LAW LIBRARY
FEB 1 1968
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
BERKELEY

SEAL OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LET THERE BE LIGHT
1868

LAW LIBRARY

THE UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

THE REUEL DRINKWATER AND
SADITHA MC CULLOUGH ROBBINS
FUND ESTABLISHED BY
DR. LLOYD M. ROBBINS

LVD. MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE IVSTITIA ET IVRE
OPERA OMNIA.

NIMIRVM:

De Iuſtitia in genere, partibusque illi ſubiectis: Nec non de Vltimis Voluntatibus.
De Iuſtitia Commutatiua circa Bona Externa: Aliàs de Contractibus.
De Maioratibus, & Tributis.
De Delictis, & quaſi Delictis.
De Iuſtitia Commutatiua circa Bona Corporis, Perſonarumque nobis coniunctarum.
De Iuſtitia Commutatiua circa Bona Honoris, & Famæ: Itemque circa Bona Spiritualia.
De Iudicio & Executione Iuſtitiæ per Publicas Poteſtates.

IN QVIBVS QVAESTIONES OMNES, ATQVE DIFFICVLTATES ad has materias pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruosè & accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis deciſæ videntur; ita vt nil amplius relictum ſit, quod ab aliquo deſiderari aut addi poſſit.

Opus non ſolum Studioſis, Theologis, & Canoniſtis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam Seculari verſantibus, apprime vtile & neceſſarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM, altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materierum ampliſſimo, atque locupletiſſimo.

VENETIIS, Apud Seſſas. M. DC. XI.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegio.

LVD. MOLINAE
E SOCIETATE IESV,

PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE IVSTITIA ET IVRE TRACTATVS,

Qui eſt

DE IVSTITIA IN GENERE, PARTIBVSQVE illi ſubiectis: Nec non de Vltimis Voluntatibus.

IN QVO QVAESTIONES ATQVE DIFFICVLTATES ad has materias pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruosè & accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis deciſæ videntur; ita vt nil amplius relictum ſit,quod ab aliquo deſiderari aut addi poſſit.

Opus non ſolum Studioſis, Theologis, & Canoniſtis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam Seculari verſantibus, apprime vtile & neceſſarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM, altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materierum ampliſſimo, atque locupletiſſimo.

VENETIIS, Apud Seſſas. M . DC . XI.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegio.

f BQV 113 M67

PHILIPPO
HISPANIARVM
PRINCIPI AVGVSTISS.

QVID nam erit Princeps Auguſtiſſime, cur ducta iam inde à ſenioribus annis conſuetudine, ſcriptorum plerique ſuarum lucubrationum monumenta niſi ſub regum preſidio, tutelaque proferre non audeant? Si nuncupatione patrocinium quærunt contra mordacitatem obtrectatorum, equidem in me haud receperim fore, vt id genus hominum Cynica efferatum rabie dentem ob id cohibeat: cum venatici canes nullo diſcrimine feras, etiam regia in ſylua regum delicijs dicatas, acriter exagitent, ac morſu laceſſant. Sin autem id agunt, non tam conciliandæ gratiæ, quam perſoluendi officij cauſa, rati debere ſe hoc ſummis viris, præcipuè regibus, quorum in hæc ſtudia regalis beneficientiæ vela panduntur omnia, honeſta ſanè cauſa, ſed & iuſta permouentur. Ego verò, Princeps maximè, vt ſecunda mouear, prima certè nec moueor, nec moueri vnquam potero: non quin tuo indigeam præſidio, quo tot vrbes tam opulentæ, tot regna tam inclyta, tot prouinciæ tam amplæ indigent, ſed quia illa me tuetur Diui Auguſtini immortalitate digna ſententia, aientis, malle ſe reprehendi à reprehenſore falſitatis, quam ab eius laudatore laudari. Lib. 1. de Trin. c. 3. Tranſuerſas cenſorum lineas, ſi ad amuſſim veri iudicij ſyncerè illinantur, perinde ſuſpiciam atque Apellis, paratus, vt par eſt, ſtylum vertere, ſi quod in meis commentarijs peccatum iure ſit animaduerſum. Secunda igitur inter alias cauſa, quæ ratione officij tota nititur, vehementer adductus, tuæ Maieſtati hos de Iuſtitia Commentarios, laboribus elucubratos meis, conſecro, dedicoque: atque vt clientes Principibus in famulatum filios addicunt ſuos, ſic ego mentis meæ fętus (quo nomine id genus opera Clemens Alexandrinus appellauit) Stromat. tibi quo poſſum ſtudio ſupplex offero, atque vt fidens offeram tua me imprimis humanitas digna principe, dein aliæ, & quidem iuſtæ, cauſæ commonent & commouent. Nam cum iuſtitiæ fruendæ cauſa Reges olim

conſtituti ſint, vt ſcribit Herodotus, eaque virtus prope vna, & ſola ſit firmamentum Imperij, regiæ dignitatis ornamentum, iniuſtè facerem, ſi hunc de iuſtitia librum alteri, quam regi, aut principi, qui ſpe tanti imperij iam nunc opulentis regibus ſuperior eſt, nuncuparem. Huius quidem argumentum operis de iuſtitia, quam Soli veteres dedicabant, ob id iudicia aduerſo ſole exercentes, deberi videbatur patri Philippo, cuius illud circunfertur ſpecioſum Emblema. Sol quadrigarum inuehens curru; addito elogio, *Iam illuſtrabit omnia*. Sed cum ſub illius ſolis luce in lucem editi nuper à me ſint Commentarij in primam partem Diui Thomę, quos in Eborenſi Academia dictaueram, nunc proximum hoc opus, quod, præter alia, in eodem Lyceo auditorum auribus dederam, alteri Philippo deſtinare placuit, qui patrem, vt nomine, ſic & factis referet, eiuſque in ſeruanda iuſtitia integritatem, & conſtantiam, vt ſpes eſt, æmulabitur. Quæ cum ita ſint, Princeps clariſſime, accipe debitum tibi multis nominibus hoc iuſtitiæ, quæ te ſola facere regem, & ſeruare poteſt, monumentum in commune Reipublicæ, quæ ad te maximè attinet, vtilitatem à nobis erectum, erectum inquam, dum ad tantæ celſitudinis pedes ſtatuitur, commendationem, celebritatemque exinde habiturum. Nos interim, quòd reliquum eſt, in vota, preceſque effuſi, tuam hanc ætatem filo fluentem aureo fauſtis ominibus proſequemur. Enitere tanti magiſtratus, candidate vnice, enitere hæres per vtrumque Oceanum longè, lateque fuſi, & ad geminos cęli cardines recurrentis Imperij, & per omnes virtutum gradus ad culmen regiæ dignitatis contende. Semina patriæ virtutis in te altius iacta indulgente cęlo dignam in frugem adoleſcant, & te animo repetentem exempla tuorum, & pater Philippus, & Carolus auus ad ſolidam, germanamque iuſti Principis effigiem tuis exprimendam moribus excitent, vt cum tibi pater exacto fęliciter ætatis curſu lampada tradiderit, qua iam illuſtrauit omnia, Regnum, & auitis armis, & paterno conſilio florentiſſimum ſerues, & amplifices; nec non iuſtitia, quæ pulſa mortalium ſceleribus in cęlum ſublimis abijſſe fingitur, indidem in terras, in publica, priuataque domicilia, in forum, in Prætoria, in Senatum, tuis deuocetur auſpicijs. His artibus moderatus orbem, poſtquam tua ætas multos, vt optamus, ſolis anfractus, redituſque conuerterit, ad cęlum, quo Iuſtitia ceſſit, conſcendes, non vt illa inter libram, leonemque ſigna iuſtitiæ, & fortitudinis, ſed inter Hiſpanos Reges harum virtutum laude inclytos, ac cęleſtis aulæ proceres collocandus.

D. Ludouicus Molina.

AD LECTOREM.

EMISSIS *nuper in primam partem D. Thomæ Commentarijs, quos in Luſitania in Eborenſi Academia primarius Theologiæ profeſſor auditoribus tradideram, deeſſe nolui, Lector eruditiſſime, quo minus datam in eodem opere fidem præſtarem. Habes promiſſum à nobis de Iuſtitia volumen primum in eadem Officina elaboratum, nunc tamen accuratius recognitum, ex tribus quæ ſuperſunt, citò habiturus aliud, in quo de contractibus diſputatur. Quibus verò cauſis permotus argumentum hoc fusè pertractare animum induxi, imò neceſſe habui, per initium huius operis cognoſces. Equidem non ſum inſcius, multos eſſe, ad quorum ſtomachum (quæ cuique eſt genij & ingenij varietas) niſi perbreui compendio tradita doctrina non faciat, adeo, vt quicquid ea breuitate concinnatum non ſit, id verò tanquam ingrati ſaporis fercula reſpuant, auerſenturque, perinde, quaſi breuitas vna ſit, ad quam vt ad obruſſam exigatur omnis de quacumque re ſumma, infima explicatio. Eſt profectò, vt dicam, quod ſentio, magnum operis ornamentum breuitas, ac ſummè optabilis, ſi eam fert operis dignitas: verum cum breui ac compendiario dicendi genere, velut offuſa caligine rerum, de quibus agitur, ſplendor obſcuratur, ac penè obruitur, id qui poſtulent, aut rerum dignitati parum conſulunt, aut, vt cum Lyrico loquar, ſyncerum cupiunt vas incruſtare. Ecquis iuſtitiam, quæ longè lateque patet, & per omnes omnium hominum actiones publicas, priuatasque funditur, in ſummam, compendiumque pro dignitate redigat? Ecquis argumentum rerum pondere & varietate maximum, in Epitomen, quaſi in faſciculum illiget? Dabis igitur veniam, Lector optime, ſi in quatuor, eaque iuſtæ magnitudinis volumina, noſtra hæc diuiſa iuſtitia venerit in manus, vtinam in laudem numinis, & communem omnium vtilitatem. Vale.*

INDEX DISPVTATIONVM, QVAE IN HOC TOMO CONTINENTVR.

In quo prior numerus Diſputationes, ſecundus verò columnam indicat.

TRACTATVS PRIMVS.

1 De varijs iuſtitiæ acceptionibus. col. 1
2 De varijs iuris acceptionibus, & in qua ſit obiectum iuſtitiæ. 5
3 Diuiſio iuris in ſua membra. 8
4 Ius naturale quid ſit, & an ea, quæ iuris naturalis ſunt, mutari queant. 9
5 De iure poſitiuo, partibusque illi ſubiectis. 12
6 De diuiſione iuris tradita à Iuriſcóſultis, & qua ratione cum diuiſione hactenus explicata concilianda ſit. 13
7 Diſtingui num debeat ius patronum, dominatiuum, & œconomicum. 14
8 Iuſtitiæ vis & natura explicatur. 16
9 De iniuſtitia. 17
10 Vtrum eo ipſo, quod aliquis facit iniuſtum, dicatur iniuſtus. 18
11 Vtrum poſſit quis pati iniuſtum volens. 18
12 De diuiſione iuſtitiæ in cómutatiuam & diſtributiuã. Et num vindicatiua iuſtitia inter partes iuſtitiæ ſubiectas ſit connumeranda. 20
13 Vtrum iuſtum ſit ſimpliciter idem, quod contrapaſſum. 23

TRACTATVS SECVNDVS.

1 Quid ſit ius ad præſens inſtitutum ſpectãs. colum. 24
2 De diſcrimine inter ius ad rem & ius in re. 26
3 Dominium quid, & quotuplex ſit. 31
4 De titulo iuris & dominij. 39
5 De vſu, & habitatione. 40
6 Vtrum Minores Fratres dominium aliquod rerum habeant, an ſolum vſum. 42
7 De vſufructu. 44
8 Quot modis vſusfructus conſtituatur. 48
9 Quot modis vſusfructus finiatur. 50
10 De emphyteuſi, feudo, libello, ſuperficiarioque contractu. 56
11 Quid & quotuplex ſit ſeruitus. 59
12 Quid, & quotuplex ſit poſſeſſio. 64
13 De actibus veris & fictis, quibus poſſeſſio comparatur. 69
14 Seruitutum, & iurium incorporalium poſſeſſio quomodo comparetur. 75
15 De amiſſione poſſeſſionis. 77
16 De emolumentis poſſeſſionis, & de præſidijs adipiſcendæ, recuperandæ, & tuendæ poſſeſſionis. 78
17 Poſſeſſionis definitio in ſenſu formali, nonnullæque diuiſiones poſſeſſionis. 82
18 Vtrum ſolæ res libero arbitrio pollentes dominij ſint capaces. 83
19 Vtrum exiſtens extra charitatem, dominij ſit capax. 87
20 An licitè, & quo iure, rerum dominia fuerint diuiſa. 89
21 Poteſtas quid ſit, & de ciuili & eccleſiaſtica poteſtate. 96
22 De origine laicæ, ciuiliſque poteſtatis. 101
23 De ſupremis poteſtatibus ciuilibus, Regia ſcilicet, ſeu Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia, & quænam earum ſit præſtantior. 106
24 De ortu Imperatoriæ dignitatis, & quatuor illis præcipue orbis Imperijs, de quibus Dan. 2. Et num iuſtè fuerint comparata. 110
25 De regia poteſtate erga ſubditos, & erga regiæ coronæ bona, & num donatio à Conſtantino Eccleſiæ facta fuerit legitima. 112
26 Vtrum regia poteſtas de iure naturali ſit. 114
27 Quanam ratione ſeculares legitimæ omnes poteſtates à Deo ſint, 115
28 Vtrum Chriſtus quatenus homo rex fuerit temporalis, & dominus orbis. 117
29 Vtrum ſummus Pontifex dominium iuriſdictionis temporalis, ſupremamque in vniuerſum orbem habeat poteſtatem. 124
30 Vtrum Imperator ſit dominus orbis. 137
31 Vtrum eccleſiaſtici à ciuili poteſtate ſint exempti, & quo iure. 138
32 De mancipijs, & primo, vtrum vnus homo in alium comparare poſſit dominium proprietatis. 142
33 Tituli quibus dominium in ſeruos iuſtè comparatur, & an infantes eorum, qui in Granatenſi regno rebellarunt, iuſtè in ſeruitutem redigi potuerint. 144
34 Ex quibus locis mancipia à Luſitanis aſportentur. Et quæ eorum iure belli Luſitanorum iuſtè videantur in ſeruitutem redacta. 151
35 De mancipijs ex commercio Luſitano quid cẽſendum. 161
36 Vtrum qui in hoc Regno, & alijs poſſident mãcipia, de quibus concluſione quarta præcedentis diſputationis dictũ eſt, licitè illa retineant, & an licitè emi poſſint. 176
37 Vtrum mãcipijs, legitimo titulo in ſeruitutem redactis, fas ſit fugere ad ſuos. 178
38 Quouſque ius dominorum in ſeruos ſe extendat. Et an mancipia habere poſſint rei alicuius dominium. 182
39 Quibus modis mancipia à ſeruitute liberentur. 185

40 Vtrum Chriſtiana mancipia eorum, qui in tribunali inquiſitionis de crimine hæreſeos aut apoſtaſiæ à fide dãnantur, libera maneant. 188
41 De acquiſitione & amiſſione dñij ferarum. 195
42 Fera percuſſa ab vno & capta ab alio, aut extracta de laqueo alterius, ad quem pertineat. 198
43 An venatio licitè poſſit prohiberi, & quouſque in communem vtilitatem ſit prohibita. 201
44 Venatio quouſque Eccleſiaſticis ſit prohibita. col. 201
45 Poſſit ne vnuſquiſque prohibere venationẽ in agro ſuo, & vnaquæque communitas prohibere extraneis, ne in terris ipſius venentur. 202
46 Principes & magnates, quouſque deputare ſibi poſſint loca ad venandum, & piſcandum, quę cæteris ſint interdicta. 203
47 Quouſque, qui habent loca cæteris ad venandũ interdicta, reſtituere teneantur damna, quæ feræ intulerint. 205
48 An columbaria licita ſint. 208
49 Ad quam reſtitutionem teneatur, qui iniuſtè alios venari prohibet. Et num ex venatione, ſolum in commune bonum, aut ratione ſtatus prohibita, obligatio reſtituendi oriatur. 209
50 De reſtitutione ex venatione animalis, cuius dominium ad alium pertinet, & quid de columbarum aucupio. 210
51 Ad quam reſtitutionem teneatur, qui in loco ad venandum interdicto, aut in prędio alieno, vel loco communitatis alterius, ipſis inuitis, venatur. 212
52 De cuſtodibus locorum interdictorum, & de damnis, quæ venantes inferunt ſatis, &c. 214
53 De varijs bonorum generibus, quæ domino carent. Et quæ eorum vacantia dicantur, & ad quem pertineant. 215
54 Metallorum venæ, antequam inueniantur, an domino careant. 218
55 Dominium eorum bonorum, quæ diſput. 53. domino carere oſtenſa ſunt, quomodo comparetur, theſauris & bonis vacantibus exceptis: & quæ res pro derelictis ſint habendæ. 221
56 Theſauri, quando inueniuntur, ad quem pertineant. 222
57 De acquiſitione & amiſſione dominij per alluuionem, & vnionem, aut permutationẽ cum re altera. 227
58 De acquiſitione dominij lignorum, quæ in cõmunibus ſyluis cæduntur, & vniuerſim de ſyluis cæduis. 229
59 De paſcuis. 232
60 Exceptio, præſcriptio, & vſucapio qd ſint. 235
61 Vtrum præſcriptio vim habeat in foro conſcientiæ. 238
62 De prima conditione ad præſcribendum neceſſaria, hoc eſt, de poſſeſſione. 242
63 De ſecunda conditione, nempè de bona fide, & an dubium malam fidem efficiat. 243
64 De titulo ad præſcriptionem, & quæ ignorantia poſſeſſorem malæ fidei efficiat, vel ad præſcribendum non ſufficiat. 246
65 Quando & quouſque mala fides authoris, hoc eſt, eius à quo res in alium deriuata eſt, ſucceſſori ad præſcribendum noceat. 251
66 Vtrum leges ciuiles, concedentes præſcriptionẽ cum ſcientia iuris alieni, vim habeant circa pęnas, actiones, & iura, præſertim circa ea realia, quibus ſeruitutes reſpondent. 253
67 An quãdo debitum ob malam fidẽ non pręſcribitur, præſcribatur actio: & quid de triennalĩ præſcriptione mercedis famulorum. 257
68 De tempore quo res mobiles præſcribuntur, & quæ res immobiles, quæ verò mobiles dicantur. 258
69 De tempore quo res immobiles aduerſus priuatos pręſcribuntur. 259
70 De tempore, quo beneficia, ſeruitutes, & alia iura ad aliquid iteratis vicibus faciendum, recipiendum, aut exequendũ præſcribuntur. 261
71 De tempore, quo actiones, & debita præſcribuntur, & quo mancipium præſcribat libertatem. 264
72 De tempore, quo res immobiles, & quæ cũ immobilibus computantur, aduerſus Eccleſiam præſcribantur. 265
73 De tempore ad res præſcribendas aduerſus fiſcum. 267
74 De tempore ad præſcribendum aduerſus Principem ea bona, quæ ad illius fiſcum non ſpectant. 269
75 Quando poſſeſſio longiſſimi temporis, ſcilicet triginta, quadraginta annorum, aut alterius maioris ſpacij certi, ſine titulo ad præſcribendum an ſufficiat. 271
76 Præſcriptio temporis, de cuius initio nõ eſt memoria, & centenaria, in quo differant: & quomodo vtraque probetur. 280
77 De tempore ad præſcribendum aduerſus leges neceſſario. 271
78 Præſcriptio quando non currat, quia non incipit, quando ceſſet, ſeu dormiat, quando interrumpatur, & quando perpetuetur ſeu prorogetur. 282
79 Quæ præſcribi non poſſint. 286
80 De remedio reſtitutionis in integrum aduerſus præſcriptionem iam peractam. 290
81 Vtrum per teſtamentum, aut contractum lege humana nullum, cõparari poſſit dominiũ. 291
82 Acceptio interdum ob honeſtam, ſeu non turpẽ cauſam, interdum ob turpem, & quot modis in genere turpitudo contingat. 305
83 De ijs, quæ iudices, teſtes, tabelliones, & alij miniſtri publici, tanquam pretium, ob iuſtã cauſam accipiunt, quouſque illicitè, & cum onere reſtituendi id accipiant. 305
84 Iudicibus eccleſiaſticis quouſque permiſſum, aut prohibitum ſit aliquid accipere, 311
85 Quæ accipere poſſunt Epiſcopi, quando ad Eccleſias conſecrandas, aut viſitandas acceſſerint. 314
86 Quouſque de iure communi iudicibus ſæcularibus fas ſit, aut non ſit accipere, & quid circa eos, alioſque miniſtros publicos in hoc, & in Caſtellæ Regno ſit ſancitum. 317
87 Pœnæ ſtatutæ dantibus, & accipientibus contra leges diſputatione præcedente relatas, pręſertim priuationis officiorum quouſque in ſoro conſcientiæ debeantur. 318

Quæ

88 Quæ contra leges à miniſtris publicis accipiuntur, quouſque, & cui in conſcientiæ foro ſint reſtituenda. 319
89 Quod iudex in precium pro ferenda iuſta ſententia accipit, cui ſit reſtituendum. 326
90 Vtrum in foro exteriori aliquando actio ad repetendū ei concedatur, qui iudici aliquid dedit, vt ſententiam iuſtam pro ſe ferret. 326
91 De pęnis videntium, aut ementium abſque facultate Regis officia publica, eaque per alios adminiſtrantium. 327
92 Dantes, promittentes, accipientes, aut acceptantes promiſſionem, pro iuſtitia aut gratia à Sede Apoſtolica obtinenda, eiſque obtentis vtentes, quibus pęnis ſubiaceant. 329
93 Vtrum licitè quippiam accipiatur pro operationibus aliarum virtutum à iuſtitia. 337
94 Quæ accipiuntur ob turpem cauſam, obnoxiane ſint reſtitutioni, & quouſq; in foro exteriori denegetur eorum repetitio. 342
95 Pęna amiſſionis propriorum bonorum, quouſque commiſſo crimine, debita ſit ante latam ſententiam. 350
96 Pęnæ bonorum quæ propriæ non ſunt delinquentium, quouſque vim habeant nulla expectata ſententia. 360
97 Pęnę conuentionales quouſque debeantur. 362
98 De bello cur hoc loco dicendum. 364
99 Vtrum bellum licitum ſit aliquando. ibid.
100 De authoritate ad bellum iuſtum neceſſaria, & in quo reſideat. 369
101 Vtrum qui ſine legitima authoritate bello, alioquin iuſto, damnum dat, teneatur id reſtituere. 372
102 Communis quædam belli iuſti cauſa, omnes alias particulares complectens. 374
103 Belli cauſa quouſque explorata eſſe debeat. Et circa rem dubiam an liceat mouere bellum. Et quo pacto res ſit tractanda, antequam ad arma veniatur. 377
104 De cauſis quibuſdam particularibus iuſti belli, ſcripturarum exemplo reprobatis. 384
105 De alijs iuſti belli cauſis, quarum quędam probantur, quædam reijciuntur, aliæ in locum alium remittuntur. 385
106 Vtrum propter idolatriam, & quędam alia peccata, inferri poſſit bellū infidelibus. 388
107 De intentione ad bellum mouendum neceſſaria. Et an liceat quærere occaſiones belli iuſti. 390
108 Vtrum Epis, & clericis, licitū ſit pugnare. 392
109 Vtrum in euentibus in quibus ſub lethali culpa tenetur quis concurrere ad mortem, aut mutilationem alterius, illa ſecuta incurrat irregularitatem. 396
110 Quouſque in alijs euentibus in bello, ſiue iuſto ſiue iniuſto, irregularitas incurratur. 400
111 In bello an liceat vti inſidijs. Hoſti quouſque fides ſit ſeruanda. An liceat pugnare in die feſto. Et meditationes bellicæ quouſque liceant. 400
112 Quando de iuſtitia belli conſtat, licitum eſt extraneis ad id iuuare, & an liceat vocare infideles in adiutorium. 402
113 Subditi num inquirere teneantur de iuſtitia belli, & in dubio an poſſint pugnare. 403
114 Extranei, niſi certi ſint de iuſtitia belli, an peccent auxilium præſtando, & ad quantam reſtitutionem teneantur. 406
115 De cooperantibus in bello iniuſto, & an Chriſtiani captiui, qui remigant, & alia obſequia in bello Turcarum, aduerſus fideles præſtāt, peccent, reſtituereque teneantur. 407
116 De Principe comparatione militum, & de militibus Principis, hoſtiumque comparatione. 409
117 In genere quæ liceant in bello iuſto. 412
118 Quando bello de hoſtium poteſtate extrahuntur, quę hoſtes bello ab alijs ceperant, reſtituēda ne ſint prioribus dominis, & de priuilegio poſtliminij. 414
119 Vtrum in bello iuſto fas ſit interficere innocentes. 421
120 Vtrum fas ſit ſeruituti ſubijcere innocētes Reipublicæ, cum qua eſt iuſtum bellum, & an liceat interficere, vel ſeruituti ſubijcere obſides ſi hoſtes promiſſis non ſteterint. 423
121 Vtrum in bello iuſto fas ſit ſpoliare bonis ſuis externis, etiam innocentes. Et de reprę ſalijs, quid ſint, & quomodo concedantur. 424
122 In bello iuſto an liceat tradere militibus ciuitatem in prędam, & an liceat interficere omnes, qui pro parte contraria arma ſumpſerunt. colum. 426
123 De compoſitione inter bellantes, & an principes ſine conſenſu ſubditorum componere inter ſe poſſint circa damna, quæ ſubditi pertulerunt. 428
124 Teſtamentum quid ſit, & quomodo à cæteris vltimis voluntatibus differat. 430
125 De teſtamento in ſcriptis, ſeu clauſo, & ſolemnitate in eo neceſſaria. 433
126 De ſolemnitate in nuncupatiuo teſtamento requiſita, & quando in teſtamentis neceſsaria ſit publicatio, & quid ea ſit. 436
127 Teſtamentum abſolui debet, vt ſit validū, non nullaque alia circa teſtamenti ſolemnitatem; & quis numerus teſtium ſufficiat, vbi ordinarij facilè dari non poſsunt. 438
128 De ſolemnitate requiſita in teſtamento inter liberos. 441
129 De ſolemnitate teſtamenti coram rege facti, & teſtamenti militis. 443
130 De ſolemnitate teſtamenti cæci. 444
131 De codicillis & ſolēnitate in eis requiſita. 444
132 De clauſula codicillari expreſsè, aut tacitè appoſita, & varijs illius effectibus, aliqua miſcētur de præteritione, exhæredatione, & fideicōmiſsaria ſubſtitutione. 447
133 Vtrum ſolemnitas ciuili iure in teſtamentis, & codicillis ſtatuta, reprobata ſit iure canonico, & quæ in terris Eccleſiæ, & Eccleſiaſtico foro ſufficiat. 450
134 De ſolēnitate in teſtamento, aut legatis ad pias cauſas neceſsaria.
135 An ſit obligatio condendi teſtamentum, & quam voluntaria eſse debeat diſpoſitio vltima, vt ſit valida. 454

136 Carens vſu rationis ſurdus ac mutus, & impubes, an teſtari poſſint. 459
137 Prodigus, ſeruus, publicus vſurarius, excommunicatus, damnatus ob libellum famoſum, infamis damnatus ad naturalem, aut ciuilem mortem, an teſtari poſſint. 460
138 Filiusfamilias, præſertim ſi ſit clericus, an teſtari poſſit. 462
139 Teſtamentum ante profeſſionem religioſi factum, an ſit validum, & de renunciatione bonorum ante eandem profeſſionem quouſque ſit valida. 465
140 Quæ bona religioſi, & quando ad religionem pertineant. 472
141 An religioſus poſt profeſſionem teſtari poſſit, & quid de Commendatarijs. 483
142 De varijs clericorum bonis, & quorum cõſtet eos aut habere, aut non habere dominium, & de quibus ſit controuerſum. 487
143 An clerici hodie dominium comparent redditūum ſuorum beneficiorum. 493
144 Vtrum beneficiarij hodie lethaliter peccent, reſtituereque teneantur, ſi, quid, vltra ſuam competentē ſuſtentationem, in vſus nõ pios de redditibus ſuorum beneficiorum inſumant. 496
145 Congruens beneficiarij cuiuſque ſuſtentatio quæ iudicanda ſit. 505
146 Beneficiarij quouſque de bonis ſuis conferre poſſint conſanguineis. 513
147 Quouſque beneficiarij teſtari poſſint. 516
148 Beneficiarij an de bonis, de quibus teſtari non poſſunt, donare poſſint inter viuos, & quid de maioratibus ab eis inſtitutis. 527
149 Contractus, alienationes, & promiſſiones iure humano, aut etiam naturali irrita, quando accedente iuramenti confirmatione, obligent. colum. 530
150 An quando ex iuramento contractus, aut promiſſio ipſo iure nulla obligat, reuiuiſcat vis, quę eiſdem ineſſet, ſi humano iure non eſſent irrita. 524
151 Teſtamentum an alia ratione, quam teſtatoris morte, firmum reddi poſſit, ſaltem, vt ſine lethali culpa nequeat reuocari. 539
152 Vtrum teſtamentum factum à duobus, in quo hæredem de communi conſenſu inſtituunt, vel aliud ſtatuunt, præmortuo vno, poſſit ab altero, quoad bona, quæ ad ipſum ſpectant, reuocari. 548
153 Quando teſtamentum reuocatum ſit cenſendum. 549
154 Qui hæredes eſſe poſſint. 537
155 De hæredibus ex teſtamento, & quid interſit inter inſtitutum in re certa, & inter alios hæredes. 559
156 Hæredis inſtitutio ex certo duntaxat die, aut ad certum diem, an valida ſit. 567
157 Hæredis inſtitutio, aut legatum, alterius voluntati commiſſa, an valida ſint. Et quando aliquid pauperibus relinquitur, à quo, & quibus pauperibus ſit diſtribuendum. 568
158 Deſcendentes an neceſſario inſtituendi ſint hæredes, & in qua portione. 573
159 In deſcendentiũ defectum, an aſcendentes ſint neceſſario inſtituendi hæredes, & in qua portione: & quid de fratribus. 576
160 Quouſque libertus inſtituere teneatur ſuum patronum hæredem, & vniuerſim de ſucceſſione patroni in bonis liberti. 578
161 Conſanguinitatis gradus quanam ratione tam ciuili, quàm canonico iure ſint computandi. colum. 579
162 Quis dicendus ſit diſcedere inteſtatus, & de ſucceſſione ab inteſtato deſcendentium. 481
163 De ſucceſſione aſcendentium ab inteſtato. 582
164 De ſucceſſione ab inteſtato collateralium, coniugis ſuperſtitis, ac fiſcij: & peregrino decedenti ab inteſtato quis ſuccedat. 586
165 Filij legitimi, & qui illegitimi dicantur: & de varijs illegitimorum ſpeciebus. 592
166 De ſucceſſione filiorum naturalium. 594
167 De ſucceſſione ſpuriorum: & num collaterales ſpurij, aut naturales, ſibi inuicem ſuccedant. colum. 599
168 De alimentis filijs illegitimis debitis. 607
169 Quæ parentes deſcendentibus illegitimis vltra explicata immediatè, vel per interpoſitã perſonam relinquũt, aut contra illegitimi ſuis aſcendentibus, quouſque reſtitutioni obnoxia ſint. 611
170 De ſucceſſione illegitimorum in nobilitate, & in alijs, quæ non ſunt bona parentum externa. 616
171 Quid, & quotuplex ſit legitimatio. 617
172 De legitimatione per ſubſequens matrimonium. 618
173 De legitimatione per reſcriptum, & diſpenſationem. 623
174 Legitimatio in pręiudicium tertij, an indigeat, vt tertius citetur, validaque ac licita ſit, & de aliquibus quę in reſcriptis interdum apponuntur. 634
175 De præteritione & exhæredatione, tam deſcendentium, quàm aſcendentium. 648
176 De cauſis, ob quas fas eſt exhæredare, vel deſcẽdentes, vel aſcendentes. 662
177 Inſtituto in portione minori, quàm ſit legitima, ſolum conceditur actio ad ſupplementum. Et num legitimæ grauamen poſſit apponi. 678
178 Hæres in quibus euentibus hæreditatem amittat. 683
179 Suus hæres quis dicatur. 689
180 De tranſmiſſione hæreditatis non aditæ iure ſuitatis ſanguinis, ac deliberandi. 690
181 De tranſmiſſione legatorum, & an nulla reddantur, ſi hæreditas adita non fuerit. 697
182 Subſtitutio quid, & quotuplex ſit. 699
183 De vulgari ſubſtitutione. 704
184 De pupillari ſubſtitutione. 710
185 De exemplari ſubſtitutione. 720
186 De fideicommiſſaria ſubſtitutione. 724
187 De quarta Trebellianica à fideicommiſſis deducenda, & num fructus in ea ſint computandi, & quouſque ſint reſtituendi. 728
188 Quæ ab hærede grauato ſint fideicommiſſaria reſtituenda, & num ſepulchrorum & patronatus iura ad fideicommiſsarium pertineant.

Fidei-

189 Fideicommiſſum quando expiret. 740
190 Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, quando tacitè appoſita cenſeatur fideicommiſſis & alijs diſpoſitionibus. Aliquid etiam de expreſſa tangitur. 742
191 De breuiloqua, ſeu reciproca ſubſtitutione. col. 753
192 De compendioſa ſubſtitutione, & ſimul de militari. 753
193 Legatum & fideicommiſſum particulare quid ſit. 762
194 Dominium rei legatæ, incrementum, & fructus illius, quando ad legatarium pertineant: cui item pereat, & an legatarius poſſit propria authoritate eam vſurpare. 768
195 Legare quis, & cui poſſit. Quæ communitati facta cenſeantur. Quando legata debeantur, & à quo, atque vbi peti poſſint. 773
196 Legatum de re hæredis, aut alterius, aut in qua teſtator non habet plenum ius, vel quæ poſſideri nō poteſt à legatario, quouſq; valeat. 777
197 Incertitudo legatarij, aut error in nomine illius, quando reddat nullum legatum. 781
198 Si legatur res vna ex inæqualibus, quoad valorem, quādo ſit validum legatum, & ad quem ſpectet electio ex illis rebus. 783
199 Quando res eadem pluribus legatur, ſingulis in ſolidum, quid & quouſque illis debeatur: Item, quando res determinata alicui legatur, & ad alia legata non ſuperſunt bona defuncti, an ille præferatur, & an legatum pro parte poſſit acceptari. 788
200 De legato rei, quæ nondum exiſtit, de legato cum onere, & de legato vxori, aut creditori relicto. 790
201 De legato rei pignori, aut hypothecæ ſubiectę. Item de legato eiuſdem rei, aut eiuſdem quantitatis pluries facto, & an, ſi legatarius emat, aut alio titulo comparet rem legatam, expiret legatum. 798
202 Legatum omnium mobilium, an nomina debitorum contineat. Legatum omnium, quæ continētur certo loco, an comprehendat pecuniam & nomina debitorum ibi reperta, necnon res, quæ poſtea inferuntur. Et legatum apothecæ pannorum, an pannos, vel domum, vel vtrumque contineat. Et obiter de legato lanæ ac ligni. 801
203 An in legato vſusfructus, aut rerum certi generis, vel quæ in aliquo loco continentur, venalia etiam comprehendantur. 805
204 De legato quotæ hæreditatis, aut bonorum, & in quibus bonis ſit ſoluendum. 807
205 Quotuplex ſit legatum, & de legato puro, & in diem. 812
206 Quid & quotuplex ſit conditio, quādo implenda, & quod legatum, aut hæredis inſtitutio, propriè ſub conditione dicatur. 814
207 De conditionibus in vltimis diſpoſitionibus, ſi non nupſerit, ſi caſtè vixerit, ſi contraxerit matrimonium, aut ſi ingrediatur monaſterium. 818
208 Modus quid, & de vltima diſpoſitione ſub modo facta. 823
209 Cauſa quid, & num gratuita ob cauſam per vltimam voluntatem, aut inter viuos diſpoſitio, cauſa non ſubſiſtente, valida ſit. 830
210 Accepta in eleemoſynam ob paupertatem, ſanctitatem, aut aliam cauſam fictam, obnoxiæ ne ſint reſtitutioni, & cui ſit facienda. Idem de acceptis conferente ea principe ob ementita ſeruitia, aut aliam cauſam confictam. 834
211 Demonſtratio quid. Et num falſa demonſtratio gratuitam diſpoſitionem vitiet. 836
212 De reuocatione legatorum. 838
213 Falcidia quid, & quando à legatis detrahi poſſit. 839
214 De loco, in quo defunctus eſt ſepeliendus, deque ſepulturæ electione, & quod ob debita nefas ſit impedire defuncti ſepulturam. 844
215 De quarta funeralium Epiſcopo, & parochiali Eccleſiæ debitis, & de luctuoſa, quam vocant. 849
216 De commodis hæreditatem adeuntis, non petito tempore ad deliberandum, inuentariumque conficientis, & de incommodis illud non conficientis, aut tempus ad deliberandum efflagitantis. 852
217 Vtrum hæres inuentarium non conficiens, aut tempus ad deliberandum poſtulans, teneatur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditatis, & quid de Eccleſia, & quibuſdam alijs in foro exteriori. 862
218 De forma inuentarij. 868
219 Vtrum teſtator remittere poſſit hæredi inuentarij confectionem. Qui item alij conficere teneantur inuentarium. Et num eis poſſit remitti. 875
220 De tutore, & curatore, & quotuplex vterque ſit. 879
221 Qui tutores & curatores eſſe non poſſint. 888
222 Qui à munere tutoris & curatoris excuſentur. colum. 891
223 De ſatiſdatione & iuramento tutorum & curatorum, & de inuentario. 895
224 De adminiſtratione tutorum & curatorum, atque de emolumento, ſeu præmio ipſis propoſito. 899
225 Quando tutela, aut cura finiatur, & qui tanquā ſuſpecti ab illa ſint remouenda. 913
226 De qua bonorum partitione futurus ſit ſermo, & quæ ante illam explicanda ſint. 915
227 De patria poteſtate, & ſimul de arrogatione, & adoptione. 916
228 De effectibus patriæ poteſtatis. 923
229 Quot modis patria poteſtate quis liberetur. 931
230 Caſtrenſia bona quæ ſint. 935
231 Quæ bona quaſi caſtrenſia ſint, & vtrum exhęredatio, aut præteritio in eis caſtrenſibus bonis valida ſit. 938
232 Aduentitia bona quę ſint, & quouſque vſusfructus & adminiſtratio eorum ad patremfamilias pertineat. 941
233 Quæ bona profectitia ſint. 944
234 Profectitium ne, an aduentitium bonum ſit, quod filius ſua induſtria bonis parentis lucratur, et quid de acquiſitis opificio in parentis domo, dum ab eo alitur. 946

De

Index Diſputationum.

235 De impenſa funeris, deductione æris alieni, alimentis familiæ, atque partitionibus alijs, quæ non ſunt bonorum defuncti inter ipſius deſcendentes. 950

236 De partitione bonorum inter deſcendentes, & qualiter tertium defuncti in Luſitania, & tertiũ & quintũ in Caſtella, ſint accipienda. 954

237 Collatio quid, quorum bonorum eſſe debeat, & comparatione quorum ſucceſſorum. 958

238 Donata à parẽtibus ob cauſam, vt in dotem, ad nuptias, ad ingrediendum religionem, & ordines ſuſcipiendos, an adducenda ſint ad collationem; & quid de veſtibus, & ſumptu in conuiuio nuptiarum. 965

239 Sumptus, quos pater cum filio in ſtudio fecit, aut in re alia addiſcenda, & libri ab eo illi dati, an ſint conferendi. 970

240 Quæ expenderint parentes in peregrinatione filijfamilias, pro illius delicto, in eruendo eo à captiuitate, aut vinculis, conferendane ſint. colum. 972

241 Vtrum militia, ſeu officium, aut dignitas, quã pater filio emit, aut dedit, eiusve æſtimatio, conferenda ſint; itemq́ue quod pater inſumpſit vt filius gradum, beneficium, ordines, aut aliud ſimile obtineret; & quid de re emphyteutica. 973

242 Conferre ne teneatur filius, quæ de bonis patris male conſumpſit. 976

243 Vtrum donationes ſimplices parẽtum in filios adducendæ ſint ad partitionem. 978

244 Remuneratoria donatio parentum ad liberos, an ſit conferenda. 981

245 Nonnulla in complementum tractatus de partitione bonorum. 983

246 De poſſeſſione hæredi tradenda, & quouſque hæredi reſtituere teneatur, ſi comperiatur, non ipſum, ſed alium legitimum fuiſſe hæredem. 966

247 De executoribus teſtamentorum, & qui ad id eligi poſſint. 991

248 Validumne ſit teſtamentum, in quo hæres nõ inſtituitur, & executor vniuerſalis relinquitur: & num executores ad munus ſuſcipiendum poſſint compelli, & quouſque agere poſſint. 994

249 An executoribus, ac prælatis liceat à teſtatoris voluntate diſcedere. 997

250 Rationem exigere executionis teſtamentorum, executoresq́ue cogere vt defuncti voluntatem adimpleant, ad quos iudices ſpectet. 1001

251 Intra quod tempus hæredes & executores voluntatem defuncti implere teneantur. 1003

FINIS.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVORVM EXPLANATIO INTELLIGI ex hoc opere aliqua ex parte poteſt.

Numerus columnam indicat, litera columnæ partem.

GENESEOS.

1 FAciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæque terræ. 83.d

1 Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, dominamini piſcibus maris, &c. Et rurſus. Ecce dedi vobis omnem herbam. 85.b

1 Ecce dedi vobis herbam afferentem ſemen, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus. 84.b

2 Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. 102.a

3 Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. colum. 34.b.102.a

3 Spinas & tribulos germinabit tibi. 91.a

4 Fuit Abel paſtor ouium, & Cain agricola. 94.b

14 Melchiſedech Rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim Sacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei. 98.a

14 Benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. 366.a

21 Eijce ancillam hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo. Et infra. Non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua. Omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocē eius, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. 598.d

25 Dedit Abraham cuncta, quæ poſſederat, Iſaac: filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret. ibid.

25 Vendidit primogenita. 98.b

47 Præter terram Sacerdotum. 139.d

49 Non auferretur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius. 88.c.121.c

EXODI.

21 QVi percuſſerit ſeruum aut ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo, quem eruit. Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo, aut ancillæ, ſimiliter dimittet eos liberos. 184.a

21 Sin autem dixerit, nolo egredi liber, &c. vſque ad illa verba. Seruiet tibi vſque in æternum. colum. 147.a

23 Inſontem & iuſtum non occides. 421.b

23 Non accipietis munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. 321.c

LEVITICI.

25 SI paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, &c. Et infra. Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus, &c. vſque ad illa verba, ac poſſidebitis in æternum. 143.c

DEVTERONOMII.

4 NE fortè eleuatis oculis ad cælum, videas Solem, & Lunã, & omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium multis gentibus quæ ſub cælo ſunt. 85.d

4 Scitis, quòd docuerit vos præcepta, atque iuſtitias, quas ego præcipio tibi. 5.a

9 Ne dicas in corde tuo, propter iuſtitiam meam introduxit me dominus, vt terram hanc poſſiderem, &c. 4.b

15 Sin autem dixerit, nolo egredi liber, &c. vſque ad illa verba, Seruiet tibi vſque in æternum. 147.a

17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, &c. vſque ad illa verba, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. 133.b

18 Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Deus tuus. Ipſum audies. Et infrà. Prophetam ſuſcitabo eis, &c. vſque ad illa verba, Ego vltor exiſtam. 119.b.124.a

20 Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem; ſi receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: ſi autem fœdus inire noluerit, & acceperit contra te bellum, oppugnabis eam, &c. 381.d.413.b

20 Cum tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt, abſque mulieribus & infantibus. 421.c. 422.b.427.d

REGVM.

SPortulam non habemus, vt demus homini Dei. 314.a 1.Reg.9.

Afferte mihi holocauſtum & pacifica. Et obtulit holocauſtum. Stultè egiſti, &c. 99.a 1.Reg.13.

Abiecit te dominus ne ſis Rex. 87.c.89.c 1.Reg.15.

Percuſſit cor ſuum Dauid, &c. 88.c 1.Reg.24.

Stans ſuper eum, occidi illum. 19.b 2.Reg.1.

PARALIPOMENON.

SI feceris iuxta omnia, quæ præcepi tibi, & iuſtitias meas, iudiciaque ſeruaueris, ſuſcitabo thronum 2.Paral.7.

num Regni tui, &c. Si autem auerſi fueritis, & dereliqueritis iuſtitias meas, & præcepta mea, quæ præcepi vobis, euellam vos de terra. 5.a
Adolere voluit incenſum ſuper altare, &c. 99.a

PSALMORVM.

2 EGo autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius. 99.b.119.a.124.a
2 Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam. 118.a.122.d
4 Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino. Multi dicunt, quis oſtendet nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. 4.b.8.b
8 Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues & boues vniuerſas, volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. 86.b
17 Omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me. 5.a
21 Regnum ipſius omnibus dominabitur. 118.a
81 Eripite pauperem à potente, & egenum de manu peccatoris liberate. 366.b
88 Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & iuſtitias meas, &c.
88 Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generatione, & generationem ſedem tuam. 120.a
98 Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius.
102 Regnũ ipſius omnibus dominabitur. 118.a.123.c
104 Nolite tangere Chriſtos meos. 139.d
113 Cælum Cæli domino: terram autem dedit filijs hominum. 85.c.86.c

PROVERBIORVM.

8 PEr me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. 116.d
24 Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non ceſſes. 390.a

ECCLESIAST.

41 SApientia abſcondita, & theſaurus inuiſus quæ vtilitas in vtriſque. 104.b

ESAIAE.

PAruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodo & vſque in ſempiternum. 119.d.124.a

IEREMIAE.

12 PAſtores multi demoliti ſunt vineam meam. colum. 109.a
22 Scribe virum ſterilem, & non erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper thronum Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda. 120.a.121.b.124.a

EZECHIELIS.

34 SVſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruus meus Dauid ipſe paſcet eas. Rurſus Seruus meus Dauid Rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum. 120.a.124.a

DANIELIS.

2 ECce quaſi ſtatua, &c. 111.c
7 Regnum eius æternum, & quod non corrumpetur. 119.d.124.a

OSEAE.

8 IPſi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui. Argentum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interirent. 87.b.89.c

MATTHAEI.

3 APpropinquauit Regnum cælorum. 118.c. 124.a
5 Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. 4.b
5 Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. 4.b
5 Ego dico vobis, non reſiſtere à malo. 365.b.368.a
5 Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. ibid.
5 Facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. 89.a
6 Attendite, ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus. 4.b
8 Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et dixit. Ite. Et ſuffocati ſunt. 118.b.123.d
8 Ego ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites, &c. 367.a
13 Simile eſt Regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem, qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, et emit agrum illum. 223.d
16 Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Et tibi dabo claues Regni cælorum. 99.c
17 Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus capiunt tributum? à filijs ſuis, an ab alienis? Reſpondente Petro: Ab alienis. Intulit Chriſtus. Ergo liberi ſunt filij. Ne ergo ſcandalizentur, vade, &c. 123.b.139.c
17 Illum ſumens, da illum pro me & te. 141.a
18 Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cælo; & quæcunque ſolueris, &c. 99.d
21 Flagello vendentes, & ementes eiecit è templo. colum. 118.b.123.d
21 Maledixit ficulneæ, & aruit. ibid.
22 Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. 345.d

Super

23 *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Pharisæi: omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere.* 88.b

24 *Quod ſi dixerit malus ſeruus in corde ſuo, &c. & partem eius ponet cum hipocritis.* 498.c

26 *Conuerte gladium tuum in locum ſuum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* 365.b. 368.b

26 *Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?* 368.c

26 *An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum.* ibid.

29 *Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra.* 99.b.117.d.123.c

L V C AE.

1 *Dabit illi dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* 144.c.119.a.124.a

2 *Exijt edictum à Ceſare Auguſto, vt circumſcriberetur vniuerſus orbis.* 137.c

3 *Quid faciemus & nos? Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris.* 410.a

12 *Homo, quis me conſtituit iudicem, & diuiſorem inter vos?* 120.b.124.a

14 *Niſi quis renunciauerit omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* 95.a

22 *Principes gentium dominantur eorum: vos autem nõ ſic. Sicut miſit me pater, ego mitto vos.* 127.c

22 *Domine, Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, ſatis eſt.* 126.a.133.a

24 *Finxit ſe longius ire.* 401.a

I O A N N I S.

1 *Omnia dedit ei pater in manus.* 118.a.123.c

15 *Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* 100.a

18 *Dedit alapam Ieſu. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, quid me cædis.* 368.a

18 *A temetipſo hoc dicis?* vſque ad illa verba, *vt teſtimonium perhibeam veritati.* 118.c. 120.c. 124.a

19 *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea, qui me tradidit, maius peccatum habet.* 123.b

21 *Paſce oues meas.* 133.a

A C T O R V M.

5 *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? &c.* 95.c

10 *Orationes & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.* 376.a

23 *Percutiat te Deus paries dealbate, &c.* 368.b

AD ROMANOS.

2 *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum: gloria autem & honor homini operanti bonum. Quicunque enim ſine lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur, &c. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, &c. Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, &c.* vſque ad illud. *Cuius laus, non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* 4.b

2 *Cum gentes, quæ legem nõ habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.* 8.c

12 *Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ.* 365.b.368.a

13 *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, &c.* 88.a.96.c.112.a.116.a.141.d

13 *Non ſine cauſa gladium portat, miniſter Dei eſt, vindex ad iram ei, qui malum agit.* 366.b. 368.c

13 *Cui tributum, tributum.* 142.a

14 *Quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* 242.b. 244.d. 614.d

AD CORINTHIOS.

Quid mihi eſt de ijs, qui foris ſunt, iudicare. colum. 389.c — 1. ad Cor. 5.

Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non ſit tibi cura, ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere. colum. 143.d — 1. ad Cor. 7.

Non vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. 102.a — 1. ad Cor. 11.

Sine dubio præter eum, ſubiecit ei omnia. 118.a. 123.c — 1. ad Cor. 15.

Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniã propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. 122.d — 2. ad Cor. 8.

Qui altario ſeruit, de altario viuere debet. Nemo ſuis ſumptibus militat. 506.c — 2. ad Cor. 9.

AD GALATAS.

4 *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus, & curatoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus à patre.* 32.b.169.d

4 *Eijce ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ.* 598.d

AD EPHESIOS.

1 *Conſtitutus ad dexteram patris in cæleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem, & omne, quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam.* 117.d.133.c

5 *Subiecti inuicem timore Chriſti. Mulieres viris ſuis ſubditæ, ſicut domino, ſicut Eccleſia ſubdita eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* 116.b

AD PHILIPPENSES.

6 OBedite parentibus veſtris in domino. Serui ſubditi eſtote dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri ſicut Chriſto. Vſque ad illud. Et non hominibus. 116.c

AD COLOSSENSES.

2 IPſe eſt caput omnis principatus, & poteſtatis. colum. 117.d.123.c

AD TIMOTHAEVM.

1.ad Tim.1 VNius vxoris vir. 12.d

1.ad Tim.3 Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubdito eſſe, dicto obedire. 116.b

1.ad Tim.5 Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. 504.c

1.ad Tim.6 Quicunque ſub iugo ſerui dominos ſuos honore dignos arbitrentur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus, ſuperbus eſt, nihil ſciens. 143.d

AD TITVM.

2 NEmo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus. 126.c.137.b.394.a

AD HEBRAEOS.

1 QVem conſtituit hæredem vniuerſorum. colum. 118.a.123.c

2 Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius: in eo autem, quòd omnia ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei. ibid.

5 Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, filius meus es tu: quemadmodum, & in quodam alio loco dicit: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. 99.c

7 Alij ſine iureiurando, vſque ad illa verba, ſecundum ordinem Melchiſedech. ibid.

9 Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt. colum. 430.b.539.d

11 Sancti per fidem vicerunt Regna. 366.a

12 Profanas, vt Eſau; quin propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua. 98.a

PETRI.

SVbditi igitur eſtote omni humanę creaturę propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei. Et infra. Serui ſubditi eſtote in timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. 88.a.111.d.116.b 1.Petri.2

IOANNIS.

OMnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. 17.d 1.Ioan.3

APOCALYPSIS.

19 HAbet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. 118.a.123.c

FINIS.

INDEX PRAECIPVARVM, RERVM, QVAE IN HOC OPERE EXPLANANTVR.

Numerus indicat columnam, litera columnæ partem.

Ab inteſtato.

AB inteſtato quis diſcedere dicatur. 581.c

Ab inteſtato hæredes ſuccedunt in omnibus defuncti bonis, deducto ære alieno, & competenti impenſa funeris, niſi teſtamentum validum ſit quoad legata, quæ tunc deducenda etiam erunt. 581.d

Ab inteſtato ſoli deſcendentes ſuccedunt ſi ſuperſtites filij defuncti ſint, per capita: ſi verò vlteriori gradu ſuccedant, ratione parentum defunctorum ſuccedunt per ſtipitem. 582.a

Ab inteſtato ſuccedunt ſoli aſcendentes proximiores in gradu in defectum deſcendentium, ſed iure communi cũ eis ſuccedunt per capita fratres vtrinque coniuncti. Quòd ſi duo aſcendentes proximiores ſint ex parte cuiuſdam parentum & vnus ex parte alterius, hic accipit dimidium hæreditatis. ibid.b

Ab inteſtato decedenti ſine liberis, bona, quæ aduenerunt ex parte patris, non (vt Bartolus voluit) pertinent ad magis coniunctos, ex parte patris, & ſimiliter de bonis quæ aduenerunt ex parte matris. In Gallia tamen ſeruatur doctrina Bartoli, & aliquibus in locis Caſtellæ, vt in ciuitate Conchenſi. 583.a

Ab inteſtato exiſtente hærede parenti alicui filio in bonis, quæ ex altero parente aut ex aſcendentibus illius tali filio aduenerunt, ſi is parens ad ſecundas tranſeat nuptias, temporeque mortis illius ſuperſtes ſit filius prioris matrimonij, is ſuccedit in bonis illis, deducto vſufructu, &c. ibid.b

Ab inteſtato deficientibus deſcendentibus & aſcendentibus hæredes ſunt collaterales proximiores in gradu vſque ad decimum. 585.c

Ab inteſtato fratres vtrinque coniuncti excludunt omnes alios fratres. 586.d

Ab inteſtato filij fratris vtrinque coniuncti ſuccedunt cum patruis per ſtipitem. 587.a

Ab inteſtato filij fratris vtrinque coniuncti excludunt patruos, fratres defuncti ex altera tantum parte coniunctos, ibid.b

Ab inteſtato, deficientibus fratribus vtrinque coniunctis, atque horum filijs, ſuccedunt fratres omnes ex altera tantum parte coniuncti, ibid.

Ab inteſtato ſuccedunt per ſtipitem filij fratris ex altera parte coniuncti cum patruis fratribus defuncti ex altera parte. ibid.

Ab inteſtato ſi ſuccedant fratres ex altera parte, quorum quidam vterini ſint, alij conſanguinei, vterini præferuntur in bonis, quæ fuerunt matris, conſanguinei in bonis patris, cętera bona æqualiter diuiduntur. Idem quando filij horum fratrum per ſtipitem ſuccedunt cum patruis. ibid.

Ab inteſtato hæredes quod ſi vtrinque ſint coniuncti, præferantur alijs, ſolum habet locum in fratribus, & filijs fratrũ, non verò in nepotibus eorum, & in alijs collateralibus, ſed ſemper proximiores defuncto in gradu ſuccedunt illis per capita. 587.c

Ab inteſtato decedente patre, qui quoſdam filios habet inter ſe vtrinque coniunctos, & alios vterinos, ſi vnus vtrinque coniunctorum repudiet hæreditatem, in illius portione ſuccedunt alij fratres, etiam vterini, non verò filij repudiãtis, & nepotes defuncti. 588.b

Ab inteſtato ſuccedunt per capita filij fratrum patruo defuncto, quando non ſuccedunt vna cum patruo aliquo ſuperſtite, neque tunc locum habet repræſentatio. 589.b

Ab inteſtato filij fratris defuncti præferuntur patruo magno, cum quo ſunt in eodem gradu, hoc eſt, fratri patris aut matris, eius defuncti, cui eſt ſuccedendum: quare in eo euentu admittenda eſt repræſentatio. 591.a

Ab inteſtato quando in linea collaterali, neque ſunt fratres, neque filij fratrum defuncti, ſemper proximiores in gradu ſuccedunt per capita, abſque vlla repræſentatione. ibi.b

Ab inteſtato hęredes ſibi mutuo ſunt vxor & maritus in omnibus bonis, modo non ſit conſanguineus vſq; ad decimũ gradum qui ſuccedat, & non ſit diuortium inter illos, & de Luſitano iure vir in domum vxorem ſeceperit. ibid.d

Ab inteſtato ſuccedit fiſcus, ſi non ſit conſanguineus vſque ad decimum gradum, neque alter coniunx, qui ſuccedant. ibid. d

Ab inteſtato ſucceſſio illegitimi. Vide illegitimus.

Abſens.

Abſentes & præſentes quoad præſcriptionem qui. 260.a

Acceptio.

Acceptio alia ob honeſtam, alia ob turpem cauſam. 305.b

Acceptio tribus modis turpis, ex parte dantis, ex parte accipientis, & ex parte vtriuſque. ibid.c

Accipere non poſſunt in precium iudices, tabelliones, & alij miniſtri publici, qui conſtitutum habent aliquod ſtipendium iuſtũ lege, aut conuentione pro munere aliquo exequendo, vltra id precium, teneanturq; incrementum reſtituere. 306.a

Accipere non poteſt, quis in precium aliquid, vt ritè & iuſtè id efficiat, ꝙ ex munere facere aggreditur: ſicut neq; vt ab iniuſtitia abſtineat, vt affirmatiuo aut negatiuo pręcepto tenetur, ſi quid verò ita accipiat, reſtituere id tenetur. 306.c

Accipere poteſt iudex, tabellio, & quicunque alius miniſter publicus competens ſtipendium, non ſolum pro obligatione exequendi actus ſui muneris, ſed etiam pro ſingulis actibus, quos exequitur. 308.a.b

Accipere poteſt teſtis expenſas itineris, & precium laboris, ſi quidem notabilem ſubire debeat, accedendo ad teſtificandum vel valorem operarum, aut lucri ceſſantis, quibus ſe priuat, eaque illi debentur, ſi quid tamen accipiat, vt verũ dicat, peccat, teneturque id reſtituere. 308.d

Accipere poteſt teſtis, qui extra domicilium ad teſtificãdum accedit, integras expenſas, & non ſolum incrementum vltra id, quod domi inſumeret. 312.b

Accipere poteſt iudex, tabellio, & quicunque alius miniſter publicus vltra precium lege taxatum, moderatum aliud precium, ſi quid inſuper efficiat, ad quod non tenetur, modo ſcandalum ceſſet, neque etiam lege prohibitus ſit ea de cauſa plus accipere. Quod ſi lege inhabilis non redderetur ad id accipiendum, peccaret accipiendo, reſtituere tamen non teneretur. 309.b

Accipere ſunt prohibiti tabelliones in Regno Caſtellæ vltra precium lege taxatum quacunque occaſione, niſi ad oppidum aliquod accedant, aut domo egrediantur ad conficiẽdam ſcripturam publicam, ſtipendiumque pro his illic eſt taxatum. ibid.d

Accipere poteſt miniſter publicus vltra precium lege ſibi taxatum vſque ad infimum precium iuſtum, quando abſque dubio conſtat precium taxatum non attingere infimum iuſtum, præſertim, ſi conſuetudine ſit receptum vt accipiatur. Id verò euenire poteſt, ſi ſtipendium taxatum ſit antiquitus, abundantiaque pecuniæ res omnes multum in precio accreuerint. ibid.

Accipere non poſſunt miniſtri Regis occultè a Rege, aut contra præſcriptum ſui muneris obtentu, quod ſtipendia tenuia ſint. Idem de iudicibus, qui ad maiora munera gradatim ſolent promoueri. 310.c

Accipere poſſunt iudices à Summo Pontifice delegati munera à litigantibus in cibo & potu,non in aliqua alia re; modo tacite non petantur,ſed ex mera liberalitate offerantur, & intra paucos dies conſumantur,prudentis arbitrio habita conditione dantis,& recipientis, & modo frequenter ab eodem non accipiantur. 311.b

Accipere poſſunt ijdem iudices à Summo Pontifice delegati, quando ratione cauſæ ſibi commiſſæ extra domicilium proficiſcuntur,ſuam,ſuorumq; quos ſecum deferunt,integram ſuſtentationem,quo ad cibum,hoſpitium,& equitatum,pro perſonæ qualitate competentem, etiam ſi pingue beneficium habeant;accipere autem id debent ab vtroq; litigantium,niſi in vnius commodum proficiſcantur. Non tamen debent quærere occaſionem proficiſcendi,neque accipere à pauperibus expenſas. 312.b

Accipere non poteſt iudex ordinarius expenſas,quando domicilium egreditur. 312.c

Accipere non poteſt delegatus ab ordinario ſumptus à litigãtibus,quando egreditur domicilium. Neque ipſe, aut ordinarius,poſſunt munera accipere à litigantibus,niſi vbi pręſcripta fuerit conſuetudo in contrarium. ibid.d

Accipere poteſt aſſeſſor iudicis delegati à ſummo Pontifice ſtipendium à litigantibus, quod delegatus iudex ex illis præſcripſerit. 313.a

Accipere non poteſt iudex delegatus à ſummo Pontiſice quicquam à litigantibus, præter commemorata, etiam ſponte oblata, incapaxq; eſt ad illa recipienda, teneturq; ea reſtituere danti,nihil impediente,quod reſtitutionem remittat. Si tamen hic iudex beneficium non habet vnde ſuſtentetur,ſumere poterit moderatum ſtipendium. Item ſi, poſtquam delegatus deſierit eſſe iudex,quod accepit,reſtituat, iterumq; ab eo,cui reſtitutio ſit facta,illi condonetur, licitè illud accipit,ac retinet. 313.b.c.d

Accipere ſportulas licet interdictũ in iure ſit delegatis sũmi Põtificis,conſuetudine tamẽ præſcripta eas accipiũt. 314.a

Accipere,non poteſt iudex ordinarius à litigantibus,quæ delegatus ſummi Pontificis prohibitus eſt accipere, tenet urque reſtituere danti,ſi quid tale accipiat: ſatis tamen erit,ſi is liberè id remittat. 314.b

Accipere poſſunt epiſcopi expenſas, dum ad conſecrandas eccleſias accedunt;tum etiam dum eas viſitant. Eiuſmodi expenſæ procurationes appellantur. ibid.d

Accipere munera,niſi à ſuis aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus vſque ad ſecundum gradum, necnon eſculenta à conſanguineis vſque ad quartum gradum,& ab ita amicis,aut aliter impeditis, vt cum eis canſam habere poſſint,prohibentur iudices omnes,& quicunque alij miniſtri publici,ſub grauiſſimis pęnis, tam ipſis,quam dantibuſ;& eſt nulla ſententia iudicis,qui eam tulit in fauorem eius,à quo munus accepit. 316.b

Accipere vltra ſtipendium vnicuique taxatum, prohibentur miniſtri omnes publici in Luſitania ſub grauiſſimis pœnis. Neque aduerſus eam legem eſt præſcriptio. 215.a

Accipere prohibentur iudices omnes in Regno Caſtellę,tam per ſe,quam alios quicquam, etiam in eſca & potu, a quibuſcunque,qui vel cauſam cum ipſis ſint habituri,vel habuerunt, itemque ab ijs, qui horum intuitu aliquid dederint,& graues pœnæ adduntur. 301.a

Accipere prohibentur tabelliones in Regno Caſtellę ſub grauibus pęnis quicquam vltra ſtipendium ipſis taxatũ,etiam ſi gratis eis offeratur. 318.a

Acceptum in manus à miniſtro publico,à dante ſolum ad redimendam ſuam vexationem,quia aliàs timet miniſtrum non facturum quod ex officio tenetur, aut aliter inuoluntariè mixtè,obnoxium eſt reſtiturioni danti. 319.d

Accipi & dari miniſtro publico prohibitum, non peccat qui dat,ſi ad redimendam ſuam vexationem id det,quia alioquin grauabitur iniuſtè; ſola autem formido, quòd, niſi det,fortè iniuſtè grauabitur,nõ excuſat dãtẽ à culpa. 320.a

Accipi & dari prohibitum, ad redimendam vexationem cenſendum eſt licitè eſſe datum,quando niſi detur,longe maius detrimentum in ſumptibus, aut alia via iniuſtè cogetur ſubite expectando,qui id dat. ibid.b

Acceptorum in munera à miniſtris publicis, & ab illorum famulis,quando ea ratione dantur, vt ſine mora expediatur negotiũ dantis, etiam in dubio an de rigore iuſtitiæ obligatio ſit reſtituendi,iniungendum eſt in pęnitentiam à cõfeſſarijs reſtitui,ne venale fiat,quis negotiantium prępo ni debeat in expediendo prius illius negotio,cum aliorum grauamine,& detrimento Reipublicę. ibid.

Acceptum à famulo miniſtri publici, vt intempeſtiuè aditũ ad dominum daret, aut vt negotium expediendum illi offerret, licitè poſſet retinere & accipere, quando moderatum eſſet, & id non eſſet impedimentum, quin potius iuuamen, vt totidem reliquorum negotia dominus expediret. Tametſi neque hoc ferre debeat timoratus miniſter publicus. ibid.c

Accepta munera à miniſtris publicis per liberalem ac ſpontaneam donationem, eſto animo vt citò, atque in fauorem donantium,quod iuſtum eſt,exequantur,ſecluſa lege,quæ id pro8ibeat accipere,accipientis fiunt,neque tenetur ea reſtituere. 321.a

Acceptio,& datio munerum iudicibus, & alijs miniſtris publicis licet interdum,etiam ſecluſa lege poſitiua,ſit cũ peccato, vt quãdo eſt cum periculo iuſtitiam peruertendi, ſortiaturque ſpeciem ab effectu intento, vt homicidio,furto &c. interdum tamen poteſt eſſe ſine peccato. ibid.d

Accipi & dari munera publicis miniſtris meritò prohibetur, eſtque poteſtas in Principe irrita illa faciendi,ita vt dominium non transferatur,obnoxiaq; reſtitutioni ſunt, nulla expectata ſententia. 322.a

Accipientes iudices,& alij miniſtri publici munera,contra ſolam legem poſitiuam,quæ accipi ea prohibet,licet peccẽt, periuriq; ſint,ſi ſe ad eam legem ſeruandam obſtrinxerũt iniungique à confeſſarijs expediat, vt illa reſtituant, ante talę tamen pręceptum aut latam ſententiam reſtituere ea non tenentur. 223.a.b

Acceptum pro ferenda iuſta ſententia,danti eſt reſtituẽdum ante latam ſententiam: poſt eam verò latam,fiſco, aut cui per ſententiam applicabitur. 326.b

Acceptum vt feratur ſententia adiudicatur fiſco,niſi quando datur ſolum ad redimendũ dantis vexationem. Multi volunt adiudicari etiam danti, quando non eſt datum vt pro ipſo,ſed ſolum vt ſententia feratur. 327.b

Accipientes,dantes,& promittentes,acceptantes, pro iuſtitia aut gratia à ſede Apoſtolica,obtinendis, eiſque obtẽtis vtentes,excommunicationis,à qua non abſoluuntur,niſi de mandato ſpeciali Papæ, aut in articulo mortis,& erogatis prius pauperibus ita datis aut acceptis,alijſque grauiſſimis pęnis afficiuntur Bulla Gregorij XIII. Si in poteſtate dãtis non ſit facere vt acceptum reſtituatur,abſolui poteſt ſine reſtitutione. Latè exponitur extrauagans tota. 329.c

Acceptum ita, niſi merito præciperetur reſtitui pauperibus, danti eſſet reſtituendum ante latam ſententiam. 330 c

Acceptum aut datum pro iuſtitia aut gratia iam antea obtenta, quando nõ ſit in complementum promiſſionis expreſsè aut tacitè antea factæ, non comprehenditur ea extrauagante. 335.c

Acceptum,datum,promiſſum,& acceptatum,quæ intelligantur in ea extrauaganti. 332 d

Acceptum,datum,promiſſum,aut acceptatum, ob gratiã aut iuſtitiam à Sede Apoſtolica obtinendam, eo ipſo,quod de conſenſu tacito vel expreſſo Summi Pontificis fieret,ceſſarent pœnæ prædicta extrauagante ſtatutæ. 336 a

Accipi tanquam precium nequit pro his,ad quæ tenetur quis, quaſi ex iuſtitia,vt ſi teneatur ex religione,eſtque id obnoxium reſtitutioni. 337.d

Accipi pro obedientia ei exhibenda,cui iam eſt debita,nõ poteſt aliquid tanquam precium. Poteſt tamen interdum accipi pro opere,quod ex obedientia præſtatur,quando ſcilicet,qui iubetur,non tenetur facere gratis,vt ciuis iuſſus in bellum proficiſci. 138.a

Accipi aliquid poſſe,aut non poſſe in precium pro opere, ad quod de præcepto tenetur,qua regula diſcernendum. ibid.

Accipi poteſt precium moderatum & competens pro operibus bonis ad quæ quis tenetur,modo ſimonia non interueniat. 340 a

Accipi pro re turpi poteſt iuſtè precium, non quia turpis eſt, ſed ex alijs capitibus. 342.b

Accipi iuſtè poteſt precium pro iniuſta ferenda ſententia, atque etiam pro peccato omiſſionis. ibid.d

Accipere precium,aut de precio paciſci ob rem turpem,peccatum,atque illicitum eſt ante illam patratam: ſecus exigere precium atque impletionem pacti,poſt illam patratam, preciumque accipere. 343.b

Accipere pretium,& paciſci de re turpi, antequam fiat, eius ſpeciei eſt peccatũ,cuius ſpeciei eſt res ipſa turpis, ad quã ordinatur. ibid.c

Accipere non ſolum poteſt publica meretrix,qood pro fornicatione commeruit,ſed etiam in exteriori foro ad id conceditur illi actio. Quod ſi nihil conſtitutum fuit, exigere poteſt conſuetum pretium. 346.b

Accipit licitè moderatum precium pro fornicatione peracta, virgo, vxor, & quæcumq; alia fornicaria. Quòd ſi promiſſum illi fuit, licitè id exigit, teneturque fornicarius in conſcientia illi ſoluere. ibid.d
Acceptum ob fornicationem ab vxore filiafamilias, & moniali, nõ ſecus tradendũ eſt marito, patri, aut monaſterio, quàm ſi opere manuum ſuarum id comparaſſent. ibid.
Acceptum ob fornicationem ex ijs qui alienare nõ poſſunt, obnoxium eſt reſtitutioni. 347.a
Acceptum à religioſis ob fornicationẽ, turpemve amorem cum ipſis, obnoxium eſt reſtitutioni monaſterio, etiam ſi ſuperior ſit, qui dedit. ibid.
Acceptum à fornicarijs vltra moderatum precium ob fraudem, & dolum, ſeu mendacia, obnoxium eſt reſtitutioni: ſecus de accepto ob blanditias. ibid.
Accipiens ob turpem cauſam, ſi lex illum incapacem facit (Quod rarò euenit) reſtituere id tenentur ante latam ſententiam. 348.a
Acceptorum turpiter cui facienda ſit reſtitutio vniuerſim explicatur. ibid.b
Acceptio ſæpe eſt peccatum, quando retentio eius, quod ita acceptum eſt, non eſt peccatum. 349.a

Actio.

Actio realis reſpõdet iuri in re: perſonalis verò iuri ad rem. 31.a
Actio rei, quæ verè debetur, licitè poſt certum tempus poteſt lege ciuili denegari rationabili ex cauſa, neque id canonico iuri aduerſatur. 288.a
Actiones ciuiles, & debita quæ illis exigi poterant regulariter de iure communi præſcribuntur triginta annis, modò ad debita præſcribenda adſit bona fides. 264.d
Actiones variæ ciuiles, & debita de iure Caſtellæ quanto tempore præſcribantur. ibid.
Actio, quæ decennio, aut longiori tempore durat, aduerſus Eccleſiam, & pia loca quadraginta, & verſus Romanam Eccleſiam centum annis, præſcribitur. 265.a
Actiones, quæ breuiori tempore, quàm decennio durant, eodem tempore aduerſus Eccleſiam, & priuatos præſcribuntur. ibid.
Actio, vt compleatur legitima competit aduerſus hæredes: aduerſus legatarios autem, vt pro rata contribuant, ſolùm, quando hæredibus non remanerent integræ portiones legitimæ, & durat traginta annis, tranſitque ad hæredes. 677.d
Actiones actiuæ, & paſſiuæ, quæ ratione hæreditatis competebant, tranſeunt ad fideicommiſſarium reſtituta hæreditate, vel integræ, ſi tota fuit reſtituta, vel pro rata portionis reſtitutæ. 726.b
Actiones non diuiduntur inter hæredem, & fideicommiſſariũ, ſed integræ tranſeunt, quando iuſſus eſt retinere rem, aut quantitatem certam, & reliquum reſtituere. Quòd ſi id non pertingat ad quartam, detrahit decrementum, & quoad id diuiduntur actiones. 728.b
Actiones, & iura nomine bonorum comprehenduntur: ſecus ſi addatur mobilium, & immobilium. 801.c
Actiones criminales quatenus aduerſus filium familias ſine conſenſu patris intentari poſſint, aut non. 926.b

Aditio hæreditatis.

Aditio hæreditatis quid. 38.b
Adita hæreditate comparat hæres dominium ante apprehenſionem: ſecus de poſſeſſione. 37.d
Adita hæreditate ad oĩa defuncti onera tenetur hæres. 38.b
Adire poteſt monaſterim hæreditatem religioſo delatam, illo ignorante, ac inuito, quin, & defuncto, ſi ante illius mortem delata fuit. 477.c.d
Adire poteſt pater hæreditatem filiofamilias delatam, ignorante ac inuito filio, quin, & defuncto, ſi ante illius mortem delata fuit. 478.a

Adoptiuus.

Adoptiuus hæres ſuus eſt, ſi adoptanti ſuccedat ab inteſtato: ſecus ſi ex teſtamento. 689.c
Adoptiuus filius non intelligitur in illa tacita conditione hæredis grauati, ſi ſine liberis deceſſerit. 747.a
Adoptionis genera duo. Arrogatio vnum, & quid ea ſit. 917.c
Adoptatus non manet agnatus vxori adoptantis. 920.d
Adoptio pręſsè quid, eſt filijſfamilias, fit à iudice loci, & quid ad illam requiratur. ibid.
Adoptans quando aſcendens non eſt adoptati, non tranſit in ipſius poteſtatem adoptatus. 921.a
Adoptans diſſoluit adoptionem quando vult, & quo pacto Adoptione non diſſoluta ei ſuccedat adoptatus. ibid.b
Adoptatus ſuccedit patri naturali, ac ſi adoptat⁹ nõ eſſet. ibi.c
Adoptatus ab aſcendente, etiam per lineam maternam, tranſit in ipſius poteſtatẽ, & egreditur poteſtatẽ patris naturalis, ſucceditq; adoptanti, non verò patri naturali. ibid.d
Adoptans aſcendens poteſt diſſoluere adoptionem quando voluerit, eoque ipſo relabitur talis filius in poteſtatẽ patris naturalis, eique ſuccedit, & num ſi poſt mortem patris naturalis diſſoluat adoptionem neutri ſuccedat. 912.a
Adoptans aliquem, ita vt in ipſius tranſeat poteſtatem, poteſt tradere illum alteri in adoptionem. ibid.c
Adoptari poſſunt, & arrogari etiam fœminæ, licet fœminæ, neque adoptare, neque arrogare poſſint, niſi Principis priuilegio, & tunc arrogari non tranſeunt in ipſarum poteſtatem. ibid.d
Adoptans, aut arrogans, quas qualitates habere debeat. 923.a
Adoptans quando teneatur præbere alimenta adoptato. 938.a.b

Aduentitia.

Aduentitia bona quæ. 941.b
Aduentitiorum bonorum dominium pertinet ad filium, vſuſfructus verò ad patrem, exceptis nonnullis euentibus. ibid.d
Aduentitium bonum eſt in Luſitania, quod ab alio, quàm ab aſcendente donatur filio ad matrimonium, etiam ſi intuitu patris, aut etiam patri ad id donetur, niſi donans exprimat, vt filius teneatur id adducere ad partitionem. 945.c
Aduentitium, aut quaſi caſtrenſe filij efficitur in Luſitania, quòd ad petitionem aſcendentium, aut de illorum conſenſu transfert Rex in talem filium, quod aſcendentibus conceſſerat. 945.d

Adulteri.

Adulteri quando in continenti dicuntur interfici à marito eos in adulterio deprehendente. 81.d

Aduocatus.

Aduocati ad quid teneantur, quando hæres ab inteſtato illorum petit patrocinium ad vendicandum bona teſtatoris in minus ſolemni teſtamento alij relicta. 301.b

Aedificium.

Ædificij dominum domino ſoli cedit. 229.a

Aetatis venia.

Vide venia ætatis & minor.

Alienatio dotalis fundi.

Alienatio fundi dotalis inualida eſt, redditur tamen valida, ſi iuramento confirmetur. 530.c

Alimenta.

Alimenta ſpurijs denegabantur iure Cæſareo, quod intelligendum eſt de ijs, ſine quibus conſeruare poterant vitam. 607.a
Alimenta filijs omnibus illegitimis iure canonico (cui ſtatur) debentur, quando aliunde ea non habent. ibid.b
Alimenta tenentur aut præſtare nepotibus illegitimis in defectum ſuorum parentum. 608.a
Alimentorum loco ſi pater filio ſpurio dediſſet fundum, & filius moreretur, non relicta ſobole, quæ eis indigeret, fundus reuertitur ad patrem, aut hæredes patris, & non pertinet ad hæredes filij, niſi per modum contractus eſſet datus, in commodum ac detrimentum filij. 609.a
Alimentorum loco in Caſtella, ſi adſint legitimi deſcendentes, tradi non poteſt illegitimo, niſi quintum bonorum patris: quod verò ita traditum fuerit, alienare poteſt filius, etiam per vltimam voluntatem. ibid.
Alimenta filij ſpurij competentia tradenda ſunt prius de quinto bonorum parentis, quàm inde legata pia impleantur. Quòd ſi legatis pijs, aut alijs, non ſuperfuerit, omittenda ſunt talia legata. ibid.d
Alimentorum loco tradere poteſt pater filiæ ſpuriæ tantam dotem, quantum in alimenta in totam vitam indiguerit. In Caſtella tamen, ſi parens legitimam ſobolem habeat, excedere non poteſt quintum bonorum patris. ibid.c
Alimentorum loco ſi in dotem plus, quàm ad alimenta ſufficiat, datum ſit filiæ ſpuriæ, & repeti ab hæredibus patris valet, & eſt illis reſtituendum, nulla expectata ſententia. 610.a
Alimenta lactis vſque ad tertium annum impletum tenetur adhibere mater filio illegitimo, aut etiam legitimo, ſi factum ſit diuortium, reliqua alimenta eiuſdem temporis, & ſequentis tenetur facere pater, etiam lactis, ſi mater iuſtum habeat impedimentum. ibid.c

Alimenta in defectum patris tenetur præſtare mater, & in matris defectum alij aſcendentes. Et vnde puer ſit alimentandus his omnibus deficientibus. 611.a

Alimenta conſtante matrimonio, facto diuortio, aut diſſoluto morte alterius coniugis, cuius expenſis ſint filijs præſtanda. 925.a

Alimenta de bonis parentum, quæ propter graue. delictum confiſcantur, denegari filijs, exceptis ijs, ſine quibus vitam non conſeruarent, neq; cum naturali, neque cum canonico iure pugnat. 607.d

Alimenta ſi denegentur, obtendente eo, à quo petuntur, aliũ non eſſe ſuum deſcendentem, cauſa ſummariè eſt cognoſcenda propinquitatis, interim tamen alimenta præbere non cogitur, niſi alter ſit in poſſeſſione. 927.d

Ad alimenta ex bonis patris ius, quod habent filij, non tranſit ad hæredes filiorum, quaſi loco filiorũ hæredes etiam ali debeant, tranſit tamen aduerſus hæredes patris. 608.a

Alimenta præſtare tenentur deſcendentes, tã legitimi, quam illegitimi, ſuis aſcendentibus, ſi eis egeant, ſed remotiores ſolum in defectum proximorum. ibid.c

Alimenta, præter ea quæ ad vitæ conſeruationem ſunt neceſſaria, denegare poſſunt deſcendentes deſcendentibus, & deſcendentes aſcendentibus, ex quibus cauſis poſſunt eos exhæredare. 611.b.673.a

Alimenta, vt nepotibus potius præſtentur ab auis maſculis paternis, quàm à maternis, & è contra, non habet locum de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ, ſed æquè tenentur aui proximiores in gradu. 937.a

Alimenta aſcendẽtes deſcendentibus, & deſcendentes aſcendentibus, etiam filia coniugata, & illegitimi præſtare tenentur, & quouſque, & qui ante alios. 927.a

Alimenta tenetur frater præbere ſorori vterinæ, quæ aliunde ea non habet, non tamen tenetur eam dotare, ſicut ſororem conſanguineam. 905.a

Alimenta an frater fratri, aut ſorori egenti præſtare teneatur. 938.a

Alimenta qui alicui præbere tenetur, non ſemper tenetur illam dotare, tametſi ſemper licitè id efficiat. 905.b

Alimenta debent liberti patronis ſi egeant, quin, & filio, & patri ac matri patroni, ſi liberti deſcendentibus careant. Patroni verò ſolùm debent libertis alimenta, ſi ius patroni ſeruare velint. 905.d

Alimenta ſi libertus patrono non tribuat, redigitur in ſeruitutem, vendique poteſt, vt patronus alatur. 905.a

Alimenta arrogantem teneri præbere arrogato, effectus eſt patriæ poteſtatis. ibid.

Alimenta quãdo adoptans præbere teneatur adoptato. ibid.b

Alimentorum nomine quæ intelligantur, & quouſque cogi quis debeat exhibere. 608.b

Alimenta non comprehendunt debita eius, cui alimenta debentur, neque item ſolutionem pœnæ ob delictum, neque ad ea tenetur, qui alimenta præſtare præcipitur. 937.d

Vide illegitimus.

Alluuio.

Aluuione quando dominium acquiratur, & amittatur. 227.b

Alluuione acquiſitum, quando cedat quoad dominium vtile, & quando non feudatario, & emphyteutæ. 228.c.d

Alueus.

Alueus fluuij de nouo relictus, aut de nouo occupatus, ad quem pertineat. 228.a

Amens.

Amens in lucido interuallo teſtari poteſt, tametſi in dubio an lucidum habuerit interuallum, præſumendum ſit id non habuiſſe. 459.b

Amens ſi ſit aliquis, quantam curam habere illius debent, qui hæredes ſunt, vt hæreditate non priuentur 671.b.c

Amentis, cui ſuccedit, ſi quis curã nõ habeat, amittit fiſco hereditatẽ. Quòd ſi alius, proteſtatione hæredi facta, curam illius habeat, tunc ad eum ſpectat hæreditas. 688.b

Ancilla.

Ancillæ partus in fructibus non computatur. 45.b

Ancillarũ partus ab hæreditate adita pertinẽt ad hæredẽ grauatũ, cõputãdi in quartã Trebellianicã, quãdo fideicõmiſſum non a pũcto mortis teſtatoris eſt reſtituendum. 738.b

Vide Seruus.

Animal.

Animalia, quæ fera, & quæ non fera. 195.c.d

Animalia, & reliqua quæ domino carent, iure gentium ſunt primo capientis. 196.b

Animalia manſueta dominium habent, & eſto a fera interficiantur, partes, & corium ſunt domini animalis. ibid.

Animalium immanſuetorum, quæ ceperamus, amittimus dominium, cum primum ad priſtinam redeũt libertatem, & quando redijſſe ſunt cenſenda. ibid.d

Animalium, quæ cicurata erant, amittimus dominium, cum primum amiſſa redeũdi conſuetudine, ſe recipiunt ad ſuã naturalem libertatem. 198.a

Animalium dominium, quæ in locis circumſeptis, aut in ſaltibus principum continentur, ad quem pertineat. 199.a

Animal ab vno ita percuſſum, vt ab eo eſſet capiendum, ad ipſum pertinet totum, eſto alius præoccupet illud. 199.d

Animal percuſſum ab vno, in cuius poteſtatem non erat deuentum, & captum ab alio, ſit quoad dominium, & poſſeſſionem capientis, ſed ſi alter cauſa, & non occaſio fuit, vt caperetur, inter vtrumque eſt diuidendum. ibid.a

Animal in laqueum, aut venatorium inſtrumentum incluſum, ad eum ſpectat totum, qui inſtrumentum expoſuit: quando tamen, ſi ab alio non extraheretur, fortè euaderet, diuidendum eſt inter vtrumque. 200.c

Annus.

Annus pubertatis ad teſtandum eſſe debet expletus. Et dies vltimus inceptus habetur pro expleto. 460.a

Apes.

Apum, & examinum dominium. 199.a

Apoſtoli.

Apoſtolorum præcepta, quatenus rectores eccleſiæ erant, ad ad ius humanum ſpectant. 12.d

Ariſtocratia.

Ariſtocratia reſpublica quæ. 106.d

Ariſtocratia poteſtas variè poteſt conſtitui. 108.b

Ariſtocratię poteſtatis leges, Senatus cõſulta appellãtur. ibi.c

Arrogare.

Arrogatio quid, quis arrogati poſſit, & quæ requirantur, vt ſit valida. 917.b

Arrogatus in poteſtatem arrogantis tranſit, fitque proinde filiusfamilias illius. 918.c

Arrogatori ex quibus tantum cauſis fas ſit emancipare, diſſoluereque arrogationem, & in qua portione ei ſuccedat arrogatus. ibid.d

Arrogatus quando ſuccedat patri ſuo naturali, & quando non. 920.a

Arrogatus non amittit iura materna, vt ei ſuccedat, ac ſi arrogatus ab alio non eſſet. ibid.c

Arrogatus non manet agnatus vxori arrogantis. ibid.d

Arrogans aut adoptans aliquem, ita vt in ipſius tranſeat poteſtatem, poteſt tradere illum alteri in adoptionem. 922.c

Arrogans aut adoptans quas qualitates habere debeat. ibid.d

Arrogare non poteſt tutor, aut curator minorem ſibi commiſſum. 923.a

Arrogati, & adoptiui conferunt, quando legitimæ eis debentur. 959.a

Aſcendens.

Aſcendentium legitima iure Cæſareo eſt tertium bonorum, in Caſtella, & Luſitania duæ partes. 577.d

Aſcendentes, in deſcendentiũ defectum, niſi inſtituantur hęredes; aut appoſita legitima cauſa exhęredetur, teſtamentum eſt nullum, quoad hæredum inſtitutionem. Idem ſi poſtea probetur exhæredationis cauſam fuiſſe in ſufficientem. Quòd ſi in non integra legitima inſtituantur, agitur ad incrementum. 578.b

Aſcendentes ſoli, qui ſuperſtites fuerint, ſunt neceſſario hæredes inſtituendi in defectum deſcendentiũ. Si tamen aui aut proaui ſint inſtituendi, & fuerint duo ex parte vnius parentum, & vnus ex parte alterius, dimidium diuiditur inter duos alios. ibid.c

Aſcendentes vnà cum fratribus vtrinque coniunctis ſuccedunt per capita defuncto de iure Cæſareo: de iure verò Luſitano & Caſtellæ ſoli aſcendentes. 579.b

Aſcendentes proximiores in gradu ſuccedunt ab inteſtato in defectum deſcendentium, ſed de iure communi cum eis ſuccedunt per capita fratres vtrinque coniuncti defuncto. 583.a

Aſſeſſor.

Aſſeſſor iudicis delegati à Summo Pontifice accipere poteſt à litigantibus ſtipendium, quod delegatus iudex illi conſtituerit. 313.b

Aſſeſſore ſi indigeat ordinarius, ipſe tenetur illi ſoluere ſtipendium, non vero litigantes. ibid.c

Baptiſmus.

BAptiſmus licitè offertur infideli muneribus promiſſis ſi illud recipiat. 341.b

Bellum.

Belli iure ſi reſpublica ſubiecta ſit,tantum principi ſubeſt, quantum quæ maximè illi ſubeſt. 108. a

Belli iure Chriſtianus vnus non fit ſeruus alterius Chriſtiani. 144.c.413. c

Bellum aduerſus nos gerentes cenſendi non ſunt dominium rerum,quas à noſtris capiunt,com parare, quando arbitramur bellum à noſtra parte eſſe iuſtum. 145. c

Bella vniuerſim qui damnarint. Lutherus Chriſtianorum aduerſus Turcas bella damnauit. 364.c.d

Bellum non ſolum eſt licitum Chriſtianis, ſeruatis conditionibus ad id neceſſarijs; ſed etiam interdum eſt melius, quam contrarium. Et aliquando lethalis poterit eſſe culpa non bellare. 365. b

Bellum non ſolum defenſiuum,ſed etiam offenſiuum poteſt eſſe licitum ac iuſtum. 366. a

Bella à Chriſtianis geſta, non omnia cum conſilijs pugnant euangelicis. 368. a

Bellum defenſiuum cum moderamine inculpatæ tutelæ, cuiq. iniuriam patienti licet. 369. a

Belli offenſiui iuſti prima cõditio eſt,vt in inferẽte ſit authoritas ad id ſufficiens. ibid. b

Belli inferendi authoritas eſt in principe, qui ſuperiorem in ſuo principatu non recognoſcit. ibid.

Belli inferendi authoritas eſt in republica libera,quæ ſuperiori non eſt ſubiecta. ibid.

Belli inferendi authoritatem non habent domini temporales,qui ſuperiorem recognoſcunt. quorumque dominium pars eſt integri alicuius principatus,itemq; ciuitates, quæ ſuperiorem habent. ibid.

Bellum inferre poſſet familia vna pro iniurijs ab alia ipſi illatis,aut pagus vnus alij, quando ſuperiorem non recognoſcerent. 370. b

Belli indicendi authoritatem poteſt obtinere ciuitas,aut magnas aliquis ſuperiorem recognoſcens,vel priuilegio ſupẽrioris,vel conſuetudine præſcripta, quæ non mala fide, & per potentiam ac rebellionem ſit vſurpata. 371. c

Belli inferendi authoritatem tribuere poterit ciuitati,aut magnati quando alteri ſubijciuntur, neceſſitas vrgens id faciendi,ſuperiore non ſubueniente. ibid. d

Bellum mouere poſſet magnas ſuperiorem habens, ad ſibi ſubditos compeſcendos & puniendos intra limites iuriſdictionis quam in eos habet. ibid. d

Bellum mouere non poſſunt adinuicem duo regna,ſeu prouinciæ eidem principi ſubiectæ,vt ſunt hodie omnes Hiſpaniarum, abſque authoritate communis principis, niſi vrgeret neceſſitas, cui ille non ſubueniret. 372. a

Belli mouendi authoritatem habet perſona Eccleſiaſtica,quę dominium temporale habet alteri non ſubiectum, eſto bellum per alium exequi debeat. ibid.

Belli mouendi authoritatẽ habet Sũmus Põtifex,ét vt Summus Pontifex eſt, pro ptãte, quam in oẽs laicas poteſtates per comparationem ad finem ſpiritualem habet. ibid.

Belli ſuprema authoritas licet ſit in eo,qui ſuperiorẽ nõ recognoſcit,authoritatẽ tamẽ bellãdi habere dicuntur, qui dẽ expreſſa,aut de prẽſumpta illius facultate pugnãt,modò limites præpoſitorũ bello non transgrediantur. ibid. b. c

Belli authoritas,qñ ſubditis,militibusve denegatur,quia voluntas Principis,aut ducis non eſt,vt id damnum hoſtibus inferatur,reſtituẽdum hoſtib. eſt damnũ ſine authoritate illatum:ſecus qñ ob alios ſolùm fines denegatur. ibid. d

Bello iniuſtè ſibi inuicem damna & iniurias inferentes ſubiecti eidem Ptincipi,ad Principem ſpectat ea componere,& punire. 373. c

Belli tacitã volũtatẽ aduerſus hoſtes,quãdo prẽſumẽdã. ibi. d

Bellum ſine facultate, ſaltem præſumpta, exercere, licet ex ſuo genere lethalis culpa ſit,ducisq; belli præcepta transgredi; vnde tamen conijcienda ſit culpa lethalis, aut non, in euentibus particularibus. 374. a. b

Bellum non prius poteſt inferre reſpublica vna alteri, à qua paſſa non eſt iniuriam, ſed à ſubditis illius, quam illam admoneat,vt eos puniat,& reſarcire ſibi faciat iniurias illatas,ſi penes illam hæc duo fuerint. Quando autem illa, quod in ſe eſſet,hac in parte non præſtaret, in culpa eſſet, moueriq; aduerſus illam poſſet bellum. 369. d

Belli iuſti cauſa vniuerſalis eſt iniuria, vel impedienda, vel reſarcienda, vel vindicanda, ſatiſque interdum eſt iniuria materialiter, id eſt, abſque peccato. 374. c. d

Bellum vt iuſtè, inferatur, ſufficit iniuria materialiter, quæ ex re aliena detenta proficiſcatur, ſecus quę ex ſolo damno iniuſtè materialiter dato oriatur. 375. a. b

Bellum iuſtum offenſiuum, vnum eſt ad vlciſcendam iniuriam, ſimul intendamus recuperare noſtra, ſiue non, & ad hoc ſemper requiritur præcedat vera culpa hoſtium: alterum ad obtinendũ, quæ ad nos ſpectant, & ad hoc neceſſaria non eſt culpa,ſed ſufficit materialis iniuria ibid. d

Bello iuſto ob iniuriam ſolùm materialem, quæ liceant, & quæ non. 376. a

Belli cauſa iuſta non eſt quæcunque iniuria, ſed grauis prudentis arbitrio,pro leui conceduntur repreſalia. ibid. b. c

Bellum eſſe poteſt iniuſtum,culpaque lethalis aduerſus propriam rempublicam, eſto cauſa iuſta ſit aduerſus eam,cui infertur, quando ſcilicet poteſt non inferri, & grauiſſima mala propriæ reipublicæ ex illo ſequuntur. ibid. d

Belli cauſa quantum examinata & explorata eſſe debeat, & quouſq; aduerſarij ſint audiendi,bellum licitè ac iuſte inferatur. 377. a

Bellum non poteſt iuſtè inferri,neque pars, de qua eſt controuerſia,poteſt ab eo peti,qui bona fide cępit aliquid poſſidere,interim dum res eſt dubia, an ad poſſidentem pertineat, & quo pacto negotium tranſigi debeat, & quam diligentiam facere teneatur,qui poſſidet,vt ſciat an ad alterum pertineat. ibid. d

Bellum iuſtum moueri poſſet aduerſus poſſidentem rem,de qua eſt dubium ad quem duorum pertineat, ſi illam cępit poſſidere, aut occupauit in dubio ad quem pertineat, atque, re diſcuſſa & dubia manente, diuidere illam non velit pro quantitate dubij. 379. c

Bellum antequàm inferatur, quando controuerſia eſt de aliqua re inter duas reſpublicas quo pacto negotium ſit peragendnm. ibid. d

Bellum iuſtum formaliter qua ratione eſſe poſſit ex vtraque parte. 380. b

Bellum vt inter Principes Chriſtianos impediret Summus Pontifex, poſſet de plenitudine ſuę poteſtatis auocare ad ſe cauſam,illoſque vel inuitos,iudicare: cur verò frequenter id non expediat,raròque aut nunquam fiat. ibid. d

Belli cauſa quantumcunque iuſta comperta ſit, ſi antequam dimicari ſit cęptum, hoſtes offerant ſatisfactionem competentem,etiam belli ex penſas illucuſque factas, tenetur alter à bello deſiſtere: alioquin contra iuſtitiam peccat,teneturq; ad damna, quæ bello dederit. 381. c

Bello iuſto poſtquàm dimicari eſt cęptum, non tenetur de iuſtitia,qui illud infert,ceſſare, etiam oblata competenti ſatisfactione, ſed poteſt progredi ad cempetentem vindictam iniurijs præteritis,ſed non amplius. 383. d

Belli iuſti variæ cauſæ. 344. c

Bellum Chriſtiani inferre poſſunt prohibentibus Euangelij promulgationem,& receptionem, aut obſtacula apponentibus. 338. a

Bello comparari iuſtè poſſunt multa adiuuando eos,ex quorum parte eſt bellũ iuſtum,cũ pacto, vt de bonis ac terris bello occupatis pars,aut totũ adiuuanti adueniat. ibid b

Bellum infidelibus,qui baptiſmum non ſuſceperunt, inferri non poteſt eo titulo,quòd infideles ſunt,fidemve ſuſcipere non velint. ibid. c d

Bellum inferre infidelibus,qui bona Chriſtianorum occupata habent, ad eos ipſos, aut eorum hæredes ſpectat, quorum erant ea bona, ſi ſuperſtites ſint, & potentes ad bellum inferendum, alioquin ad Summum Pontificem pertinet expeditionem concedere. 388. a

Bellum ſolùm ad ampliandum imperium, gloriam & commodum illud inferentis, iniuſtum eſt. ibid b

Belli iuſti cauſa non eſt nationem eſſe barbaram ac rudem, aptioremq; vt ab alijs regatur ac doceatur,quàm à ſe ipſa. ibidem.

Bellum inferri non poteſt ob idolatrię ſcelus & peccata alia, quæ cum lumine naturæ pugnant: modò iniuriam innocentibus non inferant. Puniri tamen ac prohiberi poſſunt à principe,cui tales infideles fuerint ſubditi. 389. a

Bellũ inferri poteſt ob peccata,quæ in iniuriam cedunt innocentium, quando infideles, aut alij ea patrantes, admoniti, ab eis deſiſtere non vellent. Et quid bellum hoc inferentes ſibi uſurpare poſſint. ibid. d

Bellum vt licitum ſit, ſiniſtra intentio abeſſe debet, & quæ inducat culpam lethalem, quæ verò venialem. 390. c. d

Belli quando adeſt authoritas & iuſta cauſa, ex intentione ſiniſtra non conſurgit obligatio reſtituendi damna hoſtibus tali bello illata; eò quòd comparatione illorum cum iuſtitia non pugnet. 392 b

Belli non ſolum non ſunt quęrendæ occaſiones, ſed etiam quando culpa erit lethalis illas non vitare. Quando tamen bel-

men bellum cederet in maius bonum eorum, quibus iuſtè inferretur, vel in maius bonum ſimpliciter, quia inde facilius conuerterentur ad fidem, aut alia ratione, licitè quæri atque intendi poſſent. 391.a

Bellum poteſt eſſe aliquando iuſtum, & licitum per ſe, per accidens verò ſub reatu ingentis peccati lethalis illicitũ, ſi inde maiora mala, vel ſuis, vel Eccleſiæ imminerent. ibid.

Bellare per ſe ipſos prohibitum eſt clericis. Poteſt tamen in eo diſpenſare Summus Pontifex. Et eo ipſo, quòd diſpenſaret, vt pugnarent, non incurrerẽt irregularitatem interficiendo in ea pugna. 392.c

Bellum iuſtum ſuadere poſſunt clerici, & ad illud inducere. Et qui curam Eccleſiæ habent, vocare poſſunt, ac debent, Principem ſecularem, qui bello Eccleſiam ſuam ab infidelibus defendat. 393.a

Bellum indicere poteſt clericus, ducemque conſtituere, qui illud loco ſui exequatur, ſi dominus ſit temporalis Reipublicæ, quæ illud gerere debet. ibid.b

Belli duces, eſto propria manu non pugnent, aut præpoſiti ijs, qui tormenta bellica applicant, aut ſuccendunt, eſſe non poſſunt clerici. ibid c

Bello iuſto intereſſe poſſunt Eccleſiaſtici de cõſenſu, ſaltem præſumpto ſuorum ſuperiorum, & quando bellum eſt cõtra hoſtes fidei, aut Eccleſiæ, poſſunt in ipſo conflictu exhortari in genere ad fortiter pugnandum, & non ſuccumbendum, non tamen vt aliquem in particulari milites interficiant. ibid.d

Bello iuſto, quando pugnare non poſſunt clerici, diripere bona hoſtium poſſunt, perinde atque alij de exercitu, niſi de contraria ducis voluntate conſtet. 395.d

Bello iniuſto pugnantibus, & quocunq; modo auxiliũ præbẽtibus, quales ſunt regulariter omnes de exercitu, ſecuta morte, aut mutilatione alicuius, oẽs ſũt irregulares. 400.a

Bello iuſto illicitè clerici pugnantes, eſto in genere adhortentur alios ad fortiter pugnandum, & non ſuccumbendum, & eſto ipſi hoſtes vulnerent, ſi tñ ipſi nullum interficiant, nec mutilent, irregularitatem nõ incurrunt, exercitu multos interficiente. Idẽ maiori cum rõne eſt de laicis exercitus, qui per ſe ipſos nullum interficiũt, nec mutilãt. ibid.b

Bello iuſto pugnantes, ſi per ſe ipſos non occidant, aut mutilent, eſto ipſi vulnerent aliquos, & exercitus multos interficiant, irregularitatem non incurrunt. ibid.

Bellum ſi ſit iuſtum, fas eſt, vti in eo inſidijs, ſimulationibus, ac diſſimulationibus, non tamen mentiri. ibid.d

Bellum quando eſt iniuſtum, fides hoſti quouſque ſeruanda, præſertim iuramento confirmata. 401.c

Bello iuſto licitum eſt pugnare in die feſto, etiam omiſſo ſacro, ſi neceſſitas, aut commoditas belli id poſtulet. His verò cauſis ceſſantibus, fortè nec venialis erit culpa, modò ſacrum audiatur, ſi commoditas adſit. ibid.d

Bellum iuſtum gerenti licitũ eſt adiuuare, etiam de præſumpto illius conſenſu. imò, ſi ille periclitaretur, & ſine notabili ſuo detrimento poſſet quis illum eruere ab eo periculo, ſub culpa lethali teneretur id efficere. 402.d

Bello iuſto fas eſt infideles adiuuare aduerſus alios infideles, fœduſque cum illis inire. 403.b

Belli iuſti adiutores vocare infideles, p ſe licitũ eſt. Per accidens verò illicitũ, ac fœdũ eſt, rõne ſcãdali, & grauiſſimorũ damnorũ Eccleſiæ, & fidei, quæ inde ſolent euenire. ibid.

Belli iuſtitiam inquirere, & examinare tenentur ij ſubditi, qui ad Regis conſilium vocantur, vel admittuntur, adeò vt, ſi eorum malitia, aut culpabili negligẽtia inferatur, ad reſtitutionem damnorum omnium teneantur. ibid.d

Bellum ſi ſubditus iniuſtum ſuſpicaretur, ſi ſperaret ſe veritatem aſſecuturum, aut audiendum, & ſi ex officio ei non incumberet, peccaret lethaliter ſolum contra charitatem, niſi rem examinaret, & proponeret, quod ſentiret. ibid.

Belli iuſtitiam inquirere non tenentur alij ſubditi, ſed tutò ſe committunt Principi, & conſiliarijs pugnando, quando indicia non ſunt belli iniuſti, quæ ipſi inquirendo, vnuſquiſque in ſuo ordine, & gradu, poſſet facilè explorare, & quid de militibus externis, iam conductis, aut qui ſemper ſeruire eidem Principi ſolent. 404.a

Belli iuſtitia exiſtente dubia, ſubditus Principi tenetur parere ac pugnare. 405.c

Belli iuſtitia dubia exiſtente, eſto poſtea comperiatur iniuſtum bellum fuiſſe, ſubditi ad reſtitutionem non tenentur, niſi quantum ex acceptis eo bello reperti fuerint locupletiores 405.c

Belli iuſtitia dubia exiſtente, ſi pugnet ſubditus cũ conſcientia erronea, quòd nefas ſibi tunc ſit pugnare, ſolum tenetur ad damna, quæ dedit, quantum ex illis factus eſt locupletior quoniam erronea conſcientia non inducit obligationem reſtituendi ex parte acceptoris. 40?.a

Bellum niſi prius extraneis conſtet iuſtum eſſe adhibita competenti diligentia, vt id ſciant, lethaliter contra iuſtitiam peccant, ſe ad illud locando, aut quacunque alia ratione præſtando auxilium. ibid.b

Bello qui parati ſunt ſtipendio adiuuare quemcunque vocantem, nihil curando de iuſtitia illius in ſtatu ſunt damnationis æternæ. ibid.

Bellans extraneus nihil curando de iuſtitia belli, ſi ſibi poſtea conſtet iuſtum fuiſſe licet peccauerit, ad nullam reſtitutionem tenetur. Si vero poſtea conſtet fuiſſe iniuſtum, tenetur omnia damna data reſtituere in defectum authoris belli. Niſi ille ignorantia inuincibili excuſetur: tunc enim extraneus reſtituere teneretur damna, quæ dedit, & alia, quæ data non fuiſſent, niſi ipſe auxilium præſtitiſſet. Quod ſi peracto bello dubium ſit, an fuerit iuſtum: tunc, ſi author belli cum eo dubio illud intulit, omnia damna tenetur reſtituere, & in illius defectum tenentur extranei, qui illum adiuuerunt. Si autem non conſtet, quali conſciẽtia author bellum intulerit, nec reſtituat, extranei reſtituere tenentur partem damnorum, pro quantitate dubij, an bellum fuerit iuſtum. ibid.c

Bellum ſi iniuſtum eſſe conſtet, omnes adiutorium præbentes tenentur reſtituere damna data. An verò ſinguli, in defectum aliorum de exercitu teneantur damna omnia reſtituere, alibi dicendum. 407.c

Bellũ ſi infideles iniuſtè inferant Chriſtianis, fas eſt captiuis metu mortis, aut grauiſſimi dãni, remigare in triremib. & ſimilia alia miniſteria pſtare: ſec⁹ ceſſãte tali metu. ibid.d

Bellum ſi infideles iniuſtè inferant Chriſtianis, nefas eſt captiuis, etiam mortis metu, pugnare aduerſus Chriſtianos, quemquam vulnerando. ibid.

Bellũ infideles ſi Chriſtianis inferant, captiui Chriſtiani, ẽt cum iactura propriæ vitæ tenentur illa non facere, qñ ea via, qui præcipitur, vitaret notabile damnum Reipublicæ Chriſtianæ. Id tamen rarò, aut nunquam eueniet. 409.c.d

Bellum infideles ſi iniuſtè Chriſtianis inferant, captiui metu mortis, aut amiſſionis membri inferre poſſunt nocumentum Chriſtianis in bonis externis ad Imperium infidelium, & an reſtituere eiuſmodi damna teneantur. ibid.

Belli miniſtri, qui neceſſaria ad bellũ præparant, q̃ grauiter peccent, & ad q̃ magnã reſtitutionẽ teneantur, ſi ea furentur, aut corrupta, & qualia non oportet, præparent. 410.d

Bello iuſto, quæ facere aduerſus hoſtes liceat. 412.a

Bello iuſto, quæ mobilia capiuntur iure fiunt capientium, ẽt ſi homines ſint, excedantque compenſationem. 413.d

Bello iuſto capta variè alijs atque alijs in locis diuiduntur, aut fiunt capiẽtium, ſi quid autẽ contra iura illa, aut vſum præſcriptum vſurpetur, reſtitutioni eſt obnoxium. 414.a.b

Bello iuſto quæ hoſtes ab alijs ceperunt, ſi nos bello item iuſto ab illis accipiamus, iure naturali reſtitutioni non ſunt obnoxia. ibid.c

Bello iniuſto quæ hoſtes ab alijs acceperũt ſi iuſto bello nos ab illis obtineamus, reſtitutioni ſunt obnoxia prioribus dominis, ſtando in iure naturali, licet laborem, & induſtriam nobis ſoluere teneantur. ibid.d

Bello eiuſmodi res extractæ ab hoſtib. per milites noſtros, antequam hoſtes ad ſuos ſe recipiant, gratis tenentur nobis reſtituere; quin ſi extrahere illas optimè poſſint, & omittant, tenentur illas nobis reſtituere. 415.c

Bello rei captę qñ dñiũ, & poſſeſſio cõparata cẽſeãtur. 410.a

Bello recuperata à noſtris hoſtibus, quando iure Cæſareo prioribus dominis reſtituantur, & quando non. ibid.c

Belli ſanctio Cæſareo iure, quoad ea, quæ hoſtes capiunt à noſtris, & ius poſtliminij, in bellis cum Chriſtianis locum non habent. 419 a

Bello recuperata ab hoſtibus per milites Caſtellanos, quo iure poſſint ſibi interdum retinere. ibid.d

Bello iniuſto capta ab hoſtibus, an liceat illa emere ab illis & quouſque empta obnoxia reſtitutioni ſint proprijs dominis. 417.a

Bello iuſto nefas eſt per ſe, & ex intentione interficere innocentem. 418.a

Bello iuſto fœminas adultas quouſq; fas ſit interficere. ibid.b

Bellum Granatenſe. ibid.

Bello iuſto nefas eſt interficere inter hoſtes repertos, qui nõ habent domicilium, neque adiuuabant hoſtes. 388.b

Bello nefas eſt interficere Clericos, & religioſos, & de quibus non conſtat in culpa eſſe. ibid.

Bello vt non interficiantur, qui innocẽtes ſint cenſendi. ibid.
Bello iuſto fas eſt interficere per accidens innocentes, etiam ſcienter. ibid. d
Bello iuſto damna per accidens innocentibus illata reſtitutioni obnoxia non ſunt. ibid.
Bello iuſto licitè ſeruituti ſubijciuntur innocentes, qui partes ſunt Reipublicæ, cum qua tale bellum geritur, & ſpoliantur bonis externis. 423. b. & 424. c
Bello iuſto quouſque fas ſit ſpoliare innocentes, qui partes non ſunt eius Reipublicæ, bonaque eorum deſtruere, quãtum belli ſtatus poſtulat, & quouſque ea reſtituendi obligatio conſurgat, aut non: tenentur tamen ea reſtituere aduerſarij, à quorum parte bellum eſt iniuſtum. 424. a
Bello iuſto nefas eſt occupare bona eorum innocentum, qui, etſi partes ſunt Reipublicæ aduerſus quam geritur, à parte tamen ſteterunt eius, qui iuſtè bellum infert. 426. a
Bello iuſto ſubiecto aliquo loco fas eſt imponere illi tributum pro quantitate culpæ, ab omnibus, etiam à ſucceſſoribus ſoluendum. 425. b
Bello iuſto fas eſt per ſe tradere interdum ciuitatem in prædam, quin, & illam ſuccẽdere, Duces tamen quantum commodè potuerint, tenentur curare, vt vitentur iniuſtitiæ, & alia nefaria. 426. d
Bello iuſto fas eſt in conflictu interficere quoſcunque repugnantes, etiam ſi intelligatur aliquos ſine peccato repugnare: hos tamen ſi commodè fieri potuerit tenentur milites ſeruare. 427. a
Bello iuſto iam parta victoria, fas eſt interficere eos, qui tanta pœna digni fuerint reperti. ibid. c
Bello parta iam victoria, multiſque repertis morte dignis, quando fas eſſet omnes, aut maiorem illorum partem interficere, & quando non. ibid.
Bello iuſto parta victoria, nefas eſſet quenquam interficere, de quo veriſimile eſſet abſque peccato pugnaſſe, inſurgeretque obligatio reſtituendi. 428. a
Bellum iuſtũ qui parat, cur ab eo deſiſtere teneatur, quoties ante ceptam pugnam debita ſatisfactio illi offertur. ibid.
Bellum iuſtum gerenti quando ſub aliqua cõditione hoſtes ſe dedunt, ſeruanda illis eſt conditio acceptata. ibid. c
Bello iuſto qui victor exiſtit, quæ in puniendo ante oculos habere debeat. ibid. d
Belli cõpoſitio, ſi de conſenſu eorũ, cui dãna acceperunt, facta ſit, illi in conſcientia, & exteriori foro eſt ſtadũ. 428. d
Bellum qui ſcient aut culpabili ignorantia iniuſtum intulit, tenetur ſuis reſtituere omnia damna, niſi vel libere ea remittant, vel ipſi id ſcientes, & principe non præcipiente, illum in bellum ſua ſponte ſint comitati. 429. a
Bellum qui ſuſcepit iuſtum tenetur curare, vt ſuis ſubditis damna omnia reſtituantur: alioquin tenetur ea illis reſtituere, niſi vel bonum commune ſuadeat, vt circa illa paciſcatur, eaq; remittat, vel niſi ſubditis ipſis libere conſentientibus id fiat.
Bellum qui intulit iniuſtum, damna omnia data tenetur reſtituere, eſto aduerſarijs ad ſuam redimendam vexationem, compoſitionem faciant, eaque remittant. ibid. c
Belli iniuſtitia ſi certa non eſſet, fieretq; compoſitio, & tranſactio circa damna data, nulla eſſet obligatio reſtituendi, eſto poſtea de belli iniuſtitia conſtaret. ibid. c d
Bellum, vide pugnare, occidere, Meditationes bellicæ, Dux, miles.

Beneficiarius.

Beneficiarij, qui religioſi non ſunt, dominium comparant redituum ſuorum beneficiorum. 493. d
Beneficiarij ſi quantitatem notabilem vltra ſuam competentem ſuſtentationem in vſus profanos inſumant, lethaliter peccant, reſtituere tamen non tenentur. 496. b
Beneficiarij arctius, quam alij eleemoſynas facere de ſuperfluis tenentur. 503. a. d
Beneficiarius cum portione cõgruæ ſuæ ſuſtentationis computare poteſt totum, quo amplius eſt dignus, vt id expendere poſſit in quæ voluerit. 504. a
Beneficiarius de reditibus ſui beneficij ſumere poteſt integram ſuam competentem ſuſtentationem, reſeruando ſibi, & hæredibus quæcunque alia ſua bona vndecunque comparata. 505. c
Beneficiarius ſi quid ſubtrahat de ſua competenti ſuſtentatione, aut maiori præmio, quo ſit dignus, id ſeruare poteſt conſanguineis. 506. c. d
Beneficiarijs annumerantur penſionarij ad effectũ, vt expenſione ſumere poſſint ſolam competentem ſuſtentationẽ, & remanentia inter ſpolia clericorũ computentur. 507. a
Beneficiarij congrua ſuſtentatio non conſiſtit in indiuiſibili, quin quo maiori indiget pro beneficij ratione, aut aliunde, eo maiorem latitudinem habet: & beneficiarius ab infimo vſque ad ſupremum, reſeruare poteſt ad quoſcunque vſus, dummodo competens portio in eleemoſynis, & operibus pijs ſit inſumpta. ibid. b
Beneficiarij congrua ſuſtentatio, quã latè ſe extendat. 508. a
Beneficiarius, etiam ſi turpiter viuat, non tenetur fructus beneficij reſtituere, ſed ex illis poteſt congruam ſuſtentationem accipere. 511. a
Beneficiarijs conſtitutis in maiori dignitate, nobilibus, & literatis, licitum eſt accipere pluſquam alijs in ſuam congruam ſuſtentationem. ibid.
Beneficiario quando liceat reſeruare incrementum competentis ſuſtentationis in futuras neceſſitates, aut ad opus pium in futurum conſtruendum. 521. a
Beneficiarij de ſuperfluo exercere potius debent opera pia in loco beneficij, quam in alijs. ibid. b
Beneficiarij reſeruare poſſunt omnia alia bona vndecunque acquiſita, & fructus omnes eorum, atque ea cõſanguineis tribuere, modo filij illegitimi ipſorum nõ ſint, graueſque aliorum neceſſitates non occurrant, ſumereque ſuſtentationem ex beneficijs. 513. c
Beneficiarius, ſi quid congruæ ſuſtentationi ſubtraxerit, aut maiori præmio ſit dignus, poteſt id ſimiliter conſanguineis reſeruare, etiam poſt Concilium Tridentinum. 514. a
Beneficiarij de fructibus beneficijs quouſque conſanguineis in ſuſtentationem pro conditione ſtatus, aut in moderatam dotem conferre poſſint. ibid. c
Beneficiarius ſi alia bona non habet, non põt filio, aut filiæ ſpuriæ tradere dotẽ, aut ſuſtentationem ſuperfluo beneficij. 515. a
Beneficiarius, qui ad epiſcopatum, aut aliud pingue beneficium promotus eſt, quouſque augere poſſit cõſanguineos alioquin humiles, & filiæ ſpuriæ quantam dotem conferre poſſit. ibid. d
Beneficiarij, etiam ſi Epiſcopi ſint, teſtari poſſunt de omnibus ſuis bonis, quæ reditus beneficij non ſunt. 516. b
Beneficiarius teſtari poteſt de his reditib. beneficij ſui, quos ſuæ competenti ſuſtentationi ſubtrahit, vel quib. in præmium vltra ſuſtentationem eſt dignus. Quamuis in exteriori foro rarò hoc locum habeat. ibid d
Beneficiarius ſi aliqua inſumpſit de alijs ſuis bonis, quæ inſumere poterat de reditibus beneficij, neque animum habuit ea non compenſandi, poteſt de æquali portione redituum teſtari. Idem de bonis Eccleſiæ. 517. a
Beneficiarius, ſtando in ſolo iure canonico, de reliquis ſui beneficij bonis teſtari non poteſt niſi de modicis ad quædam pia, aut in gratificationem. ibid. b
Beneficiarij bona ex fructibus beneficijs remanentia, canonico iure ad quem pertinent, & de pœnis ea occupantibus ſtatutis. ibid. d
Beneficiarij (exceptis Epiſcopis) teſtantur in Caſtella de reditibus ſuorum beneficiorum, ſuccedũtque in illis hęredes ab inteſtato. Et quid de Gallia, & Luſitania. 520. d
Beneficiario defuncto, accipit alicubi prælatus de bonis illius mobile, quod vult, luctuoſamque id in Luſitania vocant. 522. a
Beneficiario defuncto, quando luctuoſa accipi à prælato poſſit, & in quæ debeat expendi. 523. a
Beneficiarijs etiam Epiſcopis, tribuere poteſt conſuetudo ius teſtãdi ad pios vſus de reditibus ſuorũ beneficiorũ. 524. a
Beneficiarij teſtamentum, & quamcunq; aliam vltimam voluntatem ad non pia ex reditibus beneficij, poteſt reddere validam conſuetudo teſtandi ad quæcũque, ita vt accipientes dominiũ cõparent, nec reſtituere teneantur. ibid b
Beneficiarij, vt ſi inteſtati decedant, bona ipſorum ex beneficijs parta ad hæredes ab inteſtato pertineant, valida eſt conſuetudo. 525. a
Beneficiarij, ſi inteſtati decedant, conſuetudo eſt præſcripta in Hiſpanijs, vt in eorum omnibus bonis ſuccedant hæredes ab inteſtato. ibid. d
Beneficiarij, vt neque teſtari in poſterũ de bonis beneficiorum poſſint, neque in eis hæredes ab inteſtato poſſint ſuccedere, condere poteſt Summus Pontifex legem, nihil cõſuetudine in contrarium impediente. ibid.
Beneficiarij lethaliter, nihil conſuetudine in cõtrarium impediente, peccant, vel de notabili portione bonorũ beneficij, quam expendere non poſſint, niſi in pijs operibus, teſtando ad non pia, vel ſua culpa decedendo ab inteſtato, quando ad conſanguineos diuites ſunt deuentura. 526. a
Beneficiarijs, etiã Epiſcopis cõcedere poteſt Summus Pontifex

tifex ex rationabili cauſa facultatem teſtandi ad non pia de fructibus beneficiorum,ſecus ex irrationabili ,obtentaque non valet. ibid.d

Beneficiarijs conceſſa facultas teſtandi abſolutè,intelligenda eſt ad ſolos vſus non profanos. ibid.c

Beneficiarius quæ reliquit bona quouſque ex beneficio parta ſint cenſenda. 527.b.c

Beneficiarij , de quibus bonis libere teſtari poſſunt , donare poſſunt inter viuos,& inſtituere maioratus. ibid.d

Beneficiarij,qui conſuetudine teſtari abſolutè poſſunt , validè donant inter viuos,& inſtituunt maioratus,etiam reuocabiliter,quin & per vltimam voluntatem,licet lethaliter peccent,ſi profanis rebus ita applicent,quæ applicare non poſſunt. 528.b.c

Vide Clerici.

Beneficium.

Beneficium Eccleſiaſticum quid. 28.d

Beneficij Eccleſiaſtici ante traditionem comparatur ius in re ſola collatione,& acceptione 29.d

Beneficiũ Eccleſiaſticũ collatione,& acceptatione acquiritur quoad dominiũ ſeu ius ĩ re perfectũ abſq; traditione. 30.a

Beneficij poſſeſſio traditionẽ ſeu apprehẽſionẽ requirit. 29.d

Beneficij Eccleſiaſtici occupans vi poſſeſſionem , aut clam, ſciens ad ſe beneficium non pertinere,in quas pœnas incidat. 81.a

Beneficium quis intruſus poſſideat. ibid.b

Beneficium Eccleſiaſticum concedi non poteſt laico,bene tamen locari aut donari vtilitas illius. 47.d

Beneficium,non aduerſus Eccleſiam,ſed priuatum, præſcribitur cum titulo colorato decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes ; ſine vllo autem titulo non præſumitur bona fide poſſeſſum.Titulus verò beneficij non poteſt acquiri præſcriptione:eo quod beneficium ſine canonica inſtitutione non poſſit licitè haberi. 261.d

Beneficium non amittitur ante latam ſententiam , etiam ſi commiſſum ſit crimen, pro quo pœna amiſſionis beneficij ipſo iure ſit ſtatuta, niſi aliquid vlterius addatur , quo ſignificetur,neceſſariũ non eſſe,vt feratur ſentẽtia. 366.a

Beneficiorum reditus varium ſtatum quoad dominiũ,& adminiſtrationem in decurſu Eccleſiæ habuerunt. 491.b

Beneficium Eccleſiaſticum ſine cura animarum, vt habeant illegitimi diſpenſat Epiſcopus , modo perſonatus ſeu dignitates non ſint. 625.b

Vide beneficiarius,& legitimatus.

Bona fides.

Bona,& mala fide poſſidere,quid. 243.d

Bonum.

Bonorum ipſo iure fiſco addictorum comparat fiſcus ius in re à die commiſſi delicti. 31.d

Bona cõia eſſe debẽt quoad vſum in extrema,aut penè extrema alterius neceſſitate,idq. ſub reatu lethalis culpæ. 95.b

Bona vacantia quæ,ſpectantq; ad fiſcum. 216.b

Bona vacantia peregrini per Epiſcopum ſunt in pias cauſas diſtribuenda. ibid.c

Bona vacantia quænam iure Luſitano in redemptionem captiuorum conceſſa ſint. ibid.

Bona vacantia præſcribuntur cum bona fide,etiam ſine titulo,aduerſus fiſcum quadriennio , modo denunciatio eorũ facta ſit fiſco. 268.d

Bona pro derelicto quæ cenſenda. 215.d.221.d

Bonorum nomine,iura,actiones, & nomina debitorum comprehenduntur:ſecus ſi dicatur, bonorum mobilium,& immobilium. 801.c

Bonorũ mobiliũ, & immobiliũ nomine , quãdo nihil eſt,qđ cogat cõprehendi iura,actiones, & nomina debitorũ, tunc hæc conſtituunt tertium genus:quãdo autẽ manifeſtũ eſt, nomine bonorũ mobiliũ , & immobiliũ vniuerſum patrimoniũ cõprehendi,tũc iura,& actiones ad bona mobilia , cũ mobilibus bonis computãtur, & iura & actiones ad bona immobilia , cum immobilibus connumerantur. 802.c

Bonum immobile aduentitium alienatum à patre vendicat filius,etiam ſi emptori id ignoranter emerit. 857.a

Bonum immobile aduentitium alienatum à patre vendicat integrum filius ſolũ in ſua legitima hæres à patre inſtitutus:ſi verò pluſquam in legitima ſit inſtitutus quouſque exceptione repellatur. 858.c

Bona caſtrenſia quæ. 934.a

Bonum caſtrenſe eſt donatum aut relictum occaſione , aut familiaritate militiæ. 895.a.b

Bona caſtrenſia,aut quaſi caſtrẽſia ſunt, quæ peculijs caſtrenſibus aut quaſi caſtrenſibus comparantur. 938.a

Bona caſtrenſia , aut quaſi caſtrenſia ſunt, quæ in ſeruitio,& palatio Regis acquiruntur,& quæ ad id donantur à parentibus. 937.b

Bona Caſtrenſia quoad vſumfructum,& plenam adminiſtrationem pertinẽt ad filium,niſi impubes ſit: nam tunc diſponere de eis non poteſt. ibid.d

Bona quaſi caſtrenſia quæ. 938.d

Bona aduentitia quæ. 941.b

Bonorum aduẽtitiorum dominium pertinet ad filium, vſuſfructus verò ad patrem,exceptis nonnullis euentib. ibid.d

Bona profectitia quæ: ſunt verò regulariter quoad dominiũ & vſumfructũ eius parentis,à quo proficiſcuntur. 944.b.c

Bonũ profectitiũ eſt , quod filio intuitu parentis proximè ac principaliter eſt datum,ad eumq; parentem ſpectat. ibid.

Bonum profectitium eſt,quod filius à parentibus ſuſtentatus bonis patris acquirit,adducendumque eſt ad partitionem. 947.b.948. c

Bonũ aduentitiũ eſt in Luſitania,quod ab alio, quàm ab aſcẽdente,datur filio ad matrimoniũ,etiã ſi intuitu patris,imo eſtò patri ad eũ finẽ donetur, niſi à donante exprimatur, vt teneatur id filius adducere ad partitionem . 945.c

Bonum aduentitium aut quaſi caſtrenſe efficitur deſcendenti in Luſitania,ſi Rex de conſenſu aut ad petitionem aſcẽdentis transferat in deſcendentem, quod aſcendentibus conceſſerat. ibid.d

Bona. Vide Clericus,Eccleſia,& Beneficium.

Cæcus.

CÆcus. Vide teſtamentum.

Capella.

Capella,feudũ,ac maioratus religioſi, qñ tranſeant ad monaſterium,ſaltẽ interim dũ religioſus viuit,& qñ non. 474.a

Capitis diminutio.

Capitis maxima diminutio quæ. 50.c

Capitis media diminutio quæ. ibid.d

Capitis maxima , & media diminutione hodie de iure communi vſusfructus amittitur. 51.b

Capitis maxima aut media diminutione , vel dãnatione ad mortẽ naturalem in Caſtella, & Luſitania vſusfructus nõ amittitur. 51.d

Capitis maxima aut media diminutione ſiue filij , ſiue patris,deſinit filius eſſe ſub patria poteſtate,ac proinde pater amittit vſumfructum bonorum , quæ deinceps filius acquirit. 53.a

Captiui.

Captiuis Chriſtianis apud infideles nefas eſt pugnare aduerſus Chriſtianos quenquam percutiendo. 407.d

Captiuis Chriſtianis mortis metu fas eſt remigare in triremibus Turcarum aduerſus Chriſtianos,& ſimilia alia miniſteria in bello præſtare; ſecus ceſſante periculo ipſorum notabili. 408.a

Captiui Chriſtiani in eiuſmodi bello ſub reatu lethalis culpæ tenẽtur illa non facere , etiam cum iactura propriæ vitæ,quando ex eo , quod is,cui illa præcipitur,ea non faceret , vitaretur iactura maxima Chriſtianæ Reipublicæ, quod rarò aut nunquam eueniet. ibid.c

Captiui eiuſmodi metu mortis , aut amiſſionis membri, inferre poſſunt nocumentum Chriſtianis in bonis externis ad imperium infidelium,& an reſtituere eiuſmodi damna teneantur. ibid.

Captiuus apud hoſtes teſtari non poteſt de iure Cæſareo, dũ apud illos eſt;teſtamẽtum autem antea factum,ſi reuertatur,valet iure poſtliminij.Re tamen vera,ſi iniuſtè eſt captiuus,teſtari poteſt. 461.b

Captiuus ſi ſit aliquis,quouſque liberare eum teneantur,qui in bonis ſuccedere illi debent , vt hæreditate non priuentur. 671.d

Cardinalis.

Cardinalis patriam egreditur poteſtatem. 933.b

Charitas.

Charitas qua ratione generalis,& quodammodò tota virtus. 3.a

Caſtrenſia bona.

Caſtrenſia bona quæ. 935.c

Caſtrenſe bonum eſt donatum aut relictum occaſione, aut familiaritate militiæ. ibid.d

Caſtrenſia aut quaſi caſtrenſia bona ſunt,quæ in ſeruitio,& palatio Regio acquiruntur, & quæ ad id donantur à parentibus. 937.b

Caſtrenſe peculium quoad vſumfructum, & plenam admi-

niſtra-

niſtrationem pertinet ad filium, niſi impubes ſit: nam tūc neque per vltimam voluntatem, neque inter viuos poteſt de illo diſponere. ibid.d

Caſtrenſia bona ſunt, quæ pro caſtrenſibus bonis acquiruntur. Idem de quaſi caſtrenſibus. 938.a

Caſtrenſe aut quaſi caſtrenſe peculium exhæredationem, aut præteritionem in illis non admittunt, ſicut neque alia peculia. 940.c

Cathedra.

Cathedra quid. 28.c

Cauſa.

Cauſa quoad vltimas voluntates, & alias diſpoſitiones quid, & quibus verbis ſignificetur. 330.d

Cauſa ſi exiſtimata ſit, nec ſubſiſtat, ob eamque ita gratuito ſit quippiam diſpoſitum, quòd ea non exiſtente, voluntas diſponentis, ſaltem quaſi habitualis, eſt, vt diſpoſitio vim non habeat, nulla eſt ea diſpoſitio in conſcientiæ foro, & in externo, ſi de ea voluntate in eo conſtet. 331.b

Cauſa non ſubſiſtens quando ita concurrit ad rei collationē gratis, ꝙ, ſi non exiſtere intelligeretur, collatio non fieret, collator tamen non erat in eo quaſi habituali animo, vt ea collatio conſummata nulla eſſet, valida eſt, neque accipiēs reſtituere tenetur: promiſſio tamen eodem modo facta, nec conſummata, regulariter eſt nulla. ibid.d

Cauſa ob quam aliquid confertur, ſi exiſtat, eſto multa conferentem lateant, quæ ſi ſciret, non ſolum non conferret, ſed etiam vellet, vt collatio eſſet nulla, valida tunc eſt collatio. 832.b

Cauſa ſi ementita ſit, ob quam aliquid obtinetur à Principe, præſertim ſi obſequia ementita ſint, quando ita obtenta reſtitutioni ſint obnoxia, & quouſq; quoad fructus 836.b

Cauſis tam agendis, quàm defendendis, non admittitur minor ſine curatore, niſi ſpirituales, aut ſpiritualibus annexæ ſint, & quis impuberi poſt ſeptennium ad has cauſas illi curatorem tradit. 882.a

Cautio Mutiana.

Cautio Mutiana quid. 819.a

Clauſula.

Clauſulæ quæ adhibendæ, iuribus in contrarium vt derogetur. 631.b

Clauſula ex certa ſcientia ęquipollet clauſulæ de plenitudine poteſtatis, & quid vtraque legitimatione operetur. 639.a b

Clauſula, ſine præiudicio deſcendentium in legitimationibus exponitur. ibid.d

Clauſula derogatoria ſequentium teſtamentorum. Vide teſtamentum.

Clauſula codicillaris. Vide codicillaris clauſula.

Clericus.

Clerici bellare per ſe ipſos non poſſunt. Poteſt tamen Summus Pontifex in eo cum ipſis diſpenſare, & eo ipſo, quod diſpenſaret, vt pugnarent, non incurrerent interficiendo ea pugna. 392.c

Clerici ſuadere poſſunt bellum iuſtum & ad illud inducere. Et qui curam Eccleſiæ habet, vocare poteſt, ac debet Principem ſecularem, qui bello eam ab infidelibus, defendat. 393.a

Clericus indicere poteſt bellum, ducemque illius conſtituere, quando dominus eſt temporalis Reipublicæ, quæ illud gerit. ibid.b

Clerici eſſe non poſſunt duces belli, aut præpoſiti ijs, qui tormenta bellica applicant, aut ſuccendunt, etiam ſi ipſi propria manu non pugnent. ibid.c

Clerici intereſſe poſſunt bello iuſto de conſenſu, ſaltem præſumpto ſuorum ſuperiorum, & exhortari in conflictu ad fortiter in genere pugnandum, & non ſuccumbendum, quando eſt contra hoſtes fidei, aut Eccleſiæ, non verò vt aliquem in particulari percutiant. ibid.d

Clerici in quibus euentibus licitè pugnare poſſint, imo ad id iure naturali ſub culpa lethali teneantur. 395.c

Clericos in maioribus ordinib. conſtitutos pugnare in euentibus in quibus eis non licet, culpa eſt lethalis, & quid de pœnis illis conſtitutis. Quid item de beneficiarijs, & a ijs in minoribus ordinibus, & de religioſis laicis. 396

Clerici illicitè pugnantes in bello iuſto, ſi nullum per ſeipſos interficiant, nec mutilent, irregularitatem non incurrunt, eſto ipſi ad pugnam in genere adhortentur, & per ſeipſos aliquos vulnerent. 400.a.b

Clerici de conſenſu Summi Pontificis pugnantes, eſto aliquos interficiant, irregularitatem non incurrunt: ſecus de laicis in eodem exercitu pugnantibus. ibid.c

Clericorum multiplicia bona. 487.c

Clerici dominium habent bonorum, quæ nec Eccleſiæ propria ſunt, neque ſunt bona beneficij, & quam latè illa bona pateant. ibid.

Clerici dominium bonorum non habent, quæ propria ſunt Eccleſiarum, aut piorum locorum, ſed ſolam adminiſtrationem. ibid.b

Clerici quo tempore non domini, ſed adminiſtratores ſolum erant bonorum Eccleſiaſticorum. 491.b, & 492.a

Clerici in ſacris conſtituti eſſe non poſſunt tutores teſtamentarij, aut datiui, ſed ſolum legitimi, neque tamen eſſe tenentur; miſerabilium tamen perſonarum, quarum bona alioquin perirent, eſſe poſſunt. 889.d

Clerici quæ acquirunt poſt clericatum, quaſi caſtrenſia bona ſunt, & patrimonium, ſi à parentibus ſit traditum, quouſque ſit profectitium. 939.b

Clericale patrimonium à parentibus datum, quoad proprietatem, & fructus pertinet ad filium, & qua ratione profectitium ſit. 944.c

Vide Beneficiarij.

Clericorum ſpolia. Vide ſpolia clericorum.

Chriſtianus.

Chriſtianus iure belli ſeruus nō ſit alterius Chriſtiani. 144.d

Chriſtiani captiui. Vide captiui Chriſtiani.

CHRISTVS.

Chriſtus poteſtatem habuit excellētiæ minimine ſacramentis alligatam. 99.b

Chriſtus Eccleſię Rex cum plena poteſtate, idque eſt Meſſię Regnum. 120.b.c

Chriſtus pleniſſimam poteſtatem, etiam in temporalibus, habuit. ibid.d

Chriſtus, quatenus ex Dauid deſcendebat, Iudææ Rex non erat, & multo minus orbis. 121.a

Chriſtus iura, & dominia ab hominib. non abſtulit, neque, vt homo, ea illis donauit. 122.a

Chriſtus, vt homo abſolutè eſt dominus temporalium omnium, & Rex regum, & dominus eſt dominantium.

Ciuile animal.

Ciuile, ſeu politicum animal cur ſit homo, ad eamque ſocietatem naturaliter inclinetur. 203.c

Codicillus.

Codicillo inſtitui non poteſt directè hæres, niſi codicillus ſit militis. 429.d

Codicillo dari poteſt hæreditas indirectè, fidei committendo hæredi ab inteſtato, aut inſtituto in teſtamento, vt eam alteri reſtituat. 432.a

Codicillo non ſit hæredis ſubſtitutio directa: quòd ſi codicillo aliquis hæredi ſubſtituatur, benigna iuris interpretatione cenſetur indirecta ſubſtitutio. ibid.

Codicillo hæreditas inutiliter alicui relicta, aut codicillo confirmata, cum in teſtamento inutiliter fuiſſet relicta, cenſetur fideicommiſſaria ſubſtitutio. ibid b.c

Codicilli ad quid inſeruiant, & quo à teſtamento differant. ibid c

Codicillus quid. 444.c

Codicillo neque hæres indirectè inſtitui poteſt, neque illi conditio addi, neque adimi hæreditas. Poteſt tamen ſignificari commiſiſſe delictum ob quod dignus eſt, qui hæreditate priuetur, & velle vt priuetur, probatoque delicto ea priuabitur. ibid.d

Codicillus ante, & poſt teſtamentum fieri poteſt, & factus antea valet, etiam ſi teſtamento non confirmetur, modo ex teſtamento de contraria teſtatoris voluntate non conſtet. 445.a

Codicillus valet ſi quis in eo dicat, velle, vt talia vel talia legata ab eo impleantur, qui in bonis ipſius ſucceſſerit, eſto qui illum confecit, inteſtatus decedat. ibid.b

Codicilli plures eiuſdem validi eſſe poſſunt, modo inuicem non repugnent: ſecus de teſtamentis. ibid.c

Codicilli ſolemnitas de iure communi neceſſaria. ibid.

Codicilli cæci ſolemnitas de iure communi neceſſaria. ibid.

Codicilli inter liberos ſolemnitas de iure communi neceſſaria. ibid.d

Codicilli militis ſolemnitas de iure cōmuni neceſſaria. ibid.

Codicilli ſolemnitas de iure Caſtellæ neceſſaria. 446.b

Codicilli ſolemnitas de iure Luſitano neceſſaria. ibid.c

Codicillus in Regno Caſtellæ vim non habet teſtamenti, neque in eo habet locum directa hæredis inſtitutio, conditio hæredi appoſita, aut exhæredatio. ibid.d

Codicillarem clauſulam apponens teſtator in teſtamento, ſi adhibuit ſolemnitatem ad codicillum neceſſariā, & nō ad teſtamen-

teſtamentum, valet diſpoſitio etiam ſi teſtamentum facere intenderit. 447.a
Codicillaris clauſula quid. ibid.b
Codicillaris clauſula tacite aut virtute appoſita teſtamento quando cenſeatur. ibid.c
Codicillaris clauſulæ effectus primus, quod ſi teſtamentum habeat ſolemnitatem ad codicillum ſufficientem, & non ad teſtamentum, hæredisque inſtitutio ſit nulla, valida ſunt legata, quæ hæres ab inteſtato implere tenetur. 448.d
Codicillaris clauſula ſecundo operatur, quod inſtitutio voluntarij hæredis in teſtamento habente ſolemnitatem codicilli, & non teſtamenti, directa talis inſtitutio conuertitur in fideicommiſſariam. 449.b
Codicillaris clauſula tertio operatur, quod inſtituto hærede extraneo, in teſtamẽto ſolẽni, & præterito aut exhæredato, qui erat inſtituẽdus, ſint ita inſtituto reſtituẽda oĩa bona, præter legitimã portionem præteriti, aut exhæredati. Excipitur niſi ignoranter prætenjſſet, quem inſtituere tenebatur; nam tunc teſtamentum eſt omnino nullum. ibid.c
Codicillaris clauſula, quæ virtute eſt in teſtamento inter liberos, operatur, quod ſi aliquis indebitè prçteritus, aut exhæredatus ſit, reliqui meliorati in eo cenſeantur, in quo à teſtatore meliorari potuerunt. 450.a
Codicillum omnis, & ſolus poteſt efficere, qui poteſt facere teſtamentum. 455.d
Codicillo ſit fideicommiſſaria ſubſtitutio; directa verò, vt vulgaris, vel pupillaris, nõ item: ſed ſi codicillo fiat, obliquatur, cenſeturque fideicommiſſaria, & quando vnà cum fideicommiſſaria fieri poſſit codicillo. 702.c

Coitus.

Coitus damnatus ac punibilis quis. 603.a

Collatio, & conferre.

Collatio quid, & quorum ſit bonorum. 958.b.c
Collatio ſolũ eſt deſcẽdentium comparatione eorũ tantum, quibus legitima in bonis defuncti debetur. 959.a.b
Collatio non habet locum in aſcendentibus, eſto legitima in bonis deſcendentium eis debeatur. 960.a
Collatio ſi fiat dotis, eo quod filia non vult eſſe illa contenta, ſolum accipit portionem æqualem de bonis talis parentis cum cæteris fratribus. 964.b.c
Collatio vt fiat, quo pacto dos afferenda. 967.a
Conferre, qui teneatur. 958.d
Conferunt adoptiui, & illigitimi, quando legitimæ eis debẽtur. 959.a
Conferre quando teneatur, nepos, & quæ. 959.b.d
Conferuntur ſola bona profectitia. 960.c
Conferuntur data ad ingrediendam religionem, & ad ſacros ordines ſuſcipiendos. 962.a
Conferre non tenetur, qui contentus eſſe vult acceptis à parẽtibus in vita, & petere poteſt ſi quid inſuper fuit ei promiſſum, aut relictũ in legatum, aut donatũ cauſa mortis: ſi tamen id inofficioſum alijs ſit, reſtituere tenetur incrementum. ibid.
Conferre tenetur filius donationes ob cauſam, niſi parens expreſſerit, quod illas habeat præcipuas, eaſque accipiat in portione de qua libere poteſt diſponere. 955.d
Confertur dos, neque in Caſtella habere eam poſſunt filiæ præcipuam titulo meliorationis. 966.c
Conferenda, ſimiliter ac dos ſunt data aut promiſſa filijs ad nuptias. 968.a
Conferendi non ſunt reditus annui, aut aliud ſimile datum filio aut filiæ ad matrimonium quoad reditus perceptos. ibid.b
Conferenda ſunt torques, veſtes, & alia nurui ad ornatum data à parentibus viri. 969.a
Conferendæ ſunt veſtes (præter ſimplices quotidianas) quas parentes filiæ ſuæ tradiderunt nuptiarum tempore, aut poſtea temporis progreſſu. ibid.
Conferendæ non ſunt expenſæ à parentibus factæ cum filia aut filio tempore nuptiarum, miſſæ primæ, vel profeſſionis, aut gradus doctoratus. Neque pater tenetur eas ſumere in portione, de qua liberè poteſt teſtari. ibid.b
Conferenda ſunt data filio aut filiæ ad ingrediendam religionem. ibid.c.d
Conferendum eſt patrimonium à parentibus datum filio ad ſacros ordines ſuſcipiendos: non tamen conferre tenetur fructus inde vſque ad parentum mortem perceptos. ibidem d
Conferenda non ſunt, quæ pater cum filiofamilias in ſtudijs inſumit, aut in quacumque arte, etiam mechanica, aut re addiſcenda: niſi filio conſentiente pater aliud eſſet proteſtatus, & an ſtandò in ſolo iure communi ſufficiat id patrem intendiſſe. Quando filius haberet bona propria, cenſeretur pater de eis facere eas expenſas: poſſet tamen eas condonare filio. 706.b
Conferendi quando ſint libri, quos pater filio emit, & quando non. 971.d
Conferenda non ſunt, quæ pater cum filio inſumit in peregrinatione, haſtiludio, & alijs honeſtis recreationibus: quando tamen pater haberet bona propria talis filij, de eis cenſeretur facere eiuſmodi ſumptus. 972.c.d
Conferenda non ſunt quæ pater cũ filio inſumpſit, vt eũ à captiuitate liberaret à vinculis, aut à delicto etiã pœnam ſoluendo. Si tamen filius propria haberet bona, de ijs cenſeretur pater feciſſe has expenſas. Si item pater intenderet eas computare in legitima, conferendæ eſſent. ibid.
Conferenda quando ſit militia, officiũ, aut dignitas, vel quod ad hæc comparanda dedit parens, quando nõ item. 973.c
Conferre non tenetur filius, quæ pater cum eo inſumpſit in gradu Doctoratus, aut alterius literarij, in beneficio, aut cõmenda militari obtinẽda, & in alijs ſimilibus, quæ nec vendi, nec transferri in alios poſſunt, quando pater non conuenit cum filio de ſimilibus ſumptibus ſoluendis. 975.d
Conferre quouſque filius teneatur, quæ ſurripuit, aut male inſumpſit de bonis parentum. 978.b
Confertur de iure communi donatio ſimplex facta à patre filio emancipato. 979.a
Conferre non tenetur de iure communi filiusfamilias, ac proinde nec computare in legitimam ſimplicem donationem factam à patre, niſi pater antequam confirmaretur, aliud ſtatueret, aut niſi frater conferre teneretur aliquam donationem, & tunc quouſque conferenda ſit illa alia. ibid.b
Conferre de iure communi non tenetur quis donationem ſimplicem ſibi factam à matre, aut auis maternis, vel auia paterna, niſi is parens aliud ſtatuerit quando donauit, aut cohæres conferre teneatur aliquam donationem ob cauſam ab eodem parente factam. 980.a
Conferuntur regulariter in Luſitania donationes omnes, etiam ſimplices, factæ à parentibus filijs. ibid.b
Conferre non tenetur in Caſtella deſcendens donationem ſimplicem ab aſcendente ſibi factam, neque computare in legitimam, niſi excedat tertium, & quintum donantis. 981.a
Conferenda non eſt donatio ad æqualitatem remuneratoria vni filiorum propter extraordinaria merita, & obſequia, ſed deducenda eſt de toto aceruo bonorum parentis tanquam æs alienum. ibid.d
Vide Partitio.

Collegium.

Collegium non amittitur ante latam ſententiam, commiſſo crimine, pro quo pœna amiſſionis illius eſt ipſo iure ſtatuta, niſi aliunde conſtet contrarium intendiſſe inſtitutorem. 362.d

Columba, & columbaria.

Columbarum quando dominium retineatur, & quando amittatur. 197.b.c
Colombaria an licita ſint expenditur, licitaq; eſſe defenditur. 208.a
Columbæ, quæ in columbarijs degunt, an interfici poſſint à non dominis, & quouſque obnoxiæ ſint reſtitutioni, nefaſque ſit eas emere. 211.a
Columbas capientes in Regno Caſtellæ extra leucam à columbarijs, licitè id efficiunt, ad nullamque tenentur reſtitutionem. ibid.c
Columbas artibus attrahere ex alienis columbarijs, vt in ſuo domicilium collocent, vel vt extra leucam eos capiat, peccatum eſt cum reſtitutionis onere. ibid.d

Commenda.

Commenda quid. 28.c.d
Commendatarij quales hodie religioſi ſint in Hiſpanijs. 485.a
Commendatarij iſti dominium habent, etiam eorum, quæ ex commendis acquirunt, & de eis teſtari poſſunt, & inſtituere maioratus. ibid.d.c
Commendatarij eiuſmodi priuilegio fori non gaudent in ciuilibus in Luſitania. ibid.d

Commutatiua iuſtitia.

Commutatiuæ iuſtitiæ debitum diuerſum à debito iuſtitiæ diſtributiuæ. 20.b
Commutatiuæ iuſtitiæ medium ſecundum arithmeticam

diſtributiuæ verò ſecūdū geometricam proportionē. 21.a
Commutatiuæ iuſtitiæ debitum per accidens aliquando habet effigiem debiti ex iuſtitia diſtributiua. ibid.b
Commutatiuæ iuſtitiæ definitio. ibid.c
Commutatiua iuſtitia cernitur ſæpe inter Rempublicam, & ſuam partem. ibid.d
Commutatiua,& diſtributiua iuſtitia infimę ſpecies D.Thomæ ſententiæ. 22.b

Conditio

Conditio,ſi inſtitutus hæres eſſe voluerit, aut legatarius voluerit legatum, licet virtute inſit, eſto non exprimatur, quādo tamen exprimitur,operatur, vt niſi hęreditas adeatur, aut legatum acceptetur, non traſmittantur ad hæredes. 570.c
Conditio triplex,poteſtatiua,caſualis,& mixta, & quid vnaquæque ſit. 682.b
Conditionem quando cenſeatur efficere tempus reſtitutioni fideicommiſſi præſcriptum,quando non item. 741.a
Conditionale quando non cenſeatur legatum fauore libertatis. ibid.c
Conditionem tacitam,ſi ſine liberis deceſſeris,habet grauamen reſtituendi poſt ſuam mortem grauati hæreditatem ab aſcendente impoſitum. 742.d
Cōditio tacita, ſi ſine liberis deceſſeris,quā habet deſcēdens grauatus per mortē ſuā aliq̄d reſtituere,locū habet in illegitimo quoad bona,q̄ licitè ei ab aſcēdēte relinquūt. ibid.
Conditio eadem tacita an ſe extendat ad filios naturales hæredis ita grauati,coniecturis eſt iudicandum. 745.a
Conditio illa tacita, ſi ſine liberis deceſſerit, comprehendit filios per ſubſequens matrimonium legitimatos, quando aliud de voluntate inſtitutoris fideicommiſſi non conſtat: ſecus de legitimatis reſcripto Principis, quando ad petitionem eiuſdem inſtitutoris legitimati non ſunt, aut de voluntate eius non conſtat. 746.d
Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, defeciſſe cenſetur, ſi vel vnus ſuperſtes ad breuiſſimum tempus ſit, vel poſthumus ita viuus naſcatur, vt hæres exiſtat. 747.a
Conditio poſita à Rege in donatione caſtri, ſi cum liberis deceſſeris,impleta cenſetur,ita vt caſtrum ad Regem amplius non reuertatur, ſi vel vnus filius ad breuiſſimum tempus ſuperſtes ſit, vel poſthumus ita viuus naſcatur, vt hæres exiſtat. ibid.b
Conditione tacita, vel expreſſa appoſita,ſi ſine liberis deceſſeris,non expirat fideicommiſſum, ſi conſtet parentes, & liberos ſimul obijſſe: ſecus ſi id non conſtet. Et quando præſumendum ſit,quis ante quem obierit. 747.c
Cōditio,ſi filios nō habuerit, quādo ſit eadē cēſenda cū conditione,ſi ſine liberis deceſſerit,& quādo diuerſa. 748.a.b
Conditio tacita,ſi ſine liberis deceſſerit,non cenſetur appoſita,quando grauatus liberos habebat, & id ſciebat teſtator. ibid.c
Conditio expreſſa,ſi ſine liberis maſculis deceſſeris,non excludit ſubſtitutū, ſi deſint maſculi,& adſint fęminæ.ibi.d
Conditio tacita vel expreſſa, ſi ſine liberis deceſſerit, non efficit fideicommiſſarios filios ſuperſtites hæredis ex pacto grauati,ſed perinde pater de illis bonis, atque de alijs ſuis diſponit. 749.a
Conditio tacita,ſi ſine liberis deceſſeris, natis filijs excludit cauſam piam ſubſtitutam, etiam ſi ſit monaſterium, niſi ad exonerandam conſcientiam fideicommiſſum eſſet relictum. 750.c
Conditio tacita,ſi ſine liberis deceſſeris,nō ſufficit, vt hęrede grauato religionem profitente, fideicommiſſum tranſeat ad monaſterium, cum tamen regulariter tranſeat, quando ſub eadem conditione expreſſa fuerat grauatus. 751.a 752.d
Conditio tacita,ſi ſine liberis deceſſeris, locum etiam habet in legatis,ſeu fideicommiſſis particularibus,in donatione cauſa mortis, atque inter viuos, quando aliquid legatur aut donatur deſcendenti cum grauamine, vt poſt illius mortem deueniat ad alium. 744.c
Conditionem inducit dies incertus,an futurus ſit,diſpoſitioni apppoſitus. 812.b
Conditio preſsè ſolam de futuro contingenti comprehendit;latè etiam quamcunque aliam. 814.b
Conditio preſsè quid. ibid.b
Conditio latè quid. ibid.c
Conditionalis diſpoſitio ſolum in ſpe parit obligationem, interim dum conditio pendet. 814.b
Conditio de præſenti, & de præterito, diſpoſitionem non impendit,quare,quæ de legato puro, aut in diem certum traduntur,locum habent in conditione de præſenti,aut de præterito vera. ibid.d
Conditio impoſſibilis, quædam facti, & quædam iuris, & quotuplex hæc. 815.c
Cōditio aſtringēdi ſe ſub iureiurādo faciēdi aut dādi aliquid quādo in vltimis volūtatib.remittatur,& quādo nō. ibid.d
Conditionalis diſpoſitio, ſtando in ſolo iure naturali, vim non habet,niſi impleta conditione,quæcumq;ea ſit. 816.b
Conditionem de facto aut de iure impoſſibilem haberi pro non adiecta, aut diſpoſitionem non vitiare, ſolum habet locum in diſpoſitionibus,in quibus iure poſitiuo eſt id ſtatutum,neque eſt ad alia extendendum. ibid.c
Conditio de facto aut de iure impoſſibilis habetur pro non adiecta in vltimis diſpoſitionibus,neque eas vitiat. ibid.d
Conditionis impoſſibilis adimpletio diſpoſitionem non vitiat. 8 7.a
Conditio impoſſibilis, quam diſponēs poſſibilem credebat, vltimam voluntatem vitiat. ibid.c
Conditio etiā de facto impoſſibilis habetur pro non adiecta, nec vitiat vltimā diſpoſitionē: illa tamē eā vitiat,quæ licet inſtituto impoſſibilis ſit,alijs tamen eſt poſſibilis. ibid.a
Conditio de futuro ad alteram partem determinata pro impleta habetur,ſicut conditio de præſenti, aut de præterito vera,efficitque diſpoſitionem puram. ibid.b.c
Conditio poteſtatiua quæ. ibid.d
Conditio caſualis quæ. 818.a
Conditio mixta quæ. ibid.b
Conditio caſualis aut mixta ſatis eſt ſi poſt mortem teſtatoris,vel in vita poſt diſpoſitionem confectam,aut ignorante teſtatore ante diſpoſitionem impleatur, vt valida ſit vltima voluntas ſub ea facta. ibid.c
Conditio poteſtatiua poſt teſtatoris mortem debet impleri, vt vltima voluntas ſub ea facta valida ſit: niſi ea conditio iterabilis non ſit:nam tūc ſufficit ante teſtatoris mortem eſſe impletam. ibid.d
Conditio poteſtatiua quando inſtitutioni hæredis eſt addita, neq; impletioni eſt præfixus terminus, ſatis eſt ſi impleatur interim dum hæres viuit:addita verò legato imperiā legatario debet, cùm primum potuerit, alioquin expirat legatum. ibid.
Conditio poteſtatiua negatiua quando appoſita eſt vltimæ voluntati,tradendum continuò eſt, quod ſub conditione eſt relictum, præſtita cautione Mutiana de reſtituenda re cum fructibus,ſi conditionem fuerit tranſgreſſus. Et quid in legato libertatis aut alio pio. Quid item quando ob paupertatem Mutiana cautio non poteſt dari. 819.a
Conditio in commodum alterius hæredi aut legatario appoſita,ſi ex parte illius alterius defecerit, habetur pro impleta. ibid.b
Conditiones tacitæ quæ. ibid.c
Conditio legato,aut hæredis inſtitutioni appoſita,ſi viduus, aut vidua ad ſecundas nuptias non tranſierit, valida eſt, eſto ab extraneo ſit appoſita.Quòd ſi tranſeat,reſtituit ſibi relictum cum fructibus, nulla expectata ſnia. 816.b
Conditio nunquam nubendi ei appoſita, qui nunquam matrimonium contraxit,pro non appoſita habetur; itemque non contrahendi niſi ad arbitrium alterius: ſecus de conditione non contrahendi cum aliquo aut aliquibus, vel ad certum tempus,dummodò in pœnam non ideò auferetur legatum aut hæreditas, integrumque remaneret cum alio,vel alijs cotrahere. 820.c
Conditio contrahendi cum aliqua aut aliquo, & cum nullo alio, valida eſt,modò licitè,& honeſtè id fieri poſſit; quod ſi per illū alium defuerit,nō impedit diſpoſitionem. ibi d
Conditio validè apponitur legato,aut hæredis inſtitutioni,ſi religionem ingrediaris,aut ſacerdos fias. 821.a
Conditio,ſi caſtè vixeris,an impediat tranſitum ad ſecundas nuptias,coniecturis eſt iudicandum, atque in dubio pronunciandum eſt non impedire. 821.c
Conditione nuptiarum ſi quid legetur,aut donetur, & legatarius,aut donatarius religionem profiteatur, totum debetur monaſterio. 822.c
Conditio,qua quis à commodo aliquo excluderetur, animo auocandi illum à religionis ingreſſu, viro Chriſtiano eſſe indigna: valida tamen ac licita eſſet, ſi bono fine quis à commodo aliquo excludatur,ſi religionem profiteatur, vel clericus fiat. ibid.d
Conditionis nomen ſæpe pro modo accipitur. 824 b
Conditionis nomen, ſi contineat aliquid implendum poſt diſpoſitionem obtentam, modum ſignificat, non verò conditionem. ibid.d

Conditio

Conditio. Vide Legatum,& hæredis inſtitutio.

Coniux.

Coniux, qui bona fide contraxit,& in ea perſeuerabat ; valide accipit legatum, donationem, aut quoduis aliud ab altero coniuge,neque id pertinet ad fiſcum. 729.a

Coniux, qui mala fide contraxerat, amittit fiſco,ſi quid per vltimam voluntatem, aut inter viuos ab altero coniuge acceperat, niſi id hæredibus dantis ſit reſtituendum, eo quod bona fide contradixerit, ac perſeuerauerit. 796.a

Coniugis legatum alteri coniugi factum, reputandum non eſt inualidum, quando bono fine contraxerunt, & in eo perſeuerauerunt. ibid.b

Conſanguinitas.

Conſanguinitatis gradus in linea aſcendentium, & deſcendentium eodem modo canonico, & ciuili iure computantur. 580.d

Conſanguinitatis gradus in linea tranſuerſali canonico iure quomodo ad matrimonia computentur. ibid.

Conſanguinitatis gradus de iure ciuili quomodo ad ſucceſſiones computentur. 581.c

Conſuetudo.

Conſuetudo in contrarium decem annorum vim obligandi aufert a lege ciuili. 281.d

Conſuetudo in contrarium quadraginta annorum vim obligandi aufert à lege canonica. ibid.

Cõſuetudo de re Eccleſiaſtica ac ſpirituali præter legem canonicam, vt ieiunandi, aut ſeruandi diẽ aliquem in honorem alicuius ſancti, vim obligandi inducit poſt decem annos. ibid.

Conſuetudo quæ iuri alicuius eccleſiæ particularis præiudicat, vt vim habeat, ac præualeat, eſſe debet quadraginta annorum. 282.a

Conſuetudo, quæ iuri eccleſiæ Romanæ, aut coronæ Regni præiudicet,eſſe debet centũ annorũ;quod ſi ius ei reſiſtat, vt regulariter reſiſtet,eſſe debet immemorabilis. ibid.

Conſuetudo in contrarium vim non habent aduerſus legẽ, quæ ſtatuit,vt aduerſus illã nulla conſuetudine præſcribatur;quod ſi ſtatuat,vt non niſi tanto tempore conſuetudine præſcribatur,ante illud tempus vim non amittet. ibid.

Contractus.

Contractus Principis dominium non transfert ante traditionem; ſecus de donatione. 37.c

Contractus guarentigius quis. 264.d

Contractus,ob ſolemnitatis defectum nulli,naturalem obligationem non pariunt, nulliq; in foro conſcientiæ ſunt, quando autem oneroſus eſt, expectare poteſt vnus,vt alter reſciſſionem petat. Multumque in illis de iuris rigore eſt ſæpe remittendum, neque fructus percepti ſunt reſtituendi,neque de omiſſione modicæ ſolemnitatis eſt curãdum. 301.c

Contractus de re turpi parranda illicitus eſt.& peccatum,integrumque vtrique contrahentium eſt diſcedere à contractu ante rem patratam,etiam inuito altero: re autem patrata, ex iuſtitia debetur precium promiſſum, ſtando in ſolo iure naturali, liciteq; exigitur, & accipitur. 343.b

Contractus de re turpi eſt peccatum eius ſpeciei, cuius eſt res turpis,de qua eſt talis contractus. ibid.c

Contractus religioſi quouſque obliget aut non obliget monaſterium. 478.c

Contractui, aut diſpoſitioni nullæ, quando iuramentum vires tribuat,& quando non. 532.b

Contractus, pacta, promiſſiones,& renunciationes iuramento confirmata poteſt irrita reddere ex rationabili cauſa, non ſolum poteſtas eccleſiaſtica,ſed etiam laica. 134.d

Contractus, ſi mutuus ſit, quo pacto minor ſine authoritate tutoris poſſit obligare alterum,cui ipſe obligatus non maneat. 906.a.b

Contractibus quatenus filiusfamilias ſine conſenſu patris obligetur,aut non. 926.a

Contractus iuramento confirmatus. Vide iuramentum.

Corporales res.

Corporales,& incorporales res quæ. 786

Curator.

Curator ac tutor locum non habet comparatione eius,qui ſub patria eſt poteſtate. 880.c

Curator datur puberi vſq; ad vigeſimum quintum annum, non tamen inuito,niſi iure Luſitano. Valentque acta per eundem curatorem. Ad iudicium cogitur curatorem accipere. Niſi in cauſis ſpiritualibus,aut ſpiritualibus annexis. 881.d

Curator præcipuè datur rebus, minus præcipuè perſonis: & ideo irrita non poteſt reddere vota perſonalia illius; ſicut poteſt tutor vota impuberis. 882.b.c

Curatot datur furioſo,mente capto, & prodigo, etiam inuitis. ibid.d

Curator datur ſurdo, & muto, & ijs, qui perpetuo morbo laborant,ita vt ſupereſſe ſuis rebus non poſſint, & impuberi, dum impeditus eſt tutor. ibid.

Curator de iure communi non datur teſtamento, ſi tamen detur ab ijs, qui tutorem poſſunt dare, confirmatur à iudice, & tenetur illum admittere minor: iure verò Luſitano, ita datur curator teſtamento ſicut tutor, & quæ de tutore traduntur,in curatore locum habent. 887.b

Curator mente captis, prodigis, ſurdis, & mutis, quis ſit, & quis præferendus alijs. ibid.c

Curator mente capti ſatiſdare non tenetur, ſi ſufficientia bona habet vnde ſatisfaciat. 896.b

Curatores,& tutores,qui eſſe non poſſint. 888.b

Curator,aut tutor eſſe non poteſt religioſus. 889.c

Curatores,aut tutores, teſtamentarij,aur datiui eſſe non poſſunt clerici in ſacris, ſed ſolum legitimi,ſi volent: miſerabilium verò perſonarum,quarum bona alioquin perirent, eſſe poſſunt tutores,aut curatores. ibid.d

Curatorum,ac tutorem præmium. 913.a

Curatoris munus,quando finitur. ibid.b

Vide Tutor,& Minor.

Dare.

DAtum gratis ob cauſam exiſtimatam, ſi cauſa non exiſtat,& voluntas conferentis,quaſi habitualis fuit, vt cauſa non exiſtente validum eſſet,in conſciẽtiæ foro eſt nullum,& in exteriori,ſi de ea volũtate in eo conſtet, quando tamen non adfuit talis voluntas, validum eſt. 831.a

Dare. Vide accipere.

Debitum.

Debitum inter inferiores,& ſuperiores cuius virtutis ſit obiectum. 16.a

Debitum ex iuſtitia commutatiua diuerſum à debito ex iuſtitia diſtributiua. 20.c

Debitum iuſtitiæ diſtributiuæ inæquale partibus Reipublicæ. 21.c

Debita, quæ ciuilibus actionibus exigi poſſunt, regulariter de iure communi præſcribuntur triginta annis. 264.d

Debita præſcribi non incipiunt ante diem in quo erant ſoluenda. 283.b

Decima.

Decimas, an Eccleſiæ debeat is, qui alterum iniuſte impediuit ne piſcaretur, aut ne ſemina mandaret terræ, aut damnum ſatis intulit. 270.d

Decimas, quoad ius eas percipiendi eo modo quo illas percipiunt Eccleſiaſtici,cur laici præſcribere non poſſint, neque item res ſacras. 243.a

Vide Præſcriptio.

Decretum.

Decretum iudicis. Vide Minor,& Tutor.

Defunctus.

Defuncto aliquo, intra nouem dies inquietari, aut in iudiciũ vocari non poſſunt hæredes, vxor,& propinqui illius,occaſione defuncti,niſi eorũdẽ malitia aliud poſtularet. 852.b

Defuncto aliquo, ſi teſtamentum condidit, illud ante omnia aperiri debet. 950.b

Delegatus.

Delegatus. Vide Accipere.

Deliberare.

Deliberare intra quantum tempus teneatur hæres,eoque defuncto hæredes illius. 695.d

Deliberatio cur maior quondam hæredibus concedebatur. 852.d, & 853.a

Deliberandi tempus ſi petatur, quantum,& à quo poſſit concedi. 862.a

Deliberãdi tempus ſi detur, tranſacto illo, & hæreditate non repudiata, adita cenſetur, & ſiue expreſsè, ſiue tacitè ſit adita, ſi inuentarium confecit, tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis; legatarijs autem non, & detrahit à legatis Falcidiam. ibid.b

Deliberandi tempore poſtulato, ſi hæres repudiet hæreditatem, nec inuentarium conficiat, iuratur aduerſus eum in litem. ibid.c

Deliberandi tempus poſtulans hæres, aut inuentarium non conficiens, in conſcientiæ foro tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis. 866.b

Deme-

Democratia.

Democratia reſpublica quæ. 106.d,& 107.a
Democratia poteſtatis variè poteſt conſtitui. 110.b.c
Democratiæ potenatis leges plebiſcita nuncupatur. ibid.

Demonſtratio.

Demonſtratio in diſpoſitionibus quid. 836.d
Demonſtratio falſa nō vitiat diſpoſitionem qñ conſtat de re, quæ demonſtrari intenditur, & de perſona, quæ ſimiliter intenditur demonſtrari, & qui euentus excipiantur. 837.a
Demonſtrata res ſi non exiſtat in loco in quo demonſtratur, inualida eſt diſpoſitio, ſi verò non exiſtat integra, ſolum valet quoad id illius, quod ibi reperitur. Idem eſt, ſi non debeatur ab eo, à quo deberi dicitur. ibid.b

Deportatio.

Deportatio, & proſcriptio, qualiter de iure cōi fiebant. 50.d

Depoſitarius

Depoſitarius, ſi inuito domino, depoſito vtatur, & peccat, & valorem talis vſus reſtituere illi tenetur. 41.a

Deſcendens.

Deſcendentes, niſi hæredes inſtituantur, aut appoſita legitima cauſa exhæredentur, teſtamentum eſt nullum, quoad hæredum inſtitutionem. Idem ſi poſtea probetur, cauſam exhæredationis ſufficientem non fuiſſe. 576.c
Deſcendens ſi hæres inſtituatur, ſed in minori portione, quã legitima, & agit ad incrementum. ibid.
Deſcendentiū legitima tertium de iure Cæſareo, ſi filij quatuor non excederent: alioquin dimidium. In Luſitania duæ partes. In Caſtella quatuor, ſed meliorari in tertio poſſunt. 574.c
Deſcendentes ſoli ſuccedūt ab inteſtato aſcendentibus, ſi filij ſint per capita, ſi in vlteriori gradu ſuccedant, rōne parentum quos repræſentant, ſuccedunt per ſtipitem. 582.c

Dies.

Dies vltimus inceptus anni integri pubertatis habetur pro expleto, vt pubes teſtari poſſit. 460.b
Dies incertus, an futurus ſit, conditionem inducit diſpoſitioni appoſitus. 812.b

Diſpenſatio.

Diſpenſatio in ius gentium vt cadat. 13.b
Diſpenſatio matrimonij circa gradus conſanguinitatis, vt valida ſit, neceſſe eſt, vt ſi alter à trūco minus diſtat, quam diſtent inter ſe, id exprimatur, & vt ſi fœmina minus diſtat, id etiam exprimatur. Idemque ſi varijs vijs ſit inter eos conſanguinitas aut affinitas. 581.a
Diſpenſatio cum illegitimis, diſtinctum quid eſt à legitimatione, eſtq; ſtrictè intelligēda, & legitimatio amplè. 624.a
Diſpenſatio eſt cum illegitimo, ſi non ad omnia, quæ vel canonico, vel ciuili iure erat inhabilis, reddatur habilis; legitimatio verò quando habilis efficitur ad omnia, ad quæ altero iure erat inhabilis: idque quibuſcunque verbis diſpenſans, aut legitimans vtatur. ibi.c
Diſpenſatio eſt cum illegitimo, ſi reſtrictio fiat in ſubſtantia legitimationis, ita vt non ſolum ſit quoad aliqua: ſi verò ſolum fiat reſtrictio in aliquo effectu, aut effectibus, eſt legitimatio. 625.a
Diſpenſatio cum illegitimo. Vide illegitimus.

Diſpoſitio.

Diſpoſitioni nullæ, quando iuramentum vires tribuat, & quando non. 532.a
Diſpoſitio. Vide modus.

Diſtributiua iuſtitia.

Diſtributiuæ iuſtitiæ debitum diuerſum à debito iuſtitiæ commutatiuæ. 20.c
Diſtributiuæ iuſtitiæ debitum inæquale partibus Reipublicæ. ibid.d
Diſtributiuæ iuſtitiæ medium ſecundum geometriam: commutatiuæ verò ſecundū Arithmeticā proportionem. 11.b
Diſtributiuæ iuſtitiæ definito. ibid.c
Diſtributiua iuſtitia in rectoribus, miniſtriſque publicis reſidet. ibid.d
Diſtributiuæ, & legalis iuſtitiæ diſcrimen. ibid.
Diſtributiua, & commutatiua iuſtitia infimę ſpecies D. Tho. ſententia. 22.b
Diſtributiuæ iuſtitię debitum ſi fraudetur, debetur deinceps ex commutatiua iuſtitia. ibid.d
Diſtributiuæ iuſtitiæ, vt non competat repaſſum, ſeu contrapaſſum. 23.c

Diuidua.

Diuidua, an indiuidua obligatio ſit, vnde iudicandum. 363.b

Diuiſio rerum.

Diuiſio rerum qua ratione potuit introduci, teque ipſa licitè fuit introducta. 12.a
Diuiſio rerum, vt in ſtatu innocentiæ expediens non fuiſſet, ita poſt illum fuit neceſſaria. 90.c.c
Diuiſio rerum gentium iure licitè fuit introducta. 13.b.91d
Diuiſio rerum nunquam fuit de iure naturali; tametſi obligatio, vt fuerit, eſſe potuerit de iure naturali, ſi grauia ex rebus in communi orirentur mala. 93.a b
Diuiſio rerum, in quibus euentibus poſt peccatum non neceſſaria. ibid.c
Diuiſio rerū quo pacto, & per quos potuit introduci. 94.a.b

Doctores.

Doctoratus, aut alterius literarij gradus ſumptus cum filio à parentibus factos conferre non tenetur filius, quando non præceſſit ea de re conuentio cum patre. 976.b

Dominium.

Dominium non comparatur ſolo titulo, niſi adſit traditio ſaltem ficta. 27.d
Domini definitio. 31.a
Dominium directum, & vtile quid. 31.c,33.d.36.a
Dominium latè ad incorpoaalia ſe extendit. 21.d
Dominium non eſt eſſentialiter ius, ſed ius naturam dominij conſequitur. 33.a
Dominium vtile quid. ibid.d
Dominium rebus intellectu minimè præditis non conuenit. 34.a
Dominium minus latè patet, quam ius. ibid.b
Dominium triplex. ibid.c
Dominium iuriſdictionis ad quos pertineat, & in quo ſit poſitum. ibid.d
Dominium iuriſdictionis ad multos ordine quodam ſimul pertinere. Vnde à iuriſperitis diuiditur in altum, & baſſum. 35.a.b
Dominium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſpecies alia à dominio iuriſdictionis ſecularis. 35.a
Dominium locorum, ſeu vniuerſitatis quid. ibid.6.
Dominium hoc ſimul ad ſubditos, & ad habentem iuriſdictionis dominium eius loci ſpectat, poteritque in ſuo gradu, & ordine plura pecora ibi paſcere, & plura ligna inde accipere. ibid.c
Dominium particulare quod: habetq; illud interdum communitas rerum aliquarum. ibid.
Dominij diuiſio. ibid.
Dominium vtile dicendi ſunt habere præſertim emphyteuta, & feudatarius. 36.d
Dominium plenum, & non plenum, & quot modis plenum non ſit. 25.d,& 37.a
Dominium, etiam vtile, vt comparetur neceſſaria regulariter eſt traditio, ſeu apprehenſio. 37.a
Dominium quando ſine traditione comparetur. ibid.
Domininm non transfert princeps in contractibus ante traditionem: ſecus in donationibus ibid.c
Dominium comparat hæres ſtatim adita hæeeditate ante apprehenſionem: ſecus de poſſeſſione. ibid.c.d
Dominium rei legatæ in ſingulari, adita hæreditate per hæredem, abſque traditione tranſijſſe cenſetur in legatarium a puncto mortis teſtatoris: ſecus de poſſeſſione. ibid.
Dominium legati indeterminati in indiuiduo non comparatur ante traditionem. 38.d
Dominium rei donatæ ſub conditione aut modo, vt donatarius præſtet alimenta, tranſit ad donantem eo ipſo, quod donatarius modum non ſeruat, abſque vlla traditione. 39.a
Dominium rei donatæ cum pacto, aut modo, vt tranſacto certo tempore deueniat ad quendam tertium, de iure Caſtellæ adueniente eo tempore, dominium trsnsfert abſque traditione in illum tertium, quin & comparat poſſeſſionem: ſecus de iure communi. ibid.b,c
Dominium, & poſſeſſio bonorū maioratuum in Regno Caſtellæ mortuo poſſeſſore tranſeunt ad ſucceſſorem abſque vlla traditione. ibid.c
Dominium, aut quaſi dominium, beneficij Eccleſiaſtici ſola collatione, & acceptatione, ſine traditione acquiritur. ibid.
Dominij, ac iuris titulus quid. ibid.d
Dominium à facultate ad vſum, & conſumptionem diſtinguitur circa res, quæ vſu conſumuntur. 44.a
Dominium fructuum quãdo comparet vſufructuarius. 45.b
Dominium rei ſuperficiei affixæ, ſiue domus, ſiue arbores ſint, non ad ſuperficiarium, ſed ad proprietarium ſpectat, eſto induſtria, & ſumptibus ſuperficiarij affixa ſint. Idem de emphyteuta. 59.b
Dominium earum rerum, quæ nullius ſunt, vt ferarum, &c appre-

apprenſionem corporalem animo efficiendi ea ſua requirit. 126.b,c
Dominium neque de iure communi, neque Luſitano, acquiritur traditione ſcripturæ de nouo confectæ, qua titulus concedatur: ſecus de iure Caſtellæ. 132.c
Dominium transfertur traditione rei facta per verum dominium, eſto tertius alius poſſideat: eaque ratione talis traditio poſſeſſionem non transfert. 134.d
Dominij, iuris atque iniuriæ ſola libero arbitrio prædita capacia. 144.a
Dominium habent pueri, & amentes. ibid.d
Dominium hominum, & angelorum à Deo deriuatum, Deique vniuerſali dominio ſubordinatum. 145.a
Dominium hominum in res ipſorum non ad omnes vniuerſim vſus ſe extendit. ibid.b
Dominium rerum corporearum, ſolo iure naturali ſpectato, omnibus eſt commune. 147.a
Dominium propriæ vitæ, & membrorum non habent homines, licet ius eis fruendi, & ea conſeruandi ſit ipſis conceſſum, ratione cuius iniuria ipſis fit, ſi eis nocumentum iniuſtè inferatur. 145.b,c
Dominium lethali crimine non amititur. 147.c
Dominium iuriſdictionis poſt Adæ peccatum fuit neceſſarium. 150.c
Dominia rerum, quin & vxores diuidendas non eſſe in reb. publicis, Socrates, & Plato aſſeruerunt, cõtrariũ verò probauit Ariſtoteles. ibid.d
Idem fuit Apoſtolicorum error. 153.a
Dominia, vt in innocentiæ ſtatu indiuiſa, ita poſt illum diuidi fuit neceſſarium. 151.a
Dominia rerum diuidi gẽtium iure licitè fuit introductum. 152.a
Dominia prima rerum cõſtitutione iure naturali fuiſſe omnibus communia, quo ſenſu aſſeratur. 152.c
Dominiorum diuiſio per quos, & quo pacto introduci potuit. 154.b.c
Dominium eorum, quæ indiuiſa non fuerunt, fit primo occupantis, idque gentium iure. 155.a
Dominia quarundam rerum aliquibus diuino iure conceſſa ſunt. 94.d
Dominiũ rerũ in cõi expedientius alicui cõgregationi. 95.a
Dominium nõ eſt cenſendum comparare hoſtes rerum, quas à noſtris bello capiunt, quando noſtrum bellum iuſtum arbitrantur. 169.c
Dominium in ſeruos quouſque, & ad quæ extendat, & ad quæ non. 182.c
Dominium animalium immanſuetorum amittitur ſtatim, atque ad ſuam naturalem libertatem redeunt, & quando rediiſſe ſunt cenſenda. 196.b
Dominium animalium, quæ cicurata erant, amittitur, cum primum redeundi amittũt conſuetudinem, & ad ſuam naturalem libertatem ſe recipiunt. ibid.d
Dominium falconum, & accipitrum quando retineatur, & quando amittatur. 197.a
Dominium columbarum quando retineatur, & quãdo amittatur. ibid.b
Dominium apum atque examinum. ibid.c
Dominium ferarum, quæ in locis circunſcriptis, aut in ſaltibus Principum continentur ad quem pertineat. ibi.d
Dominium per alluuionem quando acquiratur, & amittatur. 227.b.c
Dominium ædificij, & plantarum cedit domino ſoli. 490.c.d
Dominium vaſis, aut picturæ in aliena materia cõfectorum, ad quem pertineat. 491.a
Dominium comparat is lignorum, quæ ritè vel de communi ſylua, vel priuata ex facultate domini cædit. 219.c
Dominium rei bello captæ quando comparetur. 416.a.b
Dominium non habent clerici bonorum, quæ propria ſunt Eccleſiarum, aut piorum locorum, ſed ſolam adminiſtrationem. 487.d
Dominium bonorum Eccleſiarum penes communitates Eccleſiarum eſt, & cur bona Dei, & patrimonium Chriſti dicantur. 488.c, & 490 a
Dominium comparat hęres ſuus hęreditatis ad ſe delatæ, antequam illam adeat; alij verò hæredes non niſi adita hæreditate. 690.c
Dominium fideicommiſſi, etiam directum, quando comparetur; quando item ſimul cum dominio poſſeſſio. 327.b
Dominium rei legatæ in particulari, non ſub conditione, nec ad diẽ ſoluendæ, à quo puncto ad legatariũ ſpectet. 759.c
Dominium bonorũ aduentitiorum pertinet ad filium, vſuſfructus verò ad patrẽ, exceptis nonnullis euentibus. 941.d
Vide Dominus.

Dominus.

Dominus eſt maioratus bonorum vinculatorum. 32.c
Dominus omnium ita eſt Deus, vt nullius rei dominium poſſit à ſe abdicare. 84.b
Dominus eſt Deus & vitæ hominum, & Angelorũ, eſtq; dominium illius in res creatas ad oẽs vniuerſim vſus. ibid.c
Dominus actu fuit Deus ſolum à puncto creationis. ibid.d
Domini ſunt homines naturali iure eorum, quæ cęli ambitu continentur. 85.a
Domini aliquo modo ſunt homines cœlorum. ibid.c
Dominus eſt Chriſtus, quatenus homo abſolutè rerum omnium temporalium, & qua ratione, dominia aliorum in eiſdem rebus conſentiant. 122.a
Dominus non eſt Summus Pontifex, ſed diſpenſator bonorum omnium Eccleſiæ. Quod ſi illa ſine rationabili cauſa donet, tam ipſe, quam donatarius, reſtituere illa tenetur Eccleſiæ. 130.d
Dominus eſt homo ſuæ libertatis, valens eam alienare, ſtando in ſolo iure naturali.
Dominiũ nõ habentia, gẽtiũ iure ſunt primò capiẽtis. 146.d
Dominum habent animalia manſueta, parteſque eorũ quando à fera, aut ab alio interficiuntur, ad dominum animalis ſpectant. 196.a
Domino quæ res careant. 215.b
Domino carentia, aliquovè ad quem pertineant, fiunt primò occupantis, niſi aliud iure ciuili ſit conſtitutum. 221.b
Domini ſunt clerici bonorum, quæ neque propria Eccleſiæ ſunt, neque ſunt reditus beneficiorum, & quam latè illa alia bona pateant. 226.a

Donatio inter viuos.

Donatio Principis dominium transfert abſque traditione: ſecus de contractu ab eo celebrato. 37.d
Donare de bonis regni quouſque poſſit rex. 112.d
Donationes factas de bonis regni malè atque in pręiudicium regni, reuocare poſſunt rex, & ſucceſſores. 113.a
Donatio à Cõſtãtino facta eccleſiæ, valida licitaq; fuit. 113 b
Donari à Regibus coronæ, aut communia loca non debent, niſi moderate, & iuſta ex cauſa. 204.c
Donata, ſeu collata à principio propter obſequium, aut alias emẽtitas cauſas, quouſque reſtitutioni ſint obnoxia, etiam quoad fructus. 836.b
Donata à Rege, aut à Regina quaſi Caſtrẽſia bona sũt 939.b
Donatio ſine rationabili cauſa facta a Summo Pontifice de bonis Eccleſiæ inualida eſt, reuocariq; poteſt per ipſum, & ſucceſſores: eo quod diſpẽſator ſit, & non dominus eorum bonorum; teneturq; donatarius, & ipſe reſtituere illa Eccleſiæ. 131.a
Donare inter viuos, & maioratus inſtituere poſſunt Prælati, & alij beneficiarij, de his bonis, de quibus liberè poſſunt teſtari. 527.d
Donat validè, & licitè Prælatus inter viuos ad pia, & remuneratoriè, & quæcunque vult etiam in eo morbo conſtitutus in quo è vita diſcedit. 528.c
Donatio animo obtinendi aliquid facta, eſto finis intentus non ſequatur, valida eſt. 321.d
Donatio omnium omnino bonorum valida eſſe poteſt Principis authoritate confirmata. 547.c
Donatio inofficioſa eſſe poteſt aſcendenti, eatenuſque eſt inualida. 990.b
Donatio ob cauſam à parentibus filijs facta quid. 965.c
Donatio ſimplex à parentibus filijs facta quid. ibid.d
Donationem ob cauſam conferre tenetur filijs, niſi parens expreſſerit, quod habeat eam præcipuam, accipiatque illã parens in partem, de qua liberè poteſt diſponere. ibid.
Donationes ob cauſam filijs factæ, cuiuſcunque quantitatis ſint inſinuatione non indigent. 970.b
Donationem ad nuptias, aut dotem filiæ ſi pater promitteret, cenſetur de ſuis proprijs bonis eam promittere, nihil impediente quod talis filia haberet propria bona. ibid.d
Donatio ſimplex à parte filiofamilias facta, ſi ſecuta non ſit traditio, eſt inualida, niſi iuramento eſſet confirmata, idq; in Luſitania obtenta facultate regis ad confirmandam illam iuramento. 978.a
Donatio ſimplex a patre filiofamilias facta, accedenteq; traditione non confirmatur, niſi morte patris, aut iuramento adhibito: in Luſitania ex Regis facultate, ſolumque confirmatur morte patris quoad ſummam, quam ſine inſinuatione fas eſt donare, niſi in morte ratificetur; quia tunc vim habet legati. ibid.b

Donatio vſusfructus bonorum aduentitiorum facta à patre filio, valet ſtatim cuiuſcunque ſit quantitatis. ibid.c

Donatio bonorum mobilium facta a patre filio familias pro ficiſcenti in bellum,aut ad palatium regis, valet, efficiturque caſtrenſe bonum filij.& quid in Luſitania : valet ſimiliter donatio librorum facta filio, qui eſt in procinctu vt artem exerceat. ibid.

Donatio ſimplex facta à patre filio emancipato, aut à matre, & auijs, auoq; materno (atque in Luſitania paterno) filio ſiue emancipato, ſiue non,ſtatim valet,eſto ſecuta non ſit traditio,modo inſinuata ſit,alioquin quoad exceſſum non valet. ibid.d

Donatio ſimplex facta à patre filio emancipato, de iure communi confertur. 979.a

Donatio ſimplex facta à patre filiofamilias,de iure communi non confertur,nec proinde in legitimam eſt aſſumenda,niſi pater antequam confirmaretur aliud ſtatueret : aut niſi frater conferre teneretur donationem aliquam,& tunc quoque illa alia ſit conferenda. ibid.b

Donatio ſimplex facta à matre,aut ab auis maternis,vel auia paterna,non confertur de iure communi, niſi parens, qui donauit,aliud ſtatuerit,quando donauit,aut cohęres conferre teneretur donationem ob cauſam factam ab eodem parente. 980.a

Donationes omnes etiam ſimplices,à parentibus factæ,regulariter conferuntur in Luſitania. ibid.b

Donatio omnis ſimplex facta ab aſcendentibus emancipato, aut filio familias, valida eſt in Caſtella, eſto non ſit facta traditio;attamen tunc reuocari vſque ad mortē ab eo aſcēdente poteſt,à quo facta eſt: ſi verò facta ſit traditio,etiam per clauſulam conſtituti redditur irreuocabilis. ibid.d

Donatio ſimplex in Caſtella facta ab aſcendente, cenſetur melioratio in tertio, & quinto, ac proinde nec confertur, nec computatur in legitima, niſi tertium & quintum donantis excedat; 981.b

Donatio remuneratoria, qua vnus plus in bonis paternis haberet,locum non obtineret,quando filiorū merita, quamuis extraordinaria,æqualia eſſent. ibid.d

Donatio remuneratoria propter extraordinaria obſequia & merita,facta vni filiorum ad æqualitatem ſolum cum meritis conferenda non eſt,ſed habet illā præcipuā talis filius deducendam de toto aceruo tanquam æs alienum. ibid.

Donatio non cenſetur remuneratoria, quando de meritis filij non conſtat,eſto iureiurando ea affirmet pater. 982.b

Donationi aut alteri diſpoſitioni,ſi modus impoſſibilis de iure,aut de facto apponatur,habetur pro nō appoſito. 826.d

Donato prædio ad alimenta (idem ſi dicatur ad vſum) quoad proprietatem cenſetur donatum. 828.c.d

Donationi ad pias cauſas modus appoſitus,non cenſetur reddere nullam diſpoſitionem ſi non impleatur,niſi id donator expreſſerit:ſi tamen intelligitur illam fuiſſe illius voluntatem, nulla redditur. 829.b

Donatum ſi quid ſit eccleſiæ ſub modo, cuius tranſgreſſio nullam reddat donationem,non ſufficit tranſgreſſio ſolius prælati,vt nulla ſit,niſi quando in ſolo prælato erat facultas id alioquin alienandi. 830.b

Donatum ob cauſam,ſi cauſa non exiſtat,& voluntas conferentis quaſi habitualis fuit,vt cauſa non ſubſiſtente inualidum eſſet,in conſcientiæ foro eſt nullum, & in exteriori, ſi de ea voluntate in eo conſtet.Quando tamen non adfuit ea voluntas,validum eſt. 831.b.c

Donatio eſt valida,ſi cauſa ob quam donatur, ſubſiſtat, eſto multa lateant donantem,quæ ſi ſciret, vellet vt eſſet inualida. 832.a

Donatæ rei ſub conditione aut modo, vt donatarius præſtet alimenta,dominium reuertitur ad donantem abſq; traditione,eo ipſo,quod modum donatarius non ſeruat. 39.a

Donatæ rei cum pacto aut modo, vt tranſacto certo tempore deueniat ad quendam tertium,de iure Caſtellæ,adueniente eo tempore, dominium tranſit in illum tertium abſque traditione, quin & comparat poſſeſſionem : ſecus de iure communi. ibid.c

Donans intendendo ea via allicere alium ad mutuandum, non peccat;neq; etiam accipiens peccat intelligendo eum donantis animum, modò de animo verè donandi ſibi perſuadeat,neque proinde tenetur mutuò dare. 341.b

Donatum vxori,vel alteri,ſub conditione, ſi caſtitatem ſeruet,aut ſub alia conditione,non ſeruata conditione, reſtituendum eſt,nulla expectata ſententia. 101.b

Donatum ſi quid ſit ſub nuptiarum conditione,& donatarius religionem profiteatur,totum debetur monaſterio. 822.b

Donatio ob demonſtrationem falſam non vitiatur, quando de re,quæ ſub tali demonſtratione donatur, conſtat, & de perſona cui ita donatur. Excipitur,quando demonſtratio ſimul eſt cauſa donandi,qua non exiſtente,donantis intentio ſit non donare. 837.a

Donata eunti ad bellum,quouſq; caſtrenſia bona ſint. 936.a

Donatum aut relictum occaſione ſeu familiaritate militiæ bonum eſt caſtrenſe. ibid.b

Donatum filio intuitu patris proximè ac principaliter profectitium eſt bonum,pertinetq; ad patrem, cuius intuitu eſt datum. Contrarium affirmat Anton. Gom. quando à Rege eſt donatum. 945.a

Donatū à parentibus filijs,quādo bonū aduentitium. 944.c.d

Donatum in Luſitania filio aut filiæ, ad coniugium ab alio, quàm ab aſcendentibus,eſto intuitu patris,imò eſto patri ad id donetur,eſt aduentitiū bonū,& pręcipuum talis filij, quin & quaſi caſtrēſe,ſi à Rege aut Regina ſit donatū,niſi à donāte ſit expreſsū vt illud ad partitionē adducat. 945.c

Donatio ſiue cauſa mortis ſit,ſiue non,ſi donantis morte confirmetur,detrahitur ab ea Falcidia. 927.d

Vide acceptio,& modus.

Donatio cauſa mortis.

Donare cauſa mortis is ſolus poteſt,qui teſtamentum poteſt facere. Excipitur filius familias, qui de iure communi donare cauſa mortis ex patris conſenſu poteſt,non verò teſtari. 459.b.463.a

Donare non poteſt cauſa mortis,ſicut nec teſtari publicus vſurarius. 461.d

Donatio cauſa mortis facta à conſtituto in diſcrimine vitæ, tranſacto eo periculo abſque alia reuocatione euaneſcit: ſecus de teſtamento. 540.a

Donatio cauſa mortis iuramento confirmata tranſit in donationem inter viuos. 350.d

Donationem cauſa mortis à duobus factam,mortuo vno,poteſt alter, quoad ea quæ ad ſe ſpectant reuocare. 548.b

Donatio fraude eo pacto confecta, animo illam reuocandi mortuo altero,aut ſi prius ipſe ſit in vitę diſcrimine,quantam reſtituendi obligationem inducat. ibid.c

Donatio cauſa mortis ab vno tantum facta de bonis etiam alterius ex illius facultate, morte teſtatoris confirmatur, ita vt alter ſuperſtes,etiam quo ad bona,circa quæ facultatem conceſſit,illam reuocare non poſſit. ibid.d

Donatum cauſa mortis, aut inter viuos, deſcendenti cum grauamine,vt poſt donatarij mortem tranſeat ad alium,habet tacitam conditionem,ſi ſine liberis diſceſſerit;ſicut in fideicommiſſo. 753.c

Donationem cauſa mortis non vitiat conditio de facto aut de iure impoſſibilis,ſed pro non adiecta habetur. 816.c

Donatio cauſa mortis ſub conditione caſuali aut mixta facta ut valida ſit,ſatis eſt,ſi conditio poſt donantis mortem aut in vita poſt donationem factam,aut ignorante donante ante eam factam impleatur. 818.b

Donatio,ſiue cauſa mortis ſit, ſiue non, ſi donantis morte confirmetur, detrahitur ab ea Falcidia. 841.b

Donatio cauſa mortis fieri poteſt ſubſtituto. 699.c

Donatario cauſa mortis tradi poteſt fideicommiſſarius ſubſtitutus,ſed tunc locum non habet Trebellianica. 700.a

Dos.

Dos filiæ licitè denegatur, ex qua cauſa poteſt licitè exhæredari. 673.b

Dotare ſi quis aliquam tenetur, etiam tenetur alimenta ei præbere : non tamen conuertitur: quamuis qui alimenta illi conferre tenetur,poſſit illam dotare. 905.a

Dos & donatio ad nuptias filij aut filiæ ſunt etiam quoad fructus,& quia ratione ſunt bona profectitia. 944.c

Dos & donatio ad nuptias priuilegium in Caſtella & Luſitania habent ad effectum, vt inofficioſæ non cenſeantur,vt poſſit filia aut filius ſtare bonis,quæ parens habebat tempore quo illa dedit,aut tempore mortis talis parentis. 957.d. d.964.a

Dos conferenda eſt,neque in Caſtella habere eam poſſunt filiæ præcipuam titulo meliorationis. 966.c

Dos quo pacto afferenda ad collationem. ibid.d

Dote ſi filia non ſit contenta,ſed eam adducat ad collationē, non plus accipit de bonis paternis, quam cæteri fratres. 967.c.d

Dotem ſi promitteret pater filiæ, aut donationem ad nuptias filio, cenſeretur de ſuis proprijs bonis ea promittere, nihil impediente quod filius bona haberet. 971.

Dotalis fundus.

Dotali in fundo vena reperta,quando, quod inde extrahitur in do-

in dotis augmentum cedat, & quando tanquam vſusfructus pertineat ad meritum. 214.b

Dubium.

Dubium ſpeculatiuum, & practicum quid. 418.c

Dux.

Dux belli ad quæ teneatur. 409.b

Dux non debet facilè concedere militibus facultatem deſerendi caſtra, præſertim ſi hoſtis pugna immineat. ibid.c

Dux reſtituere tenetur Principi, ſi ſtipendia militum, quos non habet, accipiat, aut in aliquo defraudet Principē. Idem de ijs, qui ad id cooperantur, vel non impediunt, quādo ex officio tenentur. Et quæ grauiora damna inde Principi, ſeculari Reipublicæ, atque Eccleſiæ ſequatur. 410.a

Dux, qui accipit pecunias à populis ne ad eos hoſpitij gratia cum militibus accedat, grauiter peccat, reſtituereque illas tenetur. 411.a

Eccleſia, Eccleſiaſticus, & Eccleſiaſtica poteſtas.

Eccleſia, & pia alia, in quibus euentibus dominium comparent ſine traditione. 37.a

Eccleſiaſtica poteſtas eſt ad gubernandum accommodatè ad finem ſupernaturalem, laica ad naturalem. 97.b

Eccleſiaſtica poteſtas laicæ, ratione finis ei ſubiectæ, imperat. ibid.c

Eccleſiaſticæ poteſtatis ſupra laicam nobilitas atque eminentia ex obiecto & fine. ibid.

Eccleſiaſtica poteſtas legis naturæ inſtitui ab hominibus potuit, poſita fide ſupernaturali illius temporis, & remedio contra originis peccatum, quod de iure erat diuino poſitiuo. ibid. d

Eccleſiaſticam poteſtatem legis naturæ fuiſſe in primogenitis volunt multi. 98.a

Eccleſiaſtica poteſtas legis ſcriptæ à Deo fuit inſtituta, ſupernaturalis tamen non erat quoad effectum, & in eodem ſubiecto ſæpe coniuncta fuit cum laica. ibid. c

Eccleſiaſtica poteſtas legis gratiæ ſupernaturalis eſt, à ſoloque Deo potuit proinde inſtitui. 99.b

Eccleſiaſtica poteſtas fuit & eſt in Chriſto per excellentiam, minimeque ſacramentis alligata. ibid.c

Eccleſiaſticam poteſtatem reliquit Chriſtus ſacramentis alligatam, & quibus eam reliquerit. ibid. d

Eccleſiaſtica poteſtas eſt à Chriſto, electio verò miniſtrorum eſt ab Eccleſia ex Chriſti commiſſione. 100.a

Eccleſiaſtica poteſtas tanquam in Eccleſiæ capite reſidet in ſummo Pontifice. ibid. b

Eccleſiaſtica ptās de iure eſt diuino à Chriſto inſtituta: laica de iure humano à repub. inſtituta, & collata Principi. ibid

Eccleſiaſtica & ſecularis Principis Chriſtiani reſpublicæ, nō diuerſæ omnino, ſed ſubordinatæ reſpublicę, inter ſe ſunt. Et quouſque ſecularis illi non ſubeſt. 132.a. 135.d

Eccleſiaſtici poteſtatem habent exigendi, à laicis debitum ſubſidium pro adminiſtratione ſpiritualium. 135.b

Eccleſiaſtici à laica poteſtate, & à tributis, & oneribus ſunt exempti. 134.d

Eccleſiaſticorum exemptio à ſeculari poteſtate in cauſis eccleſiaſticis de iure eſt diuino. 135.a

Eccleſiaſticorū non omnis exēptio eſt de iure diuino. 139.c

Eccleſiaſtici (Papa excepto) iure humano exempti ſunt à ſecularibus poteſtatibus. ibid.d

Eccleſiaſticorū exēptio à principibus, conſentientibus populis, fuit facta, & poſt ſemel donatā reuocari nō poteſt. 141.a

Eccleſiaſtici à Summo Pontifice eximi potuerunt à laica poteſtate. ibid.b

Eccleſiaſticorum exemptio tributis quoad bona ſua eſt à iure humano. ibid.d

Eccleſiaſtici, qui in infidelium republica commorantur, neque à tributis, neque à temporali eorum iuriſdictione ſunt exempti. 142.a

Eccleſiaſtici legibus ciuilibus reipublicæ, in qua degunt, ſunt ſubiecti, ſi cum eorum exemptione non repugnet: conueniri tamen ex eis non poſſunt, niſi eorum iudice Eccleſiaſtico. ibid.b

Eccleſiaſticis venatio quouſque prohibita, & ſi ex periculoſa venatione mors alicuius ſequatur, quando irregularitatem incurrant. 201.c.d

Eccleſiam territorij vnius Diœceſis pertinere ad alterum Epiſcopum quoad adminiſtrationem & decimas, adeò iure eſt prohibitum, vt ſi quis ſit in contraria poſſeſſione, ſit vehemens præſumptio, eum ex iuris ignorantia, aut mala fide poſſidere, teneaturque probare titulum aut poſſeſſionem à tempore de cuius initio non extat memoria. 271.d

Eccleſiæ collegiatæ electio in rectorem, aut prælatum, non pertinet ad patronum, ſed ad capitulum, niſi patronus, qui Eccleſiam fundauit, aut dotauit, id in pactum deduxiſſet, conceſſumque ei fuiſſet, nihil impediente conſuetudine in contrarium. Et tamen tempore de cuius initio non extat memoria, præſcribitur ius illud eligendi & præſentandi in rectorem & prælatum. 273.d

Eccleſia quoad præſcriptionem. Vide præſcriptio.

Eccleſiaſtici ſi frumenta vltra precium lege ciuili iuſtè taxatum vendant, & peccant, reſtituere tenentur, non tamen puniri, aut conueniri circa exceſſum precij, niſi coram iudice Eccleſiaſtico. 142.c

Eccleſiæ, hoc eſt, communitates ipſę, dominæ ſunt bonorum quæ dicuntur Eccleſiarum, & cur bona Dei, & patrimonium Chriſti dicantur. 488.c.d.489.d

Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtratio ad prælatos, & ad Pontificem ſummum, tanquam Eccleſiæ vniuerſalis caput, & ad alios ex eorum pręſcripto ſpectat. 489.b

Eccleſiæ bona, neque à prælatis, neque ab ipſa tota Eccleſia expendi licitè poſſunt, niſi ad id, ad quod data ſunt, aut in Eccleſiæ bonum. ibid. c

Eccleſiæ vnius bona, aut monaſterij, vel pij loci, ſi ſine rationabili cauſa à Summo Pontifice tribuerentur alteri Eccleſiæ, aut pio loco, non minus obnoxia eſſent reſtitutioni ab accipiente, & à Summo Pontifice, quam ſi laico ſimiliter eſſent data. 490.c

Eccleſiarum redditus, vnde beneficia creata ſunt, varium ſtatum quoad dominium & adminiſtrationem in decurſo eccleſiæ habuere. 491.b

Eccleſiarum redditus quo tempore in quatuor partes diſtribui cęperunt. 492.b

Eccleſiarum fabricæ, & quouſque ſumptus earum ad epiſcopum cenſendi ſint pertinere. 500.b

Eccleſia, aut alia pia cauſa hæres inſtituta, ſi inuentarium nō conficiat, tenetur creditoribus & legatarijs vltra vires hæreditatis niſi abſque culpa illud omiſiſſet; nam tunc neque priuatus alius hæres teneretur legatarijs vltra vires hæreditatis. 863 c.d

Educatio.

Educatio, Vide Minor.

Eleemoſyna.

Eleemoſynas de ſuperfluis arctius, quàm alij, tenentur facere beneficiarij. 532.d

Eleemoſyna eſt valida, ſi cauſa, ob quam fuit, puta paupertas, ſubſiſtat, eſto multa alia lateant donantem, quæ ſi ſciret, vellet vt eſſet inualida. 832.a

Eleemoſynam ob fictas cauſas accipientes quando reſtituere teneantur, & quando non, & cui facienda ſit earum reſtitutio. 835.a

Eligere.

Eligendi aut alterius ſimilis iuris, comparatur poſſeſſio per vſum cum ſcientia & patientia eius, ad quem id prohibere ſpectat, eſto non adſit titulus, & modo fiat cum intentione vtendi iure ſuo, actuſque non ſit talis vt ex circunſtantijs credatur pro tunc ſolum permiſſus. 75.d

Eligendi & præſentandi in rectores, & præſides eccleſiarum cathedralium & collegialium ius habent Hiſpaniarū Principes. 274 a

Electio de aliquibus certis perſonis ad legatum, fideicommiſſum, aut hæreditatem, committi poteſt non ſolum in arbitrium, ſed etiam in uoluntatem tertij. 570.d

Electio hæredis, legatarij, aut fideicommiſſarij, ex multis certis, ſi voluntati alterius ſit commiſſa, valet, eſto indignum eligat: ſecus ſi illius arbitrio ſit commiſſa. 571.a

Electio cauſæ piæ, quando teſtator neque deſignauit cui cauſæ piæ eſſet aliquid applicandum, neque quis eſſet electurus, ad Epiſcopum pertinet domicilij teſtatoris, aut loci in quo defunctus eſt, ſi difficilis ſit vectura in locum domicilij. ibid.c

Electionem pauperum, aut puellarum nubendarum, aut alterius rei ſimilis, ſi teſtator alicui committat, intra idem tempus ius eligendi tranſit ad alium, in quo executio tranſiret, ſi ille eſſet executor. 107.d

Emancipatio.

Emancipatio quo pacto fiat. Per eam filius patriam egreditur poteſtatem; retinet verò pater dimidiū vſusfructus bonorum quę tunc habebat, ſed in Luſitania nihil. 934.a

Emancipatio liberum conſenſum patris & filij exigit, & in quibus euentibus cogi poſſit pater emancipare filium. ibid.d

Emancipatio reuocatur, ſi filius ingratus ſit patri, niſi emancipatio patre inuito eſſet facta. 935.b

Emphyteuſis, & emphyteuta.

Emphyteuta an dominium vtile dicendus ſit habere. 36.c
Emphyteuſis quid. 57.a
Emphyteuta eſt vſufructuarius, licet in multis à communi vſufructuario differat. ibid.d
Emphyteuſis & feudi diſcrimen. ibid.d
Emphyteuta & ſuperficiarius in quo differant. 58.d
Emphyteuta poſſidet, aut quaſi poſſidet ciuiliter, & naturaliter dominium vtile, poteſtque illud præſcribere. 67.d
Emphyteuta & fructuarius, quin & tertius, qui inſcio aut abſente domino rem ab illis acceperit, præſcribere non poſſunt proprietatem; eo quòd ciuilem illius poſſeſſionem non habeant, poſſunt tamen dominium vtile. 243.a
Emphyteuſis eccleſiaſtica aduerſus priuatum præſcribitur ſpatio ordinario triginta annis ſine titulo, viginti inter abſentes, & decem inter præſentes. 262.c
Emphyteuſis religioſi quãdo ad monaſteriũ tranſeat. 476.d
Emphyteuſim eccleſiaſticam obtinere ſucceſſione non poteſt ſpurius principis ſecularis præſcripto legitimans, niſi illa ad extraneos poſſit tranſire. 630.d
Emphyteuſis vt ad eos non tranſeat, perſonæ priuilegiatæ cenſentur, miles, curialis, Eccleſiaſticus, & præſertim monaſterium. 476.d
Emphyteuſis facta nominatio in teſtamento, in quo aliquis indebitè eſt præteritus, aut exhæredatus, valet. 650.d

Emptio, & emptor.

Emptione ſine traditione non comparatur ius in re, ſed ad rem; idoneoque ſi vendatur, & tradatur alteri, efficitur huius, nihil impediente priori venditione. 27.c
Emptor rei, quam tempore venditionis alienam eſſe dubitabat, cur pro quantitate dubij teneatur ſolum partem reſtituere: cum occupans clam rem, quam dubitabat eſſe ſuam, teneatur integram reſtituere. 175.b
Emptor rei ſub modo reſoluendo in conditionem efficit fructus medij temporis ſuos; cum tamen legatarius & donatarius non efficiant ſuos fructus rei ſub eodem modo ipſis legatæ, aut donatæ. 827.c
Emere an liceat indifferenter mancipia, & alia iure belli acquiſita ex hominibus vtriuſque Reipublicæ bellum id gerentis, quando facta morali diligentia, de neutra conſtat bellare iniuſtè. 169.b.c
Emere an liceat capta bello, quo vtrinque pugnatur animo aduerſarium ſubijciẽdi ſine alia iuſtitia belli. 153.c
Emere an liceat, quæ Turcæ aut Saraceni iniuſtè à noſtris acceperunt, & quouſque reſtitutioni obnoxia ſint, aut non ſint. Idemque de rebus eccleſiarum, quas Lutherani vendendas aſportant. 430.c

Epiſcopus.

Epiſcopi in ſibi ſubditos poteſtatem habent in temporalia quantum finis ſpiritualis poſtulat. 135.a
Epiſcopi, cũ cætera ſui muneris efficere debeãt gratis, contenti reditibus Epiſcopatus, accipere poſſunt expenſas, dum ad conſecrandus eccleſias, & dum ad eas viſitandas accedunt. Eiuſmodi expenſæ procurationes dicuntur. 314.d
Epiſcopus ex religione creatus, eo ipſo, iure etiam hæreditario, acquirit, eſto ex minorum ordine, aut ex noſtra ſocietate ſit aſſumptus: poſt mortem verò ea bona non ad monaſterium, ſed ad Eccleſim pertinent. 482.b
Epiſcopalis menſa quouſq; diſtincta ſit ab alijs portionibus, & quouſque hæc permixta ſint, ſępe latet. 498.d
Epiſcopi ad fabricam quatenus teneantur. 500.c.d
Epiſcopi reditibus quouſque quarta pauperũ & piorum operum permixta ſint cenſenda, vt Epiſcopi de iuſtitia id tribuere teneantur. 501.a
Epiſcoporum ſolum bona permanentia ex reditibus Epiſcopatus pertinent in Hiſpanijs (Luſitania excepta) ad cameram Apoſtolicam. 519.a
Epiſcopi de redditibus Epiſcopatuum in Hiſpanijs non teſtãtur, ſed in Luſitania pertinent ad ſucceſſorem, in alijs Hiſpanijs ad cameram Apoſtolicam. ibid.c
Epiſcopus quæ relinquit bona, quouſque cenſenda ſint parta de redditibus epiſcopatus. 527.b
Epiſcopi de quibus bonis teſtari poſſunt liberè, donare poſſunt inter viuos, & inſtituere maioratus. ibid.d
Epiſcopus ſi maioratum reuocabiliter inſtituat de ijs bonis, de quibus teſtari non poteſt, inualida eſt inſtitutio. 528.a
Epiſcopus ſi in valetudine donet inter viuos, aut maioratum irreuocabiliter inſtituat, de bonis, de quibus teſtari non poteſt, lethabiliter peccat, valida tamen eſt donatio ac inſtitutio, neq; accipiens ad vllam reſtitutionem tenetur. ibid.b
Epiſcopus quæcunque inter viuos piè ac remuneratoriè donat, in eo morbo conſtitutus, ex quo è vita diſcedit, validè ac licitè facit. ibid.c
Epiſcopus ſi in morbo conſtitutus, ex quo è vita diſcedit, pro fanè donet inter viuos, aut irreuocabiliter inſtituat maioratũ, validè id efficit licet peccet lethaliter, modo coniecturæ non ſint, cauſa mortis; hoc eſt ſub conditione mortis donaſſe. 529.a
Epiſcopi diſpenſant cum illegitimis vt minores ordines ſuſcipiant, & beneficia, quę neque curam habent animarum, neque perſonatus ſunt, obtineant. 625.c
Epiſcopus, licet patriam egrediatur poteſtatem, remanet hæres ſuus. 690.a
Epiſcopis quæ portio debeatur de relictis per vltimam voluntatem Eccleſijs, monaſterijs, & alijs pijs locis, itemque de oblationibus funeralium, ſtandum eſt conſuetudini loci, & in dubio cenſendum eſt eſſe quartam partem. 762.d
Epiſcoporum portio de relictis per vltimam voluntatem loco ſepulturæ de oblationibus funerum, expirauit in Luſitania, cuius loco ſucceſſit luctuoſa de bonis beneficiarij curati defuncti, & aliquibus in locis etiam de alijs. 765.a
Epiſcopus tutor aut curator eſſe nõ poteſt, niſi miſerabilium perſonarum, quarum bona alioquin perirent. 890.a
Epiſcopus, etiã electus patriam egreditur poteſtatem. ibid.b
Epiſcopus & executores mutare non poſſunt defuncti voluntatẽ quando impleri poteſt, & irrationabilis atque illicita non eſt, neque mutatio intelligitur ex præſumpta eſſe teſtatoris voluntate. 998 c

Eremita.

Eremitæ, qualis fuit Paulus, teſtari poſſunt. 483.c

Error.

Error Vualdeuſium, Vuitcleffi, & Ioannis Vs, dominij iuriſdictionis fundamentum, eſſe charitatem. 86.d
Error Vuitcleffi, illicitum eſſe habere eccleſiaſticas poſſeſſiones. 92.d
Error dicentium, regium regimen eſſe contra ius naturale, regeſque omnes eſſe tyrannos, & eorum regimen eſſe contra euangelicam libertatem. 116.c
Error quorundã hæreticorũ circa eccleſiaſticã poteſtatẽ. ibi.
Error Manicheorum, & Vuitcleffi, bella vniuerſim damnantium. 363.d
Error Lutheri bella Chriſtianorum aduerſus Turcas damnantis. Et quorundam Lutheranorum bella vniuerſim Chriſtianorum inter ſe damnantium, ad quos Eraſmus videtur accedere. 364.a

Executio, Executor, & Exequi.

Exequi teſtamentum ad hæredes ſpectat, quando à teſtatore executor non eſt præſcriptus. 991.a
Exequi legata in redemptionem captiuorum & alimenta, & eleemoſynas pauperum, ſpectat ad epiſcopum domicilij loci defuncti, & non ad hæredes, quando defunctus alium non præſcripſit ab hæredibus diuerſum, qui id executioni mandaret. ibid.b
Exequi quæ teſtator reſtitui præcepit pro malè ablatis, quando aliunde id non conſtat, quam ex teſtamento, ad executores teſtamentarios, aut ad hæredes ſpectat, non verò ad epiſcopum: & quando aliunde conſtaret, quouſque epiſcopus aut vicarius ſe poſſent intromittere. ibid.d
Executores teſtamentorum varij à teſtatoribus cõſtituuntur, teſtatoriſque præſcripto eſt ſtandum. 993.c
Executor quis particularis, & quis vniuerſalis dicatur. ibidem.d
Executores teſtamentorum eſse poſſent, etiam clerici, & religioſi: hi tamen non niſi petita prius, & obtenta facultate à ſuo ſuperiori, alioquin totum eſt irritum. 993.a
Executoris facultatem reuocare poteſt ſuperior ſuo religioſo, etiam re non integra, ad effectum, vt deinde non valeant quæ egerit, malè tamen faciet, ſi ſine rationabili cauſa eam reuocet. ibid.b
Executoris munus ſi religioſus exerceat, tenetur reddere rationem epiſcopo ac miniſtris illius, etiam ſi prælatus ſit religionis, poteſq; epiſcopus eum punire, ſi deliquiſſe comperiat. ibid.c
Executores teſtamentorum eſſe non poſſunt fratres minores, tametſi poſſint conſilium dare circa executionem: nõ tamen ita vt illorum conſilium ſequi teneantur executores etiam ſi id à teſtatore eſſet præceptum. ibid.d
Executrix teſtamenti eſſe poteſt fœmina. Neque relicta executrix à priori coniuge, amittet munus, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias. 994.a

Fideicommiſſo reſtituto tranſeunt actiones omnes actiuæ, & paſſiuæ,quæ ratione hæreditatis competebant, vel integræ,ſi tota hæreditas fuit reſtituta,uel pro rata portionis reſtitutæ. ibid.c

Fideicommiſſi traditio varijs modis fit,& quo pacto pupillo, aut mente capto,aut à pupillo fieri debeat. ibid.d

Fideicommiſſum quando ſine reali aut verbali traditione cē ſeatur tranſlatum in fideicommiſſarium, eoque ipſo com parat dominium illius,etiam directum. 726.b

Fideicommiſſarius grauatus reſtituere alteri fideicommiſſum,quartam non detrahit,niſi quando hæres, quaſi condonando eam illi remiſiſſet. 728.c

Fideicommiſſario quæ teneatur reſtituere grauatus hæres. 737.a

Fideicommiſſum ſi non ſtatim à morte teſtatoris ſit reſtituē dum,ad hæredem ſpectant partus ancillarum percepti ab hæreditate adita,computandi in Trebellianica. 738.b

Fideicommiſſum cedit alijs in proportione, in qua quiſque inſtitutus eſt,quando vnus hæredum grauatus eſt reſtitue re portionem ſuam reliquis. ibid.d

Fideicommiſſarius ſepulchra non obtinet, ſi hæreditaria erant,ſed permanent cum hærede grauato. 739.a b

Fideicommiſſarius ſolum conſequitur familiaria ſepulchra teſtatoris,ſi de familia ſit. ibid.b

Fideicommiſſarius conſequitur ius patronatus eccleſiaſtici, & non permanet cum hærede, tametſi communis opinio refragetur. ibid.d

Fideicommiſſum expirat,ſi hæres grauatus ante aditam hæreditatem è vita diſcedat,multi tamen caſus excipiuntur. Et in Caſtella ex eo capite non expirat. 740.a

Fideicommiſſum expirat,ſi fideicommiſſarius ante teſtatorem moriatur. ibid.c

Fideicommiſſario defuncto poſt teſtatorem,ſed ante tempus reſtitutioni præſcriptū,ſi nō ſit relictum ſub conditione,q̄ adhuc tpe mortis illius pendeat,aut in diem incertū, quæ vim conditionis habeat,tranſmittit ius illud ad ipſius hæredes:alioquin nō tranſmittit,ſed expirat fideicōmiſſum. Et q̄n tēpus appoſitū vim habet cōditionis,& q̄n nō ibi.d

Fideicommiſſum expirat, ſi hæres deſendens, grauatus id poſt ſuam mortem reſtituere,liberos relinquat: eò quòd grauamen illud tacitam habeat conditionem, ſi ſine liberis deceſſeris. 742.c

Fideicommiſſum ex eadem radice expirat, eſto hæres deſcendens,eodem modo grauatus, ſit illegitimus, in bonis licitè illi relictis. 744.a

Fideicommiſſum idem an eodem modo expiret,ſi filius natus naturalis ſit,coniecturis eſt iudicandum. 745.a

Fideicommiſſum ex eadem radice expirat, ſi adſit filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, & de contraria voluntate inſtitutoris non conſtat; ſecus eſt de legitimato principis reſcripto,quando ad petitionem inſtitutoris legitimatus non fuit,aut de voluntate illius non conſtat. Adoptione autem filij non expirat. 746.d

Fideicommiſſum ſub tacita,aut expreſſa conditione inſtitutum,ſine liberis deceſſeris,expirat,ſi vel unus ad breuiſſimum tempus ſuperſtes ſit, vel poſthumus viuus naſcatur, quantum ſufficit vt hæres ſit. 747.a

Fideicommiſſum ſub tacita,aut expreſſa conditione inſtitutum,ſi ſine liberis deceſſeris,non expirat,ſi conſtet paren tē & filios ſimul defeciſſe:ſecus ſi id conſtat. Et q̄n præſumendum ſit filium ante patrem defeciſſe,& q̄n non. ibi.c

Fideicommiſſarij non ſunt filij ſuperſtites hæredis grauati ſub tacita aut expreſſa conditione, ſed expirat omnino fideicommiſſum,& hæres perinde de illis bonis diſponit,atque de alijs ſuis bonis. 749.a.b

Fideicommiſſum ſub tacita uel expreſſa conditione,ſi hæres grauatus ſine liberis deceſſerit,non expirat ſi filij naſcantur,aut concipiantur poſt deportationem, & tunc pertinet ad fiſcum,interim dum deportatus viuit, & poſt mortem pertinet ad fideicommiſſarium: quòd ſi nati erant ante deportationem, expirat, & pertinet integrè ad fiſcum. Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ. ibi.b

Fideicommiſſum ſub conditione tacita,ſi ſine liberis deceſſeris, expirat filijs ſuperſtitibus, etiam ſi fideicommiſſarius ſit monaſterium, aut alia cauſa pia, niſi ad exonerandam conſcientiam eſſet relictum. 750.c

Fideicommiſſum ad monaſterium tranſit, excluditurque ſubſtitutus, quando hæres grauatus ſub expreſſa conditione,ſi ſine liberis legitimis ex te genitis è vita diſceſſeris,profitetur religionem bonorum capacem. Excipitur, niſi ſubſtitutus ſit cauſa pia,aut aliud de voluntate teſtatoris conſtet,aut niſi duo ad inuicem ſint ſubſtituti, & vtrique ſine liberis decidenti ſubſtituta ſit cauſa pia, vel in Regno Caſtellæ deſcendenti meliorato in tertio datus ſit ſubſtitutus,aut niſi in fraudem ſubſtituti, vt eum fideicōmiſſo priuet,profiteatur hęres religionem. 751.a

Fideicommiſſum non tranſit ad monaſterium,ſi hæres grauatus ſub tacita conditione, ſi ſine liberis deceſſerit,religionem profiteatur. 752.d

Fideicommiſſum particulare ſolis verbis à legato hodie differt. 762.b

Fideicommiſſum non vitiat conditio de facto, aut de iure impoſſibilis,ſed habetur pro non adiecta. 816.c

Fideicommiſſum ſub conditione caſuali aut mixta factum, vt ſit validum,ſatis eſt ſi conditio poſt illud relictum,vel teſtatore ignorante antea impleatur. 818.b.c

Fideicommiſſum ſub conditione poteſtatiua relictum,vt ſit validum, neceſſe eſt conditionem poſt teſtatoris mortem impleri; niſi conditio iterabilis non ſit: nam tunc ſatis eſt,viuente teſtatore eſſe impletam. ibi.d

Fideicommiſſaria ſubſtitutio. Vide ſubſtitutio.

Fideicommiſſum. Vide Trebellianica.

Fides Catholica.

Fides licite offertur infideli,promiſſis muneribus ſi ab eo ſuſcipiatur. 341.a

Fides hoſti data.

Fides hoſtibus quouſque ſeruanda, præſertim quando iuramento eſt confirmata. 401.a

Fidem ſi hoſtis non ſeruet, neque illi eſt ſeruanda,etiam ſi iuramento confirmata ſit. ibid.b

Filius & filia.

Filia familias acceptum ob fornicationem non ſecus tradere tenetur patri, atque acquiſita labore manuum ſuarum. 346.d

Filiusfamilias pubes licet teſtari poſſit de bonis caſtrenſibus,aut quaſi caſtrenſibus, non tamen de aduentitijs,etiā de conſenſu patris. Donare tamen poteſt de eis ex conſenſu patris cauſa mortis. 463.a

Filiusfamilias pubes liberè in Regno Caſtellæ teſtari poteſt de tertio ſuorum bonorum aduentitiorum: ſi tamen vſusfructus ad patrem pertinebat, cum eo vſque ad mortem perſeuerat,& pater mortuo impletur diſpoſitio filij,ibid.

Filiusfamilias ad pias ſolum cauſas de conſenſu patris teſtari poteſt de bonis aduentitijs. Quod ſi legata non pia admiſceat,inualida ſunt,ceduntque hæredibus ab inteſtato. 464.c

Filius licet non deſinat eſſe filiusfamilias ob clericatum, quidquid tamen,etiam poſt primam tonſuram (modo beneficium habeat, aut ex præcepto Epiſcopi inſeruiat alicui Eccleſiæ,vel in ſtudijs verſetur)acquirit, quaſi caſtrenſe eſt,pertinetque ad eum vſusfructus, bonorum verò aduentitiorum,quorū ante clericatum pater habebat vſumfructum,perſeuerat vſque ad mortem patris,etiam defuncto filio. 463.c

Filius per profeſſionem patriam egreditur poteſtatem. 475.b c

Filius,qui naſcitur abſente marito,in menſe in quo naturaliter viuere non poſſet, ſi eſſet mariti ſpurius putatur. 583.b

Filius, qui non eſt concubinæ domi retentæ, non reputatur filius hominis alicuius, niſi vel is eum recognoſcat, vel aliunde ſufficienter probetur. 593.a.b

Filius ex concubina domi retenta, eius reputatur,qui illam retinebat, niſi is contrarium probet. ibid.

Filia luxurioſam vitam eligens,aut nubens ſine conſenſu parentum quando exhæredari poſſit. 665.a

Filia,quæ ante vigeſimum quintum annum nupſit ſine parentum facultate,aut fornicata eſt, eo ipſo manet exhæredata in Luſitania. Quod ſi fratres, aut filios fratrum habeat,parentes ſine illorum conſenſu non poſſunt eam hæredem inſtituere. Si autem melius notoriè nupſit,quàm à parentibus eſſet maritanda, poſſunt parentes ſolum in dimidio legitimę exhæredem eam facere. 666.d

Filia,quæ ſine patris conſenſu nupſit, abſtinere non tenetur à bonis parentum,etiam in Luſitania,antequam exhæredetur,aut exhæredationis ſententia feratur. 667.a

Filiam,quæ ſine parentum conſenſu nubet, leges exhæredantes,validæ ac licitæ ſunt. 668.c

Filiæ licitè dos ex ea cauſa denegatur,ex qua fas eſt eam exhæredare, 673.a.b

Filius ſuus quis,& quorum comparatione dicatur. 682.a

Filio

Filio ſuo ſi grauamen apponatur ſub quacunque conditione, etiam poteſtatiua, eſt hodie nullum, non tamen efficit teſtamentum nullum, vt olim efficiebat, quando ſub conditione cauſali aut mixta imponebatur. ibid.c
Filio etiam non ſuo, ſi grauamen apponatur cuiuſcunq; conditionis, eſt inualidum in Regno Caſtellæ, non ſolũ quoad legitimam, ſed etiam quoad incrementum. 683.a
Filius ſub cuius poteſtate, & quando ſit. 710.b
Filij primi gradus ſunt ij deſcendentes, quibus legitima debetur. 734.b.c
Filius vendicat rem ipſius aduentitiam à patre alienatã, etiã ſi emptor ignoranter illam ab eo emerit. 854.a
Filius inſtitutus hæres in ſola ſua legitima, à patre, q prædiũ aduentitium alienauit, ſi inuentarium confecit, vendicat totum prædium; ſi verò pluſquam in legitima ſit inſtitutus, quouſque exceptione repellatur. 858.b.c
Filiorum nomine nepotes comprehenduntur, ſecus nomine liberorum. 883.d
Filiorum nomine filiæ comprehenduntur. ibi.b
Filiæ ſpuriæ non tenetur pater dotem dare, tametſi licitè poſſit id efficere: tenetur tamen alimenta ei præbere. 905.b
Filiæ ſpuriç quantã dotẽ poſſit dare pater beneficiarius. 597.b
Filius familias quis communi iure. 916.a
Filiusfamilias Caſtellæ & Luſitaniæ iure quis. 915.d
Filius illegitimus, etiam ſi naturalis ſit, filiusfamilias nõ eſt, niſi legitimetur, nec ſufficit diſpenſatio. ibid.
Filius, etiam illegitimus, vocare in ius non poteſt aſcendentem, niſi petitam, & obtenta facultate à iudice. Excipe iudicia ſpiritualia, & ſpiritualibus annexa. 925.b
Filiusfamilias quatenus contendere in iudicio non poſſit ſine conſenſu patris, neque alius aduerſus illum. ibid.c
Filiusfamilias quatenus contractibus ſine conſenſu patris obligetur, aut non. 926.a
Filiusfamilias, ſi à patre diſtet, agere poteſt, & alius aduerſus eum, ſine patris conſenſu & authoritate. ibi.d
Filij, & filiæ, etiam coniugatæ, & cæteri deſcendentes, etiam illegitimi, tenentur præſtare aſcendentibus alimenta, ſi egeant, & è contra aſcendentes deſcendentibus, & quouſque, qui ante alios. 944.a
Filius quod à parentibus ſuſtentatus bonis illorum lucratur, pertinet in Luſitania ad parentes, afferendumq; eſt ad partitionem, idem dicendum in Caſtella, & de iure cõi. 947.b
Filius à parentibus non ſuſtentatus, ſi bonis parentum negotiando acquirat, quaſi inita cum eis Societate, petere poteſt quod ipſius labori & induſtriæ reſpondet; ſi verò incommodum & detrimentũ ſolũ parentum eſſet negotiatus, petere poſſet cõpetens ſtipendiũ, niſi gratis id feciſſet. ibid.d
Filius ſi pecunia ſibi à parentibus mutuata, aut clam accepta, in ſuum commodum & damnum negotietur, ac lucretur, ad ipſum ſolum pertinet lucrum, tenetur tamen ad damnum parentibus emergens, aut lucrum in detrimentum aliorum filiorum ceſſans. 948.a
Filius quod ſuo labore ac induſtria, non bonis patris, ſed opificio, aut alia ratione acquirit, ſuum eſt quoad dominium, poteſt tamen parens inde deducere, quod in illius ſuſtentationem inſumit. ibid.
Filius, qui plus opificio lucratur patri, quam cum eo pater inſumat, non tenetur reſtituere, & adducere ad partitionem, ſi quid accipit clam, & in ludo, aut alia ratione malè inſumat, præſertim quando tantum relinquit patri, quantum cum eo inſumit. ibid.b
Filius ſi plus lucretur opificio, & induſtria, quam pater cum eo inſumat, illiq; id relinquat, niſi proteſtetur contrariũ, cenſetur ex gratitudine id ei relinquere, nec poteſt poſteà illud exigere. ibid.c
Filius adoptiuus. Vide adoptiuus.
Filius. Vide illegitimus, & legitimus.

Fiſcus.

Fiſcus ius in re comparat à die commiſſi delicti bonorum ipſo iure ei addictorum. 30.d
Fiſco quædam bona ſunt iam incorporata, quædam ſolum debita, inter quæ comparantur pœnæ ipſo iure iam debitæ, ſed nondum fiſco traditæ. 267.c
Fiſco ſeculari applicata, iam hodie in Hiſpanijs ſunt bona hæreticorum. 268.d
Fiſcus ſuccedit ab inteſtato defuncto, ſi non ſit conſanguineus vſque ad decimum gradum, aut alter coniugum, qui ſuccedant. 591.d
Fiſco amittit hæreditatem is, cuius negligentia obijt ille, cui ſuccedit, & multò magis ſi illum interfecit, etiam ſi pater aut fiſcus ſit interfecti. Excipitur, ſi defunctus illi pepercit, aut cum haberet tempus ad mutandum teſtamentum, illud non mutauit. 684.a
Fiſco amittit hæreditatem interfecti hæres, niſi interfectores accuſet. Excipitur, interfectoris filius, atque interfectoris pater. Et intra quantum tempus intentari debeat accuſatio. Et quando ante aditam hæreditatem. Et num hoc vltimum vim hodie habeat. 685.a
Fiſco hęreditatem non amittit hęres, ſi poſt accuſationem intentatam parcat. 687.a
Fiſco hæreditatem amittit in Caſtella hæres, qui cum vxore eius, cui ſuccedit, acceſſum habet, etiam poſtquam illa vidua eſt effecta. ibid.b
Fiſco hæreditatem, & quæcunque alia bona ex defuncto ſibi obuenientia amittit, qui eum teſtari prohibuit. ibi.c
Fiſco hæreditatem amittit, qui teſtamentum, in quo hęres eſt ſcriptus, falſi vſque ad vltimam ſententiam accuſat, ſi teſtamentum verum pronuncietur. Excipitur, ſi tanquam tutor, aut curator minoris, vel tanquam regis, aut fiſci procurator id efficiat. ibid.d
Fiſco hæreditatem amittit inſtitutus hęres, ſi palam, vel ſecretò promittat ſe reſtituturum hæreditatem illegitimo, aut alteri incapaci illius. 688.a
Fiſco hæreditatem amittit, qui mente capti, cui ſuccedit, curam non habet. Quod ſi alius proteſtatione facta hęredi, curam illius habeat, ad illum tunc ſpectat hęreditas. ibi.b
Fiſco in quibus euentibus defertur hęreditas, qua alij priuantur tanq indigni, tenetur fiſcus ad debita defuncti, & ad legata, detracta Falcidia, ſi illã detracturus erat hęres. Neque prius hæreditas fiſco debetur, quàm ſententia feratur. ibid.c.d
Fiſcus fruitur fideicommiſſo toto tempore, quo hęres grauatus illo erat futurus, ſi ob illius delictũ bona confiſcentur. Excipitur, quando contrariũ fuit teſtatoris voluntas. 724.c
Fiſcus accipit legatum, & quoduis aliud, quod coniux, qui mala fide contraxit, ab altero accepit, niſi ob bonam fidẽ alterius coniugis tradendum ſit hæredibus illius. 396.a
Fiſco amittitur legatum, ſi poſt mortem teſtatoris grauem iniuriam legatarius illi inferat, vt dormiendo cum illius vxore, neceſſaria tamen eſt ſententia. 539.a
Fiſco amittitur legatum, ſi legatarius promiſit illud, aut partem illius reſtituere filio illegitimo teſtatoris. ibi.b
Fiſcus. Vide præſcriptio.

Fluuius.

Fluuij alueus de nouo relictus, aut de nouo occupatus ad quem pertineat. 193.d

Fornicarius.

Fornicarijs occultis, & alijs crimino ſis non conceditur actio in foro exteriori ad precium pro crimine patrato. Quòd ſi acceptũ ſit, fiſco repetetur, fiſcoque adiudicabitur. Niſi acceptum ab ijs fornicarijs ſit, quorum fornicatio in exteriori foro non punitur. 347.c
Fornicatio. Vide accipere ob fornicationem.

Fortitudo.

Fortitudo in voluntate reſidet, tametſi ſimul habitus in iraſcibili comparentur. 16.c

Frater.

Fratri conſanguineo præterito quærela ad reuocandum teſtamentum, & obtinendam hæreditatem conceditur quando frater hæredem inſtituit perſonam infamem. 578.c
Fratres vtrinque coniuncti excludunt ab inteſtato omnes alios fratres. 586.d
Fratrum vtrinque coniunctorum filij excludunt ab inteſtato fratres ex altera parte defuncti. 587.b

Fructus.

Fructus animalium qui. 45
Fructus non eſt ancillæ partus. ibid.
Fructus pendentes, quando finitur vſusfructus, ad proprietarium, aut illius hæredes pertinent. 46.a
Fructuũ dominium, quando comparet vſufructuarius. ibi.d
Fructus hæreditatis percepti ante mortem teſtatoris, itemque pendentes tempore mortis teſtatoris, partes ſunt hæreditatis, ſuntque proinde reſtituendi ab hærede grauato, deducta Trebellianica. 732.b
Fructus percepti ante aditam hæreditatem cedunt hæreditati, ſuntque proinde reſtituendi, deducta ex eis Trebellianica. Excipitur, ſi grauatus ſit hæres ſuus: hic enim ſuos illos efficit. ibid.c
Fructus q dicãtur pcepti iudicio teſtatoris, q nõ item. ibid.d
Fructus percepti iudicio teſtatoris, computantur in quarta Trebellianica, ex ipſis & hæreditate extrahenda. Quod ſi quartam ſuperent, incrementum ad grauatum hæ-

redem ſpectat. Quando verò teſtator expreſſè aut tacitè fructus reſtitui præcepit,reſtituuntur,ſed ex illis,& ex hæreditate extrahitur Trebellianica. 733.a
Fructus iudicio teſtatoris non percepti,ſi negligentia aut abſentia fideicommiſſarij non petatur hæreditas, pertinent præcipuè ad hæredem grauatum,neque illos in Trebellianica computat. Excipitur,ſi fideicommiſſarius eſt minor, ciuitas, Eccleſia,aut captiuorum redemptio, aut pius alius locus: nam tunc præcipui pertinent ad fideicommiſſarium, ibid.b
Fructus percepti non iudicio teſtatoris, computātur in quartam Trebellianicam à puncto quo hæres grauatus in mora fuit reſtituendi hæreditatem. 734.a
Fructus percepti ex hæreditate quocunque modo reſtituta pertinent ad fideicommiſſarium. ibid.b
Fructus percepti à liberis primi gradus in Trebellianicam non computantur,ſed ſunt præcipui eiuſmodi heredis grauati,etiam ſi teſtator præcepiſſet,vt illos reſtitueret.Tenetur tamen reſtituere,ſi quos perceperit à tempore,à quo in mora eſt reſtituendi hæreditatem. ibid.
Fructibus ac emolumentis hæreditatis annumerantur partus ancillarum ab hæreditate adita,vt ad hæredem grauatum pertineant,computandi in Trebellianica, quādo fideicom. miſſum nō ſtatim à teſtatoris morte eſt reſtituēdū. 738 b
Fructus rei legatæ in particulari,non ſub conditione,nec vt à certo die tradatur,à quo puncto ad legatarium pertineant, 768.a
Fructus medij temporis rei determinatæ, legatæ vt in diem certum ſoluatur,ſi dies in gratiā hæredis ſit appoſitus ſpectant ad hæredem: ſi verò in gratiam legatarij ad ipſum ſpectant.Quod ſi res medio illo tempore pereat; legatario perit,& remanentia ex illa ad ipſum pertinent. 772.a
Fructus legati,quod non eſt determinatum in indiuiduo,atque rei propriç teſtatoris,ſolum debentur a puncto,quo res in mora eſt illud ſoluendi. ibid.c
Fructus rei propriæ teſtatoris legatæ in indiuiduo ſub conditione,nō debentur,niſi à puncto impletç conditionis.ibid.
Fructus à principio perceptos vna cum re tenetur reſtituere, qui contrauenit modo ita diſpoſitioni appoſito,vt,ſi illi cō trauueniretur,res eo ipſo amitteretur, aut conferretur nunquam ad id vocatus.Excipe in maioratu. 825.c
Fructus rei venditæ ſub modo reſoluendo in conditionem, cur intermedio tempore pertineant ad emptorem, & fructus legati aut donationis ſub modo reſoluendo in conditionem medio tempore percepti ad legatarium aut donatarium non pertineant. 827.b
Fructuum nomine quid intelligatur. 989.c

Fruendi ius.

Fruendi ius ad quæ ſe extendat. 44.d

Funus, & funerale.

Funeralium oblationum, ſeu ſepulturæ relictorum per vltimam voluntatem Eccleſijs, monaſterijs, & alijs pijs locis quanta portio Epiſcopo debeatur,cōſuetudini loci eſt ſtandum,& in dubio cenſendum eſt eſſe quartam. 848.a
Funeralium quarta. Vide ſepultura.
Funeris impenſa ex bonis ante omnia deducenda,& quid nomine illius intelligatur. 950.c
Funeris impenſa, comprehendendo conſuetas ac moderatas veſtes lugubres, cum ære alieno defuncti computatur, & extrahitur,neque id in Luſitania tenetur defunctus accipere in tertio ſuorum bonorum. ibid.
Funeris impenſa coniugis vnius,ſuperſtite alio,extrahitur in Luſitania de communibus bonis, ſi contractu medietatis contraxere,alioquin de bonis ſuperlucratis,quod ſi illa nō ſint impenſa vxoris de bonis viri extrahitur. 951.d
Funus. Vide ſepultura.

Furtum.

Furtum filij in bonis patris eiuſdem eſt ſpeciei cum alijs furtis,& eis leuius. 16 a
Furtumne ſit ablatio filij à patre, & vxoris à marito. 34.b
Furti definitio quo pacto vſurpet dominium. ibid.
Furtum lignorum de ſyluis, neque infamiam infert, neque vt furtum puniri ſolet. 230.d

Gladius.

GLadius. Vide poteſtas.

Gradus.

Gradus conſanguinitatis. Vide conſanguineus.

Gratia.

Gratia,& charitas cur iuſtitia ſint, qua coram Deo iuſti ſumus. 5.b
Gratiç & iuſtitiç expeditiones à ſede Apoſtolica, quando datum,acceptum,promiſſum, aut acceptatum eſt aliquid vt illç obtinerētur,aut impetrarentur,ſunt nullæ. Et quid nomine gratiç aut iuſtitiæ a ſede Apoſtolica. 330.d.& 331.c

Grauamen.

Grauamen,modus,conditio, aut dilatio apponi non poſſunt legitimæ deſcendentium & aſcendentium, ſuntque ipſo iure nulla, ſi apponantur. 679.a
Grauamen filij legitimæ nō cenſetur ex eo appoſitum, quod pater illi vulgariter,aut pupillariter ſubſtituat. ibid.b
Grauamen vſque adeo legitimæ non poteſt apponi,quod eſto quis cum eo inſtituatur pluſquam in legitima,& hæreditatem adeat,validum ſit quoad incrementum,non vero quo ad legitimam. 680.b
Grauamen legitimæ appoſitum,vt ſi validum non ſufficit cō ſenſus tacitus,ſed neceſſarius eſt expreſſus. 681.a
Grauamen,neque in filij fauorem,apponi poteſt legitimç,eſtque inualidum ſi apponatur. ibid.b
Grauamen imponi non poteſt legitimæ,eſto ſtatuto patri relictum eſſet relinquere filio quantum vellet, aut eſto filia cum iuramento illi renunciaſſet,& pater nihilominus legitimam illi relinqueret. ibid.c
Grauamen conditionis poteſtatiuæ legitimæ filij ſui hodie impoſitum,eſt nullum, quamuis de iure antiquo eſſet validum. 682.c
Grauamen conditionis cauſalis aut mixtæ, appoſitum legitimæ filij ſui,non efficit hodie teſtamentum nullum, vt efficiebat de iure antiquo,eſt tamen reijciendum à legitima. 683.b
Grauamen cuiuſcunque conditionis ſi legitimæ filij,etiā non ſui,imponatur, inualidum eſt in Regno Caſtellæ, etiam quoad incrementum. ibid.c
Grauamina apponere poteſt pater legitimæ; quam impuber ab eo acceperit, & cæteris bonis illius, ſi illi pupillariter ſubſtituat.Quin & hæredibus illius ab inteſtato poteſt eadem grauamina imponere,nullum filio ſubſtituendo. Eo verò ipſo,quod filius pubes ſit,ceſſant ea omnia grauamina. 719.a

Guarentigius contractus.

Guarentigius contractus quis. 264.c

Habitatio.

HAbitatio quid,& quantum iuris contineat. 42.a

Hæreditas.

Hæreditas quid. 28.b
Hæreditatis aditio quid. 38.b
Hæreditas quando iacere dicatur. ibid.
Hæreditas quando delata,& quando adita dicatur. 641.c
Hæreditas dari poteſt indirectè codicillo,vt fideicommitendo hæredi ab inteſtato,aut teſtamento inſtituto, vt hæreditatem alteri reſtituat. 432.a
Hæreditatem religioſo delatam adire poteſt monaſterium religioſo ignorante,ac inuito,quin & defuncto,ſi ante illius mortem delata fuit. 477.b
Hæreditatem filiofamilias delatam adire poteſt pater filio ignorāte, & quoque defuncto,ſi ante illius mortem delata fuit. ibid.d
Hæreditas relinqui poteſt vni ex multis determinatis, non ſolum quem tertius fuerit arbitratus, ſed etiam quem voluerit. 569.d
Hæreditatis,& partium eius nomina. 574.b
Hæreditatem amittit hæres fiſco,vel portionem, quæ ipſum contingit,ſi interficiat eum,cui ſuccedere debet, etiam ſi pater aut filius ſit. Excipitur, niſi illi pareat interfectus ante mortem, aut,cum tempus ad mutandum teſtamentum habuerit,illud non mutauit. Item is,cuius negligentia perit is,cui ſuccedere debet, amittit fiſco hæreditatem. 683.d
Hæreditatem fiſco amittit hæres interfecti,niſi interfectores accuſet. Excipitur filius interfectoris,& interfectoris pater, & intra quantum tempus intentari debeat accuſatio, & quando ante aditam hæreditatem.Et num hoc vltimum vim hodie habeat. 684.d
Hæreditatem non amittit hæres, ſi poſt accuſationem intentatam parcat. 487 a.b
Hæreditatem fiſco in Caſtella amittit hæres, qui cum vxore eius,cui ſuccedit, acceſſum habet etiam poſt quam vidua eſt effecta. ibid.b
Hæreditatem,& quæcunque alia bona ſibi ab eo obuenientia amittit fiſco,qui alium teſtari prohibuit. ibid c
Hæreditatem fiſco amittit,qui teſtamentum,in quo hęres eſt

ſcriptus,falſi accuſat vſque ad vltimam ſententiam, ſi verum pronuncietur. Excipitur,niſi id faciat tanquam tutor aut curator minoris, aut tanquam regis aut fiſci procurator. ibid.
Hæreditatem fiſco amittit inſtitutus hæres, ſi palam vel ſecreto promittat ſe reſtituturum hæreditatem filio illegitimo aut alteri illius incapaci. 688.a.b
Hæreditatem fiſco amittit,qui mente capti, cui ſuccedit, curam non habet.Quòd ſi alius, proteſtatione facta hæredi, curam illius habeat,ad illum hæreditas ſpectat. ib.b
Hæreditatem amittit,non fiſco,ſed capti uis redimendis, hæres captiui qui fuerit negligens in illo redimendo. ibid.c
Hæreditas quando fiſco defertur, quòd hæredes ſint ea indigni, tenetur fiſcus ad debita defuncti, & ad legata, detracta Falcidia, ſi illam detracturus erat hæres, neque prius hæreditas fiſco debetur,quam ſententia feratur. ibid.d
Hæreditas iacens non datur comparatione hæredis ſui. 691.c
Hæreditatem non aditam non tranſmittit hæres non ſuus inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, neque ſanguinis iure neque deliberandi, niſi ſolum quoad ſuam legitimam, ſi illi illegitima ſit debita. 692.b
Hæreditas,iusve ex tranſmiſſione reſultans,quanto tempore præſcribatur aduerſus eos,ad quos iure ſanguinis eſt tranſ miſſum. 693.a
Hæreditas non adita tranſmittitur ad quoſcunque hæredes iure deliberandi intra quantum tempus à tempore ſcientiæ, quòd ſit delata. 695.a
Hæreditati cedunt fructus percepti ante mortem teſtatoris, itemq; pendentes tempore mortis illius;ſuntq; proinde reſtituẽdi ab hærede grauato,Trebellianica deducta.732.b
Hæreditati cedunt fructus percepti ante aditam hæreditatem,ſuntque proinde reſtituendi deducta ex eis Trebellianica. Excipitur,quando hæres ſuus grauatus fuit: hic enim ſuos illos efficit. ibid.c
Hæreditas non poteſt pro parte adiri, & pro parte repudiari, 789.d
Hęreditas ſub modo relicta tranſmittitur modo nondum impleto, quando modus per ſucceſſorẽ poteſt impleri. 824.a
Hæreditas ſi ſub modo ſit relicta,antequam hæredi tradatur, cauere tenetur de ea vnà cum fructibus ex ea perceptis reſtituendis,ſi modum non impleat. 826.a
Hæreditas vni relicta ob errorem in perſona inualida eſt in conſcientiæ,& exteriori foro:ſi verò is exiſtat,cui eam relinquere eis verbis intendebat, illi debetur,etiam in exteriori foro, nihil impediente quòd quædam iura ſint in contrarium. 832.c.d
Hæreditatis in poſſeſſionẽ quando hęres mittendus. 1147.d
Hæreditatem poſſidens bona fide tanquam ad ſe pertinentem, ſi poſtea comperiatur ſpectare ad alium, neque ex fructibus ex ea perceptis tenetur reſtituere, niſi quod ſuperfuerit,aut in quo factus ſit locupletior, eſto luxurioſè & perditè reliqua conſumpſerit. 986.c
Hæreditatem bona fide credens ad ſe delatam,ſi contemplatione illius largius de ſuis bonis expendat antequam poſſeſſionem occupet,nihil de hæreditate poteſt compenſare, ſed integra pertinet ad legitimum hæredem. ibid.d
Hæreditatem non ſuam prædicto modo bona fide poſſidens, ſi donauit ex illa, eaque ratione ſibi donatarios deuinxit, non cenſetur factus locupletior,ſi verò aliquid ea de cauſa redonatum ſit, aut poſteà redonetur, id reſtituendum eſt legitimo hæredi. 987.c.d
Hæreditate ex prædicta ſi quid donatum ſit, atque exiſtat, vendicat id legitimus hæres: ſi verò non exiſtat,donatarius tamen factus inde eſt locupletior, id debet legitimo hæredi,in quo locupletior reperitur. 987.a
Hæreditate ex eadem ſi quid bona fide ſit venditum, & exiſtat,precium ſuccedit in hæreditate loco rei venditæ. Et ad quid antiquus poſſeſſor,& emptor tenentur. ibid.
Hæreditate ex eadem tenetur à lite conteſtata,qui bona fide eam poſſidebat,reſtituere omnia, quæ ex illa & fructibus tunc ſtabant,& in quibus factus fuerat locupletior, & fructus omnes vlterius perceptos, & qui commodè poterant percipi: eodem modo tenentur, qui ſcienter hæc poſt litem conteſtatã emerunt,aut alio titulo acceperunt. 988.a
Hæreditatem bona fide tanquam hæres qui poſſidet, neque illam,neque res illius præſcribit aduerſus legitimum hæredem, niſi triginta annis: emens tamen aliquid ab illo, tempore conſueto præſcribit,exceptis aliquibus euẽtibus. 889.d
Hæreditatem mala fide poſſidens reſtituere integram tenetur legitimo hęredi cum omnibus fructibus, etiam quos commodè percipere potuit. 990.b
Hæreditatem ita mala fide poſſidens, ſi quid caſu fortuito poſt litem conteſtatam pereat hæreditatis,tenetur id reſtituere(intellige,poſt latam ſententiam) ſecus ſi ante litem conteſtatam caſu fortuito pereat eo pacto, quo apud hæredem periret. ibid. c
Vide Hæres.

Hæres.

Hæres dominium comparat hæreditate adita ante traditionem; ſecus de poſſeſſione. 37.d
Hæres adita hæreditate ad omnia defuncti onera tenetur 38.b
Hæres apprehenſione domus comparat etiam poſſeſſionem contentorum,animo ea etiam poſſidendi. 71.a
Hæres adita hæreditate, comparat poſſeſſionem interdicto quorum bonorum; legati verò quod legatarius abſque ipſius facultate occupauerat,interdicto quorum legatorum, vt ab eo Falcidiam detrahat. 79.a
Hæres teſtamento minus ſolenni inſtitutus,non ſolum occupare,& retinere poteſt hæreditatem, celareque defectum teſtamenti,ſed etiam ceſſante ſcandalo, facere occultam recompenſationem,ſi in exteriori foro hæredi ab inteſtato adiudicetur hæreditas. 300.b
Hæres ab inteſtato lethaliter peccat, niſi hæredi in teſtamento minus ſolẽni inſtituto hæreditatem relinquat,& ſoluat legata,aut fideicommiſſum in tali teſtamento,aut codicillo relicta, & tenetur ad damna litis, & alia ex illis ſecuta. ibidem.
Hæres ab inteſtato in dubio,an teſtamentum minus ſolenne voluntas fuerit teſtatoris, compoſitionem facere tenetur cum hęrede inſtituto,legatarijſque, aut fideicommiſſario pro quantitate dubij plus vel minus illi relinquendo. ib.c
Hæres ab inteſtato ſi petat in foro exteriori bona teſtamento minus ſolenni relicta,cogendus in eodem foro eſt, vt iuret an ſciat,aut ſibi perſuadeat,illam fuiſſe defuncti voluntatem,confitenteque, aut iurare nolente, adiudicanda ſunt bona in eodem foro illis alijs. ibid.d
Hæres inſtitui non poteſt directè codicillo, niſi à milite. 431.c.d
Hæredis inſtitutio vt ſit valida, non ſatis eſt ſi nutibus fiat, ſed neceſſe eſt ut ſcripto, aut voce qualicunque exprimatur; valet tamen nutibus facta in foro conſcientiæ. 458.b
Hæredis inſtitutio per remiſſionem ad ſchedulam,in qua illum teſtator habet ſcriptum,valida eſt. ibid.c
Hæredes inſtitutio vi,metu,aut deceptione facta, vel arbitrãte teſtatore illum eſſe ſuum conſanguineum, aut defunctum eſſe,quem inſtituere intendebat, aut iam ante inſtituerat, inualida eſt, ſi credendum ſit teſtatorem, ſecluſis his,velle vt bona ſua ad alterum deueniant. 451.d
Hæredes eſſe non poſſunt profeſſi, & coadiutores ſocietatis in bonis ſuorum,neq; domus,aut collegia loco ipſorum, ſed tanquam mortui ad id reputantur. Quin ſi bona aliqua antea habebant,neque de illis diſpoſuerunt,pertinent ad ipſorum hæredes ab inteſtato. 466.c.d
Hæredes inſtitui poſſunt etiam communitates,niſi ſit ciuitas hoſtium,communitas Iudęorum,aut alia illicita,quæ authoritate publica erecta non ſit: particulares tamen de ijs communitatibus inſtitui poſſunt. 537.b
Hæres inſtitui poteſt amens,infans,mutus,religioſus,niſi ſit profeſſus D. Franciſci, aut noſtræ Societatis etiã coadiutor,& denique quicunque lege non eſt prohibitus. ibid.c
Hæres inſtitui poteſt ſeruus, modo dominus inſtitui etiam poſſit: alioquin inualida redditur inſtitutio, niſi ſeruus manumittatur,aut alienetur. ibid.
Hæredem ſi quis inſtituat ſuum ſeruum, cenſetur illi libertatem concedere. ibid.d
Hæredes eſſe non poſſunt de iure Cæſareo deputati, & damnati in perpetuum ad metalla, neque legatarij,niſi in alimenta eis aliquid relinquatur, ſecus de iure Caſtellæ, & Luſitano. 558.a
Hæredes,aut legatarij,eſſe non poſſunt hæretici,& apoſtatę. Et de iure Caſtellæ,nec Mahumetanus, nec Iudęus inſtitui poteſt à Chriſtiano. Neque item canonico iure clericus poteſt eos, aut quemquam alium paganum inſtituere. ibid.b
Hæres eſſe non poterat tranſiens ad ſecundas nuptias intra annũ à morte mariti,ſed canonico iure eſt abrogatũ. ibi.c
Hæres vt eſſe non poſſit in pœnam eſt ſtatutum inſequenti Cardinalem,& ob nonnulla alia delicta: vt tamen delinquens ab hæreditate abſtinere teneatur,neceſſe eſt vt ſententia feratur. ibid.d

Hæres ſi is ſolus inſtituatur, qui hæreditatis eſt incapax, teſtamentum eſt nullum quo ad legata non pia. De iure tamen Caſtellæ valida ſunt. ibid.
Hæredes propriè ſunt, tam inſtituti in tota hæreditate, quàm in quota illius. 559.b
Hæredes quando in portionibus æqualibus, & quando in inæqualibus cenſendi ſint inſtituti. ibid.c
Hæredes, & hæreditas, defuncti perſonam repræſentant, eaque ratione iura omnia defuncti, quæ cum eo non expirant, ad hæredes tranſeunt, teneturque ad debita defuncti, ſoluereque legata. 560.a
Hæredes ſi plures ſint, vt ſingulis iura defuncti cõpetunt iuxta proportionẽ partis ĩ qua quiſq; eſt inſtitutus: ita ad debita ſolũ tenentur iuxta eiuſdẽ partis proportionem. ibi.b
Hæres ſi non in parte aliquota, ſed in re, aut rebus certis ſimul cum alijs ſit inſtitutus, parum à legatario differt; & ſicut illi nec iura defuncti competunt, ita neque ad debita tenetur, neque ius accreſcendi illi competit. ibi.c
Hæres ſi in re certa per verba directa, & non communia ſit inſtituius ſine alio cohęrede, vel cũ alio, qui repudiet hæreditatem, vel ad quem non deueniat, neque ad alios eam tranſmittat, verè eſt hæres, eique ius accreſcendi competit, & ſuccedit in iuribus defuncti, atque ad debita illius tenetur: ſecus ſi non per verba directa, nam tunc hæreditas ad hæredes ab inteſtato deuoluitur. ibid.d
Hæredis inſtitutio verbis directis, indirectis, communibus, proprijs, ac ciuilibus, quæ. 561.c
Hęredes inſtitut: in rebus certis inęqualibus quo ad valorem ſi eis ius accreſcẽdi cõpetat, incremẽtũ diuiditur iter eos ĩn partes ęquales, niſi aliud ꝺ volũtate teſtatoris cõſtet. 562.d
Hæredi inſtituto in quota; ſi nullus alius ſit inſtitutus, aut alij moriantur ante teſtatorem, vel repudient hæreditatem, accreſcit reliquum hæreditatis, & non deuoluitur ad hæredes ab inteſtato. Idem ſi plures hæredes ſint, & incrementum tunc diuiditur inter eos iuxta proportionem partis ad partem, in quibus inſtituti ſunt. 563.b
Hęredi inſtituto à milite in re certa aut in quota, qñ ſciens & prudẽs miles de reliquis ſuis bonis non diſpoſuit, nõ accreſcũt cætera bona, ſed ſpectãt ad hæredes ab inteſtato ibi.c
Hærede aliquo inſtituto in re certa, aut quota, ſi conſtat voluntatem teſtatoris fuiſſe, ut reliquum pertineret ad hæredes ab inteſtato, atque ex ignorantia probabili credidit id vim habere, reliquum in modum fideicommiſſi relinquẽdum eſt hæredibus ab inteſtato, Trebellianica & Falcidia non detractis. 565.a
Hæres ſi incapax ſit totius hæreditatis, fas teſtatori eſt illi ea relinquere, quorum eſt capax, & in reliquis inteſtatum decedere. 566.c
Hæres inſtitui non poteſt ad tempus, niſi à milite. Et idem dicendum eſt, ꝙ de inſtituto in parte ſolum bonorum 567.a
Hærede aliquo inſtituto in diẽ incertũ, an & qñ eſſet futurus, ſub cõditione inſtitutus cenſetur, eiq; tradenda eſt hæreditas, præſtita cautione, ꝙ conditione non impleta illã reſtituet cum fructibus à tempore mortis teſtatoris. 567.d
æredis inſtitutio in diem certo futurum, ſed incertum quando futurum ſit, valida eſt. 568.a
Hæredibus inſtitutis duobus, vno ad primum decennium à morte teſtatoris, altero ad reliquum tempus, primus grauatus cẽſetur reſtituere hæreditatẽ ſecundo. Sed nõ improbabile eſt, validã eſſe vtramq; directã inſtitutionem. ibid.c
Hæredis inſtitutio alterius voluntati commiſſa inualida eſt iure Cæſareo. ibid.d
Hęredis inſtitutio ſub conditione de futuro, ſi alius viciſſim me aut aliũ inſtituat, captatoria dicitur, & inualida eſt: ſecus ſub conditione ſimili de præſenti, aut præterito. 569.b
Hæredis mutua inſtitutio, etiam in eodem teſtamento, prohibita non eſt. ibid.c
Hæredis inſtitutio ſub conditione, quę ab alterius pendet voluntate ac proinde quæ tacitè ſolum ab alterius pendet uoluntate, valida eſt. ibid.d
Hæredis inſtitutio ſub conditione, ſi inſtitutus voluerit, valida eſt. Et tamen quamuis ea conditio virtute in quacunq; inſtitutione inſit, quando tamen exprimitur, operatur, vt niſi adita hęreditate hęres è vita diſcedat, illam non tranſmittat ad alios. ibid.
Hęredis inſtitutio alicuius determinatę perſonę, ſed ſub conditione, ſi alius ita fuerit arbitratus, valet; ſed ſi ſufficientem alius reddat rationem, cur non debeat is eſſe hęres, redditur nulla. 570.d
Hęredis aut legatarij ex aliquibus certis inſtitutio, ſi voluntati alicuius ſit commiſſa, valet, eſto indignum eligat: ſecus ſi commiſſa ſit illius arbitrio. ibid.
Hæredis inſtitutio ad pias cauſas valida eſt, eſto alterius committatur voluntati. 571.d
Hæredis inſtitutio, melioratio, ſubſtitutio, & tutoris deſignatio alteri commiſſæ, itemq; teſtamenti confectio, quatenus iure Caſtellæ valeant. 572.e
Hæres neceſſarius quis in iure: diuerſumq; eſt aliquem neceſſario ſuccedere teſtatori, velit, nolit. 573.c
Hæredes in quibus portionibus ſint neceſſario inſtituendi decedentes. 574.a
Hæredes in quibus portionibus ſint neceſſario inſtituendi aſcendentes in defectum deſcendentium. 756.c
Hæredes neceſſario non ſunt inſtituendi tranſuerſales, etiam ſi fratres ſint vtrinque coniuncti. 577.a.b
Hæredem ſi quis inſtituat perſonam infamem, & prætereat fratrem vtrinque coniunctum, aut conſanguineum, conceditur fratri querela ad reuocandum teſtamentum & obtinendam hæreditatem. ibi.e
Hæredes ab inteſtato ſuccedunt in oĩbus defuncti bonis, deducto ęre alieno, & cõpetenti impenſa funeris, & deductis legatis, qñ teſtamentum validũ eſſet quoad legata. 581.d
Hæres eſt poſthumus parenti (quin potius rumpit teſtm̃ illius ſi in eo fuit præteritus) eo ipſo, ꝙ viuus naſcatur, monſtrumq; non ſit, eiq; ſuccedunt aſcendentes ſuperſtites proximiores in gradu, aut alij cõſanguinei: in Caſtella neceſſe eſt vt viuat viginti quatuor horis, & baptizetur. 582.c
Hæres ſi parens alter extitit ab inteſtato filio in bonis, quæ ex altero parente, aut ex aſcendentibus illius filio aduenerũt, tranſeatq; ad ſecundas nuptias, & tempore mortis illius ſuperſtes fuerit filius ex priori matrimonio, is ſuccedit in bonis illis deducto vſufructu, &c. 483.b
Hæredibus exiſtentibus parẽtibus filio, ſi is erat in poteſtate patris, aut de iure cõi aui paterni, eſto bona ſint inter parẽtes diuidenda, vſusfructus tñ eorum ſpectat ad patrem, aut auum, cuius erat toto tempore quo is vixerit. 584.b
Hæredes ab inteſtato ſunt collaterales proximiores in gradu vſque ad decimum, deficientibns deſcendentibus, & aſcendentibus. 586.b
Hæredes ab inteſtato ita ſunt fratres vtrinque coniũcti, vt excludant omnes alios fratres. ibi.d
Hæredes ſunt ab inteſtato filij fratrum vtrinque coniunctorum cum patruis, ſed per ſtipitem. 587.a
Hęredes ab inteſtato ita ſunt filij fratris vtrinq; coniuncti, vt excludant fratres defuncti ex altera tm̃ parte cõiunctos. ib.
Hæredes ſunt ab inteſtato fratres omnes ex altera parte tantum coniuncti, deficientibus fratribus vtrinque coniunctis, & eorum filijs. ibid.b
Hæredes ſunt ab inteſtato filij fratris ex altera tantum parte coniuncti cum patruis ipſorum fratribus ex altera parte defunctis, ſed ſuccedunt per ſtipitem. ibi.c
Hæredes ab inteſtato ſi ſint fratres ex altera parte, quorũ quidam vterini ſint, alij conſanguinei, vterini præferuntur in bonis q̃ fuerũt matris, & cõſanguinei in bonis quæ fuerũt patris, & cætera bona æqualiter diuiduntur. Idem qñ filij horum fratrum per ſ i, item ſuccedunt cum patruis. ibi.
Hæredes ab inteſtato ꝙ præferuntur, ſi ſint vtrinq; coniũcti, ſolum habet locum in fratribus & in filijs fratrũ, non verò in nepotibus eorum, aut in alijs collateralibus, ſed ſemper proximi defuncto ſuccedunt illi per capita. ibi.d
Hæredibus exiſtentibus ab inteſtato patri filijs, quorum quidam fratres ſint inter ſe vtrinque coniũcti; alij vterini, ſi vnus vtrinque coniunctorum repudiet hæreditatem, ſuccedunt in portione illius alij fratres, etiam vterini non verò filij repudiantis. 588 b
Hæredes ab inteſtato ſunt per capita, & non per ſtirpes, filij fratrum defunctorum, quando non ſuccedunt patruo vna cum alio patruo ſuperſtite, neque tunc locum habet repræſentatio. 589.b
Hæredes ſunt ab inteſtato filij fratris, excluduntq; patruum magnum, cum quo ſunt in eodem gradu, hoc eſt fratrem patris, aut matris eius defuncti, cui eſt ſuccedendum: quare in eo euentu admittenda eſt repræſentatio. 591.a
Hæredes mutuo ab inteſtato ſunt vir & vxor in omnibus bonis, modò non ſit conſanguineus vſque ad decimum gradum, qui ſuccedat, & non ſit inter eos diuortium, & de Luſitano iure vir vxorem in domum ſuam receperit. ibi.b
Hæres in qua portione ſit vxor vna cum filijs marito, quando ſine dote nupſit. ibid.
Hæres exiſtit fiſcus ab inteſtato, ſi non ſit cõſanguineus vſq; ad decimum gradũ, neq; alter coniux, qui ſuccedãt. ibi.d
Hæres inſtitutus deſcendens, aut aſcendens, minus quàm in legiti-

legitima portione, agit ſolum ad ſupplementum. 648.c
Hæredis titulo niſi aliquid deſcendenti vel aſcendenti relinquatur, cur præteritus cenſatur, eſto pluſquam legitima illi relinquatur. 653.a
Hæredes tacitè cenſentur in Luſitania deſcendentes, & aſcendentes, & in ſuis legitimis, ſi teſtator ſolum de tertio diſponat ad alia. ibi.b
Hæredis titulo niſi aſcendentibus, & deſcendentibus legitimæ relinquantur, cenſentur canonico iure præteriti. ibid.c
Hæredes inſtituti cenſentur liberi, ſi pater filijs relinquat bona ſua, ſingulis res certas. ibid.d
Hæredis titulo relinquēda eſt legitima deſcendenti aut aſcendēti in Regno Caſtellæ, alioquin cēſetur præteritus, eſtq; teſtamentum nullū quoad hęredum inſtitutionem. 654.b
Hæres inſtitutus in minori portione, quàm legitima, eſto illam recipiat ſine proteſtatione, & chirographū ſolutionis det, agere poteſt ad complementum, quarè in hoc euentu non ſufficit conſenſus tacitus in patris teſtamento. 659.b
Hæredem ſi parens inſtituat filiam in dote, quam acceperat, non competit ei actio inofficioſi teſtamenti, ſed ſolum ad complementum, ſi minus legitima erat dos. 678.c
Hærede inſtituto minus, quàm in legitima, ſiue in quota, ſiue in re certa ſit ita inſtitutus, non conceditur querela inofficioſi teſtamenti ad illud annullandum, ſed ſolum actio ad complementum. ibid.b
Hæres aut legatarius, neque mediatè eſſe poteſt interfector in bonis interfecti, vt ſi vir interficiat vxorem, ex qua habeat filium, exiſtere non poteſt hæres filio in bonis, quæ ex vxore illi aduenerunt, ſed in euētu, quo ad interfectorem deuenire deberent, pertinerent ad fiſcum. Iſque pater vſufructuarius non eſſet filij in eis bonis, ſed pleno iure pertinerent ad fiſcum. 684.d
Hæres ſuus quis dicatur. 682.a.689.a
Hæres ſuus remanet filius licet religionem profiteatur, per profeſſionemq; patriam egrediatur poteſtatem. 689.c
Hæres ſuus remanet Eps licet patriā egrediať poteſtatē. ibi.d
Hęres ſuus eſt filius adoptiuus, ſi adoptanti ſuccedat ab inteſtato; ſecus ſi ex teſtamento. ibid.
Hęres ſuus eſt nepos filij exhæredati, ſi ab auo hęres inſtituatur, vt hr̄ditatē non aditā tranſmittat ad patrē ſuū. 690.a
Hęres ſi adita hęreditate ex hac vita diſcedat, illam tranſmittit ad quoſcunque ipſius hęredes. ibi.b
Hæres ſi hæreditate delata, ſed non adita, moriatur, nō tranſmittit illam, ſed pertinet ad hæredes alios defuncti, exceptis tribus euentibus. ibid.
Hæres ſuus hr̄ditatem nondū aditā tranſmittit ad quoſcunq; ipſius hr̄des, modo illā ante mortem nō repudiauerit. ib.c
Hæres ſuus dn̄ium comparat hæreditatis ad ſe delatæ antequā illā adeat, reliqui verò hæredes nō niſi illa adita. ibi.d
Hæres ſuus non cenſetur habere titulum ad præſcribendū rē, q̄ defunctus bona fide ſine titulo poſſidebat: hæres aūt non ſuus eū habere cenſetur à puncto aditæ hæreditatis. 689.c
Hæres ſuus repudiare hodie poteſt hæreditatem. 691.b
Hæres ſuus inſtitutus ſub conditione poteſtatiua tranſmittit hæreditatem non aditam ad ipſius hæredes quo ad ſuam legitimam. ſecus quoad incrementum. Ex facultate verò ſola illam repudiandi de iure prætorio introducta, non impeditur tranſmittere etiam incrementum. 692.a
Hæres non ſuus, ſub conditione poteſtatiua inſtitutus, ſi legitimam in eis bonis habeat, non tranſmittit iure ſanguinis incrementum ante aditam hæreditatem. Quòd ſi legitimam non habeat, neque iure ſanguinis, neque deliberandi, tranſmittit hæreditatem non aditam. ibid.b
Hæres ſuus ſemper repudiare poteſt hæreditatem, quando à creditoribus defuncti conuenitur, interim dum tacitè aut expreſsè hæreditatem non adiuiuit, & cōuentus intra quātum tempus adire aut repudiare teneatur. ibid.
Hæredi ſuo conceditur poſt hæreditatē repudiatam reuocare repudiationem, & adire iterum hæreditatē, & quāto tpe ſi non erat minor, & quāto, ſi minor erat, & quouſque. 693.a
Hæres ſuus quāto tpe præſcriptionis via amittat ius, adeūdi, occupandiq; hæreditatem, hæreditatemque ipſam. ibid.d.
Hæredes deſcendentes, ſiue ſui ſint, ſiue nō, hæreditatem ſuorum aſcendentium non aditam iure ſanguinis tranſmittunt ad ſuos tantum deſcendentes. 694.d
Hæredes illegitimi portiones, in quibus ex iuris. præſcripto ſuccedunt ſuis aſcendentibus, iure ſanguinis tranſmittunt ad ſuos deſcendentes. 695.b
Hæres ſi inſtitutus ſit deſcendens ſub conditione pendente in futurum, quæ modus non ſit, & decedat ante conditionem impletam, non tranſmittit iure ſanguinis eiuſmodi hr̄ditatē, niſi quoad legitimā, ſi legitimā in ea habeat. ib.c
Hæres grauatus cogi pōt adire hr̄ditatē vt illā reſtituat, ſi verò coactus hr̄ditatem adeat, amittit Trebellianicā. 733.d
Hæres grauatus ſi ante tp̄s reſtitutionis fideicommiſſi delictum cōmittat, ob q̄ bona ipſius confiſcentur, fideicōmiſſum ad fiſcum pertinet, tpe quo perſeueraturum erat apud delinquentē, niſi contraria fuerit teſtatoris volūtas. 734.a
Hæres grauatus ſi religionem profiteatur, non idcirco tranſit fideicommiſſum in fideicommiſſarium, niſi profiteatur Ordinem Minorum, aut noſtram Societatem, vel in ea ad coadiutorium gradum admittatur. ibid.b
Hæres eſto profiteatur Religionem Minorum, aut noſtram, ſi ita grauatus eſt conditione pendente in futurum, aut in diem mortis naturalis ipſius, vtiq; ſi inde eſt pendens, vt fideicommiſſum ad vnum potius, quàm ad alium perueniat, expectandum eſt id tempus poſt profeſſionem. 725.c
Hæres quando eſt grauatus reſtituere hęreditatem retenta ſibi certa quantitate, non diuiduntur actiones inter ipſum, & fideicommiſſarium, ſed integræ tranſeunt in fideicommiſſarium, eſto quantitas illa quartam excedat. Quod ſi ad quartam non pertingat, extrahit quod deeſt, & quoad id diuiduntur actiones. 728.b.c
Hæres grauatus quæ reſtituere fideicōmiſſario teneať 737.a
Hæres inſtitutus cum alijs, & grauatus portionem ſuam alteri reſtituere. ſi portioni aliquid in cohæredum defectum accreſcat, id etiam tenetur reſtituere. ibid.
Hæres grauatus reſtituere, quod poſt ipſius mortem ex hæreditate ſupereſſet, reſeruare ad minimum debet fideicommiſſario quartam hæreditatis partem, & quouſque hanc poſſit cōſumere. Si reſeruet integram hæreditatem, poteſt ab ea detrahere Trebellianicam. 738.a
Hæres grauatus, ſi quid pereat, tenetur ſolū de lata culpa. ibi.
Hæredis grauati ſunt partus ancillarum percepti ab hæredita te adita, computandi in Trebellianica, quando fideicommiſſum non ſtatim à teſtatoris morte eſt reſtituendū. ib.b
Hæres inſtitutus cum alijs, grauatuſque reſtituere illis portionem ſuam, cedit illis fideicommiſſum iuxta proportionem in qua quiſque fuit inſtitutus. ibid.d
Hæres grauatus retinet iura ſepulchri, nec tranſeunt in fideicommiſſarium, quando hæreditaria ſunt: non item tranſeunt ad fiſcum, ſed permanent cum hærede, eſto tanquā indignus priuetur hęreditate. 739.a
Hæres ſolum conſequitur ſepulchra familiaria defuncti, ſi de familia ſit. ibid.b
Hęres non retinet ius patronatus Eccleſiaſtici, ſed tranſit in fideicōmiſſarium; tametſi cōis opinio refragetur. ib.d
Hæres grauatus à ſuo aſcendēte hæreditatem poſt mortē ſuā reſtituere, tacitā habet cōditionē, ſi ſine liberis deceſſerit, quare eo cū liberis decedente, expirat fideicōmiſsū. 742.d
Hæres idem grauatus eſto ſit illegitimus, eodem modo expirat fideicommiſſum quoad bona, quæ licitè ei fuerunt ab aſcendente relicta. 744.b
Hæredi illo modo grauato ſi naturalis filius naſcatur, quando fideicommiſſum expiret, & quando non, coniecturis eſt iudicandum. 745.a
Hæredi grauati filius adoptiuus non cōprehenditur in illa tacita conditione, ſi ſine liberis diſceſſerit: comprehenditur verò legitimatus per conſequens matrimonium, quando de contraria inſtitutoris voluntate nō conſtat: ſecus legitimatus Principis reſcripto, niſi fuerit ad petitionem inſtitutoris, aut aliter de voluntate illius conſtet. 746.d
Hærede ſub tacita vel expreſſa conditione grauato, ſi ſine liberis deceſſerit, expirat fideicommiſſum, ſi vel vnus ad breuiſſimum tempus ſuperſtes ſit, vel poſthumus naſcatur, ita ut hæres exiſtat. 747.a
Hæres ſi ſit grauatus ſub tacita aut expreſſa conditione ſi ſine liberis deceſſerit, & conſtat hæredem & liberos ſimul deceſſiſſe, nō expirat fideicōmiſſum. Secus ſi non conſtat. Et qn̄ præſumendum ſit, quis ante quem perierit. ibid.d
Hæres ſi ſit grauatus ſub tacita aut expreſſa conditione, ſi ſiue liberis deceſſerit, ſi liberos ſuperſtites relinquat, non remanent fideicommiſſarij, ſed fideicommiſſum expirat, eaque bona patri accreſcunt, vt de illis, ſicut de alijs ſuis bonis diſponat. 749.a
Hæres grauatus ſub tacita conditione, ſi ſine liberis decedat, ſi filios reliquat, expirat fideicommiſſum, etiam ſi fideicommiſſarius ſit monaſterium, aut alia cauſa pia, niſi ad exonerandam conſcientiam eſſet relictum. 750.c
Hæres grauatus ſub expreſſa conditione, ſi ſine liberis legitimis, atq; ex ſe genitis deceſſerit, reſtituere aliquid, ſi religionē profiteatur bonorū capacem, monaſteriū excludit ſubſtitu-

ſubſtitutū,niſi ſubſtitutus ſit pia cauſa,aut aliud de volū tate teſtatoris conſtet,aut niſi duo ſint viciſſim ſubſtituti, & vtrinq; ſine liberis decedēti ſubſtituta ſit pia cauſa,vel in Regno Caſtellę deſcendēti in tertio meliorato traditus eſſet ſubſtitutus,aut niſi in fraudē ſubſtituti,vt eum fideicommiſſo priuet,hæres religionē profiteatur. ibi.d.751.a
Hærede ſub tacita conditione,ſi ſine liberis deceſſerit,grauato,religionem profitente,fideicommiſſum non tranſit ad monaſterium. 751.d
Hæredis inſtitutionem non vitiat conditio de facto, aut de iure impoſſibilis,ſed pro non adiecta habetur. 817.c
Hæredis inſtitutio ſub conditione caſuali aut mixta facta vt valida ſit, ſatis eſt ſi conditio poſt mortem teſtatoris, aut in vita poſt inſtitutionem factam,aut teſtatore ignorante ante eam factam impleatur. 818.b.c
Hæredis inſtitutio facta ſub cōditione poteſtatiua, vt valida ſit,neceſſe eſt,poſt teſtatoris mortem impleri, niſi conditio non ſit iterabilis; nam tunc ſatis eſt viuente teſtatore eſſe impletam. ibid.d
Hæredis inſtitutio ſi ſub conditione poteſtatiua ſit facta, nec impletioni ſit terminus præfixus, ſatis eſt ſi interim dum hæres viuit,impleatur. ibid.
Hæredis inſtitutio ſi ſub conditione poteſtatiua negatiua fiat, tradenda eſt ſtatim hæreditas præſtita cautione Mutiana de illa cum fructibus reſtituenda, ſi conditionem fuerit tranſgreſſus. 819.a
Hæredis inſtitutio ſub conditione in alterius commodum appoſita ſi defecerit conditio ex parte illius alterius,habetur pro impleta. ibid.b
Hæredis inſtitutio viduę,aut viduo facta,etiam ab extraneo, ſub conditione ſi ad ſecundas nuptias non tranſeat,valida eſt,conditioneq; non ſeruata, venit reſtituenda cum fructibus nulla expectata ſententia. ibid.d
Hæredis inſtitutioni factę illi qui nunquā fuit coniugatus,ſi apponatur cōditio nunquā celebrandi matrimoniū,aut nō niſi arbitrio alicuius,pro nō appoſita habetur; ſecus ſi nō contrahat cū aliquo aut aliquib.vel ad certū tempus,modò non idèo in pęnā ab eo hæreditas auferatur. 820.a.c
Hæredis inſtitutioni validè apponitur cōditio ſi cōtraxeris cū hac,aut cum hoc,& cū nullo alio.Quod ſi per illū aliū defuerit,non impedit hæreditatis conſecutionem. ibid.d
Hæredis inſtitutioni validè apponitur conditio ſi religionē ingrediaris,aut ſacerdos fias. 821.c
Hæredis inſtitutioni ſi apponatur cōditio,ſi caſtè vixeris,an impediat tranſitū ad ſecundas nuptias,coniecturis eſt iudicandū,& in dubio pronunciandū eſt non impedire.ib.b.c
Hęres ſi quis ſub nuptiarum conditione ſit inſtitutus, & religionem profiteatur,totum debetur monaſterio. 822.d
Hæres licet iniquè conſtitueretur quis ſub conditione, ſi vxorem duceret,aīo auocandi eum ab ingreſſu religionis; bono tñ fine,validè ac licitè apponi poſſet ea cōditio.ibi.
Hæredi ſi modus impoſſibilis de iure, aut de facto apponatur,pro non appoſito habetur. 863.c
Hæres. Vide Modus.
Hæres ſi qs inſtituatur,exiſtimatus filius,frater,aut alius ꝓpinquus teſtatoris,qñ alioquin inſtituēdus nō eſſet,inſtitutio eſt nulla,& hrditas ptinet ad hrdes ab inteſtato.833.a
Hæres ſi quis erat inſtitutus, & quod auditū eſſet illum eſſe mortuū,& alius inſtituat,valida eſt prima inſtitutio. ib.b
Hæredis inſtitutio quando eſt inualida ob cauſam falſam exiſtimatam,& valida quouſque ſint legata. ibid.c
Hæredes occaſione defuncti, vxor illius, & alij propinqui, intra nouem dies à morte defuncti inquietari,aut in iudicium vocari non poſſunt, niſi malitia eorundem neceſſe eſſet aliquid iſtorum efficere. 852.b
Hæredibus cur quondam deliberatio maior concedebatur. ibid.d.853.a
Hæres ſi ſine beneficio inuētarij hæreditatem adeat,tenetur creditoribus defuncti vltra vires hæreditatis. ibid.b
Hæres,ſi cum hęreditatem tacitè,neq; expreſsè adierit,intra tres menſes à ſcientia quod ipſe ſit hęres, illam repudiet, ad nihil quidem creditoribus & legatarijs tenetur, attamen nullum commodum ex hęreditate reportat. ibi.c
Hæres prorogationem ad deliberandum non petens, & ritè inuentarium conficiens,octo commoda reportat. ibid.c.d
Hæres eſto inuentarium cōfecerit,ſi ſciens vires hæreditatis non ſufficere,ſoluit integrè creditoribus primò aduenientibus,aut præpoſuit quos poſtponere debebat, tenetur de damno alijs,& quid in dubio. Idem de legatarijs. 854.a
Hæres contrauenire non poteſt facto teſtatoris pro rata portionis,in qua illi hęres extitit. 856.a
Hæres inſtitutus filius in ſola ſua legitima à patre, qui prædium aduentitium alienauit,ſi inuentarium confecit,vendicat totum prædium,ſi verò pluſquam in legitima fuit inſtitutus,quouſque exceptione repellatur. 858.c.d
Hæres hæreditatem adiens non poſtulato tempore ad deliberandum,& inuentarium iuxta legis præſcriptum non conficiens,tenetur creditoribus & legatarijs,vltra vires hæreditatis, nulliſque priuilegijs gaudet, quibus ij potiuntur, qui inuentarium conficiunt. 862.a
Hæredi ſi tempus ad deliberandum petat,quantum,& à quo poſſit concedi. ibid.b
Hæredi ſi tempus ad deliberandum concedatur,tranſacto eo tempore,& hęreditate non repudiata, adita cenſetur. Siue autem tacitè,ſiue expreſsè eam adeat, ſi inuentarium confecit,creditoribus tenetur vltra vires hęreditatis;legatarijs non item,quin à legatis detrahit Falcidiam. ibid.
Hęres ſi poſtulato tpe ad deliberandum nec inuentario confecto hęreditatē repudiet,iuratur aduerſus eū in litē.ibi.c
Hæredes cum non ſint,qui executores vniuerſales dicantur: ij verò,eſto inuētariū non cōficiant, non tenentur ſucceſſoribus & legatarijs vltra vires bonorum defuncti. ibid.d
Hæres inſtituta eccleſia aut pia cā ſi inuentariū nō conficiat, vltra vires hęreditatis tenet̃ creditorib & legatarijs. 863.c
Hæres inuentarium non conficiens,aut tempus ad deliberandum petens, tenetur in conſcientiæ foro creditoribus vltra vires hæreditatis. 866.a
Hęres inuentarium non conficiens non tenetur legatarijs ante latam ſententiam:quod ſi abſque culpa eſt omiſſum, neque in conſcientiæ foro poſt latam ſententiam tenetur,neque in foro exteriori poteſt ferri, ſi in eo non interueniſſe culpam conſtet. 865.a.867.a
Hæres grauatus non conficiens inuentarium, detrahit nihilominus Trebellianicam. 877.b
Hrdis inſtitutio neceſſaria nō eſt ĩ teſtō ad pias cauſas.994.c
Vide hęreditas.
Hęres illegitimus. Vide illegitimus.
Hæres. Vide deſcendens,aſcendens,& collateralis.

Hæreſis, & Hæreticus.

Hæreſis patris in cauſa eſt, ut à puncto delicti vſusfructus, quē in bonis filij habebat,ad filium regrediatur. 53.a
Hæreſis & condemnatio filij non impedit,quin uſusfructus, quem pater habebat in bonis illius acquiſitis ante crimē, apud patrem perſeueret,interim dum pater viuit,aut filius in Caſtella aut Luſitania matrimonium contrahit. ibid.b
Hęreſi tam patris,quàm filij,egreditur filius patriam poteſtatem,amittitque vſumfructum in bonis filij,tamen, quando ſolus filius in hæreſin incidit, pater retineat vſumfructum in bonis quæ filius ante hęreſin cōparauerit. 932.b
Hęreticus poſt mortē damnatur,& bona illius quocunq; tpe occupātur,niſi quę à ſucceſſorib quadraginta ann. fuerint poſſeſſa cum ignorantia,ꝙ crimē fuerit cōmiſſum.254.c
Hæreticorum bona nullo tempore præſcribūtur aduerſus fiſcum, niſi ſucceſſores in illis ea poſſederint quadraginta annis cum ignorantia delicti hæretici. 268.a
Hæreticorum bona fiſco ſeculari iam hodie applicata ſunt in Hiſpanijs. ibid.d
Hæretici,& apoſtatæ hæredes eſſe non poſſunt,Et de Caſtellæ iure neque Mahumetanus,neque Iudæus inſtitui poteſt à Chriſtiano. Neque iure Canonico clerici eos inſtituere poſſunt,aut quemquam alium paganum. 558.b

Herba.

Herbam & fœnum demetentes in alienis locis,quæ domini ſuis pecoribus reſeruata habent,vt reſtituere teneantur,nō ſolum herbæ valorem, ſed etiam alia damna inde domino ſubſecuta. 243.b.c

Hidalgo.

Hidalgo in Regno Caſtellæ reputatur filius naturalis ex patre hidalgo genitus. 593.b
Hidalguiæ, quam vocant, parentum ſucceſſores non ſunt ij illegitimi filij,qui naturales non ſunt. 616.d
Hidalguiæ,quam vocant,ſucceſſores in Caſtella ſunt filij illegitimi naturales. ibid.

Homicida.

Homicida ſui ipſius,licet ſibi non faciat iniuriam, ſed contra charitatem,aut alias virtutes peccet,Deo tamē & Reipublicę facit iniuriam. 19.a

Homo.

Homo ad imaginem Dei eſt, quatenus libero arbitrio eſt præditus. 84.a
Homo plus ad ſocietatē,q̃ reliqua alia aīalia propēdet. 101.a
Hominis prima ſocietas,ad q̃ maximè propendet, eſt maris

cum

cũ fęmina generationis gratia,vnde familia reſultat. ibid.
Homo cur ciuile ac politicum animal, ad ciuilemq; ſocietatem naturaliter inclinetur. 103.c

Hypotheca.

Hypothecæ & pignoris comparatur ius in re. 30.b
Hypothecæ & pignoris diſcrimen. ibid.c
Hypotheca quanto tempore aduerſus creditorem, cui erat ſubiecta, præſcribatur. 260.d
Hypothecæ cenſentur ſubiecta eſſe, etiam venalia, ſi quis vel omnia ſua bona, vel certi generis hypothecæ, etiam tacitę, ſubijciat. 807.b
Hypothecæ non cenſetur ſubiecta venalia, neque alia ad tempus ibi apposita, ex eo, quod hypothecæ ſubijciantur res certo loco exiſtentes. ibid.c

Iacens hæreditas.

IAcens hæreditas non datur comparatione hęredis ſui. 691.c Vide hæreditas.

Ignorantia.

Ignorantia affectata, aut craſſa ad præſcribendum non ſufficiunt, quin potius obligationem reſtituendi inducunt ex parte iniuſtæ acceptionis. 247.b
Ignorantia iuris præſcriptionem impedit, niſi ſit valde obſcuri. ibid.d 250.d

Illegitimus.

Illegitimorum filiorum varia genera. 509 a
Illegitimi naturales, itemq; nothi, qui Cæſareo iure diceren tur. ibid.b
Illegitimus, qui non eſt concubina domi retenta, non putatur filius alicui, niſi vel is eum recognoſcat, vel aliunde ſufficienter probetur. ibid.c
Illegitimus genitus ex concubina domi retenta, reputatur eius, qui eam retinebat, niſi is contrarium probet. ibid.d
Illegitimi naturales filij hodie ſunt omnes, qui concepti, aut nati ex illis ſunt, inter quos poterat eſſe legitimum matrimonium. 593 b 600.b
Illegitimus naturalis ex patre hidalgo genitus, hidalgo in Caſtellæ regno reputatur. 594 b c
Illegitimus ſpurius, licet alter ſumeretur, ex ijs parentibus eſt genitus, qui conceptionis & natiuitatis talis filij tempore dirimens impedimentũ ad contrahendum habebant. ibid.
Illegitimi manzares qui. 594.b.600.a
Illegitimis naturalibus & eorum matri, ſi legitimi deſcendętes, & aſcendentes non exiſtant, fas patri eſt de iure cõi relinquere omnia bona, aut ea illis donare in vna. 590 b
Illegitimis naturalibus, & eorum matri, ſi pater deſcendentes legitimos habeat, fas de iure communi eſt patri relinquere ſolum duodecimam bonorum ſuorũ partem. Quod ſi mater ſine eiuſmodi liberis viuat, fas eſt ſolum relinque re illi dimidium duodecimæ illius partis. ibid.c
Illegitimis naturalibus, ſi ſolũ exiſtant aſcendentes legitimi fas de iure cõi eſt patri relinquere omnia ſua bona præter tertium, in quo aſcẽdentes neceſſariò illis ſuccedunt. ibi.d
Illegitimis naturalibus de iure cõmuni, ſi pater ab inteſtato decedat, neque relinquat deſcendentes legitimos, neque item legitimam vxorem, ſolum obuenit ſexta pars bonorum defuncti, inter ipſos, & ipſorum matrem, ſi ſuperſtes ſit, per portiones æquales diuidenda; reliqua verò pertinent ad alios hæredes ab inteſtato. Quod ſi deſcendentes legitimos, aut legitimam vxore relinquat, ſolum tribuenda ſunt alimenta competentia. 595.a
Illegitimis naturalibus debentur de iure communi alimẽta, eſto pater teſtatus diſcedat, nihilq; illis relinquat. ibid.b
Illegitimis naturalib ſextũ bonorũ patris ab inteſtato decedẽtis debetur, eſto aſcẽdẽtes legitimos relinquat, aut filios reſcripto Principis legitimatos, aut filios adoptatos ibid.c
Illegitimis naturalibus nepotibus, aut pronepotibus, de iure communi eadem relinquere & donare poteſt parens ex teſtamẽto, quæ filijs naturalibus, & eodem modo illi ſuccedunt ab inteſtato, ſed per ſtirpem, locoque parentum mortuorum, ſi parentes filij erant naturales. Quando autem nepos eſt naturalis ex filio legitimo, auiam eſſe ſuperſtitem, ſucceſſionem nõ impedit, quin potius is nepos eodem modo ſuccedit tali auiæ. 569.a
Illegitimi aſcendentes, eodem modo ſuccedunt deſcendentibus naturalib. ex teſtamento, & ab inteſtato, quo deſcendentes naturales aſcendentibus ſuccedunt. ibid.c
Illegitimus naturalis de iure communi eodẽ modo ſuccedit matri, etiam illuſtri, ac ſi eſſet legitimus filius illius. ibi.d
Illegitimus naturalis. de iure communi comparatione auiæ maternæ ſuccedit perinde atque ſi eſſet legitimus, ſed per ſtipitem ratione matris, eſto illa naturalis eſſet. ibid.
Illegitimus naturalis comparatione auię maternę, & auorum paternorum, ſi mater erat filia naturalis, de iure communi ſolum ſuccedit eo modo quo explicatum eſt, illegitimos naturales ſuccedere patri. 576.a
Illegitimus naturalis ex matrie legitima, vtriq; auo materno eodẽ modo ſuccedit de iure communi, ac ſi eſſet nepos legitimus. ibid.
Illegitimis naturalib de iure cõi eodẽ modo ſuccedũt mater, & aui materni, quo illegitimi ipſi illis ſuccedunt. ibid.b
Illegitimus naturalis conceptus aut natus ex patre plebeio exiſtente, perinde Luſitano iure illi ſuccedit, ac ſi eſſet legitimus. ibid.c
Illegitimus naturalis hominis, qui cõceptionis & natiuitatis tpe erat caualiero, Luſitano iure ab inteſtato in nulla portione ei ſuccedit; ex teſtamẽto, ſi legitimos deſcẽdẽtes pater habeat, nihil poteſt illi relinquere, ſi habeat aſcẽdẽtes, poteſt de tertio illi relinquere, quod voluerit. Quod ſi aſcendentibus etiã careat, omnia bona poteſt ei relinquere. ibid.
Illegitimus naturalis in Luſitania matri, & auis maternis ſuccedit eo modo, quo iure communi: auis autẽ paternis tunc ſuccedit Luſitano iure, quando ſuccedit patri, & in reliquis ſeruantur regulæ iuris communis. ibid.d
Illegitimus naturalis genitus ex propria ancilla à viro plebeio ſuccedit Luſitano iure cum legitimis, modò liber maneat tpe mortis patris. Et eodem modo ſuccedet auis. ibid.
Illegitimis naturalibus filijs, aut nepotibus, ſi pater deſcendẽtibus legitimis careat, poteſt relinquere omnis ſua bona in Regno Caſtellæ, eſto aſcendentes habeat: quod ſi deſcendentes habeat poteſt ſolum in alimenta illis relinquere quintum ſuorum bonorum. 598.a
Illegitimi naturales in Caſtella ab inteſtato ſuccedunt parentibus eo modo quo de iure communi, ſuperſtitem tamen eſſe vxorem non impedit quo minus ſuccedant in quinto bonorum patris. ibid. b
Illegitimi naturales, ſi mater deſcendentes legitimos habeat, ei non ſuccedunt in Regno Caſtellæ, neque ex teſtamento neque ab inteſtato; tametſi fas illi ſit, in vita eis donare, aut poſt mortem illis relinquere de ſuo quinto quod voluerit. Quod ſi deſcendentibus legitimis careat, perinde ei ſuccedunt ac ſi legitimi eſſent. ibid.c
Illegitimos naturales filios leges, quę admittũt ad hæreditatẽ paternã cũ legitimis, damnãdę nõ ſunt tãquã iniquę. ibi.d
Illegitimi ſpurij, hoc eſt, ex parentibus, inter quos tempore conceptionis & natiuitatis erat impedimentum dirimens, ſuccedere non poſſunt patri, neque quicquam ab eo inter viuos accipere, præter alimenta. Quòd ſi plus accipiant, tenentur in conſcientiæ foro, nulla expectata ſententia, id reſtituere hæredibus patris. Quod ſi hæredes intra duos menſes id exigere negligant, repetit id fiſcus. Hæc ipſa locum habere in Caſtella oſtenditur. 601.a
Illegitimum ſpurium non poteſt pater ſubſtituere vulgari, aut fideicõmiſſaria ſubſtitutione, etiã ſi eligatur ab eo, quẽ pater grauauit, vt, cui vellet, hęreditatẽ reſtitueret. ibid.b
Illegitimum licet non poſſit pater ſubſtituere pupillariter in bonis, quæ filius, cui ſubſtituitur, obtinuerit à patre; ſecus tamen in alijs bonis eiuſdem filij. ibid.
Illegitimi ſpurij geniti ex coitu damnato & punibili lege humana, neque ex teſtamẽto, neque ab inteſtato, ſuccedunt matri iure communi, & Luſitano, & quis coitus talis. ibid.c
Illegitimus genitus ex ſolutis inter quos non aliud eſt impedimentum, quàm votum ſimplex caſtitatis, matrimonium non dirimens, naturalis eſt. 603.d
Illegitimus ſpurius in Luſitania, & vbi non eſt ius in contrarium, matri vniuerſim non ſuccedit. ibid.b
Illegitimi vt ſuccedant, aut nõ ſuccedãt matri in Luſitania, & alijs ſimilibus locis, locũ nõ habet l. ſi qua illuſtris 604.b
Illegitimus cõceptus ſine peccato matris, quia oppreſſa fuit, aut ignorauit non eſſe ſuum coniugem, ſuccedit matri ac ſi eſſet legitimus. ibid.a
Illegitimus ex clerico religioſo aut moniali, profeſſis in Caſtella, nec patri, nec matri, nec conſanguineis patris ſuccedit, neque aliud poteſt ab eis obtinere, quàm alimenta. Vnde neque pupillariter poteſt ſubſtitui, in bonis, quæ is, cui ſubſtituitur, non habuerit à patre. ibid.d
Illegitimus conceptus ex ea copula, pro qua matri pœna capitis eſt ſtatuta, vt ex adulterio, non ſuccedit in Caſtella matri; poterit tamen mater de quinto ſuorum bonorum relinquere ei, quæ voluerit. ibid.
Illegitimi reliqui ſpurij, ſi mater deſcendentibus careat, perinde in Caſtella ei ſuccedunt, ac ſi eſſent legitimi. Quod ſi deſcen-

deſcendentes habeat, ſolum poteſt eis relinquere de quinto ſuorum bonorum. 605.a
Illegitimum nepotem filium naturalẽ, aut legitimũ filij ſui ſpurij (qui tñ ex inceſtis nuptijs non eſt genitus) põt auus inſtituere hæredẽ, deficiente prole ipſius legitima; vſusfructus tñ tunc eorum bonorum pertinebit ad patrem. ibid.b
Illegitimi ſpurij filij, aut filiæ, patri an liceat inſtituere hæredem alterum cum eis contrahentem, vel ſocerum, aut ſocrum eorum. ibid.c
Illegitimos ſpurios poſſunt alij ab aſcendentibus inſtituere hæredes. Excipiuntur in Regno Caſtellæ filij clericorum, aut religioſorum, & monialium, qui nulli conſanguineo poſſunt ſuccedere. ibid.d
Illegitimis ſpurijs ij aſcendentes ſuccedere non poſſunt, quibus tales illegitimi ſuccedere nequeunt. 606.a
Illegitimi ſpurij fratres, vterini ſint, ſibi mutuo ſuccedunt ab inteſtato, idemq́; eſt de alijs conſanguineis ex parte matris comparatione filij illius ſpurij, qui illi fuerint proximiores in gradu. ibid.b
Illegitimi ſpurij fratres non vterini, ideſt, ex diuerſis matribus, & eodem patre, neque ſibi mutuo ſuccedunt ab inteſtato, neque alijs conſanguineis ex parte patris, idque eſto reſcripto Principis ſint legitimati, niſi in eo exprimatur, eſſe etiam ad eum effectum. Ex teſtamento autem ſibi in uicem poſſunt ſuccedere. Idem intelligendum eſt de alijs naturalibus. ibid.
Illegitimus naturalis ſi careat vterino fratre, & habeat fratrẽ vnum legitimum ex parte patris, is excludit cæteros illegitimos ab inteſtato de iure Caſtellæ. ibid.c
Illegitimo naturali hominis plebei æquè ſuccedunt fratres legitimi & naturales in Luſitania. ibid.d
Illegitimis ſpurijs Cæſareo iure denegabantur alimenta. Quod non intelligendum eſt de ijs, ſine quibus conſeruare non poterant vitam, ſed de alijs. 607.a
Illegitimis omnibus filijs alimẽta iure canonico (ut ſtatur) debentur cõpetentia, quando aliunde ea non habẽt. ibid.b
Illegitimis filijs aui in parentum defectum tenentur alimenta præſtare. 608.a
Illegitimæ ſpuriæ filiæ tradere poteſt parens, in dotem, quod ſatis ſit ad alimenta competẽtia talis filiæ in totam vitam. In Caſtella tamen ſi parens legitimam ſobolem habeat, excedere non poteſt quintum bonorum patris. 609.d
Illegitimis tam deſcendentibus, quam aſcendentibus, ſi quid conferatur præter ea, quæ leges permittunt, interuenit lethale peccatum, tam dantium, quam accipientium, obnoxiumque eſt reſtitutioni danti, aut hæredibus illius. Quod ſi hæredes negligant intra tres menſes illud repetere, poteſt addicere fiſcus. 611.c
Illegitimo cum ſpe ſola vt reddatur, ſi parens aliquem tertium hęredem aut legatariũ inſtituat, nulla impoſita obligatione aut grauamine, validũ eſt id etiam ſi pater ſpem ſuam ſignificet vt hæres aut legatarius eã intelligat. Tunc verò is nihil tenetur tradere illegitimo, ſi autem tradat, valide ac licitè id efficit. 612.b
Illegitimi ſpurij parens ſi quemq̃ inſtituat hæredem, eumq́; grauet, vt hæreditatem illegitimo reſtituat, ſi is, neque in ſecreto, neque in publico ad id ſe obſtringat, valida eſt inſtitutio, nihilque reſtituere tenetur illegitimo. ibid.c
Illegitimo ſpurio ſi reſtituere hæreditatem publicè, vel ſecreto promiſit inſtitutus ab illius parente, præter peccatum illius parentis, & ſpurij, ſi illam recipiat, amittit eam fiſco eccleſiaſtico, ſi hæres inſtitutus erat clericus, alioquin ſeculari. Niſi verò hæres id manifeſtet, amittit omnia ſua bona & deportatur. Et quod præmium propoſitum ſit ipſi ſpurio, & illi tertio, ſi id manifeſtent. 613.a
Illegitimo ſpurio qui hæres inſtitutus reſtituere promiſit hæredem retinere ſibi licitè eam poteſt ante latam ſententiam, quia fiſco adiudicetur. 614.b
Illegitimo ſpurio qui ita reſtituere hæreditatem ſpopondit, interrogatus à iudice an id promiſerit, confiteri non tenetur, niſi aduerſus eum ſit ſemiplena probatio. 615.b
Illegitimo ſpurio qui ita promiſit reſtituere hæreditatem, ſi illam, aut partem illius ex ſua liberalitate illi reſtituat, & nõquaſi illi debitam ex promiſſione, cõparat ſpurius dominiũ illius, liciteq́; illã retinet ante latam ſententiã. ibi.c
Illegitimus ſpurius ſi ea bona accepiſſet tradita ſibi inuoluntariè mixtè ab hærede, ex ignorantia credente illa in conſcientia ei deberi, tenetur ante latam ſententiam reſtituere illa hæredi; Poteſt etiam iure ſuo vti, remque detegere, & in præmium accipere licitè dimidium. ibid.
Illegitimis duobus filijs ſpurijs diuerſorum parentum, ſi parentes mutuo dent, vnus filio alterius ex pacto inter eos, inualidum id eſt & reſtitutioni obnoxium ante latam ſententiam danti, aut hæredibus proprij parentis, ſi æquale fuit vtrinque datum. ibid.d
Illegitimi ſpurij, ſi legitimati ſint ab eo qui poteſtatem habet ad id, excipere à parente poſſunt, quantum legitimatio permittit. Quin inſtitutus ante legitimationem obtineat, validam inſtitutionem antea factam reddit. 616.b
Illegitimi inſtitutio ſub cõditione, ſi à principe legitimetur, valet legitimatione poſt patris mortem obtenta. Debet tamen continuo poſt mortem patris peti, & ſi petita ſemel denegetur, inualida redditur inſtitutio. ibid.c
Illegitimi, qui naturales non ſunt, parentibus non ſuccedunt in nobilitate, & in ijs, q̃ cũ nobilitate cõiuncta ſunt ibid. d
Illegitimi naturales in Caſtella ſucceſſores ſunt nobilitatis parentum, quam hidalguia vocant, eorumque, quæ cum nobilitate ſunt coniuncta. ibid.
Illegitimi pares ſunt cum legitimis quoad ea, quæ ad ius ſanguinis, & ad paternam pietatem ſpectant: vnde parricidæ ſunt, ſi patrẽ interficiant, & teſtificari non poſſunt in cauſis parentum, quando legitimi non poſſunt, & inhabilitatem crimine patris reportant, ſicut legitimi, & quæ ſolemnitas in teſtamento patris ſufficit inter legitimos, ſufficit inter illos. 617.b
Illegitimus natus ſpurius propter impedimentum dirimens matrimonium, quod conceptionis, & natiuitatis tempore erat, & à parentibus ignorabatur, ſi poſtea ſublato impedimento contrahant, non legitimatur. 621.c
Illegitimus naturalis non legitimatur p̃ ſubſequens matrimoniũ ignoranter cũ impedimento dirimẽte contractũ. ibi.d
Illegitimi vt minores ordines ſuſpiciant, & beneficia, quæ neque curam habent animarum, neque perſonatus ſunt, obtineant, diſpenſant epiſcopi. 625.c
Illegitimus, etiam ſpurius, per ingreſſum religionis profeſſione emiſſa manet diſpenſatus ad ordines ſacros ſuſcipiẽdos, non verò vt prælatus fiat. 633.d
Illegitimus qñ ex ſola iuris diſpoſitione excluditur à feudo, vel maioratu, ſi legitimetur à principe ad eũ effectum, ſuccedit in feudo, aut maioratu: ſecus ſi non exprimatur legitimari ad eum effectum. 634.b
Illegitimi portiones, in q̃bus iuris præſcripto ſuccedunt ſuis aſcendentibus, tranſmittunt iure ſanguinis ad ſuos deſcendentes. 695.b
Illegitimus inſtitutus in bonis, quæ fas ſit ab aſcendentibus ei relinqui, ſi grauetur alteri per ſuam mortem reſtituere intelligitur, ſi ſine liberis deceſſerit. 744.b
Illegitimus naturalis filius an ſit etiam intelligendus in tacita conditione deſcendentis hæredis grauati aliquid poſt mortem ſuam inſtituere, coniecturis ex circũſtantijs concurrentibus eſt iudicandum. 745.a
Illegitimã filiam ſpuriã nõ tenetur pater dotare, licet poſſit, ſi velit, id efficere: tenetur tñ alimenta ei præbere. 905.b.c
Illegitimus filius, etiam ſi naturalis ſit, filiusfamilias non eſt niſi legitimetur, nec ſufficit diſpenſatio. 917.a
Illegitimi conferunt, quando legitimę eis debentur. 959.a
Vide. Alimenta, & legitimatio.

Imago.

Imago Dei eſt in homine, quatenus libero arbitrio eſt præditus. 84.a

Immobiles res.

Immobiles, & mobiles res quę, & ex iuribus & actionibus quę cũ immobilibus, & quę cũ mobilibus computentur. 258.d

Imperator & imperium.

Imperatoria dignitas ad regiam reducitur, & de illius origine. 110.a
Imperatores Romani poſtquam fidem ſuſceperunt, patroni ac defenſores fuerunt Eccleſię. ibid.b
Imperatoris electores qui, & quando conſtituti ſunt. 111.a
Imperatoris electi examen, approbatio, confirmatio, & coronatio aurea corona ad ſummum Pontificẽ ſpectat. ibid.b
Imperator coronis tribus, vbi, & à quo ſingulis coronetur. ibi.
Imperatoris inſtitutio quo fine, & ad quæ Imp. teneatur. ibi.c
Imperator non eſt dominus orbis. 137.c
Imperium Romanum à Græcis ad Gallos quando translatum. 110.b
Imperium ad Germanos quando translatum. 111.a
Imperia quatuor de quibus Daniel. Romanum inter ea florentiſſimum, & potentiſſimum. ibid.c
Imperia illa quatuor iuſtè ne fuerint comparata. ibid.d

Impenſa funeris.

Impenſa funeris creditoribus, & ęri alieno pręfertur nefaſq́; eſt cre-

eſt creditoribus ob debita ſepulturam impedire. Et in conſcientiæ foro quantum de impenſa ſi detrahendum quando bona creditoribus non ſufficiunt. 865.c

Impenſa funeris in Caſtella, ſi defunctus deſcendentes habeat, et ſi alterum coniugē ſuperſtitem relinquat, extrahitur de ſolo quinto defuncti: alioquin de toto aceruo. 866.b

Impoſſibilis.

Impoſſibilis conditio. Vide conditio.

Impoſſibilis modus. Vide modus.

Impubes.

Impubes, etiam ſi miles ſit, ante quatuordecimum, aut duodecimum annum expletum teſtari non poteſt, etiam ad pias cauſas: dies tamen vltimus inceptus habetur pro expleto. Neque malitia ad teſtādi effectum ſupplet ætatem. Princepſque diſpenſare cum eo poteſt vt teſtetur, 460.a

Incorporalia.

Incorporalia quę in iure dicantur. 78.b

Incorporaliū qñ ius ad rem, & qñ ius in re comparatur. ib d.

Incorporalis rei ad hæreditatem pertinentis, aut legatæ in ſingulari comparant hæredes, & legatarius ius in re ſtatim adita hæreditate. 30. a

Infans.

Infans quis, & quis infantiæ proximus. 907.d

Infidelis.

Infideles dominia, legitimoſque reges habere poſſunt. 117.a

Infidelibus, qui baptiſmum non ſuſceperunt, inferri non poteſt bellum eo titulo, quod infideles ſint, fidemve ſuſcipere non velint. 387.d

Iniuria.

Iniuria vt nō niſi a volente ſaltem imputatiuè fit, ita non niſi nolens dicitur eam pati. 18.d

Iniuriam vt quis patiatur, ſatis eſt ſi inuoluntariè mixtè iniuſtum patiatur. 19.c

Iniuria vt inferatur nullo eam patiente. ibid.d

Iniuria culpa lethalis ex ſuo genere. 20.a

Iniuriæ menſura ius. 25.a

Iniuria non fit rebus arbitrio non præditis, fieri tamen in eis iniuria poterit dominis earum. 25.d.34.a

Iniuriæ ſola libero arbitrio prædita capacia, quæ in animalibus, & alijs ſuis rebus iniuriam pati poſſunt. 34.a 83.d

Iniuſtitia, & iniuſtum.

Iniuſtitia duplex, latè ſumpta, & preſſe. 17.a

Iniuſtitia latè in omni peccato cernitur. 17.c

Iniuſtitia culpa lethalis ex ſuo genere. 19.d

Iniuſtum faciens quando non ſit iniuſtus. 18 b

Iniuſtum faciens ſemper eſt iniuſtus, quando omnino à culpa circunſtantia aliqua non excuſatur. ibid.

Iniuſtum, & iniuriam pati, interdum differunt. 18.b

Innocens.

Innocentem bello iuſto per ſe, & ex intentione interficere, nefas eſt. 621. bc

Innocentes fas eſt per accidens interficere bello iuſto, etiam ſcienter. 422.d

Inquiſitores.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſub pœna excommunicationis, à qua abſolui non poſſunt, reſtituere præcipiuntur, ſi quæ prætextu officij inquiſitionis extorſerunt, aut ſi quæ bona eccleſiarum ob clericorum delictum fiſco addixerunt. 315.a

Irregularitas.

Irregularitatem ex periculoſa venatione, morte ſubſecuta, quando Eccleſiaſticus incurrat. 201.d

Irregularitas, ſiue pro culpa, ſiue ſine culpa imponatur, eo ipſo incurritur quo id adeſt, pro quo eſt impoſita, nulla expectata ſententia. 361.a

Irregularitatem non incurreret clericus interficiēdo in bello, qñ à ſummo Pontifice conceſſum illi pugnare. 392.c

Irregularitatem non incurrit clericus bellum iuſtum ſuadendo, & ad illud inducendo, aut quando præpoſitus eſt Eccleſiæ, vocando principem ſecularem, qui bello illam ab hoſtibus defendat, eſto mortes ſequantur. 393.a

Irregularitatem non incurrit clericus, qui dominus eſt temporalis reipublicæ alicuius, bellum iuſtum indicendo, & ducem conſtituendo, qui loco ſui illud exequatur, eſto mortes ſequantur. ibid.b

Irregularitatem incurrit eccleſiaſticus, qui dux eſt belli, aut præpoſitus ijs, qui tormenta bellica applicant, aut incendunt, ſi mors aut mutilatio inde ſequantur. ibid.c.d

Irregularitatem non incurrit. Eccleſiaſticus, qui in conflicto belli aduerſus Eccleſiæ hoſtes in genere adhortatur ad fortiter agendum, & non ſuccumbendum. ibid.d

irregularitatem incurrit, qui occidit, aut mutilat, quando vitare poteſt occiſionem, etiam cum iactura proprij honoris, famæ, aut bonorum temporalium. Item quando occidit in defenſionem alterius, quando ſub lethali culpa non tenetur occidere. 397 c

Irregularitatem incurrit, qui occidit, aut mutilat, quando ad id ex eo ſub culpa lethali tenetur, quod ipſe ſua ſponte ſe ſubiecit muneri ex quo ad id tenetur, vt occidit iudex. Itemque qui ſua culpa in eas ſe redegit anguſtias, vt ad euadendam propriam mortem, aut patris, neceſſe illi fuerit alterum interficere. ibid.

Irregularitatem non incurrit, qui interficit, aut mutilat, aut morti vel mutilationi alium ſubijcit, denunciando, aut alia ratione, quando ad id tenetur ſub culpa lethali, non ob munus, cui ſe ſubiecerit, neque ob ſuam culpam in eas ſe redigens anguſtias. Neque in his euentibus neceſſaria eſt proteſtatio. ibid.d

Irregulares ſunt oēs bello iniuſto pugnantes, & conſilium aut auxilium præbentes, quales ſunt regulariter omnes de exercitu, ſecuta morte alicuius, aut mutilatione. 400.a

Irregularitatem non incurrunt clerici in bello iuſto illicitè pugnantes, eſto ipſi in genere alios adhortentur ad pugnam, & ad non ſuccumbendum, & eſto ipſi aliquos vulnerent, modò tamen neminem ipſi interficiant aut mutilent, & eſto exercitus plurimos interficiat. Idem longè maiori cum ratione eſt de laicis exercitus, qui per ſeipſos nullum interficiunt autem mutilant. ibid.b

Irregularitatem non incurrunt clerici de conſenſu Summi Pontificis pugnantes, eſto multos interficiant: ſecus de laicis in eodem exercitu pugnantibus. ibid.c

Irritare.

Irrita reddere poteſt ex rationabili cauſa pacta, contractus, promiſſiones, & renunciationes iuramento confirmata, nō ſolum eccleſiaſtica, ſed etiam laica poteſtas. 134.d

Irrita cur reddere poſſit tutor vota perſonalia impuberis: non verò curator perſonalia vota puberis. 882.c.d

Inſinuatio.

Inſinuatio teſtamenti, quando teſtator erat laicus, fieri debet coram iudice ſeculari, & non coram iudice Eccleſiaſtico, eſto hæres, & executor Eccleſiaſtici ſint: cōtra fieri, debet ſi teſtator erat Eccleſiaſticus: & promiſcuè corā vtroque, ſi teſtator erat laicus, & teſtamentum ad pias cauſas. 1003.a

Inſtitutio.

Inſtitutio, & inſtitutus. Vide hæres.

Inſula.

Inſulæ repertæ in mari deſertæ iure gentium fiunt primo occupantis. 22.c

Inſula in medio fluminis nata ad quem pertineat. 190.a

Interdictum.

Interdicti tempore licet præſcribi poſſit, vt celebretur pulſatis cāpanis, & alta voce, reuocari tamen ea conſuetudo, vtpote contra neruum diſciplinæ eccleſiaſticæ, poteſt. 287.c

Interficere.

Interficiens ſeipſum, licet ſibi non faciat iniuriam, ſed ſolum peccet contra charitatem, & alias virtutes, Reipublicæ tamen, & Deo iniuriam facit. 19.a

Interficere malefactores poſſent capita familiarum, ſi in communitatem maiorem non conuenirent, poteſtatem ve ſuperiorem non haberent: ſecus verò de priuatis hominibus. 105.c 106.a

Interficere malefactores iure naturali prohibitum eſt priuatis, conceſſum verò Reipublicæ. 105.c

Interficiendus iniuſtè quouſque licitè in ſeruum emi poſſit 149.a

Interficiēdus iuſtè ab infidelib. pōt licitè in ſeruū emi. 148.d

Interfector hęreditatem interfecti fiſco amittit, adeo que, vt neque mediatè in bonis, quæ iure hęreditario fuerunt illius, ſuccedere poſſit. Excipitur, niſi interfectus illi pepercit. Et cum tempus haberet ad mutandum, illud non mutauit. 683 d

Interfecti hęres tenetur interfectores accuſare alioquin hæreditatem fiſco amittit. Excipitur filius interfectoris, & etiā interfectoris pater. Et intra quantum tempus debeat intentari accuſatio. Et quando ante aditam hæreditatem, & nū hoc vltimum hodie vim habeat. 685.a

Interfectori quòd hęres poſt accuſationem intentatam parcat, non eſt in cauſa quòd hæreditas ad fiſcum pertineat. 687.a b

Interruptio.

Interrumpitur naturaliter præſcriptio, ſi definat poſſeſſio ciuilis, aut bona fides. Et ea, quæ requirit titulum, interrumpitur

rumpitur,etiam ſi titulus deficiat. 283.b.c

Inteſtatus.

Inteſtatus qs diſcedere dicat,& vide ab inteſtato. 82.b 581.c

Intruſus.

Intruſus in beneficium Eccleſiaſticum quis.

Inuenta & inuentor.

Inuenta, quorum non reperitur dominus, deputata in Luſitania non ſunt redemptioni captiuorum, vt quidam redemptionis miniſtri contendunt. 217.a

Inuentori accipitrum,& mancipiorum fugitiuorum quæ pręmia propoſita in Luſitania. 307.b

Inuentori ſi quid ſit propoſitum,aut promiſſum pro re inuenta,ſoluendum illi eſt: & quo titulo licitè accipiatur: ſecus ſi ſolum ad vexationem redimendam,quia aliter non vult id tradere.Quod verò datur,regulariter eſt cenſendum dari ex gratitudine, libertate & gaudio recuperatæ rei amiſſæ.Sēper verò tenetur dominus ſoluere,ſi quid induſtriæ, laboris,aut alterius rei precio æſtimabilis,ab inuentore appoſitum ſit. 307.d

Inuentarium.

Inuentarij beneficio poſthabito ſi hæres hæreditatem adeat, tenetur creditorib.defuncti vltra uires hæreditatis. 853.b

Inuentarium rite conficiens hæres, & prorogationem ad deliberandum non petens, octo commoda reportat. ibid.

Inuentarium licet confecerit hæres,ſi ſciebat vires hæreditatis non ſufficere oībus creditorib. & ſoluit integrè primo accedentibus,aut prępoſuit,quos poſtponere debebat,tenetur alijs de dāno,& quid in dubio. Idē de legatarijs. 854.a

Inuentarium non conficiens iuxta legum præſcriptum, & hęreditatem adiens,tenetur creditoribus & legatarijs vltra vires hæreditatis, nulloque priuilegio gaudet inuentariū conficientis. 862.a

Inuentarium licet non conficiant ij vniuerſales ſucceſſores, qui hæredes non ſunt,non tenentur creditoribus,& legatarijs vltra vires bonorum defuncti, & qui tales ſint. ibid.d

Inuentarium non conficiens Eccleſia, aut pia alia cauſa hæres inſtituta, creditoribus & legatarijs tenetur vltra uires hæreditatis. 863.c

Inuentarium non conficiens hæres non tenetur legatarijs vltra uires hæreditatis ante latam ſententiam, neque poſt eā latam tenetur in foro conſcientię ſi ſine culpa inuentariū ſit omiſſum: quòd ſi id in exteriori foro conſtet,ferri non poteſt ſententia. 865.a 867.a

Inuentarium non conficiens hæres,aut tempus ad deliberandum petens,in exteriori foro tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis. 866.a

Inuentario forma adhibenda. 868.a

Inuentarium incipi debet intra triginta dies à ſcientia delatę hæreditatis, modo hæres impeditus non ſit,& quid de iure Luſitano. ibid.

Inuentarium eſto non inchoetur intra triginta dies à ſcientia delatæ hæreditatis,validum eſt ſi abſoluatur intra tempus à lege datum. 869.b

Inuentarium intra quantum tempus abſoluendum,& quid iure Luſitano ibid.c

Inuentario conficiendo citari debent creditores & legatarij, & quo pacto,& quid in Luſitania. 871.a

Inuentario conficiendo adeſſe debet notarius,aut tabellio,& quando duo neceſſarij,& quid in Luſitania. 870.d

Inuentarium non uitiat omiſſio leuis ſolennitatis,etiam præſcriptæ in forma. 872.a

Inuentario quæ ſcribi debeant. ibid.d

Inuentario ſi quid non ſit ſcriptum, eo quod celatum ſit,aut vſurpatū, in quā pęnam incidat de iure cōi & Luſitano id faciens,& ad quid teneautur qui ſimilia celauerunt. 873.a

Inuentario ſi quid ſit per errorem appoſitum,an audiatur qui id appoſuit. 874.d

Inuentario ſubſcribere debet hæres, aut alius tabellio loco illius,vel procurator hęredis,quando per procuratorem confectum eſt inuentarium, & quouſque hæc in Caſtella & Luſitania conſuetudine derogata ſint. 875.a

Inuentarium, quando ſunt multi hæredes, omnes tenentur conficere,aut committere vni aut pluribus ipſorum,vt illud conficiant. ibid.c

Inuentarium non poteſt teſtator remittere hæredibus comparatione creditorum: quin potius tenebuntur illis vltra vires hæreditatis: comparatione verò legatariorum, & fideicommiſſariorum,poteſt illud remittere,neque ad legata tenebuntur vltra vires hæreditatis, & detrahent falcidiam,& Trebellianicam. ibid.d

Inuentarium tenetur conficere hæres comparatione fideicommiſſarij vniuerſalis,ſi fideicommiſſarius id petat, pœnæ tamen,ſi illud non conficiat,locum non habent; ſi tamen accedente iudicis præcepto illud omittat, iurabit fideicommiſſarius aduerſus eum in litem. 876.a

Inuentarium non conficiens hæres grauatus detrahit nihilominus Trebellianicam. 877.b

Inuentarium remittere poteſt teſtator ſucceſſori primo in maioratu comparatione poſterioris, eaque de illo quoad inuentarium dicenda ſunt, quæ de hærede grauato comparatione fideicommiſſarij. ibid.d

Inuentarium eo modo,& ſub eiſdem pęnis & damnis tenetur conficere fideicōmiſſarius cōparatione creditorū,& legatariorū,quo ſuus anteceſſor,qn̄ is illud non confecit. 878 a

Inuentarium ſi non faciat vſufructuarius non legalis, in nullas incidit pœnas illud tn̄ tenetur requiſitus efficere;quod ſi à iudice facere iuſſus non fecerit, iuratur aduerſus eum in litem,& in pœnas,quas ei iudex ſtatuerit,incidit. ibid.c

Inuentarij confectio an remitti à teſtatore poſſit, ſuperuacanea quæſtio. 879.a

Inuentarium licet pater vſufructuarius facere non teneatur, quando tamen tempore traditionis non conſtaret, quæ bona eſſent aduentitia filij, in foro conſcientiæ tenetur facere deſcriptionem eorum, & ad id in exteriori foro poſſet cogi. Et quid de iure Luſitano. ibid.c

Inuentarium rerum Eccleſiaſticarum præcipiuntur in Caſtellæ regno facere prælati & abbates & an iure communi ad id teneantur. 881.d

Inuentarium omnium bonorum facere tenentur tutores & curatores coram Tabellione,tum etiam coram iudice,pręſertim in Caſtella & Luſitania. 897.b

Inuentarium remittere pōt teſtator tutori,& curatori,tametſi non circa minoris legitimā: non obſtante ēt tali remiſſione,pōt iudex præcipere,vt circa alia item bona fiat. 898.a

Inuentarium niſi tutoribus & curatoribus ſit remiſſum,nihil agere poſſunt ante illud confectum,niſi vrgeat neceſſitas, & quæ pericula eis immineant, ſi ante illud confectum aliqua agant. ibid.b

in Inuentario quæ à tutore & curatore ſcribenda ſint. Si quid autem tanquam minoris fuerit ſcriptum, præſumptio eſt iuris & de iure ad minorem pertinere, neque admittitur probatio in contrarium: ſecus ſi extra inuentarium ſcribatur,aut dicatur. ibid.d

Inueſtitura.

Inueſtitura feudi quid.

Inuoluntarium.

Inuoluntarium mixtè quouſque diſpoſitionem vltimam vitiet, cum onere reſtituendi illi, in cuius detrimentum id cedit. 457.b.d

Iudæus.

Iudæis matrimonium cum muliere de alia tribu quouſque erat prohibitum. 121.c.d

Iudex & iudicium.

Iudex ex commutatiua iuſtitia tenetur,dicitque ius. 22.c

in Iudicio neque actiuè,neque paſſiuè admittitur minor ſine curatore, ſaltem ad eam cauſam,niſi cauſa ſit ſpiritualis, aut ſpirituali annexa. Et impuberi poſt ſeptennium in his cauſis,quis curatorem tradat. 882.a

Iudicio contendere non poſſunt pater & filius qui in ipſius eſt poteſtate, niſi de caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi peculio, & in paucis alijs. 924.b

Iudicio non poteſt agere filius etiam illegitimus,cum aſcendente aliquo niſi petita prius, & obtenta facultate à iudice. Excipe iudicia ſpiritualia,& ſpiritualib. annexa. 925.a

Iudicio quatenus filiusfamilias contendere non poſſit ſine conſenſu patris,neque alius cum ipſo. ibid.c

Iudex. Vide accipere.

Iuramentum.

Iuramentum vires tribuit alienationi fundi dotalis. 530.d

Iuramento firmatur contractus & alienatio minoris. ibid.d

Iuramentum vires tribuit remiſſioni legitimæ, aut partis illius. 531.a

Iuramentum,etiam ſi vi,metu,aut dolo ſit extortum, ſeruandum eſt, quando alioquin firmat contractum: poteſt tamen peti tunc & concedi relaxatio illius. ibid.b

Iuramentum homini ſine,vi metu, aut dolo præſtitum relaxari non poteſt per prælatum,niſi commune bonum contrarium poſtulet. ibid.c

Iuramentum relaxari poteſt per ſuperiorem, quando in illo eſt poteſtas ad illud remittendum, quæ eſt in eo, cui eſt præſtitum. Ea ratione Summus Pontifex relaxat iuramentum, vt qui gradum inferiorem in vna vniuerſitate ſum-

pſit,ſumat in alia ſuperiorem. ibid.d
Iuramentum quando diſpoſitioni alioquin nullæ vires tribuat,& quando non. 532 a
Iuramenti obligatio remitti poteſt,tum ab eo, cui eſt factū, tum etiam ex rationabili cauſa à prælato eius, cui eſt factum. ibid.c.
Iuramentum de re indifferenti Deo factum, eſt nullum : ſecus de eo,quod fit homini. ibid.d
Iuramentum de re meliori Deo factum,eſt votum iuramento firmatum. ibid.
Iuramentum Deo factum,ſi maius bonum impediat,eſt nullum,ſecus de iuramento homini facto. 533.a
Iuramentum Deo factum relaxare pertinet ad ſolas Eccleſiaſticas poteſtates : factum verò homini pertinet, tum ad ipſummet, tum ſuperiorem illius, tam Eccleſiaſticum, quam laicum,ex cauſa rationabili. ibid.b
Iuramētum relaxare homini pręſtitum,ad ſuperiorē eius,cui eſt præſtitū,ſpectat, non verò eius qui id præſtitit. Quare relaxare iuramentum infideli pręſtitum à Chriſtiano,non ad prælatos, ſed ad ſuperiorem infidelis attinet. 534.c
Iuramentum poteſt irritum reddere,non ſolum poteſtas Eccleſiaſtica, ſed etiam laica, irrita ipſo iure ex rationabili cauſa reddendo pacta & promiſſiones iuramento confirmata,quaſi alioquin valida eſſent. ibid.
Iuramentum apponi non poteſt pactis in Caſtella, niſi talia ſint, quæ ſecluſo iuramento vim nō haberent,aut niſi ſint conductionum redituum Eccleſiarum, aut Eccleſiaſticorum,vel ſint compromiſſa,cōtractus dotis, aut arrharum, aut ꝑpetuæ venditiones,donationes,& alienationes. Quòd ſi apponantur, irrita ſunt talia pacta. 535.a
Iuramentum in Luſitania nulli omnino pacto poteſt apponi ſine facultate Regis alioquin irritum pactum, & iuramentum. ibid.c
Iuramenti relaxatio,vt res iudicio examinetur,etiam à laicis poteſtatibus concedi poteſt. ibid.d
Iuramenti materiam eſſe licitam, an non, vnde expendendum. 536.a
Iuramenti promiſſorij duplex obligatio iuramento propria. Altera,communis iuramento omni de re non illicita. Altera propria iuramento merè ſpontaneo, in quo iniuſtitia non interuenit ex parte eius,cui adimpletur. 537.a
Iuramenti obligatio communis omni iuramento de re non illicita,eſt perſonalis, neque tranſit ad hæredes iurātis: alia verò tranſit ad heredes, ſine periurij tamē periculo. 538.a
Iuramenti obligatio prima actionem non parit; ſecunda verò parit,etiam hæredibus eius cui eſt præſtitum, & aduerſus hæredes iurantis. ibid.b
Iuramenti relaxatio ſeu abſolutio ad effectū agēdi quid. ibi.c
Iuramenti relaxatio ad effectum agendi eſt nulla, quando obtinenti conſtat aduerſarium licitè petere, quod ſub iuramēto ſibi eſt ꝓmiſſū, periuruſq; eſt,qui ex illa agit. ibi.d
Iuramentum reuiuiſcere non facit obligationem pacti, aut promiſſionis alioquin irritæ, ſed ex iuramento oritur obligatio duplex iuramento propria. ibid.
Iuramento illud non reuocandi firmatum teſtamentum de re non illicita,abſque periurio reuocari non poteſt. 541.d
Iuramentum promiſſorium, vt iudicetur an obliget, ad quid attendendum. 43.a
Iuramento duobus modis poteſt confirmari teſtamentum. Vno,non impedit reuocationem; altero,impedit. 544.c
Iuramento confirmata pœna, ſi teſtamētum reuocauerit, aut ſpōſalibus nō ſteterit,debetur,nō ſtādo promiſſis. 545.c.d
Iuramento illud non reuocandi confirmatum teſtamentum, ſi reuocetur,non ſolum teſtator eſt periurus; ſed etiam hæredes alij tenentur in conſcientiæ, & exteriori foro illud implere, quatenus iuramento erat confirmatum. 545.d
Iuramento illud non reuocandi confirmatum teſtamentum cenſetur habere clauſulam derogatoriam ſequentium teſtamentorum. 552.d
Iuramento confirmata ſtatuta, reuocata non cēſentur generali ſtatutorum in contrarium derogatione. 533.a
Iuramento confirmatum poſterius teſtamentum, derogat quodcunque prius, niſi iuramento promiſſorio illud non reuocandi eſſet confirmatum. 555.c
Iuramento ſi quis hæreditati paternæ renunciaſset, quando valida eſt talis renunciatio, dicere non poteſt teſtamentum nullum in quo à patre eſſet præteritus, aut exhæredatus. 657.c
Iuramentum in litem quid: conceditur q; aduerſus hæredem, qui poſtulato tempore ad deliberandum, nec inuentario confecto hæreditatem repudiat. 861.d
Iurent quæ tutor & curator quando munus ſuſcipiunt. 896

Iuriſdictio.

Iuriſdictionem temporalem, licet habere poſſint Eccleſiaſtici, eſſe non debet maior, quam oportet, & per alios eſt exercenda. 127.a
Iuriſdictio reipublicæ in Caſtellæ & Luſitaniæ regnis tota eſt in rege,& ab eo in alios deriuatur. 275.d
Iuriſdictio gradus primi meri aut mixti imperij conceſſa nō cenſetur, niſi expreſſe concedatur, eſto apponatur clauſula,qua omne merum,& mixtum imperium concedi dicatur. intelligitur enim de ſolis cæteris gradibus. Et quæ ad primum gradum meri & mixti imperij pertineant. 276.b
Iuriſdictio in Luſitania, etiam tempore de cuius initio non extat memoria, nō præſcribitur aduerſus regem,niſi adſit titulus aut ſententia,quæ in rem tranſierit iudicatā. 278.a
Iuriſdictio. Vide poteſtas.

Ius.

Iuris variæ ſignificationes. 5.b
Ius pro iuſto accipitur, & pro legibus,& arte iuſti. 6.c
Ius à iuſtitia dictum. 6.b
Ius in qua ſignificatione iuſtitiæ obiectum. ibid.b
Ius pro facultate. 9.b
Ius dicere eſt ſententiam proferre. ibid.
Iuris pro iuſto latè, & preſsè ſumpto,& ſumpto pro lege,eædem diuiſiones. 8.a
Ius diuinum naturale quoddam,aliud poſitiuum. 9.b
Ius naturale quod,& quomodo latum,atque inditum. 8.d
Iuris diuiſio. 9.a
Ius canonicum latè, & preſsè quid. 9.b
Ius ciuile latè,& preſsè quid. 9.b
Iuris naturalis & poſitiui diſcrimen. ibid.d
Ius poſitiuum quod. ibid.d
Iuris naturalis, an poſitiui aliquid ſit, vnde dignoſcendum. ibidem.
Ius naturale,quo pacto natura ipſa nos doceat. ibid.
Iuris naturalis quædam poſſunt interdum mutari,& non eſſe iuris naturalis, non facta variatione in lege naturali,ſed aduentu circunſtantiæ ex parte obiecti,ob quam deſinat lege comprehendi. 10.b.c
Iuris poſitiui res variari poſſunt, facta etiam mutatione in lege poſitiua. ibid.c
Ius poſitiuum qua ratione efficere poſſit, vt aliquid non ſit de iure naturali, quod ſecluſa lege poſitiua eſſet de iure naturali. 11.a
Iure naturali ante rerum diuiſionem fuiſſe omnia communia,in quo ſenſu verum. ibid.b
Iure naturali naſcituros omnes liberos, in quo ſenſu verum. ibid.d
Ius ciuile preſsè, addendo, aut detrahendi iuro naturali ac gentium vt fiat. ibid.b
Ius diuinum poſitiuum quod. 12.d
Ius humanum quod. ibid.
Iuris humani erant Apoſtolorum præcepta, quæ quatenus paſtores Eccleſiæ ferebant. 13,a
Ius gentium quod. ibid.
Ius gentium diſpenſationem vt patiatur. ibid.
Ius ciuile quod. ibid.b
Iuris diuiſio à Iuriſconſultis tradita explicatur,& conciliatur cum legitima iuris diuiſione. ibid.d
Ius ſeu iuſtum inter inferiores,& ſuperiores,quod. 16.a
Iuris definitio. 24.d
Ius iniuriæ menſura. 25.a
Ius habitudo eſt ad id, ad quod eſt facultas. 26.b
Ius habere ad aliquid & pati iniuriam nō opponuntur, quin potius hoc ſecundum ſupponit illud primum. Facere verò iniuriam iuſtitiæ opponitur. 36.d
Iuris in re definitio. 26.a
Iuris ad rem definitio. ibid.d
Ius ad poſſidendam rem, cuius dominium retinet, & amiſit poſſeſſionem,eſt ius in re. ibid.
Ius res eſt incorporalis,licet ſit ad rem corpoream. 28.b
Ius in re comparatur beneficij Eccleſiaſtici ſola collatione & acceptatione ante traditionem. 29.d
Ius in re rei corporalis ad hæreditatem attinentis,aut legatæ in ſingulari,comparant heredes & legatarius,ſtatim ad ita hæreditate. 30 a
Ius in pignoris,& hypothecę ſine traditione cōparatur. 1.b
Ius omne ad rem eſt cenſendum dumtaxat, quando ex aliquo iure, aut capite non conſtat eſſe ius in re. ibid.d
Ius in re comparat fiſcus à die commiſſi delicti bonorum ipſo iure ei addictorum. ibid.c

Iuri

Iuri in re reſpondet realis actio, iuri vero ad rē perſonalis. ib.
Ius non eſt eſſentiale dominio, ſed naturam dominij conſequitur. 31.a
Ius rebus intellectu minime prouiditis non conuenit. 34
Iuris ac dominij titulus quid. 39.d
Ius fruendi ad quæ ſe extendat. 44.d
Ius aliquod eſſe in re pendet multum à iure poſitiuo. 61.c
Iuris vſus tempore de cuius initio non extat memoria, poſſeſſionem, & præſcriptionem ſine titulo inducit; modo nō conſtet de mala fide. 250.b c.263 d
Iuris eligendi, & ſimilium comparatur poſſeſſio per vſum cū ſcientia & patientia eius ad quem id prohibere ſpectat, eſto nō adſit titulus, modo tamē non fiat intentione vtendi iure ſuo, actuſque non ſit talis, vt ex circunſtātijs credatur pro tūc ſolum permiſſus, præſcribiturq; ſine titulo. 75.c
Iuris, dominij, atque iniuriæ, ſola libero arbitrio prædita capacia. 83.d
Ius dominorum in mancipia quouſque ſe extendat. 182.c.d
Iure gentium quæ dominum non habent, ſunt primo capiētis. 195.d
Iura, quæ cum immobilibus rebus computantur, vt beneficium, tabellionatus, cathedra, ſeruitutes, & alia, eodē tempore & modo præſcribuntur, quo res immobiles quando aliud peculiariter non eſt ſancitum. 261.d
Iuris ſuffragij, aut eligendi pœna ipſo facto ſtatuta, non impedit ante latam ſententiam quominus crimine commiſſo ſuffragium feratur, aut eligatur. 361.b
Iuribus varijs vt derogetur, quæ clauſulæ adhibendæ. 629.d
Iuris ad rem varij gradus. 635.b
Iuri aliorum quouſque Princeps poſſit, aut non poſſit præiudicare. ibid.d
Iura ſepulchrorū quæ familiaria, & quæ hæreditaria. 739.a b

Ius patronatus.

Iura ſepulchrorum ſi hæreditaria ſint, non tranſeunt ad fideicommiſſarium, ſed ad hæredem pertinent, neque tranſeunt ad fiſcum, ſed pertinent ad hæredem, ſpoliato hærede tanquam indigno hæreditate ipſa. ibid.
Iura ſepulchri ſi familiaria ſint, ſolum pertinent ad hæredē aut fideicommiſſarium, vel ad vtrumq; ſi de familia ſint. ibid b
Ius ſepulchri hæreditarij non ad alium, quam ad hæredem, tranſire poteſt; tametſi ius inferendi mortuum in tale ſepulchrum legari & concedi alteri poſſit. ibid.c
Ius ſepulchri quid, quib modis comparetur, appellari etiam ſepulchrum conſueuit. 845.b
Ius ſepulchri familiare quod, & ad quos pertineat. ibid.c
Ius ſepulchri hæreditarium quod, & ad quos pertineat. ibi.d
Ius ſepulchri ſiue familiare, ſiue hæreditarium ſit, legari non poteſt. Qui tamen huiuſmodi ius habet, legare & concedere alteri in vita poteſt ius inferendi mortuum in tale ſepulchrum. ibid.
Ius mortuum inferendi quid, differt à iure ſepulchri, tanquā pars integri iuris à toto iure, & à quo concedatur. 846.b
Iura, actiones, & nomina debitorum, bonorū nomine cōprehenduntur: ſecus ſi addatur mobiliū, & immobiliū. 801.c
Iura & actiones ad bona mobilia cum mobilibus, iura verò & actiones ad immobilia cum immobilibus bonis computantur, quando conſtat nomine mobilium & immobilium bonorum, totum patrimonium comprehendi, alioquin tertium bonorum genus efficiunt. 802.b
Ius patronatus quid. 28.c
Ius patronatus Eccleſiaſticum ex conceſſione, & priuilegio, eſt Eccleſiæ. 139.b
Ius patronatus præſcribit vnus aduerſus alium patronum cum titulo decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, & ſine titulo triginta annis. 262.a.b
Ius patronatus præſcribi nequit aduerſus Eccleſiam liberā. Excipitur, niſi certum omnino non ſit liberam eſſe, & qui præſcribunt parochiani ſunt: tunc enim quadraginta annis præſcribitur ſine titulo. 273.b
Ius patroni Eccleſiæ collegiatæ non ſe extendit ad præſentādum, & eligendum rectorem, aut prælatum, niſi tempore dotationis, aut fundationis id deduxerit in pactum, fuerit que ei conceſſum nihil conſuetudine in cōtrarium ſuffragante. & tamen præſcribi poteſt ius ita eligendi tempore de cuius initio extat memoria. ibid.d
Ius patronatus Eccleſiaſticum tranſit in fideicommiſſarium; tametſi communis opinio refragetur. 739.d

Iuſtitia.

Iuſtitiæ variæ acceptiones. 2.a
Iuſtitia quæ, & in quo ſenſu communis virtus. 2.b
Iuſtitia legalis quæ, & quod eius obiectum. 3.c
Iuſtitiæ legalis encomia. 3.c
Iuſtitia qua ratione actus cuiuſque virtutis dicatur. 4.a
Iuſtitia dicitur, tum lex tum impleto legis. 5.a
Iuſtitia cur ſit gratia, & charitas, qua coram Deo iuſti ſumus. 5.b
Iuſtitia originalis cur iuſtitia dicta. 5.c
Iuſtitia preſsè, & eius obiectum. 5.d
Iuſtitiæ definitiones. 6.d.16.b.c
Iuſtitiæ, & aliarum virtutum comparatione medium quo modo diuerſimodè ſumatur. 7.a
Iuſtitiæ vt aliquis ſit actus, non ſatis eſt ſi attingat medium, ſed etiam requiritur, vt operans, ſciens & propter hoc ipſum eum eliciat, in quo cum actibus aliarum virtutum cō uenit. 7.c
Iuſtitia moralis virtus. 16.c
Iuſtitia in voluntate reſidet. 16.d
Iuſtitia circa operationes verſatur. Fortitudini etiam & temperantiæ qua ratione idem conueniat. 16.d
Iuſtitiæ & aliarum virtutum medium. 17.a
Iuſtitia in commutatiuam, & diſtributiuam diuiditur, & in quo vtraque conueniat. 20.a
Iuſtitiæ diſtributiuæ definitio. 21.b
Iuſtitia diſtributiua in rectoribus, miniſtriſque publicis reſidet. ibid.c
Iuſtitiæ legalis & diſtributiuæ diſcrimen. ibid.
Iuſtitiæ commutatiuæ definitio. ibid.
Iuſtitia commutatiua, & diſtributiua infimæ ſpecies D. Thomæ ſententia. 22.b
Iuſtitiæ cōmutatiuæ actum exercet iudex dum ius dicit. 22.c
Iuſtitiæ commutatiuæ actum debitum Princeps exequitur, dum rempublicam defendit, ac ius dicit. ibid.d
Iuſtitia vindicatiua commutatiuæ eſt affinis, eſt tamen pars iuſtitiæ potentialis. 23.a
Iuſtitiæ actum non ſemper exercet, qui iure ſuo aliquo vtitur. Qui tamen alterius iuri ſine legitima cauſa contrauenit, iniuſtitiam exercet. 26.c
Iuſtitiæ & gratiæ expeditiones ſedis Apoſtolicæ, quando datum, acceptum, promiſſum, acceptatum eſt aliquid, vt illæ obtinerentur, aut impetrarentur, ſunt nullæ, & quid nomine iuſtitiæ & gratiæ a ſede Apoſtolica. 330.d.33.c

Iuſtus.

Iuſtus non eſt, qui lethali peccato eſt infectus. 5.a
Iuſtum, vt eſt iuſtitiæ obiectum, cur non ſit inter patrem, & filium. Tametſi plus rationis debiti ſit filij ad patrē. 14.d
Iuſtum patris comparatione filij virtutis eſt obiectum pietati filij reſpondens. ibid.d
Iuſtum iuſtitiæ quatenus ſimpliciter ſit inter patrē & filium; dominum & ſeruum, virum & vxorem. 15.d
Iuſtum inter inferiores & ſuperiores quod. ibid.
Iuſtum non ſemper ſeruaretur, ſi repaſſum, aut contrapaſſum eſſet materialiter ad æqualitatem. 23.d

Laica poteſtas.

Laica poteſtas eſt ad gubernandum fini naturali accommodata, Eccleſiaſtica fini ſupernaturali. 97.b
Laica poteſtas Eccleſiaſticæ ſubordinatur, ac ſubijtur ratione finis. ibid.

Laicus.

Laici cur res ſacras, & ius percipiendi decimas eo modo, quo ab Eccleſiaſticis percipiuntur, præſcribere nō poſſint. 243

Legatarius.

Legatarius accipere, & retinere poteſt legatum teſtamento, codicillo minus ſolenni ſibi relictum, facereq; illius occultam recompenſationem, ſi ei denegetur. 300.b
Legatarij eſſe non poſſunt de iure communi deportati, & damnati ad metalla, niſi in alimenta aliquid eis relinquatur: ſecus Caſtellæ & Luſitaniæ iure. 158.a
Legatario ſubſtitui poteſt. 699.c
Legatarijs ſubſtitutus fideicōmiſſarius poteſt dari, ſed locū non habet tunc Trebellianica. ibi.d
Legatarius, cui ſubſtitutus eſt datus, diſcedens ante agnitionem, ſeu acceptationem legati, tranſmittit illud ad ſuos hæredes, excluditurque ſubſtitutus. 708.c
Legatarij eſſe ij poſſunt, & hæredes, atque etiam cœnobia minorum, eſto hæredes eſſe non poſſint. 773.d
Legatarius eſto incapax tempore conditi teſtamenti, aut codicilli ſit, ſi tempore mortis teſtatoris ſit capax, validum eſt legatum. 774.c
Legatarius ſi rē ſibi legatā cōparet, titulo lucratiuo morte teſtatoris ab hærede aut teſtatore expirat legatum. 800.c

Legata-

Legatarius ſi rem legatam, quæ teſtatoris non erat, comparauit titulo oneroſo à domino illius, aut ab aliquo tertio, non expirat legatũ,ſed petere poteſt æſtimationem.ibid.c
Legatarius ſi rem teſtatoris purè ſibi legatam, ignorans ſibi eſſe legatam,titulo oneroſo acquiſiuit ab hȩrede, nõ expirat legatum,ſed petit æſtimationem: ſi autem ſciens ſibi eſſe legatam illã emat ab hærede,aut teſtatore, expirat legatum. 801.a
Legatarius ſi rem teſtatoris ſibi legatam ſub conditione, aut in diem, cõparauit titulo oneroſo, non expirat legatum, ſed adueniente die,aut conditione, petere poteſt æſtimationem 800.d
Legatarium ſi tacitè aut expreſsè teſtator voluit prius implere modum ſub quo illi legatum relinquit, quàm legatum conſequeretur, teſtatoris voluntati eſt ſtandum. 824.a
Legatarijs non tenetur hæres inuentarium non conficiens vltra vires hæreditatis ante latam ſententiam:nec in foro cõſcientiæ poſt eam latam,ſi abſq; culpa fuit omiſſum.quod ſi id in exteriori foro conſtet, ferri non poteſt ſententia. 865.a. 867.a
Vide Legatum.

Legatum.

Legati rei determinatæ in ſingulari,adita hȩreditate, cenſetur tranſijſſe dominum à puncto mortis teſtatoris: ſecus de poſſeſſione. 38.c
Legati indeterminati in indiuiduo non comparatur dominium ante traditionem. ibid.
Legatum quodcunque vt ſoluatur, competit hypothecaria actio. ibid.d
Legatum vxori,aut alteri,ſub conditione, ſi caſtitatẽ ſeruet, aut ſub alia,non ſeruata conditione,reſtituendum eſt,nulla expectata ſententia. 362.a
Legata ac fideicommiſſa partes ſunt teſtamentorum, aut codicillorum. 432.c
Legatum aut fideicommiſſum validum eſt nutu factum,aut per remiſſionem ad ſchedulam. 439.a
Legata non pia relicta in teſtamento valida, quia conditum ad cauſam piam,valida etiam ſunt,niſi ſolum eſſet facultas teſtandi ad pia. 453.c
Legata ad pias cauſas, relicta in teſtamento ad non pia inualido ob defectum ſolennitatis, valida ſunt. 454.a
Legata pia,quando hæres eſt ſecularis,in Eccleſiaſtico & ſeculari foro poſſunt indifferenter peti. 455.a
Legata ad pias cauſas valida in ſe ſunt,eſto nullus præſens ſit teſtis; duo autem teſtes ſolum neceſſarij ſunt ad probationem in foro exteriori. ibid.b
Legata ad pias cauſas debentur ante aditam hæreditatem, & eſto hæreditas repudietur. 456.b
Legatum religioſo,aut filio familias relictum acceptare poſſunt monaſteriũ,aut parens,illo ignorãte aut inuito, quin & defuncto,ſi ante mortem illius teſtator obijt. 477.d
Legatum non redditur ex eo nullum,quod prælatus rem legatam in luctuoſam accipiat. 523.b
Legata non pia inualida ſunt,quando is ſolus hæres inſtituitur,qui hæreditatis eſt incapax:de iure tamen Caſtellæ valida ſunt. 558 d
Legatum alterius voluntati commiſſum iure Cæſareo eſt inualidum. 658.d
Legatum licet relictũ in alterius voluntatem,non valeat,valet tñ relictũ in alterius arbitrium,& quando eſto ille tertius nõ arbitretur,aut contrarium arbitretur,valeat. 570 a
Legatũ in hȩredis voluntatẽ relictũ,non eſt inualidũ,& ſi ſemel hæres conſentiat,efficitur omnino validum. ibid c
Legatum relinqui põt vni ex multis determinatis,nõ ſolum quẽ tertius fuerit arbitratus,ſed etiam quẽ voluerit.ibid.d
Legatum ad pias cauſas valet, eſto alterius committatur voluntati. 571.d
Legatum ſub cõditione de futuro,ſi alius ſimile,aut plus relinquat,captatoriũ dicitur inualidũ eſt: ſecus ſi ſub ſimili conditione de præſenti,aut de præterito,fiat. 569.b
Legatum ſub conditione quæ ab alterius pendet voluntate, atque adeo quod ſolum tacitè ac uirtute ab alterius pendet voluntate, validum eſt. ibid c
Legatum ſub conditione,ſi legatarius illud voluerit, validũ eſt,& quamquam ea conditio inſit uirtute in quouis legato,quando tamen exprimitur,operatur.quod ſi legatarius moriatur,antequam legatum acceptet, non tranſmittit illud ad hæredes. ibid.d
Legatum ſi ſit ad eleemoſynas inter pauperes, ſunt faciendæ loci vbi teſtator habebat domicilium,quando teſtator aliud non expreſſit, aut loci vbi mortuus eſt, ſi commodè tranſportari in locum domicilij non poſſit. Idem de alijs operibus pijs. 572.b
Legati, ſi determinatum ſit in indiuiduo, hæreditate adita comparat legatarius iuris fictione dominium à morte teſtatoris, cum facultate illud repudiandi; ſecutaque repudiatione, eadem iuris fictione cenſetur numquam dominium comparaſſe, eo verò ſemel acceptato, irreuocabile dominium comparat. Aliorum autem legatorum ante traditionem dominium non comparat, ſed ſolum habet hypothecam in omnibus hæreditarijs bonis. 697.b
Legatorum quorumcunque ante aditam hæreditatem ſolum cõparant legatarij ius imperfectum: eo quod niſi aliquis inſtitutorum hæreditatem adeat, nulla reddantur. Secus in Regno Caſtellæ, aut ſi legata ſint pia, vel appoſita ſit teſtamento clauſula codicillaris, vel hæres idcirco hæreditatem non adiuit,quia teſtator prohibuerat Falcidiam detrahi. ibid.d
Legatum ſi non erat in diem incertum, aut aliter ſub conditione pendente in futurum,ſed purum, & legatarius poſt teſtatorem moriatur,tranſmittitur ad hæredes,vel res ipſa ſi determinata erat in indiuiduo,vel ius vt eis ſoluatur cũ hypotheca in omnibus bonis hæreditarijs,eſto legatarius ignorauerit legatum. 698.c
Legatum in diem incertum,aut aliter ſub conditione pendẽte in futurum,ſi conditio impleta erat tempore mortis legatarij tranſmittit illud ad ipſius hæredes: ſi verò cõditio pendebat,non tranſmittit,ſed pertinet ad ſubſtitutum,vel collegatarium,vel ad hæredes,tacita autem conditio tranſmiſſionem non impedit. ibid d
Legatum vſusfructus,habitationis, & uſus, non tranſmittitur. Fructus verò vſusfructus percepti vſque ad legatarij mortem tranſmittuntur. 699.a
Legatæ libertates,itemq; legata facta mancipijs, quæ in eodem teſtamento manumittuntur,aut alijs legantur,nõ debentur ante aditam hæreditatem. ibid.b
Legata ſi ſint pia, non detrahitur ex eis Falcidia, niſi hæres ſit etiam pia cauſa. 736.b.c
Legatũ ſi relictum ſit,vt apud certos ſucceſſores permaneat, detrahi ab eo non poteſt Falcidia. 737.a
Legatum fauore libertatis quando non cenſeatur conditionale. 741.c
Legatum deſcendenti cum grauamine, vt poſt mortem illius adueniat alteri,tacitam habet cõditionem,ſi ſine liberis deceſſerit. 753.b
Legati definitio. 762.c
Legatum,ſi teſtator illud ante mortem tradat, tranſit interdum in donationem inter viuos, interdũ in donationem cauſa mortis. ibid.d
Legatum rei determinatæ in ſingulari, & non ſub conditione,neque ad diem ſoluendæ, quando quoad dominiũ trãſeat ad legatarium, & quando fructus ex ea percepti ante teſtatoris mortem ad eum pertineant,& num fructus pendentes tempore mortis teſtatoris,& percepti ante aditã hæreditatem ad eum pertineant,an verò ſoli pẽdentes ac percepti ab hæreditate adita. 768 b
Legato ſi uiuente teſtatore aliquid accreſcat, ad legatarium pertinet,etiam ſi à teſtatore ſit factum,ſicut & decrementum ipſi perit. 769.a
Legato grege, quid legatum cenſeatur. ibid.c
Legatum ademiſſe cenſetur teſtator, qui rem legatam donauit,aut titulo oneroſo,nulla urgente neceſſitate alienauit, niſi legatarius probet,aliam fuiſſe teſtatoris voluntatem. Habentque hæc uerum, etiam ſi poſtea teſtator dominiũ eiuſdem rei compareт;ſi verò neceſſitate compulſus,ſaltẽ vt familiæ prouideat eam alienet, valet legatum, niſi hæres contrariam fuiſſe teſtatoris voluntatem probet ibid.d
Legato fundo, aut area, ſi in eis teſtator plantet vineam, aut aliud,vel domum ædificet,cedũt ea omnia legatario,ſicut ſi quid in re legata deſtruat,legatario perit. 770 c
Legata domo,ſi exuratur,aut aliter pereat, debetur legatatario area,ſi paulatim deſtruatur à teſtatore,domus debetur, ſi poſt exuſtionem à teſtatore ædificetur, nihil debetur. ibid.d
Legata re determinata in indiuiduo, ſi pereat poſt mortem teſtatoris,impleta iam conditione, ſi ſub conditione erat legata, idque ſine leui hæredis culpa legatario perit, ad ipſumque pertinent,quæ ex ea re permanſerint. Idem eſt ſi viuente teſtatore pereat, ſed tunc remanentia, quando non retinent eandem rationem, quam habebant in toto, vt non retinent carnes animalis, ad legatarium non pertinent. 771.a

Legata re determinata in diem certum ſoluenda, ſi dies in hęredis gratiam fuit appoſitus, fructus medij temporis pertinent ab hæredem: ſi verò gratia legatarij, tunc ad legatarium ſpectant. Quòd ſi tempore inter medio pereat, legatario perit, ad eumque remanentia ſpectant. 772.a
Legata re, quæ non eſt determinata in indiuiduo, & teſtatoris propria, fructus non debentur, niſi à puncto quo hæres in mora eſt illam ſoluendi. ibid.c
Legata ſub conditione re propria teſtatoris determinata in indiuiduo, fructus non debentur, niſi à puncto conditionis impletæ. ibid.d
Legatum ſoluere rei non determinatæ in indiuiduo pertinet ad hæredes pro rata: quare ſi vnus impotens factum ſit ad ſoluendum, alij ſoluere non tenentur loco illius. ibid.
Legati dominium quando in legatarium tranſit, non ſolum cõpetit ei perſonalis actio, & hypothecaria in bona omnia defuncti ad illud comparandum, ſed etiam rei vendicatio; quando vero non tranſit, ſolum ei competunt duę priores actiones. ibid.
Legatum ſi quis vſurpet authoritate propria illud amittit hæredi: ſecus ſi teſtatoris, etiam tacita, qualem habet teſtamenti executor. 773.a
Legare is poteſt, qui & teſtari. ibid.d
Legatum communitati poteſt relinqui, quin quando in publicam vtilitatem ciuitatis, aut oppidi cedit, actio etiam ciuitati competit, in defectum eorum, quibus peculiariter eſt relictum, aut vna cum illis. ibid.d.& ſeq.
Legata iure cõi, hæreditate nõ adita, regulariter reddũtur nulla: ſecus Caſtellę iure, & qua ratione tunc petenda. 774.d
Legata pia à morte teſtatoris debentur. 775.a
Legata ab hæredibus peti debent, & quando ab executore, quando item executor petere ea debet ab hæredibus, & quando petenda ſint à curatore bonis defuncti à iudice dato. ibid.c
Legatum indifferenter peti poteſt vbi eſt maior hæreditatis pars, vel ea pars, vnde teſtator ſolui præcepit, vel in loco, vbi hæres habet domicilium, vel vbi exiſtit res in ſingulari legata, optioque eſt penes legatarium. 776.a
Legatum vbi ſoluendum. ibid.c
Legatum rei hæredis, eſto id teſtator ignoraret, aut rei reſtitutioni hæredi ſubiecti, ſoluendum eſt, quod ſi res vinculata ſit, ſoluenda eſt æſtimatio. Quando tamen hæres ſolum inſtitutus eſt in legitima, ſoluere non tenetur tale legatum. 777.b
Legatum rei unius è pluribus hæredibus, ſoluendum eſt à tali hærede ſolum iuxta partem, in qua hæres eſt inſtitutus: reliquas tenentur alij ſoluere quoad æſtimationem, modo legatarius probet, teſtatorem ſciendo alienam eſſe illam legaſſe. 778.a
Legatum rei aliter alienæ ſoluendum eſt, ſi teſtator ſciebat alienam eſſe, idque probare ſpectat ad legatariũ, alioquin non, niſi legatarius ſit perſona coniuncta teſtatori; vel valde amicus, aut legatarius ſit ad pias cauſas. ibid.
Legatum libertatis, quando mancipium erat alienum, & teſtator credebat eſſe ſuum, quouſque validum cenſendum. 779 a
Legata re, in qua teſtator ſolum habebat partem, aut ius aliquod, cenſetur legata quoad id ſolum, quod in ea habebat, non vero quoad æſtimationem. 780.c
Legata ſimpliciter re hæredis, in qua teſtator partem dominij, aut dominium directum habebat, cenſetur, etiam quo ad id, quod erat hæredis, illam legaſſe: ſi tamen ſolum ſeruituti ſubiecta hæredi erat, non cenſetur ſeruitutem legaſſe. ibid.d
Legatum ſi ſit rei, quæ poſſideri non poteſt à legatario, quando validum eſt. 781.a
Legatum quando incertum eſt, cui è duobus, aut tribus ſit relictum, inualidum eſt iure ciuili. Contrarium tamen eſt cenſendum in conſcientiæ & exteriori foro, nempe diuidendum eſſe inter illos. Idem ſi relictum ei ſit, qui prius aliquid effecerit, & duo ſimul id fecerint. ibid.d
Legatum pium validum eſt, eſto ignoretur cui ſit relictum, cui Eccleſiæ aut loco ſit tradendum, ſi de pluribus dubitetur. 782.d
Legatum ſi conſtet cui ſit relictum, ex errore in nomine, aut agnomine inualidum non eſt. 783.b
Legatum rei in genere aut ſpecie infima qualiter ſoluendũ, & ad quem pertineat electio ex rebus ſub illa contentis in varijs euentibus. ibid.d
Legata iuxta conſuetudinem loci intelligenda ſunt. 786.a
Legati facta ſemel à legatario, electione completa, pœnitere non poteſt, niſi quando electio eſſet nulla. 787.a
Legati electio cuidam tertio ſi ſit commiſſa, & ille intrà annum non eligat, deuoluitur electio ad legatarium. ibid.c
Legatum de re è multis, quas teſtator habebat, ſi illæ omnes pereant, legatum perit legatario. ibid.
Legatis duabus rebus, ſub his verbis, vna detur vni, & altera alteri, optio pertinet ad primò nominatum. ibid.d
Legatum rei vnius multis coniunctim, diuidendum æqualiter eſt inter illos. Si duos coniungat teſtator, & alium ab eis diuidat, vt ſi dicat, duobus filijs Petri, & filio Ioannis. hic accipit dimidium. 788.b
Legata eadem re multis diuiſim, videndum eſt num per poſtremum legatum recedere voluerit à prioribus, & tunc ſoli vltimo debetur. Alioquin ſingulis debetur inſolidum & ad quem eorum ſpectet optio illius, aut æſtimationis. Quòd ſi res illa pereat, etiam poſtquàm uni eorum tradita eſt, ſed antequàm ab alijs æſtimatio petatur, illis perit, neque tenetur hæres quicquam illis ſoluere. ibid.c
Legata quantumuis ſit res determinata in ſingulari, ſi non ſit vnde impleantur cætera legata, & detrahatur Falcidia, detrahenda inde eſt etiam Falcidia, & reliquum pro rata, vnà cum alijs bonis ad legata ſpectantibus, diuidendum eſt inter legatarios. 789.a
Legatum non poteſt pro parte acceptari, & repudiari pro parte, & quid de hærede legatarij. ibid.b
Legata re, quæ habet adiunctum, vt ancilla quæ habet liberos, ſi mentio fiat adiuncti, attendendum eſt, num ad limitandũ, an ad augendũ legatum ſit ea mẽtio facta. 790.b
Legari poteſt res, quæ futura ſperatur, ut partus ancillæ, fructus prædij, &c. habetque eiuſmodi legatum tacitã conditionem, ſi extiterit: & licet obligatio non impleatur ante conditionem impletam, eiuſmodi conditio tacita tranſmiſſionẽ nõ impedit; ſecus impediret expreſſa. 791 a
Legatum ſi cum onere ſit relictum, non maius cenſetur, quàm deducta oneris æſtimatione, ad effectum ut de illo gabella ſoluatur, aut onus aliud ſuſtineatur. ibid.b
Legatum, donatio, & quoduis aliud, datũ à coniuge qui mala fide contraxit, alteri qui bona fide contraxit, & in ea pſeuerabat, validum eſt, neque ad fiſcum ſpectat. ibid.d
Legatum, aut quoduis aliud quod coniux, qui mala fide contraxit, ab altero accipit, amittit illud fiſco, niſi ob bonam fidẽ alterius cõiugis tradẽdũ id ſit hæredibus illius 795.d
Legatum reputandum non eſt inualidum, quando vterque coniux bona fide contraxit, & in matrimonio perſeuerauit. 796.b
Legatum à marito relictum vxori tpe, quo prior viuebat, qñ ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, neque teſtamentum mutauit, debeatur ſecundæ, & quando non item. ibid.c
Legatum à creditore relictum debitori, non computatur in debito, ſed illud accipit præcipuum debitor, quando debitum ex ſola iuris diſpoſitione non oritur, & aliud teſtator non expreſſit. 795.a
Legatum à marito vxori relictum accipit vxor vltra dotem, & alia bona à marito ipſi debita, quando aliud de teſtatoris voluntate non conſtat. ibid.b
Legatum ab hærede grauato fideicommiſſario relictum, accipit fideicommiſſarius vltra fideicõmiſſum, quãdo aliud de teſtatoris voluntate non conſtat. ibid.c
Legatum debitori, cui aliquid ex præſcripto legis debetur, vt legitima filio & filiæ, computat legatarius in tali debito, niſi contrarium de voluntate teſtatoris conſtet. ibid.d
Legatum à defuncto relictum Epiſcopo, non computat Epiſcopus in quarta, quæ ei debetur ab Eccleſia, aut monaſterio, in quo ille ſepelitur. 796.b
Legatum à defuncto, relictum propriæ parœciæ, computat talis parœcia in quartam, quæ illi debetur ab alia Eccleſia, aut monaſterio, in quo ille ſepelitur. ibid.d
Legatum vxori relictum non computat in arris ipſi de bonis mariti debitis. 797.b
Legatum à marito vxori relictum non computat vxor in medietate bonorum ſuperlucratorum. ibid.c
Legatum à debitore relictum ſub conditione, vt eo ſit contentus pro debito, non ſolum computatur in debito, ſed etiam eo ipſo, quòd acceptatur, nihil amplius ei debetur: niſi fraus ex parte debitoris interueniſſe; nam tunc incrementum deberetur. ibid.d
Legatum pro debito, quod debitum non excedit, ſi in commodum creditori cedat, vt ſæpe euenit, validum eſt. 798 a
Legatum rei pignori aut hypothecæ alteri ſubiectæ, ſi teſtator id ſciebat, hæres tenetur de bonis teſtatoris eam onere illo liberare; ſi verò ignorabat, ſumptibus legatarij eſt faciendum,

ciendum, niſi ex coniunctione eum legatario, aut ex coniecturis intelligatur aliam fuiſſe teſtatoris voluntatem, & quid quando pro æquali, aut maiore quantitate erat ſubiecta. ibid.c.d
Legatum eiuſdem numero rei pluries ab eodem teſtatore legatæ ſemel tantum debetur, & quid quando à pluribus teſtatoribus eadem numero res eidem legatur. 799.a
Legatum eiuſdem quãtitatis, aut eiuſdem rei indeterminatæ in indiuiduo, ſi ab eodem teſtatore fiat eidem in diuerſis teſtamentis, aut in diuerſis codicillis, aut in teſtamento & codicillo, & cenſetur diuerſa legata, & vtrumque debetur. Idem ſi legetur diuerſa quantitas, & quando regula hæc deficiat. ibid.d
Legatum eiuſdem quãtitatis, aut eiuſdem rei indeterminatę in indiuiduo, ab eodem facta eidem in eodem teſtamento, aut in eodem codicillo, ſemel debetur, quod ſi primo legetur minor, & poſtea maior, aut è contrario, cenſetur prius legatum reuocatum. Et hæc quando non probatur aliud intendiſſe teſtatorem. 800.b
Legatum bonorum mobilium iura & actiones nominaq; debitorum non comprehendit, ſed pertinent ad hæredes, quãdo teſtator aliter de eis non diſpoſuit: comprehendit tamen pecuniam. 802.c
Legatum eorum omnium, quę certo loco continentur, non comprehendit iura & actiones, eſto inſtrumenta ibi contineantur. ibid.d
Legatum eorum, quæ aliquo loco continentur non comprehendit pecuniam ibi repoſitam, niſi conſtet eam etiam intendiſſe teſtatorem legare. 803.d
Legata ſcriptura ius in ea contentum cenſetur legatum. ibi.a
Legatum eorum, quæ in tali cauſa, aut loco continentur, chirographa & pecunias comprehendit, ſi nihil aliud ibi repe riatur: idem eſt quando aliunde conſtat id intendiſſe etiã legare. 804.c
Legatum eorum, quæ aliquo loco continentur, non accreſcit, ſi caſu aliquid illuc inferatur, nec decreſcit, ſi caſu aliquid extrahatur. ibid.d
Legatum omnium, quę tempore mortis teſtatoris reperta fuerint in aliquo loco, non cõprehendit, quod induſtria legatarij, ſine teſtatoris voluntate illatum illuc fuerit; ſicut neq; excludit, quod contra teſtatoris voluntatem fuerit extractum. ibid.
Legatum veſtis, aut equi teſtatoris, intelligitur de ijs, quæ habebat, quando teſtamentum condidit: ſecus de ijs, quæ cõfecit, aut emit poſtea. 805.a
Legatum apothecæ pannorum, ſi apotheca erat teſtatoris ſolam apothecam comprehendit, alioquin ſolos pannos. Intellige, niſi aliud intelligatur ex cõſuetudine loquendi teſtatoris, aut ex alijs circunſtantijs. ibid.
Legatum lanæ, aut lini, quæ comprehendat. ibid.c
Legatum vſusfructus bonorum teſtatoris comprehendit etiã bonorum venalium. ibid.d
Legatum rerum certi generis, aut generum, non comprehendit ſi quæ ſimul eius generis habebat venalia, niſi id aliun de conſtet. 806.a
Legatum rerum, quæ certo loco continentur, non comprehẽdit venalia ſimul cum alijs ibi reperta, niſi ex circunſtantijs intelligatur id etiam comprehendere voluiſſe teſtatorem. ibid.b
Legatum quotæ hæreditatis vim habet inſtitutionis hæredis, teneturq; ita inſtitutus ad onera defuncti, & tranſeunt ad eum actiones actiuę & paſſiuæ, neque portionem illam tenetur accipere quoad æſtimationem. 807.c
Legatum quotæ bonorum eſt propriè legatum, eſtque in hæredum optione ſoluere illi æſtimationem, aut in bonis defuncti, ſi commodè diuidi poſſint, & non tranſeunt ad eiuſmodi legatarium onera defuncti, & quid nomine bonorũ defuncti intelligatur. ibid.
Legatum aut prælegatum eſt melioratio in tertio & quinto. 808.c.d
Legatum aut prælegatum ſibi relictum poteſt acceptare deſcendens & repudiare hæreditatem. 809.a.b
Legatum quotæ ſi ſit bonorum factum ab eo, qui aſcendentibus, & deſcendentibus caret, an in Caſtella optio apud hæredes ſit ſoluendi æſtimationem. 811.a
Legatum aut relictum tertij in Luſitania ſoluẽdum eſt in bonis defuncti, poteſtque teſtator ſibi deligere prædiũ in quo illud accipiat, præſertim quando maioratum aut capellam inſtituit. ibid.d
Legatum quotuplex. 812.a
Legatum purum quod Tale autem eſt cenſendum omne, de quo non conſtat purum non eſſe. ibid.
Legatum in diem eſt, quod eſt in diem aut tempus certum quod poſt teſtatoris mortem futurum ſit. ibi.b
Legatum in diem incertum an futurus ſit, conditionale eſt. ibidem.
Legatum in diem certum eo ipſo, quod legatarius poſt teſtatorem hæreditate adita moritur ante eum diem, tranſmittit illud ad hæredes. ibid c
Legatum in diem incertum non tranſmittitur, ſed nullum redditur, ſi legatarius ante eum diem moriatur, eſto teſtator defunctus ſit, & hæreditas adita. Excipitur, ſi dies, non in gratiam hæredis, ſed ſolius legatarij eſſet appoſitus, ibidem d
Legatum in diem certum à puncto aditæ hæreditatis cedit, non ſolum vt tranſmittatur, ſed etiam vt debeatur, ſed ſoluendum tempore à teſtatore ſtatuto. Si verò ante ſoluatur, repeti non poteſt. Poteſt etiam legatario inuito ſolui ante eum diem. 813.c
Legati in diem rei determinatæ in indiuiduo non tranſit dominium in legatarium ante eum diem, niſi ab hærede antea ſoluatur. 814.a
Legatum ſub conditione de præſenti aut præterito vera, purum cenſetur. ibid.d
Legatum non vitiat conditio de facto aut de iure impoſſibilis, ſed habetur pro non adiecta. 816.c
Legatum ſub conditione caſuali aut mixta factum, vt ſit validum, ſatis eſt ſi conditio, vel poſt mortem teſtatoris, vel in vita poſt legatum relictum, aut teſtatore ignorante ante illud relictum impleatur. 818.b
Legatum ſub poteſtatiua cõditione relictum vt ſit validum, impleri debet conditio poſt mortem teſtatoris, niſi conditio non ſit iterabilis; nam tunc ſatis eſt impletam eſſe viuẽte teſtatore. ibid.c
Legatum ſi ſub conditione poteſtatiua ſit factum, nec impletioni ſit terminus præfixus, impleri debet cum primum legatarius potuerit, alioquin expirat legatum. ibid.d
Legatum ſi ſub conditione poteſtatiua ſit relictum, tradendum eſt ſtatim pręſtita cautione Mutiana de illo cum fructibus reſtituendo, ſi conditionem fuerit tranſgreſſus. Et quid de legato libertatis, aut alio pro, quid item quando legatarius ob paupertatem cautionem Mutianam nõ poteſt præſtare. 819.a
Legatum ſub conditione in alterius commodum appoſita, ſi ex parte illius alterius defecerit, habetur pro impleta, ibidem c
Legato viduæ, aut viduo, etiam ab extraneo relicto, ſub conditione, ſi ad ſecundas non tranſeat nuptias, validum eſt, factaque tranſgreſſione cõditionis, reſtituendum eſt cum fructibus, nulla expectata ſententia. 820.b
Legato ei relicto, qui nunquam fuit coniugatus, ſi conditio apponatur nunquam contrahendi matrimonium, aut non niſi ad arbitrium alicuius, pro non appoſita habetur: ſecus de conditione non contrahendi cum aliquo, aut cum aliquibus, dummodo non ideo in pœnam auferatur legatũ. ibid.b.c
Legato validè apponitur conditio, ſi contrahas cum hac aut cum hoc, & cum nullo alio, modo licitè, & honeſtè id poſſit fieri: quod ſi per illum alium defuerit, legati conſecutionem obtinebit. ibid.d
Legato validè apponitur conditio, ſi religionem profitearis, aut ſacerdos fias. 824.a
Legato ſi apponatur conditio, ſi caſtè vixeris, an tranſitum impediat ad ſecundas nuptias, coniecturis eſt iudicãdum, & in dubio pronunciandum eſt non impedire. 824.c
Legatum ſub conditione, ſi religionem non profiteatur licet iniquè fieret animo auocandi ab ingreſſu religionis; bono tamen aliquo fine validè ac licitè apponi poſſet conditio, modo in ſeculo viueret, aut vxorem duceret. 822.d
Legatum ſi quid ſit ſub nuptiarum conditione, ſi legatarius religionem profiteatur, totum debetur monaſterio, ibidem c
Legatum alicui ſi fiat, quo ducenta ſi matrimonium non contrahat, centum verò ſi contrahat ei relinquantur, conſequitur is ducenta, ſi matrimonium contrahat, 822.a.824.d
Legata ſi alicui fuerint ducẽta ſi nupſerit, centum verò ſi religionem profiteatur, debentur illi ſolum centum ſi religionem profiteatur. 823.a
Legatum ſub modo relictum non ſuſpenditur, trãſmittiturque proinde ad hæredes, & quando per hæredem poteſt modus impleri, tenetur implere. 824.a

Legatum ſi ſub modo fiat, antequam tradatur, tenetur legatarius cauere de reſtituēda re cum fructibus ex ea perceptis ſi modum non ſeruet. Nondum verò eſſe præſtitam cautionem, tranſmiſſionem legati non impedit. 826.a
Legatum ſi ſub modo ſit relictum, qui ſolam legatarij reſpiciat vtilitatem, neque obligationem eum adimplendi inducat, neceſſaria tunc non eſt cautio, & quando licet obligationem inducat, cautio non ſint adhibenda de re & fructibus reſtituendis. ibid.b
Legato ſi modus impoſſibilis de iure aut de facto apponatur pro non appoſito habetur. ibid.c
Legato fundo, aut prædio ad alimenta (idem ſi dicatur ad vſum) proprietas etiam legata cenſetur. 828.c
Legatum alicui vt nubat, quando nullam nuptiarum inducat obligationem, etiam ſi teſtator præcipiat, vt ei non tradatur, niſi tempore nuptiarum, & quando ſi cœlibatum ſeruare velit, ſit ei tradendum, & cuius autoritate. Tranſmittitque hoc legatum, etiam ſi ante tempus nuptiarum è vita diſcedat. ibid.d
Legato ad pias cauſas modus appoſitus non cenſetur reddere nullum legatum, ſi modus non ſeruetur, quando id teſtator non expreſſit; ſi autem conſtet eam fuiſſe illius intentionem, nullum redditur. 830.a
Legatum ſi quid ſit Eccleſiæ ſub modo cuius trāſgreſſio reddat legatum nullum, non ſufficit tranſgreſſio ſolius prælati, vt ſit nullum, niſi quando in ſolo prælato erat facultas id alioquin alienandi. ibid.b
Legatum Vide Modus.
Legatum, aut quouis alio titulo gratis relictum ob cauſam, quæ non exiſtit, ſi volūtas teſtatoris, ſaltem quaſi habitualis, erat, vt cauſa non exiſtente vim non haberet, eſt nullum in foro conſcientiæ, & exteriori ſi de ea voluntate in eo conſtet: ſecus ſi non adſit talis voluntas, ſed ſolum id non daret. 831.a.b
Legatum, aut alia vltima diſpoſitio eſt valida, ſi ſubſiſtat cauſa ob quam fit, eſto multa diſponentem lateant, quæ ſi ſciret, vellet vt inualida eſſet talis diſpoſitio. ibid.c
Legatum vni relictum ob errorem in perſona eſt inualidum: ſi verò is exiſtat, cui illud teſtator relinquere eiſdem verbis intendebat, ei ſanè in conſcientiæ, & exteriori foro debetur, nihil impediente, quod iura quædam ſint in contrarium. 832.d
Legata quouſque implenda, quando hæredis inſtitutio ob falſam cauſam exiſtimatam eſt nulla. 833.c
Legata inualida ſunt, etiam in exteriori foro, quando conſtat, voluntatem teſtatoris fuiſſe, vt cauſa non exiſtente, legatum eſſet nullum, quando verò id non conſtat præſumitur teſtatorem voluiſſe vt eſſent valida, niſi hæres contrarium probet. 834.a
Legatum ob demonſtrationem falſam non vitiatur, quando conſtat de re quæ ita legatur, & de perſona cui ita legatur. Excipitur, quando demonſtratio ſimul eſt cauſa legandi, qua non exiſtente intentio legantis ſit legatum eſſe inualidum. 837.a
Legatum cum demonſtratione in certo loco, vt apud depoſitarium, aut apud debitorem, ſi ibi non exiſtat, eſt nullum: ſi verò exiſtat ſolum quoad partem, quoad id tantum eſt validum. ibid.c
Legatum reuocatur codicillo aut teſtamento etiam ſolo nutu, tantaque ſolemnitas requiritur ad reuocationem, quanta vt validè fiat. ibid.d
Legatum ſi cancellatum reperiatur de manu, aut de mandato teſtatoris, reuocatum cenſetur. 838.b
Legatum reuocatum cenſetur, ſi capitales graueſve inimicitiæ inter ipſum, & teſtatorem fuerint exortæ: ſi tamen in amicitiam redierint, reconualeſcit legatum: ex eo verò, quod legatum non reuocauerit ob inimicitias, etiam ſi codicillum poſt eas efficiat, non præſumitur reualidatum ibid.c
Legatum cenſetur reuocatum, ſi legatarius teſtatori viuenti grauem irrogauit iniuriam, aut grauem accuſationem, aut damnum aduerſus illum intentauit. ibid.d
Legati tacita reuocatio duobus teſtibus omni exceptione maioribus probatur. 839.b c
Legatum amittit fiſco, ſi legatarius grauem iniuriam teſtatori defuncto intulit, vt dormiēdo cum vidua ab eo relicta, ſed neceſſe eſt ſententia feratur. 839 a
Legatum fiſco amittitur, ſi legatarius promiſit illud, aut partem illius, reſtituere filio illegitimo teſtatoris, ibidem b. c.
Legata pro anima defuncti detrahenda eſſe de tertio in Luſitania, quando defunctus aſcendentes, aut deſcendentes habebat, de quibus legatis intelligendum. 951.c
Legata ſi id ſuperent, de quo teſtator liberè poterat diſponere, inualida ſunt quoad incrementum, atque à ſingulis pro rata eſt detrahendum, niſi teſtator alia alijs præpoſuerit. 954.b
Legatum, aut mortis cauſa à deſcendente aſcendenti donatum, quem deſcendens indebitè præteriret, aut exhæredaret, vel minus, quam in legitima, inſtitueret, computādum eſt in legitima de bonis talis deſcendentis aſcendenti debita. 951.c
Legatus ſeruus, qui negocia defuncti gerebat, non prius tradendus eſt legatario, quam rationem reddat. 985
Legatum pium ſi executioni mandari non poſſit, non cedit hæredibus, ſed Epiſcopi arbitrio, & executorum, conuertendum eſt in aliud, quoad fieri poſſit, teſtatoris voluntati conſentaneum. 999.b
Legatum pro ſolutione debitorum, ſi pauciora debita reperiantur, quando incrementum operibus pijs ſit inſumendum, & quando cedat hæredibus. ibid.c
Legatum ad ædificium talis formæ certæ ſummæ pecuniæ, quando incrementum cedat ædificio, & quando ad hæredes pertineat. 1000.a
Legatum certæ ſummæ ad aliquam in particulari maritandam, ſi illa præmoriatur, quando cedat hæredibus illius, quando hæredibus teſtatoris, & quando conuertenda ſit in aliud opus pium. ibid.b
Legatum vide falcidiam, & legatarius.

Legatus.

Legatorum non violandorum religio de iure eſt gentium. 13.b

Legatus ſummi Pontificis.

Legati à latere, & Nuncij, id poſſunt, quod Epiſcopi, niſi in aliquo peculiariter reſtringantur; vnde diſpenſare poſſunt cū illegitimis vt minores ordines ſuſcipiant, & obtineant beneficia, quæ animarum curam non habent & perſonatus non ſunt. Vtrum verò plus poſſint, ex eorum facultatibus eſt iudicandum. 625.c.d

Leges.

Leges & præcepta principium ad quam virtutem pertineant. 3.c
Leges ciuiles etiam circa virtutes alias à iuſtitia ſe extēdunt. 4.b
Leges condendi quanta poteſtas in rege. 105.d
Leges Ariſtocratiæ poteſtatis ſenatus conſulta appellantur. 108.c
Leges Democratiæ poteſtatis plebiſcita nuncupantur, ibidem.
Leges humanæ, cum de iure humano ſint, cur de iure diuino naturali ſit, vt eis pareatur. 115.d
Leges ciuiles quas abrogare poteſt ſummus Pontifex. 134.d
Legibus ciuilibus, quæ cum libertate eorum non pugnant, ſubiecti ſunt eccleſiaſtici; non tamen ex illis conueniri poſſunt, niſi coram iudice Eccleſiaſtico. 142.b.c
Leges ciuiles vim obligandi amittunt conſuetudine in contrarium decem annorum. 681.d
Lex ſi adijciat, vt aduerſus illam conſuetudo vim nō habeat, aut non niſi tanto tempore, nō amittit vim ante illud tempus conſuetudine in contrarium. 282.a
Lex canonica vim obligandi amittit conſuetudine in contrarium quadraginta annorum. ibid.b
Legem ſola prohibitione irritum reddere, quod contra eam factum ſit, quo pacto intelligendum, contrariaque conſuetudine eſt aduerſus eam legem præſcriptum. 323.c.325.c
Legibus varijs vt derogetur, quæ clauſulæ adhibendæ. 630.a
Leges exhæredationis filiæ, quæ ſine patris conſenſu nubit, validæ, ac licitæ ſunt. 668.c

Legitima.

Legitimæ remiſſio, ſi iuramento non confirmetur, inualida eſt. 531.b
Legitima portio deſcendentium de iure Cæſareo tertia pars bonorum, ſi filij quatuor non excederent: ſi excederent, dimidium bonorum. 574.c
Legitima deſcendentium in Luſitania duæ partes bonorum. ibid.d
Legitima deſcendentium in Caſtella, ſunt quatuor partes, & de earum tertio fieri poteſt melioratio, vna cum quinto, deductis ab eo legatis, & impenſa ceræ, & ſacrificiorum funeris. 575.a

Legiti-

Legitima nepotibus non debetur, niſi in defectum parētum, quos repræſentant, & pro nepotibus, niſi in defectum parentum & auorum: & tunc ſuccedunt per ſtipitem,& non per capita. ibid.d
Legitima aſcendentium Cæſareo iure tertium bonorum. 574.d
Legitima aſcendentium Luſitano & Caſtellæ iure duæ bonorum partes. 575.a
Legitima ſi non integra ſit alicui relicta, datur ſolum actio ad complementum, ſiue in re certa, minus quam in legitima,ſiue in re incerta,ſit hæres inſtitutus. 678.a
Legitima vt compleatur competit actio aduerſus hæredes, aduerſus legatores autem, vt pro rata contribuant, ſolum quando hæredibus legitimæ integræ non remanerent, & durat triginta annis, tranſitque ad hæredes. 679.b
Legitimæ tam deſcendentium, quàm aſcendentium, apponi non poteſt grauamen,modus, conditio,aut dilatio, ſuntq; ipſo iure nulla,ſi apponatur. ibid.c
Legitimę filij non cenſetur grauamen,ſi pater vulgariter aut pupillariter illi ſubſtituat. 680.b
Legitimæ apponi non poteſt grauamen, eſto plus, quam in legitima, filius inſtituatur cum eo grauamine,& filius hæreditatem adeat; ſed inualidum eſt quoad legitimam,validum verò quoad incrementum. ibid.c
Legitimæ grauamen appoſitum vt valeat, non ſatis eſt tacitus,ſed neceſſarius eſt expreſſus conſenſus. ibid.d
Legitimæ ſi ſub conditione grauamen imponatur, dum plus, quàm legitima, relinquitur, vt niſi filius in grauamine velit conſentire, pertineat incrementum ad alium, filius conſentire tenetur, vel amitteret incrementum. 681.a
Legitimæ neque in filij fauorem poteſt apponi grauamen, eſtque inualidum, ſi apponatur. ibid.b
Legitimæ,eſto arbitrio patris quoad quantitatem ſtatuto eſſet relicta, imponi non poſſet grauamen. Idem ſi filia legitimę cum iuramento renunciaſſet,& pater nihilominus legitimam illi relinqueret. ibid.c.d
Legitimæ imponere poſſet pater grauamen, quando filius eſſet illegitimus, diſpenſatumque ſolum eſſet, vt pater relinquere illi poſſet legitimam quam vellet. 682.a
Legitimæ, etiam filij ſui,grauamen poteſtatiuæ conditionis hodie impoſitum, eſt nullum, licet de iure antiquo eſſet validum. ibid.c.d
Legitimæ filij ſui grauamen ſub conditione caſuali aut mixta hodie impoſitum,non efficit teſtamentum nullum,vt efficiebat de iure antiquo, eſt tamen reijciendum à legitima. 683.a
Legitimæ filij,etiam non ſui,ſi grauamen cuiuſcunque conditionis apponatur, eſt inualidum in Regno Caſtellæ, non ſolum quoad legitimam, ſed etiam quoad incrementum. ibid.c
Legitimam vt accipiat filius,quæ debeat in eam computare. 961.d.962.b
Legitimam vt parens de bonis deſcendentis accipiat, computare non tenetur, quæ deſcendens ei donauit in vita. 965.a

Legitimare.

Legitimare ad ſpiritualia ſpectat ad Summum Pontificem: non verò ad ſuccedendum in hæreditate,& alia ſecularia, niſi permiſſu ſecularium, aut poſtulante id fine ſupernaturali. 130.c
Legitimatus ſpurius accipere à parentibus poteſt, quantum legitimatio permittit. 616.b.c
Legitimationis definitio. 617.c
Legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt pleniſſima. ibid.d
Legitimatio principis ſupremi reſcripto,aut eius,q̄ ad id cōmiſſionem accepit, ſi ſit ad tollendas inhabilitates canonico iure introductas, ſit à poteſtate Eccleſiaſtica: ſi verò ad ciuiles; a poteſtate laica, aut ab Eccleſiaſtica, quatenus id exigit finis ſpiritualis. ibid.
Legitimatio per ſubſequens matrimonium ſolum ſe extendit ad naturales. 618.b
Legitimatur per matrimonium poſt filij natiuitatem contractum is filius, qui licet tempore cōceptionis eſſet ſpurius, tempore tamen natiuitatis ceſſauerat impedimentum dirimens: is quippe naturalis natus eſt. 619.a
Legitimatio per ſubſequens matrimonium,vel inuitis parentibus fit, nec reuocatur per filij ingratitudinem. ibid.b
Legitimatus per ſubſequens matrimonium per omnia æquatur legitimis, reputaturque legitimus, & talis ſæpe a iure appellatur. ibid.
Legitimatus per ſubſequens matrimonium Epiſcopus creari poteſt, ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & in feudo, ac maioratu, & præponitur filijs genitis ex eodem matrimonio, & ex quocunque alio poſteriori, excludit ſubſtitutum parentibus traditum ſub conditione, ſi ſine liberis legitimis diſceſſerit, & reuocat donationem factam à parentibus perinde atque alij filij poſtea nati. ibid.c
Legitimatus per ſubſequens matrimonium, etiam ſi maior natu ſit, non præponitur natis ex priori alio matrimonio ad ſuccedendum in maioratu, feudo,&c. 620.a.b
Legitimatus minor natu ex vna concubina per ſubſequens matrimonium, præponitur in ſucceſſione maioratus legitimato ex alia concubina maiori natu per poſterius matrimonium. ibid.c
Legitimatus per ſubſequens matrimonium excluditur à maioratu ſi inſtitutio habeat, vt legitimatus per ſubſequens matrimonium ab eo excludatur: ſecus ſi ſolum habeat,vt ſuccedant ſoli nati ex legitimo matrimonio, aut vt ſuccedant ſoli legitimi. ibid.d
Legitimatus cenſetur nepos filius legitimus naturalis filij, ſi auus ducat concubinam,ex qua talem filium genuit, eſto filius tempore matrimonij eſſet defunctus. 621.b
Legitimatus non debet cenſeri filius naturalis ſi ſequatur matrimonium cum impedimento dirimente ignoranter contractum. ibid.d
Legitimatur filius naturalis per matrimonium inter parentes in articulo mortis, aut in ſenio celebratum. 622.a
Legitimatus eo pacto excludit ſubſtitutum patri ſub conditione ſi ſine liberis legitimis diſcedat,idque eſto pater contrahat in articulo mortis cum concubina: & eodem modo illum excludit monaſterium,eſto inſtitutus odio ſubſtituti religionem ingrediatur. ibid.b.c
Legitimentur reſcripto principis cur etiam ſpurij. 623.d
Legitimare in ciuilibus in quibus euētibus ad poteſtatem eccleſiaſticam ſpectet. ibid.
Legitimatio diſtinctum quid eſt à diſpenſatione cum illegitimis. Eſtque diſpenſatio ſtrictè intelligenda, & legitimatio amplè. 624.a
Legitimatio ſpurij non eſt diſpenſatio,ſed vera legitimatio, ſicut & naturalis. ibid.b
Legitimatio non eſt,ſed diſpenſatio, ſi quis non ad omnia, ad quæ vel iure canonico, vel ciuili erat inhabilis, reddatur habilis, idque quibuſcunque verbis diſpenſans aut legitimans vtatur. ibid.c
Legitimatio eſt, quando reſtrictio non ſit in ſubſtantia legitimationis,ſed ſolum in effectu aliquo:quando verò ſit in ſubſtantia legitimationis,ita vt legitimatio ſit ſolū quoad aliqua,eſt diſpenſatio. ibid.d
Legitimare ad ſupremum gradum mixti imperij ſpectat,eſtque proinde ſupremæ poteſtati reſeruatum. Vnde ſolus ſummus pontifex in ſpiritualibus legitimat, alij vero ex commiſſione illius. 625.b.c
Legitimare non poſſunt epiſcopi, diſpenſant tamen cum illegitimis,vt minores ordines ſuſcipiant, tum etiam vt ea beneficia obtineant, quæ neque curam habent animarum,neque perſonatus ſunt. ibid.c
Legitimare in ciuilibus poteſt ſolus princeps ſuos ſubditos, qui ſuperiorem in temporalibus non recognoſcit etiam quoad ea,quæ talis ſubditus in alieno habet territorio:niſi id cedat in præiudicium ſubditi alterius territorij. Alij verò inferiores,neque legitimare,neque diſpenſare poſſunt, niſi quatenus eis fuerit conceſſum. ibid.
Legitimare poteſt princeps exiſtens in alieno territorio ſubditum ſibi, niſi ad id neceſſe eſſet citare aliquem,ibidem d
Legitimare valens ex facultate principis,poteſt etiam diſpēſare, ſed non conuertitur. 626.a
Legitimandi qui facultatem habet ad ciuilia,non poteſt legitimare ad ſuccedendum in feudo aut maioratu. ibid.b
Legitimans princeps in ciuilibus, non cenſetur legitimare ad ſuccedendum in feudo aut maioratu. ibid.
Legitimandi filios,qui facultatem à principe habet,legitimare etiam filias poteſt. ibid.c
Legitimatus ad ſuccedendum in aliquibus bonis, ſi ius patronatus habeant annexum etiam ſpirituale, cenſetur legitimatus ad ſuccedendum in eo, neque indiget legitimatione à poteſtate Eccleſiaſtica. ibid.

Legitimare potens ſibi ſubditos, poteſt legitimare proprios filios: non tamen vt ſuccedant in regno, quando regni inſtitutio eſt à republica. ibid.

Legitimatio ad ciuilia filij clerici ad poteſtatem laicam ſpectat: ſummus tamen pontifex legem poteſt ferre, vt filius clerici ex ſacrilegio genitus nullo modo ſuccedat in bonis patris, & vt irrita ſit legitimatio aut diſpenſatio ad id obtenta. ibid.

Legitimatio per reſcriptum ad ſuccedendum in bonis patris, conſenſum requirit patris & filij. Et licet obtineatur ante vſum rationis filij, aut ex præſumpto illius conſenſu, ſemper pendet ab illius, virtuali ſaltem, conſenſu. 627.d

Legitimatus filius in poteſtatem tranſit patris, comparatque pater vſumfructum in bonis illius aduentitijs. 628.b c.632.c

Legitimatio, aut diſpenſatio, vt valida ſit neceſſe eſt legitimanti, aut diſpenſanti proponatur quicquid retrahere eum poterat à conceſſione illius, alioquin eſt ſurreptitia. 628.c

Legitimatio aut diſpenſatio vt valida ſit, quæ circunſtantiæ quoad coitum ſint exprimendæ: neque ſufficit, ſi non exprimantur, quod legitimans apponat clauſulas, de plenitudine poteſtatis, aut ex certa ſcientia, vel ſupplentes omnem defectum; ſufficeret tamen, ſi diceret, ex quocunque coitu ſit conceptus: niſi eſſet talis, qui ſi in particulari exprimeretur, non concederetur. ibid.

Legitimatio aut diſpenſatio vt quis ſuccedat in bonis parentis, qui filios habet legitimos, inualida erit, niſi exprimatur habere filios legitimos. Idem ſi haberet aſcendentes, quibus in portionibus ipſis debitis præiudicaretur. 629.c 636.d

Legitimatio filij naturalis obtenta ſine expreſſione, quod commode poterat legitimari per ſubſequens matrimonium, quando facile & ſine dedecore celebrari poterat, eſt nulla. 629.c

Legitimato ſpurij vt valida ſit, neceſſe eſt apponatur clauſula, non obſtante quocunque alio iure in contrarium. 630 b

Legitimatus principis reſcripto nihil à legitimis differt vt in bonis parentis, & conſanguineorum ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccedat. Vnde dicere poteſt teſtamentum patris nullum, ſi prætereatur, aut exhæredetur, & agere querela inofficioſi: ſecus de diſpenſato ad ſuccedendum patri, & de legitimato cum reſtrictione, vt pater relinquere illi poſſit, quam portionem voluerit, ibidem.

Legitimatus reſcripto principis neque in maioratu, neque in feudo ſuccedit, niſi ad id peculiariter legitimetur, ibidem d

Legitimatus reſcripto Principis ſecularis, ſi ſpurius ſit, ſuccedere non poteſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica, niſi talis ea ſit, quæ ad extraneos tranſeat. 631.a

Legitimatio, ſi legitimi deſcendentes adſint, neque de eis facta fuit mentio, eſt nulla; quod ſi facta fuit, neque in legitimatione appoſita fuit clauſula, ſine præiudicio legitimorum, aut ſuccedentium ab inteſtato, ſuccedit vnà cũ legitimis, ſed relinqui ei non poteſt plus, quam infimo legitimorum. Vnde meliorari non poteſt in tertio, aut tertio & quinto, neque ſuccedere poteſt in maioratu ex his bonis inſtituto. ibid.b

Legitimatio reſcripto, ſi poſt eam obtentam naſcatur filius legitimus, aut legitimetur per ſubſequens matrimonium filius naturalis, nulla redditur in Caſtella ad effectum ſuccedendi patri cum legitimis. Idemque videtur abſolutè probabilius, firmiſſimiſque rationibus comprobatur; communis tamen opinio eſt in contrarium. Ei verò filio fas erit in Luſitania de tertio, & in Caſtella de quinto relinquere quod libuerit. ibid.d

Legitimatus reſcripto Principis etiam agnatorum comparatione cenſetur legitimatus vt eis ſuccedat, non tamen neceſſarius eſt illorum conſenſus; diſpenſatus verò, vt patri ſuccedat, non cenſetur diſpenſatus, vt ſuccedat alijs aſcendentibus, & agnatis. 632.d

Legitimatus per oblationem curię ſolum comparatione parentum cenſetur legitimatus. 633.a

Legitimato patre, filius legitimatus cenſetur comparatione aui, & aliorum agnatorum. ibid.

Ligitimatus reſcripto ad retractum admittitur, ſicut & alij conſanguinei. ibid.

Legitimatus à Summo Pontifice non ſolum ſacros ordines poteſt ſuſcipere, ſed etiam obtinere beneficia cum anima rum cura: ſecus de diſpenſato ad ſacros ordines niſi ſimul diſpenſetur ad eiuſmodi beneficia. ibid.b

Legitimatus à Summo Pontifice, neceſſe non habet, ſi poſtea diſpenſationem petat ad plura beneficia cum animarum cura, exprimere ſe fuiſſe illegitimum: ſecus de diſpenſato ad beneficium, ſi poſtea petat ad plura, quin, dimiſſo vno, non poteſt obtinere aliud ſine noua diſpenſatione. ibid.c

Legitimatus reſcripto Principis cenſetur, ſi pater filium hæredem conſtituit, ſub conditione, ſi Princeps velit eum legitimare, & acceſſit poſt mortem patris conſenſus Principis. ibid.d

Legitimandi modi quidam alij hodie vim fere non habent. 634.a

Legitimatio, quæ ex patris conſenſu fit, quando non ſunt deſcendentes, aut aſcendentes legitimi, neque agitur de ſucceſſione in rebus vinculo ſubiectis, citatione aliorum agnatorum non indiget, minorque cauſa ad eam concedendam requiritur. ibid.b

Legitimatio ad ſuccedendum in eiſdem bonis deficientibus deſcendentibus legitimis, citatione non indiget aſcendentium. ibid.c

Legitimare ſine conſenſu patris, in cuius bonis eſt ſuccedendum, cur Princeps, nec ſoleat, nec debeat. 635.d.636.a

Legitimare cur Princeps poſt mortem patris poſſit, quando id, dum viueret, petiuit. ibid.a

Legitimatio vt concedatur maior habenda eſt ratio aſcentium, quàm collateralium. 636.a

Legitimatio, etiam ſi deſcendentes ſint, quorum legitimæ minuantur, valida eſt de conſenſu patris, neque neceſſaria eſt citatio deſcendentium Vt tamen licitè fiat, præſertim quando poſt matrimonium contractum ſit, & minuuntur legitimæ, longè maior cauſa requiritur, quàm ſi in aſcendentium præiudicium fiat. ibid.b

Legitimatio cum clauſula, non obſtante quò l ſint deſcendentes legitimi, aut cum clauſula, de plenitudine poteſtatis, vel ex certa ſcientia valet, eſto de deſcendentibus mentio non ſit facta 639 a.b

Legitimatio ſi clauſulam habeat, ſine præiudicio hæredum legitimorum, eſto ſimul habeat clauſulas, ex certa ſcientia, aut de plenitudine poteſtatis, non priuat deſcendentes & aſcendentes portionibus ipſis debitis, neque item collaterales ſucceſſione in feudo, maioratu, aut alijs bonis ipſis reſtitui ſubiectis; quoad alia verò admittitur eo pacto legitimatus ad ſucceſſionem, etiam ab inteſtato. Si verò clauſulam habeat, ſine præiudicio deſcendentium, tunc priuat aſcendentes portionibus ipſis alioquin debitis. 639.d

Legitimatio quando pater eam non petiuit, concedi non poteſt mortuo patre, etiam ante aditam hæreditatem. 641.c

Legitimatio efficere non poteſt vt hæres, qui ritè hæreditatem adiuit, illa priuetur. 642.c

Legitimatio efficere non poteſt, vt hæres ab inteſtato legitima ad ſe iam delata priuetur. 643.b

Legitimatio concedi non poteſt ad ſuccedendum in maioratu, aut alijs bonis reſtitutioni ſubiectis, cum præiudicio eorum, ad quos alioquin eſſent deuentura, quando inſtitutio non pendet à voluntate patris, aut principis. 644 a

L gitimatio concedi non poteſt ad ſuccedendum in maioratu, cum præiudicio alterius, ad quem deberet deuenire, etiam ſi inſtitutio facta fuerit ex priuilegio, & gratia principis contra aliquod ius. 645.c

Legitimatio reſcripto principis non valet ad excludendum alium à maioratu, feudo, aut à ſuſtitutione, quando inſtitutor dixit, ſi ſine liberis natis legitimè, aut natis ex legitimo matrimonio deceſſerit. Idem ſi dicat, ſi ſine liberis legitimis decedat: quamuis multi in poſtremo hoc euentu contrarium ſentiant. 646.b

Legitimatus ſpurius excludit ſubſtitutum in euentu, quo ſubſtitutus vocaretur, ſi alius ſine liberis dederet quando eum excluderet filius naturalis. 647 d

Legitimatus ſpurius à principe, vt ſuccedat in feudo, aut maioratu, in illo ſuccedit, quando ex ſola iuris diſpoſitione ab eo excludebatur. Non ſufficit tamen ſimpliciter legitimari, niſi ad eum effectum expreſsè legitimetur. 648 a

Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit fideicommiſſarium, quando ineſt tacita conditio, ſi grauatus

grauatus

grauatus ſine liberis moriatur, & contrarium non conſtat de voluntate teſtatoris: ſecus de legitimato reſcripto Principis, quando ad petitionem eiuſdem inſtitutoris legitimatus non eſt, aut de voluntate eius non conſtat. 742.c
Legitimatus filius ſub patria eſt poteſtate ſecus diſpenſatus. 917.b

Legitimus filius.

Legitimus filius quis. 592.a
Legitimus filius eſt ſuſceptus bona fide ex matrimonio ante faciem Eccleſiæ ex parte alterius coniugis tãtum, etiam vt ſuccedat vt legitimus ei coniugi, qui malam fidem habuit. ibid.b
Legitimi reputandi ſunt filij, qui ab infidelibus ex ijs matrimonijs generantur, quæ vera ab ipſis putantur, talia autem non ſunt. ibid.c
Legitimi ſunt filij, qui per ſubſequens matrimonium legitimi redduntur. ibid.d
Legitimi ſunt filij, qui quamuis tempore conceptionis eſſent ſpurij, tempore natiuitatis contractum erat matrimonium inter parentes ceſſante impedimento dirimente. 617.b

Libellus, aut libellarius contractus.

Libellus, aut libellarius contractus quid. 58.d

Liber & Libertas.

Liberos naſcituros omnes iure naturali in quo ſenſu verum. 11.d
Libertatis fauore quando legatum non cenſeatur conditionale. 741.b.c
Libertatis legatum, quando teſtator putabat mancipium eſſe ſuum, & erat alienum, quouſque validum ſit cenſendum. 779.a
Libertatem cenſetur donare ſeruo ſuo, qui illum, non ignorans ſuum ſeruum, tutorem relinquit. 882.c
Liber efficitur ſeruus, ſi dominus eum adoptet. 923.b

Libertus.

Libertus quis. 578 b
Libertus ſi deſcendentes legitimos aut naturales habeat, qui neceſſariò illi ſuccedant, neque tenetur quicquam relinquere patrono, neque illi patronus ſuccedit ab inteſtato. ibid.c
Libertus ſi liberos non habeat, ſuccedit ei patronus ab inteſtato in omnibus bonis. Si verò teſtamentum condat, & non habeat in bonis centum aureos, valoris quatuordecim regalium, & nouem marauedinorũ, nihil illi relinquere tenetur: alioquin tertium bonorum tenetur ei relinquere. ibid.d
Libertus ſi patronum non alat, redigitur in ſeruitutem, & poteſt vendi vt patronus alatur. 919.c

Libri.

Libri dati à patre quando ſpectent ad filium, & quando non. 971.d

Ligna.

Lignorum cęſio ad communes vſus ex ſyluis finitimis, donationibus illarum à principibus factis, non video cur potuit populus impediri. 205.a
Ligna cędere non plus poſſunt in eis prohibere, qui eas conceſſione regis obtinent, quàm rex ipſe ante conceſſionem prohibere potuiſſet. 232.a
Ligna & alia à fluminibus delata, quando pro derelictis ſint habenda. 222.c
Lignorum comparat dominium, qui ritè illa cædit de communi, aut de priuata ſylua ex facultate domini. 229.c
Ligna ſcindentes in communi ſylua ipſis ritè prohibita, ad pœnam tenentur, ſi feratur ſententia, non verò ad reſtitutionem, niſi damnum notabile ſit. ibid.d
Lignorum ſciſſione de communi ſylua, ſi damnum notabile datur, quando, & quouſque ſit reſtituendum, & quando non. 230.b
Ligna ſi qui de oppidis vicinis mutuo ſibi inuicem de communibus ſyluis furari conſueuerint, ad pœnam, ſi feratur ſententia, tenentur; non verò ad reſtitutionem, ſi damnũ notabile non dederint. ibid.c
Lignorum de ſyluis furtum infamiam non infert, neque vt furtum punitur. ibid.d
Ligna ex aliena, vel communi vel priuata ſylua ſcindentes, condemnati tenentur pęnam ſoluere, & reſtituere damnum, quando in more eſt poſitum, & præſumitur id velle dominos ſyluæ. ibid.
Ligna non poteſt cædere dominus populi de communi ſylua, niſi ſeruata proportione cum alijs in ſuo ordine & gradu. Quòd ſi excedat, reſtituere tenetur damnum datum ob incrementum, non tamen tenetur ad pœnam niſi damnetur, aut damnari illicitè impediat. 233.c
Ligna Vide Sylua.

Luctuoſa.

Luctuoſa in Luſitania quid, 522.b
Luctuoſa quando à prælatis accipi poſſit, atque expendẽdam ab eis eſſe in operibus pijs. 519.c.523.a
Luctuoſa accipitur in Luſitania de bonis mobilibus, beneficiarij curati defuncti, & quibuſdam in locis, etiam de alijs. 522.b.851.b.

Ludus.

Ludo aut alio contractu onerofo ſi quid à minore ſit alienatum, neque inæqualitas, fraus, aut dolus interuenit, obnoxium reſtitutioni id non eſt, antequam beneficio reſtitutionis in integrum à minore, tutore, aut curatore repetatur. 912.b

Luſitani.

Luſitani inſulas viridis promontorij vacuas repererunt, gentiumque iure ſuas effecerunt, & quod commercium cum finitimis locis Africæ, mancipiorum præſertim, inde habeant. 151.a
Luſitani inſulam Diui Thomæ ſub linea æquinoctiali vacuam repererunt, gentiumque iure ſuam effecerunt, & quę commercia inde cum finitimis regnis habeant, mancipiorum præſertim. 153.c
Luſitani vltra promontorium bonæ ſpei Sofalæ ſedem figunt, & quæ commercia inde cum finitimis Caffreriæ regnis habeant. 159.a

Mala fides.

Mala & bona fide poſſidere quid. 243.d

Maioratus.

Maioratus dominus eſt bonorum uinculatorum. 32.c
Maioratus bona de iure Caſtellæ mortuo poſſeſſore tranſeunt abſque traditione, etiam quoad poſſeſſionem, in ſucceſſorem. 39.c
Maioratus bona ſi confiſcentur ob delictum, vſusfructus bonorum maioratus pertinet ad fiſcum interim dum delinquens viuit. 53.d
Maioratus poſſeſſor, ſi vena in eo aperiatur, lucrum efficit ſuum proprium, modò ſi inde bonis maioratus detrimentum obueniat, id reſartiat, & quid de huiuſmodi reſartione in Luſitaniæ regno. 219 c
Maioratus in prædio ſi theſaurus reperiatur, quoad portionem, quæ domino prædij debetur, pertinet præcipuus ad poſſeſſorem tunc maioratus. 224.c
Maioratus ſi rem præſcribat tanquam maioratus bonum, accreſcit moratui, eſto comperiatur poſtea non fuiſſe de bonis maioratus, ſecus ſi non tanquam maioratus bonum illam præſcribat. 261.c
Maioratus quaſi ſint bona, præſcribi non poſſunt aliqua ſine titulo, niſi tempore de cuius initio non extat memoria, & quales teſtes eſſe, & quid teſtificari debeant, 274.c
Maioratus bona præſcribuntur aduerſus ſucceſſores tempore de cuius initio non extat memoria. 289.c
Maioratus bona præſcribi nequeunt aduerſus poſſeſſorem ſpatio decem vel viginti annorum, etiam cum titulo: ſecus triginta aut plurium annorum, etiam ſine titulo. In regno Caſtellæ, quoties eſt nouus ſucceſſor in maioratu, toties interrumpitur præſcriptio. ibid.d
Maiotatus feudum, aut capella, quando tranſeant ad monaſterium, ſaltem quoad commoditatem, interim dum religioſus viuit, & quando non. 476.a
Maioratum à duobus reuocabiliter inſtitutum, vno mortuo, poteſt alteri quoad ea, quæ ad ſe ſpectant, reuocare. 548.b
Maioratus fraude eo pacto inſtitutio, animo illum reuocandi altero defuncto, aut ſi ipſe prius ſit in vitæ diſcrimine, quantam reſtituendi obligationem inducat. ibid.d
Maioratus reuocabiliter ab uno inſtitutus etiam de bonis alterius illo facultatem ad id concedente, morte inſtituentis confirmatur, ita vt alter etiam quoad bona, circa quæ facultatem conceſſit, reuocare deinceps illum non poſſit. ibid.
Maioratui ſucceditur non ſolum vſque ad decimum, ſed etiam vſque ad quemcumque vlteriorem gradum. 586.c
Maioratus, aut feudi in ſucceſſione, licet præferatur legitimatus

gitimatus per ſubſequens matrimonium filijs natis ex eodem matrimonio, aut ex alio poſteriori, non tamen natis ex priori matrimonio, eſto maior natu ſit. 620.a

Maioratus aut feudi in ſucceſſione, minor nam legitimatis ex vna concubina per prius matrimonium, præponitur maiori natu legitimato per poſterius matrimonium ex alia concubina. ibid.c

Maioratus inſtitutor ſi excludat legitimatos per ſubſequens matrimonium in illo non ſuccedunt. Non cenſetur tamen eos excludere ſi dicat, ſuccedant ſoli legitimi, aut ſoli nati ex legitimo matrimonio. ibid.d

Maioratum vt obtineat, aut vt in feudum ſuccedat, non poteſt legitimare, qui facultatem à principe ad legitimandũ habet; Neque princeps ipſe legitimans ad ciuilia, cēſetur ad eum effectum legitimare. 626.b

Maioratus, & alia bona reſtitutioni ſubiecta, non poſſunt impediri legitimatione alicuius, quin ad eum deueniant, ad quem, ſecluſa legitimatione eſſent deuentura, quando diſpoſitio de eis bonis pendens non eſt à parente legitimandi, aut à principe. 644.b

Maioratus ſucceſſioni præiudicari poteſt, lege ne ad eum deueniat ad quem alioquin deueniret, quando id poſtulat cōmune reipublicæ bonum. ibid.d

Maioratus duo, quorum alter reditus de dos cuentos excedat, ſi matrimonij occaſione ad eundem filium ſint deuenturi, in Caſtella inhibitum id eſt, & primo genitus eligit ex illis quem vult, alter ad ſecundo genitum ſpectat. 645.a

Maioratus ſucceſſione non poteſt quis priuari legitimatione alterius, etiam ſi creatio maioratus ex priuilegio & gratia principis inſtitutus eſſet contra aliquod ius. ibid.c

Maioratus ſi ex inſtitutione ſolum vocat maſculos, non poteſt princeps habiles ad ſuccedendum facere fœminas. 646.a

Maioratus inſtitutor quando vocat alium in euentu ſi quis ſine liberis diſceſſerit, quando filius naturalis excludat ſubſtitutum, & quando non. 647.c

Maioratus in vinculo ſi conſentiant filij communiter, & pater perſeueret in conſenſu vſque ad mortem, eſto inde ſequatur legitimarum imminutio, valet inſtitutio, ſibique præiudicant filij. 658.d

Maioratum ſi pater inſtituat ex legitima filij, & alijs bonis, inualidum eſt quoad legitimam, & validum quoad incrementum, pertinetque incrementum cum eo vinculo ad filium: ſi tamen maioratũ inſtitueret ſub conditione, quod, ſi filius conſentire non vellet in toto grauamine, incremētum ad alium pertineret, teneretur filius conſentire, vel amitteret incrementum. 681.a

Maioratus validè ac licitè inſtituitur, excludendo à participatione illius eos, qui religionem profiterentur, aut clerici fierent. 822.d

Maioratus inſtitutioni eſto appoſitus ſit modus, vt qui illi cōtrauenerit, ipſo facto eum amittat, aut cenſeatur nunquam ad eum vocatus, non amittuntur fructus percepti à principio vſque ad tranſgreſſionem modi. 825.d

Maioratu ſuccedens primo ex teſtamento inſtitutoris, perinde reputandus quoad inuentarij confectionem comparatione proximè ſequentis, atque hæres grauatus comparatione fideicommiſſarij. 877.d

Mancipium.

Mancipia non ſunt Chriſtiani bello iuſto ab alijs Chriſtianis capti. 13.a

Vide ſeruus.

Manzares.

Manzares. Vide illegitimi.

Matrimonium.

Matrimonium contrahere, iungique ad generationem tenentur homines iure naturali, exiſtente periculo interitus humani generis. 103.a

Matrimonium cum muliere de aliena tribu quouſque Iudęis prohibitum. 121.c

Matrimonium vſuſque illius prohiberi ſeruis non poſſunt. 184.b

Matrimonij diſpenſatio circa conſanguinitatis gradus vt valida ſit, neceſſe eſt, ſi alter minus à trunco diſtet, quàm inter ſe id exprimatur, itemque ſi varijs vijs ſit conſanguinitas, aut affinitas inter eos. 580.d

Matrimonium qui clandeſtinè cum aliqua contrahit, & teſtes, quàm pœnam in Caſtella incurrant. 665.d

Matrimonium aut ſponſalia celebrantes famulus cum filia, aut conſanguinea heri, quam domi habebat, quas pænas in Caſtella vterque incurrat. 666.c

Meditationes bellicæ.

Meditationes bellicæ, vt torneamenta, & haſtiludium, ſi ſine notabili periculo mortis aut mutilationis fiant, ratione habita vtilitatis, quæ reipublicæ, atque eccleſiæ prouenit illicitæ non ſunt: ſecus ſi cum probabili periculo fiant. 402.b

Medium.

Medium aliarum virtutum comparatione, & iuſtitiæ diuerſimodè ſumitur. 7.d

Medium iuſtitiæ & aliarum virtutum. 17.a

Medium commutatiuæ iuſtitiæ ſecundum arithmeticam, diſtributiuæ autem ſecũdum geometricã proportionē. 21.b

Melioratio.

Melioratio iure Caſtellæ fieri poteſt nepotibus, etiam ſuper ſtitibus eorum parentibus. 575.a

Melioratio in tertio & quinto facta in Regno Caſtellæ in teſtamento, & in quo aliquis filius indebitè ſit preteritus, aut exhæredatus, valida eſt. 642.a.b

Melioratio in tertio, & quinto facta in teſtamento, in quo filius aliquis præteritur ex ignorantia, quòd exiſtat, aut exiſtet, quando valida ſit cenſenda, & quando non. 652.d

Meliorans in Caſtella aliquem deſcendentium in tertio & quinto bonorum, deligere poteſt ſibi rem, aut res certas in bonis ſuis in quibus id accipiat, modo tertium & quintum non excedant, &, quando id non elegit, in quibus bonis ſit id ſoluendum. 808.b

Melioratus ita, repudiare poteſt hęreditatem, & accipere ſolam meliorationem, & quouſque ad onera defuncti teneatur. ibid.c

Meliorario eiuſmodi legatum eſt, aut prælegatum. ibid.d

Meliorationis tertij & quinti, quando meliorans eligit rem, quæ illa non adæquat, quando ſoluendum ſit decrementum, & quando, ſi res pereat, debeatur adhuc melioratio. 810.b

Meliorans aſcendentem in tertio, aut etiam extraneum in quinto, an deligere ſibi poſſit bona, in quibus illud accipiat. 811.a

Melioratio aut legatum tertij in Luſitania ſoluendã ſunt in bonis defuncti, deligereque poteſt teſtator prædium in quo illud ſumatur, præſertim quando maioratum aut capellam inſtituit. 812.a

Mercedes famulorum.

Mercedes famulorum intra quãtum tempus in Luſitania peti debeant, vt actio concedatur. 257.a.b

Mercedes, & quædam alia debita, intra quantum tempus peti debeant in Caſtella, vt concedatur actio. ibid.c

Mercedes famulorum, nihil impedientibus iuribus Caſtellæ, & Luſitaniæ, nullo tempore in conſcientiæ & exteriori foro præſcribuntur cum ſcientia, quòd debeantur. ibid.d.

Meretrix.

Meretrix publica non ſolum accipit licitè quod pro fornicatione commeruit, ſed etiam in exteriori foro conceditur illi ad id actio. Quòd ſi nihil conſtitutum erat, exigere poteſt conſuetum pretium. 340.a

Merum Imperium.

Meri & mixti Imperij conceſſione per clauſulam generalem, ſupremum, quod ea concedi cenſetur, eſt, poſſe damnare capitis. 338.b.c

Metallum.

Metallorum venæ, ſtando in ſolo naturali ac gentium iure, ad illos quoad dominium ſpectant, quorum ſunt prædia in quibus ſunt, vt & ſaxorum venæ: iure tamen communi & particularium Regnorum Principi, aut Reipublicæ ad communes ſumptus deputantur. 340.c

Metallorum venas quærentibus ac inuenientibus, quæ concedant leges Luſitanæ. 341.b

Metallorum venas quærentibus ac inuenientibus, quæ concedant leges Caſtellæ. ibid.a

Metallorum vena ſi ſit in prædio maioratus, lucrum, quod poſſeſſor inde reportat, ſuum eſt, modò indemnia bona maioratus ex eo capite ſeruet, & quomodò in Luſitania ſint ſeruanda. ibid.d

Metalli aut rei alterius vena in fundo dotali inuenta, quando, quod extrahitur, cedat in augmentum dotis, & quando ad vtrum pertineat tanquam vſuſfructus. 342.c

Miles.

Milites, qui parati ſunt quoſcunque ſequi ad bellum, nihil curando an bellum ſit iuſtum, vel non, in ſtatu ſunt damnationis æternæ. 406.b.c

Militi debitum eſt ſtipendium ipſi conſtitutum. Quòd ſi nō ſoluatur de iuſtitia tenetur Princeps ad reſtitutionem. Licitumque militi eſt occultam facere compenſationem, ſi ſine ſcandalo poſſit. 409.b

Miles pro ſtipendio tenetur, etiam cum vitæ periculo, ſeruare ſtationem, defendere arcem, aut quoduis aliud ſibi commiſſum præſtare ſub reatu lethalis culpæ: quin ſi fuga ipſius cauſa ſit damnorum, reſtituere ea tenetur. ibid.c

Miles, quando ſpes non eſt præualendi, expectare non tenetur cum periculo vitæ. ibid.

Miles deſerere non poteſt caſtra ſine ducis aut Principis facultate, & quam graue peccatum ſit, & quot mala ex illo ſequantur, & idcirco mirandum non eſſe, quòd capite plectatur, aut triremibus adigatur. ibid.d

Miles reſtituere tenetur Principi, ſi duplicatum ſtipendium occultè accipiat, aut vltra ſibi conſtitutum, vel in cauſa ſit; vt dux, vel alter id accipiat. 410 b

Milites, qui chirographa hoſpitij ad multos in eodem populo accipiunt, & ne hoſpitium eligant, quorundam, ab hoſpitibus pecuniam accipiunt, hoſpitanturque apud quendam alium, peccant, reſtituereque id tenentur, & miniſtri, qui duplicata chirographa concedunt. 411.a

Milites, qui ab hoſpitibus plus extorquent, quam illi dare teneantur, peccant, & reſtituere id tenentur. ibidem.b

Milites quando ab incolis, vel inuitis, accipere poſſunt neceſſaria. ibid.c

Miles accipere poteſt gratis ab hoſpitibus, quæ habuerit conſuetudo præſcripta loci, vt gratis dentur. ibid.d

Miles ſi inſtituat hæredem in re certa, aut quota, & ſciens ac prudens de reliquis bonis non diſponat, pertinent reliqua ad hæredes ab inteſtato, neque accreſcunt hæredi inſtituto. 563.c

Militaris ſubſtitutio variè in compendioſa effecta. 760 c

Miles, qui militiam exercet, tutor eſſe non poteſt. 891.b.c

Vide bellum, & teſtamentum militis.

Militia.

Militia quid. 973.c

Militia quando conferenda, aut quod ad illam comparandam datum eſt, quando non item. ibid.

Mina.

Minæ. Vide metallorum venæ.

Miniſter.

Miniſter publicus. Vide accipere.

Minores fratres.

Minorum fratrum paupertas, ita vt nullius rei, etiam in communi, dominium habeant, defenditur. 42.b

Vide religioſus.

Minor.

Minoris contractus & alienatio ſine ſolemnitatibus reuocatur, niſi iuramento confirmetur. 531.a

Minor ad iudicium ſine curatore non admittitur, niſi cauſæ ſpirituales ſint, aut ſpiritualibus annexæ, & quis ad has impuberi poſt ſeptennium curatorem tradit. 882.a

Minori vſque ad pubertatem completam tutor, curator verò deinceps vſque ad vigeſimum quintum annum traditur. 881 a.b.c

Minor pubes ſi curatore careat, valent acta per eum extra iudicium, ſed reſtituitur in integrum. 881.d

Minoris perſonæ curam habent tutor & curator, ſed præcipuè tutor. 899.b

Minoris educationem licèt præſcripſerit teſtator, poteſt iudex contrarium ſtatuere, ſi ita expedire iudicauerit. ibidem.c

Minoris educatio commodius fit apud matrem, & ideò illi minor eſt tradendus, niſi contrarium ſuadeant circunſtantiæ concurrentes. ibid.d

Minori infanti, niſi circunſtantiæ illam excuſent, tenetur mater præbere lac quouſque ſit trium annorum, reliqui omnes ſumptus de bonis minoris fieri debent. 990 a

Minor, ſi mater ad ſecundas tranſeat nuptias, ab ipſius & vitrici educatione eſt extrahendus, niſi circunſtantiæ contrarium expediri ſuadeant. ibid.

Minor quando matre & auis caret, ad iudicem ſpectat ſtatuere vbi educari debeat, & quæ ad id attendi debeant. ibid.

Minores, qui attenta ipſorum qualitate ſeruire alijs poſſunt, aut artem addiſcere, quibus in Luſitania ſint tradendi. 900.b

Minoribus portio ad alimenta à iudice debet taxari, & moderari, etiam ſi à patre eſſet taxata, & ſi exceſſiua ſit, quādo exceſſus in damnum tutoris, aut curatoris redundet. ib.c

Minoribus ita portio taxari debet, vt ſi commode fieri poſſit, non inſumant redditus omnes ſui patrimonij, & quando fas ſit patrimonium minuere. ibid.d

Minoris alimenta quæ comprehendant. 901. b

Minorum bona qualiter tutores & curatores adminiſtrare debeant. ibid.d

Minorum quæ bona poſſunt tutores & curatores vendere ac alienare ſine iudicis decreto. 902.a

Minorum bona emere non poſſunt tutor & curator, & perſonæ illis ſubiectæ, emptioque eſt nulla, & quæ pœnæ ſint ſtatutæ. ibid.b

Minorum pecunia qualiter à tutoribus & curatoribus collocanda. 903.a

Minorum quæ bona ſine iudicis decreto alienari à tutoribus, & curatoribus non poſſint. 904.a

Minoris bona vt alienentur, quæ cauſæ legitimæ, vt iudex decretum concedat. ibid.d

Minoris bona quando iudicis decreto alienantur, à quibus alienatio incipere debeat. 905.c

Minor, qui veniam ætatis obtinuit, alienare non poteſt bona immobilia ſine decreto iudicis: ſecus mobilia, quæ ſine decreto, ſi veniam non obtinuiſſet, alienare non poſſet. ibid.d

Minori cui venia ætatis concedatur, quid ea ſit, & eo ipſo ceſſat beneficium reſtitutionis in integrum, & ab eo puncto, quo ad tempus præteritum incipit currere quadriēnium, quod alijs minoribus incipit expleto vigeſimo quinto anno. 906.c

Minoris res immobiles alienari per tutorem, aut curatorem poſſunt ſine iudicis decreto, quando id præcepit teſtator, etiam in teſtamento minus ſolemni. 907.b

Minoris vt bona alienentur, quis iudex interponere debet decretum. ibid.c

Minor infantiæ proximus poteſt ſibi obligare alterum, non verò ei obligari. 908.a

Minor pubertati proximus cum tutoris autoritate poteſt alteri obligari, & ſine ea ſibi alterum obligare. ibid.b

Minor ſine autoritate tutoris aut curatoris, quo ſenſu, quando contractus eſt mutuus, obliget alterum ſibi, & ipſe obligatus non maneat. ibid.c

Minor infantiæ proximus de dolo non tenetur, ſed ſolum quantum ex re alterius factus eſt locupletior. ibid.d

Minor, etiam pubertati proximus, licèt ex ſuo contractu ſine autoritate tutoris celebrato, aut ex minori culpa, quam dolus, obligatus non maneat, manet tamen obligatus naturaliter. 909.a

Minor idem ſi cum tutore contrahat, non manet naturaliter obligatus, niſi inde factus eſſet locupletior, aut eandem rem dolo deſtruxiſſet, aut alienaſſet: nam tunc ciuiliter teneretur. ibid.b

Minor in quibus euentibus tenetur ſolum naturaliter, ſi fideiuſſorem dedit, tenetur fideiuſſor ciuiliter: præterea, etſi fideiuſſorem non dederit, datur exceptio ciuilis aduerſus minorem, quòd is, qui cum eo contraxit, compenſare velit debitum ſuum ciuile cum eo debito naturali. Minori tamen per reſtitutionem in integrum non ſolum cōceditur eā elidere, ſed etiam repetere, quod ita eſſet compenſatum. ibid.c

Minoris quoad cōtractus, & ſolutiones vtrinque factas, exponitur doctrina in iure tradita. ibid.d. 911.b

Minor ſi pubes ſit, & curatorem habeat, eadem quoad contractus & ſolutiones ſine curatoris facultate facta locum habent, quæ in pubertati proximo. Si verò curatorem non habeat, valent acta per eum, modò ad ea, ad quæ iudicis decretum eſt neceſſarium, tale interfuerit decretum. Et ſemper, ſi notabiliter ſit læſus, reſtitutio in integrum ei conceditur. 909.d

Minor pubes ſi quæ egerit in iudicio ſine curatore, inualida ſunt in ſuum incommodum, valida verò in commodum. Abſolutè verò valent, ſi cauſæ ſpirituales ſint, aut ſpiritualibus annexæ, & ſemper ei, ſi læſus ſit, conceditur reſtitutio in integrum. 910.a

Minor ſi in iudicio de ſola poſſeſſione recuperanda agat, valent quæ ſine curatoris autoritate egerit, ſed reſtitueretur, ſi ſit læſus. ibid.b

Minori autoritas tutoris aut curatoris præſtari debet per ſeipſum, & non per epiſtolam aut nuncium, atque in eo ipſo negocio aut cauſa, & nō ex interuallo antea aut poſtea, alioquin acta non valent. ibid.

Minoris ſolutio aut alienatio cum traditione ſine tutoris, aut curatoris autoritate, neque dominium, neque poſſeſſionem transfert, eſto res ab eo naturaliter, & ciuiliter debeatur: & an retineri tuta conſcientia poſſit. 911.c
Minor ſi quid oneroſo contractu, etiam ludo, alienauit ſine autoritate tutoris aut curatoris, ſi inæqualitas, fraus, aut dolus non interuenit, reſtitutioni non eſt obnoxium, antequam beneficio reſtitutionis in integrum à minore, tutore, aut curatore repetatur. 912.b

Miſſilia.

Miſſilia quæ, & fiunt primo occupantis. 216.a

Mobiles res.

Mobiles & immobiles res, quæ & ex iuribus & actionibus, quæ cum immobilibus, & quæ cum mobilibus computentur. 258.d

Modus.

Modus quid. 823.c
Modus diſpoſitionem non ſuſpendit, ac proinde illo nōdum impleto, tranſmittitur legatum aut hæreditas, quando modus per ſucceſſorem impleri poteſt, tenetur que ſucceſſor illum implere. 824.a
Modus quibus verbis adhibeatur. ibid.
Modus conditionis vocabulo ſæpe exprimitur. ibid.b
Modi nomen ſi apponatur, & dicatur, vt ante emolumentum percipiendum impleatur, vim habet conditionis, & ſuſpendit diſpoſitionem: ſecus ſi ſolum dicatur, vt id ante poſſeſſionem adeptam impleatur. 825.a.b
Modus diſpoſitioni ſi ita apponatur, vt qui contrauenerit, eo ipſo id amittat, aut cenſeatur nunquam ad id vocatus, qui contrauenit. non tranſmittit id ad ipſius hæredes, quin potius tenetur id reſtituere cum fructibus inde à principio perceptis, atque ea de re à principio cauere debet. Excipe in maioratu. ibid c
Modus ſi appoſitus ſit legato, aut alij diſpoſitioni, antequam res tradatur, tenetur accipiens cauere de re reſtituenda, & fructibus ex ea perceptis ſi modum non ſeruet: nondū verò cauiſſe, non impedit tranſmiſſionem rei illius ad hæredes. 826.a
Modus ſi ſolum reſpiciat legatarij vtilitatem, ita vt obligationem illum adimplendi non inducat, neceſſaria non eſt cautio de illo adimplendo, & quando, eſto obligationem inducat; cautio neceſſaria non ſit de fructibus reſtituendis. ibid.c
Modus quando adhibitus eſt in vtilitatem tertij, ſi per illum ſteterit quominus impleatur, habetur pro impleto, ibidem.c
Modus impoſſibilis, tam de facto, quam de iure pro non appoſito habetur, non ſolum in vltima voluntate, ſed etiam in quacunque alia diſpoſitione. ibid d
Modus quando reſoluitur in conditionem, cur in legato aut donatione non efficiat fructus medij temporis legatarij ac donatarij; cùm tamen efficiat emptoris fructus medij temporis rei ſub eo emptæ. ibid.
Modus legato, donationi, aut alteri diſpoſitioni appoſitus, quando obligationem eum implendi inducat, & quando non. Quando item obligationem implendi inducat, ſed ſine onere reſtituendi rem, & quando cum onere illam cum fructibus à puncto non impleti modi perceptis, & quando etiam cum fructibus à principio ex illa perceptis. 826.a
Modum non implere, quando ea de cauſa nulla non redditur diſpoſitio quando culpam lethalem, & quando venialem inducat, & quouſque eum implere ſit quis cogendus. ibid.d
Modus ſi appoſitus ſit donationi, aut legato ad pias cauſas, non cenſetur appoſitus intentione vt ſit nulla diſpoſitio ſi modus non ſeruetur, quando id non fuit expreſſum, ſi tamen conſtet eam fuiſſe donantis, aut legantis, intentionē, nulla redditur. 830.a

Monarchia.

Monarchia ſeu Regnum quid. 106.d
Monarchiæ regimen cæteris præſtantius. 109.a

Monaſterium

Monaſteria in Luſitania ſine Regis facultate accipere non poſſunt bona immobilia, & ſi aliqua ad ea deueniant, intra quantum tempus tenentur illa alienare. 476.d
Monaſterium. Vide Religioſus.

Monialis.

Vide Religioſus.

Mores.

Mores qui legis vim habeant. 8.a

Mors ciuilis, & naturalis.

Mors ciuilis quæ. 51.a
Morte ciuili aut naturali damnatus teſtari non poteſt de iure communi, amittitque vſum fructum. ibid.c
Morte ciuili aut naturali damnati teſtari poſſunt de iure Caſtellæ quoad ea, quæ illis non confiſcantur. ibid.
Morte ciuili aut damnatione ad mortem naturalem in Caſtella & Luſitania vſusfructus nō amittitur. ibid.d.52.b.c

Munus.

Munus miniſtro publico dans, vt ſuam redimat vexationem, quia alioquin iniuſtè grauabitur, non peccat, etiam ſi, & dare & accipere ſit prohibitum. Sola autem formido, quòd, niſi det, iniuſte grauabitur, non excuſat dantem à culpa. 319.d
Munera licitè offeruntur ac donantur ſub conditione, ſi aliquis faciat bonum, ad quod tenetur, aut deſiſtat à malo. & licitè accipiuntur conditionem implendo, modò de donātis animo conſtet. 340.c
Vide Viſitator, Procuratio, & Accipere.

Mutilatio.

Vide Occidere.

Mutuum

Mutuum intendens ab alio is, qui donat, ad eum finem dono illum alliciens, non peccat, neque alius id intelligens, donumque comparat accipiens modo de animodo donandi ſibi perſuadeat, neque proinde tenetur poſtea mutuo illi dare. 341.b

Naturale.

NAturalis iuris nullum fuit præceptum de poſſidendis rebus in commune. 92.a
Naturales filij. Vide illegitimi.

Naufragantes.

Naufragantium bona pro derelictis non ſunt habenda. Et iniquæ ſunt leges, quæ ea domino loci applicant. 222.b.c

Neceſſitas.

Neceſſitatis extremæ aut penè extremæ, tempore communia, quoad vſum, debent eſſe bona, ſub reatu lethalis culpæ. 95.b.c

Nobilitas.

Nobilitatis parentum, eorumq; quæ cum nobilitate coniuncta ſunt, ſucceſſores non ſunt ij illegitimi filij, qui naturales non ſunt, ſecus naturales. 616.d

Notarius.

Notarius ſumere à litigantibus poteſt ſtipendium, non ſolum quando delegatus Summi Pontificis, ſed etiam quando ordinarius cognoſcit de cauſa. 313.b

Nouem dies.

Nouem diebus à morte defuncti inquietari non poſſunt, aut in iudicium vocari hæredes vxor illius, aut alij propinqui, niſi illorum malitia aliud poſtularet. 852.b

Nubere.

Nubens ſecundo intra anuum a morte mariti hæres eſſe nō poterat, ſed id canonico iure eſt abrogatum. 558.c
Nubenti filiæ ſine patris conſenſu leges, quæ exhæredationis pœnam ſtatuunt, validæ ac licitæ ſunt. 668.c

Nuncius.

Vide Legatus.

Obedientia.

OBedientia poteſtatibus iure humano conſtitutis cui de iure ſit naturali. 115.a.d

Obligatio.

Obligatio guarentigia quæ. 262.c
Obligatio quando diuidua, & quando indiuidua. 363.b

Obſes.

Obſides interfici non poſſunt ob culpam eius, qui eos tradidit, ſi innocentes ſint, retinere tamen poſſunt, ac ſeruituti ſubijci. Quòd ſi in culpa ipſi etiam ſint, interfici poſſunt, ſi culpa pœna tanta ſit digna. 423.d

Occidens.

Occidens, aut mutilans, quando id vitare poteſt etiam cum iactura proprij honoris, famæ & bonorum temporalium, irregularitatem incurrit. Itemq; quando in defenſionem alterius occidit, aut mutilat, quando ſub reatu lethalis culpæ non tenetur id facere. 397.b.c
Occidens, aut mutilans, quando ad id ex eo ſub culpa lethali tenet, quòd ipſe ſubijcere ſe voluit muneri, vnde ad id teneretur, irregularitatem incurrit, vt cernitur in iudice. Itemque

Itemque, qui ſua culpa in eas ſe redegit anguſtias, vt ad euadendam propriam aut patris mortem neceſſe illi fuerit mutilare aut interficere. ibid.d

Occidens vel mutilans, mortive aut mutilationi obijciens alterum denunciando, aut alia ratione, quando ad id tenetur ſub culpa lethali, non ex munere, cui ſe ſubijceret, neque quòd ob ſuam culpam in eas ſe redegerit anguſtias, irregularitatem non incurrit. Neque in his euentibus neceſſaria eſt proteſtatio. 398.a

Officia.

Officia adminiſtrare nullus in Luſitania poteſt pro alio, niſi vigeſimum quintum annum expleuerit, ſub pœna amiſſionis officij, aut valoris illius. 327.d

Officia à Rege accepta, ſine Regis facultate vendi non poſſunt in Luſitania, ſub pœna amiſſionis officij, & pretij, etiam quod ſperabatur. 328.a

Officium emens in Luſitania ſine regis facultate incapax eſt illius, neque retinere illud poteſt, etiam ante latam ſententiam. ibid.b

Officium vendens in Luſitania abſque Regis facultate, illud non amittit ante latam ſententiam. Et quid emens, & vendens facere debeant, vt tuta conſcientia emens retinere poſſit officium, & vendens pretium. ibid.c

Officium vendens in Luſitania abſque Regis facultate, pretiumque accipiens reſtituere illud tenetur ante latam ſententiam danti (ſed caueat ne iterum cogatur ſoluere Regi) lata verò ſententia ad fiſcum Regis pertinet. ibidem.

Officij renunciatio in fauorem alicuius facta in Luſitania poſtquàm renunciās in morbum incidit, ſi renunciās moriatur intra triginta dies ab ea facta, eſt nulla, deuoluiturque officium ad Regem, etiam ſi à Rege vi renunciationis eſſet illi alteri collatum. ibid.

Officium renuncians aut vendens in Luſitania ex facultate Regis poſt crimen commiſſum, quo eo priuari erat dignus, amittit valorem officij dimidium fiſco, & dimidium accuſanti, conceditur que actio ad eam pœnam bienio a renunciatione: is verò illud retinet, qui vi talis renunciationis illud obtinuit. ibid.

Officium adminiſtrari non poteſt in Luſitania per alium, niſi ex facultate Regis, alioquin illud amittit, & adminiſtrans ſoluit valorem illius dimidium fiſco, & dimidium accuſanti. ibid.d

Officia conferendi facultatem in Luſitania habentes, prohibiti ſunt ea vendere, vendive facere, itemque pecuniā pro collatione accipere ſub pœna, vt qui illa emerit, aut pecuniam pro collatione fuerit largitus, officium amittat accuſanti, & inſuper omnia bona ſua, dimidium accuſanti, & dimidium Regis fiſco. Poteritque vtraque pœna exigi ab eo toto tempore vitæ ſuæ, nulla præſcriptione eum iuuāte. Collator verò punitur amiſſione poteſtatis illud deinceps conferendi, tranſitque eo ipſo poteſtas ad Regem. Collatores iuramentum exigere debent ab accipientibus ante collationem, ipſos ea non velle vt alteri vendant, quòd ſi poſteà conſtet aliquem voluiſſe ea vendere, punitur vt periurus. Hæ omnes pœnę locum non habent ante latam ſententiam, & accipiens ita officium, retinere illud poteſt vſque ad ſententiam. ibid.

Officium non amittitur ante latam ſententiam, eſto commiſſum ſit crimen, pro quo pœna amiſſionis illius ipſo iure ſit ſtatuta, niſi aliud addatur, quo ſignificetur, neceſſarium non eſſe vt feratur ſententia. 361.a

Officium, aut quod ad id comparandum datum eſt à parente, quando conferendum, quando non item. 973.c

Officium datum filiæ in dotem, quando, licèt conferendum non ſit, expiretque cum viro, æſtimatio tamen illius ſit reddenda vxori, aut hæredibus illius. ibid.d

Officium ſi ſit emptum conſtante matrimonio, vt regimento, quod in Caſtella vocant, dimidium æſtimationis pertinet ad vxorem, aut ad hæredes illius. 975.a

Opera pia.

Opera pia quæ. 453.c

Pactum.

PAciſci ob rem turpem patrandam illicitum eſt, & peccatum, integrumque eſt vtrique contrahentium diſcedere a pacto ante rem patratam, etiam alio inuito, re autem iam patrata, ex iuſtitia debetur pretium promiſſum, ſtandoque in ſolo iure naturali licitè exigitur & accipitur. 345.b

Pactum de re turpi; eius ſpeciei eſt peccatum, cuius eſt talis res turpis. ibid.c

Pacta, contractus, promiſſiones, & renunciationes iuramento non confirmata poteſt irrita reddere ex rationabili cauſa, non ſolum poteſtas Eccleſiaſtica, ſed etiam laica. 134.c.d

Pactum iuramento confirmatum. Vide iuramentum.

Parens.

Parentum in filios poteſtas quanta, eſtque de iure naturali, maiorque eſt patris, quàm matris. 102.b

Parentibus ſtando in iure naturæ fas eſt vendere filios in ſeruos, vt grauem euadant neceſſitatem. 147.d

Vide Pater.

Paraſcia.

Vide Sepultura.

Partitio.

Partitio bonorum cùm fit, ante omnia extrahitur æs totum alienum: præponitur verò capitale vxoris, quæ contractu arrharum & dotis contraxit, quando obligatum non erat debitis. 953.c

Partitio bonorum cum fit, quæ alia ſint extrahenda, vt tandem ad partitionem deueniatur. ibid.d

Partitio bonorum defuncti, quando non ſunt deſcendentes quo pacto facienda. 953.a

Partitio bonorum defuncti inter deſcendentes quo modo facienda. 954.a

Partitio bonorum defuncti, ſi aliquis abſens ſit, an differenda, & quid interim faciendum. 983.b

Partibilia ſi non ſint aliqua bona, quia diuidi commodè non poſſunt, quo pacto compenſatio facienda, & quis ea accipiet. ibid.d

Partitionis difficultates iudex dirimit, ac componit. 984.b

Partitionem quædam alia attinentia explanantur, ibidem c

Partitione facta, cohæredes mutuò tenentur ad inuicem de euictione, ſi aliquid ab eorum aliquo euincatur, ad idque cautionem præſtare tenentur coram iudice. Si tamen inter omnes conueniat, vt nullus de euictione teneatur, ſtandum eſt contractui. Si item teſtator præſcripſiſſet, quis quæ bona in particulari acciperet, nullus de euictione teneretur, niſi minueretur legitima alicuius, aut de contraria teſtatoris voluntate conſtaret. 985.c

Partitio bonorum peracta quando reuocari poſſit, quando nō item. 986.a

Vide Collatio.

Partus ancillæ.

Partus ancillarum ab hæreditate adita pertinēt ad hæredem grauatum, computandi in trebellianicam, quando fideicommiſſum non ſtatim à morte teſtatoris eſt reſtituendū. 738.b

Paſcens & paſcua.

Paſcens pecora in loco communi quidem, ſed vel locato, vel conceſſo alicui ſoli, vt ibi paſcat, & pœnam ſoluere tenetur, & reſtituere illi damnum, quod ei eo modo intulit. 232.c

Paſcens communitatis ſuæ communia loca extra præſcriptas leges pœnam tenetur ſoluere ſi damnetur, non verò reſtituere, niſi damnum admodum eſſet notabile. Idem quando vicina duo oppida mutuò paſcere ſolent communia loca. ibid.d

Paſcere quouſq; poſſit dominus oppidi in communibus eius oppidi paſcuis. ibid.

Paſcendo ſua pecora cum dominus populi damnum communitati uel priuatis infert, id totum reſtituere tenetur, niſi liberam omnino remiſſionem obtineat. 233.c

Paſcens aliena paſcua, vel communitatis, vel priuati, ipſis inuitis, lethaliter ex ſuo genere peccat, ſoluere tenetur pœnam, ſi damnetur, & quando ac quouſque damna reſtituere teneatur. 234.b

Paſcendi ius in prædio alieno cum ſeruitutibus diſcontinuis annumeratur, vt verò ſine titulo præſcribatur, neceſſarius eſt vſus de cuius initio non extat memoria, vt in ſeruitutibus diſcontinuis. 263.c

Paſcua licèt quiuis gentium iure prohibere poſſit alijs in prædijs ſuis, Princeps tamen ſtatuere poteſt, vt omnibus communia quoad paſtum ſint collectis fructibus: niſi inde detrimentum aliud in plantis alijs domino ſequatur. 234.c.d

Pater.

Pater vſumfructum habet legalem in bonis aduentitijs filiifamilias. 48.c

Pater vſumfructum in quibus euentibus non habet in bonis aduentitijs filij familias. ibid.d
Pater vſufructuarius in bonis filij cauere non tenetur. Et ad quos ſumptus teneatur. 49.d
Pater ſolus quouſque de iure Cæſareo ſubijcere ſeruituti poſſit filium familias ob grauem neceſſitatem. 147.d
Pater vſufructuarius in bonis filij licet inuentarium conficere non teneatur, quando tamen tempore traditionis futurum eſſet obſcurum,quæ ea bona eſſent,tenetur in conſcientiæ foro facere catalogum eorum, & in exteriori ad id poteſt cogi, & quod in Luſitania ad id teneatur. 879.c
Pater in cuius poteſtate eſt filius, poteſt illum reuocare ab illo, cui ſine contractu patris ſeruiebat, & à quocunque alio, à quo detineatur, & reuocare illum fugitiuum. 924.a
Pater & filius, qui in eius eſt poteſtate, contendere non poſſunt in iudicio,niſi de caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi peculio, & in paucis alijs. ibid.b
Vide parens.

Patria poteſtas.

Patria poteſtas amittitur maxima, aut media capitis diminutione patris,aut filij, & crimine hæreſeos. 52.b.53.b.c
Patriam poteſtatem egreditur filius per profeſſionem patris, aut ipſius filij. 375.b
Patria poteſtas cui, & quorum comparatione conueniat. 710 a.993.c
Patria poteſtas quorum comparatione, & quouſque, & quorũ ac quouſq; de iure Caſtellæ & Luſitaniæ. 88.c.d.916.d
Patria poteſtas de iure communi Romanorum introducta. 915.d
Patria poteſtas in quo, & quorum comparatione iure communi reſideat. 916.a
Patria in poteſtate non eſt filius illegitimus, etiam ſi naturalis ſit,niſi legitimetur,nec ſufficit diſpenſatio. 917.a
Patriam habet poteſtatem arrogans in arrogatum. 918.c
Patriam poteſtatem non comparat adoptans in adoptatum, quando non eſt de numero aſcendentium. 921.b
Patriæ poteſtatis primus effectus, quod bonorum aduẽtitiorum filij familias adminiſtratio, & vſuſfructus pertinet ad patrem. 523.b
Patriæ poteſtatis effectus ſecundus, quod neceſſitate preſſus vendere poteſt filium, id tamen non competit arroganti, & adoptanti. ibid.c
Patriam poteſtatem non comparat adoptans in adoptatum, quando non eſt de numero deſcendentium. 921.b
Patriæ poteſtatis effectus eſt, arrogantem prębere teneri alimenta arrogato. 929.c.d
Patriam poteſtatem egreditur quis morte naturali eius in cuius poteſtate erat, quando non relabitur in alterius poteſtatem, vt in Luſitania, & Caſtella non relabitur. Item morte ciuili vtriuſuis, hoc eſt, tam patris, quàm filij. 931.b
Patriam poteſtatem egreditur filius hæreſi propria,aut parentis, tametſi pater non amittat vſumfructum,quem ante hęreſim filij in bonis illius habebat,in bonis tamen,quæ poſt hæreſim filius comparat, pater vſumfructum non acquirit. 932.b
Patriam poteſtatẽ egreditur filius inceſtis nuptijs patris,modò copula ſint confirmatæ. ibid.d
Patriam poteſtatem egreditur filius,ſi vel pater,vel filius ab hoſtibus capiatur, ſi tamen liberetur, cenſetur nunquam egreſſus patriam poteſtatem: per captiuitatem tamen bello iniuſto patria poteſtas non ſuſpenditur. ibid.
Patriam poteſtatem egreditur electus in Epiſcopum,aut Cardinalem,non verò clericus. 933.a
Patriam poteſtatem egreditur filius, etiam quoad bona ſua, per ſui electionem in patritium, hoc eſt,conſiliarium regis aut in conſulem,& per adminiſtrationem aliarum decem dignitatum. Egreditur verò non quoad ea, quæ ex patria poteſtate in filij commodum cedunt. ibid.c
Patriam poteſtatem egreditur filius per emancipationem, & quo pacto fiat, retinet verò pater dimidiam partem vſuſfructus bonorum, quæ filius tempore emancipationis habebat,in Luſitania verò nihil. 934.b
Patriam poteſtatem in Caſtella,& Luſitania egrediuntur filij, & filiæ per matrimonium, modo in Caſtella velati ſint. 935.b.c

Patronus.

Patronus non habet ius eligendi in rectorem, aut prælatum eccleſiæ collegiatæ, niſi id deduxerit in pactum fueritq; conceſſum tempore fundationis, aut dotationis, neque quicquam valet conſuetudo in contrarium. Et nihilominus præſcribi poteſt ius ita eligendi & præſentandi tempore de cuius initio non extat memoria. 273.d
Patronus quis. 572.c
Patroni ſunt vir,& vxor,ſi vterque manumittat, & qui ſuccedant in patronatum, hæredeſque proinde ſine liberto. 279 b
Patronus non ſuccedit liberto habenti filios legitimos, aut naturales, qui ei neceſſariò ſuccedant in patronatu, hæredeſque proinde ſint liberto. 578.c
Patronus, ſi libertum egentem non alat, amittit ius patroni erga illum. 829.c
Vide ius patronatus.

Paupertas.

Paupertas minorum,ita vt nullius rei,etiam in communi dominium habeant,defenditur. 42.b
Paupertas Chriſti qualis. 122.d.124.c
Paupertas ſocietatis Ieſu qualis, & quædam illi peculiaria. 465.b

Peccatum.

Peccata omnia, qua ratione ad tribunal Eccleſiæ pertineant. 134.d
Peccatum alterius, licet nunquam fas ſit intendere,aliquando fas nobis eſt permittere, imò & illius occaſionem præbere. 391.b

Penſionarius.

Penſionarij beneficiarijs annumerantur ad effectum, vt inde ſumere poſſint ſolam competentem ſuſtentationem, & vt remanentia inter ſpolia clericorum computentur. 506.c

Peregrinus.

Peregrino decedente ab inteſtato in hoſpitali, neque habente conſanguineum vſque ad decimum gradum, de quo poſſit conſtare,Epiſcopus diſtribuit bona illius mobilia in pias cauſas.Et quid in regno Caſt.de peregrino vniuerſim ab inteſtato decedente. 216.b.591.d

Perſonalis actio.

Perſonalis actio reſpondet iuri ad rem: realis verò iuri in re. 31.a

Pia cauſa.

Pia cauſa quæ. 453.c
Pia cauſa hæres inſtituta,neque inuentarium conficiens,tenetur creditoribus, & legatarijs vltra vires hæreditatis, niſi abſque culpa illud omiſerit: nam tunc neque hæres alius priuatus tenetur legatarijs vltra vires hæreditatis. 863.c

Pietas.

Pietas eſt filij ad patrem. 15.a
Pietati reſpondens virtus, eſt patris ad filium. ibid.a

Pignus.

Pignoris, & hypothecæ comparatur ſine traditione ius in re. 30.b
Pignoris & hypothecæ diſcrimen. ibid.c
Pignore ſi quis inuito domino vtatur, & peccat, & valorem vſus reſtituere illi tenetur. 414.b

Piſcari.

Piſcationem aliquorum piſcium lucri, ac redituum gratia, quouſque liceat principibus ſibi reſeruare. 103.c
Piſcari alium iniuſtè prohibens, ad quantam reſtitutionęm ei teneatur. 109.d
Vide Venatio.

Planta.

Plantarum dominium ſoli domino cedit. 229.a

Pœna.

Pœna talionis quæ. 23.b
Pœnę ſeruus quis. 50.c
Pœnam etiam lata ſententia, non tenetur delinquens ſoluere,quando non exigitur, nec executio ad ipſum ſpectat, 254.b
Pęna præſcribitur,etiam poſt latam ſententiam,& cum ſcientia quòd lata ſit, quando executio ad delinquentem non ſpectat. ibid.c
Pœnæ, vt collationes à Rege factæ commendarum, officiorum, & ſimilium rerum ſint nullæ, ſi munus aliquod miniſtro,per quem id fuit expeditum, fuerit promiſſum, aut datum, itemque pœnæ amiſſionis ipſo facto officiorum, miniſtrorum, accipientium munera ſtatutæ in Luſitania vim non habent ante latam ſententiam, neque retrotrahuntur ad tempus commiſſi delicti, vt reditus inde percepti reſtituantur. 319.a
Pœna vendentibus aliquid ſtatuta, non incurritur, niſi conſummata venditione per traditionem. 327.a

Pęnam

Pœnam non ſtatutam ipſo iure, aut ipſo facto obligatio non eſt ſoluere ante latam ſententiam. 351.a
Pœna confiſcationis ſtatuta ipſo iure, aut ipſo facto non impedit, quòd commiſſio crimine retineatur, & transmittatur ad hæredes interim dum non fertur ſententia. 351.b
Pœna ipſo iure, aut ipſo facto impoſita, afficit bona, quibus eſt impoſita, & fructus inde perceptos, vt à puncto commiſſi delicti ius in re comparatione eorum habeat fiſcus, aut id cui pœna eſt applicata. 354.b
Pœna eadem per conſequens retrotrahitur ad punctum commiſſi delicti, & idcirco reſcinduntur contractus omnes, & donationes etiam cauſa dotis ab eo puncto à delinquente, aut ſucceſſoribus factæ. Et quæ teneatur, aut non teneatur fiſcus ſoluere. 355.a
Pœna ipſo facto, aut iure ſtatuta non impedit, quominus delinquens à puncto delicti vſque ad latam ſententiam dominus ſit eorum bonorum. ibid.c
Pœna quando ipſo iure fuit ſtatuta, quem vſum ſuorum bonorum non impediat delinquenti ante latam ſententiam, & quem impediat. 356.a
Pœnam ipſo iure ſtatutam, non tenentur delinquens, aut ſucceſſores illius offerre lata ſententia, ſed expectare, vt exigatur, eamque præſcribere poſſunt, ſi intra certum tempus non exigatur. 458.a
Pœna in foro conſcientiæ à delinquente debetur, ſi interrogatus iuridicè de crimine, quia videlicet ſemiplenè aduerſus eum probatum eſt, crimen negauit. 359.a.b
Pœna ſtatui poteſt, vt ſoluatur ante latam ſententiam, & aliquando ſtatuitur, quando executio non eſt facienda per delinquentem, qui id, vt ſuum poſſidet, ſed per alium. 360.b
Pœnam exequi tenetur, & offerre delinquens, quando ſententia condemnatoria id continet. ibid.c
Pœna circa bona, quæ illorum non ſunt, qui priuatione eorum puniuntur, ſtatui poteſt, quæ nulla expectata ſententia vim omnino habeat. ibid.d
Pœnæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, quando ipſo iure, aut verbis æquipollentibus imponuntur, incurruntur commiſſo crimine, nulla expectata ſententia. Irregularitas etiam, ſiue pro culpa, ſiue ſine culpa imponatur, eò ipſo incurritur, quòd id adeſt, pro quo eſt impoſita. 361.a
Pœna amisſionis beneficij, aut officij, & qui inhabilitationis ad alia obtinenda, etiamſi apponatur ipſo iure, aut ipſo facto, ſententia indiget, vt ex executio talis pœnæ locũ habere debeat, lata verò ſentētia retrahitur, quoad fructus officij, aut beneficij, ad tempus commisſi delicti. Quando verò exprimeretur, vt locum ea pœna haberet, nulla expectata ſententia, executio vim haberet à puncto commisſi criminis. ibid.c.d
Pœna amisſionis ſuffragij, aut iuris ipſo facto ſtatuta, non impedit ante latam ſententiam ſuffragium ferre, aut eligere. 362.b.c
Pœna vt collega ipſo iure, aut ipſo facto amittat collegiaturam, quam vocant, aut municeps municipium, non impedit quin commiſſo crimine retinere id poſſit ante latam ſententiam, quando aliunde non conſtat contrarium inten diſſe teſtatorem. ibid.c
Pœna conuentionalis in Luſitania, ſi valorem excedat rei, pro qua imponitur, inualida eſt quoad exceſſum, etiamſi per interualla, & per varias moras id ſit ſoluendum, idem eſt de pœnis iudicibus fideiuſſoribus impoſitis. 363.a
Pœna conuentionalis impoſita ob mutui ſolutionem, aut rei alterius, quæ in pondere, numero, aut menſura cōſiſtit, locum non habet in Luſitania quia præſumitur vſuraria, tametſi creditor agere poſſit ad intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis. ibid.b
Pœna hæc eadem in foro conſcientiæ debetur, & in exteriori, etiam in Luſitania, ſi vſurarium animum abfuiſſe conſtet. ibid.c
Pœna conuentionalis imponi poteſt in Luſitania conductoribus redituum, aut aliorum bonorum, modò locatores negociari pœna non aſſueuerint. ibid.
Pœna conuentionalis impoſita ob turpem cauſam, aut contractum iure humano nullum, exigi, & accipi non poteſt, niſi contractus validus ex eo ſit reditus, quòd iuramento ſit confirmatus. ibid.
Pœna conuentionalis ſtatuta, niſi aliquid detur, tunc ſi id ſit diuiduum, & pars tantum reddatur, ſolum dētur pars pœnæ, iuxta proportionem eius, quòd redituum non eſt: ſi verò ſit indiuiduum, tota pœna debetur. ibid.
Pœna conuentionalis licitè exigi poteſt. Si non exigatur, nō tenetur debitor illam offerre. Si exigatur, ſoluenda eſt in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia. 364.a
Pœna iureiurando promiſſa, ſi teſtamentum reuocauerit, aut ſi ſponſalibus non ſteterit, debetur non ſtando promiſſis. 545.c
Pœnam delicti filij non tenetur pater ſoluere, etiam de legitima in bonis ipſius ei debita; ſecus de bonis proprijs filij, ſi quæ pater habebat. 929.a
Vide punire.

Politicum animal.

Politicum animal eſt homo, & cur ad ſocietatem politicam naturaliter inclinetur. 103.c

Pontifex Summus.

Pontifex ſummus præcipere, & ordinare debet ſæcularibus principibus ſibi ſubditis, vt ſupernaturali fini ſe accōmodent, quando ab illo deuiant 100.c
Pontificis ſummi poteſtas vnà in vniuerſo orbe, & cur ita inſtitui oportuit: laica verò ſuprema multiplex. ibid.
Pontificis ſummi nobilitas, & excellentia poteſtatis. 101.a
Pontifex ſummus plenam iuriſdictionem temporalem habet in terris Eccleſiæ patrimoniove Petri, non ſecus atque alij reges in ſuis regnis. 120.d
Pontifex ſummus non ita iuriſdictionem in temporalibus habet, quaſi dominus ſit orbis, vel Regis, vel Imperatoris ſibi posſit nomen vſurpare, vel regia aliorum poteſtas ab ipſo deſcendat. 127.c
Pontifex ſum. iudicare directè non poteſt in litibus, & contentionibus inter principes ſeculares, neque confirmare eorum leges, quæ à ſupernaturali fine non deuiant. 130.b c
Pontifex ſummus licet posſit legitimare ad ſpiritualia, non tamen ad ſucceſionem in hæreditate, & ad alia ſecularia, niſi permittentibus principibus ſecularibus, aut exigente id fine ſupernaturali. ibid.
Pontifex ſummus, & alij prælati indirectè per modum correctionis paternæ intromittere ſe poſſunt in negocijs principum ſecularium. ibid d
Pontifex ſummus iuriſdictionem vniuerſalem in omnia Eccleſiæ bona habet, non tamen eſt eorum dominus, ſed diſpenſator, quod ſi ea ſine rationabili cauſa donet, tam ipſe, quàm donatarius reſtituere ea tenetur Eccleſiæ. 131.a
Pontificis ſummi poteſtas ſpiritualis annexam habet pleniſſimam iuriſdictionem in temporalia, quantum finis ſpiritualis poſtulat. ibid.d
Pontifex ſummus licèt deponere posſit Regem poſtulante id bono Eccleſiæ, non tamen eligere quem voluerit, quando ad aliquem pertinet ſucceſſio, aut Reſpublica idoneum parata eſt eligere. 134.a
Pontifici ſummo quæ ex munere ſuo competunt nulla ratione præſcribi aduerſus Eccleſiaſticam ſedem poſſunt. 269. a
Pontificis ſummi iudicio, & præcepto in dubio eſt ſtandum circa temporalia per comparationem ad finem ſpiritualem. ibid.d
Pontifex ſummus eximere potuit eccleſiaſticos a laica poteſtate. 141.b
Pontifex ſummus iure diuino exemptus eſt a ſecularibus poteſtatibus. 139.b.140.b
Pōtifex ſummus prius eximere debet ſpiritualem gladium, quam temporalem, quando periculum præſens contrarium omnino non poſtulat. 135.c

Poſſeſſio.

Poſſesſio beneficij eccleſiaſtici traditionem ſeu apprehenſionem requirit. 29.d
Poſſesſionem non comparat hæres adita hæreditate ante apprehenſionem: ſecus de dominio. 37.d
Poſſesſio hæreditatis comparatur in Gallia, & in multis Italiæ locis ſtatim adita hæreditate abſque apprehenſione. 38.a.68.d
Poſſesſio, & dominium bonorum maioratus in regno Caſtellæ mortuo poſſeſſore, tranſeunt ad ſucceſſorem abſq; vlla

vlla traditione. 39.c.69.a
Poſſeſſio vnde dicta, & quot modis accipiatur. 64.d
Poſſeſſionis definitio. 65.b
Poſſeſſio interdum apprehenſione vera, interdum ficta comparatur, & quid vtraque ſit. ibid.
Poſſeſſio propriè rerum coporearum dicitur, incorporearum verò, vt iurium, dicitur quaſi poſſeſſio, quamuis poſſesſionis nomen ad incorporea etiam frequenter extendatur. ibid.c
Poſſeſſio vt reſultet, apprehenſio corpore ſimul, & animo poſſidendi requiritur. 66.a
Poſſeſſio quo a tentione differat. ibid.c
Poſſeſſio naturalis, & ciuilis eſt, cuius potiſſimum habetur ratio ad præſcriptionem, & alia. ibid.
Poſſeſſio ciuilis interdum eſt in vno, poſſidente altero naturaliter: poſſeſſio verò naturalis etiam tunc requirit occupationem animo poſſidendi, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè. 65.c
Poſſeſſio ciuilis & naturalis duæ ſunt, vnam tamen integrantes, quando concurrunt in idem ſubiectum. 67.b
Poſſeſſiones ciuiliſſimæ, ſine apprehenſione, etiam ficta, immo interdum ſine animo poſſidendi comparatæ, quæ, 68 d
Poſſeſſio rei donatæ cum pacto, aut modo, vt tranſacto certo tempore deueniat ad quendam tertium, adueniẽte eo tempore tranſit de iure Caſtellæ in eum tertium abſque vlla apprehenſione vera vel ficta. ibid.
Poſſeſſio totius alicuius comparatur apprehẽſione partis animo poſſidendi totum. 69 d
Poſſeſſio rei, quæ apprehendi per alium ſolet vt equus per capiſtrum, & vinum per vas, apprehenſione per alium comparatur. 70.b
Poſſeſſio niſi comparetur interueniente voluntate prioris domini, nunquam actu ficto comparatur, idcirco ferarum, atque vi aut clam, non comparatur poſſeſſio, niſi vera apprehenſione. ibid.c
Poſſeſſio quando per potentiam, & reſiſtentiam aduerſarij, aut alio impedimento apprehendi non poteſt actu vero, tradi authoritate iudicis poteſt iuſſu, aut ſolo verbo, ibidem d
Poſſeſſionem comparat hæres contentorum in domo apprehenſione domus, animo contenta etiam poſſidendi. 71.a
Poſſeſſio comparatur actu ficto, concurrentibus titulo & voluntate prioris poſſeſſoris, eam tradentis, nouem modis. Primo viſu. ibid.b
Poſſeſſio comparatur traditione ſcripturæ, qua prior poſſeſſor titulum habebat: ſecus de ſcriptura de nouo confecta, qua titulus conceditur. Excipitur in regno Caſtellæ. ibid.c
Poſſeſſio rerum mobilium comparatur traditione clauium in præſentia domus, aut rei ubi continentur. 72.c
Poſſeſſio comparatur rei, quæ conceditur eo ipſo, quòd poſſeſſor eam concedens reſeruat ſibi vſumfructum illius, ibidem d
Poſſeſſio rei conceſſæ transfertur eo ipſo, quòd à poſſeſſore conceditur, conducendo illam ab eo cui conceditur. 73.a
Poſſeſſionem comparat, qui rem depoſito, aut alio modo tenebat, eo ipſo, quòd titulus ei à poſſeſſore conceditur, ibidem b
Poſſeſſio acquiritur appoſitione cuſtodiæ ex parte eius cui conceditur, atque de facultate concedentis. ibid.c
Poſſeſſio comparatur facta ſignatione ex parte eius; cui conceditur, atque de facultate concedentis. ibid.d
Poſſeſſio acquiritur per clauſulam conſtituti, id eſt, alienante conſtituente ſe poſſeſſorem loco eius, cui alienatur, ratum hoc illo habente. ibid.
Poſſeſſio rerum incorporalium, vt ſeruitutum, & aliorum iurium, quomodo comparetur. 74.c
Poſſeſſio incorporalium, vt ſeruitutum, & aliorum iurium, quando in re corporali conſtituuntur, comparatur per immiſſionem in eam rem corporalem: neceſſaria tamen eſt ſcientia, & patientia antiqui poſſeſſoris. 75.b
Poſſeſſio vt comparetur ſeruitutis, aut alterius iuris incorporalis, quando vnus poſſidet, & alius eſt dominus, ſatis eſt vſus cum ſcientia, & patientia eius qui poſſidebat, ſufficitque ea poſſeſſio, ſi adſit bona fides ad præſcribendum aduerſus verum dominium. ibid.c
Poſſeſſio iuris eligendi, aut alterius ſimilis, comparatur per vſum cum ſcientia, & patientia eius, ad quem pertinet id prohibere, eſto non adſit titulus, modo intendatur vti iure ſuo, & actus non ſit talis, vt ex circunſtantijs credatur pro tunc ſolum ex gratia permiſſus. ibid.d
Poſſeſſio ſolo animo non poſſidendi amittitur. Quòd ſi animus ſub conditione ſit, conditionis impletionem exigit. 77.a
Poſſeſſio ciuilis immobilium ſine ſcientia, & patientia prioris poſſeſſoris non amittitur, eſto ab alio poſſidendi animo occupetur. ibid.c
Poſſeſſio immobilium amittitur, ſi à mari, aut flumine permanenter occupentur. ibid.d
Poſſeſſio ciuilis mobilium per furtum amittitur, comparatque eam fur, etiam ſi alius licitè eam teneret, modo animo furandi eam de nouo occupet. ibid.
Poſſeſſio mobilium amiſſione earum amittitur. 78.a
Poſſeſſionis emolumenta præſcribit poſſidens, & melior eſt cõditio ipſius, vt in dubio licite retineat, & pro eo ſentẽtia feratur, & eſt reus, & non actor. ibid.b
Poſſeſſoria remedia, ſeu interdicta vnde dicta. ibid.d
Poſſeſſionem acquirit hæres bonorum defuncti interdicto quorum bonorum, ſi tamen prius hęreditatem adeat, ibidem.
Poſſeſſionem legati, quod abſque ipſius facultate occupauerat legatarius, comparat hęres, vt detrahat falcidiam inter dicto quorum legatorum. 79.a
Poſſeſſio conſeruatur illi, qui tempore litis poſſidere comperitur, nec vi, clam, nec precario ab eo, qui cum ipſo contendit, interdicto vti poſſidetis, ſi bona immobilia ſint, ſi mobilia interdicto vtrobi. Idem ſi veriſimilius poſſidere credatur. ibid.b
Poſſeſſio vi, clam, aut precario occupata, recuperatur interdictis, vnde vi aut clam, & precarium, & de pœnis vi, aut clam, aut ſciendo ſuum non eſſe, aliquid occupantis, ibidem c
Poſſeſſionem, etiam ciuilem, quatenus armis defendere liceat. 80.d
Poſſeſſionem, à qua vi eiecti ſumus, quatenus in continenti armis recuperare liceat. 81.a
Poſſeſſio, vi, aut clam occupata, vſusfructus, aut alterius ſimilis iuris, habet eadem remedia, & occupator ſubiacet eiſdem pœnis, poteſtque ſimiliter armis defendi, & recuperari in continenti. ibid.d
Poſſeſſionem beneficij eccleſiaſtici occupans vi, aut clam, ſciens ad ſe non pertinere in quas pœnas incidat. 82.a
Poſſeſſionis definitio in ſenſu formali. 83.b
Poſſeſſionis varię diuiſiones. ibid.c
Poſſeſſio colorata quæ. ibid.
Poſſeſſio ciuilis ad præſcriptionem requiritur. 262.b
Poſſeſſionis bonæ, & malæ fidei medium non datur. 245.c
Poſſeſſio mala fide duplex, quod ad præſcriptionem attinet. 249.b
Poſſeſſio centenaria quo modo probetur. 280.c
Poſſeſſio triennalis non interrumpitur litis conteſtatione, quamuis ſi per ſententiam res pronuncietur ad alium pertinere, ſit illi reſtituenda. 284.c
Poſſeſſio immemorabilis quomodo probetur. 281.a
Poſſeſſor, qui à principio fuit bonæ fidei, orta poſtea controuerſia, aut dubio, neque totum, neq; partem dare tenetur, interim dum dubium perſeuerat, neque item tranſigere, eſtque ſine dubio pro illo ferenda ſententia. Et ad quam diligentiam teneatur, vt ſciat an res ad alterum pertineat. 377.d
Poſſeſſor qui a principio in dubio cœpit poſſidere, aut occupare rem, de qua erat controuerſia, ſi re examinata remanſerit dubia, diuidere illam tenetur pro dubij quantitate cũ altero, aut circa illam tranſigere. 379.c
Poſſeſſio rei bello captæ quando comparata cenſeatur. 416 b
Poſſeſſio hæreditatis quando hæredi tradenda. 986.c
Poſſideat quis titulo præſumpto. 40.c
Poſſidemus per alium, qui noſtro nomine poſſidet. Qui non ſibi, ſed alij acquirit, alteri poſſidet. 67.b.c
Poſſidet interdum quis per ſeipſum ſolum ciuiliter, & per alium naturaliter. ibid.d
Poſſidens, aut quaſi poſſidens ciuiliter, & naturaliter emphyteuta, & feudatarius, & vſufructuarius, atque habens ſeruitutem, ea iura, dominium ve vtile, vt poſſint ea præſcribere. 68.a
Poſſidet quis ciuiliter proprietatem per ſe, naturaliter verò per fructuarium, emphyteutam, feudatarium, præſcribereque proinde poteſt proprietatem. ibid.c

Poſſidere

Poſſidere clam quis dicatur. 82.c
Poſſidens iniuſtè verè poſſidet. 83.b
Poſſidere bona,& mala fide quid. 243.d
Poſſidens accedente dubio ſpeculatiuo,an ſit res ſua,& dubitans practicè, an ſuperueniente dubio licitè poſſit eam retinere, ſimpliciter eſt malæ fidei poſſeſſor, & quamuis ſtãdo in legibus cõmunibus præſcriptionis,ea mala fides præſcriptionem non interrũperet,ex peculiari ciuili lege eam interrumpit. 246.c
Poſſidet mala fide, qui ex ignorantia affectata, aut craſſa, poſſidet, reſtituereque tenetur, etiam ex parte iniuſtæ acceptionis. 247.b
Poſſidens hæreditatem bona fide quaſi ad ſe pertinentem, ſi poſtea comperiat ſpectare ad alium, ſolum tenetur reſtituere ex ea, & fructibus inde perceptis, quæ ſuperfuerint, aut in quibus factus fuerit locupletior. 988.a
Poſſidens hæreditatem bona fide tanquam hæres non præſcribit & bona illius aduerſus legitimum hæredem, niſi triginta annis, qui verò ab illo emit, tempore conſueto præſcribit, exceptis aliquibus euentibus. 989.d
Poſſidens hæreditatem mala fide reſtituere tenetur eam integram legitimo hæredi cum fructibus etiam quos commodè potuit inde percipere. 990.c
Poſſidens ita hæreditatem mala fide, ſi quid caſu fortuito poſt litem conteſtatam pereat hæreditatis, tenetur id reſtituere (intellige poſt latam ſententiam) ſecus ſi ante litem conteſtatam eo pacto pereat, quo apud hæredem periret. ibid.d

Poſthumus.

Poſthumus hæres eſt parenti, quin rumpit teſtamentum illius, ſi in illo fuit præteritus, eo ipſo, quod viuus naſcitur, & monſtrum non eſt. In Caſt. tamen ad id neceſſarium eſt, vt viuat vigintiquatuor horis, & baptizetur. 582.c

Poſtliminij ius.

Poſtliminij ius quæ iure Cæſareo habeant. 416.a

Poteſtas.

Poteſtas alia iuris naturalis, alia poſitiui. 93.d
Poteſtatem habet Reſpublica in ſingulas partes eo ipſo, quod in communitatem, aut Rempublicam conuenerunt. ibidem.
Poteſtas regia, & aliæ, vnde ortum habuere. 94.a
Poteſtas coerciua, ſeu politica cum paterna coniuncta fuit in Adamo, & Noè. ibid.b
Poteſtas quid, eſtque in ſolis libero arbitrio præditis. 96.c
Poteſtas, laica vna, Eccleſiaſtica alia, eſſentque diſtinctæ, eſto homo in ſupernaturalem finem non fuiſſet conditus, tam etſi tunc facilius in vnum numero ſupremum ſubiectum coniungerentur. ibid.
Poteſtas Eccleſiaſtica eſt ad gubernandum accommodatè ad finem ſupernaturalem, laica ad naturalem. 97.b
Poteſtas Eccleſiaſtica laicæ, ei ſubiectæ, & ſubordinatæ ratione finis imperat. ibid.c
Poteſtatis Eccleſiaſticæ ſupra laicam nobilitas, atque eminẽtia ex obiecto, & fine. ibid.
Poteſtas Eccleſiaſtica, & laica abſque vi coerciua fuiſſent in ſtatu innocentiæ, fuiſſentque in eodem ſubiecto, inſtituique ab hominibus poſſent naturali, ac fidei lumine. ibidem d
Poteſtatem eccleſiaſticam legis naturæ inſtituere potuerunt homines, poſita fide ſupernaturali, quæ tunc erat, & remedio contra peccatum, quod de iure erat diuino poſitiuo. ibid.d
Poteſtas eccleſiaſtica, & laica poſt peccatum coerciuam vim habuerunt adiunctam. ibid.
Poteſtas eccleſiaſtica legis ſcriptæ à Deo fuit inſtituta; ſupernaturalis tamen non erat quoad effectum, & in multis coniuncta fuit in eodem ſubiecto cum laica. 98.c
Poteſtas eccleſiaſtica legis gratiæ ſupernaturalis eſt, à ſoloq; Deo potuit proinde inſtitui. 99.b
Poteſtas eccleſiaſtica de iure eſt diuino à Chriſto inſtituta, laica de iure humano à Republica inſtituta, & collata principi. 100.c
Poteſtas Summi Pontificis vna in vniuerſo orbe, & cur ita inſtitui oportuit, laica ſuprema multiplex. ibid.d
Poteſtatis Summi Pontificis nobilitas, & excellentia. 101.a
Poteſtas quotuplex ex familiæ communitate oriatur. 102.a
Poteſtas viri in vxorem quanta, eſtque iuris naturalis. ibidem.
Poteſtas parentum in filios quanta, eſtque de iure naturali. ibidem b
Poteſtas dominorum in ſeruos quanta, & quo ſenſu de iure naturali. ibid.c
Poteſtas in perſonas liberas in earum commodum præcipuè ordinatur, poteſtas verò in ſeruos præcipuè in dominorũ vtilitatem. ibid.d
poteſtas reipublicæ in partes, non à partibus, ſed naturali iure à Deo eſt immediatè. 103.a
Poteſtatum ſupremarum ciuilium, regiminumve variæ ſpecies, vnde ortum habuerint. 106.c
Poteſtatum ciuilum ſupremarum tres ſpecies, Monarchia, ſeu Regia, Ariſtocratia, & Democratia. ibid.
Poteſtas regia varijs modis poteſt inſtitui. 107.a
Poteſtas leges condendi quanta in Rege. ibid.b
Poteſtas regis in Rempublicam belli iure ſibi ſubiectã tanta eſt, quantam potuit magnam Reſpublica ipſa concedere. 104.b
Poteſtas Regis non ſolùm eſt in ſingulas Reipublicæ partes, ſed etiam in totam: tametſi tota poſſit ei reſiſtere, ſi tyrannus, & iniuſtus ſit. ibid.
Poteſtas Ariſtocratia variè poteſt conſtitui. ibid.
Poteſtatis Ariſtocratiæ leges ſenatus conſulta appellantur. ibidem c
Poteſtas Democratia variè poteſt conſtitui. ibid.
Poteſtatis democratiæ leges plebiſcita nuncupantur. ibid.
Poteſtates ſupremæ ciuiles quædam iure diuino poſitiuo à Deo emanarunt, & quædam iure belli comparatæ ſunt. 109.c
Poteſtates reliquæ ciuiles à ſuprema emanarunt in vnaquaque Republica. ibid.d
Poteſtas regis in ſibi ſubditos quanta, & quæ. 112.c
Poteſtas Regia, aut alia ſuprema in Republica deſcendit à naturali iure, ſed ſimpliciter eſt de iure humano. 114.c
Poteſtates omnes laicæ qua ratione ſint à Deo, & quamuis multæ de iure ſint humano, de iure tamen naturali eſt, vt illis pareatur. 115.c.d
Poteſtatem plenam iuriſdictionis temporalis habet Summus Pontifex in terris Eccleſiæ, patrimoniove Petri. 127.a
Poteſtas temporalis licet cum Eccleſiaſtica non repugnet in eodem ſubiecto, & qui in prælatos eliguntur, retinere poſſint temporalem iuriſdictionem, ſi quam habeant, multique pontificatus annexam habeant iuriſdictionem temporalem, neque tamen illa eſſe debet maior, quàm oportet, & per adminiſtros exerceri debet. ibid.
Poteſtas ſpiritualis Summi Põtificis annexam habet pleniſſimam iuriſdictionem in temporalia, quantum finis ſpiritualis poſtulat. 131.d
Poteſtas Summi Pontificis ad temporalia quantum poſtulat finis ſpiritualis, non laica, ſed Eccleſiaſtica iuriſdictionis temporalis appellanda eſt. ibid.d
Poteſtas ad temporalia quantum poſtulat finis ſpiritualis, etiam Epiſcopis in ſibi ſubditos ineſt. 135.a
Poteſtas eſt in prælatis cogendi ſeculares, vt debitum ſubſidium tribuant pro adminiſtratione ſpiritualium, & quando grauis Eccleſiæ vniuerſalis neceſſitas occurreret, poſſet Summus Pontifex cogere Principes omnes Chriſtianos, & cæteros fideles, vt auxilium ferrent. ibid.b
Poteſtas ſpiritualis cenſuris eſt prius exercenda à Summo Pontifice, quàm temporalis, quando vtraq; poteſt vti, niſi præſens periculum aliud omnino poſtularet. ibid.c

Præceptum.

Præcepta Apoſtolorum, quatenus rectores Eccleſiæ erant, de iure ſunt humano. 12.d

Prædium.

Prædium vrbanum quid. 62.c
Prædium ruſticum quod. 63.c

Prælati.

Vide Epiſcopi.

Presbyter.

Presbyter à patria non exit poteſtate. 933.b

Præſcribere.

Præſcribitur ius eligendi, & alia ſimilia poſſeſſione temporis ad præſcribendum neceſſaria; eſto non oſtendatur titulus. 75.d
Præſcribitur ſine titulo ius vſu temporis de cuius non extat memoria, modo de mala fide non conſtet. 76.c
Præſcribere item in iure Cæſareo, atque apud Latinos antiquos, quod excipere. 235.c

Præſcri-

Præſcriptionis vocabulum in iure canonico, & apud vtriuſque iuris interpretes ſumitur pro vſucapione, & in ea ſignificatione vſurpatur hodie. 236.b

Præſcriptionis, ſeu vſucapionis definitio. ibid.c.

Præſcriptio, ſeu vſucapio dicitur tū de acquiſitione dominij. præexiſtentibus conditionibus omnibus vt poſſeſſione acquiratur, tum etiam de poſſeſſione, quæ eſt tendentia ad domini acquiſitionem; & hoc modo interrumpi & impediri poteſt præſcriptio non priori. 237.a

Præſcriptio non eſt præcipuè in pœnam negligentiæ, neque exigit negligentiam in eo, aduerſus quem præſcribitur. 237.b

Præſcriptio latius patet, quàm vſucapio. ibid.

Præſcriptionis, vt latius patet quàm vſucapio, definitio. ibi.d

Præſcriptio vim habet vniuerſim in foro conſcientię. 239.a

Præſcriptione dominium, etiam directum rerum immobilium comparatur. 241.b

Præſcriptio ciuilem poſſeſſionem exigit. 202.b

Præſcribere non poteſt rem immobilem abſentis, aut ignorantis, qui interim poſſeſſionem naturalem rei illius occupauit, neque qui ab hoc emptam, aut aliter alienatam eam obtinet. ibid.c

Præſcribere non poſſunt, colonus, conductor, & depoſitarius res, quas illis titulis habent, neq; tertius, qui ab eis res eas immobiles, domino inſcio, aut abſente bona fide emit, eò quòd hi poſſeſſionem non habeant ciuilem. ibid.

Præſcribere licet non poſſint emphyteuta, aut fructuarius proprietatem, neque tertius, qui ab eis rem accepit inſcio, aut abſente proprietario, eò quòd ciuiliter non poſſideant, vtile tamen dominium præſcribere poſſunt. ibid.d

Præſcribunt, qui alieno nomine poſſident, vt tutor, curator, procurator, ſeruus, & filius, non ſibi ſed ijs, quorum nomine poſſident. 243.a

Præſcribere non poteſt, qui poſſeſſionis, aut dominij capax non eſt: & ideo laici res ſacras, neque ius decimarum eo modo, quo Eccleſiaſtici eas percipiunt, præſcribere non poſſunt. ibid.

Præſcribere non poteſt religioſus profeſſus nomine proprio. Idem de coadiutoribus noſtræ ſocietatis. ibi b

Præſcribi ſine poſſeſſione bona fide non poteſt. ibi.b

Præſcriptio vt inchoetur, non ſatis eſt vt reſpondeat cum dubio an poſſidentis ſit, ſed requiritur, vt abſq; dubio credatur eſſe poſſidentis. 244.c

Præſcriptio non interrumpitur, ſi poſt inchoatam ſuperueniat dubium an res illa ſit poſſidentis, modo poſſidens efficiat moralem diligentiam vt ſciat, an ſit ſua. ibid.d

Præſcriptionem impedit mala fide poſſeſſio, qua quis credit, rem, quam poſſidet eſſe vnius, cum tamen alterius ſit, ad quem inuincibiliter ignorat pertinere. 246.b

Præſcriptionem licet non interrumperet ea mala fidei poſſeſſio, qua quis ſuperueniente dubio ſpeculatiuo an res ſit ſua, practicè dubitat, an poſſit illam retinere, ſi communibus præſcriptionis legib. ſtaremus, ex peculiari tamen ciuili lege eam interrumpit. ibid.b

Præſcriptionem non impedit circa vnam partem dominij, aut circa vnum ius, mala fides circa aliam eiuſdem dominij partem, aut circa aliud in eadem re ius. ibid.c

Præſcribere, vt quis poſſit, non requiritur verus, ſed præſumptus titulus, qui vſucapiendi conferre dicitur conditionem. 247.a

Præſcribi non poteſt cum ignorantia affectata, aut craſſa, quin potius obligationem reſtituendi ex parte iniuſtæ acceptionis inducit. ibi.b

Præſcriptio non fit, etiam in conſcientiæ foro, cum poſſeſſione bona fide ex ignorantia iuris etiam inuincibili. ibid.c

Præſcriptio vt non ſit duplex mala fides diſtinguitur. 2.9.a.b

Præſcriptio nec tempore, quo ſine titulo alioquin præſcriberetur ſit, quando poſſeſſio eſt ex ignorantia iuris. 250.a

Præſcriptio ex poſſeſſione a tempore, cuius initij non extat memoria præſumitur cum bona fide, atque adeo ſine iuris ignorantia. ibi.c

Præſcribit, qui poſſidet ab eo, qui ex ignorantia iuris tradidit, quoniam accipiens ſolam facti ignorantiam videtur habere. ibid.

Præſcriptionem non impedit ignorantia iuris valde obſcuri. ibid.d

Præſcriptionem impedit iuris ignorantia, etiam in ruſtico, milite, & muliere. ibid.

Præſcriptioni ſucceſſoris particularis mala fides autoris non obſtat, tametſi non computet tempus poſſeſſionis authoris, & quando res immobilis abſentis decem, aut viginti annis erat præſcribenda, ante triginta non præſcribatur. Quis item autor, ſucceſſor particularis, & vniuerſalis dicatur. 251.a

Præſcriptionem vt compleat ſucceſſor, computat tempus autoris, id eſt, anteceſſorum, poſſeſſorum, ſi bona fide illi poſſederunt, ſecus ſi mala. ibid.c

Præſcriptioni ſucceſſoris vniuerſalis, hoc eſt, hæredis, adeò nocet mala fides autoris, vt eſto ſucceſſor bona fide poſſideat, inuentariumque confecerit, ipſius bona fide poſſeſſio nihil omnino, vt ipſe præſcribat, inſeruiat. ibi.d

Præſcriptioni tertij hæredis, licet non inſeruiat poſſeſſio bona fide prædeceſſoris, quando anteceſſor primus mala fide poſſedit, tempus tamen ſuæ propriæ bona fide poſſeſſionis inſeruit. 252.b

Præſcribere beneficium, aut dignitatem cum bona fide quis poteſt aduerſus tertium, non computando tempus poſſeſſionis ſui prædeceſſoris quando prędeceſſor mala fide aduerſus eundem tertium poſſidebat. ibid.c

Præſcribere non poteſt hæres ſuus titulo hæredis, tempore ad præſcribendum cum titulo ſufficiente, quando anteceſſor titulum non habebat, ſecus de heredib. non ſuis. Et qua alia ratione hæres ſuus pręſcribere etiam eodem tempore poſſit. ibid.d

Præſcriptio cum mala fide iure canonico abrogata, nullibi inter Chriſtianos locum habet. 253.c

Præſcribitur actio, & pœna ex lege pœnali reſultantes, tam a delinquente, quàm ab heredibus, cum ſcientia, quòd illa aduerſus delinquentem competant, preter quam in heretico, & heredibus illius, quando bona illius poſt patratum delictum poſſident cum ſcientia quod delictum ſit commiſſum. ibid.d

Præſcribitur pœna etiam poſt latam ſententiam, & cum ſciētia, quòd lata ſit, quando executio non incumbit delinquenti, neque exigitur. 254.b

Præſcriptione non extinguitur debitum, quod non in pœnam, ſed pro damno dato, aut alia ratione debetur, cum ſcientia, imò cum ignorantia craſſa, quòd debeatur, ſecus cum ignorantia inuincibili. 255.a

Præſcriptio non habet locum, quando abſque peccato debitum propter impotentiam, iuſtumve impedimentum, nō ſoluitur cum ſcientia, quòd debeatur. ibi.b

Præſcriptio debiti defuncti locum non habet in ſucceſſore vniuerſali, eſto in eo adſit bona fides, quando mala fide defunctus non ſoluit, ſecus ſi in defuncto adfuit bona fides, tunc enim ſucceſſor vtitur acceſſione temporis defuncti. ibi.c

Præſcribi nequit ius eligenti, ſeruitutis, aut alterius ſimilis per vſum cum ſcientia, & patientia eius, aduerſus quem præſcribitur, ſi adſit ſcientia, quod ad vtentem non pertineat, aut affectata, vel craſſa ignorantia 256.a

Præſcribi non poteſt aduerſus ius ſeruitutis vrbanę cum ſciētia, quod debeatur tempore, quo alius ea non vtitur. ibid. c

Pręſcribi poteſt aduerſus ius ſeruitutis ruſticę cum ſcientia, quòd debeatur tempore, quo alius ea non vtitur. ibid.d

Pręſcriptio mercedum famulorum, & quorundam aliorum debitorum, locum non habet in conſcientiæ, & exteriori foro cum ſcientia, quòd debeantur, nihil impedientibus Caſt. & Luſit. iuribus. 257.d

Pręſcribuntur cum titulo res mobiles triennio, etiamſi Eccleſię Romanę ſint. 259.b

Pręſcribuntur res mobiles ſine titulo 30. annis, etiam aduerſus Romanam Eccleſiam. ibid.c

Pręſcribuntur aduerſos priuatos res immobiles cum titulo, inter pręſentes decem annis, inter abſentes viginti ſine titulo, inter vtroſque triginta, & qui pręſentes, & abſentes dicantur. ibid.d

Pręſcribitur quanto tempore hypotheca aduerſus creditorē, cui erat ſubiecta. 260.d

Pręſcribens maioratus rem aliquam tanquam bonum maioratus accreſcit maioratui, eſto comperiatur poſtea de bonis maioratus non fuiſſe, ſecus ſi rem pręſcribat, non tanquam maioratus: pertinet enim tunc ad ipſum, & ſucceſſores ipſius. 261.c

Prę-

Præſcribitur beneficium, non aduerſus eccleſiam, ſed priuatum, cum colorato titulo decem annis inter præſentes; & viginti inter abſentes. Sine titulo autem non præſcribitur bona fide. Beneficij verò titulus non poteſt acquiri præſcriptione, eo quòd beneficium ſine canonica inſtitutione nō poteſt licite obtineri. 261.c

Præſcribitur ius patronatus aduerſus priuatum, cum titulo decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes, & ſine titulo triginta. 262.a

Præſcribitur aduerſus priuatum Eccleſiaſtica emphyteuſis, aut feudum triginta annis ſine titulo, & cum titulo, viginti inter abſentes, & decem inter præſentes. ibid.c

Præſcribitur vſusfructus cum titulo collato ab eo, qui non poterat, decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes, & triginta ſine titulo. ibid.d

Præſcribuntur ſeruitutes reales cum titulo decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. ibid.

Præſcriptionis ſeruitutis negatiuæ, vt quòd alius non altius tollat, itemque iurium, quæ in negatione conſiſtunt, vt quòd alius non venetur, aut non eligat, non prius incipit tempus, quàm alius, aggrediens facere oppoſitum impediatur: eò quòd non antea incipiat poſſeſſio talis ſeruitutis, aut iuris. 263.a

Præſcribuntur ſine titulo continuę, aut quaſi continuæ, ſeruitutes decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. diſcontinuæ verò non minori tempore, quàm de cuius initio non extat memoria. ibid.b

Præſcriptio vt ſit ſine titulo ſeruitutum cōtinuarum, aut quaſi continuatum, poſſeſſio requiritur, quę ſine titulo eſſe nō poteſt, niſi per vſum non vi, nec precario, cum ſcientia & patientia domini prædij. ibid.c

Præſcriptio ſeruitutis diſcontinuæ per vſum, de cuius initio non extat memoria, vim tituli habet, neque neceſſe eſt probare ſcientiam & patientiam domini, ſed ſolum vſum. Cū diſcontinuis verò ſeruitutibus hac in parte computatur ius paſcendi in prædijs alienis. ibid.

Præſcribitur ſine titulo per non vſum illius decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes ea vrbana ſeruitus, quæ, vt præſcribi incipiat aduerſus eum, qui in poſſeſſione eſt illius, vltra non vſum eius, qui in ea eſt poſſeſſione, exigit actum dñi prædij, quo poſſidenti contraueniat; modo tamen non vſus illis decem aut viginti annis computetur à puncto actus, quo ei contrauentum eſt, adſitque bona fides toto eo tempore in eo, qui præſcribit. ibid.d

Præſcribuntur ſine titulo reliquæ ſeruitutes per nō vſum poſſidentis decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, eſto adſit ſciētia, quòd ad eum, aduerſus quem præſcribitur, pertineat. Excipitur, quando ſeruitus eſt ad vtendum per maiora interualla, quàm dierum; nam tunc exigitur tempus duplicatum. 264.b

Præſcribuntur regulariter de iure communi actiones ciuiles, & debita, quæ illis exigi poterant, triginta annis, modo ad debita præſcribenda adſit bona fides. ibid.d

Præſcribantur quanto tempore de iure Caſt. actiones varię ciuiles, & debita. ibid.

Præſcribitur actio, quæ alioquin decennio, aut longiori tempore durat, aduerſus Eccleſias, & pia loca, quadraginta, & aduerſus Romanam Eccleſiam centum annis. 265.a

Præſcribuntur actiones, quæ breuiori tempore durāt, eodem tempore aduerſus Eccleſiam, & priuatos. ibid.b

Præſcriptio immobilium, & eorum, quæ cum immobilibus computantur, locum non habet aduerſus Eccleſiam, niſi quadraginta annis, & centum ſi Romana ſit etiam, ſi Eccleſia ſit, quæ aduerſus Eccleſiam præſcribat; aduerſus eos verò, qui gaudent priuilegijs ordinis D. Benedicti, locum non habet, niſi ſexaginta annis, atque in his præſcriptionibus titulus non eſt neceſſarius. ibid.d

Præſcribere ſi quis incipiat aduerſus priuatum, & res illa incipiat pertinere ad Eccleſiam, ad complendam præſcriptionem ſatis eſt complere in eadem proportione temporis aduerſus Eccleſiam, in qua deerat aduerſus priuatum. Idem eſt ſi incipiat præſcribere aduerſus Eccleſiam inferiorem, & res tranſeat ad Eccleſiam Romanam, vel ad monaſterium, gaudens priuilegio Benedictinorum. 267.a

Præſcribent, totus ſit in cōtrarium, aut aliunde aduerſus eum ſit præſumptio poſſeſſionis mala fide, niſi vel oſtendat titulum, vel poſſederit tempore de cuius initio nō extet memoria, inualida erit præſcriptio triginta, aut quadraginta annorum. ibid.

Præſcriptio aduerſus bona fiſco iam incorporata locum non habet, niſi quadraginta annorum cum bona fide. 267.d

Præſcribuntur res fiſco nondum incorporatæ, eaque ratione debitæ, quod ob non ſolutum tributum fiſco addicantur, quinquennio. 268.a

Præſcriptio nullo tempore habet locum in hæreticorum bonis, niſi ſucceſſores in illis ea poſſederint quadraginta annis cum ignorantia delicti. ibid.

Pręſcribuntur aduerſus fiſcum bona omnia ipſo iure fiſco debita quinquennio à morte delinquentis, ſolo hæreſeos crimine excepto. ibid.b

Præſcribuntur aduerſus fiſcum bona vacantia cum bona fide etiam ſine titulo, quadriennio, modo denunciatio eorum facta ſit fiſco. 269.a

Præſcribuntur bona vacantia, quorum denunciatio facta nō eſt fiſco, & vniuerſim bona fiſco nōdum incorporata, quorum nō eſt facta peculiaris exceptio in iure eo modo quo bona priuatorum. ibid.

Præſcribuntur aduerſus fiſcum eccleſiaſticum bona illi debita, ſiue incorporata illi iam ſint, ſiue non, quadraginta annis, & centum, ſi fiſcus ſit Eccleſiæ Romanæ. Excipiuntur bona hæreticorum. ibid.b

Præſcriptio non datur aduerſus ea, quæ Summo Pontifici ex ſuo munere competunt. ibid.b

Præſcribi nullo tempore poſſunt tributa, & cenſus, quæ principi in ſignum ſubiectionis debentur. ibid.d

Præſcribi nequit, quod ſupremæ poteſtati eſt innatum, quatenus ſuper omnes eſt, vt quod ad eum non appelletur, quòd coercere ſubditum non poſſit, quando ratio poſtulat. & quòd nullis illius legibus pareatur. ibid.d

Præſcribi non poſſunt bona coronæ Regni minori ſpatio, quam centum annorum. Idem eſt de bonis ciuitatum. 270 d

Præſcribuntur bona Regis, quæ neque coronæ ſunt, neque ad fiſcum ſpectant, ut bona cuiuſuis alterius priuati. 271.a

Præſcriptio longiſſimi temporis triginta aut plurium annorum titulo non indiget, niſi quando ius eſt in contrarium poſſeſſionem prohibens, aut eſt præſumptio malæ fidei, vel probatur poſſeſſio temporis, de cuius initio non eſt memoria. ibid.b

Præſcriptio non habet locum, quando conſtat apertè de poſſeſſione mala fide, aut ex ignorantia iuris, etiamſi poſſeſſio ſit à tempore cuius initij non extat memoria. 271.c

Pręſcribi nequit exemptio à decimis breuiori tempore, quàm annorū quadraginta cum titulo, aut tempore, de cuius initio non extat memoria. 273.a

Præſcriptio iuris, vt laicus decimas recipiat, nō habet locum ſine titulo, etiamſi poſſeſſio temporis, de cuius initio non extat memoria, probetur, niſi probetur anteceſſores ante annum poſſediſſe. ibid b

Præſcribitur quadraginta annis ſine titulo conſuetudo, vt locus aliquis decimas non ſoluat, non tamen ſine titulo quadraginta annis priuatus id præſcriberet; quoniam cōſuetudo diuerſum quid eſt à præſcriptione priuati. 273 b

Præſcribi nequit ius patronatus Eccleſiæ liberæ, etiam tempore de cuius initio non extet memoria. Excipitur, quando certum non eſt, eccleſiam eſſe liberam: atque tunc, ſi parochiani ſint, qui præſcribant, quadraginta annis ſine titulo præſcribent. ibid.b

Præſcribi poteſt tempore, de cuius initio non extat memoria, ius præſentandi, aut eligendi rectorem, aut prælatum in Eccleſia collegiata, eſto patroni eiuſmod: Eccleſiarum id iuris non habeant, niſi id deduxerint in pactum, fueritque eis conceſſum tempore fundationis aut dotationis talium Eccleſiarum. ibid.d

Præſcribi ſine titulo bona aliqua tanquam maioratus aduerſus eos, qui, ſi vinculata non eſſent, in eis ſuccederent, non poſſunt, niſi tempore de cuius initio non extat memoria, & quales teſtes eſſe, quid teſtificari debeant. 274.a

Præſcriptio, quando tempus immemoriale exigit ſine titulo, ſufficit ad eam cum titulo tempus ordinarium, habita ratione rei, quæ præſcribitur, & eius aduerſus quem præſcribitur. Et quando titulus neque continet apertum defectum, neq; rem efficit perſpicuam, tunc enim tempus quadraginta annorum requiritur. ibid.d

Præſcribuntur bona, vt ſint maioratus cum titulo decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. 375.a b

Præſcribat vt quis iuriſdictionem aliquam ſine titulo in Caſtellæ & Luſitaniæ Regnis, neceſſarium eſt tempus de cuius initio non ſit memoria: cum titulo vero centum annorum. ibid.c

Præſcriptio iuriſdictionis cuiuſcunque ſine titulo, aduerſus principem, regnive coronam, exigit poſſeſſionem temporis, de cuius initio non extat memoria, cum titulo verò centum annorum. 277.b

Præſcribitur iuriſdictio aduerſus priuatum, cum titulo decẽ annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, & triginta ſine titulo. ibid.c

Præſcribi aduerſus regẽ non poteſt in Luſitania iuriſdictio, etiam tempore, de cuius initio non extat memoria, niſi adſit titulus, aut ſententia, quæ in rem tranſierit iudicatam. 278.a

Præſcribi non poteſt ſine titulo, quòd tributa alij à rege ſoluantur, niſi tempore, de cuius initio non extet memoria, & tunc dummodò fama, aut vehemens præſumptio non ſit malæ fidei, alioquin neque eo tempore præſcribuntur. ibid.b

Præſcribi cum titulo non poſſunt tributa aduerſus regem, niſi ſpatio centum annorum. ibid.c

Præſcribere ſine titulo non poſſunt domini, vt ſubditi ea extraordinaria tributa eis ſoluant, quæ in Caſt. impoſitiones vocant, niſi tempore, de cuius initio non extat memoria, neque in eo, ſi fama, aut vehementia indicia ſint, fuiſſe per iniuſtitiam extorta. 279.a

Præſcribi poſſunt tributa aduerſus priuatos, cum titulo, de quo non ſit præſumptio malæ fidei, decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. ibid.c

Præſcriptio centenaria diuerſa eſt ab ea, de cuius initio non extat memoria, & idcirco probata centenaria, ſi de eius initio memoria ſit, non eſt probata illa alia. 280.a

Præſcriptio centenaria, quando præſumptio iuris eſt in contrariũ, titulũ exigit, in immemorabili verò nõ requiritur, quin potius titulus, & neceſſaria omnia ad legitimam poſſeſſionem eo ipſo interueniſſe præſumuntur. ibid.b

Præſcriptionem immemorabilem non impedit, quòd conſtet, poſſeſſionem, cui nititur, cœpiſſe poſt ducentos, aut trecentos annos, modò initium illius excedat memoriam ſenum, qui nõ ſunt, etiam ex auditu, & traditione ſuorum maiorum. ibid.c

Præſcriptio aut poſſeſſio centenaria, quomodo probetur, ibidem d

Præſcriptio, ſeu poſſeſſio immemoriabilis, quomodo probetur. ibid.

Præſcribitur aduerſus legem ciuilem conſuetudine in contrarium decem annorum. 281.a

Præſcribitur aduerſus legem canonicam conſuetudine in cõtrarium quadraginta annorum. ibid.

Præſcriptio dicitur interdum non currere, quia nondum inchoari cœpit. 282.b

Præſcriptio, quæ titulo non indiget, vt currat, aut inchoetur, ſatis eſt poſſeſſio, & bona fides, quæ vero titulo indiget, vltra illa duo requirit titulum. Quare eadem res prius poterit inchoari præſcribi longiore præſcriptione, quæ titulo non indiget, quàm breuiori, quæ illo eget. ibid.c

Præſcriptionem inchoari impediunt, quæ eam dormire, aut interrumpi faciunt, modo, antequam inchoetur, adueniãt. ibid.d

Præſcriptio interdum non currere dicitur, quia ea, quæ iam incepit, ceſſat, & quaſi dormit, ita vt deducto tempore, quo dormire dicitur, tempus præteritum à puncto quò incepit, copulari, & continuari poſſit cum tempore, quod ſequitur, quando dormire deſinit ad cõſtituendum tempus ad præſcribendum neceſſarium. 283.a

Præſcriptio incipere non poteſt in bonis aduentitijs filijfamilias, quorum pater habet vſumfructum, interim, dum eſt in patria poteſtate. Quod ſi pater aliquid eorum alienet, ſolum currere incipit prę́ſcriptio triginta annorum rei illius à puncto, quo filius patriam egreditur poteſtatem. Quæ autem in eis bonis præſcriptio incepiſſet, nunquam ad talem filium deuenirent, continuatur, & nec dormit, nec interrumpitur. 282.d

Præſcriptio incipere nõ poteſt in fundo dotali interim dum talis eſt: quæ autem inceperat, neque interrumpitur, neque dormit. 283.a

Præſcriptio incipere non poteſt in re præſcribi prohibita, vel in ſe, vel comparatione poſſidentis. ibid.b

Præſcribi non incipiunt debita ante diem, in quo erant ſoluenda. ibid.c

Præſcriptio quæ incipit, quod alius iure ſuo non vtatur, à tempore non vſus incipit: quod ſi poſtea vtatur, antequàm præſcriptio abſoluatur, interrumpitur omnino, ita vt non vſu, qui poſtea ſequetur, incipere iterũ debeat. ibi.

Præſcriptio ceſſat, ſeu dormit aduerſus Eccleſiam, quando Eccleſia vacat, & prælato caret, aut eum habet, ſed impeditum ac impotentem ad agendum. ibid.d

Præſcriptio dormit, aut ceſſat aduerſus Imperatorem, aut Regem, interim dum imperium aut corona regni vacat. ibid.

Præſcriptio dormit aduerſus Romanam Eccleſiam, tempore ſchiſmatis, aut ſede vacante. ibid.

Præſcriptio dormit aduerſus pupillum durante pupillari ætate. ibid.d

Præſcriptio dormit tempore hoſtilitatis. ibid.

Præſcriptio quouſque tempore peſtis dormiat. ibid.

Præſcriptionem interrumpi eſt, tempus præſcriptionis extingui, ineptum omnino reddi ad præſcriptionem, & quando naturaliter interrumpatur. 284.a

Præſcriptionem ciuiliter interrumpi quid. ibid.

Præſcriptio triennalis non interrumpitur litis conteſtatione, tametſi, ſi per ſententiam pronuncietur res ad alium pertinere, ſit illi reſtituenda. ibid.b

Præſcriptio cum bona fide decem, viginti, & triginta, & plurium annorum, per litis conteſtationem coram iudice competente, non verò per citationem interrumpitur, modò tamen actor non ſuccumbat, & modo conteſtatio non ſit facta malitioſè animo ſolum interrumpendi, & dilatãdi prę́ſcriptionem. ibid.c

Præſcriptio, quæ cum ſcientia, quòd res debeatur, peragitur, ſola citatione interrumpitur, aut per hoc, quod debitor pignus, aut nouam cautionem tradat. 285.a

Præſcriptio, quo pacto interrumpi valeat, quando facultas nõ eſt citandi, aut conteſtandi litem. ibid.b

Præſcriptio actionis quando interrumpitur per citationem quouſq; prorogetur tempus præſcriptionis eiuſdem actionis. ibid.d

Præſcriptionis interruprio ciuilis ſolum habet locum comparatione eius, qui litem eſt conteſtatus, aut citauit, non verò comparatione cæterorum, niſi per eam conteſtationem, aut citationem, poſſidens in mala fide conſtituatur: nam tunc naturaliter interrumpitur quoad omnes. 286.b.c

Præſcriptio interrupta poteſt de nouo incipere, ſi adſit bona fides, & quouſque ſit continuanda, vt abſoluatur, ibidem b

Præſcribi res furtiua, aut per vim ablata, etiam à tertio poſſeſſore, non poteſt tribus, decem, aut viginti annis, ſecus triginta, aut pluribus. ibid.d.287.a

Præſcribi non poteſt res communis aliquibus adhuc inter eos diuiſa ab vno illorum. ibid.b

Præſcribi liber homo in ſeruum non poteſt. ibid.c

Præſcribi non poteſt obedientia à ſubdito aduerſus eum, cui illam debet, item vt non viſitetur à prælato, & vt procuratio epiſcopo non ſoluatur, quando viſitat. Vnus tamen prælatus præſcribere poteſt aduerſus alium, vt ſubditi ad ipſum pertineant, & ab eo viſitentur, ipſique procuratio ſoluatur. ibid.

Præſcriptio licet locum habeat contra neruum diſciplinæ Eccleſiaſticæ, vt quod tempore interdicti celebrari poſſit pulſatis campanis, & alta voce, poteſt tamen ea conſuetudo reuocari. ibid.d

Præſcribi non poſſunt fines prouinciarum, epiſcopatuum, parochiarum, & quæ eis cohærent, vt ſi Eccleſia aliquo in confinio alicuius epiſcopatus ſit, modo ſufficienter conſtet, tales fines præfixos eſſe. Idem de finibus ducatuum, comitatuum, fines tamen prædiorum præſcribi poſſunt. ibid.

Præſcribi non poſſunt res in publicum vſum deputatæ, vt viæ, plateæ, pontes, &c. etiamſi populus eis vti deſinat. 288.a

Præſcribi non poteſt res poſſideri prohibita, ab eo, qui poſſidere illam non poteſt. ibid.

Præſcribi poteſt res ſine ſolemnitatibus alienari prohibita, etiam quando ſine eis alienata fuit, modo malafides ex parte poſſidentis non interueniat, & modo ex facti ignorantia, & non iuris, ſinẽ eis ſolemnitatibus alienata poſſideatur, aut accepta ſit. ibid.b

Præſcribi incipere, aut continuari non poteſt aliquid aduerſus pupillum, interim dum pupillaris ætas durat. ibidem c

Præſcriptio ſola triginta annorum aduerſus minores puberes amittitur, etiamſi titulus adſit. ibid.

Præſcriptio, quæ iam cœperat, non impeditur ex eo, quòd ea res deinceps alienari ſit prohibita, niſi fiat pupilli. 289.a.b

Præſcribuntur aduerſus ſucceſſores tempore, de cuius initio non extat memoria res vinculo maioratus affectę,aut quo uis alio modo alienati prohibitæ. ibid.c
Præſcribi nequeunt bona maioratus, & alia ſimpliciter alienari prohibita,ſpatio decem, aut viginti annorum, etiam cum titulo:ſecus triginta, aut plurium annorum ſine titulo. ibid.
Præſcriptione completa aduerſus maiorem,conceditur ei reſtitutio,ſi iuſta cauſa ſit ad eam concedendam, vt ſi dum completa fuit, erat in expeditione,aut alia ratione abſens in Reipublicæ commodum,aut erat captiuus,aut alia ſimilis. Conceditur verò quadriennio tantum,poſtquam impedimentum ceſſauit, & inuincibilis ignorantia,quod eſſet præſcriptum. Si tamen ante completam præſcriptionem impedimentum ceſſauerit, ita vt litis conteſtatione potuerit illam interrumpere, non conceditur reſtitutio. 290.c
Præſcriptione etiam temporis longiſſimi completa conceditur minori reſtitutio in integrum, vſque ad vigeſimum nonum ſuæ ætatis annum. Et eccleſiæ quatuor annis à puncto,quo completa fuit. ibid.b
Præſcriptione completa ex ignorantia inuincibili, quod aduerſus eum præſcriberetur, conceditur maiori reſtitutio aduerſus præſcriptionem 10.& 20.annorum. Et num concedatur aduerſus longiorem. 291.b
Præſcriptæ rei comparatur dominium,& licitè retinetur, interim dum per beneficium reſtitutionis minori,Eccleſiæ, aut maioribus ex iuſta cauſa conceſſum, non reperitur. ibid.c
Præſcribatur vt res quam defunctus bona fide ſine titulo poſſidebat, cenſetur habere hæres non ſuus titulum a puncto aditæ hæreditatis,ſecus de hærede ſuo. 690.d
Præſcribitur quando tempore aduerſus hæredem ſuum ius ſe immiſcendi, & occupandi hæreditatem ad ſe delatam, hæreditaſque ipſa. 693.d
Præſcribitur hæreditas, ius vt ex tranſmiſſione reſultans, aduerſus eos, ad quos iure ſanguinis eſt tranſmiſſum. 695.c
Præſcribatur quanto tempore vt ſolum quarta funeralium, aut minus quàm quarta,aut nihil debeatur. 850.c
Præſcribit hæreditatem,& res illius,qui illam bona fide tanquam hæres poſſidet,non breuiori tempore, quam 30.annorum aduerſus legitimum hæredem. Sumens tamen ab illo aliquid illius præſcribit tempore conſueto, exceptis nonnullis euentibus. 989.d

Præſens.

Præſentes,& abſentes quoad præſcriptionem qui. 260.a

Præſentare.

Præſentandi,& eligendi in rectores,& præſides Eccleſiarum collegiatarum ius habent principes Hiſpaniarum. 274.a

Præteritio.

Præteritus,ſi ſit deſcendens, aut exhæredatus, non appoſita cauſa ſufficienti exhæredationis,teſtamentum eſt nullum quoad ſolam hæredis inſtitutionem. Neque ſatis eſt, ſi quantum eſt legitima,aut pluſquam legitima,titulo legati,aut alio,qui non ſit hæredis,illi relinquat.Idem eſt intelligendum de præteritione & exhæredatione aſcendentis facta à deſcendente. 648.c
Præteritus ſi ſit,aut exhæredatus deſcendens,cauſa exhæredationis,aut præteritionis appoſita, agere poteſt deſcendens ad annullandum teſtamentum quoad ſolam hæredis inſtitutionem querela inofficioſi, ſi cauſa non probetur ſufficiens, ad teſtatoremque aut ad hæredes alios ſpectat eam probare.Idem intelligendum eſt de præteritione,aut exhęredatione aſcendentis. ibid.d
Præteritionis,& exhæredationis diſpoſitio eodem modo intelligenda eſt in filijs legitimatis, & in illegitimis, quando portio eis in bonis aſcendentium, aut deſcendentium debetur,ſicut in legitimis. 650.a
Præteritio,aut exhæredatio,ſi indebitè ſit facta,atque in teſtamento codicillaris clauſula ſit appoſita,cenſentur hæredes ab inteſtato grauati reſtituere hæredi inſtituto reliquum bonorum detractis legatis,& legitimis ipſorum portionibus. ibid.c
Prçteritio,aut exhęredatio eſto indebitè ſit facta,inualidumque proinde ſit teſtamentum quoad hæredum inſtitutionem,valida tamen eſt in Regno Caſtellæ melioratio tertij,& quinti in eo facta. ibid.
Præterito aut exhæredato indebitè aliquo, valent nihilominus nominationes ad emphyteuſin in eo factæ. 651.b
Prçteritus,ſi ſit poſthumus,aut alius,quia ignorabatur exiſtere aut futurus, inualidum eſt teſtamentum, etiam quoad legata, quod fideicommiſſa, & nominationes in emphyteuſim. Excipe legata,de quibus dubitandum non ſit ſimili modo eſſe ſtatuenda, eſto teſtator de tali filio eſſet conſcius. 652.b.c
Præteritus,ſi ſit filius ob ignorantiam quod exiſtat, aut exiſtet,& in eo teſtamento melioratio facta ſit, quando iudicanda ſit valida, & quando non. 653.a
Præteritus cur cenſeatur,& teſtamentum quoad hæredum inſtitutionem ſit nullum,eſto pluſquam legitima alicui relinquatur,ſed non titulo hæredis. 661.d
Præteriti non cenſentur iure Luſitano aſcendentes,& deſcendentes,ſi teſtator ſolum diſponat de ſuo tertio:quia cenſetur tacitè illos inſtituere in ſuis legitimis. 662.a
Præteriti cenſentur canonico iure aſcendentes,& deſcendentes,niſi titulo hæredis relinquantur illis legitimæ. ibi.b
Præteritus cenſetur filius, etiam in teſtamento inter liberos, niſi titulo hæredis ei relinquatur ſua legitima. ibid.
Præteritus cenſetur etiam in Caſtellę regno deſcendens, aut aſcendens,cui legitima alio titulo, quàm hæredis eſt relicta,eſtque proinde teſtamentum nullum hæredum inſtitutione. 654.c
Præteritio appoſita legitima præteritionis cauſa valet, ſicut exhæredatio. 655.a
Prçteritionis,& exhæredationis eſto legitima ſit cauſa, paterque eam apponat, ſi tamen nec pater, nec hæredes illam probent, filius licitè agit ad reſcindendum teſtamentum, obtinetque hæreditatem. 656.c
Præteritio,& exhęredatio,ſi teſtamentum,in quo facta eſt,ſit nullum,etiam quia hæres adire noluit hæreditatem, eſt etiam nulla. Et vtrum ex hoc capite nulla etiam ſit in regno Caſt. ibid.d
Præteriri, aut exhęredari vt quis poſſit ob delictum, eſſe debet annorum decem cum dimidio,& in fœminis ſufficere uidentur nouem cum dimidio.Si tamen delictũ ſit carnis,neceſſe eſt peruenerint ad pubertatem. 157.a
Præteritus,aut exhæredatus à patre,ſi cum iuramento renunciaſſet hæreditati paternæ,quando valet renunciatio,dicere non poſſet teſtamentum nullum, in quo eſſet præteritus. ibid.d
Præteritio,aut exhæredatio filię,aut filij, ſi talis filius aut filia conſentiat,dum pater conficit teſtamẽtum,valida ſunt, neque poteſt dicere poſtea teſtamentum nullum,eſto nulla cauſa ſit de teſtamento inſerta. 658.a
Præteritio,vel exhęredatio valet,neque poteſt deinceps dicere nullum tale teſtamentum,ſi filius ita præteritus poſt patris mortem in eo tacitè, vel expreſsè conſenſerit, & quando tacitè conſentire cenſeatur. 659.a
Præteritioni,aut exhæredationi,ſi minor conſenſum prębuit vel dum teſtamentum conficiebatur, vel poſt patris mortem,conceditur ei,ſi notabiliter læſus eſt,reſtitutio in integrum vſque ad uigeſimum nonum annum. ibid.c
Præteritus,aut exhæredatus ſi ſit unus filiorum,cauſa nõ inſerta, ſimulque inſtituti ſint hæredes alij filij in ſuis integris portionibus,eſto filius præteritus teſtamentum approbet,poſt mortem patris alij filij poſſunt dicere illud nullum ex illo capite,ſecus ſi inſerta cauſa eſſet præteritionis, aut exhęredationis. ibi.c
Præteritus,aut exhæredatus,non inſerta cauſa,ſi erat vnus ſolum filiorum,iſque ante mortẽ patris moriatur, valet teſtamentum de iure prætorio, licet de ciuili iure non valeret. ibid.d
Præteritus,aut exhæredatus filius nondum natus, non prius reddit nullum teſtamentum, quàm naſcatur viuus, & in Caſtella quàm poſt natiuitatem viuat 24 horis, & baptizetur.Quod ſi moriatur poſt patrem,recuperat vires teſtamentum. 660.a
Præteritus,aut exhęredatus ſi fuerit filius legitimè, & relicta ſobole moriatur ante patrem,auus ſuperſtes inſtituere non tenetur nepotes,neque ſuccedunt loco patris. ibid.c
Præterito filio, aut exhæredato non inſerta cauſa,per 30. tantum annos conceditur actio ad dicendum nullum tale teſtamentum,& bonorum poſſeſſio quanto tempore eidem concedatur,& quod emolumentum habeat,& num hęc locum habeant in emancipato. 660.c
Præteritus, aut exhæredatus, ſi ſit filius cauſa inſerta,ſolum per quinquennium ab adita hæreditate conceditur illi querela inofficioſi teſtamenti.Si tamen minor ſit, quinquennium

nium incipit à vigeſimo ætatis illius anno,& num hæc locum habeant in emancipato. 661.a
Præteritionis,aut exhæredationis deſcendentium quatuordecim legitimæ cauſæ. 662.c
Præteritionis,aut exhæredationis cauſam qui commiſit,abſtinere non tenetur ab hæreditate antequam exhæredetur, aut ſententia exhæredationis feratur. 667.b
Præteritionis aut exhæredationis aſcendentium cauſæ octo. 638.a
Præterire, aut exhæredare non licet ex alijs cauſis ab enumeratis,etiamſi grauiores ſint. 673.b
Præteritio,aut exhæredatio eodem modo locum non habent in caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi peculio, quo in alijs. 940.c
Vide exhæredatio.

Preces importunæ.

Preces importunæ quam raró inualidam efficiant vltimã diſpoſitionem. 458.b

Pretium.

Pretia rerum accreſcunt multiplicata pecunia, valorque ipſius pecuniæ ad res comparandas decreſcit, vt experientia in Hiſpanijs à ſexaginta annis compertum eſt. 310.a

Princeps.

Princeps dum rempublicam defendit,& ius dicit,iuſtitiæ cõmutatiuæ actum ab eo debitum exercet. 23.a
Princeps abſque traditione dominium non transfert,ſecus in donationibus. 37.c
Princeps quouſque iuri aliorum præiudicare poſſit, aut non. 636.a

Procuratio.

Procuratio, ſeu collecta Epiſcopo exhibenda quid, & quanta,& quid iure circa eas, & inhibitionem viſitatoribus,ne per ſe,aut ſuos munera accipiant,& quod circa procurationes habeat hodie conſuetudo præſcripta. 315.a

Procurator.

Procurator ſi reuocetur valida eſt reuocatio, eſto ſub iureiurando qui illum conſtituit, ſe aſtrinxiſſet, eum non reuocare. 54.b.c

Pro derelictis.

Pro derelictis quæ cenſenda. 215.d.221.d
Pro derelictis non ſunt habenda bona naufragantium,& iniquæ ſunt leges,quæ ea domino loci applicant. 222.a

Prodigus.

Prodigus, ſi bonorum adminiſtratio illi ſit interdicta, teſtari non poteſt etiam ad pias cauſas. Teſtamentum autem ante eiuſmodi interdictum factum eſſet validum. 460.b
Prodigus, cui curator eſt datus cum illius autoritate poteſt ſe alteri obligare: ſolus autem licet poſſit obligare alterũ ſibi,ipſe tamen obligari non poteſt. 908.b

Profectitia.

Profectitia bona quæ, ſunt veró regulariter quoad dominiũ & proprietatem eius parentis, à quo proficiſcuntur. 169.b
Profectitium eſt, quód filio proximé ac principaliter patris intuitu eſt datum,ad eumque parentem proinde pertinet. Contrarium affirmat Ant. Gom. quando a rege eſt donatum. ibid.
Profectitium bonum eſt, adducendumque ad partitionem, quód filius à parentibus ſuſtentatus,bonis parentum acquirit. 947.c.948.d

Profeſſio.

Profeſſione fructuarij non expirat vſusfructus,quando monaſterium bonis profeſſi ſuccedit,ſed commoditas ad monaſterium ſpectat, dum religioſus ille viuit. Idemque eſt in vſufructu patris quoad bona ante profeſſionem filio acquiſita. 54.a
Profeſſio exhæredati cauſam exhæredationis abolet. 677.b
Profeſſio hæredis grauati non facit fideicommiſſum tranſire ad fideicommiſſarium, niſi ſit ordinis minorum, aut noſtræ ſocietatis, vel ad coadiutoris gradum in ea admittatur,& quid quando relictum fuit ſub conditione adbuc pẽdente,aut in tempus poſt profeſſionem. 725.b
Profeſſio patris, aut filij eximit filium à patria poteſtate. 475.b.c.933.c
Vide religioſus.

Promiſſio.

Promiſſio exhibitione non conſummata regulariter eſt nulla, quando facta fuit ob cauſam exiſtimatam, neque exiſtentem. Si tamen conſummata fuit,ſæpe non eſt nulla. 832.b
Promiſſio iuramento confirmata. Vide iuramentum.
Vide donatio.

Proprietas.

Proprietas quid. 33.c.d

Proſcriptio.

Proſcriptio, & deportatio qualiter iure communi fierent. 50.d

Prouincia.

Prouincia vna prohibere poterit extraneis commertium,habitationem, imó & portum,quibus non extremé in digeãt in ea. 386.b

Prudentia.

Prudentia alia monaſtica,alia politica. Hæc alia architectonica,ſeu regitiua,alia politica preſſe. 2.c

Pubertati proximus.

Pubertati proximus quis. 907.d

Publicatio teſtamenti.

Publicatio teſtamenti quando neceſſaria, & quomodo fiat. 437.b

Pugnare.

Pugnare in quibus euentibus liceat clerico,imo iure naturali ad id ſub lethali culpa teneatur. 395.c
Pugnare in quibus euentibus non licet Eccleſiaſticis in bello iuſto diripere poſſunt hoſtium bona,vt alij de exercitu, quando non conſtaret de contraria ducis voluntate. 396.a
Pugnare clericos quando id eis non licet,culpa eſt lethalis,ſi in maioribus ordinibus ſint conſtituti, quæ pœnæ ſint eis conſtitutæ, & quid de beneficiarijs, & alijs in minoribus conſtitutis,& de religioſis laicis. ibid.b
Pugnare bello iuſto licitum eſt die feſto, etiam omiſſo ſacro,ſi id neceſſitas, aut commoditas belli poſtulet. His cauſis ceſſantibus forté nec uenialis erit culpa, ſacro audito,ſi adſit commoditas. 401.d
Pugnare nefas eſt Chriſtianis captiuis aduerſus Chriſtianos quemquam percutiendo. 610.a
Vide bellum.

Punire.

Puniri cur ſolus filius poſſit ob delictum patris, præſertim quando ſub patria eſt adhuc poteſtate. 104.a
Punire pęna atroci ſoli iudici conuenit,non veró parentibus, aut alijs. 429.d
Punire pæna domeſtica,& ſimilibus,parentibus,& multis alijs quouſque conueniat, neque idcirco excommunicationem incurrunt,ſi puniant in minoribus ordinibus conſtitutos. 930.a
Puniens laicos ſimili pœna ordinibus ſacris initiatos excommunicationem incurrit,eſto pater ſit. ibid.b
Vide pęna.

Pupillus.

Vide minor.

Quarta.

QVarta Trebellianica. Vide Trebellianica.
Quarta funeralium. Vide ſepultura,& Epiſcopus.

Quaſi caſtrenſia.

Quaſi caſtrenſia bona quæ. 939.b

Quintum bonorum.

Quintum in Caſtella ante tertium eſt extrahendum de aceruo bonorum defuncti. 954.d

Realis actio.

REalis actio reſpondet iuri in re, perſonalis veró iuri ad rem. 21.a

Regia poteſtas, ac regimen.

Regia poteſtas & aliæ vnde ortum habuere. 93.d
Regia poteſtas varijs modis poteſt inſtitui. 107.b
Regium ſeu Monarchę regimen cæteris præſtantius. 109.a
Regia, & quæuis alia ſuprema poteſtas in republica deſcendit à iure naturali, & eſt ſimpliciter de iure humano reipublicæ. 114.c
Vide Rex.

Regimen.

Regimen liberorum potiſſimum in eorum commodum,ſeruorum veró in dominorum vtilitatem præcipué ordinatur. 103.a

Re-

Regiminis, poteſtatumve variæ ſpecies vnde habuerint ortum. 106.c
Regiminis ſupremi ciuilis tres ſpecies, nempe Monarchicū, Ariſtocratium, & Democraticum. ibi.
Regimen regium, ſeu Monarchiæ cæteris præſtantius. 109.a

Regimento.

Regimento, quod in Caſtella vocant, aut officium ſimile, ſi emptum ſit conſtante matrimonio, annumerandum quoad æſtimationem eſt cum bonis ſuperlucratis, & dimidiū pertinet ad vxorem, aut ad hæredes illius, & quid quando matrimonium contractu medietatis fuit celebratum 975.b

Regnum.

Regnum, monarchiave quid. 105.c
Regnum, aut prouincia prohibere extraneis poteſt commercium, habitationem, & portum in ea. 386.b
Vide Rex.

Religioſus.

Religioſis venatio quouſque prohibita ac indecens. 107.a
Religioſus profeſſus preſcribere non poteſt nomine proprio. Idem eſt de coadiutoribus noſtræ ſocietatis. 243.b
Religioſa acquiſita per fornicationem tradere tenetur monaſterio. 346.d
Religioſus ſi quid det ob fornicationem, amoremve turpem, obnoxium eſt reſtitutioni monaſterio, etiam ſi ſuperior monaſterij ſit, qui id dedit. 347.b.478.b
Religioſos pugnare quando eis non licet, quale peccatum, ſiue in ſacris ordinibus ſint conſtituti, ſiue non. 494.c
Religioſi teſtari poſſunt ante ingreſſum in nouitiatum, & toto tempore nouitiatus etiam ſine facultate ſuperioris, & quid quoad hoc ultimum in noſtra ſocietate. 467.d
Religioſi profeſſio ante decimum ſextum ætatis annum expletum, & ante integrum probationis ab habitu ſuſcepto facta, eſt nulla. 469.c
Religioſi nouitij renunciatio bonorum niſi intra duos menſes ante profeſſionem, & de facultate Epiſcopi, aut ipſius vicarij fiat, eſt nulla, etiam ſi iuramento ſit confirmata. Neque tunc vires habet, niſi dependenter ex eo, quòd profeſſio ſequatur. ibid.d
Religioſi nouitij finito probationis anno admitti ad profeſſionem, aut expelli à monaſterio debent, ſola ſocietate Ieſu excepta. ibid.d
Religioſorum nouitiorum bona dari monaſterio, aut ab eo accipi non poſſunt ante emiſſam profeſſionem ſub excommunicationis pæna, excepto ſolo victu, & veſtitu nouitij. 470.a
Religioſi nouitij teſtamentum non gaudet priuilegio militis quoad ſolemnitatem. 471.a
Religioſi teſtamentum factum tempore nouitiatus, aut dum ingredi religionem parabat, profeſſione non annullatur. ibid.b
Religioſi teſtamentum factum antequam de ingreſſu religionis cogitaret, profeſſione non annullatur. Excipitur quando in ingreſſu dixit ſe, & omnia bona ſua offerre monaſterio. 471.d
Religionum quæ monaſteria ius habeant ad bona ſuorum religioſorum, & quæ non. 472.c
Religioſus nouitius ſi inteſtatus diſcedat, bona ipſius pertinent ad hæredes ab inteſtato, & non ad monaſterium. 473.a
Religioſus eo ipſo quod profitetur, bona omnia ipſius, de quibus nō diſpoſuerat antea, pertinent ad monaſterium, tenetur tamen monaſterium ad debita illius ante profeſſionem contracta iuxta vires bonorum. ibid.
Religioſus ſi ante profeſſionem condiderat teſtamentum, in quo aliquem hæredem inſtituerat, neque aliud expreſſit, emiſſa profeſſione pertinent bona ipſius quoad vſumfructum ad monaſterium, vſque ad mortem talis religioſi. Quod ſi hæres ante religioſum moriatur, pertinent pleno iure ad monaſterium. ibi.b
Religioſus ad cuius bona ius non habet monaſterium, ſi teſtamentum condiderat, ſtatim emiſſa profeſſione bona illius pertinent pleno iure ad hæredem, ſuntque illi ſtatim tradenda. ibid.c
Religioſus profeſſione emiſſa reuocare non poteſt teſtamentum quod ante illam condiderat, etiam in fauorem monaſterij. ibid.d
Religioſorum bona ita cedunt monaſterijs, vt integræ maneant legitimæ portiones filiorum, etiam naturalium quos ante ingreſſum habebat. ibid.
Religioſo profeſſionem emittente continuò tradendæ ſunt filijs legitimæ portiones, quæ neque quoad vſumfructum ad monaſterium pertinent. 474.a
Religioſo profeſſionem emittente vſusfructus, quem habebat in bonis aduentitijs filij, pertinet ad monaſterium interim dum filius in Luſitania, & Caſt. matrimonium non contrahit. ibid.b
Religioſo profeſſo defuncto ante ſuos aſcendentes, portiones in bonis illius debitæ parentibus ad parentes, & non ad monaſterium pertinent. 475.b
Religionem filio profitente non amittit pater vſumfructum, quem in bonis illius habebat, quin ſi filius ante patrem moriatur, vſusfructus ille perſeuerat cum patre interim dum uiuit. Bonorum tamen, quæ filio poſt profeſſionem adueniunt, vſusfructus pertinent non ad patrē, ſed ad monaſterium. ibid.c
Religionem patre profitente, vſusfructus bonorum, quę filio poſtea adueniunt non ad monaſterium, ſed ad filium ſpectat. 476.a
Religioſi feudum, maioratus, aut capella, quando tranſeant, ſaltem quoad commoditatem dum religioſus viuit, ad monaſterium, & quando non. ibi.
Religioſi emphyteuſis quando ad monaſterium tranſeat. ibid.d
Religioſus quæ bona poſt profeſſionem acquirit, ad monaſterium ſpectant. 477.b
Religioſus licèt teſtari non poſſit hæres poteſt inſtitui, & ſuccedere ab inteſtato. ibid.c
Religioſus propter ingratitudinem aduerſus patrem in ſeculo commiſſam exhæredari non poteſt. ibid.
Religioſus non ſibi, ſed monaſterio acquirit, neque ipſe, ſed monaſterium adit hæreditatem ad ipſum delatam. ibid.
Religioſus vt monaſterio acquirat, partim comparatur ſeruo, & partim filiofamilias, ut monaſterio fuerit vtilius. ibid.d
Religioſi legatum acceptare poteſt monaſterium religioſo ignorante, & inuito, quin & defuncto, ſi poſt teſtatorem obijt. 478.a
Religioſo ſi quid relinquatur, aut donetur ſub conditione, vt ad ipſum, & non ad monaſterium, pertineat, intelligendum eſt, quoad commoditatem. Quod ſi prælatus nō conſentiat, redditur nullum, nec conſenſus valet, niſi ad pium & licitum vſum. ibid.b
Religioſi delictum ad nihil obligat monaſterium, niſi quatenus inde factum ſit locupletius. ibi.c
Religioſi contractus quouſque obliget aut non obliget monaſterium. ibid.
Religioſi ex contractu ſine ſuperioris facultate celebrato tenetur naturaliter, quantum fuerit damni cauſa iniuſta, nō verò amplius. 479.c
Religioſi fideiuſſor ſi datus fuit, quod ſuperior ratum haberet contractum, tenetur ciuiliter: alioquin ex contractu religioſi non tenetur. ibid.d
Religioſus fugitiuus, & apoſtata quicquid acquirit, monaſterio acquirit. ibid.
Religioſus de facultate ſummi Pontificis, aut alterius ſuperioris, extra clauſtrum degens, quod acquirit, monaſterio acquirit, & quouſque ex pendere id poſſit. 480.a
Religioſo eo ipſo, quod facultas eſt conceſſa degendi in ſeculo per totam vitam, cenſetur conceſſa adminiſtratio & diſpoſitio in vita eorum, quæ acquiſierit, & quouſque. ibid d
Religioſi incluſi in alio monaſterio in pænitentiam pertinēt bona quoad vſumfructum ad ſecundum monaſterium, interim dum in eo commoratur, poſtea verò conſolidatur vſusfructus cum proprietate, & pertinet ad primum monaſterium. ibid.b
Religioſus ſi inualide profiteatur ſecundo in alio monaſterio omnia bona illius, etiam acquiſita poſt ſecundam profeſſionem, pertinent ad primum. Si vero validè, quæ acquiſierit poſt eam profeſſionem, pertinent ad ſecundum. ibid.c
Religioſus minor, aut profeſſus, vel coadiutor noſtræ ſocietatis, ſi de licentia Summi Pontificis profiteatur in alia religione, aut Epiſcopus fiat, licet non recuperet bona, quæ ad ipſum alioquin pertinuiſſent, bona tamen, quæ hęreditario iure, aut alia ratione ad ipſum deinceps pertinebūt, ſunt monaſterij, in quo profitetur, aut ipſius quoad commoditatem, dum Epiſcopus fuerit, poſt mortem verò ad Eccleſiam ſpectant. 481.b

Religioſus monaſterij, quod ius habet ad bona illius ſi profiteatur ordinem minorum, bona quæ deinceps ad ipſum iure hæreditario eſſent deuentura, pertinent ad hæredes ipſius ab inteſtato; alia verò quoad commoditatem ad monaſterium, in quo degit. ibi.d
Religioſi iniuſtè à religione eiecti bona pertinent ad monaſterium, vt anteaquam eijceretur. 482.a
Religioſus iuſtè eiectus non reincidit in arctiorem obedientiam Epiſcopo, quàm alij clerici. ibid.
Religioſo iuſtè à monaſterio eiecto eo ipſo cenſetur conceſſa vſus, & commoditas eorum, quæ deinceps acquiſierit. Eorum verò dominium, pertinet ad monaſterium, vnde fuit eiectus, ſi illius ſit capax, & tota commoditas poſt mortem eſto dominij capax non ſit. ibid.b
Religioſus in Epiſcopum aſſumptus eo ipſo acquirit, iure etiam hæreditario commoditatem, quamuis ex ordine minorum, aut noſtræ ſocietatis, ſit aſſumptus, poſt mortē verò ea bona, non ad monaſterium, vnde fuit aſſumptus, ſed ad Eccleſiam, cuius eſt paſtor ſpectant. ibid.b
Religioſus profeſſus, aut coadiutor noſtræ ſocietatis, neque ad pias cauſas teſtari poteſt. ibi.c
Religioſus profeſſus, qui liberos ante ingreſſum habebat diſponere inter illos poteſt in regno Caſt. de tertio, & inſtituere de eo maioratum. 484.c
Religioſi quales ſint hodie commendatarij in Hiſpanijs. 485.a
Religioſis à ſolo Summo Pontifice concedi poteſt facultas teſtandi non ſolum validè, ſed etiam ex rationabili cauſa licitè. 486.b
Religioſorum quatuor gradus. ibid.c
Religioſis beneficiarijs concedi à Summo Pontifice ſolet facultas teſtandi. ibid.d
Religioſo facultas ad teſtandum conceſſa intelligitur ſolum ad pia, quando aliud non exprimitur. 487.a.b
Religioſis ſimplicibus, qui in monaſterijs degunt, concedi non ſolet facultas teſtandi, & ex qua cauſa poteſt aliquando concedi. 486 d
Religioſis, qui vel in ſeculo ex facultate, vel non in perfecta communitate viuunt, concedi ſolet facultas teſtandi. 487.a
Religioſi nouitij renunciatio bonorum facta, etiam ad pias cauſas, atque confirmata iuramento eſt nulla, niſi intra duos menſes ante profeſſionem, & de licentia Epiſcopi, aut eius vicarij fiat, neque ſortitur effectum, niſi ſecuta profeſſione. 534.d
Religioſi nouitij renunciatio, aut diſpoſitio, facta ſub conditione profeſſionis, valida eſt, etiam poſt Concilium Tridētinum. 535.b
Religioſus etiam profeſſus hæres inſtitui poteſt, niſi ſit ordinis D. Franciſci, aut noſtræ ſocietatis. 537.b
Religioſus profeſſione emiſſa, etiam ſpurius, diſpenſatus manet ad ordines ſacros ſuſcipiendos, non verò vt prælatus fiat. 633.d
Religioſus licet per profeſſionem patriam egrediatur poteſtatem, retinet tamen priuilegium hæredis ſui, vt hæreditatem non aditam tranſmittat ad monaſterium. 989.c
Religioſus nec tutor, nec curator eſſe poteſt. 889 c
Religioſus eſſe poteſt executor teſtamenti, obtenta prius facultate à ſuo ſuperiori, alioquin irritum eſt quod fecerit, ſuperior autem quam facultatem poteſt ſubdito concedere poteſt ſibi vſurpare, niſi aliud præſcriptum à ſuo ſuperiori illi ſit. 993.a
Religioſo, ſi ſuperior facultatem executoris reuocet, non poterit is vlterius in executione progredi, etiam ſi res non eſſet integra; male tamen faceret ſuperior, qui ſine rationabili cauſa facultatem reuocaret. ibid.c
Religioſus, ſi ex ſui ſuperioris facultate munus ſuſcipiat, tenetur Epiſcopo rationem adminiſtrationis reddere, etiam ſi prælatus ſit religionis, poteſtque Epiſcopus illum punire, ſi eum deliquiſſe comperiat. 995.b
Religioſi minores eſſe non poſſunt executores teſtamentorum, præbere tamen poſſunt conſilium circa executionem & diſtributionem bonorum defuncti, non tamen ita, vt illud ſequi teneantur executores, etiam ſi ad id eos teſtator aſtrinxerit. ibid.c

Remigare.

Remigare. Vide captiui.

Renunciatio.

Renunciatio bonorum facta à nouitio, niſi intra duos menſes ante profeſſionem facta ſit, & de facultate Epiſcopi, aut ipſius vicarij, eſt ipſo iure nulla, etiam ſi iuramento ſit confirmata: neque tunc effectum ſortitur, niſi ſequatur poſtea profeſſio. 469.c
Renunciatio bonorum facta ante ingreſſum religionis ſine vllo intuitu ingreſſus. valida eſt, ſecus videtur dicendum de ea, quæ intuitu ingreſſus fieret. 480.a
Renunciationis nomine, etiam donatio, quæ incipit à traditione comprehendi videtur in Concilio Tridentino. ibidem d
Renunciatio bonorum, etiam ad pias cauſas, & iuramento confirmata, facta à nouitio, eſt nulla, niſi intra duos menſes ante profeſſionem de licentia Epiſcopi, aut vicarij ipſius fiat, nec effectum ſortitur, niſi ſecuta profeſſione. 534.d
Renunciatio, aut diſpoſitio nouitij, eiuſve, qui ingredi parat religionem, valida eſt, etiam poſt Concilium Tridentinū, ſi ſub conditione profeſſionis fiat. 535.b
Renunciaſſet ſi quis hæreditati paternæ cum iuramento, quando ea renunciatio valet, dicere non poſſet nullum teſtamentum patris, in quo eum præterijſſet, aut exhæredaſſet. 642.b

Repreſalia.

Repreſaliæ quid, & quando licitæ. Quod ſi princeps Reipublicæ in cauſa ſit ob ſuam culpam, quod concedantur, reſtituere tenetur ſuis ſubditis innocentibus damna ipſis illata. 425.b
Repreſaliæ ut licitè concedantur, licet minorem cauſam requirant, quàm vt bellum inferatur, exigunt tamen cauſam non leuem. ibid.c
Repreſalias is ſolus poteſt concedere, apud quem eſt autoritas bellum indicendi. ibid.d

Repræſentatio.

Repræſentatio in linea collaterali ſolum ſe extendit ad filios fratrum. 587.d
Repræſentatio filiorum locum non habet viuente ipſorum patre. 588.b.c
Repræſentatio locum non habet in filijs fratrum ad ſuccedendum ab inteſtato patruo, quando non ſuccedunt illi cum patruo, ſuperſtite fratre defuncti, ſed ſoli filij fratrum ſuccedunt: quare tunc per capita, & non per ſtirpes ſuccedunt 589 b
Repræſentant filij fratris defuncti patrem ſuum ad excludendum ab inteſtato patruum magnum, hoc eſt, fratrem patris, aut matris defuncti, cui eſt ſuccedendum. 591.a

Repudiare.

Repudiare poteſt ſemper hæres ſuus hæreditatem, ſi à creditoribus defuncti conueniatur, interim dum tacitè aut expreſsè hæreditatem non adiuit. Et conuentus intra quantum tempus adire, aut repudiare teneatur. 602.b.c

Res, & rerum diuiſio.

Rerum diuiſio qua ratione potuit introduci, neque ipſa fuit licitè introducta. 11.d
Rerum diuiſio. Vide diuiſio rerum.
Rerum quæ vſu conſumuntur, poteſt eſſe facultas ad vſum & conſumptionem ſine dominio. 456.b
Res mobiles, & immobiles quæ. Seruitutes, iura, atque actiones, quæ cum immobilibus rebus, & quæ cum mobilibus computentur. 258.d

Reſcriptum.

Reſcriptum ſi ſolum ſit contra legem, quæ ſimpliciter ſtatuit contrarium eius, quod conceditur, neque quòd conceditur, ſit in notabile præiudicium tertij, neceſſaria non eſt derogatio talis legis, etiam in generali: ſi verò ſit in præiudicium tertij, neceſſaria eſt, & ſufficit clauſula vniuerſalis, quæ dicat, non obſtantibus iuribus in contrarium. 629.d
Reſcriptum ſi ſit contra ius, quod futuris principum conceſſionibus derogat, & ſimul ſit in notabile præiudicium principis, Reipublicæ, aut alterius tertij, neceſſaria eſt clauſula, quæ in particulari deroget legi illi, dicendo non obſtante tali lege in contrarium lata, alioquin reſcriptum eſt inualidum. Sufficeret tamen clauſula generalis, quæ haberet, non obſtantibus iuribus in contrarium, etiamſi de illis ſpecialis fieri deberet mentio. Si autem non vergeret in præiudicium tertij, ſufficeret clauſula generalis, non obſtantibus quibuſcunque iuribus in contrarium. 630.a
Reſcriptum derogans iuri in Concilio generali condito, indiget, vt ſit validum, clauſula, non obſtante quocunque iure in

re in contrarium, etiam Concilij generalis. ibid.b

Reſpublica.

Reſpublica poteſtatem habet in ſingulas ſuas partes eo ipſo, quod in communitatem, rem publicamve conuenerunt.
Reipublicæ ſocietate cur indigeat homo, ad eandemque naturaliter inclinetur. 103.c
Reipublicæ poteſtas in partes, non à partibus, ſed naturali iure a Deo eſt immediatè. 105.a
Rerum publicarum tres ſpecies, Monarchica, Ariſtocratia, & democratia. 106.d
Reſpublica iure belli ſubiecta tantum regis poteſtati ſubeſt, quantum quæ maxime illi ſubeſt. 108.a
Reſpublica tota, & non ſolum partes ſingulæ ſubiacent regi, tametſi reſpublica tota poſſit regi reſiſtere, ſi tyrannicè aliquid velit in eam exercere. ibid.b
Reſpublica, quæ regimine alio regitur, poteſt ſibi eligere regem, ſufficitque ad id conſenſus Reipublicæ partis: non verò quæ regem habet, poteſt regimen in aliam ſpeciem transferre. 109.b
Reſpublica Eccleſiaſtica, & ſæcularis principum Chriſtianorum, non omnino diuerſæ, ſed ſubordinatæ reipublicæ inter ſe ſunt. Et quatenus ſecularis ab eccleſiaſtica ſit independens. 132.a.135.c
Reipublicæ, tanquam omnibus ſuis partibus ſuperiori conuenit, quando morte ſui regis multi, qui partes eius ſunt, contendunt regnum ad ipſos pertinere, ipſos audire, atque ſententiam ferre, & poſſeſſionem regni illi tradere, cui illud adiudicauerit. 381.b

Reſtituere.

Reſtituere quouſque teneantur damna, quæ feræ dederint ij, qui loca habent ad venandum interdicta. 205.d
Reſtituenda quando ſint, aut non ſint damna hoſtibus data ſine ducis, aut principis authoritate. 372.c
Vide accipere.

Reuocatio donationis, aut teſtamenti.

Reuocare poſſunt rex & ſucceſſores donationes de bonis regni malè, atque in præiudicium regni factas. 113.a
Reuocatio prioris teſtamenti in foro conſcientiæ valet quocunque modo fiat, quando conſtat uoluntatem teſtatoris fuiſſe, vt illud non valeret. 551.b

Rex.

Rex quantam poteſtatem habeat ad condendas leges. 107.c
Rex quando belli iure rempublicam ſubiecit, ita magnam in eam habet poteſtatem, quam magnam reſpublica poterat ei concedere. 108.a
Rex ſuperior eſt, non ſolum reipublicæ partibus, ſed etiam reipublicæ toti. ibid.
Regem poteſt ſibi conſtituere reſpublica, quæ alio regimine gubernatur, ſufficietque ad id conſenſus maioris partis, nõ verò Reſpublica, quæ regem habet, poteſt regimen in ſpeciem aliam transferre. 109.a
Regis tyranni quatenus ſtatuta, & iudicia vim habeant. 112.b
Regis in ſibi ſubditos quale dominium, & quanta, & ad quæ poteſtas. ibid.
Rex ad quæ tenetur. ibid.c
Rex quouſque de bonis Regni donare poſſit. ibid.d
Rex & ſucceſſores reuocare poſſunt donationes de bonis regni malè & in præiudicium regni factas. 113.a
Rex diuidere non poteſt regnum, & partem vnam dare vni, & aliam alij, neque circa illud, aut ſucceſſionẽ regni, quicquam mutare. 114.a
Reges legitimos, ac dominia habere poſſunt infideles. 117.a
Rex Iudææ non erat Chriſtus, quatenus ex Dauid deſcendebat, & multò minus totius orbis. 141.a
Rex regum, & dominus abſolutè temporalium omnium eſt Chriſtus quatenus homo. 121.a
Reges deponere, occurrente iuſta cauſa, neque id exigente bono ſpirituali ad reſpublicas ipſas ſpectat. 129.d
Reges licet deponere poſſit ſummus Pontifex, poſtulante id bono eccleſiæ, non tamen eligere loco depoſiti, quem voluerit, quando ad aliquem ſucceſſio ſpectat, aut reſpublica eligere aptum eſt parata. 133.c
Reges donare non debent de corona, aut communia loca, niſi moderatè, iuſtaque ex cauſa. 204.c
Rege mortuo, pluribuſque contendentibus ad ipſos Regnũ pertinere, ſi omnes partes ſunt eius reipublicæ ad ipſam rempublicam, tanquam ipſis ſuperiorem, ſpectat eos omnes audire, ac ferre ſententiam, tradereque poſſeſſionem regni ei, cui illud adiudicauerit. 381.b
Rege mortuo, multiſque contendentibus regnum ad ſe pertinere, ſi eorum aliquis pars non ſit eius reipublicæ, contẽdatque regnum vniendum eſſe alijs ſuis prouincijs, neque ille tenetur expectare, ſubijcereque ſe ſententiæ eius reipublicæ, neque reſpublica ſententiæ illius, & quo pacto res tunc ſit peragenda. ibid.b.c
Vide Regium, & Regnum.

Romanum Imperium.

Romanum imperium à Græcis ad Gallos quando trãſlatum. 110 b
Vide Imperator.

Ruſticum prædium.

Ruſticum prędium quod. 63.b.c

Saltus.

Saltuum principum ferę ad quem pertineant. 197.d
Vide Venatio.

Salarium.

Vide accipere.

Scholaſticus.

Scholaſtici, etiamſi in crimen inciderint, ob quod ipſo iure priuantur ſuffragio circa cathedram: interim dum ſententia non fertur, ferre illud poſſunt. 184.c
Scholaſtici libri quando conferendi, & quando non. 972.a

Scriba.

Vide accipere.

Scriptura multis communis.

Scriptura aliqua ſi communis ſit omnibus, aut pluribus hæredibus, quis eam obtinebit, & quid faciendum. 985.a

Sententia.

Sententia pretio accepto lata, quin & acceptato, eſt ipſo iure nulla. 326 b
Sententia quando pretio dato ab eo, pro quo fertur, lata ſit, non ſolum eſt nulla, ſed etiam pretium dans amittit cauſam. 327.a

Sepelire, & Sepultura.

Sepulturam in loco communi paręſciæ deligere ſibi poſſunt parochiani, ſolet tamen eſſe, qui ſepulturas ſingulis deſignet. 340.b
Sepulturam poteſt quiſque ſibi eligere extra paræciam, & loca vbi ius ſepulchri habet. ibid c
Sepulturam poteſt pater deligere filio impuberi, & in abſentia patris poteſt eam deligere mater, ſecus de filio pubere. ibid.d
Sepulturam non eligit ſibi religioſus, niſi procul à monaſterio moriatur: prælatus tamen poteſt eam illi eligere. ibid.
Sepultura non electa ſi quis decedat, ſepeliendus eſt in ſepulchro ſuorum maiorum: quod ſi pater deligit ſibi ſepulchrum, in eo eſt ſepeliendus: ſi verò maiores ſepulchrum proprium non habeant, in ſua paræſcia eſt ſepeliendus; ſi autem æquè in duabus ſacramenta ſuſcepit, locus eſt præuentioni, alioquin paræſciæ inter ſe component, vel ſtabunt iudicio prælati. 847.a
Sepulturam ſibi eligere poteſt vxor. Quod ſi eam non eligat, in ſepulchro viri vltimi eſt ſepelienda, niſi à viro diuortium feciſſet. ibid b
Sepulturam qui non elegit, neque ſepulchrum habet maiorum, in paræſcia, vbi habebat domicilium, eſt ſepeliendus, aſportanduſque eſt ex loco, in quo mortuus eſt, ſi commode fieri poteſt. ibid c
Sepeliri famuli in noſtra ſocietate, & regulariter in alijs religionibus poſſunt, ſi, non electa ſepultura, è vita diſceſſerint. ibid.
Sepeliuntur peregrini, qui non electa ſepultura, è vita diſcedunt, in paræſcia in qua moriuntur. Alicubi in templo maximo, & vbique loci conſuetudine eſt ſtandum. ibid b
Sepeliri debent ſcholaſtici, & alij, qui ſimiliter in locis alijs reſident, in paræſcia, in qua commorantur, ſi aliam ſepulturam ibi non eligant. ibid.

Sepulturam vt eligant, aut electam vt non mutent religioſi, aut clerici, qui inducunt alios ad id vouendum, aut quacunque alia ratione ſe aſtringendum, vel promittendum, lethaliter peccant, eaque electio eſt nulla, eligenſque ſepeliri ibi non poteſt, neque eligere aliam, & ſepelientes quas pœnas incurrant. ibid.d
Sepeliendi ius ad parœſcias, quorum ſunt defuncti, ſpectat; religioſi ſolum ex priuilegio id habent. Id verò concedere in uniuerſalem Eccleſiam ad ſummum Pontificem ſpectat, in diœceſibus verò ad Epiſcopos ex conſenſu capituli. 848.b
Sepeliendi circa priuilegium, ſi religioſi cum clero, aut Epiſcopo paciſcantur, quòd eo in totum, aut in partem non vtetur, validum eſt tale pactum, ſatiſque eſt, vt ſit validum, ſi celebretur de conſenſu ſuperioris, & capituli talis monaſterij. ibi.c
Sepultura, & obſequiæ defuncti ob debita illius prohiberi, aut retardari non poſſunt, & in quas pœnas incidat creditor, qui id commiſerit. ibid.d
Sepeliatur ſi quis extra propriam pareſciam, quando portio propriæ parœſciæ debeatur, de relictis per ultimam voluntatem loco ſepulturæ, & de oblationibus funeralibus conſuetudini loci eſt ſtandum, atque in dubio cenſendum eſt deberi quartam. Et quouſque hæredes defuncti teneantur eam illi ſoluere. 849 d
Sepeliatur ſi quis extra propriam paræſciam in loco non exempto propria paræſcia extrahit inde ſuam quartam, aut portionem aliam ſibi debitam, deinde Epiſcopus ſuperior paræſciæ extrahit inde portionem ſuam; Epiſcopus verò ſuperior loci ſepulturæ, ſiue idem ſit, ſiue diuerſus, extrahit quartam de remanentibus loco ſepulturæ. 850.b
Sepulturæ locus, vt ſolum vſque ad quartam debeat Epiſcopo, aut paræſciæ defuncti, præſcribi ſine titulo poteſt decẽ annis. Vt verò minus quàm quarta, aut nihil omnino debeatur, non præſcribitur, niſi quadraginta annis cum titulo, aut ſine titulo tempore de cuius initio non extat memoria. Conſuetudo verò ut in aliquo loco vniuerſim nihil proprijs paræſcijs debeatur, aut Epiſcopo debeatur, ac proinde lex id ſoluendi aboleatur, quadraginta annis ſine titulo introducitur. ibid.c
Sepelitur, quando aliquis, de quibus quarta non debeatur propriæ paræſciæ, neque Epiſcopo. Et quod à mendicantibus, de illis debeatur paręſciæ defuncti, & quod remiſſum poſtea ſit, ſolumque ſoluatur, etiam quando ſepelitur in aliena paræſcia, quarta de oblationibus diei funeris. ibid.d
Sepulturæ quarta, ſeu alia portio, quàm Epiſcopi accipiebãt, expirauit in Luſit. cuius loco ſucceſſit luctuoſa, quam de bonis beneficiarij curati defuncti accipiunt, & aliquibus in locis de alijs beneficiarijs. 851.b
Sepelitur quando aliquis apud religioſos in Luſitania, ſoluũt dumtaxat paręſciæ defuncti quartam oblationum diei funeris. ibid.d
Sepelitur quando aliquis in aliena paræſcia, nihil paræſcię defuncti ſoluitur in Euorenſi Archiepiſcopatu, variæ aliæ vigent conſuetudines alijs in locis, quibus eſt ſtandum. ibid.
Sepeliatur ſi in tertio aliquo loco, qui domicilium æquè in duabus paræſcijs habeat, æqueque in illis diuina officia frequentabat, portio paræſciæ defuncti debita æquè inter duas illas paræſcias eſt diuidenda. 852.a
Sepulto defuncto, & tranſactis nouem diebus aut etiam intra illos, ſi hæredes voluerint, conficitur inuentarium, & minoribus tutores, aut curatores traduntur. 952.c
Sepulto vno coniuge, & altero ſuperſtite, familia in Luſitania alitur de communibus bonis quouſque partitio perficitur, & quid de famulis, qui erant tempore defuncti: qui ſuperſtes autem eſt, manet in poſſeſſione bonorum vtriq; communium, aut in quibus aliquid, ſaltem hypothecam habet tanquam familiæ caput. ibid.
Sepulto viro, & ſuperſtite vxore, iure communi, & Caſt. hæredes viri manent familię caput, à quibus vxor accipit, quę ad eam ſpectant, vxor tamen manet in domo cum omnibus intra eam repertis. 953.b
Sepultura. Vide funus.

Sepulchrum.

Sepulchra quæ familiaria, & quæ hæreditaria. 739.b
Sepulchra ſi hæreditaria ſint, non tranſeunt ad fideicommiſſarium, ſed pertinent ad hæredem grauatum; neque tranſeunt ad fiſcum, ſed permanent cum hærede, eſto tanquam indignus priuetur hæreditate. ibid.a
Sepulchra ſi familiaria ſint, cum ſolum pertineant ad eos, qui ſunt de familia, ſolum pertinent ad heredem, vel fideicommiſſarium, aut ad utrunque, ſi de familia ſint. ibid.b
Sepulchrum quid, & in quo differat à iure ſepulchri, & à iure mortuum in ſepulchrum inferendi. 844.c
Sepulchrum acquiri, & poſſideri à nullo poteſt. ibid.d
Sepulchri vt rationem locus aliquis habeat, neceſſe eſt, vt Epiſcopi authoritate, aut Summi Pontificis priuilegio, ad ſepulturam ſit deputatus. 845.a
Vide ius ſepulchri.

Seruitus vrbana, & ruſtica.

Seruitutis definitio. 60.c
Seruitus adeò exigit vt ſit in re aliena, vt ſi quis emat agrũ, qui ſeruitutem habebat comparatione alterius ſui agri, expiret ea ſeruitus, ita vt ſi illum vendat, neque aliud exprimat, tranſeat liber. ibid.d
Seruitus ante traditionem nõ comparatur, eò quod ſit ius in re, tametſi ſola conuentione ius ad rem comparari poſſit ſeruitutis tradendæ. ibid.
Seruitutis habere aliquid rationẽ, atque adeò iuris in re, multum pendet à poſitiuo iure. 87.b
Seruitus de iure eſt poſitiuo, & quoad multas ſpecies eſt ſolũ de iure ciuili. ibid.c
Seruitus realis vna, perſonalis alia, hæc regulariter expirat cũ perſona, realis non item. ibid.
Seruitus perſonalis quotuplex. 62.b
Seruitus realis diuiditur in vrbanam, & ruſticanam. Et quid vrbana, quidque vrbanum prædium. ibid.c
Seruitus vrbana, affirmatiua vna, & negatiua alia. Et quot ſunt affirmatiuæ. ibid.
Seruitutes vrbanæ negatiuæ quæ. 63.a
Seruitus ruſtica quæ, & quod prædium ruſticum. ibid.b
Seruitute ruſticæ quot. ibid.c
Seruitutes numeratæ inter vrbanas eſſe poſſunt ruſticæ, quod ècontrariò, quo prædij qualitate, cur aliud ſeruit. ibid.d
Seruitus alia continua, alia quaſi cõtinua, & alia diſcontinua. ibid.
Seruitutes lege, vltima voluntate, donatione, pactis, & præſcriptione conſtituuntur. 64.a
Seruitutes quot modis finiantur. ibid.c
Seruitutes quæ præſcribantur per hoc ſolum, quod alius iure ſuo non vtatur, quæ item per ſolum non vſum non amittantur, ſed vſus alterius exigatur. 256.b
Seruitutis vrbanæ debitor præſcribere poteſt aduerſus ius ad illam, atque adeò illam extinguere cum ſcientia, quod ſit debita. ibid.d
Seruitutes reales cum titulo præſcribuntur inter præſentes decem annis, inter abſentes viginti. 262.a
Seruitutis negatiuæ, vt altius non tollendi, & vniuerſim iuris quod in negatione conſiſtit, vt quod alius non venetur, aut non eligat, non prius comparatur poſſeſſio, quàm altero aggrediente contrarium, ipſe impediat; tempus verò præſcriptionis non incipit, niſi à puncto, quo ita comparatur poſſeſſio. ibid.
Seruitutes continuæ, aut quaſi continuæ præſcribuntur ſine titulo decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, diſcontinuæ verò ſine titulo non minori tempore præſcribuntur, quàm de cuius initio non extat memoria. ibi.b
Seruitutes continuæ, aut quaſi continuæ ſine titulo præſcribi non poſſunt niſi cum poſſeſſione; hæc autem eſſe non poteſt, niſi per vſum, non precario, neque vi, cum domini ſciẽtia, & patientia. ibid.d
Seruitutis diſcõtinuæ præſcriptio per vſum tempore, de cuius initio non extat memoria vim habet tituli, neque neceſſe eſt probare ſcientiam, & patientiam domini prædij, ſed ſolum. ibid.
Seruitus vrbana, quę vt præſcribatur aduerſus eum, qui in poſſeſſione eſt illius, vltra non vſum eius, exigit actum domini prædij quo poſſidenti contraueniat, exiſtente eo actu, & bona fide præſcribitur ſine titulo per non vſum eius, qui in poſſeſſione erat illius, decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. 257.d
Seruitutes aliæ vt ſine titulo præſcribantur per non vſum poſſidentis, ſatis ſunt decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes, eſto adſit ſcientia, quod ad eum, aduerſus quem præſcribuntur, pertineant. Excipitur quando ſeruitus eſt ad vtendum per maiora interualla, quàm dierum, nam tempus exigitur duplicatum. 258.b

Seruus.

Seruitutem eſſe contra ius naturale gentium iure introductam, in quo ſenſu verum. 11.d
Seruitus gentium iure, vt licitè fuerit introducta. 12.b 101.b
Seruitus hominis vnius ad alterum duplex naturalis, atque impropria & legalis, cui additur tertia famulorum. 102.c. 143.a
Seruitus mancipiorum licita, ſi adſit legitimus titulus. ibid.
Seruitus ob delictum incurritur, ſi ſit tanta pœna dignum, feraturque ſententia, & quod delictum tale ſit. 445. a. 164.a
Seruituti potuiſſe licitè ſubijci impuberes Saracenorum, qui in Granatenſi regno rebellauerunt, oſtenditur. 145.d
Seruituti fas eſt parentibus ſubijcere filios, ſtando iure naturæ, vt grauem euadant neceſſitatem, & quæ cenſenda grauis. 147.d
Seruitute quouſque ſolus pater ſubijcere iure Cæſareo poſſit filium familias vt grauem euadat neceſſitatem. 147.d
Seruituti licitè emptioni ſubijcitur, qui ab infidelibus niſi emeretur, eſſet iuſtè interficiendus. 148.d
Seruituti quouſque emptione is ſubijciatur, qui iniuſte erat alioqui interficiendus. 149.a
Seruituti ſubijci non poſſunt conſanguinei & affines ob delictum alterius, & filij admodum raro. 164.a
Seruituti poſſent matres ſubijcere filios ſuos ad grauem euadendam neceſſitatem, vbi lex non eſſet in contrarium, & patres non reſiſterent. 165.a
Seruitus Aethiopum viris pijs eſt fauenda, interim dum nō alia via patet, qua ad fidem perducantur. 174.c
Seruituti licitè bello iuſto ſubijciuntur innocentes illi, qui partes ſunt Reipublicæ cum qua tale bellum geritur. 423.b
Seruus à ſeruando dictus. 12.a.143.a
Seruus pœnæ quis. 50.c
Seruorum duo genera, famulorum, & mancipiorum. 143.b
Serui vnde mancipia dicti. ibid.a
Seruus poſtquam quis legitime eſt effectus, eiſdem titulis, quibus res aliæ, transfertur in alios. 144.b
Seruus non fit Chriſtianus iure belli alterius Chriſtiani. 13.a.144.c
Serui fiunt innocentes bello iuſto, quamuis interfici non poſſint. ibid.d
Seruus poteſt quis propria ſponte fieri alterius, ſtando in ſolo iure naturali, eo quod dominus ſit ſuę libertatis. 146.d
Seruus vt quis efficiatur, vendendo ſeipſum, quæ conditiones de Cæſareo iure neceſſariæ ſint. Illæ verò neceſſariæ non ſunt, vbi leges illæ vim non habent. Item quando venderet ſe is, qui eis legibus ſubiectus non eſſet. 147.b
Seruus eſt, qui ex ancilla & conceptus, & natus eſt: ſecus ſi illa erat libera conceptionis, aut partus tempore. Atque hæc de iure Cæſareo, vbi verò alia eſſet lex, illi eſſet ſtandum. 150.c
Seruorum commercium, atque emptio Luſitanorum ex inſulis promontorij viridis cum finitimis Africæ locis. 151.a
Seruorum commercium, atque emptio Luſitanorum in inſula D. Thomę, & in finitimis regnis Angolæ, Manicongij, & alijs. 153.c
Seruorum commercium atque emptio Luſitanorum in Cafreriæ locis. 159.b
Seruorum commercium atque emptio Luſitanorum in India, & alijs Aſiæ locis. 160.a
Serui natione Sinæ non videntur legitimè in ſeruitutem redacti. 161.a
Serui ex commercio Luſitano an licitè poſſideantur, & emantur. ibid.d
Seruos ementes in vtraque Guinea, de titulo inquirere tenentur, quo redigantur, redactive prius ſint in ſeruitutem, & ad quam diligentiam, ac reſtitutionem teneatur, ſi ea poſt habita emant. 165.a
Seruos apud infideles, quouſque emere liceat tempore famis, aut alterius grauis neceſſitatis. ibid.
Seruorum emptio vili admodum pretio in vtraque Guinea, & India an licita ſit. 166.d
Serui & alia iure belli acquiſita, an indifferenter emi poſſint ex hominibus vtriuſque reipublicæ bellum illud gerentis, quando de neutra conſtat bellare iniuſtè. 169 a
Serui, & alia capta bello, quo vtrinque pugnatur animo aduerſarium ſubijciendi ſine alia iuſtitia belli vtrinque an licitè emi poſſint. 170.b.c
Seruorum emptio, quæ à mercatoribus Luſitanis fit, ſine vlla belli, aut aliorum inquiſitione damnatur, quouſque reſtituere mancipijs ipſis teneantur. 171.b.c
Seruos quouſque retinere poſſint, qui eos emerunt ab illis, qui illos in Hiſpanias aſportarunt, & an licitè emi poſſint. 176.b
Serui, qui iniuſtè captiui retinentur, vt noſtri inter Turcas fugere poſſunt, & quouſque occupare bona illorum poſſint. 178.d
Seruus bello iuſto captus peccat fugiendo ad ſuos, teneturque ſeipſum reſtituere. 180.a
Seruus Chriſtianus bello iuſto ab infidelibus captus, quibus de cauſis, ſi fugeret ad ſuos, non teneretur reuerti, & quibus de cauſis licitè poteſt fugere. 181.b
Seruus captus bello, cuius iuſtitia non eſt ita aperta, quin contraria pars iuſtè etiam formaliter pugnet, licitè fugere poteſt ad ſuos. ibid.c
Serui ad quæ, & quouſque dominis ſubiaceant. 182.c
Seruus acquirit domino quæcunque acquirit. ibi.c
Seruorum iniuriæ, & damna à dominis illata, ſeruis ſunt reſtituenda & ſatisfacienda. 183.a.b
Serui iniurias à dominis ſibi illatas iudicibus denunciant, illique ex officio procedunt ad dominos compeſcendos ac puniendos. ibi.c
Seruum alienum lædens in corpore, & reſtituere domino tenetur damnum, quod in eum redundat, atque etiam ſeruo damnum, quod in corpore tulit. Et iudex utraque pœna punire malefactorem debet. 184.a
Seruis matrimonium, vſuique illius prohiberi non poſſunt. ibid.b
Serui in quibus euentibus ſibi, & non dominis acquirant. ibid.c
Serui licet comparatione domini non ſit iuſtitia, & contractus, qua ſeruus eſt, eſſe tamen poteſt, qua homo eſt. ibi.
Serui quibus modis à ſeruitute liberentur. 185.d
Seruus eſſe non poteſt Chriſtianus infidelis dominio Eccleſiæ ſubiecti. ibid.c
Seruus infidelis ſi à Iudęo, aut Mahometano iuriſdictioni Eccleſiæ ſubiecto circuncidatur, manet liber. ibi.d
Seruus genitus à libero ex ſua ancilla, quando ipſe, ac mater libertatem conſequantur. 187.b
Seruus quando per matrimonium, domino conſentiente libertatem conſequatur. ibid.d
Seruus inſtitutione hæredis à ſuo domino, aut rel ictus in tutorem filij, libertatem conſequitur. 188.b
Seruus adoptione in filium à proprio domino libertatem cōſequitur. ibid.
Serui eorum hæreticorum, & apoſtatarum, qui in tribunali inquiſitionis damnantur, liberi ſunt, ſtando in iure communi, & de iure Caſt. ſi Chriſtiani erant tempore delicti dominorum, & quid in Luſitania. ibid.c.190.c
Seruus bona fide libertatem præſcribit viginti annis, & de iure Caſtellæ inter præſentes decem annis, quod ſi bona ſide tanquam liber è vita diſceſſit, quinquennio à morte illius liberi præſcribunt libertatem. & hæredes illius bona ipſius. 265.b
Seruus bello recuperatus, aut emptus, quando Cæſareo iure ad priorem dominum redeat. 417.a
Seruus neque ad pias cauſas teſtari poteſt, neque ſi ad libertatem poſtea perueniat, valet teſtamentum factum dum erat ſeruus, aut eſto liber eſſet, ſi dubitabat ſe eſſe liberum. In hoc tamen ultimo euentu validum eſt ad pias cauſas. 461.a
Seruus hæres inſtitui poteſt, modò dominus, qui per eum debet acquirere, inſtitui poſſit, alioquin inſtitutio eſt nulla, niſi poſtea ſeruus manumittatur, aut alienetur. 557.c
Seruus eo ipſo, quod hæres à proprio domino inſtituitur, cenſetur illi dominus concedere libertatem. Idem eſt, ſi tutorem proprij filij eum relinquat. Niſi per errorem credens eſſe liberum, tutorem eum relinquat: tunc enim neque tutor eſt, neque libertatem conſequitur. ibid.d
Seruum ſuum cenſetur libertate donare, ſi tutorē relinquat, niſi ignoret ſuum eſſe ſeruum. 888.b
Seruum ſuum ſi quis adoptet, liber efficitur. 922.d

Simonia.

Simonia, quatenus iure humano eſt introducta, & pęnę omnes ſimoniacis ſtatutæ, purgantur eo ipſo, quod aliquid talē fit Summo Pontifice in ipſo conſentiente. 336.b

Societas politica.

Societate in Republica cur indigeat homo,ad eamque naturaliter inclinetur. 101.d.103.c

Societas prima,ad quam homo maxime propendet,eſt maris cum fœmina,vnde familia reſultat. 101.c

Societate politica indiget etiam homo propter ſcientias & artes, atque virtutes. 104.b

Societas Ieſu.

Societatis Ieſu paupertas qualis, & quædam illi peculiaria. 465.a

Societatis nouitiorum diſpoſitio ſuorum bonorum,itemque cæterorum,qui nondum profeſſi,aut coadiutores ſunt,eſt abſoluta abſque vlla conditione,aut ſpe, quod ad ipſos regrediantur,etiamſi in ſocietate non perſeuerent. 467.b

Societatis profeſſi,& coadiutores non ſuccedunt in bonis ſuorum, neque domus, aut collegia ipſorum loco, ſed tanquam mortui reputantur. Quin ſi bona aliqua habebant, & de eis non diſpoſuerant eo ipſo, quod ad eos gradus admittuntur,ſuccedunt in illis ipſorum hæredes ab inteſtato. ibid.c

Societatis nouitij poſt ingreſſum,quo pacto de ſuis bonis poſſunt diſponere ac teneantur. ibi.d

Societatis nouitij an teſtari poſſint dum nouitij ſunt, & reuocare teneantur teſtamentum ante ingreſſum factum. 468.b

Solemnitas.

Solemnitas teſtamentorum neceſſaria non eſt,vt teſtamentũ validum in ſe,& in foro conſcientiæ ſit,ſed tanquam ſufficiens probatio in foro exteriori,qua ſecluſa, non alia admittetur,niſi eius confeſſio,cuia intereſt teſtamentum eſſe nullum. 298.a

Solemnitas teſtamenti. Vide teſtamentum.

Solidum.

Solidi valor. 286.c

Spolia clericorum.

Spolia clericorum ad cameram Apoſtolicam ſpectant,vbi eæ conſtitutiones receptæ ſunt,& quid ſpoliorum nomine intelligatur. 519.a

Spolia ea,quæ ideo cameræ Apoſtolicæ applicantur,quod indebito modo ſint acquiſita,ante latam ſententiam non debentur. ibi.

Spolia quæ in Hiſpanijs,præter Luſitaniam, ad cameram Apoſtolicam ſpectent. 520.a

Spolia nullius beneficij in Luſitania,Gallia,Germania, & alijs prouincijs,pertinent ad cameram Apoſtolicam. ibid.b

Spolijs clericorum annumerantur luctuoſa,quæ alicubi ſolui tur Epiſcopis. 521.c

Sponſalia.

Sponſalia non reuocandi, ſi quis ſub iureiurando ſoluendi certam pœnam ſe aſtringat,pœnam debet,ſi promiſſis non ſteterit. 545.c

Sportulæ.

Sportulæ quid. 314.a

Sportulæ licet interdictæ ſint delegatis à ſummo Pontifice conſuetudine in contrarium eſt præſcriptum, vt eas accipiant. 313.c.314.a

Sportulæ quouſque de iure communi concedantur, ac prohibeantur iudicibus. Omnino eis erant interdictæ iure Luſitano. 316.b

Spurius.

Vide illegitimus.

Stipendium.

Vide accipere.

Studere.

Studeat vt filius,aut quoduis aliud addiſcat,quæ inſumpſerit pater, non tenetur filius conferre, niſi conſentiente filio aliud proteſtatus eſt pater. Quando tamen filius propria habebat bona,cenſeretur pater de eis facere eas expenſas: poſſet tamen eas condonare filio. 970.b

Studiorum ſumptus continuare non tenetur parens. qui autem non ſoluti remanerent tempore mortis talis parentis, tanquam æs alienum eſſent ſoluendi de communi aceruo. 972.a

Subditus.

Subditorum & ſuperiorum quale debitum ſeu iuſtum. 16.b

Subſtitutio.

Subſtitutio directa hæredi non fit codicillo,quòd ſi codicillo aliquis ſubſtituatur,benigna iuris interpretatione cenſetur indirecta. 431.b

Subſtitutio directis verbis indirectis, communibus, proprijs ac ciuilibus quæ. 426.d

Subſtitutum in euentum, quo aliquis ſine liberis diſceſſerit, quando excludat filius naturalis, & quando non. 647.d

Subſtitutio vulgaris aut pupillaris filio facta non cenſetur grauamen legitimæ illius. 680.a

ſubſtitutionis definitio. 699.b.c

Subſtitutio in legatis etiam,& datione cauſa mortis,fieri poteſt. ibid.d

Subſtitutio hæredi fit etiam codicillis, fideicommiſſaria tamen. 700.b

Subſtitutio indirecta, obliqua ſeu fideicommiſſaria quid. 699.d

Subſtitutio directa quid. 700.a

Subſtitutio fideicommiſſaria admittit Trebellianicam, non verò directa ſubſtitutio. ibid.

Subſtitutio fideicommiſſaria locum habet in legatis,& in donatione cauſa mortis, ſed tunc locum non habet Trebellianica. ibid.

Subſtitutionis ſpecies ſeptem. ibid.

Subſtitutionis vulgaris definitio. ibi.b

Subſtitutio militatis vnde habeat ortum. ibi.c

Subſtitutus directus tradi non poteſt hæredi in tempus, quo iam fuerit hæres, in reliquis ſubſtitutionibus, ſed ſolum fideicommiſſarius: in militari verò tradi poteſt in id tempus directus. ibid.d

Subſtitutionis militatis definitio. 701.a

Subſtitutionis pupillaris definitio. ibi.710.c

Subſtitutio vulgaris, & pupillaris exemplis illuſtrantur, & quando vtraque coniungatur. 701.b

Subſtitutionis exemplaris definitio. ibi.d

Subſtitutionis fideicommiſſariæ definitio. ibid.

Subſtitutio fideicommiſſaria fieri etiam poteſt hæredi ab inteſtato,directa verò vulgaris non niſi ex teſtamento.ibid.

Subſtitutio fideicommiſſaria fit etiam codicillo. Directa verò vulgaris, aut pupillaris non item, ſed ſi codicillo fiat,obliquatur, & cenſetur fideicommiſſaria. Et quando vnà cum fideicommiſſaria fieri poſſit codicillo. 702.b

Subſtitutio in dubio an directa,vel fideicommiſſaria ſit,cenſenda eſt directa. 703.c

Subſtitutus ſimul directè,& fideicommiſſarie eligere poteſt, quo illorum duorum modorum ſuccedere velit. ibid.d

Subſtituat ſi quis mutuo multos hæredes, quos in portionibus inæqualibus inſtituit, tunc ſi vnus non exiſtat hæres, portio illius accreſcit cæteris, non æqualiter, ſed iuxta proportionem portionum, in quibus inſtituti ſunt. 704.a

Subſtitutus ex capite, aut ex parte capitis impotentiæ hæredis, etiam cenſetur ſubſtitutus ex capite voluntatis, aut ècontrario, quando aliud non conſtat de voluntate teſtatoris, dicitur tamen ſubſtitutio expreſſe ex eo capite, quod teſtator expreſſit,& tacita ex eo,quod non expreſſit. ibid.b

Subſtitutio facta verbo communi capitibus omnibus,ex quibus poteſt aliquis non eſſe hæres, dicitur expreſſa verbis generalibus. ibid.c

Subſtitutio,in qua exprimuntur in particulari capita omnia, ex quibus poteſt quis non eſſe hæres,dicitur expreſſa verbis particularibus. ibid.d

Subſtitutio pupillaris expreſſa, includit tacitam vulgarem eidem filio factam,quando de contraria teſtatoris voluntate conſtat. ibid.

Subſtitutio vulgaris expreſſa ex vno tantum capite,aut ex vna tantum parte capitis,ſi facta ſit filio impuberi,includit tacitam pupillarem,quando de contraria teſtatoris voluntate non conſtat. 705.a

Subſtitutio vulgaris expirat ſtatim ac hæreditas adita eſt per hæredem,cui ſubſtitutus eſt datus. ibid.d

Subſtitus vulgaris, ſi impuberi datus eſſet à patre, licet expreſſa vulgaris expiret,eo ipſo,quod impubes hæreditatẽ adiret,non tamen vulgaris tacita quouſque ipſe ad pubertatem deueniret. ibid d

Subſtitutio vulgaris expirat, ſi ſubſtitutus antequã impleatur conditio, ſub qua eſt datus, moriatur, neque enim trãſmittit ius illud ad hæredes. 706.a
Subſtitutus vulgaris, licet datus ſit, hæres tamen quicunque legitimam ſibi debitam nondum aditam tranſmittit iure ſanguinis ad ipſius deſcendentes, & tam iure ſuitatis, quàm deliberandi ad quoſcunque ſuos hæredes, modo il lam non repudiauerit. 707.a
Subſtitutiones, quas voluerit, licet facere poſſit teſtator in Regno Caſtellæ circa quintum ſuorum bonorum, in tertio tamen, de quo inter ſolos deſcendentes poteſt diſponere, neque poteſt in perpetuum, neque ad tempus ſubſtitutiones facere, niſi ſubſtituendo deſcendentes, & in eorum defectum aſcendentes, & in defectum eorum quoſcunque propinquos, & his deficientibus quos voluerit. ibid.b
Subſtitutus vulgaris, licet ſit hæredi datus, hæreditatem tamen non aditam tranſmittit hæres iure ſanguinis ad ſuos deſcendentes, & iure deliberandi ad quoſcunque ipſius hæredes, excluditurque ſubſtitutus. ibid.c
Subſtitutus vulgaris licet ſit datus hæredi ſuo, tranſmittit tamen hæreditatem non aditam iure ſanguinis, & deliberandi perinde ac ſi hæres ſuus non eſſet. ibid.
Subſtitutus vulgaris, licet datus ſit hæredi ſuo ſubſtitutione expreſſa ex capite voluntatis, hæres ſuus tranſmittit hæreditatem non aditam, etiam quoad incrementum legitimæ ſuitatis iure, eſto iura ſanguinis & deliberandi locum non habeant, ac proinde excluditur ſubſtitutus. 708.a
Subſtitutus vulgaris licet datus ſit legatario, legatum ad ipſius hæredes tranſmittit, excluditque ſubſtitutum, quando ante legati acceptationem è vita diſcedit. ibidem c
Subſtitutus, ſi datus ſit pluribus, quando vno non exiſtente hærede, ſuccedat ſubſtitutus, & quando non, ſed locum habeat ius accreſcendi. ibid.d
Subſtituere pupillariter quis, & cui poſſit. 710.d
Subſtitutio pupillaris licet, vt valida ſit, exigat, eum, cui ſit eſſe ſub poteſtate ſubſtituentis, aut eſſe poſthumum, non tamen requirit, vt tempore, quo ſubſtitutio facta fuit ſub illius eſſet poteſtate. 711.a
Subſtitutio pupillaris facta in teſtamento nullo ex defectu præteritionis, aut exhæredationis, non inſerta legitima cauſa, valida eſt hodie. 712.c
Subſtitutiones vulgares factæ filio, ipſo præterito, aut exhę redato, nõ inſerta legitima cauſa, ſunt nullę eo ipſo, quod filius ſuccedat, aut tranſmittat hæreditatem, qua pater il lum priuabat. ibid.d
Subſtitutiones factæ in teſtamento, in quo filius ſit præteritus, aut exhæredatus, non inſerta legitima cauſa, nullæ ſunt de iure communi, ſi in eo teſtamento nullus alius ſcriptus fuit hæres. 713.a
Subſtitutiones factæ in teſtamento, in quo filius eſt præteritus, aut exhæredatus, non inſerta cauſa, ſed tamen inſtituto in eo alio hærede, validæ ſunt in Luſitania, ſicut de iure communi. ibid.b
Subſtitutiones pupillares, & aliæ an validæ ſint factæ in teſtamento, in quo filius eſt præteritus, aut exhæredatus, nõ inſerta cauſa. ibid.
Subſtitutio pupillaris facta impuberi, ſi malitia ſupplente contraheret matrimonium, expiraret in Caſtella, & Luſitania, ſecus iure communi. 714.b
Subſtitutio pupillaris verbis generalibus quæ. Et quando ſub eiſdem verbis non cenſeretur pupillaris, propter inæqualitatem quæ inter duos, qui eiſdem verbis inuicē ſubſtituerentur, ſequeretur. ibid.c
Subſtitutio pupillaris expreſſa verbis particularibus fit duobus modis. 715.b
Subſtitutio pupillaris tacita quando fiat. ibid.
Subſtitutio pupillaris quocunque modo expreſſa ſit, excludit matrem, etiam quoad legitimam illi debitam in bonis talis filij, eſto bona aliqua ei aduenerint ex linea materna. 716.a
Subſtitutio pupillaris tacita, quæ in vulgari expreſſa includitur, non excludit matrem, quin potius illa ſuccedit in omnibus bonis talis filij. Excludit tamen reliquos propinquos filij illius. ibid.d
Subſtitutio vulgaris tacita, incluſa in pupillari expreſſa, excludit matrem. 717.a
Subſtitutio vulgaris tacita comprehenſa in pupillari expreſſa, non excludit matrem teſtatoris, niſi ſubſtitutus ſit ex deſcendentibus teſtatoris. ibid.
Subſtitutio pupillaris tacita comprehenſa in pupillari expreſſa, excludit matrem impuberis, quando ſufficientes coniecturæ ſunt, eam fuiſſe voluntatem teſtatoris, variaque traduntur exempla. ibid.c
Subſtitutio vulgaris tacita comprehenſa in pupillari inualida, facta vel à matre, quæ pupillariter non poteſt ſubſtituere, vel à matre, valida eſt. 718.b
Subſtitutio pupillaris inualida, ſi talis filius hæres exiſtat, & moriatur ante pubertatem conuertitur in fideicommiſſariam, teneanturque hæredes illius ab inteſtato reſtituere ſubſtituto hæreditatem. ibid.c
Subſtituendo pupillariter impuberi poteſt pater imponere grauamina, quæ voluerit, omnibus bonis talis filij, etiam legitimæ, quam ab eo acceperit. Eadem grauamina poteſt imponere hæredibus talis filij ab inteſtato, in eiſdē bonis nullum ſubſtituendo filio. Ea tamen omnia grauamina ceſſant eo ipſo, quòd pubes ſit. 718 a
Subſtitutio pupillaris expirat, ſi ſubſtitutus ante impuberem moriatur. Et eo ipſo; quòd impubes fit pubes. ibidem b
Subſtitutio pupillaris expirat, ſi patre viuente filius poteſtatem illius egrediatur, vt ſi pater religionem profiteatur. Per captiuitatem verò, bello ex parte capientium iniuſto, non expirat. ibid.c
Subſtitutio vulgaris in pupillari comprehenſa non expirat deueniente impubere ad pubertatem, licet tunc pupillaris expiret. 720.a
Subſtitutio exemplaris fieri poteſt amentibus, mutis ſimul & ſurdis, ſiue à natiuitate, ſiue ex tempore, modo ſcribere neſciant, atque etiam prodigis. ibid.b
Subſtitui debent exemplariter deſcendentes eius, cui fit ſubſtitutio, ſi eos habeat, aut eorum aliquis, inſtitutis reliquis in portionibus ipſis debitis: in deſcendentium defectum, fratres, aut eorum aliquis, & in horum defectum quicunque extraneus poteſt ſubſtitui. ibid.d
Subſtitutione exemplari facta per alterum coniugum, poteſt alter eidem filio ſimiliter ſubſtituere: & tunc alter ſubſtitutorum obtinebit bona, quæ aduenerunt ex patre, & alter quæ aduenerunt ex matre, reliqua diuidentur æqualiter inter vtrumque. ibid.
Subſtituendi ne ſint exemplariter fratres tantum vterini à matre, & conſanguinei à patre, & num vtrinque coniuncti ſint reliquis præferendi. 721.a
Subſtituere exemplariter poteſt mater, quæ ad ſecundas nuptias trãſit, modò humaniter, atque honeſtè circa filium teſtata ſit. ibid.b
Subſtituendus non eſt neceſſariò exemplariter cõſobrinus filius fratris eius, cui ſubſtitutio fit. ibid.c
Subſtitutione exemplari à patre facta ſubſtitutus non præfertur matri. 722.b
Subſtitutio exemplaris valida eſt, eſto filius aliquis indebitè prætereatur, aut exhæredetur. ibi.c
Subſtitutio exemplaris expreſſa verbis generalibus quæ: & cum quibus alijs varijs modis coniungatur. ibi.d
Subſtitutio exemplaris expreſſa verbis ſpecialibus quæ, & cum quibus alijs varijs modis coniungatur. 723.a
Subſtitutio exemplaris expirat, ſi is, cui eſt facta, ad ſanam mentem redeat, & reconualeſcat, ſecus ſi teſtamento minimè condito ad amentiam redeat, etiam ſi iam obierit is, qui ſubſtituit. Amenti autem, ſi legitimè ante amentiam fuerat teſtatus, non poteſt ſubſtitui exemplariter. 724.b
Subſtitutio fideicommiſſaria. Vide fideicommiſſum, & hæres grauatus.
Subſtitutio breuiloqua, ſeu reciproca quid. 745.b
Subſtitutione breuiloqua quàm variæ ſimplices ſubſtitutiones ſoleant complicari. 754.d
Subſtitutio breuiloqua quoad ſimplices ex quibus conſtat expirat, quando illæ expirant: mutuæ verò pupillares, aut exemplares, non ex eo expirant ex parte vnius extremi, quod ex parte alterius finiantur. 755.c
Subſtitui ad inuicem quando intelligantur, quãdo vltimus hæredum, aut legatariorum, qui è vita diſceſſerit, grauatur reſtituere totum cuidam tertio. 756.a
Subſtitutio compendioſa quid. 757.c
Subſtitutio, quę fiat verbis directis, proprijs, ac ciuilibus quę indirectis, & obliquis, & quæ communibus. 759.b
Subſtitutiones variæ compendioſæ plures ac varias ſimplices ſubſtitutiones complectentes, atque inter eas militarem. ibid.c

Suc-

Succeſſor, & ſuccedere.

Succeſſor vniuerſalis ac particularis, quod ad præſcriptionem attinet, quis. 251.c

Succedere per ſtipitem, & per capita quid. 576.c

Succeſſores vniuerſales, cum tamen hæredes non ſint, qui dicantur. 863.a

Succeſſores vniuerſales, qui hæredes non ſunt, eſto inuentarium non conficiant, non tenentur creditoribus & legatarijs vltra vires bonorum defuncti. ibid.

Succeſſio illegitimi. Vide illegitimus.

Summus Pontifex.

Vide Pontifex ſummus.

Superficiarius, & ſuperficies.

Superficiarius quis. 58.d

Superficiarius & emphyteuta in quo differant. ibid.

Superficiarius contractûs ceſſat, reuertiturque ſolum ad dominum directum eo ipſo, quòd id, ad quod ſuperficies cõceſſa eſt, deſtructum. ibid.

Superficiarius ſi ius ſuum vendere aut transferre velit in alium, perinde tenetur admonere proprietarium, atque emphyteuta. 58.b.59.b

Superficies quando vendatur, aut locetur, & quando quaſi in emphyteuſim tradatur. 58.c

Superficiei res affixæ, ſiue domus, ſiue plantæ ſint, quoad dominium ad proprietarium, non ad ſuperficiarium, pertinent. Idem de emphyteuta. 59.b

Superior.

Superiorum, & inferiorum quale debitum ſeu iuſtum. 16.b

Surdus.

Surdus & mutus à natiuitate teſtari non poteſt; item neque mutus morbo, niſi ſcribere ſciat. Poſſunt tamen facere codicillum, & donare cauſa mortis. Quod ſi milites ſint, teſtari etiam poſſunt. Quin & alij ad pias cauſas teſtari poſſunt. 459.d

Suus filius aut hæres.

Suus filius. Vide filius.

Suus hæres. Vide hæres.

Sylua.

Syluæ coronæ, aut communes, donari non debent à Regibus, niſi moderatè, iuſtaque ex cauſa. 204.c

Sylua licitè, ijs etiam, quibus eſt communis, interdum prohibetur quoad ſciſſionem, aut certam lignorũ ſciſſionẽ, quoad paſtum glandium. 229.d

Sylua ſi cõis ſit, riteque prohibitum incolis in ea ligna ſcindere, ad pœnam tenentur lata ſententia: non verò ad reſtitutionem, niſi damnum notabile ſit. ibid.

Syluę communi ſi ſciſſione lignorum notabile damnum datum ſit, quando & quouſque ſit reſtituendum, & quando non. 230.b

Sylua ex aliena, ſiue communi, ſine priuata, ligna ſcindentes, damnati tenentur ſoluere pœnam, & damnum, quando eſt in more poſitum, præſumiturque ſyluæ dominos id velle. 231.a

Syluas à Rege conceſſas nõ plus poſſunt prohibere à lignis cædendis, qui eas habent, quam Rex ante conceſſionem prohibere eas potuiſſet priuatis. ibid.c

Sylua ex communi populi dominus cædere nõ poteſt ligna niſi ſeruata proportione cum alijs in ſuo ordine & gradu. Quòd ſi excedat, reſtituere tenetur damna exceſſus. Ad pœnam tamen non tenetur, niſi dãnetur, aut illicitè damnari impediat. 233.b

Vide ligna.

Tabellio.

Vide accipere.

Temperantia.

Temperantia in voluntate reſidet, tametſi ſimul habitus in concupiſcibili comparetur. 16.c

Tentio.

Tentio & poſſeſſio differunt. 66.b

Tertium & quintum bonorum.

Tertium & quintum accipere poſſunt parentes, in quibus bonis voluerint, iure Caſtellæ, modo valorem non excedant. De illo diſponere poſſunt, vel contractu aut donatione inter viuos, vel per vltimam voluntatem. Poſſunt etiam illis imponere grauamina, & vincula, quæ voluerint, tertio tamen ſolum inter deſcendentes, ſi extiterint, &c. 575.b

Tertium & quintum in Caſtella quoad legitimas nihil refert, quod ante quod ſit extrahendum: quoad quantitatem verò quinti, aut tertij, refert multum, extrahendumque eſt quintum ante tertium. 954.d

Tertium in Luſitania, & tertium & quintum in Caſtella, ut de eis tempore mortis diſponere teſtator poſſit, intelligenda ſunt de ſolis bonis quæ habuerit tempore mortis ſeclu ſis, quæ in dotes, aut alia dederat in vita 955.b

Tertium idem, & tertium & quintum, ad iudicandum, an, quod in vita datum eſt filiabus & filijs, inofficioſum ſit alijs, legitimas illorum contingens, deducitur, ex toto bonorum defuncti aceruo, adductis datis in uita: ſed ſi ad matrimonium contrahendum ſint data, qui accepit, eligere poteſt quantitatem bonorum, quæ parentes habebant quãdo id dederunt, uel quæ habent tempore mortis. 956.c

Tertium idem, & tertium & quintum, tacitè cenſentur obligata dotibus, & alijs ualidè à parentibus datis in vita. ibid.d

Teſtari.

Teſtari nequit de iure communi damnatus morte naturali, aut ciuili. 52.b

Teſtari poſſunt de iure communi damnati naturali aut ciuili morte, quoad ea quæ illis non confiſcantur. ibid.c

Teſtari non poteſt cæcus, niſi nuncupatiuè, & quæ ſolemnitas de iure communi in eo teſtamento neceſſaria. 444.a

Teſtari poteſt miles imminente morte in bello, vel uerbotenus, vel proprio ſanguine, aut quouis alio modo ſcribendo in terra, ſcuto, vagina, vel quocunque alio modo valuerit, modo id duobus teſtibus rogatis conſtet. 443.c

Teſtatorem blanditijs & precibus flecti, vt eum hæredem inſtituat, aut legatum ei relinquat, cui alioquin non erat relicturus, ſi mendacia & fraudes abſint, nec diſpoſitionem viciat, nec onus reſtituendi inducit. 458.a

Teſtatorem induci precibus importunis, quam rarò diſpoſitionem vitiet, reſtitutioniſque obligationem inducat, tametſi cum peccato fieri poſſint. ibi.d

Teſtatorem reuerentiali timore induci ad aliquid relinquendum, ut uxorem marito, liberum parenti peccatum eſt, & quando obligationem reſtituendi inducat. ibid.d

Teſtari impediens, aut teſtamentum mutare, peccat contra iuſtitiam, cum onere reſtituendi ei, ad quem ea bona eſſent deuentura, & priuatur fiſco emolumento hæreditatis, etiam ſi portio legitima ſit, ipſi alioquin debita. ibid.d

Teſtari non poſſunt, qui vſum plenum rationis non habent: amens verò in lucido interuallo teſtari poteſt, tametſi in dubio præſumendum ſit lucidum non habuiſſe interuallum. 459.c

Teſtari non poteſt ſurdus, & mutus à natiuitate, atque etiam mutus morbo, ſi ſcribere neſciat. Excipitur, niſi ad pias cauſas, & niſi milites ſint. Poſſunt tamen facere codicillos, & donare cauſa mortis. ibid.d

Teſtari, etiam ad pias cauſas, quamuis miles ſit, non poteſt impubes, id eſt, maſculus ante decimum quartũ, & fęmina ante duodecimum expletum, dies tamen vltimus inceptus habetur pro expleto. Neque malitia ad hoc ſupplet ætatẽ, Princepſque diſpenſare poteſt vt teſtetur. 460.b

Teſtari non poteſt prodigus (etiam ad pias cauſas) cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta: ſi tamen ante eiuſmodi interdictum teſtamentum confeciſſet, validum eſſet. ibid.d

Teſtari non poteſt ſeruus, quin teſtamentum factum tempore ſeruitutis, aut quando dubitabat, an liber, eſſet inualidum, etiam ſi liber eſſet. Ad pias tamen cauſas factum teſtamentum, quando re ipſa liber erat, validum eſt. 461.a

Teſtari non poteſt de iure Cæſareo, qui apud hoſtes captiuus detinetur; ſi tamen antea condiderat teſtamentum, & reuertatur, valet iure poſtliminij. Re tamen vera, ſi iniuſtè eſt captus, teſtari poteſt. ibi.b

Teſtari, ac donare cauſa mortis non poteſt, etiam ad pias cauſas publicus vſurarius, ſi tamen cautionem præſtare non poſſet, & cum ſignis contritionis diſcederet, ſolutis debitis, cogendi eſſent hæredes implere diſpoſitiones ad pias cauſas. ibid.

Teſtari poteſt excommunicatus, niſi aliter delictum commiſerit, ob quod teſtari non poſſit. 462.a

Teſtari non poteſt damnatus ob libellum famoſum. ibi.c

Teſtari non poteſt filiusfamilias pubes de bonis aduentitijs, etiam de conſenſu patris, donare tamen de patris conſenſu poteſt cauſa mortis. De caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus bonis teſtari libere poteſt. ibi.d

Teſtari

Teſtari poteſt libere in Regno Caſtellæ filius familias pubes de tertio ſuorum bonorum aduentitiorum, ſi tamen vſusfructus erat patris,cum eo perſeuerat vſque ad mortē, & poſtea filij diſpoſitio impletur. 463.a
Teſtari & donare poteſt clericus filiusfamilias de omnibus ſuis bonis; vſusfructus tamen quem pater ante clericatū habebat in bonis filij,perſeuerat,defuncto filio, apud patrem: in eiſque bonis tenetur pater accipere portionem legitimam,quæ in bonis talis filij ipſum contigit. ibid.b
Teſtari poteſt filius familias ad pias cauſas ſolum de conſenſu patris.Quòd ſi facultatem ad certam ſummam habeat, & permiſceat legata non pia,inualida ſunt, & cedunt hæredibus ab inteſtato. 464.c
Teſtari poſſunt religioſi ante ingreſſum in nouitiatum, & tempore nouitiatus, etiā ſine facultate ſuperioris, & quid de hoc vltimo in noſtra ſocietate. 467.d
Teſtari non poteſt,etiam ad pias cauſas,religioſus profeſſus, aut coadiutor ſocietatis Ieſu. 483.b
Teſtari poſſunt heremitæ, qualis fuit Paulus. ibid.c
Teſtari poſſunt Commendatarij Hiſpaniarum, exceptis D. Ioannis. 485.c
Teſtandi facultas à ſolo ſummo Pontifice concedi poteſt, etiam licite ex rationabili cauſa. 468.a
Teſtandi facultas concedi ſolet à ſummo Pontifice religioſis beneficiarijs. ibid.c
Teſtandi facultas concedi non ſolet religioſis ſimplicibus, qui in monaſterijs degunt, & ex qua cauſa poſſet concedi. ibid.d
Teſtandi facultas concedi ſolet religioſis,qui vel non in perfecta communitate,vel in ſeculo viuunt. 487.a
Teſtandi facultas religioſo conceſſa, cenſetur ſolum ad pias cauſas,quando aliud non exprimitur. ibid.
Teſtandi facultas non expirat moret concedentis, neq; finitur vno actu, ſed reuocari poteſt teſtamentum, & condi aliud,neque neceſſe eſt, vt in teſtamento exprimatur cōditum eſſe ex priuilegio. ibid.
Teſtandi facultas extenditur ad donationem cauſa mortis,& codicillum. ibid.b
Teſtari poſſunt beneficiarij,etiam ſi Epiſcopi ſint,de omnibus ſuis bonis,quæ reditus beneficij non ſunt. 516 c
Teſtari poteſt beneficiarius de ijs reditibus ſui beneficij,quæ congruæ ſuæ ſuſtentationi ſubtrahit, vel quibus vltra ſuſtentationem eſt dignus: quamuis raro in exteriori foro hæc locum habeant. ibid.d
Teſtari poteſt beneficiarius de æquali portione fructuum beneficij, ſi aliquid de alijs ſuis bonis inſumpſit, quod de reditibus poterat inſumere, neque animum habuit ea non compenſandi. Idem de bonis Eccleſiæ. 517.b
Teſtari non poteſt beneficiarius ſtando in ſolo iure canonico de reliquis ſui beneficij, niſi de modicis ad quædam pia,& in gratificationem. ibid.c
Teſtari non poſſunt Epiſcopi in Hiſpanijs de reditib. Epiſcopatuum,ſed in Luſitania pertinent ad ſucceſſorem,in alijs Hiſpanijs,ad cameram Apoſtolicam. 250.c
Teſtantur beneficiarij (exceptis Epiſcopis) in Caſtella de reditib. ſuorum beneficiorum, ſucceduntq; in illis hæredes ab inteſtato,& quid de Gallia,& Luſitania. ibid.d
Teſtandi ius poteſt tribuere cōſuetudo beneficiarijs, etiā Epiſcopis,ad vſus pios de reditibus beneficioeum. 524.a
Teſtando ad non pia de portione notabili bonorum beneficij,quæ in pijs erat expendenda lethaliter peccant beneficiarij,aut ſua culpa diſcedendo ab inteſtato,quando deuenire debent ad conſanguineos diuites,nihil conſuetudine in contrarium impediente. 526.a
Teſtandi de fructibus beneficiorum ad non pia concedere poteſt ſummus Pontifex ex rationabili cauſa facultatem beneficiarijs, etiam Epiſcopis: ſecus ex irrationabili, obtentaque non valet. ibid.d
Teſtandi facultas beneficiarijs conceſſa abſolute intelligenda eſt ad ſolos vſus pios. 527.a
Teſtari quis poteſt de ijs,quorum hæres eſt capax,in reliquis inteſtatus diſcedere. 566.c
Teſtatus partim quoad tempus, & partim inteſtatus diſcedere non poteſt, niſi miles. Vnde limitatio temporis in hæredis inſtitutione habetur pro non appoſita; ſi tamen ex probabili ignorantia iuris, quis ita teſtatus diſcederet, cenſeretur grauitur hæredem, vt tranſacto eo tempore reſtitueret bona hæredibus ab inteſtato. 567.a
Teſtari qui alium prohibet, hæreditatem, & quæcunq; alia bona ex illo ei obuenientia amittit fiſco. 687.b
Teſtatoris voluntas mutari per executores non poteſt, quando poteſt impleri,& irrationabilis illicitaq; non eſt. 997.d
Teſtatoris voluntas per Epiſcopum & executores mutari non poteſt, quando poteſt impleri,irrationabiliſque & illicita non eſt, & mutatio non intelligitur ex præſumpta teſtatoris voluntate. 998.c
Teſtatoris voluntatem ſolus ſummus Pontifex aut ſupremus princeps ſecularis poteſt mutare, ex iuſta tamen, & rationabili cauſa. ibid.d
Teſtatoris vltima voluntas à ſede Apoſtolica commutata, mandari non poteſt executioni, niſi prius Epiſcopus loci ſummariè cognoſcat preces, quas oportuit, fuiſſe oblatas. 999.a
Teſtatoris voluntas circa aliquid pium ſi executioni mandari non poſſit,non cedit hæredibus,ſed Epiſcopi,aut executorum arbitrio conuerti in aliud debet teſtatoris voluntati quàm maximè conſentaneum. ibid.b
Vide teſtamentum.

Teſtamentum.

Teſtamenti ſolemnitas non eſt neceſſaria, vt teſtamentum validum in ſe,& in conſcientiæ foro ſit,ſed tanquam probatio legitima in foro exteriori, qua ſecluſa non alia admittetur niſi eius confeſſio, quia intereſt eſſe nullum. 298.a
Teſtamentum minus ſolemne validum eſt in foro conſcientiæ. ibid.b.c.d
Teſtamentum minus ſolemne naturalem obligationem parit. ibid.d
Teſtamento minus ſolemni hæres inſtitutus,non ſolum occupare,& retinere poteſt hæreditatem,celareque teſtamēti defectum,ſed etiam,ceſſante ſcandalo, facere occultam compenſationem,ſi hæredi ab inteſtato in exteriori foro hæreditas adiudicetur. 300.c
Teſtamentum vnde dictum. 430.c
Teſtamentum quid. ibid d
Teſtamentum iure communi, niſi in eo hæres inſtituatur eſt nullum. 431.b
Teſtamenta duo eiuſdem teſtatoris valida eſſe non poſſunt, ſed ſecundum irritum,reddit primum,niſi ſint militis,& conſtet voluiſſe valere vtrumque. 431.c
Teſtamentum in Luſitania,quando teſtator aſcendentes,aut deſcendentes habet, nō indiget hæredis inſtitutione, quia tacitè cenſetur inſtituere aſcendentes, & deſcendentes in portionibus illis debitis. 432.d
Teſtamentum in Regno Caſtellæ hæredis inſtitutione non indiget. 433.a
Teſtamentorum,aliarumque vltimarum voluntatum diſpoſitiones, quouſque de iure gentium ac naturali, & quouſque de iure ciuili ſint. ibid b
Teſtamentum in ſcriptis ſeu clauſum, & teſtamentum nuncupatiuum ſeu apertum quid. ibid.c
Teſtamenti in ſcriptis ſolemnitas iure Cęſareo requiſita.ibi.
Teſtamenti in ſcriptis ſolemnitas iure Luſitano requiſita. 434.a
Teſtamenti in ſcriptis ſolēnitas iure Caſtellę requiſita.ibi.d
Teſtamentum in ſcriptis hæredis manu ſcriptum, quando neceſſario non erat inſtituendus, aut aliunde non conſtat teſtatorem inſtituiſſe illum hæredem inualidum eſt in foro exteriori: ſecus in interiori ante latam ſententiam. Et cur regulariter id vim non habet in teſtameuto nuncupatiuo. 435.b
Teſtamenti nuncupatiui ſolemnitas iure communi requiſita. 436.c
Teſtamenti nuncupatiui ſolemnitas iure Luſitano requiſita. ibid.
Teſtamentum voce tenus quando valeat in Luſitania. ibi.d
Teſtamenti nuncupatiui ſolemnitas de iure Caſtellæ. 437.a
Teſtamēti publicatio,qñ neceſſaria,& quomodo fiat. ibid.b
Teſtamentum non abſolutum,eſt omnino inualidum. 438.a
Teſtamentum nuncupatiuum de iure communi, & voce tenus tempore mortis in Luſitania factum, ſi non conſtat teſtatorem vlterius progredi voluiſſe,ſed res eſt dubia, validum eſt. ibi b
Teſtamentum vt ſit validum, non ſatis eſt, ſi hæredis inſtitutio nutib. fiat, ſed neceſſe eſt, vt ſcripto, aut voce qualicunque exprimatur. Valet tamen nutibus facta in foro conſcientiæ. ibid c
Teſtamentum eſt validum, ſi hæredis inſtitutio per remiſſionē ad ſchedulam;in qua nomen eſt,ſcriptum fiat. ibi.d
Teſtamentum vt validum ſit,fieri debet cum ſolemnitate requiſita in Regno, in quo ſit, non verò vnde eſt teſtator, aut vbi mandari debet executioni. 439.a

Teſtamentum, vt ſit validum, tales debent eſſe teſtes, vt alioquin inhabiles ad teſtificandum non ſint, vt eſt infamis niſi communiter habilis putaretur. ibid.c
Teſtamentum, vt ſit validum, qui alij à teſtium numero illius reijciantur. ibid.
Teſtamenti validus teſtis eſt religioſus, licèt malè faciat, ſi abſque præſumpta ſuperioris facultate teſtis ſit. ibid.
Teſtamentum vt ſit validum, debent eſſe teſtes in præſentia teſtatoris, eumque videre. ibid.d
Teſtamentum vt ſit validum, quot teſtes ſufficiant in Luſitania, ſi in eremo, aut vbi pauci habitant, fiat, idem ſi ob peſtem, aut aliam ſimilem cauſam plures non poſſint adhiberi. 440.a
Teſtamentum ruſticorum, vt de iure communi ſit validum, ſatis eſt, ſi quinque teſtes adhibeantur, ſi teſtentur, vbi plures adhiberi non poſſint. ibid.b
Teſtamentum tempore peſtis de iure communi factum, teſtes alioquin neceſſarios exigit vt ſit validum. ibid.
Teſtamentum nuncupatiuum, quando ob peſtem, aut aliam cauſam, plures teſtes adhiberi non poſſunt, quot, vt ſit validum, de iure Caſtellæ ſufficiant. ibi.d
Teſtamenti inter liberos ſolemnitas de iure communi, ſufficiuntque duo teſtes, etiam ſi fœminæ, aut non rogati ſunt. 441.b
Teſtamentum inter liberos cum minore ſolemnitate validũ ſi admiſceatur hæres alius, inualidum eſt quoad illum, portioque illius liberis accreſcit. Legata tamen, non liberis relicta, valent. ibid.d
Teſtamentum, etiam inter liberos illegitimos, valet quoad portiones, quas fas eſt illis relinquere. 442.b
Teſtamentum inter aſcendentes non valet cum duobus teſtibus. ibid.d
Teſtamentum ex alijs capitibus, quàm ex defectu ſolemnitatis, inter alios nullum, inualidum, etiam eſt inter liberos. ibid.
Teſtamentum inter liberos eadem ſolemnitate indiget in Regno Caſtellæ vt ſit validum qua indiget inter extraneos. 443.a
Teſtamentum factum coram principe ſuperiorem non recognoſcente validum eſt ſine alia ſolemnitate ibid.
Teſtamentum militis, hoc eſt, in expeditione factum, valet cum duobus teſtibus, etiam fœminis, modò ſint rogati. Et teſtari poteſt, etiam ſi mutus ſit, valetque teſtamentum, modo miles intrà annum poſtquam ab expeditione eſt reuerſus moriatur. ibid.b
Teſtamentum iure militis condere poſſunt omnes, qui in caſtris reperiuntur, modò in loco ſint hoſtili. 443.d
Teſtamentum cæci inter liberos non alia ſolemnitate eget, quam teſtamenta aliorum inter liberos. 444.b
Teſtamentum cæci quam ſolemnitatem in Luſitania & Caſtella habere debeat. ibid.c
Teſtamẽtum condere intendens teſtator, & adhibens ſolemnitatem ad codicillum neceſſariam, & non ad teſtamentũ, neque valet diſpoſitio vt teſtamentum, neque vt codicillus, niſi clauſulam apponat codicillarem. 447.b
Teſtamentum in quibus euentibus clauſulam codicillarem tacitè, aut virtute habere cenſeatur. ibid.c
Teſtamentum in terris Eccleſiæ validum eſt cum duobus teſtibus & parocho, aut cum quatuor teſtibus, etiam fęminis. 451.c
Teſtamenta etiam clericorum, confecta extra terras Eccleſię, iudicari in ſeculari & Eccleſiaſtico foro debent iuxta ſolemnitatem iuris ciuilis. 452.c
Teſtamentum tunc conditum cenſetur in cauſam piam, quando hæres cauſa pia inſtituitur, aut ad cauſam piam via ſubſtitutionis deuenit hæreditas: ſecus ſi ſolum legata pia in eo relinquantur. ibid.d
Teſtamentum ſi ex eo ſit validum, quia conditum ad cauſam piam, valida ſunt legata non pia in eo relicta, niſi ſolum eſſet facultas teſtandi ad pia. 453.a
Teſtamentum, in quo quis animam ſuam hæredem inſtituit, validum eſt, eſto, nullus alius hæres inſtituatur, & cenſeatur ad pias cauſas. 454.b
Teſtamentum, legatum, aut quæuis alia ad pias cauſas diſpoſitio, vt valida ſint, ſatis ſunt duo teſtes, etiam fęminę, eſto reliqua ad non pia ſimul ſtatuta inualida ſint. ibid.d
Teſtamentum, aut alia diſpoſitio ad pias cauſas valida in ſe ſunt, eſto nullus teſtis adhibeatur: teſtes verò duo ſolum neceſſarij ſunt ad probationẽ in foro exteriori. ibid.c
Teſtamẽtum ad pias cauſas nutibus factum, validũ eſt. 455.d
Teſtamentum aut diſpoſitio ad pias cauſas, ideò imperfecta, quia cum animum illo pacto diſponendi haberet teſtator, morte præuentus id non fecit eſt nulla: ſecus ea, in quo diſpoſuit aliquid ad pias cauſas, & morte præuentus non eſt vlterius progreſſus: valida quippe ſunt, quæ ita diſpoſuit. 456.a
Teſtamentum, aut alia diſpoſitio ad pias cauſas alterius voluntati commiſſa, valida eſt. ibid.b
Teſtamentum, aut codicillum non facere, quando culpa lethalis ſit, & quando non. ibid.b
Teſtamentum aut alia vltima diſpoſitio, ſi ob metum, vim, deceptionem, aut ignorãtiam, ita inuoluntaria mixtè ſint, quod his ſecluſis, non fierent, velletque diſponens, vt ad alium ea bona peruenirent, inualida eſt. 457.b
Teſtamentum publici vſurarij eſt nullum, niſi vſuras ſoluat, aut de illis ſoluendis cautionem præſtet. 461.c
Teſtamentum nouitij non gaudet priuilegio militis quoad ſolemnitatem. 471.a
Teſtamentum factum à nouitio, aut dum ingredi religionẽ parabat, profeſſione non annullatur. ibi.b
Teſtamentum factum ab eo, qui de ingreſſu religionis non dum cogitabat, profeſſione non annullatur. Excipitur, niſi quando ingreſſus eſt, dixiſſet, ſe & omnia ſua bona offerre monaſterio: eo namque ipſo ab antiqua voluntate recedere cenſeretur. ibid.d
Teſtamentum ſi condiderat religioſus ante profeſſionem, neque aliud in eo expreſſerat, emiſſa profeſſione pertinent bona illius ad monaſterium quoad vſumfructum interim dum talis religioſus viuit, & non ad hæredem eo teſtamẽto inſtitutum. Quòd ſi hæres ante religioſum moriatur, pertinent pleno iure ad monaſterium. 473.b
Teſtamentum ſi condiderat religioſus, ad cuius bona ius nõ habet monaſterium, ſtatim profeſſione emiſſa, bona illius pertinent ad hæredem inſtitutum, ſuntque continuo illi tradenda. 472 c.473.c
Teſtamentum reuocare non poteſt religioſus profeſſione emiſſa, quod ante illam condiderat, idque etiam in fauorẽ monaſterij. 473.d
Teſtamentum conditum à religioſo ante facultatem teſtandi, ea ſuperueniente, validum reddit. 475.a
Teſtamentum & quamcunque aliam vltimam voluntatẽ beneficiarij ad non pia de reditibus beneficij, poteſt reddere valida conſuetudo, vt ad quæcunque prohibita teſtentur, ita vt accipientes ex illo titulo dominium comparent, & ad reſtitutionem non teneantur. 524.b
Teſtamentum ſi beneficiarius non condat, valida eſt conſuetudo, vt bona illorum ex beneficijs parta ad hæredes pertineant ab inteſtato. 525.a
Teſtamentum ſi beneficiarius non conficiat, conſuetudo eſt præſcripta in Hiſpanijs, vt in eorum omnibus bonis ſuccedant hæredes ab inteſtato. ibid.d
Teſtamentum vt condere deinceps beneficiarij de bonis beneficiorum non poſſint, neque in eis ſuccedere poſſint hæredes ab inteſtato cõdere poteſt legem ſummus Pontifex, nihil conſuetudinem contrarium impediente. 526.a
Teſtamentum, & quæuis alia vltima voluntas vſque ad mortem reuocari ac mutari poteſt. 539.d
Teſtamentum in mortis diſcrimine confectum, valet, niſi reuocetur, ſi teſtator à periculo liberetur. ſecus de donatione cauſa mortis. 540.a
Teſtamento ſi hæres ſub hac forma inſtituatur, aut relinquatur legatum, ſi ex hoc morbo è vita diſceſſero, quando iudicandum ſit valere euadente illum morbum. ibi.b
Teſtamentum de re non illicita iuramento illud non reuocãdi firmatum, abſque periurio reuocari non poteſt. 541.d
Teſtamentum duobus modis poteſt iuramento confirmari. Vno reuocationem non impedit, altero, impedit. 544.b.c
Teſtamentum non reuocare ſi quis promittat, ſub iure iurando ſe aſtringendo ſoluendi certam pœnam ſi illud reuocauerit: pęna debetur teſtamento reuocato. 545.c
Teſtamentum iurando illud non reuocandi confirmatum, ſi reuocetur non ſolum periurus eſt teſtator, ſed etiam hæredes ab inteſtato, aut ex ſecundo teſtamento, tenentur illud in conſcientiæ, & exteriori foro implere. 546.d
Teſtamenti non reuocandi facultatem adimere quis ſibi validè poteſt ex conſenſu, & autoritate principis. 547.c
Teſtamentum duo, aut plures ſimul, de communique conſenſu poſſunt condere. 548.b
Teſtamentum à duobus factum de communi conſenſu, mortuo vno, poteſt alter, quoad id, quod ad ipſum ſpectat, reuocare. ibid.c
Teſtamentum fraude eo pacto confectum, animo ex parte alterius

alterius illud reuocandi mortuo altero, aut ſi ipſe prius ſit in diſcrimine vitæ, quantam reſtituendi obligationem inducat. ibid.d
Teſtamentum ab vno tantum conditum de bonis, etiam alterius ex illius facultate, morte teſtantis confirmatur, ita vt alter ſuperſtes, etiam quoad bona, circa quæ facultatē conceſſit, non poſſit illud reuocare. ibid.
Teſtamentum reuocatum cenſetur confectione alterius validi in ſe, eſto non adeatur ex illo hæreditas, quamuis ſit, quia hæres mortuus eſt ante teſtatorem. 548.b
Teſtamentum ſecundum ſub conditione de præſenti, aut de præterito, quæ exiſtit, reuocat primum teſtamentum, ſecus ſi non exiſtit, illud etiam reuocat, ſi ſit ſub quacunque de futuro, etiam ſi non impleatur. & ſub conditione impoſſibili cognita vt tali, quoniam habetur pro non appoſita. 549.c
Teſtamentum ſecundum inualidum non reuocat primum, niſi in primo inſtitutus eſſet extraneus, & in ſecundo hæres ab inteſtato cum quinq; teſtibus. Et quid in Luſitania, & Caſtella. Vide ibi alia circa hæc. ibid.d
Teſtamēti reuocatio verbo coram duobus teſtibus facta, qua teſtator dicat, quòd hæres ſit indignus, ſe illud reuocare, valet, ſed hæreditas tunc ad fiſcum deuoluitur. 551.a
Teſtamenti reuocatio in foro conſcientiæ valet quocunque modo fiat, quando conſtat voluntatem teſtatoris fuiſſe, vt illud non valeret. ibid.c
Teſtamentum ſi rumpatur à teſtatore, aut ab illo cancelletur ſolemnitas neceſſaria, aut aliud teſtamento ſubſtantiale, idque non a caſu, ſed de induſtria, eo ipſo cenſetur reuocatum. Quòd ſi ſolum cancelletur pars non ſubſtantialis, quoad id ſolum cenſetur reuocatum, niſi tabellio illud ſaluet. ibid d
Teſtamenta duo eiuſdem temporis, & eodem modo confecta ſi habeat teſtator, ſi vnum rumpat, validum eſt remanens. 552.a
Teſtamentum nuncupatiuum ſi ſit apud tabellionem, & tranſumptum apud teſtatorem, illudque teſtator rumpat, non cenſetur reuocaſſe teſtamentum, niſi aliud de voluntate ipſius conſtet. ibid.b
Teſtamenta diuerſa eodem die confecta ſi reperiantur apud teſtatorem, neque conſtat quod fuerit poſterius, neutrum valet, & quid quando conſtat verè vtrumque fuiſſe a teſtatore confectum. ibid.
Teſtamentum poſterius non reuocat primum in quo eſt clauſula annullans poſteriora, niſi in ſecundo ſufficienter ei clauſulæ derogetur. Idem cenſendum eſt de teſtamento habente virtute clauſulam derogatoriam poſteriorum, & & quæ eiuſmodi teſtamenta ſint. ibid.d
Teſtamentū cum iuramento illud non reuocandi, clauſulam cenſetur habere derogatoriam ſequentium teſtamentorum. 553.a
Teſtamentum conditum inter liberos virtute clauſulam habet derogatoriam ſequentium inter extraneos: ſecus ſi ſequens ſit inter liberos. ibi.b
Teſtamento ſi quis apponat clauſulam ita derogatoriam ſequentium, vt a ſe auferat poteſtatem mutandi teſtamentū conditum, eſt nulla. 554.a
Teſtamentum in quo clauſula generalibus verbis derogatoria ſequentiū apponitur, quo pacto reuocari debeat. ibid.b
Teſtamentum in quo clauſula derogatoria cum particulari nota apponitur, quo pacto debeat reuocari. ibid.c
Teſtamentum inter liberos, aut iuramento confirmatum, ſi etiam habeat expreſſam clauſulam derogatoriam ſequentium, quo pacto reuocari debeat. 555.b
Teſtamentum habens clauſulam derogatoriam ſequētium, quando conſtat teſtatorē intendiſſe illud reuocare, in conſcientiæ & exteriori foro cenſetur reuocatum, æſto non apponerentur verba ad id alioquin neceſſaria. ibi.c
Teſtamentum poſterius iuramento confirmatum derogat quodcunque prius cum quacunque derogatoria clauſula confectum, niſi cum iuramento promiſſorio illud non reuocandi eſſet confirmatum. ibi.d
Teſtamentum inter liberos quando derogat prius cum derogatoria clauſula confectum. 556.c
Teſtamentum ſecundum poſt ortas inimicitias inter teſtatorem & hæredem confectum ſine clauſula derogatoria, an deroget prius cum derogatoria clauſula conditum. ibid.d
Teſtamentum eſt nullum, etiam quoad legata nō pia, in quo is ſolus hæres inſtituitur, qui hæreditatis eſt incapax. De iure tamen Caſtellæ valida ſunt. 559.a
Teſtamenti ſolemnitas quæ in teſtamento patris ſufficit inter legitimos, ſufficit inter illegitimos. 617.b
Teſtamēto nullo exiſtente ob indebitam præteritionem aut exhæredationem, valida nihilominus eſt nominatio in eo facta ad emphyteuſim. 651.b
Teſtamentum ſi quis condere, aut mutare prohibeat, quas pœnas incurrat, & quando prohibuiſſe cenſeatur. 664.c
Teſtamentum, in quo inſtitutus eſt hæres, ſi is falſi accuſet, perſeuerans vſque ad vltimam ſententiam, pronuncieturque verum fuiſſe, amittit hæreditatem fiſco, etiam tanquā procurator, aut aduocatus alterius, illud accuſet, niſi ſit tutor, aut curator minoris cuius nomine id efficiat, aut niſi eſſet fiſcalis procurator. 687.c
Teſtamentum nullum redditur, etiam quoad legata, ſi nullus hæredum inſtitutorum in illo hæreditatem adeat. ſecus de iure Caſtellæ, excipiuntur legata pia, & quæcunque alia ſi clauſula fuit appoſita cōdicillaris, aut ideò hæreditas non eſt adita, quia teſtator falcidiā detrahi prohibuit. 698.a
Teſtamentum conditum ad pias cauſas, in quo anima teſtatoris inſtituta eſt hæres, aut pauperes, vel captiui, aut definita ſint opera, in quibus debeant bona inſumi, nullo alio inſtituto hærede validum eſt. 994.c
Teſtamentum ad non pias cauſas, in quo nullus inſtitutus eſt hæres, inualidum eſt de iure communi, & in Luſitania, etiā ſi executores vniuerſales in eo ſint relicti. ibi.d
Teſtamenti inſinuatio, quando teſtator erat laicus: fieri debet coram iudice ſæculari, & nō coram Eccleſiaſtico, eſto executor, aut hæres, Eccleſiaſticus ſit; contra fieri debet ſi teſtator erat Eccleſiaſticus, & promiſcuè coram vtroq; ſi teſtator erat laicus, & teſtamentum ab pias cauſas. 1003.a
Teſtamenta, ſi teſtator tempus præſcripſit, intrà id implenda ſunt: quòd ſi dixit, impleantur intra primum annum, ſin minùs intra ſecundum, &c. finito primo anno oſtendere debent, ſe intrà illum implere non potuiſſe, tempus autem a teſtatore, aut lege præſcriptum à die ſcientiæ, & hæreditatis aditæ incipit currere, eſto à die mortis ſit præſcriptum. ibid.c
Teſtamentorum executio. Vide executio.
Vide teſtari.

Teſtis.

Teſtis neceſſe eſt excedat annos pubertatis tempore quo teſtificatur, non tamen tempore de quo teſtificatur, niſi quādo expreſsè ſtatutum eſt in iure, vt ſtatutum eſt circa teſtamenta. 280.c
Teſtis accipere poteſt expenſas itineris, & pretium laboris, ſi quem notabilem ſubeat accedendo ad teſtificandum, valorem operarum aut lucri ceſſantis, quibus ſe priuat, eaque illi debentur: ſi quid tamen, vt verum dicat, accipiat peccat, teneturque id reſtituere. 308.d
Teſtis iuſſus, ſolum ex obedientia, & caritate tenetur teſtificari, quarè ſi quid celet, aut ſe abſcondat ne teſtificetur, nō contra iuſtitiam, ſed contra caritatem atq; obedientiam peccat, neq; regulariter tenetur reſtituere. 309.a
Teſtis prohibitus eſt quicquam accipere, tam pro vero, quā pro falſo teſtimonio, & ſi quid accepiſſe comperiatur, repellitur eius teſtimonium. ibid.b
Teſtis qui extra domicilium ad teſtificandum accedit, accipere poteſt integras expenſas, & non ſolum incrementū vltra id quod domi inſumit. 312.b
Teſtis qualis ad teſtamenta. Vide teſtamentum.

Theſaurus.

Theſaurus quid. 215.c
Theſauri, & alia, quæ cum domino careant, quondam illum habuerunt, in Luſitania ad Regem non ſpectant, ſed ſolū vacantia bona preſsè ſumpta. 216.c.226.d
Theſaurus arte prohibita inuentus ad fiſcum ſpectat. 222.c
Theſaurus inuentus de iure communi ad quem, aut ad quos pertineat. 223.a
Theſaurus inuentus in agro, quem quis emit, ſciens ibi latere, totus eſt inuentoris. 224.b
Theſaurus in loco ſacro, aut Eccleſia inuētus pertinet quoad medietatem ad moderatorem eius Eccleſiæ. ibid.b
Theſaurus in fundo dotali repertus, quoad partem, quæ fundi domino debetur, pertinet ad vxorem: vſus tamen conſtante matrimonio pertinet ad virum. ibid.
Theſaurus in prædio maioratus repertus, quoad portionem, quæ domino prædij debetur, pertinet præcipuè ad poſſeſſorem tunc maioratus. ibid.c
Theſaurus in prædio locato, aut cuius aliquis vſumfructum habet,

habet, quoad portionem domino fundi debitam pertinet ad dominum directum. ibid.d
Theſaurus repertus ī feudali, aut emphyteutico fundo, quoad portionem quæ domino fundi debetur, diuidēdum eſt inter proprietarium & feudatariū, aut emphyteutā. 225.a.c
Theſaurus à communi ſeruo inuentus, quando inter dominos ſit diuidendum. ibid.c
Theſaurus in Caſtella inuentus, pertinet quoad ſolam quartam partem ad inuentorem: quoad alias verò tres ad regem. 226.a.c

Timor reuerentialis.

Timore reuerentiali vxorem a marito, liberum à parente induci, vt aliquid ipſis aut alteri relinquat, peccatum eſt, & quando reſtitutionis obligationem inducat. 458.d

Titulus.

Titulus dominij ac iuris quid. 39.d
Titulus quis verus, & quis præſumptus. 40.b
Titulus non verus, ſed pręſumptus ad pręſcribendū requiritur, qui transferre dicitur vſucapiendi conditionem. 247.a

Torneamenta.

Torneamenta, & haſtiludium, ſi ſine probabili periculo mortis aut mutilationis fiant, habita ratione vtilitatis, quæ ex eis reipublicæ, atque Eccleſiæ prouenit, licita ſunt alioquin illicita. 402.a

Traditio.

Traditio regulariter eſt neceſſaria, præter titulum ad comparandum dominium. Et in quibus euentibus dominium ſine illa comparetur. 37.a.b

Tranſmittere.

Tranſmittit hæreditatem ad quoſcunque ipſius hæredes, qui illa adita ex hac vita diſcedit. 690.a
Tranſmiſſio hæreditatis delatæ, & nondum aditæ locum nō habet niſi in tribus euentibus. ibid.d
Tranſmittit hæres ſuus ad quoſcunque ipſius hæredes nondum aditam hæreditatem, modo illam, dum viueret, non repudiauerit. ibid c
Tranſmittit hæres ſuus inſtitutus ſub conditione poteſtatiua non aditam hæreditatem quoad ſuam legitimam, ſecus quoad incrementum. Ex facultate illam repudiandi iure prætorio introducta non impeditur trāſmittere etiam incrementum. 692.a.c
Tranſmittunt hæredes deſcendentes, ſiue ſui ſint, ſiue non, hæreditatem non aditam, iure ſanguinis ad ſuos tantum deſcendentes. 694.d
Tranſmittunt illegitimi iure ſanguinis ſuis deſcendentibus portiones, in quibus ex pręſcripto iuris ſuccedunt ſuis aſcēdentibus. 695.a
Tranſmiſſio deſcendentis locum non habet ſanguinis iure, ſi inſtitutus fuit ſub conditione pendente in futurū, quæ modus non ſit, & ante conditionem impletam moriatur. Excipe legitimam, ſi legitima debita illi erat. ibid.b
Tranſmiſſio hæreditatis iure deliberandi omnibus hæredibus, atque ad quoſcunque ipſorum hæredes intrà quantū tempus competit. ibid.d
Tranſmittit legatarius ad ipſius hęredes legatum, ſi mortuus fuit poſt teſtatorem, & legatum erat purum, hoc eſt, non in diem incertum aut aliter ſub conditione in futurum; tranſmittit verò rem ipſam, ſi legatum erat res determinata in indiuiduo, alioquin ius vt ſoluatur cum hypotheca. 698.c
Tranſmittitur legatum ad hæredes in diem incertum, aut aliter ſub conditione pendente in futurum, quando conditio tempore mortis legatarij erat impleta: ſi verò impleta non erat, pertinent ad ſubſtitutum, aut collegatarium, & in horum defectum ad hæredes teſtatoris: conditio autem tacita tranſmiſſionem non impedit. ibid.d
Tranſmiſſio legati locum non habet in habitatione, vſu vſufructu, fructus tamen percepti ex vſufructu vſque ad legatarij mortem tranſmittuntur. 699.a
Tranſmittit legatarius, cui ſubſtitutus vulgaris eſt datus, ad hæredes ſuos legatum, excluditq; ſubſtitutum, quando ante legati acceptationem ex hac vita, diſcedit. 708.c
Tranſmittit fideicommiſſarius ius ſuum ad hæredes ipſius, ſi poſt teſtatorem ante reſtitutionis tempus moriatur, quādo ſub conditione vlterius pendente non fuit relictum: ſecus autem ſi conditio pendebat, nam tunc eo ipſo legatū expirat. Et quando tempus reſtitutionis deſtinatum includere cenſeatur conditionem, & quando non. 740.d
Tranſmittitur ad hæredes legatum in diem certum eo ipſo, quòd legatarius poſt teſtatorē hæreditate adita ante adeūdum moritur. 812.c
Trāſmiſſio legati in diem incertum relicti non fit, ſi legatarius poſt teſtatorem, aditamq; hæreditatem, ſed ante aduētum eius diei moriatur. Excipitur, quando dies non in gratiam hæredis, ſed ſolius legatarij apponitur. 813.a
Tranſmittuntur legata, aut hæreditas ſub modo relicta, modo nondum impleto, quando modus impleri poteſt per ſucceſſorem, teneturque ſucceſſor illum implere. 814.a

Tranſmiſſio, vide Subſtitutus vulgaris.

Trebellianica.

Trebellianica locum habet in fideicommiſſaria ſubſtitutione, non verò in directa. 700.a
Trebellianica qua ratione introducta. 714.c
Trebellianicam amittit hæres grauatus, ſi coactus à iudice hæreditatem adeat. ibid.d
Trebellianica quando habet locum. 728.a
Trebellianicæ origo, & vnde dicta. ibi.b.c
Trebellianicam non extrahit fideicommiſſarius vnus, qui alteri reſtituere eſt grauatus, niſi hæres quaſi donando eā illi remiſiſſet. ibid.d
Trebellianicam vltra ſuam legitimam deducit de iure communi deſcendens grauatus reſtituere hæreditatem ſub cōditione, aut non ſtatim mortuo teſtatore: ſi verò purè & ſtatim, deducit alteram, quā maluerit: idem de aſcendente grauato. In Caſtella verò & Luſitania nihil præter legitimam deducit. 729.c
Trebellianicæ extractio prohiberi poteſt, etiam codicillo, & neceſſaria eſt prohibitio expreſſa, ſaltem verbis generalibus, vnde ſufficienter mens teſtatoris intelligatur. 734.c
Trebellianicæ deductio, etiam filijs primi gradus prohiberi poteſt. ibid.d
Trebellianica deduci non poteſt à fideicommiſſo cauſę piæ relicto, niſi hæres grauatus ſit etiam cauſa pia. 736.c
Trebellianica detrahi non poteſt a fideicommiſſo relicto & apud certos ſucceſſores permaneat. 737.c
Trebellianicam detrahit hæres grauatus, etiam ſi inuentarium non conficiat. 876.b
Trebellianica. Vide Fructus.

Tributum.

Tributa, & cenſus, quæ Principi in ſignum ſubiectionis debentur, nullo tempore præſcribi poſſunt. 269.c
Tributa, vt alij à Principe ſoluantur non præſcribuntur ſine titulo, niſi tempore de cuius initio nulla extet memoria, ſine fama, aut vehementi præſumptione malæ fidei, alioquin neque eo tempore præſcribuntur. 278.b
Tributa aduerſus regem præſcribi non poſſunt cum titulo, niſi ſpatio centum annorum. ibid.c

Triennalis poſſeſſio.

Triennalis poſſeſſio litis conteſtatione non interrumpitur, quamuis ſi per ſententiam pronūcietur rem ad alium pertinere, ſit illi reſtituenda. 284.b.c

Tutor.

Tutorem proprij filij, ſi dominus ſeruum ſuum relinquat, cēſetur illi donare libertatē, niſi ignorans ſeruus eſſe id faciat: nam tunc nec tutor, nec liber eſt. 557.d.888.b
Tutor & curator locum non habent comparatione eius, qui ſub patria eſt poteſtate. 881.c
Tutor impuberi, etiam inuito, vſq; ad pubertatem completam datur; modò nec mancipium, nec ſub patria poteſtate ſit, præcipuè datur perſonæ, ſecundario rebus omnibus illius, ſaltem quæ in aliqua prouincia ſunt. 882.a
Tutor locum habet comparatione filij emancipati viuente patre. ibid.
Tutor teſtamentarius quis, à quo tradatur, matri impuberis præfertur, & ſatiſdare non tenetur. ibid.d
Tutor dari poteſt à patre filio exhæredato, & tutor datus à patre in teſtamento minus ſolemni, confirmandus eſt à iudice, nec ſatiſdare tenetur. 883.b.d
Tutorem poteſt tradere pater filio naturali, ſi licitè aliquid illi relinquat, vel dederit dum viueret, eſtque confirmandus à iudice, nec ſatiſdare tenetur. ibid.c
Tutorem poteſt tradere pater filio emancipato, & eſt confirmandus à iudice ſine ſatiſdatione & inquiſitione. ibi.d
Tutorem ſi det mater filio, quem intra legitimam inſtituerat, approbādus eſt à iudice ſine vlla ſatiſdatione, & inquiſitione quoad bona matris: quo ad alia leuem inquiſitionem tenetur facere an diues, & idoneus ſit: ſi verò ſolum in legitima illum inſtituat, aut legatum illi relinquat, tenetur iudex facere diligentem inquiſitionem, compertoq; eum idoneum eſſe, tenetur eum approbare ſine ſatiſdatione, alioquin illum non approbat. 884.a
Tutorem ſi extraneus relinquat impuberi quem inſtituat, & qui

& qui nulla alia bona habeat, approbandus eſt a iudice ſine inquiſitione, & ſatiſdatione. ibi.b
Tutor legitimus quis, & non habet locum datiuus quando adeſt legitimus. ibid.c
Tutore teſtamentario non exiſtente, mater pręfertur cęteris in tutela, etiam comparatione filij naturalis, ſi acceptare illam vellet, tenetur tamen renunciare Velleiano, & cęteris priuilegijs, quòd ſi ad ſecundas nuptias tranſeat, aut luxurioſe viuat, amittit tutelam, & bona etiam ſecundi mariti, manent hypothecata pro tutela, & eſto reincidat in viduitatem ad tutelam non admittitur. ibi.d
Tutores legitimi non ſunt parentes comparatione filiorum ſpuriorum, poſſunt tamen eſſe datiui. 885.b
Tutelę nepotis pręfertur auia deficiente matre, ſed eo modo quo mater, in Caſtella tamen & Luſitania æquè tutores ſunt omnes quatuor aui ſuperſtites, & mares fœminis pręponuntur. ibid.
Tutores legitimi in defectum aſcēdentium ſunt omnes maſculi propinquiores in gradu pupillo, & qui ſint ex eis deputandi, &c. ibi.c.d
Tutor eſt legitimus patronus comparatione liberti, deficientibus aſcendentibus talis pupilli. ibid.e
Tutor datiuus quis. Datur a iudice domicilij patris, aut vnde traxit originem, vel matris, ſi incertus ſit pater, vel a iudice in quo natus eſt pupillus, ſi ibidem commoretur, & locus eſt præuentioni, & an detur a iudice loci vbi pupillus habet maiorem ſuorum bonorum partem. 886.c
Tutorem ſi non petat mater pupillo intra annum a morte patris, aut alius propinquus, qui ei ſuccedere debet, & in pupillari ętate decedat, amittit ius omne ad bona illius, etiā ex ſubſtitutione. hoc tamen vim non habet ante latā ſententiam. Et quiuis de populo tutorem illi poteſt petere, & iudex nullo petente tenetur dare ex officio. 887.b
Tutores, & curatores qui eſſe non poſsint. 888.b
Tutor eſſe poterit mater, eſto minor viginti quinque annis ſit. 889.a
Tutor aut curator eſſe non poteſt religioſus. ibi.c
Tutores aut curatores teſtamentarij aut datiui eſſe non poſſunt clerici in ſacris, ſed ſolum legitimi, non tamen tenentur; miſerabilium verò perſonarum, quarum bona alioquin perirent eſſe poſſunt. ibi.d
Tutor aut curator eſſe non poteſt debitor, aut creditor eius, cui eſt adhibendus, & qui excipiantur. 890 c
Tutor aut curator eſſe non poteſt, qui bona ſua habet fiſco obligata. 891.b
Tutor aut curator eſſe non poteſt, qui malitiam exercet. ibi.c
Tutor eſſe non poteſt, qui à patre datus inimicitias cum illo poſtea exercuit, neque cum eo eſt reconciliatus, item neque qui minori eſt inimicus. ibid.d
Tutor aut curator eſſe non poteſt, qui ad adminiſtrandum bona minoris perpetuum habet impedimentum. ibid.
Tutores & curatores ne ſint, qui excuſationem habeant. ibi.
Tutores, & curatores, quam ſatiſdationem debēt, qui excipiātur, & quid de cōſuetudine Caſtellę & iure Luſitano. 895.a
Tutoris, & curatoris, ſi iudex competentem ſatiſdationem non accipiat, competit actio ad intereſſe aduerſum illum ei, cui tutor aut curator eſt datus. 896.b
Tutoris & curatoris bona hypothecata, tacitè ſunt minori à puncto tutelæ, aut curæ ſuſceptæ. ibid.c
Tutores & curatores quod iuramentum præſtare debeant, quando tutelam, aut curam ſuſpiciunt. ibi.d
Tutores & curatores inuentarium omnium bonorum tenentur facere coram tabellione. Et num coram iudice, præſertim in Caſtella & Luſitania. 897.a
Tutori & curatori remittere poteſt teſtator inuentarij confectionem, tametſi non quoad legitimas filiorum: & nihilominus iudex poteſt præcipere, vt circa alia etiam bona fiat ſi expedire viderit. 898.a
Tutor & curator, quando eis remiſſa non eſt confectio inuētarij, nihil agere poſſunt ante illud, niſi vrgeat neceſſitas, & quæ pericula illis immineant, ſi ante illud confectum aliqua agant. ibid.b
Tutor & curator perſonæ minoris habent curam, licèt tutor præcipuè. 899.b
Tutores & curatores qualiter minorum bona adminiſtrare debeant. 901.d
Tutores & curatores quæ bona minoris ſine iudicis decreto vendere, & alienare poſſint. ibid.d
Tutor & curator, & perſonæ illis ſubiectæ, emere non poſſunt bona minoris, emptioque eſt nulla, & quæ pœnæ ſint ſtatutæ. 903.b
Tutores & curatores quid facere debeant de pecunia minoris. 903.c
Tutor & curator quæ minoris bona ſine iudicis decreto alienare non poſſint. 904.b
Tutor & curator ſine decreto iudicis alienare poſſunt bona quæcunque minoris, quando teſtator id permiſit, etiam teſtamento minus ſolemni. 907.b
Tutor aut curator vt bona minoris alienent, quis iudex interponere debet decretum. ibid.c
Tutor ſolus agit cauſas pupilli infantis, aut infantiæ proximi; hic verò licèt nulli alij poſſit obligari, poteſt tamen alterum ſibi obligare. ibi.d
Tutorum & curatorum præmium. 913.a
Tutela finitur perueniente minore ad pubertatem, adeo vt ſi quid poſtea tutor adminiſtret, non teneatur ad id fideiuſſor, multis præterea alijs modis. ibid.b
Tutor & curator quam rationem, & cui reddere teneantur, ſuntq; ipſorum bona tacitè hypothecata minori. ibi.d
Tutor & curator ſuſpectus quis. Et quiuis de populo poteſt de eo crimine accuſare. 914.a
Tutor aut curator de ſuſpecto accuſatus, liteque cōteſtata, ſuſpendendus eſt, neque valent acta deinceps per eum, & interim adhibendus eſt alius. 915.b
Tutor aut curator remotus, quòd dolo aliquid egerit aduerſus minorem, eo ipſo eſt infamis, ſecus ſi lata culpa, aut alia minori. ibid.c
Tutor, aut curator, arrogare non poteſt minorem ſibi commiſſum. 923.b

Tyrannis.

Tyrannis, Oligarchia, & Democratia quid. 108.c

Vacantia bona.

Vacantia bona quæ, ad fiſcum ſpectant. 216.a
Vacantia bona peregrini per epiſcopum in pias cauſas ſunt diſtribuenda. ibid.b
Vacantia bona quænam iure Luſitano in redemptionem captiuorum conceſſa ſint. ibid.c
Vacantia bona preſsè ſumpta in Luſitaniæ Regno pertinent ad fiſcum, non verò theſaurus & alia, quæ cum aliquando dominum habuerint, nunc domino carent. 217.c
Vacantia bona præſcribuntur cum bona fide, etiam ſine titulo, aduerſus fiſcum quadriennio, modo denunciatio eorum ſit facta fiſco. 269.a

Valor pecuniæ.

Valor pecuniæ ad res comparandas decreſcit multiplicata pecunia, rerumque pretia accreſcunt, vt experientia in Hiſpanijs a ſexaginta annis compertum eſt. 310.a

Venatio.

Venari feras, ſtando in ſolo naturali ac gentium iure, cuique licet, etiam in agro alieno. 196.b
Venator excitās ſuis canibus feram, aut ita percutiens, vt moraliter eam eſſet capturus, ad ipſum ſolum pertinet, licèt alius eam interficiat, aut capiat. Quòd ſi ſolum ſit occaſio, vt alter eam caperet, tota eſt capientis. Si verò ſit concauſa, diuiditur inter vtrumque. 199.a
Venatorio inſtrumento animal captum, ad eum ſpectat totum, qui inſtrumentum expoſuit, niſi euaderet, ſi ab alio non extraheretur: tunc enim diuiditur inter vtrunq;. ibi.b
Venatio rationabili ex cauſa poteſt prohiberi, & re ipſa multipliciter eſt prohibita. 201.b
Venatio Eccleſiaſticis quouſque prohibita, & ſi ex periculoſa venatione mors alicuius ſequatur, quando irregularitatem incurrant. ibi.c
Venatio religioſis quouſq; prohibita ac indecens. 202.a
Venari poteſt quiuis de iure cōi prohibere alios in agro ſuo, niſi ius ſit penes alium, vt eſt in ſaltib. Principum. ibi.b
Venandi ius poteſt quis habere in agris alienis, & quaſi ſeruitutem, vt ſolus ipſe poſsit ibi venari, vt habent Principes in ſaltibus ipſorum quoad hoc. ibid.c
Venari poteſt quiuis iure Luſitano in agro alieno, niſi ſeptus ſit. ibid.d
Venari prohibere poteſt vnaquæq; cōmunitas in terris ſuis extraneis ſtando in ſolo iure naturali & cōi, quamuis interim dum non prohibentur, venari licite poſsint. ibi.
Venandi loca ſibi ſolis, pœnaſq; alijs ibi venantibus ſtatuere, quouſq; Principibus, & magnatibus liceat. 199.d
Venationem & piſcationem rerum aliquarum, lucri ac ædituū gratia quouſq; liceat principibus ſibi reſeruare. 200.a
Venandi interdicta loca, non debent temere magnatibus, & alijs concedere, & qua ratione multa in Luſitania conceſſa videantur. 204.c

Venan-

Venandi qui loca habent interdicta, quouſque reſtituere teneantur damna,quæ dederint feræ. 205.d
Venari aut piſcari alium iniuſtè prohibens ad quantam reſtitutionem ei teneatur. 209.d
Venatione capta tempore,aut inſtrumento prohibitis, obnoxia non ſunt reſtitutioni. Neque regulariter in ea venatione culpa lethalis interuenit. 210.b
Venatio ex eo illicita,quia,quod capitur, ad alium quoad dominium ſpectat,ex ſuo genere culpa eſt lethalis,cum onere id reſtituendi etiam ex parte rei acceptæ. ibid.c
Venans vbi alius ſolus ius habet peccat contra iuſtitiam , teneturq; ſoluere pœnam ſi damnetur,& reſtituere damnũ, ſi quod inde illi alteri euenit, ſuum tamen efficit quod capit,quando feræ in ſua naturali erant libertate : quarè qui ab illo emit, aut dono accipit , licitè id facit, ad nullâque reſtitutionem tenetur. 219.b.c
Venatione captum ex vaſtiſſimo principis ſaltu, modicæ,aut nulli reſtitutioni obnoxium eſt. ibi.c.d
Venans in ſaltu prohibito deprehensus ac ſoluens pœnam, an inſuper reſtituere teneatur damna. Et quid de damnis in ſaltibus,quando pœna non ſoluitur. 213.b
Venans aut piſcans in agro alieno inuito domino,ſtando in iure cõi, ſuum efficit, quod capit: reſtituere tamẽ tenetur domino agri,ſi quod lucrum ea ratione illi ceſſauit. ibi.d
Venantes reſtituere tenentur damna, ſi quæ ſatis, & alijs rebus venando inferant, & quando lethaliter ea inferendo peccent. 214.d

Vena metallorum.

Vide Metallorum venæ.

Venditio.

Venditione ſine traditione ſolum comparat emptor ius ad rem,& ideo ſi vendatur & tradatur alteri,comparat ſecundus dominium,nihil impediente priori venditione. 27.c
Venditio niſi conſummata ſit per traditionem, non incurritur ob eam pœna ſtatuta aliquid vendentibus. 328.a
Vendita à Turcis & Saracenis,quæ bello iniuſto ceperant,ob noxia ne ſint reſtitutioni an non?idem de reb. Eccleſiarũ, quas Lutherani vendendas aſportant. 420.b
Venditio , qua pater vendit rem aduentitiam filij , eſt nulla, poteſtque filius illam vendicare , eſto emptor ignoranter illam emiſiſſet. 856.a

Venia ætatis.

Venia ætatis quid,& quibus concedenda,atque ad alienandũ mobilia ceſſat beneficium reſtitutionis in integrum minori,qui veniam ætatis obtinuit. 905.d
Venia ætatis non prodeſt, vt quis obtineat,quod illi erat reſtituendum,cum legitimæ eſſet ætatis. 906.c

Verba teſtamenti varia.

Verba directa, indirecta, communia propria, ac ciuilia quæ. 563.c.759.b

Vltima diſpoſitio ſeu voluntas.

Vltimarum voluntatum (excepto teſtamento) ſolemnitas de iure communi neceſſaria. 445.c
Vltimam diſpoſitionem non vitiat conditio de facto aut de iure impoſſibilis,ſed pro non adiecta habetur. 16.c
Vltima voluntas ſub conditione poteſtatiua facta impleri debet conditio poſt mortem teſtatoris, niſi conditio iterabilis non ſit : nam tunc ſatis eſſe impletam viuente teſtatore.Secus ſi ſub conditione caſuali aut mixta ſit facta. 818.b.c
Vltima diſpoſitio.Vide modus & Teſtamentum.

Vindicatiua iuſtitia.

Vindicatiua iuſtitia affinis eſt commutatiuæ, eſt tamen pars iuſtitiæ potentialis. 23.a

Vindicta.

Vindictam iuſtam ſumere poſſet familia vna de alia,aut pagus vnus de alio, quando ſuperiorem non haberent: ſecus priuatus vnus de alio, a quo iniuriam eſſet paſſus. 370.c

Virtus.

Virtutum aliarum comparatione, & iuſtitiæ , quo modo diuerſimodè ſumatur medium. 7.a
Virtutis opus ſine peccato ſit propter lucrum, aut commodũ temporale. 340.b
Virtutis opus, ad quod quis tenetur, licitè ſuadet, offerendo ei munera,ſi id efficiat, & licitè accipiuntur, modo de donantis animo conſtet. ibid.c

Vir.

Viri in vxorem poteſtas quanta ; eſtq; naturalis iuris. 102.a

Viſitatores.

Viſitatores prohibiti ſunt munera accipere tam per ſe,quàm per ſuos. 315.a

Voluntas vltima.

Voluntates vltimæ quot. 430.a
Voluntas vltima quid. ibid.b
Voluntatum vltimarum diſpoſitio quouſq; de iure gentium ac naturali,& quouſque de iure ciuili ſit. 433.b
Voluntatum vltimarum (exceptio teſtamento) ſolemnitas de iure communi neceſſaria. 445.c
Voluntatem vltimam teſtatoris ſolus ſummus Pontifex,aut Princeps ſupremus ſecularis poteſt mutare ex iuſta & rationabili cauſa. 998.c
Voluntates vltimæ à ſede Apoſtolica commutatæ mandari non poſſunt executioni, niſi prius epiſcopus loci ſummariè cognoſcat preces, vt oportet,fuiſſe oblatas. 999.a
Voluntas teſtatoris quoad aliquid pium , ſi executioni mandari non poſſit, non cedit hæredibus, ſed Epiſcopi & executorum arbitrio conuerti debet in aliud , quam maximè teſtatoris voluntati conſentaneum. ibid.b
Vide Modus & teſtamentum.

Votum.

Vota perſonalia puberis cur irrita non poſſit reddere curator,poſſit verò tutor vota impuberis. 882.c

Vrbanum prædium.

Vrbanum prædium quid. 62.c

Vſucapio.

Vſucapio in iure Cæſareo & apud Latinos quid.ex vſucapione apud illos reſultabat exceptio ſeu præſcriptio, à qua tituli de longi temporis præſcriptione. 236.a
Vide Præſcriptio.

Vſufructuarius.

Vſufructuarius dominus an ſit dicendus. 36.c
Vſufructuarius quouſque conſeruare teneatur animalia,quorum eſt fructuarius. 45.a
Vſufructuarius quouſque ſubſtituere teneatur vites, & alias plantas. ibid.b
Vſufructuarius quando fructuum comparet,dominiũ,& quãdo pertineant ad proprietarium,aut illius hæredes. ibid.c
Vſufructuarius quam cautionem reddere debeat. 46.b
Vſufructuario quæ non liceant circa vſum. ibid.c
Vſufruct.qualem habeat adminiſtrationem bonorum. 47.a
Vſufructuarius quos ſumptus facere teneatur, & qui ad proprietarium ſpectent. ibid.b
Vſufructuarius pater in bonis filij cauere non tenetur, & ad quos ſumptus teneatur. 49.d
Vſufructuarius poſſidet ciuiliter, & naturaliter vſumfructũ, poteſtq; proinde illum præſcribere. 68.b
Vſufructuarius non legalis ſi inuentarium non conficiat, in nullam incidit pęnam : tenetur tamen requiſitus illud efficere : & , ſi a iudice efficere iuſſus id non faciat , iuratur aduerſus eum in litem, inciditque in alias pęnas , ſi iudex eas illi ſtatuerit. 878.b
Vſufructuario eiuſmodi an remitti a teſtatore poſſit inuentarij confectio,ſuperuacanea quæſtio. 879.a
Vſufructuarius pater in bonis filij licet non teneatur inuentarium conficere; quando tamen tempore traditionis non conſtaret quæ ea eſſent, tenetur pater in conſcientiæ foro catalogum eorum facere, & ad id poteſt in exteriori cogi. Et quid de iure Luſitano. ibi.c
Vide vſumfructum.

Vſurarius.

Vuſurarius publicus ſicut teſtari non poteſt,ita neque donare cauſa mortis. 461.c
Vſurarius publicus neq; ad pias cauſas teſtari,aut donare cauſa mortis poteſt.Si tamen cautionem præſtare non poſſet, & cũ ſignis contritionis diſcederet, ſolutis debitis,cogẽdi eſſent hæredes implere diſpoſitiones ad pias cauſas. 462.a

Vſusfructus.

Vſufructuarius an dominium vtile ſit dicendus habere. 36.b
Vſusfructus definitio. 44.d
Vſusfructus ancillæ,partum illius non comprehendit. 45.a
Vſusfructus formalis,& cauſalis quid. ibi.c
Vſusfructus propriè,& impropriè quid.In hoc dominiũ trãſit in fructuariũ,reſq; ipſi pereunt in illo non item. ibi.d
Vſusfructus alienari nequit ſine proprietarij facultate: bene tamen vtilitas illius poteſt in alium transferri , quæ ius eſt diſtinctum ab vſufructu. 47.b
Vſusfructus legalis vnus , conuentionalis alius. 48.b
Vſusfructus legalis eſt patris in bonis aduentitijs filijfamilias. ibid.c
Vſumfructum pater in eis non habet, quãdo filio bona ea lege dantur, vt pater vſumfructum eorum non habeat, niſi filius neceſſario in eis ſuccederet. ibid.

Vſumfructum pater in eis item non habet, quando eum condonat filio: & quando, & quouſque tacitè cenſeatur eum illi condonare. 48.b
Vſumfructum non habet pater in eis bonis filij, quæ patre renuente filio donantur, aut relinquuntur. 49.a
Vſumfructum non habet pater in vſufructu filij: tametſi habeat in bonis emphyteuticis & feudalibus. ibid.b
Vſumfructum non habet pater in bonis à Rege, Regina, vel Principe donatis filio, etiam ſi patris intuitu illi donentur. ibid.c
Vſusfructus conuentionalis quot modis conſtituatur. Et peculiariter de eo, qui vltima voluntate conſtituitur. ibi.d
Vſusfructus ſex modis finitur. ibid.
Vſusfructus ædium ita finitur deſtructis illis, vt neque maneat vſusfructus areæ. Excipitur in vſufructu patris in bonis aduentitijs. 50.b
Vſusfructus alicui, & hæredibus conceſſus de ſolis proximis intelligitur. ibid.
Vſusfructus ciuitati, communitati, aut pio loco conceſſus ſine temporis præfinitione, conceſſus cenſetur ſpatio centum annorum. ibid.c
Vſusfructus hodie maxima & media capitis diminutione amittitur. 51.b
Vſusfructus maxima aut media capitis diminutione, vel dãnatione ad mortem naturalem in Caſtella, & Luſitania non amittitur. ibi.d
Vſusfructus eius, cuius bona confiſcantur in Caſtella, & Luſitania, pertinet quoad vtilitatem ad fiſcum vſque ad mortem illius, cuius bona confiſcantur. 52.d
Vſusfructus tamen patris in bonis filij, quando pater ob crimen hæreſeos condemnatur, à puncto delicti regreditur ad filium, neque pertinet ad fiſcum. 53.b
Vſumfructum amittit pater bonorum, quæ filius poſt maximam aut mediam capitis diminutionem ſuam aut patris acquirit, eo quòd eo ipſo filius patriam egrediatur poteſtatem. 52.c
Vſusfructus patris in bonis filij per crimen hæreſeos filij, & condemnationem non ceſſat in patre quoad bona, quæ ante crimen erant filij. ibid.
Vſumfructum, quem pater amittit in bonis filij, quia filius delicto aut capitis diminutione ſua, aut patris, egreditur patriam poteſtatem, regreditur ad patrem, ſicut & patria poteſtas, ſi a principe ad ſtatum priſtinum is reſtituatur, qui à gradu decidit. 53.d
Vſusfructus fideicommiſſi, aut bonorum maioratus, pertinet quoad commoditatem ad fiſcũ, interim dum fideicõmiſſum non expirat, aut viuit maioratus, quando bona fideicommiſſarij, aut maioratus ob ipſorũ delictum confiſcantur. ibid.d
Vſusfructus per fructuarij profeſſionem non expirat in religionibus, quę in bonis religioſorũ ſuccedunt, ſed cõmoditas ad monaſteriũ pertinet dũ talis religioſus viuit, idemque eſt in vſufructu patris in bonis filij. ibid.
Vſusfructus cum titulo conceſſo ab eo, qui non poterat illũ concedere, decem annis præſcribitur inter pręſentes, viginti inter abſentes, & triginta ſine titulo. 262.d
Vſusfructus, quem pater habebat in bonis aduentitijs filij, perſeuerat cum patre vſque ad mortem patris poſt ſuſceptos à filio ordines ſacros. 464.b
Vſusfructus, quem pater religioſus habebat in bonis aduentitijs filij, emiſſa profeſſione pertinet ad monaſterium, interim dum talis filius in Luſitania & Caſtella matrimoniũ non contrahit. 474.c
Vſumfructum quem pater habebat in bonis aduentitijs filij, non amittit pater per profeſſionem filij, quin potius mortuo filio perſeuerat apud patrem, toto tpe vitæ ipſius. Bonorũ vero, quę filio poſt profeſſionem adueniũt, vſusfructus, non ad patrem, ſed ad monaſterium ſpectat. 475.d
Vſusfructus bonorum, quæ filio poſt profeſſionem patris adueniunt non ad monaſterium, ſed ad filium ſpectat 476.a
Vſusfructus perſeuerat cũ parẽte, in cuius poteſtate erat filius defunctus toto tempore quo pater vixerit, eſto bona inte vtrumque parentem ſint diuidenda. 584.b
Vſumfructum de iure communi non habebat pater in portionibus, quæ filijs adueniebant ex morte fratris, cui vnà cum parentibus cohæredes exiſtebant, quo pacto intelligendum. 585.d
Vſusfructus & adminiſtratio bonorum aduentitiorum filijfamilias, pertinet ad patrem. 923.c
Vſumfructum in bonis aduentitijs filijfamilias amittit pater, ſi ab adminiſtratione amoueatur quòd illa diſſipet: ſolumque illi de reditibus traduntur alimenta, ſi his indigeat. 924.d
Vſumfructum in bonis filij amittit pater eo ipſo, quod pater in hæreſim incidit; hæreſi autem filij licet non amittat vſumfructum in bonis, quæ filius ante hæreſim comparauit, amittit tamen in bonis acquiſitis poſt hęreſim filij. 932.b
Vſusfructus bonorum, quæ filius tempore emãcipationis habebat, retinet pater dimidiũ; in Luſitania verò nihil. 934.b
Vſusfructus bonorum aduentitiorũ filij pertinet ad patrem, exceptis nonnullis euentibus. 942.a
Vſusfructus bonorum aduentitiorum filij perſeuerat integer defuncto filio in ſolo patre toto tempore quo viuit. Excipitur in Luſitania, quando matrimonium celebratum erat contractu medietatis bonorum. ibi.b
Vſusfructus idem perſeuerat in Caſtella eodem modo in auo comparatione nepotum, quando filius coniugatus, antequam velaretur è vita diſcederet. ibi.d
Vſusfructus idem in Caſtella non perſeuerat cum patre quo ad tertium bonorum filij, quando poſt pubertatem de eo filius diſpoſuit. 943.a
Vſusfructus idem non perſeuerat cum patre, ſi erat bonorum maioratus, aut alia ratione reſtitutioni obnoxius. ibi.b
Vide vſufructuarium.

Vſus.

Vſus quid. 40.c
Vſus interdum ſumitur pro actu vtendi, interdum pro iure vtendi. ibid.d
Vſus caſualis, & vſus formalis quid. 41.b
Vſus latè vt comprehendit vſumfructum, & preſsè. ibid.
Vſus quantum tribuat iuris. ibi.c
Vſus quot modis conſtituitur, ac finitur. ibi.d
Vſus iuris eligendi, & ſimilium, cum ſcientia & patientia eius, ad quem id prohibere ſpectat, inducit poſſeſſionem, eſto non adſit titulus, modò tamen fiat intentione vtendi iure ſuo, & actus non ſit talis, vt ex circunſtantijs credatur pro tunc ſolum permiſſus, præſcribiturque ſine alio titulo. 75.d.76.a
Vſus iuris tempore, cuius initij non extat memoria, poſſeſſionem, & præſcriptionem ſine titulo inducit, modo de mala fide non conſtet. ibid.c
Vſus cum vero titulo & ſcientia ac patientia, inducit poſſeſſionem incorporalium, vt ſeruitutũ & aliorum iuriũ. 74.c
Vſus & titulus, cum ſcientia ac patientia veri domini, ſufficit ad dominium, aut quaſi dominium, rerum incorporalium comparandum, licèt non ad poſſeſſionem, quando tertius alius eſt in poſſeſſione. 75.a

Vxor.

Vxor in adulterio deprehenſa, & adulter quando in continenti dicuntur interfici à marito. 81.d.82.a
Vxores communes in Republica eſſe debere Socrates & Plato aſſeruerunt. 90.c
Idem fuit Apoſtolicorum error. 93.a
Vxor acceptum ob adulterium, non ſecus tradere tenetur marito, ac acquiſita labore manuum ſuarum. 310
Vxor & vir ſibi mutuo ſuccedũt ab inteſtato in omnibus bonis, ſi conſanguineus deſit, vſque ad decimum gradum, qui ſuccedat, & inter illos non ſit diuortium, atque de Luſitano iure vir vxorem domum ſuam receperit. 591.b.c
Vxor quando ſine dote nupſit, in qua portione cum filijs ſuccedat neceſſario marito. ibid.

LAVS DEO.

LVDOVICI MOLINAE E SOCIETATE IESV,

De Iuſtitia, Tomus Primus.

AVCTORIS CONSILIVM, OPERISQVE huius generalis quædam diſtributio.

*P*OST *Tractatum de prudentia, diſſerit D. Tho. de iuſtitia: quæ præſtãtiſſima eſt inter cæteras cardinales virtutes. De ea verò ac partibus, quas habet ſubiectas, diſputat à q. 57. vſque ad 79. à quæſtione autem 80. vſque ad 122. differit de virtutibus iuſtitiæ annexis, nempe, de religione, & alijs, quæ ab integra perfectaq; iuſtitiæ ratione nonnihil deficiunt: diſputationẽ quoque addit de præceptis ad iuſtitiam pertinentibus. Licèt autẽ, quæ per has 23. quæſt. D. Th. de iuſtitia tradit, ſapientiſſimè, vt & cætera alia, dicta ſint: Eccleſiæ tamen vtile, Theologiſq; pergratum, imò & neceſſariũ fore iudicauimus, ſi rem hãc multo copioſius tractaremus: multa, quæ D. Th. de contractibus, & pleriſq; alijs rebus prætermiſit, diſputantes. Ita enim fiet, vt Theologi in enodandis hominum conſcientijs, paſſim non hęreant, audacioreſque proinde, aptioreſque multò ſint ad proximos ſuos iuuandos, & à peccatis eruendos, atque vt prælaturis, regiminique toti Eccleſiæ longè euadant vtiliores. Cum enim via & ratione, ex ſuiſque principijs res intelligant, in quo longo interuallo iuris peritos ſuperant; ſanè, ſi eam Theologicæ partem, quæ de moribus diſſerit, copioſè & pro dignitate & amplitudine obiecti & facultatis Theologiæ tradiderimus, ea, quæ virum Theologum ex ijs, quæ iuris periti tractant, ſcire decet, nec ſine methodo, & arte Theologiæ inſeruerimus; nihil viro Theologo deerit, quod ad Eccleſiæ gubernationem, & Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem neceſſarium fuerit iudicatum. Hoc conſilio ductus, multiſque alijs grauiſſimis de cauſis permotus, ordinem D. Thomæ in his 23. quæſtionibus, præter noſtrum morem, relinquere, opuſque hoc de iuſtitia in varios tomos diſtributum earum loco inſerere ſtatui.*

A B C

Diſtribuimus autem totum hoc de iuſtitia opus in ſex tractatus. Primus eſt, de iuſtitia in genere, partibuſque illius. Secundus, de iuſtitia commutatiua circa bona externa; qui vaſtiſſimus eſt. Tertius, de iuſtitia commutatiua circa bona corporis, perſonarumque nobis coniunctarum. Quartus, de iuſtitia commutatiua circa bona honoris & famæ, itemque circa bona ſpiritualia. Quintus, de iudicio & exequutione iuſtitiæ per publicas poteſtates; vbi de iudiciali correctione, iuſtitiaque vindicatiua erit ſermo: quæ omnia partim ex iuſtitia commutatiua ſunt deducta, partim verò ad iuſtitiam commutatiuam reuocantur, vt ſuo loco explicabitur. Sextus denique eſt, de iuſtitia diſtributiua.

D

DE IVSTITIA in genere, partibuſque illi ſubiectis.

Tractatus Primus.

DISPVTATIO PRIMA.

De varijs iuſtitiæ acceptionibus.

VT dilucidius progrediamur, diſtinguendæ ante omnia ſunt variæ iuſtitiæ acceptiones. Iuſtitia ergo, vt cum Ariſtot. 5. Ethicorum c. 1. & 2. D. Tho. 2. 2. q. 58. artic. 5. & 6. ait, ſumitur duobus modis, & vtroque eſt quodammodo ad alterum. Vno, pro actu cuiuſcunque virtutis, non qua talis eſt, ſed quatenus ordinatur ad cõmune bonum multitudinis, cuius pars eſt ille, qui eum exercet. Seu (& in idem redit) quatenus emanat ab homine, non vt in ſe ſingularis quædam perſona eſt, quæ per prudentiam monaſticam conformiter ad rectam rationem operatur, ſed vt eſt pars Reipublicæ, quæ eo modo operando optimè ſe habet ad ſuum totum, bonumque commune. Itaque quemadmodum (vt tractatu præcedente de prudentia diſput. 5. explicatum eſt) Ariſtot. 5. Ethicorum c. 8. tam in ciue, quàm in principe ac rectore multitudinis, duplicem prudẽtiam diſtinxit, monaſticam. ſ. quæ præſcribit ſingulis, vt priuatę quædam perſonæ ſunt, quid faciendum ſit; & politicam; quæ ea, quæ in bonum commune debent dirigi, vt optimè ſe habeat totum, cuius ſunt partes, ſingulis præſcribit; hancq; ſubdiuiſit, in regnatiuã, quæ eſt in principe, Reipublicæq; rectoribus, ad præſcribendum ſubditis quid cuique iuxta ſuum munus, ſtatum & conditionẽ ſit faciendum, vt totum bene ſe habeat, quam proinde architectonicã appellauit, legeſq; ab ea emanare docuit; & in politicam preſsè ſumptam, quæ eſt in ſubditis, præſcribitque vnicuique eorum quid ſibi, vt pars eſt Reip. faciẽdum ſit, vt ad ſuum totum communeque bonũ bene ſeſe habeat: ſic quoque in re poſita docet, actum cuiuſcunque moralis virtutis poſſe duobus modis ſpectari. Vno, vt quiuis, quatenus particularis quædam perſona eſt, per prudentiam monaſticam eo operatur cõſonè ad rectam rationem: eoque modo ſpectatum pertinere ad particularem aliquam virtutem, nimirum ad fortitudinem, temperantiam, liberalitatem, iuſtitiam commutatiuam, aut aliam ſimilem, iuxta materiam circa quam verſabitur. Altero, vt, qui cũ elicit, bene eo ſeſe habet ad ſuum totum bonumque commune, per prudentiamque politicam ab eo elicitur quatenus pars eſt Reipublicæ: quo pacto ſpectatum, docet ſortiri formalem rationem iuſtitiæ latè ſumptæ, quæ omnibus virtutibus eſt commu-

Iuſtitia quę, & in quo ſenſu communis virtus.

Prudentia alia monaſtica, alia politica.

Politica, alia architectonica, alia preſsè ſumpta.

nis,non quidem per eſſentiam,quaſi ſit de ratione intrinſeca cuiuſque earũ, ſed quia comitatur actus omnium virtutum,in eiſque inuenitur;modò tamẽ, dum fiunt,in commune Reipublicæ bonum eo pacto, quo explicatum eſt,ordinentur. Atque in hoc ſenſu Ariſt.5.Ethic.c.1. & 2.iuſtitiã hoc modo ſumptam appellat totam virtutem. Vt.n. charitas licèt in ſe ſit peculiaris quædam virtus, in eo tamẽ ſenſu poteſt in viro iuſto, qui omnia ſua actu in Deum refert,appellari vniuerſalis,& quodammodo tota virtus,quod in omni virtutis actu,eo modo in Deũ relato,inuenitur ratio formalis charitatis: ſic quoque vult Ariſtoteles,iuſtitiam,de qua diſputamus, eſſe quidem eſſentialiter, & in ſe virtutem quandam particularem, quæ reſpicit commune Reipublicæ bonum, & nihilominus quatenus rectores virtutum opera,quæ præcipiunt, ordinare debent in bonum cõe, & ſubditi in eundem finem omnia ſua bona opera exercere debẽt,eſſe generalem totamq; quodãmodo virtutem, quia ſimiliter in quocũque actu virtutis,qui in commune bonum exercebitur, ratio formalis iuſtitiæ reperietur.

Charitas vniuerſalis & tota virtus, qua ratione.

Diuus Thom.art.6.citato, conſonè ad Ariſtotelem, docet, virtutem hanc eſſe in principe, rectoribuſq; Reipublicæ,architectonicè,quatenus per leges ea præcipiunt & ſtatuunt, quæ ad commune bonum optimamque Reipublicæ adminiſtrationem pertinent, vt vnuſquiſque ita ſe gerat, vt commune bonum, Reipublicæque perfectio poſtulat. Quo fit,vt leges & ſtatuta principũ, & reliqua quæ Reipublicæ rectores executioni mãdant, quatenus in eum finem ea dirigunt, ad hanc virtutem pertineant. Addit D. Thom.ſubditis ineſſe eandem virtutem tanquam mandantibus exequutioni,quę per rectores conſtituta ſunt,dum legibus ad eundẽ finẽ ſe accommodant:eaq; de cauſa virtus hæc, iuſtitia legalis appellatur. Docet præterea Ariſtot. 5.Eth. c.1.& 2.obiectum illius eſſe iuſtum,nõ vt eſt idem, quod æquũ, opponiturq; iniquo, quo iniuriam inuoluit(eo enim modo ſpectatum,obiectum eſt iuſtitiæ particularis,quæ virtus eſt cardinalis) ſed vt eſt idem,quod legitimum,hoc eſt,ꝙ lege eſt præceptũ, legive conſonat,cui aduerſatur iniuſtum in ea ſignificatione,qua is,qui à lege diſcedit,iniuſtus dicitur, vt ibidem Ariſtoteles affirmat. Eiuſmodi ergo virtus,& eſt ad alterum, nempe ad bonum commune Rempublicamque ipſam,& iuſtitia dicitur,quatenus,qui ductum illius ſequitur, eique ſe accommodat, legibus quas Reipublicæ decus, & perfectio poſtulat,adæquatur. Eam ait Ariſtoteles eſſe præclariſſimam, continereque in ſe virtutes omnes, & neque heſperum,neque luciferum eſſet ita admirabilem,multoque adhuc maiorem ſplendorem habere,quatenus architectonice in Reipublicæ moderatoribus,quam quatenus in reliquis,reſidet.

Leges & pręcepta ad quã virtutem pertineant.

Iuſtitia legalis quæ.

Eius obiectum.

Iuſtitię legalis encomia.

Ex dictis infero, ad legiſlatores Reipublicæque adminiſtratores pertinere, conſtituere nõ eas ſolũ leges quæ ad iuſtitiam virtutem cardinalem, ſed etiam eas,quæ ad alias virtutes,fortitudinẽ.ſ.temperantiam,& cæteras ſpectãt: id ꝙ Ariſtot.5. Ethic.c. 1.ẽt affirmauit. Munus quippe eorum eſt,tales ſuis legibus & adminiſtratione conſtituere ciues, quales bonum cõe,decuſq; Reipublicæ poſtulat. Ad ꝙ nõ ſatis eſt,ſi iuſtitiã non tranſgrediantur, ſed fortitudinem eos ſeruare neceſſe eſt,non deſerendo ſuũ locum in bello & temperantiam.Sodomię vitium,& alia,quę Rempublicam fœdant,fugiendo,moderateq; in veſtitu,cultu & cibo ſe habendo, ne facultates inutiliter expendãtur,ac molles fiant. Quocirca rectè Vlpianus, l.iuſtitia, ff.de iuſtitia & iure; Iuris,inquit,præcepta ſunt hæc honeſtè viuere,alterũ non lædere,ſuum cuiq; tribuere;quibus verbis non ſola iuſtitiæ præcepta cõprehenduntur. Idẽ habetur

Ciuiles leges ẽt ad virtutes alias à iuſtitia ſe extendunt.

A Inſtitu.de iuſtitia & iure, §. iuris præcepta. Rectè quoque idem Vlp.l.1.ff.de iuſt.& iu.§.huius ſtudij, præmiſerat: Iuris ſtudij duas eſſe poſitiones ſeu partes, ius videlicet publicũ, quod ad Reipub. ſtatum cõem ſpectat, vt conſtituere ſacra,ſacerdotes,& magiſtratus: & priuatũ, quod ad ſingulorũ vtilitatem pertinet. Idem repetitur Inſt.eo.tit.§.huius ſtudij.

Ea iuſtitiæ acceptio,quã de mente Philoſophi hactenus explicauimus, præbet anſam, vt duo quædã hoc loco magnopere aduertamus. Primũ eſt,actum omnẽ virtutis,quatenus per eũ is, à quo elicitur, ipſius regulæ ac menſuræ ſeſe adæquat, nẽpe rationi rectæ,legique, ac voluntati Dei,appellari iuſtitiã. Quo pacto vſurpata iuſtitia,cõis eſt eſſentialiter ad omnẽ virtutis cuiuſuis operationem. In ea ſignificatione ſumitur frequenter in ſcripturis ſacris. Matt.5. Beati,inquit Chriſtus, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Et, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quã Scribarum & Phariſæorum, nõ intrabitis in regnũ cœlorum. B Et c.6. Attendite,inquit,ne iuſtitiã veſtrã faciatis corã hominibus,vt videamini ab eis. Deut.9. Ne dicas in corde tuo,propter iuſtitiam meam introduxit me Dñs vt terrã hanc poſſiderem,cũ propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Neque enim propter iuſtitias tuas,& æquitatem cordis tui ingredieris vt poſsideas terras earum. Pſ.4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ (legem Dei videlicet obſeruãdo) & ſperate in domino. Cõtinuo verò ſubiungit Propheta,legem Dei mentibus noſtris eſſe inditã,vt illi nos accõmodantes,eiuſmodi ſacrificium Deo offerre poſsimus,dicens: Multi dicunt,quis oſtendit nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe. Et Paulus ad Rom.2. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum: gloria aũt & honor omni operanti bonum: quicunque enim ſine lege(ſcripta.ſ.) peccauerunt,ſine lege peribunt:& quicunque in lege(ſcripta videlicet viuen- C tes) peccauerunt,per legẽ iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur. Cum.n.gentes,quæ legem(ſcriptam) non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex,qui oſtendunt opus legis ſcriptũ in cordib. ſuis, teſtimoniũ reddente illis conſcientia ipſorũ. Et inf. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat,nonne præputium illius in circũciſionem reputabitur? Et iudicabit id, quod ex natura eſt præputium (id eſt, qui de gente & populo eſt in circunciſorum) legem conſummans, te, qui per literam & circunciſionem præuaricator legis es. Non.n.qui in manifeſto Iudæus eſt(legem videlicet ſcriptam profitens) neque quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio,ſed qui in abſcondito Iudæus eſt(legem videlicet coram Deo obſeruans, ac proinde factis eum confitens, quod vox, Iudæus, ſignificat) & circunciſio cordis in ſpi- D ritu,non litera (legis obſeruatione, ſuperflua nociuaque deſideria amputans,ſubaudi,verè Iudęus,vereque circunciſus eſt)cuius laus, non ex hominibus (quorum iudicium fallax eſt) ſed ex Deo eſt. Memineris autem,Paulum conferre Iudæos cum gẽtibus interim dum lex vetus durabat, genteſque in ouili & eccleſia legis naturæ ſalutem conſequi poterant. Eodem modo ſumitur iuſtitia ab Anſelmo in dialogo de veritate,c.23.dum iuſtitiam definit, eſse rectitudinem voluntatis propter ſe ſeruatam. Chryſoſtomus præterea homil.15.in Matth. exponens verba illa capitis 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, apertè docet iuſtitiam interdum ſumi in eadem ſignificatione: paſsimque patres in ea acceptione illam vſurpant,imò Tullius lib.1.de legibus. Eodem modo illam accipit,dum eam definit,eſse obtẽperationem legibus. Quin in ſcripturis ſacris promiſcuè legum obſeruationes, legeſque ipſæ iuſtitiæ appellantur,

Iuſtitia, qua rõne actus cuiuſque virtutis dicatur.

latur, quatenus iuſtos homines efficiũt, obſeruationes quidẽ formaliter, leges verò tanq̃ normæ & regulæ, quę iuſtitiã docent & menſurant. Deut. 4. Scitis, ait Moſes, ꝙ docuerim vos præcepta atque iuſtitias, quas ego præcipio tibi. 2. Paralip. 7. Si feceris iuxta oĩa, quæ præcepi tibi, & iuſtitias meas, iudicia que ſeruaueris, ſuſcitabo thronum regni tui, &c. Si aũt auerſi fueritis, dereliqueritis iuſtitias meas & præcepta mea, quæ propoſui vobis, euellam vos de terra. Pſ. 17. Omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitia eius non repuli à me. Pſ. 88. Si aũt dereliquerint filii eius legem meã, & in iudicijs meis nõ ambulauerint, ſi iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint. Quibus plura alia teſtimonia, quæ tacitus prætereo, addi potuiſſent.

Iuſtus non eſt, qui in lethali eſt peccato.

Secundum eſt. Cum, autore Dionyſio c. 4. de diuinis nominibus, bonum ex integra cauſa ſit, malũ autem ex particularib. defectibus; ſanè qui in ſorde alicuius lethalis culpæ iacet tranſgreſſione legis alicuius, q̃ vel ſua propria, vel primi parentis voluntate fregerit, ita vt illi, ſaltẽ vt gratuita dona amittat, ad culpã imputetur, iuſtus nulla ratione dici valet. His ſi adiungas, ad finẽ ſupernaturalem ſatis nõ eſſe impletionẽ legis naturalis, ſed ſimul ẽt requiri impletionem ſupernaturalium pręceptorum, ad q̃ gratia & charitas eſt neceſſaria: imò impletionẽ legis naturalis nullius eſſe fructus, valoris, ac meriti ad eum finẽ, niſi ex grã & charitate fiat, vt in Concordia & 1. p. q. 14. art. 13. latè oſtendimus, inueniens, quanam ratione gratia & charitas iuſtitia, qua corã Deo iuſti formaliter ſumus, meritò dicatur hominemque tunc iuſtificari, quando illam recipit. Etenim cum gratia & charitas lethalia omnia peccata deleat, principiumque ſit legem ſupernaturaliter ac meritoriè implendi, atque adeò accommodatè ad vitam æternam, ſanè illa eſt, quæ nos iuſtos facit ac rectos corã Deo, vtpote, quæ non ſolum obliquitates oẽs contra legẽ ipſius tollit, ſed ẽt habiles ac promptos nos reddit ad legem totam meritoriè, & vt ad ſalutem oportet, implendam. Verum de hac re alibi latius. Alia quoque ratione gratia & charitas iuſtitia poteſt appellari, quatenus videlicet nos adæquat, commenſuratoſque reddit fini ſupernaturali.

Idem de originali iuſtitia.

Præter hanc & præcedentem rationem, donum integrum, quod primi parentes ſibi & poſteris acceperunt, iuſtitia originalis appellabatur. Sola verò ea pars, quæ vires ſentientes coercebat, ſubditaſque rationi reddebat, ſi iuſtitia originalis appellanda ſit ſolum erit, quatenus hominem naturali fini adæquabat, commenſuratumque reddebat, ne ab illo deuiaret, ſed facile eum conſequeretur.

Iuſtitia preſſe ſumpta, & eius obiectum.

Alio modo ſumitur iuſtitia, vt eſt particularis virtus in ordine ad alterum, cuius obiectum eſt iuſtũ preſſè ac propriè ſumptũ, vt eſt idem, quod æquũ: cuius oppoſitũ eſt iniquum, quod iniuriam alterius comparatione inuoluit. Atque iuſtitia hoc modo ſumpta cõputatur inter virtutes cardinales, de eaq; inſtituimus hoc opus in ſex tractatus diſtributum.

DISPVTAT. II.

De varijs iuris acceptionibus, & in qua ſit obiectum iuſtitiæ.

Iuris variæ ſignificationes.

CVm habitus, actus, & potentiæ per ſua obiecta definiantur, in explicanda iuſtitia ordiendum nobis eſt cum D. Tho. 2. 2. q. 57. à iuris explicatione quod obiectum eſt iuſtitiæ. Animaduertendum verò eſt, vocabulum, Ius, æquiuocum eſſe. Inter alia autem, primò ſignificare idem, quod iuſtum in vtraque ſignificatione diſputatione præcedente explicata. Inde verò translatum eſſe ad ſignificandas leges, quib. id cõtinetur, ſiue naturales illæ ſint, ſiue ſcriptæ, artemq; qua id cognoſcitur. Sicut enim me-

A dicinæ nomẽ primo eſt impoſitum ad ſignificandũ medicamentum, quod ad ſanandum confert, inde verò deriuatũ eſt ad artem, qua id cognoſcitur et applicatur, ſignifican ſam: ſic ẽt vocabulũ, ius, primò, eſt impoſitum ad ſignificandum iuſtum in vtraque ſignificatione, diſputatione præcedente explicata, inde verò accommodatum eſt ad ſignificãdas leges quibus continetur, artem q; ac peritiã, qua id cognoſcitur. In hac poſteriori ſignificatione ſumpſit Celſus Iuriſcõſultus ius, dũ teſte Vlpiano. l. 1. ff. de iuſt. & iure, illud definiuit, artem boni & æqui. Peritiam quippe legum ac iuſti appellauit, ius artem q; boni, & æqui, vt ex Vlpia. verbis ac inſtituto eadem lege apertè conſtat, quidquid Sotus 3. de iuſt. q. 1. ar. 1. in contrarium dicat. In eadem ſignificatione ſumpſit idem vocabulum Iſidorus, 5. lib. Etymol. c. 3. & refertur c. ius generale, d. 1. cum dixit. Ius generale nomẽ eſt: lex aũt (ſcripta videlicet) iuris eſt ſpecies. Eadẽ vocabuli vſurpatio poteſt ex eo confirmari, ꝙ in
B eadem ſignificatione dicere cõſueuimus, hoc vel illud iure naturali aut poſitiuo (hoc eſt, lege) eſſe conſtitutum, ius, appellantes, tam naturalem, quàm poſitiuam legem, non ſolum qñ id præſcribit ac pręcipit, ꝙ ad iuſtitiam preſſe ſumptam, ſed ẽt qñ præcipit, ꝙ ad quamcunq; aliam virtutẽ ſpectat, quo pacto dicere conſueuimus, ieiuniũ quadrageſimale iure humano eſſe conſtitutum, baptiſmũ verò & confeſſionem iure diuino poſitiuo. Quòd autẽ ius pro iuſto obiectoq; iuris in hac poſteriori ſignificatione, ſumatur, teſtať Iſidorus loco proximè citato, dicens: Ius aũt eſt dictũ, quia iuſtum eſt; atque ſubiũgens; omne autem ius legibus & moribus conſtat. Teſtatur prætereà communis loquentium vſus.

Ius an à iuſtitia dictũ.

Vtrum autem ius à iuſtitia dictum ſit, an è contrario iuſtitia à iure, Vlpianus, l. 1. citata affirmat, à iuſtitia dictum eſſe ius: ſumit tñ ius pro legibus, arteq; boni, & æqui. Sotus verò loco citato contendit
C iuſtitiam à iure eſſe dictã, vt ius idem eſt, ꝙ iuſtum. Rõ illius eſt, qm̃ habitus ſumit nomen ab obiecto, & non è contrario. Id tñ vt plurimum nõ eſt verũ. A viſu quippe dr̃ obiectũ viſibile, & à ſcĩa ſcibile, & non è cõtrario: quare inde non conſtat iuſtitiam dictam eſſe à iure, contrariumq; reputo magis verũ.

Ius quod iuſtitiæ obiectum.

Cum ius in ea ſignificatione, qua eſt idem, quòd iuſtũ duob. modis vſurpetur: vno latè, vt eſt idem, quod legitimum, conſonumuè rationi ac legi: altero preſsè, vt eſt idem, quod æquum, iniquo, quod iniuriam inuoluit, oppoſitum, conſiſtitq; in medio ex natura rei comparatione, & proximi inter plus & minus, ſeu inter lucrum & damnũ in ſenſu, quẽ 1. 2. q. 64. explicauimus; ſanè quemadmodum nemini poteſt eſſe dubium, vſurpatum in priori acceptione, obiectũ non eſſe iuſtitiæ virtutis cardinalis; ſic quoque nullus iure dubitare poteſt, vſurpatũ in poſteriori acceptione, eſſe illius obiectum. Id
D quod D. Th. q. 57. citata art. 1. affirmat, conſentiuntque Ariſtoteles, Vlpianus, ac Iuſtinianus. Vt enim Ariſtoteles 5. Ethicorum c. 1. iuſtitiam per habitudinem ad ſuum obiectum definiens, dixit, eſſe habitum quo homines apti ſunt ad res iuſtas agendas, & quo iuſta agunt, & volunt iuſta: ſic quoq; Vlpianus, l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iure, et Iuſtinianus, §. 1. Inſt. de iuſt. & iure, definiẽtes ſimiliter iuſtitiam per habitudinem ad ſuũ obiectũ, dixerunt, eſſe conſtantem & perpetuã voluntatem, ius ſuũ vnicuique tribuentem. Definitio hæc inferius explicabitur.

Ius pro poteſtate ad aliquid.

A iure in hac acceptione emanarunt quædam aliæ iuris acceptiones. Nempe, pro facultate, poteſtateuè quam ad aliquid homo habet: quo pacto dicimus, aliquem vti iure ſuo. Iudex etiam cum ſententiam profert, eſto iniqua ea ſit, ius dicere dicitur, vt Paulus Iuriſconſultus; l. penult. ff. de iuſtitia & iure ait. Dicitur verò tũc ius dicere, relatione facta ad id

quod iudicem facere oportet, quaſi proferre ſententiam vt oportet, ſit ius dicere, hoc eſt, explanare & pronunciare quod iuſtum eſt. Idem Iuriſconſultus ibidem ſubiungit, ius vſurpari etiam pro loco in quo ius dicitur: idemque ex eodem affirmat D. Tho. artic. 1. citato. Dominico autem Soto 3. de iuſtitia. q. 6. 1. art. 1. id non placet: quia vocari aliquem in ius, nõ tam eſt vocari in locum vbi ius dicitur, quam vt coram iudice compareat iuris experiendi gratia. Miſſas facio alias iuris acceptiones.

Mediũ aliarum virtutũ comparatione.

Supereſt admoneamus diſcrimen illud, quod D. Th. art. 1. citato inter iuſtitiam & reliquas virtutes morales cõſtituit. Videlicet, iuſtitiam à reliquis moralib. virtutibus differre, quod in reliquis medium ſumitur per comparationem ad agentem. In virtute namq; temperantię alia quãtitas cibi, & potus eſt medium per comparationem ad eum, qui vnam habet complexionem, robur, & vires, & alia per comparationẽ ad alium, qui habet longè diuerſam complexionẽ, & alia quantitas eſt medium per comparationem ad eundem, dũ ſanus eſt, alia dum febricitat, aliævè concurrunt circunſtantiæ: idẽ cernitur in fortitudine: aliæ quippe difficultates & pericula aggredienda ſunt, medijq; rationem hñt, comparatione eius, qui maiores habet vires, quæ ſanè rationẽ medij nequaquã haberent comparatione alterius, qui longè minores vires, longeq; minora ſubſidia haberet. In virtute verò iuſtitiæ medium non ſumitur per comparationem ad agentem, ſed ex natura rei collatione factà cũ altero. Vt ſi mutuo accepi centum, aut furatus ſum, medium eſt, vt exceſſum, quem exiſtente eo contractu, aut furto, habeo vltra id, quod meum eſt, aut ad me pertinere debet, & defectum, quem proximus infra id, quod ſuũ eſt, propterea patitur, reducam ad æqualitatem, reſtituendo illi centum. Quòd ſi impotens ſim, excuſabor quidem ad tẽpus pp impotentiã, manet tñ obligatio ad idem medium ex natura rei conſtituendũ. Licet aũt inter iuſtitiam & reliquas morales virtutes ſit prædictũ diſcrimen, in hoc tñ conueniunt, qđ ſicut in reliquis, vt actus alicuis ſtudioſus ſit, veruſque ac proprius actus illius virtutis, non ſatis eſt ſi attingatur, qđ verè eſt mediũ per cõparationem ad eum, qui eum actũ elicit, ſed vlterius requiritur, vt ſciens & eligens propter hoc ipſum illum eliciat: ſic quoque in virtute iuſtitiæ, vt actus ſtudioſus ſit, ad virtutemque iuſtitiæ ptineat, non ſatis eſt, ſi verè eo attingatur medium ex natura rei, fiatque id, quod in ſe iuſtum eſt; ſed vlterius requiritur, vt qui eum elicit, ſciẽs & eligens propter hoc ipſum eum eliciat. Quo fit, vt quemadmodum ſi aliquis ex auaritia, & non vt temperatè viuat, commodat quod oportet, efficiet quidem hic & nunc, quod temperatum eſt in ſe, actus tamen ille neque ſtudioſus, neque virtutis erit temperantiæ: ita ſi quis ſoluat, quod debet, at non ea intentione: quia illud debet, ſed metu, aut propter malum aliquem finem, non efficiet actum iuſtitiæ. Conſonatque aperte cũ noſtra doctrina Ariſtoteles, 5. Ethicorum ca. 8. dum ait, ſi quiſpiam depoſitum inuitus & ob timorẽ reddiderit, non eſt dicendum hunc iuſtum, aut ius agere. Quare hac in parte nullum video diſcrimen inter iuſtitiã & reliquas virtutes, vt vult D. Tho. Etenim quemadmodum quando in materia iuſtitiæ attingi videtur medium, ſed opus non fit ex intentione, quia tale fit quidem, quod in ſe eſt iuſtum, actus tamẽ nõ eſt iuſtitiæ: ſic etiam, quando in materia temperãtiæ attingitur id, quod re vera eſt mediũ facta collatione cum operante, & tamen actus non elicitur ex intentione, quaſi id ſit volitum quia tale, fit quidem quod in ſe eſt temperatum, actus tamen non eſt temperantiæ. Vtrum autem per eiuſmodi actus impleãtur præcepta, diximus 1. 2. quæſt. 100. art. 9.

Medium iuſtitię comparatione.

Iuſtitia in quo cũ alijs virtutib. cõueniat.

DISPVTATIO III.

Diuiſio iuris in ſua membra.

Licet D. Tho. 2. 2. q. 57. art. 2. & 3. ſolũ videatur locutus de diuiſione iuris, quod obiectũ eſt iuſtitię particularis, q̃ virtus eſt cardinalis: diuidendũ tñ nobis eſt ius latius ſumptũ, vt obiectũ eſt cuiuſcunque legis, aut moris, q̃ vim legis habeat: cuiuſmodi ſunt, rerũ diuiſio, immunitas legatorũ, & pleraque alia, q̃ conſuetudine perſcripta ſunt de iure gentiũ, aut ciuili: eædẽ quippe diuiſiones ſunt iuris vtroque mõ ſumpti. Imò cũ diſputatione præcedente oſtenſum ſit, ius non ſolũ dici de obiecto legis, ſed etiam de lege ipſa: & quã latè lex patet, tã latè pateat ipſius obiectum, ſanè eodem mõ diuidi poteſt ius ſumptũ pro lege, & ſumptum pro legis obiecto. Quo fit, vt quæ de iuris diuiſione dicemus, de iure quouis horũ trium modorum accepto intelligi valeant.

Mores vim legis habentes qui.

Primo aũt loco conſtituemus cum Theologis dilucidam ac vniuerſalem quandam iuris diuiſionem. Deinde verò cum ea conciliabimus quandam aliam quę ff. de iuſt. & iure, & Inſtitut. de iure natu. gent. & ciuili habetur: quæ ſanè tenebras huic rei videtur effundere. Illud verò non eſt omittendum, ius diuinum duplex eſſe, naturale videlicet, & poſitiuum. Cum enim natura à Deo optimo maximo inſtituta ſit: naturæq; legem, qua bonũ a malo diſcernimus, ipſe mentibus noſtris impreſſerit, vt vel experientia ipſa conſtat, colligiturq; apertè ex illo Pſal. 4. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, quod ſanè lumen aliud non eſt, quam vis ipſa intellectus, qua ea quæ ex ſe & natura ſua bona ſunt, ab ijs quæ ex ſe mala ſunt, ſecernimus ac dijudicamus; conſequens profectò eſt, vt ius naturale a Deo optimo maximo ſit mẽtibus noſtris inditum, naturiſque ipſis rerum impreſſum, atque adeo vt ſit ius diuinum, a Deo ipſo latũ. Id quod confirmari poteſt ex illo ad Rom. 2. Cum gentes quæ legem non habent (ſcriptã videlicet, à Deo angelorũ, Moyſiſque miniſterio Iudæis latã) naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem (ſcriptam) non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis cõſcientia ipſorum; dum ſcilicet naturaliter eos docet, quid ſibi faciendum ſit, & a quo abſtinere debeant: quare cum eiuſmodi lex in eorum mentibus ſcripta, non ab alio, quã à Deo immediatè lata ſit, efficitur, vt diuina ſit. Eſſe autem præter eam ius aliud diuinum poſitiuum, ex præceptis baptiſmi, confeſſionis, & ex pleriſque alijs veteris ac noui teſtamenti, eſt manifeſtum.

Ius diuinũ naturale vnum, poſitiuum alterũ. Naturale explicatur.

Hoc cõſtituto, altero duorũ modorum cõficere poſſumus diuiſionẽ iuris. Primo diuidendo ius in diuinũ, & humanum. Rurſus diuinum, in naturale, & poſitiuũ. Poſtea humanum, qđ totum poſitiuũ eſt, in ſua mẽbra. Secundo, diuidẽdo ius in naturale, & poſitiuũ. Deinde poſitiuũ in diuinum, & humanũ. Rurſus humanum, in ius gentium ciuile, & canonicum. Ita vt canonicum ſit, qđ per eccleſiã, eiuſve miniſtros, qua tales ſunt, traditum eſt: ciuile vero, quod conditum eſt per ſeculares poteſtates. Quãuis ſi ſtrictè, & propriè de iure canonico loquamur, ſit illud ſolum, quod ad regimen vniuerſalis eccleſiæ à ſummis pontificibus traditum, approbatum ve eſt: conſtitutiones verò particulares miniſtrorum eccleſiaſticorum, non, niſi vt illas a iure ſeculari ſecernamus, ſint cum canonico iure annumerandæ. Atque hic ſecundus diuidendi modus mihi magis placet.

Iuris diuiſio

Ius canonicum latè & preſſe quid.

Hoc loco, ne quem æquiuocatio fallat, animaduertendum eſt; Ius ciuile duobus modis poſſe vſurpari. Vno pro iure toto, quo regnum, aut ciuitas

Ius ciuile latè & preſſe quid.

regitur,

regitur. Et quia vnumquodque regnum non ſolum regitur iure ſibi proprio;ab ipſomet regno conſtituto, ſed etiam iure,quod commune habet cum omnibus gentibus,quale eſt ius naturale & ius gentium, efficitur,vt ius ciuile hoc modo ſumptum,ius naturale,& ius gentium cōplectatur. De eo ſic ſumpto affirmat Vlpianus,l.1.ff.de iuſt.& iure,§.huius ſtudij,collectum eſſe ex naturalibus pręceptis gentiū, & ciuilibus. Et Ariſt.5.Ethic.c.7. diuidit ius ciuile hoc modo ſumptum,in ius naturale,& legitimum, hoc eſt,poſitiuum,quale dicit eſſe illud,quod à principio,antequam ſcilicet lata eſſet lex,nihil referebat ſic, an aliter ſe haberet: poſtquam autem lata lege poſitum eſt,refert. Altero modo poteſt ius ciuile vſurpari pro eo,quod eſt proprium cuiq; ciuitati aut regno. Sumptum verò hoc modo, diſtinguitur à iure naturali & à iure gentium, eſtque membrum diuidens noſtræ diuiſionis.

DISPVTAT. IV.

Ius naturale quid ſit, & an ea, quæ iuris naturalis ſint, mutari queant.

Ius naturale quod.

HAc diſputatione explicandum eſt membrum primum ſecundę diuiſionis iuris in cōe:ſequēti verò explicabimus membrum ſecundum, & eas partes in quas illud ſubdiuiſimus. Ius naturale definitur ab Ariſt.5.Ethic.c.7.eſſe illud,quod vbiq; eādem vim habet,& non quia vr̄ aut non videtur, id eſt,cuius obligatio oritur ex natura rei de qua eſt p̄ceptum,& non ex arbitrio præcipientis: & quia res eādem naturā retinet apud oēs,idcirco naturale ius eandem quoq; vim apud oēs habet. Quo loco accipe egregium hoc diſcrimen inter ius naturale,& poſitiuū. Quod obligatio iuris naturalis oritur à natura obiecti,indeq; ſe diffundit in præceptū. Ea verò de cauſa dici conſueuit,ea, quæ ſunt iuris naturalis, prohibita eſſe,quia mala,& nō ideo mala eſſe, quia prohibita. Similiter in bonis,iuſta eſſe quia bona,& neceſſaria vt fiant, & non ideo eſſe bona, neceſſaria que vt fiant,quia iuſſa. Econtrario vero obligatio iuris poſitiui oritur à præcepto & voluntate præcipientis,indeque deriuatur in obiectum. Atq; idcirco de ijs,quæ iuris ſunt poſitiui, dici conſueuit,ea eſſe mala.quia prohibita,& non ideo prohibita,q̄a in ſe mala. Similiter in bonis, eſſe bona neceſſaria vt fiant,quia imperata,& non ideo imperata, quia de ſe bona neceſſaria vt fiant. Atq; hac de cauſa merito Ariſt.5.Ethic.c.7.ea eſſe iuris poſitiui definit, q̄ à principio,antequam lex ſtatuatur, nihil refert, ſic an aliter fiāt:poſtquam verò lex eſt lata,refert; quia videlicet eorum obligatio non oritur à natura rei p̄ceptæ,ſed à præcepto & voluntate præcipientis. Regula ergo generalis ad dignoſcendū, num aliq̄d ad ius naturale,an ad poſitiuum pertineat,hæc eſt. Si obligatio oritur à natura rei,quæ præcipitur aut prohibetur,quia videlicet in ſe eſt neceſſaria vt fiat, vt eſt ſubuenire extremè indigenti,vel quia in ſe eſt illicita,& mala,vt furari,adulterari,mentiri, tunc p̄ceptio aut prohibitio pertinet ad ius naturale; ſi verò obligatio non oritur à natura rei quæ præcipitur aut prohibetur,ſed à præcepto & voluntate prohibentis,eſto ex parte rei ſit congruitas, & exigentia quædā vt præcipiatur aut prohibeatur, pertinet ad ius poſitiuum. Eiuſmodi ſunt ieiunium quadrageſimæ,confeſſio annua,ſuſceptio baptiſmi, &c. Quia ergo ius naturale à rerum ipſarum naturis,quæ præceptæ aut prohibitæ ſunt,oritur,eo quod in ſe illicitæ aut neceſſariæ ſint vt fiant,ſi virtus ſalua debeat conſiſtere: natura verò queādmodū indidit nobis ſemina quædā ad cognoſcēdum ex rerum ipſarum naturis veritates ſpeculatiuas,non ſolum principio-

Diſcrimen inter illud & poſitiuum.

Ius poſitiuum quod.

A rū,ſed etiā cōcluſionum, quæ ex ipſis deducuntur, ſic quoq; dedit igniculos ad cognoſcendas ex naturis earundem rerum veritates practicas, non ſolum principiorum,ſed etiam concluſionū quæ ex eis deducuntur; inde oritur,vt dici conſueuerit, ius naturale eſſe quod natura ipſa nos docet. Aduerte tñ,naturam non ita diſtinctè nos docere ea quæ iuris ſunt naturalis,quin in deducendis aliquibus concluſionib.ex principijs facilè error ſurrepat, præſertim q̄n concluſiones eiuſmodi remotè,obſcureq; ex primis principijs colliguntur:quo fit, vt circa ea, quæ iuris ſunt naturalis,error poſſit aliquando euenire.

Natura quo pacto ius naturale nos docet.

Dubium tamen eſt circa rem præſentem, an ea, quæ iuris ſunt naturalis,poſſint aliq̄n ita mutari, vt eſſe deſinant de iure naturali. Ad ꝙ reſpōdent Ariſto.5.Ethic.c.7.& D.Th.2.2.q.57.ar.2. ad primū, poſſe interdum mutari;non tamen omnia, ſed aliqua. Vt enim inter res naturales quædā ſunt neceſſariæ oīno,quę variationem non patiuntur,vt ignis
B ita eſt calidus,vt eſſe nequeat frigidus,& homo ſuaptè natura ita vim habet ad intelligēdū, vt nequeat ea priuari; & quædam ſunt ita ſuapte natura tales, vt poſſint aliquādo aliter ſe habere,ſicut,licet dextera manus naturaliter fortior ſit,quam ſiniſtra, interdum tñ ſiniſtra euadit fortior q̄ dextera:ita in rebus moralib.quædam ſunt de iure naturali eius cōditionis,vt nequeant non eſſe,cuiuſmodi ſunt quæ in Decalogo præcipiuntur,eo modo quo præcipiūtur;in quæ,ſic ſpectata,ne diuina quidē potentia cadit diſpenſatio,vt 1.2.q.100.ar.8.latè oſtēdimus:alia verò ita ſunt de iure naturali,vt poſſint aliq̄n deficere,& non eſſe de iure naturali. Hoc modo,licet reddere depoſitū ſit de iure naturali,ſi tñ rei depoſitæ dñs in furiā incidat, periculūq; ſit ne ſe, vel aliū ea interficiat,de iure naturali eſt cōtrariū, nēpe dū periculū illud imminet,rē depoſitā ei non reddere.

Aliqua naturalis iuris mutari, & non eſſe iuris naturalis poſſunt.

Eſt tamen notandum latiſſimum diſcrimē inter
C variationem eorum quæ ſunt de iure naturali,& eorū quæ ſunt de iure poſitiuo. Variatio namque eorū,quæ ſunt de iure naturali,non euenit pp variationem,aut mutationem,quæ in lege naturali fiat, ſed propter aduentum circunſtantiæ,quæ extrahit obiectum à numero eorum, quæ lex ea comprehendebat:quare fit ſine vlla diſpenſatione, aut mutatione legis,lumine intellectus dictante & interpretante, quod perſiſtente lege in ſe vt antea erat, non intelligatur in eo euentu,talique ſuperueniente circunſtātia. Neque enim vnquam de iure naturali fuit,vt enſis depoſitus redderetur furioſo illum petenti,quin potius contrarium ſemper naturale ius præcepit. Vnde efficitur,vt vniuerſim verum ſit, id quod eſt de iure naturali,eo pacto,quo obiectiuè cenſetur eſſe iuris naturalis,vbique & apud omnes habere eādem vim,vt Ariſtot.5.Ethico. capitu.7. definiuit. Variatio autem eorum, quæ ſunt de iure poſitiuo,
D euenire poteſt,non ſolum facta variatione ex parte obiecti,vt ſi is,qui die Veneris à carnibus abſtinere tenebatur,in febrim incidat,ſed etiam facta mutatione & variatione in ipſa lege,eam abrogando omnino,aut in ea diſpenſando. Cum enim obligatio illius,non ex natura obiecti, ſed ex voluntate pēdeat legiſlatoris,pro illius arbitrio eam abrogantis, aut in ea diſpenſantis,deſinit,vel omnino, vel ex parte obligare. Quo ſit, vt merito Ariſtoteles loco citato,ea quæ iuris ſunt poſitiui,menſuris vini aut tritici comparauerit,quæ pro hominum arbitrio mutantur,neque ſunt eædem apud omnes. Prædictis ſi adiungas,poſitiuum ius, hominumque voluntatem, poſſe interdum proponere ex parte obiecti circunſtantia,qua id,quod ſecluſa tali circunſtantia eſſet iuris naturalis,deſinat ad ius naturale pertinere, intelliges multa,quæ aliquibus ſolent multum negotij faceſſere.

Non tamen facta variatione in lege,vt ea quę iuris sūt poſitiui.

Poſitiuum ius qua rōne efficere poſſit, vt aliquid eſſe deſinat de iure naturali.

Primum eſt, ius poſitiuum humanum efficere A poſſe, vt aliquid liceat, quod ſecluſo tali iure, eſſet contra ius naturale: non quaſi ius humanum præiudicare poſſit iuri naturali, ipſi in aliquo derogãdo, ſed quod poſſit apponere circunſtantiam ex parte obiecti, qua id eſſe deſinat de iure naturali, quod foret ſecluſa ea circunſtantia. Exemplum accommodatum habemus in lege præſcriptionis, qua ei, q bona fide poſſedit aliquid alienum toto tpe dato ad p̄ſcribendum, fas eſt, trãſacto eo tpe, retinere illud, etſi reſciat fuiſſe alienum: quod tamen, ſecluſa lege præſcriptionis, eſſet contra ius naturale. Vt verò id dilucidius intelligas, animaduerte, de iure naturali eſſe, non retinere alienum inuito domino; cui iuri nihil præiudicat lex præſcriptionis, ipſi in aliquo derogando: eo quod non efficiat, vt inuito domino liceat retinere alienum, dum perſiſtit alienum, quod eſſet præiudicare iuri illi naturali: ſed princeps poteſtatem habens iure naturali ſpoliandi ſubditos dominio rerum ſuarum, illudque in alios trãsferendi, B qñ id bono Reipublicæ viderit expedire, eo ipſo, ꝙ ad reſcindendas lites, & quaſi in pęnam negligentiæ propriorum dñorum, ne id in poſterum publicã tranquillitatem turbaret, legem iuſtam præſcriptionis cõdidit, qua ſtatuit, vt qui bona fide rem aliquã certo quodam tempore poſſideret, compararet dominium illius, priorque dominus illud amitteret, appoſuit circũſtantiam ex parte obiecti, qua id, quod ſecluſa ea lege eſſet alienum, ac proinde cuius retentio eſſet contra ius naturale, ſtante ea lege, neq; alienum ſit, neque illius retentio ſit ius naturale.

Iure naturali fuiſſe ante rerum diuiſionem omnia communia, vt verũ.

Secundum eſt, in quo ſenſu verum ſit, quod communiter dici conſueuit, nempe de iure naturali fuiſſe omnia communia, iure verò gentium introductã factamque fuiſſe rerum diuiſionem. Senſus enim eſt, ſpectata prima rerum conſtitutione, qua res à Deo conditæ, & donatæ ſunt generi humano in cõmune, nihil cuiquam appropriando, ſpectatoq; iure C quod tunc erat, antea quàm quicquam iure poſitiuo ac gentium fuiſſet introductum, in hoc ſenſu, iure naturali fuiſſe omnia communia, quod contra ius naturale fuiſſet, prohibere quemquam vſu cuiuſcunque illarum, fieretque illi iniuria; eò quòd communes eſſent ſibi cum reliquis hominibus. Quia tamen Deus ita generi humano in commune res donauit, vt nec præceperit, vt haberent eas communes nec prohibuerit, vt eas inter ſe diuiderent, præſertim ſi id temporis ſucceſſus, generiſque humani ſtatus poſtularet; ſanè homines poſt lapſum in peccatum, poſtulãte id recta ratione, diuidere eas inter ſe potuerunt, reque ipſa diuiſerunt: tum vt melius adminiſtrarentur: tum etiam vt pax inter homines ſeruaretur, quæ ſanè, ſi omnia omnibus vniuerſim eſſent communia, ſeruari nulla ratione poſſet. Ius ergo poſitiuum, ex communi hominum tacito vel expreſſo beneplacito, aut ex primorum parentum, vel D Noè poſt diluuium, ſtatuto, aut alterius, quem ſibi in principem elegiſſent, efficere potuit, vt quod ante rerum diuiſionem eſſet contra ius naturale, ea facta, adueniente que circunſtantia ex parte obiecti appropriationis rerum, iuri naturæ non repugnaret. Eaque de cauſa, poſt rerum diuiſionem, licitum eſt cuique, prohibere ab vſu rei ſuæ quemcunque aliũ, qui ea extremè, aut grauiter non indiguerit. Infra autem oſtendemus fidei dogma eſſe, licitam eſſe rerum diuiſionem.

Iure naturali naſcituros omnes liberos, vt verũ.

Tertium eſt, in quo ſenſu l. manumiſſiones, ff. de iuſtitia & iure, aſſertum fuerit, iure naturali omnes homines naſcituros fuiſſe liberos. Id quod non ſolum fuit etiam aſſertum l. 4. ff. de ſtatu hominum, §. ius autem gentium, Inſt. de iure naturali, gentium & ciu. & §. ſeruitus. Inſtit. de iure perſonarum, ſed etiam additum his iuribus fuit, ſeruitutem eſſe con-

A tra ius naturale, fuiſſeque cõtra naturam de iure gẽtium introductam. Senſus autem horum omnium eſt, ſpectata præcisè prima rerum conſtitutione, homines ita iure naturali naſcituros fuiſſe liberos, vt ſeruitus eſſet contra naturam, iuſq; ipſum naturale, atque adeò iniuſta. Commiſſa autem culpa per aliquos populos, ortoque bello iuſto, quo fas fuit eos interficere, non ſolum iure gentium ſeruitutem eſſe licitam, minimeque contra ius naturale, eo ipſo qđ ex parte obiecti ea circunſtantia licitæ eorum interfectionis reſultauit, ſed etiã auctoritate propria cuiuſque populi aut principis, qui ius ſimile ad interficiendum quacũnque ex cauſa haberet, potuiſse licitè introduci, commutando mortem ijs, qui illa digni erãt, in perpetuam eorum ſeruitutem. Atq; hac ratione ſeruitus cępit meritò iure gentium introduci, vt vel nomen ipſum ſerui indicat: dicti enim ſunt ſerui à ſeruando, quia à morte ſeruati, vt habetur l. 4. citata, & §. ſerui, Inſt. de iure perſonarum.

Seruitus vt licitè gentiũ iure introducta.

Seruus à ſeruãdo dictus.

B Quartum, quod intelliges, ſunt verba illa Vlpiani. l. ius ciuile, ff. de iuſtitia & iure, vbi ait: Cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, naturali ſcilicet & gentium (vt ex ijs quæ præmiſerat eſt manifeſtum) ius ciuile efficimus. Quibus verbis affirmat, ius ciuile aliquando addere iuri naturali & gentium, aliquando verò aliquid ab eis detrahere. Addit quidem nonnunquam ſolam determinationem ad quædam particularia, nonnunquam verò noua oĩno ſtatuta. v. g. De iure naturali Deum coli debere: quod vero hoc vel illo ſacrificio in particulari colatur, non eſt de iure naturali, ſed ex arbitrio hominium pendet. Quare ſtatuere caprã Dijs, ſed non duas oues mactare, (quod eſt exemplum Ariſtotelis 5. Ethicorũ, c. 7.) non ad ius naturale, ſed ad poſitiuum ciuile ſpectat. Eodemq; modo determinatio ſacrificiorum in lege veteri, & ſacrificij miſſæ noua lege, ad ius diuinum poſitiuũ ſpectat. Item C de iure naturali eſt, malefactorem puniri debere: ꝙ vero hac vel illa pœna in particulari, vt quod latro ſuſpendatur, vel flagelletur, aut triremibus addicatur, non eſt de iure naturali, ſed ad ius ciuile ſpectat id cõſtituere. Vniuerſimq; edere ſtatua, q̃ nec in naturali, nec in gentiũ iure continentur, ſiue illa iuris naturalis determinationes ſint, ſiue nõ, ad ius ciuile pertinet. Detrahit verò aliqñ ius ciuile aliquid de iure naturali, nõ directè, ſed ĩdirectè, vt explicatũ eſt.

Ius ciuile, vt addendo, ac detrahendo naturali ac gentium fiat.

DISPVT. V.

De iure poſitiuo, partibuſque illi ſubiectis.

IVs poſitiuum quid ſit, & in quo à naturali differat, explicauimus obiter diſputatione præcedente. Illud diſputatione 3. diuiſimus in diuinum, & humanum. Ius poſitiuum diuinum eſt, quod à Deo D optimo maximo, aut Chriſto, quatenus homo eſt, ſimulque Deus, de ijs quæ ad naturale ius nõ ſpectãt, latum eſt, idque ſiue miniſterio Angeli, ſiue alicuius alterius ſuorum ſeruorum, vt Moſis, vel Apoſtolorum condiderit. Ius verò humanum, ſunt reliqua p̄cepta, quæ homines tulerunt accepta à Deo poteſtate, pro miniſterio, & dignitate cuiuſque ad leges cõdendas. Vnde colligitur, p̄cepta, quæ Apoſtoli quatenus paſtores & rectores Eccleſiæ tulerunt, ad ius humanum pertinere; cuiuſmodi ſunt præcepta de ieiunio quadrageſimæ, de obſeruatione diei dominicæ, de bigamo non ordinando, de quo 1. ad Timotheum 3. & alia huiuſmodi.

Ius diuinũ poſitiuum.

Ius humanum.

Apoſtolorũ præcepta.

Ius humanum ſubdiuiſimus eadem diſputatione 3. in ius gentium, ciuile, & canonicum, ſimulque explicauimus quid eſset ius canonicum, & in quo à ciuili diſtinguatur. Quare ſolùm supereſt explicemus, quid ſit ius gentium, & in quo à ciuili diffe-

differat. Ius gentium eſt ius humanum, quo omnes, aut fere omnes gentes vtuntur, vt habetur cap. ius gentium, d. 1. Neque enim, vt aliquid ſit de iure gentium, neceſſarium eſt, vt omnes vniuerſim gentes illud exerceant. Etenim licèt inter Chriſtianos ſit in more poſitum, vt qui ab aliis Chriſtianis in bello iuſto capiuntur, mancipia non fiant, id non tollit, quo minus de iure gentium ſit, vt capti in bello iuſto ſeruitutem contrahant. Licèt etiam barbara aliqua natio non vteretur ea re, qua reliquæ communiter vtũtur, id non impediret quo minus ea res de iure gentium eſſet. In primis ergo rerum diuiſio eſt de iure gentium. Communis quippe eſt omnibus rationib. ad illamque neceſſarius fuit conſenſus hominum, vt ea, quę alioquin omnibus in commune à Deo donata fuerant, diuiderentur. De iure etiam gentium eſt, vt facta rerum diuiſione, res, quæ domino carẽt, ſint primò occupantis; item legatorum non violandorum religio, & fere omnes contractus, quos homines communiter exercent, & pleraque alia.

Diſpenſatio an ius gẽtiũ, vt cadat. Petes, vtrum in ius gentium cadat diſpẽſatio aut abrogatio. R̃ndetur. Cũ ſit ius humanũ hominũ voluntate introductum, cadere proculdubio; ſaltẽ in parte, vt patet, qm̃ Chriſtiani capti à Chriſtianis in bello iuſto mancipia non fiunt, & inter religioſos poſſidentur bona in cõi. In totum autem vix abrogari poſſet quod ad ius gẽtiũ pertineret. Ratio eſt, qm̃ ad id neceſſarius eſſet cõis conſenſus oĩum, aut ferè omnium nationum, qui difficilè haberi poteſt. Atque, quod ad rerum diuiſionem attinet, ſi prorſus tolleretur, tot inde orirentur mala, vt proculdubio culpa eſſet lethalis eam omnino tollere. Si tamẽ tolleretur, non dubito quin factum teneret. Ratio eſt, quoniam quemadmodum humana volũtas ſufficiens cauſa fuit ad rerum diuiſionem inducendã, ſic quoque ſufficiens videtur ad illam tollendam.

Ius ciuile. Ius ciuile eſt, quod eſt proprium cuiuſque regni, aut ciuitatis, ideſt, non omnibus, aut ferè omnibus, commune. Huic annecte peculiaria ſtatuta oppidorum, priuatarumque ſecularium communitatum. Notat D. Thom. 2. 2. q. 57. ar. 2. mutuum conſenſũ duarum priuatarum perſonarum in aliquo contractu ſufficere ad conſtituẽdum iuſtum, ſeu ius aliqđ inter illos. Illud tamen continuo efficitur de iure naturali, gentium, aut ciuili, pro qualitate contractus, aliquo horum iurium introducti. Quòd autem mutus ille conſenſus ad id ſufficiat, ex eo probari põt. Quoniam ſuppoſita rerum diuiſione, vnuſquiſque iure ad minimum naturali, poteſt ſua libera voluntate transferre in alterum dominium eius, quod ſuũ eſt, aut ſe illi obligare, modo aliqua iuſta de cauſa iure humano non ſit impeditus, vt ſunt pupilli, & alij iure ciuili alienare prohibiti.

DISPVTAT. VI.

De diuiſione iuris tradita à Iuriſconſultis, & qua ratione cum diuiſione hactenus explicata concilianda ſit.

Explicata hactenus cum Theologis diuiſione generali iuris, ſupereſt cũ ea conciliemus diuiſionẽ à Iuriſconſultis traditã. Lege namq; prima, & ſequentib. ff. de iuſt. & iur. & §. 1. & ſequentib. Inſt. de iure naturali, gentiũ & ciui. diuidunt ius, in naturale, gentiũ, & ciuile. Atq; interea, quæ de iure gentiũ eſſe dicunt, connumerant religionẽ erga Deũ, & vt parentibus & patriæ pareamus, itẽque fas eſſe vim & iniuriã vi repellere, quæ oĩa conſtat eſſe de iure naturali. Vt ergo ea diuiſio intelligatur, in primis ſciẽdũ eſt, Iuriſcõſultos nihil fuiſſe locutos de iure, vt ita dicã, ſupernaturali, quale eſt ius poſitiuũ diuinũ, neq; item de iure à miniſtris Eccleſiæ ad finem ſupernaturalem condito, quale eſt ius canonicum: eaque de cauſa ſolum diuiſiſſe in illa tria membra ius illud, quod non tranſcendit limites naturæ. Idemque ius eſt, quod Iſidorus, ſecutus Iuriſconſultos, diuidit c. ius autem, d. 1. Et quamuis videatur ſumere ius gentium, naturale, & ciuile, eodem modo, quo à Theologis ſumitur, non tamen facienda eſt vis in exemplis, quæ adducit: ſicut nec in exemplis, quæ Iuriſconſulti adducunt, quæ interdum minus idonea videantur: id quod Cou. ad Reg. peccatum, parte 2. §. 11. nu. 4. & 5. etiam adnotauit.

Sciendum eſt deinde, Iuriſconſultos prędictis in locis longè aliam rationem diuidendi fuiſſe ſecutos longèq; aliter ſumpſiſſe voces illas, ius naturale, & ius gentium, atq; à Theologis ſumantur. Nomine namque iuris naturalis, intellexerunt, non id, quod quocũq; modo naturale eſt hominib. ſed quod ita eſt eis naturale, vt commune ipſis ſit cum brutis, natura per inſtinctum & propẽſionem naturalẽ ad id etiã bruta inſtigante, eiuſmodi ſunt coniunctio maris, & fœminæ, liberorum procreatio, & id genus alia. Hoc modo accepiſſe eos ius naturale, conſtat apertiſſimè, tum ex eorum verbis, tum etiam ex exẽplis, quæ ſubiungunt. Noĩe verò iuris gentium, intellexerunt ius quodcunque quod omnib. aut ferè omnibus hominibus eſſet proprium, ſiue pertineret ad ius naturale, ſiue ad ius gentium, vt de eis Theologi loquuntur. Quarè præcepta decalogi, quæ hominibus ſunt propria, pertinẽtque ad ius naturale, cõprehenduntur ſub iure gentium, vt ex eorum verbis & exemplis liquidò conſtat. Neque eos latuit ſe ſub iure gentium comprehendere multa, quæ erant de iure naturali, in eius acceptione legitima, qua Theologi & Philoſophi vtuntur. Quin potius Iuſtinianus, §. ſingulorum, Inſtitut. de rerum diuiſione abſque ænigmate affirmat, in diuiſione à ſe facta titulo de iure naturali gentium & ciuili (ea eſt quam cum diuiſione Theologorum conciliamus) ſub iure gentium comprehendiſſe ea quæ ſunt iuris naturalis. Interdumque Iuriſcõſulti in quibuſdam alijs legibus ſumunt ius naturale in acceptione, quàm Theologi, & Philoſophi vſurpant. Volentes vero conſtituere tres gradus iuris, vnum, qui cõis eſſet hominibus cum brutis, alterum, qui hominibus eſſet ꝓprius, omnibus tamen, aut ferè omnibus communis & tertiũ, qui peculiaris eſſet cuiuſque regni, aut ciuitatis, diuiſerunt ius eo modo. Quo fit, vt eorum diuiſio in nullo Theologorum diuiſioni aduerſetur tametſi aptior multo ſit Theologorum diuiſio, magiſque proprie in ea voces vſurpentur.

DISPVTAT. VII.

Diſtingui num debeat ius paternum, dominatiuum, & œconomicum.

Ariſtoteles 5. Ethic. cap. 6. & D. Thom. 2. 2. q. 57. art. 4. volunt, inter patrem & filium, dominum & ſeruum, vxorem & virum, non eſſe iuſtum ſimpliciter, quod appellant iuſtum ciuile, quale eſt inter ciues; ſed inter patrẽ & filium eſſe iuſtum paternum, inter dominum & ſeruum iuſtũ herile, inter vxorẽ, & virũ iuſtum ęconomicum. Ratio eſt, quoniam cum iuſtitia ſit ad alterum, inter illos eſt iuſtum ſimpliciter, quorum vnus eſt omnino alter ab alio: filius verò eſt quaſi pars patris ab eo deciſa, ſeruus vero, qua talis, eſt poſſeſſio ac veluti inſtrumentum domini, & vxor quaſi vnum quid cum viro, tum ad generationem, tum etiam ad familiæ gubernationem. Quia tamẽ vxor eſt viro quaſi æqualis, vult Ariſtoteles, iuſtum, quod cernitur inter virum, & vxorem, minus recedere à ratione iuſti ſimpliciter, quàm recedant iuſtum, quòd inter patrem,

& filium,& ꝙ inter dominum & ſeruum cernitur.
Circa hæc obſerua, Ariſtotelem non negare eſſe inter connumerata iuſtum,ſeu ius ſimpliciter, ſumptum latè vt eſt obiectum legis cuiuſcunque,dictaminiſque rationis:ſic enim eiuſdem ad ſe ipſum,ne dum ad alios eſſe poteſt ius: hominem namque ſeruare propriam vitam,temperatè viuere,& executioni mandare cætera, quæ ſunt ſecundum virtutem, ſimpliciter eſt de iure naturali.

Obſerua deinde,quamuis Ariſtoteles inter filiũ & patrem neget iuſtum ſimpliciter, non tamen negare debitum ſimpliciter ſecundum naturalem virtutẽ: plus quippe debiti naturalis habet filius comparatione patris, quàm comparatione cuiuſuis alterius proximi; & idcirco pater, ordine charitatis omnibus alijs proximis eſt præponendus, vt ſupra q.26.oſtendimus. Eſtque filij comparatione patris longè arctior uirtus,pietas nempe,quàm ſit comparatione aliorum: eaque de cauſa longè grauius peccat,ſi patrem inhonoret, aut quiduis aliud in eum peccet,quàm ſi in alium idem committeret:eo ꝙ arctiorem virtutem,iuſque arctius violet. Ratio ergo cur Ariſtoteles negat iuſtum ſimpliciter inter filiũ & patrem,vt iuſtum obiectum eſt iuſtitiæ, hæc eſt. Quoniam cum ad eiuſmodi iuſtum tria requirantur,nempe,vt ſit ad alterum,vt intercedat ratio debiti,& ut conſtituatur æqualitas, in filio comparatione patris: primum & tertium deſiderantur:quia neque eſt alter omnino à patre,neque ei reddere valet æquiualens:non tamen deeſt ſecundum, nempe ratio debiti,quin potius longe plus illi debet,quàm cuiuis alteri. Propter eãdem rationem inter nos & Deum non eſt iuſtum ſimpliciter. Licèt enim longè plus,quam parentibus, illi debeamus, quicquid tamen ſumus, ipſius ſumus factura, ac ſerui, nec æquiualens ualemus ei reddere.

Pietas eſt filij ad patrẽ.

Econtrario, patris comparatione filij,ea ſola ratione non eſt iuſtum ſimpliciter, ꝙ filius non ſit alius omnino à patre: eaque de cauſa filij vtilitas ac nocumentum in patrem redundet. Id quod illuſtri illo exemplo Seleuci Locrenſium Principis probari ſolet. Cum enim filio,ob adulterium cõmiſſum, vterque oculus, iuxta legem in adulteros latam foret eruendus, ne filius vtroque lumine priuatus maneret, iuſſit partiri ſupplicium, ſibique erui vnum oculum, & filio alterum, afflictionem ſuam propriam filij reputans,& è contrario. Patris ergo comparatione filij,quoad ea quæ vt pater illi debet,quædam alia peculiaris virtus à iuſtitia diſtincta eſſe videtur,quæ pietati filij reſpondet.

Iuſtũ quod patris ad filium,

Seleuci factum.

Dubium eſt hoc loco, Vtrum inter patrem & filium,dominum & ſeruum,virum & vxorem,quoad ea,quę non debẽt inuicẽ,qua tales ſunt,poſſit eſſe iuſtum ſimpliciter: filius nãque poſtq̃ eſt emãcipatus, egreditur poteſtatẽ patris: & licèt occurrente graui patris neceſſitate,teneatur ei ſubuenire,habet tñ ſua propria bona,poteſtq; cũ patre inire cõtractus,&c. Imò,dum eſt ſub poteſtate patris, habere pót peculium caſtrenſe,aut quaſi caſtrẽſe,cuius diſpoſitio & adminiſtratio à patre non pendet. Item ſeruus habere poteſt propria bona ſibi ab alio ſub ea conditione donata,vt ad ſolum ſeruum pertineant, nec dño debeantur. Vxor ſimiliter de iure communi habebat bona paraphernalia,quorum adminiſtratio ad eam pertinebat. Præterea, hi oẽs ratione enormis iniuriæ agere poſſunt ĩ iudicio aduerſus ſibi ſuperiores. Caiet.2.2.q.57.art.4.negat. Sotus uero 3. de iuſtitia,q.1.articu.4.& Buridanus 5. Ethic.q.18. affirmant. Conſonatque D. Thom.q.57.citata,art.4. Licèt autem neutra ſententia probabilitate careat,pro pendeo tamen in hanc ſecundam. Quoniam peculiare iuſtum,quod inter eiuſcemodi perſonas cernitur, ſolum uidetur eſſe quoad ea, quæ, vt tales ſunt;

Iuſtũ, iuſtitia ſimpliciter, quatenus inter patrem & filium,&c.

A viciſſim ſibi debẽt. Hæc enim ſunt,quæ per ſe emanant ab illis,qua tales ſunt,& quorum contraria cũ eorum ſtatibus per ſe pugnant. In reliquo uerò ſolũ ſe uidentur habere ut conciues,aut proximi inter ſe diuerſi,quibus ſtatus illi patris & filij,domini & ſerui,vxoris ac viri,accidunt. Poſſumus id confirmare qm̃ ſi filius in bonis tpalibus patrẽ defraudet, certè nõ cẽſetur peccare contra virtutẽ pietatis, qua iuſtũ paternũ violatur,quæque diſtincta ſpecie eſt à iuſtitia,ſed contra iuſtitiã. Vnde non tenebitur confiteri furtũ,aut defraudationem,factã fuiſſe patri;qm̃ peccatũ eſt eiuſdem ſpeciei,ac ſi aduerſus alium fuiſſet factum:& quod defraudatio in bonis temporalibus ſit facta patri,non aggrauat, ſed extenuat culpam.
Hoc loco aduerte,reſpectu etiam aliorum ſuperiorum, quoad ea quæ illis, qua tales ſunt, peculiariter ſunt debita,videri etiam eſſe peculiare iuſtum. Eis quippe,qua tales ſunt,debetur obſeruantia, de qua, & de partibus illius, diſputat D.Tho. inferius à q.
B 102. tanquam de peculiari virtute iuſtitiæ annexa.

DISPVTATIO VIII.

Iuſtitiæ vis & natura explicatur.

D.Thom.q.58.

Explicatio iuſtitiæ obiecto, explicanda eſt conſequenter vis & natura iuſtitiæ. Vlpianus l.iuſtitia.ff.de iuſt.& iur.& Iuſtinian. Inſtit.eod.tit.in principio, in hunc modum iuſtitiam definiunt. Eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens. Quoniam verò illæ voces,conſtans & perpetua voluntas, ſoli iuſtitiæ diuinæ primo aſpectu videntur conuenire, gloſſæ vtrobique habent, definitionem illam de ſola iuſtitia diuina fuiſſe traditam. Quamuis ſtatim eandem definitionem iuſtitię
C humanæ etiam accommodent. D. Thom.2.2.q.58. art.1.ita eam exponit, vt ſolis verbis ab illa Ariſtotelis definitione 5.Ethic.c.1.differat. Iuſtitia eſt habitus, quo homines apti ſunt ad res iuſtas agendas. Nomine namque volũtatis,intelligit,non potentiã, ſed actum voluntatis. Addit præterea, actum poſitum fuiſſe loco habitus:non ſecus ac in illa fidei definitione, quam tractatu 79. in Ioannem tradit Auguſtinus, Fides eſt credere quod nõ vides,id eſt habitus quo inclinaris ad credendum quod nõ vides: Vnde ſenſus prædictæ definitionis eſt, iuſtitia eſt conſtans & perpetua volũtas, id eſt, eſt habitus quo inclinamur cum conſtantia & firmitate ad volendum ius ſuum vnicuique. Etenim ad virtutem perfectè acquiſitã ſpectat,vt homo cum firmitate quadam ac conſtantia operetur,vt 2.Ethicorum cap.4. habetur. Licèt autem ad iudicem pertineat tribuere ius ſuum vnicuique, ſententiam pronunciando,
D qua,quid cuiuſque ſit declaret: ad vnumquemque tamen ſpectat, ius ſuũ tribuere cuiq; opera iuſtitiæ exequendo. Definitio autem intelligenda eſt ita, vt modum vtrumque ſuo ambitu comprehendat.

Iuſtitiæ definitio.

Iuſtitiam aũt virtutem,eamque moralem,eſſe,ex eo eſt manifeſtum,ꝙ ſit habitus electiuus in medio critate conſiſtens,prout prudens definierit:tametſi medium illius ſit medium rei per comparationem ad alterum,vt diſput.2.explicauimus.

Iuſtitia moralis virtus.

Non ſolùm iuſtitiam eſſe in voluntate tanquam in ſubiecto,ſed etiam fortitudinem & temperantiã (tametſi in iraſcibili & concupiſcibili actibus fortitudinis & temperantiæ comparentur etiam quidã habitus, qui minus propriè rationem virtutis ſortiuntur),oſtendimus 1.2.q.56.artic.4.5.& 6. cum communi Doctorum ſententia.

Iuſtitia in voluntate.

Eadem 1.2.q.60.art.2.oſtendimus iuſtitiam verſari circa operationes,ut operatio à motu ſenſitiuo, di-

diſtinguitur, nēpe verſari circa emptiones, locationes, aliaſq; operationes, q̄ ſūt ad alterū. Ad alias verò virtutes ptinere, reprimere paſſiones, q̄ eſſe ſolēt impedimento, ne iuſtitiæ operationes exerceantur. Vt ad liberalitatē pertinere reprimere inordinatam pecuniæ cupiditatē, ad manſuetudinē reprimere irā, quæ cauſa eſſe ſolet percuſſionis iniuſtæ. Oſtendimus præterea, q̄uis fortitudinis & tēperantiæ ſit cōprimere inordinatos motus, paſſioneſve iraſcibilis, & concupiſcibilis; earundem tñ virtutum eſſe verſari circa operationes externas tanquam circa propriā materiam & obiectum, vt circa aggreſſiones inimicorum, circa moderatam comeſtionem, &c.

Fortitudini & temperantiæ idē, qua ratione conuenit.

Quonam pacto medium aliarum virtutum ſumatur comparatione operantis, mediumque rationis dicatur: medium verò iuſtitiæ ſit medium rei, ſumaturque per comparationem ad alterum, expoſuimus ex parte diſp. 2. ſed multò fuſius 1.2. q̄ō. 64. Iuſtitiæ verò actum eſſe, reddere vnicuique quod ſuum eſt, hoc eſt, quod illi debetur, ad eumve pertinet, ad quē actum etiam reducitur, nolle cuiquam nocumentū inferre, ex dictis eſt ſatis manifeſtum. De præſtantia iuſtitiæ ſupra alias virtutes morales, diſputauimus copioſè 1.2.q.66. Atque hæc ſunt quæ D. Tho. 2.2. q.58. per totam quæſtionem diſput.

Iuſtitiæ & aliarū virtutū medium.

DISPVTAT. IX.

De iniuſtitia.

D. Thom. quæſt. 59.

CONſequenter aliquid dicendum eſt de iniuſtitia in genere cum D. Thom. 2.2.q.59. Sicut diſpu. 1. duplicem iuſtitiam diſtinximus cum D. Tho. & Ariſtotele, legalem videlicet, & particularē, quæ virtus eſt cardinalis: ſic quoque duplex iniuſtitia diſtinguitur. Vna, quæ iuſtitiæ legali opponitur, appellarique poteſt illegalis iniuſtitia. Poſita autem eſt in legum inobedientia, deſpectioneque boni cōis. Altera, quæ iuſtitiæ virtuti cardinali eſt cōtraria, deſtruitque proinde æqualitatem, quam is, qui in eam incidit, ad proximum ſuum habere debebat.

Iniuſtitia duplex.

Quærit Dñicus à Soto 3. de iuſtitia q. 2. art. 2. ad primū, an in oī pc̄tō reperiatur rō iniuſtitiæ, legali iuſtitiæ oppoſita. Reſpondetq; tunc ſolum reperiri formaliter, q̄n quis peccat ex contemptu legis ac boni cōis: non verò q̄n peccat, non quidē animo tranſgrediendi legē, ſed explendi propriū appetitū, vt ira percitus, interficiendo proximū, vel auaritia, furtū cōmittendo, aut alia ſimili appetitione ductus. Contraria tñ ſententia eſt longè probabilior. Q̄m ad rōnem vitij neceſſe non eſt vt aliquid ſit intentū ac volitum formaliter: ſed ſatis eſt, vt ſit voluntariū ac imputatiuè volitum, quo pacto in oī pc̄tō cernit̃ legis inobedientia. Eaq; rōne Ariſt. 5. Ethicor. c. 1. prope medium, q̄cunque legis tranſgreſſionē appellat iniquitatem, tranſgreſſorem iniquū. Et Ioan. 1. ſua canonica, ca. 3. Oīs, inquit, qui facit pc̄m̄, iniquitatem facit, & pc̄m̄ eſt iniquitas. Qūuis teſtimonium hoc intelligi poſſit de iniquitate, ſeu iniuſtitia, vt opponitur iuſtitiæ in ea acceptione, qua diſpu. 1. explicatum eſt, eam eſſe communem eſſentialiter omnibus functionibus virtutis. Quatenus enim peccatū omne intrinſecè habet vt ſit tranſgreſſio legis alicuius, atq; adeò, vt ſit inobediētia quædam, erit iniquitas: non tamen in furto, v.g. erit diſtincta à peccato furti, & in homicidio à peccato homicidii. Iuxta mentem verò Ariſtotelis, admiſſaque acceptione iuſtitię legalis, quæ omnibus virtutib. moralibus communis ſit, non tamen per eſſentiā, iuxta ea quæ diſpu. 1. explicata ſunt, ſanè in omni peccato, cuicunque virtuti particulari contrario, admittenda eſt particula-

Iniuſtitia late in omni peccato cernitur.

A ris ratio formalis adiuncta iniuſtitiæ legali, ſaltē q̄n vitiū illud prohibitū eſt in Republica: non tñ illa efficit peccatum lethale, q̄n non adeſt formalis contemptus legis, nec ſequitur grauis læſio boni cōmunis.

DISPVTAT. X.

Vtrum eo ipſo, quod aliquis facit iniuſtum, dicatur iniuſtus.

D. Thom. quæſtio. 59. artic. 2.

QVæſtionem hanc tractat D. Tho. art. 2. eiuſdē qōnis, cum Ariſt. 5. Ethic. c. 8. Sit verò 1. cōclu. Qui ignorantia inuincibili, aut ea vi, quæ rationem voluntarij oīno tollat, aliquid efficit, ꝙ in ſe eſt iniuſtū, vt percutit, vel ſimile quid pręſtat, nec propriè loquēdo dr̃ iniuriā facere; nec eſt ꝓpterea iniuſtus. Hæc probatur: quoniam eiuſmodi actus rationem B non habet culpæ, eo quòd ſit prorſus inuoluntarius.

1. Concluſ. Iniuſtum faciens, quando iniuſtus non ſit.

Secunda concluſio. Qui ex ignorantia vincibili, vel metu, ira, aut alia ſimili paſſione, ſciens & prudens facit quippiam iniuſtum, & dicitur iniuriam facere, & verè eſt iniuſtus eo modo operando: tametſi apud Ariſtotelem lòco citato, is ſolus dicatur iniuſtus abſolutè, qui ex electione ſeu malitia, & ex habitu efficit iniuſtum. Primum ex eo eſt manifeſtum, quòd in eiuſmodi actu verè ſit ratio iniuſtitiæ, eiuſdem ſpeciei, ac ſi idem actus ex electione, malitia, ac ex habitu eliceretur. In vitiis namque, vt ex obiecto ſpecies vitij reſultet, ſatis eſt ſi obiectum ſit interpretatiuè, & imputatiuè volitum, vt prima ſecundæ varijs in locis oſtenſum eſt: in re autem propoſita pluſquam interpretatiuè & imputatiuè eſt obiectum volitum. Secundum verò docet apertè Ariſtoteles loco citato. Philoſophi namque, quemadmodum noluerunt appellare ſtudioſum ſimpliciter, niſi eum, qui ex electione & habitu firmiter ope C raretur, vt ex 2. Ethic. ca. 4. conſtat: ſic etiam noluerunt appellare vitioſum ſimpliciter niſi eum, qui ex electione & habitu prauum quippiam operaretur: non tamen negauerunt rationem culpæ ac peccati in actibus, de quibus in priori parte ſecundæ noſtræ concluſionis eſt ſermo, vt ex Ariſtote. 4. Ethicorum cap. 8. apertè conſtat.

2. Concluſ.

DISPVT. XI.

Vtrum poſſit quis pati iniuſtum volens.

D. Tho. q. 59. art. 3. & 4.

HAnc quoque quæſtionem diſcutit D. Thomas art. 3. quæſtionis citatæ, cum Ariſtotele 5. Ethicorum c. 9. & 11. Obſerua, illud eſſe diſcrimen inter D pati iniuſtum, & pati iniuriam. Quod licet pati iniuſtum, ſumi ſoleat tum materialiter, ſine iniuſtitia inferentis, tum etiam formaliter, cum iniuſtitia inferētis, & patientis renitentia, qui id pati nollet: nihilominus pati iniuriam, non ſolet ſumi niſi formaliter, hoc eſt, interueniente iniuſtitia ex parte inferentis, & renitentia ex parte patientis, qui id nollet pati.

Iniuſtum & iniuriā pati interdū differunt.

Hoc conſtituto, ſit prima concluſio. Nullus, niſi volens (ſaltem imputatiuè) efficere poteſt iniuſtum formaliter, hoc eſt, iniuriam. Nullius item, niſi nolens, ſaltem nolleitate ſeu inuoluntario mixto, poteſt pati iniuſtum formaliter, ſeu iniuriam. Adde, neminem pati poſſe iniuriam, niſi altero formaliter eam inferente. Prima pars concluſionis probatur facilè, quoniam facere iniuſtum formaliter, ſeu iniuriam, eſt committere iniuſtitiam & peccatū: nullus autem committit peccatum, niſi volens illud committeret, ſaltem imputatiuè, quatenus in poteſtate

Prima concluſ. Iniuria vt nō niſi a volente fit, ita nec patitur niſi a nolente.

ſua

ſua habuit illud vitare. Peccatum namque adeò eſt A voluntarium, vt ſi quippiam voluntarium nõ ſit, peccatum non ſit. Secunda pars probatur; quoniam cũ vnuſquiſque quod ad ſe attinet, cedere poſſit iuri ſuo, ſanè volenti & conſentienti omnino, hoc eſt, abſque vllo inuoluntario admixto, nulla fit iniuria in eo quod ſic volens patitur. Atque eo modo intelligendum eſt tritum illud axioma, volenti & conſentienti nõ fit iniuria. Fieri tñ põt iniuria alijs, quorũ iuri ille cedere nõ potuit. Vt ſi mors alicuius redundet in iniuriam vxoris, & filiorũ, eſto ille conſentiat vt ſine cauſa interficiatur, iniuria fit vxori & filijs.

Interficiens ſe, non ſibi ſed Deo & Reipub. iniurius.

Ex hac parte concluſionis colligit Ariſtoteles 5. Ethic. c. 11. eum, qui ſeipſum interficit, ſibi quidem nullam efficere iniuriam, iniurium tamen eſſe Reipublicæ cuius eſt pars, & in cuius detrimentũ mors illius cedit, cuius iuri ille cedere non potuit: eaq; de cauſa meritò legibus ciuilibus conſtitutam eſſe pœnam ſibi necem inferentibus, vt ſepultura careant, aut aliam ignominiam patiantur. Prætereà, cum ho- B mo non ſit dominus propriæ vitæ, ſed Deus, ſanè, qui ſeipſum interficit, iniuriam Deo efficit, vt D. Tho. art. 5. citato in reſponſione ad ſecundum adnotauit. His de cauſis lethaliter peccant, non ſolum cõtra charitatem, ſed etiam cõtra iuſtitiam, qui eos interficiunt, qui precibus interfici poſtulant, iuſtiſſimeque legibus ciuilibus puniuntur. Quo pacto 2. Regum 1. Dauid occidi iuſſit Amalechitam qui Saulem, id ab eo efflagitantem interfecerat. Notat etiã Dominicus à Soto 5. de iuſtitia, q. 3. artic. 5. patriam non habere dñium vitæ ſuorũ ſubditorũ, vt habet Deus: eaq; de cauſa patriã interficere non poſſe pro libito ſubditos ſuos, vt põt Deus, & vt poteſt quiſq; pecus ſuum occidere: ſed ſolum poteſtates publicas poſſe tanq̃ iudices interficere ſubditos rõnabili ex cauſa. Poſſunt ẽt eoſdem mortis periculis obijcere, qñ bonũ Reipublicæ id efflagitat, ad idq; eos cogere. Ex his omnibus conſtat, longè aliã Deo, q̃ Reipu C blicæ, iniuriam inferre, qui ſeipſum, vel alium iniuſte interficit. Verum de his omnibus fuſior erit ſermo tractat. 3. Illud obſerua, quamuis is, qui ſeipſum interficit, ſibi non faciat iniuriam, eoq; ex capite nõ peccet cõtra iuſtitiã: peccare tñ lethaliter contra charitatem, qua ſeipſum tenetur diligere. Simul etiam peccare poſſe contra alias virtutes, vt contra fortitudinem, ſi ſe ex puſillanimitate interimat.

Ad iniuriã ſufficit inuolũtariũ mixtũ.

Addimus in eadem parte concluſionis, ſaltem nolleitate & inuoluntario mixto. Quoniam vt aliquis pati dicatur iniuriam, quando alius eam infert, id efficiendo, quod de ſe iniuſtum eſt, ſatis eſt nolleitas, ac inuoluntarium mixtum. Qui namque vſuras ſoluit, licet voluntariè ſimpliciter eas ſoluat, pati tamen iniuriam dicitur: eo ꝙ nollet eas ſoluere, ſi vſurarius gratis vellet pecuniam mutuare, & ob id inuoluntariè mixtè eas ſoluat, quod ſatis eſt, vt pati qs iniuriam dicatur, quando alius in fert, quod de ſe eſt iniuſtum. Similiter qui metu mortis dat pecuniam D latronibus, ne ei mortem afferant, licet voluntariè ſimpliciter eam det, iniuriam tamen pati dicitur, ꝓpter eandem rationem. Tertia pars cõcluſionis probatur: quoniam pati iniuriam, ſupponit eam inferri iniuſtè: alioquin eſto id, quod infertur, eſſet ex ſe iniuſtum, non tamen eſſet iniuria, atque adeò neque qui id pateretur, diceretur iniuriam pati.

2. Concluſ. Iniuria infertur, nullo eam patiente.

Secunda concluſio. Fieri põt vt aliquis, quantum eſt ex ſe, iniuriam inferat ac peccet, nullo eam propriè patiente. Hæc probatur: quoniam ſi quis cum fraude & dolo vendere intendat aliquid vltra iuſtũ pretium, & alius ſciens ac prudens emat animo liberè donandi exceſſum iuſti pretij, ſanè is venditor iniuriam facit quantum eſt ex ſe, nullus tamen eam patitur: quoniam qui liberè in re aliqua conſentit, non dicitur pati in ea iniuriam.

Iniuria culpa lethalis ex ſuo genere.

In quarto articulo eiuſdem quæſtionis, addit D. Thomas, eum qui formaliter facit iniuſtum, iniuriãve infert, peccare ex ſuo genere lethaliter. Probatur: quoniam infert proximo nocumentum iniuſtè: quod cum charitate pugnat, atque adeo iniuſtitia eſt ex ſuo genere lethale peccatum. Ex paruitate tamen materiæ, & ex alijs circunſtantijs, poterit aliquando eſſe culpa ſolum venialis.

DISPVTAT. XII.

De diuiſione iuſtitiæ in commutatiuam & diſtributiuam. Et num vindicatiua iuſtitia inter partes iuſtitiæ ſubiectas ſit connumeranda.

D. Thom. q. 61. art. 1. 3. & 4.

Iuſtitia in commutatiuã & diſtributiuam diuiditur.

AGendũ eſt conſequenter de partibus iuſtitiæ ſubiectis. Ariſ. 5. Ethic. c. 2. & cũ eo D. Tho. 2. 2. q. 61. art. 1. & Doctores cõiter, in duas tñ ſpecies diuidunt iuſtitiã particularẽ, nempe in cõmutatiuã, & diſtributiuã. In qua diuiſione magno onere nos leuabunt, quæ 1. p. q. 21. art. 1. de his partibus ea occaſione diximus, vt explicaremus, num vel iuſtitia vindicatiua, vel earum aliqua, in Deo propriè reperiretur, dum vel delicta punit, aut propter Chriſti merita ea condonat, vel præmia pro meritis retribuit, quæ omnia eo loco v [illegible] enda ſunt.

In quo conueniant.

Iuſtitia commutatiua & diſtributiua quemadmodum in ratione iuſtitiæ particularis in commune cõueniunt, ſic quoque conueniunt in eo, quod vtraque reſpicit debitum aliquo modo, quatenus per eas redditur alicui quod ſuum eſt, vel ad quod habet ius, ſaltem ex conditione, quod in recompenſationem dederit, aut det aliquã rem, vel concedat ius ad aliquid aliud, vt accidit in emptionibus & venditionibus, cęteriſque contractibus mutuis. Conueniunt prætereà, ꝙ vtraque æqualitatem cõſtituit: vtrumque nãque, nempe & reſpicere debitum aliquo modo, & conſtituere æqualitatem, eis conuenit, non quatenus tales iuſtitiæ in ſpecie ſunt, ſed quatenus in ratione iuſtitiæ particularis in genere conueniunt.

Reſpiciunt rõnes debiti diuerſas.

Differũt verò penes diuerſã rõnem debiti, q̃ reſpiciunt, diuerſãque rõnem æqualitatis, q̃ cõſtituũt: quæ ſanè diuerſa æqualitas ex diuerſa rõne debiti originẽ habet. Iuſtitia nãque diſtributiua pręciſè reſpicit illud debitũ, quo aliquid ea ratione alicui debetur, ꝙ pars ſit cõitatis, bonaque Reipublicæ communia, ſi in ea redundent, diuidendaq; ſint (quod q̃ rariſſimè accidit) partibus Reipublicæ debeantur. Cũ.n. Reſpublica nihil aliud ſit, quam collectio omnium ſuarum partium, ſanè eius bona partiũ ſunt, in commune tamen ab eis poſſeſſa: quare ſi, quia redundant, diuidenda ſint, per Reipublicæ partes sũt diſtribuenda, & vnicuique ſua portio debetur. Iuſtitia verò commutatiua reſpicit quodcũque aliud debitum, quod quouis alio titulo cuique debeatur.

Diſtributiuę iuſtitiæ debitum in æquale partibus reipublicæ.

Eſt verò hoc diſcrimen inter has duas rationes debiti. Quòd illud quod primo modo debetur, non debetur partibus omnibus Reipublicæ æqualiter, ſed vnicuique pro conditione & gradu, quem habet in Republica. Quo fit, vt non ſolum, quo pluribus partibus Reſpublica conſtat, eo minus de bonis communibus ſingulis debeatur, ſed etiam, vt exiſtente certo numero partium ipſius, ſingulis non debeatur portio æqualis ſimpliciter, ſed ęqualis proportione quadã, ita ſcilicet, vt qualis fuerit proportio conditionis ac dignitatis cuiuſque partis ad alteram, talis ſit proportio partis communium bonorum, quæ ei debetur, ad partem, quæ debetur alteri. Id verò, quod debetur ſecundo modo, debetur ad æqualitatem, & per commenſurationem ſimpliciter, non quidem mathematicè, ſed moraliter, com-

paratione

paratione eius vnde conſurgit obligatio. Vt ſi furatus ſum centum, totidem reſtituere cogor. Si rem emi, precium illi æquale, iuxta id quod pacti ſumus, debeo reddere. Si mea ſponte centum ex liberalitate promiſi, eoq; ipſo me debitorem conſtitui, totidem ſoluere aſtringor. Hanc poſteriorem æqualitatem, ſeu mediũ, ꝙ iuſtitia cõmutatiua conſtituit, appellat Ariſtot. 5. Ethico. c. 3. & 4. ſecundũ ꝓportionem arithmeticam: quia eſt æqualitas inter duas quantitates. Illam verò priorẽ æqualitatem, ſeu medium, quod iuſtitia diſtributiua conſtituit, appellat ſecundũ proportionem geometricam: quia eſt ęqualitas, non inter quantitates, ſed inter proportiones, atque adeò eſt proportio proportionũ. Vtraque ergo eſt ęqualitas, atq; adeò ꝓportio; ſed vna eſt ęqualitas quantitatũ, alia verò eſt æqualitas ꝓportionũ.

Aduertendum eſt tamẽ, per accipiens in debito ex iuſtitia commutatiua cerni interdum effigiem quãdã debiti ex iuſtitia diſtributiua. Vt ſi tres ineãt contractum ſocietatis, &, computatis omnibus, capitale vnius excedat in duplo capitale alterius ex reliquis duobus, & rurſus capitale huius excedat in ſeſquialtero capitale tertij remanẽtis, ſanè lucrum in eadem proportione eſt inter eos diuidendum, eſtque ſingulis ex iuſtitia commutatiua debitum: eò ꝙ vnuſquiſque compararet ſibi ius ad lucrum iuxta proportionem capitalis, quod eo ipſo, quòd comparatũ eſt, eſt illi debitũ, non ea ratione quaſi bonum commune ſit, & tanquam ſuperfluum ſit per accidens inter partes diuidendum, ſed quod ineundo ſocietatis contractum, apponendoque tantum capitalis, vnuſquiſque efficit ſibi tanquam perſonæ priuatæ debitum, quod ex lucro reſpondet capitali, quod proinde eo ipſo, quod comparatum eſt, eſt ipſi ad æqualitatem ſimpliciter, ſeu arithmeticam reddendum.

Diſtributiuæ definitio.

Iuxta hactenus dicta in hunc modum poſſumus definire iuſtitiã diſtributiuam. Eſt iuſtitia particularis, quæ partib. Reipublicæ id reddit, quod ea ratione eis eſt debitum, quod bona communia, ſi redundent, diuidendaq; ſint partib. Reipublicæ, iuxta Geometricam proportionem ſunt approprianda. Et quia, id iuxta eam proportionem exequi, poteſtatibus publicis incumbit, affirmat D. Tho. 2. 2. q. 61. art. 1. ad tertium, virtutem hanc potiſſimum reſidere in Reipublicæ rectoribus: in ſubditis verò ſolùm cerni quatenus eis complacet, cõtentiq; ſunt vt ea diſtributio eo modo fiat. Iuſtitiam quoque commutatiuam poſſumus etiam definire, eſſe iuſtitiam particularem, quæ vnicuique reddit quicquid quouis alio titulo eſt illi debitum.

Commutatiuæ definitio.

Poſſumus breuius definire iuſtitiam diſtributiuã eſſe iuſtitiam particularẽ, quæ æqualitatẽ iuxta proportionem gometricam per ſe conſtituit. Cõmutatiuam verò, eſſe iuſtitiã particularem, quę ęqualitatem iuxta proportionẽ arithmeticã per ſe cõſtituit.

Vtraque breuius definitur.

Ex dictis ſatis eſt manifeſtum diſcrimen latum, quod inter iuſtitiam legalem, & iuſtitiam diſtributiuam interponitur. Iuſtitia namque legalis reſpicit commune bonum Reipublicæ vt quam optimè ſe habeat, operaq; omnium aliarum virtutum in eum finem refert, vt diſputatione 1. explicauimus. Iuſtitia verò diſtributiua reſpicit bonũ ac debitum partibus Reipublicę de cõibus bonis, qua partes Reipublicæ ſunt. Diſcrimen verò iuſtitiæ commutatiuæ, à legali, & diſtributiua, explicatione non indiget.

Iuſtitiæ legalis & diſtributiuę diſcrimen.

Illud etiam ex dictis intelligetur facile, quod D. Th. 2. 2. q. 61. art. 4. ad ſecundum adnotauit, nempe licet commutatiua iuſtitia frequẽtius verſetur inter partes Reip. inter ſe, verſari ẽt poſſe inter Rempublicam & ipſius partem. Sicut enim, ſi Reſpublica mutuo det ciui centum, tenetur ciuis de iuſtitia commutatiua illa Reipublicæ reddere ad æqualitatem
A arithmeticam: ſic quoque, ſi ciuis Reipub. rem aliquam uendat, aut illi locet operas ſuas, vel alium cõtractum cum ea ineat, tenetur Reſpublica ad arithmeticam æqualitatem ſoluere illi pretium, aut repẽdere iuxta contractum, quem cum eo inijt. Quicquid enim ciui ex iuſtitia debetur, modo debeatur tanquam commune bonum redundans, quod inter ciues ſit diuidendum, debetur illi ex iuſtitia commutatiua, ſiue id à priuata perſona, ſiue à Republica debeatur. Quare ex iuſtitia commutatiua debet Reſpublica ijs militibus, quos ad bellum conduxit, ſtipendia, quæ illis promiſit, eſto ciues eius ſint. Ex eademque iuſtitia debet iudicibus, & alijs miniſtris publicis, ſtipendia ipſorum muneribus conſtituta: nec in his iuſtitia diſtributiua interuenit. Imò verò, vt 1. par. loco citato adnotauimus, quando Reſpublica ex gratitudine & honeſtate ſolum morali aliquid in præmium ſuis ciuibus rependit, nihil iuſtitię diſtributiuæ interuenit, ſed ſolum gratitudinis, ac li-
B beralitatis: non ſecus, ac ſi idem ſimiliter in peregrinum de ſe bene meritum conferret.

D. Th. 2. 2. q. 61. art. 3. affirmat, diſtributiuam & commutatiuam iuſtitiam eſſe duas ſpecies infimas, eo quòd neutra habeat differentias per ſe, quibus vlterius diuidatur. Nec refert, quod ſint multæ uitiorum ſpecies iuſtitiæ commutatiuæ contrariæ, vt furtum, homicidium, adulterium, &c. Vni namque & eidem virtuti, poſſunt multa uitia eſſe contraria, ut liberalitati prodigalitas, & auaritia.

Iuſtitia cõmutatiua & diſtributiua infima ſpecies.

Buridanus 5. Ethic. q. 7. contẽdit, iuſtitiam diſtributiuam nequaquam diſtingui ſpecie à commutatiua. Ducitur præcipuè hoc ferè argumento. Debitũ ex vtraque iuſtitia eſt eiuſdem rationis: ergo iuſtitiæ illæ non diſtinguuntur ſpecie. Conſequentia eſt manifeſta. Antecedens ſic poteſt probari. Quoniam ſi poteſtas publica, ad quam ex iuſtitia diſtributiua ſpectat diſtribuere bona Reip. nõ ſeruet eam diſtri-
C butionem iuſtè, tenetur reſtituere ei, cui abſtulit portionem ſibi debitam, emolumentum totum quo illũ priuauit: ſed actus ea ratione reſtituendi, autore D. Th. 2. 2. q. 62. ar. 1. eſt actus iuſtitiæ cõmutatiuæ: ergo debitum ex vtraque iuſtitia eſt eiuſdem rationis.

Argum.

Ad hoc arg. negandum eſt antecedens. Ad probationem verò, conceſſa maiori & minori, negãda eſt conſequentia. Eo namque ipſo, ꝙ poteſtas publica contra iuſtitiã diſtributiuã priuauit ciuem portione bonorum cõium, quæ ipſi debebatur, damnum ei intulit, ac proinde contraxit debitum nouum repẽdendi illi ex iuſtitia cõmutatiua, ad æqualitatẽq; arithmeticã, quantũ fuit emolumentum, quo illũ iniuſtè priuauit. Verùm de hac re tractatu ſequenti, dũ de reſtitutione erit ſermo. Hæc quod attinet ad primũ eorum, quæ in hac diſputatione propoſita ſunt.

Soluitur.

Quod verò attinet ad ſecundum, ſciendum eſt. Iudicem, & qñ ius dicit in ciuilibus, & qñ cauſas tra-
D ctat criminales, pęnamque iuſtam infligit, ſi præciſè ſpectetur quatenus id præſtat, qđ ex officio ſuo præſtare debet, exercere actum iuſtitiæ commutatiuæ. Partes namque Reip. ob id tributa, & alia ſtipendia ſoluunt, habentque bona cõmunia deputata, quib. princeps & alij miniſtri publici potiuntur, vt ius dicant, ipſoſque defendant, & bono communi Reip. proſpiciant. Quo fit, vt princeps, & alij miniſtri publici, quaſi ex pacto cum Republica, locatas operas ſuas habeant ad hæc omnia exhibenda: eaque de cauſa non minus ex iuſtitia commutatiua ea præſtent, teneanturque reſarcire damna, quæ niſi ſuum officium præſtiterint, ſequentur, quàm, qui operas ſuas ad alia locatas habent, ex iuſtitia commutatiua eas pręſtant, tenenturq; reſarcire damna, quæ, ſi ea nõ præſtiterint, fuerint ſecuta. Illud præterea eſt ſciendum, iudicem, cum in ciuilib. ius dicit, alia quoque ratione actum iuſtitiæ commutatiuæ exercere, nem-

Iudex ex cõmutatiua iuſtitia dicit ius.

nēpe, quatenus cooperatur vt vnus ex ſubditis iuſti- A
tiam commutatiuam, cum altero ſeruet, ac exerceat.

Solū ergo ſupereſt expendamus, an iuſtitia vindicatiua, quatenus pars læſa, aut Reip. competentē vindictā pro delicto ac iniuria exigit atque aſſumit, iudex que & alij miniſtri publici pro ſuo munere ad id cooperantur, iuſtā pœnā infligentes, pars ſit iuſtitiæ particulari ſubiecta, ſub iuſtitia cōmutatiua contēta an non. Ad quod paucis dicendū eſt. Iuſtitiam vindicatiuā eſſe quidem valde affinem iuſtitiæ cōmutatiuæ, ad eamq; reduci, quatenus ad æqualitatē ſecundum proportionem arithmeticā pęnam exigit ac imponit pro delicti, iniuriæq; quantitate; nihilominus deficere à perfecta ratione iuſtitiæ, quatenus pœna, quæ pro iniuria & delicto ſumitur, damnum illatū non reſarcit, ſed ſolum patitur reus, quantum iuſtū eſt ipſum pro delicto pati, cum tñ damnum integrū perſeueret. Quia ergo deficit à perfecta ratione iuſtitiæ, ſanè nec ſub iuſtitia commutatiua comprehēditur, nec inter partes iuſtitiæ particulari ſubiectas, B computatur, ſed ſolum inter partes iuſtitię potentiales: eaq; de cauſa de ea diſſerit D. Th. 2. 2. q. 108.

Iuſtitia vindicatiua cōmutatiuæ affinis, partq. eſt iuſtitiæ potentiali.

DISPVT. XIII.

Vtrum iuſtum ſit ſimpliciter idem, quod contrapaſſum.

D. Thom. quæſt. 61. art. 4.

QVæſtio hæc excitatur à D. Tho. 2. 2. q. 61. art. 4. cum Ariſt. 5. Eth. c. 5. propter Pithagoricos, q. aſſerebant, iuſtum poſitum eſſe in contrapaſſione, ſeu in repaſſione, ita ſcilicet vt vnuſquiſque id pateretur, quod intulit. Vt ſi oculum eruit, aut dētem extraxit, oculus ab eo erueretur, aut dens extraheretur: quæ pœna talionis conſueuit appellari. Eandem ſententiam referente Ariſt. loco citato, Rhadamantus C iudex Cretenſium integerrimus approbauit. Pro rei ſolutione obſeruat D. Tho. cum paſſio in re morali violentiam quandā importet, tunc propriè dici, qñ aliquis inuoluntariè quidpiam ſuſtinet, vt quādo detrimentum inuitus recipit in propria perſona, quod proprijſſimè dicitur paſſio, aut in re alia ad ſe pertinente. Quando verò ſponte permutat vnum pro alio, nec paſſionis nec repaſſionis propriè nomē meretur: tametſi Ariſtot. extenſo vocabulo, contrapaſſionis ſeu repaſſionis nomine inuoluntarijs quoque commutationibus loco citato vtatur.

Talionis pœna quæ.

1. Concluſ. Hoc ita conſtituto, prima concluſio eſt. In diſtributiua iuſtitia non cernitur repaſſio. Probatur, qm̄ in ea non habetur ratio, vt cuius tantum de bono cōmuni recipiat, quantum contulit. Eſto enim nihil bono communi contulerit, particeps eſſe debet cōmunium bonorum, quando, quia redundant, diſtribuūtur inter ciues. Hinc conſtat, ſi iuſtum ſumatur, vt D ſuo ambitu commutatiuum & diſtributiuum complectitur, non eſſe idem, quod repaſſum.

2. Concluſ. Secunda concl. In commutatiua iuſtitia non ſemper cerneretur iuſtum, ſi pateretur quis idem, ꝙ intulit. Atque in hac concl. corrigit Ariſto. Pithagoricorum & Rhadamanti ſnīam. Eam probat, qm̄ de homine plebeo, qui Regem percuſſiſſet, nō ſumeretur vindicta æqualis delicto & iniuriæ, ſi ſimili modo percuteretur: ſed longè acerbius eſſet puniendus, vt pœna æquaret culpam: eo quod ex qualitate perſonæ offenſæ ac offendentis accreſcat, aut decreſcat culpa. Econtrario autem, ſi Rex hominem aliquē ex infima plebe iniuſtè percuteret, æquum non eſſet, vt ſimilem percuſſionem in pœnam ſuſtineret: eo ꝙ pœna ex qualitate perſonæ longo interuallo excedēret culpā. Hac eadem ratione, qui aliquid eſſet furatus, non puniretur ad æqualitatem, ſi ſolum cogeretur reddere, quod eſſet furatus; aut tantūdem, perinde ac ſi illud mutuo aut commodato accepiſſet: ſed propter iniuriam, tum proximo, tum Reip. illatam, atque in medicinam, vt tam ipſe, quàm cæteri, pœnæ timore in officio contineantur, longè grauiori pœna mulctari debet. Itaque pēſata undique quātitate delicti, ac damni illati, penſataque qualitate pœnæ ex qualitate perſonæ, quæ eam debet ſuſtinere, & ex cæteris circunſtantijs, infligenda eſt pęna, quæ arbitrio prudentis delicto commenſuretur.

Tertia concl. In commutationibus non ſeruabitur iuſtum, ſi vnuſquiſque artifex pro opificio alterius, quo ipſe indiget, reddat opificiū ſuæ artis, quo alius ſimiliter indigeat. Vt ſi faber domorū reddat ſutori domū pro calceo: ſed penſandus eſt valor cuiuſque rei, cuius nummus (vt Ariſto. loco citato ait) conſtitutus eſt menſura & quaſi fideiuſſor, ꝙ dum ad ęqualitatē reddetur, alij artifices reddēt viciſſim opificia ſua ijs, qui eis indiguerint, cōmutationeſq; ad æqualitatem, quoad valorē, faciendæ ſunt, vt ſint iuſtæ; ſiue res pro reb. commutentur, & qñ vna aliā excedit in valore, compēſetur exceſſus pecunia aut redditis pro una multis rebus: ſiue res pro pecunia commutentur, vt in emptione & venditione fit. 3. Concluſ.

Quarta concl. Si repaſſum, aut cōtra paſſum, fiat ad æqualitatem, quoad latitudinem iniuriæ, pœnæ, valoris, &c. vt duabus concluſionib. præcedētibus fieri debere eſt explicatum, idem eſt iuſtum commutatiuum, quod contrapaſſum, vt ex eiſdem concluſionibus, eſt manifeſtum. 4. Concluſ.

DE IVSTITIA commutatiua circa bona externa.

Tractatus Secundus.

EXplanata tractatu præcedēti iuſtitia particulari in genere, & eius ambitu per diuiſiones poſitas explicato, deinceps diſſerendum nobis eſt de partibus illius. Et primò de iuſtitia cōmutatiua. Tres verò tractatus ſequentes, vt in principio huius de iuſtitia operis diximus, diſtinguimus penes materias, circa quas iuſtitia commutatiua verſatur. Licet aūt, ſi ad materiæ dignitatem attendas, naturæ ordo poſtularet, vt tractatus hic, non ſecundus, ſed quartus eſſet ordine; eo ꝙ bona externa bonis corporis, honoris, famæ, ac ſpiritualibus ſint longè inferiora: q a tñ, quę in hoc tractatu dicenda ſunt, lucē dicendis in ſeq. tractatibus afferent, doctrinæ ordo poſtulauit, vt de iuſtitia cōmutatiua circa bona externa hunc ſecundū inſtitueremus tractatum. Primo aūt loco de iure & dñio rerum in genere, nec nō de partibus, quibus dominium quaſi integratur ac perficitur, tanquā de fundamētis, quæ iacienda ſunt, diſſeremus.

DISPVTATIO I.

Quid ſit ius ad præſens inſtitutum ſpectans.

PRætermiſſis alijs iuris acceptionib. tractatu pręcedente diſp. 2. explicatis, vna quædam, q ex parte ibi tetigimus, diſputationique vniuerſæ de iuſtitia apprimè conducit, eſt nobis hoc loco, vt rei natura patietur, definienda, pauloq; accuratius explicāda. Nec video poſſe ius in ea acceptione aliter commodius definiri, quā ſi dicamus. Eſt facultas aliquid faciendi, ſiue obtinendi, aut in eo inſiſtēdi, vel aliquo alio modo ſe habendi, cui ſine legitima cauſa, contraue- Iuris definitio.

traueniatur, iniuria fit eã habenti. Quo fit, vt ius in hac acceptione ſit quaſi menſura iniuriæ: quantũ enim ei, ſine legitima cauſa, cõtrauenitur & præiudicatur, tantum fit iniurię.

Explicemus partes definitionis, vt res hæc paulatim dilucidior fiat. Ac ſanè nonnullæ earum ſolum indigent exemplorũ exhibitione. Facultas, q̃ ex natura rei habet vnuſquiſque, ad vtendum rebus ſuis, vt ad comedendum proprium cibum, ad induendã propriam veſtem, ad decerpenda ex arboribus ſuis poma, ad ambulãdum in propria domo, aut in via publica, eſt ius de quo modo loquimur: quoniã eſt facultas horum vnumquodque efficiendi, cui ſi contraueniatur, eum, cuius eſt abſq; legitima cauſa, ab executione cuiuſuis eorum prohibendo, fit illi iniuria. Facultas item alicuius obtinendi, ꝙ ſi debetur, aut quia ſuum eſt, vt ſi illud cõmodauit, vel aliquis illud furto ab ipſo arripuit; aut eſto non ſit ſuum, ei tñ titulo emptionis, mutui, vel quouis alio debetur, eſt ius, de quo modo loquimur: qm̃ eſt facultas id obtinendi, cui ſi ſine legitima cauſa cõtraueniatur, illud ei non exhibendo, fit illi iniuria. Item facultas vniuſcuiuſque inſiſtendi, aut perſiſtendi in poſſeſſione rerum ſuarum, eſt ius, quod nunc tractamus: quoniam ſi ſine legitima cauſa illi contraueniatur, per expulſionem illius à poſſeſſione, infertur eidem iniuria. Facultas præterea, quam vnuſquiſq; ex natura rei habet, vt recipiat quicquid gratis ex ſuaq; liberalitate quicunque alius voluerit tribuere, eſt ius, de quo modo loquimur: quoniam ſi quis, ſine legitima cauſa, illi contraueniat, vel arcendo eum mendacijs, vi, aut aliqua alia ratione id accipiat, vel vi, mẽdacijs, aut fraudibus donatorem, aut teſtatorem arcendo aut cohibendo, ne illud idem illi dono det aut in teſtamento relinquat, iniurius illi eſt: & idcirco tenetur damnum eidem reſtituere. Propter hoc & ſimilia alia exempla, appoſuimus in definitione verba illa, aut aliquo alio modo ſe habendi.

Additum eſt in definitione, cui ſi ſine legitima cauſa contraueniatur, iniuria fit eam habenti. Quoniam cõtrauenire ex legitima cauſa facultati quam ad aliquid prædictorum aliquis ex natura rei alioquin habeat, nec facit vt facultas illa in ſe ſpectata non ſit ius, de quo loquimur, nec in eo fit vlla iniuria eam habenti. V.g. facultas, quam is, qui rem depoſuit, habet, vt ea ſibi reddatur, ſanè ius eſt, de quo loquimur: quod autem ſuperueniente furia & periculo, quod, ſi illi reddatur, ſe ipſum, aut alium interficiat, ei non reddatur, ac proinde facultati, quam alioquin ad id habet, illa de cauſa contraueniatur, nec tollit facultatem in ſe ſpectatam eſſe ius illius, nec fit illi iniuria: eo quòd legitima de cauſa facultati illi cõtraueniatur. Facultas item, quam vnuſquiſq; habet, vt de ſuis bonis comedat & ſe veſtiat, quæ & quibus voluerit, ius ẽt eſt huius loci: ꝙ aũt in bonum Reipublicæ ciues interdum prohibeantur tali vel tali genere veſtium, aut ciborum vti, ne ſumptus immoderati fiant, ac vitia creſcant, homineſque præ delitijs molleſcant, nec tollit quo minus facultas illa in ſe ſpectata ius ſit de quo loquitur, nec vlla fit iniuria ciuibus eam facultatem habentibus: quando quidem per publicas poteſtates, legitimaque de cauſa fiat: quibus multa alia potuiſſent exempla adiungi, ſed ſcripta ſufficiant.

Per eandem partem definitionis reijciuntur à ratione iuris facultates, quibus, quacunq; ratione contraueniatur, nulla habentibus eas facultates iniuria infertur: cuiuſmodi ſunt facultates rerum omnium ratione & libero arbitrio ſuapte natura carentium, vt brutorum ad paſtum, & ad vtendum proprijs membris, lapidum ad deſcendendum deorſum, & cæteræ aliæ. Cum enim eiuſmodi res eo ipſo quod libero arbitrio prædítæ non ſint, iniuriæ non ſint ca-

A paces, ſanè vt in eo, quòd earum facultatibus quacunque rõne contraueniatur, nulla eis fit iniuria, ſic nec facultates illæ iuris rationem habent. Quia tñ homo facultatem habet paſcẽdi pecora ſua in agris ſuis, aut in agris communibus ad paſtum pecorum ciuium deputatis, facultaſq; illa iuris rationẽ habet, ſanè qui tali facultati contraueniret, pecora alicuius ſine legitima cauſa à ſimili paſtu prohibendo, iniuriam faceret, non quidem pecoribus, ſed illorum domino, tenereturq; illi reſtituere damnũ, quod ea de cauſa accepiſſet. Tales ẽt ſunt facultates, ſeu potius poteſtates, per liberum arbitrium ad furandũ, adulterandum, detrahendum, &c. Vt enim in contrauẽtione, ne ſimilia fiant, non fit iniuria habentibus eas facultates: ſic nec illæ iuris rationem habent.

Illud circa eãdem partem definitionis admonuerim, non dici contraueniri iuri alicuius, ex eo, ꝙ ius ab eo auferatur, ſed ex eo, ꝙ iure in eo perſiſtente, contra ius illius fiat. Vnde ſi quis à procuratore ſuo B ius auferat, quod ad tempus illi conceſſerat, non dicitur contrauenire iuri illius: Qui tamen durante iure in procuratore, contra ius illius faceret, diceretur iuri illius contrauenire, iniuriamque illi facere.

Quod ſi quis petat, quidnam ſit ius, ſeu facultas hactenus explicata. Reſpondeo, nõ eſſe aliud, quàm habitudinem, ſeu relationem perſonæ, à qua habetur, ad id, ad quod eſt talis facultas. *Ius habitudo, ad ꝙ eſt facultas.*

Sunt deinde nonnulla animaduertenda, vt ius à nobis definitum amplius intelligatur. Primum eſt. Quempiam habere ius ad aliquid, & pati iniuriam, nequaquã inter ſe pugnare: quin potius, pati quempiam iniuriam, ſupponere, illum habere ius ad aliquid. Ius quippe, vt dictum eſt, eſt quaſi menſura iniuriæ, in eoque ratio iniuriæ eſt poſita, quòd ſine legitima cauſa contraueniatur iuri quod quis habet. Facere autem iniuriam, aduerſatur iuſtitiæ eo quòd iniuriam facere, iurive alicuius ſine legitima cauſa C contrauenire, ſit in iniuſtitiam, ſiue omiſſionis, ſiue commiſſionis peccato, incidere: iuſtitia autem & iniuſtitia inter ſe opponuntur.

Secundum eſt. Non ſemper eum, qui exequitur id, ad quod habet ius, exercere actũ iuſtitiæ; tametſi is, qui ſine legitima cauſa contrauenit iuri alterius, ſemper, vt dictũ eſt, in iniuſtitiam incidat, v.g. qui veſcitur cibo ſuo, induitque ſe veſtibus ſuis, actum exercet, ad quẽ habet ius, diciturq; proinde vti iure ſuo: non tñ exercet actum iuſtitiæ: eo quòd iuſtitia ſit ad alterum; is verò eiuſmodi actibus nequaquam alterum reſpiciat. Qui tamen, ſine legitima cauſa, cõtraueniret illi iuri, prohibẽdo ne ille eiuſmodi actus exerceret, iniuſtitiam committeret.

DISPVT. II.

De diſcrimine inter ius ad rem, & ius in re.

D DVplex ius diſtinguitur, nempe in re, & ad rem & vtriuſq; cognitio eſt valde neceſſaria ad plurima in vniuerſa de iuſtitia tractatione intelligenda. Quocirca, quid vtrumque ſit, plurib. erit nobis hoc loco explicandum.

Ius in re, tenui meo iudicio, non aliter poteſt cõmodius definiri, q̃ ſi dicamus. Eſt ius circa rem aliquam, ad quod res ipſa deuincta eſt. Ius verò ad rẽ, Eſt ius circa rem aliquam, ad quod res ipſa nõdum eſt deuincta. Porrò rem deuinctam, aut non deuinctam eſſe iuri quod circa illam habetur, multũ pendet ex iuris humani, poſitiuiuè diſpoſitione, vt in explicatione harum definitionum fiet manifeſtum. *Iuris in re definitio.* *Iuris ad rẽ definitio.*

Quia verò nihil magis nobis eſt deuinctũ, quàm id, cuius ſumus domini, iura, quæ circa res quarum ſumus domini habemus, earundemmet rerum comparatione, in primis ac præcipuè appellantur iura in re. Vt ius, quod quiſque habet ad vtendum ac fruen-

fruendum re ſua, ad illam diſtrahendam, & alienandam, imò & ad poſſeſſionem illius comparandam, quando poſſeſſionem amiſit, eſt ius in re comparatione ipſiuſmet rei, licet non comparatione poſſeſſionis illius, quæ nondum exiſtit. Etenim res illa ad cuiuſcunque manus & poſſeſſionem deueniat, ſemper eſt deuincta iuribus illius omnibus, quæ dominus circa illam habet, ac proinde domino conceditur realis actio, quam rei uendicationem iura appellant, vt de manu cuiuſcunque, tanquã legitimus dominus, illam ſibi uendicet, & in conſequentiã conceditur illi poſſeſſio, tanquam eo ipſo ſibi debita, & cõceditur vſus & fruitio, ac quodcunq; aliud ius, quod in illa habet, niſi contractu aliquo, aut alia ratione illud alienauerit, aut ad tempus ſit impeditũ. Si enim rem ſuam in emphyteuſin alteri tradidit (aforamẽto vocant Luſitani, atque etiã prazo) quoniam per huiuſmodi contractũ, vſum, & fruitionẽ rei illius à ſe abdicauit, & in emphyteutam (hoc eſt, in eum, cui rem in emphyteuſin tradidit) tranſtulit, retento ſibi dominio eiuſdem rei directo, non conceditur illi vſus & fruitio, interim dũ contractus emphyteuticus perſeuerat. Si quis item veſtẽ, aut aliã rem in pignus tradidit, nõ conceditur illi vſus illius, donec pretiũ, ad cuius aſſecurationẽ pignus traditum eſt, ſoluat.

Dictum eſt, iura, quæ circa res, quarum ſumus domini, habemus, eſſe iura in re, earundemmet rerum comparatione: quoniam aliquando comparatione earum rerum, ad quæ ſunt iura, non ſortiuntur rationẽ iuris in re, ſed iuris ad rem. V.g. ſi quis deiectus fuit à poſſeſſione rei ſuæ, eamq; amiſit, licèt ius quod habet ut ſibi poſſeſſio reſtituatur, ſit ius in re, cõparatione rei ad quam poſſidendam habet ius, eò quod res ipſa ad id ſit ex natura rei deuincta & obligata, & idcirco ad cuiuſcunque manus perueniat, ſecum fert eſſe ita deuinctam; nihilominus comparatione poſſeſſionis, ad quam habendam eſt illud ius, quia nondum exiſtit, idque, quod nõ exiſtit, non poteſt eſſe deuinctum, non dicitur habere ius in re, ſed ad rem. Eodem modo ius, quod quis habet ad fruendum re ſua, hoc eſt, ad percipiendum ex ea fructus, eſt ius in re, ſi cõferatur cum re, cuius fructus debet percipere; eò quòd illa ad id ipſi ſit deuincta: ſi tamen conferatur cum eis fructibus, ad quos percipiendos ius habet, qui iam exiſtãt, habet etiam ius in re; quia eo ipſo, quod fructus exiſtunt, dominium eorum comparat: ſi verò cum eis, qui nondum exiſtunt, ſolum habet ius ad rem, hoc eſt, ad illos percipiendos, ſi extiterint: non verò ius in re, eo quòd in re, quæ nondum exiſtit, nequeat eſſe ius, quaſi ad illud ſit res iam deuincta.

Dominium non comparatur ſolo titulo ſine traditione.

Cæterum, vt hoc diſcrimen inter ius in re, & ius ad rem paulatim innoteſcat, ſciendum eſt, ad comparandum dominium, atq; adeo ius in re, nec ſatis eſſe rem, cuius dominium ſumus comparaturi, exiſtere, vt de ſe eſt notiſſimum; nec inſuper habere titulum aptum ad transferendum dominium, qualis eſſet legitima emptio, vel donatio, aut alius ſimilis, ſed vlterius requiri, eãdem rem eſſe nobis traditam genere aliquo traditionum, quas inferius, dum de poſſeſſione erit ſermo, exponemus ad poſſeſſionẽ comparãdam requiri omnino, ac ſufficere. Ita habetur l. traditionibus, C. de pactis. Cuius hæc ſunt verba. Traditionibus, & vſucapionib. dominia rerum non nudis pactis transferuntur. Idem fuſius habetur, Inſtitut. de rerũ diuiſione, §. Per traditionem, & quatuor ſequentibus, & affirmat communis Doctorum ſententia, quam inter alios refert & ſequitur Antonius Gomez. tomo. 1. variarum reſolutionum, c. 2. num. 1. & tom. 2. c. 15. ad finem. Hinc eſt, quòd ſi quis rem aliquã alicui vendat, nec tamen ei tradat, emptor ſolum comparet ius ad illam rem, etſi pretium ſoluerit, non verò ius in re ac domi-

A nium: quoniam hæc ante traditionem rei emptę nõ comparantur. Vnde vlterius efficitur, quòd ſi idem venditor eãdem rem ſimul vendat, & tradat alicui alteri, ſecundus emptor, nihil priore venditione impediente, comparet dominium illius, nec eam teneatur tradere poſtea priori emptori. Ita habetur expreſsè, l. quoties, C. de rei vend. & lib. 4. Ord. huius Luſit. Regni. tit. 28. & l. 50. tit. 5. p. 5. legum Caſtellæ. Vide alia iura & Doctores quos citat Couar. 2. variar. reſolut. cap. 19. Ratio huius rei hæc eſt, quoniam res illa, per ſolum titulũ emptionis, deuincta non erat priori emptori, qui nondum ius in illa comparauerat, ſed ſolum habebat ius ad illam, vt ſcilicet venditor eam ſibi traderet, traditioneque efficeret eam illius. Quia itaque obligatio erat nõ rei, ſed venditoris, & per vẽditionem ſecundã, ſubſecuta traditione, facta eſt ſecundi emptoris; non cõceditur primo emptori actio realis in rem, quæ alterius eſt effecta, ſed pſonalis in venditorẽ, vt ipſi perſoluat quan B tum ei intererat, venditionem firmam eſſe, perducique ad vltimũ effectum. In quibus autem euentibus comparetur dominium per titulum ante traditionem, diſputatione ſequenti explicabitur.

Corporales & incorporales res quæ.

Sciendum eſt deinde, Inſtitut. de rebus corporalibus & incorporalibus §. vnico, diſtingui duo genera rerũ, corporales ſcilicet, & incorporales. Corporales dicuntur, quę tangi poſſunt, vt veſtis, domus, aurum, argentum, & cæteræ ſimiles res. Incorporales verò dicuntur, iura ad aliquid. Licet enim ius ſæpenumero ſit ad aliquid corporale, ipſum tñ ius in ſe, quia tangi nequit, ſed intellectu percipitur, corporale appellatur. Exemplo eſſe poteſt illud, quod ibidem affertur, hæreditas nempe, ſeu ius ad bona defuncti, ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato qs illis ſuccedat. Antequã enim hęres hęreditatem adeat, hoc eſt, illam acceptet, profiteaturvè velle ſe eſſe hęredem, habet ius ad rem comparatione bonorum C defuncti: eo verò ipſo, ꝙ illã adit, comparat eorum dominium vt diſputatione ſequenti oſtendemus. Ius ergo illud, quod ad bona defuncti habet, & à quo hæres denominatur, eſt ꝙ appellatur hæreditas eo loco, computaturq; inter res incorporales: tametſi interdum bona ipſa defuncti hæreditas etiam appellentur. Connumeratur etiam eodẽ loco inter res incorporales vſuſfructus, id eſt, ius fruẽdi re alterius, & vſus, id eſt ius vtendi tñ re alterius. Præterea connumerantur ea iura in prædia, tam urbana, quàm ruſtica aliorum, quibus, vt inferius oſtẽdetur, reſpondent ſeruitutes ex parte eorundem prædiorum. V.g. ius viæ per agrum alienum, ius mittendi ſtillicidium alicuius domus ſuper alienam domum, aut aream, & ſimilia alia de quibus inferius erit ſermo. Ac demum vniuerſim connumerantur quęcunque alia iura, quæ ex quacunque alia obligatione oriuntur. Addere etiã poſſumus beneficium Eccle- D ſiaſticum, hoc eſt, ius ad percipiendum decimas ac reditus, ratione officij, munerisq; Eccleſiaſtici, atq; exequendum omnia, quæ ad munus illud ſpectant. Comendam, id eſt, ius ad recipiendos eos reditus Eccleſiaſticos, qui vnicuique commendæ ſunt deputati. Cathedram, id eſt, ius ad docẽdum, recipiendumque ſtipendium ei muneri præſcriptum. Ius patronatus, id eſt, ius ad eligendum & præſentandum ad beneficium Eccleſiaſticum, & ſimilia alia.

Hæreditas quid.

Incorporalium quãdo ius in re, & ad rem comparatur.

Sicut aũt rerum corporalium interdum comparatur ſolum ius ad rem, interdum verò ius in re: ſic etiam rerum incorporalium. Regulariter autẽ ante traditionem, actum vè, qui ad poſſeſſionem eiuſmodi rerum comparandã ſufficiat, iuxta ea quæ dicentur dũ de poſſeſſione erit ſermo, eſto adſit legitimus titulus, non cõparatur ius earũ in re, ſed ius ad rem. Vnde ſi quis donet, aut vendat alteri vſumfructũ, aut aliud ius in ꝑdio ſuo, cui iuri ſeruitus in eo

prædio

prædio reſpondeat,& ante traditionem ſeu actum, quo ille poſſeſſionem illius iuris accipiat, dominus prædij vendat,& tradat idem prædium alteri,nullo interpoſito pacto,vt emptor teneatur permittere,& concedere ius, quod venditor illi alteri donauerat aut vẽdiderat,ſanè emptor, cui facta fuerit traditio prædij,ad nihil tenetur ei, cui prius fuerat vẽditum aut donatum ius illud : eo quòd ſolum cõparauerit ius ad rem. Secus autem eſſet, ſi præter titulum emptionis,aut donationis, interueniſſet traditio illius iuris:tũc enim,quia primus emptor, aut donatarius comparaſſet ius in re,antequam ſecunda vẽditio fieret, vtiq; ad cuiuſcunque manus prædium illud deueniſſet,cum eo onere, & obligatione reali tranſiſſet. Ita colligitur apertè ex l. ſi ſub vna,§. ſi quis viã, ff. de verb. oblig. cuius hæc ſunt verba. Si quis viam ad fundum ſuum dari ſtipulatus fuerit: poſtea fundum,partem ve eius ante conſtitutam ſeruitutẽ alienauerit,euaneſcit ſtipulatio. Ex quibus verbis patet, ſtipulationem, titulum ve ad ſeruitutem,non eſſe ſatis,vt conſtituta cenſeatur, comparatumq; ſit ius in re,niſi traditio ſit ſubſequuta. Quia ergo ex ſola ſtipulatione nondum erat ius in re,neque actiuum, ex parte fundi,in cuius vtilitatem ſeruitus erat promiſſa, neque paſſiuum, ex parte alterius fundi in quo erat promiſſa, ſed ſolum erat obligatio perſonalis cõſtituendi eam ſeruitutem,inter eum,qui eam promiſerat,& illũ,cui eam promiſerat, ius autem,& obligatio perſonalis, nec tranſit cum fundo, in cuius vtilitatem debetur,neq; cum fundo,in quo debetur: inde eſt,quod ſi fundus, in cuius vtilitatem ſeruitus fuerat promiſſa, vendatur, ius ſeruitutis illius non tranſeat in emptorem (niſi fortè venditor, ſimul dũ fundum vendidit,ius illud perſonale,quod ad illam ſeruitutem habebat, ceſſit, ſaltem per clauſulam illam generalem, quam tabelliones in inſtrumentis publicis ſolent apponere,nempe, ꝙ ceſſit omne ius reale vel perſonale competens ſibi in tali re)& maiori cum ratione ſi vendatur,& tradatur fundus, in quo talis ſeruitus fuerat promiſſa, obligatio concedẽdi eã non tranſeat in emptorem. Idem colligitur ex l. pluribus,§. ſi placeat,ff. eod. tit. & ex l. pro parte,ff. de ſeruitutibus. Quando ergo l. eorum, ff. de damno infecto,dicitur,fructuarium habere ius in re in fundo,cuius eſt vſufructuarius, intelligendum ſanè eſt,de fructuario, qui non habet ſolum titulum, ſed cui facta eſt traditio,ex eo ꝙ gratia tradendi illi poſſeſſionem miſſus fuerit in fundum,cuius eſt conſtitutus fructuarius,vel ꝙ dominus fundi, ſciens,& prudens,eũ vti,& frui fundo paſſus eſt (vtrumuis enim horum,inter alia,ſufficit ad comparandam poſſeſſionem vſusfructus,vt habetur l. 3. verſi. dare, ff. de vſufructu) non verò antequam facta ſit ei traditio vſusfructus: neque enim ante traditionem, eſto ius habeat ad rem,eſt ſimpliciter vſufructuarius. Si placet,lege apud Antonium Gomez. 2. tomo variarum reſolutionum c. 15. num. 20. & 21. alia iura,& communem Doctorum ſentẽtiam, quam circa hæc omnia refert ac ſequitur.

Dixi ſuperius, ad comparandum ius in re circa res incorporales præter titulum eſſe regulariter neceſſariam traditionem: quoniam aliquando id non eſt neceſſarium, quando ſcilicet id peculiariter iure aliquo ſancitum eſt. Hac ratione ad comparandum ius in re in beneficio Eccleſiaſtico,illudque efficiendum ſuum, neceſſaria non eſt traditio, ſed ſatis eſt præcedat collatio,& ſequatur acceptatio, ratave habeatur collatio:eo enim ipſo, ꝙ acceptatur, ratave habetur collatio, efficitur acceptantis,comparatque proinde ius in re, cum tamen ante acceptationem ſolùm haberet ius ad rem. Ita habetur c. ſi tibi abſenti, de præbendis lib. 6. Ad poſſeſſionem tamen beneficij,neceſſaria eſt traditio,& quaſi apprehen-

Ius in re cõparatur beneficij ſola collatione, & acceptatione.

Poſſeſſio apprehenſionẽ requirit.

A ſio illius,interuẽtu aliquius actus. Vt per ſeſſionẽ in cathedra Epiſcopali,aut in ſede Canonicali, & per alios actus conſuetos accipit poſſeſſio Epiſcopatus, Canonicatus,aliorũq; beneficiorũ Eccleſiaſticorũ.

Quando item res aliquæ incorporales tranſeunt in aliquem iure hæreditario, vt ius patronatus, aut ſeruitutes aliquæ,vel quid ſimile,ſtatim hæres,adita hæreditate,comparat ius in re comparatione illorũ. Quando item in ſingulari legatur res aliqua incorporalis alicui,vt ſeruitus, aut fundus cui ſeruitus debetur,ſtatim ac hæres adit hæreditatẽ,comparat legatarius ius in re in huiuſmodi rebus incorporalibus. Imò iuris fictione,eo ipſo, ꝙ hæres adit hæreditatem, cenſetur legatarius comparaſſe ius in re in eiuſmodi rebus incorporalibus ſibi legatis. Hæc omnia,præter multa alia iura quæ diſputatione ſequenti adducemus,colligitur ex l. ſi partem,§. ſi per fundum,ff. quemadmodum ſeruitutes amittantur. Lege iura, & Doctores, quæ Antonius Gomez. 1.
B tomo variar. reſolut. c. 12. num. 8. refert,& ſequitur. Vtrum autem rerum incorpalium comparetur dominium,dicemus diſputatione ſequenti.

Idem hæreditate ita, in rebus hæreditatis, & in legatis in ſingulari.

Quando item res aliqua in pignus traditur, aut hypothecæ ſubijcitur,ſiue pactione inter debitorẽ, & creditorẽ, ſiue iuris diſpoſitione ſubijciatur, idque etiam ſiue hypoteca tacita ſit ſiue expreſſa,ſiue vniuerſalis omnium bonorũ, ſiue particularis quorundam,quæ ſpeciatim deſignentur, creditor quidem cõparat ius in re, vt de eiuſmodi bonis ſibi ſoluatur debitum,qñ aliunde nõ fuerit vnde ſoluatur: vnde ad quemcunque bona illa tranſeant, cum illo onere reali ac obligatione tranſeunt.

Idem in pignore, & hypotheca.

Aſſertum hoc ex eo eſt manifeſtum,quod ad nihil aliud pignoris aut hypothecæ contractus fuerit adinuentus ac inſtitutus,niſi ad concedẽdum ius in re,in pignore,& hypotheca ad ſecuritatem debiti. Præter innumera verò alia iura, confirmari poteſt
C idem aſſertum ex l. eorum,ff. de damno infecto,iuncta l. quid de creditore,eod. tit. vbi habetur,creditorem habere ius in re, & ſermo eſt de creditore,cui pignus aut hypotheca conſtitutum eſt. Intereſt autem inter pignus, & hypothecam, ꝙ (vt habetur §. item Seruiana,verſ. inter pignus, Inſtit. de actionibus) pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. At eam quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur,propriè hypothecæ appellatione contineri diximus. Comparatur verò ius in re comparatione eius rei, quæ in pignus aut hypothecam conſtituitur ſola pactione aut iuris diſpoſitione abſque alia traditione, vt ex verbis proximè relatis conſtat. Et multò apertius ex l. 1. ff. de pigneratitia actione,cuius hæc ſunt verba: Pignus contrahitur,non ſolum traditione,ſed etiam nuda conuentione,etſi non traditum eſt. Porrò in ea lege pignus
D impropriè, & late vſurpatur,vt hypothecam etiam ſuo ambitu complectatur.

Pignoris, & hypothecæ diſcrimen.

Ius præterea,ꝙ fiſcus à die commiſſi delicti comparat in bona hæretici, aut cuiuſuis alterius, cuius bona pro crimine aliquo ſint ipſo iure fiſco addicta vel proſcripta,eſt ius in re,ante vllam eorundem bonorum traditionem, eaq; de cauſa ad quemcunque quocumque titulo tranſeant, onus illud ſecum deferunt,vt fiſco debeantur.

Ius in re cõparat fiſcus à die commiſſi delicti, bonorũ ipſo iure illi addictorũ.

Pro huiuſce autem rei faciliori intelligentia præſcribi poteſt hæc regula generalis. Quando ex domonio,aut diſpoſitione alicuius iuris, non conſtat, ius,quod quis ante traditionem comparatione alicuius rei habet, eſſe ius in re, cenſendum eſt illud eſſe dumtaxat ius ad rem. Quando autem ante rei traditionem ius in re,legis alicuius diſpoſitione concedatur, ex ijs, quæ dicenda ſunt in progreſſu operis,liquidò conſtabit. Porrò iura ei, qui ius in re habet,

Ius ad rem eſt cẽſendũ quod nõ cõſtat eſſe in re.

Iuri ĩ re,realis, iuri ad rẽ, perſonalis actio reſpondet.

bet, concedunt actionem realem comparatione rei, quæ tali iuri eſt deuincta, ad cuiuſcunq; manus res illa perueniat, reciprocanturque hæc duo habet ius in re, & conceditur illi actio realis. Ei vero, qui ſolũ hẽt ius ad rem, ſola actio perſonalis iure cõceditur.

DISPVTATIO III.

Dominium quid, & quotuplex ſit.

CONſtituto quid ſit ius, quid item ius in re, & ad rem, gradum faciamus ad explicãdum dominium, quod minus latè patet, non ſolum quàm ius in commune, ſed etiam quàm ius in re, vt ex dictis diſputatione præcedente facilè erit manifeſtũ. Bar. in l. ſi quis vi, §. differentia, num. 4. ff. de acquir. poſſeſ. in hunc modum definit dominium. Eſt ius perfectè diſponẽdi de re corporali, niſi lege prohibeatur.

Dominij definitio.

Hanc definitionem amplectuntur communiter Iuriſperiti, quos Antonius Gomez. ad l. 45. Tauri, nu. 1. refert, ac ſequitur: tametſi iura, quæ in illius confirmationem accumulat, parum ad rem faciant. Hæc autem Bartoli definitio multò magis probatur, quàm illa alia, quam tradit Sotus 4. de iuſtitia, q. 1. artic. 1. nempe: eſt propria cuiuſque facultas, & ius in rem quam habet, quam in ſuum ipſius commodum vſurpare poteſt quocunque vſu lege permiſſo. Licèt enim idem ſit vtriuſque ſenſus, cõpendiotior tamè, & fortè cautior eſt Bartoli definitio.

Cæterùm in ea pro genere ponitur ius, quod dominium, & pleraq; alia iura complectitur. Per partem illam, perfectè diſponendi de re, hoc eſt, omni modo & propria auctoritate, ſiue in proprium, ſiue in alienum commodum ea vtendo, & ſiue eam diſtrahendo aut conſumendo, ſiue reſeruando, reijciuntur omnia iura, quæ vel omnino non ſunt dominium, vel non ſunt integrum, & perfectum dominium, quod ſolum hoc loco definitur: eo enim cognito, facilè erit intelligere dominia minus perfecta, quæ quaſi partes integri, & perfecti dominij ſunt. Cuiuſmodi ſunt, directum dominium, quod proprietarius habet in rem traditam in emphyteuſim, & vtile, emphyteutæ.

Dominium directum, & vtile.

Inter alia iura reijcitur etiam, quod quis procuratori aut amico concederet diſponendi de re aliqua quocunque modo vellet: quia enim non propria auctoritate poſſet procurator, aut amicus de tali re diſponere, non cenſeretur habere ius perfectè diſponendi de re illa, quale ad dominium eſt neceſſarium.

Addit Bartolus partem illã, corporali: quoniam cenſet rerum incorporalium, hoc eſt, iurium, eſſe non poſſe dominium propriè, & preſsè, ſed quaſi dominium; neq; poſſeſſionem, ſed quaſi poſſeſſionem. Attamen, ſaltem latius ſumpto dominio, vt de directo, & de vtili etiam dicitur, concedi poteſt, iurium, vt beneficiorum, cathedræ, &c. quando de illis habetur ius in re, haberi dominium.

Dominium latè ad incorporalia ſe extendit.

Et ita conſueuimus dicere, hunc vel illum eſſe dominum huius beneficij, aut cathedræ. Et c. ſi tibi abſenti, de præben. lib. 6. dicitur, per acceptationem beneficij iam collati, cõparari ius in re, ita vt dici valeat ſuũ, id eſt, ipſius acceptantis. Multò autem frequentius dicere cõſueuimus, eiuſmodi iurium comparatam, aut non comparatam eſſe poſſeſſionem. Illud etiã admonuerim, Bartolum nec negare, nec iure ab illo negari poſſe, Deũ proprijſſimè eſſe dñm angelorũ: qui tamen ſunt omnino corporeæ molis expertes.

Addit vltimò partem illam, niſi lege prohibeatur: quoniam quaſi alligari ac impediri ius aliquod, ne in actum prodeat, & ſi prodierit, ne factum teneat, quod aliquando iura iuſta de cauſa efficiunt, non tollit dominium, & ius perfectè diſponendi: ſed illud ligat quoad actum. Vnde, ſicut aliquẽ pro-

A pter amentiam, ſomnum, vel infantiam, non poſſe diſponere de re ſua, non tollit quin ſit illius dominus, eo ꝙ in ſe habeat verum ius diſponendi de illa, tametſi impeditum quoad actum, propter defectum vſus rationis: ſic vi alicuius legis, aut mandato principis, iuſta de cauſa impediri ne in actum prodeat, &, ſi prodierit, ne factum vim habeat, non tollit quo minus ille legitimus integerque ſit illius rei dominus. Aliud quippe eſt, partem iuris quaſi integrantis dominium, ab vno auferri, & conferri alteri, vt fit quando vni legatur dominium agri, & alteri vſusfructus, aut quando retento dominio directo, ager traditur in emphyteuſim: aliud verò, nulla parte iuris in alium translata, impediri quemquam ab vſu talis iuris: primum namq; in cauſa eſt, vt aliquis nõ ſit integrè, & perfectè dominus, hoc eſt, pleno iure, vt habetur l. Generaliter, ff. qui & à quibus, & l. ſi ita ſtipulatus (quæ eſt 126. in eo tit.) §. Titius, ff. de verb. obliga. ſecundum verò non tollit quempiam eſſe perfectè dominum, ſed ſolum ligat illi ius B in totum, aut in parte. Quòd ergo pupillus alienare nequeat bona ſua vſque ad tempus à patre aut à iure præfinitum, non tollit quo minus ſit legitimus eorum dominus, iuxta illud Pauli ad Galat. 4. Quãto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo; cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutorib. & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre.

Quod itẽ bona aliqua vinculata ſint, atque adeò alienari prohibita, vt ſunt bona maioratus, non tollit quo minus is, ad quem iure hæreditario perueniunt, verus integerque ſit illorum dominus: eo ꝙ nullũ ius, nullaue pars integri dominij ſit ab eo ablata, & trãſlata in alium, ſed ſolum ſit alligata quoad actũ alienandi, conſtituendiq; grauamen quodcumque in eiuſmodi bonis, quo minus cum eodem omnino iure, atque æquè libera ad ſucceſſorem trãſeant.

Maioratus hæres dominus eſt bonorũ vinculatorum.

Quare ſicut princeps quando à parte aliqua C eorum bonorum ſoluit vinculum, permittitque illã alienari, nihil dominij confert primogenito, qui iure hæreditario illa poſſidet, ſed ſolum reſoluit vinculum, quo dominium eorũ bonorũ, quoad actum alienandi erat alligatum: ita quando annuens petitioni alicuius, bona eiuſdem vinculo primoganituræ alligat, legeve publica id fieri permittit, nullum dominiũ aufert, ſed ſolum ligat ius alienandi, actũque illius irritũ facit. Quare audiendi non ſunt multi, quos Pinellus ad l. 1. C. de bonis maternis, nu. 5. & Molina lib. 1. de primog. c. 19. referunt, quibuſque ſubſcribit Antonius à Gama, p. 1. deciſionum Luſitanarum, deciſione 350. nu. 5. quatenus affirmant, poſſeſſores maioratuum non eſſe veros dominos, ſed ſolum vſufructuarios bonorum maioratuum. Quin potius cum eiſdem Pinello, & Molina, cum Couarr. 1. lib. variar. reſolu. c. 15. nu. 14. Anto. Gomez. ad legem 4. Tauri. nu. 76. & pleriſque alijs D quos citant, dicendum eſt, eſſe legitimos, atque integros dominos: id, tum præter hactenus dicta, tum etiam quia bona illa dominum habẽt, nec alius deſignabitur, quã poſſeſſor maioratus, confirmari poteſt ex l. Generaliter, verſ. ſub conditione, ff. qui & à quibus, cuius hæc ſunt verba. Sub conditione ſeruus legatus, pendente conditione, pleno iure hæredis eſt, ſed nullam libertatem ab eo cõſequi poteſt, ne legatario iniuria fieret, ſi ſcilicet impleretur conditio, ad eumque eo ipſo pertineret. Conſtat ergo, aliquem ea de cauſa alienare nõ poſſe rem aliquam, ꝙ adueniente morte poſſeſſoris, aut impleta aliqua conditione, res illa tranſitura ſit in dominium alterius, non tollere, quo minus ante mortem, aut ante impletam conditionem, is, qui illam poſſidet, ſit verus perfectuſque dominus illius. Idem probat text. in l. non ideò, ff. de rei vẽdicatione, & alia iura, quæ commemorati Doctores citant.

Dubium eſt hoc loco, an dominiũ formaliter & eſſentialiter ſit ius, *ita* vt ius ſit genus comparatione dominij; an verò rela*tio* dominij ſit quippiam antecedens facultatem, iusve perfectè diſponendi de re, cuius ſumus domini, quaſi dominij definitio deſcriptiua ſit, tradita per effectum proprium dominij. Et quamuis metaphyſica hæc non multum ad rem moralem conferat, communiterque dici conſueuerit, ius eſſe verum genus dominij: contrariũ mihi videtur verius. Primò, qm̃ rectè dicimus, quia Petrus eſt dominus huius rei, habet facultatem perfectè de illa diſponendi: è contrario verò nõ rectè dicimus, quia habet facultatem perfectè diſponendi de hac re, eſt dñs illius; ſicut ẽt non rectè dicimus, quia habet facultatẽ ridendi eſt homo; ergo facultas, ſeu ius perfectè diſponendi eſt effectus dominij, non ſecus ac facultas ridendi eſt effectus hominis. Secundo, qm̃ eſſe ſuum, ſeu proprium alicuius, videtur correlatiuum domini: dñs enim eſt, qui habet aliquid ſuũ ſimpliciter: quod ſi id ſit alius homo, appellatur ſeruus, qui relatiuè dr̃ ad ſerui dñm; ſuum aũt ſimpliciter, ſiue id ſit alius homo, ſiue quæcũque alia res, eſt correlatium adęquatum domini in cõe: cum ergo eſſe ſuum, quod correlatiuum eſt domini, & obiectũ iuris, facultatisve ad vtendum re, ſiue ſua ea ſit, ſiue aliena (quod correlatiuum eſt iuris) ſit longè diuerſa, efficitur, vt ius & dominium non ſit idem formaliter, ſed relatio iuris relationem dominij ea ratione conſequatur, ꝗ idcirco vnuſquiſque facultatem habeat non ſolum vtendi, ſed ẽt diſponendi perfectè de re aliqua, ꝗ illa ſit ſua, ipſeq; dñs ſit illius. Tertio poteſt quis conferre procuratori ſuo, aut amico in bonum amici ius, tum ad vtendum re ſua oĩbus modis quibus ipſe vti poteſt, tum ẽt ad illam alienandũ & conſumendum, retento ſibi dominio, interim dũ rem non conſumit aut alienat: ergo ius ad vtendum re aliqua, & ad illam alienandum, & conſumendũ, diſtinctum quid eſt à dominio, quod in eo præciſe eſt poſitum, quòd res ſit ſua ſimpliciter. Confirmatur: qm̃ ius ad utendum re aliqua, & ius ad eam alienandum, ſunt iura diſtincta, poteſtque vnus & idem habere multa iura circa vnam & eandem rem pro diuerſitate obiectorum, ad quæ ſunt ea iura: ſed ratio dominij circa vnam rem eſt vnica & ſimpliciſſima: ergo ratio iuris ad perfectè vtendum, & diſponendum de re aliqua diuerſa eſt à ratione dominij. Quarto eo ipſo quòd res aliqua ſimpliciter eſt alicuius, illeque proinde eſt dominus illius, ex natura rei habet his plenum & integrum ius circa illam, niſi forte res illa deuincta ad eum accederet iure aliquo in re, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt: ſed (vt ex emphyteutico contractu eſt manifeſtum) poteſt is abdicare à ſe totum ius ea utendi, & fruendi, eamque adminiſtrandi, & conferre illud alteri, retenta proprietate, hoc eſt, retinendo rem illã eſſe ſuam ſimpliciter, vt antea erat, quod iuris interpretes appellant dominium directum: ergo dominium & iura ad vtendum, & diſponendum de re, quæ ſublatis impedimentis ex natura rei dominium conſequuntur, diſtincta inter ſe ſunt.

Ius nõn eſt intrinſecum ſed dominij naturã conſequitur.

Dominium directũ q. d.

Vt autem explicemus quot modis dominiũ vſurpetur, & in qua acceptione ſit à nobis definitũ, ſciẽdum eſt. Conradum in prioribus quæſtionibus de contractibus, Maiorem in 4. d. 15. q. 10. & nonnullos alios, Gerſonem de poteſtat. Eccleſ. conſideratione 13. & de vita ſpirituali lect. 3. ſecutos, affirmare. Ius non aliud eſſe, quàm facultatem quamcunque ad rem quamuis, dominiumque cum iure recurrere, eſſeque non ſolum in beſtijs, vt in equo ad paſtum ſumendum, ſed etiam in rebus cognitione carentibus, vt in aſtris ad illuminandum, in elementis ad conſiſtendum in ſuis proprijs locis, &c. Diuidunt præterea ius & dominium tam latè ſumptum, A in dominium beatificum, originale, imò & in dominium dãnatorum, & in nonnulla alia membra, quæ nec referre eſt neceſſe. Ex dictis autem diſp. 1. conſtat, nec ius, nec dominium rebus mẽte minimè præditis, quæ eo ipſo iniuriæ capaces nõ ſunt, vlla rõne poſſe conuenire. Quæ namque ſuorum actuum dominium non habent, multo minus aliarum rerum poterunt dominium habere. Quòd ſi aliqñ dominari, aut prædominari dicuntur, vt de aſtris & elemẽtis dici conſueuit, ſermo eſt metaphoricus, quo vis aut exceſſus eorum ſuper alia ſignificatur. Ex dictis quoque, tam hac, q̃ præced. diſp. ſatis eſt manifeſtũ, dominium longè minus latè patere quã ius. Præterea, quis dicat, ius, quod filius habet, vt à patre alat, & quod ſubditus habet ut à prælato dirigatur, & doceatur, & quod uxor habet comparatione viri, eſſe dominiũ. Imò neque ius omne ſuperiorum in inferiores rõnem habet dominij. Eiuſmodi eſt illud, qđ prælatus habet in ſubditos, aut magiſter in diſcipulos B ad illos docendos & puniendos: tametſi dominij nomen interdum ad ſuperiores aliquos, qui neque iuriſdictionis dominium, de quo ſtatim erit ſermo, re vera habent, pp eorum eminentiã aliquam ſuper ſubditos, extendatur, quo pacto Gen. 3. mulieri dr̃: Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.

Conradus & alij nituntur probare, dominium tã latè patere, ac ius. Qm̃ ſi quis rapiat filium à patre, aut vxorem à marito, committit furtum: cum ergo furtum ſit contrectatio rei alienæ inuito domino: fit vt pater dominus ſit filij, & maritus vxoris. Ad hoc argum. in primis negandum eſt, id eſſe propriè furtum: eſt enim ſpecies alia iniuriæ coniuncta cum dãno proximi: vnusquiſque autem tenetur non ſolum ceſſare ab iniuria, reſtituendo patri filium, & vxorẽ marito, ſed etiam reſarcire illi damnum, in quibuſcunque illius bonis illi ea de cauſa ſubſecutum. Dicendum eſt deinde, nomine domini, in definitione C furti, intelligi, non ſolum verum dominum, ſed etiã eum, ad quem res quocunque modo pertinet. Vnde ſi à depoſitario iniuſtè & occultè accipiatur depoſitum, aut veſtis ab eo, qui illam habet commodatam committitur furtum, eſto neuter illorum ſit verus dominus rei ita ab ipſis ablatæ.

Argumentum.

Soluitur.

Prætermiſſa ergo horum Doct. opinione, dicendum eſt, cum Cou. regula peccatum, p. 2. §. 9. nu. 8. conſonè ad Bar. l. 1. §. per hanc, ff. de rei vend. & ad alios, triplicem eſſe dominij ſpeciem, nempe dominium iuriſdictionis, dominium locorum ſeu rerum pertinentium ad vniuerſitatem iure vniuerſitatis, & dominium particulare, quod vnuſquiſque ſuper res ſuas habet, aut quod vniuerſitas ſeu cõmunitas aliqua nõ ſecus habet, ac ſi eſſet perſona particularis.

Dominium quotuplex.

Dominium iuriſdictionis, ſi temporale, ſeu ſeculare ſit, ad eos ſolum ſpectat, quibus iuriſdictio in ſubditos, protectioque eorum ita incumbit, vt ſubdi D ti vaſalli eorum dicantur: non verò ad alios, qui nomine, atque præſcriptio illorum iuriſdictionem pro tectionemque exercent. Tale autem horum hominum dominium poſitum eſt dũtaxat, in iure eos gubernandi, iudicandi, & protegendi, ac defendendi, necnon in iure accipiendi ab eis emolumenta, quæ ea de cauſa ipſis debentur. Seu potius dominium eorum in eo ſitum eſt, quòd Reſpublica aut communitas ſit eorum proprie quoad hæc omnia iura in eã & in partes illius exercenda.

Non eſt verò abſurdum eiuſmodi dominium ad duos aut ad plures pertinere ſimul ordine quodam comparatione vnius, & eiuſdem cõitatis, nempe ad vnum immediate, & ad alium aut alios mediate. Vt dominium iuriſdictionis alicuius oppidi, aut ciuitatis, pertinere poterit immediate ad Ducem aliquem, Marchionem, aut Comitem: mediate vero ad Regem. Quod ſi Rex ille, quoad iuriſdictionem,

Ad plures ordine quodã poteſt pertinere.

ſubiectus ſit Imperatori, aut alicui Regi alteri potẽ A tiori, tunc demum adhuc mediatius vnà cum toto regno, ad talem Imperatorem aut potentiorem Regem pertinebit. Hac de cauſa Iuriſperiti dominium illud iuriſdictionis, quod modo explicato ad multos ſpectat, diuidunt in altum, ſeu ſuperius, & mediatius, & in baſſum, id eſt, immediatum, aut immediatius comparatione alterius ſuperioris, quæ media tius in eandem communitatem habeat dominium.

Dñium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſpecies alia à ſeculari.

Dixi paulò ſuperius, dominium iuriſdictionis, ſi temporale ſeu ſeculare ſit, &c. quoniam ſpiritualis iuriſdictio ſummi Pontificis in totam Eccleſiam, Patriarcharum, Metropolitanorum, & Epiſcoporum, ordine quodã in varias Eccleſiæ partes, alia ſpecies eſt dominij iuriſdictionis contra diuiſa à dominio temporali: q̃ licet dominij noĩe nõ ſoleat appellari, ſuo tamen modo rationem dominii iuriſdictionis habet, a Chriſto miniſtris Eccleſiæ collati.

Dominium vniuerſitatis quid.

Dominium locorum, ſeu rerum pertinentium ad vniuerſitatem iure vniuerſitatis, eſt dominium non B quidem iuriſdictionis, ſed proprietatis comparatione eorum locorum aut rerũ, quæ ita ſunt vniuerſitatis propriæ, vt ad ſingulorum vſum ſint deputatæ. Eiuſmodi ſunt prata oppidi aut ciuitatis alicuius deputata ad paſtum pecorum eorum, qui illius ſunt loci, Syluæ item ad ligna ſcindenda ſimiliter deputatæ, & alia eiuſmodi. Porrò eiuſmodi res & loca, non ſolũ ſunt ipſius oppidi, aut ciuitatis, ſed etiam domini, qui vrbi aut oppido iure dominatur, idque in ſuo ordine & gradu. Atque ita poteſt, pro ratione ſui gradus in populo aut ciuitate, eis vti ſine aliorũ præiudicio, plura pecora, quàm alij, ſi ea habeat, ibi paſcendo, & plura ligna ſi eis indigeat, ſcindendo: idque non ſolum ſi immediatum dominium iuriſdictionis in eo oppido aut ciuitate habeat, ſed etiam ſi habeat mediatum dumtaxat.

Dominium particulare.

Dominium particulare, quòd vnuſquiſque in res ſuas habet, eſt ſimiliter dominium, non iuriſdictionis, ſed proprietatis, adeò notum, vt explicatione nõ C egeat. Dicimus autem, communitatem aliquã poſſe ſimile dominium in rem aliquam habere: quoniam ſi ciuitas aut oppidum, vel vineam, vel domum, aut quippiam aliud habeat, non quidem in vſum ſingulorum, ſed vt reditus ad publicos ſumptus deſeruiãt ſane perinde communitas rem illam poſſidebit, dominiumque illius habebit, atque vnus quiuis de populo dominium habet ſuarum rerum priuatarum.

Dominij diuiſio.

Ex dictis conſtat, dominium diuidi poſſe, in dominium iuriſdictionis, & dominium proprietatis. Quam diuiſionem innuit Seneca 7. de beneficijs dũ dixit, omnia regem imperio poſſidere, ſingulos dominio. Rurſus dominium iuriſdictionis diuidi poſſe, in eccleſiaſticum, & ſeculare. Et dominium proprietatis in duo membra explicata.

Dominium plenum, & nõ plenum.

Dñium item, præſertim proprietatis, diuidit rurſus in plenum, & non plenum. Duplici autem ex ca D pite poteſt euenire vt dñium aliquod ſit plenũ. Vno quia licet ex parte obiecti, ſeu rei cuius q̃s dr̃ eſſe dominus, ſit integrũ, quia eſt cum iure ad oẽ vſum & diſpoſitionem de re illa, habet tñ comparticipem in toto eo iure ac dñio. Vt q̃n aliqui adierunt hæreditatem inter eos diuidendam ipſis relictã, aut emerunt & acceperunt aliquid, vt inter eos ipſos diuideretur, nondumque facta eſt diuiſio. Altero (vt colligitur apertè ex l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Titius. ff. de verbo. oblig. & ex l. Generaliter. ff. qui & à quibus) poteſt & euenire ex parte obiecti, quia ſcilicet, q̃ dominus eſt rei alicuius, non habet integrum ius in illa, ſed pars vna iuris pertinet ad vnum, & alia ad alium. Vt quando ad vnum pertinet proprietas, & ad alium vſusfructus vnius & eiuſdem rei.

Dominium directum, & vtile.

Sumpto dominio non pleno hoc ſecundo modo, ſubdiuiditur à iuriſperitis in dominium directum, & vtile: Dominium proprietatis ſine vſufructu appellant dominium directum. Vſumfructum verò (hoc eſt, ius vtendi & fruendi re aliena, ſalua ipſius ſubſtantia, vt habetur Inſtit. de vſufr. in princ.) appellant dominium vtile, quale eſt in nudo vſufructuario, in emphyteuta, & feudatario, qui, vt in ſequentibus videbimus, plus aliquid iuris habent in re aliena, quàm merus vſufructuarius.

Diuiſionem hanc dominii non pleni, in directum & vtile, tradit Barto. l. ſi quis vi. §. directiua, nu. 5. ff. de acquir. poſſeſ. Quòd autẽ id rei, quod ad aliquem pertinet, dum alius eiuſdem rei habet vſumfructũ, proprietas appelletur, conſtat ex §. Titius, citato, & Inſtit. de vſufr. §. vſufructus, atque ex l. 3. ff. de vſufructu, cuius hæc ſunt uerba. Ne in uniuerſim inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente uſufructu, placuit certis modis extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti. Quod autem is ad quem proprietas rei pertinet; dominus illius dicatur, apertè patet ex §. Titius, citato, & Inſtit. de vſufruct. in princ. & §. 1. omneſque id confitentur. Hac de cauſa Barto. diuiſionem propoſitam confirmat, oſtendens vſufructuarium eſſe dominum eius rei, cuius alius habet proprietatem, ex l. poſſeſſores, C. de fundis patrim. lib. 11. quæ emphyteutam appellat dñm agri emphyteutici: cum tamen dominus non ſit proprietatis, ſed ſolum vſusfructus. Idem poſſet probari ex l. 4. ff. de vſufr. cuius hæc ſunt verba. Vſusfructus in multis caſibus pars dominij eſt.

Sunt qui velint emphyteutã, feudatarium, & maiori cum ratione merum vſufructuarium, non habere dominium rei cuius proprietas eſt apud alium, ſed eum ſolum appellandum eſſe dominum rei, cuius eſt proprietas, Conſonat l. 1. ff. ſi ager vectig. cuius hæc ſunt verba; Qui in perpetuum fundũ fruendum conduxerunt à municipibus, quamuis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis in rẽ actionem aduerſus quemuis poſſeſſorem, ſed & aduerſus ipſos municipes. Ecce lex iſta apertè negat vſufructuarium eſſe dominum. Gloſſa tamen Accurſii eo loco exponit, de dominio directo. Conſonant præterea l. 1. ff. de vſufr. & Iuſtinianus. Inſtit. eod. titu. in princ. dum vſumfructum definiunt, eſſe ius alienis rebus vtendi & fruendi ſalua rerum ſubſtantia: cùm enim res illas alienas appellent, cenſet non eſſe vſufructuarii, atque adeò vſufructuarium illarum dominium non habere. Aluarus Valaſcus de iure Emphyt. q. 13. ad text. in l. poſſeſſores, reſpõdet, ibi non eſſe ſermonẽ de quocunque emphyteuta, ſed de emphyteuta in agris patrimonialibus, quos Luſitani, reguengos appellant: hi autem erant, de quibus lib. 2. Luſitanarum Ordinationum titu. 7. §. vltim. habetur ſermo, qui pleno iure, hoc eſt, quo ad proprietatem & vſumfructum, erant eorum agrorum domini, cum ſolo onere quotannis ſoluendi canonem, certamve penſionem, quales multi ſunt in Luſitania. Ad quædam etiam alia iura nititur reſpõdere. Et nihilominus cenſet, recedendum non eſſe à communi diuiſione poſt Bart. recepta, à qua neque ego recedendum arbitror, tametſi ſemper confitendum ſit, proprietarium magis propriè, ac præcipuè eſſe dominũ rei, quã vſufructuarium, eaque rõne iura aliqua ſolum proprietarium appellare dominũ, dñio præcipuo ac ſimpliciter, quale eſt directum, vt exponit Accurſius: cũ tñ quædã alia iura uſufructuarium appellent ẽt dñium, dñio minus præcipuo, quale eſt vtile. Itaque q̃n dñium eſt non plenum, res eſt vtriuſque uſufructuarii quidem, quoad ius utendi et fruendi: proprietarii verò, quoad ius eam alienandi, & quo ad alia iura, nempe vt certo tempore uſusfructus ad proprietatem redeat, & ut emphyteuta ſoluat illi canonem, & quoad quædam alia, quæ dũ de contractu emphyteutico erit ſermo, explicabuntur.

Vſufructuarius dñs minus p̃cipue eſt dicẽdus.

Illud admonuerim, cum parũ pro nihilo reputetur, nullum aliud ius in re efficere, vt proprietarius non dicatur pleno iure dominus illius, præter vſum fructum, perpetuũ præſertim, qualis eſt in emphyteuta, feudatario, ac ſuperficiario perpetuis. Quare eſſe rem hypothecæ ſubiectã, vel habere in ſe ſeruitutem, aut cenſum, non efficit quominus proprietarius pleno iure dominus illius dicatur: tametſi pleniore iure eſſet illius dominus, ſi res illa omnino eſſet libera, nulliue alteri obligata.

His ita conſtitutis, dicendũ eſt. In definitione dominij ſolũ dominium proprietatis plenum ex vtroque capite explicato fuiſſe definitum. Solum.n.is, qui ex vtroque capite habet dominium plenum, poteſt de re perfectè diſponere, cuius eſt dominus. Cognito autem quid ſit dominium plenum, facile erat intelligere, quod eſſet dominium non plenũ, ex quocunque capite eueniret, vt non eſſet plenum.

Ad dominiũ regulariter, præter titulum, neceſſaria traditio.

Illud hoc loco repetendum eſt, quod diſputatione præcedente, explicantes ius in re, tradidimus. Nẽpe, ad comparandum dominium de re aliqua, ſiue illud plenum ſit, ſiue non plenum, præter titulum, neceſſariam regulariter eſſe traditionem, ſeu apprehẽſionem, qualis ibi dicta eſt. Ita habetur l. traditionibus, C. de pact. §. per traditionem, & quatuor alijs ſequentibus, Inſtit. de rerum diuiſ. & alijs iuribus, quæ Couar. 2. variar. reſol. ca. 19. nu. 1. citat.

Excipiť primò Eccleſia, q̃ dominiũ ante traditionẽ q̃n eque cõparat.

Excipiuntur tamen ſequentes caſus. Primus eſt. quando Eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, & alijs quibuſdam pijs locis, ciuitatibus, vel in redemptionem captiuorum, hæreditas aliqua, legatum, aut fideicommiſſum eſt relictum, vel donationis titulo aliquid eis datum, aut etiam venditum eſt. Tunc enim ſtatim abſque vlla traditione tranſit in eos dñium. Ita habetur l. vt inter diuinum, C. de ſacroſan. eccleſ. Quare ſi idem vendatur & tradatur ſecundo emptori, inualida eſt talis venditio.

Princeps an ſine traditio ne dominiũ transferat.

Quia verò queadmodũ lege conſtitui põt, vt ſolo titulo abſq; vlla traditione dñium transferatur: ſic quoq; princeps, cuius eſt leges condere, eo ipſo, qd abſque traditione velit ſolo titulo dñium ſuarũ rerũ in alterum transferre, re uera illud in eũ transferret, id voluerunt plurimi, quos Couar. c. 19 citato n. 3. refert, eo ipſo, ꝙ cum princeps dono aliquid dat, aut contractũ venditionis, vel aliũ ſimilẽ cũ aliquo celebrat, transfert in eum dñium, abſque vlla traditione: eò ꝙ pſumendum ſit eã eſſe principis voluntatem. Placet tñ magis opinio Couarruuiæ in eo loco, & paucorũ aliorum, nẽpe in contractibus non trãſferri dominium, niſi de voluntate Principis aliunde conſtet. Potius quippe præſumendũ eſt, velle contrahere, vt alii contrahunt: præſertim cum id in ipſius commodum vergat: Secus eſt de donationibus & priuilegiis, in quibus præſumendum eſt eam eſſe Principis voluntatem. Quod confirmatur ex cap. ſi tibi abſenti, de præb. lib. 6. vbi definitur, collationem beneficii ſufficere ad translationẽ dominii, iuriſue in re, abſque alia traditione, eo ipſo, ꝙ collatio acceptatur; quando autẽ titulo oneroſo aliquid conceſſum alicui eſſet abſque traditione, & poſtea ex ignorantia, aut obliuione donaretur alteri, præſumendũ non eſt, voluntatem Principis eſſe, vt hic dominium conſequatur, & præferatur illi alteri: quoniam id abſque iniuſtitia & peccato velle non poteſt.

Secundò. Hæreditate adita, dominium cõparat hęres ante traditionẽ, ſecus de poſſeſſione.

Secundus eſt, in hærede, ſiue is ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedat in bonis defuncti: cõtinuò nãque ac hæreditatem adit, comparat dominium illius abſque ulla taliũ bonorum traditione, & apprehenſione vt patet ex l. cum hæredes, ff. de acquiren. poſſeſ. cuius hæc ſunt verba: Cum hæredes inſtituti ſumus adita hæreditate, omnia quidem iura ad nos tranſeunt: poſſeſſio autem, niſi naturaliter comprehenſa ſit, ad nos non pertinet. Ex his verbis conſtat, ad ſolam poſſeſſionem hæreditatis comparandam neceſſariã eſſe traditionem, ſeu apprehẽſionem: ius verò in re ac dominium bonorum hæreditatis com parari ſtatim adita hæreditate. Idem patet ff. de acquir. hæred. per totum, & affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couarr. de teſtam. ca. Raynutius, §. 10. nu. 6. & Anton. Gom. 1. tom. varia. reſol. c. 2. nu. 1. illud obiter admonuerim, de iure quidem cõmuni, atque in hoc Luſitaniæ regno, & in regno Caſtellæ, hæredẽ non prius comparare poſseſsionem hæreditatis, quàm ille apprehendat, vt habent iura citata. In regno autem Galliæ, & in multis locis Italiæ, poſſeſſio bonorum defuncti peculiari lege eorum regnorum, tranſit ad hæredem vnà cum dominio abſque aliqua apprehenſione, eo ipſo, quòd hæreditatem adit, vt multi, quos Couar. 3. varia. reſol. capit. 5. à nu. 6. & Molina 3. lib. de primogenijs, cap. 12. à nu. 6. referunt, affirmant. Porrò hæreditas tunc adiri dicitur, cũ hæres eam acceptat, profiteturq; ſe velle eſſe hæredem, vt habetur Inſtit. de hæred. qualit. §. ult. Medio autem tempore, à morte videlicet eius, in cuius bonis ſuccedere debet, vſque ad hæreditatis aditionem, hæreditas iacere dicitur: eo quòd bona illa careant domino, quippe cum prior dominus mortuus ſit: is verò, qui in eorum dominio ſuccedere debet, vſque ad aditionem hæreditatis habeat ſolum ius ad rem. Ratio autem, obquam iura ſtatuerunt, vt hæres, anteq aditam ſua libera voluntate hæreditatem, dominium bonorum defuncti non compararet, hęc fuit. Quoniam ſimul conſtituerunt, vt eo ipſo, quòd hæres eſſe vellet, & dominium bonorum defuncti cõpararet, teneretur ad omnia debita defuncti, aliquãdo ẽt vltra vires hæreditatis, nẽpe ſi hæres, ſine inuentarij confectione eſſe vellet, vt alio in loco dicẽdum eſt: rationi autem erat conſonum, vt dominiũ, emolumentumque hæreditatis, non prius haberet, quàm ſua libera voluntate, profitendo ſe velle eſſe hæredem, tantum onus ſubiret.

Ius Galliæ, & Italiæ.

Aditio hæreditatis quid.

Iacere quãdo dicatur.

Tertiò. Legato in ſingulari cõperať dominium adita hæreditate.

Tertius eſt, quando aliquid deſignatum in ſingulari, vt talis fundus, aut talis ſeruus, aut aliqua alia res certa & determinata in ſingulari, legatur alicui. Tunc enim legatarius; hoc eſt, is, cui legatum relinquitur, cõparat dominiũ illius abſque aliqua traditione eo ipſo, quòd hæres adit hæreditatem, eſto legatarius ignoret, & hæreditatem eſſe aditam, & ſibi eſſe relictum tale legatum. Imò, iuris fictione, eo ipſo, ꝙ hæres hæreditatem adit, cenſetur dominium rei legatæ tranſiiſſe in legatarium à puncto mortis teſtatoris. Ita colligitur ex l. à Titio, ff. de furtis, ex l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus, ff. de leg. 1. affirmatq; glo. vtrobique, & ex varijs alijs iuribus, idem aſſerit communis ſententia, quam referunt & ſequuntur Couar. de teſtam. cap. Raynaldus, §. 1. nu. 1. & Anton. Gomez. 1. tomo variar. reſol. c. 19. nu. 7.

Secus de legato rei non deſignatæ in ſingulari.

Q̃n verò legatur alicui aliquid, certum quidem in quantitate, ſed incertum in indiuiduo, vt ꝙ dentur alicui tot menſuræ tritici, vini, aut olei, aut certa pecuniæ ſumma, vel aliud ſimile incertum in ſingulari, licet adita hæreditate non cõparet dñium illius, eo ꝙ incertũ ſit, conceditur tñ illi actio hypothecaria, vt hr l. 1. C. cõia de legat. conſentiuntque Doctores, quos refert & ſequitur Ant. Gomez. vbi ſupra, nu. 8. Concedi verò actionẽ hypothecariã, eſt, bona defuncti, ad quemcunque perueniant, manere obligata ad ſolutionem talis legati, ita videlicet, vt legatario non ſolum detur perſonalis actio aduerſus hæredem, ſed etiam, in defectum hæredis, detur illi realis actio aduerſus bona, quæ fuerunt defuncti, vt qui illa poſſident, vel legatum ſoluant, uel ea tradant, ut ex eis ſoluatur legatum.

Legati cuiuſcunque cõpetit hypothecaria actio

Hæc eadem hypothecaria actio etiam competit quando legatum eſt rei deſignatæ in ſingulari, ut ex iure

ex iure citato conſtat, & conſentiunt Doctores communiter. Inſeruiet verò, quando res legata fuerit cõſumpta culpa hæredis, aut delata in loca lóginqua, ita vt, iuxtà ea quæ in materia de legatis dicemus, nõ pereat legatario: tunc enim proderit hypothecaria actio, vt legatarius tutius petat, & obtineat legati valorem, quando res ipſa legata tradi ei non poteſt.

Quartò. Quartum poſſumus addere, quando quis donauit alteri rem aliquam ea lege, ſeu ſub eo modo ac conditione, vt donatarius alimenta illi tribueret: ſi namque donatarius modum non ſeruet, præbendo donatori alimenta, cõtinuo, abſque alia traditione, dominiũ rei donatæ regreditur ad donãtem. Ita habetur l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.

Quintò. Quintum voluerunt addere Decius & alij, quos Couar. 1. variar. reſol. c. 14. nu. 2. & Molina. 3. libr. de primog. ca. 12. nu. 1. referunt, quando aliquis alicui donauit aliquid, cum eo pacto ſeu modo, vt, finito certo tempore, res illa deueniret ad quendam tertium: tranſacto namque eo tempore, eſto ille tertius B abſens eſſet & id ignoraret, trãſit dominium illius rei in illum tertium. Ita colligunt ex l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo, quatenus lex illa illi tertio tribuit vtilem actionem. Contrarium tamen cum Couar. loco citato, Ant. Gom. ad l. 40. Taur. nu. 25. & cum multis alijs, quos referunt, oſtendemus diſpu. 265. Eſt tamen lex Caſtellæ 7. titu. 4. p. 5. quæ ſanè apertis verbis, non ſolum dominium, ſed etiam poſſeſſionem illi tertio eo ipſo tribuit abſque apprehẽſione aliqua rei illius. Et quamuis Cou. loco citato, nu. 5. & Ant. Gom. loco etiam citato nu. 28. vim illi legi inferendo, eam ita interpretari conentur, vt nec poſſeſſio, nec dominium ante traditionem tranſeat, placet tamen dicamus cum Molina loco citato nu. 4. cum Gloſſatore illius legis, & Roderico Soarez, in Regno Caſtellæ abſque traditione, & apprehenſione tranſire in illum tertium, non ſolum dominium, ſed etiam poſſeſſionem, vt lex illa apertè C diſponit, de qua re diſp. 265. citata ſermo erit.

Ius Caſtellæ.

Sextò. De iure Caſtellæ. Sextum poſſumus addere in Regno Caſtellæ, ex l. 45. Tauri, qua ſancitum eſt, vt mortuo poſſeſſore maioratus, continuò abſque aliqua apprehenſione, aut actu vero vel ficto, poſſeſſio, tam ciuilis quã naturalis, quorumcunq; bonorum maioratus, trãſeat ad legitimum ſucceſſorem, non obſtante, quòd viuente priore poſſeſſore maioratus, aut eo mortuo, alius occupauerit poſſeſſionem, aut ꝙ prior poſſeſſor, dum viueret, tradiderit ei poſſeſſionem. Sanè dum poſſeſſio, non ſolum ciuilis, ſed etiam naturalis, abſq; aliqua traditione & occupatione conceditur, maiori cum ratione dominium earundem rerũ cenſetur conceſſum. Lege ea de re Molinam, c. 12. citato, & c. 13. Cou. 3. variar. reſol. c. 5. à nu. 6. & Antonium Gomezium ad eandem legem Tauri.

Septimò. Beneficij dominiũ collatione & acceptatione, ſine traditione acquiritur. Beneficij eccleſiaſtici comparari dominium, aut quaſi dominium, per ſolam collationem, ſubſecuta acceptatione, abſque aliqua apprehenſione vera vel ficta, oſtendimus diſputatione præcedente.

DISPVTATIO IIII.

De titulo iuris & dominij.

Titulus quid. EXplicato iure & dominio, dicendum eſt breuiter quid nomine tituli iuris, & dominij intelligatur. Radicem igitur ac originem, vnde dominiũ, aut ius quoduis oritur, appellant Iuriſperiti titulum dominij aut iuris. Quod ſi Metaphyſicorum more loquendum nobis ſit, ea ratio fundandi relationem dominij aut iuris, quę illius eſt velut radix & origo, appellatur titulus dominij, & iuris. Verbi gratia. Titulus dominij, aut iuris in aliquod Regnum, eſt, A quempiam eſſe legitimè electum in Regem, aut carnali propagatione tanquam primogenitum originẽ trahere à legitimo Rege, aut iure belli Regnum occupaſſe, vel aliud ſimile, quod ſufficiens ratio fundandi ſit ius Regni. Emptio item, permutatio, donatio, eſſe aliquid relictum in teſtamento, aut legitimè ſuccedere defuncto ab inteſtato, eſt titulus dominij aut iuris rerum, quæ his vijs comparãtur. Legitima electio alicuius in cathedram, epiſcopatum, aut beneficium, eſſeve quippiam horum legitimè collatum alicui, eſt titulus dominij, aut iuris cathedræ, epiſcopatus, aut alterius beneficij. Dixi, eam rationem fundandi, quæ eſt velut radix & origo; quoniam ad comparandum dominium, aut ius in re, ꝑter titulum, regulariter neceſſaria eſt etiam, tanquã ratio fundandi, conditione ſine qua nõ, traditio & apprehenſio rei, vt explicatum eſt, attamen illa non eſt radix & origo dominij aut iuris in re, ſed ſolum eſt conditio ſine qua regulariter à radice & origine nec dominium, nec ius in re emanat. Id ergo, quod eſt ratio fundandi dominium, aut ius, tanquã illius radix & origo, ſiue ſimul requiratur aliquid aliud tanquam conditio ſine qua non, ſiue nihil aliud vlterius requiratur, eſt quod appellatur titulus dominij, aut iuris.

Porrò titulus interdum eſt verus, quando ſcilicet eſt vera radix & origo dominij, aut iuris: interdum verò eſt ſolum præſumptus, quando ſcilicet præſumitur vera radix & cauſa, & tamen re ipſa non eſt. Vt quando quis bona fide emit rem aliquam, aut illam dono accepit ab eo, cuius illa non eſt, credens illum eſſe legitimum dominum rei illius, aut procuratorem dñi rei illius, talis namque emptio, aut donatio, licet non ſit radix & cauſa ſufficiẽs ad trãſferendum dominium, eſto traditio accedat, præſumitur tamen talis, interim dũ bona fides adeſt. Qui ergo rem bona fide ita poſſidet, dicitur poſſidere illam cum titulo, non quidem vero, ſed pręſumpto. Qui autem rem poſſidet ſine radice, & cauſa vera, aut præſumpta, quę ſufficiens ſit ad transferendum dominium, iuſue iure, dicitur ſine titulo poſſidere. Atque hęc inſeruiunt quàm maximè ad pręſcriptionis negotium, vt inferius ſuo loco patebit.

Titulus verus, & præſumptus.

Poſſeſſio titulo præſumpto.

DISPVTATIO V.

De vſu, & habitatione.

EXplicandæ nunc eſſent ſingulæ illæ duæ partes ex quib. dñium plenum integratur. Quia tñ nihil eſt, quod de proprietate ſola nunc dicamus, agemus ſolum de vſufructu: ſi tamen prius hac diſputatione expoſuerimus minus quoddã ius in vſufructu intrinſece incluſum, qđ interdum ſolet à directo & D vtili dominio ſeparari, nempe vſum, docuerimuſq; quid ſit habitatio, quæ non nihil à nudo vſu differt. Si itẽ diſputatiõe ſequẽti obiter, occaſione huius diſputationis, expenderimus, an Minores fratres, ſolũ vſum hẽant rerũ ipſis cõceſſarũ, ſine earum dñio.

Vſus, vt ex Inſtit. de vſu & habitatione per totũ, & ex alijs iuribus colligitur, eſt ius dumtaxat vtẽdi aliena re, ſalua illius ſubſtantia. Vtendi, inquã, præciſe quatenus in re explicatũ eſt fas eſſe ei, cui vſus rei alicuius eſt cõceſſus, ea vti: ꝙ ſtatim explicauimꝰ. Is verò, cui talis vſus cõceſſus eſt, appellatᷣ vſuarius.

Vſus quid.

Vſuarius quis.

Vt autem definitio intelligatur, ſciendum eſt. Vſum duobus modis accipi. Vno pro actu vtendi, quo pacto equitatio dicitur vſus equi, & habitatio vſus domus. Altero, pro iure ad eo modo vtẽdum. Vſus in priori acceptione appellatur à Iuriſperitis vſus facti, id eſt, vſus qui eſt factum, vt eum diſtinguant ab uſu in poſteriori acceptione, qui eſt ius ad factum,

Vſus, & pro actu, & pro iure vtendi.

factum, permanetque ceſſante actu vtendi.

In definitione ergo propoſita, vſus à parte definiti, ſumitur in poſteriori acceptione, pro iure ad vtẽdum: & quia definitur per habitudinem ad actum, ad quem eſt ius, dum in definitione dicitur, vtendi, ſumitur vſus in priori acceptione, pro actu videlicet vtendi. Meritò ergo in definitione pro genere ponitur, ius, quod ſuo ambitu vſum, vſumfructum, & cætera iura complectitur. Per particulam illam, vtendi, reijciuntur iura, quæ non ſunt ad vtendum, vt ius depoſitarij comparatione depoſiti, & creditoris comparatione pignoris, quæ tantum abeſt, vt ſit ad vtendum depoſito aut pignore, vt ſi creditor & depoſitarius inuito domino illis vtantur, non ſolũ peccent, ſed etiam reſtituere teneantur valorem vſus. Per particulam, duntaxat, reijcitur vſusfructus, qui licet ſit ad vtendum re aliena, non tamen eſt ad vtẽdum dumtaxat, ſed etiam ad fruendum. Additur, alienare, q̃m ius, quod dominus rei habet ad ea vtendum, quodque cum dominio eſt coniunctum, & ab eo deriuatur, non eſt vſus hoc loco definitus. Diſtinguunt namque iuriſperiti duplicem vſum, & duplicem vſumfructum. Quendam, quem idcirco cauſalem vocant, quod à dominio rei, cuius eſt vſus, aut vſusfructus, cauſetur: talis eſt vſus, aut vſusfructus, quem dominus habet in re, cuius eſt dominus. Aliũ, quem appellant formalem, illum nempe, qui ſubiecto eſt ſeparatus à dominio rei. Atque hic eſt vſus à nobis hoc loco definitus, & vſusfructus, de quo diſput. 8. erit ſermo. Additur, præterea, ſalua illius ſubſtantia: quoniam ius ad vſum, per quem res omnino conſumitur, aut alienatur, vt ius ad alienandam pecuniam, aut quamuis aliam rem, ad comedendum panem, ac bibendum vinum, aut ad occidendum pecus, nec dicitur, propriè vſus, nec eſt, qui à nobis hoc loco difinitur, & de quo agimus. Illud admonuerim, vſum bifariam ſumi poſſe. Vno latè, pro iure vtendi, ſiue ſimul coniunctum habeat ius fruendi, ſiue non. Altero preſsè, prò iure duntaxat vtendi. Hoc modo diuiditur contra vſumfructum, & hoc modo eſt à nobis definitus, appellaturque vſus nudus, l. 1. ff. de vſu & habitatione.

Vſus cauſalis quid.

Vſus formalis quid.

Vſus latè, & præſſe ſumitur.

In vſu parum eſt iuris. Qui namque ius habet vtendi fundo alieno, ſolũ habet ius ſumendi poma, olera, flores, fœnum, & lignia ad vſum quotidianũ. Poterit ẽt in eo ambulare, & commorari, ita duntaxat, vt dño fundi moleſtus non ſit, nec impediat eos per quos opera ruſtica exercentur. Non tamen poteſt donare, aut vendere quidquã horum alteri, nec locare aut concedere alteri ius ad ea emolumenta pcipienda: quod tñ poteſt vſufructuarius. Item qui vſum habet domus, poteſt ipſe ſolus in ea habitare, cum vxore, liberis, ſeruis, ac famulis, poteſt ẽt hoſpites recipere. Quòd ſi vſus domus ad mulierem pertineat, poterit vir habitare cum ea, atque adeò tota vtriuſque familia. Qui tñ vſum habet domus, non poteſt ius illud in alium vllo pacto transferre, facultatem illi, vt in ea habitet, tribuendo. Qui vſum habet ſerui, aut iumenti, poteſt ipſe ſolus opera & miniſterio eorum vti; non tamen id alteri concedere. Quòd ſi pecorum vſus quis habeat, neque lacte, neque lana, neque fœtibus vti poteſt, niſi fortè modico lacte, vt habetur l. plenum, ff. de habitatione: eo ꝙ hæc ad fructus pertineant, qui in vſu pecoris non cõputantur. Poterit tamen vti pecoribus ad ſtercorandum ſuos agros: non verò alienos. Hæc omnia habentur Inſti. ff. de vſu & habitatione.

Vſus habitum tribuat iuris.

Vſus eiuſdem modis conſtituitur, ac finitur, quibus vſusfructus, vt habetur Inſtit. de vſu & habitatione. Quibus autem modis vſusfructus conſtituatur, & finiatur, dicemus diſp. 8. & 9.

Vſus quot modis conſtituitur ac finitur.

Illud prætereundum non eſt, ꝙ quando vſus alicuius domus alicui eſt cõceſſus, ſolùm cenſetur illi

A conceſſum, quod paulo ante expoſuimus. At verò, ſi habitatio alicuius domus teſtamẽto alicui relicta ſit, vel aliqua alia ratione ſit conceſſa, nomine habitationis cenſetur illi conceſſum quoddam ius medium inter vſum & vſumfructum, vt habetur §. ſed ſi cui, Inſtit. de vſu & habitatione. Differt enim habitatio à nudo vſu domus: quoniam vſuarius, cui vſus domus conceſſus eſt, non poteſt eam locare; is verò, cui habitatio domus cõceſſa eſt, poteſt eam locare, & acquirere ſibi pretium locationis, vt habetur duobus iuribus citatis. Differt vero habitatio ab vſufructu: quoniam vſusfructus multis alijs modis finitur, vt diſp. 9. videbimus: habitatio uerò ſolum finitur morte eius, cui conceſſa eſt, ut habetur l. habitatio, & l. cum antiquitas, C. de uſufructu & habitatione, l. ſi habitatio, ff. de uſu & habitatione, & l. legatum, ff. de capitis diminutione.

Habitatio quid.

B

DISPVT. VI.

Vtrum Minores fratres dominium aliquod rerum habeant, an ſolum vſum.

EXplicato quid ſit vſus, examinabitur melius hęc quæſtio, quæ circa rerũ dominiũ ſolet excitari. Nunquã ſatis laudata Minorum fratrũ ſanctiſſima familia, cum ad perfectiſſimã paupertatis normam ſemper ſe effingere conata ſit, aſſeuerat, ſe nec ĩ cõi, nec in particulari cuiuſquam rei dominium habere, etiamſi de numero earum rerum illa ſit, quas unico actu conſumunt, quales ſunt pecunia, panis, uinum, & cæt. ſed ſolum dicunt ſe habere nudum earum rerum uſum, quæ in eleemoſynã ipſis traduntur. Dominium uero pecuniæ & quarundam ſimilium rerũ manere aſtruunt apud dantem, interim dum res illæ non conſumuntur, aut alienantur: dominium uero aliarum rerũ, ut domorũ, hortorũ, calicum, &c. C eſſe dicunt penes ſum. Pontif. ipſis dumtaxat relicto libero uſu earum rerum, ẽt ad conſumptionem, & alienationem, dependente tñ à libera uoluntate eorum, penes quos eſt earum dominium, ita uidelicet ut nulla prorſus eis iniuria fieret, ſi dñi uſum earum ipſis interdicerẽt, eaſue de eorum poteſtate eriperẽt ac amouerent. Ita declaratum fuit per Nicolaũ III. c. Exijt qui ſeminat, de uerb. ſign. lib. 6. declaratũq; ac conſtitutum fuerat antea per Greg. IX. & alios ſummos Pontif. Idem declarauit Clem. V. in Clementina, Exiui de paradiſo, de uerb. ſignif.

Minorum paupertas.

Quod hac in re negotium faceſſit, eſt Io. XXII. qui in extrau. Ad conditorem, de uerb. ſign. & duabus ſeq. probare conatur, in rebus, quæ uſu conſumuntur, uſum, hoc eſt facultatem, & ius ad uſum, ſeparari non poſſe ab earum dominio. Atque ut deinceps ambiguum non eſſet, dominium rerum, quibus fratres minores utuntur, eſſe apud ipſos, in extrau. D ad conditorem, ait, ſe abdicare dominium totum eiuſmodi rerum à ſe & à ſede Apoſtolica, ſi quod apud ſedem Apoſtolicam eſſe prætendant.

Vſum à dominio in ijs quæ vſu conſumũtur, nõ diſtingui, dicere videtur. Ioan. 22.

Rationes, quibus probari uidetur in rebus, quæ uſu conſumuntur, uſum ſeparari non poſſe ab earum dominio, ſunt. Prima, q̃m cum uſus eiuſmodi rerum ſit earum conſumptio, non uidetur tradi poſſe facultas ad uſum ſine re ipſa, atq; adeo ſine illius dominio. Id ꝙ uidetur affirmare D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. his uerbis: Quædã res, inquit, ſunt, quarũ uſus eſt ipſarum rerum conſumptio, ſicut uinum conſumimus eo utendo ad potum, & triticum conſumimus eo utendo ad cibum. Vnde in talibus nõ debet ſeorſim computari uſus rei à re ipſa, cuicunque conceditur uſus, ex hoc ipſo conceditur res: & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo ſeorſim uellet uendere uinum, & ſeorſim uſum uini, uenderet eandẽ rem bis. Hęc D. Th.

Idem ſuadetur 1.

Secundo.

Secunda, quoniam, vt ex dictis diſputatione præcedente eſt manifeſtū, vſus formalis, id eſt, qui a dominio rei qua eſt vtendum, ſit ſeparatus cōſtitui nequit in rebus quæ vſu conſumuntur: eo q̄ ille eſſe debeat ſalua rei alienæ ſubſtantia: eiuſmodi autē res per earū vſum conſumuntur. Similiter, vt diſpu. ſequenti fiet manifeſtum, vſusfructus formalis, ꝓpter eandem rationem eſſe nequit propriè rerū, quæ vſu conſumuntur, vt iura ſtatuunt. Quod ſi vſumfructū improprium earum concedunt, eſt, tranſeunte earū rerum dominio in vſufructuarium, vt videbimus: ergo rerum, quę vſu conſumuntur, habere nequeūt fratres minores vſum ſine earum dominio.

Paupertas minorū defenditur.

His non obſtantibus, dicendum eſt, paupertatē, quam Minores fratres contendunt ſe profiteri, & quam Nicolaus III. Clemens V. & alij ſummi Pōtifices approbarunt, & declararunt, eſſe optimè poſſe, atq; adeò minores fratres illā hēre. Vt verò hæc res melius intelligatur, ſciendum eſt, Minores fratres partim habere plus iuris ad vſum rerū ipſis cōceſſarum, quàm habeat vſuarius, de quo diſputatione præcedente dictum eſt, & vſufructuarius, de quo ſermo erit diſputatione ſequenti; partim verò habere longe minus, q̄ illi habeant. Habent quidem maius ius, quatenus percipere poſſunt oēs earum fructus, eaſq; & earum fructus conſumere & alienare: ad quæ oīa nō ſe extendit ius vſuarij, nec etiam vſufructuarij: cùm ſemper vti aut frui reb. debeant ſalua earum ſubſtantia. Habent verò lōge minus: qm̄ habent eiuſmodi ius dependenter ſemper à uoluntate eorum, penes quos eſt dn̄ium earundem rerū, ita vt nulla iniuria illis fiat, ſi eos, quoties dn̄is placuerit, prohibeant ab vſu earūdem rerū: cum tamē vſuario & vſufructuario, de quibus iura loquūtur, iniuria fieret, ſi dn̄s rerum, quarum ſunt vſuarij aut fructuarij, prohiberet eos ab earum vſu, aut fruitione. Hinc facilè intelligetur, Minores fratres nō ita habere ſolum vſum facti rerum ipſis conceſſarum, quaſi non habeant ius ad eis eo modo vtēdum. Sic enim, vt Ioannes XXII. in extrauagantibus citatis optimè argumētatur, talis vſus rerum alienarū, ſine iure & facultate ad eis vtendum, eſſet iniuſtus, atq; adeò eſſet abuſus. Habent itaq; ius & facultatē ad vſum, ſed dependentem ſemper à voluntate dn̄orū earūdem rerum: eo modo, quo procurator, aut amicus, cui quis concederet vſum & conſumptionem quarundam ſuarum rerum, interim dum ipſe non vellet id reuocare, & eo modo, quo conuiua, ſine vllo dn̄iō in rebus quæ ſibi apponuntur, interim dum ea eſt voluntas illius, qui eum ad prandium inuitauit. Quia ergo ius, q̄ Minores habēt ad vſum, & cōſumptionem rerū ipſis traditarum, eſt longè minus quàm id, quod habēt vſuarius & vſufructuarius, de quibus iura loquuntur, ad differentiam illius, appellatur à Nicolao III. & ab alijs, vſus facti, non q̄ ſit nudum factū ſine iure ad illud, ſed quòd ſit ius tenuiſſimum ad factum, pendens ſemper à voluntate dominorum. Atque hac ratione ceſſant multæ obiectiones Ioannis XXII. in extrauagantibus citatis.

Paupertas aliarum religionum.

Poſſumus, præter exemplum procuratoris, amici, & conuiuæ, quòd rem euidenter demonſtrat, cōfirmare veritatem explicatam. Quoniam in alijs religionibus, vt omnes confitentur, priuati non habēt dominium rerum, quas vſu conſumunt, ſed dominium eſt in communitate ipſa: particulares verò ex facultate tacita, vel expreſſa prælatorum res conſumunt dependenter, vt facultas illa poſſit per prælatum reuocari, atque hæc eſt paupertas ſingulorum religioſorū in alijs religionibus: ergo in primis circa ea, quæ vſu conſumūtur, poterit in aliquo eſſe facultas & ius ad conſumptionem, ſine dominio eiuſdem rei. Deinde, quemadmodū in ſingulis religioſis poteſt, ſine dominio rerum quas conſumunt, eſſe facultas ad vſum, dependens à volūtate alterius: ita ī tota religione poterit, ſine dominio, eſſe ſimilis facultas ad vſum, dependens à voluntate alicuius, q̄ non ſit de religione, quiq; ſit earundem rerum dn̄s.

Vſus à dominio diſtinguitur ī vſu conſumptibilibus.

A

Ad illud Ioa. xxij.

Ad ea, quæ in contrarium adducta ſunt, dicendū eſt. In primis, licet Ioannes XXII. laceſſitus ab Ochamo, & alijs eiuſdem ordinis, qui illi fuerunt infeſtiſſimi, alijſq; occaſionib permotus, à ſe & à ſede Apoſtolica abdicauerit totū dn̄iū rerum fratrum Minorum, poſteà tum Alexandrum VI. tum alios ſummos Pontifices, vt habetur in priuilegijs fratrū Minorum, verbo, Paupertas, idem dominium recepiſſe. Porrò Ioannes XXII. in illis extrauagantib. nihil, tanquam certum, definit & ſtatuit, vt illas intuenti eſt manifeſtum, ſed ſolum diſputando & argumentando in eam partem magis inclinauit.

Quare ad primam rationem, qua probatur in ijs, quæ vſu conſumuntur, facultatem ad vſum & conſumptionem ſeparari non poſſe à dominio, negandum eſt, non poſſe tradi facultatem ad vſum (præſertim dependentem à libera reuocatione domini quoties & quando voluerit) ſine re ipſa & dominio illius, eſto vſus ſit conſumptio rei illius: contrarium enim ſatis dilucidè oſtendimus.

B

Ad primum argum.

Ad id, quod adducitur ex D. Thoma dicendum eſt. Solum velle, quod cum valor rei, quæ vſu cōſumitur, non ſit alius, quàm vtilitas ad eum vſum quo conſumitur, nefas eſt accipere pretium vnum ad æqualitatem pro re. v. g. centum aureos pro totidem, qui mutuo dantur, & alium pro vſu eorum ad mercaturam, quo conſumuntur: hincque vult vſurā ex eiuſmodi mutuo eſſe illicitam & iniuſtam. Illis autem verbis, ſed cuicunque conceditur vſus, &c. ſolū vult, eum, qui mutuo concedit eiuſmodi res ad vſū, eo ipſo concedere rem, eaque ratione per mutuum eiuſmodi rerum transferre earum dominium. Qui verò mutuo dat ad vſum rem, quæ vſu non conſumitur, vt equum ad iter faciendum (quæ conceſſio peculiari nomine appellatur commodatum) non eo ipſo cenſeri dare rem ipſam: atque idcirco, dum res commodatur, non transferri illius dominium: non tamen negat D. Thom. poſſe aliquando concedi rē vſu conſumptibilem ad vſum, quo conſumitur, pręſertim dependentem à libera reuocatione, quin trāſferatur dominium illius.

C

Ad ſecundum.

Ad ſecundam, conceſſo antecedente de vſu formali, de quo iura loquuntur, & de vſufructu formali, de quo item iura loquuntur, eo quod illa ſint iura ad vtendum, aut etiam fruendum rebus ſalua earū ſubſtantia; neganda eſt conſequentia: quoniam longè diuerſum ius eſt, quod fratres Minores habent in rebus, quas conſumunt, quod optimè pōt eſſe ſeparatum à dn̄o earundem rerum, vt explicatū eſt.

D

DISPVTATIO VII.

De vſufructu.

Vſusfructus definitio.

VSusfructus, vt habetur l. 1. ff. de vſufruct. & Inſtitu. eod. tit. in principio, eſt ius vtendi & fruēdi aliena re ſalua illius ſubſtantia. Eſt enim ſermo hoc loco de vſufructu pro iure ad vtendum & fruēdum. Is vero, qui eiuſmodi ius habet, appellatur, tū vſufructuarius, tum etiam fructuarius.

Vſufructuarius quis.

Ius fruendi ad quæ ſe extendat.

Per particulā, vtendi & fruendi, reijcitur à ratione vſusfru. nudus vſus, q non eſt ad fruendū. Reijciuntur etiā iura, quæ non ſunt ad vtendū & fruendum. Porrò vſufructuarius non ſolum habet ius ad integrè vtendū bonis omnib. in quibus vſusfructus eſt conſtitutus, in quo multum excedit nudū vſuarium, ſed etiam ad percipiendum omnes eorū fructus, ita vt eo ipſo, quod illos percipit, dn̄ium eorum

Fructus animaliũ qui. rum comparet. Atque hoc eſt, quod in re propoſita appellamus frui. Nomine autem fructuum in pecoribus & alijs animalibus intelliguntur, nō ſolum lana & lac, ſed etiam fœtus omnes & partus. Tenetur tamen fructuarius conſeruare integrum numerum ſibi traditum, totidem capita ex fœtibus loco demortuorum ſubſtituēdo, vt numerus integer perſeueret. Intelligendum verò id eſt, quando cōceſsus ei fuit vſusfructus pecorum & armentorum gregatim. Secus autem, quando conceſsus ei fuit vſusfructus ſingulorum capitum in particulari: tunc enim loco demortuorum nullũ tenetur ſubſtituere. Porrò fętus, interim dum loco demortuorum non ſubſtituuntur & deſignantur, fructuarij ſunt: quare ſi tunc pereant, fructuario pereunt. Poſtquam, autē ſubſtituti ac deſignati ſunt, fiunt proprietarij. & ideò, ſi tunc pereant, proprietario pereunt. Hęc omnia habentur, l. vetus, quæ eſt 75. & duabus ſequentibus. ff. de vſufructu, & §. in pecudum, cum ſequentibus, Inſtit. de rerum diuiſione.

Quando tamen vſusfructus ancillæ alicui conceditur, partus illius non efficitur fructuarij, ſed proprietarij. Ita habetur l. vetus, §. in pecudum citatis. Ratio autem à iure redditur, quia, cum fructus omnes gratia hominis conditi ſint, abſurdum eſt hominem inter fructus computare.

Quod de fętibus ſubſtituendis dictum eſt, intelligendum quoque eſt in vinea, & arboribus. Loco enim arborum & vitium demortuarum, tenetur fructuarius plantare alias, niſi tempeſtate aut alio infortunio, abſq; ſua culpa, deiectę aut deſtructę ſint. Ita habetur, l. arbores, ff. de vſufructu.

Dominium fructuũ, qñ pertineat ad fructuariũ. Tunc verò fructuarius efficitur dominus fructuũ rei cuius habet vſumfructum, quando illos percipit. Antequam enim illos percipiat, cum ſint vnum per colligationem & vnionem cum re, cuius habet vſumfructum, dominium eorum pertinet ad dominum, cuius eſt res, quæ fructus illos in ſe habet: ipſe verò ius habet ad illos percipiendos, perceptione que ipſa efficiendos ſuos, interim dum perſeuerat tempus vſusfructus. Quare ſi fructuarius è vita decedat, pertinent, nō ad hæredes fructuarij, ſed ad proprietarium. Ita habetur Inſtit. de rerum diuiſione, §. is verò. Si tamen interim, dum vſusfructus perſeuerat, furto auferantur, datur fructuario actio aduerſus furem: eo quod eius interfuerit fructus non eſſe ablatos, vt habetur, l. ſi fur. ff. de vſufructu. Tametſi, nec tunc dominium fructuum, ita ablatorum, comparet, quouſque illi reddantur, aut nomine ipſius alius eos decerpat, aut ſumat, vt ibidem habetur.

Additur in definitione particula, alienare, ad excludendum ius, quod is, qui iure pleno dominus eſt rei alicuius fructiferę, habet ad ea vtendum & fruēdum. Hoc enim loco definitur ſolus vſusfructus formalis, hoc eſt, qui ſubiecto eſt ſeparatus à dominio directo: non verò is etiam, qui cum dominio directo eſt coniunctus, quem Iuriſperiti appellant vſumfructum cauſalem, vt diſputat. 5. dictum eſt. quamuis autem in iure, & apud doctores, nomine vſusfructus, ſolus formalis vt plurimũ intelligatur, Arius tñ Pinel, ad l. 1. C. de bon. mat. par. 2. à nu. 9. fuſius, & melius, q̃ alij oſtendit, vſumfructum cauſalem interdum in iure appellari ēt vſumfructum.

Vſusfructus propriè. Poſtremo additur, ſalua illius ſubſtantia. Quoniã vſusfructus propriè (qui ſolus iuribus citatis definitur) ſolum eſt circa res, quæ vſu non conſumuntur, vt ſunt ager, domus pecora, &c. Circa res verò, quę vſu conſumuntur, vt ſunt vinum, oleum, triticum, pecunia, aliaque id genus eſſet nequit vſus fructus propirè loquendo, vt habetur Inſtitut. de vſufructu, §. conſtituitur, & ff. de vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur, per totum. Ijſdem tamen in

A locis ſubiungitur, vtilitatis gratia Senatuſconſultũ inſtituiſſe, vt in ijs etiam reb. eſſet vſusfructus, impropriè tñ, ita videlicet, vt ſi quis v.g. leget alicui vſumfructum ſuorum omnium bonorum, aut quorundam quæ vſu conſumuntur: bona, quæ vſu conſumuntur, tradantur ei ęſtimata, comparetque eo ipſo eorum dñium, præſtita cautione, ꝙ tranſacto tpe vſusfructus, reddet illorum æſtimationem. Intereſt ergo inter eiuſmodi vſumfructum improprium, & vſumfructum proprium, quod in improprio, dominium rerum, quarum hr̃ vſusfructus, tranſit in vſufructuarium, vt finito tpe vſusfructus reddat, non illas, ſed æſtimationē: quare, ſi tpe vſusfructus pereāt pereunt vſufructuario. In vſufructu verò proprio, dominium rerum, quarũ eſt vſusfructus, non trāſit in vſufructuarium, ſed manet apud alium; vſufructuarius verò ſolum habet ius vtendi ac fruendi illis vnde fit, vt ſi, ſine vſufructuarij culpa, pereant, non ipſi pereant, ſed alteri, qui earum habet dominium. Impropriè. Quid inter vtrũque interſit.

B Vſufructuarius tenetur cautionē reddere, in primis, ꝙ rebus, quæ vſu non conſumuntur, quarumcũque dominium non eſt apud eum, vtetur boni viri arbitrio, hoc eſt, vt vir bonus re propria vteretur ac frueretur. Ad id enim ſolum ius habet, eaque regula eſt vtendum ad diiudicandum ac diſcernendum in particulari quid licitè poſſit, aut non poſſit. Vnde, ſi excedendo eiuſmodi vtendi ac fruendi modum, res, quibus fruitur, pereāt, aut deteriores fiant, non ſolùm in exteriori, ſed etiam in conſcientiæ foro, tenetur damnum reſtituere. Huc etiam pertinet, vt rē qua vtitur, non transferat ad indignos vſus, vt ne domum habitationis vertat in ſtabulum iumentorum, aut in ſtabulo inſtituat piſtrinum, aut ſeruum honeſtioris conditionis deijciat ad vilia miniſteria, victũ ve, aut veſtitum pro dignitate illi deneget, l. æquiſſimam, & l. ſed etſi, ff. de vſufructu. Deinde tenetur cautionem reddere, quod tranſacto vſusfructus tpe reſtituet eiuſmodi res, quales tũc ſuperfuerint. Cautionem quã reddere debeat fructuarius.

C Quouſque autem reficere teneatur gregem pecorum & armentorum, necnon arbores & vites rerum, quarũ ſibi cōceſſus eſt vſusfructus, dictum eſt ſupra. Item tenetur cautionem reddere, ꝙ tranſacto tpe vſusfructus, reſtituet æſtimationem rerum vſu conſumptibilium, quarum ſibi conceſſus eſt vſusfructus, quarumque dominium in eum tranſit. De harum autē rerum numero, quod ad vſumfructum attinet, ſunt etiam veſtes, & aliæ res ſimiles, quæ vſu, ſi non conſumuntur, certè minuuntur valde, vt habetur Inſti. de vſufructu. §. conſtituitur, & conſonat l. 1. ff. de vſufructu rerum quæ vſu conſumuntur. Nec contradicit l. ſed & ſi quid. ff. de vſufructu, quæ vſumfructum veſtimentorum computat cum vſufructu rerũ quæ vſu non conſumuntur. Eadem quippe lex ſeipſam explicat, dum addit, ſe id intelligere, quando legatur vſusfructus veſtis, vt finito tpe, veſtis reſtitua-

D tur, & non æſtimatio illius. Quibus verbis ſatis apertè docet, quando id non exprimitur, veſtis vſumfructum computandum eſſe cum vſufructu rerum, quę vſu conſumuntur. Porrò, ſatiſdationes omnes commemoratas exhibendas eſſe ab vſufructuario, habetur expreſſe l. ſi cuius, & l. ſequenti, ff. de vſufructu, l. 1. & ſeq. ff. quemadm. vſufr. caueat. l. 2. & ſeq. ff. de vſufructu rerum quæ vſu conſumuntur, c. fin. de pignoribus, & l. 1. & 4. C. de vſufructu. Lege autem prima proximè citata, cauetur, eſto, vxor leget viro vſumfructum ſuorum bonorũ, eumq; expreſſe eximat ab obligatione ſatiſdandi, teneri nihilominus ſatiſdare. Et l. pen. C. vt in poſſ. leg. id vniuerſim ſtatuitur de omni vſufructu teſtamento relicto; quare teſtator remittere non poteſt legatario, cui vſumfructum relinquit, eiuſmodi cautionē. Quãdo fructuarius ſatiſdare non poteſt, eo quod pauper ſit, eaq; de cauſa fideiuſſorem non inueniat, ſi non ſit perſona

ſuſpecta, ſatis erit iuratoria cautio. Quòd ſi perſona A ſit ſuſpecta, ſequeſtrabũtur bona apud aliquem, de cuius manu vſumfructũ ſumat. Ita Bartolus, l. vſuſfructus, C. de vſufructu, cui concinunt Panor. c. vlt. de pignoribus, nu. 6. & pleriq; alii, quos Anton. Gomez. 2. to. varia. reſolut, ca. 15. nu. 3. refert & ſequit, conſonantque quædam iura, quæ etiam refert.

Adminiſtratio qualis fructuario competat.

Ad vſufructuarium, pertinet adminiſtratio bonorum omnium, quorum habet vſumfructum, necnõ naturalis eorum poſſeſſio, de qua in ſequentibus erit ſermo. Ad cõſeruationẽ tñ & vtilitatẽ eorũ cẽſetur tanq̃ procurator proprietarij, eaq; de cã tenetur curare vtilitatẽ & conſeruationẽ eorũ: alioquin ipſi imputabitur damnum quod eius negligentia euenerit. Ita colligitur ex l. 1. ad finem, & ex l. 2. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat. Quarè quaſi nomine proprietarij agere poteſt in iudicio, quicquid ad vtilitatem & conſeruationem proprietatis pertinet.

Sũptus qui ad eum, & q ad proprietariũ ſpectẽt.

Vſufructuarius tenetur ad expenſas & ſumptus modicos ad refectionem rei, qua fruitur, ita neceſſa B rios, vt ad vtilitatem vſus præſentis rei illius, fructuſve perceptionẽ ſpectent. Non verò tenetur ad ſumptus magnos, neque etiam ad eos, qui ad perpetuam rei vtilitatem ſpectent. Vnde ſi maiores ſumptus in refectionem rei illius rationabiliter vtiliterque efficiat, finito vſufructu, conceditur illi actio negotiorum geſtorum aduerſus proprietarium ad illos recuperandos. Si quid etiam in lite inſumat, vel ad rẽ, qua vtitur vindicandam & extrahendam de manu cuiuſcunque alterius poſſeſſoris, vel ad illam defendendam, repetere ſimiliter id poterit à proprietario. Hæc omnia colliguntur ex l. vſufructu legato, & l. hactenus, ff. de vſufru. & ex l. eum ad quem, C. eod. tit. Tenetur tamen vſufructuarius ſoluere tributum, ſi quod ex re, qua fruitur, ſit ſoluendum. Ita habetur l. vſufructu relicto, ff. de vſufructu.

Vſusfructus alienari nequit, ſine ꝓprietarij facultate.

Licet proprietarius vendere poſſit abſq; vſufructuarij conſenſu proprietatem, & cõſtat ex l. locũ, C ff. de vſufr. & ex l. verbis, C. eo. tit. vſufructuarius tamen abſq; facultate & cõſenſu proprietarii, nec vẽdere, nec donare, nec alio titulo poteſt transferre in alium vſumfructum, ita vt alius fructuarius maneat cum iure eiuſdem rationis cum eo, quòd ipſe habet: quin potius, ſi id attentet, cõtinuo amittet vſumfructum, acquireturq; proprietario. Ita colligitur apertè ex l. ſi vſusfructus, ff. de iure dot. conſonat §. finitur, verſ. non cedendo, Inſtit. de vſufructu, & habetur l. 24. tit. 31. par. 3. legum Caſtellæ. Poteſt nihilominus abſq; facultate, & conſenſu, proprietarii vendere, aut quouis alio titulo concedere alteri vtilitatẽ quam habet, conferendo illius ad vſum & fructus loco ſui percipiendos, vel in vitam totam concedentis, vel ad certum tempus; quod ius non eſt vſusfructus, ſed ius quoddam ab vſufructu diſtinctum: eo ꝙ de ratione vſusfructus ſit, eſſe ius vtendi & fruendi proprio nomine: & hoc mõ intelligenda eſt definitio vſusfructus in principio huius diſputationis tradita. Porrò ſi vſufructuarius concedat alteri, locatione, venditione, aut quouis alio titulo, prædictũ ius ad vtilitatem, manet quidem vſusfructus in eo, in quo antea erat, impeditus tamen, quo ad actum vtendi & fruendi, propter translationẽ iuris ad vtilitatem in alium. Exemplum accommodatum habemus in beneficiato, qui ius habet ad decimas percipiendas nomine proprio, neque illud transferre poteſt in laicum, vt patet, ex c. quamuis, & c. prohibemus, de decimis, & tamen locare ac vendere poteſt decimas laico, conferendo illi ius recipiẽdi eas ſibi, non nomine proprio, ſed nomine ipſius beneficiati, vt ex c. veſtra, de locato, eſt manifeſtũ. Eiuſmodi autem ius, ꝙ cõductor decimarum beneficij habet, alterius rationis eſt à iure ipſius beneficiati. Quia ergo vſufructuarius concedendo eiuſmodi ius, nec

Bene tamen vtilitas concedendo ius ad illam.

Idem in benefici Eccleſiaſtico.

A transfert vſumfructum, nec eſſe deſinit vſufructuarius, efficitur vt vſusfructus, non morte eius; in quẽ ius illud transfert, ſed morte ipſiuſmet vſufructuarij ceſſet. Efficitur præterea, vt ipſimet teneatur eas cautiones reddere, de quibus ſupra eſt habitus ſermo, ipſeq; agere poſſit in iudicio, quæ ad vtilitatem & conſeruationẽ proprietatis ſpectant: non verò is, in quem ius ad vtilitatem tranſtulit. De eiuſmodi ergò iure ad vtilitatem percipiẽdam, ꝙ ab vſufructu eſt diſtinctum, intelligi debẽt l. arboribus. & l. vſufructu, ff. de vſufr. & Inſtit. de vſu & habitatione, ĩ principio, verſ. vltimo, quatenus affirmant vſufructuarium locare, vendere, ac donare poſſe id, ad ꝙ habet ius, quod nudo vſuario denegatum eſt. Quando autem vſusfructus venditur, aut donatur alicui tertio, ſola vtilitas cenſenda eſt donari, aut vẽdi, niſi contrarium aliunde apertè conſtet, qđ pręter Antoniũ à Gama, deciſione 299. Couar. 1. uari. reſol. c. 8. nu. 7. cũ multis alijs adnotauit; uſq, adeo, ut dicant, B qđ ſi uſufructuarius uẽdat rẽ ipſam, cuius ꝓprietas ad aliũ ſpectat, nõ cẽſeatur uẽdere uſumfructũ, aut rẽ, quę non eſt ſua, ſed cõmoditatem, q̃ in ea hãbet.

DISPVTATIO VIII.

Quot modis vſusfructus conſtituatur.

Vſusfructus legalis et cõuẽtionalis.

VSusfructus duobus modis in genere cõſtituit, nẽpe lege, & priuata hoĩnis diſpoſitione. Ille appellat uſusfructus legalis, q a lege cõſtitutus; hic verò, ad differentiã illius alterius, dr̃ conuẽtionalis: tametſi nõ ſemper cõuẽtione, hoc eſt pacto, ſed interdũ vltima voluntate, aut donatione cõſtituatur.

Legalis eſt patris in bonis filij aduentitijs.

Legalis eſt, qui lege patri cõceditur in bonis dũtaxat aduentitijs filiifamilias: non verò in bonis illius caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſib. vt patet l. quęcunque, & l. cum oportet, C. de bon. quæ lib. & lib. 4. Ordinationum Luſitanarũ tit. 78. §. 1. & 2. Quia C verò quæ de hoc vſufructu dici poterãt, cõmodius explanabuntur in progreſſu huius operis, tandemq; abſoluentur diſp. 232. dicto prius de patria poteſtate, & de tribus illis bonorum generibus, contenti ſimus modo hac breui illius explicatione.

Caret pater primo.

Sunt verò nonnulli caſus, in quibus pater vſumfructũ non habet in bonis aduentitiis filii familias: Primus eſt, qñ tali filio aliqd donatur, aut relinquit ex teſtamento, ea lege & conditione, vt pater vſumfructũ inde non habeat: tunc. n. fructus eorũ bonorũ ad filiũ pertinẽt. Ita hr̃ in authentica excipitur. C. de bon. quæ lib. in authentico, vt liceat matri, collatione 8. & 4. lib. Ordinationũ Luſitanarũ, tit. 78. §. 4. Id verò optimè intelligit Ant. Gom. ad legẽ 48. Tauri, nu. 11. præter quàm in bonis, in quibus filius neceſſariò ſuccedit: in his enim vſusfructus denegari non poteſt patri, atque adeò nequit teſtator condi D tionem illam apponere. Obſeruant Bar. in tract. de duobus fratrib. nu. 9. Sylu. verb. peculium, 1. q. 5. & 7. ac alii, ſi quis filiofamilias alicuius, aut mater ipſius, aliquid illi donent, aut relinquãt, dicentes, velle, vt id illi ſit in peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe; ſi id natura rei ſpectatis circunſtantiis concurrentibus, non patiatur, non eſſe quidem peculiũ caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe, vt expreſſe habetur l. ſi fortè, ff. de caſtren. pecul. attamen eſſe ita aduentitium, vt vſusfructus ad filium pertineat, & non ad patrem: quoniam videtur tacitè donare ſub conditione, vt vſusfructus pertineat ad filium.

Secundò.

Secundus eſt, quando pater relinquit filio uſumfructum bonorum aduentitiorum. Ita habetur l. cũ oportet, §. non autem, verſicu. ſin autem, C. de bonis quæ liberis, & libro 4. Luſitanarum Ordinationum titul. 78. §. 5. Quo loco obſerua, patrem liberè poſſe condonare filio eiuſmodi vſumfructum, neq;

filium

filium teneri afferre eum ad collationem cum ſuis fratribus, vt tenetur adducere alia donata à patre; neque patrem teneri accipere eum in parte, de qua ipſe liberè poterat teſtari, nempe in ſuum tertium in hoc Luſitano Regno, aut in tertium & quintum in Regno Caſtellæ, vt colligitur ex verſ. ſin autem, citato. Ratio autem huius diſpoſitionis iuris ciuilis hæc eſt, qm̃ hoc non eſt patrem donare de ſuis bonis, ſed eſt nõ vſurpare id de bonis filij, vt poterat. Hæc omnia affirmant Bar. & alij, quos Ant. Gom. ad l. 29. Tau nume. 29. & ad l. 48. nu. 9. & 10. refert ac ſequitur. Quo loco obſerua, quando pater ſciens ac prudens permittit filium accipere vſumfructum ſuorum bonorum, ſuaque bona aduentitia adminiſtrare, tacitè cenſeri illum ei condonare, vt ex verſi. citato colligitur. Optimè tamen obſeruat Ant. Go. conſentaneè ad eum textum, per eiuſmodi ſcientiã & patientiam non plus eiuſmodi vſusfructus cenſeri patrem donare, quàm id, quòd patitur filium accipere: quare poſtquam per tempus aliquod eſt paſſus filium accipere vſumfructum, poterit de inceps vſurpare ſibi vſumfructum eorum bonorum.

Tertiò. Tertius quando aliquis donat, aut relinquit aliquid filio, patre renuente, nec volente vt id filius accipiat. Si enim filius contra patris voluntatem id obtineat, vſusfructus rei illius nõ pertinet ad patrem, l. vlt. §. ſin verò pater, C. de bonis quæ liberis. Gloſ. in authentica, idem eſt. C. eodem tit. & lib. 4. Luſitanarum Ordinationum tit. 78. §. 6.

Quartò. Quartus, quando filio datus, aut relictus eſt vſusfructus alicuius rei: tunc enim, quia vſusfructus eſt ſeruitus quædam, & ſeruitutis nõ eſt ſeruitus, vt habetur l. 1. ff. de vſufr. lega. vſufructus non pertinet ad patrem, ſed ad ſolum filium. Ita affirmat Glo. citata, & diſponunt Ordinationes Luſitanæ titulo citato, §. 7. Anto. Gom. ad l. 48. Tauri, nu. 2. vult, tunc commoditatem vſusfructus acquiri patri, nec tamẽ ipſum ius. Credo id ſaltem in hoc Luſitaniæ regno locum non habere. In bonis tamen emphyteuticis filij familias pater habet vſumfructum. Ita Aluarus Valaſcus de iure emphyteutico, par. 1. q. 38. nu. 28.

Quintò. Quintus eſt, quando aliquid à Rege, Regina, vel Principe donatum eſt filio, vel filiæfamilias: reputatur namq; id ac ſi eſſet bonum caſtrenſe, atque ita vſusfructus illius, ſiue illud mobile, ſiue immobile ſit, pertinet ad talem filium, & non ad patrẽ. l. Cum multa. C. de bonis quæ liberis, & lib. 4. Luſitanarũ Ordinationum titulo citato, §. 8. Id quod etiã vim habet, eſto donatio facta ſit filiofamilias intuitu patris, vt doctè oſtendit Ant. Gomeſ. ad legẽ 48. Tauri. nu. 4. & conſentiunt prædictæ Ordinationes lib. 4. tit. 77. §. 8. vbi idem ſtatuitur de donationib. filijſfamilias à Rege intuitu parentum factis, quod de alijs donationib. factis intuitu ipſorummet filiorũ.

Pater vſufructuarius ad quã cautionem, & ad quos sũptus teneatur. Illud aduertendum eſt, patrem ſatiſdare non teneri qñ eſt vſufructuarius in bonis aduentitijs filij: in multiſq; alijs excedere vſufructuarios conuentionales. Tenetur tamen ad maiores ſumptus ex fructibus ipſis, ſi ad refectionem bonorum, quibus fruitur, neceſſarij ſint. Imò & ad ſumptus litis, ſi quæ circa ea bona oriatur, vt colligitur ex l. 1. C. de bonis maternis. Lege, ſi placet, Ant. Go. ad l. 48. Tauri, à nu. 14. & 2. tom. varia. reſol. c. 15. num. 7. Molina in lib. 1. de Maiora. c. 27. nonnihil reclamat.

Vſusfructus conuentionalis quot modis conſtituatur. Iam vero vſusfructus conuentionalis interdum conſtituitur vltima voluntate, vt quando teſtator legat alicui vſumfructum rei alicuius. Tunc enim ꝓprietas pertinet ad hæredem, vſusfructus verò ad legatarium. Quãdo vero teſtator legat alicui proprietatem aliquam deducto vſufructu, vſusfructus pertinet ad hæredem, & proprietas ad legatarium. Qđ ſi vni leget proprietatem, alteri verò vſumfructum, ſunt quidem duo legata: ad vnumque legatariũ ſpectat proprietas, quam tranſmittere poteſt ad hæredes: ad alterum verò vſusfructus, qui morte illius expirat, aut breuiori tp̃e, ſi ad tp̃s breuius relictus ſit, reditq; ad proprietatẽ. Interdũ verò vſusfructus cõuentionalis cõſtituitur donatione, vẽditione, pmutatione, aut alio cõtractu. Ita hẽtur Inſt. de vſufr. §. vſusfructus, & ff. ac C. eodem titulo, varijs in locis.

DISPVTATIO IX.

Quot modis vſusfructus finiatur.

Vſusfructus finitur. Primò. Finitur vſusfructus formalis, ſi vſufructuarius cedat vſumfructum proprietario, vel vſufructuarius acquirat proprietatem. Atque hoc ſecundum conſolidatio appellatur. Ita habetur §. Finitur, verſiculo, item finitur, Inſt. de vſufructu. Finitur præterea elapſo tempore, quo lege conceditur, aut quo vltima voluntate, donatione, aut contractu fuit conſtitutus, ſi ad tempus ſit conſtitutus. Secundò.

Tertiò. Item ſi vſufructuarius eo non vtatur tempore ad præſcribendum proprietatem rei immobilis neceſſario, iuxta ea quæ, dũ de præſcriptione erit ſermo, dicemus. Ita cõſtitutum fuit l. corruptionem, C. de vſufructu, cum tamen antea per non vſum illius lõgè minori tempore amitteretur.

Quartò. Item deſtructa re, in qua habetur vſusfructus, vt ſi ędes incendio conſumantur, aut corruant: tunc. n. ita finitur vſusfructus, vt neq; areæ vſusfructus maneat, vt habetur Inſt. §. citato, verſ. eo amplius. Obſerua tamen, id locum non habere in vſufructu patris in bonis filij aduentitijs: cum enim id, quod, deſtructa re aliqua filij, manet, ad bona etiam filij aduentitia pertineat, in eo ẽt habet pater vſumfructũ.

Quintò. Item morte naturali vſufructuarij finitur vſusfructus. Inſt. §. citato. l. corruptionem, C. de vſufr. Si namq; ad hæredes trãſiret, inutilis eſſet proprietas. Vnde ſi vſusfructus ita conſtituatur, vt ad hæredes fructuarij tranſeat, id ſanè intelligendum eſt de hæredibus proximis, non verò de remotis. Ita definitũ eſt l. antiquitas, C. de vſufructu. Quod ſi vſusfructus aliquis ciuitati, communitati, Eccleſiæ, vel alicui pio loco, ſine temporis præfinitione, relinquatur, cenſetur ei relictum per ſpatium centum annorum. Quia is finis eſt vitæ longæui hominis. Ita habetur l. an vſusfructus, ff. de vſufructu.

Sextò. Item finitur vſusfructus maxima, & media capitis diminutione vſufructuarij, vt habetur Inſtit. de vſufructu, §. finitur, & l. corruptionem, C. eod. titu. Eſt verò maxima capitis diminutio, vt habetur Inſtit. de capitis diminutione, §. maxima eſt, quando aliquis ſimul & ciuitatem, & libertatem amittit, qui ſeruus pęnæ effici dicitur. Vt quãdo aliquis ob atrocitatem delicti damnatur ad metallum, aut beſtijs ſubijcitur, vt habetur Inſt. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluatur, §. pœnæ ſeruus. Ciuitatem etiã & libertatem amittit, pœnæque ſeruus efficitur, qui mortis pœna dãnatur, vt habetur l. qui vltimo ſupplicio, ff. de pœnis, & 5. libro Luſitanarum Ordinationum, titulo 94. Item maxima capitis diminutio eſt, quando libertus, ob ingratitudinem in patronũ commiſſam, in ſeruitutem redigitur. Et quando aliquis maior viginti quinque annis, vt potiatur pretio, patitur ſe vendi, vt habetur Inſtitu. de capitis diminutione, §. maxima. Media capitis diminutio eſt quando ciuitas amittitur, ſed libertas retinetur, vt accidit tum ei, cui aqua & igni eſt interdictum, tum etiam ei, qui in inſulã deportatur, vt habetur Inſtitut. de capitis diminutione, §. minor. Vt verò habetur Inſt. quibus modis ius patriæ poteſta. ſoluatur. §. cum autem, verſic. relegati, non ſatis eſt, ſi aliquis in Inſulam relegetur, vt deportatus in Inſulam cenſeatur,

Maxima capitis diminutio quid.

Media capitis diminutio quæ.

ſeatur, atque adeo vt mediam capitis diminutionẽ dicatur paſſus. Deportatio,& proſcriptio, interdicendo aqua & igni, fiebat antiquitus in perpetuum, & cum amiſſione omnium bonorũ, vt patet l. eius qui.§.ſi cui.ff.de teſtamentis,& alijs iuribus:tamet ſi l.quando,& in authẽtica,bona damnatorum, C. de bonis proſcriptorum, de confiſcatione bonorũ aliquid ſit remiſſum. Et hæc ſola deportatio & proſcriptio erat,quæ efficiebat mediam capitis diminutionem,& quæ mors etiam ciuilis reputabatur. Qui verò modò aliter, vel proſcribuntur, vel in Inſulã relegantur,ſolum cenſebantur olim relegati, neque dicebantur pati mediam capitis diminutionem,nec mortui ciuiliter.

Mors ciuilis quæ.

Antonius Gom.2.tom.variar.Reſolut.c.15. nu. 18.ductus authentica, Sed hodie, C.de donationib. inter virum & vxorem, quæ ex authentica, de nuptijs,§.quòd autem,deſumpta eſt,& ſtatuit, hodie nullum à principio bene natum, id eſt, ingenuum, fieri ex ſupplicio ſeruum pęnæ,ait, diſpoſitionẽ iurium,quæ ſtatuebãt maxima & media capitis diminutione amitti vſumfructũ,nõ habere hodie locũ. Indeq; infert legem 24.tit.31.p.3.legum Caſtellæ, quæ poſt authenticam illam idem ſtatuit ꝙ iura illa antiqua,videri correptam,vel non eſſe ſeruandam, tanquam iniquam & contrariam iuri communi.

Miror tamen virum doctum non aduertiſſe, nihil tale ex authentica illa colligi;illa namque ſolum tollit ſeruitutem pœnæ in primo & tertio modo,ꝙbus aliquis maximam capitis diminutionem incurrit,ne eiuſmodi ſeruitus matrimonio, vel contrahẽdo,vel iam contracto, impedimento deinceps ſit, quaſi ex eo capite,qui ita damnatur, deſinat eſſe liber;non tamen tollit à maxima capitis diminutione mortem ciuilem,patriæque amiſſionem,quæ communis ſibi eſt cum media capitis diminutione,ac ꝓinde non tollit,per maximam & per mediam capitis diminutionem,ratione mortis ciuilis, amitti vſũfructum,vt antequam per authenticam, ſed hodie, à natis ingenuè ſeruitus pęnę eſſet ablata,per eaſdẽ capitis diminutiones amittebatur. Melius dixiſſet, in Regno Caſtellæ iam hodie poſt legem quartam Tauri non amitti vſumfructum per maximam & mediam capitis diminutionem.

Maxima & media capitis diminutione vſuſfructus hodie iure cõmuni amittitur.

Quod vt melius intelligatur,ſciendum eſt, De iure cõi,nec damnatum ad mortem naturalẽ, nec dãnatum ad mortem ciuilem,vt damnatum ad metallum,deportatum,& interdictũ aqua & igni, potuiſſe teſtari,quin potius,ſi quod teſtamentum ante talem damnationem, imò & ante crimẽ ob quod ita damnatur,confeciſſet,dãnatione ſubſecuta,irritum erat & inane. Ita hr̃ l.eius qui.§.ſed cui,ff. de teſtamentis,l.qui vltimo,ff.de pęnis,& multis alijs iuribus,quæ Anton.Gome. ad legem 4.Tauri,nu.1.& Couar.in rub.de teſtam.p.3.nu. 27. citant, idemq; hr̃ li.1.Luſitanarum ordin.tit.67.§.20. Ratio erat: qm̃ eo ipſo,ꝙ aliquis ita damnabatur,oĩbus ſuis bonis ſpoliabatur,quæ oĩa vel addicebãtur fiſco, vel, ſi quæ non confiſcabantur,relinquebantur hæredibus illius ab inteſtato:ille verò tãquam mortuus, ꝙ attinet ad bona temporalia,reputabatur,eaq; de cã, ſi vſufructuarius erat,vſusfructus regrediebatur ad proprietarium,non ſecus ac ſi naturaliter eſſet mortuus. Iã verò inter mortuos ciuiliter,atque adeò inter eos, quibus de iure communi prohibitum erat facere teſtamentum,computat Antonius Gom.loco citato damnatos ad triremes. Bar. prætereà, & communis ſententia,quam refert & ſequitur Pan. in rubr.de teſtam.computant etiam damnatum ad carcerem perpetuum. Vſque adeò autem damnati ad mortem ciuilem aut naturalem prohibiti erant teſtari,vt neque ad pias cauſas teſtari quicquam poſſent,vt Panorm. loco citato, & communis ſententia

Damnatus naturali aut ciuili morte teſtari nequit iure cõmuni.

A tia affirmat,ſatiſque apertè innuunt Ordinationes Luſitaniæ tit.94.citato.

Couar.in rub.de teſt.loco citato, Anton.Gome. ad legem 4.Tauri.nu.2.& multi alij,quos idem refert,cenſent,poſt authenticam,ſed hodie,& authẽticã de nuptijs, vnde illa deſumpta fuit, prædictos omnes,excepto eo,qui ad mortem naturalem fuerit damnatus,ſi ingenui ſint nati, poſſe teſtari, de iure cõi. Ducuntur autem,qm̃ in illis authenticis ſublata eſt ſeruitus pœnæ ab illis omnibus, præterquam ab eo,qui ad mortem naturalem eſt damnatus, de quo in illis authenticis nulla fit mentio.

Couar.& Anto.Gom.ſententia.

Crediderim tamẽ,neutrum eorum, quæ ij auctores affirmant,verum eſſe; in primiſque non dubito falſum eſſe,in authenticis illis,eo exceptum eſſe dãnatum ad mortem naturalẽ,quaſi poſt illa iura maneat ſeruus pęnæ. Iura namq; illa vniuerſim loquũtur,ſtatuuntq; nullum ab initio bene natum,eſſe deinceps ex ſupplicio ſeruũ. Quare nullus oĩno eſt ex-

Improbatur.

B cipiendus, etiam is,qui ad mortem naturalem ſit dãnatus:cum iura illa nullum excipiant. Ne.q; oportebat fieri de illo ſpecialem mentionem,vt comprehẽderetur:cum cęteri nati ingenui,qui ante illa iura ex ſupplicio ſerui erant pęnæ,nulla tacta de eis peculiari mentione,in illis iuribus cenſeantur cõprehenſi.

Deinde falſum eſt,ꝙ dicunt,illos videlicet,à quibus ſeruitus pęnæ in illi authenticis ſublata eſt, poſſe hodie de iure communi teſtari. Vt.n.ex iuribus, in quibus teſtari prohibebantur,conſtat,vt quis teſtari non poſſit,non ſatis eſt,ſi libertatem per ſeruitutem pęnæ non amiſerit, ſed ſimul etiam requiritur,vt per pęnam non amiſerit ciuitatẽ, vt in deportatis,& in ijs,quibus aqua & igni eſt interdictũ,eſt manifeſtum,qui,cùm libertatem non amitterent, ꝓhibebantur teſtari;eo quod amitterent ciuitatem,q̃ mors etiam erat ciuilis. Quare cum illi omnes,à quibus in authenticis citatis aufertur ſeruitus, ſimul a-

Ius Caſtellæ morte naturali, aut ciuili damnatũ teſtari concedens.

C mitterent ciuitatem,non ſecus ac deportati, nec ciuitas illis reſtituatur,efficitur,vt ex hoc capite, etiã poſt iura illa authenticorum,teſtari de iure cõmuni non poſſint. Atq; hac ratione Panor.in rubr.citata, Bar.& alij, poſt iura authenticorum, computant illos omnes inter eos,qui teſtari non poſſunt.

De iure regni Caſtellę,l.4.Tauri,quę eſt 3.lib.5. nouæ collectionis,tit.4.eſt peculiariter hodie cõſtitutum,vt damnatus propter delictum,ſiue ad mortem ciuilem,ſiue ad naturalem,perinde ex teſtamẽto,codicillo,aut quacunque alia vltima voluntate, per ſe,vel per alium,de omnibus ſuis bonis poſſit diſponere,ac ſi non eſſet ita damnatus. Excipiuntur bona,quæ illi veniunt confiſcanda, aut alicui alteri applicanda ob delictum,de quibus diſponere prohibetur. Quo fit,vt in regno Caſtellæ locum hodie non habeant prohibitiones,quæ ſunt de iure cõmuni,vt damnatus ad mortem naturalem,aut ciuilem,

D teſtari non poſſit. Notat Ant. Gom. ad eandem legem,in regno Caſtellę poſſe ita damnatum ſuccedere poſt damnationem,tã ex teſtamẽto,quàm ab inteſtato,cuicunq; alteri,poſſeq; diſponere de his & alijs bonis,quæ illi non fuerint cõfiſcata, non ſolũ per vltimam voluntatẽ, ſed etiam per contractum.

His ita conſtitutis, quæ in ſequentibus nos non paruo onere liberabunt,vt ad id, vnde digreſſi ſumus,reuertamur. Illud dico. In regno Caſtellę poſt legem 4.Tauri,non amitti vſumfructum per maximam,aut mediam capitis diminutionem. Ratio vero eſt:qm̃ cum ea de cauſa de iure communi per maximam & mediam capitis diminutionem vſusfructus amitteretur,quod delinquẽs eo ipſo bonis omnibus temporalibus,quæ poſſidebat,ſpoliaretur,& vel cõfiſcarẽtur,vel deuoluerẽtur ad hæredes ab inteſtato,ipſeq; quod ad illa attinet, perinde, ac ſi eſſet mortuus,reputaretur,quod in cauſa erat vt vſuſ-

Vſusfructus maxima aut media capitis diminutione legib. Caſtellæ nõ amittitur.

fructus

fructus nõ ſecus rediret ad proprietarium, ac ſi vſu
fructuarius ad finem vitæ perueniret; ſanè eo ipſo,
quod de iure regni Caſtellæ, nihil impediẽte delicto
& cõdẽnatione, illi relinquitur libera de ſuis bonis
diſpoſitio, etiam per vltimam voluntatem, relinqui
tur etiã illi vſusfructus, nec prius regreditur ad pro-
prietarium, quam vſufructuarius naturaliter moria
tur. Ex his conſtat, falſum etiã eſſe, quod Ant. Gom.
tom. 2. var. reſol. c. 15. nu. 18. affirmat, nempe, hodie
in Regno Caſtellæ damnatũ ad mortem, ſi poſt sẽ-
tentiã aufugiat, impedimentoq; ſit ne ſententia exe
cutioni mandetur, amittere continuo vſumfructum
proprietario. Etenim cũ in eo Regno per talem fu
gam & cõdemnationem non auferatur ab eo facul
tas teſtãdi & diſponendi de ſuis bonis, ſanè nec vsũ
fructum amittit, donec vltimum emittat ſpiritum.

Idẽ ferè in his omnib. de iure Luſitano.

Quod ad ius Luſitaniæ Regni attinet 5. libro Or
dinationum tit. 94. ſtatutum eſt, vt quamuis de iure
communi damnatus ad mortem naturalem teſtari
non poſſit, liceat tamen ei teſtari de tertio ſolum
ſuorum bonorũ ad ſequentia opera pia duntaxat.
Ad redimẽdos captiuos, ad maritãdas orphanas, ad
eleemoſynas hoſpitalibus elargiendas, ad Miſſas ce
lebrãdas, & ad Monaſteriorũ, aut Eccleſiarũ repa-
rationem: nõ verò ad alia opera; quod intelligerem,
niſi conſtaret eſſe æque pia. Excipiuntur, qui ob cri
mina hæreſeos, læſæ maieſtatis, aut Sodomiæ dãnã
tur, quibus, nec ad hæc quidem, teſtari permittitur.

Cum autem in hoc Luſitaniæ Regno, damnato
ad mortem diſpoſitio de ſuis bonis, ſaltem ad præ-
dicta pia opera, concedatur, ſanè vſusfructus, ſi quẽ
habebat, eo ipſo videtur ei permiſſus, atque adeò nõ
regreditur ad proprietarium ante mortem natura
lem eius, qui ita damnatur. Longè maiori cum ratio
ne cenſendus eſt in eodem Regno conceſſus vſus-
fructus damnatis ad mortem ſolum ciuilem. Quin
potius (vt quod ſentio dicam) qui Ordinationes cõ-
pilauerunt, in ea videntur fuiſſe ſententia, quam Co-
uar. & Antonius Gom. ſequuti ſunt, nempe, poſt iu-
ra authenticorũ ſolum damnatum ad mortem natu
ralẽ eſſe de iure cõi ſeruũ pęnæ, nec poſſe teſtari: dã
natos verò ad mortẽ ciuilẽ teſtari poſſe. In ea nãq;
ordinatione is, q ad mortẽ naturalẽ dãnatus eſt ſer-
uus pęnæ dr̃ eſſe de iure cõi, idcircoque de dãnatis
ad mortẽ ſolũ ciuilem non vr̃ facta mentio, vt illis
etiã facultas ad teſtandum concederetur, ꝙ arbitra
ti ſint, eos de iure communi teſtari poſſe. Quare nõ
dubito, in Luſitaniæ etiam Regno, vſumfructum
per maximam & mediam capitis diminutionẽ non
regredi ad proprietarium, quouſque is, qui maxi-
mam, aut mediam capitis diminutionem patitur, vi
tam finierit. De conſuetudine aliorum Regnorum,
quòd damnati teſtentur, quando bona eorum non
confiſcantur, lege ſi placet, Iulium Clarum, 3. libr.
ſent. §. teſtamentum, q. 21.

Ex dictis facilius dirimetur quæſtio illa, an ex de
licto propter quod bona confiſcantur; finiatur vſus
fructus cõdemnatione ſubſecuta, redeatque ad pro
prietarium; an verò pertineat ad fiſcum. Ad quod
dicendum eſt, etiam ſi delictum & condemnatio ſit
talis, vt de iure cõmuni, iuxta hactenus dicta, finien
dus eſſet vſusfructus, regreſſuruſque eſſet ad ꝓprie-
tatem, in hoc nr̃o Regno, & in Regno Caſtellæ, iux-
ta ea quę proximè dicta ſunt, nõ finitur, ſed ius vſus
fructus peruenerat in delinquente vſq; ad mortẽ illius
naturalem; tota autem cõmoditas vſusfructus, inte-
rim dũ delinquẽs viuit, pertinet ad fiſcũ, delinquen
te aũt mortuo, vſusfructus regredit᷑ ad proprietatẽ.
Hæc ſententia ex eo probatur, quoniã, vt apertè col
ligitur ex l. ſi poſtulauerit, §. iubet. ff. ad l. Iuliam de
adulterijs, & cum Barto. & alijs affirmat Antonius
Gom. 2. tomo variar. reſol. c. 15. nu. 16. quando con-
fiſcãtur bona vſufructuarij, & delictũ ac cõdemna-

Vſusfructus eius, cuius bona confiſcãtur, ad fiſcum quo ad vtilitatẽ, dũ viuit, in Caſtel. & Luſi. ſpectat.

A tio non eſt talis, vt de iure communi vſusfructus fi-
niatur, redeatque ad proprietarium, tota commodi
tas vſusfructus pertinet ad fiſcum: ſed oſtenſum eſt
in hoc, & in Caſtellæ Regno non finiri vſumfructũ
ex maxima & media capitis diminutione, vt de iure
cõmuni finiebatur: ergo in eis Regnis, quando bo-
na delinquentis confiſcantur, non finitur vſusfru-
ctus, totaque illius commoditas pertinet ad fiſcum
vſque ad mortem naturalem delinquentis, etiam ſi
delictum & cõdemnatio ſit talis, vt ne iure commu-
ni vſusfructus foret finiendus.

Exceptio.

Ab hac regula excipitur vſusfructus, quem pater
habet in bonis aduentitijs filij familias, ſaltem quã-
do filius patriam egreditur poteſtatem per crimen
hæreſeos patris. In primis namq; cũ per maximam
ac mediã capitis diminutionem patris aut filii, filius
deſinat eſſe in poteſtate patris, vt habetur Inſtit. qui
bus modis ius patriæ poteſtatis ſoluatur, §. cũ autẽ
is, & §. pęnæ ſeruus: cum item per crimen hæreſeos,
B etiamſi occultum ſit, atque adeò nõdum ſit lata ſen
tentia, filius egrediatur poteſtatem patris, vt habe-
tur cap. 2. §. vltimo, de hæret. libr. 6. eo autem ipſo,
quòd filius patriã poteſtatem egreditur, patet amit
tat vſumfructũ in bonis, quæ filius deinceps acqui-
ſierit; efficitur, vt eo ipſo, quòd pater aut filius maxi
mam, aut mediam capitis diminutionem patiatur,
aut pater crimen hæreſeos incurrat, amittat vſum-
fructum in bonis, quæ filius deinceps acquiſierit: ſe
cus autem eſt dicendũ (ſi crimen hęreſeos excipias)
in bonis, quæ ante eum euentũ ad filiũ ſpectabant,
& in quibus pater iam antea vſumfructum habe-
bat. Eiuſmodi namque vſumfructum non amittit
pater, niſi per ſuam mortem naturalem, exceptis ca
ſibus in iure expreſſis. Vt de iure communi quando
filium emãcipat: tunc enim quaſi in præmium reti-
net ſolum dimidiam partem uſusfructus bonorum
aduentitiorũ, quæ filius ante talem emancipationẽ
C acquiſierat. Et de iure huius regni; & regni Caſtel-
læ, quando filius aut filia patriam egreditur poteſta
tem; quia matrimonium contrahit; tunc enim inte-
ger vſusfructus omnium ſuorum bonorum perti-
net eo ipſo ad ipſos, & nihil illius ad patrem, ut con
ſtat ex l. 48. Tauri, quæ eſt 9. tit. 1. li. 5. nouæ collect.
& ex lib. 1. Luſitanarum Ordinationum tit. 67. § 4.
& lib. 4. tit. 78. § 2. Idem eſt de iure eiuſdem regni,
qñ egreditur per emãcipationem, vt patet §. citato.
Quia ergo in alijs euentibus, vſusfructũ, quẽ pater
in bonis iam acquiſitis filii habebat, antequam filius
patriam egrederetur poteſtatem, non amittit pater
ante ſuã mortẽ naturalẽ, vt ex dicendis in progreſſu
huius operis erit manifeſtum, credo, ſi pater in deli-
ctũ incidat ob qđ bona confiſcentur, eiuſmodi vsũ-
fructũ, interim dũ viuit, pertinere ad fiſcum quo ad
cõmoditatem, & nõ ad filiũ. Excipitur crimen hęre
ſeos; eo nãque per patrem cõmiſſo, credo continuo
D pertinere vſumfructũ ad filiũ, & non ad fiſcũ: id ꝙ
affirmat etiam Iacobus Simancas de cath. inſtit. tit.
9. nu. 81. Huius autem rei ratio eſt, nõ præciſe, ꝙ ta-
lis filius a puncto commiſſi delicti egrediatur patriã
poteſtatem, ſed quod iuris diſpoſitione propter de-
licti atrocitatem tam potenter egrediatur, ut filius
omnino, etiam quoad omnia ſua bona, ab ea fuerit
exemptus, ut ſatis apertè colligitur ex ca. 2. §. vlt. de
hæret. lib. 6. ubi ex eo fundamento decernitur, emã-
cipationem talis filij à patre poſt crimen patratum,
ſed interim dum ignorabatur, effectam, nullam om
nino eſſe, quoniã iam filius, propter delictum tam
atrox à patre commiſſum, egreſſus omnino erat il-
lius poteſtatẽ. Cenſet ergo ſummus Pontifex, à pun
cto cõmiſſi delicti ita filium egreſſum fuiſse patriã
poteſtatem, vt in bonis aduentitijs ipſius nullum pa
ter retineret vſumfructũ; alioquin aliam rationem
reddere deberet, cur emancipatio illa nulla eſſet

ſaltem

ſaltem vt ob eam dimidium vſusfructus ad filium à A puncto talis emancipationis non pertineret.

Idem Simancis tit. 9. citato, num. 18. ait. Si bona filij familias ob crimen hæreſeos, quod ipſe commiſit, confiſcentur, confiſcari ét vſumfructum, quem pater catholicus in bonis aduentitijs talis filij habebat, eſto filius Eccleſiæ reconcilietur. Ducitur, quoniam per maximam aut mediam capitis diminutionem, quam filius ex tali condemnatione incurrit, egreditur patriam poteſtatem, eaque de cauſa pater amittit vſumfructum in bonis illius. Contrariam tamen ſententiam credo eſſe veram, nempe, ſiue filius patriam egrediatur poteſtatem per eam condemnationem, ſiue per crimen ipſum hæreſis, quaſi filius, per quod crimen patris egreditur patriam poteſtatem, per idem, ſi à filio committatur, eãdem patris egrediatur poteſtatem, argumento tex. in §. cum auté is, verſ. pari rõne, Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolua. atque adeò vſusfructus bonorũ, quæ deinceps acquiſierit, nõ pertineant ad patré; nihilominus, vſumfru B ctũ bonorũ, quæ antea acquiſierat, & qui iam antea erat patris, pertinere ad patré, & non ad fiſcum, vſque ad morté naturalem patris, eſto filius relaxetur brachio ſeculari, aut alia rõne ante patrem è vita diſcedat: niſi forte filius Eccleſiæ reconciliatus matrimonium in hoc regno, aut in regno Caſtellæ contrahat: nam tunc, ſicut vſusfructus ille redire debebat ad filium, ita eo ipſo pertinet ad fiſcum. Ducor illo eodem fundamento, quo inferius diſp. 140. cum Nauarro, Grego. Lopez. Pinel. & multis alijs dicimus, vſumfructum, quem pater in bonis aduentitijs filij habebat, perſeuerare cũ patre vſque ad mortem ipſius naturalem, & non pertinere ad monaſterium, eſto, filius religionem profiteatur, per eãque profeſſionem patriam egrediatur poteſtatem. Etenim factum filij, ſiue laudabile, ſiue vituperabile ſit, præiudicare non poteſt iuri patris iam antea acquiſito. Licet ergo pater per talem profeſſionem, delictum, C aut condemnationem filij, amittat vſumfructum in bonis, quæ deinceps ad talem filium pertinere debebant, non tamen in bonis, in quibus antea vſufructu potiebatur.

Illud obſeruandum eſt, quòd ſi poſt egreſſum filij à patria poteſtate propter delictum, aut maximã vel mediam capitis diminutionem patris, aut filii, is, ob cuius delictum filius liberatus eſt à patria poteſtate, reſtituatur à principe ad ſtatum priſtinum, filius regreditur ad patriam poteſtatem, paterque incipit habere vſumfructum in bonis aduentitiis, quæ filius tunc habuerit. Ita hr̃ Inſtit. §. cit. verſi. ſed ſi.

Quando bona alicuius confiſcantur, quorum dominium per mortem illius, aut ſub aliqua alia conditione pendente in futurum, deuenire debebat ad alium, interim dum ita condemnatus viuit, aut conditio illa non impletur, commoditas vſusfructus eorũ bonorum pertinet ad fiſcum; non verò ad eum, ad D quem dominium eorum bonorum debet deuenire. Hinc eſt, quòd ſi bona illius confiſcentur, qui dominium habebat alicuius hæreditatis, quam grauatus erat per ſuam mortem, aut impleta alia conditione, reſtituere alteri, commoditas hæreditatis illius, interim dum ille viuit, pertineat ad fiſcum. Ita habetur expreſſe, l. Statius Florus. §. Cornelio, ff. de iure fiſci. Inde etiam eſt, quòd ſi ei, qui maioratum, aut alia bona vinculata poſſidet, bona, ob delictum confiſcentur, commoditas bonorum, ita vinculatorum, pertineat ad fiſcum, interim dum ille viuit. Ita Mol. 4. libro de primogeniis, cap. 11. à nu. 11. Iacobus Simancas loco citato nu. 19. & alii.

Vſusfructus profeſſione fructua ... non expirat. Dubium vlterius eſt, an per ingreſſum vſufructuarii in religionem, emiſſionemque profeſſionis, finiatur vſusfructus, redeatque ad proprietatem. Et quidem in aliis vſufructuariis à patre in bonis aduentitiis filii, communis opinio eſt gloſſæ in authentica, ingreſſi, C. de ſacroſanctis eccleſiis, Panorm. c. finali, de pignoribus, nume. 2. & plurium aliorum, quos Antonius Gom. ad legem 48. Tauri, numer. 8. & Arius Pinellus ad legem primam, C. de bonis mater. par. 1. à nu. 47. referunt & ſequuntur, non finiri, ſed reſidere in ipſo monacho, morteque illius naturali finiri. Ad monaſterium verò, interim dum vita talis monachi perſeuerat, pertinere vtilitatem talis vſusfructus, iuxta authenticam ingreſſi, C. de ſacroſanctis eccle. modò tamen monaſterium de numero eorum ſit, quæ in bonis monachi ſuccedunt, qualis nec eſt noſtra ſocietas, nec religio Minorum, quibus in locis vſque ad profeſſionem, incorporationemve plenam in corpore religionis, ius vſusfructus perſeuerat in religioſo; emiſſa verò profeſſione extinguitur, reditque ad proprietarium. Atque hæc communis opinio eſt amplectenda.

Præcipua difficultas eſt, de vſufructu patris in bonis filii aduentitiis. Couar. de teſtam. c. 2. nu. 8. cum quibuſdam aliis, in ea eſt ſententia, licet non admodum firmus, vt dicat, patre emittente profeſſionem, finiri vſumfructum, & regredi ad filium. Bartol. in authentica, idem eſt, C. de bonis quæ liberis, quem Panorm. refert, ac ſequitur, cap. in præſentia, de probationibus, nume. 57. & alij, de quorum numero eſt Syluester, verb. religio, 6. nu. 1. affirmant, dimidium vſusfructus eorum bonorum pertinere ad filium, & dimidium ad monaſterium, ſicut quando filius à patre emancipatur, quaſi in remunerationem beneficii accepti, habet pater dimidium vſusfructus in bonis aduentitiis filii, vt habetur l. cum oportet, §. cum autem, C. de bonis quæ liberis. Nauar. verò ca. non dicatis, numero 70. & 87. Antonius Gomezius, & Arius Pinellus locis citatis, cum quibuſdam gloſſis duabus authenticis citatis, & cum multis aliis, aſſeuerant, totum vſumfructum eorum bonorum, interim dum pater viuit, pertinere ad monaſterium. Et hæc ſententia eſt amplectenda, vt principiis iuris, & authenticæ, ingreſſi, conſonantior. Eoque maiorem vim in hoc Luſitaniæ Regno, quam in aliis, debet habere, quò expreſſe lib. 2. Ordinationum tit. 5. § 1. conſtitutum eſt, vt in rebus definiendis ſtetur gloſſis Accurſii, quando communiter à Doctoribus non reprobantur, neque eſt ius eiuſdem Regni, aut cõe, vel conſuetudo in contrarium. Eſt tñ intelligenda, niſi filius per matrimonium egrediatur patriam poteſtatem: eo nãque ipſo in hoc Regno, & in Regno Caſtellæ vſufructus totus pertinet ad filiũ aut filiã; & non ad patré, atq; adeò neq; ad monaſterium loco patris. Prætereà intelligenda eſt, de ſolis bonis aduentitiis, quæ filius ante profeſſionem patris habebat, ſecus de iis, quæ poſtea acquiſierit. Etenim cum iam ſit extra patriam poteſtatem, vt ſuo loco dicetur, pertinent fructus eorum ad filium, & non ad patrem, neque ad monaſterium loco patris. Item eſt intelligenda, dũmodo, ſi monaſterium, aut pater ea bona non adminiſtret, perſoluat ſumptus ad adminiſtrationem neceſſarios. Vtrum autem per profeſſionem filii, aut per hoc quòd ſacros ordines ſuſcipiat, amittat pater uſumfructum in bonis aduentitiis filii, & quædam alia, quæ hoc loco circa definitionem vſusfructus dici poterant, commodius examinabuntur diſp. 138. 140. & 232.

Idem in vſufructu patris.

DISPVT. X.

De emphyteuſi, feudo, libello, ſuperficiarioque contractu.

QVoniam emphyteuta, libellarius, feudatarius, & ſuperficiarius ſolum habent dominium vtile in re aliena, vereque ſunt vſufructuarii, tametſi ab or,

A ab ordinario vſufructuario, de quo diſputationibus præcedentibus dictum eſt, in multis differant, aliquid hoc loco de his dicendum eſt, quantum ſatis ſit, vt termini intelligãtur, quo dilucidius in ſequentibus procedamus. Exacta verò diſputatio de emphyteuſi, tam ſeculari, quàm eccleſiaſtica, commodius tradetur inferius dum de hoc contractu inter alios fuerit ſermo.

Emphyteuſis quid.

Emphyteuſis eſt contractus, quo res aliqua immobilis alicui fruenda traditur ſub aliqua pẽſione, domino ꝓprietatis ea de cauſa reddẽda. Traditur verò interdum in perpetuum, interdum ad aliquot vitas, & interdum ad tempus certũ, quod non minus ſit, q̃ decennium. Si enim decennium non attingat, non cenſetur tranſlatum dominium vtile, atque adeò nec eſt emphyteuſis, ſed contractus locationis, vt habetur 4. lib. Luſita. Ordinationũ, tit. 60. §. 2. tit. 64. & 65. in princip. & affirmant Sylueſter verb. Emphyteuſis, in principio, & pleriq; alij. B Cõtractus hic Luſitanè appellatur aforamento, dicitur etiam prazo, appellatur quoq; fateoſi, quando eſt perpetuus. Is, cui res in emphyteuſim traditur, emphyteuta dicitur: aliquando etiã appellatur emphyteuticarius. Luſitanè verò nuncupatur foreiro. Is, qui in emphyteuſin tradit, quique illi in eo iure ſuccedit, appellari cõſueuit proprietarius (Luſitanè dicitur, o ſenhorio) reſque ipſa dicitur emphyteutica (Luſitanè foreira) reſpectu talis, vel talis perſonę Eccleſię, vel monaſterii, cuius eſt directũ dominiũ.

Emphyteuta quis.

Quòd emphyteuta vſufructuarius ſit, ex ſe eſt manifeſtum, colligiturque ex §. adeò, Inſtitut. de locatione, vbi habetur, emphyteuſi prędia fruenda tradi, id, inter alios affirmat etiam Conradus de contractibus quæſt. 12. argumento 2. poſt ſecundã concluſionem. Differt tamen in multis à communi vſufructuario. Communis namq; vſufructuarius vendere non poteſt ius ſuum, neq; illud in alterũ transferre. C Emphyteuta autem & donare & vendere (ſeruatis tñ aliquibus conditionibus, de quibus ſuo loco erit ſermo) alijſque modis illud ita in aliũ transferre poteſt, vt is, in quẽ trãsfertur, eiuſdem rationis ius habeat. Itẽ morte cõmunis vſufructuarij finitur vſusfructus, vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt: morte verò emphyteutę non finitur emphyteuſis, niſi in vitam illius conceſſa ſit. Præterea vſusfructus communis conſtitui poteſt etiam in rebus, mobilibus: emphyteuſis verò ſolum in immobilibus.

Feudum quid.

Feudum eſt conceſſio rei alicuius immobilis, aut quæ pro immobili habeatur, quoad dominium vtile, pro fidelitate, ſeruitioq; perſonali exhibendo, retenta proprietate. Siue id, quod conceditur ſit caſtrum, ciuitas, oppidum, aut regnum, ſiue aliquid aliud. Is, cui conceditur, dicitur, tum feudatarius, tum etiam vaſallus. Is verò, qui cõcedit, appellatur infeudator, dominus, & proprietarius. Vt quidam volunt, feudum dictum eſt à fidelitate, quam feudatarius domino ſeruare debet, aut à fœdere.

Feudatarius quis.

Inueſtitura feudi quid.

Porrò in feudo interuenit inueſtitura: quæ duplex eſt. Quædam propria, realis & corporalis, nempe, quando dominus eum, cui feudum concedit, inducit in corporalem poſſeſſionem eius rei, quam illi in feudum concedit. Eoque ipſo vaſallus conſequitur ius in re, vtileque dominium illius. Alia inueſtitura eſt, quę appellatur abuſiua, nempe quando dominus eum, cui feudum concedit, inueſtit per traditionem annuli, enſis, pilei aut alterius rei. Per hanc inueſtituram non cenſetur comparata poſſeſſio, nec ius in re, vtileque dominium, ſed ſolum cenſetur facta facultas, vt propria autoritate accipiat poſſeſſionem rei in feudum illi conceſſæ, qua poſſeſſione ſubſecuta, comparat is ius in re, vtileque illius dominium, & nõ antea. ita Iul. Clar. 4. lib. ſent. §. Feudum, q. 26. & cõmunis ſententia, quã refert,

A Feudum ad ſolos deſcendentes maſculos, non vero ad fœminas cenſetur deuenire, niſi in conceſſione fuerit aliud expreſſum.

Feudi, & emphyteuſis diſcrimen.

Feudum proprijſſimum eſt, quod definiuimus. Differt vero ab emphyteuſi pręter alia, ꝙ in emphyteuſi in recognitionem dominij directi ſoluitur aliquid reale, vel in pecunia, vel in aliqua alia re: in feudo vero ſolum in recognitionẽ dominij directi ſoluitur pſonale obſequium, vel in bello, vel quoduis aliud, prout fuerit conſtitutum. Interdum vero feudum degenerat in aliquib. à proprijſſimo feudo à nobis definito. Nẽpe, quia imponitur onus aliquod reale, vt penſio annua auium, equorum, pecunię, aut alterius rei; vel quia, cum gratis res in fundum concedi ſoleat, conceditur accepto pretio; vel quia non ſolum conceditur dominium vtile, ſed etiam directũ; vel quia feudatarius liberatur ab obſequio pſonali, varijſq; aliis modis. Adhuc tñ cenſetur feudũ, & in ijs, quæ retinet feudi, iudicandum eſt de illo iuxta iura feudorum. B De his, & de variis ſpecieb. feudorũ, multiſq. alijs, quæ ad hanc rem ſpectãt, ſi placet, lege inter alios Iul. Clar. §. citato, & Aluar. Valaſc. de iure emphyteutico, p. 1. à q. 38.

Cęterum feudorum, cum in alijs locis frequẽs ſit vſus, in Hiſpanijs eſt admodum rarus. In Luſitania autem lib. 2. Ordinat. ti. 17. §. 2. de bonis coronæ, aliquibus quaſi in feudi modum conceſſis, ſancitũ eſt, ne omnino antiquis feudorum vſibus regulentur.

Libellus q͞d.

Libellus, libellariusue contractus, vt Iul. Clar. 4. libro ſent. § emphyteuſis, q. 1. Aluar. Valaſc. de iure emphyteutico p. 1. q. 35. & alii, quos referunt, affirmant, eſt contractus, quo emphyteuta aut vaſallus pro penſione ſibi ſoluenda concedit alteri rem, quã ipſe ab alio habet in emphyteuſin, aut feudum. Ita colligitur ex c. 1. §. ſi quis uero, de prohibita feudi alienatione per Lotharium. Quo fit, ut libellus non aliud ſit, q̃ emphyteuſis, aut feudum alteri emphyteuſi aut feudo ſubalternatum. C Luſitanè appellatur, prazo de prazo, aut feudo de feudo. Is ergo, q à domino directo accipit emphyteuſin, aut feudum, dr̃ emphyteuta, aut feudatarius: is verò, qui ab emphyteuta, aut feudatario accipit eandem rẽ pro penſione, appellatur peculiari nomine libellarius. Admonent Doct. citati, vocabula iam hodie ſæpe confundi, libellumque appellari emphyteuſim, & emphyteuſin libellum: idemque eſt de vocabulis feudum, & libellus. Illud ẽt notandum eſt, aliter accipi libellum à gloſſa in authentica ingreſſi, C. de ſacroſanc. eccleſijs & aliter ab alijs autoribus. Verum id, ꝙ explicauimus, iuri, doctoribuſque magis conſonũ eſt.

Libellarius quis.

Superficiarius quis.

Superficiarius is dicitur, qui in alieno ſolo habet, non quidem ſolum ipſum, ſed ſuperficiem duntaxat, aream ve ad domum conſtruendam, oliuetum plantandum, aut quoduis aliud. Poteſt uerò concedi ſuperficies multis modis, vt donatione, gratis ve D abſque pretio, aut penſione, vel pro pretio. Quod ſi pretium ſemel tantum ſoluatur, ſuperficieſque concedatur in perpetuũ, erit uenditio ſuperficiei. Si vero ſuperficies concedatur minus, q̃ per decennium, erit locatio ſuperficiei, ſiue pretium ſoluatur ſemel, ſiue ſingulis annis, aut menſibus, vel hebdomadis. Hoc modo in nundinis locari ſolet ſuperficies ſoli alicuius ad caſulas conſtruendas, vbi tempore nundinarum aſſeruentur ac vendantur merces, venditoreſque à temporum iniurijs protegantur. Interdum conceditur ſuperficies in perpetuum, aut ad decennium, vel vltra, pro annua penſione: & tunc ſuperficiarius accedit multum ad emphyteutam; tametſi ab eo in aliquibus differat. Atque de hoc ſolo ſuperficiario eſt nobis præcipuè hoc loco dicendum.

Is itaque, cui non ſuperficies ſola, ſed ſolũ ipſum conceditur in perpetuum, aut ad decennium, vel vltra ad domum conſtruendã, vineam, vel oliuetum

plan-

plantandū pro annua penſione, eſt verus emphyteuta illius ſoli, cōparatq; vtile dñium, non ſolum in ſuperficie, ſed ēt in ſolo ipſo, eaq; de cauſa, ſi domus, vinea, aut oliuetū pereat, contractus nihilominus pſeuerat, poteritq; reædificare domū, & plantare iterum vineā, aut oliuetū. Is uerò, cui ſola ſupcies pro annua penſione eſt conceſſa ad domum ædificandā vel aliquid aliud conſtruendum, nec eſt ſimpliciter emphyteuta, nec comparat dñium vtile ſoli, ſed ſolius ſuperficiei, deſtructaque domo aut pereunte vinea, vel oliueto, continuo finitur contractus, regrediturq; ſolum pleno iure ad proprietariū. Eſt náque regula generalis, quod qñ ſola ſuperficies conceſſa eſt ad aliquid in ea conſtruendum, ſiue ſuperficies vendita fuerit, ſiue tradita pro annua penſione, aut quouis alio modo, eo ipſo ꝙ id, ad quod tradita eſt, deſtruit, cenſetur perire ſuperficies, finiturque proinde cōtractus, nec ſupficiarius pōt amplius aliquid ſimile in eodem ſolo cōſtruere: niſi alius celebretur contractus. Ita Bar. l. 2. ff. de ſuperficiebus, & multi alij, quos refert, & ſequitur Alu. Valaſc. de iure emphyteutico, q. 33. nu. 4. & colligitur apertè ex l. quoties, in fi. ff. de vſufructu, & ex l. inter quos, §. damni, ff. de damno inf. Superficiarius ī perpetuum, aut ad decennium, vel longius tp̄s pro annua, aut menſtrua penſione, ferè in reliquis aliis æquiparatur emphyteutæ ſoli, vt affirmant Bart. l. 1. §. pen. ff. de ſuperficiebus, Ant. Gom. ad leg. 70. Tauri, nu. 31. Syluelter verbo emphyteuſis, q. 15. ad fin. & alij. Vnde ſi vendere velit ius ſuum, tenetur admonere dominum directum, teneturq; ad alia, quæ, dum de emphyteuſi erit ſermo, ſubijciemus.

Lege 2. ff. de ſuperficiebus, habentur hæc verba. Superficiarias ædes appellamus, quæ in cōducto ſolo poſitæ ſunt: quarum proprietas & ciuili, & naturali (id eſt, gentium) iure, eius eſt, cuius eſt ſolū. Quicquid verò aliqui dicant, nō dubito, quin dñs ſoli cōparet dominium directum, tum ædificiorum, tum ēt arborum, quæ ſolo ſuo adhærent, eſto expenſis ſuperficiarij ſolo ſint affixæ, & vnum quid cum eo effectæ: id quod ſatis apertè docent verba eius legis, conſentiuntq; Bar. ibid. & alij, patebitque amplius ex aliis iuribus, quæ in progreſſu huius operis citabimus. Quare, ſi finito contractu aliquid eorum ſolo affixum remanſerit, pertinebit vtique ad proprietarium, nec fas erit antiquo ſuperficiario illud extrahere proprietario inuito: ſicut nec emphyteutæ idē fas eſſet: ſed id pertinet ad melioramēta in re aliena appoſita, quorū æſtimationem tenetur ſoluere proprietarius. Si uerò ſuperficiarius caſulam mobilem affixiſſet in alieno ſolo, illam quidem, qm̄ moraliter non reputatur vnum quid cum ſolo, auferre poſſet.

Illud admonuerim l. citata, nomine conducti ſoli, non intelligi propriè conductum, ſed conceſſionē ſuperficiei in perpetuum pro annua penſione, āppellari conductionem ſoli, eo loquendi modo, quo antiqua iura emphyteuticum contractum, locationem appellant, vt ſuo loco dicemus. Illud addiderim, domum, vineam, aut oliuetum conſtructum in ſuperficie alieni ſoli ad id empta, aut donata tranſire ſimiliter in dominium directum eius, cuius eſt ſolū. Nec enim id, quod lex illa ſecunda citata ſtatuit, ex eo vim habet, quod ſolum eſſet conductum ad domos in illo ædificandas, ſed ex eo quod quicquid alieno ſolo adhæret, cedit quo ad dominium, domino ſoli, vt alibi inferius explicandum eſt.

DISPVTAT. XI.

Quid & quotuplex ſit ſeruitus.

QVoniam vſufructui, vſui, & habitationi reſpondet ſeruitus ea parte rerum alienarum, in A quibus qs vſumfructū, aut habitationē habet, ſeruitutesque vniuerſim quaſi ablationes quædam ſunt partis integri ac pleni dominij, aliquid ēt de ſeruitutibus hoc loco, vbi de dominio in genere agimus, dicendum eſt. Quod ēt inſeruiet, vt, cognitis terminis, dilucidius in ſequentibus progrediamur.

Porrò ſeruitus hoc loco non in ea ſignificatione ſumitur, qua abſtractum eſt ſerui, qui relatiuè dicitur, ad dominū: ſed in ea quæ res aliena alteri ſeruire, ſubijci ve dicitur, vt in ea aliquid incommodum eius cui ſeruire dicitur, fiat, aut non fiat. Quo pacto res proprietarij ſeruire dicitur vſufructuario vt ex ea fructus percipiat. Itemque ea domus, quæ ſeruitutem habet ne amplius attollatur, ne lucem proſpectumve domus vicinę impediat, ſeruare dicitur domui, in cuius vtilitatē attolli nequit. Atq; de eiuſmodi ſeruitutibus loquūtur iura Inſtit. C. & ff. de ſeruitutibus. Quia ergo ſeruitutes, de quibus nūc loquimur, ſolum ſunt in rebus alienis comparatione eorum, quibus ſeruiunt, quorumve ſunt ſeruitu- B tes, efficitur, vt ea ſeruitus, à qua quis ſeruus relatiuè ad dominum ſuum dicitur, non ſit de numero earū, de quibus modò loquimur, id quod colligitur apertè ex l. in re communi, ff. de ſeruit. vrban. præd. & ex l. vti frui. ff. ſi vſufructus petatur, quibus in iuribus habetur, nemini rem ſuam ſeruire, ſe alienam. Idemq; affirmat Panor. c. in Eccleſia, de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, nu. 48. tradūtque reliqui vtriuſq; iuris interpretes: tametſi eorū aliqui interdum appellent eam ſeruitutem mere perſonalē: eò quòd ſit perſonæ ſerui ad perſonam domini.

Ea ergo ſeruitute prætermiſſa, quamquam iuris interpretes ſeruitutem, de qua loquimur, non definiant in genere, ſed ſolum eam diuidāt in ſua membra, quorundamque membrorum definitiones aliquas parum aptas tradere conentur, fortè tamē ſeruitutem in genere poſſumus in hunc modum defi- C nire. Eſt habitudo, paſſiuave obligatio, in re aliena, reſpondens iuri in eadē re ad aliquid circa illam faciendum, aut impediendum ſalua illius ſubſtantia. Porrò ab huiuſmodi habitudine, paſſiuave obligatione formaliter dicitur res aliena; quaſi habitualiter ſeruire rei, comparatione cuius habet eam obligationē: ſeruituſque quaſi habitualis, de qua loquimur, nō eſt aliud, quàm habitudo, obligatiove illa. Seruitutis definitio.

In ea definitione pro genere ponitur, habitudo, ſeu obligatio, per quā definitionis partem reijciuntur à ratione ſeruitutis ea omnia, quæ paſſiuæ obligationes non ſunt. Per partē illam, in re aliena, reijciūtur obligationes in re propria, atque adeò reijcitur ſeruitus à qua mancipium dicitur ſeruus domini ſui. Vſque adeò autem ad rationem ſeruitutis exigitur obligationē eſſe in re aliena, vt ſi quis emat, & acquirat prædium aliquod, quod comparatione alterius rei ſuæ habebat ſeruitutem aliquam, cōtinuò D in prædio illo deſinat eſſe ea ſeruitus. Ita habetur expreſsè l. 1. ff. queādmodum ſeruitus amittatur, & l. ſi quis, ff. de ſeruit. vrban. præd. Additurq; in hoc poſteriori iure, ſi is, qui emit prædium, quod comparatione rei ſuæ ſeruitutem habebat, rurſus illud vēdat, niſi exprimat ſe illud vendere cum ſeruitute, quam antea habebat, cenſetur illud vendere liberū ab ea ſeruitute: eò quòd ea ſeruitus eo ipſo deſierit, ꝙ ipſe comparauit dominium talis prædij. Idē habetur l. 27. tit. 31. par. 5. legū Caſtellæ. Per partem illam, reſpondens iuri in eadem re, reijcitur obligatio omnis, quæ nondum eſt realis, reſpondens iuri conſtituto iam in re ipſa, quæ deuincta ſit & obligata. Vnde quia, vt diſputatione 2. oſtendimus, ius in regulariter non habetur ante traditionem, eſto quis emat vſumfructum, aut aliquam aliam ſeruitutem in re aliena, ſi tamen nondum ſit ei facta traditio, aut quaſi traditio illius, nondū eſt ſeruitus illa Seruitus ius reale.

quam emit: eò quòd quemadmodum ille nondum habet ius in re, ſed ad rem, ita nõdum eſt obligatio in re illa, quæ rñdeat iuri in re. Quo fit, vt tunc ſolũ ſit obligatio perſonalis ex parte eius, qui ſeruitutẽ il lam vendidit, ad eam conſtituendam, traditionem, aut quaſi traditionem, ipſius efficiendo, & tamen ſeruitus nondum ſit. Per particulam illam, ad aliqd circa illam efficiendum, reijcitur obligatio omnis in re aliena, quæ non eſt ad aliquid in ea efficiendũ, ſed vt aliquid ex ea ſoluatur, vt obligatio, quæ oritur ex cenſuali contractu ſuper bono immobili col locato, vt quotannis tantum vel tantum ſoluatur: eſto enim ſit facta traditio, comparatumque ius in re, obligatio tamen illa non eſt ſeruitus: quia nõ eſt, vt is, cui res illa ita eſt obligata, aliquid in ea efficiat, ſed vt ex ea ſoluatur ei penſio. Additur in definitione, aut ad aliquid impediendum: quoniam non omnis ſeruitus eſt, vt aliquid in re aliena fiat, ſed quædam ſunt ne aliquid fiat, vt ex parte dictum eſt, patebitque amplius ex ſequentibus. Denique per partẽ illam, ſalua rei ſubſtantia, reijciuntur pignus & hypotheca. Licet enim obligationes pignoris & hypothecæ ſint in re aliena, iurique in eadem re reſpõdeant, ſolum tñ ſunt, vt res diſtrahi, ac vendi poſſit, vt debitum ſoluatur, qñ aliunde non fuerit vnde ſol uatur, ac proinde nec propriè eſt obligatio vt aliqd fiat aut impediatur in re aliena, neque eſt vt fiat ſalua illius ſubſtantia, atque adeò ſeruitus non eſt.

Duo quædam hoc loco admonuerim. Primum eſt. Res, quantum eſt ex ſe, liberas eſſe à ſeruitutib. & ideò ſeruitutem eſſe obligationem ſuperuenientem ſupra id, quod res alias ex ſe habebat. Quouſq; autem in prædijs, tam vrbanis, quàm ruſticis, hoc vel illud ex natura rei, aut ex diſpoſitione iuris poſitiui, vel communis, vel huius Regni, aut Regni Caſtellæ, liceat aut nõn liceat, vide ff. de operis noui nunciatione, de damno infecto, de aqua pluuia arcẽda, ne quid in loco ſacro fiat, de locis & itineribus publicis, ne quid in loco publico vel itinere fiat, & duobus titulis ſequentibus, de fluminibus, & tribus titulis ſequentibus, C. de ædificijs priuatis, & duobus titulis ſequentibus, tertia parte legum Caſtellæ, titulo vltimo, & lib. 1. Ordinationum huius Luſitaniæ Regni, titulo 49. à §. 24.

Ius in re, & ſeruitus multum à iure poſitiuo pẽdent.

Secundum eſt, ius aliquod eſſe, aut non eſſe ius in re, atque adeò reſultare, aut non reſultare ex illo ſeruitutem, pendere multum ex diſpoſitione iuris poſitiui. Vnde ex ſola diſpoſitione iuris poſitiui eſt, qd vſus, vſusfructus, & habitatio ſint iura in re, atque adeò quòd obligationes, quæ illis in rebus alienis reſpondent, ſint ſeruitutes: ſicut etiam ex ſola iuris diſpoſitione prouenit, vt ius, quod is, qui domum minus, quàm ad decennium, conduxit, ex eo contractu habet, non ſit ius in re, ac proinde, quod in domo non reſultet ſeruitus, eſto ſit facta traditio domus ad habitandum, iſque, qui illam conduxit, eam habitet. Hinc intelliges ſeruitutes eſſe de iure poſitiuo, & licet ſeruitus indiſtinctè, præſertim ſi tã amplè vocabulum vſurpetur, vt eam etiam comprehendat, à qua mancipium, ſeruus domini ſui dicitur, ſit de iure gentium, vt Inſtit. de vſu & habita. §. vltim. innuitur; ſanè, multæ in ſpecie ſolum ſunt de iure ciuili. Quare Barto. ad l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure, num. 21. non tantopere, ex §. illo, Inſt. citato debuit cõmoueri, vt cum prius aſſeruerit ſeruitutes videri de iure ciuili, tandem in eam partem inclinauerit, q̃ eſſe de iure gentium affirmat.

Seruitus alia perſonalis, alia realis.

Iam verò ſeruitus, vt habetur l. 1. ff. de ſeruit. diuiditur primò, in vniuerſalem, & realem. Quæ dictio non ſumitur ex parte obligationis, quaſi vna ſit realis rñdens iuri in re, atque adeò ad quemcũque res, quæ ſeruit, pertranſeat, tranſeat cũ illo onere & obligatione, interim dum ex alio capite ſeruitus nõ

A eſt finita, ſed diſtinctio ſumitur ex parte eius, cui immediatè debetur ſeruitus. Si namq; ſeruitus immediatè debeatur perſonæ, vt cernitur in vſufructu, vſu, & habitatione, appellatur ſeruitus perſonalis. Si verò debeatur immediatè rei, quæ non eſt perſona, vt alteri prædio, & ratione prædij cuicũq; perſonæ, ad quam prædium pro tempore ſpectauerit, appellatur ſeruitus realis, vt cõſtat apertè ex l. 1. citata.

Perſonalis quę. Realis quæ.

Hinc eſt, ꝙ ſeruitus perſonalis regulariter expiret cum perſona, cui debetur, ſi iam antea ex alio capite non expirauit, vt de vſufructu, vſu, & habitatione oſtendimus diſp. 5. & 9. Realis verò ſeruitus nõ expiret cũ domino prædij, cui ſeruitus debetur, ſed debita ſit oĩb. ad quos prædium illud tranſierit. Dixi, ſeruitutem perſonalem regulariter expirare cum perſona, cui debetur: qm̃ queadmodum emphyteuta, feudatarius, libellarius, & ſuperficiarius, veri ſũt vſufructuarij, in multis tñ differentes à cõi vſufructuario, vt diſp. 10. oſtendimus: ſic quoque obliga-
B tio realis, quæ in re aliena iuri eorum reſpondet, vera eſt ſeruitus ab ea communi ſeruitute, quę vſuifructui reſpondet, differens in multis: ea autem ſeruitus morte illorum non finitur, quin potius tranſit ad hæredes, quouſque contractus omnino finiatur.

Perſonalis quotuplex. Realis, alia vrbana, alia ruſtica. Vrbanaquę.

Seruitutem perſonalem ſubdiuidunt aliqui, in ſeruitutem merè perſonalem, qualis eſt illa, quæ reſidet in perſona aliqua comparatione alterius perſonæ, & mixtam, qualis ea eſt, quæ reſidet in re, quæ non eſt perſona, comparatione perſonę. Prioris mẽbri tradunt exemplum in ſeruitute, à qua mancipiũ ſeruus dicitur domini ſui. Eaque ratione cum Bart. in Rubr. C. de vſufruc. connumerant quatuor ſpecies ſeruitutis perſonalis: tres quæ reſpondent vſuifructui, vſui, & habitationi: & quartam hanc, quam paulò ante oſtendimus non eſſe de numero ſeruitutum, de quibus hoc loco ſermo eſt: quare ſolum ſũt tres aliæ ſpecies ſeruitutis perſonalis. Poſſumus ni-
C hilominus tradere exemplum cum Fabro & Iaſone, quos refert & ſequitur Anton. Gom. 2. tomo varia. reſol. c. 15. num. 1. in ea ſeruitute, quæ in mancipio reſultat comparatione eius, qui illius habet vſũfructum, aut vſum; eſt enim perſonæ comparatione perſonæ; eæ verò, quæ ſunt in rebus, quæ non ſũt perſonę, comparatione eorum, qui illarum habent vſumfructum, vſum, aut habitationẽ, appellari poterunt perſonales ſeruitutes mixtæ.

Realis ſeruitus diuiditur in vrbanam, & ruſticã. Vrbana ſeruitus eſt, quæ vrbano prædio debetur, ſiue à ruſtico ſiue ab vrbano prædio debeatur. Vrbanum prædium dicitur ædificium omne habitandi gratia confectum, ſiue in vrbe, ſiue in villa, aut alibi conſtructum ſit, horti etiam gratia domorum ac recreationis confecti, domibusque coniuncti, inter vrbana prædia computantur, vt vtrumque patet, l. vrbana prædia, ff. de verbo. ſignific.

Vrbanæ quot, & q̃ affirmatiuæ.

D Vrbana ſeruitus ſubdiuiditur, in affirmatiuã, & negatiuam. Affirmatiuæ ſunt, quę ſequuntur. Stillicidium admittendi, i. alienæ videlicet domus ſupra domum, aut areã propriã. Idem dic de flumine, ſeu canali alienæ domus. Itineris, ſeu aditus per alienũ prædium in domum propriam. Oneris ferẽdi, alienæ. ſ. domus ſupra proprium parietem, aut columnam. Tignum mittendi, i. ſeruitus quæ reſultat ex iure mittendi tignum aut trabem propriæ domus in domum, aut parietem alienum. Protendendi, i. ſeruitus quæ reſultat ex iure protendendi domum propriam per domum aut ſolum alienum. Proijciendi, hoc eſt, ſeruitus reſultans ex iure immittendi aquã, fimũ, &c. in ſolum aut locum alienum. Proſpectus, ſeu luminum, eſt ſeruitus præſtandæ lucis per feneſtram, aut foramen domus, aut parietis alieni, quæ in domum propriam deriuetur, ſiue cœlum videatur, ſiue non. Ita habetur l. luminum, & leg. lumen. ff. de

ff.de ſeruitutibus vrbanorum prædioru͂. Altius tollendi,eſt ſeruitus,qua quis tenetur domum aut parietem eleuare,eleuatumque conſeruare propter vtilitatem alteri domui inde prouenientem,ne videlicet videantur, quæ in ea fiunt, ex eminentiori aliquo loco,aut vt ventus,vel aliquid ſimile arceatur, aut ob quamuis aliam vtilitatem.

Negatiuæ quæ.

Negatiuæ vrbanæ ſeruitutes in negatione ſunt poſitæ. Sunt verò,quæ ſequuntur. Altius non tollendi,ædificium videlicet,aut parietem inuito domino alterius ædificij. In hac autem ſeruitute non continetur,quod in eodem loco non plantentur arbores eſto in altitudinem quamcunque ſe attollant,vt habetur l.quod autem,& l.ædificia,ff. de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Item ſeruitus ne luminib. officiatur,ædificando nempe aliquid, aut plantãdo arbores,quibus vel aſpectus cæli impediatur, vel lumen,aut radius ſolis conueniens ac vtilis alicui domui,aut ſolario. Ita habetur l.iter ſeruitutes,& duabus ſequentibus,ff.de ſeruit.vrbanorum prædioru͂. Item ſeruitus ne proſpectui officiatur,quæ in eo eſt poſita,ne quid ædificetur,aut fiat, quod gratiorem proſpectum ex aliena domo,aut vrbano prædio impediat,vt conſtat ex l.inter ſeruitutes,citata. Item ſeruitus,ſtillicidium aut flumen ſeu canalẽ propriæ domus non auertendi propter aliquam vtilitatem alterius domus,aut vrbani prædij.

Ruſtica ſeruitus quæ.

Ruſtica ſeruitus dicitur,quæ ruſtico prędio debetur. Dicuntur verò prædia ruſtica ea omnia,quæ vrbana non ſunt. Inter ruſtica computantur ſtabula, quæ ab ædificijs gratia habitandi conſtructis ſe iũcta ſunt,vt habetur l.eo iure,§.2.ff.in quibus cauſis pignus vel hypotheca.

Ruſticæ quot.

Ruſticæ ſeruitutes ſunt quæ ſequu͂tur. Iter,id eſt ſeruitus quæ conſequitur ius tranſitus hominis per vnum prædium in aliud ruſticum. Item actus,id eſt, ſeruitus quæ conſequitur ius,non ſolum trãſitus hominis,ſed & agẽdi iumentum vel vehiculum. Item via,id eſt,ſeruitus quæ conſequitur,non ſolum prædicta iura,ſed etiam ius ferendi trabes & lapides ꝑ prædium alienum:quo fit,vt ſecunda ſeruitus includat primam,& tertia includat ſecundam & primã. Hæc oïa cõſtant Inſt.de ſeruitutibus,& l.1.& 2. & l.qui ſella.ff.de ſeruitutib. ruſticorum prædiorum. Item aquæductus,id eſt,ſeruitus quę cõſequitur ius ducendi aquam per prædium alienum. Item ſeruitus,quæ conſequitur ius paſcendi pecora vnius prædij in alio prædio. Item ea,quæ dicitur pecorum appulſus,& eſt,quæ conſequitur ius appellendi ad aquam pecora vnius prædij per prædium alienum. Item aquæ hauſtus,id eſt,quæ conſequitur ius hauriendi aquam de fonte aut puteo alieno. Item ſeruitus coquendi calcem in prędio alieno. Item ſeruitus arenam fodiendi in prædio alieno. Hæc cõſtãt Inſt. de ſeruitutib.& ff.de ſeruit.ruſticorum prædioru͂.

Commemorauimus ſeruitutes oẽs,quę à Iuriſperitis cõmemorari ſolent,quarumq; fit mentio in iure. Illud admonuerim,inter vrbanas ſeruitutes annumeratas eſſe,quæ frequentius ſolent eſſe vrbanę, & inter ruſticas,q̃ ſolent eſſe ruſticæ. Id verò nõ tollit,quin pro qualitate prædij,cui prædium aliud ſeruit,quædã ex cõputatis cũ vrbanis,aliquãdo poſſint eſſe ruſticæ,& quędã ex cõputatis cum ruſticis,eſſe poſſint vrbanæ. Vt ſeruitus non attollendi domũ, ne impediatur ventus in aria ad purgãda grana deputata,erit ſeruitus ruſtica. Et ſeruitus hauriendi aquam ex puteo alieno ad domeſticam tm̃ neceſſitatem,erit ſeruitus vrbana. Nec abſurdum vllũ reputo plures eſſe ſeruitutes,quam quæ numeratæ ſunt.

Seruitus diuiditur in cõtinuã,quaſi cõtinuã,& diſcõtinuã.

Rurſus,ſeruitus in commune diuiditur, in continuam,quaſi continuam,& diſcontinuam. Quę diuiſio inſeruit multum ad doctrinam de præſcriptione,vt ſuo loco videbimus. Seruitus continua eſt,cu- A ius actus ſeu vſus,quantum eſt ex ſe, perpetuo, & continuè durat;vt ſeruitus aquæ ductus,tigni ſuſcipiendi,oneris ferendi,& ſimiles.

Continua quæ.

Seruitus quaſi continua eſt,cuius actus,quia à naturalib. cauſis pẽdet, non ſemper eſt;tamen potẽtia & in præparatione, ſi.ſ.naturales cauſæ concurrerent,ſemper eſt: vt ſtillicidium admittendi,aut auertendi.

Quaſi continua quæ.

Diſcõtinua eſt, cuius vſus non ſemper eſt,vt ſunt illæ,quarum vſus in hominum actione eſt poſitus, ab eaque pendet; iter actus via,aquæ hauſtus,foſſio arenæ,& ſimiles.

Diſcontinua quæ.

Seruitutes variè conſtituuntur.

Seruitutes variis modis conſtituuntur. Primò,lege,vt ex illa eſt manifeſtum, quæ vſufructui legali, de quo diſp.8.dictum eſt,reſpondet. De earum numero eſt,quæ l.vltima,§.vlt.C. de ſeruitutib. ſancitur,nempe,vt iuxta areã,in qua grana purgãtur, nemini liceat domum aut quippiam aliud ita attollere vt ventus impediatur,areaq; ad id muneris inutilis reddatur. De earũdem numero etiam eſt ea,quæ in Ordinationib.huius Regni titulo citato ſtatuitur, B videlicet,vt nemini liceat aperire feneſtram è regione feneſtræ vicini ſui vnde videri poſſint,quæ in aliena domo fieri poſſunt,eo namque ipſo, qđ vnus habet feneſtram in domo ſua,eſt ſeruitus legalis in hoc Regno in pariete domus vicini,q̃ eſt è regione, vt aperiri non poſſit feneſtra è regione. Similes ſũt aliæ,tam de iure cõi,q̃ de iure particulari diuerſorũ Regnorum. Quamuis,vt verum fatear,excepta ſeruitute,quæ reſpondet vſufructui legali,cęteræ,quæ inter legales numeratæ ſunt, non videãtur propriè ſeruitutes:eò ꝙ nõ reſpondeant iuri in re, quod qs in re aliena habeat,ſed ſolum ſit ius quoddam ad ꝓhibendum aliqua ex iuris diſpoſitione. Quia tñ ſeruitutibus ſunt affinia. C.de ſeruitutib.l.vlt.mentio fit de prohibitione illa,ne iuxta areas,in quibus grana purgantur,aliquid erigatur,quod ventum impediat. Deinde conſtituuntur ſeruitutes vltimis volũtatib. In iis enim,& de quibus poteſt quis liberè te- C ſtari,cõſtituere poterit ex teſtõ,quas ſeruitutes voluerit. Itẽ conſtituuntur,donatione,pactionib.& ꝑſcriptione,vt habetur Inſt.de ſeruitu.§.vlt.

Variè finiuntur.

Finiuntur ſeruitutes,finito tempore pro quo lege, pacto, donatione, aut vltima voluntate fuerant conſtitututæ. Item remiſſione ſeruitutis. Itẽ ſi quis compararet dominium prædii,quod ſibi tantum, aut alteri ſuo prædio ſeruiebat,vt ſupra dictum eſt, & etiam præſcriptione,de qua re ſuo loco dicẽdũ eſt.

DISPVTATIO XII.

Quid, & quotuplex ſit poſſeſſio.

CONſequenter dicendum eſt de poſſeſſione: tũ quod ſit quaſi vltima perfectio, complementũ que perfecti dominii: tum etiam quod illius cogni- D tio ad præſcriptionis negotium, & ad pleraque alia intelligenda,valde neceſſaria ſit.

Poſſeſſio varie dicta.

Poſſeſſio igitur duobus modis ſumitur. Vno, ꝓ obiecto,ſeu re poſſeſſa;quo pacto prædia,quæ poſſidemus,& quorũ ſumus dñi, aliquãdo iure ciuili & canonico,poſſeſſiones appellantur, vt conſtat ex l. interdum.ff.de verbo.ſign. Altero, formaliter, pro forma videlicet,ſeu re,à qua aliquis formaliter dicitur poſſeſſor,& res aliqua dr̃ poſſeſſa. Atq; de poſſeſſione hoc ſecundo mõ eſt nobis hoc loco ſermo.

Vt Paulus Iuriſconſultus l.1.in prin. ff.de acquirenda poſſeſſione ait:Poſſeſſio dicta eſt à pedibus, quaſi (vt ex Labeone refert) pedũ poſitio:eò quòd potiſſimus actus, quo poſſeſſio rerũ immobiliũ q̃ præcipuæ ſunt, cõparatur, ſit pedum in eis poſitio, vt colligitur ex l.3.in principio,ff.eod.tit. Eſto præcipuus actus,quo poſſeſſio rerum mobilium acquiri conſueuit,ſit apprehenſio earum manu,vt colligã

tur

tur ex l. 1. §. 1. ff. eod. tit. A nomine ergo inſtrumenti, quo poſseſsio rerum immobilium, quæ inter ea, quæ poſſidemus, maioris ſunt pretij, comparari cõſueuit, deſumptum eſt nomen poſseſsionis in genere. Alij quos Couar. in rubr. de teſtam. p. 1. nu. 2. refert, voluerunt dici à ſedium poſitione, Cõradus de Contractibus, q. 4. cõcluſione 3. Sylu. verbo poſſeſſio, & quidam alij affirmant, dici a pedum ſeſsione.

Cæterum iuriſperiti difficillimũ ſemper iudicarunt definire quid ſit poſseſsio, adeò vt Gloſſa l. ſtipulatio, §. hæc quoque ff. de verb. oblig. proruperit in hæc verba: Poſseſsionẽ peritiſsimi auſi non ſunt definire. Rõnem huius rei eã eſſe arbitror, ꝙ ex ſtatutis, hominumq; beneplacito pendeat, quis poſsidere, aut nõ poſſidere ſit cẽſendus, eaque rõne poſseſſio, tanquam quippiam inconſtans, minimeque certam ac inuariatam habens naturam, difficile poſſit definiri: quare mirandum non eſt, ſi nulla ex definitionibus hactenus excogitatis, plenè ſatisfaciat.

Poſſeſſionis definitio.

Prætermiſsis verò alijs definitionibus, duæ ſunt quæ plus probabilitatis habere videntur, magiſque conducunt ad naturam poſseſsionis intelligendam. Vna, quam expendemus diſputatione vltima ex ijs quas de poſseſſione conficiemus. Altera, quam examinabimus hoc loco, & quam in ſenſu cauſali tradunt Hoſtienſis in ſumma & Azo. C. de acqu. poſſeſſ. amplectunturq; Conr. loco citato; & Sylu. verbo dominium, nu. 3. verb. poſseſsio. Videlicet, Poſſeſsio eſt rei corporalis detentio, corporis, & animi, iuriſque adminiculo. Eandem definitionem paulò explicatius poſsumus ferè cum Couar. ad regulam poſſeſſor, p. 2. in initio, nu. 1. conficere in hunc modum. Eſt apprehenſio rei corporalis, vera vel ficta, corpore & animo, iuriſque adminiculo. Porro hæc definitio non tam explicat, quid poſseſsio in ſe ſit, quam modum quo comparetur, eaque, quæ ad illius acquiſitionem neceſsaria ſint: quare ſenſus definitionis eſt. Eſt apprehẽſio rei corporalis vera vel ficta, ideſt; quippiam reſultans ex apprehenſione vera vel ficta rei corporalis. Tunc autem res corporea dicitur verè apprehendi, quando accipitur manibus, ſi ſit res corporea, aut pedibus intratur, ſi ſit immobilis: hi namque ſunt naturales, præcipuiq; actus, quibus poſseſsio comparatur, vt paulò antea explicatum eſt. Tunc verò dicitur fictè apprehendi quando interuenit aliquis alius actus, qui ex iuris diſpoſitione, ſufficiens etiam ſit ad poſseſsionem cõparandam: eo enim actu, iuris fictione, cenſetur res apprehenſa. Qui autem ſint hi actus exponemus diſputatione ſequenti.

In definitionibus Hoſtienſis & Azonis, nomine, detentionis, intelligitur omnis apprehenſio vera vel ficta, quæ ex diſpoſitione iuris ſufficiens ſit ad poſseſsionem comparandam.

Dicitur in definitione, rei corporalis: quoniam rerum incorporearum, vt iurium, & ſeruitutum, nõ eſt propriè poſseſsio, ſed quaſi poſseſsio, iuxta ea quæ diſputat. 2. & 3. dicta ſunt: eò ꝙ non per ſe, ſed per aliquid reale & corporeum apprehendantur. Vnde Inſtit. de interdictis, in principio, & cap. cum Eccleſia, de cauſa poſseſ. & proprietatis, iũctis gloſſis vtrobique in verbo, quaſi poſseſsionem, ſolũ dicitur eſse quaſi poſseſsio iurium ac rerum incorporearum. Frequenter tamen harum etiam rerum dicitur eſse poſseſsio, vt beneficij, comendæ, vſusfructus, &c. Quare ſi ad harum etiam rerum poſseſsionem accommodare voluerimus definitionem traditam, expungenda ab ea erit particula illa, corporalis, vt Couarru. ad regul. poſseſsor, loco citato eam expungit, dicendumque erit, eſt apprehenſio alicuius rei vera vel ficta, &c.

Additur in definitione, corpore & animo: quoniam vt habetur l. 3. in princip. & §. in amittenda,

A & l. quemadmodum, ff. de acq. poſſeſſ. vtrumque requiritur vt poſſeſſio reſultet, apprehenſio videlicet corporalis, & animus ea apprehenſione poſſidendi, hoc eſt, habendi talem rem vt ſuam. Nõ ſufficit verò ad id ſolus animus, quia naturalis actus, quo, & ante rerum diuiſionem comparãda foret poſſeſſio, & poſt earum diuiſionem comparatur vnà cum dominio earum rerum, quæ antea nullius erant, eſt earum apprehenſio corporalis: eo enim actu comparatur dominium, & poſſeſſio ferarum, piſcium fluuiorum & maris, gemmarum, & theſaurorum, quæ antea nullius erant, vt habetur l. 1. §. 1. ff. de acquir. poſſeſ. & Inſtit. de rerum diuiſione, §. feræ, & ſequẽtibus. Neq; enim ſufficit animus habendi vt meam eam feram, q̃ video, vt dicar habere dominium, aut poſſeſſionem illius; ſi enim alius prius corpore eam apprehendat, ille eſt, qui dominium, & poſſeſſionẽ illius aſſequitur. Idẽ cernitur in theſauro, & in quacunque alia re, quæ dño caret, nec lege eſt alicui cõ-

B ceſſa. Quia ergo hic actus naturalis eſt ad poſſeſſionem comparandam, is ſanè iure ciuili, vel aliquid aliud, quod locum illius ſubiret, conſtituendus fuit ad poſſeſſionem acquirendam. Non ſufficit etiam ſola corporalis apprehenſio, vt poſſeſsio reſultet, niſi adſit etiam animus ea apprehenſione poſſidendi, habendi ve rem apprehenſam vt ſuam; quoniam cum apprehenſio multis alijs de cauſis fieri poſſit, ſæpeque re ipſa fiat, neceſſe fuit, vt per animum ea poſſidendi determinaretur, & cõtraheretur ad integram & perfectã cauſam, vnde poſseſsio reſultaret.

Poſſeſſio, & tẽtio differunt.

Apprehenſio ergo & inſiſtentia in re corporea, ſi aliquo alio animo fiat, quam habendi eam, vt ſuam, non efficit poſseſsionem, ſed tentionẽ, quæ pro varietate animi, quo res apprehenditur & tenetur, & tituli aut contractus præcedentis, ſortitur varias naturas & appellationes. Vt colonus dicitur tenere rem conductã, commodatarius rem commodatam,

C depoſitarius rem in depoſitum, & qui aliquid accipit in pignus, dicitur tenere rem in pignus, & ita de cæteris, nullus tñ eorum dicitur eas res poſſidere, ſed legitimus earũ poſseſsor eſt is, qui illas, vt ſuas, ita tenendas eis tradidit, tametſi per eos poſſidere eas dicatur naturaliter, vt ſtatim explicabimus.

Poſſeſſio naturalis & ciuilis q. ſ.

Quamdiu aliquis corpore ſimul & animo poſſidet, dr̃ in iure poſſidere naturaliter & ciuiliter. Naturaliter q̃dẽ, quatenus actu corporeo, quo poſſeſſio acquirit̃, inſiſtit in re. Ciuiliter verò, quatenus animo actuali, aut quaſi habituali, ẽt dormiens, & nihil de poſseſsione cogitãs, inſiſtit in poſseſsione rei. Et licet, ad cõparãdã poſseſsionẽ ciuilẽ, neceſse ſit ſimul concurrat naturalis poſseſsio: perſeuerare tñ põt ſola ciuilis poſseſsio ſine naturali. Vt qñ quis diſcedens corpore à re, q̃ poſſidet, animo in eam inſiſtit, quouſq; vel propria volũtate, aĩo à poſseſsione

Ciuilis comparata perſeuerat ſine naturali, & eſt potiſſima poſſeſſio.

deſiſtat, nolens amplius rẽ poſſidere, vel, iuxta iuris

D diſpoſitionem deiectus à poſseſsione, eam amiſiſſe cenſeatur. Huiuſmodi verò ciuilis poſseſsio, quæ in dormiente, abſente, & nihil de re, q̃ poſſidet, cogitãte, perſeuerat, eſt de qua potiſsimũ rõ habetur ĩ iure, & q̃ præſcriptionem inducit. Imò eſt à qua dicitur ſimpliciter quis poſſidere. Vt enim habetur, l. Clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſseſ. & alijs iuribus, ſi is, qui rem aliquam immobilem poſſidebat, ab ea diſcedat, vt quia ad nundinas proficiſcebatur, interimq; alius animo poſſidẽdi eam occupet, ſanè is, qui ita diſceſſit, amittit diſceſsu ſuo poſseſsionem naturalem quam alius per ingreſsum in eam vacuam animo illam poſſidendi comparauit: poſseſsio tamen ciuilis remanet apud eum, qui diſceſſit, quouſque reuertens in poſseſsionem naturalem non admittatur, vel ſuſpicans ſe nõ admittendum, nec præualiturum aduerſus eum, qui naturaliter eam poſſidet, ab illa aggredienda &

occupanda deſiſtit: eo enim ipſo, quòd, vel aggrediens poſſeſſionem naturalem, in eam non admittatur, vel ab ea aggredienda, putans ſe nec admittendum, nec præualiturum, deſiſtat, cenſetur deiectus à poſſeſſione ciuili, isque, qui antea ſolũ poſſidebat naturaliter, incipit poſſidere etiã ciuiliter, tametſi iniuſtè & vi, vt §. citato habetur. In illo ergo medio tẽpore, quo vnus poſſidebat ſolùm naturaliter, & alius poſſidebat ſolùm ciuiliter, is ſimpliciter cenſendus erat poſsidere, qui ciuiliter poſsidebat: is verò, qui naturaliter tantum poſsidebat, non erat dicendus poſsidere ſimpliciter, ſed cum hoc addito diminuente, naturaliter, præſertim cum poſsideret iniuſtè. Obſerua tamẽ, ad poſſeſsionem naturalem neceſſarium ſemper eſſe habere adiunctũ animum poſsidendi, habendiue rem vt ſuam, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè, & ſiue is animus poſſeſsionem efficiat ciuilem, ſiue non. Quare ſi quis, in abſentia alterius, occupaſſet rem vacuam poſſeſſore naturali, non quidem animo illam poſsidendi, ſed eam habitãdi, aut ea vtendi, non diceretur poſsidere illam naturaliter ſed ſolum tenere rem illam aliquo alio fine.

Poſſeſſio naturalis & ciuilis duæ, integrantes vnam. Diſputant Iuriſperiti, an poſseſsio ciuilis & naturalis ſint duæ poſſeſſiones, an potius vna tãtum. Couarru. ad reg. poſſeſ. p. 2. in initio, nu. 4. & 5 propendet in eam partem, vt credat eſſe vnã, qualitate dũtaxat differentem. Ant. verò Gom. ad l. 45. Tauri à nu. 19. cum cõmuniori Iuriſperitorum ſententia contendit, eſſe duas ſubiecto ab inuicem ſeparabiles, vt ex proximè dictis eſt manifeſtum. Atque hæc ſententia magis placet; modo addatur, efficere vnam totã ex vtraque conflatam, qñ in vno eodemque ſubiecto coniunguntur, ita videlicet, vt qui naturaliter, & ciuiliter poſſidet, non dicatur habere duas poſſeſſiones, ſed vnam totam ac perfectam: tametſi dupliciter poſſidere dicatur, ciuiliter ſcilicet, & naturaliter.

Sunt verò nonnulla animaduertenda hoc loco. Poſſidemus per alium. Primum eſt, interdum dici aliquẽ poſſidere aliquid per ſeipſum, interdũ verò per alium, qui ipſius noĩe poſſidet, ſiue is ſit ꝓcurator, ſiue ſeruus, ſiue filius, aut quicũq; alius. Vt. n. hẽtur l. generaliter, ff. de acq. poſ. per eũ generaliter poſſidemus, qui noſtro noĩe poſſidet. Qñ verò aliquis eius eſt conditionis, vt, qđ acquirit, non ſibi, ſed alteri acquirat vt filius patri, aut ſeruus dño, ſi rei alicuius iuſtã apprehendat poſſeſſionẽ, non eſt ipſe, qui poſſidet, ſed pater, aut dñs per eũ, vt hr̃ Inſt. per quas perſ. nobis acqu. §. item vobis, & §. item placet, & l. rem, & l. quod ſeruus, ff. de acq. poſ. Dixi, iuſtam poſſeſſionem: qm̃ ſi iniuſta eſſet, nec ſibi, nec patri, aut dño eam cõpararet, ſed maneret poſseſſio apud antiquũ poſſeſsorem, non obſtante, ꝙ is, qui incapax eſt ſibi acquirendi rẽ illam occuparet. Ita habetur iurib. citatis. Pupillus verò & furioſus per tutorem aut curatorem acquirunt poſſeſſionem, vt habetur l. 1. §. adipiſcimur, ff. de acq. poſ. vbi ſubiungitur, pupillum, ſi iudicio polleat, poſſe per ſeipſum acquirere poſſeſſionem. Obſerua tamẽ, vt per alium poſſeſſionem cõparemus, neceſſe eſſe, vt in eo ſit animus eam nobis comparãdi, vt habetur ibidem §. hęc, & §. per procuratorem. Acquirit tamen eam nobis, dicimurque per illum tã corpore, quam animo poſſidere, eſto ignoremus eã nobis eſſe acquiſitam, vt habetur l. 1. C. de acq. poſ. & l. 3. §. ſaltus, ff. eod. tit. Is tamen, qui eius eſt conditionis, vt quod acquirit, non ſibi, ſed nobis acquirat, eſto animum habeat acquirendi ſibi, & non nobis, acquirit nobis, & non ſibi, vt ex l. rem, ff. de acquir. poſ. poſ. & ex alijs iurib. citatis conſtat.

Secundum eſt. Interdum quempiam poſſidere per ſeipſum ſolum ciuiliter, & per alium naturaliter. Vt locator, per ſeipsũ poſſidet ciuiliter, & ꝑ colonum, aut inquilinum naturaliter, vt habetur l. 3. §. quòd ſi ſeruus, & §. ſaltus, ff. de acq. poſ. Per depo-

A ſitarium etiam, commodatarium, & vniuerſim per eum omnem, qui rem tenet & non poſſidet, dicitur quis naturaliter poſſidere, vt habetur Inſt. de interdictis, §. poſſidere, & alijs iuribus.

Dubium tamen emergit hoc loco, an vſufructuarius, atque adeò emphyteuta, & feudatarius, dicantur poſſidere rem, cuius habent vſumfructum, dominiumve vtile: an verò ſolus proprietarius ſit, qui per eos poſſidere dicatur. Prætermiſſis verò alijs opinionibus, quas Couar. ad regulam poſſeſsor. p. 2. in initio, à num. 4. Antonius Gomez. ad l. 45. Tauri, num. 100. & Aluarus Valaſcus de iure emphyteutico, quæſt. 18. à num. 1. referunt, breuiter dicendũ eſt. Si ſermo ſit, non quidem comparatione rei corporalis, cuius directum dominium eſt proprietarij, ſed comparatione iuris ea fruendi, cuius poſſeſſio, aut quaſi poſſeſſio, per corporeum actum comparatur, vt diſputatione ſecunda ex parte explicatum eſt, eos, & poſſidere, aut quaſi poſſidere, ciuiliter,
B quantum ſatis eſt ad iura illa, dominiumque vtile præſcribendum, & poſſidere etiam, aut quaſi poſſidere, naturaliter. Idemque dicẽdum eſt de alijs ſeruitutibus, iuribuſque in re incorporalibus. Atque in hoc tres Doctores citati tandem videntur conuenire. Si verò ſermo ſit comparatione ipſius rei corporalis, quę propriè dicitur poſſideri, dicendum eſt in primis, ſolum proprietarium poſſidere eam ciuiliter, ac proinde nec fructuarium, nec emphyteutam aut feudatarium, præſcribere poſſe proprietatem: eò quòd ſine ciuili poſseſſione eius rei, ſiue corporalis, ſiue incorporalis, quæ præſcribenda eſt, nulla ratione præſcribi poſſit. Deinde communior ſententia eſt, emphyteutam & feudatarium poſſidere naturaliter nomine proprio rem emphyteuticam: eò quòd illius habeant dominium vtile, quod ſatis eſt ad poſseſſionem naturalem rei. Idem volunt Anto. Gom. loco citato, & plerique alij de vſufructuario,
C & videtur colligi ex l. naturaliter, ff. de acq. poſ. & ex alijs iuribus. Cou. tamẽ & Aluarus Valaſcus, cũ multis alijs contrarium affirmãt. Hæc tamen apud me non magni ſunt momenti: nam quaſi poſseſſio, tam ciuilis, quàm naturalis, quam hi omnes habent in re, cuius proprietas eſt apud alium, ſufficiens eſt vt illis concedantur remedia poſseſsoria, de quibus inferius, vt colligitur ex l. vlt. ff. vti poſſid. & vt præſcribere poſſint dominium vtile, iusve, quod in ea re quaſi poſsederint. Præterea, hi omnes rem eandẽ quoad proprietatem, videntur ſimul poſſidere naturaliter nomine proprietarij, ita vt proprietarius nõ minus dicatur poſſidere per eos naturaliter proprietatem, quàm per colonum.

Tertium, quod duximus animaduertendum, eſt. Poſseſſiones omnes, tam ciuiles, quàm naturales, quarum in iure communi fit mentio, comparari actu aliquo apprehenſionis vero vel ficto, eaſque ſolas comprehendere definitionem poſseſſionis, quã
D explicamus, vt à nobis eſt propoſita. Ciuiliſſimæ poſſeſſiones ſine apprehẽſione, etiam ficta, comparatæque. Eſt verò ex peculiari iure quorundam Regnorũ genus aliud poſſeſſionis, tam ciuilis, quàm naturalis, quod abſque aliquo actu verò vel ficto, imo abſque animo poſſidendi, ſolo ſtatuto legis comparatur. Atque eiuſmodi poſseſſio, ad diſtinctionem earum, quarum in iure communi mentio habetur, appellatur à Doctoribus ciuiliſſima poſseſſio, ſiue ea ciuilis ſit, ſiue naturalis. Eiuſmodi poſseſſiones ſunt. In primis illa de iure Galliæ, multorumq; locorum in Italia, vt diſp. 3. explicauimus, qua, abſque vlla apprehenſione vera vel ficta, tranſit in hæredem poſseſſio bonorum hæreditatis. Galliæ iur. Deinde eſt illa de iure regnum Caſtellæ, qua, vt eadem diſputatione retulimus, quando aliquid donatur alicui cum pacto, aut modo, vt trãſacto certo tempore res illa deueniat ad alterũ, continuò, finito eo tempore, tertius ille cõparat poſſeſ- Ius Caſtellæ.

ſionem

ſionem illius abſque aliquo actu vero vel ficto. Item illa, qua vt ibidem diximus, iuxta legem 45. Tauri, mortuo vltimo poſſeſſore maioratus, poſſeſſio, non ſolū ciuilis, ſed etiā naturalis bonorū omniū illius maioratus, trāſit eo ipſo ad legitimū ſucceſſorē abſque aliquo actu vero vel ficto, eſto ille ignoret prædeceſſorē mortuū eſſe, & eſto alius ante mortē, vel poſt mortē vltimi poſſeſſoris, poſſeſſionē occupauerit alicuius eorū bonorū, vel vltimus poſſeſſor, dum viueret, eā illi tradiderit. Couarru. ad regulā poſſeſſor, part. 2. in initio, nu. 1. vt hanc quoq; poſſeſſionē in definitione, q̄ explicamus, cōprehendat, particulæ illi, corpore & animo, addit particulā vero vel ficto: eiuſmodi nāque poſſeſſores, ſaltem fictè, ex iuris diſpoſitione, corpore & animo poſſidēt, eſto nullum corporis aut animi actum nec verum nec fictum, quo rem, quam poſſident, apprehendant, eliciant. Idem author 3. variar. reſolut. cap. 5. & Anto Gomez. ad l. 45. Tauri, num. 111. latè & doctè contra Aretinum probant, iure poſitiuo conſtitui poſſe hāc ciuiliſſimam poſſeſſionem, quæ ſine omni actu ſit, ſola iuris diſpoſitione.

Particula vltima definitionis, nempe, iuriſq; adminiculo, non eū ſenſum habet, quaſi ea apprehenſio corpore & animo iuſta eſſe debeat, ſaltem iuxta apprehendentis æſtimationē. ea. n. rōne poſſeſſio, qua latro rē furto ablatā poſſideret, & quæcunque alia, qua quiuis alius ſciens & prudens rem aliquam iniuſtè poſſideret, nō eſſet poſſeſſio; cū tñ verè poſſeſſio ſit, tametſi iniuſta, doctoreſq; eā in definitione tradita cōprehendere intendant. Senſus ergo illius particulæ, vt Bar. l. 1. in princ. ff. de acq. poſ. exponit, eſt, vt ius non refragetur, diſpoſitione aliqua impediens, ne tali apprehenſione corpore & animo cōparetur poſſeſſio; cū tñ ſecluſa ea diſpoſitione apprehenſio ſufficiens eſſet ad eā cōparandā. Per eam particulā reijcitur à rōne poſſeſſionis, apprehenſio corpore & animo, qua laicus locū ſacrū, vt ſuū, occupare vellet. Iure nāque poſitiuo l. qui vniuerſas, §. 1. ff. de acq. poſſ. laicus incapax factus eſt poſſeſſionis loci ſacri: quare eo ipſo, ꝙ locus quem laicus poſſidebat, ſacer effectus eſt, amittit laicus poſſeſſionē illius; & eſto locum ſacrum corpore, & animo habendi illum, vt ſuum, occupet de nouo, non comparat poſſeſſionem illius. Per eandem particulam reijcitur à ratione poſſeſſionis ciuilis, apprehenſio corpore & animo, qua quis rem immobilem abſentis occupat, quouſque prior poſſeſſor præſens ſit, ad poſſeſſionemque non admittatur, aut arbitrans ſe non præualiturum, non aggrediatur occupare eam: interim namque, dum prior poſſeſſor abſens eſt, eſto alius corpore & animo poſſidendi rem immobilem apprehendat, non comparat poſſeſſionem ciuilem, vt ſupra dictum eſt, iure ciuili id ita ſtatuente. Per eandem quoque particulam in regno Caſtellæ reijcitur à ratione poſſeſſionis, tam ciuilis quàm naturalis occupatio corpore & animo poſſidēdi, qua, mortuo vltimo poſſeſſore maioratus, alius à legitimo ſucceſſore rem aliquam ad maioratum pertinētem occuparet, aut ante mortem illius occupaſſet: is namque refragante l. 45. Tauri, nec naturaliter, nec ciuiliter poſſideret, ac proinde nec remedia poſſeſſoria illi ſuffragarentur, nec tentio illa ad præſcriptionem quicquam illi prodeſſet.

DISPVT. XIII.

De actibus veris & fictis, quibus poſſeſſio comparatur.

QVi ſint actus veri, quibus poſſeſſio, tam rerum mobilium, quàm immobilium, comparatur, diſputatione præcedente explicauimus. Illud nunc

A obſeruandū eſt, qn̄ actu vero poſſeſſio cōparatur, p actum circa partem, animo tñ per partē apprehēdendi totum, cōparari poſſeſſionem totius. Quo fit, vt ad cōparandā poſſeſſionem domus: neceſſe non ſit intrare ſingulas domus partes: ſed ſatis ſit intrare domum quoad aliq̄ eius partem animo poſſidendi totā domū; & vt ad obtinendā poſſeſſionē fundi, ſatis ſit intrare, quāuis partem aut glebam fundi animo poſſidendi totum fundum. Ita habetur l. 3. in princ. ff. de acquir. poſſeſ. cuius hæc ſunt verba: Quod autem diximus, & corpore & animo acquirere nos debere poſſeſſionem, non vtique ita accipiendum eſt, vt qui fundum poſſidere velit, omnes glebas eius circumambulet, ſed ſufficit quamlibet partem eius introire, dum ea mente & cogitatione hac fit, vt totum fundum vſque ad terminum velit poſſidere. Hactenus Paulus Iuriſconſultus ibi. Ad acquirendam tamen poſſeſſionem diuerſarum domorum, aut diuerſorum prædiorum, quæ vnum B prædium non efficiant, neceſſe eſt ſingula intrare quoad aliquid vniuſcuiuſque. Quando etiam id cuius poſſeſſio apprehenditur, non eſt quippiam toti fundo commune, ſed peculiare alicuius partis, vt ſi poſſeſſio ſeruitutis itineris, aut aquæductus per aliquē fundum capiatur, tunc opus eſt intrare, actumve ſeruitutis exercere, in totam illam partem. Ad acquirendam verò poſſeſſionem vſusfructus totius alicuius fundi, ſatis eſt intrare partem quamlibet fundi animo capiendi poſſeſſionem vſusfructus totius fundi: eò quòd vſusfructus eſſe ſoleat totius fundi. Quando verò res, cuius eſt comparanda poſſeſſio, capi conſueuit, non per partem ſui, ſed per aliquid aliud, vt equus per capiſtrum, vinum, per vas, &c. tunc ſatis eſt eam accipere per id, per quod accipi conſueuit. Ita Faber Inſtit. de rerum diuiſ. §. Item ſi quis.

Poſſeſſio totius cōparatur apprehēſione partis, animo poſſidēdi totum.

De actibus fictis, quibus poſſeſſio comparatur, C diſſerunt, præter alios, Panor. cap. ex literis, de conſuetudine, nu. 9. Conradus de contractibus, qō. 14. §. vltimo, Couar. 3. variar. reſolut. cap. 16. à num. 7. & copioſius ac melius, quàm alij, Anton. Gomez. ad l. 45. Tauri, à num. 45. Illud in primis obſeruandum eſt cum Conrado loco citato, & alijs. Quando poſſeſſio non acquiritur interueniente voluntate prioris poſſeſſoris, qui eam nobis tradat, comparari non poſſe per actum fictum, ſed neceſſario debere interuenire actum verum. Quo fit, vt poſſeſſio earum rerum, quæ antea nullius erant propriæ, ſed efficiuntur primò occupantis, vt ferarum, theſaurorum, & rerum ſimilium, non comparetur, niſi per veram apprehenſionem: id quod ſatis apertè conſtat ex §. illud, Inſtitut. de rerum diuiſione, & alijs iuribus, & Doctoribus, quos Antonius Gomezius, vbi ſupra, nume. 46. citat. Fit deinde, vt poſſeſſio vi aut clam comparata, nunquam acquiratur, D niſi per veram apprehenſionem, vſque adeò, vt ſi depoſitarius clam acquirere debeat poſſeſſionem rei mobilis, quam apud ſe depoſitam habet, neceſſarium ſit apprehendat eam, moueatque de loco ſuo, vt conſtat ex l. 3. §. ſi rem. ff. de acquirend. poſſeſſ. Fit prætereà, vt eſto iudicis authoritate mittatur quis in poſſeſſionem rei, quam alius poſſidebat, non aliter comparet poſſeſſionem, quàm ſi eam verè apprehendat, niſi ſimul accedat voluntas prioris poſſeſſoris, qui eam tradat: tunc enim comparare eam poteſt per actum fictum. Ita cum Bartol. Panormitano, & pleriſque alijs, quos refert Antonius Gomez. vbi ſupra, num. 54. Excipitur, niſi per potentiam & reſiſtentiam aduerſarij, aliove iuſto impedimento, apprehendi non poſſit poſſeſſio per actum verum: tunc enim ſatis eſſet oſtendere rem, tradereque poſſeſſionem illius per viſum. Quin, ſi per viſum tradi nō poſſet, ſatis eſſet ſolo verbo eam

Poſſeſſio nō interueniente voluntate prioris Dñi, nunquam actu ficto cōparatur.

tradere, vt colligit ex l. vnus, §. vlt. & ex l. ſeq. ff. de bon. auth. iud. poſſid. & affirmant multi, quos Ant. Gomez. refert. Fit demum, vt poſſeſſionem bonorum defuncti non aliter comparare poſſit hæres, dum hæreditatem adiuit, factusque eſt dominus illius, quàm per veram apprehenſionem: eo quod nullus ſit poſſeſſor: qui eam illi tradat. Apprehenſione verò domus cenſetur etiam comparata poſſeſſio bonorum mobilium defuncti, quæ in ea continentur, ratione continentis apprehenſi; modò tamen adfuerit animus illa quoque ea ratione poſſidendi. Ita cum Bart. & alijs Ant. Gomez. vbi ſupra, nu. 40. argumento multorum iurium quæ citat.

Titulo & voluntate prioris poſſeſſoris cõcurrentibus, ficto actu cõparatur poſſeſſio.

His ita conſtitutis. Actus ficti, quibus interueniente titulo, ſimulq; concurrente volũtate prioris poſſeſſoris, q poſſeſſionẽ tradat, comparatur poſſeſſio, ſunt qui ſequũtur. Primus eſt, p viſũ. Oſtẽdente nãque antiquo poſſeſſore rẽ, cuius vult tradere poſſeſſionẽ, eãque concedente, cõparat is, cui cõcedit, poſſeſſionẽ illius, ſolo aſpectu & viſu, eſto ab ea diſtet. tex. eſt in l. 1. §. ſi iuſſerim, & in l. qđ meo, §. ſi venditorẽ, ff. de acqu. poſſ. cuius hęc ſunt verba: Si vicinũ mihi fundũ venditor ex turre demõſtret, vacuã que poſſeſſionẽ ſe tradere dicat, nõ minus poſſidere cæpi, quã ſi pedes finibus intuliſſẽ: Idẽ probant alia iura, quæ Antonius Gomez. ad l. 54. Tauri, nu. 45. citat, eſtque communis Doctorum ſententia.

Primo aſpectu.

Secũdo, traditione ſcripturæ.

Secundus, ſi antiquus poſſeſſor ei, quem in poſſeſſionem mittere vult rei alicuius, tradat ſcripturã, quã habebat, & qua conſtabat de titulo & iure, quo res illa ad ſe pertinebat: eo enim ipſo cõparat poſſeſſionem illius rei. Ita colligitur ex l. 1. C. de donatio. & affirmat communis ſententia Doctorum. Traditione quippe talis ſcripturæ & inſtrumenti, iuris fictione, cenſetur tradita res ipſa. Dubium tamẽ eſt, vtrum traditione ſcripturæ de nouo confectæ, qua venditor, aut alienator rei alicuius, ſe eã alicui tradere dicat, transferatur & acquiratur poſſeſſio. Et quidẽ arbitror in Regno Caſtellæ transferri: id nãque habetur expreſsè l. 8. tit. 30. par. 3. & conſonant l. 2. tit. 12. lib. 3. For. & l. 17. & 44. Tauri, affirmant que multi graues Iuriſperiti Hiſpani, quos Anton. Gomez. loco citato, num. 57. refert. Neque eſt ſufficiens fundamentũ, quo tam ipſe, quàm Couarr. loco citato, dubitarunt de ſenſu illarum legum, videlicet, ꝙ leges Hiſpanæ ferè nunquam corrigere intẽdant ius commune, ſed tantum illud confirmare, & declarare, vt in earum proœmio dicitur. In declaratione namque habentis poteſtatem ad extendendum ius aliquod includitur, ita illud declarare, vt extendatur ad aliquem nouum caſum. In hoc autẽ Luſitaniæ Regno dicendum eſt, traditione talis ſcripturæ non comparari poſſeſſionem, eſto in ſcriptura dicatur, eum, qui illam tradit, dimittere ex tunc poſſeſſionem, eamque transferre in eum, cui tradit talem ſcripturam: ſed neceſſariam eſſe apprehenſionem illius rei aliquo alio actu. Tali namque ſcriptura ſolum conceditur facultas occupandi poſſeſſionem authoritate propria, per ſe, vel per alium, ita vt neceſſarium non ſit à iudice, aut aliquo alio illam ei concedi. Ducor ad hæc ita aſſerendum. Quoniam de iure communi non ſufficit traditio talis ſcripturæ ad transferendam poſſeſſionem: in hoc autem Regno non eſt lex, quæ id concedat: quin potius 4. lib. Ordinationum, tit. 50 §. 3. & 4. manifeſtè innuitur contrarium, dum dicitur, vt talium ſcripturarũ poſſe vnumquemque accipere per ſe ipſum poſſeſſionem eiuſmodi rerum, modò non adſit, qui contradicat: tabellioneſque poſſe conficere huiuſmodi hominibus publica inſtrumenta, quòd per ſe ipſos poſſeſſionem acceperint, quin ad id neceſſariũ ſit, vel mandatum, vel iudicis authoritatẽ interuenire; modò videat prius ſcripturas publicas, aut eis conſtet

Ius Caſtellæ.

Ius Luſitaniæ.

A de iuſto titulo, quo res illæ ad eos perueniant, eſto eis non cõcedatur poſſe ſumere poſſeſſionẽ p ſeipſos. Prohibentur tñ tabelliones ſub certa quadã pena conficere abſq; iudicis mãdato publica inſtrumenta poſſeſſionis acceptæ, qñ neq; eis oſtenditur ſcriptura publica, qua res illæ ad eos pertineant, neque eis conſtat de iuſto aliquo titulo. Illud addiderim traditione eiuſmodi ſcripturarũ de nouo confectarũ, nõ ſolũ nõ acquiri poſſeſſionẽ, ſed neq; cenſeri traditã rẽ, ita vt illius cõparetur dñium: quare ſi alicui vendatur res aliqua, cõficiaturq; ſcriptura venditionis, eiq; tradatur, nec tñ res ipſa vendita ei tradatur actu aliquo vero vel ficto, vtique ſi idem venditor, iterum illam vendat alteri, eamq; illi tradat, ſecunda venditio eſt valida, & non prima, iuxta ea quæ diſp. 2. & 3. dicta ſunt, non obſtante traditione ſcripturæ venditionis facta primo emptori.

Audio in hoc Regno conſuetum non eſse per actum fictum hactenus explicatum accipi poſseſſionem. Aduerte tamen, quod cum comparari eo actu B poſseſſionem ſit de iure cõmuni (quod vim habet in hoc Regno, quando non eſt lex Regni, aut conſuetudo præſcripta in contrarium) & neque ſit lex Regni in contrarium, neque conſuetudo per vſum in contrarium, ſed ſolum per non vſum huius viæ ad comparandam poſſeſſionem, vtendo aliis, quæ ſub diſiunctione cum hac ad id præſcriptæ ſunt, ſanè ius cõmune hac in parte adhuc ſuam vim obtinet in hoc Regno. Sola nãq; conſuetudo per vſum in contrarium eſt, quæ vim aufert à legibus poſitiuis, quando eſt præſcripta; quod tam ad hanc, quàm ad quamcũque aliam ſimilem difficultatem in quauis alia materia eſt memoriæ commendandum.

Tertius eſt, ſi antiquus poſseſsor in prę́ſentia horrei, domus, aut alterius rei, in qua vinum, oleum, triticum, aut quæcumque aliæ res continentur, tradat claues talis horrei, domus, aut alterius rei: eo. n. ipſo qui claues accipit, cõparat poſseſſionem huiuſmodi rerum mobiliũ, quæ intus continentur, eſto non C videantur: modo, tam in dante claues, quàm in eas accipiente, ſit intentio tradendi & accipiendi poſſeſſionem. Simul etiam tranſit dominium earum rerum in accipientem claues, ſi erant tradentis claues. Quòd ſi non erant eas tradentis, is, qui illas accipit, præſcribere incipit, ſi adſit bona fides. Ita habetur l. clauibus, ff. de contrahen. empt. l. 1. §. ſi iuſſerim, ff. de acquir. poſs. l. 2. C. de peric. & commo. rei vend. l. qua ratione, §. item ſi quis merces, ff. de acqu. rerum dom. & §. item ſi quis merces, Inſti. de rerum diuiſ. Aduerte tamen, neceſsariam eſse præſentiam domus, aut horrei, in quo tales res continẽtur, vt apertè colligitur ex duobus prioribus iuribus citatis, & affirmat communis opinio, habeturque l. 7. tit. 30. par. 3. legum Caſtellæ.

Tertiò, traditione clauiũ in pſentia domus, vbi res mobiles continentur.

Quartus actus eſt, ſi poſseſsor antiquus, ad quem res pertinebat, eam vendiderit, donauerit, aut quẽ D uis alium actum translatitium dominij circa eum exercuerit, reſeruans ſibi vſumfructum: eo. n. ipſo fictione iuris, cenſetur tradidiſse proprietatẽ abſq; aliquo alio actu, isque cum quo talis contractus eſt celebratus, cenſetur comparaſse poſseſsionem. Sũt autem hæc intelligenda, ſiue antiquus poſseſsor vẽdat aut donet vnam tantum rem, & vſumfructum illius ſibi reſeruet, ſiue vẽdat aut donet omnia bona ſua, & vſumfructum eorum ſibi reſeruet; item ſiue res præſentes ſint, ſiue abſentes. Hæc omnia cõſtãt ex l. quiſquis, & ex l. ſi quis argentũ, §. ſed ſiquidem C. de don. it. & ex l. 9. titu 30. part. 3. legum Caſtellæ, eaq; affirmat communis Doctorum ſententia. Ratio verò, inter alias, eſt hæc. Quia cum nullus ſit propriè vſufructuarius, niſi dominium directũm ſit apud alium, ſanè eo ipſo, quòd quis vendit, aut donat rem aliquã conſtituendo ſe vſufructuarium illius,

Quartò, reſeruatiõe vſusfruc rei, quam cõcedit, comparat alter poſſeſſionem.

ſius, cenſetur amittere proprietatem, tradereq; dominium illius alteri, transferendo in eum poſſeſſionem ciuilem. Idem intelligendum eſt de eo, qui venderet, aut donaret rem aliquam, accipiendo ſimul eam in emphyteuſim, aut feudum, à donatatio, aut emptore: emphyteuta namque & feudatarius vſufructuarij ſunt, huiuſmodique contractus ſupponunt proprietatem eſſe apud alium.

Quinto, cõſtituendo ſe conductorẽ rei, qua concedit, comparat alter poſſeſſionẽ.

Quintus eſt, ſi antiquus poſſeſſor, ad quẽ res pertinebat, eam vendat, donet, aut quemuis aliũ actum translatitiũ dominij circa eam exerceat, conſtituendo ſe ſimul conductorem eiuſdem rei ab eo, cui ſtatuto certo aliquo pretio eam alienat: eo nãque ipſo cenſetur eam illi tradere, transferreque in eum omnem poſſeſſionem, quam habebat; idque ſiue præſens res ſit, ſiue non. Ita habetur expreſsè l. quędam mulier, ff. de rei vendic. l. qui bona fide, §. 1. & l. interdum, §. vlt. ff. de acquir. poſſ. l. ſerui emptor. ff. de peric. & commodo rei venditæ, & l. 9. tit. 30. par. 3. Ratio eſt, tum quia conductor poſsidet nomine locatoris: tum etiam quia cõtractus conductionis ſupponit dominium apud locatorem. Atque ita, ſi is, qui illam conducit, erat dominus & poſſeſſor, ſupponit ſe rem in illum transferre.

Sextò, comparante titulum, qui eã tenebat depoſitam, aut alio modo.

Sextus eſt, quando res mea, v. g. erat apud te commodata, locata, depoſita, vel aliquo alio ſimili modo, & eam tibi vendam, dono dem, mutuem, aut aliquo alio titulo translatitio dominii concedam, eo enim ipſo, virtute prioris tentionis, accedente titulo translatitio dominii, comparas poſseſsionem, niſi fortè aliquis alius tertius eam ciuiliter poſsideret, text. eſt in l. ſiue autem, verſ. ſi quis rem. ff. de Publiciana, & in l. certi condictio, §. vlt. ff. ſi certum petatur, & in §. interdum, Inſtit. de rerum diuiſ. in l. non ſolum, §. quod vulgo, ff. de vſucapion. & l. 47. tit. 28. par. 3. legum Caſtellæ.

Septimò, appoſitione cuſtodię.

Septimus eſt, quando poſt venditionẽ, donationem, aut quemuis alium actũ translatitium dominii, de voluntate alienantis, apponitur cuſtodia ex parte eius cui fit alienatio, ſiue res ſit præſens, ſiue abſens: ſtatim namque, ac cuſtos incipit cuſtodire, eſto ignoret finẽ propter quem poſitus eſt in cuſtodiam, poſseſsio talis rei tranſit in eũ, cui vendita, donata, aut quouis alio modo alienata ſit, idq; ſiue res ſit mobilis, vt pecora, ligna, triticum, &c. ſiue immobilis, vt pomarium, vinea, caſtrum, &c. Ita colligitur apertè ex l. quarundam rerum, ff. de acqui. poſs.

Octauò, ſignatione.

Octauus eſt, ſi de voluntate vendẽtis, aut quocunque titulo alienantis, emptor, ſiue quicũq; alius, cui alienetur, per ſe vel aliũ ſignet rem emptã, aut quouis alio titulo ſibi alienatam: eo enim ipſo cõparat poſseſsionem illius. Vt ſi quis emeret duas trabes de numero multarum, aut duo pecora de numero pluriũ alicuius gregis, & venditor cõcederet, vt acciperet & ſignaret, vt ſuas, duas trabes, aut duo pecora, quæ vellet, hoc ipſo, ꝙ per ſe, aut alium, aliquas ſignaret, cõpararet poſseſsionem earum, vt colligitur ex l. quòd ſi neque, ff. de peric. & commo. rei vend.

Nonò, per clauſulã conſtituti.

Nonus actus, & frequentior in vſu, eo quòd tabelliones paſsim in publicis alienationũ inſtrumentis eo vtantur, eſt, ſi antiquus poſseſsor facta venditione, aut interueniente quocunque alio actu transſlatiuo dominii, conſtituat ſe poſsidere nomine eius, cui alienat talem rẽ: eo enim ipſo poſseſsio omnis, quæ erat in alienante, tranſit in eum, cui fit alienatio mõ is, cui fit alienatio, ratũ id habeat: cũ. n. ad cõparandã poſseſsionẽ requiratur animus poſsidendi, proculdubio neceſſe eſt, vt qui per talẽ actũ acquirere dẽt poſseſsionẽ, ratũ id habeat. Quare ſi abſens ſit; nec per procuratorem, tutorem, aut curatorem ſuũ poſseſsionem acqrat, ſanè non prius eã comparat, q̃ poſtq̃ ie ratum habet, & approbat. Vñ ſi, poſt quam alienator cõſtituit ſe poſsidere nomine eius,

A cui rem alienat, vendat, & tradat eandem rem alteri, antea quam ille alius ratum habeat eum nomine ipſius poſsidere, vtique ſecunda alienatio eſt valida, non prima, per ſecundamque transfertur dominium, iuxta ea, quæ diſp. 2. dicta ſunt. Cæterum alienantem tradere poſseſsionem per hoc, quòd conſtituat ſe poſsidere nomine eius, cui fit alienatio, appellant Iuriſperiti, tradere illam per clauſulam conſtituti, hoc eſt, per clauſulam appoſitam in inſtrumento alienationis, qua conſtituit ſe poſseſsorem nomine alterius: eo enim ipſo poſsidet per eum ille, cuius nomine ſe conſtituit poſseſsorem. Obſerua tamen, neceſsarium eſse, vt is, qui alienat, tunc poſseſsor ſit eius rei, cuius ſe conſtituit poſseſsorem nomine alterius, quando alius id acceptat, ratumque habet: alioquin non transferet poſseſsionem, quam ipſe tũc non habet. Hæc omnia colliguntur ex l. ꝙ meo, l. qui bona fide, l. interdum, §. vult. ff. de acquir. poſs. & ex multis aliis iuribus, quæ Anton. Gom. ad l. 45. B Tauri, à nu. 78. citat, vbi latè diſputat de acquiſitione poſseſsionis per clauſulam conſtituti.

Illud hoc loco aduerte, vniuerſim quoties poſseſſio acqritur, cenſeri traditã rẽ, cuius cõparatur poſſeſſio. Vnde ſi præceſſit venditio, aut alius titulus dñii translatitius, eo ipſo cõparatur dñium. Obſerua tñ, ſolũ titulũ vnã cũ traditione, abſq; acquiſitione poſseſsionis, ſufficere ad dñii acqſitionem. Si nãque meus fundus ab alio poſsideať, & non à me, ſatis eſt, ſi, præcedente venditione, donatione, aut alio titulo dñii translatiuo, eũ in præſentia, aut abſentia poſsidentis, tibi tradam, vt cõpares dñium illius, eſto non acquiras poſseſsionem, ſed poſseſsio apud illũ aliũ maneat. Traditio nãque latius patet, quàm poſseſsio, & illa eſt, quæ cum titulo ſufficit ad comparandum dominium, vt conſtat ex l. traditionib. C. de pact. Hanc noſtram aſsertionẽ colligunt cõiter Doct. ex l. ſi fundum, ff. de fun. dot. Lege An C to. Gom. 2. tom. varia. reſolut. c. 15. ad fin. Idem author ad l. 45. Tauri, nu. 9. contendit, ſi verus dominus rei alicuius eam teneat abſque poſseſsione, vt ſi ſit colonus, aut depoſitarius, vel eam rem commodatam habeat à poſsidente, per clauſulã conſtituti, qua verus dominus profiteatur ſe tenere illam nomine eius, cui vendit, donat, aut alio titulo concedit rem, transferre in eum dominium illius, ita vt neceſſe non ſit illum actu vero eam apprehendere.

DISPVT. XIIII.

Seruitutum, & iurium incorporalium poſſeſſio, quomodo comparetur.

QVoniam eſt peculiaris difficultas circa modũ, quo poſseſsio ſeruitutum & iurium incorporalium, vt iuris eligendi, præſentandi, &c. compara D tur, aliquid ea de re dicendum eſt. Sit ergo prima concluſio. Concurrente vero titulo ad cõparãdum dominium, aut quaſi dominium eiuſmodi ſeruitutum ac iurium, per vſum eorum ſcientia & patientia eius, ad quem tradere, aut impedire poſseſsionẽ ſpectat (ſi ſit aliquis ad quem id ſpectet) non ſolum reſultat dominium, aut quaſi dominium eorum, ſed etiam comparatur poſseſsio. Idem dic per immiſſionem in fundum, in quo conſtituenda eſt ſeruitus, factam animo tradendi poſseſsionem ab eo, qui ſeruitutem concedit. Prior pars huius concluſionis apertè patet ex l. 2. C. de ſeruit. & aqua, & ex l. quoties. 2. ff. de ſeruitutibus, l. ſi partem, ff. quemad. ſerui. amitt. & ex multis iuribus, quæ Couarr. regu. poſſeſ. par. 2. in initio à num. 8. & Anton. Gomez. 2. tomo variar. reſol. c. 15. à nu. 23. citant, eſtq; communis Doctorum ſententia. Obſerua tamen, in euẽtu, in quo vnus eſset dominus fundi alicuius, & alius

1. Concluſ.

eſſet in eius poſſeſſione, eo ipſo, quòd ſciente domino, qui tradere vellet ſeruitutem, is, qui titulum haberet, exerceret actum talis ſeruitutis, in eo reſultaret ſolum dominium, aut quaſi dominium ſeruitutis, eo quòd illud cenſeretur traditio ſeruitutis: non tamen reſultaret poſſeſſio, niſi ſcientia & patientia eius concurreret, qui in poſſeſſione eſt fundi: cum enim proprius dominus fundi poſſeſſionem fundi non haberet, nequaquam poſſet tradire in eo poſſeſſionem ſeruitutis. Idem intellige in ſecunda parte concluſionis, quando dominus fundi mittendo aliquem in eum tradere illi vellet ſeruitutem in ipſo.

Circa poſteriorem patrem concluſionis quidam ſunt arbitrati, miſſionem in fundum ſufficere quidem ad tradendam ſeruitutem, & vt dominiũ, aut quaſi dominium ſeruitutis in eo reſultet: nõ tamen vt comparetur poſſeſſio, niſi is, qui in fundum mittitur, exerceat actum ſeruitutis ac iuris, cuius poſſeſſionem in fundo vult comparare. Ducũtur, quia iura vſum ſeruitutis, ac iuris videntur exigere ad cõparandam illius poſſeſſionem, quippe quæ nunquã ſolius miſſionis in fundũ meminerint. At verò quoniam l. 3. verſi. dare. ff. de vſufructu, & alijs iuribus apertè innuitur, poſſeſſionem vſusfructus non ſolum vſu, ſed etiam traditione ac miſsione in fundũ comparari, Innocentius c. in literis, de reſti. ſpol. & alij affirmant, peculiare eſſe in vſufructu, vt miſſione fructuarij in fundum, poſſeſsio etiam illius cõparetur, eo quòd vſufructuarius comparet dominiũ vtile fundi: poſſeſsionem verò aliorũ iurium ac ſeruitutum dicunt non comparari, niſi per vſum & actum eorũ. Placet tamen magis ſententia Antonij Gomez. loco citato, nempe in alijs etiã ſeruitutibus & iuribus acquiri poſseſsionem per immiſsionem in rem, in qua tale ius aut ſeruitus acquiri debet. Niſi fortè ſit ius aliquod, quod non conſtituatur in re aliqua peculiari, quale videtur eſse ius eligendi: tunc enim ad poſseſsionẽ videtur neceſsarius vſus talis iuris, vt ſatis apertè innuit l. ſi partem, ff. quemadmodum ſeruitus amittatur. Probat autem Antonius Gomez. ſuam ſententiã ex l. quia iter, ff. de ſeruitutibus, in qua habetur, ſeruitutes reales, & iura incorporalia acquiri quemadmodũ vſusfructus acquiritur, & ex l. ſi ego. ff. de Publiciana, in qua idem innuitur. Porrò ad comparandam poſseſsionẽ eiuſmodi iuriũ neceſsaria eſt ſcientia & patientia eius, ad quẽ pertinet eam concedere aut reſiſtere aggredienti. Tum quoniã huiuſmodi iura cum rebus immobilibus cõputantur, vt alio in loco oſtendendũ eſt: poſseſsio aũt ciuilis rerum immobiliũ non cõparatur cum ignorãtia antiqui poſseſsoris, vt diſput. 12. ex parte dictũ eſt, inferiusq; magis manifeſtũ fiet. Tum etiam ob alias rationes huius rationabilis diſpoſitionis iuris poſitiui, quas cũ Innocẽtio & alijs tradit Antonius Gomez. loco citato. Lege ẽt Panormitanum c. de quarta, de præſcriptionibus, nu. 29.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Si alius à legitimo domino poſsideat, tunc ad acquirẽdum poſſeſsionẽ ſeruitutis & iuris incorporalis, ſatis eſt vſus illius cum ſciẽtia & patientia poſseſsoris, aut immiſsio in fundum per eum facta, animo cõcedẽdi poſseſsionem: neq; requiritur patientia & ſcientia veri domini. Quare in hoc euentu præſcribi poterit ſine ſcientia veri domini tempore à iure conſtituto, modò adſit bona fides ex parte eius, qui illo modo poſsidet & præſcribit. Ita affirmant Antonius Gomez. & Couar. locis citatis, & multi alij, quos referũt, colliguntque hanc cõcluſionem ex l. ſi ego, §. 1. ff. de Publiciana, & l. vltim. C. de longi temporis præſcriptione.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Si quis ſciente & patiente domino, aut eo ad quem tradere aut prohibere poſseſſionem ſpectat, vtatur iure aliquo, vt eligendi, aut alio ſimili, comparat poſseſsionem illius, eſto careat alio titulo: modò tamen eo vtatur, intendens & credẽs ſe vti iure ſuo: modo ẽt actus ſit talis, vt ex illius natura, aut ex frequentatione, & circunſtantiis, credatur non conceſſus & permiſſus pro tũc ex gratia, ſed vt ſpectans ex iure ad exercentem. Quòd ſi tempore ad præſcribendum conſtituto perſeueret in eiuſmodi poſſeſſione, præſcribet tale ius, eſto aliũ titulum non oſtendat. Hæc concluſ. colligitur apertè ex c. cum eccleſia, de cauſa poſſeſs. & propriet. & ex l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruit. vẽdicetur, & ex l. 2. C. de ſeruitutibus, eãque per partes aſſeuerat cum Innoc. & Bar. Panorm. c. cum eccleſia, citato, n. 3. & 4. & rurſus à nu. 21. vſque ad 27. & 30. vſque ad 36. & c. bonæ memoriæ 2. de poſtul. præl. nu. 19. 20. & 21. & conſonat Ant. Gom. loco citato, cũ alijs, quos citat. Dictum eſt, modo utatur intendens & credens ſe uti iure ſuo. Quoniam, vt habetur l. vlt. ff. quemadmo. ſeruitus amitt. nullus actus eſt ſeruitutis, aut alterius iuris, niſi quo quis credit ſe uti ſuo iure huiuſmodi, per illum poſſeſſio talis iuris aut ſeruitutis non acquiritur. Præterea, ſi quis non credat eo ſe vti iure ſuo, non erit bonæ fidei poſſeſſor talis iuris, & idcirco non præſcribet. Dictum quoque eſt, modo ẽt actus ſit talis, vt ex natura ſua, aut ex frequentatione & circũſtantijs credatur non conceſſus & pmiſſus pro tunc ſolũ ex gratia: nã alioquin nullius iuris cõparabitur poſſeſſio. V. g. eſto aliquis ſæpius amicum ad cęnam vel prandium inuitet, non proinde amicus, q̃uis ſæpiſſimè conuiua fuerit, poſseſsionẽ acquirit comedendi apud illũ, qui eum inuitare cõſueuerat: qm̃ ex natura actus intelligitur id conceſſum fuiſſe ex gratia vſq; ad beneplacitum inuitãtis. Quocirca Panor. loco citato à 22. docet optimè cũ Innoc. & Bart. ex natura actus, ſpectatis reliquis circunſtantijs, arbitrio prũdentis iudicis eſse iudicandum: an vnus ſolus actus ſufficiat ad iudicãdum aliquẽ eſse in poſseſsione alicuius iuris, an uerò requirantur multi, & quot, pro veri ſimilitudine, quæ eſt, conceſſos, aut non conceſsos fuiſse ex gratia. Si em̃ aliquis electioni alicuius epiſcopi interfuit cum voce & ſuffragio, qm̃ eiuſmodi actus non vr̃ ex gratia conceſsus, eo quod non ita conſueuerit concedi, ſanè vnus ſufficit, vt quis cenſeatur eſse in poſseſsione talis iuris eligendi, modo aliunde non conſtet conceſsum fuiſse ex gratia. At vero ſi, qui ita interfuit nõ ſit de eorum numero, ad quos de iure cõi eligere ſpectat, neque aliunde probet ſe ad eligendum habere ius, vtique cũ præſumptio ſit in contrariũ, eo q̃ de iure cõi ad ſolum canonicorum Capitulum ius eligẽdi conſueuerit ſpectare, deijcietur ab eo iure, & in conſequẽtia à poſseſsione. Atque hic eſt caſus ac deciſio capit. cũ eccleſia, citati. Quòd ſi actus talis ſit, vt concedi interdum ſoleat ex gratia, vt concedi ſolet iter per alienum fundũ, profectò neque ex vno, neque ex duobus actibus cenſenda eſt poſseſsio ſeruitutis, quando non adeſt titulus, ſed ex multo pluribus, ſpectatis ceteris circũſtantiis concurrentibus.

Quarta concluſio, vſus alicuius iuris aut ſeruitutis tanto tempore, vt initium illius memoriam hominum excedat, non ſolum poſseſsionem efficit, ſed & præſcriptionem, ita vt ad id neceſsarium non ſit probare ſcientiam & patientiam eius, aduerſus quẽ erat præſcribendum, aut ad quem concedere, aut prohibere poſseſsionem ſpectabat. Semper tamen neceſsaria eſt bona fides: quoniam malæfidei poſseſsor nullo tempore præſcribit. Hæc concluſio eſt Couar. loco citato & multorum quos citat, & colligitur ex l. prima, C. de ſeruitutibus, & ex aliis iuribus. Eam etiam affirmat Gloſ. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana & æſtiua. Ratio huius concluſionis eſt, quoniam vſus bona fide iuris alicuius tanto tempore, vim habet conſuetudinis, habetque 4. Concluſ.

que priuilegium ad præſcribendum abſque alio titulo, & quin neceſſarium ſit probare ſcientiam & patientiam eius, ad quem pertinebat concedere poſſeſſionem; quin potius, ea ſcientia & patientia, atque adeò poſſeſſio eiuſmodi iuris præſumitur. Hæc dicta ſint in particulari de poſſeſſione iurium, quæ nõ modicam lucem afferent ijs, quæ in ſeq. dicẽtur. De poſſeſſione beneficij eccleſiaſtici alio in loco dicendum eſt.

DISPVTATIO XV.

De amiſſione poſſeſſionis.

Poſſeſſio ſolo animo nõ poſſidendi amittitur.

EXplicatis modis quib. poſſeſſio cõparatur, modi ét ſubijciẽdi ſunt, quibus amittitur. Poſſeſſio ſolo animo non poſſidendi amittitur, vt patet l.1.§. ſi vir, l.3.§. in amittenda, & l. ſi quis, ff. de acq. poſſ. Si quis tñ ſub tacita conditione recedat à poſseſsione, ſanè is, non ſecuta conditione, poſſeſsionem nõ amittit. Vt ſi quis eo animo poſseſsionem relinquat, vt in alterum eam transferat, certè non comparante poſseſsionem illo, in cuius gratiam eam reliquit, nõ amittit ipſe poſseſsionem: qm̃ ſub tacita ſolum conditione cenſetur illam relinquere, ſi ſcilicet alius, in cuius fauorem ipſe ab ea diſcedit, illam cõſequatur. Ita habetur l. ſi me, in princ. ff. de acq. poſs. Quod ſi abſolutè, & non ſub tacita conditione, tradat quis poſseſsionem, tunc, eſto alius eã non aſſequatur, amittit poſseſsionem. Atque in hunc modum, intelligenda ſunt iura quæ l. ſi me, videntur aduerſari.

Poſſeſſio immobiliũ vt amittatur.

Poſseſsio ciuilis rerum immobiliũ, eſto eiuſmodi res occupentur ab alio in abſentia prioris poſseſsoris aĩo eas poſsidendi ac habendi vt ſuas, non amittitur quouſque prior poſseſsor, ſciens res illas ab alio occupatas eſse animo poſsidendi, & aggrediens poſſeſsionem earũ naturalem, ad eã nõ admittatur, vel arbitrans ſe nec admittendũ, nec præualiturum, aggredi deſiſtat talem poſseſsionẽ: hoc enim dato, continuo amittit poſseſsionem ciuilem, & comparat eã qui animo poſſidendi tales res occupatas habebat, vt diſp. 12. dictũ eſt. Habetque hoc verum, ét qñ colonus, depoſitarius, aut quicũque alius, per quẽ prior poſseſsor naturaliter poſſideat, eas res vendiderit, ſiueue tradiderit illi, qui eas occupat aĩo poſsidendi: quo fit, vt ad amiſsionem poſseſsionis ciuilis rerũ immobilium neceſsaria ſit ſcientia & patientia prioris poſseſsoris, vt diſput. præcedente dicebamus. Ita habetur, non ſolum, l. clam poſsidere, §. qui ad nundinas, ſed etiam l.3.§. ſi quis, l. ſi id, §.2. l. quãuis pupillus, §.1. & l. quamuis ſaltus, ff. de acq. poſseſ. & l. vlt. C. eo. tit. Prædicta verò iura intelligenda ſolum eſse de poſseſsione rerum immobilium, affirmat gl. l. quamuis ſaltus citata, & conſtat apertè ex l. ſi rem mobilem. ff. eo. ti. & ex aliis iuribus, quę circa poſseſſionem rerum mobilium mox referemus. Per occupationem rei immobilis à mari vel à flumine, non quaſi per tranſitum, ſed permanenter, amittitur poſſeſsio illius. Ita habetur l.3.§. Labeo, & l. qui vniuerſas. §.1. ff. de acq. poſs. Pupillus & furioſus amittere nequeunt poſseſsionem ſuo animo & conſenſu proprio, ſed neceſsarius eſt conſenſus tutoris, aut curatoris, atque hoc pacto intelligendæ ſunt, l. ſi is, & l. poſseſsionem, ff. de acq. poſseſ.

Poſseſsio rerum mobilium facilius multò, quam immobilium, amittitur. Per furtum namque amittitur earum poſseſsio ciuilis, comparatque eam fur, etiã antequam is, qui poſsidebat, ſciat rem talem furto eſse ablatam, & occupatam. Item licet is, qui rem eſt furatus, ſit depoſitarius, per quẽ prior poſseſsor rem illam poſsidebat naturaliter, non ſufficit tamen in depoſitario animus denegandi rem apud ſe depoſitam, eãque poſsidendi vt ſuam, vt poſseſsionem ci-

A uilem illius comparet, ſed neceſſe eſt, vt animo vſurpandi eam ſibi, corporaliter eam apprehendat moueatque de loco ſuo. Ita habetur l.3.§. ſi rem, ff. de acq. poſſ. Per amiſſionem rerum mobilium, eſto nullus alius eas poſſideat, amittitur earum poſſeſſio. Si tamen eiuſmodi res in noſtra ſint cuſtodia, ſed non occurrant, quia indigent maiori & diligẽtiori inquiſitione, non cenſetur amiſſa earum poſſeſſio. Hæc omnia, præter ius citatum, habentur l.3. §. Nerua, l. ſi id, l. rem, & l. ſi rem, ff. de acq. poſſ. Piſcium, volucrum, & ferarum, quæ à nobis capta ſunt & poſſeſſa cum manus, cuſtodiamve noſtram effugiunt, & ad ſuam redeunt libertatem, poſſeſſionem eorum amittimus, eſto in noſtro agro, à nobiſque poſſeſſo commorentur. Columbæ tamen, quę in noſtro columbario commorantur, & cętera noſtra, fera alioquin animalia, quę conſuetudinẽ eundi ac redeundi habent, à nobis dicuntur poſſideri, eſto abeant, & redęant. Idemque eſt de apibus noſtrorum alueariorum. Ita
B habetur l.3.§. Nerua, ff. de acq. poſſeſ.

DISPVT. XVI.

De emolumentis poſſeſſionis, & de præſidiis adipiſcendæ, recuperandæ, & tuendæ poſſeſſionis.

Poſſeſſor bonæ fidei præſcribit.

POſſeſſionis emolumenta multa, nec parui momẽti profectò ea ſunt. Inter alia, bonæ fidei poſſeſſor certo quodam tpe præſcribit rem, q̃ ita poſſidet, comparatq; dñium illius, cũ tñ non eſſet ſua. Quòd ſi poſt comparatam bona fide poſſeſſionem, ante q̃ rẽ præſcribat, dubitare incipiat, an ea res ſit ſua, vel alterius, in dubio melior eſt conditio ipſius, atque ita neque rem totam, neque partem illius tenetur alteri reſtituere, ſed ſolum moralem adhibere diligẽtiã, vt certò ſciat an alterius ſit. Præterea is, qui rem poſſidet, neque eam petit in iudicio, neque ei incum-
C bit probare ſuam eſſe, eſto re vera ſua non ſit: ſed id incumbit actori ac petenti, qui eſt extra illius poſſeſſionem. Quòd ſi à probatione deficiat, aut obſcurũ ſit, ad quem res iure pertineat, ſentẽtia profertur in fauorem poſſeſſoris, vt habetur Inſt. de interdictis. §. retinendæ, idque propterea quod ſit melior conditio ipſius. Hoc verò, vt ibidem dicitur, & notat ac commendat Pan. de ſnĩa & re iud. c. cum ſuper, nu. 18. & c. Conſultationib. de offi. deleg. n.9. non leue, ſed magnum emolumentum eſt, præſertim cum ſæpe difficile admodum ſit probare rerum dominia. Qua de cauſa, vt hř §. citato, & l.1. ff. vti poſſid. litigantes prius contendere ſolent de poſſeſſione, quã de dominio aut iure, quod quiſque habet in re, de qua contendunt. Quo loco obſerua, iura & Doct. interdum contentionem de poſſeſſione appellare de poſseſsorio, & contentionem de proprietate & dominio rei appellare de petitorio.

D Propter eiuſmodi emolumenta poſseſsionis, ſunt in iure conſtituta quędam remedia, ad adipiſcendã, conſeruandam, & recuperandã poſſeſſionem, quæ iuriſperiti poſseſsoria remedia appellant, & Inſtit. C. & ff. de interdi. interdicta nuncupantur, non quidem ꝙ ſemper illis aliquid interdicatur, ac prohibeatur, ſed ꝙ à prætoribus inter duos dicebantur, vt hř Inſti. de interdi. §.1. vnde dicuntur interdicta, hoc eſt, inter duos dicta, q de poſſeſſione contendebant. Erantque formulæ quædam, quibus prætores vtebantur, à quorum principijs interdicta hæc nomina ſua aſſumpſerũt. Vnumque eorum appellatur, interdictum quorum bonorum. Alterum, interdictum vti poſſidetis. Tertium, interdictum vtrobi. Quartum, interdictum vnde vi aut clam, &c. Quamuis autem formulæ hæ, ac modus procedendi, non ſit hodie in vſu, vt Inſti. & C. de interd. habetur, remedia tamẽ illa ſunt in vſu, eiſdẽque vocabulis appellãtur.

Interdicta ſeu poſſeſſoria remedia vnde dicta.

Interdictũ quorum bonorum.

Interdictum quorum bonorum,ad poſſeſſionem
adipiſcendam ordinatur;eoque poſſeſſio bonorum,
quæ defunctus tempore mortis poſſidebat,concedi-
tur hæredi,tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato,ad
uerſus quemcumque alium poſſeſſorem, aut conten
dentem poſſeſſionem eorum:modò hæres adeat hæ
reditatem, poſſeſſionemque nunquam acquiſierit.
Si namque poſt hæreditatem aditam, poſſeſſionem
que acquiſitam,ex ea deijceretur, vel iam eſſet deie-
ctus,nõ ſubueniretur ei hoc remedio,vt habetur In-
ſtit.de interdictis,§.2. Hæc omnia habentur l.1. &
ſequentibus,ff.& C.quorum bonorum, & Inſt. de
interdictis,§.citato. Si tamen poſſeſſor aduerſus hæ
redem oſtenderet ſe titulo poſſidere, locum non ha
beret hoc interdictum, vt cum multis alijs affirmat
Antonius Gom.ad l.45. Tauri,num.128.iuxta l.1.ff.
quorum bonorum:poſſetque poſſeſſor opponere,ſe
dominum eſſe, admittereturque ea exceptio: modò
in continenti comprobaret, vt ad finem numeri ſe-
quentis Antonius Gomez.ſubiungit.

Quorum legatorum.

Aduerſus legatarium,qui abſque facultate hære-
dis occupaſſet poſſeſſionem legati ſibi relicti, cõce-
ditur hrẽdi interdictũ quorũ legatorum, vt in legati
poſſeſſionẽ mittantur,quãdo a tali legato detrahen-
da eſſet Falcidia,hoc eſt,portio quædam ipſi hęredi
iuxta iuris ciuilis diſpoſitionem debita, vt ſuo in lo-
co videbimus. Hoc totum conſtat ex l.1. & ſequẽti-
bus,ff.quorum legatorum,& ex l.vnica,C.eod.titu.

Vti poſſidetis, & vtrobi.

Interdicta,vti poſſidetis, & vtrobi, inſeruiunt ad
retinendam poſſeſſionem. Interdictum quidem, vti
poſſidetis,in rebus immobilibus:interdictum verò,
vtrobi,in reb.mobilib. Contendentibus namque ali
quibus de re aliqua,ille,horum interdictorum bene-
ficio, in poſſeſſione conſeruatur, qui tempore litis
poſſidere inuenitur:modo tamẽ non inueniatur poſ
dere vi,aut clam,vel precario ab eo,qui cum eo con
tendit,eſto ab aliquo alio poſſideat vi,clam,aut pre-
cario. Si vero dubium ſit quis eorum potius re ipſa
poſſideat,ille his interdictis tuendus eſt in poſseſſio
ne,de quo veriſimilius eſt ipſum poſſidere:quare ad
alterum ſpectabit proprietatem petere in iudicio,
probareque eam ad ſe pertinere,atque adeò directè
petere vt proprietas ſibi adiudicetur,& in conſequẽ
tiam proprietatis petere,vt in poſseſſionẽ illius mit-
tatur. Hæc omnia habentur l.1.& ſequen.ff. vti poſ
ſidetis,& l.vnica,C.vti poſſidetis,& §.retinendę,&
§.quorum ius,Inſt.de interdictis.

Vnde vi,vnde vi aut clã,& precarium.

Quędam alia interdicta inſeruiunt ad recuperan-
dam poſseſſionem amiſsam:eaque de cauſa reſtitu-
toria interdicta appellantur. Eiuſmodi ſunt interdi-
cta,vnde vi,& vnde vi aut clã,& precariũ. Is nãq; ꝙ
probat alium vi à ſe poſseſſionẽ eripuiſse aut clã,vel
precario poſſidere,hoc eſt,cũ precib. à ſe poſseſſio-
nem,aut vſum alicuius rei vſq; ad ſuũ beneplacitũ,
aut etiã ad aliquod tp̃s obtinuiſse, reſtituitur in poſ-
ſeſſionem beneficio horũ interdictorũ,aliuſq; à poſ
ſeſſione deijcitur,vt patet ff.de vi & vi arma.& ff.ꝙ
vi,aut clã,& ff.de precario. Quãuis autẽ interdictũ,
vnde,vi,quondam ſolum haberet locũ in reb.immo
bilib.in reb.vero mobilibus non,niſi qñ intra res im
mobiles continebantur,ſimulq; cũ immobilib.vſur
pabãtur,expellenſq;à poſseſſione teneretur ad om-
nes fructus & damna ſubſecuta: hodie tamen C. vn
de vi.l.ſi quis in tantã,& Inſt.de vi bonorũ raptorũ,
§.quia tamen,& Inſt.de interdict. §. ſed ex conſtitu
tionibus, vi expellens à poſseſſione tam bonorum
mobilium,quàm immobiliũ,non ſolũ pellitur à poſ
ſeſſione,& tenetur ad ea omnia,quæ dicta ſunt, ſed
etiam amittit expulſo rem illam, ſi erat ſita:quod ſi
ſua non erat, cogitur eam illi reſtituere, & inſuper
æſtimationem illius,eſto expulſus iniuſtè eam poſ-
ſideret. Si quis etiam ingrediatur poſſidendam rem
aliquam poſseſsore vacantem, ita vt neque ciuiliter

A poſſideatur,quam tamen ſciat,nõ ad ſe, ſed ad aliũ
pertinere,ſiue ſciat in particulari quiſnam ille ſit ſi-
ue nõ,ſtatuitur l.vlt.C.vnde vi,vt non ſolũ tradere
teneatur rẽ illam ei, ad quem pertinet, cũ omnibus
fructibus & dãnis ea de cauſa illi ſubſecutis,ſed etiã
teneatur vniuerſim, ad omnia ad quæ teneretur, ſi
vi poſſeſſionem illam occupaſſet. Meminiſſe tamẽ
neceſſe eſt leges has pęnales eſſe,neminemque pro-
inde ad has pęnas teneri ante latam ſententiam.

Portò ea, quæ de pœnis dicta ſunt, quas incurrit
is, qui vi poſſeſsionem occupat, alterumque ab ea
deijcit,confirmata ac ſtabilita ſũt Ordinationibus
huius Luſitaniæ Regni,lib.4.titul.50. & in Regno
Caſtellæ lib.3.Ordin.tit.14.l.2.& lib.4. fori titu.4.
l.1.& par.5.tit.13.l.11.& lib.4.nouæ collec. tit.13.
l.1.& lib.6.tit.3.l.11. Et quãuis Ordinationes huius
Regni ſolum videantur facere mentionem de poſ-
ſeſsione rerum immobilium,cum tamen nihil in cõ
trarium ſtatuant circa res mobiles,remanet circa il-
B las diſpoſitio iuris cõis legis ſi quis in tantã,ac proin
de idẽ cenſendum eſt in hoc Regno de rebus mobi
lib.& immobilib. Cou.3.var.reſol.c.16.nu.7. affir-
mat,rigorem pœnæ illius legis,ſi quis in tantam,cõi
vſu Chriſtiani orbis antiquatum eſſe,refertque teſti
monia quorundam id aſſerentiũ. Antonius tamen
Gom.ad l.45. Tauri,nu.187.& 188.perinde loqui-
tur,atque ſi antiquatus non eſſet,& in hoc Luſit. Re
gno audio antiquatum nõ eſſe, imò ordinationem,
quæ illi conſonat, vim ſuam retinere. Quod attinet
ad l.vltimam, C. vnde vi, in Ordinationibus huius Ius Luſitaniæ.
Regni loco citato,§.1.in hunc modum limitatur. Si
quis occupet rem vacuam poſſeſſione naturali, cre-
dens non eſſe ſuam (quæ occupatio ibidem dicitur
fieri,non vi vera,ſed quaſi vi) poſteaque comperiat
eſſe ſuam,admittatur ad id ſummariè probandum;
& quidem ſi intra quatuor dies,vel ſcriptura publi-
ca,vel teſtibus, in caſibus in quibus in hoc Regno
C probatio per teſtes admittitur,id probauerit,tenea-
tur nihilominus reſtituere poſſeſsionẽ antiquo poſ-
ſeſſori,non tamen prohibeatur contendere cum eo
de proprietate, & in conſequentiam proprietatis de
poſſeſsione. Si verò intra quatuor dies id non pro-
bauerit,amittat omnino ius quod habebat,nunquã-
que amplius admittatur ad id probandum.

Quando autem cenſendus ſit aliquis vi expellere
alterũ à poſſeſsione per ſe vel per alium, multis iuri
bus traditur latè,ff.de vi & vi armata,& ff.quod vi
aut clam. Obſerua tamen,ꝙ licet is,qui animo poſ-
ſidẽdi occupaſſet rẽ immobilẽ abſentis, ac proinde
poſsidentis illam ſolum ciuiliter ratione abſentiæ,
nõ cenſeretur vi propriè dicta acquiſiuiſſe naturalẽ
poſſeſsionem illius rei:ſi tamẽ vi prohiberet poſſeſ-
ſorẽ ciuiliter redeuntem,ne acciperet poſseſsionem
eiuſdẽ rei naturalem,proculdubio,quatenus ea vio-
lenta prohibitione ſpoliaret eum poſseſsione ciuili,
D quæ eo ipſo,iuxta legẽ clam poſsidere,§.qui ad nun
dinas,ff.de acquirenda poſseſsione, tranſiret in ip-
ſum,cenſendus eſſet vi propriè dicta ſpoliaſſe illum
poſseſsione ciuili,eamque ſibi cõparaſſe. Quare §.
qui ad nundinas citatus,dũ affirmat,eũ,qui ita ſpo-
liat aliũ poſseſsione ciuili poſsidere vi, intelligẽdus
eſt de vi propriè dicta. Neque is,de quo agimus,ſo-
lũ cenſendus eſt vi poſsidere,quando ad arma ven-
tum eſt,repulitq; alium conantem occupare poſſeſ-
ſionem naturalem, ſed etiã quando ille metu armo-
rum,& periculi,quod ſibi imminebat, accedere ad
occupandã poſſeſsionem naturalem non eſt auſus,
eaque ratione ſpoliatus eſt ciuili,vt colligitur ex l.1.
§.eũ qui,& l.3.in principio,ff.de vi & vi armata. Si
tamen is, qui regreditur, ſtatim iudicis authoritate
tẽtaret expellere alium à poſseſsione naturali,vtens
interdicto vti poſsidetis, petẽtque conſeruari in ſua
poſseſsione ciuili, quam adhuc retinet, tunc ille

alius, cum nondũ vi ſpoliaſſet hũc poſſeſſione ſua, non incideret in pœnam legis, ſi quis in tantam, ſed iuxta Ordinationes huius Regni incideret in pœnam legis vltimæ, C. vnde vi, moderatam, vt Ordinationes huius Regni eam moderantur.

Poſſeſſionē, etiam ciuilē, quatenus armis defendere liceat. Illud etiam obſerua, cum vt habetur, l. 1. C. vnde vi, & ff. de vi & vi arma. l. 1. §. eum qui, & l. 3. §. eũ igitur, vnicuiq; rite poſſidẽti fas ſit armis ſuam defendere poſſeſſionẽ, vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, cõſequẽs profectò eſt, eũ, qui regreditur, ſuamq; inuenit naturalem poſſeſſionem occupatã, poſſe armis, ſi ita opus ſit, expellere iniuſtè eam occupantẽ, non minus quàm qui ſimul eſt in poſſeſſione ciuili & naturali, poteſt eã armis defendere aduerſus iniuſtè eam inuadẽtem, vi eum repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ. Ratio eſt, quia defenſio ciuilis poſſeſſionis eius, qui regreditur, & inuenit rem ſuam occupatã quoad poſſeſſionem naturalem, id poſtulat: vnicuiq; autẽ fas eſt defendere ſuam legitimã poſſeſſionem aduerſus eam impedientem. Cum hac noſtra aſſertione conſonat apertè c. Olim, 1. de reſtit. ſpoliatorum, eáque affirmat Panormit. cap. item cum, eodem tit. nu. 4.

Recuperare poſſeſſionẽ vi amiſſam quatenus armis inconti nenti liceat. Illud prçtereà aduerte, vt habetur l. 3. citata, §. eũ igitur, & tradũt Ordinationes huius Regni loco citato, §. 2. nõ ſolum fas eſſe defendere propriam poſſeſſionem vim vi repellendo cũ moderamine inculpatæ tutelæ, ſed etiam, poſtquã ab ea deiecti ſumus, fas eſſe eam vi & armis cum eodẽ moderamine recuperare: modò tamen fiat incontinenti, & non ex interuallo. Quando autem cenſendũ ſit fieri incontinenti, & nõ ex interuallo, dicunt optimè Ordinationes huius Regni, appoſitè ad doctrinam Bartoli, & multorũ aliorũ, quos Antonius Gomez. in l. 45. Tauri, nu. 190. refert ac ſequitur, id arbitrio prudentis viri penſandũ iudicandumq; eſſe, ſpectata qualitate rei, de qua quis eſt expulſus, qualitate, et cõditione loci, qualitate ac potentia, tam expellẽtis, q̃ expulſi, alijsq; circunſtantijs concurrẽtibus. Si .n. inquiunt Ordinationes, expulſio facta ſit ab homine infimç ſortis, & nullius ferè potẽtiæ, alteri ſimili, aut maioris potentiæ, recuperatio in continenti, & nõ ex interuallo, cenſebitur illa, q̃ facta fuerit anteq̃ expulſus ad aliud diuertat. Quod ſi, poſtq̃ ad aliud diuertit, vi velit poſſeſſionẽ recuperare, cenſebitur non in continenti, ſed ex interuallo id efficere, ac proinde incidet in pçnã l. ſi quis in tantã. Si verò, inquiũt Ordinationes, expulſio facta eſſet à nobili, & circa rẽ magni ponderis, atq; in loco vbi expulſus nõ facilè poterat cõuocare tantam copiã hominũ, quæ, ſpectata potentia, & præſidijs eius, qui eiecit, ad recuperandã poſſeſſionẽ ſufficeret; tunc tanto tẽpore iudicandus eſt in continenti, & nõ ex interuallo, aggredi recuperationẽ rei, quanto iudicatũ fuerit indiguiſſe ad ſufficienter ſe præparandũ, morali adhibita diligentia, & ſpectatis circunſtãtijs oĩbus concurrentibus: ad q̃, inquiunt Ordinationes, aliqñ duo mẽſes non ſufficient: & Hugotio, quẽ multi ex iuris peritis ſequuntur, affirmauit interdũ nec decem annos ſufficere, ſi res occupata caſtrum ſit, controuerſiaq; ſit inter duces aut alios potentes, concurrantque aliæ circunſtantiæ, quæ moram maiorem ad recuperationem requirant. Addit Antonius Gomez. loco citato, quãdo incontinenti recuperatur poſſeſſio, cenſeri non fuiſſe amiſſam: quo fit, vt ea interruptione non impediatur prçſcriptio, vt gloſſa quedã, quam Bartolus, & alij ſequuntur, affirmat. Optimè etiam admonet, ea, quæ dicta ſunt, intelligenda eſſe, quando aliquid conceditur fieri incontinenti, & nõ ex interuallo, ad propulſandam iniuriam realem. Secus autem quando permittitur ad vindicandam iniuriam perſonalem; quo pacto marito impunè permittitur interficere vxorem & adulterum in

A adulterio deprehenſos, modò id in continẽti, & nõ ex interuallo, efficiat. In eo nãque euentu, idẽ eſt dicere, in continenti permitti, ac dicere in flagrãti delicto, videlicet ſtatim ac deprehenſi ſunt, antequàm manus eius effugiant, penituſque pro tunc euadant.

Item de poſſeſſione vſus fructus, & ſimilium iurium. Duo hoc loco obſerua. Primum eſt. Interdicta, imò & pœnam legis ſi quis in tantam, habere locũ in fructuario, quando moleſtatur, aut expellitur à ſua poſſeſſione naturali, vel etiam ciuili iuris vſusfructus, imò & in ijs qui habent quaſi poſſeſſionem ſeruitutum, aliorumque iurium incorporalium, vt colligitur ex l. 3. §. vnde vi. ff. de vi et vi armata, et ex alijs iuribus, affirmantque alij, quos ad l. 45. Tauri, nu. 191. Antonius Gomez. refert ac ſequitur.

Pœnæ vi occupãtiũ beneficium eccleſiaſticũ. Secundum eſt. Eſſe legẽ quãdam eccleſiaſticam aduerſus vi occupãtes poſſeſſionem beneficiorum eccleſiaſticorũ, ſimilem legi ſi quis in tantam: cap. namque eum qui, de præbendis, lib. 6. ſtatutum eſt, eum qui vi occupat beneficium curã animarum habens, aut in id ſcienter ſe intrudit (dicitur autem intruſus, qui ſcienter iniuſtè occupat beneficium, ſiue vi illud occupet, ſiue nõ) eſſe ipſo iure priuatũ quocumq; alio curã animarum habẽte, ſi fortè aliquod aliud habebat. Additur prætereà, eum, qui violenter occupat dignitatem, aut beneficiũ quoduis eccleſiaſticũ, eo ipſo amittere omne ius, quod ad illud habebat, ſi fortè ius aliquod ad illud habebat. Couarr. 3. variar. reſol. c. 16. num. 7. & 8. cum quibuſdam alijs affirmat, eũ, qui inuitis & contradicentibus poſſeſſoribus beneficij, poſſeſſionẽ acciperet, ĩcurrere pçnã illius capituli, quamuis haberet iuſtum titulum, & quamuis poſſeſſores reſiſtere nõ fuiſſent conati. Rationẽ reddit, quoniam illa inquit, in re ꝓpoſita, cenſetur violenta occupatio poſſeſſionis, conſonãtque ſatis verba capituli illius. Si tamẽ ingrederetur poſseſſionem beneficij vacuam, non diceretur violentus poſseſſor: quocirca non incurreret pçnam illius capituli tanquam violentus poſseſſor. Si tamen beneficiũ eſset curatum, ſcienſq; ſe ſine titulo iniuſtè occupare poſseſſionem, eam nihilominus occupaſſet, incurreret pœnam prioris partis capituli tanquam intruſus in beneficium curatum.

Poſſidere clam quis dicatur. Quod attinet ad poſseſſionem clam, illud obiter eſt aduertendum, illum poſſidere clã, qui in principio acquiſiuit clam poſseſſionem, vt in rebus mobilibus fur acquirere ſolet nõ ſolùm poſſeſſionem naturalem, ſed etiam ciuilem: in rebus tamen immobilibus, qui acquirit clam poſseſſionẽ, ſolum conſueuit comparare poſseſſionẽ naturalem, quippe cum ante ſcientiam antiqui poſseſsoris non cõparet poſſeſſionem ciuilem. Itaq; ex initio poſseſſionis acquiſitæ, iudicandum eſt, an quis clam poſſideat, vel nõ: ſi enim à principio clam acquiſiuit poſseſſionẽ, eſto poſteà manifeſtet ſe poſſidere, dicitur clam poſſidere: ſi verò in principio non acquiſiuit poſseſſionem clã, eſto poſteà eam occultet, nõ dicitur clã poſſidere, vt habetur l. clam, ff. de acquirẽda poſſeſ. & alijs in iuribus. Hæc pauca ita in genere dicta ſint de interdictis, remedij ſve poſseſsorijs. Quòd ſi lõgiorẽ deſideras diſputationem, lege inter alios Anto. Gomez. ad l. 45. Tauri, à num. 127. vſque ad 192.

DISPVT. XVII.

Poſſeſſionis definitio in ſenſu formali, nonnullæque diuiſiones poſſeſſionis.

Diſputatione 12. definitionẽ poſseſſionis in ſenſu cauſali tradidimus & explicauimus, quę plus facere videbatur ad intelligẽtiã eorũ, q̃ de poſſeſſione hactenus dicta ſunt. Supeſt inueſtigemus, quonam pacto in ſenſu formali definiri queat, nec nõ vt nõnullas poſseſſionis diuiſiones ſubijciamus,

Bart.

Bart. l. 1. in princ. ff. de acq. poſſ. credens poſſeſſionẽ eſſentialiter eſſe ius quoddã (qua in re Doctores cõiter Bar. ſequũtur) in hunc modũ definit poſſeſſionẽ in ſenſu formali. Eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri. Idẽ verò intelligit per particulã, non prohibitæ poſſideri, qđ nos per illã aliam, iuriſq; adminiculo. Hæc tñ definitio mihi nõ placet. Is namq;, qui iniuſtè poſſidet, verè poſſidet, vt ex dictis eſt manifeſtũ, Bartoluſq; ipſe affirmat: & tñ nõ habet ius ad inſiſtendum rei, q̃ poſſidet, ſed ius ad inſiſtendũ eſt in eo, qui à poſſeſſione eſt iniuſtè deiectus, & qui re vera non poſſidet. Itẽ poſſeſſio diuidit per iuſtã & iniuſtã, & poſſeſſio iuſta à iure inſiſtendi, per qđ cõpletur in eſſe poſſeſſionis iuſtę, hẽt quòd ſit iuſta: ab inſiſtẽtia verò ipſa iuris adminiculo habet, ꝙ ſit poſſeſſio: quare non in iure, ſed in inſiſtentia actuali, aut quaſi habituali, in ſenſu ſupra explicato, poſita eſt eſſentialiter poſſeſſio. Confirmatur: quoniam, qui iniuſtè poſſidet, ſed bona fide, re vera ſimpliciter & abſolutè poſſidet, eoq; poſſeſſionis genere, quod ad pręſcriptionem ſufficit, & vt licitè fruatur emolumẽtis omnibus poſſeſſionis diſputatione præcedente explicatis: cum ergo ſimpliciter non habeat ius, ſed ſolum ſecundum quid, hoc eſt, in ſua exiſtimatione; conſequens profectò eſt, poſſeſſionem eſſentialiter non eſſe ius. His rationibus permotus, arbitror poſſeſſionẽ in ſenſu formali poſſe in hũc modum definiri. Eſt inſiſtẽtia actualis, aut quaſi habitualis, in re aliqua ex apprehenſione corpore & animo iuris adminiculo proueniens.

Iniuſtè poſſidens verè poſſidet.

Poſſeſſionis definitio.

Poſſeſſio, inter alias diuiſiones, diuiditur in iniuſtam, & iuſtam. Et poſſeſſio in ſe iniuſta diuiditur, in eam, quæ ſimul eſt talis ex mente poſſidentis, atque adeò quę eſt mala fide: & in eam, quæ nõ eſt talis ex mente poſſidentis, eſtq; proinde bona fide. Simili modo poſſeſſio in tota ſua latitudine diuiditur in poſſeſſionem bonæ fidei, & malæ fidei: de qua diuiſione in materia de præſcriptione erit fuſior ſermo. Item ex parte tituli diuiditur poſſeſſio in eam, quã vulgus Iuriſperitorum coloratam appellat, nos appellare poſſumus veriſimilem, qualis eſt ea, cuius eſt titulus veriſimilis, hoc eſt, nõ apertè nullus, & in eam, quam appellant non coloratam, dicereq; poſſumus no veriſimilẽ; qualis eſt, cuius titulus eſt apertè nullus. Item poſſeſſio pro uarietate titulorũ diuiditur quaſi in varias ſpecies à titulis ipſis ſumentes nomina, vt dicitur res aliqua poſſideri, pro empta, hoc eſt, titulo emptionis, pro donata, pro legata, pro dote, &c. Similiter dicitur quis poſſidere ꝓ emptore, pro legatario, &c. Hæc de poſſeſſione dicta ſint.

Poſſeſſio colorata quæ.

DISPVT. XVIII.

Vtrum ſolæ res libero arbitrio pollentes dominij ſint capaces.

Dominij, iuris atq; iniuriæ ſola libero arbitrio prædita capacia.

Explicato integrè dñio in genere, de illius, & de iuris ſubiecto eſt dicendũ. Pars, q̃ affirmat, ex ijs quæ diſp. 1. dicta ſunt, ſatis pſpicua eſt. Quæ nãque arbitrio pdita nõ ſunt, vt iniuriæ nõ ſunt capacia, ita neq; iuris, atq; adeò nec dñij. Sanè ſi qs beſtias, non ſolũ obiectationis gratia, vt in venatione, ſed ẽt abſq; vllo emolumẽto interficiat, nullam illis iniuriã irrogat magis, q̃ ſi virgultũ de quercu abſq; vlla cã præcidat. Poterit ille quidẽ iniuriã cũ reſtitutionis onere dño animalis, aut plãtæ, inferre, ſi arborẽ illius ſuccidat, aut beſtiã ĩterficiat, nõ tñ animali, aut plãtæ, vt D. Tho. 2. 2. qõ. 64. art. 1. ad 3. adnotauit. Cũ ergo, q iuris eſt capax, iniuriæ quoq;, qua cõtra ius illud veniatur, capax ſit, efficitur, vt quę libero arbitrio expertia ſunt, iuris atque dñij non ſint capacia. Confirmatur ex illo Geneſ. 1. Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtram, & pręſit piſcibus maris, volatilib. cęli, & beſtijs vniuerſæ terræ, quaſi dicat, & eo ipſo, ꝙ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã ſit, præſit, & dñs ſit, ſicut & nos dñi ſumus: cũ ergo, vt 1. p. oſtenſum eſt, homo ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei eatenus ſit, quatenus intellectu & voluntate, liberove arbitrio eſt præditus; fit, vt quæ libero arbitrio expertia ſunt, dñij non ſint capacia. Vt e. n. quæ mente ſunt prædita, per ſuum arbitrium dñium habent ſuorũ actuũ, dum pro ſuo arbitratu eos eliciunt, eiſque vtuntur: ſic etiã per idem arbitrium capacia ſunt dominij aliarum rerum, quatenus eo ipſo, quòd illarum ſunt domini, eis tanquã ſuis vti poſſunt pro arbitratu: dominium namque ad vſum, liberamque diſpoſitionẽ rei, cuius quis eſt dominus, ordinatur. Confirmatur rurſus eadẽ pars affirmans ex illis alijs verbis, quæ Geneſ. 1. ſubiunguntur: Ecce dedi vobis herbam afferentem ſemẽ, & vniuerſa ligna, quæ habẽt in ſemetipſis ſementẽ, vt ſint vobis in eſcam & cunctis animantibus. Herba namque quæ paſtum beſtijs ſuppeditat, non beſtijs ipſis, quæ dominij capaces non ſunt, ſed hominibus data eſt; vt beſtijs, quæ homini conceſſę ſunt, inſeruirent in eſcam. Si quando ergo, quę mente carent, dominari, aut prædominari dicuntur, ſermo eſt metaphoricus, vt diſput. 1. explicatum eſt.

Dubium eſt hoc loco, an amentes & pueri ante vſum rationis dominium habeant. Etenim non defuerunt, qui id negarent, ea ducti ratione, ꝙ dominium liberum arbitrium velut fundamentum habeat. Dicendum tamen eſt, ſine dubio dños eos eſſe rerum, quæ ad ipſos ſpectant. Dñium namque in potentijs fundatur, hoc eſt, in eo, quòd ſecundum ſe & ſuam naturam natus quis ſit vti rebus per liberum arbitrium, licet arbitrium ipſum, quoad vſum, ſit impeditum, alioquin eo ipſo, quòd quis dormiret, amitteret dominium ſuarum rerum, quod eſt ridiculum. Vnde iura, & pueris, & amentibus poſſeſſionem ac dominium tribuunt, vt diſpu. 12. dictum eſt. Illud Pauli ad Galat. 4. irrefragabiliter idem cõfirmat. Quanto, inquit, tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium.

Amentes & pueri dominiũ habent.

Illud aduertendum eſt, Deum optimum maximum, creationis titulo, ita vniuerſorum eſſe dominum, vt quantumuis dominium rerum aliquarum creaturis mente præditis cõcedat, contradictionem implicet, cuiuſquam earum dominium à ſe abdicare, quaſi eiuſdem rei non maneat dominus. Quo fit, vt dominium, quod creaturæ, libero arbitrio præditæ in alias res habent, cum ſit participatio quædam diuini dñij, ſubordinatum ſemper ſit iuri ac dño, quod Deus in eaſdem res habet, & ab eo depẽdens. Cum enim Deus hominum & Angelorum ſit pleniſſimè dominus, multò plenius dominium rerum, quas illis concedit; apud ſe retinet, quàm in eos tranſeat: non ſecus ac dominus alicuius mancipij eorũ, quæ mancipium poſſidet, dominus eſt.

Deus ita Dñs omniũ vt nullius rei poſſit à ſe dominiũ abdicare.

Eſt verò Deus optimus maximus creationis titulo etiam vitæ hominum & Angelorum dominus, quàm proinde pro arbitratu poteſt ab eis auferre abſq; cuiuſquam iniuria. Quod tamen neq; creaturis ipſis, quarũ eſt vita, conuenit. Licet enim homines propriæ vitæ cuſtodes ſint, iusque habeant ea fruẽdi, eamq; defendẽdi, & idcirco iniuria illis fiat, ſi iniuſtè ab eis auferat, aut aliquid fiat, quo minuatur; non ſunt tamen illius, aut membrorum dñi, vt tractatu 3. oſtendemus. Eſt præterea Deus eodem titulo dñs rerum omnium, non ad certos & limitatos vſus, vt ſunt creaturæ comparatione rerum, quarum habent dominium, ſed ad omnes vniuerſim, etiam ad illas in nihilum redigendas. Creaturarum verò dominiũ ad multos vſus ſe non extendit: partim quia vim ad eos non habent, vt ad redigendum res in nihilum, aut ad alia ſupernaturalia circa illas

exercen-

exercendum: partim verò quia ius, quod in illis habent,ad eos vſus non ſe extendit. Hac ratione mancipij dominus:neque interficere illud poteſt, neque impedire omnino illius coniugium,vſumque ipſius. Illud tamen circa diuinum dominiũ obſerua. Quòd cum dominus actu, ſuum correlatiuum actu etiam requirat,efficitur, vt licet Deus ex æternitate fuerit potentia dominus,actu tamẽ ſolum fuerit dominus à puncto creationis rerum.

Homines domini ſunt rerum quæ cęli ambitu cõtinentur.

Vt verò Angelos omittamus,de quorum dominio non ſatis poteſt nobis in hac vita cõſtare. Homines naturali iure domini ſunt,ſaltem rerum omniũ quæ cœli ambitu continentur, etiam lucis & influentiarum cœli; Eo namque ipſo, quod naturæ author in prima rerum conſtitutione ſublunaria omnia pp hominem condidit,vt eſſent in alimentum,alioſque vſus & commoditates illius (id quod natura ipſa rerum,ordoque eorum apertè indicat)eo ipſo, inquã, dominum eorum omnium illum conſtituit, vt natura ipſa,rerumque ordo,& lumẽ naturale intellectus atteſtantur,quod eſt iure naturali eſſe hominem dominum eorum omnium quæ diximus. Porrò dominium hoc naturale ex naturis rerum nouit Ariſto.& docuit 1.Polit.c.3.& cum eo D.Tho.2.2.q.66. art. 1.Quando ergo Geneſ.1.hominib. dixit Deus, Creſcite,& multiplicamini,& replete terram,& ſubijcite eam,& dominamini piſcibus maris,&c.& rurſus Ecce dedi vobis omnem herbam &c.non contulit illius primò dominium,ſed ſolum illos docuit dominium,quod creatione ipſa fuerant conſecuti, quodque ex naturis ipſis rerum poterant per ſe ipſos intelligere. Vnde meritò non dixit, Ecce do,ſed ecce dedi vobis omnem herbam,&c.

Dixi homines naturali iure dominos eſſe, ſaltẽ rerum omnium quæ cœli ambitu cõtinentur. Quoniã dubitare quis poſſet,an etiam cęlorum eſſent Domini,poſſetque partem negantem confirmare. *Argum.1.* Primò, quoniam non poſſunt illis vti ad omnem vſum,neq; de illis perfectè diſponere:fruſtra autem natura concederet dominium rei, ad cuius vſum & diſpoſitionem neque vires neque facultatem concederet.

Secundum. Secundò,quoniam Geneſ.1.dum docetur,dominium ipſa rerum conſtitutione eis traditum, ſolum fit mentio de dominio rerum ſublunarium.

Tertium. Tertiò,quoniam Pſa.113.dr̃,cęlum cęli domino; terrã autem dedit filijs hominum : ergo dicendum eſt,ſaltem cęli empyrei,qui ſedes eſt beatorũ,homines non eſſe dominos,eſto propter illos conditũ ſit.

Cœlorum etiam ſunt homines aliquo modo domini.

Dicendum tamen eſt cum Dominico à Soto 4.de iuſtit.q.2. art. 1. etiam cęlorum eſſe homines aliquo modo dominos. Id quod docere vr̃ D.Th.1.p.q.96. art.1.dum nullam creaturam corpoream excipit,cuius dominium hominibus creatione ipſa rerum non ſit collatũ. Et 2.2.q.66.ar.1. dum nullam etiam rem externam excipit. Et confirmatur 1. Quoniam conſtat cęlos,ſolem,lunam,& cętera aſtra,non ſolum ꝑpter homines fuiſſe à Deo condita,ſed etiam in eorũ miniſterium,atque vt ex illis lumen, influentias, & cætera commoda reciperẽt:ſic.n. Moyſes Deuter.4. ait:Ne forrè,eleuatis oculis ad cęlũ videas ſolẽ,& lunã,& omnia aſtra cęli, & errore deceptus adores ea & colas,quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cęlo ſunt; cũ ergo ex eo dominium hominum circa res ſublunares colligatur,quod ſit propter hominem in vſum & cõmoditates,quas ex illis recipiunt, conſequens profectò eſt, vt & cęlorũ ſit ẽt ſuo modo dominus. Secundò,quoniã ad dominium ſatis eſt facultas pro arbitratu eis vtendi ad vſus,ad quos natura contulit nobis res,& ad vſus,qui lege diuina vel humana nõ ſunt prohibiti:homo namque dñs eſt ſui mancipij, eſto nefas ſit ei illud interficere, & dñs eſt rerũ,quas non poteſt redigere in nihilũ:ergo cum homo vti & frui poſſit aſtris,& cęlis,quoad lumen,influentias, & alias cõmoditates,quas ex eis percipit,& quarum cauſa creata ſunt,ſanè,licet cęlos deſtruere non poſſit,nec impedire eorum motum,& eſto vires ad id haberet,ne fas illi eſſet:eo quod Deus ius ad id ei non concederet,quia cederet in præiudicium aliorum & damnũ vniuerſi;id non tollit quo minus ſuo modo dicẽdus ſit illorum dominus, quoad vſus & commoditates, quas diuina inſtitutione ex illis percipit. Eſto namq; deſtruere quis poſſet integrum elementum aliquod aut ſpeciem aliquam,vt poterat Noe,dum eas incluſas habebat in arca,ſanè ius ad id non haberet: quia cederet in præiudicium aliorum & in detrimentum vniuerſi:& tñ id non idcirco dicendus eſſet non habere cũ cæteris hominib. dominiũ rerũ ſublunariũ.

Ad primũ. Ad primum ergo argumentum in contrarium dicendum eſt,ad rationem dominij neq; neceſſarium eſſe,vt q dominus eſt rei alicuius, poſſit ea vti in omnem vniuerſim vſum,ſed ſolum in eum,ad quem vires habet,& qui nec lege diuina nec humana ſit illi ꝓhibitus,neque item vt poſſit de illa quocumq; modo diſponere,ſed ſolum quoad vſus poſſibiles,transferibileſq; in alios,abſque cuiuſquam legis prohibitione. Hoc aũt modo eſſe poſſunt homines domini,ẽt cęlorum, quoad vſus & commoditates,quas ex illis poſsunt reeipere,non verò quoad naturas ipſas cęlorum,vt D.Tho.2.2.q.66.art.1.adnotauit. Diſponere etiã poſsunt de huiuſmodi commoditatibus,quo ad id fieri poſſit,vt lucem per domum ſuam cõmunicando domui alterius,&c. non tamen ita, vt in detrimentum propriæ vitæ cedat abdicare à ſe cõmoditatem aliquam,quia id iure naturali eſt prohibitum.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt,ob id Geneſ.1.factã fuiſſe mentionem ſolum de rebus ſublunaribus,qm̃ illæ plus hominibus ſunt ſubiectæ,pleniuſque dominium circa illas habent,quam circa res cæleſtes; nõ verò quod cœlorum nullum dominiũ habeant. Hac etiam ratione,licet Pſal.8.dicatur, Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius,peculiariter tamen additur,oues & boues vniuerſas,volucres cœli & piſces maris,qui ꝑambulant ſemitas maris.

Ad tertium. Ad tertium dicendum eſt,teſtimonium illud intelligendum eſse, quoad habitationem peculiari quodam modo. Eo enim pacto elegit ſibi Deus cœlum empyreum in peculiarem ſuam ſedem,habitationẽ, ac curiam,in qua Angelis beatis & ijs animabus ſanctis,quæ nihil iam expiandum habent, ſeipſum per viſionem beatificam communicat:terram autem dedit in habitationem filijs hominum,dũ eccleſiæ militantis curſus perſeuerat. Porrò in cęlum empyreũ habent etiam homines ſuo modo dominium,quatenus & tectum domus huius vniuerſi corporei eſt, q̃ hominibus eſt donata,&,iuxta D. Thomæ opinionem,in hæc inferiora influit,vt in tractatu de opere ſex dierum dictum eſt.

Dominiũ rerum corporearũ, ſolo iure naturali ſpectato, omnibus cõmune.

Illud poſtremò,vt viam diſp. 20. præmuniamus, eſt animaduertendum. Quod cum naturę author ita res omnes alias corporeas condiderit propter genus humanum,vt nihil in conſtitutione ipſa rerum,cuiq̃ hominum proprium effecerit,ſed omnes indiſtinctè in hominum commodum & vtilitatem condiderit; efficitur,vt,ſi ſolum ius naturale,primamque rerum conſtitutionem ſpectemus,dominium aliarum omnium rerum corporearum omnibus hominibus ſit commune,nullaque rerum dominia ſint inter homines diuiſa. Dona tamen,ſiue in corporea,ſiue indita à natura,ſiue propria induſtria comparata,quæ cuique hominum ineſsent, illius eſsent propria quoad dominium,vt pulchritudo,artes,ſciẽtiæ,& id genus alia,imò & honor,& fama proprijs meritis comparata,quamuis ab alienis ſuppoſitis, quoad opinionẽ vel honorem externum,penderent.

DISPV-

DISPVT. XIX.

Vtrum exiſtens extra charitatem dominij ſit capax.

Error Vualdenſium, & aliorum.

ERror fuit Vualdenſium, quem ſecuti ſunt Vuitcleffus, & Ioannes Hus, de eo in Concilio Conſtātien. ſeſ. 8. & 15. damnati, fundamentū dñij iuriſdictionis, ptātis videlicet ciuilis & eccleſiaſticæ, eſſe charitatē, ita. ſ. vt amiſſa per peccatū lethale charitate, continuo ptās ciuilis & eccleſiaſtica amitteretur. Imò quidam eorū aſſeruerunt, prædeſtinationē quoque eſſe fundamentū ptātis ciuilis & eccleſiaſticæ. Ante hos oēs fuerunt alij hæretici tēpore beati Bernardi, qui, vt ipſe ſermone 66. in Cantica refert, ſe Apoſtolicos appellabant, idemq; prorſus, ꝙ Vuircleffus & Ioānes Hus aſſeuerabāt: Armachanus quoque lib. 10. de quæſtionib. Armen. c. 4. & in dialogo inſcripto, defenſoriū pacis, affirmauit, fundamentū dñij & poteſtatis ciuilis, qualis eſt in regib. eſſe charitatē. Licet hi oēs de dominio iuriſdictionis loquantur, quia tñ argumenta, quib. nituntur, non minus cū dominio proprietatis pugnant, Conraduſque de cōtractibus q. 7. de vtroque dominio eorū errorē accipit, nos de dominio in genere qōnem excitauimus.

Argum. 1.

In confirmationē huius erroris argumentat͛ 1. Armachanus. Quia dñium oē, & ptās oīs eſt à Deo: nō autem rationi conſentaneū, vt inimicis, & inobediētib. ſuarumq; legum tranſgreſſorib. Deus hæc beneficia conferat: ſicut nec humani principes ſua munera & bona conferre ſolent inimicis & inobediētib. ergo fundamentum vtriuſque dominij eſt charitas.

Confirm.

Confirmatur, quia Oſeæ 8. non vr̄ Deus agnoſcere dominium & imperium in peccatorib. ipſi, inquit, regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui, redditurq; continuo cauſa, Argentum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interirent: ergo per peccatum poteſtas & dñium amittitur. Adde Saulem 1. Reg. 15. propter peccatum proiectū fuiſſe à Deo, ne regnaret ſuper Iſrael.

Secundum.

Secundò dominij fundamentū eſt hoīem eſſe ad imaginem & ſimilitudinē Dei, vt in diſputatione p̄cedente dictum eſt: ſed in eo, in quo non eſt charitas quiq; lethali crimine eſt infectus, non remanet Dei imago: ergo neque dñium vllū aut poteſtas in alios.

Tertium.

Tertiò, ob crimen læſæ maieſtatis humanæ amittitur dñiū: ſed lethale pc̄t̄m eſt crimē ī diuinā maieſtatē: ergo p illud amittitur dñium, & poteſtas in alios.

Dominium lethali crimine non amittitur.

Contraria tamen concluſio tanquam orthodoxa fides eſt amplectenda, nempe, per lethale crimē neutrum dominium amitti, atque adeò charitatem, nec dominij proprietatis, nec iuriſdictionis eſſe fundamētum. Ita Bernard. ſermone 66. in Cantica, Gerſō de vita ſpirituali lect. 3. Victoria in relatione de Indis Inſulanis à nu. 5. Conradus q. 7. citata, Alfonſus à Caſtro aduerſus hæreſes titulo poteſtas, & alij.

Defiīta fuit in Concil. Conſtant. ſeſſ. 8. vbi quartus art. Vuitcleffi damnatus habebat. Si Epiſcopus, vel ſacerdos, eſt in peccato mortali, non conficit, nō ordinat, non conſecrat, non baptizat. Et octauus, Si Papa ſit præſcitus & malus, & per conſequens membrum diaboli, nō hēt ptātem ſuper fideles. Decimus quintus. Nullus eſt dñs ciuilis, nullus eſt Prælatus, nullus eſt Ep̄s, dū eſt in peccato mortali, Decimuſoctauus. Parochiani poſſunt pp peccata ſuorum p̄latorum ad libitum ſuum auferre decimas. Eadem cōcluſio in eodem Concilio definita fuit ſeſ. 15. vbi ar. octauus aduerſus Ioannes Hus damnatus habebat. Sacerdotes quomodolibet criminosè viuentes ſacerdotij polluunt poteſtatem. Et trigeſimus Nullus eſt dñs ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali. Eadem concluſio ex par

A te definita eſt in Concil. Trident. ſeſs. 7. canone 12. de ſacramentis in genere, & ſeſ. 14. canone 10.

Deinde probatur concl. 1. Quoniā ſeculares principes & poteſtates, de quibus Paulus ad Rom. 13. loquebatur, ſanè infideles erant, in lethali peccato, ſine charitate, & tñ obedire illis pręcipit, illoſque miniſtros Dei eſſe affirmat, à Deoque habere eam poteſtatē. Ait namq;: Omnis anima poteſtatib. ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas niſi à Deo, q̄ aūt ſunt, à Deo ordinata ſunt: itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui aūt reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Et infra. Dei enim miniſter eſt, vindex in irā ei, qui malū agit. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, nō ſolū propter irā, ſed ēt propter cōſcientiam. Ideò. n. & tributa præſtatis. miniſtri. n. Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributū, tributū, cui vectigal, vectigal; cui timorē, timorem; & cui honorem, honorem. Et Petrus 1. ſua canonica c. 2. cum præmiſiſſet, Con

B uerſationē veſtram inter gentes habentes bonā, addit: Sibditi igitur eſtote omni humanæ creaturæ ꝓpter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquā ab eo miſſis ad vindictā malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei. Et infra. Serui ſubditi eſtote in timore domin is, non tantum bonis & modeſtis ſed etiam diſcolis: vbi peccatoribus obedire præcipit. Et Chriſtus Mat. 23. Super cathedra, inquit, Moyſi ſederūt Scribæ & Phariſæi: omn ia ergo, quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundū opera verò eorū nolite facere: ergo poteſtas, atq; adeò dominiū, per lethale peccatū nō amittit͛. Lege Bernardū ſermone 66. citato, vbi alia ſcripturæ teſtimonia doctè expēdit. Secundò, ſcriptura ſacra malos & peccatores appellat, reges, & Dauid, dum eū inſequebatur Saul, dominū ſuū & vnctum Domini eum appellabat, neq; auſus eſt extendere manum ſuam in eum, quin, vt habetur 1.

C Regum 24. quod præcidiſſet orā clamydis Saul ſilenter, percuſſit cor ſuum: eò quòd eſſet vnctus Domini: cū tñ Saul eſſet in actuali lethali peccato. Itē nec Dauid ipſe, & Salomon, nec multi alij iniqui reges, tam Iudæ, quàm Iſrael, amiſerunt regnū dū lethaliter peccauerunt, aut in peccatis perſeuerauerunt: dictum namq; erat, Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat qui mittēdus eſt: ergo per lethale peccatū dominiū nō amittitur. Tertiò, nō magis dignus eſt peccator, vt ſpolietur naturalibus, q̄ ſupernaturalibus: ſed pp peccata lethalia, quæ cum fide ac ſpe non pugnant, nō amittūtur fides & ſpes ſupernaturales, vt ſub loco in hac 2. 2. demōſtratū eſt, & quoad fidē definit Conc. Trident. ſeſſ. 6. Canone 24. ergo non amittet peccator poteſtatē ciuilem aut dominiū temporale. Quartò, ſi per peccatum lethale amitterentur poteſtas ciuilis & dominia rerum, ſanè incerta eſſent re-

D rū dominia: quippe cū incertū ſit, quis ſit in lethali peccato, & quis non: quare, præter alia incōmoda neſciretur an, & cui faciēda eſset reſtitutio. Itē via aperiretur deprædationibus & ſeditionibus, cum vnuſquiſque obtendere poſſet, ſe vſurpaſſe, aut vſurpare velle res aliorū, quòd in lethale peccatū incidiſſent, dominiūque rerum ſuarum amiſiſſent. Prætereà, incertū eſset, quiſnam eſſet legitimus dominus, cui parendum eſset, & num leges & præcepta ab eo lata vim vllam haberent: quare periret regimen & adminiſtratio rerū publicarū, & conſequenter pax, & trāquillitas hominum: ſtultum autē eſt cogitare, ſapientiſsimū Deum ſic res diſpoſuiſſe, vt tot & tā grauia incōmoda locum haberent. Poſtremò, non minus indignus eſt peccator vita & iure, ꝙ circa ſuam propriā perſonam habet, quam ſit indignus rebus exterioribus: ſed per lethale peccatum non amittit vitam, libertatem, ius, propriā vitam, ac propriam

priam libertatem defendendi,& contrahendi matrimonium: ergo neque amittit dominium rerum exteriorum. Quemadmodum. n. Deus promiſcuè bonis ac malis vitam in hoc mundo concedit vſque ad certum viæ terminum, in quo vitam ęternam promereri valeant, aut ab ea pro ſua libertate in extremam miſeriam deflectant, nec per peccatum eam continuo aufert: ſic quoque in vitæ ſubſidium, promiſcuè bonis & malis bona hæc temporalia concedit, facitque Solem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, vt Matth. 5. habetur.

Ad primũ. Ad primum ergo argumentum in contrarium neganda eſt minor. Cum enim Deus homines in hoc mundo in probationem conſtituat, eos ad pęnitentiã vſq; ad mortẽ cuiuſq; expectãs, ſanè quemadmodum malis & peccatorib. auxilia ſupernaturalia & dona pro ſua bonitate largitur, quibus eos ad ſe trahit, atq; inuitat, ſic quoque omnibus indifferẽter ſubſidia tpalia tribuit: tametſi aliqñ, vt eos deterreat & adiuuet, & vt ſeueritatẽ aliquam ſuæ iuſtitiæ in hac vita experiantur, eos in temporalib. puniat, ſterilitate, morbis, priuatione regnorũ, imò & ablatione vitæ, alijſque ſimilibus infortunijs, vt ex ſcripturis ſanctis conſtat. Ad Dei etiam prouidentiam ſpectabat, ita poteſtateſtates ciuiles & eccleſiaſticas inſtituere, vt non ſtatim commiſſo quocunque lethali peccato, vel publico, vel occulto, amitterentur, propter grauiſſima abſurda & incommoda, quæ ex contraria diſpoſitione ſequerentur, vt ex parte explicatum eſt.

Ad confir. Ad cõfirmationem dicendum eſt, Deum eo in loco conqueri, ꝙ decẽ trib. elegerint ſibi in regem Roboam & ſucceſſores eius dño inconſulto, & ꝙ poſt regem ita electum, confecerint ſibi vitulos aureos & argenteos: atq; in pęnã horum delictorum hĩnatur illis mala omnia quæ propheta eo loco cõnumerat: nõ verò affirmat reges illos amiſiſſe ius regni ſtatim poſt admiſsũ peccatum. Lege ſi placet Driedonem de libertate Chriſtiana li. 3. c. 9. Id verò ꝙ de Saule ſubiungitur, non eſt contra nos; neque. n. negamus Deũ aliqñ in pęnam iuſtam peccati priuare aliquos regno, ſicut & valetudine, ac vita. Aduerte tñ Saulẽ non ita fuiſſe deiectum de regno, quaſi aliquo tẽpore poſt peccatum non fuerit rex; ſed ita, vt in pęnam delicti, non ſuccederent illi poſteri ſui regno, ſed in eo finiretur. Quo fit, vt Dauid vnctus fuerit in regem, non vt ſtatim rex eſſet, ſed vt Sauli in regno ſuccederet. Id quod ſatis innuit Dauid, dum ſemper Saulẽ tanquam regem veneratus eſt, atque, vt ei ſuccederet, diem obitus illius expectauit.

Ad ſecundum. Ad ſecundum neganda eſt minor; homo namque quatenus per intellectũ & voluntatẽ libero arbitrio eſt præditus, dr̃ eſſe ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei, vt diſputatione p̃cedente, & latius 1. p. dictũ eſt, qđ manet amiſſa charitate per lethale peccatum. Quare argumẽtũ retorqueri optimè poteſt in aduerſarios.

Ad tertium. Ad tertium dicendum eſt, ob crimen læſæ maieſtatis humanæ amitti dominium poſita ea lege poſitiua, qua ea pœna ſtatuta eſt, accedenteque ſententia; at cum non ſit lex ſtatuta, quod per quodcunque lethale peccatum dominium amittatur, non eſt par ratio. Adde, licet lethalia peccata Deum offendant, nõ tamen eis intendi læſionem maieſtatis diuinæ, cum tamen crimina læſæ maieſtatis humanæ directè tendant in Principum, aut Reipublicæ perniciem.

DISPVT. XX.

An licitè, & quo iure, rerum dominia fuerint diuiſa.

D. Thom. quæſt. 66. art. 2.

Explicatis ijs, quę circa ſubiectum dominij in cõmune diſputanda videbantur, conſequẽter examinandum eſt, num rerum dominia licitè fuerint diuiſa, & quo iure. Et quamuis quæſtio præcipuè habeat locum in dominio proprietatis, extendi etiam poteſt ad dominium iuriſdictionis. Etenim ſtatim ac genus humanum ab innocentiæ ſtatu per peccatum corruit, neceſſarium fuit iuriſdictionis dominiũ cũ vi quadam coercente introduci, quo homines in officio continerentur, propulſarentur, & punirentur iniuriæ, paxque & tranquillitas inter eos ſeruaretur. Multiplicatis præterea hominibus, & per orbem diſperſis, neceſſe etiam fuit eiuſmodi dominium diuidi, pluresque conſtitui rectores, qui varias prouincias, ciuitates, ac populos moderarentur.

Dominium iuriſdictionis poſt Adę peccatũ neceſſarium.

Quod ergo dominia proprietatis licitè nõ fuerint diuiſa, ſuaderi poteſt. Primò, qm̃ ius humanum nullam vim habet aduerſus ea, quæ ſunt de iure naturali: quippe cuippe cum naturale ius variationi & immutationi non ſit ſubiectum, vt habetur d. 1. c. 1. & d. 6. c. vlt. pertineatque ad ius diuinum, vt tractatu p̃cedente diſp. 3. & 4. oſtenſum eſt, aduerſus quod ius humanum nullam vim habet, vt pote ius inferioris, quod aduerſus ſuperioris ius vim non poteſt habere: ſed de iure naturali ſublunaria oĩa ſũt oĩbus cõia quoad dñium, vt diſp. 18. oſtenſum eſt, & habetur c. ius naturale. d. 1. ergo rerũ diuiſio quoad dominia q̃ de iure humano fuit introducta, illicitè facta fuit.

Arg. primũ.

Secundò, Clemens c. dilectiſſimis, 12. q. 2. ait: Cõmunis vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus hominibus eſſe debuit, ſed per iniquitatem alius dixit, hoc eſſe ſuum, alius iſtud, atq; ita, inquit, inter mortales facta eſt diuiſio: ſed quod per iniquitatem eſt introductum, illicitum eſt; ergo licita non fuit rerum diuiſio.

Secundum.

Inter naturales etiam Philoſophos controuerſum fuit, expediẽtior ne eſſe communis rerum poſſeſſio, non quidem in toto orbe, ſed in vnaquaque republica, an verò diuiſio rerum quoad dominia, qualis eſt hodie. Et quidem Socrates & Plato, vt Ariſtoteles 2. Politic. c. 1. & 4. refert, in ea fuerunt ſententia, vt dicerent, expedientius multo eſſe omnia in Republica eſſe communia, non ſolum poſſeſſiones, ſed etiã vxores. Eandemque Socratis & Platonis ſentẽtiam refert etiam Clemens c. dilectiſſimis, citato. Ducebãtur, quoniã ea ratione Reſpublica eſſet maximè vna abſque diſſimilitudine, arctiorque inter homines eſſet charitas & amor. Contra verò Ariſtoteles eodẽ libro cap. 2. & 3. ſenſit, egregijſque rationibus Socratis & Platonis Rempublicam impugnauit, oſtenditque ea via multò amplius pacem, cõiunctionem, & charitatem inter ciues perturbari. Neque in republica, quę totum quoddam eſt heterogeneum partiũ varietatem exigens, eam quærendam eſſe partium ſimilitudinem ac vnitatem, quæ naturam & rationem totius deſtruat. Lege eo loco Ariſtotelem, qui ſanè præcipua omnia, quę ad rem hanc ſpectant, tetigiſſe videtur.

Verum Philoſophis omiſſis, ſit prima concluſio. Quemadmodum in innocentiæ ſtatu expediens ac decens erat communis rerum poſseſſio (vxorem excipe, quę, quoad generationis actum, cum lumine naturali, vt alio in loco eſt oſtendendum, pugnat) ita in ſtatu naturæ lapſæ, multiplicatiſque in orbe hominibus, adeò expediens, ac neceſsarium eſt res quoad dominia eſse diuiſas, vt ex communi rerum poſseſſione grauiſſima orirentur mala, & incommoda, vixque hominum ſtatus conſeruari poſset. Prior pars facilè patet. Quoniam in eo ſtatu abſq; vllo labore terra affatim ſuppeditaret hominib. neceſsaria, neque vlla in eis eſset inordinata affectio ad tẽporalia, qua vnus in alterũ iniuriã ac detrimẽtũ aliquid ſibi vellet vſurpare. Si qua etiã cultura eſset opus, illa exigua eſſet, & abſq; labore quaſi animi gratia, nulluſq; ad eã ſentientiam, aut auerſionem vllam haberet; quo fit, vt de-

1. Concluſ. Dominia vt in innocentiæ ſtatu indiuiſa, ita poſtea diuidi debuere.

vt decens ac expediens tunc fuerit communis rerũ poſſeſſio, qualis à Deo, ipſa rerum inſtitutione, fuerat hominibus collata. Poſterior verò pars probatur. Quoniam cum ex vna parte poſt peccatum terra, vt hominibus neceſſaria ſuppeditet, nimio eorũ labore & ſudore indigeat, vt experientia teſtatur, ſpinaſque & tribulos, etiam culta, germinet, vt Geneſ. 3. habetur: ex alia verò parte homines poſt peccatum ſegnes ac debiliores ad laborandum effecti ſint, abundentque prauis affectib. & cupiditatibus: ſanè ſi toti hominum communitati eſſent omnia cõmunia, nullus culturam & adminiſtrationem temporalium rerum propter laborem, & moleſtiam, quam adiunctã habet, curaret; cum tñ ſinguli optimis quibuſque rebus potiri vellent. Vnde neceſſario ſequeretur penuria & rerum egeſtas, orirentur rixę & ſeditiones inter homines circa rerum temporalium vſum, ac conſumptionem, robuſtiores opprimerẽt debiliores, nullus in rebus publicis ſeruaretur ordo, dum ſinguli ſe cæteris pares arbitrarentur, ſinguliq; proinde id muneris ſibi vellent, ꝙ plus cõmodi & honoris, minuſque moleſtiæ & difficultatis haberet, nullusq; id ſubire vellet, quod laborioſum, ſordidum, & abiectum eſſet, reiq; publicę neceſſarium: vt ergo hæc omnia abſurda tollerẽtur, vnicuique demandata eſt cura & adminiſtratio propriarum rerum, atque ita expediens ac neceſſariũ omnino fuit diuidi rerũ dominia, vt re ipſa diuiſa intuemur. De hac re Ariſtoteles 2. Politicorum, cap. 3. D. Thomas 2. 2. quæſt. 66. art. 2. Conrad. de contractibus, quæſt. 9. Medina de rebus reſtituendis, q. 1. Sotus 4. de iuſtit. q. 3. art. 1. Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. & alij. Obſeruant Contad. & Sotus locis citatis, quamuis rerum diuiſio non tollat omnino abſurda omnia & mala, quæ ſequerentur, ſi rerum dominia non eſſent diuiſa, vt tamen expediens & neceſſarium omnino ſit ea diuidi, ſatis eſſe ſi magna ex parte tollantur. Poſita namque hominum malitia & imbecillitate, quæ ſubtractionẽ iuſtitię originalis fuit ſubſecuta, nihil eſt quod naturę humanę ſufficiẽter medeatur. In ijs etiã, quę ad finẽ ordinãtur, ſatis eſt ſi mediũ aliquod expediẽtius & accommodatius ad finem iudicetur, etſi nõ perfectè & plenè, ſed magna ex parte finem attingat, vt amplectendum ſit, quando non datur aliud, quod perfectius illum attingat.

2. Concluſ. Diuiſio rerum gentiũ iure licitè fuit introducta.

Secunda concluſio. Rerum diuiſio nec eſt de iure naturali, nec de iure diuino poſitiuo, licitè tamen de iure humano gentium fuit introducta. Prior pars probatur, quoniam nullam erit oſtendere legem diuinam poſitiuam, qua rerum diuiſio ſit introducta, & vt ex dictis diſpu. 18. conſtat, ſtando in ſolo iure naturali, & conſtitutione rerum, omnibus omnia ſunt communia: ergo rerum diuiſio neque eſt de iure naturali, neque de iure diuino poſitiuo; ſed ſi aliquo iure licitè fuit introducta, illud fuit humanũ. Cum verò apud omnes gentes rerum dominia ſint diuiſa, ſanè, ſi rerum diuiſio licitè fuit introducta, iure gentium id fuit effectum: quod addo, vt in probãda poſteriori concluſionis parte, ſolum nobis probandum ſuperſit, rerum diuiſionem iure humano fuiſſe licitè introductum. Confirmatur eadem concluſionis pars ex Auguſtino c. quo iure, d. 8. ex tractatu 6. in Ioannẽ, vbi ex profeſſo probat rerum diuiſionem, neque de iure naturali, neque de iure diuino poſitiuo fuiſſe introductam, quin potius ſtando in ſolo iure naturali omnibus omnia eſſe communia, ſed eſſe de iure humano. Tolle, inquit, iura Imperatorum (id eſt ius humanum) & quis audet dicere, hæc villa mea eſt, mea eſt hæc domus,

Poſterior pars, nempe ꝙ iure humano licitè fuerit introducta, probatur. Primo, quoniã non aduerſatur iuri naturali, eſtque expediẽs & neceſſaria ad vitanda incommoda, quæ, vt paulò antea oſtendimus, ſequerentur ſi in ſtatu naturæ lapſæ rerum dominia non eſſent diuiſa, atque adeò conſona eſt rectæ rationi: ergo licitè potuit introduci iure humano. Antecedens quoad poſteriorem partem ex ſe, & ex dictis præcedente concl. eſt manifeſtum. Quoad priorẽ verò probatur. In primis, qm̃ ius naturale non prohibet, quod eſt expediens, & neceſſariũ, conſonumque rectæ rationi: ius namque naturale non impedit, quod bonũ eſt. Præterea eſt dictamen rectæ rõnis: dictamina aũt rectæ rationis adinuicẽ non aduerſantur. Deinde, qm̃ non in eo ſenſu dr̃, ſtando in ſolo iure naturali eſſe omnia oĩbus cõia, quaſi ius naturale ꝑcipiat oĩa eſſe cõia, impediatve rerum diuiſionem, ſed in eo, ꝙ cum res generi humano per creationẽ à Deo indiſtinctè ſint collatæ, ad omnes ſanè pertinẽt, niſi ſuperueniat earũ diuiſio, & appropriatio, voluntate eorũ effecta, quibus, vt de illis, quod viderint expedire, efficiant, conceſſa ſunt. Quo fit, vt iure naturali non ſit illis prohibita rerum diuiſio, ſed permiſſa. Quod arbitror verũ eſſe, non ſolũ in ſtatu naturæ lapſæ, ſed ẽt in ſtatu naturæ integræ. Potuiſſent namque homines in illo ſtatu de cõi conſenſu diuidere inter ſe & appropriare abſque cuiuſquam iniuria res omnibus à Deo cõceſſas, non ſecus ac in ſtatu naturæ lapſæ iuſtiſſimis de cauſis effectum eſt. Quia tamen id tunc non erat neceſſarium, contrariumque erat decens: veriſimile eſt in eo ſtatu diuidendas non fuiſſe: tametſi homines illi id pro arbitratu potuiſsent efficere.

Hoc loco obſerua, ꝙ ante factam quidem rerum diuiſionem, contra ius naturale foret prohibere quẽquam ab vſu rerum omnib. cõium: ſicut modo contra ius naturale eſt prohibere quemquam ne aquam ſumat de fonte omnib. cõi, aut ne tranſeat per viam publicam: eò ꝙ ius naturale præcipiat ne prohibeas quemquã ab vſu rerum omnib. communium: eſt. n. id manifeſta iniuria. Facta autem rerum diuiſione, quia deſinit cõe eſse, ꝙ antea erat cõe, deſinit quoq; eſse contra ius naturale prohibitio vſus rei alicuius. Porrò ea prohibitio deſinit eſſe contra ius naturale, non quidem variatione facta in iure naturali, quod in ſe mutationi ac variationi minimè eſt ſubiectũ, ſed facta variatione in obiecto, cui circunſtantia illa aduenit, vt cõe iam non ſit, quod antea cõe erat, ratione cuius circunſtantiæ comprehendi deſinit ſub præcepto iuris naturalis, ſub quo antea comprehendebatur. Hæc latius explicauimus tractatu præcedente. Ex his conſtat, nullum ius naturale fuiſse reuocatum in ſtatu naturæ lapſæ, vt rerum diuiſio eſſet licita: meritoque reprehendi Scot. in 4. d. 15. q. 2. & cũ eo Gabrielem ead. d. ꝙ aſseruerunt, poſt lapſum primorum parentum reuocatum fuiſse præceptum legis naturæ de poſſidendis reb. commune.

Secundò eadem pars concl. probatur, quia Deus filijs Iſrael tradidit terrã ꝓmiſſionis, q̃ à Cananęis abſtulit propter eorum peccata, & Sauli ac Dauidi tradidit regnum Iſrael, ſcripturaq; ipſa de rebus loquitur, tanq̃ debitis & appropriatis diuerſis hominibus. Imo præceptum, de non furando, ſupponit rerum diuiſionem: ergo rerum diuiſio non eſt cõtra ius naturale (alioquin ipſo iure eſset nulla) quin potius approbata eſt in ſcripturis ſacris. Vnde merito Aug. de hæreſib. ad Quoduultdeũ, hęreſi 40. cõmemorat Apoſtolicorum hæreſin, qui vſum vxorum, & poſseſſionem rerum in particulari damnabant. Et in Conc. Conſtant. ſeſs. 8. dãnatus eſt Vuitcleffus, præſertim art. 10. 36. & 44. ꝙ aſseruerit, illicitũ eſse eccleſiaſticis habere poſseſſiones. Quo fit, vt maiori cum ratione damnandi ſint, qui negant, etiã ſeculares poſſidere poſse aliquid in particulari.

Obiectio.

Obijciet aliquis. Quod lumẽ naturale intellectus iudicat ac docet, eſt de iure naturali: ſed lumen naturale intellectus iudicat ac docet, poſt peccatum ne-

ceſſariam omnino eſſe rerum diuiſionem, vt pacificus hominum ſtatus & Reipub. commodum conſeruetur: ergo de iure naturali, & non de iure gentium, introducta eſt rerum diuiſio.

Io. Medina concedit, rerum diuiſionem poſt lapſum primorum parentum eſſe de iure naturali; modo tñ ius naturale ſumatur latè, pro omni videlicet eo, quod lumen naturale intellectus iudicat eſſe faciendum. Nihilominus abſolutè dicendum eſt, neque ẽt poſt lapſum primorũ parentum eſſe de iure naturali. Cum.n. res à Deo conditæ & donatæ fuerint toti generis humani congregationi indiſtinctè, ſanè eſto ex eo, ꝙ non diuiderentur, orirentur grauiſſima mala, obligatioque proinde conſurgeret de iure naturali eas diuidendi, nihilominus anteꝗ̃ accederet tacitum vel expreſſum decretum ac ſtatutum, tum vt diuiderentur, tum etiã circa modum diuiſionis, ꝙ vel cõitas ipſa hominum ex cõi conſenſu, vel aliquis, qui omnib. præeſſet, & ad id eos cogere poſſet, ferret, qualis eſſe potuit Adam interim dũ uiueret, manſiſſent res indiuiſæ, & omnib. cões, quales à Deo conditæ & primò donatæ ſunt. Aliud namque eſt obligatio ad faciẽdam rerum diuiſionem, aliud verò ipſa rerum diuiſio. Illud quidem primũ, multiplicatis multum hominibus, imminentibuſq; aut inſurgentib. grauiſſimis malis, niſi diuiſio rerũ fieret, eſſe potuit de iure naturali, quo charitatis lege vnuſquiſque teneretur in rerum diuiſionem conſentire, eamque curare, & multo magis rector multitudinis, ſi quis eſſet, quem non dubito potuiſſe ſubditos ad id cogere, quin & ferre legem, quæ eam, vel multis inuitis, introduceret, ita vt quicquid in poſterũ vnuſquiſque iuxta eam legem compararet, efficeret illud ſibi proprium. Secundum verò, nempe ipſa actualis rerum diuiſio, ſine tacito aut expreſſo humano ſtatuto eſſe non potuit, etiam poſt peccatum. Quare non fuit de iure naturali, ſed humano: obligatio tñ, vt fieret, eſſe potuit de iure naturali, non ſemper, ſed qñ ex eo, ꝙ non fieret, imminerent grauia mala. Neque inter omnes, ſed inter eos tantum, inter quos ea mala imminerent. Atque hoc tantum eſt, quod Io. Medina voluit.

Soluitur.

Ad arg. ergo dicendum eſt, id, quód iudicat lumẽ naturale intellectus vt fiat, ſi iudicet id tanquam medium moraliter neceſſarium omnino ad finem, ad quẽ quis tenetur, eſſe de iure naturali vt fiat; ac proinde argm̃ ſolum probare, non quidem rerũ diuiſionẽ in ſe eſſe de iure naturali, ſed obligationẽ, vt fiat, eſſe de iure naturali, non ſemper, ſed pro tpe, & inter quos iudicaretur eſſe omnino neceſſaria ad vitãda grauiſſima mala inter homines. At verò id, quod iudicat lumen naturale intellectus ſolũ vt expediẽs, non verò vt neceſſariũ oĩno moraliter ad talem finem, non eſſe de iure naturali vt fiat, ſed integrũ eſſe hominib. id ſtatuere, vel non ſtatuere. Quare tãta poſſet eſſe rerum abundantia, & tã pauci potuiſſent eſſe homines, vt nullum peccatum eſſet, nõ fieri tũc rerum diuiſionem, retenta rerum poſſeſſione in cõmuni. Eo etiam modo, eorumq; hominum inſtitui poteſt communitas aliqua, vt nullum peccatum ſit, quin potius magnum meritum, in ea ſolum poſſideri res in communi, vt ſtatim amplius patebit.

Quæret aliquis, per quos homines facta fuerit rerum diuiſio. Ad cuius rei explicationem notandum eſt cum Ariſtot. 1. Polit. duplex eſſe genus poteſtatis ſuper alios homines, ꝙ ad præſens inſtitutum attinet. Quædam namque poteſtas eſt, quæ ortum habet ex ſolo iure naturali; qua de cauſa poteſtas naturalis dicitur. Talis eſt poteſtas patris in filios, & in alios deſcendentes. Alia verò eſt, quæ habet ortum ex hominũ voluntate ſe illi ſubijcere volentium, & idcirco ciuilis poteſtas appellatur. Eo.n. ipſo, ꝙ homines ad vnam rempublicam, ſeu congregationem

Poteſtas, alia iuris naturalis, alia poſitiui.

A conſtituendã adunantur, reſpub. ipſa habet poteſtatem in ſingulas partes, poteſtque tota reſpublica eã poteſtatem, quam habet, trãsferre in vnum quendã, aut plures qui eam regant. Indeque ortum habuerunt legitimæ Regum poteſtates, maiores vel minores, prout à Rebus ipſis publicis cum pleniori, aut minus plena poteſtate inſtituti ſunt. Inde etiam habuerunt ortum legitimæ aliæ poteſtates aliorum rectorum earum Rerumpublicarum, quæ non per reges, ſed per ſenatores, aut aliquo alio modo, iuxta cuiuſque inſtitutionem, gubernantur.

His ita conſtitutis, dicendũ eſt. Tribus modis potuiſſe legitimè inſtitui ac introduci rerũ diuiſionẽ. Primò, poteſtate paterna, per primũ parentem ante diluuiũ, & per Noe poſt diluuium; eoque modo arbitror fuiſſe introductam. Cum.n. tam Adamus, ꝗ̃ Noe, parentes eſſent omniũ, qui in terra tunc morabantur, nec ſupra ſe quemquã ſuperiorem haberẽt, ſanè cum poteſtate paterna coniuncta, tunc videba

Rerum diuiſio per quos potuit introduci.

B tur poteſtas coerciua, legumq; in ſuos poſteros, ipſis tunc ſubditos, ferendarũ, ad eoſque parentes pertinere videbatur regimen generis humani, & punitio delictorum. Quare, ſaltem conſentiente ſobole, quæ tunc erat (imò credo, ẽt illa renitente) ſtatuere potuerunt rerum diuiſionẽ, qualem ad quietum hominum ſtatum expedire proſpiciebant, vt eã re ipſa Adamus vr̃ conſtituiſſe. Statim namque Gen. 4. legimus, Cain & Abel ſua peculia habuiſse diſtincta. Abelq; obtuliſſe de primogenitis gregis ſui, & Cain ædificaſſe ciuitatem, vocaſseque eam ex nomine filij ſui Henoch. Quòd ſi ante diluuiũ facta fuit rerũ diuiſio, poſt diluuiũ filij Noè eodem iure vterẽtur, quo nouerant homines vſque ad id tp̃s fuiſse vſos. Et quod poſt diluuium quiſq; occupaſset, id in ſuũ compararet dñium, patre præſertim bona inter eos diuidente, accedenteque mutuo eorum conſenſu, eodemque iure poſteri vterentur. Secũdò fieri potuit

C rerum diuiſio multiplicatis iam hominibus, electoq; per eos aliquo ĩ principem cõem, authoritate cuius bona ad illud vſque tempus cõia diuiderentur. Tertiò potuit fieri communi hominum conſenſu, eo pacto, quo Gen. 13. orto iurgio inter paſtores Abrahã & Loth, Abraham optionẽ dedit Loth, vt dextram, vel ſiniſtram ſibi eligeret. Quocumque autẽ modo rerum diuiſio facta fuerit, de reliquis, quæ indiuiſa reſtabant, ſemper id tacito, vel expreſso conſenſu, ſtatutum, ſeruatumque fuit, vt fierent primo occupantis. Quo fit, vt ſicut rerum diuiſio de iure eſt gentium: ita de iure gentium ſit, vt quæ in nullius ſunt bonis, fiant primò occupantis, vt habetur Inſtit. de rerum diuiſ. §. feræ, & alijs iuribus. Quædam tamẽ ita communia omnibus relicta ſunt, vt occupari ea non permittantur. Huiuſmodi ſunt viæ publicæ, & alia, quæ vel in communes vſus omnium vniuerſim, vel aliquorum de aliqua cõmunitate deputata ſunt.

Indiuiſa fiũt primò occupantis.

D Illud obſeruandum eſt, quamuis de iure gentium ſit rerum diuiſio: iura tamen ciuilia multa poſtea ſtatuiſse circa diuiſiones & appropriationes multarũ rerum, necnon circa translationem & amiſſionem dominiorum. Iure etiam diuino dominia quarundam rerum aliquibus collata ſunt, vt filijs Iſrael cõceſſit Deus terram promiſſionis, auferens dñium illius à prioribus poſseſsoribus. Eiſdem contulit bona, quæ mutuo ab Aegyptijs petierunt. Sauli quoque & Dauidi dedit regnum Iſrael. Quo fit, vt hi omnes iure diuino poſitiuo ex ſpeciali priuilegio fuerint conſtituti harum rerum domini.

Tertia concluſio. Alicui hominũ congregationi, etiã poſt naturam lapſam, expediẽtior eſt poſseſſio rerum in cõi, ꝗ̃ earum diuiſio & appropriatio ſingulis. Hæc concluſio in primis locũ habet in cõgregationibus religioſorum, qui ad ſectandam perfectionem renũciato ſeculo in paupertate & caſtitate ſub

3. Concluſ.

ſub obedientia viuunt, quibusq; vſus rerum tẽporaliũ ex obedientia, iuxta cuiuſq; indigentiã, diſpenſatur ac conceditur. In his.n. propter eorũ ſtatum, rationemq; viuendi, tantum abeſt vt ex poſſeſsione in cõe rerum ad vitam tpalem tuendã ipſis neceſſariarũ incommoda aliqua ſequantur, vt earundẽ rerũ inter eos diuiſio cum eorum ſtatu pugnaret, ex eaq; grauiſsima inter eos mala orirentur. De ſimilibus nãque, qui ad profeſsionem Euangelicã peculiariter ſectandã Chriſti diſcipuli eſſe vellent. Chriſtus Lucæ 14. dixit: Niſi quis renũciauerit omnib. quę poſsidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Illiq; adoleſcenti, qui ſeruauerat omnia mãdata, dixit: Si uis perfectus eſſe, vade, vende oĩa quæ habes, & da pauperibus. & veni, & ſequere me. Obſerua, quòd quemadmodũ cœlibatus conſiliũ eſt ſingulis, non verò toti hominum collectioni; alioquin periret genus humanũ, ad cuius conſeruationẽ quilibet in aliorum defectum, ſub reatu lethalis culpæ teneretur ducere vxorem, & vacare generationi: ſic quoque paupertatẽ, abdicationemq; rerum tpalium in particulari, conſilium eſt ſingulis, non verò toti hominum collectioni: eò ꝙ nec pax, nec expediens orbis ſtatus cõſeruari poſſet, ſi multiplicatis hominibus, omnes vniuerſim in communi res poſsiderent.

Deinde concluſio propoſita locum etiam habet, quando communitas aliqua, etiam coniugatorum, valde eſſet inſignis in ſanctitate, vt erãt fideles Hieroſolymitani in principio naſcẽtis Eccleſię propter Spiritus ſancti dona, quę eo tẽpore maximè abundabant. Tunc.n. ſanctitatis, bonorumque Spiritus ſancti abundantia, in illa parua hominum congregatione tollebat incommoda, quæ ex poſſeſsione rerum in communi poterant oriri: expediebatq; tunc eos illo modo viuere in argumetum ſanctitatis ipſorum, & in doctrinę Euangelicę cõfirmationem. Obſerua, fuiſſe fęlicisſimis illis fidelibus omnia cõmunia, quod vſum offerentibus ſingulis ſua bona ad cæterorum vſum, & aliquibus vendentibus bona aliqua ad ſumptus cæterorum: non tamen tenebantur abdicare à ſe dominia rerum in particulari; imò neque offerre illa ad vſum aliorum, ſed id efficiebant ex abundantia charitatis, ac deuotionis. Id quod ſatis conſtat ex illo Actorum 5. ad Ananiam. Nonne manens tibi manebat, & venundatũ in tua erat poteſtate. Punitus ergo fuit morte, tam ipſe, quàm vxor illius, non ꝙ partem pretij reſeruaſſent, ſed ꝙ fuerint mentiti, dicentes ſe minori pretio agrum vendidiſse, vt ſatis innuunt verba Petri.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Bona nihilominus temporalia communia eſsent debent omnibus quoad vſum, tẽpore quidem extremæ, aut penè extremè neceſsitatis, ſub reatu lethalis culpæ; alijs verò temporibus, quando id prudentia ac recta ratio poſtulat, de conſilio, aut ſub reatu venialis iuxta ea, quæ, dum de eleemoſyna eſset ſermo, dicta ſunt. Atque de eiuſmodi communitate bonorũ intelligendi ſunt Ambroſius, Auguſtinus, & alij patres, quorum dicta loco citato retulimus, ac expoſuimus. Quod ad dominium iuriſdictionis ſecularis attinet, ex ijs, quæ circa ſecundam concluſ. diximus, ſatis conſtat, iure humano fuiſſe diuiſum; id quod ex diſputationibus proximè ſequentibus erit magis manifeſtum. De poteſtate eccleſiaſtica, in eiſdem diſputationibus aliqua erit mentio. Reliqua, quæ ad illam ſpectant ſuis proprijs locis diſputanda reſeruabimus.

Ad primũ. Supereſt rñdeamus ad argumenta propoſita. Ad primum, quoad attinet ad maiorem, dicendum eſt. Quamuis ius humanum nullam vim habeat aduerſus ea, quæ ſunt de iure naturali, vim à iure naturali, in ſe ſpectato, auferendo, illudq; mutando, apponere tñ poſset circunſtantiã ex parte obiecti, ſuper-uẽtione cuius, deſinat id eſse de iure naturali, quod

A ſecluſa ea circunſtantia erat de iure naturali, vt explicatum eſt. Quod verò attinet ad minorem, dicendum eſt. Non ita ſublunaria eſſe omnib. communia de iure naturali, quaſi ius naturale præcipiat ea eſſe cõia: ſed quia ſtando in ſolo iure naturali ante factã rerum diuiſionem, quæ in poteſtate eſt hominum, quibus res indiſtinctæ ſunt conceſſæ, ita ſunt omnibus communia, vt contra ius naturale ſit prohibere aliquem hominem ab earum vſu. Inde verò non ſequitur, rerum diuiſionem non poſſe iure humano licitè introduci: quare neganda eſt conſequentia.

Ad ſecundum dicendum eſt, Clementem in epiſtola, vnde caput illud deſumptũ eſt, exhortari fideles Hieroſolymitanos ad poſſeſſionẽ rerum in cõi quoad vſum, qualis erat tpe Apoſt. Vnã verò è rõnibus, quib. eos conabat̃ perſuadere, eſſe, ꝙ creatione ipſa rerũ omnia debebãt eſſe cõia; ſed p iniquitatẽ, i. occaſione ſumpta ex iniquitate peccati originalis, quo diſſoluta eſt natura humana, & pp mala, q̃ iuſtè B timebãtur niſi res diuiderent̃, introductã fuiſſe rerũ diuiſionẽ. Vnde ad minorẽ argumenti dicendũ eſt, licet illicitũ ſit, quod in eo ſenſu p iniquitatẽ eſt introductũ, quaſi iniquè ſit introductum: non tñ eſſe illicitum, quod in eo ſenſu eſt introductum per iniquitatem. ꝙ occaſione iniquitatis, atque ad uitandũ grauiſſima mala & peccata, introductum eſt. Ad ſecundum.

DISPVT. XXI.

Poteſtas quid ſit, & de ciuili & eccleſiaſtica poteſtate.

EXplicato dñio in genere, vt ad partes illi ſubiectas deſcẽdamus, ordiendũ nobis eſt à dominio iuriſdictionis. Tum quia nobilius eſt. Tum quia notitia illius cõducit, vt tituli dñij proprietatis melius intelligantur. Accedit, ꝙ in eo explicando minus negotij. q̃ in explicando dominio proprietatis. Quia C verò dominium iuriſdictionis poteſtas quędam eſt, ab explicatione poteſtatis erit nobis incipiendum.

Quod ad præſens ergo inſtitutũ attinet, ptãs, vt Victoria in relec. de poteſtate Eccleſiæ, q. 1. in prin. & Nau. c. nouit, de iudic. not. 3. corol. 16. conſentaneè ad D. Th. in 4. d. 24. q. 1. art. 1. queſtiunc. 1. ad 3. cenſent. Eſt facultas alicuius authoritatẽ & eminentiã ſuper alios habentis ad eorum regimen & gubernationem. Conſonat illud Pauli ad Ro. 13. Oĩs anima poteſtatib. ſublimiorib. ſubdita ſit. Quo in loco rectores facultatẽ & authoritatem ad aliorum regimen habentes, atque adeò ſublimitatẽ & eminentiã ea in parte ſup illos, poteſtates appellantur, trãslato noĩe abſtracti ad ſignificandum ſuppoſitum, in quo ea facultas cernit̃, vt tñ ea facultate eſt affectum. Eſt ergo ptãs, de qua loquimur, in ſolis vigentib. intellectu & libero arbitrio ad alios regẽdos & gubernandos, atq; adeò ĩ ſolis hoĩb. inter res oẽs corporeas. D Poteſtas quid.

Poteſtas duplex eſt. Laica videlicet, & Eccleſiaſtica. Quo loco animaduertẽdum eſt, eſto homo cõditus non eſſet in finem ſupernaturalem per media ſupernaturalia comparandum, ſed in ſolum finẽ naturalem, adhuc tñ diſtingui poſset eiuſmodi duplex poteſtas. Tametſi vtraque tunc eſſet naturalis, faciliuſque coniungi poſsent in vno & eodem ſupremo principe ac capite, à quo in alium, aut in alios deriuari poſſet poteſtas, q̃ ſuo modo eſset eccleſiaſtica. Quod in hũc modum explicatur. Eſto homo à Deo fuiſset conditus in ſolum finẽ naturalem, adhuc homines agnoſcerent eſse vnum primum principium ſumme bonum, à quo eſse & cætera bona accepe-runt & expectãt, ac proinde dignum eſse, cui famulatum & honorẽ exhibeant. Quare ſicut congregati ad rempublicam vnam conſtituendam eligere ſibi poſsent communem principem, qui eos in pace & iuſtitia Laica vna, Eccleſiaſtica alia.

iuſtitia contineret,eoſq; defenderet,& commune tēporale eorum bonum curaret:ſic etiam eligere poſſent alium qui cultum,debitumq; famulatū Deo exhibendum præeſſet,quiq; in eo munere principe ſeculari eſſet ſuperior. Poſſent ét pro arbitratu eligere vnum communem principem,qui in regimen per ſe ipſum exerceret,vel ſi vtriq; muneri vnus non ſufficeret,aut minus decenter ab eodem poſſet exerceri; eò quòd alij mores,& alius habitus muneri vtrique decere videantur;ſubſtitueret ſibi aliquē alteri eorū munerū exercendo,qui per ptātem ab eo acceptam illud exequeretur. Vnde memoria proditum eſt quódam apud gentes fuiſſe ſacerdotes & miniſtros idolorū, à regibus & principib. ſecularibus diſtinctos, & interdum ſacerdotium ſupremū cum munere regio fuiſſe coniunctum. Hodie etiam apud Iaponenſes,& alios infideles,diſtincti ſunt ſacerdotes à principibus ſecularibus,ſiue ab eis pendeant,promoueātur,ac deponantur,ſiue,non,pro diuerſarum regionum more. Similique modo, ſtando in ſolo lumine B ac fine hoīum naturali, inſtitui potuerūt ad cultum veri Dei,vt Victoria de ptāte Eccle. relectione 1. q. 3.num.3.& relect.2.q.1.num.2.rectè adnotauit.

Cum verò homo ad finem ſupernaturalem, per media ſupernaturalia aſſequendum,ſit conditus,poteſtas eccleſiaſtica diſtinguitur à laica. Quod laica, ex ſe, ſolum ſit ad gubernandum accommodatè ad finem naturalem,ad quem ſuapte natura ordinatur. Eccleſiaſtica verò ſit ad gubernādum accommodatè ad finem ſupernaturalem,inducendo videlicet ad media fini ſupernaturali accommodata. Quo fit,vt hæ duæ ptātes diſtinguantur ex parte finium diuerſorum adinuicem ſubordinatorū:quodammodo eo pacto,quo ars equeſtris diſtinguitur ab arte frænifactiua;quod genus diſtinctionis familiare eſt in practicis facultatib. Quare quemadmodum artis equeſtris eſt imperare frænefactiuæ,vt ſua opera præſtet C accommodatè ad finem ſuperiorem equeſtris: ſic ét ad eccleſiaſticam poteſtatem ſpectat imperare laicę poteſtati,vt accommodatè adminiſtret ad finem ſupernaturalem poteſtatis Eccleſiaſticæ,cui finis naturalis laicæ ordinatur. Cum verò nobilitas & eminentia cuiuſque facultatis ex obiecto & fine potiſſimū penſanda ſit,ſanè pro quantitate exceſſus ſupernaturalis finis ad naturalem,ſalutiſque ſpiritualis animæ ad temporalia commoda,pacificumque ac tranquillum huius vitæ ſtatū,iudicanda erit nobilitas & eminētia poteſtatis eccleſiaſticæ ſupra poteſtatem laicā.

Eccleſiaſtica à laica diſcrimen.

Eccleſiaſtica laicæ ei ſubiectæ imperat.

Quoniam verò in ſtatu innocentiæ quiuis conciperetur in gratia,naſcereturq; proinde ſuffultus ſufficientibus principijs, vt per ſe ipſum argumentum finis ſupernaturalis promereretur,facileque inſtitueretur in ijs,quibus eum inſtrui oporteret, neque ad id coactione indigeret;ſanè in eo ſtatu vtraq; poteſtas,eccleſiaſtica videlicet & laica,eſſet abſq; vi coerciua,ſuperioribus dirigentibus inferiores ad ſuos fines,vt 1. par.in tractatu de opere ſex dierum oſtendimus: expediretque vtramque in eiſdem ſuppoſitis coniungi: eoque poſito ſupernaturali ſtatu, neutra in hoc ſenſu eſſet ſupernaturalis,quaſi homines, dirigente eos lumine naturali,fideique illuſtratione, non poſſent vtramque per ſe ipſos inſtruere. Cum verò homines illius ſtatus corpore,& anima conſtarent,ſanè non ſolum interno,ſed etiam externo corporeo cultu,non ſecus ac nos,Deum coluiſſent,eſſetque vniformis eorum cultus, vt Victoria relectione citata,q.4.nu.1.rectè docet.

Eccleſiaſtica & laica in ſtatu innocētiæ abſque vi coerciua.

Diſſoluta natura per peccatum, ac gratia amiſſa, vtraque poteſtas coniunctam habet vim coactiuam, ſubditis coactione indigentibus, vt ad ſuos fines directione perducantur. Diſtinguere verò oportet tria tempora,treſve ſtatus Eccleſiæ vniuerſalis. Legis videlicet naturæ,legis ſcriptæ,& legis gratiæ. Et qui-

Vtraque coerciuā vim habuit poſt peccatum.

A dem in lege naturæ,poſita ſide & cognitione ſupernaturali ad ſalutem tunc neceſſaria, poſito item remedio pro eo ſtatu contra originis peccatum inſtituto,quod erat de iure diuiuo poſitiuo,ſanè cum homines illius ſtatus ad ſolum legem naturalem tenerentur,potuiſſent per ſe ipſos inſtituere vtramque poteſtatem ciuilem & eccleſiaſticam,quibus ad naturalē & ſupernaturalem finem gubernarentur. Potuiſſentque,vel illas diuidere,vt vna eſſet in ſuppoſito, & altera in alio; vel eas in vno & eodem ſuppoſito coniungere. Quo pacto Melchiſedech ſimul erat Rex Salem, & ſacerdos Dei altiſſimi vt ad Hæbræos 7. & Geneſ. 14. habetur. Volunt multi graues autores, primogenitos in lege naturæ,prę ſertim poſt diluuiū fuiſſe ſacerdotes, Melchiſedechque fuiſſe Sem primogenitum Noe. Atque hoc eſſe ius,quod Eſau, tāquam primogenitus,vendidit Iacob:qua de cauſa ꝓfanum eum appellat Paulus ad Hebræos 12. Victoria relectione 1.de poteſtate Eccleſ.quæſt.4. num.2. B & relectione 2.quæſt.1.num.2.meritò ait,poteſtatē eccleſiaſticam fuiſſe in lege naturæ ſtatim poſt peccatum. Quin adderem,ad illam inſtituendam, qualis tunc fuit,ſatis fuiſſe naturalem, & ſupernaturalē notitiam,quæ ex innocentię ſtatu manſit in Adamo, iuncta ruinæ notitia, nec non promiſſionis redemptoris illi continuò factæ,& notitia originalis peccati,ac remedij,quod aduerſus illud ei reuelauit Deus. Non tamen credo,vel aliud fuiſſe tunc de iure diuino poſitiuo, quam applicationem remedij contra originale peccatum,vel poteſtatem vllam eccleſiaſticam,aut genus aliud oblationis aut ſacrificij fuiſſe à Deo iure diuino poſitiuo inſtitutum:ſed modum:poteſtatis eccleſiaſticæ,diuinique cultus,relictum fuiſſe hominibus ipſis,vt illum inſtituerent: magnaque ex parte per Adamū,& per Noē,poſt diluuium,fuiſſe inſtitutum,qui longe tempore vixerunt, multumque à Deo fuerunt illuminati.

C Tempore legis ſcriptę,quando Deus populum peculiarem ſibi elegit,ex quo naſceretur redemptor,& in quo prædiceret ac præſignaret,quæ in lege gratiæ erant futura,quatenus ea ratione credibiliora redderentur,viamque aduentui vnigenti filij ſui præpararet,poteſtatem eccleſiaſticam ipſemet inſtituit,ſummum videlicet ſacerdotium Synagogæ, alioſque gradus & miniſteria illius poteſtatis, necnon ſacrificia,ritus,& cultum,quibus ipſe coleretur, quæ omnia de iure erant diuino poſitiuo: Poteſtatemque totam eccleſiaſticā in ſolo tribu Leui eſſe voluit. Quæ omnia ex ſcripturis ſacris conſtant. Ea tamen poteſtas non ita erat ſupernaturalis,quaſi ſupernaturalē effectum attingeret:quemadmodum eccleſiaſtica legis gratiæ poteſtas ſupernaturales effectus remiſſionis peccatorum,collationis gratiæ,confectionis Euchariſtiæ,&c.inſtrumentaliter attingit. Tametſi in lege veteri fuerit ſacramentum circuncìſionis, ad cu D ius præſentiam gratia conferebatur,ſicut etiam conferebatur in lege naturæ ad præſentiam remedij cōtra originale peccatum. Quia ergo poteſtas illa nullum ſupernaturalem effectum attingebat,ait Victoria relectionie 1.de poteſtate Eccl.q.3. nu.6.& quidam alii,poteſtatem illam totam potuiſſe inſtitui iure humano:tametſi homines neſciuiſſent inſtituere illa omnia vt eſſent ſymbola futurorum in lege gratiæ,neque ea adaptare ſciuiſsent ad fines, ad quos à Deo fuerunt eo pacto inſtituta.

Eccleſiaſtica legis ſcriptæ à Deo inſtitutæ.

Supernaturalis non erat quoad effectum.

Poteſtas illa coniuncta eſse potuit in eodem ſuppoſito cum laica & ciuili poteſtate. Imò reipſa in Moyſe coniuncta fuit,qui & Rempublicam in tpalibus adminiſtrabat,& ſacerdos erat,ſacrificiaque offerebat,iuxta illud Pſal.98. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Coniuncta etiam fuit in Samuele, qui ſacerdos erat, & Rempublicam in ſpiritualibus & temporalibus gubernabat,vt ex 1. Regū conſtat.

Item poſtea in Macchabæis, qui ſummi erant ſacerdotes, & ſupremam Reipublicæ curam in temporalibus habebant, vt ex libris Macchabæorum eſt manifeſtum. Tempore autem regum eccleſiaſtica poteſtas ſeiuncta erat à ciuili & temporali: eò quòd, iuxta præſcriptum legis, ſummus ſacerdos, cæterique ſacerdotes, eſſe non poterant niſi de tribu Leui: reges vero fuerũt de tribu Beniamin, & de tribu Iuda. Vnde quia Saul 1. Regum 13. holocauſta & pacifica obtulit, vſque adeò diſplicuit Deo, vt deiectio illius de regno inde traxerit originẽ, vt ex verbis illis Samuelis conſtat. Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum: ſed nequaquam regnum tuũ vltra conſurget. Quæſiuit Dominus ſibi virum &c. Et Ozias 2. Paralipo. 26. lepra fuit percuſſus, quod adolendo incenſum, ſacerdotum officium vſurpare voluerit.

Eccleſiaſtica poteſtas legis gratiæ, ſupernaturalis, à ſolo Deo inſtitui potuit.

B Iam verò eccleſiaſtica poteſtas, quæ legis gratiæ tempore in Eccleſia eſt Chriſtiana, cum maxima ex parte ſupernaturalis omnino ſit, vtpote quæ effectus ſupernaturales attingit, remiſſionis peccatorum, collationis gratiæ, confectionis Euchariſtię, creandi ſacerdotes, conferendique illis poteſtatem ad hęc ipſa, concedendi indulgentias, quibus peccata quoad pœnam remittuntur, excommunicandi, & alios ſimiles, ſanè ſecundum ſe totam, neque à Republica, neque ab humano, aut naturali iure, ſed à iure tantum diuino poſitiuo potuit ortum habere. Fuit verò hæc poteſtas, & eſt in Chriſto, vt homine, ſecundum excellentiam, ſacramentiſque minimè alligata. Data namque eſt illi omnis poteſtas in cœlo & in terra, vt habetur Matth. 17. Conſtitutuſque eſt à Deo patre ſacerdos ſummus, caput, & rex Eccleſiæ, iuxta illud Pſalmi. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, id eſt, Eccleſiam, prædicans præceptum eius. Et ad Hebræos 5. Chriſtus nõ ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus tu, ego hodie genui te: quemadmodum & in quodam alio loco dicit. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, & capite 7. Alij ſine iureiurando, ſacerdotes facti ſunt: hic autem cum iureiurando per eum, qui dixit ad illum, iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Denique argumentum Pauli in ea, quam ad Hebræos ſcripſit Epiſtola, eſt, oſtendere excellentiam ſacerdotij Chriſti in lege noua ſecundum ordinem Melchiſedech, ſupra ſacerdotio, ſacerdotiũ veteris legis, ſecundũ ordinẽ Aaron: qđ morteque Chriſti antiquatum eſt, ac deſiuit eſſe. Hanc autem ptãtem reliquit Chriſtus in Eccleſia, ſacramẽtis tñ, certiſq; quibuſdam legibus alligatam. Reliqt verò illam, nõ omnibus de Eccleſia, ſed Petro ipſius vicario, reliquitq; Petri ſucceſſoribus, tamquam capiti loco ſui, à quo tota dependeat. Matt. namq; 16. Petro peculiariter promiſit claues regni cœlorum, q̃ hanc important poteſtatem. In Petro item tamquã in capite & vicario loco ſui, promiſit ibidem ſe fundaturum ſuam Eccleſiam, aduerſus quam portæ inferi non præualerent: id quod poſt reſurrectionem Ioannis 21. opere adimpleuit. Eam etiam reliquit cęteris Apoſtolis, & Epiſcopis eorum ſucceſſoribus, q̃bus etiam clauium poteſtatem promiſit Mat. 18. contulit verò partim cœnæ tempore, & partim poſt reſurrectionem. Tamquam adminiſtros verò, & eorũ coadiutores, inſtituit ſeptuaginta duos diſcipulos, quorum loco ſuccedunt parochi, cæteriq; presbyteri Epiſcopis inferiores qui partem quãdam haberẽt huius ſupernaturalis ptãtis. Quo fit, vt ſicut Chrus Eccleſiaſticã ptãtem non habuit ab Eccleſia, iuxta illud Ioannis 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi

Quibus relicta.

A vos; habuit verò eam à patre: ſic quoq; poteſtas, quę hodie eſt in Eccleſia, tam in Sũmo Pontifice, quàm Epiſcopis, & inferiorib. ſacerdotibus, non ſit ab Eccleſia, ſed à Chriſto collata Petro, Apoſtolis, & alijs diſcipulis, & ſucceſſoribus: tametſi electiones in poſterum, quibus hęc ptãs applicatur, commiſerit Chriſtus Eccleſiæ, & diſpoſitioni Summorum Pontificũ, vt latè, dum de fide eſſet ſermo, explicatum eſt.

Inſtitutum noſtrum hoc loco nõ eſt diſputare de eccleſiaſtica ptãte in ſe, & comparatione ſuorum actuum, atque effectuum, cum q. 1. huius 2. 2. art. 10. multa dixerimus, præſertim de ea poteſtate, quæ in Summo Põtifice reſidet, & à qua reliqua dependet. Diſputationes verò alię de eccleſiaſtica poteſtate ad materiam ſacramentorum, & ad alia loca ſpectant. Quod verò hoc loco intendimus, non aliud eſt, quã diſtinguere poteſtatem eccleſiaſticam à laica, eamque, vt in Summo Pontifice reſidet, conferre cum laica quoad dominum iuriſdictionis in temporalib. de quo nunc diſſerimus.

Papalis & regia poteſtates.

Quod ad rem præſentem attinet. In primis habemus, eam Eccleſiæ Chriſtianæ poteſtatem, quæ in Summo Pontifice tamquam in Eccleſiæ capite reſidet, diſtinctam eſſe à laica & ciuili principum ſecularium poteſtate: id quod affirmat Gelaſius cap. duo ſunt, diſt. 96. dicens. Duo ſunt, Imperator, quib. principaliter hic mundus regitur, autoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. Quod multis confirmãt Sotus in 4. d. 25. q. 2. art. 2. conclu. 1. Victoria relectione 1. de poteſtate Eccleſiæ, q. 1. à nu. 3. Durand. de origine iuriſdictionum, q. 2. Ioannes Pariſienſis de poteſtate regia & papali à c. 2. Caſtrus lib. 1. de poteſtate legis pœnalis, c. 1. Nauarrus c. Nouit. de iudicijs. à corol. 16. nu. 80. & alij: præcipuas autem vires tetigimus in his quæ hactenus dicta ſunt.

Habemus deinde, eandem Summi Pontificis poteſtatem differre à poteſtate principum ſecularium C ſibi ſubditorum. Primò, ex parte finis: illa namque reſpicit finem ſupernaturalem, & media illi proportionata; hęc verò reſpicit finem naturalem, & media ad eum accommodata. Quare, cum finis naturalis ad ſupernaturalem ordinetur: & facultas, quę finem ſuperiorem reſpicit, præcipere & ordinare ei facultati debeat, quæ inferiorem ac ſubordinatum finem reſpicit; efficitur, vt ad Summum Pontificem ſpectet præcipere & ordinare ſecularibus principibus ſibi ſubditis (hoc eſt ijs, qui intrà gremium Eccleſiæ ſunt) vt fini ſupernaturali ſe accommodent, quando in ſuo regimine ab eo deuiant. Differt ſecundò, quod poteſtas Summi Pontificis ſupernaturalis eſt, ad ſupernaturales effectus ſe extendens: poteſtas verò principum eſt merè naturalis. Tertiò, quod poteſtas Summi Pontificis, non ab Eccleſia, ſed à Chriſto in Eccleſia eſt inſtituta, tametſi illius applicatio ad hanc vel illam perſonam ex electione D Eccleſiæ pendeat: quare de iure diuino eſt poſitiuo. Poteſtas, verò laica principum ſecularium de iure eſt humano, à Repnblica ipſa inſtituta, & collata principi, vt diſputatione ſequenti erit manifeſtum. Quartò differt, quòd poteſtas Summi Pontificis eſt vna in vniuerſo orbe: poteſtas verò principum ſecularium, niſi iure belli, aut legitima ſucceſſione vel conſenſu ipſarummet rerum publicarum, multæ vnum communem principem habeant, multiplicatur pro diuerſitate rerum publicarum ſibi principem eligentium. Vt enim Chriſtus vnicum eſt caput totius vniuerſalis Eccleſiæ: ſic decens, expediensque fuit, Summum Pontificem, quem caput & vicarium ſuum Chriſtus in terris relinquebat, vnicum conſtitui. Adde, cum fides ſit vna, nullam varietatem admittens, expedientiſſimum fuiſſe, multiplicatis rebus credendis, vnicum caput conſtitui, quod ex cathedra, quæ Spiritus Sancti aſſiſtentiam ad id

haberet

haberet infallibilem, controuerſias circa fidem exortas dirimeret, quatenus fidei & Eccleſiæ vnitas, pax que inter fideles melius conſeruarentur. Atque hæc eſt ratio ob quam cum in ſtatu legis naturæ, quando admodum pauca hominibus erant propoſita ad credendum explicitè, conſtitutus non fuerit vnus ſummus ſacerdos, qui toti præeſſet Eccleſiæ; In Synagoga tamen, & multò magis in Eccleſia Chriſti, multiplicatis rebus explicitè credendis, conſtitutus fuerit vnus ſummus ſacerdos, cui cæteri ſubeſſent, tenerenturque obedire.

Poteſtatis ſummi Pontificis excellentiæ.

Poſtremò differt, quod quamuis poteſtas Summi Pontificis poſterius tempore, quam regalis fuerit inſtituta, vt tamen Gelaſius c. Duo ſũt, diſt. 99. ex Ambroſio refert, plus eam nobilitate excedit, quam aurũ plumbũ excellat. Innocentius III. c. Solitæ, de maior. & obedientia, comparat has poteſtates duobus illis magnis luminaribus in firmamento cæli collocatis: Summique Pontificis poteſtatem ait eſse luminare maius, quod diei ſpiritualium præeſt; poteſtatem verò Imperatoris eſse luminare minus, quod nocti temporalium præeſt. Nec ſolum ex præſtantia finis, ſibi communis, cũ Eccleſiaſtica ptãte, quæ tpe erat legis naturæ, & ſcriptæ penſanda eſt excellentia poteſtatis Summi Pontificis ſuper regiã & Imperialem poteſtatem, ſed etiam ex mediorum ad eum finem, quibus vtitur, nobilitate & excellentia, effectumque ſupernaturalium, quos attingit. De hac re Victoria relectione 1. de poteſtate Eccleſiæ, q. 5. in principio. Sotus loco citato, concluſione 2. & Ioannes Pariſienſis, c. 5.

Circa laicam ptãtem vnum eſt, quod admoneamus. Quamuis ſub ſe plures contineat partes, nempe, ptãtem patris in filiũ, viri in vxorem, quæ de iure ſũt naturali, & plures alias diuerſimodè adminiſtrãdi tam Rempublicam totam, quàm partes illius; nihilominus in ſequentibus præcipuè nobis erit ſermo de regia, & Imperiali poteſtate, tamquam de præcipua parte, qua cognita, facilè reliquæ intelligentur. In ea tñ explicãda aliquid de reliquis admiſcebimus.

DISPVTATIO XXII.

De origine laicæ, ciuiliſque poteſtatis.

Propenſio hominis ad ſocietatem.

VT homo, propter rationes quas ſubijciemus ſocietate plus indiget cum alijs hominibus, quam reliqua animantia cum animalibus ſuæ ſpeciei: ſic etiam natura, quæ in neceſſarijs non deeſt, maiorem tum aptitudinem, tum propenſionem ad ſocietatem illi, quam cæteris animantibus, contulit.

Prima hominis ſocietas.

Prima verò ſocietas, ad quam, authore Ariſtotele 1. Politicorum capit. primo, natura illi propenſionem indidit, eſt illi quidem cum beſtijs communis, nempe, quæ cernitur inter marem, & fœminam gratia generationis. Eſt namque cunctis animantibus innatum deſiderium, tale alterum poſt ſe relinquendi, quale ipſũ eſt. Ad generationiſque actum, tanquam ad rem ad ſpecierum conſeruationem omnino neceſſariam, vehementiorem multò, quam ad alios actus, propenſionem illis natura impreſſit. In eundemque finem tam ingentem amoris affectum inter marem & fœminam veluti gluten, quo ſocietas illa contineretur, naturæ author eſſe voluit.

Familiæ communitas.

Ex hac autem ſocietate familiæ communitas, ſocietas ve, ortum habuit inter homines. Porrò perfecta familia, authore Ariſtotele loco citato, ex tribus perſonarum ſe mutuò reſpicientium complicationibus coaleſcit. Prima eſt, viri cum vxore. Secunda, parentum cum filijs. Tertia, dominorum cum ſeruis, in familiæ ſubſidium, & obſequia neceſſaria aſſumptis. Ex his verò tribus complicationibus, quibus perfecta familia con-

A ſtat, triplex poteſtas oritur in familia.

Poteſtas viri in vxorẽ.

Prima, quæ de iure eſt naturali, viri in vxorem. Eſt enim vir ſuapte natura vxoris caput, cui proinde præ eſſe conuenit: vxori vero ſubeſſe, & obedire. Indicãte id naturali exceſſu, viribus, ac iudicio, quo vir vxorem excedit. Qua de cauſa vir non fuit conditus propter mulierem, ſed è contrario, mulier propter virũ, vt adiutorium haberet, tum ad generationem, educationemque filiorum, tum ad reliqua ſubſidia vitę, vt Geneſ. 2. eſt manifeſtum. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 11. Caput, inquit, mulieris eſt vir. Et non vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Etenim, ſubiungit. Non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Quo fit, vt vxor naturaliter, ex intentione autoris naturæ in prima rerum conſtitutione, viro ſubſit, eique obedire teneatur. Quando ergo Gene. 3. in pœnam peccati dixit illi Deus; Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui; naturale ius illi expoſuit, nempe, quod diſſoluta natura per pecca-
B tum, futura erat ſub viri poteſtate, cum vi coactiua, & coerciua. Quæ futura non fuiſſet, ſi nullum fuiſſet peccatum: eo quod in ſtatu innocentiæ non eſſet neceſſaria, ſed ſufficeret ſola vis directiua. Fortè ſimul etiam indicare illi voluit Deus, abuſum illius poteſtatis malitia virorum futurum, diſſoluta natura per peccatum, quo ſæpe ſine cauſa ad amaritudinem & afflictionem perducturi erant vxores, vt in tractatu de opere ſex dierum dicebamus. Obſeruandum tamen eſt, vxorem iure naturali ſub eſſe viro, non vt ſeruam, neque quantum illi ſubſunt filij, qui, quod plus à parentibus acceperint, longeque inferiores illis, plus ſubiectionis ac obſeruantiæ illis debent, quã vxor debeat viro: ſed ſubeſſe illi vt ſociam, minus tamen præcipuam, ad generationem, & ad comparanda, ac paranda ſubſidia neceſſaria ad regimenque familiæ.

Poteſtas parentum in filios.

Secunda poteſtas eſt parentum in filios, quæ &
C eſt de iure naturali. Etenim ſicut naturæ autori, à quo eſſe & cætera bona accepimus, religionẽ, obſeruantiam ac obedientiam debemus: ita parentibus, p quos eſſe accepimus, alimenta, educationem, & alia bona, debemus in ſuo ordine & gradu pietatem, obſeruationem, ſubiectionem ac obedientiam, naturis ipſis rerum, lumineque intellectus naturali id docentibus. Plus tamen hæc ipſa patri, quàm matri, debemus: eò quòd principalis ad ea omnia concurrat, vnde titulus paternæ poteſtatis in filios oritur.

Poteſtas dominorum in ſeruos.

Tertia eſt, dominorum in ſeruos. Quę in innocentiæ ſtatu non fuiſſet: eo quod nulla in eo futura eſſet ſeruitus. In ſtatu verò naturæ lapſæ ſeruorum duo ſunt genera. Vnum eſt eorum, qui mancipia dicuntur, quæ id, quod ſunt, dominorum ſunt. Alterum eſt eorum, qui famuli dumtaxat ſunt, mercede conducti ad certa quædam obſequia & miniſteria familiæ neceſſaria, ad quæ ſolum poteſtati ſubſunt dominorũ.
D Licet autem neutra ſeruitus à naturis & conſtitutione ipſa rerum originem trahat, iuxta quam omnes liberi & pares ea in parte naſcuntur, poſſunt tamen accedere legitimi tituli, quibus iuſtè contrahatur, vt ex delicto, quo aliquis morte ſit dignus, oriri poteſt ſeruitus legitima prioris generis, morte naturali in ꝑpetuam ſeruitutem commutata: quod in commodũ & minus malum mancipij cedit. Varijs etiam alijs titulis oriri poteſt, quos ſuo loco explicabimus. Ex pacto, quo is, qui alimentis & pecunia indiget, pro certa pecuniæ ſumma & alimentis ſe alteri ad talia vel talia miniſteria tanto vel tanto tempore præſtanda ſubijcit, & oritur ſeruitus poſterioris generis. Poſitis autem legitimis titulis, quibus vna aut altera ſeruitus legitimè eſt contracta, iure naturali oritur poteſtas dominorum in ſeruos: non ſecus ac poſitis alijs legitimis contractibus, ex naturis ipſis rerum oriunt diuerſa iura & obligationes. Quare, licet nec de iure

naturali ſit,quòd familia ſeruis conſtet,nec ſeruitus ex naturis ipſis primaque rerum conſtitutione per ſe oriatur, quemadmodum per ſe oritur coniunctio maris cum fœmina,& liberorum procreatio, ac proinde poteſtas parentum in filios, & viri in vxorem, vſque adeò vt, ſi periculum immineret, ne humanum genus periret, iure naturali tenerentur homines matrimonia inire,vacareque generationi, nihilominus ſuperuenientibus legitimis titulis(qui à ſolo humano arbitrio pendent)quibus ſeruitus legitimè ſit contracta, de iure eſt naturali.

Tres ptātes explicatæ in patrefamilias domus vniuntur. Et licet eis,cõe totius domus ac familiæ bonum intendendo,vti debeat; eſt tñ inter eas hoc diſcrimen. Qđ cũ duæ priores ſint comparatione liberorum hoīum, vti eis debet in ipſorum bonũ ac commodũ. Vltima verò de ſe ordinatur ad vtilitatem propriam familiæ. Authore namq; Ariſtotele 1. Politicorum hoc eſt diſcrimẽ inter regimẽ liberorum ac ſeruorum. Qđ cum liberi ſint gratia ſui, ſerui verò gratia dominorum,liberorum regimẽ pręcipuè bonum eorũ,qui regũtur,ſpectare dẽt;tametſi rectori pro muneris qualitate,honor,obedientia,& obſequia à ſubditis exhiberi debeãt,eaq; ipſa rector exigere ac intendere ſimul poſſit. Seruorum aũt regimen,domini bonum, familiæq; commodum pręcipuè reſpicit: quamuis ratio ipſa poſtulet,vt domini,quorum commodis ſerui, volũtatique inſeruiũt viciſſim illorum bonum,in ſuo ordine & gradu,regimine ſuo curẽt & intendant. Ad idq; iure naturali tenentur,non ſolũ quia proximi ſunt,in ſuo ordine & gradu magis coniuncti, magiſque familiares & noti,quam cæteri,ſed etiam,q̃a regimẽ,ac proinde cura ipſorum ad ipſos ſpectat. Cæterum pauperes patresfamilias,qui integram, omnique ex parte perfectam non habent familiam, ait Ariſto. vxore, & filijs,propriaque opera vti loco ſeruorum.

Præter ſocietatẽ,aut ſocietates explicatas, maiori quadam indiget homo, ad quam ſuapte natura propendet,naturali lumine intellectus eam docente,& ad illã hoīem inſtigante, à qua ciuile & politicum animal nuncupatur. Si namque oculis ac mente cætera animalia luſtres, inuenies,vnũquodq; ita à natura fuiſſe productum,vt ſaltem modica educatione p̃ parentes à principio adhibita, ſibijpſi ſufficiãt,ad neceſſaria vitę ſubſidia,prout cuiq; eſt opus comparanda: cum ab ipſo naturæ authore, & tegmina ad veſtitum,& arma,& tũ ad ſui defenſionẽ, tum ad hoſtiũ offenſionẽ, & varia inſtrumẽta atq; inſtinctus ad ſuas operationes exercendas,& alimẽta ſingulis ad paſtum accõmodata, abundè ſint ſubminiſtrata. Idẽ ſolum hoīem,quẽ rõne dotauit,qua & rerum peritiam cõparare,& inſtrumẽta neceſſaria cõficere,& reliqua ſubſidia vitæ ſibi parare poſſet & acquirere,nudum inermemque produxit,omnique arte & inſtinctibus vacuum,& tam multis rebus ad ſubſidia vitæ indigentem,vt neque vnus homo,neque vna integra & perfecta familia,ad ea oīa paranda ſufficiat,ſed plurimæ neceſſariæ ſint, quæ rebus,opificibuſque diſtinctis vacando, ſibi mutuò ſuppeditent neceſſaria ad victum,veſtitum,habitationem,morbos depellẽdos,& ad id genus alia,quę ad quotidianos vſus, vitamque tranſigendam ſunt neceſſaria. Si nãque,quæ ad ſolum panẽ parandum neceſſaria ſunt,cogitatione expẽdas,à terræq; cultura,vt ſemen illi mandetur, incipias, percurraſq; ea oīa,quib. triticũ indiget,vt tandẽ colligatur,mũdetur,teratur,à furfurib. purgetur,et coquatur,ſimulque expendas inſtrumenta,quæ ad hęc oīa neceſſaria ſunt,& in ſingulis inſtrumentis artifices,qui ad illa conficienda,parãdamque materiam, ex quibus proximè cõfici debent,& ad pleraque alia ſunt neceſſarij,facilè conijcies,quàm multæ familiæ diuerſis muneribus intendentes, varijſque artibus pollentes,neceſſariæ ſint, vt cuique hominum,quæ ad vſus quotidianos vitamq; tranſigendam neceſſaria ſunt,ſuppeditẽtur. Cum ergo ciuitas non aliud ſit, quàm tanta hominum congregatio, vt ſibi mutuò ſufficiant ad ea omnia præſtanda,quæ, tum ad quotidianos vſus,vitamque tranſigendam,tum ad alia, de quibus mox erit ſermo,neceſſaria ſunt,efficitur, vt propter indigentiam, lumine ipſo intellectus id docente,ad idque inſtigante,naturaliter propẽdeat homo ad conuiuendum cum aliis in ciuitatis,reipublicæque communitate. Nomine reipublicæ, ac ciuitatis,hoc loco intellige,etiam oppida vicina,pagos,ac villas circuniacentes,quibus præcipua communitas,quę caput eſt,ad agriculturam,aliaque ſubſidia indiget. Atque à ciuitate, republicaque hoc modo ſumpta,dr̃ homo ciuile ac politicum animal.

Secundo indiget etiam homo vita in plurium familiarum communitate, quoniam cum naſcatur omnibus artibus, peritiaque rerum omnium vacuus,ac ſine naturalibus inſtinctibus,quibus bruta ad nociua fugienda, quærendaque & conficienda neceſſaria,ſunt prædita,ſanè niſi ĩ multarum familiarum cõmunitate verſaretur,neque artes addiſceret,quibus ad paranda ſubſidia neceſſaria indiget. (Cum tamen longè plures illi eſſent addiſcẽdæ,eo quòd aliorum opera & induſtria vti non poſſet)neque naturalium ſupernaturaliumque rerum poſſet ſciã cõparare. Denique inſtrui,imbuique nõ poſſet peritia & moribus,q̃ ingenuum probumque virum decent,atque ita periret amicitia, vſusq; multarum virtutum. Adde, inſuauem iniucundamque eſſe ſapientiam,niſi alijs cõicetur,& de ea cum alijs diſſeratur. Sapientia nãque abſcondita,& theſaurus inuiſus,quæ vtilitas in vtriſque,ait Sapiens Eccl. 41. Vnde inter oẽs animãtes ſolus homo ſermone fuit præditus,quo & commercia cum alijs in cõitate poſſet habere,& ſenſa ſui animi alijs poſſet exprimere, nunc alios docendo,nunc interrogando, viciſſimq; ab alijs addiſcendo,& amicitiã virtutesq; alias poſſet cum alijs exercere. Atque hinc Ariſt. 1. Polit. c. 2. colligit,hominem plus,q̃ apes, & quã cætera animalia, quæ congregantur, ſociale animal eſſe. Etenim inquit,natura nihil ſuperfluũ efficit, neque ad aliud ſermonem homini tribuit,quàm ad conuiuendum, ſocietatemque cum alijs hominibus habendam.

Tertiò, indiget homo vita non ſolum in cõitate plurium familiarum,ſed ẽt integræ perfectęque reipubl. vt pax,ſecuritas & iuſtitia inter homines conſeruetur. Cum.n. vires totius reipub. longè ſint maiores, quàm ſingularum familiarum, ſanè potentia totius reipublicæ melius vnuſquiſq; ab aliorũ iniuria defendetur, arcebunturque ac punietur malefactores & facinoroſi,q̃ viribus ſolis illius,cui iniuria paratur,vel infertur. Itẽ,cum amiſſa originali iuſtitia per peccatũ,neceſſe ſit plures oriri controuerſias ac difficultates, ſanè facilius multò, ſecurius ac rectius reipub. authoritate cõponentur,q̃ ſi vnuſquiſque ĩ cauſa propria iudex eſſe debeat. Facilè nãque quiuis paſsione affectuq; ad propria excæcatur,iudiciumque propriũ peruertit,cum tñ non ita facilè id cõtingat in poteſtate authoritate publica cõſtituta.

Cum verò hominũ ſenſus poſt peccatum ad malum proni ſint ab adoleſcentia, totque praui affectus, quot experimur, in illis vt plurimum dominentur, profecto, ſi ita extra politicam communitatem viuerẽt,vt nulla eſſet publica ſuperior poteſtas,quæ ſua potentia & authoritate eos coercere,ac comprimere poſſet, omnia plena eſſent cędibus, ſeditionibus,rapinis,furtis,dolis,ac fraudibus, potẽtioribus opprimentibus minus potentes, longeque deterior eſſet conditio ac miſeria generis humani, quã ſit hodie hominib. in Rebuſpublicis diſtinctis adunatis.

His

A His alijſque ſimilibus de cauſis naturale eſt hominibus, hoc eſt, à propria ipſorum natura profectum, lumine naturali intellectus id ex naturis ipſis rerum ita eos docente, atque ad hoc ipſum eos inſtigante, vt conueniant, non ſolum in pagis, ſed etiam in integra pfectaq; republica, qualis eſt ciuitas eo modo sũpta, quo paulo antea diximus, aut ẽt in prouincia integra, quæ ſibi magis ſufficiens ſit, tum ad ea omnia, quæ dicta ſunt, tum ẽt ad propulſandas, & vindicandas iniurias externorum hoſtium, ſi quæ ab eis parẽtur aut iã illa illatę ſint, & ad iura belli perſequendũ.

Poteſtas reipublicæ in partes, non à partibus, ſed naturali iure à Deo eſt immediatè.

Victoria in relectione de poteſtate ciuili à n. 6. & Sotus 4. de iuſtitia, q. 4. art. 1. aſſeuerant, eo ipſo, ꝙ homines ad integrandum vnum reipublicæ corpus conueniunt, iure naturali oriri poteſtatem corporis totius Reipublicæ in ſingulas partes ad eas gubernãdum, ad leges illis ferendum, iuſque illis dicendum, & ad eas puniendum. Quare, inquiũt, cũ Deus optimus maximus autor ſit iuris naturalis, ſanè huiuſmodi poteſtas immediatè eſt à Deo naturam B inſtituente: tametſi hominum adunatio in vnam Rempublicam conditio ſit, ſine qua ea poteſtas non reſultaret. Hinc Victoria loco citato, n. 8. vult, poteſtatem hãc non oriri ex eo, quod homines ſe illi volunt subijcere, eamque pro ſuo arbitratu in ſe ipſos ad commune ipſorum bonum eligunt, quaſi perinde oriatur, ac ſi congregati aliqui ad quoduis aliud, eligerent ſibi cõmunem aliquam poteſtatem: hæc nãq; poſterior poteſtas ortum non haberet à Deo immediatè per ius naturale, ſed ab hominibus ipſis libere ſe illi ſubijciẽtibus, neque eſſet poteſtas maior, quàm homines pro ſuo arbitrio illi tribuiſſent. Illa verò alia prior poteſtas eſt ab ipſa natura rei, poſita adunatione hominum ad vnam rempublicam conſtituendam, ac proinde eſt à Deo immediate tanquam ab autore naturæ, & non ab hominibus, qui ad vnam rempublicam conſtituendam conuenerunt, niſi tanquam à conditione ſine qua, vt non reſultaſſet reſpublica, ita neq; C poteſtas illius in ſingulas partes.

Ducuntur autem hi autores ad hoc ita aſſerẽdum. Quoniam eiuſmodi communitas à natura ad eam inſtigante, eamq; poſtulante proficiſcitur, ipſaq; natura cõmunitatis iam ortæ poſtulat ptãtem in ſe ipſa ſupra ſingulas ſuas partes: ergo eſt de iure naturali, atque adeò à Deo immediatè. Confirmat id Victoria. Qm̃ de iure naturali ſingulis de republica eſt prohibitum interficere malefactores, eſto ipſi ſint, qui iniuria ſint affecti, idq; quinto præcepto decalogi: imò eiſdem etiam eſt prohibitum punire illos alijs pęnis: cũ ergo reipublicæ id liceat, vt ex ipſomet vſu, & ex ſcripturis conſtat, poſtulatq; natura rei, efficitur, vt longe diuerſa ſit poteſtas, quæ ex natura rei conſurgit in republica, à collectione particularium poteſtatum ſingulorum, ac proinde vt eam non habeat reſpublica autoritate ſingulorũ, ſed immediate à Deo.

D Ad hanc tamen confirmationem reſponderi poſſet, ſaltem familias ipſas, earumque capita, iure naturali habere poteſtatem interficiendi ac puniendi malefactores eo ipſo, quod ſuperior alia poteſtas conſtituta non ſit, in quam familiæ ſuam transferant poteſtatem, vt infra diſputatione 100. cum Nauarro, Gabr. & Angelo oſtẽdemus: quare ex eo, quòd familiæ priuatæ ſuam ea in parte trãſtuliſſent poteſtatem in totum Reipublicæ corpus, eò quòd expediens omnino eſſet, vt ea potius in corpore toto reipublicæ, quã in ſingulis familijs reſideret; habere poſſet reſpublica ſola eam poteſtatem à partibus ſuis ſibi collatam, & non immediatè à Deo.

Hac tamen ſolutione non obſtante, placet Victoriæ & Soti opinio, Tum quod in ſe conſentanea ſit rationi. Tũ ẽt quoniã, eſto reſpublica ex familijs nõ cõſtaret, ſed ex hominib. ſingulis, in republica tamẽ eſſet eadem poteſtas. Prætereà, qua ratione in famiA lia ex natura rei conſurgit poteſtas occidendi externos malefactores, quę poteſtas non eſt in ſingulis de familia, quatenus ſingulares, priuatæq; perſonæ sũt, cur etiam non cõſurget ſimilis poteſtas in tota republica, quæ à partibus, quib. conſtat, communicata illi non ſit? profectò nulla poteſt reddi legitima ratio. Fortè contendet aliquis, priuatas quoque perſonas poſſe ſumere iuſtam vindictam de ijs, qui ſibi ſunt iniurij & malefactores, qñ nulla alia eſſet conſtituta ſuperior poteſtas, cui id incumberet. Id tñ nullo modo auderem concedere: eo enim dato, pari ratione concedendum eſſet, in euentu, quo per publicã poteſtatem non ſumeretur, vel quia affectus iniuria deficeret in probatione, vel quia publica poteſtas ſua nequitia eam non ſumeret, poſſe priuatam perſonã ſumere per ſe ipſam vindictam ceſſante ſcãdalo: nõ ſecus, ac ceſſante ſcandalo, poteſt propria autoritate accipere, quod ſibi debetur, ſi aliter id recuperare non valeat. Concedendum etiam eſſet, non eſſe de B iure naturali, quòd perſonæ priuatæ ſumere non poſſent per ſe ipſas vindictam, ſed de iure duntaxat poſitiuo, ac proinde homines, dum coeunt ad conſtituẽdam vnam rempublicam, poſſe ſibi reſeruare ptãtẽ ſumendi per ſeipſos vindictam, eam à ſe non abdicãdo neque transferendo in rempublicam: quæ nulla ratione ſunt concedenda. Quare dicendum eſt, rempublicam non habere ſuam ptãtẽ autoritate partium ex quib. coaleſcit, ſed autoritate diuina; à Deoq; immediatè, tanq̃ autore naturæ. Confirmatur, qm̃ ſi autoritas reipublicæ non eſſet à Deo immediatè, ſed à conceſſione partium, ſanè tunc, ſi aliquis de cohabitantib. ſuum ad id non vellet præbere aſſenſum, reſpublica nullã in eum autoritatẽ haberet: quippe cũ ſinguli alij non habeant ius & authoritatẽ in hunc, ac proinde nec poſſent tribuere reipublicæ autoritatẽ in ipſum. Quare à quocunque, qui de nouo naſceretur, aut de nouo veniret in rempublicam, interro- C gandum eſſet, an conſentiret in autoritatẽ reipublicæ ſupra ſe expectanduſque eſſet illius conſenſus: quod eſt ridiculum.

DISPVT. XXIII.

De ſupremis poteſtatibus ciuilibus, regia ſcilicet, ſeu Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia, & quænam earum ſit præſtantior.

HVcuſque ſolum oſtendimus originem eius ciuilis, politicæve poteſtatis, quæ reſidet in toto reipublicę corpore comparatione ſuarum partiũ. Quia verò reſpublica ſecundum ſe totam exercere non poteſt poteſtatem hanc in ſuas partes (eſſet enim operoſum, moraliterque impoſſibile, ad ſingulos huius poteſtatis actus exigere, expectàreque cõſenſum ſingulorum de republica, difficileque admodum tanta D hominum multitudo in idem placitum conueniret) lumen ipſum naturæ docet, in reipublicæ arbitrio eſſe poſitũ, committere alicui, vel aliquib. regimen & poteſtatem ſupra ſe ipsã, prout voluerit, expedireq; iudicauerit. Hinc habuerũt ortũ varia regimina iuſta, q̃ in diuerſis reb. publicis conſpiciũtur, vnaquaque eligẽte, cõſtituẽteq; ſibi regimẽ, tradẽteq; ſupra ſe maiorẽ, aut minorẽ poteſtatem pro ſuo arbitratu.

Regiminis diuerſitas vnde.

Porrò ſuprema regimina iuſta rerum publicarũ, atque adeò reſpublicæ ipſæ (noĩe earum deſumpto à regimine, quo gubernantur) ad tres ſpecies reducuntur ab Ariſtotele 1. Politicorum, c. 5. Nempe, ad monarchiã, hoc eſt, vnius principatũ, Ariſtocratiã, id eſt, optimatũ prĩcipatũ, & Democratiã, id eſt, popularẽ ſeu multitudinis principatũ. Etenim reſpublica, aut regit̃ p vnũ cõe caput ac principẽ, cui reipublicæ poteſtas eſt demãdata, & tunc dr̃ Monarchia ſeu regnũ, princepsq; ipſe rex ac monarcha nũcupatur.

Tres illius ſpecies.

Monarchia ſeu regnum quid.

Tametſi hodie per antonomaſiam qui toti orbi, aut magnæ illius parti dñatur monarcha, orbis videlicet, conſueuerit appellari. Reliqui verò, qui vni aut alteri prouinciæ dominantur, reges prouinciæ aut prouinciarum cõſueuerunt appellari. Deinde, aut reſpublica gubernatur per paucos & optimates, vt Roma quondam ante Imperatores, & Venetiæ hodie, dicitur Ariſtocratia: rectores verò, vel Senatores, vel alio nomine, prout reſpublica inſtituerit, appellantur. Aut denique reſpublica regitur per multos, & appellatur Democratia. Cum aũt poteſtas à republica in rectores deriuetur pro ipſius Reipublicæ arbitratu, poterit ſanè in vnaquaq; Reipublicę ſpecie deriuari amplior, & minus ampla; neq; eſt maior in Reipublicæ rectoribus, quàm à republica fuerit illis conceſſa. Quin potius, ſi rectores eam extendant, maioremque ſibi vſurpent, in tyrannidem per iniuſtitiã, quam ea in parte committunt, degenerant.

Ariſtocratia quid.

Democratia quid.

Hinc eſt, ꝙ regia poteſtas multis modis inſtitui poſſit. Primò, concedendo illa alicui in vitã ſolum illius, ita videlicet, vt eo mortuo, alius à republica eligatur conſtitutis certis quibuſdam electoribus, præſcriptaque certa eligendi forma. Secundo, concedendo eã alicui, & deſcendentibus maſculis dũtaxat illius, ita vt eis deficientibus ius eligendi pertineat ad Rempublicam. Tertiò, abdicando à ſe totũ ius eligendi, pp incommoda, & ſeditiones, quæ inde poſſunt oriri, regiamq; ptãtem alicui concedendo, vt deueniat ad quoſcũq; illius, ſuorumq; ſucceſſorũ propinquiores conſanguineos; ita tñ, vt deſcendentes aſcendentibus præferantur, & aſcendentes collateralibus, ſẽperq; maſculi fœminis præponantur, varijſque alijs modis, prout à republica in prima regni creatione fuerit conſtitutum. Quo pacto in Gallia lege Salica fęminæ omnes à ſucceſſione ĩ regno omnino excludantur. Poteſt etiam poteſtas concedi regibus amplior, aut minus ampla, ita vt aliqua eis liceãt, aut nõ liceant, & ad aliqua teneantur, aut non teneantur. Denique illis ſtandum eſt, quæ quando poteſtas regia alicui primo conceſſa fuit, fuerint conſtituta, & quemadmodum Reſpublica variare non poteſt, auferendo aũt minuendo ptãtem, quam à principio cõceſſit, tametſi poſſit illam ampliare, & cõcedere maiorem: ita princeps, renuente Republica ampliare ſibi non poteſt poteſtatem, neque quicquam eorum tranſgredi, quæ à principio fuerint conſtituta.

Regia poteſtas varijs modis inſtitui poteſt.

Cum ptãte regia ad remp. moderandam coniuncta ptãs ferẽdi leges, quib. gubernetur. Obſeruat Alfonſus à Caſtro 1. de ptãte legis pœnalis, c. 1. qñ res aliunde non conſtat, ex vſu recepto, quo populus cõtrauenire, aut non contrauenire ſolet ijs legib. à rege latis, quæ Rẽpublicã grauant, conijciẽdũ eſſe, an populus, in prima ptãtis regiæ creatione, conceſſit regibus ptãtem condendi hmõi leges dependenter ab approbatione populi, aut non. Si namque vſus habeat vt tales leges vim non habeant, niſi à populo approbentur, cenſendũ eſt Rempublicam non maiorem ptãtem regib. conceſſiſſe, q̃ condendi eas leges depẽdenter ab approbatione populi. Veriſimileq; eſt, ſi populi ad id aduerterunt, non maiorem ptãtem regib. conceſſiſſe: imò eſto nõ aduerterent, hęc vr̃ fuiſſe Reipublicę intentio ſibi regẽ cõſtituẽtis, qñ aliud non expreſſit, ſemperq; eſt potius pręſumendũ regẽ per potentiam ampliaſſe ſuã ptãtem, ſubditis non audentib. reſiſtere, q̃ ſubditos reſtrinxiſſe illi ptãtem ſemel conceſſam. Quare fas erit Reipublicæ non acceptare leges, quæ ipſam notabiliter grauẽt, qñ ad cõe bonum neceſſariæ oĩno non ſunt. Quod ſi principes ad id eã cogat, iniuſtitiam cõmitteret. Si verò, inquit Caſtrus, vſus receptus habeat, vt legib. principũ nõ iniquis oĩno pareatur, cenſendum eſt, Rempublicã omnem oĩno ſuam ptãtem regi conceſſiſſe, ꝙ vix de aliqua credi põt. Præſertim cum, vt paulo antea di-

Leges condendi poteſtas quanta in rege.

A ctum eſt, reges per potentiam ſuam ſoleant extendere ptãtem, adhucq; in hoc euentu, fas erit Reipublicæ, quaſi appellare à legibus nimium eã grauãtibus, principi ſupplicando, vt vel ab eis abſtineat, vel rigorem earum minuat, oportebitq, eam audire, iuſtam ne cauſam ſuæ appellationis habeat: quod ſi ſufficiẽtem non oſtenderit, tunc quidem cogi poterit, parereque tenebitur. Illud admonuerim, ſi princeps iure belli ptãtem in aliquam Rempublicam comparaſſet, tunc, cum non hr̃et à republica ſuam ptãtem, ſed tantam iure belli comparaſſet, quantam reſpublica ipſa poſſet illi cõcedere, vtique princeps poſſet eam cogere ad illas leges, quæ non eſſent adeò graues, vt iniuſtitiam continerent; ſemper tamen leges tolerabiles eſſent debent, quæ populum non grauent, & q̃ illius aĩum à principib. beneuolentia non auertant.

Conceſſa verò alicui per rempublicam regia ptãte, rex manet ſuperior, non ſolũ ſingulis reipublicæ partibus, ſed & toti reipublicę, quoad latitudinẽ ptã-
B tis ſibi conceſſæ, ita vt poſſit ea ptãte vti, non ſolũ in ſingulas Reipublicæ partes, ſed ẽt in totam Rempublicam, eam, ſi opus fuerit, puniendo, vt Sotus & Victoria locis citatis probè notarunt. Neque Reſpublica poteſt ab eo auferre ptãtem conceſſam, vel eã minuere, aut legitimum vſum illius impedire: alioquin regium regimen non eſſet Monarchia, quę ad vnum ſupremum caput reduceretur, ſed Democratia, quæ ad reipublicæ multitudinem vltimo reduceretur. Si tñ rex ptãtem ſibi non conceſſam vellet aſſumere, poſſet quidem Reſpublica ei, tanquam tyranno ea in parte, reſiſtere: perinde ac cuius alteri extraneo, q̃ Reipublicæ iniuriam vellet inferre. Ratio verò eſt, quia neque rex ea in parte eſt Republica ſuperior, neque Reſpublica eſt illo inferior: ſed manet, vt ſe habebat antequam illi vllam concedere poteſtatem.

Rex toti reipublicæ ſuperior.

Similiter in Ariſtocratia republica, cum optimatum poteſtas à republica tota pro ſuo arbitratu inſti-
C tuatur ac concedatur, varijs etiam modis poterit inſtitui. Videlicet, vt plures aut pauciores ſint optimates, vt hoc vel illo modo eligantur, vt tanto, vel tãto tempore in munere perſeuerent, vt tanta vel tãta ſit poteſtas eorũ, & vt hoc vel illo modo à tribuno plebis, aut à reliqua republica pendeat. Neq; in his, aut quibuſcunq; alijs, quæ fuerint inſtituta, poſſunt quicquam excedere. Quod ſi aliquid amplius ſibi vſurpent, iniuſtitiam committunt. Porrò leges, quæ ab eiuſmodi optimatibus, iuxta Reipublicæ præſcriptũ ac poteſtatem illis conceſſam, emanant, appellantur Senatuſconſulta.

Poteſtas Ariſtocratia varie põt conſtitui.

In Democratia etiam republica, cum poteſtas plurimorum, qui regimini deputantur, à tota Republica ſimiliter inſtituatur & concedatur, pro arbitratu poterit varijs modis inſtitui, tum quoad numerum, tum etiam quoad modum eligendorum, qualitatem ac periodũ regiminis cuiuſq; & quoad quantitatem,
D & latitudinem poteſtatis, ac dependentiam illius ab alijs. Similiterque nefas illis erit quicquã excedere. Leges verò quæ ab his, iuxta ptãtem eis conceſſam, emanant, plebiſcita nũcupantur. Quando autem in prima regiminis ſpecie ex tribus explicatis ad iniuſtitiam ſit deflexio, vel occupando Rempublicam, vel non in commune bonum, ſed in commune proprium iniuſtè illam adminiſtrando, vel ptãtem conceſſam excedẽdo, rigimen appellatur tyrannis, & rector tyrannus, noĩe in malam partem vſurpato. Dr̃ namque à potentia, & quondam vſurpabatur in bonam partem: qua ratione potentes dicebantur tyranni. Qñ vero in ſecũda ſpecie fit ſimiliter deflexio ad iniuſtitia, regimen dicitur oligarchia, id eſt, paucorũ principatus. Quando autem fit in tertia, Democratia appellatur, tametſi iam hodie ab aliquibus nomen hoc in bonam partem ſumatur, quo pacto illud hactenus ſumpſimus. Ariſtoteles tamen 3. Poli-

Poteſtas Democratia verè poteſt conſtitui.

Tyrannis, oligarchia, & democratia quid.

ticorum

ticorum c.5. tertiam regiminis iuſti ſpecie͂ appellat Politiam, i. Rempublica͂, nomine, tribus illis ſpeciebus regiminis iuſti alioquin co͂i, accommodato ad ſignificandam ſolum tertiam ſpeciem, deflexionem verò ab illo per iniuſtitiam, appellat Democratiam.

Monarchiæ regime͂ cæteris præſtātius.

Ex tribus ſpeciebus regiminis iuſti explicatis, pręſtantiſſimum regimen eſt Monarchia, propterea ꝙ eo regimine pax & tra͂quillitas publica melius conſeruetur, minusq; in eo, quàm in quocu͂q; alio locus ſeditionib. relinquatur. Nā vt rectè poſt Enniu͂ Lucanus, Nulla fides regni ſocijs, omnisq; poteſtas Impatie͂s co͂ſortis erit, &c. Et Dominus Hieremiæ 12. Paſtores multi demoliti ſunt vinea͂ meam. Ars pręterea eo perfectior eſt, quo plus natura͂ imitatur: in rebus au͂t naturalibus regime͂ ad vnu͂ reducit, vt vno corde membra omnia mouentur & guberna͂tur, & vnica ro͂ne potentię reliquæ, vna apes cæteris pręeſt & regimen totius vniuerſi ad vnu͂ ſupremu͂ rectore͂ & moderatore͂ Deu͂ reducitur; Quo fit, vt Monarchia cęteris regiminibus ſit pſtantior. Neq; in ea minus eſt ſubditis libertatis, q͂ in cæteris regiminibus, vt Victoria de poteſt. ciuil. nu. 11. rectè adnotauit: cum in ea ſubditi vnum ta͂tum ſupremum dominu͂ habeant, non plures, vt in alijs. De hac re lege Diuu͂ Thom. 1. de regimine Principum, c. 2.

Verum enim vero illud cum Victoria loco citato nu. 14. eſt animaduertendum, ꝙ cum in alijs regiminibus Reſpub. nulli in particulari tradiderit ſupra ſeipſam poteſtatem, ſed per rectores amouibiles, & qui expirant, gubernetur, quocu͂que tempore poterit, ſi ei placuerit, conſtituere ſibi regem, vt Venetię hodie, aut Genuenſis Reſpublica, poterunt ſibi regem creare, ſi id expedire iudicauerint. Ad quod ſatis erit, ſi maior Reipublicæ pars conſentiat: ille na͂que cenſetur co͂ſenſus totius Reipublicę ratione maioris ſuæ partis: quod proinde vim habet aduerſus minorem, ac proinde minor tenetur illi ſtare. Confirmatur, quonia͂ ſi in conſiliis Reipublicæ ſententia & beneplacitum maioris partis no͂ eſſet ſequendu͂, ſanè Reſpublica gubernari non poſſet, difficileque admodum quicquam illi vtile poſſet decerni: quippe cum ex tanta hominum multitudine, nunq͂ deeſſet aliquis, cui contrarium placeret. Addit Victoria, ꝙ cum Chriſtiana Eccleſia vnica ſit ſpiritualis Reſpublica, ad cuius finem, & co͂e bonum, finis ac regimen ſecularium principum illi ſubditorum ordinatur, vtiq; ſi maior pars Eccleſiæ conſentiret, vt vnus co͂munis eligeretur Imperator, qui eam defenderet, quique cæteris regibus ea in parte eſſet ſuperior, ꝓpterea ꝙ id iudicaretur valde expedire, conſenſus ille & beneplacitum ſufficeret, vt, reliqui de Eccleſia tenere͂tur illi ſtare, co͂ſentireq; in electione talis Imperatoris. Imo ſi id iudicaretur expediens omnino ac neceſſarium Eccleſiæ ad ſui conſeruatione͂, ſolus ſummus Pontifex poſſet id præcipere & ſtatuere, totaq; Eccleſia teneretur ſtare decreto illi ac ſtatuto, iuxta ea quæ diſput. 29. dicenda ſunt.

Ia͂ vero ciuiles supremę poteſtates, de quibus hactenus locuti ſumus, ſunt, quæ à Repub. dimana͂t in rectores. Iure au͂t poſitiuo diuino, quædam ſingulari priuilegio, à Deo immediatè emanarunt. Tales fuere poteſtas Moyſis in filios Iſrael, poteſtates ite͂ Saulis & Dauidis, qui à Deo co͂ſtituti ſunt reges Iſrael. Iure e͂t belli vnus princeps in plures Reſpublicas, & vna Reſpub. Ariſtocratia, aut Democratia, in plures alias, co͂parare poterit iuſtam poteſtate͂, q͂ no͂ ſit à rebus ipſis publicis, q̄bus dn͂atur, illi collata. Et hoc modo dilatata, comparataq; fuerunt maxima quæque imperia, quæ hactenus in orbe fuere.

A poteſtatib. ciuilibus explicatis emana͂t reliquæ inferiores in Rebuſpublicis, vt proregum, belli ducum, iudicum, optimatu͂, Marchionu͂, Comitu͂, &c. Ad Reges na͂que, & alios ſupremos moderatores,

A lumine naturali id docente ac præſcribente, ſpectat, per ſe, vel per alios, ad regimen ſplendoremq; Reipub. eos creare & conſtituere: eo ꝙ ipſe ſolus non poſſit omnia immediatè per ſeipſum adminiſtrare.

DISPVT. XXIV.

De ortu Imperatoriæ dignitatis, & quatuor illis præcipuis orbis Imperiis, de quibus Daniel 2. Et num iuſtè fuerint comparata.

Imperatoriæ dignitatis origo.

IMperatoria dignitas ad regiam monarchicamq; dignitatem reducitur ac ſpectat. In hunc verò modum in orbem fuit introducta. Qui plurimis prouincijs dominabantur, multosq; reges ſubditos ſibi habebant, ad differentiam regum communium, ſibi per excelle͂tia͂ Imperatoris no͂me͂ vſurpauerūt. Hoc modo Romani principes, qui circa Chriſti aduentu͂ maximam luſtrati orbis partem obtineba͂t, Impera-
B tores dicti ſunt, etiam antequam fidei Chriſtianæ nomen darent. Poſtquam verò Eccleſiæ Chriſti colla ſubdiderunt, Conſtantinusque Magnus Romana vrbe Eccleſiæ donata, imperij Romani ſedem Conſtantinopolim in Græciam tranſtulit, Imperatores patroni erant ac defenſores Eccleſiæ.

Romanum imperium à Græcis ad Gallos quando translatum.

Gloſſa c. Venerabile͂, de elect. in verbo, tra͂ſtulit, ex hiſtoriis aſſeuerat. Cum tp̄e Stephani ſecu͂di Po͂tificis maximi, extincto penè Imperio in partibus Occidentis pp varias ſeptentrionales nationes, q͂ illud vi & armis penè occupauerant, Romana Eccleſia ab Aſtulpho Lo͂gobardorum rege miſerandum in modum vexaretur, neq; Imperatores, q̄ Co͂ſtantinopoli morabātur, ſummo Po͂tifice crebro & enixè eoru͂ ope͂ aduerſus barbaroru͂ incurſus implorante, rebus Eccleſiæ afflictis ope͂ ferre curarent: tunc quidem Stephanum Papa͂ anno Domini 776. Imperiu͂ Romanu͂ à Græcis ad Gallos tra͂ſtuliſſe, Carolum
C que Magnu͂ Pipini filiu͂ Imperatore͂ creaſſe, quem poſtea Leo III. acclamantibus & flagitantibus populis, Imperatorem confirmauit & coronauit. Gilbertus Genebrardus lib. 3. Chronologiæ, circa annu͂ Chriſto nato 752. cum aliis vult, hunc ſummum Pontificem fuiſſe Stephanum III. Circa annum e͂t 756. refert Palmer. in chron. Naucleri, aſſerere, hu͂c Stephanum ea e͂t de cauſa tra͂ſtuliſſe inſignia, dignitates, & titulos Imperii ad Reges Francorum, quòd Orientalis Imperator Catholicos vexaret.

Licet aute͂ Romani Imperij ad Gallos tra͂ſlatio ex eo videatur habuiſſe originem, ꝙ Stephanus ad Pipinum in Galliam ſe contulerit, ſuppetias aduerſus Aſtulphum ab eo obtenturus, vbi Pipinum & duos eius filios denuo reges Galliæ in templo diui Dionyſij inunxit, idemq; Galliæ regnu͂ eoru͂ poſteritati hæreditarium declarauit; nihilominus co͂muniter affirmatur, translationem hanc Romani Im-
D perij ad Gallos, facta͂ fuiſſe per Leone͂ III. qui anno ſalutis octingenteſimo, aut octingeſimo primo, Carolum Magnu͂ co͂ſtituit, coronauitq; Imperatorem Occidentalem, remanente Orientali Imperio apud Gręcos: indeq; dicunt traxiſſe origine͂, vt occidentales Imperatores vngerent & coronarentur p ſummum Pontificem. Quin fertur Carolu͂ Magnu͂ pepigiſſe cum Eirene, & poſtea cum Nicephoro, vt ipſe Occidentis, illi verò Orientis tenere͂t imperiu͂, vt Platina, & Blondus refert Genebrardus libro 4. Chronographiæ circa annum 800. & lib. 3. circa eu͂dem annum. Romanum verò imperiu͂ Occidentale perſeuerauit apud Gallos annos circiter centum & decem, vſque ad Ludouicum IV. Quo ſine ſobole obeunte, extincta eſt progenies Caroli Magni per lineam maſculinam, tra͂ſlatumq; eſt imperium ad Germanos, quoru͂ primus Imperator fuit Conradus tempore Anaſtaſij III. circa annum nongen

Ad Germanos quando imperiu͂ tra͂ſlatum.

teſimũ duodecimũ. Cæterum neq; Ludouicus IV. neq; Conradus, neq; alij Imperatores vſq; ad Ottonem primum cognométo Magnum, coronati ſunt. Otto primus à Ioan. XII. circa annũ nongenteſimum ſexageſimũ tertiũ coronatus inunctuſque eſt Imperator Germanorum, populo Romano Auguſtũ eũ ſalutãte. Otto III. à Greg. V. circa annũ nongenteſimũ nonageſimũ ſeptimũ coronatus vnctuſque eſt Germanorũ Imperator, cui tandẽ Italia, ꝙ extincta Carol. Magni ſobole perpetuis ſeditionibus cõflictaretur, cõceſſit penitus Germanorũ imperium. Coacta verò Romæ Synodo cui Otto tertius interfuit, conſtitutum eſt, vt deinceps à ſeptem Germanis principib. trib. Eccleſiaſticis, & quatuor ſecularibus, ad plura ſuffragia eligeretur futurus Imperator, nẽpe, ab Archiepõ Maguntino, à Coloniẽſi, à Treuitẽſi, à Comite Palatino, à Duce Saxoniæ, à Marchione Brandẽburgẽſi, & à Rege Bohemiæ, q̃ tũc dux erat. Sũmus aũt Põtifex ſibi reſeruauit, tũ examen, approbationẽ, & cõfirmationẽ illius in Imperatorẽ, qui ab illis ſeptẽ eſſet electus: tũ ẽt vnctionẽ & coronationẽ illius corona aurea. Tres namq; coronę electo & cõfirmato in Imperatorẽ imponũtur. Prima ferrea ab archiepiſcopo Colonienſi in Aquiſgrano eiuſdẽ diœceſis. Secunda argentea ab Archiepiſcopo Mediolanẽſi in quodã eius diœceſis oppido in Italia. Et tertia aurea à Summo Pontifice Romæ. Atq; hic mos Imperatores eligendi, confirmãdi, vngẽdi, & coronãdi in hodiernum vſq; diem pſeuerat. Fuit verò Hẽricus II. Imperator primus, ab his ſeptẽ electoribus fuit electus. Porrò hæc Imperatorũ inſtitutio in eũ finẽ ſtatuta fuit, vt patroni eſſent, ac defenſores Eccleſiæ ad hæreticos, & quoſcunq; alios fidei hoſtes extirpãdos, & ad pſtandum q̃cunq; alia viderint ad ꝓtectionẽ, Eccleſiæq; patrociniũ expedire. Atq; ideo iuramentũ fidelitatis circa hæc oĩa & q̃dã alia Sũmo Pontifici præſtãt. Quo fit, vt Eccleſiæ ꝓtectio ac defenſio armis & potẽtia ad Imperatores ex officio ptineat. Hæc oĩa conſtãt ex c. Venerabilẽ, de electione, ex Clemen. Romani, gloſſis ibidẽ, præſertim verbo veſtigijs de iureiurãdo, & ex Gloſſa verbo, illi aũt, & ex duab. gloſſis ſequẽtibus, iuncto textu c. Ad Apoſtolicę, de ſentẽtia, & re iudicata, lib. 6. Lege ẽt Genebrardũ li. 4. Chronolog. circa annũ 997. & rurſus circa annum 1007.

Imperatoris electores, qui, & quando cõſtituti ſunt.

Coronę tres Imperatori vbi, & à quibus, imponantur.

Imperatoris finis ac munus.

Porrò Romani Imperium potentia & gloria florentiſſimum meritò iudicatur inter ea quatuor præcipua orbis imperia de quibus Danielis 2. quæ bello & armis magna ex parte comparata & dilatata ſunt. Primũ Aſsyriorũ & Chaldæorũ, Scdum Medorum. Tertiũ Græcorum ſub Alexãdro, & Quartum tandem Romanorum de cuius origine ac initio proximè locuti ſumus. Quod ſi bella, quibus cõparata ſunt, iuſta fuerunt, imperia quoque ipſa fuerunt iuſta. Si aũt bella fuerunt iniuſta, imperia quoque fuerunt iniuſta, quoad id quod bello iniuſto acquiſitũ eſt, neq; prius comparatũ fuit legitimũ eius partis imperij dominiũ, ꝙ iniuſtè acq̃ſitũ eſt, q̃ populi tacitè vel expreſsè liberè cõſenſerunt, vt, nõ obſtãte belli iniuſtitia, Imperatores illi eis dominarentur. Veriſimile aũt eſt huiuſmodi Imperia magna ex parte iniuſtè fuiſſe acq̃ſita, idq; inter alios affirmãt Duran. de origine iuriſdictionis, Alber. Pighius lib. 1. Hierarch. Eccl, c. 14. & Driedo lib. 1. de libertate Chriſtiana, c. 15. eaq; de cauſa volũt hęc Imperia Danieli fuiſſe oſtẽſa, nõ ſub ſimilitudine hoĩum, ſed beſtiarum. Qđ ſi obijcias, in ſcripturis ſãctis dici interdũ fuiſſe à Deo Imperatoribus illis cõceſſa, vt Nabuchodonoſor apud Danielẽ, & Ieremiæ 27. & Cyro Iſaiæ 44. & 45. & Eſdræ 1. Dicendũ eſt, cõceſſa fuiſſe permittendo id, vtendoq; hominib. illis, tanq̃ inſtrumentis, quibus hominũ peccata puniret Cyriq; imperium ordinãdo in reductionem filio-

Quatuor imperia. Romanum inter ea florẽtiſſimum.

Iuſtè ne fuerint comparata.

A rum Iſrael de Babylonica captiuitate. Si rurſus obijcias, Paulum ad Rom. 13. Petrum 1. ſua Canonica c. 2. locutos fuiſſe de poteſtatibus, quæ tunc erant, quæ ſanè erant Romanorum. Reſpondendum eſt, in primis Petrum & Paulum de poteſtatibus ſublimioribus in genere fuiſſe locutos, interim nec expẽdendo, nec definiendo an hæ vel illæ in particulari eſſent legitimæ: quoniam eſto in ſe tales non eſſent, non ſpectabat ad eos tunc id docere, neque expediebat: communiterq; videbantur reputari à ſubditis legitimæ, quo dato, tenebantur illis obedire. Dicendũ eſt deinde, ſaltem comparatione multorũ fuiſſe legitimas; vtpote bello iuſto comparatas, aut rebus publicis ipſis ſua ſponte ſe Romanis ſubijcientibus: & fortè eo tempore erat iam conſenſus populorum tacitus, vel expreſſus, vt Romani illis dominarentur. Dicendũ præterea eſt, ꝙ eſto Romani Imp. tyrannicè tunc aliquibus dominarentur, nihilominus, vt cum Victoria tractatu addicemus, eo ipſo ꝙ Reſp.
B aliqua illos tolerat, eo, quòd non valeat iugum eorũ excutere; nõ ſolum præcepta & iudicia iudicum per eos conſtitutorum, obligabant in foro conſcientiæ ſingulos de Republica, ſed etiam præcepta & iudicia ipſorummet Imperatorum, non quidem authoritate propria Imperatorũ, ſed authoritate ipſiuſmet Reipublicæ: præſumendum namque eſt Rempublicam velle, vt tale regimen vim habeat, poſito, quòd Reſpublica ipſa non poteſt aliud conſtituere.

DISPVT. XXV.

De regia poteſtate erga ſubditos, & erga regiæ coronæ bona, & num donatio à Conſtantino Eccleſiæ facta fuerit legitima.

EX hactenus dictis eſt manifeſtũ, regem, & quẽcũque alium ſupremum Reipub. adminiſtrato-
C rem, dominum non eſſe bonorum ſuorum ſubditorum; ſed ſolum habere in ſuos ſubditos dominium iuriſdictionis ad ius illis dicendum, eoſque defendẽdum & gubernandum in commune bonũ. Ad hoc nãque ſolum electus eſt, cõceſſaq; illi eſt facultas & poteſtas à republica. Quare ſi ſuorum ſubditorũ bona pro libito ſibi vſurpet, aut alteri cõcedat, iniuſtus eſt, & ad reſtitutionẽ tenetur, neque valida eſt talis conceſſio. Hoc totũ de ſe eſt perſpicuum, idque affirmant Bar. in proœmio veterum ff. §. omnẽ, à nu. 3. Panorm. c. venerabilem, de elect. num. 19. Innoc. & alij. Poterit tamen, quatenus adminiſtrator Reipub. eſt, & quatenus ad cõe bonum oẽs illi ſubijciuntur, condere leges, quas ad idem bonum commune viderit expedire, quibus dominia amittantur, & transferantur ad alios, vt legem pręſcriptionis, & alias ſimiles; idque non ſolum in pœnã culpæ, ſed ẽt in ſolum commune bonum, nulla interueniente culpa. Item,
D cum ratio poſtulauerit, exponere poterit, non ſolum ſuorum ſubditorum bona, ſed etiam perſonas pro bono communi, ab eiſque exigere poterit, & recipere, quæ ſeruata quoad fieri poterit inter eos ęqualitate, in bonum commune expedire fuerint iudicata.

Regis dominium in ſubditos quale, & quanta poteſtas.

Cum autẽ rex in protectorẽ & defenſorem Reip. ab externis hoſtibus & internis malefactoribus ſit conſtitutus, atque vt ius dicat, & pacem ac iuſtitiam in ſubditis conſeruet, & denique vt Rempublicam in commune bonum adminiſtret, eaque de cauſa tributa ei ſoluantur, aliaque emolumenta, quæ ad regis potentiam, dignitatem, & honorem neceſſaria ſunt: ſanè tenetur rex de iuſtitia, atque ex ſuo munere, prędicta omnia præſtare: quemadmodum ſubditi viciſſim tenentur ei rependere reuerentiam, obedientiam, tributa, & alia ſubſidia, quæ pro munere ſuo illi debentur. Quamuis autem rex donare poſſit de bonis regni ea, quæ non cedant in graue & no-

Rex ad quæ tenetur.

A tabile præiudicium regni, remunerareque poſſit ac debeat merita ſuorum ſubditorum, eò magis, quo plus in cõe bonum cedunt, vt colligitur ex c. abbate, de ſenten. & re iudic. lib. 6. atque ex alijs iuribus; non tñ poteſt donare ea, quæ cedant in graue notabile præiudiciũ regni; quin potius ſi ita donet, poteſt donationẽ reuocare, eſto iureiurando eam firmaſſet: eodemq; modo eam poſſunt reuocare ſucceſſores, in quorum præiudicium facta eſt. Ita colligitur ex c. intellecto, de iureiur. & affirmant Innoc. & Panor. ibi, vſque ad num. 8. Bart. in l. prohibere, §. planè ff. quod vi aut clam. Ratio eſt: quoniam rex, comparatione bonorum coronę regni, eſt quaſi adminiſtrator: bona namq; coronę regni ſuo modo ſunt vinculata, & à Republica regibus conceſſa ad defenſionem & adminiſtrationem Reipublicæ, & non vt in regni, & Reipublicæ detrimentum, dilapidentur. Et quamuis rex iuſta de cauſa poſſit ab eis auferre illud quaſi vinculum, quod habent, non tamen pro libito & abſque legitima cauſa.

B Donatio à Cõſtantino Eccleſię facta. Hinc dubitant Doctores, an donatio à Cõſtantino facta Eccleſiæ fuerit valida: cũ fuerit de re admodũ graui, ac in præiudiciũ ſucceſſorum. Et quicquid quidã Iuriſperiti dixerint, dicẽdũ eſt cũ Bart. in rubr. proœmij citati (tametſi eo in loco non ſit admodũ firmus) Panor. loco citato Maiore in 4. d. 15. q. 10. par. 2. & multis alijs, non ſolum bona fide & abſque peccato factã, acceptatamq; fuiſſe, ſed etiã videri profectã ex diuina inſpiratione ad exaltationem, ſplendorem, & dilatationẽ Eccleſiæ. Et præterquàm ꝙ quaſi in remunerationem pro ſalute, victorijs diuinitus comparatis, fide, ac alijs beneficijs acceptis, fuerit facta; facta fuit Deo in ipſius Eccleſiæ, & in commune bonum totius Imperij, tot iam de imperio ſubiectis Eccleſiæ. Porrò donationes, quæ cedunt in cõe Reipublicæ bonum, licitæ ſunt; ad rempublicamq; ciuilẽ ſpectat Eccleſiam dotare & exaltare, à qua, tanquã à matre, tot bona accipit, & ad cuius finem finis temporalis Reipublicæ ordinatur. Et peculiariter id ſpectat ad prĩcipes noĩe totius Reipublicæ: donationesq; in cauſas pias fauorabiliores multò ſunt in iure, q̃ reliquæ, præſcribẽte docẽteq; id lumine naturali. Accedit à ſanctiſſimo Syluestro fuiſſe acceptatã, in eaq; ſanctiſſimos & doctiſſimos Sũmos Pontifices perſeueraſſe, atq; in eã ſequẽtes Imperatores ac reſpublicas cõſenſiſſe.

C Vt verò probè notat Albertus Pighius li. 6. Hierar. Eccleſiaſticæ c. 16. donatio illa tota per Conſtãtinum facta, extincto imperio illo antiquo in Italia, alijsq; Occidentis partibus, vt diſputatione præcedente dictum eſt, expirauit: lõgeq; aliam originem habent bona, quæ poſteà, vt ſua, Romana Eccleſia poſſedit, vt iam nũc ſubiungam, ab illa antiqua origine. Et eſto donatio facta per Conſtantinum non expiraſſet, cum (vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt) imperiũ Germaniæ, quod hodie eſt ĩ Eccleſia, longè diuerſum ſit ab illo antiquo Conſtantini & ſucceſſorum, nihil ſanè bona illa, quæ à Cõſtantino Eccleſiæ Romanæ fuerũt donata, ad Imperatores Germanos, qui modò ſunt, pertinerent. Quòd verò bona, quæ ad patrimonium Romanę Eccleſię ſpectant, longè diuerſam originem ab illa antiqua habeant, oſtendit optimè Albertus Pighius, & conſtat ex alijs, quos idem author, & Genebrardus, referunt. Arithpertus namque Longobardorũ Rex donauit Eccleſię Romanæ Hexarchatum Rauennatem (qui multas vrbes continet) & multa alia. Pipinus poſtea, & Carolus Magnus eius filius, extirpatis funditus ex Italia Longobardis, donationẽ auxerũt. Mechtildis poſtea Comitiſſa moriens Eccleſiæ Romanæ reliquit, quicqd à Piſſia amne, & ſancto Quirico agri Senẽſis, vſq; ad Ceperanũ inter Apẽninũ & mare interiacet. Atq; id eſt, ꝙ peculiariter dr̃ Petri patrimonium. Vltro deinde acceſſerunt terris Eccleſiæ Beneuẽtanus Ducatus, & poſtremò vtraque Sicilia Northmanorum fratrum, Tancredi filiorum, virtute à Saracenis & Græculis vindicatę.

Rex diuidere non pteſt regnum, neque circa illud, aut ſucceſſionẽ qcquam mutare. Cæterum reges, vt donare non poſſunt in notabile præiudicium, ac detrimentum regni, ita neque diuidere poſſunt regnum; partemque vnam dare vni filiorum, & aliam alij. Et multo minus poſſunt concedere regnum alicui extraneo, non conſentiente ipſa Repub. niſi forsè illa iure belli eſſet capta. Denique nihil circa regnum, ſucceſſionemque in illo, mutare poſſunt. Ita, inter alios, Maior loco citato. Lege etiam Panormit. c. intellecto, de iureiur. nume. 5. & Innoc. c. Grandi, de ſupplenda neglig. prælat. lib. 6.

DISPVT. XXVI.

Vtrum regia poteſtas de iure naturali ſit.

Argum. 1. VIctoria in relectione de poteſtate ciuili, num. 8. aſſeuerat regiam poteſtatem eſſe de iure naturali, illi videtur ſubſcribere Cou. de pract. quęſtionib. c. 1. nu. 6. Suaderi autem id poteſt. Primò, quoniam poteſtas Reipub. in ſingulas ſuas partes eſt de iure naturali, vt diſp. 22. oſtenſum eſt: ſed eadem eſt poteſtas, quam Reſpubl. transfert in regem; quippe cum creato rege, non maneant duæ poteſtates, vna in Republica, & altera in rege, ſed abdicante à ſe republica ſuam poteſtatem, eamque in regem transferente, remanet vna ſola poteſtas regis: ergo ſicut poteſtas ſummi Pontificis eſt de iure diuino, eſto applicatio illius ad hunc vel illũ, qui eligitur in ſummum Pontificẽ, pendeat à voluntate & electione hominum: ita poteſtas regis erit de iure naturali, eſto applicatio illius ad hunc vel illum, qui in regem eligitur, à libera conceſſione & electione Reip. pendeat.

Secundum. Secundò, non ſola poteſtas Reip. oritur ex iure naturali, ſed ẽt ꝙ eam alicui vel aliquibus cõmittat, proficiſcitur à lumine ipſo, iureque naturali; eo ꝙ Reſpub. tota nequaquã, ſecundum ſe totam, poſſit illã exercere: ergo ſiue Reſpub. ſibi eligat regium regimen, ſiue Ariſtocraticum, ſiue Democraticũ, ſanè ſuprema ciuilis poteſtas, quã pro ſuo arbitratu elegerit, ſemper erit de iure naturali. Atque hoc argumento ductus Cou. eam ſibi opinionem perſuaſit.

Dicendum eſt tamen cum Durando de origine iuriſdictionis, q. 1. Driedone 1. de libertate Chriſtiana, c. 15. Alfonſo à Caſtro 1. de poteſtate legis pœnalis, ca. 1. & alijs, tum regiam, tum quamuis aliam ſupremam ciuilem poteſtatem, quã pro arbitratu Reſpublica ſibi elegerit, eſſe immediatè à Republica, & mediatè à Deo per lumẽ naturale & poteſtatem, quam Reip. conceſſit, vt ſibi deligeret ciuilem poteſtatem prout vellet, expedireque iudicaret. Quare deſcendit à iure naturali, eſt tñ ſimpliciter de iure

D humano Reip. pro arbitratu ſibi deligentis, non ſolum perſonam, aut perſonas, quibus tribuat poteſtatem, ſed ẽt modum, quantitatem, ac durationem talis poteſtatis. Sicut enim leges Summi Pontificis deriuantur à poteſtate, quam iure diuino habet ad eas condendum, ſunt tamen ſimpliciter de iure humano: ita etiam, licet ſuprema ciuilis poteſtas, quã pro arbitratu ſibi Reſpublica eligit, deriuetur à naturali poteſtate, quam ad illud conſtituendum habet, eſt tamen de iure humano. Neque eſt eadem ratio de ſuprema ciuili poteſtate, vt non ſit de iure humano, & de ſuprema Eccleſiaſtica poteſtate Sũmi Pontificis. Poteſtas namque Summi Pontificis, nec cõſtituitur ab Eccleſia, nec ab ea variari, minui aut coarctari poteſt, ſed ſolum Eccleſiæ fuit à Chriſto cõceſſum, vt iuxta leges, quas ipſi ſummi Põtifices præſcriberent, facultatem haberet eligendi perſonam, cui poteſtas illa applicaretur. At verò ſuprema ciuilis

lis poteſtas conſtituitur à Republica talis vel talis, & tanta vel tanta, hocque vel illo modo reſtricta, & deſcendens ab alio aut ab alijs, pro ipſius Reipublicæ arbitrio.

Ad primũ. Ad primum ergo argumentum in contrarium neganda eſt minor. Longè nãque diuerſa eſt poteſtas, quam Reſp. regi cõicat, ab ea, quam in ſe habet, poteſtq; maiorem vel minorem illi cõicare, vt dictum eſt. Ad probationẽ verò minoris dicendum eſt creato rege, non manere quidẽ duas poteſtates, quarum quæuis prodire poſſit immediatè & integrè in actũ exercẽdæ iuriſdictionis, ac regiminis in partes Reipublicæ. Etenim quantum Reſpub. cõcedit regi poteſtatis indepẽdentis in futurum à ſe ipſa, tantã ſibi adimit poteſtatem, quoad immediatum illius vſum; nihilominus negandum non eſt, manere duas poteſtates, vnam in rege, alteram verò quaſi habitualem in Repub. impeditam ab actu, interim dum illa alia poteſtas perdurat, & tantum præciſè impeditã, quãtum Reſpublica independenter in poſterũ a ſe Regi illi eam conceſſit. Abolita verò ea poteſtate, poteſt Reſpublica integrè vti ſua poteſtate. Præterea, illa perdurante, poteſt Reſpublica illi reſiſtere, ſi aliquid iniuſtè in Rempublicam committat, limitesve poteſtatis ſibi conceſſæ excedat. Poteſt etiam Reſpublica exercere immediatè quemcunque vſum ſuę poteſtatis, quem ſibi reſeruauerit.

Ad ſecundum. Ad ſecundum, conceſſo antecedente, negãda eſt conſequentia. Sicut enim de iure naturali eſt, ꝙ Reſpublica, aut princeps iubeat, punireve faciat malefactores; attamen, ꝙ hac potius, quàm illa pœna punire faciat hoc vel illud delictum, eſt de iure poſitiuo; eo quòd à libero ſuo arbitrio, iureque, quod conſtituere ea in parte voluerit, id pendeat: ita licet de iure naturali ſit, ꝙ Reſp. aliquem vel aliquos rectores eligat, quibus regimen committat: eo quòd tota non poſſit ſe ipſam regere; de iure tamen poſitiuo ipſiuſmet Reipub. eſt, quodcunque in ſingulari regimen elegerit: eo quod ab arbitrio ipſius pendeat, hoc potius, quàm quodcumque aliud eligere.

DISPVT. XXVII.

Quanam ratione ſeculares legitimæ omnes poteſtates à Deo ſint.

CVm legitimæ oẽs poteſtates laicæ, vel ſint de iure naturali, vt poteſtas patris in filios, viri in vxorẽ, reipub. in ſingulas partes, atque adeo ſint à Deo tanq̃ ab autore naturæ, vel deſcẽdant à iure naturali conſtituãturq; iure poſitiuo, partim per poteſtatem iure naturali ad id immediatè conceſſam, vt ſunt poteſtates oẽs ſupremæ laicæ, & ſi quæ aliæ immediatè conſtituantur à toto corpore reipublicæ, partim verò per poteſtatẽ à iure naturali mediatè ad id deriuatam, quales ſunt poteſtates aliæ, quæ mediatè conſtituuntur à corpore toto reip. mediante videlicet regia, & aliis poteſtatib. ab ipſa creatis, & per poteſtatẽ ad id in cõe reipub. bonum illis conceſſam: conſequens profectò eſt, vt legitimæ oẽs laicæ poteſtates proximè vel remotè ſint à Deo, atque adeò iuxta diuinum beneplacitum & voluntatẽ ſint conſtitutæ. Vnde licet, quæ à regia, & alijs legitimis inferiorib. poteſtatibus ritè, vel conſtituuntur, vel præcipiũtur, ſint de iure poſitiuo, quod tñ illis, poſt q̃ ita fuerint conſtitutę, pareatur, eſt de iure naturali, lumine ipſo naturali intellectus, ex naturis ipſis rerum, id ita docente & præſcribente, atque adeo eſt de iure diuino à Deo ipſo, medijs naturis rerum, ita conſtitutum.

Cur de diuino ac naturali iure ſit vt humanis legibus pareatur.

Quo fit, vt leges & præcepta, non iniuſta, laicarũ poteſtatum de iure ſint humano; quod verò illis pareamus, ſit de iure naturali ac diuino. Vt enim Deus opt. max. mundũ hunc vniuerſum quoad naturalia
A per cauſas ſecundas naturales gubernat, quarũ quędã ſunt ab eo immediatè, vt Angeli, cœli, & aſtra, à quibus regimẽ & procreatio inferiorũ pendet: quædã verò ſunt mediatè, mediantib. videlicet aliis cauſis ſecũdis, qua rõne attingere à fine vſque ad finem fortiter, & diſponere oĩa ſuauiter, dr̃ influxũ, operationemque cãrum non excludendo, cum tñ eius ſapientiæ ac prouidentię regimen totum huius vniuerſi quoad naturalia tribuatur: ita ſanè ipſe eſt qui per poteſtates legitimas, à ſe proximè uel remotè deriuatas, ac conſtituas creaturas, oẽs libero arbitrio præditas, ad fines ſuos, tum naturalem, tum ſupernaturalẽ dirigit ac gubernat. Quo fit, ut legitimæ oẽs poteſtates, quibus obedire tenemur, à Deo ſint, Deiq; vices vnaquęque in ſuo ordine & gradu teneant, vt dum illis obedimus, earumque præcepta ſeruamus, Deo pariter in illis obediamus, Deiq; præceptũ ac voluntatẽ exequamur. Vnde Paulus ad Ro. 13. de poteſtatibus ſęcularibus, eiſque laicis, agens, ait: Omnis aĩa
B poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit: nõ n. eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autẽ ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui aũt reſiſtunt, ipſi ſibi dãnationem acquirunt. Et paucis interiectis. Dei miniſter eſt tibi in bonum: ſi aũt malum feceris: time. non.n. ſine cauſa gladium portat. Dei.n. miniſter eſt, vindex in irã (ideſt, in pęnã) ei qui malũ agit. Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum pp iram, id eſt, pęnã, ſed ẽt propter cõſcientiã (id eſt, vt peccatũ vitetis) ideo enim & tributa p̃ſtatis: miniſtri.n. Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Ad Tim. 3. Admone illos principibus, & poteſtatib. ſubditos eſſe, dicto obedire. 1. Pet. 2. Subditi eſtote oĩ humanæ creaturæ propter Deũ, ſiue regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanq̃ ab eo miſſis ad vindictã malefactorũ: laudem verò bonorum, quia ſic eſt volũtas Dei. Et inf. Regẽ honorificate. Serui ſubditi eſtote in omni timore dñis, non tm̃ bonis & mode-
C ſtis, ſed ẽt diſcolis. Et Paul. ad Eph. 5. Subiecti, inq̃t inuicẽ in timore Chriſti. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Dño, ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in oĩb. Et ad Phil. c. 6. Obedite parẽtib. veſtris in Dño. Serui ſubditi eſtote dñis carnalib. cũ timore & tremore, ĩ ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculũ ſeruientes, quaſi hominib. placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex aĩo cum bona voluntate ſeruiẽtes, ſicut Dño, & non hominibus. Ex quib. conſtat, ſęculares poteſtates à Deo eſſe, & vt Dei miniſtros Deũ ipſum referre. Præterea, dũ illis obedimus, Deo nos obedire, eiuſq; pręceptũ & voluntatẽ ſeruare. Hinc vlterius facilè patet, q̃ ſtultus eorũ error fuerit, qui aſſeruerunt, regium regimen eſſe contra ius naturale, regeſq. oẽs eſſe tyrannos, & eorũ regimen eſſe cõtra Chriſtianam libertatem & legem Euangelicam. Nihil enim, quod cũ recta rõne conſonat, & à iure
D naturali deriuatur, & cũ ſcripturis ſacris omnino cõſentit, contra ius naturale eſſe põt. Præterea, Melchiſedech rex fuit Salem, & ſacerdos dei altiſſimi. Ioſeph procurator fuit Pharaonis regis Aegypti. Dauid & Saul reges à Deo ſunt cõſtituti. Et Deut. 17. filiis Iſrael conceditur cõſtituere ſibi reges, regniq; leges eo loco p̃ſcribuntur. Itẽ Prou. 18. ait Deus, Per me reges regnãt, & legũ conditores iuſta decernũt. Cum verò nihil in Euang. ſit prohibitũ, quod naturali iure non prohibeatur: libertaſque Euangelii in eo ſit poſita, quod à iugo veteris legis ſimus liberati, & quod à ſeruitute peccati liberi facti ſimus iuſtitia, ridiculum profectò, ineptumque omnino eſt aſſeuerare, regium regimen cum Euangelio, Euangelijq; libertate pugnare.

Ex his, quæ, tum hac, tum nouem aliis diſputationibus præcedentibus dicta ſunt, facilè cuiuis poterit eſſe manifeſtum; nationes aliquas infideles

fideles

Infideles dominia, & leges legitimas habere poſſunt.

fideles eſſe, nihil omnino impedire quominus inter homines earũ veri reges ſint, qui illis dominentur, legitimæq; aliæ poteſtates ſeculares. Nec item impediſ re, quominus infideles ipſi legitimi ſint earum rerũ dñi, quas tanquam priuatæ perſonæ, vt proprias, poſſident. Etenim dominia iuriſdictionis & proprietatis toti generi humano ſunt communia, eorumq; fundamentum; neq; eſt fides neque charitas, ſed mediate vel immediatè oriuntur ex ipſiſmet naturis rerũ, primaque ipſorũ conſtitutione, diſſoluta natura per peccatum, factaque ea de cauſa rerum diuiſione, vt explicatum eſt.

DISPVTAT. XXVIII.

Vtrum Chriſtus quatenus homo, rex fuerit temporalis, & dominus orbis.

Explicata ſuprema laica poteſtate, vt cum ea Eccleſiaſticam Summi Pontificis conferamus, rẽ que ab ouo, vt aiunt, deducamus, examinandum eſt quanta fuerit poteſtas Chriſti circa res temporales. Et quidem conſtat Chriſtum, quatenus Deum, iure creationis dominum eſſe omnium, vt diſp. 18. oſtenſum eſt. Dubium verò eſt, vtrum quatenus homo, ſit etiam dominus orbis, quaſi dono patris dominium iuriſdictionis temporalis acceperit in vniuerſum orbem, fueritque ab eo rex totius mundi ſuper omnes Principes terræ conſtitutus.

Partem affirmatẽ qui amplectantur.

Partem affirmãtem amplectuntur Burgenſ. additione 2. ad caput 1. Matthæi. Nicolaus Grandis in illud ad Hæbræos 1. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum, Roffenſis ar. 25. contra Lutherum, Albertus Pighius 5. lib. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ca. 3. Almainus de poteſtate Eccleſiaſtica. c. 8. Bachonius in 4. q. 1. ꝓlogi. ar. 2. & q. 11. Nau. c. Nouit, de iudicijs. notab. 3. nu. 8. & 130. Hoſtienſis c. Quod ſuper his, de voto, & alij ex Iuriſperitis, qui eo innixi fundamẽto aſſeuerant, Summũ Pontificem, qui à Xp̃o eam ptãtem accepit, q̃ Chr̃s habuit in terris, dñm eſſe tẽporalem totius orbis. Ad eandem ſententiam accedũt Durandus de origine iuriſdictionis. q. 3. Turrecremata 2. lib. Summæ. c. 116. ad 2. D. Antonius 3. p. tit. 3. c. 2. in initio, & D. Tho. 3. de regimine principum à c. 12. vſque ad 15. idem vr̃ aſſerere 3. p. q. 59. art. 4. ad 1. Eandem ſnĩam redolet Chryſ. hom. 83. in Ioãnem, exponens illa verba, Si ex hoc mundo eſſet regnum meum. Eandem abſque vllo ænigmate aſſeuerat Bernar. 3. de cõſideratione ad Eugeniũ ad initiũ his verbis. Diſpoſitio tibi ſuper orbem credita eſt, nõ data poſſeſſio. Nõ tu ille, de quo Propheta ait, & erit oĩs terra poſſeſſio eius. Chriſtus hic eſt, q̃ poſſeſſionẽ ſibi vendicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono patris. Cui. n. alteri dictũ eſt, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & poſſeſſionẽ tuam terminos terræ. Poſſeſſionem & dominium cede huic: tu curã illius habe. Hæc Bernardus.

Suadetur primò.

Hæc ſententia ſuadetur. Primò, q̃m id pertinere videtur ad Chriſti dignitatem & excellentiam: quin & illi vr̃ debitum ex gratia vnionis humanitatis cũ verbo, per quã, quatenus homo, conſtitutus eſt caput & dñs, non ſolum hominum, ſed ẽt Angelorum: Ipſe. n. ait Paulus ad Coloſſen. 2. eſt caput oĩs principatus & poteſtatis. Conſtitutus (vt ad Epheſ. 1. addit) ad dexteram patris in cæleſtib. ſupra oẽm principatum & ptãtem, & oẽ, quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & oĩa ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam: non videtur autem pater æternus filio denegaſſe, quæ ad ipſius dignitatem & excellentiam attinebant, quæque tanquam creaturarum omnium caput, ex vnionis dono, ſuo quaſi iure vendicabat.

Secundò.

Secundò, Apoc. 19. de Chriſto ſcriptum legimus,

A Habet in veſtimẽto & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum & dominus dominantium. Pſal. 2. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam. Pſal. 21. Regnum ipſius omnibus dominabitur. Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Omnis, ait Chriſtus, & non ſpiritualis tantum. Ioan. 13. Omnia dedit ei pater in manus. Ad Hebræos 1. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum: perſpicuũ autem eſt, non quatenus Deũ, ſed quatenus hominem, conſtitutum eſſe hæredem vniuerſorum Et c. 2. de Chriſto ait Paulus. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Addens in eo quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiuctum ei, quod explicans peramplius 1. ad Corinth. 15. ſubiungit, Sine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia: ergo Chriſtus, quatenus homo, dominus eſt rerum omnium creatarum.

Tertiò.

Tertiò, Chriſtus fuit vſus aliquando temporali ptãte. Matth. namque 8. dæmonibus poſcentib. ſi eij-
B cis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorum, dixit, Ite. Et ſuffocati ſunt. Matth. 21. Maledixit ficulneæ, & aruit. Item flagello eiecit ementes & vendentes de templo: in his autem Chriſtus nullam iniuſtitiam cõmiſit, ſed iure ſuo, & poteſtate eſt vſus.

Negãtis partis autores.

Cõtrariam tñ ſnĩam, nempe, Chriſtum neque habuiſſe dominium rerum tpaliũ, neque regem fuiſſe temporalẽ, ſed regnum ipſius fuiſſe ſpirituale Eccleſiæ militantis primum in hoc ſeculo, & triumphantis poſteà in ſempiternum in alio (eò quòd vtraque Eccleſia ſimpliciter ſit vna & eadẽ, differens ſolum penes diuerſos ſtatus, vt q. 1. huius 2. 2. art. 1. oſtendimus) aſſeuerãt Victoria Relect. 1. de ptãte Eccleſiaſtica, q. pen. à nu. 15. Sotus in 4. d. 25. q. 2. art. 1. & 4. de iuſtitia q. 4. art. 1. Ioannes Pariſienſis de authoritate regia & papali, c. 8. & 9. & Bartholomęus Medina. 3. p. q. 59. ad art. 4. D. Tho. Eandem redolẽt Abulenſis ad caput 21. Matth. q. 3. exponẽs illud Zacha-
C riæ, Ecce rex tuus venit, &c. Auguſt. & alii ad illa verba Ioan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo, Et Amb. 3. lib. in Lucam, prope finem.

Suadetur primo.

Probari autem poteſt. Primò, q̃m vbicunque in ſacris literis mentio fit de regno Chriſti, ſermo eſt de regno ſpirituali, non verò de tpali: ergo abſque vllo fundamento aſſeritur, Chriſtum fuiſse Regẽ tpalem. Antecedens probatur ex illo Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, id eſt, Eccleſiam, quæ regnum eſt ipſius, iuxta illud Ioannis Baptiſtæ Matth. 3. Pnĩam agite, appropinquauit. n. regnum cœlorum. Id quod apertius docuit Chriſtus ipſe Ioan. 18. dicens, Regnum meum non eſt de hoc mundo. His. n. verbis manifeſtè docuit, ſe non eſse Regem temporalem, & nihilo minus habere regnum alterius rationis à mundanis & caducis regnis. Etenim cum eum interrogaſset Pilatus, Tu es Rex Iudæorum? reſpondit Chriſtus. A
D temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Si namque à ſe loqueretur, cum ignarus eſset legis, ſanè de regno intelligeret temporali. Si verò non ex ſe ſed ex Iudæorum accuſatione loqueretur, proculdubio ſermo eſset de regno Meſſiæ: neque enim Chriſtus aliter ſe regem fecerat, quam profitendo ſe eſse Meſſiam. Vt Chriſtus melius Pilatum doceret, interrogauit eum. A temetipſo hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Vnde cum ſubiunxiſset Pilatus, ex Iudæorum accuſatione interrogationem illam ortum habuiſse, dicens: Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, quid feciſti? Reſpondit Chriſtus. Regnum meum non eſt de hoc mundo, Quaſi diceret, ne fallaris Pilate, Regnum meum, quod tanquam Meſſiæ ad me ſpectat, & de quo Iudęi me accuſant, non eſt de hoc mundo. Cũ vero inde Pilatus intuliſſet: ergo rex es tu? Reſpondit Chriſtus, explicãs modum & qualitatẽ regni ſui. Ego in hoc natus ſum,

& ad

& ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati, nempe homines docendo fidem & viam ſalutis æternæ. Quod eſt illud idẽ, quod Pſ. 2. poſt uerba relata ſuerat prædictum, Prædicans præceptum eius. Atque hoc eſt regnum Meſſiæ, de quo Angelus Lucę 1. ad B. Virginem dixit: Dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius, hoc eſt, Dauidi patri eius promiſſam, futurã Meſſiæ, eidem Dauidi de ſuo ſemine promiſſo, & cuius typum Dauid in ſuo regno geſſit. Hæc autem ſedes, & hoc regnum Meſſiæ, ſanè non eſt aliud, quã Eccleſia, quæ vna & eadẽ eſt à principio mundi, & de militante tranſit in triumphantem, & de Eccleſia legis naturæ & Synagogæ tranſiuit in eccleſiam Chriſtianam, facto vno ouili ſub vno paſtore Chriſto & eius vicario Sũmo Pontifice ex duobus ouilibus, deſtructa & euacuata macerie legis veteris, quę ouilia illa ante Chriſti mortem diuidebat, vt in hac 2. 2. q. 1. artic. 10. explicauimus. Quia verò, quo tẽpore Angelus cum B. Virgine loquebatur, ferè tota Eccleſia militans erat ſola Synagoga, quę domus & ſoboles erat Iacob, cui pręcipuè promiſſus erat Meſſias, quæque tranſitura erat in Eccleſiam Chriſti ac cum illa continuanda, ſuſcitante Deo in Synagoga prophetam illum ac legiſlatorem, de quo Moyſes Deuter. 18. dixerat, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Deus, ipſum audies. Et inf. Deus ipſe. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi: qui autẽ verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam: ideo de Chriſto ſubiunxit Angelus. Et regnabit in domo Iacob, hoc eſt, in Eccleſia, in æternum, & regni eius nõ erit finis. Itaque Eccleſia, regnum ve Meſſiæ, dicitur regnum Dauidis, quia Dauidi & ſuæ ſoboli fuit promiſſum, & quia regnũ Dauid typum regni Meſſiæ geſſit. Vt enim Dauid conſtitutus eſt Rex ſuper populum Dei electum: ita Chriſtus ſuper Eccleſiam Dei electam. Et ſicut Dauid prius vnctus fuit in regem q̃ regnum conſequeretur, & per multas tribulationes ac perturbationes ad regnum peruenit, priuſque regnauit in Iuda, & Beniamin, & poſtea in alijs tribubus, imò ad gentes ſe ẽt poſtea extendit: ſic Chriſtus prius fuit vnctus à patre in regẽ Eccleſiæ, q̃ eam fundaret, & ſanguine ſuo per mortem ac varias tribulationes eam ſibi acquireret, priuſque regnauit in ijs, qui ex Iudæis cõuerſi ſunt ad fidem, poſtea vero regnũ Eccleſiæ ad gentes longè lateque protulit. Atque his de cauſis Ezech. 34. & 37. Meſſias futurus Dauidis nomine appellatur. Et ſuſcitabo, inquit Deus, ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas. Et rurſus, ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omniũ eorum. De eodem Meſſiæ Regno, de quo Angelus ad B. Virginẽ fuit locutus, præfatus eſt ẽt Iſaias c. 9. Cum. n. pręmiſiſſet, Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſeculi, princeps pacis, ſubiunxit. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super ſolium Dauid & ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia amodo & vſque in ſempiternũ. Quod ſanè in ſolum Eccleſiæ Regnum ratione ſtatus Eccleſiæ triumphantis quadrat. Cum enim regna oĩa terrena cũ mundo ipſo finẽ ſint habitura, ſanè Meſſiæ regnum, quod Lucæ 1. futurum dicitur in æternum, nec habiturum finẽ, & Iſa. 9. corroborandum dr̃ in iudicio & iuſtitia amodo & vſque in ſempiternum, & Dan. 7. æternũ aſſeritur, & quod non corrumpetur, non aliud eſt, q̃ regnum Eccleſiæ, vt militantis, & triumphantis ſtatum complectitur. De quo Regno Pſ. 88. ait Deus. Diſpoſui teſtm̃ electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generatione & generationem ſedem tuam. Locum verò illum Iſa. 9. expoſuimus copioſè 1. p. q. 27. art. 1. diſp. 2.

Secundò eadẽ ſnĩa probatur, qm̃ Iere. 22. de Ieconia dictum eſt, ſcribe virum iſtum ſterilem, & non erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſoliũ Dauid & poteſtatem habeat in Iuda: ſed Chriſtus fuit de ſemine Ieconiæ, vt ex Euangelio cõſtat: ergo regnũ Chriſti ſuper ſolium Dauid non fuit tẽporale & terrenum, de quo Ierem. eo loco loquebatur, ſed ſpirituale, quale paulò antea explicatũ eſt, & de quo Angelus & Iſaias in literali ſenſu locuti ſunt. In eũque modum Hieronymus in teſtimonium Ieremiæ citatum, & Ambroſius loco citato copioſè & eruditè ſatis, aliique Doct. cõiter conciliant Ieremiæ teſtimoniũ cum teſtimonijs Lucæ 1. & Iſa. 9. nõ ergo Chriſtus Rex fuit temporalis, laicam habẽs poteſtatem.

Tertio. Tertiò, qm̃ Luc. 12. cpm lis, ſermoque eſſet de tẽporali hæreditate, dixit Chriſtus, Homo, quis me cõſtituit iudicem & diuiſorem inter vos? ſi aũt à Deo patre cõſtitutus eſſet Rex tẽporalis, laicam habens poteſtatẽ, ſanè nõ negaſſet ſe iudicẽ eſſe conſtitutũ.

Quarto. Quartò, quoniam fruſtra eſſet in Chriſto ea poteſtas, qua nunquam eſſet vſurus: poteſtas namque non eſt niſi propter actum.

Quinto. Quintò, qm̃ poteſtas illa nihil omnino conducebat ad finem redemptionis generis humani p Chriſti humilitatẽ & paupertatẽ: quin potius contrariũ expediebat magis, decebatq; magis Chriſtũ, qui pfectæ paupertatis & contemptus rerum humanarũ exemplum in ſeipſo nobis præbere intendebat: pfectior nãque eſt ea paupertas, quæ nõ ſolum vſum rerũ à ſe abdicat, ſed & ius, dñium, ac proprietatẽ, q̃ ea, quę ſolum vſum abdicat. Quorſum itẽ Chriſtus dñium rerum tẽporalium acciperet, quas Paulus vt ſtercora arbitratur, & quarũ habiturus nõ erat vsũ?

Accedit in extrauag. Cum inter nonnullos, Ec quia quorundam, de verborum ſignificatione haberi, Chriſtum & diſcipulos paucarum rerum habuiſſe dominum: non ergo Chriſtus quatenus homo dominus fuit omnium.

1. Concluſ. Chriſtus Eccleſiæ Rex.

His ita explicatis, quid de hac re ſentiamus, ſequẽtes aperient cõcl. 1. concl. Chriſtus, quatenus homo rex eſt eccleſiæ, in terra militãtis, & in cęlo triumphantis, cum pleniſſima poteſtate omniũ, quæ ad finẽ ſupernaturalẽ Eccleſię propriũ neceſſaria sũt. Et hoc eſt regnum proprium Meſſiæ, de quo Chriſtus dixit; Regnum meum non eſt de hoc mundo, hoc eſt, non eſt qualia ſunt caduca & peritura terrarũ regna; ſed ſpirituale ac æternum, atque ad finem longè diuerſum à fine proprio terrenorum principatuũ. Hoc eſt fidei dogma, in quo omnes conueniũt. Eam verò confirmant ferè omnia argumenta quæ in vtrãque quæſtionis partem propoſitã ſont.

2. Concluſ. Pleniſſimã in tẽporalibus poteſtatẽ habuit.

Secũda concl. Chriſtus non ſolũ habuit pleniſſimã ptãtem in ſpũalib. ad condendam Eccleſiam, q̃ ſanguine ſuo acquiſiuit, ad leges illi ferendas, ad inſtituenda ſacra, poteſtateſq; Eccleſiaſticas, quibus adminiſtraretur, & ad cętera oĩa, quæ ad finẽ illius ſupernaturalẽ conſentanea iudicaret: ſed ẽt, ad eundem finem, habuit pleniſſimã poteſtatẽ in tpalibus ita videlicet, vt mutare potuerit, & poſſit, Reges, cęteraq; oĩa in tẽporalib. diſponere, quæ ad finem ſupernaturalem Eccleſiæ viderit expedire. In hac cõcluſione Victoria & Sotus locis citatis conueniunt cũ Doct. prioris ſnĩæ. Denique eſt cõis Doct. ſnĩa, eamque cum minimum probant argumenta, quæ p priori ſnĩa propoſita ſunt, fietq; magis manifeſta ex ijs, quibus diſput. ſequenti oſtendemus, Sum. Pont. habere plenã poteſtatẽ in tẽporalib. ſuper membra Eccleſiæ, quantũ præciſè fuerit neceſſariũ ad finem

Eccle-

Eccleſiæ ſupernaturalẽ. Illa.n.eadẽ hoc ipſum pro bant,non ſolũ,ꝙ à Chriſto,vt hoĩe, ea ptãs in Sum mum Pontificem deriuata ſit; ſed ẽt, ꝙ decẽs omnino fuerit,vt ſicut Chriſtus Vicario ſuo relinquebat ptãtem in tpalibus ſuper oĩa membra Eccleſiæ, quæ illi ſubijciebat,quantum ad ſupernaturalẽ Eccleſiæ finem neceſſarium iudicaret:ita ẽt pater æternus Chriſto concẽderet excellentiæ ptãtem in tpalibus ſuper orbem vniuerſum per cõparationem ad ſupernaturalem finem Eccleſiæ, quam cõdebat, & cuius Rex,caput,& dominus conſtituebatur.

3. Concluſ. Xps,quatenus,ex Dauide deſcendebat, non erat Rex Iudeæ.

Tertia concluſio. Chriſtus,quatenus ex Dauide per carnalem propagationẽ deſcendebat, neq; erat iure hæreditario dñs orbis,neque Rex Iudeę. Prior pars cõis eſt oĩum. Qm̃ neq; Dauid,neq; vllus ſuorũ progenitorũ,dñs fuit orbis,vt Chriſtus iure hæreditario,quatenus ex Dauide deſcẽdebat,dñs eſſet orbis. Poſterior verò eſt contra Armachanũ de qõnibus Armenorum,lib.4.c.16. Burgẽſem,& Bachonem locis citatis, qui aſſeruerunt, iure hæreditario fuiſſe Chriſto Dño debitum tpale Regnum Iſrael, quatenus,vel ratione B. Virginis,vel rõne Ioſeph,cuius Chriſtus hæres erat legalis,deſcendebat à Dauide: Cuius tñ oppoſitum proculdubio eſt aſſerendũ cum Victoria,Soto,Almaino,& cõi Doctorũ ſnĩa. Etenim licet exploratum ſit, B. Virginẽ ac Ioſeph ex regia Dauidis ſtirpe deſcendiſſe;nõ tñ cõſtat,nõ fuiſſe alios poſteros Dauidis,ad quos potius hrẽdita rio iure Dauidis Regnum illud pertineret; quin potius cõtrarium eſt longè veriſimilius. Præterea,tpale Regnũ Dauidis in Ieconia, aut Sedecia eius patruo,iuxta vaticiniũ Ieremiæ citatũ,fuit finitũ. Adde,ẽt Machabæos legitimos fuiſſe Principes, q̃ tñ p maſculã lineam non deſcendebãt ex Dauide,ſed erant ſacerdotes de tribu Leui: qn potius nulla fit mentio,ꝙ ex Dauide per lineã fęmininã genus ducerent,aut ꝙ ad illos Reipublicæ adminiſtratio ptineret ex eo,ꝙ poſteri eſſent Dauidis. Imò vero illi,non tanquã Reges,ſed tanq̃ iudices ac duces,q̃ ſimul erant ſacerdotes,illius Reipublicæ clauum tenebant:ꝙ ſi Regnũ Iudæ ad poſteros Dauidis tunc ptinebat,ſanè illi fuiſſent tyranni,quod de ſanctiſſimis viris nulla rõne eſt dicendũ. Dubitandũ tñ nõ eſt,illos de tribu Iuda per lineam fęmininã deſcendiſſe,eaq; ratione vſque ad Chriſti aduentum,iuxta Iacob vaticinium Gen.49.ablatum nõ fuiſſe ſceptrum de Iuda, nec ducem de femore eius. Licet.n. illi Reges non fuerint, fuerunt tñ duces ac iudices Iudaici populi:atque ita vſq; ad aduentum Chriſti dux non defuit de tribu Iuda, qui populum regeret Iudæorum. Quamuis aũt Numerorum vltimo prohibitũ fuerit filijs Iſrael ducere vxores de aliena tribu;id tñ ſolũ habebat locum, qñ ex defectu maſculorum periculum imminebat ne bona immobilia vnius tribus ad alienam tribum tranſirent,eaque ratione confunderentur hæreditates, vt D. Tho.1.2. q.105.art.2.ad 2.ait,conſtatque apertè ex eodem capite:ea namque ſola eo loco ratio illius legis ſubijcitur, ex qua legitimus legis ſenſus eſt accipiendus. Quin apertè ibi innuitur,ceſſante eo periculo, poſſe fęminas nubere quibus vellent, & viros ducere poſſe quas vellẽt. Id quod ex alijs etiam locis ſcripturæ ſacrę apertiſſimè comprobatur. Scdo namque Paral.22.ſoror Regis Iudæ,nupſit Ioiadæ Pontifici,qui de tribu erat Leui,Michol,quæ de tribu erat Beniamin,nupſit Dauidi,qui erat de tribu Iuda. Et Eliſabet,quæ erat de tribu Leui,cognata erat B. Virginis,q̃ erat de tribu Iuda. Et pleraque alia ſunt eiuſmodi exempla in ſacris literis. Quare,cũ tribus Leui hæreditatem non haberet extra alias tribus, integrum erat mulieribus de tribu Leui nubere quibus vellent,vt D.Tho.in 4.d.30.q.2.art.1.quæſtiuncula vltima ad quartũ affirmat. Itaq; erat in more poſitũ,vt tribus Iuda & tribus Leui connubiis cõmiſcerentur. Lege ſi placet,Canum,2.de locis,c.14.ad 1.

4. Concluſ. Chriſtus iura & dominia ab alijs nõ abſtulit.

Quarta conclu. Chriſtus,quatenus homo,in hoc ſenſu non fuit dñs orbis, nec tpalium rerum, quòd nec iura,nec dominia Regnorum,aliarumq; rerum ab aliis abſtulit,ſibiq; vſurpauit,ſed ſinguli perinde remanſerunt cum iuribus ac dñis,Regnorũ,& aliarum rerum,ac ſi Chriſtus in hunc mundum non veniſſet. Idq; non ex donatione Chriſti, quatenus hominis,quaſi illa prius acceperit,& poſtea hoĩbus impertiuerit,ſed quia ſicut Regnorum adminiſtrationem,ac poſſeſſionem aliarum rerum tẽporalium cõtempſit:ſic ẽt regna ipſa,& res alias propriis dñis reliquit. Hãc ſatis probant rõnes,quibus poſteriorem ſententiam confirmamus. Neq; plus volunt Auguſtinus & Ambroſius, vt legenti erit manifeſtum.

5. Concluſ. Chriſtus,vt homo, dominus abſolute eſt temporaliũ omniũ, & rex regum põt appellari.

Quinta conclu. Chriſtus, quatenus homo, dono patris excellẽtiæ ptãtem habuit ſuper oĩa tẽporalia, & ius in oĩa creata,nõ ſolum pcisè quatenus expediẽs fuerit ad finẽ ſpiritualem & ſupernaturalẽ Eccleſię vniuerſalis,ſed ẽt abſolutè,ita vt,abſq; cuiuſq̃ iniuria, vſurpare ſibi potuerit,& poſſit,oĩa mundi regna, Reges deponere,ac denique de rebus oĩb. tẽporalibus ad libitum diſponere ex iure & ptãte,q̃ ſuper oĩa habet. Quo fit,vt ea rõne,quatenus homo, dici poſſit dñs orbis,& rex regum,ẽt quoad temporalia oĩa:q̃a temporalia oĩa illi omnino ſubiacent, & ipſe eſt caput,& dñs oĩum. Aeſtimo namque,ꝙ queadmodum Deus quatenus Deus, Dominus eſt vniuerſalis oĩum,neque cum hoc ſuo dominio vniuerſali pugnãt dominia particularia creaturis libero arbitrio præditis à Deo conceſſa,vt diſputat.18. oſtenſum eſt:ſic etiam Chriſto,qua homo eſt, conceſſit ius & poteſtatem abſolutã ſuper omnia creata,omnia plenè illi ſubiiciendo,etiam in temporalibus:quoniam id dignitas & excellentia Chriſti hominis poſtulabat,ex donoque vnionis,quo caput hominum,& Angelorum ex natura rei eo ipſo eſt conſtitutus,ſuo quaſi iure id ſibi vendicabat. Neque id tollit ab hominibus aliis iura & dominia Regnorũ, cæterarumque rerum,quas Deus illis conceſſit, ſed ſolum ea omnia Chriſto ſubiecit,ita vt ab eius imperio,nutuque dependeant,non quidẽ quod à Chriſto,quatenus homine,& nõ à Deo dominia rerum hominibus ſunt collocata;ſed quod ab ipſo Chriſto ea ipſa prorſus depẽdeant, tanquam illi ſimpliciter ac plenè ſubiecta.

Concluſionem hoc modo explicatam innuere videtur Sotus in 4.loco citato, dum affirmat, Chriſtum quatenus hoĩem,potuiſſe quidem,ſi voluiſſet, accipere vniuerſale dominium orbis, etiam ſęculare,nõ tamen accepiſſe niſi ſolum Regnum ſpirituale. Fatetur ergo in Chriſto,quatenus homine,poteſtatem & ius ad omnia ſęcularia ſibi à Deo Patre conceſſum:ſi namque illud non haberet,certè accipere non potuiſſet dominium orbis ſęculare, quod tamen minimè accepit. Præterea,ſi Chriſtus,quatenus homo,non habebat eiuſmodi poteſtatem & ius ad temporalia omnia & ſæcularia, ſanè paupertas & abiectio ipſius nõ eſſet adeo commendabilis:q̃ ppe cum ſine iniuſtitia vſurpare non potuiſſet dominium & adminiſtrationem Regnorum,cæterarumque rerum temporalium, quandoquidem quatenus homo,ad eam rẽ ius non haberet:& ob id non fuiſſet Chriſto adeò voluntaria. In eo autem elucet maximè paupertatis,humilitatis,ac abiectionis exemplum in Chriſto,quod cum omnia ſibi eſſent ſubiecta,poſſetque omnia ſibi vendicare,neque vſum,neque adminiſtrationem eorum voluit accipere, ſed relinquens vnicuique dominium atque vſum ſuarum rerum,pauperrimam vitam voluit traducere. Atque hoc eſt,quod Paulus 2.ad Cor. 8. apertè his verbis docet: Scitis,inquit,gratiam Domini noſtri

Ieſu

Ieſu Chriſti,qm̃ pp vos egenus factus eſt,cum eſſet
diues,vt illius inopia vos diuites eſſetis. Loquitur
namque de Chriſto vt homine,& ait:Cum eſſet di
ues,vtiq; quoad ius & ptãtem,quam habebat vſur-
pandi ſibi omnia tanquam dñs omniũ rerum, qua-
tenus homo,egenus factus eſt propter vos, nihil eo
rum volẽs,ſed abiectam,humilemq; vitam ſibi eli-
gẽs. Eandẽ concluſionem cõfirmat illud Matth.17.
Cum.n.qui tributa colligebãt dixiſſent Petro: Ma-
giſter veſter nõ ſoluit didrachma? p̃uenit Petrum
Chriſtus dicẽs:Quid tibi vr̃ Simon? Reges terræ,à
qbus accipiũt tributũ? à filijs ſuis,an ab alienis? cũ
que reſpõdiſſet Petrus, Ab alienis, intulit Chriſtus:
Ergo liberi ſunt filij;quaſi diceret. Quãto ergo ma-
gis ego,qui licet homo ſim, filius ſum Regis oĩum
regum, liber ero & immunis ab omni regũ tẽpora-
lium imperio. Ne ergo ſcandalizent(eſto nulla tri-
buti lege tenear)vade ad mare,&c. ſanè hic eſt aper
tus,genuinuſq; ſenſus illius loci qui vim nullã illi in
fert:cæteri peregini ſunt & violẽti. Vñ miror quoſ- B
dã adducere illud Ioan.18. Nõ haberes ptãtem ad-
uerſum me vllam,niſi tibi datũ eſſet deſuper, vt pro
bent regum, rectorumq; ptãtem eſſe à Deo. Quaſi
poteſtas Pilati in Chriſtũ fuerit legitima, cõceſſaq;
Pilato à Deo. Iure quippe diuino Chriſtus exemp-
tus erat ab oĩbus poteſtatibus creatis:qn potius oẽs
qua homo, habebat ſibi ſubiectas, idq; dignitas &
excellens eminẽtia Chriſti meritò poſtulabat. Ver-
bũ aũt illud;Niſi tibi datum eſſet deſuper: idem eo
loco ſignficat,ꝙ permiſſum in redemptionẽ,& bo-
nũ generis humani:Confirmatur:qm̃ poteſtas, quã
Pilatus in Chriſtum exercuit, fuit iniqua:ſciebat.n.
innocentem eſſe, & per inuidiam fuiſſe traditum,
ideoq; illi dixit Chriſtus:Propterea,qui me tradidit
tibi,maius peccatum habet,quaſi diceret. Tu quidẽ
peccatum habes,quod me ita indignè iudices,& im
piè tractes,ſed qui me tradidit tibi,maius peccatum
habet;fit ergo,vt poteſtas,quam Pilatus in Chriſtũ C
exercebát,non fuerit à Deo:ſola namque iuſta pote
ſtas eſt à Deo. Sane quintam hanc noſtram conclu
ſionem ſatis probant ac ſtabiliunt ea omnia argumẽ
ta,quæ in confirmationem prioris ſententiæ in hu-
ius diſputationis initio confecimus. Imò ſuſpicor
authores poſterioris ſententiæ illi repugnaturos nõ
fuiſſe,ſi,vt à nobis propoſita explanataque eſt, fuiſ-
ſet illis propoſita. Etenim illud ſolum videntur vo-
luiſſe quod quarta noſtra concluſio aſſeuerat,cui ne
que autores prioris ſententiæ credo eſſent refraga-
tuti. Quare in re omnes videntur conuenire.

Ad primũ prioris ſententię.

Reſtat vt vtriuſque ſñiæ argumenta diſſoluãtur,
quæ cum quarta & quinta concluſione pugnare vi-
dentur. Ad primum ergo prioris ſententiæ dicendũ
eſt, ſolam poteſtatem & ius in oĩa creata, iuxta ea
quæ dicta ſunt in quinta concluſione, pertinere ad
dignitatem & excellentiam Chriſti: non verò re-
gnum & monarchiam temporalem orbis per domi D
nij à priuatis hominibus vſurpationem, aut per v-
ſum,poſſeſſionem, & adminiſtrationem rerum tẽ-
poralium,vt in quarta concluſione explicatur.

Ad ſecundum.

Quòd verò ad teſtimonia attinet in ſecundo ar-
gumento adducta,illa ſanè non ſolum probant do-
minium Chriſti ſpirituale in eccleſiam, ratione cu-
ius omnium oĩno cõſtitutus eſt iudex, cui omne ge
nu flectetur,quique vnicuique reddet iux opera ſua,
ſed etiam omnia, aut certè pleraque probant pote-
ſtatem,ius,dominium in omnia vniuerſim tempo-
ralia, vt quinta noſtra concluſione explicata ſunt.

Ad tertium

Ea verò omnia, quorum in tertio argumento fit
mentio,licuerunt Chriſto, non ſolum quia id expe
diens erat ad bonum ſpirituale eccleſiæ, quam fun-
dabat,in ordine ad quem pleniſſimum poteſtatem
habebat in temporalia omnia, ſed etiam abſolutè
& omnino,quatenus habebat ſimpliciter ius & do-

A minium in omnia creata iuxta ſecundam concluſ.

Ad primũ poſterioris.

Ad primum poſterioris ſñiæ dicendum eſt, non
de ſolo regno Eccleſię fieri mentionem in ſcripturis
ſanctis,quaſi excludatur poteſtas Chriſti plena om-
nino in temporalibus ac ſuper omnes principes ter-
ræ, quales à nobis concluſione quinta explicata eſt;
ſed ſimul ẽt tradi apertiſſimè eiuſmodi Chriſti pote
ſtatem,vt oſtenſum eſt:quę tñ meritò regnum huius
mundi non appellatur,quandoquidem habitura nõ
erat vſum & adminiſtrationem rerum temporaliũ,
vt habent poteſtates principum terrenorum.

Ad ſecundum

Ad ſecundum dicendũ eſt, illud ſolum probare,
non habuiſſe Chriſtum regnũ tpale,& de hoc mun
do in ſenſu proximè explicato: non verò nõ habuiſ
ſe eam pleniſſimam poteſtatem,atque ius,& dñium
in temporalibus,quod quinta docet concluſio.

Ad tertium

Ad tertium dicendum eſt,illud optimè quidẽ pro
bare, Chriſtum non aſſumpſiſſe munus & officium
iudicis temporalis; veruntamẽ non probat illum ca-
B ruiſſe poteſtate,vt id,ſi vellet,efficeret:neque id ne
gauit Chriſtus; ſed ſolum innuit, ſe à nemine ad id
munus ſubeundum fuiſſe conſtitutum ac deputatũ;
quod eſt veriſſimum.

Ad quartũ

Ad quartum dicendũ eſt, non fuiſſe fruſtra; tum
quia ipſa per ſe Chriſtũ decebat, illiq; ex natura rei
debita erat,tametſi vſus oĩmodus illius non expedi-
ret:tum etiam quia conducebat maximè ad commẽ
dandum & exaltandum exemplum paupertatis, hu
militatis,voluntariæque abiectionis Chriſti: tum de
nique qm̃ Chriſtus ea poteſtate aliquando vſus fuit,
tametſi admodum raro,vt in euẽtibus, de quibus in
poſtremo argumento prioris ſententiæ eſt ſermo.

Ad quintũ

Ad quintum dicendum eſt; Poteſtatem, de qua
quinta noſtra concluſio loquitur,cõduxiſſe non pa-
rum ad finem redemptionis per humilitatem & pau
pertatem:qñ quidem,vt oſtenſum eſt,extollit exem-
plum paupertatis,humilitatis, & abiectionis volun-
C tariæ Chriſti,qui cũ diues eſſet, propter nos egenus
factus eſt. Poteſtas aũt illa coniuncta cum actu, hoc
eſt,cum poſſeſſione, vſu, & adminiſtratione rerum
temporalium, eſt, quæ nihil ad finem redemptionis
conducebat: & hanc Chriſtus non habuit, quin po-
tius tãquam ſtercora,multo magis, quàm Paulus eſt
arbitratus. Ad id vero,quod dicitur, perfectiorem
eſſe paupertatem,quæ abdicat non ſolum vſum, ſed
& dñium,ac ius ad res ipſas, dicendum eſt id veriſſi
mum eſſe in nobis,in quibus periculũ eſt,ne ſi domi
nium,& ius ad vſum nobis relinquamus,iterum vſu
poſſeſſione, & adminiſtratione rerum tẽporalium
implicemur,& à Dei cultu, orationiſque quiete im-
pediamur, atque à perfectione ſectãda retardemur:
ſecus aũt in Chriſto,in quo nullum tale erat pericu-
lum,cuiuſque volũtariam paupertatem, & abiectio
nẽ commendabat maximè & dñium omnium rerũ,
ꝙ in eo erat vi gratiæ vnionis & dono Patris.

Ad ſextum

D Ad vltimum dicendum eſt, in illis Extrauaganti-
bus eſſe ſermonem de dominio proprietatis rerum
in particulari,ita ſcilicet, vt illarum dominium à do
minis prioribus ad Chriſtum, Apoſtoloſque tranſie
rit,quo pacto Chriſtus & Apoſtoli pauciſſimarum
rerum dominium habuerunt.

DISPVT. XXIX.

Vtrum ſummus Pontifex dominium iuriſdictionis temporalis, ſupernamque in vniuerſum orbem habeat poteſtatem.

Dominium iuriſdictionis temporalis in vniuerſum ex

MVlti ex Iuriſperitis,quos Nau. c.nouit,de iud.
not.3.n.19.refert,ĩ ea ſunt ſñia,vt dicãt Sum.
Pont.habere ſupremam ciuilem poteſtatem,iuriſdi-
ctionemve temporalem, quæ & gladius tẽporalis di
citur. Tametſi Panorm.eo.cap.& c.ſi duobus,de ap

pella.

bē, qui Sū-mo Pontifici tribuant. pellationib. & quidam alij dicant, habere illam qua ſi habitualiter, conſtrictamq; in vaginam, hoc eſt, ei conceſſam, non exercendam per ſe, niſi in euentu neceſſitatis, ſed exercendam per Principes poteſtates ſeculares, qui ea ad Summi Pontificis nutum vti debent. Huic ſniæ ſubſcribunt D. Antoninus 3. p. tit. 22. c. 5. §. 8. & Syluest. verb. Papa, q. 7. & à q. 10. vſq; ad 14. & verb. legitimus, q. 4. prope finem, ſecuti Hoſtienſem, & Auguſtinum de Ancona. Aſſeueratque Syluester, poteſtatē Imperatoris & aliorū Principum ſæcularium eſſe ſubdelegatā comparatione Summi Pontificis, à Deo mediāte Sūmo Pōtifice ad eos deriuatā, atq; à Sūmo Pontifice dependentē. Idéque ea, quę Conſtantinus donauit Eccleſiæ, donaſſe in recognitionē ſupremi dñij tpalis Sūmi Pontificis in vniuerſum orbē: contra verò Summum Pontificem donaſſe Conſtantino imperium, ptātemq; laicam quoad vſum. Subiungit ēt, ſi Summus Pontifex iuriſdictionem tpalem extra patrimonium Eccleſiæ non exercet, id non eſſe ex defectu poteſtatis, ſed ad vitandum ſcandalum, & ad pacē conſeruādam. Alij (vt Ioannes Pariſienſis de poteſtate Regia & Papali in principio, & cap. 11. refert) Summo Pontifici tribuunt, non ſolum dominium iuriſdictionis temporalis in vniuerſum orbem, ſed et dominium proprietatum, ita vt, ſi vſurarium abſoluat non teneatur deinceps vſurarius reſtituere, quæ per iniuſtitiam acquiſiuit; &, ſi res vnius alteri cōcedat, teneat factum, eſto Summus Pontifex peccet. Hoc tamen dominium proprietatum Sylueſter, D. Antoninus, et reliqui Doctores citati communiter negant conuenire Summo Pontifici.

Suadetur primò. Suaderi poteſt primò horum omnium Doctorum ſententia. Quoniam Chriſtus, quatenus homo eſt dominus orbis, aut, vt nos diſputatione præcedēte oſtendimus, habet ſupremā poteſtatem in temporalibus, ita vt non ſolum poteſtates omnes laicæ illi oīno ſubiaceant, poſſitque illas pro arbitratu deponere, ſed etiam res omnes creatæ illi oīno ſubſint, ita vt abſque cuiuſquā iniuria, poſſit eas cōcedere cui voluerit: ſed Chriſtus vicario ſuo reliquit poteſtatem, q̄ habuit: ergo tam latam ptātem in temporalib. hēt, quàm latā illi tribuunt authores citati.

Secundo. Secūdò Chriſtus inſtituit Rempublicam Eccleſiæ perfectiſſimam, quæ tanq̄ monarchia ad vnum duntaxat ſupremum caput reducetur: ergo ptātes laicę in tpalibus ſubiectæ oīno ſunt Summo Pontifici, non minus, quàm optimates ſuo Regi ſubiecti ſunt; alioquin ſi in temporalibus Summo Pontifici non ſubijcerentur, regimen Reipublicæ Eccleſiaſticæ non ad vnum ſupremum caput, ſed ad plura, tanquam monſtruoſum corpus, reduceretur.

Tertio. Tertiò, Summus Pontifex, vt diſput. 24. dictum eſt, trāſtulit Imperium à Gręcis ad Germanos, conceſſitque facultatem eligendi Imperatorem ſeptem Germanis Principibus, ſibi demū reſeruata approbandi, vel caſſandi electionem autoritate. Ad hæc Summus Pontifex Imperatorem iam confirmatū, & coronatum poteſt, ſi opus fuerit, deponere, quēadmodnm reipſa Innocentius IV. depoſuit Federicum II. c. ad Apoſtolicæ, de ſent. et re iudicata, lib. 6. Item Zacharias, depoſuit Hildericum Regem Francorū, ꝙ inutilis eſſet Regno, & præpoſuit Pipinum Caroli Magni patrem, vt Gelaſius cap. alius 15. q. 6. ait. Et Innocentius IV. in Concilio Lugdunenſi Santio 2. inter reges Luſitanos 4. quod nimis remiſſi & negligentis eſſet animi, Alfonſum eius fratrem vicarium & adminiſtratorem Regni dedit, vt conſtat ex c. Grandi, de ſupplenda negligentia prælat. lib. 6. Præterea vacante Imperio, Summus Pontifex Imperij ſubditis ius dicit, vt ex Clementina Paſtoralis, prope finem, de re iudicata, eſt manifeſtum: hæc autem, & plura alia, ſanè ad Summum

A Pontificem non ſpectarent, niſi ipſe in poteſtates omnes laicas ſupremam haberet iuriſdictionis temporalis poteſtatem.

Quartò. Quartò, ſententia horum Doctorum vr̄ definita à Nicolao II. c. 1. 22. d. Ait namque, Eccleſiam ſolus ille fundauit, & ſuper petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato æternæ uitæ clauigero terreni ſimul, & cęleſtis Imperij iura cōmiſit. Multoque apertius definita videtur à Bonifacio VIII. in Extrau. Vnam ſanctam, de maioritate & obedientia. Inquit enim: In hac Eccleſia eiuſq; poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet, & temporalem, euangelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus Apoſtolis; Ecce gladij duo hic (In Eccleſia ſcilicet cum Apoſtoli loquerentur) non reſpondit Dominus, nimis eſſe, ſed ſatis. Certè, qui in poteſtate Petri temporalē gladium eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis
B ſcilicet gladius, & materialis: ſed is quidē pro Eccleſia: ille verò ab Eccleſia exercendus, ille ſacerdotis, is manu regum & militum, ſed ad nutum & potentiā Sacerdotis. Oportet aūt gladium eſſe ſub gladio, & temporalem autoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati nam cum dicat Apoſtolus, Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt: non aūt ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Et paucis interiectis. Spiritualem aūt, & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem oportet tanto clarius nos fateri, quanto ſpiritualia temporalia antecellunt. Et alia in eandem ſententiam ſubijcit. Rationes alias minoris momenti, earumque ſolutiones, vide, ſi placet, inter alios, apud Io. Pariſienſem de poteſtate Regia, & Papali c. 12. & ſeq. & apud Nauarrum loco citato.

Extrema ſētentia, in ſūmo Pontifice eſſe ſolū poteſtatē in ſpiritualib. ſuadetur. Quidam in extremam ſententiam abierunt, nēpe
C Sum. Pontif. nullam omnino habere poteſtatem in temporalibus, ſed in ſpiritualibus dumtaxat. Quæ opinio ſuaderi poteſt. Quoniam Chriſtus Dominus Petro, eiuſque ſucceſſoribus, ſolum commiſit claues Regni cœlorum: cum ergo hoc Regnum longe diuerſum ſit, à terreno, & temporali: conſequens profecto eſt, vt Summi Pontificis poteſtas tota ſit in ſpiritualibus, & nulla in temporalibus.

Confirmat. Cōfirmatur ex illo ad Tit. 2. Nemo militās Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus: cum ergo nemo ex officio plus Deo militet, quā Sum. Pontif. efficitur, vt nemo minus implicare ſe debeat negotiis ſæcularibus, ac proinde vt nullam illi Chriſtus reliquerit poteſtatem in ſpiritualibus. Rationes alias, earumq; ſolutiones lege apud Turrecr. 2. lib. Summæ, c. 115. & 116. & apud Nauarr. loco citato.

Media ſententia vera. Inter has duas extremas ſnīas, media quædā amplectenda eſt, quæ aliquibus concluſionibus conti-
D netur, in quibus conueniunt Victoria releƈt. 1. de poteſtate Eccleſiaſtica, q. penult. & relectione de Indis Inſulanis, p. 1. à nu. 26. Sotus in 4. d. 25. q. 2. artic. 1. à 3. concluſione, Nauar. c. Nouit, de iudiciis, notabili 3. Turrecremata 2. lib. Summæ ca. 113. & 114. Henricus quodlibeto 6. q. 23. Albertus Pighius li. 5. hierarchiæ Eccleſiaſticę. Petrus de Palude in lib. de poteſtate Eccleſiaſtica, Thomas Vualdenſis, lib. 2. doctr. fid. art. 3. c. 76. 77. 78. Sanderus lib. 2. c. 4. viſibilis Monarchiæ. Driedo li. 1. de libert. Chriſtiana. c. 15. & 16. & lib. 2. cap. 2. Caiet. in apologia tom. 1. Opuſculorum tract. 2. c. 13. ad 8. & ſupra in hac 2. 2. q. 43. articu. 8. Durandus de origine iuriſdict. q. 3. Ioann. Pariſienſis de poteſtate Regia & Papali, & alii. Tametſi Ioannes Pariſien. nonnihil in fauorē principum ſecularium plus iuſto poteſtatem ſummorum Pontificum ad tēporalia reſtringat. Cui nō eſt inferior ea in parte Ioā. Maior, in 4. diſt. 24. q. 3.

Sed

In terris eccleſiæ, patrimoniove Petri plenã iuriſdictionẽ temporalem habet Sum. pontifex.

Sed antequã concluſiones ſubijciamus, illud prænotandum eſt, nos non loqui de terris Romanæ Eccleſiæ, ad illius ſplendorem, & authoritatem, necnõ in ſubſidium pro adminiſtrandis ſpiritualibus merito ei donatis, quæ proinde ad Romanæ Eccleſiæ & Petri patrimoniũ pertinere dicuntur. In eiuſmodi namque terris ſummi Pont. habent ſupremã poteſtatem & iuriſdictionem temporalem, non ſecus ac reges in ſuis proprijs regnis, vt Innoc. III. c. per venerabilem, qui filij ſint leg. affirmat. Quare in illis vtrunque habet gladium pleniſſimè.

Iuriſdictionem temporalẽ licet habere poſſint eccleſiaſtici, eſſe non debet maior, q̃ oporteat, & per alios eſt exercenda.

Illud ẽt cum Driedone c. 15. & 16. citatis, Durando loco citato, & alijs eſt obſeruandum. Quamuis poteſtas laica, vt diſp. 21. oſtenſum eſt, in eodem ſubiecto non pugnet cum poteſtate Eccleſiaſtica, eaq; de cauſa in Chriſti Eccleſia comites, & alij optimates, qui in epiſcopos, & alias dignitates eliguntur, relinquere minimè teneantur dominia temporalia, ſi quæ ex ſuo patrimonio habebant, & præterea, non ſolum Eccleſia Romana, ad ſuum ſplendorem & authoritatem, atque in ſubſidium pro adminiſtrandis ſpiritualibus, temporalem aliquã habeat iuriſdictionem, ſed ẽt quædam aliæ inferiores Eccleſiæ, vt Toletana, Bracarenſis, Conimbricenſis, &c. Quamuis, inquã, hæc ita ſint, nihilominus nefas eſt Eccleſiaſticis, prẹſertim prælatis, plus ſe immiſcere curis & negotijs temporalibus, q̃ poſtulat recta ratio, & q̃ patiatur eorũ cura & munus in ſpiritualibus, cui ante oĩa incumbere tenentur. Quia ergo cura in ſpiritualib. Eccleſiæ vniuerſalis non compatitur ſecũ regimen, & adminiſtrationem imperii in tpalibus, eo quod neque vnus vtrique muneri ſufficiat, neque ijdem mores & habitus vtrique muneri conueniãt: nefas eſſet vel Sum. Pontif. imperium accipere, vel Imper. retento imperio, eligi in Sum. Pontificem: quin & Paulus illis verbis: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, contrarium docuit, & Chriſtus longè aliter ſuos inſtituit miniſtros, dum Lucæ 22. dixit: Principes gentium dominantur eorum, &c. Vos autem non ſic, &c. Et ſicut miſit me Pater, ego mitto vos. Quo fit, vt iuriſdictio temporalis moderata eſſe debeat in Eccleſiaſticis, quæ curam, ſplendorem, ac authoritatem, quàm poſtulat cuiuſque dignitas, & ſtatus, non excedat, & quæ per miniſtros ad id conſtitutos exerceatur.

1. Concluſ. Summus põtifex dominus non eſt orbis, neque regiæ aliorũ poteſtates ab ipſo deſcendunt.

His prænotatis, ſit 1. concl. Sum. Pont. neque ita habet poteſtatem iuriſdictionis in temporalibus, vt ſit dñs orbis, aut vt nomen regis vel Imperatoris ſibi poſſit vendicare, neque ita vt ab eo dominium iuriſdictionis tpalis ad reges deriuetur: ſed poteſtas regalis eſt oĩno diuerſa à papali, quæ à Deo, mediante conſenſu & electione Reip. regem ſibi ad adminiſtrationẽ in temporalibus, finemque naturalem cõſtituentis, habet ortum: papalis verò ortum habet à Deo per Chriſtum eam inſtituentẽ ad regimen per comparationẽ ad finem ſupernaturalem dumtaxat. Hæc concluſio manifeſta eſt ex iis, q̃ diximus diſp. 21. & ſequẽtibus, eamque expreſsè affirmat Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelẽ Imperatorem c. Cũ ad verũ, 96. d. vbi ait. Cũ ad verum ventum eſt, vltra ſibi neque Imperator iura pontificatus arripuit, neq; Pontifex nomẽ imperatorium vſurpauit, q̃m idem mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus actibus proprijs & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit. Et Gelaſius in epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorẽ ead. 96. d. c. Duo ſunt. Duo ſunt, inquit; Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mũdus regit, authoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. Eatenuſq; vult regalem & imperialem ptãtem Pontificibus eſſe ſubiectam. ꝙ Pontifices, tanquam paſtores, Reges & Imperatores poſſint excõmunicare, eoſq; coercere, q̃n ſpiritualis finis, ad quem Pontificum poteſtas ordina-

A tur, id poſtulauerit. Et Ioannes Papa, cap. ſi Imperator, eadem d. Imperator, inquit, filius eſt, non præſul Eccleſiæ. Quod ad religionem cõpetit, diſcere ei conuenit, non docere. Habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legib. publicis diuinitus conſecutus eſt: ad ſacerdotes Deus voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, nõ ad ſeculi poteſtates: quas, ſi fideles ſunt, eccleſiæ ſuę ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Et infra. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus, non præferre. Et Innocentius III. ad Conſtantinopolitanum Imperatorem, c. Solitæ, de maior. & obed. Non negamus, inquit, quin præcedat Imp. in temporalibus illos dumtaxat, qui ab eo ſuſcipiunt tẽporalia: ſed pontifex in ſpiritualib. antecellit, quæ tanto ſunt tẽporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori. Et inf. Ad firmamẽtum cęli, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, ideſt, duas dignitates inſtituit, quæ ſunt põtificalis authoritas, & regalis poteſtas: ſed illa, quæ præeſt

B diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt; quæ verò carnalibus, minor: vt quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & reges differentia cognoſcatur, & c. per venerabilem, qui filii ſint leg. fatetur idẽ Innoc. III. ſe non habere poteſtatẽ in tẽporalib. ſuper Regẽ Francorum, de quo eo loco erat ſermo, & quem fatetur non habere ſuperiorẽ in tpalibus. Et c. Nouit. de iudic. ait: Se non intendere perturbare aut minuere iuriſdictionẽ in tpalibus Regis Francorum: ſicut nec Rex Francorũ vult, nec debet iuriſdictionẽ Sum. Pont. impedire: ſed ſolũ procedere contra illum per modũ fraternæ correctionis de peccato, iuxta formã Euangelii, fateturque iudiciũ de feudo, eò ꝙ res ſit tpalis, non ad ſedem Apoſtolicã, ſed ad Francorum Regem attinere. Et Melchiades Papa 12. q. 1. c. Futurã, fatetur, cathedrã Petri donatione Imperat. accepiſſe prædia, & vrbem Romanam.

C Quod ẽt patet ex cap. Conſtantinus, 96. d. non ergo Pontifices ſunt dñi orbis in tpalibus. Vnde Bern. 1. de conſideratione ad Eugenium: In criminibus, inquit, nõ in poſſeſſionib. poteſtas veſtra: q̃m propter illa, & non propter has, accepiſtis claues Regni cęlorum. Et inf. Habent hæc infima & terrena iudices ſuos Reges & principes terræ. Quid fines aliorũ inuaditis? quid falcem veſtrã in aliena meſſem extenditis? nec tñ iudicat Bernardus extra poteſtatẽ Summi Pontificis eſſe iudicare de tẽporalibus, nõ ſolùm in terris patrimonii Eccleſię, ſed ẽt de aliis, q̃n neceſſitas finis ſpiritualis id poſtulat: ſed quod vult, eſt. Vt id, quoad fieri poſſit, exequatur per alios, per ſe autem non, niſi incidenter, & quando aliud fieri nõ poteſt. Subiungitque, nõ quia indigni vos, ſed quia indignum vobis talibus inſiſtere: quippe potioribus occupatis. Denique vbi neceſſitas exigit, audi quid cenſeat: non ego, ſed Apoſtolus. Si enim in vobis iu

D dicabitur mundus indigni eſtis, qui de minimis iudicetis: ſed aliud eſt incidenter excurrere in iſta, cauſa quidem vrgente: aliud vltro incumbere iſtis tanquam magnis digniſque tali & talium intentione rebus. Hactenus Bernardus. Et ſub finem libri: Illas, inquit, quas ad te neceſſe erit intrare cauſas (neque enim omnes neceſſe erit) diligenter velim, ſed breuiter decidere aſſueſcas. Et inf. Quædam, vt dixi, negotia, nec audiendo, quædam aliis committendo. Quę tua digna putaueris audientia, fideli quodam & accommodo ipſi cauſæ compendio terminando. Noſtrum præterea inſtitutum luculenter pluribus affirmat Bern. 2. lib. ex illo Matth. 20. & Lucæ 22. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: vos autẽ non ſic, & ex multis aliis. Deinde ſi Sũmus Pontifex dñs eſſet orbis, vel id eſſet iure naturali, vel humano, vel diuino poſitiuo: non naturali, neque humano, vt perſpicuum eſt: neque etiã diuino poſitiuo

quippe

quippe cum Petro & ſucceſſoribus ſolum ſit dictum tibi dabo claues Regni cœlorũ,& paſce oues meas, in quibus intelligitur ſolũ ſpecialis poteſtas per cōparationem ad finem ſupernaturalem: & tpalis nō, niſi ex conſequenti,quatenus ad finem ſupernaturalem neceſſarium iudicabitur: ergo Summus Pontifex non eſt dominus orbis, neq; Reges ab illo ſuam habent poteſtatem,aut aliter,aut plus illi ſubſunt, q̄ iudicatum fuerit neceſſarium ad finem ſupernaturalem:atque adeo in cæteris ſunt ab illo exēpti, & omnino independentes. Præterea,nō maiorem poteſtatem habet Summus Pontifex in tpalibus,quā in ſpiritualibus:ſed in infideles nullā poteſtatem habet in ſpiritualibus,cũ Paulus 1.ad Corint.5. dicat. Quid enim mihi eſt de ijs,qui foris ſunt,iudicare,ſed ſolũ ius habet ad proponendum explicandumque illis Euangelium,eoſq; ad fidem inuitandum: ergo non eſt dn̄s illorum in temporalibus,ac proinde neq; eſt dominus orbis. Adde,ꝙ cum ex eo,ꝙ hoīes ad fidē conuertantur,nō ſint peioris conditionis, neque ſua iura & dominia amittant (id namque eſſet grauiſſimum iugum ceruicib. hominum vna cum fide imponere,eamq; illis efficere odioſam)fit,vt neq; Chriſtianorum ſit dominus in tpalibus. Item per aduentum Chriſti in mundum non amiſerunt homines ſua iura & dominia,neque ab illo, quatenus homine,illa acceperunt,aut accipiunt,vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt:ergo non ita inſtituit Chriſtus Summum Pontificatum,vt à Summo Pontifice acciperent homines ſua iura & dominia,imo neque vt ab eo in illis penderent:id enim minimè expediebat. Poteſtas autem illa ad temporalia,quam diſputatione præcedente oſtendimus eſſe in Chriſto, eſt in eo excellentiæ,quam proinde, ſicut neque poteſtatem excellētiæ in ſpiritualibus,quibus illum præficiebat, Summo Pontifici non communiuit. Adde, gratiam & fidem non deſtruere,ſed perficere naturam:quare cum, antequam homines fidem Chriſti ſuſciperent,veri fuerint Reges independentes in ſuo tpali dominio à quocunque alio,idque per poteſtatem ſibi à Republica cōmunicatā,quæ iure naturali eā habet:conſequens profectò eſt,ex eo,quòd fidem ſuſceperint,nequaquam poteſtatem illam & dominium amiſiſſe,tametſi per ingreſſum in Eccleſiam Sūmo Pontifici ſubijciantur,vt ab eo,quando per abuſum deuiauerint,coerceantur. Ex his conſtat, Albertum Pighium 5.libr. perdoctæ ſuæ, & non ſatis laudatæ Hierarchiæ Eccleſiaſticæ c.7.& 14.non nihil exceſſiſſe,dum licet Summum Pontificem nō efficiat dominum orbis,neque iuriſdictionis quicquam illi tribuat in eos,qui ſunt extra Eccleſiam;vult tamen Reges,eo ipſo,quòd Eccleſiam ingrediuntur,ſupremo que illius capiti ſubijciuntur,ſe,ſuaque ſceptra tradere Chriſti Eccleſiæ,atque ab ea veluti accepta recognoſcere,eiuſque iudicio regnare Reges & Imperatores,& amoueri à Regno. Si namque velit ſceptra, iuriſdictioniſque dominium,non eſſe propria principũ ipſorum, ſed ab Eccleſia & illius capite nō aliter dependentia,nec illi ſubiecta,quam quatenus omnino poſtulat finis ſupernaturalis, certè falſum affirmat,neque eſt audiendus.

Summo Pō tifici,nō cō- municauit.

Ex dictis infero,primò. Ad Summum Pontificē via ordinaria,ceſſanteque fidei cauſa, & exigentia, non qualicumque,ſed admodum graui per comparationem ad finem ſupernaturalem, neque pertinere creare Reges & alias poteſtates laicas, neque etiam eas deponere,ſed id pertinere ad Reſpublicas ipſas, quarum,vt eſt Reges ſibi conſtituere, ſic etiam eſt eos deponere,poſtulante id recta ratione, occurrenteque iuſta & vrgente cauſa. Optimum tamen conſilium eſt, vt quando dubij alicuius poteſt eſſe ſuſpicio, & quando non tota Reſpublica,ſed maior illius pars conſentit,conſulatur Summus Pōtifex, vt eius interueniente authoritate id fiat, in maiorem cauſæ iuſtificationem:præſertim cum,vt plurimum, bonū ſpirituale commune Reipublicæ inde pendeat, quo dato,ad Summum Pōtificem ſpectat ſuam interponere authoritatem,bonumque commune cēſuris & alijs modis iuuare,comprimendo eos,qui id impedire contendunt,quod commune ſpirituale bonum,ſaluſque ſpiritualis Reipublicæ poſtulat. Ea verò ratione,poſtulante id maiori optimatum Reipublicæ parte,Zacharias depoſuit Hildericum,& præpoſuit Pipinum in Regno Galliæ:& Innocentius adiutorem & moderatorem Regi Luſitaniæ conſtituit,eos coercendo cenſuris,qui id conabantur impedire. Nō ergo eo modo Reges pendent à ptāte Summi Pontificis,quo Epiſcopi conſtituti per diuerſa loca,quos & creare & amouere poteſt tāquam ſupremus in ſpūalibus Eccleſiæ paſtor ac moderator:tametſi ſine rationabili cauſa eos amouere non debeat. Neque itē pendent ab eo perinde ac optimates Regni pendent à Rege,ac proinde atque Reges, vel alij Principes, ab Imperatore non exempti,ab eo pendent, eſto ab Imperatore amoueri nequeat. Quin potius tam Reges ab Imperatore exempti,quam Imperator ipſe, ſupremæ ſunt poteſtatis in tēporalibus à nullo alio dependentes. Quodāmodo verò maior eſt dependētia Imperatorum Germanorum à Summo Pontifice,quam aliorum Regum catholicorũ:eo quod Germanum Imperium,populis & Ottone III. conſentientib. creatũ ſit depēdēter ab approbatione, & cōfirmatione Sūmi Pōtificis,vt diſp.24.oſtenſum eſt.

Reges depo nere, occurrente iuſta cauſa, neq; id exigente ſpirituali bono ad Reſpub. ſpectat.

Secundò infero,in Sūmo Pontifice non eſſe poteſtatem iudicandi directè cauſas,liteſq; & contentiones temporales inter principes,neque item poſſe Sūmum Pontificem infirmare eas leges ciuiles principum ſeculariũ, quæ à ſupernaturali fine nō deuiāt, neq; poſſe ſtatuere, vt à iudicib. ſecularibus ad eum appelletur in ijs,quorum cognitio ad ſeculares poteſtates ſpectat. Et quamus legitimare poſſit quoſcunque ad ſpūalia,vt ordines ſuſcipiendos,ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda,& vniuerſim ad ea,quæ ad Eccleſiaſticā iuriſdictionē ſpectant:non tn̄ poteſt legitimare ad ea,quæ ad iuriſdictionem ciuilem & tēporalem pertinent,vt ſucceſſionem in hæreditate,& ad alia, quæ legibus ciuilibus licitè filijs illegitimis ſunt prohibita. Niſi fortè principes ſeculares conſētirent, vt Summus Pontifex ea ēt in parte legitimaret;vel niſi bonum commune ſpirituale id in aliquo euentu poſtularet:tunc enim, inuito etiam principe ſeculari,legitimare poſſet in ijs,quæ ſecundum ſe ad iuriſdictionem pertinent ſecularem. Neq; aliud voluit Innocentius III.capite per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Hæc omnia ex eo ſunt manifeſta,ꝙ Principes ſeculares,eorumq; tribunalia in temporali Reipublicæ adminiſtratione,exempta ſunt à poteſtate Summini Pontificis,præterquam in ijs,quæ ad finem ſupernaturalem pertinent,ſi quando ab eo deuiarent,aut quando aliquid omnino neceſſarium eſſet ad bonum ſpirituale commune,vt dicemus. Indi rectè etiam,per modum correctionis fraternæ, poſſunt,tam ipſe,quam alij prælati inferiores, ſe intromittere in rebus ſecularibus,& in cōtrouerſijs principum,eo modo quo capit. Nouit,de iudicijs explicatur,& quem latius explicauimus in materia de correctione fraterna,& perſequemur tractatu 5. ita tn̄ vt præiudicium non fiat foro ſeculari. Vnde Berna. 1.de Cōſideratione ad Eugenium,vt paulò antea retulimus,In criminibus, inquit, nō in poſſeſſionibus poteſtas veſtra. Habent hæc infima terrena iudices ſuos principes terræ. Et Alexāder III. c. Cauſam 2. extra,qui filij ſint legitimi. Nos,inquit,attendentes, quod ad Regem pertinet, non ad eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus iudicare,ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarum iudicium ad ſe aſſe-

ſe aſſerit pertinere, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus Regi poſſeſſoriũ iudiciũ relinquentes, de cauſa principali, videlicet, vtrũ mater prædicti Regis de legitimo ſit matrimonio nata, plenius cognoſcatis, & cãm hmói terminetis. Et ſimile quid cõfitetur Innocẽtius III. c. Nouit, de iudic. vt ſupra dictũ eſt. Et Alexander III. c. ſi duob. §. deniq; de appel. ait: Quæris, ſi à ciuili iudice, ante iudiciũ vel poſt, ad noſtram audiẽtiam fuit appellatum, an hmói appellatio teneat? Tenet quidem in his, qui ſunt noſtræ tẽporali iuriſdictioni ſubiecti: in alijs vero, & ſi de cõſuetudine Eccleſiæ teneat, ſecundum iuris rigorem credimus non tenere. Quia videlicet tribunal ſeculare in rebus tpalibus à Sũmo Pontifice eſt exẽptũ.

2. Concluſ. Papa iuriſdictionem in omnia Eccleſiæ bona habet, ſed non eſt illorum dominus.

Secunda concl. Licet Summus Pontifex iuriſdictionem vniuerſalem habeat in temporalia bona Eccleſiæ, non tamen eſt illorum Dominus, ſed diſpenſator ac gubernator, qui proinde non ad libitum de illis poteſt diſponere, ſed ſolum ex rationabili cã, adeò ut ſi illa donet abſque aliqua cauſa, donatio ſit nulla; & tam ipſe, quàm donatarius, teneatur ad eorũ reſtitutionẽ Eccleſiæ illi, ad quã pertinẽt. Hęc eſt Turrecrematæ 2. lib. Summæ, c. 113. propoſitione 6. Caiet. in hac 2. 2. qu. 43. art. 8. quo loco eam oſtendimus, & eſt cõis. Ratio verò illius eſt, qm̃ huiuſmodi bona non ſunt collata Summis Põtificibus, aut alijs prælatis Eccleſiæ, ſed quędam Eccleſiæ Romanæ, quædã verò particularibus Eccleſijs, vt Toletanæ, Eborenſi, & cęteris. Quo fit vt eorum dñum non ſit apud Summum Pontificem, aut alios prælatos, ſed apud Eccleſias ipſas, quibus talia bona donata ſunt: prelati verò ſint diſpẽſatores & gubernatores eorũ. At verò Sũmus Pontifex, quatenus caput eſt Eccleſiæ vniuerſalis, illorũ oĩum bonorũ, ſit diſpenſator & gubernator vniuerſalis, non ſolum eorũ, quæ propria ſunt Eccleſiæ Romanæ, ſed ẽt oĩum vniuerſim ad quaſcumque Eccleſias pertinentiũ, quæ eo ipſo ad Eccleſiam vniuerſalem pertinent, cuius Summus Pontifex eſt caput & gubernator, habens ſibi ſubordinatos & a ſe dependentes diſpenſatores & adminiſtratores bonorũ oĩum particularium Eccleſiarũ. Hac ergo de cauſa, licet Sũmus Pontifex diſpenſator ſit, & iuriſdictionẽ habeat in omnia bona tpalia Eccleſiæ vniuerſalis, non tñ eſt eorum dñs, neque põt de illis ad libitum ſuum diſponere. Comparatione vero bonorum, quæ paricularia, & propria ſunt ſingulorum, tam ſecularium, quàm eccleſiaſticorũ, nec ipſe, nec rex, aut Imperator dominium habent proprietatis: quin neque eorum diſpenſationem, eò qđ non ſint bona cõitatis, vt eorum diſpenſatio ad rectores communitatum pertineat, ſed ſint bona propria ſingulorum, quorum proinde diſpenſatio ad ipſos, & non ad rectores multitudinis ſpectat.

3. Concluſ. Ptās ſpiritualis Papæ annexã habet plenam poteſtatẽ in temporalia, quantũ poſtulabat finis ſpiritualis.

Tertia concluſio. Poteſtas ſpiritualis Sũmi Pontificis ad finem ſupernaturalem, adiunctam quaſi ex conſequenti habet ſupremam & ampliſſimam poteſtatem iuriſdictionis temporalis ſuper omnes principes, & reliquos, qui ſunt de Eccleſia; præciſe tamen quantum poſtulat finis ſupernaturalis, ad quem ſpiritualis poteſtas ordinatur. Quare, ſi id exigat finis ſupernaturalis, poteſt Summus Pontifex deponere reges, eoſque regnis ſuis priuare. Poteſt etiam inter eos iudicare de rebus temporalibus, legeſque eorum infirmare, & reliqua omnia inter Chriſtianos omnes exequi, quæ ad ſupernaturalem finem ſalutemque cõem ſpiritualem, non vtcumque, ſed ſimpliciter prudentis arbitrio iudicata fuerint neceſſaria, idque non ſolũ cenſuris ad id cogendo, ſed etiã pęnis externis, ac vi, & armis, non ſecus, ac quiuis alius princeps ſecularis: tametſi vt plurimũ expediens ſit, Summũ Pontificẽ non per ſe, ſed per principes ſeculares id exequi. Atq; hac rõne verè Sũmus Pontifex dr̃ habere vtrumque gladiũ, ſupremamque poteſtatem tẽporalem & ſpiritualem. Obſerua tamẽ, ſupremã hanc poteſtatem iuriſdictionis tpalis, quæ in Sũmo Pontifice reſidet, cũ nõ ad temporalia ipſa, ſed ad ſupernaturalẽ finẽ ordinetur, nõ eſſe merè poteſtatẽ tẽporalẽ, ſed eſſe ſpiritualẽ ex parte finis. Quo fit vt appellãda non ſit poteſtas laica, ſed eccleſiaſtica, iuriſdictionis tñ tẽporalis, vt illã diſtinguamus à poteſtate merè ſpirituali, quæ illam annexam habet.

Concluſio ita explicata probatur. Primò, quoniã Eccleſia Chriſtiana, cui Summus Pontifex iure diuino caput & ſupremus rector præficitur, & quæcumque alia Reſpublica ſecularis cuiuſuis Chriſtiani principis, non ſunt duæ diuerſæ Reſpublicæ, perinde atque Reſpublicæ Hiſpanorũ & Gallorũ; ſed ſunt adinuicẽ ſubordinatæ, ita vt vna in alia includatur, finiſque naturalis, cuiuſque Reipublicæ ſecularis, tanquam imperfectus, ordinatur ad finem ſupernaturalem, quem reſpicit Eccleſia: ſed quando duo artifices, aut moderatores, eatenus ſunt ſubordinati, quod finis vnius ſubordinatus eſt fini alterius, artifex & moderator ſuperior præſcribit leges & modũ inferiori, quatenus finis ſuperior poſtulat, vt in arte equeſtri comparatione frænifactiuæ eſt manifeſtum docetque Ariſtoteles 1. Ethicorum, c. 1. ergo Sũmus Pontifex, qui Eccleſiæ ad finem ſupernaturalẽ eſt p̃fectus, præſcribere & ordinare habet principibus ſecularibus, cęteriſq; Chriſti fidelibus, quatenus expedire iudicauerit ad finem ſupernaturalem. Ac ſanè inſufficienter Chriſtus ſuæ Eccleſiæ prouidiſſet, niſi principes omnes ſeculares Chriſtianos, cæteroſq; fideles, ſubordinatos ac ſubiectos Summo Pontifici hac in parte reliquiſſet, cum pleniſſima ptãte in Sũmo Põtifice ad eos pro munere ſuo coercẽdos & cogẽdos ad id, ꝙ ad finẽ ſupernaturalẽ iudicaret ſimpliciter neceſſariũ. Quin potius eo ipſo, ꝙ Chriſtus Petro & ſucceſſoribus ſupremã Eccleſiæ curã ad finẽ ſupernaturalem cõmiſit, cẽſetur ex cõſequẽti conceſſiſſe illis ptãtem, de qua loquimur. Deus namque & natura in neceſſarijs non deficiunt: conceſſoque alicui munere aut regimine aliquo, cenſentur conceſſa ei ea ſine quibus id rectè expediri non valet, vt habetur c. præterea, de officio delegati, loquiturque textus de vi coerciua ad id, quod eſt iniunctum.

Illud verò eſt hoc loco aduertendum cum Victoria relectione 1. de poteſt. Eccleſiaſt. q. penult. nu. 9. & alijs. Poteſtatem Regis non oĩno pendere eodẽ modo à poteſtate Summi Pontificis, quo ars fræna conficiendi pendet ab equeſtri, aut ars conficiendarum nauium ab arte nauigandi. Artes namq; frœna & naues conficiendi præciſe ordinãtur ad finẽ equeſtris & artis nauigandi, ita videlicet, ꝙ ſi non eſſet vſus equi, fræna non fierent, & ſi non eſſet nauigatio, naues non conficerentur: & idcirco artes fræna & naues conficiendi omnino pendent ab arte equeſtri & ab arte nauigandi, atque adeò ab earũ finib. At vero, eſtò non eſſet finis ſupernaturalis, nec per conſequens poteſtas quædam ſuperior ad eũ ordinata, adhuc tñ eſſet finis naturalis ad quem Reipublicæ adminiſtratio ordinatur, atque adeò poteſtas regis ad eum finem. Atque hinc eſt, ꝙ poteſtas regis ad ſuum finem naturalem in ſe ſpectatum independẽs ſit à Summo Pontifice: & idcirco intromittere ſe nõ poſſit Summus Pontifex in regimen principum ſecularium, quatenus præciſe reſpicit finem Reipublicæ politicum ac naturalem, vt ſupra dictum eſt. Quia tñ princeps Chriſtianus ſecularis deuiare poteſt in ſuo regimine ab eo, ꝙ ſupernaturalis finis Eccleſiæ oĩno poſtulat, eatenus regimen illius à Sũmo Pontifice pendet, poteſtque Sũmus Pontifex tũc cohibere illũ & caſſare, quæ ita ordinauerit, imò & illũ, ſi opus fuerit, punire, teneturque in adminiſtratione ſubiacere Sũmo Pontifici, & ſtare omnibus, quæ ad finem ſupernaturalem illi fuerint rite præſcripta.

Secundò

Secundò probatur concluſio, qm̃ Summus Pontifex eſt paſtor vniuerſalis totius gregis Chriſtiani à Chriſto inſtitutus, iuxta illud Ioan. 21. Paſce oues meas: paſtoris autem eſt errantes oues, cuiuſque ordinis ſint ac dignitatis, in viam reuocare, eaſque quacunque ratione ad viam compellere, idque in paſtoris officio cenſetur eſſe conceſſum ac iniunctum: ergo eo ipſo, quòd à Chriſto paſtor vniuerſalis Eccleſiæ eſt conſtitutus, cenſetur illi tradita prædicta poteſtas. Atque hoc argumento vtitur aduerſus quendam Conſtantinopolitanum Imperatorem Innocẽtius III. c. ſolitæ, de maioritate & obedientia, vt illi oſtenderet fas ſibi fuiſſe eum reprehendere.

Tertiò, non minus poteſt Summus Pontifex modò in temporalibus, q̃ quondam poterat ſummus Sacerdos in veteri lege: ſed, vt habetur Deutero. 17. orta cauſa dubia in temporalibus, quam ſeculares iudices non ſufficienter definirent, ſupremum iudicium ſpectabat ad ſummum Sacerdotem cum capitis pœna ei, qui illius ſñiæ ſtare non vellet: ergo ad Summum Pontificem in Eccleſia ſpectat etiam iuridictio in tpalibus, ſaltẽ quatenus finis ſpũalis cui eſt præfectus, id poſtulauerit. Verba Deuter. 17. hęc ſunt. Si difficile & ambiguũ apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locũ, quẽ elegerit Dñs Deus tuus, venieſq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tpe, quęreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumq; dixerint, q̃ præſunt loco, quẽ elegerit Dñs, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq; ſñiam eorum, nec declinabis ad dexterã nec ad ſiniſtrã. Qui aũt ſuperbierit nolẽs obedire ſacerdotis Imperio, q̃ eo tpe miniſtrat Dño Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſq; populus audiẽs timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

Quartò, quoniam hæc eſt expreſſa ſententia Bernardi, 4. de conſideratione ad Eugenium, cuius hæc ſunt verba. Quid tu denuo vſurpare gladium tentes quẽ ſemel iuſſus es ponere in vagina? Quem tamen, qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic. Conuerte gladiũ tuũ in vaginam: tuus ergo & ipſe, tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus. Alioqui, ſi nullo modo ad te pertineret & is dicentibus Apoſtolis, Ecce gladij duo hic; non reſpondiſſet Dominus; ſatis eſt, ſed nimis eſt. Vterque ergo Eccleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercendus, ille ſacerdotis, is militis manu. ſed ſanè ad nutũ ſacerdotis, & iuſſu Imperatoris. Vbi vides verba Bonifacij VIII. in extrauag. vnam ſanctam, ex Bernardo magna ex parte fuiſſe deſumpta. Libet ẽt verba illa alia Berna. 2. de cõſideratione ad Eugeniũ ſubiungere. Age, inquit, indagemus adhuc diligentius quis ſis, quam geras videlicet pro tpe perſonã in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, Summus Pontifex, tu princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorũ, tu primatu Abel, gubernatu Noe, & patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, ptãte Petrus, vnctione Chriſtus. Pluraque alia ſubiungit, quibus dignitatẽ & poteſtatem Summi Pontificis extollit. Cum vero dicat, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, manifeſtè docet in eo eſſe poteſtatem circa temporalia quam probare intendimus. Quinto probatur ex Nicolao Papa & Bonifacio ſupracitatis, qui in ſenſu à nobis explicato aſſeruerunt, Petrum terreni ſimul & cæleſtis imperij iura accepiſſe, habereque vtrumque gladium, ſupremamq; in temporalibus & ſpiritualibus poteſtatem.

A Ex dictis Sotus, Victoria, & alij locis citatis colligunt, exigente id fidei, Eccleſiæ, aut boni ſpiritualis communis conſeruatione, poſſe Summum Pontificem deponere Reges. Eaq; ratione meritò tranſtuliſſe imperiũ à Græcis ad Germanos, depoſuiſſeq; Hildericũ, & priuaſſe Regni adminiſtratione quendam Luſitanię Regem. Quamuis Turrecremata & Paludanus de poteſtate Eccleſiæ optimè ſubiũgant eſto Summus Pontifex deponere poſſit Reges, nõ tñ nouos conſtituere, priuãdo eum Regno, ad quẽ, in defectum depoſiti, ius regni aliquin pertineret, aut ſi neceſſe eſſet eligere aliũ in depoſiti defectum eligente ſolum Summo Pontifice, & non concurrẽtibus illis ad electionem, ad quos ius eligẽdi pertineret, quales eſſent reſpublica, & optimates illius. Si tñ, inquit Victoria, Reſpublica aliqua Chriſtiana eligere ſibi vellet regni infidelem, aut aliũ vnde ſpũale bonum nõ leuiter periclitaretur, & admonita nollet deſiſtere, poſſet ſummus Pontifex id impe-

B dire: etſi Reſpublica reſiſteret, poſſet; cõſtituere aliũ loco illus, ẽt reclamante & renitẽte Republica. Pręterea, ſi princeps aliquis hæreticus, aut ſchiſmaticus fieret, poſſet Sũmus Põtifex vti aduerſus eum gladio temporali, procedereq; vſq; ad depoſitionem & expulſionem illius à regno. eodemq; modo, ſi princeps aliquis hæreticis, ſchiſmaticis, aut alijs infidelibus eccleſiam oppugnãtibus, auxiliũ præſtaret, vel aliquid aliud efficeret, quod in eccleſiæ detrimentũ cederet, poſſet ſimili modo vti gladio temporali aduerſus illum. Item, cõtendẽtibus Regibus Chriſtianis inter ſe circa principatũ aliquẽ, aut circa quoduis aliud tẽporale, & in bella ruentibus, ſi inde merito detrimẽtum maximũ in ſpiritualibus timeretur, vel ꝙ interim fidei hoſtes deuaſtarent eccleſiã, vel ꝙ ſequerentur grauiſſima damna ſpiritualia & peccata, quæ ex huiuſmodi bellis inter Chriſtianos ſolẽt oriri, poſſet Summus Pontifex, ad vitanda ea ma-

C la, cognoſcere de huiuſmodi cauſa, ꝓferreq; ſñiam, etiam illis inuitis, tenerenturque ſtare illi ſententiæ. Quòd ſi id non faciat, inquiunt Victoria, Albertus Pighius, Durandus, Turrecremata, & alij, non eſt, quòd ad id non habeat poteſtatem iure diuino ipſi conceſſam, ſed quia non audet, timens ne inde ſequatur rebellio à ſede Apoſtolica, aut grauiora alia incommoda. Item condentibus principibus leges, quæ in graue detrimentum ſpirituale proximorum cedant, ac foueant peccata, poteſt Summus Pontifex præcipere earum conditoribus, vt illas reuocent, quòd ſi noluerint, poteſt ipſemet eas reuocare, eoque ipſo vim omnem amittent, eſto eſſent tales, quæ ſecluſa reuocatione vim poſſent retinere. Hoc pacto Summus Pontifex abrogauit legem illam ciuilem, qua conſtituebatur malæ fidei poſſeſſorem poſſe certo quodam tempore præſcribere, vt ex c. vigilanti, & ex capite vltimo, de præſcriptionibus, eſt

D manifeſtum: illa namque præſcriptio abſque præſcribentis peccato eſſe non poterat, homineſque ad rapinas & alia peccata inuitabat. Quando autem vnus princeps iniuriam alteri in temporalibus irrogaret, vnde tamen graue damnum ſpiritualis communis boni non immineret, cauſa illa ad Summum Pontificem non ſpectaret, niſi per modum fraternę ſeu paternæ potius correctionis, qualis eſt patris ſpiritualis ac prælati ad ſibi ſubditum, ad eruendum illum à peccato: quo pacto peccata omnia ad tribunal ſedis Apoſtolicæ, vt c. Nouit, de iudicijs habetur, ſpectant. Idq; non ſolum quando publica ſunt, & ſcandalũ pariunt, ſed etiã quando ſunt ſecreta, pendentq; in futurum: tunc enim ad Pontificẽ ſummum ſpectat cohibere & compellere huiuſmodi peccatores, vt à peccatis egrediantur, non ſolum cẽſuris, ſed etiam alijs pęnis exterioribus, vt pecuniæ, imò & carceris, aut exilij, ſi peccatũ id poſtulet, vt inter-

interdum poſtulare ſolet concubinatus. Ea tamen via nihil præiudicij inferri debet foro ſeculari, cauſas, quæ ad ipſum pertinent, & quas poteſtates laicę paratæ ſunt, prout oportet, expedire, trahendo ad forum eccleſiaſticum. Obſeruat optimè Victoria relectione de Indis Inſulanis par. 1. nu. 29. Poteſtatem temporalia, quatenus ſpiritualia exigunt, non ſolũ reſidere in Summo Pontifice comparatione omniũ qui ſunt de eccleſia, ſed etiam in quocunque epiſcopo comparatione ſuorum ſubditorum: epiſcopoſq; poſſe eodem modo punire & cohibere peccata ſecularia, non ſolum cenſuris, ſed etiam pœnis exterioribus, pecuniarijs, & exilij, ac alijs: modò tamen id non faciant ex auaritia, & ad quæſtum, ſed ex auaritia, & ad commodum rerum ſpiritualium: peſſimeque facere, vel principes, vel magiſtratus temporales, qui epiſcopos hac in parte impediunt.

Vlterius Summus Pontifex, & in ſuo ordine & gradu cæteri Epiſcopi, poteſtatem habent exigendi B à ſecularibus ſibi ſubditis debitum ſubſidium pro adminiſtratione ſpiritualium, eoſq; ad id cogendi: cum verò eiuſmodi cauſa finem reſpiciat ſpiritualem, ad forum eccleſiaſticum ſpectat. Item quemadmodum rex, orta neceſſitate vrgente Reipublicæ ſęcularis, poteſtatem habet exigendi à ſubditis ſubſidia, quibus neceſſitati illi ſubueniat, qñ aliter nõ poteſt ſufficienter illi ſubueniri: ſic arbitror ſummum Pontificem, orta vrgẽti neceſſitate Eccleſiæ vniuerſalis, cui aliter non poſſit commode ſubueniri, habere p̃tãtem exigendi à principibus Chriſtianis, & à cęteris ſuis ſubditis, ſubſidia & auxilia ad id neceſſaria, eoſq; cogendi ad illa præſtandum. Ratio eſt, qm̃ Reſpublica Eccleſiæ nõ minus ſibi debet eſſe ſufficiẽs, q̃ quæcumq; Reſpublica ſecularis, neq; minor poteſtas hac in parte credenda eſt eſſe in ſupremo capite Eccleſiæ, q̃ in adminiſtratoribus ſecularium Rerum publicarum; neque membra Eccleſię minus C tenentur ſuam Rempublicam ſpiritualem, quam tẽporalem, cõſeruare. Ita affirmat Turrecremata, lib. 2. Summæ, c. 114. propoſitione 8. videturque conſentire Victoria de poteſt. Eccleſ. quæſt. citata. Deniq; Summus Pontifex pleniſſimam habet poteſtatem iuriſdictionis circa temporalia, præcisè tamen iuxta exigentiam finis ſupernaturalis.

Illud tamẽ merito Victoria & Sotus locis citatis obſeruant, Summũ Pontificẽ in prædictis euẽtibus non ſtatim debere gladium temporalem eximere, niſi in mora eſſet præſens periculum: ſed debere prius vti gladio & poteſtate ſpirituali, pręcipiendo aliquid, vel ſimpliciter, vel ſub aliqua cenſura. Via namq; ordinaria Summi Põtificis eſt vſus poteſtatis ſpiritualis, cui poteſtas tẽporalis eſt in ſubſidium adiuncta, atq; ita non prius eximendus eſt gladius iuriſdictionis tẽporalis, q̃ experimento ſit compertum non ſufficere vires gladii ſpiritualis.

Iudicio Sũmi Pontificis in dubio eſt ſtãdum.

D Interrogabit aliq̃s. Quid ſi Sũmus Põtifex principi alicui ſeculari p̃ciperet reuocare legẽ aliquã, aut aliquid aliud in ſeculari regimine mutare, ꝙ iudicaret id minime expedire: cõtra verò Princeps ſecularis expedire iudicaret: cuius nam ſnĩę eſſet ſtãdum? Reſpondet Victoria de poteſt. Eccleſ. loco citato, nu. 14. Si Summus Põtifex id præciperet, quod iudicaret minimè expedire regimini temporali in ſe ſpectato, tunc audiendus non eſſet: eo ꝙ iudicium de regimine temporali in ſe, & per cõparationẽ ad finem naturalẽ ſpectat nõ Summũ Pontificẽ, ſed ad Principem ſecularẽ. Et eſto Summus Põtifex verum diceret, præceptũ illud nequaquã pertinet ad authoritatem & p̃tãtem Summi Põtificis, eo ipſo, ꝙ res, de qua agitur, ſaluti animarũ, Chriſtianęq; religioni cõtraria nõ eſſet. Si verò Summus Pontifex idcirco id p̃ciperet, ꝙ iudicaret vergere in detrimentũ ſalutis animarũ vt ſi præciperet reuocari legem aliquam, ꝙ

A iudicaret ſeruari non poſſe ſine peccato, aut eſſe contra ius diuinum, vel fouere peccata; tunc ſtandũ eſſet iudicio Summi Pontificis: eo ꝙ tam iudicium de ſpiritualibus, quàm de temporalibus per comparationẽ ad ſpiritualia, non ad Principes ſeculares, ſed ad Summũ Põtificem ſpectet. Eius namq; eſt conſiderare de medijs per comparationem ad finẽ, cuius eſt cõſiderare de ipſo fine. Præterea, poteſtas Sũmi Pontificis ſuperior eſt & architectonica cõparatione poteſtatis Principum ſecularium, ac proinde Sũmo Pontifici parere tenentur in ijs, quæ ad finem ſupernaturalẽ ſpectant. Intelligendum tñ id eſt, qñ res non omnino conſtat. Si namq; conſtaret Summum Põtificem errare, aut p̃cipere id in fraudẽ poteſtatis laicæ, nõ tenerentur Principes ſeculares illi parere. Quo loco obſerua, Sũmo Põtifici curandã eſſe rõnẽ cõmodi tp̃alis adminiſtrationis Reipubl. ſecularis, neq; ſtatim p̃cipere debere qcq̃d ſe primo aſpectu offert vt cõducens ad religionem, pietatemque B Chriſtianã promouendam, ſine vllo reſpectu commodi Reipublicæ temporalis: præſertim cum populi & reges non teneantur, nec cogi poſſint ad rationem optimam Chriſtianæ vitæ, ſed ſolum ad Chriſtianam vitam intra certos limites & terminos.

Ad primũ argumentũ primæ ſententiæ.

Supereſt rñdeamus ad argumenta initio propoſita. Ad primum neganda eſt minor: p̃tãs namq; illa Chriſti circa tp̃alia fuit excellentiæ in Chriſto, quã proinde negãdum eſt reliquiſſe Summo Pontifici.

Ad ſecũdũ.

Ad ſecundum dicendum eſt ſolum probare, poteſtates laicas omnino ſubiici in temporalib. Summo Pontifici, quantum neceſſe eſt ad finem ſupernaturalem. Eatenus namq; Reſpublica tẽporalis ſubordinatur Reipublicæ ſpirituali Eccleſiæ, & in ea quaſi includitur: ſecundum ſe autem Reſpublica temporalis integra quædam Reſpublica in ſe eſt, cuius poteſtas ſumma eſt Princeps temporalis.

Ad tertium.

Ad primum, ꝙ in tertio argumento adducitur, di C cendum eſt, translationem illam Imperij licuiſſe Summo Pontifici, quatenus id ad conſeruationem Eccleſiæ erat neceſſarium. Cum autem Germania munus illud Imperatoris, defenſoriſq; Eccleſiæ aſſumeret, vireſq; ſuas ad id offerret, recta ratio poſtulabat, vt electio Imperatoris ad Germanos optimates pertineret: quare quaſi pactũ quoddã fuit tempore Ottonis III. vt electio ad optimates illos, approbatio verò & confirmatio Imperatoris ad Summũ Pontificẽ pertineret: & ob id, neque Summus Pontifex, abſq; legitima cauſa, põt illos priuare illo, neque à Summo Pontefice tolli poteſt ius, quod habet ad confirmandam & approbandam electionem.

Ad ſecundum verò, quod de depoſitione imperatoris adducitur, dicendũ eſt. Imperatoris depoſitionem ex iuſta cauſa pertinere ad Summum Pontificem, tum pro poteſtate pleniſſima, quam in temporalibus habet ad omnia, quæ ſpirituale bonũ, finiſq; D ſupernaturalis poſtulat, tum etiam, qm̃ iure peculiari ad eum ſpectat approbatio, coronatio, & vnctio Imperatoris, tum denique, qm̃ munus Imperatoris ad defendendam Romanam vniuerſalemq; Eccleſiam inſtitutum eſt, quaſi Imperator tanquam miniſter Summi Pontificis ſit, gladium iuriſdictionis temporalis Summi Põtificis ad illius nutum ſua potentia exercens, iuramẽtumque fidelis Eccleſiæ defenſoris Summo Pontifici præſtat.

Ad tertium, ꝙ adducitur, dicẽdum eſt. Vtrumq; licuiſſe Summo Pontifici, eo quòd vtrumq; neceſſarium fuerit ad ſpirituale bonum eorum regnorum. Præterea, ad vtrumq; concurrit conſenſus & poſtulatio optimatum ac populorum regnorum illorũ.

Ad vltimum, quod in eodem argumento adducitur, dicendum eſt. Cum Imperator, nec ſucceſſorem, nec aliquem, cui Imperium ſit debitum, relinquat: quemadmodum mortuis regibus regulariter

ſolet

ſolet manere Regni legitimus ſucceſſor, munuſque Imperatoris, poſtquam tempore Ottonis III. ad Germanos eſt translatum, quaſi ex pacto & inſtitutione ipſa, ſummopere à ſede Apoſtolica pẽdeat, mirandum non eſſe, ſi vacante Imperio, ad ſedem Apoſtolicam pertineat iudicare ſubditos Romani Imperij. Hodie tamen, viuente Imperatore, eligitur Rex Romanorum, qui à Sede Apoſtolica approbatur & cõfirmatur, vt eo ipſo, quod Imperator mortuus fuerit, ſine alia electione & approbatione ſuccedat in Imperio; & idcirco non datur Imperium vacuum.

Ad quartũ. Quartum argumentum ſolum probat in Summo Pontifice eſſe ſupremum poteſtatem ad temporalia, gladiumve temporalem in ſenſu in 3. concluſione explicato; neque aliud voluerunt duo illi Summi Pontifices. Vnde argumentum probat tertiam concluſionem.

Ad argu. ſecundæ ſententiæ. Ad argumentum, quo illa alia extrema opinio ſua debatur, dicendum eſt, Claues Regni cęlorum, poteſtatemque in ſpiritualibus, adiunctam quaſi ex conſequenti habere poteſtatem in temporalibus, iuxta ſpiritualium exigentiam, vt oſtenſum eſt.

Ad confir. Ad confirmationem dicendum eſt, vti poteſtate in temporalibus, iuxta ſpiritualium exigentiam, atq; ad ea tanquam ad finem, non eſſe implicare ſe ſecularibus, ſed efficere, vt temporalia ſpiritualibus deſeruiant, & vt ab illis, in deſtructionem eorum, non deuient. Sumere præterea iuriſdictionem aliquam temporalem, quantum ad authoritatem & ſplendorem Sedis Apoſtolicæ deceat, conferatque ad meliorem vſum ſpiritualium, atque in ſubſidium pro eorũ adminiſtratione, non eſſe implicare ſe negotijs temporalibus; ſed efficere, vt tẽporalia ſpiritualib. inſeruiant, quod Paulus nequaquam prohibere intendit.

DISPVTATIO XXX.

Vtrum Imperator ſit dominus orbis.

QVidam ex Iuriſperitis, inter quos numerandus eſt Bar. in l. hoſtes, ff. de capt. & poſtl. reuerſ. & in Extrauaganti, Ad reprimendum, quæ eſt Henrici VII. in verbo totius orbis, aſſeruerunt, Imperatorem eſſe totius orbis dominum. Imò Bartolus eo tãdem in l. hoſtes progreſſus eſt, vt aſſeruerit, affirmare cõtrarium fortè hæreticum eſſe, motus ex illo Lucæ 2. Exijt edictum à Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc tamen ſententia ridicula planè eſt, vt ex ijs, quæ de origine huius poteſtatis diximus diſp. 24. adiunctis ijs, quæ diſputatione prę cedente dicta ſunt, eſt manifeſtum.

Imperator non eſt dominus orbis. Hoc autem loco hoc vnum tantum aduerſus hãc ſententiam ſubijcio argumentum. Si Imperator eſſet dominus orbis, vel id eſſet iure naturali: atq; hoc aſſertum eſſet ſtultum: vel per electionem totius mũdi, qui conſenſum præbuiſſet, vt vnus eſſet communis omnium Imperator: quod abſque vlla probabilitate ac fundamento affirmaretur: vel iure belli, & hoc conſtat eſſe falſum, cum nullus vnquam, non ſolũ iuſtè, ſed neque iniuſtè, ſubegerit ſibi omnes vniuerſim nationes, præſertim cum noſtris temporibus plurimæ ſint repertæ, quæ antea omnino fuerunt incognitæ, & multæ aliæ ſint etiam adhuc incognitæ: vel iure humano poſitiuo, idque vel Summi Pontificis: & hoc non: quippe cum neque ipſe ſit dominus orbis: vel ipſorummet Imperatorum, aut alicuius alterius: quod item verum eſſe non poteſt: eò quòd taleius ligare non potuerit non ſubditos illius, qui id condidiſſet: aut denique iure diuino: quod non minus eſt falſum: quippe cum nullum teſtimonium ad id ſufficiens poſſit adduci: ergo Imperator non eſt Dominus orbis.

A Illud vero Lucę 2. probat quidem exijſſe edictum à Romano Imperatore, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, ſiue illud iuſtum eſſet, ſiue iniuſtum: non verò Romanum Imperatorem fuiſſe verum dominũ orbis vniuerſi. Adde, eo in loco, nomine vniuerſi orbis non intelligi vniuerſam terram, ſed per hyperbolẽ, maximam illam orbis tunc cogniti partem, cui Romani dominabãtur, appellari orbem vniuerſum. In eodemque ſenſu Imperatores arroganter ſe aliquando orbis ac mundi Dominos nominarunt. Adde ẽt, frequens eſſe in communi loquentium vſu, partem orbis appellari orbem, iuxta illud: Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem. Si longiorem de hac re deſideras diſputationem, lege inter alios Victoriam in Relectione de Indis inſulanis, par. 1. à nu. 24. Sotum 4. de iuſtitia, q. 4. art. 2. & Couarruuiam, regula peccatum, par. 2. §. 9. num. 5.

B

DISPVTATIO XXXI.

Vtrum eccleſiaſtici à ciuili poteſtate ſint exempti, & quo iure.

EXplicata ciuili & Eccleſiaſtica poteſtate, & quo uſque dominium iuriſdictionis vtriuſque ſe extendat, aliquid dicendum eſt de exemptione Eccleſiaſticorum à ciuili poteſtate.

De qua re ſit prima concl. Clerici iam hodie à ciuili poteſtate ſunt exempti, ita vt neque in criminalibus, neque in ciuilibus à ſecularibus iudicibus iudicari poſſint, ſed ab Eccleſiaſticis dumtaxat. Exempti etiam ſunt à tributis, & alijs oneribus. Hæc manifeſta ſunt ex tota 11. q. ex c. non minus, de immunitat. Eccleſ. ex c. quanquam, de cenſibus, lib. 6. & ex pluribus alijs iuribus. Verum de vtraque parte concluſionis in ſequentibus fuſior erit ſermo. 1. Concluſ. Eccleſiaſtici à ciuili poteſtate & à tributis ſunt exempti.

C Secunda cõcluſ. In cauſis merè Eccleſiaſticis clerici diuino iure exempti ſunt à ciuili & laica poteſtate, vt in creandis Epiſcopis, & ſacerdotibus, in diſtribuendis diœceſibus, & parœcijs, in cauſis inde emergentibus: & denique in his omnibus, quæ ex ſe ad ſolam ſpectant Eccleſiaſticam poteſtatem. Hęc probatur, quoniam poteſtas Eccleſiaſtica, vt diſp. 21. & ſequentibus oſtenſum eſt, diſtincta eſt à ciuili, & ea ſuperior, atque à Chriſto immediatè inſtituta, & in Petro, Apoſtolis, & diſcipulis ipſis, eorumque ſucceſſoribus tradita: poteſtas verò ciuilis ortũ habet à Deo per Rempubl. ſolumque ſe extẽdit ad naturalia: ergo in cauſis merè Eccleſiaſticis, quę poteſtatis Eccleſiaſticæ ſunt propriæ, clerici iure diuino à poteſtate ciuili exempti ſunt. Vnde Apoſtoli, ſine vlla laicæ poteſtatis authoritate, curam & adminiſtrationem Eccleſiæ exercebant, eodemq; modo perpetuò ſe geſſerunt eorum ſucceſſores. Meritò ergo, poſt Vuitcleffum, & Ioannẽ Hus in Concilio Conſtantienſi ſeſſione 8. & 15. dãnatus eſt Marſilius Pataujnus, qui aſſerebat, Chriſtum tributum ſoluiſſe, non ex liberalitate & condeſcenſione, ſed neceſſitate coactũ. 2. Concluſ. Iure diuino exempti sũt in cauſis Eccleſiaſticis.

D Item ad Imperatorem pertinere, Papam corrigere atque inſtituere. Item emanaſſe ab Imperatore, ſacerdotem vnum eſſe maiorem, habereque maiorem authoritatem, quàm alius Sacerdos habeat, poſſeque illam tollere, ſicut eam contulit. Addebat, neque Papam, neque totam Eccleſiam, punire poſſe aliquẽ coactiue, niſi Imperator dediſſet ei authoritatem. Quæ omnia cum libertate Eccleſiaſtica pugnant. Errores huius hæretici, doctamque eorum confutationem, lege apud Albertum Pighium quinto libro Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Eadem concluſio confirmatur ex capit. ſi Imperator, 96. diſtinctione. Vbi Ioannes Papa inter alia ait: Ad Sacerdotes, Deus voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere,

non ad ſeculi poteſtates, & alijs iuribus diſputatione 29. citatis. Confirmatur etiam ex inſigni illo facto Conſtantini Magni in Concilio Nicæno, quod Ruffinus lib. 10. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ commemorat, & refertur cap. Continua, & capitu. Sacerdotibus 11. q. 1. Cum enim Epiſcopi libellos accuſationum, quorundam aduerſus alios, ad Conſtantinum detuliſſent, conuocatis illis, dixit. Vobis dedit Deus poteſtatem iudicandi nos, vos verò ab hominibus iudicari non poteſtis: libelloſque omnes ſibi oblatos coram omnibus proiecit in ignem; id quod ex Syluestri ſuggeſtione didiciſſe videtur. Id vero, quod Conſtantinus affirmauit, potiſſimum habet verum in cauſis merè Eccleſiaſticis: non ergo ad ſeculares pertinent, quæ merè ſunt Eccleſiaſtica. Quo fit, vt, qui ius patronatus habent præſentandi in Epiſcopos, & ad alia beneficia Eccleſiaſtica, ſolum id habeant ex priuilegio & conceſſione poteſtatis Eccleſiaſticæ, tametſi eis ſoleat concedi in gratitudinē pro ſubſidijs temporalibus, quæ contulerunt ad inſtitutionem beneficiorum, vel alia iuſta de cauſa. Caietanus 1. tomo Opuſculorum tractatu 1. de poteſtate Papæ c. 27. Victoria Relectione 1. de poteſtate Eccleſ. q. vlt. num. 3. Sotus in 4. diſt. 25. q. 2. art. 2. Driedo. 2. de libertate Chriſtiana, c. 2. aſſeuerant, ſi Summus Pontifex poteſtate eccleſiaſtica, in Eccleſiæ perniciem apertè abuteretur, conferendo ſimoniacè in ſubditorum perniciem beneficia Eccleſiaſtica, poſſe Principes ſeculares illi reſiſtere, nec obedire eis, q̃ ab eo malè præciperentur, denegareque poſſeſſionē beneficiorum hominibus eo pacto electis. Quamuis autem id verum ſit, præſertim cum beneficiorum ſtipendia à laicis conferantur vt eis paſtores & rectores, qui ipſorum curam in ſpiritualibus habeant, tribuantur, non eſt tamen multum extendendum, neque impudenter, ſed ſumma cum reuerentia & ſubmiſſione Summo Pontifici Chriſti Vicario reſiſtendum.

3. Concluſ. Non omnis Eccleſiaſticorum exēptio de iure diuino.

Tertia concluſio. Non omnis exemptio clericorū eſt de iure diuino. In hac conueniunt Sotus, Victoria, & Driedo locis citatis. Caietanus in Summa, verbo. excommunic. cap. 31 & 37. Nauarrus in Manuali c. 27. nu. 119. & alij, eſtque Diui Thomæ in illud ad Roman. 13. Ideò enim tributa pręſtatis. Tametſi Panormitanus c. 2. de maior. & obedient. ac alibi, & quidā alij affirment, Clericos, quoad perſonas ſuas & bona, iure diuino à laica poteſtate eſſe exemptos. Noſtra tamen concluſio probatur, quoniam nullus eſt locus vnde id ex iure diuino ſufficienter colligatur. Quidam adducunt illud Ioſeph Geneſ. 47. qui terram omnem Aegypti tributariam fecit Pharaoni, præter terram ſacerdotalem. Id tamen nihil ad rem: beneficientia namque Regis, poſtulante id recta ratione, fuit factum. Adducunt prætereà illud Matth. 17. Reges terræ a quibus accipiūt tributum, à filijs ſuis, an ab alienis? Et paucis interiectis: Ergo liberi ſunt filij. Attamen id ſolum probat de Chriſto, vt diſp. 27. oſtenſum eſt. Quod ſi de aliquo alio veriſimiliter etiam probat, ſolum eſt de Summo Pōtifice Chriſti Vicario, vt ſubijciemus. Item, adducūt illud Pſalmi 104. Nolite tangere Chriſtos meos. Eo tamen in loco ſolum præcipitur, ne iniuria Dei miniſtris irrogetur, in quibus Principes etiam ſeculares intelliguntur. Concluſio propoſita ex ſequentibus, fiet amplius manifeſta.

4. Concluſ. Papa iure diuino exemptus à ſeculari poteſtate, reliqui cōſentaneè ſolum.

Quarta concluſio. Diuino iuri & naturali eſt maximè conſentaneum, perſonas Eccleſiaſticas exemptas eſſe à foro ſeculari, præſertim in criminalibus. Summum Pontificem arbitror iure diuino eſſe omnino exemptum ab omni vniuerſim terrena poteſtate. Reliquæ verò Eccleſiaſticæ perſonæ, non iure diuino, ſed humano videntur exemptæ à ſecularibus poteſtatibus. Prima pars probatur, quoniam cum mi-A niſtri Eccleſiæ iure diuino inſtituti ſint cum Eccleſiaſtica poteſtate ad vacādum ſpiritualibus, ſub vno ſupremo capite, ad cuius forum in ſpiritualibus pertinet, ſane diuinū ipſum ius, quo ita inſtituti ſunt, gradus item ac dignitas eorum lumenque ipſum naturæ ſe poſtulāt, vt à foro ſecularium, qui ipſis in ſpiritualibus ſubditi ſunt, omnino eximantur. Tum vt liberiores ad vacandum ſpiritualibus reddantur, ad diuerſa tribunalia minime diſtracti, vt ſæpe ſimul accidere poſſet. Tum etiam, vt eorum, in ſubditos ſuos, authoritas melius conſeruetur: indecens quippe eſſet, vt Epiſcopus & parochus, quibus iudices ſeculares tanquam filij in ſpiritualibus debent ſubiacere, ab eiſdem in temporalibus iudicarentur, ac punirentur: indeque plurima indecentia, valdeque abſurda oriri poſſent, dum Eccleſiaſtici ob metum ſeculariū, à quibus in temporalibus penderent, erga illos munus ſuum in ſpiritualibus exercere non auderēt. Ad hæc, reuerentia, quam etiam perſonis Eccleſiaſticis, B tanquam patribus & diuino cultui dicatis, ac conſecratis, ſeculares iure diuino exhibere debent, valde ſane minueretur, fierentque contemptibiles apud ſeculares, quod Dei optimi maximi honori, eorumq; ſpirituali ſaluti minime expedit. Eadem pars confirmatur ex facto illo inſigni Conſtantini Magni ſupra memorato, necnon ex illo alio Ioſeph. Geneſ. 47. qui poſtulante id recta ratione, terram ſacerdotalem liberam à tributo reliquit.

Secundam partem, nempe, Pontificem Summū iure diuino eſſe omnino exemptum ab omni vniuerſim terrena poteſtate, affirmare videtur Driedo, 1. de libertate Chriſtiana c. 15. dum docet, Pontificem Summum à nulla terrena poteſtate poſſe, extra hæreſis caſum, iudicari, aut puniri: Pontificemque ipſum, quemadmodum non poteſt ſe ipſum interficere, ita nec facere alteri poteſtatē, vt eum interficiat, eaque ratione à nemine pro quocūque crimine poſſe interfici, eſto propria ſponte ſe aliorum iudicio C velit ſubijcere. Hoc ipſum aſtruere videntur multi alij, quos in hac 2. 2. quæſt. 1. art. 10. citauimus, dum aſſeuerant, Summum Pontificem, extra hæreſis caſum, à nemine poſſe deponi à Pontificatu, aut puniri: eo quod iure diuino ab omnibus ſit exemptus: cōſentitque Victoria ad finem relectionis citatæ, dum cum Caietano de poteſtate Papæ cap. 27 affirmat, Summum Pontificem iure diuino à nemine pro quocumque delicto poſſe interfici. Ac ſanè, ſi Imperatores Ethnici punire potuiſſent Summos Pontifices delinquentes, dum in eorum terris morabantur, cum eadem ſecularis poteſtas (ſtando in ſolo iure diuino) eſſet in Conſtantino, & alijs Imperatoribus, qui Eccleſiæ gremium ingreſſi ſunt (tametſi in ſpiritualibus Summo Pontifici fuerint ſubiecti) Imperatores Chriſtiani, punire poſſent Summum Pontificem delinquentem. Saltem id cum iure diuino D minimè pugnaret, ſed ſolum eſſet contra exemptionem iure humano ab Imperatoribus Eccleſię, Summiſque Pontificibus collatam. Poſſumus autem eandem partem probare, quoniam decentiſſimum erat, vt Summus Pontifex, tanquam caput Chriſtianæ Reipublicæ cui ſeculares ſubeſſe debebant, hanc exemptionem haberet, præſertim cum, vt dicemus, per ſuam poteſtatem eximere poſſet Eccleſiaſticos à poteſtate Principum ſecularium Eccleſiæ ſubditorum: ſed Chriſtus potuit conferre illi talem exemptionem: ergo veriſimile eſt eam illi contuliſſe, atque adeò ipſe iure diuino ab omni laica poteſtate eſt exemptus, præſertim ſi illa membrum ſit Eccleſiæ. Confirmatur, quoniam Chriſtus illam immunitatem habuit, vt diſputatione 28. oſtenſum eſt: cum ergo Summum Pontificem ſui Vicarium in terris reliquerit, veriſimile eſt eam illi contuliſſe. Id quod ſatis innuere viſus eſt Matth. 17. vbi poſtquàm

quàm cap. 16. Summum Pontificatum illi promiſiſ ſet, publicanis tributum exigentibus, cócludenteq; Chriſto, ergo liberi ſunt filij, addidit. Vt autem non ſcandalizemus eos vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle; & aper to ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me & te. Vbi ſolum ad vitãdum ſcandalum iuſ ſit reddi tributum, etiam pro Vicario ſuo, cóiungẽs illum cum ſeipſo, illius poſt ſe faciens mentionem: nullam verò reliquorum Apoſtolorum.

Tertia verò pars concluſionis, nempe, reliquas perſonas Eccleſiaſticas, non iure diuino, ſed humano videri exemptas à ſecularibus poteſtatibus, ex eo eſt manifeſta, quòd, vt præcedente concluſione di-ctum eſt, nullum ſufficiens teſtimonium ex iure diuino adduci poteſt vnde id rectè colligatur. Sed petes, à quo ergo fuerunt exemptæ. Reſpondeo, in pri mis ab Imperatoribus, cæteriſque Principibus Chri ſtianis, populis conſentientibus, quia id res ipſa poſtulabat. Eam verò exemptionem, ſemel Eccleſiæ conceſſam & donatam, ſine Eccleſiæ conſenſu reuocare non poſſunt. Reſpondeo deinde, Summum Pontificem ſolum, per poteſtatem, quàm ad tempo ralia iuxta ſpiritualium exigentiam habet, potuiſſe eximere omnino Eccleſiaſticos à laica poteſtate, eoſ que ſuis legibus Eccleſiaſticis, quibus hac in re ſtandum eſt, re ipſa exemiſſe. Vt enim oſtenſum eſt, exẽ ptio Eccleſiaſticorum expediebat maximè ad deco rem, bonumque ſpirituale totius Reipublicæ, iuriq; naturali ac diuino erat maximè conſentanea: eaque de cauſa hac de re Eccleſiaſticæ leges ciuilibus ſunt anteferendæ.

Obſeruant Victoria & Sotus locis citatis, ſi cleri corum libertas in manifeſtam cederet ſecularis Rei publicæ perniciem, clericis impunè vagantibus in laicorum cędes, Summiq; Pontifices admoniti adhi bere nollent remedium, poſſe equidem Principes ſe culares ſuis ſubditis conſulere, nihil immunitate & priuilegio clericorum impediente. Ratio eſt, quoniã Reſpublica ciuilis eſt ſibiipſi ſufficiens: quocirca quemadmodum propria authoritate poteſt ſeipſam defendere, & ſeruare indemnem à quacumque alia Republica ſeculari, ſic etiam ab Eccleſiaſticis. Meritò autem admonent, poteſtatem hanc eſſe apud Principem: non verò apud iudices & magiſtratus: & idcirco nefas illis eſſe propria authoritate agere cõtra Eccleſiæ libertatem, eccleſiaſticas leges vel ci uiles ea in re infringendo, aut clericos capiendo, vel malefactores extrahẽdo de Eccleſijs, vel aliqua alia ratione leges tranſgrediendo: tametſi vim vi repellẽ do, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſuos ab Eccleſiaſticis tutari ac defendere poſſint.

5. Concluſ. Iure humano exempti ſunt à tributis.

Quinta concluſio. Eccleſiaſtici quoad bona ſua exempti ſunt à tributis, non iure diuino, ſed humano, poſtulante id recta ratione. Hæc eſt Diui Thomæ in illud ad Roman. 13. Ideo enim tributa præſtatis, quo in loco ait: Exemptionem Eccleſiaſticorum à tributis habere æquitatem, non tamen eſſe ex neceſſitate, quaſi ſit de iure diuino. Aequitas autem, qua iure humano à tributis ſunt exempti, hæc eſt. Quoniam cum tributa regibus præſtentur in ſubſidium Reipublicę temporalis, & pro laboribus & adminiſtratione, qua eã in tpalibus adminiſtrãt; clerici verò non minores operas præſtent in eadem Republica in ſpiritualibus adminiſtranda; ęquũ ſanè erat, Eccleſiaſticorumq; dignitas poſtulabat, vt non minus, quàm nobiles, qui aliquando vtiles fuerunt Reipublicæ in bello, aut in rebus aliis bene geſtis, à tributis eſſent exempti. Confirmatur cóclußio ex eodem teſtimonio Pauli citato: omnibus namq; indifferenter præcipiebat tributa præſtare Principibus, neq; Eccleſiaſticos eximebat. Ideò enim, inq̃t, & tributa pſ̄ſtatis; miniſtri.n. Dei ſũt in hoc ipſum ſeruiẽtes. Reddite ego omnibus debita, cui tributũ, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Nemini quicq̃ debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Certè Eccleſiaſtici, qui in Republica infidelium commorarentur, tenerentur tributa præſtare Principibus illius Reipublicæ; quippe cum Principes illi non minus in eorum bonum, q̃ aliorum, Rempublicam adminiſtrarẽt ac defenderent: quarè cum priuilegio illorum Principum non eſſent exempti, & Summus Pontifex poteſtatẽ in eam Rẽpublicam non haberet, vtpote Eccleſiæ non ſubiectam; tenentur in foro cõſcientiæ tributa ſoluere. Quin potius, tã in cauſis ciuilibus, q̃ criminalibus, ſubiecti eſſent principib. illius Republicæ, vt Albertus Pighius libro 5. de hierar. Eccl. cap. 7. rectè affirmauit. Confirmatur præterea concluſio ex c. tributum, cum ſequenti, 11. q. 1. vbi eam cõfitetur Ambroſius. Ex eadem præterea cauſa & quæſtione cõſtat, prius Eccleſiaſticos exemptos fuiſſe à pt̃ate laica quo ad perſonas, q̃ quoad tributa. Eandem cõ cluſionem confirmant, quæ dicta ſunt concluſione præcedente circa exẽptionẽ quoad perſonas. Quòd ſi obijcias, cap. q̃q̃, de cenſibus, lib. 6. aſſeuerari, Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas, ac res earum nõ ſolum iure humano, ſed etiam diuino exemptas eſſe. Dicendum eſt cum Dominico à Soto loco citato, Eccleſias, perſonas Eccleſiaſticas, & res earum eſſe exemptas iure etiam diuino quoad cauſas merè Eccleſiaſticas: quoad reliqua verò conſonè ſolum ad ius diuinum & ad lumen naturale, iuxta ſenſum ſupra explicatum.

Eccleſiaſtici Reipublicæ infidelium neque à tributis, neque à iuriſdictione illorũ ſunt exempti.

Sexta concluſio. Eccleſiaſtici neque iure diuino neque humano exempti ſunt ab ijs legib. ciuilibus quæ non ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed ad bonam Reipublicæ adminiſtrationem ſunt inſti tutæ, quales ſunt, quibus pretia frumenti, & aliarum rerum conſtituta ſunt, & quibus prohibetur talis vel talis ratio ædificandi, aut aliquid ſtatuitur circa ſuccedendi modum in hæreditate, & aliæ ſimiles ci uibus omnibus communes. Hęc eſt Victoriæ, & Soti, locis citatis, Syluest. verbo lex, quæſtio. 15. & cõ munis. Probatur: quoniam clerici partes ſunt Reipublicæ, eundemque communem regem aut rectorem habẽnt cum laicis: ergo legibus illius toti Reipublicæ communibus tenentur ſubiacere quoad id, quod cum eorum libertate & exemptione non pugnat. Præſertim, cum Reipublicæ regimen legibus indigeat, quę ſint omnibus ciuibus communes; neq; eas ſtatuere ſpectet ad Summum Pontificem, ſed ad Principem in temporalibus. Si ergo clerici frumenta vendant vltra pretium iuſtè à Republica ſtatutũ & peccant ſicut laici, & ad reſtitutionem tenentur. Non tamen cõueniri poſſunt ea de re coram iudice ſeculari, ſed coram eccleſiaſtico, qui illos tenetur cogere ad huiuſmodi leges ſeruandas, debita eos pœna multando, ita vt plenè reſtituant quicquid vltra pretium iuſtè à Republica taxatum acceperunt.

6. Concl. A leg. [illegible] ciuilibus [illegible] tenus [illegible] libertate [illegible] cleri[illegible] nõ pug[illegible] exempti [illegible] ſunt.

DISPVT. XXXII.

De mancipijs, & primo, vtrum vnus homo in alium comparare poſſit dominium proprietatis.

EXplicato dominio iuriſdictionis, de dominio proprietatis erit nobis deinceps diſſerendum. Quia verò quid illud ſit, quibuſque quaſi integrantibus partibus conſtet, abundè dictum eſt dum de dominio in genere nobis eſſet ſermo, explicandi ſunt varij tituli, atque modi, quibus comparatur, & amittitur, tam ipſum, quàm ius in re, & ad rem. Atque in primis examinandum eſt, vtrum vnus homo in alium habere poſſit, non ſolum dominium iuriſdictionis, ſed etiã proprietatis, & quibus

titulis eiuſmodi dominiũ acquiratur & amittatur. A

Seruitus duplex Naturalis.

Dominium hoc habitudo quædam eſt ad ſeruũ, non quemcunque, ſed ad ciuilem, legalemque ſeruum, vt Ariſtoteles vocat. Ad cuius rei intelligentiam ſciendum eſt, duplicem eſſe ſeruitutem, vt Ariſtote. 1. Politicorum, capit. 3. & 4. docet. Quædam eſt, quam vocat naturalem, qua ſcilicet hebetiores & rudiores, corporeque robuſtiores, ſuapte natura aptiores ſunt ad parendum, & vt ab alijs in ipſorũ bonum gubernentur, quam ad imperandum, & gubernandum. Hæc autem aptitudo impropriè appellatur ſeruitus, neq; cuiquã alteri tribuit ius in huiuſmodi homines, ſed ſolum ex quadam æquitate, & non ex iuſtitia, natura ipſa rei poſtulat, vt ſeipſos ſua ſponte ſubijciant ſapientioribus, & elegantioribus, non ad aliud, quam vt in ipſorummet proprium bonum ab illis regantur & gubernentur; viciſſim illis rependendo obedientiam, obſeruantiam, & honorem, aut etiam obſequia & ſubſidia alia, prout regimen, cui ſubiecerint, regium ſcilicet, aut quoduis aliud, poſtulauerit. Alia eſt ſeruitus, quàm Ariſtoteles ciuilem & legalem vocat, ratione cuius mancipia id, quod ſunt, dominorum ſunt, ad operas & vtilitates, quæ ex eis percipi poſſunt. Huiuſmodi homines, vt Inſtitut. de iure perſonarum, §. ſerui, habetur ſerui dicti ſunt à ſeruando: quia videlicet Imperatores, quos bello capiebant quoſque fas illis erat interficere, ſeruabant, commutata eorum morte in perpetuam ſeruitutem. Dicti etiam ſunt mancipia, quaſi ab hoſtibus manu capta, vt ibidem ſubiungitur. Quo fit, vt hæc etiam ſeruitus in bonum ipſorum ſeruorum introducta ſit, quatenus perpetua ſeruitus minus malum illis eſt, quàm priuari vita. Inter hæc duo ſeruitutum genera quaſi medium quoddam tenet ſeruitus famulorum mercede conductorum ad aliquas operas & obſequia præſtanda: quorum proinde non comparatur dominium proprietatis, ſed ſolum ius ad operas & famulatum præſtandum. In re ergo propoſita ſolum nobis eſt ſermo de ſecunda ſeruitutis ſpecie, à qua mancipia relatiuè dicuntur ſerui, comparatione domini proprietarij ipſorum.

Legalis mãcipiorum.

Serui vnde dicti.

Tertia ſeruitus famulorum.

Seruitus mancipiorum licita.

Eiuſmodi autem ſeruitutem licitam & iuſtam eſſe, dummodò legitimi adſint tituli, ſatis eſt manifeſtum, non ſolum ex communi Doctorum ſententia ex iure ciuili & Canonico, extra de coniugio ſeruorum per totum, & aliàs ſæpe, & ex prima illa origine, qua dictum eſt fuiſſe introductam, ſed etiam ex ſcripturis ſacris. Leuitic. namq; 25. licet de filijs Iſrael præciperet Deus, Si paupertate cõpulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute famulorũ, ſed quaſi mercenarius & colonus erit, vſq; ad annum iubilæi operabitur apud te, & poſtea egredietur cũ liberis ſuis, & reuertetur ad cognationem & poſſeſſionem patrum ſuorum: mei enim ſerui ſunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti. non veneãt cõditione ſeruorum. De alijs tamen ſeruis ſubiungebat: Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos, & hæreditario iure tranſmittetis ad poſteros ac poſſidebitis in æternum. 1. ad Timo. 6. Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrẽtur. Qui autem fideles habẽt dominos, non contemnant, qa fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, qa fideles ſunt. Hęc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus, ſuperbus eſt, nihil ſciens. 1. ad Corin. 7. Vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus eſt? non ſit tibi cura, ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere. Idem patet ad Epheſ. 6. Ad Coloſ. 3. & 4. Ad Philemonem, & 1. Petri 2. Idem definitum eſt in Concilio Gangrenſi c. ſi quis ſeruum, 17. q. 4. his verbis: Si quis ſeruum alienum occaſione religionis docet dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere, ac non potius docuerit eum ſua domino bona fide ac cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit. Idem definitum eſt ca. Si quis ſeruum, 2. ex concilio Martini Papæ, eadem cauſa, & quæſtione.

Obiectio.

Quod ſi quis nobis obijciat l. Libertas. ff. de ſtatu hominum, & §. ſeruitus, Inſtit. de iure perſonarum, quibus in locis dicitur, ſeruitutem eſſe de iure gentium, qua quis dominio alieno cõtra naturam ſubijcitur; vnde videtur colligi, ſeruitutem illicitam eſſe, vtpote contra ius naturæ. Dicendum eſt, verbis illis ſolum intendi, ſeruitutem, ſi ſola prima rerum conſtitutio abſque circũſtantijs, quibus commerita ſit, ſpectetur, eſſe contra naturam, eò quòd ſtando in ſola prima rerum conſtitutione omnes à natura ipſa eſſemus liberi: at verò ſuperuenientibus circunſtantijs, quibus commerita eſt, licitè ac iuſtè fuiſſe de iu B re gentium introductam, contra id quod, ſpectata ſola prima rerum cõſtitutione, natura rerum poſtulabat. Lege, quę diximus diſputatione 20. circa rerũ diuiſionem, nec non tractatu 1. diſput. 4.

Diluitur.

DISPVT. XXXIII.

Tituli quibus dominium in ſeruos iuſtè comparatur, & an infantes eorum, qui in Granatenſi Regno rebellarunt, iuſtè in ſeruitutem redigi potuerint.

ILlud ante omnia eſt ſtatuendum, poſtquàm ſeruitus legitimè in mancipiũ aliquod eſt comparata, eiſdem titulis & modis dominium illius transferri in alios, quibus dominia aliarum rerum trãſferri cõſueuerunt, nẽpe venditione, permutatione, donatione, vltima volũtate, &c. Solũ ergo hoc loco erit C ſermo de titulis, quibus à principio ſeruitus legitimè cõtrahitur, dominiumq; in mancipiũ comparatur.

Primus ſeruitutis titulus iure belli.

Primus eſt, iure belli. Videlicet quando aliquis iuſto bello capitur: iure namq; gentium mãcipium fit capientium, morte in perpetuam ſeruitutem cõmutata. De qua re nullus eſt qui dubitet, eritq; inferius fuſior ſermo dum de bello diſputabimus. Excipitur, qñ Chriſtiani à Chriſtianis bello iuſto capiũtur, vt ibidẽ dicemus: cõſuetudo quippe pſcripta, atq; adeò ius eſt inter Chriſtianos, vt ſeruituti nõ ſubijciãtur. Si tñ Chriſtiani ab infidelibus bello iuſto ex parte infidelium caperentur, verè eſſent illorum mãcipia: eò ꝙ gentium ius omnibus ſit commune, iuſtaq; eſſet mortis cõmutatio, quam infideles iuſtè Chriſtianis ita captis inferre poſſent, in perpetuã ſeruitutẽ.

Chriſtianus iure belli non fit ſeruus alterius Chriſtiani.

Serui fiunt innocentes bello iuſto.

Huic titulo annectere poſſumus, quando innocẽtes, qui partes ſunt Reipublicæ aduerſus quam iuſtum bellum geritur, quales ſunt infantes & alij, ca- D piuntur. Licet enim licitè interfici non poſſint, iure tamẽ belli ac gentium, fiunt mancipia capientium. Ratio eſt, quoniam illis, tanquam in proprijs membris, punitur iuſtè Reſpublica, quoad omnia bona fortunæ, de quorum numero eſt libertas: eſtque hoc communi vſu receptum. Verum de his omnibus ſermo erit in materia de bello.

Secundus ob delictũ.

Secundus eſt, quando aliquis propter delictum, quod prudentis aribitrio tanta pœna ſit dignum, ab habente ad id poteſtatem, ſeruitutis pœna damnatur: neque enim propter culpam prius aliquis ſeruitutem incurret, quàm feratur ſententia. Hunc eſſe iuſtum titulum confirmant, quæ ſequuntur. Cap. eos qui, 32. diſt. Vrbanus ſecundus concedit ſecularibus principibus facultatem, vt ſeruituti ſubiiciant fœminas, quæ contraxerint cum initiatis ordinibus ſacris; ſi illi, admoniti à ſuis prelatis, non deſtiterint. Item in Concilio Toletano nono, cap. cum multæ, 15. q. 8.

15.q.8. ſancitum eſt, vt filii, qui ex nefario matrimonio cũ initiatis ordinib. ſacri fuerint ſuſcepti, non ſolum excludantur oĩno ab hæreditate parentum, ſed ẽt ſerui ſint in perpetuum eius Eccleſiæ, ad quã initiatus ille pertinuit. Capit. ita quorũdam, de Iudęis, & Saracenis, Alexan. III. in Conc. Lateranenſi ſtatuit, vt Chriſtiani deferentes arma, ferrum, & ligamina galearum ad Saracenos, aut in galeis, & piraticis Saracenorũ nauibus regimen & curam gubernationis exercentes, præter alias pœnas, ſerui fiant capientium. Item libertus, qui in eum ſe grauiter ingratum exhibuerit, qui ſua ſponte illum manumiſit, in pœnã delicti redigitur in ſeruitutẽ, l. ſi manumiſſus, C. de liber. & eor. liberis, & Inſt. de capitis diminut. §. maxima. Præterea c. de raptorib. 36. q. 1. conſtituitur, vt ſi raptor cũ rapta ad Eccleſiam cõfugerit, cõſtiteritq; raptam violentiam pertuliſſe, raptus ſeruituti ſubiiciatur, aut ſe redimendi liberam habeat facultatem. Si verò puella raptori conſentiat, illaq; patrẽ habeat, raptor patri ſimili ſatisfactione teneatur.

Superioribus annis, cum in Granatenſi Regno illi, qui à Saracenis originem trahebant, à fide apoſtatando, ſeu potius internam apoſtaſiã, quam ſemper in corde habuerunt, apertè manifeſtando, rebellaſſent, meritò in apoſtaſiæ & rebellionis pœnam ſeruitutis perpetuæ, nihil baptiſmo, quod antea ſuſceperant, impediente, damnati ſunt. Philippus tamen ſecuũus Hiſpaniarum Catholicus Rex, timoratam quandam legem tulit Chriſtianiſſimo ſuo pectore digniſſimam, qua ſtatuit, vt rebellantium filii, qui rebellionis capturæve eorum tẽpore, ad annos pubertatis non perueniſſent, tanquam innocentes libertate donarentur, vt re ipſa donati ſunt.

Dubium verò eſſe poteſt, an Rex in conſcientia eam legem ferre teneretur. Pars, quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Primò, quoniam illi innocentes fuerũt: pœna autem, præſertim tanta & tam acerba, quanta & quàm acerba eſt ſeruitutis, imponi iuſtè non poteſt niſi propter culpam, maximè hominibus baptizatis, quales vt plurimum pueriſilli erant, cum ferè omnes ante rebellionem fuerint nati.

Secundò, qm̃ qui in Regno Granatẽſi à Saracenis ducebant originẽ, non erant vna Reſpub. diuiſa à reliquis Hiſpanis, vt infantes illorũ, tanq̃ partes Reipub. ſibi aduerſæ, aduerſus quã bellum iuſtũ gererẽt punire poſſent in bonis fortunæ, de quorum numero eſt libertas, vt uidere eſt in materia de bello. Atque ex hoc fundamento, nempe ꝙ illi, qui in Regno Granatenſi ex Saracenis originẽ ducebant, non efficerent ante rebellionẽ Rempub. diſtinctam à cęteris Hiſpanis, ſed vnã & eandem ſub eodem Principe cũ eis, non dubito nefas fuiſſe Hiſpanis vllũ ius belli exequi aduerſus eos, qui cũ alijs nõ rebellarũt ſed oĩno innocentes fuerunt: idque ẽt ſpoliando dũtaxat illos bonis ſuis tẽporalibus. Huic eidẽ fundamento nititur argumentum propoſitum, videlicet, quod cum infantes illorum, qui rebellarunt, non efficerent cum illis vnam Rempub. aduerſus quam Hiſpanis eſſet bellum iuſtũ, ſed cum eiſdem Hiſpanis, tam ipſi, quàm eorum parentes, vnã efficerent Rempubl. nefas fuerit Hiſpanis exequi ius vllum belli in infantes eorũ, qui rebellarunt, priuando eos libertate aut bonis aliis temporalibus, quorum dominiũ ad eos, & non ad eorum parẽtes, pertineret; ſed ſolum potuerunt exequi iura belli in eos, qui rebellarunt.

Potuiſſe redigi probabilius. Pars tamen, quæ negat, mihi uidetur vera, nempe Regem in conſcientia aſtrictum non fuiſſe ferre eã legem, ſed potuiſſe licitè damnare omnes illos pueros, vt perpetuæ ſeruituti addicerentur. Ducor, Primò, quoniam re vera eorum parentes, ſtatim ac rebellarunt, ſibi elegerunt Regem, feceruntque cum liberis ſuis, quos ſecum habebant, Rempublicã vnam iniquam ſub illo Principe, aduerſus quam totam, & A non ſolum aduerſus ſingulos, qui nocentes erant, erat bellum iuſtum Hiſpanis, non minus quàm aduerſus quamcunque aliam Rempublicam Saracenorum: illa verò Reſpublica, ſi præualuiſſet, terras ſanè noſtrorum occupaſſet, in captiuitatemque redegiſſet noſtros, tã infantes, quàm adultos: ergo ſicut Chriſtianis iuſtum gerentibus bellum cum quacumque alia Turcarum aut Saracenorum Republica, fas eſt redigere in perpetuam ſeruitutem infantes, quos ceperint, Rempublicam in illis quoad bonum libertatis puniendo: ita profectò fas fuit Hiſpanis redigere in ſeruitutem pueros iniquæ illius Reipublicæ eorum, qui rebellarunt. Secundò, quoniam licet ob delictum parentum nefas ſit interficere innocentem, fas tamen eſt punire illum in honore & fama, infamem huiuſmodi ac ineptum ad multa reddendo, eo demque modo fas eſt illum punire in bono libertatis, ſi delictum patris tanta pęna ſit dignũ, idque bono communi Reipublicæ ad aliorum terrorem expediat: B qua de cauſa filij ſuſcepti ex matrimonio cum initiatis ordinibus ſacris in commune bonum atque ad aliorum terrorem ſeruituti ſubijciuntur, c. Cum multæ, 15. q. 8. cum ergo delicta apoſtaſię à fide & rebellionis, vt rebellantes liberius in infidelitate permaneant, grauiſſima ſint peccata, & digniſſima, tũ in ſe, tum etiam ad aliorum terrorem, quæ non ſolũ in delinquentibus, ſed etiam in eorum filijs ad commune bonum puniantur: conſequẽs profectò eſt, vt innocentes filii eorum, qui ita rebellauerunt, ob parentum delictum pœna ſeruitutis perpetuæ iuſtè potuerint multari, eſto cum parentibus non effeciſſent vnam iniquam Rempublicam, aduerſus quam Hiſpanis bellum iuſtum ſuſceptum eſſet. Tertiò, quoniam ſi ob ventrem fas eſt filium mancipij innocentem redigere in ſeruitutem tanquam fructum eius, qui ob ſuum, vel ſuorum anteceſſorum delictum, iuſtè aliquãdo in ſeruitutem redactus eſt, cur non etiã C ob delictum eius, qui vt liberè apoſtataret, in Reipublicæ maximum detrimentum rebellauit, erit fas redigere in ſeruitutem filium eius tanquam illius fructum? Præſertim, cũ in re propoſita pater in filio puniatur, eoque intuitu ea pęna filio in Reſpublicę bonũ, ad aliorumq; terrorẽ infligatur. Adde, Rẽpublicã iuſtè timere potuiſſe, ne pro affectu filiorũ in parentes, huiuſmodi innocentes, cum ad perfectã ætatem deuenirent, veſtigia patrum ſequerentur, eaque de cauſa prudenter iudicare deberet bono cõi expedire, vt in ſeruitutem redacti, per varios dominos diuiderentur, qui curã eorũ agerent. Quamuis autem hæc ratio ſola ſufficiens non ſit, vt innocentes, illi ſeruituti ſubiicerentur, præcedentes tamen coadiuuat.

Ad primũ. Ad primum ergo argumentum in contrarium, cõceſſa maiori, ad minorem dicẽdum eſt. Quamuis pęna iuſtè imponi non poſſit niſi propter culpam, culpam tamen Reipublicę, aut parentum, interdum ſufficere, D vt Reipublicæ membra, aut filij, in bonis externis honoris, famæ, aut libertatis iuſtè puniantur.

Ad ſecũdũ. Ad ſecundum dicendum eſt, oſtenſum eſſe, qui in regno Granatenſi rebellauerunt, effeciſſe ſimul cũ liberis ſuis vnam iniquam Rempublicam ſub vno principe. Eſto autem illam non effeciſſent, oſtenſũ eſt, parentum peccata fuiſſe ſatis, vt innocentes filij iuſtè in ſeruitutem redigerentur. Hæc quod attinet ad ſecundum titulum.

Tertius titulus emptionis ab ipſo ſeruo, aut à parente. Tertius titulus eſt Emptio & venditio. Ponendumque in primis eſt, hominem, ſicut non ſolum externorum ſuorum bonorum, ſed etiam proprij honoris & famæ eſt dominus, vt tractatu 4. oſtendimus: ſic etiam dominum eſſe ſuæ libertatis, atque adeò ſtando in ſolo iure naturali, poſſe eam alienare, ſeque in ſeruitutem redigere. Id quod conſtat, nõ ſolum ex illuſtri illo Beati Paulini epiſcopi exemplo, *Paulini illuſtre factum.* qui eximia in Deum & proximos charitate, ſe vltro

in commutationem pro libertate filij cuiuſdam viduæ in ſeruitutem dedit, ſed etiam ex illo Exodi 21. & Deut. 15. de ſeruo Hebræo, qui ſeptimo anno iuxta legem erat dimittendus liber. Subiungitur namque. Sin autem dixerit, nolo egredi, eò quod diligat te, & domum tuam, & bene ſibi apud te eſſe ſentiat, aſſumes ſubulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & ſeruiet tibi vſque in æternum. Si tamẽ quis ſuæ libertatis prodigus eſſet, abſque rationabili cauſa ſe ſeruituti ſubijciens, non minus, imò magis peccaret, quàm ſi, non ſolum pecuniarum, ſed etiam honoris & famæ, ſine aliorum tamen ſcandalo, eſſet prodigus. Hoc ita conſtituto, ius Cæſareum (ſecluſa venditione, qua parentes filios ſuos vendũt, de qua ſtatim erit ſermo) ſolam eam emptionem, & venditionem liberæ perſonæ ratam & firmam habent, in qua interueniunt ſex ſequentes conditiones. Prima, vt is, qui venditur, ſit maior viginti annis. Secunda, vt quando venditur, ſciat ſe eſſe liberum. Tertia, vt permittat ſe ab alio vendi, vt de precio participet. Quarta, vt re ipſa de precio participet. Quinta, vt is, qui illum vendit, ſciat eum eſſe liberum. Sexta, vt qui eum emit, arbitretur illum eſſe ſeruum. Concurrẽtibus ſimul his ſex conditionibus, valida eſt venditio, & vſque adeò ille ſeruus ementis efficitur, vt eſto ei poſteà pretium iuſtum pro illo offeratur, non teneatur eũ manumittere. Quod ſi quacunque de cauſa illum manumittat, manet ille non ingenuus, vt antea erat ſed libertinus. Quacunq; aũt illarum ſex conditionum deficiente, venditio eſt nulla, conceditúrque vendito proclamatio ad libertatẽ. Hæc oĩa conſtãt ex l. 1. & 4. ff. quib. ad libertat. proclamare nõ liceat l. libertis, ff. de liber. cauſ. l. non ideò, l. ſi miniſteriũ, C. eod. tit. l. & ſeruorum, & l. homo liber. ff. de ſtatu homin. ex §. penult. Inſt. de ſtatu hominum, notatque gloſſa ibi, & cum ea D. Antoninus, 3. p. ti. 3. §. 5. Syluester & Angel. verb. ſeruitus. & Doctores communiter. Illud verò obſeruandum eſt, ius hoc ſolum habere vim, vbi ius Cæſareum vim habet. Quin & leges illę ſolũ videntur loqui de liberis hominibus, qui, cum legibus illis ſint ſubiecti, permittunt ſeipſos vendi alijs hominibus, qui eiſdem legibus adſtringantur, vt ſatis innuit l. nõ ideò, C. de liber. cauſa. Quo fit, vt ſi aliquis eiuſmodi legibus ſubiectus, ſeipſum ſine illis conditionibus libere vendat in loco, vbi leges illæ non vigent, venditio ſit valida: eò ꝙ iure naturali diſponere poſſit de ſua libertate, volentique & conſentienti non fiat iniuria. Efficitur deinde, vt ſi aliquis legibus quidem illis ſubiectus, ſine illis conditionibus emat aliquem in ſeruum, attamen in loco vbi leges illæ nõ vigent, vt Aethiopem in Aethiopia; validus ſit cõtractus, vereque ille, qui emptus eſt, ſeruus reddatur. Efficitur prætereà, vt ſi homo, legibus illis non ſubiectus, ſeipſum ſine illis conditionibus vendat in loco, vbi huiuſmodi leges vigent, emptio ſit valida: eò quòd leges illę ſolum in fauorem libertatis eorum qui illis ſubijciuntur, latæ fuerint.

Parẽtes quo uſque vendere filios poſſint.

Sciendum eſt item, iure naturæ fas eſſe parentibus in graui ſua neceſſitate filios vendere. Id ꝙ ex Exodi 21. ẽt colligitur. Cum verò quondam, referẽte Couar. 3. variar. reſolu. c. 14. nu. 4. lege Romuli licitum eſſet patribus ter vẽdere filios, ſi caſu ſemel atq; iterum manumitterentur, idq; ẽt nulla parentes cogente neceſſitate; poſteà tñ iure Cæſareo, l. 1. & 2. C. de patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt, ſancitum eſt, vt non niſi nimia paupertate & egeſtate parentes cogente, id liceat, alioquin alienatio ſit nulla. Prætereà, vt quotieſcũque emptori iuſtum pretiũ offeratur pro filio aut filia ita venditis, aut æquale aliud mancipium, is, qui ita fuit venditus, non ſolũ maneat liber, ſed etiam ſit ingenuus, ac ſi nunquam

A in ſeruitutẽ incidiſſet. Quod de venditione dicitur, intelligerem ẽt de permutatione, aut quocunq; alio cõtractu quo filius alienaretur; vt grauiſſimę patris neceſſitati ſubueniretur. Meritò aũt Couar. loco citato, cum multis alijs quos citat, affirmat, deueniente poſtea patre ad pinguem fortunam, cogi poſſe, vt filium, quem ita vendidit, redimat. Facultas autem illa, filios in graui parentum neceſſitate vendendi, intelligatur, interim dum filij ſub patria ſunt ptãte; factis verò filijs ſui iuris, in parentibus non licet, vt ait Gloſ. l. 2. C. de patr. qui filios ſuos diſtraxerunt, & habetur l. 8. tit. 17. p. 3. legum Caſtellæ, affirmatque Arius Pinellus, ad rub. C. de bon. mater. p. 2. n. 23. Imò ſi filius eſſet coniugatus, eſto de iure communi non ideò egrederetur patriam poteſtatem, vt de huius Regni & Caſtellæ iure egreditur, vendi non poſſet: quia id cederet in detrimentum vxoris, neque ẽt hodie poteſt pater vendere filiũ ordinibus ſacris initiatum, vt Couar. loco citato ait, eſto, ordo
B ſacer eum non eximat à patria poteſtate. Prætereà, quia filius de iure Cæſareo non eſt ſub matris poteſtate, de eodem iure vendi non põt à matre, vt affirmat Gloſſ. citata, & cum ea Arius Pinellus loco citato. Dubium eſt, vtrũ ſi occurrat æqualis patris neceſſitas, cũ nimia paupertate & egeſtate, aut ẽt maior, vt ſi in ſeruitutẽ ſit redigendus, aut occidendus, vel mutilandus, niſi filium vendat, fas ſit patri filiũ vendere. Gloſſa citata, quam Couar. loco citato, & alij ſequuntur, negat, qm̃ inquiunt, l. 2. citata, ſolum conceſſit facultatẽ in caſu nimiæ paupertatis & egeſtatis. Placet tñ magis ſñia Pinelli loco citato, n. 27. contrarium affirmãtis. Ea namq; lex per epicheiã ad caſus, in quibus par, aut maior eſt ratio, extendenda eſt: quoniam, ſi eiuſmodi euentus legiſlatori tũc occurriſſent, illos proculdubio expreſſiſſet. Illud admonuerim, legem ſecundam citatam, ſolum habere vim in locis, in quibus ius Cæſareum viget,
C vt de præcedentibus dicebamus. Quare, & in Aethiopia, & in alijs ſimilib. locis, ſtandum eſt iuri naturali, niſi forte eo ĩ loco ius aliquod peculiare ſit ea in parte. Quo fit, vt in euentibus, in quibus iure naturali fas eſt patri aut matri ꝑ egeſtatem, aut aliam ſimilem cauſam, filium vendere, ſi venditio fiat in loco vbi nullũ eſt peculiare ius, venditio ſit valida, vendituſq; maneat uere ſeruus. Neq; verò illo priuilegio fungi poterit, ut ſcilicet reddito pretio competenti, aut mancipio alio æquali, reſtituatur libertati, ſitque ingenuus: eò quod lex illa in fauorem libertatis eorum, qui legi illi ſubiecti ſunt, ſit lata. Idem dic, ſi in eodem loco vendatur aliquis, qui extra illum locum ſubiectus eſt iuri Cæſareo, vt ſi aliquis noſtrorum apud Aethiopes neceſſitate compulſus ſuum illis filium vendat.

Cæterum dubium eſt, quidnam de illis dicendũ ſit, qui apud Aethiopes aut Braſilienſes ſunt interfi-
D ciendi à ſuis, & forte comedendi, ſi tamen merces, vel precium aliqud pro illis offeratur, à morte vendicantur: poteritne tũc aliquis, eo cũ illis pacto inito, vt mancipia ipſius fiant, mercede aut pretio oblato, ſuæ illos ſeruituti ſubijcere? Cui dubitationi in primis reſpondendum eſt, ſi ille iuſtè à ſuis eſſet interficiendus, quia captus ab illis bello iuſto, aut ob aliud delictum ea pœna dignum, tametſi iniquè eſſet comedendus, licitè poſſe emi, & redigi in ſeruitutem. Ratio verò eſt: quia neque iuſtitię, neque charitatis lege tenetur quiſquã illum à iuſta morte eruere. Nec ſolum æquum eſt, ſed etiam pium & perhumanum, miſerè periturum hominem ſoluto pretio redimere, mortemque illius cum ſeruitute permutare. Quod ſi vili emeretur, eſſet quidẽ iuſta ſeruitus nec quicquam mancipio reſtituendum, cum illius ſeruitus empta non fuerit, ſed pro vita permutata: comparatione verò illorum, qui vitam illam

Iniuſtè interficiẽdus, quo uſque emi poſſit.

iam vendiderunt, ſi pretium eſſet nimis vile, iniuſtitia committeretur, niſi fortè vendentes id tacitè donare voluiſſent. Si vero iniuſtè eſſet interficiendus, maior eſt difficultas, cuius elucidandæ cauſa dicenda ſunt nonnulla. Primum eſt, ſi is, qui pretium offert, eruere illum poſſet vi, aut alia ratione gratis ſine ſuo detrimēto, lege charitatis teneretur ſub reatu lethalis culpę id efficere, vitamque vna cum libertate incolumen illi ſeruare. Secundum eſt, ſi ille miſer haberet vnde tuto ſolueret poſtea pretium, mutuo eſſet illi exhibendum. Tertium eſt, ſi non haberet, & pretium habita ratione valoris rerum in ea regione, non attingeret valorem perpetuæ ſeruitutis, nefas eſſet pro eo pretio redigere illum in perpetuā ſeruitutem: ſed eruendus eſſet à morte, vel ut ad tp̄s ſeruiret, quouſque pretium compenſaret, & lucrum ceſſans, ſi ꝙ fortè ei, qui tale pretium exhiberet, tūc ceſſaret, vel vt conſtitutus in ſua libertate operaretur illudque perſolueret. Cum enim in hoc euentu totum ius vitæ huius ſit penes ipſum, & nihil penes eos, qui iniuſtè volunt eam ipſi eripere, ſanè pro illo pretio non emitur vita, vt mors (quocunque pretio vita comparata) commutari illi iuſtè poſſet in perpetuam ſeruitutem, vt in caſu, in quo vita iuſtè foret auferenda, paulo antea dicebamus: ſed dumtaxat, agendo utiliter negotium huius, pretium loco huius offertur, ne iniuſtitia aduerſus eum committatur: eaque de cauſa ſolum fas eſt, exigere ab hoc quantum valet pretium in bonum ipſius oblatum; non verò quantum valet vita, idve ꝙ in mortis commutationem poterat ab eo exigi. Quartum eſt, ſi pretium eſſet æquale ſeruituti, emere illum poſſet in ſeruum perpetuum. Ita Nau. in Man. c. 23. nu. 95. Ratio eſt; qm̄ non cenſetur ſimpliciter pauper, qui vires habet ad laborandum, aptusve eſt ad ſeruiendū, vt merè gratis eleemoſynæ præcepto teneamur illi exhibere valorem quemcunque, quo ad euadendam extremam aut grauem neceſſitatē indiguerit: quare ſicut fas eſt paciſci cum hmōi hominib. vt ſeruiant tanto tpe, quanto fuerit opus, vt & pretium, & lucrum, ſi quod ea de cauſa ceſſauerit, cōpenſetur: ſic ēt fas erit paciſci, vt ꝑpetuò ſeruiant, ſi pretium ꝑpetuæ ſeruituti ſit æquale. Confirmatur: qm̄ qn̄ parentes ī graui ſunt neceſſitate, fas eſt emere ab eis filios, parentibuſq; ipſis fas eſt eos vendere, vt ab ea eruatur, idq; non ſolum qn̄ filij & parentes barbari ſunt ſed ēt qn̄ tam illi, quam ementes, ſubiecti ſunt legib. Cæſareis, vt ex l. 2. C. de patri. qui filios ſuos diſtraxerunt, eſt manifeſtū: ergo ſtando in ſolo iure naturæ, fas erit illum emere ꝑtio iuſto, qui eo pretio extremè indiget; cum non ſit de illius ſeruitute q̄ de ſeruitute filiorum, maior ratio. Tertiò, ſi quid obſtaret, eſſet ſolùm præceptum de eleemoſyna, quo ita extremè, aut grauiter indigēti pretium, quo ab ea neceſſitate erueretur, gratis impertiri teneremur; cum ergo pręceptū de eleemoſyna ſolum obliget de charitate & nō de iuſtitia; ſanè licet, qui ita paciſceretur cum illo extreme indigēti, lethaliter peccaret contra charitatem, non tn̄ contra iuſtitiam; quin potius iuſtum validumque contractum celebraret, quo ſibi in ſeruum perpetuū illum compararet: quare, eum poſtq̄ ſeruitus illa iuſtè eſſet contracta, dn̄s mancipij non plus teneretur in eleemoſynā eam illi donare (præſertim ſi non de ſuperfluo ſtatus eſſet comparata) q̄ teneretur donare libertatem cuicunque alteri ſuo mancipio; efficitur ſanè, vt ſaltem poſtquam ſeruitus ea ratione eſſet contracta, licitè illum in ſeruum perpetuum poſſidere. Quod ſi his adiungas, charitatis lege bonum ſpirituale illiùs præponderare bono eiuſdem corporali, ac libertati, inuenies (ſaltem qn̄ ille infidelis eſſet, cui ſeruitus multum ad ſpiritualē ſalutem conferret, eo quod adduceretur ad Chriſtianos, & baptizaretur, ratioque educationis, & motū

A illius multò melior haberetur, quam ſi ſuæ libertati relinqueretur) præceptum charitatis & eleemoſynæ non poſtulare, vt gratis illi daretur pretium, ſed potius in recompenſationem pro perpetua ſeruitute. Nos autem potiſſimum intendimus, noſtrum hoc & Nauarri aſſertum uerum oīno eſſe, qn̄ ſeruitus conferret, vt qui ita emitur, vna cum vita corporis ſalutem animæ conſequatur: quod ſæpe in Braſilica regione, & in Aethiopia eueniet. Quamuis aūt non negemus, habere ēt locum, qn̄ ſeruitus ad ſpiritualem ſalutem eius, qui ita emeretur, non conferret, vt rōnes, quas confecimus, pſuadere videntur; non dubitamus tn̄, ſuadendum eſſe Chriſtianis, vt qn̄, qui ita eſſet emendus, Chriſtianus eſſet, gratis oīno pretiū exhiberetur, vel commodatum, ſi ille ſimpliciter nō eſſet pauper; id nāque præſertim erga fidei domeſticos, Chriſtiana poſtulat charitas, neque vnquam audiuimus Chriſtianum ſuam, aut ſuorum filiorum libertatem Chriſtianis vendidiſſe, vt ab extrema, vel

B graui neceſſitate erueretur; neque ſi quiſquā eſſet, q neceſſitate oppreſſus vellet ſe, aut ſuos filios vendere, Chriſtianum reperiret, qui eos emeret, ſed merè gratis, vel mutuo illi ſubueniret. In confirmationem eorum oīum, quæ dicta ſunt, accedit ratio illa non contēnenda Nauarri. Quod licet in ſe pium magis ſit, vt pretiū gratis & ex eleemoſyna exhibeatur, ēt qn̄ is, qui à morte iniuſta eſſet eruendus, infidelis eſſet, poſito tn̄ hominum in hoc mundo ſtatu, eorūq; auaritia, & fragilitate, pium magis eſt aſſerere, fas eſſe in eiuſmodi euentibus emere illo pretio eorum libertatem, qui in hunc modum extrema laborant neceſſitate; eo quòd, niſi hoc ita aſſeratur, rari admodum ſint futuri, qui pretio merè gratis oblato, proximos ſuos à morte velint liberare. Quo fit, vt contraria opinio præbere facilè poſſit occaſionem, ne multi à temporali morte pariter, & æterna eruantur. Nauar. loco cit. vult eos, quorum modo explicato emeretur, gaudere priuilegio legis ſecundæ, C. de patri-

C bus qui filios ſuos diſtraxerūt, ita ſcilicet, vt quoties ſerui illi, vel aliquis alius, iuſtum pretium, vel mancipium illis æquale, offerret poſſeſſori, manerent liberi & ingenui, ducto argumento à paritate rationis: qm̄ eadem uidetur eſſe ratio de filio in extrema partis neceſſitate vendito, & de patre, aut homine liberis carente, qui ad eandē neceſſitatem euadendā ſeipſum venderet. Quamuis aūt id placeat, quando tam emens, quā vendens, iuri Cæſareo eſſet ſubiectus: non tn̄ placet, quando iuri Cæſareo non eſſet ſubiectus, eo ꝙ lex illa in fauorem ſolum libertatis ſubditorum illi iuri fuit condita; vimque nō habeat vbi homines Cæſareo iure non reguntur.

Quartus titulus eſt natiuitatis cōditio. Qui nāque naſcitur ex matre ancilla, ſiue pater liber ſit, ſiue nō, ſiue naſcatur ex matrimonio legitimo, ſiue ex copula fornicaria, eſt ſeruus: quia partus ſequitur vētrē. Quartus titulus natiuitatis conditio.

D Ita hr̄ l. partum, C. de rei vendic. §. pen. Inſt. de iure perſonarum, §. ſed & ſi quis, Inſtitut. de ingenuis, c. vnico de natis ex libero ventre, eſtq; cōi vſu in Hiſpanijs comprobatum. Si tn̄ mater, vel qn̄ concepit vel tpe partus, vel intermedio temporale libera ſit, proles naſcitur libera: eo quod in fauorem libertatis partus ſequatur ventrē pro quocūque tempore liber fuerit, dum fętus intra illum contineretur. Ita hr̄ §. ſed & ſi quis, Inſtit. de ingenuis, traduntq; Doct. cōmuniter. Vbi tn̄ id in fauorem libertatis conſtitutū nō eſſet, natura rei potius poſtulat, vt ſolum tp̄s partus ſpectetur, ſtandumque eſſet iuri aut conſuetudini eius loci. Si item quoad alia eſſet alicubi aliud peculiare ius aut conſuetudo, nempe vt proles ſequeretur patrem, vel ut ad illius ſeruitutem neceſſarium eſſet vtrumque parētem eſſe ſeruum, vel aliud ſimile, ſtandum eſſet illi iuri aut conſuetudini, vt ex c. licet, de coniugo ſeruorū colligitur, & docet eo loco Panor-

normitanus. Ius tamen Cæſareum, quo vtimur, maximè hac in parte rationi conſentaneum eſt. Primò, qm̃ de matre conſtat: de patre verò nihil poteſt eſſe certum. Secundò, qm̃ mater periclitatur in partu: pater verò non item. Tertio, quoniã licet pater præcipuè ad generationem concurrat; partus tamen quodammodo eſt magis fructus matris, pluſque concurrit ad nutritionem & educationem filiorum, & plus impeditur à ſeruitio domini, tam dum grauida eſt, quam dum proles educatur, quàm pater.

DISPVT. XXXIV.

Ex quibus locis mancipia à Luſitanis aſportentur, & quæ eorum iure belli Luſitanorum iuſtè videantur in ſeruitutem redacta.

AD huius rei intelligentiam ſciendum eſt, Luſitanos ſuis nauigationib. anno 1446. reperiſſe inſulas viridis promontorij, quod antiqui Arſinarium promontorium nuncuparunt. Sunt verò inſulæ illę numero duodecim, quas quondam Heſperides appellarunt. Earum præcipua Diui Iacobi dicitur, in qua ſita eſt ſedes Epiſcopalis Archiepiſcopatui Olyſſiponenſi ſuffraganea, & gubernator ibi regis Luſitaniæ reſidet. Has inſulas Luſitani vacuas inuenerunt, eaſque colere, & habitare cęperunt. Quo fit, vt gentium iure Luſitanorum dominio, tanquã primò occupantium, legitimè acceſſerint. Inde cum Africę finitimis locis commercium habere cœperunt; pacificè ad Aethiopes illos ſuas merces aſportantes, indeque alias extrahentes. Loca illa Africæ (quæ à Ialophis, Mahometana ſecta iã infectis, incipiunt, complectunturque varia idolatrarum dñia) Guinea ſuperior à noſtris appellatur, & Luſitanè, Guinè de riba. Merces quas ex his locis Luſitani reportãt, ſunt, auri nonnihil, ambari, & algalię, quam noſtri vocãt, pro harum mercium qualitate, non parum ceræ, bouinorum coriorum plurimum: mancipiorũ verò ingens multitudo, quæ licet non tam vili pretio ab eis emantur, quã vili emuntur mancipia Guineæ interioris, de quibus ſtatim erit ſermo, tñ tamen lucrum inde mercatores reportant, vt in Inſula viridis promontorij quartam horum mancipiorum partem regi perſoluant, is ve, qui reditus hos regis locatos habent, quos noſtri Contratadores de Cabo Verde appellant. Et inſuper ex reliquis tribus partibus ſoluũt vigeſimam partem. Ex ijs autem mancipijs, quæ, facta hac tota diuiſione, pertinẽt ad mercatorem, cum in Luſitaniam perueniunt, ſoluit mercator. In primis decimã partem eorum, quę ſalua perueniunt. Atque hanc decimam vocant. Deinde ex remanentib. ſoluit ſiſam, hoc eſt, decimam partem. Niſi in ſuum miniſterium aliqua aſportet. Ex his enim, quæ in miniſterium aſportantur, quamuis decima ſoluatur (niſi, qui ea aſportat, exemptus ſit à tributis, vt ſunt eccleſiaſtici) non tamen ſoluitur ſiſa. Conductores verò illorum redituum hoc gaudent priuilegio, vt ex ſingulis mancipijs, quæ in Luſitaniam aſportant ſoluant ſolum ſiſæ trecentos nummos æreos, quos res vocant. Vtrum verò decimam ẽt ſoluant, non eſt mihi exploratum. Quando verò ex Inſulis illis extrahuntur mancipia, non in Luſitaniam, ſed ad alia loca, ex ſingulis, quæ ita detrahuntur, perſoluuntur ibi decem aurei. Quando aũt ex fluminib. & locis Africæ aſportantur mancipia, non in inſulas illas, ſed in Luſitaniã, ſoluitur in Luſitania quarta pars eorum, quæ ſalua perueniũt, & inſuper vigeſima pars remanentium. Atque ex reliquis ſoluitur ſiſa, exceptis ijs, quæ in proprium famulatũ aſportantur. Iam verò titulus, quo mancipia hæc Luſitanorũ ſeruituti ſubijciuntur, non eſt ius aliquod belli; quod Luſitani cum

Heſperides Inſulæ.

A illis gentibus habeant: ſed ſola emptio, pro mercibuſve permutatio. Quare iuxta ea, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, vt legitimè à Luſitanis titulo emptionis aut permutationis poſſideantur, neceſſe eſt quando eis venduntur, aut permutantur, aliquo alio titulo legitimè redacta iam fuiſſe in ſeruitutem. Niſi fortè aliquod eorum à Luſitanis ematur, vt à morte ſuorum iuſta, vel iniuſta, eruatur, iuxta ea quę diſputatione præcedente dicta ſunt.

Facta aũt diligẽti inquiſitione, dicã paucis, quod de hac re comperire potui. Noſtris tẽporib. eiuſmodi mancipia, niſi fortè aliquod quã rariſſimè non aſportãtur à Luſitanis iocalibus, rubeo aliquo pileo, aut alijs munuſculis, parui pretij donariis, vt nonnulli ſcripſerunt. Quin potius audio in viridi promontorio examen fieri, an aliquid à noſtris commiſſum ſit contra infideles: tum quia id poſtulat debitum regimen: tum ẽt ne id infidelib. occaſio ſit noſtros interficiendi, qui inter illos morãtur, excludendiq; noſtrorũ commercium. B Facilè namque id efficerent, ſi aliquid tale ſentirent: tametſi non adeo callidi ſint, ac noſtri, noſtroſq; ſuſcipiant. Sequentib. aũt titulis dicũtur redacta in ſeruitutẽ, anteq̃ noſtris vendãtur.

Inter illos rari ſunt reges potentes, qui populos multos ſibi habeant ſubditos, ſed diuiſi ſunt in multos veluti regulos, duces, aut ſimiles dominos. Sunt aũt à temporib. antiquis, ẽt antequam noſtri eo appellerent, bella inter illos, quibuſdam populis cum alijs dimicantibus, prædaſq; in ſe inuicem exercentibus, nulla, vt fertur, iuris ac iuſtitiæ habita ratione. Hac rõne à populis, qui ſub vno ſunt domino, capiũtur multi de populis, qui ſub alio ſunt Principe, rediguntur que in ſeruitutem; & ex his venduntur multi Luſitanis. Ferturque cum Luſitanorũ nauigia ad locum aliquem, ſeu flumen eorũ perueniunt, Aethiopes acui magis ad prædas in finitimis oppidis exercẽdas, vt habeant captiuos, quos in commutationẽ pro C mercibus vendant. Commorantur præterea inter Aethiopes illos Luſitani aliqui, qui inter eos mercaturam exercent, quoſque Tangoſmaos appellant. Hi ẽt, cum nauigia aliqua Luſitanorum, ad locum aliquem appellunt, ingrediuntur cum aliquibus ex ipſis Aethiopibus interiora earũ regionum, ſecũque deferunt merces, quas in eorum nundinis, aut foro vbi res inter illos venduntur, cõmutant pro mancipijs ſimiliter captis, quę vincta ſecum publicè ad nauigia portant, venduntque mercatorib. nauigiorũ. Fertur præterea, in huiuſmodi locis ius dici ſubditis ſub arbore aliqua præſide domino loci, ſenibuſque quibuſdã ad plura ſuffragia ſñiam ferentibus; atque hac ratione aliquos ſeruitutis perpetuæ, loco mortis naturalis, damnari, & interdum plecti morte naturali. Leuiſſimum verò furtum, ẽt vnius gallinæ, aut rei leuioris, conſueuerunt punire pœna capitis, aut perpetuæ ſeruitutis. Dictũq; mihi eſt, regulum quen-D dam ex illis ſuum proprium filium deprehenſum in leui quodã furto, in pœnam iuſſiſſe, vt vẽderetur Luſitanis in ſeruum. Quæ cauſa eſt, vt inter illos q̃ rariſſima ſint furta. Tanta vero fertur eſſe inter eos barbaries, vt pro delicto patris interdum progenies tota non ſolum filiorum, ſed etiam fratrum, iubeatur interfici, aut in ſeruitutem redigi. Quod ſi Princeps alicui eorum ſuccenſet, facilè illum interfici iubet, aut ſubijci ſeruituti etiam cum familia.

Luſitani nihil omnino curãt de titulo, quo ij, qui ipſis in commutationem pro mercibus venduntur, a ſuis, aut ab eorum aduerſariis in ſeruitutem redacti ſint; ſed quotquot illis afferuntur, tot emunt, modo, pro pretij quantitate, illis placeant. Quin dicunt nec ſi de titulo inquirere vellent, quicquam certi poſſent reperire: idque ęgrè paterentur Aethiopes non ſecus ac inter nos ægrè ferret venditor mercis alicuius, ſi ab emptore interrogaretur de titulo, quo

eam

eam comparauit. Denique quantum intelligere potui ex mercatoribus, qui eiuſmodi mancipia in Aethiopia emunt, eaque inde huc aſportant (cum quibus locutus ſum, quique nihil eorum, quæ retuli, diffitentur) illi nihil aliud curant in hac negotiatione, quam ſuum lucrum & commodum; miráturq; ſi quis illis ſcrupulũ velit inijcere, ſatiſque prȩclarũ cum Aethiopibus, quos ita emptos aſportant, factum eſſe putant, cum hac ratione ad fidẽ adducantur, & præterea longè meliorem vitam, quoad corpus, inter nos ducant, quàm inter ſuos nudi, vilique cibo nutriti. Interrogati huiuſmodi mercatores, nũ interdum ab Aethiopibus vẽdita aſportentur in nauigia mancipia, de quibus vel præſumptio ſit, vel conſtet, furto eſſe ablata, à ſuis oppidanis? Reſpondent, id aliquando, tametſi non admodum frequenter, accidere. Interrogati rurſus, quanam conſcientia ea emant; cum ſciant furto eſſe ablata, neque legitimè in ſeruitutem redacta? Quidam reſpondit. Quoniam, niſi emantur, ſunt continuo interficiẽda ab ijs ipſis, qui ea furati ſunt ne res detegatur, ipſiq; à ſuis ob delictũ interficiantur. Alius dixit, multos non audere ea emere: qm̃ ſi res detegatur periclitabuntur ipſi mercatores. Eò quod lex mercatoribus ab Aethiopibus ſit impoſita, vt priuatim nullum ita emant, niſi accedente ſimul ſene aliquo Aethiope, qui & interpres ſit, & videat, num furto ſit ablatum. Itaque comperi hæc etiam emi. Quòd ſi interdum non emantur, rarò mercatores propter conſcientiam id non efficere, ſed vt pœnam indignationemque Aethiopum fugiant.

Inter Aethiopes Guineæ ſuperioris, cum quibus Luſitanis eſt commercium, rari dicuntur eſſe, qui carnibus veſcantur humanis. Fertur tamen ſuperioribus annis aſcendiſſe reginã quandam cũ ingenti exercitu, multoſque ſubiugaſſe, militũq; paſtũ magna ex parte fuiſſe Aethiopes, quos debellabãt, eaque rõne interficiebãt, vt illorũ carnib. veſcerẽtur.

Qui à nobis hactenus ſunt explicati, tituli ſunt, & modi, quibus mercatores Luſitani eiuſmodi mãcipia aſportant. Et de negotiatione ipſa, & his titulis, neque in Epiſcopo viridis promontorij, neq; in alijs ſacerdotibus ibi commorãtibus, neq; etiam in hoc regno vllum video eſſe ſcrupulum: ſed mercatores & Tangoſmaos, quos vocãt, abſoluunt. Neq; pœnitentes credo his de rebus confiteri, vllumve dubium mouere in confeſſionibus, neq; confeſſarios quicquam interrogare. Quod ſi illis in locis vel Epiſcopus, vel Regis gubernator Tangoſmaos pœna aliqua interdum afficiunt, id ſolum eſt, quòd intra annum ad confitendum, & communicandum non acceſſerint; vel quòd cum infideli aliqua concubuerint (quod eo in loco punitur) vel ob aliquem alium exceſſum, non verò quòd negotiationi illi intenderint. Quid autem de his titulis, negotiationeque hac cenſendum ſit, diſputatione ſequenti dicetur. Modò ſolum narramus factum.

D. Thom. Inſula.

Anno 1473. Luſitani progredientes ſuis nauigationibus repererunt ſub linea æquinoctiali Inſulam Diui Thomæ, ſimiliter vacuam, quam colere & inhabitare, gentiũque iure tanquam primò occupantes legitimè poſſidere cœperunt. In ea eſt hodie ſedes alia Epiſcopalis, Archiepiſcopatui Olyſſipponenſi ſimiliter ſuffraganea. Inde Luſitani cõmercium ſuis nauigantibus cum finitimis Africę regnis ac locis habere cœperunt. Atque hæc omnia loca Guineam inferiorem, Luſitanè verò Guine de uaxo appellant. Eſt verò aliquid hoc loco de duobus præcipuè illius commercij regnis dicendum.

Manicongi Regnum.

Primum eſt Manicongi regnum, quod à multis annis fidem cũ ſuo rege ſuſcepit, eſtque in ſpiritualibus epiſcopatui Inſulæ Diui Thomæ ſubiectum. Ex hoc regno, cũ omnes Chriſtiani ſint, nullũ aſ-

A portatur mancipium neq; propter delicta ſeruituti ſubijciũtur, ſed alijs pęnis à ſuo rege puniũtur. Tametſi audiã præteritis annis, in ſeditione quadã de contentione regni loco regis defuncti, multos in ſeruitutem fuiſſe redactos ab eo, q̃ extitit victor. Ex hoc tñ regno Luſitani, q̃ in eo habitãt (quoſque Põberos ibi appellãt, vt in Guinea ſuperiori Tãgoſmaos) alijq; Aethiopes, interiora alia infideliũ loca ac dominia peruadentes, mercibus ex Luſitania aſportatis, ingentem emunt mancipiarũ copiã, quàm vinctã publicè aſportant, vendũtque mercatoribus Luſitanis, qui eò cũ nauibus & mercibus appellũt.

Angolę Regnum.

Secundum regnum eſt Angolæ, vt noſtri vocat, quod à nobis omnium, quæ in eo ſunt commercio, eſt remotiſſimũ. Dixi, vt noſtri vocãt: quoniam prouincia illa vaſtiſſima eſt, cuius incolæ cõi nomine Ambundi vocantur, & prouincia ipſa Ambundia: diuiſaq; eſt in multas alias prouincias, eo pacto quo Italia & Gallia in prouincias multas ſunt diuiſę. Cõ-
B ſtat præterea multis quaſi regibus, quos Sobas vocant, & partes prouincię, quibus ſinguli dominãtur, Mirindas appellant. Quidam horum Sobarum, ab hinc circiter octoginta annis, adiutorio quorundam Luſitanorum, qui ex Manicongi regno negotiationis cauſa ad eum deuenerant, bellum inferre cępit finitimis Sobis, quos ſibi ſubiecit ac tributarios fecit, relinquens illis dominia, quæ antea habebant: atque ita mirũ in modum imperiũ ſuum dilatauit. Et quoniã Soba ille, Angola Inene, hoc eſt magnus, dictus eſt, Luſitani prouinciã illam Angolæ regnum appellarunt, cuius caput eſt ciuitas, nomine Cabaæa.

Cũ rege hoc bellum hac occaſione eſt hodie Luſitanis. Ad hunc regem ſemel atque iterum, ipſo poſtulante, aſſeuerante q; velle ſe eſſe Chriſtianũ, miſſi ſunt ſacerdotes ex Luſitania, & ex Inſula D. Thomæ, & inter eos monachus quidã ordinis D. Bernardi. Quia tamen commercium cum Luſitanis, eorum-
C que adiutorium ea via intendebat, non vero ſalutẽ animæ ſuæ, diffidẽs ſe ſine ſacerdotibus habiturum ſecum Luſitanos, nullus inde fructus ſubſecutus eſt, ſed ſacerdotum quidam in eius regno mortui fuerunt, alij vero in Luſitaniam ſunt reuerſi, calicesq; & ſacra alia ornamenta apud illum poſtea reperta ſunt. Temporis progreſſu, cũ cerneret ſe Luſitanorum commercio deſtitui, legatos ad Ioannem tertiũ Luſitaniæ Regem miſit, quibus ſacerdotes efflagitabat, affirmans velle cum ſuis baptiſmũ ſuſcipere, offerenſque regi ditiſſimas argenti fodinas, quas in ſuo regno habebat, atq; mancipiorum cõmercium.

Legatis illis à Luſitano rege benignè ſuſceptis, perhumaniterque tractatis, tandem circa annũ milleſimumquingẽteſimumſexageſimum dimiſſi ſunt, addita inſuper regis benigniſſimi legatione, cũ qua miſſus eſt Paulus Diaz Nouais, & quatuor ex noſtra ſocietate, qui uotis illius ſatisfacerent. Qui cum per-
D ueniſſent, compererunt Angolam Inene defunctũ, locoque illius filium eius Dambi Angolam regnantem. Cum verò in regia ſua ciuitate alacriter eos ſuſcepiſſet, ac benignè primò tractaſſet, cupiditatę motus, occupare cępit bona omnia legati ac cęterorum Luſitanorum, quæ vt pro mancipiis in Luſitaniam remittendis commutarent, ſecum detulerant, dicẽs, velle ſe in mãcipiis ea illis perſoluere, quod & fecit; doloſè tamen: quadam quippe ſimulatione illa ab eis poſtea abſtulit, non tam mancipiorum cupiditate, quàm vt eorum in Luſitaniam regreſſum impediret. Denique omnes bonis ſuis ſpoliauit, ex quibus multi mortui ibi ſunt, alii vero uacui ad nauigia deuenerunt: legatumque & duos illos ex noſtris, inuitos atque ſine vllo fructu, apud ſe retinuit, ſperãs ea ratione futurum, vt Luſitani in ſuo Regno commercium haberent. Duo vero alii ex noſtris, non longo tempore poſtquã eo appulerunt, aeris inclementia obie-

obierunt. Sicque pauci ex Luſitanis, qui eo deuenerant, in Luſitaniam reuerſi ſunt. Cum verò legatus, duoq; illi patres, & quidam alij ex Luſitanis, varijs tentatis modis, Regeq; ēt Luſitano id curante, obtinere ſuum egreſſum non poſſent: tandem ea ratione barbaro illi Regi perſuaſerunt, vt permitteret legatum & vnum ex noſtris regredi: dicebant enim, eo pacto facilius, quod ſperabat & optabat, euenturū, ipſis coram Luſitano Rege cauſam totā, negotiumque illius alterius patris agentibus, qui apud illum tanquā obſes remanebat. Poſt aliquot verò annos ille ēt pater, qui Franciſcus Gouea vocabatur, iniuſtè detentus, ac diutino exilio afflictatus, mortuus eſt.

Paulus verò Diaz ann. 1574. expeditionem à Rege Sebaſtiano ad iniuriam, quã Aethiops ille Rex Luſitano Regno intulerat, vindicandam obtinuit. Neque parum ad eam cōparandam contulit fama, quæ tunc erat, & indies ſuccreuit, eſſe in eo Regno argenti fodinas non paucas. Vidi ego inſtructionem, quæ poſt longam diſcuſſionem data præfecto claſſis fuit ab ijs, quibus in Luſitaniæ Regno cura examinādi, quæ ad Regis conſciētiam ſpectant, eamque exonerandi, commiſſa eſt, præſcribentem, quonam pacto cum Rege illo ſe gerere deberet antequam bellum illud moueret, exigendo videlicet primum ab eo cōpenſationem pro iniuria illata, &c. Quæ inſtructio, ſicut par erat, fuit exactè ſeruata, neque auaritia ducem & milites obcęcante, vlla facta fuit illius tranſgreſſio, ſanè nihil erat, ꝙ amplius ad iuſtum bellū poſſet deſiderari. Miſſi ēt ſunt in ea expeditione viri ex noſtra ſocietate, qui ducis ac militum confeſſiones ad hunc vſque diem audiunt, illiſque concionantur, & qui multos Aethiopum ad fidem conuerterunt, ſperátque vt regnum totum facilè fidem ſuſcipiat, ſi Luſitanorum ditioni, vt cœpit, ſubdatur.

Ex relatione noſtrorum, qui in eam expeditionē profecti ſunt, accepi. Cum eo appuliſſent, gubernatorem fixiſſe ſedem in ea maritima introitus Regni parte, quæ Loanda dicitur. Compertoque defunctū fuiſſe Dambi Angolam, regnareque. Qui longe Angolam pronepotem Angolæ Inene, miſiſse ad illum ingens quoddam munus, quod ſignificauit ſe à Rege Luſitano deferre auo illius Dambi Angolæ, vna cum reſponſo eorum, quæ à Luſitano Rege poſtulabat. Atque hoc & aliis muneribus ac beneficiis cœpiſse cum illo habere amicitiam, & commercium, adiuuareque illum in bellis, quæ cum finitimis Sobis habebat; ſicque amicitiam & commercium inter eos perſeueraſse, pluſquam per quatuor annos, nulla illi aut ſuis illata iniuria, quin potius præſtitis multis beneficiis atque obſequiis. In fine uerò huius tēporis, cum barbarus ille ingentem copiam mercium delatam ſciret in Regiam ſuam ciuitatem, ex tredecim, aut quatuordecim nauigiis, quæ eo appulerāt; eſſeque in ea triginta aut quadraginta Luſitanos, qui ſua, aliorumque negotia agebant, cupiditate tantæ mercis, timens ne forte ſuperare ſimul nō poſset tot Luſitanos, finxit bella variis in locis, in quæ illos diuiſit, præcepitq; omnes eadem die interfici, quod & factum eſt, obtendens Luſitanos velle occupare illi Regnum, ſicque mercibus illis, atque aliis Luſitanorum bonis potitus eſt, cœpitque bellum gubernatori Kuſitano inferre: qui, cum regionis interiora permiſsu Regis eſset iam ingreſsus, & coactus eſt exurere alia bona, quæ ſecum habebat, ſeque recipere cum ſuis ad fluuium quendam, vnde bellum illi commodius poſset inferre, adiungendo ſibi Sobas finitimos, timore ne eos, ipſorumque bona perderet, illoſque protegendo atque adiuuando aduerſus Angolam alioſque Sobaș atque dilatando eorum dominia, illosque omnes vaſallos atque tributarios Luſitano Regi efficiendo. Quod & fęliciter ſucceſſit. Etenim non ſemel cum hoſte illo, qui ferè decies

A centena hominum millia aduerſus eum congregauit, conflixit, eumque ſuperauit, obtinuitque iam loca, in quibus fodinas argenti eſse fertur. Ob commemoratas iniurias, aliasque multas à barbaro illo Rege noſtris illatas, non dubitatur bellum illud eſse iuſtum, eoſque ex hoſtibus, qui eo bello capiuntur, legitimè in ſeruitutem redigi.

Quia vero complura alia mācipia, tum ex eo Regno, tum ex finitimis locis Regni Manicongi, & alijs aſportantur, titulo emptionis, ac permutationis pro mercibus, atque aliqua donata à Sobis, vel in tributum ab eis ſoluta, operæ pretium erit, quæ relatione accepimus, partim ab aliis, & præcipuè à noſtris, qui inibi commorantur, referamus, vt conijci melius poſſit, iuſtene eiuſmodi mancipia poſſideantur. Et quoniam, paucis mutatis, eadem fortaſſe uidetur eſse ratio de mancipiis, quæ in Guinea ſuperiori, & in Cafreria (de quibus inferius erit ſermo) à Luſitanis emuntur, de quibus non tantam B habemus lucem, eo quòd noſtri inter illos non commorentur.

In vnaquaq; Mirinda dicuntur eſſe quatuor hominum genera. Primum eorum quos Mocotas vocant, & ſunt nobiles inter illos, ac proinde liberi. Secundum eorum, qui nati ſunt ex hominibus naturalibus illius Mirindæ, quos filios Mirindę vocāt ſuntque agricolæ, aut mechanici. Atque hi ēt liberi ſunt. Tertium eorum, quos Quiſico appellant. Atque hi ſunt mancipia annexa Mirinde, ſeu maioratui Mirindæ, quæ proinde cum ſua tota ſobole tranſeunt, vna cum Mirinda in ſucceſſorem. Eiuſmodi Quiſico adeò antiquum eſt inter illos, vt de origine illius nulla extet memoria, ſed ſola traditione inter eos ſit conſeruatum. Et cum inter illos nulla ſit ſcriptura, quando hoc de re interrogantur, reſpondere ſolent, ſic vſu fuiſſe receptū à ſuis maioribus. Quartum eſt mancipiorum, quæ Mobicas vocant, C & ſunt, quæ Sobæ, & alij priuati ſibi in mancipia acquirunt, de quibus proinde pro libito diſponunt. Nec ſolum Luſitanis ea pro mercibus, ſed multo magis ab antiquiſſimis temporibus ea commutant ac vendunt inter ſe. Deferrique inter illos conſueuerunt ad nundinas, & ad publicum forum, atque ibi venduntur & permutantur, pretiumque eſſe ſolent multarum aliarum rerum. Mos prætereà eſt inter illos, vt qui filias habet, eas in vxores vendat pro mācipijs, bobus, & alijs ſimilibus rebus; eo modo, quo Labam filias ſuas Iacob patriarchæ in vxores vendidit. Qui inter illos plura mancipia habet, ditior ſolet reputari: eo quòd illis ad agriculturam, & alia ſua negotia ac miniſteria vtantur, eiſque emāt ſibi neceſſaria. Filij etenim, quos domini ex ſuis ancillis generant, mancipia inter illos ſunt, à proprijſque parentibus vendi conſueuerunt, non ſecus ac ſi ab eis geniti non fuiſſent: id quod in cauſa eſſe ſo- D let, vt Sobarum propinqui, mancipia etiam ſint, atque Luſitanis & alijs ſæpe vendantur.

Quartum hoc hominum genus frequentius conſueuit redigi primò in ſeruitutem bellis, quæ Sobæ quam ſæpiſſime inter ſe gerunt, nulla de iuſtitia belli ratione habita, ſed vnoquoque conante ſubijcere ſibi alterum, ac dilatare ſuum Imperium. Qui autem, vel in conflictu belli, vel excurſionibus capiuntur ex aduerſarijs, miſerè ſubijciuntur ſeruituti. De Sobis, quæ Angolę parent, ſignificatum mihi eſt, eſſe frequētes lites & cōtentiones inter eos, quas Mochanos vocant, eaſque ad Regē deferunt; Regē verò differre cauſæ definitionem, interim dum munera ei ab vtroq; offeruntur: qñ verò munera ceſſant, ꝙ vterque ſit iam exhauſtus, reſpondere, vt armis rem definiant; ſicque illos bella inter ſe gerere.

Multi etiam ex primo & ſecundo hominum genere, quæ cōmemorata ſunt, rediguntur à proprijs

ipſorum

ipſorum Sobis in ſeruitutem, ob delicta interdũ gra uia, interdum leuiſſima, quæ non ipſi, ſed aliqui ſuorum propinquorum, ipſis inſcijs, commiſerunt, & interdum ob ſola indicia, aut ſuſpicionem, vel veram, vel ab ipſo Soba confictam.

In primis, ſi Soba vel leue indicium habet, aliquẽ machinari illi mortem, aut inſurgere velle aduerſus eum, vel adiuuare velle alterũ aduerſus ſe, vel aliud ſimile, interficit, aut in ſeruitutem redigit, omnibuſque bonis ſuis ſpoliat, non ſolum eum, de quo talem habet ſuſpicionem, ſed etiam omnes propinquos illius, eoſque omnes, qui ad illum pertinent, dictiſque Sobæ ſtatur, abſque alia, vel inquiſitione, vel iudicij tela: quin potius, ſi quiſquam ſubditorum detegit veritatem, quam Soba negat, eo ipſo, in ſeruitutem redigitur, aut interficitur cum omnibus, qui ad ipſum pertinent, ſufficitque inter illos teſtis vnus ad condẽnãdum aliquem de crimine, quod ei imponitur. Nõ poteſt autem nõ eſſe iniquum, non ſolum quemquã ob ſolam ſuſpicionem ac indicia interficere, aut in ſeruitutem redigere, aut priuare omnibus bonis ſuis ſed etiam multò magis innocẽtes propinquos illius, aut ad eum pertinentes, eadem pęna afficere, eſto de delicto illius alterius plenè conſtaret, iuſteque illeſal ter tanta pœna afficeretur. Fertur etiam ſolam Mirindam totam, aut maiorem illius partem poſſe conqueri, aut contendere iudicio cum Soba. Quod ſi priuatus aliquis cum eo contendere velit aut de eo conqueri, ipſum, & omnes propinquos ipſius, atque omnes ad eum pertinentes, reputari incurrere crimen lęſę maieſtatis, eaque de cauſa interfici, aut ſeruituti ſubijci, atque ſpoliari omnibus ſuis bonis. Hæc verò omnia, & alia his ſimilia, probant milites, & mercatores Luſitani, qui inibi commorantur, propter lucrum. Sunt enim ſingulis ex his Sobis, qui Luſitano regi parent, præpoſiti ſinguli Luſitani, qui tanquam domini ſunt illorum, & cum quibus Sobæ mancipia & bona eiuſmodi diuidunt. Neque religioſi perſuadere poſſunt contrarium, Luſitanis illis obtendentibus, morem illum eius patriæ non eſſe iniquum, ſed neceſſarium pro regionis qualitate. Significatum etiam mihi eſt, quando Soba aliquis condẽnandus, puniẽduſque eſt à gubernatore Luſitano pro aliquo crimine, id, pro more patriæ illius fieri in exercitu, conuocatis Sobis omnibus cum ſuis: tuncque proponi cauſam aduerſus reum coram iudicibus ad id deputatis. Quod ſi, iuxta morem eius regionis, dignus comperiatur morte, qui tanquam læſę maieſtatis reus puniatur, non ſolum interficitur ipſe, ſed cõtinuo inſiliunt alij in eos, qui illum fuerant comitati tanquam milites illius, eſto nobiles, aut de filijs Mirindæ illius ſint, & interficiunt multos ex eis, reliquos verò in ſeruitutem redigunt. Accurrũt etiam in domum Sobæ illius, eamque diripiunt, & omnes de familia illius in ſeruitutem redigunt, etiam vxores & filios, ſicque plurimi innocentes miſere in ſeruitutem rediguntur, replenturque Luſitani mancipijs & bonis innocentium, pro culpa vnius nocentis.

Inter multa alia exempla, quibus mihi ſignificatũ eſt, quàm iniuſtè multi illis in locis in ſeruitutem redigantur, hæc referam. A quodam Soba dono miſſus eſt puer in præſentia cuiuſdam ex noſtris patribus. Interrogatus autem puer ille, an vere eſſet mancipium, & qua ratione ſeruitutem incurrerit, comperit, quendam illius fratrem aſpexiſſe vnam e mulieribus Sobæ illius, eaq; de cauſa, illum, propinquoſq; omnes illius, ſpoliatos omnibus ſuis bonis, tanquam læſæ maieſtatis reos, in ſeruitutem fuiſſe redactos, neque alia ratione nobilem illum puerum ſeruituti fuiſſe ſubiectum, quàm ob leue illud delictum fratris ſui, in quo ipſe nullam habuit culpam. Tunc pater curauit, vt priſtinæ ſuæ libertati reſtitueretur.

A Solus Angolæ rex pauones habet, eoſque in magno numero. Legem tulit, vt ſi quis pennam aliquã ex illis extraheret, ipſe, & omnes propinqui eius, bonis omnibus ſpoliati, interficerentur, aut ſeruituti ſubijcerentur. Aliam tulit, vt qui contingeret cucurbitas in palmis ipſius appenſas, vt vinum ex palmis in eis ſtilletur, ipſe, & propinqui omnes illius, ſpoliati omnibus bonis, interficerentur, aut mancipia ipſius efficerentur, ſimileſque alias leges habet, auaritiæ, crudelitatis, atque iniuſtitiæ plenas, quibus ob leuia aliorũ delicta, innocentes multos ſpoliat bonis ſuis, & vel interficit, vel mancipia ſua iniuſtè efficit. Longum eſſet percenſere exempla alia, quibus multi iniuſtè ſeruituti ſubijciuntur.

Si defunctus aliquis debita aliqua relinquit, Soba in captiuos accipit filios omnes illius, eſto debitũ exiguum ſit, longeque plus valeant filij. Tempore et pacis, homines vnius Mirindæ ſurripere ſolent eos qui alterius ſunt Mirindæ, eoſque vendunt in mancipia. Fertur etiam in quodam fluuio, vbi loci domi- B
nus noſtris eſt inimicus, negotiationem fieri ſolum de nocte, Aethiopibus nocturno tempore aſportantibus ad nauigia captiuos, quos vendant. Quæ ſanè negotiatio valde eſt ſuſpecta: quandoquidem facile Æthiopes de nocte adducent homines furto à ſuis, aut ab alienis oppidis ablatos. Etiam fertur, interdũ Dominos Mirindarum mittere aliquos ad aliqua loca, in quib. paratas hẽnt inſidias, vt capti ibi deferantur ac vendantur mercatoribus Luſitanis. Prætereà fertur, ſi pater filio, aut alicui vxorum, leui etiam de cauſa, ſuccenſeat, id interdum ſufficere, vt filium, aut vxorem vendat. Et nonnunquam, vt tintinnabulum aliquod, aut ſpeculum, vel rem aliam ex mercibus Luſitanorum, quam cupit, poſſideat, filium aut filiam ſine alia cauſa vendere. Denique fertur, in hac inferiori Guinea multos veſci carnibus humanis, ſæpeque accidere, vt in foro publico, dum mercatori- C
bus mancipia emenda offeruntur, niſi mercator tantum in precio aſcendat pro aliquo mancipio, quantum lucri in foro ex carnibus illius ſolet acquiri, potius miſerum mancipium interfici, quàm viuum vendi, tanta eſt hominum feritas ac barbaries. Luſitani mercatores, ſiue ſint qui nauigijs ad varia loca negotiationis cauſa appellunt, ſiue quos pomberos vocãt atque interiora regionum mercimonij cauſa penetrant, ſiue alij incolæ regni Angolæ ac Manicongi, nihil omnino de titulis curant, aut inquirunt, quibus vel in ſeruitutem rediguntur, quando ipſis venduntur, vel iam antea redacta ſunt, ſed promiſcue omnia accipiunt, modò in pretio conueniant. Neque alij ſacerdotes ſæculares, qui in eis locis commorantur, vllum eis ſcrupulum inijciunt, vt de mancipijs Guineæ ſuperioris dictum eſt. Ex regno autem Angolæ, & ex alijs locis Guineæ inferioris, aſportantur quotannis greges mancipiorum, non ſolum in hoc D
Luſitaniæ regnum, ſed etiam in Braſilicam regionẽ, vbi ad ſaccarum colandum ac conficiendum neceſſaria ſunt, & in varias alias noui orbis partes, tum ad varia alia miniſteria, tum præcipue ad auri, argentique fodinas. Et cum totidem, & eo plures, quotannis interficiantur, multique bello pereant, adeò homines in ea regione multiplicantur, eò ꝙ multas habeant vxores, & terra humida & calida ſit, vt ſatis, ſuperque in ea remaneant. Tametſi fama ſit, multò plures fœminas in ea eſſe, quam mares, propterea quod multi bello quotannis pereant.

Mancipia Guineæ inferioris aſportari primum debent in inſulam D. Tho. Niſi prius mercatores in ea conueniunt, vt ex Angolæ regno in Braſilicam regionem deferantur: & tunc ex ſingulis mãcipijs ſol. uunt tria milia nummorum æris, quos res vocant. Ex ijs, quæ ad inſulam D. Tho. aſportantur, ſoluitur Regi, aut cõductoribus redituum regis, quarta pars

& in-

& inſuper vigeſima remanentium. Niſi nauigiis regis, aut cõductorum redituum regis, acceſſerint ad negotiandum; nam tunc ſoluunt partem dimidiam eorum. Quando ex inſula D. Tho. mancipia in Luſitaniam deferuntur, ſolum ſoluitur ex eis ſiſa, eo modo quo de mancipiis Cineę ſuperioris ſupra dictum eſt. Si verò conductores redituum regis ea aſportent, ſoluunt ex ſingulis ſolum trecentos res.

Sofalæ ciuitas.

Anno. 1501. Luſitani vltra promontorium bonę ſpei Soſolam nauigationibus ſuis deuenerunt. Poſt quam verò ſedem ibi collocarunt, cum finitimis regnis commercium habere cęperunt. Præter aurum verò, merceſq; alias inde etiam mancipia robuſta, proceræq; magnitudinis, quæ Cafres appellant, in Indiam aſportant, & inde in Indicis nauibus nonnulla in Luſitaniam. Hæc magna ex parte empta, in commutationemq; pro aliis mercibus aſportari ſolebant. Anno autem 1569. à rege Sebaſtiano miſſus eſt Franciſcus Barreto nobiliſſimus, ſtrenuiſſimuſque dux, qui paulò antea Oriẽtalis Indiæ fuerat gubernator, multaque fortiter & fęliciter geſſerat, vt de Rege Monomotapæ, Soſalæ finitimo, iuſtam ſumeret vindictam. Eo quod quorundam Mahumetanorum inuidia ac ſuaſu, patrem noſtræ Societatis Gondiſaluum à Silucita Comitis Sortelhæ filium iniuſtè, & in Chriſtianam religionem ignominioſe interfeciſſet. Cum enim hic pater, qui in India paulò antea fuerat prouincialis, de regis illius conſenſu verbum Dei in eo regno diſſeminaſſet, multaque hominum millia ad fidem conuertiſſet, Mahumetani quidam vanos, pueriliſq; timores regi iniecerunt patrem videlicet illum veneficum eſſe, futurumq; niſi interficeretur, vt ipſius veneficiis & incantationibus Rex ipſe regnum amitteret, eaq; de cauſa, patre rem totam præſciente, mortemque expectante, illum interfici iuſſit, & vna cum eo Eccleſiaſiam extructas diſſipauit atq; extinxit. Hanc itaque præcipuè vlturus iniuriam, nec ſine magna ſpe obtinẽdi locupletiſſimas auri fodinas, quæ in eo regno ſunt, profectus eſt Franciſcus Barreto (quem nonnulli ex noſtris ẽt comitabantur) ſimili ferè inſtructione illi, de qua paulò antea locuti ſumus, quam nos ẽt vidimus. Licet autem aliquot annis bellũ illi, eiuſq; ſucceſſori cum eo rege fuerit, & cum quibuſdã aliis, q illi adhæſerũt, quos prius neceſſe erat debellare, multaque fortiter geſſerint, tandem multis ex noſtris veneno illorum hominum, bello, & languoribus paulatim vna cum Franciſco Barreto cõſumptis, ceſſauit bellum illud, magnaque pars militum, qui incolumes remanſerunt, in Indiam profecta eſt.

Monomotapę Regnũ.

De mancipiis, quæ iure illius belli capta ſunt, idẽ eſt cenſendum, quod de mancipiis, quæ belli iure Luſitanorum in regno Angolæ capiuntur, paulò antea dictum eſt, neque dubitandum non eſſe iuſto titulo in ſeruitutem à noſtris eſſe redacta. Fertur etiam nonnullos illorum regum quaſdam alias iuſtas cauſas belli noſtris poſtea dediſſe, noſtra inuadendo ac deprædando. Si qui autem alii illorũ hominum iuſto ſimiliter bello, vel poſteà, vel ante bellum à Franciſco Barreto illatũ, capti à noſtris ſunt, idem etiam de his eſt cenſendum.

Quod verò ad ea mancipia attinet, quæ vel ante bellum, vel poſt bellum, vel tempore ipſo belli, negotiatione ſola cum illis, aut cum aliis nationibus, quæ in tota illa Africæ parte, quæ Cafraria nuncupatur, plurimæ ſunt, à Luſitanis ſunt comparata, idem ferè dicendum cenſeo de titulis, quibus in ſeruitutem ſunt redacta, & de modo negotiationis Luſitanorum, quod de mancipiis Guineę ſuperioris dictum eſt. Eodẽ enim modo ſunt bella & latrocinia inter illos, quo inter Aethiopes Guineæ ſuperioris. Fertur ẽt tpe famis, aut dũ aliquis inter ſuos ære alieno eſt grauatus, debitumq; ab eo exigitur, adducere

A filios vẽditũ, vt ſuæ ſubueniat neceſſitati. Inter hos ẽt Aethiopes dicuntur eſſe nationes, quæ carnib. veſcantur humanis. Porro hi oẽs Aethiopes mancipia vendunt, tum Luſitanis, tum ẽt Mahumetanis, qui inter illos commorantur, illaque cum aliis mercibus ad alios Mahumetanos tranſmittunt, eiſq; ea in ſeruos vendunt. Hæc quod ad Africam attinet.

Quod vero ad Aſiam ſpectat, ex India aſportant Luſitani varia mancipiorum genera pro nationum varietate, cum quibus vel bellum vel commercium habent. Illud ſummatim dicam. Si mancipia ex illis regnis ſint, cum quibus Luſitanis iuſtum eſt bellum non eſſe ꝙ vereamur affirmare, iuſtè eſſe in ſeruitutem redacta. Eiuſmodi inter alia ſunt, quæ ex regno ſunt Calecut. Sẽper enim à principio ingreſſus noſtrorum in Indiã Rex ille fuit nobis infeſtiſſimus, ſemperq; fuerunt Luſitanis cum eo bella. Audio tñ anno 1586. initam cum illo fuiſſe pacem. Eiuſmodi ẽt ſunt, quæ ex aurea Cherſoneſſo à multis dicta,

Indiæ Aſiæ que mancipia.

B aſportantur, hoc eſt, ex Inſula Samatrenſi, & ex locis circa Malacham eidem inſulæ vicinis. Totum namque illud Aurea Cherſoneſſus quõdam dicebatur. Nam, ꝙ nunc Inſula Samatra dr̃, olim vt fertur, lingula quadã, ſeu Iſthmo continenti iungebatur: quo maris irruptione diſiecto, Inſula ex peninſula relicta eſt. Noſtri Samatrenſes vocant Dachens, illos vero alios Malaios. His adde, qui Inſulã Iauam incolũt, quos noſtri Iaos appellãt. Cũ his .n. omnibus iuſtũ bellum fuit ferè ſemper Luſitanis. Sunt autem hi oẽs vultu & corporis magnitudine quaſi medii inter Indos & Aethiopes qui Africam incolunt. Idẽ dicendũ eſt de cæteris mãcipiis eorum regnorum, cum quibus iuſtũ bellũ Luſitanis erat, quo tpe in ſeruitutem ſunt redacta; de quibus non põt certa pręfigi regula. Dixi, Samatrenſem inſulã à multis Aureã Cherſoneſſum dici: qm̃ alii rectius arbitrari videntur, inſulã potius Ceilon eſſe Aureã Cherſoneſſum.

C Aſportantur vero multa alia mancipia ex prouinciis, cum quibus Luſitanis nullum eſt bellum, vt ex Cambaia, Pegu, Sina, Iappone, & ex nõnullis aliis. Et quamuis in Cambaiæ regno, & in aliquibus aliis Indiæ, dicantur eſſe frequentes fames, hominesque tunc non ſolum filios, ſed ſeipſos viliſſimo pretio vendere, fertur tamen multos, etiam quando nulla viget fames, aliorum furari filios, eoſq; non ſolum noſtris, ſed etiam infidelibus vendere. Licet autem non ſolum quodam Indię Concilio prouinciali, ſed etiam legibus regis Luſitaniæ cautum fuerit, ne ii infideles, qui Luſitanorum ditioni ſubſunt eiuſmodi mancipia poſſideant, eoque ipſo, quod ad noſtrorum terras, perueniunt, perſoluto illis paruo quodam pretio, quod inibi, rerum circunſtantiis expenſis, prudenter conſtitutum eſt, diligenter ab eorum manibus vẽdicati, libertate donẽtur, eaq; occaſione multi eorum facilè fidem Chriſtianam ſuſcipiant,

D licet ẽt Mahumetanis, qui in illis degunt regionibus, ſub grauibus pœnis ſit prohibitum, ne eiuſmodi mancipia aſportent, aut emant, eo quod ea ſoleant obcæcare vt plurimum ſuæ peruerſæ ſectæ erroribus: neſcio tamen, an de mancipiis eiuſdem generis quæ à Luſitanis emuntur & aſportantur, diligens fiat examen, ſint ne legitimè in ſeruitutem redacta nec ne; & an ipſi, dum ea ab infidelibus emunt, vllum examen efficiant, fuerint nè legitimè ſeruituti ſubiecta, ſubiicive tunc primum poſſint, quando ea ab infidelibus emunt.

Iapponenſia mancipia.

Porrò quamuis inter Iapponenſes principes inteſtina bella frequentiſſima ſint, de eorum tñ bellorum iuſtitia merito dubitari põt. Eo ꝙ nulla ab infidelib. illis iuſtitiæ ratio haberi videatur in bellis inferendis, ſed qui potentior eſt, aut in maiorem ſpem victoriæ erigitur, alios vi & armis aggrediatur, ac ſibi ſubiicere conetur: quo poſito, is, qui iniuſto bello appeti-

appetitur, iuſto ſanè bello ſe tuetur. Illud etiam præſumendum ac credendum eſt, bella, quæ principes Iapponenſes Chriſtiani hodie cum aliquibus infidelibus habent iuſta eſſe: quandoquidem patres ex noſtra ſocietate apud illos concionantur, eorumq; confeſſiones audiunt, neq; permitterent quicquam iniuſtum aduerſus alios moliri. Haud tamẽ ſcio, an mercatores Luſitani, dũ Iapponẽſes aliquos in ſeruos & ancillas emũt, examen efficere curent, bello ne iuſto ſint capti, legitimeq; redacti ſint in ſeruitutẽ, an nõ.

Sinẽſia mã-cipia.

De Sinenſibus mancipijs, quæ Luſitani emunt & aſportant, eſt maius dubium, quonã titulo iuſtè aliquando ſint redacta in ſeruitutẽ, atq; adeò quonam iure iuſtè valeant poſſideri ab ijs, in quorum poteſtatem deuenerunt, eſto legitimo pretio ea comparauerint. Etenim conſtat, Sinarum prouincias perpetua pace frui, quippe quib. nullum omnino ſit bellum, niſi cũ Tartaris, qui à noſtrorum commercio longiſſimè diſtant. Conſtat præterea, eas prouincias abundantiſſimas eſſe, neque vnquam inter ipſos eſſe famẽ, vt aliqui Sinarum neceſſitate oppreſſi, filios ſuos vendere legitimè poſſint. Itẽ cõſtat Sinarũ Iudices neminem ſuorũ ſeruitutis perpetuę damnare, niſi fortè vt regi ſuo in aliquo miniſterio ancillẽtur. Quo fit, vt nullus iuſtus titulus ex his, quos diſp. 33. commemorauimus, ſeſe offerat, quo in ſeruitutem redigi Sinæ huiuſmodi potuerint. Niſi fortè pirata aliquis Sinarum, vna cũ ſuis, vel de Sinarum conſenſu, vel ꝙ Luſitanis eſſet infenſus, à Luſitanis ſit captus. Qđ neq; credo, neq; tolleret ſcrupulum de fœminis Sinis, quæ à Luſitanis captiuæ aſportantur.

Ne verò diſputatione ſequenti ad Sinas regrediamur, illud dicam. Si, vt fama eſt, origo ſeruitutis eorum Sinarum, qui à noſtris poſſidentur, nõ alia fuit, quàm furtum, quo ſe inuicem Sinæ furantur, vt extraneis vendantur, nullus profectò eorum legitimè poſſidetur, quantumcunq; magno aliquo pretio de manu furis fuerit emptus, aut de manu cuiuſcunque alterius venditoris, in cuius poteſtatem deuenerat. Ratio eſt, quoniã rei furto ablatæ nunquã comparatur dominiũ, ad quemcunq; & quocumq; pretio cõparata deueniat: ſed reſtituenda eſt ſuo dño ſtatim, ac conſtat furto fuiſſe ablatam, niſi fortè tanto tpe fuerit bona fide poſſeſſa, quantum ad eam præſcribendum eſt neceſſarium: quare, cũ libertas nullo tpe præſcribatur, vt ex l. vlt. C. de lõgi temporis præſcriptione quæ pro libertate, & c. ex l. vſucapionem, ff. de vſucapionibus, & ex l. 6. tit. 29. p. 3. legũ Caſtellæ eſt manifeſtum: nec ſi noſtris legibus libertas præſcriberetur, id locum haberet aduerſus alienã Rẽpublicã, in qua illæ non vigent, & cuius ſunt homines, de quibus diſputamus; conſequens profectò eſt, vt ſi homines hi furto à principio fuerint ablati, tã ipſi, quã progenies fœminarum, quę à principio fuerint eo modo in ſeruitutem redactæ, liberi ſint, nec iuſtè retineri poſſint captiui. Quin potius reſtituendum illis ſit, quod diſputatione ſequenti explicabitur, reſtituendum eſſe ei, qui, cum liber eſſet, captiuus fuit detentus, tam quando bona fide, quam quando mala fuit retentus: quod idem propter eandem rationem de quocumque alio ſine legitimo titulo à principio in ſeruitutem redacto exiſtimandum eſt. Poſtquam hæc ſcripſeram, ea contuli cum patre quodam ex noſtra ſocietate, qui diu in regione Sinæ commoratus fuerat, interioraque penetrarat, eaque probauit.

DISPVT. XXXV.

De mancipijs ex commercio Luſitano quid cenſendum.

DE hac re nihil facilius ac certius dici poteſt; quã ea mancipia, quæ aliquo illorum titulorum, qui diſpu. 33. explicati ſunt, à principio in ſeruitutẽ ſunt

A redacta, licitè aſportari & poſſideri: quæ verò nõ ita ſeruituti ſunt ſubiecta, neque licitè aſportari, neque poſſe retineri, eſto competenti aliàs pretio comparata ſint, & eſto bona fide ad hanc vſq; diem quocũq; longo tempore ſint poſſeſſa, vt paulò antea oſtẽſum eſt. Quia tamen morales ſermones, quo vniuerſaliores, eo minus vtiliores ſunt, minuſque veriores ad actiones in particulari exercendas, vt Ariſto. 2. Ethicorum c. 7. prudenter docuit: & ſi quis ea expendat, quæ circa huius rei fidelem hiſtoriam (neque omnes, qui dici poterant, abuſus continentem) diſputatione præcedente dicta ſunt, facilè intelliget rem hanc, nõ ſolum ſcrupulis, ſed & apertis animarum periculis in multis eſſe plenam, aliquid in particulari pro meo munere, atque ad meam exonerandam conſcientiã, tametſi inuitus, dicere aggrediar. Non quod rem tantam ſolus definire audeam, neque quod tãtum mihi tribuam, vt in ea meis dictis ac iudicio velim ſtetur: ſed tum vt pro mea tenuitate cõfeſſarijs, timoratiſq;

B alijs, qui de hac re interrogant, conſulam, præſertim cum non defuerint externi ſcriptores, qui negotiationem hanc lethalis culpæ intrepidè damnent: tũ etiã, ſi fortè diſputatione hac id aſſequi valeã, vt ij, quibus regni huius Luſitaniæ gubernatio eſt commiſſa, quique examinandi ea, quæ ad regis conſcientiam attinent, eamque exonerandi curam habent, necnon qui regis confeſſiones audiunt (quos oẽs & ſingulos vna cum Epiſcopis Viridis promontorij, & Inſulæ D. Thom. non dubito ſub reatu lethalis culpæ teneri id efficere, ſi, vt minimum, res hæc vt dubia ſe illis offerat) regi ſuggerant, vt eam expendi ac iudicari per viros doctos ac timoratos, vt in conſcientia tenetur, efficiat; qui, facta prius diligenti ac certa inquiſitione de titulis ac modis, quib. re ipſa eiuſmodi homines in captiuitatem rediguntur, captiuiq; aſportãtur, ſtatuant, quid iuſtè, & quid iniuſtè fiat, quidque facto opus ſit, vt tam regis conſcientia, quàm nego-

C tiantium, mancipiaque à negotiantibus ementium, tuta ſit. Carolus namque V. cum dubia oriri cœpiſſent circa mancipia orbis, rem examinari fecit, atque vt ſuæ, ſuorumque conſcientię conſuleret, legẽ Chriſtiano Imperatore dignam tulit, vt omnes libertate donarentur, nulluſque deinceps ſeruituti ſubijceretur. Philippus II. eius filius, Rex noſter Catholiciſſimus, cum oriri cœpiſſent dubia circa innocentes filios eorum, qui in regno Granatenſi rebellarunt, iuſtè ne mancipia fieri poſſent, legem quoque tulit, vt omnes libertate donarentur: cum tñ, vt diſpu. 33. oſtendimus, ad id, noſtro iudicio, minimè teneretur, cur ergo, cum res, de qua agimus, ſtatim in aliquibus vt dura, periculiſque plena ſeſe offerat, neque deſint ſcriptores, qui eam tanquam iniuſtam lethalis culpę damnent, timoratoſque multos hodie conſcientia propria pungat; cur, inquam, rege id iubente, non examinabitur, reſecabiturque, ſi quid compertum

D fuerit iniuſtè fieri, publicaque authoritate ac maturo iudicio approbabitur, quicquid iuſtè & licitè fit? Ita enim fiet, vt rumores iniuſtitiæ, ſcandalumque, ſi quod eſt, ceſſet, & Rex ſuæ, ſuorumque conſcientiæ conſulat, & neque cõfeſſarij, virique alij docti & timorati negociatores ſine cauſa conturbẽt: aut ſi quid dignum reſecatione fuerit compertum, vt negociatores, auaritia excæcati, deinceps in re perſpicua aduerſus confeſſarios, & viros doctos non ſe protegant, obijcientes, negociationem hanc in ſpirituale mancipiorum bonum cedere, neque verò ipſos eſſe primos, qui eam aggrediantur, neque regem, aut Epiſcopos illarum regionum tali negociationi aduerſari, aut vllum ipſis ſcrupulum inijcere. Quæ omnia, ſi res in ſe iniuſta ſit, nullius ſanè ponderis ſunt ac momenti, vt à lethali culpa, onereq; reſtituẽdi excuſentur. Ego ſanè nõ dubito, ſi vel Philippo Regi Catholiciſſimo, vel quondã Emanueli, Ioanni III.

Sebaſtiano, & Hērico, Chriſtianiſſimis, pijſſimis A minimeq; auaris Luſitaniæ regibus, res hæc, vel ſemel, vt dubia fuiſſet propoſita, ita vt in ea aliquod iniuſtitiæ periculum perſenſiſſent, quin ſtatim eam examinari ac decerni iuſſiſſent: ſed cū hæc longo maris tractu à Luſitanis peragantur, paulatimq; cœperint, & poſteriores principes, nec diſcutere ſoleant, nec fortè expediat, quæ tempore ſuorum anteceſſorum ſunt introducta, quādo circa illa nullum dubiū ſeſe offert, ad locaque illa, vbi hæc peraguntur, viri docti & timorati rarò accedant, rariq; ſint inter nos qui hæc curent, & ad ea attēdant, rariores verò q ea principib. ſuggerere, vel poſſint, vel audeāt, mirandum non eſt, ſi res hæc principum aures, q vna cum ſuis, varijs alijs rebus ſunt intēti, nōdū peruenerit, neq; illi, vt par erat, ad hunc vſq; diē fuerit cōſultū.

Rem itaq; aggredientes, non vt eā plenè definiamus, ſed vt lucē aliq̄ ad illius integrā definitionem afferamus, conabimur certa incertis ſeparare.

1.Concluſ. Sit ergo prima Concluſio. Si mancipia ſint ex eis B locis, in quibus diſputatione præcedente dictum eſt eſſe Luſitanis iuſtum bellum, eoque tempore inde ſint aſportata, quo tale fuit bellum, non eſt quòd mercatores, qui illa inde aſportant, vllam inquiſitionem faciant, ſint ne iuſtè in ſeruitutem redacta, quando veriſimilis aliqua præſumptio in contrarium de aliquo, aut de aliquibus non ſe offert: & multò minus eſt quod inquiſitionem faciant, qui in hoc regno à mercatoribus, aut ab aliquo alio, ea emunt, aut quouis alio titulo cōparant. Idem eſt, qn̄ ceſſauit bellū, & nullus eſt rumor aut præſumptio, ꝙ aliqui de illis locis iniuſtè ſint in ſeruitutem redacti. Prima pars probatur, qm̄ cùm illis in locis bellum ſit Luſitanis, & præterea quilibet venditor præſumatur bonus, vendereque, quod ſuum eſt, aut ius habere ad id vendendū, niſi veriſimiles aliquæ coniecturæ in contrariū ſeſe offerant, meritòve ſe offerre debeant: ſanè in ea negociatione præſumendum C ac præſupponendum eſt, mancipia oīa, q̄ vendenda exponuntur, belli iure redacta eſſe in ſeruitutē, niſi, de aliquo, aut de aliquibus in particulari ſe offerrent veriſimiles coniecturæ, ꝙ iniuſte ſeruituti eſſent ſubiecta. Confirmatur: qm̄ ſicut in quacunque alia negociatione ſcrupuloſa ſuperfluaque eſſet inquiſitio, an quod venditur, legitimè vendatur, niſi legitima cauſa præſumendi, timendive contrariū ſe offerret: ita & ī hac negociatione ſuperflua, ſcrupuloſaque eſt inquiſitio, an mancipium, quod vēditur legitimè in ſeruitutem fuerit redactum, qn̄ nullus in contrarium eſt rumor, nullaque legitima cauſa dubitandi ſeſe offert. Secunda pars nempe, quòd multo minus teneantur inquiſitionē facere, qui eiuſmodi mācipia in hoc regno emunt a mercatoribus, &c. notiſſima eſt; Tum quia pro illis pugnat eadem aut maior ratio; Tum etiam, quia longius diſtant, nec, ſi vellent, vllā facere poſſent fructuoſam diligentiā de D ſingulis in particulari. Tum denique qm̄ ad regem, miniſtroſque regis ſpectat vigilare ac diſcutere, an mancipia, quæ in hoc regnum, ex locis præſertim ſui cōmercij, aſportantur, legitimè ſeruituti fuerint ſubiecta. Tertia verò pars, nempe, ꝙ eadem ſit ratio qn̄ ceſſauit bellum, & nullus eſt rumor, &c. probatur. Qm̄ militant eædem rationes, præſumendumque eſt eiuſmodi mancipia, vel eſſe de numero eorum, quæ bello ſunt capta, vel ex fœminis in eo captis fuiſſe progenita, vel iuſto alio titulo redacta eſſe in ſeruitutem. Ex hac concluſione conſtat de Turcis, aut Mauris, deq; progenitis ex illis, qui venditioni exponuntur, nullam neceſſariam eſſe inquiſitionem, an legitimè redacti ſint in ſeruitutem, quando de aliquo in particulari non ſe offert legitima aliqua dubitandi ratio, an liber ſit.: fuit namque ſemper legitimum bellum Chriſtianis cum his nationibus.

2.Concluſ. Secunda concluſio. In vtraq; Guinea, & in quocunque alio loco, fas eſt emere eum, qui ob ſufficiēs ad id crimen publica authoritate pro loci regimine in ſeruitutem eſt redactus. Ob crimen verò alicuius nefas eſt in ſeruitutē redigere vxorē, aut fratrē, alioſve conſanguineos, aut affines magis remotos, imò neque filios, tam qui ſui ſint iuris, quàm qui in patria ſunt poteſtate, niſi crimen adeò eſſet atrox & fœdum, vt in reipublicæ bonum, atque aliorum exemplum prudentis arbitrio iudicaretur puniendū etiā eſſe ſeruitute filiorum; potiuſque puniendus eſſet in filijs, qui ex eo delicto traherent originem, quam in alijs, raroque erit crimen patris, quòd ſeruitute filiorum iuſtè poſſit puniri, atque adeò ſimpliciter eſt dicendum, illis in locis emi non poſſe filium, qui ob ſolum delictum patris in ſeruitutem ſit redactus.

Quod delictum ſufficiat ad dānādum ſeruitute. Prima pars ex dictis diſp. 33. eſt manifeſta. Hanc autem poſſumus tradere regulam. Crimē, quod inter nos prudentis arbitrio iuſtè puniretur pœna deputationis alicuius ad perpetuò remigandum in triremibus, necnō crimen quod inter nos paulò leniori pœna eſſet dignum, iudicari debet ſufficiens, vt iuſtè aliquis damnetur ſeruituti perpetuæ. Probatur, qm̄ durior multo eſt pœna, miſerandaque magis eſt ſeruitus remigantium in triremibus, quàm ſit ſeruitus communium ſeruorum. Adulterium itaque vxoris alicuius Aethiopum, eſto illi multas habeant vxores, eſſet ſatis, vt tam ipſa, quàm adulter perpetuę ſeruituti damnarentur. Item vis illata pudicitiæ cuiuſque fœminæ. Furtum item rei notabilis pro qualitate regionis, & alia crimina his ſimilia. Furtū verò rei leuis, vt vnius gallinæ, ad id non eſſe ſatis. Niſi forte eſſet experientia inter illos, ea ratione hoīes à furtis cōtineri, & niſi minima furta ita ſeuerè puniātur, ne furta augeri cōtingeret in detrimentū reipublicę. Quēadmodū n. in exercitu non dānamus, minima quæque ſub mortis pœna prohibita, capite plecti, aut ſeruitutem in triremibus, qm̄ id exigit militaris diſciplina, & bonum commune exercitus: ſic ēt quando bonum commune reipublicæ indigeret, vt minima quæque furta ſeuere punirentur, licita eſſet ea pœna, præſertim ſi ante delictū commiſſum, notum omnibus ſit, ſubeundam illi eſſe, qui illud commiſerit. Vnde cū cōpertum experientia ſit, Aethiopes inter nos furti vitio eſſe deditos, audiamuſque quàm rariſſima eſſe furta in locis vnde aſportātur, cum tn̄ longè minor ſit rerum cuſtodia inter illos, quā inter nos; vtique quemadmodum non facilè aſſerendum eſt, iuſtè illis in locis homines ob leuia furta ſeruitute dānari, ita nec temerè id eſt damnandum. Denique ſi ij, qui ob leuia furta ſeruitute perpetua inter illos damnantur, interficiendi ſunt à ſuis, niſi à Luſitanis emantur, emi tunc licitè poſſunt: quandoquidem ea ratione eruuntur à morte, quæ non ſine culpa, pro more regionis illius ſufficiente, foret infligenda.

Reliquum concluſionis ex eo eſt manifeſtū, quòd lumen ipſum naturæ docet, nefas eſſe pro vnius delicto punire alterum omnino innocentem, præſertim tanta pœna, quanta eſt ſeruitutis perpetuæ; niſi forte filiū, dum eſt ſub patria ptāte, pp coniunctionem maximam, q̄ habet cum patre, cuius eſt quaſi pars, & in quo pater ipſe delinquens punitur. Neq; tunc filius innocens eſt puniendus, niſi quam rariſſimè, poſtulāte id bono maximo Reipublicę. Neq; ſcimus toto iure Canonico & Ciuili filiū vnq̄ ſeruituti eſſe dānatum, niſi ſolum illum q naſcitur ex crimine vtriuſque parentis deſiſtere nolentium à damnato, nullo, & ſcādaloſo matrimonio initiati ordinibus ſacris: neq; tunc filius ille dānatur, ut alicui alteri ſeruiat, q̄ Eccleſiæ. Cū ergo fama ſit mercatoreſque ipſi fateātur, inter Aethiopes ob vnius crimē, ēt leuiſſimū, interdū ſeruituti addici filios, vxores, & fratres

fratres delinquentis; ſanè, dũ mãcipia mercatoribus venduntur, interrogare & inquirere tenentur, nũ ob crimen alterius ſint damnata, docereque Aethiopes neque ius naturæ, neque ſanctiſſimã noſtram legem id pati, neque ipſos poſſe ea tuta conſcientia emere, aut poſſidere. Ideq; facere tenentur inquirendo, nũ pater leuiter offenſus filiũ aut vxorẽ vendat, aut ſine aliqua iuſta cauſa: quandoquidem fatẽtur ſæpe Aethiopes ſine iuſta cauſa ꝓprios liberos, & vxores ſe vendere, aliqñ ſola cupiditate obtinẽdi tintinnabulum, aut aliquas alias Luſitanorũ merces. Neque eſt ꝙ mercatores, ſuã excuſantes auaritiam, obtendant, laturos ægrè Aethiopes, ſi de titulis, quib. in ſeruitutem redacta ſint mancipia, quæ ipſis venduntur, interrogent, modoq; prædicto illos admoneãt, quæ liceant, & quæ non. Nullus nãque fert ægrè, ꝙ doceatur ius naturale, ꝙ ipſe ignorat, de eoq; admoneatur multoq; minus id præſumendũ eſt de Aethiopibus, qui Luſitanos ſuſpiciunt; quin potius ædificabũtur, ſuſpicientque ſanctiſſimam noſtram legem, ac religionem, quæ id prohibet, ad eãque afficiẽtur. Quòd ſi mercatores de titulis prędicto modo inquirere nõ velint, cum confiteantur Aethiopes vendere quãplurimos prædicto modo iniuſtè in ſeruos, oĩno à mercatura eiuſmodi mancipiorum abſtineent. Qñ namque ſuſpicio eſt aliquos vendere nõ ſua, abſtinendũ oĩno à negociatione cum illis. Iſque, qui ab illis aliquid tale emit, nõ dicitur poſſeſſor bonæ fidei, quin potius, præter peccatum, quod ab illis emendo committit, tenetur poſtea facere debitam diligentiam, vt ſciat, an res illa legitimè fuerit vendita. Quòd ſi nulla occurrat diligentia, quę ad illud ſciendum poſſit deinceps fieri, adhucque perſeueret dubium, an legitimè fuerit vendita, tunc pro quantitate dubij, quod remanet, incumbit onus reſtituendi partem valoris rei emptæ. In reque propoſita reſtitutio facienda eſt mancipio, cuius eſt libertas, de qua eſt dubium, an legitimè fuerit vendita.

3. Concluſ. Tertia concl. In ijs Indiæ locis, in quibus ſæpe fames admodũ grauiter premit hoĩes infideles, & in quibuſcũque alijs ſimilib. locis, & euentibus, fas eſt accedere cũ annona, aut pecunia, emereq; filios infidelium, vel ẽt parẽtes ipſos, qui ſe voluerint vẽdere in ſeruos. Nefas tñ eſt denegare illis annonam, ſi iuſtum offerant pretiũ, cogereq; illos, vt uendãt libertatẽ; cum tñ fas ſit, ſi unus libertatẽ offerat, & alius pretiũ, nec vtrique poſſit ſubueniri, præponere eũ, qui libertatẽ offert. Nefas ẽt eſt emere ab infidelib. filios, qui ſub eorum ſunt poteſtate, niſi in graui admodum eorum neceſſitate, cui aliter non poſſint cõmodè ſubuenire. Quòd ſi extra eam neceſſitatẽ quis eos emat, tenetur illis reſtituere libertatem, cuius nũquã comparauit dominium, & inſuper pretium obſequiorum, cõmoditatumque omnium, quas ex illis reportauit. Parẽtes tñ ipſos poterit emere extra grauem eorum neceſſitatem, ſi illi ſua ſponte velint ſe ipſos vendere. Filios etiam, qui ſub patria ſunt poteſtate, ſi doli ſint capaces, aptique ad celebrandũ contractum, poterit extra grauem eorum & parentum neceſſitatẽ emere, de eorum & parentum libera voluntate: modo tamen eo in loco non ſit lex, quę contractum talium filiorum irritum faciat.

Prima pars huius cõcluſionis manifeſta eſt ex ijs quæ diſput. 33. dicta ſunt. In graui namque neceſſitate, & parentes ſe ipſos, & filios, qui in ipſorũ ſunt poteſtate, licet vendere. Locutus ſum de graui infidelium neceſſitate: quoniam cum ſeruitus ſub Chriſtianorum poteſtate in bonum ipſorum ſpirituale cedat, charitas eſt libertatem eorum emere, vt ea occaſione Chriſtiani fiant. Quòd ſi Chriſtiani eſſent, lex charitatis poſtularet, non ſolum vt liberi relinquerentur, ſed etiam vt mere gratis ſæpe eis ſubueniretur, vt eadem diſputatione dictum eſt.

A Secunda pars, nempe nefas eſſe cogere illos, vt libertatem vendant, ſi iuſtum pro annona offerãt pretium, fas tamen eſſe præponere eum, qui offerret libertatem, quando vtrique non poſſet ſubueniri, probatur. Quoniam tyrannidem quandam contra proximi charitatem aperte ſonat, venditorem iuſto pretio pro annona, qua proximus indiget, non contentum, velle vlterius extorquere libertatem. Quando autem vtrique non poſſet ſubueniri, cum ſeruitus, & in maius commodum venditoris annonæ cedat, & in ſalutem ſpiritualem infidelis, præponi is optime poſſet, qui libertatem in pretium offerret.

Tertia pars, nempe nefas eſſe emere filios ab infidelibus niſi in graui eorum neceſſitate, ex eo eſt manifeſta, ꝙ extra illam, naturale ius talem poteſtatem parentib. deneget: neque poſitiuum ius eam contra filiorum bonum poteſt tribuere, licet eam poſſit arctare. Vt autem diſput. 33. dicebamus, vbi ius Cæſareum non viget, matres ẽt patribus nõ renuentibus,
B vendere poſſunt filios, vt ſæpe in India, fame graſſante, vendere eos ſolent. Aes ſolum alienum nõ eſt ſufficiens cauſa, vt pater filium vendere poſſit, vt à debito liberetur, niſi quãdo, iuxta morem patriæ, pater iuſtè vel iniuſtè ſeruituti pro debito eſſet ſubijciendus, aut grauiſſimo alio malo afficiendus: tunc enim, vt ab eo periculo, iuſtè vel iniuſte imminente, ſe liberaret, poſſet filium ſeruituti mancipare.

Quarta pars, videlicet, ſi quis extra grauem parentum neceſſitatem eos emat, teneri reſtituere illis libertatem, cum alijs quæ ibi ſubijciũtur, ex eo eſt manifeſta, ꝙ contractus patris in eo euentu ſit nullus, vtpote extra limites paternæ poteſtatis celebratus, ac proinde filii libertatem ſuã non amittant, cuius ſunt domini. Eo autem ipſo, ꝙ quis hoĩe libero tanquam mancipio vtatur, tenetur reſtituere obſequia, & emolumenta, quæ ex illo percepit, quatenus ex illis factus eſt locupletior dumtaxat, ſi bona oĩno fide,
C vere credens ſuum eſſe mancipiũ, eo vſus eſt: integre aũt ſi mala fide eo eſt vſus, vt ĩferius dicemus.

Reliquũ verò cõcluſionis ex eo eſt manifeſtũ, ꝙ cum vnuſquiſque dñs ſit ſuæ libertatis, libere põt eã vendere, ẽt extra grauem neceſſitatẽ, imò & ſine vlla neceſſitate, tametſi peccet eã prodigendo, vt diſp. 33. dictũ eſt. Quare ſi legib. loci, in quo cõtractus celebratur, irritus nõ ſit, validus erit. Idéque eſt de cõtractu & conſenſu filii doli capacis, patris ẽt accedẽte cõſenſu: modo legib. eius loci maior aliqua authoritas neceſſaria non ſit vt contractus ille validus ſit.

Tota hæc concluſio in aliquib. Indiæ locis q̃ ſæpiſſimè habet locum. Aduertendum verò eſt, qñ rumor eſt, multos afferri ad vendendum, qui filii non ſunt vendentium, ſed ſunt furto ablati, vel in euẽtu aliquo particulari indicia & coniecturæ occurrunt, quib. id merito eſt timendum, nefas eſſe emere eos,
D qui ita offeruntur, niſi prius fiat ſufficiens examen, cõſtetque moraliter emẽti, illum iuſte vendi. Quòd ſi aliter ematur, tenetur emptor ad ea oĩa, quæ in calce 2. concluſionis dicta ſunt. Idemque eſt, ſi qñ non eſt fames, neque conſtat de graui patris aut matris neceſſitate, à patre aut matre filium quis emat. Atque in locis Indiæ confeſſarii hac de re examinare tenentur pœnitentes, quãdo occurrit aliquis de quo ex qualitate ſtatus, modiſque negociationis, pręſumptio eſt, illum mancipia ab infidelibus emiſſe.

Circa pretiũ ẽt, quo eiuſmodi mãcipia emuntur, necnõ ea, quæ ex Guinea, præſertim inferiori, aſportantur, eſt non leuis ſcrupulus. Emũtur namque in aliquib. Indiæ locis de manu parentum, interdum pretio quatuor aut ſex regaliũ argẽti. Itẽ in Guinea vno ſpeculo ex iis, quibus pauperes fœminæ inter nos vtuntur, vel paulò pluribus mercibus, ſemicubito panni cærulei, viridis, aut rubei coloris. Aliis mercibus ex vitro, aut auricalcho confectis, quæ parui

apud nos pendūtur, ſimilibuſque alijs rebus quę inter illos æſtimātur, adeò vt interdū mancipium non pluris conſtet mercatori, quā nūmo vno auri, aut ēt minori pretio. Hæc ita eſſe non diffitentur mercatores,teſtimonioq; eſſe poſſunt tributa,quæ ex illis regi ſolui ſupra commemorauimus;& ꝙ tam mercatores ipſi, quàm illi alij, quos pōberos aut Tāgomaos appellant,qui vt plurimum emunt immediatè mancipia ab Aethiopibus, & iterum vēdunt mercatoribus,in hac negociatione multū lucrantur:præterea, ꝙ ſumptus faciant,in annona mancipiorum dum ea aſportant,& quouſque ea in hoc regno vendunt, & ꝙ multa eorum, antequàm vel ad hoc regnum perueniant, vel vendantur, vel moriantur: hæc autem omnia eſſe non poſſunt, niſi viliſſimo pretio vendātur in Aethiopia. Præterea,cū loca illa calidiſſima, moleſta,minimeque ſalubria ſint,ad ea nequaquam mercatores,niſi ſpe ingentis lucri accederent.

Ego negationem hanc in Guinea ex hoc capite damnare non auderem,neq; legi hactenus, qui eam damnet, aut in dubium ex hoc capite eam reuocet. Ratio eſt,quoniā res illæ,licet inter nos vilipendantur apud illos tamē ob penuriam & raritatem plurimi ęſtimantur,tametſi ad id conferat rudis,agreſtiſque ipſorum natura. Præterea tranſportatio earum tam longo maris tractu, tanta moleſtia & periculis, earum pretium multum in illis meritò auget, poſito, quòd Aethiopes illis rebus delectētur, ac proinde eas velint emere. Item abundantia mācipiorum, quæ illis in locis vendenda exponuntur, vilius multò efficit illorum pretium,quàm ſi pauciora venderentur. Item ſumptus faciendi in mancipijs aſportandis,moleſtia, & periculum in eiſdem afferendis, tum ne mancipia ipſa, tum etiam ne mercatores ipſi pereant, meritò mercatorum comparatione, vilius multo facit pretium illorum, quàm ſi hæc omnia nō interuenirent. Neque hac in re attendi debet valor hominis, qua homo eſt, neque item quatenus Chriſti ſanguine eſt redemptus, vt quidā de negociatione hac admirans, eamque hac ſola ratione ſuſpectam habens,obijciebat: ſed cōmoditas,quæ à mercatore ex mancipio aſportando percipitur.

Quare dūmodò iuxta valorem,æſtimationemve, tam mancipiorum, quàm mercium in eo loco,commutatio fiat,non iudico ex hoc capite negociationē hanc eſſe damnandam,interim dum aliud non mihi elucet: præſertim cum tam longo tempore, nemine ſcrupulum injciente, ſit introducta,nec vlla in contrarium vrgens ratio ſeſe offerat. His omnibus accedit, Aethiopes ipſos inter ſe mācipia vēdere pro rebus viliſſimis illius regionis, quæ tamen ab eis æſtimantur,vt pro pilis Elephantorū,quę collo ornatus cauſa appendant, pro dentibus panterarum,quæ ſimiliter collo appēdant, & pro alijs ſimilibus rebus.

De illis alijs,quæ in India vili illo pretio venduntur, ſi id eſſet,quia annona, quæ à mercatore aſportatur, quam pro mancipio commutat, licet in loco vnde aſportatur mercatori ſolum quatuor,ſexve regalibus argenteis conſtaret, nihilominus maris longo tractu delata propter illius penuriam in loco, in quo mancipium venditur, multo valeret, non adeò eſſet mirandum. Verumtamen audio mācipia eiuſmodi vendi in commutationem pro ipſis nummis argenteis modici illius valoris relati.

Vt ergo, qui tam longè ab illis locis diſtamus aliquid de hac re,iuxta ea quæ ad aures noſtras peruenerunt,dicamus,ſciendum eſt. In regno Cambaiæ, in quo inter alia regna hæc mancipia emi conſueuerunt, ſolere pueros vendi à parentibus fame nō multum premente, cum non ſint multi, qui neceſſitate compulſi filios ſuos vendant, ſex, octo, aut decem pardaos, vt vocant(deeſt huic nummo ad valorem eius aurei nummi, quem Luſitanè cruzado, Hiſpa-

A ne verò ducado appellamus, quarta pars)delati verò huiuſmodi pueri ad ea Indiæ loca, quæ ditionis regis Luſitanię ſunt,vendi conſueuerunt alijs Luſitanis, quindecim, viginti, viginti quinque, triginta, quadraginta,& interdum quinquaginta huiuſmodi nummis, quos pardaos vocant,pro qualitate puerorum. Quādo verò multa viget fames in regno Cambaiæ,multique ſunt, qui neceſſitate preſſi filios ſuos vendant,pretium admodum minuere conſueuerūt, ne & ipſi, & filij pariter pereant: & tunc interdum eos vendunt viliſſimo illo pretio,non ſolum Luſitanis, ſed etiam Mahumetanis, alijſque infidelibus, in ſpirituale detrimentum puerorum.

His poſitis,dico in primis. Quādo cōe puerorum pretium nō eſt illud vile,ſed aliud longè maius, nec eſt aliqua peculiaris rō,quare puer aliquis maiori pretio,quam alij ematur(vt eſſet ſi vita illius periclitaretur multū, aut eſſent faciendi magni ſumptus in illo curando & nutriendo,periretque ſi in parentum po-
B teſtate relinqueretur,&c.) vtique ſi puer vili illo pretio ematur,emptionem eſſe iniuſtam,emptoremque in conſcientia teneri, puerum libertate donare, non plura obſequia ab eo exigendo,neque longiori tempore quàm pro quantitate pretij, quo illum comparauit. Neque inſcientiam venditoris,neque illius neceſſitatem excuſare emptorem, quin & peccauerit puerum emendo vili illo pretio, & teneatur modo explicato reſtituere illi libertatē, qn̄ cōis neceſſitas, abundātiaque venditorum non effecit: vt illud eſſet cōe pretium puerorum tunc in illa regione. Imò dico, quando aliunde non conſtaret venditorē parentem eſſe pueri, præſumendum ex tam vili pretio eſſe, puerum furtiuum eſſe. Ea autem præſumptio, ſi emptionis tēpore adfuit, ita vt emptor à principio non fuerit bonæ fidei poſſeſſor, non ſolum emptorem obligaret, vt moralem efficeret diligentiam ad ſciendum, an puer eſſet furtiuus, ſed etiam, ſi nihil
C certi pro vtraque parte comperiret,vt pro quantitate dubij, an puer furtiuus eſſet, minueret de tempore,quo alioquin puer pro pretio ſeruire tenebatur.

Illud deinde addo, nempe, ſi ſpectata cōi hominum neceſſitate,& multitudine eorū,qui filios ſuos vendendos exponebant,illud erat cōe tunc pretium puerorū in ea regione,quāuis de iuſtitiæ rigore non auderem cogere emptores, vt pueros vili illo pretio cōparatos libertate donarent, cōtenti vt ad tempus ſolū ſeruirent,maius,vel minus,pro quantitate pretij:nihilominus proximi charitate,præſertim quę in Chriſtianis eſſe debet,maximè ad fidei domeſticos, poſtulante, vt pueri illi poſtquam baptiſmo fuerint abluti,nō poſſideantur vt ſerui perpetui,atque adeò vt non vendantur alijs vt mancipia,ſed vel ad tēpus aliquod, vel ad vitam ſolū eos emētium, eis vtantur tanquā famulis,prout fuerit pretiū,ꝙ pro illis dederunt,attentiſq; alijs circūſtantijs cōcurrentibus:at-
D que ita audio viros religioſos,& timoratos conſulere,quin & præcipere in India,qn̄ quid ſimile in confeſſionibus,aut extra confeſſiones cōperiunt. Prior pars ex eo probatur, ꝙ illud ſit tūc cōe & iuſtū pretium mercis illius in ea regione,attentis circūſtantiis cōcurrētibus. Secūda verò pars alia nō indiget probatione:nihilominus non auderē,poſtquam de iuſtitiæ rigore dn̄ium vili illo pretio eſt comparatum,ad id præcepto cogere,renuentiq; abſolutionem denegare,aut ei,qui puerum ita emptum alteri longe maiori pretio vendidiſſet, iniungere reſtitutionem,ſed ſolum illi ſuaderem,vt ſi cum domino mancipij efficere commode poſſet,vt,accepta pretij parte,poſt certum tempus illud manumitteret,id efficeret.

Enimuerò antequā quartam cōcluſionem ſubijciamus,duo ſunt nobis dubia examinanda. Dubium. Primum eſt, an quando facta morali diligentia (ſi quæ fieri poſſit) externis non conſtat, vtra duarum Rerumpublica-

publicarum inter ſe bellum gerentium, iuſtum bellum adminiſtret, ſed res anceps eſt, vnde merito externis eſt præſumendum, vtramque, ſi non materialiter, cum id fieri nequeat, certe formaliter aduerſus alteram gerere iuſtum bellum, quia Chriſtianorum Reſpublicæ ſunt, credendumque eſt, vtramque partem belli cauſam accuratè expendiſſe, & ex doctorũ virorum conſilio bellum gerere, cum res morales ſæpenumero dubiæ ſint, plurimæq; dentur opiniones pro vtraque parte veriſimiles, an, inquam, tunc fas ſit externis hominibus, emere ab vnaquaq; illarum Rerumpubl. tum res alias mobiles, quas milites bello ceperint, tum ēt captiuos. Demus enim, diſputationis gratia, Chriſtianos, à Chriſtianis captos, poſſe in ſeruitutem redigi. Ad quam dubitationem, ſaluo meliori iudicio, reſpondendum eſt. Licitè quidē illiuſmodi res emi & retineri poſſe, modo, qui emit, paratus ſit eo ipſo, quod de belli iniuſtitia, illius Reipublicæ, à qua illas res emit, ipſi fuerit exploratum, talia mancipia libera relinquere, illiſque perſoluere ſeruitia & commoda, quę ex eis perceperit, quatenus inde factus fuerit locupletior, ſi venditor eiſdem mācipijs non plene ſatisfecerit; & ſimili ratione, modo paratus ſit reddere res alias, aut ſi illæ non ſuperſint, reddere ſi quid ex illis factus ſit locupletior, & inſuper, modo animũ habeat, vt quoties occaſio & ſpes ſe obtulerit ſciendi, an bellum ex parte talis Reipublicæ fuerit iniuſtum, id inquirere ſtudeat.

Reſponſio.

Couarruuias Regula peccatũ, parte 2. §. 11. a nu. 6. arbitratur, iure Cæſareo vtramque Rempublicam ita bellantium comparare dominium rerum, quas milites bello capiunt, eaque de cauſa iure Cæſareo conſtitutum eſſe, vt ſi noſtri milites, etiam durante eodē numero bello, eademq; belli cauſa, quippiam mobile recuperent ab hoſtibus, fiat militum capientium, nec teneantur illud reſtituere prioribus dominis, à quibus hoſtes illud acceperant. Exceptis tamē quibuſdam rebus, quibus ius Cæſareũ priuilegium poſtliminij conceſſit, hoc eſt, quod eo ipſo, quod ad noſtros limites regrederentur, redirent ad ſtatum, in quo erant, antequam ad manus hoſtium deuenirent, atque adeo earum dominium ad eos pertineret, quorum erant, antequam ab hoſtibus caperentur: Ait namque Couar. licet quemadmodum cum fur aliquid furto accipit, nec ipſe comparat dominium illius, neque antiquus dominus illud amittit, eaque de cauſa ad quæcunque res illa quocumque titulo perueniat, reſtituenda eſt antiquo domino: ſic etiam qñ de iniuſtitia belli ex parte illius Reipublicę cōſtat, quicquid eius milites ex contraria Republica capiant, illius non comparent dominium, ſed apud eos maneat, quorum erant ea bona, atque ita, ſi illa bello recuperentur, non fiant recuperantium, ſed reſtituenda ſint prioribus dominis; nihilominus qñ vtraque Reſpublica arbitratur ſe iuſtum gerere bellum, id locum non habere, ſed ſemper quicquid bello capitur, fieri capiētis. Atq; hac ratione ait, Romanos prudenter arbitrantes, ſicut ipſi bella dumtaxat iuſta inferre intendebant, ſic quoque bellum poſſe eſſe iuſtum ex parte aduerſariorum, ius illud conſtituiſſe, nempe, ꝙ bello capta fierent capientiũ, exceptis nonnullis rebus, quibus iuſtis aliquibus de cauſis priuilegium poſtliminij conceſſerunt. Sane iura multa Cæſarea, quæ in materia de bello referemus, id aperte ſonant: quare ius Cæſareum noſtram ſententiam confirmare videtur. Quia tamen re ipſa, quemadmodum fieri nequit, vt bellum ſit materialiter iuſtum ex vtraque parte: ita etiam fieri nequit, vt ex vtraque parte dominium comparetur earum rerum, quæ eo bello capiuntur, ſed ſolum ex parte eorum, quorum eſt iuſtitia; ex parte verò aliorum, licet inuincibiliter ignorent ſe iniuſtum bellum gerere, nulla ratione poſſint re ipſa dominium compa-

A rare, ſed ſolum ex eorum præſumptione & exiſtimatione, nefaſque omnino eſt Rempublicam aliquam tale bellum mouere, vt præſumere debeat, aut tuta conſcientia poſſit, aduerſarios perinde comparare dominium rerum, quas eo bello capiunt, ac comparent homines, qui de ipſa ſunt; ſane non arbitror iura illa in foro conſcientiæ vllam vim habere, imo neque in exteriori foro inter Chriſtianos, vt in materia de bello dicemus: quo fit, vt iura illa, meo iudicio, nihil efficiant ad noſtram ſententiam comprobandam, ſed aliunde oſtendenda ſit.

Ratio, quæ eā mihi perſuadet, hæc eſt. Quoniam vnaquæque illarum Rerumpublicarum, ſiue ſimul materialiter habeat iuſtum bellum, ſiue non, interim dum ſibi perſuadet bellũ ex parte ſua eſſe iuſtum, licite poteſt retinere bona ita capta, poſſidereque illa, vt ſua, quin etiam ſubditi cuiuſque illarum Rerumpublicarum interim dum princeps bellum illud gerit, eſto merito de iuſtitia belli dubitent, dummo-
B do tamen de iuſtitia eis non conſtet, non ſolum licite pugnant, ſed etiam, iuſſi à principe, tenentur pugnare, liciteque retinent quæ tali bello comparant, vt in materia de bello oſtendemus: ergo dum illi eiuſmodi res licitè, vt ſuas, poſſident, fas erit vnicuiq; illud idem ius ab eis emere, reſque cum eodem onere, vt ſcilicet cum primum de iniuſtitia belli conſtiterit, eas reſtituant, ſimili modo poſſidere. Confirmatur: quoniam id in nullum damnum, quin potius in non mediocre hominum contrariæ Reipublicæ commodum cedit: quandoquidem ea ratione multiplicantur homines, qui eo ipſo, quod de belli iniuſtitia innotuerit, tenentur ſinguli integre res illas eis reſtituere, quique oblata ſpe & occaſione agnoſcendi iniuſtitiam belli, eam tenentur inueſtigare, vt res ablatas dominis reſtituant.

Secundum dubium eſt, An quando externis conſtat duas aliquas Reſpublicas in hoc ſenſu inique Dubium.
C pugnare, quod neque de iuſtitia, aut iniuſtitia belli quicquam curant, ſed vtraq; conatur, ſiue iure ſiue iniuria, alteram ſpoliare, ſibiq; ſubiicere, qua de cauſa paciſci cum hoſtibus recuſant, ſed perſeuerare in bello volunt, ſeque mutuò iniurijs afficere, qualia verendũ eſt ne ſint multa infidelium, barbarorũ pręſertim bella, vtrum, inquam, capta tunc vtrinq; efficiantur capientium, atque adeo homines vtrinq; eo bello capti ſerui capientium fiant, poſſintque ab externis tuta conſcientia emi in ſeruos perpetuos.

Ad hoc dubium, ſaluo meliori iudicio, dicendum arbitror, quamuis durum videatur admittere, bello ita iniuſto capta fieri capientium: nihilominus quando id ita de vtraque Republica conſtaret, non eſſe improbabile fieri capientium, poſſeque externos illa emere; ſaltem poſt emptionem non auderem pręcipere ementibus, vt illa reſtituerent: ſicut neque ante emptionem genus illud mercaturæ conſulerem. Reſponſio.
D Ducor autem ad hoc probabiliter exiſtimandum. In primis, quoniam licet Reſpublicæ illę lethaliter peccent ita præliando, quintumque decalogi pręceptum tranſgrediantur quoties aliquem interficiunt, nefaſque ſit cuiquam externorum partem alteram adiuuare, imò peruerſus ſit contractus, aut quaſi contractus, quo tacito vel expreſſo conſenſu mutuo volunt, vt capta vtrinque ſint capientium, & vt quæ Reſpublica præualuerit, alteram ſibi ſubijciat; non ſecus ac peruerſus contractus eſt, quo aliquis cum aliqua de pretio paciſcitur, vt copiam ſui corporis contra ſextum decalogi præceptum efficiat, aut quo aliquis cum aliquo paciſcitur, vt alium iniuſte interficiat: nihilominus contractus eſt æqualis vtrinque, eaque ratione, quemadmodum in pacto de fornicatione, aut de altero iniuſte interficiendo, paciſcentes tenentur re integra deſiſtere à contractu, ſi tamen vel fœmina copiam ſui effecit, vel ille alius

alterũ inique interfecit, de iuſtitia debetur illis pre-
tium quod re uera ſuũ efficiunt, dũ in illius poſſeſ-
ſioné mittuntur: ſic ẽt, licet eo modo iniquo bellãtes
teneantur ſp à bello deſiſtere; quę tñ capiunt ſua effi-
ciunt, ex iniquo illo, attamẽ æquali, tacito vel expreſ-
ſo contractu. Quin, ſi vna illarum Rerum publicarũ,
ita inique bellantium, alterã penè deuictam haberet
deuicta verò pacem peteret, ſane licet ea quæ vince-
ret, in eo ſenſu teneretur à bello deſiſtere, ꝙ nullum
poſſet iuſte interficere, iuſte tñ ſpoliare & ſubijcere
ſibi poſſet aduerſarios, eo ꝙ aduerſarij idem erga ip
ſam in eo euentu ſimiliter feciſſent: & poſt factũ iu-
ſte, vi illius taciti & æqualis contractus, id ꝙ accipe-
ret, poſſideret. Ducor deinde, non ſolum quia, vt di
ctum eſt, æqualis eſt vtriuſq; Reip. conditio, ſed qm̃
cum vtrinque & fiant, & facta ſint damna ac iniu-
riæ, & neutra pars parata ſit ad reſtituenda damna
alteri, ſane vnuſquiſque ex tacito vel expreſſo cõſen
ſu ſuæ Reipub. retinere ſibi poterit capta ab hoſti-
bus eo bello in recõpenſationem damnorum, quæ
hoſtes ſuæ Reipub. intulerunt, paratique ſunt dein-
ceps inferre. Durum namque profectò eſſet, præci-
pere vnicuique ita bellantium reſtituere hoſtib. quæ
ab eis accepit, & damna, quæ intulit, cum hoſtium
Reſpublica neque velit, neque parata ſit reſtituere
viciſſim, quæ accepit, & damna, quæ intulit. Quòd
ſi eiuſmodi homines licite ſibi retinere poſſint, quæ
bello ita iniquo acceperunt: ſane vnuſquiſque exter
nus licite emere ab eis poterit ius illud, quod in res
eiuſmodi compararunt, eaſque ſimili modo poſſide
re. Fortè non deerit, qui ex hoc capite ſedare velit
conſcientias ementium mancipia ab infidelibus in
vtraque Guinea, & in Cafreria, eaque in hoc regnũ,
& ad alia loca aſportantium, negotiationẽque hanc
iuſtam ac licitam proferre audeat.

4.Concl. Sit nihilominus 4. concl. Mihi longè veriſimilius
eſt, negotiationem hanc ementium eiuſmodi man-
cipia ab infidelib. illis in locis, eaque inde aſportan
tium, iniuſtam, iniquamque eſſe, omneſq; qui illam
exercent, lethaliter peccare, eſſeque in ſtatu dãnatio
nis æternæ, niſi quem inuincibilis ignorantia excu-
ſet, in qua neminem eorum eſſe affirmare auderem.
Regem præterea, & oẽs, qui regni clauum in manu
tenent, necnon Epiſcopos promontorij viridis, &
Inſulæ D. Th. & qui horum omnium confeſſiones
audiunt, ſingulos in ſuo gradu & ordine, teneri cu-
rare, vt res hæc examinetur, & ſtatuatur quid liceat,
& quid non liceat, & vt iniuſtitiæ in poſterũ effica-
citer reſecentur: niſi eis aliquid, ꝙ me lateat, ī facto
ipſo innoteſcat, aut principia alia eis eluceant, q̃ ego
ignorem. Ducor, qm̃ lethale eſt peccatum, non ſolũ
contra charitatem, ſed ẽt contra iuſtitiam, cum one-
re reſtituẽdi, emere ea, de quibus veriſimilis eſt præ
ſumptio, aut eſſe meritò debet (q̃uis auaritia obcæ-
cante de ea non curetur) titulo iniuſto eſſe cõparata;
nec eſſe vendentium, vt ſi quis ea emat, de quibus ve
riſimiliter debet preſumere ea eſſe furto comparata,
ſane, ſi ſine præuio examine, quo certo comperiatur
non eſſe furto comparata, illa quis emat, vt ſibi oĩno
retineat, lethaliter peccat, neque eſt à principio bo-
næ fidei poſſeſſor, ſed tenetur poſtea facere debitam
diligentiam, vt comperiat, an res empta aliena ſit, eo
que comperto, tenetur integre eam reſtituere, ꝙ ſi
nihil certi cõperire valeat, pro quãtitate dubij rema
nentis, an aliena ſit, tenetur partẽ valoris illius, maio
rem vel minorem pro quãtitate dubii, reſtituere, cũ
ergo ex his, quæ hac & præcedente diſputatione di-
cta ſunt, & ex iis, quæ iã nunc expendemus, meritò
quicunque illis in locis eiuſmodi mãcipia ab infide
libus emit, debeat ſibi perſuadere, vt plurimum ſine
iuſto titulo in ſeruitutem eſſe redacta: efficitur vt e-
mendo illa, ſine vlla inquiſitione de titulo, quo ſer-
uituti ſint ſubiecta, & ſine iuſta cauſa depellẽdi præ

A ſumptionem, quæ eſt, aut eſſe debet in contrarium,
lethaliter peccet, neque incipiat bona fide poſſidere
ſed teneatur, quoties ſe occaſio obtulerit, veritatem
inquirere, quòd ſi nõ ſe offerat, vt regulariter ſe nõ
offeret, teneatur reſtituere mancipio (in cuius liber
tatis detrimentum emptio facta eſt) pro quantitate
dubii, aut præſumptionis remanentis: non quidem
partem valoris mancipii, ſed partem eius, ꝙ ſua mã
cipii, ſcilicet intererat, liberum eſſe, quòd ſane lõgè
plus eſt, q̃ commodum ꝙ alii ex ipſius ſeruitute re-
portant, atque adeo quã valor mancipii aliorũ com-
paratione. Dixi, ſed partem eius, ꝙ ſua, mancipii ſci
licet intererat, liberum eſſe: quoniam illud eſt dam-
nũ, quòd mancipio intulit, quodque illi eſt reſtituen
dum, & non ualor illius præciſe, vt aliis ſeruiat.

Solùm reſtat vt probemus minorem totius huius
progreſsus, nempe unumquemque emẽtium illis in
locis mancipia de manu infidelium ſibi perſuadere
debere, vt plurimum, titulo iniuſto eſse redacta in
B ſeruitutem, expendendo nonnulla. Atque vt altius
principiũ petamus, illud in primis pono. Cõem eſse
doctorũ concluſionem, q̃ in materia de bello oſten
demus, nefas eſse externis quãcunque duarum Re-
rumpub. bellum inter ſe gerentiũ, adiuuare prælian
do aduerſus alterã, interim dum eſt dubium, vtra ea
rum iuſtã belli cauſam habeat aduerſus alteram; ea
demque ratione nefas illis eſse, ſine vlla prorſus in-
quiſitione de iuſtitia belli, vtramuis illarum adiuua
re, propter periculum, quod eſt, ne, ſi iuſtitia alterã
Rempub. tueatur, iniuria illi inferatur pręliando ita
aduerſus eã. Vnde Doct. meritò affirmant, quoties,
ſine præuia inquiſitione, externi ita præliãtur: letha
liter peccare, non ſolum contra charitatem, ſed etiã
contra iuſtitiam: nec cenſeri bonę fidei poſseſsores
eorum, quæ eo bello capiunt, ſed teneri poſtea inqui
rere de iniuſtitia belli, illaque comperta, teneri inte
gre reſtituere, quę ita occuparunt, & inſuper omnia
C damna, quæ intulerunt: quòd ſi neque de iuſtitia, ne
que de iniuſtitia belli poſſit quicquam eſse certum,
teneri pro quantitate dubii reſtituere partem dam-
norum, & partem eorum quæ acceperunt, etiamſi il
la non ſuperſint, neque ex eis facti ſint locupletio-
res, idque propter iniuſtitiæ peccatum, quod præ-
liando eo modo commiſerunt.

Hoc poſito, dico. Sicut illi ea de cauſa lethaliter
peccant contra iuſtitiam, nec cenſentur bonæ fidei
poſseſsores eorum, quæ tali bello capiunt, reſtituere
que tenentur modo explicato: ſic quoque externi,
qui, ſine vlla inquiſitione de iuſtitia belli, promiſcue
ab vtraque Rerumpub. inter ſe bellantium capta in
bello emunt, prærertimque mancipia titulo talis bel
li in ſeruitutem redacta, lethaliter peccare contra iu
ſtitiam, propter periculum, cui ſe exponunt, emendi
ea, quæ ementium non ſunt, emendique, in grauiſſi-
mam mancipiorum iniuriam, ſeruitutem, ſeu potius
D libertatem, quam capti homines non amiſerunt, &
cuius dominium retinent, tenerique ſimiliter modo
explicato eam mancipiis ipſis reſtituere. Atque hoc
ſolum ſatis eſse deberet ad damnãdam lethalis pec-
cati iniuſtitiæ negociationem mancipiorum, de qua
diſputamus: cum nullam inter Aethiopes inquiſi-
tionem Luſitani faciant de iuſtitia belli, neque de
aliis titulis, quibus mancipia, quæ ipſis venduntur,
in ſeruitutem ſint redacta, ſed promiſcuè emant,
quæcumque ad eos afferunt.

Sed iam ad Aethiopum bella veniamus. Sanè
quam rariſſimè præſumendũ eſt ea iuſta eſse. Ete-
nim, qui ſe inter eos potentiores arbitrantur, alios
iniuſte inuadunt, & opprimere conantur: atque hi
ſunt, q̃ maiores mancipiorũ venalium prędas aſpor
tant, aliis iniuriam ſuſtinentibus, mãcipiiſque ipſis,
iniuſte ſuã libertatem amittentibus. Narrauit mihi
quidã dignus fide, qui inter Cafres longo tempore

fuerat

fuerat verſatus, quique parum ſcrupuli in emendis eiuſmodi mácipijs habebat, eſſe in ea regione inter alios quendam veluti regem, qui ſubditos audaces & præferoces habebat quos cæteri multũ timebãt, huncque vt magnam mancipiorũ copiam quæſtus gratia cogeret, conſueuiſſe de nocte in loca circunuicina impetum facere, militibus in varios pagos diſtributis, ita. ſ. vt alij in pagum vnum, alij verò in alium confertim irruerent. Vbi verò ad proxima loca ventum eſt, & iam colloquijs apta, vocem quàm maxime contẽdere ac proclamare, ſe adueniſſe, admonereque vt ſibi conſulant, & aduertant, quanto ſint ipſi armis ſuperiores, potentioreſq; illis, foreq; vt, niſi tot in ſeruitutem tradant, oẽs internecionẽ ferant; tunc miſeros illos, perterritos ne oẽs cædantur, ingredi domum, & hunc exponere extra domum filium vel filiam, & claudere oſtium, alium vnam ex vxoribus, &c. eoq; modo captiuos duci ac vendi. Comes patris noſtri Gondiſalui a Sylueira, inter alios illorum hoĩum mores, quos ad nos ſcripſit, referebat, tantam eorum eſſe barbariem, vt qui ab vno eſſet ſpoliatus, alium longe diuerſum diriperet, ſolum obtendens, ſe quoque ab alijs eſſe ſpoliatum. Ex quibus patet, q̃ raro præſumendum ſit eſſe bella iuſta inter Aethiopes, vt ſine vllo prorſus examine tuta conſcientia mercatores emere ab illis poſſint mancipia belli titulo in ſeruitutem redacta.

Multo autem minus credendũ eſt, inter Aethiopes eſſe bella de communi quaſi conſenſu, & pacto tacito & iniquo diuerſarum Rerumpublicarum mutuo inuicem bellare volentium, iuxta ea quæ dubio 2. ante quartam concluſionem dicta ſunt, vt mercatores, vel illo lubrico & ſcrupuloſo modo, nũquã ante factum conſulendo, obtendere poſſint, ſe iuſte emere mancipia belli titulo comparata. Neque ſi veriſimilis aliqua eſſet coniectura, eſſe interdũ eiuſmodi bella inter Aethiopes, mercatoribuſq; daremus fas illis eſſe emere mancipia eiuſmodi bello comparata, poſſent licite ac iuſte ea emere, anteaquàm illis conſtaret, ea, quæ in particulari emunt, tali bello, aut aliquo alio iuſto, in ſeruitutem eſſe redacta: quin ſi, ſine vlla inquiſitione, aut in dubio, an iuſtè in ſeruitutem eſſent redacta, illi emerent, & lethaliter contra charitatem ac iuſtitiam peccarent, & reſtituere tenerentur modo ſupra explicato.

Quod de Aethiopum bellis, quibus ordinarie capiunt mancipia, quæ Luſitanis vendunt, præſumendum eſſe arbitror (iuxta ea, quæ mercatores ipſi, nulla tormentorum vi coacti, dum interrogantur, reſpondent) eſt, potius illa eſſe latrocinia, quam bella. Etenim dum Luſitanorum nauigia eo appellunt, aut anteaquam appellunt, vt ea parata habeant, ij, qui in quibuſdam pagis ſub vno domino degunt, accedunt de nocte, aut aliquo alio tempore, ex lociſque finitimis prædas agunt, & mancipia, quæ vi capiunt, ſecum abducunt, raroque exercitus congregant, & collatis ſignis congrediuntur. Neq; propugnacula habent, aut oppida aliter, q̃ vallis, aut arboribus, munita. Quin & negotiatio hæc Luſitanorum occaſio, incitamentumq; videtur illis eſſe, exercendi inter ſe eiuſmodi hominum prædas, aut certe longe frequentius, atque in maiori hominum numero, quam ſi nõ eſſet ea negotiatio, idque præſertim in vtraque Guinea, ad quam Mahumetani mercatores non accedunt, neque ſcimus qui alij hoc negotiationis genus illis in locis exerceant, quàm noſtri. Id ꝙ negociationem quoque inficit atque damnat.

Quod ſi his adijcias, mancipia quæ interdum vẽdenda afferuntur, non quidẽ capta ex alienis pagis, ſed furtim accepta ex oppidis ipſorummet capientium, & præterea, q̃ multa alia mancipia his in locis Luſitanis vẽdantur, ſine crimine ad perpetuam ſeruitutem ſufficiente, & ſine iuſta cauſa à proprijs parentibus, & maritis, & à pagorum domini ſeruituti ipſorum venditione ſubiecta, q̃ multa vendi conſtat, tum ex dictis concl. 2. & diſputatione præcedente, iunctis ijs quæ concl. 3. addita ſunt, tum etiam ex ipſorummet mercatorum confeſſione, inuenies ſatis probatam minorem illam propoſitionem, ad quã probandam tam multa dicta ſunt, ſimul etiam probatam inuenies 4. ipſam concluſionem.

Hoc loco nihil de ſæuitia dicam, qua interdum eiuſmodi mancipia tractantur, dum ab illis, quos Tangoſmaos aut pomberos appellant, ab interioribus locis ad nauigia aſportantur. Fertur enim præſcindi interdum brachium vnius, mortuum relinqui: eo verò, tanquam flagello, alios percuti atq; agi, vt mortis timore iter faciant, aliaſque ſæuitias in eos exerceri. Dum enim miſeri à ſuis auelli, vinctoſque ita ſe produci vident, partim amore patriæ, partim ſeruitutis metu, mortiſque horrore (metuunt quippe ne interficiantur & deuorentur) retardati pergere renuunt; ij etiam, qui eos ducunt, interdum non qualicunque eorum paſſu ſunt contenti. Nihil item dicam de ſæuitia, qua in nauigijs, dum aſportãtur, tractari ſæpe ſoleant, & quam multi ſint, qui, vt multum lucrentur, tam multos aſportant, vt neceſſe ſit plurimos illorum mori propter nauigij anguſtias, quibus velut carcere noctes atque dies includũtur. Nihil de concubinatu, tam Tangomaorum cum fœminis, quas aſportant, & quas in ſuum obſequiũ in illis locis relinquunt, in quibus vxores non habent, quam etiam mercatorum. Nihil item de concubinatu mancipiorum ipſorum inter ſe, dum maſculi permixti fœminis aſportantur. Hæc enim, & his ſimilia, vitia ſunt negotiantium, quæ negotiationem ipſam non efficiunt per ſe iniuſtam & illicitam, illis tamen mederi tũ ad Epiſcopos, parochos, & cofeſſarios ſpectat, tum etiam ad gubernatores illarum prouinciarum, & huius regni, ad alioſque regis miniſtros: expediretq; forte, vt aliquæ ea de re conderentur leges. Hæc omnia ſimul ſumpta in cauſa eſſe poſſunt, vt q̃ rariſſimi, aut prorſus nulli ſint, qui in hoc negotiationis genere progreſſus multos in diuitijs efficiant, vt ab ipſiſmet mercatoribus audiui, Deo non fauente, propter multa, quæ in ea interueniunt, peccata. Atque vtinam grauiora alia infortunia ob hoc negotiationis genus tanto tempore diſſimulatum, vt aliqui timent, non euenerint.

Sit nihilominus quinta concluſio. Interim dum illis omnibus nationibus (in quibus oſtium magnũ & euidens apertum eſt, deſidiaque noſtra pereunt) cõcionatores non ſuppetunt, alijque Eccleſiaſtici miniſtri, qui ea, quæ Ieſu Chriſti ſunt quærant, ſanè viris pijs huic cauſæ ſeruitutis fauendum eſt, quantum ſalua conſcientia fieri poſſit: eo quòd miſeris captiuis tantum bonum, quantum eſt fides, extrahi à barbara illa & impia hominum colluuione, & inter Chriſtianos viuere, ac vitam finire, tametſi cum ſeruitutis perpetuæ miſeria coniunctum, ea ratione obueniat. Quia tamen facienda non ſunt mala, vt eueniant bona, ijque qui illos aſportant, non ſpirituale eorum bonum, ſed temporale ſuum lucrum quærunt; non plus negotiationem hanc approbare fas eſt, nec Epiſcopis Viridis promontorij, & Inſulæ Diui Thomæ confeſſarijs, aut ijs, qui regni huius clauum tenent, eam permittere licebit, quàm iuſtitia, & proximi charitas patiantur. Illud dicam, incertum mihi eſſe, quo iure reges Luſitaniæ prohibere in alijs nationibus Chriſtianorũ poſſint, ne cum illis infidelibus commercium, ſicut Luſitani, habeant; niſi concionatores, miniſtroſq; Euangelij illis ſubminiſtrent. Ea. n. lege, eaq; de cauſa à Summis Pontificib. ipſis ſolis huiuſmodi commercium conceſſum eſt, atque ea ſola eſt ſufficiens ratio, quare alijs nationibus (quibus alioquin de iure gen-

5. Concluſ.

tium eſt cõe) interdicatur. Quòd ſi miniſtri Euãgelij ad nationes illas barbaras idonei mitterentur, in ſuiſque regionib. ad fidem conuerterentur, tunc ſanè oẽs pij conſulere potius deberent ac fauere miſerorũ hominum libertati, neque aliter ſeruitus cuiuſque illorũ eſt permittenda, q̃ ſi luce clarius eam iuſtã eſſe conſtet. Tum ꝙ libertatis cauſæ, quippe quæ pijſſima eſt, per ſe ſit ſuffragandum. Tum ẽt ꝙ id magno eſſet adiumento, vt fides nr̃a, moreſq; Chriſtiani in illis locis propagarentur. Quod ſi quæ Dei ſunt, curaremus, contentique eſſemus commercijs alijs iuſtis cum illis nationibus, vtique Deus bonorum operum largus remunerator, facilè multas auri argentique fodinas illis in locis patefaceret, ſatiſque cultura, quæ ibid. vt in D. Th. inſula, vigere poſſet, & aliarum rerum vtilitate multiplici, lucrum, quod ex mancipijs percipitur, compenſaret, ſimulque res omnes noſtras protegeret. Quamuis autem aliud non eſſet lucrum, quàm tutas ab æterno interitu habere conſcientias, hoc vnum ſatis eſſe deberet.

Verùm enim vero, quouſque mercatores, qui vel immediatè mancipia ab Aethiopib. emunt, vel ea inde aſportant reſtituere teneantur, qñ eis certò moraliter non conſtat mancipium, quod emunt, iuſto titulo in ſeruitutem eſſe redactũ, iã ſępius inculcatũ eſt. Duo quædam admonuerim. Primum eſt. Latum eſſe diſcrimen inter eum, qui veriſimiliter credens aliquid eſſe ſuum, at nõ certus oĩno, illud occultè accipit ab eo, qui bona fide id cępit poſſidere; & inter eũ, qui dubius, an ꝙ ſibi venditur, aut donatur, furtiuum ſit, illud accipit, ſiue ſoluto pretio accipiat, ſiue gratis. Ille nãque primus integre oĩno tenetur reſtituere, quod ita accipit: ſecundus verò ſolum tenetur reſtituere partẽ, pro quantitate dubij, an res ſit aliena. Rõ autẽ huius diſcriminis eſt, qm̃ interim dum certum non eſt id, ꝙ quis bona fide cępit poſſidere, ſuum non eſſe, nullum ius eſt, vt in totum, vel in parte illa re ſpolietᷣ. neq; eſto ipſe merito incipiat dubitare an ſua res ſit, tenetur, quicq̃ illius dare, quouſq; oĩno ſibi perſuadeat rẽ nullo modo eſſe ſuã: eo ꝙ in dubio melior ſit cõditio poſſidẽtis, qñ poſſeſſio bona fide incepit. At verò qñ res titulo gratuito, aut oneroſo accipitᷣ de manu alicuius, quia is, qui eã accipit, ẽtſi dubius. an res aliena ſit, eã accipiat, ſuccedit in totũ ius certũ, aut dubiũ, ꝙ is, qui illã tradidit, habebat; inde oritur, ꝙ licet teneatur diligẽter indagare, vtrũ aliena ſit, cõpertoq; eam alienam eſſe, teneatur integram reſtituere; manente tñ dubio, an tradẽtis fuerit, an potius aliena, ſolum teneatur reſtituere partem pro dubij quantitate: eo quod licet ipſe propter dubium nunquam inceperit bona fide poſſidere, non tamen illi conſtat rem ad alterum pertinere, aliquemque iniuſtè eſſe deiectum à ſua poſſeſſione. Atque ex hoc fundamento dicimus, emptorem rei alicuius in dubio, an res tempore venditionis fuerit vendentis, nõ teneri integrè eam reſtituere, interim dum omnino non conſtat eã vendentis non fuiſſe.

Secundum eſt, ſi aliquando ex aliquibus circunſtantijs contingat, aliquem ex prædictis mercatoribus emiſſe mancipia cum inuincibili ignorantia, ꝙ non eſſent iuſto titulo in ſeruitutem redacta, eſto poſtea ignorantiam depellat, meritoque dubitare incipiat, an iuſto titulo ſeruituti fuerint ſubiecta; teneri quidem facere moralem diligentiam, vt ſciat, an iniuſtè ſeruituti fuerint ſubiecta: interim tamen, dum id non conſtat, nihil omnino teneri reſtituere; eò quod in dubio melior ſit ipſius conditio, qui ab initio bona fide cępit poſſidere. Quòd ſi comperiat iniuſto titulo fuiſſe in ſeruitutem redacta, tenetur reſtituere libertatem mancipiis, ſi adhuc ſuperſint, idque in quo ex illorum obſequiis, aut quouis alio modo ex illis factus fuerit locupletior, iuxta ea quæ diſputatione ſequenti in ſimili euentu dicemus.

DISPVTATIO XXXVI.

Vtrum qui in hoc Regno, & alijs poſſident mancipia, de quibus concluſione quarta præcedentis diſputationis dictum eſt, licitè illa retineant, & an licitè emi poſſint.

Diximus de cœnoſo fonte mancipiorum, quæ ex vtraque Guinea & Cafreria aſportantur. Nũc aliquid etiam de riuis inde deriuatis, ad hominum pacandas conſcientias, dicendum eſt. Quare in hac diſputatione ſermo nõ erit de mercatoribus, qui ex illis locis ea aſportant, ſed de reliquis poſſeſſoribus, ad quos inde deriuantur.

Sit ergo prima concluſio. Quicunque bona fide emerunt eiuſmodi mancipia à mercatoribus, aut ea vlterius poſſident deriuata ab ijs, qui bona fide ea aliquando poſſidere cęperunt, quales regulariter ſunt poſſeſſores omnes, de quibus in hac diſputatione nobis eſt ſermo, licitè illa retinent. Eſto autem dubitare incipiant, propter ea, quæ diſputationibus præcedentibus dicta ſunt, aut propter rationes alias dubitandi, quæ occurrãt, an iuſtè in ſeruitutem ſint redacta, licitè illa retinent, neq; ad vllam reſtitutionem tenentur, quouſque omnino ſibi perſuadeant, ea in particulari, quæ poſſident, non fuiſſe titulo legitimo ſeruituti ſubiecta: quod tamen rarò continget. Si tamen occurrat via, qua ſpes ſit certò ſciendi, an ſine ſufficienti titulo fuerunt ſeruituti ſubiecta, tenentur id inquirere. Quòd ſi omittant, omiſſioq; in cauſa ſit, vt veritas non poſſit in poſterum deprehendi, aut ſaltem non tam bene, tenentur reſtituere mancipio arbitrio prudentis partem eius, quod mãcipii intereſt veritatem detegi, maiorem vel minorem pro quantitate ſpei. Quòd ſi poſtea certo aliunde deprehendatur, mancipium iuſtè in ſeruitutem redactum, ceſsat obligatio illi reſtituendi: eo quòd eo ipſo conſtet, ex omiſſione illa culpabili inquirendi de titulo, nullum illi damnum fuiſse illatum. Mancipium verò affirmare, ſe iniuſtè redactum eſse in ſeruitutem, etiam ſi modum iniuſtum, quo ſeruituti fuit ſubiectum, narret, regulariter non ſufficit, vt poſseſsor omnino ſibi debeat perſuadere rem ita ſe habere; quippe timeri iuſtè poſſit, ipſum libertatis deſiderio id effingere, ac mentiri. Qui tamen, ſemoto omni dubio, ſibi omnino perſuaderet, rem ita ſe habere, teneretur ſanè hominẽ libertate donare, eaque omnia efficere, quæ concluſione ſequenti dicemus. 1. Concl.

Primum & præcipuum, quod longa hac concluſione aſserere intendimus, ex eo eſt manifeſtum, quod illi omnes, vel fuerint à principio bonæ fidei poſseſsores ſuorum mancipiorum, vel iis ſucceſserunt in iure ſuorum mancipiorum, qui aliquando bonæ fidei poſseſsores eorum fuerunt: vt autem in calce diſputationis præcedentis oſtenſum eſt, quicunque bona fide cępit aliquando poſſidere, vel ei ſucceſſit in iure, qui bona fide aliquando cępit poſſidere, ad nullam reſtitutionem tenetur, quouſque ſibi omnino conſtet. rem quam poſſidet, ſuam nõ eſſe; eo quod in dubio melior ſit conditio poſſidentis. Porro, cum ad ſubditos non ſpectet examinare, an merces, quæ ad hoc regnum aſportantur & in eo venduntur, legitimè à ſubditis huius regni aſportentur & vendantur, ſed id ad principem, & ad eius miniſtros pertineat, ſubditorumque ſit prouidentiæ & adminiſtrationi ſuperiorum ſe committere, ſanè quàm facillimè omnes, qui hactenus mancipia, vel à mercatoribus ipſis, vel ab aliis emerunt, bonæ fidei poſseſsores erunt, taleſque merito ſunt cenſendi. Ea autem, quæ à nobis diſputationibus præcedentibus dicta ſunt, licet perſuadere videantur, plu-

plurima mancipia aſportari ex illis locis iniuſtè ſeruituti ſubiecta, non tamen perſuadent omnia, ac proinde de nullo in ſingulari id perſuadent.

Reliqua, quæ in eadem concluſione addūtur, alia non indigent probatione: præſertim cum conſtet, bonæ fidei poſſeſſorem ſimul ac oritur dubium, an res, quā poſſidet, ſua ſit, continuare bonæ fidei poſſeſſionem deſinere, tenerique in conſcientia ac de iuſtitia inquirere veritatem, vt, ſi comperiat rem, quā poſſidet, ſuam non eſſe, eam reſtituat. Quare, ſi quis id omittat, tenetur reſtituere alteri pro quantitate ſpei, quæ erat, vt ſciretur alienam eſſe, idque pp veriſimilitudinem damni, quod ea omiſſione illi intulit. Quod ſi, poſtquam id culpabiliter omiſit, cōſtet, rem alienam fuiſſe, veritatemq; tunc fuiſſe deprehendendam, ſi diligentia debita fuiſſet adhibita, ſanè tunc, qui illam omiſit, non ſolum rem tenetur reſtituere, ſed ēt fructus ac emolumenta, quæ à tpe talis omiſſionis ex ea percepit. In re aūt propoſita teneretur, præter libertatem, reſtituere mācipio obſequia & emolumenta à tempore talis omiſſionis ex eo præcepta, eſto inde factus non fuerit locupletior.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Bonæ fidei poſſeſſor mācipij, aut qui bonæ fidei poſſeſſori in iure mancipij ſucceſſit, ſtatim ac certò deprehendit, mancipium iniuſtè fuiſſe ſeruituti ſubiectum, illud tenetur reſtituere ſuæ libertati, nihil obſtante pretio quantocunque maximo, quo illud emerit: ꝙ non à mancipio, ſed à venditore debet recuperare. Tenetur prætereà reſtituere illi ſeruitia exhibita, & ſi quem alium fructum ex illo perceperit: ſolum tñ quantum ex his fuerit factus locupletior, atq; id in defectum aliorum, qui iniuſtè illud ſeruituti ſubiecerunt: qui proculdubio omnia illi reſtituere ante omnes alios tenentur, tanquam cauſæ præcipuæ & iniuſtæ totius damni illati: Quod ſi tale mancipium ancilla ſit, & titulo natiuitatis ex illa filios aut alios deſcendentes captiuos habeat, hos ēt oēs libertati tenetur reſtituere, perſoluereq; illis obſequia & fructus, ſi quos ex illis percepit, quantum ſimiliter inde factus fuerit locupletior. Quod ſi aliquod prædictorum mancipiorum fuerit mortuum, quantum ex obſequijs, fructibuſq; ab eo perceptis factus fuerit locupletior, tenetur illius hæredibus reſtituere. Quod ſi hæredibus careat, reſtituēdū id quidē erit pauperib. aut in alijs pijs operib. pro aīa talis mācipij erit inſumendū. Hæc tota concluſio probatione non indiget: qm̄ bonę fidei poſſeſſor licet ex parte iniuſtæ acceptionis nihil reſtituere teneatur, eo ꝙ nō fuerit ipſe in culpa; ex parte tñ rei poſſeſſæ, & emolumentorū, quæ ex illa percipit, qñ comperit rem nō eſſe ſuā, reſtituere tenetur quantū inde factus fuerit locupletior; idque quando alius, qui tanquam cauſa iniuſta damni præcipuè ad id tenetur, non reſtituit. Nihilominus aduerſus venditorem talis mancipij integrum illi ius manet iudicio agere, & expetere quātum ſua intererat emptionem fuiſſe validam, remque verè fuiſſe venditoris. D

3. Concluſ. Tertia concluſio. Etiam poſtquam quis ex ijs, quę duabus præcedentibus diſputationibus dicta ſunt, aut aliunde ſibi perſuaderet, mancipia, quæ ex prędictis locis aſportantur, magna ex parte iniuſtè eſſe redacta in ſeruitutem, poſſet licitè ea emere, non quidem dum poſſidentur ab ijs mercatoribus, qui illa aſportant, ſed poſtquam iam ab aliquo alio bona fide poſſideri cępiſſent: tenereturque poſtea moralem facere diligentiam, vt ſciret, an mancipium, ꝙ emit, aut titulo gratuito eo modo cępit poſſidere, legitimè à principio fuerit redactum in ſeruitutem, idque ſi via aliqua occurreret, qua id ſciri certò poſſet. Quod ſi nulla occurrerit, vt regulariter non occurret, vel facta morali diligentia nihil certi poſſit reperiri, ad nullam reſtitutionem tenebitur mancipio, ſed licitè poterit illud poſſidere. Probatur concluſio, quoniā,

A vt oſtenſum eſt, is, qui bona fide aliquando eiuſmodi mancipia poſſedit, quique illi in titulo ſucceſſerunt, legitimum in ea mancipia ius habent: orto autē dubio, an iuſtè fuerint à principio redacta in ſeruitutem, tenentur quidem facere moralem diligentiam, ſi via ad id accommodata occurrat, vt rei veritatem certò deprehendant; non tamen, antequā certò comperiant iniuſtè fuiſſe redacta in ſeruitutem, tenentur ad vllam reſtitutionem: ergo hi alij poſſunt emere aut accipere merè gratis ab eis ius illud, ea mancipia cum eodem onere ſumentes. Neq; id ſanè in detrimentum ac præiudicium mancipiorum, quin potius in eorum bonum ac commodum cedit: quandoquidem hi alij, eo ꝙ veriſimiliter putent ea iniuſtè fuiſſe ſeruituti ſubiecta, maiorē curā habebūt, ac ſtimulis pungentur, vt, quoties ſpes veritatem deprehendendi ſe offerat, moralem ad eam cognoſcendum diligentiam adhibeant, neq; illi alij ab eodem onere liberi maneāt. Ab hac cōclu-

B ſione eſt excipiendum, quando, ſi eiuſmodi mancipia in poſſeſſione priorum dominorum manerent, rei veritas poſſet deprehēdi, mancipiaque facile poſſent libertate donari: aſportata verò in longinquam aliquam regionem eo commodo priuarentur: quod tamen raro admodum eueniet.

Quarta concluſio. Qui in poſterum bona fide emerent eiuſmodi mancipia de manu mercatorum, qui illa ex Aethiopia aſportant, eo quod rationes dubitādi, an à principio iuſtè fuerint in ſeruitutem redacta, ad eorum aures non peruenirēt, aut quia quacunque alia ratione eſſent bonæ fidei eorum poſſeſſores, tuta conſcientia poſſent ea retinere, donec certò illis conſtaret iniuſtè fuiſſe in ſeruitutem redacta. Probatur concluſio, quoniam re vera eſſent bonę fidei poſſeſſores: in dubioque melior eſſet ipſorum conditio, vt illa ſibi retinerent. 4. Concluſ.

Poſtrema concluſio. Qui dubius, propter ratio- 5. Concluſ.

C nes noſtras, aut propter quaſcunque alias, eiuſmodi mancipia emeret, aut acciperet de manu mercatorū, qui illa aſportant, aut de quocunque alio, qui neque bona fide poſſidere cępiſſet, neque ſucceſſiſſet in titulo alicui, qui bona fide ea aliquando poſſediſſet, ſanè teneretur ad reſtitutionem mancipijs faciendam, maiorem vel minorem pro quantitate dubii an iuſtè à principio fuerint in ſeruitutem redacta. Probatur concluſio, quoniam neque is, nec anteceſſores ipſius eſſent poſſeſſores bonæ fidei, vt melior eſſet conditio ipſorum poſſidentium: quare, cum ſuccedant in iure dubio, an anteceſſores iuſte poſſederint, tenentur ad reſtitutionem arbitrio prudentis faciendam mancipijs pro dubii quantitate.

DISPVTATIO XXXVII.

Vtrum mancipijs, legitimo titulo in ſeruitutem redactis, fas ſit fugere ad ſuos.

DVbium non eſt, eos homines, qui ſine titulo iuſto captiui detinentur, fugere poſſe ad ſuos, aut quouis alio voluerint. Quare, cum Turcarum, & Maurorum bellum aduerſus nos ex eorum parte ſit iniuſtum, dubium non eſt, noſtros, qui apud illos captiui detinentur, licitè poſſe fugere quo velint occultè, & palam, ac vi etiam adhibita: poſſeque quouſque alios licitè eorum fugam adiuuare. Quin etiam fas illis eſt, in recompenſationem iniuriarum & damnorum, quæ acceperunt, necnon obſequiorum, quæ illis exhibuerunt, & quia perpetuo noſtris cum illis bellum eſt, accipere nō ſolum ab eis, à quibus iniuria ſunt affecti, competentem recompenſationem damnorum & iniuriarum: eo quod illis in locis non ſit, qui ius illis dicat: ſed etiam tam ab illis,

A illis, quàm ab alijs, iure belli, atque ex præſumpta noſtrorum Principum voluntate, accipere quæcunque potuerint: modo in particulari aliquo euentu ſcandalum non interueniat. Fere in his omnibus conſentit Caiet. 2.2.q.66. art.8.

Quæſtio ergo ſolum habet locum in captiuis legitimo titulo ſeruituti ſubiectis. Neque de his omnibus controuerſia eſt inter Doctores. Omnes namque conueniunt, eos, qui vel ſe ipſos vendiderunt, vel à parentibus legitimè venditi ſunt, vel ex matre, aliquo horum duorum titulorum in ſeruitutem redacta, nati ſunt, fugere licitè non poſſe. Quod ſi fugiant, teneri ſeipſos reſtituere, necnon damna inde ſuis dominis ſubſecuta, ſi, vnde ea reſtituãt, habeãt. De ijs verò captiuis, qui in pœnam delicti iuſtè in communem perpetuam ſeruitutem ſunt redacti, licet Doctores non loquantur, credo tamẽ idem prorſus fuiſſe dicturos. Etenim ſicut iuſto exilio damnati fugere inde non poſſunt, ſed per ſe ipſos tenentur

B eam pœnam exequi ac adimplere: ſic etiam, qui ob delictum ſeruitute communi ſunt iuſtè multati, fugere de ſeruitute non poſſunt, ſed per ſe ipſos tenentur eam exequi pœnam, eo ipſo, quod per ſententiam iuſtè eſt eis inflicta, eſt enim vtrobique eadem ratio. Solum ergo eſt controuerſia inter Doctores de mancipijs iure belli in ſeruitutem redactis, nec nõ de filijs natis ex matre iure belli ſeruituti ſubiectæ, an fas eis ſit ad ſuos fugere.

Affirmans Coua. & Soti ſententia. Couarruuias 1. variar. reſolutio. cap. 2. nu. 10. & regula peccatum p.2.§.11.num.6. aſſeuerat, fas illis id eſſe, eoque ipſo, quod egrediantur fines eorum, à quibus captiui tenebantur, conſequi libertatem. Quia tamen, inquit, interim dum eos fines non egrediuntur, libertatem non conſequuntur, nefas eſt illis fugere, vt intra eos diuagentur; eo quod iniuriam facerent dominis priuando eos ſeruitio ipſis debito, cum nondum dominium eorum amiſerint. Ad gloſſam autem cap. ius gentium, diſt. 1. in verbo, ſeruitutes. quę affirmat, peccare captiuum bello iuſto, ſi fugiat dominum ſuum, reſpondet, intelligendam eſſe,

C quando fugit, vt non egrediatur fines intra quos nõ conſequitur libertatem: ſecus autem quando fugit, vt redeat ad ſuos. Sotus etiam 4. de iuſt. q. 2. artic. 2. ait, ſe non audere cogere in eas anguſtias ſeruos captos bello iuſto, vt non poſſint fugere ad ſuos.

Probatur. Confirmat vero Couarruuias ſuam ſentẽtiam ex l. nihil intereſt, ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ. vnde id videtur colligi. Tum etiam ex l.23. titul.14. p.7. legum Caſtellæ, quæ id expreſſius habet, dum ſtatuit. Si Saracenus iuſte à noſtris captus fugiat, eo ipſo, quod ad ſuos peruenit, conſequi libertatẽ, adeò vt, ſi poſtea ſua ſponte regrediatur ad mercaturam inter noſtros exercendam, cogi non poſſit ad priſtinam ſeruitutem. Idem innuitur l.23. tit.29. p.3.

Ex hac ſententia colligunt nonnulli. Primò, minoris valoris eſſe ſeruum bello iuſto captum, quàm

D ſint ſerui iuſtis alijs titulis in ſeruitutem redacti: eo quod facilius multò illius, quàm aliorum, poſſit amitti dominium abſque vlla culpa, & contra domini voluntatem. Secundò, nefas eſſe punire eiuſmodi ſeruos, quod fugam ad ſuos arripiant: quandoquidem pœna infligi iuſte nequeat, niſi propter culpam: hi verò nullam culpam committant, fugam ad ſuos arripiendo. Addunt nihilominus, fas eſſe compedibus ac vinculis eos conſtringere, ne fugiãt. Addunt etiam, quamuis licitum eiuſmodi ſeruis ſit fugere, laſique dum fugiunt è manibus eorum, qui nomine & iuſſu dominorum eos inſequuntur; nefas tamen illis eſſe, vim inferre inſequentibus. Quemadmodum inquiunt, fas eſt malefactoribus fugere miniſtros publicos, qui eos inſequuntur, non tamen vim vllam illis inferre: alioquin daretur bellum iuſtum formaliter & materialiter ex vtraq; parte. Tertio, eos, qui eiuſmodi ſeruis conſilium aut auxilium præſtant, vt fugiant, ad nullam teneri reſtitutionem dominis: eo quod cooperentur ad id, quod iuſtum ac licitum eſt: cum tamen, qui alijs ſeruis conſilium aut auxilium ad fugam præbent, reſtituere teneantur illorum dominis valorem ſerui, & ſi quæ alia damna inde eis ſint ſubſecuta.

Negans ſententia aliorũ. In contraria ſententia eſt apertè gloſſa illa citata, quæ vniuerſim aſſerit, ſeruum bello iuſto captum peccare, ſi fugiat dominum ſuum. Reſpondetque ad l. nihil intereſt, in contrarium citatam, intelligendam eſſe quando bellum ex parte capientium fuit iniuſtum. Eandem ſententiam amplectuntur Turrecremata, & alij ibidem, D. Antoninus 3.p. tit.4.c. 6.§.4. Fortunius, l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. & Nauar. in Man. c.17. nu.103. qui latius rem hanc perſequitur in vltima editione.

1. Concluſ. Sit prima noſtra concluſio. Captus bello ita iuſto, vt de iuſtitia capientium, & iniuſtitia aduerſariorum conſtet, lethaliter peccat, ſi fugiat dominum ſuum, teneturque ſeipſum reſtituere, eſto ad ſuos perueniat. Probatur primo, quoniam poſſeſſor erat legitimus ac indubitatus illius Dominus, & ipſe fugiendo ſeipſum ab eo furatur, vt habetur l. 1. C. de ſeruis fugitiuis: ergo & peccat lethaliter, & tenetur ſeipſum reſtituere, non ſolum ex parte rei acceptæ, ſed etiam ex parte iniuſtæ acceptionis. Confirmatur eum peccare lethaliter, etiam ſi extra fines capiẽtium atq; ad ſuos fugiat, quoniam l.3. C. eod. tit. ſtatuitur, vt deprehenſus in eiuſmodi fuga, puniatur, vel amputatione alterius pedis, vel deputatione ad metalla: tam grauis autem pœna non poteſt iuſtè ſtatui, niſi pro culpa lethali. Hac vero in re potius ſtandum eſt legibus Codicis, quam Digeſtorum, nõ ſolum quod poſteriores ſint, ſed etiã quod ſint Principum Chriſtianorum, ſtatuanturque ſuppoſita iuſtitia, quæ in Chriſtianorum bellis eſſe debet. Ac ſanè conſuetudine eſt receptiſſimum, ſeruos fugientes tunc maximè puniri, quando deprehenduntur fugere ad ſuos, quocunque titulo in ſeruitutem iuſte ſint redacti. Adde, ſi nefas eſſet punire ſeruos bello iuſto captos & ad ſuos fugientes, inutilem admodum reddi eiuſmodi ſeruitutem. Quotidie namque ſerui fugam arriperent ad ſuos, ſciẽtes ſe nec peccare, nec poſſe licitè pro eo fuga puniri. Vnde plus domini inſumerent in eis quærendis & aſportandis, quam eſſet eorum, tum obſequium, tum etiam valor. Præterea, eiuſmodi ſeruitus dominis eſſet multorum peccatorum occaſio, dum continere ſe non poſſent quin ſeruos toties fugam ad ſuos arripientes, eaque tot damna ipſis inferentes, punirent: quare potius homines iuſte interficerent hoſtes ſuos in bello, quam ad tale ſeruitutis genus eos aſportarent: quod in detrimentum ipſorummet ſeruorum redundaret. Quo fit, vt minimè credendum ſit, gentium iure tale ſeruitutis genus fuiſſe introductum.

Secundo, ſi vera eſſet contraria ſententia, ſerui, de quibus loquimur, liberi manerent ſtatim, ac egrederentur fines eorum, qui illos poſſident, ſiue peruenirent ad ſuos, ſiue ad extraneos: authores namque contrariæ opinionis affirmare videntur, non ideo illos libertatem conſequi, quod ad ſuos perueniant, ſed quod egrediantur fines eorum, qui illos poſſident: ac ſanè mirum eſſet, quod iuxta eorum ſententiam, Turca à Luſitanis captus, & fuga ad Regem Marrochienſem perueniens, non conſequeretur libertatem, ſed teneretur in conſcientia, vel ad ſuum dominum redire, perſeuerareque in ſeruitute, vel tranſire ad ſuos. Quod ſi nobis dent, quod eorum verba videntur ſignificare, ſequeretur, ſi Turca, aut Aethiops iuſto titulo belli poſſeſſus a Luſitano, fines Regni Luſitaniæ egrederetur,

tur, perueniréque in Regnum Caſtellæ, præſertim quando hæc duo regna diuerſos habebant Reges, conſequeretur, libertatem, neque eſſe Luſitano reſtituendum. Sequeretur præterea, in Regno Caſtellæ non poſſe capi, aut ſi iuſtè caperetur, eo quòd Caſtellanis etiam eſſet iuſtum bellum aduerſus illum, capientem nequaquam teneri reſtituere illum Luſitano: contrarium tamen habet conſuetudo recepta.

Tertiò, captus bello iuſto, eaque ratione in ſeruitutem redactus, eò ipſo cenſetur damnatus iuſtè pœna ſeruitutis perpetuæ, capienſque aut is, in quem capiens illum transfert, verè conſequitur dominium illius: ſed damnatus iuſtè ad pœnam, quæ ad ipſummet ſpectet exequi, & implere, tenetur in foro conſcientiæ eam implere: ergo eiuſmodi captus, ſubtrahere ſe non pót à ſeruitute fugiendo ad ſuos ſi autẽ ſe ſubtrahat, tenetur ſeipſum reſtituere. Quòd autem ſeruitus perpetua pœna ſit, q̃ ſeruus ipſe tenetur exequi & implere manifeſtum eſt. Tum q̃a, vt ſupra dicebamus, eſt eadem ratio de ea, & de exilio. Tum ẽt, quia ſi non egrediatur fines poſſidentium, tenetur ſeruus eã per ſeipſum exequi, vt aduerſarij ẽt affirmant. Tum denique, quia legitimè redactus in ſeruitutem quocunque alio titulo, eã implere tenetur per ſe ipſum nec poteſt fugere.

Ex his conſtat ſuadentem fugam homini bello iuſto capto, aut ad eam illum adiuuantem, teneri reſtituere domino valorem mancipij, & ſi quæ alia damna illi vlterius inde ſequantur.

Exceptio. Ab hac concluſione excipitur, quando fidelis aliquis iuſtè eſſet captiuus apud infideles, indeque fugiſſet, neq; ſine notabili detrimento ſpirituali apud illos poſſet commorari: tunc enim ſatis eſſet illis debitam recompenſationem in pecunia, aut alia ratione exhibere, neque cum tãto ſuo ſpirituali periculo teneretur redire. Præſertim cum mores illorum peſſimi occaſio maxima illi eſſent detrimenti ſpiritualis. Quod ſi ab infidelibus cogeretur ad malum, aliquave alia iniuria illi fieret, vt ſi à Iudæis, vel Saracenis circumcideretur, tunc ſanè in recompenſationẽ iuſtam, & quia inter illos non eſſet, qui ius ad eã iniuriam vindicandam illi diceret, eaque eſſet pręſumpta voluntas principum ſuæ Reipublicæ, vel Summi Pōtificis, qui Reipublicę Eccleſiaſticę ſupremus eſt princeps, & ad quem ſpectat iniurias in detrimẽtum ſpiritualis boni, religioniſq; Chriſtianæ cedentes, vlciſci, poſſet fugere nulla facta compenſatione, ſi iniuria tanta pœna eſſet digna. Nauar. & quidam alij citant ad hoc probandum, c. nulla, 54. diſt. Caput tamen illud, cum ſolum loquatur de infidelibus qui inter Chriſtianos commorantur, & ad quos leges & iuriſdictio Chriſtianorum ſe extendunt, nihil ſanè probat, quando infideles legibus Reipublicæ chriſtianæ non ſunt ſubiecti.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Quando bellum non eſſet ita perſpicuè iuſtum, quin pars altera, ſaltem formaliter, iuſtę pugnaret, præſertim ſubditi illius, qui in dubio Regi ſuo parere tenentur, tunc captus bello ita iuſto, licet iuſtè retineri poſſit & coerceri ne fugiat, vique reduci ſi fugiat, licitè tamen fugere poteſt ad ſuos, aut quocunq; velit, neque tenetur ſe reſtituere. Probatur: quoniam in eo euentu æqua eſt conditio captiui, ac Domini ſui; neque minus pertinet ad eum dominium ſui & poſſeſſio ſuæ libertatis, quàm ad ſuum dominum; eſtque bellum iuſtum formaliter ex vtraque parte: ergo poterit pro iure ſuo ſubtrahere ſe à ſeruitute, fugereque quocunque velit, præſertim cum vi redactus fuerit in ſeruitutem, vique cœperit poſſeſſio domini ſui.

Ad probationes in cõtrarium. Ad legem nihil intereſt, cui Couarruuias nititur, & ad quædam alia apertiora iura Cæſarea, quæ citare poſſet, de quorum numero eſt §. item ea quæ ex hoſtibus, Inſtit. de rerum diuiſione, vbi habetur;

A Mancipium, quod bello iuſto cepimus, iure gentiũ fieri noſtrum; ſi tñ euaſerit à noſtra poteſtate, & ad ſuos reuerſum fuerit, priſtinum ſtatũ recipere; dicẽdum eſt, id locum non habere, qñ bellum contrariæ partis apertè eſt iniuſtum, vniuerſimque neque habere locum in foro conſcientię, niſi in caſu ſecundę noſtræ concluſionis: & tunc ſolum, vt ipſe ſe poſſit tueri in ſua libertate: non verò ita, vt dominus non poſſit eum ſeruituti ſubijcere: neque item in foro exteriori in bellis Chriſtianorũ propter ea quæ diſp. 35. dub. 1. ante quartam concl. dicta ſunt. Quare curandum hodie non eſt de iure illo Cęſareo, propter ea, quæ ibi dicta ſunt, & repetẽtur in materia de bello. Quia tamen, etiam Turcæ & alij Mahumetani, qui aduerſum nos iniuſtiſſimum bellum habent, arbitrantur bellum ex parte ſua eſſe iuſtum, inde eſt, quod quicunque captiui regulariter arbitrentur ſe poſſe fugere, & tam ipſi, quam ſui, exiſtiment illos conſequi libertatẽ, ſtatim ac fines noſtros egrediun

B tur, præſertim ſi ad ipſos, vel ad eorum amicos deueniant. Atque ad hoc reſpicientes Romani, conſtituiſſe videntur iura illa. Ad leges aũt Caſtellæ, quæ manifeſtè loquuntur quando bellum eſt perſpicuè iniuſtum ex parte aduerſariorum, & iuſtum ex parte noſtra, dicendum eſt; conditores illarum legum ſecutos fuiſſe ius Cæſareum, neque intendiſſe conſtituere aliud nouũ ius poſitiuum in eo regno: quare neque de illis in conſcientia, aut exteriori foro, ſicut neque de iure Cæſareo ea in parte eſt curandũ. Niſi fortè iura illa ſeruarentur, ne Saraceni offenderentur, arcerenturq; à mercatura & commercio cũ noſtris, atque ne ſimiliter cum noſtris agerent, qui, cum aliquando fuiſſent ipſorum captiui, manuſque eorum effugiſſent, ad mercaturam cum illis exercendam, aut aliquid aliud tẽpore pacis inter illos agendum, reuerterentur.

Diſpoſitionem huius regni circa eos, qui capiũt

C ſeruos fugientes, necnon præmium illis propoſitũ, & pęnam, niſi intra quindecim dies certiores dominum faciant, habes lib. 5. Ordinationum, ti. 41.

DISPVTATIO XXXVIII.

Quouſque ius dominorum in ſeruos ſe extendat. Et an mancipia habere poſſint rei alicuius dominium.

Dominium in ſeruos non tam amplum ius tribuit dominis, quàm dominium in pecora, quæ pro iure noſtro mutilare etiam, ac interficere licitè poſſumus. Tribuit quidem illis ius ad omnes eorum operas, quas recta ratio poſtulat, vt pro eorum conditione ac viribus præſtent, ad omnes eorũ fructus, vt ad partus ancillarum, & ad reliqua emolumenta, quæ ex eis commodè percipi potuerint, vſque adeò,

D vt ſi quid, vel donatione, vel teſtamento, aut ab inteſtato, vel quacunque alia ratione acquirant, non ſibi, ſed dominis, iuxta ciuiles leges, id acquirant, vt ex §. 1. Inſtit. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris, & ex pleriſque aliis iuribus conſtat. Intelligendum tamen id eſt cum limitationibus, quas ſubiiciemus. Quando namque gentium iure introductum eſt, vt qui iuſto bello caperentur, temporali morte in perpetuam ſeruitutem miſericorditer commutata, redigi in ſeruitutem poſſent, eo pacto intelligere ſeruitutem potuerunt, reque ipſa, vt ex ciuilibus legibus, conſuetudineque ipſa conſtat, eã intellexerunt, dominium in ſeruos ea omnia iura comprehenderet. Reliquæ autem ſeruitutes, quæ emptionis titulo, aut pœnam pro delicto, vel quocunque alio titulo poſtea introductæ ſunt, inſtar primæ illius ſunt introductæ, eodemque modo intelliguntur, niſi in earum aliqua iure ciuili facta ſit aliqua exceptio;

ptio; vt in ea, qua pater filium vendit, quæ meritò cæteris mitior eſt aliquantulo, facta eſt.

Licet aũt ius dominorũ in ſeruos tã latè pateat; non tñ ſe extendit ad eorum vitam, cuius dominiũ ſibi ſoli Deus reſeruauit, atque adeò neque ad membra, & ſalutẽ mancipij, quæ quaſi partes quædã vitę illius ſunt, à quibus vita ipſa pendet: & multò minus ſe extendit ad ſalutẽ illius ſpiritualem, quaſi aliquid præcipere ei, aut ab eo exigere poſſint, quod cũ ſpirituali illius ſalute pugnet. Quare, ſi eorum domini, vel vitam, vel membrum ab eis eripiant, vel immoderatis laboribus, inedia, nuditate, vel iniuſto ſupplicio, aut aliqua alia ratione indebita, & quæ vim coerciuam dominorum in ſeruos excedat, valetudini aut corpori eorum noceant, vel aliquid, quod contra eorum ſpiritualem ſit ſalutem illis præcipiant, aut quocunque alio modo iniuria eos afficiãt, ſanè & lethaliter peccant, ſi iniuria, attenta qualitate perſonæ, & circunſtantijs concurrentibus, notabilis ſit, & ad reſtitutionem damnorum ipſiſmet mancipijs, aut hæredibus eorum faciendam, tenentur; puniriq; debent à poteſtatibus publicis, non ſolum pro damnis iniuſtè eis illatis, ſed etiam pro iniurijs, quæ damni rationem non habuerint, eſtque illis à cõteſſarijs iniungenda pro eiuſmodi iniurijs debita ſatisfactio mancipijs facienda, quando per poteſtates publicas iniuria punita non fuerit, ne miſeri homines omni ſubſidio careant in damnis & iniurijs, quibus à dominis iniuſtè afficiuntur. Porrò tantum poteſt eſſe aliquando damnum, ac iniuria, vt non minus, quam libertate, compenſetur. Leuiora autem damna & iniuriæ, quæ in exteriori foro, nec punientur, nec audientur, compenſari poterunt remittendo illis aliquid de labore, quod iuſtè aliàs illis eſſet iniungendum, conferẽdo illis meliorem victum ac veſtitum, condonando illis delicta alia, pro quibus licitè poſſent puniri, aliiſque ſimilibus rationibus. Licet autem ſeruo non permittatur agere in iudicio aduerſus dominum ſuum, niſi in cauſa ſuæ libertatis, & in alijs quibuſdam euentibus, qui ad commune bonum ſpectant, vt patet l. vlt. iuncta gloſſa ibi, ff. de iudicijs; permittitur tamen ei recurrere ad iudicem, eique denunciare iniurias, & damna, quæ à domino ſuo patitur: iudicique ipſi præcipitur, vt ex officio ſuo procedat de plano ad inquirendam veritatem denunciationis, & ad vindicandum ſeruum ab iniuria, vt patet Inſtit. de iis qui ſunt ſui, vel alieni iuris. §. vltimo, & l. 1. §. ſeruos, & §. quod autem, ff. de offi. pręfecti vrbis; notatque Panormitanus. cap. Nouit, de iudiciis, nume. 48. in eiuſmodi denunciatione neceſſarium non eſſe, vt præcedat monitio. Quod ſi Dominus ſeruum ſuum interficiat; tanquam homicida eſt puniendus, non ſecus ac ſi alienum ſeruum interficeret, vt habetur Inſtitut. de iis qui ſunt ſui vel alieni iuris, vbi ſcriptum legimus. Præcipit Princeps, vt ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur ſeruos ſuos bonis conditionibus veneere, vt pretium dominis detur. Et infra. Sed & dominorum intereſt, ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuſtè deprecantur, ideoque cognoſce de querelis eorum, & ſi vel durius habitos, quam æquum eſt, vel infami iniuria affectos eſſe cognoueris, venundari iube, ita vt in poteſtatem domini non reuertantur. Et l. prima, §. quod autem, ff. de officio præfecti vrbis, habetur. Si domini ſeruos ſæuitia, ſi duritia, ſi fame premant, ſi in obſcœnitatem eos compulerint, vel compellant, apud præfectum vrbis exponant. Et l. ſi lenones, C. de Epiſcopali audientia ſtatuitur, vt ſi domini ancillis neceſſitatem peccandi impoſuerint, liceat Epiſcopis eas ſeruituce liberare, libertate in pœnam delicti dominorum eas donando. Hinc Diuus Antoninus,

A 3. par. tit. 3. cap. 6. §. 7. meritò affirmat quando dominus ſeruum ſuum ad peccandum ſolicitat, ita vt ea de cauſa ſeruus in periculo lethalis peccati ſit, poſſe licitè fugere dominum ſuum, ſi ille admonitus nolit deſiſtere. Adde, nec teneri reuerti, niſi periculum ceſſet, & dominus paratus ſit nullam pœnam, nullumque grauamen ea occaſione, & cauſa illi inferre: quandoquidem dominus in culpa fuit, ſeruuſque legitima cauſa fugit, neque vllam pęnam commeruit. Eadem confirmari poſſunt ex illo Exodi 21. Qui percuſſerit ſeruum, aut ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Et infra. Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittat eos liberos pro oculo, quem eruit. Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo aut ancillæ, ſimiliter dimittet eos liberos. Quamuis autem leges hæ, quia iudiciales erant, ceſſauerint, æquitate tamen nitebantur, teneturque hodie naturæ iure, qui ſimilia crimina in ſeruos ſuos commiſerint, ſatisfactionem competentem ſeruis ipſis efficere, qua homines ac proximi ſunt, & quatenus damnum & iniuria in eos quoad ea, quæ dominorum poteſtati minimè ſubſunt, redundat. Vnde meritò Abulenſis ad eum locum. q. 27. adnotauit, eum, qui alienum ſeruum occidit, aut ita percutit, vt illum ineptionem ad ſeruiendum, minoris ve valoris reddat, ad binam reſtitutionem teneri. Vnam domino ſerui faciendam, quatenus id in damnum illius ceſſit; alteram verò ſeruo pro damno illi illato. Simul etiam puniri debet per publicas poteſtate pœna aliqua, quæ in compenſationem pro iniuria ſeruo illata cedat. Hinc conſtat, minus peccare, eum, qui ſeruum proprium, quàm qui alienum iniuſtè percutit: eo quòd ille vni tantum, hic verò duobus damnum ac iniuriam inferat.

B

Sicut ius dominorum in ſeruos ad ea, quæ hactenus dicta ſunt, non ſe extendit: ita neque vt illis cõiugium, matrimonijque vſum prohibeant, tum ad naturam propagandam, tum etiam in ſubſidium ſalutis eorum ſpiritualis, & remedium contra concupiſcentiam: quod cuique iure naturali licèt, neque gentium iure, quo ſeruitus fuit introducta, tolli aut impediri potuit. Quo fit, vt nefas ſit dominis, prohibere ſeruos ſuos ne matrimonium contrahant, vt hĩc c. 1. de coniug. ſeruorum, ac alibi. Quod ſi eos prohibeant iniuriã illis faciunt, dominiſq; inuitis contrahere poſſunt, & ab Eccleſia protegentur, ac defendentur aduerſus eos. Hæc quod attinet ad primũ eorum, quæ in hac diſputatione propoſita ſunt.

Matrimoniũ, & vſus illius prohiberi ſeruis nõ poſſunt.

C

Quòd verò ad ſecundum ſpectat, dicendum eſt. Eos licet regularitater, quicquid acquirũt, dominis, vt iura præſcribunt, acquirant: in ſequentibus tamen euentibus ſibi ipſis acquirere, verumque dominium comparare.

Primus eſt, ſi interueniat pactum inter ipſos & dñm, vt quotidie, aut ſingulis hebdomadibus, menſibus, vel annis, certum quid ei ſoluant, reliquum verò de ſuis laboribus ac lucris ſibi reſeruẽt, aut aliud ſimile pactum. Id quod frequẽtiſſimè fit in hoc Luſitaniæ Regno, vſuq; receptum eſt. Atque ea ratione multi ſerui propria pecunia ſe ipſos redimunt. Licet enim domini comparatione ſerui, ea ratione qua ſeruus eſt, neque amicitia, neque iuſtitia ſit: ea tamen ratione, qua homo eſt, vtrumque eſſe poteſt, vt Ariſtot. 8. Ethicorum, c. 11. affirmat. Quo fit, vt tunc dominus ſtare teneatur contractui, neq; vſurpare poſſit, quæ ſibi ſeruus eo modo comparauit.

Serui ſibi acquirunt primò.

D

Secundus, ſi quid dominus tacitè vel expreſsè donet ſuo ſeruo, aut velit eum tanquam ſuum habere, ſiue ex alterius donatione, ſiue ex ludo, aut quacunque alia ratione. Quemadmodum enim inter dominum & ſeruum, non qua ſeruus eſt, ſed qua homo, cui accidit, vt ſit ſeruus, eſſe poteſt contractus,

Secundò.

ctus, vt paulò ante dictum eſt: ita etiam donatio, & poſtquam ſemel liberè eſt facta per dominum, reuocari non poteſt, niſi iuſta interueniat cauſa. Quare diſtinguendum eſt de ijs, quæ dñs tacitè vel expreſsè concedit ſeruo, num ſolum ad vſum ea concedat, an etiam, vt ſint ſerui, ita vt liberè de illis poſſit ſeruus diſponere. Atque in priori euentu ſeruus non comparat dominium: in poſteriori verò illud acquirit.

Tertio. Tertius, quando ſeruo, vel à domino, vel ab aliquo alio reſtituitur aliquid pro damno aut iniuria ſibi illata in ijs, quæ domini poteſtati non ſubiacent, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt. Quia enim reſtituuntur pro iniuria ſibiipſi facta, qua homo eſt, & quoad ea, quæ Domino non ſubiacent, verè comparat illorum dominium.

Quarto. Quartus, ſi quid ei ſit donatum, aut relictum, ea tacita vel expreſſa conditione, vt ſit ſerui, & non domini. Sicut enim licet pater vſumfructum habeat in bonis aduentitijs filij, ſi quid tamen ea conditione filio relinquatur, vt vſusfructus ad ipſum, & non ad patrem pertineat, comparat ſibi filius rei ipſius vſumfructum, vt diſp. 8. dictum eſt: ſic etiam, ſi ea lege aliquid relinquatur ſeruo, vt ſit illius, & non domini, ſanè ad dominum nulla ratione pertinebit: quandoquidem vnuſquiſque de bonis ſuis diſponere poteſt vt voluerit, imponereque illis poteſt conditionem, ne ad hunc vel ad illum deueniant: tunc ergo dominium illorum bonorum, non ad dominum, ſed ad ſeruum pertinebit. Relinqueretur vero aliquid cum conditione tacita, vt ad ſeruum, & non ad dominũ pertineret, ſi, verbi gratia, diceretur, dono aut relinquo ſeruo Petri tantum, vt ſe redimat.

Quinto. Quintus, ſi bonis ſuis, quorum eſt dominus ludo, aut aliqua negotiatione, ſine vllo præiudicio obſequiorum, quæ domino debet, aliquid lucretur: illud namque ſuo peculio cedit.

Hæc omnia cũ iure Cæſareo non pugnant, quin potius illi ſuffragãtur, dum maniſeſte docet, ſeruos interdũ habere bona ſua propria, poſſeq; illis bonis inire pactum validum cum dominis ſuis. Etenim l. 1. §. ſeruos, ff. de offic. præfecti vrbis, inter alia, de quibus dr eum poſſe cognoſcere, hæc verba habentur. Seruos, qui ſua pecunia emptos, vt manumittantur, de dominis querentes audiet. Et l. vix, ff. de iudicijs, inter alios euentus, in quibus permittitur ſeruis agere in iudicio cũ domino ſuo, vnus hiſce verbis connumeratur. Sed & ſi qui ſuis nũmis redeẽptos ſe, & nõ manumiſſos, cõtra placiti fidẽ aſſeuerant. Quare iura, quæ docent ſeruum, non ſibi, ſed domino acquirere, intelligenda ſunt regulariter, & quãdo aliunde contrarium non conſtat. De contractibus tamen ſeruorum lege, quæ inferius diſp. 262. dicentur.

DISPVT. XXXIX.

Quibus modis mancipia à ſeruitute liberentur.

Mãcipium à ſeruitute liberetur. Primo. Aliquid etiam dicendum eſt de modis, quibus mancipia à ſeruitute liberentur. Primus vulgatiſſimuſque eſt, per manumiſſionem, ſiue ea mere gratis fiat, ſiue aliquo interueniente pretio, aliquove impoſito grauamine, aut alia ſimili ratione.

Secundo. Secundus, ſi dominus, aut alius, eo ſciente nec contradicente, infantem exponat, aut expoſitionem, ſe inſcio factam, approbet poſteà: eo namque ipſo talis infans manet liber. Item ſi ſerum ægrotum exponat, aut illi deneget alimenta neceſſaria, habetur pro derelicto, conſequiturq; eo ipſo libertatem; neque qui illum ſuſcipit, curamve illius habet, ius in talem ſeruum acquirit. Hæc definita ſunt capit. vnico, de infantibus & languidis expoſitis, l. 2. C. eodẽ tit. l. vltima, ff. pro derelil. & l. vnica, §. ſed ſcimus, C. de latina libertate tollenda.

A Tertius, ſi dominus neceſſitatem fornicandi ancillę imponat, ea, implorato Epiſcopi auxilio, per eũ ab omni miſeriarum neceſſitate abſoluitur, vt habetur l. ſi lenones, C. de Epiſ. audien. Gloſſa autem eo loco affirmat, omnes ſemper eam legẽ intellexiſſe, vt illa per Epiſcopum libertate donaretur. Tertio.

Quartus eſt, ſi Iudęus, vel paganus, vel hęreticus, ſeruum iam Chriſtianum quocumque titulo poſſideat: eo enim ipſo ſeruus ille libertatẽ conſequitur, nullo perſoluto pretio: quòd ſi poſſideat ſeruũ nondum Chriſtianum, & ſeruus ille baptiſmum ſuſcipere voluerit, eo ipſo, quòd Chriſtianus fuerit effectus conſequitur ſimiliter libertatem, & eſto dominus poſtea fidem etiam ſuſcipiat, non propterea ſeruus ille amittit ſuã libertatem. Ita habetur l. Deo nobis, §. His ita, C. de Epiſc. & cler. Porrò ſanctio hæc, ſimileſq; aliæ, quæ ſubijcientur, intelliguntur de infidelibus, qui Eccleſiæ, membriſve illius, quoad iuriſdictionem temporalem ſunt ſubiecti, quia videlicet B degunt in terris iuriſdictionis eccleſiæ. Eiuſmodi namq; infidelibus, pro temporali iuriſdictione, quæ in eos habetur, merito interdicitur, ne poſſidere incipiant mancipium iam Chriſtianum; iureq; hoc illis grauamen imponitur, vt ſi quod aliud poſſidere velint, ea lege illud poſſideant, vt ſi ille ad fidem conuertatur, libertatẽ, nullo pretio perſoluto, conſequatur. Infidelibus verò, qui neq; temporali iuriſdictioni Eccleſiæ ſubſunt, interdici non poteſt, ne ſeruum etiam Chriſtianũ, poſſideant, nec vllum grauamen ea parte illis imponi, Gregor. IX. cap. vlt. de Iudæis & Saracenis, poſteà conſtituit, vt ſi Iudæus mercimonii cauſa mancipium infidele emiſſet, & tale mãcipiũ ſuſcipere vellet baptiſmum, perſolutis Iudæo duodecim ſolidis (id eſt, nummis aureis, valoris quatuordecim regalium argenti & nouẽ marauedinorum, vt infra, diſput. 278. explicatur) maneat liberum. Quòd ſi neque mancipium ſit ſoluendo, neque C alius loco illius ſoluat, tenetur Iudęus intra tres menſes, à die ſuſcepti baptiſmi, exponere illud venale: quod ſi non exponat, tunc tranſactis illis menſibus, manet liberum, nullo perſoluto pretio. Quod ſi venale illud expoſuerit, nec ſit Chriſtianus, qui illud emat, tunc mancipium illud, vel oſtiatim ſtipem petet ad ſoluendum, vel ſeruiet infideli, quantum ſatis ſit ad eam pecuniam compenſandam, vel eum dimittet vt alteri ſeruiat, aliove modo lucretur pecuniam, quam illi perſoluat. Si verò Chriſtianus intra tres præſcriptos menſes illud emat, minimè illud efficit ſeruum perpetuum, ſed quouſque compenſet pecuniam pro eo redditam: nec enim plus iuris in eum comparat, quam haberet Iudæus, poſtquam ille fuit baptizatus. Atque hæc eſt mens illius iuris. Lege etiam caput primum & ſecundum eiuſdem tituli, & cap. mancipia, & ca. fraternitatem, 54. diſtin. Quarto.

D Duo hic admonuerim. Vnum eſt, ſi mancipium mercimonii cauſa non eſſet comparatum, ſed vel eſſet vernaculum, hoc eſt, natum ex ancilla Iudæi, vel ad proprium ſeruitium pretio cõparatum, tunc merè gratis manere liberum. Alterum vero eſt, diſpoſitionem capitis vltimi de Iudæis, habere locum in mancipio pagani, vel Mahumetani iuriſdictioni tẽporali Eccleſiæ ſubiecti, idque ex paritate rationis, & propter ea, quæ iam nunc ſubiungam.

Quintus eſt, ſi Iudæus mancipium ſuum infidele circunciderit: eo enim ipſo in delicti pœnam, manet liberum. Ita habetur l. vnica, C. ne Chriſtianum mancipium. Idem credo hodie eſſe intelligendum, ſi Mahumetanus, iuriſdictioni temporali Eccleſiæ ſubiectus, mancipium ſuum paganum circuncidat. Ducor. Tum, quia eſt eadem prorſus ratio. Tum etiam quia cum illa eadem lege, nulla mentione facta de pagano & hæretico, fuerit paulo antea conſtitutum, Quinto.

ſtitutum, vt ſi Iudæus Chriſtianum mancipium poſſideat, mancipium illud maneat liberum, l. Deo nobis, §. His ita, C. de Epiſc. & cleric. referens ſe Imperator ad legem vnicam, C. ne Chriſt. mancip. ait: Repetita lege iubemus, vt nullus Iudæus, vel paganus, vel hæreticus, ſeruos Chriſtianos habeat, quod ſi inuenti in tali reatu fuerint, ſancimus, ſeruos omnibus modis liberos eſſe ſecũdum antiquiorem noſtrarum legum tenorem. In præſenti autem hoc amplius decernimus, &c. hæc Imperator. Vbi vides quod de Iudæis dixerat, de hæreticis etiã & paganis, eo quod ſit eadem ratio, velle eſſe intelligendum. Eademque ratione vtraque lex hodie eſt etiam intelligenda de Mahumetanis, qui tunc neque paganorum, neq; hęreticorum nomine cõprehendebãtur. Porrò, quod, ſi Iudæus mancipium ſuum circũcidat, vt conſequatur eo ipſo libertatem, iure canonico eſt etiam ſancitum, in Conc. Tolet. 3. c. 14. & refertur ca. nulla, 54. diſt. & in Conc. Toletano 4. cap. 57. & habetur de conſecr. diſt. 4. c. plerique. Tam autem, quæ hoc quinto modo, quo mancipia libertatem conſequuntur, quam quæ quarto præcedente dicta ſunt, locum non raro habebunt in ijs infidelibus Indiæ Orientalis, qui ditioni Chriſtianorum ſunt ſubiecti.

Sexto. Sextus eſt, ſi vir ſolutus ſuam ancillam habuerit concubinam, & cum ea eo pacto perſeuerauerit vſque ad mortem: licet enim tam ancilla, quam filii, ſi quos ex illa genuerit, ſerui maneant, interim dum ille viuit, integrumque illi ſit tempore mortis ſeruos illos relinquere, vel legando eos alicui tanquam tales, vel pronunciando vt ſerui hæredum maneant: ſi tamen nihil de illis pronunciet, tunc demum morte domini tam ancilla, quam filij, ſi quos ex illa ſuſceperit, manent ipſo iure liberi. Ita habetur l. vlt. C. commu. de manumiſ. Nec refragantur Ordinationes huius Luſitaniæ regni lib. 4. titu. 71. in principio, dum, poſtquam ſtatutum fuerat, vt filii naturales plebei hominis, id eſt, de piaon, ſuccederent patri perinde ac ſi eſſent legitimi, ſubiungitur, idem dicendum eſſe de filio, quem huiuſmodi vir piaon ſolutus genuerit ex ſua ancilla, dummodo tempore mortis talis patris filius ille liber maneat. Illud conſtat, priuilegium hoc locum non habere, quando dominus ancillæ clericus erat, vel coniugatus, vel aliquo alio modo impeditus, ne cum ea tunc poſſet matrimonium contrahere. Præterea ex eo, quod quis ad tempus ſuam ancillam habeat in concubinam, ſi tamen non perſeueret cum ea in concubinatu, vel quia duxit aliam vxorem, vel aliqua alia ratione, ſane ancilla illa, eſto dominus eius ex ea genuerit filiũ, non gaudet eo priuilegio, vt ſatis clare videtur colligi ex ea lege. De filiis verò ex ea genitis dicendum videtur, eos gaudere illo priuilegio. Verum iuris peritis relinquo, quouſq; hæc conſuetudine ſint recepta: inclinãdumq; ſemper eſt in fauorem libertatis, filiorum præſertim, qui nulla interueniente ipſorum culpa eo modo geniti ſunt, Couar. in epitome, in quartum decret. p. 2. §. 7. num. 1. colligit ex authentico de triente & ſemiſſe, §. vlt. eſto dominus talis ancillæ matrimonium cum ea poſtea contrahat, neq; illam neq; filios, quos ex ea genuit, libertatem conſequi, ſed ſolum gaudere priuilegio l. vlt. C. communia de manumiſſionibus. Si tamen, vel ſola mater manumittatur, filios eo ipſo manere etiam liberos. In Regno autem Caſtellæ eo ipſo, quod dominus matrimonium contrahit cum ſua ancilla, tam illa, quam filij ex ea geniti, libertatem conſequuntur, iuxta l. 1. tit. 13. & l. 5. tit. 22. par. 4. legum Caſtellæ. Caſtellę iur

Septimo. Septimus eſt, ſi perſona libera contrahat cum ſerua, ignorans ſeruitutem, & dominus vel illam ei tradat in matrimonium, non detegendo illi ſeruitutem, vel ſciens illos ita contrahere, ſeruitutem non detegat, eo ipſo perſona illa ſerua, ſiue maſculus ſit A ſiue fœmina, conſequitur libertatem. Ita habetur in authentico de nuptiis, §. ſi vero ab initio, & l. 1. ti. 5. par. 4. legum Caſtellæ, & tradunt gloſſa vlt. & Doctores c. vlt. & c. 1 de coniugio ſeruorum. Et affirmant Couar. loco citato. Aluarus Valaſcus de iure emph. q. 37. nu. 4. & 5. Item ſi quis in matrimonium tradat ſuam ancillam libero homini, qui illius ſeruitutem non ignorat, attamen dotis inſtrumẽtum ancillæ conficiat, eo ipſo illa libertatem conſequitur, vt conſtat ex l. vnica, §. ſed & ſi quis hominis, iuncta authentica, Ad hoc, C. de latina liber. tollenda, & affirmant Couarr. & Aluarus Valaſcus loco citato. Hinc conſtat, quando vel vterque contrahentium eſt ſeruus, vel licet alter ſit liber, non ignorat ſeruitutem alterius, eſto dominus expreſse conſentiat in matrimonium ſui mancipii, dummodo inſtrumentum dotale ei non conficiat, mancipium illud libertatem non conſequi, in quo (vt Valaſcus adnotauit) ſæpe erat vulgus.

B Octauus, ſi quis ſuum ſeruum hæredem inſtituat, vel tutorem eum filio ſuo relinquat, non ignorans eum eſſe ſuum mancipium: eo enim ipſo in vtroque euentu cenſetur libertatem illi concedere, vt inferius diſput. 154. oſtendimus. Octauo.

Nonus eſt, ſi quis ſuum proprium mancipium adoptet in filium: eo enim ipſo liber efficitur, vt habetur §. vlt. Inſt. de adoptionibus, atque in calce diſputatione 227. dicemus. Nono.

DISPVTATIO XL.

Vtrum Chriſtiana mancipia eorum qui in tribunali inquiſitionis de crimine hæreſeos aut apoſtaſiæ à fide damnantur, libera maneant.

Licet diſputatione præcedente in 4. modo, quo mancipia conſequuntur libertatem, in genere C ſit oſtenſum, Chriſtiana mancipia hæreticorum, cęterorumq; infidelium, qui tẽporali iuriſdictioni Eccleſiæ ſubduntur, eo ipſo conſequi libertatem: eſt tñ peculiaris difficultas, an id locum etiam habeat in Chriſtianis mancipiis eorum hæreticorum, & apoſtatarum, qui in tribunali inquiſitionis damnantur.

Alfonſus à Caſtro 2. de iuſta hæreticorum punitione cap. 7. Iacobus Simancas de catholicis inſtitutionibus titu. 61. à num. 8. & Franciſcus à Penna ad 3. partem directorii, q. 119. comment. 168. partem affirmantem veram exiſtimant, & eſt vſu recepta in Regno Caſtellæ: citatque ad id Franciſcus à Penna ſanctionem quandam primæ Hiſpalenſis inſtructionis, qua, approbãtibus Regibus Catholicis Ferdinando & Eliſabetha, anno 1484. conſtitutum eſt, vt mancipia iam Chriſtiana, quæ in bonis horum hæreticorum, & apoſtatarum reperirentur, non addicerentur fiſco, ſed libertate donarentur. Vnde dicunt D Simancas & Franciſcus à Penna, ſi aliquis horum hæreticorum intra tempus gratiæ ad Eccleſiæ vnitatem redeat, atque ea de cauſa omnia bona ſua illi ſint à rege conceſſa, nihilominus Chriſtiana illius mancipia donari libertate, quam per dominorum delictum fuerat conſecuta. Libera ſunt de iure communi, & in Regno Caſtellę.

Sententia hæc ſemper mihi viſa fuit vera, ſtando in ſolo iure communi tam Cæſareo, quàm Canonico.

A iure verò Cæſareo, tanquam ab antiquiore inciendo, ſuaderi poteſt. Primò, ex l. vnica, C. ne Chriſtian. mancip. & ex l. Deo nobis. §. His autem, C. de epiſc. & cleric. quibus in iuribus (vt diſp. præcedente in modis 4. & 5. quibus mancipia libertatem conſequuntur, relatum, deductumq; eſt) fuit ſancitum, tum vt Chriſtianum mancipium eo ipſo, quod eſſet alicuius Iudæi, pagani, vel hæretici, conſequeretur libertatem: tum etiam, vt ſi quod eorum infidele

dele mancipium tranſire vellet ad religionem Chriſtianam, eo ipſo, quod baptiſmum ſuſciperet, conſequeretur etiam libertatem, quam nõ amitteret, eſto eius dominus poſtea Chriſtianus fieret: ſed cum primum Chriſtianus aliquis in hæreſim aut apoſtaſiã à fide incidit, verum eſt dicere, mancipia Chriſtiana, quæ poſſidebat, aut quæ durante eo crimine ad eius poteſtatem quocumque titulo deuenerunt, eſſe mãcipia hæretici: ergo eo ipſo vi iuriũ, quæ citauimus, conſecuta ſunt libertatem. Cum ergo iura, quæ poſtea præſcriptionem bonorum hæreticorum ſtatuerunt, neque priora illa iura ea in parte abrogarint, neque gratia ditandi fiſcum, præiudicandive libertati Chriſtianis mancipijs iam antea in fidei fauorem conceſſæ, ſint introducta, ſed ſolum vt pœnæ acerbitate hæreſes extirpentur, neque denique nulla ratione prioribus illis iuribus aduerſentur, eo quòd lex confiſcationis ſolum ea hęreticorum bona fiſco addicat, quæ ſecluſa ea lege, crimine commiſſo, futura erant hæretici, de quorum numero ſanè non ſunt mancipia Chriſtiana, quæ vi priorum legum in primo hæreſis puncto efficiebantur libera, conſequens profectò eſt, vt ſtando in iure Cæſareo & Canonico, mancipia Chriſtiana eorum hæreticorum ſeu apoſtatarum, qui de crimine hæreſeos in tribunali inquiſitionis damnantur, libera ſint, neque ad fiſcum legis pertineant.

Secundò, q m l. Manichæos, C. de hæret. qua inter alias pœnas, primò inſtitutum fuit, vt bona hæreticorũ fiſco addicerẽtur, neque eorum filij aliter ad hæreditatem paternã admitterentur, q̃ ſi relicto errore, catholicam fidem amplecterentur, conceditur hæreticorum mancipijs infidelibus, vt ſi ad fidem tranſire voluerint catholicam, libera maneãt: ergo, ꝙ hæretici bonorũ confiſcatione puniendi ſint, non tollit quo minus vi priorum legum mãcipia eorum Chriſtiana libertatem conſequantur, neque cum cęteris hæreticorum bonis ad fiſcum ſpectent.

Tertio, lege Canonica, c. 1. & aptius, c. 2. & c. vlt. de Iudæis & Saracenis, & c. mãcipia, & c. fraternitatem, 54. d. Chriſtiana mancipia Iudæorum, tẽporali iuriſdictioni Eccleſiæ ſubiectorum ſunt ipſo facto libera: ſed hæretici ad Iudaiſmum apoſtatãtes (quorum in Hiſpanis ſunt fere mancipia, de quibus nũc agimus) verè ſunt Iudęi ad iuriſdictionem Eccleſię temporalem & ſpiritualem pertinentes, tametſi baptizati, eaque ratione apoſtatæ à fide; cum ergo, vt in prima ratione dictum eſt, lex confiſcationis ſolũ ſit eorum bonorum, quæ ſecluſa ea lege in puncto criminis hæreſeos & apoſtaſiæ futura erant apoſtatæ, neque gratia ditandi fiſcum, ſed puniendi magis hæreticos lata ſit: efficitur, vt eiuſmodi mancipia libera maneant, nec ad fiſcum pertineant.

Quarto c. vlt. ext. de hæret. à Greg. IX. declarantur abſoluti à debito fidelitatis, dominii (noua editio habet) hominii & totius obſequii, quicunque lapſis manifeſte in hæreſim aliquo pacto, quacumque firmitate vallato, tenebantur aſtricti (ea omnia ſunt verba textus) ergo mancipia hæreticorum, atque adeò apoſtatantium à fide catholica, eo ipſo quod de crimine dñorum conſtat, manent libera, ac proinde non pertinent ad fiſcum. Confirmatur hæc ratio ex c. quicunque, §. illorum autem, de hæretic. lib. 6. vbi Alex. IV. pronunciat, emancipationem filiorum ab hæreticis poſt crimen patratum effectam, nullius eſſe momenti, etiam ſi poſt emancipationẽ ipſam conſtet, dum illam fecerunt, fuiſse hæreticos. Reddit verò Summus Pontif. rationem, quoniam talis emãcipatio facta eſt de hominibus ſui iuris: cum dignum inquit, ſit, vt propter tanti atrocitatem delicti filii eſſe in parentum hæreticorum deſierint poteſtate. Hæc textus ille. Cum ergo filij nõ alia ratione effecti fuerint ſui iuris, patre patrante delictum, etiam

A antequam de delicto conſtaret, niſi quia iuxta diſpoſitionem Gregorij IX. c. vlt. citato, omnes, qui illi erant ſubiecti, eo ipſo ab omni debito fidelitatis, dominij, totiuſque obſequij ſint abſoluti, conſequens profectò eſt, vt Chriſtiana mancipia eo ipſo, quòd dominus in hæreſis crimen incidit, ſui iuris ac libera maneant, nec ad fiſcum pertineant.

Cæterũ Ioan. Andreas, Francus Geminianus, & Peruſinus, c. quicunque. §. illorũ, de hæreticis, lib. 6. Ioã. Anania, & Marianus Socinus, c. vlt. extra de hęreticis, cenſent, ſeruos eorum, qui de hæreſi & apoſtaſia damnantur, libertatem non conſequi, ſed pertinere ad fiſcum, perinde atque alia eorundem hæreticorum bona. Id vero neque alij fundamento innixi, neque aliter docent, quã, dum comparant manumiſſionem mancipii factam ab hæretico poſt crimen commiſſum cum emancipatione filii eodẽ tempore facta, aſſeuerando emancipationem eſſe nullã, vtpote factam de homine iam ſui iuris per delictum
B patris, vt habetur §. illorum, manumiſſionem verò eſſe nullam, non ea ratione, quaſi mancipium fiat ſui iuris, conſequaturque libertatem per crimen domini; ſed quia hæreticus iam poteſtatem non habet in ſuum mancipium, quod ſtatim ipſo iure, cum cæteris bonis eiuſdem hæretici, iuxta cap. cum ſecũdum leges, de hæreticis, lib. 6. eſt confiſcatum.

Franciſcus vero à Penna hos DD. exponit, vt loquantur ſolùm de mancipiis nondum Chriſtianis: hi namque cum neque iure Cęſareo, neque Canonico, eo ipſo, quòd dominus eſt hæreticus, libertatem conſequantur, ſane ad fiſcum pertinent, perinde ac alia hæreticorum bona. Quòd ſi de Chriſtianis etiã id intelligant, profecto audiendi non ſunt, cum neque vllo ſolido fundamento nitantur, neque iuri Cęſareo & Canonico, contrariũ ſtatuenti, ſatisfaciant, illiuſve meminerint. Porrò diſtinctio hæc, Chriſtianorum mancipiorum à non Chriſtianis, fit apertè
C ad hunc effectum in illa inſtructione Hiſpalenſi citata: ſic enim habet. Domini rex & regina voluerũt, ſeruos quorumcunque hæreticorum libertate donari, ſi in eorũ poteſtate exiſtentes Chriſtiani fuiſſent.

In hoc verò Luſitaniæ regno, cum tempore Ioannis Tertii inquiſitionis tribunal erigi cœpiſſet, nec tamen vſque ad tempora Regis Sebaſtiani bona eorum, qui in eo tribunali damnabantur, fiſco addicerentur, propterea quod ii, qui ex Hebræis originem ducebant, pacto pro certa aureorum ſumma cum rege inito, id ab eo ad certum annorum numerum obtinuiſſent, eo tempore expleto, cum de eiſdem bonis in poſterum confiſcandis, iudiceque ad id muneris creando ageretur, dubitari cępit, an Chriſtiana horum hominum mancipia, quæ in hoc regno non in paruo numero erant futura, libera manerent, an ad fiſcum regis pertinerent. Ad id enim vſque tempus, cum bona horum hominum eis ipſis, aut eorum ab *De Luſitano regno quid.*
D inteſtato hæredibus, iuxta initum pactum relinquerentur, nulli miſerorum mancipiorum cauſa in mẽtem venit, atque ita, vna cum cæteris bonis, eorum dominis relicta ſunt. Cum verò viri aliqui docti conueniſſent, vt de hoc, & de quibuſdam aliis dubiis iudicium ferrent, nulla lege lata, quæ priores abrogaret in hoc regno, nullique conſuetudini præſcriptæ innitentes (quæ à tempore, quo erectum in hoc regno fuit inquiſitionis tribunal, ad illud vſque tempus, præſertim aduerſus legem Canonicam, & aduerſus libertatem eſſe non potuit) ſtatuerunt, eiuſmodi mancipia libera non manere, ſed ad regis fiſcum pertinere. Ni fallor, non alio fundamento ducti, quam illo Iuriſperitorum, quos retulimus, & quod illa ſit communis eorum ſententia, nullis aliis eiuſdem iuris interpretibus refragrantibus.

Paucis admodum annis, poſtquam hæc ita conſtituta ſunt, cum in Eborenſi Academia, exponendo

2.2. D.Tho.ad hanc ipſam diſputationem, quã modo pertractamus deueniſſemus, prius re cum quibuſdam ex inquiſitoribus hæreticæ prauitatis collata, quibus noſtra ſententia non diſplicuit, fundamentis ſupra poſitis innixi, cũ Alphonſo à Caſtro & Iacobo Simancas aſſeruimus; ſtando in iure cõmuni, Chriſtiana horum hominum mancipia libera manere. Addentes, ſi iudicaretur expediens, vt libertate nõ donarentur, ſed ad fiſcum pertinerent; pręſertim ne ſpes libertatis illis eſſet occaſio crimina ſuis dominis imponendi; id hac ratione poſſe in poſterum fieri, ſi Imperiales leges (quæ, vt 2.lib. Ordinationum tit.5.habetur, vim habent in hoc regno in ijs, quæ priuatis eiuſdem regni legibus, conſuetudinibuſque præſcriptis non repugnant) ea ex parte, qua contrarium ſtatuunt, abrogarentur. Quòd ad leges verò canonicas attinet, abrogatio etiam hac in parte à Summo Pontifice obtineretur. Dicebam tamen mancipia, quæ à tẽpore erecti tribunalis inquiſitionis in hoc regno, vſque ad id tempus libertatem vi legum Imperialium & canonicarum erant ſortita, ſed per ignorantiam ea non potiebantur, libera omnino eſſe, neque eam vllo tempore aduerſus ea mancipia poſſe præſcribi, vt conſtat ex l.vlt. C. de longi temp.præſcript. quæ pro libertate, ex l. vſucapionum ff.de vſucap.ex §. ſed aliquando, Inſtit.de vſucap. & ex l.6.tit.29. p.3. legum Caſtellæ. Idem dicendum eſt de filijs eiuſmodi ancillarum, ſobolequè per lineam fœmininam vlterius procreata.

Non defuit poſtea, qui noſtra fundamenta eneruare fuerit conatus, aſſerueritque, ſtãdo in ſolo iure communi, eiuſmodi mancipia libera minime manere, ſed ad fiſcum ſpectare, atque ad eo nullum eorum vnquam à principio erecti tribunalis inquiſitionis in hoc regno libertatem eſſe conſecutum.

Vt verò ſuam tueatur ſententiam, ad legem Deo nobis.§.his ita, reſpondet, ibi ſolum eſſe ſermonem de hæreticis, qui publice in ſua hæreſi, & cum ſuis bonis viuere habereque ſua conuenticula permittebantur, qualiter in Germania & Gallia hodie multi permittuntur. Ratio verò quare conſtitutum eſt, vt Chriſtiana eorũ mancipia eo ipſo eſſent libera, fuit, quia periculum erat, ne inter eos peruerterẽtur: cum ergo inquit, hæretici & apoſtatæ, de quibus loquimur, viuere in ſuo errore non permittantur, ſtatimque ac deprehenduntur; omnia ipſorum bona, & cum illis mancipia omnia eripiantur, vt lata poſtea ſententia fiſco applicẽtur, efficitur, vt & ratio illius legis in his mancipijs ceſſet: & hæretici, de quibus loquimur, in eorum numero, de quibus in ea lege eſt ſermo minime comprehendantur.

Refellitur. Ad hoc autem in primis reſpondeo, cum lex vniuerſim de Chriſtianis mancipijs hæreticorum lata ſit, nulla facta reſtrictione, quòd tales hæretici viuere cum ſuis bonis publicè permittantur, ſanè quòd poſtea grauiores pœnę in hæreticos latę ſint, nec viuere in ſuo errore publicè permittantur, bonaque eorum, ſi in errore deprehendantur, fiſco applicentur, non tollit quin priuilegium illud Chriſtianorũ mancipiorum, in fidei & libertatis fauorem introductũ, integrum maneat, pręſertim, cum adhuc in fidei fauorem cedat, quatenus ea ratione mancipia infidelia, ſpe libertatis in eo euentu aſſequendæ, ad fidem alliciantur: & cum dum lex non diſtinguit, ac excipit, nec nos diſtinguere aut excipere debeamus: ac denique cum in dubio, verbis legis ſtandum ſit, ſitque in fidei & libertatis fauorem inclinandum, ſane non video qua ratione, adhuc vi legis illius perdurante, poſſit contrarium tuta conſcientia affirmari. Id quod inde etiam poteſt confirmari, quoniam, ſi poſt illam legem, quæcunque aliæ pœnæ in hæreticos eſſent latæ, etiam capitis, diligenterque inquirerentur, nec permitterentur in ſuo errore perſe-

A uerare, ſolaque confiſcationis bonorum pœna non eſſet lata, profecto nullus eſſet, qui affirmare auderet, Chriſtiana mancipia eiuſmodi hæreticorum vi prioris illius legis libera non manere: cum ergo lex confiſcationis, neque gratia ditandi Principes, neque minuendi fauorem & priuilegia fidei ac libertatis, ſed ſolum ad coercendum, & puniendos magis hæreticos lata ſit; conſequens abſque dubio eſt, vt etiam poſt legem confiſcationis, Chriſtiana hæreticorum mancipia libertatem conſequantur.

Deinde ex ipſomet iure ciuili oſtẽdamus, ẽt, poſt legẽ confiſcationis, ereptioniſque per confiſcationẽ Chriſtianorum mancipiorum de poteſtate hæreticorum, eiuſmodi mancipia conſequi libertatẽ. Lex namque confiſcationis lata fuit à Theodoſio l. Manichæos, & vſque adeo mancipia & alia bona hæreticorum de eorum poteſtate eripiebãtur, & applicabantur fiſco, vt neque filij in eis ſuccederent, niſi paternam deſererent impietatem, catholicique eſſent. B Eademque lege, nihil confiſcatione impediente, cõcedebatur libertas mancipijs infidelib. eorum hæreticorum, quorum bona erant confiſcanda, dummodo ad fidem catholicam tranſire vellent. Quo fit, vt vel ex ipſamet lege conſtẽt, quod fiſco applicãda eſſent bona hæreticorum, neque mancipia in poteſtate hæreticorum eſſent permanſura, nec deuentura eſſent ad filios non catholicos, nihil omnino impedire, quominus libera manerent. Poſt legẽ verò Manichæis, à Theodoſio latam, Iuſtinianus, qui Theodoſio fuit poſterior, tulit l. Deo nobis, de qua eſt cõtrouerſia: quæ ſanè minime abrogauit legem confiſcationis à Theodoſio latam, quin eam ſupponens, imò eam, & legem vnicam, C.ne Chriſtian.mãcip. à Conſtantino latam referens, §.his ita, dixit, Repetita lege iubemus, &c. Quo fit, vt quæ in ea ſancita ſunt, intelligenda etiã ſint de Chriſtianis mancipijs eorum hæreticorum, à quibus ob hæreſeos crimen C mancipia forent eripienda, & applicanda fiſco.

Ad legem verò Manichęos, vnde ſecũdo loco noſtrã ſnĩam confirmauimus, rñdet, in primis, legem illam ſolum habere locum in mancipijs Manichæorum & Donatiſtarũ, de quibus ſolis in ea eſt ſermo; cum tñ iam hodie nulli tales ſint. Deinde verò, neque his ſeruis lege illa tribui libertatem, ſed ſolũ ſtatui, extra noxam eos eſſe, ſi dñm ſacrilegum euitantes, ad Eccleſiam Catholicam ſeruitio fideliori tranſierint. Quia tñ, inquit glo. Accurſij verba illa, extra noxam ſint, exponit, id eſt, liberi ſint, plerique crediderunt ea lege libertatẽ eiuſmodi ſeruis concedi: cũ tamen verbum, noxa, in lingua Latina nunquam ſeruitutem ſignificet, quaſi eos eſſe extra noxam, ſit eſſe liberos: ſed vel culpam, vel pœnã ſignificat: quare ſenſus eſt, à culpa & pœna ſint immunes. Reſpõſum ad aliud fũdamẽtum.

Ad primum horum dicendum eſt, quamuis de ſolis Manichæis, & Donatiſtis in ea lege expreſsè ſit D ſermo, quia tñ eadem eſt ratio de cæteris hæreticis, & rationes, quæ in ea lege redduntur, quare eo modo illi ſint puniendi, in omnes quadrant, ideò merito ad oẽs legem illam eſſe extendendã, de omnibuſque eſse intelligẽdam. Accedit, Iuſtinianum, l. Deo nobis. §.his ita, eam de hæreticis omnibus ſuiſſe interpretatum, dum ratione legis huius, & legis vnicę, C.ne Chriſtian.mancip. dixit repetita lege, &c. ipſeque de omnibus vniuerſim in eo §.loquatur. Refellitur.

Ad ſecundum dicendũ eſt, apertè eum eſſe ſenſum illius legis, neque ſolum Accurſium eam ita intelligere (cuius gloſſis, quando communi Doctorum ſententia non reijciuntur, neque eſt lex aut cõſuetudo præſcripta in contrarium, ſtandum eſt in hoc Regno, vt habetur 2.lib. Ordin. tit.5.) ſed etiam communem Doctorum ſententiam. Neque Accurſius nomine noxæ, ſeruitutẽ in ſua gloſſa intellexit, ſed culpã, & pęnam: breuiſſimè tamen aperuit ſenſum

totius

totius periodi circa illud verbum, noxam, exponendo, id eſt, liberi erunt: verbum namque illud, erunt, quod futuri eſt temporis, ſi periodum totam expendas, manifeſtè indicat illam non eſſe expoſitionem ſolius vocis, noxam, ſed totius periodi: cuius ſanè ille eſt legitimus ſenſus. Theodoſium quippe ſtatuere, vt ſerui abſque noxa, id eſt, culpa ac pœna, deſerere poſſint dominum ſuum ſacrilegum & hæreticum, & tranſire ad Eccleſiam, fidem Catholicam amplectendo, Deoque fideliori ſeruitio famulādo, profectò non aliud eſt, quàm eos libertatem conſequi eo ipſo, quod Catholicam fidem amplectantur. Atque id eſt, quod Accurſius breui illa ſua gloſſa voluit. Licet autem aduerſario daremus, neque ea lege comprehendi hæreticos & apoſtatas noſtri temporis, neque ſeruos, etiam Manichæorum & Donatiſtarum, libertatem conſequi vi ſolius illius legis, negare tamen non poteſt, non obſtante lege confiſcationis bonorum Manichæorum & Donatiſtarum, quæ ea lege lata eſt, mancipia Chriſtiana eorundem Manichæorum & Donatiſtarum libertatem conſequi, vi legis, Deo nobis, quæ poſteà à Iuſtiniano lata eſt: eademque ratione hodie mancipia Chriſtiana hæreticorum noſtri temporis, nihil impediente lege confiſcationis bonorum hæreticorum, conſequi etiā libertatem vi legis, Deo nobis.

Reſpōſum ad iura canonica. Ad iura canonica, quibus tertio loco noſtram ſententiam confirmauimus, reſpondet. Iura illa ſolum loqui de Chriſtianis mancipiis eorum Iudæorum, qui in terris Chriſtianorum morantur, nondumque baptiſmum ſuſceperunt, quales ſunt hodie multi in Italia, & in alijs prouincijs Chriſtianorum. Quare, inquit, ſine probabilitate extenduntur ad Chriſtiana mancipia neophitorum Hebræi ſanguinis, qui ad Iudaiſmum deficiunt. Hi namque in iure, non iam ſub titulo de Iudæis, ſed ſub titulo de hæreticis & apoſtatis comprehenduntur.

Refellitur. Ad hoc dicendum eſt, quamuis illis iuribus expreſsè ſit ſolum ſermo de mancipijs Iudæorum, qui baptiſmum non ſuſceperunt, eo quod in locis, quib. decretis illis ſubueniebatur, ſolum hi eſſent, grauaq; ſubueniendi eorum exceſſibus iura illa lata ſint; nihilominus per epicheiam eſſe cenſendum, mentem eorum, qui ea iura condiderunt, non fuiſſe, vt ſi illi ijdē baptizarentur, fingenteſq; ſe eſſe Chriſtianos comperirentur Iudæi eorū Chriſtiana mancipia, propter dominorum infidelitatem, non potirentur in fidei fauorem priuilegio eodem, quo gauderent, ſi domini baptiſmum non ſuſcepiſſent; præſertim, cum illos ſuſcepiſſe baptiſmū, non tollat eos verè eſſe Iudęos, vt antea erant; nec minuat, ſed augeat eorum infidelitatis culpam: tales autem ſunt quotquot in Hiſpanijs ob crimen apoſtaſiæ ad Iudaiſmum puniuntur: originē quippe ab eis Iudæis trahunt, qui inter Chriſtianos morabantur, quique fingentes ſe eſſe Chriſtianos, perpetuo inter ſe eo ritu vixerunt. His accedit, Gregorium Magnum, cuius ſunt duæ illæ epiſtolæ decretales. c. mancipia. & c. fraternitatem, 54. d. & Gregorium IX. cuius eſt c. vltimum extra de Iudęis & Saracenis, leges ciuiles, & præſertim legē, Deo nobis, ſecutos, iura illa condidiſſe: addentes limitationem illam, quando mancipium mercimonij cauſa eſſet emptum, &c. voluiſſeque, vt integrè ſeruarentur, vt ſatis apertè innuit Gregor. Magnus, c. mancipia, citato, in quo earum legum meminit. Imò verò, cum leges illæ in fidei fauorem, atque ad Eccleſiæ petitionem ab Imperatoribus fuerint latæ, vim quodammodo canonicarum legum, ex petitione ipſa & approbatione Eccleſiæ, vſuque earum, habere videntur: conſtat autem ex his, quæ hactenus diximus, Chriſtiana mancipia apoſtatantium à fide. l. Deo nobis, comprehendi. Ad hæc confirmari hoc ipſum poteſt, quoniam ſi non eſſet lex, qua bona

A apoſtatantium à fide fiſco addicerentur, ſanè nullus eſſet, qui dicere auderet, Chriſtiana mācipia apoſtatantium ad Iudaiſmū illis Canonib. non comprehēdi: cū ergo lex confiſcationis nihil ab illis eximat canonibus, quoad ea ſecluſa, eis cōprehenderetur, neque fiſcus in alijs bonis apoſtatātiū à fide ſuccedat, q̄ in ijs, quorū apoſtatæ eſſent dn̄i à pūcto temporis commiſſi delicti, conſequēs profectò eſt, ut ad Chriſtiana mancipia eiuſmodi hominum ad Iudaiſmum deficientium canones citati ſe extendant.

Reſpōſum ad c. vlt. de hæret. Ad cap. vltimum extra de hæreticis, vnde quarto loco confirmauimus noſtram ſententiam, reſpondet. Ex eo quòd eo capite pronuncientur abſoluti ab omni debito fidelitatis, & totius obſequii, quicūque lapſis manifeſtè in hæreſim tenebantur aſtricti, nequaquam colligi, mancipia eorum manere libera. Etenim debitores hęretici cenſentur ibi abſoluti ab obligatione ſoluendi hæretico, non tamen fiſco, qui in eorum bonis ſuccedit: & vaſalli cenſentur abſolu
B ti ab obſequio & obedientia, alioquin illi debita, non tamen ab obſequio & obedientia prętanda ei, qui in eo iure ſucceſſerit. Eodemque modo, licet mancipia vi illius capituli ab eius dominio maneant abſoluta, ita ut amplius neque parere, neque ſeruire illi teneantur; nihilominus non cenſentur abſoluta à poteſtate fiſci, qui in bonis hæretici ſuccedit. Hoc ipſum validè, vt ait, confirmat, quoniam ius, quo bona hæreticorum indiſtinctè publicari præcipiebantur, iam antea erat conditum ab Innocentio III. cap. vergentis, eodem titulo, quare, licet capit. illo vltimo poſtea à Gregor. IX. mancipia abſoluantur à dominio hæretici, nō ſequitur reddi ſui iuris: quandoquidem iam uirtute præcedentis ſtatuti capienda erant à fiſco vnà cum cæteris bonis eiuſdem hæretici.

Satisfit. Ad hanc reſponſionem dicendum eſt, licet mancipia Chriſtiana, de quibus loquimur, vi præciſè illius capituli non efficiantur ſui iuris, nec liberentur
C à fiſci poteſtate (vnde, quæ Chriſtiana non ſunt, licet vi illius capituli liberentur à debito, quo hæretico tenebantur aſtricta, non tamen liberantur à poteſtate fiſci) nihilominus quemadmodum filij familias hæreticorum, quia nulli alteri, quam patri, tenebantur aſtricti, vi illius capituli cenſentur eo ipſo, quod pater incidit in hæreſim, effecti ſui iuris, vt Alex. IV. c. quicumque, §. illorum, de hæret. lib. 6. pronunciat, eaque de cauſa vſusfructus bonorum ipſorum aduentitiorum, non ad fiſcum, ſed ad ipſoſmet filios à die commiſſi à patre criminis ſpectat: ſic ēt, cum Chriſtiana mancipia eorundem hæreticorum, iuxta ciuiles leges ab Eccleſia receptas & approbatas, à die commiſſi criminis dominorum conſequerentur libertatem, ſanè cenſendum eſt, Gregor. IX. eo. cap. intendiſſe illis conferre omnem abſolutionem, quam iuxta antiquiora iura conferre illis po-
D tuit, atque adeò effecit illa ſui iuris à die commiſſi delicti dominorum, non ſecus ac (pronunciante id Alex. IV.) filiosfamilias eorundem hæreticorum ſui iuris ſimili modo effecit.

Ad confirmationem dicendum eſt, quamuis lex publicationis bonorum iam antea ab Innocen. III. c. vergentis, lata fuerit, non tamen vt ipſo iure à die commiſſi criminis publicarentur (id enim poſt Gregor. IX. à Bonif. VIII. cum ſecundū leges, de hæret. lib. 6. ſancitum eſt,) ſed à puncto latæ ſnīæ: quare cum Chriſtiana mancipia hæreticorum, tum antiquioribus iuribus, tum ēt à Greg. IX. facta ſint ſui iuris ſtatim à crimine dominorum; conſequens eſt, vt confirmatio pro nobis pugnet: quippe cum libertas eiuſmodi mancipiorum tempore antecedat ius in re, quod virtute capituli vergentis, poſt ſolam latam ſententiam comparat fiſcus. Sæpe autem oſtendimus ſupra, legem confiſcationis nihil omnino

præiudicare libertati, iure Cæſareo & canonico iam antea Chriſtianis hæreticorum mancipijs conceſſæ. Neque animo ditandi fiſcum, ſed puniendi & coercendi magis hæreticos, fuiſſe eam legem introductã, vt Innocen. III. c. vergentis, ſatis apertè innuit.

Alia eiuſdē cōfirmatio.

Vlterius confirmat ſuã ſniam; qm̃ licet daremus, inquit, de iure cõi Chriſtiana mancipia hæreticorum libera manere; cum tñ poſt erectũ in Luſitania ſanctæ Inquiſitionis tribunal, non conſtet tale ius fuiſſe ſeruatum; credi poteſt, illud apud nos nunquam fuiſſe receptum, atque adeo iam modo eſſe per contrariam conſuetudinem abrogatum. Quamuis enim directè aduerſus libertatem nullo poſſit tpe præſcribi, tñ contra ius poſitiuum ſeruo in aliquo caſu libertatem ſtatuens, non eſt ꝙ præſcriptio nequeat procedere: quia talis præſcriptio non præiudicat directè libertati, quaſi per eam homo liber capiatur in ſeruũ ſed immediatè tollit beneficium iuris poſitiui, quo ſeruus redditur liber, ac ſolum conſequenter operatur, ne ſeruus conditionem ſeruilem amittat.

Refellitur.

At cum iura cõia, de quibus eſt controuerſia, recẽtia non ſint, ſed antiquiſſima, & non ſolum totum ius canonicum, ſed & ciuile, quatenus iuribus & conſuetudinibus particularibus huius regni non repugnat, receptum fuerit ab Emanuele Luſitaniæ rege 2. lib. Ordina. tit. 5. non video qua probabilitatis ſpecie affirmari poſſit, ea iura cõia, de quibus agimus nunquam fuiſſe in Luſitaniæ regno recepta. Si quæ ergo contraria cõſuetudo hac de re eſt in hoc regno ſolum cępit à tempore, quo erectum in eo eſt Inquiſitionis tribunal, eo quod antea quam rariſſimè, aut nunquam, ſe obtulerit occaſio fiſco applicãdi bona hæreticorum, apoſtatantiumve à fide; præſertim inter quæ eſſent mancipia; atq; ſi aliqñ ſe obtulit, incertum ſit, an libertate ſint donata. Licet vero iam hodie ab erecto inquiſitionis tribunali in hoc regno trãſierint quadraginta anni, quod tp̃s ſufficiens eſt ad præſcribendũ aduerſus leges, ẽt canonicas, vidẽdum eſt, an dubia, quæ hac de re intermedio tpe inſurrexerunt, impedimento ad præſcribendum fuerint.

DISPVTATIO XLI.

De acquiſitione & amiſſione dominij ferarum.

CONſequenter dicendum eſt de acquiſitione & amiſſione dominij rerũ ratione carentium. Et primo earũ, quæ antea nullius erant propriæ. Vt verò à feris incipiamus (ferarum nomine etiam piſces & volucres comprehendẽdo) ſciendum eſt. Animalium ratione carentium, vt colligitur ex §. feræ, & ſequentibus, Inſt. de rer. diuiſ. quædam ſuapte natura eſſe fera, quædam non item. Poſterioris generis ſunt oues, boues, porci, gallinæ, anſeres, & id genus alia. Prioris vero lepores, cerui, grues, perdices, & pleraq; alia; inter q̃ piſces oẽs cõmemorantur. Sciendum eſt deinde, quædam eſſe aĩalia eiuſdẽ appellationis, aut ẽt ſpeciei, inter quæ, vel propter complexionem, vel propter educationem, quædã fera ſunt, quædã vero domeſtica, vt in anatib. anſerib. colũbis, & alijs cernere licet: ſicut ẽt quædã, ſuapte natura fera, educatione cicurãtur, vt cerui, accipitres: quædã vero ſuapte natura domeſtica, ſibi ipſis in ſyluis diu relicta, efferantur, vt ſues, capræ aliaq; id genus complura.

Animalia, quæ fera, q̃ nõ item.

Animalia, quæ domino carent, primo capientis fiũt.

His ita cõſtitutis, generalis hæc regula eſt ſtatuenda. Quæ bruta animantia dño carent, gentium iure fiunt primo occupantis. Quę regula in reliquis etiam rebus locum habet, vt patet, §. feræ, Inſt. de rer. diuiſ. l. 1. ff. de acqu poſſeſs. l. 1. & 3. ff. de acqu. rer. domi. c. ius naturale, & c. ius gentium, d. 1. eſtque omnium conſenſu receptiſſima.

Vt vero à manſuetis omnino animalibus nos expediamus, ſciendum eſt, regulariter illa omnia prios habere dominos, & eſto longè aberrent, aut à lupo, aliave fera capta deferantur, non amitti eorum dominium, adeo, vt ſi ab ea interficiantur, aut alia ratione pereant, carnes eorum, & quicquid aliud ex eis remanſerit, ad illius dominium ſpectent, cuius illa erant animalia. Quin etiam, ſi quis propria induſtria ac labore eiuſmodi animalia, eorumve partes extrahat de ore lupi, aut alterius beſtiæ faucibus, eſto peritura alioqui omnino eſſent, niſi ipſe ea extraheret, tenetur ſanè ea domino animalium reſtituere quamuis iure poſſit ab eo pretium ſui laboris ac induſtriæ exigere, quatenus vtiliter negotiũ illius egit. Hæc omnia habentur l. Pomponius, ff. de acqu. rer. domin. 5. lib. Ordin. huius Luſitaniæ regni, tit. 41. §. 4. l. Pomponius, ff. familiæ erciſc. & §. Gallinarum, Inſtit. de rer. diuiſ.

Quod ad fera animalia attinet, de quibus eſt præſens diſputatio. Si talia ſint, quæ ad nullius dominium ſpectent, vtique ſtando in ſolo iure naturali ac gentium, fas eſt cuique ea venari ac capere. Atq; eo ipſo, quod ea ceperit, gentium iure dominium eorum comparat, ſiue ea in proprio agro, ſiue in communi, ſiue in alieno capiat. Ita habetur Inſtit. de rerum diuiſione §. feræ, & l. 3. ff. de acquirendo rerum dominio.

Eiuſmodi animalium tamdiu dominium retinetur, quamdiu in noſtra cuſtodia coercentur. Cum primum vero noſtram cuſtodiam euadunt, in ſuamque naturalem libertatem ſe recipiunt, amittitur eorum dominium, rurſuſque fiunt primo capientis. Cenſentur vero ſuam naturalem libertatem conſecuta, quando manſueta non ſunt, quæ abire & redire ſoleant, eoque pacto cuſtodiam fugiant, vt domini cuſtodientiſve oculos fugiant; vel eſto adhuc ſint in conſpectu, difficilis ſit eorum proſecutio & comprehenſio. Hæc habẽtur §. feræ citato, & l. 3. 4. & 5. ff. de acquir. rer. dom. Quo fit, vt aues, quæ in caueis, ne fugiant, continentur, regulariter ſuam cenſeãtur conſecutæ libertatem, ſtatim, ac caueas egrediuntur quippe cum continuo difficilis eſſe ſoleat earum captura. Niſi fortè intra domorum clauſtra egrediantur, in quibus vel claudendo feneſtram, vel alia ratione earum non ſit difficilis comprehenſio. Item, ſi quod ad manſuetudinem quandam eſſent redactæ vel quod alas habeant abſciſſas, vel alia quauis ratione difficilis non ſit earum captura, ſanè interim dum conſpectum non fugerent, minimè cenſeretur amiſſum earum dominium. Quin, eſto conſpectum fugerent, dum facilè paulo poſt eſſent capiendæ, nequaquam earum dominium amitti crederetur. Hæc enim omnia prudentis arbitrio, circunſtantijs concurrentibus ſpectatis, iudicanda ſunt.

Porrò earum ferarum, quæ educatione cicuratæ ſunt, quæque abire & redire domum ſolent, vt eſſe ſolent quidam cerui, tandiu dominium retinetur, quamdiu illæ animum redeundi retinent: ſtatim verò ac animum illum amittunt, earum quoque amittitur dominium, fiuntque capientis, eſto facilior aliquantulum ſit earum comprehenſio, quod de priſtina manſuetudine partem aliquam retineant. Tunc vero redeundi animum amiſiſſe cenſentur, cum reuertendi conſuetudinem amiſerant. Hæc omnia habentur Inſtit. de rer. diuiſ. §. pauonum, & l. naturalem, ff. de acquir. rer. domin.

Nauar. in Manua. c. 17. nu. 128. Sylueſt. verb. inuentum, quæſt. 2. Maior in 4. d. 15. quæſt. 10. & quidam alij, iuxta gloſſ. quandam, l. de quibus, ff. de legibus, in Verbo, inueterata, arbitrantur, ſatis eſſe ſi eiuſmodi animalibus bis non redire contingat diebus & horis conſuetis, vt reuertendi conſuetudinem amiſiſſe cenſeantur, fiantque primo capientis. Arbitror tamen, prudentis arbitro relinquendum eſſe, quando conſuetudinem reuertẽdi amiſiſſe ſint cen-

ſenda;

ſenda. Si namque dum non reuertuntur, facili negocio quæruntur, atque aſportantur, aut non longè fugiunt in ſylua, ſed in ſuburbanis commorantur, aut vagantur per alienas domos, eſto per octo, aut quindecim dies, aut etiam per menſem, non reuertantur, cenſenda non ſunt conſuetudinem amiſiſſe reuertẽdi: velle autem, quod gloſſa illa in re, de qua loquitur rectè docet ad id, de quo diſputamus, accomodare, ſanè rationi minimè eſt conſentaneum.

Falconũ dominium. Quod verò ad falcones, & ſimilia animalia, aucupio, & receptui ad aucupis manum aſſuefacta, attinet: quamdiu illa conſuetudinem ad manum aucupis redeundi non amittunt, eſto extra noſtram cuſtodiam ſint eorum apud nos dominium perſeuerat. Quòd ſi illam aliquando amitterent, ad ſuamq; naturalem feritatem redirent, ſanè, eſto ſtigmata haberent impreſſa ac notas, vt cuius erãt agnoſcerentur, fierent protectò capientis. Quoniam regula illa vera eſt vniuerſim, ferarũ amitti dominium ſimul ac ea ad ſuã libertatem ac feritatem redeunt. Quia tñ eiuſmodi animalia ſemel aſſuefacta raro conſuetudinem reuertendi ad manum amittunt, in dubioque præſumendum eſt eam non amiſiſſe, quærendi ſunt proprii domini, illiſque ſunt reſtituẽda, vt lib. 5. Ordinat. huius regni, tit. 41. ſtatuitur. Ibidem, vltra impenſas factas, præmia inuentoribus conſtituuntur.

Colũbarum dominium. Earum verò columbarũ, quæ in noſtro cõmorantur colũbario tandiu dñium retinemus, quamdiu eo redire conſueuerunt. Quòd ſi domiciliũ mutent, cõtinuo dominium earum amittimus. Apũ dominium. Idem dicẽdum eſt de apibus, quæ in noſtris aluearibus cõmorãtur. Quòd ſi examẽ totum ex noſtro aluearario conuolet, dominiũ illius retinemus, quãdiu eſt in noſtro conſpectu, difficiliſq; non eſt illius cõſecutio & comprehenſio. Statim verò, ac diſparet, difficiliſve eſt illius cõprenſio, dominium illius amittimus. Noua autem examina, q̃ certis tẽporibus ex aluearibus egrediuntur, eius ſunt, cuius erat examen, à quo ſunt progenita. Ferarum nãque fructus & partus, generationis, originiſ ve titulo eius ſunt, cuius erant feræ, ex quib. progeniti, vt ex. §. item ea quæ ex animalibus, Inſtit. de rer. diuiſ. eſt manifeſtum. Eſt nihilominus in his etiam examinibus ſeruanda regula paulo antea pręfixa, nẽpe, ſtatim, ac diſparẽt, difficiliſve eſt eorũ cõprehenſio, eorum amitti dominium. Quęcunq; verò examina dño carent, fiunt primò ea occupantis, eſto in alieno agro, aliena ve arbore conſederint. Imò verò eſto ibi fauos cõfecerint, tã fauĩ, quã agmina, ſunt primo occupantis. Si tamen dñs agri pręuiderit prohibere alios, ne ſuum agrum ad ea occupandũ ingrediantur, vt ipſe prior illa accipiat. Quòd ſi contra eã prohibitionem alius ingrediatur, eaq; præoccupet, erunt quidem ea ita occupantis, ſed tenebitur dño agri ad ea, quæ in ſequentibus dicemus. Si verò dñs agri iam antea illa inueniſſet, & tanquam ſua occupaſſet, & tamen in arboris aut rupis cauitate vbi ea inuenit illa reliquiſſet, vel quia aptus eſſet locus, vel quouſq; aluearia repararet, tunc, vtique dominiũ eorum comparaſſet. Porro in aliquibus regionib. mos eſt aluearia in locis deſertis conſtituere, ſi fortè peregrinum aliquod examen in ea confluat. Quo poſito, eo ipſo, quod examen aliquod in eo alueari incipit habitare, efficitur domini illius aluearis: niſi fortè proprius examinis dñs illud inſequeretur. Hæc, q̃ de apibus & columbis dicta ſunt, apertè conſtant ex §. apum. & §. pauonum, Inſtit. de rerum diuiſ. ex l. naturalem, §. apum. ff. de acquir. rer. dom. & ex l. 3. §. Nerua, & ſequenti, ff. de acquir. poſſeſ.

Dominiũ ferarũ in circũſeptis, & in ſaltibus principum. Ferarum dominium, quæ captæ aliquando, aut quaſi captæ, incluſæ, in locis circunſeptis continentur, vt in viuarijs, piſcinis, ſtagnis, & aliis ſimilibus locis, nec non earum quæ in eiſdem locis ex illis procreantur, ad eum ſpectat, qui eas in tali cuſtodia retiA net, vt colligitur ex l. 3. §. item feras, ff. de acq. poſſeſ. & ex §. item ea quæ ex animalibus, Inſtit. de rer. diuiſ. Quæ autem in circunſeptis ſaltibus magnæ vaſtitatis continentur, ita vt nunquam captę, aut quaſi captæ fuerint, ſed ſemper fuerint in ſua naturali libertate, tametſi ſeptum illud præſtet, vt & feræ intus cõtineantur, cum nullus fugæ detur locus, & vt alij venatores arceantur, atque ita feræ fęlicius multiplicẽtur; nihilominus tamen ad illius dominium non pertinent, cuius eſt ſaltus; tametſi ille ſolus eas venandi ius habeat, ſed in ſua ſunt naturali feritate, ac libertate. Idem dicendum eſt, de piſcibus lacuum ac paludum magnæ vaſtitatis. ita colligitur ex l. 3. §. item feras, citato, & affirmat Couar. regula, peccatum, p. 2. §. 8. nu. 15. opinionem deferens, quam alibi fuerat B ſecutus. Confirmari verò poteſt ratione: Quoniam ferarum, eſto in agro noſtro ſint, non prius comparatur dominium, quam illæ capiantur: eiuſmodi autem feræ ex eo, quod in tam vaſto loco circunſeptæ ſint, non cenſentur captæ, ſed ſunt in ſua naturali libertate ac feritate. Maiori ergo cum ratione, quæ in ſaltibus principum, & in aliis locis minimè circumſeptis continentur, in quibus venari eſt prohibitum, ad eorum dominium non pertinent, quorum ſunt ſaltus, vt l. 3. §. citato habetur. Quin potius, eſto feræ captę aliundè aſportentur, & mittantur in ſaltus magnæ vaſtitatis, ſiue circumſeptos, ſiue non, aut in lacus, ſeu paludes, vt ibi multiplici prole propagentur, dominium earum nõ pertinet ad dominum ſaltuũ, lacuum, aut paludum. Ratio eſt, quoniam eo ipſo, C quod ibi miſſæ ſunt, ſuam naturalem libertatẽ ſunt conſecutæ, ac proinde antequam iterum capiantur, ad nullius pertinent dominium.

DISPVTATIO XLII.

Fera percuſſa ab vno & capta ab alio, aut extracta de laqueo alterius, ad quem pertineat.

PRior ex his duabus quæſtionibus excitatur l. naturalem, §. quæſitum eſt, ff. de acquir. rer. dom. & §. item quæſitum eſt, Inſtit. de rer. diuiſ. duæque contrariæ referuntur ſententiæ, vtrobique ea eligitur, quæ dominium talis feræ tribuit, non quidem percutienti, ſed eam capienti. Idemque ſancitur l. 21. tit. D 28. p. 3. legum Caſtellæ.

Diſtinguendum tamen eſt, ſi enim vulnus lethale erat, ſufficienſve vt caperetur, percutienſq; ita ferã inſequebatur, vt moraliter eam eſſet capturus, ipſi proculdubio tota debetur. Ratio eſt: qm̃ licet ante naturalem illius apprehenſionem dominium illius nõ comparet, vt ex dictis diſp. 2. & 3. eſt manifeſtũ, nihilominus ſola percuſſione ad capturam ſufficiente conſecutus eſt ius ad eam capiendam ac poſſidendam, atque adeo ad illius dominium comparãdum, quatenus cauſam ſufficientem dedit ſine qua tunc non caperetur: quo fit, vt ipſi ſoli debeatur. Neque aliud ſignificare videntur iura citata, vt ex ratione quam ſubiungunt, eſt manifeſtum. Definiunt nãq; E ea ratione eam eſſe capientis, quoniam multa accidere ſolent, vt percutiens eam non capiat. Quibus verbis ſatis apertè indicant, quando moraliter eſſet certum à percutiente ipſo fuiſſe capiendam, tunc quidẽ ad eum ſolum prædam pertinere. Mirum quippe eſſet, feram primo ictu ab aliquo ante ſuos oculos interfectam, ad ipſum ſolum non pertinere, ſed eſſe primo ſeam occupantis; cõtrariumq; habuit ſemper conſuetudo. Si vero percuſſio ſufficiens non erat, vt caperetur, aut percutiens non inſequebatur feram, eaque ratione ad ptãtem illius moraliter loquendo non erat deuentura; tunc, cum non prius dominium illius aliquis comparet, quã eam apprehendat, fit capientis. Quamuis, ſi percuſſio vnius non ſolum eſt

A occaſio, ſed & cauſa, vt ab alio capiatur, æquitas & iuſtitia poſtulat, vt pro quãtitate cauſæ, quam alius, vt caperetur, dedit, eã inter ſe diuidant. Dominium tamen & poſſeſſio ſolum eſt eam capientis, atq; occupantis: alter verò ſolum habet ius, tanquam concauſa vt ſibi aliquid ex ea concedatur. Luſitana lex quæ huic noſtræ fauet ſnīæ, ſtatim ſubijcietur. Lege Sylu. Verb. inuentum, q. 2. pronunciato. 2. & Ange. eodem verbo. Idem dicerem, qñ vnus venando ſuis canibus leporem excitat aut cuniculũ, & dum canes feram inſequuntur, alius caſu illam interficit, aut capit. Si namq; capienda certò erat à canibus, qui eam excitarunt, tota debetur venatori cuius ſunt canes. Si vero certum non erat fuiſſe ab illo capiendã, tunc aut ſolum fuit occaſio, vt alius eam caperet, & tunc tota eſt capientis; aut ſimul fuit in cauſa, vt lepus teneretur, & tunc inter vtrumque præda diuidẽda eſt, ſeruata proportione cauſalitatis, qua vterque ad ferã capiendam concurrit.

B Quod ad ſecũdam quæſtionem attinet, nempe an fera, quæ in laqueo, aut alio venatorio inſtrumento, ab vno ad venandum aut piſcandum expoſito, ab altero inuento, fit eius, qui venatorium inſtrumentum ita expoſuit, an vero alterius, qui eam ibi reperit, indeque eam extraxit. l. in laqueum, ff. de acquiren. rer. dom. apertè innuit, eſſe extrahentis illam de laqueo. Eodemque modo intelligit legem illam ac ſequitur l. 21. tit. 28. p. 3. legum Caſtellæ: tametſi addat, aliquibus in locis contrariam conſuetudinem eſſe. Eandem ſententiam, vbi mos contrarius non fuerit, amplectuntur Nauar. in Man. ca. 17. num. 176. Couar. regula pctm̃. p. 2. § 8. nu. 13. Maior. 4. diſt. 15. q. 18. & alij. Sylueſter loco citato, & quidam alij citant quaſdam gloſſas iuris in contrariũ, quas nõ reperio. Addit verò Sylueſter. Licet rigor iuris videatur velle feram eſſe extrahentis illam de alieno laqueo.

C Nihilominus hic, ſicut in quæſtione præcedente, diſtinguendum eſſe arbitror. Si namque fera ita ſit in alieno laqueo irretita, aliove inſtrumento concluſa, vt moraliter certum eſſet eam peruenturam ad manum eius, qui laqueũ tetendit, niſi alius eam extraheret: tunc in foro conſcientiæ tota illius eſt, qui venandi inſtrumentum expoſuit. Ratio eſt, quoniã licet ante naturalem apprehenſionem manibus ſuis fortè illius dominium non conſequatur; eo tñ ipſo, quod propria induſtria, vtenſque iure ſuo eam ita irretiuit, ſolus ipſe ius comparauit, vt per naturalẽ apprehenſionem & extractionem de ſuo venatorio inſtrumento, dominium illius acquireret, eaque ratione ipſi ſoli tota præda debetur. Dixi, fortè: quoniam cum fera iam non ſit in ſua naturali libertate, ſed capta ſit in inſtrumento ad eam capiendam expoſito, cur, ſicut feram eſſe ita incluſam ſufficit, vt perſeueret poſteà in dominio & poſſeſſione illius, non ſufficiet etiam, vt à principio dominiũ & poſſeſſio illius
D comparetur? iura tñ innuunt, nondum dominium & poſſeſſionem eſſe comparatam; pluſque exigi ſolet ad comparandum dominium & poſſeſſionem, quã ad perſeuerandum in eis ſemel iam comparatis. Noſtra ſnīa indubitata eſt in hoc Luſitaniæ regno, non ſolum in conſciẽtia, ſed etiam in exteriori foro: eſt. n. ſancita. 5. lib. ordinationum, titu. 41. § pen. Idẽ dicunt multi ſeruari multis in locis in regno Caſtellæ, imò Antonius Cordubenſis in tract. de caſib. conſcientiæ, q. 119. citat. l. 17. titu. 4. lib. 3. fori, qua idem ſancitum affirmat, ac ſanè, nihil impediẽte iure cõi, idem in foro exteriori eſſe vbiq; ſeruandũ arbitror. Ratio vero, quæ me mouet, eſt, qm̃ l. in laqueum, & aliæ ſimiles, ſi rectè expendantur, non videntur condere nouum ius poſitiuum, quo cõtrarium eius fiat, ac iudicetur, quod ſtando in ſolo iure naturali faciẽdum, iudicandumque eſſet: ſed ſolum videntur velle ſtatuere, & explicare quid rei natura, gentium iure ſuppoſito, habeat: eſt enim in l. laqueum, non aliud, quam relatio ſnīæ Proculi ea de re: ſola autem rei natura ſpectata, extra cõtrouerſiam noſtra videtur ſententia; quam, præter rationem paulò ante confectã, poſſumus cõfirmare. Quoniam ſi, vt videbimus, ſpectata ſola rei natura, qui in agro, aut ſaltu alieno contra domini volũtatem venatur, non ſolum iniuriam illi facit, ſed etiam tenetur illi reſtituere, quantum domino agri aut ſaltus intererat, eum tunc non venari, vt communis doctorum ſententia affirmat, conſonantq; ius commune, & leges Caſtellæ; quanto magis, qui agnoſcens venatorium inſtrumentum alienũ eſſe, atque id eſſe contra præſumptam domini voluntatem, iniuriam illi faciet, ſi feram, quam in eo ipſe irretiuit, inde auferat, tenebiturq; illi reſtituere iacturam, quæ ei ex tali extractione accidit: quæ proculdubio in re, de qua diſputamus, eſt integer valor feræ. Id Proculum in errorem induxiſſe videtur, quod nec attenderit, quamuis ex feræ illaqueatione dñs venatorij inſtrumenti non comparet feræ dominium, comparare tñ ius, vt ſolus ipſe eam efficiat ſuam; nec item aduerterit, iniuſtitiam, onuſque reſtituendi, nõ ſolum oriri, ex eo, ꝙ alter habeat dominium rei, quæ eo inuito aufertur, ſed etiam ex eo, ꝙ comparatũ ius habeat ad eam ſuam efficiendam. Ad hæc, ſi priuatus quiſque venari aut piſcari alterum prohibeat, qñ iure ei liceret, ſanè illi iniuriam faceret, tenereturque damnum inde ſubſecutum illi reſtituere, vt affirmãt Doctores, eſtque manifeſtum, nempe quantum ſua intererat, tunc temporis piſcari, aut venari: ergo pari ratione, qui laqueos alterius, ad venandum aut piſcãdum pro iure ſuo expoſitos, amouet, aut diſſoluit, eaque ratione eſt impedimento, ne feræ illis illaqueẽtur & capiantur, tenetur illi reſtituere quantum ſua intererat, retia aut laqueos non eſſe amotos vel diſſolutos: maiori ergo cum ratione reſtituere ei tenebitur, ſi feras iam in eis irretitas & captas inde eripiat, ſibique eas aſſumat. Ac ſanè ſi quis naturæ lumẽ conſulat, facilè inueniet, intellectum reſpuere contrariã ſententiam, tãquam rationi minimè contentaneam. Si verò fera ita erat illaqueata, vt euadere probabiliter poſſet, tunc, qui eam de laqueo extraxerit (ſpectata dumtaxat rei natura) ſolum reſtituere tenetur domino laquei partem feræ aut valoris illius, maiorem vel minorem pro quantitate probabilitatis quæ erat, illam eſſe in poteſtatem tendentis laqueos deuẽturam. Ratio eſt: quoniam cum nondum eſſet conſecutus dominium ac poſſeſſionem illius, ſed ſolũ ius, vt eam ſuam efficeret, neq; certum eſſet, eum apprehenſione illius naturali effecturum eam ſuam, ſanè, ſpectata dumtaxat rei natura, ſolum illi debetur pars pro quantitate probabilitatis & ſpei, quæ erat, fore, vt ab eo caperetur, & pro quantitate cauſę, quam capturæ feræ illius dedit: iſque, qui illam de laqueo extraxit, comparauit in eo euentu dominium & poſſeſſionem illius. Dixi, ſpectata dumtaxat rei natura. Quoniam in hoc regno propter legem ſupra citatã fortè fera tota domino laquei adiudicabitur; ſolumque concedetur ei, qui illam extraxit, actio negotiorum geſtorum aduerſum eum, qui laqueũ expoſuit, vt ſibi perſoluat laborem & induſtriam, quando id in bonum domini laquei ceſſit. Quod ſi, dum venator animal vagum perſequitur, in laqueum incidat ab alio expoſitum, tũc quidem, ſi laqueus ita fuit cum cauſa vt caperetur, vt alioqui euadere potuiſſet, diuidendum eſt inter venatorem & eum, qui laqueũ expoſuit; eo quod vterque in cauſa fuerit vt comprehenderetur. Si vero ſola inſecutio venatoris ſufficiens omnino erat, vt caperetur, totum quidem pertinet ad inſecutorem: quoniam laqueus ad hoc, vt caperetur, per accidens ſe habuit. Ex his dubia alia, quæ facilè poterunt ſuboriri, diſſolui commodè poſſunt.

DISPVT. XLIII.

An venatio licitè poſſit prohiberi, & quouſque in communem utilitatem ſit prohibita.

VEnationē hoc loco ſumimus, vt aucupiū & piſcationem cōprehendit. Porro cum illa, quantū eſt ex ſe, licita ſit, iureque naturali & gentiū oīb. ſit permiſſa: eo ꝙ gentiū iure feræ mãſerint indiuiſę & oīb. cōes, fiantque eodem gentiū iure primò capientis: nō defuerunt quidā, quos Cou. reg. pc͠m, p. 2. §. 8. n. 1. & alii referūt, q̃ aſseuerauerint, principes nō

Venatiō poteſt prohiberi.

poſse ꝓhibere venationem. Ea ducti rōne, ꝙ principes nullā ſup. ius naturale ac gentiū habeāt ptātem. Cæterum cū neque naturali, neque gentium iure ſit venatio ꝓcepta, ſed ſolum, ſtādo intra ſolos limites talis iuris, licita ſit ac ꝑmiſſa, ſuperuenireq; poſſint legitimæ cauſæ, quibus expediens, decenſque ſit eā, vel aliquib. perſonis, vel certis quibuſdam locis, aut temporibus, vel aliquibus inſtrumentis prohiberi: ſanè ridiculum eſt affirmare, poteſtates publicas non poſse ſub quibuſdam certis limitibus & terminis venationem prohibere. Neque enim id eſt natura aut gentium iuri aduerſari, ſed eſt per poteſtatem, q̃ habent, iuſta de cauſa coarctare id, quod ſtando in ſolo iure naturali & gentium erat licitum; quod ſanè fas eſse principibus, non ſemel ſupra oſtenſum eſt.

Solet verò venatio in cōem vtilitatē meritò prohiberi. In primis certis quibuſdā anni temporibus, in quibus ferę grauidę ſunt, ſuoſque filios procreāt. Deinde certis quibuſdam inſtrumentis, quibus plurimi capiuntur piſces minutiſſimi, idque ne ea ratione valde feræ minuantur, & cibus Reipub. neceſſarius deficiat. Hac eadem ratione ſolet meritò prohiberi, ne niuis tempore lepores, cuniculi, perdices, & columbæ capiantur. Prohiberi etiam ſolet, ne homines piſcentur mittendo in flumina, & paludes eas res, quibus tum piſces moriuntur, tum aquæ ēt inficiuntur. Idque ſub flagellorum pęna combaraco & preguaon, vt uocant, prohibitum eſt in hoc regno, 4. p. legum extrauag. ti. 14. l. 3. Eſt. n. id valde pernitioſum Reipub. Reliquas harum rerum prohibitiones, in hoc regno lege ſi placet. 5. lib. Ordin. ti. 84. & ti. 14. citato. §. 1. 2. & 3. Prohibitiones verò regni Caſtellæ habentur 7. lib. nouæ collect. ti. 8.

DISPVT. XLIV.

Venatio quouſque Eccleſiaſticis ſit prohibita.

CVm ratione ſtatus clericos minimè deceat venatio, ac ſi frequens ſit & immodica, animum à rebus diuinis ſeiunctum diſtrahat: præſertim cum in cauſa eſſe ſoleat, vt illud, quod de reditibus Eccleſiaſticis pauperibus erat erogandum, cum canibus, accipitribus, equis, & miniſtris ad eam neceſſarijs, vanè & inordinatè inſumatur; meritò clericis eſt ꝓhibita venatio, maximè cum canib. & accipitribus, vt patet extra de clerico venatore, c. 1. & 2. & 34. d. c. 1. ac alibi, & in Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reformatione inter alia, de quibus canonici admonētur, vnum eſt, vt ab illicitis venationibus aucupiis, choreis, &c. abſtineant. Epiſcopi, ſi frequentes ſint in huiuſmodi venationibus, iuribus citatis ſuſpendi iubentur à communione tribus menſibus, presbyteri duobus, & diaconi ab oī officio. Cæterum ex ſolo venationis capite, nō facilè damnes clericum culpæ lethalis. Quòd ſi venatio ex ſuo genere periculoſa eſſet, ne inde caſu mors aut mutilatio alicuius ſequeretur, qualis eſse ſolet aprorum venatio; tunc ſanè, ſi Eccleſiaſticus talis venationis cauſa eſset, ex eaque ſine alia ipſius culpa, mors aut mutilatio alicuius ſequeretur, irregularitatem ex homicidio aut muti-

A latione caſuali incurreret: eò ꝙ dediſſet operam rei ſibi illicitæ, & aptæ, vt inde effectus ille ſequeretur.

Vt bene not. Med. de reb. reſtit. q. 12. quieta & minimè tumultuoſa venatio, neceſſitatis aut honeſtæ recreationis cauſa, clericis nō interdicitur. Idē docere videtur Panorm. ext. de clerico venatore, & alij.

Religioſis quouſque illicita.

Religioſis, eò ꝙ plus eos dedeceat, maiori cū ratione interdicta eſt venatio, vt Clement. 1. de ſtatu monachorum. §. porrò, eſt manifeſtum. Aliud tamen eſt, aſpicere alios venantes, nullo incompoſito motu aut curſu aſpicentis, indeque honeſtam ſumere recreationem; aliud vero quempiam per ſe ipſum venari. Illud primum nulli eſt prohibitum; quāuis & ab eiuſmodi aſpectu abſtinere debeant viri quò religioſorem uitam profitentur, niſi caſu accidat aliquando reperiri inter venantes. Secundum verò eſt, quod prohibetur, quando venatio eſt inquieta tempore quadrageſimæ & alijs, in quibus ratio poſtulat, vt minori recreationi, & diſtractioni va
B cemus, magis indecens eſt ea venatio, quæ limites recreationis illorum temporū trāſgreditur, quàm alijs anni temporibus.

DISPVT. XLV.

Poſſit ne vnuſquiſque, prohibere venationem in agro ſuo, & vnaquæque communitas prohibere extraneis ne in terris ipſi venentur.

LIcet feræ, quæ in alienis agris & locis capiuntur, iure gentium Cæſareo ſint capientium: de iure tamen cōi integrum eſt vnicuique prohibere alijs, ne in ſuo fundo, aut loco venentur, vt conſtat Inſtit. de rer. diuiſ. §. feræ, & l. 3. ff. de acq. rer. dom. Quò fit, vt vnuſquiſque vſurpate ſibi poſſit ius venandi in ſuo proprio loco, aut alijs illud vendere, aut locare. Excipitur, niſi tale ius iam antea eſſet alicuius al-
C terius, vt in ſaltibus principum, alijſque locis, quę in hoc regno Contadas vocāt, de quibus diſputatione ſequenti erit ſermo. Licet enim in illis multi priuati homines ſuas habeant poſſeſſiones, ius tamen in illis venatum exercendi, non ad ipſos, ſed ad eum ſpectat, ad quem tale ius pertinet. Quin potiùs poſſeſſiones illæ perpetuo eam habent quaſi ſeruitutem, vt non earum domini, ſed ille alius in eis venari poſſit: & ad quemcumque quocumque titulo pertranſeant, cum eo tranſeunt onere & ſeruitute.

Poſtulante autem id bono cōi, poteſt princeps legem ferre, ut nullus prohibeat uenari in agris ſuis; niſi qñ eſſent tales, vt ex venatione notabile damnum immineret, ut ſi conculcandæ eſſent ſegetes, aut uineæ paſtinatæ, damnum ex venatione eſſent reportaturæ. In hoc aūt regno id conſtitutum uidetur. 5. fin. lib. Ordinationum, tit. 111. ſancitū eſt, vt nullus abſque facultate regis in montibus, & terris,

Ius Luſitanum.

D aut in fluminibus, vel lacubus, etiamſi ipſius ſint, cōſtituat Contadas, in quibus venatio, aut piſcatio, uel paſtus ſint alijs prohibita: atque ita audio conſuetudine eſſe receptum. Quare in hoc regno iuri cōi hac in parte uidetur derogatum; tantumque iuris eſt vnicuique ad uenandum & piſcandum in loco alieno, quantum dn̄o loci, modò inde aliud detrimentum illi non ſequatur: quod intellige, cum locus ſeptus non eſt. Sicut aūt, ſtando in ſolo iure cōi ac lumine naturali, fas eſt vnicuique prohibere alijs ne venentur, aut piſcentur in ſuo agro: ſic quoque vnaquæque communitas, aut populus prohibere poteſt extraneis ne in terris ipſis proprijs venentur, aut piſcentur: cum ſit par ratio nec minus dominij habeat vnaquæque communitas in terris ſuis, quàm vnuſquiſque in ſuo agro. Ita affirmant Medina de rebus reſtitut. q. 12. & alij. Quare Victoria in relectione de Indis noui orbis, p. 2. nu. 4. plus

iuſto concedit,extraneis ius venandi, & piſcandi in terris aliorum. Licet enim ſtando in ſolo naturali & gentium iure,fas ſit cuique, interim dum non prohibetur, venari & piſcari in terris aliorum; & ſi quid ceperit, gentium iure illius dominium acquirat; eò ꝙ rei ita captæ nullus alius eſſet dominus; nihilominus vnaquæque cõitas titulo dñij terrarum, quæ ad ipſam ſpectant, ſibi ſoli poterit vſurpare ius venandi & piſcãdi in eis, alioſque à tali venatione & piſcatione prohibere. Atque iuxta hęc intelligendũ puto, §.flumina aũt,Inſtit.de rerũ diuiſione; videturque nobiſcũ conſentire Sotus 5.de iuſtitia q.3.ar.3.ad 2.

DISPVT. XLVI.

Principes & magnates quouſque deputare ſibi poſſint loca ad venandum & piſcandum,quæ cæteris ſint interdicta.

IN Primis, ſi principes ſupremi ſint, habeantque loca aliqua, quorũ dominium proprietatis ad ipſos ſolos ſpectet,non dubium eſt,fas illis eſſe, venationem in eis, piſcationemq; interdicere ſibiq; dumtaxat eiuſmodi ius reſeruare:necnõ, ꝓ publica ptãte ꝙ habẽt, moderatas pœnas venãtib.aut piſcantib.in locis deſignatis,abſq; ipſorũ facultate,ſtatuere. Etenim ſicut quicũq; priuatus, ſtando in ſolo iure gentium & cõi, poteſt id efficere in ſuo proprio agro, ut diſp.præced. oſtenſum eſt; ita maiori cũ ratione principes idẽ in ſuis proprijs ad ſuã honeſtã principiq; competentẽ & accõmodatã recreationẽ,poterit efficere. Magnates alij,qui ſuperiorẽ agnoſcunt,idẽ quoq; efficere poſſunt in locis,quorum dñium proprietatis ad ipſos ſolos ſpectet,niſi principis lege cõtrarium ſit conſtitutũ,vt diſput.præced. retulimus, inſtitutũ eſſe in hoc Luſitaniæ Regno. De facultate tñ principis (ꝙ ex rationabili cauſa æquum eſt concedat)poterunt ẽt certos ſaltus,ac loca deſignare,ac præſcribere, in quibus nulli alteri venari fas ſit, ac moderatas pœnas ſtatuere, ſi ad id iuriſdictio eorũ ſe extenderit; ſin minus,ex facultate principis,

Deinde princeps,vel de conſenſu libero populorum,vel ſua propria authoritate,ſi neceſſarium omnino iudicaretur ad ſuã competentẽ ſuſtentationẽ, vel ad ſumptus in regni defenſionẽ neceſſarios, vendicare ſibi poſſet ius venandi, aut piſcãdi in aliquo, vel aliquibus locis,alioquin cõibus, tale vel tale genus piſciũ,vt tynnorũ in locis,ad quæ confluere ſolent,quæ latinè tynnaria, Hiſpane vero almadrauas vocãt,vt inde non exiguos ſumptus haberet. Probatur, qm̃ in primis, ſi populi conſentirent, nulla illis fieret iniuria. Deinde, qm̃ regi fas eſt imponere tributa,ẽt renuente populo, quando ita neceſſariũ eſt, vel ad competentem regis ſuſtentationem,vel ad regni defenſionem & vtilitatem: ergo eorum loco,& vt ſinguli non grauentur,fas illi erit vſurpare ius piſcandi in aliquo loco,aut piſcandi certum piſciũ genus,vel aliud ius ſimile: præſertim cum pauci piſcaturam illam exercere deberent. Nefas tamen eſſet, interdicere populis cões alias piſcationes: tametſi, pro reipublicæ neceſſitate poſſet rex conſtituere in illis maiora vel minora vectigalia, prout ex illis maiora vel minora lucra ſolent homines aſportare.

An verò ad ſuam ſolam honeſtã competentem recreationem poſſit princeps ſibi ſoli vendicare ius venandi aut piſcandi in aliquo loco,non ſibi proprio, ſed cõi,aut in quo ſint ẽt prædia aliqua priuatorum, poteſt eſſe maius dubiũ. Et quidem conſentientib. ijs populis,quibus locus ille eſſet cõis,nemini poteſt eſſe dubium id licitum eſſe:ſolentque interdũ populi aliqui,vt ad ſe regem attrahant,cuius pręſentia ditari & nobilitari ſolẽt,non ſolum hæc regibus libenter concedere, ſed ẽt ſuis proprijs ſumptibus ea illi

A præparare. Semper tamen priuatis hominibus, qui ibi haberent prædia aliqua, reſarcire teneretur, vel princeps,vel cõitas ipſa,detrimentum,quod in illos pluſquam in reliquos,redundaret. Etiam ſine conſenſu populorum,ait Sot.4.de iuſtit.q.6.ar.4.poſſet princeps aliquẽ,aut aliqua cõia Reipubl.loca,moderata tamen, ad decentẽ ſuam recreationẽ, quam & regius ſtatus,& Reipub.ſplendor poſtulat,ſibi vendicare,in quib. ſolus ipſe ius venandi haberet. Arbitror tamen cũ Medina de reb.reſtituẽdis q.12.opus eſſe compenſationem aliquã facere,non ſolùm priuatis hominibus, qui ibi prædia aliqua haberẽt,quãtum eſſet detrimentũ, quod illis inde eueniret, ſed etiam populis quorum loca illa erant cõia, eamque maiorem vel minorem,pro ratione detrimẽti,quod vſurpatione illius iuris, multiplicationeque ferarum in eo loco illis proueniret:quod quidem præſtare poſſet, vel remittendo illis tributum aliquod, vel aliqua alia ratione. Ducor ad hoc ita aſſerendum.
B Quoniam Reſpublica tota eſt, quæ regi tenetur tribuere,quæ ad ſumptus neceſſarios,regiumque ſplẽdorem neceſſaria ſunt; nec plus quidam,ꝙ alii, ſed omnes proportione quadam ſunt æqualiter grauandi:quare ſi ad regium ſtatum ac ſplendorem neceſſarium eſt,vt Rex ius illud,in quorundam detrimẽtum ſibi vſurpet,neceſſe eſt,vt alii ad illud eis reſarciendum contribuant; vel certè,vt de bonis regis,à tota Republica illi conceſſis,aut aliunde acquiſitis, id reſarciatur. Quando autem iure belli prouincia aliqua vſurparetur, Rexque vel ſaltus, quibus antiquus princeps vtebatur, ſibi eodem modo vendicaret;vel alios ſibi de nouo conſtitueret, ceſſarent ſanè hæc omnia,vt diſputatione ſequenti dicetur,vbi de onere, quo ſimilia loca ad venandum aliis interdicta poſſideri debent, erit ſermo.

Porrò magnates,& alii priuati,non,niſi modo à principio huius diſputationis explicato, obtinere
C poſſunt ſimilia loca, in quibus ipſi ſoli ius habeant venandi,aut piſcandi, vel certè de conſenſu populorum, qui ipſis ſubditi ſunt; modò liberè conſentiant,& non metu dominorum, ne ſcilicet ſi illorũ voluntati refragentur, eos habeant infeſtos, approbanteque id ſimul rege in hoc regno (idemque videtur eſſe ferè in aliis)compẽſandoque damna priuatis, qui omnino liberè noluerint aliter conſentire. Neque facilè eſt concedenda multiplicatio eiuſmodi locorum, præſertim cum raro ſubditi liberè conſentiant,damnaque grauiſſima ex multiplicatione ferarum ſoleant in populos permanare. Cum autem ad principem ſpectet remunerare de Republica,tam in ſpiritualibus,quã in tẽporalibus benemeritos; ea de cauſa interdum aliquibus concedit, vel ius aliquod ſuum venandi aut piſcandi in aliquo loco,vel ius aliud,quod de nouo cõſtituit in loco alioquin cõi. Quando autem iure belli terræ in Hiſpanijs,
D & præſertim in hoc Luſitaniæ regno, de Saracenorum poteſtate extrahebantur, multa eiuſmodi iura videntur conceſſa ab Alfonſo Henriquez,primo Luſitaniæ Rege,& ab alijs regibus monaſteriis fratrum D. Benedicti,D. Bernardi, canonicis regularibus Diui Auguſtini, & aliquib. magnatibus,quibus terræ,magna ex parte cultoribus tunc vacuæ,& iura in fluminibus donabantur. Atque hinc magna ex parte videntur habuiſſe in hoc regno ortum ſimilia iura quorundam monaſteriorum, & aliquorum magnatum. Reges tamen non temerè,neque ſine rationabiliſſima cauſa,bona, & iura coronæ regiæ diſſipare poſſunt. præſertim cum, deficientibus ea ex cauſa neceſſariis vectigalibus, neceſſe ſit populos tributis grauare,atq; opprimere. Multo minus poſſunt donare quibus libuerit, bona & iura alioquin communia: maximè cum ea ratione aliquando eueniat,vt cum ciuitates aliquę circum circa innumeras

habeant

habeant ſylvas, quæ quondã cões erant, donatione earũ per reges facta, non relinquantur populis loca in quibus vel pecora paſcant, vel vnde ligna ad vſus neceſſarios colligant, ſed neceſſe illis ſit pecunia ẽt in ipſiſmet ſyluis, ab ijs, quibus à rege donatæ ſunt, ea comparare. Sanè non video qua ratione eiuſmodi donationib. ſpoliari potuerint populi iure ſumendi inde ligna ad vſus quotidianos. Præſertim cum, ſi eiuſmodi homines de Repub. aut de rege erant bene meriti, ratioque poſtulabat, vt præmijs, ac beneficijs afficerẽtur, fieri id debuiſſet, vel de bonis regis, vel ſumptibus totius Reipubl. non verò ſpoliando quoſdam dumtaxat populos prædiis & bonis ad vſus quotidianos illis communibus.

Animaduertendum eſt cũ Caiet. in Summa. Verbo, Venatio, Med. q. 12. citata, Gabr. in 4. d. 15. q. 5. & aliis, qñ ab antiquo, cuius initij non eſt memoria, aliquis eſt in poſſeſſione iuris venandi aut piſcandi, de quo loquimur, non eſſe ꝙ ſcrupulus ei iniiciatur, imò nec ſi tanto tempore ſit in ea poſſeſſione, quantum ad illud præſcribendum ſit ſatis, conſonatque. l. ſi quiſquã, ff. de diuerſis & tẽporalib. præſcriptionibus, & l. ſanè ſi maris. ff. de iniuriis. Obſeruat tñ Cou. loco citato, nu. 1. & 10. examinandum eſſe an tyrannide, iniuſtoq; titulo cęperit poſſeſſio talis iuris. Si namque fama eſſet tyrannide iniuſtoque titulo cępiſſe, conquerentibuſque populis, & minimè ob timorem audentibus ſe opponere ac reclamare, vtique cum poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribat, eſto de initio poſſeſſionis non conſtaret, retineri non poſſet talis poſſeſſio, ſed reſtituenda eſſent damna illuc vſque iniuſtè ea ratione illata.

Illud postremò cum doctoribus citatis, Nauar. in Man. c. 17. nu. 121. Syl. verb. reſtit. 3. nu. 2. & verbo Venatio, & cõi doct. inña obſeruandũ eſt, nefas eſſe principibus imponere pœnas mortis, vel mutilationis, imò neque flagellorũ, venantib. in loco prohibito. Quòd ſi ad terrorẽ aliqñ imponerentur, lethaliter peccaret, qui eas executioni mãdaret, cum onere reſtituendi damnum illatum. Niſi fortè aliquis punitus ſæpius leuioribus pœnis, & admonitus, deſiſtere non vellet, graueque dãnum inferret: tunc. n. flagellorũ pœna, ſi id illius conditio ferret, poſſet puniri.

DISPVT. XLVII.

Quouſque, qui habent loca cæteris ad venandum interdicta, reſtituere teneantur damna, quæ feræ intulerint.

AD hanc dubitationem cum diſtinctione reſpõdendum eſt. Si namque locus ad venandum interdictus totus ſit eius quoad proprietatem, qui ſolus ius ad venandum in eo habet; alii verò intra illũ prædia aliqua habeant, quæ poſtquam locus eſt interdictus, vel emerunt, vel in emphyteuſim à domino illius loci acceperunt; ſanè ad nullam reſtitutionem tenetur damnorum, quæ beſtiæ illius loci intulerint. Probatur, quia in primis, non tenetur reſtituere damna, quæ prædiis intra eum locum conſtitutis intulerint; quandoquidẽ prædia illa cum eo onere, & ea quaſi ſeruitute à principio ſunt vendita, aut tradita in emphyteuſim, ita vt licet poſſeſſoribus eorũ fas ſit inde abigere feras, nefas tamen illis ſit eas interficere, ſed ſuſtinere tenentur dãna, ſi quæ feræ intulerint, eaq; rõne prædia illa minoris erãt valoris, qñ vendita aut tradita ſunt in emphyteuſim: ergo qui habet ius, vt ſolus ipſe in eo loco venetur, non tenetur ea damna reſtituere. Deinde, neque tenetur reſtituere damna, quæ locis circum vicinis tales ferę intulerint. Tum quia vnicuique fas eſt feras illas interficere in eis locis, ſibique ipſi eas accipere; in emolumentumq; Reipublicæ, & præcipuè illorum loco-

A rum vicinorũ cedit, eſſe tot feras, q̃ venatione à quocunq; capi poſſint. Tum ẽt, qm̃ pp damna, quæ per accidens ſequuntur locis circum vicinis, coniuncta cum tanto eorum, ſi eo vti velint, & Reipublicæ cõmodo, non tenetur quis minuere feras ſui ſaltus.

Quæ dicta ſunt, locum ẽt habent, qñ prædia, quæ in loco interdicto includuntur, à principio non erãt illius, qui ſolus ius venãdi in eo habet. Nihilominus dñi prædiorum, vel pretio accepto, vel gratis & merè liberè conſenſerunt, vt ſolus ille ius ibi haberet venandi. eò namque ipſo cõſenſerunt, vt prædia illa eam quaſi ſeruitutem haberent, ſuſtinerentque damna & grauamina, quæ ex multiplicatione beſtiarum in loco ita interdicto, poterãt ipſis & eorũ ſucceſſoribus ſuboriri. Si qui tñ non conſenſiſſent, aut nõ liberè, ſed principum aut magnatum timore, ne ipſis infeſti eſſent, eoſque aliis oneribus grauarent, conſenſum prębuiſſent, tunc his ſucceſſoribuſque in ipſorum prædiis, reſtitutio eſſet facienda damnorum

B omnium, quæ receperunt, & quæ in futurum recipiunt, eſto primarii populi, iique, quibus populi regimen commiſſum eſt, conſenſiſſent. Ratio eſt, quoniam nulli priuatorum, etiam de conſenſu rectorum populi, iuſtè inferri poteſt damnum in ſuis rebus propriis, ipſo inuito.

Item ſi princeps aliquis iure belli terras aliquas ſibi ſubiiciat, expulſis inde & ſpoliatis earum habitatoribus, vt Reges Hiſpaniarum, pulſis Saracenis, terras multas in Hiſpaniis ditioni ſuæ ſubiecerunt: tunc quidem, ſi princeps ibi loca aliqua in ſaltus ſuę recreationi competentes ſibi deputet, cæteriſque interdicat, quia ſimili modo à principibus, qui inde expulſi ſunt, poſſidebantur, vel quia de nouo vult ea ad id muneris deputare, ſanè quamuis in eis prædia aliqua quibuſdam priuatis, vel ſimul, vel poſteà concedat, locaque vicina aliis gratis, aut tributo aliquo, vel pretio accepto diſtribuat, ad nullam reſtitutio-

C nem tenebitur damnorum, quæ feræ eorum locorum intulerint. Ratio eſt: quoniam cum eo onere cenſetur princeps ea prædia & conceſſiſſe. Quare ad examinandum quando, & quouſque dominus loci, aliis ad venandum interdicti, reſtituere teneatur damna, quæ feræ illis loci dederint, aſpiciendi, ac que expendendi ſunt tituli & modi, quibus is locus à principio eſt aliis ad venandum interdictus.

Quando aũt locus aliquis, ſiue cõmunis maneat populorum quoad proprietatem, ſiue non, poſt quã alii in eo prædia ſua habebant, cæteris ad venandum interdicitur, vt frequentius fieri ſolet, tunc ſanè, ſiue princeps illum ſibi ad venationem deputet, ſiue aliquibus alijs de conſenſu principis, tenetur omnibus & ſingulis, qui intra locum interdictum prædia habent, reſtituere damna omnia, quæ feræ illis intulerint, niſi, vt dictum eſt, à principio de communi ac libero omnino cõſenſu omnium & ſingulorum, qui

D intra illos limites habent prædia, deputatus interdictuſque fuerit, vel niſi, poſtquam deputatus fuit, facta fuerit compoſitio aliqua cum omnibus & ſingulis pro damnis, quæ in futurum illis euenire poſſent, ſiue parua ſiue magna ea demum futura ſint, aut aliqua alia ratione illi conſentiant, & grauamen illud in poſterum remittant. Eo namque ipſo, quòd ſemel illud ritè remiſerint, liber manet dominus loci interdicti à reſtituendis damnis quæ ferę in poſterũ dederint. In caſu autem propoſito intelligenda eſt communis doctorum ſententia aſſerentium, dominum eiuſmodi locorum teneri in conſcientia reſtituere dãna omnia & ſingula, quæ feræ eorum locorũ dederint, neque aliter abſolui poſſe niſi ſerio ſtatuat id opere implere, & niſi, poſtquàm id iniũctum fuit, opere impleuerit. Ita Caietanus in Opuſc. 17. reſponſionũ, 12. reſpõſione, Nauar. in Manu c. 17. nu. 120. Couar. regula pc̃m̃ p. 2. §. 8. nu. 11. Gabr.

in 4.d.15.q.6.& plerique alij. Meritò tñt nonnulli A
admonent, non eſſe ſatis, ſi dñs loci tñ de tributis,
alioquin ſibi debitis, remittat ijs populis, quibus fe-
ræ damnum inferunt, quantum fuerit damnum;
niſi ex remiſſione illa tantum vnuſquiſque recipiat
commodum, quãtum fuit damnum, quod accepit.
Cum.n. multi in vnoquoq; oppido ſint, qui tributa
perſoluant, nec tñ prædia habeant, in quibus dam-
nũ à feris recipiant; aut qui nõ pro quantitate præ-
diorũ tributa ſoluant; ſanè ſola remiſſione tributo-
rum facta populis, quibus dña ſimul ſumpta ęqua
liter cõpenſentur, ſatisfactum non erit vnicuiq; pro
quantitate damni ſibi ſpecialiter illati, ac proinde
tuta non erit conſcientia principis aut magnatis, qui
curare, opereque præſtare tenetur, non ſolum vt ad
æqualitatem ipſe ſatisfaciat, ſed etiam, vt ad vnum-
quemque eorum, qui damnum receperunt, reſtitu-
tio damnorum ad æqualitatem perueniat. Si quis
autẽ continua ſua, & ſuorum vigilia noctu atque in-
terdiu in abigendis feris à prædijs ſuis, damnũ eui- B
tauit, tunc quidem valor vigiliæ & laboris illius, in-
ter damna, quæ eſt paſſus, erit computandus. Porrò
damna computari debent quoad lucrum dominis
prædiorum ex eo ceſſans, quod fructus ſuo tpe in ea
quantitate non percipiãt, qua eos eſſent percepturi,
detrahendo, non ſolum ſi quas maiores expenſas in
eis percipiendis in maiori illa quantitate erant factu
ri, ſed etiam nonnihil pro maiori labore, quem erant
ſubituri: nõ tñ quanti ęſtimatur maior labor, ſi aliũ
de ęquale lucrum ſuo labori non potuerunt percipe
re. Quòd ſi damna non poſſint ſingulis ad æquali-
tatem quotannis cõpenſari, vt pp ferarum multitu-
dinem, magnitudinemque damnorum aliqñ eue-
niet, ſanè tunc tenetur princeps, aut quicumq; alius
interdictam habẽs venationem curare, vt ferę mi-
nuantur, aut venationẽ aſſiduè exercendo, aut alijs
liberam faciendo facultatem, vt feras ibi conſectem-
tur, aliterque non poteſt abſolui. Neque ſatisfaciet, C
ſi liberam ſubditis ſuis concedat facultatem venden
di prædia & bona ſua ac recedendi, ſi eam iacturam
non velint ſuſtinere, vt magnates nonnulli reſpon-
dere ſolent, dicentes: malle ſe ſubditis carere, q̃ eiuſ-
modi feris ad ſuam oblectationem. Non, inquam,
ita quis ſatisfaciet. In primis, qm̃ prædia ſubiecta il-
li iacturæ, longè minoris ſunt pretij, nec ipſe mino-
rem illum valorem reſarcit. Deinde, qm̃ populi non
ſunt pp principes & dominos tpales, q illos regunt,
ſed è contrario, principes & rectores inſtituti ſunt
in cõmodum populorum; neque ſuæ oblectationis
gratia cogere ſubditos poſſunt, vt domicilium mu-
tent, & bona ſua vendant, eſto ſine alia ſua iactura
poſſent id efficere, nedum cũ id eſſe non poſſit ſine
magno miſerorum detrimento. Non etiam erit ſa-
tis, ſi dominis prædiorum liberam faciunt facultа-
tem interficiendi feras in ſuis ſolis prædijs repertas,
qñ id ad damna impedienda ac cõpẽſanda non fue- D
rit ſufficiẽs. Aduerte tñ ꝙ ſi ad Reipublicæ ſplendo
rem, ſupremique principis competentem oblecta-
tionem, bellicaſque exercitationes ſuorum in feris
interficiendis, expediret feras in magna multitudi-
ne in loco aliquo conſeruari, poſſet princeps, qñ ali-
ter damna non poſſent cõpenſari concedere ijs, qui
iacturam inde acciperent, tribuere æquè cõmoda
prædia in alijs locis, eoſque cogere, vt vel dãna ſuſti
nerent, vel alio migrent. Admonẽt prætereа docto-
res, quoad damna, quæ ſubditi ex feris iam accepe-
runt, ſatis quidẽ eſse, ſi ſubditi liberè omnino ea do
minis remittant, vt dñi tuti ſint in conſcientia, attñ
non eſse ſatis, ſi præcipui, rectoreſque populorum,
omnium nomine, ea remittant, niſi ſinguli de ple-
be remittant, vnuſquiſque in ſingulari damnum, ꝙ
accipit, regulariterque præſumendum non eſſe, ſin-
gulos merè liberè & gratis remittere.

DISPVTATIO XLVIII.

An columbaria licita ſint.

CVm duabus diſput. præcedentibus coniuncta
eſt hæc diſputatio. Etenim colũbaria loca quæ-
dam ſunt ad aucupiũ alijs interdicta: quia, cũ domi-
nium columbarũ, quæ in eis ſuum habẽt domiciliũ,
ad columbariorum dñm ſpectet, nefas alijs eſt, ẽt ex
tra columbaria, eas aucupari: niſi vbi lex eſt, vt extra
certos limites à quocunque capi poſſint. Cum verò
huiuſmodi aues alieno grano & fructib. veſcantur,
neque id reſtitui conſueuerit, aut facilè poſſit, non
immeritò dubitatur an columbaria licita ſint.

Palud. in 4. diſt. 13. q. 2. concl. 5. Maior ibid. q. 28.
& quidam alij, ea dãnant tanquã illicita; affirmãtq;
dominos columbariorum reſtituere teneri damna,
quæ columbæ tpe meſſis, & dum ſemina terræ man
B dantur, alijs inferunt. Ac ſanè negari nõ poteſt, tpe
meſſis reperiri ſtomachos columbarum, pullorum-
que earũ plenos tritico, vt ſæpe experimento didici.
Vtrum verò ſint ſolum ex granis, quæ de ſpicis deci
dunt, dum multipliciter meſſis agitatur, quouſque
ad aream perueniat; aut de ſpicis, quæ de meſſorum
manibus, aut alia ratione decidunt; an verò etiam ex
alijs, id ſanè ignoro; veriſimile tamẽ vr̃ illas ẽt alias
ſpicas depaſcere, prę ſertim dũ ſegetes demeſſę iacẽt
in agris antequam ad aream aſportentur. Negandũ
item non eſt, dum ſemina terræ mandantur, inueni-
ri grana aliqua tritici in earum ſtomachis, granis vi
tiæ ſylueſtris permixta, Luſitani eruillaca vocant,
& alijs rebus, quibus reliquo anni tẽpore veſcũtur,
vt experimento etiam didici, animo expendendi an
licita eſſent columbaria. Fertur tamen columbas ſo
lum deuorare grana, quæ diſcooperta inueniũt, aut
quæ ſolo roſtro poſſunt inuenire, nihilque pedibus,
C aut alia ratione diſcooperire.

Illud admonuerim, nõ ſatis conſultum eſſe dam-
no aliorum, qui intra leucam, aut duas leucas in cir-
cuitu columbarij agros habent, ex eo, quòd colũba-
rij dominus in agro ipſo, in quo columbariũ eſt col
locatum, ſemina quotannis mittat, vnde tpe meſſis
columbæ veſci poſſint. Quoniam certo multorum
annorum experimento compertum habeo, nihil mi
nus ſolere colligi ex eo agro, quàm ex alijs. Vnde id
impedimento non eſt, quo minus columbæ fructib.
aliorum veſcantur. Neque item ſufficiẽter hæc quæ
ſtio dirimitur, ſi dicatur: licita quidem eſſe columba
ria, dummodo intra columbarium ſufficiens paſtus
columbis miniſtretur. Tum quia id non impedit
quo minus, dum egrediuntur, bonis alienis veſcan-
tur: præſertim cum paſtus, qui meſſis tempore, aut
dum ſemina terræ mãdantur, in agris reperitur, me
lior eſſe ſoleat, quàm qui intra columbarium eſſet
D miniſtrãdus. Tum etiam, quia longè maiores eſsent
ſumptus, quam emolumentum quod ex columbis
proueniret, nulluſque eſset, qui ijs impenſis colum-
barium alere vellet. Quare ſimpliciter, & ſine limi-
tatione, aut damnanda ſunt, aut probanda columba
ria, ſi moraliter ſit loquendum.

Quamuis autem res hæc ſcrupulo aliquo non ca- Columbaria licita defenduntur.
reat, Nauar. in Manuali, c. 17. nu. 126. & ſuo modo
Sotus 4. de iuſtitia q. 6. art. 4. Syluester Verbo Re-
ſtit. 2. q. 4. Caietanus verbo columbarium, & alij, co
lumbaria non damnant, neque ego damnanda iudi
co, vbi lex non eſt, quæ ea prohibeat, quin potius cõ
ſuetudine recepta ſunt, interimque dum damnum
notabile non ſentitur, vt credo regulariter non ſen
tiri: ſicut neque ex coturnicibus & perdicibus ſen-
tiri conſueuit. Ducor autem his rationibus, quæ ſi-
mul ſumptæ non modicam videntur habere vim.
Prima, quod regulariter vicini nec cõquerãtur, nec

ſentiant damnũ: vnde tacitè quaſi conſentire in columbariis vñr. Secunda, qm̃ à columbis, quæ in eis habēt domicilium, pulli auferuntur, ꝙ in cauſa eſt, vt minus multiplicent. Quòd ſi alibi nidos facerent, multiplici prole in dies augerentur, aut aliæ aues ſylueſtres. Tertia, ꝙ multis in locis colūbæ, non ita ſint propriæ dñorum columbariorũ, quin extra leucam à colūbarijs poſſint à quocunq; licitè capi, & interfici; nõ ſecus ac reliquæ aues oĩbus cōes. Quarta, ꝙ colūbaria in cibũ & ornamentũ Reipublicæ inſeruiāt. Quinta, ꝙ à Republica, et illius moderatoribus nō improbētur, ſed permittātur, legeſq; in fauorē eorũ, qui colūbaria ſtruunt, condantur. Quod ſi illicita eſſent, nefas profectò foret, moderatores Reipublicæ ea permittere. Sexta, ꝙ colūbæ deuorant mala ſemina, vt loliũ, nigellā, vitiam ſylueſtrē, quæ eſt quaſi innatum earũ pabulum, aliaq; eiuſmodi: vnde in cauſa ſunt, ne inter ſegetes tm̃ herbæ naſcatur, vt eas ſuffocēt. Vt aũt à fide dignis accepi, in locis vbi multũ eſt milij, vt inter Durium & Minium, vtiliſſima ſunt columbaria, gaudentq; agricolæ columbarum multitudine: eò ꝙ deuorent grana vēto de ſpicis decidentia, quæ niſi deuorentur, perdunt ſata. Alij addunt, columbas mittere ſtercora in agros, eaque ratione compenſare etiam damnum, ſi quod inferunt. Parum tamen puto emolumenti inde agris prouenire, niſi qñ de colūbarijs ſtercus extrahitur, & in magna quantitate in agros mittitur. Accedit, eam innatam ſimplicitatem columbis videri, vt neq; ſpicas, dũ calami erecti ſunt, contingant, neque ſemina terræ mandata diſcooperiant, ſed ſolum deuorent grana, quæ alioquin peritura erant. vt multi affirmant. Teſtaturque præter earum Chriſti ore in euangelio aſſertam ſimplicitatem, ꝙ ex agro, in quo columbarium eſt collocatum, nihil minus colligi conſueuerit, quam ex remotis ab eo agris. Ac ſanè decebat, vt quando medium hoc genus inter columbas domeſticas & mere ſylueſtres (quas noſtri Torcaces vocāt) ꝙ in columbarijs habitat, nō aliter ad hominum cibum commodè poteſt conſeruari, eam illi autor naturæ inderet ſimplicitatem, vt damnum ifi vicinis agris non afferret. Quòd ſi quis experimento deprehendat, eas detrimentum, quod alicuius ſit ponderis & momenti, bonis aliorum afferre, is neceſſe eſt aſſerat, illicita eſſe columbaria, dominoſque eorum teneri alijs damna, quæ illis intulerint, reſtituere.

DISPVT. XLIX.

Ad quam reſtitutionem teneatur, qui iniuſtè alios venari prohibet. Et num ex venatione, ſolum in commune bonum, aut ratione ſtatus prohibita, obligatio reſtituendi oriatur.

QVi iniuſtè alium venari, aut piſcari prohibet, contra iuſtitiam peccat, reſtituereq; ei tenetur æſtimationem damni, lucrive, ꝙ iniuſtè impediuit. Vt ſi vnus miſſurus erat rete in mare, & alius iniuſtè eum impediuit, reſtituere tenetur, non quidem quantum poterat capere, ſed prudentis arbitrio pretium, quo ille eiuſmodi ſpem poterat vendere: aliquidque adhuc detrahendum eſt de pretio, ſi quod aliud lucrum aut emolumentum percepit, aut percipere commodè poterat, dum ita fuit impeditus, aut ſi quam iacturā erat paſſurus in retibus, aut aliquid plus erat inſumptum piſcando, quàm inſumpſit, ſi etiam labore multo erat piſcaturus, & quieuit, aliquid item de pretio eſt detrahendum, licet non quātum ille labor æſtimabitur: quandoquidem potius elegiſſet is, qui impeditus eſt, maius ſuum lucrũ cum eo labore, quam carere eo labore. Quod de piſcatione dictum eſt, intelligendum eſt de aucupio, & venatione. Ita Gabriel in 4. d. 15. q. 5. Nauar. in Manuali, cap. 17. nu. 120. Couar. reg. peccatum, par. 2. §. 8.

A num. 12. & alii. Poteſtque probari, quoniam qui iniuſtè contrauenit iuri, quod alius habet, eaque ratione impedimento eſt, ne emolumentum percipiat, quod pro ſuo iure erat percepturus, reuera & cōtra iuſtitiam peccat, & damnum infert, lucrum ve impedit iniuſtè: ergo tenetur illud reſtituere.

Addit Couar. ſi piſcator ex piſcibus capiendis ſoluturus erat partem decimam Eccleſiæ, decimam quoque partem lucri illius reſtituendam eſſe Eccleſiæ. Hoc tamen non arbitror eſſe verum. Qm̃ decima ſolum debetur de perceptis, neq; conſuetum eſt, qñ animalia, aut hoīes damnum ſatis inferunt, illud que perſoluitur, decimam partem reſtitui Eccleſiæ. Durumq; admodum eſſet aſſerere, eum, qui iniuſtè eſſet in cauſa, ne alius ſemina terræ mandaret, debere Eccleſiæ decimam partem damni dari. Hęc quod attinet ad primum eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad 2m, ea, quæ ſunt capta venatione aut piſcatione, quę ex eo tm̃ eſt illicita, quia in B bonum cōe eſt prohibita certis anni tpibus, aut certis inſtrīs, vel alia ſimili rōne, obnoxia non ſunt reſtitutioni, ſed fiunt capientis: ſatiſque eſt ſoluere pęnā lege ſtatutam, ſi condemnatoria ſnīa feratur: ſin minus venator ad nihil aliud tenetur. Hæc cōis eſt doctorũ, poteſtq; probari, qm̃ eiuſmodi venatione nō accipitur alienũ, neq; præiudicatur iuri cuiuſquā alterius, ſed ſolum capitur, ꝙ eſt cōe, iureque gentium fit capientis: leges prætereà, quæ iuſtè illam vetant, licet prohibeant actum: non tñ prohibent acquiſitionem ferarũ: ergo quæ ita capiuntur, fiunt capientis, neq; reſtitutioni ſunt obnoxia. Imò regulariter trāſgreſſio eiuſmodi legũ non eſt culpa lethalis, ſed venialis: eo ꝙ inde non ſequatur notabile detrimētum Reipublicæ. Idem ēt colligere licet ex pęnis earum, & ex illarũ executione, ſi qñ ad terrorē ſint grauiores aliquæ ſtaturæ. Fortè in hoc regno culpa eſſet lethalis piſcari, offas medicatas, aut eas eſcas in flumi- C na aut paludes proijciendo, quibus & piſces enecentur oēs, & aquæ inficiantur, idq; atteſtatur pęna flagellorũ, fune ad collũ alligato, ob hoc crimē ſtatuta. Si tñ ita fieret, vt ex aqua nullũ, neque hominibus, neque piſcibus immineret periculum, pęnaque non cum ea ſeueritate executioni mandetur, non auderem condemnare culpæ lethalis. In regno Caſtellæ, l. 9. tit. 8. lib. 7. nouæ collect. mitior multò pœna ſtatuitur, quæ culpam non iudicat lethalem. Multo minus obnoxia ſunt reſtitutioni, quæ capiuntur venatione ex eo ſolum prohibita, quod indecens ſit ratione ſtatus, qualis eſt venatio Eccleſiaſticorum.

DISPVTATIO L.

De reſtitutione ex venatione animalis, cuius dominium ad alium pertinet, & quid de columbarum aucupio.

D QVando venatio ex eo eſt illicita, ꝙ dñium animalis, quod capitur, ad alium pertinet, tunc venatio ex ſuo genere eſt lethalis culpa contra iuſtitiam: & quod capitur, obnoxium eſt reſtitutioni, nō ſolum ex parte iniuſtæ acceptionis, ſed etiam ex parte rei acceptæ, ita vt animal ita captum, carnes illius, & quicquid aliud ex eo ad cuiuſuis manus deuenerit, obnoxium oīno ſit reſtitutioni, ſi verò bona fide conſumatur, tunc in defectum eius, qui illud cepit, reſtituere tenetur, qui id conſumpſit, quantum inde factus eſt locupletior. Hoc totum affirmant doctores cōiter, reſque eſt ſatis manifeſta. Cũ enim dominium talis animalis ſit alterius, ſanè, dum illud capitur, furtum committitur, & quicquid illius exiſtit, ad eum pertinet, cuius erat tale animal, vt de partibus animalis domeſtici diſp. 41. oſtendimus. Quando autē animal, quod venatione capitur, ad alterius dominium ſpectet, oſtendimus latè diſp. 41. citata.

Quod

Ius Luſitanorum. Quod idem in hoc Luſitaniæ regno cenſendũ eſt de columbis, quæ in columbarijs aluntur quocunq; loco capiantur: ſemper namque dominium earum apud dñm columbarij, in quo hñt domicilium, perſeuerat, neque in hoc regno factam ſcimus poteſtatẽ eas alicubi aucupandi, aut conſuetudinem eſſe ea de re præſcriptam. Quare ſi quis, vel in hoc regno, vel in aliis, mortuas columbas vẽdat, quæ aucupio captæ præſumantur ſine legis facultate, ex illo emi non poſſunt, vt de reliquis furtiuis dicendum eſt. Quod ſi emantur, tenetur emens debitam adhibere diligẽtiã, vt ſciat, an alienæ reuera ſint, & quis ſit illarum dñs, vt ei illas reſtituat. Si verò facta diligentia, neque an furtiuæ ſint, neq; de dño quicquã certi poſſit comperire, pro quantitate dubii remanentis tenetur in venditoris defectũ, reſtituere vel pauperibus, vel pręſumpto dño, partem maiorẽ vel minorẽ valoris earũ, vt ſupra de mancipiis emptis in dubio, an iuſtè fuerint in ſeruitutem redacta, dicebamus. Quod ſi bona fide eas cõſumpſit, & poſtea ſciuit alienas fuiſſe, reſtituere ſimiliter, in defectum venditoris, tenetur, ſi quid inde fortè fuit factus locupletior. In Regno Caſtellæ, l.7.tit.8.lib.7.nouę collect. ſub pœna flagellorum inhibetur, ne quis columbas vendat, niſi dominus ſit columbarii, aut de illius facultate.

Ius Caſtellæ. Verum in Regno Caſtellæ, referente Coua. regula peccatum, p.2.§.8.nu.14. Ant. Cordubenſi in tractatu caſuum conſcientiæ, q.121.& aliis, conſtitutũ eſt, vt columbæ columbariorum à quocunq; poſſint capi extra leucam a columbariis, idque argumento à contrario ſenſu colligitur apertè ex l.7. titu.8. lib.7. nouæ collectionis. Dubitant verò Cordubenſis & alii, an ſi capiantur extra leucam, obnoxiæ nihilominus ſint reſtitutioni dominis columbariorum. Quamuis autem neutram partem iudicent improbabilem, verius tamen cenſent, obnoxias eas eſſe reſtitutioni. Legem verò, quæ ſtatuit, vt extra leucam poſſint capi, dñt eſſe ſolum permiſſiuam, vt impunè id fiat: non verò conferre ius vt licitè ac iuſtè capiantur. Ducuntur autem, quia re vera dñium illarum, & qñ ſunt extra leucam illam, perſeuerat cum domino columbariorum: ridiculum namq; eſſet aſſeuerare, dominum columbariorum, interim dum domiciliũ non mutant, earum dominum amittere quoties leucam illam egrediuntur, illudque recuperare, quoties illam ingrediuntur: ſi ergo tunc capiantur, in conſciẽtia dño columbarii, tanq̃ vero adhuc earum domino erunt reſtituendæ. Hæc ſententia improbabilis omnino, meo iudicio eſt. Reſpublica namque, præſertim cum animal illud quaſi medium ſit inter domeſticum & ferum, rebuſque alienis paſcatur, ſtatuere optimè poteſt, vt cum eo onere dñs columbarii dominium illius retineat, vt ſi extra leucam capiatur, ea ipſa captione amittat dominium, & fiat capiẽtis: idque cenſendi ſunt voluiſſe, qui legẽ illam cõdiderũt. Alioquin profectò lex illa iniqua eſſet, indignaq; legiſlatore Chriſtiano, quæ ſine vllo prorſus emolumento præter commune ius, permitteret, vt impune caperentur, dominoque earum denegaret actionem aduerſus venatorem, & nihilominus relinqueret venatorem obnoxium vt illas in foro conſcientiæ perinde reſtitueret, ac ſi talis lex lata non eſſet.

Dubium. Interrogabis. Quid ſi columbæ capiantur intra leucam ab vno columbario, nihilominus ſint alterius columbarii, quod diſtat pluſquam per leucam?

Soluitur. Dicendum eſt, fieri capientis. Nihilominus rarò poſſe euenire, vt id ſciatur; in dubioque præſumendum eſt, eas eſſe eius, quod eſt intra leucam.

Dubium. Interrogabis rurſus. Quid ſi capiãtur extra leucã, nihilominus inſtrumẽtis venatorijs lege prohibitis?

Satisfit. Dicendum eſt, peccare quidem venialiter, qui talibus inſtrumẽtis contra legis præſcriptum eas capit. nihilominus dominium earum comparare. Quo-

A niam tranſgreſſio vnius legis, non præiudicat iuri per alteram legem conceſſo.

Licet vnicuique fas ſit in ſuo columbario ea efficere, quæ ad conſeruationem ſuarum columbarum in eo, & per accidens ad inuitationẽ aliarum, vt ibi ſuũ collocẽt domicilium, ac commodata iudicauerit, nefas tñ eſt, ea ſemina in eo ſpargere, aut eis artib. vti, quæ inſeruiunt ad attrahendum columbas ex alienis columbariis: id namque contra iuſtitiam eſſet, cum onere reſtituendi damnum aliis illatum. Idem eſt, ſi ſimilibus artibus quis vteretur ad attrahẽdas columbas extra leucam à columbariis, vt ita attractas ibi aucuparetur. Ita Medina de rebus reſtituendis, q.3. Nauar. in Man. c.17.nu.127. & alii.

DISPVTATIO LI.

B *Ad quam reſtitutionem teneatur, qui in loco ad venandum interdicto, aut in prædio alieno, vel communitatis alterius, ipſis inuitis venatur.*

QVando venatio, aut piſcatio, ex eo eſt illicita, ꝙ locus ſit interdictus, iuſq; venãdi, aut piſcãdi in eo ad aliquẽ in particulari pertineat, & nihilominus dñium ferarũ illius loci, nullius eſt, vt regulariter, iuxta ea, q̃ diſp.41. dicta ſunt, eſſe ſolet, eo ꝙ ferę in eo in ſua naturali ſint libertate, tũc q̃ aĩalia ibi venat', aut piſcat', peccat quidẽ cõtra iuſtitiã, cõparat tñ dñium eorũ, quę ita capit, & tenetur ſoluere pęnã lege ſtatutam, modo tñ feratur ſnĩa, & inſuper reſtituere tenetur damnũ inde ei ſubſecutum, in cuius fauorem locus eſt interdictus. Hæc eſt Medinæ de reb. reſtit. q.12. Couar. regula peccatũ, par.2. §.8. & communis.

Quod is qui ita venatur, aut piſcatur, contra iuſtitiam peccet, probatur. Quoniam contrauenit iuri legitime alteri vt ſupponimus, conceſſo, vt ſolus ipſe
C in eo venetur. Pro quantitate tamen damni inde illi, qui tale ius habet, ſubſecuti, iudicandum eſt, an culpa ad lethalem perueniat, an vero ſolum ſit venialis, non autem pro quantitate valoris animalium, emolumentique quod is, qui venatus aut piſcatus eſt, reportat. Si tamen venator longè maius damnum dare intendit, ſed idcirco id non dedit, quia non potuit inde etiam expendendum eſt, an culpa venandi in loco prohibito ad lethalem peruenerit.

Quod vero is dñium comparet aĩalium, quæ ita cepit, ex eo eſt manifeſtum, ꝙ animalia illa nullius adhuc erant, gentiumq; iure fiant capientis: cum ergo animalia ita capta reſtitutioni non ſint obnoxia, ſed ſolum, qui ea cepit, teneatur damnum reſtituere, ſi quod intulit: efficitur ſanè, vt is, ad cuius manus, ſiue precio, ſiue alia ratione, vel ipſa, vel eorum carnes, trãſierint, eſto ſciat vbi, & quo modo capta ſint, ad nullam reſtitutionem teneatur, ſed tuta conſcien-
D tia ea, & accipere, & retinere poſſit.

Quod vero is, qui ea aĩalia ita iniuſtè cepit, teneatur ſoluere pęnam lege ſtatutam, modo condemnetur a legitimo ſuo iudice, probatione nõ indiget: ſupponimus enim pęnam moderatam, iuſtamque eſſe.

Quod denique reſtituere teneatur damnum ea ratione ei ſubſecutum, qui ſolus ius ibi piſcandi, aut venãdi habet, probatur: Qm̃ ſi quod dãnum, lucrumve ceſſans inde illi ſubſecutum eſt, proculdubio tale damnum contra ipſius ius, atque adeo contra iuſtitiam illatum illi eſt: damnum aũt iniuſte illatum, reſtitutioni eſt obnoxium. Damnum vero, atque adeo reſtitutio arbitrio prudentis, attentis circunſtantiis concurrẽtibus, penſanda ſunt. Sanè quando venatio fuit in vaſtiſſimo principis ſaltu, modica, aut nulla, ẽt de iuſtitiæ rigore, eſt iniungẽda reſtitutio. Quia non quantum valent animalia, reſtituendum eſt, non ſolum poſtquam capta ſunt, ſed ẽt dum in ſaltu ipſo verſan-

uerſantur, eſtque induſtria apponenda vt capiātur. Si namque aīalia eſſent dñi ſaltus, nō plus foret illi reſtituendū: oſtēſum aūt eſt, ea nullius eſſe interim dum ſunt in ſaltu. Solū ergo illi eſt reſtituendū, quā tum ſua intererat, ea nō eſſe capta, eo ꝙ plura aīalia per ipſum, & per ſuos forent capienda, niſi ea iniu ſtè eſſent capta: cū vero tot alia in ſaltu remaneant, neq; id impedimēto regulariter ſit, vt, quotquot voluerit, poſſit capere, ſane nulla eſt reſtituto iniungēda: qm̄ id ſolum in iniuriā, non vero in damnū illius ceſſit: pro iniuria vero, præciſa a dāno, non debetur reſtitutio, ſed pęna ſolū, ſi ſnīa feratur, vt ſuo loco oſtēdemus. Porro, ꝙ dn̄s ſaltus plus vel minus ægrè ferat, aīalia in eo capi, cōducet quidē, vt iniuria maior vel minor ſit, nō vero vt damnū accreſcat. Eodē modo iudicandū eſt de reſtitutione pro piſcibus in loco prohibito captis: Si nāq; quis piſcetur eos piſces, qui eo in loco nō cōmorātur, ſed trāſeūt, neque impedimēto ſit, quominus is, q̄ ſolus ius hēt ad piſcādū per ſe, vel p alios, quib. facultatē cōcedit, eos capiat, neq; ex eo ꝙ eos ipſe nūc capiat, decreſcit p̄tiū aliorū: ſanè ad nullam reſtōnem tenetur. Si vero inde detrimēti aliquid ei, qui ſolus piſcādi ius habet, quacūq; rōne eueniat, id totū tenetur illi reſtituere.

Cæterum de iuſtitiæ rigore, vltra pœnam lege ſtatutam, debetur reſtitutio integri dāni ex venatione, aut piſcatione in loco prohibito dati: non ſecus ac fur, eſto pœnam flagellorum, aut capitis, vel aliquā pecuniariam pro furto ſubeat, tenetur integrum furti damnum ei reſtituere, a quo rem furto abſtulit. Niſi, vt rectè Medina, q. 12. citata ait, is, qui ſolus ius habet venādi, aut piſcandi, contentus eſſe ſoleat ſolutione pœnæ: ꝙ ex ſtatuto, vel conſuetudine ipſa eſt iudicandum. Si namque dn̄s vltra pęnam exigere non ſoleat ſolutionē damni, cenſendum eſt, ſola pœna eſſe contentum. Quod ſi ex magnificētia dñi ſaltus intelligeretur, non curare damni reſtitutionē, ſed ſolum ſtatuere pœnas, vt feræ tutæ ſint, nulluſq; eas venari audeat, vt regulariter de principibus & magnatibus eſt præſumendum, iniungenda non eſſet damni reſtitutio, etiam quando crimen fuit occultum, pœnaque nō exigitur. Præſertim, ſi nō leuis eſſet ſuſpicio de tyrannide in prohibitione venationis, & oppreſſione populorum, maximè ſi is, qui eſt venatus, longè maiora damna ex feris ſaltus in ſuis bonis ſuſcepiſſet. Et certè in hoc Luſitaniæ regno inuſitatum omnino videtur, vt pro eiuſmodi rebus reſtitutio iniungatur: totque ſunt loca ad venādum prohibita, vt principes, & magnates cōtenti eſſe deberent pœnis, quas venatores ſoluunt, quando in delicto comprehenduntur.

Porrò quando ferę nullo dolo ac fraude venātis, de loco prohibito egrediuntur, & extra eū capiuntur, licitè quiſque eas capit, ad nullamque, vel pęnā, vel reſtitutionem tenetur. Ita affirmant Doctores communiter, reſque eſt ſatis manifeſta: quoniam tunc, neque ex parte rei captæ, quæ omnibus eſt cōmunis, neque ex parte loci, venatio eſt illicita.

De iure cōi, ſi quis, inuito domino, fundū propriū alterius ad venandum, piſcandum, aut aucupādum ingrediatur, iniuriam illi facit, & licet venator, aut piſcator aīalium, quæ ibi ceperit, dominiū cōſequatur, tenetur tamen ad reſtitutionē faciendā domino fundi, non quidem aīalium, ſed damni, lucrive ceſſantis, ꝙ illi inde fuerit ſubſecutum. Ita Medina & Couar. locis citatis, & Doctores cōiter: eodēque modo hæc oīa probantur, quo de eo, qui in ſaltu ad venandum prohibito ſimili modo venatur, paulò antea, probata ſunt: eſt enim vtrobique eadem ratio, conſonantque, §. feræ, Inſt. de rer. diuiſ. & l. 3. ff. de acq. rer. dom. habetque id verū ēt in aucupio auium ſylueſtrium, vt cōſtat ex l. diuus, ff. de ſer. ruſt. præd. & ex l. item ſi fundum, §. aucupiorum, ff. de vſufru.

A Quare reijcienda eſt contraria ſnīa Soti, 4. de iuſt. q. 6. art. 4. & quorundam aliorum, qui Sotum ſecuti, aucupiū excipiunt. Si ergo Dn̄s fundi animal illud capturus erat, niſi alius contra ipſius prohibitionem illud in eo fuiſſet venatus, piſcatus, aut aucupatus, reſtituere illi tenetur valorem integrum animalis: qm̄ æquale eſt damnum, ꝙ contra iuſtitiam illi intulit, lucrumve ꝙ illi iniuſtè impediuit. Quòd ſi res dubia erat, plus vel minus pro quantitate dubii tenetur domino reſtituere. Si verò moraliter erat certum lucrum nullum illi de ea cauſa impediendū, eo ꝙ neque dominus agri animal erat capturus, neque alteri ius ad illud capiendū locaturus, ad nullam prorſus reſtitutionem tenetur. Quādo ergo lege 16. tit. 28. p. 3. legum Caſtellæ ſtatuitur, vt ſi aliquis venatione aliquid in fundo alieno capiat, domino fundi id antequam capiatur, prohibente, res ita capta ſit domini illius fundi; intelligendum id demū eſt, non quod ipſo facto dominus fundi dominium illius ac-
B quirat, ſed quod illi in foro exteriori ſit adiudicāda: tum in pœnam eius, qui in alieno fundo inuito domino venationem exercuit: tum etiam in recompenſationem damni, ſi quod fortè ea ratione accepit, vt rectè Medina loco citato eam legem exponit. Quare ante latam ſententiam is, qui rem illam cepit, ſolū ad id tenetur, quod paulò ante dictum eſt. Couar. loco citato lōgam circa illam legem diſputationem texit, parum meo iudicio neceſſariam.

Porrò hæc eadem locum hn̄t in eo, qui in terris, aut fluuiis alterius cōitatis, ea inuita venatur, aut piſcatur: iniuriam namq; illi facit, teneturq; ad reſtitutionē dāni, ſi ꝙ inde illi cōitati obueniat: cōparat tn̄ dominium aīalium quæ ita ceperit. Neque obſtat, ꝙ qui in aliena cōitate contra illius voluntatē cedit ligna, non cōparet eorum dominium. Qm̄ ligna, cum ex terra naſcantur, illique adhæreāt, ad illius dñium pertinent, cuius eſt terra illa; & idcirco, ſi cedantur,
C aut colligantur contra domini voluntatē, dominiū eorum apud eum, cuius antea erant, perſeuerat: feræ verò cum ex ſe inuicē procreentur, nec terræ adhæreant, ſane dū in ſua ſunt libertate, nullius ſunt propriæ, ſed gentium iure fiunt capientium. Quæ de venatione in agro alieno, aut alienæ communitatis de iure communi dicta ſunt, locum non habent in hoc Luſitaniæ regno, iuxta ea quæ diſp. 45. dicta ſunt.

DISPVTATIO LII.

De cuſtodibus locorum interdictorum, & de damnis, quæ uenantes inferunt ſatis, &c.

DE cuſtodibus locorum ad venandum interdictorum, eſſet hoc loco dicendum, niſi commodius rem totam de cuſtodibus vniuerſim in vnū locum in materia de reſtitutione reſeruaremus. Quod verò ad damna attinet, quæ venātes, equis, canibus,
D & pedibus ſuis, vel quauis alia rōne, ſatis, atque aliis rebus inferunt, dum feras quærunt, aut inſequūtur, dicendū eſt, teneri ea integre reſtituere. Si tamē certò ſcientes ſe illa integrè propriis dominis eſſe reſtituturos, ea intulerūt, nō eſt ꝙ facilè peccati lethalis dānentur. Tum ꝙ damnum ad æqualitatē reſarciendū non ſit notabilis iniuria, q̄ proximo fiat. Tū etiā ꝙ præter intentionē oblectationis, ac prædę, aīo nō verò nocēdi, iniuriamve faciendi inferatur, id ꝙ nō ſolent homines admodum ægrè ferre. Niſi fortè alicui rei in particulari damnum inferretur, quam prudens quiuis deberet aduertere, laturum vnumquemque ægrè, ſi deſtrueretur. Dixi, proprijs illorū dominis: qm̄ ſi quis notabile aliquod damnum inferat ſatis, aut aliquibus alijs rebus, de quibus poſteà non facilè ſcire poterit cuius ſunt, vt proprio illorū domino reſtitutio fiat, dubiū non eſt, tunc tpis peccare lethaliter, eſto, aīo integrè reſtituēdi pauperibus, illud

inferat: id. n. in notabilem domini illarum rerum in A
iuriam ac damnum cedit. Niſi vero venantes, qui talia damna intuliſſe comperientur, ſerio proponāt, ijs ſimilia nocumenta deinceps non inferre, iure abſolui nequeunt. Dixi ēt, certò ſcientes ſe illa integrè reſtituturos: qm̄ ſi vel res ſit dubia, quia facilè obliuioni tradetur, aut mutabitur aīus, vel damnum non ſit integrè reſtituendū, certè culpa eſt lethalis hmōi damnum inferre, niſi adeò eſſet exiguum, vt ad lethalem culpam non ſufficeret maneretque obligatio integrè reſtituēdi. In defectum vero eorū, qui præcipua cauſa illius fuerunt, quales eſſe ſolent, qui præcipui ſunt venationis authores, quiq; ſecū alios deferūt, ij ipſi, qui nocumentum aliquo modo dederunt, licet non fuerint pręcipua cauſa, reſtituere ſanè tenentur.

DISPVT. LIII.

De varijs bonorum generibus, quæ domino carent. Et quæ eorum vacantia dicantur, & ad quem pertineant. B

CONſequenter diſputandum eſt, de acquiſitione dñii multarum aliarum rerū, q̄ domino vacāt: quæ cum multiplicia ſint, primo erunt diſtinguēda. Quædam. n. ſunt, q̄ nunq̄ dominum habuerunt, vt lapilli, & gemmæ, & id genus alia, quæ in littore maris, fluminibus, alijſque in locis inueniuntur. Inſulæ q̄ nunq̄ fuerunt habitatæ, & ſi quæ in continēti ſunt alia ſimilia loca. Præterea quicquid aliud: ꝙ licet quondam dominum habuerit, tpis tamen longinquitate, quo deſijt poſſideri, iam modo dño caret, aliquove ad quem, iuxta ciuilia iura, hæreditario iure ſpectet. Eiuſmodi ſunt inſulæ, & loca, quæ, licet quondā fuerint habitata, à multo tamen tpe ſunt deſerta, & ſine domino. Sunt ēt res aliquæ mobiles, quæ licet aliqn̄ fortè habuerint dominum, tpis tamen decurſu, nullius iam ſunt: vt multa, quæ à tpe longinquo naufragiis in fundo maris continuerunt, & caſu aliquo, vel extrahuntur, vel reperiūtur in littore: & ſimilia, quæ in terra poſt longum tempus, quo alicubi repoſita, recondita, aut amiſſa ſunt, reperiuntur.

Porrò inter hæc oīa, ea ſolum, quæ alicubi repoſita poſt longū tps reperiuntur, habent rationem theſauri, iuxta illud Pauli Iuriſconſulti, l. nunquā. ff. de acqu. rer. dom. Theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat: ſic. n. ſit eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit. Alioquin, ſi quis aliquid, vel lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terram (intellige, & adhuc dominium habet) non eſt theſaurus. Hactenus Iuriſconſultus ille. Et l. vnica, C. de theſau. lib. 10. docetur, noīe theſauri intelligi, non ſolum pecuniam, ſed etiam quæcunq; alia mobilia. Sic enim in ea lege ſcriptum legimus. Theſaurū, idest, condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia. Ex quibus conſtat, ad rationem theſauri duo neceſſaria eſſe. Vnum, vt fuerit quondam repoſitus. Alterum vero, vt tantum interceſſerit tps, quod domino iam careat. Libuit diſtinguere theſaurum à cæteris mobilibus rebus, quæ tpe antiquo dominū habuerunt: quoniam de acquiſitione dominii theſauri ſunt quædam peculiaria poſitiua iura, eaque ratione de eo in particulari, diſp. 56. futurus eſt nobis ſermo. Interdum verò ſumitur theſaurus latius, vt comprehendit etiam eam pecuniam, quæ dominum habet, vt conſtat ex l. theſaurus, ff. ad exhibendum.

Pro derelictis quæ. Quædam alia bona, ſiue immobilia, ſiue mobilia ſunt, quæ cum de proximo dominum habuerint, ex eo domino vacāt, qđ ab eo derelicta ſint, vt ſint primo occupātis. Id qđ interdum accidit expreſſo actu prioris domini: interdum vero præſumpto: & tunc, quæ ita relinquuntur, dicuntur haberi pro derelictis: qn̄ autem id ſit præſumendum, diſp. 55. dicetur.

Miſſilia. Cum bonis derelictis computantur ea, quæ in iure Miſſilia nuncupantur. Eiuſmodi ſunt, nummi, & alia, quæ aliquibus in locis, qn̄ poſſeſſio Epiſcopatus aut ſimilis rei accipitur, vel in alijs ſolēnitatibus, aut euentibus ſolent iactari, vt ſint primo capientium, vt habetur, l. qua ratione, §. pen. ff. de acqu. rer. dom. & §. hoc amplius, Inſt. de rer. diuiſ. Quamuis hæc, vt ibidem dicitur, non careant domino, ſed voluntate eorum, qui illa vel proijciunt, vel proijcere iubent, transferatur eorum dominium in primo capientem.

Vacantia bona quæ. Bona etiā eorū, qui ex hac vita ab inteſtato diſcedunt, neq; hæredes relinquunt, qui illis, iuxta iuris ciuilis pręſcriptū, ab inteſtato ſuccedant, eo ipſo dño vacare cenſentur. Atq; ea ſunt, quæ in iure peculiari noīe bona vacantia appellantur. Ex diſpoſitione vero iuris cōis, ſi defunctus ſit, eo ipſo ad fiſcum deuolutur, ad Regis ſumptus, in Reipublicęque ſubſidium. Ita habetur l. 1. §. vlt. ff. de iure fiſci. l. 1. & l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. & aliàs ſæpe. Idem *Ad fiſcum ſpectant.*
eſt de iure huius Luſitan. Regni, vt ex lib. 2. Ordin. tit. 15. & 16. & ex lib. 4. tit. 69. conſtat, & de iure Regni Caſtellæ, vt habetur l. 12. tit. 8. li. 5. nouæ collect.

Ab hac diſpoſitione iuris excipitur, qn̄ peregrinus aliquis in hoſpitali ab inteſtato diſcedit, bonaque illius, iuxta hactenus dicta, vacare debebāt, applicandaq; erant fiſco: nam tunc bona illius mobilia ibi reperta per Epiſcopum loci in pias cauſas ſunt diſtribuenda, vt in authentica, omnes peregrini, C. com. de ſucceſſionibus, conſtitutum eſt. Qui autē ab inteſtato iuris diſpoſitione defuncto ſuccedant, inferius, cum de vltimis voluntatibus erit ſermo, dicetur.

Ius Luſitanum. Rex Emanuel lib. 1. Ordinat. tit. 69. §. vlt. conceſſit, vt qn̄ aliquis ex hac vita diſcederet, nec hæredem ab inteſtato haberet, qui illius bona vellet acceptare, tunc quidem res deferretur ad eum, cui eo in loco iniuncta eſt cura eleemoſynas in captiuorum redemptionem recipiendi, vt ea demum bona captiuis impenderentur; modo miniſter ille hæreditatem eo mo C
do vacentem vellet acceptare. Alioquin curator eis bonis præficeretur, qui aduerſus creditores fideliter ea defenderet. Tunc vero, ſi perſolutis debitis, bona aliqua remanerent, vtique tanquam vacantia ad Regis fiſcum pertinerent, nullumque ius captiui ad ea haberent. Quod vero Emanuel Rex eo loco non intenderit bona omnia vacantia captiuorum redēptioni deputare, ſed ſolum quando defunctus hæredem, aut hæredes habet, illiq; propter defuncti debita, hęreditatiſque onera, ipſam adire recuſant, non ſolum expendenti verba illius §. erit manifeſtum, ſed etiam colligitur ex eo, quod lib. 2. Ordin. tit. 17. §. 19. & §. vlt. cōſtituitur, vt ſi bona vacantia eorum, qui ab inteſtato diſcedunt, coronæ Regni ſint addicta, &, vt ita dicam, incorporata, & ſi poſt eam incorporationem, à Rege alicui concedantur, cum bonis de corona Regni traditis computentur: quod ſane nequaquam ſtatueretur, ſi vniuerſim vacantia bona in re D
demptionem captiuorum eſſent deputata. Adde lib. 4. Ordin. titu. 69. apertè innui, eiuſmodi bona occupanda eſſe à Regijs quæſtoribus (quos Almoxarites vocant) tanquam bona ad Regis ærarium ſpectantia. Adde etiam, quod cum poſſint aliquando vacare multa aureorum millia, tam mobilium, quàm immobilium bonorum, veriſimile non eſt, Regem tantam pecuniarum ſummam captiuorum redemptioni voluiſſe deputare.

Regina Catherina, quo tpe loco Regis Sebaſtiani hoc Regnum moderabatur, priuilegium (ꝙ vidi, & cuius exemplar habeo) conceſſit, vt bona eorum hominum abſentium, quorum neq; notitia vbi nam eſſent, haberetur, neq; inuenirentur hæredes, in redemptionem captiuorū traderentur manpoſteiro, vt vocant, eo modo, quo eorum bona, qui ab inteſtato diſcedunt, illi tradi conſueuerunt, ea tamen le-
ge,

-ge, vt ſi quando, vel abſentes illi, vel eorum hæredes comparerent, ſua illis bona integrè perſoluerentur.

Verum enimverò circa hoc priuilegium obſerua in redemptionem captiuorum non concedi eorum bona, quos conſtat diſceſſiſſe ab inteſtato, nec habere hæredes, vt ſatis ex verbis ipſis priuilegij manifeſtum eſt: præſertim cum ſe referat ad conceſſionem bonorum diſcedentium ab inteſtato per Regem Emanuelem factam. Quo fit, vt bona eorum, de quibus conſtat, & ab inteſtato diſceſſiſſe, & hæredes non habere, ad Regis fiſcum pertineant.

Illud ēt obſerua, neque ex hoc priuilegio, & neq; ex illa alia conceſſione Regis Emanuelis haberi, bona, quę inueniuntur, & quorum ignoratur dñs, in redemptionem captiuorum à regibus eſſe conceſſa. Imò verò neque de eis diſponere ad Regem ſpectat: cũ potius in pias cauſas, pro aĩabus eorũ, quorum ſunt ea bona, arbitrio inuenientium, aut ſummi Pontificis, vel Epiſcoporum inſumi debeãt. Audio aũt receptatores eorum, quæ ad redemptionem captiuorum ſpectant intuitu priuilegij Reginę, multa eiuſmodi bona ab ijs, qui ea inueniunt, extrahere, illiſque in ſeculari tribunali adiudicari. Imò, dũ hæc Eborę exponerem, comperi eiuſmodi miniſtrũ eodem priuilegio extraxiſſe de manu inuentoris fruſtum auri in agro repertum, ꝙ theſauri rõnem habebat, & ab antiquiſſimis tpibus dño caruit (videbatur enim eſſe fructum antiquiſſimi idoli) totumque proinde ad inuentorem iuxta ea, quæ diſputatione ſequenti dicemus, ſpectabat. Hæc omnia inde ortum habent, quod neque reginę priuilegium, neque Regis Emanuelis conceſſio ſatis extenduntur, quæ proculdubio ad nihil horum ſe extendunt.

Dubium eſt hoc loco, vtrum in hoc Luſitanię Regno ea oĩa, quę hac diſputatione cõmemorata ſunt, ad Regem ipſo iure pertineant. Partem, quæ affirmat, ſuadere vr̃. §. ille 16. citatus, ti. 15. lib. 2. Ordin. cuius hæc ſunt verba. Idem dereito real hę, todos os bens vagos, aque naon he acado certo ſenhorio: cum ergo theſauri, & cętera cõmemorata, pręſertim ea quæ dominnm aliquando habuerunt; bona vacantia ſint, quibus certus dominus non inuenitur; efficitur, vt ad Regem pertineant.

Pars, tñ, quæ negat, eſt proculdubio amplectẽda, nempe neque theſauros, neq; cætera alia, præter ea quæ proximè diximus peculiari nomine in iure appellari bona vacantia, eò §. cõprehendi. Atque adeò in hoc Regno, cum nulla alia lex ſit, quæ circa theſauros quicquam diſponat ſtandum erit circa eos diſpoſitioni iuris cõis. Ducor primò, qm̃ de iure cõi, neque theſauri, neque ea, quæ habentur pro derelicto, neq; eę feræ, quę aliqñ fuerũt captę, & poſtea ad ſuam naturalem libertatem ſe receperunt, cõputantur inter bona vacantia, eſto aliquando habuerint dominum, & modo eo careant, quin potius de eis peculiaria alia iura ſunt conſtituta; nomineque bonorum vacantium ſolum intelliguntur bona eorũ, qui ſine hæredibus ab inteſtato diſcedunt, vt ex iuribus ſupra citatis conſtat: cum ergo Ordinationes huius regni in ea ſignificatione ſumant vocabula, in qua à iure cõi & doctorib. vſurpantur, legeſque regnorum peculiares, quãtum commodè fieri poſſit, ita intelligendæ ſint, vt à iure cõi non diſcedant, cui legiſlatores particulares, præſertim Luſitani, ſe cõformare ſtuduerunt (vt huius Regni Ordinationes cum iure cõi cõferenti erit ſatis manifeſtum) efficitur, vt in eo, §. noĩe, debens vagos, ſolum intelligantur bona eorum, qui ſine hæredibus ab inteſtato diſceſſerunt, ac proinde vt theſauri, & cætera alia, quæ dño carent, non cenſeantur in ea comprehẽſa. Secundò, quoniã eod. lib. ti. 17. §. 19. & §. penul. dũ commemorantur bona, quæ ad fiſcum Regis pertinent, regnique coronæ poſſunt incorporari, & de-

A uenitur ad bona vacantia, ſolum commemorantur eorum bona, qui ſine hæredibus ab inteſtato diſcedunt. Tertiò qm̃ theſauri ſimpliciter non ſunt bona vacantia; quippe cũ ex eo inuenientis efficiuntur, ꝙ propter temporis lõginquitatem, quo à nullo poſſidētur, in nullius ſint bonis, neque fuerint proximè. Quo fit, vt ſicut theſaurus ad deſcẽdentes illius, qui illum abſcondit, non ſpectat, eò ꝙ longinquitate tẽporis, quo à nullo poſſidetur, oẽs dñium & ius ad illum amiſerint, ita ēt neque ad Regem ſpectet, qui toto eo tpe poſſeſſionem ēt illius non habuit. Adde, neque vſum in hoc regno, ꝙ ſciam, obtinere, vt vel theſaurus, vel aliquid aliud eorum, quæ dño carent, Regi adiudicetur, præter bona eorum, qui ſine hæredibus ab inteſtato diſcedunt. Hæc tam multis dixi, vt nullus decipiatur, exiſtimans theſauros in eo, §. comprehendi: vt ego aliquando deceptus ſum.

Iã verò bona, q̃ longiſſimo tpe poſſideri non deſierunt, nihilominus, tñ ignoratur, quiſnã ſit eorum B dñs, ad quem ve iure pertineant, qualia regulariter ſunt inuenta, & ſimilia alia bona, vtique neque inter vacantia, neq; inter ea, quę dño carent, cõputantur; ſed appellantur bona incerta: & poſt debitã diligentiã, vt ſciatur ad quẽ ſpectãt, eo non cõperto, regulariter ſunt pauperib. reſtituenda. Cæterum de his infra peculiaris erit ſermo in materia de reſtitutione.

DISPVT. LIIII.

Metallorum venæ, antequam inueniantur, an domino careant.

HOc loco obiter examinandũ eſt, an auri, argẽti, & aliorum metallorũ, venæ, anteq̃ inueniãtur, cõputandæ ſint inter bona, de quibus diſp. præcedẽte dictum eſt. Mihi dubiũ non eſt, ſtãdo in ſolo gentiũ iure, illas ad eos quoad dñium ptinere, quorum C ſunt agri, aut prædia, in quib. reperiũtur: nõ ſecus ac venæ ſaxorum, & venæ aquæ, quæ in eiſdẽ prædijs reperiuntur, ad eoſdem quoad dñium ſpectant. Cũ enim eiuſmodi venæ ibi generẽtur, parteſq; quædã prædij ſint, dubium non eſt, ad eũ eiuſmodi metallorũ fodinas ex natura rei, quoad dñium pertinere, cuius eſt prædium. Longè verò diuerſa eſt ratio de theſauro, qui neque in prædio, in quo reperitur, fuit genitus, neque pars prædij eſt, ſed induſtria humana ſuit in eo repoſitus. Quo fit, vt eiuſmodi metallorum venæ computandæ nõ ſint inter bona, quę dño carent, quæq; ad præcedentẽ, & duas ſequentes diſputationes ſpectant. Dixi, ſtando in ſolo gentium iure, pertinere quoad dñium ad prædij dñm: qm̃ regulariter de iure ciuili, vel cõi, vel particularium Regnorum, vbicunque fuerint repertæ, meritò ſolent eſſe deputatæ principi, aut Reip. ad ſumptus publicos, oneraq; Reip. ſuſtinenda. Vnde §. 15. ti. 15. li. 2. D Ordinationum huius Luſitaniæ regni ſic habet. Itẽ dereito real hæ, os vieiros & minas dour o & prata, ou qualquer outro metal. Ius Luſitanum. Vt tñ lucri ſpe hoĩes alliciantur ad eas bonum publicum quærendas & aperiendas, ſtatui ſolent variæ leges pro temporum & locorum varietate, quib. vel pars aliqua eorum, quę inde fuerint extracta, vel præmia alia inuentoribus conſtituuntur. Quinta autem parte legum extrauag. eiuſdem regni ti. 6. leg. 1. anno 1557. omnib. eſt conceſſum, vt in quacunque huius regni parte, præter eam quæ tranſmontana dicitur, quærere & aperire poſſent uenas quorumcunque metallorum, tam in proprijs, quàm in alienis agris, perſoluto dominis alienorum prædiorum damno, ſi quod in eis aperiẽdis & quærendis illis dederint. Ac præter certum quoddam præmium, quod venam inuenienti lex illa conſtituit, fodinam ipſam ad certam vſque diſtãtiam, tam quoad longitudinem, quam quoad latitudi-

tudinem, illi concedit; ita tamen, vt deductis expenſis, quinta metallorũ pars, quæ inde extracta fuerit, regi perſoluatur. Lege alia, quæ eo loco diſponũtur.

Ius Caſtellæ.

In regno Caſtellæ oẽs huiuſmodi todinæ ad Regem ſimiliter ſpectant, integrumq; eſt omnibus, et exteris, eas quærere & aperire, et in alienis prædijs. Quondam à Ioan. I. l. 3. tit. 13. lib. 6. nouæ collect. ſancitũ fuerat, vt, deductis expenſis, tertia pars metallorum, quæ extraherentur, pertineret ad inuentorem, reliquæ verò duæ ad Regem. Poſteà Rex noſter Philippus, l. 4. eiuſdem tituli, idem ſtatuit, eſto vena eſſet valde abundans & fructuoſa: ea tñ lege, vt inuentor reciperet tertiam partem, quouſque illi obuenirent centum mille ducati: deinceps verò ſolum reciperet quartam partem, quouſq; alij centum mille ducati eidem obuenirent: in poſtremum verò ſolum reciperet quintam partem. Nouiſſimè, l. 5. eiuſdem tituli ſtatuit, vt qñ ex centum libris (Hiſpanis, quæ ſedecim ſunt vnciarum: centum autẽ Hiſpanicas libras quintal in eo Regno vocant) plumbi & argenti per mixti, extraheretur, ſelibra Hiſpanica argenti (marco vulgo dicitur) perſolueretur Regi octaua ſolum pars argenti, reliquum verò pertineret ad inuentorem: qui tamen expenſas oẽs facere teneretur. Qñ verò extraheretur vltra ſelibram, nec tñ, ꝙ extraheretur, excederet tres ſelibras, perſolueretur quarta pars. Quod ſi tres libras excederet, nec ſex ſuperaret, perſolueretur tertia pars: ſi verò ſex ſuperaret, perſolueretur dimidium Regi. Circa fodinas autẽ auri vniuerſim conſtituit, vt dimidium auri, quod extraheretur, Regi perſolueretur: reliquũ verò pertineret ad inuentorem, qui tamen expenſas omnes facere teneretur. Antonius Gomez. ad l. 45. Taur. nu. 51. iuxta legem illam Ioan. I. locutus eſt, quam citat octauam, tit. 12. lib 6. Ordin. Sotus verò 5. de iuſtit. quæſt. 3. art. 3. neſcio vnde permotus, aſſeruerit, conſuetudinem in Regno Caſtellæ eſſe, vt quinta pars metallorum perſolueretur Regi: reliquæ verò quatuor pertinerent ad inuentorem.

Molina lib. 1. de primogenijs c. 23. n. 8. innuit, venæ aureæ, argẽteæ, aut alterius metalli partem quandam ad regem pertinere, aliam ad inuentorem, & reliquam ad dñm fundi: non tñ citat legem 5. §. 15. tituli citati, qua conſtitutum eſt, vt damna alia dño fundi perſoluantur, & inſuper accipiat centeſimam partem metallorum, quæ fuerint extracta. Si autem fundus ſit de numero bonorum: quæ vinculo primogenij ſunt alligata, diſputat vniuerſim, an, quod ex marmorea, aurea, aut quauis alia vena talis fundi poſſeſſor maioratus extrahit iure dñij fundi, ad ipſum pertineat; an verò refundendum ſit in commodum & augmentum bonorum maioratus. Quicquid autem ſit de diſpoſitione legis diuortio, §. ſi vir in fundo, ff. ſolu. matri. circa ea, quæ maritus ex ſimilibus venis fundi dotalis extrahit, vtrum cedant in augmentum dotis, an verò ad maritum ſpectent, ſanè in re propoſita dicendum eſt, quicquid poſſeſſor maioratus ex eiuſmodi venis extrahit, ſuum id efficere. Si tamen vel de nouo venam aperiat, indeque detrimentum notabile quoad alios fructus in poſterum recipiendos, fundo obueniat, quod ex ipſamet vena ſucceſſoribus in maioratu, in poſterum non reſarciatur, vel vena, añte inſtitutionem maioratus aperta, aliter vtatur, quam præcedentes poſſeſſores illius fundi ea vti conſueuerunt, indeque ſimiliter detrimentum obueniat fundo quoad fructus, qui ex eo erant percipiendi, tenetur profecto bonis vinculo primogenituræ alligatis reſarcire dãnum, quod intulit, ſeruareque indemnes poſſeſſores in futurum in eodem maioratu.

Poſterior pars huius noſtræ aſſertionis ex eo probatur, quod poſſeſſor maioratus tenetur ſeruare indemnes ſucceſſores futuros in eodem maioratu, vt

A eodem modo fruantur bonis primogenituræ, vinculo alligatis: ergo ſi vel in aperiẽda de nouo vena, detrimentum notabile bonis inferat, ne æquale cõmodũ ex eis ſucceſſores percipiãt, vel vtendo aliter vena iam aperta, q̃ anteceſſores vti conſueuerint, ſimile detrimentũ inferat, procul dubio tenetur reſarcire detrimentũ illud in ipſiſmet bonis maioratus. Dixi, notabile detrimentum: qm̃, vt Molina loco citato cũ Iulio Claro notat, modica deterioratio in percipiendis cõmodis ex re, cuius quis eſt dñs, ſiue is tantum habeat dñium vtile, vt feudatarius & emphyteuta, ſiue ſimul habeat proprietatem, vt habet poſſeſſor maioratus, in conſiderationem non venit.

Prior verò pars ex eo probatur, qm̃ poſſeſſor maioratus, cum dominus re uera ſit bonorum maioratus, interim dũ ipſe viuit, vtique non ſolum fructus, ſed & quæcunque emolumenta poteſt ex eis percipere, ſua que illa efficere, dummodo bona illa deteriora ſucceſſoribus non relinquat; Neque valet argumentum à viro cõparatione dotalis fundi, cuius

B dominiũ ſimpliciter pertinet ad vxorem, & ex quo ſolum id poteſt percipere, quod fructus rationem habet, ad poſſeſſorem maioratus, qui verè ac ſimpliciter eſt dominus bonorum maioratus.

Iuxta poſteriorem partem huius noſtræ aſſertionis dico. Si in hoc regno tertius aliquis inuenit venam auri, aut alterius metalli in fundo alterius, vinculo primogenituræ alligatæ; cum iuxta iura huius Regni, dominus fundi nihil ex ea vena habeat, ſed ſolum ſit illi perſoluendum nocumentum, quod ex apertione illius venę fundus ille fuerit paſſus; vtique ſi nocumentum ad futuros ſucceſſores in eo maioratu ſe extendat, quia ſimiliter priuabuntur fructibus partis illius fundi, reſarciri debere nocumentum illud in bonis immobilibus, aut quæ pro immobilib. reputentur, vniendaque illa eſſe maioratui, vt ſucceſſores indemnes etiam ſeruentur.

C Quod ad dotalem fundum attinet, illud breuiter dicendum eſt. Si vena, vel marmorea, vel quæcũque alia, talis ſit, vt lapides, qui inde extrahuntur aut quicquid aliud inde emittitur, ibidem renaſcatur & accreſcat, vt aliquibus in locis euenire ſolet in marmoribus, & in alijs ſimilib. rebus; tunc ſanè, quod ita extrahitur, inter fructus fundi reputatur, pertinetque proinde ad virum, cuius eſt vſufructus fundi dotalis vt cõſtat ex l. diuortio, §. ſi vir in fundo, ff. ſol. matr. & ex l. vlt. ff. de fundo dot. Si verò, quod ex vena extrahitur, ibi non renaſcatur, ex eiſdem iuribus, & ex l. ſi ex lapidibus, ff. de iu. dot. conſtat, nõ cõputari inter fructus, ſed inter partes ipſius fundi, ac proinde, quantum eſt ex natura rei, dominium illius ad vxorem pertinere, cedereq; vel ipſum, vel pretium illius ſi vendatur aut diſtrahatur, in dotis augmentũ: non ſecus ac ſi pars alia fundi à fundo diuideretur, aut vẽderetur, vt ex iurib. citatis conſtat. Nihilominus l. ſi

Vena fundi dotalis an cedat in dotis augmentum.

D fundus, ff. ſol. mat. meritò ſancitum eſt, ſi lapidea vena, vel quęcunque alia aperta iã erat in fundo, qui in dotem marito fuit traditus, ex eaque vel lapides, vel quodcunque aliud ſolebat extrahi, tunc quod matrimonio conſtante inde extrahitur, non cedere in dotis augmẽtum, ſed pertinere ad maritum. Cuius rei hæc ibi redditur ratio: quia palam, inquit Iuriſc. ſit, eo animo dediſſe mulierem fundum, vt is fructus ad maritum pertineat, niſi contrariam uoluntatem in dote danda declarauerit mulier; conſentiuntq; glo. & Bar. ibi, atque alij Doct. communiter. Etenim qñ res aliqua, quæ ad certum vſum & emolumentum erat iam deſtinata, fruenda traditur, cenſetur ad illum vſum tradita, quo ſemper frui ſolita eſt, & conſonat apertè l. item ſi fundi, ff. de vſufr.

Tota difficultas eſt ſolum, qñ vena de nouo aperitur, idque, ꝙ extrahitur, ibi nõ renaſcitur, an aliqñ ad maritum pertineat. Et quidẽ conueniunt oẽs, qñ

venæ

venæ apertio non ceſſit in commodū fundi, quia inde nō effectus fuit fructuoſior, & melior, pertinere ad vxorem, cedereq; in dotis augmentum. Qñ verò ceſſit in commodū fundi, quia videlicet extructis lapidibus, aut re alia ſimili, fructuoſior quacunque ratione eſt redditus, cōtrouerſia eſt inter iuriſperitos.

Illud mihi eſt certum, ſpectata ſola rei natura, pertinere ad vxorem, cedereque in augmentum dotis: eò quod res ita extracta non habeat rationem fructus fundi, ſed partis inde excifæ. An verò ex quadam æquitate Iuriſconſultus, l. diuortio, §. ſi fundo, ff. ſoluto matr. voluerit illud cōcedere viro, quando ea ratione reddidit fundum fructuoſiorem, vt ſonare videtur textus ille, vel non, ſed pertineat ad vxorem, vt ſonare videntur, l. vltima, ff. fundo dot. l. ſi ex lapidicinis, ff. de iure dot. & l. 28. tit. 11. par. 4. legum Caſtellæ, Iuriſperiti iudicent.

DISPVTATIO LV.

Dominium eorum bonorum, quæ diſputatione 53. Domino carere oſtenſa ſunt, quo modo comparetur, theſauris & bonis vacantibus exceptis; & quæ res pro derelictis ſint habendæ.

Dño, eove ad quē pertineant, carētia, fiūt primo occupātis.

STatuenda nobis eſt hæc regula, quam diſp. 41. etiam præſcripſimus. Quę res dño caret, eove ad quem de iure pertineāt gentium, iure ſint primò occupantis. Ita habetur §. feræ, Inſt. de rer. diuiſ. cuius hæc ſunt verba. Quod ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur, l. 3. ff. de acq. rer. dom. & l. 1. ff. de acquir. poſſ. Excipitur ab hac regula, niſi de aliquibus in particulari aliud iure ciuili cōſtitutum ſit: vt de theſauris conſtitutum eſſe oſtendemus diſputatione ſequenti, & de bonis vacantibus oſtendimus diſp. 54. eaq; de cauſa hæc duo bonorū genera excipimus in titu. huius diſputationis. Quo fit, vt reliquarum rerum, quæ diſput. 53. dño carere oſtenſæ ſunt, reali earum ac naturali occupatione dñium comparetur, fiantque primò occupantis. Conſonat, §. lapillorum, Inſti. de rer. diuiſ. cuius hæc ſunt verba. Item lapilli & gēmæ & cætera, quæ in littore maris inueniuntur, iure naturali (hoc eſt, gentiū) inuentoris ſunt. Si tñ, vt gloſſa ibi exponit, apprehendantur. Eademq; eſt rō de cæteris rebus, quæ dño carēt. Conſonat ēt §. Inſula eodem titulo, qui ſic hēt. Inſula, quæ in mari nata eſt (ꝙ rarò accidit) occupātis fit: nullius. n. eſſe ceditur. Neſcio an §. 9. tit. 15. li. 2. Ordinationū huius Regni, eiuſmodi inſulæ, & quæcunque aliæ Regno vicinæ, Regi applicentur: ſic enim habet, Idem dereito real he, as ilhas adiacentes ao Reino à quæ ſaon mais chegadas. Id tñ locum habebit comparatione ſubditorū: nō verò extraneorum ſi eas prius occupauerint, quib. ius alterius regni pręiudicare non pōt, quominus gentium iure vtantur.

Ius Luſitanum.

Neq; ius hoc Luſitanū colligitur ex l. Inſulæ, ff. de iud. ſi rectè expendatur. In more aūt vř poſitum, vt ſubditi cuiuſq; Reipublicæ, ſi vel inſulā, vel locum alium deſertum reperiant, illum ſuæ Reipublicæ addicant, præmio à principe aut Republica accepto.

De bonis pro derelicto habitis ſermo habetur Inſtit. de rer. diuiſ. §. penult. & vlt. & ff. pro dereli. per totum. Qñ igitur certo non conſtat, rem aliquam ab eo eſſe derelictam, cuius antea erat, cōiecturis id eſt iudicandum. Si namque facilè poteſt eam recuperare, & tacet ac negligit, veriſimile eſt eam dereliquiſſe & contemnere. Gabriel in 4. d. 15. q. 3. dub. 7. Nauar. in Manuali c. 17. nu. 170. poſt Federicū docent, ſi quis tempore tempeſtatis librū apertum proijciat in mare, eſſe ſignum contemnere illum, & derelinquere: ſecus aūt ſi clauſum & coopertū illum proijciat. Puto tamen hoc, & his ſimilia, non eſſe vniuerſim vera, neque aliā tutiorem ac meliorem poſſe cōſtitui regulam, quam ſimiles euentus prudētis arbi-

Bona pro derelicto.

A trio eſſe relinquendos, vt ſpectatis circunſtātijs omnibus cōcurrentibus conijciant, ac iudicent, an dñs rei cenſendus ſit eā reliquiſſe. Etenim ſi quis ea tōne librum apertum proijciat in mare, ꝙ periculum non patiatur moram illum claudendi, aut etiam operiendi, vel proijcienti nō ſit ſpes librum euaſurum, & caſu euadat, certè dño eſt reſtituendus, niſi aliūde contempſiſſe, ac reliquiſſe ſit manifeſtum. Ea tñ, quæ in tempeſtate ita iactantur, vt veriſimile ſit, dominos, eſto mortē euadant, reuerſuros non eſſe, neque alios eorum nomine ad illa quærēdum, & recuperandum, veriſimile eſt haberi à proprijs dominis pro derelictis, idque affirmare vř l. falſus. §. ſi iactū, ff. de furt. Regulariter vero, quæ vi tempeſtatis iactantur, aut ex naufragio accipiuntur, habenda non ſunt pro derelictis, vt cōſtat ex §. vlt. Inſt. de rer. diuiſ. l. falſus citata, l. 2. §. vlt. & l. qui laudādæ, ff. ad legem Rhodiam, l. interdum, §. 1. ff. de acq. poſſ. l. qua rōne, §. vlt. ff. de acqu. rer. domin. & l. nauigia, C. de

B furt. Sunt vero iniquæ quorundam locorum leges, quæ ſtatuunt, vt eiuſmodi bona, tanquam aberrantia, efficiantur domini loci, ad quem appulerint. Ita Couar. reg. peccatum, p. 3. §. 1. nu. 5. Gabriel. vbi ſupra dub. 27. nu. 118. Caietanus verbo, excōmu. c. 23. & alii. Quin hodie capientes, animo ſibi vſurpandi, bona eorum, qui naufragium faciunt, non ſolū ſunt excommunicati ipſo facto, eo ipſo, ꝙ in mora ſunt reſtituendi, iuxta capit excommunicationem, de raptoribus, ſed etiam ſunt excōmunicati in bulla Cænæ Domini, eo ipſo, quòd bona illa, vel de ipſa naui, vel aſportata ad littora, vel quacunque alia ratione, animo ſibi ea retinendi accipiunt, etiamſi de manu eorum, qui illa prius iam occupauerant, ſcienter tamen illa accipiant.

Multo minus, quæ de incendijs, vel eripiuntur, vel accipiuntur, habenda ſunt pro derelictis: ſed proprijs ſunt dominis reſtituenda.

C De lignis, ſimilibuſque alijs rebus, quę fluminum vi, præſertim dum inundant, aſportentur, pro ligno rum qualitate, diſtantia domini, induſtria ad illa eripienda appoſita, prudentis arbitrio eſt iudicandum, an habenda ſint pro derelictis, ſintque proinde occupātium effecta. Si namque exigui ſint pretij, dñuſq; inde multū diſtet, pro derelictis ſunt habēda. Quod ſi talia ſint, vt merito iudicandum ſit domini voluntatem eſſe, vt ſibi reſtituantur, tunc ipſe tenetur ſoluere induſtriam, & laborem, qui in illis eripiēdis eſt poſitus. Poterit etiam, qui ea in ſuo prædio habet, iudicio agere, ac petere, vt lignorum domino tempus conſtituatur, in quo vel illa inde auferat, vel habeat pro derelictis: tranſacto vero eo tempore, ſi domino prædij adiudicentur, comparat eorum dominium. Ita Nauar. c. 17. nu. 176. & Gabr. q. citata.

DISPVT. LVI.

D

Theſauri quando inueniuntur, ad quem pertineant.

Ius commune.

QVid hoc loco theſaurorum nomine intelligatur explicatum fuit diſp. 53. De iure cōi, ſi theſauri magica arte, aut alia legibus odioſa ac prohibita inueniantur, ad fiſcum pertinent, ēt ſi in proprio inuenientis agro reperiantur. Ita colligitur ex lege vnica, C. de theſau. lib. 10. & affirmant gloſſa ibi, & Doctores cōiter. Nauar. in Manua. in c. 17. nu. 175. ait, legem videri pęnalem, eaque de cauſa videri, inuentorem poſſe illum retinere ante latam ſententiā. Aduerte tamē, ꝙ ſi ante latam legem illam ad fiſcū, tanquam reditus regius, pertinebat, ſanè lex illa non eſt pœnalis, ſed ſolum illum concedit inuentori ac domino agri, ſub cōditione, qđ arte magica, aut alia ratione lege prohibita, non inueniantur; alioquin illum ſibi reſeruat, vt antea tāquam reditus regius, ad ſe

ad ſe pertinebat. Atque hoc ſanè ſecundū eſt, quod lex illa ſonare videtur. Quod ſi ita eſt, lex non eſt pœnalis, ſed ante latam ſnīam theſaurus fiſco eſt reſtituendus. Atque ex hoc capite defendi optimè poteſt theſaurum magicis artibus inuentum, deberi fiſco ante latam ſententiam. Non verò ex eo, quod acquiſitus ſit contra legem diuinam & humanam, vt Aluarus Valaſcus de iure emph. p. 1. q. 15. num. 4. vult: id namque minimè ſufficit, vt ante latam ſententiã debeatur: ſicut neque, quod acceptum eſt pro homicidio patrando, homicidio ipſo ſubſecuto.

Quòd ſi theſaurus non ſit inuẽtus arte prohibita, diſtinguẽdum eſt. Quia ſi inueniatur in agro ipſiuſmet inuenientis, totus efficit inuenientis. Si uerò in agro alieno, tũc ſi caſu aliud intẽdendo, fuit inuẽtus, dimidium pertinet ad inuentorẽ, & aliud dimidium ad dñm agri. Quòd ſi ager ſit ciuitatis, oppidi, vel ẽt Cæſaris, ſeu Regis, medietas illa pertinet ad ciuitatẽ, oppidũ, Cęſarem, aut regẽ, aut alium, cuius fuerit ager, aut locus in quo fuit inuentus. Si aũt theſaurus de induſtria fuit inquiſitus, totus pertinet ad dñm agri, aut loci, in quo fuit repertus, ſiue is ſit priuata pſona, ſiue ciuitas, oppidum, aut quicunque alius. Ita habetur l. vnica, C. de theſ. lib. 10. §. theſaurus, Inſt. de rer. diuiſ. l. ſi is qui, ff. de acq. rer. do. & l. 3. §. in locis, ff. de iure fiſci. Obſeruat verò optimè Caiet. 2. 2. q. 66. artic. 5. ad 2. & poſt eum Nau. loco citato, cum eiuſmodi leges pœnales non ſint, ſed ſolũ ex quadã æquitate ſtatuant circa comparandum dominium theſaurorum inuentorum, uim habere in foro conſcientiæ ante latam ſententiam, ita ut inueniens caſu theſaurum in loco alieno, teneatur dimidium domino loci, in quo fuit inuẽtus, reſtituere, nulla expectata ſententia: inueniens verò illum de induſtria, totum tenetur, deductis expenſis, reſtituere.

Dubium.

Dubiũ eſt, an ſi quis ex facultate dñi agri quærat in eo theſaurum, illũ ſibi, an domino agri acquirat. Rñdet optimæ Sylu. verb. inuentum, à nu. 8. Quòd ſi dominus agri, ſciens ibi theſaurum, facultatem faciat quærendi illum, vt ſit inuentoris, efficitur inuentoris: quia libere cedit ſuũ ius. Si verò quærendi eũ facultatem faciat, ignorãs opes, quas in ſuo agro habet, cum tamen, qui eã facultatem petit, ſciat eas ibi latere, tũc quidem totus domino agri acquiritur: eo quod de induſtria cenſeatur in eo loco theſaurum quæſiuiſſe, nec facultas illa fuerit ſufficiẽter voluntaria ex parte concedentis, propter illius ignorantiam, exiſtẽte ea ſcientia ex parte illam poſtulantis ac obtinentis, atque ita non fuerit ſufficiens ad dominium transferendum. Conſonat l. vnica, C. de theſ. li. 10. & conſentit Ant. Gom. ad l. 45. Tauri, nu. 51. Quòd ſi ſine vlla ſcientia, ꝙ theſaurus eo in loco lateret, peteretur, & obtineretur facultas, totus efficeretur inueniẽtis. Idem eſſet, ſi cum ſola ſpe illum inueniendi, præſertim ſi coniecturæ, quæ erant ad illum inueniendum, ſi vllius eſſent momenti, domino agri exponerentur. Atque in hoc euentu vera eſt opinio Nauarri loco citato, nu. 172. qui abſolutè affirmat, theſaurum de induſtria quæſitum in alieno agro, ex facultate domini agri eſſe totum inuentoris.

Dubium.

Dubium eſt deinde, an qui emit agrum ſciens in eo latere theſaurum, integrum illum ſibi comparet, D. Th. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 2. partem innuere videtur affirmantẽ; eademque eſt nobis amplectenda cum Dominico Soto 5. de iuſt. q. 3. art. 3. ad ſecundum. Nau. vbi ſup. nu. 175. & alijs, auerſus Angelũ. Probari autem poteſt. Primo, qm̃ eam innuit Chriſtus Dominus Matt. 13. dicens, Simile eſt Regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius, vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Secundò, qm̃ dominus agri nõ eſt dominus theſauri, q in eo latet quandoquidem neque eſt pars agri, neq;

A fructus illius, imò ex ijs, quæ diſp. 53. diximus, conſtat theſaurum, antequam inueniatur, vacare dño; eaque ratione ſtando in ſolo naturali ac gentium iure, eſt primo occupantis; non ſecus ac feræ pp eandem rationem ſunt primò occupantis: ius verò Romanorum fuit, quod ex quadam æquitate, atque ad pacẽ conſeruandam ſtatuit, vt vel totus, vel dimidiũ illius, eſſet domini agri: cum ergo, qui ſcit eum in illo agro latere, non teneatur id detegere dño agri, ſed poſſit vti ea ſcientia in ſuum proprium commodum, poſthabito commodo alieno; conſequens profecto eſt, vt nihil ea ſcientia impediente, poſſit licite agrum illum emere eo pretio, quo iuſte emeretur, ſi in eo nõ lateret theſaurus, vt comparato ita dominio agri, ſuum efficiat theſaurum illum integrum. Hinc patet, quám falſa ſit quorundam ſententia. quos Syluest. vbi ſupra refert, qui aſſeruerunt, eum, qui ignoranter emit agrum, in quo theaſaurus latebat, et poſtea illum inuenit, ſuum eum non efficere.

Dubium.

B Dubium præterea eſt, vtrum qui inuenit theſaurum in loco ſacro, aut in Eccleſia, illum integrum ſibi acquirat. Et quamuis Inſtit. de rer. diuiſ. §. Theſaurus, aperte ſtatuatur, eſſe totum inuenientis, & l. 3. §. ſi in locis, ff. de iure fiſci. dicatur, dimidium illius pertinere ad fiſcum; nihilominus dicendum eſt cum Nauar. nu. 176. citato, Couar. regula peccatũ, p. 3. §. 2. nu. 3. Antonio Gomez. ad l. 45. Tauri, nu. 52. Ange. & Syluester, verbo, inuentum, & alijs, dimidiũ eſſe prælati, eiusve cuius fuerit talis locus ſacer. Ratio eſt: qm̃, vt Ange. & Syluester adnotarũt, hodie Eccleſiæ hac in parte prælatorũ eſſe cẽſentur.

Theſaurus in fundo dotali inuẽtus

Porrò theſaurus in fundo dotali inuẽtus, quo ad portionem illius, quæ domino fundi debetur, licet cõſtante matrimonio pertineat ad maritum quoad vſum, diſſoluto tamen matrimonio, aut facto diuortio, pertinet integrè ad vxorem. Ita habetur expreſſe l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſoluto matr. Ratio verò ibi redditur, quoniam theſaurus non computatur inter fructus agri: & licet fundus dotalis cõſtante matrimonio ſit viri quoad vſumfructum, ſimpliciter tamen, etiam cõſtante matrimonio, eſt vxoris. Idem affirmat communis Doctorum ſententia, quã refert et ſequitur Molina lib. 1. de primog. capit. 23.

In prædio maioratus repertus.

Theſaurus verò in prædio vinculo primogenij ligato repertus, quoad portionem, quæ ex illo domino prædij debetur, integre perinet ad poſſeſſorem maioratus eo tpe neq; teneatur quicquã ſucceſſoribus reſeruare. Ratio eſt: quoniam non eſt pars maioratus, imò neque fructus, quin potius ſtando in ſolo iure naturali & gentiũ, totus futurus erat primò occupantis: quo fit, vt quod diſpoſitione iuris ciuilis poſſeſſori tunc, tanquam vero domino fundi debeatur, nullum vinculum bonorum primogenij ſortiatur, ſed liberum omnino maneat; vt de illo vt libuerit, diſponat. Lege Molinam loco citato.

In prædio locato, aut cuius aliqs vſumfructũ habet.

D At qñ is, qui neque vtile, neque directum dñium in fundo aliquo habet, inuenit in eo theſaurũ; tunc eſto fundum illum in pignus acceperit, aut locatum illum habeat, nihil portionis illius theſauri, quę dño fundi debetur, ad eũ pertinet, ſed ad dñm agri. Quare, ſi caſu illum reperiat, dimidiũ debetur dño agri, & dimidium ipſi iure intuentoris. Ita habetur l. ſi is qui, ff. de acquir. rer. dom. Quod ſi de induſtria illum quærat, ac inueniat, totus debetur dño agri. Idẽ oĩno dicendum eſt, ſi nudus vſufructuarius theſaurum inueniat in fundo, cuius habet vſumfructum, vt affirmant Aluarus Valaſcus de iure emphy. p. 1. q. 15. n. 1. & Molina lib. 1. de primogenijs, c. 23. n. 2. Bart. & cõis Doctorum ſnĩa, colligiturq; ex l. diuortio, §. ſi fundo, ff. ſolu. matr. vbi ea ratione dr̃, theſaurum inuentum in fundo dotali, in quo vir habet vſumfructum, non ad virum, ſed ad vxorẽ pertinere, quod theſaurus in fructibus fundi non cõputetur,

Repertus in feudali aut emphyteutico prædio.

Tota difficultas eſt, qñ theſaurus inuenitur in prędio feudali, aut emphyteutico, an portio illa, q̃ debetur dño fundi, pertineat ad proprietarium, an ad emphyteutam, aut feudatarium. Aluarus Valaſcus, & Molina locis citatis affirmant cõiorē doctorũ ſnīam eſſe, totum pertinere ad emphyteutam, aut feudatariũ (tametſi ipſi aliam, q̃ referemus, ſnīam ſequãtur) eaq; rõne, ſi feudatarius, aut emphyteuta in eo fundo theſaurum inueniant, integrum ſibi illum acquirere. Citant verò glo. in §. Theſauros, in verbo, Suo, Inſtit. de rer. diuiſ. q̃ dicunt id affirmare, doctoreſq; cõiter illam ſequi. At certe ex gloſſa illa nihil tale colligi poteſt; quin potius pares ea in parte efficit, nudũ proprietarium, & emphyteutam, aut feudatarium, vt quicunq; illorũ in prædio ſuo illo pacto eum inuenerit, ſuũ illũ efficiat. Vnde meritò in margine huic gloſſæ, alia apponitur, q̃ in hunc modũ hẽt. Quid ſi cõcurrãt, vnus cõtra alterũ, vel ambo cõtra tertium (qui. ſ. in prædio vtriuſque theſaurum inuenit) quid iuris? remittitque reſponſionem ad Angelum ibi.

Nauar. nu. 173. citato, poſt Ang. & Syluest. verb. Inuentũ, & quidam alij, quos Aluarus Valaſcus refert, idem Aluar. Valaſc. & Molina affirmant, ſi proprietarius theſaurũ in eo agro inueniat, teneri tradere dimidiũ emphyteutæ, aut feudatario, eo ꝙ nõ ſint nudi vſufructuarij, ſed vtile dñium ſimpliciter habeant, ꝙ ad alios poſt mortē tranſmittunt. Similiter ſi emphyteuta, aut feudatarius theſaurũ in eodē agro inueniãt, teneri tradere dimidiũ proprietario. Quod ſi obijcias. Tũc ergo, ſi vel proprietarius, vel emphyteuta, aut feudatarius theſaurũ in eo agro inueniant, nihil differũt ab extraneo, q̃ in agro oĩno alieno theſaurum inuenit: qñquidem non plus, q̃ dimidiũ theſauri inuenti tradere dño agri tenetur. Rñdet Aluarus Valaſcus, hac rõne inter eos differre, qm̃ illi de induſtria poſsũt quærere theſaurũ in eo agro, & ex illo ita inuēto vſurpare ſibi dimidiũ: extraneus vero non item. Neſcio tñ quid Nauar. & alij rñderent in euentu, in quo extraneus aliquis in agro emphyteutico theſaurum caſu inueniret, an medietas, q̃ ad dñm agri ſpectaret, diuidēda eſſet inter emphyteutam & proprietarium. Aluarus Valaſc. num. 10. cum Portio & Ang. §. theſauros, Inſt. de rer. diuiſ. rñdet, totam illam medietatem pertinere ad ſolum emphyteutam: quia, inquit, qñ habens directum dñium concurrit cum habente vtile ad idem, præfertur habens vtile; citatque ad id Bartolum, l. procuratore, ff. de procu. Nihil tamen in Barto. eo in loco reperio vnde colligatur, quod in re propoſita affirmant.

Autoris ſententia.

In hac re credo dicēdum eſſe, ſp id, ꝙ de theſauro inuentori iure inuentoris debetur, tribuendum eſſe proprietario, aut emphyteutæ, vel feudatario, qui illum in feudali, aut emphyteutico prædio inuenerit. Reliquum vero ꝙ iuxta iuris diſpoſitionem debetur dño agri, diuidēdum eſſe inter proprietarium & emphyteutam, aut inter proprietarium, & feudatariũ. Eodēq; modo, ſi extraneus in eo prædio theſaurum inueniat, portionē, q̃ ex illo dño prædij debetur, ſimiliter eſſe diuidendã inter vtrumque ſicut ẽt inter eos dñium prædij diuiſum eſt. Ducor ad hoc ita aſſerēdum. Primo, quia, data opinione Nauarri, & cęterorum, id poſtulat æquitas, reiq; ipſius natura, vt ex ſe eſt manifeſtum. Scđo, qm̃ hoc conſonat magis gloſſæ illi receptæ, §. Theſauros, longeq; melior eſt hęc deciſio eius dubij, ꝙ gloſſula illa altera circa eã mouet, q̃ deciſio Ang. ad q̃ eadē gloſſula remittit. Tertio & potiſſimũ, qm̃, cum nullũ ſit ius, vnde contrarium colligatur, hoc tñ colligitur à ſimili ex l. is qui, ff. de acq. rer. dom. vbi traditur, ſp diuidendum eſſe, ꝙ ex theſauro inuentori cedit, ab eo, quod cedit dño agri. Eaque rõne ibi definitur, ꝙ ſi ſeruus, qui à tribus, aut quatuor poſſidetur, caſu theſaurum inueniat in fundo alieno, dimidiũ illius ſit domini fundi,

A & alterum dimidiũ inter dños ſerui diuidatur, in ea proportione, in qua vnuſquiſq; dñium illius habuerit: à ſimili ergo, qñ vnus in cõi agro cũ altero, vt emphyteuta in cõi agro ſibi cũ proprietario, aut è contrario proprietarius in cõi agro cũ emphyteuta, theſaurum inuenit, medietas, q̃ illi iure inuētoris cedit, perinde, ac ſi extraneus aliquis eundē theſaurum in eodē agro inueniſſet, integra illi debetur; altera verò medietas, q̃ dño agri debetur, diuidēda erit inter vtrũque, ſicut dñium inter vtrumque diuiſum eſt. Ibidē ẽt ſubiungitur, ſi cõis ille ſeruus in agro vnius illorum theſaurum inuenerit, dubium non eſſe, eam partem, quæ dño agri debetur, ad ſolum agri dñm pertinere; de reliqua verò eſſe ſolum dubium, an in eo euentu diuidenda ſit inter plures illos dominos, an ſolum pertineat etiam ad dominum agri propter rationem, quæ ibidem ſubiungitur.

Cum in hoc Luſitaniæ Regno circa theſauros inuentos nihil conſtitutum ſit, ſanè quæ hactenus di-B cta ſunt, vim in eo habent.

Quod ad Regnum Caſtellæ attinet, Anto. Gom. ad leg. 45. Tauri, n. 51. refert l. 8. ti. 12. li. 6. Ordinat. qua ſancitum eſt, vt deductis expenſis, tertia theſauri pars ſit inuentoris: reliquæ verò duæ ad Regē ſpectent. Quod ſi theſaurus in agro alieno inueniatur, velut Ant. Gom. tertiã illam partem diuidendã eſſe inter inuentorē & dñm agri; modo tñ theſaurus caſu inueniatur. Si nãque de induſtria inueniatur, vult totum pertinere ad dominum agri. Tandem poſtquam hæc ita retulit, vult legem illam intelligendã eſſe ſolum de metallorum uenis, quas minas uocamus: non uerò de theſauris; ſed circa theſauros ſtãdum eſſe in eo Regno diſpoſitioni iuris communis. *Ius Caſtellæ.*

Cou. regula pctm̃, p. 3. §. 2. n. 4. refert legem 7. tit. 12. p. 6. earundem Ordinat. ſancientē, quocũque in loco theſaurus inueniat̃, quintã partē eſſe inuētoris: reliquas verò ad Regē ptinere. Aitq; id ita haberi ĩ C antiquis Ordinat. manuſcr. in vulgatis aũt excuſſis haberi quartã partem eſſe inuentoris: reliquas verò Regis, atq; hoc poſteriori modo habet hodie l. 1. tit. 13. lib. 6. nouæ collect. cui eſt ſtãdum. De metallorũ venis qđ in eo Regno ſtatutũ ſit, diximus diſp. 54.

Palud. in 4. d. 15. q. 3. ar. 5. concl. 1. & D. Antoninus 2. p. ti. 1. c. 15. §. 2. affirmãt, theſaurũ de conſuetudine, vbicũque reperiatur, eſſe Principis. Cũ verò in Regno Caſtellæ iuxta hãc cõem conſuetudinem lex paulo ante citata ſancita ſit, qua quarta pars inuētori tribuitur, & reliqua ad Regē ſpectant, nulla de dño agri facta mētione, non dubito, quin nihil in eo Regno dño agri debeatur qñ quidem ſtando in ſolo iure naturali & gentium, nihil illi debeatur, eaq; lex diſpoſitioni iuris ciuilis communis derogauerit. *Domino agri in Caſtella nihil debetur.*

Sot. 5. de iuſtit. q. 3. ar. 3. ſecurus Sylu. verb. inuentum, ait, auſcultandã non eſſe Paludani ſnĩam: qm̃, inquit, conſuetudo illa, in nulla bene inſtituta Rep. D fuit introducta. Addit, in Hiſpanijs ſeruari ius cõe, & ſi alicubi conſuetudo illa vim obtinuit, p vim, & contra ius naturæ ac gentium fuiſſe introductã. Exiſtimat ẽt, contra iuſtitiã eſſe, Principem exigere ſibi partē aliq̃ de theſauris inuentis; & idcirco conſuetudinē illam vim nõ hr̃e in foro conſcientiæ, eſto alicubi introducta iã ſit. Meritò tñ Cou. hãc Soti ſnĩam impugnat. Etenim licet ſtãdo in ſolo gentiũ iure, ea inuenta, quæ dño carent, ſint primo occupãtis; nihilominus quēadmodũ ius ciuile ſtatuere potuit, vt q caſu theſaurũ in agro alieno inueniret, ĩ interiori & exteriori foro, teneretur tribuere illius dimidiũ dño agri, qui vero illum de induſtria inueniret, teneretur tribuere eidē totum, vt ipſemet Sylu. & Sot. admittũt; cur ẽt non poterit ſimili mõ ſtatuere, vt ad ſuſtinenda Reip. onera, theſauri, qui deinceps inueniantur, pertineãt integri ad Regē, aut vt in illis certam aliquam habeat partem? Neque enim id eſt ſtatuere *Sotus.* *Refellitur.*

aliquid contra ius gentium, ſed rationabili ex cauſa impedire, ne dominium theſauri inuenti ſit alicuius, cuius eſſet ſtando in ſolo naturali ac gentium iure, efficereque vt ſit alicuius alterius: id quod poteſt optimè Reſpublica facere; non ſecus ac efficere poteſt, vt venatio aliqua illicita ſit, quæ ſtando in ſolo iure naturali ac gentium eſſet licita, vt diſp. 43. oſtenſum eſt, & plura alia his ſimilia oſtendimus in ſuperioribus poſſe eam efficere. Sane ſtatuta Principum, nec facile, nec ſine fundamento improbanda ſunt: Sotus vero, vt hæc improbet, nulli alteri nititur, q̃ gentium iure, quæ in nullius ſunt bonis, primo occupantis fieri, vt ciuiles leges docent: hoc vero q̃ infirmum ſit, ſatis ex proxime dictis eſt manifeſtũ. Caietanus Nauarrus, & cæteri Doctores citati nobiſcũ hac in parte conſentiunt, quatenus affirmant in foro conſcientiæ circa theſauros legib. ciuilibus cuiuſque loci eſſe ſtandum, quod ſane non aſſeuerarent, niſi exiſtimarent, p̃tãtem eſſe in Republica ad theſaurorum dominia iuſtis de cauſis, quib. placerent, applicandum.

DISPVT. LVII.

De acquiſitione & amiſſione dominij per alluuionem, & vnionem, aut permixtionem cum re altera.

CVm hactenus dictis vr̃ quodãmodo coniunctũ, vt de his propoſitis modis, quib. dñium comparatur & amittitur, aliquid dicamus: de quib. Inſti. de rer. diuiſ. à §. præterea ꝙ per alluuionem, ff. de acqu. rer. dom. eſt ſermo. Atque ab alluuione ordiamur, ſi flumen paulatim decurſu tp̃is aliquid fundo alicuius adiecerit (ꝙ in iure incrementum latens appellatur) gẽtium iure illius efficitur, cuius eſt prędium, cui ita eſt additum. Similiter ſi eodẽ modo aliquid detraxerit, dñium illius amittitur. Si tñ flumen ſimul detraxerit partem aliq̃ fundi vnius, eamq; adiunxerit fundo alterius, manet eius, cuius antea erat. Ita hr̃ Inſti. de rer. diui. §. citato, & l. adeo, §. 1. ff. de acq. rer. do.

Inſula in fluuio nata.

Inſula autem, quæ in flumine interdum naſcitur, ſi in medio ſit fluminis, eorum efficitur, qui vtrinq; è regione prædia habuerint: eſtq; inter eos ęqualiter diuidenda. Atq; hoc, & quodcunque aliud ſimile, appellatur incrementum patens. Quod ſi ex vna parte ripæ multi habeant prædia, diuerſis partibus Inſulæ è regione reſpondentia: tũc medietas Inſulæ, quæ eſt verſus eam ripæ partem, inter eos ita eſt diuidenda, vt quæ pars illius medietatis fuerit è regione prædij vnius, dominio illius cedat: quæ vero fuerit è regione prædij cuiuſuis aliorum, ad eum ſimili modo pertineat. Si vero Inſula, in flumine nata, vni parti ripę fuerit propinquior, tota cedit dominio illius, aut eorum, qui è regione prædia in ea ripa habuerint. Quod ſi Inſula primo nata ſit è regione vnius prædij, & poſtea accreſcat, adeoque extendatur, vt eſſe incipiat è regione prædij alicuius alterius, tota Inſula perſeuerat illius, cuius antea erat. Ratio eſt, quoniam incrementum illud, & extenſio, accreſcit Inſulæ, quæ iam antea habebat dominum: eaque de cauſa, ſicut illud incrementum accreſcit Inſulæ, ſic ẽt cedit dñio illius cuius antea erat Inſula. Porro ſi ea ratione fiat Inſula aliqua, vt flumen diuidatur, cingereque incipiat partem prædij alicuius: tunc illa, ita flumine cincta, eius erat antea. De Inſula de nouo in medio mari nata, dictum eſt diſpu. 55. hæc omnia habentur §. Inſula, Inſtit. de rer. diuiſ. l. adeo, §. 1. l. inter eos. l. ergo, & l. Inſula, ff. de acquir. rer. dom.

Alueus relictus, & alueus de nouo occupatus.

Cæterum ſi fluuius, naturali alueo derelicto, per partem aliam fluere incipiat, alueus relictus eorum efficitur, qui prædia vtrinque habent, eſtque eodem prorſus modo inter eos diuidendus, quo dictum eſt Inſulam de nouo in fluuio natã eſſe diuidendam. Al-
A ueus vero, à fluuio de nouo occupatus, efficitur, publicus. Quo fit, vt ſi poſt longum tempus iterum fluuius ad priorem alueum reuertatur, alueus, qui de nouo relinquitur, non ad eos, quorum antea erat, ſed ad eos, qui vtrinq; habent prædia, pertineat. Ex quadam tamen ęquitate, ſi fluuius, dum ſuum deſerit alueum, agrum integrum alicuius occupet, illi, vel in totum, vel quoad partem relinquitur, non tamen ex iuris rigore. Quod ſi fluuii, aut maris inundatione ager alicuius occupetur, non propterea eius eſſe deſinit, cuius ante inundationem erat. Eaque cauſa, ſi aqua receſſerit, ad eum pertinet, cuius ante inũdationem erat. Hæc oĩa hñr Inſt. de rer. diuiſ. §. ꝙ ſi naturali, & l. adeo, §. Inſula, & l. ergo, ff. de acq. rer. dom.

Ius Luſitanum.

In hoc regno dubium eſſe poteſt, an Inſula in fluuio nata, & alueus à fluuio relictus, ad regẽ ſpectent: eo ꝙ §. 7. tit. 15. lib. 2. Ordinationum, dñium fluuiorum, eſto quoad vſum omnib. communes relinquantur, regi tribuantur. Sic enim habet, §. ille, itẽ *dereito*
B *real he, eſtradas publicas, & ruas publicas antiguamente vſadas, & os rios nauegaueis, & aquelles de que ſe fazẽ os nauegaueis ſe ſam cabedais que corran continuadamente em todo tempo, & pero quæ vſo aſſi das eſtradas & ruas publicas, como dos rios ſeia igualmente comun à toda à gente & qualque outra couſa animada, ſempre à propriedade della fica no patrimonio real.* Standum tamen erit conſuetudini. Aluarus Valaſcus de iure emphyteutico par. 1. q. 16. nu. 6. affirmare vr̃, in hoc regno pertinere ad regem pp̃ §. illum citatum, idque in praxi audio receptum.

Eodem numero, admonet, ea, quæ de alueo fluuii dicta ſunt, intelligenda eſſe, quãdo fluuius naturaliter mutat alueum: ſecus autem qñ induſtria humana vt tempore Ioannis III. in parte quadam Tagi, & fluminis Benauentani in hoc regno effectũ eſt. Atque in primis id fieri nequit, niſi de principis mandato, vt conſtat ex l. 1. C. de alluuionibus. Deinde vero
C dominis prædiorum, quæ de nouo fluuius occupat, totum damnum ſoluendum eſt, ęquitaſque poſtulat, vt rex in hoc regno, aut quicunque alii, ad quos antiquus alueus ſpectare debebat, illum cedant, vt dñis prædiorum noui aluei damnum perſoluatur.

Illud ẽt in dubitationem vocari poteſt, vtrum ſcilicet alluuionis augmenta, de quibus hactenus locuti ſumus, ſolum proprietario cedant, an vero etiam nudo fructuario, quoad vſumfructum, & feudatario ac emphyteutæ, quoad vtile dominium. Et quidem, l. item ſi fundum, §. huic vicinus, & §. ſi Inſula, ff. de vſufructu, ſancitum eſt, vt incrementum alluuionis latens cedat vſufructuario: patens vero, quale eſt Inſulæ natæ in medio fluminis, non cedat.

Quod ad feudatarium attinet, Gregorius Lopez ad l. 30. tit. 28. par. 3. legum Caſtellæ, & Aluarus Valaſcus, q. 16. citata, nu. 2. citant ca. 1. §. ſi quis de manto, de contro. inueſti. quod de conſuetudine feudo-
D rum neque incrementum patens, neque latens ad feudatarium pertineat, ſed ad ſolum proprietarium, lege tñ 30. Caſtellæ citata conſtitutum eſt, vt ad eum pertineat ſolum incrementum latens, non vero patens. Quo fit vt de iure Regni Caſtellę iuri illi feudorum ea in parte derogatum ſit.

Denique quod attinet ad emphyteutã communis ſententia Bart. & aliorum quos Aluarus Valaſcus refert, eſt, non ſolum incrementum latens, ſed etiã patens, ad eum pertinere. Latens quidem argumento à minori ad maius, ab vſufructuario ad emphyteutã, qui plus iuris in re emphyteutica habet, quam merus vſufructuarius. Neque ſimilitudo ex feudo quicquã cogit, qm̃ quod peculiariter, & contra id, quod rei natura alioquin poſtulat, in feudis conſtitutum eſt, extendendum non eſt ad emphyteutam. Patens vero qm̃ ſicut decrementum agri emphyteutici pertinet ad emphyteutam, neq; ea de cauſa minuitur penſio,

quam

quam tenetur ſoluere, niſi fundus totus deſtruatur: ita etiã incrementum, quodcunque illud ſit, ad eundem pertinere debet, nec propterea augẽda eſt penſio. Lege, ſi placet, alia, quæ Aluarus Valaſcus eo loco de hac re diſputat. Atque hæc de alluuione.

Porrò ea, quæ ſolo adhærent, vt ædificia, & plãtæ poſtquã radices egerint, eius ſunt, cuius eſt ſolum, ſiue ab alio confectũ ſit ædificium, aut plantæ ſint diſpoſitæ, ſiue à fundi dño. Idem dicendum eſt de materia in alieno ædificio collocata, vt de calce, parietibus, & lignis, & de ea parte materiæ, ex qua in ædificio ſtatua eſt confecta, ſaltẽ interim dũ ędificiũ non eſt diſſolutum, aut ſtatua non eſt confracta. Quòd ſi planta, q̃ prope alienũ erat ſolum, in eo radices agat efficitur eius, cuius erat ſolũ. Si verò partim habeat radices in alieno ſolo, & partim in ꝓprio, erit cõis vtriuſq; dñi. Si ex aliena materia quippiã aliquis cõficiat, vt ex alieno auro aut argento vas aliqđ, aut in aliena materia aliquid ſcribat, figurę vaſis, aut cuiuſuis alterius rei, & characteres, efficiũtur eo ipſo dñi talis materiæ. Si tñ inſignis aliqua & ꝑtioſa pictura in vili tabula eſſet cõfecta, tũc ſanè tabula potius cederet in dominium eius, cuius eſt pictura, q̃ ècontrario, pictura in dominium eius, cuius erat tabula.

Illud circa hæc omnia obſeruandum eſt, ſemper prudentis arbitrio perſoluendum ac compenſandũ eſſe id, quod in alterius dominium, modis explicatis, cedit: præſertim quãdo nulla culpa ex parte eius interuenit, cuius res illa alioquin erat futura. Hęc, & quædam alia, quę perſequi latius ad Iuriſperitos ſpectat, habentur Inſt. de rerum diuiſ. à §. Cum ex alieno, & l. adeò, §. Cum quis, & l. qua ratione, ff. de acquir. rer. dom. & l. in rem actio. ff. de rei vend.

DISPVT. LVIII.

De acquiſitione dominij lignorum, quæ in communibus ſyluis cæduntur, & vniuerſim de ſyluis cæduis.

Conſequenter dicendum eſt de acquiſitione dominij earum rerum in particulari, quę licet antea non erant omnibus vniuerſim cões, alicui tamẽ populo communitati, aut Reip. communes erãt, vt ſunt ligna ſyluæ alicui populo cõis. Sequenti verò diſputatione dicemus de vſu paſcuorum, ſimili modo communium. In vtraque aũt diſputatione ſermonem miſcebimus de abuſu & iniuſtitia in cædendis lignis alienis, paſcẽdiſque gregibus in alieno agro.

1. Concluſ. Sit igitur prima concl. Quando quis ciuis eſt, aut incola populi, aut communitatis, cuius eſt talis ſylua, ac iuxta eius communitatis pręſcriptum ligna cędit, licitè id facit, eoque ipſo, quòd ligna aliqua cędit, ſibiq; illa vſurpat, eorum ſibi dominium comparat. Idem eſt de eo, qui in aliena ſylua de facultate tacita vel expreſſa eius qui illam poteſt concedere, ligna cædit. Hæc concluſio notiſſima eſt.

Antequam ſequentes concluſiones ſubijciamus, ſtatuendum eſt cũ Soto, 4. de iuſt. q. 6. art. 4. & alijs, fas eſſe cuique cõitati ſyluam ſuam cõem prohibere ſub certis quibuſdam pœnis, etiam ijs, qui de eadem ſunt cõitate, quatenus ea ratione melius conſeruetur, vel quoad glandes, vel quoad ea ipſa ligna, idque vel prohibendo ibi omnino ſciſſionem lignorum (ſi aliunde poſſint commodè aſportari) vel prohibendo certam ſciſſionem, quæ plus nocumenti plantis afferret, pluſq; ſyluam ipſam deuaſtat. Fundamentum hoc inde eſt manifeſtum, quoniam publica poteſtas ad omnia ſeſe extendit, quæ ad communem vtilitatem, melioremque Reipublicę, & bonorum ipſius conſeruationem ſpectant.

2. Concl. Hoc ita conſtituto, ſecunda concluſio eſt. Si ijs, qui de eadem ſunt cõitate, contra præſcriptam legẽ aliquid cædant, tenentur quidem ſoluere pęnam, ſi

A deprehendantur & damnentur: ad nullam tamen reſtitutionem tenentur cõmunitati faciendam; niſi fortè damnum notabile, attentis circunſtantijs concurrentibus dederint. Hæc eſt Soti loco citato, & quoad priorem partem eſt manifeſta. Quoniam lex illa pęnalis eſt iuſta, vt ſupponimus: ergo ſi, qui eam eſt tranſgreſſus, deprehendatur, & condemnetur, tenetur ſoluere pœnam, & non antea. Poſterior verò pars probatur, quoniã eredẽdum non eſt, communitatem eo rigore cum ijs, quibus ligna ſunt cõia, velle vti, vt teneantur illa reſtituere: quare, ſi damnum extraordinariũ, magnumque attẽtis circũſtantijs cõcurrentibus: non ſit, ſanè qui illud dedit, reſtituere nõ tenetur; imò neque lethaliter peccat. Quin potius, ſi prohibitio irrationabilis & iniuſta eſſet, eò ꝙ non relinqueretur oppidanis locus vnde ea commodè poſſent aſportare, nulla prorſus eſſet culpa aſportare, de communi ſylua ligna ad communes & quotidianos vſus neceſſaria, ac proinde tunc
B nulla poſſet infligi pœna: eò quòd pœna, vt debeatur iuſteque infligi poſſit, culpam ſupponat.

Tertia concluſio. Qñ oppidanus aliquis notabile, extraordinariumque dãnum dederit, tenetur illud reſtituere cõitati, niſi de contraria volũtate cõitatis conſtet, quia videlicet, quando nouit quis ſimilia damna dederit, ſolã pœnã exigit, eaque contenta eſt, vel aliqua alia ratione. Porrò qñ damnum reſtituendum eſt, non quidem eſt reſtituendũ quantum valent ligna iam ſciſſa & aſportata, ſed quantũ valent in ipſa ſylua anteq̃ ſcindantur: neque tunc id totũ reſtituere tenetur: eo ꝙ oppidanus ſit, & partem quandã eorũ ſine onere reſtituẽdi potuit ſcindere, ſibique aſciſcere: ſolũ ergo incrementum dãni ſupra id, quod ſine reſtitutionis onere ſcindere potuit, tenetur reſtituere. Si tñ damnum illatum longe maius ſit, q̃ valor lignorum ſciſſorum, ac aſportatorum, eo quod nouę plantę ſciſſę ſint, aut aliqua
C alia ratione; tunc in reſtitutione facienda ad latitudinẽ damni dati eſt reſpiciendũ; nõ verò ad lignorum ſciſſorum valorẽ. Iam verò, an dãnum datum notabile ſit, arbitrio prudentis, attentis circũſtãtijs omnib. concurrentibus, eſt expẽdendum. Id enim, quod vbi ſylua eſt modica, & vbi admodum parce cõcedi ſolet facultas ad ſcindẽda ex ea aliqua ligna, cenſeretur damnũ notabile, ſanè vbi ſylua eſſet vaſtiſſima, & abundantiſſima, aut vbi facile concedi ſolet facultas oppidanis, non ſolũ ad ligna cædenda ad quotidianos vſus, ſed etiam ad fabricandam propriã domum, non cenſeretur magnũ & extraordinarium damnum. Quo fit, vt hac de re certa aliqua regula conſtitui non poſſit, ſed prudentis arbitrio, expenſis circunſtãtijs omnibus, res ſit relinquenda. 3. Concluſ.

Quarta concl. Si ſint duo oppida propinqua, quorũ quoduis ſuam habeat propriam ſyluam, mutuoque oppidani vnius oppidi furari ſoleãt ligna ex ſyl- 4. Concluſ.
D ua alterius, excuſantur, tã à lethali culpa, quã ab onere reſtituendi; modo notabile damnum, attentis circunſtantijs concurrentibus, non inferant: pœnam tñ tenentur ſoluere, ſi deprehendantur, & damnentur. Hæc eſt Soti loco citato. Ratio autem illius eſt, qm̃ cõitates ipſæ ſola pęna videntur contentę: reliqua verò eſſe volunt in mutuã compenſationẽ. Præſertim cũ ligna ſyluæ, quæ terra ſua ſponte producit, nõ tanti fieri conſueuerint, deberẽtq; eſſe oĩbus vniuerſim ad vſus quotidianos cõia, niſi eorũ penuria timeretur. Quo fit, vt furtũ in eiuſmodi rebus, licet verè furtum ſit, non tanti pendi conſueuerit, vt furtum in aliis rebus, neque hoĩes propter illud infamiã incurrant, aut tam acriter puniãtur, ac propter alia furta: quin potius æquũ non eſſet, eos acerba aliqua pœna puniri. Si quem in confeſſione deprehenderem, qui, cum ligna in cõmuni ſylua ſui oppidi haberet, in aliena ligna ſcidiſſet, illum reprehẽderem,

& ne vlterius ad cædenda ligna pergeret curarem, ea tñ dexteritate, vt ſcrupulum lethalis culpę, quando damnum non eſſet notabile, illi non inijcerem.

5. Concluſ. Quinta concluſio. Qui in aliena prorſus ſylua, ſiue alicuius communitatis, ſiue domini priuati, ligna contra dñi voluntatē cęderet, & teneretur pœnam ſoluere, ſi deprehendatur ac condemnaretur, reſtituereque valorem lignorū, quanti æſtimarentur in ipſa ſylua antequam ſcinderentur, & peccaret lethaliter, niſi exiguitate damni dati, à tanta culpa excuſaretur. Hæc eſt Soti loco citato, Medinæ de reb. reſti. q. 12. verſus finē, & cōis. Cum. n. qui ea ſcindit & vſurpat, verum furtum committat, ſane vltra peccatum, ad illa oĩa tenetur. Eſt tñ cum Doctoribus citatis obſeruandū, eos, qui ita ſcindunt ligna, non plus teneri ad damni ſolutionem, q̃ iuxta præſumptam dominorum ſylue voluntatem, quę ex ſtatutis eorū, fama, & vſu magna ex parte deprehenditur: decetq; eos nō eſſe admodum ſeueros hac in parte pp rei ipſius qualitatem; qua in re mitiores eſſe ſolent cōmunitates, q̃ dñi priuati. Vnde, ſi qñ aliquis deprehenditur, ſolum exigi ſolet ab eo pœna, nō verò aliquid vlterius pro damno dato, vt regulariter fieri ſolet; tunc is nihil amplius tenetur pro damno reſtituere. De eo verò, qui non deprehenderetur, dicendū eſt, teneri ad aliquā damni reſtitutionem, qñ præſumptio eſt, dñm ſyluæ id in aīo habere; & in dubio, vel venia eſt obtinenda vel reſtitutio facienda. Ceſſaret autem dubium, qñ dño ſyluæ perſpectum eſſet, quinam ligna cæciderint, & tñ vel ſubticeret vel ſaltem damnum nullū exigeret, eſto grauiter queratur, & minas iactet. Et qñ omnino non eſt in more poſitū, vt aliud ſoluatur, q̃ pœna, cum delinquēs deprehenditur, & dñs vult illā exigere. Aduerte autem communitas aliquas ſyluas ſuas cuſtodire, habereq; leges pœnales aduerſus extraneos ligna ſcindētes, nō quidem eo intuitu, vt damna ſoluantur, aut ne oīno extranei ligna ſcindant, ſed ne nimiè ſcindantur, & deuaſtentur ſyluæ, itēque vt ex pœnis ſtipēdia cuſtodibus ſoluantur, alijque publici ſumptus fiāt. Atque in hoc euentu extranei, niſi dānū notabile dederint, neque lethalis culpæ ſunt dānandi, neq; eſt illis iniū genda reſtitutio. Quando vero de pręſumpta voluntate communitatis, aut domini, cuius eſt ſylua, conſtaret, nequaquam prohibere, quo minus aliqui vicini ligna ſcindant ad quotidianos vſus neceſſaria, eo q̃, cū illud nouerint, tacēt, atq; ita virtute cōſentiūt, tūc, q̃ dē ea ſcindere, & aſportare nullum eſt pctm̄.

Ius Luſitanum. In hoc Luſitaniæ Regno lib. 5. Ordinationum tit. 111. §. 1. ſancitum eſt, vt nullus, tam in eis locis, quæ charnecas vocant, quā eis, quæ appellant matos maninhos prohibeat, vel ſcindere ligna, vel extrahere de ſuberibus cortices, vel eas radices de terra euellere quas noſtri cepas vocant: & vt nemo pro his tributum petat, vel ſtatuat. Quòd ſi quicquam in contrarium fuerit ſtatutum, ſit totum irritum & inane; & inſuper graues pœnæ ꝓ ea re ſtatuuntur. Itē ibidē à §. 3. quoad ea loca, quæ contadas aut defeſas Regis nuncupantur, ſtatuitur, vt ſeruentur ea, quæ ſancitis ea de re ſtatutis continentur. Qđ vero attinet ad alia ſimilia loca, quæ priuilegio regum aliquibus cōceſſa ſunt, ſancitur, vt ea ſeruētur, quæ priuilegijs & inſtrumentis eorum continentur. Ea tñ lege, vt ſi ea loca, quo ad paſtū & ligna cædenda ijs, qui vicinas habēt poſſeſſiones, voluerint eſſe prohibita, poſſeſſiones vicinorum ſint ēt ſimili modo eis prohibitæ; poſſintque vicini eaſdē pœnas in eos exercere: quas ipſi in ſuis locis, iuxta ſua priuilegia, à vicinis poſſunt extorquere. Præterea ſtatuitur, vt ſi eiuſmodi hoīes ſua loca alijs velint interdicere, quo ad paſtum & ligna ſcindenda, tunc ipſi uti nō poſſint locis, quæ contadas, paſtos, & roſios do cōcelho nuncupantur; eſto eiuſmodi loca prædijs non ſint

A vicina. Quòd ſi eis paſcantur, cōſtituitur, vt eiſdem pœnis ipſi ſubiaceāt, quib. alij in ipſorū locis ſubiacent. Deniq; ſancitur, vt qñ aliquis ex eo in aliq̄ pœnā inciderit, quod cōtra ea, q̃ inhibita ſunt, aliquid ĩ iſtiuſmodi locis fecerit, pęna illa ſolū poſſit mādari executioni intra tres mēſes à cōmiſſo delicto; eoque tpe tranſacto, delinquēs ad nullā pœnam teneatur, niſi aliud peculiariter fuerit alicui loco conceſſum.

In ſyluis, à Rege cōceſſis quouſque priuati prohiberi poſſint ligna cędere. Cæterū Sot. & alij loco citato meritò obſeruāt, quando Rex alicui largitur oppidum cum nemore, aut ſolum nemus ſeu ſyluā, non plus poſſe hunc prohibere oppidanos à ſciſſione lignorū, q̃ rex ipſe eos potuiſſet prohibere. Ratio eſt manifeſta, qm̄ Rex non conceſſit, nec concedere potuit, plus iuris, q̃ ipſe haberet: qñ ergo ſylua totius erat oppidi, oppidaniſq; alius locus non ſuppetit vnde cōmode aſportare ligna poſſint ad neceſſarios vſus, prohiberi ſane ab illis cędendis minimè poſſunt: modo ſylua ad id ſufficiat. Quòd ſi nō ſufficiat, ſolum poteſt illis præ-
B ſcribere certas ac rationabiles leges prohibitorias, quatenus poſtulat bonū cōe, vt ſylua in bonū publicū melius conſeruetur. Ex titulis aūt & originib. vnde dñi ſyluas poſſident, videndū eſt, prohibere ne poſſit oppidanos à lignorū ſciſſione in ſyluis circūiacentibus. Ac ſanè qñ in detrimentum cōe à regib. vel à miniſtris publicis in Seſmerias, quas in hoc regno vocant, conceſſæ eſſent, extrahere illas authoritate publica poſſent populi de manibus eas poſſidētium, contendendo cum illis coram rege: id quod ſatis innuitur 4. lib. Ordinat. tit. 67. à §. 8. Leges autē variæ regni Caſtellæ, quæ hac de re latæ ſunt, & quibus oppidis ſubuenitur circa loca communia quoad paſtum & ligna, quæ occupata fuerant, atque etiam Regis facultate conceſſa, habentur lib. 7. tit. 7. nouę collect. Quouſque populorum domini in ſylua populi ſibi ſubiecti cædere poſſint ligna, commodius dicetur diſp. ſeq. De cuſtodibus ſyluarū cæduarum
C dicetur in materia de reſtitutionē.

DISPVT. LIX.

De paſcuis.

1. Concl. QVod ad paſcua attinet, ſit prima cōcluſio. Qui paſcua ſuæ communitatis in cōe bonum alicui dumtaxat ad paſtum conceſſa, & cæteris prohibita, ſuis pecoribus depaſcitur, & tenetur ſoluere pęnā, ſi quæ ſit ſtatuta, modo deprehenſus condemnatuſque ſit, & lethaliter peccat, ſi damnū ſit notabile, ad reſtitutionemq; dāni tenetur, prout fuerit præſumpta illius voluntas, cui facienda eſſet reſtitutio; quę, modo concl. 5. præced. diſp. explicato, eſt conijcienda: idemque de reſtitutione dicendum eſt, quod ibi circa ligna eſt explicatum. Concluſio ex dictis diſp. præced. eſt ſatis perſpicua. Habet aūt locum in ali-
D quibus locis, ĩ quib. paſcua quędā, alioquin cōia, vel locātur alicui ad ſumptus aliquos publicos, vel inito pacto cū aliquo, q carnes toto anno populo neceſſarias certo aliquo pretio vēdere teneatur, illi concedūtur ad paſcenda pecora ad id muneris neceſſaria.

2. Concl. Secūda concl. Qui cōitatis loca, ſibi cum alijs ad paſtum communia, contra pręſcriptas leges depaſcitur, tenetur ſoluere pœnam, ſi damnetur; non tñ reſtituere dānum, niſi fortè aliquādo admodum eſſet notabile & extraordinarium, attētis circunſtantijs concurrentibus. Idem dicendum eſt, ſi qui ſunt ex vicinis oppidis, mutuo ſibi depaſcere ſoleant communia oppidorum paſcua. Hæc etiam ex dictis diſput. præcedente concluſ. 2. 3. & 4. eſt manifeſta: eſt enim in ſyluis cæduis, & in paſcuis eadem ratio.

3. Concl. Tertia concluſ. Ex eo, quòd quis dominium iuriſdictionis oppidi alicuius habeat, non eſt dominus communium paſcuorum illius oppidi, quæ in hoc

Luſitaniæ regno Baldios vocant, ſed integer populus ac cõitas eorũ habet dñium, ꝙ rectè probat Alu. Valaſcus de iu. empli. q. 8. à nu. 40. Poterit tñ ibi paſcere ſua pecora, ſicut cæteri de populo, abſq; cuiuſquã eorum pręiudicio & grauamine; ita videlicet, vt pecora, q̃ in ea paſcua induxerit, non multũ quoad numerum ſuperent aliorum pecora; tametſi, pro ſua dignitate & loco in ea cõitate, poſſit plura, q̃ quicũque aliorum, paſcere. Cou. de pract. quæſt. c. 37. ait, receptum eſſe in auditorijs Caſtellæ, vt poſſit ibi paſcere pecora in duplo, q̃ ſinguli ex præcipuis aliorũ paſcere permittantur. Et quãuis Cou. originẽ recepit huius vſus non probet, certè vſus rationi eſt conſentaneus, qñ, ſpectatis cæteris concurrentib. circũſtantijs, inde non ſequitur nobile grauamẽ populo; quale eſſet, paſcua pecoribus cõitatis non ſufficere, ſi dñs populi duplũ illum pecorum, vel armẽtorum numerum ibi aleret tũc. n. minuere teneretur numerum, vt oĩb. de populo commodè ſufficeret. Hęc cõcluſio ex ſe ſatis conſentanea eſt rõni, ex parteq; ꝓbatur à Cou. loco citato, quẽ lege, ſi placet; recipitur verò cõiter ab alijs, qui poſt Couaruuiã ſcripſerũt.

Ius Luſitanum. Aduerte tñ, hoc non habere hodie locũ in hoc Luſitaniæ regno, l. nãque 3. lata an. 1525. in comitijs de Torres nouas, & rurſus Eboræ an. 1535. & lib. 4. p. legum extrau. tit. 6. cautum eſt, ne hi, quos Alcaides mores vocant, aut eorum locũ tenentes, in oppidis, vbi id muneris habent, neque etiã commendatarij in ciuitatibus, pagis, aut oppidis, vbi ſuas habent cõmendas, vllatenus poſsint pecora aut armenta habere, niſi habeãt terras proprias ipſis optimatib. deputatas, aut ſuarũ commendarum: & tunc, vt taxata ea habeant à præſide prouinciæ. Quamuis aũt lex non loquatur expreſſe de dominis oppidorum iuriſdictionem eorum habentium, ait tamen Alu. Valaſc. de iu. empli. q. 8. nu. 34. eſſe eandem rationem, cõique interpretatione atque vſu eſſe ita receptum.

4. Concluſ. Quarta concluſ. Sicut dñs populi non eo ipſo eſt dñs paſcuorum cõium: ità neque ſyluæ cęduæ populo cõi: quare licet uti poſsit lignis ſyluæ in ſuo gradu & ordine, ſicut quiuis alius de populo; non tñ excedere poteſt proportionalẽ cum illis æqualitatem, ei ſuo modo ſimilẽ, quæ de paſcuis eſt explicata: neque. n. ei alios grauare licet. Quod ſi illã excedat, perinde tenetur reſtituere dãna cõitati eo mõ data, atque diſput. præcedente dictum eſt quemcũque aliũ de populo teneri: ad pœnas tamen non tenetur, niſi damnetur, aut illicitè damnari impediat. Hæc ſatis eſt perſpicua, neque indiget probatione alia.

5. Concluſ. Quinta concl. ſi dominus populi dãnum notabile in paſcuis cõib. dederit, tenetur illud reſtituere: nõ ſecus ac ſi quiuis alius de populo, qui ſimile dãnum dediſſet, & aduerſus quẽ vires eſsent ad eũ cogendũ, teneretur id reſtituere: neq; excuſatur ex eo, ꝙ cõitas id non petit quia non audet: neque ex eo, ꝙ cõitas illud remittat, niſi remiſsio ſit oĩno libera, eo modo, quo, dum de venatione eſſet ſermo, explicauimus liberam eſſe debere. Quare ſi dñs oppidi depaſcat loca deputata pecorib. eius, cũ quo cõtractus eſt initus, vt certo pretio carnes neceſſarias populo vendat, illi facienda eſt reſtitutio. Si verò, quia ille experimẽto didicit dominum oppidi paſcere ea paſcua ſibi peculiari pacto aſcripta, ea de cauſa ſequentibus annis pretium carnium auxit, ſanè dominus oppidi reſtituere tenetur oppidanis dãnum illius incrementi. Simili modo, ſi dominus oppidi ex eo, ꝙ ſuis pecoribus ea paſcua occupat, quæ locanda erãt ad ſumptus aliquos publicos, in cauſa ſit, vt uel minori pretio, vel nullo locentur, tenetur procul dubio damnum illud cõitati reſtituere. Quod ſi conſueto pretio eſſent locata; tunc damnum reſtituendum eſſet ei, qui illa haberet conducta. Quòd ſi plura pecora, vel armenta paſcat, q̃ par ſit, attento ſuo gradu

A & ordine, idque detrimentum alijs oppidanis inferat, vel lucri ceſſantis, vel dãni emergẽtis, id totum vnicuique eorum reſtituere tenetur, niſi remiſſione oĩno libera remittatur. Denique ſi dñs oppidi ſuis pecorib. damnum inferat priuatorũ prædijs paſcendo eorum ſata, &c. id totum tenetur reſtituere ſingulis, quibus damnum eſt illatum, eſto ipſe non ſit in culpa, ſeu paſtores ipſius. Quoniam ſicut quicunque alius de populo ea lege ſua pecora ibi paſcit, vt quodcumque damnum illa dederint, teneatur illud reſtituere, vel certè pecora ei tradere, cui damnum ab ipſis illatum fuit, quando nulla interuenit culpa ex parte ipſius, vt, cum, in materia de reſtitutione, de damno dato fuerit ſermo, oſtendemus: ita dominus eodem prorſus modo tenetur reſtituere damna, quæ ſua pecora dederint. Quod ſi paſtores in culpa fuerunt, poteſt quidem illos cogere, vt illud ſoluant, in detectum tamen eorum, ipſe eo modo tenetur illud reſtituere, quo dictum eſt.

B Cæterum quia oppidani ſępe numero, ne dominum infeſtum habeant, aut ex verecundia, non audent de eiuſmodi damnis conqueri, & cum illo expoſtulare, eaque exigere, ſanè domini in ſuis locis, cum veriſimile eſt pecora ſua aliquid nocumẽti dediſſe, tenetur id diligenter inquirere, vel ex paſtoribus ipſis iureiurando interpoſito, vel promulgatione in Eccleſijs oppidi facta, vt qui damnum aliquod fuerit paſſus, illud parocho detegat, aut alicui alteri aperiat, ut integrè ipſi ſoluatur.

Sexta concluſio. Qui aliena paſcua, ſiue alicuius cõitatis ea ſint, ſiue perſonæ priuatæ, contra illius voluntatem paſcitur, lethaliter peccat, niſi dãni paruitate excuſetur; teneturque pęnam ſoluere, ſi quæ ſtatuta ſit, modò tamen deprehendatur ac damnetur, & inſuper damnum datum. Hæc concluſio eodẽ modo eſt intelligenda, quo quinta diſputationis præcedentis explicata fuit: eſt enim eadem prorſus ratio de paſcuis & de ſyluis cæduis alienis, ideoque in ea explicanda & confirmanda non amplius immoror. Simile eſt damnum, quod ſæpe dare ſolent aliqui, præſertim muliones, dum in locis alienis fęnũ & herbam demetunt, & aſportant, quæ dñi eorum locorũ ſuis armentis & pecoribus reſeruabant, ſuntque ſæpe in cauſa longè maioris dãni, q̃ ſit pretium herbæ: eò ꝙ illa deficiente, eorum armenta tpe hyberno pereant, tenẽturq; eiuſmodi hões reſtituere pretium herbę, & dãna inde ſubſecuta, ſi illa aut attenderunt, aut attẽdere debuerũt. Quare dñi eorũ dũ illos in Tranſtagana regione, & alibi, ad quærendam herbã mittunt, admonere illos deberent, ne cui damnum inferrent, & vt potius ſine herba redirẽt. 6. Concluſ.

C

Septima concluſio. Sicut, ſtando in ſolo naturali & gentium iure, poteſt vnuſquiſque prohibere alijs venationẽ in loco ſuo, vt in materia de venatione dictũ eſt, & nihilominus Princeps in Republicę cõe bonũ poteſt contrariũ ſtatuere, fas videlicet cuique eſse uenari in alienis agris ſic etiam licet, ſtando in ſolo naturali & gentium iure, poſsit quiſque maiori cum ratione prohibere alijs paſtum in ſuis prædijs: poteſt nihilominus princeps, ſi ita expedire iudicauerit, ſtatuere, vt fructibus collectis, nullus prohibeat alijs paſtum in ſuis prædijs, modo prædia non ſint vineæ, & ſimilia alia, quæ magnum detrimentũ patientur, ſi oĩbus ſint quoad paſtus cõia. Hanc affirmat & probat latè ac doctè Couar. loco citato, probationes breuitatis cauſa omitto. Hanc ſolã breuiter tangã. Qđ cum dñs prædij eo ipſo ſit dñs herbarum, & cęterarũ plantarum, quæ in eo naſcũtur, vel in eo fixas radices habent, vt diſputat. 57. oſtenſum eſt, ſanè ſicut ſtãdo in ſolo naturali & gentium iure prohibere poteſt in prædio ſuo venationem ferarum, quarum non eſt dñs, ita etiam longè maiori cũ ratione prohibere ac vendere poterit paſtũ herbarum 7. Concl.

D

barum ſui prædii, quarũ eſt dominus, vel illum ſuis pecorib. reſeruare: id quod multis ex iure cõi accerſitis teſtimonijs loco citato probat Couar. Quia tamen cõe bonum priuato eſt præponendum, vtique ptãs publica, cui omnes per comparationem ad cõe bonum ſubiacent, poterit contrarium ſtatuere, ſi eidem cõi bono id expedire iudicauerit. Præſertim cum, quod ita ſtatuerit, ſingulis de Republica prodeſſe poſſit, quippe cũ ſinguli in alienis agris paſcere poſſint pecora ſua, per accidenſq; ſit, quòd vnus plura habeat prædia ad paſtum apta, quàm alius, & temporis progreſſu poſſit è contrario id euenire.

Octaua concluſio. Ius Caſtellæ.

Octaua concluſio. In regno Caſtellæ nullus priuatus abſque principis priuilegio, aut legitima præſcriptione, prohibere poteſt alijs agrũ ſuum ad paſtum, conuertendo illum in locum, quem deheſa vocãt, hoc eſt alijs ad paſtum interdictũ. Quin potius, collectis cuiuſq; agri fructibus, fas eſt cuique de populo, ſua in eo pecora, nullo perſoluto pretio, paſcere: integrum tñ cuiq; eſt colere ſuum agrum quocũque culturæ genere, atque adeò conuertere illum in vinetum, aut in ſimile aliud prædiũ, quod deinceps ea ratione ſit alijs prohibitum ad paſtum, quod eas habeat plantas, quibus ingreſſus pecorum nocebit. Ita Cou. loco citato num. 3. citatque ad id peculiaria iura regni Caſtellæ, quæ ferè habentur hodie lib. 7. tit. 7. & lib. 3. tit. 14. l. 1. cap. 8. nouæ collectionis.

Ius Luſitanum.

In hoc aũt Luſitaniæ regno ſimile aliquid vr̃ conſtitutum lib. 5. ordinationũ tit. 111. ignoro tñ cõſuetudines, & leges q̃ varijs in locis vigent, vel ex regis præſcripto, vel eorum magiſtratuũ, quos Camaro vocãt, quocirca nihil certi poſſum de hac re affirmare.

DISPVTATIO LX.

Exceptio, præſcriptio & vſucapio quid ſint.

CONſequenter diſputandum eſt de modis, quib. legis authoritate dñium amittatur & acquiratur. Primo autem loco ſe nobis offert prȩſcriptio, & vſucapio, de quib. ante omnia explicandum eſt, quid ſint. Occaſione vero præſcriptionis, ſimul erit explicãdũ, quid exceptionis nomine in iure intelligatur.

Præſcribere in iure Cæſareo idẽ, ꝙ excipere. Exceptio quid.

Præſcribere, vt poſt Alciatum & alios Nauar. in man. c. 17. nu. 85. & copioſius Couar. reg. poſſeſſor, p. 1. in initio, & §. 1. obſeruãt, apud autores Cæſarei iuris idem eſt, quod excipere, & prȩſcriptio idem, ꝙ exceptio. Exceptio vero, ꝓpriè loquẽdo, vt Couar. loco citato rectè oſtendit, eſt oppoſitio, quæ actionẽ ſeu litem aliq̃ intentanti opponitur, ſiue lis, & actio, ea omnino impediatur ac ceſſet, ſiue non ceſſet, ſed retardetur ſolum, dummodò tñ intentio, ſeu fundamentum, in quo actio & lis fundatur, non negetur: tunc. n. propriè non diceretur exceptio, ſed generali vocabulo appellaretur defenſio. Lucem petamus ab exemplo. Si Petrus actionem, ſeu litẽ aduerſus Paulum intentet, vt ſibi ſoluat centum aureos pro equo, quem illi vendidit, ſanè intentio & fundamentũ huius actionis eſt vẽditio equi. Si ergo Paulus reus Petro actori opponat, ſe non emiſſe ab eo equum, non propriè dicetur excipere, eò ꝙ intentionẽ ac fundamentũ actionis neget; ſed dicetur ſe defendere: probatioq; eius, quod opponit & negat, ad actorem pertinebit. At verò ſi opponat ſe iam ſoluiſſe illi pretiũ, dr̃ propriè excipere: quia non negat actionis intentionem ac fundamentum, ſed excuſationem ac exceptionem obijcit, ꝙ ſoluerit pretium: probatioque tunc exceptionis oppoſitæ ad reũ pertinet. Quia vero hæc exceptio, ſi probetur, omnino impedit ac extinguit actionẽ, appellatur exceptio peremptoria. Si vero opponeret, eum, ad cuius tribunal vocatur, nõ eſſe ſuum iudicẽ, tunc, quia eſto id probaret, integra maneret actio corã legitimo alio iudice intentanda, & diceretur exceptio dilatoria. Doctores itaque ci-

A tati dicunt, in iure Cæſareo, idem eſſe præſcribere, & ꝙ excipere, & præſcriptionem, quod exceptionem. Inde verò arbitratur Couar. ſignificationem hãc in iure ciuili ortum habuiſſe, ꝙ præſcribere idem eſt, quod legem ac formam ſtatuere: & quia quondam, quemadmodũ actionibus, ſic etiam exceptionibus præſcripta erat quædam forma, excipere dictum eſt præſcribere, & exceptio dicta eſt præſcriptio.

Vſucapio quid.

Ad rem ergo, de qua nobis præcipuè eſt hoc loco ſermo, vt accedamus, obſeruãt optimè Doctores citati, acquiſitionem dñij, tam rerum immobilium, q̃ mobilium, ex eo capite, ꝙ quis tanto tpe bona fide & cum cęteris conditionibus eas poſſederit, quanto & cum quibus humano iure ad id ſufficere eſt conſtitutum, neque latinè, neque à legum ciuiliũ conditoribus, appellari præſcriptionẽ, ſed vſucapionem, earumque poſſeſſores, qui ea ratione comparant illarum dominiũ, non dici eas præſcribere, ſed eas vſucapere. Dum autem priores dñi aduerſus eos inten-
B tant actionem, qua tanquam ſuas vendicare ſibi eas res volunt, contra verò poſſeſſores illis obijciũt, ſeu excipiunt, ſe tanto tpe & cum eis conditionib. illas poſsediſse, vt comparauerint iam earum dominiũ, eaque de cauſa locum non habere actionem, quam intentant, dicunt, eiuſmodi peremptoriam exceptionem appellari in iure ciuili exceptionem, excipereq; illo modo, dici præſcribere. Atque in hac ſignificatione (tametſi, vt inferius oſtendemus, latius vocabulum pateat) inſcribũtur tituli in iure Cæſareo, de longi temporis præſcriptione, hoc eſt de exceptione aduerſus antiquos dominos, quæ ex eo præſentibus poſseſsorib. competit, ꝙ longo tempore, & cum cõditionib. ad id neceſsarijs res poſsederint, inſcribũturq; alij ſimiles tituli: id quod non parum intereſt ad intelligendos textus iuris Cæſarei, Inſtit. C. & ff. de vſucapionibus, & alijs in locis, vbi Iuris conſulti de præſcriptione in ea ſignificatione loquuntur.

Præſcriptio in iure canonico, & apud interpretes idẽ, quod vſucapio.

C Licet autem legum iuris Cæſarei conditores ita loquantur, in iure tamen Canonico & apud interpretes iuris vtriuſque, vſurpatiſſimum eſt præſcriptionis vocabulũ, pro acquiſitione dominij ex poſſeſſione, tempore, & cum conditionib. ad id requiſitis: in eaque ſignificatione nos illo deinceps vtemur cum communi Doctorũ, & iuris Canonici, necnon ciuilium iurium & particularium regnorum vſu.

Multi vſucapionẽ à prȩſcriptione diſtinguũt, quaſi vſucapio ſit rerũ mobiliũ, præſcriptio verò immobiliũ. Satis tñ Couar. loco citato oſtẽdit, vtramq; locum habere, tam in reb. immobilibus, q̃ mobilibus.

Vſucapionis ſeu præſcriptionis definitio.

Vſucapionẽ definit Modeſtinus Iuriſconſul. l. 3. ff. de vſucap. Eſſe acquiſitionem dñii per continuationẽ tpis lege definiti. Hoc eſt, per cõtinuationem poſseſſionis tpe à lege definito, vt ab ea definitum eſt, ac proinde cũ conditionib. ad id ſtatutis, nempe vt poſseſſio ſit bona fide, vt res poſseſſa furtiua non
D ſit, & c. vt in ſequentib. fiet manifeſtum. Cum. n. ꝙ vnus ea via & ratione dominium amittat, et alter illud acquirat, humano iure in cõe bonum, ne videlicet rerum dominia ſint incerta, & vt litib. obuietur, ſancitum ſit, ſanè ex impletione conditionum legib. ad id ſtatutarũ, pendet, ꝙ ea via dominium acquiratur, ac proinde non aliter melius definiri potuit vſucapio, quam ꝙ ſit acquiſitio dñii per cõtinuationem poſseſſionis tpe lege definito cum mõ & conditionib. lege ſtatutis. Ipſum vero vſucapionis vocabulum, id vſucapionem eſse, indicat: ſonat. n. captionem, ſeu acquiſitionem dñii, vſu ac poſseſſione rei.

Illud ex naturali philoſophia eſt perſpicuũ, quãuis ſola introductio formæ ſubſtantialis in materiam ſit propriè generatio, alterationem tamen præuiam dici etiam generationem, ſumpta denominatione à termino ad quem tendit, atque ea ratione, dum lignum alteratur ac diſponitur ad formã ignis

dici

dici generari ignẽ,ita tñ, vt impediri generatio poſſit, fieriq; vt nunq̃ in futurum verũ ſit dicere, ignis eſt genitus:ꝙ longè aliter cernitur,ſumpta ignis generatione pro introductione formæ ſubſtantialis in materiam; eò ꝙ ſimul ſit,ignem eo modo generari, & eſſe genitũ. Haud ſecus in re,de qua diſputamus, quamuis vſucapio propriè ſolum ſit ipſa actualis acquiſitio dñij,quę conſequitur poſſeſſioné toto tempore & cum cõditionibus ad id requiſitis,nihilominus poſſeſſio,quæ ad dñij acquiſitioné diſponit, dr̃ etiam vſucapio, ſumpta denominatione à termino, & dum res ita poſſidetur,anteq̃ dñium illius comparetur,dr̃ vſucapi, ita tñ, vt poſſit vſucapio impediri, & fieri,vt nunq̃ in futurũ verũ ſit dicere, rem vſucaptã eſſe pręſcriptam:ꝙ tñ non cernitur,ſumpta vſucapione pro actuali comparatione dñij, quæ ſimul ſit,& facta eſt. Sumpta ergo vſucapione & præſcriptione pro præuia poſſeſſione, & diſpoſitione ad actuale dominij conſecutionem, conſueuerunt Doctores dicere,vſucapionem ac pręſcriptionem interrumpi,nẽpe quãdo poſſeſſio interrũpitur, aut ceſſat bona fides:non verò ſumpta pro actuali ipſa conſecutione dñij,quo pacto à Modeſtino deſumpta eſt.

Panorm.in rubr.de præſcriptionib.definit p̃ſcriptionem. Eſſe ius quoddam ex tpe congruẽs,legum authoritate vim capiens,negligentib.pęnã inferens, & finem litibus imponens. Cęterũ,ſiue definire intendat præſcriptionem pro exceptione,ſiue pro vſucapione,certè definitio hæc,quã multi etiam Theologorũ,amplectuntur,nobis non probatur. Præterquam.n.ꝙ longa nimium ſit,atque definiendi minimè conſentanea,ſanè cũ præſcriptionis finis præcipuus non ſit, punire illius negligentiam, in cuius detrimentum pręſcribitur,ſed proſpicere communi bono,ne rerum dominia confuſa,incertaque ſint,& vt litibus via præcludatur, nequaquam ad præſcriptionis rationem eſt neceſſe, vt in pœnam ſit negligentiæ,quin potius ſępiſſimè erit cum ignorantia inuincibili,atque adeò abſque vlla culpa & neligentia eius,in cuius detrimentum præſcribitur: partes autem omnes legitimæ definitionis rei cuicumque intrà definiti ambitum contentæ debent conuenire.

Præſcriptio latius patet, quam vſucapio. Illud præterea eſt animaduertendum,q̃uis vſucapio ſit id, quod hactenus definiuimus & explicauimus;præſcriptioné tamé,ꝙ ad rẽ præſenté attinet,latius patere. Interdũ namq; dicimus nos præſcripſiſſe aduerſus actioné perſonalem, quæ intétari in nos poterat, & præſcripſiſſe aduerſus ius, ꝙ quis in rem aliquam habebat,eaque rõne interdum extinctã eſſe ſeruitutẽ,quæ illi iuri in ea re reſpondebat, & ſimilia alia ſæpe dicimus, in quibus locũ non habet vſucapio,eò ꝙ ea rõne,neque dominiũ,neque quaſi dominium cõparemus, ſed ſolũ ius aliquod extinguatur,exceptionemque legis authoritate comparemus ex non vſu illius iuris certo aliquo tpe,aut ex non intentata actione, vt iam amplius eſſe non poſſit vſus illius iuris, intentarique non poſſit talis actio, vt ex dicendis in huius materiæ progreſſu erit manifeſtũ. Sũpta ergo præſcriptione,non pro vſucapione paulò ante definita, ſed pro exceptione,non quacumq; ſed qua opponitur, tpe a lege dato,& interuenientibus conditionib. lege ſtatutis,extinctum eſſe dominium,vel ius aliud quodcumque(quo pacto ſumitur in titulis,quę de præſcriptione ſunt in iure Cęſareo, & qua rõne comprehẽdit ea omnia,quæ dicta ſunt) ſic poſſimus eam definire.

Præſcriptionis latè definitio. Eſt exceptio peremptoria,ex tempore legibus definito vim habens. Pro genere ponitur, exceptio. Per particulã, peremptoria, excluduntur, quæ peremptoriæ non ſunt. Per particulam vero, ex tpe legibus definito vim habens, excluduntur cęteræ peremptoriæ exceptiones, quæ nõ ex tempore lege conſtituto, ſed aliunde vim habẽt, neque ad materiam, de qua modò diſputamus, ſpectat. Porrò nomine temporis lege conſtituti, intelligimus conditiones reliquas lege ſtatuas,vt ex eo tpe talis exceptio oriatur. Non fecimus in hac definitio ne mentioné poſſeſſionis:qm̃ eiuſmodi exceptio, ex tinctioq; contrarii iuris,non ſemper reſultat ex poſſeſſione; ſed interdũ ſolum reſultat ex nõ vſu illius certo aliquo tpe,vt ex dicẽdis patebit. Parum admodum differt hæc noſtra definitio ab ea, quam de eadem re tradit Couar.reg.poſſeſ.p.1.§.1.nu.4. mutando ẽt nonnihil à quadam alia,quam tradũt quædam gloſſæ & Godofredus,defenditque Alciatus.

DISPVTATIO LXI.

Vtrum præſcriptio vim habeat in foro conſcientiæ.

HOc loco ſolum nobis eſt ſermo de præſcriptione bona fide, quam ſolam probat ius canonicum. De præſcriptione verò mala fide,quam ciuiles aliquando conſtituerunt,ſermo erit poſteà.

Pars negãs. De hac re variæ ſunt Doctorum ſententiæ, quas refert Gloſſa.c. Vigilanti,de præſcript. Hugo,vt ex Ioãne Andrea refert ibidé Panor. Summa Roſella, & alii aſſeruerũt,vim nõ habere in foro cõſcientiæ, eaq; de cauſa,ſi poſt rem legitimè præſcriptam,præſcribenti conſtet alienam fuiſſe,teneri eã reſtituere.

Suadetur primò. Probant id primò,quoniã vt habetur reg.locupletari, de reg. iuris lib.6. Non debet quis cum aliena iniuria, vel iactura locupletari:ſi autem,qui bona fide rem præſcripſit, ſciens poſteà alienam fuiſſe eam non reſtitueret, locupletaretur cum aliena iactura: ergo tenetur in foro conſcientiæ eam reſtituere.

Secundò. Secũdò,fundamentũ p̃ſcriptionis eſt bona fides, ergo quocũque tempore ex eo ceſſat, ꝙ cognoſcitur fuiſſe alterius,tenetur, qui eã præſcripſit, reſtituere.

Aliorum reſtrictio. Alii dixerunt,rem legitimè præſcriptam, ſi titulo oneroſo fuit comparata,vt quia fuit empta, aut permutatione acquiſita, reſtituendam nõ eſſe,eſto poſt præſcriptionem cõſtet fuiſſe alienam: qm̃ cum ille, qui præſcripſit, iuris authoritate præſcriptionis lege adiuuetur, potius indẽnitati propriæ, quam eius,cuius res illa ante præſcriptionem erat,debet cõſulere. Si vero titulo gratioſo acquiſita fuit, vt donationis, legati,aut ſucceſſionis ex teſtamenro,vel ab inteſtato,reſtituendam eſſe: eo quòd,qui eam præſcripſit, non debeat tunc cum aliena iactura locupletari.

Reſtrictio aliorum. Adrianus in 4. de reſtitutione in propria qõne de præſcriptione & poſt eum Medina de rebus reſtit. q.16.& 14.cenſent;Quando is,aduerſus quem pręſcribitur,negligens fuit in re ſua inquirenda & recuperanda,præſcriptione ipſa amittere dominiũ, lege intendẽte punire negligentiã illam Reipublicę perniciofam ea pęna, atq; adeò tunc, qui legitimè eam præſcripſit,eſto poſteà ſciat fuiſſe alienã,non teneri eam reſtituere, eò ꝙ legis authoritate cõparauit dominium illius. Videturq; Adrianus lethalẽ culpam negligentię exigere,ſi ea pęna vim debeat habere,vt expendẽti verba Adriani erit manifeſtum. Quando vero non fuit negligentia in eo,aduerſus quem præſcribitur, vel quia inuincibiliter ignorabat rem illã eſſe ſuã,aut alia de cauſa,tunc quidem neq; præſcriptione amiſiſſe dominiũ, neq; alterum illud comparaſſe: eo ꝙ,vbi non eſt culpa, locum non habet pœna, ac proinde ſi in eo euentu poſt tempus præſcriptionis ſciat fuiſse alienã, teneri eam reſtituere, modo tamen conſumpta non ſit:tunc enim,cum obligatio reſtituendi nõ conſurgeret ex parte iniuſtæ acceptionis, quippe cum bona fide eſset conſumpta, ſed ſolum ex parte rei acceptæ,vtiq; ſolum teneretur reſtituere,quantum ex illa factus eſset locupletior. Ad hanc ſententiã videntur accedere Caſtrus 2. de leg. pœna. c.5. Maior in 4.diſt.15.q.11. Panor.c. Vigilanti,de præſcript.nu.6.& alii. Quin & Scotus in 4. d.15.q.2. Gabriel ibidem q.14. Conr.de contractibus, q.15. & alii,dum affirmant præſcriptionem in

pœnam fuiſſe ſtatutam negligentię domini, cuius res illa erat, in eadem videntur fuiſſe ſententia.

Pręſcriptio vniuerſim vim habet in foro conſcientiæ.

Proculdubio tñ ampleċtẽda eſt opinio, q̃ probat Gloſſa 2. c. Vigilanti, de præſcrip. & quam ſequũtur Caietanus in Summa, Verbo præſcriptio, Sotus 4. de iuſtitia. q. 5. art. 4. Couar. regu. poſſeſſor. p. 1. §. 1. nume. 4. & 5. & p. 3. in initio. nu. 1. & latius toto §. 2. Paulus Caſtrenſis conſilio 293. Felinus in rubrica de præſcript. & ad quam accedunt Syluester, Verb. præſcript. q. 13. & multi alij ex iuriſperitis, quos Panormit. & Syluester locis citatis referunt. Nempe, eſto nulla adſit negligentia ex parte eius, aduerſus quem præſcribitur, ſi tñ res præſcribatur interuenientibus conditionibus oĩbus ad legitimam præſcriptionem à iure ſtatutis, cũ q illã præſcribit, eo ipſo legis authoritate comparare dominium illius: ac proinde, eſto poſteà ſciat fuiſſe alterius, neq; in exteriori, neq; in conſcientiæ foro teneri illam reſtituere.

Probatur hæc ſnĩa, qm̃ in principe eſt plena poteſtas, tam in ſubditos, quã in eorum bona, quatenus cõe bonum & vtilitas publica poſtulat: ſed hæc poſtulant, vt bonæ fidei poſſeſſor, interueniẽtib. certis quibuſdam conditionibus, tranſactoq; certo quodã tpe, rem, quam poſſidet, præſcribat, dominiumque illius proinde conſequatur, quod antiquus dñs, eſto nulla interuenerit ipſius negligẽtia, amittat; lexq; ſi ea de re ſtatuatur, eſt cõis, & æqualis oĩbus de Republica, vtpote quæ in tp̃s futurum feratur: ergo iuſtè principes poſſunt illam ſtatuere, quæ vim, etiam in conſcientiæ foro habeat, & cuius virtute dominium rei præſcriptæ in præſcribentem transferatur cum ergo principes re ipſa illam ſtatuerint, vt Inſt. C. & ff. de vſucapionibus, ac alibi eſt manifeſtum; & ius canonicum, extra de præſcriptionibus, eam approbauerit, vt in progreſſu liquido conſtabit: conſequẽs profecto eſt, præſcriptionis legem vim habere in foro conſcientiæ, eſto nulla interueniat illius culpa aut negligentia, aduerſus quem præſcribitur.

Maior primo loco propoſita receptiſſima eſt, conſtatq; ex ijs, quæ, dum de dominio iuriſdictionis eſſet ſermo, dicta ſunt. Eo namque ipſo, ꝙ Reſpublica aliquem in principem ſibi delegit, ptatem illi tribuit condendi eas leges, quas in cõe bonum publicamq; vtilitatem expedire iudicaret, neq; populus contrauenire poteſt ijs legibus, quas tales eſſe conſtat: huic autem, de qua diſputamus, non ſolum non contrauenit, ſed etiam longo iam tempore illam recepit.

Minor verò probatur, qm̃ niſi ea lex eſſet in Republica, dominia rerum incerta eſſent, in magnum Reipublicæ detrimentum: orirentur namque quam plurimæ, & difficiles lites, & vna cum litibus odia; & cum poſt longa tp̃a difficile probari poſſet ius cuiuſque, periclitaretur iuſtitia: itẽ laquei multi hominũ conſcientiis eſſent expoſiti: ſæpe etiam eueniret, vt ꝙ quis in dotem cum vxore ad matrimonii onera ſuſtinenda acciperet, lite extraheretur, aut certè in dote defendenda plus neceſſe eſſet inſumere, q̃ eſſet dotis emolumentũ: expedientiſſima ergo eſt lex illa cõi bono. Vnde Caius Iuriſconſul. l. 1. ff. de vſucap. Bono publico, inquit, introducta eſt, vſucapio, ne diu & ferè ſemper incerta eſſent dominia rerum: cũ ſufficeret dñis ad inquirendas res ſuas ſtatuti tẽporis ſpatium. Quibus verbis aperte affirmat, pręſcriptionis lege vere transferri dominium: alioquin non minus, ſed plus, poſt præſcriptionis legem dominia manerent incerta. Id ꝙ ẽt aperte conſtat ex definitione illa Modeſtini, l. 4. ff. de vſucap. quam diſputatione pręcedente explicauimus. Eſt acquiſitio dominii per continuationem, &c. Neratius quoque, l. vlt. ff. pro ſuo, ait, vſucapio, etiam aliis cauſis conceſſa, interim propter ea, quæ noſtra eſſe exiſtimãtes poſſidemus, conſtituta eſt, vt aliquis litium finis eſſet.

Quod vero eam legem poſtulet cõmune bonum

A & vtilitas publica, eſto nulla interueniat negligentia ex parte eius, aduerſus quem præſcribitur, vt in minori, quam probamus, ſubiungebatur, ex eo eſt manifeſtum, quod ea oĩa, quæ de dominiorum incertitune, litium multiplicitate, & difficultate, conſcientiarũ, & iuſtitiæ periculo, dicta ſunt, æquè vim habent, ſiue interueniat negligentia ex parte eius aduerſus quem præſcribitur, ſiue non. Quin potius, ſi nulla interueniente tali negligentia, lex bono cõi non expediret, principeſque eam condere non poſſet, quæ vim in foro conſcientiæ haberet, quæque vere dominiũ transferret, ſane multo magis eſſent incerta rerum dominia, longeque grauiora pericula conſcientiarũ ſubditorum ex ea orirentur, quàm ſi ea lex non eſſet ſtatuta: quandoquidem, qui præſcriptam rem aliquã haberet, iudicare non poſſet, an is, aduerſus quẽ ipſe præſcripſiſſet, culpabilem negligentiam in ea acquirenda & obtinenda habuerit: quare indigna prorſus eſſet ea lex, quæ à Principe Chriſtiano, in tam euidẽs

B animarum ſuorum ſubditorum periculum, ſanciretur. Iam vero ſi, vt Adrianus vult, lethalis culpa negligentiæ eſſet neceſſaria, vt ea lex vim in conſciẽtiæ foro habere poſſet, raro, aut nũquam, vere ea transferrentur dominia: quandoquidem raro, aut nunquam, lethalis culpa eſt, quenquam ſua negligere, ꝙ ad prodigalitatem ſpectat, quæ ex ſuo genere culpa eſt venialis: eſt ergo expediẽs bono communi, vt lex præſcriptionis conſtituatur, quæ, etiam qñ nulla eſt negligentia in illo, aduerſus quem præſcribitur, dominium in eum transferat, qui alioqui legitime præſcribit, quæque vim in foro conſcientiæ habeat. Ac ſane miror Medinam, qui confitetur, vt præſcriptionis lex vim in foro cõſcientiæ habeat, ſufficere, ſi interueniat alia legitima cauſa cur ita lata ſit, eſto negligentia ex parte eius, aduerſus quem præſcribitur, non interueniat, culpam illam cum Adriano, vt vim in foro conſcientiæ habeat, exegiſſe: quicquid enim

C Medina in contrarium dicat, proculdubio, quę à nobis ſunt propoſitæ rationes, ſunt ſufficientiſſimę, longeque plus ponderis haberent, vt ita ſtatueretur, quã negligentia illius, aduerſus quem præſcribitur.

Reliqua, quę in probationem noſtrę ſententię aſſumpſimus, probatione non indigent, illo dumtaxat excepto; legem, quam de præſcriptione principes tulerunt, eos intellexiſſe, ẽt qñ nulla fuit culpa, aut negligentia ex parte eius, aduerſus quem præſcribitur. Quod probari poteſt. In primis, quoniã id iure optimo ſtatuere potuerunt, bonoque communi, vt ſtatuerent, expediebat; vt vtrumq; ſatis oſtenſum eſt: cum ergo abſolutè, & ſine ea conditione legem præſcriptionis tulerint, nihilq; in iure ciuili ſit, quod eam reſtitutionem ſonet, proculdubio cenſendum eſt, legẽ præſcriptionis intelligendam eſſe, eſto neglĩgẽtia & culpa ex parte eius non interuenerit, aduerſus quem præſcribitur. Deinde, qm̃ cum iure canonico, ca. vi-

D gilanti, & c. vlt. de præſcr. Summi Pontifices ſolum reprobent præſcriptionem mala fide factam, ſanè à contrario ſenſu, omnem aliam, ẽt vbi nulla interuenerit negligentia ex parte eius aduerſus quẽ præſcribitur, approbarunt in foro conſcientię, cui reprobatione illius alterius iniquæ pręſcriptionis, cõſulebãt. Tertio, qm̃ iura ciuilia, vt ſupra retulimus, ſolũ reddunt cauſam legis iuſtæ præſcriptionis, ne dominia incerta maneant, & vt via litibus pręcludatur: nihil vero de punienda negligentia eius, aduerſus quẽ præſcribitur, meminerunt: cum ergo duæ illæ priores & præcipuę legis cauſæ ęquè vim habeant, eſto nulla talis interueniat negligentia, conſequẽs profecto eſt vt pręſcriptionis lex ẽt tunc temporis vim habeat.

Obiectio.

Obijcies fortè cap. vigilanti, citatũ, vbi Alexander III. ait, Epheſinum legislatorem propter euitandam ſegnitiem inſtituiſſe pręſcriptionẽ: quibus verbis innuere videtur, in pęnam negligẽtiæ fuiſſe introductam.

Diluitur. ductam. Dicendum tñ eſt, præterquàm ꝙ ibi ſermo eſt de præſcriptione malæ fidei, verba tx xt. ſic habere. Propter vitandam ſegnitiem, & longi tp̄is errorem & confuſionẽ, legem pręſcriptionis tuliſſe. Quibus verbis nulla mẽtio de pęna, aut culpa fit; ſed ſolum aſſeritur, finem legis fuiſſe, vt homines acuerentur ad inquirendas & cõparandas res ſuas, & vt dominiorum cõfuſio, & incertitudo vitaretur. Prætereà nos non negamus, legislatores ſimul fortè intendiſſe, vt, ſi quæ culpabilis negligentia interueniſſet, illa etiam ea via puniretur, ſed ſolum dicimus, hunc non fuiſſe pręcipuum, ſed acceſſoriũ, ac minus pręcipuum legis finem, quo ſecluſo lex adhuc ſuam integram vim haberet. Felinus prætereà & Paulus Caſtrenſis locis citatis obſeruant, ſi quando de negligentia mentio aliqua in iure fiat, non ſumi pro culpa propriè, ſed pro nuda & ſimplici negatione inueſtigationis & acquiſitionis rei ſuę, ſiue culpam habeat coniunctam, ſiue non. Quo pacto ſumitur à Ioanne 3. par. 6. legum extrauag. huius Luſitanię regni titulo. 1. l. 1. quæ de præſcriptione lata eſt.

Hæc quoq; ratio addi poterat aduerſus Adrianũ & Medinam, ꝙ legibus pęnalibus nõ amittitur dominium ante latam ſniam: ſed lege præſcriptionis; qñ culpa interuenit, amittitur dominium ante latã ſniam, vt Adrianus & Medina aſſeuerant: ergo præſcriptionis lex non ſtatuta in pœnam pro negligentiæ culpa. Reſpondere tñ vtcumque poſſent, qñ pęna nõ eſt mãdanda executioni per ipſum delinquentem, vt in re propoſita cernitur; eò ꝙ res præſcripta nõ ſit in p̄tate illius, qui in pœnam dominium amittit, ſed qui dominium lege præſcriptionis comparat; abſurdum non eſſe, ſi ſola legis authoritate ante vllam ſententiam dominium in pœnam amittatur.

Argumentum. Ex dictis facile erit intelligere, nullã eſſe ſimilitudinẽ, qua Adrianus & Medina in ſuæ ſniæ cõfirmatione vtuntur. Inquiunt.n. ſicut qñ per ſniam in ſe iniuſtam res aliqua alicui adiudicatur, talis ſnia ſolum habet vim in exteriori, non verò in interiori foro: ſic ẽt qñ aliquis rem aliquam præſcribit abſque vlla culpa & negligentia eius, aduerſus quem illam præſcribit, talis præſcriptio ſolũ habet vim in exteriori foro ad lites tollendas; nõ verò in interiori. Diluitur. Eſt tñ vtrobiq; diſpar ratio. Iudex namq; per ſniam nõ tribuit ius, ſed ſolum illud declarat, & idcirco, ſi is, cui res adiudicatur, ius non habebat ante ſniam, neque per ſniam illud comparat: lex verò præſcriptionis, principis authoritate, quia id poſtulat bonum commune, verè tribuit dominium ei, qui legitimè rem aliquam præſcripſit, atque adeò efficit, vt qui, ſecluſa præſcriptionis lege, non eſſet dominus rei, quam præſcribit, ea exiſtente, dominium illius aſſequatur, eaque de cauſa reſtituere non teneatur id, cuius ante præſcriptionem non erat dominus.

Dominiũ, etiam directũ immobiliũ pręſcriptione comparatur. Facilè etiã erit ex dictis colligere falſam eſſe cõiorem illam Iuriſperitorum ſniam, qua affirmant, vſucapione rerum mobiliũ comparari quidem dñium vtile & directum, at verò præſcriptione rerum immobilium ſolum comparari dñium vtile, nõ autem directum: contrarium namq; huius poſterioris partis eſt proculdubio aſſerẽdum, cum Couar. reg. poſſeſſor, p. 3. in initio, a nu. 2. & cũ multis alijs, qñ res immobilis, tanquam ſua, quoad vtrumque dñium tpe ad præſcribendum ſufficiente, bona fide ab eo poſſidetur, qui illam præſcribit: comparat enim nõ ſolum dñium vtile, ſed etiam directum, vt ex iuribus citatis, & pleriſque alijs eſt manifeſtũ, Bart. l. ſi quis vi, §. differentia, num. vlt. ff. de acquir. poſſ. licet dicat, præſcriptione acquiri ſolum dominiũ vtile; addit, tñ, longè diuerſum eſſe ab eo, ꝙ eſt in emphyteuta, eſſeque dñium quoddã maius. Neſcio tñ cogitare dñium vtile maius, quã ſit in emphyteuta perpetuo, cõmentitiaque eſt ea diſtinctio. Longiorem de

A hac re diſputationem lege ſi placet, apud Couar.

Ad argumenta, quibus prima ſententia confirmata fuit, dicendum eſt. Ad primũ argum. Ad primum, regulam illam intelligendam eſſe, niſi iuſta de cauſa authoritate publica conſtitutum ſit, vt in cõe bonum iacturam aliquam in aliquo euentu patiatur aliquis, quæ in alterius commodum cedat, vt in re propoſita cernitur.

Ad ſecũdũ. Ad ſm̃ dicendum eſt, bonã fidem toto tẽpore ad præſcribẽdum dato, antequã dominium via pręſcriptionis cõparetur, eſſe fundamẽtum præſcriptionis: cognitionem verò ſup eruenientem poſt rem præſcriptam, & dñm illius comparatum, ꝙ res illa ante pręſcriptionem fuerit alterius, nihil impedire præſcriptioni iam peractæ, neque illam reuocare. Quòd ſi quis, poſt rem aliquam legitimè præſcriptam, arbitretur ſe teneri eã reſtituere, eo quod comperiat illã fuiſſe alterius; tunc talis conſcientia eſt erronea; teneturq; is, qui eã habet conſcientiam deponere, vel rem reſtituere; non quidem, quod ea res alteri ſit re B ipſa debita, ſed ſolum, vt ipſe, ob ſuam erroneã conſcientiam, peccatum euitet, eo quòd, vt ad Rom. 14. habetur. Quod non eſt ex fide, id eſt, quod crudelitati & exiſtimationi aduerſatur, qua quis credit ſe ad aliquid in conſcientia teneri, peccatum eſt.

DISPVT. LXII.

De prima conditione ad præſcribendum neceſſaria, hoc eſt, de poſſeſsione.

EXaminandæ iam nunc ſunt conditiones ad legitimam præſcriptionem neceſſariæ. Quarum prima eſt poſſeſſio: ſine poſſeſſione nãque rei pręſcribendæ non datur præſcriptio, vt habet reg. ſine poſſeſſione, de reg. iu. lib. 6. Cum verò duplex poſſeſſio ſit, ciuilis videlicet, & naturalis, vt diſp. 12. dictũ eſt ſola naturalis poſſeſſio ad præſcribendum non ſuffi C cit, cum tñ ſufficiat ſola ciuilis, ſiue vera apprehenſione, ſiue ficta ſit comparata, ſiue ſine vlla apprehẽſione, vt in euentibus diſp. 3. & 13. explicatis; maiorique cum ratione ſufficiet quando coniunctã etiam habet poſſeſſionem naturalem. Ita Cou. reg. poſſeſſor. p. 2. in prin. nu. 7. & Doct. communiter.

Hinc eſt, ꝙ ſi q̃s in alterius abſentia, aut eo ignorante, occupet rem aliq̃ illius immobilem; eamq; alicui tertio vendat, qui eam bona fide retineat, hic tertius, interim dũ dñs rei illius abſens eſt, aut id ignorat, nequeat illam præſcribere, neque id tp̄s ad præſcribendum computetur; eo quod, vt diſp. 12. oſtenſum eſt, ſolum habeat poſſeſſionem rei illius naturalem, ciuilis verò ſit apud abſentem, id ve ignorantẽ, quouſque reuerſus in naturalem poſſeſſionem non admittatur aut credens ſe nõ pręualiturum, vel quacunque alia ratione, ab ea aggredienda deſiſtat.

Eadem ratione, colonus, cõductor, depoſitarius, D & alij ſimiles, præſcribere nõ poſſunt res, quas legitimè ita retinent: eo ꝙ ciuilis harum rerum poſſeſſio ſit apud proprietariũ, imò ꝓprietarius ꝑ eos dicatur etiã poſſidere eaſdẽ res naturaliter, vt diſp. 12. oſtenſum eſt. Quo fit, vt ſi horum aliquis rem aliq̃ eiuſmodi immobilẽ alicui alteri inſcio proprietario vẽdat, eſto is, qui illã emit, bona fide eã retineat, præſcribere eã non poſſit, neq; illud tẽpus ad præſcriptionem valeat computari: eo quòd poſſeſſio ciuilis non ſit apud ipſum, ſed perſeueret in proprietario.

Emphyteuta verò, & vniuerſim vſufructuarius, licet ciuiliter non poſſideant proprietatem rei, cuius habent vtile dñium, aut ius fruẽdi, eaq; ratione pręſcribere non poſſint proprietatem, ſed, quod ad proprietatem attinet, ſit idem dicendum de ipſis, & de colono, aut conductore; nihilominus, quia dñium vtile, aut ius fruendi, ciuiliter poſſident, vt diſp. 12. oſtẽſum eſt, præſcribere illud poſſunt aduerſus proprie-

prietarium, ſi bona fide ſine legitimo titulo tanto tẽpore illud poſſideant, quantum ad præſcribendum eiuſmodi incorporalia iura eſt neceſſarium.

Qui alieno nomine, locove alterius poſſidet, vt tutor, curator, procurator, quo tales, ſerui & filiusfamilias in ijs, quæ dominis & parentibus acquirunt, non præſcribunt ſibi, ſed ijs, qui per eos poſſident.

Qui poſſeſſionis rei alicuius nõ eſt capax, præſcribere eã nõ põt; & maiori cũ rõne, ſi incapax ſit dñij rei illius: quippe cũ pręſcriptio nõ aliud ſit, q̃ acquiſitio dñij ex poſſeſſione bona fide tpe ad præſcriptionem alioquin requiſito. Quia ergo laici, ex iuris humani diſpoſitione, capaces non ſunt poſſeſſionis rerum ſacrarum, vt diſp. 12. oſtenſum eſt, neq; ẽt iuris decimas noĩe proprio exigendi, eo modo quoad Eccleſiaſticos ſpectat eas exigere, vt ex cap. cauſam, de præſcr. eſt manifeſtũ, hinc eſt, ꝙ res has præſcribere non poſſint. Ita Med. de reb. reſtituendis, q. 16. Couar. 1. var. reſol. c. 17. nu. 6. Caſtrus 2. de lege pęnali, c. 5. Sylu. verb. præſcr. 1. q. 2. & Doct. cõiter: & quo ad decimas habetur expreſsè c. cauſam, citato.

Hac eadem ratione religioſus profeſſus, qui propter votum paupertatis capax non eſt dominij, nihil nomine proprio, ſeu ſibi præſcribere poteſt. Ita Medina loco citato, & alij, eſtq; id ſatis manifeſtũ. Idem dic de coadiutoribus noſtræ ſocietatis.

DISPVT. LXIII.

De ſecunda conditione, nempe de bona fide, & an dubium malam fidem efficiat.

SEcunda conditio ad præſcriptionẽ neceſſaria eſt bona fides: poſſeſſor nãq; malę fidei vllo tpe nõ præſcribit, vt habet reg. poſſeſſor, de reg. iur. li. 6. Et c. vlt. de pręſcr. ex Lateran. Concilio ſub Inno. III. hæc verba habentur. Qm̃ quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt, Synodali iudicio definimus, vt nulla valeat abſq; bona fide præſcriptio: cũ generaliter ſit omni cõſtitutioni, atque cõſuetudini derogandũ, quę abſque mortali peccato non põt obſeruari: vnde oportet, vt, qui præſcribit, ĩ nulla tpis parte rei habeat cõſcientiam alienæ: Hæc ibi. Quæ ante oculos ſunt habenda in eorum fundamentum, quæ dicenda ſunt.

Ad poſſeſſionem apprehenſio rei, vera vel ficta, eſt regulariter neceſſaria, cum animo poſſidendi, hoc eſt, habendi illam vt ſuam. Hic autem animus actualiter, vel quaſi habitualiter, poſteà perſeuerãs, vt in dorminiente, aut nihil de re, quam poſſidet, cogitante, ſufficit ad poſſeſſionem ciuilem continuandam poſtquam ſemel actu apprehenſionis vero vel ficto inchoata eſt, vt diſp. 12. eſt explicatum.

Bona, & mala fide poſſidere quid.

Hoc ita conſtituto, nunc rudi Minerua, antequã preſſius rem examinemus, accipe quid ſit bona, & mala fide poſſidere. Quando cõſciẽtia, hoc eſt, exiſtimatio mentis, reſpondet animo, ita ſcilicet, ꝙ ſicut animus rem apprehenſam habet actualiter aut quaſi habitualiter vt ſuam, ſic etiam exiſtimatio & conſcientia credit illam eſſe ſuam, dr̃ eſſe bona fides ex parte mentis; iſque qui ita poſſidet, dr̃ bona fide poſſidere. Qñ verò animus, id eſt, voluntas habet rem vt ſuã, & conſcientia, mentiſve exiſtimatio credit eſſe alienam, dicitur eſſe mala fides; iſque qui eo modo poſſidet, dr̃ mala fide poſſidere, vt colligitur ex Auguſt. cap. ſi Virgo, 34. q. 2. & ex alijs iuribus.

Medium an detur inter poſſeſſionẽ bona & mala fide.

Porrò in controuerſiam vocant, vtrum comparatione eius qui poſſidet, detur medium inter bona & mala fide poſſidere. Dinus reg. poſſeſſor cenſet nõ dari medium. Couar. verò eadẽ reg. p. 2. §. 7. à nu. 2. aſſeuerat cum quibuſdam alijs, quod refert, dari medium. Eumque, qui dubius eſt, an res, quam poſſidet, ſua ſit, nec ne, neque eſſe poſſeſſorẽ bonę fidei, neque malę, ſed eſſe in media quadam diſpoſitione.

A Ac ſanè, ſi bona fide poſſidere non aliud ſit, quã poſſidere credendo rem eſſe ſuam; & mala fide poſſidere, non aliud ſit, quàm poſſidere credendo rem eſſe alienam, negari non poteſt, eũ, qui dubitat, an res, quam poſſidet, ſua ſit, necne, mediam quandam diſpoſitionẽ, inter bonæ ac malæ fidei poſſeſſorẽ, tenere. Cæterum, de hac re ſtatim aperiam quid ſentiã.

Grauior quæſtio eſt, vtrum dubium, an res, quam quis poſsidet, ſua ſit, interrumpat præſcriptionem: an verò poſseſsio cum eo dubio ſufficiens ſit ad continuandam, & percipiendam præſcriptionem. Sot. 4. de iuſtit. q. 5. art. 4. Maior in 4. d. 15. q. 11. & Adr. de reſtit. q. de præſcriptione affirmant, interrumpere & impedire præſcriptionem.

Pars affirmans ſuadetur. Primò.

Poteſtque id probari. Primò, quoniam interrumpit bonam fidem; quippe cum is, qui dubitat an res, quam poſsidet, ſua ſit, non dicatur eam bona fide retinere, vt ex dictis patet: cum ergo ad præſcriptionẽ bona fides ſit neceſsaria toto tempore ad præſcribẽ- B dum ſtatuto; conſequens eſt, vt tale dubiũ interrumpat, ac impediat præſcriptionem.

Secundò.

Secũdò argumẽtatur Adrianus, ſicut qui agit cõtra conſcientiã in alterã contradictionis partẽ determinatã, peccat; Ita qui agit cõtra conſcientiã dubiã: & vtrũq; cõprehendit' verbo illo Pauli ad Ro. 14. Qd nõ eſt ex fide, pctm̃ eſt: ergo qui rẽ aliq̃ poſsidet cũ dubio an ſua ſit, nõ ſecus ſe habet ad præſcribendum, ac is, qui eã mala fide poſsidet: præſertim cũ, vt ex c. vlt. de præſcr. rętulimus, mala fides pp peccatum impediat præſcriptionẽ: fit ergo, vt is, qui dubitat an res, quã poſsidet, ſua ſit, continuare non poſſit præſcriptionem, & multo minus eam perficere.

Porrò obſeruant hi Doct. quamuis dubium præſcriptionem interrumpat, ſcrupulũ tñ hoc eſt trepidationem ſine argumentis ſufficientibus, eã non interrũpere, idque eſto diu multumq; poſsidẽtis aĩum ſolicitet. Maior addit, vt dubiũ præſcriptionẽ inter- C rumpat, & neceſsariũ eſse, vt ſit deliberatum, & tale, quale, dum de hæreſi in hac 2. 2. diſſeruimus, diximus requiri, vt dubius in fide hæreticus cenſeatur.

1. Concluſ.

Sit verò prima concl. Ad inchoandã præſcriptionem non ſatis eſt, ſi quis rem poſſidere incipiat cum dubio an ſua ſit, ſed neceſsaria eſt bona fides, qua abſq; dubio exiſtimet rem ſuam eſse. in hac conſentiunt doctores cõiter, colligiturque apertè ex l. bonę fidei in principio (quę eſt 48.) ff. de acquir. rer. dom. eamque innuunt, l. 1. C. de vſucap. transformãda, & alia iura. Cõfirmari autem poteſt. Primo qm̃ qui in dubio, an res aliqua ſua ſit, incipit eam ſibi omnino vſurpare, peccat: eo ꝙ cum immediate antea bona fide eam non poſsederit, non eſt melior conditio ipſius poſſidentis; cum ergo ea præſcriptio, quę pp cõſciam & exiſtimationẽ eſse nequit ſine peccato, interdicta & reuocata oĩno ſit, c. vlt. de præſcriptio. & alibi; conſequens profecto eſt, vt poſseſſio cũ dubio D an aliquid ſuum, ipſius videlicet poſſidentis ſit, nequaq̃ ad inchoãdam præſcriptionem ſufficiat. Scdo qm̃ ad præſcriptionẽ bona fides requiritur: is verò, de quo diſputamus, neque per cõparationem ad qõnem ſpeculatiuam, vtrũ res illa ſit ſua, habet bonam fidem in ſenſu ſupra explicato, neque per comparationem ad qõnem practicam, videlicet, an exiſtente eo dubio ſitne res illa ſua necne, fas ſit eã ſibi vſurpare; quin potius per cõparationem ad hãc qõnem practicã habet malã fidem, eo ꝙ conſcĩa tunc dictet, ne fas eſse eã ſibi vſurpare: cum ergo in moralib. hñda ſit rõ de fide per comparationem ad qõnem practicã, hoc eſt de dictamine conſciæ circa agẽda, de quo intelligendum eſt illud Pauli. Quod non eſt ex fide, pctm̃ eſt, & nõ de fide & exiſtimatione per comparationẽ ad qõnem ſpeculatiuam, niſi quatenus ex ea pendet fides & dictamen circa qõnem practicam; manifeſte ſequitur, poſseſsionem cum dubio, an res

ſit

ſit poſſidentis,quę in mala fide per comparationem ad qõnem practicam conſtituit poſſidentem, nõ eſſe ad præſcriptionem inchoandam ſufficientem.

2.Concluſ. Secũda cõcl. Si poſt legitimè inchoatã pſcriptionem ſuperueniat dubiũ,an res ſit poſſidẽtis,tale dubiũ præſcriptionem nõ interrũpit;quin potius poſſidens continuare,perficereq; põt cũ dubio pſcriptionem. Modo tñ interim,dũ dubitat, moralẽ efficiat diligentiã vt ſciat,an res ſit aliena. Hæc eſt aduerſus Sotũ, Ant.de Butr.c.vlt.de pręſcript. & alios authores citatos. Eam tñ affirmant, Gloſſa,Panor. Feli.& multi alij c.vlt.de præſcr. Barto.l.naturaliter, ff. de vſucap. Medina de reb.reſt.q.17.Couar.regula poſſeſſor.p.2.§.7.à nu.3.& multi alij. Probatur primo ex Conc. Later.c.vlt.de præſcrip.vbi ad continuan-
1 dam pręſcriptionem ſolum exigitur,vt is,qui poſſidet,in nulla tẽporis parte,ad pręſcribendũ cõſtituti conſciam habeat rei alienæ. Idẽ exigitur ca.ſi virgo, 34.q.2. Idẽq; apertius innuit l.1.C. de vſucap. trãsf. Secundo cũ in dubio melior ſit cõditio poſſidentis, ſanè qui rẽ aliquã bona fide cępit poſſidere, eſto ſuperueniat probabile dubiũ pro vtraq; parte, an res illa ſua ſit,licite continuare põt poſſeſſionem,eamq; ſibi retinere, modo moralẽ adhibeat diligentiam vt ſciat an aliena ſit:cũ ergo ius canonicũ ſolũ abrogauerit leges pręſcriptionis cũ mala fide,idq; ea rõne, ꝙ res illo modo pręſcribi non poterãt ſine peccato, proculdubio mens eorum, qui ius Canonicum condidere,non fuit impedire quo minus cum dubio, de quo loquimur,continuari, perficique poſſit pręſcriptio. Tertio,qui eo modo poſſidet,poſsidet bona fide per comparationem ad qõnem practicam, cuius in rebus moralibus & in conſciæ foro potiſſimum eſt habenda ratio;etenim propoſita quęſtione,vtrũ, qui dubitat an ea res ſua ſit,necne, q̃ vſque ad hoc tẽporis momentum bona fide poſſedit, continuare licite poſſit poſſeſſionem, ſanè ratio & conſcĩa abſq; vllo dubio dictant,id licite poſſe; eo ꝙ in dubio melior ſit conditio poſſidentis,atque adeo is bona fide continuat poſſeſſionem:cum ergo poſſeſſio bona fide ſufficiat ad continuandã & perficiendam pręſcriptionẽ,conſequens eſt,vt dubiũ ſuperueniẽs poſt legitime inchoatã pręſcriptionẽ, nihil oĩno impediat quominus pręſcriptio continuetur,ac perficiatur.

Mediũ nõ datur inter poſſeſſionẽ bona, & mala fide acquiſitam.

Ex his iam facilè patet, ſi ſermo ſit per comparationẽ ad qõnem practicam, non dari medium inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem, vt Dinus dicebat. In principio namque poſſeſſionis,ſolus is bona fide poſſidet,qui credit rem eſſe ſuam: eo ꝙ is ſolus habere poſſit dictamen practicũ,quo iudicet, ſe iuſte poſſidere:is vero,qui vel alienam eſſe credit,vel dubitat an ſua ſit, poſſidet mala fide: quia vt oſtenſum eſt, vterq; iudicat nefas ſibi eſſe eã,vt ſuã,poſſidere. At vero poſt inchoatã bona fide poſſeſſionem,tam is,q credit rẽ eſſe ſuã,q̃ q dubitat an ſua ſit, poſſidet bona fide: ſolus vero,qui credit eſſe alienam,idque ſibi perſuadet,poſſidet mala fide. Quo fit,vt ſumpta bona & mala fide per comparationẽ ad qõnem practicam,quo pacto in re ppoſita ſimpl'r eſt ſumenda,dicere optimè poſſimus, toto tpe requiſito ad præſcribendum neceſſariam eſſe bonam fidem. Quod ſi bonam, & malam fidem, quæ per comparationem ad qõnem ſpeculatiuã hñtur,explicare velimus, indeq; quodammodo illã metiamur, tunc qm̃ ſola credulitas,ꝙ res ſit eius,q illam poſſidet, habet ſe adiunctã bonam fidem,tã in principio,q̃ in medio poſſeſſionis: & ſola credulitas,quod res non ſit illius, habet ſe adiunctam malam fidem tam in principio, quam in medio: dubitatio vero,an res ſua ſit,indifferẽs eſt ad bonam & malam fidem, eo quod in principio poſſeſſionis habeat adiunctam malam fidem, & in medio bonam: inde eſt,ꝙ iura ad inchoandam præſcriptionem exigant bonam fidem,credulitatemque

A ꝙ res ſit eius, qui illam poſſidendam aggreditur: ad præſcriptionem verò continuandam exigant,vt non interueniat credulitas rei alienæ,ſimulque merito dicant,per malam fidem interrumpi præſcriptionem: quibus omnibus cum hactenus dictis conſonant.

Dubium. Dubium eſt hoc loco, vtrum ſi quis in medio præſcriptionis,non ſolum dubitet an res ſit ſua,ſed et ſimul ex inſcitia dubitet, an exiſtente eo dubio poſſit licitè eam retinere,inquam, is bona,an mala fide dicendus ſit poſſidere. Dicendumq; eſt,mala fide poſſidere, eo ꝙ peccet poſſeſſionem ita continuãdo cũ conſcĩa illa erronea: conſcĩaq; ipſa ac lumen naturale dictant,nefas tunc eſſe cum eo dubio practico poſſeſſionem continuare. Cęterum, quia hoc ſolũ prouenit ex errore inſcitiave in exiſtimatione illa practica,cum tñ ex natura rei exiſtente illo dubio ſpeculatiuo licitè continuari poſſit poſſeſſio, ſanè mala illa fides ac error practicus in mẽte,licet ſufficiat,vt peccatũ ſit continuare poſſeſſionem cũ ea conſcĩa, ſtan-
B do tñ in ſolo iure naturali,& cõibuſque legib. præſcriptionis,non interrumperet præſcriptionem. Rõ eſt, qm̃ error in ſola conſcĩa practica non adimit ius ꝙ quis,ea ſecluſa,re ipſa habebat. Non immeritò dixi, ſtãdo in ſolo iure naturali, & cõibus legibus præſcriptionis. Qm̃ l. ſi fur. §.1.ff.de vſucap. vr ſancitũ oppoſitum,verba quippe illius §. hæc ſunt: Si quis id,ꝙ poſſidet, non putet ſibi per leges licere vſucapere,dicendum eſt(et ſi erret) non procedere tñ eius vſucapionem: vel quia non bona fide videatur poſſidere, vel quia in iure erranti non procedat vſucapio. Maiori ergo cum rõne, ſi quis rem aliq̃ poſſideat mala fide,credens eſſe Titij,v.g. cum tñ non ſit illius,ſed Sempronij,comparatione cuius nullam malam fidẽ hẽt,quin potius inuincibiliter ignorat illius eſſe, ſanè non præſcribet eã aduerſus Sẽproniũ, vt Couar. reg.poſſeſ.p.2.§.8.nu.5.cum multis aliis rectè adnotauit,quicquid quidam alii in contrariũ dixerint. Si
C tñ quis bonam fidem habeat comparatione proprietatis alicuius rei, q̃ poſſidet, & malã comparatione vſusfructus,quia putat eſſe alterius: aut è contrario, bonã cõparatione vſusfructus, & malã cõparatione proprietatis, præſcribere poterit id illius rei cõparatione cuius hẽt bonam fidem,& non id,comparatione cuius hẽt malam fidem. Idem eſt,ſi bonam fidem habeat comparatione vnius partis fundi,& non alterius,aut vnius iuris in fundo illo,& non alterius. Itẽ licet qs ex vno capite non habeat bonã fidẽ, ſi tñ ex alio ſimpliciter habeat bonã fidẽ,ſanè præſcribet rẽ q̃ ita poſſideret:vt ſi eam dono, aut quocunque alio titulo, ab eo illam accepit, quem credebat non eſſe legitimum dñm, ſi tñ alia via ſuã ipſius eſſe putauit, eam præſcribere potuit:eo quod ſimpliciter bona fide eam poſſederit. Hæc omnia Couar. loco citato.

Ad primũ partis affirmantis. Cęterũ duob. argumẽtis,quib.opinio Soti, Maioris,& Adriani cõfirmata eſt,in hũc modũ eſt ſatisfa-
D ciendũ. Ad primũ negandũ eſt,dubiũ poſt inchoatã pręſcriptionem ſuperueniẽs,an res, q̃ quis poſſidet, ſua ſit interrumpere bonam fidem, vt explicatũ eſt.

Ad ſecũdũ. Ad 2m dicendum eſt, antecedens eſſe verum per comparationem ad quæſtionem practicam: ſecus autem per comparationem ad quæſtionem ſpeculatiuam,an res ſua ſit,necne,vt copioſe aduerſus eũdem Adrianum 1.2.q.16.art.6.oſtendimus.

DISPVT. LXIV.

De titulo ad præſcriptionem: & quæ ignorantia poſſeſſorem malæ fidei efficiat: vel ad præſcribendum non ſufficit.

DIſputatio hæc, quoad poſteriorem partem propoſitam,appendix eſt præcedentis: quoad priorem vero,de titulo,ad doctrinæ perſpicuitatem præmittatur neceſse eſt.

Titulus præſumptus eſt vbi ad præſcribẽdum requiritur.

Poſitis ijs, quæ de titulo ad comparandũ dñium, aut ius diſp.4.dicta ſunt, ꝙ ad rem præſentẽ attinet, dicendum eſt. Ad præſcribendum neceſſarium non eſſe verũ titu ũ:is namq; qui vero titulo aliquid poſſidet,reuera dñium,aut quaſi dñium,vel ius in re hẽt ac proinde cõparatione eius,ꝙ ita poſſidet, præſcriptione non indiget. Ad multas tñ præſcriptiones,vt in progreſſu videbimus,requiritur titulus, q in hoc ſenſu ſit præſumptus verus,ꝙ re vera, quantũ eſt ex ſe,erat verus titulus;ſed pp circunſtantiam, q̃ habet adiunctam,& q̃ ignorantia facti probabiliter ignoratur,deſinit eſſe titulus verus:cũ tñ verus ab eo credatur & præſumatur,q rem eo titulo poſſidet. Quia ergo eiuſmodi titulus verus non eſt,nõ trãsfert dñium in poſſidentem dr̃ tñ transferre in eum vſucapiendi conditionem, quatenus efficit illum habilem ac diſpoſitum ad tanto vel tanto tempore cum eo titulo præſcribendum. Exemplo res fiet manifeſta. Tituli emptionis,pmutationis,donationis &c.re vera, quãtum eſt ex ſe,veri tituli ſunt,ſi tamen,q rem vendit, pmutat,aut donat, nõ erat legitimus illius dominus: vtiq; pp hanc conditionem deſinunt eſſe verè tituli, neq; transferre poſſunt dominiũ.Qd ſi is,q rem aliquo horũ titulorũ poſſidet, probabiliter conditionẽ illam ignorabat,erit præſumptus titulus, de quo loquimur,qui,licet inſufficiens fuerit ad transferendũ dominium, ſufficiens tamen eſt ad certo quodã tempore præſcribendum rem,quæ ita poſſidetur: eaque de cauſa tranſtuliſſe dicitur vſucapiendi conditionẽ. Hæc de primo eorum,quæ propoſita ſunt.

Transfert vſucapiẽdi cõditionẽ.

Ignorantia affecta, aut craſſa malę fidei poſſeſſorẽ efficit.

Quod attinet ad ſm,ſciendum eſt. Vt quis bonæ fidei poſſeſſor dicatur,atq; adeo præſcribere poſſit, non ſatis eſſe, ſi credat rem,quã poſſidet, ſuam eſſe, niſi merito id ſibi perſuadeat. Si nãq; vel ex ignorantia affecta,vel quacunque alia rõne craſſa, eam ſuam eſſe ſibi perſuadeat,nõ dr̃ poſſidere bona fide; quin potius peccabit lethaliter, ſi res eius valoris ſit, q ad culpã lethalẽ ſufficiat,tenebiturque eã reſtituere, nõ ſolũ ex parte rei acceptę,ſed ẽt ex parte iniuſtę acceptionis. Quo fit,vt cum præſcriptio cum ea fide peragi non poſſit ſine culpa lethali, non ſecus iure canonico cenſenda ſit reprobata,atque ea,quæ cum ſcientia fit rei alienæ,vt Medina de rebus reſtituendis, q. 17.§.pen.recte ait,conſentiuntque alij Doctores.

Medinæ falſa opinio.

Porrò idem Medina eadem q.§.antepen. præmiſerat,ꝙ ad forum conſciæ attinet, impertinens eſſe, vtrum qui rem poſſedit toto tpe ad præſcribendum neceſſario,eam poſſederit ex ignorantia iuris, an facti, & vtrum eam poſſederit ex ignorantia iuris manifeſti,an obſcuri. Si nãq; ait, ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis fuit,tunc,ſiue ea fuerit iuris, ſiue facti,& ſiue fuerit iuris obſcuri,ſiue manifeſti, vere eã in foro conſciæ præſcripſit, eõ ꝙ bona fides adfuerit. Si vero ignorantia fuit vincibilis & craſſa, tunc, ſiue ea fuerit iuris ſiue facti, & ſiue fuerit iuris obſcuri,ſiue manifeſti,eã non præſcripſit in foro conſciæ: quia non adfuit bona fides ad præſcriptionem neceſſaria,hoc eſt,quæ eſſet ſine culpa, negligentiaque ſciendi,ꝙ præſcribens tenebatur. In foro autem exteriori,quia in eo,inquit, proceditur ex præſumptione,neq; ignorantia iuris præſumitur inuincibilis, ſaltem,quãdo ius eſt manifeſtum,is,qui cum iuris ignorantia rem aliquam toto tempore ad præſcribẽdum neceſſario poſſidet,non cẽſetur eam præſcribere, eõ quod non præſumatur habuiſſe bonam fidem.

1.Concluſ. Poſſeſſio ex iuris ignorãtia ad præſcriptionem nõ ſufficit.

Couar.reg.poſſeſſor.q.2.§.7. à nu.5. longam de hac texuit diſputationem. Vt verò paucis me expediam,ſit prima concl. Falſa eſt proculdubio, & contra cõem doctorum ſñiam, quam Couar. & alij referunt, Medinæ opinio, quatenus affirmat,in foro conſciæ ſolum habendam eſſe rationem, an ignorantia Theologorum more,vincibilis,vel inuincibilis ſit,hoc eſt,cũ peccato ob negligẽtiã ſciendi,an res

A bene poſſideatur,vel ſine peccato,non verò habendam eſſe rationem,an ſit iuris vel facti, poſito ꝙ inuincibilis ſit. Ratio vero fundamentalis,cur ea opinio falſa ſit,hęc eſt. Qm̃ cum præſcriptio iure humano ciuili introducta ſit,contra id, ꝙ & rei natura alioquin habebat,ſane ſicut in exteriori, ſic & in conſciæ foro,non maiores vires, neque ſub alijs conditionib.locum habet,vt pp eã aliquis dñium ſuarum rerũ amittat, & alius illud acquirat, q̃ eodem ciuili iure fuerit conceſſum, aut canonico, quoad ea,quæ ad Eccleſiæ iuriſdictionem ſpectant: conſtat autem iure ciuili ſancitum eſſe, iuris ignorantiam ad eam non ſufficere,ſed ſolum facti,modo inuincibilis ſit. Ita hr̃ l.ita iuris,ff.de iu.& facti ignor.cuius hęc sũt verba. Iuris ignorantia in vſucapione negatur prodeſſe:facti vero ignorantiã prodeſſe cõſtat. Et l.nũquam,in princ.ff.de vſuc.Nunquam, inquit Paulus Iuriſc.in vſucapionibus iuris error poſſeſſorib.prodeſt. Vnde ſubiungit, eũ,quia à pupillo abſq; tutoris authoritate ex iuris ignorantia aliquid emit, ꝙ

B ignoraret ad talis emptionis ualiditatem id eſſe neceſſarium,vſucapere id non poſſe. Idem hr̃ l.2.§.ſi à pupillo,ff.pro empt.vbi definitur,eũ,qui à pupillo ſine tutoris authoritate aliquid emit,ſi ignorauit pupillũ eſſe,poſſe id vſucapere,quia ignorantia fuit facti:ſecus aũt ſi ſciret eſſe pupillũ,ignoraret tñ neceſſariã eſſe tutoris authoritatẽ:tunc.n.eſſet iuris ignorãtia, q̃ vſucapionẽ impedit. Idẽ hr̃ l.queãdmodũ, C.de agric.& cenſi.li.11. Vbi aduerſus emptorẽ cõtra legis prohibitionẽ dr̃. Et hæredib.eius (venditoris,ſ.) & contra hæredes emptoris vendicationẽ damus, longi tpis præſcriptione ſubmota: malæfidei nãque poſſeſſorem eſſe nullus ambigit qui aliquid cõtra legum interdicta mercatur. Idẽ hr̃ reg.qui cõtra iura mercat̃,de reg.iu.li.6.c.2.§ cõtractus, de rebus eccl.non alienan.lib.6.& alijs iuribus. Idemque affirmant multæ Gloſsæ iuris Canonici,& ciuilis.

C Confirmatur aduerſus Medinam, ſanctionem illam, ꝙ vniuerſim iuris ignorantia nulli ad præſcribendum patrocinetur,non fundari in præſumptione,ꝙ qui ea fuit affectus,vincibilem ignorantiã habuerit,& cũ peccato poſſederit. In primis,quia etſi in foro exteriori conſtaret, parſq; ipſa aduerſa confiteretur, eum, qui tpe ad præſcribendũ neceſſario rem aliquam iuris ignorantia poſſedit, illam poſſediſſe inuincibili ignorãtia & abſque vlla ſua culpa, nihilominus in eodem exteriori foro non cenſeretur eã pręſcripſiſſe,ſed adiudicaretur priori dño;cũ ergo,qñ ſanctio aliqua in ſola præſumptione fundatur,& in exteriori foro conſtat non interueniſſe id, quod præſumitur(præſertim ſi pars aduerſa id cõfiteatur)non ſtetur tali ſanctioni,eſto ſit præſumptio iuris & de iure,quam Iuriſperiti vocant,aduerſus q̃ non admittitur probatio, ſed ſola partis aduerſæ cõfeſſio; conſequens profecto eſt, vt ſanctio illa non

D fundetur in præſumptione vincibilis ignorantiæ & peccati ex parte poſſidentis. Deinde, qm̃ præſumptio,quæ ad condemnandum ſufficiat,ſolum habet locum in ijs, quæ raro aliter eueniunt: at vero licet raro eueniat quemquam inuincibilem habere ignorantiam eorum,quæ ſunt iuris naturalis, frequentiſſimum tamen eſt ignorantiã eſſe eorum quæ ſunt iuris humani,non ſolum apud indoctam plebem,quæ poſſidere & præſcribere debet, ſed etiã apud ipſos Iuriſperitos.tam multa enim,& tã varia ſancita ſunt iure ciuili,vt vix vllus ea oĩa ita ĩ prõptu habere poſſit,quin ſaltem ex inaduertentia & obliuione erretur paſſim circa ea,quæ iuris ſunt humani:non ergo eſt veriſimile ſanctionem,quod ignorantia iuris nulli ad præſcribendũ patrocinetur,fundari in pręſumptione,quod ea ignorantia uincibilis ſit,& cum peccato;ſed iura,ſupponendo ignorantiam tam iuris,q̃ facti, poſſe eſſe inuincibilem, ſoli ignorantiæ facti

inuin-

inuincibili tribuere voluerũt priuilegium,vt præſcriptioni patrocinaretur: non verò ignorantiæ iuris inuincibili. Sane ſi ſanctio iuris,de qua diſputamus,in ſola præſumptione fundaretur,quod iuris ignorantia ſp eſſet vincibilis & cũ culpa poſsidentis, ac proinde vim non haberet in foro conſciẽ,quando iuris ignorantia eſset inuincibilis, vt Medina contendit, iniqua oĩno eſset,vtpote, quæ anſam præberet iniuſtè homines ſpoliandi frequẽter in foro exteriori ijs rebus,quas in conſcientiæ foro legitimè præſcripſiſſent,& quarum facti eſsent legitimi domini,potiuſque peccata & iniuſtitias foueret,quam impediret.

Argumen.

Obijcies,l.quemadmodum, C.de agric. & cenſi. lib.11.& reg.qui contra iura,de reg.iur.lib.6.vbi hr̃, eum qui contra iura mercatur,præſumi,imò neminẽ ambigere,eſse malæ fidei poſseſsorem: eademq; eſt ratio de quocunque alio,qui contra quamcunq; aliã iuris diſpoſitionẽ aliq̃d acquirit. Quo fit,vt ſp iuris ignorantia malæ fidei poſseſsorẽ conſtituat: cũ verò id intelligi nõ poſſit re ipſa: eo ꝙ cõſtet dari interdũ iuris ignorantiã inuincibilẽ, reſtat intelligendũ eſse in ſola iuris præſumptione,vt Medina affirmabat.

Mala fides duobus modis.

Ad huius argumenti ſolutionẽ magnopere eſt obſeruandum,fidem(quod ad prẹſcriptionem attinet) duobus modis dici malam. Vno,quia eſt cum peccato,idque vel quia adeſt ſcientia rei alienæ, vel dubiũ in principio poſseſſionis, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, vel certè negligentia ſciendi an res ſit aliena,quæ proinde vincibilem ac culpabilem efficit ignorantiam. Atq; eiuſmodi fides dr̃ mala eo quod cum peccato, ac vera culpa Theologica ſit coniuncta. Altero modo dr̃ mala,hoc eſt,reprobata à iure,& inſufficiens,ac proinde vitioſa ad prẹſcriptionis effectum,vtpote carens conditionibus à iure ad præſcribendum requiſitis. Mala fides hoc poſteriori modo accepta, ſuo ambitu complectitur malã fidem priori modo ſumptam, & præterea quamcunque aliam fidem,quæ,licet culpam Theologicã non habeat adiunctam,reprobata tamen eſt à iure,& inſufficiens ad præſcribendum iudicata. Talis eſt exiſtimatio de re,quod legitime poſsideatur, cum inuincibili iuris ignorantia,idque ſiue culpa aliqua iuridica interueniat,hoc eſt,negligẽtia leuis,aut leuiſsima, ſiue culpa Theologica etiam venialis,ſiue nulla prorſus culpa,tam Theologica, quã iuridica interueniat. Porrò eiuſmodi mala fides,quæ ſine culpa Theologica interuenit, non eſt de qua Summi Pontifices c. vigilanti,& ca.vlt.de præſcript. loquuntur, dum eas præſcriptiones damnant, quæ fiunt abſque bona fide,eaſque leges reddunt irritas,quæ tales prẹſcriptiones permittunt:ſed ſolum illa prior mala fides, quæ culpam Theologicam adiunctam habet.

Ad argum.

Ad argumentum ergo propoſitum dicendum eſt, in illis iuribus ſumi malam fidem in poſteriori illa acceptione,qua ſuo ambitu complectitur eam etiam fidem, quæ eſt cum ignorantia iuris inuincibili, & abſque vlla Theologica culpa. Quare illis in iuribus non eſt ſermo de mala fide ſolum præſumpta,ſed de mala fide vera,vt ex l.quemadmodum,citata (vnde regula illa iuris deſumpta fuit) eſt manifeſtum.

Couar.loco citato, cum quibuſdam alijs quos citat,arbitratur, ignorantiam iuris inuincibilem, licet non ſufficiat ad præſcribendum intra tp̃s, quo cum titulo præſcribitur,ſufficere tamen ad prẹſcribendũ intra tp̃s,quo ſine titulo, iuxta ea quæ in ſequentibus dicemus, præſcribi ſolet. Potiſſima illius ratio eſt.

Argumen.

Quoniam cum eiuſmodi ignorantia malam fidẽ nõ inducat,certe quamuis titulum vitioſum reddat,ſufficiens tamen erit ad præſcribendum rem tanto tempore,quanto,ſi nullus interueniſset titulus cum ſola bona fide præſcriberetur. Idem confirmat ex ca.veniens,de empt.& vend.

Deinde ita Couar.rem inuoluit, vt non facile in-

A telligas,quænam fuerit illius ſnĩa:tandem namq; cõcludere vr̃,q̃n ignorantia eſt iuris ita reſiſtentis, vt reddat nullũ contractum,ſeu acquiſitionem rei,non ſufficere ad præſcribẽdum,ẽt tp̃e, quo ſine titulo cũ bona fide præſcriberetur, adducitq; exẽplum de eo, qui emeret à pupillo ſine tutoris authoritate,ignorãs neceſſariam eſſe tutoris authoritatem:idemque videtur dicturus, quoties ex iuris ignorãtia aliquid aliud acquirunt,deficiente ſolennitate aliqua,ſine qua, ex iuris diſpoſitione,eſt nulla talis acquiſitio.

2. Conclu. Neq; ad p̃ſcribẽdum tẽpore quo ſine titulo prẹſcribitur ſufficit.

Quicquid tñ Couar.loco citato ſenſerit, ſit ſecunda concl. Ignorantia iuris, etiamſi Theologicè ſit inuincibilis,ſine culpave lethali aut veniali, non ſufficit ad præſcribendum,etiam intra tẽpus de cuius initio non ſit memoria. Hanc,præter plures gloſſas,affirmant Molina lib.2.de primogenijs,ca.7.à nu.66. Panor.& Felin.c.de quarta,de præſcript. & vr̃ communior Doctorum,quos Molina & Couar.citãt, neque forte ab ea diſſidet Couar.cuius mentem diſpu.
B 75.explicabimus. Eam verò probant illa omnia iura quæ affirmant, iuris ignorantiam ad vſucapionem nihil valere,præſertim l.quemadmodum, & regula, qui contra iura;quæ duo iura affirmant, eam ignorãtiam inducere malam fidem: poſſeſſor autem malæ fidei vllo tp̃e non præſcribit,vt habet regula,poſſeſſor,de reg.iur.lib.6. & aſſeuerant alia iura. Eadem concluſio colligitur ex c.dudum,de decimis. Molina tamen loco citato nu.75. cum multis alijs quos citat,ait,in immemoriali præſcriptione ſemper tp̃is lõginquitatem præſumi interueniſſe,& bonam fidem, atque adeò iuris ignorantiam abfuiſſe,q̃n id aliunde ſufficienter non conſtat. Aduerte item, cum dicimus, iuris inuincibilem ignorantiam impedire quominus præſcribatur,intelligendum id eſſe, de ignorantia eius qui poſſidet, quique præſcribere rem debuit: ſecus autem de ignorantia eius, qui rem contulit,vt bene notat gloſſa,§.ſed tamen, verſ. item ſi is,
C Inſtit.de Vſucap. Vnde ſi is, qui in ancilla habebat ſolum vſumfructum,iuris ignorantia arbitratus partum illius durante vſufructu ad ipſum pertinere,illũ vendidit ei,qui neſciebat fuiſſe partum ancillẹ,cuius venditor ſolum habebat vſumfructum, poteſt illum vſucapere tempore ſufficiente ad rem mobilem cum titulo præſcribendam.

Ad argum.

Ad argumentum Couarruuiæ negandum eſt iuris ignorantiam inuincibilem non inducere malam fidem late ſumptam,qualis ſufficit ad impediendum omnino præſcriptionem, vt paulo antea explicatum eſt;c.autem veniens,nihil habet vnde ea opinio ſufficienter colligatur.

3. Concluſ. Ignorantia iuris valde obſcuri præſcriptionẽ nõ impedit

Tertia conclu. Error ignorantiave iuris maximè dubij,neq; eam præſcriptionem impedit, in qua titulus requiritur. Hæc eſt Panor.& Felini, cap.de quarta,citato,Couar. vbi ſupra,num.9. Molina nu.69.& cõis,colligiturq; ex c.cum dilectus,de conſuetu. Ra-
D tio autem illius potiſſima eſt, q̃m cum ſint multa in iure valde dubia & cõtrouerſia, & circa quæ paſſim diſſentientes ſunt Doctorum ſentẽtiæ, & quod vno tempore eſſe videtur verum, temporis decurſu falſum cẽſeatur, ſanè intolerabile omnino ac ineptum eſſet conſtituere, vt inuincibilis eiuſmodi ignorantia præſcriptionem impediret: quo fit, vt per epicheiam cenſenda ſit ea excepta.

Ait verò Molina loco citato, idem intelligendum eſſe de iuris errore,alioquin perſpicui,in minore,ruſtico,milite,muliere,& in alijs, in quibus error iuris toleratur: citatque ad id Couarruuiam,& quoſdam alios. Couar. tamen id minimè aſſerit,neque credo eſſe verum,ſi namque vel mulier,vel minor, vel quicunque alius ex contractu apertè vſurario, vel aliter iniuſto,aliquid iuris errore lucraretur,ſanè quamuis error ille eſſet in eo inuincibilis,& abſque ulla culpa non tñ, ꝙ ita iniuſtè acquireret, vllo tempore præſcribe-

ſcriberet. Quare licet in his perſonis iuris error toleretur ad effectū, vt non puniantur, & vt inde in ſuis bonis detrimentum minimè patiātur, non tamen illis, vt ſibi aliena acquirant, & eorum dñium comparēt, patrocinatur. Cōfirmatur hæc noſtra ſnīa: qm̄, ꝗ ignorantia iuris præſcriptionem impediret, nō id circo eſt ſancitū, ꝗ craſſa & vincibilis præſumatur, vt ex eo capite affirmādū ſit, in ruſticis & alijs iuris ſanctiones ignorantes pręſcriptionē non impedire. A

DISPVTATIO LXV.

Quando & quouſque mala fides authoris, hoc eſt, eius à quo res in alium deriuat a eſt, ſucceſſori ad præſcribendum noceat.

Prima concluſio. SIt prima cōcluſio. Mala fides authoris ſucceſſori particulari non nocet ad præſcribendū quocumque titulo illi ſuccedat, tametſi computare nō poſſit ad præſcribendū tempus, quo author mala fide poſſedit. Ab hac concluſione excipitur, quando res aliqua immobilis, quæ intra decem, aut viginti annos (iuxta ea, quæ in progreſſu videbimus) erat præſcribenda, ignorante illo, ad quem ea pertinet, poſſidetur: tunc enim ante triginta annos non præſcribitur.

Succeſſor vniuerſalis, & particularis, q̄s. Ad huius & ſequentis concluſionis intellectum ſciēdum eſt, ſolum illum ſucceſſorem appellari vniuerſalem, qui ſimpliciter & propriè eſt hæres alicuius, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, item ſiue ſolus ſit hæres illius, ſiue ſimul cum alijs. Quis autem hic ſit, explicabitur dum de vltimis voluntatib. fuerit ſermo. Qui vero eo pacto hæredes ſunt, perſonā defuncti repræſentāt. Legatarij verò & ij hæredes, qui legatariorum potius quàm hæredum rationem habent, itemq; quicunque alii, ſiue viuis ſiue defunctis, in re aliqua ſuccedant quocunq; titulo, ſiue oneroſo, vt emptionis, permutationis, &c. ſiue lucratiuo, vt donationis, legati, &c. dicūtur ſucceſſores particulares, de quibus in noſtra cōcluſione eſt ſermo.

Hoc ita conſtituto, prima pars concluſionis habetur expreſsè l. ante vitium, ff. de diuerſis & tempor. præſcript. & §. inter vēditorem, Inſt. de vſucap. Eiſdem iuribus, iunctis Gloſſis ibidem, habetur ſecūda pars: vniuerſim namque qn̄ anteceſſor, aut anteceſſores bona fide rē præſcribendam poſſederūt, poteſt ſucceſſor in illa re, ſiue is ſit particularis, ſiue vniuerſalis ſucceſſor cōputare ad præſcribendū totum tempus, quo anteceſſores rē poſſederunt, quod Iuriſperiti vocant vti ad pręſcribendum acceſſione temporis authorum: tempus autem quo anteceſſor, vel anteceſſores rem mala fide poſſederunt, non poteſt ſucceſſor computare ad præſcribēdum, eo ꝗ illo tempore non præſcribatur. Vltima pars habetur expreſsè in auth. malæ fidei, C. de longi temp. præſcript. quæ deſumpta eſt ex authentico, vt ſpōſalitia largitas, §. rurſus, habetque locum etiam qn̄ ſucceſſor particularis bona fide & cum titulo emptionis, aut quocunque alio, cępit poſſidere. Quia tamen authenticum illud ſolū loquitur in præſcriptione, quæ alioquin decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes erat peragenda: hęc vero ſolū habet locū in reb. immobilibus, vt in progreſſu videbimus, ſanè authenticum illud non habet locum in præſcriptione rerum mobilium, ſed peragetur tēpore, quo alioquin tales res forent cum titulo præſcribendæ.

2. Conclu. Secunda cōcluſio. Mala fides authoris vſq; adeo nocet ſucceſſori vniuerſali ad pręſcribēdum, vt eſto vniuerſalis ſucceſſor bona fide poſſideat, neque vti velit acceſſione tēporis, quo author poſſedit, ſed velit computare præſcriptionē à tpe, quo ipſe bona fide cępit poſſidere, non poſſet illā vllo tpe præſcribere, idque ſiue talis res immobilis ſit, ſiue mobilis. Ita habetur expreſsè l. cū hęres, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. l. ſi mala fide, C. cōia de vſucap. & §. diutina, Inſtit. de vſucap. & affirmat Panor. c. 2. nu. 8. & cap. ſi diligenti, nu. 29. de præſcript. & cōis ſentētia Doctorum. Ratio vero, cur ita iure ſtatutum ſit, eſt. Quoniam hæres vniuerſalis perſonam defuncti repræſentat, illique ſuccedit in omnibus oneribus, eaque de cauſa, quaſi vna omnino reputatur poſſeſſio defuncti & hæredis, & quia illa vna poſſeſſio habuit vitioſum initium, tota poſſeſſio iuris fictione vitioſa reputatur: atque hæc eſt rō, quam tria illa iura citata apertè reddunt. Habetque hoc locum non minus quando hæres inuentarium cōfeciſſet, quam quādo illud nō confeciſſet, vt rectè aduerſus quoſdā probat Couar. regula, poſſeſſor. par. 2. §. 9. nu. 5.

Quando autē hæres, præter hæredis titulum, haberet aliū in rem, quæ fuit defuncti, quo illam poſſet præſcribere, tunc mala fides defuncti, ei non noceret. Vt ſi defunctus, cum prius rem aliquam pignori vni dediſſet, eam alteri vendidiſſet, hæreſque eā redemiſſet, ſanè ſicut ille, cui defunctus illam vendidit, præſcribere illam potuit quoad illud pignoris onus, nihil mala fide defuncti impediente: ſic etiam hæres, qui, nō iam titulo hæredis, ſed redemptoris illā poſſidet. Ita habetur expreſsè l. ante vitiū, citata. B

Couar. §. citato, licet à noſtra 2. cōcluſione, quam cōem eſſe fatetur, diſcedere non audeat, multum tn̄ tergiuerſatur, quaſi hæres non vtendo acceſſione tēporis defuncti, ſed computando à tpe, quo ipſe bona fide cępit poſsidere, præſcribere rē poſsit tpe neceſsario ad ſine titulo p̄ſcribendū. Quia tamen, ſi q̄ à nobis dicta ſunt expendantur, comperietur nihil oīno efficere, q̄ Couar. adducit, non amplius hac in re immoror, qui tamē rectè loco citato admonet, q̄uis defunctus rem cum titulo, alioqui ad præſcribēdū ſufficiēte, poſſediſſet, ut ſi illā emiſset, ſi tamē mala fide eā poſsediſset, ſciēs eſse alienā, hæredē neque ex illo titulo cum bona fide poſse illā præſcribere: qm̄ ſicut bona fides hæredis, vna cum titulo pro hærede, nō ſufficit hæredi ad præſcriptionē, mala fide defuncti illā impediente: ita neque titulus defuncti, qui cum eadem mala fide fuit coniunctus, ſufficiet. C

Illud ēt placet, ꝗ numero 6. cū Accurſio & aliis addit, videlicet quando iura diſponunt, ſucceſsorē vniuerſalē præſcribere non poſse, quando in authorem mala fides præceſsit, intelligendum id eſse, de mala fide vera: non autem de præſumpta, aut ficta. Quare licet hæres, qui proximè ſucceſsit defuncto mala fide poſsidenti, præſcribere non poſsit cū bona fide; hæres tamen huius hæredis præſcribere poteſt eam rem, non vtendo acceſsione temporis poſſeſsionis duorum præcedētium, qui præſcribere nō potuerunt. Ratio eſt, quoniam iura duplicem fictionem in vna & eadem re & ex eodem capite deteſtātur. Primus autem hæres fictione tantum iuris, quatenus perſonam defuncti repręſentabat, cenſebatur mala fide poſsidere: quare, ſi in ſecundo hærede fingamus etiam ex eo mala fide poſsidere, quod perſonam primi hæredis repræſentat, concurrent duæ fictiones ex capite repræſentationis ſui authoris. D

Illud rectè cum Panormit. & Felin. cap. de quarta, de præſcriptionib. & aliis obſeruat, eū qui in beneficio, aut alia dignitate ſuccedit alicui defuncto mala fide poſsidenti aduerſus aliū, ad quē tale beneficiū vel dignitas pertinebat, poſse illud cum bona fide p̄ſcribere, non cōputando tp̄s poſseſsionis malæ fidei p̄deceſsoris. Ratio eſt manifeſta, qm̄ id non poſsidet titulo hæredis illius (eſto fortè alioquin hæres illius ſit) ſed ex cōceſsione aut collatione eius, ad quē ſpectabat beneficium aut dignitatem conferre.

Illud poſtremo eſt obſeruandum, quando hæres de numero eſt eorum, qui ſui hæredes in iure vocantur, vt diſp. 179. dicetur, eſto prædeceſsor bona fide aliquid ſine titulo poſsediſset, nō poſse eiuſmodi ſuum hæredem id præſcribere titulo pro hærede, ſed,

ſed,vt illud præſcribat, neceſſe eſt, vt, computando tps in quo prædeceſſor illud bona fide poſſedit, tñ eiuſmodi res cõtinet poſſeſſionẽ cũ bona fide, quantũ neceſſe eſt rẽ poſſideri, vt ſine titulo pſcribatur. Ita hr̃ expreſſe, l.nihil pro hærede, C.de vſucap.pro hærede, & l.2.ff.pro hæred. Rõ aũt eſt, qa vt diſpu. 80.dicetur, hæres ſuus cenſetur continuare dñium ſui pdeceſſoris tanquã vnus cũ illo, & idcirco ante aditam hæreditatem cõparat dñium illius, qđ cæteris hæredib. non conuenit, eaque de cauſa ex eo, ꝙ hæres exiſtat,non cenſetur habere nouum titulũ ad comparãdum dominium rerum,quarum prior poſſeſſor erat dñs. Secus autem res habet in hærede nõ ſuo,vt in filio emancipato,& alijs:ſi enim prędeceſſor poſſedit bona fide,titulus pro hærede,quo anteceſſori ſuccedit,eſt verus ac legitimus ad preſcribẽdum tpe quo cum titulo res illa pſcribi conſueuit. Ita Couar.reg. poſſeſſor.p.2.§.5.nu.3. & Ant. Gomez.1.to.var. reſol.c.9. nu.19. & Doctores cõiter. Bal.& Alex. voluerunt, quamuis hæres ſuus,quatenus filius, non habeat titulũ pro hærede ſufficientẽ ad pręſcribendum,illum tñ habere tãquam agnatũ, aut cognatum eiuſdem teſtatoris, atque poſt lõgam diſputationem tandem ad eam ſniam vr̃ accedere Couar. Anto. vero Gom. ex alio fundamento vult illũ hr̃e titulum ſufficientem ad præſcribendũ, nempe ſi renunciare velit ſucceſſioni de iure ciuili, ſuccedereque eligat de iure prætorio, iuxta quod non conſideratur ſuitas aut patria poteſtas. Illos, ſi placet, legito. Vtinam tot tricæ à iure abſcinderentur.

DISPVTATIO LXVI.

Vtrum leges ciuiles, concedentes præſcriptionem cum ſcientia iuris alieni, vim habeant circa pœnas, actiones, & iura, præſertim circa ea realia, quibus ſeruitutes reſpondent.

HAec etiam quæſtio ad intelligentiam bonæ fidei ad præſcribendum neceſſariæ, non parum refert. Quid uero nominibus actionis realis,perſonalis,iuris,& ſeruitutis intelligatur, ex ijs quæ diſp. 1.2.3.& 11.dicta ſunt,facile patet.

Cum verò,vt diſp.36.retulimus, ius Canonicum c.vlt.de præſcr.& alibi leges ciuiles, quatenus præſcriptiones cum mala fide conſtituunt, abrogauerit, non defuerunt, qui affirmarint,id ſolum hr̃e locum in terris tpalis dñij Eccleſiæ; eo ꝙ,vt inquiunt,ptãs Summi Pontificis ad leges principũ ſecularium nõ ſe extendat. Contrarium tñ conſtat apertè ex ijs, q̃ diſp.29. dicta ſunt: oſtendimus namque in Summo Pontifice eſſe pleniſſimam ptãtem ſuper oẽs principes Chriſtianos,& eorum leges ac ſtatuta,quatenus animarum ſaluti,finique ſupernaturali fuerit neceſſarium. Quare,quæ iure Canonico hac de re conſtituta ſunt,vim habent in quocunque foro ſeculari cu
D iuſque Principis Eccleſiæ ſubiecti, vt cõmunis Doctorum opinio affirmat. Imò verò Panorm.c.vlt.de præſcript. & Medina de rebus reſtituendis,q.17 cõtendunt, eas leges, etiam ante definitiones canonicas,fuiſſe ex natura ipſa rei nullas,idque ſolum Summos Pontifices ſuis definitionibus declaraſſe.

Quidam alij dixerunt,ius Canonicum ſolum reuocaſſe leges ciuiles,quatenus cum mala fide admittunt rerum præſcriptionem non vero quatenus admittunt præſcriptionem iurium & actionum. Rationem huius rei reddunt. Qm̃ res quæ propriè pręſcribi, vſuve capi dicuntur,poſſidentur à præſcribẽte,eaque ratione cum conſcia,ꝙ alienę ſint,retineri non poſſunt ſine peccato, tempore toto ad eas præſcribendum neceſſario. Actiones vero perſonales, quas alij aduerſus nos habent, & iura, etiamſi ea in prædijs noſtris habeant, a nobis non poſſidẽtur,

A atque ideo ſcientia noſtra, quòd illi eas actiones & iura habeant,non tollit,quominus per hoc,quòd illi tempore toto ad præſcribendum neceſſario eis non vtantur,nos aduerſus illos ea præſcribamus: quippe cum ſine vllo noſtro peccato id eſſe poſſit.

Sit prima concl. Non ſolum qñ lex ipſa pœnalis ſolum cõcedit actionem aduerſus delinquẽtem intra certum tps,ſed vniuerſum quoties ex lege penali conſurgit actio ad pęnam aduerſus delinquentem, præſcribi poteſt actio & pęna ipſa, tam ab ipſo delinquente, quam ab illius hæredibus, eſto,ſciat eam actionem aduerſus delinquentem competere,& pœnam pro ea culpa eſſe debitam. Excipe in hæretico, necnon ijs,qui in bonis illius ſuccedunt,qñ illa poſſident cum ſcientia,ꝙ fuerint hominis hęretici poſt crimen commiſſum. Hæc concluſio eſt Couar.in epito.ad quartum decre.p.2.c.6.§.8.nu.16. & regula poſſeſſor,p.2.§.11.nu.5. Panor.& Felin.multorumq; aliorum, c.vlt.de præſcript.& eſt cõſona A- — 1. Concluſ.

B driano, de reſtit.quæſt.de præſcript. & Medinæ de reb.reſtituendis q.17. Fundamentum illius eſt. Qm̃ delinquens,& hæredes illius,eſto,ſciant eam actionem competere aduerſus delinquentem,obnoxium que illum eſſe tali pęnæ, quin & actionem eſſe mixtam ex reali & perſonali, ſi bona ſint ipſo iure propter crimen fiſco addicta,vt ſunt bona hęreticorum & contrahẽtium inceſtas nuptias, quia tamen neq; tenentur offerre pœnam, neque curare vt intẽtetur actio,aut vt feratur ſententia, ſed ſolum ſubire pœnam, ſi ſententia feratur, & executioni mandetur: ſanè licitè pœnam retinent,nihil omnino impediente ſcientia quam habent, quæ proinde non conſtituit illos in mala fide practica, neque ſimpliciter in mala fide:tametſi Adrianus,& alij, valde impropriè illam malam fidem appellent:quare cum, quantum eſt ex parte bonæ fidei, conditionem ac diſpoſitionem habeant ſufficientem ad actionem & pœnam

C præſcribendam, vtique ſi eo pacto toto tempore à iure conſtituto perſeuerent,illas præſcribent: quandoquidem caput vltimum de præſcrip.ſolum derogare intenderit legibus,quæ pręſcriptionem cũ peccato,vel cum occaſione peccati admittunt.

Addit optimè Couarr. cum multis alijs, quando per ſententiam ſolum adiudicatur pœna fiſco, aut alicui alteri,ita vt neque damnatus ipſe, neque illius ſucceſſores ſint ſententię executores,non teneri eos offerre pęnam illi, cui adiudicata eſt,antequàm exigatur,eò ꝙ executio ad eos non ſpectet. Quare ſi negligentia eorum,ad quos executio ſpectat, tanto tẽpore pœnam poſt ſententiam latam poſſideant,quãtum ad eam præſcribendam ſat eſt, proculdubio illam præſcribent,nihil omnino impediente ſcientia, quod lata ſit ſententia, quæ ſimiliter non conſtituit illos in mala fide practica, neque efficit vt poſſeſſio & retentio illa cum peccato ſit.

Poſterior uero pars concluſionis idcirco eſt addita,qm̃ vt hr̃ c.accuſatus,§.pen. de hær. lib.6.& c.2. de præſcript.lib.6.hæreticus poſt mortem poteſt dãnari, bonaque illius quocunque tpe poſsũt fiſco addici. Et quãuis hęredes, alij ve ſucceſſores in bonis illius, ea poſſint præſcribere, ſi ſpatio quadraginta annorum,à morte talis hæretici,ea poſſederint cum ignorantia,ꝙ fuerint hominis in hæreſim lapſi; non tamen ſi ſcientiã habebant fuiſſe bona hominis hęretici, ſed poteſt fiſcus quocunque tempore ab illis exigere, vt expreſſè habetur cap.2.citato. Peculiare autem eſt in fidei fauorem, vt licet eiuſmodi ſucceſſores cum ea ſcientia, illa poſſint bona retinere etiã poſt ſententiam latam, interim dum fiſcus ea ab illis,ſaltem per edictum publicum,non exigit;nihilominus ſpeculatiua illa ſcientia impediat præſcriptionem,vt Couarru. in epitome adnotauit.

Secunda concl. Ad extinguẽdum via præſcriptionis — 2. Concluſ.

nis debitũ,quod qs tenetur ſoluere,nõ in modũ pœnæ, ſed in recompenſatione dãni, aut quacunq; alia rõne,neceſſe eſt,vt non adſit fides rei alienæ,hoc eſt conſcientia quod alteri ſit debitum, imò neq; ignorantia craſſa;alioquin nullo tpe præſcribetur. Si verò tantò tpe adſit ignorantia inuincibilis,ꝙ ſit debitum, quantum ad præſcribendum eſt neceſſarium, extinguetur tale debitum,& per conſequens actio,q̃ ad illud competit. Hæc eſt Panor. Adriani,& Medinæ locis citatis,& complurium aliorum. Prior pars probatur,qm̃ cum ea ſcientia,aut ignorantia craſſa, retineri non poteſt debitum toto tempore ad præſcribendum neceſſario abſque peccato, eaq; de cauſa retentio & poſſeſſio illa eſt cũ mala fide practica: cum ergo poſſeſſor malæ fidei practicæ vllo tempore non præſcribat; omniſque præſcriptio,quæ abſq; peccato confici nequit, ſit iure canonico reuocata; conſequens profectò eſt, vt eiuſmodi homo præſcribere non poſſit debitum. De actione vero, an illam præſcribat,dicetur diſputatione ſequenti.

Hoc loco illud obſerua, eſto per accidens quis toto tpe ad pręſcribẽdum neceſſario excuſaretur à culpa, ꝙ non reſtitueret, vel quia toto eo tpe non eſſet ſoluendo,vel quia lõge diſtaret à creditore,aut quacunq; alia ſimili rõne, nihilominus pſcribere nullo modo poſſet. Ratio eſt, qm̃ ſi eo tpe iuſta de cauſa differat ſolutionem, ſolũ id poteſt tuta conſcientia efficere ea lege & aĩo, vt poſtea ſoluat, teneturq; eo tpe ſatisfacere eo mõ quo poſſit, & cum minimum tenetur reddere creditorem indemnem,ſaltem ſeipſum de nouo ad ſolutionem in tp̃s futurũ aſtringendo,neq; vlla ratio poſtularet, vt in eo euentu ius humanũ in alterius dãnum præſcriptionẽ concederet: quare,ꝙ per accidens talis retẽtio debiti excuſaretur à culpa, id nequaquã ad præſcriptionem ſufficeret.

Poſterior pars notiſſima eſt,qm̃ tunc retentio, & poſſeſſio eſſet cũ bona fide, tã practica, q̃ ſpeculatiua: quare optimè ſufficeret ad præſcriptionem, tum debiti,tũ ẽt actionis,iuxta id,ꝙ legibus ciuilib. iuſta alioquin de cauſa eſt conſtitutum. Aduerte tñ,ꝙ vniuerſalis ſucceſſor, cũ defuncti perſonam repræſentet, non præſcriberet, ſi defunctus cum mala fide, iuxta ea quæ in priori parte huius cõcluſionis dicta ſunt, debitũ retinuiſſet: ſecus aũt ſi cum bona fide; quin & vti poſſet tunc acceſſione tpis, quo defunctus præſcribere debitum & actionem incepiſſet.

Confirmant totam hãc concluſionem aperte l. 1. tit. 1. p. 6. legum extrau. huius Luſitaniæ Regni. Cũ enim antea lib. 4. Ordinat. tit. 80. ſancitum eſſet, vt quoties quis ratione alicuius contractus, aut quaſi contractus,quippiam alteri deberet, teneretur creditor illud exigere intrà quinquennium à die,quo debitor id ſoluere teneretur, modo tñ in eodem oppido habitarent, tranſacto vero quinquennio debitor præſcriberet aduerſus creditorem actionem & debitum: ꝙ ſi in diuerſis oppidis intra eandẽ Regni partem,quæ vulgo comarca dr̃,habitarent,teneretur illud exigere intra decennium: ſi vero in diuerſis partibus Regni, quæ vulgo comarcas dicuntur,habitarent, teneretur illud exigere intra viginti annos; ſin minus, actio ſimul & debitum aduerſus eum pſcriberetur; nihilominus Ioan. III. illa extrauag. citata, legem proximè relatam reuocans,ſtatuit,vt vniuerſim quoties quippiam ratione contractus, aut quaſi contractus, eſſet debitum, creditor teneretur illud exigere intra triginta annos à die, qua debitor illud ſoluere teneretur, eoq; tẽpore tranſacto, debitor præſcriberet aduerſus creditorem actionem & debitum, modo tamen bona fides toto eo tempore interuenerit: cum mala verò fide conſtituit, vt, iuxta ius Canonicum,nullo tempore præſcriberet.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Ad comparandum via præſcriptionis ius quoduis,vt eligendi, præſentandi,piſcandi,venandi,aut paſcendi in loco aliquo,ius vię,aquęductus,aut alterius ſeruitutis,non ſatis eſt vſus eiuſmodi iurium toto tempore ad præſcribendum neceſſario cum ſcientia & patientia eius,ad quem pertinet tale ius concedere,neque item ſatis eſt quicũq; alius ex ijs,quibus diſp. 14. diximus comparari poſſeſſionem eiuſmodi iurium, niſi ſimul toto eodem tempore adſit bona fides, ꝙ ius illud ad præſcribentem pertineat,& quòd licite ab eo vſurpetur, & retineatur. Hæc eſt Medinæ q. 17. citata, & multorum aliorum. Poteſt verò facile probari,quoniam,qui ſine eiuſmodi fide poſſideret, eſſet poſſeſſor malæ fidei practicæ,furtumque,aut quaſi furtum iuris alieni committeret,quod nõ eſſet ſine lethali culpa: poſſeſſor autem malæ fidei practicæ vllo tempore non præſcribit. Mala autem fides adeſſet, ſi cum craſſa ignorantia eſſet vſus iuris illius.

Porro antequam duas ſequentes concluſiones ſubijciamus,ſciendum eſt,vt conſtat ex l. hæc autẽ, ff. de ſeru. vrban. præd. iuncta l. ſequitur, §. ſi viam, ff. de vſucap. ſeruitutes ruſticas,vt viæ,aquę ductus, paſtus,&c. præſcribi per hoc ſolum, quod is, cui debentur, certo quodam tpe eis non vtatur, neq; eſſe neceſſarium actum aliquẽ eius, cuius eſt prædium, quiq; ſeruitutem debet præſcribere: ſeruitutes verò vrbanas,vt tigni mittendi,& alias ſimiles non præſcribi per ſolum non vſum eius, cui ſeruitus debetur, niſi ſimul interueniat actus aliquis eius, cuius eſt prædium, quique ſeruitutem debet præſcribere. Vt ſi extrahãm tignum à pariete tuo, & aliud non immittam, non præſcribes ſeruitutẽ aduerſum me, niſi à te foramen obſtruatur, atque illud ſit in cauſa ne ego tempore ad præſcribendum neceſſario vtar iure meo,tignum aliud inferendo. Similiter, ſi habeo ſeruitutem in domo tua, ne tu altius eam tollas, ne mihi eripias proſpectum feneſtræ, eſto ego deſtruam, aut obturem feneſtram meam, non incipies præſcribere aduerſum me ſeruitutem altius non tollendi,niſi tu altius tuleris domũ tuam. Hæc ſunt exempla, quæ adhibentur l. hæc autem, citata.

Hoc ita conſtituto, ſit quarta concluſio. Quando ad pręſcribendum ius,quod alius habet in re noſtra, illudve extinguendum, non ſatis eſt ſi ille non vtatur iure ſuo, ſed ſimul etiam requiritur, vt præcedat aliquis noſter actus, vt de iure per comparationem ad ſeruitutem vrbanam dictum eſt, tunc ſane neceſſaria eſt bona fides toto tempore ad præſcribendum conſtituto, ignorantiave inuincibilis, quòd ille ius tale habeat. Hæc autem bona fides eſſe poterit progreſſu temporis, ſi poſſeſſores talis prædij vrbani obliuiſcantur iuris, quod ille alius habebat,raroque ante talem obliuionem erit bona fides. Niſi forte meritò præſumatur, eum cui ſeruitus erat debita, iuri ſuo tacite ceſſiſſe. Quare dum ſcientia ſeruitutis adeſt,eſto is, cui debetur,eam ignoret, lethalis erit culpa, vel domũ attollere, vel aliqd aliud contra ſeruitutẽ debitam facere,neque vllo tempore cũ ea mala fide præſcribetur. Hæc omnia ex eo probãtur;quoniam iniuria illi fit,cui ea ſeruitus debetur,ita contraueniendo iuri illius,ac perſeuerãdo in deiectione illius à iure ſuo: cum ergo id non ſit ſine peccato,nullo tẽpore cum ea fide præſcribetur. 4. Concluſ.

Quinta concl. Qñ ad præſcribendũ ac extinguendum ius,quod alius in re noſtra habet,ſatis eſt ſi ille tanto tempore iure ſuo non vtatur,quantum ad præſcribendum eſt conſtitutum, neque vllus noſter actus ad id eſt neceſſarius, vt de præſcriptione iuris per comparationem ad ſeruitutem ruſticam dictum eſt, tunc cum ſcientia ex parte eius, qui præſcribere debet,quod alius ius illud habet, & quod eo non vtendo illud amittet,poterit optimè præſcribi. Probatur concluſio, quoniam qui præſcribere debet, nõ tenetur admonere aliũ,vt vtatur iure ſuo, ſed ſolum 5. Concluſ.

lum non impedire vſum illius, quando ille vti voluerit ſeruitute: quare ſcientia illa non eſt mala fides practica, & idcirco poteſt legitime cum ea præſcribere. Conſentiunt Panormitanus, Adrianus, & Medina locis citatis, Syluest. verbo, præſcript. 1. nu. 1. & alij. De tempore, quo iura & actiones præſcribantur, aliquid dicemus in ſequentibus.

DISPVT. LXVII.

An quando debitum ob malam fidem non præſcribitur, præſcribatur actio: & quid de triennali præſcriptione mercedis famulorum.

Ius Luſit. IN hoc Luſitaniæ Regno lib. 4. Ordinationũ tit. 20. iuncto tit. 19. præcedente, & l. 3. tit. 1. par. 6. legum extrauagant. (quæ ex parte reuocat conſtituta tit. 19. citata) ſancitum eſt, vt niſi famuli, aut famulę, intra trienniũ à die, quo dominis ſeruire deſtiterint, mercedem ſuorum obſequiorum petant, nõ poſſint eam deinceps petere, neque domini teneantur eã ſoluere, modo tamen duæ interueniant conditiones. Vna, ꝙ domini triennio illo perſeuerent in loco vbi in ſuum famulatum eos receperunt; alioquin, iuxta l. 1. tit. 1. p. 6. legum extrauagant. diſputatione pręcedente relatam, neque debitum, neque actio præſcribetur ante triginta annos. Altera verò, vt famulus, aut famula, vigeſimum quintum ætatis annum attigerit; ſin minus triennium illud, comparatione talis famuli, ſolũ incipiet à die, quo famulus ille vigeſimũ quintum annum attigerit. Antonius à Gama deciſione 334. merito ait, leges illas intelligi ſolum de obſequijs, quæ ob eam mercedem, quæ vulgo ſoldada aut iornal dicitur, præſtari ſolent, ſiue à principio de certa mercede fuerit conuentum, ſiue non: non vero intelligi de obſequijs, quæ non pro tali mercede, iuxta patriæ morem, impendi conſueuerũt. Quare actio ad pretium pro eiuſmodi obſequijs non præſcribitur in hoc Luſitaniæ Regno ante triginta annos, iuxta primam legem diſputatione præcedente relatam. Illud etiam animaduertendum eſt, quãuis tit. 20. citato, innui videatur, concedi dominis præſcriptionem debiti elapſo illo triennio; id tamen reuocatum eſſe à Ioanne IIII. in ſuo Simili l. 1. citata, tametſi ea reuocatione minime indigeret, cum iure canonico iam antea irritum eſſet factum. Non tamẽ lege 1. citata, vocauit triennalem illam præſcriptionem actionis, vt bene Anto. à Gama obſeruat.

Ius Caſtel. In Regno autem Caſtellæ lib. 4. nouæ collectio. tit. 15. l. 9. habetur ſimilis ſanctio de triennali præſcriptione, quoad omnia vniuerſim obſequia famulorũ. Extenditurque ad multos alios. Verba illius legis hæc ſunt. *Mandamos que los que ouieren viuido cõ qualquier perſona deſtos nueſtros Reynos, ſeam obligados à pedir lo que pretendieren que ſe les quedare de viẽdo del ſalario y acoſtamiento que tuuieren de ſus ſeñores, y otro qualquier ſeruicio que les ayam hecho, dentro tres años que fuerem deſpedidos de los tales ſeñores, y que paſſados aquellos no lo puedan mas pedir, excepto, ſi moſtraren auerlo pedido dentro delos dichos tres años à los dichos ſus ſeñores, y ellos no ſelo ayam pagado ni ſatisfecho, y eſto miſmo mandamos que ſe entienda y eſtiẽda à los boticarios, y ioyeros, y otros officiales mecanicos, y a los eſpecieros, confiteros, y otras perſonas que tien entiendas de coſas de comer: los quales, paſſados tres años, no puedan pedir lo que vuieren dadu de ſus tiendas, ni las hechuras que vuieren hecho.*

1. Concluſ. His ita relatis, ſit prima cõcluſio. Nihil impediẽtibus his & alijs ſimilibus legibus, debitum mercedum famulorum, aut quodcunque aliud ſimile, cum ſcientia aut ignorantia craſſa, quòd debeatur, neque tempore his legibus præfixo, neque longiori, tum in foro conſcientiæ, tum in exteriori iudicari poteſt

A eſſe præſcriptũ. Hæc ex dictis diſp. præced. eſt manifeſta: qm̃ præſcriptio rei alteri debitæ cum mala fide, qualis iſta eſt, iure canonico eſt reuocata, & ex natura ipſa rei vſque adeò eſt nulla, vt ciuilis poteſtas nullam vim ei tribuere poſſit. Et expreſſe quoad mercedem famulorum eam affirmant Caſtrus 2. de lege pœna. c. 10. Cou. §. 11. cit. num. 3. & 4. Gama vbi ſupra, & plerique alij.

2. Concluſ. Secunda concl. Nihil iure canonico impediente, conſtitui optime poſſet lex, vt talis vel talis actio perſonalis tanto vel tanto tpe, in hoc ſenſu, ẽt cum mala fide, præſcriberetur, ꝙ tranſacto eo tpe actor nullo modo aduerſus reum audiretur. Hæc eſt Adriani quæſt. de præſcr. citata, & vera, quicquid multi reclament. Ratio illius eſt, qm̃ quemadmodum iure ciuili licite ſancitum eſt, vt nullo modo audiatur, qui læſionẽ infra dimidium iuſti pretii in emptionis, & venditionis contractu obtenderit, eſto, qui læſit, in foro conſcientiæ eam læſionem reſtituere teneatur, B idque qm̃, ſi ea actio concederetur, multiplicarentur lites, grauioraque mala Reip. imminerent: ſic etiam ſi Reipub. iudicaretur expediens, in aliquo euentu nullam omnino actionem tranſacto certo tempore concedere, licita quidem eſſet lex, quæ eam omnino denegaret: neque iura canonica id impedire intendunt, nec, ſi vellent, iure poſſent: ſed illud duntaxat volunt, ne debiti pſcriptio cũ mala fide concedatur.

3. Concluſ. Tertia concl. Quia præſcriptio actionis intra triẽniũ, de qua loquimur, aliæq; id genus, ea de cã videntur introductæ ne pluries idẽ debitum ſoluatur, dũ famuli quocũque tpe probare poſſunt obſequia exhibita, dñi verò facilè obliuiſci poſſunt ſolutionis, eorũq; hæredes facilè poſſunt eam rẽ ignorare aut iuſtam aliã cauſam, cur nihil illis debeatur, aut non tm̃, quantum petunt; placet dicamus cum Couar. & Gama locis citatis, aliiſq; Doct. Hiſpanis, famulos poſt trienniũ audiri in ſeculari foro, illiſq; adiudicari mercedes, modo confeſſioni ac iuro dominorũ, C hæredumve, ſtare velint; quaſi vi ſimilium legum tã quam præſumptio iuris & de iure, ꝙ mercedes ſint ſolutæ, inducta ſit aduerſus famulos: contra quam licet in iure non admittatur probatio, admittitur tñ partis contrariæ confeſſio. Cou. & alii cenſent, admittendas ẽt eſſe probationes perſpicuas & dilucidas, quod mercedes non ſint ſolutæ. Ego verò multum ea de re dubito, neque ſane, niſi ægrè ac difficillimè, pars illa negans probari poteſt, nempe, ꝙ nunquam toto tempore antecedẽte facta fuerit ſolutio.

DISPVT. LXVIII.

De tempore quo res mobiles præſcribuntur, & quæ res immobiles, quę verò mobiles dicantur.

D A Diſp. 63. egimus de ſecunda conditione ad pręſcribendum neceſſaria, nempe de bona fide. Deinceps dicendũ eſt de tertia, videlicet tpe ad pręſcribendum neceſſario. Cæterũ, cũ pro diuerſitate rerũ ac pſonarum varia ſit ratio tpis ad præſcriptionẽ neceſſarii, libet totam rẽ in varias diſputationes perſpicuitatis gratia diſſecare. In lucem verò omnium primo loco dicemus, quæ res proprie mobiles dicantur, & quæ immobiles, quæ item cum reb. mobilibus, & quæ cum immobilibus computentur.

Mobiles & immobiles res quæ. Vt Panor. c. nulli, de rebus Eccleſiæ non alienandis, num. 9. & 10. conſone ad quædam iura ait, conſentiuntque Doct. communiter. Proprie nomine rerum mobilium, atque adeo immobilium illis oppoſitarum, ſolum intelliguntur res corporales. Quæ ſi loco moueri poſſint, vt animalia, veſtes, pecunia, naues, & c. dicuntur res mobiles: ſi verò loco dimoueri nõ poſſint, vt prædia, dicuntur res immobiles. Quãdo autẽ nihil eſt, quod cogat, aliquid aliud nomine

rerum mobilium, & immobilium intelligere, ſolæ res corporales ſunt intelligẽdæ. Sæpe tñ neceſſe eſt, res etiã incorporales intelligere, vt iura, ſeruitutes, debita, actiones, &c. Tunc autem ſeruitutes & iura, non ad aliquid ſemel, ſed iteratis vicib. faciendum, recipiendum, aut exequendum, cum reb. immobilibus computantur, vt beneficium Eccleſiaſticum, cathedra, commenda, ius patronatus, vſusfructus, cenſus, tabellionis munus, & his ſimilia, vt innuit gloſſa, in verbo, iura, conſone ad text. c. 2. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6. & colligitur ex Clem. exiui de paradiſo, §. cumque annui redditus, de verb. ſign. Vbi habentur hæc verba: Cumq; annui redditus inter immobilia cenſeantur à iure, &c. Cum reb. etiam immobilib. computantur, debitum rei immobilis, aut quæ cum immobili computatur, & actio, aut ius ad rem immobilem, aut quæ cum immobilib. reb. computatur. Debita aũt rerum mobilium, actiones item ad illa obtinenda, cum rebus mobilibus computantur. In hac ergo diſputatione, nomine rerum mobilium, res ſolum propriè mobiles intelliguntur, quales ſunt corporales. De actionibus namque, atque adeò de iure ad illas, quanto tempore præſcriptione extinguantur, dicetur peculiari diſputatione.

Sit igitur prima concluſio. Vt res mobiles priuatorum præſcribantur, ſufficit, ac requiritur poſſeſſio earum bona fide cum titulo per triennium. Ita habetur Inſt. de vſucap. in princ. & l. vnica, C. de vſucap. transfor. ac alibi. Quòd verò titulus ſit etiam neceſſarius, colligitur apertè ex l. Celſus, ff. de vſucap. & ex l. nullo, C. de rei vend. & affirmat Couarr. regula, poſſeſſor, p. 2. §. 5. num. 2. & Doctores, quos citat. eodem etiam tempore præſcribuntur cum titulo res mobiles Eccleſiæ, etiam ſi ea Romana ſit, vt habetur apertè in authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & aſſerunt Gloſſa ibi, Couarr. reg. poſseſsor, par. 2. §. 2. nu. 5. & Doctores, quos citat.

Secunda concluſio. Res mobiles ſine titulo præſcribuntur ſpatio triginta annorum, tum aduerſus priuatos, tum aduerſus Eccleſias, etiam Romanã. Probatur: quoniam vt diſputatione ſeq. oſtendetur, hoc tempore præſcribuntur res immobiles ſine titulo aduerſus priuatos: ergo maiori cum ratione præſcribentur eodem tempore res mobiles. Id quod de rebus etiam mobilibus innuitur, l. ſicut in rem, & l. ſi quis emptionis, C. de præſcrip. triginta annorum. Cum verò circa res mobiles, ne præſcribantur, nullum priuilegium habeat Eccleſia vltra priuatos, ſatis patet ſpatio triginta annorum præſcribi etiã contra Eccleſiam, neque id quiſquam inficiatur.

D I S P V T. LXIX.

De tempore quo res immobiles aduerſus priuatos præſcribuntur.

Concluſio.

VT res immobilis priuati præſcribatur, ſufficit & requiritur poſseſſio cũ bona fide & titulo p decem annos inter præſentes, & per viginti inter abſentes, & per triginta ſine titulo, tam inter abſentes, quã inter præſentes. Hanc totam concluſionem colligit Gratianus ex varijs iuribus ciuilibus, §. præſcriptionum, quod habetur poſt cap. placuit, 16. q. 3.

Prior illius pars, ꝙ. ſ. cũ titulo ſufficiant decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes, habetur expreſse Inſtit. de vſuc. C. de præſcr. longi temp. & l. ſi quis emptionis, in prin. C. de præſcr. 30. ann. eãque affirmat cõis Doct. ſententia. Præſcriptionem hanc decem, aut viginti annorum, appellant iura p̃ſcriptionem longi temporis. Ab hac parte concluſionis excipitur, qñ erat mala fides in authore, qui titulum ſucceſsori particulari conceſſit, iſque, aduerſus quẽ res præſcribitur, ignorabat à quo poſſideretur: tunc enim neceſsarium eſt tempus triginta annorum, iuxta ea quæ diſputa. 65. concl. 1. dicta ſunt.

Præſentes & abſentes qui.

Verum explicandum eſt, qui cenſeantur præſentes, & qui abſentes. Id quod ex profeſso pręſtat l. vlt. C. de longi temp. præſc. ſtatuens eos præſentes cenſeri, qui in eadẽ prouincia commorãtur, ſiue res præſcribenda in eadem ſit prouincia, ſiue non: eos verò cenſeri abſentes, qui in diuerſis prouincijs cõmorantur. Vt tamen cum Bart. quædam glo. ibi notat, verum illud erat, quando prouinciæ per præſidẽ vnum, cõem omnium iudicẽ, regebantur, verumq; etiam eſset hodie, ſi prouinciæ aliquæ ſimili modo regerentur. Quia tñ hodie ſingulæ ciuitates habent vt plurimum ſupremos ſuos iudices ſub Rege, regiosve Senatus, quorũ iuriſdictio certis quibuſdam locorum terminis clauditur, ſpatiumque integrum iuriſdictionis cuiuſq; comarcam vocant, intrà quã ſunt varij alij iudices inferiores, qui prætori, vel iudici ſuperiori ſubſunt, inde eſt, ꝙ hodie, iuxta eandem gloſ. quã Panor. c. de quarta, de præſcr. nu. 30. approbat, affirmatque eſse communiter receptam, illi cenſeantur præſentes, qui in eadem Regni parte, quam comarcam vocant, habitant: illi verò cenſeantur abſentes, qui in diuerſis eiuſmodi partibus degunt. Conſonantque apertiſsimè Ordinationes huius Luſitaniæ Regni, lib. 4. tit. 33. quæ eodem modo de præſentibus & abſentibus loquuntur.

Ius Caſtellæ.

Illud verò eſt obſeruandum, quando abſentia nõ eſt per decenniũ integrum, ſed ſolum per quandam illius partem, ſolam eam temporis partẽ eſse duplicãdam ad complendam præſcriptionem. Vt ſi duo, quorum vnus aduerſus alterum præſcribere debet, ſolum per quinquenniũ abſentes ſint, præſcriptio complebitur ſpatio quindecim annorum: ſi verò abſentes ſint per triennium dumtaxat, complebitur ſpatio tredecim annorum, & ſic de quacumque alia abſentiæ parte maiori vel minori. Ita habetur in auth. quòd ſi quis, C. de præſcript. longi temporis.

Poſterior pars concluſionis, quòd ſcilicet cũ bona fide & titulo res immobiles priuatorum tam inter præſentes, quàm inter abſentes, triginta annorũ ſpatio præſcribantur, præter §. præſcriptionum, citatum, colligitur apertè ex l. ſicut in rem, l. ſi quis emptionis, §. ꝙ ſi quis, C. de præſcript. triginta ann. & ex cap. Sanctorum, de præſcript. vbi Eccleſia aduerſus priuatum præſcribit cum bona fide, ſpatio triginta annorum, eo pacto, quo quicumque alius priuatus aduerſus alium priuatum eãdem immobilem rem præſcriberet, vt ibi Panorm. exponit, & affirmat, conſentitque in hac poſteriori parte noſtrę concluſionis communis Doctorum ſententia. Præſcriptio autem triginta annorum, & quæcumque alia longioris temporis, appellatur longiſsima, aut longiſsimi temporis præſcriptio.

Illud hoc loco eſt animaduertẽdũ, in Regno Caſtellę, lib. 4. nouæ collectionis, tit. 15. l. 3. ſic haberi: *En los fueros de algunas Ciudades ſe contiene, que el que tuuiere o poſſeyere caſa, o viña, o heredad por año y dia, en paz, y en faz de aquel que ſe la demanda, entrando y ſaliendo el morador en la Villa, no ſea tenido a reſponder por ella, y es dubda ſi en la dicha preſcripcion de año y dia es meneſter titulo y buena fe. Nos tirando eſta dubda mandamos, que el que tuuiere la coſa año y dia, no ſe eſcuſe de reſponder por ella en la poſſeſſion, ſaluo ſi tuuiere la coſa año y dia con titulo y buona fe.* Ego hãc legem intelligo, non ꝙ illo tempore anni & diei p̃ſcribatur res ipſa immobilis, & efficiatur in foro conſcientiæ ipſius poſſidentis, eſto alioquin ſua nõ eſſet; ſed ſolùm, ꝙ in locis, vbi eſt illa lex, præſcribatur actio eo tempore aduerſus eum, qui ita negligẽs fuit ad agendum, idque ad tollendas lites.

Exponitur.

Hypotheca quanto tpe aduerſus creditorem p̃ſcribatur.

Quo tempore res immobilis cum titulo, aut ſine titulo, præſcribitur aduerſus dñm illius, præſcribitur etiam aduerſus creditorẽ, cui titulo hypothecæ

erat

erat ſubiecta, atq; adeo ius hypothecæ extinguitur l. 1. & 2. C. ſi aduer. creditorem, & l. ſi quis emptionis, in prin. iuncta l. cum notiſſimi, in prin. & Glo. 2. C. de præſcri. 30. annorum, & lib. 4. Ordinat. Luſitanarum tit. 33. Hoc tamen intelligitur, qñ res illa poſſidetur ab aliquo tertio. Si verò poſſideatur ab ipſo met debitore, qui illam hypothecæ ſubiecit, aut ab hæredibus illius, nõ præſcribitur, niſi ſpatio quadraginta annorum. Si item poſſideatur à quodam alio creditore, cui ſcdo loco hypothecæ ſit ſubiecta, & primus creditor illã exigat, vt inde ſibi debitũ ſoluatur, tũc viuente cõi vtriuſq; debitore, ſecundus creditor illã non præſcribit, niſi ſpatio quadraginta annorũ: poſt mortẽ verò illius eam præſcribet triginta annis cõputatis à morte cõis debitoris: ꝙ ſi computare ẽt velit tempus, quo communis debitor illã poſſedit, tunc ſanè illam ſpatio quadraginta annorum præſcribit. Porrò tempus præſcriptionis hypothecæ fluere incipit à die, quo debitum erat ſoluendũ: vt in hypotheca, quam vxor comparatione dotis habet in bonis mariti, currere incipit à die ſoluti matrimonij, aut facti diuortij: qm̃ ab eo die dos incipit deberi. Similiter, ſi cõtractus erat, vt à tali vel tali die, vel adueniente tali vel tali cõditione, aliquid ſolueretur ad idque aliquid hypothecę erat ſubiectum, tempus præſcriptionis illius hypothecę currere incipit à die ad ſolutionem ſtatuto, vel conditionis impletę. Hęc omnia habentur l. Cum notiſſimi, §. 1. & ſequentibus, C. de præſcript. triginta annorum. In Regno tamen Caſtellæ hypotheca aduerſus quemcumque præſcribitur ſpatio triginta annorum, l. 63. Tauri, vt ad eam legem nu. 2. notat Ant. Gomez. In hoc verò Regno lib. 4. Ordinat. titulo 33. ſtatuitur, vt ab ipſo debitore, hæredibus illius, & à ſecundo creditore præſcribatur ſpatio viginti annorum, modo primus creditor præſens ſit. Quòd ſi ſit abſens, pręſcribatur ſpatio quadraginta annorum. Et quamuis initium ſupputationis tpis præſcriptionis, tam in his euentibus, quam quãdo hypotheca poſſidetur ab aliquo extraneo, qui dominium illius comparauit, aliter videtur conſtitui, q̃ de iure communi; Antonius tamen à Gama deciſione 99. ita Ordinationem illam interpretatur, vt ſimul neceſſarium eſſe dicat initium de iure communi conſtitutum, refertque, id ita aliquando in hoc Regno fuiſſe iudicatum.

Ius Caſtellæ.

Ius Luſitanum.

Qd poſſeſſor maioratus præſcribit, ſi tanquam rẽ ipſius maioratus illud pręſcribat, maioratui accreſcit, pertinetq; proinde ad ſucceſſores in maioratu: non verò ad alios hæredes præſcribẽtis, eſto poſteà conſtet rem illam non fuiſſe de bonis maioratus. Si verò non tanquam rem maioratus, ſed ex alia cauſa, & tanq̃ aliter ſuum illud præſcribat, tunc nõ pertinet ad maioratũ. Ita Molina li. 1. de primogenia. 26. nu. 7. & alij, quos citat, resq; eſt ſatis manifeſta.

DISPVT. LXX.

De tempore, quo beneficia, ſeruitutes, & alia iura ad aliquid iteratis vicib. faciendum, recipiendum, aut exequendum præſcribuntur.

QVia hæc omnia, vt diſputat. 68. explicatum eſt, cum rebus immobilibus computantur; eodem tempore cum titulo, aut ſine titulo, & inter præſentes, aut inter abſentes præſcribuntur, quo res immobiles, quando aliud iure aliquo peculiariter circa aliquod eorum non eſt ſancitum. Idque tanquam regula eſt ante oculos habendum.

Beneficij pſcriptio.

Beneficium Eccleſiaſticum, non quidem aduerſus Eccleſiam aliquam, ſed aduerſus priuatum, qui legitimum titulum ad illud habuerit, præſcribitur poſſeſſione illius bona fide, interueniente que titulo colorato, vt vocant, ſpatio decem annorum inter

A præſentes, & viginti inter abſentes: ſine vllo verò titulo non præſumitur poſſeſſio beneficij bona fide, vt ait Gloſſa vltima. capit. contingit. de dolo & contuma. Ita Couarr. regula, poſſeſſor. par. 2. §. 10. nume. 9. cum Felino & alijs, quos citat. Titulus autem ad beneficium non poteſt acquiri præſcriptione: eò quòd beneficium Eccleſiaſticum non, poſſit licitè ſine inſtitutione canonica obtineri, vt habet regul. 1. de regulis iuris lib. 6. conſtat ca. ex frequẽtibus, de inſtitutionibus, affirmantque Couarr. vbi ſupra, & Doctores communiter.

Qñ Eccleſia libera non eſt, ſed à ſua prima inſtitutione patronum habuit, cõis ſnĩa Doctorum, q̃ Couar. §. citato, nu. 8. refert. eſt, ius patronatus præſcribi poſſe aduerſus patronum priuatũ. Circa tps tñ, ad eam præſcriptionem neceſſarium, variãt Doctores. Quidam, quos ibidem Couar. refert, cẽſent, ſufficere tps ordinarium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, cum titulo, & triginta B ſine titulo. Couar. cum quibuſdam alijs tanquam magis tutum cenſet, neceſſarium ſemper eſſe tempus quadraginta annorum; quamuis titulum non iudicet neceſſarium. Ducuntur hi Doctores, qm̃, inquiunt, agitur de præiudicio Eccleſiæ, cuius intereſt non mutare patronos: aduerſus Eccleſiam autem, vt videbimus, non præſcribitur breuiori tpe, quam quadraginta annorũ. Certè hæc ratio apud me non multum ponderis habet. Primò, quia Eccleſiæ parum admodum intereſt, hunc vel illũ habere patronum, æqueque euenire poteſt, vt is, qui præſcribit, vtilior Eccleſiæ ſit futurus, q̃ is, aduerſus quem præſcribitur, aut è cõtrario. Secũdò, quoniã deiectione à poſſeſſione bona fide illius, qui cum titulo per decem, aut viginti annos, aut ſine titulo per triginta annos iã poſſederat, plus mutatur patroni Eccleſiæ. Tertiò, qm̃ in dubio melior eſt conditio patroni poſſidentis. Quartò, qm̃ ſine iure expreſſo, aut vrgenti C ratione, recedendum non eſt à tpe, quo priuatus de iure cõi aduerſus priuatum præſcribere ſolet res immobiles. Ob has rationes mihi magis placet prior ſententia, q̃ etiam confirmant, quæ in ſequenti §. ſtatim ſubijcimus. De iure patronatus, an præſcribi poſſit aduerſus Eccleſiam liberam, dicetur diſp. 75.

Iuris Patronatus, Præſcriptio.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica, aut feudum Eccleſiaſticũ, hoc eſt, rei cuius dñium directũ ad Eccleſiam pertinet, præſcribitur aduerſus priuatum emphyteutam, aut feudatarium, ſpatio ordinario 30. annorũ ſine titulo, aut decẽ vel viginti cũ titulo. Ratio eſt: qm̃ quod præſcribitur, eſt dñium vtile, quod nõ eſt iam Eccleſiæ, ſed priuati. Ita cũ Bart. & aliis Aluar. Valaſc. de iu. emph. q. 17. à nu. 13. Ant. à Gama deciſ. 149. nu. 5. & copioſius Cou. reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2. nu. 6. Conſonat cap. ad audientiam, de præſcr. & affirmant gl. ibi, Panorm. Fel. & communis ſententia Doct. quam referunt. Eam verò ſolum cenD ſent plurimi limitandam, qñ inſcia Eccleſia, cuius eſt dominium directum, & cuius intereſt hunc potius q̃ alium habere vaſallum, aut emphyteutã, nouus emphyteuta rẽ poſſedit: ſi nãque de poſſeſſione erat cõſcia Eccleſia, conſentiunt Doct. præſcribi intra tps ordinariũ: eo quòd, vt capite audientiam, innuitur, negotium principaliter, non ad Eccleſiã, ſed ad priuatum, aduerſus quem pręſcribitur, pertineat. Si ergo feudum, & emphyteuſis Eccleſiaſtica tpe ordinario præſcribuntur aduerſus priuatũ, quanto magis ius patronatus: cũ plus referat Eccleſiæ hunc potius, quàm alium habere emphyteutam vel vaſallũ quàm hunc vel illum habere patronum laicum.

Quod ad ſeruitutes attinet, ſeruitus perſonalis, qualis eſt vſusfructus, pſcribitur cũ bona fide, tituloq; cõceſſo ab eo, q illũ nõ poterat cõcedere, inter pręſentes quidem decẽ annis, at inter abſentes viginti; ſine titulo verò triginta annis. Ita colligit ex l. vlt.

Seruitutum præſcriptio.

in fine,C de longi temporis præſcript. lege Anton. Gom. 2.tomo variar.reſolut.c.15.nu.25. & Couar. 1.variar.reſolut.capit.17.num.11. vbi affirmat eſſe communem opinionem,vſumfructumque reputari partem dominij,quod ad præſcriptionem attinet.

Quod idem dicendum eſt de reali ſeruitute quæcunq; illa ſit, ſi titulus adſit, vt patet ex l.vlt.in fine, C.de longi tpis præſcript.& ex alijs iuribus,quę citat Ant.Gomez.vbi ſupra,num.26.& ſequentibus. Idē affirmat eſſe cōiter receptū Couar. 1.variar. reſolut.c.17.nu.11.ante verſ. His verò. Aduerte tn̄, ꝙ cum poſſeſſio ſeruitutis negatiuæ, vt altius non tollendi,& ſimilium, non prius compararetur,quā altero contrariū moliente(vt domum attollere)prohibeatur,& impediatur ab eo,qui poſſeſſionem comparare debet: ſane in ſeruitutib.negatiuis non prius,cum titulo aut ſine titulo,currere incipiet tempus præſcriptionis,q̄ aliquid tale eueniat. Id quod memoriæ eſt commendandū,quoad oīa,quorū poſſeſſio in negatione cōſiſtit:vt ꝙ aliquis ad electionē non admittatur: ꝙ non venentur,aut non piſcentur in tali vel tali loco. Anteq̄.n.aggrediente aliquo, vel aliquibus, contrariū facere impediantur,& ille,qui obſtat,pręualeat,nō cenſetur ea de re poſſeſſionē comparaſſe, eſto titulū ad id habeat. Ita cū Gloſſa in l.1.C.de ſeruitutibus, Ant. Gomez. vbi ſupra nu.28. Antonius Padilla in l.ſi quis actiones,C.de ſeruitutibus, à nu. 14.& cōmunis Doctorum ſententia,quam referunt.

Porrò ſeruitutes reales,ſi continuæ,aut quaſi continuæ ſint, præſcribūtur ſine titulo ſpatio decem annorū inter præſentes,& viginti inter abſentes. Si verò ſint diſcontinuæ,nō præſcribūtur ſine titulo,niſi tempore de cuius initio non extat memoria . Prior pars cōſtat apertè ex l. ſi quis diuturno, ff.ſi ſeruitus vendicetur,ex l.1.& 2.iunctis gloſſis ibi,C.de ſeruitutibus,ex l.1.§.vlt.& l.vlt.ff.de aqua pluuia arcenda,& ex l.15.tit.31.part.3.legum Caſtellæ,quib. in iuribus habetur , ad præſcribendas ſeruitutes reales titulum non eſſe neceſſarium, ſed ſatis eſſe longi tēporis poſſeſſionem . Lege Doctores, quos Anton. Gom.vbi ſupra.nu.23.& 26. & ſequentibus refert.

Aduerte tn̄,qn̄ in præſcriptione eiuſmodi ſeruitutū non interuenit titulus,nō aliā poſſeſſionē obtendere,aut probare poſſe,qui pręſcribit,quā per vſum earū cum ſcientia & patientia poſſidentis fundū:& idcirco, vt quis eiuſmodi ſeruitutes ſine titulo præſcribat, neceſſe eſt conſtet illū, nec precario,nec vi, cum ſcientia prædiū poſſidentis tāto tempore vſum eis fuiſſe, quantum ad præſcribendum eſt neceſſarium, vt colligitur ex l.1.& 2.C.de ſeruitutibus, & ex alijs iuribus,affirmantq; Doctores communiter.

Poſterior cōcluſionis pars habetur expreſsè l.15. Caſtellæ citata, & colligitur ex l.ſeruitutes 14. illius titu. ff.de ſeruitutibus,ex l.hoc iure,§. ductus aquæ, ff.de aqua quotidia,& æſtiua,cuius hæc ſunt verba. Ductus aquę,cuius origo memoriam exceſſerit,iure cōſtituti loco habetur:& ex alijs iurib.ciuilib. & canonicis,quæ Ant.Gom.nu.27.citat. Ex quib. etiam conſtat,cōſuetudinem,vſumve, de cuius initio non eſt memoria, vim veri tituli iuris præſumptione habere : eaq; de cauſa in ea præſcriptione neceſſarium nō eſſe,vt de ſcientia & patientia eius,aduerſus quē præſcribitur,conſtet,neque in ſeruitute,neq; in quocunq; alio iure pręſcribendo. Couar. 1.variar.reſol. c.17.nu.11.inter has diſcontinuas ſeruitutes meritò cōputat ſeruitutem paſcendi in alienis agris, ad quā proinde exigit ſine titulo tempus, de cuius initio nō ſit memoria, dicitq; ita eſſe receptum in tribunalib. Regni Caſtellæ. Hanc verò ſolū habere locum,qn̄ eſt ſeruitus realis,vt regulariter eſſe ſolet,cenſendaque proculdubio eſt, quando nō expirat cum morte eius,qui illa vtitur. Hactenus de acquiſitione ſeruitutis via præſcriptionis. Quæ autem ſeruitutes affir-

A matiuæ,& quæ negatiuæ,quæ item cōtinuæ, & quæ diſcontinuæ dicantur, diſput. 11.explicatum eſt.

De amiſſione ſeruitutis per non vſum.

Hic de amiſſione ſeruitutis per non vſum illam poſſidentis dicendum eſt . Quando ad præſcribēndam ſeruitutem vrbanam aduerſus eum , qui poſſidet, neceſſe eſt, vt vltra non vſum illam poſſidentis præcedat actus domini prædij, iuxta ea quæ diſput. 66.ante concluſionem quartam , & concluſione ipſa quarta dicta ſunt, tunc, vltra eiuſmodi actum & bonam fidem eadem cōcluſione explicatam, neceſſe eſt,ac ſufficit,vt is,cuius eſt ea ſeruitus,deſinat illa vti per decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes. Ita hr̄ expreſse,l.16.tit.31.p.3.legum Caſtellæ,& colligitur ex l.pen. C.de ſeru.neq; vllus titulus eſt neceſsarius ex parte illam præſcribentis.

Reliquæ ſeruitutes per non vſum earum decem annis inter præſentes,ac viginti inter abſentes amittuntur: neq; neceſsarius eſt titulus ex parte præſcribentis,neq; ignorantia eo tpe,ꝙ ad eum pertineant, B aduerſus quem eas præſcribit,iuxta ea,quæ diſp.66. concl.5.dicta ſunt. Hæc patet ex l.penul.citata. Excipitur , qn̄ ſeruitus eſt ad illa vtendum per maiora interualla, q̄ horarum, aut dierum, vt ſi ſit ad vtendum aquæductu alternis mēſibus, aut hebdomadis, vel ſanè maioribus interuallis:tunc.n. tp̄s duplicandum eſt, ita nempè , vt inter præſentes non præſcribatur niſi per non vſum illius intra viginti annos,vt habetur l. ſi ſic, ff.quemad. ſeruit.amitt. & l.vlt.C. de ſeruit. Quod tamē Couar. 1.varia.reſol.c.17.nu. 10.cum cōi ſententia ait,extendendum non eſse vltra ſeruitutes merè reales, neq; vbi duplum tempus excederet ſpacium quadraginta annorum. An verò inter abſentes tempus etiam ſit in huiuſmodi ſeruitutibus duplicandum,vt ſit qaadraginta annorum ? Quidam affirmant : alij verò negant, cum gloſsis,l. penult.& l.vlt. C.de ſeruit. quod quidem ſancitum eſt l.16.Caſtellę citata. Eadem l.conſtitutum eſt,ſer- C uitutem continuam non amitti niſi per non vſum illius tempore,de cuius initio non eſt memoria. Ibidē tamen affirmat Gregorius Lopez , contrarium eſse dicendum de iure communi,atque adeò in hoc Luſitaniæ Regno, in quo iuri communi eſt ſtandum . Hæc dicta ſint de hac ſatis implexa in iure & Doctoribus diſputatione,propter multas & varias ſanctiones,quę de ſeruitutib.iure ciuili latæ ſunt. Exceptio tamen quorundam iurium, quæ tempore ordinario non præſcribuntur , ſubijcietur in ſequentib.

Ius Caſtel.

DISPVTATIO LXXI.

De tempore , quo actiones, & debita præſcribuntur, & quo mancipium præſcribat libertatem.

Actiones ciuiles & debita quanto tēpore præſcribantur.

SErmo eſt de actionib.etiam ad res mobiles,& de debitis rerum etiam mobilium . Actiones igitur ciuiles de iure communi regulariter præſcribuntur D ſpatio triginta annorum , & pari etiam ratione debita,quæ illis exigi poterant, modò adſit ea bona fides ad debita præſcribenda quæ diſputat.66. & 67. explicata eſt. Patet ex l.ſicut in rem,in principio,C. de pręſcrip.triginta annorum. Licet autem aliud eſſet quondam in hoc Luſitaniæ Regno,hodie tn̄ l.1. tit. 1 p.6. legum extrauagantium idem conſtitutum eſt. In Regno verò Caſtellę,l.3. Tauri ſancitum eſt, vt qn̄ vltra actionem perſonalem inſtrumento publico conceditur ius exequendi, nulla expectata iudicis ſnīa,talis executio præſcribatur decem annis. Porro contractus, vbi id conceditur appellatur contractus Guarentigius,qui ſecum habet paratam executionem. Ibidem item ſancitū eſt, vt actio,ſeu obligatio perſonalis,præſcribatur viginti annis. Præterea vt executio,à iudice ex tali actione cōceſsa,præſcribatur ēt viginti annis à tpe talis cōceſsionis. Inſuper ſancitum eſt,vt qn̄ obligatio adiūctam habet hypo-

Ius Caſtel.

hypothecam, aut eſt mixta ex reali & perſonali, vt eſt petitio hæreditatis,& ſunt quædam aliæ,non minori tpe præſcribatur q̃ triginta annis. Diſput.69. retulimus,l.tertiam tit.5.lib.4. nouæ collect. quæ in eo Regno, in quodam euentu concedit præſcriptionem actionis rei immobilis,anno & die; adiecimuſque quonam pacto lex illa eſſet intelligenda. Dixi, actiones ciuiles regulariter præſcribi triginta annis: q̃m aliq̃n præſcribuntur breuiori tẽpore,vt redhibitoria,& quanto minoris,de quibus ſermo erit in materia,de empt.& vendit.& quædam aliæ. In hoc autem Regno,& in Regno Caſtellæ,tribus annis præſcribitur actio famulorum ad exigendam mercedẽ obſequiorum,vt diſp.67. dictum eſt.

Actio aduerſus Eccleſias quanto tempore præſcribatur.

Cæterum aduerſus Eccleſias,& alia pia loca,omnis actio,quę decennio,aut longiori aliquo tpe alioquin durat,nõ præſcribitur breuiori tempore,quàm quadraginta annorũ. Quòd ſi Eccleſia Romana ſit durat ſpatio centũ annorũ. Actiones verò,quæ breuiori tpe,quã decennio, præſcribuntur, eodẽ modo pręſcribuntur aduerſus Eccleſias,& aduerſus priuatos. Hæc oĩa patent ex auth.quas actiones,C.de ſacroſanct.eccl.iuncta glo.ibi, idque affirmant Doct. quos Cou.regula poſſeſ.par.2. §.2.nu.5.refert.

Mancipium quanto tempore præſcribat libertatem.

Quod ad libertatem attinet, licet aduerſus eã nullo tempore præſcribatur,vt in materia de mancipijs oſtenſum eſt; debitum tñ ſeruitutis præſcribitur cũ bona fide mancipij tempore viginti annorum,vt habetur l.2.C.de præſcr.lõgi temp.quæ pro libertate. An verò inter præſentes tempore decem annorum præſcribatur,lex id non dicit, cõſonantiorque eſt iuri communi pars,quæ negat. Vt tñ ibidem gl.refert, quidam aſſeruerunt partem affirmantem,eaq; ſancita eſt in Regno Caſtellæ,l.23.tit.29.par.3.

Ius Caſtellæ.

Quando mancipium,ſiue mas ſiue fœmina,bona fide tanquã liberum ex hac vita diſceſſit, tranſacto quinquẽnio à morte illius,neque circa bona illius, neque circa libertatem filiorum intẽtari poteſt actio, quaſi ille verè eſſet mancipium,atque adeò tam bona illius, quã libertas filiorum quinquẽnio illo præſcribuntur aduerſus eum,qui contenderet illum vita fructũ fuiſſe mancipium. Ita colligitur ex l.1.& ſeqq. C. & ff.ne de ſtatu defunctorum, ꝙ habetur l.25.tit.29.par.3. legum Caſtellæ.

DISPVT. LXXII.

De tempore quo res immobiles,& quæ cum immobilibus computantur, aduerſus Eccleſiam præſcribantur.

RES immobiles, & ea iura de quibus diſp.70.dictum eſt,non minori tempore præſcribuntur aduerſus Eccleſiam inferiorem ad Romanam, quam quadraginta annorum cum bona fide,ſiue priuatus ſit qui præſcribat,ſiue alia Eccleſia. Aduerſus Eccleſiam verò Romanam hæc ipſa non minori tempore,quàm centum annorum, præſcribuntur, etiamſi inferior Eccleſia ſit,quæ illud præſcribit. Aduerſus monaſteria & fratres ordinis D. Benedicti, eoſque, qui illorum priuilegijs gaudent, non præſcribuntur breuiori tempore,quam ſexaginta annorum. In his verò pręſcriptionibus, quæ quadraginta annorum, aut longioris temporis ſunt, regulariter neceſſarius non eſt titulus.

Sed antequam probemus ſingulas huius concluſionis partes,ſciendum eſt. Quondam ad præſcribẽdum aduerſus Eccleſias, ſatis fuiſſe ſpatium triginta annorum,vt Alex.III. c.illud,de præſcr.ait,conſtatque ex multis alijs canonibus.16.q.3.ac alibi. Lege Couar.regula poſſeſ.p.2.§.2.num.1.& 2. Sciendum quoque eſt, aliquãdo omnibus Eccleſiis fuiſſe etiam conceſſum,vt aduerſus nullam earum mino-

A ri tempore,quàm centum annorum,pręſcriberetur, vt ex authentico,vt Eccleſia Romana,cõſtat. Vtrũque autem hodie eſt reuocatum, vt ex probatione cõcluſionis erit manifeſtum.

Prima pars, nempe ad pręſcribendum aduerſus Eccleſiam infra Romanam,ſatis hodie eſſe ſpatium quadraginta annorum,patet ex cap.illud,citato,vbi id conſtitutum eſt,ex cap.de quarta, ca.ad aures,de pręſcr.c.2.eo.ti.lib.6. ex authentica, quas actiones, C.de ſacroſanc.eccl.& ex l.26. ti.29.p.3. legum Caſtellę,eſtque receptiſſima. Quòd item verum eſt, etiamſi Eccleſia Romana, vel Summus Põtifex ſit, qui aduerſus Eccleſiam inferiorem pręſcribit, vt euenire poteſt, quando Summus Pontifex de plenitudine ſuæ poteſtatis,ſuave vtendo poteſtate, accipit aliquid ab Eccleſia inferiori, credens ad ſe, aut ad Romanam Eccleſiam pertinere. Quando nãque de plenitudine ſuę poteſtatis aliquid acciperet, neceſſaria non eſſet præſcriptio. Hęc omnia Panorm.
B c.cum nobis,nu.12.de pręſcriptione,& alij. Addit, Eccleſiam Romanam, Summum Pontificem, & quemcunque alium principem,eodem tempore pręſcribere aduerſus quemcunque priuatum, quo quis alius priuatus aduerſus alium priuatum.

Hoc verò priuilegium extenditur ad loca pia, vt ad monaſteria, hoſpitalia; & ad legata & donationes ad pias cauſas, vt conſtat ex authentica, quas actiones,iuncta l.vlt.C.de Sacroſ.eccl. & ex l.26.citata,affirmat Panorm.c.de quarta,citato, num.7.id corroborans ex alijs iuribus, Felin.& plerique alij, quos Cou.loco citato,nu.3.refert ac ſequitur.

Porrò idem priuilegium ad clericos,ipſorumque bona non extẽditur,ſed inter perſonas priuatas hac in parte annumerantur,vt diſput.70.dictum eſt. Eſt enim priuilegium hoc conceſſum, non clericis, ſed Eccleſiis, & piis locis,vt Panorm. c.ſanctorum,nu.6.& c.ſi diligenti.nu.36.& 37.de præſcr. Cou.1.va-
C riarum reſol.c.4.nu.3.& 4.cum alijs,quos refert,affirmant. Neque item extenditur ad habentem dominium vtile rei, cuius proprietas ad Eccleſiam pertinet,vt ad emphyteutam,aut feudatarium Eccleſiæ, vt diſp.70.oſtenſum eſt.

Secunda pars,nempe aduerſus Romanam Eccleſiam non præſcribi minore tempore,quàm centum annorum,probatur ex c.ad audientiam, c.cum nobis,c.ſi diligenti,de præſcr.ex c.2.eo.titu.lib.6.ex c.nemo 16.q.3.ex authentica,quas actiones, C.de Sacroſanct.eccl.& ex l.26. tit.29.partita.3.legum Caſtellæ. Eſt autem in ea ſermo de bonis,quæ ſunt propria Eccleſiæ Romanæ: non verò de bonis inferiorum Eccleſiarum,in qua Summus Pontifex iuriſdictionem habet vniuerſam,vt Panorm.& alij notãt, c.ad audientiam, citato.

Tertia pars,nempe quòd aduerſus monaſteria ordinis D. Benedicti,& eorum,qui priuilegiis illorum
D gaudent, non minori ſpatio præſcribatur quàm ſexaginta annorum,conſtat ex priuilegio ab Eugenio Papa anno 1434.eis conceſſo: quod ſic habet: Nos in fauorem obſeruantię regularis ex certa ſcientia, motu proprio,ac de plenitudine poteſtatis Apoſtolicę,volumus ſtatuimus, & decernimus, quod contra pręfatę congregationis monaſteria,loca,& perſonas, & bona aliqua, non currat pręſcriptio, niſi poſt lapſum ſexaginta annorum, non obſtãtib.&c. Illud circa tres partes concluſionis hactenus probatas obſeruandum reſtat,nempe,ſi quis pręſcribere incipiat rem aliquam immobilẽ priuati per quinquennium v. g. cum titulo inter pręſentes, & poſtea res illa ad Eccleſiam aliquam inferiorem ad Romanam deueniat, tunc, quia ſolum deerat dimidium temporis ad pręſcribendum contra priuatum,in hoc euentu ſatis eſſe poſſidere deinceps per viginti annos cum bona fide, vt illam aduerſus eam

Eccleſiam pręſcribat. Quod ſi pertinere inciperet ad Eccleſiam Romanā, ſatis eſſet, vt aduerſus Eccleſiā Romanā eam præſcriberet, illam per quinquaginta annos poſſidere: idem dic, qn̄ viginti annis illā poſſediſſet ſolum, dum pertinebat ad Eccleſiam interiorem à Romana, ſi poſtea ad Romanam Eccleſiam pertinere inciperet. Ita Sylu. verb. præſcrip. 1. q. 7. cū Panor. & alijs. conſonantque illa, quæ ex authent. ꝙ ſi quis, C. de præſcrip. longi tpis, diſp. 69. dicta ſunt, Poſtrema pars concluſionis habebat, in præſcriptionibus quadraginta, aut plurium annorum aduerſus Eccleſias, regulariter neceſſarium non eſſe titulum, ſed ſufficere bonam fidem: ꝙ etiam dicendum eſt de præſcriptionibus longiſſimi temporis aduerſus priuatos, hoc eſt, triginta aut plurium annorum. Dixit, regulariter: quoniam quando ius eſt in cōtrarium præſcribenti, vel aliunde eſt præſumptio contra eum, quod mala fide poſſederit, niſi vel titulum oſtendat, vel probet tanto tempore poſſediſſe de cuius initio non extat memoria, nō præſcribet, vt habetur expreſſe ca. 1. de præſcript. lib. 6. Et inferius in peculiari diſputatione oſtendetur. Poſtrema pars concluſionis in primis probatur, ex c. 1. de præſcrip. lib. 6. vbi expreſſe habetur, extra duos illos euentus neceſſarium non eſſe titulum, ſed ſufficere bonam fidem. Deinde ex c. ſanctorum, de præſcrip. vbi, quo tempore aduerſus Eccleſias præſcribebatur ſpatio triginta annorum, ſolum exigebatur bona fides, nedum modo quando quadraginta aut pluribus annis præſcribitur. Tertio probatur ex iuribus, quibus poſterior pars concluſionis, diſput. 69. ſtatutæ, probata fuit. Eandem affirmant glo. vlt. c. ſi diligenti, de præſcript. Panorm. c. illud, eod. tit. num. 6. Couar. regulā poſſeſ. par. 2. § , à nu. 6. & §. 5. num. 2. & communis Doctorum ſententia.

DISPVT. LXXIII.

De tempore ad res præſcribendas aduerſus fiſcum.

INter bona, quæ ad fiſcum ſpectant, quędam ſunt, quæ nondum adiuncta, &, vt ita loquar, incorporata ſunt fiſco; eiuſmodi ſunt pœna, quæ admiſſo iā crimine fiſco debētur, nondum tn̄ lata eſt ſnia, neq; fiſcus ea vſurpauit: interim namq; dum ſnia non fertur, executioniq; mandatur, non cēſentur fiſco incorporata: ſed ſolū debita, eſto ſtatutū fuerit, vt ipſo iure incurreretur: quo pacto hęreticis cōtrahētib. inceſtas nuptias & alijs ſimilib. ſtatuta eſt pęna cōfiſcationis bonorū, alia verò ſunt, q̄ fiſco sūt iā incorporata.

Hoc ita conſtituto, ſtatuamus ſequentes concluſiones cum Panor. c. cum nobis, nu. 11. de præſcrip. Bart. l. in omnibus, ff. de diuerſis, & temp. præſcript. & aliis in locis, quæ Panor. citat, cum Sylu. verb. præſcript. 1. q. 7. Couar. reg. poſſeſ. p. 2. §. 2. num. 7. & in epitome ad quartum decret. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 16. & cum pleriſque alijs, quos Couar. refert.

1. Concluſ. Prima concluſio. Bona ſeculari fiſco acquiſita & incorporata non præſcribuntur minori tpe, quā quadraginta annorum cum bona fide, l. omnes, & l. comperit. C. de præſcript. triginta annorum. Quando autem, §. res fiſci, Inſtit. de vſucap. Res fiſci noſtri vſucapi non poteſt, intelligendum id eſt, de eiuſmodi rebus fiſco iam incorporatis, vt ex iis, quæ ibidē ſubiunguntur, eſt manifeſtum. Vt verò Gloſſa ibi ait, intelligendum etiam eſt, de ſpatio temporis, quo res priuatorum præſcribuntur, nempe triennio, decennio, aut tricennio, ſecus autem, de ſpatio quadraginta annorum, vt alia iura ſtatuunt. Etenim, vt probe Panor. c. vlt. de præſcript. nume. 15. & alii Doctores communiter obſeruant, quando ſtatuto aliquo negatur, rem aliquā poſſe præſcribi, intelligendum id eſt, iuxta ſubiectam materiam, hoc eſt, de præſcriptione

A de qua tunc eſt ſermo, aut qua res alioquin erat præſcribenda: non verò de alia lōgiori, niſi id apertè exprimatur. Quare non ſolum in re propoſita, ꝙ dictū eſt, locum habet: ſed etiam quādo priuilegio aliquo concederetur, vt res aliqua, quæ alioquin quadraginta annis foret præſcribenda, non poſſet præſcribi: tunc enim adhuc non propterea cenſeretur pręſcriptio immemoralis denegata: præſertim cum hęc nō tam cenſeatur præſcriptio, quàm ex tam longa poſſeſſione, in qua nullus contradixit, præſumatur ac cenſeatur verum ac legitimum titulum præceſſiſſe.

Secunda concluſio. Bona ſeculari fiſco nondum acquiſita, illi tamen ea ratione debita, quòd ob vectigal non ſolutum inciderit quis in commiſſum, hoc eſt, amiſerit fiſco rem, ex qua tributum debebat ſoluere, præſcribuntur aduerſus fiſcum quinquennio. Ita habetur l. 2. C. de vectigalibus & commiſſis. 2. Concluſ.

Obiter inferamus hic tertiam hanc cōcluſionem, quæ plurimum lucis cōferet ad ea, quæ dicenda ſunt in quarta ſequenti. Bona hæreticorum ob crimen B hæreſis, aut apoſtaſiæ ipſo iure debita fiſco Eccleſiæ, nullo tempore præſcribuntur, neque ab hæreticis, neque à ſucceſſoribus quibuſcunque in illis: excipitur, niſi ſucceſſores cum ignorantia, quod fuerint bona hæretici, illa poſſederint ſpatio quadraginta annorum, tunc enim illa præſcribunt. Hæc tota concluſio oſtenſa fuit diſp. 66. concluſione 1. & habetur c. 2. de præſcrip. lib. 6. 3. Concluſ.

Quarta concluſio. De iure ciuili in crimine hæreſeos, & apoſtaſiæ, quinquennio poſt mortem hæretici aut apoſtatæ, tum actio, quæ aduerſus delinquentem competit, tum bona illius aduerſus fiſcum ſecularem præſcribebantur. Ita habetur l. 2. C. de apoſtatis, & affirmat gloſ. l. Manichæos, C. de hęreticis. Quæ etiam vult, idem eſſe in crimine læſæ maieſtatis humanæ. Idemque eſt in quocunque alio crimine, in quo bona ipſo iure confiſcantur, vt dicemus C tract. 3. ſequenti. Conſentiunt Couar. locis citatis, & Anton. Gomez 2. tomo variar. reſolut. cap. 1. nu. 81. & alij Doctores, quos citant. 4. Concluſ.

Hinc infert Barto. l. 2. C. de apoſtatis, inquiſitores hæreticæ prauitatis quinquennio poſt mortem hæretici inquirere non poſſe de crimine illius, ad effectum confiſcationis bonorū. Meritò tn̄ reprehenditur à Panormit. c. cum nobis, de præſcrip. num. 8. & ab alijs. Quamuis enim, quod Bartolus infert, verum eſſet iuxta leges ciuiles, & per comparationem ad fiſcum ſecularē; falſum tamen eſt iuxta leges Eccleſiaſticas hac, & diſpu. 66. citatas, iuxta quas inquiſitores hæreticæ prauitatis procedunt, & per comparationem ad fiſcum Eccleſiaſticum, comparatione cuius ſolū præſcribitur quadraginta annis a morte hæretici, & cum ignorantia, quod ea bona fuerint hominis hæretici. Cum vero hodie bona hæreticorum, & apoſtatantiū iuxta Eccleſiaſticas leges fiſco D addicantur, ſane quamuis ex conceſſione Summorum Pontificum ſeculari, regioq; fiſco, & non Eccleſiaſtico, applicentur, eodē tn̄ modo erunt confiſcanda, neq; aliter pręſcribentur, q̄ aduerſus Eccleſiaſticum fiſcum, vt Couar. in epitome, nu. 16. citato, Simancas in cathol. inſtitut. tit. 9. nu. 134. & alii adnotarunt, atque id in Hiſpaniis ſeruatur, fuitq; optimo iure ita à principio introductum, vt Antonius Gomez 3. tomo variarum reſolut. c. 1. num. 81. rectè ait: id quod haud ſcio an Couar. ſatis attenderit. Bartolus reijcitur.

Quinta concluſio. Bona fiſco ſeculari nondū incorporata, ei tamen ea ratione debita, quod morte alicuius ſine legitimis hæredibus vacauerint, ſi talium bonorum facta fuit fiſco denunciatio, neque occupauit, præſcribuntur aduerſus fiſcum quadriennio ſiue titulus adſit, ſiue non, vt conſtat ex l. 1. C. de quadrien. præſcriptione, & ex l. intra quatuor. ff. de diuerſis & tempo. præſcriptio. neceſſaria 5. Concluſ.

tamen

tamen eſt bona fides. Qđ ſi fiſco facta nõ fuit denunciatio eorũ bonorũ, & cum titulo & bona fide poſſideãtur, vt ſi quis bona fide ea emiſset, præſcribentur perinde atq; bona priuatorum, videlicet mobilia per triennium, & immobilia per decennium inter præſentes. l. quamuis, ff. de vſucap. Si verò poſſideantur cum bona fide, & ſine titulo, præſcribentur ſpatio triginta annorum. Id ꝙ intelligendum etiam eſt, de quibuſcumq; alijs bonis, quacunq; alia de cauſa fiſco debitis, nondum tñ illi incorporatis, vt conſtat ex l. in omnibus, ff. de diuerſ. et tempo. pręſcrip. l. 2. 3. & 4. ff. de requiren. reis, & l. quęre. C. ad l. Cornel. de falſis. Excipitur, niſi quid aliud in iure ſit exceptum, quod breuiori tempore aduerſus fiſcum præſcribatur, vt habetur. l. 3. de requir. reis, & alibi.

6. Concluſ. Sexta concluſio. Qđ ad fiſcũ Eccleſię attinet, ſiue bona ad illum ſpectãtia incorporata iam fiſco ſint, ſiue non, præſcribũtur aduerſus fiſcum Eccleſię inferioris à Romana ſpatio quadraginta annorũ: aduerſus verò fiſcũ Eccleſiæ Romanæ ſpatio centum annorum. Excipiuntur bona hæretici, quæ partim nunq̃ præſcribuntur, partim verò præſcribuntur à ſucceſsoribus in illis ſpatio quadraginta annorum à puncto mortis hæretici cum ignorãtia ꝙ ea fuerint hoĩs hæretici, vt dictum eſt. Hæc concluſio eſt Panormit. cap. cum nobis, de præſcript. nu. 9 elicitque illam ex cap. 2. de præſcrip. lib. 6. neque ſcio quemquam qui contradicat. Vt tamen verum fatear, caput illud non vrget. In priori namque capitis parte ſolum eſt ſermo de bonis, quæ erant Eccleſiæ, & ad Eccleſiam pp crimen regrediuntur: & authentica, quas actiones, iuncta l. vltima, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, quæ in confirmationẽ poterat adduci, ſolum probat quoad bona, ad quæ obtinẽda fiſco ſeculari cõpeteret actio per integrũ decenniũ aut vltra: vnde alijs longius huius concluſionis examen relinquo.

DISPVT. LXXIV.

De tempore ad præſcribendum aduerſus Principem ea bona, quæ ad illius fiſcum non ſpectant.

1. Concl. SIt prima concluſio. Quæ Sũmo Pontifici ex ſuo munere à Chriſto inſtituto cõpetunt, nullo tempore, nullaq; ratione præſcribi poſsunt aduerſus Sedẽ Apoſtolicã, quaſi in aliquo Sedis Apoſtolicę poteſtas minuatur. Hæc eſt manifeſta, qm̃ illa ptãs eſt de iure diuino: aduerſus autem ius diuinum non datur præſcriptio, neq; cõſuetudo, quæ vim vllam habeat. Ita Panormit. c. cum nobis. de præſcrip. nu. 11.

2. Concl. Secũda cõcluſio. Tributa & cenſus, quæ in ſubiectionis ſignũ Principi debentur, nullo tpe poſsunt præſcribi, quaſi quis ea via maneat in poſterũ exemptus ad ea ſoluẽda. Ita Panormit. c. cũ nobis, citato, Bart. l. in omnibus, ff. de diuerſ. & tempor. pręſcrip. Couar. reg. poſseſs. par. 2. §. 2. nu. 8. & alij quos citat iuxta l. comperit. C. de præſ. triginta annorum, & traditur l. 6. tit. 28. p. 3. legum Caſtellę. Conſonat. l. 1. tit. 15. lib. 4. nouæ collect. illis verbis: *Y aſſi miſmo lo que las leyes dizen, que las coſas del Reyno no ſe puedan ganar por tiempo, ſe entienda de los pechos y tributos à nos diuidos.*

3. Concl. Tertia concluſio. Quod ſupremæ poteſtati ita eſt innatum, vt quaſi ad rationem illius, qua ſuper omnes alios eſt, pertinere videatur, à nullo ſubditorum valet aduerſus Principem præſcribi, vt ꝙ ad Principem ab eo non appelletur, quòd coercere eum non poſſit quãdo ratio & iuſtitia poſtulauerit, defectuſque illius corrigere, & quòd nullis Principis legibus ſubiaceat. Quę omnia, vt tractatu quinto patebit, ad primum & ſupremũ gradum meri imperij ſpectant. Ita poſt Panormitanum loco citato, cum Baldo & pleriſque alijs quos citant, Couar. loco citato, & de practicis quęſtio. c. 4. num. 1. & 2. & Aluarus

A Valaſcus de iure emphyt. quæſt. 8. à nume. 29. qnin Baldus ait, Principem id non poſſe concedere, eò quòd ſit euiſcerare, deſtruereque Imperiũ. Tota cõcluſio colligitur argumento à minori ad maius, ex l. comperit, citata, & ex concluſione præcedente, eaque de cauſa illam hic præmiſimus. Statuta item eſt hęc nřa concluſio in Regno Caſtellę varijs iuribus, quæ Couar. locis citatis refert, & habetur l. 1. tit. 15. lib. 4. nouę collect. his verb. *Pero la iuriſdiction ciuil y criminal ſuprema, que los Reyes an por maiora poderio real, que es ee fazer y cumplir donde los otros ſeñores y iuezes la menguaren, declaramos que eſta no ſe puda ganar, ni preſcriuir por el dicho tiempo, ni por otro ninguno.* Idẽ habetur lib. 2. Ordinat. huius Luſitaniæ Regni, ti. 26. in principio, illis verbis: *Em as doacões feitas as Rainhas & aos Iffantes, & à outros alguns ſenhores, foraõ poſtas clauſulas, quel he cõcediamo alguãs terras, villas, Iugares cõ toda ſua iuriſdicaõ ciuil & crimenal, mero, & miſto imperio, naõ reſeruãdo pero ſi parte algnũ da dita iuriſdicaõ, & em outras* B *reſeruaraõ alguna parte dela: & poſto que as ditas doacões aſſilargamente paſſaſſem, ſempre foraon entendidas, & ſe entenderan, que ſique à nos reſeruada à mais alta ſuperioridade, & real ſenhorio, que o Rey tem em todos ſeus ſubditos & naturaes.* & §. 15. ſubijcitur. *Et porque à corei caõ he ſobre tuda à iuriſdicaõ que eſguarda à ſuperioridade, & o maior & mais alto ſenhorio à que todos ſaon ſoieitos, à qual aſſi he vni da & à cõiunta ao principado do Rey, que à naonpode de todo de ſi tirat, defendemos, &c.* Confirmare poſſumus hanc & præcedentem concluſionem, qm̃ cum præſcriptio neque de naturali, neque de gentiũ, ſed de ciuili iure ſit, non plus ſe extendit, quàm vnuſquiſque ſupremus Princeps in ſuo Regno eam ſuis legibus voluerit eſſe extenſam: at verò, pręterquàm quòd ex iuribus citatis ſatis colligatur præſcriptionem non ſe extendere ad ea, quæ his duab. concluſionibus con- C tinentur, ſanè cenſendum eſt eam eſſe mentem cuiuſque ſupremi Principis in ſuo Regno: contrariũ enim in perniciẽ ac detrimẽtum eſſet Reipublicæ. Hinc infero, cum nullis alijs legibus quiſq̃ præſcribere poſſit exẽptionem à ſuo Principe, quàm legibus & iure eiuſdẽ Principis; eo ꝙ in ordine ad ſuos ſubditos nullæ aliæ leges vim habeant: neque verò præſumendum ſit mentem alicuius Principis eam eſſe, vt quiſquam præſcriptionis via omnimodam exemptionem ab ipſius poteſtate conſequatur, fiatque diuiſio Reipublicæ: conſequens omnino eſſe, vt nullus prorſus via præſcriptionis cõſequi vnquam poſſit omnimodam exemptionem à ſupremo alias ſuo Principe. Id quod affirmat Panorm. ca. non liceat; de præſcript. num. 16. Non ergo placet contraria ſententia Couar. regul. poſseſ. p. 2. §. 2. num. 8. contrarium cum quibuſdam alijs aſſerentis.

4. Concl. Quarta concluſio. Bona, quæ Regni coronam D ita ſpectant, vt nihilominus non repugnet iuri communi fieri alicuius priuati, vt ſunt ſaltus, prædia alia vrbana, aut ruſtica, & his ſimilia, non præſcribuntur aduerſus Regni coronam minori ſpatio, quam centum annorum. Ita Couar. regula, poſſeſſor. part. 2. §. 2. in calce numeri 8. & nume. 9. & multi alij, quos refert. Conſentit Aluarus Valaſcus de iure emphyt. quæſtio. 17. numer. 12. Probatur: quoniam, l. vltima, C. de ſacroſanct. Eccleſ. conceſſum eſt ciuitatibus, vt aduerſus eas non præſcribatur minori tempore quàm centum annorum, etiam quoad bona, quæ ipſis vendita, donata, aut relicta fuerint; neque id reuocatum fuit, aut ad breuius tempus coarctatum per authenticam, quæ ibi ſubiungitur, quemadmodum coarctatum fuit idem priuilegium, quatenus conceſsum erat Eccleſijs inferioribus à Romana, & alijs pijs locis: cum ergo idem priuilegium maiori cum ratione habeant

bona totius regni, qualia ſunt ea, quæ ad coronam pertinent; conſequens profectò eſt, vt minori tempore, quàm centum annorum, non præſcribantur.

5. Concluſ. Quinta concluſio. Ea bona, quæ ſunt Principis nõ quà Princeps eſt, vt ſunt bona, quæ ex ſuo patrimonio, aut aliunde, non verò ex Regni corona aut fiſco, ad ipſum ſpectant, eo tempore præſcribuntur aduerſus Principem, quo præſcriberetur aduerſus quemcunque priuatum. Hæc etiam eſt Couar. nu. citato, & aliorum quos refert: tametſi quidam refragentur. Probari autem poteſt, qm̃ non conſtat de priuilegio, quod Regi quoad ſimilia bona cõueniat.

DISPVT. LXXV.

Quando poſſeſſio longiſſimi temporis, ſcilicet triginta, quadragita annorum, aut alterius maioris ſpatij certi, ſine titulo ad præſcribendum non ſufficiat.

NOn ſolum proximè præcedens diſputatio, ſed & multæ aliȩ antecedentes, hanc ad ipſarum complementum exigere videntur. Poſſumus verò quaſi fundamentalem concluſionem ſtatuere, quæ, quando aliud non colligitur ex iure vel communi, vel particularium regnorum, eſt vniuerſim vera, ac proinde illi eſt ſtandum.

Concluſio. Quando ius non eſt in contrarium eius, qđ præſcribitur, neque aliunde eſt præſumptio malæ fidei poſſidentis, neceſſarius nõ eſt titulus ad præſcribendum tpe longiſſimo triginta, quadraginta, aut plurium annorum, iuxta ea quæ diſputationibus præcedentibus dicta ſunt. Quando verò vel ius eſt in contrarium, vel eſt præſumptio malæ fidei, non ſatis eſt ad præſcribendũ poſſeſſio longiſſimi temporis, ſed inſuper titulum probare neceſſe eſt; ſufficiet tñ poſſeſſio tpis, de cuius initio nõ eſt memoria, etſi titulus non probetur. Hæc tota concluſio colligitur, cũ ex alijs iuribus, tum præcipuè ex c. 1. de præſcr. li. 6. vbi tota habetur expreſsè & abſque vllo ænigmate.

Quando de poſſeſſione aliqua cõſtaret eam fuiſſe ſemper mala fide, aut ex ignorantia iuris minimè dubij, tunc poſſeſſor, etiam ſi tempus eſſet tantum de cuius initio nõ eſſet memoria, non præſcriberet: quoniam poſſeſſor malæ fidei vllo tpe non præſcribit, & iuris ignorantia, etiam ſi inuincibilis ea ſit, tollit præſcriptionẽ ex iuris ciuilis diſpoſitione, imò efficit poſſeſſionẽ mala fide, ſumpto latè malæ fidei vocabulo, vt diſputatione 64. oſtenſum eſt. Solum ergo habet locum concluſio propoſita, quando non conſtat apertè de mala fide, nec item perfectum eſt, poſſeſſionem ex iuris ignorantia prouenire, ſed tantum eſt de ea re præſumptio. Quamuis, vt diſputatione 64. dictum eſt, regulariter poſſeſſio tanto tempore, de cuius initio non ſit memoria, vim tituli habeat, tollatque proinde præſumptionẽ ignorantiæ iuris ac malæ fidei, quando aliud iure in aliquo particulari caſu non eſt conſtitutum: id quod ſatis colligitur ex cap. 1. de præſcript. lib. 6. quatenus poſtremam noſtræ concluſionis partem aſſeuerat.

A iure canonico ordiendo c. 1. de præſcrip. lib. 6. ſequens controuerſia iuxta concluſionem propoſitam dirimitur; imò, vt eadem diſſoluatur, eo in capite concluſio noſtra eſt conſtituta. Epiſcopus vnus in territorio & dięceſi alterius poſſidebat quaſdam eccleſias & decimas, quas ab eo repetebat Epiſcopus in cuius diœceſi erant ſitæ. Poſſeſſor earum ſe defendebat obijciendo, legitimè eas ſe præſcripſiſſe poſſeſſione earum integris quadraginta annis. Reſpondet Bonifacius VIII. Cum ius commune cõtra talem poſſeſſorem faciat (eò quòd cap. omnes, 16. quæſtione 7. ac alibi in hunc modum ſit conſtitutum, omnes baſilicæ, quæ per diuerſa loca con-

A ſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundum priorum canonum regulam, vt in eius epiſcopi poteſtate conſiſtant, in cuius territorio poſitę ſunt) non ſatis eſſe ad legitimam præſcriptionem, ſi probet quadraginta annis eas poſſediſſe, ſed inſuper eſſe neceſſe, vt vel oſtendat titulũ, quo illas eo tẽpore poſſedit, vel probet eas poſſediſſe tanto tempore de cuius initio non ſit memoria. Nam, inquit Sũmus Pontifex, licet ei, qui rem præſcribit Eccleſiaſticam, ſi ſibi non eſt contrarium ius commune, vel cõtra eum præſumptio non habeatur, ſufficiat bona fides; vbi tamen eſt ei ius commune cõtrarium, vel habetur præſumptio contra ipſum, bona fides non ſufficit, ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi: niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, cuius contrarij memoria non exiſtat. Hactenus Bonifacius.

Notat optimè Cou. 1. var. reſol. c. 17. nu. 7. nõ ſatis eſſe, ſi ius quocunque modo ſit in contrarium, ad
B hoc vt longiſſimo tpe, alioquin ordinario, præſcribi non poſſit ſine titulo; ſed neceſſarium eſſe ius, ꝙ reſiſtat, ac vetet poſſeſſionem illam, atque adeò, ꝙ ſpectata rei qualitate, iuriſq; vehemẽti prohibitione, arbitrio prudentis, vehemens conſurgat præſumptio, poſſeſſionem vel mala fide fuiſſe, vel certè ex iuris ignorantia. Atque hoc ſanè eſt, quod voluiſſe videtur idem Cou. reg. poſſeſ. loco diſp. 64. citato, qua in diſputatione dicebamus nõ ſatis eo in loco ſe explicuiſse. Vnde ex eo, ꝙ prædia ſuapte natura à ſeruitutibus ſint libera, quia tñ ius non vetat ſeruitutes concedi in alienis prædijs, valdeq; conſuetum eſt in eis conſtitui, poſſeſſio quidẽ ſeruitutis in alieno prædio non cenſetur eſſe cõtra ius cõe, vt tituli probatio ſit neceſſaria. Quia ẽt, licet de iure quarta decimarũ & oblationum pertineret ad Epm, non tamẽ erat prohibitum illi cedere, neque inconſuetum erat eam alteri cõcedere, inde eſt, ꝙ capit. de quarta, de præſcr.
C definiatur, clericum quẽdam aduerſus Epiſcopum ſe potuiſſe defendere quadragenaria illius præſcriptione: eo ꝙ non eſſet pręſumptio vehemens, vel de poſſeſſione illius mala fide, vel ex ignorantia iuris, præſertim cum clericus ille ſuo prædeceſſori in poſſeſſione illius quartæ ſucceſſiſſet. Hac eadem ratione capit. cura, de iu. pat. Alex. III. licet ſtatuat, vt nullus Clericus vel Monachus, ex donatione laicorum vendicare ſibi præſumat Eccleſias ſine authoritate & conſenſu Epiſcopi Dięceſani, vel retinere taliter acquiſitas, eò quòd id ſit cõtra iuris prohibitionem, taliſq; collatio ſit irrita & inanis, addit, niſi legitima fuerit præſcriptione munitus, aut Diœceſani Epiſcopi habuerit poſteà cõſenſum; quod Gloſſa, & Doct. intelligunt, de præſcriptione triginta annorũ. Quia enim, vt Gloſſa ibi ait, & approbat Panorm. nõ erat vehemens præſumptio, quòd ex iuris ignorantia eas Eccleſias ita poſſediſſent, idque vel quòd Præ-
D latis videntibus & tacentibus ex præſumpto illorum conſenſu eas poſſediſſent, vel quòd non immediatè eas ipſi de manu laicorum ſuſcepiſſent, ſed ſucceſſiſſent in earum poſſeſſione, loco illorum, qui de manu laicorum illas acceperant, idcirco Alexander III. in eo euentu admittit præſcriptionem quadraginta annorum, ſine titulo alioquin legitimo. At verò quoniam in pacem & bonam Eccleſiarum adminiſtrationem eſt conſtitutum, vt Eccleſię omnes intrà territorium cuiuſque Dięceſis conſtitutæ ad Epiſcopum illius Diœceſis pertineant, & vt decimæ à parochianis Clericis ſpiritualia ipſis adminiſtrantibus ſoluantur, non verò aliquibus alijs; ſanè, quando de legitimo titulo aliud non conſtat, præſumptio eſt vehemens poſſeſſionem eccleſiarum, ac decimarum vnius Diœceſis, qua ab Epiſcopo alterius Diœceſis poſſidentur, mala fide aut ex iuris ignorantia fuiſſe introductam, niſi

tanto tempore fuerint poſſeſſæ, vt de initio illius nõ ſit memoria: ea namque poſſeſſio vim tituli, iuris pſumptione, habet, & malæ fidei ac iuris ignorantiæ præſumptionem excludit.

Eodẽ mõ, cũ iure Canonico arctè ſit omnib. pcẽptũ, vt decimas ſoluãt, ſanè quãuis poſſit, nõ ſolum clericus, ſed ẽt laicus præſcribere exemptionẽ à decimis, vt Couar. lib. 1. varia. reſol. c. 17. nu. 10. probat, non tñ illã breuiori tempore præſcribet, q̃ quadraginta annorũ cum titulo, vel ſine titulo tpe de cuius initio non ſit memoria, vt Couar. ibidẽ iuxta c. 1. de præſcr. lib. 6. ſubiungit. Ius verò percipiẽdi decimas licet ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ poſſit habere laicus, quia tñ priuilegio ſecluſo, incapax eſt poſſeſſionis talis iuris, vti que neque tpe, de cuius initio nõ ſit memoria, ius illud pſcribet: incapacitate ad poſſidendum tale ius operãte, vt neque tempore, de cuius initio non ſit memoria, poſſit præſcribi. Excipe, niſi conſtet anteceſſores ſuos, ante tempora Cõcilij Lateranẽſis ſub Alexandro III. circa annum 1179. illud poſſediſſe. Ante illa namque tempora conſuetum erat concedere laicis de Eccleſia bene meritis ſimilia iura: eo vero in Concilio vehementer fuit prohibitum, facti que ſunt in poſterum incapaces iuris illius. Lege Couarr. c. 17. citato, nu. 4. & in calce nu. 5. Eodem capite bene cum alijs obſeruat, aliud eſſe conſuetudinẽ alicuius loci, vt non ſoluantur decimæ, aliud verò præſcriptionem. Conſuetudo namque, etiamſi ſit contra ius Eccleſiaſticũ expreſſum, vim habet eo ipſo, ꝙ eſt quadraginta annorum, etſi nullus interueniat titulus, præſcriptio vero nõ item.

Iuris patronatus præſcripti aduerſus Eccleſiam.

Porrò communis, cum Archidiacono eſt, plurimorum Doctorum ſententia, quam Couarr. regula, poſſeſſor. par. 2. §. 10. nu. 2. refert, ius patronatus licet aduerſus priuatum præſcribi poſſit tempore ordinario, vt diſputat. 70. dictum eſt, aduerſus Eccleſiam tamen, patrono alioquin liberam, præſcribi non poſſe à laico. Ratio eorum eſt, quoniam, inquiunt, cum ius patronatus ſpiritualibus ſit annexum, & quaſi ſpirituale ſit, laici ſunt incapaces illud poſſidendi aliter quàm ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, aut iuris communis titulo conſtructionis aut dotationis talis Eccleſiæ, vt ex cap. Sacroſancta, de electione, & ex alijs iuribus colligitur.

Merito tamen Couar. cum Ioan. And. & pleriſq; alijs excipit, præterquam quando non eſt omnino certum, Eccleſiam fuiſſe liberam, & qui præſcribere ius patronatus debent, ſunt parochiani ipſi: tunc. n. propter probabilitatem, quę eſt, ab eis fuiſſe conſtructam, & propter obſequia & onera, quæ in illius vtilitatem quotidie præſtare ſolent, admittendum eſt, poſſe illud præſcribere tempore ordinario quadraginta annorum abſque titulo, ad hunc ſolum effectum, quòd, quando non conſtaret apertè ius patronatus ad ipſos non pertinere, non poſſent ab illo expelli, ſed in dubio ſit melior eorum conditio.

Qñ Eccleſia eſt collegiata, conſtat ex c. Sacroſancta, & ex c. Meſſana, de elect. rectoris & prælati electionem nõ pertinere ad patronũ, ſed ad Capitulũ, niſi patronus, qui Eccleſiam ædificauit aut dotauit, id in pactum deduxiſſet, fuiſſetque illi conceſſum. Quod vſque adeò verum eſt, vt nulla conſuetudo in contrariũ vim poſſit habere, vt habetur expreſsè ca. Meſſana, citato, tametſi approbatio rectoris & paſtoris à Capitulo electi ad patronũ ſpectet. Quamuis autẽ hoc ita ſit, nihilominus, qm̃ vel deducendo id in pactum tempore fundationis, aut dotationis Eccleſiæ, vel priuilegio Summi Pontificis, tacitaq; vel expreſsa illius cõceſſione, à principio dotationis & fundationis Eccleſiæ, aut poſtea tẽporis progeſſu frequẽs eſt, patronos Eccleſiarum collegialiũ habere ius eligendi, ac nominandi rectorẽ ac prælatum, inde eſt, ꝙ quãdo eiuſmodi patroni à tẽpore, de cuius initio non extat memoria, ſunt in poſſeſſione eligendi & nominandi rectores & prælatos Eccleſiarum collegialium, in hoc ſenſu cenſendi ſint præſcripſiſse ius illud, ꝙ non valeãt eo ſpoliari ac ab eo deijci, etſo nullum alium titulum probent ac oſtendant: eo ꝙ poſseſsio illa tanti temporis, in re in Eccleſia multis frequenterque conceſsa, vim tituli præſumpti habeat, vt dictum eſt, conſonantque varia iura. Atque in hoc ſenſu Reges Hiſpaniarum præſcripſiſse ſunt cẽſendi ius eligendi ac nominandi rectores & Epiſcopos cathedralium & collegialium Eccleſiarum in Hiſpanijs, & in cęteris prouincijs illis annexis, quas ipſi erexerunt ac dotarunt, in eodemque ſenſu accipienda ſunt, c. nobis, de iure patron. & c. generali, de electione, lib. 6. quæ apertè huic fauent ſententiæ. Lõgè apertius illi fauet Conc. Trid. ſeſs. 25. ca. 9. cuius initium ſic habet. Sicuti legitima patronatuum iura tollere, piaſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare, æquum non eſt: ſic etiã, vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem ꝙ à multis impudenter fit, redigantur, non eſt permittendum. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruetur, decernit Sancta Synodus, vt titulus iuris patronatus ſit ex fundatione vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs iure requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationib. per antiquiſsimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſve ſm iuris diſpoſitionem. In ijs verò perſonis, ſeu cõitatibus, vel vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur. Nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſsaria, præſentationes etiam continuatæ, non minori ſaltem, quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ oẽs effectum ſortitæ ſunt, authenticis ſcripturis probentur, &c. Ecce, præſcriptio temporis, de cuius initio non eſt memoria, admittitur in iure patronatus, abſq; alterius tituli probatione, prę ſertim ſi ſufficienter cõſtet de vſu illius iuris proximis quinquaginta annis. Lege, quę in eodem capite adduntur, & ſeſsio. 15. c. 12. & 24. c. 18. & longiorem de hac re diſputationem apud Couar. §. 10. citato.

Quod ad ius ciuile attinet, in primis qm̃ bona omnia, quantũ eſt ex ſe, libera ſunt, quemadmodũ à ſeruitutibus, ita multo magis à vinculo primogenituræ, ſanè ad eum, qui illa tanq̃ primogenij bona vult poſsidere, probare ſpectat eo vinculo eſse affecta: quippe cui ius ipſum, naturaq; alioquin ipſorũmet reſiſtat. Hac de cauſa in Regno Caſtellę, l. 14. Tauri ſancitũ eſt, vt qui legitimũ titulũ oſtẽdere nõ valuerit, vnde bona, quæ tanq̃ maioratus poſsidet, poſsidereve cõtendit, eo vinculo affecta eſse conſtet, nõ aliter ex diutina ſua, ſuorumque anteceſsorum poſſeſsione cenſeatur probare tale vinculum eorum bonorum, quàm ſi conſuetudinem immemorabilem, quod tanquam bona maioratus fuerint poſseſsa, & cum qualitatibus quæ id concludant, oſtendat; nempe ꝙ, cum anteceſsor in illis bonis plures filios legitimos habuerit, ſemper primogenitus in eis integrè ſucceſserit, nulla ea de cauſa facta compenſatio ne alijs fratribus. Prætereà, teſtes, qui id teſtificaturi ſunt, eſse debent bonæ famæ, teſtificaturique ſunt, ſe id ita fieri vidiſse ſpatio quadraginta annorũ, & audiuiſse fieri a ſuis maioribus & longæuis, qui etiam ita fieri id viderunt & audierunt; neque vnquam viderunt aut audierunt contrarium, eamque eſse uocem & famam publicam, communemq; opinionem inter vicinos & habitatores loci illius. Quia ergo in eo Regno, nõ minor probatio, q̃ hæc, ad id exigitur, conſtat in eo, ad præſcribendũ ſine titulo bona aliqua tãquam maioratus in detrimentũ aliorum,

Bona tanq̃ maioratus, quo tempore præſcribantur.

rum,qui in illis ſuccedere debebant, nõ ſufficere minus tempus, quam de cuius initio non ſit memoria, & cum qualitatibus,& probationibus explicatis.

Molinæ opinio.

Aduertit verò Moli.lib. 2.de primoge.c.6.nu.51. ſufficere nihilominus ad pręſcribendum huiuſmodi primogenia poſſeſſionẽ quadraginta annorum cum titulo:eo ꝙ vniuerſim, q̄n ad præſcribendum ſine titulo neceſſaria eſt immemorabilis poſſeſſio,ſufficiat poſſeſſio quadraginta annorum cum titulo, vt præter caput primum de præſcr.lib. 6. colligitur aperte ex c.cum perſonæ,de priui.lib.6. & notant ibi cõiter Doctores.eo enim in capite ad pręſcribendam exemptionem ab ordinario,in qua ius cõe præſcribenti reſiſtit,& quæ per conſequẽs tp̄s immemorabile requirit, ſufficere decernitur ſpatium quadraginta annorum cum tali titulo, qui licet non ſufficiat per ſe ad comprobandam plenè talẽ exemptionem, fuerit tñ ſufficiens ad præbendam cauſam præſcribendi. Idẽ ẽt colligitur ex l.1.tit.10.lib.5. nouæ collectionis legum Caſtellæ. Cum enim l.1.titu.19.lib.4.eiuſdem B collectionis, ſtatuatur ad præſcribendum in eo Regno ſine titulo iuriſdictionem ciuilem, & criminalẽ in oppido aliquo,neceſſariũ eſſe tp̄s, de cuius initio non ſit memoria;in illa alia lege ſancitur,ſufficere cũ titulo, clauſula ve generali q̃ id ſuo modo ſignificet, ſpatiũ quadraginta annorũ ſine vlla interruptione.

Quando vera.

Hanc tñ doctrinam ſolũ exiſtimo eſſe verã,q̄n titulus non continet apertum defectum, q illum reddat nullum & inualidum, ſed res cum minimum manet dubia:tunc.n.in eo ſenſu is,qui cũ eo titulo poſſedit, pręſcripſiſſe eſt cenſendus,ꝙ neceſſe nõ erit amplius titulum illum & cauſam examinare. Atq; hoc ſolum

Quando falsa.

eſt,ꝙ colligitur ex illis iuribus. Nec video cur in maioratibus ad præſcribendum cũ eiuſmodi titulo non ſit ſatis tp̄s ordinarium decem annorũ inter præſentes,& viginti inter abſentes. Etenim ſi c.perſonę,citato, tp̄s quadraginta annorũ exigitur, id ſanè fuit, quia illud eſt ordinarium ad præſcribendum aduerſus Eccleſias. Lege ẽt illa Caſtellæ citata,ſi ad præſcribendũ cum illo titulo tp̄s ẽt quadraginta annorũ requiritur,id ex eo conſtitutum fuit, ꝙ præſcriptio illa ſit aduerſus coronã Regni; poſſetq; iure optimo conſtitui tp̄s centum annorum, eo ꝙ, vt diſputatione præcedente concluſione quarta oſtenſum eſt,aduerſus Regni coronam nõ minori tpe, q̃ centum annorum,præſcribatur: ex quadam tamẽ æquitate conſtitutum eſt ſolùm tempus quadraginta annorum, ppea ꝙ titulus ille tam apertus videretur, vt ferè nihil amplius ad plenam probationem deſiderari poſſe videretur. At verò bona maioratuum,de quibus modo loquimur,ſolum præſcribuntur aduerſus priuatos,qui hæreditario iure in illis ſuccedere debebãt aduerſus quos cum titulo ſatis eſt ſpatium decem aut viginti annorum,& ſine titulo ſatis eſſet ſpatium triginta annorum,niſi in contrarium eſſet illa iuris reſiſtentia, maleq́ue proinde fidei præſumptio. Docet D autem optime Couar.reg.poſſeſſ.p.2.§.3.q̄n, quod ius reſiſtat, neceſſaria eſt ſine titulo præſcriptio de cuius initio non eſt memoria, cum titulo ſufficere tẽpus alioqui ordinarium; aut aduerſus Eccleſiam inferiorem ad Romanam,quadraginta annorum, aduerſus Romanam autem, ciuitatem, aut coronam Regni,centum annorum: conſentiuntque ſatis cap. 1.de præſcrip.libro 6.& alia iura. Hæc quoad bona maioratuum,qui à priuatis conſtituuntur.

Qm̄,vt tractatu quinto oſtẽdemus,iuriſdictio tota Reipublicæ ac Regni,tam ciuilis, quam criminalis,in Luſitaniæ & Caſtellæ Regnis penes Regẽ eſt, ab eoque in oẽs alios deriuatur, & idem regulariter eſſe ſolet in alijs Regnis;inde eſt, ꝙ niſi contrarium probetur, de quacunque iuriſdictione in peculiari, multo magis præſumendum ſit ad Regem pertinere,& non ad priuatos,quam de quibuſcunque bonis

A præſumendum ſit libera eſſe à vinculo primogenij; niſi contrarium probetur. Hinc eſt,ꝙ ad quẽcunque priuatum,qui iuriſdictionem quãcunq; ad ſe pertinere contendat,probare id ſpectet, & niſi ſufficienter probet,ſuccumbat: eo ꝙ a parte Regis pugnet præſumptio, ꝙ ſua ea ſit,vt affirmat cõis Doctorũ ſnĩa, ꝙ Couar.de practicis quæſtionibus c.1.& 4. Aluarus Valaſcus de iure emphy.q.8.à nume.20.referunt ac ſequuntur. Inde ẽt eſt,ꝙ ad præſcribendũ eiuſmodi iuriſdictionem ſine titulo,non minus tp̄s ſufficiat, q̃ de cuius initio nulla extet memoria:eo ꝙ p̄ſumptio, ipſumque ius reſiſtat,vt Doctores,quos Couar. reg. poſſeſſ.p.2. §.3. refert ac ſequitur aſſeuerant. Quia vero præſcriptio eſſe debet aduerſus Regẽ,Regniq; coronam,aduerſus q̃ non minori tpe,q̃ centũ annorum,ẽt cum titulo,præſcribitur,inde eſt,ꝙ eiuſmodi iuriſdictio cum titulo non breuiori, quam centum annorum tempore præſcribatur. Id quod affirmat Couar.§.3.citato,de iuriſdictione criminali:de ciui- B li vero videtur aſſeuerare, ſatis eſſe ſpatium quadraginta annorum cum titulo. De vtraque tamen puto veram eſſe noſtram aſsertionem, cum vtrobique ſit par ratio. Neque exceptio ex l.1.tit.10.lib. 5. nouæ collectionis legum Caſtellę paulo antea relata,quicquam obſtat. Tum quod, vt paulo antea dictum eſt, id ex rationabili cauſa,in eo ſolum euẽtu, de quo ibi erat ſermo,conſtitutum eſt. Tum etiam, quoniã ibi non ſolum eſt ſermo de iuriſdictione ciuili, ſed etiã de criminali ac mero imperio,vt legem illam expendenti erit manifeſtum.

Illud etiam obſeruo, cum ad cõe Reipublicæ bonum ſpectet coronam Regni non minui, Regiſque iuriſdictionem ac potentiam integras manere: præſcriptio vero non maiores vires habeat, quam legib. ciuilib. pro principis arbitrio, vt expedire iudicauerit,concedatur,ſæpe in Rebuſpublicis merito ſtatui, vt multa,quæ in Reipublicæ,& coronæ Regni detri- C mentum vergere poterant,nullo tempore, etiam de cuius initio non ſit memoria,præſcribantur.

Cæterum,cum tã meri,quam mixti imperii, multi ſint gradus,vt tract.5.explicabitur,ea, quæ ad primum gradum,non ſolum meri, ſed ẽt mixti imperij ſpectant,nulli cenſentur conceſsa,niſi nominatim & expreſsè eorũ aliquod concedatur,idq; etiam ſi clauſula aliqua vniuerſalis apponatur,qua dicatur, concedi omne merum & mixtum imperium loci alicuius:ea enim clauſula ſolũ intelligitur de omni mero & mixto imperio inferiorum graduum. Ad primum vero & ſupremum gradum meri imperij ſecularis ſpectat poteſtas condendi leges, quæ totam Rempublicam obligent, poteſtas monetam proprio nomine cudendi, poteſtas ꝙ ad ipſum vltimo appelletur, ptãs tributa imponendi,poteſtas tabelliones & alios miniſtros publicos inſtituendi de nouo:ſecus autem eos eligendi,aut pręſentandi,vel creandi loco defun- D ctorum,aut alia ratione amotorum. Quod vero ad tabelliones attinet, vide in hoc Regno, quæ libro 2. Ordin.tit.26.à §.20.vſque ad 28.conſtituuntur. Itẽ pertinet poteſtas veniam concedendi ætatis minoribus,poteſtas legitimandi illegitimum,poteſtas reſtituendi infami ſuam famam atque ſtatum priſtinum, poteſtas remittendi pœnam delicti, q̄n non eſt pars læſa, quæ accuſet, poteſtas concedendi vt in cauſa aliqua procedatur appellatione poſtpoſita, poteſtas concedendi vt cognoſcatur de cauſa, quæ in rem iudicatam tranſiuit,& reuocandi ſententiam quæ trãſiuit in rem iudicatam,& ſi quid aliud eſt ſimile.

Cõis eſt Doctorum ſnĩa,quã Couar.regula, poſſeſs.par.2.§.3.refert ac ſequitur, præſcribi poſse iuriſdictionem aduerſus principem, non ſolum ciuilem, ſed etiam criminalem, ad merum & mixtum imperium in gradibus ſupremo inferioribus ſpectantem,atque adeo præſcribi poſse iuriſdictionem

crimi-

criminalem puniendi malefactores vltimo ſupplicio, alijs inferioribus. Atque dum clauſula vniuerſali totum merum & mixtum imperium alicuius ciuitatis, aut alterius oppidi cuipiā conceditur, ſupremum, quod eā clauſula cenſetur ei conceſſum, eſt, poſſe punire mortis ſupplicio, idque nomine meri imperij, vt cum Bart. tractatu 5. dicemus, ſolet interdum ſolum ſignificari; tametſi merum imperium multa alia comprehendat.

Aliqua etiā ex ijs, quæ ad ſupremū gradum meri & mixti imperij pertinēt, vt ius tabelliones inſtituēdi, ius vectigalia indicendi, ius legitimandi illegitimos, & quæ his ſunt ſimilia, poſſe præſcribi aduerſus principem, affirmat cōis Doctorum ſnīa, quam Couarr. reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2. nu. 8. refert ac ſequitur. Vt enim hæc, licet raro & paucis, concedi tamē interdum ſolent: ſic etiam præſcribi aduerſus principem poſſunt. Poteſtas verò condendi leges, quæ totam Rempublicam obligent, & vt vltimò ad aliquē appelletur, quemadmodum nulli vnquam ſubditorum conceduntur: ita neque præſcribi poſſunt. His affinia ſunt valde, poteſtas cudendi proprio nomine monetā, poteſtas concedendi, vt appellatione poſtpoſita procedatur, & vt cognoſcatur de cauſa, aut reuocetur ſententia, quæ in rem tranſiuit iudicatam.

Ad præſcribendū aduerſum principem, regniue coronam, aliquid horū omnium, quę ad iuriſdictionem ciuilem, aut criminalem merumve aut mixtum imperiū, in quocūque gradu ſpectant, neceſſarium eſt ſine titulo tēpus de cuius initio non ſit memoria, & cum titulo centū annorum tp̄s, iuxta ea quæ hactenus dicta ſunt, tametſi nō deſint, qui velint ſufficere cum titulo tp̄s quadraginta annorum, quorum opinio pp ea, quæ ſupra dicta ſunt, nobis nō placet. In præſcriptione autem tp̄is, ꝙ omnem excedit memoriam, non reputo neceſſarium probare ſciētiam & patientiā eius, aduerſus quem præſcribitur, quicquid multi in contrarium dicant. Qm̄ in ea præſcriptione titulus p̄ſumitur, & à principio interueniſſe neceſſaria ad poſſeſſionem, ſiue id fuerit ſcientia & patientia vſus iuris, quod præſcribitur, ex parte eius, aduerſus quem præſcribitur, ſiue actus corporalis, quo poſſeſſio talis iuris ſit apprehenſa; neque ad cōtinuandam poſtea poſſeſſionem, neceſſaria eſt ſcientia ex parte illius, aduerſus quem præſcribitur.

Dictum eſt, ad pręſcribendū aduerſus principem regniue coronā: qm̄ aduerſus priuatū, cum ius non reſiſtat, neq; præſumptio ſit, ꝙ ad vnum priuatorū magis, q̄ ad alium, ea iuriſdictio ſpectet, neque quiſquam priuatorum priuilegiū longioris tp̄is habeat, ſanè ſatis erit cum titulo tp̄s decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, atque triginta annorum ſine titulo. Ita Couarr. cum alijs quos refert, §. 3. citato, & de practicis quæſtionib. cap. 4.

Conſentit cum his omnibus ius Caſtellæ, lib. 4. nouæ collectionis, tit. 15. l. 1. ab Alfonſo II lata, & à Philippo II. Rege noſtro Catholico anno 1566. innouata, qua in hunc modum ſancitum eſt. *Porque algunos en nueſtros Reynos tinen y poſſeen algunas ciudades, villas, y lugares, y iuriſdictiones, ciuiles y criminales, ſin tener para ello titulo nueſtro, ni de los Reyes nueſtros anteceſſores, y ſe ha dudado, ſi lo ſuſodicho ſe puede aquirir contra nos, y nueſtra corona por algun tiēpo; ordenamos y mandamos, que la poſſeſſion immemorial, probandoſe ſegun, y como, y con las circunſtantias que la ley de Toro quiere, que es la* l. 1. tit. 7. lib. 5. *deſte libro, baſte para aquirir contra nos, y nueſtros ſucceſſores, qualquier ciudades, villas, y lugares, y iuriſdictiones ciuiles y criminales, y qualquiera coſa, y parte dello, con las coſas à el ſenmorio y iuriſdiction annexas, & pertene ſcientes; Con tanto que el dicho tiempo de la preſcripcion no ſea interrumpido, ni deſtaiado por nos, ò por nueſtro mandado, ò otros en nueſtro nōbre, natural ò ciuilmēte.*

A In hoc autē Regno lib. 2. Ordinat. tit. 26. explicatur quouſque vnuſquiſque Regi inferiorum vti poſſit iuriſdictione ſibi conceſſa, & quonam pacto intelligendæ, ac limitandę ſint donationes iuriſdictionis aliquibus factæ. Præterea §. 15. & 52. ſtatuitur, vt iuriſdictio nullo tempore, etiam de cuius initio non ſit memoria, p̄ſcribatur aduerſus Regem, neq; quiſquam plus iuriſdictionis poſſit obtinere, vel ciuilis, vel criminalis, quàm donatione Regis expreſſa fuerit illi cōceſſum, aut ſententia ſupremi Senatus, quæ in rem iudicatam tranſierit, illi fuerit adiudicatum: omniſque alia iuriſdictionis poſſeſſio cenſetur nulla, inualida ac reprobata ad vllo tēpore præſcribēdum. Lege Aluarum Valaſcū, q. 8. citata à nu. 21. Ius Luſitanum.

Cum tributa in Reipublicæ ſubſidiū, ad oneraq; illius portanda à ſubditis ſoluātur, ſanè non minor eſt præſumptio omnia principi deberi, ad eumque ſolum pertinere, q̄ iuriſdictionem ciuilem & criminalem. Quo fit, vt niſi priuati ſufficienter probēt B aliqua principis donatione, aut alia ratione ad ſe pertinere, princeps circa ea fundatam habeat ſuam intētionem, illique ſint continuo adiudicanda. Stando vero in ſolo iure cōi, ſine titulo, nō minori tempore aduerſus principem, Regniq; coronam præſcribentur, q̄ de cuius initio non ſit memoria, vt de iuriſdictione ciuili & criminali dictum, idq; quando aliunde non conſtaret ſemper mala fide fuiſse poſseſsa, quando namque de mala fide conſtaret, nihilve impediente tp̄e de cuius initio non ſit memoria, vehemens præſumptio, aut fama eſset ſemper ſine iuſto titulo, malaq; fide fuiſse poſseſsa, profectò nullo vnquam tp̄e præſcriberentur. Conſentiunt Ordinationes huius Luſitaniæ Regni, lib. 2. tit. 45. §. 1. cum ſtatuant, tempore cuius initij non ſit memoria præſcribi eiuſmodi tributa, principi alioquin debita. Item eod. §. iunctis §§. ſequētib. quatenus ſtatuunt, qn̄ vehemens eſt p̄ſumptio malæ fidei, nihil tp̄e de cuius C initio non ſit memoria impediente, præſcribi nullo modo poſse. Exemplumq; ibi adhibetur. Qn̄ in exigendis tributis trangreſſi ſunt limites eius codicis publica authoritate conſcripti, in quo continetur, quæ tributa in vnoquoque oppido, & a quibus exigenda ſunt, quem ordinationes, foral appellant. Lege etiam §. penul. eiuſdem tituli, quæ nullo vnquam tempore præſcribi poſſint, neque conceſsa cenſeantur, etſo generalibus, exuberantiſque clauſulis inter ea, quæ conceduntur, comprehendi videātur. Cum titulo autem vult Couar. regula, poſseſsor, p. 2. §. 4. & alii, quos citāt, præſcribi tributa aduerſus Regni coronam ſpatio quadraginta annorum, iuxta c. 1. de præſcrip. lib. 6. Cæterum, perſiſtendo in fundamentis ſupra iactis, dicendum eſt, aduerſus coronam Regni cum titulo non minori tempore præſcribi, quā centum annorum, eo ꝙ hoc ſit ordinarium tempus præſcribendi aduerſus coronam Regni: ſicut tem- D pus quadraginta annorum eſt ordinarium præſcribendi aduerſus Eccleſias priuatas, de qua ſola præſcriptione ſermo erat, cap. 1. de præſcript. lib. 6.

In Regno Caſtellæ, l. 1. tit. 15. lib. 4. nouæ collect. Ius Caſtellæ. quam Eliſabeth & Ferdinandus Reges Catholici tulerunt, & poſteà nepos eorū Carolus V. & pronepos Philippus II. innouarunt, peculiariter ſancitum eſt, vt ea tributa (quæ in eo Regno Alcaualas vocant) quæ tempore ſeditionum Henrici IV. Eliſabetis fratris, necnon ſeditionum tempore ipſius Eliſabetis, quidam vſurparunt, nullo vnquam tempore, etiam de cuius initio non ſit memoria, poſſint præſcribi, nihil obſtante ſcientia, & patientia principum, ſed interrupta cenſeatur eorum poſseſſio & fides, & reddita nulla omnino ad eiuſmodi tributa vllo vnquam tempore præſcribenda. Quo fit, vt tributa, de quibus ea lege eſt ſermo, nullo vnquam tēpore poſſint præſcribi.

Com-

Comparattione ſubditorum,qui tributa ſoluunt, quando illa non ſunt de eo eorum numero, quæ ab omnibus Regi ſolui conſueuerunt,ſed alia ſuperaddita, quæ in Regno Caſtellæ impoſitiones communi nomine appellantur, ſanè, cum præſumptio ſit potius per vim & metum, & denique inuoluntariè iniuſtè à Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & alijs nobilibus extorta eſſe à ſuis ſubditis, quos vaſallos vocant,quã ſubditos ex ſua liberalitate, ſponteneove ac iuſto titulo ea cœpiſſe ſoluere, dicendum eſt,non minori tempore ius illa recipiendi præſcribi abſque titulo aduerſus ſubditos, quàm de initio cuius non ſit memoria. Idque quãdo alioquin fama & indicia vrgentia non ſunt, fuiſſe per iniuriam & iniuſtitiam exorta:eo namq; dato, neque tpe de cuius initio non eſt memoria præſcribentur: quippe cum malæ fidei poſſeſſor vllo tempore non præſcribat. Hoc totum, præter quam quòd ex ſe & ex hactenus dictis eſt ſatis manifeſtum, colligitur apertè ex c.ſuper quibuſdam,§.prætereà,de verbor. ſignific.ex cap. quod latenter, de reg.iuris, & affirmant Panormitanus, Ioannes Andreas, Hoſtienſis, & alij reg.c.quod latenter,citata,& alij,quos Couarr. reg.poſſeſſor,par.2.§.4.refert ac ſequitur.

Conſentit l.7.ti.15.lib.4. nouæ collectionis à Carolo V. ea de re lata:ſic enim habet: *Mandamos, que todos aquellos,que por tiempo y eſpacio de quarenta annos han eſtado en poſſeſſion dellevar algunas impoſitiones, no ſean quitados ni priuados de la dicha poſſeſſion por iuezes de impoſitiones, ni por otros algunos. Saluo que ſobre la propriedad ſe haga iuſtitia a los que preten dieren tenella. Y en quanto a el derecho de la propriedad declaramos y queremos,que ſi los ſennores que han lleuado de ſus vaſallos algunas coſas, o otras perſonas prouaren la immemorial coſtumbre, por la manera y cõ las qualidades y circunſtancias que por derecho y leyes deſtos Reynos ſe deuen probar, ſea auida en lugar de titulo baſtante.* Hanc tamen legem intelligo,quando non eſt fama,nec ſunt vehementia alia indicia iniuſte id à principio fuiſse extortum.

In hoc autem Regno ſub grauibus pœnis prohibetur ſimilia tributa à ſubditis exigi & accipi, lib.2. Ordin.ti.26.§.40.& 41.& tit.45.§.4. Conſentiunt nihilominus Ordinationes tit. illo 48. cum ijs, quæ dicta ſunt, quatenus ſtatuunt, vt tpe, de cuius initio non ſit memoria,præſcribantur eiuſmodi augmenta tributorũ,qñ ex circunſtantijs,quæ ibi exprimuntur, non eſt vehemens præſumptio, iniuſtè & cum mala fide fuiſſe extorta. Libro tamẽ 4. Ordin. ti.67. §. E geralmẽte, ſtatuitur, vt ex locis,quę à iudicibus ad id conſtitutis dantur ad culturam (deſeſmeria in hoc Regno vocant)nullum exigi poſſit tributum,ſi antea locus ille à tributo erat exemptus. Quod ſi exemptus nõ erat, vt nullum poſset addi tributum, idq; in fauorem culturæ talium locorum,& eſto exigatur,aut addatur, vt nullo tempore, etiam de cuius initio memoria non extet,poſſit præſcribi.

Eiuſmodi tñ impoſitiones, de quibus loquimur, credo præſcriberentur aduerſus ſubditos ſpatio decem annorum inter præſentes,& viginti inter abſentes,cum titulo tali, qui bonam fidem prudentis arbitrio argueret ex parte domini. Neque in hoc euẽtu arbitror neceſsarium eſse ſpatium quadraginta annorum cum titulo, quicquid Couar. motus ex c.1. de præſcrip.lib.6.in cõtrarium dicat. Ratio eſt: qm̃ quando ceſſat malæ fidei præſumptio ex parte præſcribẽtis,vt in caſu,de quo diſputamus,ceſsat manifeſtè, ſanè tempus ſufficiens ad præſcribẽdum cum titulo aduerſus priuatos,quales ſunt ſubditi comparatione dominorum, eſt decem aut viginti annorũ. Hinc dico, ad præſcribendos quoſcunque alios annuos reditus,de quibus, attentis circunſtantijs concurrẽtibus, præſumptio grauis nõ ſit de poſseſsionę ne malæ fidei, ſatis eſſe ſpatium triginta annorum ſine titulo,vt diſput.70. dictum eſt.

DISPVT. LXXVI.

Præſcriptio temporis de cuius initio non eſt memoria, & centenaria,in quo differant: & quomodo vtraque probetur.

PRæcedens diſputatio hanc in ſui cõplementum exigit. Prætermiſſis verò alijs opinionib.(quas, ſi placet,lege apud Cou.reg.poſſeſ.p.2.§.3. à nu.6. & apud Ludouicum Molinam li.2. de primog.c.6. à nu.43.) Centenaria præſcriptio immemorialis nõ eſt:quocirca probata centenaria poſſeſſione,probata nõ cenſebitur immemorialis præſcriptio,ſi de initio talis centenariæ poſſeſſionis cõſtet: ſemperque, iuris ſaltem præſumptione, poſſeſſio de cuius initio non extat memoria, excedere cenſetur centum annos,adeo,vt ſi de poſſeſſione aliqua conſtet initium habuiſſe infra cẽtum annos, licet ignoretur quo tpe cœperit, non cẽſeatur præſcriptio de cuius initio nõ ſit memoria. Hac de cauſa immemoriabilis præſcriptio magis priuilegiata eſt in iure,quam centenaria: qñ namque præſumptio iuris eſt in contrarium, in centenaria præſcriptione titulus eſt neceſſarius, in immemorabili non item,quin potius eo ipſo, ꝙ immemorabilis poſſeſſio probatur,titulus interueniſſe præſumitur,probatuſque reputatur,ac cenſetur, nõ ſolum vim,metum, & malam fidem abſuiſſe, verũ etiam ea omnia interueniſſe, quæ ad legitimam poſſeſſionem ſunt neceſſaria,quando aliunde de ijs cõtrarium non conſtat, vt diſput. præcedente dictum eſt. Vnde bene probat Cou.§.3.citato.nu.9.præſcriptionem immemoriabilem ſemper ſufficere ad præſcribendum aduerſus Romanam eccleſiam,aduerſus quam tempus centum annorum eſt neceſſariũ; & eadem ratione ad præſcribendum aduerſus coronam Regni.

Illud verò animaduertendum eſt, ex eo, ꝙ cõſtet poſſeſſionem aliquam cœpiſſe poſt lõgiſſima quędã tpa,vt ducentorum,ſexcentorum,aut mille annorũ, non tolli ꝙ ſit immemorabilis, modo initium illius memoriam ſenum qui modo ſunt, etiam ex auditu & traditione ſuorum anteceſſorum,excedat. Conſtat namque maioratus oẽs,aut fere omnes, Hiſpaniarum, cœpiſſe poſt tempora Principis Pelagij, qui Hiſpanias à Saracenis primus cœpit vendicare. Cõſtat item impoſitiones,quas multi nobiles à ſuis ſubditis accipiunt,longe minoris eſſe temporis;& nihilominus plures eorum maioratuum, earumque impoſitionum cœpiſſe à tempore de cuius initio non extat memoria,conſtat,vt iura,quæ præcedente diſputatione citauimus,præſupponunt.

Centenaria poſſeſſio licet difficile probetur, probari tñ poteſt. In primis,publico inſtrõ, ex quo de poſſeſſione à tpe centum annorum, vel ante centũ annos comparata,conſtet. Deinde,teſtibus,quorum teſtimoniũ,vel præteritis tẽporib. ante illorũ mortẽ ad rei perpetuã memoriã iuxta caput,qm̃ frequẽter, vt lite non cõteſtata, fuerit iuridicè exceptũ, vel qui de integro centũ annorum ſpatio teſtificentur, ſi illorũ ætas totum illud ſpatium octo aut decẽ annos excedat,eaq; de re illi ſufficienter recordentur. Neque enim, vt eorum teſtimonium ea de re ſit legitimũ,neceſſe eſt,vt qñ id accidit,illi ad pubertatis annos deuenerint. Etenim licet in teſte neceſſariũ ſit, vt,quo tpe teſtificatur,annos pubertatis excedat,nõ tamen requiritur vt tempore,de quo teſtificatur,eoſdem pubertatis annos excellerit, niſi quando id peculiariter in iure eſt ſancitum, vt circa teſtamenta, §.teſtes, iuncta gloſ.ibi, Inſtitu.de teſtam. conſtitutum eſt. Hos modos probandi centenariam poſſeſſionem Centenaria poſſeſſio quo modo probetur.

ſionem tradunt,lateque oſtendunt Panorm.ca.cum nobis,de præſcript.num.5. & 6. Couar.§.3.citato, nu.8.& Molina c.6.citato à nu.4.

Poſſeſſio immemorabilis quomodo probetur.

Poſſeſſio immemorabilis,iuxta Gloſ.vlt. ca.1. de præſcrip.lib.6.& Doct.quos Coua.§.3.citato refert ac ſequitur, probatur per teſtes, qui teſtificentur ſe ſp id audiuiſſe & vidiſſe,neque vnq̃ audiuiſſe aut vidiſſe contrarium,eamq; eſſe & fuiſſe ſp communem opinionem,& famam ſuorum maiorum,& neq; extare, neque extitiſſe apud ſuos maiores memoriã de cõtrario,aut de initio illius poſſeſſionis. Lex Tauri 41.ſecuta expoſitionem Lapi ad eam Gloſ. & multorum aliorum Doctorum,quos Couar.§. 3. citato, num.7.refert ac ſequitur,addidit, teſtes eius debere eſſe ætatis,vt teſtificentur ſe ſpatio quadraginta annorum id vidiſſe & audiuiſſe. Vnde difficile probatur poſſeſſio,aut conſuetudo, de cuius initio non ſit memoria. Porrò, quicquid nonnulli in contrarium dixerint, neceſſe nõ eſt, vt teſtes q̃ñ id teſtificantur, ætatis ſint quinquaginta quatuor annorum , quaſi tpe, de quo teſtificãtur, annos pubertatis attigerint, ſed iuxta ea, quæ paulo antea dicta ſunt, ſatis eſt ſi quadraginta octo,aut quinquaginta ſint annorum.

Quaſdam autem alias cõditiones ſtatuit lex Tauri neceſſarias, vt ſufficienter probata cenſeatur poſſeſſio,aut conſuetudo immemorabilis,vt diſputatione præcedente retulimus. Couar. nu.7. citato ait,in praxi,non obſtãte Taurina conſtitutione, ſępiſſime admittit opinionem Gloſſæ,vt eam Lapus intelligit abſq; alijs ſolennitatib.quas lex Tauri addit. Molina c.6.citato,nu.32.refragatur , affirmatq; non ſolũ in caſu illius legis,& in caſu l.1. titu.15. lib.4. nouæ collect.quẽ diſp. præcedente retulimus, omnes illas cõditiones eſſe ſeruandas, vt expreſsè duæ illæ leges ſtatuunt, ſed etiam,ex paritate rationis, in omnibus alijs euentibus,in quibus in eo Regno poſſeſſio, aut conſuetudo immemorabilis ſit probanda. Addit pręterea,ſe ſp vidiſſe eas ritè ſeruari:tametſi ſubiungat, non eſſe ſcrupuloſè ſeruandas: eo quod , vt Bart.& alij docent, omiſſio modicæ ſolennitatis non ſoleat vitiare actũ; Dicendum arbitror,neq; extra Caſtellæ Regnum eas conditiones eſſe ſeruandas,neque in eo Regno extra caſus legib. illis expreſſos: eo quod leges illę à iure cõi exorbitent,ſolumque in illis caſibus id peculiariter diſponant,neq; interuenientibus illis circunſtantijs vim vllam habeat argumentum à paritate rationis in ijs, quæ ſunt iuris meri poſitiui. Atque hoc ſolum eſt,quod voluiſſe videtur Couarr. loco citato. Porrò conditiones legis Tauri latè & bene explicat Molina loco citato à num. 29.

DISPVT. LXXVII.

De tempore ad præſcribendum aduerſus leges neceſſario.

QVamuis de conſuetudinibus, & quanto tempore eis aduerſus leges præſcribatur.1.2.in materia de legibus fuſius ſit agendum, paucis tamen hoc loco,cum Panorm.c.vlt.de conſuetudinibus,nume.11.& cum pleriſque alijs,dicendum eſt.

Aduerſus ciuilẽ legem præſcribi conſuetudine decem annorũ,hoc eſt,legem ciuilẽ vim ſuam amittere vbi conſuetudo in contrarium decem annis viget.

Aduerſus legem vero Canonicam præſcribi conſuetudine quadraginta annorum.

Cõſuetudo tñ de re Eccleſiaſtica ac ſpirituali,quę eſt præter legem Canonicam, vim obligandi habet poſt decẽ annos. Vt ſi conſuetudo alicuius loci ſit,vt die aliquo quaſi ex obligatione ieiunetur, aut vt dies aliquis in honorem alicuius Sancti ,quaſi de obligatione ſeruetur,talis conſuetudo obligare incipit poſt decem annos à tempore, quo introduci cœpit.

Conſuetudo,qua iuri alicuius Eccleſiæ pręiudicatur,eſſe debet quadraginta annorum,vt tali Eccleſię

A præiudicium inferat,quippe cum,vt ſupra dictũ eſt, aduerſus particularem Eccleſiam non præſcribatur niſi ſpatio quadraginta annorum. Eadem ratione ſi conſuetudo ſit, quæ in aliquo præiudicet, non dico legibus à Summo Pontifice, aut principibus ſecularibus latis, ſed Eccleſiæ Romanæ, aut coronæ Regni, non minori tempore vim aduerſus Eccleſiam Romanam,aut Regni coronam habebit,quam centum annorũ: aut,ſi ius reſiſtat,vt regulariter reſiſtit, non minori tempore vim habebit,quam de cuius initio non ſit memoria,ſiue id conſuetudo,ſiue præſcriptio appellandum ſit.

Si lex aliqua,ſiue canonica ſiue ciuilis,ſtatuat aliquid,adijciatque,vt aduerſus illud, vel omnino non præſcribatur, vel non niſi tempore quadraginta centum annorum, aut de cuius initio non ſit memoria, vel quouis alio annorum ſpatio, tunc aduerſus talẽ legem,vel omnino non præſcribetur,vel non niſi tẽpore, quo lex ſtatuerit; idque eſto interueniat bona
B fides & titulus,vt cõſtat ex l.vbi lex,ff. de vſucapionib. Ratio eſt,quoniam præſcriptio ex principum arbitrio & beneplacito pendet.

DISPVT. LXXVIII.

Præſcriptio quando non currat,quia non incipit, quando ceſſet, ſeu dormiat, quando interrumpatur, & quando perpetuetur,ſeu prorogetur.

EXplicatis conditionibus ad præſcribendum neceſſarijs, hac diſputatione examinabimus, quæ ſunt propoſita:& duabus ſequentibus dicemus,quæ præſcribi non poſſint, & quibus aduerſus præſcriptionem ſubueniatur.

Præſcriptio interdum dicitur à Doctoribus non currere , quia nondum tempus illius incepit. Interdum verò dicitur non currere, quia ea, quæ iam incepit,ceſſat,& quaſi dormit,ita vt,deducto tempo
C re,in quo ceſsare, aut dormire dicitur, tempus præteritum à puncto, in quo incepit,continuari & computari poſſit cum tempore,quod ſequitur poſtquam dormire deſinit, ad conſtituẽdum ex vtroque vnum integrum tempus ad præſcribendum neceſſarium. Interdum autem ea præſcriptio,quæ incepit,dicitur interrumpi, quia tempus præſcriptionis præteritum extinguitur, ineptumque omnino iudicatur ad præſcriptionem,ita vt ſi in poſterum ſit præſcribendum neceſse ſit incipere & percurrere denuò totum tempus ad præſcribendum requiſitum.

Vt tempus eius præſcriptionis, in qua titulus non eſt neceſſarius,currat,ſeu incipiat, requiritur poſſeſſio & bona fides in ſenſu in ſuperioribus explicato. Vt verò currat ſeu incipiat tempus pręſcriptionis,in qua titulus eſt neceſſarius , præter poſſeſſionem & bonam fidem, opus eſt interueniat etiam titulus. Quare cum aliquando vna & eadem res poſſit longiori tempore præſcribi ſine titulo, & breuiori cum
D titulo:vt res immobilis triennio ſine titulo præſcribitur aduerſus priuatum, & decennio cum titulo ſi ſit præſens, aut vicennio ſi ſit abſens; conſequens profecto eſt, vt interdum poſſit incipere longior eiuſdem rei præſcriptio ſine titulo, nondum currere incipiente breuiori cum titulo, eo quod plures conditiones ad hanc,quàm ad illam, ſint neceſſariæ.

Illud eſt obſeruandum, ea omnia, quæ dicemus eſse cauſam ſufficientem,vel vt præſcriptio ceſset ac dormiat, vel vt interrumpatur, eſse etiam cauſam ſufficiẽtem ne currere incipiat,ſi ante illius inceptionem adueniant. Neque enim minus requiritur, vt tempus præſcriptionis incipiat, quam vt continuetur poſtquam incepit. È contrario,non quicquid impediret, ne præſcriptio inciperet, impedit poſtea ne continuetur, Eſse namque aliquem filiumfamilias, vſque adeo impedit præſcriptionem in bonis illius aduen-

aduentitijs, quorum pater habet vſumfructum, vt interim dum ſub patria eſt ptãte, nulla præſcriptio incipere poſſit aduerſus eũ, vt patet l.1. §.vlt. C.de annali excep. & l.1. C.de bo.mat. Quin potius, ſi pater quocunque titulo alienet quodcunque illorũ bonorum, ſolum, poſtquam filius patriã poteſtatẽ fuerit egreſſus, currere incipiet aduerſus illum præſcriptio 30. annorum rei ita alienatæ, & nulla alia minor, vt hr̃ in authentica, niſi tricennale, C. de bon. mater. Si tñ præſcriptio bonorum aduentitiorum talis filij incepiſſet antequam bona illa ad talem filium pertinere cępiſſent, nõ ceſſat neque dormire incipit ex eo, ꝙ ad talem filium pertinere incipiant, vt diſput. ſequenti oſtendemus. Similiter fundum aliquem eſſe dotalem, impediret oĩno ne inciperet pręſcriptio illius aduerſus vxorem, cuius eſſet, vt cõſtat ex l.in reb. C.de iu.dot. ſi tñ præſcriptio illius incepiſſet anteq̃ talis fundus eſſet dotalis, ex eo, ꝙ fũdus eſſet effectus dotalis, non impediretur, neq; dormiret præſcriptio. Idem eſt de quacũque alia re ſimpliciter alienari prohibita, vt diſp.ſeq. oſtendetur. Præterea, vt præſcriptio currere incipiat, neceſſe eſt, vt res neque ſimpliciter ſit prohibita præſcribi, neque ẽt comparatione aduerſus quem erat præſcribenda; Eo namque ipſo, ꝙ res quæcunque lege aliqua eſt prohibita præſcribi quantũcunque adſit bona fides in poſſidente, imò & titulus alioquin habilis, incipere non poteſt præſcriptio, lege id vetante ac impediente, vt habetur l.vbi lex, ff.de vſucapio.

In debitis præſcribendis præſcriptio non incipit currere, niſi à die, qua iam erant ſoluenda, & debitor eſt in mora, iuxta ea quæ diſp.69. de hypotheca, dicta ſunt, & habetur expreſſe, l.cum notiſſimi, §.illud autem, C.de præſcr.triginta annorum, & lib.4. Ordin.tit.80. in princ.

In ijs etiam quæ præſcribuntur per hoc, quod alius ſuo non vtatur, præſcriptio incipit à die, qua incipit non vti tali iure, cum poſſet. Quod ſi intermedio tempore à puncto, in quo non uti incepit, vſque ad punctum in quo complenda erat præſcriptio, iure ſuo vtatur, interrumpitur omnino talis præſcriptio, ita, vt ſi in poſterum ſit præſcribendum, computari debeat tẽpus à pũcto, à quo poſt talem vſum, iterum non uti incepit, cum poſſet.

Præſcriptio ceſſat, ſeu dormit, aduerſus Eccleſiã quidem, qñ vacat & caret pręlato, aut habet illũ, ſed inutilem ad agendum, quia excõicatũ, ſuſpenſum, captiuum, aut quouis alio modo impeditum, ac impotentem. Tempus enim illud totum computandũ non eſt ad conſtituendum tempus integrum ad præſcriptionem neceſſarium, c.1. & c.auditis, de pręſcr. Addit c.1. nu.3. Panorm. cum Bartolo, idem eſſe in præſcriptione aduerſus Imperatorem, tpe quo imperium vacat. Idemque aduerſus Regni coronam, tpe quo Regnum vacaret. Tempore ẽt ſchiſmatis dormit præſcriptio aduerſus Eccleſiam Romanam, c. cum nobis, de reſcripit. Dormit ẽt aduerſus pupillũ durante pupillari ætate: ſecus aũt cum ad pubertatis annos peruenerit, l.ſicut, verſ.quo ergo, C.de præſcr.30.ann.in auth.niſi tricẽnale. C.de bon.mat. & lib.4. Ordin. Luſitanatum, ti.80. §.penult. Quidam inter caſus, in quibus præſcriptio dormire dr̃, computant, qñ bona aliqua ſunt aduentitia filij, quorum pater habet vſumfructum, & quando fundus eſt dotalis, ſed perperam: quoniã licet id impediat ne præſcriptio de nouo incipiat, non tamen vt non continuetur, vt paulo ante dictum eſt, & diſput. ſeq. erit manifeſtum. Item tempore hoſtilitatis præſcriptio dormit, c.ex tranſmiſſa, de præſcr. & c.prima actione, 16.q.3. Eadem ratione dormit tempore peſtis, præſertim ſi ea de cauſa ius in eo loco nõ reddatur. Quod ſi reddatur, & iuſto mortis timore quis non acceſſit ad litem conteſtandam, ait Panor. c.tranſ-

A miſſa, citato, ſaltem illi concedi beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus præſcriptionem. Lege Panormit. ibi, Sylu. verbo præſcr. 1.q.9. & gloſ. vlt. c.cum non liceat, de præſcr. latius de ceſſatione præſcriptionis diſputantes.

Interruptio præſcriptionis, iuxta Panorm. c.illud de præſcr. nu.6. Cou. reg. poſſeſſor, p.2. §.11. & cõmunem Doct. ſententiam duplex eſt. Nempe naturalis, & ciuilis. Tunc præſcriptio interrũpitur naturaliter, qñ deſinere incipit aliquid de ſubſtantialibus præſcriptionis, videlicet vel poſſeſſio ciuilis, vel bona fides, etiã ſi deficiat, quia res creditur eſſe vnius, cam tamen ſit alterius. Neque iam hodie vllam vim habent eæ ciuiles leges, quæ ſolum ad inchoandam præſcriptionem bonã fidem exigebant, quippe quæ iure Canonico ſint abrogatæ. Si etiam deſinere incipiat ſolus titulus (quod quã rariſſimè accidet, quin ſimul bona fides deficiat) interrumpetur ea præſcriptio, quæ titulum requirit; non verò illa eiuſdem rei B quæ ſine titulo peragitur. Hæc Panorm. & Cou. locis citatis, Sylu. verb. præſcr. 1.q.12. & alij quos citant. Tametſi Fel. & alij quos Cou. refert, cenſeant, defectu bonæ fidei non interrũpi præſcriptionẽ, ſed dormire, ita, vt ſi poſtea regrediatur bona fides, cõputari poſſit tempus præteritum, in quo fuit bona fides, cum futuro, in quo iterum regreſſa eſt, ad integrandum tempus ad præſcriptionem neceſſariũ, detracto ſolum tẽpore intermedio, in quo fuit mala fides. Prior tamen ſententia eſt nobis amplectenda.

Interruptio præſcriptionis duplex. Naturalis quæ.

Interruptio ciuilis eſt quæ fit per actũ aliquẽ iuridicũ, ex iuris decreto & ſtatuto præſcriptionẽ interrumpẽtem, eaq; de cauſa talis interruptio ciuilis dr̃.

Triennalis præſcriptio non interrũpitur litis conteſtatione, imò verò procedit & perficitur ẽt perdurante lite. Si tñ conteſtata iam lite perficiantur, & poſſeſſor poſtea damnetur, tenetur eã rem reſtituere ei, pro quo ſententia fertur, l.2. §.vlt. ff. pro empt. l. Iulianus, §.quantum, ff.ad exhib. & l.ſi poſt acceC ptum. ff.de rei vendic. Ita Panorm. cap. illud, citato, nu.11. Cou. vbi ſup. nu.4. & alii.

Præſcriptio decem aut viginti annorum cum titulo, interrumpitur per litis conteſtationem; non verò per ſolam citationem, l.motæ litis, C.de rei vẽd. Panorm. c.illud, citato, Bar. & cõis Doct. ſententia, quam refert & ſequitur Cou. vbi ſupra. Idem eſt de præſcriptione triginta, aut plurium annorum cum bonæ fidei poſſeſſione & ſine titulo. Hæc enim pp bonæ fidei poſſeſſionem, & prolongationem illam maioris temporis, æquiparatur præſcriptioni decẽ, aut viginti annorum cum titulo, iuxta Panormit. & Felin. c.illud, citato, & alios, quos refert & ſequitur Cou. loco citato, conſentitque Gratianus c. placuit, §.poteſt, 16.q.3. Porro litis conteſtatio, vt interrumpat eiuſmodi pręſcriptiones, neceſse eſt fiat coram iudice competente, vt iuxta Gloſsas aliquas cõiter D receptas affirmant Docto. citati. Præterea, ſi actor, qui litem mouit, in cauſa ſuccubuerit, conteſtatio litis non interrumpit præſcriptionem. Vnde effectus ille pendens eſt ex eo, quòd actor non ſuccumbat, tanquã à conditione ſine qua præſcriptio capta nõ cenſebitur interrupta, vt Couar. cum aliis, quos refert, affirmat, fauet l.euidenter, ff.de except. rei iudicatæ. Panormit. & alii, quos Couar. refert, volunt, vt per litis conteſtationem præſcriptio interrumpatur, neceſſarium etiam eſſe, vt conteſtetur aĩo litem proſequendi; alioquin ſi actor, nullum impedimentum habens, litem conteſtatam deſeruerit, non habebit effectum interrumpendi præſcriptionẽ, arg. à cõtrario ſenſu, l.vlt. C.de præſcr. triginta ann. Glo. tamen prima in eadem lege affirmat contrarium eſſe cõmunem Doctorum opinionem, atque in hãc ſecundam, vt probabiliorem, propendet Couar. loco citato. Puto tamen in hunc modum conciliandas

eſſe

eſſe has duas opiniones, vt ſi ex circunſtantijs cõcurrẽtibus cõſtet, vehemensve præſumptio iudicis arbitrio ſit, litẽ motã conteſtatamq; eſſe aio ſolũ interrũpẽdi præſcriptionẽ, eãq; iuxta legẽ vltimã citatam, vt mox dicemus, perpetuãdi, ſeu prorogãdi, iudicandũ eſſe tam in cõſcientia, q̃ in exteriori foro, pręſcriptionem nec interruptam, nec prorogatam eſſe, id quod ſatis expendenti legem illam vltimã erit manifeſtũ. Qñ tñ non eſt ſaltem vehemẽs talis præſumptio, tũc per litis conteſtationem interruptam prolongatamque præſcriptionẽ eſt cenſendum, ſiue qui litem eſt conteſtatus, litem proſequatur, ſiue non: id quod ſatis apertè conſtat ex ead. l. vlt. atque hoc eſt, quod Gloſ. ibi, & communis Doctorum ſententia voluit.

Præſcriptio, quæ (vt diſp. 66. & 67. dictũ eſt) cum ſcientia, quod aliquid debeatur, peragitur, quæq; in odium eius, qui non petit, introducta eſt, interrumpitur per ſolam citationem. Ita communis Doctorum ſententia, quam Couar. nu. 4. citato, refert ac ſequitur, conſentit Gratianus §. poteſt, citato, & habetur expreſsè l. ſicut, iuncta Gloſ. ibi, & l. cum notiſſimi, in principio, & §. imò, C. de præſcrip. triginta anno. Imò interrumpitur etiam per traditionem pignoris, aut per exhibitionem nouæ cautionis, quæ a debitore creditori fiat, vt habetur §. imò, citato.

In euentibus omnibus, in quibus dictum eſt præſcriptionem ciuilem interrumpi vel per litis conteſtationem, vel per ſolam citationem, quando qui illam eo pacto vult interrumpere, aut litem conteſtandi, aut aduerſarium citandi facultatem non habet, vel propter aduerſarij abſentiam, vel infantiam, vel furorem, cum neque tutorem neq; curatorem habeat, vel quia eſt in magna poteſtate conſtitutus, præſcriptionem interrumpet, ſi iudicem adeat, libellum porrigat, remque in querimoniam deducat. Quod ſi iudicem adire non poterit, ſatis erit adire loci Epiſcopum, eique in ſcriptis rem manifeſtare. Quod ſi nihil horum poſſit efficere, ſatis erit, ſi rem publicè proponat, vbi aduerſarius habet domicilium, idque ſubſcribatur, vel per tabellionem, aut ſcribam publicum vel per teſtes, ſi in eo loco non fuerit talis miniſter publicus, l. vt perfectius, C. de ann. except. §. poteſt, citato, verſ. is autem. Penultima tamen lex titu. 29. parte 3. legum Caſtellæ, per ſolam citationem videtur docere, etiam in præſcriptionibus decẽ & viginti annorum cum titulo, necnon triginta cũ bona fide & titulo fieri interruptionẽ ciuilem pręſcriptionis, & ibi notat Gregorius Lopez, tametſi anceps ſit. *Ius Caſtellæ*

Felin. c. cum non licet, de præſcript. voluit hodie nullam rem præſcribi poſſe aduerſus Eccleſiam Romanam, ductus, ꝙ quotannis in Bulla cœnæ Domini excommunicentur occupantes ac retinentes res Eccleſię Romanæ. Merito tñ Couar. loco citato, nu. 5. cum alijs eam ſententiam reijcit: quoniam neque ea excommunicatio ligat poſſidentes eas res bona fide, qui ſoli eas aduerſus Romam Eccleſiam poſſunt præſcribere. Neque item, licet admonitio Summi Pontificis, tanquam iudicis ſupremi, vim citationis litiſque conteſtatæ ad præſcriptionem interrumpendam habeat, id intelligendum eſt, de admonitione in genere, comparatione eius, qui bona fide poſſidet: quippe qui, vt inuincibiliter ignorat ſe poſſidere rem Eccleſiæ Romanæ, ſic per eam generalẽ admonitionem nulla ratione in mala fide conſtituitur.

Qñcunque interrumpitur præſcriptio actionis, ſi non ſolum interrumpatur per citationem, ſed progreſſus fiat vſq; ad litis conteſtationem, tũc eo ipſo perpetuatur, ſeu prorogatur ac extenditur tp̃s neceſſarium ad præſcribendam talem actionem vſque ad tp̃s quadraginta annorũ, cõputandũ à die, qua actor qui litẽ eſt conteſtatus, deſtitit ab illa proſequenda; tranſitq; vis intentandi iterum eandem actionem ad hæredes illius, quouſque tempus illud quadraginta A annorum compleatur. Ita ſancitum eſt l. vlt. C. de præſcrip. trig. anno. & l. 1. §. 1. C. de ann. except. Additque glo. communiter recepta, l. vlt. citata, id locũ habere, non ſolum in actionibus perſonalibus, ſed ẽt in realibus: nec ſolum habere locum in actionibus, quæ alioquin ſpatio triginta annorum forent pręſcribendæ, ſed etiam in alijs longe breuioribus, vt in redhibitoria, & alijs; conſentiunt Couar. §. 12. citato, num. 6. & alij quos citat.

Credo tamen diſpoſitionem illius legis vltimæ locum non habere in hoc regno, lib. namq; 4. Ordinat. titu. 80. §. 2. ſtatuitur, quod quando præſcriptio actionis interrumpitur per citationem factam debitori, aut quouis alio modo, quo iuxta iuris diſpoſitionem interrumpatur, incipiat iterum currere tantundem temporis, quãtum à principio erat neceſſarium ad eandem actionem præſcribendam. Quo fit, vt in hoc regno locum non habeat perpetuatio, ſeu prorogatio præſcriptionis. Et quamuis, quæ vſque ad illũ B §. ſtatuta erant circa actiones ciuiles perſonales, corrigantur l. 1. tit. 1. p. 6. legum extrauagantium, ſpatiumque requiſitum ad præſcribendas eas actiones protrahatur ad triginta annos, vt habet ius commune, quæ tamen §. illo 2. diſpoſita erant, nequaquam innouantur, ſed manent in ſuo robore antiquo. *Ius Luſitanum.*

Verum licet, quando interrumpitur præſcriptio naturaliter, interruptio illa locum habeat quoad omnes homines, vt conſtat ex l. naturaliter, ff. de vſucapionibus, & affirmat communis Doctorum ſententia; quando tamen interrumpitur ciuiliter, ſolum habet locum comparatione eius, qui illam litis conteſtatione, aut citatione interrumpit, niſi quando ea ratione præſcribens cõſtituitur in mala fide: tũc enim, cum per malam fidem interrumpatur naturaliter, ceſſat præſcriptio quoad omnes.

An vero poſtquam præſcriptio ſemel eſt interrupta, poſſit iterum incipere. Si interruptio ſit natu- C ralis, fatentur omnes poſſe iterum incipere, modo prudentis arbitrio adſit bona fides, vt Couar. loco citato, nu. 7. affirmat, conſonat l. pen. tit. 29. p. 3. legũ Caſtellæ. Idem proculdubio eſt dicendum quando interruptio eſt ciuilis. Veruntamen ſi lis ſit conteſtata, neceſſarium eſt tempus quadraginta annorum à die, quo actor à lite proſequẽda deſtitit, vt actio præſcribatur, vt expreſsè habetur l. vlt. C. de præſcri. triginta ann. & in conſequentiam realis actionis requiritur idem tempus vt res, de qua agitur, ſit omnino præſcripta. Si namque intra quadraginta illos annos actio iterum, vel ab eodem actore, vel ab ipſius hæredibus intentetur, ſanè ſi viuant, res ad eum effectum aduerſus eos non cenſebitur omnino præſcripta: reus. n. tenebitur illam ei reſtituere, quemadmodum in triennali præſcriptione, qñ lis conteſtata eſt ante abſolutam pręſcriptionem, ſi is, qui pręſcripſit, tempore præſcriptionis peracto damnetur, tenetur D ſanè reſtituere actori rem mobilem, quã præſcripſerat, vt ſupra dictum eſt. Atque hoc eſt, quod intendit cõis Doctorum ſententia, quam Couar. loco citato refert. Neque placet, ꝙ cum Salyceto ibidem addit, quippe communi Doctorum ſententiæ, & legi vltimæ, C. de præſcript. triginta annorum, repugnet.

Illud in memoriã eſt reuocandum, ex eo, ꝙ poſſeſſio de vno in alium tranſeat, ſi vterque bona fide poſſedit, nec interrũpi, neque dormire præſcriptionem, ſed tempus vtrumque computandum eſſe ad conſtituendum integrum tempus ad præſcribendũ neceſſarium, vt ex dictis diſput. 65. eſt manifeſtum.

DISPVT. LXXIX.

Quæ præſcribi non poſſint.

PRæter ea, quæ in ſuperioribus oſtenſa ſunt præſcribi non poſſe, vel quia poſſideri nequeunt ſaltem

ſaltem à laicis, vel quia quaſi de ratione ſunt ſupremæ poteſtatis, qua ſuprema eſt, vel quacunque alia ratione, quæ ſequuntur, præſcribi etiam non poſſunt.

Res furto ablatæ, nec non quæ per vim poſſidentur, vſucapi nequeunt, non ſolum à fure, & ab eo qui per vim poſſeſſionem occupauerit, ſed etiam à quibuſcunque aliis, qui bona fide ab eis eas emerint, aut quocunque alio iuſto titulo bona fide eas poſſederit. Ita habetur Inſtit. de vſucap. §. furtiuæ quoque res. Vt tamen ibi notat Gloſſa, & approbant Doctores communiter, intelligendum eſt id, de præſcriptione longi temporis, triennij, decennii, aut viginti annorum, de qua ſola erat in eo §. ſermo: ſecus autem de præſcriptione longiſſimi temporis, triginta vel plurium annorum, iuxta l. omnes, & l. ſicut in rē, C. de præſcriptione triginta annorum. Ita Syluest. verb. præſcriptio. 2. q. 12. Panorm. cap. nihil, num. 8. & cap. ſi diligenti, nume. 29. & 30. de præſcriptione, & Doctores communiter. Reijcienda eſt ergo opinio Soti 4. de iuſtitia, quæſtione quinta, art. quarto, aſſerentis, hæredem latronis, & eum, qui tales res à latrone emit, ſi bona fide eas poſſederunt, poſſe illas præſcribere tempore ordinario. Eſt enim id contra apertiſſima iura, quæ non videtur legiſſe, & contra communem Doctorum ſententiam. l. 5. titu. decimoquinto, libro quarto, nouæ collect. ſtatuit, rem vel furto ablatam, vel quam quis habuerit abſconditam, præſcribi non poſſe aduerſus legitimum illius Dominum.

Eadem lex ſtatuit, rem hæredibus aut quibuſcunque aliis communem, quam inter ſe nondum dimiſerint, quocunque tempore vnus eorum eam poſſederit, non poſſe illam præſcribere aduerſus reliquos, quin eis reddere teneatur portiones ſuas. Idemq; eſt de iure communi: quia qui rem communem poſſidet nomine ſuo & aliorū, quibus eſt communis, cenſetur illam poſſidere, l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruitus amittatur.

Succeſſorem vniuerſalem, qualis eſt hæres, neque cum bona fide præſcribere poſſe rem, quam defunctus mala fide poſſedit, dictum eſt diſputatione 65.

Liber homo nullo vnquam tempore poteſt præſcribi, l. vltima, C. de longi temporis præſcript. quæ pro libertate, l. vſucapionem, ff. de vſucap. §. ſed aliquando, Inſtit. eodem titulo, & l. 6. tit. 29. p. 3. legum Caſtellæ.

Obedientia præſcribi non poteſt à ſubdito aduerſus eum, cui alioquin illam debet, capitu. cum non liceat, de præſcriptio. Lege quæ dicta ſunt diſputatione 74. Neque item poſſunt ſubditi præſcribere aduerſus prælatum, aut Epiſcopum, vt non viſitentur. Neque item, vt Epiſcopo non ſoluant procuratione illi debitam, dum ab ipſo viſitantur, capitu. cum ex officio, de præſcript. & cap. cum inſtantia, de cenſibus. Alius tamen præſcribere poteſt aduerſus Prælatum, vt ad ipſum ſubditi talis Prelati pertineant, & vt ab ipſo viſitentur, & vt ipſi procuratio, & non antiquo Prælato debeatur, vt in eodem ca. cum ex officio, ſubiungitur.

Contra neruum etiam Eccleſiaſticæ diſciplinæ non valet præſcriptio, vt quod in Eccleſia aliqua tempore interdicti celebrari poſſit pulſatis campanis, & alta voce, capitu. cum inter, de conſuetudine. Vt tamen verum fatear, inde non probatur, non valere præſcriptionem, aut conſuetudinem in eo caſu, ſed meritò eſſe reuocandam talem conſuetudinem, vt in eo capite reuocatur, quod ſi conſuetudo, & per conſequens præſcriptio, eſſet ipſo iure nulla, ſanè Summus Pontifex non diceret ſe eam reuocare; quia non eſſet quod reuocaret, ſed pronunciaret eam eſſe nullam: neque aliud probant iura alia, quæ ſolent citari.

A Limites ſeu fines prouinciarum, Epiſcopatuū, & parochiarum, & quæ eiuſmodi finibus cohærent, vt ſi Eccleſia aliqua in confinio alicuius Epiſcopatus ſita ſit, præſcribi non poſſunt, modo tamen ſufficiēter conſtet tales fines præfixos conſtitutoſque eſſe, c. ſuper eo, de parochijs, & c. quicunque, iūcta Glo. ibi, c. licet in regulis, & ca. inter memoratos, 16. q. 3. Eadem ratione ait Hoſtienſis, præſcribi non poſſe limites Ducatuum, Comitatuum, &c. Limites tamē prædiorum preſcribi poſſunt, c. volumus, 16. q. 4. & c. quia iudicante, de præſcr.

Res publicæ, id eſt, quæ in vſum aut commodum publicum ſunt deputatæ, præſcribi non poſſunt, neque in totum, neque in partem, vt viæ publicæ, pontes, & cæt. l. vſucapionem, ff. de vſucapion. l. præſcriptæ, C. de operibus publ. habetque id verum, etiam ſi populus eis vti deſinat, l. viam, ff. de via publica.

B De rebus alienari prohibitis an preſcribi poſſint, diſtinguit optimè Panor. c. cum non liceat, de præſcr. num. 7. Prætermiſſis interim rebus, quarum poſſeſſio eſt aliquibus prohibita, qui proinde nullo tempore poterunt eas præſcribere; eo quod ſine poſſeſſione non detur præſcriptio, ſeu vſucapio; cæterarū rerum, quæ prohibitæ ſunt alienari, quædam nō ſimpliciter prohibentur alienari, ſed ſine quibuſdam ſolennitatibus, vt ſunt res Eccleſiarum, res pupillorum, & minorum. Quædam verò ſimpliciter prohibentur alienari, vt ſunt fundus dotalis, res uinculo primogenituræ alligatæ, res ſub fideicommiſſo relictæ, vt quando bona aliqua alicui relinquuntur, vt poſt mortem ipſius tranſeant omnia ad alterum, id quod in iure fideicommiſſaria ſubſtitutio appellatur, & quando aliquid in particulari alicui legatur: hæres namque illud non poteſt alienare, ſed integrum tenetur tradere legatario, quin potius eo ipſo, quod hæres hæreditatem adit, dominium talis legati tranſit in legatarium, imò iuris fictione cenſe-

C tur tranſij ſſe à puncto mortis teſtatoris, vt diſp. 3. oſtenſum eſt.

De rebus prioris generis ait optimè Panormit. poſſe præſcribi aduerſus Eccleſias & minores, eſto non interuenerint ſolennitates illæ, ſintque proinde alienationes ipſo iure nullæ: modo tamen non interueniat mala fides ex parte poſſidentis: poſſeſſor namque mala fide vllo tempore non præſcribit; & modo talis alienatio non ſit facta ex ignorantia iuris, ex parte eius, qui eiuſmodi res accepit, aut poſſidet, quod ſolennitates illæ neceſſariæ eſſent, vt alienatio eſſet valida, ſed ſolum interuenit ignorantia facti, quòd is, cuius res illæ erant, pupillus eſſet aut minor, quod, cum potuerit interueniſſe ſolennitatem aliquam neceſſariam, ex facti ignorantia non interuenerit, vt enim diſputat. 64. & 75. oſtenſum eſt, iuris ignorantia impedit præſcriptionem, non verò

D ignorantia facti, etiam in his ipſis alienationibus aduerſus minores, & Eccleſias, vt ex l. ſecunda. §. ſi à pupillo, ff. pro emptore, ex capit. de quarta, de præſcript. & ex alijs iuribus diſputationibus citatis oſtenſum eſt.

Illud tamen eſt animaduertendum, quamuis lege illa 1. §. ſi à pupillo, ff. pro empt. & aliis iuribus antiquis, ſancitum fuerit, vt aduerſus pupillum cū ignorantia facti poſſet præſcribi, poſtea tamen de iure C. omnem præſcript. etiam triginta anno. pupilli cōparatione ſublatam eſſe, adeo, vt neque incipere, neque continuari tempore pupillaris ætatis poſſit, ſed totum illud tempus ſemper ſubtrahendum ſit, l. ſicut in rem, verſ. quæ ergo, C. de præſcript. triginta annorum, in authentica niſi tricennale, C. de bonis maternis, & lib. 4. Ordinationum huius Luſitaniæ Regni, tit. 80. §. penult. Immo verò, licet quondam omnis præſcriptio aduerſus minores extra ætatem pupilla-

pupillaré admitteretur, eiſq; cõcederetur beneficiũ reſtitutionis in integrũ aduerſus talé præſcriptioné; hodie tñ de iure C. ſola præſcriptio triginta annorũ aduerſus eos admittitur, non verò alia minor decem aut viginti annorũ, etiamſi interueniat titulus, vt ſatis aperte cõſtitutum eſt l.vlt. C. in quibus cauſ. in integrum reſti.neceſſaria non eſt,& l.3.C.quibus non obijcitur lõgi tpis præſcrip. Neſcio tñ an in hoc Luſitaniæ Regno hoc locũ habeat,4.namq; lib. Ordina.tit.80.§.pen.ſanciri vr̃, vt omnis pręſcriptio locũ habeat aduerſus minorem poſt annos pubertatis, concedatur tñ ei in integrum aduerſus eã reſtitutio.

Ius Luſitanum.

Quod ad res poſterioris generis attinet, vt certa ab incertis ſeparemus,ſi tales res præſcribi cępiſſent anteq̃ rõnem fundi dotalis,aut bonorũ vinculo maioratus ſubiectorum ita ſortirentur,vt per inſtitutionem maioratus nõ poſſet id iam reuocari; vel anteq̃ ad minorem vel ad filiumfamilias pertinerent, aut quauis alia ratione effecta eſſent bona lege, vel ſtatuto, aut ẽt vltima voluntate ex cauſa rationabili prohibita ſimpliciter alienari:conueniunt,oẽs, non impediri præſcriptionem ex eo, ꝙ poſteà rationem ſortiantur bonorum quę alienari non valeant;quin potius peragi præſcriptionem eodem tpe, quo præſcriberentur,ſi talem rationem nõ eſſent ſortita. Ita colligitur apertè ex l.ſi fundum.ff.de fundo dotali, vbi id expreſſe ſtatuitur de fundo dotali;idemq; pari ratione dicendum eſſe affirmant de cęteris rebus, quæ poſt cęptam præſcriptionem alienari prohibentur, Panor.c.cum nõ liceat,citato, Antonius Gomez, ad l.quadrageſimam Tauri,nu.90. Molina 4.lib.de primogeni.c.10.à nume.40. Bart.& alij quos referunt. Excipitur,qñ bona incepta antea præſcribi,ad pupillum pertinere incipiunt:eo enim ipſo dormit pręſcriptio,quouſq; pupillare tp̃s pertrãſeat,ſiue is filiusfamilias ſit,ſiue non,vt conſtat ex l.ſicut in rem.verſic. quæ ergo,C.de præſcrip.triginta annorum,ex authẽtica,niſi tricennale,C.de bonis maternis,& ex 4.lib. Ordinat.tit.80.§.pen.

Cõueniunt deinde,bona vinculo maioratus aſtricta,& quæcunque alia alienari prohibita, præſcribi aduerſus ſucceſſores,tempore, de cuius initio nõ eſt memoria: quoniam illa præſcriptio vim tituli & facultatis Regiæ ad alienandum iuris præſumptione ſupponit,itemque interueniſſe omnia ad id neceſſaria. Ita Antonius Gom.nu.90.citato,& Mol. ca.10. citato,nu.10.& alij,quos referunt.

Præterea conueniunt bona maioratus, & cætera alienari prohibita non poſſe præſcribi aduerſus ſucceſſorem in illis,præſcriptione longi temporis,decẽ, aut viginti annorũ, id quod colligitur apertè ex l.vltima,§.ſin autem ſub conditione, C. communia de legatis,illis verbis,vt nec vſucapio,nec longi temporis præſcriptio contra legatarium, vel fideicommiſſarium procedat,&c.affirmantq; Antonius Gomez. nu.90.citato, Molina ca.1.citato,nu.1. Arius Pinellus in authentica niſi tricennale,num.22.& 35.C.de bonis maternis. Couar.reg.poſſeſ.p.3.in calce §.vltimi in poſtrema editione, & multi alij, quos referunt. Neque obſtat l. Sticho.ff. de vſufructu legato, quæ ſufficere ait ſpatium longi temporis: hoc enim aliud ius illi antiquo hac in parte derogat.

Dubium vero eſt, vtrum eiuſmodi bona, ſaltem ſpatio triginta annorum,præſcribantur. Et quidem cõis opinio,quam Molina loco citato nu.20. Couar. & Pinellus locis etiam citatis, & Antonius à Gama deciſ.26.nu.5.& deciſ.93.nu.3. referunt ac ſequuntur,affirmant præſcribi aduerſus poſſeſſorem, aut alienantem, & quemcunq; ſucceſſorem, poſtquam iam aduenit tẽpus, in quo in illis bonis debebat ſuccedere:non verò antea,cũ agere nõ poſſet; & multo minus aduerſus ſucceſſores nõdũ natos. Fũdamentum verò eorũ eſt,ꝙ l.vlt. §. ſin aũt ſub conditione,

A ſolũ prohibeat præſcriptioné longi tpis: ergo argumẽto à contrario ſenſu, præſcribi poterũt eiuſmodi bona tpe lõgiſſimo triginta, aut quadraginta annorũ. Ant. Gomez.nu.9.citato,affirmat, neq; tpe longiſſimo aduerſus illos præſcribi. Recedendũ tñ non eſt à cõi ſñia,q̃ lex illa.C.ſatis innuit,ſufficienterq; elidit Arius Pinell.in illa auth.multa allegãdo ex iuribus,quibus Anton. Gomez,nititur. Couar.tñ loco citato non improbabile iudicat, eiuſmodi bona ſpatio triginta annorum præſcribi omnino aduerſus omnes ſucceſſores,etiam nondum natos, multiſque id docte confirmat; recedere tamen omnino non audet à communi aliorum ſententia, eum legito.

Illud verò eſt obſeruandum, cum in Regno Caſtellæ, mortuo poſſeſſore maioratus, dñium & poſſeſſio,tam naturalis q̃ ciuilis,bonorũ oĩum ad talem maioratũ pertinentiũ, abſque aliqua apprehẽſione vera vel ficta trãſeat ad ſucceſſoré, vt diſp.3.dictum eſt;conſequens eſſe,vt quoties moritur poſſeſſor ma- B ioratus, fiat interruptio præſcriptionis bonorũ omniũ,q̃ ad talé maioratum pertinẽt,eo ꝙ, qui præſcribere,quodcũque illorum cęperat, amittat poſſeſſionẽ:p amiſſionẽ verò poſſeſſionis præſcriptio interrumpatur,vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt.

DISPVT. LXXX.

De remedio reſtitutionis in integrum aduerſus præſcriptionem iam peractam.

MInoribus reſtitutio datur in integrũ circa pręſcriptionem aduerſus ipſos iã completam, ẽt ſi illa ſit longiſſimi tpis,triginta, aut plurimum annorum,& eſto nulla interuenerit eorum ignorantia, neque impedimenta ad illam interrumpendũ. Conceditur verò illis beneficium hoc, ſolũ quadriennio poſt impletũ vigeſimumquintum annum ſuę ætatis, C hoc eſt,vſque ad 29.expletum l.vnica, C. ſi aduerſ. vſucapionem,l.vlt.C.de tpibus in integrum reſtit.l. vlt. C. in quibus cauſis reſtit.in integrum nõ eſt neceſs.& lib.4.Ordi. Luſitanarum,tit.80.§. pen. Hoc ipſum beneficium ſimili modo habet Eccleſia quadriennio tm̃ poſt impletam aduerſus eã præſcriptionem,etiamſi illa ſit quadraginta, aut centum annorum, vt communis Doctorum ſententia affirmat, quam latè refert ac ſequitur Panor. c.1. de præſcrip. à nu.9.& Couar.reg.poſſeſſor.p.3.§. vlt.nu.4.

Maioribus etiam 25. annis reſtitutio in integrum conceditur circa præſcriptiones peractas aduerſus eos poſtquam erunt maiores,quando tamen adeſt legitima cauſa eam concedendi. Vt ſi,dum quis erat in expeditione aliqua aduerſus hoſtes,vel quauis alia ratione Reipublicæ cauſa aut commodo abſens, vel apud hoſtes captiuus detinebatur,peracta fuit aduerſus eum præſcriptio, conceditur illi reſtitutio in inte- D grum. Variæ cauſæ iuſtæ huius conceſſionis commemorantur,ff.ex quibus cauſis maiores 25. annis &c. C.quibus non obijcitur longi temporis præſcrip. C. de reſtit.militum.§.rurſus,Inſt.de actionib. & l.28. tit.29.parte 3.legum Caſtellæ. Lege autem, 1.ff.ex quibus cauſis maiores, poſt cõmemoratas nõnullas eiuſmodi cauſas addit Iuriſconſultus. Item ſi qua alia iuſta mihi cauſa eſſe videbitur, in integrum reſtituam. Hinc Doctores,quoties cauſam aliquam iudicant iuſtam, vt reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem concedatur, cauſaque illa non eſt de numero earum,quæ expreſſæ ſunt in iure,dicere cõſueuerunt;ex ea cauſa petendam concedendamque eſſe reſtitutionem,ob clauſulam generalem, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur.

Quando cauſa ſufficiẽs eſt, vt maiori beneficium reſtitutionis in integrum concedatur, conceditur quadriennio dumtaxat poſtq̃ tale impedimentum ceſſa-

ceſsauit,& poſtquàm, qui impeditus fuit, de præſcriptione ipſa ſciuit, ita vt quadrienniũ numerari incipiat à tempore, quo ceſsante impedimento, ignorantia inuincibilis præſcriptionis ceſsauit: quia ex tunc, & non antea, cenſetur interuenire negligentia aliud petendi. Ita Sylu. verbo, Præſcriptio. 1. q. 14. & alij, arg. tex. in c. 1. & 2. de in integ. reſtit. lib. 6. in verbo, & negligenter omiſerit. Idemque eſt in Eccleſia.

L. ab hoſtibus, §. vlt. iuncta l. ſeq. ff. ex quib. cauſis maio. definitur. Maiori concedendum non eſse beneficiũ reſtitutionis in integrum, ſi poſtquàm cauſa & impedimentum ceſſauit, nondum completa erat præſcriptio, ſed ſupererat adhuc tempus ſufficiens, vt litis conteſtatione poſſet commodè præſcriptionem interrumpere. Quare tunc ſolum conceditur maiori quadriennium ad petendum reſtitutionem in integrum, quando ante præſcriptionem completam non potuit commodè illam interrumpere. Ita Couar. regula, poſſeſſor, parte 3. §. vlt. num. 3.

Illud etiam contrauertũt Doctores. Vtrum, licet ignorantia eius, aduerſus quẽ præſcribitur, præſcriptionem non impediat, ſi tñ ea ignorantia inuincibilis ſit, cauſa ſit ſufficiens, vt beneficium reſtitutionis in integrum maiori ex clauſula illa generali côcedatur, ſi qua iuſta cauſa eſſe videbitur. Côueniuntque Doctores côiter, eſſe cauſam ſufficientem, vt ſaltem aduerſus præſcriptionem longi temporis decem aut viginti annorum concedatur: onus tamen probandi interueniſſe inuincibilem ignorantiam, incumbe rei, qui tale beneficium petit: cui, niſi eam legitimè probet, nequaquam eſt concludendũ. Ita Panor. c. 1. & c. vigilanti, nu. 3. de præſcript. & communis Doctorum ſententia, quam Couarr. §. vlt. citato, refert & ſequitur. An verò ex eo capite concedendum etiã ſit aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, triginta, quadraginta, aut plurium annorum, diſputat latè ibidem Couarr. quem lege, ſi placet.

Obiectio. Obijcies, ſi non ſolum minoribus & eccleſiæ côceditur ſimpliciter beneficium reſtitutionis aduerſus præſcriptionem, ſed etiam maioribus ex rationabili cauſa: inutilis ergo eſt præſcriptio.

Reſponſ. Neganda eſt tñ conſequentia. Primò, quia vltra quadriennium, modo explicato, nô conceditur. Secundò, quia qñ non interuenit legitima cauſa, maioribus non conceditur. Poſtremò, quia is, qui præſcribit, ſemper côparat dominium rei, quam præſcribit: neque tenetur illam reſtituere minori Eccleſiæ, aut maiori, qui legitimam habet cauſam petendi beneficium reſtitutionis, antequàm illud petat & concedatur, reſque illi adiudicetur. Quare & antequã beneficium petatur, legitimè illam ſibi retinet, & ſi intrà quadriennium nô petatur, ita deinceps legitimè illam ſibi retinet, vt repeti ab eo non poſſit.

Hæc dicta ſint de hac moleſta, oblongaque materia præſcriptionis, in iure multiplicibus regulis, eãrumque varijs temporibus mutationibus, multiplicibus item extenſionibus, reſtrictionibus, ac exceptionibus varijs in locis ſparſis ſatis implexa, atque inuoluta: quam tamen, quoad potuimus, in compendium redigere ſumus conati.

DISPVT. LXXXI.

Vtrum per teſtamentum, aut contractum lege humana nullum, comparari poſſit dominium.

ADiſputatione 60. agere cœpimus de acqſitione & amiſſione dominij legis authoritate. Hucuſque autem ſolum diſſeruimus de præſcriptione, quæ ad id ex eo capite vim habet. Inſtitutum ergo vt proſequamur, examinandum eſt conſequenter, an per teſtamentum, quod ob ſolennitatum defectũ lege humana eſt nullum, comparari poſſit dominũ in foro conſcientiæ. Et ſimiliter, num per contra-

A ctum, qui ob defectum ſolennitatum eſt etiam lege humana nullum, poſſit in eodem conſcientiæ foro acquiri dominium.

Exépla ſunt. Lege humana cautum eſt, vt teſtm̃, in quo non fuerit certus teſtiũ numerus, aliæque ſolẽnitates, de quibus infra ſuo loco erit ſermo, ſit nullum, nô ſecus ac ſi confectũ nô eſſet. Quæritur ergo, nũ ſolum in exteriori, an etiã in conſcientiæ foro ſit nullum, ita videlicet, vt ſi in eo extraneus aliquis ſit inſtitutus hæres, teſtatore fratres ſuos prætermittente, talis hæres in foro conſcientiæ, nulla expectata ſnia, teneatur relinquere hæreditatẽ fratribus defuncti, qui ab inteſtato illi ſuccedũt, eſto ipſe certo ſciat contrariam fuiſſe defuncti volũtatem. Item iure eſt ſancitum, vt alienatio bonorũ Eccleſiaſticorum, in qua non interuenerint certæ quædã ſolennitates, de quibus, dum de emphyteuſi Eccleſiaſtica erit ſermo, ſuo loco dicetur, ſit ipſo iure nulla. Quæritur ergo, nũ alienatio facta per donationem aut aliũ con-

B tractum, in quibus ſolẽnitates illæ nô interuenerint, ſit ſolum in exteriori, an verò etiam in conſcientiæ foro nulla, ita vt accipiens talem rem Eccleſiaſticã, irrequiſitus, nullaque expectata ſententia, teneatur reſcindere contractum, aut curare, vt eiuſmodi ſolẽnitates ſuppleantur, præſertim qñ vtrinque nô fuerit æqualitas, ſed id in minus commodum Eccleſiæ ceſſerit. Quando namque contractus, vel eſſet omnino æqualis, vel cederet in maius Eccleſiæ commodum, ſatis eſſet expectare, vt ſi Eccleſia id vellet & peteret, reſcinderetur: quippe cum neque is, qui cum ea contraxit, illam læſerit, neque teneatur reddere Eccleſiæ, quod ab ea accepit, niſi Eccleſia, quod in recompenſationem ei eſt datum, reſtituat.

Panor. c. quia plerique, de immun. Eccleſ. nu. 41. & c. 1. de in integ. reſtit. num. vlt. Adria. quolib. 6. concluſ. 2. Sylueſt. verbo, hæreditas. 3. q. 7. Medina de reb. reſtit. q. 23. ad fin. & permulti alij ex Iuriſpe- Panorm. & multorum opinio.

C ritis, quos Couarr. c. cum eſſes, de teſt. refert, aſſeuerant, eiuſmodi teſtamenta & contractus valida eſſe in foro conſcientiæ, modo conſtet eã fuiſſe voluntatem teſtatori. Vnde côſequenter dicunt, ſi frater defuncti, qui ab inteſtato debebat ſuccedere, ſibi omnino perſuadeat, defuncti voluntatẽ fuiſſe, vt extraneus, qui in minus ſolenni teſtamento reperitur hæres inſtitutus, in bonis ipſius ſuccederet, tenetur in foro conſcientiæ relinquere illi hæreditatẽ, eſto, ipſi in foro exteriori adiudicetur. Secus aũt, ſi res ſit dubia, vt ſi dubium eſſet, an tale teſtm̃ eſſet defuncti, vel ſi teſtator ſciebat teſtamentum minus ſolenne eſſe nullum, hæreſq; in eo inſtituta erat vxor, quam veriſimile ſit ſolum, ne eam contriſtaret, inſtituiſſe eo pacto hæredem: cum conſtaret hæreditatem ob teſtamenti defectum ad fratrem eſſe deuenturam.

Sententia hæc ſuaderi poteſt. Primo, qm̃ ſecluſa lege humana eas ſolennitates, vt teſtm̃ ſit validum, Suadetur primò.

D exigente (idem eſt de contractu) ſanè tale teſtamentum eſt validum ac ſufficiens ad dñium transferendum, vt enim habetur Inſt. de rerum diuiſ. §. per traditionem, nihil tam côueniens eſt naturali æquitati, quàm voluntatem dñi, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam habere: ſed eiuſmodi ſolennitates idcirco iure ciuili in teſtamentis exigũtur, vt nequitiæ & fraudes euitẽtur, q̃ cupiditate hæreditatis ſolent euenire: cũ ergo, fine legis ceſſante, & lex obligare eſset, conſequens eſt, vt quando côſtat nullam nequitiam interueniſſe, voluntatemque teſtatoris fuiſſe, vt bona ipſius ad extraneum ita inſtitutum deuenirent, validum ſit teſtamentũ in foro conſcientiæ, eſto careat ſolennitatibus iure ciuili requiſitis.

Confirmatur, inquit Adrianus, hæc ratio, qm̃ ceſſante fine legis naturalis ac diuinæ de corrigendo proximo, qñ non eſt ſpes emendæ, ad quam correctio fraterna pcipitur & ordinatur, ceſsat obligatio Confirm.

præcepti

præcepti de eo corrigendo: qñ conſtat nullam nequitiam interueniſſe, ad quam tollendam ius humanum ſolennitates in teſtamento exigit, ceſſabit obligatio legis humanæ, ac proinde teſtamentum minus ſolenne validum erit in foro conſcientiæ.

Secundò. Secundò, ſi eiuſmodi teſtamentum eſſet nullum in foro conſcientiæ, ſequeretur, poſſe aliquando euenire, vt quis abſq; vlla ſua culpa relinquere nõ poſſet ſua bona cui vellet: hoc autem, quando quis non habet deſcendentes aut aſcendẽtes, quos neceſſario hæredes debeat inſtituere, videtur ſatis abſurdum. Conſecutio verò probatur: quoniam eſſe poterit in loco vbi neque tabellionis ſit copia, neque etiam numerus teſtium, qui iure ciuili exiguntur.

Tertiò. Tertio, ex ſola voluntate teſtatoris minus ſolenni teſtamẽto expreſſa, oritur naturalis obligatio: quippe, ſtando in ſolo iure naturali, ea ſola voluntas ſuffi ciat ad transferendũ dominium: item ciuiles lex, irritans teſtamentum minus ſolenne, fundatur in prę ſumptione fraudis ac nequitiæ, quæ inuenire facilè poteſt: cum ergo in foro conſcientiæ, quando de veritate conſtat, locum non habeat ciuilis lex quæ in contrarij præſumptione fundatur: idque quòd naturaliter dẽtur, ſoluẽdum ſit in eodẽ foro: cõſequẽs profectò eſt, vt qñ de teſtatoris voluntate conſtat, teſtm̃ minus ſolenne vim habeat in foro cõſcientię.

Confirmat. Confirmant pręterea hi Doctores ſuam ſententiam ex dicto quodam Innocent. capitulo, quod ſicut, & ca. quia propter, de electione, quòd Panormitanus cap. 1. de in integrum reſtit. commendat. Ait namque Innocentus: ſi electio aliqua, ſpectato ſolo iure naturali & gentium, valida ſit, eſto, deſit ſolennitas aliqua iure poſitiuo, vt ſit valida, requiſita, validam nihilominus eſſe in foro conſcientiæ; eo quòd ſolennitas introducta ſit iure poſitiuo ad vitandas fraudes; & in foro cõſcientiæ naturalis æquitas hac in parte rigori iuris poſitiui ſit præferẽda. Adhibet exemplum in caſu capitis, ꝙ ſicut, citati, nempe, qñ qs fuit electus à maiori parte Capituli, defuitque vnius, q ad eã electionẽ nõ fuit vocatus: licet. n. eiuſmodi electio ſit irritanda in foro exteriori, vt eo in capite definitur, valida tñ eſt in foro cõſcientiæ, iſque qui ita fuit electus, tutus eſt in foro cõſcientiæ

Iuxta horum omnium Doctorum ſententiam legata relicta in minus ſolenni teſtamento ſoluenda ſunt in foro conſcientiæ. Præterea, lethaliter peccat hæres ab inteſtato, cui de teſtatoris volũtate cõſtat, ſi ex eo, quòd hæreditas relicta fuit alicui extraneo in minus ſolenni teſtamento, eam petat in foro exteriori, teneturque illi reſtituere, non ſolum obtentam hæreditatem, ſed etiam damna omnia ex eo, qđ illam petierit & obtinuerit, ſubſecuta.

In horum Doctorum ſententia fuit aperte Plinius iunior, is namque 2. lib. Epiſtolarum ſic ac Annianum ſcribit. Admones me codicillos Atriliani, qui me ex parte inſtituit hęredẽ, pro non ſcriptis habendos, quia non ſunt confirmati teſtamẽto. Quod ius nec mihi quidem ignotum eſt, cum ſit ijs etiam notum, qui nihil aliud ſciunt. Sed ego propriã quandam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates, etiamſi iura deficerent, quaſi perfectas tueret. Conſtat enim codicillos iſtos Attiliani manu ſcriptos. Licet ergo non ſint confirmati teſtamento, à me tamen, vt confirmati, obſeruabuntur. Et lib. 5. in hũc modum ad Caluiſium ſcripſit: Hoc enim, ſi ius aſpicias irritum, ſi defuncti volũtatem, ratum & firmũ eſt: mihi autem defuncti voluntas, vereor quam in partem Iuriſconſulti quod dicturus ſum, accipiant, antiquior iure eſt.

Contrariam ſententiam, nempe, eiuſmodi teſtamenta & contractus in hoc ſenſu eſſe in foro conſcientiæ inualida; quòd hęres ab inteſtato licitè poſſit petere & retinere hæreditatẽ alteri in eis relictã,

A omittereque ſolutionem legatorum in eiſdem relictorum (modo non ſint ad pias cauſas) idque eſto ei conſtet euidenter cõtrariam fuiſſe uoluntatem teſtatoris, & pari ratione, ꝙ is, qui contraxit contractu inualido pp defectum ſolennitatis, poſſit illum licitè reſcindere, eſto bona fide & ex ignorantia ita contraxerit, affirmant Victoria 2. 2. in princ. materiæ de reſtitutione, Sot. 4. de iuſt. q. 5. art. 3. Cou. reg. peccatum, p. 2. §. 3. nu. 9 & 10. & c. cũ eſſes, de teſt. à nu. 6. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 12. & alij; tametſi inter eos, vt ſtatim patebit, nonnihil ſit diſſidij.

Poſſumus, verò eam probare. Primò, qm̃ Reſp. ſeu Princeps, ad tollendas fraudes & impediẽda dãna, quæ facilè poſſunt ſuboriri, habet poteſtatẽ condendi leges, quæ vniuerſim irrita reddant & ineſficacia ad transferendum dominium in foro conſciẽtiæ ea teſtamenta & contractus, quibus defuerint ſolẽnitates, quas iudicauerit expedire: quemadmodũ ad tollenda alia incõmoda ſtatuere potuit leges præ Suadetur 1.

B ſcriptionis, quę vim haberent in foro conſcientię, & quibus aliquis abſque ſua culpa amitteret dñium rei ſuæ, & acquireret illud alter, & ſimiles alias, vt ex dictis in ſuperioribus patet: ſed Principes eiuſmodi leges circa cõtractus aliquos & teſtamenta ſtatuerũt, vt de contractibus ſuo loco erit manifeſtum, & de teſtamentis patet ex l. hac conſultiſſima, C. de teſtamentis, vbi ſcriptum legimus: Non ſubſcriptum à teſtibus, & non ſignatum teſtamẽtum, pro infecto haberi conuenit. Et §. ſeq. Ex imperfecto teſtamento voluntatem tenere defuncti nõ volumus. Et l. ex imperfecto, C. eodem titulo dicitur: Ex imperfecto teſtamento neque Imperatorem hæreditatem vendicare, eſto in eo hæres ſit inſtitutus. Et Inſtit. quibus modis teſtamentum infirmetur. §. ex eo, ait Iuſtinianus, Imperfectum teſtm̃ nullum eſt, vt interim iura alia omittam: cùm ergo leges humanæ iuſtæ, vim habeant in foro conſcientiæ, vt Panorm. & cæteri, cũ

C quibus diſputamus, confitentur, conſequens eſt, ut eiuſmodi contractus & teſtamenta minus ſolennia, legibus humanis inualida, nullam vim in foro conſcientiæ ad dominium transferendum habeant.

Secundò, non ſolũ ſubditi, ſed ẽt eorum bona publicæ ptãti ſubiacent in cõe bonũ, atque ad tollenda incommoda, quę in Rep. oriri poſſunt, vt in ſuperioribus ſæpe eſt oſtẽſum: ergo, licet vnuſquiſque ſolo iure naturali ſpectatò, ſecluſaq; Principis ordinatione in contrarium, diſtribuere poſſit ſua bona vt libuerit, poterit nihilominus Princeps, ſi id bono cõi expedire, & Reipub. eſſe vtile iudicauerit, certos modos & formas præſcribere ad ea incommoda tollenda, quibus ea demum fiat bonorum diſtributio, ita, vt quicquid alio modo factum fuerit, irritum omnino reddat, nulliuſq; momenti. Cũ ergo id circa teſtamenta minus ſolennia, & quoſdam contractus, manifeſtè fuerit ſancitum, vt ex iuribus citatis conſtat; Secundò.

D conſequens eſt, vt nihil manifeſta teſtatoris voluntate impediente, eiuſmodi teſtamenta & contractus nullam vim in foro conſcientiæ habeant, idque propter Principis ſtatutum ea de re meritò confectum.

Tertiò, alienatio facta à pupillo ſine tutoris authoritate eſt nulla in foro conſcientiæ; idque eſto pupillus cordatior ſit, maiorique iudicio polleat, q̃ multi adulti, quorum alienatio eſt valida; ratio verò huius rei eſt: qm̃ lex humana indiſtinctè voluit irritam eſſe pupilli alienationẽ, tametſi legiſlatores inde fuerint adducti, ad eam legem ita iuſtè ferendam, ꝙ pupilli ordinariè non tanto iudicio polleant, quantum par eſt, vt ſibi ea in parte ſufficienter proſpiciant: neque enim legiſlatores in conſtituendis legibus reſpicere debent ad euentus particulares, ſed ad id, quod per ſe & ordinariè bono cõi expedit: eſto, verò finis, propter quem lata eſt lex, in aliquibus particularibus euentibus deficiat, non propterea deſinit vni- Tertio.

uerſim obligare, exceptis aliquibus inopinatis euentibus, in quibus contrarium expedit omnino bono communi, quos legislator ipſe, ſi occurriſſent, exciperet, ſuntq; proinde per epicheiam cenſendi non comprehendi tali lege: ergo pari ratione, cum propter nequitias & fraudes, quæ facilè orirentur, bono cõi expediat conſtitui, vt teſtamentum minus ſolenne nullum ſit, idque legislatores, indiſtinctè ſtatuerint; ſanè, eſto finis huius legis aliquando deficiat, deficereq; re ipſa conſtet, nihilominus teſtamẽtum minus ſolenne erit tunc nullum in foro conſcientiæ.

Quarto. Quartò, ſecluſa lege humana, nõ minor obligatio naturalis oritur ex alienatione facta à pupillo pollente iudicio, q̃ oriatur ex voluntate teſtatoris expreſſa teſtamento minus ſolenni: ſed lex humana per poteſtatem, q̃ Princeps ad bonam Reipublicæ adminiſtrationem in oẽs ſuos ſubditos & in eorũ bona habet, vniuerſim impediuit naturalem obligationem, q̃ ex pupilli alienatione poterat oriri, etiam quãdo finis legis in particulari ceſſaret: Ergo eadẽ ratione leges, quæ ſtatuerunt vt contractus & teſtamenta minus ſolennia eſſent nulla, per eandem Principis poteſtatem vniuerſim impedire voluerunt, ne ex eis oriretur obligatio naturalis, etiam qñ finis legis in particulari ceſſaret. Neq; enim lex ceſſat, fine illius in particulari ceſſante. Finis namq; ſtatuti, quo Concilium Tridentinum matrimonia clandeſtina irrita effecit, fuit, ne orirentur, grauiſſima illa mala, quæ ex illis nota erant oriri, paſſimq; pullulabant: quamuis autem in multis particularibus euentibus nullum omnino ſit periculum cuiuſpiam mali, non proinde deſinit clandeſtinum matrimonium eſſe in illis nullum, impeditamque habere obligationem naturalem, quæ ſecluſa illa lege ex eo oriri neceſſariò debebat. Longe quippe diuerſa ſunt, præcipere aut prohibere aliquid ſolum quatenus conducit ad aliquem finẽ, & legislatorem bono aliquo fine permotũ præcipere aut prohibere, aliquid abſolutè. In primo namque euentu, ex eo, quod aliquid conducat actu, aut non cõducat ad eum finem, iudicandum eſt, an id ſub tali præcepto contineatur, nec ne. In ſecundo verò, eſto finis ceſſet in particulari, non proinde deſinit cadere ſub præcepto illud omne, de quo legislator, in eum finẽ reſpiciens, in genere præcepit, aut quod prohibuit.

Quinto. Quinto, ſi leges, inualida reddentes teſtamenta minus ſolennia, vim non haberent in foro conſcientiæ, quando de teſtatoris voluntate conſtaret, ſanè id occaſio multorum peccatorum eſſet, atque ad eas leges cooperarentur, ac proinde eſſent iniquæ. Conſecutio probatur, quoniam earum virtute hæres ab inteſtato cum lethali peccato hæreditatem extraheret ab hærede extraneo conſtituto in minus ſolenni teſtamento: generaliter autem omni conſtitutioni eſt derogandum, quæ abſque lethali peccato ſeruari nõ poteſt, vt cap. vlt. de præſcript. habetur.

Sexto. Sexto, eſto in foro exteriori hæres ab inteſtato cõfiteatur, voluntatem defuncti fuiſſe, vt hæres in minus ſolẽni teſtõ conſtitutus obtineret hęreditatem, adiudicabitur hæreditas hæredi ab inteſtato, eo ꝙ teſtamentum fuerit inualidum, perindeq; cenſeatur ac ſi confectum non fuiſſet: leges igitur irritãtes minus ſolennia teſtamenta, non fundantur in præſumptione nequitiæ ac falſitatis teſtamenti, ſed inde vim habent, quod re vera legislator, pro poteſtate quã ad id in ſua republica habet, voluit vt eiuſmodi teſtamenta eſſent omnino inualida, quæcunque tandem fuiſſet voluntas teſtatoris. Conſequentia probatur, quoniã quando lex aliqua in ſola præſumptione fundatur, vimque propterea in foro conſcientiæ non habet, ſanè ſi cõſtat de contrario præſumptionis ex cõfeſſione illius, cui ea lex fauet, nõ ſtatur in foro exteriori tali legi, ſed veritati, vt quia lex, quæ antequam Concilium Tridentinum inualida effeciſſet clande-

A ſtina matrimonia, ſtatuebat, vt in exteriori foro cenſeretur conſummatum matrimonium, ſi poſt ſponſalia eſſet ſubſecuta carnalis copula, fundabatur in præſumptione, quod ſponſi maritali affectu, animoque conſummandi matrimoniũ talem copulam habuiſſent, vtique ſi is, qui contenderet vi illius copulæ alterum effectum eſſe ſuum coniugem, confiteretur eam non fuiſſe habitam ex maritali affectu, animoq; conſummandi matrimonium, in foro exteriori non iudicaretur illos eſſe coniuges, vt communis practica in foro exteriori ante Concil. Tridentinum habebat, affirmabatque communis ſententia Doctorum. Etenim licet, quando præſumptio eſt iuris & de iure, quam Iuriſperiti vocant, vt illa erat, non admittatur probatio in contrarium, admittitur, tamen confeſſio illius, qui adminiculum ex ea lege contendit.

Confir. Poſſumus confirmare, leges inualida reddentes teſtamenta minus ſolẽnia, non fundari in præſumptione, q̃m ad aliquid abſolutè ſtatuendum, nunquam lege pręſumitur id, quod raro ex re aliqua, ſed quod vt

B plurimũ ac regulariter ſolet euenire: at vero frequentius multo euenire ſolet, vt teſtatoris voluntas ea fuerit, quæ reperitur in teſtõ minus ſolenni, ſaltẽ quando duo aut tres teſtes omni exceptione maiores interfuerunt, quàm contrarium: ergo lex, quæ eiuſmodi teſtamentum reddit inualidum, non fundatur in præſumptione, quod non ea fuerit defuncti volũtas.

Septimo. Septimo, ſi cõtractus, iure canonico aut ciuili propter defectum ſolennitatis nullus, eſſet validus in foro conſcientiæ, ſanè nullius momenti eſſet lex, quæ illum nullum efficeret; imò verò eſſet iniqua, quippe cum vi illius nullus talis contractus eſſet in ſeipſo & in conſcientiæ foro inualidus, & in exteriori foro abſque lethali culpa peti non poſſet, vt iuxta eam canonicam aut ciuilem legem nullus pronunciaretur: quare cum hæc abſurdiſſima ſint, dicendum proculdubio eſt, eiuſmodi contractus nullos re ipſa eſſe, nõ

C minus in conſcientia, quam in exteriori foro.

Diſſidium inter Doctores huius ſententiæ. Subijciendum vero eſt diſſidium, quod eſt inter nonnullos ex Doctoribus, qui hanc ſñiam ſequuntur. Sotus & Victoria locis citatis, poſt Alexand. & quoſdam alios ex Iuriſperitis, quos Couar. cap. cum eſſes, de teſt. nu. 10. refert, aſſeruerunt, opinionẽ hãc eatenus eſſe veram, ꝙ humanæ leges, irritantes contractus & teſtamenta minus ſolennia, concedunt celebranti talem contractũ, ac hæredi ab inteſtato non ſolum in exteriori, ſed &̃ in conſcientiæ foro; petere reſciſionem contractus, & occupare hæreditatẽ aduerſus hæredem in minus ſolenni teſtamento inſtitutum, eamq; in iudicio petere tanq̃ ſibi re ipſa debitã, nihil contraria teſtatoris voluntate impediente. Simul etiam affirmant, eiuſmodi leges nõ tollere quo minus alter, cum quo talis contractus eſt celebratus, licitè poſſit retinere, ꝙ eo contractu accepit, interim dum in iudicio non petitur vt contractus pronũcietur nullus ac reuocetur; & quo minus hæres in mi-

D nus ſolenni teſtamento inſtitutus accipere, & retinere ſibi in conſcientiæ foro poſſit bona ita ſibi relicta diſſimulareq; defectũ talis teſtamenti, interim dum ab hærede ab inteſtato ea bona in iudicio non petuntur. Itaq; velle videntur, leges irritantes contractus, & teſtamenta minus ſolennia, non abſtuliſſe ab eis vim transferendi dñium in contrahentes, inter ſe & in hæredes in eis inſtitutos, ſed ſolum in eo ſenſu irrita ea reddidiſſe, quod alteri contrahentium conceſſerunt facultatem petendi, vt tales contractus pronunciarentur nulli ac reuocarentur, & ſimiliter ꝙ hæredi ab inteſtato facultatem conceſſerunt vſurpandi ac petendi ſibi hæreditatem, perinde ac ſi defunctus ab inteſtato diſceſſiſſet, idque tradendo illis verum ius, ita vt iuſtè ſalua conſcientia id poſſent efficere. Eodem modo dicunt legatarium, cui in minus ſolenni teſtamẽto aliquid eſt relictũ, poſſe petere, & accipere

pere legatum ſibi ita relictū, niſi hæres ab inteſtato reſiſtat, ac ſe opponat; ſimulque hæredē ab inteſtato poſſe licite opponere, vſurpareq; eiuſmodi legata, obijciendo teſtamentum eſſe nullum, eaque repetere, ſi iam antea ab aliquo alio eſſent ſoluta.

Huius opinionis non aliud video fundamentum apud Sotum & Victoriam, q̄ ꝙ leges ciuiles & Eccleſiaſticæ his de rebus non eo rigore videantur intelligendæ, vt impedire velint dñij translationem, aut aliud concedere, quam repetitionem aut retentionem eorum, quæ eiuſmodi contractibus, aut teſtamētis minus ſolēnibus alienata, aut relicta alicui ſint. Præſertim, ait Victoria, cū id cōfirmet vſus pro borū virorū, qui, cū ſciant aliqua alienata eſſe ab Eccleſijs ſine ſolēnitatib. ad id neceſſarijs, ea retinent, dū nō petuntur. Neq; Victoria & Sotus hāc opinionē tanq̄ certā ſequuntur, ſed tanq̄ ſibi veriſimilem.

Cou. & aliorum placitum. Coua. & Ledeſmius locis citatis & Ant. Gomez. ad l. 3. Tauri à nu. 123. aduerſus Victoriā, Sotū, & alios contendunt, iura canonica & ciuilia in prædictis euentibus, nō ſolū cōcedere iuſtā repetitionem, retentionē, aut occupationē, eorū, q̄ ita alienata, aut relicta alicui sūt, ſed oīno impedire dñij trāslationē; ac proinde poſſidētes aliqd tit. cōtractus, aut teſtamēti minus ſolēnis, teneri illud reſtituere, ētſi nullus ſit, q id petat; eo ꝙ poſſideāt alienū inuito dño.

Author. Vt in hac graui, difficili, quotidiana, & perutili quæſtione dicam, quod ſentio, ſciendū eſt. Ex mente legumlatorum circa iura, quæ quoad inualiditatem teſtamentorum & contractuum minus ſolenniū lata ſunt, pendere, tū legitimā eorundem iuriū interpretationem, tū proinde quæſtionis ſolutionē.

Atque vt à teſtamētis, vltimiſve voluntatibus ordiamur. Vnum è quatuor potuerūt legiſlatores intendere in eiuſmodi legibus cōdendis. Primum, relinquere vltimis voluntatibus ſuam vim, q̄ ex natura rei habent, neq; impedire obligationem naturalē, quæ ex eis, ſtando in ſolo iure naturali, apta eſt ſequi: & nihilominus, pp fraudes, emētitaq; teſtamenta, & legata, quæ ob cupiditatem facile poſſent accidere, inducere præſumptionem iuris & de iure, vt nulla iudicarentur teſtamenta, quibus deeſſet ſolennitas aliqua iure humano requiſita. Hanc ſnīam videntur ſequi multi ex Doctorib. pro prima ſnīa relatis: neque dubito eā eſſe falſam, vt ſufficienter probant, præſertim quintum argumentum, & confirmatio ſexti, quæ pro ſcda ſnīa confecimus: neq; dubitarē appellare iniuſtas leges ciuiles, quæ id ita ſtatuerent, vtpote quæ falſum ementitumq; iudicarēt, ꝙ ordinare non eſſet tale; eique fundamēto innitēdo bona defunctorum in eis euentib. vt plurimum illis adiudicarentur, quibus nequaquam eſſent debita, quique abſque peccato ea retinere non poſſent, & auferrentur ab eis, quibus eſſent debita.

Secundum potuit eſse mens legumlatorum, pro poteſtate, quam in ſubditos, & in eorum bona ad cōem Reip. vtilitatem habent, caſsare atque irrita reddere teſtamēta, aliaſque eorum vltimas voluntates, in quibus quacunque de cauſa non interuenirēt certæ quædam ſolennitates eiſdem legibus ſtatutæ; impedireq; ne ex eis vlla obligatio naturalis oriretur: idque ne ementitis teſtamentis, aut codicillis, factave in eis aliqua fraude, bona defunctorum cōtra eorum voluntatem iniuſte occuparentur. Preſertim cū ex eo, ꝙ veræ eorum vltimæ voluntates ob ſolennitatis defectum caſsarentur, bona eorum deuenire deberent ad ipſorum hæredes ab inteſtato, qui coniunctiſſimi ipſis ſunt, & quos æquitas poſtulabat, vt potius q̄ alios, hæredes inſtituerent. Sententiā hanc ſecuti ſunt Couar. Antonius Gomez. & Ledeſmius locis citatis, mihique aliquando viſa fuit uera. Quoniam re uera, vt probant argumenta, quæ pro ſecunda ſententia confecimus, id potuerunt optime in-

A tendere, & efficere legiſlatores, ratioque, quam proxime reddidimus, ſufficientiſſima erat, vt id efficerent. Quin & iura, quæ ſupra retulimus & nonnulla alia, ſatis aperte, primo aſpectu, huic ſententiæ fauent. Præterea id conſonat cum vſu exterioris fori, quo teſtamenta eo ipſo, ꝙ aliqua eis deeſt ſolēnitas, pronunciantur nulla, hæredeſque ab inteſtato, eſto ſciant contrariam fuiſſe defuncti voluntatem, abſq; ſcrupulo occupant & poſſident eorum bona, neque legata in eis relicta ſoluūt, niſi fuerint pia: ꝙ nequaquā abſq; lethali culpa efficere poſſent, niſi legiſlatores, modo explicato, eiuſmodi teſtamenta irrita reddidiſſent. Ab hac ſnīa neq; modo recederē, niſi alia cōperiſsem iura, quæ mihi pſuadent hāc, quam proximē ſubiungam, fuiſse legumlatorum mētem.

Tertium itaq; eſſe potuit legumlatorū intentum, nō quidē irritas reddere minus ſolēnes teſtatorum vltimas voluntates, impedireve ne ex eis ea naturalis obligatio emanaret, q̄ ex natura rei nata eſt oriri; Authoris ſententia.
B neque itē ex præſumptione falſitatis eas nullas pronunciare, iuſque concedere hæredibus ab inteſtato, ſed dūtaxat non admittere eas tanq̄ legitimas ad ꝓbādum eam fuiſse voluntatem teſtatoris: eo pacto, quo in hoc Luſitaniæ Regno 3. lib. Ordin. ti. 45. ſtatuitur, vt exceptis quibuſdam euentibus, qui ibi exprimuntur, non admittatur vel teſtium, quantumuis multorum, vel quæcunque alia probatio, niſi ſcripturæ publicæ circa quemcunque contractum aut diſtractum, qui in immobilibus valorem ſexcentorum æreorum nummorum, quos reia vocant, exceſſerit, vel in rebus mobilibus valorem triginta mille eorundem nummorum ſuperauit, permittitur tamē ei, qui probationem ſcripturæ publicę non habet, relinquere rem iuramento alterius: eſto tamen ille alius falſum iuret, ſufficienterque id probetur, punitur quidem vt periurus, non tñ propterea debitum ei adiudicatur; qui probatione per ſcripturam publicam, aut confeſſione debitoris caret, ut ibidem habe-
C tur. Simili modo dici poteſt, conditores legū ſolēnitatū teſtōrum ac codicillorum, ad fraudes, ementitaq; teſtamenta & legata vitanda, itēque vt bono ipſorummet teſtatorum ac publico proſpicerēt, non intendiſſe eis legib. adimere vim vllam vltimis voluntatibus, ſed dūtaxat ſtatuere, vt, quæ ſine eis ſolēnitatib. deinceps fierent, reputarentur nullæ ad fidē in foro exteriori faciendā, ipſoſmet teſtatores eiſdē legibus præmonendo, qualiter ſuas voluntates vltimas condere deberent, vt fidē facerent. Quòd ſi hoc fuit legumlatorum intentum, dicendum eſt, leges ciuiles non reſiſtere vltimis voluntatib. minus ſolēnibus, quaſi ab eis vim ſuā, obligationēq; naturalem auferāt, ſed dūtaxat eis nō aſſiſtere actionē ciuilem ex eis concedendo: eo ꝙ iuſtis de cauſis inſufficiētes eas reputēt ad fidem in exteriori foro faciendam.

Hanc autem fuiſſe legumlatorum mentem mihi
D perſuadent nonnulla iura. Primum & potiſſimum eſt l. vlt. C. de fideicōmiſſis, vbi Iuſtinianus aperte vr interpretari iura, quæ ſolennitatē in vltimis volūtatibus, vt ſint validæ, exigunt. Cum enim teſtator quidā ſuum hæredem grauaſſet, vt hęreditatē cuidā tertio reſtitueret, neque teſtiū ſolennitatem ad id neceſſariam adhibuiſſet, eaque de cauſa heres neque fideicōmiſſum ſoluere vellet, neque manifeſtare fidei ipſius id à teſtatore fuiſse cōmiſſum; ad eam litem dirimendā ſtatuit Iuſtinianus, vt ſiue fideicōmiſſum vniuerſale ſit, hoc eſt, de hęreditate reſtituenda, ſiue particulare, ideſt, de legato reddendo, eſto teſtator non adhibuerit ſolennitatē legibus requiſitam, ſi tñ is, cui id reſtituendum venit, petat ab hærede aut legatario, vt iuret, an teſtator fidei ipſius commiſerit, vt id ſibi reſtitueret, teneatur iurare: ſi verò iurare renuat, vel fideicommiſſum confiteatur, cogatur illud ſoluere. Redditque rationem, quæ ad inſti-

turum noſtrum magnopere conducit, dicens: Cum enim res per teſtium ſolennitatem oſtenditur, tunc & numerus teſtium, & nimia ſubtilitas requirenda eſt. Lex etenim, ne quid falſitatis incurrat per duos forte teſtes compoſitum teſtamentum, maiorem numerum teſtium expoſtulat, vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur. Cum autē is, qui aliquid ex volūtate defuncti lucratur, & maximè ipſe hæres, cui ſumma authoritas totius cauſæ cōmiſſa eſt, dicere compellitur veritatē per ſacramēti religionem, qualis locus teſtibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria & indubitata fide relicta? Hactenus textus ille. Ex quibus verbis apertè cōſtat, ſolennitatē, vel teſtium, vel quācunque aliam, ſolum exigi in vltimis volūtatibus, vt fidem faciant in foro exteriori: non verò, vt vim in ſe habeant, & vt obligatio naturalis ex eis reſultet. Ex eiſdem quoque verbis conſtat, confeſſionem, ꝙ ea fuerit teſtatoris voluntas, factam per eū, cui intererat irritam illam eſſe, ſatis eſſe, vt aduerſus eū ſit valida, nihil impediente, ꝙ in ea adhibita non fuerit ſolēnitas teſtium, vel quæuis alia iure ciuili requiſita. Quin & hæredem ab inteſtato, qui ob defectum ſolennitatis intenderit ad ſe pertinere hæreditatem, aut nō teneri ſoluere legata, vel fideicommiſſa in teſtō aut codicillo relicta, cogi poſſe in foro exteriori, vt iuret, an abſque dubio ſciat, aut ſibi perſuadeat, eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, atq; adeo ſe teneri in foro conſcientiæ illi ſtare: ꝙ ſi vel iurare renuat, vel confiteatur eam fuiſſe defuncti voluntatem, cogendum eſſe illi ſtare. Idem ſtatuit idem Iuſtinianus Inſtit. de fideic. §. vlt. commemorans eandem legem Codicis, quā, poſt cæteras Cæſareas de vltimarum voluntatum ſolēnitatibus conſtituerat.

Secundò idem mihi perſuadet l. etſi inutiliter. C. de fideic. Vbi Antoninus Imperator ait: Si teſtator inutiliter (hoc eſt, ſine debita ſolennitate) reliquit fideicommiſſum, & hæres ſciens illam fuiſſe voluntatem defuncti, illud ſoluit, neque ipſum, neque hæredes, illud poſſe illud repetere, redditque rationem dicens: Cū, non ex ea ſola ſcriptura (minus ſolenni ſcilicet) ſed ex conſcientia relicti fideicōmiſſi defuncti voluntati ſatisfactum eſſe videatur. Ex quibus verbis apertè conſtat, defectum ſolennitatis non impedire quo minus in cōſcientiæ foro fideicommiſſum debeatur, ac proinde quo minus ex minus ſolenni teſtatoris voluntate obligatio naturalis oriatur.

Tertiò idem confirmat l. non dubium. C. de teſtamentis, vbi etiam de legatis habetur, quòd ſi hæres fideicommiſſa aut legata in minus ſolenni teſtamento relicta ſoluit, neque repetere illa poteſt, neque, ſi annua aut menſtrua ſint, deſiſtere ab eis perſoluendis. Quod non aliunde eſt, niſi quia ex teſtamento minus ſolenni oritur obligatio naturalis, quæ ſufficit, vt ſit melior conditio poſſidentis. Præterea, quia præſumitur hæredem ea ſoluiſſe ex conſcientia, ꝙ ea fuerit defuncti voluntas.

Quartò idem mihi ſuadet, ꝙ cōmunior Doctorū ſnīa, quam Iulius Clarus, lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum, q. 90. Couarr. c. cum eſſes, de teſt. referunt, affirmat, cum gloſ. l. cum quis, C. de iuris & facti ignor. & l. 1. C. de condict. indeb. ex vltima volūtate minus ſolenni oriri obligationē naturalē. Atq; hac de cauſa dicunt, præter alia, quæ ex hoc capite cōmemorauimus ſancita eſſe iure ciuili, cōſtitutum quoq; eſſe, l. militis, §. veteranus § de militari teſtō, vt legatarius, qui ſine vitio eſſet in poſſeſſione legati ſibi relicti in minus ſolenni teſtō, haberet exceptionem aduerſus hæredem illud petentem, nec in exteriori foro teneretur illud ſoluere: eo ꝙ eſſet melior conditio poſſidentis; idque affirmant eo loco Bart. nu. 18. & alij DD. cōiter. Atque ex illo iure volunt Emanuel à Coſta, c. ſi pater, p. 1. verbo, in ſuo teſtō,

A nu. 14. & alij, quos Gama deciſ. 221. & 347. refert, in hoc Luſitaniæ Regno, ſi vel maritus in minus ſolenni teſtamento relinquat uxori legatum tertię partis ſuorum bonorum, vel vxor marito, poſſe eiuſmodi legatarium ſe tueri aduerſus hæredes defuncti exceptione, ꝙ ſit ī legitima illius poſſeſſione. Etenim, de iure huius Regni, lib. 4. Ordinat. tit. 7. coniux, qui ſuperſtes fuerit alteri coniugi, eo ipſo abſque alia apprehenſione manet in poſſeſſione omnium bonorum, tanquam caput domus, ab illoque tenentur petere hæredes defuncti, ꝙ ad ipſos pertinet. Atque hic eſt alius caſus, præter cōmemoratos ſupra diſp. 3. in quo reperitur poſſeſſio ciuiliſſima abſque vlla apprehēſione vera vel ficta. Obſerua tñ, ꝙ ſi legatū aliquod, aut fideicommiſſum relictum in minus ſolenni teſtō ſolutum eſſet ab hærede ex ignorantia facti, nempe quia ignorabat teſtamētum eſſe minus ſolenne, concederetur illi repetitio, nihil impediente poſſeſſione, in quam miſſus eſſet legatarius: ſecus

B autem, ſi eſſet ſolutum per ignorātiam iuris, quia. ſ. ignorabat ex teſtamento minus ſolenni non deberi. Ita habetur expreſsè l. fideicommiſſum, C. de condict. indeb. & l. cum quis, C. de iuris & facti ignor. & affirmant gloſ. & Bart. ibidem. Couarr. c. quamuis pactum, p. 2. §. 4. nu. 8. & Doct. communiter.

Quintò idem mihi perſuadet ius Regni Caſtellę. Etenim in calce legis 3. Tauri, quæ eſt 2. lib. 5. nouæ collect. tit. 4. & q̄ meminit l. 1. præcedentis, eamque explicauit, & coarctauit: conſtituta. n. illis duabus legibus ſolennitate tota in teſtamentis & codicillis hodie in eo Regno requiſita, ſubiūgitur. *Los quales dichos teſtamentos y codicilos, ſi notuuieren la dicha ſolennidad de teſtigos, mandamos que no hagan ſe, ni prueua en inyzio ni fuera del.* Ecce, nullam vim ſeu obligationem auferr à teſtamentis & codicillis ob ſolennitatis defectum, ſed ſolum ſtatuit, vt fidem non faciant, inſufficientiaque ſint, vt ex illis quicquam, vel

C in iudicio, vel extra iudicium probetur.

Quòd ſi hæc fuit legumlatorum mēs, ſanè dicendum eſt, hæredem in minus ſolenni teſtō inſtitutū, non ſolum poſſe occupare & retinere hæreditatem ſibi relictam, celareq; defectū teſtamenti, ſed etiam poſſe, ceſſante ſcandalo, facere occultā recompenſationem, ſi hæreditas in exteriori foro hæredi ab inteſtato adiudicetur. Idē dicēdum eſt de legatario, aut fideicōmiſſario, cui in teſtō aut codicillo minus ſolēni relictum eſſet legatū, aut fideicommiſſum. Dicendum præterea eſt, hæredem ab inteſtato, qui ſibi perſuadet, aut merito perſuadere debet, volūtatem teſtatoris fuiſſe illam, quæ in teſtō, aut codicillo minus ſolenni cōtinetur, lethaliter peccare, ſi vel petat adiudicari ſibi hæreditatē alteri ita relictam, vel nō ſoluat legata, aut fideicommiſſa eo pacto relicta, tenerique ad reſtitutionem, tū horum omnium bonorum, tum etiam expenſarum litis, aliorumq; damnorū hæredi, fideicommiſſario, aut legatarijs ob eam

D litem, bonorūque occupationem ſubſecutorū. Item (ꝙ magnopere eſt aduertendum) in dubio an ea verè fuerit teſtatoris voluntas, teneri facere compoſitionem cū hærede, legatarijs, & fideicommiſſarijs ita minus ſolenniter inſtitutis, pro dubij quātitate, ſibi vſurpando partem eorum bonorum, & partem alterā illis relinquendo. Vt enim in materia de mancipijs diximus, & in materia de bello, & aliàs ſæpe eſt repetendum, qñ aliquis nondum bona fide cępit poſſidere aliqua bona arbitrans, ſemoto omni dubio, ea ad ſe in foro conſcientiæ pertinere, nō eſt melior cōditio ipſius, idque potiſsimum locum habet qñ agitur de occupādis ijs bonis defuncti, de quib. eſt dubium ad quem in foro conſcientię pertineant. Quòd ſi facta morali diligētia deſperetur ſciri poſſe, ad quem è duobus, aut pluribus in foro conſcientiæ pertineant, diuidenda ſunt inter illos pro dubij

bij

bij quantitate. Prætereà dicendum eſt, q̃n hæres ab inteſtato petit hæreditatem in minus ſolenni teſtõ alteri relictã, vel renuit ſoluere legata, aut fideicommiſſa minus ſolenniter relicta, poſſe iuxta l. vlt. C. de fideicommiſſis, & debere in foro exterior cogi, vt iuret, an ſciat, omninove ſibi perſuadeat, eã fuiſſe teſtatoris voluntatem, atque adeo debitam illis eſſe in foro conſcientiæ. Quod ſi, vel annuat, vel iurare renuat, adiudicanda ea eſſe hæredi, fideicõmiſſario, aut legatarijs in minus ſolẽni teſtõ, aut codicillo relicta, nõ quidẽ vi talis teſtamenti, aut codicilli, quaſi fidem in foro exteriori faciat, ſed vi proprię confeſſionis formaliter aut virtute factæ ab hærede ab inteſtato, quæ vim habet in foro exteriori, nihil impediente præſumptione in cõtrarium, & ꝙ tale teſtm̃, aut codicillus minus ſolennis fidem non faciant in foro exteriori. Deniq; dicendum eſt, aduocatos, qui ſibi perſuaſerint eam fuiſſe legumlatorum mẽtem, quam tertio loco explicauimus, veramque eſſe hanc noſtram ſententiã, teneri in conſcientiæ foro interrogare cliẽtulos, qui eorum petunt patrocinium, vt ipſis tãquam hæredib. ab inteſtato in exteriori foro adiudicentur bona defuncti in minus ſolenni teſtõ aut codicillo alijs relicta, num ſibi perſuadeãt, illam fuiſſe voluntatem teſtatoris: ꝙ ſi annuant, aut ipſimet aduocati, illis negantibus, id ſibi perſuadeant, non poſſe illis præſtare patrocinium, vtpote ad rem iniuſtam, tenerique illos ad monere, non poſſe petere ea bona in foro conſcientiæ, ſi ſemoto oĩ dubio arbitrentur eam fuiſſe voluntatẽ teſtatoris, & in dubio teneri facere compoſitionem, vt dictum eſt.

Illud admonuerim, Couar. Ledeſmij & Antonij Gomez. ſententiam defendi nullo modo poſſe in fideic. minus ſolenni teſtõ aut codicillo relictis, idque ſiue vniuerſalia, ſiue particularia ſint, vt ex l. vlt. C. de fideic. & §. vltimo, Inſt. eodem tit. eſt manifeſtũ. Iulius Clarus q. 90. citata à Couarr. diſſentit, etiam in legatis, quæ, propter ea, quæ ſuperius diximus, arbitratur deberi in foro conſcientię, etiamſi in minus ſolenni teſtõ, aut codicillo ſint relicta. Quia verò iura omnia, quæ citauimus, nihil expreſsè dicũt de hęreditate, arbitratur veram eſſe Couarr. opinionem quoad hæreditatem in minus ſolẽni teſtõ relictam: tametſi non admodum ſit firmus. Eſt verò ea ſententia reijciẽda: tum quia eadem aut maior ſit ratio de hæreditate, quæ de legatis & fideicom. vt compa rõ illius obligationis naturalis ex minus ſolẽni teſtõ oriatur: tum vel maxime, q̃m ex ratione, quam Iuſtinianus l. vlt. C. de fideicom. reddit, apertè conſtat, ſolennitatem teſtõrum ſolum eſſe neceſſariã ad probationẽ eorum legitimam, & vt fidem in foro exteriori faciant: nõ verò vt ex teſtamentis obligatio naturalis oriatur, idemq; ſatis apertè innuit l. 3. Tauri.

Quartum denique legumlatorum intentum eſſe potuit, non auferre quidem à minus ſolennibus vltimis voluntatibus vim naturalem, vt hæres, legatarius, & fideicommiſſarius in eis inſtituti, occupare, retinere, ac cõſumere poſſent tuta conſcientia bona eo pacto illis relicta, quouſque vel ferretur ſententia in contrarium, vel bona illa peterẽtur ab hærede ab inteſtato: ſecus autem ſtatim ac peterentur, aut ferretur ſententia. Hoc cum Alexandro arbitrati ſunt Victoria & Sotus, nec t̃n video id iuri alicui inniti, aut legitimæ rationi, quæ perſuadeat eã fuiſſe legumlatorum mentem. Quin potius, quicunque id attente expenderit (arbitror) iudicabit illud improbabile, indignumque, ꝙ ſapiens legis lator intenderit.

Expediret profectò, quandoquidem res hæc tota ex legumlatorum mente pendet, vt Chriſtiani legiſlatores, vnuſquiſq; in ſuo Regno, diſertis verbis explicarent, num intenderent irritas omnino reddere vltimas voluntates minus ſolemnes, impedireque ne ex eis obligatio naturalis oriretur, vt Couarr. Ledeſm. Antonius Gomez. & ex parte Iulius Clarus arbitrantur: an verò eam non impedire, vt communior multorum Doctorum ſententia exiſtimat: ita enim fieret, vt & confeſſarij eſſemus vnanimes, & multo melius conſcientijs hominum conſuleretur. Hæc dicta ſint quod attinet ad vltimas voluntates.

A Quod verò attinet ad contractus, non dubito veram eſſe opinionem Couarr. Ledeſmij, & Antonij Gomezij: Tum, quia id ſonant apertè iura, quæ de inualiditate eiuſmodi cõtractuum ſunt lata, neq; eſt ius aliud, quod ea aliter interpretetur, vt ſunt iura aperta, quæ interpretantur, non fuiſſe intentum legumlatorum auferre ab vltimis voluntatibus minus ſolennibus vim obligandi naturalem, quam habent in foro conſcientiæ: Tum etiam, quoniam, cum vnicuique contrahentium cõſtet ſe verè celebraſſe eum contractum minus ſolennem, ſanè ſi ex eo oriretur obligatio naturalis, nullus eorum poſset tuta conſcientia ex eo capite illud reuocare, quod fuerit minus ſolenne, niſi forte petendo, vt in pęnam alterius reuocaretur: Tum denique, quoniam de matrimonio clandeſtino celebrato ſine ſolennibus in Cõcilio Tridentino ſtatutis, nullus negare poteſt non oriri obligationem naturalem, eſſeque nullum omnino in foro conſcientiæ. Eademque eſt ratio de alijs contractibus ſtatutis ſimili modo ipſo iure irritis. B

Sunt verò hæc intelligenda cũ hac moderatione. In primis enim, vt à principio dicebamus, q̃n cõtractus eſset oneroſus, & vtrinq; æqualis, vnuſquiſque cõtrahentium expectare poſset, vt alter, ſi vellet, peteret illius reuocationem ob ſolennitatis defectum. Neque tunc æquitas ferret, vt q̃n contractus reſcinderetur, fructus percepti ſoluerentur: T ũ quia præſumendũ eſset eos bona fide eſse perceptos & conſumptos: Tum etiam, q̃m aduerſarius toto eo tempore vſus etiam eſt re data in recompenſationem, ex qua fructus potuit etiam percipere, aut cum ea negotiari, vel emere rem fructiferam. Quando etiã ſolennitates in fauorem vnius dumtaxat partis eſsent introductæ, vt in fauorẽ minoris, ita vt nihil impedien te defectu ſolennitatis, poſſit minor ille velle, vt ſtetur cõtractui: tunc ſanè alter expectare optimè põt, vt ex parte minoris petatur reſciſſio cõtractus. Prætereà, q̃n ſolennitas ſolum exigeretur, vt de ſinceritate & veritate conſtaret, ne palliaretur vſura, aut aliud malũ: ſanè ſi nihil mali interueniſset, idque in foro exteriori ex cõfeſſione vtriuſq; partis cõſtaret, non propterea, etiam in exteriori foro, eſset reſcindendus contractus, eo ꝙ pręſumptio omnis mali eo ipſo ceſsaret. V. g. Pius V. in Bulla cenſuũ inter alia, ob quę ſtatuit, vt cenſualis cõtractus cũ pacto de retrouendendo eſset ipſo iure nullus, vnũ fuit, vt pecunia coram tabellione ſolueretur. Proculdubio t̃n, ſi verè eſset ſoluta, eſto non in præſentia tabellionis, quia contrahentes ignorabant id eſse neceſsarium, tutam non redderem conſcientiam illius contrahentis, qui ex eo capite vellet reſcindere contractũ, neq; crederem iudices poſse illũ nullum pronunciare ob eum defectum, ſi is ipſe qui reſcindi peteret, confiteretur pecuniã fuiſse ſolutam. Illud poſtremo admonuerim, aliq̃n iuris rigorem eſse prætermittendum, quod ad eiuſmodi attinet ſolennitates, iudicandum que potius id eſse, quod æquitas poſtulat, quodq; veriſimiliter ij ipſi legum conditores, ſi præſentes eſſent, iudicaſsent, ſpectatis circũſtantijs omnib. concurrentib. Neque enim proſpicere potuerunt omnibus ſingularib. euentibus, dum id ſtatuerunt, quod vt plurimum cõi bono expedire iudicarunt. Neque ęquitas et charitas poſtulat, vt quod pro charitate & cõi bono ſtatutum eſt, executioni mandetur, quando in particulari cum charitate & æquitate pugnare iudicatur. Exemplum ſit, quòd in Eborenſi ciuitate accidit. Cum quidam mancipium quoddam quorundam

C

D

rundam minorũ iuſto pretio, ſpectatis tunc circun- A
ſtantijs cõcurrentibus, emiſſet, vtiliterque ſatis actũ fuiſſe tunc negotium minorũ ab oĩbus iudicaretur, cumq; eſſent ſolennitates iure requiſitæ obſeruatæ, accidit, vt vna memoria excideret, & p inaduertentiam fuerit omiſſa, q̃ ad iudicẽ potius, q̃ ad emptorẽ ſpectabat; non occurrit tñ iudicem de ea admonere. Aliquot vero poſteà annis elapſis, factiſque expenſis cũ mancipio fugitiuo, qui ſæpe in longinquas fugit regiones, caſu euenit, vt mãcipium illud valde vtile, eaq; rõne magni pretij euaderet. Tũc aũt minores, cupiditate illius, inquirere cœperunt, num via aliqua repetere illud poſſent: cũ verò deprehẽdiſſent ſolennitatẽ illã non fuiſſe ſeruatam, mãcipium & fructus oẽs ex illo perceptos repetere cœperunt: atq; in prima inſtantia, non ſine dolore ipſiuſmet iudicis, qui naturã ipſam rei ac æquitatem longe aliud poſtulare cernebat, ne à iuris rigore diſcederet, ſñiam tulit, vt reſtitueretur. Sane in eo euentu, in quo minorum
negotium vtiliter fideliterq; geſtum eſt, & in quo, ſi B
res è contrario accidiſſet, integrum non fuiſſet emptori ex illo eodem capite reuocare contractũ, æquitatẽ potius & charitatẽ iudicarem fuiſſe ſectandã, q̃ iuris rigorẽ, ob omiſſam bona fide leuẽ ſolennitatẽ, ex qua nihil oĩno cõmodi minorum pendebat: ita.n. veriſimile eſt ipſos legũ latores in eo euentu, ſpectatis oĩbus circunſtantijs, fore iudicaturos. Molina 2. lib. de primog. cap. 6. nu. 33. ex Bart. & aliis, quos refert, affirmat, omiſſionem modicæ ſolennitatis actũ non vitiare. Idem dicimus inferius diſput. 218. cum multis, quos Greg. Lopez, & Aluar. Valaſc. referunt ac ſequuntur, ẽt ſi ſolennitas illa ſit de forma ſeruari præſcripta, vt actus ſit validus. Quæ aũt modica iudicanda ſit, arbitrio prudentis eſt relinquendum.

Supereſt rñdeamus ad argumẽta vtriuſq; opinionis a principio confirmatæ, quatenus cũ noſtra ſñia pugnare videbũtur. Quin & argumenta pro opinio-
ne Panormitani & aliorum ſoluenda ſunt, quatenus C
cum opinione Couar. Ledeſmij, & Antonii Gomez pugnant. Cum enim, ꝙ hi authores exiſtimarunt, eſſe potuerit intentum legumlatorum, imo verò conſultum forte plus fuiſſet ſaluti animarũ, ſi illud fuiſſet eorum intentum; eo ꝙ ex viginti vltimis voluntatibus minus ſolẽnibus, vix vna non deducatur in forum contentioſum; & ex ijs, quæ deducũtur, cum detrimento ſalutis hæredum ab inteſtato, adiudicari eis ſoleant bona defuncti; ſane nullum eorum poteſt vim habere; cum nullum eorum attingat iura, ex quibus noſtram ſententiam nobis perſuademus.

Ad primũ pro opinione Panorm. & aliorum.

Ad primum ergo pro opinione Panormitani & aliorum, in primis concedenda eſt maior. Id verò, ꝙ ex §. per traditionẽ, in illis probationem adducitur, ſolum habet verum, qñ non adeſt legitima cauſa id impediendi, neq; ſuperuenit lex poſitiua, quæ ex tali cauſa id impediat. Deinde concedenda eſt etiam mi-
nor, & neganda eſt conſequentia, & ſimul propoſi- D
tio illa, quæ quaſi in conſequentiæ probationem aſſumitur, nempe ceſſante fine legis in aliquo particulari, legem deſinere in eo obligare; id ꝙ ex argumentis, q̃ pro ſcđa opinionẽ cõfecimus eſt manifeſtum.

Ad confir.

Ad confirmationem Adriani neganda eſt conſequentia: lex namq; naturalis & diuina nõ vniuerſim & abſolute præcipit correctionẽ fraternã, ſed cũ limitatione, præciſe quatenus inſeruit ad fratris emendam: lex verò humana, quæ irrita reddit teſtamenta minus ſolẽnia, iuxta opinionem Coua. Ledeſmij, & Antonii Gomez licet originem habeat à fine, à quo legislator fuit motus, irritat tñ ea teſtamẽta, non præciſe qñ eſt neceſſariũ ad finẽ, ſed abſolute & oĩno, vt dictũ eſt: quare nõ eſt par ratio. Adde, legẽ correctionis fraternæ eſſe affirmatiuam, quæ non obligat ad ſp, ſed aliqñ, qñ videlicet iuxta finis exigentiam fuerit expediens: leges verò, de quib. loquimur, eſſe negatiuas vniuerſim prohibentes, ne talibus contractibus, & (iuxta opinionem Couarruuiæ) ne talibus teſtamentis dominium transferatur.

Ad ſecũdũ.

Ad ſecundum dicendũ eſt, id nullũ eſſe abſurdũ in euentu aliquo particulari, neq; præterea eſſe omittendum ꝙ poſtulat bonum cõe. Quemadmodum etiam nullum eſt abſurdum, ſi aliquis propter præſcriptionis leges, quas poſtulat bonum commune, interdum ſine culpa ſua amittat dominium rei ſuæ.

Ad tertium.

Ad tertium neganda eſt prior pars maioris, iuxta noſtram quidem ſñiam, quoad contractus; iuxta opinionem verò Couar. ẽt quoad teſtamenta. Lex namque humana irritans eiuſmodi contractus & teſtamenta, lataque à poteſtate publica, cui teſtator & bona illius ſubiacent per comparationem ad bonũ cõe, impedit ne ex ea obligatio naturalis oriatur, vt dictũ eſt. Neganda eſt etiam poſterior pars eiuſdem maioris: lex namque illa non fundatur in præſcriptione, ſed vel irritat vniuerſim teſtamentum minus ſolẽne, quæcunque fuerit voluntas teſtatoris, idque quia ita poſtulat bonum commune, ne permiſſio teſtamenti minus ſolennis occaſio ſit malorũ in Republica, vel, vt nos dicimus, non admittit illud in probationẽ ſufficientem voluntatis teſtatoris, eaq; de cauſa illi non aſſiſtit, concedendo ex illo ciuilem actionem.

Ad confir.

Ad dictum Innocentij dicendum eſt, electionem illam non eſſe nullam, ſed irritandam, ſi in ea non velit conſentire qui abfuit, & non fuit vocatus; eaq; de cauſa electum illum poſſe perſeuerare in munere aut beneficio, ad quod fuit electus, interim dum electio non irritatur. Quod ſi electio eſſet ipſo iure nulla, nõ poſſet tuta conſcientia retinere tale munus aut beneficium quod careret titulo ad id neceſſario.

Ad primum alterius contrariæ ſententiæ.

Ad primum pro aliorum opinione dicendum eſt. Probare quidem eſſe in Republica poteſtatẽ ad condendas eas leges: non tamen probare tales leges conditas eſſe circa teſtamenta. Illæ verò, quæ in eo argumento referuntur, intelligendæ ſunt ſolum in exteriori foro, atque ad effectum, vt in eo fidem faciant, vt exponunt l. vlt. C. de fideicommiſſis, & alia iura, ex quibus noſtram ſententiam probauimus: non verò in foro conſcientiæ.

Ad ſecũdũ.

Ad ſecundum ſimiliter dicendum eſt, probare quidem Principem poſſe id efficere, nõ verò factum fuiſſe, quod ad teſtamenta attinet.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum ſimiliter eſt, probare potuiſſe Principẽ id efficere, datoque, quod id feciſſet, amiſſuram non fuiſſe legem ſuam vim, etiam in particulari euentu, in quo finis legis deficeret: non verò probare id factum eſſe, quod ad teſtamenta attinet. Adde, contractus pupilli, neque etiam ex parte ipſius eſſe omnino nullos, ſed parere obligationem naturalem, quam tamen elidere ac nullam reddere poteſt beneficio reſtitutionis in integrum, vt vtrunque diſput. 224. ex iure ipſo ciuili oſtendimus.

Ad quartũ.

Ad quartum dicendum eſt, probare potuiſſe Principem impedire, ne ex teſtamẽto minus ſolenni oriretur obligatio naturalis, etiam in particulari euẽtu, in quo is finis ceſſaret, vnde ad id licite ſtatuendum adduceretur: non tamen probare id ſtatuiſſe. Præterea dictum eſt ex contractu pupilli oriri obligationẽ naturalem.

Ad quintũ.

Ad quintum dicendum eſt, habere vim aduerſus eos, qui affirmant legem fundari in præſumptione, quaſi lex iudicet teſtamenta & codicillos minus ſolennia, eſſe ementita: non verò aduerſus nos, qui dicimus, leges iuſta de cauſa, & præmonendo teſtatores, nolle admittere probationem, quæ ex illis elicitur, atque adeo illis non aſſiſtere in foro exteriori. Quod verò inde occaſionem ſumant peruerſi vſurpandi, quod in conſcientiæ foro vſurpare non poſſunt, imputandũ non eſt legislatoribus, ſed nequitiæ abutentiũ ijs iuribus, quæ in cõe bonũ ſtatuta ſunt.

Ad ſextum. Ad ſextum negandum eſt, ſi hæres ab inteſtato confiteatur illam minus ſolennem fuiſſe verè voluntatem teſtatoris, adiudicandam illi eſſe hæreditatẽ, vt ex l. vlt. C. de fideic. oſtendimus. Licet enim leges, negantes actionem ex teſtamento minus ſolenni, non fundentur in prçſumptione, ſed ſolum inſufficientia iudicent eiuſmodi teſtamenta, vt fidem faciant in foro exteriori: quando tamen adeſt confeſſio partis contrariæ, ea confeſſio cenſetur ſufficiens legitimaque probatio.

Ad confir. Ad confirmationem dicẽdum eſt, optime probare, leges illas non fundari in prçſumptione, ꝙ minus ſolennis voluntas non ſit vera teſtatoris voluntas.

Ad ſeptimum. Septimum verò argumentum probat optime noſtram ſententiam quoad contractus.

DISPVT. LXXXII.

Aceptio fit interdum ob honeſtam, ſeu non turpem cauſam, interdum ob turpem, & quot modis in genere turpitudo contingat.

TRactatio de acquiſitione & amiſſione dñij lege humana poſtulat diſputemus etiã quouſque, qui contra diuinã aut humanam legem aliquid accipiunt, dñium illius comparent, aut non comparent, teneanturque, aut non teneantur id reſtituere. Quo verò dilucidus id fiat, rem hanc in aliquot ſecamus diſputationes: in quarum lucem ac fundamentum id, quod propoſitum eſt, præmittimus.

Res aliqua, tam à iudicibus & alijs miniſtris publicis, q̃ à quibuſcunque alijs, duobus modis poteſt accipi contra legem diuinam, aut humanam, atque adeo turpiter. Vno, ob honeſtã, ſeu non turpem cauſam, ac proinde ob rem licitã in ſe, qualis eſt ferre iuſtam ſñiam, non demorari in expeditione negotii alicuius, & his ſimilia, quæ licite exequi quis põt iuxta munus ſibi cõmiſſum. Altero, ob turpem cauſam remve illicitam, vt ob ferendam iniquam ſententiã, ob homicidium, aut adulterium patrandum, vel ob quoduis aliud, quod diuino aut humano iuri aduerſetur. Primo autem loco in ſequen. diſput. dicemus de ijs, quæ accipiuntur ob honeſtam cauſam, & ſecundo de iis, quæ accipiuntur ob cauſam turpem, explicabimuſque quid habeat natura rei, ſecluſa humana lege, quæ acceptionem prohibeat, quid item cenſendum ſit lege humana ſuppoſita.

Porrò acceptio rei alicuius tribus modis poteſt eſſe turpis, ſeu illicita, vt habetur l. 1. ff. de condict. ob turpem cauſam.

Primo, ex parte dantis tantũ, vt ſi quis det aliquid in pretiũ beneficii Eccleſiaſtici, ꝙ alius accipiat credens gratis ſibi ac liberaliter dari. Secundo, ex parte accipientis tantum, vt quando quis, vt ſuæ neceſſitati conſulat, ſoluit vſuras: turpitudo namque tunc eſt ex parte accipientis, & non ex parte dantis. Tertio, ex parte vtriuſque, vt quando vnus dat in pretium beneficii, & alius eodem animo id accipit, vel quando vnus dat pro ferenda iniqua ſentẽtia, aut patrando homicidio, & alius eo animo id accipit.

DISPVT. LXXXIII.

De ijs, quæ iudices, teſtes, tabelliones, & alij miniſtri publici, tanquam precium, & ob iuſtam cauſam accipiunt, quouſque illicitè, & cum onere reſtituendi id accipiant.

IVdices, tabelliones, & quicunque alii miniſtri publici, qui vel vt iuſtitiam adminiſtrent, vel quoduis aliud munus exerceant, conſtitutum, vel ex conuentione aut lege taxatum habent certũ ac iuſtum ſtipendiũ, nihil amplius in pretium pro eo munere exercendo poſſunt accipere. Si vèrò accipiant, reſtituere id tenentur. Ita Medi. de reſtit. q. 2. art. 2. §. cõtingit, & fuſius, q. 25. Couar. reg. peccatum p. 2. §. 3. nu. 1. & 2. Adrian. quodlib. 10. art. 1. & de reſtit. q. reſtat quærere, Gabr. in 4. d. 15. q. 6. Nauar. in Man. c. 17. nu. 33. & Doctores cõiter. Eiuſmodi verò acceptio ad concuſſionis & calumniç vitium, iuxta Auguſt. c. militare, 23. q. 1. ſpectat, à quo Ioan. Baptiſta milites admonet, vt, contenti ſuis ſtipendijs, abſtineant. Probatur concluſio, qm̃ qui à Republica conſtitutum hñt certum pretium, aut præmium pro iuſtitia adminiſtrãda, vel quouis alio munere exercendo, iã ex tacita vel expreſſa conuẽtione cum Repub. tenẽtur ex iuſtitia munus illud exercere pro eo pretio, aut præmio, ꝙ conſenſu vtriuſque partis eo ipſo cenſetur iuſtum, & à Republica ipſa taxatum. Qui itẽ conſtitutum non hñt certum ſtipendiũ pro munere exercendo à Repub. aut principe ſoluendum, ſed pro vnoquoque ſui muneris acta, quem exercẽt, ſtipendium accipere debẽt à partibus, eo ipſo, ꝙ lex ſuperueniens illud taxat, efficit id ita iuſtum, vt deinceps in indiuiſibili conſiſtat; non ſecus ac qñ frumẽti pretium lege iuſta taxatur: cum ergo neq; pro eo, ad ꝙ aliquis iam ex iuſtitia tenetur, aliquid amplius, iuxta cõem Docto. ſñiam, in precium poſſit accipere, eo quòd tranſgrederetur iuſtum, neque item vltra precium, vel conuentione partium, vel lege taxatum, poſſit aliquid acccipere, quia ſimiliter tranſgrederetur precium iuſtum, conſequens profecto eſt, vt in euentibus, de quibus in concluſione eſt ſermo, ſi quid amplius in precium accipiatur, iniuſte id fiat, onuſque reſtituendi incumbat.

Illud in primis circa concluſionem propoſitam cum Medina & Couar. locis citatis obſeruandum eſt, in munere iudicis, tabellionis, aut cuiuſuis alterius publici miniſtri, duo cerni. Alterum eſt, muneris exercitium, nempe iudicem litigãtes audire, merita cauſarum expendere, libros euoluere, ſententiã proferre, &c. tabellionem verò ſcribere, iudicẽ adire, mandata illius exequi, &c. Alterum autem, iuſte id efficere, hoc eſt iudicem iuſtam proferre ſententiam, litigantes non retardare, & ſi quid aliud eſt neceſſarium, ne iniuſtè munus ſuum exequatur; tabellionem ſimiliter fideliter ſcribere, ſecretum in ijs, ad quæ tenetur, ſeruare, partes non retardare, &c.

Pro ſecundo eorum, quæ in munere cuiuſq; publici miniſtri cernuntur, accipere non poſſunt precium: quia ad id ex iuſtitia tenẽtur, poſito, ꝙ munus amplectantur: eſſet namque contrarium iniuſtitia, nempe, proferre iniuſtam ſñiam, aut illius periculo ſe exponere, falſum ſcribere, partes plus iuſto retardare, &c. Vniuerſim autem nullus pro eo, ad ꝙ iam ex iuſtitia tenetur, poteſt quicquam accipere in pretium, ſiue id cadat ſub iuſtitiæ præceptum affirmatiuum, vt reſtituere alienum, reddere pignus adueniente tpe conſtituto, &c. ſiue ſub negatiuo, vt ſunt illa, quæ commemorata ſunt, nempe non proferre iuſtam ſñiam, neq; periculo id efficiendi exponere, non ſcribere falſum in proximi præiudicium, nõ retardare plus iuſto partes, & pleraq; alia, vt non furari, non occidere proximum, &c. Cum enim hæc oĩa ex iuſtitiç rigore ſint debita, ſane, ſi quid in precium pro illis accipiatur, cõſurget inçqualitas in materia iuſtitiç, atq; adeo conſurget iniuſtitia cum onere reſtituendi. Vnde l. iuriſgentium, §. ſi ob maleficium, ff. de pact. habet: ſi ob maleficium, ne fiat promiſſum ſit, nulla eſt obligatio ex hac conuentione. Concinunt l. 2. & l. vlt. ff. de condict. ob turpem cauſ. Cõfirmatur: qm̃ ſi pro eiuſmodi reb. fas eſſet aliquid in precium accipere, ſequeretur iniuſtos hominum aggreſſores poſſe aliquid iuſte accipere ne eos interficerent, nec teneri poſteà reſtituere pretium, quo nihil poteſt dici, quod magis ridiculum

ſit

ſit & abſurdum. Reijcienda eſt ergo Soti opinio, 4. A
de iuſtitia, q. 7. ad fin, aſſerẽtis eum, qui furari vult, vel alium iniuſtè interficere, licet ab eo, cui iniuriã vult inferre, nihil accipere poſſit, vt deſiſtat, accipere tñ poſſe pretium à quodã tertio, ſi is illud ei offerat vt deſiſtat, nec teneri poſtea illud ei reſtituere, niſi in iudicio illud repetat, & qui accepit, condemnetur. Eſt namq; opinio hæc contra communem Doctorum ſententiam, & improbabilis omnino: quippe cum nihil venale in eo, quòd deſiſtat ab iniuſtitia patranda, reperiatur: & ſi tale aliquid reperiretur, vendi id non minus illi cui iniuſtitia patratur, quàm cuidam tertio poſſet. Poſſumuſque hoc cõfirmare aduerſus Sotũ, qm̃ ſi vera eſſe ipſius opinio, ſane vſurarius poſſet accipere pretium pro mutuo, ſi non ab eo, cui mutuo daret, certe à quodam tertio ad cuius preces mutuo daret, vel ad cuius preces vſuram ab eo, cui mutuo daret, non acciperet, quod Sotus non admittet: id namque & probabilitate caret, & vſuris ac iniuſtitijs oſtium euidens aperiret. B

Obiectio. Obijcies, qui inuenit alienum, tenetur ex iuſtitia reſtituere id proprio dño: & tamen accipere poteſt pro ea reſtitutione precium: vt enim diſputat. 41. dictum eſt 5. lib. Ordinat. huius Luſitaniæ Regni, tit. 41. inſtitutum eſt, vt vltra expẽſas in accipere alieno capiendo & cõſeruando teneatur dominus ſoluere inuentori certum quid in præmium, quando qui illum inuenit, eſt venator. Inuentori etiam ſerui fugitiui, ſi ſeruus Aethiops fuerit, tenetur dominus ſoluere trecentos ęreos nummos, quos reais vocant: ſi verò, vel albus, vel indicus fuerit, tenetur illi ſoluere mille eiuſmodi nummos: ergo falſa eſt generalis illa regula, quam ſtatuimus.

Diluitur. Dicendum eſt, hæc non ſolui in pretium pro reſtitutione facienda, ad q̃ inuentor, poſtquam res ad eius manus deuenit, de iuſtitia tenetur, ſed ſolui pro induſtria, labore ac moleſtia in capiẽdis & retinendis eiuſmodi rebus, ad quę non tenetur inuentor de C
iuſtitia, ſed poteſt pro illis poſtulare iuſtum pretium non minus q̃ iudex & tabellio ꝓ ſuis muneribus (vt dicemus) exequẽdis. Dicẽdum eſt deinde, id merito authoritate publica ſtatutum eſſe inuẽtoribus, non tam in pretium laboris & induſtriæ eorũ, q̃ in præmium, habita vtilitatis publicæ ratione, vt vel eo pacto venatores in capiendis accipitribus, & oẽs vniuerſim in capiendis ac deprehendendis ſeruis fugitiuis eſſent diligentiores, ne eiuſmodi res ſuis dominis ac Reipublicæ perirent, & vt mancipia fugã arripere non auderent. Poſtq̃ aũt hæc publica authoritate in cõe bonũ ſunt ſtatuta, aut priuata dñorum authoritate inuentorib. ſunt re ipſa promiſſa, in cõſcientia & in exteriori foro illis debentur; non quidem vi reſtitutionis rerum inuentarum, q̃ faciunt, ſed vi promiſſionis publica aut priuata authoritate factæ. Qñ aũt, poſtquàm aliquid eſſet inuentum, & inuentor ſua nequitia id nollet reſtituere, aliquid illi D
promitteretur, ſolum ad redimendam propriam vexationem, quia ille non vult aliter rem tradere; tunc in conſcientia illud ei non deberetur, quia donatio illa non eſſet ſpontanea. Regulariter verò, qñ dominus rei aliquid, nequaquam ab eo extortum, inuentori tribuit, cenſendum eſt ex grato & liberali animo, atq; ex affectu lætitiæ rei inuẽtæ id tribuere: vnde tuta conſcientia illud accipitur, ac retinetur, vt Couar. loco citato rectè affirmat. Eodem titulo Ordinationum iubentur reſtitui reliqua inuenta proprijs dominis abſq; vllo præmio, cõlonatq; l. falſus, §. qui alienum, ff. de furtis. Semper tamen tenetur dominus ſoluere, ſi qui ſumptus vtiliter in talibus rebus recuperandis, & conſeruandis ſunt facti, & inſuper pretium laboris & induſtriæ appoſitæ, ſi talia ſint, quæ ſtipendio ſint digna; poteſtq; ad id in foro exteriori cogi actione negotiorum geſtorum.

Ad rem igitur vt regrediamur, quoad ad primum eorum attinet, quę in munere cuiuſq; miniſtri publici reperiri dicebamus, dicẽdum eſt, poſſe pro illo recipere cõpetens pretium, vel à Rep. ipſa, aut Principe, vel à priuatis in quorum bonum, & ad quorũ petitionẽ illud exercet. Etenim actus muneris illius de ſe eſt dignus pretio, vt ex ſe eſt notiſſimũ, illeque, q eo fungitur munere, in ſe ſpectatus, non tenetur de iuſtitia tale munus ſubire, gratiſq; vſum illius exercere, ſed poteſt Reipublicæ, principi, aut priuatis, ad id ſuam operam, & induſtriam locare; eſtq; id verũ eſto, actus ſit proferre iuſtam ſententiam, actuſque emanet à iuris prudentia, vel quacunque alia uirtute intellectuali vel morali. Pluſque iuſto, meo iudicio, rem hãc coarctat Nau. in opuſc. de datis & acceptis pro iuſtitia, à nu. 43. Quod enim emanent ab huiuſmodi virtutibus, quodq; actus ſint, ſiue interni, ſiue externi virtutũ, nihil impedit quo minus, quatenus in vtilitatem Reip. aut aliorum exercentur, & quatenus antequam ad eos exercendos ſe aſtringat, nõ ſunt debiti ab eo, à quo exercentur, poſſit pretium pro eis exigere, & accipere prout alijs vtiles ſunt, remanẽte ſimul ei, qui illos exercet, bonitate virtutis, merito, & laude eorũdem actuum. Porrò, quod eiuſmodi actus, quatenus virtutis actus ſunt, aut etiã entitatiue excedant omne pretium, non tollit, ꝙ, ſpectata vtilitate, quæ eis alijs prouenit, eorumque indigentia, æſtimabiles ſint certo aliquo finito pretio. Quare, etiam exercitium ſingularis cuiuſque actus, de numero eorum, de quibus loquimur, vendi poteſt, & non ſola obligatio ad illos exercendos, quicquid Nau. dicat. Nobiſcum conſentit Sot. 4. de iuſtitia q. 7. art. 1. ad ſecundum. Nauar. refellitur.

Quod autẽ concluſione propoſita aſſerimus, eſt. Poſito, quod iudex ſtipendium publicum à rege, aut Republica pro munere exequendo accipiat, nihil in pretium poſſe accipere à litigantibus, niſi forte emolumẽta aliqua, quę ſimul publica authoritate expreſſa, vel tacita, quaſi in adiumentum, & cõplementũ ſui ſtipendii ſint ei conceſſa, vt pro ſubſcriptione, ſigillo, aut alia ſimili re. Eiuſmodi ſunt, quæ in noua collectione Caſtellæ lib. 3. ti. 9. l. 17. & tit. 10. habentur. A paucis autem annis in hoc Luſitaniæ regno eſt introductum, vt ſportulæ in aliquibus euentibus iudicibus ad id deputatis ſoluantur.

Aſſerimus itẽ, ſi tabellioni, aut cuiuis alteri miniſtro publico taxatũ erat, quidnã pro quauis ſui muneris executione accipere debet, vel ſuperueniente poſtea lege iuſta taxetur, non poſſe aliquid amplius in precium accipere, tenerique, ſi accipiat, reſtituere: quia accipit vltra id, quod ſibi debetur, vel ex pacto tacito vel expreſſo cum principe aut Repub. qñ munus accepit, vel ex lege iuſta ſuperueniente. Quãdo autem nihil pro munere alicuius exequendo publica authoritate eſſet taxatum; tunc, quia pretium iuſtum pro muneris executione, vt & cæterarum rerum, in indiuiſibili non ſolet conſiſtere, accipere poterit in precium pro vnoquoque actu quicquid prudentis arbitrio, iuxta temporum, rerum, & circunſtantiarum varietatem, fuerit iudicatum non excedere iuſtum precium rigoroſum.

De teſte conſtat accipere poſſe expenſas itineris, & pretiũ laboris, ſi quẽ notabilem ſubire debeat, ac cedẽdo ex remoto loco ad teſtimoniũ ferendũ, vel valorem operarum, quibus ſe priuat, lucri ve ceſſantis, ac dãni emergentis, eaq; illi deberi, vt hr̃ c. ſtatutũ, §. proferẽdo, de reſcr. li. 6. c. ſi teſtes, §. liberi, verſ. venturis, 4. q. 3. l. qm̃, C. de teſtib. & 3. lib. Luſit. Ordinat. ti. 42. §. 5. vt tamen veritatem teſtetur, aut vt teſtimonium dicat, quando à publica poteſtate iubetur, affirmant merito Doctores citati, nihil pretii poſſe accipere, tenerique quicquid eam ob cauſam acceperit reſtituere. Ratio tamen, cui nituntur, mi- Teſtis.

nimè placet. Arbitrantur namq; teſtem, à publica poteſtate iuſſum teſtificari, teneri de iuſtitia ſuum dicere teſtimoniũ: ſecus aũt ſi non iubeatur. Itẽ eo ipſo, ꝙ ſiue iuſſus, ſiue non iuſſus, ad teſtificandũ accedit, teneri de iuſtitia verum proferre, nihilq; celare, atq; eam ob cauſam pro his, ad quę de iuſtitia tenetur, nihil poſſe accipere: quemadmodũ de iudice & tabellione dictũ eſt. Quinto tñ tractatu, aduerſus multos qui huius ſunt ſnĩæ, oſtendemus teſtem, licet contra iuſtitiam peccet, falſum quid contra innocentem dicendo, itemque qñ accedendo ad teſtificandum in cauſa eſt, veritatem celando, vt is, in cuius fauorẽ verũ dicere tenebatur, alios non adhibeat teſtes, eaque ratione ius ſuum non defendat: non tñ peccare cõtra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem, & obedientiam ex eo, ꝙ iuſſus à publica poteſtate, ſe abſcõdat, nec teſtificetur, vel ex eo, ꝙ ad teſtificandũ accedẽs, celet veritatem, adiuuareque debeat innocentẽ. Ratio verò legitima, cur pro veritate dicenda nihil accipere poſſit, eſt, qm̃ nihil eſt ibi pretio æſtimabile, pro quo pretium accipi poſſit: & quoniam, vt in ſequentibus oſtendemus, vt aliquis legi diuinæ, aut humanæ pareat, eamque adimpleat, nullum poteſt pretium exigere vel accipere, atque adeo contra iuſtitiã peccat, accipiendo tanquam debitum in recompenſationem, quod ei non debetur. Porrò capit. non ſanè, 14. q. 5. prohibitum eſt quicquam accipere proferendo teſtimonio, ſiue vero ſiue falſo, & ſi quid probetur fuiſſe acceptum, repellitur omnino tale teſtimonium, vt habetur cap. ſi teſtes. §. lege Iulia, de vi. 4. q. 3. Vtrum autem quod pro falſo teſtimonio ferẽdo accipitur, in conſcientiæ foro ſit neceſſario reſtituendum, ex dicendis erit manifeſtum.

Deinde circa eandem concluſionem propoſitam obſeruandum eſt. Si quis à iudice, tabellione, aliove miniſtro publico petat, vt aliquid efficiat vltra id, quod pro munere ſuo pro pretio taxato facere tenetur, vt ꝙ plus laboris vel ſtudij, quã tenetur negotio ſuo impendat, vel vt accedat, quo accedere non tenetur, vel à tabellione quis petat, vt ſcripturam in papyro ſcribi conſuetam, & pro qua certum pretium eſt lege taxatum, conficiat in membrana, idque laborioſius ſit, aut aliud ſimile efficiat: poteſt quidẽ pro ijs, ad quæ ex munere ſuo non tenetur, moderatum precium accipere. Ita Nauar. in Opuſculo de datis & acceptis pro iuſtitia, in calce, nu. 47. & 48. Poteſt verò probari, quoniam id pretio eſt æſtimabile, neque miniſter publicus pro ſtipendio lege taxato id facere tenetur. Si tamen vel ſcandali periculum, in aliquo peculiari euentu timeretur, vel lege id alicubi ea de cauſa eſſet prohibitum, vel ne ea via abuſus intromitterentur, tunc quidem peccatum eſſet id accipere, ſolum tamen inſurgeret obligatio reſtituendi, quando lex incapacem redderet accipientem ad dominium

Ius Caſtel. rei ita acceptæ comparandum. In Regno autem Caſtellæ, lib. 4. nouæ collectionis, tit. 16. & 17. tabellionibus ita eſt taxatum pretium, vt prohibitum illis ſit, quicquam accipere vt domum egrediantur ad conficiendam ſcripturam, aut quacunque alia ratione, vel occaſione: quando tamen egrediuntur oppidum, in quo habitant, ad aliquid efficiendum, conceditur illis, vt vltra precium taxatum poſſint accipere ſtipendium, quod ibidem etiam taxatur. Titulo tamen 17. l. 2. §. 1. & 3. Philippus II. eis item conceſſit, vt quando domum egrediuntur in oppido, in quo commorãtur, ad ſcripturam conficiẽdam, aliquid amplius accipiant, idque illis taxat.

Illud ẽt circa eandem concluſionem eſt obſeruandũ, idcirco in ea dictum eſſe, taxatũ habeant certum iuſtũ ſtipẽdiũ. Qm̃ ſi conſtat non eſſe iuſtũ, accipere poſſunt incremẽtum vſq; ad limites iuſti pretij pij, idque tunc maximè, qñ contra legem, quæ precium taxauit, id iam conſuetudine eſt introductum.

A Porrò antequam hoc ipſum planius oſtendamus, ſciendum eſt. Hac ratione precium lege taxatum facilè poſſe reddi intra pium iuſtum, ꝙ creſcente pecunia, decreſcit valor illius ad res cæteras pecunia compenſandas, atq; adeo creſcit valor cæterarum rerum comparatione pecuniæ. Si ergo lex in Hiſpanijs antiquitus eſset lata, quando in eis rara erat pecunia, ſanè precium, quod tunc propter pecuniæ paucitatem erat iuſtum, poterit modo eſse manifeſtè infra infimum iuſtum propter pecuniæ abundantiam, quæ ob ingentem vim auri & argenti, quæ quotannis ex nouo orbe, aliiſque locis in Hiſpanias aſportatur, mirum in modum excreuit. Vnde videmus à quinquaginta annis pretia rerũ in duplo, imò in triplo maiora euaſiſse. Niſi ergo fiat mutatio legũ, facilè euenire poterit, vt pretium lege taxatum, olimque iuſtum, ſit modo manifeſtè infra iuſtum. Prouidendumq; eſset hac de re à publicis poteſtatibus, ne ſubditi propria authoritate contra legum præſcripta pretia extenderent. B Video poſtquam hæc ita docui, in multis prouiſum eſse in hoc Luſitaniæ Regno: tametſi multi conquerantur, plus iuſto, & cum non leui populorũ grauamine, tabellionum ſtipendia fuiſse aucta.

Vt ad rem redeamus, dictum eſt, ſi conſtat pretium non eſse iuſtum: quoniam in dubio legi, aut pacto eſt ſtandum. Quod vero, quando conſtat pretium non eſse iuſtum, nec publica poteſtas illud auget, poſset miniſter publicus ab ijs incrementum ſumere, in quorum commodum, & ad quorum petitionem ſuum munus exercet, probatur: Quoniã lex iniuſta in conſcientia non obligat, qualis eſt illa, de qua loquimur. Neque miniſtri publici deſerere tenentur publica officia Reipub. neceſsaria, ipſiſq; collata, & quæ ab eis conuenienter exercentur. Nobiſcum conueniunt hac in re D. Antoninus 2. par. tit. 2. ca. 5. §. 1. & 3. p. titu. 3. c. vlt. §. 11. & Syluester verbo, Reſtitutio. 3. q. 5. pronunciato. 10. illud tñ eſt obſeruandum C iuſtum pretium, de quo loquimur, æſtimandum non eſse ex indigentia miniſtri publici ad alendam familiam, vel ad ſubueniẽdum ſuæ paupertati, ſed ex opere & obſequio, quod præſtat, vt prudentis arbitrio tantum recipiat, quantum ratio dictat, vt attenta conditione ſeu qualitate & quãtitate operis, muneretur. Dictum eſt etiam, poſse eos accipere incrementum precij vſque ad limites iuſti pij: quoniam ſi lex ſtatuiſset pium, ſeu infimum pretium iuſtum, lex eſset iuſta & ſeruanda: nefas autem videtur propria authoritate, quando pretium eſt lege taxatum, & temporum varietate redactum eſt infra iuſtum, illud extendere, niſi quouſque limites iuſti attingat.

De miniſtris autem Regis, quibus tenuia ſtipendia pro temporum conditione, quæ tamen quondam, quando minor erat copia pecuniæ, proportionata iudicabantur, non auderem idem dicere. Quin potius arbitror eos authoritate propria nul-
D lam poſse capere compenſationem. Ratio eſt: quoniam Rex plurimos inueniet, qui pro eo ſtipendio ei libenter in eo miniſterio deſeruiant, neque ſubminiſtrare tenetur eiuſmodi miniſtris, quæ eis ad competentem ſuſtentationem ſufficiant, ſed ſolum iuuamen quoddam: facile namque inueniet diuites, qui pro eodem iuuamine illi ſeruiant. Præterea eiuſmodi munera adiuncta habere ſolent priuilegia, honorem, & eminentiam ſupra alios, dependentiamque aliorum ab eiuſmodi miniſtris, quod non mediocris pars eſt præmii. Adde, eiuſmodi homines in recompenſationem, quod fideliter in eiuſmodi miniſterijs ſeruierint, ſperare, vt ad alia maiora & vtiliora promoueantur, req; ipſa ſolere quam ſi in præmiũ ad illa promoueri: ea autem ſpes pretio eſt æſtimabilis. Adde etiam, eos frequenter petere & obtinere à rege donationes, aliaque emolumenta, quæ intuitu obſequiorum eis conceduntur.

Eiuſ-

Eiuſmodi ergo homines, ſi contenti non ſunt ſuis ſtipendijs & emolumentis, neque à rege ad vtiliora munera promoueantur, illa deſerant, neque deerunt qui illa obeant. Idem dico de iudicibus à rege cõſtitutis, qui, ſi digne ſua munera adminiſtrent, ad maiora & vtiliora ſolent promoueri. Illud tamen negandum non eſt, pauperibus, qui eiuſmodi muneribus abutendo facile diteſcere poſſunt, vel regis bona occulte occupando, vel largitionibus ſiniſtra aliqua admittendo, non mediocrem interitus æterni occaſionem vna cum his munerib. concedi, eſto alioquin timorati eſſent, recteque viuere optarent.

Illud poſtremo circa eandem propoſitam concluſionẽ obſeruandum eſt, in ea ſolum nos eſſe locutos de eo, ꝙ vltra ſtipendium lege taxatum, acciperent in precium. Quouſq; autem largitiones poſſint, aut non poſſint accipere, tanquam donationes ex liberalitate, aut ex animo grato, dicetur deinceps.

DISPVT. LXXXIV.

Iudicibus eccleſiaſticis quouſque permiſſum, aut prohibitum ſit aliquid.

QVamuis ſtatim poſt præcedentem diſputationẽ explicandum foret, quouſque, & ſub quibus pœnis miniſtris curiæ Romanæ à Grego. XIII. & alijs Pontificibus prohibitum ſit accipere aliquid pro iuſtitia, aut gratia: quia tamen id cõmodius fiet, ſi prius expoſuerimus, quouſque conceſſum aut prohibitum ſit iudicibus eccleſiaſticis, & epiſcopis aliquid accipere, quouſque item de iure communi, & præcipue de iure huius Luſitaniæ regni, & regni Caſtellæ ſecularibus iudicibus, cæteriſque miniſtris publicis permiſſum, aut prohibitum idem ſit, necnõ donationes his omnibus factæ, quouſque ſtando in ſolo iure naturæ, aut ẽt ſuppoſitis legibus poſitiuis, validæ ſint, aut inualidæ, conſurgatque, aut non conſurgat obligatio reſtituendi, hæc, & pauca alia prius eo ordine, quo propoſita ſunt, præſtabimus, deinde ad id, quod hoc loco explicandum fuiſſet, deueniemus.

Iudices à Summo Pontifice delegati accipere poſſunt à litigantibus munera in cibo & potu, non verò in aliqua alia re, poſſuntque ea accipere, modo ex mera liberalitate offerantur, atque adeò, vt gloſſa loco citando ait, nec tacitè nec expreſsè petãtur, & modo ſint tam exiguæ quantitatis, vt intra dies paucos conſumi poſſint. Ita habetur c. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. libro 6. Cum vero numerus dierum, intra quos conſumi poſſint, non definiatur, prudentis arbitrio definiendus relinquitur, habita ratione iudicis recipientis, perſonæ largientis rei, quæ offertur, & cęterarum circunſtantiarum concurrentium, Et cum textus de diebus in plurali numero loquatur cum minimũ fas erit accipere, quod intra duos dies conſumi poſſit, dummodo vnus & idem frequenter ea temporis progreſſu non offerat. Hęc omnia gloſſa loco citato, conſonant l. plebiſcito, ff. de offic. pręſid. & l. ſolet, §. vlt. ff. de offi. proconſ. Quæ explicat, dum munera accipi prohibentur, non intelligi comprehendi, quæ modo dicta ſunt, quæq; ibidem xenia appellantur.

Obſerua tamen, id verum eſſe, niſi ex lege, quæ munera prohibet, hæc etiã prohiberi conſtet. Gloſſa autem, l. præſcriptio citata, & alia in authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, §. ſcriptum eſt exemplar, affirmant, iam hodie neque de iure ciuili communi fas eſſe iudicibus accipere eiuſmodi xenia, niſi quando iudici ſtipendium nullum eſt conſtitutum. Ducuntur verbis illius authentici. Adminiſtrationes accipientibus, hoc tuam denunciare volumus ſedem, vt curialibus omnes ferant fauorem, nihil penitus ab eis accipientes. Et paucis interiectis. Sicut

A curialibus parcere te volumus, ita defenſorum caſtigare, & retinere auaritiam ſancimus, & ab eis præſumere accipere à noſtris ſubiectis, niſi ſecundum quod eis adminiſtrat Reſpublica, aut ſi non eſt aliquod eis publicum ſolatium quantũ inculpabilis antiquitas definiuit, vt à ſpontaneis ipſis magis, quàm ab inuitis accipiant, & hoc paruum, & quantum eis ad mediocrem ſufficit vitæ gubernationem. Sciant enim, quia ſi citra hæc aliquid acceperint, non ſolũ quadruplici ſubiacebunt pœnæ, ſed etiam exilium habebunt continuum, prius eis plagis corporeis infligendis. Forte ius illud Canonicum iuxta hoc authenticum fuit ſancitum: eiuſmodi quippe iudices delegati, ſtipendium habere non ſolent, atque ita quando extra ſuum domicilium, propter cauſam ipſis commiſſam proficiſcuntur, accipere poſſunt moderatas expenſas, hoc eſt, quod ſecum & cum ſuis, quos deferunt, illis diebus expenderint in cibo, potu, hoſpitio, & equitatu, modo pro perſonæ qualitate, non faciant incompetentes & irrationabiles ſum-
B ptus. Debent verò accipere expenſas æquè ab vtroque litigantium, niſi proficiſcantur ad aliquid, quod eorum alteri dumtaxat incumbit, vt ad ſumẽdum teſtimonium alicuius abſentis, qui ſumptibus vnius litigantium ad iudicem deberet accedere: tũc enim ille ſolus ſoluere eas debet, nec tamen hi iudices quærere debent occaſionem proficiſcendi extra domicilium, vt eiuſmodi expenſas accipiant, quando cauſæ vtilitas aut neceſſitas id non exigit. Item, quando litigantes fuerint notabiliter pauperes, exigere non poſſunt ab eis expenſas. Hæc omnia habentur capit. & §. citatis, iuncta gloſſa ibi, conſentitque capit. cum omni, de uita & honeſtate clericorum.

Glo. §. citato, & Panor. c. cum ab omni, etiam citato, nu. 13. obſeruant iudicem delegatum, eſto pingue habeat beneficium vnde ſuſtentetur, diueſque ſit, poſſe accipere eiuſmodi expenſas: id quod ſatis
C apertè innuitur c. cum ab omni, citato. Vtrum autẽ accipere ſolum poſſit incrementum, quod plus inſumit, quàm ſi maneret domi, an verò integras omnes expenſas, Glo. Panorm. locis citatis, & plerique alij meritò affirmant, accipere poſſe integras expenſas. Idemque aſſerunt de teſte, qui ad teſtificandum accedit. Vt etiam res habet in Epiſcopo cum ad viſitãdam, aut conſecrandam Eccleſiam aliquam accedit.

An verò iudex ordinarius accipere poſſit expenſas quando domicilium egreditur. Panorm. loco citato, cum glo. ibidem negat: eo quod iudex ordinarius, vt Epiſcopus, reditus beneficij habeat, vt onera beneficio annexa ſuſtineat. Excipitur in duobus caſibus, de quibus paulo antea dictum eſt, vt diſputatione ſequenti dicetur.

Vtrum verò delegatus alicuius inferioris à Summo Pontifice, vt delegatus Epiſcopi, accipere poſſit
D expenſas, quando proprium domicilium egreditur. Panorm. loco citato, & glo. §. inſuper citato, diſtinguunt: Si namque delegatus ſit ad cauſas vniuerſas nihil poteſt accipere, ſed prælatus tenetur ei prouidere. Si verò delegatus ſit ad cauſam aliquam particularem, ſed ex malitia, nihil etiam poteſt accipere. Quod ſi bona fide, ſecluſaque malitia ſit delegatus, accipere poteſt perinde ac delegatus Summi Põtificis. In his omnibus conſentit Syluester, verb. iudex 1. q. 8. & 9. tametſi cum quadam gloſſa, c. cũ ab omni, citato, neget uniuerſim delegatum ordinarij ad cauſam particularem, quam ordinarius per ſeipſum poterat expedire, accipere poſſe expẽſas. Quod placet, quoniam ordinarius eam expedire tenetur: ideo enim reditus beneficij habet, ut onus ſuſtineat & cætera ſui muneris exequatur.

Syluester ait, multis placere, delegatum ordinarij, ordinariumq; ipſum poſſe accipere à litigãtibus

munera

munera in eſca & potu,non ſecus ac delegatus Summi Pontificis poteſt ea accipere. Ratio eorum eſt: qm̄ id quondam conceſſum erat iudicib. ſecularib. ordinarijs. Mihi verò id non placet,quando conſuetudine præſcripta non eſſet introductum. Eſſetque etiam tunc diſſuadendum pp periculum peruerſionis iuſtitiæ, & qm̄ boni ſpeciem non habet:ab omni aũt mali ſpecie abſtinere debent oẽs, præſertim Eccleſiaſtici,qui cæteris exemplo eſſe debent. Neq; illud in hoc regno video conſuetudine eſſe introductũ. Ducor,qm̄ iudices Eccleſiaſtici ordinarij,quaſi in ſtipendum huius muneris, habẽt ſuum pingue beneficium,tenẽturq; ſoluere delegato, ſi quem ſibi ſubſtituant, vt dictum eſt, & de iure authẽticorum, vt dictum eſt,vr̃ ſublatum,q̃ iudicib.ſecularib. fuerat quondam conceſſum, qñ ſtipendium publicum habent,vt ſuum munus exerceant,c. verò ſtatutum, ſolum id concedit merito iudicib. delegatis à Sede Apoſtolica,qui ſtipendiũ habere nõ ſolent,neq; eſt ad alios extendendum, quibus non eſt eadem ratio.

Iudices prætereà à Sũmo Pontifice delegati,ſi ad deciſionem cauſæ ſibi commiſſæ aſſeſſore indigeãt, hoc eſt,viro docto, qui ob rei difficultatem cum eis de cauſa iudicet,conſtituere illi poſſunt moderatum ac competens ſtipendiũ à litigantib. ſoluendum. Ita habetur c.ſtatutum,§.aſſeſſorum, de reſcript.lib.6.

Quid, ſi iudex ordinarius aſseſsore indigeat? tenentur ne litigantes ſoluere ſtipendium illius,an potius ordinarius ipſe. Panormit.ca.cum ab omni, citato,nu.11.& Sylueſter loco citato,q.10.cum communi Doctorum ſententia affirmant, ordinarium ſoluere illud debere: eo quòd,vt ſubeat onus totum iudicij, ſuſcipit fructus beneficij. Notarius verò,& alij miniſtri ſimiles, accipere poſsunt moderata & conſueta ſtipendia, non ſolum quando de cauſa cognoſcit iudex delegatus Summi Pontificis,vt habetur cap.ſtatutum,§. notarium,de reſcript. lib.6. ſed etiam quando cognoſcit iudex ordinarius: tametſi ea de re dubitet Panormit.loco citato.

Delegati Summi Pontificis nihil amplius, q̃ quæ cõmemorata ſunt, poſsũt accipere, neq; in expẽſas, neq; in ſalariũ, neq; in ſportulas, quas vocãt(quãuis de his dicemus ſtatim, conſuetudinem præſcriptam eſſe in contrariũ)neq; tanq̃ munus mere liberaliter oblatum, atq; ad quicq̃ horum recipiendum vſque adeo incapaces efficiuntur, vt ſi recipiunt, teneãtur id reſtituere:neq; ſat ſit,is,cui reſtitutio erat facienda,obligationem remittat,quoniam inualida eſt talis remiſſio. Ita habetur cap. ſtatutum,citato,§. ſi quid,& conſonat in multis ca.cũ ab omni,citatum.

Obſeruandũ eſt,q̃uis munus,quod eiuſmodi delegati exequuntur, in ſe ſit dignum aliquo ſtipẽdio, ac proinde,niſi ius poſitiuum obſtaret,poſsent illud exigere et accipere:nihilominus qm̄ ſupponitur eos alioquin ex ſuis beneficijs Eccleſiaſticis ſufficientẽ habere ſuſtentationem,eas iuberi eſse contentos, inhabileſque ex rationabili cauſa reddi ad aliud recipiendum,præter ea quæ ſunt commemorata. Atque hæc ratio redditur c.cum ab omni, de honeſtate cleric. Hinc dubitant Doctores,quãdo aliquis eiuſmodi iudex delegatus aliunde nõ haberet ex beneficio, aut alijs reditib. Eccleſiaſticis,competentem ſuſtentationem, an poſset aliquid accipere pro eo munere exequẽdo. Panorm.ad idem caput,nu.11. Adrianus quodlib.10. art.1.ante literam H,& alij affirmant, conſonatque c.cum ab omni citatum,& c.ſtatutum in principio,manifeſte loquitur de ijs iudicibus,qui beneficium habẽt Eccleſiaſticũ,dum ait: ſancimus, vt nullis,niſi dignitate prẽditis,aut perſonatum obtinentibus, ſeu Eccleſiarum cathedralium canonicis, cauſæ authoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ, vel legatorum eiuſdem,de cætero committantur.

Nomine ſportularum,de quibus mentio eſt facta A iure ciuili,& canonico,intelliguntur, quæ iudicibus vltra ſtipendium publicum, à litigantibus conferuntur,præſertim, quando lege non eſt taxatum quantum conferri debeat, vt loco citato Panorm.ait, affirmãt Doctores communiter. Id etiam, quod lege taxatum eſt, ſolet interdum ſportularum nomine comprehendi. Quin vniuerſim munera,quę intuitu cuiuſuis muneris exequendi offerri ſolent (ſumpto nomine à vaſe in quo munera antiquitus ferri conſueuerant)ſportulæ nuncupantur. Sic 1.Reg.9. dixit Saul ad puerum ſuum, ſportulam,id eſt,munus, non habemus, vt demus homini Dei.

Audio,à Iuriſperitis in foro tã ſeculari quàm Eccleſiaſtico diu verſatis,eſse conſuetudinem pręſcriptam,non ſolum in hoc Regno,& in Hiſpanijs,ſed etiam in Romana Curia, vt iudices à ſede Apoſtolica delegati ſportulas accipiant, hoc eſt, precium à litigantibus,etiam quando eiuſmodi iudices conſtitutum habent publicum ſtipendium. Eſtque ſtan- B dum huic cõſuetudini, quicquid Panorm.c.cum ab omni, nu.10.in contrarium videatur,innuere. Vniuerſimque vbi circa omnia, quæ dicta ſunt, conſuetudinem in contrarium præſcriptam inueneris,non facilè damnes,quod iuxta eam fit.

Gloſsa c.ſtatutum,§.ſi quid,de reſcript.lib.6.ait, quamuis, iuxta ea quæ ibi diſponuntur, ſola remiſſio eius,cui reſtitutio eſt facienda,iudicẽ delegatum ab onere reſtituendi nõ eximat,ſi tñ is,cui facta fuerit talis reſtitutio,id donet ac reddat reſtituenti, valida erit donatio,modò nulla interueniat fraus, ſed ſyncere id fiat, & modo iudex, qui id reſtituit, non ſit iam iudex delegatus illius, cui reſtituit: alioquin ad huc eſset lege impeditus, ne quid à tali litigante poſset accipere. Placet ſanè hæc ſententia:plus namque eſt donare aliquid poſt reſtitutionem factam, quàm reſtitutionem remittere: & caput citatum ſolum hoc ſecundum reddit inualidum, non verò il- C lud primum: quare, cum odia ſint reſtringenda,ſecluſaque lege illa poſitiua, valida ſit ea donatio, ſane,ſententia illius gloſsæ rationi eſt conſentanea.

Panor.c.cum ab omni,citato,à nu.9.notat,ea omnia, quæ iudices delegati prohibiti ſunt à litigantibus accipere, multò magis interdicta eſse iudicibus ordinarijs,qui,vt munus iudicandi ſubeant,deputatos habent fructus ſui beneficij:idemque affirmant cæteri Doctores cõiter. Quo fit, vt ſi vel ſportulas pro munere exequendo,vel quid aliud accipiant,teneantur id reſtituere. An vero ſi pars, cui reſtitutio eſt facienda, animo liberali id remittat, tuti ſint in conſcientia? Gloſsa c.ſtatutum,§.inſuper,in verbo, moderatas,de reſcrip.lib.6.in partem inclinat affirmantem:qm̄ caput illud,dum remiſſionem reſtitutionis nullã reddit, loquitur ſolũ de delegatis à Sũmo Pontifice,quib. in pęnam ſtatuit:pęnæ autem argumento à ſimili, aut à maiori ratione, extendendæ D non ſunt:eſtque amplectenda omnino ea ſententia.

In Clementina nolentes, de hæret.ſub excommunicationis pœna,à qua abſolui non poſsint,præcipitur inquiſitoribus hæreticæ prauitatis,vt reſtituant, quæ prætextu officij inquiſitionis modis illicitis extorſerint,nec non ſi quæ bona Eccleſiarum,ob clericorum delictum,fiſco addixerint. Additurque nullo eos pacto nullaque remiſſione ab onere reſtituendi immunes reddi.

DISPVT. LXXXV.

Quæ accipere poſſint Epiſcopi, quando ad Eccleſias conſecrandas,aut viſitandas acceſſerint.

CVm Epiſcopi & Archiepiſcopi gratis efficere teneantur reliqua, quæ ad eorum munus ſpectant, eaque de cauſa fructus ſuorũ Epiſcopatuum, & Ar-

& Archiepiſcopatuum, vt diſp. præcedente dictum eſt, accipiant; in duobus tamen euentibus eis conceditur, vt expenſas accipiant. Primus eſt, qñ accedūt ad conſecrandas Eccleſias, vt habetur c. cum ſit, de ſimonia. Secundus verò, quando accedunt ad eas viſitandas, vt ex iurib. citandis erit manifeſtum. Porrò eiuſmodi expenſæ procurationes appellantur in iure: eo ꝙ eis tribuantur pro cura, quæ de illis eſt habēda. Dicuntur ēt collectę. Eſt uerò iure conſtitutum, vt in his duob. euentibus illis tribuantur, vt ea ratione ad Eccleſias conſecrandas magis alliciantur, vt Panorm. c. cum ſit, citato adnotauit.

Capite Romana. §. procuratores, de cenſib. lib. 6. ſancitū eſt, vt procuratio pro viſitatione debita nō recipiatur in pecunia, ſed ſolum recipiatur moderate in victualibus, & vt nulla pecunia vel à viſitatore, vel ab aliquo ſuorum, occaſione ſui muneris aut conſuetudinis, accipiatur. Item, vt neque ipſe, neq; ſuorum aliquis, munus aliquod, ēt oblatum, accipiat, & ſi quid in contrarium fuerit præſumptum, accipiēs incurrat maledictionem, à qua nō liberetur, niſi duplum reſtituat. Capite 11. egit, ſequenti, ſancitū eſt ēt, vt qui procurationē viſitationis gratia debitam, in pecunia exegerit, aut oblatam in pecunia acceperit, vel munus contra prohibitionem paulò antea relatam acceperit, vel viſitationis officio non impēſo procurationem in victualib. receperit, teneatur intra menſem reſtituere Eccleſię, à qua id fuerit acceptū, duplum eius, ꝙ ita receperit, idq; ſub pœna interdicti ab ingreſſu in Eccleſiam, ſi fuerit Patriarcha, Archiepiſcopus, aut Eps; & ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio ſi fuerit aliquis de numero inferiorū. Itemq; vt nulla remiſſio facta ab eis, quibus reſtitutio erat facienda, eos ab onere reſtituēdi liberet.

Cæterum, c. felicis ſequenti, conceſſum eſt, vt Patriarchę, Archiepiſcopi, Epi, & alij quibus ex officio viſitare incumbit, recipere poſſint procurationē in pecunia, modo tñ pecunia eis offeratur, & modo pſonaliter viſitent. Additumq; eſt, eos vna die recipere non poſſe, niſi vnam procurationem, eſto multas Eccleſias ea die viſitent, & eſto vnaquæque earum ſufficiens ſit ad integrā procurationem ſoluendam.

Circa hæc tñ obſerua, gloſſatorem eius textus ad finem caſus propoſiti aſſeuerare, hodie prętatos hr̄e diſpenſationem ad multas Eccleſias eadem die viſitandas, & ad recipiendum ab vnaquaque earum integram procurationē. Obſerua deinde, gloſſam ibidem verbum illud, perſonaliter, intelligere, vel per ſe vel per viſitatorem ad id delegatum, qui ad Eccleſiam perueniat, nec à remotis rationem Eccleſię exigat. Obſerua tertiò, in hoc Eborenſi Archiepiſcopatu (idem credo eſſe in alijs Luſitaniæ diæceſibus) antiquam eſſe conſuetudinem, vt ſiue multæ eccleſiæ eadē die uiſitentur, ſiue vna tātum, & ſiue viſitentur per proprium paſtorem, ſiue per alium ab eo delegatum, vnaquæque earum integram ſoluat procurationem in pecunia, idque ſiue illam offerat in pecunia, ſiue non, eſtque taxatum, vt precium ſit ſelibra vnciarum octo argenti, q̄ marcam vocant, id eſt, ſex ducati, & credo poſtquam in hoc Regno regalis argenteus ad valorem quadraginta terunciorum, quos reais vocamus, euectus eſt, eoſdem ſex ducatos ſolui, eſto ſelibra argenti, ad ſeptem aureos cum dimidio ſit euecta. Porrò eiuſmodi precia in hoc Regno Collectæ vocantur.

Quædam Eccleſiæ excipiuntur, quæ minorē quādam ſummā ſoluere conſueuerunt, vel propter paupertatem, vel ꝙ fortè alijs quorundam fuerunt annexæ. Aliquibus in locis audio in more eſſe poſitū, vt aliquæ Eccleſiæ nihil omnino ſoluant, niſi à ſui paſtoris perſona viſitentur. In aliquibus ēt alijs, ſi paſtor in propria perſona eas viſitet, tribuitur eſt longe maior copia pecuniæ, quam ſi per delegatum eas viſitet. Vnde tamen hæ omnes antiquæ conſuetudines habuerint ortum ignoro: illis tamen & quibuſcūque alijs, quæ præſcriptæ fuerint repertæ, eſt ſtandum. Quod autem Eccleſiæ non viſitentur, aut procurationem non ſoluant, cum à proprio prælato viſitantur, præſcribi non pōt, vt diſp. 79. oſtenſum eſt.

DISPVT. LXXXVI.

Quonſque de iure communi iudicibus ſecularibus fas ſit, aut non ſit accipere, & quid circa eos, alioſque miniſtros publicos in hoc, & in Caſtellæ regno ſit ſancitum.

AD initium diſp. 85. diximus, quouſque de iure cōi fas ſit, aut non ſit iudicibus ſecularib. munera à litigantibus accipere. De eodē iure fas illis erat accipere aliquas ſportulas, vt duos aureos ab unoquoque litigantium in principio litis, & totidē in fine, qn res, de qua erat cōtrouerſia, valorem centum aureorum ſuperabat: nihil verò qñ minoris erat valoris, vt ex authentico de iudicibus, §. ne autem, conſtat. Aliquibus etiam in locis conſuetudo fuit, vt acciperent decimam partem, aut aliam ualoris litis, vt refertur c. cum ab omni, de uita & honeſtate clericorum, neque ideo in loco videtur reprobari.

Licet autem ea omnia, & alia forte his ſimilia, fuerint eis de iure cōi conceſſa: longè tamen plus de iure huius Luſitaniæ Regni tam ipſi, quàm alij miniſtri publici arctantur. Nihil enim amplius, quā proprium ſtipendium, aut quod cuique iuxta munus ſuum præſcriptum eſt vt accipiat, poteſt vel tanquā munus, vel quacunque alia ratione recipere. Ius Luſitanum.

Quinto namque lib. Ordin. ti. 56. iudicibus oībus ſenatoribus, cæteriſq; omnibus miniſtris publicis, ſiue ad iuſtitiam, ſiue ad bona, ſiue domū Regis pertineant, ſiue ad regimen cuiuſcunque oppidi, omnibuſq; vniuerſim alijs inhibetur, ne ſibi, filio, aut cuicunque alteri, qui ſub eorum poteſtate aut regimine ſit, recipiant donū, aut munus quodcunque, eſto, qui dat, aut offert, nullum cū ipſis negotium gerat. Præterea, vt nullus inferiorum miniſtrorum publicorū poſſit adminiſtrare bona miniſtri ſibi ſuperioris, nec quicq̄, vt illius ſit emere, aut aliquid illi vēdere, aut mutuo vel cōmodato dare. Hæc oīa ſub pœna amiſſionis officij, aut officiorū, ſi multa habuerint, & ſolutionis viginti loco cuiuſq; eorum quæ ita acceperint, ita vt dimidiū accuſanti, & dimidiū fiſco Regis applicetur. Ei verò, q tale munus dederit, aut miſerit, conſtituitur pœna amiſſionis oīum bonorū quæ eodē modo diuidātur, prætereа amiſſionis omnium officiorum publicorum, ſi quę habuerit, & exilii quinquēnio vltra mare. Eademq; pœna ſtatuitur miniſtris inferioribus, qui miniſtris ſibi ſuperiorib. præſtiterint aliquid eorum, quæ paulo antea cōmemorata fuere. Conceditúrq; actio ad bona & munera ita amiſſa petenda, ſolum p decennium à die commiſſi delicti. Omnibus nihilominus miniſtris publicis cōceditur, vt à ſuis cōſanguineis aſcendentib. & deſcēdentibus, nec non à tranſuerſalib. vſq; ad 4m gradum, accipere poſſint, quæcūque voluerint ipſis conferre. Eiſdem ēt miniſtris pmittitur accipere panem, vinum, carnes, fructus, & cætera eſculēta, quæ inter cognatos & amicos conferri cōſueuerunt, à cęteris conſanguineis & affinibus vſque ad quartum gradum, necnon ab aliis, cum quibus tam arctam habuerint amicitiam, aut aliquod aliud impedimentū, vt idcirco iudices eſſe nequeant in eorum cauſis. Quamuis autem prohibitio, quæ circa hæc in Ordinationibus, quas da fazenda vocant, c. 149. habetur, non ſit tam arcta, quia tamen Ordinat. Regni poſterius à Rege Emanuele correctæ editæque fuerunt, vt ex tempore quo hæ & illæ tempore Emanuelis

Regis

Regis fuerunt excuſſæ, & ex hiſtoria regis Emanuelis à Damiano Goes conſcripta cap. vlt. conſtat, necnon quia in Ordinationibus Regni res accuratius & exactius multo, quàm in illis alijs cõſcriptę, & in ordinem digeſtę ſunt; fit, vt Regni Ordinationibus hac in parte ſtandum ſit.

In eodem titu. 56. §. 2. ſtatuitur, vt ſi is, qui miſit munus, aut aliquid per ſe vel per alium dederit, negotium cum eo, qui accepit, gerebat, isque, q accepit, iudex erat, accipiẽs amittat officiũ, & oĩa bona ſua, fiſco Regis addicẽda ſint. Item vt, ſi, quod accepit, valorem vnius aurei exceſſerit, exulet in perpetuum in Inſula Di Thomæ: ſi verò non exceſſerit, exulet quinquennio in locis Africæ. Quòd ſi attigerit valorem duodecim aureorum, interficiatur.

§. 3. additur, vt ſi is, qui id recepit, iudex non ſit, ſed ſi alius miniſter publicus, coram quo, qui vel per ſe vel per alium id dedit, negotium gerebat, & officium amittat, & triginta loco vnius ſoluat, ita vt dimidiũ accuſanti, & dimidiũ fiſco Regis addicatur.

B §. 4. ſubiũgitur, vt ſiquis prædictorũ omniũ miniſtrorũ nihil quidem acceperit, acceptauerit tñ promiſſionem factam, amittat officium, & inſuper ſoluat triplum valoris promiſſionis fiſco Regis.

§. 5. & 6. ſancitur, vt is, qui aliquid dedit, aut promiſit iudici, vel cuiuis alteri miniſtro publico, cum quo negotium gerat, præter oẽs ſupra dictas pęnas, amittat eo ipſo ceſſurũ parti, quæ cũ eo contẽdebat, ius totum, ꝙ habebat. Attñ ſi intra mẽſem, & antequàm à Rege alia via ſciatur, Regi reuelauerit, eiuſmodi miniſtrũ id accepiſſe, aut promiſſionem acceptaſſe, idq; ſufficienter probauerit, liber erit ab omnibus pęnis, non ſecus ac ſi nihil tale commiſiſſet. Si tamen ſnĩa à tali iudice eſſet lata, nulla oĩno eſſet, eſto lata eſſet aduerſus eum qui rẽ ita detegit. Quòd ſi, qui rẽ ita detegeret, aliqd aliud interuẽtu eiuſmodi miniſtri obtinuiſſet, modo id in præiudicium tertij non cederet, totũ eſſet ratũ & firmũ: cum tñ ſi rẽ non detexiſſet, totũ eſſet caſſum & irritũ, non ſecus ac ſi nõ eſſet obtentũ. Additur, eſto, qui rem ita reuelaret, non poſſet id probare, nihilominus talis reuelatio, & propria ea de re confeſſio, nihil ei nocebit.

C Si miniſtri publici, perdurãte negotio, quippiam emant ab ijs, qui cum ipſis negotium gerunt, aut illis vendant, reputatur ac ſi dono id accepiſſent, ſubiacentque tam ementes, q̃ vendentes, pœnis accipientium ac offerentium munera. Eiſdem pœnis ſubiacet iudex, qui rogat quemcunque alium, vt aliquid remittat, aut condonet cuicunque alteri, eſto is, qui rogatur, precibus non annuat. Hæc habentur titulo citato, § penultimo & vltimo.

§. 8. eiuſdem tituli prohibẽtur miniſtri bonorum Regis, & qui Regis negotia quocunque modo curant, accipere quippiam ab ijs cõductoribus redditũum & bonorum Regis, qui illis ſunt ſubiecti, eſto ſua ſpõte, mereque liberaliter id illis offerant. Prohibẽtur pręterea ſocii eſſe illorum, aut cuiuſcunque alterius miniſtri publici ipſius ſubiecti, in conductionibus redituũ, & aliorum bonorũ, idque ſub pœna amiſſionis officiorũ, tam dantis, quàm accipiẽtis, ſi primũ fuerint trãſgreſſi, & inſuper ſolutionis viginti loco vnius. Si verò tranſgreſſi fuerint ſecundum, ſub pœna amiſſionis officiorũ, & vt vnuſquiſque eorũ ſoluant quantũ redditus, aut bona illa fuerint cõducta. Alia etiam ſub ſimilibus pęnis prohibentur eodem titulo, & lib. 4. Ordinat. tit. 38. & 39. & part. 1. leg. extrauag. tit. 19. lege 1. & in Ordinationibus quas vocant *da fazenda*, à c. 191. vſque ad 194.

Eodem 5. lib. Ordinat. tit. 59. vniuerſim prohibẽtur omnes miniſtri publici accipere pro vnoquoque miniſterio amplius, quàm vnicuique taxatum & præſcriptum fuerit, ſub pœna, vt ſi aliquid amplius accipiant, quod ad valorem quingentorum nummorum æreorum, quos realis vocant, non perueniat, exulent biẽnio in locis Africæ, & inſuper nouem loco vnius appendãt. Si verò, quod ita amplius acceperint, ad quingẽtos nummos æreos perueniat, ſiue ab vno ſiue à pluribus, & ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè pdĩctam ſummã acceperint, præter pœnã prædictã pecuniariam, amittunt officium, exilioq; triẽnali mulctãtur. Quod ſi quantitas ad duo mille eiuſmodi nummos pueniat, præcipitur vt exilium ſit in Inſula D. Tho. viq; ad Regis beneplacitum. Si aũt ſumma ad ſex mille eiuſmodi nũmos pertingat, exulare præcipiuntur in eadem Inſula in perpetuum, ſubiungiturque vt obtentu cuiuſcunque cõſuetudinis in contrarium, ſiue generalis ſiue ſpecialis, eſto per id temporis ſententiæ in illius fauorem ſint latæ, prædicti omnes ab eiuſmodi pœnis nõ eximãtur. Quo fit, vt aduerſus hanc legem locum nõ habeat præſcriptio.

Hoc loco ſubijciendæ eſſent prohibitiones, quæ ſunt de iure huius Luſitaniæ Regni, ne officia publica vẽdantur, aut pretio occultè accepto in alios trãſferantur, & ne per tertiam perſonam adminiſtrentur: vt verò dilucidius omnia tradantur, hac de re peculiaris inſtituetur diſputatio.

Quod ad Regnum Caſtellæ attinet, li. 3. nouæ collect. tit. 9. l. 3. Verſ. la 6. & l. 5. & 6. prohibentur oẽs vniuerſim iudices accipere per ſe aut p alios quicq̃, etiã in eſca & potu, à quibuſcunque, qui vel cauſam coram ipſis ſunt habituri, vel iam antea habuerint, necnon ab alijs, qui horum intuitu aliquid ipſis dederint, idque ſub pœna amiſſionis officij, & vt inhabiles ſint ad quodcunque aliud habendum ac exercendum, & vt ſoluant, ꝙ ita acceperint, & inſuper duplum fiſco Regis, & puniantur præterea arbitrio Regis. Qui autem eiuſmodi munera iudicibus dederint, immunes ſunt à pœna, ſi rem detegant, & tres teſtes ſingulares, hoc eſt, qui de diuerſis numero criminibus teſtificentur, ſatis ſunt vt iudex condemnetur, modo teſtes ſint omni exceptione maiores.

Lib. etiam 4. eiuſdem collect. ti. 16. & 17. taxãtur tabellionibus ſtipendia, quæ pro vnaquaque ſcriptura & munere exequendo accipere debent, & tit. 17. verſus finem legis primæ, eis præcipitur, vt nihil amplius accipiant, etiam ſi merè gratis illis offeratur, idque ſub pœna quadrupli, & vt prima vice ſuſpendantur anno integro ab officio, ſecunda vero eo omnino priuentur, ſatisque eſt probatio trium teſtium ſingularium ad plenam probationem.

DISPVT. LXXXVII.

Pœnæ ſtatutæ dantibus, & accipientibus contra leges diſputatione præcedente relatas, præſertim priuationis officiorum quouſque in foro conſcientiæ debeantur.

D VT igitur à pœnis ordiamur, quæ dantibus & accipientibus contra præſcriptum legum diſp. pręcedente relatarum ſunt ſtatutæ. Alicui videri poſſet, obtinentẽ officium, vel quoduis aliud, nẽpe commẽdam, teneam, q̃ in hoc Luſitaniæ regno vocant, aut aliquid aliud interuẽtu miniſtri publici, muneribus, aut pollicitationib. à ſe ſubornati, teneri, aut detegere talem miniſtrũ intra menſem à delicto cõmiſſo, aut reſtituere Regi officiũ, & redditus ex illo perceptos, vel quoduis aliud, ꝙ à Rege obtinuiſſet, & emolumẽta inde pcepta, idque nulla expectata ſnĩa. Duciq; ad id ſibi pſuadendum hac nõ leui rõne poſſet: qm, vt diſp. præcedente ex lib. 5. Ordin. titu. 56. §. 6. relatum eſt, talis collatio eſt ipſo iure nulla, non ſecus ac ſi nihil tale fuiſſet à Rege conceſſum.

Cæterum, quamuis hoc ſpecie aliqua probabilitatis non careat, ſaluo tamen meliori iudicio, contrarium in re graui & quotidiana arbitror aſſerẽdum. Nem-

Nempe, quando aliud non interuenit, quod collationem nullam efficiat, ex hoc ſolo capite non conſurgere obligationem reſtituendi ante latam ſententiã. Id quippe eſſet illaqueare ſubditorum conſcientias in re hominum fragilitate poſita, quotidiana, admodumque difficili, poſtquam crimen ſemel eſſet commiſſum, quod de Chriſtiano Principe non eſt præſumendum: ſed mens legiſlatoris fuiſſe videtur, vt collatio eo ipſo, quod eſſet detecta, deductaque in iudicium, pronunciaretur, & re vera eſſet nulla. Id quod ſatis innuunt verba ordinationis eo loco, quæ ſic habent. *Et deſcobrindoſe por otra maneira o tal deſpacho, ou couſa quelle for impetrada por aquelle que a dita peita recebeo, ou a promeſſa de la acceptou, ſera nenhum, comoque naon foſſe impetrada, ou auida.* Ecce ſolum poſt detectionem ſtatuitur, vt ſit nulla, ſermoque eſt ibi de detectione Regi, ipſiuſve miniſtris, facta delatione ad iudicium. Secundo, qm̃ cum officia publica, & pleraque alia, paſſim, poſtquam lex illa lata fuit, contra præſcriptum illius obtenta ſint, neq; vllus vnquã fuerit, qui ea reſtituerit, & multo minus, qui reſtituat reditus & emolumenta ex illis percepta, quia neque in mentem illis venit ſe ad id teneri: cum item nunquam à Regibus curatum ſit, vt lex illa cum eo rigore executioni mandetur, ſanè cenſenda non eſt cum eo rigore obligare: leges namque non plus obligant, quam vſu vtentium fuerint comprobatæ.

Ad reliquas vero pęnas, legibus diſputatione præcedente relatas, non tenentur tranſgreſſores ante latam ſñiam, etiamſi pęnæ illæ ſint amiſſionis officiorum, quorum collatio ad Regem ſpectat. Id quod clare patet ex toto tit. 56. citato, in quo nunquam dicitur ipſo iure, aut ipſo facto, quin potius ex decurſu totius tituli patet, pęnas in eo ſtatutas locum non habere ante latam ſñiam. Confirmatur id euidentiſſime, quoniam vt diſputatione præcedente ex principio illius tituli retulimus, ſolum cõceditur decenniũ à commiſſo delicto, vt agatur aduerſus eum, qui legem eſt tranſgreſſus, & priuetur officio, quod ſane nõ ſtatueretur, ſi officium à puncto commiſſi delicti illius non erat, ſed iniuſte illud detinebat. Et quamuis interdum in aliquibus legibus diſputatione præcedente relatis dicatur, & per eſſe *meſmo feito perca officio*, non eſt ſenſus, quod ipſo facto aut iure illud amittat, ſed quod propter tale factum puniatur pœna amiſſionis officij, vt ſatis conſtat ex ordinationibus, quas vocant *da fazenda*, c. 194. §. vlt. vbi ponitur idem verbum, & manifeſte conſtat ſumi in poſteriori ſenſu. Adde, quamuis ſumeretur in priori ſenſu, mentem legiſlatoris poſſe eſſe, vt etiam officij, perinde, ac ceterarum rerum, non amittatur dominium, aut quaſi dominium, ante latam ſententiam.

DISPVT. LXXXVIII.

Quæ contra leges à miniſtris publicis accipiuntur, quouſque, & cui in conſcientiæ foro ſint reſtituenda.

DE ijs, quæ tanquam precium accipit quicunque miniſter publicus pro munere ſuo exequendo, vltra id quod lege iuſta taxatum, conſtitutumque eſt vt accipiat, dubium non eſt, reſtituendum eſſe tanquam iniuſte acceptum, reſtitutionemque faciẽdam eſſe danti, aduerſus quem iniuſtitia fuit commiſſa, iuxta ea quæ diſput. 83. dicta ſunt.

De ijs vero, quæ tanquam munera, gratiſve data, contra id, quod legibus præſcribitur, accipiuntur, (quæ omnia peitas in hoc Luſitaniæ Regno vocantur) diſtinguendum eſt. Si enim ad redimendum ſolum vexationem conferantur, quia alioquin is, qui ea confert, meritò timet miniſtrum publicum non præſtaturum ſuum munus, vt oportet ac tenetur,

A vel aliqua alia ratione tam inuoluntariè dentur, vt ſufficiens id non ſit ad transferendum dominiũ via donationis, tunc conſurgit obligatio reſtituendi, quod ita acceptum eſt, nulla expectata ſententia, eſtque reſtitutio in foro conſcientiæ facienda danti, vt ex ijs, quæ ſubijciemus, erit manifeſtum.

An verò, licet miniſter publicus peccet accipiendo, quod ei ad redimendam vexationẽ datur, is ẽt, qui confert, vt uexationẽ ſuam redimat, peccet, præſertim exiſtente lege, quæ collationem, & acceptionẽ munerum prohibet, Sot. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ad 2. ait peccare. Communiter tamen Doct. affirmãt non peccare. Quòd ſanè verum eſt, qñ certo conſtat iniuſtè vexari, neque alia via euadet iniuſtitiam, niſi munus offerendo. In dubio autem, an iniuſtitia illi fiat, etiamſi ex affectu ad proprium commodum timeat fraudandum ſe iri iure ſuo, nefas eſt munus offerre, & forte non aliud voluit Sotus, neque confeſſarij faciles eſſe debent, vt ex quacunque iniuſtę vexationis
B apparentia, munera offerri permittant.

Porro datur aliquid ad redimendã vexationem, non ſolum qñ, niſi detur, imminens eſt periculum, ꝙ iuſtitia euidẽs præuertatur, ſed etiam qñ cum publicus miniſter æqualis omnibus eſſe debeat, vt negotia eorum expediat, tẽpusq; ad id rationabile, & accommodatum adhibere debeat, ita ut ſegnis non ſit, ne ſua culpa partes remorentur; attamen ita ſe gerit, vt, niſi munus ei offeratur, eueniet, vt tot ex ijs, qui poſterius acceſſerunt, ipſi præponat, aut tam negligens ſua culpa ſit in negotio expediendo, vt longe maiores ſumptus expectando fiant, aut alia via longe maius detrimentum ex iniuſta dilatione immineat, quam ſit valor muneris. Atque ad hoc attendere debent confeſſarij, dum confeſſiones miniſtrorum publicorum audiunt. Nulla enim æquitas patitur, vt vltra publicum aut priuatum ſtipendium ipſis conſtitutum, quaſi venale efficiant, quem multo-
C rum prius, aut citius expediant, cum detrimento tã illius, qui munus aut pecuniam ea de cauſa offert, quam aliorum, qui, quodmunus non offerant, aut non tantum, quantum alij, moras ingentes faciunt. Idem dico de famulis ſenatorũ, aliorumve miniſtrorum publicorum, quibus negotia expedire incũbit. Aequitas namque ſimiliter non patitur, vt eiuſmodi famuli quaſi venale efficiant, cui prius aditum præbeant ad miniſtrum publicum, aut cuius negotium ante alia miniſtro publico offerant: ipſique miniſtri publici vigilare tenentur, ne negotiatore hac in parte grauẽtur, vel muneribus & largitionibus, quæ tribuere cogũtur, vel iniuſta quorundam dilatione, vt alij propter munera præponantur. Et cum eiuſmodi res contra iuſiurandum à miniſtris publicis accipiantur, manifeſteq; ſint in grauamen ac detrimentum Reip. & niſi reſtituãtur, facile in poſterum propter lucrum, quod remanet, accipiẽtur, cum eiuſmo-
D di miniſtri publici videant ſine onere reſtituendi ſe abſolui, ſane, etiam quãdo aliquod eſſet dubium, an de rigore iuſtitiæ obligatio eſſet reſtituendi, iniungẽdum, ſaltem in pœnitentiam iuſtiſſimam, illis eſſet, vt ea, quæ acceperunt, dantibus reſtituerent. Si vero fieri id iam non poſſet, pauperibus largirẽtur, neque aliter eſſent abſoluendi, ne tale turpe lucrum, cũ tanto ipſorum ſpirituali, & Reip. temporali detrimento, retineretur.

Quando famulus alicuius miniſtri publici aditũ intempeſtiue ad dominum ſuum alicui negotiatori daret, vel negotium alicuius dño ſuo intempeſtiue expediendum offerret, idque in cauſa non eſſet, vt alij remorarentur, ſed potius ea via miniſter publicus plura negotia expediret, quam alioquin teneretur, eſſetque expediturus; tunc tuta conſcĩa accipere poſſet eiuſmodi famulus precium moderatum, vt tale beneficium præſtaret. Quamuis neque hoc ferre debe-

deberet timoratus miniſter publicus, ne hac occaſio ne abuſus in Rempublicam introducerentur.

Quando ea,quæ miniſtri publici contra legis præſcriptum accipiunt, ea liberalitate ac libertate eis dantur,quæ intra limites donationis ſit ſatis ad tráſferendum dominium, vt quia ex amicitia perinde cuique illorũ dantur, ac ſi non eſſet miniſter publicus, vel quia ex gratitudine beneficij accepti dũ bene eſt vſus ſuo munere,& ex gaudio rei iuſte obtentæ illi dantur,vel ẽt vt in poſterũ talem ſe gerat,qualis ſe geſſit,diligenterq; expediat negotium eius,qui munus mittit, vel deniq; anteq̃ negotium expediat, munus ad eum mittatur, vt afficiatur ad diligenter atque in fauorem eius,qui munus mittit, negotium intra iuſtitiæ limites expediendum, in his, inquam, & in alijs ſimilibus euentib. dicenda ſunt nonnulla.

Primum eſt, ſecluſa lege poſitiua, quæ eiuſmodi acceptiones prohibeat,miniſtros publicos comparare dominium eorum,quæ ita accipiunt,nec teneri illa reſtituere. Probatur, quoniam collatio eiuſmodi rerum eſt vera donatio, ſpectatoque ſolo iure naturæ,integrum eſt cuique dominium rei ſuæ ſponte in alterum transferre, quippe cũ nihil tam conueniens ſit naturali æquitati,quam voluntatem domini,volẽtis rem ſuam in alium transferre, ratam habere, vt Inſtit.de rer.diuiſ.§.per traditionem,ſcriptum legimus: ergo ſecluſa lege poſitiua, quæ eiuſmodi acceptiones prohibeat, miniſtri publici comparant dominium rerum, quas ita accipiunt,nec tenentur illas reſtituere. Confirmatur,quoniam quondam l. plebiſcito,ff.de offic.præſidis,& l.ſolent.§.vlt.ff. de officio proconſulis, permittebatur iudicibus accipere à litigantibus eſculenta, & poculenta aliqua,neque id prohibetur hodie iudicibus delegatis à Summo Pontifice,vt ex c.ſtatutum,§.inſuper,de reſcriptis,lib.6. conſtat,quod ſane nulla ratione fuiſſet vnquam in iure conceſſum, ſi ſtando in ſolo iure naturali eiuſmodi donationes eſſent nullæ.

Obiectio excluditur. Neq; refert,ſi quis dicat,eſſe magnum periculũ iuſtitiam peruertendi, ſi quid detur iudici animo illum afficiẽdi,vt largitori faueat,idq; iudex accipiat. Exodi namq; 23. Iudicib. dr̃: Non accipies munera,quæ ẽt excæcant prudentes,& ſubuertunt verba iuſtorũ. Non,inq̃,hoc refert, qm̃ ſolum probat, eſſe cauſam iuſtiſſimã, vt datio & acceptio prohibeatur,iudiceſque nulla ratione debere munera accipere: non verò probat,donationem eſſe nullam, eaq; non transferri dñium.

Alia excluditur. Nec item refert,ſi rurſus dicat, ſalté qñ, qui eo aĩo dedit,finẽ non eſt aſſecutus,quia iudex in contrarium, ac ipſe munere ſuo intendebat ſnĩam tulit, donationem eſſe nullam, neq; habuiſſe tãtum voluntarij, quantum eſt neceſſarium ad dominium via donationis transferendum. Non,inquam, hoc etiam refert: quoniam,quod donans finem,quem ſua donatione intendit,non aſſequatur,non tollit,quo minus donatio ſit valida,habereque cenſeatur voluntariũ, quod ad transferendum dominium ſufficiat,vt dicemus ſuo loco,exemplum adhibendo in eo, qui munera ad mulierem aliq̃ miſit, aĩo alliciendi eã ad fornicandum,nec tñ illa conſentire vnq̃ voluit: eiuſmodi namque donationes cenſendæ ſunt abſolutæ, aĩo vt ea via finis intentus ſequatur,non verò cõditionales, quaſi ſenſus donationis ſit, do ſub cõditione, vt hoc facias: ac proinde validæ ſunt in foro conſcientiæ.

Secundum eſt, licet donationes,de quibus loquimur,ſecluſa lege poſitiua, quæ eas prohibeat, ſæpe fiant,& accipiantur cum peccato,vel propter ſcandalum,vel propter periculum peruerſionis iuſtitiæ, vel quia non habent tantum voluntarij ex parte dantis, quantum ſatis ſit ad transferendum dominium, atque accipiantur cum grauamine Reipublicæ: interdum tñ poſſe fieri & accipi ſine vllo peccato,vt quãdo ex amicitia datur aliquid miniſtro publico, etiãſi

A amicitia habuerit ortum ex eo,quòd ſit miniſter publicus,aut qñ ex gratitudine & gaudio rei iuſte obtentæ aliquid ex mera liberalitate illi datur: in eiuſmodi namque donationibus nihil vitij ex natura rei conſpicio. Porrò quando datio & acceptio eſt mala propter periculum peruerſionis iuſtitię, datio & acceptio induunt ſpeciem iniuſtitiæ, prout fuerit effectus,qui inde timetur, vel homicidij, vel damni in honore ac fama aut bonis externis proximi.

Tertium eſt, propter mala & damna, quę huiuſmodi dationes & acceptiones habere ſolent adiuncta, iure optimo lege poſitiua prohibentur, eſtque in principe poteſtatis,vt ipſo iure nullas eas reddat, ita vt in foro conſcientiæ teneatur accipiens reſtituere,quæ ita acceperit, nulla ſpectata ſententia. Quæ autem acceptiones,& à quibus, & quouſque prohibitæ ſunt in vnoquoque Regno, tum ex iure communi, tum ex particularibus legibus & conſuetudinibus illius,expendendum, iudicandumque eſt. De

B hoc tertio pronunciato nullus eſt,qui dubitet: eò qđ in principe ſit plena poteſtas in ſubditos, & eorum bona, vt ſtatuat quicquid communi bono expedire iudicauerit.

An accipi ꝓhibita miniſtris publicis ſola lege humana,obnoxia reſtitutioni ſine nulla expectata ſententia. His ita conſtitutis, controuerſia eſt, vtrum, quæ accipiuntur eiuſmodi donationibus validis expectato ſolo iure naturali,obnoxia ſint reſtitutioni in foro conſcientiæ,nulla expectata ſententia,eo ipſo, quòd accepta ſunt contra præſcriptum legis humanę.

Pars affirmans ſuadetur 1. Pars,quæ affirmat ſuaderi poteſt. Primo,quoniã quando lex prohibet acceptionem aliquam, efficit accipientem incapacem rei, quam prohibet accipere,redditq; collationem talis rei inhabilem ad transferendum dominium: ſiquidem ad vtrumq; eſt poteſtas in principe, vt paulo antea dictum eſt: cum ergo accipiens non comparet dominium talis rei, conſequens eſt,vt nulla expectata ſententia reſtituere teneatur quod ita accepit.

C Confirm. Poſſumus hoc nos validiſſimè confirmare, ex l. non dubium, C.de legibus, vbi inter alia habetur, nullum pactum, nullam conuentionem, nullũ contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente; quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam veteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus, vt legislator,quod fieri non vult,tantũ prohibuiſſe ſufficiat, cæteraque quaſi expreſſa ex legis liceat voluntate colligere;hoc eſt,vt ea,quæ lege fieri prohibentur,ſi fuerint facta,non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur; licet legislator fieri prohibuerit,tm̃,nec ſpecialiter dixerit,inutile eſſe debere, qđ factum eſt, illud quoque caſſum, atque inutile eſſe præcipimus. Secundum prædictam itaque regulã, qua vbique non ſeruari factum lege prohibente cenſumus certum eſt,nec ſtipulationem huiuſmodi tenere, nec mandatum vllius eſſe momenti, nec ſa-

D cramentum admitti. Hactenus lex illa. Ex qua apertiſſime videtur colligi,acceptionem quãcumque factam lege prohibente, eſſe ipſo iure nullam,ac proinde rem ita acceptam reſtitutioni eſſe obnoxiam in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia.

Secundò. Secundo, poſſumus eandem partem affirmantem ſuadere, quoniam, vt Doctores communiter affirmant,quando acceptio eſt mala,accipiens tenetur reſtituere rem acceptam, vel danti, ſi datio non fuit mala,vel pauperib. aut fiſco, ſi datio mala fuit: cũ ergo ſuppoſita lege Luſitana pręſertim quę,vt relatũ eſt,ſub grauiſſimis pęnis acceptionẽ & dationẽ ꝓhibet,tam datio,q̃ acceptio malæ ſint,conſequens eſt,vt accipiens in foro conſcientię reſtituere teneatur rem ita acceptam,nulla expectata ſententia.

Soti,& vtriuſque Medinæ ſnĩæ. Sotus 4.de iuſtit.q.7. art. 2. ad. 2.ductus, vt videtur,primo argumento propoſito, hanc amplectitur ſententiam, quando aliquid contra præſcriptum

legum accipitur, vt alteri fiat iniuſtitia. Et quamuis ſubiungat ſtatim ſermonem de muneribus,quæ iudicibus offeruntur,ne ſcias tamen diſcernere,tā ex ijs, quæ eo loco docet,quam ex ijs,quæ 1.lib.de iuſt.q.6. art.6.ad tertium membrum 4.arg.dixerat,ſenſerintne eiuſmodi munera obnoxia eſſe reſtitutioni in cōſcientiæ foro ante latam ſententiam,an non:multi tamen illi tribuunt partem affirmantem. Eandem amplectuntur Ioan. Medina de reſtit.q.20. Bart. Medina in inſtructione Hiſpana de modo adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ,fo.226.§.3.*de los iuezes*, & quidam alij. Addit Bart.Medina, hac de re nullum eſſe dubium : quoniam eiuſmodi leges conuentionales ſunt inter principem & miniſtros publicos, vt ſub eo pacto officia hæc publica accipiant,vt munera non accipiant, ad idque iureiurando ſe aſtringunt,eaque ratione incapaces fiunt dominij eiuſmodi munuſculorum. Neminem tamen ex his Doctoribus video inniti confirmationi,quam nos primo argumento adiecimus.

Autoris ſententia.

Mihi contraria ſententia placet. Nempe licet peccent,qui contra præſcriptum legum eiuſmodi donationes accipiunt, periurique ſint, ſi iureiurando ad eas non accipiendum ſe aſtrinxerunt, vt in hoc regno miniſtri publici ſe aſtringunt, & iudices omnes ac tabelliones in regno Caſtellæ. Licet item,vt periuria,& alia mala,quæ eiuſmodi donationes comitātur,in poſterum vitētur, expediat, vt confeſſarij ſæpe,ſaltem in pœnitentiam,iniungant,vt quæ accepta ſunt reſtituantur; idque eo magis, quo timor aliquis ſubeſſe poſſit,vt mere libere non ſint conceſſæ:nihilominus donationes,de quib.loquimur, validas eſſe, neque conſurgere obligationem reſtituendi ante latam ſententiam,aut ante latum præceptum,quo confeſſarius ad id pęnitentem aſtringat.

Moueor aūt,qm̄ huiuſmodi donationes,vt oſtenſum eſt,ſecluſa lege humana,validę ſunt. In primis autem l.non dubium, C.de legibus, eas validas eſſe non impedit: qm̄ præter alia, quæ in ſolutionibus argumentorum dicemus, vt bene Sylueſter verb. lex. q.28.cum Panormitan.& Cardin. in Clementina 1. de reſcriptis ait,lex illa ſolum habet locum,qn̄ legiſlator prohibet aliquid non apponendo pęnam,ſecus autem qn̄, præter prohibitionem, progreditur vlterius ad pœnam iniungendam,quod videre eſt in omnibus legibus, quæ eiuſmodi donationes prohibent.

Deinde verò leges Luſitanæ non reddunt eas inualidas. Tum,quia vt ex diſp.86. conſtat, oēs apponunt grauiſſimas pęnas, in vllaque earum innuitur acceptionem eſſe inualidam. Tum ēt qm̄, vt ex eadē diſp.& ex diſp.87.eſt manifeſtum, ēt qn̄ legibus illis ſtatuitur,vt ꝙ obtinetur interuentu talis donationis, totum ſit irritum & nullum,id non habet locum,niſi poſtq̄ res ad iudicium fuerit delata,ſubſecutaq; fuerit ſnīa. Imò neq; pęna amiſſionis officij propter tale crimen obligat in hoc Luſitaniæ regno in foro cōſcientiæ ante latam ſententiam,vt eadem diſputatione oſtenſum eſt. Tum denique qm̄ 4.libro Ordina. tit.38.in principio,cum iudicibus, & quibuſdā alijs miniſtris publicis prohibeatur emere,permutare,cōducere reditus,& alia bona immobilia, &c. in locis, ad quæ eorum iuriſdictio ſeſe extēdit,ſubiungitur. *Et qualquer que o contrario fizer,aia por pena,que ò contrato ſeia nenhum,& todo aquillo, que o dito official por ben de le receber ou ouuer,ſeia perdido & cōfiſcado pera a corona de noſſos Reinos.* Hinc manifeſte conſtat,neque ſufficere, neq; mentem legiſlatoris in ſimilibus legib. eſſe,vt eo ipſo,quod lege prohibeatur aliquid, ꝙ ſecluſa tali lege eſt validum,ſit irritum & inualidū ante latam ſententiam, alioquin fruſtra inter alias pœnas,quæ locum non habent ante latam ſnīam,apponeretur in ea lege;*& qualquir que o contrario fizer, aia por pena,que o contrato ſeia nenhum.* Quo loco obſerua,pœnam hanc annullationis cōtractus in ea lege,meo iudicio, locum non habere, niſi poſt latam ſnīam. Tum quia ſimul, eodemq; tenore cōmemoratur & ſtatuitur cum alij s, quæ locum non habent ante latam ſnīam,vt legem illam intuenti eſt manifeſtum. Tum vel maximè,qm̄ verbo de futuro dicitur, *aia por pena que o contrato ſeia nenhum*, iuxta regulam autem Bart.l.1.C.de pœna iudicis,num.4.qn̄ lex loquitur per verbum futuri temporis,videlicet,amittāt actionem,perdat cauſam,priuetur iure ſuo, aut alijs ſimilibus, ſemper intelligitur per ſententiā ferendā.

Leges etiam Caſtellæ non plus reddunt inualidas eiuſmodi donationes in eo Regno, quam Luſitanæ leges in hoc. Etenim l.5.& 6. lib. 3. nouæ collectionis,titu.9.ſolum prohibent,ne iudices eiuſmodi donationes accipiant ſub pęna amiſſionis officiorum ipſo facto,& vt ſoluant,ꝙ ita acceperint,& duplum fiſco Regis. Ecce, leges illæ pęnam apponunt,imo inter pœnas computant,vt ſoluatur ꝙ acceptum eſt, & inſuper duplum,idque totū fiſco Regis, quæ pęna locum non habet ante latam ſententiam. Neque in illis legibus mentio vlla fit de iuramento, ſed l.3. antecedente,inter alia quæ iudices,anteq̄ munus iudicandi ſuſcipiant,iurare præcipiūtur, eo quod expediat,vt ritè munus ſuum exequantur, ſextum eſt, ꝙ neque munera accipient, neque promiſſionem eorū acceptabunt:ad eadem autem,& multa alia, iureiurando ſe etiam aſtringunt iudices in hoc Regno. Impertinens verò eſt iuramentum hoc, eſto eadem lege fuiſſet iuſſum,vt qui accipit,incapax fiat dominij rei,quam ita accipit,teneaturque illam reſtituere ante latam ſententiam. Solum quippe eſt in cauſa, vt qui contra id, quod iureiurando ſpopondit, aliquid accipit,periurus ſit: non vero,vt ꝙ accipit, non efficiatur accipientis,aut vt, poſtquam acceptum eſt,teneatur id reſtituere : præſertim cum forma iuramenti ſit,ſe nihil accepturum : nō vero non retenturum, ſi id acceperit. Si namque forma hoc etiam ſecundū contineret,tunc ſanè obligatio conſurgeret reſtituēdi, quod contra præſcriptum legis accepiſſet, non quidem de iuſtitia,quaſi, quod accepiſſet, non effeciſſet ſuum,ſed ex religione, quia teneretur implere ſecundam partem ſub forma iuramenti comprehenſam,vtpote licitam,& meliorem, quam ſit retentio. Quod etiam dicunt aliqui ex Doctoribus, cum quibus diſputamus, leges videlicet illas non eſſe pœnates,falſum profecto eſt,vt ex forma earum eſt manifeſtum. In legibus tamen pęnalibus duo attendēda ſunt. Vnum eſt,pœna impoſita: alterum verò,præceptum ipſum,ad cuius tutiorem obſeruationem apponitur pęna. Et quidem ad pęnam nullus regulariter tenetur ante latam ſententiam,etiam poſt tranſgreſſionem præcepti,pęnamque commeritam. Ad præcepti verò obſeruationem tenetur continuo,eſto lex pęnalis ſit. Nullam verò effigiem, mentionemve, conuentionis in illis legibus inuenio, vt iudices, qui eiuſmodi donationes acceperint, incapaces ſint earum,illaſque reſtituere teneantur,præſertim cum illas non accipiant quaſi in precium : alioquin non eſſent donationes,de quibus loquimur.

Poſſumus deinde confirmare noſtrā ſententiam ex ca.ſtatutum,§.ſi quid,de reſcrip.lib.6.Quo in loco, poſtquam iudex delegatus Summi Pontificis multa prohibitus eſſet accipere,additur. Si quid aūt contra conſtitutionem præſentem receperit, ad ipſius reſtitutionem integram teneatur, nulla eorum, quibus reſtitutio facienda fuerit, remiſſione vllatenus profutura eidem. Ecce, cum iam antea eodē capite prohibita eſſet acceptio,prioribus tamen verbis illius §. redditur nulla, iniungiturque obligatio reſtituendi: poſterioribus verò annullatur remiſſio, quæ ab eo fieri poterat, cui reſtitutio eſſet facienda: ꝙ ſanè vrgens eſt argumentū, ſolam præcedentem prohi-

prohibitionem acceptionis non feciſſe irritam dñij tranſlationẽ, niſi ſequentia adderentur. Qđ ſi id locum habet in legib. Eccleſiaſticis, quāto magis in ciuilibus, quæ licet in conſciæ foro validæ ſint, nō tñ tm̃, quantum Eccleſiaſticæ, ad forum conſcientiæ, ſed plus ad forum, iudiciumque exterius reſpiciunt.

Illud admonuerim, quamuis tranſgreſſio legum, de quibus diſputamus, lethalis ſit culpa ratione iuriſiurandi, quo iudices & alij miniſtri publici in hoc Regno & in Regno Caſtellæ ad earum obſeruationem ſe aſtringunt; ſi tñ iuſiurandum ſecludas, quando pctm̃ lethale eſſet, aut veniale, ex pendendum eſſet ex periculo peruerſionis iuſtitiæ, aut ſcandali, ꝙ inde immineret, ex quantitate rei, quæ acciperetur, & ex qualitate pœnarum, quę earum legum trāſgreſſoribus opponuntur, & ex illarum executione. Illud obſerua, cum res, quæ ita accipitur, ex dantis libera voluntate in accipientis dñium tranſeat, neque accipiens ad illius reſtitutionem, vt oſtenſum eſt, teneatur; conſequens eſſe, accipere duos ſolos, aut plures aureos, quantum eſt ex parte ſolius materiæ, ſecluſis alijs capitibus, non efficere culpam lethalem in donationibus, de quibus loquimur, niſi ex pęnis legis, earumque executione, aut ex periculo peruerſionis iuſtitiæ, vel ſcandali, lethalis culpa ſit. Quæ omnia prudentis arbitrio expendenda ac iudicanda ſunt.

Ad argumenta in contrarium reſpōdendum eſt. Ad primum quidem negandum eſt antecedens, vt ſatis oſtenſum eſt. Licet autem in principe, quando prohibet ne aliquid accipiatur, poteſtas ſit, vt accipientem incapacem dominij rei illius efficiat, neceſſe tamen eſt, vt conſtet id ſua lege intendiſſe.

Ad confirmationẽ dicendum eſt, in primis Bart. ad eam legem, & alios, quos Adrianus de reſtitutione quæſtione de ludo, quæ incipit, quia in ſuperioribus dictum eſt, &c. fol. 142. in codicibus paruis, refert ac ſequitur, intelligere legem illam, vt locū non habeat qñ lex prohibet aliquid, nec ſiſtit, ſed vlterius progreditur conferendo modum infirmandi, quod contra eam legem actum fuerit: tunc enim, inquiūt, non plus cenſetur infirmare q̃ iuxta modum traditum. Vnde quia lex ciuilis, quæ ludū prohibet, non ſiſtit ibi, ſed vlterius progreditur; concedendo in pęnā repetitionem eius, quod ludo comparatum eſt, ait, Adrianus, lex illa non intendit irritum efficere, ꝙ ludo comparatur, reſtitutionique obnoxium, niſi poſtq̃ in pœnam fuerit in iudicio repetitum, lataq; fuerit ſnīa. Panorm. Card. & alij, quos Sylu. verb. lex. q. 28. vt dictū eſt, refert & ſequitur, volunt, legẽ illam locum non habere, qñ lex aliqua non ſolū prohibet aliquid, ſed progreditur vlterius ad pœnā conſtituendā tranſgreſſoribus. Forte diſpoſitio illius legis vim non habet, niſi in foro exteriori, & poſt latā ſnīam, quaſi eo ipſo, quòd aliquid contra legis pręceptum factum eſt, dignum ſit, quod in pœnam irritū & nullum pronuncietur, taleque proinde pronunciandum ſit. Arbitrorq; legem illam amplius vſu eſſe receptam; id quod leges Luſitanæ ſupra relatæ ſatis teſtantur, & cōis vſus in toto orbe: neque enim quiſquam, ꝙ contra legis cuiuſuis prohibitionem nihil omnino expreſſe irritantis, contractum aliquem celebrauerit, vel aliquid acceperit, conſueuit ante latam ſentētiam illum reſcindere, aut reſtituere quod ita accepit: quare vſus eam legem eſt interpretatus, & forte contra eam præſcripſit. Eſſetq; ſane intolerabilis, attenta iuris poſitiui amplitudine, multiplicibuſque illius prohibitionibus. Imò neque in exteriori foro, qñ leges ſunt pœnales, & non apponitur clauſula, quæ irritum reddat, ſi quid in contrariū fuerit factum, pronunciabitur irritum & nullum, quod contra eiuſmodi leges fuerit actum, ſed ſolum legis tranſgreſſor condemnabitur, vt pœnam ſoluat; id quòd ſatis conſonum eſt legibus huius Luſitaniæ re-

A gni, & Panormit. Cardin. Syluest. & alii affirmant. Hæc tam multis dicta ſint ſemel, ne ſæpius lex illa, non dubium, nobis negotium faceſſat.

Ad ſecundum argumentum neganda eſt maior, ſi vniuerſim intelligatur. Quando.n. in acceptione interuenit pctm̃, ꝙ non eſt cōtra iuſtitiā cōparatione eius, qui dedit, ſed contra principis obedientiam, aut aliā virtutẽ, licet qui accepit, puniri poſſit, priuatione illius rei pp culpam, q̃ eā accipiendo cōmiſit, non tñ tenetur eam reſtituere ante latam ſnīam, vt oſtenſum eſt, fietq; ex dicendis magis manifeſtum.

DISPVT. LXXXIX.

Quod iudex in precium pro ferenda iuſta ſententia accipit, cui ſit reſtituendum.

ILlud in primis ſciendum eſt, qñ ſententia fertur accepto precio, eſſe ipſo iure nullam, vt conſtat ex
B l. venales, C. qñ prouocare non eſt neceſſe, c. cū ab omni, de vita & honeſtate clericorum & not. Gloſ. vlt. & Panorm. ibi. nu. 7. Bar. l. 1. C. de pœna iudicis, nu. 5. & Doct. cōiter. Quin vt habetur lib. 5. Ordin. huius Luſitaniæ regni, ti. 56. §. retulimuſq; diſp. 76. ſatis eſt, ſi pręceſſerit promiſſio per iudicem accepta, vt ſententia ſubſecuta ſit ipſo iure nulla, & conſonat Bar. ad finem legis vltimæ, C. de pœna iud.

Quod ad rem vero propoſitam attinet, qñ nulla interueniſſet culpa ex parte dantis, vt ſi omnino ad redimendam vexationẽ, iuxta ea quæ diſp. præcedẽte dicta ſunt, dediſſet, conueniunt omnes reſtitutionem faciendam eſſe ei, qui dedit. Quando verò culpa ex parte illius interueniſſet, vt regulariter accidit eo ꝙ id iuſtiſſimis de cauſis legibus ſit prohibitū, & de ſe illicitum ſit, quā plurimi volunt, reſtitutionem non ei, qui dedit, ſed vel fiſco, vel pauperibus, aut alicui alteri eſſe faciendam. Dicendum tñ eſt cū Barth.
C Medina in inſtructione Hiſpana, conſonantq; Sotus & alij, ante latam ſnīam, qua is, qui dedit, ob culpam commiſſam condemnetur ad amiſſionem rei, quam dedit, & applicetur vel fiſco, vel pauperibus, vel alicui alteri rei, reſtitutionem eſſe faciendam dāti. Ratio eſt: qm̄ nulla eſt lex poſitiua, quę transferat dominium rei illius ante latam ſnīam in fiſcum, vel in pauperes, aut in aliquem alium. Quare cum ex eo, ꝙ iudici fuerit data, dominium illius non tranſierit in iudicem; conſequens eſt, maneat apud dantem, ac proinde vt illi ſit reſtituenda. Authores vero cōtrariæ opinionis inde ſibi eam perſuaſerunt, quādo turpitudo eſt ex parte dantis, non conceditur ei repetitio, ſed res adiudicatur fiſco, aut alicui alteri, vt habetur ff. de condic. ob turpem cau. l. 3. & alijs iuribus, idemq; expreſſe diſponitur ibi. l. 2. §. ſed et ſi, qñ aliquid datur iudici, vt in fauorem dantis iuſtā pronunciet ſnīam: quia præſumitur voluiſſe eum corrūpere.
D Id tñ ſolum habet locum in foro exteriori; at in conſcientiæ foro nō, niſi ſequatur ſnīa, qua is, qui dedit, condẽnetur ad illius amiſſionẽ. Ante latam verò ſnīam ei proculdubio reſtituēda eſt, qui dedit: eo ꝙ dñium illius apud eum perſeueret. Idem prorſus dicendum eſſet de muneribus datis & acceptis contra legis prohibitionem, de quibus diſput. præcedente locuti ſumus, ſi iuxta ſentētiam eorum, cum quibus ibi diſputauimus, reſtitutioni eſſent obnoxia.

DISPVT. XC.

Vtrum in foro exteriori aliquando actio ad repetendū ei concedatur, qui iudici aliquid dedit vt ſententiam iuſtam pro ſe ferret.

PRætermiſſis alijs opinionibus, placet ſententia Bartoli, l. 3. C. de pœnis iudicis. Videlicet, ſi

aliquis litigantium pecuniam, vel aliquid aliud iudici dederit, vt pro ſe tantum ſententiā ferret, nō concedi actionem ad id repetendum, etiamſi cauſa inueniatur iuſta ex parte ipſius, quin potius eo ipſo cauſam amittet: quia præſumetur intendiſſe corrumpere iudicem, ac proinde interueniſſe turpitudinem ex parte ipſius. Atque in hoc euentu intelligit l.2.§.vlt. ff.de condict.ob turpem cauſam, diſput. præcedente relatam.

Si vero pecuniam, vel aliquid aliud iudici dedit, vt iudex, prout iuſtum inueniret, eum expediret, nec cauſam illius remoraretur: tunc, inquit, de iure antiquo Digeſtorum, concederetur ei repetitio, eo quod turpitudo ſolum eſſet ex parte accipientis, non vero ex parte dantis; Nihilominus ait, cum in authentico, vt litigantes iurent, in principio, prohibitum ſit litigantibus quicquam iudici dare quacunque de cauſa, præter ea quæ iure ſint expreſſa, poſt ius illud nouū, ſp erit turpitudo ex parte dantis, atque adeo nunq̄ ei cōcedetur actio ad repetendū, ſed, ꝙ ita acceptū fuerit, applicatur fiſco in foro exteriori, ad quē, iuxta legem Lucius, ff. de iure fiſci, repetere expectat, quę ita turpiter dantur & accipiuntur, vt Panor. ait, c.cū ab omni, de vita & honeſtate clericorum. nu.8. Ac ſane hæc ſnīa Bart. veriſſima eſt in hoc Luſitaniæ Regno in quo iure optimo vniuerſim eſt prohibitū quicq̄ dare iudicibus pp incommoda, quæ inde oriri poſſunt.

Panormitanus verò loco citato. Couar. regu. peccatum, p.2.§.3.nu.1. Sylueſt. verb. iudex, 1.q.12. pronunciato.6.& alij, quos referunt, diſſentiunt à Bartolo quatenus aſſeuerat, de iure nouo authenticorum vniuerſim denegari repetitionem: dicunt enim concedendam eſſe, quando ex coniecturis circunſtantijſque concurrentibus ſufficienter præſumitur dantis animum nō fuiſſe corrumpere iudicem: eo ꝙ tunc non cernatur turpitudo ex parte dantis. In eadem ſententia videtur eſſe Nauar. in opuſculo de datis & promiſſis, notabili 9. nume.14. dum affirmat, eum, qui iudici aliquid dat, vt iudex iuſtitiam ſeruet, vel citius ſine alterius præiudicio ipſum expediat, nō dare turpiter, neque peccare, & idcirco non incurrere pœnas extrauag. de qua diſput.92.

Veruntamen, licet ex natura rei, ſecluſaq; lege poſitiua, quæ dare prohibeat, turpitudo non cernatur; poſita tamen lege poſitiua, quæ iuſtis de cauſis id vniuerſim prohibet, turpitudo cernitur, etiam quando in particulari ceſſat finis legis, iuxta ea quæ diſpu. 81. dicta ſunt: atque hac de cauſa plus placet opinio Bartoli, niſi quando aliquid euidenter eſſet datum ad redimendam vexationem, quia ſcilicet apertiſſima erat iuſtitia ex parte dantis, neque alia ſupererat ei via, vt iniuſtitiam imminētem vitaret, niſi aliquid largiendo iudici, vel quando iniuſte, & cum dantis magno detrimento, iudex cauſam remorabatur, neque alia erat via, vt iniuſtitia illa ceſſaret, niſi iudicem munerare: hi namque euentus per epicheiam non improbabiliter excipiendi videntur ab vniuerſali legis prohibitione.

DISPVT. XCI.

De pœnis vendentium aut ementium abſque facultte regis officia publica, eaque per alios adminiſtrantium.

ANtequam ad alia tranſeamus, cum ijs, quæ hactenus dicta ſunt, coniunctum quodammodo eſſe videtur, vt id, quod propoſitum eſt, expediamus. In primis lib. 1. Ordinat. titu.73. ſancitum eſt, vt nullus, etiam loco alterius, adminiſtrare poſſit officia publica, niſi vigeſimum quintum annū expleuerit, ſub pœna amiſſionis officij, aut æſtimationis illius, ſi officium erat alienum.

A Tit.74. ſancitur, vt nullus tabellio, aut ſcriba publicus vel quicunq; alius, qui a rege officiū obtinuerit, illud vendat ſine expreſſa regis licentia, ſub pęna amiſſionis officij, & precij ꝙ ꝓ eo acceperit, accipere ve ſperauerit, & vt emēs obtinere illud non poſſit.

Circa hanc pœnam primo obſerua, vt incurratur, non ſatis eſſe, ſi interueniat pactum venditionis, ſed ſimul neceſſe eſſe, vt ſequatur traditio officij. Odioſæ namque & pœnales leges intelligendæ ſunt de venditione conſummata & ſufficiente ad translationem dominij, qualis non eſt ſola venditio, niſi ſequatur traditio, vt ex dictis diſp.2.& 3. eſt manifeſtum. Ita Antonius Gomez. ad legem 45. Tauri, num.94. & 95.& Couar. 2. variar. reſol. c.16. nume.7. & alij, quos citant, redibitque ſermo de hac re cum de emphyteuſi ſuo loco diſputabimus.

Secundo obſerua, quod cum emens tale officium incapax illius fiat, vt ſatis patet ex illis verbis legis, *& o comprador naon poſſa auer, & ſi que a nos pera o* B *darmos a quem for noſſa merce*, non poteſt illud retinere, etiam ante latam ſententiam.

Tertio obſerua, vendentē teneri reſtituere preciū, ante latam quidem ſententiam ei, qui emit, iuxta ea quæ diſput.89. dicta ſunt (caueat tamen ne ſuperueniente poſtea ſententia, cogatur ſoluere illud iterum regi in pœnam) poſt latam vero ſententiam regi.

Quod ad officium vero attinet, is, qui illud vendidit, non videtur illud amittere ante latam ſententiā, vt ex illis verbis legis patet. *O vendedor perca o preco que por tal venda receber, ou eſpetar de receber, & mais perca o dito officio*: ſunt enim de futuro, & eodem modo, eademque ſerie verborum mentio fit de amiſſione officij & precij: conſtat vero precium non amitti ante latam ſententiam. Quando ergo vnus occultè vendidit officium alteri, & is, qui emit, nulla mentione facta de emptione illud à rege obtinuit, cedente illo antiquo poſſeſſore, collatio ſane eſt nulla C propter occultam venditionem, qua de cauſa emptor nō poteſt illud in foro conſcientiæ retinere. Ne ergo ipſe precium amittat, & alius officium, poſſent ſimulatione aliqua petere à rege, vt iterū rediret ad antiquū poſſeſſorem, quo obtento, vterque eſſet tutus in conſcientia: eo quod antiquus poſſeſſor nunquam amiſiſſet dominium, aut quaſi dominiū illius, & emptor licitè recuperaret precium, quod non amittitur ante latam ſententiam.

Eodē tit.74.§.1. ſtatuitur, renūciationē officij publici in fauorem alicuius, vt illius à rege illi conferatur, factā à poſſeſſore talis officij poſtq̄ in periculoſum, aut in quemcunque alium morbum incidit, ſed intra triginta dies à die renunciationis mortuus eſt, eſſe nullam, ita vt ēt ſi vi illius officium à rege conferatur, collatio ſit nulla, maneatque officiū deuolutū ad regem, vt, cui voluerit, illud conferat. Idem eſt, ſi collatio officij ad quemcunque alium pertineat.

D Quando poſſeſſor officij publici crimen commiſerat, propter quod dignus erat, vt eo priuaretur, neque renunciare illud poteſt in fauorem alterius, neq; vendere, eſto facultatem haberet à rege, vt illud venderet, idq; ſub pœna, vt ſoluat valorem dicti officij, dimidium accuſanti, & dimidiū fiſco regis: is vero, qui virtute talis renūciationis officiū à rege obtinuerit, illud non amittit. Porrò agi poteſt ad pœnam valoris officij aduerſus eum, qui illud vendidit, aut renunciauit ſolū intra biennium à die talis renunciationis. Ad pęnam vero delictorum, quæ cōmiſerat, agi poteſt tempore ordinario. Ita habetur ibidem §.2.

In eodem tit. §.3. ſancitur, vt nullus adminiſtret officium publicum per alium ſine expreſſa facultate Regis, ſub pœna vt amittat officium, & vt is, per quem adminiſtratur, ſoluat ēt valorem officij, dimidium accuſanti, & dimidium fiſco Regis. De hac re lege ēt l.1.& ſequentes, tit. 38. p.1. legum extrauag.

Lib.4. Ordinationũ tit.41. prohibetur, ne quiſq; eorum, qui facultatem habent conferendi publica officia, illa vendat vendiue faciat, neque pecuniam pro collatione eorum accipiat, ſub pœna, vt qui illa emerit, aut pecuniam pro eorum collatione largitus fuerit, amittat officium accuſanti, & inſuper omnia bona ſua, dimidium accuſanti, & dimidium fiſco regis, poteritq; vtraq; pœna exigi ab eo toto tempore vitæ ſuæ, nulla eum iuuante præſcriptione. Is verò, qui ita contulerit officium, punitur pęna amiſſionis poteſtatis illud deinceps conferendi, tranſitq; eo ipſo poteſtas illa ad regem. Collatoribus inſuper præcipitur, vt priuſquam officia conferant, iuramẽtum ab ijs quibus cõferenda ſunt, exigant, quo affirmẽt, ſibimetipſis ea velle, & non vt alijs vendant: ſi vero poſtea comperiatur ea alijs vendere voluiſſe, puniantur tanquam periuri.

Hę omnes pœnæ locum non habent ante latam ſententiam, arbitrorque eũ, qui officium emiſſet ab habente poteſtatem ad illud conferendum, comparare dominium illius, validamque eſſe emptionem, vſque ad latam ſententiam, vt ſatis indicant verba ordinationis tit.41. citato. Vtrum verè fas ſit regibus vendere officia publica, aut facultatem ad ea vẽdendum concedere, dicetur tractatu 6.

DISPVT. XCII.

Dantes, promittentes, accipientes, aut acceptantes, promiſſionem, pro iuſtitia aut gratia à Sede Apoſtolica obtinenda, eiſque obtentis vtentes, quibus pœnis ſubiaceant.

EXaminandum eſt iam nunc, quod propoſitum eſt, quodq; diſp.84. fuiſſet explicandum. Quondam Bonifacius VIII. extrauag. quandam de hac retulit, quæ prima eſt inter communes, in titulo de ſententia excommunicationis. referentibus tamen Palud. in.4.d. 18.q.3. penult. colum. Angel. Verb. excommunic.5. caſu 25. Sylueſt. verbo, Excõmnnicatio.7. caſu.46. nu.82. Caiet. eodem verbo poſt cauſam.18. & alijs, quos Sylueſter refert, cõſentienteq; Nauarro de datis & promiſſis pro iuſt. nu.2. illa reuocata fuit per Clement. V. Anno vero 1574. innouata, auctaq; fuit p ſequentẽ Greg. XIII. extrauag.

Extrauag. Greg. XIII.

Ab ipſo Pontificatus noſtri principio, quã maxime poſſumus, enitimur, atque contendimus vt domus & curia noſtra à ſordibus expurgetur. Cui rei ſalubri conſilio incumbẽs, felicis recordationis Bonifacius VIII. excõmunicauit, & anathematizauit omnes clericos, religioſos, & laicos vtiuſque ſexus, ſiue familiares Curię, ſiue vndecunque alios, qui aliquod pactum facerent, ſeu quid paruum, vel magnum promitterent, vel promiſſionem reciperent, aut ex pacto, vel promiſſione occulta, vel manifeſta ſiue ſub verbis generalibus, & plane nõ expreſſis, ſiue ſpecialib. & aperte expreſſis facta, quicq; darent, aut reciperẽt pro iuſtitia, ſiue ꝓ gratia, ſiue pro ſe, ſiue pro alio, in cauſis vel iudicijs, ſeu aliàs p litteras Apoſtolicas, & quibuſcũque aliis modis apud Sedẽ Apoſt. obtinenda: & eã ſniam ad promittẽtes, & acceptantes, danteſq; & recipiẽtes duxit extendendã. Illos ẽt, qui ſibi intra triduum non reuelarent eum, quẽ in culpa eſſe ſcirent, vel alicui, per quem ad ſe fideliter referretur, ſimili voluit ſententiæ ſubiacere. Ac decreuit, vt nullus hanc incurrens excõicationis ſententiam abſque ſpeciali mandato ſuo abſolutionis beneficium valeret obtinere, niſi in mortis articulo cõſtitutus. Sed nec quiſquam admitteretur ad abſolutionis gratiam, niſi prius erogatum eſſet pauperibus, quantum ille dediſſet, vel etiam recepiſſet. Iuſtitiæ verò, ſiue gratiæ expeditiones ſic obtentæ, nullius prorſus eſſent roboris uel momẽti. Et ſcienA ter illis vtentes ſimili ſententia innodauit: ac reſeruans ſibi abſolutionem eorum cum prædictis ad pęnas ſimiles in omnibus obligauit. Sed hoc ſcelus ita hodie in mores inductum eſt, vt plerique cupiditate improbi quæſtus potentiorum ſuffragationibus innixi huiuſmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes, turpiſſime nundinẽtur. Alij alios, quos gratia præſtare arbitrãtur, donis, pollicitationibuſque ambiãt. Quidam etiam ſe talium operam atque induſtriam precio & muneribus quæſiſſe affingant. Quæ cum peſſima ſint, & curiæ prædictæ exiſtimationem grauiſſime offendant, in eos, qui talia agunt, animaduertendum fore arbitrati, conſtitutionem prædictam cum ſuis cenſuris & pœnis omnibus innouamus, eaſdemque omnes extendimus ad audentes qualecunque horum facinorum, quæ adſcripſimus, danteſque illis & alijs ſupradictis auxilium, conſilium, vel fauorem. Quin etiam eos omnes omni beneficio, officio eccleſiaſtico & ſeculari, B ſiue temporali, ſiue perpetuo, ipſo iure priuamus, ac priuatos eſſe declaramus, & præterea infamiæ ſubiectos perpetuæ, ac inhabiles ad illa & alia eſſe volumus. A quibus etiam, prout quæque res erit, tales pęnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo. Illis tamen, qui rem adhuc incognitam, compliceſque ac fautores, & ſocios retexerint, impunitas concedatur. Datum Romæ anno Incarnationis 1574.

Pœnæ huius extrauagantis ſunt. In primis excõmunicationis latæ ſententiæ, à qua non poſſint abſolui niſi de mandato ſpeciali Summi Põtificis, aut in articulo mortis. Et vt non prius abſolutionis beneficium impendatur, quam pauperibus erogetur quantum, qui abſoluendus eſt, vel dedit, vel recepit. intelligo, quando re ipſa aliquid datum eſt, & receptum: illud enim ſolum reſtitutioni eſt obnoxium. Et quando per eum, qui abſoluendus eſt, ſtat quominus reſtituatur. Si enim id ad dantẽ non eſt regreſ- C ſum, neque obtinere poteſt à recipiente, vt illud reſtituat, neque quicquam aliud facere, vt cum effectu id reſtituatur, abſolui poſſet: quia per eum non ſtat quominus reſtituatur.

Obſerua, niſi peculiariter hac extrauagante, & illa alia Bonifacii VIII. eſſet præceptum, vt quod ita datum & acceptum eſt reſtitueretur pauperibus antequam dans & accipiens in foro conſcientiæ beneficium abſolutionis ab excommunicatione acciperent, reſtitutionem ante latam in foro exteriori ſententiam faciendam non fuiſſe pauperibus, ſed danti, ſiue res reſtitutioni eſſet obnoxia, quin iniuſte accepta, ſiue quia accipiens incapax factus eſſet dominii illius iure aliquo poſitiuo, vt ex ſupradictis, præſertim diſp.88. eſt manifeſtum. Iure autem optimo in his extrauagantibus conſtitutum eſt, vt quia res & turpiter data & turpiter accepta eſt, neque eſſe ſoleat in manu eius, qui dedit, ſed qui accepit, qui pro D inde dominium illius non comparauit, ſed tenetur eam reſtituere, reſtitutio non fieret danti, qui ea indignus factus eſt, ſed pauperibus: ita enim regulariter eueniet, vt dominus rei non ſit executor ſuæ propriæ pœnæ, ſed alius, ceſsatque ratio propter quam pœnæ legibus ſtatutæ regulariter non debentur ante latam ſententiam, ne ſcilicet delinquens executor efficiatur ſuæ propriæ pœnæ, quod durum difficileque admodum eſset. Adde, in re propoſita eum, qui beneficium abſolutionis de mandato Summi Pontificis debet impendere, conſtitui quaſi iudicẽ, vt pœnam executioni mãdatæ præcipiat, antequam abſolutionem impendat.

Deinde ſimul etiam in pœnam ſtatuitur, vt expeditiones iuſtitiæ vel gratiæ, ea via obtentæ, ſint ipſo iure nullæ, perinde ac ſi conceſſæ, expeditæque non fuiſſent. Tertio, omni beneficio & officio eccleſiaſtico ac ſeculari, tam temporali, quàm perpetuo, priuantur

A uantur ipſo iure, infamiæq; perpetuæ ſubijciuntur, & redduntur inhabiles ad illa omnia officia & beneficia,& ad quæcunq; alia. Inſuper præcipiuntur puniri alijs pęnis prout cuiuſq; delictum poſtulauerit. Ijs tamẽ, qui rem adhuc incognitam, & complices, fautores & ſocios detexerint, impunitas ꝓmittitur.

Hæc extrauagans vniuerſalis eſt quoad omnes perſonas eccleſiaſticas,& laicas,mares & fœminas, comprehenditque non ſolum Epiſcopus, ſed etiam Cardinales, vt bene probat Nauarrus in opuſcu. de datis & promiſſis,notab.6.num.9. Tametſi per epicheiam merito eos eximat à ſola pœna amiſſionis beneficiorum & officiorum,nec non infamia & inhabilitatis ad beneficia & officia, idemque non improbabile cenſeat de epiſcopis. Quo fit,vt Cardinales & epiſcopi, ſi aliquod prædictorum criminum committant,excommunicationem incurrant, cæteriſque pœnis huius extrauagantis,præter illas commemoratas,ſubiaceant.

Pœnæ huius extrauagantis non incurruntur pro delictis in ea expreſſis ,niſi quando fiunt pro iuſtitia vel gratia pro ſe vel pro alio apud ſedẽ Apoſtolicã obtinenda,vt ex ipſamet extrauaganti patet. Incurrũtur tamen ſiue iuſtitia aut gratia per litteras Apoſtolicas ſit expedienda ,ſiue per ſolam ſignaturam, aut ſolo verbo viuæ vocis oraculo, vt conſtat ex illis verbis. In cauſis, vel iudicijs, ſeu alias per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque alijs modis obtinenda. Quare,qui aliquod horum delictorum committeret,vt ſolo verbo abſolutiones,diſpenſationes,indulgentias, vel alias gratias à Sede Apoſtolica obtineret,incurreret proculdubio pœnas huius extrauagantis. Ita Nauarr. vbi ſupra notabili 17.nu.25.

Porrò, qui aliquam earum actionum, quæ in hac extrauaganti prohibentur, efficeret pro iuſtitia vel gratia iam obtenta, niſi id etiam dirigeret ad aliam in poſterum obtinendam,non incurreret pęnas huius extrauagantis. Quoniam, vt ex ea patet, ſolum prohibentur actiones in ea commemoratæ ſub eis pœnis,quando fiunt pro iuſtitia,aut gratia obtinenda:pœnæ autem extendendę non ſunt vltra id,quod lex ipſa ſonat. Ita Nauarr. vbi ſupra,notabili 19. & 21.nu.28. Id tamen, vt ibidem Nauarr.notabili 13. nu.22. dixerat,intelligendum eſt,quando ante gratiam vel iuſtitiam obtentam non præcederet tacita vel expreſſa promiſſio eius,ꝙ poſtea datur : tunc.n. illud eſſet explere, ꝙ pro iuſtitia facienda eſſet promiſſum , & apertè prohibetur in hac extrauaganti ſub pœnis in ea contentis. Imò ſola præcedens promiſſio,ſiue poſtea impleretur, ſiue nõ,eſſet ſufficiẽs vt pœnæ in hac extrauaganti ſtatutæ incurrerentur.

Iam verò obtinere iuſtitiam aut gratiam apud Sedem Apoſtolicã,in primis eſt illam obtinere à Summo Pontifice,& eius miniſtris,qua Summus Pontifex eſt iuriſdictionem exercens ſpiritualem à Chriſto relictam: non verò qua dominium & iuriſdictionem habet temporalem in Romana vrbe,& aliquibus alijs locis. Id namque per accidens conuenit Sedi Apoſtolicæ,Summoque Pontifici, qua Summus Pontifex. Quo fit,vt ſi aliquis crimina in hac extrauaganti commemorata committeret, vt iuſtitiam, vel gratiã temporalem à Summo Pontifice, vel eius miniſtris obtineret, quatenus temporale dominiũ, cum Sede Apoſtolica per accidens cõiunctum, non ſecus exercent,ac alij Principes in ſuis curijs & Regnis,non incurreret pœnas huius extrauagantis.

Deinde , eſt illam obtinere à Summo Pontifice , aut eius miniſteris,in curia Summi Pontificis,aut in loco vbi Summus Pontifex reſidet,ſi aliquando cõtingat curiam , audientiamue Summi Pontificis reſidere in vno loco,& Summum Pontificem in alio: vtrumque enim Sedes Apoſtolica,quod ad præſens inſtitutum attinet, appellatur, vt ex Clementina, Ne Romani.§.ſanè,de electione,& ex alijs iuribus rectè oſtendit Nauar. in opuſculo de datis & acceptis,notabili 18.num.26. Iuſtitia verò & gratia,quę à iudicibus delegatis à Summo Pontifice reſidentibus extra curiam , & locum vbi Summus Pontifex reſidet,obtinetur,vt à legatis à latere,nuncijs,collectoribus,inquiſitoribus,& alijs,non dicitur obtineri apud Sedem Apoſtolicam , & idcirco, eſto interuenientibus criminibus, de quibus in hac extrauaganti eſt ſermo, obtineatur, non incurruntur pœnæ huius extrauagantis.

His ita conſtitutis , dicamus prius de actionibus pro quibus Bonifacius VIII. pœnas conſtituit, & quas Gregor. XIII. innouauit: poſteà verò de ijs, quas Grego. XIII. addidit. Prioris generis fuit,quæ ſequũtur. Prima,facere pactum pro iuſtitia ſibi, aut alteri obtinenda. Vterque enim conſentientium in tale pactum,incidũt eo ipſo in pęnas huius extrauagãtis. Secunda,promittere aliquid ea de cauſa. B Tertia,acceptare promiſſionẽ. Quarta,ex pacto vel promiſſione occulta,vel manifeſta,ſiue ſub verbis generalibus, & plenè non expreſſis, ſiue ſpecialibus, & apertè expreſſis,facta,quicquam dare. Quinta illud recipere. Sexta, aliquid dare pro iuſtitia , vel gratia obtinenda , nulla præcedente pactione aut promiſſione. Septima,illud ſimili modo recipere. Octaua, conſcium eſſe aliquod horũ prædictorum omnium eſſe factum , & id non denunciare Summo Põtifici intra triduũ per ſe, vel per alium, qui fideliter id illi referat. Nona,eum,qui cõſcius erat iuſtitiã aliquam aut gratiam prædicto modo eſſe obtentam,ea vti.

Cum omnes hæ actiones tanquam principales prohibitæ ſint ſub his pęnis, & nulla earũ tanquam acceſſoria,ſinguli,qui aliquid horum efficiunt, eſto res effectum non ſortiatur,neque ipſe vlterius progrediatur, ſed ductus pœnitentia continuo deſiſtat, incidit in has omnes pœnas. Quare,qui ſolum C promitteret aliquid ea de cauſa,eſto is, cui id promitteret,non acceptaret,ſed eum repelleret,incideret ſanè in has omnes pœnas. Excipiendum tamen arbitror illum,qui rem intra triduum non denunciaret : huic enim non aliam arbitror pœnam ſtatutam eſſe in hac extrauaganti,quàm excommunicationis ipſo facto : neque æquum erat, vt pœnæ infamiæ , amiſſionis,& incapacitatis beneficiorum,& officiorum ea de cauſa illi imponerentur. Intelligenda prętereà eſt denunciatio præcipi ſub illa pœna ijs ſolis, qui apud Sedem Apoſtolicam commorantur, vt cum Syluestro rectè affirmat, & oſtendit Nauarrus in opuſculo citato,notabili 22.num.34.

Nauarrus ibidem notabili 3.nume.5. vult in hac extrauaganti ſolum prohiberi ſub pœnis in ea ſtatutis pacta, promiſſiones, acceptationes promiſſionum, dationes , & acceptiones pro iuſtitia aut gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda , quæ ante D hanc extrauagantem , vel iure naturali & Diuino , vel humano in foro Eccleſiaſtico erant prohibita & mala. Dicitur illis verbis huius extrauagantis (quæ finem legis continent, à quo mens legiſlatoris, ſenſuſque legis accipienda ſunt) vt domus & curia noſtra à ſordibus purgetur : ſordes autem hoc loco , non corporales,ſed ſpirituales intelliguntur,de quibus Apocalypſ. vltimo : Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc : quæ ſanè non aliud ſunt, quàm peccata. Item ex illis alijs verbis : Quæ cũ peſſima ſint, & curiæ prædictæ exiſtimationem offendãt, in eos, qui talia agunt , animaduertendum fore arbitrati : ea namque omnia verba apertè ſonant,quæ hic prohibentur,& non quaſi in pœnam (vt prohibetur in pœnam vti expeditionibus gratiarum aut iuſtitiæ ita obtentis) peccata fuiſſe ante hanc extrauagantem. Ac ſanè placet hæc ſententia. Non tamen vult Nauarr. (vt ſeipſum explicat) ita omnia fuiſſe ante

hanc

hanc extrauagātem prohibita, vt ſingula perinde in A ducerent obligationem reſtituendi, ꝙ ita acceptū eſſet, ac poſt hanc extrauagantem eam inducunt.

Hinc notab. 9. & ſeq. vult, quāuis, qui paciſcitur, promittit, vel dat pro gratia obtinēda, incidat in pœnas huius extrauagantis; quamuis in eas etiam incidat, qui eadē facit, vel ut iudicē corrūpat, vel vt ſententiā pro eo ferat in cauſa, de qua non conſtat eſſe iuſtam ex parte eius, cui fauet; quamuis denique eaſdem incurrat, qui eadē facit, vt iudex aliquid, quod ex ipſius pēdet arbitrio, efficiat, videlicet, vt dilationem concedat maiorem, vel ut ſententiam anticipet vel deferat appellationi, aut aliud ſimile efficiat, ſaltem quatenus horum vnumquodque rationem habet gratiæ; nihilominus affirmat, neque in conſcientia, neque in exteriori foro, ſi de animo & ſynceritate conſtet, eas pœnas incurrere illum, qui quippiam eorum efficit, vel vt iudex rectam iuſtitiam faciat, vel vt illā citius, quàm aliàs erat facturus, abſque cuiuſquam præiudicio expediat (excipit, quando iuſtitia facienda eſſet circa ſpiritualia, quæ nondum eſſent acquiſita, idque propter ſimoniæ vitium) vel ad redimendam ſuam vexationem circa ius iam quæſitum. Ducitur, quoniā tunc, licet turpitudo ſit ex parte iudicis, ac proinde non neget iudicem in his euētibus pęnas huius extrauagantis incurrere; nulla tamen eſt ex parte dantis: eo quòd id neque naturali & Diuino, neque humano iure prohibitum ſit, ſiue id fiat in cauſa propria, ſiue in aliena.

Ego verò hanc Nauarri ſententiam ſolum probandam cenſeo, quando certo omnino cōſtat de iuſtitia eius, in cuius fauorem id muneris datur; atque tunc in illis ſolum duobus euentibus, in quib. in calce diſput. 90. diximus, licere aliquid dare iudici, aut alteri miniſtro publico ad redimendam vexationē. Qñ verò nulla eſſet vexatio, qui veram arbitraretur opinionem Panormitani, Couarruuiæ, & aliorum, quos eo loco retulimus, amplecti poſſet opinionem Nauarri hoc loco. Nos verò, qui cum Bartolo exiſtimamus hæc omnia, etiam ex parte dantis, extra illos duos euentus prohibita eſſe, iure ſaltē poſitiuo ciuili, quod in foro Eccleſiaſtico, qñ contrarium iure Canonico nō eſt diſpoſitum, vim etiam habet. pleraque illa exiſtimamus periculis peruertēdi iuſtitiā, ſi admittantur, eo quòd munera excæcent prudētes, & ſubuertant verba iuſtorum, nequaquam amplecti audemus hanc Nauarri opinionem; quin potius in eam partem propendemus, vt eos, qui talia efficiūt, pœnas huius extrauagantis incurrere arbitremur.

Cæterum illud placet, quod aduerſus Io. Monacum loco citato, num. 19. Nauarrus affirmat, nempe, illum pœnas huius extrauagātis, & illius alterius Bonifacii VIII. incurrere, qui promittit, aut dat aliquid iudici pro auferenda, aut differenda iuſtitia alterius. Tum quia, credendum non eſt conditores harum extrauagantium hos voluiſſe excipere, qui in maiori culpa ſunt, quàm alii, qui earum pœnis ſubduntur; pluſque attendendum eſt ad mentem, quā ad verba legumlatorum. Tum vel maxime, quoniā illud eſt obtinere iuſtitiam in toto aut in parte, vt in his extrauagantibus de iuſtitia eſt ſermo: ſumitur namque pro actu iudicandi ſiue interlocutoriæ, ſiue definitiuæ: ſententia verò ſiue æqua ſit, ſiue iniqua, ius vel iuſtitia appellatur, vt ex illis verbis l. ius pluribus modis, ff. de iuſt. & iure, conſtat. Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit, relatione facta, nō ad id, quod Prætor ita fecit, ſed quod Prætorem facere conuenit.

Vtrum uerò ex paruitate materiæ, quæ promittitur, datur, aut recipitur, excuſentur à pœnis huius extrauagantis, qui aliquam actionum in eis prohibitarum exercent. Partem negantem ſuadere videntur illa eius verba, ſeu quid paruum vel magnum promitterent, &c. Nauarr. tamen loco citato num. 17. partem affirmantem non immerito credit veram. Quoniam in quacunque alia re paruitas materiæ excuſare ſolet regulariter à culpa lethali; neque hæc videtur excipienda. Præſertim, cum tam graues pœnæ in hac extrauaganti imponantur, nec maior excommunicatio incurratur, niſi pro culpa lethali, nec æquitas poſtulet, vt pro leui re imponatur, & propter alia fundamenta, quæ adducit. Quare hanc extrauagātem intelligit de re magna aut parua, quæ tamen ante hanc extrauagantem ſufficeret ad culpam lethalem: arbitraturque, quando res, quæ datur aut promittitur, parua eſt, non ſufficere culpam mortalem, quæ ex parte ſiniſtræ intentionis, qua datur, aut accipitur, interueniat, vt promittens, dās, vel accipiens, pęnas huius extrauagantis incurrant. Quanti autem valoris eſſe debeat res, vt pœnis huius extrauagantis quis irretiatur, ait arbitrio pruden B tis eſſe relinquendum, attenta qualitate dantis, & accipientis, gratiæ, aut iuſtitiæ, quæ obtinenda ſperatur, & alijs circunſtantijs concurrentibus. Si enim inquit, ſpectatis omnibus circunſtantijs, talis ſit, quæ allicere non poſſit accipientem, cenſendum non eſt dantem, aut accipientem pœnas huius extrauagantis incurrere. Quo fit, vt non, quod in furti materia ſufficeret ad culpam lethalem, ſufficiat in re propoſita, vt pœnas huius extrauagantis quis incurrat. Arbitror tamen hæc, nec multum, nec facile eſſe extendenda, ſed cuique timorato, in hac materia trepidandum eſſe.

Vnde quod notab. 11. nu. 18. Nauarr. ſubiungit, nempe, non incurrere pęnas huius extrauagantis illum, qui pro gratia aut iuſtitia obtinenda aliquid ex gratitudine promitteret, ſine animo aliter ſe obligandi, quam ex ſola gratitudine, neque item illum, qui aliquid amplius, quam ex gratitudine tenetur, promitteret, modo exceſſus tam paruus eſſet, vt ſo C lus ad incurrendas pœnas huius extrauagantis non ſufficeret, idque eſto in vtroque euentu ſiniſtra aliqua intentio interueniret, ſanè indiget moderatione. Licet enim, quod quis iudici, vel gratiæ collatori generalibus vrbaniſque verbis dicat, ſe futurum gratum, inſeruiturum illi, vel commendaturum illum in ſuis orationibus & ſacrificijs, ſi tale vel tale quid efficiat, aut conferat ut oportet, regulariter non ſit ſatis vt cenſendus ſit pœnas huius extrauagantis incurriſſe; nihilominus, quando, attentis circunſtantijs concurrentibus, talis fuit promiſſio, & ſpes emolumenti recipiendi inde iniecta, quæ mouere potuit iudicem, aut gratiæ collatorem, ad id præſtandum, quod alioquin non feciſſet, ſane neque promittentem, neque iudicem, aut collatorem gratiæ, excuſare auderem à pœnis huius extrauagantis, idque multo minus, quando iudex, aut gratiæ collator expertus eſſet, illum ſolitum eſſe verba opere implere D munerando eos, à quibus iuſtitia in fauorem ipſius fuerit adminiſtrata, vel à quibus gratias alias accepit. Ducor primo, quoniam obligatio ex gratitudine non tam oritur ex eo, quòd iudex pro munere ſuo efficiat, quod tenetur, aut gratiæ ſpiritualis collator pro munere etiam ſuo conferat beneficia Eccleſiaſtica, aut alias gratias ut oportet (quippe qui nihil de ſuo conferant, ſtipendiumque competentemve ſuſtentationem habeant pro eiuſmodi muneribus eo pacto adminiſtrandis) quàm oriatur ex ijs, quę quis ex mera liberalitate largitur de ſuo: quare ſicut, quæ ita promittuntur, non debentur iuſtitiæ adminiſtratoribus, & ſpiritualium gratiarum diſtributoribus, ſimpliciter ex gratitudine; ſic neque eiuſmodi promiſſiones proficiſcuntur ex virtute gratitudinis, neque ſunt aliud, quam ineſcationes ac inſtrumenta ad peruertendam iuſtitiam, eneruandamque integritatem ac rectitudinem, quæ in

diſtributoribus gratiarum ſpiritualium eſſe debet, denigrandum decorem Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Neque enim minus excæcant & præuertunt verba prudentis, rectitudinemque iuſtorum, quàm munera ipſa, neque ſunt aliud quàm munera in ſpe oblata & accepta ante iuſtitiæ adminiſtrationem, aut gratiæ collationem. Ducor ſecundo, quoniam eſto quis iudici aut gratiæ collatori, ſimiles res promitteret intendens inducere ſuper ſe maiorem obligationem, quàm ex gratitudine, obligatio illa nullum ſortiretur effectum, vtpote nullo iuſto titulo contracta: eſſet namque talis promiſſio ipſo iure nulla, vtpote de re illicita, puniretúrque iudex, aut gratiæ collator, qui illam acceptaret: cum ergo promiſſiones factæ, ante iuſtitiæ adminiſtrationem, aut gratiæ collationem, ea de cauſa iure humano ſint prohibitæ, quòd ſubuertant corda iudicum, gratiæque collatorem; ſane, cum promiſſiones, de quibus loquimur, non minus illa ſubuertant, ſimpliciterque promiſſionis nomine contineantur, comprehenſæ videntur in promiſſionibus hac extrauaganti prohibitis, atque adeò, qui illas efficiunt, incurrũt pœnas huius extrauagantis, vt Ioannes Monachus, cuius ſententiam Nauarrus impugnat, recte (ſi hoc tantum voluit) aſſeruit.

Idem maiori cum ratione dicendum eſt de iis, qui tales promiſſiones acceptant, vel virtute earum aliquid poſtea recipiunt, de quibus diſſerit, Nauarrus notabili 12. num. 21. eodemque modo de eis loquitur, quo de promittentibus locutus fuerat notabili. 11. tametſi dicat, iudicem, qui promiſſionem ex gratitudine factam acceptaret animo ea via iuſtitiam peruertendi, incurrere in pœnas huius extrauagantis: quia, inquit, licet promiſſio fuerit licita, acceptatio tamen illius eo animo eſſet mala, & in hac extrauaganti, ſub pœnis in ea ſtatutis prohibita.

Porrò, vt notabili 16. nu. 25. idem author ſubiungit, ét promiſſio faciendi aliquid precio æſtimabile pro iuſtitia aut gratia obtinenda eſt ſatis, vt pęnę huius extrauagantis incurrãtur: modo id notabile quippiam ſit, mouereque animum poſſit eius, qui vel iuſtitiam adminiſtraturus, vel gratiam collaturus ſit; qualis eſt promiſſio fabricandi illi domum iter in bonum illius faciendi, ſcribendi librum, &c.

Quando aliquid datur in ſtipendium, ſeu, vt vocant, ſalarium conſuetum, ſiue iudici, ſiue cuicunq; alteri miniſtro publico, vt iuſtitia vel gratia, literæve earum obtineantur, vel ei, qui negotium geſturus eſt, ſuamve induſtriam adhibiturus effecturuſve, vt literæ gratiæ, aut iuſtitiæ aſportentur, non incurruntur pœnæ huius extrauagantis. Quoniam licet ea omnia tanquam in finem referantur, vt iuſtitia vel gratia obtineatur, non tamen dantur aut accipiuntur quaſi in precium pro iuſtitia, aut gratia obtinenda, aut vt ad id adducatur, qui illam eſt adminiſtraturus, aut collaturus, quod ſolum prohibetur in hac extrauaganti; ſed dantur tanquam mercedes debitæ miniſtris publicis, aut quibuſcunque aliis, pro miniſteriis quæ exercent. Eſt autem hoc verum, etiam ſi ſoluerentur ſtipendia maiora, quàm ſint debita, vel ante, gratiam, aut iuſtitiam obtentam, vel poſt; modo tamen id non referretur, vt inde proxime vel remote moueretur miniſter publicus ad iuſtitiã adminiſtrandam in fauorem dantis, vel ad gratiam tunc, vel poſtea illi conferendam. Vnde ſi iudex in Romana Curia ante latam ſententiam maiores propinas, vt vocant, ſeu ſportulas ab vtroq; litigãtium æqualiter exigeret, quàm ſibi eſſent debitæ, peccaret quidem contra iuſtitiam, teneretúrque reſtituere incrementum, non tamen incurrerent pœnas huius extrauagantis, tam ipſe, quam qui eas ſoluerunt: eo quòd neque datæ, neque acceptæ eſſent pro iuſtitia obtinenda, ſed tanquam precium exceſſiuum

A pro miniſterio exequendos. Si tamen unus litigantium maiorem multo propinam debita offerret iudici, vt illum alliceret ad ferẽdam in ſui fauorem ſententiam, iudexque id acciperet, vterque incurreret pœnas huius extrauagantis. Eodem modo, ſi quis notario maius ſtipendium debito ſolueret, non incurreret pœnas huius extrauagantis. Si tamen id referret, vt notarius gratia, qua pollet apud iudicem, aut gratiæ collatorem, cum illis efficeret, vt in fauorem ipſius pronunciarent ſententiam, gratiamve aliquam conferrent, incideret in pœnas huius extrauagantis; ſicut etiam incideret notarius, ſi eodem animo incrementum illud acciperet. Ita Nauarrus vbi ſupra, notabili 15. nume. 23. & notabili 21. nume. 29. & 31.

Illud animaduertendum eſt cum Nauarro notabili 9. num. 14. conſentiuntque Couar. regula, peccatum, par. 2. §. 8. nume. 9. Sotus & plerique alii, quos Couarruuias refert. Quod quemadmodum Sũmus

B Pontifex, licet neque ſe, neque alios purgare poſſit à ſimoniæ peccato, quatenus ſimonia iure Diuino eſt prohibita, nihilominus incidere non poteſt in pęnas iure humano ſimoniacis ſtatutas, eximereq; ab eis poteſt quoſcunque voluerit, imo vero ſua authoritate re ipſa cenſetur eximere omnes, qui cum eo, vel de conſenſu ipſius, efficiunt actũ, qui alioquin eſſet ſimoniacus, tum à crimine ſimoniæ, quatenus iure humano eſt inductũ, tum vniuerſim ab omni pœna ſimoniacis ſtatuta (quod dici conſueuit Summum Pontificem purgare ſimoniam) ſic etiam, qui actionem quamuis in hac extrauaganti ſub pœnis in ea ſtatutis prohibitam cum Summo Pontifice, vel cũ miniſtris eius, de expreſſo aut tacito ipſius conſenſu efficeret, neque in peccatum ob talem actionẽ, iure humano inductum, neque in pœnas huius extrauagantis incideret, quia ſimiliter Sum. Pont. cẽſeretur hæc omnia ſua authoritate purgare. Quo fit, vt ſi ali

C quis ſucceſſorum aliquam harum actionum tacite, vel expreſſe in Romana Curia permittat, continuo ceſſent pęnæ hac extrauaganti eam actionem exercenti ſtatutæ. Quòd ſi ignorante Summo Pontif. aliqua harum actionum fiat cum aliquo inferiorum, tunc, eſto gratia à Summo ipſo Pontifice immediate ſit concedenda, incurrit pęnas huius extrauagãtis qui illam exercet; eo quod Summus Pontif. nequaquam purgare cenſeatur, quod ignorat.

His ita explicatis, ſubiiciendę ſunt actiones, quas Gregorius XIII. addidit. Ac primo, quas addidit tanquam principales, pro quibus incurruntur pœnę in hac extrauagãti ſtatutæ, eſto nullus alius effectus vlterius ſequatur: deinde verò, quas addidit tãquam acceſſorias.

Atqui tres addidit tanquam principales. Prima eſt, nundinari conquirendo expeditiones negotiorum, innitendo ſuffragationibus potentiorum. Quo

D loco aduerte cum Nauarro opuſculo citato, not. 27. num. 37. non prohiberi quemquam accipere ſtipendium pro induſtria & labore, quæ apponit in agendis aliorum negotiis apud Sedem Apoſtolicam, ſiue ad gratiam, ſiue ad iuſtitium, ſpectent; ſed accipere precium pro gratia aut iuſtitia obtinenda fauore potentiorum: ſicut potentes ipſi pœnas huius extrauagantis incurrerent, ſi precium acciperent, vt ſuo valore & potentia gratiam, vel iuſtitiam aliis obtinerent. Eo autem ipſo, quod quis paciſcatur, vel promiſſionem acceptet, aut aliquid recipiat, vt ſuffragatione alterius gratiam aut iuſtitiam apud Sedem Apoſtolicam alicui acquirat, incidit in pœnas huius extrauagantis, eſto nihil aliud vlterius efficiat, nulluſque effectus inde ſequatur: quia hoc eſt, quod tanquam principalis actio in hac extrauaganti prohibetur.

Secunda eſt, ambire, ſeu adire alliciendo donis,

aut

aut pollicitationib. eos, quos, gratia pſtare arbitrantur, vt ſibi, vel alijs, gratiam vel iuſtitiam ea ratione apud Sedem Apoſtolicam acquirant. Cũ hæc etiam actio ſit principalis, eſto, nihil vlterius fiat, aut ſequatur, & eſto, alij pollicitationes aut dona non acceptent, incurruntur pœnæ huius extrauagantis.

Tertia eſt, fingere mentiendo ſe talium operam & induſtriam quæſiuiſſe precio & munerib. Cum ſimiliter ſit actio principaliter prohibita, eo ipſo incurruntur pœnæ huius extrauagantis, eſto nullum emolumentum ex tali fictione proueniat mentienti, neque aliquid aliud vlterius ſequatur.

Cum Gregor. XIII. extendat pœnas extrauag. Bonifac. VIII. ad exercentes tres actiones proximè explicatas, his verbis: Cõſtitutionem prædictam cũ ſuis cenſuris & pœnis omnibus innouamus, eaſque omnes extendimus ad audentes qualecunque horum facinorum: admonet bene Nauarr. notab. 23. nu. 33. vt, qui has tres actiones exercent, pœnas huius extrauagantis incurrant, neceſſe eſſe, vt cum audacia, ſeu præſumptione eas exerceant: id quod ſatis aperte ſonat verbum illud, audentes: quare, qui abſque audacia & præſumptione ex ignorantia culpabili aliquid horum efficeret, non incideret in pœnas huius extrauagantis: cum tamen, qui aliquam aliarum præcedentium actionum ex culpabili ignorantia efficeret, eas incurreret.

Ad tres alias acceſſorias extẽdit ẽt Gregor. XIII. pœnas huius extrauag. Nempe, ad dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, ad aliquam rem tam trium præcedentiũ, quam aliarũ extrauag. Bonifac. VIII. cum verò hæ tres acceſſorię ſint, ſane, vt propter eas pœnæ huius extrauag. incurrantur, non ſatis eſt, ſi quis conſilium, auxilium, aut fauorem ad aliquam aliarum præcedentium dederit, niſi illa, ad quam aliquid horum datum eſt, fuerit ſecuta: illa autem ſecuta, eſto nihil vlterius fiat, nulluſque alius effectus vlterius ſequatur, qui conſilium, auxilium, vel fauorem dedit, incurrit pœnas huius extrauagantis, vt bene ait Nauar. notab. 30. nu. 40.

Illud poſtremo admonuerim, etiam eos, qui extra Romanam Curiam cõmorantur, poſſe facile incurrere has pęnas, ſi vel gratia, aut iuſtitia, actionibus in hac extrauaganti prohibitis impetrata, ſcienter vtantur, vel conſilium, auxilium, aut fauorem ad aliquam earum actionum dederint, vel etiam effecerint litteris aliquid promittendo, vel alia ſimili ratione.

DISPVT. CXIII.

Vtrum licitè quippiam accipiatur pro operationibus aliarum virtutum à iuſtitia.

HActenus diſſeruimus de his, quæ ob honeſtam iuſtitiæ cauſam accipiuntur, & de nonnullis alijs, quæ illorum occaſione diſputanda viſa ſunt: vt verò integra ſit tractatio de ijs rebus, quæ ob honeſtam cauſam accipiuntur, dicendum erit, quouſque pro operationibus aliarum virtutum licite aliquid accipiatur, ſiue operationes illæ debitæ ſint ex præcepto, ſiue non.

1. Concluſ. De qua re ſit prima concl. Pro operatione virtutis, ad quam quis quaſi ex iuſtitia tenetur, nefas eſt precium accipere: & ſi accipiatur, obnoxium eſt reſtitutioni. Verbi gratia, vouiſti Deo peregrinationẽ, cõſtruere Eccleſiam, ingredi religionem, &c. nefas tibi eſt pro his rebus implendis pretium accipere, teneriſque ad reſtitutionem, ſi accipias. Probatur concluſio, quoniam non ſecus teneris hæc implere Dei comparatione, quam ſi ex iuſtitia tenereris comparatione hominum: verum quia in ordine ad Deum non eſt iuſtitia, ſed altior quædam virtus, nempe religio, teneris ex virtute religionis, ſed quaſi ex iuſtitia: ergo ſicut pro ijs, ad quæ ex iuſtitia teneris, nefas eſt accipere precium, quia accipis tanquam tibi debitum in recompenſationem, quod re vera non eſt debitum (id enim precium ſignificat) ita nefas eſt accipere precium pro eiuſmodi rebus.

2. Concluſ. Secũda conlu. Pro obedientia illi exhibenda, cui iam eſt debita, nihil poteſt accipi taquam precium. Poteſt tamen interdum accipi pro opere, quod ex obedientia præſtatur, quando ſcilicet, qui iubetur, non tenetur id efficere gratis. Prior pars ex eo eſt manifeſta, quòd obedientia, poſt illius debitum contractum, ex iuſtitia aut quaſi ex iuſtitia eſt debita. Poſterior verò probatur, quoniam ſi poſtulante id bono publico, Rex præcipiat aliquibus, vt proficiſcantur ad bellum licet illi tenentur quidem obedire, neque vt, Regi ea in re obediant, quicquam poſſint, tanquam precium accipere, nihilominus, ſi ſint bona vnde illis poſſit ſolui ſtipendium, non tenentur ire gratis, ſed pro labore & periculis, quibus pro Republica ſe exponunt, accipere poſſunt, vel à Rege, vel à tota Republica iuſtum ſtipendium: quod ſi abſque debita cauſa non ſoluatur, tenetur ſiue Princeps, ſiue Reipublica illis reſtituere. Quando verò ſubditis gratis tenetur exhibere, quod iubetur, tunc neque vt obediat, neque pro opere, quod ex obedientia præſtat, poteſt quicquam tanquam pretium accipere: quia poſito præcepto, ſiue Dei, ſiue hominis præcipientis, id debet gratis, id eſt, nullo ei perſoluto precio: quare ſi quid in precium accipiat, accipit tanquam ſibi debitum in recompenſationem, quod reuera nõ debetur, ac proinde accipit iniuſte, teneturque id reſtituere.

Regula. Hinc poſſumus elicere hanc generalem regulam ad diſcernendum vniuerſim, quando quis pro opere, ad quod tenetur ex pręcepto, aut vt deſiſtat à malo, vel illud non faciat, vt ex præcepto tenetur, poſſit, aut non poſſit accipere precium, & quando teneatũr id reſtituere. Videndum namq; eſt, num iure naturali, vel poſitiuo Diuino aut humano ad id teneatur nullo poſtulato precio. Quod ſi tenetur, nihil in pretium poteſt accipere, eo quòd id debeat gratis, & precium quippiam debitum ſignificet in recompenſationem, quod ex iuſtitia ſit ſoluendum: quare ſi quid tunc accipiat in precium accipit vt ſibi debitum, quod re vera debitum non eſt, ac proinde peccat contra iuſtitiam, teneturque id reſtituere. Quando verò ita quis ex præcepto tenetur ad aliquid, vt nihilominus ratio, iuſtitiaque ipſa poſtulet, vt compenſetur precio: quod potiſſimum cernitur in ijs, ad quæ quis tenetur ſola lege charitatis, & quę cedunt in aliorum, aut Reipublicæ commodum: eo quòd æquitas tunc poſtulet, vt opera, labor, & ſumptus de neceſſitate præcepti charitatis in vtilitatem alicuius apposita ab eo compenſentur, ſumi poteſt aliquid, in precium, nihil impediente obligatione præcepti ad id efficiendum. Exempla reddent dilucidam vtramque huius regulæ partem.

Iuxta priorem partem regulæ, quoniam quiuis Chriſtianus, vi præcepti Eccleſiæ, tenetur, audire ſacrum diebus feſtis nullo poſtulato precio, & abſtinere à carnibus diebus quadrageſimæ, & ieiunare, ſi ad legitimam ætatem peruenit, nullum poteſt recipere precium, vt hæc omnia præſtet, neneturq; id reſtituere, ſi recipiat. Neque ſufficientem afferet excuſationem, ſi dicat, ſe id recipere pro moleſtia, quã ſubit: quoniam eam tenetur ſubire ex pręcepto, tanquam quippiam annexum ac coniectum cum opere, ad quod ex pręcepto tenetur. Eodem, modo ethnicus accipere non poteſt precium, vt baptiſmum ſuſcipiat, quem iure diuino poſitiuo ſuſcipere tenetur, abſque vllo precij emolumento.

Vir etiam, aut mulier, vt à fornicatione deſiſtant, accipere non poſſunt pretium, quia ad id iure naturali

naturali tenentur abſque vllo precio. Dices ſaltem ſi mulier fornicando acceptura erat licitè precium, vt eam pateretur turpitudinem, poterit precium accipere, non quidem vt non fornicetur, prout ex præcepto tenetur, ſed pro lucro ceſſante ex eo, quod fornicari deſiſtat. Negandum tamen id eſt: quoniam iure Diuino ad vtrumque tenetur abſque vllo precio, nempe ad non fornicandum, & ad non quærendum precium via fornicationis. Alioquin etiam, qui locare vult ſuam operam ad interficiendos alios iniuſtè, poſſet licitè accipere precium pro lucro, quod illi ceſſaret ſe ita non locando, quod eſt ridiculum. Quo loco obſeruat, aliud eſſe mulierem paciſci de precio via fornicationis, aliud, poſtquam ex pacto precij fornicata eſt, precium accipere. Primum eſt illicitum; teneturque proinde ab illo abſtinere abſque vllo precio. Secundum vero eſt licitum: neque abſtinere tenetur a precio via illa iniqua cómerito, ideoque vt illud non recipiat, paciſci poterit de compenſatione iuſta.

Maius dubium eſt de eo, qui adueniente tempore, in quo gratis ſubuenire tenetur ſimpliciter ac omnino pauperi extremè indigenti, illi nõ ſubuenit niſi accepto precio, vel ab aliquo alio paupere, qui, quod ipſe gratis, non velit dare rem, qua ille alius extremè indiget, eã ab illo emit, vel ab ipſomet paupere poſtquam deuenit ad pinguem fortunam, quia non aliter voluit ei ſubuenire, dum extremè indigebat: vtrum, inquam, qui eiuſmodi precium accepit, licet lethaliter peccauerit non ſubueniendo gratis, reſtituere teneatur precium.

Pars, quæ negat, ſuaderi poteſt. Primo, quoniam, qui eiuſmodi precium accepit, non ex iuſtitia, ſed ex charitate tenebatur ſubuenire gratis illi extremè indigenti, vt in materia de eleemoſyna oſtendimus: ergo accipiendo precium non peccauit contra iuſtitiam, ſed contra charitatem, atque adeo reſtituere illud non tenetur. Secundo, quoniam non accepit precium pro ipſo opere ſubueniendi extremè indigenti, ſed pro re, qua illi ſubuenit, quæ re vera pretio illo æſtimabatur: ergo licet peccauerit vendendo tunc rem, quam lege charitatis exhibere gratis tenebatur, non tenetur tamen reſtituere pretium iam acceptum. Hæc duo argumenta ſatis probabilem mihi efficiunt hanc partem negantem, neque in rigore auderem ab ea diſcedere. Hæc de priori parte regulæ.

Iuxta poſteriorem verò, licet vnuſquiſque ſub reatu lethalis culpæ exhibere teneatur diuiti rem, qua extremè indiget, vt equum ad euadendam mortem, quæ iniuſtè eſt illi inferenda, medicinam, aut cibum, quibus extremè indiget: non tamen tenetur exhibere illam gratis, ſed poterit exigere & recipere precium. Licet etiam aduocatus, aut medicus, teneãtur aliquando ſub reatu lethalis culpæ exhibere ſuas operas eis indigentibus: non tamen gratis, ſed pro precio, ſi illi ſint ſoluendo. Item, licet ſub reatu lethalis teneatur quis aliquando liberare domum proximi ab incendio, aut prohibere ne diripiatur: non tamen gratis, ſi labor, & induſtria, quam apponit, precio ſint digna: quin potius agere poterit aduerſus dominum domus actione negotiorum geſtorum. Eodem modo, qui iuſſus à Rege proficiſcitur ad bellum, exigere poteſt iuſtum ſtipendium à Rege, aut à Republica. Quin & Apoſtoli, licet à Chriſto euangelizare, regereque Eccleſiam eſſent iuſſi, licite exigere & accipere poterant ab Eccleſia alimenta & ſubſidia vitæ neceſſaria, ad eaque ſubminiſtranda tenebatur Eccleſia, vt late Paulus primo ad Corinth. 9. docet ac probat: eaque ratione viris Eccleſiaſticis decimæ in vitæ ſubſidium, non verò in precium pro ſpiritualibus, quæ adminiſtrant, ſunt deputatæ, vt alibi eſt dicendum.

A Quando ergo l. quarta, §. ſi tibi, ff. de condictione ob turpem cauſam, & l. ſolent, ff. de præſcriptis verb. aſſeritur, repeti non poſſe, quod ob indicandum proprio domino ſeruum fugitiuum datũ eſt; verum quidem id eſt, quando pro opera & labore aſſumpto in domini vtilitatem datum eſt, aut quando publica, aut priuata domini authoritate, pro miſſum erat in præmium indicanti, vt homines allicerentur ad comprehendendos ac indicandos eiuſmodi ſeruos, & quando dominus ſerui ex liberalitate id dediſſet: in his enim euentibus, licet ſciret vbi ſeruus lateret fugitiuus, teneretur lege charitatis illum indicare; compararet tamen dominium rei, quam ita acciperet; non quidem ex eo, quod efficeret id, ad quod lege charitatis tenebatur, ſed ex illis alijs prioribus legitimis titulis, vt diſputatione 83. dictum eſt.

Tertia concluſio. Pro bonis operibus ad quæ quis non tenetur, cum ſint ſupererogationis, & præſertim pro ijs, quæ in aliorum commodum cedunt, accipi poteſt pretium; modo immoderatum non ſit, atque adeò iniuſtum quoad exceſſum, & modo in venditione aut commutatione ſimonia non interueniat. Quando autem hæc interueniat ſuo loco in hac ſecunda ſecundæ dicetur. Probatur concluſio: quoniam ad ea non tenemur in illiſque exercendis cum minimum labor aliquis & induſtria, aut etiam moleſtia cernitur: ergo horum ratione, fas erit accipere moderatum pretium à paciſcente ea de re nobiſcum: vt fas erit accipere moderatum pretium pro inſeruiendo infirmo: pro organis in Eccleſia ad cultum diuinum pulſandis, &c. 3. Concluſ.

B

Ioannes Medina de reſtitutione, quæſtione vigeſimaſexta, cum Adriano quodlibe. decimo, videtur aſſerere, peccatum eſſe facere opus quoduis virtutis propter lucrum, aut aliud commodum temporale tanquam finem. Contrarium tamen oſtendimus in hac ſecunda ſecundæ, quæſtione decimanona, & vigeſimaſeptima, articulo tertio, & prima ſecundæ, quæſtione decimanona, articulo ſeptimo, modo tamen opus virtutis ſit etiam volitum, quia tale, aut propter alium finem bonorum, ita vt lucrũ aut commodum temporale ſint finis partialiter volitus ac intentus. Aliqua alia docet ibidem Medina cum Adriano, quibus apertè refragamur prima ſecundæ, loco citato.

C

Quarta concluſio. Ex natura rei fas eſt offerre munera more inuitantis & allicientis ad ea opera bona præſtanda, quæ is, cui offeruntur, tenetur gratis efficere. Idem eſt, vt deſiſtat à malo. Fas etiam eſt eadem munera offerre ſub conditione, ſi ille opera illa bona, ad quæ inuitatur, efficiat, aut à malo deſiſtat. In hunc modum, dono aut donabo tibi hoc, ſi hoc feceris, aut ab hoc malo deſtiteris. Fas præterea eſt ex natura rei munera eo modo oblata recipere, modo tamen de animo donandi abſolutè, aut ſub illa conditione conſtet. Hæc concluſio videtur eſſe Medinæ & Adriani, locis citatis. Probari autem poteſt, quoniam ſicut fas eſt allicere precibus aliquem ad id, quod tenetur facere gratis, & pro quo nefas eſt illi accipere pretium, cur etiam fas non erit illum muneribus & donationibus allicere: quando animus offerentis eſt re vera donare, eſto non donaret, niſi ea via intenderet, ac ſperaret perducere illum ad bonum, quod optat? Sanè nulla poteſt reddi legitima ratio. Præterea, vnuſquiſque donare poteſt, quod ſuum eſt, ſub conditione, quæ mala non ſit: ergo poterit donare ſub conditione, ſi is, cui donat, efficiat tale bonum, aut deſiſtat à tali malo, eſto teneatur gratis, & efficere illud, & deſiſtere ab hoc. 4. Concluſ.

D

Preter conſequentia, quoniam neque conditio illa eſt

eſt mala, neque allicere vtrumque horum eſt malũ, neque item aliquem lucro excitatum vtrumque horum efficere, imo neque intendentem ſimul commodum temporale eadem efficere eſt malum, vt conclusione præcedente dictum eſt: modo tamen id non accipiat in pretium: quare cum is, qui offert, donatione ſua, aut conditione ſub qua donat, non intendat niſi id, quod poſita donatione ille, cui fit ſub conditione, poteſt licitè implere; conſequens eſt, vt talis donatio licita ſit, tam ex parte donantis, quàm ex parte accipientis & implentis conditionem, ac proinde vt accipiens nequaquam reſtituere teneatur. Item licitum eſt habenti in alium poteſtatem, cogere illum minis & verberibus, vt id efficiat, aut ab eo deſiſtat, quod efficere, aut à quo deſiſtere tenetur gratis; vt licitum eſt, patri cogere filium minis & verberibus, vt die Dominica ad ſacrum audiendum accedat, aut vt deſiſtat à fornicatione: ergo licitum etiam erit ei dono, aut promiſſionibus ad idem illum allicere. Idcirco autem in concluſione appoſita ſunt verba illa, ex natura rei: quoniam, poſita prohibitione iuris poſitiui, illicitum eſt dare aut accipere illo modo, vt de iudicibus & alijs miniſtris publicis dictum eſt.

Ex hac concluſione conſtat, licitè matres & patres, dare aut promittere aliqua filijs ſub conditione, ſi frequentent ſacramenta, aut ſi ingrediantur religionem, vel etiam vt efficiant id, aut abſtineant ab eo, quod facere, aut à quo abſtinere tenentur gratis: eſt enim in parentibus animus ea donandi. Item licitè fieri legata, aut relinqui hæreditatem ſub conditione, ne hæres aut legatarius fornicetur, aut ſub conditione, vt cœlibem vitam ducant.

Ex eadem concluſione conſtat, ſanctè & piè fideles inducere poſſe infideles donis & promiſſionibus, vt baptiſmum fidemque Chriſtianam ſuſcipiant, eaque illis promittere, & dare ſub conditione, ſi Chriſtiani fiant, & non aliter: modo animus ſit ea donandi ſub illa conditione, non verò ea illis in precium cōferendi vt ſuſcipiant baptiſmum. Item ſanctè & piè infidelib. iuſtè ad mortem damnatis, aut alia pœna dignis, condonari pœnam ſub conditione, ſi Chriſtiani fiant. Poſſeque aliquem ſumere aliquam infidelem in vxorem ſub conditiotione, ſi Chriſtiana fiat: ſimilique modo poſſe aliquam ſumere infidelem aliquem in ſuum virum ſub conditione, ſi ille Chriſtianus eſſe velit. Plura diximus hac de re in hac ſecunda ſecundæ, quæſtio. 10. artic. 8. quæ quartam concluſionem propoſitā confirmant.

Ex eadem quoque concluſione patet, eum qui vt alliciat alium ad ſibi mutuandum, aliquid dono illi dat, non peccare. Neque eum, qui accipit, peccare, aut teneri reſtituere, quod ita accipit, ſi ſibi perſuadeat eum, qui dat, habere animum donandi; quamuis ſciat illum non fuiſſe donaturum, niſi ſperaret ſe ea via conſecuturum mutuum. Donatio namque abſoluta, quamuis facta ſit animo alliciendi ac mouendi aliquem vt mutuo det, valida eſt, eſto donans non daret niſi ſperaret ſe ea via conſecuturum finem intentum. Neque qui donationem accipit, ſciens donantem intendere eum finem, tenetur aut facere id, cuius intuitu alius donat; aut non accipere donationem: quin potius licitè donationem accipit, integrumque illi poſtea manet, annuere, aut non annuere votis donantis, vt dum de donationibus fuerit ſermo dicemus.

DISPVT. XCIV.

Quæ accipiuntur ob turpem cauſam, obnoxiane ſint reſtitutioni, & quouſque in foro exteriori denegetur eorum repetitio.

Conſequenter dicendum eſt de ijs, quæ ob turpem cauſam accipiuntur. Pars verò quæſtionis propoſitæ, quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Reſtitutioni eſſe obnoxia ſuadetur primo.

Primo, quoniam qui aliquid accipit, vt id bonum efficiat, quod de præcepto tenetur facere, continuo tenetur id reſtituere, vt diſputatione proxima & alijs præcedentibus oſtenſum eſt: ergo maiori cum ratione, qui aliquid accipit, vt id malum efficiat, quod de præcepto tenetur vitare, tenebitur continuo id reſtituere.

Secundo, datio ob turpem cauſam eſt inualida: ergo accipiens tenetur reſtituere, quod ob eam acceperit. Conſequentia eſt manifeſta: antecedens verò probatur: quoniam promiſſio ob turpem cauſam eſt inualida, vt conſtat ex l. generaliter, & ex l. ſi ſtipuler, ff. de verborum obligat. & ex capit. vltimo de pactis, quibus in iuribus, ac alibi habetur, turpem omnem ſtipulationem, ſeu promiſſionem inualidam eſſe: ergo datio etiam ob turpem cauſam inualida erit.

Tertiò, quod ſimoniacè accipitur, retineri nequit, ſed eſt ſtatim reſtituendum: ergo pari ratione, quod ob turpem cauſam accipitur, retineri nō poterit, ſed erit continuo reſtituendum. Tertio.

Pro declaratione & luce huius diſputationis aduertendum eſt ex Ioanne Medina de reſtitutione, quæſtione vigeſima, rem turpem, actumve peccati duobus modis, quod ad præſens inſtitutum attinet, talem eſſe poſſe. Vno, quia ratione ſui eſt talis, ſiue quia de ſe eſt res mala, vt fornicatio, homicidium, &c. ſiue quia ſecundum ſe eſt prohibita, vt comedere carnes in quadrageſima, & aliquibus in locis, iudices accipere munera, alioquin licita. Altero, quia ratione circunſtantiæ extrinſecæ eſt talis, puta temporis, loci, iuramenti, aut voti rei contrariæ, &c. Vt vendere, de ſe, non eſt illicitum neque prohibitum: eſt tamen illicitum in die feſti ratione circunſtantiæ temporis, propter quam eſt prohibitum: & in loco ſacro ratione circunſtantiæ loci: & ſeruire alicui illicitum non eſt in ſe; ſi tamen impediat impletionem voti de ingredienda religione, aut ſit contra iuramentum id non faciendi intuitu alicuius maioris boni, eſt illicitum & malum ex circunſtantia extrinſeca. Medinæ opinio.

Hoc ita conſtituto, ait Medina, licet fas ſit accipere pretium ob turpem cauſam ſecundo modo, quando res, pro qua accipitur, eſt alioquin pretio æſtimabilis, vt pro re, quæ venditur in tempore, aut loco ſacro, aut pro ſeruitio exhibito in impedimentum voti, aut contra iuramentum: vniuerſim tamen nefas eſſe accipere precium ob turpem cauſam primo modo, ſiue res, pro qua accipitur, ſit peccatum commiſſionis, ſiue omiſſionis tantum. Ratio illius eſt, quoniam peccatum non eſt quippiam vendibile, eo quod nullius ſit valoris, ſed tanquam quid turpe & inutile ſit fugiendum. Hinc colligit, non ſolum coniugatam nihil poſſe accipere in precium pro adulterio, aut virginem, vel aliam occultam fornicariam pro fornicatione: ſed neque publicam meretricem, vſque adeò, vt, ſi quippiam in fornicationis precium accipiant, teneantur illud reſtituere. Addit tamen, poſſe eas aliquid accipere per donationem liberam, eſto motiuum donationis fuerit, quod illæ in fornicationem conſenſerint. Atque ex hoc capite excuſat meretrices, & alias fornicarias

rias à reſtitutione eorum, quæ, vt copiam ſui corporis faciant, accipiunt. Si tamen, inquit, fornicantium animus ſit, donare, ſed dare in precium turpitudinis, tenentur tam aliæ fornicariæ, quàm meretrices, reſtituere quod ita accipiunt. Idem quoad meretrices affirmant quidam, quos Couar. reg. peccatum, p. 2. §. 2. nu. 1. refert.

Rē eſſe turpem, nō impedit iuſte pro illa accipi preciū.

Contraria ſententia, nempe rem, pro qua aliquid tanquam precium accipitur, eſſe in ſe turpem ac prohibitam, non tollere quo minus precio ſit æſtimabilis, non quidem ratione deformitatis, & quatenus Dei eſt offenſa, in quibus poſita eſt ratio peccati, ſed ratione delectationis, quā habet adiunctam, aut ratione laboris, detrimenti, aut periculi, quod ſubit, qui in gratiam alterius ſimile quid exercet, affirmant Doctores communiter, D. Tho. & cum eo Caiet. 2. 2. q. 32. art. 7. ad ſecundum, & q. 62. art. 5. ad ſecundum. Adrianus de reſtitutione, in quæſtione quæ incipit, oritur alia quæſtio an meretrix, &c. Panorm. cap. quia plerique, de immunitate eccleſ. à num. 12. Sotus 4. de iuſt. q. 7. ar. 1. ad ſecundum, Couar. §. 2. citato, Nauar. in Manu. à nu. 30. & plerique alij, tametſi quidam eorum ſolū loquantur de actu meretricis pro quo precium accipit. Eadem tamen eſt ratio de alijs, vt oſtendemus, Couar. prætereà loco citato, nu. 7. aſſeuerat, pro ferenda iniuſta ſententia accipi non poſſe pretium etiam poſtquam ex pacto eſt iniuſtè lata: eo quod res illa non ſit precio æſtimabili. Mihi verò longè probabilius eſt contrarium, nempe exercitium illius actus eſſe precio æſtimabile, non quidem ratione iniuſtitiæ, quæ aduerſus proximum exercetur, ſed ratione periculi & diſcriminis cui ſe exponit, qui eam fert ſententiam, cum reſtituere teneatur damna proximo inde ſubſecuta, & non ſolum proprium honorem & exiſtimationem in periculum vocet, ſed etiam bona ſua, & ſalutem animę in diſcrimen maximum adducat. Quo fit, vt non ſolum commiſſionis peccatum, ſed & puræ omiſſionis eſſe poſſit precio ęſtimabiles ob ea, quæ, commemorata ſunt ſufficienterque euerſa maneant fundamentum, & opinio Medinæ.

Sit ergo prima de hac re concluſio. Spectato ſolo iure naturali, accipiens moderatum & æquale precium ob turpem cauſam, neque iniuſtitiam committit, neque tenetur illud reſtituere. Hæc ex dictis eſt ſatis manifeſta, quoniam pugnare in bello alterius iniuſto, aut vindictam de aliquo ſumere iuſſu alicuius & in gratiam alterius, vel mulierem copiam ſui corporis facere alicui viro, imò & virum fornicari in gratiam fœminæ, precio ſunt æſtimabilia. Quo fit, vt accipere pro eiuſmodi rebus turpibus moderatum & æquale precium, nihil iniuſtitiæ contineat, ac proinde vt accipiens, ſpectato ſolo naturali iure, reſtituere illud non teneatur. Dictum eſt, moderatum & ęquale precium: quoniam ſicut in alijs contractibus exceſſum precij cauſa eſt iniuſtitiæ, accipienſque reſtituere exceſſum tenetur: ſic etiam in re propoſita, quando de formali, aut virtuali voluntate id donandi non conſtat ex parte dantis.

2. Concluſ.

Secunda concluſio. Pactio & acceptio precij ob rem turpem illicita eſt, & peccatum, antequam talis res turpis fiat. Poſt rem autem patratam illicitum non eſt petere & accipere precium antea promiſſum aut conſtitutum. Quia verò promiſſio & pactio traditioq; precij ante rem turpem patratam eſt peccatum, nullam vim habet tunc obligandi. Quocirca neque, qui rem turpem promiſit pro precio, tenetur illam implere, neque, qui precium pro ea promiſit, tenetur ſtare promiſſis, pactumque implere, ſed poteſt diſcedere à promiſſione & pacto ante rem turpem patratam. Poſt illā verò patratam, ſtando in ſolo iure naturali, tenetur ſoluere precium. Peccatum autem, quod cernitur in promiſ-

A ſione, pactione, acceptione precij, & traditione illius ante rem turpem patratam, non eſt peccatum in iuſtitiæ, ſed eſt illius ſpeciei cuius fuerit peccatū rei turpis ad quam ordinatur.

Primam partem huius concluſionis affirmāt Caiet. 2. 2. q. 32. ar. 7. ad ſecundum. Et Cou. reg. peccatum, p. 2. §. 2. nu. 1. Probarique poteſt, quoniam antequam res turpis fiat, vt antea q̃ mulier copiam ſui corporis faciat, aut ante quàm quis mercede conductus ad alium interficiendum, illum interficiat, promiſſio, pactio, datio, & acceptio precij pro tali re turpi, ordinantur ad eam patrandam: ſed, quod ordinatur ad lethale peccatum tanquam ad finem, eſt lethale peccatum eiuſdem ſpeciei cum fine: ergo illa omnia peccata ſunt lethalia eiuſdem ſpeciei cum re turpi, ad quam ordinantur. Imò ſunt vnū numero peccatum lethale cum peccato rei turpis, ad quam ordināntur, tanquam partes integrantes vnum numero peccatum, quod ex illis omnibus coaleſcit, niſi detur tanta interpollatatio, moralis ve diſcontinuatio,

B quæ ſufficiat ad illa efficienda diuerſa numero peccata: nō ſecus ac accipere pallium, accingere enſem, pergere ad interficiendum aliquē, ſtringere enſem, hominemque interficere, ſunt unum numero integrum peccatum lethale homicidij, niſi detur talis interpollatio, moraliſque diſcontinuatio, quæ ſufficiat ad multiplicāda diſtincta numero peccata illius ſpeciei. Atque ex his prima & vltima pars concluſionis propoſitæ ſimul manent confirmatæ.

Secunda pars, nēpe, poſt patratam rem turpem, illicitum non eſſe petere & accipere preciū antea promiſſum, aut conſtitutum, neque etiam illud dare, & accipere, eſt Caietani, & Couar. locis citatis. Poſſumus autem eam probare, quoniam, vt in prima concluſione oſtenſum eſt, ſpectato ſolo iure naturali, illud eſt debitum ex iuſtitia, neque ordinatur iam ad peccatum & rem turpem, quæ tranſiuit, eſſeque de-

C ſiit, vt dicere poſſimus ex ordine ad illā tanquam ad finem infici: ergo ſpectatio ſolo iure naturali, illud eſt licitum, iſque, qui tale precium exigit & accipit, exigit actum iuſtitiæ, accipitque, quod ſibi debetur: is verò, qui illud reddit, exequitur actum iuſtitiæ, in cuius contrario iniuſtitia cerneretur.

Vnde reiicienda eſt opinio Nauarri in Manuali, in editione latina, loco citato, præſertim nume. 40. & 41. aſſerentis, peccare illos lethaliter, qui poſt crimen patratum precium petunt tanquam ſibi debitum. Ait namque non eſſe illis debitum ratione operis patrati, idque debere eos confiteri. Contrarium verò ſatis apertè conſtat ex dictis. Accedit, quòd ſi eis non eſſet debitum, ſane tenerentur id reſtituere, ſi ipſis datum eſſet vt debitum, atque in precium, & non ex ſola liberalitate: quod tamen Nauarrus ipſe negat, dum de precio, quod meretrices recipiunt agit, reiicitque contrariam Medinæ opinio- Nauarr.

D nem. At, inquit Nauarrus, ſi precium petant tanquam ſibi debitum propter opus turpe patratum, complacent in opere præterito, & peccant. Quis tamen non videat, neceſſe non eſſe complacere in opere præterito ex eo, quòd quis petat & accipiat precium pro eo ſibi promiſſum ac debitum? Poterit namque dolere, tam de opere præterito, quam quod precio fuerit adductus ad id patrandum, Deumque offendendum, firmiterque ſtatuere, nihil tale in poſterum efficere, & nihilominus exigere, & accipere precium, quod propter illud patratum commeruit, ſibique eſt debitum. Poterit præterea cohibere actum complacentiæ, & diſplicentiæ circa actum turpem præteritum, petereque & accipere precium pro eo ſibi iam debitum. Porrò Nauarrus ideo aberraſſe videtur, quòd non attēderit latiſſimum diſcrimen, quod eſt inter precium pro peccato antequam peccatum committatur, &

Obiectio illius.

Satisfit.

poſtquam

poſtquam eſt iam commiſſum. Petitio namque, acceptio, & collatio precij pro peccato antequam ſit commiſſum, eſt vera culpa eiuſdem ſpeciei cum peccato, pro quo petitur, accipitur, aut datur, eo quòd ordinentur vt peccatum illud ſit, ponaturque in rerum natura: at verò petitio, acceptio, & collatio precij pro peccato iam commiſſo, tanquam quid iam commeriti & debiti, nulla eſt culpa: cum illa non ordinentur ad peccatum, vt ſit: quod paulò antea cum Caietano & Couarr. explicatum eſt.

Tertia pars, videlicet, neque promiſſionem, neq; pactum, neque ſolutionem precij pro re turpi vllam vim habere ante rem turpem patratam, ſed integrũ eſſe cuique contrahentium diſcedere à pacto & promiſſione, cumque qui precium accepit, teneri illud reddere, eo ꝙ impletio contractus peccatum ſit, habetur expreſsè l. generaliter, & l. ſi ſtipuler, ff. de verborum obligat. §. quod turpiter, Inſt. de inutilib. ſtipulat. & cap. vltimo, de pactis, quib. in iuribus docemur, promiſſionem omnem, ſtipulationẽ, ac pactionem de re turpi, id eſt, quæ impleri nequit ſine peccato, inualidam eſſe. Idem habetur 2. 2. q. 4. per multa capita, præſertim c. in malis, vbi dicitur: In malis promiſſis reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum. Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. Hinc patet, ſi quid cum meretrice conſtitutum ſit, vt in futurum in peccatum conſentiat, pactum poſſe ac debere reſcindere, imò eſſe nullum antequam turpitudo ſit peracta, paciſcentemque ad nihil illi teneri: quin potius ipſam, ſi quid in preciũ accepit pro turpitudine futura, teneri id reſtituere ei, qui dedit, nec vult pactionem perficere. Idemque dicẽdum eſſe de eo, qui pecuniã accepit, vt interficeret alterũ, aliquãve aliã iniuriam illi inferret; & de quocunq; alio, qui pro quocunq; alio maleficio exequẽdo preciũ accepit. Qui namque pecuniam dedit, deſiſtere poteſt à contractu, antequam res ſit peracta, & ideo qui precium accepit, tenetur illud reſtituere, neque viterius progredi. Quòd ſi deſiſtere non velit, poſtquam, qui pecuniã dedit, illi ſignificauit ſe deſiſtere velle à contractu, & maleficium perficiat, proximum interficiendo, aut quoduis aliud damnum illi inferendo, tenetur nihilominus precium ei, qui dedit, reſtituere, & damna omnia illi, cui iniuriam intulit, ſubſecuta.

Hoc loco obſerua, quamuis in foro exteriori, vt dicemus, concedatur meretrici actio ad precium pro turpitudine commiſſa: non tamen illi concedi, vt, qui cum illa pactum iniuit circa turpitudinem in futurum patrandam, cogatur ſtare contractui, illumque implere. In primo namque euentu cogitur fornicarius ad rem iuſtam & licitam, nempe vt ſoluat precium debitum ex turpitudine cum meretrice peracta: in ſecundo verò cogeretur peccare, quod nullum ius, nullaque æquitas patitur.

Præterea, vt iura illa citata definiunt, pactum illud ante turpitudinem peractam eſt nullum, & ob id neque qui cum meretrice illud iniuit, neque meretrix ipſa cogi poſſunt, vt illud perficiant. Quin potius, ſi meretrix ante turpitudinem precium acceperat, cogetur in foro exteriori illud reddere ei, qui, vt poteſt, deſiſtere vult à contractu.

Quarta verò pars, nempe: ſtando in ſolo iure naturali, poſt rem turpem patratam conſurgere in foro conſcientiæ obligationem, ſoluendi æquale & moderatum precium pro ea promiſſum, aut conſtitutum: ſatis patet ex prima concluſione, & ex probatione 2. partis 2. concluſionis. Iura ergo, quæ ſtatuunt promiſſionem & pactum de re turpi inualida eſſe, intelligenda ſunt ante rem turpem patratam, præſertim in foro conſcientiæ, ſtandoque in ſolo iure naturali.

Obiectio. Quòd ſi quis nobis obijciat l. ſi plagij, ff. de verborum obligat. quæ ſic habet: Si plagij faciendi, vel

A facti cauſa concepta ſit ſtipulatio) id eſt, promiſſio ſub certa quadam forma iure ſtatuta) ab initio non valet, quibus verbis manifeſtè aſſeritur, promiſſionem ob rem turpem non valere, etiam poſtquam talis res turpis opere eſt impleta. Dicendum eſt in primis Gloſſam ibi aſſerere non eſſe certum, promiſſionem factam ob rem turpem iam tranſactum eſſe inualidam. Deinde melius dicendum eſt, inter hæc duo eſſe latum diſcrimen, ſcilicet promiſſionem factam ob rem turpem patrandam obligare, re turpi opere iam impleta, & promiſſionem quę fit ob rem turpem patratam eo intuitu, quòd is, cui id promittitur, eam patrauerit, validam eſſe. Primumque eſſe, quod nos aſſerimus: ſecundum verò, quòd ea lege negatur. Cum enim ea promiſſio mala & turpis ſit, quippe quæ facta ſit intuitu rei turpis iam patratę & ad illam gratificandam, peccatumque ſit illo eodem intuitu illam implere, neque pretium debitum ſit ob rem illam turpem iam factam, eo quòd facta nõ fuerit pro pretio antea promiſſo aut conſtituto: conſequens eſt, vt non ſit par ratio, vt, ſi ſecunda promiſſio inualida ſit, prima etiam ſit inualida poſt rem turpem opere impletam. Iuxta hunc ſenſum legis citatæ, ſi quis poſt fornicationem patratam promittat aliquid meretrici, aut alij fornicariæ intuitu conſenſus, quem gratis præſtiterat, vel promittat aliquid interfectori ſui inimici in gratiam ſolius homicidij, inualida eſt promiſſio, neque eam tenetur implere, qui promiſit: ſecus autem ſi alio intuitu non malo illis eiſdem aliquid promiſit: vt quòd fornicaria fornicando honoris ſui ac famæ iacturam fecerit, vel quòd homicida periculis maneat expoſitus, aut quod ſignum maximum amoris exhibuerit. Itaque licet promiſſio intuitu actus peccati patrati ſit nulla, valida tamen eſſe poteſt, ſi facta ſit intuitu rei nõ malæ, quæ cũ eo actu fuerit coniuncta. Poſſet etiam exponi lex illa, quòd ſolum habeat locum in foro exteriori, quaſi inualida ſit, vt concedatur actio ad exigendum, quod propter plagium promiſſum eſt, etiam ſi plagium fuerit iam factum: ſecus verò in foro conſcientiæ ante latam in exteriori foro ſententiam, vt nos loquimur. Poſtrema pars concluſionis ſimul cum prima probata fuit. Diluitur. B C

Tertia concluſio. Publica meretrix non ſolum licitè retinet, quod à potente alienare in precium iuſtum, aut etiam gratuita donatione propter fornicationem datum eſt, ſed etiam poſt fornicationem peractam conceditur ei actio in foro exteriori ad petendum precium moderatum ipſi ante fornicationem promiſſum. Imò ſi nullo conſtituto precio, copiam ſui corporis fecit, cogetur fornicarius ſoluere conſuetum precium: eo quòd illa cenſenda non ſit gratis, ſed pro cõſueto precio copiam ſui corporis feciſſe, idque attendere debebat fornicarius, vt Couarruuias §. citato, rectè ait. Hæc concluſio eſt communis, quam aſſeuerant omnes, quos ante primam concluſionem citauimus, & habetur l. 4. §. ſed & quod meretrici, ff. de condict. ob turp. cauſam. vbi dicitur, meretricem turpiter facere, quòd ſit meretrix, quia id eſt contra ius naturale: non tamen turpiter accipere, cum ſit meretrix. Horum autem verborum hic eſt ſenſus. Turpiter facit, quòd ſit meretrix, quia id eſt contra ius naturale: non tamen turpiter accipit cum ſit meretrix, quia neque ex natura rei peccat ita accipiendo poſt turpitudinem patratam, neque id prohibetur, ſed iuſta de cauſa omnino permittitur in foro exteriori, ſicut etiam meretricum fornicatio permittitur in eodem foro ad vitanda maiora mala: nihilominus tamen eadem acceptio appellatur alioquin turpis denominatione extrinſeca: eo quòd fiat ob cauſam turpem præteritam, ſeu potius ex turpi cauſa præterita tanquam illius effectus. Quia ergo, quod ex alijs turpi- 3. Concluſ. D

turpibus cauſis accipitur, non permittitur, ſed punitur in foro exteriori denegatione repetitionis, & actionis ad illud petendum, ſi, poſtquam ex natura rei erat iam debitum, non ſit ſolutum, applicationeque illius fiſco, ſiue ſolutum iam eſſet, ſiue non; inde eſt, quod legibus ciuilibus de eo non dicatur, non accipi turpiter, etiam poſt cauſam turpem patratam, quemadmodum dicitur de lucro meretricio. Atque ita ceſſant obiectiones Nauarri loco citato à nu. 34.

De occulta fornicaria eſt dubium, an quod pro fornicatione accipit in precium, reſtituendum ſit in foro conſcientiæ, aut ſaltem id ab ea in foro exteriori reperti poſſit. Quod ad primum attinet, quidã, quos Couarr. §. citato, nume. 1. & 2. ac alii referunt, aſſeruerunt; quamcunque fornicariam, quæ meretrix non ſit, reſtituere teneri in foro cõſcientiæ quicquid in precium ſuæ turpitudinis accipit. Eſt tamẽ improbabilis ſententia. Cum enim copia, quam illa ſui facit, multo maioris valoris ſit, quàm ea, quàm facit publica meretrix, nullaque ſit lex poſitiua, quæ incapacem illam reddat precii, quod ea de cauſa accipiat; ſanè retinere poterit precium moderatum, quod ita acceperit. Quòd ſi nondum illud accepit, fuitque illi promiſſum, & ſecuta eſt turpitudo, tenetur promittens illud ei in foro conſcientiæ ſoluere. Idem dicendum eſt de precio, quod virgo accepit, illive promiſſum fuit, vt copiam ſui corporis faceret; & de eo, quod accepit coniugata, aut monialis, aut eis promiſſum fuit, vt Sotus, Nauar. Couar. & alii locis citatis affirmant: cum ſit eadem ratio de omnibus.

Vtrum verò coniugata teneatur reddere tale precium marito, filiafamilias patri, ac monialis monaſterio? Cum Dominico à Soto & aliis eſt dicendũ, non ſecus tenere illud reddere, quam ſi labore manuum ſuarum id comparaſſent. Debent tamen illud eis reddere occulte, vt propriæ conſulant famæ, vitenturque alia mala. Quin ſi quid illis eſſet prouiſum ac debitum ob fornicationem, necdumq; eſſet ſolutum reſtitutio eſſet facienda, non fœminis ipſis, ſed marito, patri, aut monaſterio, quando periculũ eſſet eas non eſſe illis precium tradituras.

Si fornicarii, aut fornicariæ, aliquid acceperint ab iis, qui poteſtatem non habent alienandi, tenentur id reſtituere. Atque hac de re examinandæ ſunt fornicariæ, etiam ſi meretrices ſint.

Si quid fornicaria acceperit à religioſo, eſto ille facultatem à ſuo ſuperiore habeat alienandi aliqua, quia tamen facultas illa non intelligitur ad eum finem; eo quod eſſet iniqua, neque in conceſſione generali comprehenſum intelligatur, quod ſi in particulari fuiſſet propoſitum, nequaquam fuiſset conceſſum, vt patet reg. in generali, de regu. iuris lib. 6. reſtituendum eſt monaſterio, niſi monaſterium ipſum id ex rationabili cauſa condonet, videlicet, vt conſulat famæ religioſi, aut propter paupertatem eius, quæ id accepit, & conſumpſit. Idem eſt, ſi ſuperior ipſe monaſterii aliqua ob fornicationem propriam det. Quoniam neque de bonis monaſterii facultatem habet conferẽdi quicquam in eum finem, neque de bonis, quæ ab aliis accipiat: quando quidẽ nihil poteſt efficere ſibi proprium, neque aliter ſibi ipſi concedere poteſt ius alienandi, quæ ab aliis acceperit, quam ſuis ſubditis, neque voluntas præſumpta ſuorum ſuperiorum ſit, vt eiuſmodi res in eum peſſimum finem alienet: quare facta ea alienatio vana eſt & irrita.

Fornicaria occulta. Si fornicariæ fraude, aut dolo quicquam extorſerint ſuperfluum ab eo, qui poteſtatem habet alienandi, vt mentiendo ſe viro eſſe incognitas, aut non niſi à tali, vel tali magnate, vel aliud ſimile, propter quod maius precium accipiant, quam ex natura rei ſit dignum, & quam accepiſſent, ſi fraus

A illa non interueniret, reſtituere tenentur, quod ita ſuperflue extorſerint. Quòd verò blanditijs & lenocinijs extorquent, cum ſponte voluntarieq; eis conferatur, reſtitutioni non eſt obnoxium, vt 1. 2. q. 6. art. 7. oſtenſum eſt.

Quod ad ſecundum attinet, nempe, an quod occultæ fornicariæ in precium ſuæ turpitudinis accipiũt, repetatur in foro exteriori, arbitror diſtinguendum eſſe cum Couarr. reg. peccatum, p. 2. §. 1. nu. 3. Quædam namque occultæ fornicationes ſunt, quæ ſi in iudicium adducantur, punientur in foro exteriori, vt adulterium, inceſtus, &c. quædam verò quæ in foro exteriori non punientur, vt occultę fornicationes fęminarum, quæ iuris ſui ſunt, nec tamẽ ſunt meretrices. Si ſermo ſit de his poſterioribus, arbitror, eſto eiuſmodi fornicarijs promiſſum aliquid ſit pro fornicatione, & fornicatio ſit ſubſecuta, non audientur in iudicio, vt audientur publicæ meretrices, vel ſi audiantur, ſolum id fore, vt eiuſmodi precium fiſco adiudicetur. Ratio eſt, quoniam ex ſtipu-

B latione contra bonos mores non conceditur actio in foro exteriori, vt conſtat ex l. Mercalem, C. de cõdict. ob turp. cauſ. præſertim cum in hoc Luſitaniæ regno, licet eiuſmodi fornicariæ non acriter puniantur, puniantur tamen aliquo modo, vt patet l. 1. titu. 6. q. 1. legum extra.

Si tamen ab eiuſmodi fornicarijs in iudicio repetatur, quod iuſte in precium turpitudinis acceperunt, in primis non concedetur actio hominibus, qui precium dederunt: eo quòd iuſtè de manu illorum id acceperint, nec minor turpitudo fuerit dantium, quàm accipientium. Deinde verò neque fiſco videtur concedenda. Quoniam, vt bene Couarr. loco citato adnotauit, ſolum conceditur actio fiſco circa turpiter accepta, quando accepta ſunt pro crimine, quod à republica puniri conſueuit. Subiungit tamen propter famoſam quorundam ſententiam v-

C ſu nonnullorum iudicum contrarium eſſe in foro exteriori introductum; quod tamen ipſe non probat. In hoc autem Luſitaniæ regno, licet eiuſmodi fornicariæ aliquo modo puniantur, vt ex lege citata liquet; ſuſpicor conſuetudinem non eſſe, vt, quod acceperunt, fiſco addicatur. Præſertim, cum ſimiles leges non ſoleant ea ſeueritate executioni mandari, qua conduntur.

Si autem loquamur de occultis fornicariis prioris generis, in primis non conceditur eis actio, vt pretium comparent pro ſubſecuta fornicatione antea promiſſum. Idemque eſt de quocunque alio crimine, quod in foro exteriori punitur, idque ob eã cauſam, ne quis præmium & lucrum pro eo crimine reportet, pro quo pœna in eodem foro meretur, vt ex l. Mercalem, C. de condict. ob turp. cau. eſt manifeſtum. Deinde verò fiſco adiudicabitur precium, quod eiuſmodi fornicariæ acceperint: eo quod acce-

D ptio fuerit turpis, & iure humano prohibita. Idemque eſt iudicium de quocunque alio precio accepto crimine iure humano prohibito, vt colligitur ex l. Lucius, ff. de iure fiſci.

Ex hactenus dictis cõſtat, accepta in precium ob turpem cauſam, quando precium eſt moderatũ, neque in conſcientiæ foro, neque in exteriori, niſi poſt latam ſententiam obnoxia eſſe reſtitutioni. Niſi, qñ lex incapacem reddit accipientem, vt reddunt extrauag. Bonifacii VIII. & Greg. XIII. diſp. 92. relatæ: id tamen quam rariſſime euenit.

Magna ergo ex parte ceſſat quæſtio illa, cui faciẽda ſit reſtitutio turpiter acceptorũ in precium. Ante latam enim ſententiam, nulli eſt facienda, niſi lex incapacem fecerit accipientem. Poſt latam verò ſententiã, facienda eſt illi, cui eo modo accepta, per ſententiam applicabuntur. Quod ſi nulli expreſſe applicentur, fiſco cenſentur addicta. Quando verò lex

inca-

incapacem reddit accipiendum, ſi ſimul etiam reddat incapacem dantem, vt extrauagantes citatę reddunt, non ſolum quando aliquid datum eſt in precium, ſed etiam quando dono eſt datum: tunc ſi lex exprimat, cui reſtitutio ſit facięda (vt regulariter ſolent exprimere, extrauagantesque citatæ præſcribūt vt fiat pauperibus) illi eſt facienda: alioquin fiſco. Quòd ſi ſolum reddat incapacem accipientem, idque, quòd accepit, nulla ratione erat ei debitum, reſtitutio facienda eſt danti, apud quem perſeuerat dominium rei, quam ita dedit: eo quòd datio illa gratuita vim non habuerit dominij transferendi. Quādo verò erat illi debitum, ſed virtute legis factus eſt incapax illius, credo reſtitutionem faciendam eſſe, vel fiſco, vel pauperibus, in modum pœnæ, ad quam exequendam obligat lex in eo euētu ante latam ſententiam, eo ipſo, quòd accipientem effecit incapacem illius. Ex qualitate autem legiſlatoris, ac legis, conijciendum eſt tunc, an mens illius fuerit, vt reſtitutio fieret fiſco, cui ſimiles pœnæ regulariter ſunt debitæ, an potius pauperibus.

Ad primum argumentū initio propoſitum. Ad primum argumentum initio propoſitum, conceſſo antecedente in euentibus diſputatione præcedente & alijs antecedentib. explicatis, neganda eſt conſequentia: quoniam in illis euentibus nihil eſt, pro quo precium poſſit eſſe debitum, vt eſſe poteſt in actibus peccatorum, aut etiam in peccatis omiſſionis, vt oſtenſum eſt.

Ad ſecundum. Ad ſecundum negandum eſt antecedēs, quando res turpis, pro qua aliquid datur, opere eſt impleta, vt oſtenſum eſt. Ad probationem verò, conceſſo antecedente, de promiſſione pro re turpi, antequam ea res turpis opere completa ſit, in quo ſenſu, vt dictum eſt, intelligenda ſunt tria illa iura, quæ citantur, neganda eſt conſequentia, quando res turpis, quæ eo precio eſt digna, eſt iam opere impleta.

Obiectio. Quòd ſi obijcias, acceptio ob rem turpem eſt peccatum, ergo & retentio eius, quòd ita acceptum eſt: peccat ergo, qui ob rem turpem accipit, niſi reſtituat, quod accepit, ac proinde reſtituere id tenetur. Ad hoc argumentum poſſet in primis negari prima conſequentia, vt eam negat Medina de reſtitutione, quæſt. 20. patitur enim in multis rebus inſtantiam. Qui namque propria authoritate accipit, quod ſuum eſt, quando publica authoritate id poteſt commodè obtinere, peccat accipiendo, non tamen retinendo, quod accepit. Maioris tamen perſpicuitatis gratia, diſtinguendum eſt antecedens. Si enim intelligatur, poſt rem turpem patratam, negandum eſt: ſi verò ante illam patratam, concedendum eſt: peccat tamen, non contra iuſtitiam aduerſus eum, qui precium dedit, ſed peccato eiuſdem ſpeciei, cuius eſt res turpis, ad quam ea acceptio ordinatur. Eo demque modo concedenda eſt conſequentia, ſi conſequens intelligatur ante rem turpem patratam, ita vt retentio ſit ad eandem rem turpem opere ob tale precium implendam. Si verò conſequens intelligatur poſt rem turpem patratam, neganda eſt conſequentia. Eſt quippe diſpar ratio. Etenim acceptio ordinatur ad culpam, & idcirco eſt peccatum: receptio vero poſt rem turpem patratam, nō ordinatur iam ad culpam, & ideo non eſt peccatum.

Ad tertiū. Ad tertium conceſſo antecedente, eo quod res ſpiritualis, pro qua in Simonia precium accipitur, non ſit vendibilis, ſed quemadmodum data gratis, ita iuſſa à Chriſto gratis dari: neganda eſt conſequentia: quia res turpes, pro quibus precium iuſtè accipitur, ex ſe ſunt vendibiles. Cui autem reſtituendum ſit, quod Simoniacè accipitur, tam ante latam ſententiam, quā, qui Simoniacè dedit, ad amiſſionem illius damnetur, quàm poſt illam prolatam, alio in loco explicandum eſt.

DISPVTATIO XCV.

Pœna amiſſionis propriorum bonorum quouſque, commiſſo crimine, debita ſit ante latam ſententiam.

AD tractationem de acquiſitione, & amiſſione dominij legis authoritate, etiam ſpectat diſputemus, quouſque in pęnam dominium amittatur, illudque acquirat is, cui pęna applicatur. Reijcientes ergo pœnas corporales in tractatū quintum, quo in loco dicemus, quouſque, etiā poſt latam ſentētiam, teneatur, aut non teneatur, damnatus earū aliquam executioni mandare: hoc loco ſolū dicemus de pœnis bonorum externorum, de quorum dominij acquiſitione & amiſſione in hoc tractatu diſputamus.

Dictum eſt in quæſtione propoſita, propriorum bonorum: quoniam non eadem cernitur omnino ratio in bonis, quæ vel ſunt cōitatis, tametſi à poteſtatibus publicis priuatis hominib. conferantur, vt ſunt officia publica, beneficia Eccleſiaſtica, &c. vel à priuatis inſtituta ſunt, vt ſint quaſi communia, vt ſunt collegiaturæ, quas vocant, & his ſimilia: vel ſub certis legib. aut conditionib. alicui relinquuntur, vt relinqui ſolent aliqn̄ hęreditas & legata, cōſueuerūntque donationes aliquæ conferri: vel deniq; ſunt bona ſupernaturaliter, Eccleſiæ conceſſa, quorum diſpoſitio facultati Summi Pontificis, clauibuſq; Eccleſiæ ſubiacet, vt ſunt participatio Sacramentorū, vſus munerum Eccleſię, communio in ſuffragijs ac bonis ſpiritualib. aliorum, &c. & ſi quæ ſunt alia ſimilia bona, quæ à bonis proprijs cuiuſq; ſimili modo, ac quoduis horum, quæ commemorata ſunt, valeant diſtingui. Propter diſcrimen ergo, quod cernitur inter pœnas, quæ inſtituuntur circa bona prioris & poſterioris generis, in hac diſputatione dicemus ſolum de pœnis circa bona propria, in ſequenti autem de pœnis circa bona alia differemus.

Quid controuertitur. Conueniunt omnes, qn̄ pœna lege non ſtatuitur ipſo iure, aut ipſo facto crimine cōmiſſo incurrēda, non deberi ante latam ſn̄iam, qua delinquēs ad eam ſoluendā à iudice condemnetur. Tota verò controuerſia eſt, qn̄ pœna amiſſionis propriorū bonorum lege ſtatuitur ipſo iure, aut ipſo facto incurrēda, quo pacto & hæreticis, & cōtrahentib. inceſtas nuptias, & pleriſque alijs delinquentibus, eſt pœna confiſcationis, amiſſionisve omnium bonorum ſtatuta, an delinquens continuò commiſſo crimine amittat dominium, legitimam poſſeſſionem, & adminiſtrationem ſuorum bonorum, teneaturque, proinde in foro conſcientiæ ea offerre fiſco, aut cuicunque alteri, cui lege talis pœna applicatur: an potius ante latam ſententiam, neque poſſeſſionem, neque adminiſtrationem, imò neque dominium amittat, ſed tuta conſcientia poſſit tanquam ſua, obnoxia tamen, vt ſi ſententia feratur, ad fiſcum deuoluantur, illa retinere.

Partem affirmantem qui aſſeuerent. Partem affirmātem aſſeuerat Alfonſ. à Caſtro 2. de iuſta hæretic. punit. cap. 6. & ſuſius lib. 2. de lege pœna. c. 10 poſt Panor. & Felin. cap. 1. de conſtitut. eundem Panor. cap. dilecti, de arbitr. & quoſdam alios, quos Couarr. in epit. ad quartum decreta. c. 6. §. 8. num. 10. refert. In eandem videtur propendere Ant. Gama, 3. tomo varia reſol. cap. 2. num. 5.

Eā probant primò. Hanc ſuam ſententiā probat Caſtrus. Primò, qm̄ hæreticus (idem accipe de quocunque alio, cui bona ipſo iure cōfiſcantur) eo ipſo, ꝙ in hæreſeos crimen incidit, dominium amittit ſuorū bonorum, bonaq; illa efficiuntur fiſci: ſed nulla eſt lex, quæ illi, ſic priuato dominio ſuorum bonorum, concedat poſſeſſionem ac vſum eorum: ergo ſub reatu lethalis culpæ tenetur tradere illa fiſco, cuius ſunt. Conſequentiam probat, quoniam retinere alienum, eoque vti inuito domino, peccatum lethale eſt ex ſuo genere.

Deinde

Maior probatur 1.

Deinde probat maiorẽ. Primò, ex c. cum ſecundũ leges, de hæret. lib. 6. quo in loco bona hęreticorũ, ipſo iure decernuntur confiſcata, tametſi præcipiatur, ne fiat executio confiſcationis anteq̃ feratur ſnĩa de crimine per iudicem Eccleſiaſticum: ſi aũt cõmiſſo crimine hæreticorũ ante latam ſnĩam maneret dñs eorum bonorum, ſanè bona illa non eſſent ipſo iure confiſcata, ſed confiſcãda per ſnĩam criminis declaratoriam. Confirmatur hæc ratio. Primò, quia bona hæreticorum eſſe ipſo iure confiſcata, non eſt aliud, q̃ poteſtate ſolius iuris, ſeu legis, nulla expectata iudicis ſnĩa, eſſe cõfiſcata. Secundo, quia qñ ipſo iure, aut ipſo facto imponitur pęna excõicationis ꝓ aliquo delicto, ſtatim cõmiſſo crimine incurritur excõicatio abſq; alia iudicis ſnĩa, vt cõis ſententia Doctorũ affirmat, & obſeruat praxis ac vſus Eccleſiæ: ergo idem erit quando bona ipſo iure confiſcãtur.

Secundò.

Secundò probat eandem maiorem ex eodem capite cum ſecundum leges, in cuius initio dr̃, cõtrahẽtes inceſtas nuptias ſecundũ leges ciuiles, eo ipſo ꝑdere dñium rerum ſuarum, & deferentes ſpecies illicitas, vt arma, ferrum, &c. ad Saracenos, eo ipſo earundem ſpecierum, & rerum proprietate priuari; & fiſco rerum & ſpecierum dictarũ proprietatem acquiri: idem verò eſt de hæretico; qm̃ bona ipſo iure confiſcari, & dñium eorum ipſo iure amitti, pro eodem in eo capite reputantur. Quod ſi quis rñdeat, vt reſpondere ſolent authores contrariæ ſententiæ; hæreticũm retinere quidem dñium ſuorum bonorum ante latam ſnĩam, in hoc tñ ſenſu à puncto cõmiſſi criminis illud amiſiſſe, quod lata ſententia retrahitur effectus cõdemnationis ad punctũ commiſſi criminis, ita vt virtute ſententiæ priuetur dñio bonorum, quæ ab illo puncto habuit; argumentatur contra hoc Alfonſus à Caſtro. Quoniam, quod ꝑ diuinam potentiam eſſe non poteſt, fieri nequit per iudicis ſententiam: ſed diuina potentia fieri non poteſt, vt hæreticus poſtquam fuit dñs ſuorũ bonorũ vſq; ad latam ſnĩam, toto eo tpe dñs illorum non fuerit; eo quod id ſit concedere potentiam ad præteritum: ergo neque ſententia iudicis id efficere poteſt.

Tertiò.

Tertiò, ſi hæreticus dñs eſſet ſuorum bonorum ante latam ſententiam, poſſet ea vendere, donare, aliiſque titulis in dñium & poteſtatẽ alterius transferre: quippe cum hi ſint effectus veri dñij, quando quis lege aliqua prohibitus nõ eſt id efficere, vt prohibitus eſt pupillus: ſed nulla alienatio facta per hæreticum à puncto commiſſi criminis vſque ad latam ſententiam eſt valida, quin potius omnes, lata ſententia, reſcinduntur ac pronunciantur nullæ: cum ergo aduerſarij nullam legem poſſint oſtendere, qua hæretico ſit non conceſſum alienare bona ante latam ſententiam; conſequens eſt, vt à puncto commiſſi delicti dominium eorum amiſerit.

Quartò.

Quartò ſi hæreticus ante latam ſententiam retineret dominium ſuorum bonorum, illo ante eandem ſententiam defuncto, ſanè filius Catholicus ei ſuccedens compararet dñium eorundem bonorum; vnde ſequeretur ſi poſtquam ita ſucceſſit, conſtaret de crimine defuncti, de eoq; damnaretur, filium non poſſe ſpoliari bonis illius; eò quod nullus puniatur amiſſione bonorum, quorum eſt dñs, ob culpam & peccatum alterius, conſequens autem eſt, cõtra c. accuſatus, §. in eo verò, de hære. lib. 6. & contra c. 2. de præſcr. lib. 6. ergo hæreticus, defunctus à pũcto commiſſi criminis amiſit dominium ſuorum bonorum.

Minor probatur.

Deinde probat minorẽ eiuſdem primi argumẽti, qm̃ ſi aliqua eſſet lex, quæ hęretico ante latam ſententiã cõcederet poſſeſſionẽ ac vſum bonorũ, quorum amiſit dñium, maximè eſſet c. cum ſecundum leges, citatũ, quatenus poſtquam ſtatuit bona hæreticorum eſſe ipſo iure confiſcata, addidit, confiſcationis tñ huiuſ executio, ſeu bonorũ occupatio, fieri

A non debet per principes, & alios dños temporales, ante promulgatam ſnĩam de crimine, per perſonam eccleſiaſticam ad id habẽtem poteſtatẽ: neque enim inquit, Caſtrus, aliam legem aduerſarij oſtendunt: caput aũt illud, non concedere hæreticis vſum, & poſſeſſionem eorum bonorũ in foro conſciẽtiæ, ex eo probat, quoniam hæc conſecutio nulla eſt: fiſcus, dñi ve temporales prohibentur exequi confiſcationem & occupare bona hæretici ante latam ſnĩam; ergo hæretico ante eandem ſententiam conceditur retentio & poſſeſſio eorum: plurima namque ſunt, in quibus prohibetur quis accipere, quod ſibi eſt debitum, & tñ, qui id poſſidet, tenetur ſtatim illud ei reſtituere: vt, qui aliquid vẽdidit minus iuſto precio infimo, niſi defraudatus ſit vltra dimidium iuſti precij, petere non poteſt in iudicio id, in quo eſt defraudatus, cum tñ, qui eum defraudauit, teneatur illud ei ſtatim reſtituere; multaque alia ſunt ſimilia: cum ergo, inquit, ex eo ꝙ fiſcus eo in capite exequi prohi

B beatur confiſcationem ante latam ſententiã, nequaquam ſequatur conceſſum eſſe hæretico licitè ea retinere, oſtenſumque ſit eum teneri ſtatim illa reddere, niſi poſſeſſio & retentio lege aliqua ſit conceſſa; conſequens eſt, vt lethaliter peccet ea retinendo. Adde, inquit, eſto eo in capite conceſſum eſſet hæreticis retinere ſua bona ante promulgationem ſententię, neque ibi, neque alibi idem conceſſum eſſe alijs delinquentibus, quibus bona ſunt ipſo iure confiſcata, vt patrantibus crimen læſæ Maieſtatis humanæ, cudentibus falſam monetam, incidentibus in crimẽ nefandum in hoc Luſitaniæ regno, & in regno Caſtellę, & aliis ſimilibus. Neque argumento à ſimili poteſt permiſſio illa extendi ad alios, præſertim, qñ leges ad diuerſos ſpectant legiſlatores, quo pacto caput, cum ſecundum leges, ſpectat ad Summum Pontificem, & leges ſtatuentes pœnam confiſcationis delinquentibus commemoratis, ſpectant ad princi-

C pes ſeculares in iis, quæ poteſtati Summi Pontificis minimè ſubduntur.

Eandẽ partẽ affirmantẽ probant. Secundò.

Secundo probat Caſtrus ſuam ſnĩam, qm̃ hæreticus ſtatim poſt ſnĩam iudicis Eccleſiaſtici declaratoriã criminis, tenetur tradere oĩa bona ſua fiſco, nulla expectata vlteriori ſnĩa, qua condemnetur pœna amiſſionis bonorum pp tale crimen: ergo ẽt ſtatim commiſſo crimine, ante vllam illius declaratoriam ſnĩam, tenetur idem efficere. Antecedens, inquit, aduerſarij omnes concedunt, præter vnum Caietanũ; qui arbitratus eſt, ꝙ hæreticus teneatur tradere fiſco bona ſua, vltra ſententiam criminis declaratoriã, neceſſarium eſſe adiudicari pęnam: quæ tñ ſnĩa facilè, inquit, impugnatur, ex c. cũ ſecundũ leges, citato, vbi ad confiſcationis executionẽ & occupationẽ bonorum, non dr̃ neceſſarium eſſe, promulgari prius ſnĩam per iudicẽ Eccleſiaſticum de pœna, ſed de crimine ſolum, nihilq; aliud expectandum præci

D pitur. Conſequentiam verò probat, qm̃ declaratoria ſnĩa ſolum eſt neceſſaria, vt conſtet de crimine: vnde qñ crimen eſt adeò notorium, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, poteſt fiſcus ſtatim occupare bona delinquentis, nulla omnino expectata ſentẽtia, vt Dñicus, & Fel. affirmant: ſed hęretico magis cõſtat de ſuo crimine ſtatim ac illud cõmiſit, q̃ ſibi & aliis conſtet per ſententiam iudicis declaratoriam: quippe cum euidentiam habeat ſe illud commiſiſſe, ſententiæ verò multis rationibus poſſit ſubeſſe falſum, ergo, quicquid ſit de foro exteriori, tenetur hæreticus in foro conſciẽtiæ ſtatim commiſſo crimine tradere bona omnia ſua fiſco, cuius ea ſunt.

Tertiò.

Tertio ſi fiſcus conſcius Petrum in hæreſim incidiſſe, euidentia, quæ nulla poſſet tergiuerſatione celari, eriperet ab eo bona ante ſententiam declaratoriam criminis, licet peccaret tranſgrediendo præceptum Eccleſiæ, capite, cum ſecundum leges, ne bona

na ante ſententiam criminis declaratoriam occupentur, non tamen teneretur reſtituere ea hæretico: ergo hæreticus tenebatur tunc ea fiſco tradere. Cõſequentiam probat: quoniam fieri nequit, vt res, quæ non eſt pluribus communis, iuſtè poſſit ab vno quoque eorum pro eodem temporis puncto poſſideri: quarè vel hęreticus ante latam ſententiam tenebatur ea fiſco tradere, vel fiſcus tenetur ea, ita accepta, reſtituere hæretico. Antecedens verò probat, ex l. quod à quoquam, ff. de reg. iuris, cuius hæc ſunt verba; Quod à quoquam pœnæ nominæ exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur: cum ergo fiſcus bona illa eripuerit ab hęretico in pœnam iuſtam delicti, conſequens eſt, vt eadem illi nequaquam reſtituere teneatur. Neque ſatisfaceret, inquit, qui diceret, regulam illam intelligendam eſse, non in conſcientiæ, ſed in exteriori foro. Tum quia eodem modo dici poſset capur. cum ſecundum leges, dum prohibet confiſcationis executionem ante latam ſententiam, intelligendum eſse ſolum in foro exteriori: quandoquidem, nulla poteſt reddi veriſimilis ratio quarè potius textus vnus, quàm alius, intelligi debeat ſolum in foro exteriori. Tum etiam, Decius & Ioan. Ferrarius ad eandem regulam affirmant, intelligendum eſse in foro conſcientiæ, & Innocentius ad capit. ex ratione, de appellationibus, aſseuerat, ſi pœnæ executio fieret ſine ſententia, validam eſse: quod dictum commendat Bald. ca. 1. de feudo ſine culpa non amittendo.

Quartò. Quartò, ſi fiſcus euidenter ſciret Petrum incidiſſe in hæreſim, neque haberet teſtes, quibus id poſset probare vt ferretur ſententia condemnatoria, ſanè poſset ſecreto occupare quæcunque bona illius in compenſationem iuſtam bonorum, quæ ſe inuito detinet: ergo hæreticus in foro conſcientiæ tenetur illa ei tradere. Conſequentia ex eo eſt manifeſta, quod nunquam liceat facere compenſationem propria authoritate, niſi aliquando is, cuius ſunt bona, quæ occupantur, tradere tenetur in conſcientia, quod compenſatur. Antecedens verò probatur, quoniam nunquam aliquis amittit ius propter defectum probationis, vt conſtat ex l. duo ſunt, ff. de teſtamentaria tutela, conſentitque communis Iuriſperitorũ & Theologorum ſententia, dum affirmant, poſſe vnumquemque, ceſſante ſcandalo, dicere ſibi ius, quando ſibi deficit perſpicui ſui iuris probatio.

Quintò. Poſtremò, hæreticus ante latam ſententiam neq; titulo dominij veri aut pręſumpti, poſſidet ea bona, neque legis aut iudicis authoritate, neque nomine, aut voluntate domini, cuius effecta ſunt ea bona: cũ ergo non ſint alij modi, quibus res aliqua iuſtè poſſideri poſsit; conſequens eſt, vt iniuſtè ea bona poſſideat, & per conſequens, vt ante latam ſententiam reſtituere ea teneatur.

Pars negãs vera. Contrariam ſententiam, nempe hæreticum & quemcunque alium delinquentem, cui bona ipſo iure ſunt confiſcata, non teneri ea tradere fiſco ante latam ſententiam, quin potius poſse tuta conſcientia ea in perpetuum retinere, & tranſmittere ad poſteros, ſi nunquã feratur ſententia, affirmant Adria. quodlib. 6. quæſt. prima, Caietan. 2. 2. quæſtione 62. articulo tertio, & in Summa, verb. pęna, Victoria in relectione de Indis Inſulanis, parte prima, nume. 7. Sotus 1. de iuſtitia & iure, quæſtione 6. articu. ſexto, Couar. in Epitome ad 4. Decret. capit. 6. §. 8. nu. 10. Nauar. in Manuali, ca. 23. nu. 66. Archid. c. felicis, de pœnis, lib. 6. Sylueſt. verb. hæreſis, 1. quæſt. 8. & ver. Aſſaſſinus, q. 5. Iacob. Simancas in inſtitutionibus, tit. 9. à nu. 157. & eſt communis hodie inter Theologos & Iuriſperitos.

Probatur primò, quoniam lex humana, iuxta Iſidorum (id quod etiam recta ratio, lumenque naturæ docent) vt ſit iuſta, eſse debet tolerabilis, homi-

A numque imbecillitati accommodata: talis autem non eſſet, quæ delinquentem obligaret per ſeipſum exequi tam acerbam, & difficilem pœnam, qualis eſt, vt ſeipſum quis omnibus ſuis bonis ſpoliaret, eaque traderet fiſco, quin potius eſſet moraliter loquendo obſeruatu impoſſibilis, & abſque emolumento illaquearet hominum conſcientias, multumque difficilem redderet reſipiſcentiam occulti hæretici à ſua hæreſi: ergo credendum non eſt eam fuiſſe mentem cuiuſquam legiſlatoris, maximè Eccleſiaſtici: præſertim cum vſus, qui optimus eſt legum humanarum interpres, contrarium habeat. Neque deſunt Doctores graues, ex ijs, quos citauimus, qui non immeritò aſſeuerent, eſto ea fuiſſet mens legiſlatorum, non obligare in foro conſcientiæ: eò quod poteſtas eorum ſolum ſe extendat ad condendas leges æquas hominumque imbecillitati tolerabiles.

Secundò, quoniam in re graui, & quando bo-
B num, in quo quis debet puniri, à legiſlatore non pendet (quod dico propter bona ſecundi generis in principio huius diſputationis commemorata) æquitas non patitur, vt quiſquam, antequam audiatur, damnetur, poterunt namque multa interuenire, quæ adeò delictum extenuent, vt prudentis arbitrio delinquens puniendus non ſit toto legis rigore; quæ tamen omnia non poteſt lex proſpicere, & circa ea prouidere: quædam etiam poterunt interuenire, quæ ſuadeant augendam eſſe pœnam legis: vnde, iuxta varia iura, communemque Doctorũ ſententiam, quam Couar. 2. variar. reſol. capit. quarto, refert ac ſequitur, ad iudicem ſpectat legis pęnam ex proprio iudicio iuxta circunſtantias concurrentes, interdum augere, & interdum moderari: atque hac de cauſa legis ſententia in eiuſmodi pœnis, iuxta iuris ipſius diſpoſitionem, vim non habet, niſi per iudicem (qui, ad legis differentiam, iuſtum animatum
C ab Ariſtotele 5. Ethic. capitulo quarto, appellatur) cognita prius cauſa, expenſiſque circunſtantijs omnibus concurrentibus, reo ſit applicata: quo fit, vt iudicis ſententia non ſolum inſeruiat, vt de crimine & pœna à lege ſtatuta innoteſcat, ſed etiam, vt vniuerſalis legis ſententia per particularem iudicis hic & nunc applicata, aut etiam per virtutem Epicheiæ, iuxta circunſtantias omnes concurrentes, moderata vel aucta comparatione huius vel illius vim effectumque ſuum ſortiatur. Eſt ergo ſententia iudicis conditio ſine qua pœna à legibus, de quibus loquimur, ſtatuta, non ita à tranſgreſſoribus eſt debita, quaſi per ipſoſmet ſit executioni mandanda, idque non ſolum quando in lege pœnali non apponuntur verba illa, ipſo iure, aut ipſo facto, in quo omnes conueniunt, ſed etiam quando apponuntur. Illa namque appoſitio non fit ad eum finem, vt excluſa iudicis ſententia, pœna exe-
D cutioni mandetur, ſed additur ad ſubijciendum pęnæ bona omnia, quæ à tempore commiſſi delicti pertinent ad delinquentem, nec non fructus omnes eorum, atque ad ea vi talis legis afficienda, vt à tempore commiſſi delicti comparet fiſcus, aut quicunque alius, cui lege applicantur, ius in re ad acerbiorem delicti & delinquentis pœnam, ita vt ad quemcunque tranſierint prædicta bona, obligata ſint fiſco, non ſecus ac ſi in poteſtate eſſent, delinquentis. Vnde eiuſmodi pœna apponi non ſolet niſi in atrocioribus delictis, & quæ in perniciem publicam vergunt.

Tertiò, quoniam æquitas non patitur, vt in eiuſmodi cauſis idem ſimul ſit iudex, actor, reus, teſtis, atque executor pœnæ: hæc namque omnia, iuris diſpoſitione, diuerſa eſſe, & ſolent, & debent; neque iudex ſecundum priuatam ſuam ſcientiam, ſed ſecundum allegata, & probata debet

bet iudicare: ſi autem hæreticus, etiam quando eſt occultus, teneretur ante latam ſententiam offerre pœnam confiſcationis ſuorum bonorũ fiſco, ipſe ſimul iudex, actor, teſtis, & executor aduersũ ſemetipſum exiſteret: non eſt ergo contraria ſententia cũ æquitate, iuriſque diſpoſitione conſentiens.

Quartò. Neque hæreticus, qui abſque vllo teſte protulit hæreſim, tenetur ante latam ſententiam offerre bona ſua fiſco, neque item is, qui coram teſtibus in hæreſim incidit: ergo nullus ad id tenetur. Conſequentia patet. Prior verò pars antecedentis ex eo eſt manifeſta, quod neque Inquiſitores ipſi ita illum punirent, ſi reſipiſcẽs ſe illis manifeſtaret: quare rationi non eſt conſentaneum exiſtimare, reſipiſcentem teneri tam acriter in ſeipſum animaduertere. Poſterior autem ex eo probatur, quod cum teſtes ſolum ſint neceſſarij ad telam iudicij, & vt ſententia ſecundum allegata & probata feratur; gratis quis diceret, neceſſarios eſſe teſtes, vt hæreticus teneretur offerre bona ſua fiſco, & negaret neceſſariam eſſe ſententiam.

Quintò, hæreticus occultus non poſſet ſeipſum punire tradẽdo omnia bona ſua fiſco, niſi ſeipſum proderet ac infamaret; præſertim ſi vir eſſet diues: vbi primum namque bona traderet, ex paupertate agnoſceretur deliquiſſe: Chryſoſtomus autem cap. quis aliquando, de pœnitentia, diſtinctione prima, ait: Nõ dico vt te prodas. Caſtrus 2. de leg. pœnal. capitu. 15. concluſ. quarta, cum Panorm. affirmat, hunc etiam teneri tradere bona ſua fiſco, & capit. 11. conatur ſatiſfacere argumento: at profectò non ſatiſfacit omni ex parte.

Sextò ex cap. cum ſecundum leges citato, vbi ſententia manifeſtè exigitur, vt occupari poſſint bona à fiſco tanquam ſua, nedum vt delinquens ipſe ea offerre teneatur:

Licet autem hæreticus, aut quicunque alius, qui in crimen incidit cui eſt pœna amiſſionis bonorum ipſo iure ſtatuta, non teneatur bona ſua tradere ante latam ſententiam; lata tamen ſententia, retro agitur confiſcatio à tempore commiſſi delicti, ita vt bona omnia, quæ à commiſſo delicto illius fuerunt, ad quemcunque quocunque titulo deuenerint, pertinent ad fiſcum, etiam ſi hæreticus poſt ſuam mortem damnetur. Atque hac de cauſa reſcinduntur omnes donationes, legata, venditiones, & quicunque alij contractus, etiam cauſa dotis, ab eiuſmodi delinquentibus à tempore commiſſi delicti facta, vtpote nullius momenti, ad effectum, vt fiſcus non occupet ea omnia bona. Neque fiſcus tenetur ſoluere precium, quod hæreticus in commutationem pro his bonis accepit, niſi fortè precium, aut aliquid loco precij, in bonis defuncti fuerit repertum; tunc enim ſolus valor, qui fuerit repertus eſt reddendus. Ita cum Directorio Inquiſitorum affirmant Couarruuias in Epitome capitulo ſexto, §. octauo, numero nono, & Doctores communiter. Quando etiam alienatio facta ab eiuſmodi delinquente eſſet ex cauſa neceſſaria, qualis eſſet, ſi facta eſſet pro alimentis comparandis, licita eſſet & valida, neque fiſcus repetere poſſet rem ita alienatã, vt Couarruuias loco citato, & alij, quos refert, rectè affirmant. Debita, quæ eiuſmodi delinquens ante delictum contraxiſſet, teneretur fiſcus ſoluere, iuxta l. non poſſunt, ff. de iure fiſci, cuius hæc ſunt verba; Non poſsunt vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuper futura ſunt. Id enim bonorum cuiuſque intelligitur, quod ære alieno deducto ſupereſt. Secus autem eſset de eis debitis, quæ poſt delictum contraxiſset, niſi ſimili modo inter bona defuncti reperiretur eorum valor, vt Couarruuias ibidem ait. Quæ dicta ſunt de retroactione confiſcationis à tempore commiſſi de-

A licti, & annullatione alienationum à delinquentibus poſt delictum commiſſum effectarum, ſunt cõmuni Doctorum ſententia, vſuque ipſo recepta, iuxta normam Directorij Inquiſitorum, libro tertio, titulo nono, eaque intendunt capit. Cum ſecundum leges, citatum, & alia iura, quæ pœnam amiſſionis bonorum ipſo facto pro delicto aliquo ſtatuunt. Item lex Manichæos, C. de hæreticis, facultatem donandi, emendi, vendendi, teſtandi, quoſuiſque alios contractus celebrandi abſtulit ab hæreticis. Eademque aufertur incidentibus in crimen læſæ maieſtatis humanæ. l. vltima, C. ad leg. Iuliam maieſtatis. Ratio verò horum omnium hæc eſt, quoniam, vt dictum eſt, quando pœna confiſcationis ipſo iure erat ſtatuta, ſtatim commiſſo crimine comparat fiſcus ius in re circa bona omnia delinquentis, eaque de cauſa ad quemcunque tranſeant, tranſeunt cum eo onere & obligatione reali, quam contractus, aliave alienatio facta à delinquente, aut à quouis alio, ne- B quit impedire: ſicut neque ius hypothecæ impeditur ex eo, quod res hypothecæ ſubiecta alienetur, neque is, cui ſubiecta eſt talis hypotheca, ſoluere tenetur precium, quo eam comparauit is, ad cuius poteſtatem deuenit, quando ex ea ſoluendum eſt debitum, in defectum aliorum bonorum præcipui debitoris.

Dubium verò eſt, vtrum eiuſmodi delinquentes retineant dominium ſuorum bonorum à tempore commiſſi delicti vſque ad latam ſententiam. Dubium. Doctores communiter negant, etiam ij, qui arbitrantur eos non teneri offerre bona ſua fiſco, idque ſonare videntur aliqua iura. Contrarium tamen affirmant Archidiaco. capitu. Cum ſecundum leges, citato, Victor. in relect. de Indis. parte prima, numero decimoquarto, Iacobus Siman. titulo nono, citato à num. 228. & quidam alij, eos videlicet retinere dominium ſuorum bonorum. Et hæc ſententia no- C bis placet; cui etiam non repugnat Sot. loco citato. Confirmari autem poteſt ex l. quæſitum eſt. ff. qui & a quibus, vbi habetur, eum, qui maieſtatis crimine reus factus eſt, ante damnationem dominum eſſe ſuorum bonorum. Licet enim fiſcus, vt legis ſtatuentis pœnam confiſcationis ipſo iure, ſtatim commiſſo crimine comparet ius in re in bona omnia delinquentis, illaque ita maneant fiſco obligata, vt alienationes factæ per delinquentem ſint inualidæ: nihilominus quemadmodum delinquens vi talis legis non aliter cenſetur amiſiſſe bona ſua ante latam ſententiam, quàm in debito; & ſub conditione ſi feratur ſententia, ita neque dicitur amiſiſſe eorum dominium, niſi in debito, ſub eadem conditione. Quare, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, dicendus eſt amiſiſſe dominium, comparaſſeque illud fiſcum. Et in hoc ſenſu accipienda ſunt iura, quæ contrarium innuunt: neque aliud voluiſſe D videntur plerique ex Doctoribus contrariæ ſententiæ.

Ex dictis licet colligere nonnulla cum Victor. loco citato, numero decimo quinto. Primum eſt, eiuſmodi delinquentes, licitè poſſe viuere de bonis ſuis, ſuamque alere familiam. Ita eſt communiter receptum, idque præter Victoriam, affirmant Barto. l. poſt. ff. de donat. Syluestr. verb. hæreſ. 1. quæſtio. octaua, Sotus loco citato, concluſio. quarta, & plerique alij.

Secundum eſt, titulo gratioſo licitè poſse transferre bona ſua in alios, vt vltima voluntate, & inter viuos donando, ac mutuo dando, modo ne donent in fiſci fraudem, aut intelligant ex repentina repetitione horum bonorum per fiſcum, ſi crimen fuerit detectum, probabiliter imminere iacturam aliquam donatarijs aut mutuatarijs, quæ ſcilicet in eoſdem redundare poſſit ratione

damni

damni alicuius emergentis, præter ſolutionem eorum, quæ acceperunt; quod raro admodum continget. Simili modo poſſunt licite locare alijs res ſuas. Probantur hæc omnia, quoniam eiuſmodi delinquentes ante latam ſententiam non priuantur iuſto vſu rerum ſuarum; hæc autem omnia ad iuſtum earum vſum pertinent. Neque inde imminet detrimentum aliquod ijs, quibus eiuſmodi tituli conferuntur; quandoquidem, niſi crimen detegatur, ſolum teneantur reddere, quod ſuperſit ex ijs, quæ acceperunt, aut id in quo inde facti fuerunt locupletiores.

Tertium eſt, titulo oneroſo, vt vendendo, permutando, tradendo in dotem, &c. præterquam ex cauſa neceſſaria, iuxta ea quæ cum Couarruuia ſupra dicta ſunt, nefas illis eſſe tradere alijs bona ſua, quando periculum eſt, crimen eorum damnandum aliquando eſſe iudicio, bonaque eorum eſſe confiſcanda. Probatur, quoniam licet ante latam ſententiam, neque eo vſu ſuorum bonorum ſint priuati; quia tamen decipiunt eos, cum quibus tales contractus celebrant, exponuntque generos periculo amittendi dotes vxorum, & emptores amittendi rem & precium, lethaliter peccant. Quando vero nullum eſſet periculum, quod fiſcus bona eorum eriperet, aut ij, qui cum illis tales contractus celebrant, intelligerent periculum, cui ſe exponunt, non peccarent eos contractus celebrando. Vnde publici hæretici, qui hodie ſunt in Septentrionalibus regionibus, non peccant eiuſmodi contractus, etiam cum catholicis, celebrando. Poſſumuſque hinc ſumere argumentum contra opinionem Caſtri, quod iuxta illius ſententiam, quicunque emerent aliquid ab eiuſmodi hæreticis, tenerentur illud tradere fiſco, cui ante latam ſententiam eſſet debitum: id vero eſſet illaqueare, periculoque exponere hominum conſcientias.

Ad primū cōtrariæ ſententiæ. Ad primum ergo argumentum Caſtri neganda eſt maior: non enim illud amittit, niſi ſecundum quid, & in debito, ac ſub conditione, ſi feratur ſententia, vt oſtenſum eſt.

Ad primā probationē maioris. Ad primam probationem dicendum in primis eſt, bona hæreticorum decerni ipſo iure confiſcata, non excludere expectandam eſſu ſententiam, vt confiſcatio executioni licitè mandetur, vt in eodem textu ſubiungitur, atque adeo vt hæreticus teneatur ea tradere fiſco. Dicendum eſt deinde, bona hæreticorum ſtatim commiſſo crimine decerni ipſo iure confiſcata, non aliud ſignificare, quam decerni ipſo iure fiſco obligata, ita vt, lata ſententia, retro agatur confiſcatio à die commiſſi delicti propter ius in re, quod vi talis legis fiſcus in omnia bona hæretici à commiſſo delicto comparauit, vt oſtenſum eſt: id autem non tollit, quin & hæreticus dominus maneat horum bonorum, & expectanda ſit ſententia, vt confiſcatio executioni mandetur. Atque hinc patet ſolutio ad primam confirmationem: non enim ille eſt ſenſus eorum verborum, ſed qui proximè eſt explicatus. Ad ſecundam vero, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia; diſpar quippe eſt ratio de pœna bonorum, quibus excommunicati priuantur, & de pœna bonorum propriorum, quæ amittunt hæretici, vt dictum eſt, & ſubiungetur diſputatione ſequenti.

Ad ſecundam. Ad ſecundam probationem eiuſdem maioris iam oſtenſum eſt illud caput, non eſſe intelligendum de amiſſione dominij & proprietatis ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & in debito, ac ſub conditione ſi feratur ſententia. Ad id vero, quod ſubiungit Caſtrus, licet non pugnet cum hac noſtra expoſitione data, dicendum eſt. Neminem

A affirmare, ita retro trahi confiſcationem per ſententiam, quaſi ſententia efficiat, vt hæreticus amiſerit dominium à tempore commiſſi delicti, quod eſſet concedere ad præteritum potentiam; ſed ita, vt bona omnia, quæ hæreticus poſſedit, & quorum habuit dominium, à tempore commiſſi delicti debeantur fiſco lata ſententia, ſub cuiuſcunque poteſtate ea fuerint, idque propter ius in re, quod fiſcus in ea omnia à puncto commiſſi delicti comparauit.

Ad tertiam neganda eſt ſequela, ſi quid amplius, aut aliter, quam ſupra explicatum eſt, intelligatur. *Ad tertiā.* Sicut enim qui bona maioratus poſſidet, licet verus ſit eorum dominus, donare tamen aut quouis alio modo alienare ea non poteſt, eo quod obligata ſint certis quibuſdam ſucceſſoribus; ſic etiam hæreticus, cum eo ipſo, quod crimen committit, fiſcus comparet ius in re in omnia illius bona, nequit ea in fiſci præiudicium alienare; eaque ratione, B lata ſententia, caſſantur alienationes omnes ab eo in fiſci præiudicium factæ.

Ad quartam concedenda eſt prima ſequela: ſed neganda eſt ſecunda. *Ad quartā.* Cum enim fiſcus, antequam bona illa ad filium tranſirent, comparaſſet ius in re in ea ob delictum patris, vtique tranſierunt cum eo onere & obligatione comparatione fiſci: eaque de cauſa, damnato patre, eripiunt de poteſtate filij, aut cuiuſuis alterius, ad quem tranſiſſent, eo modo quo eriperentur de poteſtate delinquentis, niſi forte cum ignorantia quod fuiſſent bona hominis hæretici, pertranſiſſent, eademque fide poſſeſſa eſſent quadraginta annorum ſpatio: tunc enim eo ipſo præſcriberentur, vt habetur cap. ſecundo, de præſcript. libro ſexto, dictumque eſt ſupra dum de præſcriptionibus erat ſermo. Quod ſi bona illa pertranſiſſent ad filium ante delictum patris; tunc, C quia filius comparaſſet dominium eorum ante quam contraherent obligationem comparatione fiſci, nequaquam ad fiſcum pertinerent, ſed haberet locum, quod ad probationem ſecundæ ſequelæ in eo argumento adducitur: eaque de cauſa non confiſcantur dotes traditæ filiabus ante delictum patris.

Ad probationem minoris eiuſdem primi argumenti non opus eſt reſpondeamus: quandoquidem nos non dicimus, eiuſmodi delinquentes amittere ſimpliciter dominium ſuorum bonorum ante latam ſententiam, vt opus ſit quaſi diſpenſatione & conceſſione legis, vt illa licitè retineant, eiſque vtantur. *Ad probationem minorem.* Qui vero concedunt eos amittere dominium earum rerum, ægrè ſanè argumento reſpondent, tametſi ſatisfacere illi conentur.

Ad ſecundum principale argumentum dicendum eſt in primis, nunquam per iudicem Eccleſiaſticum proferri ſententiam criminis declaratoriam, quin ſimul pronuncietur hæreticum incurriſſe pœnas omnes iuris, & adiungatur relaxati brachio ſeculari, ſi is de numero eorum ſit, qui brachio ſeculari ſint relaxandi. *Ad ſecundum argumentum.* D Deinde ſimpliciter negandum eſt antecedens; vt enim diſputatione 66. cum Couarruuia dictum eſt, neque poſt ſententiam condemnantem pœna confiſcationis tenentur delinquens, aut eius ſucceſſores, offerre bona fiſco, nedum poſt ſolam ſententiam criminis declaratoriam, ſed expectare poſſunt, vt bona ab eis exigantur, manderurque ſententia executioni, quam ipſi aduerſus ſeipſos exequi non tenentur. Imo vero præſcribere poſſunt ea bona poſt ſententiam condemnantem ad pęnam, ſi tanto tempore non petantur, quantum ad ea præſcribendum eſt neceſſarium, vt diſputatione citata dictum eſt. Ad probationem vero antecedentis negandum eſt, omnes, præter vnum Caietanum, in

id concedere. Quod autem adducitur ex capitulo Cum ſecundum leges, non probat. Licet enim præcipiatur, vt poteſtates ſeculares non prius procedant ad executionem confiſcationis, quàm iudex Eccleſiaſticus pronunciet ſententiam criminis declaratoriam; inde tamen non ſequitur, hæreticum teneri ſtatim poſt eam ſententiam exequi per ſe ipſum confiſcationem, offerreque bona ſua fiſco; quin potius expectare poterit, tum ſententiam condemnantem ad pœnam, tum etiam, vt illa executioni mandetur, petanturque ea bona. Id etiam, quod Caſtrus in probationem conſequentiæ aſſumit, nempe ſententiam ſolum eſſe neceſſariam vt conſtet de crimine, falſum eſt. Vt enim ſupra oſtendimus, neceſſarium etiam eſt, vt per iudicem, tanquam per cauſam particularem, pœna vniuerſalis legis hic & nunc applicetur, vt ſuum effectum ſortiatur. Quarè, licet euidentia patrati ſceleris non indigeat clamore accuſantis, vt Auguſtinus, capit. euidentia, extra de accuſationibus ait; vt tamen Gloſſa vltima, & ſcribentes ibi communiter notant, ſententia iudicis ſemper eſt neceſſaria.

Ad tertiũ. Ad tertium negandum eſt antecedens. Cum enim hæreticus verè ſit dominus, iuſteque poſſideat ſua bona ante latam ſententiam, vt oſtenſum eſt; ſanè, qui ea ab illo eriperet alia ratione, quàm vt authoritate publica eſſent in depoſito ad ſecuritatẽ vſque ad latam ſententiam, raptor eſſet, aut fur, teneretur que illa eidem ipſi reſtituere. Ad probationem verò dicendum eſt, regulam illam in foro etiã conſcientiæ intelligendam eſſe; ſenſum illius eſſe, quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, ſed iuxta ordinem iuris, atque adeò poſt latam ſententiam, id eidem reſtituere nemo cogitur. Eſt enim regula illa ſtatuta aduerſus quoſdam, qui ſatis pueriliter exiſtimabant, nihil nomine pœnæ, ſalua conſcientia, accipi poſſe. Quod autem regula illa eo pacto ſit intelligenda, vel inde perſpicuum eſt, quod ſi priuata perſona aliquid in pœnam, alioquin iuſtam, ob culpam aduerſus ſe commiſſam propria authoritate vſurparet, proculdubio teneretur illud reſtituere, niſi prius ei adiudicaretur. Innocentius autem & Baldus locis citatis, non aliud voluerunt, quàm merum executorem ſententiæ ab alio latæ executionem ad effectum perducere, quin admittat exceptiones aduerſus ſententiam latam, ſententiæque diſcuſſionem, vt eos legenti facilè patebit: hoc autem nihil ad rem, de qua diſputamus.

Ad quartũ. Ad quartum negandum eſt antecedens. Ad probationem verò dicendum, ea, quæ aſſumuntur, vera eſſe, quando bona, de quibus agitur, pertinent ad eum cui deeſt probatio, abſque vlla dependentia à conditione aliqua nondum impleta: ſecus autem quando is ſolum habet ius dependenter à conditione nondum impleta, vt in re propoſita accidit. Bona quippe hæretici non pertinent ad fiſcum, niſi dependenter ex eo, quod feratur ſententia, tanquam à conditione ſine qua, neque hæreticus tenetur ea tradere, neque fiſcus poteſt ea ſibi vſurpare, vt oſtenſum eſt. Ac ſanè, ſi hoc argumentum & præcedens vim aliquam haberent, idem prorſus eſſet dicendum, eſto lex pœnalis non ſtatueret pœnam ipſo iure ipſo facto, vt expendenti vtrumque argumentum erit manifeſtum: Caſtrus autem nequaquam concederet, fiſcum, aut quemuis alium, vſurpare poſſe pœnam in his euentibus ante latam ſententiam.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum eſt, poſſidere titulo dominij, legitimæque poſſeſſionis lege permiſſæ.

Duo ſunt hoc loco obſeruanda. Vnum eſt, ſi eiuſmodi delinquentes, legitimè interrogati in iudicio, quia videlicet erat aduerſus eos ſemiplena probatio, crimen negarent; tunc, quia iniuſtè eſſent cauſa, ne pœna adiudicaretur fiſco, qui ad illam habebat ius in re, ſanè tenerentur illam reſtituere fiſco ex hoc alio capite, quod fuerint iniuſta cauſa, ne fiſcus illam conſequeretur, cui alioquin erat debita. Ita Sotus 1. de iuſtit. quæſt. 6. artic. ſexto, ante quintam concluſion. Atque in hoc euentu, ſi fiſco conſtaret crimen, pro quo ea pœna eſt ſtatuta, ab eis fuiſſe commiſſum, poſſet facere occultam compenſationem, modo ſcandalum ceſſaret, neque alia vita obtinere poſſet, quod ſibi eo pacto deberetur. Idemque ſentiendum eſſet, eſto pœna ipſo iure ſtatuta non foret: quandoquidem delinquens, qui crimen ſemi probatum negaret, eſſet cauſa iniuſta, ne fiſcus obtineret bona in ordine ad quæ habebat ius ad rem, ſimul ac crimen patratum eſt.

Alterum verò eſt, nos non negare, poſſe ſtatui pœnam bonorum propriorum delinquentis, quæ ante latam ſententiam debeatur, quando ad id non eſt neceſſe, vt executio fiat per ipſum delinquentem, ſed per alium, in cuius poteſtate ea bona ſunt. Tunc enim, quia ceſſat grauamen illud & difficultas maxima, vt delinquens pœnam exequatur aduerſus ſeipſum nemine eam exigente, neque fortè conſcio ipſum ad eam teneri, ſtatui poſſunt ſimiles pœnæ, reque ipſa aliquæ ſtatutæ ſunt. Talis eſt illa à Bonifacio VIII. & Gregorio XII. ſtatuta, cuius meminimus diſputatione 92. Nempe, vt quod acceptum eſt pro gratia, aut iuſtitia à Sede Apoſtolica obtinenda, teneatur accipiens reſtituere pauperibus antequam ab excommunicatione abſoluatur; cum tamen plerumque dominium pertineat ad eum, qui dedit, vt ibidem dictum eſt, qui punitur, vt, nulla expectata ſententia, illud amittat in pœnam iuſtam, quod malè illud dederit. Tales etiam ſunt paucæ aliæ, de quibus in progreſſu huius operis erit ſermo. Non etiam negamus, de plenitudine poteſtatis legiſlatorum, poſſe eos interdum ſtatuere pœnas aliquas leues, quæ debeantur nulla expectata ſententia, & quas exequi teneantur tranſgreſſores ipſi legum. Id tamen rarò admodum eſt faciendum, aut fortè nunquam. Neque præſumendũ vnquam eſt, eam eſſe voluntatem legiſlatorum, niſi id apertiſſimè aliunde conſtet, quàm ex verbis illis, ipſo iure, aut ipſo facto. Denique non negamus, teneri delinquentem exequi pœnam poſt condemnationem, ſi iudicis ſententia contineatur, vt per ſe eam exequatur, vt ſi iudex præcipiat, vt in pœnam ſoluat tantum vel tantum, quod aliquando iudices efficiunt; ſed ſolum dicimus, quãdo dumtaxat damnatur aliquis ad pœnam, vel amiſſionis bonorum, vel partis eorum, neque pronunciatur, vt ipſe id exequatur, vt ordinariè præcipi non ſolet, expectare poſſe, quouſque pœna ab eo exigatur. Ita Nauar. in Manuali c. 23. nu. 66. & Couar. in Epit. p. 2. ca. 6. §. 8. num. 10.

DISPVT. XCVI.

Pœna bonorum, quæ propria non ſunt delinquentium, quouſque vim habeant nulla expectata ſententia.

QVod ad bona attinet poſterioris generis, diſputatione præcedente commemorata, dubitandum non eſt, poteſtatem, eſſe tum in eis, qui de illis vt proprijs diſponunt, tum etiam in diſpenſatoribus, & adminiſtratoribus bonorum ac munerum ſpiritualium, quales ſunt poteſtates Eccleſiaſticæ, & munerum Reipublicæ ſecularis, vt ſunt Principes ſeculares, ſtatuendi pœnas amiſſiones aut

aut priuationis eorum, quæ in conſcientia & exteriori ipſo facto, nulla iudicis expectata ſententia, vim habeant. Cum enim eiuſmodi bona propria non ſint eorum, quibus conferuntur, illisve participant, ſanè concedi, aut permitti poſſunt cum conditionibus, quas voluerint ij, quorum ſunt propria, aut quas communi bono expedire iudicauerint ij, quibus diſpenſatio, & adminiſtratio eorum, Chriſti, aut Reipublicæ ſecularis loco, incumbit.

Vt verò à ſpiritualibus ordiamur, conſentiunt Doctores omnes, ex ipſoque Eccleſiæ vſu, & praxi eſt manifeſtum, pœnas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, nulla expectata iudicis ſententia incurri, commiſſo crimine pro quo ſunt impoſitæ, quando ipſo iure, aut ipſo facto, alijsve æquipollentibus verbis ſunt impoſitæ. Irregularitas etiam, quia eſt impedimentum canonicum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, aut etiam ad illorum actus exercendos, ſiue in pœnam alicuius delicti, ſiue abſque culpa, legitima aliqua de cauſa ſit ſtatuta, nulla expectata iudicis ſententia incurritur. Vt enim probè notat Couarruuias, regula, peccatum, parte ſecunda, §. octauo, numero ſexto, & in Epitome ad quartum decret. parte ſecunda, capit. ſexto, §. octauo, numero 16. & capit. octauo, §. quinto, numero octauo, quando lege aliqua efficitur aliquis incapax rei alicuius, ſiue in pœnam, ſiue quauis alia de cauſa, vim illud habet, etiam in foro conſciētiæ, nullaque expectata ſententia, eaque de cauſa ſpurius in foro conſcientiæ ſuccedere nequit in bonis parentis, illorumve dominium comparare. Obſerua tamen, quòd quia ius humanum vim non habet ad impediendum effectum ſacramenti, quando adſunt cætera ad illum neceſſaria, inde eſt, quòd licet irregularis in hoc ſenſu incapax ſit ad ſacros ordines ſuſcipiendos, quod peccet illos ſuſcipiendo, verè tamen illos ſuſcipiat, quando & in Epiſcopo eſt animus illos conferendi, & in irregulari eos ſuſcipiendi.

Quod attinet ad pœnam amiſſionis beneficij ipſo iure, aut ipſo facto, quæ paſſim habetur in iure, quamuis Nauarrus, in Manuali, capit. 23. numero 67. innuere videatur, neceſſariam non eſſe iudicis ſententiam, vt delinquens relinquere teneatur beneficium, mihi tamen probabilius eſt contrarium cum Soto 1. de iuſtitia, quæſtione ſexta, articulo ſexto, præſertim ad vltima. Idem innuit Couaruuias, in Epitome, parte ſecunda, capit. ſexto, §. octauo, numero octauo, verſiculo his accedit. Imo & Nauarrus ipſe idem affirmat in opuſculo, de datis, & promiſſis pro Iuſtitia, Corol. 31. numero 41. vbi vult, pœnam illam priuationis ipſo iure omnis beneficij & Eccleſiaſtici ac ſecularis, & inhabilitatis ad illa omnia beneficia & officia, & quæcunque alia obtinenda, à Gregor. decimotertio ſtatutam in extrauagante diſputatione 92. relata, non deberi ante latam ſententiam: tum propter eius pœnæ maximam acerbitatem, & quod ad terrorem, & exaggerationem videatur ita ſtatuta: tum etiam, quia pœnæ graues, quæ executionem exigunt ipſius delinquentis, vt eſt relinquere beneficium, aut officium iam obtentum, non debentur ante latam ſententiam, eſto ſtatutæ ſint ipſo iure, aut ipſo facto. Id tamen in beneficijs præſertim Eccleſiaſticis, intelligendum eſt, quando non ſubiungitur aliud verbum vnde conſtet mentem Summi Pontificis eſſe, vt amittantur nulla expectata ſententia, quale videtur eſſe illud Pauli Secundi in Extrauaganti, Ambitioſe: Clericus, qui bona Eccleſiæ alienauerit, ipſo facto priuatus exiſtat beneficiorum Eccleſiaſticorū, illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur. Porrò ex hac extrauagante, noſtra confirma-

A tur ſententia, vt Sotus loco citato rectè annotauit. Etenim dum ad acerbitatem pœnæ, & ut Eccleſiaſtici plus abſtinerent à rebus Eccleſiæ alienandis, addit ſummus Pontifex, vt in hoc euentu nulla eſſet neceſſaria declaratoria ſententia, ſanè manifeſtè innuit, quòd niſi id addidiſſet, nequaquam id operaretur verbum illud, ipſo facto, quod præmiſerat.

Duo obſerua. Primum eſt, pœnam illam inhabilitatis ad beneficia & officia obtinenda, quoniam & acerba admodum eſt, & permixtim appoſita cū alijs, quæ vim non habent ante latam ſententiam; excipiendam eſſe per Epicheiam ab illa regula, quā ex Couarruuia paulò ante retulimus. Secundum verò eſt, quando pœna amiſſionibus beneficij ipſo iure eſt ſtatuta, id operari, vt cum fuerit lata ſententia, delinquens non ſolum priuetur beneficio, ſed etiam fructibus à die commiſſi delicti perceptis, vt Couarruuias, in Epitome, parte ſecunda, cap. ſexto, §. octauo, numero ſeptimo, & octauo, cum alijs,
B quos refert, adnotauit. Idem eſt de fructibus quorumcunque aliorum bonorum, quæ ipſo iure commiſſo aliquo delicto amittuntur, vt Couarruuias, ibidem, Conrad. de contract. quæſtione ſeptima, concluſ. 3. Sylueſtr. verb. pœna, quæſtio. 25. & alij adnotarunt.

Quod dictum eſt de pœna amiſſionis beneficiorum ipſo facto ſtatuta, longè maiori cum ratione affirmandum eſt, de pœnis amiſſionis officiorum ipſo iure, aut ipſo facto ſtatutis, nempe, eiuſmodi officia ante latam ſententiam non amitti, niſi verbum aliud à legiſlatore addatur, vnde luce clarius cōſtet, mentem ipſius eſſe, vt abſque vlla ſententia, commiſſo crimine, amittantur. De nullo namque legiſlatore præſumendum eſt, voluiſse illaqueare conſciētias ſuorum ſubditorum, eos ſolius legis vi obligando ad executionem talis pœnæ. Quæ dicta ſunt diſputat. 87. non ſolum cōſentanea his ſunt, ſed etiam
C ea confirmant.

Idem dicendum eſt, quando quis ipſo iure ob crimen aliquod priuatus eſt iure eligendi, aut iure ſuffragium ferendi, vt ſcholaſtici ob ambitum in Cathedris: niſi enim ſententia ſequatur, eligere poſſūt, ſuffragiumque ferre, idque habet cōſuetudo vniuerſitatum, & affirmat Sotus loco citato.

De collega, aut municipe, tranſgrediente legem excludētem à Collegio, aut municipio ipſo iure aut ipſo facto, dicēdum ſimiliter eſt cum Nauar. in Manuali, cap. 23. num. 63 non teneri relinquere Collegium aut municipium ante latam ſententiam, niſi aliunde apertè conſtet, mentem inſtitutoris Collegij fuiſſe, vt nulla expectata ſententia Collegium amitteret. Eiuſmodi namque leges inſtar legum iuris communis exponendæ ſunt, quando contrarium non conſtat de mente eorum, qui ſtatuta ſuorum Collegiorum condiderunt. Idemque ſæpe valet in eiuſmodi ſtatutis verbum, ipſo facto, quod ob
D tale factum.

Quando verò aliquis donaſset, aut reliquiſſet aliquid vxori, vel alicui alteri, ſub conditione, ſi caſtitatem ſeruaret, aut ſub alia ſimili conditione, tunc non ſeruata conditione, ſtatim in foro conſcientiæ teneretur illud reſtituere, nulla expectata ſententia. Ratio eſt: quoniam illud non eſt pœna, ſed donatio legatum, aut inſtitutio hæredis ſub conditione, qua non exiſtente, vim omnino non habet.

Ita Nauar. in Manuali, cap. 23. numero 62. & 67. Sotus loco citato, diſtin. 4. Couar. in Epitome, parte 2. capit. ſexto, §. 8. numero 17. Panormit. & alij, quos referunt.

DISPVTATIO XCVII.

Pœnæ conuentionales quouſque debeantur.

Aliquid etiam dicendum eſt de pœnis conuentionalibus, ſic nuncupatis; quoniam, qui celebrant contractus mutua conuentione, ad eas ſe ſolent interdum aſtringere, niſi contractibus ſteterint; idque ad maiorem eorum ſecuritatem.

De iure huius Luſitaniæ Regni pœna conuentionalis non poteſt excedere valorem rei, ob quam præſtandam imponitur. Si autem illud excedat, inualida eſt quoad exceſſum. Quòd ſi imponatur multiplicata, ita vt ſi intrà talem diem tale quippiam non fiat, ſoluatur tantum: ſi verò vlterius intrà menſem non fiat, ſoluatur aliquid aliud, &c. tota pœna ſimul ſumpta excedere non debet eundē valorem, alioquin inualida ſimiliter eſt quoad exceſſum. Idem dicendum eſt de pœnis, quæ ab aliqbus iudicibus imponuntur interdum litigantibus, aut fideiuſſoribus, niſi aliquid effecerint. Ita habetur quarto lib. Ordinationum, ti. quadrageſimoquarto, in principio.

Præterea, ſi pœna conuentionalis impoſita, aut promiſſa ſit, in contractu mutui, aut in quouis alio, in quo debitor ſub illa aſtringatur ſoluere certam quantitatem pecuniæ, auri, argenti, vini, tritici, olei, aut cuiuſuis alterius rei, quæ in pondere, numero, aut menſura ſoluitur; tunc eſto res illa tempore cōſtituto non ſoluatur, nec exigi, nec accipi poteſt talis pœna: quoniam præſumitur vſura palliata. Poterunt nihilominus creditores petere & accipere damna ipſis ſubſecuta, & lucra, quę amiſerunt ex eo, ꝙ res tempore conſtituto non fuerint ſolutæ. Ita habetur loco citato.

Dubium. Dubium verò eſt, vtrum quando pœna in eiuſmodi contractibus ſtatuta reuera vſuraria non fuit, quia conſtat mentem eius, qui illam impoſuit, non fuiſſe vſurariam, vtrum inquam, tunc ſi debitor tempore conſtituto non ſoluat, in conſcientiæ foro incidat in pœnam, ita vt, ſi à creditore exigatur, teneatur eam ſoluere. Et quidem ſecluſa lege Luſitana conſentaneè ad Panormitan. cap. ſuam, de pœnis, Innocentium, & alios, dicendum eſt, teneri. Idem dicerem poſita lege Luſitana: quoniam, vt in ea ſatis innuitur, fundatur in vſuræ præſumptione: quando autem lex fundatur in præſumptione, conſtatque de contrario eius, quod lex præſumit, non eſt illi ſtandum in foro conſcientiæ; imò neque in exteriori, ſi in eo idem conſtet, ſaltem ex confeſſione eius, qui legis præſidio vti vult.

Qui redditus ad ſe pertinentes, vel alia ſua bona alijs locant, imponere poſſunt conductoribus pœnam conuentionalem, niſi tempore conſtituto ſoluant. Modò tamen locatores eiuſmodi homines non ſint, qui negociari cum pecunia ſoleant, neque eam tradere conſueuerint ad vſuram. Ita habetur titulo citato.

Quando pœna ob turpem imponitur cauſam, aut ob contractum ex natura rei illicitum, vel iure poſitiuo nullum, nec exigi, neque accipi poteſt ea pœna. Si tamen contractus eſſet talis, vt confirmatus iuramento, eſſet validus, tunc ſi celebretur eo pacto quo eſt validus, exigi & accipi poteſt pœna impoſita. Ita habetur ibidem §. penult. & vlt. Idem eſt de iure communi iuxta varia iura & communem opinionem, quæ Couarruuias capit. quamuis pactum, parte ſecunda, §. quarto, nume. quarto, refert.

Si quis ſub certa pœna dare promiſit aliquid to-

A tum, nec tamen reddidit niſi partem; tunc, ſi obligatio erat diuidua, quā ſic Iuriſperiti vocant, vt ſi promiſit ſe daturum duas veſtes confectas tali die, quarum quæuis ſine alia inſtituto inſeruit, nec reddidit niſi vnam, tenetur ſoluere partem pœnæ duntaxat, iuxtà proportionem eius, quod dedit, ad rem totam quam promiſit, hoc eſt, dimidium pœnæ in exemplo propoſito. Si verò obligatio erat indiuidua, vt ſi promiſit dare vnam veſtem confectam, & partem confecit, ſed veſtem non abſoluit, tenetur ſoluere integram pœnam. Ita Panorm. cap. ſuam, citato, numero 5. Ang. verbo, Pœna, §. 14. Syluester ibidem, quæſtio. 19. iuxta notata per Bartol. & alios, l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligatio. Ea verò traditur regula ad cognoſcendum quando obligatio diuidua ſit, & quando indiuidua, vt ſi ſolutio partis afferat commoditatem comparatione partis, ſicut ſolutio totius, comparatione totius, obligatio ſit diuidua: ſi verò commoditatem non afferat, ſit indiuidua.

B Qui pœnam incurrit conuentionalem, non tenetur illam offerre, ſed tuta conſcientia poteſt eam non ſoluere, ſi non petatur. Si tamen petatur ab eo, cui debetur, tenetur in foro conſcientiæ eam illi ſoluere abſque vlla contradictione, nullaque expectata iudicis ſententia. Ita Couarru. in epitome, parte ſecunda, capit. ſexto, §. 8. nume. 12. Nauarrus in Manuali, capit. 23. numero 67. in poſtrema editione, & multi alij, quos citant, idque habet conſuetudo. Is verò, cui debetur, tuta conſcientia poteſt illam exigere & accipere, vt communis ſententia affirmat.

DISPVTATIO XCVIII.

De bello cur hoc loco dicendum.

D. Tho. 2. 2. quæſt. 40.

C Vt ſit expleta diſputatio de acquiſitione, & amiſſione dominij in pœnam, poſtulat doctrinæ ordo, vt dicamus de acquiſitione & amiſſione dominij iure belli: cum perſpicuum ſit, homines dominio ſuarum rerum iure belli ſpoliari, maximaque ex parte id in pœnam iuſtam ſolere fieri: tametſi naturali ac gentium iure aliquid amplius liceat in bello, quam iuſtam ab aduerſarijs pœnam exigere. Id tamen, quod amplius licet, hoc commune habet cum acquiſitione, & amiſſione dominij in pœnam, quòd iure belli ſemper dominium comparatur contra voluntatem eius, qui illud amittit. De quo modo acquiſitionis & amiſſionis dominij nunc, antequàm ad vltimas voluntates, & contractus accedamus, diſputandum erit.

D Porrò licet bellum iniuſtum cum charitate quadam ex parte pugnet, eaque de cauſa de eo diſſeruerit Diuus Thomas in materia de charitate, quæſtio. 40. huius ſecundæ ſecundæ, multò tamen magis cū iuſtitia pugnat, & tam iuſtum, quàm iniuſtum bellum, ex principijs iuſtitiæ longè maiori ex parte, quàm ex principijs charitatis, expendendum examinandumque eſt. Quocirca ad hunc potius locum, quàm ad materiam de charitate ſpectat diſputare de bello; longeque plures ſunt, qui in materia de iuſtitia, quàm qui vnà cum charitate de eo diſſerant.

DISPVT. XCIX.

Vtrum bellum licitum ſit aliquando.

Ante omnia examinandum eſt, an bellum aliquando ſit licitum. Error Manichęorum fuit, vt

vt conſtat ex Auguſt. 22. contra Fauſtum à cap. 74. bellum eſse illicitum. Ea verò de cauſa Moyſem re prehendunt, quod bella geſserit. Vvitcleffus etiam, vt refert, & ex ſacris literis ac Patribus impugnat Vvaldenſis de ſacramentalibus c. 169. bella, vſumque armorum damnare videtur vniuerſim: Lutherus, vt art. 34. refert, refellitque Roffenſis, damnauit prælia Chriſtianorum aduerſus Turcas, dicens, eſse repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos. Eum tamen errorem nunquam Germanis per ſuadere potuit. Alij ex Lutheranis, referente Caſtro aduerſus hæreſes, verbo, bellum, hæreſi prima, vide licet Oecolampadius, & Cornelius Agrippa in lib. de vanitate ſcientiarum, ea bella damnãt, quæ Chriſtiani contra Chriſtianos exercent, aſserentes eſse contra doctrinam Euangelicam. Eraſmus in anno tationibus ad 3. & 22. c. Lucæ, & Chiliade 4. centuria 1. adagio 1. parum diſtat ab hoc errore. Eraſmũ referunt & impugnant Ioan. Arboreus 2. Theoſophiæ, c. 14. & Sixtus Senenſis lib. 6. Biblioth. annotatione 156.

Lutheri erroris fundamentum.

Hos errores conantur ſuadere Eraſmus, & alij ex Lutheranis, ex illo Matth. Si quis te percuſserit in dexteram maxillam, præbe illi, & alteram. Et ego dico vobis, non reſiſtere malo. Et cap. 26. Conuerte gladium tuum in locum ſuum: Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Et ad Roma. 12. Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ.

Vnde probent.

Statuenda nihilominus eſt hæc concloſio. Non ſolum fas eſt Chriſtianis bella gerere, ſeruatis conditionibus, de quibus in ſequentibus, ſed etiam aliqñ melius id eſt, quàm contrarium. Poteritque eſse euẽtus, in quo culpa lethalis ſit non bellare.

Concluſio.

Prima pars communis fuit ſemper in eccleſia. Eã affirmat Augu. 22. contra Fauſt. à cap. 74. vſque ad 79. & refertur cap. quid culpatur, 23. q. 1. Epiſt. 205. ad Bonifacium, & refertur c. Noli exiſtimare, eadẽ cauſa, & quæſt. De verbis Domini, tract. 9. & refertur cap. militare, ead. cau. & quæſt. lib. 6. quæſtion. quæ eſt in Ieſum Naue, quæſt. 10. & refertur 23. q. 2. cap. Dominus, & 19. de Ciuit. cap. 12. Iſidor. 18. Etymol. cap. 1. & refertur 23. q. 2. c. 1. Greg. lib. 12. Epiſt. epiſt. 24. & refertur 23. q. 1. c. vlt. Ambroſ. 1. officior. cap. 33. 35. 40. & 41. & lib. 3. cap. 14. & Epiſto. 65. ad Syagrium. Bern. ſer. ad milites templi, & alij. Affirmareque bellum vniuerſim eſſe illicitum, error ſanè eſt in fide.

Probatur prima pars concluſionis primò ex illo Ioannis Baptiſtæ, Lucæ 3. Interrogantibus namque militibus: Quid faciemus & nos? reſpondit: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris. In quæ uerba Auguſtinus Epiſt. 5. ad Marcellinum, ait: Si Chriſtiana diſciplina bella culparet, hoc potius militibus cõſilium ſalutis petentibus in Euangelio diceretur, vt abijcerent arma, ſeque militiæ omnino ſubtraherent. Dictum eſt autem eis, neminem concuſſeritis, nulli calumniam feceritis, ſufficiant vobis ſtipendia veſtra: quibus proprium ſtipendium ſufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit. Et 22. contra Fauſtum, capit. 74. Alioquin, inquit Ioannes, cum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes: Et nos quid faciemus? reſponderet eis: Arma abijcite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite. Sed quia ſciebat eos, cũ hæc militando facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non vltores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores, reſpondit eis, neminem concuſſeritis, nulli calumniam feceritis, ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum. Addit Auguſtinus: Sed quia Manichæi Ioannem apertè blaſphemare con-

A ſueuerunt, ipſum Dominum Ieſum Chriſtum audiant, hoc ſtipendium iubentem reddi Cæſari, quod Ioannes dicit debere ſufficere militi. Reddite, inquit, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & Deo, quæ Dei ſunt. Ad hoc enim tributa præſtantur, vt propter bella neceſſaria militibus ſtipendium præbeatur.

Secundò, bellum licitum fuit in lege naturæ, vt conſtat ex pugna illa Abrahami, Geneſ. 14. cum quatuor illis Regibus ante ullam legem ſcriptam: cui reuertenti benedixit Melchiſedech Rex Salem Sacerdos Dei altiſſimi, dicens; Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cœlum & terram, & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Licitum etiam fuit bellum in lege ſcripta, vt ex Moyſe, Ioſue, Samſone, Gedeone, Dauide, Machabęis, & denique ex tota ſcriptura veteris teſtamenti eſt manifeſtum; nonnullaque eorum præcepit Deus, vt bellum Saulis contra Amale

B chitas; quin & Paulus ad Hebræos 11. commendans nonnullos eorum, qui in lege ſcripta bella geſſerunt, ait: Sancti per fidem vicerunt regna: ergo bellum non eſt contra legem naturæ: ſed Chriſtus Dominus in Euangelio ea ſolum prohibuit, quæ erant contra legem naturæ, eaque ratione lex Euangelica lex libertatis appellatur; ergo Chriſtianis fas eſt bellare.

Tertiò, licitum eſt regibus ſtringere gladium aduerſus malefactores, & ſeditioſos ſuæ Reipublicæ, vt conſtat ex illo ad Romanos 13. Non ſine cauſa gladium portat: miniſter enim Dei eſt, vindex ad iram ei, qui male agit: ergo licitum etiam erit eis ſtringere gladium aduerſus hoſtes externos in defenſionem ac protectionem ſuorum ſubditorum: pauperem à potente eripiendo, & egenum de manu peccatoris liberando, iuxta præceptum Pſalmi octuageſimiprimi, idque non ſolum bello defen-

C ſiuo vim vi repellendo, quod naturali iure cuique licet, vt l. vim vi, ff. de iuſtitia & iure, legimus ſcriptũ, ſed etiam bello offenſiuo, res ablatas repetendo, dãna reſarciendo, & iniurias ſuis illatas vindicando: alioquin miſera ſanè eſſet conditio cuiuſque Reipublicæ, quæ infeſtaretur ab hoſtibus, ſi nullo exiſtente communi ſuperiore in terris, qui uindicare poſſet iniurias eidem reipublicæ illatas: fas ſolum eſſet ſe defendere, inimicos arcendo, neq; vlterius belli iura proſequi poſſet, illatas iniurias vindicando. Semper namque reſpublicè maneret, læta, malique audaciores fierent ad iniurias inferendas, & nũquam eſſet pax & ſecuritas in Republica, quæ authore Auguſtino in epiſtola ad Bonifacium, & habetur cap. Noli, vigeſimatertia quæſtione prima, finis eſſe debet iuſti belli; adde, neque orbem in ſtatu fœlici poſſe ea ratione conſiſtere; eſſet namque innocentium iniqua conditio, ſi de iniurijs à tyrannis &

D raptoribus, & latronibus ſibi illatis, per Rempublicam ſumere iuſtam vindictam & recompenſationem non poſſent. Vnde meritò Auguſtinus libro ſexto Quæſtionum, decima quæſt. & habetur capit. Dominus, 24. quæſtione 2. dixit: Bella iuſta definiri ſolere, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens vel ciuitas plectenda ſit, quæ vel vindicare neglexit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere, quod per iniuriam ablatum eſt. Iſidorus capit. primo eiuſdem quæſtionis, Iuſtum ait eſſe bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium cauſa.

Quartò probatur exemplo ſanctiſſimorum hominum, non ſolum in veteri teſtamento, vt Ioſue, Dauidis, Machabæorum, & aliorum, qui bella offenſiua intulerunt, ſed etiam in nouo. Chriſto enim placuit Centurio, cuius puerum ſanauit; de

quo Auguſtinus 22.contra Fauſtum,ca.74.ait: Meritò & illius Centurionis dicentis,& ego homo ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites,& dico huic vade, & vadit, & alii veni, & venit, & ſeruo meo fac hoc,& facit,fidem laudauit,non illius militię deſertionem imperauit. Chriſto item placuit ille alius Centurio Actorum 10.cuius orationes & eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Martinus etiam adhuc miles,itemque Sebaſtianus,& multi alij milites,qui martyrio coronati sūt, Chriſto placuerunt. Conſtantinus præterea, Theodoſius, aliique Chriſtianiſſimi Imperatores, conſilio pontificum ſanctiſſimorum,vt Syluestri,& Ambroſij bella geſſerunt, & eorum nonnulli diuinitus in prælijs adiuti ſunt. Quin & hodie,dum Imperatores à Summo Pontifice coronantur,gladius ſanctus eis traditur ad Eccleſiæ & fidelium defenſionem,vt olim 2. Machab.cap.15.à ſancto Ieremia Iudæ Machabæo datus eſt.

Quod ſi bellum aduerſus quoſcunque alios reipublicæ hoſtes Chriſtianis eſt licitum, multò magis licitum eſt aduerſus Turcas, cum quibus tot & tam iuſtas cauſas belli habent,quòd Chriſtianorum terras iniuſtè vſurpauerint ac retineant, quòd tot ſtrages in Chriſtianos tam crudeliter exercuerint, grauiſſimaſque eis iniurias intulerint,& quòd fidē, rempublicamque Chriſtianam funditus euertere moliantur. Qua de cauſa nonnullorum conciliorum, plurimorumque Summorum Pontificum authoritate bellum aduerſus Turcas decretum,attentatumque eſt. Meritò ergo Lutheri error, inter alios eiuſdem hæretici errores, à Leone X. in Bulla, quæ poſt Lateranenſe Concilium, 3.to.Conciliorū habetur, fuit damnatus.

Lutheri fundamentum euertitur. Quòd ſi Lutheri fundamentum alicuius eſſet pōderis ac momenti, ſanè neque famis, peſtis, aliorumque morborum ac infortuniorum tempore, fas eſſet media quærere aduerſus ea mala; cum non minus hiſce malis viſitet nos Deus,ac puniat iniquitates noſtras,quam Turcarum bello. Deus autem ita eiuſmodi incommodis caſtigat, & corrigit peccata noſtra,vt non modo non prohibeat, ſed velit potius, imò & præcipiat, quæri & adhiberi remedia ad illa propulſandum. Etenim,qui fame,aut morbo laborant panem aut medicinam non ſumeret, cum poſſet, ac ſperaret ea ſe ratione mortis periculum declinare poſſe, lethaliter peccaret, eſto ſterilitas, & morbi in pœnam delictorum Deo permittente accidiſſent. Adde, ſæpe hæc mala effectus eſſe negligentiæ & ſocordię noſtræ, neque, quando ea adſunt, conſtare, an Deus velit nos ea via punire, & quouſque an potius velit, cooperantibus nobis, nos liberare. Quo fit, vt hic Lutheri error deliramentum ſit ac ſtultitia, vel callida potius nequitia,qua ſingularis hic ferus,diabolo authore ſuadente, Domini vineam hac etiam ratione demoliri conatus eſt.

Secunda verò,& tertia pars concluſionis ex eo facilè probantur, quòd cum pro reipublicæ ſalute, ēt corporis vita exponenda ſit, ſanè quando ad reipublicæ ſalutem,non ſolum corporalem,ſed etiam ſpiritualem,fidei conſeruationem, Chriſtianæ religionis augmentum, ac ipſorummet inimicorum ſpirituale bonum, bellum iudicaretur neceſſarium,non ſolum melius eſſet illud inferre, quam contrarium; ſed etiam tantum intereſſe poſset,tantaque eſse poſſet ſpes victoriæ, vt apertiſſimè eſſet lethalis culpa, à principe,cui ex officio cura,defenſio, ac compenſatio iniuriarum Reipublicę illatarum incumbit,bellum non moueri,non ſolum defenſiuum, ſed etiam offenſiuum. Cumque ſubditi in reipublicæ bonum principi teneantur parere, ſanè poſſet

A eis aliquando ſub lethali culpa pręcipere, vt ad bellum procederent.

Ad teſtimonia in contrarium, præterquàm ad illud Matth.26. dicendum eſt, ea omnia pertinere ad conſilium Euangelicum, quando contrarium in euentibus aliquibus particularibus non expedit magis bono communi, aut aliunde non iudicatur magis expedire. Vt enim Auguſt.in epiſt.5.ad Marcellinum adnotauit, & refertur cap.paratus, 23.quæſt. 1. Chriſtus, percuſſus in vna maxilla, non præbuit alteram,ſed dixit: Si malè locutus ſum,teſtimonium perhibe de malo:ſi autem bene, quid me cædis? Expediebat namque bono communi, homines tunc intelligere, reſponſionem Chriſti, ob quam fuerat percuſſus,culpa vacaſſe. Paulus item Acto.23. vt loco citato Auguſtinus etiam adnotauit,à ſummo Sacerdote percuti iuſſus,reſpondit; Percutiat te Deus, paries dealbate,&c. Agebat namq; Paulus tunc partes fidei & Eccleſiæ,in fideique bonum,ac authoritatem ſuæ doctrinæ, expediebat loqui ea libertate.

B Præſertim cum iam quemadmodum Synagogæ Eccleſia ceſſauerat: ſic & ſummus Pontificatus. Eodemque modo, quando bellum bono communi expedire iudicatur,præſertim ſi ex officio quis illud in ſuorum bonum inferre teneatur,melius eſt illud inferre,quàm ab eo abſtinere, quin & aliquando ſub lethali culpa tenebitur princeps illud inferre, vt oſtēſum eſt. Quo fit,vt non omnia bella,quæ in Eccleſia geſta ſunt,cum conſilijs pugnent Euangelicis. Pręſertim cum reges,licet cedere poſſint iuri ſuo priuato,non tamen reipublicæ ſibi commiſſę,ſuorumque ſubditorum.

Ad illud Matthæi 27. dicendum eſt, cum D. Auguſtino lib.22.contra Fauſtum capit.70. verba illa; Omnes enim,qui acceperint gladium, gladio peribunt;intelligenda eſſe de ijs, qui priuata, non verò, qui publica authoritate à Deo deriuata gladium ad

C uerſus malefactores accipiunt, de quorum numero ſunt, qui bella iuſta gerunt, in quibus locum habet illud ad Roman.13. Non ſine cauſa gladium portat:miniſter enim Dei eſt,vindex ad iram. Vnde Auguſtinus 22. contra Fauſtum cap.74. de militibus, qui iuſſi authoritate publica militabant,ait: Sed qa ſciebat Ioannes eos, cum hæc militando facerent, non eſſe homicidas,ſed miniſtros legis,& non vltores iniuriarum ſuarum,ſed ſalutis publicæ defenſores, reſpondit eis,&c. Et cap.75. ſequenti apertè innuit, principes, non priuata, ſed publica authoritate à Deo deriuata,bella iuſta gerere. Senſus itaque illorum verborum Chriſti;omnes enim,qui gladium acceperint, gladio peribunt; hic eſt. Iuſtè nāque ſtatutum eſt,vt omnes, qui priuata ſua authoritate gladium acceperint ac interfecerint, gladio pereant; eratque dictum illud vulgare in eo ſenſu in hominum ore. Quamuis autem Petrus tunc in Chri-

D ſti defenſionem gladium exemerit; quia tamen abſque ipſius facultate, immo contra ipſius voluntatē id fecit, idcirco eum Chriſtus dominus reprehendit. Noſſe namque debebat Petrus, tam ex verbis præteritis Chriſti,quam ex facto,quo ſe vltro obtulit inimicis; voluntariam eſſe illam oblationem ad mortem. Atque hoc ſignificant verba illa à Chriſto mox addita, Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Eum etiam reprehendit, quoniam factum illud potius videbatur habere ſpeciem uindictæ, quàm defenſionis. Contra tam magnam enim, & tam bene inſtructam armis hominum turbam, vana erat vnius Petri defenſio, ac nocumenti plus quàm vtilitatis, allatura, vt quę ad irritandos potius atque incendendos hoſtes in Chriſtum, quàm ad eorum impetum ſuſtinendum, vireſque infringendas pertineret. Atque hanc cau-

ſam

ſam innuunt verba illa Chriſti: An putas, quod non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorum? Adde, fuiſſe etiam aduerſus miniſtros publicæ poteſtatis: docuit autem Chriſtum (tamen ſi illi iniquè agerent) Petrum in aliorum exemplum reprehendere, quod gladium aduerſus publicos miniſtros ſtringeret.

DISPVT. C.

De authoritate ad bellum iuſtum neceſſaria, & in quo reſideat.

Prima belli offenſiui iuſti conditio.

AGendum deinde eſt de conditionibus neceſſarijs, vt bellum iuſtum, licitumque ſit. Prætermiſſo autem bello defenſiuo, quod, vt ſuo loco dicendum eſt, cum moderamine inculpatæ tutelæ, vim vi repellendo, cuique ad propulſandam iniuriam, quæ ei infertur, iure naturali licet: prima conditio neceſſaria, vt bellum offenſiuum iuſtum, licitumque, ſit, eſt authoritas in inferente.

Porrò eiuſmodi authoritas eſt in principe, qui ſuperiorem in ſuo principatu non recognoſcit. Eadêque ratione eſt in republica libera, quæ ſuperiori nõ eſt ſubiecta, quales ſunt Venetorum, Genuenſium, & ſimiles aliæ reſpublicæ. Alij vero domini temporales, qui ſuperiorem recognoſcunt, & quorum dominium pars eſt alicuius integri principatus, vt dux Brigantinus in hoc Luſitaniæ regno, Albanus in regno Caſtellæ, & alij ſimiles, necnon ciuitates, quæ partes ſunt alicuius integræ reipublicæ, vt Olyſſipo, Toletum, & aliæ ſimiles, authoritatem non habent mouendi bellum offenſiuum abſque ſuorum Principum facultate. Hac in re Doctores omnes conueniunt, D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 40 artic. 1. Adrian. de reſt. quæſt. aggre ſſor caſus ſpeciales, Victor in relect. de iure belli à num. 5. Couarru. regu. peccatũ, par. 2. §. 9. nume. 1. Caſtrus 2. de iuſta hæretic. punit. c. 19. Sotus 5. de iuſt. q. 3. art. 5. ad 1. Gabr. in 4. d. 15. q. 4. artic. 1. Panorm. c. Sicut, 3. de iureiur. à nume. 7. Bar. l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & alij. Idē etiam affirmat Iſidor. c. 1. 2. q. 2. & Aug. c. quid culpatur, 23. q. 1. dum ait. Ordo ille naturalis mortaliũ paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas atque conſilium penes principes ſit: idem de republica libera intelligens. Vt enim diſp. 23. & 26. oſtenſum eſt, authoritas, quæ eſt in principe aut rege, à republica in eum deriuata eſt, eamque proinde retinet reſpublica, quæ alio regiminis genere ſe ipſam gubernat.

Illud obiter, antequam rationem reddamus eorũ quæ aſſerta ſunt, eſt obſeruandum. Cum iura quædam Cæſarea, vt l. hoſtes, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. & l. hoſtes, ff. de verb. ſignif. docent, bellum inferri non poſſe abſque Imperatoris conſenſu, intelligendum id eſſe, de ſubditis Romani Imperij, vt tempore, quo iura illa condita fuere, ſubdita erat pars magna orbis. Iam verò hodie pauciſſimæ prouinciæ illi ſubſunt: reliquæ autem, vt Hiſpanicæ omnes, Gallicæ, Italicæ, & pleræque aliæ, eo conſenſu non indigent.

Ratio quare authoritas bellum inferendi reſideat in principe, qui ſuperiorem non habet, & in republica libera, reddita eſt diſputatione præcedente. Vnaquæque enim integra reſpublica ſufficiens ſibi eſſe debet, vt Ariſto. tertio, Politicorum docet, eaque de cauſa, propter rationes diſputatione præcedente redditas, ſtringere poteſt gladium, etiam in externos maleſactores, repetendo, quæ iniuſtè à ſibi ſubditis abſtulerunt, & iniurias ſuis illatas vindicando: porrò quę authoritas eſt in republica libera, eadem eſt in principe, quem ſibi in caput ſupremum elegit, in

A quem proinde ſuam tranſtulit, poteſtatem: eadem quoque eſt in principe, qui belli iure legitimum reipublicæ alicuius dominium comparauit.

Illud tamen obſeruandum eſt, quando non reſpublica ipſa, ſed aliqui de republica damnum aut iniuriam alteri reipublicæ intulerunt, rempublicam, quæ in ſe aut in ſuis damnum aut iniuriam eſt paſſa, non poſſe prius inferre bellum, vindictamque ſumere de maleſactoribus illis, quàm admoneat rempublicam, quorum ſunt ſubditi, vt eos puniat, cogatque reſarcire integrè damna illata. Vt enim Driedo libro ſecundo, de libert. Chriſt. cap. 6. Caiet. 2. 2. quæſt. 40. artic. primo, Gabr. in quarta diſtin. 15. queſt. quarta, artic. 1. & alij rectè adnotarunt, actor ſequitur forũ rei: eaque de cauſa princeps reipublicę, quæ damnũ eſt paſſa, non aliter ſubit rationem iudicis comparatione illorum maleſactorum, quam in defectum iudicis proprij ipſorum, qui eos puniat, & cogat reſarcire damna. Quod ſi reſpublica, quorum ſunt ſub-

B diti, admonita præſtare non voluerit, quod tenetur, tunc non ſolum aduerſus maleſactores ipſos, ſed etiam aduerſus rempublicam fas erit mouere bellum: eo quod in culpa ſit, non puniendo ſuos ſubditos, & non cogendo illos reſarcire damna, vt ex officio tenetur. Vnde Auguſt. libro ſexto quæſtionũ, quæſt. decima, & refertur capitu. Dominus, 23. quæſtio. ſecunda, Iuſta inquit, bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi qua gẽs, vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere, quod per iniuriã ablatum eſt.

Dubium verò eſt hoc loco, vtrum ſi tam barbara ſit aliqua natio, vt ſuperiorem non habeat, ſed ſingulæ duæ familiæ, aut duo pagi ita ab inuicē ſint diuiſi, vt communem non habeant ſuperiorem, quod in Baſilica regione euenire videtur, fas ſit vni familiæ, aut pago, propria authoritate ſumere iuſtam vindictam

C & ſatisfactionem de iniurijs ac damnis ab altera familia aut pago illatis. Reſpondendum eſt, poſſe, vt innuere videtur Nauarr. capitu. nouit, de iud. corol. 25. numero 94. & 95. & apertius Gabriel. in quarta, diſtinct. decima quinta, quæſtione quarta, artic. primo, & Angel. verbo, Bellum, §. 6. dum docent, quando is, qui iniuriam intulit, ſuperiorem non habet à quo puniatur, poſſe eum, qui iniuriam eſt paſſus, propria authoritate repetere ſua ab illo. Poſſumus verò nos hanc rationem reddere. Quoniam, poſita ea barbarie, ſanè in vnaquaque familia, aut pago militant rationes propter quas dicimus eſſe authoritatem in vnaquaque republica ad vindicandas iniurias ſuis ab externis illatas: quare concedenda etiam erit in eo euentu in vnaquaque familia aut pago, ea authoritas comparatione maleſactorum alterius pagi, aut familiæ. Licet ergo nullus priuatus, etiam tunc, ſumere poſſit vindictam de iniuria ſibi

D illata, eò quod facilè vnuſquiſque in propria cauſa poſſet obcæcari, ideoque ſcriptum ſit: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus; nihilominus petere illam poteſt authoritate capitis, quale in ea familia, aut pago reperitur, quod tanquam Dei miniſter publica, à Deoque proinde authoritate deriuata illam exequatur.

Ratio quare magnates, qui ſuperiorem habent, & ciuitates, quæ partes ſunt integræ reipublicæ, ius non habent inferendi bellum propria authoritate, hæc eſt: Quoniam petere poſſunt iuſtam vindictam, & compenſationem damnorum ac iniuriarum coram ſuo ſuperiore, ad eumque ſpectat ius dicere ea in parte, quando is, qui iniuriam intulit, eidem ſuperiori eſt ſubiectus: quare ſi propria authoritate bellum inferrent, vſurparent vtique ius ſui ſuperioris. Atque hac de cauſa, l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & l. hoſtes, ff. de verbo. ſignifi. latrunculos, & prædo-

prædones appellant eos ſubditos Romani Imperij, cui bellum propria authoritate inferunt. Quando autem is, qui iniuriam aut damnum intuliſſet, alienæ eſſet reipublicæ, poſſet vel is, qui iniuriam accepit, vel reſpublica, cuius hic eſt ſubditus, petere coram republica, aut ſuperiore alterius, vt malefactorem puniret, cogeretque reſarcire damna: at verò quando bellum eſſet mouendum, eò quod talis reſpublica, aut ſuperior id præſtare non vellet, non ſpectat ad particularem, qui iniuriam eſt paſſus, tale bellum mouere, perturbareque ſuam rempublicam, ſed ad rempublicam & principem ipſum, cui totius reipublicæ cura, protegereque ac vindicare ſuos ſubditos ex officio incumbit: quarè ſi bellum propria authoritate moueret, ſanè, in perniciem publicam, ius ſui ſuperioris, ac reipublicæ vſurparet.

Victor. in relect. de iure belli, nume. 9. conſentaneè ad Caietanum, ſecunda, ſecundæ, quæſt. 40. art. primo obſeruat. Cum belli indicendi authoritas à iure humano ac gentium magna ex parte pendeat, conſuetudinem præſcriptam poſſe tribuere eam authoritatem ciuitatibus, aut magnatibus, qui ſuperiorem agnoſcunt. Idem, dicendum eſt de priuilegio à Principe conceſſo. Hac de cauſa Caſtrus 2. de iuſta hæret. punit. capit. decimoquarto, aſſeuerat in Italia Ducem Ferrariæ, Ducem Mantuæ, & Marchionem montis Ferrati, antiqua conſuetudine obtinere authoritatem bellum indicendi. Quamuis Caietanus addat, intelligendum id eſſe, modo bona fide in tali poſſeſſione fuerint. Si namque eam authoritatē potentiæ magnitudine rebellādo aduerſus dominos obtinuerunt, à quibus coerceri non potuerunt, ſanè cum poſſeſſor malę fidei nullo vnquam tempore pręſcribat, nefas illis erit propria authoritate bellum inferre.

De Ducibus, & Marchionibus Germaniæ dubitat Caſtrus an eandem habeant authoritatem: quoniam, inquit, omnes ſubditi ſunt Imperatori, à quo quiuis eorum poteſt puniri, ſi alteri iniuriam irroget; eiuſque rei indicium eſſe dicit, Senatum publicum Imperatoria authoritate in Germania ſuffultum, ad quem ex omnibus Germaniæ locis confugiunt, quotquot obtendunt à proprijs dominis iniuſtè ſe eſſe damnatos.

Illud quoad magnates illos Italiæ, & Germaniæ dixerim, ac nominibus Ducum, aut Marchionum, quibus nuncupentur, nequaquam metiēdum eſſe an reſpublicæ, quibus præſunt, alteri ſint ſubiectæ, necne, ſed ex regiminis modo. Quod ſi legitimo titulo nulli alteri parent, ius vtique habent indicendi bellum. Idem dicendum eſt, ſi, quamuis alteri pareant, vel legitima conſuetudine, vel eius habent bellū indicendi; quam rem, qui abſentes ſumus, commodè definire non poſſumus.

Idem Victor. loco citato meritò ait, neceſſitatem poſſe aliquando conferre authoritatem belli monendi ijs, qui alteri ſunt ſubiecti. Si namque in eodem regno ciuitas vna alteram oppugnet, graueſque iniurias illi inferat, aut dux vnus alteri duci, rexque requiſitus negligeret, aut non auderet iniurias illatas vindicare, poſſet ciuitas, aut dux, qui iniuriam eſſet paſſus, non ſolum ſe defendere, ſed etiam bellum inferre, & animaduertere in hoſtes, occidereque malefactores, quando ita neceſſe eſſet, vt ab iniurijs inferēdis ſe continerent. Non tamen auderem facultatem hanc multum extendere.

Panorm. cap. ſicut, 3. de iure iurando, quem multi alij ſequuntur, affirmat, magnatem, qui ſuperiorē agnoſcit, poſſe pro quantitate iuriſdictionis, quam ad ſibi ſubditos puniendos habet, mouere bellum aduerſus ſuos rebelles & iniquos, intrà limites effectuum, ad quos ſua iuriſdictio ſe ſe extendit. Id quod nulli poteſt eſſe dubium.

A Patet aliquis, vtrum quando duæ integræ reſpublicæ, aut regna, vnum habent cōmune caput, vt hodie habent regna omnia Hiſpaniarum, poſſit vnum aduerſus alterum mouere bellum abſque facultate cōmunis regis. Ex dictiſque facilè conſtat, non poſſe, eo quod tota authoritas vtriuſque ad mouendum bellum ſit penes communem principem. Excipitur, quando ſuperueniſſet ea neceſſitas, quæ de ciuitatibus, aut magnatibus eiuſdem regni paulò ante explicata eſt.

Illud ſupereſt admonendum cum communi Doctorum ſententia, quando perſona Eccleſiaſtica ſupremum dominium temporale alicuius reipublicæ obtinet, ad eum ſpectare authoritatem mouendi bellum, ſiue illud per ſe, ſiue per alium, iuxta ea quæ inferius dicenda ſunt, debeat exercere. Summus autem Pontifex, non ſolum tanquam princeps patrimonij Diui Petri, terrarumque in Eccleſiæ bonis contentarum, mouere poteſt bellum, non ſecus ac
B alij principes temporales, ſed etiam, pro poteſtate, quam in omnes laicas poteſtates ad finem ſupernaturalem habet, poterit vel bellum mouere, vel facultatem illud mouendi alijs concedere, oblata iuſta aliqua occaſione ac cauſa, iuxta ea, quæ diſpu. 29. dicta ſunt.

DISPVT. CI.

Vtrum qui ſine legitima authoritate bello, alioquin iuſto, damnum dat, teneatur id reſtituere.

ANtequam ad alias conditiones accedamus, explicandum eſt, quantum peccent, & quouſque reſtituere teneantur, qui ſine conditione nunc explicata bellum exercerent.

Notandum autem eſt, quamuis prima & ſuprema
C authoritas, à qua omnis alia pendet, in ijs ſolum reſideat, de quibus diſputatione præcedente dictum eſt; quando tamen bellum eſt iuſtum, quotquot ex expreſſa, vel præſumpta illorum voluntate bellum mouent, aut ad illud cooperantur, legitima authoritate bellare, ſiue ſint de eadem, ſiue de aliena republica; modo tamē nihil exerceant, niſi iuxta expreſſam, aut præſumptam voluntatem ſupremi capitis, aut ducum, qui à ſupremo capite bello pręfecti ſunt. Quod ſi aliquid contra expreſſam, aut præſumptam eorum voluntatem, etiam dum ſunt in ipſo prælio, exerceant, vtiq; ſine legitima authoritate id efficiūt, ac proinde peccant, plus vel minus, iuxta ea quæ dicenda ſunt, interdumque reſtituere tenebuntur damnum, quod dederint.

Vt verò intelligatur, quando ex eo capite conſurgat obligatio reſtituendi hoſtibus damnum, quod ſine legitima authoritate datum ſit, & quando non,
D attendendum eſt ad finem denegationis authoritatis. Si namque finis ſit, ne hoſtibus nocumentum inferatur, aut non niſi vſque ad certos limites, quia id poſtulat æquitas, aut iuſtitia belli, vel pietas Chriſtiana, præſertim quando bellum cum Chriſtianis geritur; tunc ſanè quicquid damni, ſine legitima authoritate datum fuerit, hoſtibus ipſis eſt reſtituendum. Exemplum habemus in exercitu, quem ſub Albano Duce anno 1580. Philippus Hiſpaniarum Rex miſit in Luſitaniam. Cum enim rex nulla ratione nocere intenderet, nec vellet, vt ius vllum belli, niſi aduerſus reſiſtentes, exerceretur, & aduerſus hos non, niſi admodum moderatè; quoniam & pietas regis, & res ipſa ita poſtulabat; ſanè quemadmodum milites acriter puniebātur, ſi damnum aliquod dediſſe deprehendebantur, ita reſtituere tenentur quodcunque damnum ſua ſponte in itinere dederunt. Cumque, dum prælium iuxta

Olyſſi-

Olyſſiponem commiſſum eſt, Dux Albanus ſolum conceſſerit militibus deprædari ſuburbana, idque intra ſolos tres dies, ſane milites, qui vel alibi, vel vltra id tempus, damnum quodcunque dederunt, tenentur id reſarcire ijs ipſis, quibus datum eſt, Aut, ſi quemquam illorum ignorantia fortè à culpa excuſauit, reſtituere tenetur quantum inde factus fuerit locupletior.

Quòd ſi finis, ob quem authoritas denegatur, non eſt, ne damnum hoſtibus inferatur, quin potius duces, & princeps percuperent vt inferretur, ſed ſolum eſt, vt diſciplina militaris ſeruetur, & ne, dum imprudenter quis aliquid aggreditur, vel ipſe, vel exercitus damnum recipiat, aut ne, dum aliqui prædas in hoſtes exercere volunt, illis aſſuefacti, piratæ aduerſus ſuos euadant, aut alia ſimili de cauſa: tunc ſanè damnum, quod hoſtibus datum fuerit (vt quod Chriſtiani Saracenis, aut Turcis eo pacto intulerint) nequaquam eſt illis reſtituendum. Quoniam licet expreſſa vel præſumpta principis voluntas ſit, ne quis illos ita aggrediatur; ſimul tamen credendum omnino eſt, præſumptam ſaltem illius voluntatem eſſe, ne damna ita data illis reſtituantur; quin potius ſibi vnuſquiſque reſeruet, quod de illorum poteſtate extraxerit. Si tamen lex aliqua ſit, quæ ſtatuat, vt pars aliqua eorum, quæ ita vſurpantur, regi, aut alicui alteri ſoluatur, illa ſola ſoluenda erit, vel obtinenda erit venia à rege, aut ab eo, cui debetur.

Illud etiam animaduertendum eſt, quando finis, ob quem denegatur authoritas bellandi, damnumque hoſtibus inferendi, ſolum eſſet, ne hoſtes eo pacto laceſſiti, longe maiora damna inferant noſtræ reipublicæ; tunc ſanè licet qui prædas in eos propria authoritate exerceret, non teneretur damna illis reſtituere, niſi ea via ſperaretur ſedandos eſſe hoſtes, & continendos ne damna inferrent, idque propterea quod in eo ſolo euentu præſumendum eſſet principis voluntatem eſſe, vt illis reſtituerentur: nihilominus teneretur reſtituere, ſi quod damnum hoſtes inde permoti noſtræ reipublicæ intuliſſent: quippe qui ea ratione fuerit quodammodo cauſa damni illius iniuſta.

Vtrum Chriſtiani captiui, qui iniuſtè à Turcis & Saracenis detinentur, reſtituere teneantur, quædam ab illis infidelibus accipiunt, dicetur inferius, dum de furto fuerit ſermo.

Quando ciuitates eidem principi ſubiectæ, aut alij ſubditi propria authoritate bellum iniuſtè adinuicem mouerent, damnaque & iniurias ſibi inuicem inferrent, ad principem ſpectaret rem componere, penſatiſque damnis & iniurijs vtrinque illatis, circunſtantijſque omnibus concurrentibus, acerbiorem pœnam parti vni, quam alteri, pro quantitatem culpæ inferre, aut etiam ſatisfactionem aliquam iniungere.

Quando præſumendum ſit, eſſe tacitam regis, licet non expreſſam, voluntatem, vt aliquid fiat contra hoſtes, eos interficiendo, diripiendo, aut ſeruituti ſubijciendo, non poteſt certa regula ſtatui, ſed coniecturis id prudentis arbitrio iudicandum eſt; vel quia id ita fieri conſueuit, nec tamen punitur, aut reprehenditur, ſed laudatur, vel ex circunſtantijs alijs concurrentibus: in repentinis namque euentibus locus non datur recurrendi ad regem, aut ad duces belli; & quando bellum perpetuum eſt cum aliquibus hoſtibus, vt Chriſtianis cum Saracenis & Turcis, raro præſumendum eſt contra regis voluntatem eſſe, vt damnum illis inferatur, niſi in aliquo euentu grauiora mala inde noſtris imminerent. Regem verò denegare facultatem aliquibus prouincijs, aut priuatis hominibus eam petentibus, ad eiuſmodi hoſtibus bellum damnumque ſuis ſumptibus inferendum, ſufficiens non eſt argumentum, vt credatur contra regis voluntatem eſſe damnum interdum illis de induſtria à priuatis abſque alia regis expreſſa facultate inferri: ſæpe enim neque ad decus & honorem regis pertinebit concedere, vt prouinciæ aliquæ bellum gerant, arcemque aliquam aggrediantur, neque tuttò id fiet; ſæpe etiam longè maiora mala ſequentur, ſi aliqui quaſi ex officio expreſſa regis authoritate prædas mari exerceant in hoſtes, quam ſint emolumenta, quæ inde ſperari poſſint, eaq; de cauſa meritò rex eiuſmodi facultates petitas denegat: cum tamen gaudeat, ſi ſui vel nacta aliqua occaſione, vel gratiam fortunam experiendi, ſeque exercendi in rebus bellicis, repente damna interdum hoſtibus inferant, atque ex eis prædas agant. Quartò prudentis arbitrio, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, expendendum eſt, quando id liceat, & quando non, neque facilè viri fortes, & de republica bene meriti lethalis culpæ hac in parte ſunt damnandi.

Licet ex ſuo genere lethalis culpa ſit abſque tacita vel expreſſa principis voluntate, bellum aut damnum hoſtibus inferre; licet item periculoſum valde ſit in exercitu ducis præceptis minus audientem eſſe, eaque de cauſa minima quæque alioquin delicta, ſi contra militarem diſciplinam, duciſque obedientiam fiant, meritò ſoleant acriter, & interdum capite plecti, quando tamen ex eo, quod miles obedientiam ducis non ſeruet, neque periculum imminet quod grauiter puniatur, neque damnum vllum aliorum, aut exercitus eſt timendum, non facilè damnandæ ſunt culpæ lethalis inobedientiæ aliquæ, quæ animi magnitudinem oſtendunt; neque item damna, quæ contra ducis obedientiam ſimile quid aggrediendo, hoſtibus inferuntur; quando non res geſta, ſed inobedientia Principi, aut duci diſplicet. De cæteris inobedientijs, & damnis, ex periculo pœnæ, cui miles ſe exponit, & periculo damni, quod inde alijs, aut bono publico imminet, atque ex qualitate ipſa rei, & præcepto Principis, aut ducis id fieri vetantis, aut ægrè tolerantis, iudicandum eſt, an ad culpam lethalem perueniant.

DISPVT. CII.

Communis quædam iuſti belli cauſa, omnes alias particulares complectens.

Dicendum deinde eſt de ſecunda conditione, vt bellum iuſtum, licitumque ſit, nempe de cauſa ad id ſufficiente. Antequam ad examen quarundam cauſarum in particulari ad id ſufficientium deſcendamus, tradenda eſt generalis quædam, quæ omnes alias complectitur. Secunda iuſti belli conditio.

Hanc affirmat Victor. de iure belli, num. 13. eſſe iniuriam. Intellige, vel impediendam, vel reſarciendam, aut vindicandam. Conſentaneè loquitur Aug. c. Dominus, 23. q. 2. dum ait: Iuſta bella definiri, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi qua gens vel ciuitas, quę bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbe factum eſt, vel reddere quod per iniurias ablatum eſt. Et D. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 1. dum, referens hęc Auguſtini verba, ad iuſtam belli offenſiui cauſam ait neceſſarium eſſe, vt qui eo impugnantur, propter aliquam culpā impugnationem mereantur.

Obſerua tamen, ad bellum iuſtum ſufficere interdum iniuriam materialiter, hoc eſt, abſque peccato. Eo namque ipſo, quod Deus conceſſerat filijs Iſrael terras Chananæorum, & Amorræorum, ius

habebant

habebant expellendi bello gentes illas repugnantes, vt, quod ſuum Dei donatione erat, occuparent eſto, gentes illæ donationem à Deo factam ignorarent, eaque de cauſa abſque peccato reſiſterent, retinereque vellent terras illas; ac proinde ſolum materialiter iniuriam filijs Iſrael facerent. Hac ratione Abulen. Ioſue 11. affirmauit bellum illud ex vtraque parte fuiſſe iuſtum. Ex parte quidem filiorum Iſrael materialiter & formaliter: ex parte verò illarum gentiũ formaliter ſolum, quatenus, inuincibiliter ignorãtes donationem & voluntatem Dei, abſque peccato ſe, reſque ſuas tuebantur.

Attende tamen, filios Iſrael non habuiſſe ſolum hoc ius, vt bellum illud mouerent, alioqui nefas illis profecto fuiſſet, interficere omnes gentes illas, quæ nullum peccatum aduerſus eos commiſerant, atque adeò ex eo titulo ſolum illis licuiſſet ea efficere, quæ omnino neceſſaria erant, vt de illorum poteſtate extraherent, quæ ſibi à Deo erant donata, & nihil amplius. Vltra illum autem titulum, hunc etiam habebant, quod propter idolatriam & grauiſſima alia peccata, quæ gentes illæ in Deum commiſerant, iuſſerat Deus filijs Iſrael, vt eas interficerent, ac delerent: eaque de cauſa, tanquam Dei miniſtri, authoritate & iuſſu Dei puniebant eorum peccata, interficiendo homines illos, terraſque & eorum bona occupando. Quia tamen gentes illæ hoc quoque inuincibiliter ignorabant, abſque peccato ſe ipſos defendebant, & contra impugnantes bellabant.

Dixi paulò antea, ad bellum iuſtum ſufficere interdum iniuriam materialiter: quoniam duplex eſt materialis iniuria. Vna, qua ſine peccato propter ignorantiam inuincibilem, detinetur, quod re vera alteri debetur, ita quod obligatio id tradendi, eſt ex parte ipſius rei, excuſat tamen à culpa ignorantia inuincibilis. Altera verò, qua ex eadem ignorantia, ac proinde ſine culpa damnum aut iniuria infertur, inde tamen, qui iniuriam infert, non fit locupletior, atque adeò neque ex parte rei acceptæ conſurgit obligatio quicquam tradendi, neque ex parte iniuſtæ acceptionis: eò quod ignorantia à culpa excuſet. Prior iniuria, materialiter ſumpta, ſufficit ad bellum iuſtum. Poſterior verò non item: eo quod neque in pœnam poſſit iuſtè inferri, cum nulla præceſſerit culpa, neque ad obtinendum, quod bellum inferenti debeatur; cum nihil, quod ad eum pertineat, detineat is, cui bellum infertur.

Iuxta hactenus dicta poſſumus diſtinguere duplex genus belli offenſiui. Vnum, quod infertur ad vltionem ſumendam de iniuria illata, ſiue ſimul intendamus recuperare noſtra, reſarcireque damna nobis illata, ſiue non. Atque, vt hoc iuſtum ſit, neceſſe eſt præcedat culpa in hoſtibus, & de hoc tantum videntur locuti Auguſtinus, Diuus Thomas, & Victoria, locis citatis, dum ad iuſtitiam eiuſmodi belli culpam prærequirunt in hoſtibus. Obſerua tamen; quamuis cauſa iuſta eiuſmodi belli, non ſolum expendenda ſit ex quantitate culpæ hoſtium; ſed ſimul etiam ex quantitate valoris rerum, quas nobis debent, nec tradere volunt; nihilominus quantitatem pęnæ ac vindictæ in eos exercendæ vltra obtentionem rerum, quæ ad nos ſpectant, ſolum eſſe metiendam ex quantitate culpæ, quam in iniuria inferenda commiſerunt: pœna namque ſemper debet reſpondere ſoli culpæ commiſſæ, ſi iuſta & licita eſſe debet.

Alterum genus belli iuſti eſt, ad occupandum noſtra, eave, quæ nobis debentur, quando ignorantia inuincibili detinentur, neque alia via obtinere ea poſſumus. Et ad tale bellum neceſſe non eſt præcedat culpa, ſed ſatis eſt ſi præcedat iniuria materialis,

A qualis paulò antea explicata eſt. Sicut enim Princeps ius dicit ſuis ſubditis, non ſolum, quando vnus iniuſtè formaliter detinet, quod ad alium pertinet, ſed etiam quando illud detinet iuſtè ſolum materialiter, iubetque vi auferri ab eo, qui bona fide illud poſſidet, eſtò ille arbitretur iniuriam ſibi ea in re fieri: ſic etiam ſimile ius habet in eos extraneos, qui, quod ſuum aut ſuorum eſt, ſimili modo bona fide retinẽt, quando aliter obtinere illud non poteſt: ſubit namque tunc, comparatione eorum, rationem iudicis & executoris.

In hoc ſecundo belli iuſti genere, cum nulla ſit culpa ex parte hoſtium, ſolum licet facere aduerſus eos, quod neceſſarium eſt ad extrahendum de ipſorum poteſtate, quæ iniuſtè materialiter detinent: etiã ſi id ſit cum eorum interitu ac cæde coniunctum. Extrahenda tamen ſunt cum quanta minori eorundem iactura id fieri poſſit: quod ſi aliquid amplius fiat, iniuſtitia committitur cum onere reſtituendi.

B Vſque adeò verò nihil in pœnam poteſt vlterius aduerſus eos fieri, vt neque belli expenſæ, ad id extrahendum neceſſariæ, poſſint ab eis exigi: eo quod neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis (cum abſque vlla culpa fuerint illarum cauſa aut occaſio) ad eas teneantur. Sicut enim quando duo contendunt in iudicio circa rem aliquam, nunquam is, qui cauſa cadit, condemnatur ad expenſas, quas in re illa extrahenda alius fecit, neque iuſte poteſt condemnari, niſi quando deprehenditur fuiſſe in culpa non relinquendo rem aduerſario ſine lite: ita ad belli expenſas nunquam tenetur aduerſarius, niſi quando fuit in vera culpa pugnando, ita quod bellum ex parte ſua fuit iniuſtum, non ſolum materialiter, ſed etiam formaliter. Obſerua tamen, quod ſi, antequam bellum inferatur, ea ſeruentur, quæ diſputatione ſequenti dicenda ſunt deberi ſeruari, rarò eueniet, quin culpa ſit ſaltem præſumpta, ex parte

C aduerſarij, ac proinde quin puniri poſſit, exigique ab eo poſſint expenſæ belli, ex parte illius, qui bellũ intulerit formaliter & materialiter iuſtum.

Illud eſt animaduertendum cum Victor. loco citato num. 14. & alijs, non quamcunque iniuriam vel materialem, vel ſimul etiam formalem, eſſe ſufficientem, vt bellum iuſtè inferatur, ſed oportere eſſe prudentis arbitrio grauem, & dignam, vt propter eam tantum malum, quantum eſt bellum, inferatur. Ratio eſt: quoniam ſicut non licet pro quacunque culpa exequi graues pęnas, vt mortis, abſciſſionis membri, & flagellorum, vt inter noſtros malefactores: ita non licet pro quacunq; iniuria ab externis illata bellum aduerſus eos mouere, quo tot cędes, direptiones incendia, vaſtationes, & ſimilia alia grauiſſima mala inferuntur. Etenim iuxta delicti quantitatem eſſe debet plagarum modus. Vnde pro leuioribus iniurijs, & cauſis, concedi ſolent repræſalia, quæ vocant, de

D quibus infra erit ſermo.

Illud etiam eſt animaduertendum, Principem in bello inferendo non minus poſſe eſſe iniuſtum aduerſus ſuam Rempublicam, quã aduerſus alienam, cui illud inferre parat. Eaque de cauſa, non ſolum eſſe illi attendendum, an habeat iuſtam belli cauſam aduerſus alienam Rempublicam, ſed etiam, an iuſtus ſit aduerſus ſuam eiuſmodi bellum mouendo. Etenim ſi prudentis arbitrio tale bellum futurum eſt in detrimentum maximum ſuæ Reipublicæ, quia vires non habet ad ſuperandum, vel quia cum modico ſuæ Reipublicæ, boni que communis emolumento, ſubditos ſuos maximis periculis & detrimentis exponet, redditus publicos in eo inſumet, Rempublicam nouis tributis & exactionibus grauabit, &c. ſanè culpa erit lethalis, contra iuſtitiam aduerſus ſuam Rempublicam, eiuſmodi bellum ſuſcipere, ſi commodè ab eo poſſit abſtinere.

Reſpu-

Reſpublica nãque non eſt propter Regẽ, ſed Rex propter Rempublicã, vt illã defendat, adminiſtret, & gubernet, non ad ſuũ arbitratũ, vanitatẽ, & commodum, ſed ad Reip. cõe bonum; quo fine adductę gentes præfecerunt ſibi Reges ac Principes, atq; eis id ius, quod habent, poteſtatẽque tribuerunt. Vnde rectè Ariſt. 4. Polit. c. 10. hoc conſtituit diſcrimẽ inter Regem & tyrannum, quod tyrannus in propriũ commodum, & quæſtum: Rex verò in commune ac publicum bonum Rempublicam adminiſtret.

DISPVT. CIII.

Belli cauſa quouſque explorata eſſe debeat. Et circa rem dubiam an liceat mouere bellum. Et quo pacto res ſit tractanda antequam ad arma veniatur.

VT bellum ex parte cauſæ iuſtum, licitumque ſit non ſatis eſt, Principem, qui illud mouet arbitrari ſe habere iuſtam belli cauſam: ſic enim & Turcarum, & Saracenorum aduerſus nos bella eſſent iuſta; ſed opus etiam eſt, vt, quando res dubia eſſe poteſt, pro rei pondere, grauitate, ac difficultate diligens prius inquiſitio fiat, adhibito eorum ſapientũ, & prudentum conſilio, de quibus meritò credẽdum ſit, ſyncero & maturo iudicio, paſſioneque ſemota ea de re iudicaturos, veritatemque inuenturos. Audiendæ etiam ſunt aduerſariorum rationes, modo ſyncerè, & ſine fraude agere velint. Etenim princeps, qui bellum mouet, rationem iudicis ſubit circa aduerſarios in re grauiſſima, in qua, non ſolum agitur de re, propter quam bellum mouetur, ſed etiam de cæde multorum, grauiſſimiſque alijs malis alteri Reipublicæ inferendis; quæ proculdubio multos etiam innocentes, contingent: iudex autem non, niſi ſufficienter prius explorata & perſpecta cauſa, poteſt licitè ſententiam ferre, & multò minus eam executioni mandare, eoque plus illi eſt trepidandum, videndumque num cauſa perſpecta ſatis, exploratque ſit, quò de re grauiori agitur. Cumque in re morali difficile verum ac iuſtum attingatur, præſertim quando de commodo iudicantis agitur, ſanè ſi negligenter, & cum paſſione hæc examinentur, facilè errabitur, neque error à grauiſſima culpa, & reſtitutionis onere Principem & conſiliarios excuſabit.

Quando inter Principes aliquos oritur controuerſia circa rem aliquam, diſtinguendum eſt. Quoniam vel vnus eorũ erat in legitima poſſeſſione illius, ita ꝙ bona fide, abſq; dubio quin ad ſe pertineret, cępit illam poſſidere, vel neuter erat in tali poſſeſſione, ſed morte cuiuſdã tertij res vacauit, & contendunt ad vtrum eorum pertineat; aut certè, ſi alter eorum cœpit poſſidere, id non fuit ſine cõtrouerſia, aut dubio, num ad ſe vel ad alterum pertineret.

In primo euentu, interim dum certum non eſt, ad quem res pertineat, ſed dubium, & rationes ſunt pro vtraque parte, neque, qui eſt in poſſeſſione, tenetur tradere totum, aut partẽ, neque qui eſt extra poſſeſſionem, poteſt vel bellum mouere, vel quicquam rei illius occupare; ſed rationibus duntaxat poteſt experiri ius ſuum: aliuſque non ſolum tenetur eas audire, ſed etiam moralem adhibere diligentiam, vt ſciat, an res ad ſe, vel ad alium pertineat, ſi uia aliqua occurrat vnde id poſſit deprehendi. Ita Vict. de iure belli, à nume. 25. Exemplum habemus accommodatum in inſulis Malucis, antequam Regnum hoc Luſitaniæ cum Regno Caſtellæ coniungeretur. Cum enim Ioan. III. Luſitaniæ Rex in pacifica eſſet illarum poſſeſſione, dubium oriri cœpit tempore Caroli V. an, iuxta diuiſionem illam orbis Occidentem, & Orientem verſus authoritate

A Alexandri VI. inter Reges Caſtellę, & Luſitanię factam, inſulę illę ad eam partẽ orbis pertinerent, quæ ad Reges Caſtellæ, an verò ad aliam, quæ ad Reges Luſitaniæ ſpectat. Qua in re dico. Interim dum certum non erat, ad quã partem pertinerent, neq; Regem Luſitanię teneri tradere eas, aut partẽ earum, neque Regem Caſtellę licitè potuiſſe mouere bellũ, aut partẽ earum occupare, ſed rationib. tantũ negotium fuiſſe tranſigendum, vt re ipſa peractum fuit, antequã lis ad certum tempus pro certa aureorum ſumma inter Carolum V. & Ioannem III. cõponeretur. Regem tamen Luſitanię teneri moralẽ facere diligentiam, vt ſciret, ad quam partem pertinerent.

Primum, & ſecundũ eorum, quæ aſſerta ſunt, ex eo probantur, ꝙ in dubio melior ſit conditio poſſidentis, eaq; de cauſa, qui eſt in legitima poſſeſſione, interim dum omnino ſibi non conſtat rem ad alium pertinere, neque teneatur ſeipſum ea priuare, neque alius, eſto is iudex ſit, poſſit licitè illum ea, aut parte
B illius ſpoliare. Atque hinc ortũ habuit tum regula illa 11. de reg. iur. lib. 6. Cum ſunt partiũ iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quàm actori: is verò qui poſſidet, reus eſt comparatione illius, qui eſt extra poſſeſſionem, & contendit rem ad ſe pertinere. Tum etiam regu. 65. quæ habet: in pari delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis. Præterea, ſi is qui eſt extra poſſeſſionem, poſſet in dubio mouere bellum aduerſus eum, qui poſſidet, ſequeretur, exiſtente eadem cognitione in vtroque bellantium de iuſtitia vtriuſque partis dari bellum iuſtum ex vtraq; parte. Nam, qua ratione is, qui eſt extra poſſeſſionem, poſſet iuſtè rem illam bello occupare, eadem, imò longè maiori, poſſet eam defendere, qui eſt in poſſeſſione illius; quippe cum dubium, æquè vtrique faueat, meliorque ſit conditio poſſidentis: id autem concedere, ſanè eſſet concedere iuſtum bellum formaliter & materialiter ex vtraque parte,
C quo nihil abſurdus affirmari poteſt.

Tertium eorũ, quæ aſſerta ſunt, probatur. Quoniam orto dubio, veriſimilique ratione, an res quam vnus poſſidet, ad alium pertineat, fas eſt ei, qui eſt extra poſſeſſionem, experiri ius ſuum coram communi iudice, ſi illum habeat, neq; poſſeſſori vllam ea in parte facit iniuriam, iudexque tenetur cauſam examinare, vt quotidianus vſus teſtatur: cum ergo Principes iudices ſint ad inuicem in cauſis, quas vnus habet aduerſus alterum, conſequens profectò eſt, vt vnuſquiſque eorum proponere poſſit alteri rationes, quas aduerſus eũ habet, & vt alius teneatur illas audire & expendere, illiſq; ſatisfacere.

Quartum verò ex eo eſt manifeſtũ, ꝙ rei alicuius poſſeſſor, eo ipſo, ꝙ dubitat an res, quam poſſidet, ſua ſit, & negligit veritatem inquirere, ſi qua via diligentia adhibita occurrat veritatem deprehendendi, deſinit poſſidere bona fide, exponitque ſe ſua ſpõ
D te periculo detinendi iniuſtè alienum inuito domino, eaq; ratione peccat contra proximi charitatem. Licet. n. in dubio non teneatur præponere proximũ ſibi, ſpoliando ſe re, quam poſſidet, eamque illi tradendo; tenetur tamen facere moralem diligentiam, ne illum grauet detinendo, quod illius eſt.

Sunt qui dicant in euentu, de quo diſputamus; ſi re diligenter examinata, maior ſit veriſimilitudo, quòd pertineat ad eum, qui non poſſidet, quàm ad eum qui poſſidet, non tamen res certò conſtet, ſed ſemper maneat dubia, eum qui poſſidet, teneri eam diuidere cum eo, qui non poſſidet, pro quantitate dubij, ita vt maiorem partem illi tradat, & minorem ſibi retineat. Quod ſi opere id non præſtet, poſſe alterum mouere bellum tanquam aduerſus iniuſtum detentorem.

Mihi verò longè probabilius eſt contrarium. Qm̃ interim dum res eſt dubia, ita vt abſq; ambiguitate

non

non conſtet ita pertinere ad alterum, vt integrè ſit illi tradenda, melior eſt conditio poſſidentis, ac proinde nec totum, nec partem, exiſtente eo dubio, tenetur tradere. Neque eſſet æquus iudex, qui in eo euentu iuberet rem diuidi: neque vnquam auditum eſt iudicem, qui arbiter non ſit, præcepiſſe, vt is, qui bona fide rem aliquam cœpit poſſidere, eam pro quantitate dubii diuideret cum aduerſario, neque iura ſonant id ita eſſe faciendum.

Quare iniquus eſſet aduerſarius, ſi in eo euentu bellum moueret, reſtituereque teneretur damna omnia, quæ eo bello daret. Neque Princeps, qui bona fide cœpit poſſidere, tenetur conſentire, vt ea de re iudicent arbitri: cum ipſe iudex ſit in ſua cauſa propria aduerſus alteram Rempublicam: ſicut viciſſim Reſpublica altera eſt in ſua cauſa aduerſus eum.

Illud libenter darem, quando is, qui poſſidet, propenderet magis rem pertinere ad aduerſarium, quã ad ipſummet; neque, depoſita paſſione, adhibitaque morali diligentia, poſſet veritatem dubio omni ſemoto deprehendere; contra verò aduerſarius affirmaret, rem ad ſe, ſemoto omni dubio, pertinere, eaque de cauſa bellum vellet mouere, teneri eã, pro quantitate dubij, diuidere cum illo, niſi conuenirẽt, vt ſtaretur iudicibus arbitris. Ratio eſt, quoniam tunc nullus eſſet communis iudex ordinarius, qui rẽ definiret, litemque componeret. Et quoniam aduerſarius verè eſt iudex in ea cauſa, vt poſſit ſentẽtiam proferre, & mouere bellum iuſtum, ſi ſibi, adhibita morali diligentia, & ſemota paſſione, omnino perſuaderet rem ad ſe pertinere: quare licet ipſe ſit etiã iudex, vt in contrarium ſimiliter ſententiam proferat interim dum res non eſt ſibi certa; ſanè, cum veriſimilius ſibi ſit, rem ad alium, quam ad ſe pertinere, & aduerſarius conſtanter affirmet, rem indubitanter ad ſe pertinere, tenetur pacem componere cum illo, rem pro quantitate dubij cum illo diuidendo. Quod tamen non teneretur facere priuatus, qui iudicem communem haberet cum aduerſario; ſed expectare poſſet, vt proferretur ſententia, & vt vel res tota ipſi relinqueretur, vel adiudicaretur tota aduerſario.

In ſecundo verò euentu ſupra propoſito, nempe quando neuter eſt in poſſeſſione rei, de qua eſt controuerſia, vel alter ingreſſus eſt poſſeſſionem altero contradicente, aut in dubio an res ad ſe pertineret, dicendum eſt, ſi re diligenter diſcuſſa, adhuc manet dubium, ad quem duorum pertineat diuidendam eſſe inter vtrumque pro quantitate dubij, aut faciendam eſſe compenſationem in aliqua alia re, ſi res commodè diuidi nequeat. Quod ſi alter eorum renuat, erit iniuſtus, poteritque eo ipſo moueri iuſtum bellum aduerſus eum. Ita Vict. loco citato, nume. 28. Probatur, quoniam in eo euentu neutrius illorum eſt melior conditio, eo quod neuter cœperit bona fide poſſidere: cum ergo conſtet rem ad alterum pertinere, & dubium ſit ad quem eorum pertineat, diuidenda erit inter vtrumque pro quantitate dubij, idque ſanè docet recta ratio, pronunciaretque quicunque æquus ac iuſtus iudex, ſi ea de re contenderent, qui communem aliquem haberent iudicem: quo fit, vt idem facere teneantur Principes, qui iudicem communem non habent. Præterea, ſi in eo euentu fas eſſet cuique eorum occupare ſibi eam rem totam, daretur bellum iuſtum formaliter, & materialiter ex vtraque parte, quod eſt abſurdum.

Quando inter duas reſpublicas, Principesve diuerſarum Rerumpublicarum, controuerſia oritur circa aliquam rem, ut quondam inter Ioannem III. & Carolum V. circa Inſulas Malucas, hoc pacto res eſt peragenda, antequam ad arma veniatur. Pa-
A cificè princeps vnus proponere debet alteri rationes, ac ius totum, quod circa eam rem habet, viciſſimque audire tenetur rationes, & ius totum alterius, ſicque vltro, citroque datis rationibus, & reſpõſionibus, res ſine tegnis, fraudibus, ac ſubdolis dilationibus examinari debet, quouſque veriſimile ſit, nihil plus lucis ex eo examine, conſilijſque peritorum ea de re poſſe haberi. Fieri autem id poterit, vel legationibus vtrinque miſſis, vel conuentu aliquo celebrato in confinijs Regnorum, miſſis vtrinque viris doctis & peritis, vt factum fuiſſe fertur quã do controuerſia illa fuit circa Inſulas Malucas, vel quouis alio modo, qui Principibus placuerit. Re autem ita examinata, ſi res vtrinque ita dubia maneat, vt iudicio vtriuſque partis certò, ſemotove omni dubio, non conſtet ad quem pertineat; tunc, ſi alter eorum erat bonæ fidei poſſeſſor, illi omnino eſt relinquenda, quouſque aliud conſtet; neque poteſt quicquam ab eo exigi, niſi fortè ille velit cum a-
B lio tranſigere, vt remittat in futurum ius totum, quod circa eam rem poterit obtendere. Neque item poteſt vllum bellum aduerſus eum moueri. Quod ſi neuter erat bonæ fidei poſſeſſor, res eſt diuidenda inter vtrumque pro dubij quantitate, vt dictum eſt. Iſque, qui renuerit, eſt iniuſtus, poteritque iuſtum bellum aduerſus eum moueri: ſi verò iudicio vtriuſque partis certò conſtet, ad quem res pertineat, illi eſt relinquenda. Quòd ſi partes iudicio diſcordent, & vtraque iudicet ſemoto dubio ad ſe pertinere; tunc vna ſanè decipitur, ſed ſi inuincibiliter erret, quia moralem adhibuit diligentiam, ſecutaque eſt iudicium peritorum, ac timoratum, erit bellum iuſtum ex utraque parte; ſed ex vna formaliter ſimul & materialiter, ex altera uerò formaliter tantum. Tunc uero conſilium eſſet optimum, vt litem tranſactione componerent, vel ut iudices eligerent arbitros, quorum iudicio ſtarent. Credo ta-
C men ad neutrum teneri, præſertim quando grauiſſima alia mala, præter ordinaria belli, inde non timerentur, & quando neutra pars ſibi perſuaderet alteram procedere bona fide, habereque bellum iuſtum ſaltem formaliter, ſeque non minus poſſe decipi, quam alteram: quæ enim pars vtrumque horum ſibi perſuaderet, meo iudicio, teneretur, vel trãſactionem facere cum altera, maiorque pars eſſet relinquenda ei, qui bona fide cœpiſſet rem poſſidere, vel conſentire, vt iudices arbitri eligerentur, qui rem definirent. Etenim cum in eo euentu æqua ſit conditio vtriuſque partis, ex belloque grauiſſima mala oriantur, tenerenturque partes litem altero illorum modorum inter ſe componere, à belloque abſtinere. Quando uerò utraque pars ſibi perſuaderet rem abſque vllo omnino dubio ad ſe pertinere, alteramque partem non ſine culpa non velle à lite deſiſtere, ſaltem quia vel non quantum
D oportet, vel non ſine paſſione vult rem expendere, certè neutra teneretur vel tranſactionem, vel iudices arbitros admittere: eo quod vnaquæque earum ſupremus ſit iudex aduerſus alteram ea in parte, neque tenetur cedere iuri ſuo. Atque hac ratione poteſt ſæpe eſſe bellum iuſtum formaliter ex vtraque parte. Quamuis ſemper timendum ſit, ne ſaltem pars altera ſit in culpa, quod non quantum oportet, aut non ſine paſſione velit rem expendere, & examinare.

Quamuis autem, quando lis eſt inter Principes Chriſtianos, & iudicaretur bono Eccleſiæ, finique ſupernaturali expedire omnino, vt Summus Pontifex rem definiret, poſſet pro plenitudine poteſtatis, quam ad finem ſupernaturalem habet, ſe intromittere, cauſamque ad ſe auocare, eamque ſuã definire, & cenſuris, ac alijs vijs rebellem compeſcere, vt diſp. 29. dictum eſt. Ordinariè tamen expedientius

eſt, ne id faciat. Quoniam id occaſio eſſe poſſet grauiſſimorum malorum; dum, qui damnaretur, facilè in odium Summi Pontificis exardeſceret, arbitrareturq; paſſione ductum, aut re non bene perſpecta, ſententiam contra ſe tuliſſe, indeque ſumere poſset occaſionem denegandi obedientiam Summo Pontifici, tum in alijs, tum etiam ea in re, tam perſpectumq; obtenderet eſse ius ſuum, vt diceret ſe etiam aduerſus Summum Pontificem poſse bellum mouere. Atque hac de cauſa raró, aut nunquam ſolet ſe intromittere in litibus Principum Chriſtianorum, vtendo plenitudine hac ſuæ poteſtatis: ſed ſolum tanquam pater ſolet eos monere, vt ſeipſos componant, & à bello abſtineant.

Dixi ſupra, quando inter duas Reſpublicas, Principesve diuerſarum Rerum publicarum oritur controuerſia, rem prædicto modo eſse tractandam: quoniam quando mortuo Rege varij ſubditi illius Reipublicæ contendunt Regnum ad ſe pertinere, ſanè Reſpublica ipſa eſt, quæ, tanquam in eo euentu ſuis omnibus partibus ſuperior, iudicare debet; ad quẽ Regnum pertineat, illudque illi tradere: non ſecus atque tempore ſchiſmatis ad Eccleſiam, tanquam ad ſuperiorem omnibus ſuis membris in eo euentu, pertinet iudicare, quis ſit legitimus Summus Pontifex, vt in materia de fide oſtendimus.

Aduerte tamen, quòd quando morte Regis Principes alterius Reipublicæ contenderet Regnum ad ſe pertinere, vniendumque eſse cum alijs ſuis Regnis, vt morte Henrici Philippus II. contendit, Luſitaniæ Regnum ad ſe pertinere, cæteriſq; Hiſpaniarum Regnis eſse vniendum; ſanè tunc, cum cauſa Reipublicæ non eſset cum ſua parte, homineve ſibi ſubdito, ſed cum aliena Republica, Principeque alterius Reipublicæ, neque talis Princeps ſubiectus eſset Reipublicæ illi, neque Reſpublica Principi, ſed perinde ea in re eſsent pares, ac ſi de tertia aliqua re inter ſe contenderent. Neque ergo Rex Philippus expectare tenebatur ea de re ſententiam Reipublicæ Luſitanæ, eiq; ſe ſubijcere ac parere, miratuſque ſum, multos contrarium aſseruiſse: neque rurſus Reſpublica Luſitana expectare debebat ſententiam Regis Philippi, ſed cauſa inter Hiſpaniarum Regem, & Rempublicam Luſitanam eo modo erat tractanda, quo explicatum eſt tractari debere controuerſias, quæ inter diuerſos Principes, diuerſaſve Reſpublicas oriuntur.

Belli cauſa explorata & cognita ſufficienter, hoſtibuſque propoſita, vt cedant, ſufficienterque ſatisfaciant, ſi rebelles fuerint comperti & pertinaces, poterit moueri bellum aduerſus eos. Obſeruant verò Caietanus in Summa, verbo, Bellum. Maior in 4. diſtinctione 15. quæſtione 20. & Driedo 2. de liber. Chriſt. cap. 6. quacunque de cauſa bellum inferatur, ſi hoſtes, antequam bellum inchoatum ſit, & vtrinque dimicari ſit cęptum, offerant ſufficientem ſatiſfactionem, ita vt non ſolum parati ſint compenſare iniurias, & damna illata, reddereq; omnia, quæ ad bellatores ſpectant, ſed etiam ſoluere omnes belli expenſas factas, teneri Principem deſiſtere à bello, quod mouebat. Ratio eſt: quoniam authore Auguſtino Epiſtola 205. ad Bonifacium, & habetur cap. Noli, 23. quæſt. prima. Bellare non eſt voluntatis, ſed neceſſitatis: tunc autem ceſsat omnis neceſſitas belli; modo tamen talis ſit oblatio, vt fidendum illi ſit. Doctrina hæc ſatis conſentanea eſt verbis illis Deuteronom. 20. Si quando acceſseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: ſi autem fœdus inire noluerit, & acceperit contra te bellum, oppugnabis eam, &c.

A Obſerua tamen, quando hoſtium terræ debitæ eſsent inferentibus bellum, vt Chriſtianis debitæ ſunt terræ Saracenorum & Turcarum, tunc ſanè illas offerre deberent eo pacto, quo ſunt debitæ, & inſuper ſatiſfactionem, iniuriarum præteritarum, paratiq; eſse deberent ad pęnam condignam ſuſtinendam propter præterita crimina. Quòd ſi inter eos aliqui digni eſsent, qui capite plecterentur, illos etiam tenerentur offerre, vt princeps à bello teneretur deſiſtere. Aequum tamen eſset, vt Chriſtianus Princeps multum de ſummo iuſtitiæ rigore interdum remitteret.

Dubium eſt. Vtrum vſque adeò, qui iuſtam belli habet cauſam, teneatur acceptare competentem ſatiſfactionem, & deſiſtere à bello, quando tutò ante prælium cęptum offertur, vt niſi eam acceptet bellum ex parte ipſius ſit deinceps, nõ ſolum illicitum, quia contra charitatem, ſed etiam iniuſtum, ac proinde reſtituere teneatur damna, quæ dederit. Quæſtio.

B Pars quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Primò, quoniam Princeps, qui iuſtam belli cauſam habet aduerſus alterum Principem, aut Rempublicam, ſubit rationem iudicis, quaſi per accidens in defectum ſuperioris, qui iudicet, infligatque pœnam condignam: ergo quando aduerſarius condignam ſatiſfactionem offert, deſinit alius Princeps procedere vt iudex, publicave authoritate, ac proinde peccat contra iuſtitiam, teneturque reſtituere damna, quæ intulerit. Pars affirmãs probatur primò.

Secundò, bellum non poteſt eſſe iuſtum formaliter & materialiter ex vtraque parte: ſed durum admodum eſt concedere Rempublicam, aut Principem, qui peccarunt, & offerunt competentem ſatiſfactionem, non poſſe licitè ſe defendere, ſi aduerſa pars eam non acceptat, bellumque inferat: ergo bellum erit tunc iniuſtum ex parte eius, qui non vult deſiſtere.

C Hanc partem veram eſſe exiſtimo, ſi tamen ſequenti modo intelligatur. In primis quando ei, qui bellum iuſtum moueret, ſolum fieret iniuſta materialiter, iuxta ea quæ diſput. 102. explicata ſunt: tunc enim, ſi oblata illi re, pro qua contendit, non deſiſteret omnino, eſſet iniuſtus, vt ibidem oſtenſum eſt, tenereturq; reſtituere damna omnia, quæ bello daret. Quin ex eo temporis momento bellum formaliter & materialiter eſſet iuſtum ſolum ex parte contraria. Deinde, quando eſto interueniſſet iniuria formaliter, non tamen eſſet digna morte aliquorum in particulari, ſufficienterque compenſaretur alia via, eaque compenſatio offerretur: tunc enim, niſi illam acceptaret, eſſet iniuſtus, tenereturq; ſimiliter reſtituere damna, quæ bello daret, niſi ſufficienter compenſarentur ijs, quæ in recompenſationem illi offerebantur. Secundò.

D Quando verò aliqui in particulari digni eſſent morte propter iniuriam illatam, eſto de numero eorum eſſet Princeps Reipublicæ, aduerſus quam bellum geritur, non credo peccaret contra iuſtitiam ſi deſiſtere non vellet à bello, niſi offerrentur, qui digni ſunt morte, aut fugiſſent de ea Republica: & cum in reliquis competens ſatiſfactio offerretur, integrum ius ei relinqueretur interficiendi malefactores illos, vbicunque deprehendere eos potuiſſet. Peccaret tamen contra charitatem, ſi poſtulante id recta ratione, & bono vtriuſque Reipublicæ, non acceptaret competentem ſatiſfactionem oblatam in rebus alijs.

Hoc ſecundum ex ſe eſt manifeſtum. Primum verò inde mihi perſuadeo, quod Princeps, aut Reſpublica, quæ ſuperiorem non habet, non per accidens, ſed per ſe habet ius vindicandi iniurias ſibi, aut ſuæ Reipublicæ ab alieno Principe, aut Republica illatas: & quando aliqui propter iniuriam

riam illatam digni ſunt, qui capite plectantur, non tenetur de iuſtitia acceptare compenſationem aliã, ſed iuſtè exigere poteſt eam pœnam: non ſecus, ac quando ſuus ſubditus dignus eſt morte, licitè poteſt illum in pœnam interficere, eſto ille aliam æqualem, aut etiam maiorem compenſationem in bonis externis offerat.

Argum. primum. Ad duo ergo argumenta propoſita, quatenus alieni forte pugnare videbuntur cum hac noſtra ſententia, dicendum eſt. Ad primum quidem quamuis Princeps, aut Reſpublica, quaſi per accidens ſubeat rationem iudicis aduerſus ſubditum alterius Reipublicæ, qui iniuriam ei intuliſſet, in defectum videlicet ſuperioris illius, ſi illud non vellet punire tota pœna, qua eſt dignus: nihilominus aduerſus Principem alterius Reipublicæ, aut Rempublicam ipſam, non ſubire rationem iudicis per accidens, ſed per ſe. Præterea, eſto, admitteremus ſubire per accidens ratione iudicis in defectum ſuperioris, qui eũ puniret: nihilominus eo ipſo, quod non datur talis ſuperior, habet ius puniendi eadem pœna, qua puni re poſſet ſuperior: quare ſicut ſuperior poſſet non alia pœna eſſe contentus, quam capitis, ſi reus illa eſſet dignus; ſic etiam poteſt Princeps hic nulli alteri pœnæ acquieſcere.

Secundum. Ad ſecundum conceſſa maiori, ad minorem dicẽdum eſt, eam etiam eſſe veram, ſi hoſtes eam ipſam ſatisfactionem offerant, quam offerre tenentur, ſecus autem, ſi, licet in alijs bonis offerant competentem, non tamen offerant, quam offerre tenentur, nẽpe eos ipſos malefactores (ſi reſpublica eos apud ſe habeat) qui extremo ſupplicio ſunt digni. Porrò Princeps, ſi de numero eorum ſit, fugere poteſt, & tenetur in eo euentu, ne Rempublicam ſuam iuſto bello exponat.

Poſtquam autem bellum cœptum eſt, & cædes aliquæ interuenerunt, dicunt authores citati, eum, qui iuſtè bellum infert, non teneri ab eo deſiſtere, eſto C aduerſarij debitam offerant ſatisfactionem. Ratio inquiunt, eſt: Quoniam ipſi non offerendo debitã ſatisfactionem, antequam prælium inciperetur, ſua ſponte ſe conſtituerunt extra ſtatum ſatisfaciendi, in ſtatu executionis iuſtitiæ vindicatiuæ, vt inceptione ipſa belli cœpit iam executioni mandari, ac proinde in poteſtate eius, qui iuſtè bellum incepit, iam tunc eſt illud perficere, neque acceptare ſatisfactionem. Addit tamen Driedo, niſi pro loci, temporis, perſonarum, aliarumque circunſtantiarum concurrentium conditione, lex charitatis ſuggereret, oportere à bello inchoato deſiſtere.

Hinc credo hos Doctores non loqui de obligatione ex iuſtitia, ſed ſolum ex charitate. Plus namque lege charitatis tenetur, qui iuſtam belli habet cauſam, à bello abſtinere, ab exequendove rigore iuſtitiæ vindicatiuæ iura belli exequendo, quando rationabilis compenſatio offertur antequam præliari ſit cœptum, quàm quando compenſatio poſt D prælium inceptum offertur. De iuſtitiæ verò rigore ſemper licet exequi totam vindictam ad illud vſque tempus pro iniuria illata commeritam, niſi illa eadem compenſatio, quæ de iuſtitiæ rigore debetur, offeratur: non verò licet exequi aliquid amplius, idque ſiue bellum ſit ceptum, ſiue non. Hæc intellige, modò ſimul reddatur, ſi quid debetur, & reſarciantur damna illata, ac perſoluantur belli impenſæ, necnon valor periculorum, laboris, & induſtriæ, quæ aduerſariorum culpa illucuſque ſunt adhibita.

Ceſſat ergo quæſtio illa, an de iuſtitiæ rigore, ſi offertur compenſatio poſtquam bellari eſt cœptum, teneatur, qui iuſtam habet belli cauſam, deſiſtere à bello, adeo, vt ſi non deſiſtat, bellum deinceps ſit ex parte ipſius iniuſtum, teneanturque reſtitue- A re damna, vel non. Quibuſdam dicentibus omnino non teneri: alijs verò affirmantibus, non teneri quidem, ſi ſint in actuali conflictu; teneri autem ſi ceſſauit conflictus actualis, eſto perſeueret bellum inter illos. Nos namque dicimus, ſemper ſi per impoſſibile tuto efferretur ea ipſa ſatisfactio, ſeu compenſatio, quam is, qui iuſtum bellum gerit, poteſt de ſummo iuſtitiæ rigore exequi pro iniuria vſque ad momentum, in quo offertur commiſſa, ita vt ad mortem traderentur quotquot ea illuc vſque eſſent digni, & perſoluerentur cætera omnia, quæ paulò ante commemorata ſunt, teneri de iuſtitia deſiſtere à bello, idque ſiue copiæ eſſent in actuali conflictu, ſiue non: Ratio autem eſt, quoniam ab eo temporis momento ceſſat iniuria aduerſariorum, & pro iniuria præterita nihil amplius poteſt Princeps bellator licitè per ſeipſum exequi, quã hæc ipſa, quæ ei offerentur, etiam ſi integrè iura omnia belli perſequi velit. Nihilominus, quia B moraliter eſſe nequit, vt ea ipſa compenſatio, quam de iuſtitiæ rigore poteſt exequi, ei offeratur, præſertim, cum qui digni ſunt morte, neque eam ſint expectaturi, neque tuta conſcientia expectare poſſint; ſimpliciter dicimus, poſt inceptum nullum, etiam ſi ab actuali conflictu ceſſatum ſit, non teneri eum, qui iuſtum bellum intulit, de iuſtitiæ rigore ab eo deſiſtere. Lege verò charitatis non plus tenetur ceſſare, quàm ex Driedonis ſententia dictum eſt. Illud verò plus habet locum, quando à conflictu eſt ceſſatum, quàm quando ſunt copiæ in actuali conflictu.

DISPVT. CIV.

De cauſis quibuſdam particularibus iuſti belli, ſcripturarum exemplo roboratis.

EXplicata communi cauſa iuſti belli, & quouſque ea explorata eſſe debeat, quæque præcedere debeant, antequam ad arma veniatur, deducendæ ſunt cauſæ aliquæ particulares ex communi illa cauſa.

Prima, eaque notiſſima eſt, ad occupandum, quæ Principi debentur, neque aliter, quam per bellum obtineri ab eo poſſunt. Hac de cauſa mortuo Saule, Dauid 2. Reg. & 3. bellum mouit aduerſus Isboſet, filium Saulis, qui occupauerat Regnum Iſrael Dauid per Samuelem à Deo conceſſum. Prima cauſa belli iuſti.

Secunda eſt ad reprimendum, ac puniendum ſubditos iniuſtæ rebellantes contra dominum ſuum, nolenteſve illi parere in ijs, quæ iuſtè præcipit. Fit namque eiuſmodi bellum ad recuperandum obedientiam ac ſubiectionem iniuſtè denegatam, eaque, quæ cum obedientia, & ſubiectione coniuncta ſunt, necnon ad vindicandam iniuriam, tali rebellione, & inobedientia illatam. Sic Dauid bellum geſſit aduerſus Abſalonem, nec non aduerſus Saba filium Sochri, ſecundo Regum 20. Vnde Auguſtin. capit. quid culpatur, 23. quæſtione prima, aduerſus violentiam inquit, reſiſtentium ſiue Deo, ſiue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos, vel iubere aliquid, vel in talibus obedire iuſtè ipſe ordo conſtringit.

Tertia, iniuria, aut contumelia notabilis Principi aut Reipublicæ illata. Hac de cauſa 2. Reg. 10. bellum mouit Dauid aduerſus Hanon Regem Ammonitarum: eo quod nuncijs à Dauide amicitiæ cauſa ad eum ſalutandum miſſis, in contumeliam dimidiã barbæ partem raſerit, veſteſque medias ad nates vſque præſciderit.

Quarta. Quarta, præſtare auxilium hoſti, qui bellum habet iniuſtum cum Principe aliquo, aut Republica: eo namque ipſo Reſpublica illa, aut Princeps, iuſtam belli cauſam habet aduerſus eum, qui tale auxilium præſtitit, propter iniuriam, aut ſimul etiam damnum ea ratione ſibi illatum. Hinc Dauid 2. Reg. octauum, iuſtè percuſſit Syriam Damaſci, eò quod aduerſum ſe auxiliũ Adarezer Regi Soba præbuiſſet.

Quinta. Quinta, defendere iniuſtè ſceleſtos aliquos, ne iuſtè puniantur. Tantum enim referre poterit eos puniri, vt poſſit iuſtè inferri bellum aduerſus id prohibentes. Hac de cauſa Iud. decimo, iuſtum fuit bellum vndecim tribuum Iſrael aduerſus tribum Beniamin, eò quod defendere voluerunt, habitatores Gabaa, ne punirentur propter ſcelus illud immane, quo vxorem viri Leuitæ eo vſque incredibili libidine vexarunt, quouſque animam efflauit.

Sexta. Sexta, Principem, aut Rempublicam aliquam violare fœdus, aut pactum, quod non parui referat aduerſus alium Principem, aut Rempublicam. Hac ratione iuſtum fuit bellum Regis Ioram quarto Reg. tertio, aduerſus Malam Regem Moab, eo quod fregiſſet fœdus, noluiſſet ſoluere centum millia agnorum, & totidem arietum cum velleribus ſuis, quæ quotannis ſoluere tenebatur, vt teſtatur miraculoſa victoria diuinitus eo bello conceſſa.

Septima. Septima, vt Caſtrus 2. de iuſt. hæret. pun. capitulo decimoquarto, Victor. in relect. de Indis inſulanis parte ſecunda, in principio, Couar. regu. peccatum, parte ſecunda, §. nono, numero quinto, & alij, quos Couar. refert, rectè dicunt, eſt denegare aliqua, quæ gentium iure omnibus licent, ſuntque proinde ſuo modo debita. Talis namque denegatio, vtpote iniuſta, iniuriam ei, cui talia denegantur, infert. Quocirca ad eam, vel propulſandam, vel, poſt quam illata fuerit, vindicandam, poterit interdum moueri iuſtum bellum. Cæſar namque, quod Senatus aditum ſibi Romam denegaſſet, apud Lucanum rectè dixit: Arma tenenti omnia dat, qui iuſta negat. Quia ergo tranſitus ſine nocumento per vnam regionem in aliam gentium iure eſt omnibus debitus, iuſtum fuit bellum filiorũ Iſrael Numero vigeſimoprimo, aduerſus Seon Regem Amorreorum, propterea quod illis denegaſſet tranſitum per terram ſuam, filijs Iſrael pollicentibus, ſe neque declinaturos in agros, aut vineas eorum, neque bibituros aquas de puteis eorum, ſed via regia inceſſuros, donec eorũdem finibus excederent. Vnde Auguſt. capitu. Notandum vigeſimotertio, quæſtione ſecunda, ex quæſtione quadrageſimaquarta, ſuper Numeros; Notandũ, ait ſanè eſt, quemadmodum iuſta bella gerantur à filijs Iſrael contra Amorreos: innoxius enim tranſitus denegabatur, qui iure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat.

Libuit cauſas has in particulari ex communi illa deducere, atq; ex ſcripturis ſanctis referre, vt manuductus quiuis literarum ſanctarum exemplis melius circa quaſcunque alias, quæ in particulari occurrerẽt ferre ſciret iudicium, iuſtæ ne ac ſufficiẽtes eſſent, an ſecus, ad bellum iuſtum inferendum.

DISPVT. CV.

De alijs iuſti belli cauſis, quarum quædam probantur, quædam reijciuntur, aliæ in locum alium remittuntur.

Octaua Victoriæ. VIctoria ſecunda par. Relect. de Indis inſulanis in principio ait, gentium iure fas eſſe cuique peregrinari in alienas prouincias, & illic degere, ſine

A aliquo tamen incolarum detrimento. Item ius cuique eſſe eò nauibus appellendi, vtendique portubus, & fluminibus earum, affirmatque portus, & flumina cuiuſque prouinciæ eſſe omnibus communia. Præterea eodem gentium iure aſſeuerat fas eſſe cuique negotiari in alienis prouincijs, importando merces, quibus ibi carent, & exportando aurum & argentum, merceſque alias quibus illæ abundent. Item ait, ſi alijs peregrinis, aut hoſpitibus aliqua licent in ea prouincia, aut effodere aurum & argentum de aliquo communi agro, vel extrahere illud de fluminibus, aut piſcari margaritas in mari vel fluminibus, prohiberi non poſſe ijs, qui de nouo eo acceſſerint, ne id ſimiliter faciant. Hæc autem omnia ita affirmat eſſe de iure gentium, vt ſi barbari noui orbis quicquam eorum Hiſpanis eo accedẽtibus prohibuiſſent, inde Hiſpani iuſtam aduerſus illos belli cauſam haberent.

Refellitur. At nobis contrarium videtur verum. Etenim, B licet illa omnia gentium iure in hoc ſenſu fas ſint cuique extraneo, quòd interim dum ab habitatoribus non prohiberentur, licitum ſit cuique illa efficere; & præterea, quod dum extraneus aliquo illarum rerum vſu extremè vel grauiter indigebit, non poſſit licitè prohiberi; eo quod, & lex charitatis id poſtulet, & rerum diuiſio præiudicare non potuerit quo minus vnuſquiſque, etiam inuitis dominis, ea re vtatur, qua extremè indiget: nihilominus, cum poſt rerum & prouinciarum diuiſionem non minus propria ſint cuiuſque Reipublicæ, quæ ab ea poſſidentur in commune, & quorum dominium tota reſpublica habet, quam ſint cuiuſque de Republica, quæ ab eo tanquam propria poſſidentur, ſanè quemadmodum quicunque particularis interdicere licitè poteſt omnibus alijs ne rebus ipſius vtantur, quando grauiter, aut extremè his non indigebunt, & licitè etiam poteſt nullum C cum alijs commercium admittere: ſic etiam Reſpublica moderatorve illius, licitè prohibere poterit omnibus extraneis, ne rebus proprijs Reipublicæ, quæ communes ſint ciuibus omnibus, vtantur interim dum illis extremè aut grauiter non indigebunt: licitè etiam poterit velle nullum cum illis habere commercium: neque in his vllam eiſdem faciet iniuriam, vt ea de cauſa poſſint bellum iuſtum mouere: idque apud non paucas Reſpublicas videmus factitari. Eoque magis quæuis Reſpublica licitè prohibere poterit commercium, portum, & habitationem extraneis, quò eos potentiores viderit, timere namque iuſtè poterit, ne ipſam, quæ humana eſt malitia, ſubiiciant, neve incommodum aliud ex eorum commercio & habitatione experiatur: eaque de cauſa prudenter poterit præſcindere occaſiones omnes, ſibique conſulere, ne quicquam tale eueniat, ea, quæ ipſius D ſunt, illis denegando. Quod autem prouincia aliqua vſum quarundam rerum ſuarum communium quibuſdam extraneis concedat, ſanè ab ea libertatem non adimit, quo minus ſimilem vſum peregrinis aliis denegare poſſit: cum integrum cuique ſit concedere, cui libuerit, rerum ſuarum vſum; cumque aliis interdicere. Negari etiam non poteſt, portus, flumina, & fodinas auri & argenti ad eorum dominium pertinere, quorum eſt prouincia, in quibus ſunt: Quin & maritima vnda continenti adhærens ad eos ſolos pertinet quorum eſt prouincia, eaque de cauſa vſurpare ſibi poſſunt ius ibi piſcandi, cæteriſque piſcaturam eo in loco prohibere. Sicque Luſitaniæ, & Hiſpaniarum Rex prohibere poteſt externis, neque ipſa prohibet, ne tynos in Turdetana, vulgo Algarbienſi ora, neve in Hiſpalenſi expiſcentur. Cum verò Chriſtiani, ius habeamus denunciandi Euangelium

gelium vbique terrarum, concionatores ad quoſcunque infideles deferendi, eos protegendi, cogendique infideles, non quidem vt Euangelium ſuſcipiant, ſed ne impedimento ſint, tum concionatoribus, quo minus illud denuncient, tum etiam ſuis, quo minus illud audiant, ſuſcipiant, & iuxta illud viuant: ſi verò gentes aliquæ, aut Reges, & Dynaſtæ contrarium effecerint, fas nobis ſit bello illos coercere, iniuriamque fidei, & Euangelio ea in parte illatam punire, vt in materia de fide, quæſtione decima, articulo octauo, oſtenſum eſt: cum inquam, hæc ita habeant, ſanè, vel inuitis infidelibus, poſſumus cum nauibus ad eos eo fines accedere, tamdiuque, & cum ea potentia in eorum portubus & terris commorari, quamdiu & quantum neceſſe erit, vt hæc tutò fiant, eaque ratione commercium aliquod, vel ipſis inuitis, cum eiſdem exercere. Quamuis, ſi fieri id commodè poſſet, expediret, vt legatione prius cum illis ageretur, concionatoreſque ſoli, aut cum admodum paucis, mitterentur, quam ea accedere potentia, quæ armis eos contineret, vitamque concionatorum tutam redderet.

Nona. Aliam iuſtam belli cauſam, poſſidendique iure belli terras aliquorum, tradit Victor. eadem ſecunda parte relect. numero decimoſeptimo. Nempe, quando duo Principes, prouinciæ gerunt bellum inter ſe, atque ea pars, quæ aduerſus alteram iuſtum habet bellum, ea lege vocat aliquem in ſuum adiutorium, vt vel totum, vel pars eorum, quæ bello occupata fuerint, ad adiutorem pertineat. Cum enim vnicuique, ex conſenſu gerentis bellum iuſtum, fas ſit cooperari & adiuuare ad tale bellum; eò quòd non aliud id ſit, quàm accepta authoritate ab eo, qui illam poteſt conferre, cooperari ad bonum: licitumque ſit pactum illud pro periculis, induſtria, ſumptibus, & laboribus, quæ adiutor ſubit; ſanè, quæ ea ratione aduenerint, legitimo titulo adiutor poſſidebit. Illa eadem legitimo etiam titulo poſſideret, ſi nullo præcedente pacto, in gratitudinem pro præſtituto auxilio illi donarentur. Ex adiutorio autem iuſtè ac licitè præſtito, facilè euenire poſſet, vt ij, aduerſus quos præſtitum eſt, bellum aduerſus adiutorem mouerent. Cum verò id iniuſtum eſſet, poſſet deinceps adiutor ſua propria authoritate bellum ad eam iniuriam vindicandam mouere. Hac ratione Romani, ſocios adiuuando, potuerunt iuſtè dilatare ſuum Imperium. Eadem etiam ratione Luſitani in India habere potuerunt occaſiones varias nonnulla iure belli occupandi. Fertur etiam Hiſpanos terras Mexicanorum obtinuiſſe, ea ratione Talchathedanos aduerſus Mexicanos adiuuando.

Cum ſupra, dum de dominio eſſet ſermo, oſtenſum ſit, neque Imperatorem dominum eſſe orbis, neque item Summum Pontificem; & quamuis Summus Pontifex pleniſſimam habeat poteſtatem in eos, qui ſunt de Eccleſia, etiam quoad temporalia, præciſè tamen quatenus neceſſarium fuerit ad finem ſupernaturalem, nihilominus nullam habeat ſupra infideles, qui Eccleſiæ gremium nondum ſunt ingreſſi; conſequens profectò eſt, vt, quod nationes aliquæ Romano non pareant Imperio, vel infideles ſint, fidemque ſuſcipere non velint, iuſta cauſa non ſit, vt Imperatoris, aut ſummi Pontificis authoritate bellum eis inferatur, & vt vlla ratione cogi poſſint ad fidem ſuſcipiendam. Quia tamen in materia de fide aptior eſt locus ad diſputandum, an infideles, qui baptiſmum nondum ſuſceperunt, cogi poſſint ad fidem, & penes quem ſit authoritas, & quanta ad denunciandum illis Euangelium, & quæ in denunciando Euangelio liceant, aut non liceant, nec non ad diſputandum, an ſchiſmatici, & ij infideles, qui baptiſmum ſuſceperunt, cogendi ſint redire ad gremium Eccleſiæ, puniendique ſint, & a quo, hiſce de rebus nihil amplius hoc loco erit dicendum.

Illud tamen non omiſerim, quando aduerſus infideles eſſent iuſtæ aliæ cauſæ belli, vt ſunt nobis aduerſus Saracenos & Turcas; tunc ſi ſuperſtites ſint illi, aut eorum hæredes, quorum terras obtinent, aut quibus iniuriam aliam intulerunt, potenteſque ſint ad bellum inferendum, ad eos ſpectare illud inferre, & recuperare quæ ſua ſunt, atque punire iniuriam illatam. Quod ſi ſuperſtites nõ ſint, aut ſint impotentes ad bellum inferendum, tũc ad ſummum Pontificem, pro plenitudine poteſtatis, quam in Eccleſiæ bonum habet, pertinere diſtributionem expeditionis, id quod Caiet. ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſimaſexta, articulo octauo, affirmauit.

An verò propter idolatriam, & quædam alia peccata, fas ſit inferre bellum aliquibus ex infidelibus, ſequenti diſpu. diſcutiemus.

Non eſt autem cur in controuerſiam vocemus, an iuſta belli cauſa ſit imperij amplificatio, gloria, ac commodum bellum inferentis. Cum luce clarius ſit, qui ea ſola de cauſa bellum gerit, tyrannidem ac iniuſtitiam exercere. Prætereà, eo dato, bellum poſſet eſſe formaliter, & materialiter iuſtum ex vtraque parte, quod contradictionem inuoluit: tunc enim accedentes ex vtraque parte ad bellum eſſent innocentes, atque adeò ex natura rei non poſſent ſe inuicem interficere, quod cum natura belli iuſti manifeſtè pugnat.

Non eſt etiam quod diſquiramus, an iuſta cauſa ſit ad bello ſubijciendam nationem aliquam, quod barbara ea ſit ac rudis, aptiorque vt ab alijs regatur, boniſque moribus imbuatur, quàm vt ſeipſam regat. Eſto non defuerint, qui eam aſſeruerint ſufficientem eſſe rationem vt Braſilienſes omnes, cæteriq; habitatores noui orbis, nec non Aethyopes, in ſeruitutem poſſent redigi, & conſequenter, tanquam mancipia, quæ quicquid acquirunt, domino acquirunt, priuari terris ſuis, boniſque alijs omnibus excludi. Etenim cum diſputatione trigeſimaſecunda, oſtenſum ſit, id nequaquam ſufficientem cauſam eſſe vt ſeruituti ſubijciantur, euerſum manet fundamentum, cui hi authores nitebantur vt aſſeuerarent, ſpoliari conſequenter poſſe terris ac bonis, quæ poſſiderent.

DISPVT. CVI.

Vtrum propter Idolatriam, & quædam alia peccata, inferri poſſit bellum infidelibus.

MAior in 4. diſtinctione decimaquinta, quæſtione vigeſima, & Alphonſ. à Caſtro 2. de iuſta hæreticor. punitione, cap. decimoquarto, aſſeuerant, propter idolatriç ſcelus poſſe iuſtè inferri bellum ijs infidelibus, qui neque Eccleſiæ gremiũ ſunt ingreſſi, neque ſubditi ſunt principibus Chriſtianis, ſi admoniti nolint deſiſtere; affirmantque, vel eam ſufficientem fuiſſe cauſam, vt infidelibus noui orbis bellum iuſtè inferretur, atque vt Hiſpanis ſubijcerentur. Id verò probant, quoniam propter hoc peccatum Deus pręcepit filijs Iſrael delere gentes multas. Innocentius præterea, cap. quod ſuper his, de voto. Diuus Antoninus tertia par. titu. vigeſimoſecundo, capitulo quinto, §. octauo, Sylueſtrina verbo, Papa, quæſtione ſeptima, & alij inquiunt, huiuſmodi infideles ſummi Pontificis, aut Imperatoris authoritate puniri poſſe propter ea peccata, quæ cum naturæ lumine pugnant, vt propter Sodomiam, concu-

concubitus cum matribus, & ſororibus & ſimilia alia crimina, licitéque ea de cauſa poſſe aduerſus eos bellum inferri, videturque Caſtrus ad hanc etiam ſententiam accedere.

1. Concluſ. Sit tamen prima concluſio. Neque propter idola triæ ſcelus, neque propter alia peccata, quę pugnant cum lumine naturæ, fas eſt vel ſummo Pontifici, vel Imperatori, aut cuiuis alteri principi, qui iuriſdictionem in eos non habeat, punire eiuſmodi infideles, bellumve ea de cauſa aduerſus eos inquere; modo eiuſmodi crimina talia non ſint, quæ iniuriam inferant innocentibus. Hanc præter alios, affirmant Victor. in relect. de Indis, parte 1. nume. 40. & Couar. reg. Peccatum, parte 2. §. 10. nume. 4. & 5. Potiſſima autem ratio, qua probatur eſt: Quoniam ad puniendum, vindictamque ſumendum de aliquibus pro aliqua culpa, ſanè, vel iuriſdictio, ſuperioritaſque eſt neceſſaria, vel certè requiritur, vt vel is, qui punire debet, vel ij, qui ad ipſum ſpectant, iniuriam tali culpa acceperint; tunc enim rationem ſubit iudicis comparatione talium malefactorum, in defectu proprij illorum ſuperioris, qui illos punire deberet: ſed neque ſummus Pontifex, neque Imperator, aut alius Princeps, qui illi non ſubſunt, ſuperior eſt eorum, vllamve habet iuriſdictionem in eiuſmodi infideles, qui ſint extra Eccleſiam, vt diſput. præcedente, & latius alibi oſtenſum eſt: neque eiuſmodi peccata cedũt in iniuriam alicuius eorum, vel ſuorum ſubditorum, vel aliquorum innocentium, quos iure naturali poſſint defendere; ſed ſolum ſunt Dei offenſæ, in ſolam ipſorummet peccantium perniciem: ergo nullus prædictorum poteſt licitè eos punire, bellumve eis propter ea crimina indicere. Confirmatur: quoniam ſicut ad Hiſpaniarum Regem non ſpectat punire ea peccata, quæ in Gallia fiunt, eò quòd iuriſdictionem non habeat in Gallos: ita neque ad ſummum Pontificem, Imperatorem, aut alium principem, qui in eiuſmodi infideles iuriſdictionem non habeat, pertingit punire ea illorum peccata, quæ ſolum cedant in offenſam Dei, ipſorumque peccantium perniciem. Item par eſt ratio de vno peccato contra legem naturæ & de reliquis, quæ non cedunt in alterius iniuriam: ſed ſummus Pontifex punire poteſt peccata infidelium fornicationis, ſeruitutis idolorum, ebrietatis, & furti, vt ex 1. ad Corint. 5. conſtat, vbi, connumeratis his peccatis, ait Paulus; Quid mihi de ijs, qui foris, id eſt, extra Eccleſiam, ſunt iudicare? nam eos, qui foris ſunt, Deus iudicabit; quaſi dicat, iudicium, & eorum punitio, non ad Eccleſiaſticam poteſtatem, ſed Deum ſpectat: ergo neque ſummus Pontifex, neque aliquis alius, qui in eos iuriſdictionem non habeat, punire poteſt ea illorum peccata, quæ in ſolam Dei offenſam & perniciem cedunt peccantium.

Ad argumentum Caſtri dicendum eſt, iuſſu ſolum peculiari & authoritate Dei fas fuiſſe filijs Iſrael nationes illas propter idolatriam, & alia eorum peccata delere. Eaque de cauſa aduerſus nullos alios legimus filios Iſrael, mouiſſe poſtea bellum eo intuitu, quòd idolatræ eſſent, & peccatores.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Fas eſt proprijs Principibus eiuſmodi infidelium, qui temporalem iuriſdictionem in eos habent, prohibere eiuſmodi peccata, eoſque propter illa punire. Hanc oſtendimus in materia de fide quæſtione decima, articulo vndecimo, quo in loco ea de re copioſius erit agendum.

3. Conclu. Tertia concluſio. Licitum eſt prohibere eiuſmodi infidelibus, & quibuſcunque alijs hominibus, peccata, quæ in innocentium iniuriam cedunt. Quòd ſi ab illis deſiſtere noluerint, fas eſt mouere

A aduerſus eos ea de cauſa bellum, iuraque illius perſequi, idque abſque vlla ſummi Pontificis authoritate. Exempla ſunto, ſi innocentes immolent, aut eos interficiant, vt eorum carnibus veſcantur, aut quouis alio modo iniuſtè perimant; vel ſi innocentes tyrannicis legibus opprimant, aut alia ſimili ratione diuexent. Hanc affirmant Victoria, in relect. de Indis, parte ſecunda, num. 15. & alij. Poteſt verò probari, quoniam vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo, vt habetur Eccleſiaſt. 17. & Prouerb. 24. præcipitur; Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes: ergo quiuis naturali iure defendere poteſt innocentes à tyrannide & oppreſſione, idque potiſſimum ad Principes ſpectat. Neque neceſſe eſt expectare, vt innocentes ad mortem ducantur, ſed ſatis erit cogere, vt ſtatim ceſſetur à peſſimo ritu, aut conſuetudine, & vt iniquæ, & peſſimæ leges abrogentur, inferendo, ſi ad id opus fuerit, bellum, iuraque illius

B proſequendo, ac deponendo Principes iniquos, alioſque, ſi opus fuit, creando. Neque obſtat, ſi barbari ac ſubditi ipſi velint eos mores & ſacrificia, nolintque extraneos ea de cauſa bellum ſuis indicere: integrum namque eſt cuique, vel inuito eo, qui iniuſtè occiditur, illum eruere à morte, vt in eo conſtat, qui laqueo, aut alia ratione vult ſibi ipſi manus afferre, mortemque conſciſcere.

Obſerua tamen, cum eiuſmodi bellum non inferatur ad recuperandam aliquid proprium, neque ad vindicandam propriam iniuriam, ſed ſolum ad ſubueniendum innocentibus, qui ea ſola ratione ad inferentes bellum ſpectant, quatenus proximi ſunt; non plus fas eſſe bellantibus de bonis aduerſariorum ſibi vſurpare, quàm expenſas belli, & recompenſationem iniuriarum & damnorum, ſi quæ ab aduerſarijs inter bellandum acceperunt, necnon iuſtum præmium ſui laboris &

C induſtriæ: neque enim gratis tenentur ſe exponere periculis, ſuamque operam, & induſtriam collocare: ipſique hoſtes tenentur hæc omnia ſoluere, qui cauſa iniuſta fuerunt; vt bellum iuſtum aduerſus eos ſuſciperetur; reliqua verò, ſi quæ ſuperſint, debita videntur ijs, in quorum gratiam pugnatur, quorumque partes aguntur, id eſt innocentibus, qui iuſtè in ſui defenſionem, atque ad iniurias propulſandas bellum poſſent mouere. Intellige, modo ne ad innocentium, illiuſque Reipublicæ bonum ſpectet, vt bellantes dominium integrum earum regionum aſſumant; id quod plerumque vſu eueniet.

DISPVT. CVII.

De intentione ad bellum mouendum neceſſaria. Et an liceat quærere occaſiones belli iuſti.

D Tertia conditio neceſſaria, vt bellum ſit licitum eſt, vt debita fiat intentione. Ita D. Thom. 2. 2. quæſtione 40. articulo 1. Concinit etiam Auguſt. cap. quid culpatur, 23. quæſtio 1. dicens; Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur. — Tertia belli liciti conditio.

Neceſſe eſt ergo, vt bellum non procedat ex odio, ſed vel intuitu boni communis, vel recuperandi, quod ad bellum mouentem pertinet, vel iuſtæ vindictæ, aut alterius iuſtæ cauſæ belli. Quod ſi bellum ex inimicorum odio in ſenſu 2. 2. quæſtione vigeſimaquinta, articu. 8. explicato, procederet, ſanè eſſet culpa lethalis. Quòd ad alias ſiniſtras intentiones attinet, vt inanis gloriæ, inordinatæ libidinis

dominandi,&c.ex earum qualitate iudicandum eſt, an ad culpam perueniant lethalem. De duobus proximè commemoratis dicendum eſt, quando aliunde adeſſet iuſta cauſa belli, neque ex bello tot mala propriæ Reipublicæ, aut boni communis ſequerentur, vnde lethali culpa inficeretur, ex illis culpam venialem non excedere.

Victor. de iure belli numero ſexageſimo, admonet, quærendas non eſſe occaſiones belli. Etenim licet cuique fas ſit vti iure ſuo non tamen intendendo, vt ea via dentur iuſtæ cauſæ belli cum tanto damno ſpirituali vitæ bonorumque externorum proximorum, quantum ex bello ſequi ſolet, & cum peccato illius, qui inde occaſionem ſumeret præbēdi cauſam iuſtam belli. Proximos namque tenemur diligere ſicut nos ipſos.

Quin obſerua, aliquando culpam eſſe lethalem non ſolum facere aliquid ea intentione, ſed etiam non deſiſtere ab eo, quod licet ea intentione non faciamus, videmus tamen futurum occaſionem, vt bellaociantur. B Neque enim ſub reatu mortalis tenemur ſolum non intendere id, quod cum tam grauibus damnis proximorum eſt coniunctum, ſed etiam tollere occaſiones, quando ſine notabili noſtra iactura id commode poſſumus.

Illud addiderim, quando bellum cederet in maius bonum nationum, quibus inferretur, necnon Eccleſiæ, quia ea via conuerterentur ad fidem, propagaretur Eccleſia, ceſſarent à peccatis, multiq; eorum vitam æternam conſequerentur fas eſſe, vtendo iure noſtro, id efficere, vnde futurum ſperamus, vt detur nobis iuſta cauſa belli, eſto alioquin id non eſſemus facturi, & eſto ſimul intendamus commodum noſtrum temporale. Ducor, quoniam licet nefas ſit intendere culpam alterius, fas tamen eſt illam permittere, imò & occaſionem illius præbere, in maius eius, qui illam committet, bonum, & commune, vt cum Nauar. & Sot. in hac ſecunda ſecundæ, oſtendimus, dum de correctione fraterna erat ſermo. Et quoniam licet teneamur auferre occaſiones damnorum, quæ in proximos redundant, quando damna illa coniuncta non ſunt cum longè maioribus eorum bonis: ſecus tamen quando ſunt coniuncta præſertim ſi ſimul coniuncta ſint cum magno Eccleſiæ bono, ac noſtro; quin potius licitè in hoc euentu præbemus occaſiones illorum malorum eo bono fine propoſito. Neque id eſt odio illos proſequi, ſed diligere, volendo illis maius bonum. Quod autem cum tanto eorum ſpirituali bono, propagationeque Eccleſiæ, ſimul bonum noſtrum temporale intendamus, illos iuſto bello nobis ſubijciendo, ſanè non inficit belli intentionem, ita vt bellum illicitum reddat: additio quippe boni, & iuſti finis, non inficit, quod alioquin ob præſtantiorem finem ſimul appetitur. Tametſi in re propoſita, quando præcipuè, effrenateque temporale commodum appetitur, occaſio, incentiuumque mouentibus eiuſmodi belli eſſe ſoleat violandi iuſtitiam, innumeraque flagitia committendi, quibus & ſcandalum infidelibus præbent, & impedimento ſunt, ne ſanctiſſimam fidem, ac religionem noſtram ſuſcipiant, nec tanti illam faciant, quanti feciſſent, niſi vitæ noſtræ fœtore tantopere offenderentur. Præcipuus ergo finis mouentium eiuſmodi bella eſſe deberet, fines Eccleſiæ extendere, pabulum doctrinæ ſalutaris, lucemque Euangelij infidelibus inferre, & animus eorum ab interitu ſempiterno vendicare ſimulque minus præcipuè, ac voluti in præmium laboris & induſtriæ intendere quis poſſet eoſdem ſibi ſubijcere, fortuniſque illorum potiri.

Rectè admonet Victo. de iure belli, numero trigeſimotertio, euenire aliquando poſſe, vt bellum A. aliquod ſit iuſtum & licitum per ſe, & illicitum per accidens. Etenim ſi ex eo, quod iuſtè quis bello recuperare vellet ciuitatem, caſtrum, aut aliud ſimile, vel ſumere iuſtam vindictam de iniuria ſibi illata, iudicaret, facileve intelligere poſſet, euentura eſſe longè maiora mala boni communis ad ſe pertinentis, vt deuaſtationem multarum ſuarum ciuitatum, ingentes cœdes ſuorum, aliave ſimilia mala ſuæ Reipublicæ, vel futura eſſe bella in perniciem & vaſtitatem virium Eccleſiæ, eaque ratione præberi occaſionem Eccleſiæ hoſtibus occupandi terras Chriſtianorum, Eccleſiamque deuaſtandi, ſanè quamuis tale bellum iuſtum, & licitum eſſet per ſe, per accidens tamen ratione damnorum, quæ vel ſuæ Reipublicæ, vel bono communi inde emergerent, teneretur Princeps, qui illud inferre cogitaret, ab eo ſub reatu lethalis culpæ abſtinere, patique potius illatam iniuriam, iacturamque bonorum ſuorum. Quando vero tali bello cenſendus eſſet iniuſtus aduerſus ſuam Rempublicam, B cum onere reſtituendi damna, quæ ea ratione illi euenirent, dictum eſt in calce diſputationis centeſimæſecundæ.

Conueniunt DD. communiter, quando adeſt prima & ſecunda conditio, vt bellum ſit licitum, nempe authoritas & iuſta cauſa illud inferendi, ex defectu debitæ intentionis, vt ſi ex odio inferatur, aut ſiniſtra alia intentio admiſceatur, nullam conſurgere obligationem reſtituendi hoſtibus damna illata. Ratio eſt, quoniam peccatum eiuſmodi bellum illicitum inferentium, non eſt contra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem (pugnant namq; iuſtè, ſed non bene ex parte intentionis) obligatio autem reſtituendi non oritur ex culpa contra charitatem, ſed contra iuſtitiam.

C DISPVT. CVIII.

Vtrum Epiſcopis, & clericis licitum ſit pugnare.

EXplicatis conditionibus requiſitis, vt bellum iuſtum ac licitum ſit, explicandum eſt, quibus bellum alioquin licitum ratione ſtatus non liceat. Idem enim ad conditiones liciti belli quadam ex parte ſpectat.

Clericis prohibitum eſt per ſeipſos propria manu pugnare, vt conſtat ex capitu. quicunque clericus, capitulo clerici, capitulo quicunque ex clero, vigeſimo tertia quæſtione octaua, & ex alijs iuribus. Et Gregor. Nazianzen. oratione ſecunda, de pace, ait arma prohibita eſſe Epiſcopis & clericis. Ratio huius prohibitionis eſt. In primis, quoniam pugna miniſtros Eccleſiæ non decet, qui rebus ſpiritualibus, contemplationique vacare debent. Deinde verò, D quoniam omnes clericorum gradus ad altaris miniſterium ordinantur, in quo Chriſti paſſio miſſæ ſacrificio repræſentatur, eaque de cauſa indecens illis eſt ſanguinem alienum effundere, ſed potius parati eſſe debent ad ſuum proprium pro Chriſto effundendum, vt quod miniſterio gerunt, opere imitentur. Quocirca merito in Eccleſia inſtitutum eſt, vt effundentes humanum ſanguinem, quempiam interficiendo aut mutilando, eo ipſo irregulares ſint.

Eſt verò prohibitio hæc, non de iure Diuino, ſed humano, vt commodius oſtendemus tract. 3. ſequenti, quando vniuerſim diſputabimus quouſque ſanguinis effuſio, licita in ſe, clericis ſit interdicta. Quare diſpenſare poteſt Summus Pontifex cum clericis, vt pugnent propria manu, expedienſque id erit vrgente aliqua neceſſitate. Sine rationabili autem cauſa, licet factum teneret, non tamen rectè faceret:

quo-

quoniam id indecens eſt clericali ſtatui. Quin illud eſt addendum, eo ipſo quod Summus Pontifex concederet alicui clerico pugnare propria manu, non incurreret is ipſe pugnans irregularitatem, eſto ita præliando mutilaret aut interficeret; quoniã eo ipſo cenſetur Pontifex auferre ab actu quem permittit, pœnam omnem & cenſuram. Ita Couar. Clemen. ſi furioſus, p. 2. §. 3. nu. ſecundo, & Doctores communiter, conſentiuntque ea, quæ diximus diſput. 92. circa purgationem ſimoniæ & pœnarum extrauagantis, de qua ibi fuit ſermo, eo ipſo quod authoritate Summi Pontificis quippiam fieret ea extrauagante prohibitum.

Clerici licet per ſeipſos non poſſint pugnare, poſſunt tamen ſuadere bellum iuſtum, & ad illud inducere. Ita D. Thom. ſecunda ſecundæ, queſt. 40. artic. 2. ad 3. & colligitur apertè ex cap. igitur, & quatuor ſequentibus, 23. quæſt. 8. Item ſi curam habeant alicuius Eccleſię vocare poſſunt, & debent, Principem ſecularem, qui bellum in defenſionem ſuæ Eccleſiæ aduerſus infideles gerat. Vnde Auguſt. epiſto. 50. ad Bonifacium, & habetur capitu. Maximianus, 23. q. tertia, Maximianus, inquit, Epiſcopus Vagienſis auxilium petijt ab Imperatore Chriſtiano contra hoſtes Eccleſiæ, non tam ſui vlciſcendi cauſa, quam tuendæ Eccleſiæ ſibi creditæ. Quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia meritò culpanda. Hæc Auguſt. Poſſunt etiam clerici indicere bellum, ducemque conſtituere, qui loco ſui bellum exerceat, ſi ad id, propter dominium temporale, iuriſdictionem habeant. Ita Doctores communiter: quoniam id poſtulat dominium ipſum temporale, colligiturque apertè argumento à ſimili, ex capit. Epiſcopus, ne clerici, vel monachi, libro 6. cuius hæc ſunt verba. Epiſcopus, ſeu quicunq; alius prælatus, vel clericus iuriſdictionem obtinens temporalẽ, ſi homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iuriſdictione ſua commiſſo, balliuo ſuo, aut alij cuicunque iniungat, vt ſuper hoc veritatem inquirens iuſtitiæ debitum exequatur, irregularis cenſeri non debeat, quamuis ipſe balliuus, vel alius cõtra maleſactores ad pœnam ſanguinis proceſſerit iuſtitia mandante. Nam licet clericis cauſas ſanguinis agitare non licet, eas tamen (cùm iuriſdictionẽ obtinent temporalem) debent, & poſſunt metu irregularitatis ceſſante, alijs delegare. Ecce non denegatur clericis, vt quod ad dominium eorum tẽporale ſpectat, etiam ſi id ſit ſanguinem humanum licite fundere, ſaltem per delegatum, exequi poſſint.

Capitu. ſententiam, ne clerici, vel monachi, inter alia, quæ propter ſanguinis effuſionem clericis prohibentur, dicitur. Nullus quoque clericus ruptarijs, vel balliſtarijs, aut huiuſmodi viris ſanguinum pręponatur. Quibus verbis prohibentur præfici in bello, etiam iuſto, ijs, qui machinas ad rumpendum murum mouent, aut qui quouis alio inſtrumento pugnant. Vnde eſſe non poſſunt duces in bello, eſto propria manu non pugnent, vt ibidem colligit Panorm.

Dubium. An verò intereſſe poſſint bello iuſto, & exhortari in eo ad pugnam, eſto ipſi non pugnent. D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 40. art. ſecundo, ad ſecundum ait, fas eſſe prę latis & clericis ex authoritate ſuperioris intereſſe bellis, non quidem vt propria manu pugnent, ſed vt iuſtè pugnantibus ſpiritualiter ſubueniant ſuis exhortationibus, & abſolutionibus, & alijs eiuſmodi ſpiritualibus ſubuentionibus: ſicut & in veteri lege Ioſ. 6. præcipiebatur, vt ſacerdotes ſacris buccinis in bellis clangerent. Atq; hoc, inquit, primo fuit conceſſum, vt Epiſcopi vel Clerici ad bella procederent: quod autem aliqui propria manu pugnent, abuſionis eſſe. His verbis innuere videtur, nefas eſſe Epiſcopis aut clericis bellis intereſſe, niſi

A de conſenſu ſuorum ſuperiorum. Confirmari verò id poteſt ex capitu. reprehenſibile, & ex capitu. quo auſu. 23. quæſtione octaua, in quorum altero Nicol. ad Ludouicum, & Carolum reges ait: Reprehenſibile valde conſtat eſſe, quod ſubintuliſti dicendo, maiorem partem omnium Epiſcoporum die noctuque cum alijs fidelibus tuis cõtra piratas maritimos inuigilare, ob idque Epiſcopi impediantur venire: cum militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire; militum verò ſeculi ſeculo, ſecundum quod ſcriptum eſt, Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus. Quod ſi ſeculi milites ſeculari militiæ ſtudent, quid ad Epiſcopos, & milites Chriſti, niſi vt vacent orationibus. In altero verò Gelaſius Elpidio Epiſcopo ait: Quo auſu, qua temeritate reſcribis, Rauennam te parare proficiſci: cum Canones euidenter præcipiant, nullum omnino Pontificum, niſi nobis ante viſis, atque conſultis, ad comitatum debere contendere. Quemadmodum tibi putas licere, quod non

B licet, niſi, quod hoc officio carere feſtinas, quo his exceſſibus te oſtendis indignum. Quod verò nefas ſit clericis exhortari in bello ad pugnam, videtur haberi expreſsè cap. quod in dubijs, de pęnis, cuius hęc ſunt verba. Quia verò tam ſacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, quam qui perſonaliter exercent conflictum, & hi qui alios incitant ad pugnandum, omnes enormiter peccant, de rigore canonico eos credimus deponendos.

Suadetur Eccleſiaſticos intereſſe nõ poſſe bello iuſto ex aliquibus capitibus iuris.

His non obſtantibus dicendum eſt, conſenſum, ſaltem præſumptum, ſuperioris ſufficere vt Prælati & Clerici præſentes eſſe poſſint bello, imò & vt religioſè ac piè in ipſomet conflictu excitent ad victoriam & pugnam in genere, quando eſt aduerſus Eccleſiæ, & fidei hoſtes; modò in particulari non dicant interfice, aut mutila, ſed vel fortiter age, vel ne ſuccumbas, vel pugna ſtrenuè pro fide, &c. Minuſque in his relinquitur locus dubitationi, vbi vi-

C get conſuetudo, vt in Hiſpanijs. Neque aliud quam primum, videtur voluiſſe D. Thom. in reſponſione ad ſecundum citata. Præſumptus verò conſenſus intelligi poteſt, quando acceditur ſine detrimento propriarum ouium, ſimulque acceditur, vel ad ſubueniendum proximis in ſpiritualibus, quia præſentia Eccleſiaſticorum, qui accedunt, confert non parum ad defenſionem Eccleſiæ propriarum ouium, vel boni communis, vel ad illius notabile augmentum. Eoque plus locum habet præſumptus conſenſus ſuperioris, quando cum nihil occurrat vnde contrarium ſit credendum, non eſt facilis ad eum acceſſus, vt Prælatorum ad Summum Pontificem. Præſumptus verò conſenſus in re propoſita pro expreſſo haberi debet, præſertim cum ex præſentia, & adiutorio in bello iuſto nulla incurratur irregularitas, vt diſputatione ſequenti erit manifeſtum.

D Secundum verò aſſerit & copioſius, quam alij, diſputat, Nauar. in Manuali, capitu. vigeſimoſeptimo, à numero 211. vſque ad 217. conſentitque Gratianus dum poſt capit. quicunque ex clero, 23. quæſtione octaua, addit. His ita reſpondetur. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent: ſed alios ad arripiendum ad oppreſſorum defenſionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari. Subiungitque capit. igitur, & quatuor ſequentia, quæ maniſeſtè probant licere præſulibus & ſacerdotibus hortari ad pugnam, fortiterque agendum contra hoſtes fidei, præſenteſque eſſe in bello. Poteſtq; confici hoc argumentũ. Ante conflictũ licitũ eſt hortari in genere ad pugnã & ad fortiter agendum contra hoſtes fidei, vt omnes admittunt, modo tamen non addatur, interfice, aut mutila; ſed nonminus inde poteſt miles moueri ad interficiendum, quam ſi eodem modo fieret illi adhortatio in ipſo

conflictu: ergo ſicut adhortatio illa ante conflictum, eſto inde moueatur miles ad interficiendum, non reputatur cauſa proxima occiſionis aut mutilationis, ad effectum vt in bello licito clericis non liceat, aut vt propter eam incurrant irregularitatem, ſic neque reputabitur in ipſo conflictu. Hæc namque ex iure poſitiuo pendent, expediensque fuit, vt id in bello iuſto, præſertim contra fidei hoſtes, ad commune & Eccleſiæ bonum permitteretur. Sicut etiam permiſſum eſt præſulibus, qui dominium habent temporale, iudices conſtituere, qui loco ſui cauſas ſanguinis exequantur, necnon indicere bellum, & conflare exercitum, duces præficere, qui ſui loco copias moderentur & pugnent, neque propterea cenſentur eſſe cauſa propinqua cædium, quæ inde ſequuntur, ad effectum, vt vel id eis non liceat, vel in irregularitatem incidant. In bello autem iniuſto non ſolum qui in ipſo conflictu, ſed etiam qui ante conflictum adhortaretur, incurreret irregularitatem, ſi mors aliqua aut mutilatio inde eſſet ſecuta.

Ad duo priora capita.

Ad duo ergo capita, quibus probabatur, nefas eſſe Eccleſiaſticis bello intereſſe, dicendum eſt loqui, quando præſumptio erat voluntatis Summi Pontificis in contrarium: illi enim vocati erant à Summo Pontifice, neque venire voluerunt, quod ad bellum proficiſcerentur: & quando eorum præſentia neceſſaria non erat bono communi & Eccleſiæ, quin potius dicebat eos nō intereſſe, vt ex ipſiſmet captibus conſtat.

Ad ca. quod in dubijs.

Ad capitu. quod in dubijs, de pœnis, reſpondet gloſſa ibi, in eo capitu. ſermonem eſſe, quando bellum eſt iniuſtum. Alia autem capita, quæ nos citauimus, decernere eiuſmodi exhortationem licere in bello iuſto. Nauarr. verò vult prædictum caput in dubijs, intelligendum eſſe de exhortatione in particulari ad interficiendum & mutilandum, quo pacto exhortans cauſa eſſet propinqua occiſionis, ſiue ante conflictum, ſiue in conflictu exhortaretur: non verò de exhortatione in genere ad fortiter pugnandum.

Euentus, in quib. clerico licitum eſt pugnare

Sunt verò aliqui caſus, in quibus clericis licitum eſt pugnare, & tunc longè maiori cum ratione licitū eis erit exhortari alios, etiam in ipſo conflictu, vt adiuuent & fortiter pugnent, etiam interficiēdo & mutilando, quando ita neceſſarium eſt ad finem, ad quē licitum eſt pugnare.

Primus.

Primus eſt, quando clericus non poteſt aliter conſeruare propriam vitam: tunc enim licitum eſt illi pugnare propria manu. Vnde ſi in naui vita ipſius, vnà cum aliorum vita, periclitetur, niſi ipſe pugnet, eſtoq; anceps ſit victoria, licitè poteſt pugnare.

Secundus.

Secundus, quando id neceſſarium eſſet ad defenſionem Reipublicæ, patriæ, aut ciuitatis, ita quod, pugnantibus clericis, patria, aut ciuitas vel exercitus cōſeruabitur, illis verò non pugnātibus deſtruetur, aut capietur. In hoc autem euentu, vt Caietan. ſecunda ſecundæ, quæſt. 40. artic. ſecundo, probè ait, non ſolū licitum eſt clericis pugnare, ſed etiā iure naturali ad id tenentur, cui lex poſitiua Eccleſiaſtica nec cenſenda eſt intendiſſe, nec, ſi intendiſſet, potuiſſet præiudicare.

Tertius.

Tertius, quando id eſſet neceſſarium ad conſecutionem iuſtæ victoriæ à qua pax & bonum commune Eccleſiæ pendet, ita quod niſi clerici pugnarent, vel non obtineretur, vel periclitaretur maximè, illis verò pugnantibus obtineretur: tunc enim iure etiam naturali tenerentur pugnare.

Quartus.

Quando etiam clericus ſine notabili ſuo periculo interficere poſſet nocentem, idque neceſſarium omnino eſſet ad defendendam vitam innocentis, qui optaret nocentem interfici, vt ipſe euaderet, tenere-

A tur etiam iure naturali illum interficere ad eruendum innocentem à morte, vt tractatu ſequenti oſtendemus.

Hos omnes caſus admittunt Doctores communiter cum Caiet. loco citato. Tametſi de hoc vltimo, quia ad bellum propriè non pertinet, nullam in hac materia mentionem faciant.

Dubium.

Duo ſuperſunt dubia in hac diſputatione enodanda. Primum eſt, vtrum clerici quando propria manu pugnare non poſſunt, poſſint nihilominus vſurpare hoſtium ſpolia & bona, ſicut alij milites. Quando namque licitè pugnarent, omnes conſitentur accipere poſſe ſtipendium & ſpolia ſicut alij milites.

Meo quidem iudicio ſcrupulosè quidam hac de re loquuntur, Breuiterque dicendum cenſeo, id pendere ex expreſſa, vel tacita ducis, aut Principis exercitus voluntate, & quando aliud non conſtat, præſumendum eam eſſe, vt, quod deripuerint ſuum id effi-
B ciant clerici, non ſecus ac ſi eſſent milites. Sunt enim vtiles exercitui, imò & pars exercitus non minus, quā milites, atque adeò gaudere debent commodis belli, ſicut milites; præſertim cum aduerſarij non minus clericorum ſint hoſtes quàm aliorum, qui in exercitu pugnant. Quando autem conſtaret contrariam eſſe ducis voluntatem, illi reſtitutio eorum bonorum eſſet facienda, cui princeps aut dux vellet.

Dubium.

Secundum eſt cuiuſmodi peccatum admittant clerici, ſi extra caſus in quibus dictum eſt id eis licere, prælientur. Dicendum eſt, ſi ſint in ordinibus ſacris conſtituti, committi ab eis culpam lethalem, vt communiter Doctores affirmant. Patet, quoniam priuantur vſu ſuorum ordinum, priuarique poſſunt officio, & iubentur recludi in monaſterio, quod ſi in bello moriantur, licet non priuentur Eccleſiaſtica ſepultura, iubetur tamen, ne oblationes, & orationes offerantur pro eis; quæ omnia patent ex cap.
C quicunq; clericus, c. clerici, c. quicunq; ex clero. & c. quo auſu. 23. q. 8. tam graues autem pœnæ non imponuntur niſi pro culpa lethali. Si verò ſint ſolum in minoribus conſtituti, diſtinguendum eſt. Quoniam vel ſunt beneficiati, & tunc timendum eſt, ne forte peccatum ſit lethale pugnare propria manu, non dimiſſo prius beneficio: eò quod inhabiles redduntur ad miniſterium, cui ratione beneficij ſunt addicti, quod tandem non minus tenentur ſubire, quàm conſtituti in ordinibus ſacris. Si verò beneficiati non ſint, gaudeant tamen priuilegio fori, eò quod habitum & tonſuram deferant, ſimulque deputati ſint ab Epiſcopo miniſterio alicuius Eccleſiæ, vel habitent in ſeminario, aut de licentia Epiſcopi verſentur in aliqua ſchola aut vniuerſitate, quaſi in via ad maiores ordines, peccant venialiter. Quod ſi priuilegio fori non gaudeant, vt ſunt reliqui, credo cum Couarr. in Clem. ſi furioſus, p. 2. §. 3. num. 2. nec
D venialiter peccare. Qm̄ abſque vllo ſcrupulo receptū eſt vt tales iudices ſint in cauſa ſanguinis, & pugnēt propria manu, & quoniam quando clerici pugnare & exercere cauſam ſanguinis prohibebantur ſolum, illi minores ordines ſuſcipiebant, qui miniſterio Eccleſiæ deputabantur, aut beneficium obtinebant, vel ad maiores ordines aſpirabant. De religioſis laicis, qui in maioribus ordinibus non ſunt conſtituti, non deſunt, qui affirment culpam lethalem ab eis contrahi, ſi depugnent: quod confirmant ex capite eos qui. 20. quæſt. tertia, id tamen mihi non eſt certum, neque caput illud id probat, ſed ſolū, ſi apoſtatę ſint teneri ſub lethali culpa à militia diſcedere, & honoribus publicis, & regredi ad monaſterium. Longè tn̄ maior indecentia eſt religioſos laicos pugnare, quā non religioſos in minoribus ordinibus conſtitutos, idque ratione ſtatus & profeſſionis vitæ perfectioris: quare grauius ſaltem illi peccant, quàm iſti.

DI-

DISPVT. CIX.

Vtrum in euentibus in quibus ſub lethali culpa tenetur quis concurrere ad mortem aut mutilationem alterius, illa ſecuta incurrat irregularitatem.

OCcaſione euentuum, in quib. diſputatione præcedente dictum eſt teneri clericos iure naturali pugnare, quærendum erat, an tunc, ſubſecuta morte, aut mutilatione alicuius, incurrerent irregularitatem. Ne verò eadem quæſtio ſæpe repetatur, vniuerſim hoc loco, quod propoſitum eſt, quærimus.

Caietani. Soti, Naua. de denunciantib. ſententia.

Caiet. 2.2.q.33.art.7. Soto de tegendo ſecreto mēbro 2.q.4.concl.2.& 5.de iuſt.q.5.art.1.ad 3.& Nauar.ca.inter verba,nu.620 aſſeuerant, in quib. euentibus clerici iure naturali denunciare tenētur de maleſactore aliquo ad impediendum damnum reipublicæ aut proximi, eſto id efficiant, indeq; mors maleſactoris ſequatur, non incurrere irregularitatem. Ducuntur, q̄m cū iure naturali id efficere teneantur leges Eccleſiaſticæ, q̄ neq; præiudicare p̄nt, nec volūt naturali ac diuino iuri, intelligēdæ nō ſunt, quaſi in eo euentu irregularitatem ſtatuere intendant. Addunt tn̄, quia ita denunciant, teneri proteſtari, ſe neq; intēdere, neq; velle mortē aut mutilationē eius, de quo denunciant, iuxta c. Prælati. de homic. lib. 6.

De interficientib. Caieta. Naua. gloſ.& Syl. ſententia.

Licet id ita affirmet de clericis denunciantibus de bellantibus tn̄ in euentibus, in quibus ſub reatu lethalis culpę pugnare tenentur, Caiet. 2.2.q.40. ar. 2.& Naua. in Man.c.27.nu.213. aſſerunt, incurrere irregularitatem, idemque docent de quocūque, qui, vt patrem, vel quemuis alium proximum defendat, aliquem interficit, quādo ad id ſub reatu lethalis culpæ tenetur: conſentiunque gloſſa in Clem. ſi furioſus, de hom.& Syl. verb. bellum 2.& alij.

Eorum fundamentum.

Neque ducuntur alia ratione, quam quod Clem. citata ſolum pronunciet non incurri irregularitatem ab eo, qui, aliter non valens mortem vitare, ſuum occidit aut mutilat inuaſorem. Hinc enim, argumento à contrario ſenſu, volunt eum, qui non ſuum, ſed alterius occidit inuaſorem, irregularitatem incurrere, eſto ad illum occidendum iure naturali ſub reatu culpæ lethalis teneatur.

Aliorū contraria ſententia.

Contrarium affirmat Fortunius à Naua. citatus, innuitque apertè Panor. c. Petitio. de hom. nume. 2. & Vict. in commentarijs manuſcriptis ad 2.2.q.40. art. 2. Coua. verò in Cle. ſi furioſus, p.2.§.3. nu.2.& p.3.§.1.num. 5. longè plus vult, nempe quoties quis in ſui, vel alterius defenſionem licitè interficit, non incurrere irregularitatem.

1. Concluſ.

Sit verò hac de re noſtra 1. concl. Quando aliquis aliter mortem, aut mutilationem vitare valens, etiam ſi id cum iactura honoris & famæ aut bonorum tēporalium, quemquam occidit aut mutilat, vel etiam in defenſionem alterius in euentibus, in quibus iuxta ea, quæ tractatu ſequenti dicenda ſunt, quamuis licitè poſſit, non tamen tenetur interficere, incurrit irregularitatem. Hæc concluſio oſtendenda eſt tractatu ſequenti aduerſus Couar.

2. Concluſ.

Secunda conclu. Quando aliquis ex officio, cui ſe ſponte ſubiecit, tenetur ſub reatu lethalis culpæ interdum interficere, vt Iudex, aut princeps maleſactores; tunc ſanè eos interficiendo, aut mutilādo, incurrit irregularitatem. In hac omnes conueniunt. Vt enim voluntariè ſubijcere ſe voluit muneri, quod id habebat annexum, ſic in radice exercere voluit actum, quo propter defectum lenitatis minus idoneus redderetur miniſterio altaris, eaq; de cauſa merito ſtatuto Eccleſiæ incurrit irregularitatem. Idem accidit, quando ſua culpa quis in eas ſe redegit anguſtias, vt ad euadendam propriam, aut parentis

A mortem; neceſſe ſibi eſſet alium interficere: tunc enim quia id euitare potuit, & debuit, ſi interficiat, in irregularitatem incidit. Hæc à nobis dicta ſunt hoc loco, vt intelligatur, diſparem eſſe rationem in euentibus harum concluſionum, & euentib. ſequentis, de quibus hoc loco eſt controuerſia.

Tertia conclu. Quando aliquis ſub reatu mortali tenetur interficere, aut mutilare aliquē, vel morti illū obijcere, aut mutilationi, denūciando, aut quauis alia rōne, idq; nō peculiariter ex munere, cui ſe ſubiecit, neq; nō peculiariter ex munere, cui ſe ſubiecit, neque quod ſua culpa in eas ſe redegerit anguſtias nō incurrit irregularitatē, eſto illū interficiat aut mutilet, vel ſequatur illius interfectio aut mutilatio. 3. Conclu.

Probatur concl. Primò, argumento ad homines, Caiet. videlicet, & Nauar. qui ſanè non ſatis ſibi conſtant. Qui iure naturali tenetur denunciare; de crimine, pro quo alius eſt interficiendus, non incidit in irregularitatem, eſto ex ea denunciatione ſequatur
B mors denunciati, idque nō ob aliam, vt ipſimet vnà cum Soto rectè affirmant, niſi quia cum iure naturali teneatur ſub reatu lethali denunciare, per Epicheiam cenſendum eſt, leges Eccleſiaſticas, quæ iuri naturali præiudicare non poſſunt, non intendiſſe, vt in eo euentu incurreretur irregularitas: ſed in reliquis euentibus, qui noſtra concluſione continentur, non minus tenentur homines iure diuino & naturali mutilare, aut interficere, neque plus ſua culpa, aut voluntate inciderunt in eam obligationem, quam in illo priori euentu incidatur: ergo non incurrent irregularitatem, ſed per Epicheiam erunt cenſendi ſimili modo excepti à legibus, quæ interficientibus aut mutilantibus irregularitatem ſtatuunt.

Illud etiā aduerſus Sot. Nauar. & Caiet. animaduertendum eſt, nulla opus eſſe proteſtatione, vt irregularitas non incurratur in euentu, in quo quis iure naturali tenetur denunciare. Etenim, quod in hoc
C euentu nulla incurreretur irregularitas, vim habuit, antequam cap. perlatis, de hom. lib. 6. conderetur; eò quod nunquam hic euentus legibus Eccleſiaſticis ſit comprehenſus, vt ipſimet Doctores concedunt: cum ergo proteſtatio ſolum habeat locum, quando ſecluſa proteſtatione irregularitas foret incurrenda, & neque in illo iure, neque in alio conſtituatur, vt in hoc euentu adhibeatur proteſtatio ad effectum ne irregularitas incurratur; conſequens profectò eſt, illam neceſſariam non eſſe.

Secundò probatur concluſio, & pono, in Clem. ſi furioſus, de homic. illis verbis; & idem de illo cenſemus, qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit vel mutilat inuaſorem; non condi nouū ius, ſed ſolum aduerſus cuiuſdam Ioannis opinionem, quæ refertur & reprobatur in glo. c. de his clericis 1. 50. diſt. declarari, quid rei natura haberet. Id quod ſuaderi poteſt, tum ex priori parte illius Clementi-
D næ, in qua dum dicitur; ſi furioſus, aut infans, ſeu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit; ſanè non conditur nouum ius: neque enim pro actu non humano, quales illi ſunt, quiſpiam incurrit vnquam irregularitatem. Tum etiam ex illo verbo poſterioris; & idem etiam cenſemus: non enim dicitur ſtatuimus, volumus, aut ordinamus, ſed cenſemus, hoc eſt, iudicamus atque ſentimus, quod verbum declarationem ſanè ſonat apertè eius, quod rei natura habebat, non verò nouam iuris diſpoſitionem: Atque hoc ipſum affirmat Nauar. ipſe, aduerſus quē diſputamus, in Man. capitu. vigeſimoſeptimo, num. 211. idemq; innuunt Sot. 5. de iuſt. q. 1. art. 8. ad 3. Panorm. c. ſicut dignū, de homic. nu. 14. & alij. Neque ca. de his clericis, citatum, vnde præter Ioannem illum D. etiam Tho. 2.2. quæſt. 1. articu. 7. ad 3. ante illam Clementinam motus eſt ad aſſerendum interfectorem inuaſoris

aliter non valentem propriam mortem vitare incurrere irregularitatem, id probat. Etenim in eo cap. non eſt ſermo de ijs clericis, qui ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ interfecerunt, non valẽtes aliter propriam mortem vitare; neque enim in tali homicidio culpa interueniſſet: clerici autem illi culpabiles in eo cap. cenſentur, narranturque pœnitentiam egiſſe, & emendatos eſſe. Eodemque modo intelligendum eſt caput de his clericis 2. eadem diſt. Eſt enim in eo ſermo de clericis, qui exiſtentes in ciuitate ab hoſtibus obſeſſa, quoſdam ex hoſtibus propria manu peremerunt: cum tamen eam mortẽ vitare potuiſſent, ac debuiſſent, relinquendo militibus alijſque laicis illius ciuitatis pugnam propria manu cum hoſtibus. A

Hoc poſito hunc in modum argumentationem conficio. In Clemen. ſi furioſus, non conditur nouũ ius, ſed per Epicheiam declaratur, nunquam fuiſſe mentem Eccleſiæ, vt, qui ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ ſuum occidit inuaſorem, aliter non valens propriam mortem vitare, incurreret irregularitatem: ſed longè maior, & vrgentior eſt neceſſitas interficiendi, aut mutilandi, mortive aut mutilationi obijciendi, quando ius naturale ad id obligat ſub reatu lethalis culpæ, atque adeò quando id ita neceſſarium eſt ad euadendam mortem animæ, Deumq; non offendendum, quam quando ſolum neceſſarium eſt ad euadendam mortem corporis: ergo multo magis per Epicheiam eſt cenſendũ mentem Eccleſiæ non fuiſſe, vt in euentibus noſtræ concluſionis irregularitas contraheretur. B

Confirmatur hæc ratio, quoniam neceſſitas interficiendi ad vitandam culpam lethalem, non ſolum ea ratione eſt maior & vrgentior, quam neceſſitas interficiendi ad euadendam corporis mortem: quatenus ſalus & vita animæ præſtantior eſt vita corporis, præponderatque non offendere Deum alijs omnibus bonis, ſed etiam quoniam poteſt quis cum magno ſuo merito permittere ſe occidi, ne ipſe aggreſſorem occidat; cum tamen nulla ratione, vel expediat, vel liceat id omitteret, quod ſine lethali culpa omitti non poteſt: longè ergo maior eſt ratio, vt per Epicheiam cenſeamus nunquam mentem Eccleſiæ fuiſſe, vt ea occiſione, quæ ſine peccato euitari non poteſt, irregularitas contraheretur, quam ex ea, quæ vitari non poteſt ſine amiſſione vitæ propriæ corporis. C

Rurſus confirmare poſſumus eandem rationem, ſimulque noſtram concluſionem, quoniam quorſum quando ineuitabili omnino neceſſitate tenetur quis interficere, quia ad id ſub lethali culpa obligat ius naturale, ſtatueret Eccleſia vt incurreretur irregularitas, niſi vt timore irregularitatis proniores redderentur homines ad peccandum lethaliter, Deum offendendum, ſempiternamque amittendam beatitudinem? Quod impium eſt de Eccleſia exiſtimare. D Quo etiam iure quave æquitate Eccleſia ſacerdotem vſu ſuorum ordinum cum tanto ſpirituali & temporali ipſius detrimento priuaret, eò quòd id efficiat, quod ſine interitu æterno vitare non poteſt, quodq; cum magno merito exercet? Cum ergo hæc omnia abſurda per ſe, & à ratione perquam aliena exiſtant, non erit hominis iuſtis momentis Eccleſiæ prouidentiam ponderantis exiſtimare, voluiſſe eam ſuis legibus irregularitate irretire illos, qui in euentibus noſtra concluſione expreſſis morti, aut mutilationi cauſam præbuerunt.

DISPVTATIO CX.

Quouſque in alijs euentibus in bello, ſiue iuſto ſiue iniuſto, irregularitas incurratur.

Prima concl. Non ſolum qui in bello iniuſto pugnant, ſed etiam qui quouis modo opem vel auxilium dant, exhortando, conſulendo, aut quouis alio modo, imò & qui præſentes ſunt ad quoduis ſubſidium, aut adiutorium præſtandum, ſunt irregulares eo ipſo, quod mors, an mutilatio alicuius in bello ſequatur. Ita colligitur ex c. ſicut dignũ, §. vlt. de homic. & affirmant Innoc. & Panor. c. petitio, de hom. Nauar. in Man. c. 27. nu. 224. Couar. in Clem. ſi furioſus, p. 2. §. 3. nu. 2. prope finem, & Doctores communiter. Eſtque ante oculos habendum, ſingulos in bello reliquis præſidio eſſe, animique audaciã, & quaſi protectionem adhibere. 1. Concluſ.

Secunda concluſio. Etiam in caſibus, in quibus in bello iuſto clerici pugnando lethaliter peccant, non ſunt irregulares, eſto in eo bello aliqui interficiantur, aut mutilentur, modo ipſi eos non interficiant, aut mutilent, habetque id verum, non ſolum ſi in genere exhortentur ad pugnam, fortiterque dimicandum armaque & ſubſidia præbeant, ſed etiam ſi ipſi aliquos percutiant, ac vulnerent. Huic concluſioni quadam ex parte fauent, cap. Præſentium, & c. continentia, de cleri. percuſſore: ſed apertè colligitur, ex cap. petitio; de homic. cui iuri innixi eam amplectuntur Panorm. ibidem, Nauar. in Manua. cap. 27. num. 215. Couar. in Clem. ſi furioſus, par. 2. §. 3. num. 2. Doctor. communiter. Quod ſi clerici ita pugnando in bello iuſto irregularitatem non incurrunt, multò minus illam incurrent laici licitè, & meritoriè in eo pugnantes. Huius concluſionis non alia eſt ratio, quam quod cum hæc ex iure poſitiuo pendeant, merito in fauorem belli iuſti, quo Eccleſia & Reſpublicæ defenduntur ac ampliantur, à Sũmis Pontificibus conſtituta ſunt: præſertim cum ſi, morte aut mutilatione in bello iuſto ſubſecuta, omnes, qui in eo conſilium, fauorem, vel auxilium dederunt, irregularitatem incurrerent, ſanè in ſingulis iuſtis prælijs exercitus totus, innumeraque alia hominum multitudo maneret irregularis, quod eſſet infinitam penè multitudinem irretire, homineſque tardos ad præliandum & ad iuuandum in bello iuſto, cum magno Eccleſiæ & Reipublicæ detrimento, reddere. 2. Concluſ.

Tertia concluſio clerici pugnantes ex conſenſu, ſeu diſpenſatione Summi Pontificis, etiam ſi per ſeipſos interficiant aut mutilent, non incurrunt irregularitatem: ſecus autem de laicis, qui in eodem bello pugnant. Prior pars concluſionis cum communi Doc. ſententia aſſerta à nobis fuit diſp. 108. quoniã eo ipſo Summus Pontifex cenſetur auferre irregularitatem. Poſterior verò ex eo probatur, quoniam cum alij ad id vocentur aut admittantur, quod licitè poſſunt efficere: neque in eorum exercitio quicquam Summus Pontifex diſpenſet, ſanè neque tollere eſt cenſendus irregularitatem, quæ ex eo exercitio interdum incurritur, niſi aliud exprimat. 3. Concluſ.

DISPVT. CXI.

In bello an liceat vti inſidijs. Hoſti quouſque fides ſit ſeruanda. An liceat pugnare in die feſto. Et meditationes bellicæ quouſque liceant.

Haec quoque diſputatio ad conditiones liciti belli ſpectat. Quod ad primum attinet, breuiter dicendum eſt. Licet nefas ſit mentiri hoſtibus in bello iuſto, fas tamen eſt vti inſidijs, occultare conſi-

conſilia, diſſimulare, ac ſimulare multa, quibus hoſtes decipiantur, capiantur, & vincantur. Primum ex eo eſt manifeſtum, quod mentiri ſit intrinſecè malum. Secundum verò affirmat Aug. c. Dominus, 23. quæſt. 2. illudque confirmat, quoniam Ioſue 8. præcepit Deus vti inſidijs in bello. Idem poteſt probari manifeſtè, quoniam in illis omnibus non interuenit mendacium. Tum, quia Chriſtus abſque mendacio finxit, ſe longius ire. Tum etiam quoniam in illis mihi affirmatur, aut negatur: quarè cum in bello iuſto fas ſit nocere hoſtibus, fas quoque erit ea omnia eo animo efficere, vt hoſtes decipiantur, quo ita facilius vincantur, capiantur, & euertantur.

Quòd verò attinet ad ſecundum, dicendum eſt. Nefas eſſe frangere fidem hoſtibus, non ſtando iuſtè promiſſis, iuſteve cum eiſdem conſtitutis. Vnde Auguſt. ad Bonifacium, c. Noli. 23. quæſt. 1. Fides quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt, contra quem bellum geritur, quanto magis amico, pro quo pugnatur. Quòd ſi aduerſarius promiſſis, cum eove conſtitutis non ſtaret, neque nos ſtare illi tenemur. Verbi gratia, ſi induciæ, quas treguas vocant, ad tempus eſſent conſtitutæ, & aduerſarius eas non ſeruaret, neque nos ſeruare eas teneremur, eſto iuramento eſſent confirmatæ. Quoniam pactum ſemper habet tacitam illam conditionem, modo tu illi ſtes. Quòd ſi ſimul multa conſtituerentur ad pacem componendam & aduerſarius fidem in vno eorum non ſeruaret, neque nos in illo & reliquis tenemur ſtare conſtitutis: quoniam ſemper habent tacitam illam conditionem, modò tu viciſſim omnia ſerues.

Si promiſſum, conuentumve cum hoſte, ex obiecto iniquum ac malum eſſet ſeruari non poſſet, eſto iuramento eſſet confirmatum. In malis namque promiſſis, ait Iſidorus, cap. in malis, 22. quęſt. 4. reſcinde fidem. Tritumq; eſt axioma: iuramentum non eſſe vinculum iniquitatis, hoc eſt ad malum non obligare.

Quod ſi id, quod promiſſum eſt, oneroſum ſit & graue, diſtinguendum eſt. Aut enim conſtat iniuſtè exigi & accipi ab hoſtibus, aut non. In hoc ſecundo euentu ſoluendum eſt, quantumuis id graue ſit, & eſto promiſſum fuerit ad euadendum mortem, vincula, aut aliud graue malum, vt ſi bello iuſto, aut certè, de quo non conſtaret fuiſſe iniuſtum, Princeps eſſet captus, & in illius redemptionem, vel ingens pecuniæ copia quotannis ſoluenda, vel graue aliquod tributum fuiſſet promiſſum. Si autem conſtat iniuſtè exigi & accipi ab hoſtibus, promiſſioque iuramento non fuit confirmata, tunc talis promiſſio fuit nulla, neque eſt adimplenda. Si verò fuit iuramento confirmata, obligat ſub lethali culpa; eò quod licet hoſtis iniuſtè id accipiat, qui tamen ſub iuramento promiſit, nihil mali facit implendo, vt ex cap. debitores, de iureiurando, & ex alijs iuribus conſtat. Neque obtenta relaxatione iuramenti à prælato eius, qui tali iuramento ſe aſtrinxit, tollitur illa obligatio; ſed neceſſaria eſt relaxatio per ſuperiorem eius, cui eſt præſtitum, vt diſputatione 149. patebit.

Quod ad tertium attinet, dicendum eſt, non ſolum vrgente neceſſitate, ſed etiam occurrente occaſione melius pugnandi, conſequendique victoriam, fas eſſe pugnare diebus feſtis: quin & fas eſse ea de cauſa ſacrum amittere. Hoc totum colligit optimè Caietan. 2. 2. quæſt. 40. artic. 4. ex cap. licet, de ferijs. Si namque ad capiendos piſces, qui certis quibuſdam temporibus adueniunt, fas eſt piſcari in die feſto, vt in eo cap. conceditur, longè maiori cum ratione fas erit pugnare in die feſto occurrente occaſione id tunc efficiendi, conſequendique

A victoriam in tantum Reipublicæ bonum. Conſonat etiam capit. ſi nulla, 23. q. 8. vbi Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum reſpondet: Si nulla vrget neceſſitas, non ſolum in quadrageſimali tempore, ſed omni eſt à prælijs abſtinendum: ſi autem ineuitabilis vrget importunitas, nullo tempore belli præparationi eſſe parcendum.

Dicendum deinde eſt, pugnare in die feſto, etiam ſine neceſſitate & maiori commoditate, non eſſe lethalem culpam: modò ſacrũ non omittatur, ſi commoditas ſit illud audiendi. Probatur: quoniam pugnare, quod indifferenter exercetur à magnatibus & principibus, non plus eſt opus ſeruile, quàm haſtiludium, & aliȩ meditationes belli ac ludi publici: quare ſicut hæc abſque lethali culpa exercentur in die feſto, eo quod ſeruilia opera non ſint, ita & pugna exerceri valet. Quin & abſque veniali exerceri fortè poteſt, præſertim à militibus, qui iuſta pugna diſtrahi non ſolent à rebus ſpiritualibus, ſed potius

B occaſio illis eſſet ſolet vitandi peccata lethalia. Illud etiam eſt admonendum, caput primum, de tregua & pace, quod certis anni temporibus bellum inter Chriſtianos interdicit, receptum non fuiſſe, vt gloſſa, & Panor. ibid. affirmant.

Quod denique attinet ad quartum, hæc regula ſtatuenda eſt cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 40. art. 1. ad quartum. Meditationis bellicas, ludosve militares, vt ſunt haſtiludium, torneamenta, equeſtris ludus mutua arundinum iaculatio, &cæt. ſi ita fiant, vt ex illis non immineat vt plurimum periculum mortis, mutilationis, vel notabilis vulneris, eſto rarò aliquando aliquid horum ſequatur, licitos eſſe. Quod ſi ita fiant, vt maius periculum immineat, vetitos eſſe diuina lege ſub culpa lethali. Prudenter verò admonet Victoria. in relectione de homicidio, numero 32. in iudicando in particulari, an aliquis horum ludorum licitus ſit, uel non, ſi-

C mul habendam eſſe rationem quantitatis periculi, quod ex illo imminet, & vtilitatis communis, quæ ex eiuſmodi ludi exercitatione dimanat, quatenus inde homines habiliores redduntur ad pugnam, & ad Reipublicæ & Eccleſiæ defenſionem: in bonum namque commune fas eſt periculum aliquod ſubire, Rempublicamve ſibi ſubditis illud permittere.

Licet ergo extra de torneamentis, ea prohibeantur torneamenta, quæ cum probabili & frequenti periculo mortis fiunt, pręcipiaturque, vt qui in eis, vel ex vulnere in eis recepto, mortuus fuerit, etiam ſi pœniteat, eccleſiaſtica careat ſepultura; nihilominus, ſi torneamenta ea moderatione & cautela fiant, vt ex illis periculum probabile mortis non immineat, quo pacto in Hiſpanijs fieri conſueuerunt, prohibita non ſunt, quin in extrauaganti vnica, de torneamentis, à Ioanne XXII. per-

D mittuntur. Ita Maior in 4. diſtinc. 15. quæſtione 5. Nauarrus in Manua. cap. 15. nume. 9. & Doctores communiter.

DISPVTATIO CXII.

Quando de iuſtitia belli conſtat, licitum eſt extraneis ad id iuuare, & liceat vocare infideles in adiutorium.

CONſequenter dicendum eſt de adiuuantibus ad bellum. Et primò, quando de iuſtitia belli conſtat. Et quidem ex dictis; præſertim diſt. 105. facilè patet, licitum eſſe non ſolum de expreſſo, ſed etiam de præſumpto conſenſu eorum, quos conſtat bellum iuſtum gerere, partes eorum agere, ipſoſq; adiuuare: quoniam id non aliud eſt, quàm cooperari ad id quod bonum, iuſtumq; eſt, accepta ad id autho-

authoritate ab eo, qui illam poteſt conferre. Quin ſi illi periclitarentur, aduerſus quos bellum iniuſtum infertur, poſſetque quis eos ſine notabili ſuo detrimento eruere ab interitu, teneretur id efficere ſub reatu lethalis culpæ.

De expreſſo conſenſu Ioram regis Iſrael, imò ad illius petitionem, adiuuit eum Ioſaphat Rex Iudæ 4. Reg. 3. aduerſus Maſam Regem Moab: eo quod fregiſſet iniuſtè fœdus, nolletque ſoluere centū millia agnorum, & totidem arietum cum vellerib. ſuis, quæ quotannis Regi Iſrael ſoluere tenebatur; iuſteque & ſanctè Ioſaphat auxilium illud præſtitiſſe, vel ex Eliſei reſponſo in gratiam Ioſaphat, miraculoq; ſubſecuto, quo duo illi Reges victoriā reportarunt, eſt manifeſtum.

De præſumpto verò conſenſu Regis Sodomorū necnon ad liberandum Loth innocentem, licitum ac ſanctum fuit Abrahami adiutorium Gen. 14. quo prædam tulit de manu Regis Chodorlahomor, & aliorum, qui cum eo erant. Hæc quod attinet ad primum eorum quæ propoſita ſunt.

Quòd verò attinet ad ſecundum, quæſtionem inter alios diſputant Maior in 4. diſtin. 15. q. 20. & D. Anton. 3. par. ti. 4. c. 2. §. 11. In primiſque nullus dubitat fas eſſe adiuuare infideles in bello iuſto, quod aduerſus alios infideles habeant. Itemque inire fœdus cum illis aduerſus alios infideles; quo pacto Machabei fœdus cum Romanis aduerſus idolatras alios iniere.

Deinde verò, quod ad rem propoſitā attinet, paucis dicendum eſt. Per ſe quidem, nullis alijs circunſtantijs ſpectatis licitum id eſſe: eo quod, vt quiuis conducere licitè poteſt milites infideles ad iuſtè ſe defendendum, regnumque ſuum, vel ſua recuperandum; ſic etiam vocare in ſuum adiutorium poteſt principem infidelem per accidens tamen ratione ſcandali & damnorum, quæ Eccleſiæ inde poſſent prouenire, ſi Eccleſiæ hoſtes ea ratione maiores vires aduerſus Eccleſiam aſſumerent, terraſque fidelium ingrederentur: & vel eas deuaſtarent, vel captiuos fideles deferrent, eoſque apoſtatare facerent, vel alias iniuſtitias exercerent, ſuiſque prauis moribus verbo & exemplo fideles inficerēt, fœdiſſimum id regulariter eſſe & illicitum.

DISPVT. CXIII.

Subditi num inquirere teneantur de iuſtitia belli, & in dubio an poſſint pugnare.

INter cooperātes ad bellum, quidam ſubditi ſunt illud inferentes, alij verò extranei. De extraneis, dicemus diſputatione ſequēti: de ſubditis verò examinandum eſt modo, an quando neque de iuſtitia, neque de iniuſtitia belli ipſis conſtat, quicquam inquirere teneantur, & num in dubio, an bellum iuſtum ſit, licitè poſſint pugnare.

1. Concluſ. Sit uerò prima concluſio. Qui ad Principis conſilium, vel vocantur, vel admittuntur, inquirere & examinare tenentur iuſtitiam belli, adeò, vt ſi eorū malitia, aut culpabili negligentia bellum iniuſtum inferatur, reſtituere teneantur damna omnia inde ſecuta. Probatur, quoniā qui impedire poteſt damna grauiſſima, quæ bello iniuſto proximis inferuntur, ſanè lethaliter peccat, niſi illa impediat, teneturque ad eorum reſtitutionem, ſi ex officio id illi incumbit, ſaltem quia minus ferendi iudicium circa iuſtitiam belli in ſe ſuſcepit: ſed ij, de quibus loquimur, non ſolum inquirendo diligenter de iuſtitia belli, ea poſſunt impedire, ſed etiam id eis committitur, eorumque iudicio acquieſcunt princeps, & cæteri de Republica: ergo inquirere & examinare tenentur diligenter iuſtitiam belli, adeo, vt ſi eorum

A culpabili negligentia bellum iniuſtum inferatur, reſtituere teneantur damna omnia ſecuta. Qui autem ex officio non teneretur putaret tamen rē non fuiſſe ſatis examinatam, bellumque eſſe iniuſtum, & ſperaret ſua induſtria, & diligentia veritatem comperturum, foreque audiendum, contra charitatem lethaliter peccaret, niſi veritatem inquireret, ac patefaceret.

Secunda concl. Minores de Republica non tenētur examinare cauſam belli, ſed tutò pugnare poſſunt committentes ſe iudicio, aut definitioni Principis, & eorum, qui Principi ſunt à conſilijs. Idem dicendum eſt de ijs ſapientibus, quibus iudiciū de cauſa belli non eſſet commiſſum, quando indicia non eſſent iniuſtitiæ. Tam aperta verò eſſe poſſent indicia iniuſtitiæ belli, & tales de ea rumores, vt nō ſolum ſapientes, ſed etiam communes milites tenerentur rem examinare, aut de ea ab alijs inquirere, vnuſquiſque pro captu ſuo, aliterque ignorantia nō B excuſaret eos à peccato, & ab onere reſtituendi. In hac concluſione conſentire videntur Vict. de iure belli, num. 25. & 26. Gab. in 4. d. 15. q. 4. concluſ. 4. Sot. 5. q. 3. de iuſt. art. 3. ad 1. D. Tho. & art. 5. ad 1. & multi alij. 2. Concluſ.

Prima pars probatur, quoniam neque fieri poteſt neque expedit, vt ratio negotiorum publicorum omnibus de plebe reddatur, neque illi ſufficientes ſunt ea examinare, aut etiam percipere. Perfectus etiam obediens non diſputat, ſed paret, decetque illum rectè de ſuo ſuperiore præſumere atque ſentire, quando neque indicia, neque rumor ſunt in contrarium. Valde præterea durum eſſet aſtringere ſubditos, vt, audito ſuperioris præcepto, tenerentur adire ſapientes, & de iuſtitia illius inquirere. Secunda verò ex eo probatur, quoniam illa videtur ſufficiens diligentia, argumentumque ſufficiens iuſtitiæ belli, vt etiā ſapientes tuto ſe poſſint committere Principis defi-C nitioni, præſertim cum non minus ſubditi ſint, quā alij. Tertia verò probatur, quoniam quando eiuſmodi adeſſent indicia & rumores de iniuſtitia belli, hæc ipſa ſuadent ſubditos non debere ſe committere Principis definitioni, ſed debere aliunde inquirere & præſcrutari rem, prout quiſque commodè poſſet: alioquin ignorantia eſſet quaſi affectata nolentis intelligere, vt bene ageret: quæ ſanè nec à culpa, nec à reſtituendi onere excuſaret. Poſſumuſque id confirmare, quoniam aliter Turcæ, & Saraceni ſequentes Principes ſuos in bello contra Chriſtianos, & milites, qui ad Iudæorum & Pilati imperiū Chriſtum comprehenderunt, iniurijs affecerunt, ac crucifixerunt, excuſarentur à culpa: quod nulla ratione eſt dicendum.

Tertia concl. In dubio ſubditorum an bellum ſit iuſtum, licitum eſt illis pugnare. Contrariū aſſeruit Adria. quodli. 2. ad 1. circa 2. punctum, idemque innuit de reſtit. q. aggredior caſus, §. ſed cum. Noſtra D tamen concluſio cōis eſt Doctorum, eam affirmant Victor. de iure belli, nu. 31. Caiet. & Aug. verb. bellum, Driedo 2. de libert. Chriſtiana, c. 6. Gabr. in 4. d. 15. q. 4. Maior eadem d. q. 20. & pleriſque alij. Eſt etiam expreſſa Auguſt. c. quid culpatur, 23. q. 1. ex 22. contra Fauſtum cap. 75. vbi ait: Vir iuſtus, ſi forte ſub rege homine etiam ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum ſit, certum non eſt: ita vt fortaſſe reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi. Ex quibus verbis gloſsa in eo cap. colligit, in dubijs eſse ſemper obediendum. Quod nos latè oſtendimus, 1. 2. quæſt. 19. articu. 6. addentes cum communi Doctorum ſententia, intelligendum id eſſe, de dubio ſpeculatiuo, non verò de practico, aduerſus quod non licet agere, niſi depoſito 3. Concluſ.

poſito potius dubio. Quod quia non aduertit Adrianus, ab aperta D. Auguſt. communique Doctorum ſententia diſceſſit. In re autem, de qua diſputamus, dubium ſpeculatiuum eſt, vtrum bellum, quod meus Princeps gerit, iuſtum ſit. Practicum verò, vtrũ dum de iuſtitia huius belli dubius ſum, fas ſit adiuuare meum Principem. Quod verò noſtra concluſione aſſeueramus, eſt, manente priori dubio, fas eſſe ſubditis adiuuare in eo bello, ac proinde non eſſe dubium, ſed certum, id licere. Sicut enim inſurgente dubio ſpeculatiuo, an quod hactenus bona fide poſſedi, meum ſit, nec ne, poſſum licitè illud retinere; quia cum in dubio ſit melior conditio poſſidentis, ſimul cum eo dubio eſt certum licitè me illud retinere: ſic etiam, cum ſubditus ſuæ Reipublicæ ac Principi ſit deuinctus, bonumque illius præponere debeat bono cuiuſuis alterius, ſanè interim dum illi non conſtat de iniuſtitia ſuæ Reipublicæ, debet illi fauere, eamque adiuuare.

Illud circa rem, de qua diſputamus, eſt addendum, eſto ſubditus nõ ſolum dubitaret, an bellum ſui Principis eſſet iuſtum, ſed etiam an perſiſtente eo dubio licitum ſibi eſſet pugnare, accedente Principis præcepto, quo pugnare præciperet, fas illi eſſet, tenereturque pugnare. Ratio eſt: quoniam licet ſecundum hoc dubium ſit practicum comparatione illius prioris, eoque perſeuerante nefas ſit contra illud agere, interim dum non aduenit circũſtantia, quæ tranſire illud faciat de practico in ſpeculatiuum; quia tamen per præceptum Principis tranſit in ſpeculatiuum comparatione huius alterius quæſtionis, an in dubio, num aliquid liceat, adueniente præcepto ſuperioris, ſit parendum: conſtatque parendum tunc eſſe, vt 1.2. loco citato latè oſtendimus, inde profectò eſt, quòd nihil impediente vtroque dubio, licitum illi ſit, teneaturque in eo euentu pugnare.

Caiet. in Summa, verbo, Bellum, & alij volunt, nomine ſubditorum, vt in dubio pugnare poſſint, parereque Principi pugnare præcipienti teneantur, intelligi etiam milites alienigenas mercede conductos, qui continuis ſtipendijs ſub eodem Principe degunt, tam tempore pacis, quàm belli. Placetque hoc: quoniam hi tanquam famuli reputantur, qui ſimiliter in dubio parere tenentur heris, qui mercede illos iam antea conduxerãt: quamuis fortè hi ad maiorem diligentiam adhibendam teneri videãtur, vt ſciant de iniuſtitia belli, quando aliqua apparent indicia, quàm indigenæ de republica; & in dubio, ſi multum propendeant bellum eſſe iniuſtum, integrumq; illis ſit diſcedere, quia expleuerũt tempus, pro quo ſe militiæ aſtrinxerant, videantur teneri diſcedere.

Dubium. Dubium eſt, vtrum ſubditi, qui modo explicato licitè in dubio pugnant, ſi poſteà comperiant bellum à parte ipſorum fuiſſe iniuſtum, teneantur reſtituere damna, quæ dederunt. Reſpondendumque eſt, neque illos, neque quoſcunque alios, qui abſque peccato fuerunt cauſa illius belli, teneri aliud reſtituere, quàm ſi quid hoſtium in ipſorum poteſtate fuerit repertum, aut ex illo fuerint facti locupletiores. Ratio eſt; quoniam cum non peccauerint, ſolum tenentur reſtituere ex parte rei acceptæ, ſi permaneat, vel quantum ex ea facti ſint locupletiores. Reijcienda eſt ergo, cum Victor. de iure belli, nume. 32. & 33. ſententia Syluest. verbo, bellum, 1. quæſt. 9. aſſerentis eos, qui dubij de iuſtitia belli pugnant, licet non peccent, excuſante eos obedientia ſuperioris, cognita tamen poſteà iniuſtitia belli, teneri reſtituere; quæ conſumpſerunt, & in quibus non ſunt facti locupletiores.

Victoria loco citato ſubiungit, ſi talis ſubditus A (non ſolum dubius de iuſtitia belli, ſed etiam dubius, an ſibi ita dubio liceret ire ad bellum) pugnaret, teneretur reſtituere damna, quæ daret, eſto ex illis non eſſet factus locupletior. Ratio illius eſt: quoniam fecit contra conſcientiam, ac proinde peccauit dando illa damna. Mihi verò contrarium videtur probabilius: Nam ille re vera, ſecluſo errore conſcientiæ, ius habebat pugnandi, inferendique ea dãna, eſto de iuſtitia belli dubitaret, vt Victor. admittit: iniuſtitia autem, quæ prouenit ex conſcientia erronea, qua quis putat ſe iniuſtè facere, quod facit iuſtè, non inducit obligationem reſtituendi ex parte iniuſtæ acceptionis.

DISPVT. CXIV.

Extranei, niſi certi ſint de iuſtitia belli, an peccent auxilium præſtando, & ad quantam reſtitutionem teneantur.

B Extranei lethaliter peccant contra iuſtitiam, ſi vel ſe ipſos locent, vel quouis alio modo ad bellum præſtent auxilia, niſi, adhibita prius morali, ac debita inquiſitione, meritò ſibi perſuadeant iuſtum eſſe bellum ex parte eorum, quos adiuuare volunt, Ita Caiet. in Summa, verbo, Bellum, Driedo 2. de libert. Chriſt. c. 6. Syluest. verbo, Bellum. 1. quæſt. 9. Gabr. in 4. d. 15. q. 4. ar. 2. concl. 4. Maior ibid. q. 20. concluſ. 4. & Doctores communiter. Vnde meritò infertur, eos milites, qui parati ſunt ſequi ad bellum quemcunque vocantem, non curando ad bellum ſit iuſtum, necne, in ſtatu eſſe damnationis, neque poſſe abſolui. Quod intelligendum etiam eſt de ijs ſubditis, qui parati ſunt ſequi ſuum principem, eſto conſtet de iuſtitia belli. Intellige tamen, modò actum ea de re eliciant: habitibus namque neque meremur, neque demeremur.

C Præcipuum aſſertum ex eo probatur, quòd extraneus auxilium ad bellum præſtans, non prius ſibi meritò perſuadens iuſtum illud eſſe, periculo ſe exponit inferendi grauiſſimam iniuriam aduerſarijs, coniunctam cum damno vitæ, aliorumque bonorum, quibus ijdem potiuntur: cum ergo neque cauſam, neque circunſtantiam habeat, quæ illum excuſet, vt habet ſubditus, qui in dubio fauere debet ſuæ reipublicæ, parereque debet ſuo ſuperiori, conſequens profectò eſt, vt contra iuſtitiam lethaliter peccet.

Hinc patet, hoc locum non habere in illis extraneis, qui ante bellum illud ſuas operas principi illi ad pugnandum locauerant: hi namque eo ipſo ſunt ſubditi, & in dubio, an bellum ſit iuſtum, parere poſſunt & tenentur, vt diſputatione præcedente cũ Caiet. dictum eſt.

Petes, vtrum extranei, qui ita cum peccato contra D iuſtitiam cooperãtur ad bellum, teneantur ſemper ad reſtitutionem damnorum, quæ illata fuerint, & ad quantam reſtitutionem teneãtur. Reſpondeo: Si poſteà illis conſtet, iuſtũ in ſe fuiſſe bellum, cui adiutoriũ præſtiterunt, ad nullã teneri reſtitutionem. Quoniam ſatis eſt bellũ materialiter fuiſſe iuſtum, vt non conſurgat obligatio reſtituendi. Confirmareq; id poſſumus, quoniam adiuuantes ad bellum cum peccato non tenentur reſtituere niſi in defectum Principis, qui cauſa fuit præcipua omnium damnorum; ſed Princeps, quando bellum fuit iuſtum, idque ſibi conſtabat, ad nullam reſtitutionem tenetur, eò quòd iuſtè ea omnia damna intulerit; ergo neque cæteri, qui illum adiuuerunt, eſto cum peccato id egerint, tenentur ad reſtitutionem.

Quòd ſi conſtaret poſteà de iniuſtitia belli, tenerentur reſtituere damna omnia illata, eò quòd ipſi iniuſtè formaliter, & materialiter ea dediſſent.

Tene-

Tenerentur tamen ea reſtituere in defectum Principis,qui cauſa fuit præcipua eorum omnium damnorum. Niſi tamen princeps propter inuincibilẽ ignorantiam excuſaretur à culpa; tunc enim ipſi ſoli reſtituere tenerentur,tum damna omnia,quæ ipſi dediſſent,tum etiam illa,quæ data non eſſent, niſi ipſi eo in bello auxilium præſtitiſſent.

Si verò,confecto bello,adhibitaque debita diligẽtia, dubium maneret an bellum iuſtum fuerit, diſtinguendum eſt. Quoniam ſi princeps, quando bellum intulit,dubius etiam erat de iuſtitia belli,omnia damna integrè ſunt aduerſarijs reſtituenda. Sicut enim qui dubius, an aliquid ad ſe pertineat, illud vſurpat ab eo,qui bona fide illud cępit poſſidere,& lethaliter peccat,& tenetur integrè illud ei reſtituere:ſic, qui dubius, an iuſtè poſſit damnum inferre proximo,illud infert,& lethaliter peccat,& tenetur integrè illud reſtituere: quia in vtroque euentu melior eſt conditio illius,qui bona fide erat in poſſeſſione ſuorum bonorum. Tunc tamen adiuuantes in bello ſolum tenerentur reſtituere in defectũ principis, qui præcipua cauſa iniuſta illorum damnorum extitit.

Si verò non conſtaret,quali cum conſcientia princeps bellum intulerit,neque ille vllam faciat reſtitutionem,tunc,qui in eo bello adiuuerunt,tenentur reſtituere partem damnorum;quorum fuerunt cauſa, maiorem vel minorem prudentis arbitrio, pro quãtitate dubij, veriſimilitudiniſve maioris, vel minoris,quòd bellum fuerit iniuſtum. Cum enim,ſi iuſtitia eſſet à parte illius, quem adiuuerunt, ad nullam ipſi tenerentur reſtitutionem,ſanè in dubio, an bellum iuſtum fuerit, ſolum reſtituere tenebuntur pro quantitate dubij, quod in ipſis eſt,an bellum illius, cui opem vireſque dederunt, cum iuſtitia fuerit, an cum iniuſtitia coniunctum.

DISPVT. CXV.

De cooperantibus in bello iniuſto,& an Chriſtiani captiui,qui remigant,& alia obſequia in bello Turcarũ aduerſus fideles præſtant,peccent reſtituereque teneantur.

QVando de iniuſtitia belli conſtat,tunc,qui ad illud vel pugnando, vel quouis alio modo adiutorium præſtant, & peccant lethaliter, & tenentur reſtituere damna omnia inde ſecuta, vt ex ſe eſt manifeſtum,affirmatque communis Doctorum ſentẽtia. Ne verò eadem principia ſæpius repetantur, inferius in materia de reſtitutione oſtendemus,an ſinguli militantes in eiuſmodi bello, in aliorum defectum,reſtituere teneantur damna omnia,quæ exercitus dederit.

Chriſtiani captiui an peccent miniſteria in bello pręſtãdo aduerſus chriſtianos. Eſt autem dubium perdifficile, an Chriſtiani captiui,quibus de iniuſtitia belli Turcarum, & Saracenorum aduerſus Chriſtianos conſtat, lethaliter peccent remigando in triremibus quando Chriſtianos inuadunt; itemque aſportando ſarcinas & neceſſaria ad bellum aduerſus Chriſtianos: ad extremum eoſdem fidei hoſtes humeris, manuque iuuãdo ad caſtra munienda, ædificanda propugnacula, aliaque eiuſdem generis militari labore opera perficienda.

Nauar. ſententia. Nauar. in Manuali, capitu. 27. nume. 63. & fuſius, capit. ita quorundam, not. vndecimo, aſſeuerat, Chriſtianos eo pacto remigantes lethaliter peccare, atque idem credo diceret de alijs, quæ nunc breuiter percenſuimus numerando. Illius fundamentũ. Ducitur, quoniam cooperantur ad lethale peccatum ſimilia imperantium: quod neque mortis metu propoſito licet.

1. Concluſ. Sit tamen prima concluſio. Neque mortis metu

A fas illi eſt pugnare aduerſus Chriſtianos, quẽquam interficiendo,vulnerando,aut percutiendo. Probatur,quoniam id eſt intrinſecè malum, vtpote innocentis percuſſio abſque authoritate aut iure ad id faciendum;quod neque efficere,neque adoriri,intendere,aut ſuadere licet.

Secunda concluſio. Metu mortis,aut notabilis alterius detrimenti,fas eſt remigare in triremibus infidelium, reliquaque præſtare, quæ commemorata ſunt. Probatur, quoniam licet ea omnia præcipiantur,& ordinentur ab infidelibus ad malum finẽ,peccatumque lethale;in ſe tamen mala non ſunt, vt remigare aduerſus Chriſtianos,aſportare ſarcinas,& arma, admouere ſcalas, conſtruere propugnacula,&c. ſed ſunt ex ſe indifferentia:& quãuis à Chriſtianis captiuis accommodatè fiant ad finem infidelium,non tamen fiunt ab eis propter eum finem, ſed ad euadendam propriam mortem, notabileque proprium detrimentum, qui ſunt fines optimi: B facere autem, quod ex ſe non eſt malum, & propter optimum finem, ſanè malum non eſt, ſed bonum, eſto,qui id ita efficit,videat inde euenturum malum alijs ex alterius nequitia, & prauitate; præſertim cum charitatis ordine fas ſit præponere vitam propriam aliorum vitæ; & cum is, qui id ita efficit, videat non defuturum alium, qui idem efficiat, eſto ipſe id non faciat,atque adeo vitãdum non eſſe damnum proximi. 2. Concluſ.

Tertia concluſio. Non imminente mortis periculo, aut notabilis alterius detrimenti, lethalis culpa erit quicquam illorum efficere,atque adeo, quando commodè potuerint,tenentur captiui ea uitare. Probatur:quoniam illa reipſa cedunt in damnum & iniuriam innocentum,tametſi alterius malitia,ad idq; ordinantur ab eis,à quibus præcipiuntur, quiuis autem,ſi cõmodè poſſit,impedire tenetur damna,quę proximis iniuſtè inferuntur, ne dum ad illa neque C per accidens cooperari. 3. Concluſ.

Quarta concluſio. Quando ex eo, quòd quis eo modo non cooperaretur, maximum Reipublicæ damnum euitari poſſet,vt captio inſignis caſtri, aut ciuitatis, aut Regis, vel alterius perſonæ, quæ multum communi bono referret, teneretur is, etiam cum periculo propriæ vitæ,id non efficere. Probatur, quoniam pro maximo Reipublicæ bono tenetur quiſque ſub reatu lethalis culpæ vitam propriã exponere, vt in materia de charitate oſtenſum eſt. Raro tamen id eueniet: tum quia raro eiuſmodi euentus occurret: tum etiam quoniam raro ex eo, quod quis id non efficeret, vitaretur prædictum malum; eo quòd non deeſſent alij, qui id ipſum præſtarent. 4. Concluſ.

Quinta concluſio. Mortis metu, aut amiſſionis membri,fas eſt eiuſmodi captiuis nocumentum inferre Chriſtianis in bonis externis,ea ad infidelium D imperium deſtruendo, capiendo, & ad triremes aſportando. Probatur, quoniam in eo euentu ſunt in extrema neceſſitate illorum bonorum ad vitam propriam conſeruandam; ergo quantum fas eſt cuique in extrema neceſſitate ſumere de bonis aliorum ad conſeruandam propriam vitam, tantum damni fas erit eiuſmodi captiuis inferre bonis aliorum ad vitam propriam tuendam: præſertim,cum ſi ipſi nõ cooperentur ad illud damnum,defuturi nõ ſint,qui illud ſimiliter inferant. 5. Concluſ.

Quod ſi petas,an reſtituere teneantur damna quę ita dederint. De iuſtitiæ rigore,iuxta ea,quæ in materia de eleemoſyna diximus, dicendum eſt teneri. Attamen regulariter credendum eſt Chriſtianos, nos,neque ab illis reſtitutionem expectare,neque eã velle. Quoniam,præterquam quòd mortis metu,& nõ in commodum proprium id effecerint, defuturi non erant, qui idem damnum darent.

Ad fundamentum, cui Nauarrus nititur, dicendum eſt. Licet cooperari ad peccatũ alterius, quando, quod à cooperante fit, eſt intrinſecè malũ, nunquam liceat: cooperari tamen aliquid quod indifferens eſt de ſe, licere iuſta de cauſa, & optimo fine, eſto nequitia alterius ad malum, & peccatum ordinetur. Fieri etiam optimè poſſe, vt quod comparatione vnius peccatum eſt, vt deſtruere, aut auferre aliena inuito domino, comparatione alterius, qui extremè rebus illis indiget, nullum ſit peccatum, vt explicatum eſt.

D I S P V T. CXVI.

De Principe comparatione militum, & de militibus Principis hoſtiumque comparatione.

Militi debitum eſt de iuſtitia ſtipendium cum eo conſtitutum. Quòd ſi non ſoluatur, tenetur Princeps ad reſtitutionem. Licitumque eſt militi occultam facere compenſationem, ſi ſine ſcandalo poſſit, neque alia via ſperet ſolutionem. Patet, quoniam interuenit contractus locationis & conductionis inter militem & Principem; & quemadmodum miles contractum impleuit ac inſeruiuit, ita Princeps tenetur illi ſoluere precium cõſtitutum & promeritum.

Miles viciſſim pro ſtipendio, etiam cum vitæ periculo, tenetur ſeruare ſtationem, defendere arcem, aut quoduis aliud ſibi commiſſum, ſub reatu culpæ lethalis. Fauet l. 3. ff. ad legem Iuliam maieſt. qua capite plectuntur, qui hoſtibus cedunt. Quin, ſi fuga ſua cauſa ſit damnorum, de iuſtitiæ rigore tenetur ea reſtituere: quoniam ex officio, & pro ſtipendio tenebatur ea defendere. Si tamen nulla eſſet ſpes præualendi, non teneretur mortem fruſtra expectare: quoniam neque ad id ſe aſtrinxit, neque tuta conſcientia potuit ſe aſtringere. Tanto magis ad hæc omnia tenetur dux, quam priuatus, miles, quanto maius ſtipendium accipit, maiorem honorem conſequitur, ſi ſtrenuè ſe gerat, maius præmium à Principe ſperat, vtpote tanquam is, cui res tota præcipuè eſt commiſſa.

Miles relinquere non poteſt caſtra ſine Ducis, aut Principis facultate; idque eo magis, quo plus imminet prælium, pluſque eo indiget Dux aut Princeps. Præſertim cum, ſi multi caſtra deſerant, Reſpublica & exercitus periclitentur, victoria anceps futura ſit, aut nulla, ſumptuſque ingentes belli inanes reddantur: quæ omnia attendere debent confeſſarij militum. Cum verò tot & tam ingentia mala ex deſertione caſtrorum ſine Ducis aut Principis facultate eueniant, mirandum non eſt, ſi eiuſmodi culpa capitis pœna, vel addictione ad triremes interdum plectatur. Cap. infames, 6. quæſtio. prima, eiuſmodi homines inter infames computantur, & l. omne, §. qui in facie, ff. de re milit. capite plectebantur, ſi in conſpectu aliorum militum caſtra deſerebant. Vtrumque affirmat glo. cap. ius militare, diſtinct. prima, verbo, deſeratur. Neque cum diſpendio Reipublicæ, & Principis expedit, vt duces faciles ſint in concedenda facultate diſcedendi, præſertim quando milites valde neceſsarij ſunt. Memores namque eſſe debent, quot ſumptus cum illis fecerit Princeps in ipſis perducendis, & quanta cum populorum vexatione in itinere, & dum conuocabantur, fuerint hoſpitio excepti: neque expedire vt iterum alij ſimiles ſumptus fiant, & alia vexatio detur in eiſdem, aut alijs perducendis. Ex alia tamen parte, quando reſpublica non multum eorum miniſterio indiget, vel vrgens cauſa ſe offert, eſſe

A non debent admodum difficiles ad concedendum redeundi facultatem, ne difficultas eam obtinendi, occaſio ſit, ne milites ad bellum velint accedere. Iã verò, quòd princeps milites dimittat quando eis nõ indiget, aut quando ſibi placet, integrum militibus non facit, vt diſcedant quando voluerint. Quoniã ea lege, eove tacito pacto, ad bellum conducuntur, vt integrum principi ſit illos relinquere, quando eis non indiguerit; ipſis verò licitum non ſit recedere abſque principis facultate. Ex damno verò & periculo, quod ſpectatis circunſtantijs, imminet, ex eo, quòd milites abſque facultate caſtra deſerant, & ex pœna ſtatuta, ac rigore, quo executioni mandatur, iudicandum eſt, an in deſertione caſtrorum abſque ducis aut principis facultate lethale crimen admittatur.

Milites, iuxta dictum Ioannis Baptiſtæ, Luc. 3. contenti eſſe debent ſtipendio ſuo. Vnde ſi duplum, aut triplum accipiant, fraude aliqua aut do-
B lo, reſtituere tenentur principi incrementum. Idem eſt de ducibus, qui ſtipendia militum, quos non habent, accipiunt, in eorumque defectu tenentur id reſtituere quicunque principis miniſtri, qui ſcienter, aut ſua culpabili negligentia, ea ſtipendia ſoluerunt, ad idve cooperati ſunt, vel cum ex officio impedire tenerentur, non impedierunt. Denique quicquid hac in parte contra vel expreſſam, vel abſque vllo dubio præſumptam principis voluntatem accipitur, reſtituendum eſt, vel obtinenda eſt à principe venia.

Solet cum hoc furti bonorum principis peccato eſſe coniunctum aliud, aut alia longè grauiora propter grauiſſima damna, quæ inde vlterius ſequuntur. Cum enim princeps conſilio expertorum in bello iudicet, vel ad victoriam comparandam, vel ad defendendum caſtrum, neceſſarium eſſe certum numerum militum, ſtatuatque, vt is integer conſte-
C tur, & retineatur, eidemque ſtipendia ſoluantur, ſæpe euenit, vt dum duces & milites eiuſmodi ſtipendia ſurantur, dimidia aut tertia pars militum deſit, idque in cauſa ſit, vt victoria non comparetur, ſuccumbat exercitus, inimici caſtra & ciuitates obtineant, ſumptus belli inanes reddantur, vires Reipublicæ, & Eccleſiæ infringantur, & principis ac Reipublicæ honor depereat. Quare grauiſſimum eſt illud peccatum, dum inde hæc imminent mala, cum onere ex iuſtitiæ rigore ea omnia damna perſoluendi, tum principi, tum etiam priuatis, qui vel mortem, vel direptionem bonorum ea de cauſa paſſi ſunt, necnon perſoluendi principi emolumenta, quæ probabiliter ſperabat, niſi in ipſum, & rempublicam tantum ſcelus eſſet admiſſum. Atque ad hæc attendere debent confeſſarij, dum audiunt militum, & præſertim ducum confeſſiones.

D Non diſſimile eſt peccatum eorum miniſtrorum principis, qui neceſſaria ad belli expeditionem parant, ſi vel ut furentur, vel ob ſuam ſocordiam, & negligentiam, corruptum cibum, aut potum, aut quacunque alia ratione peſſimum militibus commeatum præparent, vnde mors multorum euenit, cum qua coniuncta eſſe ſolent cætera damna paulo antea commemorata, ad quorum omnium reſtitutionem de iuſtitiæ rigore tanquam illorum cauſa tenentur. Idem debet eſſe iudicandum, ſi propter eorum furtum non tanta copia rerum paretur, quanta neceſſaria eſt, & princeps præcipit, idque in cauſa ſit, vt victoria non comparetur, & alia damna ſequantur. Vel ſi ſulphureo pulueri, ob lucrum, aut quamuis aliam rationem, aliquid admiſceatur, taliſve fiat, vt non ſit aptus ad victoriam comparãdam. Hęc & his ſimilia attendere debent confeſſarij eiuſmodi miniſtrorum, diligenterque ea examinare, & acriter

acriter illis inculcare, quam hæc bono communi referant, & quam graue peccatum cum tanto onere reſtituendi in his cernatur.

Moleſtum valde ſolet eſſe oppidis, ſi milites hoſpitij gratia ad ea diuertant, eaque ratione, quando milites ad bellum deferuntur, oppidani, qui timent ne ad ſe diuertant, occurrere ſolent duci in itinere, ac precium non leue offerunt orantes, vt ita iter dirigat, ne apud ipſos diuerſetur; ſolentque ſimul occurrere tria, vel quatuor oppida circumuicina, vt vnumquodque ſuam redimat vexationem; & interdum duces, vt plura occurrant, maioremque pecuniæ ſummam offerant, ſilent, qua ipſis ſit tranſeundum: atque hac arte accipere ſolent à diuerſis oppidis mille, aut bis mille aureos toto vno itinere. Eſt verò id iniquè, & iniuſtè acceptum, obnoxiumque reſtitutioni ijs ipſis, à quibus acceptum eſt. Neque enim ius habent duces, vt id venale efficiant, & ſimul populum vnum hoſpitio grauent, & alia corradendo ab eis eiuſmodi precia: neque princeps id, in tantum Reipublicæ detrimentum concedere intendit, neque licitè aut iuſtè poteſt.

Milites etiam hoc aliud iniuſtitiæ peccatum committere ſolent, cum onere reſtituendi, quod eo pacto accipiunt. Petere ſolent ab eo militum miniſtro, qui præit & hoſpitia militibus in vnoquoque oppido diſtribuit, tria aut quatuor chirographa ad tres vel quatuor diſtinctas domos, vt in vnaquaque hoſpitio recipiantur: ſingulæ earum libenter offerunt binos denarios, id eſt, duos regales argenteos, vt eo onere liberentur; atque hac arte hoſpitantur in vna, & iniuſtiſſimè à ſingulis alijs accipiunt ſingulos binos regales argenteos. Tam igitur milites accipientes, quam miniſtri, qui chirographa concedunt, niſi milites reſtituant, tenentur damna ita data reſarcire tanquam illorum cauſa.

Caietan. verbo, bellum. & Driedo 2. de libertate Chriſtiana, capit. 6. obſeruant. Milites, qui ruſticos aut alios hoſpites grauant ab eis exigendo plus, quã illi dare teneantur, peccare cum onere illis reſtituendi, quod inſuper accipiunt, idque eſto bellum iuſtum ſit. Neque excuſari diſſimulatione, aut etiam authoritate Principis, vel Ducis. Niſi fortè in pœnam alicuius delicti iuſtè hominibus illis Principis aut Ducis authoritate, quæ quaſi latæ ſententiæ vim haberet, grauamen hoc imponeretur. Neque item excuſari ex eo, quòd debitum ſtipendium eis non ſoluatur. Bona namque ruſticorum aut ciuium obligata non ſunt, vt ſtipendium illis ſoluatur: ſed ſoluendum illis eſt à principe ex ærario publico, aut ex reditibus ad ſumptus publicos deputatis, vel contribuentibus ſingulis de Republica pro qualitate facultatum cuiuſque: non verò grauando & vexando quoſdã particulares de Reipublica præ cæteris, quod eſſet iniuſtum, etiam ſi id princeps intenderet.

Obſeruat tamen bene Driedo, quòd ſi vel milites in extrema eſsẽt famis neceſſitate, vel neceſſarij omnino eſſent, ad defenſionem Reipublicæ hominum illorum, neque haberent aliunde ſtipendium, aut vnde viuerent, poſſent ab illis, vel inuitis, accipere neceſſaria: quandoquidem ſine magno illorũ & Reipublicæ damno diſcedere non poſſent. Princeps tamen teneretur poſtea illis ſatisfacere de ærario aut redditibus publicis, vel certè liberando illos in poſterum ab aliquo tributo, quouſque compenſarent, quæ ita inſumpſerunt.

Caietan. etiam obſeruat, in locis, in quibus recepta cõſuetudo obtinuit, vt hoſpites gratis tribuant militibus ligna & paleas, ſe id non damnare; quoniam inquit, quaſi forte quadam accidit, quædam loca præ alijs ea in parte grauari. Idem dicendum

A eſſet, ſi conſuetudo obtineret, vt aqua, ſal, acetum, oleum, aut aliud ſimile gratis daretur: quod audio milites in Angræ inſula obtendere.

DISPVTATIO CXVII.

In genere quæ liceant in bello iuſto.

EXplicandum eſt deinde ius belli quouſq; ſe extendat, ac proinde, quæ liceant, aut non liceant in bello iuſto.

Sit Prima concluſio. In bello iuſto in primis fas eſt facere omnia, quæ ad defenſionem propriam, bonique communis neceſſaria fuerint iudicata. Eaque ratione fas eſt diruere arces hoſtium, erigereque pro pugnacula propria in eorum terris, & capere ab eis arma & naues, quantum ſatis ſit ad pacem ac ſecuritatem conſeruandam. Hanc & ſequentes concluſiones inter alios affirmat Victor. de iure belli, à numero decimoquinto, & à numero quinquageſimoquarto. Probari autem poteſt, quoniam finis belli, præter propriam, bonique communis defenſionem, eſt pax & ſecuritas, vt capit. Noli, & capit. apud veros, 23. quæſtio. prima, author eſt Auguſti. cum ergo ex fine ea metienda ſint, quæ ſunt ad finem: conſequens eſt, vt in bello iuſto non ſolũ fas ea omnia ſint idque hoſtium expenſis, ſi ſua culpa cauſam, vt illa neceſſaria eſſent, dederunt, ſed etiam cætera omnia, quæ ſine fraude & dolo, iudicata fuerint neceſſaria ad continendos illos in officio, & ad vitandum periculum, ſi quod ex eis immineat. Quo fit, vt ſi neceſſarium, expediensve fuerit iudicatum, fas etiam ſit exigere ab eis ad eum finem obſides. Confirmarique hoc poteſt: quoniam ſi Ciuis iniuriam alicui alteri intulit, magiſtratus non ſolum cogit eum ſatisfacere iniuriam paſſo, ſed etiam, quando iuſtè timetur, ne vlterius pergat facere iniuriam, cogitur vel ſatiſdare, vel recedere ab vrbe, & denique facere id omne, quod neceſſarium fuerit iudicatum, vt vitetur periculum: ergo idem licebit aduerſus extraneos reipublicæ hoſtes, quando iuſtam belli cauſam aduerſus eos habemus. 1.Conclu.

B (margin letter beside "ſiones inter alios affirmat")

Victoria loco citato, num. quinquageſimoſexto, rectè admonet, quando arx, ciuitas, aut quoduis aliud, neceſſitate belli eſſet occupatum ſolum ob finem aliquem, de quibus præcedente concluſione habitus eſt ſermo, & non ob cauſas, de quibus ſequenti concluſione dicetur, tunc rebus compoſitis, belloque omnino peracto, ita vt nihil timendum iam ſit ab hoſtibus, reſtituendum illis eſſe. Cum enim ſolo eo fine occupare, retinereque id liceret, ſanè ceſſante fine, reſtituendum continuo eſt.

C (margin letter beside "ne vlterius pergat facere iniuriam")

Secunda concluſio. Deinde fas eſt in bello iuſto occupare ea omnia, quæ ad nos pertinent, accipereq; de bonis hoſtium compenſationemque damnorum omnium quæ intulerunt, nec non impenſas omnes belli, impenſarum nomine intelligendo, non ſolum ſumptus belli, ſed etiam iuſtam mercedem pro laboribus, quos ſubierunt, & periculis, quibus ſe expoſuerunt, quatenus belli ſumptibus non fuerunt hæc perſoluta. Item fas eſt ſumere de hoſtibus iuſtam vindictam pro delictorum quantitate, capite, ſi ita fuerit opus, plectendo eos, qui delicta patrarunt, eorumne fuerunt cauſa, iuſtaſque alias pœnas imponendo, vt tributa pro quantitate culpæ, vel alias ſimiles pœnas. Probatur concluſio, quoniam iudex iuſtus ea omnia exercere poteſt in eum malefactorem, in quem iuriſdictionem habuerit, ad eaque omnia eum cogere, quin & ad ea omnia, quæ pœnæ rationem non habent, malefactor ipſe tenetur nulla expectata ſententia: ſed princeps aut reſpublica, quæ iuſtam belli cauſam habet aduerſus aliam rempublicam, 2.Conclu. D

iudicis

iudicis rationem ſubit comparatione illius ad illam puniendam, exequendumque id omne, quod iuſtum fuerit: ergo illa omnia fas ſunt in bello iuſto. Poſſumus confirmare fas eſſe ſumere iuſtam vindictam, vltra recompenſationem damnorum omnium. Tum quia obtineri non poſſet pax, tranquillitas, & ſecuritas, quæ belli ſunt finis, niſi inflicta pœna iuſta, ſumptaque competente vindicta, qua tam ipſi, quàm alij, pœnæ acerbitate continerentur, ne ſimile quid committerent. Tum etiam, quia ſi hoſtes tantum profligentur, reſarcianturque ſola damna, non tollitur dedecus reipublicæ, quæ iniuriam contumeliamque accepit: princeps verò, non ſolum alia, ſed etiam honorem & authoritatem Reipublicæ tenetur tueri & conſeruare. Quòd autem inter pœnas imponi poſſint ciuiles, bonorum temporalium, vt quòd occupari poſſit arx, ciuitas, aut aliud ſimile, vel exigi ſumma aliqua pecuniæ, aut imponi tributum, quæ delicti quantitatem non excedant, confirmari poteſt. Quoniam in primis licitum eſt punire internos malefactores ſimilibus pœnis: ergo, & externos hoſtes. Deinde ex illo Deuteronom. 20. Si acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. Ecce, tributi impoſitio in pœnam delictorum approbatur.

Hæc verò concluſio ſolum eſt intelligenda, quando non conſtat hoſtes abſque vlla culpa pugnaſſe. Quando enim culpa non interueniſſet, pœna imponi non poſſet: neque cogi poſſent reſtituere damna, quæ ſine culpa dediſſent, & ex quibus facti non fuiſſent locupletiores, vt diſputatione 102. oſtenſum eſt.

Tertia concluſio. Si aliquid amplius vſurpetur bello, alioquin iuſto, quàm quæ duabus præcedentibus concluſionibus commemorata ſunt, quaſi vel pœna excedat culpam, vel recompenſatio excedat quantitatem damnorum, earumque rerum, quæ ad iuſtè bellantes pertinent, obnoxium eſt reſtitutioni. In hac conueniunt Victoria de iure belli, num. 50. 54. & 56. Gabriel. in quarta diſtinct. 15. quæſtione quarta, concluſ. 4. Maior ibidem, quæſt. 20. concluſ. 2. Syluestr. verbo, Bellum. 1. concluſ. 5. & alij, facileque patet. Quoniam nullus eſt iuſtus titulus, quo exceſſus ille accipi, retinerique poſſit: quare iniuſtè retinetur, obnoxiuſque eſt reſtitutioni. Obſerua tamen, quo plus bellum iuſtum perſeuerat, hoſtibus repugnantibus, damnaque inferentibus, aut inferre attentantibus, eo plus accreſcere belli impenſas, damna, iniuriam, ac delicta, eaque ratione eo plus fas eſſe poſtea accipere in compenſationem ac pœnam iuſtam. Quo fit, vt licet in principio iuſtum non eſſet accipere integram prouinciam aut regnũ; perſeuerante tamen bello, hoſtibuſque repugnantibus, iuſtum interdum efficiatur id totum, & aliquid amplius in compenſationem, iuſtamque pœnam vſurpare.

Sit nihilominus quarta concluſio. Mobilia capta bello iuſto gentium iure fiunt capientium, etiam ſi excedant compenſationem damnorum. Intelligendum verò id eſt, non ſolum de alijs rebus mobilibus, ſed etiam de hominibus bello iuſto captis, qui mancipia capientium fiunt. Si tamen Chriſtiani ab alijs Chriſtianis bello iuſto capiantur, conſuetudine inter eos præſcripta, quæ vim legis habet, liberi manent, vt Bart. l. hoſtes, ff. de captiuis, Panormit. cap. ſicut 3. de iureiurando, & alij, quos Couarru. reg. peccatum, par. 2. §. 11. num. 6. refert, affirmant. Vt tamen Couar. ibidem, & Victoria de iure belli, num. 42. aiunt, retineri ſolent, acceptaque interdum pecunia aliqua, quaſi in capientium præmium, faci-

A lè dimittuntur. Hanc concluſionem affirmant Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 66. art. 8. ad primum. Adrian. de reſt. q. Aggredior caſus, §. ſed an. Couar. vbi ſupra, num. 1. & 6. Gabr. in 4. diſt. 15. quæſtio. quarta, concl. 1. Syluest. verbo, bellum, 1. quæſt. 9. concl. 2. & Doctores communiter, habeturque l. ſi quid bello, & l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuer. l. naturalem, §. vlt. & l. transfugam, ff. de acquir. rerum dominio, & §. item ea quæ ab hoſtibus, Inſtitu. de rerum diuiſ. cuius hæc ſunt verba: Quæ ab hoſtibus capiuntur, iure gentium noſtra fiunt, adeò vt liberi homines in ſeruitutem noſtram reducantur. Suffragãtur cap. ius gentium, diſtin. 1. & cap. dicat, 23. quæſtione 5. vbi Ambroſius, de præda illa, quam Abraham Geneſ. 14. tulit, agens, ait, prædam victoris eſſe atque capientis.

Barto. l. ſi quid bello, citata affirmat prædam eſſe afferendam ad ducem, vt inter pugnantes pro cuiuſque meritis diuidatur, conſonat capit. ius militare, B diſtin. 1. Intelligendum verò id eſt, vbi ea viget conſuetudo. In regno autem Caſtellæ, præſertim parte 2. titu. 26. variæ ſtatutę ſunt leges circa modum prædæ diuidendæ, & inter alia, quinta pars regi debetur. Licet autem hodie quædam illorum ſeruentur in locis Africæ, quando Hiſpani prædas in Mauros exercent; in exercitibus tamen illa non ſeruantur. Sunt etiam varijs in prouincijs variæ leges cõſtitutæ quonam pacto præda ſit diuidenda. Audioque in hoc Luſitaniæ regno aliam rationem diuidendi prædas conſtitutam eſſe in India, aliam in Africa, & aliam in alijs locis. Illud in genere dici poteſt, eiuſmodi iura varia, inconſtantiaque eſſe diuerſis in locis, meliuſque illa ſcire milites ipſos, quàm nos, necnon in quibus euentibus vim inter eos habeant, & in quibus non. Illud poſſumus affirmare, in euentibus, in quibus leges illæ vim habent, ſi quid milites contra earum legum aut conſuetudi- C num præſcriptum vſum vſurpent, teneri reſtituere alijs portiones, quas ex præda illa iuxta eas leges erant accepturi. Quando autem nulla eſt particularis lex nec conſuetudo, aut licet ſit, in aliquo tamen euentu ceſſat; tunc iuri gentium ſtatur, vt quod quiſque miles iuſto bello capit, ſuum id efficiat.

DISPVT. CXVIII.

Quando bello de hoſtium poteſtate extrahuntur, quæ hoſtes bello ab alijs ceperant, reſtituenda ne ſint prioribus dominis, & de priuilegio poſtliminij.

AD quæſtionem propoſitam, ſtando in ſolo iure naturali, dicendum in primis eſſet. Si bellum noſtrorum hoſtium cum illis, à quibus ea bo- D na ceperant, iuſtum fuiſſet; rurſusque bellum noſtrum, cum hoſtibus noſtris eſſet etiam iuſtum; tunc bona illa efficerentur noſtra, neque teneremur ea prioribus dominis reſtituere. Ratio eſt manifeſta, quoniam hoſtes noſtri iure belli comparaſſent illorum dominium, vereque id amiſiſſent, qui iniuſtum bellum cum illis gerebant: eodemque modo nos belli iure compararemus dominium eorum, illudque amiſiſſent hoſtes noſtri: nulla ergo eſſet ratio cur reſtituere teneremur ea bona antiquis dominis, qui iuſto titulo dominium eorum amiſiſſent.

Dicendum deinde eſſet, ſi bellum hoſtiũ noſtrorum cum illis, à quibus illa acceperunt, fuiſſet iniuſtum; tunc eſto bellum noſtrum cum hoſtib. noſtris ſit iuſtiſſimum, teneremur reſtituere ea bona prioribus dominis, ſiue illi de noſtra republica ſint, ſiue de aliena. Probatur: quoniam priores illi domini non

non amiſerunt dominium; eo quod quemadmodum bellum noſtrorum hoſtium cum illis fuit iniuſtum; ſic acceptio illa fuit iniuſta, veraque rapina, quæ transferre non potuit dominium eorum bonorum in hoſtes noſtros: ergo quamuis bellum noſtrum cum noſtris hoſtibus ſit iuſtum, ac proinde acceptio, qua illa de eorum poteſtate extrahimus, de ſe eſſet ſufficiens vt comparemus eorum dominium, ſi illa eſſent bona noſtrorum hoſtium, non tamen eſt ſufficiens interim dum dominium eorum bonorum apud priores illos dominos perſeuerat. Exemplum eſt accommodatum, quando res furtiua emitur: licet enim empio de ſe eſſet ſufficiens ad acquirendum dominium, non tamen ſufficiens eſt interim dum dominium illius perſeuerat apud eum, à quo furto fuit ablata. Conſentit l. Pomponius, ff. de acquir. rerum dominio, dum in ea definitur; quod ſi lupus abſtulit porcos meos, & tu, vel canes tui, prædam à lupo abſtuliſtis, reſtituenda mihi eſt, eſto peritura eſſet omnino, neque ego, aut alius loco mei, eam eſſet extracturus de poteſtate lupi: redditurque ratio, quoniam porci eiuſmodi ſunt animalia, vt interim dum ipſa, vel carnes eorum permanent, eorum dominium perſeueret apud eum, cuius erant porci: ſimili ergo modo, cum dominium rerum, de quibus agimus, perſeueret apud priores illos dominos, eſto illi extracturi ea non eſſent de poteſtate ſuorum hoſtium, ſanè, ſi nos illa extrahimus, tenemur illis ea reſtituere.

Credo tamen in ſimilibus euentibus, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro quantum eſt ex ſe, conſurgere obligationem perſoluendi valorem induſtriæ, & operarum appoſitarum ad eiuſmodi res extrahendas, quatenus id vtiliter in domini bonum ceſſit, idque actione quam negotiorum geſtorum vocant. Licet enim quando res furtiua bona fide emitur, dominus rei non teneatur ſoluere precium emptori; eo quòd eam non emerit intuitu domini, vt eam illi traderet, venditorque illi teneatur de euictione, ſibique emptor imputet, ſi ille, qui vendidit, non comparet, vel ſi ipſe, à quo emeret, non proſpexit, vel fideiuſſorem, quòd res illa venditoris eſſet, non accepit: non eſt tamen eadem ratio quando induſtria & operæ vtiliter apponuntur, eſto, qui illas appoſuit, ſuum commodum & vtilitatem agere intenderet ac crederet: æquitas namque poſtulat, vt, quando in alterius vtilitatem & commodum ceſſerunt, is ea ſoluat, quatenus ſibi profuerunt. Dixi, quantũ eſt ex ſe conſurgere obligationem perſoluendi valorem earum: quoniam quando eſt quaſi lex & conſuetudo, vt, qui ſunt de eodem oppido aut prouincia, mutuo ſe adiuuent, & accurrant ad extrahendam prædam, quam hoſtes deferunt, non perſoluuntur operæ, ſed vnicuique reſtituitur, quod ſuum erat, dum hoſtes prædam ad locum tutum non conuexerant. Ita conſtitutum eſt in regno Caſtellæ, l. 6. tit. 26. par. 2. Quia etiam Principi incumbit defendere ſuos, eaque de cauſa tributa & alia emolumenta ab eis accipit; ſanè quando milites mercede ab eo conducti, mari, aut terra, recuperant aliqua, quæ hoſtes, à ſubditis talis principis acceperant, necdumque ad ſuos illa perduxerant, reſtituenda ſunt integrè prioribus Dominis, neque illi ſoluere tenentur precium operarum à militibus ea de cauſa appoſitarum.

Ius Caſtellæ.

Quin duces, & milites ipſi tenerentur reſtituere eiuſmodi res earum dominis, ſi eas non extraherent de hoſtium poteſtate, etiam cum aliquo ſuo periculo. Ratio eſt, quoniam ex officio (Principis locò, à quo ſtipendium accipiunt) tenentur eos defendere, incolumeſque ſeruare: & niſi id efficiant, peccant contra iuſtitiam, & ad reſtitutionem tenentur: ſicut teneretur Princeps ipſe, ſi, cum poſſet, eos non defenderet: portò intra defenſionis ac protectionis limites continentur, vt conentur extrahere prædam de hoſtium poteſtate, interim dum in mari verſantur, ad ſuoſque eam non perduxerunt.

Vt verò, quid iure Cæſareo conſtitutum ſit, melius intelligatur, ſciendum eſt. Cum ad dominium titulus, & apprehenſio, quæ ad poſſeſſionem ſufficeret, ſint neceſſaria, vt diſputatione 2. & 3. huius tractatus explicatum eſt: bello autem res per vim vſurpentur: tunc demum cenſeri comparatum dominium rei mobilis bello vſurpatæ, quando ad locum tutum perducta eſt, vt intra murum, aut intra caſtra. Ita innuitur apertè, l. poſtliminij, ff. de captiu, & poſtlim. reuerſ. verbis illis: Cum hi, qui nobis hoſtes ſunt, aliquem ex noſtris cœperunt, & intra præſidia ſua perduxerunt, habeturque expreſsè l. 26. titu. 26. par. 2. legum Caſtellæ: & conſonant ex parte, quæ diſputatione 16. diximus de poſſeſſione vi vſurpata. Eadem l. 26. definitur, quod quando res bello vſurpata pernoctauit apud eos, qui illam ita cœperunt, etiamſi neque ad caſtra, neque ad locum tutum fuerit perducta, comparatur dominium illius, idemque affirmat Angelus à Gregorio Lopez ad eam legem citatus. Atque ex diſpoſitione illius legis videtur habuiſſe ortum id, quod in ore & praxi Hiſpanorum militum eſt frequentiſſimum. Aiunt namque, ſi quid ipſi de hoſtium poteſtate extrahant, poſt viginti quatuor horas à puncto, quo hoſtes illud vel à noſtris, vel ab aliquo alio vſurpauerant, comparare ſe dominium illius, nec teneri id reſtituere priori domino. Leg. autem 13. titu. 9. par. quinta, apertè innuitur, id, quod de pernoctatione dictum eſt, intelligendum eſſe, quando bellum terra peragitur. Quando autem aliquid mari vſurpatur, non prius comparari dominium illius, quam id ad locum tutum ſit perductum. Quin & Gregorius Lopez, cum quibuſdam alijs quos citat, intelligit ea, quæ de comparatione dominij rei bello vſurpatæ dicta ſunt, quando ex parte eorum ad quos talis res pertinet, incontinenti non inſequuntur hoſtes, vt eam recuperent: interim namque dum illos inſequuntur, nec deſiſtunt ab incepta inſecutione animo rem ſuam recuperandi, eſto hoſtes cum illa pernoctent, & vel intra caſtra, vel intra murum eam collocatam habeant, non amittit prior dominus dominium illius: conſonantque ea, quæ de poſſeſſione vi vſurpata diſput. 16. dicta ſunt.

Ius Caſtellæ.

His ita explicatis, ſciendum eſt, iure Cæſareo, leg. ſi quid bello, ff. de captiu. & poſtlimin. reuer. & alijs iuribus, ſancitum eſſe, res mobiles, quæ bello ex hoſtibus recuperantur, fieri capientium, neque reſtituendas eſſe prioribus dominis, quando (iuxta ea, quæ paulò antea explicata ſunt) ad tutum locum ab hoſtibus erant perductæ, talisve erat poſſeſſio, quæ ad dominium comparandum ſufficeret. Quando namque ante talem poſſeſſionem extrahebantur, reſtitui conſueuerant prioribus dominis; eò quod ſicut hoſtes non comparauerant earum dominium, ſic neque illud priores domini amiſerant. Dixi, res mobiles, quoniam immobiles eo ipſo, quòd recuperabantur, pertinebant ad antiquos dominos. Ita habetur leg. ſi captiuus, §. expulſis hoſtibus, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.

Ius Cæſareum.

Ex rebus præterea mobilibus excipiebantur ea, quæ priuilegio poſtliminij gaudebant. Erat autem priuilegium poſtliminij, quo res capta ab hoſtibus, atque adeo quaſi extra limẽ & terminum regni perducta, cum reuertebatur, ſiue bello extracta de hoſtium poteſtate, ſiue quacũque alia ratione, perinde repu-

Poſtliminij priuilegiũ quid, & qui iure Cæſareo illud haberent.

reputabatur ac ſi nunquam fuiſſet extracta, atque adeò iura omnia, quæ antea habuerat, obtinebat, eaque ratione, ſi ad aliquem antea pertinebat, ad eundem reuertebatur. Leg. 2. ff. de cap. & poſtl. re uerſis, conceditur priuilegium poſtliminij nauibus oblongis, atque etiam onerarijs, eò quòd ad belli vſum ſint accommodatæ: non verò piſcatorijs, aut alijs agilibus, quæ voluptatis cauſa parantur. Item equis & equabus, modo freni eſſent patientes. Hominibus etiam, qui captiui ab hoſtibus detinebantur ius poſtliminij concedebatur, modò redirent animo non reuertendi ad hoſtes, l. eos qui, l. poſtliminij, ff. de capt. & poſtlim. reuerſis, & multis alijs iuribus. Vnde ſi aliquis eorum mancipium erat alicuius noſtrorum tempore quo ab hoſtibus fuit captus, tunc quando regrediebatur, redibat ad ſuum priſtinum ſtatum ſeruitutis, ad eumque dominum, cuius antea fuerat, aut ad illius hæredes pertinebat. Si quis verò precio illum redimeret dum ab hoſtibus captiuus tenebatur, ſciens mancipium fuiſſe quo tempore ab hoſtibus fuit captus, tunc quidem manebat ſeruus illum redimentis, attamen quocunque tempore antiquus dominus illi offerret precium, quo illum redemerat, tradere il li ſeruum ſuum tenebatur. Si verò ignorans fuiſſe mancipium illum redemiſſet, tunc ſi intra tres annos antiquus dominus offerret illi precium, tenere tur eum illi tradere, ſecus autem elapſo triennio. Ita habetur leg. in bello. §. Si quis ſeruum, ff. de capt. & poſtlimin. reuer. iuncta l. ab hoſtibus, 2. C. eodem titulo.

Ex dictis facilè intelliges, quid ſibi voluerit Labeo, l. ſi quid bello, citata, verbis illis, ſi quid bello captum eſt, in præda eſt, nec poſtliminio redit. Senſus enim eorum eſt, ſi quid bello captum eſt, in præda eſt, id eſt, ad capientem pertinet; nec poſtliminio redit, vt reddendum ſit antiquo do mino, à quo hoſtes illud vſurpauerant. Eſt verò id intelligendum, de rebus mobilibus, & præterea, exceptis ijs, quibus poſtliminij priuilegium eſt conceſſum, vt Bartol. ibidem exponit, & conſentiunt cæteri.

Sanctionis Cęſareæ ſẽſus duplex. Prior.

Hæc quæ iure Cæſareo conſtituta ſunt, altero duorum modorum cenſeri poſſunt ſtatuta. Vno, quaſi legumlatores, vt bono reipublicæ conſulerent, militeſque ſuos ſpe emolumenti audaciores & auidiores ad prædas in hoſtes exercendas, eoſque ſuperandum redderent, conſtituerint, vt quamuis ſtando in ſolo iure naturali, ſpectataque ſola natura rei, mobilia, quæ recuperabantur ex hoſti bus, non ad milites recuperantes, ſed ad antiquos dominos, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt, pertinerent nihilominus efficerentur militum. Quod ſanè, ſi ita expedire bono communi iudicaretur, poſſet abſque dubio iure optimo conſtitui: quandoquidem commune bonum priuato ſit præponendum, faſque ſit ſpoliare homines dominio ſuarum rerum, transferreque illud in alios, quando id poſtulet bonum commune, vt dum de præſcriptione, inualidatione teſtamentorum, & contractuum legibus poſitiuis ageremus, & aliàs ſæpe oſtenſum eſt: id autem expedire bono communi ex proximè dictis eſt manifeſtum. Accedit, quod talis lex æqualis eſt omnibus de Republica, iiſque cuius bona alii extrahunt modo de hoſtium poteſtate, ſuaque illa efficiunt, potuit, poteritque proceſſu temporis bona aliorum extrahere, ſuaque ſimiliter efficere. Adde, cuicunque priuato, cuius bona hoſtes diripuerunt, ordinariè perire ſpem ea recuperandi, atque adeo cum paruo ſuo detrimento, magnoque Reipublicæ emolumento, calcaria militibus ad hoſtes ſuperā dos ac diripiendos ſimili lege adhiberi.

A Altero modo cenſeri poſſunt ſtatuta, quaſi id haberet natura rei; & quaſi, quemadmodum nos, quando bello aliquid capimus, id noſtrum efficimus; ita, dum hoſtes aliquid ex noſtris bello accipiunt, ſuum id efficiant, amittantque noſtri dominium illius: ea de cauſa, dum iterum bello recuperatur, fiat recuperantis, ſpectata ſola rei natura, nulloque addito iure poſitiuo: ius verò poſitiuum ſolum ſit neceſſarium ad cōcedendum in aliquibus rebus ius poſtliminij, eaque excipiendum ab hac regula, quæ ſolis rerum naturis innitatur. Poſterior.

Couar. regula, peccat. p. 2. §. 11. num. 7. & 8. nemine, quod ſciam, refragante, arbitratur hoc ſecundum voluiſſe ius Cæſareum: non verò illud primũ. Ait namque Romanos ſua prudentia non minus iuſta arbitratos fuiſſe bella hoſtium aduerſus ſe, quàm quæ ipſi aduerſus eoſdem gerebant, ac proinde fuiſſe conſequenter arbitratos, non minus hoſtes comparare dominium eorum, quæ à Romanis diripie- Poſterior intentus.

B bant, nec minus verè redigere in ſeruitutem Romanos, quos bello capiebant, quàm Romani ipſi dominium compararent earum rerum, quas bello ab eis vſurpabant, vereque redigerent in ſeruitutem, quos ex hoſtibus capiebant. Quare, inquit, quæ iure Cæſareo de recuperatione rerum mobilium ex hoſtibus ſancita ſunt, locum non habent, quando conſtat bellum aduerſariorum eſſe iniuſtum. Cum enim bello iniuſto comparari non poſſit dominium ſanè dominium earum rerum, quas hoſtes bello iniuſto vſurpant, apud antiquos dominos manet, ac proinde, ſi bello iuſto recuperentur, antiquis poſſeſſoribus, tanquam veris earum dominis, ſunt reſtituendæ.

Ego ſanè non dubito eam fuiſſe mẽtem Iuris Cæſarei. Poteſtque id ſuaderi. Primò, quoniam ius Cæſareum dominium tribuebat hoſtibus earum re rum, quas à Romanis bello capiebant, cenſebantq;

C Romanos ab hoſtibus bello captos, verè eſſe illorum mancipia, eaque ratione filios eorum verè egredi patriam poteſtatem, interim dum parentes erant hoſtium mancipia: hæc enim ſunt verba legis hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuer. Hoſtes ſunt, quibus bellum publicè populus Romanus decreuit, vel ipſi populo Romano: cæteri verò latrunculi, vel prędones appellantur. Ideo, qui à latronibus captus eſt, ſeruus latronum non eſt, nec poſtliminium illi neceſſarium eſt. Ab hoſtibus autem captus, puta à Germanis, ſeu Parthis, & ſeruus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum recuperat priſtinum. Hactenus lex il la l. ſi captiuus, §. expulſis, ff. eod. ti. ſic habetur. Expulſis hoſtibus ex agris, quos ceperant, dominia eorum agrorum ad priores dominos redire, nec prędę loco cedere, &c. Redire dixit, quaſi dominium eorum amiſerint, illudque cōparauerint hoſtes. Idem apertè patet ex multis alijs iuribus. Quo loco obſer

D ua, gloſſam l. 2. ff. eo. tit. affirmare, res immobiles iure Cæſareo redire ad priores dominos priuilegio poſtliminij. Secundò, quoniam idem ius Cæſareum piratis & latronibus de quibus conſtabat ius nõ habere ad bellum inferendum, prędaſque exercendas, non tribuebat dominium rerum, quas rapiebant, eaque ratione, quando recuperabantur, præcipiebãtur reſtitui priorib. dominis abſque vllo poſtliminij priuilegio. Eadem ẽt ratione cenſebat, homines, quos capiebant, nõ eſſe eorum mancipia, neque indigere poſtliminii priuilegio, vt conſtat ex l. poſtliminiũ, §. à piratis, l. hoſtes, & l. latrones, ff. de capt. & poſtlim. reuer. & l. qui à latronibus. ff. de teſtamẽtis: ergo ex eo capite cenſebat, recuperata à veris hoſtibus, reſtituenda non eſſe prioribus dominis: ea verò, quæ reſtituebãtur, indigere priuilegio poſtliminij, quia iudicabat hoſtes iure belli eorũ dominium cõparaſſe.

O Ter-

Tertiò, quoniam poſtliminium iure Cæſareo verè eſt vt priuilegium rebus aliquibus conceſſum; non indigebant autem eo priuilegio, niſi eiuſdem iuris exiſtimatione hoſtes, dum illas ceperunt comparaſſent earum dominium: quin potius, quod milites retinere ſibi poſſent aliqua eorum quæ recuperabantur, haberet rationem priuilegij eiſdem militibus conceſſi: ergo, quæ dicta eſt, fuit mens iuris Cæſarei.

Chriſtianorum bella qualia. Hinc fit, vt cum bella omnia, quæ Chriſtiani gerere poſſunt, talia eſſe debeant, vt ſibi omnino perſuadeant, iniuſta eſſe ex parte aduerſariorum, ſanè ea, quæ iure Cæſareo conſtituta ſunt, vim habere non poſſunt inter Chriſtianos ex eo capite quo iure illo ſunt conſtituta. Et nihilominus, ſi ius Regni Caſtellæ conſulas, inuenies profectò, ex eodem capite, iurique Cæſareo innitendo, idem eſſe ſancitum. *Ius Caſtel.* Etenim l. 26. titu. 26. par. 2. ita habetur. *Pero lo que diximos, que ſe deue tornar a ſus dueños de la preſa, que vuieſſen tirado a ſus enemigos, no ſe entiende de aquello que vuiſſen transnochado en ſu poder vna noche, o a el dia metido en pos de muro de alguna ſu fortaleza, o dentro en hueſte, por que aquel ni aquella noche no lo pudießen cobrar los que fueſſen en pos dellos. Ca por qualquier deſtas razones ganan el ſeñorio aquellos, que lo lo lleuan, y pierden lo los otros cuyo era. E porenden quien ende adelantelo ganare, deue por derecho ſer ſuyo.* Ecce, ius illud dominium tribuit hoſtibus earum rerum, quas bello à noſtris acceperunt; eaque ratione, cum recuperantur poſtquàm hoſtes dominium earum comparauerant, ſtatuitur fieri eorum, qui eas recuperant, nec teneri eas prioribus dominis reſtituere.

De recuperatis ab hoſtib. p milites Caſtellanos, quid cenſendũ. Dices, quid ergo? Aſſerendum ne eſt, Hiſpanos milites, qui ad hanc vſque diem eo iure vſi ſunt, reſtituere teneri prioribus dominis, quæ de hoſtium poteſtate recuperarunt? Aſſerendum ne etiam erit, in poſterum lethaliter peccare, ſi eodem iure vtantur, nec reſtituant res, quas ita extraxerint, prioribus dominis, apud quos reuera dominium earum vſque ad recuperationis punctum perſeuerat? Reſpondendum arbitror neganter. Ratio autem, quæ me mouet eſt. Quoniam conſuetudo præſcripta, quæ ea de re eſt, vim habet legis. Et licet ex eo capite, quo iure Cæſareo & legibus Regni Caſtellæ introduci cępit, iuſta non ſit; ex alio tamen capite, quòd ita Reipublicæ, bonoque communi expediat, iuſta & licita in ſe eſt, potuitque iuſtè poſitiua lege à Principe conſtitui, vt ſupra oſtenſum eſt: ſatis autem eſt, ſi id, quod conſuetudine eſt introductum, licitum in ſe ſit, vt conſuetudo vim habeat, eſto motiuum vnde introduci cæpit ad id non fuerit ſufficiens. His accedit, præſumptam voluntatem Principum, quando aliquid Reipublicæ expediens ſtatuunt eſſe, vt ſi id vim inde habere non poſſit, vnde ipſi arbitrantur, eam habeat ex quocunque alio capite, licitè idem ſtatuere poſſunt.

Obſerua tamen, ex capite, ex quo id vim habere arbitramur, ſolum eam habere comparatione ſubditorum eiuſdem Reipublicæ: non verò alienæ: quos leges & conſuetudines alterius Reipublicæ obligare non poſſunt. Quare, niſi conſuetudo mutua ſit, vt quando Itali, Galli, Germani, aut Hiſpani, de poteſtate Turcarum, aut Saracenorum aliquid recuperant, quod infideles illi ab hominibus alicuius aliarum Rerumpublicarum vſurparant, id ſibi retineant, ſanè in foro conſcientiæ prioribus dominis eſt reſtituendum. Obſerua etiam, ſi conſuetudo perſeuerat, vt illa, in quibus ius Cæſareum poſtliminii priuilegium conſtituit, prioribus dominis reſtituantur, illis eſſe reſtituenda. Ratio

A eſt, quoniam leges & conſuetudines non ſe extendunt ad plura, quam vſu fuerint receptæ. Quo ad reliqua autem priuilegium poſtliminii nullam omnino vim habet: eo quod ſupponat hoſtes, non ſecus, ac nos, dominium comparare hominum, & aliarum rerum, quas bello capiunt; quod tamen oſtenſum eſt eſſe falſum. Expediret autem, vt Principes Chriſtiani his de rebus dilucidas leges. Chriſtianisq; Rebuſpublicis dignas conderent, vt militibus, confeſſarijs, iudicibus, & alijs conſtaret, quid hac in parte liceret, aut non liceret.

Leg. 13. tit. 9. par. 5. legum Caſtellæ ſancitum eſt, *Ius Caſtel.* quando curſarij capiunt ea noſtrorum nauigia, quæ ad hoſtes noſtros abſque Regis facultate merces deferunt, aut alia, quibus noſtri animi duntaxat relaxandi gratia nauigant, militesque noſtri ea recuperant antequam curſarij ad ſuos perueniant, eaque in locum tutum aſportent, fieri ipſorum militum, in pœnam, quòd illi priores merces ad Reipublicæ hoſtes deferant, hi verò poſteriores belli tempore ſolius cauſa recreationis, nulloque cum emolumento Reipublicæ, incauti nauigent. Circa hanc legem obſerua, eam eſſe pœnalem, & cum milites in poſſeſſione ſint eorum bonorum, retinere ea poſſe, etiam ante latam ſententiam, tanquam ſua, prioribuſque dominis ea exigentibus poſſe opponere, amiſiſſe eorum dominium vi illius legis, ipſoſque illud comparaſſe. Obſerua etiam nomine curſariorum, ea in lege (vt Gregorius Lopez rectè ad eam adnotauit) intelligi, non piratas, qui hoſtes non ſint; ſed veros hoſtes, qui mari prædas cum aliquo aut aliquibus nauigijs exercent, vt facere ſolent aliqui Turcæ ac Saraceni. Lex autem illa militibus noſtris concedit dominium earum rerum in pœnam eorum, quorum illæ erant, quando iuxta legem 26. tit. 26. parte ſecunda, nondum curſarij illi perfectam eorum poſſeſſionẽ habebant, nec dominium comparauerant, & quando, ſi nauigia illa eſſent eorum, qui alio fine nauigarent, ipſis eſſent reſtituenda.

Illud poſtremo admonuerim, cum oſtenſum ſit, aduerſarios non comparare dominium rerum, quas bello iniuſto capiunt, ſed perſeuerare apud antiquos dominos; neque expediat earum dominium alijs, concedi, quam militibus noſtris, qui de inimicorum poteſtate bello eas extraxerint; ſanè ſi vel emptione, vel quouis alio titulo, quàm belli, quis eas obtineat, de iuſtitiæ rigore teneri eas reſtituere prioribus dominis, vt Couarr. loco citato adnotauit. Ad pacandas tamen conſcientias illud eſt addendum. Quando veriſimile eſſet, illas deuenturas nũquam eſſe in poteſtatem ſuorum dominorum, vt ordinariè eueniet, licitum eſſe eas emere, vili etiam precio, eo animo, vt, ſi proprius dominus comparauerit, illas accipiat pro eodem precio, ſin minus emptor illas ſibi retineat. Quoniam veriſimile eſt eam eſſe præſumptam dominorum voluntatem: & quoniam quodammodo eſſent irrationabiliter inuiti, niſi id ita vellent. Atque ita reſpondi aliquibus Chriſtianis captiuis, qui in Africa emerunt vili precio à Mauris aliqua de ſpolijs Luſitanorum, quãdo Rex Sebaſtianus occubuit. Illud obſerua, in eo euentu, ſi proprius dominus compareret, velletque rem ita emptam, teneretur, tum in conſcientiæ, tum in exteriori foro, ſoluere precium pro ea ſolutum: eò quòd hoſtis qui illam vendidit, non teneatur emptori de euictione, vtiliterque emptor egerit negotium domini talis, rei vili eam precio redimendo. Vnde iure Cęſareo, vt ſupra dictum eſt, quando alienus ſeruus, etiam ſcienter, redimebatur de manu hoſtium, tenebatur illius dominus perſoluere precium redemptori, vel relinquere illi mancipium redemptum.

Quando

Quando etiam ex circunſtantiis & coniecturis veriſimiliter eſſet præſumendum, dominos earum rerum non futuros inuitos, vt titulo gratioſo, aut quouis alio modo eaſdem res ſibi Chriſtiani aliqui de hoſtium manu acciperent, ad nullam omnino tenerentur reſtitutionem, quouſque de contraria dominorum voluntate conſtaret.

Quod dictum eſt de ijs rebus, quæ emuntur ab illis, qui bello iniuſto eas acceperant, dicendum etiam eſt de aliquibus rebus ad cultum Diuinum ſpectantibus, quas Lutherani Angli, & alij hæretici ad Catholicorum terras aſportant, vilique precio vendunt. Præſumendum namque eſt, voluntatem eorum, ad quos vel dominium, vel vera earum adminiſtratio ſpectat, eſſe, vt potius eas vili precio emant Catholici, cultuique Diuino mancipent, quam vt vendantur Saracenis, vel vſibus prophanis inſumantur.

DISPVT. CXIX.

Vtrum in bello iuſto fas ſit interficere innocentes.

Pars affirmans ſuadetur. Pars, quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Quoniam, vt conſtat Ioſue 6. ac alibi in ſcriptura ſacra, filij Iſrael Dei iuſſu & voluntate, etiam infantes, interficiebant: Deus item, dum Sodomam & Gomorram igne ſubuertit, infantes etiam interfecit: aquæ præterea diluuij infantes omnes cum cœteris peremerunt: ergo licitum eſt bello iuſto, vnà, cum nocentibus, innocentes interficere.

1. Concluſ. Sit tamen prima concluſio. Per ſe, & ex intentione, nefas eſt bello, quantumuis alioquin iuſto, interficere innocentem. Ita Victor. de iure belli, num. 35. Driedo 2. de liber. Chriſtia. cap. 6. Couar. regula, peccatum, par. 2. §. 3. num. 4. Gabriel in 4. diſtinct. 15. quæſtione nona, articulo primo, concluſio. quarta. Maior, eadem diſtinctione quæſtione 20. Syl-ueſt. verb. bellum, prima, quæſtione decima, concluſione tertia, & Doctores communiter. Probatur ex illo Exod. decimo tertio. Inſontem & iuſtum non occides. Deinde, quia in Republica propria nefas eſt interficere innocentem pro alterius peccato: ergo neque in aliena quando aduerſus eam eſt bellum iuſtum, fas erit per ſe & ex intentione interficere innocentem pro peccatis illius Reipublicæ. Ac, præterquam quod lumen naturale id ſatis docet, cõfirmari poteſt ex illo Deuteron. 20. vbi inter alias belli leges de ciuitate rebelli dicebatur. Cum tradiderit dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne, quod in ea generis maſculini eſt (id eſt, fas tibi erit percutere) abſque mulieribus & infantibus. Par verò erat ratio de cœteris, de quibus conſtaret innocentes eſſe.

Hinc infert Victoria, nec in bello aduerſus Turcas aut Saracenos fas eſſe interficere infantes. Addit, imò neque fœminas: quia præſumuntur innocentes, niſi contrarium conſtet. In primis obſerua, ſi bellum eſſet aduerſus hæreticos aut apoſtatas, vt præteritis annis in Regno Granatenſi aduerſus illos ex Saracenorum progenie, qui rebellarunt, & de quibus tam euidentia erant argumenta omnes eſſe apoſtatas, eaque potiſſimum de cauſa rebellare fas proculdubio eſſe, fœminas adultas interficere ob hæreſis & apoſtaſiæ crimen. Adde, fœminas adultas, quæ vel comitantur hoſtes, vel intra vrbem, quæ obſidetur, cum eis ſunt, non ſolere immunes eſſe à culpa, ſed ſolere adiuuare hoſtes. Quare licet tutius ſit eas viuas reſeruare, dum de illarum culpa non conſtat: non ſunt tamen in eodem

A innocentum gradu cum infantibus computandæ. De Granatenſibus audiuimus, & ſecutas fuiſſe rebellantes, & ita eos adiuuiſſe, vt ferè pugnarent; quare mirandum non eſt, ſi fuerit etiam auditum, eas fuiſſe interfectas; præſertim cum tam aperta eſſent indicia eas apoſtatas eſſe.

Vt vero probè notat Victoria loco citato, numero trigeſimo octauo, non eſt iuſta cauſa ad interficiẽdos pueros filios hoſtium infidelium, quòd verendum ſit, ne, cum adoleuerint, ſequantur veſtigia parentum, pugnent contra Chriſtianos, & eis nocumenta inferant. Neque enim facienda ſunt mala, vt eueniant bona. Neque fas eſt punire pro peccato, quod patrandum timetur, neque adhuc eſt com miſſum. Multiſque aliis rationibus proſpicere poſſumus in futurum, ne ex eis nobis detrimentum adueniat.

Qui non ſunt de ea republica, vt peregrini, & ij mercatores, qui in ea non habent domicilium, B ſed ibi hoſpitantur, & ſunt quaſi in tranſitu, innocentes reputandi ſunt, vt bene ait Caietanus, in ſumma, verbo, bellum, niſi contrarium aliunde conſtet: quocirca nefas eſt eos interficere. Clerici & religioſi non reputantur Reipublicæ partes, quod attinet ad bella: & idcirco reputandi ſunt innocentes, niſi contrarium aliunde conſtet, nefaſque eſt eos interficere, vt communiter tradunt Doctores.

Inter reliquos reipublicæ, cum qua iuſtum geritur bellum, difficile, ait Victoria numero trigeſimo octauo citato, eſt diſcernere, an aliqui ſint innocentes; eaque de cauſa fas eſt ſingulos interficere, niſi de aliquo in particulari conſtet, illum innocentem eſſe, vel propter nimiam ſuam ruſticitatem aut ſtoliditatem, vel alia de cauſa; hos enim tenerentur milites ſeruare, ſi poſſent. Quod autem ſinguli interfici poſſint, interim dum de aliquo non conſtat C innocentem eſſe, confirmari poteſt ex teſtimonio Deuteronom. 20. citato, vbi facultas fit interficiendi omnes generis maſculini, exceptis mulieribus & infantibus. Victoria loco citato, numero 36. ait, quando bellum eſſet cum Chriſtianis catholicis, multò plures reputandos eſſe innocentes, vt ſimplices ac innoxij agricolæ, & alij ſimiles, neque fas eſſe eos interficere, niſi de illorum culpa conſtaret, conſonatque capitu. Innouamus, de treug. & pace, de quo inferius erit ſermo.

Secunda Concluſio. Per accidens, intentione nocentes interficiendi, fas eſt, etiam ſcienter, innocentes interficere. Vt quando arx, aut ciuitas iuſtè oppugnatur, in qua conſtat innocentes aliquos permixtos eſſe cum nocentibus, fas eſt mittere in eam globos, aut ignem illi ſupponere, vel quoduis aliud facere ad illam capiendam, eſto intelligatur per accidens, hoc eſt, præter intentionem id efficientium, interficiendos eſſe aliquos innocentes. 2. Concluſ. D Quando in triemibus Turcarum ſcitur permixtos eſſe remiges Chriſtianos, fas eſt mittere in eos globos bombardarum, quibus ſubuertantur, pugnareque aduerſus illos, eſto intelligatur eiuſmodi remiges vnà cum Turcis eſſe perituros. Neque in ſimilibus euentibus conſurgit obligatio reſtituendi eiuſmodi damna innocentibus per accidens illata. Quoniam iuſtè pugnamus, neque tenemur ab eo deſiſtere, quod nobis, bonoque communi adeò refert, propter damnum, quod per accidens alijs ſequitur. Concluſionem ita explicatam aſſeuerant Vict. de iure belli, numero 37. Couarruuias loco citato, & Doctores communiter, probarique poteſt; Quoniam alioquin nullum poſſet geri bellum iuſtum aduerſus nocentes, periretque iuſtitia eorum, qui iuſtam belli cauſam haberent, cum magno detrimen to bo-

to boni communis. Imò neque defendi poſſet Eccleſia ab infidelibus eo ipſo, quod innocentes aliquos inuitos in triremibus aut exercitu hoſtes aſportarent. Neque, qui ab his eſſent iniuſtè obſeſſi, poſſent globos & tela in eos mittere, quibus ſe defenderent.

Ad argumẽtum partis affirmant. Ad argumentum initio propoſitum dicendũ eſt, Dei authoritate, qui dominus eſt vitæ omnium mortalium, quique interdum parentum peccata punit temporali pœna in filijs, ea omnia licitè facta fuiſſe: ceſſiſſeque in commodum filiorum innocentum quos veriſimile erat ſecuturos parentum veſtigia, futuroſque malos & peccatores, niſi miſericorditer eo pacto morte eſſent præuenti.

DISPVT. CXX.

Vtrum fas ſit ſeruituti ſubijcere innocentes Reipublicæ, cum qua eſt iuſtum bellum, & an liceat interficere, vel ſeruituti ſubijcere obſides, ſi hoſtes promiſſis non ſteterint.

1.Concluſ. QVod attinet ad primum, ſit hæc concluſio. Quamuis nefas ſit interficere eos innocentes, qui partes ſunt reipublicæ, cum qua bellum eſt iuſtum, fas tamen eſt ſeruituti eos ſubijcere. Dixi, qui partes ſunt Reipublicæ: quoniam hoſpites aut peregrini, qui partes non ſunt Reipublicæ, quemadmodum nulla ratione ſunt hoſtes, ſi culpa vacant, nec proinde ſpoliari poſſunt bonis ſuis, aut vllum aliud ius belli poteſt per ſe aduerſus eos exerceri: ita neque ſeruituti poſſunt ſubiici. Eſt etiam excipiendum à concluſione, quando bellum eſt Chriſtianis cum aliis Chriſtianis, tunc enim neque nocentes ſubijci poſſunt ſeruituti, vt diſputatione 117. dictum eſt. Ratio concluſionis hæc eſt, quoniam tota Reſpublica reputatur hoſtis, ad effectum, vt tota puniri poſſit in membris ſuis quo ad bona fortunæ: quare cum libertas inter fortunæ bona computetur, conſequens eſt, vt, quemadmodum tota, etiam in membris innocentibus, ſpoliari poteſt bonis externis, vt diſputatione ſequenti dicemus, ſic tota ſubiici poſſit ſeruituti, quando tanta eſt culpa, vt terris & alijs bonis externis ſpoliari mereatur. Quo fit, vt dubitandum non ſit, nos poſſe captiuos ducere infantes & mulieres Turcarum & Saracenorum, quorum terras & omnia externa bona, propter iniurias nobis illatas, iure poſſumus vſurpare; idque habet receptiſſima conſuetudo: Confirmari poteſt concluſio, quoniam fas eſt captiuos habere innocentes filios ſeruorum noſtrorum, vt teſtatur receptiſſima conſuetudo; ſortiuntur namq; conditionem parentum, & quodam modo parentes eo pacto puniuntur in filiis: ergo fas etiam erit ducere captiuos innocentes filios hoſtium noſtrorum, puniendo ita parentes in filijs, Rempublicamque ipſam in omnibus ſuis membris. In hac concluſione conſentit Victoria de iure belli, numero quadrageſimo ſecundo.

Obſides. Quod attinet ad ſecundum, dicendum eſt cum Victoria loco citato, numero quadrageſimo tertio: Quando obſides dati innocentes ſunt, quia vel non ſunt doli capaces, vel in cauſa non fuerunt, vt princeps, aut Reſpublica, quæ illos dedit, fidem frangeret, neque vllo dolo vſi ſunt, interfici non poſſe propter peccatum ſui Principis aut Reipublicæ; tametſi retineri ac ſeruituti ſubiici poſſint. Si verò nocentes ſint, interfici poſſe, modò culpa tanta pœna ſit digna. Primum probant rationes, quibus diſputatione præcedente primam concluſionem confirmauimus: vniuerſim namque nefas eſt interficere per ſe innocentem. Reliqua verò duo probatione non indigent.

DISPVT. CXXI.

Vtrum in bello iuſto fas ſit ſpoliare bonis ſuis externis, etiam innocentes. Et de repræſalijs, quid ſint, & quomodo concedantur.

PRima concluſio. Fas eſt ſpoliare innocentes quoſcunque, etiam ſi aduenæ ſint, & peregrini, ijs bonis & rebus, quibus hoſtes vſuri ſunt aduerſus nos, quibuſve adiuuari poſſunt ad bellum ſuſtinendum. Vt fas eſt ſumere arma, naues, pecuniam, frumentum, equos, & id genus alia, eaque ipſa, nec non agros deuaſtare, quantum iudicatum fuerit expedire ad hoſtium vires minuendas, eoſque ſuperandos. Hanc affirmat Victoria de iure belli, numero trigeſimo nono, & conſentaneè loquuntur Gabriel in quarto, diſtinctione decima quinta, quæſtione quarta, articulo tertio, dubio quinto, & alij. Probari autem poteſt, quoniam ſi fas eſt interficere per accidens innocentes, hoc eſt, non intentione eis, ſed hoſtibus nocendi, quando id poſtulat belli ſtatus, expedireque iudicatur ad victoriam comparandam, vt diſputatione 119. oſtenſum eſt, longè maiori cum ratione fas erit ea omnia efficere, quæ commemorata ſunt, quando id poſtulat belli ſtatus, neceſſariaque ſunt ad victoriam comparandam, indeve hoſtes ſumere, vel conſeruare poſſunt vires ad bellum ſuſtinendum. 1.Concluſ.

Secunda concluſio. Si eiuſmodi bona perijſſent deuaſtatave eſſent iuxta belli indigentiam, non tenerentur ea reſtituere, qui bellum inferrent, eſto eſſent bona Eccleſiaſtica, aut Eccleſiaſticorum, vel aliorum innocentium, qui partes non eſſent Reipublicæ, niſi ex illis facti eſſent locupletiores. Probatur: quoniam quaſi per accidens ſequuntur eiuſmodi damna, vt diſputatione centeſima decima nona, concluſione ſecunda, oſtenſum eſt, neque propter illa deſiſtere tenentur ij, qui bellum iuſtum gerunt, ab ijs exequendis, quæ ipſis, ſuoque communi bono tantopere referunt. Præterea, quia neque tenentur ex parte rei acceptæ, quæ perijt, & ex qua non ſunt facti locupletiores, vt ſupponimus, neque item ex parte iniuſtæ acceptionis; cum nulla eorum interuenerit culpa. Conſentire videntur Doctores citati, præſertim Gabr. conſentit etiam Syluestr. verbo bellum, tertia quæſtione ſexta, Obſerua tamen, illos, ex quorum parte bellum eſt iniuſtum, quique proinde in cauſa fuerunt, vt aduerſarii damna illa iuſta darent, teneri ea reſtituere eiuſmodi innocentibus. 2.Concluſ.

Tertia concluſio. Si eiuſmodi bona ſunt Eccleſiarum, aut Eccleſiaſticorum innocentium, aut aliorum innocentum, qui partes non ſunt Reipublicæ, aduerſus quam iuſtum geritur bellum, peractoque bello manſerint, aut, qui iuſtum bellum gerunt, ſcientes ea eſſe eiuſmodi innocentum, illa conſumpſerint in ſuos vſus, aut his vtendo aduerſus hoſtes, aut quauis alia ratione, vel ea deſtruxerint pluſquam belli ſtatus poſtularet, tenentur illa propriis dominis reſtituere. Hanc innuit Victor. loco citato, nume. 40. probarique poteſt. Quoniam dominium talium bonorum eſt eiuſmodi innocentum aduerſus quos, qui tale bellum gerunt nullum ius habent, eò quod non ſint partes Reipublicæ, cum qua iuſtum bellum gerunt, neque innocentes illi tenentur ea gratis eiſdem concedere, ſiue 3.Concluſ.

ſiue ad vtendum eis aduerſus hoſtes, ſiue ad ea in vſus proprios conuertendum: ergo ſi, vel ſuperſint, vel ea conſumpſerint in quoſcunque vſus, aut diſtraxerint pluſquam poſtulat belli ſtatus, finiſque victoriæ, tenentur ea reſtituere ijs, ad quorum dominium pertinent. Quod ſi, arbitrantes eſſe hoſtium, ea diſtraxerint, ſolum tenentur reſtituere, quòd ex eis remanſerit, aut id in quo forte locupletiores fuerint effecti.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Spoliare poſſunt bonis externis eos innocentes, qui ſunt partes Reipublicæ cum qua gerunt iuſtum bellum, eaque ſibi retinere; modò ne excedatur ſumma bonorum, quam iuxta ea, quæ diſput. 117. dicta ſunt, iure belli de tota illa Republica capere poſſunt. Hanc Affirmant Caiet. in ſumma, verbo, bellum, Victor. de iure belli numero quadrageſimo, Couar. regula, peccatum, par. ſecunda, §. nono, numero quarto, & alij. Ratio eſt, quoniã vt diſputatione præcedente dictum eſt, tota Reſpublica reputatur hoſtis, faſque eſt eam punire in omnibus ſuis membris, quatenus partes illius ſunt, quo ad externa & fortunæ bona. Ea etiam de cauſa fas eſt imponere tali Reipublicæ tributum ab omnibus ſuis partibus ſoluendum, imò & ab omnibus ſucceſſoribus, quatenus futuri ſunt partes eiuſdẽ Reipublicæ, eſto cooperati non fuerint ad Reipublicæ delicta.

Confirmari vero hoc poteſt ex communi Doctorum ſententia, Bart. in primis in proprio tractatu de repræſalijs: authorum deinde qui caſuum ſummas ſcripſerunt, verbo repræſaliæ. Victoriæ de iure belli numero quadrageſimoprimo, Couarruuiæ loco citato, interpretum iuris canonici. cap. vnico, de iniurijs & damno dato, lib. ſexto, & iuris ciuilis varijs in locis, aſſerentium licitas eſſe repræſalias (impignorationes caſtè loquentes appellant, marchas etiam nonnulli vocant) quando aliquis, aut aliqui de aliena Republica damnum intulerunt, & neque ipſi volunt ſatisfacere, neque princeps ſupremi ve moderatores Reipublicæ admoniti cogunt illos ſatisfacere: eo nãque ipſo Reſpublica, in ſuo principe aut moderatoribus, culpam contrahit, faſque proinde eſt Principi, cui ſubditus eſt is, qui iniuriam eſt paſſus, concedere illi, aut alijs ſubditis, vt faciant repræſalias, ſeu impignorationes in bonis ſubditorum alterius Reipublicæ vſque ad debitam compenſationem, eſto illi, quorum bona occupantur, in culpa non fuerint. Ratio eſt: quoniam in eiuſmodi ſubditis punitur ea Reſpublica, quæ, quod tenebatur, vindicare neglexit. Conenit Auguſt. capi. Dominus, 23. quæſtione ſecunda, dum ait, iuſta bella definiuntur, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens aut ciuitas plectenda eſt, quę vindicare neglexit, quod à ſuis improbè factum eſt. Quo loco aduerte, Principem aut ſupremos illius Reipublicæ moderatores, qui in culpa fuerunt, vt repræſaliæ illæ concederentur, teneri reſtituere innocentibus ſuæ Reipublicæ bona, quibus ita ſpoliati ſunt.

Licet autem minor cauſa ſufficiens ſit, vt repræſaliæ concedantur, quàm vt bellum indicatur; requiritur tamen non leuis cauſa, ſaltem quando bona, quæ ſunt vſurpanda, non ad eum, qui nocuit, pertinent, ſed ad alios de eadem Republica. Cum enim vſurpatio facultatum eorum hominum, qui non nocuerunt, odioſa ſit, facilèque occaſionem iniuriarum ac ſcandalorum præbere ſoleat, profectò neque facilè, neque leui ex cauſa repræſaliæ ſunt concedendæ.

Ad quem pertinet bellum mouere, ad eum ſolum ſpectat concedere repræſalias. Prius autem admoneri debet ſupremus moderator alterius Reipublicæ de culpa, in qua eſt, quod non cogat ſatisfacere, quam aduerſus eam repræſaliæ conce- A dantur. Si tamen poſt iniuriam acceptam adeſſent mercatores Reipublicæ, quæ illam intulit, periculumque eſſet, ne, dum ſatisfactio petitur, illi recederent, neque ſperaretur poſſe poſtea recuperari facilè damnum illatum, credo fas eſſe eos detinere, bonaque eorum ſequeſtrare expectando rei euentũ: præſertim ſi Reipublicæ authoritate, ſupremi ve moderatoris, crederetur damnum illud fuiſſe illatum. Nefas tamen eſſet, vel bona eorum omnino eripere, vel iniuriam aliam illis irrogare, antequam de negligentia & culpa Reipublicæ, cuius illi ſunt membra, conſtaret.

A quarta tamen concluſione propoſita excipiendos exiſtimo eos, qui partes ſequuntur illius, qui bellum iuſtum gerit, quique quodammodo aduerſantur reliquis de ſua Republica, quæ bellum iuſtum inferenti non vult parere. Exemplum accipe in ijs, qui vel in Angrenſi Inſula, vel in hoc Luſitaniæ regno partes Regis Philippi ſecuti ſunt. B Hi namque non reputantur partes ciuitatis, aut Reipublicæ, quæ repugnauit, & idcirco nulla patitur æquitas, vt in modico vel in magno punirentur à militibus Regis Philippi: quare non dubito, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro, illis eſſe reſtituendum quicquid à militibus vſurpatum eſt, ipſoſque milites id occupantes nullum rei ablatæ dominium comparaſſe. Si tamen bona fide aliquid eorum fuit deſtructum ac conſumptum, neque inde aliquis factus eſſet locupletior, tunc nulla illis deberetur reſtitutio: quia neque ex parte rei acceptæ, quæ non permanet, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, cum ſupponamus id ſine peccato fuiſſe factum.

Forte aduerſus eandem quartam concluſionem obijciet nobis aliquis capit. Innouamus, de treuga & pace, vbi ruſtici eius Reipublicæ, cum qua bellum iuſtum geritur, prohibentur ſpoliari bonis ſuis, Obiectio. C aut in aliquo moleſtari. Dicendum eſt, prohibitionem illam eſſe de iure poſitiuo, intelligendamque eſſe, quando bellum ęſt Chriſtianorum inter ſe. Neque in ea prohibetur, ne vllo pacto ruſtici ſuis bonis ſpolientur, ſed ſolum præcipitur, vt quando ad agriculturam egrediuntur, aut regrediuntur, vel in agris commorantur, tam ipſi, quàm animalia, quibus arant & ſemina portant, congrua ſecuritate lætentur. Quod ſtatutum eſt, vt bono publico proſpiceretur, agrique non manerent inculti, vnde fames ſequeretur: quare non interdicitur quo minus eripi a ia eorundem bona poſſint. Præterea Caiet. in Summa verbo Bellum, dubitat, an Canon ille per contrariam conſuetudinem vim ſuam amiſerit. Soluitur.

DISPVT. CXXII.

D *In bello iuſto an liceat tradere militibus ciuitatem in prædam, & an liceat interficere omnes, qui pro parte contraria arma ſumpſerunt.*

Qvod ad primum attinet, dicendum eſt cum Victoria de iure belli, numero 52. Sylueſter verbo bellum, prima quæſtione decima, concluſione tertia, & cum alijs. Quamuis per accidens id nefas eſſe ſoleat, præſertim quando ciuitas eſt Chriſtianorum, idque propter cędes & cruciatus innocẽtum, ſtupra, adulteria, & oppreſſiones aliarum feminarum, quæ milites in ſimilibus euentibus committere ſolent, nec nõ propter templorum ſpoliationes, & ſæua alia, ac iniuſta, quę ſolent accidere; nihilominus per ſe non eſſe illicitũ. Quare ſi iudicetur neceſſarium ad expediendũ bellum, incẽdendos animos mili-

militum, & deterrendos hoſtes, fas erit ciuitatem, etiam Chriſtianorum, tradere interdum militibus in prædam, eſto veriſimile ſit milites aliquos ſua culpa ſimilia flagitia commiſſuros; ſicut etiam fas aliquando eſt rationabili ex cauſa incendere ciuitatem aliquam. Duces tamen, quando ciuitas in prædam traditur, tenentur prohibere eiuſmodi ſæua & iniuſta, & quantum commodè potuerint ea impedire.

1. Concluſ. Quod ad ſecundum attinet, ſit prima concluſio. In conflictu belli, oppugnatione, aut defenſione ciuitatis, vel caſtri, & denique quando res eſt in periculo, licitum eſt interficere indifferenter omnes è contrario pugnantes. Probatur, quoniam qui iuſtum bellum gerunt, non poſſunt commodè bellum expedire, victoriam, ſecuritatem, & pacem conſequi, niſi ex aduerſa parte dimicantes de medio tollant. Quo fit, vt, etiam quos ſcirent innocentes, vtpote excuſante eos ignorantia, aut ſimul præcepto principis à peccato pugnandi, poſſent interficere, quantum iudicarent neceſſarium ad victoriam comparandam, & periculum, quod ex eis immineret, vitandum. Si quem tamen horum innocentum poſſent commodè ſeruare, tenerentur eum non interficere, iuxta ea quæ diſputatione 116. dicta ſunt. Hoc loco obſerua, interfectionem innocentum, de qua loquimur, eſſe in defenſionem propriam ac boni communis, atque ad occupandum, quæ ad nos pertinent, & ipſi impediunt. Quare ſicut cuique priuatæ perſonæ, quando aliter vel ſe, vel ſua, quæ non parui referant, non poteſt defendere, licitè poteſt interficere, etiam innocentem repugnantem ac impedientem: ita vnuſquiſque in bello iuſto licitè poteſt interficere innocentes contra pugnantes quantum expedire neceſſariumque iudicauerit, ad finem aſſequendum.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Parta victoria, rebuſque iam extra periculum conſtitutis ex ſe fas eſt interficere nocentes, hoc eſt, eos qui prudentis arbitrio crimen morte dignum commiſerunt. Probatur, quoniam qui bellum iuſtum intulit, ſubit tunc rationem iudicis ad hoſtes puniendos, vt ſupra non ſemel oſtenſum eſt; ergo ſicut quicunque iudex in ſua Republica licitè, quantum eſt ex ſe, interficit malefactorem ſibi ſubditum, quem morte dignum comperit: ſic, quantum eſt ex ſe, fas erit interficere ex hoſtibus quotquot morte dignos inuenerit.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Quando magna eſſet nocentum multitudo, quorum ſinguli morte eſſent digni, licet aliquando fas eſſet eos omnes, maioremve eorum partem, interficere; aliquando tamen nefas id eſſet. Prior pars probatur, quoniam ſi aliter non ſperaretur pax & ſecuritas, & maximè ſi ſimul id expedire iudicaretur bono Eccleſiæ, nec non ipſorummet nocentum, vt ſi infideles eſſent, paruaque admodum eſſet ſpes conuerſionis eorum, & quòd à peccatis deſiſterent, proculdubio licitum, ſanctumque eſſet, vel omnes, vel tot eorum interficere, quot ad fines illos expediens iudicaretur. Etenim ea interfectio, & iuſta eſſet in ſe, & charitati Dei ac proximorum conſentanea, vtpote expediens Eccleſiæ ac interficientium bono, nec non ipſorummet interfectorum, qui, morte impediti ne peccata peccatis accumulent, minus acriter æternis flammis punientur, quàm eſſent puniendi ſi diutius in vitæ ſtatione conſiſterent. Hæc de cauſa Deuteronomio 20. permittebat Deus filijs Iſrael, vt capta ciuitate rebelli, interficerent omnes, exceptis mulieribus & paruulis: ſermo namque erat de bello cum infidelibus ſuſcepto. Poſterior verò pars ex eo probatur, quod quando fines illi optimi, aut alij ſimiles, non

A interuenirent, ſanè contra bonum commune eſſet tam ingentem hominum multitudinem ſolius vindictæ cauſa trucidare, eſſetque proinde culpa lethalis, præſertim ſi, qui ita interficerentur, Chriſtiani eſſent. Nulla tamen inde conſurgeret obligatio reſtituendi, eò quòd culpa ſolum eſſet contra charitatē, non verò contra iuſtitiam.

Quarta concluſio. Si veriſimile eſſet eos, qui à parte contraria pugnarunt, innocentes eſſe, vel quod ignorantia inuincibilis eos excuſauerit à culpa, vel quod in dubio an bellum eſſet iuſtum, pugnauerint præcipiente eorum Principe, obedientiaque eos excuſauerit à culpa, tunc parta victoria, nefas omnino eſſet quenquam eorum interficere. Etenim tunc nulla eorum præceſſiſſet culpa, propter quam mortis pœna eſſent digni. Quare, qui ſciens, & prudens ea ratione fuiſſe innocentes, eos occideret, ad reſtitutionem damni ita dati teneretur. 4. Concluſ.

Quia ergo bellum, non ſolum cedere ſolet in detrimentum boni communis, propter cædes tot hominum, quot gladius, militareſque labores ſolent conſumere, ſed etiam plerunque accidit, vt in eo multi innocentes perimantur, alij verò vexentur, iacturaſque maximas ſuorum bonorum, ac libertatis incurrant (vt interim plurima facinora, quæ in bello committi, innumeraque alia mala, quæ ex eiſdem promanare ſolent, ſilentio prætereamus) inde eſt, quòd diſputatione 103. cum Caietano, Driedone, & alijs aſſeruerimus, eos, qui bellum iuſtum parant, teneri ab eo deſiſtere, quoties ante cęptam pugnam aduerſarij debitam ſatisfactionē offerunt. Eiſdemque de cauſis Auguſt. cap. noli. 23. quæſt. 1. dixit, iuſtum bellum non eſſe voluntatis, ſed neceſſitatis.

Quod attinet ad eos, qui in obſidionibus, aut alibi ſe dedunt in bello, ſanè ſi conditione aliqua, vt, ne interficiantur, aut alia non iniqua, ſe dedunt, ſeruanda illis eſt, ſi acceptetur. Alioqui, pro culpæ qualitate & quantitate, puniri poſſunt, iuxta ea quæ hactenus dicta, oſtenſaque ſunt. Meminerit tamen victor, ſe tanquam iudicem, non tanquam actorem, ſedere pro tribunali ad ſententiam in hoſtes, deuictamque Rempublicam ferendam: neque pœnam vlla ratione excedere debere culpam, miſericordiámque & clementiam ſæuitiæ & crudelitati eſſe anteponendam: præſertim, cum victi proximi ſint, Chriſtique ſanguine redempti, ſemperque commune bonum, Deique gloriam & honorem ante mentis oculos habendum.

DISPVT. CXXIII.

De compoſitione inter bellantes, & an principes ſine conſenſu ſubditorum componere inter ſe poſſint circa damna quæ ſubditi pertulerunt.

Sit prima concluſio. Si ea compoſitio fieret de cōſenſu libero ſubditorum, qui damnum iniuſtè acceperunt, ſtandum illi omnino eſſet. Neque in exteriori aut conſcientiæ foro vlla remaneret obligatio reſtituendi. Hæc eſt notiſſima. 1. Concluſ.

Secunda concluſio. Qui ſcienter, aut cum culpabili ignorantia, bellum iniuſtum intulit, tenetur reſtituere ſubditis ſuis damna omnia, quę paſſi ſunt niſi ipſi liberè ea illi remitterent. Habetque hoc verum, etiam ſi in reipublicæ bonum cum hoſtibus paciſcatur. Probatur, quoniam illorum omnium damnorum ſuis ſubditis iniuſta cauſa extitit. Si tamen ſubditi ipſi conſcij eſſent iniuſtitiæ belli, & ſua ſponte, principe nec cogente, nec præcipiente, comitarentur eum in bello; tunc princeps non teneretur 2. Concluſ.

neretur reſtituere eis damna, quæ in eiuſmodi bello A acciperent, vt Doctores communiter affirmant. Ratio eſt, quoniam tunc ipſi ſibimetipſis eſſent cauſa eorum damnorum, dum nullo præcipiente, ipſi pro ſuo arbitratu ad bellum ruerent voluntarium.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Qui iuſtum intulit bellum, tenetur, quantum commodè ſine detrimento boni communis ſuæ reipublicæ id potuerit, curare, vt ſubditis ſuis reſtituantur damna, quæ iniuſtè acceperunt: alioquin, ſi ipſis inuitis, paciſcatur, eaque remittat, id non poſtulante bono communi, tenebitur ea ipſis reſtituere. Probatur: quoniam cum ex officio teneatur dicere ius ſubditis ſuis, cogereq; aduerſarios vt eorum damna reſarciant, ſi ſine eorum, boniquecõmunis detrimento id commodè poſſit; ſanè iniuriã illis faceret, ea abſque legitima cauſa remittendo, atque adeò ea illis reſtituere teneretur.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Quando compoſitio, & pax cum hoſtibus bono communi ſubditorum expediret, quia eo bello perditur ac labefactatur reſpublica, licitum eſt principi, etiam inuitis ſubditis, componere cum hoſtibus, damnaq; illata, ſi ad id opus ſit, eis remittere. Ita Adrian. de reſtit. q. Aggredior caſus, §. quinto dubitatur, Gabr. in 4. diſt. 15. quæſt. 4. artic. 3. dub. ſeptimo. Maior eadem diſt. quæſt. 20. §. vlt. Syluester verbo, bellum. 1. quæſtio. 12. & alij quos citant. Ratio autem eſt, quoniam princeps ea in parte gerit vtiliter negotium ſuorum ſubditorum ac boni communis, cogereque eos, pro poteſtate quã habet, poteſt, vt detrimentum pro communi bono patiantur. Addunt tamen Doctores, remittere non poſſe damna Eccleſijs illata, ſine prælatorum conſenſu: eo quòd prælati ea in parte principibus ſecularibus non ſubijciantur. Quando tamẽ bono communi id ita expediret, permittere ſanè tenerentur prælati, ut cum eo Eccleſiarum detrimento compoſitio fieret: præſertim cum id in minus earundem Eccleſiarum detrimentum, quàm belli continuatio, redundaret.

5. Concluſ. Quinta concluſio. Si aduerſarij bellum iniuſtum ſcienter geſſerunt, tunc nihil impediente compoſitione, & remiſſione facta per principem (etiam ſi conſenſus particularium, ad redimendam ſuam vexationem, vitandaque maiora mala accederet) tenerentur in foro conſcientiæ reſtituere damna data. Ita Adrianus loco citato, §. pręterea dico. Ratio eſt, quoniam conſtabat aduerſarijs ſe teneri ad reſtitutionem, nec ea remiſſio eſſet omnino libera. Quare ſicut, qui ſcit ſe litem habere iniuſtam cum aliquo reſtituere tenetur, quod accipit, vt à tali lite deſiſtat; quia alius id non tribuit liberè ac gratis, ſed ſolùm ad ſuam redimendam vexationem: ita ſe res habet in propoſito.

6. Concluſ. Sexta concluſio. Si certa non eſſet iniuſtitia belli ex parte eorum, qui damna intulerunt, ſanè pactum, compoſitio, ſeu tranſactio, valida eſſet, etiam in foro conſcientiæ; adeò vt, eſto poſteà illis conſtaret de belli iniuſtitia, ad nullam reſtitutionem tenerentur. Quia pactum, exiſtente ea notitia, non fuit gratuitum, ſed oneroſum ex vtraque parte, nempè, remitto damna, aut cedo maiori iuri meo, vt tu viciſſim remittas, aut iuri tuo cedas: in pactis autem oneroſis, vt valida ſint, nõ requiritur tantum ſpontanei, quãtum in gratuitis donationibus, vt alio in loco dicẽdum eſt. Hæc dicta ſint de bello. Nunc de teſtamentis dicere ordiamur.

DISPVT. CXXIV.

Teſtamentum quid ſit, & in quo à cæteris vltimis voluntatibus differat.

Dicendum eſt conſequenter, de translatione dominij, propria prioris domini voluntate. Ac primò de voluntate vltima. Simul explicabimus, quouſque iuris ciuilis diſpoſitione quiſque arctetur ab vltima voluntate diſponendum de rebus ſuis. Itemque quis, eiuſdem iuris diſpoſitione, ab inteſtato defunctis ſuccedat. Dicemus etiam de nonnullis alijs, quæ cum tractatione de vltimis voluntatibus ſunt coniuncta.

In vltimis voluntatibus computantur, teſtamentum, codicillus, legatum, fideicommiſſum, & donatio cauſa mortis. De qua tamen aptius diſputabimus cum de alijs donationibus fuerit ſermo. Hæ autem voluntates vltimæ non ita inter ſe diſtinguuntur, quaſi legata (ſumpta pro legandi actibus, non verò pro rebus, quæ legantur) & fideicommiſſum, indirectave ſubſtitutio, eſſe non ſoleant partes integrantes teſtamenta & codicillos: ſed quia vnumquodque eorum, in ſe ſpectatum, rationem ſortitur voluntatis vltimæ. Voluntates vltimæ quot. B

Eſt verò vltima voluntas (vt de ea nunc loquimur) gratuita diſpoſitio de bonis in tempus poſt mortem diſponentis. Quia verò eiuſmodi libera in illud tempus diſpoſitio, tum ex ſe tum iuris ciuilis diſpoſitione, pro diſponentis arbitrio poteſt reuocari, neque aliter, quàm diſponentis morte, confirmatur, iuxta illud ad Hebr. 9. Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet (id eſt, nondum eſt firmum) dum viuit, qui teſtatus eſt; inde eſt, quod, eiuſmodi liberæ diſpoſitiones appellentur voluntates vltimæ, non per comparationem ad alias priores, ſed quia quando firmæ ſunt, ſuumque ſortiuntur effectum, irreuocatæ vſque ad vltimnm vitæ diſponentis terminum perſtiterunt, atque adeò fuerunt vltimæ ea de re; poſt quas non fuerunt aliȩ, quæ vim illarum abſtulerint. Voluntas vltima quid. C

Vt igitur à teſtamento, tanquam à potiſſima voluntate vltima, ordiamur. Inſt. de teſtam. in princ. habetur, dictum eſſe, quaſi mentis teſtationem. Qua in re Theophilus Inſtitutionum Iuſtiniani authoritate compilator, ſecutus videtur Seruium Sulpitium, qui lib. 2. de teſtam. affirmat, teſtamenti nomen compoſitum eſſe, à teſtatione & mente. Id irrident Gellius, Valla, & alij, quos Couar. in rubr. de teſt. par. 1. refert ac ſequitur, contendentes, non magis teſtamentum dictum eſſe à mente, quàm calceamentum, ornamentum, &c. Dictum autem eſſe volunt à teſtatore, quaſi teſtamen; ſed aſſumere ſyllabam, tum, non ſecus ac vetamen, nutrimen, & id genus alia nomina, eam aſſumunt, & dicuntur velamentum, nutrimentum, &c. Itaque, vi nominis, idem volunt eſſe teſtamentum, quod teſtamen, ſeu proprium teſtatoris de ſua vltima voluntate teſtimonium, vel certè teſtandi actus teſtamen, ſeu teſtamentum dictus eſt; eò quòd teſtator in eo alios ſuæ voluntatis vltimæ teſtes ſoleat interpellare. Theophilum quidam defendunt, quòd non iuxta etymologiam, ſed iuxta ſimilitudinem nominis fuerit locutus. Alij verò, quòd ſolam teſtationem, iuxta etymologiam nominis, conſiderauerit, ad maiorem tñ expreſſionẽ adiecerit, mentis, hoc eſt, voluntatis, quia re vera mentis eſt teſtatio. Teſtamentum vnde dictum. D

Teſtamentum ab Vlpiano leg. 2. ff. de teſtam. in hunc modum definitur. Eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult. Cui definitioni meritò Glo. Accurſij ibidem adiungit, cum hæredis inſtitutione: intellige, directa. Pro genere in ea definitione ponitur, voluntatis Teſtamentum quid.

luntatis noſtræ ſententia, hoc eſt, decretum exterius prolatum ac ſtatum: in quo vltimæ voluntates cum donatione inter viuos & contractibus conueniunt. Additur, iuſta, hoc eſt, legitima, iuriſve diſpoſitioni ita conſentanea, vt ſit valida. Iuſtum enim ſæpe id dicitur, quod legibus, ſuæve regulæ ac menſuræ, eſt adæquatum: eaque de cauſa virtus in genere iuſtitia interdum dicitur, vt tracta. 1. explicatum eſt. Quia verò hoc loco ſermo eſt ſolum de teſtamento, & alijs vltimis voluntatibus validis: ſi aliquid autem teſtamento, vel quoad ſolennitatem, vel quoad aliquid aliud, deſit, quod iuris diſpoſitione exigatur vt ſit validum, irritum eſt & inane; ad excludendas eiuſmodi voluntatis noſtræ inualidas diſpoſitiones, addita eſt particula illa, iuſta hoc eſt, legitima, modo explicato. Pars definitionis, quæ vlterius ſubiungitur, videlicet, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult (intellige gratuito) communis eſt omnibus vltimis voluntatibus, iuxta ea quæ de vltimis voluntatibus in genere paulò antea dicta ſunt; per eamque ſecernuntur à donationibus inter viuos, & ab alijs contractibus.

Per particulam, cum hæredis directa inſtitutione, quam Accurſius adiungit, ſecernitur teſtamentum à reliquis vltimis voluntatibus. Ex diſpoſitione namque Cæſarij iuris adeò intrinſeca eſt teſtamento hæredis directa inſtitutio, vt niſi expreſsè hæres inſtitueretur, teſtamentum eſſet irritum & inane, vt ex §. ante hæredis inſtitutionem, Inſtitu. de legatis, § in primis, Inſtitu. de fideicommiſſis, l. vlt. ff. de hæredibus inſtit. l. vltima, ff. de codicill. & ex alijs iuribus conſtat. Sanè, §. ante hæredis, citato, ſic ſcriptum legimus. Teſtamenta vim ex inſtitutione hæredis accipiunt, & ob id veluti caput ac fundamentum intelligitur totius teſtamenti hæredis inſtitutio. Et tam ſeuerè hoc quondam ſeruabatur, vt ſi legatum aliquod, vel quoduis aliud, præcederet in teſtamento hæredis inſtitutionem, irritum id eſſet & inane, ſolumque vim obtinerent ea, quæ poſt hæredis inſtitutionem in eo teſtamento diſponebantur. Hic tamen rigor. §. ante hæredis, citato, tollitur, ſanciturque, vt, dummodo hæres expreſsè inſtituatur, omnia ſint valida, quæ in teſtamento diſponuntur, ſiue præcedant, ſiue hæredis inſtitutionem conſequantur. Eo autem ipſo, quòd in vltima aliqua voluntate hæres directo inſtituitur, ſortitur ea ipſa rationem teſtamenti. Neque verò duo eſſe poſſunt teſtamenta eiuſdem teſtatoris valida, ſed ſemper ſecundum reddit inualidum primum, vt habetur Inſtitut. quibus modis teſtamenta infirmentur, §. poſteriore, & §. ſed & ſi quis. Excipe militis teſtamentum: cum enim miles ex parte teſtatus & ex parte inteſtatus diſcedere poſſit, duo illius teſtamenta valida eſſe poſſunt, quando vnum cum altero non pugnat, neque conſtat teſtatorem voluiſſe reuocare prius per poſterius, vt colligitur ex l. quærebatur, & l. militis codicillis, ff. de militari teſtamento, & ex alijs iuribus.

Differt ergo teſtamentum à cæteris vltimis voluntatibus, ſola hæredis directa inſtitutione. In primis namque, vt Inſtitut. de codicil. §. penult. habetur, hæreditas codicillis neque dari, neque adimi directè poteſt; ne confundatur, ait textus, ius teſtamentorum & codicillorum: quod exponit gloſſa, ita ſcilicet, vt teſtamentum à codicillo diſtingui non poſſit. Excipe, in milite, qui ex priuilegio, etiam codicillo inſtituere poteſt hæredem directè, vt ex l. militis codicillis, ff. de militari teſtamento, conſtat. Ac proinde intellige particulam illam definitionis teſtamenti, cum hæredis directa inſtitutione, ſecluſo quocunque priuilegio, vt eiuſmodi militum codicillos à ratione teſtamenti ſecludas. Indirectè tamen dari poteſt hæreditas codicillo, fideicommittendo in codicillo hæredi ab inteſtato, vel in teſtamento inſtituto, vt hæreditatem alicui alteri reſtituat: qui eo ipſo tenetur eam reſtituere, reſeruando ſibi ſolam quartam hæreditatis partem, quam Trebellianicam appellant, vt patet Inſtitut. de fideicommiſſar. hæreditate, §. ſed quia hæres, l. ſecunda, titu. duodecimo, parte 6. legum Caſtellæ, & C. ac ff. ad Trebellianum. Eiuſmodi autem indirecta hæredis inſtitutio, tum fideicommiſſum, tum indirecta, & fideicommiſſaria ſubſtitutio appellatur, vt ſuo loco infra dicetur. Idcirco autem hanc ſolam à cæteris vltimis voluntatibus ſupra diſtinximus, quoniam directa ſubſtitutio, qua vnus in alterius locum ad hæreditatem vocatur ſine miniſterio alicuius, qui eam reſtituat, ad hæredis directam inſtitutionem, atque adeo ad teſtamenti propriam naturam ac ſubſtantiam tanquam pars integralis illius pertinet, fierique proinde non poteſt niſi teſtamento. Tametſi quando aliquis codicillo conſtituit ſubſtitutum in hæreditate, ex benigna iuris interpretatione rogare cenſeatur hæredem, qui uel prius teſtamento fuerat inſtitutus, vel ſuccedere debebat ab inteſtato, vt tali ſubſtituto reſtituat hæreditatem, idque etiam in pupillari ſubſtitutione ſpectat; teneturque talis hæres reſtituere ſubſtituto hæreditatem, ſolùm ſibi reſeruando quartam Trebellianicam, vt habetur l. Scæuola, ff. ad Trebellianum, & l. cum quis, §. Seiam, ff. de legat. 3. & affirmat Gloſ. §. penult. Inſtitut. de codicil. & doctores communiter. Idem eſt dicendum, quando codicillo relinquitur alicui hæreditas, vel prius inutiliter relicta codicillo confirmatur, vt colligitur ex l. ſecunda. §. vltimo, ff. de iure codicillorum. & cum Bartolo, & alijs affirmat Molina libro ſecundo, de primogenit. capit. octauo, numero 38. & Antonius Gomez. ad legem 3. Tauri, numero 87. vbi varia alia iura & Doctores citat. Eas autem ſubſtitutiones, quæ fieri etiam poſſunt in legatis, & in donationibus cauſa mortis, vt ſuo loco videbimus, cum legatis & donationibus cauſa mortis computamus, eaque de cauſa non plures, quàm quinque vltimas voluntates ſupra diſtinximus.

Codicillus ad quid inſeruiat.

Hinc iam facilè quiuis intelliget, ad quid inſeruiant codicilli (qui, vt habetur Inſtitu. de codicillis, in princip. ab Auguſti temporibus introduci cœperunt) & in quo à teſtamentis differant. Inſeruiunt namque ad legata inſtituenda, ad fideicommiſſarias ſeu indirectas ſubſtitutiones, & ad declarandū, immutandum, aut corrigendum aliqua in teſtamentis. Differunt vero præcipuè, quia teſtamenta continent directam hæredis inſtitutionem: codicilli verò minimè, niſi per accidens, & ex priuilegio militi conceſſo.

Legata autem & fideicommiſſa, quæ ab hærede ſunt executioni mandanda, partes ſunt teſtamentorum, aut codicillorum, imò interdum vnum legatum aut fideicommiſſum eſt integer codicillus, ſi nihil aliud in eo præcipiatur, neque contineat hæredis inſtitutionem. Donationes denique cauſa mortis, licet frequenter extra teſtamenta, & codicillos fiant, non tamen continent hæredis inſtitutionem, vt ſuo loco patebit. Quo fit, vt teſtamentum, directa hæredis inſtitutione, à cæteris vltimis voluntatibus ſecernatur.

Ius Luſitanum.

Illud verò obſerua, de iure huius Luſitaniæ Regni, lib. quarto, ordinat. titu. 70. in princ. iuncto §. penult. quando teſtator, quia ſcit ſe habere deſcendentem aut aſcendentem, vnum vel plures, qui, velit ipſe nolit, ſuccedere debent in duabus partibus ſuorū bonorum, ſolùm diſponit de tertio, conficere legitimum teſtamentum ſine aliqua expreſſa hæredis inſtitutione: quia ſufficit tacita illa ex ipſarummet legum præſcripto hæredum inſtitutio. Atque hac

ratione

ratione vſus eſt in hoc Regno, nullam in eo euentu facere mentionem in teſtamentis de hæredum inſtitutione, ſed ſolum de ijs quæ teſtator fieri vult de tertio ſuorum bonorum, aut circa propriam ſepulturam, ſimul etiam explicat, aut præcipit, quæ ad propriam conſcientiam exonerandam ſunt neceſſaria, & his ſimilia.

Ius Caſtel. De iure autem Regni Caſtellæ, vt teſtamentum ſit validum, in nullo euentu eſt neceſſaria hæredis inſtitutio, ſed per hæredem, qui ab inteſtato ex legum præſcripto, aut conſuetudine patriæ ſucceſſerit, impleri debent legata, & quæcunque alia teſtator, ſine vlla hæredis inſtitutione, in ſuo teſtamento alioquin valido ſtatuerit. Ita habetur l. 1. titul. 4. lib. 5. nouæ collectionis legum Caſtellæ.

Poſita rerum diuiſione, (quicquid quidam in contrarium dixerint) de iure eſt gentium, imò & naturali, quod vnuſquiſque de rebus ſuis diſponere poſſit per vltimam voluntatem: ſicut, poſita earundem rerum diuiſione de iure gentium, imò & naturali eſt poſſe celebrari permutationes, & alios contractus, ex illiſque conſurgere obligationem. De iure tamen ciuili eſt, quod hoc tantum vel illo modo, & cum hac vel illa ſolennitate, & non aliter, per vltimam voluntatem diſponatur, iuxta leges particulares aut conſuetudines præſcriptas cuiuſuis Reipublicæ aut loci: ſicut etiam iure ciuili multa circa contractus legibus ac conſuetudinibus varijs in locis ſunt introducta.

DISPVT. CXXV.

De teſtamento in ſcriptis, ſeu clauſo, & ſolennitate in eo neceſſaria.

DVplex diſtinguitur teſtamentum. Quoddam, quod à iure & Doctoribus idcirco in ſcriptis dicitur, quod, cum tabellionem & teſtes quid in eo contineatur, lateat, fieri aliter quàm in ſcriptis nequit. Vulgo teſtamentum clauſum appellatur. Alterum, quod à iure & Doctoribus propterea nuncupatiuum appellatur, quod voce coram teſtibus nuncupetur ac declaretur quod in eo contineatur, quidve teſtator poſt mortem ſuam fieri velit. Vulgo vocatur teſtamentum apertum, fierique poteſt, tum in ſcriptis, tum etiam ſola voce, vt diſputatione ſequenti erit manifeſtum.

Teſtamenti in ſcriptis ſolennitas iuris communis. In teſtamento in ſcriptis ſequens ſolennitas neceſſaria eſt de iure communi. Poſt conſectam & clauſam ſcripturam, in qua voluntas teſtatoris contineatur, adhiberi debent ſeptem teſtes, maſculi, liberi, aut qui liberi reputentur, puberes, ac proinde qui decimumquartum annum compleuerint, ac rogati, hoc eſt, ad id vocati ſeu inuitati; coram quibus teſtator vno eodemque tempore dicat ac manifeſtet, illud eſſe ſuum teſtamentum, illudque propria manu ſubſcribat, ſi ſciat & poſſit; ſin minus adhibendus eſt octauus teſtis, qui loco illius id ſubſcribat. Deinde ſubſcribere illud debent vno & eodem tempore ſeptem illi teſtes, ſingulique debent illud ſignare, ſiue ſuo proprio annulo aut ſigillo, ſiue alieno, ſufficitque vt eodem annulo omnes illud ſignent. Ita habetur leg. hac conſultiſſima, C. de teſtamen. vbi ſubiungitur, ſi horum aliquid deficiat, tale teſtamentum pro infecto haberi conuenit. Idem diſponitur Inſtit. de teſtam. §. ſed cum paulatim, & ſequentibus, & l. ad teſtium, ff. eodem titulo. l. iubemus, C. de teſtamen. præcipiebatur etiam, vt teſtator propria manu interius in teſtamento ſcriberet hæredum nomina, aut illa teſtibus manifeſtaret. Veruntamen lex illa per authent. ibidem ſubiunctam corrigitur; quare hodie id non eſt neceſſe, ſed ſatis eſt per alium inſcribi nomen hæredis.

A

Solennitas de iure Luſitano. De iure verò huius Luſitaniæ Regni ſequens ſolennitas neceſſaria eſt, ac ſufficit in teſtamẽto in ſcriptis. Poſt tale teſtamentum propria vel aliena manu ſcriptum ſubſcribendum eſt intus propria teſtatoris manu; niſi ipſe fuerit, qui illud ſcripſit; nam tunc neceſſaria non eſt ſubſcriptio. Quod ſi teſtator ſcribere neſciat, vel non poſſit, ſubſcribendum erit propria illius manu, qui illud ſcripſit. Deinde teſtamentum illud poſtquam clauſum fuerit & conſutum, tradendum eſt à teſtatore tabellioni coram quinque teſtibus maſculis, liberis, aut pro liberis reputatis, & qui quartum decimum ætatis annum excedant. Et tunc coram illis interrogabit tabellio teſtatorem, an illud ſit ipſius teſtamentum, habeatque illud tanquam legitimum, validum, ac firmum. Teſtatore verò affirmanter reſpondente, tabellio à teſtamenti tergo coram eiſdem teſtibus conficiet inſtrumentum approbationis, in quo explicabit, teſtatorem tradidiſſe ſibi teſtamentum illud, habuiſſeque illud vt ſuum, & vt bonum ac firmum. Subſcribent verò in eodem approbationis inſtrumento quinque illi teſtes, & præterea teſtator ipſe, ſi ſcribere ſciat & poſſit. ſin minus, vnus de teſtibus loco illius ſubſcribet, ſtatimque infra inſcriptionem ſubiunget, ſe de mandato teſtatoris, locoque illius ſubſcribere, quod vel neſciret, vel non poſſet ſubſcribere. Ita habetur 4. libro Ordinat. titu. 76. §. primo, vbi ſubiungitur. Si quippiam eorum defuerit, teſtamentum erit nullum, nihil impediente quacunque conſuetudine in contrarium. Præterea, ſi tabellio in approbatione eiuſmodi teſtamentorum prædicta omnia non ſeruarit, punitur pœna amiſſionis officij, approbationiſque inſtrumentum erit nullum. Gama, deciſ. 69. refert, annullatum fuiſſe quoddam teſtamentum, eo quòd non adeſſent teſtes tempore, quo à teſtatore tabellioni fuit traditum.

B

Hæc ſolennitas differt ab ea, quæ de iure communi requiritur. Primo, quoad teſtium numerum: quia in hoc regno ſufficiunt quinque. Secundo, quoad qualitatem, quia neceſſe non eſt vt ſint rogati; meritoque ita in ſupremo Senatu huius regni iudicatum eſt, vt Gama deciſ. 210. numero 2. refert, ſolo ipſo Gama refragante. Etenim in ea ordinatione diſponitur, quæ ſolennitates in hoc regno interuenire debeant & ſufficiant, ut teſtamentum ſit validum, illaque omittitur. Tertiò, quia ſi teſtator neſciat, aut non poſſit ſubſcribere, neceſſe non eſt adhibere octauum teſtem, qui loco illius ſubſcribat; ſed ſatis eſt vnum de quinque teſtibus ſubſcribere loco illius. Quartò, quia ſatis eſt teſtes ſubſcribere, neq; requiritur eorum ſigillum. Quintò, quia de iure communi non eſt neceſſe, quod ad inſtrumentum approbationis concurrat tabellio: ſecus autem de iure huius regni. Sextò, quia quando teſtamentum fuit ſcriptum manu aliena, neceſſarium eſt de iure communi, vt interius ſubſcribatur à teſtatore, aut ab eo, qui tale teſtamentum confecit, quando teſtator neſcit, aut non poteſt ſcribere; ſecus autem de iure huius regni.

C

D

Ibidem in ordinationibus, §. ſecundo, ad vitandas fraudes, quæ in ſimilibus teſtamentis poſſunt interuenire, præcipitur, vt tabellio ſcribat, aut ſcribere incipiat inſtrumentum approbationis in parte alicuius folij, in quo aliquid teſtamenti ſit ſcriptum. Quod ſi ita folia omnia teſtamenti ſint ſcripta, vt in nulla poſſit facere aut incipere inſtrumentum approbationis, præcipitur apponere ſignum ſuum publicum in parte aliqua foliorum teſtamenti, & in inſtrumento approbationis, in quo inuolutum aut conſutum erit teſtamentum,

tum, fidem facere, quòd in teſtamento intus contento ſit appoſitum ſuum ſignum publicum, eò quòd non eſſet folium, in quo incipere poſſet approbationis inſtrumentum. Tabellioni autem, qui hoc non ſeruauerit, in pœnam ſtatuitur, vt priuetur officio.

Solennitas de iure Caſtellæ.

De iure regni Caſtellæ ad teſtamentum in ſcriptis neceſſarij ſunt ſeptem teſtes, neceſſe eſt etiam vt interueniat tabellio ad inſcriptionem & confirmationem teſtamenti, & vt teſtator ac teſtes ſubſcribant inſcriptionem ac confirmationem teſtamenti. Quod ſi vel teſtator neſciat, aut non poſſit ſubſcribere, vel teſtium aliqui ſubſcribere neſciant, poſſunt reliqui teſtes ſubſcribere loco eorum ac teſtatoris, ita vt ſint octo ſubſcriptiones, vltra quas neceſſe eſt accedat publicum tabellionis ſignum. Ita conſtitutum eſt leg. 3. Tauri, quæ hodie eſt 2. titulo 4. libro 5. nouæ collect. Teſtes autem tales eſſe debent, quales de iure communi ad teſtamenta exiguntur. Anton. tandem Gom. ad eandem l. 3. Tauri, numero 29. ait, neceſſe non eſſe, vt ſint rogati. Cõtrarium tamen meritò aſſeuerat Molina lib. 2. de primog. cap. 8. num. 25. Cum enim ea qualitas neceſſaria ſit de iure communi & partitarum, neque lege illa ordinamenti, aut Tauri excludatur, non video cur neceſſaria non ſit. Quo ad hæc omnia lege, ſi placet eundem Anton. Gom. & Couar. cap. cum eſſes, de teſt. num. 1.

Dubium.

Dubium eſt hoc loco, an ſi is, qui eiuſmodi teſtamentum ſcripſit, hæres a teſtatore inſtituatur, aut legatum aliquod illi relinquatur, valida ſit talis inſtitutio, validumque ſit tale legatum, hæredis, aut Legatarij manu ſcriptum. Reſpondendumque eſt inualida eſſe, quando teſtamentum eſt in ſcriptis, de quo nunc agimus, neque hæres ita inſtitutus alioquin neceſſariò eodem modo erat inſtituendus, neque teſtator alia via per ſeipſum expreſſit ſe in eo teſtamento eum hæredem inſtituiſſe, vel tale legatum illi reliquiſſe. Ita habetur leg. prima, & ſequentibus, C. de iis qui ſibi aſcribunt in teſtamento, & l. 1. §. ad teſtamenta, ff. ad leg. Corneliam de falſis, definitumque eſt in hoc Regno deciſ. 157. idem definitumque eſt deciſ. 69. de teſtamento, in quo frater hæredis ſcripſit teſtamentum, argumento l. de eo, ff. ad legem Corneliam de falſis: præſertim quia duo illi fratres erant valde amici, & viuebant in communi. Deciſ. etiam 231. idem definitum eſt de teſtamento quodam manu mariti ſcripto, in quo vxor & maritus ſe mutuo relinquebant hæredes. Credo tamen hæc ſolum habere locum poſt latam ſententiam: eò quòd leges illæ pœnales ſint, validaque ſint quoad reliqua eiuſmodi teſtamenta. Quin ſi is, ad quem alioquin legati aut hæreditatis emolumentum pertinet, ſciat reuera teſtatorem id ita inſtituiſſe, & præterea nullam fuiſſe culpam in eo, qui ſcripſit teſtamentum, eò quòd inuincibiliter ignorauerit prohibitionem legis, arbitror neque petere poſſe, vt alius condemnetur pœna amiſſionis talis hæreditatis aut legati: neque id tenere poſſe tuta conſcientia, eſto ille condemnetur. Ratio eſt, quoniam vbi nulla interuenit culpa, non poteſt pœna executioni mandari. Quare tunc hæres inſtitutus facere poſset occultam compenſationem.

Quæ dicta ſunt, non ita habent locum in teſtamento nuncupatiuo: quoniam teſtibus manifeſtantur, quæ in teſtamento continentur. Atque adeò, quando illi aſserunt eam fuiſse voluntatem teſtatoris ipſis tunc coram teſtatore manifeſtam, ceſsat præſumptio omnis falſitatis. Credo tamen ſi is, qui propria manu ſcripſit teſtamentum nuncupatiuum, in quo ipſe hæres inſtituitur, aut lega- A tum ei relinquitur, illud legiſſet coràm teſtatore & teſtibus, & teſtes non recordarentur poſtea ipſum in eo fuiſse inſtitutum hæredem, vel tale legatum fuiſse illi relictum, irritum eſset & inane in exteriori foro: eò quòd non leuis præſumptio eſſet falſitatis: ſatiſque conſentaneè ad hanc noſtram ſententiam loquitur Bar. l. 1. §. ex illa, ff. ad leg. Corneliam de falſis.

Illud poſtremo obſeruandum eſt, in Conſtitutionibus huius Eborenſis Archiepiſcopatus titulo 21. capitulo. 6. ad impedienda mala & ſcandala, quæ inde facile oriri poterant, meritò ſancitum eſſe, vt nullus clericus in teſtamento, quod ipſe alteri confecerit, remanere poſſit executor, neque ſibi applicet ſacrificia, quæ teſtator fieri iuſserit. Pœna etiam quinque aureorum, quæ ex carcere Eccleſiaſtico ſoluat, ſtatuitur clerico, qui teſtamentum confecerit, in quo ipſe vel hæres vel executor fuerit conſtitutus. Præterea clericis præcipitur, vt quan- B do eorum aliquis confecerit teſtamentum, in quo ſacrificia vel officia fieri præcipiantur in Eccleſia, cuius ipſe curam habeat, illa ſint moderata pro ratione facultatum teſtatoris, & pro quantitate & paupertate ſuæ ſobolis, alioquin tanta pœna tali ſacerdoti iniungetur, quanta fuerit culpa. Item eiſdem clericis iniungitur, vt in teſtamentis, quæ ipſi confecerint, nihil permittant relinqui in cibum, & potum aut ad alia ſimilia, ſed ſolum ad opera pia, Diuiniq; obſequij.

DISPVTATIO CXXVI.

De ſolennitate in nuncupatiuo teſtamento requiſita, & quando in teſtamentis neceſſaria ſit publicatio, & quid ea ſit.

Solennitas iure cõmuni in teſtamento nuncupatiuo requiſita.

C DE iure communi ad teſtamentum nuncupatiuum ſeptem teſtes ſunt neceſsarij, maſculi, liberi, aut liberi reputati, puberes, rogati qui ſimul conueniant & audiant ac intelligant teſtatoris voluntatem, vel ſcriptam, vel voce tenus prolatam, ſi voce tenus teſtamentum ſine vlla ſcriptura condatur. Non tamen eſt neceſsaria ſubſcriptio aut ſigillum. Ita habetur leg. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, C. de teſtamentis, §. vltimo, Inſtit. de teſtamentis, & l. hæredes palam, ff. eodem titulo.

De iure Luſitano.

De iure huius Luſitaniæ Regni, ſi teſtamentum nuncupatiuum fiat per tabellionem publicum, qui illud in ſuo exemplari, quod notam vocant, ſcribat, ſatis ſunt quinque teſtes maſculi, liberi, aut liberi exiſtimati, qui decimum quartum annum excedant, ita vt cum tabellione ſint ſex teſtes. Debentque tam teſtes, quam teſtator illud D ſubſcribere, ſi ſcribere ſciat & poſſit; ſin minus, aliquis teſtium ſubſcribere debet loco illius, qui ſtatim infra eam ſubſcriptionem addet, ſe de mandato teſtatoris loco illius ſubſcripſiſse; quòd ille ſcribere neſciret, aut non poſset. Atque hæc ſufficiunt, & neceſsaria ſunt, vt tale teſtamentum ſit validum. Ita habetur 4. libro. Ordination. ti. 76. in principio.

Poteſt etiam ſecundò fieri teſtamentum nuncupatiuum validum in hoc regno ſine tabellione, ſcriptum manu teſtatoris, aut alicuius alterius, modo ſubſcribatur per teſtatorem, aut per alterum, cuius manu fuerit ſcriptum, & adhibeantur quinque alij teſtes qualitatis paulò ante explicatæ, coram quibus ſimul legatur, & cum lectum fuerit à ſingulis ſubſcribatur. In hoc tamen euentu neceſſe eſt, vt poſt mortem teſtatoris, iudicis authoritate fiat publi

publi

publicatio talis teſtamenti, de qua mox erit ſermo. Ita habetur titulo citato, §. 3.

Tertiò fieri etiam poteſt teſtamentum nuncupatiuum validum in hoc regno, aut quæuis alia diſpoſitio de proprijs bonis, ſine vllo tabellione, aut ſcriptura tam publica, quàm priuata, voce tenus; dummodò fiat tempore mortis, & adſint ſex teſtes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ. Priuilegium diſponendi hoc modo conceditur, eò quòd fiat mortis tempore. Quaré extra illud tempus irritum eſt tale teſtamentum in hoc regno. In hoc etiam teſtamento requiritur publicatio illius poſt mortem teſtatoris, vt ſtatim dicemus. Ita habetur titulo citato, § 4.

De iure Caſtellæ. De iure regni Caſtellæ, l. prima, titu. ſecundo, libro 5. Ordinat. quæ hodie eſt l. 1. tit. quarto, libro 5. nouæ legum collectionis, Regis Philippi II. authoritate nonnihil aucta, & l. 3. Tauri confirmata. Si teſtamentum nuncupatiuum fiat cum tabellione publico, adeſſe debent tres alij teſtes vicini, eius loci in quo fit teſtamentum. Si verò fiat ſine tabellione, adeſſe debent quinque teſtes vicini ſimiliter loci, in quo fit teſtamentum; modò oppidum tale ſit, vt tot adeſſe poſſint. Quòd ſi oppidum ſit tale, vt tot adeſſe non poſſint, ſaltem adeſſe debent tres, qui eius oppidi ſint vicini. Quòd ſi fiat coram ſeptem teſtibus, validum erit, eſto neque illi vicini ſint oppidi, in quo fit teſtamentum, neque ad ſit tabellio. Lege Anton. Gomez ad l. 3. Tauri, à num. 47. & Couarr. cap. Cum eſſes, de teſt. nume. 1. & 2. Sed obſerua, Anto. Gom. ſcripſiſſe ante legem illam primam nouæ collect. auctam, diluci deque explicatam Regis Philippi authoritate. Teſtes tamen ſemper debent eſſe earum qualitatum, quæ de iure communi exiguntur.

Publicatio teſtamenti quando. Quando ad validum teſtamentum, ſiue illud ſit in ſcriptis ſeu clauſum, ſiue ſit nuncupatiuum, concurrit tabellio publicus, neceſſaria non eſt publicatio illius, iuxta probabiliorem ſententiam, quam ordinationes huius Regni, §. 3. citato ſequuntur, & cum quibuſdam Gloſſis affirmant Couarruuias loco citato, & Anton. Gomez. ad l. 3. Tauri, à numero decimoquinto. Quare, quia de iure huius regni, & regni Caſtellæ, teſtamentum in ſcriptis, ſeu clauſum, nunquam eſt validum, niſi ad illius inſcriptionem, & confirmationem interueniat tabellio publicus, nunquam neceſſaria eſt illius publicatio. In euentibus autem, in quibus de iure huius Regni & Regni Caſtellæ dictum eſt validum eſſe teſtamentum nuncupatiuum, in quo non interuenit tabellio publicus, neceſſe eſt vt poſt defuncti mortem teſtamentum illud iudicis authoritate publicetur.

Publicatio teſtamenti quid. In eo autem, vt ordinationes huius regni, §. 3. citato innuunt, & latius Antonius Gomez. à numero decimoquinto, citato explicat, eiuſmodi publicatio conſiſtit. Quòd iudicis authoritate, ad petitionem, vel hæredum, vel quorumuis aliorum, quorum intereſt vt pronuncietur an tale teſtamentum ſit legitimum, citantur illi cuia refert, vt non valeat, cuiuſmodi ſunt hæredes ab inteſtato, & etiam hæres, qui, ſi nulla interueniſſet legitima cauſa, neceſſario foret inſtituendus in eo teſtamento, & fuit præteritus ſeu exhæredatus. Præterea, eiuſdem iudicis authoritate vocantur teſtes, qui illi teſtamento conficiendo interfuerunt, adhibitoque per iudicem iureiurando, examinantur, an illæ ſint eorum ſubſcriptiones, legitimumque fuerit tale teſtamentum; vel ſi teſtamentum voce tenus in hoc Regno tempore mortis fuit factum, an coram ipſis ita defunctus mortis tempore fuerit teſtatus. Quibus examinatis, ſi iudex nihil inueniat quo minus teſtamentum illud validum ſit, pronunciat illud va- A lidum, idque ad perpetuam rei memoriam iubet iudex ſcriptis mandari, manetque eo ipſo teſtamentum publicatum.

DISPVT. CXXVII.

Teſtamentum abſolui debet, vt ſit validum, nonnullaque alia circa teſtamenti ſolennitatem, & quis numerus teſtium ſufficiat, vbi ordinarij facilè dari non poſſunt.

Etiam ſi teſtamentum inceptum ſit coram legitimis teſtibus, ſi tamen perfectum non ſit, quia loqui amplius non potuit teſtator, aut aliqua alia de cauſa, eſt nullum omnino, etiam quo ad illa, quæ teſtator coram illis teſtibus ſtatuerat. Ita habetur l. ſi quis cum teſtamentum, & l. ex ea ſcriptura, ff. de teſtamen. l. furioſum, C. qui teſtam. facere poſſunt, §. ex autem ſolo, Inſtitut. quibus modis teſtamenta in- B firmentur, & l. vigeſimatertia, titulo. 1. par. 6. & affirmat communis Doctorum ſententia, quam Couarru. de teſt. cap. relatum, 1. numero nono, & Antonius Gomez ad l. 3. Tauri, nume. decimo octauo. & 105. referunt ac ſequuntur. An verò id locum etiam habeat in legatis ad pias cauſas, dicemus infra ſuo loco. Illud obſerua, in teſtamento nuncupatiuo de iure communi facto, & etiam in nuncupatiuo voce tenus tēpore mortis in hoc regno facto, quando non conſtat teſtatorem vlterius progredi voluiſſe, ſed res eſt dubia, validum eſſe teſtamentum, vt rectè ex l. ſi quis cum teſtamentum, citata, probat Anton. Gom. num. 105. citato.

Illud etiam obſerua, non ſatis eſse nutibus exprimere hæredem, ſed neceſse eſse, vt teſtator, vel ſcribendo propria manu illū exprimat, vel voce ita dearticulata illum exprimat, vt ex voce intelligatur, quem inſtituat balbutiendo, & tardè illam proferat. Ita C habetur apertè l. iubemus, iuncta l. quoniam indignum, C. de teſtamen. & colligitur ex l. diſcretis, §. vlt. C. qui teſtamenta facere poſsunt. Licet autem tutum ſit, vt teſtator proprio ore pronunciet nomen hæredis, ſatis tamen erit, ſi interrogatus à tabellione, aut etiam ab aliquo priuato, an Paulum, verbi gratia, velit conſtituere ſuum hæredem, ore proprio reſpondeat, volo, aut quid ſimile, quo ſe id velle declaret. Ita Gloſsa l. iubemus, verbo, quemadmodum C. de teſtamen. Bart. & communis ſententia Doctorum, quam referunt & ſequuntur Couarr. cap. cum tibi, de teſtam. numero quarto, Anton. Gomez. ad l. 3. Tauri, numero 109. & Gregor. Lopez ad l. ſeptimā, titu. ſeptuageſimotertio, par. 6. modo tamen ceſſet omnis ſuſpicio fraudis, conſtetque eam fuiſse teſtatoris voluntatem ſui tunc compotis. Lege etiam Iulium Clarum, §. teſtamentum, quæſtio. quarta, & 37. Satis eſt etiam, ſi teſtator, licet non proprio no- D mine, ſigno tamen indubitabili hæredem voce, aut ſcripto exprimat, vt ſi dicat, Inſtituo hæredem meū fratrem, quando vnum tantum habet, aut bedellum, quando vnus tantum eſt vniuerſitatis, aut hunc hominem, quem digito demonſtret, vt Anton. Gomez. 1. tomo variarum reſolutionum, cap. 2. nume. 6. & 7. ſufficienter probat. Vtrum autem inſtitutio hæredis facta in teſtamento per relationem ad ſchedulam manu propria teſtatoris ſcriptam, in qua nomen hæredis exprimitur, valida ſit, communior Doctorum ſententia hodie affirmat, validam eſse, modò tamen conſtet verè eam eſse ſchedulam, ad quam ſe remittit teſtator. Ita Couarr. ibid. num. 5. Iulius Clarus §. teſtamentum, q. 4. & 36. & Menchaca lib. 2. ſucceſſionum, §. 17. nu. 5.

Licet autem in exteriori foro neceſsaria ſit inſtitutio hæredis, qualis explicata eſt; in foro tamen conſcientiæ ſatis eſt, ſi vel nutu fiat, modo certo

conſtet

conſtet eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, qui ſui erat tunc compos iuxta ea quæ diſputatione 81. dicta ſunt.

Illud etiam eſt obſeruandum, quamuis inſtitutio hæredis ſolo nutu facta inualida ſit de iure communi, non tamen eſſe inualidum legatum; aut fideicommiſſum ſolo nutu factum, vt conſtat ex l. nutu, ff. de leg. 3. leg. cum proponebatur, ff. de legat. 2. & affirmant Gloſ. l. iubemus, citata, & communis ſententia, quam referunt & ſequuntur Couarr. cap. cum tibi, de teſtam. num. 3. & Anton. Gom. ad l. 3. Tauri, num. 111. Multo autem magis valida ſunt legata per remiſſionem ad ſchedulam, de qua paulo antea habitus eſt ſermo, vt cum Bart. affirmat communis Doctorum ſententia, quam loco citato refert Couarr. num. 4.

Teſtamentum vt ſit validum, habere debet ſolennitatem requiſitam in Regno aut loco in quo fit; non verò in loco & Regno vnde eſt teſtator, & vbi teſtamentum mandari debet executioni. Ita Anton. Gom. ad l. 3. Tauri, nume. 20. iuxta varia iura, quæ citat.

Teſtes, vt validum ſit teſtamentum, non ſolum habere debent eas qualitates, de quibus duabus diſputationibus præcedentibus dictum eſt, ſed etiam debent eſſe tales alioquin, vt validum ſit eorum teſtimonium in iure; quare non debent eſſe infames, &c. Obſeruat tamen optimè Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. 55. verſiculo vlti. cum Gloſ. communiter recepta, l. cum in lege, ff. de teſtamen. quemadmodum, eſſe quempiam ſeruum, non repellit illum à numero idoneorum teſtium ad teſtamentum, quando communi opinione liber reputatur: ita eſſe quempiam infamem, aut alio vitio laborare, quo alioquin teſtis eſſe non poſſit, non repellere illum à numero teſtium idoneorum ad teſtamentum, quando communi opinione talis non reputabatur.

Inſtitut. de teſtamen. à §. præter, reijciuntur à numero teſtium idoneorum ij qui in poteſtate ſunt teſtatoris. Item pater, & qui in poteſtate patris ſunt in teſtamento filijfamilias. Item hæres comparatione teſtamenti, in quo hæres inſtituitur, necnon qui in poteſtate hæredis ſunt, item pater in cuius poteſtate ſit talis hæres, fratres qui in poteſtate talis patris ſunt. Legatarij tamen; & fideicommiſſarij particulares, in teſtes admittuntur teſtamenti in quo legatum aut fideicommiſſum particulare eis relinquitur.

Vtrum autem validum ſi teſtamentum, in quo religioſus fuerit de numero teſtium ad illud adhibitorum. Iulius Clarus quæſt. 55. citata, verſicu. vlterius quæro, affirmat, aitque ita eſſe cõſuetudine receptũ. Idem affirmant Panorm. & multi alij, quos Anton. Gom. ad l. 3. Tauri, num. 28. refert. Ipſe verò Anto. Gomezius cum Fabro ait, id intelligendum eſſe, modò tempore teſtamenti habuerit ad id facultatem ſui ſuperioris: aut ſi teſtamentum de numero eorum ſit, quæ publicatione poſt mortem teſtatoris indigent, modo tempore publicationis habeat facultatem ad teſtificandum. Veruntamen cum religioſi teſtimonium ſine facultate ſui ſuperioris non ſit ipſo iure nullum, licet male faciat, ſi ſine ea, ſaltem præſumpta, teſtificetur; non video cur recedendum ſit à priori illa ſententia, quæ communior eſt Doctorum. De clericis, conueniunt omnes eſſe idoneos teſtamentorum teſtes, etiam ſine facultate Epiſcopi.

Vt teſtamentum ſit validum, debent omnes teſtes eſse in præſentia teſtatoris, illumque videre, neque ſatis eſt ſi vocem eius audiant, vt patet l. ſi non ſpeciali, & l. ſi vnus, C. de teſtamen. Quare ſi paries ſit interpoſitus inter teſtes & teſtatorem, aut etiam

A cortina, ita, vt ab eis non videatur, teſtamentum erit nullum, iuxta communem Doctorum ſententiam; quam Iulius Clarus, §. teſtamentum, q. 59. refert ac ſequitur.

De iure huius Luſitaniæ regni, lib. 4. Ordinatio. tit. 76. §. vltimo, quando teſtamentum conficitur in eremo, aut alio loco, vbi propter commorantium paucitatem non poſſint facilè inueniri tot teſtes, quot alioquin ſunt requiſiti, ſatis eſt, ſi adhibeantur tres, idque ſiue teſtamentum ſit clauſum, ſiue apertum, & ſiue fiat ſcripto, ſiue tempore mortis oretenus. Idemque eſt in codicillo. Vt autem benè notat Gama, deciſ. 44. debent eſſe maſculi: quoniam cum in eo §. nulla fiat mentio de fœminis, teſtes debent eſſe qualitatis requiſitæ alioquin ad validitatẽ teſtamenti. *Ius Luſitanum.*

Cum verò ordinationes eam rationem reddant huius diſputationis, quod in deſertis locis non facilè reperiantur tot teſtes, quot alioquin ad validitatem teſtamentorum ſunt requiſiti; ſanè ratio poB ſtulat, vt per Epicheiam idem in hoc regno ſit dicendum tempore peſtis, quando vel teſtator peſte laborat, homineſque ad eum accedere non audent, vel aliqua alia ratione, non facilè reperiuntur teſtes alioquin requiſiti, & id affirmat Gama, deciſ. 110. & 81. Merito dixi, quando vel quòd teſtator peſte laboret, vel alia ratione, non facilè reperiantur teſtes alioquin requiſiti: quoniam ſi ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, poſſent facilè adhiberi, inualidum eſſet teſtamentum cum ſolis tribus teſtibus, vt eadem deciſio. 110. iudicatum eſt circa teſtamentum cuiuſdam, qui tempore peſtis obijt in carcere publico, vbi ſufficiens teſtium numerus potuit adhiberi.

De iure communi, l. vltima, C. de teſtam. ſolis ruſticis fuit conceſſum, vt ſi teſtamentum conficiant in loco vbi plures teſtes inueniri non poſſunt, adhiC beant ſaltem quinque. Dubitant verò Doctores, an ſtando in ſolo iure communi ſit validum teſtamentum cum paucioribus, quam ſeptem teſtibus. De hac re tres ſunt ſententiæ, quas refert Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 56. Prima Baldi & quorundam aliorum aſſerentium, ſatis eſſe tunc quinque teſtes, modò plures non poſſint facilè adhiberi; & in hanc, propter illius æquitatem, inclinat Iulius Clarus. Secunda eſt aſſerentium, neceſſarios eſſe ſeptem teſtes, & hæc videtur eſſe communior, & mihi verior videtur. Tum quia priuilegium illud quinque teſtium propter imperitiam fuit ruſticis conceſſum, quæ ratio non militat tempore peſtis. Tum etiam, quia, leg. caſus, C. de teſtamen. definitur, caſum periculumque contagionis non ſufficere, vt de numero teſtium remittatur. Fauet etiam l. conficiuntur, §. codicilli, ff. de iure codicillor. Lege, ſi placet, Antonium Gomez. ad leg. 3. Tauri, D numero 48. Tertia eſt paucorum affirmantium, eo tempore ſufficere duos teſtes, quam Iulius Clarus omnino reprobandam cenſet. Eam vero Gama deciſ. 81. arbitratur amplectandam in hoc Luſitaniæ Regno, ductus, quod ea ſit ſententia Bartoli, leg. vnica, ff. de bonorum poſseſſione ex teſtamento militis: & quòd in hoc regno ſtandum ſit opinionibus Bartoli, quando nec textus, nec gloſsa Accurſij, neque communis Doctorum opinio eſt in contrarium. Veruntamen ea non eſt opinio Barto. quippe qui ſolum eo loco dicat, debere prouideri vt tempore peſtis vltimæ voluntates, etiam non ſolenniter factæ, valerent: eo quod neque teſtes, neque notarii reperiri tunc valeant. Ex his autem verbis potius colligitur contrariam eſſe ſententiam Barto. nempe antequam id ſtatuatur, inualida eſse teſtamenta eo tempore facta ſine ſolennitate alioquin requiſita. Eſto autem ea eſset ſententia Bartoli, com- *Ius commune.*

munis tamen ſententia eſt in contrarium, quando quidem Doctores primæ & ſecundæ ſententiæ, tertiæ, quæ pauciſſimorum eſt, repugnent.

Ius Caſtellæ. De iure autem regni Caſtellæ lib. quinto, nouæ collectionis, tit. 4. l. 1. & 2. in ſolo teſtamento nuncupatiuo, quando nec tabellio nec plures teſtes adhiberi poſſunt, ſiue ob peſtem, ſiue quacunque alia de cauſa, ſatis ſunt tres, modo vicini ſint loci, in quo teſtamẽtum conficitur, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt.

DISPVTATIO CXXVIII.

De ſolennitate requiſita in teſtamento inter liberos.

Svbijcienda ſunt nonnulla, quæ, quoad ſolennitatem, ſunt peculiariter conſtituta in iure circa quorundam teſtamenta. Atque vt à teſtamento parentum inter filios incipiamus, ſciendum eſt, de iure communi in fauorem filiorum, ad quos pertinet hęreditas, validum eſſe teſtamentum confectum inter liberos, etiam emancipatos, cum duobus teſtibus, ſiue maſculis, ſiue fœminis, etiam non rogatis; neque neceſſariam eſſe teſtium ſubſcriptionem, aut aliquam aliam ex ſolennitatibus in alijs teſtamentis requiſitis; idque ſiue teſtamentum conficiatur à patre, ſiue à matre, & ſiue ſit nuncupatiuum ſiue in ſcriptis (quamuis, vt ſubijciemus, in teſtamento in ſcriptis, nonnihil amplius requiratur) ita habetur expreſsè, lege hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtamen. iuncta l. vltima, C. familiæ erciſcundę, in quarum priori dicitur, teſtamentum imperfectum (hoc eſt, cui deeſt ſolennitas omnis de iure ciuili introducta, nempe, omnis ſupra duos teſtes fide dignos) valere inter ſolos liberos à parentibus vtriuſque ſexus, id eſt, ſiue à patre ſiue à matre conficiatur, idemque affirmat communis Doctorum ſententia. Habetque id verum, ſiue liberi ęqualibus portionibus ſint inſtituti hæredes, ſiue inęqualibus, vt affirmat communis opinio, quam Emanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 1. verbo, in ſuo teſtamento, numero ſecundo, & Gama, deciſ. 61. referunt ac ſequuntur. Tametſi Couarru. de teſtamen. capit. Raynutius, §. primo, numero 3. ab Emanuele à Coſta citatus, contrarium affirmet.

Obſerua tamen, poſtea de iure authenticorũ ſancitum eſſe, ad hoc vt teſtamentum in ſcriptis conditum inter liberos cum duobus teſtibus ſit validum, neceſſarium eſſe, vt uel ſubſcribatur à teſtatore, vel à liberis in eo inſtitutis, vt habetur in authentica ſi modo, C. familię erciſcundę, vel certè vt, ſi neutrum illorum fiat, teſtator propria manu, diſtinctiſque characteribus exprimat nomina filiorum, quos in teſtamento hęredes inſtituit, nec non portiones in quibus eos inſtituit, tempuſque in quo conficit teſtamentum, atque hoc eſt quod habetur in authẽtica, quòd ſine, C. de teſtam. Quòd ſi nihil horum fiat, teſtamentum erit nullum, vt ex authenticis citatis eſt manifeſtum. Cum verò non loquantur de teſtamento nuncupatiuo, vt ex Authentico de teſtamentis imperfectis, vnde authenticæ illæ ſunt deſumptæ, ſi attentè legatur, conſtat, affirmatque Gloſſa in authentica ſi modo, C. famil. erciſc. conſonatque l. 7. titu. primo, par. 6. legum Caſtellæ, conſequens profectò eſt, vt circa teſtamentum nuncupatiuum ſtandum ſit, §. ex imperfecto, citato, & l. vlt. C. famil. erciſc. Porrò cum authentica, quòd ſine, C. de teſta. ſtatuat, vt teſtator propria manu ſcribat portiones in quibus ſingulos filios hæredes inſtituit ſatis patet teſtamentum inter liberos cum duobus

A teſtibus confectum validum eſſe, eſto liberi inæqualiter ſint inſtituti hæredes, vt cum Emanuele à Coſta, Gama, & communi Doctorum ſententia, quam referunt, paulò antea aduerſus Couarru. dicebamus.

Illud etiam eſt obſeruandum, quòd ſi in teſtamento nuncupatiuo facto inter liberos ſine ſolennitate in alijs teſtamentis requiſita, admiſceatur perſona aliqua extranea, inualidum eſt quoad illam, idque, quod illi fuerit ita relictum, accreſcit liberis, vt conſtat ex §. ex imperfecto, & l. vltima, citatis. In teſtamento verò in ſcriptis valent legata relicta extraneis, vt ex Authentica, quod ſine, C. de teſtamentis, eſt manifeſtum, & affirmat Antonius Gomez. ad l. Tauri, nume. 58. & Doctores communiter.

Vlterius eſt obſeruandum, non ſolum inter filios, ſed etiam inter nepotes, & alios inferiores deſcendentes validum eſſe teſtamentum imperfectum

B quoad ſolennitatem, ſiue ab auo, aut auia, ſiue à quouis alio aſcendente maſculo, aut fœmina fiat, vt conſtat ex Authentica de teſtamentis imperfectis, in princip.

Antonius Gomez. ad leg. tertiam Tauri, nu. 54. cum alijs, quos citat, affirmat, validum etiam eſſe inter filios illegitimos naturales, quoad portiones, quas uel de iure communi, vel de peculiaribus iuribus diuerſorum regnorum, tam patres quàm matres & alij aſcendentes poſſunt illis relinquere. Et mihi id non eſt dubium in hoc Luſitaniæ regno in filijs naturalibus hominis plebei, quem *piam* uocant; tales enim filij promiſcuè ſuccedunt parentibus, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, cum alijs filijs legitimis. Baldus & alij, quos idem Antonius Gomez. refert, refragantur. Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtione duodecima, licet etiam videatur ex parte refragari, meo tamen iudicio, ſim-

C pliciter conſentit. Ait namque, non ſolum teſtamentum imperfectum factum inter liberos legitimatos eſſe validum, ſed etiam factum à matre non illuſtri, etiam inter filios ſpurios. Vnde, ſi attentè legatur, ſentit eo ipſo, quod fas eſt alicui teſtari inter filios illegitimos, validum eſſe inter eos teſtamentum imperfectum.

An verò ſicut teſtamentum aſcendentium inter deſcendentes validum eſt cum duobus teſtibus ſine alia ſolennitate: ita uiciſſim ſimile teſtamentum deſcendentium inter aſcendentes ſit validum. Anton. Gomez. num. 54. citato, affirmat. Contrarium tamen eſt dicendum cum communi Doctorum ſententia, quam Emanuel à Coſta cap. ſi pater, par. 3. verbo, priuate non poſſit, nume. 11. & Iul. Clar. vbi ſupra, referunt ac ſequuntur; & quia non eſt textus vnde id colligatur.

Illud eſt obſeruandum, quamuis teſtamentum,

D alioquin nullum ex defectu ſolennitatis, ſit validum inter liberos ſi fiat cum duobus teſtibus; teſtamentum tamen ex alijs capitibus nullum, vt ſi ſit imperfectum, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, vel ſolis nutibus hæredes ſint inſtituti, aut filius ſit præteritus, inualidum etiam eſſe inter liberos. Ita communis Doctorum ſententia, quam Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtione octaua, & Antonius Gomez. ad l. 3. Tauri, numero 18. 57. & 106. & Couarru. de teſtamen. capit. relatum, 1. numero decimo, referunt ac ſequuntur. Ratio eſt, quoniam l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, & l. vltima, C. familiæ erciſc. ſolum loquuntur de teſtamento inter liberos ex ſolo capite ſolennitatis imperfecto.

Hæc omnia, quæ de teſtamentis inter liberos dicta ſunt, vim habent in hoc Luſitaniæ Regno. Cum enim

enim nihil hac de re conſtitutum in eo ſit, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communis. A

Ius Caſtellæ. In Regno verò Caſtellæ poſt l. 3. Tauri, quæ eſt 2. lib. quinto, nouæ collectio. titu. quarto, eadem ſolennitas requiritur in teſtamento nuncupatiuo inter liberos, quæ requiritur inter extraneos, vt lex illa apertè diſponit. Vtrum verò in teſtamento inter liberos, in ſcriptis requiratur etiam eadem ſolennitas, quæ in eo Regno neceſſaria eſt inter extraneos, reſpondendum eſt affirmanter cum Anton. Gom. ad l. 3. Tauri, nume. 60. ſatis enim id innuitur ea in lege, licet non ſit tam apertum, quàm apertum eſt primum.

DISPVT. CXXIX.

De ſolennitate teſtamenti coram rege facti, & teſtamenti militis.

TEſtamentum coram Imperatore factum (idem eſt ſi fiat coram Rege, aut Principe alio non recognoſcente ſuperiorem) validum eſt abſque alia ſolennitate, vt conſtat ex l. omnium, C. de teſtamen. & ex l. 5. titu. primo, parte 6. legum Caſtellæ. Quando autem cenſeatur factum coram Rege, explicat Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 56. verſ. antepenult. B

Militibus, quòd Deo, Reipublicæque cum vitæ periculo inſeruiant, conceſſum eſt, vt teſtamentum quod dum ſunt in bellica expeditione confecerint, validum ſit cum duobus tantum teſtibus: ſatiſque eſt ſi ſint fœminæ, vt cum Bartol. & communi Doctorum ſententia ait Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. 55. quoniam in militis teſtamento remiſſa eſt omnis ſolennitas iure ciuili introducta, præter quàm quod teſtes debent eſſe rogati, vt patet ex l. diuus, ff. de militari teſtamento, & ex l. 4. titu. primo, par. 6. legum Caſtellæ, affirmatque Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. 58. verſic. item quæro, hanc eſſe communem Doctorum ſententiam. Poteſt verò miles teſtari in expeditione, etiam ſi ſit mutus, vt patet Inſtitut. de militari teſtamen. §. quin imò. Præterea teſtamentum factum in expeditione belli validum eſt, ſi miles intra annum poſtquã à bello eſt reuerſus moriatur: ſecus vero ſi poſt annum moriatur, vt ibidem habetur §. ſequenti. Miles morte in bello imminente, teſtari poteſt, vt potuerit, nempe verbo tenus, vel proprio ſanguine, aut quouis alio modo ſcribendo ſuam vltimam voluntatem in ſcuto, vagina, enſe, clypeo, aut in quauis alia re, vel digito ſcribendo in terra, & denique, & quocunque modo potuerit, teſtari poteſt, modò id conſtet duobus teſtibus rogatis, & omni exceptione maioribus, vt conſtat ex l. Milites, C. de teſtamen. militis. His de rebus varia alia ſunt iura, C. eodem titulo, & Inſtitu. & ff. de militari teſtamen. Extra bellicam autem expeditionem eadem ſolennitas requiritur in teſtamento militis, quæ in teſtamentis aliorum. C D

Omnes, qui in caſtris reperiuntur, etiam ſi milites non ſint, gaudent priuilegio militis ad teſtamenta conficienda, modo in loco hoſtili ſint: ſecus autem ſi non ſint in loco hoſtili. Ita habetur l. prima, ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtamento militis, & affirmat Bartol. ibid. & Gloſſ. vlt. in l. Scriniarios, C. de teſtam. militis, & Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 15.

DISPVTAT. CXXX.

De ſolennitate teſtamenti cæci.

CAecus teſtari non poteſt niſi nuncupatiuè. Et de iure communi teſtari debet coram ſeptem teſtibus & tabellione: quòd ſi tabellionis copia haberi non poſſit, adhiberi debet octauus teſtis, qui locum tabellionis ſubeat. Omnibuſque vocatis & præſentibus ſignificare debet ſe velle condere teſtamentum, proferreque debet hæredum ac legatariorum nomina. Quòd ſi ſint aliqui, qui vocentur eodem nomine, ex indicijs, quæ ſubiunxerit, tollere debet ambiguitatem. Præterea exprimere debet coram teſtibus portionem, ſeu quantitatem in qua ſingulos hæredes inſtituit, necnon quantitatem, quam ſingulis legatarijs relinquit, debentque hæc omnia ſcribi coram teſtibus. Poſſunt etiam eſſe ſcripta quando teſtes vocantur, & tunc legi à tabellione, aut ab eo, qui tabellionis vicem ſubierit: cæco autem profitente eam eſſe ipſius voluntatem, ſubſcribi debet teſtamentum ab omnibus teſtibus, & ſigillis ſignari tam à teſtibus quàm à tabellione. Ita habetur lege hac conſultima, C. qui teſtamenta facere poſſunt.

Doctores tamen communiter affirmant, quando cæcus inter liberos teſtatur, non aliam neceſſariam eſſe ſolennitatem in ipſius teſtamento, quàm in teſtamentis aliorum, qui inter liberos teſtantur.

In hoc Luſitaniæ Regno audio conſuetudine eſſe receptum, vt cæcus eiſdem modis nuncupatiuè teſtetur, quo cæteri teſtari poſſunt: ex iure tamen communi ſuperadditur vnus teſtis in teſtamento cæci, ſupra illos, cum quibus cæteri homines teſtari poſſunt. Ius Luſitanum.

De iure verò Regni Caſtellę in teſtamento cæci ad minimum neceſſarij ſunt quinque teſtes. Intelligo autem debere eſſe vicinos loci, in quo conficitur teſtamentum. Ita habetur expreſsè, lege tertia Tauri, iuncta lege prima, titu. 4. libro quinto, nouæ collect. Ius Caſtel.

DISPVTATIO CXXXI.

De Codicillis & ſolennitate in eis requiſita.

ANtequam de diſpoſitione ad pias cauſas dicamus, quæ ſolennitas in eis ſufficiat, dicendum eſt de codicillis: vt prius, quæ ad ius Cæſareum ſpectant, abſoluamus: poſtea verò, quæ iuris Canonici ſunt peculiaria, ſubijciamus.

Codicillus, iuxta nominis interpretationem, idem eſt, quod paruus codex, parua ve ſcriptura. Vt verò colligitur ex Inſtit. & C. de codicillis, & ff. de iure codicillorum, eſt quædam ſine directa hæredis inſtitutione vltimæ voluntatis diſpoſitio, ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupatiue, etiam verbotenus fiat. Quæ deſcriptio ex ijs, quæ diſputatione 124. inter explicandam particulam illam definitionis teſtamenti, cum hæredis directa inſtitutione, dicta ſunt, eſt ſatis manifeſta. Quo loco etiam explicauimus ad quid codicilli inſeruiant. Eſt verò intelligenda hæc deſcriptio, ſecluſo priuilegio. Nam miles, vt ibidem dictum eſt, ex priuilegio poteſt codicillo inſtituere hæredem directò. Non ſolum autem non poteſt hæres directò inſtitui codicil- Codicillus quid.

codicillo, ſed neque in eo poteſt illi apponi conditio aliqua, quæ vllam vim habeat. Imò neque hæreditas adimi poteſt codicillo, ac proinde nec poteſt in eo fieri exhæredatio, vt habetur Inſtitut. de codicillis, §. codicillis autem. Poteſt tamen teſtator codicillo ſignificare hæredem à ſe inſtitutum commiſiſſe delictum aliquod, ob quod dignus eſt vt priuetur hæreditate, eaque de cauſa vellet, vt illa priuetur; & tunc, ſi delictum probetur, vi talis codicilli priuabitur hæreditate, vt habetur l. hæreditas, C. de iis quibus vt indignis, & l. ſecunda, titulo duodecimo, parte tertia, legum Caſtellæ. Quomodo autem ſubſtitutio fideicommiſſaria fieri poſſit codicillis, & ſi in eis fiat directa ſubſtitutio, quomodo ex benigna iuris interpretatione habeat vim fideicommiſſariæ, explicatum eſt diſputatione 124. citata.

Codicillus fieri poteſt ante teſtamentum, & poſt teſtamentum. Factus verò ante teſtamentum valet, etiam ſi non confirmetur expreſsè teſtamento, quod poſtea fiat, modò tamen ex eo non conſtet de contraria teſtatoris voluntate. Si quis codicillum conficiat, in quo relinquat legata poſt mortem ſuam implenda à quocunque ſucceſſerit in bonis ipſius, inteſtatuſque diſcedat, validus eſt talis codicillus. Hæc omnia colliguntur ex §. primo, Inſtitut. de codicill. & ex l. ſi quis cum teſtamentum, ff. de iure codicillorum, & ex aliis iuribus. Quamuis duo aut plura teſtamenta vnius & eiuſdem teſtatoris non poſſint eſſe valida ſimul, vt diſputatione 124. oſtenſum eſt: ſecus tamen res habet in codicillis, quando vnus alteri non repugnat; in quo euentu poſteriori eſſet ſtandum. Ita habetur §. vlt. Inſt. de codic. & §. poſteriori, Inſtit. quib. modis teſtamenta infir.

Codicilli & aliarum vltimarum voluntatũ, excepto teſtamẽto, ſolennitas de iure cõmuni.

De iure communi in omni codicillo, ſiue in ſcriptis, ſeu clauſus fiat, ſiue nuncupatiuè, imò in omni vltima voluntate, excepto teſtamento, quinque teſtes neceſſarii ſunt ac ſufficiunt. Neque eſt neceſſe vt ſint rogati, imò neque vt ſint maſculi. Quando tamen vltima voluntas fit in ſcriptis, neceſſaria eſt inſuper teſtium ſubſcriptio, nullaque alia ſolennitas exigitur. Ita habetur l. vltima, C. de codicillis, & §. vltimo, Inſtitut. de fideicommiſſariis hæredit.

Excipiuntur codicilli cæcorum, in quibus de iure communi neceſſarii ſunt ſeptem teſtes & tabellio aut aliquis, qui tabellionis locum ſubeat, & denique requiritur eadem ſolennitas, quæ in teſtamentis cæcorum, vt conſtat ex l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. facere poſſunt. Excipiuntur etiam codicilli inter liberos, in quibus ſatis ſunt duo teſtes ſicut in teſtamentis inter liberos, vt patet l. vlt. C. familię erciſcũdæ. Eadem ratione excipitur militis codicillus in bellica expeditione, eò quòd non maior neceſſaria ſit ſolennitas in codicillo alicuius, quam in eiuſdem teſtamento, & quòd miles poſſit in codicillo inſtituere hæredem. Quare id, quod habetur l. vltima, C. de codicill. nempe in omni codicillo requiri ac ſufficere quinque teſtes, intelligendum eſt, de codicillis communibus, ſiue illi in ſcriptis fiant, ſiue nuncupatiuè.

Ius Luſitanum.

De iure huius Luſitaniæ Regni, ſiue codicilli fiant nuncupatiuè manu tabellionis, ſiue manu teſtatoris, & ab eo ſubſcripti, aut manu alterius priuatæ perſonæ, ſiue fiant in ſcriptis, hoc eſt, clauſi, & cum inſtrumento approbationis à tergo, ſat ſunt, & requiruntur quatuor teſtes vltra tabellionem, aut teſtatorem, quando manu ſua codicillum conficit, aut vltra priuatam aliam perſonam, quæ teſtatoris loco codicillum ſcribat ac ſignet: modò tamen teſtes ſubſcribant. Poſſuntque

A eſſe vel maſculi vel fœminæ, modò liberi reputentur, & decimumquartum, aut duodecimum ſi fœminæ ſint, ætatis annum excedant. Ita habetur quarto libro Ordinationum, titulo ſeptuageſimo nono, §. antepenultimo. In codicillis inter liberos, aut militis in expeditione, iuri communi ſtatur. Tempore mortis ore tenus validus erit codicillus in hoc eodem regno cum ſex teſtibus, ſiue maſculis, ſiue fœminis. Tum, quia validum eſt teſtamentum eo modo factum, & quæ ſolennitas ſufficit, vt ſit validum teſtamentum, ſufficit etiam vt ſit validus codicillus. Tum etiam, quia titulo citato, §. Epodera, non ſolum videtur id diſpoſitum circa teſtamentum, ſed etiam circa quamcunque aliam vltimam voluntatem, quæ ore tenus eo tempore fiat, vt patet ex illis verbis: *ou ordenar de ſeus bens por alguna guiſa*. In ijs pagis & deſertis locis, in quibus in hoc regno validum eſt teſtamentum cum tribus teſtibus, validus eſt etiam codicillus cum eiſ-

B dem teſtibus, ſiue nuncupatiuè, ſiue in ſcriptis fiat, vt habetur titulo citato, §. vltimo. Quando autem codicillus in eodem regno fuerit hominis cæci, ſemper addendus eſt vnus teſtis vltra eos, qui alioquin ſunt requiſiti.

Ius Caſtellæ.

De iure Regni Caſtellæ in codicillis eadem ſolennitas requiritur, quam diſputatione centeſima vigeſima ſexta, diximus in eo Regno requiri in teſtamento nuncupatiuo. Ita habetur l. tertia Tauri, quæ eſt ſecunda, titulo quarto, libro quinto, nouæ collectionis. Antonius Gomez. ad eandem legem, numero ſeptuageſimo primo, & alij, quos Molina libro ſecundo, de primogen. capitu. octauo, numero vigeſimoquarto, refert, dicunt, ſatis eſſe ſi ſint fœminæ, iuxta diſpoſitionem iuris communis: vnde quando in illa lege dicitur, in codicillis requiri eandem ſolennitatem, quæ in teſtamento nuncupatiuo, id intelligunt ſolum, quoad numerum teſtium, non verò

C quoad qualitatem. Dubium verò eſt, an in codicillo in ſcriptis, ſeu clauſo, ſatis ſit in Regno Caſtellæ eadem ſolennitas, an verò requiratur ſolennitas iuris communis, nempe quinque teſtium. Antonius Gomez. ibidem, numero ſexageſimo ſexto, arbitratur, neceſſariam eſſe ſolennitatem iuris communis, legemque illam intelligendam eſſe ſolum de codicillis nuncupatiuis. Mihi verò contrarium videtur verum. Primò, quia, cum proximè in eadem lege ſermo eſſet de teſtamentis in ſcriptis, indiſtinctè de codicillis ſubiunxit, ſufficere in illis ſolennitatem teſtamenti nuncupatiui: diminutaque eſſet ea lex, niſi de omnibus codicillis in ea eſſet ſermo. Secundò, quia neque de iure communi, neque de iure huius Luſitaniæ Regni alia ſolennitas requiritur in codicillis in ſcriptis & in nuncupatiuis: quare conſentaneum eſt, neque legem illam voluiſſe diſcrimen ſtatuere, præſertim cum lex illa noſtram ſententiam

D ſonet apertè.

Dubitant Doctores, vtrum poſt l. illam tertiam Tauri, codicillus in Regno Caſtellæ vim habeat teſtamenti, ita vt valida ſit inſtitutio hæredis directa facta in codicillo, nec non exhæredatio, & conditio appoſita hæredi. Quidam, quos Molina libro ſecundo de primogeni. capitulo octauo, numero vigeſimo octauo, refert, affirmant. Ducuntur potiſſimum, quòd eadem prorſus ſolennitas requiratur in eo Regno in codicillis, quæ in teſtamento. Meo tamen iudicio ſatis efficaciter probat Molina ibidem contrarium. Quoniam neque id eſſet ſatis vt codicillus, etiam ſi in eo hæres inſtitueretur, & adhiberetur tota ſolennitas, quæ in teſtamento eſt neceſſaria, vim haberet teſtamenti, quando conſtaret teſtatorẽ intendiſſe facere codicillum, & non teſtamentum. Neque eſt verum, in Regno Caſtellæ nullum eſſe diſcri-

diſcrimen inter codicillum, & teſtamentum quoad ſolennitatem. Tum quia in codicillo teſtes poſſunt eſſe fœminæ, non verò in teſtamento, etiam nuncupatiuo. Tum etiam, quia maior numerus teſtium requiritur in eo regno in teſtamento in ſcriptis, quam in codicillo in ſcriptis, etiam ſi admitteretur opinio Anton. Gomezij, qui arbitratur requiri in eo quinque teſtes. Illud tamen eſt affirmandum, quando depoſitio aliqua haberet inſtitutionem hæredis, & ſolennitatem ad teſtamentum requiſitam, neque de contraria teſtatoris mente conſtaret, præſumẽdum eſſe teſtamentum, tam in eo regno, quam in quocunque alio, iuxta l. non codicillum, C. de teſtamentis. Si etiam ſufficientia eſſent indicia, loco teſtamenti errore appoſitum eſſe vocabulum codicillum, reputandum eſſet teſtamentum, vt Molina loco citato, num. 33. ait.

DISPVT. CXXXII.

De clauſula codicillari expreſsè aut tacitè appoſita, & varijs illius effectibus, aliqua miſcentur de præteritione, exhæredatione, & fideicommiſſaria ſubſtitutione.

Aliquid etiam dicendum eſt de clauſula codicillari in teſtamentis apponi conſueta, & de effectibus illius. Ad cuius rei notitiam ſciendum eſt: Si teſtator, condere intendens teſtamentum non adhibeat ſolennitatem ad teſtamentum neceſſariam, adhibeat verò ſufficientem ad codicillum, tũc eam diſpoſitionem neque valere vt teſtamentum, neque vt codicillum, vt conſtat ex l. 1. ff. de iure codicil. l. cohæredi, §. cum filio, ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. & ex l. vltima, verſic. illud, C. de codicillis. Vt tamen diſput. præcedente dictum eſt, ſi teſtator hæredem directò inſtituat, neque aliunde conſtet voluiſſe facere codicillum, cenſetur voluiſſe concedere teſtamentum, iuxta l. non codicillum, C. de teſtam. idemque colligitur ex l. illud, §. tractari, ff. de iure codicill.

Si tamen, qui teſtamentum concedere intendit, neque in eo apponit ſolennitatem ad teſtamentum neceſſariam, adiungat clauſulam codicillarem, qua dicat, ſe velle, vt ſi ea diſpoſitio non valuerit vt teſtamentum, valeat vt codicillus; tunc, ſi ſolennitatem ad codicillum ſufficientem habuerit, valet vt codicillus. Ita habetur expreſsè tribus iuribus priori loco citatis. Ei tamen, qui ex ea diſpoſitione agere inciperet tanquam ex teſtamento, non permitteretur poſtea agere ex eadem tanquam ex codicillo, vt habetur l. vlt. C. de codicil. & affirmant Gama, deciſ. 221. num. vlt. & alij.

Codicillaris clauſula cenſetur appoſita 1. Sunt verò nonnulli euentus, in quibus codicillaris clauſula tacitè ſeu virtute cenſetur appoſita. Primus eſt, quando teſtator in teſtamento dicit, ſe velle, vt teſtamentum aut diſpoſitio illa valeat meliori modo quo poteſt. Ita colligitur ex l. codicillis, §. vltimo, ff. de legat. ſecundo, & affirmant Doctores communiter, vt Anton. Gomez. ad l. 3. Tauri, nume. 74. refert.

Secundò. Secundus, quando in teſtamento apponitur iuramentum, quo teſtator iurat, ſe velle valere, aut ſeruari omnia, quæ in eo præcipit, aut quæ in eo continentur, vel quando teſtamento præcipit, vt hæres iuret ſe ſeruaturum omnia quæ in eo continentur. Ita colligunt Doctores ex l. cum pater, §. filius matrem, ff. de legat. ſecundo, quos referunt ac ſequuntur Couar. de teſtam. c. Raynaldus, §. 3. à num. 10. & Anton. Gom. loco citato. Verba illius textus ſic habẽt. Filius matrem hęredem ſcripſerat, & fideicommiſ-

A ſa cum iuriſiurandi religione præſtari rogauerat. Cum teſtamentum nullo iure factum eſſet (id eſt, eſſet inualidum ob ſolennitatis defectum) nihilominus matrem legitimam hæredem (ab inteſtato videlicet) cogendam fidei commiſſum præſtare reſpondi. Nam obnixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis ſpeciem porrectæ videbantur. Hactenus ille textus. Ex quo in primis colligo, vt teſtamentum valeat tanquam codicillus, neceſſe eſſe, vt habeat ſolennitatem ad codicillum neceſſariam. Quemadmodum enim teſtamentum minus ſolenne non valet vt teſtamentum, etiam ſi in eo iuramentum apponatur, vt ex hoc textu eſt manifeſtum alioquin neceſſe non eſſet voluntatem teſtatoris extenſam videri ad omnem ſucceſſionis ſpeciem: ſic etiam neq; codicillus valebit vt codicillus, niſi habeat ſolennitatem ad codicillum neceſſariã: id quod Couar. loco citato & Doctores communiter affirmant. Deinde cum Couar. obſeruo, ex texB tu non conſtare an iuramentum factum eſſe debeat à teſtatore, vt teſtamentum valeat tanquam codicillus, an verò teſtator præcipere debeat vt hæres iuret, magiſque hoc ſecundum, quam primum, videri innuere verba textus. Nihilominus argumento à minori ad maius rectè ex eo textu colligitur, etiam in primo euentu valere vt codicillum. Si enim teſtator præciperet, vt hæres iuret, ſufficiens argumentum eſt, propter ipſius obnixas preces, velle, vt teſtamentum ſuum valeat meliori modo, quo poſſit, atque adeò vt valeat tanquam codicillus, ſi valere non poſſit vt teſtamentum; longè maiori cum ratione, teſtatorem iurare, ſe velle, vt ſeruentur omnia in ſuo teſtamento contenta, erit argumentum ſufficiens, ſe velle, vt valeat meliori modo quo poſſit.

Tertiò. Tertius eſt, in teſtamento condito inter liberos. Tacitè namque cenſetur in eo appoſita clauſula coC dicillaris, iuxta quaſdam gloſſas & communiorem Doctorum ſententiam, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. ad l. 3. Tauri, num. 62. & 74. Couarr. de teſtamenti, cap. Raynutius, §. 1. numero 2. & 4. & Emanuel à Coſta capit. ſi pater, parte 3. in verbo interdum, nume. 80. Idemque volunt eſſe in teſtamento militis, argumento l. 3. ff. de milit. teſtam. Cum autem de iure communi, atque adeò in hoc Luſitaniæ regno, quæ ſolennitas ſufficit in codicillo inter liberos, aut etiam militi, ſufficiat etiam in teſtamunto inter liberos, ac militis, cõſequens profectò eſt, vt, quod ad ſollennitatem attinet, nullius momẽti ſit virtualis illa codicillaris clauſula. Vtrum autem ex alio capite ſit alicuius momenti, dicemus ſtatim. In regno verò Caſtellæ, cùm maior ſolennitas neceſſaria ſit in teſtamento inter liberos in ſcriptis, quàm in codicillo inter liberos, vt diſputatio. præcedente, & 128. dictum eſt, poterit eſſe alicuius Ius Caſtel. D momenti quoad ſolennitatem. Quamuis, cùm teſtamentum tam in ſcriptis, quàm nuncupatiuum, eandem ſollennitatem in eo regno requirat inter liberos & inter extraneos, multum dubitem, an in teſtamento inter liberos locum in eo regno habeat virtualis clauſula codicillaris, quæ de iure communi ſolum videtur inniti priuilegio teſtandi minori cum ſolennitate inter liberos, quàm inter extraneos: Anton. tamen Gom. loco citato nu. 65. vult habere locum.

Clauſula codicillaris effectus primus. Primus effectus codicillaris clauſulæ eſt. Quòd ſi teſtamentum defectu ſolennitatis ſit nullum; & habeat ſolennitatem ad codicillum neceſſariam; tunc appoſita formaliter aut virtute codicillari clauſula, licet hæredis inſtitutio ſit nulla, valida tamen ſunt legata in eo relicta, hæreſque ab inteſtato tenetur ea ſoluere illis, quibus ſunt relicta. Quia licet te-

eet teſtamentum, illud non valeat vt teſtamentum, valet tamen vt codicillus. Quod ſi neque formaliter neque virtute interueniret clauſula codicillaris, inualida eſſent legata, hæreſque ab inteſtato non tenetur ea ſoluere.

Non immeritò dixi; ſi teſtamentum defectu ſolennitatis ſit nullum. Quoniam ſi ſit nullum, quod filius, aut alius qui neceſſariò foret hæres inſtituendus, ſit præteritus, vel exhæredatus ſine iuſta cauſa; tunc etiam ſi non ſit appoſita clauſula codicillaris, eſt quidem inualidum teſtamentum quoad inſtitutionem hæredis, præteritionem, ac exhæredationem; non tamen quo ad legata, vt habetur in authentica ex cauſa, C. de filiis præteritis, & 4. lib. ord. huius regni, tit. 70. §. 1. & ſequentibus, vt inferius ſuo loco videbimus.

Secundus. Secundus effectus eſt. Quod ſi teſtator careat hæredibus, quos neceſſariò teneatur inſtituere, inſtituatque in teſtamento minus ſolenni extraneum aliquem in hæredem ſuorum bonorum, tunc ſi formaliter, aut virtute apponat clauſulam codicillarem, taleque teſtamentum habeat ſolennitatem ad codicillum ſufficientem, inſtitutio talis hæredis directa conuertitur in fideicommiſſariam, iuxta ea quæ diſputatione 124. dicta ſunt, hæredeſque ab inteſtato tenentur reſtituere illi hæreditatem, detracta ſolum ſibi quarta Trebellianica: non ſecus ac ſi ipſis directè eſſet relicta hæreditas, & per fideicommiſſum factum in codicillo grauati eſſent reſtituere eam hæredi illi extraneo. Ita colligitur ex l. poſthumus, §. ſi paganus, ff. de iniuſto rupto teſtamen. l. quærebatur, ff. de milita. teſtamen. l. ſi quis priore, ff. ad Trebellian. l. codicillis, §. vlt. ff. de leg. ſecundo, & ex aliis iuribus. Ratio autem huius effectus eſt: quoniam interueniente clauſula codicillari, valet totum, quod in teſtamento continetur, eo modo quo in codicillo poteſt valere: in codicillo autem eſſe non poteſt inſtitutio hæredis directa, bene tamen indirecta, & idcirco, appoſita clauſula codicillari, ea inſtitutio, quæ alioquin futura erat directa, cenſetur indirecta per fideicommiſſum. Lege, ſi placet, iura & Doctores, quæ Antonius Gomez. ad l. 3. Tauri à nume. 76. citat.

Tertius. Tertius eſt. Quòd ſi teſtator iniuſtè præter eat aut exhæredet filium, aut quemuis alium aſcendentem vel deſcendentem, quem neceſsariò tenebatur inſtituere hæredem, & inſtituat extraneum aliquem in teſtamento alioquin ſolenni, apponatque clauſulam codicillarem, tunc hæres, qui neceſsariò erat inſtituendus, cenſetur grauatus reſtituere hæredi illi extraneo reliquum hæreditatis, præter ſuam legitimam portionem in qua neceſsariò debuit inſtitui hæres. Verbi gratia, in hoc Luſitaniæ regno cenſetur grauatus reſtituere illi tertium bonorum defuncti, & in regno Caſtellæ quintum, aut tertium, ſi ſit aſcendens, deductis inde legatis. Ita probant iura in præcedenti effectu citata, & affirmant Bartolus & communis Doctorum ſententia, quam Antonius Gomez. ad l. 3. Tauri numero ſexageſimo octauo, refert ac ſequitur. Ratio autem eſt: quoniam, quoad portionem bonorum, de qua teſtator liberè poterat diſponere, teſtamentum illud vim habet codicilli validi appoſita codicillari clauſula, eaque de cauſa hæres ab inteſtato per codicillum cenſetur in modum fideicommiſſi grauatus reſtituere hæredi illi extraneo portionem illam. Vtrum autem tunc hæres ita præteritus, vltra ſuam legitimam, detrahere poſſit de reliquo, quod reſtituere tenetur, quartam Trebellianicam, diſputatione centeſima octuageſima ſeptima, dicetur. Quòd ſi appoſita non eſſet clauſula illa codicillaris, teſtamentum eſſet abſolutè nullum, ſolumq; ex iuris priuilegio valeret quoad legata in eo

A dicta, vt ex authentica ex cauſa, & ordinationibus huius regni in primo effectu dictum eſt. Quocirca reliquum bonorum defuncti pertineret ad hæredes ab inteſtato, qui in eo teſtamento forent inſtituendi.

Quæ in hoc tertio effectu dicta ſunt, intelligenda ſunt, quando teſtator ſcienter & abſque legitima cauſa præteriuit, aut exhæredauit eum quem inſtituere tenebatur. Si namque ignoranter illum præteriuit, quia vita functum illum credebat, aut quia poſt conditum teſtamentum fuit natus, vel aliqua alia de cauſa, tunc teſtamentum omnino eſt nullũ, etiam quo ad legata, argumento tex. in l. ſi unquam, C. de reuocan. donat. l. certi. C. de teſt. milit. l. cum auus. ff. de cond. & demonſtrat. diſponiturque aperte lib. quarto, ordin. Luſitanarum, titu. 70. §. tertio, & quinto. Ratio autem eſt, quoniam præſumẽdum non eſt, teſtatorem præferre voluiſſe alios ſuo proprio filio, aut alteri, quem neceſſariò inſtituere tene-
B batur, etiam quoad legata; neque ex ſola præſumptione hoc vim habet, ſed ex legis ſtatuto, meritò ob talem præſumptionem in publicum bonum id ſtatuentis.

Quartum effectum clauſulæ codicillaris tradit Antonius Gomez. loco citato, numero 86. nempe, quòd ſi pater efficiat teſtamentum ſolenne inter liberos, & aliquem eorum iniuſtè prætereat aut exhæredet, tunc ſi apponat clauſulam codicillarem, filij, quibus hæreditas relinquitur, cenſentur meliorati in bonis, de quibus pater liberè poterat diſponere inter liberos, nempe in hoc Luſitaniæ regno in tertio, & in regno Caſtellæ in tertio, & quinto, filiuſque præteritus, aut exhæredatus, tenetur per modum fideicommiſſi reſtituere illis, quod præter legitimas portiones & legata, remanſerit de bonis parentis: quemadmodum in præcedenti effectu dictum eſt per comparationem ad extraneum.
C Licet autem nullum ius citet ad hoc probandum, videtur hic effectus coniunctus cũ præcedenti aut præcedentibus, ex eiſdemque iuribus argumento à paritate rationis deduci. Atque hic effectus locum habebit maximè de iure communi & huius Luſitaniæ regni, etiam ſi non apponatur expreſsè codicillaris clauſula, eo quòd, vt ſupra dictum eſt, in teſtamento inter liberos ſemper cenſetur appoſita, vt idem Antonius Gom. ibid. nu. 64. tradit.

DISPVT. CXXXIII.

Vtrum ſolennitas ciuili iure in teſtamentis & codicillis ſtatuta, reprobata ſit iure canonico: & quæ in terris Eccleſiæ, & Eccleſiaſtico foro ſufficiat.

D EXplicatis iis quæ ciuili iure circa vltimarum voluntatum ſolennitatem neceſsariam, ſancita ſunt, vt ad ea, quæ canonico iure peculiariter ſunt conſtituta, deueniamus, primo loco id diſputãdum occurrit, quod propoſitum eſt.

Huic diſputationi occaſionem præbuit Alexander III. cap. cum eſſes, de teſt. Scribens enim Hoſtienſi Epiſcopo ſic ait: Cũ eſſes in noſtra præſentia conſtitutus, propoſuiſti talẽ in tuo Epiſcopatu conſuetudinem obtinere, quod teſtamenta, quæ fiunt in vltima voluntate, penitus reſcinduntur, niſi cum ſubſcriptione ſeptem vel quinque teſtium fiant, ſecundum quod leges humanæ decernunt. Quia verò à diuina lege, & ſanctorum patrum inſtitutis, & à generali Eccleſiæ conſuetudne, id eſſe noſcitur alienum; cum ſcriptum ſit, in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum; præſcriptã conſuetudi- Alex. III. c. cum eſſes.

tudinem improbamus; & teſtamenta, quæ parochiani coram presbytero ſuo, & tribus vel duabus alijs perſonis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere: ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eiuſmodi audeat reſcindere teſtamenta. Hæc Alexander III. Quibus abrogare, & ſub anathemate prohibere videtur ſolennitatem iure ciuili circa teſtamenta & codicillos requiſitam, tanquam diuino iuri, patrum ſtatutis, conſuetudinique Eccleſiæ cõtrariam.

Quidam dixerunt, caput, cum eſſes, intelligendum eſſe ſolum de teſtamentis ad pias cauſas, in quibus, vt diſputatione ſequente videbimus, neceſſaria non eſt ſolennitas iuris ciuilis. Meritò tamen ſententia hæc à Panormitano, Couarruuia capitu. cum eſſes, nume. 3. & à plerîſque aliis improbatur. Tum quia Summus Pontifex de teſtamentis in genere loquitur apertè. Tum etiam, quoniam in teſtamentis ad pias cauſas neceſſario non eſt præſentia parochi, ſed ſufficiunt ſoli duo teſtes, iuxta capit. relatum. 1. de teſtamentis, vt diſputatione ſequenti patebit.

Panormitan. capit. cum eſſes, citato, & in quadam repetitione illi adiuncta, & quidam alij aſſerunt, Alexandrum III. correxiſſe & annullaſſe leges ciuiles exigentes maiorem illam ſolennitatem ad teſtamenta, tanquam contrarias diuino iuri, & conſuetudini Eccleſiæ, illiſque non eſſe ſtandum, ſed diſpoſitioni capit. cum eſſes. Hæc etiam opinio meritò reprobatur communiter. Etenim in multis alijs cauſis, etiam de iure canonico, requiruntur plures teſtes, quàm duo, ad obuiandum malis, quæ poterant oriri. Quin & capit. cum eſſes, Summus ipſe Pontifex, vt ſit validum teſtamentum, vltra duos teſtes exigit parochi præſentiam: quare quemadmodum id non pugnat cum diuino iure, ita neque pugnat, quod ad eundem finem ciuiles leges exigant maiorem illam ſolennitatem. Cumque poteſtas Summi Pontificis ad abrogandas leges principum ſecularium ſolum ſe extendat ad eas, quæ iniquæ ſunt, peccata fouent, ac cum fine ſupernaturali non conſentiunt, vt diſputatione vigeſimanona oſtẽſum eſt; ſanè, quando apertè non conſtat leges principum ſecularium fini ſupernaturali aduerſari, credendum non eſt Summum Pontificem intendiſſe eas annullare.

Quocirca amplectenda nobis eſt opinio, quam vnà cum præcedentibus refert Gloſſa in eodem cap. & ſequuntur Couarr. ibidem & plerique alii, quos citat, nec non Canus 6. de locis capitu. octauo, ad 4. tametſi primam opinionem non improbet. Nempe, Summum Pontificem locutum fuiſſe in terris dominio temporali Eccleſiæ ſubiectis, de quarum numero eſt ciuitas Hoſtienſis, & vniuerſum comparatione omnium ita ſibi ſubditorum, vt ad ſe ſpectaret ſolennitatem circa eorum teſtamenta ſtatuere. Quia enim ex ſolennitate iuris ciuilis oriri videbat lites multas & non parua incommoda: ſufficienter vero obuiari malis, quæ ex ſola præſentia duorum teſtium in teſtamentis ſolent euenire, ſi ſimul adeſſet parochus; ſolam ſolennitatem eo capite ſtatutam ſufficere voluit in teſtamentis iuriſdictioni ipſius ſubiectis, tanquam ſimiliorem illi, quæ & iure diuino poſitiuo fuit in veteri lege ſtatuta, & ſtatutis ac conſuetudine Eccleſiæ regulariter fuit ſemper in alijs cauſis ſeruata. Vt verò rectè Panor. Couar. & alij eo cap. obſeruant, vt eiuſmodi teſtamenta valida ſint, non ſatis eſt, ſi alius clericus adſit cum duobus teſtibus, niſi ille ſit proprius parochus. Sufficerent tamen quatuor teſtes ſine parocho, eò quòd duo teſtes æquipolleant & præponderent parocho. Ita

A affirmat communis Doctorum ſententia, quam, præter Doctores citatos, refert ac ſequitur Iul. Clar. §. teſtamentum, q. 57.

Vtrum verò neceſſe ſit, vt teſtes, qui cum parocho ſunt adhibendi, ſint maſculi. Panormit. reiecta quorundam opinione, affirmat ſufficere fœminas. Couarruuias verò numero decimoquarto, aſſeuerat debere eſſe maſculos. Tum quia textus ille non exigit ſolam ſolennitatem iuris gentium, ſed ſimul præſentiam parochi. Tum etiam, quoniam exigit teſtes idoneos. Mihi autem longè plus placet opinio Panormit. quia fœminæ teſtes idonei ſunt, tum ad alias cauſas, tum etiam ad teſtamenta ex natura rei, gentiumque iure, licet non de iure Cæſareo: textus autem ille vltra teſtes, de quibus ſermo eſt iure diuino, & quorum teſtimonijs ſtari ſolet in alijs cauſis in Eccleſia, quales ſunt omnes, qui ſtando in ſolo gentium iure idonei ſunt teſtes, ſolum exigit præſentiam parochi.

B Dubitant Doctores, vtrum in Eccleſiaſtico foro, in terris dominio temporali Summi Pontificis minimè ſubiectis, ſtandum ſit quoad teſtamentorum ſolennitatem capitu. Cum eſſes, an verò diſpoſitioni iuris ciuilis. Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtione quinquageſimaſeptima, ait, communem Doctorum ſententiam in practica receptam eſſe, ſtandum eſſe diſpoſitioni capitu. cum eſſes. Ego autem diſtinguendum arbitror. Quia vel is, qui teſtamentum condidit, ſubditus erat quoad ſolennitatem teſtandi diſpoſitioni iuris ciuilis, vel ab ea erat exemptus, poteratque ſe conformare iuri Canonico. In primo euentu dico, ſiue de teſtamento iudicetur in foro Eccleſiaſtico, ſiue in ſeculari, iudicandum eſſe iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis, & non iuxta diſpoſitionem capitis, cum eſſes. Vt ſi teſtator erat laicus, & duo Sacerdotes contendant inter ſe in foro Eccleſiaſtico circa validitatem teſtamenti ob defectum ſolennitatis, iudicandum erit iuxta diſpoſitionem C iuris ciuilis, cui ſubiectus erat teſtator quando teſtamentum condidit, & cui ſe debebat conformare. In ſecundo verò euentu, in vtroque foro eſſe ſtandum diſpoſitioni capitis, cum eſſes. Verbi gratia, ſi teſtator erat clericus, qui ſe poſſet conformare diſpoſitioni iuris canonici, & duo laici in foro ſeculari contendat de validitate illius teſtamenti ob defectum ſolennitatis, iudicandum eſſe in eo foro iuxta diſpoſitionem capitis, cum eſſes. Quia reuera teſtamentum fuit validum cum ſolennitate capitis, cum eſſes, dato, quod potuerit teſtari iuxta diſpoſitionem iuris Canonici. Multum tamen dubito, an clerici locorum Summo Pontifici quoad iuriſdictionem temporalem minimè ſubditorum, teſtari poſſint iuxta diſpoſitionem iuris Canonici. Vt enim tenentur ſe conformare aliis legibus Reipublicæ, cuius ſint, quoad contractus & alia, quæ ad regimen politicum D illius Reipublicæ ſpectant, vt diſputatione trigeſimaprima oſtenſum eſt; quin & teſtari debent iuxta leges talis Reipublicæ, inſtituendo ſuos aſcendentes hæredes in portionibus, in quibus iuxta leges talis Reipublicæ, ſunt neceſſario inſtituendi, neque legitimatio filiorum talium clericorum facta per Summum Pontificem ſufficit, vt ſuccedant parentibus in bonis eorum, ſed neceſſaria eſt legitimatio Principis illius Reipublicæ: ita res videtur habere quoad ſolennitatem, & alia, quæ ciuilibus legibus talis Reipublicæ ſunt inſtituta. Præterea, eſto ex natura rei ſe poſſet conformare quoad ſolennitatem diſpoſitioni iuris Canonici, videndum tamen eſt in vnoquoque loco, an id conſuetudine ſit abrogatum. Illud verò manet vniuerſim verum, ſemper in vno eodemque euentu eſſe

Dubium.

eodem

eodem modo iudicandum in ſeculi, & Eccleſiaſtico foro.

Exponitur ſecũ eſſet.

Ex dictis patet, quando Alexander III. dixit, alienum eſſe à diuina lege, ſanctorum Patrum inſtitutis, & conſuetudine Eccleſiæ, vt inualida ſint teſtamenta ſine ſeptem aut quinque teſtibus, non voluiſſe affirmare, eſſe contrarium: quippe cum neque diuinum ius, neque Patres, aut Eccleſiæ conſuetudo id fieri prohibeant, præſertim ſi particulares aliquæ, cur ita ſtatuatur, adſint cauſæ: ſed voluiſſe dicere, eſſe alienum, hoc eſt diſſimile, minimeve conforme: quando autem non eſt præceptum conformandi ſanctiones ſeculares ſanctionibus quibuſdam poſitiuis, quæ in ueteri lege reperiuntur, aut quæ regulariter à patribus in eccleſiaſticis cauſis ſeruantur, non tenentur principes ſeculares ſe illis conformare, præſertim quando adſunt peculiares cauſæ aliter aliquid ſtatuendi. Improbat ergo Alexander III. ſeu abrogat conſuetudinem illam quãtumuis præſcriptam, ſolùm vt in poſterum non ſeruetur in terris temporali ipſius dominio ſubiectis: non verò vt inualida fuerint, quæ iuxta illam uſque ad illud temporis momentum fuerunt facta. Illud etiam obſerua, prohibitionem illam ſub anathematis interminatione, ne quis reſcindere audeat teſtamenta illa, non eſſe latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt Panormit. Couarr. & alii Doctores ibi communiter affirmant. Vtrum verò codicilli & teſtamenta confecta ſine ſolennitate, ſiue canonico, ſiue ciuili iure ſtatuta, valida ſint in foro conſcientiæ, quando conſtat eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, examinauimus late diſput. 81.

DISPVT. CXXXIV.

De ſolennitate in teſtamento aut legatis ad pias cauſa neceſſaria.

Pia cauſa quæ.

IVxta Panorm. in rubr. de teſt. nu. 9. & c. relatum, 1. eod. ti. nu. 7. & alios, tunc aliquid dicitur relinqui in cauſam piam, quando relinquitur in bonum propriæ animæ, vt quando relinquitur eleemoſyna pauperibus, etiam conſanguineis, Eccleſiæ, aut monaſterio, in redemptionem captiuorum, ad orphanã maritandam, in diuinum cultum, in ſuffragia pro ſe, aut alijs fidelibus defunctis. Denique quicquid præcipuè fit Dei, finiſque ſupernaturalis intuitu, ad gratiam, vel gloriam coram Deo promerendam, vel in ſatisfactionem pro proprijs, vel alienis peccatis, dicitur res, ſeu cauſa pia. Lege, ſi placet, Nauar. in Apol. q. 1. monito. 29. pluſquam alios explicantem, quæ cenſeantur opera pia.

Teſtamentum quãdo conditũ ad piã cauſam.

Teſtamentum tunc fieri dicitur in cauſam piam, quando pia cauſa hæres inſtituitur, aut ſubſtitutionis via ad cauſam piam deuenit hæreditas. Quando verò aliquis alius hæres inſtitueretur, eſto legata aliqua pia in eo teſtamento relinquerentur, non diceretur teſtamẽtum conditum in cauſam piam. Ita cum multis alijs, quos referunt, Gama. deciſ. 46. nume. 1. Emanuel à Coſta, cap. ſi pater, parte 1. verbo, in ſuo teſtamento, numero octauo, & Couar. cap. relatum, 1. num. 2.

Quando (iuxta ea quæ dicemus) teſtamentum, alioquin vel imperfectum vel minus ſolenne, validũ eſt, eo quòd ſit conditum in cauſam, valida quoque ſunt legata, etiam non pia, in eo relicta, iuxta communem opinionem, quam referunt ac ſequuntur, Couar. vbi ſupra, Emanuel à Coſta loco citato, nume. 12. & Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. 8. verſ. vlt. Excipe cum Iulio Claro & communi opinione, quam §. teſt. quæſtio. quinta, verſ. vlt. refert, quando qui ad pias cauſas teſtatur, facultatem non habet teſtandi ad alia, iuxta ea quæ in progreſſu vi-

A debimus: tunc enim, ſi in teſtamento ad pias cauſas legata ad non pias cauſas relinquat, talia legata inualida ſunt omnino, vtpote vltra facultatem ad teſtandum factam, ac proinde neque accreſcunt pijs alijs cauſis, ad quas teſtatur, ſed pertinent ad hæredes ab inteſtato.

In primo autem euentu ea ratione valida ſunt legata ad non pias cauſas in eo teſtamento, quoniam cùm inſtitutio hæredis ſit valida, teſtatorque liberè diſponere poſſet de omnibus ſuis bonis ad quæcunque vellet, ſanè ſi illa legata ad non pias cauſas in eo teſtamento relicta futura eſſent inualida, accreſcere deberent piæ cauſæ in hæredem relictæ, non verò hæredibus ab inteſtato: ratio autem poſtulat, vt quæ ſolennitas in commodum hæredis ſufficit vt validum ſit teſtamẽtum, ſufficiat quoq; vt valida ſint legata in eo inſtituta, quando ſolũ agitur de commodo talis hæredis, neque iure eſt aliud in particulari ſtatutum; quo pacto in nuncupatiuo teſtamento cum duobus teſtibus inter liberos facto

B ſancitum eſt, vt legata in eo extraneis relicta ſint inualida, accreſcantque hæredibus in eo inſtitutis, vt diſput. 128. oſtenſum eſt.

Contra verò licet teſtamentum minus ſolenne, in quo non eſt inſtitutus hæres cauſa pia, validum non ſit, valida tamen ſunt legata pia in eo relicta, vt cum multis alijs affirmat Couar. loco citato, nu. 3. quicquid quidam alij in contrarium dixerint. Atq; conuincit ratio, quam ſtatim reddemus, cur diſpoſitiones minus ſolennes validæ ſint ad pias cauſas; quin cap. relatum 1. de legatis etiam in pias cauſas relictis loquitur.

Illud iuxta hactenus dicta videtur aſſerendum, de quo præteritis diebus dubitatum fuiſſe audiui, variéque à quiſdam Iuriſperitis fuiſſe reſponſum. Nempe, validum eſſe illius teſtamentum, qui, cùm nullos haberet hęredes, quos inſtituere teneretur, in

C hunc modum diſpoſuit de bonis ſuis. Relinquo hęredem bonorum meorum animam meam, & tunc multa pia præcepit fieri, nonnullaque legata amicis, vel conſanguineis, aut famulis reliquit, conſtituitq; quis nam eſſet futurus teſtamenti executor, atq; ita teſtamentum abſoluit. Quidam ex eo capite cenſebant inualidum eſſe eiuſmodi teſtamentum, quòd nullus in eo inſtitutus eſſet hæres. Veruntamen verba illa, inſtituo hæredem animam meam, ſatis indicant in eo ſenſu inſtituiſſe hæredem cauſas pias, vt ſi quid de ipſius bonis remaneret, aut de nouo appareret, id in operibus pijs inſumeretur. Adde, vt teſtamentum ad pias cauſas ſit validum, neceſſariam non eſſe hæredis inſtitutionem, neque ſeruari quicquam ſolo iure ciuili introductum, vt Iulius Clar. §. teſt. quæſtio. 6. verſic. penult. Couar. de teſt. cap. cum tibi, nume. 12. & alii communiter affirmant. Quia ergo teſtamentum, de quo agimus, eſt ad pias

D cauſas, non indiget vt ſit validum ſolennitate iure ciuili requiſita.

In diſpoſitionibus ad pias cauſas ſatis ſunt duo teſtes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, neque alia ſolennitas in eis requiritur, quàm quæ ſufficit ſtando in ſolo naturali ac gentium iure, idque ſiue reliqua, quæ in eadem vltima voluntate ad cauſas non pias relicta ſunt, valida ſint, ſiue non. Ita diſponitur c. relatum 1. de teſt. & affirmant Panormit. & Couar. ibi, aliique Doct. communiter. Cum huiuſmodi diſpoſitio in ſe ſit valida, conſequens eſt, vt non ſolùm quando in Eccleſiaſtico, ſed etiam quando in ſeculari foro cauſa tractatur, iudicandum ſit iuxta diſpoſitionem iuris canonici, vt Doct. communiter affirmant, ſeruatque praxis vtriuſque fori.

Obſeruant Panormit. Couar. & alij, cauſam piorum legatorum, quando hæres, qui illa tenetur ſoluere, eſt ſecularis, eſſe mixti fori. Quia enim reus

in ſuo foro conueniri regulariter debet, peti poſſunt coram iudice ſeculari, vt ex cap. relatum, patet: in quo ſermo eſt cum ſecularibus iudicibus Velletrenſibus: quia verò res, de qua agitur, finem reſpicit ſupernaturalem, cuius iudicium ad Eccleſiam ſpectat, peti etiam poſſunt coram iudice Eccleſiaſtico.

Ratio cur in diſpoſitionibus ad pias cauſas ſtandum ſit iuri canonico, non verò ciuili, eſt. Quoniam cum Summus Pontifex pleniſſimam habeat poteſtatem in principes ſeculares, quantum finis ſupernaturalis, bonumque animarum ſpirituale poſtulat, vt diſputatione 29. oſtenſum eſt, profectò nulla eorum conſtitutio, quæ fini ſupernaturali præiudicium afferat, vim habere poteſt, niſi per Summum Pontificem approbetur, vt ex capit. Eccleſia, de conſtitutionibus, & ex alijs iuribus conſtant: quare cùm Alexander III. cap. relatum, ſtatuerit, vt in diſpoſitionibus ad pias cauſas iuri gentium in bonum animarum ſtetur, conſequens eſt, vt teſtamenta, aut legata ad pias cauſas valida ſint iudicanda, ſi adfuerũt duo teſtes, qui in quacunque alia cauſa fidem facerent: tales autem iudicandi ſunt ſinguli, de quibus contrarium non conſtat, ad eumque, qui contenderet legatum aut teſtamentum eſſe inualidum, probare ſpectaret aliquid eis deficere, quominùs teſtes eſſent omni exceptione maiores, vt Couarr. loco citato à nu. 6. probè obſeruat.

Quin cum eodem Couarruuia ibidem, ad finem, nume. 8. Corneo & Tiraquello, quos refert, exiſtimo, duos teſtes neceſſarios non eſſe in teſtamento aut legato ad pias cauſas ad ſolennitatem, quaſi ſine eis in ſe non ſint valida, ſed ſolum ad faciendam fidem in foro exteriori, de quo ſolo ſermo eſt cap. relatum, & vt in eo pronuncientur valida. Neque enim vnquam per Summos Pontifices eſt ſtatutum, vt teſtamentum aut legatum ad pias cauſas ſit nullum ſine ea ſolennitate; quemadmodum iure ciuili ſtatutum eſt, vt ſint nulla ea teſtamenta, in quibus non interuenit ſolennitas eodem ciuili iure ſtatuta. Quarè id, quod ſtando in ſolo iure naturali ſufficit, vt diſpoſitio aliqua in ſe valida ſit, ſufficit, vt eiuſmodi teſtamenta & legata ad pias cauſas valida ſint in foro conſcientiæ. Quocirca quando hæredibus ab inteſtato conſtat, defunctum reliquiſſe aliquid in piam cauſam, eſto, voce ſolùm id reliquerit, neque poſſit ſufficienter probari per teſtes in foro exteriori, tenentur in foro conſcientiæ id ſoluere. Eadem ratione ſi aliquid alicui datum eſſet occultè à teſtatore, vt illud poſt teſtatoris mortem expenderet in aliquam, vel aliquas pias cauſas, vel vt ſibi, tanquam pauper, aſſumeret, valida eſſet talis diſpoſitio in foro conſcientiæ, eſto nullus adfuerit teſtis, nullaque ea de re confecta fuerit ſcriptura; teneretur que is illud expendere, vt ſibi eſſet iniunctum, modò abſque ſuo periculo, vel infamia, ne ab hæredibus furti argueretur, vel ne in foro exteriori cogeretur de ſuo illud ſoluere, id poſſet efficere. Habentque hæc verum non ſolum in opinione, quam nos ſecuti ſumus diſputat. 81. iuxta quam idem dicendum eſt in diſpoſitionib. ad non pias cauſas, ſed etiam in opinione Couarr. Ledeſmij, Antonij Gomez. & Iulij Clari, quam eo loco refutauimus.

Ex eodem fundamento prouenit, quòd teſtamentum ad pias cauſas factum per nutus, validum ſit, vt cum gloſ. cap. ſi tibi, de teſta. affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Couarr. ibidem, Gama deciſ. 81. Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 6. & Anton. Gomez. ad l. 3. Tauri, num. 110.

A Vtrum verò diſpoſitio ad pias cauſas imperfecta, valida ſit, diſtinguendum eſt. Duobus namque modis poteſt diſpoſitio aliqua ad pias cauſas dici imperfecta. Vno, quia cum teſtator animum haberet diſponendi, & ad id fortè inſtructionem haberet propria manu ſcriptam, vocaſſetque tabellionem, præuentus tamen morte, nihil re ipſa diſpoſuit. Et cum huiuſmodi imperfecta diſpoſitio ſimpliciter non ſit diſpoſitio, conueniunt Doctores omnes vim non habere. Atque hoc eſt, quod Couarruuias cum communi ſententia, quam refert, voluit, capit. relatum, 1. num. 9. & quod Gama deciſione 221. ait: Altero modo dicitur imperfecta diſpoſitio, quia cum teſtator teſtamentum, aut codicillum verbo aut ſcripto incepiſſet, quædamque in eo diſpoſuiſſet, morte tamen præuentus non potuit abſoluere. Et in hoc euentu Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtione ſeptima. Anton. Gomez. ad l. 3. Tauri, nume. 18. & 106. & alij, quos referunt, cenſent talem diſpoſitionem B eſſe inualidam, etiam quoad pia, quæ illuc uſque diſpoſuerat. Contraria tamen ſententia eſt proculdubio aſſerenda cum Bart. Panorm. & alijs, quos Couarruuias loco citato, num. 10. refert, ac ſequitur. Etenim ſtando in ſolo iure naturali, ſecluſaque iuris ciuilis diſpoſitione, valida ſunt illa, vtpote iam diſpoſita, non obſtante, quòd teſtator poſſet illa reuocare ac mutare, vel in progreſſu teſtamenti, vel poſtquàm illud haberet abſolutum: cum ergo, vt diſpoſitio ad pias cauſas ſit valida, non aliud exigatur, quàm quod ſufficit ſtando in ſolo iure naturali, conſequens eſt, vt illa valida ſint.

Licet vltima diſpoſitio, quæ alterius arbitrio cõmittitur, regulariter non valeat, de qua re ſermo erit diſputatio. 156. valet tamen, ſi ſit ad pias cauſas, iuxta capit. cum tibi, de teſt. & communem ſententiam, quam referunt Couarruu. ibidem, & Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. ſexta, C Panormit. capit. relatum. 1. numero 6. aſſeuerat, legata ad pias cauſas deberi ante aditam hæreditatem, & eſto hæres repudiet hæreditatem. Quoniam, quæ in contrarium iure ciuili ſunt ſancita, locum non habent in pijs cauſis, niſi dependenter ab approbatione ſummi Pontificis.

DISPVT. CXXXV.

An ſit obligatio condendi teſtamentum, & quam voluntaria eſſe debeat diſpoſitio vltima, vt ſit valida.

EXplicauimus ſolennitatẽ ad teſtamenta & codicillos neceſſariam: nunc paucis dicendum eſt, an ſit obligatio aliqua, eum qui habet bona, & cui iure permiſſum eſt de eis diſponere, facere teſtamentum D aut codicillum, & quàm voluntaria eſſe debeat diſpoſitio vltima, vt ſit valida.

Quod ad primum attinet, dicendum eſt: Quando ita eſſet neceſſarium ad exonerandam propriam conſcientiam quoad debita, quæ, niſi exprimerentur teſtamento aut codicillo, ſoluique præciperentur, aut non ſoluerentur, aut non ſine moleſtia, & ſumptibus creditorum, vel ad manifeſtandum aliqua, ex quorum ignoratione damnum aliquod tertio redundaret, neque aliunde his malis ſufficienter occurreretur, & denique quando ſcandala, odia, aut lites ſequerentur, niſi teſtamentum aut codicillum conderet, culpa eſſet lethalis id omittere. Quando verò nihil ſimile eſſet timendum, non eſſet lethalis culpa decedere quempiam ſua ſponte inteſtatum. Præſertim cum bona ipſius hæredibus ab inteſtato aduenire debeant, quos abſque lethali culpa, quin & ſæpe abſque veniali poſſet in-

ſtituere

ſtituere hæredes omnium ſuorum bonorum. Recta tamen ratio, aliorumque exemplum poſtulat, vt pro quantitate ſuorum bonorum, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, qui morti eſt proximus, aliqua diſponat pro anima ſua, quando non conſtat certò hæredem aut hæredes id ſufficienter præſtaturos. Regulariterque, quando tempus ſuppetit, non ſolum vt reponat ſe in gratia, ſuſcipiatque Eccleſiæ ſacramenta, ſed etiam vt condat teſtamentum, ad illud condendum ſuadendus eſt, & vt eo pacto adhibitiſque ijs ſolennitatibus illud condat, vt litium occaſiones præſcindantur. Quin vt plurimum monendi ſunt homines vt, dum ſani ſunt, ſua condant teſtamenta: ita enim eueniet, vt maturiori conſilio ac meliùs fiant, & ægrotationis, mortiſque tempore ea moleſtia ac tædio liberentur, nec tempus, quo ad ſuæ animæ conſulẽdum indigent, in teſtamento condendo inſumant.

Quod ad ſecundum attinet, dicendum eſt. Vt diſpoſitio vltima valida ſit in foro conſcientiæ, neceſſe eſſe, vt non ſit inuoluntaria mixtè, vel errore, vel vi, aut metu iniuſtè illato, ita diſpoſitioni illi cauſam dantes, vt ſecluſo tali errore, vi aut metu, teſtator nullo modo ita diſponeret, quin potiùs vellet, vt nihil impediente illa ſua diſpoſitione longè aliud de ſuis bonis fieret. Ratio huius rei hæc eſt. Quoniam libera hæredis inſtitutio, legatum, & donatio cauſa mortis, merè gratis fiunt, ſicut & donationes inter viuos, & promiſſiones merè gratis factæ: ad transferendum autem dominium aut conferendum ius titulo merè gratuito, ea libertas in dante eſt neceſſaria, quæ inuoluntarium mixtè, quale eſt explicatum, excludat, vt in progreſſu huius operis erit manifeſtum. Confirmatur: quoniam vſurarius ea ratione nec dominium nec ius comparat ad vſuram, quia nullum alium habet titulum vnde illam poſſit accipere aut retinere, quàm gratuitam voluntatem dantis: quia verò dantis voluntas inuoluntaria eſt mixtè, tenetur vſurarius eam non accipere, acceptamque reſtituere.

Ex doctrina tradita prouenit, quòd ſi teſtator errore ductus conſtituat aliquem hæredem, arbitrans eum eſſe ſuum filium, aut conſanguineum, aut arbitrans defunctum eſſe hæredem, quem prius in alio teſtamento inſtituerat, cùm tamen res longè aliter ſe habeat, inualida eſt talis inſtitutio, non ſolum in conſcientiæ, ſed etiam in exteriori foro, idẽque eſt in legatis, vniuerſimque, quando error eſt talis, vt dubitandum non ſit præſumptam teſtatoris voluntatem futuram fuiſſe, vt errore detecto ille non eſſet ipſius hæres aut legatarius, inſtitutio aut legatum eſt nullum. Ita habetur l. ſi pater, & l. nec apud, C. de hæredib. inſtituend. l. nec profeſſo. C. de teſtamen. & l. vltima, ff. de hæred. inſtituend. Ex eo autem, quòd inſtitutio facta ita ex errore ſit nulla, non viciantur cætera, quæ in eo teſtamento continentur, quando non eſt certum moraliter, attentis circunſtantijs concurrentibus, contrarium non eſſe præſumendum de voluntate teſtatoris, vt ex l. vlt. citata eſt manifeſtum. De hac re latiùs diſp. 209. & 211.

Ex eadem doctrina prouenit, quòd ſi quis vi, aut metu iniuſtè illato, adducatur, vt inſtituat aliquem hæredem, aut legatum illi relinquat, inualidum id ſit in conſcientiæ & exteriori foro, cum onere reſtiuendi illi, in cuius detrimentum id cedit, quia alioquin bona illa ad eum erant deuentura. Ita habetur l. 1. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, & affirmat Nauarr. in Manua. prǽludio 6. nu. 7. Quin & hic incidit in pœnam illius, qui aliquem teſtari prohibet; de qua ſtatim erit ſermo, quandoquidem cogendo illum vi aut metu, vt ſe aut alium inſtituat hæredem aut legatarium, quem ſecluſa

A illa vi aut metu non inſtituiſſet, prohibet illum teſtari vt alioquin foret teſtaturus, idque apertè colligitur ex l. 27. titulo 1. parte ſexta, legum Caſtellæ, & conſonant argumento à contrario ſenſu, l. vltima, C. & ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. In foro tamen exteriori non præſumetur talis quicumque metus, ſed qui grauis fuerit attenta qualitate ſubiecti, & attentis alijs circunſtantijs concurrentibus.

Blanditijs autem & precibus flectere teſtatorem, vt aliquem hæredem aut legatariũ inſtituat, quem alioquin non foret inſtituturus, modò mendacia aut fraudes non interueniant, non efficit diſpoſitionem inualidam, etiam ſi vir ſit, qui ita flectat vxorem, ut ſe hæredem inſtituat. Ratio eſt, quoniam blanditiæ & preces non efficiunt inuoluntarium, quemadmodum efficit metus. Ita habetur l. vltima, C. & ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, & l. 27. Caſtellæ citata, & affirmat Nauar. loco
B citato.

Si tamen preces adeò eſſent importunæ & moleſtæ, vt teſtator, non illis adductus & perſuaſus id efficeret, ſed ne moleſtiam illam pateretur inuoluntariè mixtè eo pacto diſponeret, volens vt, nihil impediente illa ſua diſpoſitione, ad alium potius deuenirent bona illa, vel inſumerentur in operibus pijs pro anima ſua; tunc ſanè inualida eſſet illa diſpoſitio, teneturque ita inſtitutus id reſtituere. Valde tamen rarò id ita eueniet. Eſt namque obſeruandum, quòd quando mendacia & fraudes non interueniunt, quæ in iniuriam cedant tertij, ad quem bona illa alioquin erant deuentura, non ſatis eſt preces importunas, errorem, aut metum, eſſe cauſam, vt teſtator grauate ac inuoluntariè ita diſponat ad hoc vt diſpoſitio nulla ſit, conſurgatque obligatio reſtituendi, ſed vlterius eſſe neceſſarium, vt teſtator ſit in ea quaſi habituali diſpoſi-
C tione, quòd ſi interrogaretur ſecreto ab aliquo extraneo, reſponderet ſe velle, vt nihil impediente illa ſua diſpoſitione, aliud fieret de illis ſui bonis. Si enim, poſito quòd ita diſponat, in ea ſit quaſi habituali diſpoſitione, vt velit validam nihilominus illã eſſe (quod ſæpe accidet) peccauit quidem contra charitatem, imò & contra iuſtitiam aduerſus teſtatorem, qui iniuriã illius moleſtiæ illi intulit, ſed nõ tenetur reſtituere bona ſibi eo pacto relicta, eò quòd tandem planè & ſimpliciter voluit vt eſſent illius. Atque hac de cauſa paulo ante, & in principio ſecundæ partis huius diſputationis addidi verba illa, vt nihil impediente illa ſua diſpoſitione ad alium deuenirent bona illa, aut aliud de illis fieret.

Quod dictum eſt de precibus importunis, quæ moleſtiam ac tædium pariunt, dicendum maiori cum ratione eſt, de reuerentiali timore vxoris com-
D paratione mariti, aut filij comparatione parentum, præſertim ſi vultu, aut aliqua alia ratione, oſtendant ſe ægrè ferre, quod ab eis non inſtituantur hæredes aut legatarij, aut quod in ſcriptis & occultè liberè de ſuis bonis diſponant. Præſertim cum timere hi meritò poſſint, quòd, ſi mortem euadãt, moleſtiam ea de cauſa patientur reliquo uitæ tempore. Quare grauiter peccant contra iuſtitiam, qui in cauſa ſunt ne eiuſmodi ualetudinarij liberè de ſuis bonis diſponant. An uerò ad reſtitutionem teneantur eorum, quæ ita illis relicta fuerint, iuxta proximè dicta eſt iudicandum.

Qui impedimento eſt alicui, ne teſtetur, aut ne mutet teſtamentum iam factum, ſiue prohibendo ne tabellio aut teſtes accedant, ſiue quacunque alia ratione, eſto is, qui ita prohibet, ſit filius eius, qui vult teſtari, vel pater, non ſolum peccat lethaliter contra iuſtitiam, reſtituereque tenetur in exte-

tiori, & interiori foro emolumentum, quo ea ratione priuat eos, ad quos bona defuncti eſſent deuentura, ſed etiam inter alias pœnas in exteriori foro priuatur omni emolumento bonorum talis defuncti, adiudicaturque fiſco id quod eſto teſtari non prohibuiſſet, ex bonis illius defuncti illi erat obuenturum, vt filius legitima ſua portione in qua à patre hæres neceſſario erat inſtituendus. Ita habetur l.1. & 2. ff. ſi quis aliquem teſta. prohib. l.ſecunda, C.eodem tit. l.teſtamenti, C.de inofficioſo teſtam. & l.26. & tribus ſequentibus, titu.1. parte 6. legum Caſtellæ.

In materia de reſtitutione redibit ſermo, quoſque fas ſit, aut non ſit, impedire precibus, & aliis vijs, ne quis hæres aut legatarius inſtituatur, & quouſque inde obligatio reſtituendi conſurgat, aut non conſurgat.

DISPVT. CXXXVI.

Carens vſu rationis ſurdus ac mutus, & impubes, an teſtari poſſit.

DEinde dicendum eſt, qui poſſint, aut non poſſint teſtari. Supponendumque eſt, eum ſolum & omnem poſſe facere codicillos, qui poteſt facere teſtamentum, vt habetur l.diuus, §.codicillos, ff.de iure codicill. Gloſſa l.tam is, ff. de mortis cau. donat. communiter recepta ait, idem eſſe de donatione cauſa mortis. Excipitur tamen in filiofamilias, vt ead.l.§ filiusfamilias, habetur expreſsè. Licet enim filiusfamilias de iure communi, neque de patris voluntate teſtari poſſit, vt infra dicetur, de patris tamen conſenſu donare poteſt cauſa mortis. An verò admittenda ſit aliqua alia exceptio, patebit ex ſequentibus.

Cum teſtandi actus ex ſe licitus ſit ac permiſſus, ij ſoli teſtari non poſſunt, qui vel facultatem naturalem ad id non habent, eo quòd vſu liberi arbitrij careant, vel peculiari aliqua de cauſa iure poſitiuo ſunt prohibiti.

Amens. A primo ergo impedimento vt ordiamur, pueri ante vſum rationis, furioſi, ſtolidi, & vniuerſim qui carent actu liberi arbitrij plenè deliberato, iure ipſo naturæ teſtari nequeunt, interim dum eo carent. Secus autem ſi lucidum habeant interuallum: teſtamentum namque, quod cum deliberatione plena in lucido interuallo confecerint, validum eſt, eſto ad amentiam, aut aliam mentis alienationem redeant. Ita habetur Inſt. quib. non eſt permiſs. facere teſt. §.1. verſ. furioſi, l. furioſum, C. qui teſtam. facere poſ. & l. aduerſa, ff. de teſt. Non poteſt autem melior regula ſtatui vt iudicetur, an defectus vſus rationis ſit tantus, vt reddat nullum teſtamentum, quàm ſi ex teſtibus & circunſtantijs concurrentibus, arbitrio prudentis iudicetur, an teſtator, quo tempore condidit teſtamentum, habuerit deliberationem plenam, quę in materia graui ſufficeret ad culpam lethalem, vel non. Verba autem teſtamenti ſapere cordatam mentem, nec teſtamentum eſſe conditum proximè poſt amentiam, argumento ſunt factum fuiſſe in lucido interuallo, quando non ſunt alia, quæ contrarium ſuadeant, vt Ant. Gom. ad l.3. Tauri, nu.8. affirmat. In dubio autem an is, de quo conſtat fuiſſe amentem lucidum habuerit interuallum, præſumendum eſt illum non habuiſſe, vt Gama cum alijs deciſ.100. & Molina 2. de primogen. c.9. nu.30. cum aliis, quos referunt, rectè affirmant.

Surdus & mutus. De iure humano ſurdus ſimul & mutus à natiuitate teſtari non poteſt, ſimiliter ſi ex morbo ſit aliquis mutus, neque ſcribere ſciat, teſtari non poteſt: quoniam, vt teſtamentum ſit validum, neceſſe eſt vt teſtator ipſe propriis verbis, aut propria ſcriptu-

A ra exprimat ſuam vltimam volũtatem eo pacto, quo diſpu.127. explicatum eſt. Ita habetur l.diſcretis, C. qui teſtam. facere poſſ. §.item ſurdus, Inſtit. quibus non eſt permiſs. facere teſtam. & lib. primo, ord. Luſitanarum, titu.67.§.20. Atque in hoc euentu deeſt regula illa, quòd qui teſtamentum condere non poteſt, neque conficere poſſe codicillum, neque donare cauſa mortis, vt enim diſp.127. oſtenſum eſt, ſola hæredis inſtitutio, quæ de ratione intrinſeca eſt teſtamenti, eſſe nequit nutibus, ſed vel uoce vel ſcriptura teſtatoris; legata verò & fideicommiſſa, atq; adeò donatio cauſa mortis fieri poſſunt nutibus, vt ibidem viſum eſt.

Miles, etiam ſi ſurdus ſit ac mutus, teſtari poteſt: eo quòd hæredem ſolo nutu valeat inſtituere, vt diſput.129. oſtenſum eſt.

Surdus præterea, & mutus teſtari poteſt ad pias cauſas: quia ſimiliter validum eſt teſtamentum ſolo nutu ad pias cauſas factum, vt diſput.134. oſten-
B dimus.

Præterea impuberes teſtari non poſſunt, hoc eſt, maſculi ante quartumdecimum annum, & fœminæ ante duodecimum: quia cenſentur non habere tam integrum & perfectum iudicium rationis, quàm ad eum actum requiritur, §. præterea, Inſtitu. quib. non eſt permiſſum facere teſt. l. ſi frater, C. qui teſt. facere poſſunt, & lib.1. Luſitanarum ordin. tit.67.§.20. Impubes. Neceſſe autem eſt vt quartusdecimus annus in maſculis, & duodecimus in fœminis ſit expletus: dies tamen vltimus inceptus habetur pro completo, vt habetur l.qua ætate, ff. de teſtam. Quamuis autem ad alios actus malitia ſuppleat ætatem, ad hunc tamen non ſupplet. Quo fit, vt licet in impubere aliquo longè maior maturitas iudicij, ſagacitas, & prudentia reperiatur, quam in multis puberibus, teſtari non poſſit, vt Anton. Gomez. ad l.3. Tauri, cum Baldo, & alijs rectè affirmat. Ratio autem eſt, quo-
C niam licet tempus pubertatis conſtitutum ſit ad teſtandum, quoniam in eo præſumitur ſufficiens iudicium rationis, & ante illud non item, ordinarieque ita ſoleat euenire; id tamen non habet vim ex ſola præſumptione, ſed ex ſtatuto iuris poſitiui merito id vniuerſim ita ſtatuentis ad tollendas difficultates & præcidendas lites. Vtrum autem princeps diſpenſare poſſit, vt impubes aliquis teſtetur, proculdubio reſpondendum eſt poſſe, cum Barto. & alij, quos Antonius Gomez. ad l.3. Tauri, nu.3. & 4. refert ac ſequitur, quidquid Bald. in contrarium dixerit. Eſt namque tempus, illud ex mero iure poſitiuo conſtitutum, potuitque conſtitui minus, interuenireque poteſt rationabilis cauſa, vt cum aliquo, de quo conſtat pollere maiori iudicio, quam multos puberes, diſpenſetur. Impuberes, etiam ſi milites ſint, teſtari non poſſunt, l. vlt. C. de teſtam. milit. An verò diſponere poſſint ad pias cauſas. Negandum
D eſt cum Panorm. in Rubr. de teſt. nu.9. & communi Doctorum ſententia. Eccleſia namque id etiam tempus exigit, vt quis maturum iudicium ad teſtandum habere cenſeatur; colligiturque hæc ſententia ex cap. licet, de ſepulturis, lib.6.

DISPVT. CXXXVII.

Prodigus, ſeruus, publicus vſurarius, excommunicatus damnatus ob libellum famoſum, infamis damnatus ad naturalem, aut ciuilem mortem, an teſtari poſſint.

Prodigus. PRodigus, cui à iudice ſuorum bonorum adminiſtratio ſit interdicta, teſtari non poteſt. Si tamen ante eam prohibitionem confeciſſet teſtamentum, eſſet validum. Ita habetur l.is cui, ff. de teſt. §.item prodigus, Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere

facere

facere teſt. & lib. 1. Luſit. ord. tit. 67. §. 20. Affirmat Panorm. in Rubr. de teſta. & cum alijs, quos refert, eiuſmodi prodigum neque ad pias cauſas poſſe teſtari: quorum opinio placet.

Seruus.

Seruus item teſtari non poteſt: adeò vt, ſi poſt teſtamentum confectum libertatem comparet, teſtamentum factum tempore ſeruitutis ſit nullum. Præterea, ſi tempore, quo teſtamentum conficit, ignoret ſe eſſe factum liberum à domino ſuo, aut dubitet de ſuo ſtatu, eſto reuera ſit liber, teſtamentum eſt nullum, l. qui teſtamento domini, & l. ſequenti, ac l. filiusfamilias, 2. ff. de teſtamen. cap. illud 13. quæſtio. 2. Ad pias tamen cauſas validum erit teſtamentum factum ab homine verè libero, eſto liberum ſe eſſe ignoraret, aut ea de re dubitaret, vt Panorm. ad finem rub. de teſta. cum Bart. affirmat, cōfirmatque ex l. ex militari. §. ſi miles, ff. de mil. teſt. Cum enim militi dubitanti de ſuo ſtatu conceſſum ſit in ea lege, vt ſit validum ipſius teſtamentum, longe maiori cum ratione cenſendum eſt eſſe conceſſum diſpoſitioni ad pias cauſas. Adde, quòd hic teſtator vere eſt dominus eorum, de quibus diſponit, neque ſeruitutis iugo ſubijcitur, vt in præiudicium domini cedat: quare cenſendum non eſt ſtatutum illud Cæſarei iuris extendi ad teſtamentum ad pias cauſas: quin nec ſi illius conditores id intenderent, vim vllam haberet inter Chriſtianos, eo quòd ab approbatione ſummi Pontificis, vt diſput. 134. dictum eſt, id pendeat.

Captiuus apud hoſtes.

Qui captiuus ab hoſtibus detinetur, & qui obſes eſt apud illos (intelligit Panorm. in Rub. de teſt. nume. 7. de obſidibus loco captiuorum, qui captiui reputantur interim dum promiſſum non impletur) dum in eo ſtatu ſint, teſtari non poſſunt. Quòd ſi ante eum ſtatum confeciſſent teſtamentum, & reuerterentur, validum eſſet tale teſtamentum iure poſtliminij: quin validum eſſet ex l. Cornelia, eſto in eo ſtatu è vita diſcederent, vt habetur Inſtit. quibus nō eſt permiſſum facere teſta. §. vlt. & l. eius, l. obſides, & l. lex Cornelia, ff. de teſtamentis. Iuxta ea autem, quæ in materia de bello, diſput. 118. diximus, qui captus eſſet bello iniuſto quales ſunt noſtri, qui à Turcis & Saracenis captiui detinentur, cum verè ſint liberi, condere poſſunt validum teſtamentum, etiam ſi in eo ſint ſtatu.

Vſurarius publicus.

Teſtamētum manifeſti vſurarij eſt ipſo iure nullum, niſi vel ſoluat vſuras, vel cautionem præſtet de illis ſoluendis, eo modo quo in materia de vſuris, dum de vſurariorum pœnis ſermo erit, explicabitur: vbi etiam dicetur, quis cenſendus ſit manifeſtus vſurarius, & dicentur alia, quæ ad hanc rem ſpectant. Ita habetur cap. quanquam, §. vltimo, de vſuris, lib. 6.

An vero donare poſſit cauſa mortis. Communis Doctorum ſententia negat, quando donatio eſſet maioris partis bonorum, aut certè magnæ cuiuſdā quantitatis: quia cenſeretur eſſe facta in fraudem legis. Quando autem eſſet paruæ quantitatis, aliqui affirmant, quos Couar. in Rub. de teſt. par. 3. nume. 11. refert ac ſequitur. Contraria tamen eſt communis ſententia, & amplectenda cum Gloſſa vlt. cap. quanquam, citato, quam Iulius Clarus lib. 4. ſenten. §. donat. quæſtio. 7. & idem Couar. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 9. referunt, videturque Couar. ibi ſequi, tametſi ſe referat ad ea, quæ in Rubr. de teſta. dixerat. Præterea Gloſſa in principio diſputationis præcedentis citata communiter recepta vniuerſim affirmat, eum, qui teſtari non poteſt, neque donare poſſe cauſa mortis, ab eaque regula non alium excipit, quam filiumfamilias de conſenſu patris, quem textus ibi excipit: quare cum de manifeſto vſurario nulla ſit facta exceptio in iure, ſtandum eſt regulæ generali illius gloſſæ. Neque ſatisfacit Couarruuiæ

A

reſponſio num. 11. citato, nempe Gloſſam illam intelligendam eſſe de ijs, qui ex naturali defectu teſtari non poſſunt. Tum, quia ſuperuacanea eſſet talis gloſſa. Tum etiam, quoniam neceſſe non eſſe eandem gloſſam excipere filiumfamilias, quem conſtat, non ex naturali defectu, ſed ex iuris diſpoſitione teſtari non poſſe.

Quod ad diſpoſitiones ad pias cauſas manifeſti vſurarij attinet, ſiue teſtamento, ſiue codicillo, aut donatione cauſa mortis ſint factæ, communiter affirmant Doctores inualidas eſſe, ſi cautio non præceſſit. Excipiunt verò Couar. 3. variar. reſol. cap. 3. verſicu. vlt. & Syluest. verb. vſur. 9. quæſtio. 7. & alij, quos referunt. Niſi vſurarius, non potens cautionem præſtare, cum contritionis ſignis diſceſſit: tunc enim æquitas, benignitaſque poſtulat, vt ſolutis prius vſuris, de quibus conſtiterit eſſe debitas, hæredes cogantur implere diſpoſitiones ad pias cauſas.

B

Excommunicatus.

De excommunicato voluerunt aliqui, cum non poſſe teſtari, dubiuſque eſt Iulius Clarus, §. teſtamētum, quæſt. 24. ſi non ſit occultus. Communis tamen ſententia eſt, etiam ſi notorius ſit, teſtari poſſe. Quoniam nullibi in iure habetur eum non poſſe teſtari. Ita Panorm. in rubr. de teſt. Syluest. verb. teſt. 1. q. 3. pronunc. 9. Couar. in rub. de teſt. par. 2. num. 18. Anto. Gomez. ad l. 3. Tauri, nume. 15. Barto. & alij quos referunt. Si tamen pro aliquo delicto vltra excommunicationem ſtatutum ſit, vt delinquēs teſtari nequeat, quo pacto cap. fœlicis, de pœnis, lib. 6. eſt ſtatutum, vt qui hoſtiliter fuerit inſecutus Cardinalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel eum percuſſerit, aut ceperit, vel ad aliquid horum fuerit cooperatus, &c. teſtari non poſſit; tunc, non quia ille eſt excommunicatus, teſtari non poteſt, ſed quia vltra excommunicationem id in pęnam eſt etiam peculiariter ſtatutum.

C

Damnatus ob famoſum libellum.

Damnatus ob libellum famoſum in alterum confectum, & infamis eſt, & teſtari nequit, l. is cui, §. vlt. & l. cum lex, ff. de teſt. & l. lex Cornelia, §. vlt. ff. de iniurijs.

An verò idem ſit de infami ob quodcūque aliud crimen. Couarr. in Clement. ſi furioſus, par. prima, §. primo, num. 6. affirmare videtur, ductus l. is cui, citata. Contrarium tamen affirmat Barto. ad eandem legem, & communis ſententia, quam referunt ac ſequuntur idem Couarr. 3. variar. reſolut. c. 3. ad finem, num. 8. Iul. Clarus, §. teſt. quæſt. 25. Sylu. verbo, teſtamentum, 1. quæſt. 3. & Angelus eodem verbo, num. 1.

De damnatis ad mortem ciuilem aut naturalem, an teſtari poſſint de iure communi, huius Regni, & Regni Caſtellæ, diximus latè diſputat. 9. occaſione illius quæſtionis, an vſuſfructus morte ciuili amittatur.

D

DISPVTATIO CXXXVIII.

Filiusfamilias, præſertim ſi ſit clericus, an teſtari poſſit.

De iure communi, atque adeo in hoc Luſitaniæ Regno, in quo nihil in contrarium ſancitum eſt, filiusfamilias expleto pubertatis anno teſtari quidem poteſt, de bonis ſuis caſtrenſibus aut quaſi caſtrenſibus; de aduentitijs verò, ſiue in eis præter dominium habeat etiam vſumfructum, vt in euentibus diſputatione octaua, explicatis, ſiue non, ſed vſuſfructus pertineat ad patrem, teſtari nequit, etiam de patris conſenſu. Ita habetur Inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtamen. in principio, l. qui in poteſtate, ff. de teſtamentis, l. ſenium, & l. penult. C. qui teſta. fac. poſſunt, & cap. licet,

cet, de ſepulturis, libr. 6. affirmatque communis ſententia Doctorum, quam reiiciunt & ſequuntur Couarruu. in rubrica, de teſtament. par. 3. num. vltimo. Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. 18. & Antonius Gomez. ad leg. quintā. Tauri. De patris tamen, conſenſu donare poteſt filiusfamilias cauſa mortis, de bonis aduentitijs, vt diſputatione. 136. oſtenſum eſt. Quis ſit filiusfamilias, & quæ ſint bona caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, & aduentitia, dicetur inferius ſuo loco.

las Caſtel. In Regno vero Caſtellæ filius aut filiafamilias, ſi pubertatis annum expleuerint, perinde poſſunt facere teſtamentum, etiam de bonis aduentitijs, ac ſi extra patriam eſſent poteſtatem, ac proinde diſponere poſſunt ad libitum de tertio ſuorum bonorum: in duabus namque alijs partibus neceſſario illis ſuccedunt parentes. Ita habetur leg. quinta. Tauri, quæ eſt hodie 4. libro quinto, nouæ collectionis, titulo quarto. Si tamen pater vſumfructum habebat, etiam in tertio illo bonorum de quo filiusfamilias libere diſponit, vſusfructus ille perſeuerat apud patrem, defuncto filio, toto tempore vitæ patris: poſt mortē vero patris implentur legata talis filii de bonis illis: quoniam ius illud teſtandi eſt ſine præiudicio patris quoad ius fruendi bonis aduentitijs filii. Ita cum Baldo, & multis alijs quos citant, Molina libro ſecū do, de primogen. capitulo nono, numero vigeſimo ſecundo, & Arius Pinel. ad leg. primam. C. de bonis matern. par. 1. num. 44. quicquid in contrarium dixerit Ant. Gomez. ad l. 6. Tauri, nu. 14.

Filiusfamilias clericus. Licet clericatus non eximat filiumfamilias à patria poteſtate, vt ſuo loco dicetur, bona tamen omnia, quæ in clericorum dominium adueniunt, eo ipſo ſortiuntur rationem bonorum quaſi caſtrenſium, ac proinde, eſto filii ſint familias, ad eos pertinet eorum adminiſtratio, & vſusfructus, poſſuntque de eis libere donare & teſtari, dummodo ſi filios legitimos habeant, illis relinquant ſuas legitimas portiones, ſin minus ſuis aſcendentibus. Ita habetur in Authentic. presbyteros, prima. C. de Epiſcopis & clericis, cuius hæc ſunt verba: Presbyteros, diaconos, & ſubdiaconos, cantores, & lectores (quos omnes clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium eorum venientes, habere in ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum, & donare cui volunt ſecundum leges, & in his teſtari, licet ſub parentum poteſtate ſint, ſic tamen, vt horum filii, aut his non exiſtentibus, parentes eorum, legitimam ferant partem. Hactenus authentica illa. Idem affirmant Panormitan. & Couarruu. capitu. quia nos, de teſtamen. Nauarr. in Manua. capit. 17. numero 142. Arius Pinell. ad leg. primam, C. de bonis matern. part. prima, nume. 43. Syl ueſter verbo, Clericus. 4. quæſtio. 14. num. 10. Doctores communiter.

Couarruuias loco citato, & multi alii quos refert, hoc intelligunt, etiam de iis clericis, qui ſolum habent primam tonſuram, licet alii, quos refert, refragentur. Quod tamen extendendum ſit etiam ad clericos in minoribus conſtitutos, ex ipſamet authentic. conſtat, quæ cantores & lectores commemorat, & quæ de portionibus filiorum meminit, propter clericos coniugatos. Credo tamen per contrariam conſuetudinem, & propter multitudinem eorum, qui ad primam tonſuram & minores ordines præteritis temporibus promouebantur, id locum non habere, niſi in his clericis primæ tonſuræ, qui vel beneficium habent Eccleſiaſticum, vel hodie, iuxta Concilii Tridentini ſeſſio. vigeſimam tertiam, capitulo ſexto, de reformatione, gaudent priuilegio fori.

Dubium. Dubitant Doctores, an priuilegium hoc clericorum intelligendum ſit ſolum de bonis, quæ poſt cle-

A ricatum ipſis adueniunt, an vero etiam de illis, quorum dominium ante clericatum ad eos ſpectabat, ſed pater habebat eorum vſumfructum. Panormitan. capitulo in præſentia, de probationibus, numero quinquageſimo ſexto, illud intelligit etiam de his poſterioribus bonis, patréque amittere eorum vſumfructum. Nauarrus dum loco citato ait, ſaltem quæ acquirunt poſt clericatum, anceps eſt.

Couarru. verò cap. quia nos, citato, num. 2. Arius Pinell. vbi ſupra, idem Nauarr. cap. non dicatis, numero 87. & alii, quos referunt, cenſet ſolum id intelligendum eſſe de bonis prioribus, patremque manere, cum vſufructu bonorum: poſterioris generis etiā poſt clericatum, neque filium poſſe de illis teſtari: id quod ſatis innuit verbum illud authenticæ, res quomodolibet ad dominium eorum venientes, poſt clericatum, apertiuſque id adhuc eſt ex l. Sacroſanctę, C. eodem titulo.

Dicendum tamen arbitror, in primis patrem B per aduentum clericatus filij non amittere vſumfructum, quem antea habebat in bonis illius, neque per mortem filii illum amittere, vt hi Doctores rectè aduerſus Panormitanum affirmant. Deinde talem filium vt habet dominium & adminiſtrationem ſui patrimonii, ad cuius titulum eſt ordinatus, etiam ſi à patre illud acceperit: ſic etiam poſſe de illo teſtari, & de alijs bonis, quæ poſt clericatum acquiſierit. Tertiò, filium liberè poſſe diſponere de tertia parte ſuorum bonorum, computando etiam bona, in quibus pater habet vſumfructum, ita vt illa accipere debeant parentes in hoc Regno, & in Regno Caſtellæ in duabus partibus bonorum talis filij, in quibus neceſſario inſtituendi ſunt hæredes. Sententia authoris.

Ex his conſtat, reijciendam omnino eſſe opinionem Anton. Gom. ad leg. 48. Tauri, numero 6. aſſerentis, neque bonorum, quæ filiusfamilias clericus C acquirit poſt clericatum, habere vſumfructum, & adminiſtrationem, ſed vtrunque pertinere ad patrem, eaque de cauſa, neque teſtari, neque diſponere de illis poſſe. Oblitus namque videtur iurium apertiſſimorum, quæ citauimus.

Dubium. Dubium eſt, vtrum in hoc Luſitaniæ Regno, & vniuerſim vbi ius commune viget, filiusfamilias laicus teſtari poſſit ad pias cauſas de bonis ſuis aduentitijs. Dicendumque eſt, de patris conſenſu poſſe, vt habetur expreſſe, capitu. licet, de ſepulturis, libro ſexto. Abſque patris vero conſenſu non poſſe, vt Panormitan. in Rubrica, de teſtamentis. Couarruuias ibidem parte tertia, numero vltimo, & communis ſententia Doctorum affirmat, id que expreſsè habetur capitulo licet, citato. Eccleſia namq; ſpoliare noluit patrem iure, quod iuxta leges ciuiles in bona filij aduentitia habet. Eſtque hoc vſque adeo verum, vt ſi filius poteſtatem habeat à patre te D ſtandi ad pias cauſas certam ſummam, & permiſceat ex ea ſumma legata aliqua ad cauſas non pias, talia legata ad non pias cauſas ſint inualida, neque accreſcant alijs legatis piis, ſed hæredibus ab inteſtato. Ita Iulius Clarus cum aliis, quos citat, §. teſtamētum, ad finem, quæſt. 5.

Bartol. voluit filium teſtari poſſe ad pias cauſas, quando vnà cum dominio bonorum aduētitiorum haberet vſumfructum. Communiter tamen reiicitur à Baldo, Panormitano, & aliis, vt Couarruuias loco citato refert. Bonifacius namque VIII. cap. licet, citato abſque vlla reſtrictione aſſeruit, filiumfamilias teſtari non poſſe abſque patris conſenſu pro anima ſua, niſi peculium habeat caſtrenſe aut quaſi caſtrenſe: vſusfructus autem bonorum aduentitiorum etiam ſi ad filium ſpectet, cum bonis illius aduentitiis computatur.

DI-

DISPVTATIO CXXXIX.

Teſtamentum ante profeſſionem religioſi factum an ſit validum, & de renunciatione bonorum ante eandem profeſſionem quouſque ſit valida.

QVod ad religioſos attinet, dicemus primo in hac diſputatione de eorum teſtamento ante profeſſionem (in noſtra verò ſocietate etiam ante tria vota poſt duos probationis annos emiſſa) facto, idq; ſiue ſit factum in ſeculo ante ingreſſum in nouitiatum, ſiue tempore nouitiatus. Simul etiam cum Concilio Tridentino dicemus de renunciatione bonorum facta ante profeſſionem quouſque ſit valida. Sequenti verò diſputatione explicabimus, quæ bona religioſi, poſt profeſſionem emiſſam ad monaſterium pertineant, quando monaſterium tale eſt, vt in bonis religioſi ſuccedat, & quæ monaſteria eiuſmodi ſint. Poſtremo diſputa. 141. examinabimus, an religioſus poſt profeſſionem teſtari poſſit.

Quoniam verò Doctores, qui de hac re loquuntur, particulare noſtræ ſocietatis inſtitutum, ſæpe à ſancta ſede Apoſtolica approbatum & confirmatum, non nouerunt, pauca ad rem, de qua diſputamus, attinentia, in lucem eorum, quæ dicenda ſunt, referam.

In noſtra ſocietate ſunt domus profeſſæ, collegia, & domus probationum in quibus nouitij inſtituuntur. Profeſſæ domus nullos omnino reditus habere poſſunt neque ob miſſas, confeſſiones, conciones, aut alia miniſteria quicquam poſſunt accipere, ſed ſolum viuere poſſunt de alijs eleemoſynis petitis, aut ſponte ipſis oblatis. Licet autem Concilium Trid. ſeſſ. vigeſimaquinta, in decreto de regularibus, capitulo tertio, côceſſerit omnibus monaſterijs & domibus tam virorum quam mulierum, etiam mendicantium, exceptis domibus fratrum ſancti Franciſci, Capucinorum & obſeruantiæ, vt bona immobilia poſſidere deinceps eis liceret; ſocietas tamen noſtra, vt ex decreto quodam ſecundæ congregationis generalis conſtat, huic indulgentiæ Concilij Tridentini renûciauit. Collegia, & domus probationum, reditus & bona immobilia habere poſſunt in communi, vnde ſcholaſtici & nouitij alantur, veruntamen non ſolum profeſſæ domus ius vllum non habent ad bona ſuorum religioſorom, ſed neque collegia, neque probationum domus.

Cum ſocietas noſtra ardua habeat miniſteria, hominibuſque ſolidæ cuiuſdam virtutis, diuque probatis indigeat, hos omnes religioſorum gradus in ſe côplectitur. Profeſſos, qui & eruditi homines eſſe debent, & poſt longas probationes, ſpecimenque virtutis non leue exhibitum, pro generalis arbitrio, quando expedire iudicat, ad profeſſionem vocantur. Coadiutores ſpirituales, qui ſacerdotes ſunt in conſcientiæ ſaltem caſibus bene inſtructi, & ſimiliter poſt longas probationes, & virtutis ſpecimen diu exhibitum admittendi ad tria illius gradus vota pro arbitrio generalis vocantur. Coadiutores temporales, qui ad miniſteria temporalia admittuntur, & ſimiliter poſt longas probationes & virtutis ſpecimen diu exhibitum pro generalis arbitrio ad tria illius ſtatus vota recipiuntur. Et alios, qui peractis duobus probationis annis, tria ſimplicia vota publica paupertatis, caſtitatis & obedientię perpetuæ in ſocietate emiſerunt, cum voto aſcendendi ad aliquem trium priorum graduum, quando à Generali vocati iuſſique fuerint. Hi verò interim, vel literas addiſcunt, vel in miniſterijs ſocietatis ſpiritualibus, aut temporalibus ſe exercent.

Non ſolum autem profeſſos & coadiutores ſpiri-
A tuales ac temporales, verum hos etiam verè eſſe religioſos, ſatis innuerat Concilium Tridentinum, ſufficienterq; expreſſerant Summi Pontifices, dum apoſtaſiæ crimen & excommunicationis pœnam ipſo facto eos, ſi à ſocietate diſcederent, incurrere decreuerunt, aditumque illis ad profeſſionem in ordinibus etiam mendicantibus, denegarunt, irritam ac nullam, ſi eſſet alienata, ea ſtatuentes, reſque de ſe eſt ſatis manifeſta. Etenim per tria illa vota publica, ex ſocietatis inſtituto, Sediſque Apoſtolicæ approbatione poſt duos probationis annos emiſſa, ſeipſos Diuino obſequio re ipſa mancipant, ac eum effectu ex parte ſua ſub prælati regimine, ad perpetuam obedientiam, paupertatem & caſtitatem, non ſecus ac profeſſi, ſub reatu ſacrilegij lethalis ſeruandam omnino tradunt, religât, ac deuinciunt, nec plus ipſis, quam profeſſis, manet deinceps integrum tria illa ex parte ſua non ſeruare, neque per illos ſtat, quo minus profeſſionem ſtatim emittant, ſed in Ec-
B cleſiæ, eiuſdemque ſocietatis bonum, quo religio purior perſeueret, nec Diuinum obſequium labefactetur, in ſuamque maiorem abnegationem, ac proinde meritum, Generalis præpoſiti iuſſum & ordinationem ſpectant, vt profeſſionem emittât, vel coadiutorium ſpiritualium, aut temporalium gradum, prout Diuino honori ac obſequio plus ducere fuerit iudicatum, vocentur, ad idque dum tria illa vota emittunt, peculiariter ſe aſtringunt. Quòd verò ex Sedis Apoſtolicæ priuilegio, libera maneat ſocietas, vt ſi id Diuino obſequio, religioniſque bono expedire iudicauerit, non ſolam his, ſed etiam coadiutoribus ſpiritualibus & temporalibus remittere poſſit ſua vota, ſanè neque illis vlla fit iniuria, quippe quibus ſtatim à nouitiatus principio, & ſæpius poſtea, antequam finito nouitiatu tria illa emittant vota, omnia dilucidè proponuntur, neque quicquam de ratione veræ ac per-
C fectæ religionis minuit. Nouiſſimè verò Gregorius XIII. Kalendis Februarij anni 1582. proprio motu, & ex certa ſcientia inter alia definiuit, hos omnes noſtræ ſocietatis verè ac propriè eſſe religioſos. Et aduerſus quendam profeſſorem, qui eum, non tanquam Summum Pontificem, ſed tanquam Doctorem particularem id definiuiſſe temerè affirmauit, ſeuerè admodum 8. Kalend. Iunij anni 1584. idem iterum definiuit, vt ex diplomatibus ea de re latis ac publicatis conſtat, præcipiens in virtute ſanctę obedientiæ, ac ſub pęnis excommunicationis latæ ſententiæ, nec non inhabilitatis ad quæuis officia, & beneficia ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, quarum abſolutionem ſibi & ſucceſſoribus ſuis, reſeruauit, ne quiſquam cuiuſquam ſtatus, gradus, aut præeminentiæ, &c. in dubium id amplius reuocare, aut ea de re diſputare auderet;
D cum pleniſſima derogatione quorumcunque priuilegiorum, &c.

Præter hos omnes gradus, ſunt nouitij in ſocietate, qui interim dum, expleto prius biennio probationis, tria illa vota publica non emittunt, ſimpliciter ac propriè non ſunt religioſi, ſed in via dumtaxat, perinde atque cæteri aliarum religionum nouitii. Gaudet tamen priuilegio canonis, ſi quis ſuadente diabolo, & aliis religioſorum priuilegiis.

Tam profeſſi, quam coadiutores omnes ſpirituales ſocietatis, ſunt eo ipſo incapaces cuiuſcumque dominii, & neque domus profeſſæ, neque collegia, aut quiſquam alius, hæredes eſſe poſſunt eorum loco, ſed ad eum effectum reputantur tanquam mortui naturaliter, non ſecus ac minores fratres profeſſi de obſeruantia, aut Capucini, quin, ſi ante poſſeſſionem, aut vota coadiutorum, aut dominium rerum aliquarum habebant, nec de illis

illis

illis diſpoſuerant, pertinent, profeſſione, aut votis coadiutorum emiſſis, ad eorum hæredes ab inteſtato, proinde ac ſi in ſeculo ex hac vita ab inteſtato diſceſſiſſent.

Illi, qui finito probationis tempore tria vota ſimplicia publicè emiſerunt, ſed nondum in profeſſorũ aut coadiutorum numerũ admiſſi ſunt, capaces quidem, iuſtis cauſis ſunt iuris ac dominij bonorum temporalium, ſuccedereque poſſunt aliis ex teſtamẽto & ab inteſtato, vt indicant conſtitutiones, & ſtatuta. & Gregorius XIII. in diplomatibus citatis definiuit: attamen nullam eorum adminiſtrationem, nullumq; habent vſum, vtpote ſuũ, tenẽturque quãdocunque à ſuperiore fuerint iuſſi, de illis diſponere; in pauperes quidem aut ad alia pia opera, pro ſuo arbitratu ac deuotione; ſi tamen aliqua erogare vellent conſanguineis, quod ita expedire iudicarent, non aliter id efficere poſſunt, quam interueniente iudicio & arbitrio duorum, qui vita & doctrina commendentur, & ab ipſo eligantur, ſed approbentur à ſuperiore. Eſt autem eiuſmodi diſpoſitio abſoluta abſque vlla tacita vel expreſſa conditione, & abſque vlla ſpe, quod ea bona vllo tempore in eorum dominium ac poteſtatem redire poſſint, vt de nouitiorum diſpoſitione proximè ſubiungam.

Nouitij, ante ingreſſum quidem in nouitiatum, ſtatuere poſſunt de omnibus ſuis bonis temporalibus pro ſuo arbitratu: poſtquam verò nouitiatum fuerint ingreſſi, non aliter de illis poſſunt diſponere quam vel in pia opera pro ſuo arbitrio ac deuotione, vel, ſi quid conſanguineis conferendum iudicauerint, interueniente iudicio duorum, quos ipſi ad id elegerint, & ſuperior approbauerit, vt de iis, qui tria vota publica iam emiſerint, proximè dictum eſt. Statim autem ac nouitiatum ingrediuntur, ſimplici promiſſione debent promittere, elapſo primo probationis anno, quandocunque à ſuperiore id eis fuerit iniunctum, ſe de illis prædicto modo promptè & plenè diſpoſituros, omnem à ſe fiduciam (vt Conſtitutiones aiunt) remouendo, eadem bona vllo tempore recuperandi, idque ad maiorem ſui firmitatem & meritum. Quo fit, vt diſpoſitio abſoluta ſit futura abſque vlla tacita vel expreſſa conditione; Quod ſi à ſocietate defecerint, alia recuperent, aut quauis alia. Quod longè maiori cum ratione intelligendum eſt de iis, qui peracto iam biennio probationis, emiſſiſque tribus publicis votis, de ſuis bonis in ſocietate diſponunt. Cum verò tam hi, quam nouitii, exempti iam ab omni iuriſdictione Principum ſecularium de ſuis bonis diſponant, atque in commune Eccleſiæ, & religionis bonum, ad finemque ſupernaturalem, idque efficiant ex ſocietatis conſtitutionibus ac inſtituto à ſancta ſede Apoſtolica approbatis, conſequens profectò eſt, vt ad hoc, vt eiuſmodi diſpoſitio valida omnino ſit, neceſſe non ſit religioſum attingere vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, ſed ſatis eſſe vt eius ſit ætatis, quæ ſufficit vt religioſus noſtræ ſocietatis ſit.

His ita conſtitutis, affirmant Doct. communiter, religioſum vtriuſque ſexus, tum ante ſuum ingreſſum in nouitiatum, tum tempore nouitiatus, teſtari poſſe de ſuis bonis: id conſtat ex auth. nunc autem, C. de Epiſc. & cler. quæ deſumpta eſt ex auth. de Monachis, §. ſi quis autem, ver. illud quoque, & habetur capit. ſi qua mulier, 19. quæſt. 3. idque aſſeuerant Nauar. ca. non dicatis, nu. 75. Couar. ca. 2. de teſta. nu. 4. & 5. Iulius Clarus lib. 3. ſent. §. teſtamentum, q. 28. Molina lib. 2. de primog. c. 9. num. 39. & 52. & communis ſententia quam referunt. Quando autem cap. quia ingredientibus, 19. q. 3. & in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccl. atque aliis iuribus aſſeritur, ingredientibus monaſterium nullam vlterius eſſe facultatem

A teſtandi, intelligendum id eſt, de ingreſſu irreuocabili ex parte ipſius ingredientis, qualis eſt in religionibus aliis à noſtra, eſt per ſolam profeſſionem: ſecus autem de reuocabili tempore nouitiatus, præſertim poſtquam iuris interpretatione ac diſpoſitione probationis tempus datur, vt & ingrediens experiatur religionem, integrumque illi ſit ad ſeculum reuerti, & religio periculum de illo capiat, integrumq; illi ſit eum expellere ſi diſplicuerit. Meritò ait Couar. nu. 5. citato aduerſus Rodericũ Suarez & alios, teſtamentum nouitii, etiam ſi abſque prælati conſenſu fiat, eſſe validum, dicitq; eſſe ad id optimũ textũ, c. 4. de reg. lib. 6. Ratio autem eſt, quoniam ſimpliciter eſt adhuc ſui iuris cum libera exeundi facultate.

Eſt verò obſeruandum, in noſtra ſocietate in hoc ſenſu non poſſe nouitium ſine ſuperioris licentia teſtari, quod cum ea lege in nouitium recipiatur, ſit nihil, niſi conſcio & approbante ſuperiore, dum inter nos eſſe voluerit, efficiat; adhibitaque ſimplici
B promiſſione recipiatur, quod peracto primo probationis anno, quandocunque ſuperior id iniunxerit, promptè & omnino ita de omnibus ſuis rebus modo ſupra explicato diſponat, vt ſpem omnem iterum illas conſequendi amittat; ſanè contra fidem datam, contra idque, quod recta ratio poſtulat, in primis faceret, ſi ſine facultate & approbatione ſuperioris teſtaretur, idque ſufficientiſſimum eſſet, vt tanquam noſtro inſtituto indignus ac ineptus, continuo expelleretur à nobis. Deinde nihil impediente tali teſtamento, poſt emiſſa tria ſimplicia vota, tenerentur ſub reatu lethalis culpæ, ſi ita ſuperiores eum aſtringere vellent, reuocare tale teſtamentum, abdicareq; omnino à ſe omnia ſua bona modo ſupra explicato. Interim verò dũ nouitius eſſet, teneretur, vel à ſocietatis nouitatu egredi, vel teſtamentum reuocare, promptumque ſe exhibere ad omnino abdicandum à ſe ſua omnia bona, quando peracto primo
C probationis anno, à ſuperiore ei intelligeretur. Si tamen (quod dante Domino nũquam in ſocietate eueniet) nouitius ignorante ſuperiore, ritè alioquin teſtamentum cõderet, & ex hac vita diſcederet, validum eſſet tale teſtamẽtum, vtpote factum ab homine ſimpliciter ſui iuris.

Hinc iam facilè intelligetur, quo pacto accipiendum ſit, quod ſupra ex noſtris Conſtitutionibus retulimus, nempe, quemcunque noſtrorum ante ſuum ingreſſum in nouitiatum, ſtatuere poſſe de omnibus ſuis bonis pro ſuo arbitratu. Id namque intelligendum non eſt per vltimam voluntatem, quæ ſolum firma ſit per mortem naturalem ita diſponentis, aut per profeſſionis, aut votorum coadiutorum ſpiritualium aut temporalium emiſſionem; ſed intelligendũ eſt per donationem inter viuos, ſiue ad pia ſiue ad profana. Alioquin eſſe poſſent multi inter nos, qui, etiam ſuperiore iubente non tenerentur vſq; ad pro
D feſſionem, aut gradum coadiutoris, abdicare omnino à ſe res ſuas abſque ſpe illas iterum obtinendi, eiſque fruendi, quod eſſet contra Conſtitutiones, & ſocietatis paupertatem. Intelligenda ergo eſt conſtitutio, de diſpoſitione cum omnimoda abdicatione. Quare ſi quis ingrederetur nouitiatum cõdito prius teſtamento, admonendus eſſet, peracto primo probationis anno, teneri quando ſuperior id iniunxerit, illud reuocare, & diſponere omnino ad pias tantum cauſas de omnibus ſuis bonis, aut, ſi quid conſanguineis velit largiri, interueniente iudicio & approbatione duorum, vt dictum eſt.

Illi, qui tempore probationis peracto, tria ſimplicia publica vota emiſerunt, nondumque in profeſſorum aut coadiutorum numerum recepti ſunt, cum ſui iuris non ſint, omniſque vſus & alienatio ſuorũ bonorũ ſint illis voto ſuo paupertatis interdicta, præter illam, quæ conſtitutionibus eſt eis conceſſa, ſanè,

licet

licet conſcio & approbante ſuperiore, tum inter vi-uos, modo ſupra explicato alienare poſſint ſua bona, tum etiam donatione cauſa mortis, aut etiam teſtamento, ſi aliquando id expedire, & cum aliorum ædificatione conſentire iudicaretur, nihilominus, inſcio nec approbante ſuperiore, adeo teſtari non poſſunt, vt id non ſolum eſſet contra paupertatis votum, verum etiam factum non teneret. Licet enim iubente ſuperiore vt de ſuis bonis diſponant, libera illis relinquatur diſpoſitio, ſi ad ſolas pias cauſas velint diſponere, modus tamen, vt ſcilicet ſit per vltimam voluntatem, etiam ſi ad ſolas pias cauſas diſponant, liber non relinquitur, quin potius, ſi ſuperiori id ita videatur, cogi poſſunt abdicare ſtatim à ſe omnia ſua bona abſque vlla facultate diſpoſitionem reuocandi & abſque ſpe retinendi in poſterum ſua bona, aut eis fruendi, quod vltimæ voluntati non conuenit, ac proinde vltima voluntas eſſe nequit ex ſubditi arbitrio, ſed ex ſuperioris permiſſione, qui, vt protrahere poteſt tempus diſponendi, ita concedere poteſt vt interim ſolum diſponat per vltimam voluntatem. Itaque vt vniuerſim loquamur, non ſolum omnis alienatio bonorum horum ſubditorum, quæ conſtitutionibus non ſit eis permiſſa, ſed etiam modus omnis eiſdem conſtitutionibus non permiſſus, & ſunt contra paupertatis votum, & facta non tenent, vtpote profecta ab eis, qui ad id ſui iuris non ſunt, neque proinde ius vllum habent.

Renunciatio bonorũ ingredientiũ religionẽ. Antea quam vlterius progrediamur, vt de renunciationibus & alienationibus aliis, quæ ab ingredientibus religionem fiunt, ſimul loquamur, & quouſque validæ ſint, aut non ſint, innoteſcat, ſciendum eſt, Concilium Tridentinum Seſſione 25. in decreto de regularibus, capitu. 15. ſtatuiſſe, vt in quacunque religione, tam virorum quàm mulierum, profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum, & vt ad profeſſionem non admittatur, qui minori tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, & vt profeſſio antea facta ſit nulla, nullamque omnino inducat obligationem. Protinus verò capit. 16. ſubiungitur. Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcumque cauſæ, piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarii, fiat, intrà duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione: aliter verò facta, etiam ſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus. Finito tempore nouitiatus, ſuperiores nouitios, quos habiles inuenerint, ad profeſſionem admittant, aut à monaſterio eos eiiciant. Per hæc tamen ſancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorum ſocietatis Ieſu, iuxta pium eorum inſtitutum à ſancta Sede Apoſtolica approbatum, Domino, & eius Eccleſiæ ſeruire poſſint. Sed neque ante profeſſionem, excepto victu & veſtitu nouitii vel nouitiæ illius temporis quo in probatione eſt, quocunque prætextu à parentibus vel propinquis aut curatoribus eius, monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur; ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, neque facilè, ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit. Quin potius præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erãt: quod vt rectè fiat Epiſcopus, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat. Hactenus Tridentina Synodus. Quæ, vt eadem Synodus ait, nihil præiudicant inſtituto noſtro, nihilque circa illud innouant.

A Ambiget fortaſſe aliquis, num poſt conſtitutionem hanc, qua nulla redditur omnis renunciatio bonorum facta ante profeſſionem, niſi de licentia Epiſcopi duobus menſibus ante profeſſionem fiat, locum habeant, quæ de teſtamentis nouitiorum, aut ingredi volentium nouitiatum, dicta ſunt. Dicendumque eſt, proculdubio locum habere. Etenim neque teſtamentum, neque quæuis alia vltima voluntas, nomen habet renunciationis bonorum neque vllam inducit obligationem ſuper ingredientem religionem, cum ante profeſſionem reuocari ab eo poſſit quandocumque voluerit. Quare cum neque verba ipſa conſtitutionis vltimas voluntates comprehẽdant, nec finis illius, nempe, ne ea ratione nouitius retardetur ab egreſſu, ſi timeat ſe non potiturum bonis omnibus, quæ antea habebat, locum in vltimis voluntatibus habeat; conſequens profectò eſt, vt nulla probabilitatis effigies ſit, eas nullas fuiſſe redditas ea conſtitutione. Dubium.

B Ambiget rurſus, an ea conſtitutio intelligenda ſit ſolum de renunciatione, aut obligatione facta vel inducta poſt ingreſſum in nouitiatum, an verò etiam de ea, quæ facta ſit ante nouitiatum, ſiue renuncians, aut inducens ſuper ſe obligationem, ſit adhuc in ſeculo, ſiue in monaſterio, ante tamen ſuſceptum habitum, aut inchoatum nouitiatum. Diſtinguendumque eſt, num in ſeculo ſit facta ſine intuitu & animo ingrediendi religionem, an verò intuitu ingrediendi. Et quidem in priori euentu nulli poteſt eſſe dubium validam eſſe, neque comprehendi ea conſtitutione. Alioquin eo ipſo, quod quis ingredi vellet religionem, neque ipſa nouitiatum ingrederetur, reſcinderentur multa, quæ valida reipſa fuerunt, quod eſt rediculum, neque puto eſſe iuriſdictionem in Eccleſia ad ea ex eo capite reddenda inualida. Neque vlla ratione eſt credendum id Eccleſiam voluiſſe, præſertim cum neque cum illius conſtitutionis fine id congruat. In poſteriori C verò euentu, ad patres deputatos ad explicandum Concilium Tridentinum circa dubia, quæ quo ad illud fuerint exorta, ſpectat id definire. Ante contrariam tamen eorum definitionem, nulla ratione affirmare auderem validam eſſe talem renunciationem aut inductionem obligationis. Tum quia Cõcilium vniuerſim loquitur de renunciatione facta ante profeſſionem: non reſtringendo ad renunciationem factam tempore nouitiatus, & quod lex non reſtringit nec nos reſtringere debemus. Tum vel maximè, quoniam finis legis, ne ſcilicet nouitius ante profeſſionẽ libere recedat timore, quod non potietur omnibus ſuis bonis, quibus intuitu ingreſſus ſe ſpoliauit, æq; vim habet in renunciatione aut obligatione facta ante nouitiatum & in nouitiatu. Dubium.

Ambiget præterea, num in ea conſtitutione comprehendatur etiam donatio, qua illico dominium D in donatarium transferatur. Ratio verò dubitandi eſt, quia illa neque videtur propriè renunciatio, neque inducit obligationem vllam in nouitium, quẽadmodum induceret nuda promiſſio. Interim verò dum contrarium non definitur, nulla ratione affirmare auderem, non comprehendi etiam donationem. Tum quia donatio ſpecies quædam eſt renũciandi propriis bonis. Tum etiam, quia finis legis non minus habet locum in donatione, quam in nuda promiſſione, & idcirco longè maiori cum ratione cenſenda eſt reddita nulla, quam obligatio inducta per promiſſionem. Reliqua, quæ de eiuſmodi renunciationibus addi poterant, commodius dicentur in materia de contractibus, dum de alienatione fundi dotalis, erit ſermo. Dubium.

Ad id vnde digreſſi ſumus, vt regrediamur, Bar. in authen. ſi qua mulier, & quidam alii voluerunt ad validitatem teſtamenti nouitii, eiuſve, qui ingredi

parat

parat religionem,ſatis eſſe ſolennitatem , quæ in teſtamento militis ſufficit. Quia regulari,qui miles eſt cœleſtis militiæ,concedendum eſt,quod militibus ſecularibus conceditur. Contrarium tamen affirmandum eſt cum Nauar.cap.non dicatis,numero 84.& alijs,quos citat. Tum ob alia, quæ Nauarr.eo loco adducit. Tum etiam quia argumentum a paritate rationis vt ſimiliter aliquid alijs concederetur,nullum eſt in iure,interim dum id non eſt conceſſum. Quia tamen nouitius exemptus eſt à iuriſdictione ſeculari,ſanè,quæ ſolennitas ſufficit in clerici teſtamento, iuxta ea quæ diſput. 133. dicta ſunt , ſufficit etiam in teſtamento nouitij,aut cuiuſuis alterius religioſi: nõ verò in teſtamento eius , qui adhuc nouitiatum non eſt ingreſſus.

Dubitant Doctores,an teſtamentum factum rumpatur & annulletur per profeſſionem poſtea ſubſecutam. Sermoque eſt de monaſterijs,quę ius habent ſuccedendi in bonis ſuorum religioſorum : in alijs namque,vt in noſtris , & minorum obſeruantiæ ac capucinorum,nemo dubitat non rumpi nec annullari. Diſtinguendumque eſt, quia vel tale teſtamẽtum fuit factum ab homine iam nouitio, aut qui religionem ingredi intendebat,vel ab homine nihil adhuc cogitante de ingreſſu religionis.

In priori euentu affirmat communis Doctorum ſententia, Bar.Panormit.& aliorum,quam referunt & ſequuntur, Nauarr.c.non dicatis num. 81. & 83. Couar.c.2.de teſtam.nume.4.& 5.Molina lib.2. de primog.c.9.num.49.Iulius Clarus,§.teſtamentum, q.28.& Frãciſcus Caldas de nominatione Emphyteutica,q.6.nu.16.non rumpi neque annullari, eſto, qui ita teſtamentũ confecit,nihil omnino reliquerit monaſterio, ſed omnia bona ſua reliquerit extraneis. Ratio eſt,quoniã licet teſtamẽtum natiuitate filii rumpatur,& monaſterium loco filij habeatur cõparatione eius,qui profeſſionem in eo emittit,vt patet in authent.de ſanctiſſim. Epiſcop.§. ſed & hoc, in auth.niſi rogati,C.ad Trebe.& cap. in præſentia, de probat.non tamen habetur loco filij niſi in caſib. expreſſis à iure. de quorum numero non eſt quoad effectum inualidandi teſtamentum ante profeſſionem factum, is caſus, de quo modo loquimur, vt ex eiſdem iuribus eſt manifeſtum. Et quoniam,vt habetur expreſſe in authent.nunc autem,C. de Epiſcop. & cleric. bona profitentis religionem fiunt monaſterij,niſi prius eſſet teſtatus,quia tũc quatenus de ſuis bonis eſſet ad alia teſtatus,non pertinent ad monaſterium: quod abſque vlla omnino reſtrictione dicitur. Præterea, quia ante ingreſſum irreuocabiliter in religionem,integrum eſt cuique diſponere de ſuis bonis vt libuerit,cum ſit eorum dominus, nullibiq; in iure prohibeatur.

In poſteriori verò euentu Bar.in auth.ſi qua mulier,C.de ſacroſanct. Eccl.voluit rumpi teſtamentũ per profeſſionem;eo quòd præſumendum ſit voluntatem mutaſſe,& hanc fatetur Couarr.num. 5. citato eſſe communiorem opinionem. Dicũt verò DD. huius opinionis,quando res aliunde non conſtat:ex tempore quo ante profeſſionem condidit teſtamentum,multum aut parum diſtante à tempore ingreſſus,arbitrio prudentis eſſe iudicandum , an intuitu ingreſſus religionis fuerit conditum,vel non . Contrariam ſententiam affirmant,poſt Antonium à Butrio, Panormit. & Felinum capitulo in præſentia & alios, Nauarr.num.83.citato,Iulius Clarus quæſtio. 28.citata, Molina vbi ſupra,nu.quadrageſimo quarto. Franciſcus à Caldas de nominatione emphyteutica,quæſtion.6.num.10.& Couarruu. tametſi non admodum firmus,num.5.citato. Atque hæc ſententia placet. Tum quia non reuocaſſe teſtamentum expreſsè longè maior coniectura eſt , illum in antiqua voluntate perſtitiſſe. Tum etiam, quoniam authen.

A nũc autem, abſque vlla omnino reſtrictione ſtatuit, bona de quibus is,qui monaſterium ingreditur, fuerat teſtatus non pertinere ad monaſterium. Tum denique , quoniam vt Molina argumentatur, teſtamentum antea factum non rumpitur ex voluntate, non ſolum tacita, ſed etiam expreſſa aliter diſponẽdi,niſi contraria diſpoſitio ſit ſecuta,vt conſtat ex §. ex eo autem ſolo, Inſtitu. quibus modis teſtamenta infir.& l.ſancimus, C.de teſtamen. Quare cum hæc ſententia iuribus manifeſtis nitatur , & inter recentiores iam hodie communis ſit,ſequendam eam iudico,etiam in exteriori foro,in hoc Luſitaniæ regno in quo Bart. ſententiæ ſunt ſequendæ , quando non eſt textus in contrarium , nec Gloſſa Accurſij , nec communis opinio:ſatis namque arbitror eſſe,ſi propter perſpicuas rationes,quas moderni inuenerunt, ſine cõtrouerſia apud eos communiter admittatur, vt à Bart. opinione liceat in hoc regno in iudicando recedere. Iulius Clarus & Molina, cum aliis, eam

B meritò reſtringunt , quando qui religionem eſt ingreſſus, ante profeſſionem dixiſſet, ſe & ſua omnia offerre monaſterio: per eum enim actum cenſeretur reipſa diſponere aliter de bonis ſuis, ac proinde reuocare teſtamentum factum in ſeculo. Iulius Clarus voluit teſtamentum in hoc euentu ſolum annullari quoad hæredis inſtitutionem , non verò quoad legata. Meritò tamen Moli. affirmat,quoad legata etiam annullari: id namque ſignificant verba illa,offero me & omnia mea. Illud addiderim,quando Bartoli opinio iudicaretur amplectenda , ex ipſiuſmet religioſi confeſſione iuramento firmata cõſtare ſatis poſſe, intenderitne, an non, reuocare antiquum teſtamentum,illique eſſe ſtandum,ſaltem in foro conſcientiæ.

DISPVT. CXL.

C *Quæ bona religioſi, & quando ad religionem pertineant.*

SErmo eſt de religionibus , quarum monaſteria ius habent ad bona ſuorum religioſorum , quales,vt ex dictis diſputatione præcedente eſt manifeſtum,ſint cæteræ , præter domus omnes & collegia ſocietatis, & monaſteria fratrum Minorum de obſeruantia,& cęterorum qui ſtrictius adhuc regulam Diui Franciſci obſeruant,quos omnes Concil.Trident. Capucinorum nomine comprehendit . In his enim omnibus monaſteriis, domibus, aut collegiis, ſi religioſi inteſtati, cum prius de ſuis bonis inter viuos non diſpoſuerint , profeſſionem emittant , vel ad coadiutorum ſpiritualium aut temporalium vota admittantur, continuo omnia earum bona pertinent ad hæredes ab inteſtato, fiuntque incapaces deinceps iuris aut dominij quorumcunque bonorum , ita, vt neque ipſi, neque monaſteria, aut quiſ-

D quam alius, eorum loco ac nomine, vllum ius habere poſſit: ſed reputantur , ac ſi mortui eſſent naturaliter,vt diſputatione præcedente dictum eſt. Hac de cauſa , ſi teſtati profiteantur aut vota coadiutorum emittant,continuo non ſecus teſtamentum,aut quæuis alia vltima eorum voluntas, confirmatur,ac ſi naturaliter eſſent mortui , ſuntque proinde morte naturali ipſorum non expectata, tradenda eorum bona iis, ad quos ex tali teſtamento aut vltima voluntate pertinent , vt communis doctorum ſententia affirmat. Dum verò teſtabantur,aut de ſuis bonis inter viuos diſponebant, poterant proinde in eleemoſynam,aut in aliud opus pium; ſuis monaſteriis aliquid dare aut relinquere, atque quibuſcunque extraneis.

De aliis ergo monaſteriis agendo, voluerunt Cynus & quidam alii,quos Iulius Clarus lib.3.ſenten.

§.teſta-

§. teſtamentum, quæſtione vigeſimaoctaua, ſequitur, A
ſi nouitius ex hac vita inteſtatus diſcedat, bona illius pertinere ad monaſterium, nō verò ad hæredes illius ab inteſtato. Contrarium eſt proculdubio affirmandum cum Panormitan. & alijs, quos Naua. cap. non dicatis, nume. 81. refert ac ſequitur. Neque enim nouitius, ſimpliciter eſt religioſus, neque monaſterium vllum ius in bona illius ante profeſſionem comparat, niſi illa ei in nouitiatu donaſſet (quod tamen hodie, ex diſpoſitione Concilij Tridentini ſeſſ. 25. ca. 16. de regularibus, eſt irritum & nullum, vt diſputatione præcedente relatum eſt) vel ex vltima voluntate ea illi reliquiſſet.

Eo ipſo, quod quis in eiuſmodi monaſteriis ritè profitetur, bona omnia ipſius, de quibus ante profeſſionem, ſaltem per vltimam voluntatem, non diſpoſuerat, pertinent ad monaſterium, non ſolū quoad proprietatem, ſed etiam quoad poſſeſſionem, vt cum quadam gloſſa, Panormit. & alijs bene affirmat Nauar. capitu. non dicatis, numero ſeptuageſimo octauo. Ita habetur in authen. nunc autem, C. de Epiſcopis, & clericis, in authentica, ingreſſi, & in authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & cap. ſi qua mulier, decimanona quæſtione tertia, & affirmant Doctores communiter. Monaſterium tamen tenetur ad omnia debita talis religioſi contracta ante profeſſionem, ſed iuxta vires duntaxat bonorum, quæ ex illo religioſo, vel in præteritum obuenerunt, vel in futurum obuenient, vt bene ibidem ait Naua. numero 74.

Quin & bona, de quibus per vltimam volūtatem diſpoſuit, pertinent ad monaſterium vſque ad mortem naturalem talis religioſi quoad vſum & fructus, eo pacto quoad religioſum ipſum pertinuiſſent, ſi in ſeculo ita teſtatus permanſiſſet: quarè ſi illi, quibus relinquuntur, moriantur ante talem religioſum, euaneſcit diſpoſitio illa vltima, bonaque illa pertinent omnino ad monaſterium. Ita Panormit. capitulo in præſentia, de probationibus, numero quinquageſimo octauo. Nauarr. capitu. non dicatis, numero 86. Emanuel à Coſta, capi. ſi pater, parte ſecunda, verbo teſtatore mortuo, numero ſexto, & ſeptimo, & Couar. capit. ſecundo, de teſtamen. numero ſexto, Bart. & communis ſententia, quam referunt. Intelligendum tamen id eſt, niſi religioſus aliud ſuo teſtamento expreſſerit, nēpe vt bona ſua omnia, aut talia vel talia, ſtatim profeſſione emiſſa, aut à tali vel tali tempore, pertineant omnino ad eum cui illa relinquit. Ita Couar. cap. 2. citato in calce, numero 8. cum alijs quos refert, eſtque res manifeſta. Potuit namque ante ſuam profeſsionem diſponere de ſuis bonis pro ſuo arbitratu. Quod ſi profeſsio, aut vota coadiutorum, emitterentur in religione, quæ ius non habet ad bona ſui religioſi, ſtatim bona ita relicta tradenda eſſent illis, quibus per vltimam voluntatem relicta ſunt, vt ſupra dictum eſt, affirmatque communis Doctorum ſententia.

Quæſtio. Vtrum verò religioſus, qui condito teſtamento profeſsionem emiſit in cœnobio ius habente ad bona ſuorum religioſorum, poſsit poſt profeſsionem emiſſam illud reuocare, ſaltem in cœnobij fauorem. Licet Barto. in authent. ſi qua mulier, & pauci alii affirmauerint; Panormitan. tamen cap. in præſentia, num. 61. & communis ſententia, quam Nauar. cap. non dicatis, num. 85. & Couar. cap. 2. citato, nu. 9. referunt & ſequuntur, meritò negant. Eſt enim per profeſsionem mortuus mundo, qui, vt nihil habere poteſt, ita neque diſponere deinceps poteſt de bonis, quæ ante habebat. Quarè ſicut teſtari poſt profeſsionem non poteſt, ita neque reuocare teſtamētu ante profeſsionem factum. Ac cum quippe reuocare teſtamentum ſpectat, qui nouum condere poſſit:

A regula illa ſtatuta, nempe, emiſſa profeſsione in monaſterio ius acquirente ad bona ſuorum religioſorum, bona omnia, de quibus religioſus ante profeſsionem non diſpoſuerat, pertinere ad monaſterium, excipiendæ ſunt legitimæ portiones filiorum, aut aliorum deſcendentium, ſi quos talis religioſus habeat. Ita habetur expreſsè in authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſanctis Eccleſiis, in authent. nunc autem, C. de Epiſcop. & cleric. capit. ſi qua mulier, 19. quæſt. tertia, & affirmat communis Doctorum ſententia. Quod intelligo, non ſolum de legitimis filiis, ſed etiam de illegitimis, quo ad portiones in quibus, iuxta diſpoſitiones diuerſorum Regnorum, neceſſariò ſuccedunt parentibus, vt infra erit manifeſtum, aut quoad alimenta eis debita, conſentiuntq; ex parte Nauar. capit. non dicatis, num. ſeptuageſimo octauo, & alii, quos citat.

An verò ſtatim, ac parentis profeſsio emiſſa eſt, tradi debeant filiis ſuæ legitimæ portiones, vel potius pertineant ad monaſterium vſque ad mortem naturalem patris, controuerſum eſt inter Doctores. Quæſtio. B
Bartol. & alii affirmant pertinere ad monaſterium. Couar. capit. ſecundo, de teſtam. nu. 7. Nauar. capit. non dicatis, num. 80. Panormi. & alii, quos citant, dicunt, ſaltem ex quadam æquitate dicendum eſſe tradendas eſſe ſtatim filiis: conſonat caput, cum ſimus, de regularibus, aitque Couar. diſcedendum non eſſe ab hac ſententia in vtroque foro. Quin & authen. ſi qua mulier, ſatis innuit, patrem, etiam poſt confeſſionem, vel monaſterio inuito, poſſe diuidere & tradere filiis ſuas legitimas portiones; quod verum non eſſet, ſi toto tempore vitæ patris pertinerent ad monaſterium. Adde cum filijs alimenta debeantur ante mortem patris, ſintque extra curam patris, durum eſſe ea exigere à religione toto tempore, quo pater viueret. Adde etiam, filiabus deberi competentem dotem, quæ ſtatim tradatur, vt mariti onera matrimonii ſuſtineant. Quin æquum non eſſe, vt filii deterioris cōditionis maneāt poſt ingreſſum patris, C
ſaltem quoad legitimas eorum portiones, quam ſi pater ſui iuris eſſet: ſi autem eſſet ſui iuris, ſane ante ſuam mortem ſe ſpoliaret multis bonis, vt filios ac filias matrimonio iungeret, prout eorum ſtatus poſtularet, quæ omnia locum non haberent, ſi fructus, dominium, & poſſeſsio legitimarum portionū filiorum pertinerent ad monaſterium toto tempore, quo pater viueret.

An verò vſusfructus, quem pater habebat in bonis filiorum aduentitiis, pertineat ad monaſterium toto tempore, quo pater vixerit, ſupra in calce diſputatione nona, oſtendimus pertinere, interim dum in hoc Luſitaniæ regno, & in regno Caſtellæ filii non copulantur matrimonio. Et quamuis æquitas poſtularet, vt, emiſsa patris profeſsione, filijs non minus pleno iure traderentur bona ipſorum aduentitia, quam legitimæ portiones quæ illis debentur in bonis parentum, quia tamen non ſunt iura, quæ illud primum innuant, vt ſunt iura, quæ innuūt hoc ſecundum, recedendum non eſt ab opinione, quam eo loco cum Nauarro, qui vtrumq; affirmat, & cum aliis ſecuti ſumus. Quæſtio. D

Dubium eſt, an aſcendentibus debeatur ſua legitima portio, filius carens deſcendentibus profeſſus eſt in monaſterio comparante ius ad bona talis religioſi, & diſcedit è vita ante aſcendentes. Quidam cum gloſſ. in authentica ſi qua mulier, aſſeruerunt, non deberi, ſed bona omnia talis religioſi pertinere ad monaſterium. Ducebantur; quoniam, quando defunctus habet deſcendentes, nulla portio debetur aſcendentibus: vt autem colligitur ex authent. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſed & hoc, & ex capitu. in præſentia, de probationibus, monaſteriū habetur loco filij. Quæſtio. Fundamentum aliorū.

Etenim

Etenim ibi ſtatuitur, quod quando aliquid relictum fuerit alicui cum grauamine, vt, ſi ſine liberis receſſerit, illud reſtituat alicui alteri, tunc ſi is, cui cum eo grauamine eſt id relictum profiteatur in monaſterio comparante ius in bona ſuorum religioſorũ, expiret talis obſecutio ſeu fideicommiſſum, bonaque illa pertineant ad monaſterium, quaſi monaſterium habendum ſit loco filij. Excipitur, niſi grauatus eſſet, quod, ſi ſine diſcederet, illud reſtitueret alteri monaſterio, aut conſumeretur in alimentis egenorum, aut in redemptionum captiuorum: tunc enim per profeſſionem non expiraret fideicommiſſum illud, vt ex authentico citato eſt manifeſtum. Si vero, qui grauatus eſſet aliquid reſtituere, ſi ſine liberis diſcederet, profiteretur religionem, quæ non comparat ius in bona ſuorum religioſorum, continuo, emiſſa profeſſione, reſtituendum id eſſet ſubſtituto: quia neque qui ita profitetur, eſt deinceps capax eorum bonorum, neque pertinent ad monaſterium, neque habere poteſt liberos, niſi ſpurios. Ita Couarru. & alij, quos citat, capitulo ſecundo, de teſtam. num. 6.

Reſolutio. Hoc tamen illorum fundamento non obſtante, dicendum eſt cum Bart. & Iaſone in authent. ſi qua mulier, Panormitan. cap. in præſentia, de probationibus numero 53. Innocen. Ioann. Andrea, Cyno, Nauarr. cap. non dicatis, numero ſeptuageſimo octauo, & alijs, deberi tunc aſcendẽtibus ſuas legitimas portiones, quas vellet nollet religioſus ille, obtinerent ſi moreretur in ſæculo, cui iuri profeſſio & monaſterium non potuerũt præiudicare: audioque id ita vſu eſſe receptum in hoc Luſitaniæ regno.

Ad illorum fundamentum. Ad fundamentum vero contrariæ opinionis dicẽdum eſt, monaſterium haberi loco filij ad effectus tantum iure expreſſos, de quorum numero non eſt, de quo eſt ſermo.

Quæſt. Vtrum autem, quando pater habebat vſumfructum in bonis aduentitijs filij, illum amittat ſtatim ac filius profeſſus eſt in monaſterio ius comparante in bona talis profeſſi. Quidam aſſeuerunt amittere illum, & vna cum proprietate pertinere ad monaſterium: eò quòd per profeſſionem deſinat eſſe ſub patria poteſtate, iuxta gloſſ. communiter receptam in l. ſi ex cauſa, §. Papinianus, ff. de minoribus, quam, præter Emanuelem à Coſta, cap. ſi pater, par. 2. verb. teſtatore mortuo, num. 11. ſequuntur multi quos Arius Pinel. l. 1. p. 1. num. 46. C. de bon. mat. refert. Quin Emanuel à Coſta, loco citato, quem refert ac ſequitur Couar. cap. 2. de teſtam. nu. 8. in poſtrema editione, aſſeuerat, etiam per patris profeſſionem filium egredi patriam poteſtatem, hancque affirmat eſſe communiorem doctorum ſententiam, & vtrumque affirmat Nauar. c. nullam, num. 47.

Aliorũ fundamentum.

Reſolut. Hoc tamen fundamento non obſtante, dicendũ eſt cum Nauar. c. non dicatis, num. 87. Greg. Lopez ad l. 5. titu. 17. p. 4. Arius Pinel. l. 1. par. 1. numer. 45. C. de bon. mater. & multis alijs quos citant, patrem per profeſſionem filij non amittere vſumfructum ante eam profeſſionem in bonis filij comparatum, ſed perſeuerare apud patrem vſque ad mortem patris naturalem, etiam ſi filius præmoriatur: vt de vſufructu patris comparato antequam filius ordines ſuſciperet dicebamus diſputatio. 138. Ratio eſt, quoniam factum filij, tametſi laudabile, præiudicare nõ poteſt iuri patri iam antea acquiſito. In bonis tamẽ, quæ monaſterio ratione talis filij poſt profeſſionem aduenirent, non haberet pater vſumfructum. Tum quia regulariter talis profeſſus cum ad minimum habet primam tonſuram, gaudetque priuilegio fori; eaque de cauſa bona, quæ monaſterio ratione illius obueniunt, efficiuntur quaſi Caſtrenſia, iuxta authent. Presbyteros, C. de Epiſcop. & cler. vt diſpu-

A tat. 138. dictum eſt. Tum etiam, quoniam per profeſſionem talis filius egreſſus eſt patriam poteſtatem. Idem ex hoc ſecundo fundamento diceremus de bonis, quæ filio in ſeculo aduenirent poſt patris profeſſionem pertinere videlicet ad filium, & non ad monaſterium. Conſentit Nauarr. in capitu. nullam, num. 47.

Ad aliorum fundam. Ad fundamentum vero contrariæ opinionis dicendum eſt, filium per propriam, aut patris profeſſionem egredi patriam poteſtatem, non impedire vſumfructum iam antea à patre in bonis illius comparatum; ſed ſolum impedire comparandum. Excipitur, quando filius ob crimen patris egreditur patriam poteſtatem, vt diſputatione nona, dictum eſt: in odium namque delinquentium ſtatutum eſt, vt vna cum patria poteſtate, vſusfructus etiam amittatur.

De feudo religioſi. Regulam ſupra ſtatutam, nempe, bona omnia, de quibus religioſus ante profeſſionem non diſpoſuerat, trãſire emiſſa profeſſione ad monaſterium quod
B ius comparat, ad bona ſuorum religioſorum, intelligit Nauarr. capit. non dicatis, numero octuageſimo ſeptimo. Cum Decio, & multis alijs, quos Molina libro primo, de primogen. capitu. decimo tertio, numero 76. atque 84. & Caldas de nominat. emphyt. quæſtione ſexta, numero ſecundo, referunt ac ſequũtur, etiam de feudo, quod qui profitetur habebat, modò ſi ancum ſit, hoc eſt, liberum à ſeruitio vel cõceſſum fœminæ: vel cum onere talis ſeruitij, quod monaſterium præſtare poſſit, vel conceſſum cum facultate præſtandi tale ſeruitium per alium; alioquin verò non tranſire. Iulius Clarus libro quarto, ſententia. §. feudum, quæſtio. ſeptuageſima octaua, affirmat, hanc eſſe communem opinionem, tametſi ipſi non placeat, ſed dicat talem religioſum reputandum eſſe tanquam mortuum naturaliter, ſuccedereque debere in feudo eum, qui in illius defectum
C iuxta feudi inſtitutionem, vocatur: quod ſi nullus talis ſuperſit, reuerti ad dominum directum. Retenta verò communi opinione, ait, intelligendam eſſe cum Baldo, cui nullus contradicit, quoad commoditatem tantum feudi, interim dum vita talis religioſi perſeuerat; & conſentit Molina loco citato, numero 79. Præterea intelligẽdam eſſe cum Speculatore, de feudis inferioribus, quæ non habent dignitatem annexam: ſecus autem de Regno, Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu: hæc enim neque quoad commoditatem pertinerent ad monaſterium emiſſa profeſſione. Conſentit ibidem Molina, cum aliis quos refert, nu. 81. idque cum Panormitan. iuxta quædam iura quæ citat, extendit ad oppida & caſtra iuriſdictionẽ habentia. Idem etiam eſſet, ſi feudum in ipſius inſtitutione haberet clauſulam, per quam monaſterium à commoditate excluderetur.

Capellæ, & maioratus. Cum communi opinione, his modis intellecta &
D limitata, conſentit Gam. deciſ. ſexta, eamque intelligit, etiam in capellis, quas in hoc Regno vocant, & in maioratibus, quando non habent dignitatem aut iuriſdictionem annexam. Lataque eſt ſententia pro monaſterio, vt frueretur commoditate cuiuſdam capellæ toto tempore, quo monialis profeſſa viueret, cui iure ſanguinis poſt profeſſionem emiſſam obuenit. Conſentiunt Caldas & alij, quos ibidem, num. 13. & 14. refert.

Emphyteuſis religioſi. Eamque regulam intelligunt Nauar. ibidem, Caldas num. 2. citato cum alijs, quos refert, & Syluest. verbo relig. 6. num. 1. pronunciato ſecundo, de emphyt. modo nõ ſit Eccleſiaſtica. Obſerua tamen emphyteuſim, tam Eccleſiaſticam quam ſecularem, trãſire quidem ad monaſterium, ſed cum hoc grauamine, vt monaſterium (niſi dominus directus contrariũ eligat) teneatur eam alienare à ſe, vel venditione

vel

vel commutatione, vel quacunque alia ratione, trāſferreque in perſonam, quæ non ſit magis priuilegiata, quàm ea, quæ illam habebat, ne cauſa domini directi deterior reddatur. Perſonæ autem priuilegiatæ ſunt milites, curiales, & Eccleſiaſtici. Multò autem deterior redderetur cauſa proprietarij, ſi emphyteuſis tranſiret in religionem: quia periret ſpes quòd vnquam ſolueretur laudemium: & quòd dominium vtile regrederetur ad directum. Ita affirmat Iulius Clarus lib. 4. ſenten. §. emphyteuſis, q. 22. & communis ſententia, quam refert.

Ius Luſitanum.

Quin de iure huius Luſitaniæ Regni, lib. 2. ord. tit. 8. in prin. & §. 1. Neque Eccleſiæ, neque monaſteria emere poſſunt bona aliqua immobilia abſque Regis facultate. Quod ſi vel ſucceſſione vel donatione aliqua illis adueniant, tenentur intra annū & diem ea alienare, niſi obtineant facultatem à rege, vt illa ſibi retineant, Quod in feudo & emphyteuſi locum habet, cum inter immobilia bona computentur. Id verò in hoc regno, & ordinariè in alijs, ſancitum eſt, ne paulatim plus iuſto accreſcāt, tum immobilia bona, tum etiam reditus Eccleſiarum & monaſteriorum in laicorum detrimentum: præſertim cum pleraque monaſteria iure hæreditario quotidie loco ſuorum religioſorum ſuccedant in bonis defunctorum.

A religioſo acq ſita poſt profeſſionē.

Non ſolum bona, quæ religioſus ante profeſſionem habebat, cedunt modo explicato monaſterio profeſſione emiſſa, ſed etiam quæ poſtea acquirit, ſiue illa per ſuas operas & induſtriam; ſiue per donationem, aut alium titulum acquirat, cap. abbates. 18. quæſtio. 2. Et quamuis teſtari ipſe non poſſit, poteſt tamen hæres inſtitui, atque ab inteſtato ſuccedere, etiam iure ſanguinis, in capellis, feudis, & maioratibus, eo modo quo paulò antea dictum eſt: vſque adeo vt, neque propter ingratitudinem in ſeculo aduerſus parentes commiſſam, poſſit ab eis exhæredari. l. vlt. §. 1. iuncta Glo. ibi. C. de epiſco. & cler. & iuncto Authen. de monachis, in princ. & multo apertius cap. vlt. 19. quæſtio. 3. Hæc uerò intelligenda ſunt, nō quaſi religioſus poſt profeſſionem quicquam ſibi acquirat, & poſtea illa tranſeant ad monaſterium; eſt namque incapax acquirendi ſibi: ſed quod ratione, nomineve profeſſi, ea omnia monaſterium immediatè acquirat, iuxta authen. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Vnde profeſſus adire nequit talem hæreditatem, ſed monaſterium, etiam profeſſo ignorante & inuito, poteſt ac debet illam adire, eo quod, vt habetur cap. ſi religioſus, de elect. lib. ſexto, & cap. non dicatis. 12. quæſtio. prima, religioſus velle ac nolle non habeat. Ita Couarr. capit. primo, de teſt. numero 21. Gama deciſ. 308. & alij quos citant, eſtque communis Doctorum ſententia, quicquid de Legiſtarum opinione dicat Iulius Clarus, lib. 3. ſenten. §. teſtamentum, quæſtio. 30. Vt enim Menchaca lib. 3. de ſucceſſionum creatione, §. 21. nume. 250. copioſè referens vtranque opinionem, rectè cum multis alijs adnotauit, religioſus, vt monaſterio acquirat, partim comparatur ſeruo, & partim filiofamilias, prout monaſterio fuerit utilius. Comparatur quidem ſeruo, quatenus quemadmodum ſeruus domino acquirit, non ſolum vſumfructum, ſed etiam proprietatem rei, quam acquirit: ita religioſus vſumfructum, & proprietatem acquirit monaſterio; cum tamen filiusfamilias ſolum acquirat patri vſumfructum. Comparatur verò filiofamilias, quoad acquirendi modum; quia quemadmodum hæreditatē filio delatā, vel inuito & ignorante filio poteſt pater adire. l. vlt. in princip. C. de bonis quæ liberis, ita monaſterium inuito, & ignorante religioſo, poteſt adire hęreditatem, & acceptare legatum, ad religioſum alioqui pertinentia: cum tamen hæreditas ſeruo delata, eo inuito, non acqui-

A ratur domino, ex l. 3. C. de hæredibus inſtituen. Multi autem ex iuris ciuilis interpretibus eo argumento ducti negarunt, monaſterium ſine religioſo adire poſſe hæreditatem, quod religioſus ſeruo quoad acquiſitionem comparetur. Ex dictis licet colligere, etiam defuncto religioſo, poſſe monaſterium adire hæreditatem tali religioſo ante mortem delatam, ac proinde ad monaſterium pertinere, vt affirmant Couar. & Menchaca locis citatis, & omnes, qui cēſent, monaſterium ignorante & inuito religioſo poſſe adire hæreditatem tali religioſo delatam, vt Iul. Clarus confitetur.

Si aliquid teſtamento, aut donatione alicui profeſſo relinquatur ſub conditione, vt ad eum, & non ad monaſterium pertineat, ait Bart. in authen. excipitur, C. de bonis quæ liberis, exponendum eſſe, vt commoditas ſola & vſus pertineat ad talem religioſum, dominium verò ad monaſterium: quia alioquin repugnantia eſſet in tali legato, eſſetque proinde nullum, credendumque eſt, teſtatorem ſolum intendere, vt uſus & commoditas ad religioſum pertineat. Quod ſi prælatus non conſentiret, vt commoditas ad eum pertineret, continuo legatum eſſet nullum, pertineretque ad hæredem; eo quod deeſſet cōditio ſub qua eſt relictum. Conſentit Panormitan. cap. Monachi, de ſtatu monach. numero octauo, ſed addit, modo ſolum concedatur vſus rei illius ad aliquid pium; non verò vt pro libito religioſus ille ad quoſcunque vſus poſſit ea uti, & donare cui voluerit. Quin quicumque vſus, & quæcumque alienatio religioſo per ſuum prælatum permiſſa, intelligēda eſt, modo non ſit ad aliquod illicitum: quoniam neque aliud poſſet prælatus licitè concedere, neque aliud præſumendum eſt voluiſſe concedere. Quare, ſi quid religioſus ob cauſam turpem donaret, recipiens teneretur id reſtituere monaſterio, cuius erat dominium rei illius, vt Syluestr. verbo relig. 6. quæſtio. ſeptima, pronunciato ſecundo rectè affirmat.

Ex delicto religioſi monaſteriū nō tenetur.

Monaſterium ex delicto ſui religioſi, etiam ſi ille prælatus ſit, ad nihil tenetur, niſi quatenus ad monaſterium inde aliquid peruenit, aut in illius vtilitatē eſt conuerſum: quoniam delictum perſonæ in damnum Eccleſiæ non eſt conuertendum, cap. ſi Epiſcopum, 16. q. 6. & regula delictum, quæ eſt 76. de reg. iuris, lib. 6.

Ex contractu quouſq; teneatur.

Item ex contractu religioſi non tenetur monaſterium, niſi quatenus tacitè vel expreſsè eſt illi commiſſa aliqua adminiſtratio, & non amplius. Quod ſi ex facultate ſuperioris ſumptibus monaſterij verſetur aliquis in ſtudijs in loco diſtanti, vel in aliquo alio negotio, obligaretur monaſterium ad ea, quæ ibi prout, attenta qualitate perſonæ & negotij recta ratio poſtulat, contraheret: quoniam eo ipſo, quòd ad id mittitur, cenſetur illi conceſſa facultas celebrandi eiuſmodi contractus. Ita cum Innoc. Panorm. c. quanto, de offic. ord. Alijs verò contractibus, quos religioſus vltra adminiſtrationem ac facultatem tacitè vel expreſsè ipſi conceſſam iniret, licet in hoc ſenſu obligaret ſecum contrahentes monaſterio, ſiue proprio, ſiue monaſterij nomine illos celebraret quod in poteſtate monaſterii eſſet ratos illos habere: non tamen obligaret monaſterium quaſi nō poſſet non habere illos ratos. Ita cum Innoc. & aliis, Panorm. vbi ſup. nu. 2. Nau. c. non dicatis, num. 64. & Doctores communiter. Lethale autem peccatum eſſet ex ſuo genere religioſum, ſine tacita aut expreſſa facultate monaſterii, ita contrahere cum aliquo, qui inſcius eſſet, ipſum monaſterio prædicto modo obligari, non verò monaſterium ipſi, niſi ex bona fide ac ſimplicitate religioſus à lethali culpa excuſaretur.

An verò ex eiuſmodi contractibus, ſine tacita vel ex-

expreſſa ſuperioris facultate celebratis, contrahat religioſus, ſi non ciuilem obligationem, ſaltem naturalem, qua in conſcientię foro teneatur: & vtrum, ſi fideiuſſor ſit adhibitus pro religioſo, ſaltem fideiuſſor contrahat obligationem ciuilem comparatione eius, cum quo religioſus ita contraxit. Panormitan. conſil. 104. par. 1. cenſuit contrahere obligationem naturalem, fortè ductus eo argumento, quòd religioſus mancipio comparetur; mancipium autem, ſi ſine domini facultate celebret contractum, licet ciuilem obligationem non contrahat, contrahit tamen naturalem, vt habetur leg. naturaliter, ff. de condictio. indeb. eaque de cauſa, ſi aliquis fideiuſſor exiſtat pro eo, tenetur, vt eadem lege ſubiungitur.

Contrarium vero affirmant Hoſtienſis in ſumma, idem Panormitanus & Felinus, capit. ex reſcripto, de iureiuran. & alij, nempe religioſum, neque naturaliter manere obligatum. Reddunt verò rationem diuerſitatis inter ſeruum & religioſum. Quod religioſus, vt ſupra dictum eſt, nec velle, nec nolle habeat, ac proinde neque naturaliter poſſit ſe plus obligare, quam iuxta prælati præſcriptum & voluntatem, præſertim in iis, quæ præiudicio eſſe poſſent religioni, religioſique ſtatui, vt eſſent eiuſmodi contractus. Præterea quia licet ius non aſſiſtat mancipii obligationi, ei tamen non reſiſtit: reſiſtit verò obligationi religioſi vltra prælati præſcriptum.

Nauar. cap. non dicatis, nume. 74. anceps eſt, non nullaque argumenta conficit pro priori opinione. Tandem verò poſteriorem cum priori conciliat, qđ prior vera ſit antequam Prełatus irritum reddat contractum factum ſine facultate. Poſterior autem ſit vera poſtquam Prælatus irritum reddidit contractum, ita vt ex tunc neque fideiuſſor pro religioſo ad libitus teneatur.

Reſolutio. Potius diſtinguerem dupliciter. Primo, ex parte religioſi, quia ſi interuenit vera culpa ipſius Theologica iniuſtitiæ ita celebrando contractum, conſurgit obligatio reſtituendi ſolum damnum datum, & nihil amplius. Etenim ſi religioſus quippiam furetur, aut quauis alia ratione det damnum iniuſtè, conſurgit naturaliter obligatio illud reſtituendi, quam non impedit ſtatus religionis; tametſi impotentia reſtituendi in eo ſtatu ſæpe excuſet à culpa exequendi eam obligationem: idemque eſt in re propoſita. Quare curare tenetur talis religioſus pro ſua virili parte, quantum ipſius ſtatus patitur, id ſatisfacere: vt ſi aliquid obtinere poſſet, quod ex prælati facultate ipſius liberæ diſpoſitioni relinqueretur, inde teneretur reſtituere. Si verò nulla culpa iniuſtitiæ interuenit, nullam omnino contrahit obligationem: quoniam contractus fuit ex natura rei nullus, quando prælatus non vult illi ſtare: neque religioſus ille tenetur ex parte rei acceptæ, neque ex parte iuſtæ acceptionis; cum à culpa excuſetur.

Secundo diſtinguerem ex parte fideiuſſoris. Quoniam vel fideiuſſor petebatur ad ſecuritatem contractus, ea etiam ratione, quia pendebat ex voluntate Prælati, vt regulariter credendum eſt peti; & tunc dubium non eſt, conſurgere obligationem ciuilem ex parte fideiuſſoris in euentu, quod prælatus ſtare non velit contractui. Vel ſolum petebatur in ſecuritatem debiti, quod ex tali contractu reſultabat: & tunc cum ex eo contractu nullum debitum etiam naturale, reſultauerit, nulla conſurgit obligatio ex parte fideiuſſoris, neque etiam pignoris, quaſi maneat obligatum, ſi forte pignus datum fuit ad ſecuritatem debiti aut contractus.

Religioſus, etiam ſi fugitiuus ſit & apoſtata de-

A poſito religionis habitu, quicquid acquirit, non ſibi, ſed monaſterio acquirit: ſicut ſeruus fugitiuus quod acquirit, domino acquirit. Ita Panormitan. capitu. quod à te, de cleric. coniug. numero 7. & capit. vltimo, de regularibus, Nauarr. cap. non dicatis, numero 65. Syueſt. verbo, religio. 4. quæſtio. 10. & Doctores communiter, & habetur capitu. abbates, 18. quæſtio. 2. *Religioſus fugitiu' & apoſtata.*

Idem dicendum eſt de eo, qui licentia, vel ſummi Pontificis, vel alterius ſui ſuperioris, viuit extra clauſtrum, etiam ſi ſimul habeat facultatem conuertendi in ſuos vſus, aut in alios pios, ea quæ opera ſua & induſtria acquiſierit. Quæ namque per mortem eius remanſerint, cedunt monaſterio niſi facultatem peculiarem à ſummo Pontefice habeat de eis teſtandi, aliterve diſponendi, neque ipſe iuxta eam diſpoſuerit. Hæreditas verò delata, ſemper monaſterio obuenire intelligitur, niſi in ipſa facultate oppoſitum exprimatur. Ita Nauarr. *Viuens ex legitima facultate extra clauſtra.*
B capitu. non dicatis, numero 72. & 73. idemque iudicatum eſt in hoc Luſitaniæ regno, vt ex Gama deciſio. 308. conſtat. Quin, quando à ſummo Pontifice conceſſa eſt alicui profeſſo facultas per totum vitæ ipſius tempus degendi in ſæculo, eo ipſo cenſetur illi conceſſa facultas adminiſtrandi bona, quæ ſua induſtria acquiſierit, de illiſque diſponendi etiam per donationes ſuo ſtatui competentes. Non tamen concedere auderem tam amplam facultatem eis, & aliis degentibus in hoc ſeculo, ſiue cum expreſſa, ſiue cum tacita facultate adminiſtrandi & conuertendi in ſuos vſus, quæ acquiſierint, quam amplam eis Nauarrus concedit, nempe vt capellas de bonis ita acquiſitis poſſint inſtituere. Etenim id neque homini ſeculari deſcendentes aut aſcendentes habenti permitteretur, niſi id in hoc Luſitaniæ regno in tertio ſuorum bonorum aſſumeret. Idque intelligerem, etiam ſi talis religioſus eſſet minor,
C ſi quidem bona, quæ hi, vel donatione, vel propria induſtria acquiſiuerint, ad monaſterium pertinent quo ad vſum.

Quando religioſus in pœnitentiam recluditur in diuerſo monaſterio ab eo, in quo profeſſionem emiſit, bona, quæ primum monaſterium ratione illius acquiſiuerat, pertinent quo ad vſumfructum in totã vitam talis religioſi, aut tempore quo ibi commorabitur, ad ſecundum monaſterium, in alimenta; tranſacto verò eo tempore vſuſfructus conſolidatur cum proprietate, & pertinet ad primum monaſterium. Ita Panormitan. ca. quod à te, citato, Coc. 1. de teſtam. num. 20. & alij quos citant, iuxta ca. ſi quis rapuerit, iuncta gloſ. ibid. 27. qu. 1. & Authent. de ſanctiſſ. epiſc. in fine. *Religioſus in alio monaſterio reclusus.*

Quando religioſus poſt emiſſam profeſſionem in vno monaſterio, emittit profeſſionem in alio comparante ſimiliter ius in bona ſuorum religioſorum, diſtinguendum eſt. Quoniam vel illam licitè, valideque emittit, vel non. In hoc poſteriori euentu, omnia bona illius, etiam acquiſita poſt ſecundam inualidam profeſſionem, pertinēt ad primum; ſibique imputet ſecundum, quod illum ita receperit ac pauerit. Ita Sylu. & Panorm. locis citatis, aliique Doctores communiter. In priori verò licet Panorm. & alij voluerint omnia illius bona, etiam quæ prius monaſterium comparauerat, pertinere ad ſecundum, dicendum tamen proculdubio eſt cum Syueſt. verb. relig. 4. quæſt. 10. Peruſio, & aliis, de quorum numero videtur eſſe Couar. c. 1. de teſtam. num. 80. & 81. bona, quæ ante ſecundam profeſſionem pertinent ad talem religioſum, eſſe prioris monaſterij: quæ verò poſt ſecundam profeſſionem cõparauerit, etiam iure hæreditario, pertinere ad ſecundum monaſterium. Ita colligitur apertè ex cap. ſtatutum, 18. q. 1. affirmatque gloſ. ibid. Licet enim hære- *Religioſus profitens ſecundo in alio monaſterio.*
D

ditas

ditas, nondum ante ſecundam profeſſionem delata, non pertineat ad primum monaſterium, vt ibi habetur, atque adeò ſpes ad eam hæreditatem tranſeat ad ſecundum monaſterium, vt ex eo textu colligitur & affirmat ibi gloſſa; inde tamen non rectè colligit Panormitanus, idem eſſe de bonis iam antea quæſitis priori monaſterio: etenim ſpes, non eſt ius comparatum ad rem, ſed eſt ſpes comparandi ius per mortem eius, cui religioſus ſuccedere debet. Hinc vult Couarruu. loco citato, cum aliis quos refert, quòd ſi relictum erat legatum tali religioſo cum conditione pendente in futurum, nondumque impleta conditione profiteatur ſecundò, eiuſmodi legatum non pertineat ad primum monaſterium, ſed ad ſecundum. At verò ſi promiſſio ſit illi facta ſub conditione, conditioque impleatur poſt ſecundam profeſſionem, rem promiſſam pertinere ad primum monaſterium, & non ad ſecundum: eo quòd, licet in vltimis voluntatibus ſpes non traſmittatur ad hæredes, in contractibus tamen tranſmittitur. Non tamen reperio duo iura, quæ Couarruu. ad hoc citat. Potiuſque dicere, quod ſi, mortuo teſtatore, qui legatum ſub ea conditione reliquit, religioſus profiteatur ſecundo ante impletam conditionem, legatum pertinere ad primum monaſterium: eò quòd per mortem teſtatoris comparauerat iam ius ad rem: tameſi obtinendam dependenter ab impletione conditionis. Si verò viuo adhuc teſtatore emittat ſecũdam profeſſionem, legatum pertinet ad ſecundum monaſterium: eò quòd ante teſtatoris mortem non erat legatum confirmatum, quaſi primum monaſterium comparaſſet ius ad rem dependenter à tali con ditione obtinendam.

Quando religioſus minor (idem erit in noſtris profeſſis ac coadiutoribus) profitetur de licentia Summi Pontificis, aut alias legitimè, in religione comparante ius ad bona ſuorum ſubditorum, vel aſſumitur ad Epiſcopatum, licet non recuperet bona iam alteri acquiſita, quæ ad ipſum attinuiſſent, ſi non fuiſſet profeſſus in noſtra aut Diui Franciſci religione, vel coadiutor; nihilominus bona, quæ deinceps, vel iure hæreditario, vel quacumque alia ratione ad ipſum attinebunt, pertinent ad ſecundum monaſterium, vel ad ipſum quo ad vſum & commoditatem, interim dum fuerit Epiſcopus; poſt mortem verò pertinent ad Eccleſiã cuius erat Epiſcopus. Ita cum Bar. Sylueſt. verb. relig. 4. quæſtio. 10. Ratio eſt quoniam eo ipſo, quod conſtituitur in nouo ſtatu, ſortitur conditiones illius ſtatus.

Contra verò, quando religioſus profeſſus in religione, ius comparante ad bona ſuorum ſubditorum, legitimè profitetur ſecundo in religione minorum, ſunt qui dicant, etiam bona, quæ poſt hanc ſecundam profeſſionem ad eum ſpectant, pertinere ad prius monaſterium, eò quod ſecundum non ſit domini capax. Potius tamen dicerem, quæ ad illum iure hæreditario pertinere deberent, ſpectare ad hæredes, ad quos pertinuiſſent, ſi talis religioſus mortuus eſſet naturaliter, iuxta ea quæ de ingredientibus religionem Diui Franciſci dicta ſunt ſupra: reliqua vero quæ eleemoſynis, donatione, vel quauis alia ratione compararet, pertinere quo ad commoditatem ad monaſterium Diui Franciſci, perinde atque cætera bona ſuorum religioſorum. Cum enim eo ipſo, quod talis religioſus legitimè profiteatur in religione Diui Franciſci, deſinat omnino eſſe religioſus alterius monaſterij, æquitas non poſtulat, vt aliud monaſterium ius aliquod de nouo comparet ad quæcunque bona ratione huius religioſi.

Electi à religione. De eiectis à religione eſt maius dubium, ad quem pertineant bona, quæ religioſus profeſſus ita eiectus comparauit. Diſtinguendumque eſt. Quoniam

A vel iniuſtè fuit eiectus, vel iuſta ob ſua facinora, aut quia pernicioſus & ſcandaloſus erat alijs. Porro in hoc euentu nulli poteſt eſſe dubium, licitum eſſe eijcere aliquem à religione: quandoquidem bonum cõmune præferendum eſt priuato illius religioſi, praxiſque religioſorum id ſeruat, & habent regulæ D. Auguſtini, Benedicti, aliarumque religionum, & colligitur ex c. vlt. de regularibus.

Quando religioſus fuit iniuſtè eiectus, cõueniunt Doctores, quæ acquirit acquirere monaſterio. Tum quia delictum prælati nocere non poteſt monaſterio. Tum etiam quoniam monaſterium compelli poteſt, & debet, vt recipiat religioſum iniuſtè eiectum, & vt alimenta illi præſtet, vel in eo, vel in alio monaſterio.

Quando vero fuit iuſtè eiectus in primis, licet ſimpliciter maneat religioſus, teneaturque ſeruare vota caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis, prout ſtatus, in quo ponitur, id patitur, nulluſque rei dominium poſ B ſit proinde compare; tacitè tamen cenſentur ei conceſſa, tum vt ſub religionis obedientia ac regula non viuat, tum etiam commoditas & vſus rerum, quas comparauerit.

Nauar. cap. non dicatis, numero 65. &c. nullam, nume. 46. cenſet, ita reincidere in obedientiam Epiſcopi, vt non ſolum eo modo, quo alij clerici, ſed etiam ex voto obedientiæ teneatur eo modo illi obedire, quo antea obedire tenebatur prælato monaſterij. Eaque de cauſa ait, ſtatim ac de monaſterio eſt eiectus, teneri præſentare ſe Epiſcopo, eique ſignificare, ſe eſſe eiectum de monaſterio, paratumque illi obedire iuxta votum emiſſum, non ſecus ac prælato monaſterij obedire tenebatur. Eſt tamen opinio contra praxim in Eccleſia receptam, & meo iudicio omnino improbabilis. Etenim religioſus ille non ad aliam obſeruantiam ex voto tenetur, quam ad illam, ad quam ſua ſponte voto ſe aſtrinxit: ſua autem pro- C feſſione non ſe aſtrinxit obedire extra religionẽ Epiſcopo, ſed in religione prælato religionis: quo fit, vt eo ipſo, quod per expulſionem à monaſterio eximitur ab obedientia prælato religionis & obſeruantiæ regulæ, non incidat in aliam obedientiæ obligationem Epiſcopo, quam in eam, qua clerici alij eiuſdem epiſcopatus, illi obedire tenentur. Confirmatur, quoniam vt ipſe Nauarrus affirmat, non tenetur ingredi aliam religionem, etiam laxiorem, eſto religio, à qua eſt expulſus, aut Summus Pontifex id illi concedant, quoniam id non vouit: ergo neque tenetur aliter obedire epiſcopo, quam cæteri clerici epiſcopatus, ſi quidem id etiam non vouit. Satis ergo erit, ſi conetur taliter viuere, vt dignus ſit, qui iterum admittatur, paratuſque ſit in eadem religione prælato obedire, ſi, ſublatis impedimentis, iterum admittatur.

Quod ad votum paupertatis attinet, cenſet etiam D Nauarrus, dominium eorum, quæ religioſus ille acquiſierit, pertinere ad epiſcopum, & non ad monaſterium, a quo per iuſtã eiectionẽ eſt iam præſciſſus, & cuius non eſt iam religioſus, idemque cenſent quidam alij. Meo tamẽ iudicio dicendum eſt, dominiũ pertinere ad monaſterium, ſi illius ſit capax, & ea, quæ poſt illius mortem remanſerint, pertinere, quoad commoditatem & uſum ad monaſterium vnde fuit eiectus. Ita affirmat Goffr. à Panorm. relatus c. vnico, de infantibus expoſitis. Tametſi Panorm. ibidem dubitet, ductuſque argumento, quo Nauarrus fuit permotus, inclinet, ponere potius ad epiſcopũ. Ratio, quæ mouet, eſt: Quoniam monaſteriũ per iuſtam eiectionem amittere non debet ius, quod ad illius bona habebat. Et quoniam eiectus non eſt ita præciſſus à monaſterio, quin, ſi ſe dignum efficiat, teneatur monaſterium eum recipere. Præterea q̃m quæ c. vnico, de infantib. expoſitis ſtatuũtur, expedi

non debent, ad euentum, de quo loquimur. Etenim illa ſtatuuntur in pœnam ob delictum parentum aut dominorum, idque in bonum filiorum & ſeruorum qui impiè exponerentur, aut quibus languidis alimẽta denegarentur: pœnæ autem extendi non debent extra culpas pro quibus ſtatuuntur neque in re, de qua loquimur, vlla interuenit culpa ex parte monaſterij, neque item id cederet in commodum religioſi expulſi. Quando verò culpa interueniſſet in eiectione, ageretúrque de bonis eiecti iam defuncti, in primis, ſi ſolum ea culpa fuiſſet in prælato, aut etiam in minori parte Capituli, delictum perſonæ nocere nõ deberet monaſterio, vt ſupradictum eſt. Deinde, eſto fuiſſet à maiori parte Capituli, atque adeo à monaſterio ipſo, iuſtumq; iudicaretur, vt monaſterium puniretur amiſſione commoditatis & vſus illorum bonorum, id ſanè locum non haberet ante latam ſententiam.

Quando profeſſus aliquis in Epiſcopũ aſſumitur, quæ poſt dignitatem epiſcopalem acquiſierit, etiam hæreditario iure, ad ipſum pertinent quoad vſum & adminiſtrationem: poſt mortem verò illius ad Eccleſiam, in qua eſt Epiſcopus; non verò ad monaſteriũ vnde fuit aſſumptus, vt habetur capitu. ſtatutum. 18. quæſt. 1. & cap. ne pro cuiuslibet, 16. quæſt. 1. iuncta gloſ. in verbo, ſacrum. Acquirit verò iure hæreditario, etiam ſi ex ordine minorum fuerit aſſumptus, vt ſupra dictum eſt.

DISPVT. CXLI.

An religioſus poſt profeſſionem teſtari poſſit, & quid de Commendatarijs.

Aſſumptus in Epiſcopum.

Religioſus, ſi profeſſus ſit, aut in noſtra ſocietate coadiutor, teſtari non poteſt, etiam ad pias cauſas, Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccl. capitu. quia ingredientibus, & c. ſi qua mulier, 19. q. 3. & 1. libro ordi. Luſit. titu. 67. §. 20. Ratio eſt, quæ in authen. ingreſſi, innuitur. Quoniam cum nihil iam habeant, aut habere poſſint teſtari non poſſunt. Tum etiam quoniam non ſunt iam ſui iuris, & neq; velle habent, aut nolle, vt Nauarr. cap. non dicatis, num. 76. ait: De iis verò, qui poſt duos probationis annos in noſtra ſocietate tria publica vota emiſerunt, ſed ad profeſſionem, aut in coadiutores nondum ſunt admiſſi, vtrum teſtari poſſint, dictum eſt diſput. 139.

Eremitæ. Eremitæ, qualis quondam fuit Paulus, teſtari poſſunt: quoniam non ſunt religioſi ſimpliciter votis religionis aſtricti. Grat. poſt ca. perlatum, 19. quæſt. 3. ſic ait: Paulus primus eremita in teſtamento colobrium ſuum Athanaſio Alexandrino epiſcopo reliquit. Sed aliud, inquit, eſt de iis, qui in monaſterium ingreſſi, ſe & ſua tradiderunt; aliud de ijs, qui ſolitariam vitam ducentes, ſe nulli eccleſiæ tradiderunt. Illi ſemel tradita nulli tradere poſſunt: iſti nulli oblata liberè teſtari poſſunt. Longè tamen aliter narrat hanc hiſtoriam Hieronymus in vita eiuſdem Pauli, vt habetur in Breuiario 5. & 6. lectione eiuſdem feſti, & vt in noua Decretorum editione poſt verba illa Gratiani ſubiungitur.

In auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. eccl. & in auth. nunc autem, C. de epiſ. & cler. & habetur cap. ſi qua mulier, 19. quæſt. 3. permiſſum nihilominus eſt religioſis profeſſis, vt ſi ante profeſſionem teſtati non fuerint, poſt profeſſionem diuidere poſſint inter liberos, ſi eos habebant, bona ſua, legitima eorum portione non diminuta, & relinquendo portionem quandam monaſterio: ſic enim ibi habetur: Si qua mulier, aut vir, liberis non exiſtentibus, monaſticam vitam elegerit, & monaſterium intrauerit, monaſterio, quod intrauit, res eius competere iubemus. Sed ſi perſona liberos habens, antequam de rebus ſuis in-

A ter eos diſponat, monaſterium intrauerit, liceat ei poſtea inter eos diuidere, legitima nulli diminuta: & quod eis non dederit, monaſterio competet. Sed ſi omnem ſubſtantiam inter eos filios diuidere voluerit, ſua perſona filiis connumerata, partem ſibi retineat, quæ monaſterio competere debet. Sed ſi poſt ingreſſum monaſterij moriatur antequam inter eos diuidat, filij legitimam percipient, reliqua ſubſtantia monaſterio competente.

Hinc in Regno Caſtellæ ſequens oritur dubium. Quæſtio. Cum ibi parens, habens deſcendentes legitimos, ſolum poſſit diſponere ad libitum de quinto ſuorum bonorum, reliqua verò ad filios pertineant; eaq; ratione, ſi parens religionem ingrediatur, ſolum obuenire poſſit monaſterio quintum ſuorum bonorum, & nihilominus in eo regno parens tertium omnium bonorum, quæ inter liberos tenetur diſtribuere, poſſit conferre, cui voluerit, aut quibus voluerit liberorum, quin & inſtituere ex eo maioratum, vt l. vigeſimaſeptima, Tauri habetur. B Cum, inquam, hæc ita ſint, dubium eſt, an religioſus profeſſus, qui ante profeſſionem de bonis non diſpoſuit, poſſit poſt profeſſionem conferre cui voluerit filiorum, tertium illud, & inſtituere ex eo maioratum. Greg. Lopez, ad l. 17. tit. 1. p. 6. negat; ductus ea ratione, quod id cederet in præiudicium monaſterij, quod non obtineret tantam portionem, quantam iuxta verba authen. citatæ, obtinere debet. Id tamen nullam habet probabilitatem, quoniam ſiue de tertio illo eo pacto diſponat, ſiue non, non plus poteſt monaſterium habere, quam quintum bonorum, ſi de illo ante ingreſſum religioſus ille aliter non diſpoſuit. Quarè dicendum eſt cum Molina 2. de primog. capitu. 9. à numero 55. diſponere poſſe, inſtituereque illo modo maioratum quaſi per vltimam voluntatem, ex permiſſione Reſolutio. illius authen. vel quatenus vim canonis, legiſve Eccleſiaſticæ hodie habet, cum habeatur ca. ſi qua mulier. 19. quæſt. 3 (tametſi Nauar. c. non dicatis, nume- C ro 85. dubitet, an id ſatis ſit, vt vim habeat canonis: eò quòd Gratianus, inſerendo decretis authenticam illam, non potuit tribuere illi vim canonis) vel quatenus tacitè eſt approbata per Summos Pontifices. Illud tamen cum Nauar. ibidem, & num. 77. obſeruandum eſt, extra euentum in ea authentica conceſſum; eoque modo, quo ibi conceſſum eſt, neque inter liberos poſſe profeſſum quicquam de ſuis bonis diſponere, eò quòd dominio & adminiſtratione eorũ careat, neque habeat velle aut nolle.

Nauarri circa Commẽdatarios opinio. Nauar. c. non dicatis, nu. 88. ca. fin. 16. q. 1. in 3. q. nume. 31. & in Apolo. q. 3. monito. 11. 12. & 13. affirmat, Commendatarios coniugatos, quales in regno Caſtellæ ſunt D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, in Luſitano verò Chriſti, D. Iacobi, & de Auis etiam prout hodie viuunt & profitentur non habere dominium rerum, etiam patrimonialium, aut quas ſua in- D duſtria acquirunt, ſed pertinere ad militares religiones, quarum ſunt Commendatarij profeſsi. Hinc vlterius affirmat ſecluſo priuilegio, licet inter liberos diſtribuere poſsint portionem legitimæ, quæ illos contingit, modo ea bona acquiſita fuerint ante profeſsionem, non tamen poſse iuxta authenticã, ſi qua mulier, C. de ſacroſan. Eccleſ. diſtribuere inter liberos ea bona, quæ poſt profeſsionem pertinere ad eos cœperint, ac proinde neque de illis poſse inſtituere maioratum, aut teſtari. Ducitur eo argumento, quod ſint verè religioſi, ac proinde pauperes nullius rei dominium habentes. Nauarri fundamentum. Refert etiam Motum proprium Pij V. quo commendatarijs omnibus aufert priuilegia teſtandi, facultateſque conceſsas. Motus proprius Pij V. Quare vult, eos hodie, etiam ſi liberos habeant, non aliter teſtari poſse, neque alia bona eis poſse relinquere, quam poſſint alij religioſi. Quouſque religioſi hodie ſint in Hiſpanijs.

Eſt verò rigida admodum, improbabiliſque ſnĩa

vt bene

Quouſq; religioſi hodie ſint in Hiſpaniis.

vt bene ait Molina, libro ſecundo, de primogen. capitu. 9. num. 69. Ita etiam ſunt religioſi, vt tamen per fecte & integrè non ſint tales: cum & caſtitatis votum quidam eorum omnino habeant diſpenſatum, nempe commendatarij Chriſti in hoc Luſitaniæ regno, qui neque coniugalem caſtitatem vouent, cæteri verò magna ex parte, eò quòd ſolam voueant caſtitatem coniugalem. Similiter paupertatem & obedientiam, totamque regulam, ita habent diſpenſata, vt coniugatis degentibus in ſeculo extra monaſterij clauſtra, alentibuſque liberos, ſplendidamque, prout eos decet, familiam, accommodata ſint. Contrariumque eo ipſo, quod hæc omnia illis permittũtur, eſſet omnino irrationabile, moraliterque ſeruatu impoſſibile. Neque verò ita cum commendatarijs, qui hodie viuunt, eſt in voto caſtitatis, & in cæteris diſpenſatum, quaſi prius ſe aſtringant ad integram caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, qualem, qui erant à principio inſtitutionis eiuſmodi ordinum, profitebantur, & per diſpenſationem liceant eis, quæ illis alijs tunc non licebant: ſed quia conceſſum eſt eiuſmodi ordinibus, non aliam caſtitatem, paupertatem & obedientiam in eis profiteri, quam conſuetam hodie ab eiſdem ſeruari. Et quamuis, quoad obedientiam, & paupertatem, formæ profeſſionis nonnullorum horum ordinum aliquid plus præſeferant, quàm à multis annis ſeruetur, non plus tamen à ſuperioribus hodie exigitur, quàm quod ſeruari eſt conſuetum, vſuſque & conſuetudo tot annorum obtinuiſſe præſcripſiſſeque videtur, vt non aliter illa obligent, promittive intelligantur, quàm conſuetudine à tot annis ſeruari conſueuerunt. Præſertim cùm multi eorum, aut ferè omnes, nequaquam profiterentur, ſi ad aliam vitæ rationem, quàm hodie ſeruari conſuetam, tenerentur. Maximè illi, qui ſolum ob habitum honoris gratia, cum exigua admodum, aut nulla tenæa, quam vocant, à rege ſoluenda, profitentur. Itaque hodie commendæ & habitus, præmia militum effecta ſunt, cum admodum modico religionis onere. Atque vtinam defendentibus Eccleſiam, pro illorumque meritis conferrentur. Arbitrorque commendatarios, de quibus loquimur, dominium habere bonorum patrimonialium, nec non eorum, quæ ſua induſtria acquirunt: quin & fructuum commendarum, eo ipſo quòd eos percipiunt, poſſeſſionemque eorum acquirunt: poſſeque de his omnibus non ſecus teſtari, inſtituereque maioratus, ac cæteros ſæculares, vt priuilegijs, conſuetudineque antiqua, à multis annis facere conſueuerunt. Confirmarique hoc poteſt in hoc Luſitaniæ Regno, quoniam à multis annis non gaudent priuilegio fori quoad hæc omnia bona, quaſi dominium eorum ad ipſos, non verò ad monaſterium pertineat: eaque de cauſa reſpondere coguntur coram iudice ſeculari, ſolumque in criminalibus, aut cum agitur de bonis commendæ, anquam fructus ab eis percipiantur, aut de bonis conuentus, ſeruatur eis priuilegium fori, reſpondentque coram proprio iudice ordinis.

Dominium habẽt bonorum, etiam Commẽdæ.

Ad Nauarri fundamẽtum.

Ad ea, quibus Nauarrus nititur, dicendum eſt, eſſe quidem ſuo modo religioſos, ſed non perfectè & integrè, vt dictum eſt, habereque magna ex parte diſpenſatum, (modo ſupra explicato) paupertatis votum, adeò vt dominij ſint capaces, prout coniugatorum ſtatus, adminiſtrantium ſplendidam familiam, habentiumque vxores & filios poſtulat, contrarium què eſſe omnino irrationabile.

Ad motum propriũ Pii V.

Ad motum proprium Pij V. dicendum eſt, non eſſe intelligendum de his commendatarijs coniugatis, de quibus loquimur, qui prout poſtulat eorum ſtatus antiqua conſuetudine dominium habent ſuorum bonorum, poteſtatemque eo ipſo teſtandi. Neque forte Summus Pontifex auferre ab

A eis poſſet poteſtatem teſtandi de bonis patrimonialibus, & ſua induſtria acquiſitis; cum nunquam ſua poſſeſſione intenderint abdicare à ſe dominium horum bonorum, & transferre illud in monaſterium, idve habeat vſus & conſuetudo, neque pro emolumento habitus, tençæ, aut commendæ, id efficerent. Intelligendum itaque erit, in commendatariis D. Ioannis, & in aliis aliorum regnorum, tam virorum quem mulierum, de quibus conſtet, dominos non eſſe ſuorum bonorum, vique ſuæ profeſſionis teſtari non poſſe ſecluſo priuilegio ſedis Apoſtolicæ. Adde receptum non eſſe vſque ad hanc diem huiuſmodi motum proprium in Hiſpaniis, præſertim quoad Commendatarios, de quibus loquimur: cum omnes abſque vllo ſcrupulo teſtentur, vt antea teſtabantur.

Quæſtio.

Dubium eſt, an perfectè religioſis concedi poſſet facultas teſtandi. Quicquid verò aliqui in contrarium dixerint, dicendum eſt cum Nauar. capit. non dicatis, numero octuageſimo nono, in Apol. quæſtio B ne tertia, monit. 11. Couarru. capitulo ſecundo, de teſta. numero 50. Molin. capit. 9. citato, numero 67. & aliis, quos citant, proculdubio concedi poſſe, non ſolum validè, ſed etiam licitè modò interueniat rationabilis alia cauſa. Neque ad id eſt opus auferre prius à religioſo, vel religionis ſtatum, vel paupertatis votum; ſed quemadmodum concedi illi poteſt adminiſtratio & vſus aliquarum rerum, illas conſumendo ac etiam alienando, quin dominus illarum conſtituatur: ſic concedi illi poteſt, vt illas ad pias cauſas, aut ad aliqua alia alienet per vltimam voluntatem: cum id nihil aliud ſit, quam quaſi prorogatio facultatis ad alienandum. Probat verò doctè Nauarrus, nullum alium, à Summo Pontifice, concedere poſſe facultatem teſtandi.

Religioſorũ quatuor genera.

Ibidem, quod ad rem præſentem attinet, diſtinguit quatuor religioſorum genera. Quidam ſunt beneficiarij. Alii ſimplices religioſi, qui in conuen C tibus perfectæ communitatis viuunt. Alii qui beneficia non habent, nec tamen in perfecta communitate viuunt, ſed de ſuperiorum licentia, certam habent panis, vini, pecuniæ, aut aliarum rerum ad victum neceſſarium quantitatem, ita quod ſi quid eis deſit, id aliunde quærere debẽt: ſi verò aliquid eis ſuperſit, illud ſuis neceſſitatibus ſeruant. Alii denique ſunt, qui de facultate Summi Pontificis, aut alia legitima, extra monaſteria in ſeculo degunt, aluntur que bonis ſua induſtria, labore, aut eleemoſynis cõparatis; & neque tribuunt quicquam monaſteriis interim dum viuunt, neque à monaſteriis quicquam recipiunt.

Primi gradus.

Religioſis primi generis ſolet ſæpe Summus Pontifex concedere facultatem teſtandi: idque cum modico, vel monaſterii, vel beneficii detrimento. Eo quòd, quæ illi in vita poterant donare & conſumere, tempore mortis relinquunt piis operibus. Quin D inde monaſterium commodum ſæpe reportat: cum eiuſmodi religioſi, intuitu priuilegii, multa conſeruent, de quibus tempore mortis diſponant, quæ alioquin non reſeruaſſent, ſæpeque eueniat, vt inteſtati deſcedant, eaque bona monaſterio, vel beneficio obueniant.

Secundi.

Religioſis ſecundi generis concedere non ſolet Summus Pontifex facultatem teſtandi: quia ſicut in vita nullorum bonorum adminiſtrationem habebant, ſic decet vt neque in morte bona habeant, de quibus diſponant. Quamuis ſi aliquis vtilis admodũ fuiſſet religioni, concedi illi aliquãdo poſſet aliquid, quod vel dum viueret pro libito honeſtè ac piè alienaret, ac conſumeret, vel de quo, ex facultate Summi Pontificis, ſimiliter teſtaretur.

Tertii & quarti.

Tertii & quarti generis religioſis concedi etiam conſueuit facultas teſtandi de eis, quorum adminiſtrationem ac diſpoſitionem liberè habebãt in vita: quo-

quoniam eadem eſt ratio, quę de religioſis primi geneRIS reddita eſt.

Facultas teſtādi ad quę & quouſque ſe extendit.

Facultas religioſo ad teſtandum conceſſa, intelligenda eſt ſolùm ad pias cauſas, quando aliud non exprimitur. Ita Molina lib. 2. de primog. c. 9. nu. 67. & c. 10. nu. 30. & Nau. in Apol. q. 3. monit. 6.

Teſtamentum factum virtute priuilegij teſtandi valet, etiam ſi non exprimatur teſtamentum eſſe cōditum vi talis priuilegij. Facultas teſtandi non expirat morte Summi Pontificis, qui illam conceſſit. Facultas teſtandi non finitur per primum teſtandi actum; quin potius, qui illam habet, condere & reuocare poterit teſtamentum interim, dum vixerit. Cui facultas teſtandi conceditur, eo ipſo conceſſa cenſetur facultas donandi cauſa mortis, codicillumq; cōficiendi. Hæc probant optimè Nauar. in Apol. q. 3. monit. 7. 8. 9. & 10. & Couar. cap. cum in officiis de teſt. num. 8. licet cum multis alijs, quos refert, ſecutus antea fuiſſet, teſtandi facultatem morte concedentis finiri, finirique per primum teſtandi actum; opinionem tamen eo loco mutat, conſentitque cum Nauarro. Si teſtamentum condatur à religioſo ante obtentam teſtandi facultatem, ſuperueniatque facultas ante mortem teſtatoris, validum redditur teſtamentum. Ita cum Baldo. Nauar. cap. non dicatis, num. 89.

DISPVT. CXLII.

De varijs clericorum bonis, & quorum conſtet eos aut habere, aut non habere dominium, & de quibus ſit controuerſum.

CONſequenter explicandum eſt, quouſque clerici, qui religioſi non ſunt, teſtari queant. Nomine autem, clericorum, eos etiam intelligimus, qui in minoribus ſunt conſtituti, modo beneficium habeant Eccleſiaſticum, aut poſt Concilium Tridentinum priuilegio fori gaudeant, iuxta ea, quæ diſp. 138. dicta ſunt. Prius verò hac, & quatuor ſequentibus diſputationibus, operæ precium eſt ad id oſtēdamus, quarum rerum habeant, aut nō habeant dominium, & num lethaliter peccent, aut reſtituere teneantur, ſi, vltra ſuam competentem ſubſtentationem, quicquam eorum in vſus non pios inſumant, & qualis nam ſit competens cuiuſque ſuſtentatio.

Bona clericorum multiplicia.

Clericorum bona, quædam ſunt, quæ non ratione Eccleſiæ, miniſterijve Eccleſiaſtici, ſed aliunde ad eos ſpectant, nempe hæreditario iure, donatione opificio, contractu, aut alia ſimili ratione, non ſecus ac ſi eſſent laici. Atque horū bonorum nemo dubitat eos, perinde laicos, cōparare verum dominium. Hæc omnia bona Nau. in Apol. q. 1. mon. 21. ac alibi cōi nomine appellat bona patrimonialia clericorū.

Alia ſunt quę comparant quidem ratione miniſterij Eccleſiaſtici, non tamen tanquam fructus Eccleſiaſtici beneficij, quod ad eos pertineat: nomine beneficii, præſtimonia & penſiones comprehendendo. Eiuſmodi ſunt, quæ acquirunt, organa pulſando, canendo, concionādo, iudicem Eccleſiaſticum agendo, miſſas celebrando, confeſſiones audiendo, funeralia officia, etiam quæ *treintanarios* in Hiſpaniis vocant, miniſtratio, idque etiam ſi defuncti, aut illi, quorum confeſſiones audiunt, vel pro quib. miſſas celebrant, ipſorum ſint parochiani, vt Nau. q. 1. citata monito. 22. num. 1. rectè oſtendit. Item quæ acquirunt agendo capellanum, aut vicarium temporarium, quin & quæ à Sede Apoſtolica aliquibus Cardinalibus in ſubſidium expenſarum conferuntur quotannis, quo ſe decentius ſuſtentent, & quæ idem Summus Pontifex interdum in expenſarum ſubſidium tribuit Epiſcopo, quem aliquo legat, ut Nauar. monito. 23. ſequenti etiam oſtendit, & his

A ſimilia. Porrò horum etiam bonorum, quæ Nauar. monito. 21. citato quaſi patrimonialia appellat, nullus dubitat clericos comparare dominium.

Bona propria Eccleſiæ.

Alia ſunt bona, quæ pertinent ad Eccleſias, vel hoſpitalia, aut alia pia loca, ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia, & ſiue immobilium fructus annexi ſint beneficio, ad beneficiatumque aut beneficiatos proinde pertineant, ſiue non, ſed vel ad fabricam, vel ad infirmos curādos, vel ad aliquid aliud deputati ſint, horum bonorum, cum ſola adminiſtratio ad clericos ſpectet, ſiue illi prælati ſint, ſiue alij beneficiati, aut quicunque alii clerici, facilè conſtat dominium eorum ad ipſos non pertinere. Vnde Symmachus c. non liceat Papæ, 12. q. 2. Neque Papæ licere ait alienare prædium Eccleſiæ, vtpote non ſuum. Quod vt Nauar. de ſpoliis cler. §. 2. rectè oſtendit, intelligendum eſt, abſque rationabili cauſa.

Nauar. in Apol. q. 1. monito. 24. & ſequentibus, poſt Maiorem in 4. d. 24. q. 16. contendit, eiuſmodi B omnia bona eſſe ſolius Chriſti quoad dominium, non verò Eccleſiæ, cui ſunt applicata. Potiſſimum, ducitur, quoniam hæc, nec non beneficiorum bona, c. cum ſecundum, de præben. & c. cum ex eo, de elect. libro 6. appellantur patrimonium Chriſti, & c. qui Chriſti, & c. qui abſtulerit, 12. q. 2. appellantur pecuniæ Chriſti, & Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de reformat. cum Epiſcopis & beneficiarijs agēs, ſic habet, Omnino eis interdicit, ne ex reditibus Eccleſię conſanguineos, familiareſve ſuos, augere ſtudeant: cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent, &c. Ecce, quæ Dei ſunt dixit.

Hinc in opuſculo de ſpol. cler. §. 3. num. 7. infert Nauar. ſi Summus Pontifex ſine legitima cauſa id, quod eſt vnius Eccleſiæ, tribuat alteri, peccare quidem, eam tamen Eccleſiam, quæ id accipit, reſtituere non teneri alteri, ſed poſſe tuta conſcientia id retinere. C Idem dicit de monaſterio aut alio pio loco, qui ſimili modo id acceperit. Rationem reddit, quoniam adhuc res illas manet in dominio Chriſti, vt antea erat. At verò, inquit, ſi Summus Pontifex ſine legitima cauſa, quod eſt alicuius Eccleſiæ, tribuat laico; tenetur laicus id reſtituere Eccleſiæ, cuius erat. Quoniam per talem donationem res aufertur de dominio Chriſti, Chriſto præſumptè inuito, ac proinde res eſt reſtituenda, reddendo illam Eccleſiæ, cui erat applicata.

Quod ad primum horum attinet, vt tetigimus diſput. 29. concluſ. 2. dicendum eſt cum Turrecremata, 2. lib. ſummæ, c. 113. propoſ. 6. & Caie. 2. 2. q. 43. art. 8. innuitque ſatis ibi D. Tho. item cum Adrian. de reſtit. quæſt. quæ incipit, pro clariori intelligētia, concl. 4. & cum alijs, dominium eiuſmodi bonorū eſſe penes Eccleſiam particularem cuius ſunt, vt penes Eccleſiam Eborenſem, Toletanam, Romanam, &c. nomine Eccleſiæ, communitatem ipſam D intelligendo cum ſuo capite, aut ſubordinatis capitibus. Quatenus autem vnaquęque Eccleſiarum particularium pars eſt vniuerſalis Eccleſiæ, dimidium bonorum omnium Eccleſiarum particularium eſſe penes Eccleſiam vniuerſalem, cuius Summus Pontifex eſt caput vniuerſale.

Sunt verò nonnulla obſeruanda. Primum eſt. Quòd cum, quæ à fidelibus collata ſunt Eccleſijs, Dei intuitu, in illiuſque obſequium ſint illis collata, vt diuinus cultus in eis exerceatur ac ſplendeat, ſacramenta miniſtrentur, verbum vitæ doceatur, fideles in vitam æternam gubernentur, miniſtri ad hæc omnia neceſſarii decenter ſuſtententur, præmiiſque dignis efficiantur, ac ſi quid ſuperſit, pauperibus erogetur, in aliiſque operibus piis in Dei obſequium bonumque Eccleſiæ inſumatur: Cum item Chriſtus, quà homo, ſupremum caput ſit, & ſponſus

ſus vniuerſalis Eccleſiæ; atque adeò particularium, ex quibus illa coaleſcit, in illiuſque obſequium, eiuſque intuitu hæc omnia etiam fiant; inde eſt, quod ea, quæ Eccleſijs ad hæc omnia quaſi in dotem à fidelibus collata ſunt, & quorum verè facta eſt domina, hominibus particularibus priuatum dominium à ſe abdicantibus, in eamque illud transferentibus, dicantur ſuo modo eſſe bona Dei; illius videlicet cultui & honori dicata, & Chriſti, quà hominis patrimonium, tanquam Eccleſiæ ſponſi ac ſupremi capitis, in cuius quoque cultum & obſequium ſunt etiam Eccleſiæ collata. Adde, quòd, vt Adrianus loco citato ait, quæ Eccleſię, Chriſti intuitu, collata ſunt, Chriſto ſunt collata, ſed in ſuis membris, aut in ſuo myſtico corpore, eodemque modo facta ſunt Chriſti, iuxta illud: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: & illud Chriſti ad Paulum: Quid me perſequeris: in membris videlicet meis.

Secundum eſt, quòd cùm, vt diſputatione vigeſima prima, & ſequentibus oſtenſum eſt, poteſtas in Eccleſiam, & in omnia quę ad illam ſpectant, iure diuino reſideat in prælatis, ac ſupremè, tanquam in capite totius Eccleſiæ vniuerſalis à quo cæteri pendent, in Summo Pontefice, atque ab illis in alios deriuetur, inde proficiſcitur, quod alienatio & diſpoſitio bonorum Eccleſiaſticorum eo ipſo, quod Eccleſiæ bona facta ſunt, non ad alios, quam ad prælatos, pręcipuèque ad Summum Pontificem, tanquā ad miniſtros & diſpenſatores eorum bonorum, ſpectet, ad eos, ad quos ea horum ſtatuto & præordinatione, adminiſtratio deriuata eſt.

Tertium eſt, quòd cùm hæc bona in fines explicatos Eccleſijs ſint collata, idque vel quia fidelium ſponte, vel Eccleſiæ præcepto accedente, quę non in alios fines potuit fideles ad id erogandum obligare, inde efficitur, quòd non ſolum prælati, ad quos iure diuino ſpectat eorum adminiſtratio ac diſpenſatio, quique dominium eorum non habent, ſed neque communitas ipſa tota Eccleſiæ, eſto ad illam diſpenſatio eorum pertinerent, poſſet aliter, quam in prædictos fines, ea impendere. Eſt namque latum diſcrimen inter bona communitatis, quæ vel ipſa ſibi ipſi in commune reſeruauit, vel acquiſiuit propria induſtria, vel contribui à ſuis partibus fecit, vt eſſent in commune, & inter bona, quæ communitati ab aliquo, etiam ſi ille pars ſit illius, ad finem aliquem, aliquidve certum ac determinatum, tributa ſunt, vel authoritate ſuperioris alicuius ad totam communitatem, iuſſum eſt partibus contribui communitati ad certum quippiam determinatum. In primo namque euentu, cum Reſpublica ipſa non ſolum ſit domina eorum bonorum, ſed etiam eorum ſit author, neque à quoquam grauamen aliquod habeat impoſitum, vt vno vel altero modo illa inſumat, poterit pro libito de illis diſponere ad quæcumque voluerit, quin & iactare ea bona in mare poterit, quin vitio alio peccet, quàm prodigalitatis. In poſteriori verò euentu, cùm alterius authoritate ad certum aliquid ac determinatum conſtituta ſit domina eorum bonorum, non ad aliud poteſt ea inſumere, quàm ad id, ad quod ei tributa ſunt. Quarè cum in re propoſita, bona, de quibus loquimur, Eccleſijs ſint collata, vel à priuatis propria ſponte ac liberalitate ad ea, quæ explicata ſunt, vel contribuentibus decimas accedente præcepto lato authoritate Dei, adminiſtratioque ac diſpenſatio eorum, poſtquam facta ſunt Eccleſiæ, non ad Eccleſias ipſas, ſed ad prælatos, præcipueque ad Summum Pontificem ſpectet; conſequens eſt, vt ſolum ad Eccleſiæ vtilitatem, cultum-

A que atque honorem Dei, & ſalutem animarum poſſint licitè expendi.

His obſeruatis, quòd dominium eiuſmodi bonorum ad Eccleſiam modo explicato pertineat, præterquam quod vel ex eo eſt manifeſtum: quod Eccleſiæ à fidelibus donantur, tametſi Chriſti ac Dei intuitu, in ipſius cultum & obſequium, Eccleſiaque eſt quæ eiuſmodi bonis dotari dicitur; probari poteſt ex capitulo expedit. duodecima, quęſtione prima, vbi Proſper ait: Expedit facultates Eccleſiæ poſſidere, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ ſunt, ſed communes Eccleſiæ facultates: & ideo quiſquis, omnibus, quæ habuit, dimiſſis aut venditis, fit rei ſuæ contemptor, cùm præpoſitus fuerit factus Eccleſiæ, omnium, quæ habet Eccleſia, efficitur diſpenſator. Adhibetque exemplum in beatis Paulino & Hilario, qui cùm ſua pauperibus diſtribuere poſſent, Eccleſiæ bona augere curarunt. Et de Pau-
B lino ſubdit: Quo facto ſatis oſtendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & ſine impedimento perfectionis poſſe Eccleſiæ facultates, quæ ſunt profecto communes, poſſideri. Ecce, facutates Eccleſiæ, quarum prælatus eſt diſpenſator, bis dixit, eſſe communes Eccleſiæ facultates, ſanè quoad dominium ac proprietatem: eaſque dixit habere Eccleſiam, & diſpenſari à prælato. Et Gl. ibi in verbo, communis, recenſitis alijs opinionibus, in hanc noſtram inclinat. Conſonat etiam capitulum cauſa, de verborum ſignificat. dum affirmat, primitias, decimas, & oblationes in ſolis Eccleſiarum bonis præcipuè numerari. Eccleſiarum bona dixit: Conſentiunt etiam capitulum qui Chriſti, & capitulū qui abſtulerit, duodecima, quæſtione ſecunda, vbi eiuſmodi bona, pecuniæ & bona dicuntur, tum Dei ac Chriſti, modo ſupra explicato, tum etiam Eccleſiæ, quoad dominium ſcilicet. Dein-
C de probatur, quia non minus eiuſmodi bona pertinent ad dominium communitatum Eccleſiarum, quàm bona côuentuum religioſorum ad dominium eorum in commune pertineant: quandoquidem hæc etiam Eccleſiaſtica bona ſunt intuitu Dei in ipſius cultum, & obſequium religioſis conceſſa: ſed dominium horum pertinet ad religioſos, vt Nauarrus ipſe ſæpe affirmat, & habetur expreſſe capite, quoniam, 16. quæſtione prima, vbi de bonis Eccleſiarum, nempe de decimis & oblationibus, dicitur, liberum eſſe Epiſcopis ea concedere Monachis Deum timentibus & colentibus, & in dominium illorum & vſum transferri: ergo dominium bonorum Eccleſiarum ad earum communitatem pertinet. Iura, quibus Nauarras nititur, explicatum eſt in quo ſenſu appellent eiuſmodi bona patrimonium Chriſti, & bona Dei, atque pecunias Chriſti.

Quod ad ſecundum attinet, dicendum eſt. Quan-
D do abſque rationabili cauſa, quod eſt vnius Eccleſiæ aut pii loci, authoritate Summi Pontificis tribueretur alteri Eccleſiæ aut pio loco, non minùs teneri accipientem, ac Summum ipſum Pontificem in accipientis defectum illud reſtituere Eccleſiæ, aut pio loco ablatum eſt, quam ſi alicui ſeculari eſſet collatum. Oſtenſum quippe eſt, dominium rei illius pertinere ad Eccleſiam aut pium locum à quo ablatum eſt: contra iuſtitiam autem eſt, quam reſtituendi onus comitatur, diſpenſatorem, abſque rationabili cauſa, ſpoliare communitatem aliquam dominio rei, quam poſſidet. Præterea, eſto gratis daremus, dominium rei illius ad Chriſtum, & non ad Eccleſiam illam, aut pium locum pertinere; negari tamen non poſſet, vſumfructum, aut certè commoditatem rei illius, ad eam Eccleſiam, aut pium locum pertinere, adeo, vt contra iuſti-

tiam peccaret, reſtituereque teneretur quicunque alius, qui ab ea Eccleſia rem illam, ea inuita, acciperet, eſto ti aderet eam alteri Eccleſiæ, aut in alijs pijs operibus pro ſuo libito rem illam inſumeret: ſed Summus Pontifex non habet poteſtatem auferendi, abſque rationabili cauſa, eam commoditatem ab Eccleſia, & conferendi illam Eccleſiæ alteri, vt Nauarrus confitetur: ergo non ſolum peccat contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, damnum illud Eccleſiæ illi inferendo, ac proinde tenetur illud ei reſtituere.

Redditũ beneficiorum an beneficiarii ſint domini.

Alia ſunt clericorum bona, quæ ſunt redditus beneficii Eccleſiaſtici. Atque de his eſt controuerſia, vtrum hodie clerici obtinentes beneficia, quorum illa ſunt redditus, comparent eorum bonorum dominium eo ipſo, quod in ipſorum poteſtatem deueniunt: an vero ſolum ſint eorum adminiſtri ac diſpẽſatores cum facultate ſumendi de illis competentem ſuſtentationem, & cum onere inſumendi reliqua in operibus pijs.

Varij ſtatus horum bonorum.

Dixi hodie, quoniam diſtinguenda ſunt varia tempora, quæ in diſcurſu Chriſtianæ Eccleſiæ fuerunt. A principio namque naſcentis Eccleſiæ, clerici ordinariè in communi viuebant, quin & paupertatis votum emittere ſolebant: facultates vero cuiuſque Eccleſiæ in communi aſſeruabantur, per idoneosque miniſtros ad id deputatos adminiſtrabantur. Ad Epiſcopos autem, accedente ſcientia & conſilio aliquorum clericorum, ſpectabat earum diſpenſatio, in Eccleſiarum fabricis, in ſuumque vſum & aliorum clericorum, tantum inſumendo, quantum cuique erat neceſſarium: reliquas vero pauperibus erogando, captiuoſque ex illis redimendo, atque alia pietatis opera, prout recta ratio, temporumque circunſtantiæ poſtulabant, exercendo. Hæc omnia patent ex capitulo ſecundo, & ſequentibus, duodecima quæſtione prima, nec non ex multis alijs capitibus quæſtionum in eadem cauſa ſequentium. Et licet à principio fideles prædia ſua vendere ſolerent, pretiumque Eccleſijs ad prædicta offerre, vt ex actibus Apoſtolorum conſtat; poſtea tamen (vt Vrbanus capitulo videntes. duodecima, quæſtione prima, ait) attendentes longe plures in præſenti & futuro ex redditibus prædiorum poſſe ali, prædia ipſa Eccleſijs obtulerunt, quę præcipuè fidelium oblationes dicebantur. Atque ex his, primitiisque, ac decimis (à tempore quo ſolui cęperũt, & in locis in quibus ſoluebantur) fiebant prædicti omnes ſumptus.

Non immerito dixi, clericos illis temporibus ordinariè vixiſſe in communi, ſolitosque fuiſſe emittere paupertatis votum. Quoniam aliquibus permittebatur propria poſſidere, modo vel illis eſſent contenti, & quæ communia erant Eccleſiæ, ſumptibus aliorum relinquerent, vel tantum de redditibus communibus Eccleſiæ eis ſuppeditaretur, quantum vltra ſuos proprios redditus ad decentem ſuſtentationem indigerent. Quod ſi, qui proprium habere permittebantur, adminiſtrationem aliquorum bonorum communium Eccleſiæ haberent, iubebantur manifeſta habere quæ bona eſſent Eccleſiæ, & quæ ſua: & de ſuis fas illis erat teſtari. Hæc conſtant ex capitulo ſint manifeſtæ, & ex capitulo ex his (quæ deſumpta ſunt ex 40. & 41. Canonibus Apoſtolorum) duodecima quæſtione prima, ex capitulo Epiſcopi, capitulo. Epiſcopus, capitulo illi, & capitulo ſi priuatum, eadem cauſa & quæſtione, & ex Auguſtino capitulo. Nolo, & capitulo certè, eadẽ cauſa, & quæſtion. Cum enim Auguſtinus prius ſta tuiſſet neminem ordinare, niſi qui in communi vita viuere vellet, votumque paupertatis emitteret, cernens mala, quæ inde ſequebantur, mutauit ſenten-

A tiam, ac dixit: Certè ego ſum qui conſtitueram, ſicut noſtis, nullum ordinare clericorum, niſi qui mecũ vellet manere; aut ſi vellet recedere à propoſito, rectè illi tollerem clericatum (eum videlicet ſuſpendẽdo) quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum, captumque conſortium. Ecce, in conſpectu Dei & veſtro, muto conſilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus & Eccleſia ſua, maneãt vbi volunt, & vbi poſſunt: nõ eis aufero clericatum: nolo habere hypocritam. Et paucis interiectis, nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi: ſcio quo modo homines ament clericatum; nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere.

Quicquid autem exponat Gloſ. vlt. ſane de eiſdẽ temporibus, & iuxta iura citata, pręſertim iuxta cap. ex his, & capitu. Epiſcopus, loquitur Hieron. dum capitulo vltim. 16. quæſt. 1. ad Damaſum, ait; Clericos illos conuenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, qui bus parentum & propinquorum nulla ſuffragãtur.

B Qui autem bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi, quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegiũ profecto committunt, & per abuſionem talium, iudiciũ ſibi manducant & bibunt. Obſerua tamen, epiſtolam illam ad Damaſum nõ reperiri hodie inter opera Hieron.

Quod ſi ſermo ſit de temporibus illis, in quibus canones citati, ac alii ſimiles ſunt conditi, liquido conſtat, nullum clericum in particulari, ſiue ille Epiſcopus eſſet, ſiue parochus, aut quoduis aliud munus in Eccleſia haberet, dominum fuiſſe quorũuis redditum, decimarum, aut oblationum, in ſuſtẽtationem miniſtrorum Eccleſiæ deputatorumque tempore, ea omnia bona erant illis communia, ſolaque adminiſtratio ac diſpenſatio pertinebat ad Epiſcopum & miniſtros ad id deputatos.

Tempore Simplicij, qui anno 471. Eccleſiæ præfuit, vt ex prima ipſius Decretali Epiſtola conſtat, &

C habetur capitulo de redditibus, duodecima, quæſtione ſecunda, redditus Eccleſiarum in quatuor partes diſtribui cœperunt. Vna erat Pontificis. Altera inter clericos, pro meritorum qualitate, diſtribuebatur. Tertia inter pauperes. Quarta vero Eccleſiarum fabricis deputabatur. Ita habetur, capitulo uobis enim, & ſeptem capitibus ſequentibus, duodecima, quæſtione ſecunda, quinq; priora ſunt Gelaſij I. qui tertius à Simplicio, anno 494. rexit Eccleſiam, ſextum Symplicii, ſeptimum vero & octauum Gregorij I. ſeu Magni. In Concilio Toletano quarto, anno 681. celebrato, capitulo tregeſimo ſecundo, & refertur capitulo conſtitutum, 16. quæſt. prima, ſtatuitur, vt Epiſcopi, iuxta priorum authoritatem Conciliorum, tam de oblationibus, quam de decimis, tributis, ac frugibus, ſolum accipiant tertiam partem. In Concilio Aurelianenſi capitulo antiquos, 10. quæſtio. 1. dicitur, Antiquos canones relegentes, priora ſtatuta credimus renouanda, vt de ijs,

D quæ in altari oblatione fidelium conferuntur, medietatẽ ſibi Epiſcopus vendicet, & medietatem ſibi diſpenſandam ſecundùm gradus clerus accipiat, tam de propriis prædiis, quam de omni commoditate in Epiſcoporum poteſtatem durantibus. Hanc diuerſitatem conciliant Gratianus, §. ſed illud Toletani, 16. quæſtione prima, & Gloſ. capitu. conſtitutum, citato, vt pro locorum diuerſitate ac conſuetudine habeant locum. Gloſſa tamen citata addit, vel pro temporum varietate. Paulatim autem temporibus procedentibus, variis ſtatutis, conſuetudinibusque diuerſis, pro temporum & locorum varietate ſubintroductis, eo tandem modo bona Eccleſiæ diſtributa, ſacerdotiisque ſunt applicata, quo hodie diſtributa ac applicata conſpiciuntur.

Hac ergo diſtributione & applicatione facta beneficiis

neficijs Eccleſiaſticis, quæritur, an hodie clerici beneficia obtinentes, comparent dominium redituum ſuorum beneficiorum, eo ipſo, quod tales reditus in eorum poteſtatem deueniunt: an non, ſed ſolum ſint adminiſtratores ac diſpenſatores eorum, cum facultate inde aſſumendi, quæ neceſſaria ſunt ad ſuam cógruam ſuſtentationem, & onere inſumendi cętera in operibus pijs.

Illud tamen eſt obſeruandum, non ſtatim, ac diſtributio illa in quatuor partes permiſſa eſt, introductam fuiſſe in totam Eccleſiam, ſed paulatim: longoque poſteà tempore clericos multis in locis vixiſſe in communitate. Vnde Gregorius I. in Epiſtola ad Auguſtinum Cantuarienſem Epiſcopum, in reſponſione ad 1. & 2. Auguſtini interrogationes, & habentur capit. mos, duodecima quæſtione ſecunda, & capitu. quia tua, duodecima quæſtione prima, licet eum admonuerit de prædicta diuiſione redituum eccleſiaſticorum in quatuor partes conſueta in eccleſia, eidem tamen præcipit, vt propterea quòd Angli tūc conuerſi erant ad fidem, eccleſiam ſuam inſtitueret more primitiuæ eccleſiæ, ita vt clerici cum epiſcopo in communi viuerent. Addit tamen, conſtitutos in minoribus ordinibus permittendos eſſe ducere vxores, ſi velint, eiſque portiones eſſe aſſignandas, de quibus extra communitatem cum vxoribus viuant, ſuaque miniſteria cantorum, aut alia in eccleſia debere exercere.

DISPVT. CXLIII.

An clerici hodie dominium comparent redituum ſuorum beneficiorum.

Partem negantem qui ſequantur.

MAior in quarta diſtin. vigeſimaquarta, quæſtione decimaſexta, & decimaſeptima, & Nauar. ad cap. vltimum 16. quæſtione prima, & in Apolog. monito. 24. 27. & alijs, aſſeuerant, clericos non comparare dominium fructuum ſuorum beneficiorum, ſed eſſe ſolum diſpenſatores eorum, modo præcedente diſputatione explicato: Obſerua tamen, vtrūque loqui promiſcuè, etiam de bonis tertii generis diſputatione præcedente explicatis; cum tamen certum ſit, beneficiarios ſolum eſſe illorum diſpenſatores, vt ibidem oſtenſum eſt: & de eiſdem bonis loquitur D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 43. art. 8. quare non eſt; quod pro Maioris & Nauarri ſententia, quoad beneficiorum reditus, illo in loco citetur. Hæc eadem ſententia videtur fuiſſe communis ferè omnium, qui aſſeruerunt, beneficiarios reſtituere teneri, ſi quid eorum fructuum, vltra competentem ſuam ſubſtentationem, in profanos vſus inſumant, quos diſputatione ſequenti referemus. Dixi, ferè omnium: quoniam licet multi illorum affirment, eos non habere proprietatem eorum bonorū, & ex cæteris quidam eo videantur innixi fundamento vt onus reſtituendi illis imponerent, non tamen conſtat omnes, eodem fundamento ductos, id onus illis impoſuiſſe.

Eorum fundamentum.

Potiſſima ratio huius ſententiæ eſt, quod canones diſputatione præcedente citati, id apertiſſimè doceant. Vnde Hieron. & alij Patres, pauperum eſſe docent quicquid clerici, vltra ſuam competentem ſuſtentationem, de his bonis accipiunt, & ſacrilegium committere, iudiciumque ſibi per eorum abuſionem manducare & bibere, vt habetur capitu. vltimo 16. quæſt. 1.

Beneficiarij qui religioſi non ſunt, dominium cōparant redituum beneficiorum.

Contraria tamen ſententia, nempe poſt diuiſionem illam bonorum Eccleſiaſticorum in quatuor partes, diſputatione præcedente commemoratam, inſtitutionemq; beneficiorum cum portione redditum cuique deputata, vnumquemque beneficiatum, qui religioſus non ſit, dominium compara-

A re redituum ſui beneficij, eſt nobis amplectenda; quam affirmant Sotus 10. de iuſt. q. 4. artic. 3. Driedo, lib. 2. de libert. Chriſtian. cap. 3. Couarr. c. cum in officijs, de teſta. nu. 3. Ledeſmius 2. quarti, q. 18. artic. 5. dubio vlt. Adrian. de reſt. q. quæ incipit, pro clariori intelligentia dictorum, D. Thom. & Caiet. 2.2. q. 185. artic. 7. idem D. Thom. quodl. 6. art. 12. & alij, quos diſputatione ſequenti affirmare referemus, beneficiarium conſumentem ſuperfluè ac malè fructus ſui beneficij, peccare quidem lethaliter, non tamen teneri ad reſtitutionem: quod ſanè verè dicere non poſſent, ſi domini non eſſent eorū fructuum, ſed ſolum diſpenſatores.

In huius ſententiæ probationem pono. Quamuis perfectius eſſet, ſingulos Eccleſiaſticos contentos eſſe moderata ſuſtentatione, neque plus ad eam ſumere de reditibus Eccleſiæ, quàm quatenus eis non ſufficerent alij ipſorum proprij, vt vſque ad Simplicij tempora ordinariè videtur fuiſſe ſerua- B tum in Eccleſia; attamen attenta fragilitate humana, multiplicatiſque tot ſacerdotibus, & alijs miniſtris Eccleſiæ, quot progreſſu temporis multiplicari fuit neceſſe, tepereque incipiente charitate, difficilè admodum, aut ne difficilè quidem, ſeruari id potuiſſe. Neque arbitrandum eſt, vſq; ad ea tempora abſque maximis difficultatibus, multorumque ruina in grauiſſima mala & peccata, fuiſſe id ſeruatum, vt canones, ad eis malis obuiandum conditi, teſtantur: id quod ſanctiſſimos Pontifices impulit, vt diuiſiones illas redituum Eccleſiaſticorum introducere inciperent, variaque beneficia Eccleſiaſtica inſtituere ceperint, deputata eorum cuique ex eiſdem reditibus certa portione.

Pono deinde, eo ipſo quòd homines non inuenirentur, qui ad eam perfectionem ſe aſtringere vellent, vt ea lege Eccleſiaſtica munera ſuſciperent, vt in communi viuentes contenti eſſent moderata ſu- C ſtentatione, quin neque ea, vt viuentes priuatè, ſuique iuris effecti, ſolum id eis de reditibus Eccleſiæ ſuppeditaretur, quo, vltra ſuos proprios, ad moderatam cum propria familia in priuata vita ſuſtentationem, indigent, ſed exigerent eam integram, qualem gradus & miniſterium Eccleſiaſticum poſtularet, & inſuper ſi quid præmij, pro ratione ſtudiorum, ſumptuum, & laborum, quibus ad eum gradum dignè & fructuosè perueniuntur, & pro ratione ipſius miniſterij æquitas aliquando poſtularet: tunc, cum nullus cogi poſſit ad ſacros ordines ſuſcipiendos, eaque munera obeunda, profectò eo ipſo, quòd ea lege æqua inuitarentur, id totum illis de iuſtitia deberetur; non quidem in precium pro ſacramentis & alijs ſpiritualibus, quæ miniſtrarent, ſed in præmium ac retributionem iuſtam pro labore, ſumptibus, & moleſtia, & quia dignus eſt operarius mercede ſua, iſque qui D altari ſeruit, de altari viuere debet iuxta Chriſti & Pauli doctrinam. Summus autem Pontifex in eo euentu, pro plenitudine poteſtatis, qua in finem ſupernaturalem, congruumque Eccleſiæ regimen habet, cogere poſſet fideles laicos, vt id totum in congruam miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentionem ac præmium contribuerent.

Tertio pono, oblationes & decimas, & quicquid aliud fideles, in fines diſputatione præcedenti explicatos Eccleſię pro ſua deuotione tribuerunt, diſpoſitioni Summi Pontificis ſubiacere, vt ex illis, quam partem expedire iudicauerit, miniſtris Eccleſiæ applicet, non ſolum in congruam ſuſtentationem, qualem ſplendori Eccleſiæ, clericorum honori, ac laicorum vtilitati, conuenire iudicauerit, ſed etiam in præmium, quo ad literarū ſtudia, ſumptu & labores eorum alliciantur, & in retributionem pro vtilitate, quā ſuis miniſterijs Eccleſię attulerint;

eaque de cauſa poſſe inſtituere varia beneficia Eccle- A ſiaſtica, applicata cuique eorum, certa portione redituum Eccleſiaſticorum, quæ ſit miniſtri Eccleſiaſtici in ſuſtentationem ac præmium illius.

His poſitis, probatur noſtra ſententia. Primò, quoniam diſtributio illa reddituum Eccleſiaſticorum in quatuor illas partes, & rurſus temporis progreſſu diſtributio in varia beneficia Eccleſiaſtica partis illius, quæ inter clericos pro meritorum qualitate erat diuidenda, ſanè nihil aliud fuit, quàm redditus, alioquin communes Eccleſiæ, efficere proprios eorum, quibus in particulari deputabantur. Atque vt de parte Epiſcopo deputata, & alia inter clericos diuidenda ac in beneficia diſtributa ſolum loquamur, ſane diſtributio illa non aliud fuit, quam deputatio ſuſtentationis, præmij, ac ſtipendij cuiuſque miniſtrorum Eccleſiæ: indeque ortum habuit illud iuris proloquium, beneficium datur propter officium, de quo cap. vltimo, de reſcript. libro 6. B Quo fit, vt eo ipſo, quod ſinguli fructus ſuarum portionum percipiunt, dominium illorum comparent: non ſecus ac miniſtri ſeculares dominium comparant ſuorum ſtipendiorum eo ipſo, quod ea percipiunt.

Quo loco obſerua, habere hoc verum etiam ſi Epiſcopus aliquis, aut quicunque alius miniſter Eccleſiaſticus, permixtim acciperet aliquid ex alijs portionibus, vel cum onere vt neceſſaria fabricæ ſuæ Eccleſiæ conferret, quod habent multa beneficia Eccleſiaſtica, vel cum onere id diſtribuendi pauperibus, vel inſumendi operibus pijs, quod multi affirmant de ijs Epiſcopis, qui pingues admodum habent reditus pro ratione Epiſcopatus. Arbitrantur namque permixtum habere multum de portionibus fabricæ & pauperum, cum iuſtitiæ onere id inſumendi in eis rebus, ad quæ bona illa fuerunt deputata: de qua re ſermo erit diſputatione ſequenti. C Nunc verò id ſolum dico, onus illud, etiam de iuſtitiæ rigore, & cum obligatione reſtituendi niſi impleatur, non tollere quo minus beneficiatus dominium comparet totius ſummæ. Quemadmodum quando bona aliqua alicui Eccleſiæ, aut cuiuis alteri donantur, cum onere, aut modo, vt aliquid quotannis alicui tribuat, aut in opere aliquo pio inſumant, id non impedit, quo minus talis Eccleſia, aut donatarius alius dominium totius ſummæ, cum eo modo & onere donatæ, conſequatur. Cum minimum vero illud fatendum eſt, talem beneficiarium conſequi dominium ſuæ portionis propriæ atque adeò totius ſummæ ratione illius portionis, eo pacto, quo quando duo ſunt domini rei alicuius nondum inter eos diuiſæ, vnuſquiſque eorum eſt dominus totius rei, ſed partialiter, partialitate ſe tenente ex parte dominorum, non verò rei, cuius ſunt domini.

D Secundò probatur, quia diſtributiones quotidianæ, quæ canonicis diuinis officijs intereſſentibus tribuuntur, partes ſunt redituum ſui beneficij, vt colligitur ex extrauaganti, de decimis, inter communes, §. & quia non occurrit, quin manualia beneficia appellantur, capit. vnico, de clericis non reſiden. libro ſexto, ſed in eodem capit. ſtatuitur, vt non intereſſentes diuinis officijs abſque cauſa legitima, neque illarum, neque diſtributionum, quæ pro defunctorum anniuerſariis conferri ſolent, dominium acquirant, neque illas faciant ſuas: ergo intereſſentes, legitimèque illas accipientes, dominium earum acquirunt, illaſque ſuas efficiunt. Idem ſtatuitur in Concilio Trident. ſeſſ. vigeſimaſecunda, capitulo tertio, de reformatione, facta poteſtate Epiſcopis conuertendi in diſtributiones quotidianas tertiam partem omnium fructuum & prouentuum. Verba Concilij hæc ſunt. Illius diei diſtributionem amittant, neque A eius quoquo modo dominium acquirant, ſed fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio ordinarij, applicetur.

Tertiò, in Concilio Triden. ſeſſ. vigeſimaquarta, capit. duodecimo, de reformatione ſtatuitur, vt prouiſi de beneficiis curam animarum habentibus, aut de canonicatibus, vel dignitatibus, fidei profeſſionem faciant intrà duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis, alioquin vt non faciant fructus ſuos: ergo beneficiati fructus ſuorum beneficiorum efficiunt ſuos, comparantque proinde dominium eorum: alioquin non ſtatueretur illis in pœnam, vt illos ſuos non efficerent. Item in eodem capite ſtatuitur, vt obtinentibus in cathedralibus aut collegiatis Eccleſijs dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat abeſſe ab eiſdem Eccleſijs vltra tres menſes quolibet anno: alioquin primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac reſidentiæ fecit ſuos. Quòd ſi B iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus fructibus. Ecce, lucratum eſſe, ſuoſque feciſſe fructus, ſanè comparaſſe eorum dominium ſonat apertè.

Ad argumentum contrariæ opinionis dicendum eſt, iura illa omnia condita fuiſſe tempore, quo clerici in communi viuebant, & ante factam diuiſionem redituum Eccleſiaſticorum in quatuor illas partes; pro eoque ſolum tempore eſſe intelligenda, in quo nullus clericus erat dominus, ſed diſpenſator tãtum redituum illorum, nec poterat plus de illis ſumere in ſuum vſum, quàm quod, vltra ſuos reditus proprios, ſibi eſſet neceſſarium ad ſuam congruam ſuſtentationem, vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt. non verò eſſe intelligẽda pro tempore, quo facta eſt diuiſio illorum in quatuor partes, & quartæ partis clericorum in varia beneficia Eccleſiaſtica, in quo beneficiarij dominium comparant portionis ipſis C deputatæ, vt oſtenſum eſt. Ac ſanè ſi canones illi hodie vim haberent, falſa eſſet Maioris & Nauarri opinio, cum communi Doctorum ſententia aſſerentium, beneficiarios poſſe aſſumere integram competentem ſuſtentationem de reditibus ſui beneficij, & reſeruare ad quoſcumque alios vſus, etiam ad teſtandum in vſus non pios, duo priora genera bonorum, quæ diſputatione præcedente explicata ſunt, necnon reditus omnes eorum: id namque apertè pugnat cũ canonibus pro tempore illo priſco ſtatutis, vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt.

Ad fundamentũ aliorum.

DISPVT. CXLIIII.

Vtrum beneficiarij hodie lethaliter peccent, reſtituereque teneantur, ſi quid, vltra ſuam competentem ſuſtentationem, in vſus non pios de reditibus ſuorum beneficiorum inſumant. D

Beneficiarios inſumentes vltra ſuam competentem ſuſtentationem, in vſus non pios de reditibus ſuorum beneficiorum, non ſolum peccare lethaliter, ſed teneri etiam ad reſtitutionem, affirmarunt Alex. Alenſis, 3. par. quæſtione 36. memb. 5. artic. 2. Richard. in 4. diſtin. 45. artic. 3. quæſt. 1. Maior in 4. diſtin. 24. quæſtione 17. In eandem ſententiam propendent, tandemque eam amplectuntur, Palud. ead. diſtin. quæſtione 3. articulo vltimo, D. Anton. 3. parte, tit. 15. capitu. 1. §. 19. & Gab. in 4. diſtin. 15. quæſtione octaua, concluſ. 4. & 5. iuncto dubio 6. 7. & 9. Eandem affirmant Panormit. capit. cum ſecundum, de præbend. Archid. & Domi. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. libro ſexto, Felin. capit. poſtulati, de reſcriptis, & cap. de quarta, de præſcri. Nauar. ad ca. vlt. 16. q. 1. & in Apol. q. 2. monito. 7. & alii, quos

Peccare, reſtituereque teneri, qui affirment.

Nauar.

Nauar. ibidem, Couarruuias cap. cum in officiјs, de teſt. num. 3. & Molina lib. 2. de primog. cap. 10. nume. 52. referunt.

Probant. 1. Ducuntur primò, authoritate canonum antiquorum, de quibus duabus præcedentibus diſputationibus ſumus locuti, qui non dominum, ſed ſolam diſpenſationem eorum redituum illis tribuunt, cum facultate inde ſibi ſumendi neceſſaria ad congruam ſuſtentationem, & onere inſumendi reliqua in pauperes & alios pios vſus. Idemque apertè ſentiunt Hieron. & Auguſtin. quorum ſunt aliqui illorum canonum: qui ergo ſuperfluè atque in profanos vſus eos inſumit, contra iuſtitiam peccat, reſtituereque tenetur.

Secundò. Secundò quoniam fideles oblationes & decimas tribuerunt Eccleſiæ, vt inde miniſtri congruam ſuſciperent ſuſtentationem, & reliqua pauperibus diſtribuerentur, ac inſumerentur in aliis operibus piis, atque adeò donatio illa fuit cum illo modo & onere ſed qui diſpenſat ac poſſidet bona ſub modo donata, peccat contra iuſtitiam, reſtituereque tenetur, niſi modum & onus adimpleat: ergo beneficiarii, qui de fructibus ſuorum beneficiorum, vltra ſuam congruam ſuſtentationem, quippiam in profanos vſus inſumunt, reſtituere id tenentur.

Tertiò. Tertiò quoniam, vt communis Doctorum ſententia affirmat, beneficiati lethaliter peccant, ſi de redditibus ſuorum beneficiorum, vltra ſuam congruam ſuſtentationem, notabile quippiam in vſus profanos, licet non malos, inſumant, vt ſi id tribuant conſanguineis diuitibus; cum tamen ſi vel ipſi, vel alii de ſuis propriis bonis tantundem aut plus eiſdem tribuerent, non peccarent lethaliter: ſed id non aliunde prouenit, niſi quia iuſtitiæ lege tenentur impendere in operibus pijs, quæ de redditibus Eccleſiaſticis, vltra ſuam congruam ſuſtentationem, ſuperſunt: ergo reſtituere tenentur, ſi illa in profanos vſus inſumant.

Quartò. Quartò, quoniam non ſolum iura condita ante diuiſionem reddituũ Eccleſiaſticorum in quatuor illas partes, ſed etiam quæ condita fuere poſt diſtributam portionem clericorum in varia beneficia Eccleſiaſtica, ſtatuerunt, vt nullus beneficiarius teſtari poſſet de bonis comparatis ex beneficio Eccleſiaſtico: ſed id non aliunde ortum habuit, niſi quia, quæ ſuperſunt poſt congruam ſuam ſuſtẽtationem, non ſpectant ad eos, ſed iuſtitiæ lege inſumenda sũt in operibus piis: ergo beneficiarij reſtituere tenentur, quæ vltra ſuam competentem ſuſtentationem in profanos vſus inſumpſerint.

Quintò. Quintò, quoniam Tridentina Synodus ſeſſione vigeſimaquinta, capitulo primo, de reformatione, cum præmiſiſſet, vt Epiſcopi modeſta ſupellectili & menſa, ac frugali victu contenti ſint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eorum domo caueant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præſeferat, protinus ſubiunxit. Omnino verò eis interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiareſve ſuos augere ſtudeant: cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent, ſed, ſi pauperes ſint, ijs, vt pauperibus diſtribuant; eas autem non diſtrahant, neque diſſipent illorum cauſa: imò, quàm maximè poteſt, eos Sancta Synodus admonet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquoſque, carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolum in quibuſcumque beneficia Eccleſiaſtica, tã ſecularia quàm regularia, obtinentibus, pro gradus ſui conditione obſeruari, ſed & ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales pertinere decernit, &c. Hactenus Tridentina Synodus. Præceptum verò hoc non aliunde ortum habuit, quam quòd de iuſtitiæ rigore, quæ vltra congruam ſuam ſuſtentationem ſuperfuerint, non in alios vſus poſſint inſumere, quàm pios.

Sextò. Poſtremò, quoniam Bernardus epiſtola ſecunda, quæ eſt ad quendam Lugdunenſem Canonicum, ait: De altario non licet comparare aurea fræna, ſellas depictas. Et infra. Quicquid præter neceſſarium victum & ſimplicem veſtitum, de altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Et epiſtol. 42. Clamant, inquit, nudi, clamant famelici, neceſſitatibus noſtris detrahitur, quicquid vanitatibus veſtris accedit.

Lethaliter peccant, ſed reſtituere nõ tenetur. Contrariam ſententiam, nempe beneficiarios, vltra ſuam congruam ſuſtentationem, de parte redditũum Eccleſiaſticorum ipſis deputata quantitatem notabilem in vſus profanos inſumentes, peccare quidem lethaliter, non tamen teneri reſtituere, affirmat in primis Diuus Thomas quodlibet. ſexto, articulo duodecimo, & ſecunda ſecundæ, quæſtione 185. articulo ſeptimo. Præmittit namque, Epiſcopum dominium habere bonorum, quę aliunde, quàm ex beneficio Eccleſiaſtico, comparat: eſſe verò diſpenſatorem vniuerſalem bonorum ſuæ Eccleſiæ. Sunt autem, inquit, bona Eccleſiaſtica non ſolùm in vſus pauperum, ſed etiam ad cultum diuinum & neceſſitates miniſtrorum expendenda. Vnde capitulo de redditibus, duodecima quæſtione ſecunda, dicitur: De redditibus Eccleſiæ, vel oblatione fidelium, ſolo Epiſcopo ex his vna portio mittitur, duæ, Eccleſiaſticis fabricis & erogationi pauperum profuturæ, à presbytero, id eſt, Epiſcopo, ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur, vltima clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. Si ergo diſtincta ſint bona, quæ debent in vſum Epiſcopi cedere, ab iis, quæ ſunt pauperibus & miniſtris & cultui Eccleſiæ eroganda, & aliquid ſibi retineat Epiſcopus de iis, quæ ſunt pauperibus eroganda, vel etiam in vſum miniſtrorum, aut in cultum diuinum expendenda, non eſt dubium, quòd contra fidem diſpenſationis agit, & mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur. De iis autem, quæ ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata, videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs bonis, vt ſcilicet propter immoderatum affectum & vſum peccet quidem, ſi immoderata ſibi retineat, & alijs non ſubueniat, ſicut requirit debitum charitatis. Si verò non ſunt prædicta bona diſtincta, eorum diſtributio fidei eius committitur. Et ſi quidem in modico deficiat, vel ſuperabundet, poteſt hoc fieri abſque bonæ fidei detrimento: quia non poteſt homo in talibus punctaliter accipere illud, quod fieri oportet. Si vero ſit multus exceſſus, non poteſt latere: vnde videtur bonæ fidei repugnare, & ideo non eſt abſque peccato mortali. Dicitur enim Matthæi vigeſimo quarto. Quod ſi dixerit malus ſeruus in corde ſuo, moram facit dominus meus venire, quod pertinet ad diuini iudicij contemptum, & cęperit percutere conſeruos ſuos, quod pertinet ad ſuperbiam, manducet autem & bibat cum ebrioſis, quod pertinet ad luxuriam, veniet dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & diuidet eum, ſcilicet à ſocietate bonorum, & partem eius ponet cum hypocritis, ſcilicet in inferno. Hæc D. Thom.

In quibus verbis, ſi rectè attendis, poſt diuiſionem redditũum eccleſiaſticorum in quatuor illas partes ab Eccleſia factam, duos euentus diſtinguit. Primum, in quo Epiſcopo conſtat, quæ ex redditibus, qui in ſuam poteſtatem deueniunt, cedant in quartam partem ipſi in ſuos vſus deputatam,

&c quæ

& quæ in alias quartas. Secundum verò, in quo id non conſtat, veriſimile tamen eſt, aliquid aliarum quartarum permixtum eſſe cum ſua quarta in reditibus, qui in ſuam poteſtatem deueniunt. Cum enim authoritate ſummorum Pontificum, quin & præcedentium Epiſcoporum, multa ex fabrica, & ex bonis in aliis operibus piis ab Epiſcopo inſumendis, nec non ex menſa epiſcopali, temporum progreſſu ſoleant applicari conuentibus religioſorum, vniuerſitatibus, collegiis, hoſpitalibus, & aliis ſimilibus piis rebus, & imò ſecularibus principibus in ſubſidium pro defenſione eccleſiæ, mirum non eſt, quod non ſolum, frequenter, ſed etiam vt plurimum lateat, quouſque ſe extendat menſa epiſcopalis, & quantum de aliis bonis permixtum cum ea ſit in reditibus, qui in Epiſcopi poteſtatem deueniunt.

In primo itaque euentu ait D. Tho. epiſcopum, ſi quid in profanos vſus de reditibus ad alias quartas pertinentibus inſumat, lethaliter peccare contra iuſtitiam, reſtituereque teneri: ſi quid verò, in quantumuis profanos vſus, de ſua quarta inſumat, peccare quidem contra charitatem, non tamen contra iuſtitiam, ac proinde neque teneri reſtituere: quoniam de bonis ſuæ quartæ perinde iudicandum eſt, ac de aliis ſuis bonis quacunque alia via acquiſitis, ad effectum, vt, cum dominium eorum compararet, illis abutendo, peccet ſolum contra charitatem, non vero contra iuſtitiam.

In ſecundo vero euentu, ait D. Thom. ſi epiſcopus in diſpenſatione totius maſſæ bonorum ita permixtorum excedat modicum, ita vt clare conſtare non poſſit exceſſus, poſſe id eſſe ſine peccato: quia in ſimili euentu nõ poteſt vſque ad indiuiſibile æſtimari quid oporteat facere, & quouſque ex natura ipſa rei quis ſub reatu culpæ teneatur, aut non teneatur. Si verò multum excedat, ita vt notabilis exceſſus deprehendatur, peccare lethaliter. Non tamen explicat, an ſolum contra charitatem, vel ſimul contra iuſtitiam cum reſtituendi onere. Quoniam, ſi exceſſus veriſimiliter ſit ſolũ quoad abuſum in quarta ſua portione, peccatum eſt ſolum contra charitatẽ, vt paulò antea dixerat: ſi verò veriſimiliter contingat quippiam notabile de bonis fabricę aut pauperum, peccat contra iuſtitiam cum reſtituendi onere, vt paulo antea etiam dixerat.

Libuit tam multis verba, ſententiam D. Thom. referre: tum quia eximii huius Doctoris authoritas multũ ponderis habet in re tanti momenti, de qua diſputamus: tum etiam vt apertè conſtaret. perperam Maiorem, Nauarrum, & pleroſque alios verba D. Tho. in contrariam ſententiam torquere.

Eandem ſententiam affirmant, Caiet. ibidem, & eadem 2.2. quæſt. 62. in calce artic. 5. Adrian. de reſtitut. queſt. quæ incipit, pro clariori intelligentia dictorum. Sotus 10. de iuſtit. queſtione 4. articu. 3. & 4. Driedo ſecundo, de libertate Chriſtiana, cap. 4. Ledeſ. 2.4. queſt. 18. artic. 5. dub. vltimo, Petrus Soto (licet à quibuſdam pro contraria ſententia citetur) de inſtitutione ſacerdotum, tract. vlt. lect. 3. Io. Arboreus in Theoſophia, par. 1. cap. 25. Couar. cap. cum in officiis, de teſtam. num. 3. Dominus Franciſcus Sarmiento, c. ſi priuatum, 12. q. 1. & c. nulli, 12. q. 5. & alii.

Caiet. Driedo, Ledeſmius, ac Petrus à Soto cenſent, quando pro epiſcopatus ratione reditus ſunt adeo tenues, vt ſolum ſufficiant ad congruam Epiſcopi ſuſtẽtationem, vel parum illam excedant, prę ſumendum eſſe, omnes illos collatos fuiſſe Epiſcopo in ſuam menſam ſeu portionem, ac proinde, eſto in profanos vſus, imò & cum meretricibus, & hiſtrionibus illos conſumat, neque ipſum, neque recipientes reſtituere teneri. Quando verò longo inter-

A uallo excedunt congruam illius ſuſtentationem, prę ſumendum eſſe, quartam pauperum ac fabricæ eſſe in illis permixtam, Epiſcopoque tantam bonorum ſummam tanquam patri ac diſpenſatori fuiſſe collatam: quoniam irrationabiliter id totum in ſuam portionem ac ſuſtentationem eſſet illi tributum. Vnde inquiunt, ſi ultra id, quod veriſimiliter eſt præſumẽdum in ſuam portionem eſſe illi collatum, aliquid de reditibus illis in profanos vſus inſumat, tam ipſe quàm accipientes (in illius defectum) tenentur id reſtituere, tantundem inſumendo in vſus pios, in quibus de iuſtitia foret inſumendum.

Petrus à Soto idem arbitratur de cæteris beneficiarijs, qui reditus habẽt notabiliter ſuam congruã ſuſtentationem excedentes. Alii verò tres Doct. citati, id ad eos non extendunt: eo quod (vt ex iuribus duabus diſputationibus præcedentibus citatis conſtat) ſoli Epiſcopi fuerunt ſemper conſtituti diſpenſatores portionis tam fabricæ, quam etiam pauperum;
B aliaque beneficia Eccleſiaſtica ex portione clericorum fuerint inſtituta.

Vt de hac re dicam, quod ſentio, potiſſimum de Hiſpaniarum eccleſiis, de quibus maiorem aliquam notitiam habeo, loquar: tametſi neque de origine beneficiorum earum, neque de modo diſtributionis redituum eccleſiaſticorum inter Epiſcopatum & alia beneficia, plenam notitiam adhuc habeam.

Quod ad fabricam attinet, video in cathedralib. eccleſijs ſuos peculiares, pingues, & regulariter ſuper excedentes reditus, fabricæ cuiuſque eccleſiæ eſſe deputatos, ita vt nonnunquam Summi Pontificis authoritate inde annui redditus præcidantur, alijſque piis operibus deputentur, vt de Eborenſis eccleſiæ fabrica noſtris temporibus factum vidimus. Cũ verò reliqui reditus ad cathedralem Eccleſiam ſpectantes, inter Epiſcopalem & Capitularem canoni-
C corum menſam ſint diuiſi, ſanè, ſi aliquando eueniret, vt reditus fabricæ deputati ad eam non ſufficerent, vtraque menſa teneretur pro rata contribuere, quod ad fabricam (ſumptus diuini cultus in ea comprehendo) deeſſet, niſi Epiſcopali menſæ eſſent aliqua vſu alicuius eccleſiæ annexa.

Quod ad reliquas non cathedrales Eccleſias attinet, vel peculiares reditus habent ad fabricam, vel certè prioribus, abbatibus, aut commendatariis earum, à tempore, cuius initii non extat memoria, id oneris ſolet eſſe iniunctum, viſitatoreſque in hoc Luſitaniæ Regno ſolent ad id eos compellere, quando minus fabricæ tribuunt, quàm par ſit, vel rem aliquam deprehendunt, quæ reparatione aut ſupplemento pro eccleſiæ qualitate indigeat. Quo cap. de his, de eccleſiis ædificandis, Alexander III. ait, De his, qui particulares eccleſias habent, duximus reſpondendum; quod ad reparationem & inſtitutio-
D nem eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ ſunt ipſius Eccleſiæ ſi eis ſuperfuerunt, conferre. Et in Concil. Trident. ſeſſ. vigeſima prima, cap. 7. de reformat. ſic ſcriptum legimus. Epiſcopi parochiales eccleſias, etiam ſi iuris patronatus ſint, collapſas refici & inſtaurare procurent ex fructibus, & prouentibus quibuſcunque ad eas eccleſias quomodocunque pertinentibus. Qui ſi non fuerint ſufficientes; (quia videlicet neque parocho, & in eius defectum aliis beneficiariis, ſubtrahi ad id debent, quæ neceſſaria fuerint ad mediocrem ipſorum ſuſtentationem) omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis eccleſiis prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum, parochianos, omnibus modis opportunis ad prædicta cogãt, quacunque appellatione, & contradictione remota. Quòd ſi nimia egeſtate omnes laborẽt, ad matrices, ſeu viciniores eccleſias transferãtur, cum facultate,

tam dictas parochiales, quàm alias eccleſias dirutas, in profanos vſus, non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi. Quarè, niſi alicubi comperiatur conſuetudine, vel alia ratione, onus hoc ad prælatum pertinere, certè illi hodie non eſt iniungendum. Præſertim cum, vt art. 7. citato benè notat Caieta. licet præſcribi non poſſit, vt de ſufficientibus Eccleſiaſticis redditibus fabricæ competenter non prouideatur; præſcribi tamen aduerſus iura antiqua poſſit, vt non integra quarta pars eorum in fabrica inſumatur, & vt (quando à tempore, de cuius initio non extat memoria, id onus ad alium pertinere comperitur) ad epiſcopum non ſpectet.

Quarta pauperũ & operum.

Quod verò ad pauperum, aliorumque piorum operum quartam attinet, profectò quando redditus epiſcopatus notabiliter ſuperant competentem epiſcopi, pro epiſcopatus ratione, ſuſtentationem, vt frequentiſſimè in Hiſpanijs ſuperant, neque in epiſcopatu, aut alibi, comperiuntur hoſpitalia, collegia, aut alia pia opera perpetua de bonis immobilibus ab epiſcopali menſa præciſis erecta, multum veriſimile eſt quartam illam cum epiſcopi redditibus eſſe permixtam, teneriq; proinde epiſcopum de iuſtitia inſumere in pauperum eleemoſynis, alijſque operibus pijs, partem ſuorum redditũum, prudentis arbitrio maiorem, vel minorem, ſpectatis omnibus circunſtantijs ac coniecturis maioribus vel minoribus, quæ ea de re fuerint. A principio namque naſcentis Eccleſiæ, vt ex antiquis canonibus conſtat, epiſcopi adminiſtratores & diſpenſatores ſunt conſtituti partis, quæ ad pauperes & opera pia ſpectat, & quando non conſtat quid de ea factum ſit, redditúſque epiſcopatus multum ſuperant congruam epiſcopi ſuſtentationem, multum eſt veriſimile cum Epiſcopi potius, quàm cum aliorum beneficiariorum redditib. eſſe permixtam. Dixi, & non comperiuntur hoſpitalia, &c. de bonis immobilibus ab epiſcopali menſa præciſis erecta: quoniam eſto comperiantur erecta à laicis, quin & ab Epiſcopis ſuis prædeceſſoribus, non tamen de bonis immobilibus præciſis à menſa, ſed vel de alijs beneficijs epiſcopatus Apoſtolicæ Sedis authoritate ad id applicatis, vel de bonis immobilibus, quæ epiſcopus de ſuis annuis redditibus perceptis emit, ſanè id nullum onus abſtulit à ſucceſſoribus inſumendi in operibus pijs eam portionem, quam anteceſſores etiam inſumere tenebantur, & quæ cum Epiſcopali menſa permixta manſit.

Quando verò comperirentur opera pia perpetua erecta de bonis à menſa præciſis, vel conſtaret aliquid Sedis Apoſtolicæ authoritate ab ea fuiſſe aliquando præciſum, & collatum principibus ſecularibus, ſiue principes id vendiderint, aut quouis alio modo alienauerint, ſiue non, vel certè epiſcopo penſio aliqua fuiſſet impoſita, quam adhuc ſolueret; tunc id computari poſſet in portione, quam Epiſcopus de iuſtitia tenebatur inſumere in eleemoſynis aut alijs operibus piis. Tametſi certus non ſim, an totum deberet computari, an ſolum pars prudentis arbitrio, pro veriſimilitudine quæ eſſet, ſummum Pontificem voluiſſe etiam imminuere bona propria menſæ, portionemve propriam epiſcopi, tanquam excedentem congruam illius ſuſtentationem.

Illud admonuerim, non eſse tam vrgens argumentum, pauperum, piorumque operum portionem cum epiſcopali menſa eſse mixtas, quòd redditus epiſcopatus multum excedant congruam epiſcopi ſuſtentationem, quodque irrationabiliter tanta ſumma illi in ſuos ſumptus à principio conferretur, quam vrgens quatuor Doctores citati arA bitrantur. Etenim redditus, qui vno tempore eſſent congrua ſuſtentatio, vel Epiſcopi, vel canonici, aut parochi vel alterius beneficiarij, caſu poſſunt tantum excreſcere, vt alio tempore multo interuallo eam ſuperent. Quod in Hiſpaniis in Eccleſiis, quæ, pulſis Saracenis, conditæ fuerunt eueniſſe videtur. Cum enim tunc terra multum eſſet deſerta, paucoſque haberet cultores, redditus cuiuſque Epiſcopatus, & canonicatuum, fortè neque ſexta pars erant redditũum, qui modo ſunt: multiplicatis verò hominibus, populi, pagi, & villæ, & multum creuerunt, longeque maior pars terræ, quàm eſſet antea, in culturam redacta eſt; idque in cauſa fuit, vt redditus adeò creuerint. Acceſſit, à centum annis ingentem auri & argenti copiam mari in Hiſpanias fuiſſe aſportatam, quæ rerum precia multum auxit, valoremque pecuniæ ad res emendas multum minuit. vnde factum eſt, vt redditus epiſcopatuum, & aliorum beneficiorum, longè maiori B ſumma pecuniæ hodie in Hiſpanijs æſtimentur, quàm olim. Cæterum quanto, propter pecuniæ abundantiam, fructuum beneficiorum æſtimatio creuit, tanto beneficiarii maiori nummorum copia ad ſuam congruam ſuſtentationem indigent, eo quòd in eadem proportione creuerint precia rerum omnium, quibus ad eam indigent. Hinc dico, ex valore etiam, & incremento redditũum aliorum beneficiorum in vnoquoque epiſcopatu, coniici poſſe, quanta, proportione quadam, ſit quarta Epiſcopo deputata. Vt ſi hodie in Eccleſia Toletana, redditus cuiuſque canonicatus ſunt, verbi gratia, quatuor mille aurei, Archidiaconatus viginti mille, Decanatus, quadraginta, aut quinquaginta mille (hæc enim omnia ignoro) inde proportione quadam coniici poteſt, quàm magna ſit portio propria Archiepiſcopi. Præſertim quod ad authoritatem, & amplitudinem illius dignitatis vltra decimas, multa oppida à regibus Hiſpaniarum illi fuerint tributa, & C vt videtur, non cum onere, conferendi inde portiones aliquas, vel aliis beneficiariis, vel fabricæ, aut pauperibus; attamen cum ſpe quòd Archiepiſcopi illi eſſent patres, recteque redditus adeò ingentes expenderent: quod nullam obligationem de iuſtitia, ſed ſolum ex charitate inducit.

Hæc omnia dicta ſunt, vt melius hodie coniici poſſit, quanta ſit obligatio de iuſtitia cuiuſque prælati, aut alterius beneficiarii, ad inſumendos redditus ſuorum beneficiorum in operibus piis, & vt nemo præceps ſit iniungendo reſtitutionis onere, vel beneficiariis ipſis, vel ijs, qui ab illis aliqua, non piè data, acceperunt, niſi ſufficienter expenſis prius circunſtantiis, & coniecturis omnibus, quas neceſſarium eſt ad id expendere: non verò, quòd prælati & beneficiarii ipſi eligere non debeant partem tutiorem, longeque ſuccedere à peccato lethali, non D ſolum contra iuſtitiam, de quo ſolo hactenus diximus, ſed etiam contra charitatem, de quo ſtatim erit ſermo. Præſertim cum tot, & tam graues authores ſint, qui arctius multo de hac re ſentiant ac loquantur, & cum difficilè admodum ſit, quenquam tuto arbitrari, quouſque vel de iuſtitia, vel de charitate ſub lethali culpa teneantur, aut non teneantur.

His ita conſtitutis, oſtendamus prius poſteriorem partem ſententiæ D. Thomæ & aliorum quam amplectimur, nempe beneficiarios, ſiue illi prælati ſint, ſiue quicunque alii, inſumentes, vltra ſuam congruam ſuſtentationẽ, in vſus profanos de portione ipſis deputata, eſto illa magna ſit, ad nullam teneri reſtitutionem. Quoniam poſt factam diuiſionẽ redditũ eccleſiaſticorũ in quatuor illas partes, & poſt creata varia beneficia Eccleſiaſtica de parte inter clericos diuidenda, comparant dominium redditũum

tuum totius portionis cuique deputatæ eo ipſo, quòd in poteſtatem ipſorum deueniunt, vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt: neque Summi Pontifices, qui eas portiones cuique beneficiariorum deputauerunt, vllum iuſtitiæ onus illi iniunxerunt, aut iniungere tenebantur, vt diſputatione antecedente diximus: & quamuis populus cernens à principio ea, quæ Eccleſijs tribuebantur, in ſola miniſtrorum eccleſiæ congrua ſuſtentatione, & in alijs operibus pijs inſumi, illa auxerit ſperans ſemper ita futurum; non tamen ſub ea conditione & modo illa dedit, neque alligare potuit manus Summorum Pontificum, quin bona illa ipſorum poteſtati ſubiacerent, eaque diſtribuerent prout regimini eccleſiæ pro temporum varietate expedire iudicarent; quin potius, poſt factam eam diuiſionem, populus ipſe ſua deuotione eadem bona ſimiliter auxit: ac certè, humana fragilitate ſpectata, intolerabilis, periculoſiſſimuſque laqueus, atque adeò irrationabilis, & à charitate alienus, eccleſiaſticis inijceretur, ſi eo ipſo, quod de portione cuique deputata aliquid, vltra congruam ſuſtentationem, in toto vitæ decurſu in profanos vſus is inſumeret, de iuſtitiæ rigore, ſub lethaliq; culpa teneretur illud reſtituere: conſequens ergo, vt nequaquam reſtituere id teneantur.

Prior verò eiuſdem ſententiæ pars, nempè, quod lethaliter nihilominus peccent contra charitatem, ſi, quod vltra ſuam congruam ſuſtentationem in profanos vſus inſumunt, notabile quippiam fuerit, probatur. Quoniam præter quam quod id affirmat communis ſententia Doctorum, ſanè beneficiarios vitæ integritate ac orationibus teneri intercedere coram Deo populo, cuius ſub doribus ſuſtentantur, illumque exemplo antecedere; redditus præterea Eccleſiaſticos eo fine eſſe à populo Eccleſiæ collatos, vt inde miniſtri Eccleſiæ ſumerent competentem ſuſtentationem, & reliquum in alijs operibus pijs inſumeretur; item tam copioſas portiones, onera ipſorum excedentes, eſſe ex eiſdem reditibus illis deputatas, vt haberent vnde eleemoſynas & opera pia exercerent, quæ ipſos commendabiliores redderent coram populo; id quod in ipſorum congrua ſuſtentatione quodammodo includitur, quippe cum eorum ſtatum ſpectet eas exercere, cæteriſque pietatis, & charitatis Chriſtianę exemplum præbere; & præcipuè ad prælatorum ſtatum, qui pauperum, omniumque ſuorum ſubditorũ patres & quaſi commune refugium eſſe debent; denique Eccleſiaſticos reditus Dei eſſe bona, Chriſtique patrimonium, in ſenſu diſputatione centeſima quadrageſima ſecunda, explicato, tam arctè beneficiarios lege charitatis ad nihil redituum ſuorum beneficiorum profanè expendendum aſtringunt, vt ſi quantitatem notabilem profanè expendant, lethaliter peccent. Vnde Hieronymus ad tertium Micheę c. & refertur 44. diſtinctione, tibi, inquit, ò ſacerdos, viuere de altario permittitur, non luxuriari. Sumit verò luxuriam, latè, pro immoderata, indecentique, attenta ſua qualitate ac circunſtantiis concurrentibus, ſuſtentatione. Porrò in re propoſita, non cenſebitur notabilis quantitas, quæ culpam efficiat lethalem, ea quæ in materia furti ad lethalem culpam, ſufficeret: ſed longè maior requiritur, eoque maior, quo portio propria beneficiarii maior fuerit, pluſq; beneficiarius, attentis circunſtantiis, omnibus concurrentibus, ad ſuam congruam ſuſtentationem indiguerit. Quæ autem cenſenda ſit congruens ſuſtentatio comparatione cuiuſque beneficiarii, diſputatione ſequenti tentabimus, quantum rei natura patitur, explanare.

Eadem pars probatur ex teſtimonio illo Concilij Tridentini, ſupra relato, eiſdem de cauſis benefi-

A ciarijs omnibus omnino interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiareſve ſuos augere ſtudeant: ſed ſi pauperes ſint, iis, vt pauperibus diſtribuant: at verò, interdicere id omnino, lethalem culpam ſonat, modo quantitas ſit tanta, quæ ad lethalem culpam in re, de qua agimus, ſufficiat. Longè autem maiori cum ratione eſt cenſendum ſub eadem culpa eſſe illis interdictum, ne in rebus magis profanis æqualem quantitatem expendant.

Ex dictis conſtat, longè arctiori vinculo teneri beneficiarios expendere in eleemoſynis & aliis operibus piis, quod vltra ſuam competentem ſuſtentationem de reditibus ſuorum beneficiorum eis ſuperfuerit, quam alia bona ſua aliunde acquiſita, quæ eis ſimiliter ſuperfuerint. Tametſi & hæc arctius aliquantulum, quàm laici, teneantur expendere in cibos pauperum, non ſolum beneficiarii, præſertim Epiſcopi, ſed etiam cæteri clerici ratione perfectio-
B ris ſui ſtatus.

Illud tamen eſt obſeruandum cum Maiore in 4. diſtinct. 24. quæſt. 17. Couar. capit. cum in officiis, de teſtam. in calce, nume. 1. Nauar. in Apol. quæſt. prima, monito. 78. nume. 3. Cum portione reddituum beneficijs neceſſaria ad competentem beneficiarii ſuſtentationem computandum etiam eſſe, ſi pro ratione induſtriæ, laboris, quem aſſumit, & vtilitatis, quam eccleſiæ ſuis miniſteriis affert, longè maiori mercede dignus ſit: id enim totum, etiam ſi congruam ſuam ſuſtentationem excedat, poteſt ſibi de ſtructib. ſui beneficii aſſumere, & inſumere in quos voluerit vſus, non ſecus ac ſi eſſent bona ſua patrimonialia, computandumque eſt inter bona illius quaſi patrimonialia. Dignus namque eſt operarius integra mercede ſua, ſuæ induſtriæ, labori, ac vtilitati, quam eccleſiæ affert, condigna. Et Paul. 1. ad Timot. 5. Qui bene, inquit, præſunt presbyteri, du-
C plici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Et Simplicius, ca. de reditibus, 12. q. 2. dum redditus eccleſiaſticos in quatuor partes diuidendos ſtatuit, de ea, quæ inter clericos erat diſtribuenda, dixit. Vltima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. Pluribus Nauar. loco citato rem hanc confirmat.

Ad primum ergo argumentum, quo Alexander Alenſis & alii Doctores citati contrarium poſterioris noſtræ ſententię ſibi perſuaſerunt, dicendum eſt, canones illos, necnon Hieron. & Aug. locutos fuiſſe pro tempore, quo nondum facta erat diuiſio redituum eccleſiaſticorum in quatuor illas portiones, pro quo veriſſimum illud erat, vt diſput. præcedente oſtenſum eſt: non verò pro tempore, quo facta eſt illa diuiſio. **Ad primum contrariæ opinionis.**

Ad ſecundum dicendum eſt, quamuis fideles eo fine oblationes, & decimas tribuerint eccleſiæ,
D non tamen cum eo onere ac modo eas dediſſe, vt oſtenſum eſt, ſed ſolum cum ſpe, quod ita fieret: licèt autem modus obligationem iuſtitiæ inducat, finis tamen & ſpes donantis, quod aliquid fiat, eam non inducit. **Ad ſecundũ.**

Ad tertium, conceſſa maiori, neganda eſt minor: explicata namq; ſunt capita vnde charitatis lege, nõ verò iuſtitiæ, ad id teneantur. **Ad tertium.**

Ad quartum, conceſſa ſimiliter maiori, neganda eſt minor. Mos enim ille antiquus, vt neque epiſcopi, etiam ad pias cauſas, teſtarentur de reditibus eccleſiaſticis, quorum ſola adminiſtratio ad eos tunc ſpectabat, ac proinde cum ipſorum vita finebatur, neque ſe extendebat ad diſpoſitionem per vltimam voluntatem, eò quod non niſi morte teſtatoris robur habeat: ille, inquam, mos antiquus ea ratione poſt factam diuiſionem redituum eccleſiaſticorum perſeuerauit, vt beneficiarij omnes, **Ad quartũ.**

omnes, dum viuebant, ſeduli eſſent in expendendis in operibus pijs, quæ congruæ ſuæ ſuſtentationi ſupereſſent, ſicque coram laicis vitæ ſanctitate plus elucerent ſcientes ademptam ipſis prorſus eſſe facultatem de eis, etiam ad pias cauſas, teſtandi.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum eſt, præceptum illud ortũ habuiſſe ex lege charitatis, qua, vt oſtenſum eſt, ad id tenentur. Ac ſanè, ſi Tridentina Synodus ſibi perſuaſiſſet, beneficiarios non eſſe dominos reddituum ſuorum beneficiorum, nunquam præceptum illud ſtatuiſſet vt ſuum, dicens, omnino eis interdicit, ſed ad id ex rei natura, tanquam non dominos eorum reddituum, eos teneri expreſſiſſet: quo fit, vt præceptum illud non adeò faueat Nauarri ſententiæ, vt ipſe fauere exiſtimat.

Ad ſextum. Ad vltimum dicendum eſt, Bernardum propter obligationem, quam beneficiarij lege charitatis habent, inſumendi in pios vſus, quæ de redditibus ſuorum beneficiorum vltra ſuam congruam ſuſtentationem ipſis ſuperfuerint, fuiſſe ita locutum: eo pacto quo Ambr. in illud Lucę 12. de diuite, cuius ager vberes fructus attulit, & refertur 47. diſtin. cap. ſicut ij, de ſecularibus etiam hominibus, vt D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 185. art. ſeptimo, ad 1. ait, & de ſe eſt manifeſtum, per hyperbolem dicit, proprium nemo dicat, quod eſt commune, quod pluſquam ſufficeret ſumptum, etiam violenter obtentum eſt. Et infra. Neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quàm cum poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem tu detines; nudorũ indumentum eſt, quod tu recludis, & miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia, quam tu in terram defodis: tot te ergo ſcias inuadere bona, quot poſſis præſtare, quod velis. Et Hiero. in regula monacho. c. de paupertate, & refertur à Gratiano. 42. diſtin. in principio, ait: Aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur: cum tamen apud omnes conſtet, eiuſmodi peccata non eſſe contra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem, ac proinde nullam reſtituendi inducere obligationem.

DISPVT. CXLV.

Congruens beneficiarij cuiuſque ſuſtentatio quæ iudicanda ſit.

Illud ante omnia ponendum eſt. Poſt diuiſionem reddituum Eccleſiaſticorum in quatuor partes diſputationibus præcedentibus explicatas, creationemque beneficiorum deputata cuique miniſtrorũ Eccleſiæ ſua portione, poſſe vnumquemque beneficiariorum ſumere de redditibus ſui beneficij integram ſuam competentem ſuſtentationem, & reſeruare hæredibus, aut ad quoſcunque alios vſus, cętera omnia ſua bona & reddirus eorum, ſiue ea patrimonialia ſint, ſiue quacunque alia ratione (iuxta ea quæ diſputatione 142. explicata ſunt) acquiſita. Ita D. Thom. & Caiet. ſecunda ſecundæ, quæſt. 185. art. 7. ad 3. & Nauar. in Apol. quęſt. 1. monito. 30. & ſequẽtibus, & rurſus monito. 77. & 80. cum Inno. & aliis, Gabriel. in 4. diſt. 15. quæſt. 8. dub. 8. Maior diſt. 24. q. 17. Couarr. capit. primo, de teſt. à nume. 1. & cap. cum in officijs in calce, num. 2. eod. titu. & alii. Ratio ęſt, quoniam qui altario ſeruit, de altario viuere debet, integram ſuam congruam ſuſtentationem inde accipiendo. Nemo enim ſuis ſtipendijs militat, vt Paulus 2. ad Corinth. 9. ait: Quin ſi aliqua de bonis patrimonialibus, aut aliunde, quam ex redditibus ſui beneficij acquiſitis, in ſuam competentem ſuſtentationem, aut eleemoſynas poſt beneficium obtentum inſumpſit, poteſt illa compenſare ex redditibus ſui beneficij, integraque ſeruare ad vſus, quos voluerit;

Suſtentatio tota ſumi põt de fructibus beneficij.

A modò tamen, quando illa expendit, non habuerit animum ea non compenſandi, ſed quaſi donandi, vt in poſterum maius onus haberet plura inſumendi in operibus pijs de redditibus ſui beneficii. Ratio horum eſt, quoniam illos omnes ſumptus efficere poterat de redditibus ſui beneficii, reſeruando ſibi reliqua ad vſus, quos vellet: neque præſumendum eſt, habuiſſe animum quaſi habitualem priuandi ſe ea libertate, quin potius, ſi ea de re cogitaſſet, interrogatusve fuiſſet, quando eos ſumptus faciebat, veriſimiliter reſpondiſſet, ſe velle retinere in futurum eam libertatem: quod ſatis eſt, vt apud ſe maneat, & vt ſumptus illi cenſeantur facti cum, libera poteſtate eos compenſandi de redditibus beneficii. Ita Nauarr. in Apol. q. 1. monit. 77. nume. 7. & conſonat Gratianus, §. item ſi rectores, poſt capit. iniuſtum, 12. q. 2. & multò magis, c. ſi Epiſcopus, 12. q. 5. ex Cõcilio Agatenſi. Neque repugnant D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 185. art. 7. ad ſecundum. Dum enim D. Thomas ibi

B ait, ſi de eo, quod vſui Epiſcopi, vel alicuius clerici eſt deputatum, velit aliquis ſibi ſubtrahere, & cõſanguineis, vel aliis dare, non peccat, dummodo illud faciat moderatè, id eſt, vt non indigeant: non autem vt ditiores inde fiant. Dum, inquam, ita ait, loquitur de tota portione ipſi deputata, vt ſatis patet ex dictis diſput. 143. non verò de illa eiuſdem portionis parte, qua indiget ad ſuam competentem ſuſtentationem, & quam totam, ceſſantibus grauibus proximorum neceſſitatibus, licitè poterat ſecum expẽdere: ſi quid enim inde ſubtrahat, licitè illud poteſt conferre conſanguineis diuitibus.

Vt verò diſput. præcedente cum Maiore, Nauar. Couarr. & aliis, quos Couarr. citat, dictum eſt, non ſolum poteſt vnuſquiſque beneficiarius ſumere de redditibus ſui beneficii integram ſuam competẽtem ſuſtentationem, ſed etiam, ſi maiori parte dignus ſit in recompenſationem ac mercedem iuſtam pro in-

C duſtria, labore ſuſcepto, & vtilitate quam ſuis miniſteriis Eccleſiæ affert, poteſt id totũ accipere & expendere in quos vſus voluerit; non ſecus ac ſi eſſent bona ſua patrimonialia.

Hinc vult Nauarrus in Apol. quæſt. 1. monit. 30. & ſequentibus & monito. 78. & conſentiunt Sotus 10. de iuſtitia, quæſt. 4. artic. 3. Maior & Couarr. locis citatis, & Molina libro 2. de primogen. capit. 10. nume. 50. ſi beneficiarius parcè viuendo minus conſumat de redditibus ſui beneficii, quam in ſuam competentem ſuſtentationem licitè poterat, aut quam pro ratione induſtriæ, laboris, & vtilitatis ſuorum miniſteriorum dignus erat accipere, totum id incrementum poſſe conuertere in vſus quos voluerit, non ſecus ac bona ſua patrimonialia. Quin & Nauarr. affirmat, poſſe de incremento illo toto teſtari, etiam ad profanos, ſeu non pios vſus, eo pacto quo de ſuis bonis patrimonialibus, aut aliunde, quam

D ex beneficio acquiſitis, poteſt licitè teſtari ad quæ voluerit.

Ferè hactenus dicta confirmat, quod cum in clericorum ſpoliis; quæ ad Apoſtolicam Cameram ſpectant, annumerentur, quæ ex redditibus ſuorum beneficiorum clericis poſt mortem, ſaltem in re aliqua ex illis empta, aut in quouis alio effectu vnde facti ſint locupletiores, ſuperſunt, vt in opuſculo de ſpoliis clericorum, §. primo, §. 6. numero 20. & §. ſeptimo, numero 7. Nauarrus oſtendit, non verò alia licitè vndecunque acquiſita; Pius V. in Bulla, quam idem Nauarrus, §. octauo ſequenti refert, ſtatuit, vt quando beneficiarius, aut penſionarius, ſolum habuit annuos redditus ex ſuo beneficio, aut beneficiis, vel penſione, non excedentes valorem triginta ducatorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem, non cenſeatur poſt mortem relinquere vlla ſpolia. Cuius conſtitutionis, vt ibidem ſubiun-

ſubiungit Nauarr. num. 7. & tradit in Apol. quæſt. 1. monito. 80. ratio eſt. Quoniam tum exigui reditus neceſſarii cenſentur ad competentem beneficiarii, aut penſionarii ſuſtentationem, etiam vbi pecunia, propter illius raritatem, multum valet: beneficiarius autem ac penſionarius, etiam ſi aliunde diues ſit, integram ſuam ſuſtentationem accipere poteſt de reditibus beneficii aut penſionis, reſeruando hæredibus, aut ad alios quoſcunque vſus, cætera omnia ſua bona.

Ex eadem bulla Nauarr. locis citatis aduerſus quoſdam, qui contrarium aſſeruerunt, rectè colligit, penſionarios annumerandos eſſe cum beneficiariis ad effectum, vt, quæ vltra ſuam competentem ſuſtentationem ipſis de penſione ſuperfuerint, teneantur in vita expendere in operibus piis, & vt poſt mortem computanda ſint in ſpoliis clericorum: id quod monito. 80. citato multis confirmat. Quod intelligendum eſt, de penſionariis eccleſiaſticis; ſecus de laicis, quibus ob benemerita, aut obſequia penſio eſt conceſſa.

Suſtentatio cõgrua in indiuiſibili nõ conſiſtit. Illud quoque eſt ſtatuendum, ſicut iuſtum cuiuſque rei pretium regulariter non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem quandam infimi, medii, & ſupremi ſeu rigoroſi ſic, quod neceſsarium eſt ex reditibus beneficia ad congruam cuiuſque beneficiarii in particulari ſuſtentationem, non conſiſtere in indiuiſibili. Non ſolum quia pro diuerſitate temporum & circunſtantiarum plus requiritur vno anno, quàm alio, ſed etiam quoniam vno & eodem anno, exiſtentibuſque eiſdem circunſtantiis, prudens humana exiſtimatio attingere non poteſt medium vſque ad indiuiſibile comparatione cuiuſque beneficiarii in particulari: & quoniam virtutes humanæ morales tale medium non requirunt, ſed latitudinem in eo, abſque ipſarum vitio, patiuntur. Sic res habet in temperantia comparatione vnius & eiuſdem hominis hic, & nunc tali vel tali modo affecti, ſic in fortitudine, ſic etiam in iuſtitia comparatione precii hic & nunc huius equi aut domus; eodemque modo res habet in re, de qua diſputamus. Quia, quo beneficiarius, ſpectatis omnibus circunſtantiis, plus indiget ad congruam ſuam ſuſtentationem, eo latitudo inter infimum & ſupremum eius, quo prudentis arbitrio ad eam indiget, eſt maior: ſicut etiam quo precioſior eſt res, eo latitudo inter infimum & ſupremum precium illius eſt maior. Cum hæc ita ſint, communique Doctorum ſententia probentur, non immeritò Nauar. in Apol. quæſtione prima, monito. 32. numero ſecundo, aſſerit, vnumquemque beneficiarium inſumẽdo de reditibus ſui beneficii in ſuam ſuſtentationem infimum ſolum, quod prudentis arbitrio licitè poteſt inſumere, poſſe reſeruare ad quoſcunque vſus vſque ad ſupremum, quod eiuſdem prudentis arbitrio licitè etiam poſſet inſumere. Vt ſi comparatione huius beneficiarii habentis tot reditus, concurrentibuſque in particulari his circunſtantiis, infimum, quod hoc anno licitè poteſt inſumere, ſint octingenti aurei, medium nongenti, & ſupremum mille, ſolumque inſumat octingentos; poſſe licitè reſeruare, ad quos vſus voluerit, ducentos, qui vſque ad mille ſuperſunt. Denique illud eſt obſeruandum. Nos in congrua ſuſtentatione, vt de ea nunc loquimur, non comprehendere, quod recta ratio præſcribit, vt pro qualitate ſui ſtatus expendat in eleemoſynis & alijs operibus piis, ſed ſolum in aliis rebus, quæ, cum alioquin licitæ ſint, inter pia non computantur. Licet enim ſumptus neceſſarii ad eas eleemoſynas, eaque opera pia, quæ ſtatus cuiuſque beneficiarii poſtulat, quodammodo incongrua illius ſuſtentatione comprehendantur, vt diſputatione præcedente dictum

A eſt: quia tamen integrum eſt illi longè liberaliorem eſſe ad eius generis opera, multò plura efficiendo, quàm ſtatus ipſius poſtulet, in illiſque inſumendo, non ſolum reditus integros ſui beneficij, ſed etiam quæcunque alia ſua bona, & hoc loco ſolum inueſtigamus quantum de reditibus ſui beneficij ad alia indigeat, vt reliquum in operibus pijs inſumere teneatur, inde eſt, quod in iſtius congrua ſuſtentatione ſolum ea hoc loco comprehendamus, quibus ad res alias indeget.

His ita conſtitutis, licet nulla hac de re poſſit ſtatui certa regula, propter illius inconſtantiam, & quod ex varijs pendat circunſtantijs, ſed prudentis arbitrio, omnibus ſpectatis, iudicium de ea in particulari ſit relinquendum; dicenda tamen ſunt aliqua, quo id commodius fiat.

Primum eſt. Pro qualitate beneficij, & quantitate redituum, licitum eſſe maiorem, ſplendidioremque habere familiam, atque adeo plus in ſuam congruam ſuſtentationem inſumere. Quis enim dicat tantum fas eſt inſumere de fructibus ſuis beneficij in ſuam congruam ſuſtentationem canonico, quantum epiſcopo eiuſdem Eccleſiæ? aut quantum Decano, ſi longo interuallo reditus Decanatus illius eccleſiæ ſuperant reditus ſimplicis canonicatus? Quis item dicat, tantum fas eſſe ſimiliter inſumere canonico Conimbricenſi, quantum Eborenſi, Conchenſi, aut Toletano, quorum canonicatuum redditus in duplo aut triplo vel quadruplo ſuperent redditus canonicatuum Conimbricenſium? Aut tantum fas eſſe inſumere Epiſcopo Portuenſi, quantũ Conimbricenſi, aut Granatenſi Archiepiſcopo, quantum Toletano? cum redditus Toletani, & Conimbricẽſis; in triplo, aut quadruplo ſuperent redditus Granatenſis & Portuenſis. Cõgrua ſuſtentatio q̃ latè ſe extẽdat. B

Secundum eſt. Licet pro qualitate beneficij & quantitate reddituum illius, nec non pro diuerſitate quarundam aliarum circunſtantiarum, de quibus ſtatim erit ſermo, fas ſit ampliorem, ſplendidioremque habere familiam, atque adeò plus inſumere de redditibus beneficij, aut beneficiorum in ſuã congruam ſuſtentationem; ſemper tamen memoria eſſe retinendum, opereque implendum, præceptum illud Concilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformatione, diſputat. præcedente relatum. Nempe, vt Epiſcopi & cæteri beneficiarij, non ſolum modeſta ſupellectili & menſa, ac frugali victu contenti ſint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quòd à ſancto inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præſeferat. Hoc tamen non impedit, quo minus pro diuerſitate beneficiorum, redituum, & aliarum circunſtantiarum, beneficiarius vnus ampliorem, & ſplendidiorem poſſit habere familiam, & lautiorem menſam, precioſioremque ac ſplendidiorem ſupellectilem. Quod enim modeſta ſupellex & menſa, & frugalis victus, mediocriſque familia, prudentis arbitrio, iudicabitur comparatione Summi Pontificis, Cardinalis, qui Regis ſit filius, Toletani Archiepiſcopi, & ſimilium, non iudicabitur comparatione inferiorum prælatorum. Et quod comparatione prælati iudicabitur mediocre & modeſtum, non iudicabitur comparatione ſimplicis Canonici, aut inferioris alicuius beneficiarij, & ſic de cæteris, ſpectata cuiuſque conditione & gradu. Vnuſquiſque tamen ita in ſuo ordine & gradu, amplitudine & ſplendore familiæ, tueri, augereque poteſt ſuam authoritatem & honorem, vt obſeruet, ne in recreationibus, conuiuijs, & cæteris alijs rebus, quicquam ſit, vel profanum, vel immoderatum aut immodeſtum, quodque clericalem ſtatum dedeceat, eo magis quo in altiori conſtitutus fuerit dignita-

dignitate, &, quo plus in eo morum integritas, & vitæ ſanctitas elucere debent. Neque enim, quæ in ſimilibus rebus ſecularibus principibus, magnatibus, aut alijs nobilibus, etiam ſi pauciores redditus, quàm ipſi, habeant, indecora non ſunt, illis vlla ratione licent, vtpote valde ipſis indecora, & alijs ſcandaloſa.

Tertium eſt, decentem beneficiarij ſuſtentationem non ſolum comprehendere, quæ ad ſe, ſuamque familiam, iuxta ea quæ dicta ſunt, alendam ſunt neceſſaria, ſed etiam quæ neceſſaria ſunt ad moderata conuiuia, pro beneficiarij qualitate, conſanguineis & amicis exhibenda, & ad hoſpites excipiendos, non ſolum quando charitas id poſtulat, quoniam id inter opera pia eſt computandum, hiſque verbis Concil. Trid. ſeſſ. 25. capit. 8. de reformat. ad id hortatur: Admonet ſancta Synodus, quoſcúque Eccleſiaſtica beneficia ſecularia ſeu regularia obtinentes, vt hoſpitalitatis officium, à ſanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè benigneque exercere aſſueſcant, memores eos, qui hoſpitalitatem amant, Chriſtum in hoſpitibus recipere: ſed etiam quando ſola humanitas vrbanitaſque, attenta beneficiarij qualitate, id exigit. Prudéter tamen Nauar. in Apol. q. 1. monito. 78. nu. 2. admonet, vt quando eiuſmodi hoſpitia à religioſis in ſuis conuentib. laicis iuſta aliqua de cauſa ſunt exhibenda, ea moderatione, pro hoſpitis qualitate, fiant, vt ex frugalitate ædificationem, non verò ſcandalum ex prodigalitate, abundantia, & varietate ciborum, præſertim ſi exquiſiti ſint, ſecum aſportent.

Eodem modo decens beneficiarij ſuſtentatio cõprehendit non ſolum vnde remuneratorias, vt Nauar. in Apol. q. 1. monito. 82. nu. 9. rectè aſſerit, ſed etiam vnde moderatas merè liberales donationes, pro loco & tempore, iuxta ſuum conditionem ac ſtatum efficiat, munuſcula aliqua ad eos mittendo, è quibus neque retributionem ſperat, neque aliquid prius accepit, & ſimilia alia liberaliter donando: vniuerſimque ea omnia comprehendit decens illius ſuſtentatio, quæ ſecundum honeſtam & laudabilem conſuetudinem in vſu ſunt in hominibus ſuæ conditionis ac ſtatus.

De remuneratorijs donationibus non eſt, quod in dubium vertatur: quoniam, licet ad eas non teneatur ex iuſtitia, tenetur tamen ex gratitudine, & interdum ſub culpa veniali, quam non eſt credendum eccleſiam velle, incurrat, redditus beneficij ad pia opera reſeruando. Et ſaltem illę ſunt iuxta virtutes liberalitatis & gratitudinis, eaſque poſtulat eorum ſtatus: modo tamen fiant moderatè, neque inde occaſio ſumatur defraudandi opera pia portione redditũum, quæ vltra competentem beneficiarii ſuſtentationem illis debetur. Vnde probè loco citato ait Nauar. quamuis fas ſit beneficiario remunerare obſequia gratis ſibi impenſa, aut alia beneficia in ſe collata, pluſquam ad æqualitatem, quoniam, iuxta D. Thom. 2. 2. quæſt. 106. art. 6. & Ariſtot. 5. Ethic. cap. 5. id poſtulat gratitudinis virtus: non tamen immoderatè. Quare, quod ad ęqualitatem prudentis arbitrio compenſaretur duodecim aureis, poſſet beneficiarius de redditibus ſui beneficii compenſare, quatuordecim, aut quindecim, non verò triginta, aut quadraginta: quoniam cederet in detrimentum piorum operum, ad quæ de incremento redditũum ſui beneficii vltra ſuam competentem ſuſtentationem tenetur.

De moderatis merè liberalibus donationib. pro ſua conditione & ſtatu, probatur. Tum quia id poſtulat ipſius conditio & ſtatus: omnia autẽ ex redditibus beneficij licent, quæ beneficiarij conditio & ſtatus poſtulant. Tum ẽt, quoniam, vt inf. diſp. 274.

A & dum de contractu ſocietatis erit ſermo, dicetur, in competenti vxoris ſuſtentatione pro dote includitur, vt efficere poſſit moderatas eleemoſynas, & donationes, quas mulieres ſui ſtatus & conditionis ſolent efficere; neque ſine iuſta cauſa poteſt illas ei prohibere maritus: longè autem maiori cum ratione cenſendę ſunt comprehendi in competenti beneficiarii ſuſtẽtatione de redditibus ſui beneficii, quorum, vt probauimus, eſt dominus, & qui ſui iuris eſt ad illos rationabiliter expendendos. Eademque eſt ratio de cæteris, quæ ſubiunximus comprehendi in competenti beneficiarii ſuſtentatione. Quando ergo Nau. in Apol. q. 1. monit. 78. num. 1. negat, donationes ex ſola liberalitate, & amicitia factas de redditibus beneficii licitas eſſe beneficiario, intelligendus eſt, de immoderatis: ſecus autem de moderatis, quas recta ratio pro loco & tempore, & pro conditione & ſtatu beneficiarii exigit, vt in progreſſu eiuſdem operis ſatis ſeipſum explicat.

B Quartum eſt, conſuetudinem beneficiariorum piæ, timoratæque conſcientiæ in vnoquoque loco, meritò habendam eſſe pro regula, ad quam ſimiles beneficiarii tuto admetiri poſſunt familiam, & ſumptus ad ſuam competentem ſuſtentationem, quando nulla interuenit circunſtantia, quę aliud exigat. Vt, ſi quis ad Eborenſem canonicatum promoueatur, poterit ad exemplum canonicorum honeſtorum ac timoratorum moderari ſumptus propriæ domus ac familiæ. Neque, quòd is, qui promouetur, paulò antea eſſet clericus pauper & infimę ſortis, tollit, quo minus ratione redditũum, & beneficii, ſtatuſve noui, ad quem erigitur, facere poſſit ſumptus in ſui competentem ſuſtentationem, quos timorati alii canonici eiuſdem Eccleſię, in quibus nulla alia eſt peculiaris ratio ac circunſtantia cur merito maiores faciant, efficere regulariter aſſueuerunt.

C Quintum eſt, ſumptis beneficiariis omnino æqualibus, vt canonicis ſimilibus vnius & eiuſdem Eccleſiæ, fieri optimè poſſe, vt vno & eodem anno longè plus vnus, quàm alius, in ſua competẽti ſuſtentatione inſumat, ac proinde vt pauciora vni, quàm alteri, ex æqualibus redditibus ad opera pia ſuperſint. Tum quia in familia vnius poterunt eſſe longè plures ægroti, quàm in familia alterius, multiſque aliis de cauſis poterunt vni occurrere longè maiores occaſiones ſumptuum rationabilium, quàm alteri. Tũ etiam, quoniam ſæpe accidit, vt vnus ita ſciat ſe gerere in ſumptibus faciendis, vt cum ſplendidius multò, quàm alius, viuat, longè tamen minus, quàm ille, inſumat. Multaque alia eſſe poſſunt, vnde vnus longè plus, quàm alius, vno & eodem anno in ſua competenti ſuſtentatione inſumat. Quo fit, vt etiã beneficiariis vnius & eiuſdem loci, æqualiũque redditũum, & ſimilium beneficiorum, vno & eodem

D anno, ſtatui non poſſit certa regula ad arbitrandum quantum de redditibus ſui beneficii expendere teneãtur in operibus piis, ſed ex rerum curſu atque euentu, id etiam iudicandum ſit.

Sextum eſt, facultatem ſumendi de redditibus beneficii tam ample ad competẽtem ſuſtentationem, quàm amplè hactenus explicauimus, intelligendam eſſe, quando non occurrunt graues admodum proximorum neceſſitates, & quando fabrica Eccleſiæ aliud non poſtulat. Quoniam valde abſurdum & ſcandaloſum eſt, pauperes fame perire, & beneficiarios de redditibus eccleſiaſticis, & patrimonio Chriſti lautè viuere, amplaſque & ſplendidas habere familias: item eccleſias ruinoſas, incultas & ferè ſolo æquatas eſſe, & vel epiſcopos, vel Abbates, vel Priores, aut Commendatarios, quibus fabrica incũbit, ſimiliter lautè viuere, nihilque de tam ampla ſuſtentatione ſibi ſubtrahere.

Adria-

Adrianus de reſtit. & Card. Alex. à Nau. in Apol. q. 1. monit. 79. nu. 1. relati, voluerunt beneficiarium turpiter viuentem teneri reſtituere fructus ſui beneficij, ac proinde non poſſe ſumere ex illis competentem ſuſtentationem. Dicendum tamen eſt, id non impedire, quo minus poſſit inde ſumere competentem ſuſtentationem, vt ſufficienter ibi probat Nauarrus. Et quoniam, attenta fragilitate humana, irrationabiliter id ita ſtatueretur. An verò ex aliis capitibus beneficiarij reſtituere teneantur, ſuis locis eſt diſputandum.

Quæſtio. Dubium eſt hoc loco, vtrum cæteris paribus, fas ſit conſtitutis in maiori aliqua dignitate, nobilibus, ac literatis accipere de fructibus beneficiorum ſplédidiorem, maioremque ſuſtentationem, quàm cæteris, hoc eſt, an fas ſit, accipere vltra eam quam qualitas & redditus beneficii poſtulant, etiam id quod eorum dignitas, vt Cardinalatus, nobilitas, aut eminétia in literis ac doctoratus gradus, plus poſtulat. Reſpondendumque eſt cum Nau. in Apol. q. 1. monit. 81. nume. 7. conſentaneè ad Innocentium & alios, poſſe. Primo, quoniam vnicuique integrũ eſt ſumere de redditibus ſui beneficii aut beneficiorum ſuã integram ſuſtentationem, vndecumque maiori vel minori indigeat, quando aliunde eam non habet. Secundò, quoniam ea de cauſa Inno. III. c. de multa, de præb. cum iuxta Conc. Lateranenſe ſtatuiſſet, vt nullus plura beneficia curam animarum annexã habentia ſimul habere poſſet, nec plures perſonatus, adiecit, circa ſublimes tamen & literatas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficiis honorandæ, cum ratio poſtulauerit, per ſedem Apoſtolicam poterit diſpenſari, conſentitque Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 17. Eadem etiam de cauſa Ioan. XXII. in extrauagan. execrabilis, quæ hodie eſt inter communes ſub titulo de præbendis, cum ſub certo modo & forma irritas reddidiſſet diſpenſationes obtentas circa pluralitatem beneficiorum, adiecit. Cardinalibus tamẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui circa nos vniuerſali Eccleſiæ ſeruiendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt; ac Regum filiis, qui propter ſublimitatem eorum ac generis claritatem ſunt potioris prærogatiua gratiæ, attollendi, duntaxat exceptis. Ac ſanè, ſi nefas eſſet nobili ac literato maiorem ſuſtentationem ex vnoquoque beneficio accipere, quam cuicũque priuato, inutilis omnino, quod ad ipſum attinet, eſſet diſpenſatio potius cum illo, quam cum quocunque alio, vt ſimul habere poſſet plura beneficia eccleſiaſtica, vt Nau. loco citato rectè adnotauit.

Eſt tamen hæc doctrina cum duplici moderamine intelligenda. Primum, vt quando aliunde haberet maius illud incrementum, quo, vltra ordinarios ſimiles beneficiarios, ad ſuam ſuſtentationem indiget, neque dignitas, nobilitas, aut literæ in cauſa eſſent maioris vtilitatis eccleſiæ, propter quã dignus etiam eſset maiori illo incremento, non plus, quàm alii, ex reditibus beneficiorum poſset accipere, ſed reliquum operibus piis, vt alii, teneretur reſeruare: quando verò vel aliunde non haberet vnde cum illo incremento commode poſset ſuſtentari, vel illo ẽt incremento eſset dignus, propter maiorem vtilitatem, quam vel ſua authoritate, vel ſuis literis eccleſiæ afferret (id quod vt plurimum eueniet) poſset etiam illud incrementum de redditibus beneficii, aut beneficiorum accipere. Atque ad hoc attendiſse videtur Inno. VI. c. de multa, dum dixit, cum eiuſmodi perſonis poſse per ſedem Apoſtolicam diſpenſari vt multa habeant beneficia curata aut perſonatus cum ratio id poſtulauerit: quia videlicet, vel aliunde non habent competentem ſuſtentationem, pro ratione ſui ſtatus, vel in eccleſiæ vtilitatem cedet.

Secundum, vt fabrica eccleſiæ incremento illo A non indigeat, vt rectè Nauarr. loco citato notauit. Cum enim de redditibus Eccleſiæ debita ſit Eccleſię fabrica, neque æquitas patiatur, vt quando parochiani competentes redditus tribuunt, vnde & cõgruus miniſter illis conferatur, & Eccleſiæ fabrica ſuſtentetur, iterum grauentur, vt ad fabricam contribuãt; neque item fas ſit Eccleſiam, Diuinumque cultum non eſſe qualia oportet; ſanè, cum fabricæ detrimento, nullus propter ſuam maiorem dignitatem, nobilitatem, aut literas accipere in ſuam ſplendidiorem, tametſi competentem, ſuſtentationem poteſt, quod fabricæ eſt debitum, etiam ſi ille Cardinalis, Regiſque filius ſit.

Dubium etiam eſt, vtrum beneficiario fas ſit, quę, vltra congruam ſuam ſuſtentationem de redditibus ſui beneficij, ſibi ſuperſunt, tenetur que inſumere in operibus pijs, reſeruare in ſuas aut aliorum, quas in futurum timet, neceſſitates; vel vt, cum ſufficientem eiuſmodi pecuniæ copiam habuerit congregatam, collegium, aut hoſpitale, vel aliud opus pium, Quæſt. B quod non niſi magna pecuniarum ſumma conſtrui poteſt, inſtituat. Dicendumque eſt, modo non occurrant graues præſentes proximorum neceſſitates, Solutio. & modo id prudenter fiat, quia veriſimiliter tales neceſſitates tam certo ita de proximo tenentur, vt non ſperetur poſſe eis aliter commodè occurri, aut quia opus illud pium, vtile eſt, veriſimileque eſt, morte non præuenientes, exitum habiturum, id licere. Sunt tamen in ſimilibus rebus ante oculos habẽda, hominum inconſtantia, tenacitas in retinendis, quæ inſumere tenentur, & quot obtendicula & excuſationes ad id quærant, ſibique facile perſuadeant: nec non, quàm longam vitam ſperent, & quam facilè repentina morte, quod intendunt, ad exitum non perducant, atque ita fiat vt, quæ in eum pium finem congregarunt, in eorum poteſtatem deueniant (qui pro ſanè ac perditè illa inſumant, lege ſi placet, Nauar. C loco citato, monito. 76. num. 5.

Illud verò eſt obſeruandum, quamuis neceſſariũ non ſit, vt ea pia opera, ad quæ beneficiarius de ſuperfluo redditium ſui beneficij tenetur, fiant in eo loco vbi beneficium eſt ſitum, vt benè probat Nauar. monito. 77. ſequenti: quando tamen aliud non poſtulat commune Diœceſis, Regni, aut totius Eccleſiæ bonum, vt ſi Collegium in Vniuerſitate à loco beneficij diſtante ad miniſtros Eccleſiæ educandos, aut aliud ſimile fiat, vel non occurrit peculiaris alia ratio, quæ id perſuadeat, ſanè eiuſmodi opera pia potius fieri deberent in populi vtilitatem, qui redditus contribuit, quàm alterius. Quoniam & recta ratio, & beneficiarij apud eos, à quibus paſcitur, quibuſque eſt datus miniſter, ædificatio id poſtulant. Vnde Ioann. XXII. in Extrau. excrabilis, de præbendis, inter incommoda, quæ comitari refert pluralitatem beneficiorum, in quibus benefi-D ciarius non poteſt ſimul reſidere, ſic ait: Habentibus ipſa paratur vagãdi materia, Diuini cultus minuuntur, hoſpitalitas, in ipſis beneficiis debita, non ſeruatur, &c. Licet ergo congruens ſit, vt epiſcopus in loco Cathedralis eccleſiæ vberiores eleemoſynas, opcraque alia pia efficiat; quia tamen ab vniuerſa Diœceſi redditus accipit, expediret, vt pro locorum indigentia & qualitate, in aliis etiam ſuæ Diœceſis oppidis eleemoſynas aliquas efficeret.

Quam amplè, ſalua conſcientia, potuimus, rem hanc congruæ beneficiariorum ſuſtentationis, dominiiq; in redditus ſuorum beneficiorum extendimus. Tum quoniam, præter alia, cõfeſſarios inſtituimus, qui præcipites eſſe non debent ad viam ſalutis æternæ arctandam, maiuſque onus iniungendum, quàm par ſit, id ve damnandum, quod conſentanea, probabilique ratione tolerari poteſt. Tum etiam ne magnam beneficiariorum partẽ in deſperationis bara-

trum

trum inijceremus,& nedum graue, attenta fragilitate humana, onus ei imponitur, neque id, quod ad ſempiternam fœlicitatem adipiſcendam illis eſt neceſſarium, efficiant. Ipſorum vero erit aſſiduè meditari ſe fidelium ſudoribus, Chriſtique patrimonio tam copioſè ali, vt vitæ integritate, ſuiſque ſacrificijs, & orationibus, Deum propitium ipſis reddant, dona, ac veniam ab eo illis obtineant, verbo, & exemplo eos doceant, viamque ſalutis æternæ, præeundo, eis oſtendant, eos regant, ſacramentaque illis adminiſtrent. Quæ ſanè meditatio ſatis eſſe deberet, vt ſecum valde eſſent parci, in pauperes, aliaque opera pia multum benigni, nihilque de tam ſancto patrimonio inſumerent, niſi prout recta ratio, Chriſtiana caritas, ac vitæ ſanctitas, ad quam pro ſuo munere, & gradu tenentur, poſtulant. Eorundem etiam erit ante oculos habere, quam multi graues autores ſint, qui arctius multò, quam nos, & Doctores, quos ſequimur, hac de re loquantur, & quàm prudens ipſis vtile, & ſecurum ſit conſilium in re tanti momenti iuxta ſecuriorem opinionem mores ſuos componere, redituſque ſuorum beneficiorum expendere, atque antiquum hac in parte Chriſtianæ eccleſiæ ſplendorem imitari: præſertim cum id Deo, angelis, & hominibus gratiores, commendabiliores ac amabiliores eos reddat, cumulatiuſque ipſis ſempiternæ beatitudinis promereatur præmium.

DISPVT. CXLVI.

Beneficiarij quouſque de bonis ſuis conferre poſſint conſanguineis.

Diſputatio hæc appendix eſt præcedentis, idcirco ab ea diſſecta, ne illa longitudine confuſionem, ac tædium pareret.

1. Concluſio. Quando non occurrunt graues aliorum proximorum neceſſitates, ceſſatque ſcandalum, beneficiarii abſque lethali culpa reſeruare poſſunt bona omnia ſua patrimonialia, & aliunde, quam ex reditibus beneficij, acquiſita, necnon reditus horum omnium bonorum, eaque omnia tribuere conſanguineis diuitibus, etiam emendo, & inſtituendo ex illis maioratum, quem alicui eorum tribuant. Aſſertio hæc patet ex dictis diſputatio. præcedente, quoniam reſeruare ea poſſunt in quoſcunque vſus voluerint, ac ſumere integram ſuam ſuſtentationem de reditibus ſui beneficij. Ab ea tamen eſt excipiendum, niſi conſanguineus ſit filius eorum illegitimus nondum legitimatus ad ſuccedendum in omnibus illis bonis. Tunc enim ſolum poſſunt illi tribuere quæ infra dicemus, dum de ſucceſſione filiorum illegitimorum erit ſermo.

Quæſt. Cum diſputatione præcedente oſtenſum ſit, ſi beneficiarius parcè viuendo minus conſumat de reditibus ſui beneficij, quàm in ſuam competentem ſuſtentationem licitè poterat, aut quam pro ratione ſuæ induſtriæ, laboris, & vtilitatis ſuorum miniſteriorum dignus erat accipere, poſſe id totum conuertere in quoſcunque vſus voluerit, non ſecus ac alia bona ſua patrimonialia; dubium eſt, an ſaltem poſt præceptum Concilij Tridentini diſputatio. præcedente relatum, poſſit beneficiarius illud conferre conſanguineis, aut familiaribus diuitibus, quemadmodum poteſt in quoſcunque alios vſus nó pios, licitos tamen illud expendere. Non deficit qui, cum confiteretur, id ex natura rei licitum eſſe, poſt præceptum tamen Concilij Tridentini licitum negaret.

Reſponſio. Contrarium affeuerunt non ſolum Sotus 10. de iuſt. quæſtio. quarta, articulo tertio, affirmans, poſſe

A inde emere conſanguineo diuiti annuos reditus in maioratus modum, quo ſtatum ſuum augeat, ac mutet, & Maior in 4. diſt. 24. quæſt. 17. Qui ante Concilium Tridentinum ſcripſerunt, ſed etiam Nauarr. in Apol. quæſt. 1. monito. 30. & 78. & Molina lib. 2. de primogen. cap. 12. nume. 50. qui poſt Concilium Tridentinum ſcripſere. Atque hæc ſententia mihi placet, quando ſcandalum ceſſaret. Ducor primò, quoniam Concilium Tridentinum ſolum interdicit beneficiarijs ſtudium augendi conſanguineos, aut familiares ſuos de reditibus eccleſiaſticis: ſtudiũ autem ſolum ſonat cupiditatem plus, quam par eſt, illos augendi, atque adeò illicitè. Neque enim cenſendum eſt velle, aut id rationi eſſet conſentaneum, vt quod licitè donare poſſent extraneis diuitibus, cõ ſanguineis, & familiaribus, quibus magis ſunt adſtricti, quoſq; cæteris paribus, ratio, & virtus, vt præferant, poſtulant, nulla ratione conferre valeant. Secundo, quoniam licet Concilium Tridentinum eo
B in loco nomine redituum eccleſię intelligat etiam fructus beneficiorum, non tamen eos ſolos intelligit, ſed etiam beneficia ipſa eccleſiaſtica, & bona immobilia ipſarum eccleſiarum, vt expendenti verba ſequentia in eodem capite ſatis eſt manifeſtum: quis autem dicat mentem Concilij in eo præcepto fuiſſe interdicere epiſcopis, & alijs beneficiarijs, ne vlla ratione conferrent beneficia eccleſiaſtica ſuis conſanguineis, aut familiaribus diuitibus, aut, vt cæteris paribus, eos æquè dignos non præferrent extraneis. Tertiò, quoniam, vt Nauarr. locis citatis probè notat, id quod parcè viuendo ſibi beneficiarius de ſua competenti ſuſtentatione reſeruauit, & quod vltra ſuam competentem ſuſtentationem promeritus eſt, non habent iam rationem fructuum beneficij, quos proinde ſolum, vel in ſuam honeſtam ſuſtentationem, vel in operibus pijs teneatur expendere, ſed habent rationem bonorum ſua
C propria induſtria acquiſitorum, computanturque proinde cum alijs patrimonialibus aliundeque, quã ex beneficio acquiſitis eorum bonis: quo fit, vt in reditibus eccleſiæ, de quibus in eo præcepto eſt ſermo minime comprehendantur.

Solum ſupereſt explicemus, quouſque de ijs reditibus beneficiorum, quos alioquin expendere tenebantur in operibus pijs, conferre poſſint aliqua conſanguineis. Dicendumque eſt, ſi tales conſanguinei pauperes ſint, qui pro ſui ſtatus ratione non habeãt competentem ſubſtentationem, aut ſi nubiles fœminæ ſint, quæ pro qualitate ſui ſtatus non habeant moderatam competentem dotem, poſſe illis conferre ſolum quouſque non egeant, hoc eſt, quantum (adhibentib. ſimul illis pro cõditione ſui ſtatus induſtriã, & laborem, vt ſibi etiam acquirant) indiguerint ad competentem moderatam ſuſtentationem, aut quã tum indiguerint ad competentem moderatam do- In ſuſtentatiõe & cõ petẽtẽ dotẽ quouſq; cõ ſanguineis tribuere poſſint.
D tem. Ita D. Tho. 2. 2. quæſt. 185. ar. 7. ad 2. cum Ambroſio, quem refert lib. 1. offic. cap. 30. & habetur c. eſt probanda, iuncto cap. conſideranda. 86. diſt. & Caiet. apertius ad eandem D. Thomæ reſponſionẽ ad 2. verba D. Thom. expoſuimus diſputa. præcedẽte. In eadem ſententia eſt idem Caiet. eadem ſecũda, ſecundæ, quæſt. 43. ar. 8. dum ait. Pauperes eſſe non ſolum qui egent cibo, potu, aut veſte, quæ ſunt neceſſaria naturæ; ſed qui egent opportunis ad conuenientiam ſui ſtatus, ac proinde prælatos eccleſiæ eleemoſynaliter poſſe diſtribuere illis, ſicut alijs pauperibus. In eadem eſt Nauar. in Apol. quęſt. 1. monito. 77. num. 4.

Eſt tamen hæc doctrina intelligenda dummodo graues aliæ proximorum neceſſitates non occurrant. Neque enim æquitas patitur, vt licet beneficiarius de reditibus beneficij, quos in operibus piis inſumere tenetur, ſubuenire potius de-

beat conſanguineis, quàm extraneis prætermittat ſubuenire extremis, aut penè extremis occurrentib. naturæ neceſſitatibus proximorum extraneorum, vt conſanguineis ſubueniat in ijs, quibus ſolum indigent ad conuenientiam ſtatus.

Illud eſt obſeruandum, quamuis beneficiarius, præter reditus beneficij, habeat alia ſua propria bona, de quibus diſponere poteſt ad quos vſus voluerit, poſſe de reditibus ſui beneficij ſubuenire conſanguineis egentibus, vel ad eorum congruam ſuſtentationem, vel ad congruam dotem. Ratio eſt, quoniam ſolum ſuperfluum ſui beneficii tenetur expendere in operibus piis: illa autem ſubuentio opus eſt pium, ac proinde illa ſatisfacit. Quamuis laudabilius multo faceret, ſi de aliis ſuis bonis illis ſubueniret, & ſuperfluum redituum beneficii ad alia opera reſeruaret.

Illud præterea eſt magnopere obſeruãdum, quòd quemadmodum ſi alii conſanguinei haberent parẽtes, qui illis poſſent, ac deberent ſufficienter ſubuenire, non poſſet beneficiarius id præuenire, tribuendo illis ſuperfluum redituum ſui beneficii, quoniam in eo euentu illi ſimpliciter eſſent diuites; ita ſi beneficiarius haberet alia bona ſua vnde ſubuenire poſſet proprio filio, aut filiæ ſpuriis, non poſſet illis tradere dotem aut competentem ſuſtentationem de ſuperfluo ſui beneficii, ſed de aliis ſuis propriis bonis. Quoniam, præterquam, quod cum peccato, & contra id, quòd ſtatus beneficii poſtulabat, eos genuerit, ſimiliter eſſent ſimpliciter diuites. Quando tamen tales filii, aut alii conſanguinei diuites, eſſent in familia beneficiarii, neque illam augerent vltra id, quòd qualitas, & reditus beneficii poſtulant, poſſet illis reddere ſuſtentationem de reditibus beneficii, ſicut aliis de eadem familia. Præterea ſi obſequia exhiberent, quæ vltra ſuſtentationem digna eſſent maiori aliqua compenſatione, eam quoque poſſet illis exhibere de reditibus beneficii, quoniam eã omnia in congrua beneficii ſuſtentatione includuntur, quam totam de reditibus ſui beneficii poteſt accipere.

Dubium. Dubium eſt, vtrum ſi aliquis humili loco natus, habens fratres: aut conſobrinos ex fratribus vel ſororibus, qui pro ſua conditione, & ſtatu competentem habeant ſuſtentationem, euehatur in magnam aliquam dignitatem, vt in epiſcopatum, aut in aliud pinguiſſimum beneficium, eo ipſo accreſcat illorum conſanguineorum cõditio & ſtatus, ita vt plus egeãt ad ſuam congruam mediocrem ſuſtentationem, & ad dotem competentem, poſſitque proinde beneficiarius de reditibus beneficii, quod ad id eis defuerit licitè illis conferre, & multo maiori cum ratione patri, aut matri, ſi ſuperſtites fuerint, quibus tenetur ſe gratum exhibere, debitumque honorem illis deferre, reſpondendumque eſt cum Nauar. monito. 77. citato, num. 5. accreſcere aliquantulum, poſſeque beneficiarium licitè illis conferre, non quantum exigere ſolent, & quantum beneficiariorum inordinata ad illos affectio facilè ſibi ſolet perſuadere ipſis licere, ſed moderatè prudẽtis, & timorati viri arbitrio, ſpectatiſque circunſtantiis omnibus, & ſaltem quãtum par eſt, vt dedecus & pudor meritò non ſit beneficiario propinquos, tam arctè ſibi coiũctos, ita abiectè ſe gerere.

Dos filiæ ſpuriæ. De filia ſpuria beneficiarij nobilis, aut in magna aliqua dignitate conſtituti, dicendum eſt. Fas non eſſe beneficiario conferre illi de reditibus beneficii, quos alioquin expendere tenebatur in operibus piis tantam dotem, quantam homo coniugatus æqualis ſecum conditionis conferret incõpetẽtem & moderatam dotem filiæ ſuæ legitimæ, vt eſt notiſſimũ, quoniam neque talis coniugatus ſolet æqualem dotem, ſed longe inferiorem ſimili filiæ ſuæ ſpuriæ,

A imò neque naturali illegitimæ conferre, neque æquũ eſſet cõferre, paremq; illam efficere cum legitimis: non eſt verò melioris, ſed inferioris conditionis filia ſpuria clerici, quàm ſuſcepta ex adulterio coniugati.

Quicquid verò dicat Maior in quarta, diſtin. 24. quæſt. 19. dicendum eſt, fas nihilominus eiuſmodi beneficiario eſſe, plus in alimentis, & moderatã dotem tali filiæ conferre, quam ſi eſſet ſpuria ſacerdotis pauperis, & infimæ conditionis, quoniam ex ſtatu, & qualitate parentis accreſcit ſtatus, qualitas, & conditio filiæ ſpuriæ. Cum ergo talis beneficiarius iure etiam canonico, teneatur præſtare eiuſmodi filiæ alimenta qualitati parentis competentia, atque adeò dotem, quæ ad eiuſmodi alimenta in totam vitam ſibi ſufficiant, ad idque ipſe dum viuit, hæredeſque ipſius poſt mortem in exteriori foro cogi poſſint, ſanè ſaltem id totum conferre illi poteſt, quod attenta qualitate, & conditione parentis, prudentis arbitrio, filiæ illi in exteriori foro adiudicaretur, quo-
B niam non ſolum tanta dote indiget, ſed etiam tanta eſt illi a parente debita. Probat vero optimè Nauar. de ſpol. cleri. §. vlt. numero 9. & ſequentibus, etiam poſt bullam Pii V. in eo §. relatam, qua ſtrictè prohibet bona clericorum deriuari in filios ipſorum ſpurios, fas eſſe, etiam de redditibus beneficii conferre illis alimenta, ac filiabus competentem dotem. Quoniam ſimiles prohibitiones nihil horum cenſendæ ſunt comprehendere, neque fortè licitè poſſent.

DISPVTATIO CXLVII.

Quouſque beneficiarij teſtari poſſint.

Dicemus primò, quouſque beneficiariis teſtari liceat, ſtando in ſola iuris canonici diſpoſitione, deinde verò quouſque conſuetudine fas
C id eis ſit.

Sit ergo prima concluſio. Beneficiariis, etiamſi Epiſcopi ſint, fas eſt teſtari ad quoſcunque vſus, de omnibus ſuis bonis primi, & ſecundi generis, diſput. 142. explicatis, hoc eſt, de omnibus ſuis bonis patrimonialibus, & quæcunque alia ratione, etiam intuitu miniſterii Eccleſiaſtici acquiſitis, præterquam de reditibus ſui beneficiarii. Hæc ex dictis diſputationibus præcedentibus eſt manifeſta. Nec non quia verum habent horum omnium dominium, neque vlla iuris poſitiui reperitur lex, quæ illos de eis teſtari prohibeat. Eſt etiam communis Doctorum, vt Couar. cap. primo, de teſtamen. à numero primo. Iulius Clarus lib. 3. ſentent. quæſt. 27. & Molina lib. 2. de primog. cap. 12. numero 27. referunt etiam quoad bona intuitu miniſterii Eccleſiaſtici acquiſita, vt Couar. cap. 1. de teſtam. numero 11. Nauar. in Apo. quæſt. 1. monito. 22. num. 1. & 3. & quæſt. 3. monit. 1.Conclu.
D 1. referunt, ſatiſque efficaciter probant. Colligitur etiam apertè ex cap. Epiſcopi. 12. quæſt. 1. cuius hæc ſunt verba. Epiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis vel quicquid de proprio habent, hæredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Ex c. placuit. 12. quæſt. 3. c. fixum, 12. quæſt. 5. c. quia nos. de teſta. & ex aliis iuribus. Quin de his omnibus bonis tanquam de quaſi Caſtrenſibus teſtari poſſunt clerici, qui filii familias fuerint, iuxta auth. presbyteros, 1. C. de epiſcop. & cler. vt diſput. 138. dictum eſt.

Secunda concluſio. De bonis, quæ ſunt propria Eccleſiæ, nec ſunt reditus proprii beneficii, vt de prædiis beneficio annexis, & de aliis tam mobilibus, quam immobilibus, bonis propriis Eccleſiarum teſtari non poſſunt. Hæc eſt communis, & colligitur ex iuribus citatis, & ex aliis, liquetque ex dictis diſputationibus præcedentibus. Lege Nauar. monito. 22. citato. num. 2. 2.Concluſ.

Tertia

3. Concluſ. Tertia concluſio. De ea parte redituum beneficii quæ beneficiarius, vel competenti ſuæ ſuſtentationi ſubtraxit, vel ultra competentem ſuſtentationē ſua induſtria, labore, & vtilitate, quam miniſteriis ſuis Eccleſiæ attulit, eſt promeritus, teſtari poteſt ad quoſcunque uſus, iuxta Nauar. in Apol. q. 1. monit. 30. num. 2. & monit. 78. num. 3. & ſequentibus, con ſentaneeque loquuntur alii, quos diſput. 145. retulimus. Ratio eſt, quoniam, vt diſputatione citata dictum eſt, eiuſmodi incrementum eo ipſo computatur cum propriis aliis beneficiarii bonis, propria induſtria acquiſitis. In exteriori tamen foro raro fortaſſis locum habebit hæc opinio: eo quòd difficile probari poſſit bona, quæ beneficiario poſt mortem de reditibus ſui beneficii ſuperſunt, vel fuiſſe ſubtracta congruæ ipſius ſuſtentationi, vel fuiſſe ea promeritum vltra congruam ſuſtentationem.

4. Concluſ. Quarta concluſio ſi beneficiarius aliqua de ſuis propriis bonis inſumpſerit, quæ inſumere poterat de reditibus beneficii, neque cum id fecit, animum habuit non compenſandi ita inſumptum, poteſt ad quoſcunque vſus teſtari de æquali portione redituũ ſui beneficii, iuxta ea, quæ diſp. 145. dicta ſunt. Idē eſt, ſi aliquid contulit de ſuis propriis bonis Eccleſiæ, nec habuit animum illud non compenſandi: poteſt namque teſtari ad quoſcunque vſus de æquali portione bonorum Eccleſiæ. Ita habetur c. ſi quali bet, 12. q. 2. & c. ſi epiſcopus, 12. q. 5. & affirmat Nauar. in Apol. q. 3. monit. 4. num. 3.

5. Concluſ. Quinta concluſio. Beneficiarii de reliquis reditibus ſuorum beneficiorũ, ſiue in ſeipſis permaneant ſiue in aliquo alio, in quo beneficiarii facti ſint locupletiores, teſtari non poſſunt, non ſolum ad vſus nõ pios, ſed etiam ad eos pios, in quibus donatione inter viuos poſſent, dum ſani ſunt, eos omnes licitè ex pendere. Ita habetur c. Epiſcopi, c. ſint manifeſtæ, 12. quæſtio. prima, cap. quia Ioannes c. ſi epiſcopus, 12. q. 5. c. adhuc, c. quia nos, c. relatum, 2. de teſtamẽ tis, auth. licentiam, C. de epiſco. & cler. & aliis iuribus. Habetque id verum, etiamſi beneficia ſimplicia ſint, vt aduerſus alios ſatis efficaciter probant Couar. c. cum in officiis, de teſt. nume. 6. Nauar. in Apol. q. 3. monito. 1. nu. 2. tum quia iura vniuerſim loquuntur, tum quia cap. relatum de canonicis loquitur, quorum beneficium ſimplex eſſe nullus eſt qui dubitet, tum denique ob alias multas rationes, quas breuitatis gratia omitto. Ratio verò cur facultas teſtandi ad vſus pios illis denegata ſit, cum tamen cõferendi donatione inter viuos ſit eis conceſſa, ea eſt, vt dum viuunt in pios vſus, vt tenentur ſuperflua ſuorum beneficiorum expendant, neque illorum cupiditate ea ſibi retineant, vt ſupra dictum eſt, & Nauar. in Apol. quæſtio. 3. monit. primo, & alii rectè affirmant.

Ab hac tamen concluſione, vt habetur, c. relatũ. 2. de teſt. excipiter, niſi de modica aliqua quantitate rerum mobilium teſtetur, relinquendo illa pauperibus aut religioſis locis, vel illis, qui viuenti ſeruierunt, ſiue conſanguinei illi ſint, ſiue alii, iuxta ſeruitii tamen meritum. Hoc enim vt ibidem Alex. III. ait, conſuetudine non improbanda eſt introductũ. Id tamen intelligo, quando quod ita in recompenſationem ſeruitii relinquitur, ex iuſtitiæ rigore non eſt debitum, ſed ſolum ex quadam morali honeſtate, ac gratitudine, id namque totum, quod in recompenſationem ſeruitii de iuſtitia eſt debitũ, & quodcunque aliud defuncti de iuſtitia debitum, eſto multum ſit ſoluendum, eſt de reditibus beneficii, ſiue defunctus id in ſuo teſtamento, aut quacunque alia vltima voluntate expreſſerit, ſiue non, vt habetur c. præſenti, §. porro, de offic. ord. lib. 6. Quin & id in cõpetenti talis beneficiarii vſque ad vitæ terminum ſuſtentatione computatur, ac includitur.

A Bona beneficiarij defuncti, de reditib. beneficij poſt congruam illius ſuſtentationem remanentia, de iure in corpore canonici iuris inſerto, ad Eccleſiam pertinent, in qua ille erat beneficiarius, capit. placuit, 12. q. 3. c. 1. 12. q. 4. cap. 1. & c. fixum 12. q. 5. c. 1. & cap. cum in officijs, de teſt. Nomine autem Eccleſiæ (ſi ille erat canonicus, qui de capitulari mẽſa reditus ſui canonicatus habebat) intelligitur canonicorum collegium, ſuntque inter canonicos bona illa diuidenda. Ita hr̃ c. relatum, 2. de teſtamẽtis. Idẽ eſt de quacunque dignitate Eccleſiæ, ſi in capitulari menſa habeat portionem. Præcisè tñ quoad id, quod remanet ex ea portione; non verò quoad alios reditus, ſi quos dignitas illa ex aliquo alio beneficio, aut aliunde habeat annexos: hi namque pertinent ad ſucceſſorem in eadem dignitate.

Quod ſi ſit beneficiarius alius quicumque qui de communi capitulari menſa tanquam pars communitatis illius non accipit reditus ſui beneficij, tũc nomine eccleſiæ intelligitur ſucceſſor in beneficio, vt habetur eodem capit. relatum, 2. & cap. cum vos, de offic. ordin. & cap. præſenti, eod. titu. lib. 6. Niſi aliquid in Eccleſiæ vtilitatem ex eiſdem reditibus puta in fabricam eſſet expendendum, vt habetur capit. cum vos, citato, aut in vtilitatem defuncti, vel ad aliquem alium conſuetudine legitimè iam præſcripta, aut antiquo priuilegio, vel rationabilia alia de cauſa pertineat, vt cap. præſenti, citato habetur. Vbi etiam epiſcopis, alijſque eorum ſuperioribus eiuſmodi bona occupantibus ſtatuitur in pœnam, quouſque illa integrè reſtituant, ſuſpẽſio ab ingreſſu Eccleſiæ: cæteris verò Eccleſiaſticis perſonis ſuſpenſio ſimilis ab officio, & beneficio eo ipſo incurrenda. Quando aliquis in diuerſis Eccleſiis beneficia habet, quod de reditibus eo defuncto ſupereſt, arbitrio prudentes eſt diuidẽdum inter eos, ad quos iuxta hactenus dicta, reditus talium beneficiorum pertinent, vt habetur cap. relatum. 2. citato. §. vlt. &

C c. quia ſæpe, de elect. lib. 6. Capitulis, conuentibus, collegijs, & ſingularibus earundem communitatũ perſonis, quæ dum Cathedrales, & Regulares, ac Collegiatæ Eccleſiæ vacant, occupare, inter ſe diuidere, ſurripere, dilapidare, diſſipare, aut conſumere præſumunt bona à prælatis earum eccleſiarum relicta, vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem earundem eccleſiarum deberent expendi, vel futuris ſucceſſoribus deberent fideliter reſeruari, ſtatuitur pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio quouſque integrè illa reſtituant, eo ipſo incurrenda. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, vel indulgentijs, aut contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis iuramento, confirmationis ſedis Apoſtolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis, quæ omnia ibi reuocantur. Intelligendum tamen id eſt, de antecedentibus illud caput, non verò de ſequentibus.

D In Clement. ſtatutum, de electio. declaratur, id quod in c. quia ſæpe, ſtatutum eſt circa reſeruationẽ ſucceſſori prælato relictorum à prędeceſſore, & eorum, quę obuenerint tempore vacationis, non obſtãte, quod tempore talis vacationis iuriſdictio ad capitulum pertineat, intelligẽda eſſe, de quocunque etiam emolumento, quod ex iuriſdictione, & ſigillo curię eccleſiaſticæ vel ſæcularis, aut alias vndecunque ſi eccleſia non vacaret, ad pręlatum pertineret, non obſtante qualibet contraria conſuetudine; ita tamen, vt rationabiles deducãtur expenſę. Veruntamen, ſi in aliqua eccleſia, ſede vacante, ad ſingularem aliquam perſonam ratione dignitatis, de conſuetudiue, priuilegio, vel iure alio ſpeciali, iuriſdictio cum ipſius emolumento deuoluatur, non intẽditur ea conſtitutione pręiudicium vllum illi inferre, vt eadem Clem. ſubiungitur.

Spolia clericorum.

Poſtea verò extrauagantibus Pauli III. Iulij III. Pauli IV. Pij V. & Gregorij XIII. ſancitum eſt, vt ſpolia omnia clericorum ad cameram pertinerent Apoſtolicam. Nomine autem ſpoliorum clericorum intelliguntur, in primis, quæ illicita negotiatione, aut quocunque alio modo illicito à clericis acquiruntur. Hęc tñ bona cum ſolũ in pęnam computentur in ſpoliis, Cameræque Apoſtolicæ applicentur, nõ debentur ante latam ſententiã, ſed ad defuncti hæredes ex teſtamento, aut ab inteſtato pertinent. Deinde comprehenduntur quæcunque per mortẽ beneficiariorum remanent de reditib. beneficiorum poſt competentem beneficiariorũ ſuſtentationem, de quibus nobis eſt hoc loco ſermo.

Pius V. & Gregorius XIII. ſpolia extenderunt ad reditus beneficiariorũ oĩum a die vocationis eorum vſque ad nouam prouiſionem beneficij, eaque omnia Cameræ Apoſtolicæ applicauerunt. Gregorius XIII. extrauag. 34. ea etiam extendit ad oĩa bona, quę per mortem religioſorum extra clauſtra, cum licentia, aut ſine licentia degentium remanent, ſiue illa acquiſierint ex Eccleſiaſtico beneficio, ſiue ſua propria induſtria, ſiue donatione, iure hæreditario ex teſtamento, aut ab inteſtato, vel quacunque alia ratione. Voluit namque hæc omnia bona pertinere deinceps non ad monaſterium cuiuſuis religioſi, ſed ad Cameram Apoſtolicam tanquam ſpolia. Pius V. extrau. 48. ab ſpoliis excipit omnia, & ſingula ornamenta, & paramenta, ac vaſa, nec non miſſalia, & gradualia, ac cãtus firmos, & muſicæ, alioſque quomodolibet nuncupatos libros, & alias res ſacras, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoſcunque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, ſeu commendatarios, & alios quoſcunque, quæcunque & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel commendam, aut aliàs quomodolibet obtinentes, quocunque nomine, vel titulo cenſeantur, ad vſum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & capellis, vel oratorijs deſtinata, tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta ſub quibuſuis facultatibus teſtandi & alias diſponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores & ſucceſſores noſtros, ac nos ſub quibuſcunque tenoribus, ac firmis & cęt. conceſſis, eaque omnia applicat eccleſiis, aut monaſteriis, in quibus beneficia obtinuerint, aut q̃bus præfuerint, inualidatque qualcunque donationes, & diſpoſitiones circa eiuſmodi res ſactas, etiam aliis pſonis Eccleſiaſticis, aut locis piis ſint factæ. Ab ſpolijs ẽt clericorum ibidem excipit; quæcunq; ſcamna, cathedras, arcas, tabulas, & menſas, ẽt ligneas & lapideas, marmoreas ẽt, & quæcunque dolia, ſeu vaſa vinaria vacua & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica à clericis, etiam ex fructibus beneficiorum relicta. Item vt nullius beneficiarij cenſerentur relicta ſpolia, cuius beneficium non ſuperauerit annuos reditus 30. ducatorum auri de camera, vt ſupra relatum fuerit. Extrauagantes, in quibus hactenus dicta continentur, magna ex parte referuntur à Nauar. de ſpolijs clericorum à §. 5. & in collectione conſtitutionum à Grego. VII. vſque ad Greg. XIII. anno 1579. Romæ editam, ſunt Pauli III. 23. Iulij III. 6. 15. & 27. Pauli IV. 17. Pij IV. 10. Pij V. 1. & 48. & Greg. XIII. 5. 32. 33. & 34.

Licet negandum non ſit in Summo Pontifice eſſe poteſtatem diſponendi de his omnibus bonis Eccleſiaſticis, applicandique ex rationabili, & legitima cauſa hæc omnia ſpolia Cameræ Apoſtolicæ, aut alteri, rei, quæ in commune eccleſiæ bonum cedat, atque hæc omnia in Italia vſu ſunt re-

A cepta, quando ex peculiari facultate ſedis Apoſtolicæ conceſſum alicui non eſt teſtari de huiuſmodi bonis, & præterquam in beneficijs ſimplicibus in locis, vbi conſuetudine præſcripta, ac vigenti beneficiarij teſtari de illorum reditibus conſueuerunt, vt extrauag. Pij V. Gregorij XIII. & quorundam aliorum ſummorum Pontificum apertè excipiunt: in alijs tamen Hiſpanijs, præterquam in Luſitania, ſolum à multis annis eſt receptum, vt prælatorum ſpolia, quæ per illorum mortem de reditibus ſuorum beneficiorum remanerent, pertinerent ad Cameram Apoſtolicam, non verò aliorum beneficiorum, neque etiam redituum Epiſcopatuum à puncto vacaturæ vſque ad nouam epiſcopatus prouiſionem. In Luſitania verò, Gallia, Germania, & aliis prouincijs, receptum non eſt, vt vlla beneficiariorũ ſpolia, etiam prælatorum, ad Cameram Apoſtolicã pertineant, vt Nauar. in opuſculo, de ſpolijs clericorum, §. 9. num. 4. & §. 14. num. 4. affirmat. Fortaſſe

Spolia ĩ Hiſpanis, quæ ad cameram Apoſtolicã.

In Luſitania, Gallia, & Germania.

B Principes harum prouinciarum iudicarunt non expedire, vt tot bona de beneficijs ſuorum Regnorũ in Italiam extraherentur, & vt à collectoribus Cameræ ſedis Apoſtolicæ ſubditi ſuorum regnorum litibus, alijſque rationibus frequenti horum ſpoliorum exactione moleſtarentur, neque tam vrgentem eſſe Cameræ Apoſtolicæ neceſſitatem, vt id permittere tenerentur. Qua de cauſa neque Summi Pontifices ad alia ſpolia recipiẽda creare, ac deputare collectores conſueuerunt, quam ad ea, quæ vſu, & conſuetudine in vnoquoque loco recepta ſunt, vt ex eorum extrauagantibus citatis conſtat. Quamuis autem Greg. XIII. dum ſpolia ad bona omnium religioſorum extra clauſtrum ex hac vita decedentium extendit, vniuerſim loqui videatur de religioſis quorumcunque regnorum, atque vbiuis decedentium; neſcio tamen, an id extra Italiam ſit vſu receptum, vſuve recipietur. Quare quando caſus occurrerit, vſus ac conſuetudo loci ſunt requirenda.

C Vt verò deueniamus ad conſuetudines, quę ſunt, vt beneficiarij de bonis ex eccleſiaſticis beneficiis acquiſitis teſtentur, ſciendum eſt. In Hiſpanijs conſuetudinem non eſſe, vt prælati aliter, quàm ex ſpeciali conceſſione ſedis Apoſtolicæ, teſtentur etiã ad pias cauſas: vnde in Luſitania, quicquid poſt mortẽ prælati remanet ex epiſcopatu acquiſitum, id totum iuxta canones in corpore iuris inſertos, pertinet ad ſucceſſorem, in aliis verò Hiſpaniis ſpectat ad Cameram Apoſtolicam, vt dictum eſt.

Epiſcopi in Hiſpanis nõ teſtantur.

Quod ad reliquos beneficiarios attinet, antiqua eſt conſuetudo in regno Caſtellæ, quæ ad hodiernum vſque diem viget, non ſolum vt teſtentur ad libitum de bonis ex beneficiis acquiſitis, ſed etiam vt, ſi inteſtati decedant, hæredes eorum ab inteſtato non ſecus illis ſuccedant in eiuſmodi bonis, ac in aliis eorum patrimonialibus & propria induſtria acquiſitis. Hac de re legem tulerunt Carolus Quintus anno 1523. & Philippus Secundus Rex noſter anno 1566. qua hanc conſuetudinem aſſeruerunt, eamque ſeruari præceperunt. Porrò lex illa eſt hodie 13. tit. 8. lib. 5. in noua collectione. Eandem conſuetudinem eſſe in Gallia affirmant Couar. c. cum in officiis, de teſtam. nu. 9. & alii cum glo. in Pragm. Sanctione, titu. de annatis, §. item quod, verb. acquiſitis.

Alij beneficiarij teſtantur ĩ Caſtella de reditibus ſuorum beneficiorũ.

D

Gallia.

Eadem viget in tota Luſitania, vt conſtitutionib. epiſcopatuum pronunciatum eſt, tametſi, vt mox referam aliquantulum varient quouſque ea in diuerſis diœceſibus ſe extendat. Eandem ſupponere videntur ordin. huius regni lib. 2. titu. 8. §. penult. dum indiſtinctè ſtatuunt, vt ſi per mortem beneficiariorum, aut aliorum clericorum remanſerint bona aliqua immobilia, de quibus in vita non diſpoſuerint, pertineant ad proximiorem hæredem, & Io. tamen ter-

Luſitania.

tertius, 2. par. legum extrauag. titu. 2. l. 10. petente id Domino Ferdinando Olyſſiponenſi Archiepiſcopo, verba illa, anno 1553. in hunc modum explica. Declaro, *que a diſpoſiçaon do dito. §. ſe entenda ſomente nos benes patrimoniaes dos ditos clerigos, ou beneficiados, & em outros bens que a ſeus heredeiros pertencaon, & naon nos bẽs que elles acquiriren, ou ouueſſem per reazon da igreia*. Suſpicor autoritate Nauarri, qui tunc erat Conimbricæ, explicationẽ hanc fuiſſe adhibitam, quaſi conſuetudo efficere non poſſet, vt talia bona pertinerent ad hæredes beneficiariorum. Neque credo mentem Ioannis tertii fuiſſe, derogare conſuetudini, qua id iam tunc licitum eſſet, ſi in conſcientiæ foro, vi conſuetudinis iam præſcriptæ, licitum eſſe poſſe. Miror etiam Gamam decis. 313. & quoſdam alios Senatores ab eo ibidem relatos, vi ordinationum, §. illo pen. citato, adiudicaſſe quibuſdam hæredibus ab inteſtato Archiepiſcopi Olyſſiponenſis prędium quoddam de reditibus Archiepiſcopatus veriſimiliter acquiſitũ: cum tamen neque verba illius ordinationis tantopere cogant, vtpote quæ condita non fuit ad definiendum, ad quem prædia beneficiariorum, & aliorum clericorum poſt eorum mortem pertinerent, ſed ad impediendum ne illa obtinerent perſonæ eccleſiaſticæ, ſed ſi ad eas hæreditario iure deberent pertinere, tenerentur ea intra annum vendere, neque vnquam fuerit in hoc regno conſuetudo, non ſolum, vt ſimilia bona prelatorum ab inteſtato deuenirent ad ipſorum hæredes, ſed neque vt teſtari de illis abſque ſpeciali ſedis Apoſtolicæ facultate poſsent, etiã ad pias cauſas, nedum ad vſus profanos. Ad legem verò extrauagantem Ioannis tertii, quæ cum ſententia, quam tulerunt, pugnare videbatur, reſponderunt ſolum eſse intelligendam de bonis, quæ poſt eam legem cõditam poſt mortem beneficiariorum remanerent, non verò de illis, quæ ante illam legem conditam remanſiſsent, qualia erant bona, de quibus erat illa lis: cum tamen Ioannes tertius inde permotus fuerit ad eam declarationem adhibendã, quòd illi perſuaſerint, contrarium ex natura rei eſse iniquum, legemque proinde patris ſui Emanuelis aliter intellectam iniquam eſse.

Vt ex conſtitutionibus Eborenſibus, Olyſſiponenſibus, Bracharenſibus, & Conimbricẽſibus conſtat (idemque videtur eſse de aliis aliorum Epiſcopatuum) concors eſt cõſuetudo in hoc regno, quod ad beneficia omnia ſimplicia attinet, de quorum numero ſunt canonicatus, & portionarię, nempe ut beneficiarij teſtari poſſint de omnibus bonis inde perceptis, & vt ſi inteſtati decedant, hæredes ab inteſtato in illis omnibus ſuccedant.

Quod verò attinet ad dignitates, & beneficia curam animarum habentia, variant. Nam Conimbricenſes conſtitutiones ſub Domino Ioanne Soarez editæ titu. 24. idem ſtatuunt de beneficiariis, qui vel dignitates, vel beneficia cum cura animarum habẽt quod de habentibus ſimplicia beneficia. Olypponenſes editæ ſub Henrico Cardinali titulo 20. conſentiunt, ſi teſtamentum conficiant, ſi verò inteſtati diſcedant, ſtatuunt, vt omnia, quæ comperta fuerunt in bonis illius acquiſita ex eiuſmodi beneficiis, pertineant ad ſucceſsorem, qui tamen debita omnia defuncti tenetur inde ſoluere. Bracharenſes ſub eodem Henrico titu. vigeſimoprimo, definiunt, vt teſtari poſſint ſolum de dimidio eiuſmodi bonorum, reliquum verò pertineat ad ſucceſsorem. Si autem decedant inteſtati, dimidium, de quo poterant teſtari, expendatur pro anima defuncti, & reliquum pertineat ad ſucceſsorem. Denique Eborenſes ſub Domino Ioanne à Melo. titu. 20. idẽ quod Bracharenſes ſtatuunt, niſi quòd ſi beneficiarius inteſtatus moriatur, definiunt, vt dimidium, de quo

A poterat teſtari, pertineat ad ipſius hæredes. Audio tamen, poſt has conſtitutiones conditas, non ſemel fuiſſe Eboræ latam ſententiam, eiuſmodi beneficiarios teſtari potuiſſe de omnibus bonis ex beneficio acquiſitis, quaſi hæc, & non illa, quæ conſtitutionibus continetur, ſit antiqua eius Archiepiſcopatus conſuetudo. Quod examinare deberet Archiepiſcopus, compertoque rem ita habere, mutare deberet conſtitutionem. Quod attinet ad reditus ex beneficijs, tam ſimplicibus, quã non ſimplicibus nondum perceptis, quouſque ad defunctum, vel ad ſucceſſorem pertineant, & quouſque defunctus de illis potuerit teſtari, aut pertineant, vel non pertineãt ad ipſius hæredes ab inteſtato, variant conſtitutiones, ſtandumque eſt conſuetudini ac ſtatutis cuiuſcunque loci.

Antequam cætera, quæ circa has conſuetudines dicenda ſunt, ſubijciamus, obiter eſt inſerenda conſuetudo alia, quam in aliquibus Hiſpaniæ, & Belgię

B locis vigere refert Nauar. de ſpolijs clerico. §. 9. nu. 7. eſtque frequẽs admodum in dięceſibus huius Luſitaniæ Regni. Quando enim beneficiarius moritur, Epiſcopus de mobilibus, aut de ſe mouentibus bonis talis beneficiarij, eligit rem vnam, quam vult, ſiue illa mancipium ſit, ſiue mula beneficiarij, aut quæuis alia pretioſa res mobilis. Hanc in hoc regno Luctuoſam vocant, quòd ex lugenda defuncti morte proueniat: in Belgia verò, referente ibidem Nauar. Mortmain appellant, eo, quòd ob ſubditi mortem manu ſuperioris capiatur. Aliquibus in locis in hoc Regno ſolum accipi audio, quando beneficiarius defunctus beneficium habeat curatum, aut dignitatem Eccleſiaſticam, quæ beneficium curatũ habet annexum, in aliquibus verò alijs ad plures beneficiarios audio conſuetudinem hãc ſe extendere. Quin audio alicubi ſolui etiam Abbatibus, quorum Abbatijs beneficia aliqua ſunt annexa, eſſeque taxa

C tam certam pecuniæ quãtitatem quam pro Luctuoſa accipere debent. Conſulendus itaque eſt vſus, cõſuetudove cuiuſque loci hac de re.

Meritò Nauarr. de ſpolijs clericorum, §. 16. Luctuoſam cum ſpolijs clericorum computat. Neque credo conſuetudinem ſoluendi illam introductam fuiſſe quaſi in conſolationem prælati ob damnum ex morte beneficiarii ſibi ſubditi obueniens, vt Nauar. arbitratur, ſed cum difficile admodum beneficiarii contineri poſſent, ne teſtarentur de reditibus ſuorum beneficiorum, eoſque donarent, ac expenderent ut vellent, atque ex ſpoliorum, poſt ipſorum mortem exactione lites multæ, aliaque mala orirentur, nec melius ſucceſſores in beneficiis eiuſmodi ſpolia obtenta expenderent, quam prædeceſſores beneficiariis ipſis (vt liberi à ſpoliorum exactione poſt ſuam mortem remanerent) libenter annuentibus, introduxerunt prælati, vt ipſi, ad expenden-

D dum cum pauperibus, & in alia pia opera, acciperẽt pretioſiorem rem mobilem, quæ inter defunctorũ bona remaneret, quatenus ea ratione beneficiarii moderatam ſuppellectilem haberent, & ſaltem aliquid de ipſorum bonis in operib. piis inſumeretur.

Quia ergo luctuoſa cum clericorum ſpoliis eſt cõputanda, videturque habuiſſe ortum proximè explicatum, meritò Nauar. nu. 16. citato colligit, Epiſcopos non poſſe illam expẽdere in vſus profanos, quin arbitror ſub reſtitutionis onere teneri expendere pretium illius in vſus ſolum pios, neque eſſe dominos pretii illius, ſed diſpenſatores, neque propter redditus ex eiuſmodi Luctuoſis poſſe augere ſuſtentationem, alioquin congruam attenta qualitate, & attentis aliis reditibus cuiuſque Epiſcopatus. Iure ergo optimo Nauar. ibidem vitio vertit cuidam Epiſcopo, quòd cum in Luctuoſam ex bonis cuiuſdam beneficiarii defuncti accepiſſet mulam valoris

ducentorum aureorum, illico eam dono dederit cuidam cognato ſuo diuiti: quod intelligo, niſi aliunde compenſauerit in vſus pios, aut niſi quis dicat præſcriptione iam Epiſcopos effeciſſe illam ſuam, tamquam tributum bonorum talis defuncti.

Deinde colligit, Epiſcopum accipere non poſſe luctuoſam, quando beneficium defuncti non excedebat annuos reditus triginta ducatorum, iuxta definitionem Pii V. ſupra relatam. Addo, vniuerſim non poſſe illam accipere, quando conſtat nihil vltra congruam ſuſtentationem, aut vltra competens præmiũ pro laboribus, induſtria, & vtilitate beneficiarij, ſupereſſe de reditibus beneficiarij, quoniam in eo euentu nulla remanent beneficiarij ſpolia, vt dictum eſt.

Vlterius colligit prælatum accipere non poſſe in luctuoſam, rem vllam beneficiarij cultui diuino dicatam. Quod verum eſt, vbicunque vſu fuerit recepta extrauagans Pij V. ea in parte.

Etiam colligit non poſſe accipere in luctuoſam menſam, ſcamnum, aut aliquid aliorum, quæ Pius V. eadem extrauagante à numero ſpoliorum excepit. Extrauagantem tamen illam ea in parte ſolum intelligo, quando omnia bona beneficiarij defuncti, quæ non conſtat patrimonialia fuiſſe, aut acquiſita propria induſtria, & denique eſſe quaſi patrimonialia, vſurpantur tamquam ſpolia, vt in Italia vſurpantur Cameræ Apoſtolicæ a Collectoribus ſummi Pontificis, idque ne crudeliter agi videatur cum defuncti hæredibus. Non verò quando ſola luctuoſa loco ſpoliorum omnium à prælato accipitur. Ibidem admonet Nauarrus, ſi beneficiarius defunctus rem aliquam mobilem legauit alicui, eamque prælatus in luctuoſam eligat, non propterea reddi nullum tale legatum. Quoniam, vt recte probat, hæres tenetur rem illam redimere, ſi prælatus velit eam vendere, teneturque tradere illam legatario. Quod ſi prælatus non velit eam vendere, tenetur exhibere legatario iuſtam illius æſtimationem.

Quæſtio, Nauarriq; opinio.

His explicatis, vt ad id, vnde digreſſi ſumus, reuertamur. Nauar. in Apol. quæſtione prima, monito. 48. & 50. & quæſtione tertia, monito. 3. 4. & 5. cõſtanter affirmat nullam eſſe conſuetudinem, vt beneficiarij, qui Epiſcopi non ſunt, de fructibus ſuorum beneficiorum ad vſus non pios, teſtentur, neque ſi eſſet, vim vllam habere, vtpote iniquam & contra ius naturale: aitque Couar. cap. cum in officijs, de teſtamen. num. 9. hoc ſecundum eſſe communiorem Doctorum ſententiam, quos refert. Fatetur verò Nauarrus, monito. 3. citato, cum de iure ſolum humano ſit prohibitum beneficiarijs teſtari ad pios vſus, conſuetudinem præſcriptam tribuere poſſe illis ius teſtãdi ad pios vſus; & hanc ſolam vigere forte in Hiſpanijs, & alijs locis. Eodem modo, quæſtione tertia, moni. 6. & de ſpolijs clericorum §. 6. affirmat, poſſe quidem Summum Pontificem concedere beneficiarijs facultatem teſtandi de reditibus beneficiorum ad vſus pios, quia poteſt in quocunque iure humano diſpenſare, non tamen poſſe illis concedere facultatem teſtãdi ad vſus non pios, niſi ex rationabili, & ſufficiẽti cauſa, neque ſi aliter eam concedat vim vllam habere.

Couarr. & Iulij Clari.

Couar. num. 9. citato, Iulius Clarus libro tertio, ſenten. §. teſtam. quæſtio. 27. & multi alij, quos referũt, in cõtraria ſunt ſententia. Videlicet poſſe in primis Summum Pontificem concedere beneficiarijs facultatem teſtandi ad vſus non pios. Quin & eam conceſſiſſe ſatis, præter alia, conſtat ex extrauagantibus Iulij III. & Pij IV. quas Nauarr. ipſe de ſpoliis clericorum §. 6. & 7. refert, vbi pleniſſimam duo illi Summi Pontifices eam conceſſerunt clericis omnibus Romę, aut alibi in curia Summi Pontificis degẽtibus, cum expreſſione, vt in non pia, diuitibus, & co

A gnatis, etiam alioquin incapacibus, poſſent ea bona relinquere. Deinde in ea ſunt ſententia, vt dicant, validam eſſe conſuetudinem teſtandi de eiuſmodi bonis, etiam ad non pios vſus, eamque eſſe multis in locis, vt ex legibus ſecularium principium ea de re conditis ex conſtitutionibus epiſcopatuum, & ex tot grauiſſimorum virorum aſſertione conſtat, adeo vt mirandum ſit Nauarrum eam negare.

Quid de hac re ſententiamus, ſequẽtes concluſiones aperient. Sit ergo 6. in ordine in hac diſputat. Conſuetudo tribuere poteſt ius beneficiariis, etiam epiſcopis, teſtandi ad pios vſus de bonis de quibus loquitur quinta concluſio ſupra propoſita, & de quibus ſolis eſt hoc loco controuerſia. In hac concluſione conuenit Naurrus cum cæteris doctoribus, probarique poteſt facile. Quoniam, quod beneficiarii etiam Epiſcopi teſtari non poſſint ad pios vſus de eiuſmodi bonis, cum tamen toto tempore vitæ ſuæ habeant illorum adminiſtrationem, ſolum eſt de iure B poſitiuo humano, quod quemadmodum tolli poteſt per aliud ius humanum, & quemadmodum Sũmus Pontifex poteſt in eo diſpenſare, & quotidie diſpenſat cum epiſcopis vt teſtentur ad pias cauſas, ſic etiam derogari illi poteſt per contrariam conſuetudinem tempore ſufficienti præſcriptam. 6. Concl.

Septima concluſio. Conſuetudo legitimo tempore præſcripta, vt beneficiarii de eiuſmodi bonis ad libitum teſtentur, etiam ad non pios vſus, poteſt efficere validum eorum teſtamentum, & quamcunque aliam vltimam eorum voluntatem, ita vt hæredes, legatarii, & mortis cauſa donatarii, ius & dominium comparent eorum, quæ ad non pios vſus fuerint illis ita relicta, idque abſque vllo reſtitutionis onere. In hac diſſentimus a Nauarro, poſſumuſque eã probare. Quoniam, vt ſupra oſtenſum eſt beneficiarii ſunt domini redituũ ſuorum beneficiorum, ſolumque ex caritate, & non ex iuſtitia tenentur inſumere C in pios vſus bona, de quibus loquitur quinta concluſio propoſita: ergo ſi nullum vnquam fuiſſet ius poſituum humanum, quo facultas teſtãdi illis fuiſſe ſublata, irritumque eſſet factum quodcunque eorum teſtamentum de eiuſmodi bonis, ſanè integra eorũ adminiſtratio ac diſpoſitio, etiam mortis tempore, ad eos pertineret, & licet lethaliter peccarent contra ius naturale, vel in vita notabilem eorum quantitatem donando, ac inſumendo in vſus profanos, vel in morte eam in profanos vſus per vltimam voluntatẽ relinquendo, factum tamen teneret, vereque trãsferrent ius, & dominium, neq; donatarii, legatarii, aut hæredes ad vllam tenerẽtur reſtitutionem, vt ſupra de donatione facta inter viuos ad vſus profanos eſt oſtenſum: cum ergo conſuetudo legitimo tempore præſcripta vim habeat aduerſus quodcunque ius poſitiuum humanum, conſequens profecto eſt, vt vera ſit tota noſtra concluſio propoſita. 7. Conclu.

D Quod rem hanc obſcuram facit, multoſque fallit eſt, quod non attendant, aliud eſſe validè, aliud licitè fieri. Item contra ius naturale eſſe beneficiarios, etiam ſi domini ſint redituum ſuorum beneficiorũ, vel in vita, vel in morte inſumere in vſus profanos bona, de quibus loquimur; ſolo verò iure humano eſſe nullum eorum teſtamentum, etiam ad pios vſus, cum tamen (poſito quod ſint domini) valida ſit eorundem bonorum donatio inter viuos ad profanos vſus. Item aliud eſſe per conſuetudinem tempore ſufficienti inductam derogari iuri naturali, aliud vero iuri poſitiuo humano. Nos autem non dicimus conſuetudinem legitimo tempore inductam efficere poſſe, ut beneficiarii licitè, hoc eſt, abſque peccato, uel diſpoſitione inter uiuos, uel ultima uoluntate inſumant bona, de quibus loquimur, in uſus non pios: quoniam, ut ſupra oſtendimus, ea inſumere eo pacto, ex natura rei eſt

illici-

illicitum, atque adeò cõtra ius naturale, & aduerſus quod nulla conſuetudo vim habet: ſed ſolum dicimus, poſito quod ſunt eorum bonorum domini, quemadmodum valida eſt donatio eorundem bonorum inter viuos, & non pios vſus, tametſi illicitè fiat, ſic etiam validam eſſe eorundem bonorum diſpoſitionem per vltimam voluntatem ad non pios vſus exiſtente conſuetudine teſtandi ad quoſcunque vſus, tametſi illicitè, hoc eſt, cùm peccato ſimiliter fiat. Rationem verò, cur valida ſit, dicimus eſſe, quoniam ſolo iure humano ſublata fuit beneficiarijs facultas teſtandi, tam ad quoſcunquæ vſus, quàm etiam ad pios, irritumque factum eſt eorum teſtamentum: conſuetudo autem legitimo tempore inducta vim habent aduerſus ius humanum.

8. Concluſ. Octaua concluſio. Valida eſt conſuetudo, vt, ſi beneficiarij inteſtati diſcedant, bona eorum omnia, nihil impediente, quòd ex beneficijs ſint comparata, pertineant ad eorum hæredes ab inteſtato. Probatur, quoniam eadem eſt ratio de diſpoſitione expreſſa, & tacita: ſed exiſtente diſpoſitione iuris communis, vt eo ipſo, quòd quis inteſtatus diſcedat, hi vel illi ſint eius hæredes, ſanè, qui non condidit teſtamentum, tacitè cenſetur illlis relinquere ſua bona: ergo ſicut conſuetudo tempore ſufficiente inducta poteſt validam efficere vltimam beneficiarij diſpoſitionem expreſſam ad profanos vſus de bonis, de quibus loquimur, eſto illo diſponendo eo pacto lethaliter peccet; ita etiam poteſt efficere validam vltimam diſpoſitionem tacitam, eſto ſimiliter peccet non prouidendo in vita, vt bona illa in ſolos vſus pios iuſumantur, vt prouidere tenetur. Confirmatur, quoniam cum difficilè conſtet, quæ bona ex beneficio fuerint comparata, & quæ aliunde, & num beneficiarius potuerit aliquid compenſare ex fructibus beneficij ob ſumptus aliunde factos, præterea num parcè viuendo aliquid reſeruauerit de ſua congrua ſuſtentatione, & num plus fuerit promeritus de fructibus ſui beneficij, quàm congruam ſuſtentationem, cauſaque ſit multarum litium, & perturbationum in republica, qnòd ab hæredibus ab inteſtato eripi attentétur bona, quæ ex beneficij reditibus beneficiario ſuperfuerunt, neque ſucceſſores in beneficio ſoleant melius ea expendere, quàm prædeceſſores expenderint; ſanè valida eſt conſuetudo, vt ſi beneficiarij inteſtati diſceſſerint, omnia eorum bona pertineant ad hæredes ab inteſtato, iuſtaque eſt lex, quæ ad tollendas lites, & alia mala in republica, præcipit, eam conſuetudinem ſemel tempore ad id integro introductam ſeruari.

9. Concluſ. Nona concl. Negandum non eſt, hanc conſuetudinem in Hiſpanijs, & in aliquibus alijs locis eſſe introductam, ac præſcriptam, quicquid Nauarrus in contrarium dicat. Id ſufficienter probãt, quæ te ſextam concluſionem dicta ſunt.

10. Concl. Decima concluſio. Nihil impediente conſuetudine præſcripta, vt vel beneficiarii ad quoſcunque vſus teſtentur, vel ſi inteſtati diſcedant, hæredes eorum in omnibus ipſorum bonis ſuccedant, condere poteſt Summus Pontifex legem, ſi id expedire iudicetur, vt neque in poſterum poſſint beneficiarij teſtari de bonis, de quibus in his concluſionibus eſt ſermo, neque, ſi inteſtati decedant, ſuccedant in illorum bonis hæredes ipſorum ab inteſtato. Probatur concluſio, quoniam Summus Pontifex pleniſſimam habet poteſtatem ad diſponendum de bonis redituum beneficiorum, vt expedire iudicauerit, & ad abrogandas conſuetudines omnes introductas, & præſcriptas. Præſertim cum ſicut nullum humanum ius, ita neque ulla conſuetudo reſtringere poſſit poteſtatem Summi Pontificis, quæ eſt

A de iure diuino à Chriſto immediatè ſtatuta, ac conceſsa.

11. Concl. Vndecima concluſio. Nihil impedientibus conſuetudinibus introductis, lethaliter peccant beneficiarii, qui vel de notabili quantitate bonorum, de quibus loquimur, teſtantur ad vſus profanos; eáve relinquunt conſanguineis diuitibus, vel abſque fortuito aliquo euentu, diſcedẽdo ab inteſtato in cauſa ſunt, vt deueniant ad conſanguineos diuites. Probatur, quoniam, vt ſup. eſt oſtenſum, lethaliter peccãt contra ius naturale ea, dum viuunt inſumendo in vſus profanos; multoque maiori cum ratione peccãt lethaliter contra idem ius tacitè vel expreſsè tẽpore mortis eadem in profanos vſus relinquendo, quando plus conſulere tenetur ſaluti animæ ſuæ, neque ſupereſt aliud tempus, in quo id reſarcire poſſint ex alnis bonis, nec vlla conſuetudo poteſt uim habere aduerſus ius naturale, efficereque id eis licitum, vt dictum eſt: ergo nihil impedientibus conſuetudinibus introductis, lethaliter peccant beneficiarii, qui
B vel de notabili quantitate bonorum, de quibus loquimur, teſtantur ad vſus profanos, vel abſque fortuito, & repentino euentu ab inteſtato diſcedendo in cauſa ſunt, vt deueniant ad conſanguineos diuites. Confirmatur concluſio ex præcepto illo Concilij Trid. ſeſs. 25. cap. 1. de refor. quo beneficiariis omnino interdicit, ne conſanguineos ac familiares ſuos augere ſtudeant de reditibus eccleſiaſticis, ſed ſi pauperes ſint, illis vt pauperibus illos diſtribuant: quod ſanè præceptum æquè obligat ĩ beneficiariorum morte, per vltimamque eorum voluntatem, atque in uita per donationem inter viuos. Neque vſque ad hanc diem vlla poteſt eſse præſcriptio aduerſus illud, ergo lethaliter peccant beneficiarii, qui ad illos, aut ad alios deteriores vſus profanos, teſtantur de notabili quantitate bonorum, de quibus loquimur, vel diſcedendo ab inteſtato, in cauſa ſunt, vt
C eiuſmodi bona deueniant ad conſanguineos diuites. Conſentiunt ſatis cum hac noſtra ſententia cõſtitutiones huius Archiepiſcopatus Euorenſis tit. citato. Qui ergo conteſſiones beneficiariorum, tempore præſertim mortis audiunt, ad hãc noſtram concluſionem, quam non dubito eſſe veriſſimam, attendant.

Quando verò Ioan. XXII. in extrauag. ſuſcepti, de electione, quæ etiam habetur inter communes in titu. ne ſede vacante, approbat conſuetudinem, quæ erat in aliquibus locis, vt beneficiarius poſt mortem percipiat fructus ſui beneficii primo, aut etiam ſecundo anno, eidemque conſuetudini moderamen apponit, nihil omnino approbat contra hanc noſtrã ſententiam. Quoniam non concedit, vt illos percipiat ad diſponendum de illis ad vſus profanos, nec eſt quicquam vnde colligatur talem fuiſse conſuetudinem, ſed ſolum ad ſumptus funeris, & ad ſoluen-
D dum debita, atque ad alia opera in ſalutem animæ ſuæ. Lege Nau. in Apol. q. 1. monit. 48.

12. Concl. Duodecima concluſ. Fas eſt Summo Pontifici ex rationabili cauſa concedere beneficiariis, etiam Epiſcopis facultatem teſtandi ad vſus profanos. Vt ſi, quaſi in remunerationem pro munere optimè adminiſtrato, aut propter obſequium aliud eccleſiæ impenſum, id moderatè attentis circunſtantiis concurrentibus concederet, aut aliqua alia iuſta de cauſa. Probatur, quoniam habet pleniſſimam poteſtatem, non quidem ad diſſipandum, ſed ad diſpẽſandum eiuſmodi bona, atque adeò ex legitima cauſa, quę in bonum & ędificationẽ cedat eccleſię, poterit id concedere, vt Doctores communiter affirmant.

13. Concl. Decimatertia concluſ. Abſque rationabili cauſa nefas eſt eam concedere, neque vllius eſt vigoris, etiam ſi concedatur. Probatur quoniam

R 4 Sum-

Summus Pontifex non eſt dominus horum bonorum, ſed diſpenſator, neque conceſſa eſt illi facultas ad ea diſſipandum, ſed ſolum ad utiliter, & rationabiliter ea moderandum, atque expendendum. Quæ autem rationabilis, ac ſufficiens cauſa iudicanda ſit, prudentis arbitrio, attẽtis circunſtantijs concurrentibus eſt iudicandum.

14. Concl. Decimaquarta concluſio. Facultas teſtandi à Sũmo Pontifice non ſolum conceſſa abſolutè, ſed etiã quando dubium oboritur, intelligenda eſt ſolum ad pios vſus, vt Nau. in Apol. monit. 6. nu. 3. cum alijs affirmat, rectèque oſtendit, conſentit Molina lib. 2. de primog. cap. 10. num. 30. Quin eſto facultas concedatur teſtandi ad quoſcunque vſus, ſi non exprimitur, etiam ad profanos, intelligenda eſt ſolum de non profanis, vt ibidem ait Nauar. Quod ſolum credo eſſe verum, quando nulla apparet legitima ratio concedendi eam ad vſus profanos, aut aliunde res eſt dubia.

Dubium. Dubium eſt, an bona, quæ in Hiſpanijs remanẽt poſt mortem prælati, cenſenda ſunt acquiſita ex reditibus Epiſcopatus, pertinereque proinde ad Cameram Apoſtolicam, vel ad ſucceſſorem in hoc Luſitaniæ regno, an potius cenſenda ſint patrimonialia, aut acquiſita propria induſtria, & denique de numero eorum bonorum, de quib. ſupra oſtenſum eſt poſſe teſtari, pertinereque ad legitimos hæredes ipſius, ſi ab inteſtato diſcedat. Idem dubium eſt de bonis aliorum beneficiariorum, vel in Italia, vel in alijs locis, in quibus licitum illis nõ eſt teſtari de bonis ex beneficiis acquiſitis.

Satisfit. Breuiter eſt dicendum, quãdo conſtat prælatum nullum patrimonium habuiſſe, antequam ad Epiſcopatum promoueretur, neq; aliunde conſtat comparaſſe bona ſua induſtria, donatione, aut vltima volũtate alterius, præſumi bona omnia, quæ relinquit, acquiſita ex Epiſcopatu, neque plus probat, c. 1. de peculio clericorum. Quando autem conſtat habuiſſe patrimonium, aut coniecturæ ſunt comparaſſe bona propria induſtria, illive aliunde aduenisse, factaque eſſe ſua propria, iudicis arbitrio relinqui, attentis probationibus, & circunſtantiis omnibus concurrentibus, vt definiat quouſque cenſenda ſint acquiſita ex beneficio, & quouſque eſſe propria, & an in dubio aliqua eorum diuidẽda ſunt inter eccleſiã, Cameramve Apoſtolicam, ſeu ſucceſſorem in Epiſcopatu, & inter hæredes defuncti, ſemper tamẽ propẽdendum eſt, acquiſita ſunt ex beneficio, præſertim cum prælato ſit iniunctum, vt manifeſta habeat, quæ ſint ipſius, & quæ comparata habeat ex beneficio; & cum in fauorem eccleſiæ tanquam in rem magis piam, ſit ſemper propendendum: atque hoc ſolum eſt, quod ſonant nonnulla iura. Longiorem de hac re diſputationem habes apud Cou. c. ſi. de teſt. à num. 6. Iulium Clarum, q. 27. citata, & Gamam, decis. 313.

DISPVT. CXLVIII.

Beneficiarij an de bonis, de quibus teſtari non poſſunt, donare poſſint inter viuos, & quid de maioratibus ab eis inſtitutis.

Ponendum eſt, non ſolum beneficiarios alios, ſed etiam prælatos de bonis, de quibus præcedentibus diſputationibus oſtenſum eſt licitè poſſe in quoſcunque vſus teſtari, licitè quoque donare poſſe inter viuos, & inſtituere maioratus, eaque omnia valida eſſe, ſi fiant.

Licet autem in hac diſputatione ſermonem miſcebimus de ijs beneficiariis, quorum teſtamentum de reditibus Eccleſiaſticis conſuetudine (iuxta dicta diſputatione præcedente) eſt validum, præcipuè tamẽ loquemur de prælatis, alijſque beneficiarijs, quibus, vt eadem diſputatione oſtenſum eſt, teſtari non licet, & de inſtitutione maioratuum, ac donatione inter viuos, de ijs ſolũ bonis, de quibus teſtari non poſſunt. Vt verò dilucidior ſit diſputatio, dum de his poſteriorib. erit ſermo, ſolum faciemus mentionem de prælatis, qui ſoli in Hiſpanijs teſtari non poſſunt. Idem verò intelligatur de alijs beneficiarijs, qui in Italia, vel alijs locis teſtari non poſſunt.

Sit ergo prima concluſio. Si prælatus de bonis de quibus teſtari non poteſt, maioratum inſtituat per contractum reuocabilem, aut quouis alio modo reuocabiliter, inualida eſt talis inſtitutio, omniaque proinde bona illa pertinent, vel ad Cameram Apoſtolicam, vel ad ſucceſſorem, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro. Ita Molina lib. 2. de primog. c. 10. num. 31. Ratio eſt, quoniam talis contractus ac inſtitutio, cum reuocari poſſit, vim habet vltimæ voluntatis, nec aliter, quam morte diſponentis confirmatur: omnis autem vltima voluntas prælati de eiuſmodi bonis eſt ipſo iure nulla, vt ſupra oſtenſum eſt. 1. Concluſ.

Secunda concluſio. Si prælatus, dum proſpera vtitur valetudine, de eiſdem bonis, portioneque Epiſcopatus ipſi deputata, donet inter viuos ad vſus profanos, vel maioratum per contractum irreuocabilem inſtituat, lethaliter quidem peccat, valida tamen eſt donatio, ac inſtitutio in exteriori ac conſcientiæ foro, neque donatarius, aut qui maioratum acceperit, ad vllam tenetur reſtitutionem. Hæc eſt aduerſus Nauarrum, eam tamen ferè totam affirmat Molina loco citato nume. 32. manifeſtaque eſt ex diſputationibus præcedentibus, in quibus oſtenſum eſt, prælatum dominum eſſe horum omnium bonorum, & quamuis lethaliter peccet contra caritatem profanè ea expendendo, omnem tamen alienationem, quam inter viuos facit, validam eſſe, per eamque conferre ius, & transferre dominium, illudque comparare accipientem; eò qđ ſola diſpoſitio de eiuſmodi bonis per vltimam voluntatem ſit ita prohibita, vt ſit ipſo iure nulla. Aitque Molina loco citato nu. 34. receptam eſſe in tribunalibus Caſtellę. 2. Concluſ.

Tertia conclu. Idem omnino dicendum eſt, ſi beneficiarij illi, qui cõſuetudine teſtari poſſunt in profanos vſus de ſimilibus bonis inter viuos donent, aut maioratum inſtituant, quin etiam ſi contractu reuocabili, aut teſtamento illum inſtituant. Quod enim lethaliter peccent contra caritatem ita in profanos vſus de eiuſmodi bonis diſponendo ſiue inter viuos ſiue vltima voluntate diſputatione præcedente eſt oſtenſum. Quod verò valida ſit diſpoſitio eorum, etiam per vltimam voluntatem, morte tamen ipſorum ſubſecuta, transferatque ius, & dominium ex dictis eadem diſputatione, & alijs, præcedentibus eſt etiam manifeſtum. 3. Concluſ.

Quarta concluſio. Si prælatus in eo morbo cõſtitutus ex quo è vita deceſſit, pias aliquas donationes inter viuos de eiuſmodi bonis effecit, etiam ſi illæ magnæ ſint quantitatis, non ſolum laudabiliter ſunt factæ, validæque ſunt in foro conſcientiæ, ſed etiam in exteriori. Ita Nauar. in Apol. q. 1. monito. 81. & 82. Molina, capit. citato nume. 24. & alij, quos referunt. Probatur, quoniam ad eum pertinet adminiſtratio, & diſpoſitio, inter viuos de reditibus ſui Epiſcopatus, cum onere expendendi, quod vltra ſuam competentem ſuſtentationem ſuperfuerit in opera pia: cum ergo morbus hanc poteſtatem, & hoc onus iniunctum, ab eo non auferat, quin potius id onus arctius eum aſtringat, vt quod, dum ſanus erat, non impleuit, vt tenebatur, ſaltem tunc adimpleat, placareque ſatagat 4. Concluſ.

gat diuinam maieſtatem, boniſque operibus ſe præparare ad exitum ex hac vita, conſequens profecto eſt, vt laudabiles, validæque ſint eiuſmodi piæ donationes, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro, Præſertim cum multo melius ſit, vt tunc ſaltem opere fiant, quàm ea bona relinqui ſucceſſori in epiſcopatu, qui fortè minus vtiliter, minorique cum Eccleſiæ ædificatione, illa expendet. Doctrinam hanc merito extendit Nauarrus, etiam ad donationes remuneratorias, quæ ex gratitudine, honeſtateque morali ſunt debitæ. Atque ad prælatos, & beneficiarios regulares, qui licet dominium non habeant redituum beneficiorum, ſunt tamen diſpenſatores, & adminiſtratores eorum interim dum viuunt, ac proinde, in quæ opera pia poſſunt illos expendere dum ſani ſunt, poſſunt etiam dum morbo laborant, mortique ſunt proximi.

Quod in hac parte facit difficultatem eſt capitulũ ad hæc, de teſtamen. vbi Alexand. III. ait. Præſentibus innoteſcat, quod clerici de mobilibus, quæ per eccleſiam ſunt adepti, de iure teſtari non poſſunt: viuentes tamen, & ſui compotes, moderatè valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſtamenti, ſed eleemoſynæ intuitu erogare in ægritudine conſtituti. Ecce beneficiarijs in ægritudine conſtitutis ſolum concedit facere de rebus mobilibus moderatas eleemoſynas.

Ad hoc tribus modis reſpondetur. Primò ſolum argumento à contrario ſenſu colligi, inde non licere facere magnas eleemoſynas, inſumereq; multa in operibus pijs: argumentum autem à contrario ſenſu vim non habere, quando contrarium ex iure ipſo, reique ipſius natura conſtat, vt in re propoſita cernitur. Secundò, caput illud intelligendum eſſe non de reditibus beneficij, quorum beneficiarius eſt dominus, ſed de bonis proprijs Eccleſiæ, quorum beneficiarius eſt ſolum adminiſtrator: de ijs enim ſolum ei ægrotanti permittitur facere moderatas eleemoſynas de rebus mobilibus. Tertiò intelligendum eſſe, vt in foro exteriori non præſumatur fraus, factaſque eſſe donationes, cauſa mortis, hoc eſt, cum conditione, quod ſi beneficiarius viueret, ad eum reuerterentur. Ex his ſolutionibus, hæc vltima minus mihi placet, quam duæ priores.

5. Concluſ. Quinta concluſio. Si prælatus in eo morbo conſtitutus de rebus, de quibus loquimur, quicquam notabile donauerit in profanos vſus donatione inter viuos, vel irreuocabiliter maioratum inſtituerit, peccat lethaliter: donatio tamen, aut inſtitutio ſemel facta, valida eſt in foro conſcientiæ. Idem credo in foro exteriori, præſertim ſi traditio fuit facta, ceſſentque aliæ præſumptiones, quod occultè facta fuerit reuocabiliter. Quòd lethaliter peccet, ex dictis eſt manifeſtum. Quòd verò valida in foro conſcientiæ, ex eo probatur, quoniam prælatus dominus erat illorum bonorum, neque irrita reperitur in iure talis diſpoſitio inter viuos, potius quando fit tempore mortis, quàm quando fit dum incolumis eſt prælatus: oſtenſum autem eſt ſupra validam eſſe, ſi fiat, dum prælatus ſanus eſt. Doctores autem, qui concedentes prælatum dominum eſſe illorum bonorum negant diſpoſitionem illam validam eſſe in foro exteriori, ſolum ducuntur, quia præſumitur facta cauſa mortis, atque in fraudem, quod non permittatur teſtari: in foro autem conſcientiæ ceſſat præſumptio, ſi verè facta fuit irreuocabiliter. Vbi etiam duæ ſunt viæ diſponendi, nempe irreuocabiliter, ſeu inter viuos, & per vltimam voluntatem, vnaque via duntaxat prohibetur, ac irritatur, nulla profectò fraus aduerſus eam committitur, ſi via altera, quæ irrita non eſt reddita, eligatur. Ac ſanè, ſi id vllam vim

A habere in donatione inter viuos ad res profanas, vim quoque haberet in donatione inter viuos ad res pias: quandoquidem prælati tam ad pia opera, quàm ad profana, prohibiti ſunt teſtari.

Molina loco citato, numero quadrageſimo, idem ait eſſe in foro exteriori, neque donationem eſſe factam à prælato ægrotante, mortique proximo, ſufficientem eſſe præſumptionem, quòd facta fuerit cauſa mortis, ac reuocabiliter, idque probat ex verbis illis textus in l. Seia. §. pater. ff. de don. cau. mor. Eum, qui abſolutè donaret, non tam mortis cauſa, quam morientem donare. Vbi Bartolus (quem ſcribentes communiter ſequuntur) ait, ob eum textum, infirmum non præſumi cauſa mortis, ſed potius inter viuos donare, niſi vel de reddendo conueniat, vel mortis mentio fiat. Licet autem in communibus ægrotis, qui teſtari poſſunt, regulariter non ſit ea præſumptio, in prælatis tamen, quibus prohi-
B bitum eſt teſtari, negandum non eſt, eſſe aliquam, nec leuem præſumptionem: id quod Couarr. capit. cum in officijs, de teſtam. numero quinto, in poſtrema editione, etiam de donatione ad pias cauſas in ægritudine facta affirmat, & propterea nos adiecimus verba illa in concluſione, præſertim ſi traditio ſit facta. Intellige tamen eſſe præſumptionem, niſi ex circunſtantijs concurrentibus prudentis arbitrio elidatur, ac ceſſet.

DISPVT. CXLIX.

Contractus, alienationes, & promiſſiones iure humano, aut etiam naturali irrita, quando, accedente iuramenti confirmatione, obligent.

DIximus, qui, & quouſque teſtari poſſint. Dicendum nunc eſt, quando teſtamentum firmita-
C tem nanciſcatur, & quibus modis reuocetur. Vt verò circa primum commodius explicemus, an ex iuramento non reuocandi teſtamentum firmitatem aliquam ante teſtatoris mortem acquirat, principiaque habeamus, vnde in progreſſu huius operis ſimiles alias quæſtiones circa donationes, promiſſiones, atque contractus dirimamus, id, quod propoſitum eſt, hac, & ſequenti diſputatione erit examinandum.

Inprimis verò, antequam tradamus regulam vnde eiuſmodi quæſtiones ſint diſſoluendæ, præmittamus ex canonico, & ciuili iure exempla aliqua, in quibus alienationes, & pacta iure humano irrita, vires aſſumant ex iuramento, quo confirmantur.

Alienatio dotalis fundi inualida, niſi iuramẽto firmetur.

Primum fit, in fundo dotali, hoc eſt in re immobili tradita marito in dotem vxoris, abſque ea æſtimatione, per quam marito cenſeatur vendita: talis nam-
D que res ſi à marito perſeuerante matrimonio, etiam de conſenſu vxoris, illaque cooperante alienetur, aut ſubijciatur hypothecæ, totum eſt irritum, & inane, vt cum de contractu ſocietatis inferius erit ſermo, videbimus, nihilominus tamen, ſi vxor, neque vi, neque dolo acta, eam alienationem confirmauit iuramento, atque adeò ſe aſtrinxit illi non contrauenturam, neque eam rem repetituram, alienatio vi iuramenti valida redditur. Ita habetur cap. cum contingat, de iureiuran. capitu. licet mulieres, cod. titu. libro ſexto. Ratio eſt: quoniam lex ciuilis non præcipit vxori, vt cõtraueniat alienationi fundi dotalis, poſtquam eſt facta, remque illam repetat, quaſi peccet non contraueniendo, & non repetendo, ſed ſolum in illius commodum, & fauorem, annullat contractum talis alienationis, conceditq; repetitionem; quia ergo non contrauenire, & non repetere rem ita alienatã, neque in præiudicium eſt tertij, neque eſt malum, at-

que

que adeò ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt, fit, vt iuramentum, quo talis mulier in fauorem eius, cum quo ita contraxit, ad id ſe aſtrinxit, obligationem ſub periurij reatu inducat, non obſtante annullatione contractus ex iuris ciuilis diſpoſitione. Atque hæc eſt ratio, quam duo illa iura citata reddunt.

Idem in cõtractu minoris ſine ſolennitatib.

Secundum eſt, in contractu minorum ſine ſolemnitatibus iure ciuili requiſitis vt ſit validus, licet enim inualidus ſit, ſi tamen ſponte, hoc eſt, ſine vi, & metu, iureiurando confirmetur. firmus redditur, nec repeti poteſt, quòd ita alienatum fuerit. Ita habetur in authentica ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditorem; idque ex fundamento, ac ratione in præcedente exemplo reddita, quoniam iuramentum illud, cum non ſit de re illicita, ſeruarique proinde ſine diſpendio ſalutis æternæ poſſit, vim habet obligandi comparatione illius, in cuius fauorem eſt præſtitum.

Idem in remiſſione legitimi filij aut filiæ.

Tertium eſt, in pacto, quo pater cum filio, aut filia paciſcitur, vt contenta ſit tanta, vel tanta dote, quam ei, dum nubet, tradit, aut tali, vel tali portione, & nihil amplius in ſuam legitimam portionem petat. Licet enim eiuſmodi pactum nullum ſit iure ciuili, poſſitque talis filius, aut filia, eo non obſtante, petere poſtea complementum ſuæ legitimæ portionis, vt conſtat ex leg. pactum dotali. C. de collationibus, leg. ſi quando. C. de pactis, atque ex alijs iuribus: nihilominus, ſi à tali filio aut filia, neque vi, neque dolo ad id inductis, iuramento confirmetur, validum eſt, neque peti poteſt incrementum vſque ad integram legitimam portionem, quæ ſecluſo tali pacto, ei debebatur. Ita habetur capitulo quamuis pactum, de pactis, libro 6. redditurque eadem ratio, quia videlicet illius obſeruatio, neque in diſpendium ſalutis æternæ vergit, neque redundat in alterius detrimentum.

Quatuor iuribus citatis, dum ſtatuitur, prædicta pacta, ſi iuramento ſint confirmata, ſeruanda eſſe, ut vides, additur, modò qui ea iuramento confirmauit, non fuerit ad id inductus vi, metu, aut dolo. Ea autem verba non arbitreris idcirco fuiſſe addita, quaſi interueniente vi, metu, aut dolo in illis euentibus, fas ſit, non obtenta prius à prælato relaxatione iuramenti, non ſtare pacto, repetereque rem ita alienatam, id namque falſum eſſet. Etenim quando id, quod promiſſorio iuramento alteri homini confirmatur, illicitum non eſt ex parte eius, qui ad id ſeruandum iuramento ſe aſtringit, vt in omnibus illis euentibus cernitur, ſeruandum procul dubio eſt, eſto iuramento per vim, metum, aut dolum, atque adeo iniuſtè fuerit extortum, vniuerſim namque verum eſt, iuramentum alteri homini præſtitum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ eius, qui illud præſtitit, impleri poteſt, ſeruandum eſſe, niſi relaxatio talis iuramenti obtineatur: hac enim ratione, capitulo debitores, de iureiurando, ſtatuitur, vt qui iureiurando ſe aſtrinxit vſuras ſoluere, iuramentum adimpleat, poſtea tamen illas repetat, tanquam non debitas, iniuſtèque ab vſurario acceptas. Quin & c. ſi vero, de iureiurando, expreſsè habetur, iuramentum per metum extortum ſeruandum eſſe, ſed relaxationem tunc concedi poſſe per prælatum. Idcirco ergo verba illa addita ſunt, quia quando nulla facta eſt iniuſtitia ei, qui pactum, aut promiſſionem iuramento confirmauit, neque publica neceſſitas in bonum commune poſtulat, vt iuramentum relaxetur, ſanè, vt bene notat Caietan. 2.2. quæſtion. 89. articu. 9. non poteſt prælatus in detrimentum eius, in cuius fauorem eſt præſtitum, illud relaxare, quoniam iniuriam illi faceret. Niſi fortè poteſtatem, quam inferior habet, ad remittendam obligationem ex eo iuramento, ha-

A beret etiam ſuperior, aut id poſtularet bonum commune, quo pacto, vt Caietan. loco citato rectè ait, Summus Pontifex diſpenſat cum ijs, qui ſe aſtrinxerunt non ſumere ſuperiorem gradum extra vniuerſitatem, in qua ſuſceperunt inferiorem, vt nihilominus illum ſuſcipiant. Quare, cum in euentibus, de quibus iura citata loquuntur, ſupponatur, pacta illa nullam alioquin continere iniuſtitiam, ſtatuitur omnino ſeruanda eſſe, ſi iuramentum, quo confirmata ſunt, non fuit extortum vi, metu, aut dolo, quoniam tunc locum non habet iuramenti relaxatio, quæ per prælatum fiat; quando autem vis, metus, aut dolus interueniſſet, quia locum haberet relaxatio iuramenti, ſicut quando vſurario ſub iureiurando promiſſæ ſunt vſuræ, aut graſſatori centum ne iniuſtè interficeret; idcirco non ſtatuitur, ſeruanda tunc omnino eſſe eiuſmodi pacta tali iuramento confirmata.

His exemplis ex iure canonico, & ciuili præmiſ-
B ſis, & ex parte explicatis, hanc poſſumus ſtatuere regulam, qua diiudicetur, quando pactum, aut promiſſio, iure humano, aut etiam naturali irrita, ex promiſſorio iuramento, quo confirmatur, vires ad obligandum aſſumat. Quando promiſſorium iuramentum fit homini de re, cuius adimpletio illicita non eſt ex parte iurantis, ita quod abſque lethali, & veniali culpa, ſaltem ad ſuam redimendam vexationem, poteſt illam implere, obligatio conſurgit implendi, quod ita promiſſum eſt, eſto, ſecluſo iuramento, iure humano, vel etiam naturali, eſſet irritum, neque vllam vim obligandi haberet; quando verò eſt de re, cuius impletio ex parte iurantis illicita eſt ſaltem venialiter, nulla omnino conſurgit obligatio.

Regula quãdo iuramentum vires diſpoſitioni alioquin tribuat.

Ratio poſterioris partis huius regulæ eſt, quoniam iuramentum non eſt vinculum iniquitatis, quaſi obligare poſſit ad malum, contradictionem-
C que inuoluit, quenquam teneri aliquid facere, & peccare illud efficiendo.

Prioris verò partis hæc eſt ratio. Quoniam iuramentum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ, id eſt, ſine peccato, ſeruari poteſt, implendum eſt, vt iura citata docent. Quod intelligendum eſt, dum is, cui per iuramentum nos aſtrinximus, vult ſibi impleri, quod ita promiſſum eſt, atque adeò vult nos eo iuramento eſſe aſtrictos, vt D. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſtio. 89. artic. 9. ad 2. ait, & colligit id apertè ex capitulo primo, de iureiu. & dum ſuperior ex rationabili cauſa iuramentum non relaxat, eandem obligationem loco ſubditi, etiam illo contradicente ſimiliter remittendo.

Porrò, in Dei reuerentiam, naturali iure tenemur implere iuramentum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt, interim dum obligatio illius non remittitur, quatenus honos, quem Deo debe-
D mus, poſtulat, vt, quod ſub illius atteſtatione promiſſum eſt, impleatur, ne eam iniuriam illi irrogemus, vt in teſtem promiſſionis infidelis fuerit adductus.

Diſcrimen iuramenti Deo, & homini facti.

Verum enim verò priorem regulæ partem non immeritò reſtrinximus ad promiſſorium iuramentum homini factum, quoniam latiſſimum eſt diſcrimen, maximèque in multis quæſtionibus definiendis ante mentis oculos habendum, inter iuramentum promiſſorium Deo factum, quod proinde vim voti iuramento confirmati habet, & iuramentum promiſſorium factum homini. Cum enim promiſſorium iuramentum de re non illicita, eatenus ad ſui impletionem obliget, quatenus is, cui eſt præſtitum, vult id fieri, Deus autem in differentia in ſuum obſequium non velit, & ex duobus bonis præeligat, quod melius eſt, vtique ſi iuramentum Deo factum obligare debeat, neceſſe eſt, vt ſit de re moraliter bona, ſaltem ex ali-

qua

qua circunſtantia, & vt impedimento non ſit maiori bono: cum tamen, vt iuramentum homini præſtitum obliget, ſufficiat, vt non ſit de re illicita ex parte eius, qui illud implere debet.

Hinc oritur, quod ſi quis alicui mulieri ſub iureiurando ſe aſtringat, ducturum eam vxorem, teneatur id implere, nec poſſit manere in perpetuo cælibatu, eſto melius id eſſet, ſi tamen in genere ſub iureiurando promittat ducere vxorem, nulli in particulari ſe obligando, quia ſortitur rationem iuramenti, non homini, ſed Deo facti, manere licitè poteſt in perpetuo cęlibatu, eò quòd id melius ſit, niſi fortè, iuxta conſilium Pauli, ſpectatis omnibus circunſtantijs concurrentibus, melius tunc eſſet vxorem ducere, quàm vri, atque ex nimia infirmitate prolabi in multa peccata.

Aliud diſcrimen.

Aliud accipe diſcrimen inter vtrumque iuramentum. Quod relaxare Deo factum, pertinet ſine vlla controuerſia ad ſolas Eccleſiaſticas poteſtates, nempe ad Summum Pontificem, & ad alios prælatos, quando Summus Pontifex id ſibi non reſeruauit: Dei namque loco, tanquam ipſius miniſtri, per poteſtatem ab eo acceptam, ex rationabili cauſa condonant hominibus obligationem, qua ex voto, aut iuramento propria ſponte emiſſo, Deo aſtricti tenebantur, eaque ratione dicuntur diſpenſare in votis, ſiue iuramento ſint confirmata, ſiue non, vt alio in loco dicendum eſt. Relaxare verò iuramentum homini factum, in primis pertinet ad eum ipſum, cui tale iuramentum eſt præſtitum, vt paulò ante dictum eſt, & quando is tenetur illud relaxare, poteſt, & debet ad id compelli per poteſtates publicas, vt de vſurario, cui ſub iureiurando promiſſa eſt ſolutio vſurarũ, habetur cap. primo, de iureiurando. Nec dubito ad laicas etiam poteſtates ſpectare compellere illum, dummodo laicus ſit, & res, circa quam eſt præſtitum iuramentum, alioquin pertineat ad forum ſæculare, neque dubium ſit, an is teneatur iuramentum relaxare. Idem etiam affirmat Couar. 1. variarum ſol. c. 4. nume. 5.

Deinde relaxare immediatè ex cauſa rationabili, ac legitima idem iuramentum loco illius, etto ille non conſentiat, aut ignarus ſit, pertinet meo iudicio, tum ad Eccleſiaſticas poteſtates, tum etiam ad laicas, quando ille laicus eſt, idque poſtulat ciuile ac politicum bonum. In primis, quia quando res circa quam iuramentum, vel periurium verſatur, non tranſcendit naturalem, ac politicum Reipublicæ ſecularis finem, cauſa iuramenti, ac periurii mixti eſt fori, vt tractatu 5. oſtendimus, præſertim cum virtus religionis, cultuſque ac honor quantum lumen naturale docet, Deo debitus, finem non tranſcendat politicę, ac ſæcularis Reipublicæ. Præterea, quia quemadmodum ſæculares, qui de gremio ſunt Eccleſiæ, pleniſſimè ſubiacent poteſtatibus eccleſiaſticis, quantum bonum eorum ſpirituale, finiſque ſupernaturalis Eccleſiæ omnino poſtulat, poſſuntque proinde Eccleſiaſticæ poteſtates de eorum bonis diſponere, atque adeò nullo ſpectato eorum conſenſu, remittere obligationes vndecunque alij ipſis adſtricti tenebantur, & per conſequens relaxare iuraméta, quibus alii eis tenebantur: ſic etiam cum ſimili modo ſubiaceant poteſtatibus laicis, quantum poſtulat finis ac bonum politicæ, ac ſæcularis Reipublicæ ſanè exigẽte id communi bono Reipublicæ ſęcularis, poterunt laicæ poteſtates relaxare iuramenta, quibus alii aſtricti illis tenebantur, nullo expectato eorum cõſenſu. Quæſtionem hanc diſputat latè Couarr. cap. quamuis pactum, par. prima, §. tertio, a numero ſeptimo, varioſque citat Doctores pro vtraque parte, arbitraturque, non ad laicas, ſed ad ſolas Eccleſiaſticas poteſtates pertinere relaxare eiuſmodi iuramenta. At certè, ſi tam ipſe, quàm alii, ad noſtra fundamenta

A attendiſſent, non dubito, quin ſine vlla controuerſia noſtram amplexati fuiſſent ſententiam. Primum noſtrum fundamentum eſt, longè diuerſam eſſe rationem de iuramento Deo præſtito, & homini facto. Secundum relaxare iuramentum, non eſſe pronunciare, ac declarare, quòd in eo euentu ex natura rei non obliget; id quod Couar. concedit laicas poteſtates efficere etiam poſſe circa ſibi ſubditos in ijs, quæ ad politicum finem ſpectant, ſed eſſe, verè remittere obligationem, quæ, niſi per poteſtatem publicam, aut eum, cui præſtitum erat iuramentum, remitteretur, re ipſa, ſpectatis omnibus circunſtantijs concurrentibus perſeueraret. Tertium, ac potiſſimum, relaxare eiuſmodi iuramenta non eſſe condonare obligationem, qua is, qui iurauit, naturali iure tenebatur, non eam irreuerentiam, atque iniuriam Deo inferre, vt eum adduxerit in teſtem infidelis promiſſionis, quaſi manente adhuc infideli promiſſione, licitum ſit non ſeruare iuramentum,

B id namque cum iure naturali pugnat, quod proinde nulla ratione reddi poteſt licitum, ſed eſſe condonare obligationem, qua ex tali iuramento tenebatur illi, cui eſt præſtitum, opere ipſi implendo, quod ſub eo iuramento promiſit: quando autem iuramentum factum eſt homini, homo ipſe poteſt relaxare talem obligationem, eam condonando iuranti, atque, eo ipſo deſinit eſſe infidelis promiſſio, eſto non impleatur, ſimilique modo poteſt ex rationabili, & ſufficiente cauſa eandem obligationem loco ſui ſubditi condonare, ac remittere ſuperior ea in parte illius, ſiue is Eccleſiaſtica, ſiue laica poteſtas ſit: quo fit, vt, ſi is, cui iuramentum eſt præſtitum (de vſuris, verbi gratia, ipſi ſoluendis) infidelis ſit ad Eccleſiæ iuriſdictionem non ſpectans: is verò, qui iuramentum præſtitit, Chriſtianus ſit, poſſit poteſtas laica illius infidelis relaxare Chriſtiano illud iuramentum, condonando illi loco ſui

C ſubditi obligationem, qua ex tali iuramento ei tenebatur, non verò poſſit Eccleſiaſtica poteſtas hominis Chriſtiani, qui iuramentum præſtitit, illud ei relaxare, quia cum nullam iuriſdictionem in eum habeat, cui eſt præſtitum, non poteſt loco illius condonare obligationem, qua Chriſtianus ex iuramento illi tenebatur.

Ex his colligo, quod cum ea poteſtas publica, quæ relaxare poteſt iuramentum ſibi ſubdito factum, poſſit etiam illud irritum reddere, impediendo ne ex illo obligatio comparatione ſubditi oriatur, eamve ipſo iure remittendo, vtique quemadmodum Eccleſia, poſtulante id fine ſupernaturali, condere poteſt leges, quibus pacta aliqua, promiſſiones, & renunciationes, quæ ſpectata ſola eorum natura, valida eſſent, irrita ſint, & nulla etiam ſi iuramento ſint confirmata, ſic quoque princeps ſecularis ſancire poteſt ſimiles leges, quando id

Irrita reddere poteſt iuramenta poteſtas non ſolum eccleſiaſtica, ſed etiam laica.

D exigit finis politicus, bonumque ſuæ Reipublicæ ſecularis.

Quod ad Eccleſiam attinet, exemplum habemus in Concilio Tridentino ſeſſ. vigeſima quinta, capitulo decimoſexto, de regularibus, vbi, propter incommoda, quæ ex eo oriebantur, quòd nouitij, interim dum probationis tempus perſeuerat, retardarentur ab ingreſſu, ſi ſtatus ille eis non placeret, formidando ſe non habituros in ſæculo ea omnia bona, quæ erant habituri, ſi ingreſſi non fuiſſent monaſterium, eaque ratione ducti profeſſionem emitterent, quam alioquin non forent emiſſuri, inter alia ſtatuitur, vt ſiue mares ſint, ſiue fœminæ, nulla eorum renunciatio, aut obligatio facta ante eorum profeſſionem, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius vicarij fiat, intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non alias intelligatur

tur effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter verò facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus. Hæc Concilium ibi. Non dubito autem id locum etiam habere, in renunciationibus factis ante ingreſſum in nouitiatum, aut etiam in monaſterium, modò factæ ſint animo ingrediendi monaſterium, diſponendique de bonis ad ipſum pertinentibus intuitu talis ingreſſus: eò quòd finis legis ad hæc etiam ſe extendat. Crediderim tamen eam renuntiationem, aut diſpoſitionem, ſiue ante nouitiatum, ſiue in ipſo nouitiatu factam, vim habere, quæ fieret ſub conditione profeſſionis, aut, in noſtra ſocietate, votorum poſt probationem peractam. Ratio eſt, quòd hæc neque eſt abſoluta, neque ſimpliciter diſpoſitio ante profeſſionem, cum non, niſi illa ſecuta, firma ſit, & valida, neque vllum impedimentum omnimodæ libertati profeſſionis afferat, atque adeò nihil fini illius legis obuiet, ſicut etiam, nihil illa lege impediẽte, valida eſt diſpoſitio bonorum nouitij per vltimã voluntatem, ſiue illa tempore nouitiatus, ſiue ante nouitiatum fiat.

Quod ad poteſtates verò laicas, exemplum habemus, tam de iure huius Luſitaniæ Regni, quam de iure Regni Caſtellæ. Quia enim, quando cauſa alioquin ſpectabat ad ſolum forum ſeculare, ſi iuramentum interuenit, ratione illius pertinet etiam ad Eccleſiaſticum, vt habetur capitulo primo, de for. compet. libro ſexto, atque fit mixti fori, idque in cauſa erat, vt cum detrimento iuriſdictionis ſecularis multæ laicorum cauſæ ad forum Eccleſiaſticum aduocarentur, libro quarto, nouæ collect. titu. primo, l. vndecima, & duodecima, ſancitum eſt in Regno

Ius Caſtel.

Caſtellæ, vt in obligationibus, & contractibus non apponatur iuramentum, idque ſub grauibus pœnis tam ex parte eius, qui ſe iuramento aſtringit, quam creditoris, atque etiam tabellionis, qui ea de re confecerit inſtrumentum, & inſuper ſtatuitur, vt talis contractus, & obligatio, ita iuramento confirmata, nulla ſit. Vbi vides, obligationem iuramento confirmatam irritam eſſe iure ciuili, idque in pœnam, atque vt ſubueniatur iuriſdictioni Reipublicæ ſecularis. Neque videtur id condemnandum, quicquid nonnulli dixerint, quos Aluar. Valaſc. conclu. nonageſima nona, refert, cum fas ſit principibus ſecularibus ſuam, Reipublicæque ſibi commiſsæ tueri ſecularem iuriſdictionem, ſuis ſubditis prohibendo, ne quicquam efficiant, vnde illa impediatur, aut minuatur. Eiſdem tamen iuribus permittitur, vt in contractibus, quibus laici conducunt reditus Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum, apponi poſſit iuramentum. Permittitur etiam, vt in contractibus, qui validi non ſunt, niſi iuramento confirmentur, poſſit etiam apponi. Item vt in compromiſſis, & contractibus dotis, aut arrharum, necnon in venditionibus alienationibus & donationib. perpetuis, apponi poſſit iuramentum.

Ius Luſit.

De iure verò huius Luſitaniæ Regni libro quarto ordinat. titu. tertio, omnino prohibetur, ne apponatur iuramentum in quocunque contractu, obligatione, conuentione, promiſsione, remiſsione, aut quouis alio diſtractu, ſiue hæc verbo, ſiue ſcripto fiant, & præter alias pœnas vtrique contrahentium, ac tabellioni impoſitas, ſtatuitur, vt ſint hæc eo ipſo nullæ. Eſtque in praxi receptum, vt nihil omnino excipiatur. Vnde quando iuramentum eſt apponendum contractui, aut renunciationi, quæ ſine iuramento ſunt ipſo iure nulla, petitur prius facultas a rege. Multa circa eiuſmodi iuramentum controuertit Aluar. Valaſc. concluſ. nonageſima nona, citata, a quorum examine ſuperſedendum hoc loco duxi.

Iuxta hactenus dicta, quando iuramento ſunt

A confirmata contractus, aut promiſſio de re non illicita ex parte eius, qui iuramento ſe aſtrinxit, & nihilominus is arbitratur, eum, cui ita ſe aſtrinxit, non poſſe tuta conſcientia rem illam recipere, aut retinere, vt ſi vſurarius ſoluere promiſit, aut contractus fuit alia ratione iniuſtus, vel graſſatori centum promiſit, ne ſe iniuſtè interficeret, ſanè quemadmodum is, cui tale iuramentum eſt præſtitum, facultatem poteſt concedere, vt, non obſtante iuramento, res iudicio diſcutiatur, iuſta ne ſit, an non, ita poteſtas publica poteſt eandem concedere, arbitrorque iuxta hactenus dicta, non ſolum Eccleſiaſticam, ſed etiam laicam poteſtatem, quatenus id poſtulat bonum ciuilis Reipublicæ, poſſe eam concedere.

Iuramenti materia illicita ne ſit, vnde expendendum.

Vt ad priorem partem regulæ propoſitæ regrediamur, interrogabit aliquis, vnde iudicandum ſit, an id quod iure humano, aut etiam naturali eſt irritum, & iuramento confirmatur, illicitum ſit, an non, ex parte eius, qui iureiurando illud implere ſe aſtrinxit, vt B intelligatur, vtrum ex iuramento conſurgat, aut non conſurgat obligatio id implendi. Reſpondeo, non aliunde, quàm ex natura ipſa rei, & ex circunſtantijs concurrentibus, atque ex diſpoſitione iuris poſitiui. Si namque ex natura rei & circunſtantijs concurrentibus rationem culpæ non habet comparatione eius, qui ſub iureiurando id implere promiſit, neque ius poſitiuum id prohibet lege, quæ ſub culpa, ſaltem veniali obliget, tunc eſto irritum alioquin ſit, ſi confirmetur iuramento, conſurgit obligatio illud implendi, vt in exemplis de non repetendis fundo dotali, bono immobili ſine iudicis decreto, & alijs ſolemnitatibus requiſitis a minore alienato, de non petenda integra portione filio, aut filiæ debita, & de ſoluendis vſuris, aut re graſſatori promiſſa, nè iniuſtè interficiat, oſtenſum eſt: ſi verò ex aliquo horum capitum ſit, ſaltem venialiter, illicitum iuranti, tũc eſto C iuramento ſe aſtringat, nec tenetur id facere, nec ſine peccato poteſt. Verbi gratia, ſi quis vſurario ratione mutui, ſub iureiurando promitteret, ſe in die nuptiarum, aut alterius pompæ illius, geſturum veſtes ſericas lege poſitiua prohibitas, vtique non teneretur id implere, quia eſſet malum venialiter ex ſola legis poſitiuæ prohibitione. Idem eſſet, ſi poſt promiſſorium illud iuramentum ſuperueniret lex poſitiua, quæ id prohiberet. Longè verò maiori cum ratione eſt idem dicendum, ſi id, quod iureiurando eſset promiſſum ex ſe, aut ex circunſtantia ſuperueniente, eſset contra ius naturale.

Traditam regulam arbitror eſse longè meliorem ad iudicandum quando ex iuramento cõſurgat obligatio circa contractum, promiſſionem, ac alienationem ipſo iure irritam, quam ſint illæ, quas tradũt Barto. l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſs. Panor. capi. cum contingat, de iureiur. Couar. capit. quamuis pactum, D par. ſecunda, in initio, §. primo, & alij iuriſperiti quatuor illius iuribus ſupra citatis, in quibus mirum in modum variant.

DISPVTATIO CL.

An quando ex iuramento contractus, aut promiſſio ipſo iure nulla obligat, reuiuiſcat vis, quæ eiſdem ineſſet, ſi humano iure non eſſent irrita.

DVbitant Doctores, an quando obligatio conſurgit ex iuramento, quo confirmatur contractus aut promiſsio iure humano irrita, reuiuiſcat vis ipſa ad obligandum, quam idem contractus, aut promiſsio haberet, ſi irrita non eſsent iure humano, ita vt duplici ex capite tunc obligent, nempe ex iuramento, & ex natura propria talis con-

contractus, aut promiſſionis, an verò obligatio illis propria non reuiuiſcat, ſed obligent ſolum ex capite iuramenti. Barto. Panormitan. & communis doctorum ſententia, quam refert, & ſequitur Couar ruu. cap. quamuis pactum, par. 2. §. 1. numero ſeptimo, affirmant reuiuiſcere, ac proinde ex vtroque capite obligare. Faber verò, & multi alij, quos Couar. ibid. refert, cenſent non reuiuiſcere, ſed obligare ſolum ex capite iuramenti.

Obligatio duplex iuramento promiſſorio propria.

Vt paucis quid de hac re ſentiam dicam obſeruãdum eſt. In iuramento promiſſorio de re non illicita ex parte iurantis duplicem obligationem, ipſimet iuramento propriam, eſſe diſtinguendam. Vnam, omni eiuſmodi iuramento communem, primariam illique maxime innatam, qua iurans tenetur Deo, in ipſius honorem, ac reuerentiam, efficere, vt eum nõ adduxerit in teſtem falſæ, infidelis ve promiſſionis, implendo quod iureiurando promiſſum eſt. Alteram, quæ ex hac, ac proinde ex virtute religionis, naturaque promiſſorij iuramenti dimanat: non tamen vniuerſim, quaſi ſemper oriatur, ſed comparatione eius duntaxat, qui licitè, ac iuſtè, quod iuramẽto eſt promiſſum, poteſt accipere, ſine onere illud reſtituendi, quaſi ius ad id accipiendum, ſuumque efficiendum ex iuramento, quod ſibi promiſſum eſt, comparauerit. Eſt namque animaduertendum, quamuis ſemper ex eo promiſſorio iuramento, quod nõ eſt de re illicita ex parte iurãtis, oriatur obligatio per comparationem ad Deum, efficiendi, vt non fuerit adductus in teſtem infidelis promiſſionis, atque obligatio hæc, ratione promiſſionis adimplendæ, vniuerſim reſpiciat ſecundariò eum, cui iuramentum eſt præſtitum; tanquam cui ex ea obligatione implendum eſt iuramentum, interim dum ipſe, aut alius, qui illius loco id poſſit efficere, promiſſionem non remittit, habetve pro impleta, vt diſputatione præcedente dictum eſt; nihilominus non ſemper obligationem hanc concomitari aliam, ad quam iuramentum promiſſorium ſuapte natura ordinatur, atque eſt inſtitutum, nempe, qua iurans ita ei, cui iuramentum præſtat, vi talis iuramenti aſtringatur, vt ille ius ſibi comparet, ipſique debitum efficiatur, quod eo modo promittitur, idque arctius multò vi iuramenti, quam vi promiſſionis, cui iuramentum adiungitur. Quemadmodum enim quando contractus ſine iuramento celebratur, vt vi illius quis comparet ius, neceſſe eſt, ſit iuſtus: alioquin ex illo, ex ea parte qua iniuſtus eſt, nullum ius, aut dominium ſibi acquirit, & quemadmodum, vt vi promiſſionis, etiam acceptatæ, is, cui aliquid eſt promiſſum, ius ſibi compararet, neceſſe eſt, promiſſionem ex mera liberalitate procedentem ſpontaneam eſſe omnino, vt in progreſſu videbimus; ita profectò, vt quis præciſè ex ſibi præſtito iuramento compararet ius, neceſſe eſt, vt ex parte iurantis ſit omnino ſpontaneum, qui merè liberaliter ad id ex tali iuramento ſe velit aſtringere, quod nullo alio titulo debet. Hac ratione ex iuramento, quo quis metu graſſatori centum promittit, ne ſe iniuſtè interficiat, nullum ius comparat graſſator, ex iuramento etiam, quo quis vſuras promittit nullum ius comparat vſurarius, quia quemadmodum promiſſio fuit inuoluntaria mixtè, ita etiam iuramentum, quo fuit confirmata. Eadem ratione ex iuramento, quo quis venditionem confirmauit iniuſtam ex parte emptoris, quia res vendita fuit infra infimum pretium iuſtum, nullum ius ſibi comparat emptor, quo ad id pretij, quoad infimum iuſtum defuit: eò quòd, vt id retineat, nullum alium titulum habeat, quam tacitam donationem vendentis iuramento confirmatam: vendens autem inuoluntariè mixtè id tacitè donauit, ac iuramento confirmauit, quia non plus pretij reperit; cum tamen, neque donatio, neque iuramentum inuoluntariè mixtè ius tribuant donatario.

Eſt verò hoc diſcrimen apprimè notandum inter duas obligationes iuramenti promiſſorij explicatas. Quod prima, quæ communis eſt omni iuramento de re licita ex parte iurantis, & cuius tranſgreſſio efficit periurium, non tranſit ad hæredes, ſed eſt perſonalis, ac propria eius, qui iuramento ſe aſtrinxit, qui ſolus eſt periurus, niſi illud adimpleat. Quare, ſi is, qui iureiurando ſoluere vſuras, aut centum graſſatori ſe aſtrinxit, illa, dum viueret, non ſoluit: hæredes ad ſolutionem nequaquam tenentur. Secunda verò obligatio, quia per eam ius ſibi comparat is, cui ſub iureiurando aliquid promiſſum eſt, eſto id nullo alio titulo illi eſſet debitum, vtique tranſit ad hæredes, qui ſub reatu lethalis culpæ non ſecus ſoluere tenentur debitum illud, ac alia defuncti: non tamen ſunt periuri, eſto illud non ſoluant.

Iuramenti obligatio, quæ perſonalis eſt, nõ trãſit ad hæredes.

Quæ ad hæredes tranſeat, ſine periurij tamen periculo.

B Cum diſcrimine explicato hoc aliud eſt coniunctum. Quod ex ſola prima obligatione, neque oritur, nec conceditur actio ei, cui præſtitum eſt iuramentum: eò quòd nullum ius ad rem promiſſam ſibi ex illo comparauerit: quin potius cogetur iuramentum relaxare, vt diſputatione præcedente dictum eſt, & punietur pro qualitate criminis, vſurarii graſſatoris, aut alterius, quod, dum tale iuramentum extorſit, commiſit. Iudex tamen eccleſiaſticus, ſi is, cui præſtitum eſt, ad iuriſdictionem ipſius non pertineret, vt ſi infidelis eſſet, neque, vt teneretur, vellet iuramentum relaxare, vtique ex officio ſuo, vt animæ ſubditi, qui id præſtitit, conſuleret, & ſcandalum tolleret, cogere illum poſſet, ac deberet, vt iuramentum impleret. Ex ſecunda verò iuramenti obligatione conceditur actio, tum aduerſus eum, qui iurauit, tum etiam aduerſus hæredes illius, vt id impleant, quod ſub iureiurando promiſſum eſt, idque non ſolum de iure canonico, ſed etiam ciuili, vt ſuo loco in materia de contractibus oſtendimus. Cum enim eo ipſo, quod pollicitationi accedit iuramentum mere ſpontaneum, is, cui ita aliquid promittitur, comparet ius, vt quod promiſſum eſt, ſibi ſoluatur, efficiaturq; eo ipſo ſimpliciter illi debitum, idque etiam ſi pollicitatio, præciſè à iuramento ſpectata, non eſſet, qua quis ex iuſtitia, ſed ſolum ex fidelitate ac honeſtate morali, intra limites virtutis veracitatis, iuxta ea, quæ ſuo loco dicentur, intenderet ſe obligare; ſanè ex ſecunda obligatione iuramenti promiſſorij merito vtroque iure actio, tum aduerſus eum, qui iurauit, tum etiam aduerſus hæredes illius conceditur.

Iuramenti obligatio q̃ actionẽ tribuat, & quæ non.

C

Illud etiam eſt obſeruandum, quando is, qui ſub iureiurando ad aliquid tenetur, a iuramento abſoluitur, vt illo non obſtante poſſit ea de re cum eo iudicio contendere, cui ex tali iuramento tenetur, neutram obligationem ſimpliciter, atque omni ex parte relaxari, ſed ſolam primam ad eum tantum effectum, vt videatur, an etiam teneatur ex ſecunda, nec ne, atque etiam ſimpliciter, & omnino, ex hypotheſi tamen, quod comperiatur, non teneri ex ſecunda aduerſariumque iniuſte accipere, quod ſub iureiurando illi promiſſum eſt. Quo fit, vt ſi is, qui abſolutionem petit, conſcius ſit, aduerſarium iuſtè poſſe accipere, quod illi promiſſum eſt, abſolutio ſit nulla, peccetque lethaliter, non ſolum contra iuſtitiam, ſed etiam contra religionem peccato periurij, eo pacto iudicio contendendo, reſtituereq; teneatur aduerſario impẽſas, & damna inde illi ſubſecuta.

D

Iuramenti relaxatio, ſeu abſolutio ad effectũ agendi quid.

His iactis fundamentis, dicendum eſt, ex iuramento, quo confirmantur contractus, aut pollicitatio ſolo iure humano irrita, nõ reuiuiſcere vim obligandi

Iuramentũ reuiuiſcere nõ facit obligationem, pacti alioquin irriti.

gandi,quam ſi irrita non eſſent, haberent ex ſe, ſed accedere duplicem explicatam obligationem iuramenti, vnam per comparationem ad Deum, qua is, qui ſe ita iuramento aſtrinxit, tenetur ſub reatu lethalis culpæ periurij efficere,vt Deum non adduxerit in teſtem falſæ, infidelisve promiſſionis, & alteram,per comparationem ad eum, cui factum eſt iuramentum,qua eo ipſo, quod iuramentum ſpõtaneè eſt adhibitum, & adimpletio promiſſionis neque ex ſe, neque ex prohibitione iuris poſitiui eſt illicita, comparat ille verum ius ad id, quod ita eſt ſibi promiſſum, ac proinde efficitur ipſi omnino debitum. Quemadmodum enim, licet ex pollicitatione facta ex ſola fidelitate humana ſine promittentis animo obligandi ſe ex iuſtitia is cui fit, non comparet ius ſimpliciter aduerſus promittentem vt eã adimpleat, ac proinde nec detur ei actio,& tamen,ſi accedat iuramentum,comparat ius ſimpliciter, conceditur que illi actio, etiam aduerſus promittentis hæredes, vt quod ita promiſſum eſt,impleatur, ſubſecutaque traditione acquirat verum dominium,ſic ſanè,quamuis contractus, & pollicitatio iure ſolo humano irrita, nec tamen illicita,vim non habeant ad obligandum, ac proinde ex illis neque acquiratur ius, neque actio detur,ſi tamen confirmetur iuramento,eſto,interim dum ius humanum non reuocatur, vis propria non reuiuiſcat;quia tamen ex tali iuramento præter obligationem ad Deum, conſurgit alia peculiaris ad eũ, cui eſt præſtitum, ratione cuius efficitur ſimpliciter id ei debitum,quod cum eo conuentum,promiſſum ve illi eſt, vtique is,& verum ius comparat,& conceditur ipſi actio,tam aduerſus eum, qui tali iuramento ſe aſtrinxit,quàm aduerſus hæredes illius,ſubſecutaque traditione,acquirit verum dominium,Bartol. verò,Panorm. Couar. & cæteri contrariæ opinionis autores, inde ad eam amplectendam, ut eos legenti erit manifeſtum,ſunt permoti,quia iuramento de re non illicita,tam ex parte iurantis,quam eius, cui iuramentum eſt præſtitum, ſecundam illam vim ad obligandum à nobis explicatam non agnouerunt: quare, cum ex iuribus canonicis,& ciuilibus, reique ipſius natura,intelligerent ex contractibus, & pollicitationibus ſolo iure humano irritis, ſi iuramento confirmentur,comparari verum ius, eaque de cauſa canonico,& ciuili iure cõcedi actionem, coacti ſunt recurrere ad reuiuiſcẽtiam obligationis,quam ijdem contractus,& pollicitationes efficerent,ſi iure humano non eſſent irrita, cum tamen nulla ratio poſtulet, vt, interim dum ius quo irrita ſunt, non reuocatur, vis illa reuiuiſcat, iuramentumque quo confirmantur, vim habeat ad tribuendum verum ius, ex quo actio aduerſus promittentem, hæredeſque illius reſultet, vt à nobis eſt explanatum.

DISPVTIO CLI.

Teſtamentum an alia ratione, quam teſtatoris morte,firmum reddi poſſit, ſaltem, vt ſine lethali culpa nequeat reuocari.

Teſtamẽtũ vſq; ad mortem reuocari poteſt.

VT ad id, cuius gratia duas præcedentes diſputationes præmiſimus, accedamus. Receptiſſimum,indubitatumque eſt teſtamentum, ſaltem quãtum eſt ex ſe, ante teſtatoris mortem nullam habere firmitatem,quin pro teſtatoris arbitrio, non ſolum mutari addendo, minuendo, & corrigendo poſſit, ſed etiam integre reuocari,vt ex Pauli ad Heb.9.teſtimonio, diſputatione centeſima vigeſima quarta, oſtenſum eſt,& habetur cap.cum Marthæ.de celeb. Miſſa. Ait namque Vlpianus l.4.ff.de adimend. leg. Ambulatoria eſt volũtas defuncti vſq; ad vitæ ſupremum exitum:idemque ex pleriſque alijs iuribus conſtat. Quouſque autem id codicillis fieri poſſit,diſpu. 124.& 131.explicatum eſt.

A Illud verò eſt obſeruandum, quando quis in morbo, aut alio periculo conſtitutus, mortis metu teſtamentum condidit, quamuis periculum euadat, validum nihilominus manere teſtamentum, quando id aliàs non reuocauit, eſto poſt longiſſimum tempus è vita diſcedat. Ita colligitur ex l. vlt. C.de poſthum.inſtituend. & affirmant doctores communiter, eſtque vſu receptum. Contra autem res habet in donatione cauſa mortis, ſi namque in morbo, aut alio vitæ diſcrimine fiat, donatorque euadat, continuò donatio expirat, vt ſuo loco oſtendetur.

Dubium. Dubium verò eſt,ſi teſtator hac verborum forma vtatur, ſi ex hoc morbo è vita diſceſſero, ſit meus hæres Petrus, aut tale legatum Paulo relinquo, vtrum conualeſcente illo ex eo morbo, decedenteque poſtea ex alio, ſit nulla inſtitutio illa hæredis,

B ſitque nullum tale legatum, adeò, vt, ſi nullum aliud conficiat teſtamentum,dicendus ſit, diſceſſiſſe ab inteſtato.

Multi,quos Anton.Gom. ad l.3. Tauri, numero centeſimo vigeſimo ſexto,refert, cenſent inſtitutionem illam, ac legatum nulla reddi, eò, quod facta fuerint ſub illa conditione: inſtitutio autem ſub conditione,quæ in contrarium euenit,eſt nulla, vt multa iura probant. Anton. verò Gom.contrarium aſſerit,ductus,quod ſæpe ea verba apponantur,non animo conditionem inducendi,ſed exprimendi cauſam impellentem ad condendum tunc teſtamentum, diſponendumque eo pacto de rebus ſuis.

Satisfit. Dicerem,coniecturis prudentis arbitrio eſſe iudicandum, quæ fuerit mens teſtatoris. Et quidem ſi occurrent,quæ veriſimiliter perſuaderent,intendiſſe ſolum exprimere cauſam impellentem, validum tũc eſſe pronunciandum. Eiuſmodi eſſent,ſi poſtquam

C conualuit id teſtamentum retinuit, atque ſeruauit, tanquam in quo ſua vltima voluntas contineretur, aut ſi admonitus,vt teſtamentum conderet,reſpondit ſe habere id confectum. Imò ſeruaſſe illud vſque ad mortem, neque aliud in poſtremo morbo, cum poſſet condidiſſe,ſufficiens meo iudicio eſſet, vt validum iudicaretur, quando aliunde non eſſent veriſimiles aliæ coniecturæ, quòd diſcedere voluerit inteſtatus. Ducor, tum quia vt habetur l.in teſtamentis. ff.de reg.iu.in dubio,in fauorem validitatis illius eſt iudicandum. Tum etiam quoniam, cum in eo euentu præſumendum ſit, noluiſſe illum diſcedere ab inteſtato, certè ſeruaſſe vſque ad id tempus tale teſtamentum,neque aliud condidiſſe, indicium ſufficiẽs eſt vt iudicemus, ſeruaſſe illud tanquam in quo ſua vltima voluntas contineretur. Quando autem res eſſet prorſus dubia,ſtandum eſſet verbis teſtamenti, quæ conditionem potius, quàm cauſæ impellentis

D expreſsionem,ex ſe ſignificant.

Quæſtio. Dubium eſt hoc loco, vtrum ſi quis ita iuramento confirmet teſtamentum, vt ſe iuramento aſtringat nunquam illud reuocaturum, firmum maneat, nec poſſit deinceps reuocari.

Barto.& multi alij, quos Couarr.in rubr.de teſta. par.ſecunda, numero 15.refert,& Anton. Gom.ad l.3.Tauri.numero 95.ſequitur,quos etiam refert, ac videtur ſequi Molina 4.libro de primog.capi.2. numero 4.cenſent,non ſolum non manere firmum,ſed etiam teſtatorem pro libito abſque periurij reatu poſſe illud reuocare.

Reuocari poſſe abſq; periurio ſua detur. Primò. Ducuntur. Primò quoniam promiſſio non reuocandi teſtamentum eſt contra bonos mores, atque adeò illicita, vt conſtat ex l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig. cuius verba ſunt. Stipulatio hoc modo concepta ſi hæredem me conſeceris,tantum dare ſpondes,inutilis eſt,quia contra bonos

bonos mores eſt hæc ſtipulatio, ſed iuramentum de re illicita non obligat, eò quòd non ſit vinculum iniquitatis: ergo abſque periurio reuocari poteſt tale teſtamentum.

Secundò. Secundò, quoniam teſtamentum ſuapte natura, atque adeò de iure naturali, ac gentium eſt reuocabile, ſed promiſſio de re, quæ eſt contra ius naturale, eſt mala: ergo eſto confirmetur iuramento, non obligat.

Tertiò. Tertiò promiſſio de re, quæ impedit maius bonum, eſto confirmetur iuramento, non obligat: ſed non poſſe reuocare teſtamentum, impedit maius bonum, quia facilè occurrere poteſt melior de eiſdem bonis diſpoſitio, præſertim ſi circunſtantiæ varientur: ergo, eſto ſub iureiurando quis promittat ſe non reuocaturum teſtamentum, poterit licitè illud reuocare.

Quartò. Quartò iuramentum ſequitur naturam actus qui eo confirmatur, & licet arctius obliget, non tamen ad plura, aut in alio euentu, quam actus, qui eo confirmatur, obligaret: vnde qui iurat ſe ducturum aliquam vxorem, poteſt nihilominus ingredi religionem, aut ſi illa fornicetur, poteſt ducere aliam vxorem, eò quòd illa eadem promiſſio, ſi iuramento non eſſet confirmata, habeat tacitas illas conditiones, niſi ingredi voluero religionem, & modo tu talis ſis, ac talem te conſerues, qualis æſtimaris: iuramentum, quæ non in alio euentu obliget, quàm iuxta naturam promiſſionis: cum ergo teſtamētum ſit ſuapte natura reuocabile, conſequens eſt, vt, eſto iuramento confirmetur, maneat ſimili modo reuocabile.

Quintò. Quintò, quoniam his de cauſis Vlpianus. l. tertia, ff. de teſtamen. dixit, teſtamenti factio, non priuati, ſed publici iuris eſt; idque forma eius priuatorum pactis non læditur, & l. ſi quis in princip. teſtamenti. ff. de legat. tertio, habetur; Nemo eam ſibi legem poteſt dicere, vt à priori voluntate ei recedere non liceat: quare cum iuramenti vis iuriſconſultis ignota non eſſet, ſanè cenſuerunt, neque vi iuramenti teſtatorem poſſe ſibi impedimentum apponere, quominus liberè ac licitè mutare poſſet teſtamentum.

Hanc eandem ſentētiam ſecuti proculdubio ſunt, qui ordinationes huius Luſitaniæ Regni condiderunt, dum lib. 4. tit. 44. §. penultimo, inter alia, in quibus pœnam conuentionalem inualidam eſſe ſtatuerunt, connumerant, *quando ò contracto for aſſi por dereito reprobado, quæ por iuramento naon poſſa ſer confirmado; a ſicomo, ſe algun hom en prometeſe aoutro ſob certa pena de oſaſer eredeiro em parte ou em todo; oulhe fizeſſe doacam antre viuos ſob certa pena de todos ſeus bens moueis e deraiz auidos epor auer, naon reſeruando deles pera ſi couſa alguna.* Quia namque in eiuſmodi donatione à ſe auferret omnimodam teſtandi facultatem, cenſent ordinationes eiuſmodi donationem, etiamſi iuramento confirmetur, nullas omnino vires aſſumere; ſicut neque promiſſionem de conſtituendo aliquem hæredem, non reuocandive teſtamentum, in quo in toto, aut in parte eſſet hæres conſtitutus.

Teſtamētū de re nō mala iuramēto illud nō reuocandi firmatum, abſque periurio reuocari nō poteſt. Contrariam ſententiam, nempe teſtatorem non poſſe abſque periurij reatu reuocare teſtamentum, quod ſub iureiurando ſe non reuocaturum promiſit, aſſeuerant Couarr. par. ſecunda, citata nume. 15. Iulius Clarus 3. lib. ſentent. §. teſtamentum, quæſtio. 49. & communior doctorum ſententia, quam referunt, quæ nobis proculdubio eſt amplectenda. Eſt autem ſermo de teſtamento, quod nullam continet diſpoſitionem contra ius diuinum, aut humanum, ac proinde quod, ſi nullum tale interueniſſet iuramentum, poſſet teſtator abſque peccato, quēadmodum reuocare, ita etiam non reuocare. Ratio

A potiſſima eſt, quoniam nō reuocare tale teſtamentum, nihil mali continet, vt ſupponimus, eſto forte, aliquando conſilium eſſet, vt reuocaretur, & aliquid melius diſponeretur: ergo ſi iureiurando alicui homini in illius bonum id non reuocare promittatur, obligat eiuſmodi iuramentum, quod non eſt de re illicita ex parte iurantis, iuxta ea, quæ duabus diſputationibus præcedentibus oſtenſa ſunt. Quin ſi teſtator merè liberè iuramentum adhibuit, vtique is, cui eſt præſtitum, ius ſibi comparauit, vt ea promiſſio impleatur, vt diſpu. præced. comprobatum eſt, neq; in illius detrimentum, poteſt tale iuramētum per publicas poteſtates relaxari, quominus teſtator iuri ſatisfaciat, quod ille alius abſque ſua culpa cōparauit.

Secundò poſſumus idem probare, quoniam ſi teſtamentum conditum eſſet ad pias cauſas, teſtatorq; iuramento ſe aſtrinxiſſet illud non reuocare, proculdubio tale iuramentum vim haberet voti Deo facti, ac iuramento confirmati, vtpote de re moraliter bo-

B na, ac Deo grata; quis autem dubitet tunc culpam lethalem eſſe periurij, tranſgreſſioniſque voti Deo facti illud reuocare, niſi eſſet in melius, idque quia ſemper id Deo gratius eſt, quod eſt melius, vt diſp. 149. dictum eſt? Præſertim cum ius ciuile nullā vim habeat, vt inualidas reddat promiſſiones, ac diſpoſitiones ad pias cauſas, niſi approbante Summo Pontifice, & de iure canonico nihil reperiamus, vnde promiſſio Deo facta de non reuocando tali teſtamento inualida ſit, nedum, ſi ſimul etiam iuramento ſit confirmata: autores verò contrariæ opinionis aſſeuerāt, etiam ſi teſtamentum conditum ſit ad pias cauſas, & ſub iureiurando promiſſum ſit, illud non reuocare poſſe teſtatorem pro libito, & abſque vllo peccato id reuocare, & vel diſcedere ab inteſtato, vel condere aliud teſtamentum ad non pias cauſas.

Tertiò, quoniam licet ſtando in ſolo iure naturali, & gentium, nudum ac ſimplex quodcunque teſtamē-

C tum ſolemne, etiam ſi ad pias cauſas ſit conditum pro teſtatoris libito poſſit reuocari, atque adeò firmitatem ante teſtatoris mortem non nanciſcatur, idq; propterea quod ea ſit teſtamenti natura, ſi præcisè in ſe ſpectetur, nihilominus inprimis id non ſufficit, vt illud (poſtquam eſt conditum) non reuocare ſit malum, vt vlterius cum probabilitatis ſpecie affirmari poſſit promiſſionem, illud in gratiam hæredis non reuocandi, eſſe malam ex obiecto, ſtando in ſolo naturali, ac gentium iure, iuramentumque de illo non reuocando, ideò nullum eſſe, quod ſit de re ex ſe illicita, & contra ius naturale, vt autores contrariæ ſententiæ contendunt. Deinde illud idem non tollit, quominus ſuperueniente teſtatoris promiſſione omnino ſpontanea, aut etiam iuramento confirmata nefas, lethaliſque culpa periurij ſit ſtando in ſolo iure naturali, ac gentium reuocare tale teſtamentum, quoniam obligatio id non reuocandi non prouenit

D ex natura teſtamenti in ſe ſpectati, quod reuocabile eſt, ſed ex promiſſione aut iuramento ſuperadditis, quæ eam vim habent, niſi humano iure irrita reddantur: in re autem, de qua diſputamus, licet iuribus citatis irrita ſit promiſſio ſimplex, & contractus de teſtamento non reuocando, aut in futurum non condendo, etiam ſi pœna conuentionalis ſit appoſita, non tamen conſtat, iuramentum eſſe redditum nullum, neque vllus aduerſariorum affirmat iuramentum ex eo capite non obligare, ſed ſolum ex eo, quod ſit de re illicita, & contra bonos mores. Adde, eſto gratis datur tale iuramentum iure ciuili eſſe irritum, quia tamen ciuile ius nullam vim habet in diſpoſitionibus ad pias cauſas, & de iure canonico nihil reperitur, vnde vel vmbra ſit, iuramentum de non reuocando teſtamento ad pias cauſas eſſe irritum, ſanè nulla cum probabilitatis ſpecie verum eſſe poteſt, teſtamentum ad pias cauſas poſſe ſine

ſine teſtatoris culpa reuocari, etiam ſi iureiurando promiſerit ſe nunquam illud reuocaturum, quod tamen aduerſarij affirmant.

Quartò, quoniam licet concedatur, ius ciuile non ſolum irrita feciſſe promiſſionem, & pactum de teſtamento non reuocando, ſed etiam illa prohibuiſſe, atque adeò peccare teſtatorem, qui id ſpondet; nihilominus adhuc iuramentum de illo non reuocando eſſet de re licita, atque adeò ſub reatu periurij obligaret teſtatorem id non reuocare, quod magnopere in re, de qua diſputamus eſt aduertendum. Aliud quippe eſt non reuocare teſtamentum, aliud verò ſpondere illud non reuocare, illudque primum, neque malum eſt ex ſe, nec prohibitum iure poſitiuo, quicquid ſit de prohibitione ſecundi iure humano: qui autem iurat ſe non reuocaturum, aut non conditurum teſtamentum, non iurat, ſe id ſponſurum, quod exiſtente prohibitione iuris poſitiui, eſſet malum, ac proinde iuramentum ad id non obligaret, ſed illicitè contra poſitiuum ius ſpondendo, iurat ſe non reuocaturum, aut non conditurum teſtamentum, quæ illicita non ſunt. Itaque ad iudicandum, an promiſſorium iuramentum obliget, attendendum eſt ad id, ad quod quis tali iuramento ſe aſtringit, non verò ad promiſſionem, qua ſub iuramento ad id ſe aſtringit, & quidem quando id ad ſe aſtringit, licitum eſt, iuramentum obligat, eſto actus, quo ſe aſtringit, promiſſio ve iuramento confirmata, illicita ſit, non quidem ex obiecto, quoniam contradictionem inuoluit, id quod promittit, illicitum non eſſe, & promiſſionem eſſe illicitam ex obiecto, ſed ex diſpoſitione iuris poſitiui, qua talis promiſſio rationabili ex cauſa ſit prohibita. Rationes alias lege, ſi placet apud Couar. par. 2. rubricæ citata.

Ad primũ. Ad primum argumentum contrariæ opinionis negandum eſt, promiſſionem de non reuocando teſtamento eſſe contra bonos mores naturales, quaſi ex ſe, ſecluſo iure humano, ſit illicita, & mala ex obiecto. quod enim ea promittitur, non aliud eſt, quàm non reuocare teſtamentum, quod ſane, etiam hodie, ſtante iure poſitiuo, quod talem promiſſionem meritò irritam fecit, & fortè prohibuit, illicitum non eſt, ſolum ergo eatenus eſt contra bonos mores ciuiles, dignaque ſuaptè natura, quæ irrita poſitiuo iure reddatur, aut etiam prohibeatur, quatenus licet non reuocare teſtamentum (quod ea promittitur) malum non ſit, eſſe tamen teſtatorem per eam aſtrictum ad illud non reuocandum, bonum non eſt; quin potius contrarium ſe ſe offert, vt rationabilius, atque Reipublicæ expedientius, vt ſtatuatur. Tum ne, dum hæres ſcit firmum iam omnino eſſe bona talis teſtatoris ad ipſum deuentura, illi curet mortem, vt citius eiſdem potiatur, aut certè ingratus in alijs ei exiſtat. Tum etiam ne teſtator maneat velut ſeruus comparatione ſuorum bonorum, ſed integrum ſemper illi ante mortem ſit, ſi vel ex circunſtantijs ſuperuenientibus, vel aliunde, melior de ſuis bonis diſponendi ratio occurrerit, etiam pro arbitratu executioni mandare. Tum denique quoniam ſi eiuſmodi promiſſio irrita non eſſet, facilè inirentur contractus iniuſti de non reuocandis teſtamentis pro modico aliquo emolumento, extorquerenturque eiuſmodi promiſſiones inuoluntariè mixtè, ex quibus lites, & iniuſtitiæ orirentur. Quibus de cauſis, l. ſtipulatio hoc modo concepta, affirmauit eiuſmodi ſtipulationes, ac promiſſiones eſſe contra bonos mores, non naturales, ſed ciuiles modo explicato. Eſto autem concederetur eiuſmodi promiſſiones, non quidem ex obiecto, ſed ex circunſtantijs, malisve quæ ex illis imminent, illicitas eſſe ſuapte natura, & contra bonos mores, in eoque ſenſu concederetur ma-

A ior propoſitio, argumentum nihil concluderet: conceſſa namque etiam minori, neganda eſſet conſequentia, quoniam vt explicatum eſt, iuramentum non eſt de ea promiſſione facienda, quæ, eo dato, eſſet mala ex circunſtantijs, ſed de non reuocando teſtamento, quod malum non eſt, eſto promiſſio, qua id promitteretur, iure naturali eſſet mala.

Ad ſecundum, ſi maior intelligatur, quod teſtamentum ſpectata præciſè ipſius natura, ſtandoque in ſolo iure naturali, ſit reuocabile, interim dum nihil ſuperuenit, quod reuocari impediat, vera eſt: ſed tunc, conceſſa etiam minori, neganda eſt conſequentia, quoniam in re propoſita promiſſio de non reuocando teſtamento, quæ iuramento confirmatur, non eſt de re, quæ ſit contra ius naturale, cum non reuocare teſtamentum, neque contra ius naturale, neque malum ſit, etiam contra diſpoſitionem iuris poſitiui, vt oſtenſum eſt. Si verò B maior intelligatur, quaſi vel non reuocare teſtamentum ſit contra ius naturale, aut gentium, vel quaſi nihil poſſit ſuperuenire, quod illius reuocationem illicitam reddat, falſa eſt, ac neganda, vt ex dictis conſtat. Ad ſecundum.

Ad tertium, neganda eſt maior, quando promiſſio, & iuramentum homini fiunt, vt ex dictis duab. diſputationibus præcedentibus eſt manifeſtum, ſatis namque tunc eſt, ſi ſint de re non mala, atque illicita, eſto maius bonum impediant. Ad tertiũ.

Ad quartum dicendum, maiorem in primis non eſſe veram vniuerſim, quaſi nunquam iuramentum obliget, niſi quando promiſſio, aut pactum, ſecluſo iuramento obligaret: vt enim ex duabus diſputationibus præcedentibus liquet, ſæpe promiſſio eſt irrita, vel iure humano, vel naturali, & tamen accedente iuramento vi ſolum illius obligat. In eo autem ſenſu eſt vera, quod ſi promiſſio in ſe C ſpectata, aut pactum, habet tacitam aliquam conditionem, eandem etiam habet, eſto confirmetur iuramento, quoniam in eodem ſenſu cenſentur confirmata, quando aliud non exprimitur, atque hoc ſolum probant exempla adducta. Deinde, quod ad rem præſentem attinet, duobus modis poteſt teſtamento iuramento confirmari. Vno, apponendo ipſimet actui teſtandi iuramentum, quo dicatur, iuro me inſtituere Petrum hæredem, aut relinquere hæc vel illa legata his, aut illis, vel iuro hanc eſſe meam vltimam voluntatem, aut velle impleri, quæ in hoc teſtamento continentur, & tunc iuramentum non eſt promiſſorium, quo teſtator alicui ſe aſtringat, ſed eſt ſolum aſſertorium, quòd ea ſit ſua vltima voluntas, aut id velit impleri, poteſtque eiuſmodi teſtamentum, non obſtante tali iuramento validè, ac licitè reuocari. Quod ſi id argumentum contendat, libenter annuimus. Ad quartum.

D Altero, adhibendo actui teſtandi nouam promiſſionem, de eo teſtamento non reuocando, eamque iuramento confirmando, vel in obſequium Dei, quo pacto ea promiſſio rationem habet voti iuramento confirmati, vel in gratiam, & fauorem alicuius, quo pacto eſt iuramentum promiſſorium homini factum. Hoc iacto fundamento dicimus. Aliud eſſe quærere, an, non impediente tali iuramento, teſtamentum in hoc ſenſu ſit adhuc reuocabile, quod ſi teſtator id attendet, ac exequatur, amittet vim teſtamenti, & de hac re paulò poſt erit ſermo. Aliud verò, an ex ſuperaddita illa promiſſione iuramento confirmata, illicitum teſtatori ſit illud reuocare, vt nos aſſerimus, contrariumque huius nequaquam probat argumentum propoſitum.

Ad priorem partem quinti argumenti dicendum eſt, Vlpianum illis verbis ſolum voluiſſe, ſolemnita-

nitatem, & alia requiſita, vt teſtamentum ſit validum, non relinqui diſpoſitioni priuatorum, vt quocunque modo voluerint poſſint validè teſtari, ſed eſſe iuris publici præſcribentis in commune reipublicæ bonum, certas leges, & formam, aduerſus quam nihil valent pacta priuatorum: poteſt tamen ius diuinum naturale, quo quiſque ſeruare tenetur iuramentum de re non illicita, præiudicare alicui diſpoſitioni iuris humani ciuilis circa liberam teſtamentorum reuocationem. Ad poſteriorem verò partem dicendum eſt, nullam ibi fieri mentionem de iuramento non reuocandi teſtamentum, neque fortè in mentem iuriſconſulto illi tale iuramentum veniſſe. Quicquid autem conditores iuris ciuilis communis, aut Luſitani hac de re cenſuerint, ſanè eorum definitionibus non eſt ſtandum, eo quod res hæc non ad humanum ius, ſed ad naturale, ac diuinum ſpectat: quod ex naturis ipſis rerum, fideique principis, ad Theologos pertinet inueſtigare, ac explanare: ad ſummum verò Pontificem in canonico iure definire.

Dubium. Dubium eſt, quid ſi teſtator ſub iureiurando promiſit ſe ſoluturum certam pœnam, ſi teſtamentum reuocaret, poteritne ſine periurij reatu eam non ſoluere, eſto teſtamentum reuocauerit? Couarruu. in rubric. de teſtamen. parte ſecunda, numero decimo ſexto, cum alijs, quos refert, cenſet tale iuramentum nullam inducere obligationem ad pœnæ ſolutionẽ. Fundamentum illius eſt, quoniam le. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. cenſetur contra bonos mores, atque illicitum, quenquam pœnæ adiectione velle alterum aſtringere ad certam hæredis inſtitutionem: iuramẽtum verò nullam ad id, quod illicitum eſt, obligationem inducit. Idem affirmat de pœna appoſita non ſtantibus ſponſalibus, de qua capitulo Gemma, de ſponſalibus dicitur, eſſe ipſo iure nullam, eo quod matrimonia libera eſſe debeãt.

Pœna iuramento promiſſa, ſi teſtamẽtũ reuocet, debecur eo reuocato. Ego non dubito contrarium eſſe affirmandum. Primò, quoniam ſoluere eam pœnam non ſecus illicitum non eſt ex parte promittentis, quam ſoluere vſuras, aut centum graſſatori, ne iniuſtè interficiat, ſed quando vſuræ, aut centum graſſatori ſub iuramento ſunt promiſſa, is, qui promiſit, tenetur ſub reatu periurij ea ſoluere, niſi prius iuramenti relaxationem obtineat, vt ex capitulo debitores, de iureiurand. & ex ijs, quæ duabus diſputationibus præcedentibus dicta ſunt, conſtat: ergo, eſto peccauerit, qui ad talem promiſſionem teſtatorem induxit, teſtator tamen ſub reatu lethalis culpæ tenetur implere, quod ita ſub iureiurando promiſit, niſi relaxationem obtinet. Secundò, quoniam abſque vlla culpa eius, cui ſub iureiurando eſſet facta talis promiſſio, potuit teſtator illam efficere, vt ſi ex nimio amore, quo hæredem tunc proſequebatur, aut patrem illius, teſtator ſua ſponte, nemineque id ei ſuadente, eam pœnam ſub iureiurando promiſiſſet: ergo tunc mala non eſſet, etiam ex parte eius, cui eſt facta. Tertiò, quia non ſolum ſolutio pœnæ, ad quam teſtator iuramento ſe aſtrinxit, mala non eſt ex ſe, ſed neque promiſſio ipſa, quaſi ſecluſo iure humano vllum ſint peccatum: ſolum vero ſunt contra bonos mores ciuiles, quatenus inde nata ſunt ſequi aliqua mala: atque ea tantum de cauſa promiſſio pœnæ, & pœna ipſa, irrita ſunt iure humano, vt de promiſſione non reuocandi teſtamentum affirmat ipſe Couarruu. ergo eo ipſo, quod iuramento confirmata ſunt, cõſurgit obligatio illas implendi, nihil omnino impediente irritatione illa humani iuris; ſicut etiam de promiſſione non reuocandi teſtamentum concedit Couarru.

Idem de pœna, ſi nõ ſteterit ſpõſalibus. idemque dico de pœnæ promiſſione ſub iuramento non ſtantibus ſponſalibus. Licet enim canonico iure promiſſio talis pœnæ, pœnaque ipſa, irrita ipſo iu-

A re ſint, non tamen iuramentum, ſi eo confirmatur; neque cap. Gemma loquitur, niſi de ſtipulatione pœnæ ſine iuramento.

Quæſtio. Dubium deinde eſt, ſi quis iureiurãdo ſe aſtrinxit non reuocaturum teſtamentum à ſe conditum, poſtea verò conficiat alterum, in quo illud reuocet, an, licet ſit periurus, valida tamen ſit talis reuocatio.

Hoſtienſ. in ſumma, & alii, quos Couarru. eadem par. 2. nu. 9. refert, cenſent, non ſolum illum eſſe periurum, ſed etiam nullam eſſe talem reuocationem, quibuſcunque clauſulis ſit facta, ſtandumque proinde eſſe priori teſtamento. Ducuntur, quoniam actus ex ſe non illicitus, eſto iure humano ſit irritus, ſi tamen confirmetur iuramento, vires aſſumit, neque poteſt reuocari: talis autem eſt prior ille actus teſtandi iuramento eum non reuocandi confirmatus.

Communis opinio. Contraria ſententia, quam a num. 9. citato, & B numero 15. refert, & ſequitur Couarru. eſt communis, nempe validam eſſe reuocationem, ſtandumque proinde eſſe poſteriori teſtamẽto. Probatur primo, quoniam teſtandi actus tam ſuaptè natura, quàm diſpoſitione iuris poſitiui, eſt reuocabilis, neque iuramentum illum non reuocandi, fertur ſupra ipſummet teſtandi actum, ſed ſupra promiſſionem illum non reuocandi, neque per iuramentum, quo non reuocari promittitur, tranſit in aliam ſpeciem actus, vt donatio cauſa mortis iuramento confirmata tranſit in donationem inter viuos, vt ſuo loco dicetur: ergo, licet periurus ſit teſtator, ſi tale teſtamentum reuocet, tanquam tranſgreſſor promiſſionis iuramento confirmatæ illud non reuocandi, valida tamen eſt reuocatio. Secundò, quoniam quando quis conſtituit aliquem procuratorem loco ſui in aliquo negotio, & iurauit, ſe eum non reuocaturum, ſi illum reuocet, licet lethaliter peccet, & ſit periurus, valida tamen eſt C reuocatio, vt affirmat gloſ. communiter recepta cap. vltim. de procuratoribus libro 6. idque propterea, quod conſtitutio illa procuratoris reuocabilis eſt ſua pte natura pro arbitrio conſtituentis: ergo cum ſimili modo teſtamenntum ſuapte natura ſit reuocabile, cõſequens eſt, vt eſto teſtator iuramento ſe aſtrinxerit illud non reuocare, lethaliterque reuocando peccet, valida tamen ſit reuocatio. Tertiò, ſi quis contraxit ſponſalia cum aliqua, iurauitque ducturum eam vxorem, & poſtea contrahat cum alia per verba de præſenti, validum eſt matrimonium, diſſoluunturq; priora ſponſalia, non obſtante, quod iuramento fuerint confirmata, & quod qui ita contraxit, lethaliter peccauerit contra fidem datam, & contra iuramentum præſtitum; quando item quis vendit rem aliquam alicui, nec tamen tradidit, iuramentoque ſe aſtrinxit non venditurum eam alteri, vtique ſi eam alteri vendat, & tradat, quamuis letha D liter peccet contra iuſtitiam, ac religionem, valida tamen eſt ſecunda venditio: ergo eodem modo, cum teſtamentum ſuapte natura ante teſtatoris mortem non confirmetur, ſiquis reuocet, quod iuramento promiſerat ſe non reuocaturum, & condat aliud, quod morte confirmetur, valida erit talis reuocatio, ſtãdũque erit ſecundo morte teſtatoris confirmato.

Sẽtentia autoris. Saluo autem meliori iudicio, quamuis non dubitem hanc poſteriorem ſententiam veram eſſe, arbitror tamen in praxi, ex quodam alio fundamento, ſtandum potius eſſe priori, impẽdumque eſſe prius teſtamentum, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro. Etenim licet iure ciuili irrita ſit promiſſio non reuocandi teſtamentum, nihilominus, cum non ſit ex ſe mala, quaſi contra bonos mores naturales, vt hac diſputatione eſt oſtenſum, ſanè eo ipſo, quod iuramento eſt cõfirmata, valida eſt, vt ex duabus pręcedentibus diſputationibus conſtat, affir-

S maut

mantque Couarruu. Feli.& alij, qui ſunt in poſterio ri ſententia: atque vſque adeò teſtatorem obligat, vt illam tranſgrediendo, non ſolum periurij, ſed etiam iniuſtitiæ peccatum committat, ſiue id ſit propter duplicem illam vim obligandi, quam diſputatione præcedente iuramento promiſſorio ineſſe oſtendimus, ſiue quia, vt Couar.& alij volunt, reuiuiſcit vis ipſa, quæ promiſſioni ineſſet ſi iure humano non eſſet irrita; ex tali etiam promiſſione iureiurando confirmata datur actio tam de iure ciuili, quam canonico, non ſolum aduerſus promiſſorem, ſed etiam aduerſus hæredes illius, vt diſputatione præcedente dictum eſt, quare cum debita omnia realia teſtatoris tranſeant ad hæredes, vt ea, iuxta vires hæreditatis ſoluant, conſequens profectò eſt, vt in conſcientiæ, & exteriori foro reſtituere hæredi in priori teſtamẽto inſtituto loco defuncti teneantur, quantum ſua intererat, impletam fuiſſe promiſſionem non reuocandi prius teſtamentum iuramento confirmatam. Idem dicendum arbitror, quando prius teſtamentũ conditum eſſet ad pias cauſas, & promiſſio haberet rationem voti Deo facti: hæredes namque implere tenentur vota omnia realia defuncti, tanquam vera illius debita, non ſecus, ac ſoluere tenentur quæcunque alia eiuſmodi defuncti debita.

Quæſtio. Poſtremum dubium in hac diſputatione eſt, vtrũ nullo interueniente iuramento, poſſit quis ex conſenſu Principis adimere ſibi poteſtatem reuocandi teſtamentum, aut condendi teſtamentum in futurũ, interueniente pacto, aut promiſſione non reuocandi teſtamentum, aut apponente teſtatore clauſulam, quod nullo modo ſibi liceat tale teſtamentum reuocare, accedenteque ad hæc omnia confirmatione & corroboratione Principis, vel Principe in fauorem hæredum ab inteſtato concedente alicui, vt poſſit ſe inhabilem reddere ad condendum teſtamentum, vel confirmante donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, quam ille alicui fecerit.

Satisfit. Ad hoc dubium quicquid alij dicant, dicendum eſt cum Couarruu. in rubr. de teſtamen. par. ſecunda, numero 3. & cum aliis, quos refert, proculdubio poſſe. Ratio eſt, quoniam id non eſt contra bonos mores naturales, atque adeò, ſecluſo iure humano, illicitum non eſt: poteſt verò occurrere rationabilis cauſa, tam ex parte eius, qui ſeipſum vult ea libertate priuare, quam ex parte Principis, qui id confirmat, cur id concedatur: quare cum volenti, & conſentienti nulla fiat iniuria, Princepſque ſit ſupra totum poſitiuum ius ciuile, non eſt, cur dubitemus id eſſe poſſe. Ac quamuis iniqua, atque adeò nulla eſſet lex, qua Princeps ſtatueret, vt vniuerſim teſtamentum ſemel conditum non poſſet amplius reuocari, eò quod id, & contra ipſam eſſet teſtamenti naturam, & multa incommoda afferret Reipublicæ, ſpoliaretque ſubditos innata libertate diſponendi vſque ad mortem de rebus ſuis pro ſuo libito, non tamen eſſet iniqua lex, quæ in aliquibus euentibus, quibus ſua ſponte ſubditi ſe vellent ſubiicere, priuarentur libertate teſtandi, aut reuocandi aliquod teſtamentum. Vt ſi conderetur lex, qua concederetur, validam eſſe in dotem filiæ donationem, omnium bonorum præſentium, & futurorum, quando quis neque plures haberet filios, neque ſpem eos habendi, aut dummodo ſuæ legitimæ portiones alijs reſeruarentur. Vnde arbitror hodie validam eſſe eiuſmodi donationem: ſi a Rege confirmetur. Quin, eſto non confirmetur. ſi adiuncta ſit cum contractu onero ſo cum quodam tertio, cui filia, aut filius matrimonio copulatur, valida eſt, vt cum Molina libro ſecũdo, de primogen. capitulo 10. infra diſpu. 280. dicimus, niſi in fraudẽ donandi tam copioſe filio, aut filiæ ex circunſtantijs facta iudicaretur. Idem eſſet, ſi ſanciretur lex, qua permitteretur condere teſtamentum irreuocabile, in quo talis filia hæres omnium omnino bonorum inſtitueretur, detractis ſumptib. honeſtæ ſepulturæ.

DISPVT. CLII.

Vtrum teſtamentum factum à duobus, in quo hæredem de communi conſenſu inſtituunt, vel aliud ſtatuunt, præmortuo vno, poſſit ab altero, quoad bona, quæ ad ipſum ſpectant, reuocari.

POſſe duos, aut plures ſimul in eadem ſcriptura, & de communi conſenſu condere teſtamentum, receptiſſimum eſt, vt affirmant Iulius Clarus. §. teſtamen. quæſt. 60. Gama. deciſio. 258. & communis Doctorum ſententia, argumen. tex. in leg. eo quod. C. ſi certum peta. Eſtque id valde conſuetum in coniugibus.

Dubium vero eſt vtrum mortuo vno illorum, teſtamentum maneat irreuocabile comparatione alterius. Etenim quaſi contractus quidam interueniſſe videtur inter illos, nempe inſtituo, aut conſtituo, ſi & tu idem facias: cõfirmataque diſpoſitione morte vnius, ita vt amplius ab illa non poſſit diſcedere, nefas omnino iniuſtum, ac inualidum videtur, alterum non ſtare eidem inſtitutioni, ſed eam ex parte ſua reuocare. Dubium.

Dicendum tamen eſt cum Gama deciſ. citata, Couarruu. in rub. de teſtam. par. 2. num. 7. & 8. Molina 4. lib. de primog. c. 2. num. 84. & communi Doctorum ſententia, quam referunt, validam, licitamque eſſe talem reuocationem. Idemque eſſe in donatione cauſa mortis, & in inſtitutione maioratus de communibus bonis cõmunique conſenſu, ſiue fiat teſtamento, ſiue donatione inter viuos, in euentibus, præſertim iuxta ea, quæ in Regno Caſtellæ. l. 44. Tauri, iuncta l. 17. conſtituta ſunt, in quibus poteſt reuocari, & denique in quacunque alia reuocabili inſtitutione. Ratio eſt, quoniam cum teſtamentum, & quęcunque alia prædictarum diſpoſitionum, reuocabilia ſint ad nutum ea conſtituentium, vtique etiam ſi communi conſenſu, & de vtriuſque bonis aliqui ſimile quippiam ſtatuant, diſponere cenſentur iuxta naturam actus, quem efficiunt, & iuxta iura quæ ea de re ſunt, atque adeò ita, vt ſemper integrum cuique illorum ſit ab ea diſpoſitione diſcedere, etiã ſi alius mortuus fuerit, neque, quod ad ſe attinet poſſit ab ea diſcedere. Qui autem id ignorat, ſibi imputet, eaque de re interroget: neque enim id iuri alterius præiudicare debet. Deciditur.

Quando tamen fraus, aut dolus interueniſſet, quo aliquis alterum induceret ad aliquid communi conſenſu ſtatuendum, aut ad ſe mutuo inſtituendum hęredes, animo id ex ſua parte reuocandi, ſi mors ipſi, antequam alter obiret, immineret, aut poſtquam alter è vita diſcederet, tunc ſanè arbitrio prudentis reſtituere teneretur hæredibus, qui probabiliter crederentur ab illo altero fuiſſe inſtituendi, aut ſucceſſuri illi ab inteſtato, ſi non fuiſſet ita iniuſtè deceptus. Quoniam fraude illa, & dolo tantundem damni cenſeretur dediſſe iniuſtè eiuſmodi futuris, alioquin ſucceſſoribus defuncti, necnon ipſimet defuncto.

Obſeruat Couarruu. & Molina locis citatis cum communi ſententia, quam copioſius refert Molina, quando vnus tantum, verbi gratia, maritus conderet teſtamentum, aut inſtitueret maioratum, ſed de communibus bonis, concedente ad id vxore facultatem; tunc mortuo marito, non poſſe vxorem reuocare inſtitutionem illam, quoad bona, de quibus facul-

facultatem conceſſit, vt ille eo pacto diſponeret. Ratio eſt, quoniam ea diſpoſitio non eſt vtriuſque ſed ſolius mariti, quæ proinde tota confirmatur morte mariti. Id affirmant arg. tex. in l. nec fratris. C. de donat. cau. mor. & apertius l. ſicut. §. vẽditionis. ff. quibus mod. pig. vel hypot.

DISPVT. CLIII.

Quando teſtamentum reuocatum ſit cenſendum.

PRimum teſtamentum legitimè factum, id eſt in quo ſunt omnia requiſita, vt ſit validum, reuocatur per ſecundum legitimè etiam factum, eſto in ſecundo ſit minor ſolemnitas. Vnde ſecundum teſtamentum factum ad pias cauſas coram duobus teſtibus reuocat primum, etiamſi ad pias cauſas eſset factum coram tabellione, & viginti teſtibus, immo ẽt ſi factum fuiſset coram Rege, & ab eo eſset approbatum. Ita communis Doctorum ſententia, quam refert, & ſequitur Couar. in rub. de teſt. par. 2. nu. 1. iuxta iura apertiſſima, quorum aliqua citabimus ſtatim. Secundum verò teſtamentum legitimè factũ reuocat antecedentia teſtamenta, etiamſi ex eo non adeatur hæreditas, vel quia hæres in eo inſtitutus noluit, vel quia mortuus eſt ante teſtatorem, vel quia quacunque alia ratione non potuit, bonaque teſtatoris deuentura proinde ſint ad hæredes ab inteſtato. Ita habetur expreſsè. §. poſteriore. inſtitu. quibus mod. teſtamenta infir. & conſentit l. 1. ff. de iniuſto rup. affirmantque Iul. Clar. §. teſt. q. 96. & Couar. loco citato, nume. 21. verſ. penul. Anton. Gom. ad l. 3. Tauri, numero 92. Quod ſi ſecundum teſtamentum factum fuit ſub conditione de præſenti, aut de præterito, quæ non ita habet, non reuocat prius teſtamentum, ſi verò, quæ ita habet, aut etiam ſub conditione de futuro poſſibili, ſiue ita eueniat, ſiue contrario modo, reuocat prius teſtamentum: idem eſſet, ſi conditio eſset impoſſibilis cognita, vt talis, ſiue ea eſset de futuro, ſiue de præſenti, aut præterito, quia haberetur pro non appoſita. Hæc omnia habentur expreſsè l. cum in ſecundo. ff. de iniuſto rupto teſtam. aſseueratque ea Syluestr. verbo teſtamen. prima quæſtio. ſecunda. Ea autem omnia intelligenda ſunt, quando in priori teſtamento nõ eſt appoſita clauſula derogatoria poſterioris: quid enim neceſsarium ſit in poſteriori teſtamento, vt reuocet prius, in quo ea clauſula fuerit appoſita, paulo poſt dicetur.

Per ſecundum teſtamentum inualidum non reuocatur primum legitimè factum, idque ſiue ſecundum ſit inualidum, quia fuit inceptum, & non perfectum, propter mortem ſuperuenientem antequam teſtator illud abſolueret, ſiue quia in eo facta nõ fuerit hæredis inſtitutio, ſiue quia defuit ſolemnitas neceſsaria, aut quacunque alia de cauſa. Ita habetur §. ex eo. inſti. quib. mod. teſt. infir. & l. hac conſultiſſima. §. ſi quis. C. de teſt.

Excipitur quando in primo teſtamento inſtitutus fuerat hæres extraneus, in ſecundo vero hæres, aut hæredes ab inteſtato: tunc enim, ſi in ſecundo teſtamento appoſiti fuerint quinque teſtes, reuocat primum, ſi vero pauciores illud non reuocat, valetque tunc ſecunda voluntas, non tanquam teſtamentum, ſed quaſi ille diſcedat ab inteſtato. Hæc omnia habentur l. hac conſultiſſima. §. ſi quis citato. Affirmat vero Antonius Gom. ad l. 3. Tauri, num. 99. habere id locum, etiamſi hæredes ab inteſtato inſtituti ſint in portionibus hæreditatis inæqualibus, aitque in eiſdem portionibus ſuccedere defuncto. Baldus cuius opinionem refert, & probat Gregorius Lopez ad l. 22. titulo primo, parte ſexta, ait, tunc

A implenda eſſe legata in tali ſecundo teſtamento relicta.

Hæc tamen exceptio parum emolumenti habet in hoc Luſitaniæ Regno, cum, vt ex dictis diſputatione 125. & 126. conſtat teſtamentum in eo Regno, ſiue in ſcriptis fiat, ſiue nuncupatiuè, validum ſit cum quinque teſtibus. Locum tamen habebit in teſtamẽto nuncupatiuo voce tenus tempore mortis facto, quod de iure huius Regni plures teſtes exigit.

In Regno autem Caſtellæ, iuxta dicta eiſdem diſputationbus, locum habebit in teſtamento in ſcriptis: non verò in nuncupatiuo, quod in eo regno valet factum cum quinque teſtibus, ac, proinde ſiue in eo inſtituti ſint venientes ab inteſtato, ſiue extranei, reuocat prius teſtamentum. Ita Ant. Gomez. loco citato, nu. 100. Gre. autem Lopez ad l. 22. titul. 1. par. 6. glo. penult. ait, locum etiam habere in teſtamento nuncupatiuo, quando in eo Regno, factum B coram quinque teſtibus non vicinis, non valet: ſi namque in eo inſtitueretur hæres ab inteſtato, reuocaret prius teſtamentum in quo inſtitutus eſſet hæres extraneus.

Illud etiam eſt aduertendum in Regno Caſtellę, eſto in ſecundo teſtamento nullus inſtitutus ſit hæres, reuocare primum: quoniam, vt in calce diſputationis 124. dictum eſt, in eo Regno validum eſt teſtamentum, in quo hæres non eſt inſtitutus, ſuccedit que hæres ab inteſtato, & tenetur implere, quæ in eo fuerint inſtituta. Ita An. Gom. ad l. 3. Tauri, num. 104.

Couar. part. 2. rub. de teſtam. nume. vl. concluſ. 6. cum Bar. & alijs, quos refert, aſſeuerat, de iure communi, primum teſtamentum ſolemne reuocari per ſecundum abſque hæredis expreſſa inſtitutione, ſi teſtator in eo dicat ſe reuocare primum, & velle diſcedere ab inteſtato: eo enim ipſo C cenſetur inſtituere hæredes ab inteſtato. Addit, ſi in primo teſtamento inſtitutus fuit hæres aliquis extraneus, & teſtator voce tenus coram quinque teſtibus dicat, ſe illud reuocare, & velle diſcedere ab inteſtato, validam eſſe talem reuocationem, ſtando in ſolo iure communi, idemque affirmant Antonius Gomez. ad l. 3. Tauri, num. 103. & Gregor. Lopez ad l. 8. tit. primo, par. 6. poſſumuſque reddere rationem, quoniam illud verè eſt teſtamentum nuncupatiuum, voce tenus factum cum virtuali hæredis inſtitutione: de iure autem communi validum eſt teſtamentum nuncupatiuum voce tenus factũ, quando habet ſolemnitatem requiſitam. Vnde, cum de iure huius Luſitaniæ Regni teſtamentum nuncupatiuum voce tenus factum ſolum valeat, ſi factum ſit tempore mortis; vtique, quod proximè dictum eſt, ſolum habebit vim in hoc Regno, ſi fiat tempore mortis. Quod ſi teſtator in tali nuncupatiua re- D uocatione prioris teſtamenti voce tenus facta, non addiderit ſe velle diſcedere ab inteſtato, affirmant tres Doctores citati cum communi Doctorum ſententia, quam Antonius Gomez. num. 102. refert, inualidam eſſe de iure communi, eo, quòd in ea non ſit virtualis inſtitutio hæredis, & conſentit in his omnibus Iulius Clarus. §. teſt. quæſtio. 91. & 92. Idemque eſt in hoc Luſitaniæ regno, in quo etiam hæredis inſtitutio ad validitatem teſtamenti requiritur.

Illud verò eſt animaduertendum, etiam per ſolam verbalem reuocationem coram tribus ſaltem teſtibus factam, in qua neque virtualis hæredis inſtitutio ſit adhibita, reuocari de iure communi prius teſtamentum legitimè factum, quando effluxerunt iam decem anni, vt habetur l. ſancimus, C. de teſta. lex tamen illa ambigua eſt. Antonius Gomez. à l. 3. Tauri, num. 102. & 103. cum quibuſdam alijs

eam in intelligit, de decennio elapſo poſt talem reuocationem. Alij verò de decennio elapſo à tempore conditi teſtamenti vſque ad reuocationem, quaſi reuocatio illa, vt valeat, facta eſſe debeat poſt decennium à condito teſtamento. Atque hæc ſententia placet. Tum quia illam amplectitur Glo. Accurſij ibidem, cui in hoc Luſitaniæ Regno eſt ſtandum. Tum etiam quia vt Iulius Clarus. §. teſt. quæſtio. 91. refert, hæc eſt communior Doctorum ſententia, quam etiam innuit Syluеſ. verb. teſta. 1. quęſtio. 12. pronunciatio. 3. Tum denique quoniam irrationabile videtur exigere decurſum decénij poſt talem reuocationem, vt valeat: præſertim cum teſtes facilius poſſint teſtificari falſum de tempore tam diuturno: & cum intra tantum tempus facilè teſtator potuerit mutare conſilium, & velle vt vim nihilominus haberet teſtamentum à ſe conditum, & aſſeruatum. At verò teſtamentum à tam longo tempore fuiſſe conditum, veriſimile efficit teſtatoré voluiſſe illud reuocare: cum facile tanto tempore mutari poſſent circunſtantiæ, quæ inducant ad illud reuocandum.

Illud etiam eſt animaduertendum, reuocationem teſtamenti, etiam ſolo verbo factam, & duobus teſtibus comprobatam, validam eſſe, quando teſtator ſignificat ſe reuocare teſtamentum, quòd hæres ſit indignus, ſed tunc hæreditas deuoluitur ad fiſcum. Ita habetur l. hæreditas. C. de ijs, quibus vt indignis. & affirmat Ant. Gom. nu. 103. cum Bart. & alijs, quos refert.

In euentibus, in quibus hactenus dictum eſt, de iure ciuili teſtamentum primum non reuocari per ſecũdum, vel per reuocationem ſolo verbo, aut quouis alio modo factam, intelligendum id eſt in foro exteriori: cum enim, iuxta ea, quæ diſputatione 81. dicta ſunt, in conſcientiæ foro teſtatoris voluntati ſit ſtandum; vtique quando conſtiterit, voluntatem teſtatoris fuiſſe, vt teſtamentum à ſe conditum nullum eſſet, hæres in eo inſtitutus obtinere in foro conſcientiæ hæreditatem ex illo non poſſet. Conſentit Ant. Gom. ad l. 4. Tauri, nu. 103. cum tamen, vt diſputatione citata retulimus, arbitretur teſtamentum minus ſolemne, étſi conſtet teſtatoris voluntatem in eo contineri, inualidum eſſe in foro cõſcientiæ: in quibus non video eum ſibi conſtare.

Cenſetur præterea reuocatum teſtamentum legitimè factum, ſi rumpatur à teſtatore, aut deleatur, aut cancelletur aliqua pars ſubſtantialis ipſius, qualis eſſet tabellionis ſignum, aut auferat ab eo aliquam aliam de neceſſarijs ſolemnitatibus, vt ſit validum, vt ſi eſſet in ſcriptis, & abſcinderet cordulam, quo eſt conſutum, ſeu clauſum. Intelligenda tamen hæc ſunt: quando fiunt de induſtria animo annullandi, ac reuocandi teſtamentum: ſi verò caſu aliquid horum præter teſtatoris voluntatem eueniat, atque id probetur, vel factum ſit ab aliquo alio ſine teſtatoris voluntate, validum eſt tale teſtamentum. Ita probant. l. 1. §. ſi ſignum, cum ſequenti. ff. de bonorum poſ. ſecundum tabulas. l. ſi vnus, verſ. vlt. & l. noſtrum. C. de teſt. l. 1. & l. cancellauerat. ff. de ijs quæ in teſtamento delentur, & l. 24. titulo 1. parte 6.

Quando verò cancellatur pars aliqua, quæ non continet ſolemnitatem requiſitam vt validum ſit teſtamentum, neque conſtat mentem teſtatoris fuiſſe reuocare ea ratione totum teſtamentum, ſola pars ita cancellata cenſetur reuocata, vt habetur. l. cancellauerat, citata. Quod ſi tabellio, vel notarius ſaluet rupturam, aut cancellationem, hoc eſt mentionem illius faciat, ac dicat, non noceat; tunc nihil propterea cenſetur reuocatum, aut inualidum, vt colligitur ex l. 1. ff. de ijs, quæ in teſ. delen. Ait verò An. Gom. ad. l. 2. Tau. nu. 91. cum Baldo, eiuſmodi

A ſaluationem, quam vocant, fieri debere ante tabellionis ſignum.

Quando teſtator duo habet teſtamenta, eiuſdem tenoris, ac temporis, & æquè principalia, ſeu originalia, atque vnum eorum rumpit, aut cancellat, tunc alterum manet validum: quoniam plura illa teſtamenta pro eodem reputantur, ſolumque præſumitur contempſiſſe vnum illorum tanquam ſuperfluum, illudque inualidaſſe quo ad vim probandi: niſi aliunde de voluntate reuocandi teſtamentum conſtet. Ita habetur l. vlt. ff. de ijs quæ in teſt. delen.

Dubium verò eſt, vtrum ſi vnum nuncupatiuum teſtamentum ſit apud tabellionem tanquam originale, & aliud inde tranſumptum, & authẽticum ſit apud teſtatorem, teſtatorque rumpat ſolum, quod apud ſe eſt, aut quoad eſſentialia illud cancellet, cenſendus ſit reuocaſſe teſtamentum. Ant. Gom. n. 91. citato cum Paulo Caſt. affirmat, Ang. & Alexand.

B quos Iulius Clarus. §. teſta. q. 93. & Grego. Lop. ad l. 24. ti. 1. par. 6. ſequuntur, negãt: quoniam, cum principale inſtrumentũ maneat integrum, non eſt, quod cenſeatur reuocatum. Atque hæc ſententia placet, quando aliunde non ſunt veriſimiles coniecturæ, ea ratione teſtatorem intendiſſe reuocare omnino teſtamentum.

Quando eadem die reperirentur confecta duo eiuſdem teſtatoris diuerſa inter ſe teſtamenta, ita vt ex nullo capite intelligi poſſet, quod eorum eſſet ante aliud confectum, ac proinde, quod reuocaret aliud; tunc neutrum validum cenſeretur, ſed hæreditas pertineret ad hæredes ab inteſtato, eo, quòd vtrunque illorum teſtamentorum haberetur ſuſpectum. Ita Gloſ. l. vlt. C. de edicto D. Adr. Tollen. in verbo miſſus eſt, communiter recept. vt Iulius Clarus. §. teſt. quæſtio. vltima affirmat. In foro tamen conſcientiæ, imò & in exteriori, ſi certum eſset, v-

C trumque teſtamentum confectum eſſe à teſtatore ſanæ mentis, ſed diiudicari non poſſet, quòd eorum prius, credo hæreditatem prudentis arbitrio eſſe diuidendam inter hæredes in vtroque inſtitutos: quoniam eo ipſo conſtaret non pertinere ad hæredes ab inteſtato, ſolumque eſſet dubium ad quem, vel ad quos hæredum ita inſtitutorum pertineret.

Quod dictum eſt, nempe poſterius teſtamentum legitimè factum reuocare quæcunque priora teſtamenta legitimè facta, intelligendum eſt, dummodo, ſi prius aliquod teſtamentum habeat clauſulam, per quam teſtator derogauit poſterioribus teſtamentis, puta quia dixit, ſi quod aliud teſtamentum in poſterum confecero, nolo illud valere, aut aliam magis preſſam; in poſteriori teſtamento apponatur aliquid per quod tali clauſulæ ſufficienter derogetur. Licet enim teſtator, dum teſtamentum confecit,

D nullam ſibi poſſet apponere legem, à qua non poſſit recedere; quia tamen appoſitione talis clauſulæ pro teſtatus eſt non velle valere quodcunque aliud teſtamentum condiderit, vtique, niſi in poſteriori teſtamento apponat aliquid, per quod ſignificet ſe recedere ab ea voluntate, præſumendum eſt per poſterius teſtamentum, alioqui legitimum, non intendiſse reuocare prius teſtamentum, vtrunque habetur ex l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legat. 3. ex l. ſi mihi, & tibi. §. vltimo, ff. de legat. primo, & ex alijs iuribus, affirmatque communis Doctorum ſententia.

Idem eſt, qñ prius teſtamentum cenſetur habere clauſulam poſteriorum derogatoriam. Tale in primis eſt teſtamentum, quod iuramento fuerit confirmatum, vt affirmat communis Doctorum ſentẽtia, quam referunt, & ſequuntur, Anton. Gom. ad l. 3. Tauri, nu. 95. & 96. Iulius Clarus. §. teſta. quæſt. 94. ver-

Teſtamẽtũ iuramento confirmatũ clauſulã cẽſet' habere derogatoriã ſequẽtium.

verſicu. vlt. & copioſius Couarruuias in rubr. de teſtam. par. 2. numero 19. conclu. 4. verſicu. 2. infertur, eamque confirmat gl. communiter recepta, cap. cum non deceat. de elect. lib. 6. quæ aſſeuerat per generalem canonum, vel ſtatutorum derogationem non tolli ſtatutum iuramento confirmatum, conſonat etiam l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis ſecundo. Quin potius teſtamentum iuramento confirmatum vim habet clauſulæ derogatoriæ ſpecialiſſimæ, & arctiſſimæ, vt dicemus. Hæc tamen intelligo quando iuramentum eſt promiſſorium, quòd teſtator non mutabit, aut non reuocabit quæ in eo continentur: ſecus autem ſi ſolum eſſet aſſertorium, nēpe quòd ea eſſet ſua voluntas, aut quod vellet ſeruari, ac valere, iuxta ea, quæ diſputatione præcedente explicata ſunt: tunc enim cum abſque vlla culpa pro teſtatoris arbitrio poſſet mutari, credo per quodcunque legitimum ſubſequens teſtamentum, eſto in eo nihil reuocatorium apponeretur, maneret reuocatum.

Item conditum inter liberos.

Tale etiam teſtamentum conditum inter liberos. Neque enim per ſubſequens teſtamentum legitime factum inter extraneos, hoc eſt, non liberos, cenſetur reuocatum, etiamſi addatur non obſtante quocūque alio teſtamento a me condito, niſi vel ſpecialis mentio fiat de eo, quod conditum fuit inter liberos, vel in reuocatione illa generali addatur etiam condito inter liberos. Priuilegium hoc teſtamenti conditi inter liberos habetur in authētica hoc inter liberos. C. de teſtamen. & in authentico de teſtamen. imperfect. §. ſi quidam, vnde illa fuit deſumpta, atque l. 8. & vigeſimaſecunda, titu. primo, par. 6. Illudque affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Iul. Clar. §. teſtam. quæſt. 98. & Couar. concl. 4. citata. corol. 6. & Grego. Lopez ad l. 8. citatam.

Merito autem dictum eſt non reuocari per ſubſequens teſtamentum factum inter extraneos: quoniam ſi conditum ſit inter liberos, etiam ſi in eo non addatur clauſula derogatoria præcedentis teſtamenti, illud reuocat, vt affirmat Gloſſ. communiter recepta, in authentico de teſtamentis imperfectis. §. & ſiquidem, in verbo perfecta. Ratio, vt Couarruu. rectè ait, eſt, quoniam cum ſit æqualis fauor vtriuſque teſtamenti, poſteriori potius erit ſtandum. Habetque id verum, etiamſi primum teſtamentum conditum inter liberos eſſet magis ſolemne, & ſecundum minus ſolemne, attamen habens ſolemnitatem ſufficientem de iure communi, & huius Luſitaniæ Regni, iuxta ea, quæ diſputatio. 128. dicta ſunt. Ratio eſt, quia priuilegium illud conuenit teſtamento condito inter liberos, non quia eſt magis ſolemne, ſed quia eſt inter liberos legitimè conditum, hoc eſt, cum ſolemnitate ſufficiente. Iulius Clarus, vt teſtamentum minus ſolemne inter liberos deroget magis ſolemni priori, exigit, vt poſterius ſit filiis magis fauorabile, & Gregorius Lopez idem videtur vniuerſim exigere, etiamſi ſecundum teſtamentum ſit æquè, aut magis ſolemne: Gloſſa tamen, cui omnes innituntur, id non requirit, neque Couarr. id videtur exigere, neque video rationem, quæ id perſuadeat.

Quid de teſtamēto ad pias cauſas.

An vero teſtamentum conditum ad pias cauſas virtute cenſendum ſit habere etiam clauſulam derogatoriā ſubſequentium teſtamentorum, æquandumque hac in parte ſit teſtamento cōdito inter liberos. Quidam, quod Gregorius Lopez vbi ſupra, & Couarruuias concluſio. quarta citata, corol. 7. referunt, affirmant, & in eam ſententiam propendet Gregorius Lopez. Alii, quos Couar. refert, negant. Mihi autem nihil hac de re eſt certum.

Vt ad reuocationem teſtamenti, in quo forma

A liter eſt appoſita clauſula reuocatoria ſequentium teſtamentorum, accedamus. Notant Doctores, duobus mod. poſſe apponi eiuſmodi clauſulam. Vno, per verba, quibus teſtator ſignificet, auferre à ſe facultatem condendi in poſterum teſtamentum validum, quo illud prius reuocet, vt ſi dicat nolo me poſſe condere aliud teſtamentum, aut nolo me poſſe reuocare hoc: & tunc talis clauſula eſt inualida, neque indiget reuocatione: eò quòd nullus poſſit auferre à ſe eam poteſtatem. Ita cum Barto. affirmat communis Doctorum ſententia, quam refert Couarr. in rubr. de teſtamen. pa. ſecunda, numero 19. concluſ. ſecunda, & ſequuntur Iulius Clar. §. teſtam. quæſt. 99. & Molina libro quarto, de primogen. capitulo 3. numero 33. Alio modo, ita vt ſolum ſignificet, voluntatem ſuam eſſe, vt validum non ſit quodcunque aliud poſtea condiderit, quaſi ſolum ſit proteſtatio quædam voluntatis, quàm circa ſubſequentia teſtamenta habet, quando prius illud teſtamentum

Clauſula reuocatoria ſequentium, quæ inualida.

B condit.

Porrò hæc clauſula duobus modis poteſt apponi. Vno, per verba ſimplicia & generalia, vt ſi teſtator dicat, nolo valere quodcunque aliud teſtamentum in poſterum condidero, aut quid ſimile, quod idem ſignificet. Conueniunt autem Doctores cōmuniter (vt Iulius Clarus loco citato ait) quamuis ſola ea clauſula eſſet appoſita, nō cenſeri reuocatum tale teſtamentum per aliud, in quo dicatur, reuoco, ac caſſo omnia, & quæcunque alia teſtamenta a me facta; quam clauſulam conſueuerunt tabelliones apponere. Ratio eſt quoniam eiuſmodi clauſula virtute intelligitur in quocunque poſteriori teſtamento eſto non exprimatur. Vt ergo reuocetur prius illud teſtamentum, neceſſe eſt vt in poſteriori, vel fiat mētio particularis prioris illius teſtamenti, eſto clauſulæ in eo appoſitæ nulla fiat mentio, vt ſi dicatur, & nolo valere teſtamentum, quod tali die præſente tali

C tabellione confeci, aut aliud ſimile, vnde intelligatur illud teſtamentum in ſingulari reuocari, vel generalibus verbis fiat reuocatio clauſulæ prioris teſtamenti, vt ſi dicatur, non obſtante quocunque alio meo teſtamento, ſub quacunque verborum forma confecto,. Ita Couarruuias loco citato, concluſion. prima. Iulius Clarus quæſt. 99. citata, Greg. Lopez. ad l. 22. tit. 1. par. 6. & alii quos referunt, conſentitq; lex illa 22.

Alio modo apponitur clauſula reuocatoria in priori teſtamento, non verbis generalibus, & ſimplicib. ſed ſpecialibus, & certis limitibus circunſcriptis, vt ſi dicatur, nolo quodcunque aliud meum teſtamentum valere, niſi in eius principio, aut fine ſcripta ſit ſalutatio Angelica, aut aliquid ſimile, quod veluti nota ſit, quādo voluntas teſtatoris erit vt illud ſuum teſtamentum reuocetur. Et tunc non ſatis erit in poſteriori teſtamento mentionem facere illius prio

D ris teſtamenti in ſingulari, nulla de tali clauſula facta mentione: ſed neque neceſſarium erit in indiuiduo referre clauſulā illam, ſed ſatis erit generalibus verbis dicere, non obſtante quocunque priori teſtamento cum quibuſcunque derogatorijs verbis confecto. Ita Couar. loco citato, concluſ. 3. Anton. Gomez. ad l. tertiam. Tauri. numero 94. Iulius Clarus quæſtione 99. citata, cum Bartol. & aliis, conſonatque lex ſi quis in principio. teſtamen. ff. de leg. tertio. Tum tamen arbitror in ſimilibus euentibus addere verba illa in clauſulis derogatoriarum derogatorijs apponi conſueta, etiamſi de verbis illis ſpecialis mentio eſſet facienda, aut etiam ſi hic forent tranſcribenda. Idem Couarruu. concluſion. quarta, verſiculo quarto, conſtat cum Paulo Caſtrenſi, Anton. Rubeo ait, quando teſtator diceret, volo hoc meum teſtamentum non cenſeri reuocatū p quodcunq; aliud quod fecero, niſi in eo ad verbū

ſcripta ſit ſalutatio Angelica, etiamſi nominatim huius primæ meæ voluntatis meminero; tunc vt tale teſtamentum ſufficienter reuocetur, non facta mentione in indiuiduo de clauſula illa, ſed verbis vniuerſalioribus illud reuocando, neceſſe eſſe dicere in poſteriori teſtamento, non obſtante quocunque alio teſtamento a me facto, quæcunque verba derogatoria habente ſub quacunqde verborum forma: quaſi reliqua, præter hoc vltimum, ſufficientia ſint ad reuocandam priorem illam clauſulam, ſi in ea additum non eſſet, etiam ſi nominatim huius meæ primæ voluntatis meminero, & vltimum neceſſarium ſit ad reuocanda ea verba in illa poſita.

Couarr. loco citato, concluſ. quarta, ad finem coroll. 4. & coroll. 6. quæſt. citata, & Iulius Clarus cum alijs, quos referunt, admonent, quando in teſtamento condito inter liberos appoſita eſſet clauſula derogatoria; tunc, vt ſequenti teſtamento reuocaretur, non ſatis eſſe mentionem illius prioris teſtamenti in particulari, dicendo, non obſtante tali meo teſtamento, niſi ſimul mentio modo hactenus explicato, fieret clauſulæ in eo appoſitæ. Ratio eſt, quoniam cum ex diſpoſitione legis ciuilis habeat vnam clauſulam derogatoriam tacitam, & aliam expreſſam à teſtatore appoſitam, ſanè, quod ſufficit ad priorem illam reuocandam, non ſufficit ad vtranque. Idem affirmat Couar. de eo teſtamento iuramēto confirmato, quod ſimilem reuocatoriam clauſulam à teſtatore appoſitam haberet.

Illud verò eſt obſeruandum, quando teſtamenta alioquin ſunt legitima, & prius formaliter, aut virtute habet clauſulam derogatoriam; cum, quod poſterius tunc (niſi in eo modis explicatis derogatio apponatur) prius nō reuocet, ex eo ſolum proueniat, quòd præſumendum non ſit, teſtatorem id intendiſſe, ac voluiſſe, ſanè, ſi aliunde veriſimiliter id intendiſſe conſtet, eſto nullam omnino habeat derogationem appoſitam, reuocat prius, tam in exteriori, quàm in conſcientiæ foro. Ita communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Couar. in rubr. de teſtamen. par. ſecunda, numero 19. concl. quarta, Greg. Lopez ad l. 22. tit. 1. par. 6. & Iulius Clarus. §. teſt. q. 99.

Hinc primo infertur, ſi poſterius teſtamentum iuramento confirmetur, eo ipſo reuocare quodcunque prius, etiam ſi in priori appoſita fuerit clauſula derogatoria verbis maxime ſpecialibus, & circunſcriptis, & in poſteriori ſolum ſit appoſitum iuramentum. Ratio eſt, quoniam præſumendum eſt, noluiſſe eſſe periurium, atque adeò animum habuiſſe, vt, non obſtante quacunque priori voluntate, ſtaretur ei teſtamento. Ita communis opinio, quam Couarr. & Iulius Clarus locis citatis referunt, ac ſequuntur. Hoc verò intelligo de iuramento aſſertorio, aut quod illi æquipolleret, quo teſtator aſſereret, eam eſſe ſuam vltimam voluntatem, velleque ſeruari.

Ab hac tamen illatione excipiēdum eſt, niſi prius teſtamentum confirmatum eſſet iuramento promiſſorio illud non reuocandi: tunc enim, cum culpa eſſet lethalis teſtatorem iuramento in poſteriori teſtamento affirmare voluntatem ſuam eſſe, vt valeat, pręſumendum potius eſſet, oblitum ſe prius teſtamentum iuramento confirmaſſe, id ita aſſerere, voluntatemque ipſius quaſi habitualem tunc eſſe, vt ſtetur potius priori teſtamento: neque enim præſumendum eſt, velle lethaliter peccare, præſertim actu adeò morti vicino. Ita Couar. concluſ. quarta, citata, corol. 3. Quare, vt teſtamentum promiſſorio iuramento confirmatum poſteriori alio teſtamento reuocetur, neceſſe eſt in poſteriori teſtamento dicere, non obſtante quocunque alio meo teſtamento, etiam iuramento confirmato, atque tunc ſolum reuoca-

A tur in ſenſu, præcedente diſputatione explicato.

Hinc facilè intelligetur iuramentum promiſſorium, quo teſtamentum confirmatur, arctiorem vim clauſulæ derogatoriæ ſequentium teſtamentorum habere, quacunque derogatoria alia clauſula formaliter teſtamento appoſita, idque ad effectum, vt nunquam reuocatum cenſeatur, niſi in poſteriori teſtamento expreſſa mentio reuocationis iuramenti fiat. Quicquid enim ſit de clauſulis derogatorijs ſuperiorum, comparatione inferiorum, qui ipſorum iuramenta ex rationabili cauſa poſſunt relaxare, vtrum ſcilicet abſque expreſſa iuramenti mentione aliquibus verborum formis eorum ſtatuta, aut alia iuramento confirmata, reuocare cenſeantur, de qua re alibi diſputatum eſt; certè quando abſque periurij reatu quippiam reuocari non valet, vt in re, de qua diſputamus, cernitur, nullis verborum formis cenſendum eſt reuocatum, niſi luce clarius conſtet, qui ita reuocat, intendiſſe id cum
B periurij reatu efficere. Quare, eſto teſtator, de quo loquimur, in poſteriori teſtamento dicat, caſſum, & irritum decernens quodcunque aliud meum teſtamentum quibuſcunque verbis derogatorijs à me conditum, quæ hic forent referenda, & pro relatis haberi volo, niſi expreſſam de iuramenti reuocatione faciat mentionem, cenſendus non eſt, tale teſtamentum reuocaſſe: eò, quod, vt dictum eſt, de nullo ſit præſumendum, incidere velle in periurij reatum, præſertim actu morti adeò propinquo. Atque hæc ſunt, quæ Couar. dicere intendit, 4. concluſ. citata, corol. 2.

Ex eadem doctrina, nempe in reuocatione teſtamentorum ſtandum eſſe præſumptæ teſtatoris voluntati, inferunt cum communiori Doctorum ſententia Couarru. concluſ. quarta, citata, corol. 6. & Greg. Lopez ad l. vigeſimāſecundā, citatam, ſi præcedat teſtamentum inter extraneos cum clauſula de-
C rogatoria, & ſequatur conditum inter liberos ſine vlla clauſula in eo appoſita, cenſendum eſſe reuocatum prius teſtamentum. Quoniam quamuis a iure teſtamento condito inter liberos conceſſa non ſit virtualis clauſula reuocatoria præcedentium teſtamentorum inter extraneos, ſicut ſequētium, affectio tamen parentum ad filios, quæ legislatores impulit, vt ex præſumpta teſtatorum voluntate priuilegium hoc concederent (quod tamen locum non habet, quando de contraria teſtatoris voluntate conſtat) cogit etiam, vt nos conſentaneè ad idem priuilegium illud aliud præſumamus. Quare quando coniecturæ eſſent, teſtatorem noluiſſe reuocare præcedens teſtamentum, quia, vt liberorum turbationem ſedaret, eorumque moleſtiam dum viueret vitaret, poſterius condidit, cenſendum nō eſſet prius per poſterius reuocatum. Quo fit, vt tum hoc, tum quæ ſubijciemus, ex iudicis arbitrio, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus, plurimum pen-
D deant.

Ex eadem doctrina Couar. loco citato corol. 5. & Gregor. Lopez ad l. vigeſimāſecundā, citatam, cum Barto. & alijs, quos referunt, colligunt, prius teſtamentum habens clauſulam derogatoriam reuocari per poſterius, in quo nulla omnino de tali clauſula facta ſit mentio, quando poſt prius teſtamentum, & ante poſterius ortæ fuere graues inimicitiæ inter teſtatorem, & hæredem in priori teſtamento inſtitutum: præſertim ſi culpa hæredis ortæ ſint. Præſumendum namque eſt, teſtatorem vere intendiſſe reuocare prius teſtamentum, ſed oblitum fuiſſe clauſulæ derogatoriæ in eo appoſitæ. Quin, ſi eiuſmodi inimicitiæ poſt teſtamentum conditum ortæ ſint inter teſtatorem, & legatarium, aut eū, cui fideicōmiſſum relinquit, expirat legatum, & fideicommiſſum, eſto teſtator nullam aliam condiderit vltimam voluntatem

tatem,ſecus autem de hærede inſtituto: qui validã aliam vltimam teſtatoris voluntatem exigit, vt reuocatus cenſeatur: eo quod teſtamenti ratio ab hæredis inſtitutione,vt diſputatione 124. dictum eſt,pendeat. Vtrumque conſtat ex l.3. §. non ſolum,& ex l.ex parte. ff.de adim. legatis, & ex alijs iuribus,quæ gl.ibi,& Couarr. loco citato ad finem concluſionis 5.citant.

Idem Couar. ibidem plura alia capita perſequitur, ex quibus varij Doctores idem dicendum arbitrantur,vt ſi inſtitutus hæres in poſteriori teſtamento erat carus teſtatori, aut ſi, poſt decennium decurſum à condito priori teſtamento, poſterius conficiatur. Hęc tamen,& his ſimilia capita meo iudicio digna ſunt,quorũ habeatur ratio ad iudicãdum,tam in conſciẽtiæ,quam in exteriori foro, aut mens teſtatoris fuerit per poſterius teſtamentum, in quo nulla ſit appoſita clauſula derogatoria,reuocare prius,in quo fuerit appoſita:non verò, vt regula ordinariè ſequenda inde ſtatuatur.

DISPVTATIO CLIV.

Qui hæredes eſſe poſſint.

Conſequenter de hæredibus eſt diſputandum. Ac primo examinandum, quis hæres eſſe poſſit.

Hæredes inſtitui poſſunt non ſolum priuati,ſed & communitates,vt Eccleſia,ciuitas,vicus, collegium,&c.l.1.C.de ſacroſanct. Eccl.l.omnib.ff.ad Trebel. Hoſtium vero ciuitates hæredes inſtitui nequeunt.l.omnibus citata. Item neque communitas Iudæorum,aut alia ſimilis,etiamſi infideles illi inter nos commorentur,ac permittantur.l.1.C.de Iudæis. Præterea neque Collegium illicitum, qualia ſunt,quæ publica authoritate creata non ſunt.l. collegium. C.de hæred.inſtitu.l.3.§.in ſumma. ff. de collegiis illicitis,& l.2.& 4.titu.3. par.6.priuati tamen de collegiis illicitis inſtitui poſſunt.l.cum ſenatus.ff.de reb.dub.

Priuati,etiamſi amentes ſint,ſurdi,muti, prodigi,religioſi (modo non profeſſi ordinis minorum aut ſocietatis noſtræ)aut ſerui ſint,inſtitui hæredes poſſunt,& vniuerſim omnes,qui legibus non ſunt prohibiti. Ita habetur,l.2.titu.3.par.6.cum Azone. C. de hæred.inſtitut. & communi Doctorum ſententia.

Seruus tamen hæres inſtitui poteſt,modo dominus,qui per ſeruum id debet acquirere, talis ſit, vt hæres etiam inſtitui poſſit,alioquin ſerui inſtitutio non valet.l.non minus,ff.de hæred. inſt. Si tamen dominus,vel manumittat ſeruum ita inſtitutũ, vel illum vendat,valida erit inſtitutio antea facta,poteritque ſeruus ex facultate noui domini adire hæreditatem.l.ſi ſeruus,ff.de acquir. hæred.& l.2.tit.3. part.6.

Si quis ſuum ſeruum hęredem inſtituat,eo ipſo, cenſetur libertatem ei concedere.l.pen. in prin.C. de neceſſariis ſeruis hæred.inſtit.§.idem quoq; iuris,inſt.quib.ex cauſis manumittere non liceat, & l.3.tit.3.par.6. Quin eo ipſo, quod quis ſeruũ ſuũ tutorem filii ſui reliquit,cenſetur libertatem eidem concedere.l.pen.citata.& inſt.qui teſtamento tutores dari poſſunt,in prin. Niſi tamen per errorem tutor relinqueretur,eo,quod teſtator crederet liberũ illum eſſe:tunc.n.neque libertatem conſequitur,neque tutor eſſe poteſt,vt ibidem ſubiungitur.

Si ſeruus,pendente accuſatione,quod cũ domina adulterium commiſiſſet,hæres ab illa inſtituere tur,valida non eſſet:talis inſtitutio.l.his verbis.§.interdum.ff.de hæred.inſt.§.eſt autem caſus.inſt.de hæred.inſt.l.3.tit.3.par.6.& aliis iuribus.

A De iure ciuili communi,neque deportatus, neque damnatus in perpetuum ad metalla hæredes eſſe poſſunt:quin neque legatarij,niſi ad alimenta aliquid fuerit eis relictum (hoc quippe nulli prohibẽtur.) l. 3. ff. de his, quæ pro non ſcriptis habentur.leg.prima. C.de hæred.inſt.& l.quarta,titu.3. par.6. Neque contrarium de iure authenticorum eſt poſtea ſtatutum,tam vt hi teſtari,quàm vt hæredes,aut legatarij eſſe poſſint,vt aduerſus Couar.& Anto.Gom.diſp.9 latè oſtendimus. De iure regni Caſtellæ.l.4.Tauri,& huius regni.lib.5.ord.ti.94. vt ibidem probauimus,ſicut teſtari non prohibentur,tam ipſi quam damnati ad mortem naturalem, ſic nec hæredes,aut legatarios inſtitui. Excipiũtur de iure huius regni damnati ob crimina hæreſeos, læſæ maieſtatis,aut Sodomię,qui vt teſtari titulo citato prohibentur,ita meo iudicio hæredes inſtitui.

Ius cõmune.

Ius Caſtellę,& Luſitaniæ.

De iure communi,atque adeò in hoc,& Caſtellæ regnis,nullus hæreticus,aut apoſtata hæres, aut B legatarius eſſe poteſt, etiam ex teſtamento militis, l.vlt.&l.Manichæos.C.de hære.& l.3.C.de Apoſtat. Credentes etiam receptores, defenſores, aut fautores hæreticorum,ſi intra annum, ex quo ipſo iure ſunt excommunicati,non ſatisfecerint, hæredes,aut legatarij eſſe non poſſunt,authentica credentes,C.de hæret.c.excommunicamus.§. credentes,de hæret.

De iure Regni Caſtellæ,neque Mahumetanus, neque Iudæus poteſt hæres inſtitui ab aliquo Chriſtiano,eoque ipſo hæreditas deuoluitur ad hęredes ab inteſtato.l.vlt.tit.7.par.6. De iure etiam Canonico cap.ſi quis Epiſcopus,& c.in eos,de hæret.clerici omnes prohibentur hæredes inſtituere hæreticos, vel paganos, etiamſi conſanguinei ſint, poſt mortemque anathematizari præcipiuntur,ſi quem eorum hæredem inſtituant. Crediderim autem, paganorum nomine quoſcunque infideles ex men C te Concilij Africani,cuius ſunt duo illa capita comprehendi. Lex Caſtellæ quarta, titulo tertio,parte ſexta,inter eos,qui hæredes inſtitui non poſſunt, commemorat cum Azone eos,qui ſcienter ſecundò baptizantur. Veruntamen,ſi id cum errore in fide fiat,quaſi fas,aut neceſſarium ſit ſecundò baptizari, de numero ſunt hæreticorum, eaque ſola ratione non poſſunt inſtitui hæredes.

De iure ciuili olim,quæ ad ſecundas nuptias intra tempus luctus,hoc eſt,intra annum,à morte mariti tranſibat,hæres eſſe non poterat, pœnaſque alias incurrebat,vt conſtat leg.prima. C.de ſecundis nuptiis.leg.quinta,titulo tertio, parte ſexta, & aliis iuribus. Sed hæc omnia abrogata ſunt capitulo cum ſecundum Apoſtolum, de ſecundis nuptiis, integrumque illi eſt quocunque tempore poſt mortem mariti ad ſecundum matrimonium impunè tranſire. Idem in regno Caſtellæ diſpo- D ſitum eſt leg.tertia,titulo primo,libro quinto,nouę collectionis.

Cap. fœlicis,de pœnis, libro ſexto, inſequenti Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in pœnam ſtatuitur, vt hæres eſſe non poſſit. Aliiſque iuribus,extrauagantibus præſertim,eadem pęna pro aliis delictis interdum imponitur. Quando autem in pœnam pro delicto imponitur,neceſſariam arbitror ſententiam condemnatoriam, vt talis delinquens in conſcientiæ foro ab hæreditate abſtinere teneatur.

De illegitimis, quorum comparatione hæredes eſſe non poſſint,dicetur inferius ſuo loco.

Quando teſtamento aliquo hæres is ſolus inſtituitur,qui hæreditatis eſt incapax,de iure communi eſt nullum,etiam quoad legata,quæ pia non fuerint,eò ꝙ hęres deficiat. Ita An. Go.ad l.24. Tauri nu.1.ver.5.iuxta varia iura,q̃ citat. Vtrum verò de

Ius commune.

iure regni Caſtellæ valida ſint eiuſmodi legata, eaque ſoluere teneatur hæres ab inteſtato. Reſpondendum eſt cum eodem autore valida eſſe propter l. primam, tit. quarto, libro quinto, collectionis, quæ ita habet. *Y mandamos, que el teſtamento, que en la forma ſuſo dicha fuere ordenado, valga en quanto a las mandes y otras coſas, que e nel ſe contienen, aunque el teſtador no aya hecho heredero alguno Y entõces herede a quel, que viera de heredar en caſo que el teſtador no viera hecho teſtamento, y cumplaſſe el teſtamento, y ſi el teſtador inſtituyere heredero en el teſtamento, y el heredero no quiſiere heredar, valga el teſtamento en las mandas, y en las otras coſas, que en el ſe contien.* Ex quibus verbis conſtat, defectum hæredis, vel quod ſcriptus non fuerit, vel quod ſuccedere noluerit, ut non potuerit, non impedire in eo Regno quominus legata, & alia quæ in teſtamento ſcripta ſunt, valida ſint.

DISPVTAT. CLV.

De hæredibus ex teſtamento, & quid interſit inter inſtitutum in re certa, & inter alios hæredes.

CVm hæredum, quidam ex teſtamento ſuccedant, & quidam ab inteſtato, ab illis prioribus ordiendum eſt. Dicemuſque prius de eis in genere, poſterius autem, qui eorum, & in qua bonorum portione à teſtatore ſint neceſſario inſtituendi.

Hæredum ex teſtamento, quidam inſtituuntur, vel in vniuerſa hæreditate (qui tunc hæredes in ſolidum, tum etiam vniuerſales appellantur) vel in quota aliqua illius, puta in tertia parte, quarta, quinta, aut quauis alia, & hi omnes propriè dicuntur hæredes, vt conſtat ex l. quoties. C. de hæredibus inſtituendis, & ex alijs iuribus, conſentitque communis Doctorum ſententia. Quando autem aliqui, ſiue plures, ſiue pauciores, inſtituti ſunt hæredes, neque teſtator expoſuit in quanta portione, tunc inſtituti cenſentur in portionibus æqualibus, ſicut quando vnus tantum eſt inſtitutus, nec teſtator aliud adiecit, in tota hæreditate cenſendus eſt inſtitutus, argum. text. in l. ſi quis ita ſcripſerit hæredes, ff. de hæred. inſtit. & aliorum iurium.

Excipitur, niſi teſtator quando plures hæredes inſtituit, vnum eorum inſtituat per ſe, & alios collectiuo modo, vt ſi dicat, inſtituo Petrum hæredem meum, & filios fratris ſui Pauli: tunc enim Petrus inſtitutus cenſetur in dimidio hæreditatis, & filij Pauli in alio dimidio; quia inſtituuntur per modum vnius contra diuiſi Petro, vt habetur l. interdum, in princip. ff. de hæredib. inſtit. Vbi addit legiſlator, quòd ſi teſtator dixiſſet, Petrus, & filij fratris ſui Pauli ex æquo mihi hæredes ſint, tunc omnes inſtituti cenſerentur in portionibus æqualibus: quia id denotant verba illa, ex æquo hæredes ſint: de qua re, & ſimilibus inſtitutionibus diſputat latè Anto. Gom. 1. tom. variar. reſol. capitulo ſecundo, a numero tertio, vide etiam Couar. capitu. Raynutius. §. ſecundo. Quia tamen legiſlatores eiuſmodi iuribus ſolum intẽdunt docere Iudices modum, quo conijcere ac arbitrari debeant, quænam fuerit teſtatoris voluntas, non verò condere interdum poſitiuum ius contra teſtatoris voluntatem, vtique nõ ſolum in conſcientia, ſed etiam in exteriori foro, ſemper in ſimilibus euentibus id iudicandum, ſequendumque eſt, quod attentis omnibus circunſtantijs, plus creditur fuiſſe voluntatem teſtatoris,

A in dubio tamen æqualiter pronunciandum eſt iuxta eiuſmodi iura.

Vt quæ ſequuntur melius intelligas, obſerua Tam hæreditatem, quam hæredem (quæ quod ad præſens inſtitutum attinet, pro eodem reputantur) perſonam defuncti repræſentare, vt conſtat ex lege, hæres, & hæreditas. ff. de vſucapionibus, & ex alijs iuribus. Vnde in authentico, de iureiurando à moriente præſtito, in princ. ſic ſcriptum legimus. Noſtris videtur, vnam quodam modo eſſe perſonam hæredis, & eius, qui in eum tranſmittit hæreditatem. Ratione huius repræſentationis, omne ius, quod ad defunctum pertinebat, tranſit ad hæredem, vt habetur l. hæres in omne. ff. de acquiren. hæred. Niſi ſit tale, quod cum defuncto expiret, vt ſi defunctus erat vſufructuarius, quia ius fruendi cum vita illius expirauit, non tranſit ad hæredem. Hæreditas verò, non ſolum alia bona defuncti, ſed etiam eiuſmodi omnia illius iura, quæ cum eo non
B expirant, complectitur. Sicut autem ad hæredem tranſeunt iura omnia defuncti, ſic etiam tranſeunt debita, & actiones, quæ aduerſus illum competebant, niſi aliqua cum defuncto expirauit, ad eaſq; tenetur hæres, ſaltem iuxta vires hæreditatis, & ſimul etiam ad legata implenda. Quæ autem iura defuncti, & quæ onera cum vita illius expirent, melius intelligetur ex progreſſu huius operis de iuſtitia, quàm ſi hoc loco vellemus ea coaceruare. Quando vnus tantum hæres ſuccedit defuncto, ille ſolus perſonam defuncti repræſentat: quando verò plures illi ſuccedunt, omnes integrè eum repræſentant, & quilibet in parte, & quemadmodum iura, ita etiam onera, & debita defuncti ad eum tranſeunt, iuxta proportionem in qua eſt hæres, vt patet ex l. cum a morte. C. de rei vend. l. 2. C. de hæreditarijs actionibus. l. 2. §. vlt. ff. de prætorijs ſtipul. & alijs iuribus.

C Hoc facto fundamento, alij hæredes inſtituuntur ſolum in re aliqua certa, puta in fundo aliquo, aut in re alia determinata: vt ſi dicatur, inſtituo Petrum hæredem meorum mancipiorum, aut mearum ouium, aut mei tritici, vel meæ pecuniæ, aut quouis alio ſimili modo in re determinata. Eiuſmodi autem hæredes, quando ſimul cum alio, aut alijs ex hæredibus prioris generis inſtituuntur, parum à legatarijs differunt, vt conſtat ex l. quoties. C. de hæredib. inſti. iuncta gloſſa ibi. Vnde, ſicut non ipſi, ſed hæredes prioris generis perſonam defuncti repręſentant, ita neque ad debita defuncti tenentur, vt ibidem habetur, neque, ſi quid (iuxta ea quæ dicenda ſunt) hæredibus accreſcat ipſis, ſed hæredibus prioris generis accreſcit.

Quando tamen cum eis nullus hæredum prioris generis inſtituitur, aut ſi inſtituatur, hæreditatem
D repudiat, aut moritur ante teſtatorem, vel antequã hæreditatem adeat, in euentibus, in quibus, iuxta ea quæ inferius dicenda ſunt, hæreditatem non tranſmittit ad hæredes, tunc tales hæredes cenſentur, ac ſi eſſent prioris generis, perſonamque defuncti repræſentant, ipſiſque proinde accreſcunt cætera defuncti bona, nec deuoluuntur ad defuncti ab inteſtato, vt patet ex l. 1. §. ſi ex fundo, ex l. quoties. §. ſi duo, ex l. ex facto. 2. ff. de hæred. inſti. & ex l. 14. tit. 3. par. 6. atque ex alijs iuribus, quæ Anton. Gom. 1. tom. variar. reſolu. cap. 10. num. 8. & nu. 13. refert. lege etiam Syluest. verſ. legitima. nume. 14. Id verò idcirco ſtatutum eſt, ne admittatur, quenquam ex parte diſcedere teſtatum, & ex parte inteſtatum, quod iura abhorrent, vt patet reg. ius noſtrum, quę eſt 7. ff. de reg. iur.

Intelligendum tamen hoc eſt, quando, qui inſtitutus eſt in re certa, fuit inſtitutus per verba directa

recta, & non communia: ſecus autem quando inſtitutus fuit per communia, aut indirecta, vt vocant: nam tunc ſolum haberet vim legati, ac proinde ſiue nullus alius eſſet inſtitutus hæres, ſiue eſſet inſtitutus, & vel repudiaſſet hæreditatē, vel mortuus fuiſſet ante teſtatorem, bona illa deuoluerentur ad hæredes ab inteſtato, eò quòd teſtator nullum haberet hæredem ex teſtamento. Ita Ant. Gom. loco citato. nu. 12. & alij, quos refert.

Ad cuius rei intelligentiam obſeruandum eſſe cum Bart. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. Pan. cap. Raynutius, de teſt. nume. 3. 6. & 15. & cum Couar. ibidem. §. 9. nume. 4. & 5. & cum alijs doctoribus communiter, iuxta l. quoniam indignum. C. de teſt. & alia iura. Inter verba quibus aliquid per vltimam voluntatem relinquitur, quædam directa vocari, & quædam indirecta, ſeu obliqua. Poſterioris generis ſunt, quæ fideicommiſſariam ſubſtitutionem denotant, qua quis, quod ſibi à teſtatore relinquitur, non ab eo directè, & immediatè recepturus ſit, ſed ipſius hærede, ſiue is ſit hæres ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, atque hac de cauſa fideicommiſſaria ſubſtitutio indirecta appellatur. Eiuſmodi verba ſunt, rogo, volo, mando, & his ſimilia, quibus ſermo haberi videtur cum hæredibus, vt ipſi quod diſponitur, exequantur, nempe vt reſtituant hęreditatem, vel talem, aut tantam illius partem tali, vel tali. Prioris vero generis ſunt, quæ denotant aliquid directè, & immediatè relinqui à teſtatore, ſiue nulla interueniat ſubſtitutio, & dicatur relinquo omnia mea bona, aut talem, vel tantam eorum partem Petro, ſiue ſubſtitutio interueniat, & dicatur, inſtituo Petrum hæredem, & ille hæres non fuerit, inſtituo Paulum. Hæ namque omnes inſtitutiones ſunt directæ, quia tam Petrus, quàm Paulus illi ſubſtitutus, immediate ſuccedere debent defuncto: quare verba inſtiuo, & relinquo ex ſe directa ſunt.

Obſeruandum eſt deinde, comparatione directæ hæredis inſtitutionis quædam verba appellari communia, & quædam propria, ac ciuilia, vt iuriſperiti vocant. Propria, ac ciuilia ſunt, quæ ſeruata ſermonis proprietate, neque ad legatum, neque ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem trahi, & accommodari poſſunt, vt ſunt hæc. Sit Petrus meus hæres, aut ſit hæres, inſtituo Petrum hæredem. Quin, eſto non addatur hæres, ſed dicatur, inſtituo Petrum in quarta, aut quinta bonorum meorum parte, vel natali fundo, aut re alia determinata, eſt verbum proprium, ac ciuile, hæredis inſtitutionem denotans, ac ſignificans. Communia verba ſunt, quæ indifferentia ſunt ad directam hæredis inſtitutionem, & ad legatum, aut ad fideicommiſſariam hæredis inſtitutionem, vt ſunt verba, relinquo, ſuccedat, & his ſimilia. Notat etiam Pan. numero 15. citato, in hæredum ſubſtitutionibus conficiendis, verba propria, & ciuilia denotantia ſubſtitutionem directam eſſe, ſi quis dicat, inſtituo hæredem Petrum, & ſi moriatur ſine liberis, ſit hæres Paulus, aut inſtituo Paulum, quia verba illa, ſit hæres, aut inſtituo, denotant, vt Paulus quaſi directè accipiat hæreditatem ab ipſo teſtatore. Verba verò indirecta, & obliqua eſſe, ſi dicat, ſi ſine liberis moriatur, volo, rogo, mando, vt reſtituant hæreditatem Paulo. Idem omnino erit, ſi dicat, reſtituant hæreditatem Paulo, nullo aliorum verborum adiecto, quoniam præceptum illud, reſtituat ad hæredem immediate inſtitutum dirigitur. Verba autem communia erunt, ſi dicat, ſi ſine liberis decedat, ſubſtituo illi Paulum, aut moriatur Paulo, hoc eſt, in commodum Pauli. Verbum nāque ſubſtituo, commune eſt directæ, & indirectæ ſubſtitutioni: item, mori in commodum Pauli, indifferens

A eſt, vt ex directa, vel indirecta ſubſtitutione commodum reportet.

His ita explicatis, intelligetur melius, quod dicebamus. Quia enim bonorum vniuerſitas ad ſolum hæredem pertinet, ſanè quando bona vniuerſim alicui, aut aliquibus relinquuntur, inſtitutio eſt directa hæredis, ſiue per verba propria, ac ciuilia comparatione directæ hæredis inſtitutionis relinquantur, ſiue per communia, dicendo, relinquo bona mea Petro, aut ſuccedat Petrus in bonis meis, ſiue per verba indirecta, & obliqua dicendo, volo, aut mando, vt ſit meus hæres, aut vt in meis bonis ſuccedat, vel quid ſimile, modo tamen ex indirecta forma verborum perſpicuè non intelligeretur, mentem teſtatoris fuiſſe facere fideicommiſſariam ſubſtitutionem. Quin, eſto teſtator diceret, lego omnia bona mea Petro, eſſet hæredis inſtitutio, & non legatum, vt ex Baldo, & alijs, quos refert, Antonius Gomezius, numero duodecimo citato affirmat. Ratio eſt, quia in contracti-
B bus, & vltimis diſpoſitionibus, plus attendendum eſt ad id, quod re ipſa fit, quàm ad verba, quibus exprimitur, quando de contraria mente contrahentium, aut teſtatoris non conſtat: teſtatorem autem velle, vt omnia ipſius bona ad aliquem directè deueniant, eſt inſtituere illum hæredem. Doctrina hæc tota conſtat apertè ex l. quoniam indignum. C. de teſtam. vbi de vniuerſali hæredis inſtitutione habetur. Quoniam indignum eſt ob inanem obſeruationem irritas fieri tabulas, & iudicia mortuorum (id eſt, teſtamenta) placuit, inſtitutioni hęredis verborum non eſſe neceſſariam obſeruātiam, vtrum imperatiuis, & directis verbis fiat, aut inflexis: nec enim intereſt, ſi dicatur, hæredem facio, vel inſtituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto, vel erit: ſed quibuslibet confecta ſententijs, vel in quolibet loquendi genere formata inſtitutio va-
C leat: ſi modo per eam liquebit voluntatis intentio. Nec neceſſaria ſunt momenta verborum, quæ forte ſemineci s, & balbutiens lingua profudit. Hæc ibi.

Quia verò ſucceſſio in re aliqua determinata, ſecundum ſe, rationem habet legati, ſanè niſi verbis ſpecialibus, & ciuilibus, quæ inſtitutionem hæredis ſignificent, alicui relinquatur, ſolum cenſebitur legari, non verò eum, cui relinquitur, hæredem inſtitui. Imo eſto verba hæredis inſtitutionem apertè ſignificent, non aliter hæres inſtitui cenſetur, quam ſi nullus alius vniuerſalis, neque in quota, ſimul inſtituatur, vel in defectum ſimilium hæredum, vt dictum eſt. Hæc omnia cenſet Anton. Gomez. nume. 12. citato extendenda eſſe ad inſtitutum in quota, nempe, vt ſi, vel verbis communibus, vel indirectis inſtitutio fiat, rationem habeat ſolum legati; id que argumento textus in l. cogi. §. & generaliter. ff.
D ad Trebellianum. Attamen in eo §. ſolum eſt ſermo de inſtituto in re certa verbo indirecto, quem tanquam legatarium definit. §. ille cogere non poſſe hęredem vniuerſalem, vt hæreditatem adeat, vt ibid. Gloſ. Accurſij exponit, & apertè conſtat ex §. ſi quis, ſubiuncto in eadem lege, quem ad id citat Accurſius: in eo namque definitur, inſtitutum verbo indirecto in quota hæreditatis, hoc eſt, fideicommiſſarium in ſola parte hæreditatis, cogere poſſe hæredem vniuerſalem, vt adeat hæreditatem, ſibique cōparare integram hæreditatem, quam hæres vniuerſalis, tanquam ſuſpecta, coactus in ſolam ipſius gratiam adiuit.

Illud vlterius eſt animaduertendum, quando duo inſtituti ſunt hæredes, vnus in vna re certa, & alius in alia, illiſque accreſcit reliquum hæreditatis, vel quia nullus alius inſtitutus eſt hæres, vel in defectum hæredum, qui ſimul fuerant inſtituti, & tunc

tunc eſto res,in qua vnus eſt inſtitutus ſit longè maioris valoris in duplo, triplo, aut quadruplo, quàm ea,in qua alius eſt inſtitutus,vnumquemque debere quidem accipere eam,in qua eſt inſtitutus, quia cenſendum eſt teſtatorem intendiſſe præferre,aut poſtponere in ea vnum alteri,incrementum tamen hæreditatis diuidendum eſſe inter eos in partes æquales & non iuxta proportionem valoris rei,in qua vnus eſt inſtitutus,ad valorem rei,in qua alius eſt inſtitutus. Ita habetur expreſſe. l.quoties.§ ſi duo,& l.ex facto.2.ff.de hæred.inſtit.cum tamen,vt mox dicemus, quando aliqui inſtituti ſunt in quotis diuerſis, ſi quid accreſcat,diuidendum ſit inter eos iuxta proportionem quotæ ad quotam, & non per partes æquales. Additur tamen. §.ſi duo, citato, modo apertè non conſtet contrariam fuiſſe voluntatem teſtatoris, vt ſcilicet inter inſtitutos in rebus certis incrementum diuideretur,iuxta proportionem valoris rei vnius ad ualorem alterius:nam tunc in ea proportione, iuxta teſtatoris voluntatem eſſet diuidendum.

Quando aliquis inſtitutus eſt in quota, & nullus eſt alius inſtitutus,aut ſi fuit inſtitutus; mortuus eſt ante teſtatorem, vel repudiauit hæreditatem, aut eam non adiuit; tunc reliquum hæreditatis accreſcit ita inſtituto in quota, nec deuoluitur ad hæredes ab inteſtato,ne detur teſtatorem deceſſiſſe teſtatum ex parte,& ex parte inteſtatum. Ita habetur. §.hæreditas,verſ.& ſi vnum,inſt.de hæred.inſt. Similiter accreſcit incrementum hæreditatis duobus, aut pluribus inſtitutis in quotis,ſed tunc accreſcit illis,iuxta proportionem quotæ ad quotam,vt patet l. quanquam.C.de milita.teſt.l.ſed & plures. in prin. ff.de vulg. & pupill. & l.1. C.de impuberum, & alijs ſubſtit.

Quia verò miles,vt diſp.124. oſtenſum eſt, priuilegium habet, vt diſcedere poſſit teſtatus ex parte, & ex parte inteſtatus; ſanè licet quando integrè ex teſtamento de ſuis bonis diſpoſuit, aut ſe diſpoſuiſſe eſt arbitratus, locum ſimiliter habeat ius accreſcendi in hæredibus in re certa, aut in quota, aut quotis ab eo inſtitutis, atque in inſtitutis ab alijs nihilominus, quando prudens integrè non diſpoſuit, incrementum ſuorum bonorum, de quo non diſpoſuit, non pertinet ad hæredes inſtitutos in quota, aut quotis, vel in re certa, ſed ad hæredes ab inteſtato, quibus illud, iuxta ſuum priuilegium, reſeruaſſe eſt credendum. Ita habetur expreſſe l.ſi miles vnum ex fundo, ff.de mil. teſt. l.ſecunda, C.de teſt. milit.

Dubium. Dubitant doctores, vtrum quòd inſtituto in re certa, aut in quota, quando nullus alius ſimul eſt inſtitutus hæres, accreſcant cætera bona defuncti, nec pertineant ad hæredes ab inteſtato, ſolum habeat locum in exteriori, an etiam in conſcientiæ foro.

Non immeritò dictum eſt, quando nullus alius ſimul inſtitutus eſt hæres: quoniam ſi inſtitutus fuiſſet hæres incrementi illius, tunc manifeſtum eſſet teſtatorem ab eo etiam voluiſſe excludere hæredes ab inteſtato, ac proinde ſi per defectum hæredis, aut hæredum ſimul inſtitutorum,vacaret, quia mortui eſſent ante teſtatorem, vel repudiaſſent hæreditatem, aut aliqua alia ratione, proculdubio per ius accreſcendi, etiam in conſcientiæ foro pertineret ad hæredem inſtitutum in quota, aut in re certa.

Ad dubium propoſitum, Panorm.cap.2.de teſta. ad finem, nume.4.cum Federico de Senis,Calder. & Ioan. Andr. Sylu.verb.hæreditas.3.num.3. Anton.Gomez.1.tom. variar.reſolutio. c.10.nume.9. & alij, quos refert, reſpondent, habere etiam locum in foro conſcientiæ. Quoniam ius humanum,

A quando diuino non aduerſatur, vim habet in foro conſcientiæ, ſufficienſque eſt ad dominij translationem. Adhibent vero limitationem, modo doloſè non fuerit teſtatori perſuaſum,reliqua ipſius bona non pertinere ad ita inſtitutum in quota,aut in re certa, ſed ad hæredes ab inteſtato, idque in cauſa fuerit, quòd eo pacto ſuum condiderit teſtamentũ. Tunc enim notum eſt in conſcientiæ foro incrementum illud reſtituendum eſſe hæredibus ab inteſtato,quibus per fraudem iniuſtè eſt ablatum. Idẽ que in exteriori foro iudicaretur, ſi de tali fraude conſtaret,& inſuper pœna imponeretur iniuſto inductori.

Dubium. Cum hoc dubio eſt hoc aliud coniunctum, in quo variè ſentiunt doctores. Quid ſi teſtator inſtituit vnum in quota, aut in re certa, de alijs verò ſuis bonis non diſpoſuit,ſed ſolum expreſſit,ne aduenirent,nec accreſcerent hæredi ita inſtituto:pertinebuntne tunc ad eum, an ad hæredes ab inteſtato?

B

Quorundã opinio. Alexan. Dynus, Imo. Bal. Aret. Ang. de Peruſ. quos Anton. Gom.1.tom. variar. reſol.nu. 10.cap. 10.refert,cenſent,incrementum illud bonorum pertinere ad hæredem ita in quota, aut in re certa inſtitutum, non verò ad hæredes ab inteſtato. Ducuntur,quoniam iura ſtatuunt, vt inſtitutus in quota,aut in re certa,ſuccedat in omnibus bonis defuncti, de quibus non diſpoſuit, neque illa deueniant ad hæredes ab inteſtato,idque,ne quis diſcedat partim teſtatus,& partim inteſtatus, quod iura abhorrent,ac prohibent, adeò vt regula, ius noſtrum, de reg.iur.habeat, Ius noſtrum non patitur, eundem in paganis(id eſt, qui iure militari condit teſtamentum)& teſtatum, & inteſtatum diſceſſiſſe, earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſtatus, & inteſtatus, quis ſit, hactenus regula illa. Atque hac de cauſa iura ſupracitata ſtatuunt, vt inſtitutus in re certa eo ipſo ſuccedat in omnibus defuncti bonis, quorum non inuenitur hæres ex teſtamento: quare cum præceptum teſtatoris latum contra ordinem iuris ſit nullum; fit, vt non impediat quominus cætera ipſius bona, iuxta iurium diſpoſitionem,accreſcant hæredi ita inſtituto. Præterea quia l.ſi quis ita hæres inſtitutus. ff.de hæred. inſtituend. cum teſtator quendam inſtituiſſet in omnibus ſuis bonis,excepto fundo,aut vſufructu fundi,atque adeò prohibuiſſet, ne in eo ſuccederet, nihilominus ſtatuitur,rem ita exceptam ad eum hæredem non ſecus pertinere,ac ſi non eſſet excepta;eo, quod teſtator de illa non diſpoſuerit.

Fundamentum primũ.

C

Secundum.

Bart.opin. Contrariam ſententiam affirmant Sylueſt. loco citato. Bart. Paul.à Caſtro,& alij, quos Anton.Gomez.num.citato refert.Cynus,& Salicetus,quos refert,& ſequitur Gregor.Lopez ad l.14.titu.3.par.6. quam confirmant ex l.quoties.§.ſi duo.ff.de hære. inſtit.vbi habetur, inſtitutos in rebus certis inæqualibus quoad valorem, ſuccedere æqualiter in hæreditatem; ſi modo,ait textus, voluntas teſtatoris maniſeſtiſſimè non refragetur. Ecce, inquiunt,ex eo textu colligitur, tunc ſolum inſtituto in re certa accreſcere cætera bona defuncti, de quibus non eſt teſtatus,quando non conſtat contrariam fuiſſe voluntatem teſtatoris, vt in re, de qua diſputamus, conſtat. Accedit, in vltimis voluntatibus ante omnia præferri, ac ſeruari debere uoluntatem teſtatoris.

D

Bartolus, & Paulus à Caſtro cenſent, inſtitutionem hæredis in re certa in euẽtu, de quo loquimur, eſſe inualidam in ratione inſtitutionis,eaque de cauſa hæreditatem totam defuncti pertinere ad hæredes ab inteſtato, iuxta ea tamen,quæ diſput.124. dicta ſunt,conuerti in fideicommiſſum,& idcirco hæredes ab inteſtato teneri reſtituere hæredi ita inſti-

tuto

tuto rem illam certam, aut quotam, in qua inſtitutus eſt, atque hanc cum Corneo cenſet Ant. Gom. eſſe communiorem Doctorum ſententiam, in eamque potius, quam in ſententiam priori loco relatam, videtur propendere; cum poſteriori loco eam referat, illamque defendat.

Cynus verò, Salycetus, & Gregorius Lopez arbitrantur, validam eſſe inſtitutionem illam in re certa, rationeque illius hæreditatem totam pertinere ad hæredem eo pacto inſtitutum: attamen eo ipſo, ꝙ iuſſus eſt contentus eſſe re, in qua eſt inſtitutus, cenſeri grauatum reſtituere incrementum hæredibus ab inteſtato, locoque quartæ trebellianicæ retinere ſolam rem, in qua eſt inſtitutus.

Dubij deciſio.

Opinio Barto. ſanè intellecta mihi placet, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro, quando teſtator illo modo eſſet teſtatus, ignarus iuris prohibentis quenquam diſcedere ex parte teſtatum, eaque de cauſa concedentis vniuerſam hæreditatem quibuſcunque hæredibus ex teſtamento: quæ ignorantia regulariter præſumenda eſt in omnibus, qui in ciuili iure non ſunt verſati: cum hæc res non paſſim peruia, ſed multum abdita eiuſmodi hominibus ſit.

Fundamentum, cui nitor, non eſt. §. ſi duo, citatus: in eo enim non recurritur ad teſtatoris voluntatem, quaſi ab ea pendeat, vt quis ex parte teſtatus diſcedat, neque Bartolus in re, de qua diſputamus, id intendit, aut eſt vnquam in iure permiſſum, ſed ſolum recurritur, vt videatur, an integra hæreditas, quæ inter inſtitutos in rebus certis inæqualibus tanquam inter hæredes in ſolidum eſt diuidenda; ſit per partes ęquales diuidendá, vt §. ille, & alia iura regulariter, atque in dubio faciendum eſſe ſtatuunt: an potius iuxta proportionem rei ad rem, in quibus ſunt inſtituti.

Fundamenta itaque, in quibus innitor, duo ſimul iuncta ſunt potiſſimum. Primum, quòd nulla æquitas patiatur, vt ſine vllo Reipublicæ commodo, & ſine teſtatoris peccato, qui ſubtilem hanc iuris diſpoſitionem inuincibiliter ignorahit, fraudetur intentione, ac voluntate quam habuit, diſponendo eo pacto de rebus ſuis: & hæredes ab inteſtato priuentur portione, quam teſtator intendit illis relinquere. Quod ſi teſtator prudens id eſſe contra iuris diſpoſitionē, eo pacto fuiſset teſtatus, tunc meritò hęreditas tota in pœnam ipſius adiudicaretur inſtituto ſolum in re certa, aut in quota hæreditatis, quin meritò ſtatueretur, vt nulla expectata ſententia, hæreditas tota aduenirer eiuſmodi hæredi; quandoquidem eo ipſo, quod teſtator moritur, hęreditas vacat, ac proinde extrahenda in pœnam non eſt de dominio, & poſſeſſione hęredum ab inteſtato: at verò, quòd teſtator inuincibiliter eam iuris diſpoſitionem ignorãs, eo pacto puniatur, profectò æquitas non patiatur. Secundum eſt, quòd tam in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, vt ſupradictum eſt, potius ſit attendendum ad id, quod reipſa fit, quàm ad verba, quibus fieri ſignificatur: qui autem ſolum inſtituit aliquem in re certa, aut etiam in quota, & reliqua ſua bona deuenire vult ad hęredes ab inteſtato, quando id non exprimit, quia neceſſarium non arbitratur, reipſa efficit codicillum, quò uerum legatum ei, quē in re illa certa, aut legatum, vel fideicommiſſum ei, quem in quota inſtituit, relinquit, non verò efficit teſtamentum cum ſucceſſores ab inteſtato velit eſſe hæredes ſuos vniuerſales: quare quemadmodum quando codicillo relinquitur alicui hæreditas, ex benigna iuris interpretatione, obliquari cenſetur talis hæredis inſtitutione omnino vitietur, tranſitque in fideicommiſſum, vt diſputatione 124. explicatum eſt: ita in re propoſita longè maiori cum ratione id, quod ſolum verbis effigiem habet teſtamenti, neque ipſa eſt codicillus, cenſendum eſt codicillus, eaque inſtitutio in re certa, aut in quota, legatum, aut fideicommiſſum eſt appellandum, ad quod implendum cenſendum eo ipſo eſt grauatos eſſe hęredes ab inteſtato. Atque hoc eſt, quod Bartolus voluit, neque credo illum exiſtimaſse in hoc euentu falcidiam, vel trebellianicam eſſe detrahendam, præſertim quando hæredibus ab inteſtato ſaltem quarta pars bonorum deſuncti remaneret, quoniam non ea fuit mens teſtatoris, inopinatuſque hic euentus per Epicheiam cenſendus eſt exceptus à lege falcidiæ, & trebellianicæ. Quando autem quis in teſtamento vniuerſalem, aut vniuerſales inſtituiſſet hæredes, & rem certam, aut quotam aliquam prohibuiſset eos accipere, intendens vt deueniret ad hæredem, aut hæredes ab inteſtato; tunc, quia illud reipſa eſset teſtamentum, idque, quod reſeruaſſet, legati, aut fideicommiſſi rationem non haberet, vera eſset opinio Cyni, Salyceti, & Gregorij Lopez.

Ad fundamentum opinionis Alexandri, Dyni, & aliorum, dicendum eſt, id eſse verum, quando teſtator, non ignorans inuincibiliter eam iuris diſpoſitionem, condidit eo pacto teſtamentum, tunc enim, ſi expreſsè non prohibuit inſtitutum in re certa, aut in quota, accipere incrementum bonorum, præſumendum eſt, intendiſſe, vt iuxta præſcriptum iuris, illi accreſceret: ſi vero prohibuit, curandum non eſt de ipſius præcepto, ſed puniendus eſt, vt iuxta legum diſpoſitionem eo ipſo incrementum pertineat ad hæredem ita inſtitutum. Non tamen eſſe verum, quando ex ignorantia inuincibili talis diſpoſitionis quis eo modo eſset teſtatus, quoniam iniquum eſset legiſlatores id in tali euentu velle.

Porrò ridiculum eſt arbitrari, eſse contra ius naturale, vt quis decedat ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus, cum non ſolum militi liceat, ſed etiam quando hæres incapax eſt totius hæreditatis, fas ſit teſtatori inſtituere illum in bonis, quorum eſt capax, & in reliquis diſcedere inteſtatum, vt colligitur apertè ex l. prima, C. de ſecundis nuptijs, affirmatque communis doctorum ſententia. Satis etiam per ſe eſt manifeſtum, nullum abſurdum eſſe, ſi quemadmodum quis poteſt diſcedere integre teſtatus, ſi dicat, inſtituo Petrum in tali meo fundo, aut in quinto meorum bonorum, reliqua vero deueniant ad hæredes meos ab inteſtato; quandoquidem eo ipſo hæredes ab inteſtato eſſent hæredes ex teſtamento: ſic etiam ſtatutum fieret, vt ea, de quibus expreſse non diſponeret quis in teſtamento, deuenirent ad hæredes ab inteſtato, neque contrarium voluit regula illa citata, quandoquidem concedit militem diſcedere poſſe teſtatum ex parte, ſed ſolum uoluit, quòd ſicut pugnat diſcedere aliquem teſtatum, & inteſtatum, ita ſtatuit ius, vt nullus diſcedere poſſet teſtatus ex parte, & ex parte inteſtatus.

Ad legem ſi quis ita, dicendum eſt, intelligendam eſſe quando teſtator conſcius erat prohibitionis, ne quis ex parte teſtatus diſcederet. Aut quando præſumptio erat, illum intendiſſe, ſeorſim diſponere de illa re, quam reſeruabat, & vel oblitum, vel morte præuentum non diſpoſuiſse: tunc enim accreſcit hæredi inſtituto.

DI-

DISPVTATIO CLVI.

Hæredis inſtitutio ex certo dumtaxat die, aut ad certum diem, an valida ſit.

HAeredis inſtitutio qualis eſſe debeat, & quouſque de iure communi, aut huius Luſitaniæ, vel Caſtellæ regni, neceſſaria ſit, vt teſtamentum ſit validum, dictum eſt, præſertim diſput. centeſima vigeſima quarta, & 127. Nunc circa eam nonnulla diſputanda ſunt, oriendumque eſt à propoſita quæſtione: eò quod cum dictis diſputatione præcedente ſit coniuncta.

Ex iuris diſpoſitione ſicut non poteſt quis diſcedere ex parte teſtatus quoad bona ſua, & ex parte inteſtatus, vt diſputatione præcedente explicatum eſt: ita neque quoad tempus, ita, vt vno tempore hæres, aut hæredes instituti ex teſtamento debeant ſuccedere, & alio hæredes ab inteſtato; ſine eorum ex teſtamento inſtitutione. Hinc, ſi quis ita teſtetur poſt quinquennium à morte mea ſit meus hæres Petrus, vel ſit meus hæres decem prioribus annis à morte mea; talis limitatio temporis habetur pro non adiecta, cenſeturque ille inſtitutus hæres in omne tempus: ſicut de eo, qui in quota, aut in re certa inſtitutus eſt, vt diſputatione præcedente eſt dictũ, cenſeri inſtitutum in vniuerſam hæreditatem, quando nullus alius inſtitutus eſt hæres. Ita habetur §. hæres, inſtit. de hæred. inſtit. l. hæreditas ex die. ff. eodem titulo. l. decima quinta, titu. 3. par. ſexta, & alijs iuribus. Excipitur in milite, qui ex priuilegio, quemadmodũ quoad bona, ita quoad tempus, diſcedere poteſt ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus, vt conſtat ex l. in fraudem, §. miles, l. miles ita. ff. de mili. teſtam. & ex l. 15. citata.

Dicendum tamen eſt, quando eo pacto quis eſſet teſtatus ignorans inuincibiliter eiuſmodi iuris diſpoſitionem, quod regulariter de quocunque, in iure minimè verſato, eſt præſumendum, intendenſque, vt hæredes ab inteſtato reliquo tempore potirentur bonis ſuis; nunc tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro, illis reliquo tempore deberi hæreditatem, quaſi qui pro priori tempore ex teſtatoris intentione eſſent hæredes, grauati cenſerentur reſtituere hęreditatem futuris pro poſteriori tempore, trebellianica minimè detracta: militant namque illę eædem rationes, propter quas hoc ipſum diſputatione præcedente definiuimus, quando quis ſimili modo diſceſſiſſet teſtatus ſolum ex parte quoad bona ſua, neque eſt neceſſe hoc loco repetere quæ ibi dicta ſunt.

Quando autem quis eſſet inſtitutus hæres in diem incertum, tam an eſſet futurus, quàm quando eſſet futurus, vt ſi teſtator habens vnicum fratrem, qui ei ab inteſtato ſuccederet, diceret, in diem quo frater meus ſecundam duxerit vxorem, inſtituo hæredem conſobrinum meum Antonium, valida eſſet talis inſtitutio, quia eſt conditionalis, vt conſtat ex l. dies incertus. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, cuius hæc ſunt verba. Dies incertus conditionem in teſtamento facit. Et tunc, ſi is dies adueniat, ſuperſteſque Antonius ſit, cenſetur hæres à die obitus teſtatoris: quoniam, impleta conditione, retrotrahitur inſtitutio, ac ſi nulla eſſet appoſita conditio. Quod ſi dies non adueniat, quia frater teſtatoris nunquam ducet ſecundam vxorem, aut Antonius, quando dies aduenerit, ſuperſtes non ſit, manet hæres frater defuncti, qui ab inteſtato ſuccedebat. Interim autem dum pendet conditio illa, quam impleri, aut non impleri in ipſius eſt poteſtate, ſuperſteſque eſt Antonius, frater defuncti, qui hæres eſt ab inteſtato, cenſetur etiam hæres ſub conditione, ſi vxorem ſecundam non ducat, ſuperſtite Antonio, ipſi tamen eſt tradenda hæreditas, cautione præſtita, quod eam reſtituet, ſi impleta fuerit conditio ſub qua Antonius eſt inſtitutus.

Quando etiam quis eſſet inſtitutus hæres in diem incertum, quando eſſet futurus, certum tamen, quod eſſet futurus, valida eſſet inſtitutio, vt ſi teſtator in caſu propoſito dixiſſet, ſit hæres conſobrinus meus in die, qua mortua fuerit mater eius: etenim licet certum ſit futurum diem, in quo eius mater morietur, quia tamen incertum eſt, an tunc conſobrinus erit ſuperſtes, quod tamen neceſſe eſt, vt frater defuncti, qui hæres eſt ab inteſtato, deſinat eſſe hæres, ſitque hæres talis conſobrinus, valida profectò eſt talis inſtitutio, vtpote in certa comparatione conditionis appoſitæ.

An verò valida ſit inſtitutio, ſi quis dicat, inſtituo Petrum hæredem in die, qua Petrus ipſe morietur. Lex 15. citata affirmat. Bartolus verò, & alij, quos refert, ac ſequitur Antonius Gomez. primo tomo variarum reſolutionum, capitulo ſecundo, numero vndecimo, cenſent, perinde id eſſe, ac ſi Petrus inſtitutus eſſet, vt in parte duntaxat temporis eſſet hæres, nempe à puncto, quo mori inciperet, teſtatoremque reputandum eſſe, ac ſi diſceſſiſſet ex parte quoad tempus teſtatus, atque adeò inſtitutionem illam ducendam eſſe, ac ſi eſſet pura, & ſine vlla temporis limitatione. Superuacaneum autem duco de ijs, quæ rariſſimè, aut nunquam euenient diſputare.

Quæstio. Vt ad inſtitutionem, vſque ad certum tempus regrediamur. Dubitant Doctores, quid ſi duo inſtituti ſint ſimul hæredes, vnus vſque ad primum decennium a morte teſtatoris, & alius reliquo tempore, valida ne erit vtriuſque inſtitutio? Dynus, & Cumanus, quos Antonius Gomezius loco citato, numero nono, refert, affirmant vtramque vt iacet, eſſe validã tanquam directam inſtitutionem. Neque ſanè eſt improbabilis ea ſententia: quandoquidem teſtator non diſcedit ex parte, ſed integrè teſtatus quoad tempus: ſicut ſi quis duos inſtitueret hæredes, vnum in ſexto ſuorum bonorum, & alterum in reliquo, diſcederet teſtatus integrè quoad bona. Barto. & alij arbitrantur, tempus illud inſtitutionis ſubducendum eſſe, & vtrumuis cenſendum eſse inſtitutum purè vnà cum alio in dimidio hæreditatis. Id tamen non videtur conſentaneum rationi. Communior Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Anton. Gomez. ibidem, & Gregor. Lopez, l. decima quinta, citata, cenſet primum grauatum eſſe reputandum reſtituere poſt decennium hæreditatem, quaſi comparatione ſecũdi hæredis, ſit illud fideicommiſsum. Hoc ſi intelligatur, ita vt trebellianica non ſit detrahenda, in primam ferè incidit ſententiam, quæ ſatis eſt probabilis. Iuxta eam verò, ſi poſterior hæres è vita diſcedat ante primum decennium abſolutum, accreſcere videtur totum illius tempus hæredi in primum decennium inſtituto: quoniam poſterior inſtitutio tacitam videtur habere conditionem, niſi prius è vita diſcedat.

DISPVTAT. CLVII.

Hæredis inſtitutio, aut legatum alterius voluntati commiſſa, an valida ſint, & quando aliquid pauperibus relinquitur, à quo, & quibus pauperibus ſit diſtribuendum.

HAeredis inſtitutio, quin & legatum, ſi in alterius voluntatem committantur, inualida ſunt iure ciuili, vt ſi teſtator dicat, inſtituo hæredem meorum bonorum quem Petrus, vel quos

Pe-

Petrus voluerit, aut inſtituo Paulum hæredem, ſi
Petrus voluerit: idem eſt, ſi dicat, lego centum ei,
quem Petrus voluerit, aut Paulo, ſi Petrus voluerit.
Ita habetur leg. inſtitutio, & l. captatorias. ff. de hę
redibus inſtituendis. l. captatorias. C. de teſtam.
mili. & l. 11. titu. 3. par. 8. Quoad legata verò l. capta
toriæ, ff. de legatis primo, & l. 29. titu. 9. par. 6. atque
alijs iuribus, quæ Couarruu. capitulo cum tibi, de te
ſtamen. numero primo, & ſeptimo, & Anton. Go-
mez. ad l. 31. Tauri, & 1. tom. var. reſ. cap. 12. nume.
47. citant.

Couar. licèt confiteatur quancunque hæredis in-
ſtitutionem, quæ in alterius voluntatem committi-
tur, eſſe nullam, vt ex iuribus citatis conſtat, cuius rei
Emanuel à Coſta, cap. ſi pater. par. 1. in verbo pau-
peres, fol. 173. rationem reddit, quia ſi poſt teſtato-
ris mortem, ille alius vel morte præuentus, vel quia
non vult, nullum pronuntiet hæredem, ille prior di-
ſcedit inteſtatus, ac proinde inſtitutio commiſſa alte
rius voluntati ſimpliciter non eſt inſtitutio, cum ta-
men ab hæredis inſtitutione ratio teſtamenti pen-
deat: licet, inquam, id confiteatur Couar. Cenſet ta-
men non omnem hæredis aut legati inſtitutionem,
quæ alterius committitur voluntati, appellari in iure
captatoriam, ſed eam ſolam, quæ fit animo, aut ſpe-
cie adulandi, aucupndive alterius voluntatem, vt ali
quid efficiat, vt ſi teſtator dicat, inſtituo Petrum hæ
redem, aut tale legatum illi relinquo, ſi ipſe me, aut
Paulum viciſſim inſtituat, aut ſi dicat, in qua portio
ne me inſtituerit, ipſum etiam inſtituo. Hac enim
via peſſimi homines captare aliorum voluntates ſo-
lebāt, eoſque perducere, vt vel hæredem, quem opta
bant, inſtituerent, vel legatum illi relinquerent, &
tunc ipſi ſuas reuocabant inſtitutiones, aut legata, de
ceptoſque illos alics relinquebant. Ad his itaque
malis obuiandum, iure ciuili redditæ ſunt nullæ in-
ſtitututiones, & legata, quæ ſub conditione de futu-
ro, ſi alius talem, vel talem hæredem inſtituet, aut le-
gatum relinquet, fuerint effecta. Secus autem, ſi ſub
conditione de præterito: valida naque eſt eiuſmodi
inſtitutio, Petrum hæredem inſtituo, aut legatum ei
relinquo, ſi ille me hæredem inſtituit, aut tale legatū
reliquit, vt habetur l. illæ inſtitutiones, ff. de hæredi-
bus inſtituendis. Item prohibitum non eſt, aliquos
ſe mutuò hæredes ex amoris affectu relinquere, vt
habetur l. captatorias, ff. de hæred. inſtituendis, quo
pacto coniunges, etiam in eodem teſtamenti inſtru-
mento, ſolent ſe mutuo hæredes relinquere. Paſſim
tamen Doctores vniuerſim inſtitutionem, aut lega-
tum captatoria appellant, quæ alerius committun-
tur voluntati. Fortè quia ea omnia ideò iure ciui-
li ſunt reddita nulla, quia ſuſpecta ſunt ne animo eo
rum captandi voluntates fiant, quorum voluntati
committuntur.

Quamuis nec hæredis inſtitutio, nec legatum va-
lida ſint, ſi formaliter alterius voluntati commit-
tantur; ſi tamen tacitè ſolum, ac virtute commit-
tantur, quatenus ſub tali conditione de futuro fiunt,
quam implere, aut nō implere ſitum ſit in cuiuſdam
tertij voluntate, valida ſunt, vt ſi quis dicat, inſtituo
meum hæredem Petrum, aut lego centum Paulo, ſi
Antonius tali die capitolium aſcenderit. Ita habe-
tur expreſsè leg. nonnunquam, ff. de cond. & demō-
ſtra. Indeque ait iuriſconſultus leg. expreſſa. ff. de
regul. iur. dictnm eſſe, expreſſa nocent, non expreſſa
non nocent. Item habetur leg. vigeſima nona, titu.
9. par. 6.

Valida eſt hæredis inſtitutio, aut legatum, in
quibus apponitur expreſſa conditio, ſi, qui ita eſt
inſtitutus, voluerit eſſe hæres, aut ſi legatarius lega-
tum voluerit. Et quamuis ea conditio, eſto non
apponatur, ex ipſamet rei natura intelligatur: ni-
hilominus quando apponitur, niſi legatarius an-

A tequam è vita diſcedat, legatum acceptet, non tranſ-
mittit illud ad hæredes, neque hæres illo modo inſti
tutus, hæreditatem non aditam tranſmittit in euen-
tibus in quibus, iuxta ea, quæ inferius ſuo loco dicen
da ſunt, alioquin tranſmitteret. Ita habetur l. ſi ita
legatum. §. illi ſi volet. & l. ſenatus. §. legatum, iun-
cta gloſſ. ibid. ff. de leg. primo, & l. ſi ita expreſſum.
ff. de cond. & demonſt. & affirmat Anton. Gomez.
ad l. 31. Tauri, num. 3. & 1. tom. variar. reſolu. cap.
12. num. 47.

Legatum, ſi non in liberam voluntatem, ſed in ar
bitrium, vel hæredis, vel cuiuſdam tertij, alicui relin
quatur, validum eſt: quod ſi illi non arbitrentur, quia
morte præuenti, aut alia de cauſa, vel iudicent non
conferendum, nec ſufficientem rationem reddant,
cur id ita iudicent, legatum debetur legatario: quo-
niam id eorum iudicio eſt commiſſum, tanquam
prudentium, bonorumque virorum arbitrio, neque
propriè rationem habet conditionis. Ita habetur
B leg. ſi ſic. ff. de legatis primo, cuius hæc ſunt verba.
Si ſic legatum ac fideicommiſſum ſit relictum, ſi
exiſtimauerit hæres, ſi comprobauerit, ſi iuſtum pu-
tauerit, & legatum, & fideicommiſſum debebitur:
quoniam quaſi bono viro ei potius commiſſum eſt,
non in meram voluntatem hæredis collocatum.
Idem habetur l. fideicommiſſa, §. ſic fideicommiſ-
ſum. verſiculo quanquam. ff. de legatis 3. qui ita ha
bet. Quanquam autem fideicommiſſum ita reli-
ctum, ſi volueris, non debeatur, tamen ſi ita ſcriptū
fuerit, ſi fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi exiſtimaue-
ris, ſi vtile tibi fuerit viſum, vel videbitur, debetur.
Non enim plenum arbitrium voluntatis hæredi de-
dit, ſed quaſi viro bono commiſſum relictum. Pro-
inde ſi ita ſit fideicommiſſum relictum illi, ſi merue-
rit, omnino fideicommiſſum debebitur, ſi modò me
ritum apud virum bonum collocare fideicommiſ-
ſarius potuit. Et ſi ita ſit, ſi te non offenderit, æquè
C debebitur, nec poterit hæres cauſari, nō eſſe eum me
ritum, ſi alius vir bonus & non infenſus meritum
potuit admittere. Hæc ibi. Idem habetur l. 29. ti-
tulo 9. par. 6. & affirmant gloſſ. prima, ff. de legatis
ſecundo; Anton. Gomez ad l. 31. Tauri, numero 3.
& primo tomo variar. reſolu. capitulo duodecimo,
numero 47. & Doctores, quos citat. Si tamen lega-
tum omnino eſt relictum in liberam voluntatem hę
redis, vt illud ſoluat ſi voluerit. Tunc licet non ſit
captatorium, atque adeò omnino nullum, ſicut ſi re
lictum eſſet in liberam voluntatem tertij, eſt tamen
conditionale: ſemelque volente, aut ſtatuente ſolue-
re firmum redditur. Quod ſi vel legatarius ante-
quam hæres illud ſoluere ſtatuat, è vita diſcedat, vel
hæres moriatur, nihil aut contrarium ſtatuendo, in-
ualidum efficitur tale legatum. Atque hoc eſt, quod
habetur. §. ſic fideicommiſſum citato, & l. prima, ff.
de legatis ſecundo, atque l. 29. Caſtellæ citata. Qua-
D re in eiuſmodi legatis, & fideicommiſſis magnope-
re eſt aduertendum, an verba, iuxta exempla iuribus
citatis expreſſa, arbitrium ſonent, an liberam volun-
tatem.

Non dubio inſtitutionem etiam hæredis, quando
eſt determinatæ perſonæ, quæ inſtituatur, ſed depen
denter ab alterius arbitrio, ſi illi videbitur, validam
eſſe eo pacto, quo de legato dictum eſt. Quod ſi is
iudicauerit, eo pacto inſtitutum non debere eſſe hæ
redem, ſufficientemque rationem reddiderit, cur ita
iudicet, hæreditas deuoluetur ad hæredes ab inteſta-
to, niſi in eo euentu teſtator alium inſtituerit hære-
dem.

Electio de aliquibus certis perſonis ad legatum,
fideicommiſſum, aut etiam hæreditatem commit-
ti poteſt non ſolum arbitrio, ſed etiam liberæ vo-
luntati cuiuſdam tertij. Vt ſi vxor in hoc Luſita-
niæ Regno dicat, relinquo tertium meorum bo-
norum

norum vni, aut duobus meorum filiorum, quos maritus meus voluerit: aut in Regno Caſtellæ dicat, relinquo tertium & quintum meorum ei, vel eis meorum filiorum, quibus maritus meus voluerit. Idem eſt ſi maritus ſimile legatum, aut meliorationes relinquat, electionemque vxori, aut cuiuis alteri committat. Idem quoque eſt, ſi quis dicat, relinquo hæredem meorum bonorum eum, vel eos ex meis fratribus, quos meus patruus elegerit, vel quos elegerit talis doctus ac pius vir. Ita colligitur apertè ex l. vnum ex familia, ex l. cum quidam 24. ff. de leg. ſecundo, ex l. vtrum, §. 1. de reb. dubijs: & ex alijs iuribus, affirmatque communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Antonius Gomez. ad l. trigeſimam primã Tauri, num. quarto, & primo tomo, variar. reſo. capitulo 12. numero quadrageſimo octauo, Couar. capitu. cum tibi, numero vndecimo, de teſtam. & Emmanuel à Coſta vbi ſupra. In huiuſmodi namque euentibus, hæres, legatarius, aut fideicommiſſarius, à teſtatore manent inſtituti, adeò vt ſi is, cuius arbitrio, aut liberæ voluntati electio committitur, morte præuentus, aut alia ratione non eligat, omnes illi in hæreditatem, legatum aut fideicommiſſum ſuccedant, ſi omnes ſuperſtites ſint, vt conſtat ex l. vnum ex familia, §. rogo, & ex l. cum quidam citatis: quare ſola qualitas, quippiamve ad id neceſſarium, nempe electio, alterius arbitrio aut voluntati committitur, non verò hæredis, legatarij, aut fideicommiſſarij inſtitutio. Vnde eligente eo, cui electio commiſſa eſt, electus non cenſetur accipere de manu ipſius, ſed de manu prioris teſtatoris, vique teſtamenti prioris teſtatoris: neque cenſetur habere effectus & qualitates, quaſi accipiat ab eligente, ſed quaſi accipiat à ſolo priore teſtatore, vt habetur l. vnum ex familia, in prin. & §. primo, ff. de leg. primo & alijs iuribus, quæ Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolu. capitu. duodecimo, numero quadrageſimo octauo, citat. Poteritque electio fieri ſiue in teſtamento, ſiue extra teſtamentum coram duobus tantum teſtibus, vt Anton. Gomez. ibidem probat. Interimque dum elector viuit, poterit electionem factam reuocare, & efficere aliam, ſi teſtator dixit, cũ morieris, eligas quem volueris, vt habetur l. vnum ex familia, in principio, & §. rogo citatis. Quando electio liberæ electoris voluntati commiſſa eſt, valida eſt, eſto eligat indignum: ſecus autem ſi illius arbitrio ſit commiſſa: nam tunc ſolum eligere poteſt ex dignis, vt habetur l. cum quidam, citata, & affirmant Anton. Gomez. vbi ſupra, & Doctores quos citat.

Legatum, aut hæredis inſtitutio, quando ſunt ad pias cauſas, valida ſunt, eſto ita committantur alterius liberæ voluntati, vt alioquin iuxta iuris ciuilis diſpoſitiones citatas, eſſent nullæ, vt ſi quis ita diceret, inſtituo meos hæredes eos, ex pauperibus omnibus, qui ſunt in vniuerſo orbe, quos Petrus voluerit, aut quos elegerit, vel relinquo centum aureos maritandæ orphanæ puellæ, ſi Petrus voluerit. Ita colligitur ex capitu. cum tibi, de teſtamentis, vbi Inno. III. qui extremam, inquit, voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur diſcedere inteſtatus. Quorum verborum communis, inter alias, interpretatio eſt, quando diſpoſitio eſt ad pias cauſas. Ita communis ſententia, quam referunt & ſequuntur Couar. ibidem numero vigeſimo ſecundo, Anton. Gomez. ad l. tertiã Tauri, numero quarto, & quinto, & Emmanuel à Coſta vbi ſupra. Conſentit ius ciuile. l. id quod pauperibus. C. de Epiſcop. & clericis, vbi ſcriptum legimus. Id quod pauperibus teſtamento vel codicillis relinquitur, non, vt in certis perſonis relictum, euaneſcat, ſed omnibus modis ratum, firmumque conſiſtat. Idemque eſt de relictis in redemptionem captiuorum & ad cæteras cau-

A ſas pias. Vnde l. nulli, eodem titulo ſubiungitur. Nulli licere decernimus diſpoſitionem pij teſtatoris infringere, vel improba mente violare, aſſerendo incertum eſſe legatum vel fideicommiſſum, quod redemptioni captiuorum relinquitur: ſed modis omnibus exactum, pro voluntate teſtatoris piæ rei negotio proficere. Idem quoad inſtitutionem pauperum, vel in redemptionem captiuorum ſtatuitur. l. ſi quis ad declinandum, eodem titul. & prohibetur ab eiuſmodi legatis detrahi falcidiam. Ratio autem quarè, eſto idem iure ciuili non ſtatueretur, nihilominus in vltimis voluntatibus ad cauſas pias locum non haberent iura ſupra citata, manifeſta eſt. Quoniam, cum inſtitutionem hæredis, aut legatum, vel fideicommiſſum committi omnino alterius voluntati, non ſit iure naturali prohibitum aut nullum, ſed ſolum irritum ſit iure humano ciuili ad obuiandum malis, quæ inde poterant oriri; vtique in diſpoſitionibus ad cauſas pias id nullum locum habet, niſi
B conſentiente Summo Pontifice, iuxta ea quæ diſputatione centeſima trigeſima quarta, dicta ſunt: nulla autem erat ratio cur conſentiret, præſertim cum in diſpoſitionibus ad pias cauſas non ſint ea pericula, & cum quando hæreditas aut legatum perſonis incertis eſſet relictum, vt pauperibus, aut captiuis redimendis in genere, ſemper detur ad quem ſpectet electio, vt ſubiungo.

Quando teſtator reliquit bona ſua pauperibus, nõ exprimendo quibus, aut ad opera pia, non exprimẽdo quæ, aut vbi fiant; in primis executio & electio pertinet ad eum quem teſtator deſignauit. Quod ſi nullum ſignauit, aut ille negligens fuerit, pertinet ad Epiſcopum loci vbi teſtator habebat domicilium, vel ad ipſius vicarium. Quòd ſi teſtator erat extraneus, & neſcitur vbi habebat domicilium, aut vectura eſt difficilis propter loci diſtantiam, pertinet ad Epiſcopum loci, vbi ille mortuus fuerit. Diſtri-
C butio autem, ſiue fiat per Epiſcopum, ſiue per alium quem teſtator deſignauerit, facienda eſt inter pauperes loci vbi habebat domiciliũ, aut vbi mortuus eſt, ſi ignoretur locus domicilij, aut multum diſtet: in eiſdemque locis conficienda ſunt alia pia opera, quando teſtator non explicauit vbi fierent. Ita habetur. l. nulli. & l. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſcopis & clericis, & in authentico de Eccleſiaſticis titulis, §. ſi quis autem pro redemptione. Neque hodie neceſſe eſt ea, quæ pauperibus relinquuntur, erogari hoſpitali pauperiori, vt habetur l. ſi quis ad declinandum citata, ſed ſatis eſt diſtribui pauperibus arbitrio Epiſcopi. Lege Couar. capitulo cum tibi citato, numero decimo quarto, & Anton. Gomez tomo variar. reſolut. capitu. duodecimo, numero quadrageſimo octauo, & ad l. 31. Tauri, nume. 4. & ad l. 40. num. 49.

Hodie in Regno Caſtell. l. trigeſima prima Tauri, Ius Caſtell.
D quæ eſt quinta, titulo quarto, libro quinto, nouæ collect. inſtitutio hæredis facta ex commiſſione teſtatoris valida eſt, modò teſtator illi, cui inſtitutionem committit, exprimat nomen eius, quem vult hęredem inſtitui. Item valida ſunt, ſi ex commiſſione teſtatoris fiant melioratio in tertio & quinto, exhæredatio deſcendentis, ſubſtitutio deſcendentibus vulgaris, pupillaris, & exemplaris, & quæcunque alia ſubſtitutio cuiuis alteri facta, nec non deſignatio tutoris filio, aut cuiuis alteri deſcendenti, modò peculiariter atque ſpecificè ad hæc commiſſio à teſtatore fiat. Aliter autem inualida ſunt. Quod ſi is, cui hęc in particulari committuntur, in aliquo excedat, inualidus eſt exceſſus.

L. 32. Tauri, quæ eſt ſexta nouæ collect. ſtatuitur, quando teſtator nec per ſe ipſum hæredem inſtituit, neque commiſſario facultatem, modo pręcedente lege explicato hæredem inſtituendi conceſſit,

ceſſit, nec ad alia, quæ eadem lege cõmemorata ſunt, facultatem in particulari tribuit, ſed ſolum conceſſit illi facultatem condendi ſui loco teſtamentum, poſſe eiuſmodi commiſſarium ſoluere debita omnia defuncti & obſequia famulorum, inſumereque quintam partem bonorum remanentium in operibus pijs pro anima defuncti: reliquas verò quatuor partes pertinere ad hæredes ab inteſtato. Quòd ſi eis careat, eſto habeat vxorem, aut vxor virum, poſſe diſtribuere omnia vniuerſim bona talis defuncti in operibus pijs.

Inter alias expoſitiones capitis, cùm tibi, de teſta. vna, eaque doctorum frequentiſſima erat, eum, qui ſuam extremam voluntatem alteri committit, idcirco non videri diſcedere inteſtatum, quia eo ipſo cenſetur velle, vt omnia bona ſua in operibus pijs inſumantur. Id quod nonnulli, vt ibidem Couar. refert & ſequitur, ſolum intelligunt verum, quando alterius arbitrio, non verò liberæ volũtati, committitur. Tametſi alij etiam in hoc poſteriori euentu verum exiſtiment. Ius autem Caſtellæ, moderamine illo vtitur, vt ſi hæredem habeat ab inteſtato, qui alter coniux non ſit, ſolum quintum in operibus pijs inſumatur. Si verò eo careat omnia illius bona, quæ alioquin ad alterum coniugem, vel in coniugis defectum, ad fiſcum, pertinere debebant, in operibus pijs inſumantur.

Septem legibus ſequentibus Tauri, & nouæ collectionis, explicatur, quouſque facultas commiſſarij perduret, &, in defectum illius, ad quem pertineant bona defuncti. Itemque non eandem ſolemnitatem debere interuenire in conceſſione facultatis, quam defunctus commiſſario conceſſit, quæ neceſſaria eſt in teſtamentis; alioqui facultatem nullam eſſe, neq; vllam facere fidem.

Hoc loco dicendum eſſet de inſtitutione hæredis ſub conditione, commodius tamen dicetur cum ſermo inferius fuerit de legatis ſub conditione.

DISPVT. CLVI.

Deſcendentes an neceſſariò inſtituendi ſint hæredes, & in qua portione.

QVatuor diſputationibus præcedentibus dictum eſt de hæredum inſtitutione in genere. Tribus ſequentibus examinandum eſt, qui nam, & in quibus portionibus neceſſariò inſtituendi ſint.

Quo loco obſerua, aliud eſſe, quempiam hæredem eſſe neceſſarium hoc eſt, qui ſi inſtituatur, velit nolit tenetur eſſe hæres; aliud verò, quempiam ſuccedere neceſſariò teſtatori tanquam illius hæredem, velit nolit teſtator. Prioris generis hodie eſt ſolum mancipium teſtatoris, quod, in recompenſationem eius oneris eo ipſo, quòd hæres eſt inſtitutus, libertatem teſtatore defuncto conſequitur, vt habetur inſtit. de hæredum qualit. §. primo. Atque eiuſmodi hæres eſt, qui in iure dicitur neceſſarius. Dixi hodie ſolum mancipium eſſe hæredem neceſſarium: quoniam licèt quondam ij hæredes, qui in iure ſui nuncupantur, eſſent etiam neceſſarij, vt ibidem. §. ſui autem, habetur: poſteà tamen de iure prætorio conceſſum illis fuit abſtinere ab hæreditate, vt in calce eiuſdem §. ſubiungitur. His itaque tribus diſputationibus de hæredibus poſterioris generis eſt nobis ſermo.

Vt ergo a deſcendentibus incipiamus, qui aſcendentibus, & quibuſcunque alijs præferendi ſunt: vtique quando teſtator legitimos deſcendentes habet, niſi illos vel hæredes inſtituat, vel, appoſita in teſtamento legitima cauſa, eos exhæredet, teſtamentum (ſaltem quoad hærendum inſtitutio-

A nem) eſt nullum, vt cum de præteritione & exhæredatione inferius erit ſermo, manifeſtum fiet. Quod ſi appoſita cauſa illos exhæredet, ſed cauſa poſtea non probetur, teſtamentum ſimili modo quoad hæredum inſtitutionem annullatur. Item, ſi eos hæredes inſtituat, ſed in minori portione, quàm legibus ſit eis debita, licet teſtamentum ſit validum, agũt tamen querela inofficioſi teſtamenti ad incrementũ vſque ad legitimam portionem, vt ibidem perſpicuum erit.

Vt explicemus in qua legitima portione neceſſariò ſint inſtituendi, præmittendum eſt. Licet quondam diſcrimen eſſet in ſucceſſione deſcendentium tam ab inteſtato, quàm conſequenter quoad legitimas portiones, comparatione patris & matris, nec non ſi deſcendentes mares eſſent aut fœminæ, vel ſub patria poteſtate, aut emancipati; hodie tamen, non ſolum de iure huius Luſitaniæ, & Caſtellæ Regnorum, ſed etiam de iure Codicis,

B & authenticorum, ſublatam eſſe eiuſmodi omnem differentiam, eodemque modo, & in eiſdem legitimis portionibus ſuccedere matri ac patri, & ſuccedere fœminas ac maſculos, & emancipatos ac non emancipatos. Ita habetur in authentico de hæredibus ab inteſtato, in principio, & in authentica in ſucceſſione. C. de ſuis & legitim. & l. penult. & vlt. C. de legiti. hæredib. atque alijs iuribus, quæ Anton. Gom. primo tom. variar. reſol. capit. primo, nume. 3. citat.

Illud etiam, vt iura Cæſarea, & antiqui autores intelligantur, eſt notandum. Hæreditatem vniuerſam in duodecim æquales partes conſueuiſſe antiquitus diuidi, quarum ſingulas vncias vocabant: omnes autem ſimul, vniuerſam ve hæreditatem, aſſem appellabant, Præter vnciam, quæ duodecima pars erat aſſis, habebant peculiaria nomina, quibus pluralitatem eiuſmodi partium ſi-

C gnificabant. Atque vnciam cum dimidia, nuncupabant ſexcunx, quaſi ſemi vnciam & vnciam. Duas vncias appellabant ſextans, quaſi ſextam aſſis partem. Tres, quadrans, quaſi partem quartam. Quatuor triens, id eſt, tertiam partem. Vlterius autem iuxta numerum vnciarum, imponebant nomina. Et quinque vncias, vocabant quincunx; ſex, ſemis; ſeptem ſeptunx, octo, bes; nouem, dodrans; decem, dextans; vndecim verò, decunx. Ita habetur inſti. de hæred. inſtit. §. hæreditas, iuncta Gloſſ. ibi.

His notatis, portio legitima quondã de iure communi deſcendentibus debita, ſolum erat quarta pars bonorum teſtatoris diuidenda æqualiter inter filios maſculos ac fœminas, & in defectum filiorum inter alios deſcendentes, vt patet ex l. Papinianus, §. quoniam. & §. quarta, ff. de inoffic. teſtam. & ex l. cùm quæritur, & l. parentibus. C. eodem titu. & ex §. vlt. *Legitima portio.*

D inſtit. eodem titul. De reliquis verò tribus partibus diſponere poterat teſtator ad libitum, tam per vltimam voluntatem, quàm quouis alio modo dum viueret.

Poſteà verò de iure authenticorum in hunc modum aucta fuit eadem legitima portio. Vt ſi teſtator quatuor, aut pauciores filios haberet, tertia pars bonorum ipſius inter ipſos æqualiter diuideretur: ſi verò plures eſſent quam quatuor, diuideretur dimidium bonorum illius. Ita ſancitum eſt in authentico de triente & ſemiſſe, §. 1. & 2. & habetur in authentica nouiſſima, & in authentica vnde ſi pater. C. de inoffic. teſt. *De iure authenticorũ.*

De iure huius Luſitaniæ Regni legitima portio deſcendentium ſunt duæ partes bonorum teſtatoris ſimiliter inter eos æqualiter diuidendæ. Solum verò de reliqua tertia parte poteſt teſtator ad libitum diſponere. Ita colligitur ex libro quarto, ordinatio. *Ius Luſit.*

natio. titu.70. & ex alijs earundem ordinationum locis.

Ius Caſtellæ. De iure Regni Caſtellæ legitima deſcendentium ſunt omnia bona teſtatoris, præter quintum, de quo diſponere poteſt ad libitum, vel in operibus pijs, vel in fauorem extranei, vel quouis alio modo voluerit: certa tamen, ſacrificia, & aliæ impenſæ funeris, de eiuſmodi quinto extrahi debent, & non de integro aceruo bonorum, vt habetur l.30. Tauri, quæ eſt 13. titu. ſexto, libro quinto, nouæ collectionis.

Præter quintum, conceditur etiam parentibus tertium reliquarum quatuor partium ſuorum bonorum de quo diſponere poſſunt ad libitum inter ſolos deſcendentes, poteruntque relinquere illud nepotibus, aut pronepotibus, eſto ſuperſtites ſint parentes aut aui talium nepotum aut pronepotum, filij teſtatoris. Itaque ſi bona cuiuſque parentis (deducto ære alieno) diuidantur in quindecim partes, ſolæ octo, quæ remanent detracto tertio & quinto, ſunt portio legitima neceſſario diuidenda æqualiter inter filios, ſi ſuperſtites ſint. Etenim tres partes ſunt quinta pars omnium quindecim, quæ ante tertiũ eſt detrahenda, iuxta l. centeſimamdecimã quarta, Styli, vt in calce titu. ſexto, citati habetur: quintum namque omnium vniuerſim bonorum eſt de quo omnino liberè poteſt diſponere, vel in opera pia ac in ſubſidium animæ ſuæ, vel in quodcunque aliud uoluerit: deinde verò, de quatuor partibus alijs, quæ ſunt tertium duodecim remanentium, diſponere poteſt ad libitum, ſed ſolùm inter deſcendentes: quo fit, vt ſolum remaneant octo partes ex omnibus quindecim, quæ ſint legitima portio neceſſario diuidenda æqualiter inter filios, ſi ſuperſtites ſint. Poſſunt verò parentes diſponere inter deſcendentes de tertio & quinto ſuorum bonorum vel per vltimam voluntatem, vel contractu aut donatione inter viuos: ſed tertium, & quintum computanda ſunt habita quantitate bonorum, quæ habuerint tempore mortis, non vero alio tempore, in quo de illis diſponant. Poſſunt etiam eligere ac deputare partem ſuorum bonorum, quam maluerint, in tertium & quintum, dummodo ualorem tertij & quinti non excedat, eamque is, aut ij obtinebunt, quos in eis meliorauerint. Neque liberum eſt alijs hæredibus ſoluere in pecunia valorem, niſi quando bona eiuſmodi fuerint, vt diuidi nequeant. Poſſunt præterea imponere tertio, & quinto grauamina, quæ voluerint, reſtitutionis vel fideicommiſſi, & vincula ſubmiſſiones & ſubſtitutiones, quæ uoluerint: modo fiant inter deſcendentes legitimos, & his deficientibus, inter eos deſcendentes illegitimos, qui hæredes ipſorum eſſe poſſint, & his deficientibus, inter aſcendentes, atque his deficientibus, inter alios conſanguineos, quibus etiam deficientibus, inter extraneos: poteruntque parentes prædicta omnia efficere, vel ſimul, vel ſeorſim vnus ab alio. Hæc omnia, & alia his ſimilia, habentur. l.9. titu. quinto, libro 3. fori, & à l.17. Tauri, vſque ad 30. quas inuenies titu. ſexto, citato nouæ collect. à l.1. vſque ad 13. Lege Anton. Gom. ad l.17. Tauri, & Molinam ſecundo lib. de primogen. c.1. num.5.

Illud eſt animaduertendum, legitimam portionem de iure communi, huius, aut Caſtellæ Regni, deſcendentibus debitam, nequaquam nepotibus deberi, niſi in defectum ſuorum parentum, quatenus perſonam illorum repræſentant, & loco eorum ſuccedunt. Eodemque modo non deberi pronepotibus, niſi in defectum tam ſuorum parentum, quam auorum, quorum perſonas repræſentant, & quorum vice ſuccedunt. Hinc eſt, quòd ſi nullus defunctorum filiorum teſtatoris ſobolem reli-

A quit, portio legitima deſcendentibus debita diuidenda ſit per partes æquales inter ſolos teſtatoris filios, qui ſuperſtites fuerint tempore mortis talis teſtatoris, quod eſt filios illos ſuccedere per capita in tali legitima portione, ſeu (quod idem eſt) ſecundum viriles portiones. Si verò aliquis filiorum teſtatoris defunctus ſit, & ſobolem reliquit tempore mortis teſtatoris ſuperſtitem, toti illi ſoboli debetur ſolùm portio, in qua filius teſtatoris defunctus ſuccederet, ſi eſſet ſuperſtes; eo quòd ſoboles illa eum repræſentet, illiuſque loco ſuccedat: quod iura vocant ſuccedere, non per capita, ſed per ſtipitem, quam repræſentant. Quòd ſi in ſobole illa nulli ſint pronepotes teſtatoris, qui relicti ſint ex patre, & auo defunctis, portio, quam filius defunctus teſtatoris obtinere debebat, diuidenda eſt æqualiter inter ipſius filios, ſiue illi habeant filios pronepotes teſtatoris, ſiue non. Si verò ſint in ſobole illa pronepotes teſtatoris, relicti ex patre & auo defunctis,
B tunc ſi talis auus alios reliquit filios, portio, quam auus ille obtinere debebat, diuidenda eſt primò æqualiter inter filios talis aui defuncti, & eum, qui ſobole relicta mortuus eſt; deinde ea portio, quam is, qui mortuus eſt, obtinere debebat, ſubdiuidenda eſt per partes æquales inter ipſius filios ſuperſtites, pronepotes teſtatoris. Ita colligitur ex l. Papinianus. §. quoniam. ff. de inoffi. teſt. ex §. cum filius, inſt. de hæreditatibus quæ ab inteſtato, & ex alijs iuribus, eritque magis perſpicuum cum de ſucceſſione ab inteſtato fuerit ſermo.

DISPVT. CLIX.

In deſcendentium defectum an aſcendentes ſint neceſſariò inſtituendi hæredes, & in qua portione: & quid de fratribus.

C IN defectum deſcendentium, teſtator, ſi aſcendentes habeat, tenetur illos inſtituere hæredes in portione eis debita: alioquin teſtamentum erit nullum quoad hæredum inſtitutionem, vel ſi in minori portione illos inſtituat, agetur querela inofficioſi teſtamenti ad incrementum vſque ad integram legitimam portionem, eo pacto quo diſputatione præcedente de deſcendentibus dictum eſt, vt patebit loco ibidem citato.

Ij ſoli aſcendentes, qui fuerint teſtatori proximiores in gradu, ſunt neceſſario inſtituendi, vt pater & mater, ſi vterque tempore mortis teſtatoris viuat. Altero verò eorum defuncto, ſolus is, qui ſuperſtes fuerit. In defectum autem patris ac matris, aui, tam ex parte matris, quam patris, ſunt neceſſariò inſtituendi. Quòd ſi ex parte alterius tantum parentum exiſtant aui, illi ſoli ſunt inſtituendi in
D integra portione. In defectum omnium auorum, proaui ſunt inſtituendi: & ita aſcendendo, qui proximiores fuerint in gradu, ſunt ſemper præferendi cæteris in portione integra. Attamen ſi aui ſint inſtituendi, aut proaui, eo quòd illi ſint proximiores in gradu defuncto, tunc ſi ex parte vnius parentum ſint duo aui, aut duo proaui ex parte vero alterius vnus tantum, portio legitima diuidenda eſt in duas partes æquales, & vna diuidenda eſt inter vtrumque auum, aut proauum ex parte vnius parentum: altera vero integra pertinet ad eum, qui ſolus ſuperſtes eſt ex parte alterius parentis. Hæc omnia habentur in authentica defuncto, C. ad Senatuſconſultum Tertull. & plenius in authentico de hæredibus ab inteſta. §. Conſequens autem, & §. ſequenti.

De iure communi, vt notat Gloſ. in authentica nouiſſima. C. de inofficio. teſtamen. & approbant Docto-

Doctores communiter, refertque Antonius Gomezius, ad l. ſextam Tauri, num. 14. portio, in qua ex teſtamento aſcendentes erant neceſſariò inſtituendi, quondam ſolùm erat quarta pars bonorum teſtatoris. Poſteà verò fuit aucta, vt eſſet tertia pars: etenim, quod augmentum fuit factum in legitima, in qua deſcendentes ſuccedere debebant aſcendentibus factum cenſetur in legitima, in qua è contrario aſcendentes debent ſuccedere deſcentibus: illa autem de iure communi eſt hodie tertium bonorum teſtatoris, vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt. De reliquis autem ſuis bonis diſponere poſſunt deſcendentes ad libitum, modò de numero eorũ ſint, qui de eodem iure, iuxta ea, quæ diſputat. 138. dicta ſunt, teſtari poſſint.

Ius Luſitanum & Caſtellæ.

De iure vero Luſitano, vt conſtat, quarto libro ord. titul. 75. §. 1. & 2. & de iure Caſtellæ l. ſexta Tauri, quæ eſt prima, titul. octauo, libro quinto, nouæ collect. portio debita ex teſtamento aſcendentibus ſunt duæ partes bonorum teſtatoris, & ſolùm de tertia reliqua diſponere poteſt teſtator ad libitum ſuum.

Eſt verò circa hactenus dicta obſeruandum, de iure communi, quando aſcendentes ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento ſuccedere debebant in bonis deſcendentis, deſcendenſque ille habebat fratres, mares, aut fœminas, vtrinque coniunctos, hoc eſt, qui ſimul ex parte patris & matris eſſent illius fratres, admitti ad ſucceſſionem vnà cum aſcendentibus ſecundum viriles portiones, ſeu per capita, vt habetur in authentica defuncto, & in authentic. citatis. De iure tamen Luſitano tit. 75. citato in princ. & Regni Caſtellæ, l. Tauri, excludi fratres, ſoloſque aſcendentes ſuccedere.

Obſeruandum etiam eſt, non ſicut in linea deſcendentium, defuncto vno hæredum, deſcendentes illius repræſentāt defunctum, locoque illius ſuccedunt, ita in linea aſcendentium, defuncto patre, verbi gratia, parentes illius repræſentare perſonam defuncti, vt vnà cum matre aui paterni ſuccedant in bonis ſui nepotis, ſed ſolam matrem, tãquam proximiorem in gradu, ſuccedere in bonis filij ſui, vt ex dictis eſt manifeſtum.

Vtrum autem pater, quando habebat vſumfructum in bonis aduentitijs filij familias, cui ex teſtamento ſuccedit, illum habeat præcipuum toto tempore vitæ ſuæ, eſto bona talis filij diuidenda ſint quoad dominium inter ipſum & matrem, hæredeſque matris poſt matris mortem, aut inter quoſcunque alios, dicetur commodius dum de ſucceſſoribus ab inteſtato fuerit ſermo. vbi etiam dicetur, quando bona, quæ vni coniugum per mortem filij aduenerunt ex altero coniuge, ſi ad ſecundas nuptias tranſeat, regrediantur per mortem ipſius ad filios prioris matrimonij.

Deficientibus deſcendentibus & aſcendentibus, nullum conſanguineorum pertinentium ad lineam tranſuerſalem tenetur teſtator hæredem inſtituere: quarè, eſto habeat fratres, præterire illos poterit; ac inſtituere hæredem, quem voluerit. Ita habetur inſt. de inofficioſ. teſt. in princ. verſ. ſororautem. l. fratres. C. eodem titu. l. 2. tit. 8. par. 6. & lib. 4. ord. huius reg. tit. 74. in prin.

Nihilominus in quodam euentu conceditur fratri præterito querela ad reſcindendum teſtamentum fratris & obtinendam hæreditatem quam alteri reliquit. Nempe quando defunctus hæredem ſibi inſtituit perſonam aliquam infamem, ſiue iuris infamia, ſiue facti: vt ſi inſtitutus hæres, inter probos, reputaretur vilis & prauorum morum, vt ſi eſſet ebrioſus, aut ludo dilapidaret bona, aut ſimili alio vitio deditus. Excipitur, niſi frater præteritus laboraret etiam infamia, aut defun-

A cto fuiſſet ingratus, mortem illius via aliqua curando, aut actionem aduerſus illum ſine debita cauſa intentando, vel illi curaſſet amiſſionem omnium, aut maioris partis bonorum. In his namque euentibus etiam ſi hæres inſtitutus infamis eſſet, non concèderetur tali fratri querela inofficioſi teſtamenti. Ita habetur 4. lib. ord. Luſitanarum titu. 74. l. 2. titu. 8. par. 6. inſt. de inoffic. teſtam. verſ. ſoror autem citato, & l. fratris, ac l. fratres. C. de inoffi. teſta. Quibus in iuribus ad id etiam vlterius requiritur, vt qui ita agere debet querela inofficioſi teſtamenti, ſit frater vtrinque coniunctus, aut ſaltem conſanguineus, id eſt, coniunctus ex parte patris: ſi namque ſolùm ſit vterinus, coniunctus ſolùm ex parte matris, non cõceditur ei talis actio. Atque eodem pacto intelligendæ ſunt ordinationes Luſitaniæ loco citato, & l. Caſtellæ citata, licèt id non exprimant. Filius autem fratris, conſobrinus teſtatoris mouere non poſſet eiuſmodi querelam loco patris ſui defuncti: quia

B non conſobrino præterito, ſed patri ea actio conceditur. Si ſeruus teſtatoris (qui hæres eſt illius neceſſarius) inſtitutus eſſet hæres, non poſſet aduerſus eum agi querela inofficioſi teſtamenti, vt habetur l. fratres. C. de inoffi. teſtamen. & l. 3. ti. 8. par. 6. Lege, ſi placet, Ant. Gom. 1. tomo var. reſol. c. 11. à num. 37. vbi etiam explicat quis infamis ſit cenſendus infamia facti.

DISPVT. CLX.

Quouſque Libertus inſtituere teneatur ſuum patronum hæredem, & vniuerſim de ſucceſſione patroni in bonis liberti.

Patronus quis.

PAtronus in re propoſita dicitur, tum is, qui liberaliter, hoc eſt, abſque pretio & recompenſatio-

C ne, libertatem conceſſit, eſto grauamen aliquod impoſuerit: tum etiam is, qui in tali iure primo concedenti libertatem poſtea ſuccedit. Libertus verò dicitur is, cui ita libertas eſt donata.

Libertus quis.

Si libertus, aut liberta, liberos habeat hoc eſt, deſcendentes legitimos aut naturales, qui, iuxta ea quę in ſequentibus dicenda ſunt, illi neceſſario ſuccedãt vtique, ſi ab inteſtato diſcedat, liberi ſoli illi ſuccedunt: ſi verò condat teſtamentum, nihil tenetur relinquere patrono.

Quod ſi libertus, aut liberta, liberos non habeat, tunc, ſi diſcedat ab inteſtato, ſuccedit ei patronus in omnibus bonis. Si uerò condat teſtamentum, habeatque in bonis minus quàm centum aureos, nihil tenetur relinquere patrono: ſi autem habeat centum, aut pluſquàm centum aureos, tenetur relinquere patrono tertium ſuorum bonorum. Quòd ſi id non præſtet, conceditur patrono actio ad illud ob-

D tinendum.

Obſerua, iuxta l. Papiam, cuius ſit mentio inſtit. de ſucceſſione libertorum. §. ſed noſtra, libertum tunc ſolùm debuiſſe relinquere patrono tertiũ ſuorum bonorum, quando habebat in bonis centum mille ſextertios, id eſt, *vn quento de marauedis caſtellanos* aut *de reais Luſitanos*: ſextertius namque valoris erat decem reais, ſeu marauedis. At uerò. §. citatus (non quidem interpretando, ſed mutando ac innouando) in hunc modum habet. Summam legis Papiæ interpretati ſumus, vt pro mille ſextertijs vnus aureus computetur. Quare poſt. §. illum, qui libertus habuerit valorem cẽtum aureorum, relinquere tenetur patrono tertium ſuorũ bonorum. Quòd autem §. citatus minuere intenderit ſummam lege Papia conſtitutam, probat ſufficienter, affirmatque cum multis alijs Cou. in opuſculo de monetis, c. 3. §. 2. nu. 6. Obſerua tamen aureum, de quo in §. ſed

noſtra, eſt ſermo, non eſſe valoris vndecim argenteorum regalium, vt eſt aureus in Regno Caſtellæ, ſed quatuordecim, & nouem marauedinorum, vt numero ſexto, citato, & §. antecedente Couarr. latis oſtendit. Quare, niſi conſuetudo in hoc Luſitaniæ Regno iam obtinuit, vt centum illi aurei eſſent quadringentorum reais, intelligendi ſunt valoris quatuordecim regalium argenteorum, & nouem marauedinorum. Quod ad Regnum Caſtellæ attinet, nomine eiuſmodi nummorum, in donationibus, quæ inſinuatione indigent aut non indigent, intelliguntur nummi ipſi, de quibus iure Cæſareo eſt ſermo: controuerſtioque inter doctores eſt, cuius valoris hodie æſtimandi ſint. Et Gaſpar Monterroſo in ſua pract. tracta. 7. fol. 117. refert ſententiam latam in Pinciano prætorio, qua pronunciatum fuit, ſingulos ſolidos æſtimandos eſſe pretio quingentorum marauedinorum. Nos verò infra diſputat. 278. rem latè examinamus, &, ni fallimur, efficaciter oſtendimus æſtimandos eſſe hodie, quoties in iure de eis eſt ſermo, pretio quadringentorum octuagintaquinque marauedinorum, hoc eſt, quatuordecim regalium & nouem marauedinorum; neque illi ſententiæ eſt ſtandum, idemque hoc loco exiſtimamus. Aureus enim, de quo in iure ſermo eſt in propoſita, idem eſt cum ſolido, de quo in donationibus mentio fit.

Si vir & vxor aliquem aut aliquam manumittant, vterque eſt patronus comparatione talis manumiſſi. Eis verò defunctis, ius patroni tranſit ad deſcendentes, & in eorum defectum ad aſcendentes, in quorum defectum tranſit ad conſanguineos tranſuerſales vſque ad quintum gradum. Semper autem, qui proximiores fuerint defuncto in gradu, ſuccedunt in bonis libertorum, non per ſtipites, ſed per capita, excluſis remotioribus in gradu. Fas autem eſt patronis aſſignare liberto vnum filiorum aut filiarum, vel nepotum, qui ſolus patronus ſit talis liberti: & tunc, interim dum, quia aſſignatus fuerit, vixerit, ipſe ſolus ſuccedit in bonis liberti.

Hactenus dicta tota hac diſputatione habentur inſtit. de ſucceſſ. libert. §. ſed noſtra, & §. multis. Item inſt. de aſſignatione liber. per totum. Præter alios lege, ſi placet, Syluest. verb. manumiſſio, præſertim quæſt. 6.

DISPVT. CLXI.

Conſanguinitatis gradus quanam ratione tam ciuili, quam canonico iure ſint computandi.

QVamuis diſputari nunc poterat de præteritione, exhæredatione, & inofficioſo teſtamento, ne tamen materiam ſucceſſionis interrumpamus, commodius id fiet, ſi dixerimus prius de ſucceſſione ab inteſtato, nec non de illegitimorum ſucceſſione, & quibuſdam alijs, quæ cum his ſucceſſionibus ſunt coniuncta. Operæ pretium tamen erit præmittamus, qua ratione conſanguinitatis gradus ſint computandi.

Tres lineæ diſtinguuntur conſanguinitatis, deſcendentium videlicet, aſcendentium, & collateralium.

Et quidem in lineis deſcendentium, & aſcendentium, nullum eſt diſcrimen in modo computationis inter ius ciuile & canonicum, nihilque in eis lineis eſt difficultatis. Filij namque diſtant a parentibus primo gradu, nepotes ab auis ſecundo gradu, pronepotes à proauis tertio, abnepotes ab abauis quarto, & ita conſequenter. Et in quo gradu diſtat deſcendens ab aſcendente, in eodem diſtat aſcendens à deſcendente.

A In linea verò collateralium, diſcrimen eſt in modo computandi gradus inter ius canonicum & ciuile: Ius namque canonicum in ordine ad matrimonia, fratres, qui in patre tanquam in trunco coniunguntur, cenſet eſſe in primo gradu; filios fratrum, qui nepotes ſunt comparatione trunci, & quos primos hermanos appellamus, cenſet eſſe in ſecundo gradu; pronepotes ex diuerſis patribus & auis, qui in proauo tanquam in trunco coniunguntur, quouſque primos ſecundos vocamus, cenſet eſſe in tertio gradu; abnepotes ex diuerſis patribus, auis, & proauis, qui in abauis coniunguntur, & quos primos terceros vocamus, cenſent eſſe in quarto gradu, & ita conſequenter. Ius canonicũ quomodo gradus computet.

Ad diſcernendum verò, in quo gradu conſanguinitatis iure canonico ſint quicunque collaterales inter ſe, hæc regula traditur. Aſcendendum eſt vſque ad truncum, in quo illi coniunguntur, ſumenduſque eſt, qui plus a trunco diſtat, atque in quo gradu is in linea deſcendentium diſtat a trunco, in eodem diſtant collaterales inter ſe. Verbi gratia, nepos, quia
B diſtat in ſecundo gradu ab auo, in eodem diſtat ab altero nepote filio patrui ſui aut amitæ, ſecumque primo hermano, & in eodem diſtat à patruo & ab amita, eſto illi à trunco diſtent ſolum vno gradu. Pronepos, quia diſtat tertio gradu à proauo, diſtat etiam tertio gradu ab alio pronepote ex diuerſo patre & auo progenito: & eodem tertio gradu diſtat à patre & auo illius, eſto pater ille diſtet ſecundo gradu à trunco, atque auus ille, qui patruus magnus eſt comparatione alterius pronepotis, id eſt, tio frater ſui aui diſtet vno tantum gradu a trunco. Denique, quia abnepos diſtat quarto gradu ab abauo, diſtat etiam quarto gradu ab altero abnepote ſato ex diuerſo patre, auo & proauo; & eodem quarto gradu diſtat a patre, auo, & proauo talis abnepotis. Trinepos verò, ſeu trineptis, quia diſtat quinto gradu a tritauo,
C quinto etiam gradu diſtat ab altero trinepote genito ex patre, auo, proauo, & abauo, diuerſis, & ab eiuſmodi omnibus aſcendentibus. Quare quia, licet prohibita quondam eſſent matrimonia inter conſanguineos vſque ad ſeptimum gradum, hodie ſolum ſunt prohibita vſque ad quartum gradum, talis trineptis, ſine vlla diſpenſatione nubere poteſt cum trinepote illo, & cum illius aſcendẽtibus, quia omnes ſunt extra quartum gradum.

Illud tamen eſt aduertendum, quamuis collaterales eo gradu diſtent inter ſe, quo eorum remotior diſtat a trunco, nihilominus alterum collateralem proximiorem eſſe trunco, efficere difficiliorem diſpenſationem in eo gradu, eaque de cauſa id eſſe exprimendum in diſpenſationibus obtinendis, vt validæ ſint: nempe vtrum comparatione trunci ſint in quarto & tertio gradu inſimul, vt vocant; vel in tertio & ſecundo, aut in alio pro-
D ximiori. Quia etiam difficilior eſt diſpenſatio, quando fœmina proximior eſt trunco, quam quando eſt vir; eo quod cum ſit tia comparatione viri, vir ea de cauſa debeat eam reuereri, & illa è contrario, cum ſit vxor, ſuſcipere debeat virum; id quoque in petitione diſpenſationis eſt neceſſariò exprimendum. Exprimendum quoque eſt, ſi duplici ex capite ſint conſanguinei, nempe ex parte patris & matris, aut etiam ſimul ſint affines, & in quo gradu vtrinque ſe attingant. Hæc obiter, quod ad diſpenſationes attinet, ſunt extra ſuum proprium locum dicta.

Ius verò ciuile, ad hæreditates iure ſanguinis obtinendas merito aliter computat gradus conſanguinitatis, quibus collaterales diſtant inter ſe. Gradibus namque, quibus vnus collateralium diſtat à trunco, addit gradus, quibus alter diſtat ab eodem trunco, in quo coniunguntur. Ciuile ius quo modo gradus cõputet.

Hinc

Hinc eſt, quod cum fratres iure canonico ſint primo conſanguinitatis gradu, iure ciuili ſint in ſecundo: quia vnus gradus eſt vnius illorum fratrum cũ trunco, alter verò alterius eorum cum eodem trunco. Filij vero duorum fratrum, qui iure canonico ſunt in ſecundo gradu, iure ciuili ſunt in quarto: quia duo gradus ſunt cuiuſuis illorum comparatione aui, in quo coniunguntur, & totidem ſunt alterius. Vnuſquiſque vero eorum eſt in tertio gradu cum patruo ſuo: quia ipſius ad auum ſunt duo gradus, patrui autem ad eundẽ auum eſt vnus tantũ gradus, qui ſimul computati ſunt tres gradus. Similiter pronepotes, ex diuerſis patribus & auis, ſunt in ſexto gradu iure ciuili. At vnuſquiſque eorum cum patre alterius eſt in quinto gradu: quia ipſius ad proauum ſunt tres gradus, patris verò alterius ad eundem proauum ſunt tantum duo gradus. Cum auo alterius, patruo ſuo magno eſt in quarto gradu: quoniam ipſius ad proauum ſunt tres gradus, patrui verò magni unus tantum gradus. Eodem modo abnepotes ex diuerſis patribus, auis & proauis, iure ciuili ſunt in octauo gradu: vnuſquiſque verò eorum cum patre alterius eſt in ſeptimo, cum auo in ſexto, & cum proauo in quinto. Trinepotes autem ſunt in decimo, & vnuſquiſque eorum cum patre alterius in nono, cum auo in octauo, cum pro auo in ſeptimo, & cum abauo in ſexto. Quo fit, vt iure ciuili non detur primus gradus in linea collaterali, ſed ſolum in linea aſcendentium & deſcendentium.

Vterque computandi modus, tam iure canonico, quam ciuili, traditur ab Alexand. II. cap. ad ſedem, 35. quæſtio. quinta, & à Ioanne Andrea, in arbore & expoſitione illius capitis, quæ habentur in calce illius diſtinctionis: de qua re, inter alios, Couar. in Epit. par. 2. cap. 6. §. 6. Modus computandi iure ciuili habetur inſtitut. de gradibus per totum, & alijs iuribus.

DISPVT. CLXII.

Quis dicendus ſit diſcedere inteſtatus, de ſucceſſione ab inteſtato deſcendentium.

AB inteſtato diſcedere cenſetur in primis, qui teſtamentum non condidit. Quamuis ſi idcirco non condidit, quia de iure non potuit, vt pupillus, dicatur latè ſumpto vocabulo diſcedere inteſtatus: quod ad rem tamen præſentem attinet, nihil refert, an eo etiam modo ab inteſtato diſcedat. Deinde qui condidit teſtamentum nullum. Quod ſi aliquando in foro tantum exteriori, iuxta ea quæ in ſuperioribus dicta ſunt, nullum ſit, in ſolo eo foro cenſebitur diſcedere ab inteſtato: ſecus autem in conſcientiæ foro. Tertiò, quando licèt conditum fuerit validum, nullum poſtea factum eſt, vel quia illud reuocauit teſtator, vel quia natus eſt illi poſtea filius omnino in eo præteritus, vel arrogatione & adoptione alicuius in filium, vel delicto teſtatoris. Item quando ex teſtamento in ſe valido nullus extitit hæres, vel quia hæres mortuus eſt ante teſtatorem, vel repudiauit hæreditatem, vel inſtitutus fuit ſub conditione, quæ non fuit impleta. Ita habetur, inſtit. de hæreditatibus quæ ab inteſta. deferuntur, in principio. & quibus mod. teſtamenta infirmentur, per totum.

Quando quis ab inteſtato diſcedit, hæredes illius ſuccedunt in omnibus bonis eius, deducto ære alieno, & facta competenti impenſa funeris. Niſi quando teſtamentum ſolum eſt nullum quoad hæredis, aut hæredum inſtitutionem, & validum quoad lega ta: nam tunc hæredes ab inteſtato ſuccedunt in om

A nibus bonis defuncti, deductis legatis validis.

Hodie etiam de iure communi codicis & authenticorum, vt diſput. 158. oſtenſum eſt, ſiue qui ab inteſtato diſcedit mas ſit ſiue fœmina, ſi deſcendentes legitimos habeat, illi ſoli ei ſuccedunt, ſiue mares ſint ſiue fœminæ, & ſiue emancipati ſint, ſiue non, excluduntque omnes alios propinquos, etiamſi aſcendentes ſint. At verò illi filii ſuccedunt tali defuncto, idque per capita, ſeu in portiones æquales. Nepotes vero, ſi ſint alicuius filii defuncti, aut pronepotes, ſi ſint ex filio & nepote defunctis, ſuccedunt per ſtipitem vna cum patruis ſuis, loco talium filiorum, aut nepotum defunctorum, eo pacto, quo diſputat. 157. explicatum eſt. Hæc omnia habentur in auth. de hæredib. ab inteſt. §. 1. in authen. in ſucceſſione, C. de ſuis & legitimis hæredib. & l. 3. titu. 13. parte ſexta conſentiunt ordinationes huius regni, libro quarto, titu. 77. in princ. Lege inter alios Anton. Gom. 1. tom. variar. reſolut. cap. 1. à num. 1. & rurſus à nu-
B me. 8. & 12.

DISPVT. CLXIII.

De ſucceſſione aſcendentium ab inteſtato.

DEfuncto ab inteſtato non habente deſcendentes, qui illi ſuccedant, ei ſuccedunt in omnibus ſuis bonis aſcendentes, eo prorſus modo, quo diſputatione 158. explicatum eſt ſuccedere ex teſtamento in portionibus in quibus neceſſario à tali deſcendente ſunt inſtituendi. De iure quidem Luſitano, & Caſtellæ ſuccedunt ipſi ſoli, eſto defunctus habeat fratres vtrinque coniunctos: de iure vero communi ſuccedunt vnà cum fratribus vtrinque coniunctis, vt ibi explicatum eſt. Ita habetur in authentica de hæredibus ab inteſtatò. §. conſequens, & §. ſe- *Ius Luſitanum & Caſtellæ.*
C quenti, & in authentica defuncto, C. ad Senatuſconſult. Trebellian. & libro quarto, ord. Luſitanarum, titulo 75. in princ. & 77. in princ. & l. ſexta, & ſeptima Tauri, quæ ſunt, 1. & 4. tit. 8. lib. quinto, nouæ collect.

Obſerua, de iure communi, l. 2. & 3. C. de poſth. hæredibus inſtituend. ſi poſthumus naſcatur totus viuus, nec ſit monſtrum, etiam ſi continuo natus in obſtetricis manibus moriatur, eſſe hæredem legitimum patri, aut etiam matri, ſi ex eodem partu ipſa continuo etiam obierit: imò etiam ſi poſt mortem matris, ſciſſo ventre, viuus egrediatur, eſt legitimus hæres, vt habetur, l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthu. Quin & rumpit teſtamentum parentum, ſi in eo fuit præteritus, vt eiſdem iuribus, & aliis habetur. In hoc ergo euentu, ſi alter parens ſuperſtes ſit, ei ſuccedit in omnibus bonis, cuius talis poſthumus antequam moreretur fuit hæres: parentibus *Ius commune.*
D verò deficientibus, ſuccedunt aui; deficientibus vero aſcendentibus, ſuccedunt ei propinqui collaterales.

De iure tamen Caſtellæ, l. 13. Tauri, quæ eſt 2. ti. 8. lib. 5. nouæ collect. vt talis filius hæres ſit, atque adeo vt parens ſuperſtes, aut alii aſcendentes vel collaterales illi ſuccedant, neceſſe eſt, vt non ſolum viuus totus naſcatur, monſtrumque non ſit, ſed etiam vt vigintiquatuor horas viuat à puncto egreſſus ex vtero materno, & inſuper vt baptizetur; alioqui hæres non cenſetur. Quòd ſi propter abſentiam mariti, aut quia natus eſt in menſe in quo, ſi eſſet mariti, non poſſet naturaliter viuere, ſuſpectus ſit; tunc non cenſetur filius mariti, ſed ſpurius, eaque de cauſa nó reputatur hæres, eſto vigintiquatuor integras horas poſt egreſſum de vtero materno viuat. Lege Anto. Gom. ad eandem l. 13. Tauri, & 1. tom. var. reſolut. c. 1. num. 7. *Ius Caſtell.*

Obſerua deinde, Bartolum in auth. itaque, C. communia de ſucceſſionib. iuxta l. quod ſcitis, C. de bonis quæ liber. in ea eſſe ſententia vt dicat bona, quæ deſcendenti ab inteſtato ſine liberis aduenerunt ex patre patris, aut patris cauſa pertinere ad ſolum patrem, aut ad alios aſcendentes ex parte patris: non verò ad matrem, aut ad aſcendentes ex parte matris: eodemque modo bona, quæ eidem aduenerunt ex parte matris, aut matris cauſa, pertinere ad ſolam matrem, aut ad aſcendentes ex parte matris. Atque hæc ſententia fertur vſu eſſe recepta in Gallia, fuitque quondam ſancita in regno Caſtellæ, l. 10. tit. 6. lib. 3. fori.

Contrariam ſententiam amplectuntur Bal. & multi alij, nempe quæcunque bona ita decedentis ab inteſtato æquè eſſe diuidenda inter patrem & matrem, & inter alios aſcendentes paternos & maternos: quoniam id ſoluant apertè iure authenticorum poſtea ſancita. Neque aliud videtur diſpoſitum l. quod ſcitis citata: quin potius in ea dicitur, bona ex parte matris pertinere ad patrem ſuperſtitem quo ad dominium, ad auum verò paternum, in cuius poteſtate erat nepos ab inteſtato decedens, quoad vſumfructum, iuxta diſpoſitionem iuris communis. Eandem Baldi ſententiam ſtatuit l. 4. titulo 13. parte 6. Eadem ſententia ſancita eſt hodie in hoc Luſitaniæ regno libro quarto, ord. titulo 75. à §. tertio, & in Regno Caſtellæ, l. 6. Tauri; in qua tamen excipitur, quòd ſi in aliqua ciuitate aut oppido eius regni conſuetudine viget Barto. opinio. l. 10. fori ſancita, ſtetur tali conſuetudini. Ea verò conſuetudo ſeruatur in hac ciuitate Conchenſi, in qua nati ſumus. In dictis tota hac diſputatione conſentit Couar. in Epitome de ſucceſſionibus ab inteſtato, à num. 1. vſque ad 6. Lege etiam Syluest. verb. hæred. 1. nu. 3. 4. & 5.

Tertio obſerua, nihilominus, ſi mater tranſeat ad ſecundas nuptias, & vel antequam tranſiret, vel poſtea, hæres extitit alicui filio aut filiæ ex priori matrimonio ab inteſtato in aliquibus bonis, quæ tali filio aduenerunt ex patre aut auis paternis; tunc, ſi talis filius aut filia tempore mortis matris ſuperſtitem habeat fratrem aut fratres ex priori matrimonio, mater habebit ſolum vſumfructũ eorum bonorum toto tempore quo vixerit, neque poterit alienare aut quouis modo obligare, ſed integra reuertêtur ad filios ſuperſtites prioris matrimonij. Quod ſi tempore mortis matris nulli ſint ſuperſtites filij prioris matrimonij, tunc, eſto ſuperſtites ſint nepotes, bona illa pertinent integrè ad matrem atque ad hæredes matris. Si tamen, vna cum filio aliquo aut filijs prioris matrimonij, ſuperſtites ſint nepotes filij alicuius fratris ex priori matrimonio, iam defuncti, tunc nepotes illi admittuntur ad ſucceſſionem per ſtipitem vnà cum illis alijs filijs. Quod dictum eſt de matre tranſeunte ad ſecundas nuptias, eſt intelligendum ſimiliter de patre, quoad bona ex parte matris aut auorum ex parte matris, in quibus hæres ab inteſtato extitiſſet filio aut filiæ ex priori matrimonio, vt ſtatuitur l. quinta Tauri, quæ eſt quarta, titulo primo, libro quinto, nouæ collect. & in hoc Luſitaniæ regno loco ſtatim citando. Eſt tamen hoc diſcrimẽ inter patrem, & matrem, quòd ſi eiuſmodi bona eſſent mobilia, pater non teneretur præſtare cautionem, quod ea bona reſtituet: mater vero teneretur cautionem præſtare. Ita habetur quarto libro Luſitanarum ordin. titu. 75. à §. 3. Conſentiunt l. fœminæ, §. vlt. & authenticæ ibi ſubiunctæ, C. de ſecun. nupt. Atque in authen. liberum, quæ eſt ſecundo ibi ſubiuncta, ſtatuitur, vt eiuſmodi bona æqualiter diuidantur inter liberos prioris matrimonij; cum tamẽ §. citato facta eſſet poteſtas matri inæqualiter ea diuidendi. Si tamẽ filio aut fi-

A liæ defunctis teſtari licuit, atque ex teſtamento parenti ſuperſtiti ex priori matrimonio bona ſua reliquerunt, tunc integrè pertinent ad eum, non ſecus ac ſi quiuis extraneus ea bona illi reliquiſſet. Ita habetur in auth. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt. approbata in Luſitanis ord. §. 3. citato. Lege circa hactenus dicta Antonium Gom. ad l. 15. Tau. Quo loco admoneo, diſpoſitiones has de iure, non ſolum codicis, ſed etiam authenticorum, nempe quòd bona filij defuncti ab inteſtato, quæ acquiſiuit ex parente defuncto, pertineant ad parentem ſuperſtitem, & quòd ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, & ſuperſtites ſint fratres defuncti ex priori matrimonio, regrediantur ſolum poſt mortem parentis quoad proprietatem ad fratres illos, expugnare omnino Bartol. opinionem, nempe quòd regrediantur ſtatim poſt mortem talis filij, non ad parentem ſuperſtitem, ſed ad aſcendentes, aut alios hæredes coniugis defuncti.

B Quarto obſerua, quamuis diſcedenti ab inteſtato ſine liberis ſuccedant aſcendentes, modo hac, & diſput. 158. explicato, aut ſimul etiam de iure communi fratres defuncti vtrinque coniuncti; nihilominus, ſi de iure huius aut Caſtellæ Regnorum talis filius erat in poteſtate patris, ad patremque pertinebat vſusfructus bonorum aduentitiorum filij illius, aut de iure communi erat in poteſtate aui paterni ſuperſtitis, ad eumque proinde pertinebat vſusfructus eorundem bonorum; tunc eſto alij aſcendentes ſimul ſuccedant in bonis illis quoad proprietatem cum patre, aut auo habente vſumfructum, vſusfructus tamen ille remanet ipſi præcipuus poſt mortem talis filij toto tempore quo ipſe ſuperuixerit. Ita habetur l. vlt. verſic. vlt. C. communia de ſucceſſionibus, l. 3. §. vlt. l. quarta, verſic. parentib. l. vlt. §. filius, D. de bonis quæ liber. l. vlt. & l. 3. C. de vſufruct. & in auth. de hæredib. inſt. §. 1. illis verbis. Licet enim C defunctus ſub alterius poteſtate fuerit, attamen eius filij, cuiuslibet ſexus aut gradus ſint, etiam ipſis parentibus præponi (quo ad ſucceſſionem videlicet) præcipimus, quorum ſub poteſtate fuerit, qui defunctus eſt; in illis videlicet rebus, quæ ſecundum noſtras alias leges parentibus non acquiruntur: nam vſu (fructu videlicet, vt glo. ibi exponit) qui debet acquiri, aut ſeruari, noſtras de his omnibus leges parentibus cuſtodimus. Hæc ibi. Et ſermo eſt de legibus paulò ante a nobis citatis. Conſentiunt Antonius Gomez. ad l. 6. Tauri, nu. 11. Molina lib. 2. de primogen. c. 9. nu. 22. Pinel. ad l. 1. C. de bonis mat. parte 1. nume. 44. Couar. cap. quia nos, de teſta. nume. 2. Nau. cap. non dicatis, num. 87. & alij quos citat. Hac enim ratione, vt diſput. 138. retulimus, cenſent, vſumfructum, quem ante ſuſceptos ordines ſacros pater habebat in bonis aduentitijs eius filij, qui eos ſuſcepit, non expirare vſque ad mortem pa- D tris. Eadem etiam ratione diſput. 140. dicebamus cum Greg. Lopez ad l. 5. titu. 17. par. 2. Aries Pinello loco citato, nume. 45. & alijs quos referunt, patrem per profeſſionem filii non amittere vſumfructum ante eãdem profeſſionem in bonis illius comparatum, idque eſto talis filius iam profeſſus moriatur ante patrem, ſed perſeuerare toto tempore vitæ patris.

Hinc conſtat, quòd quamuis in ſucceſſione filijfamilias pater & mater ſuperſtites æquè admittantur quoad proprietatem, non tamen admitti quoad vſumfructum, ſi pater in aliquibus illius bonis eum habebat: quia in eo præfertur pater vſque ad ſuum obitum: vnde l. vlt. verſic. vlt. C. ad Tertull. ſic ſcriptum legitur. Si verò defuncta perſona, in ſacris (id eſt, in poteſtate) patris conſtituta diſceſſerit, pater quidem vſumfructum, quem & viuente filio habebat, teneat, donec viuat, incorruptum.

Dice-

Dicerem tamen, in hoc & ſimilibus euentibus, ſi quæ alia eſſent bona talis filij defuncti, in quibus pater non haberet vſumfructum, vt quia erant caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia, vel aliqua alia ratione, patrem deberé aſſumere in ſuam partem bona in quibus habet vſumfructum, vt etiam diſputatio. 138. dicebamus. Quod de patre & matre dictũ eſt, locum haberet de iure communi in auo paterno, & alijs auis, qui ſuccederét tali filio mortuus patre, & matre, itemque quando auus paternus ſuperſtes eſt vnà cum patre & matre filiifamilias defuncti: licet enim pater & matre ſuccedant in bonis talis filii quoad proprietatem; vſuſfructus tamen pertinebit ad auum paternum, & cum ipſo vſque ad mortem ſuam perſeuerabit, vt habetur l. 3. C. de bonis quæ liber.

Admonet tamen Anto. Gom. vbi ſupra, quòd cum iuxta l. 48. Tauri, filius eo ipſo, quòd matrimonium per verba de præſenti contrahit non egrediatur poteſtatem patris, neque ad ipſum pertineat vſuſfructus ſuorum bonorum aduentitiorum, niſi ſimul more regni Caſtellæ, ſit velatus ſi talis filius poſt contractum matrimonium per verba de præſenti generaret, & antequam velaretur, moreretur, vtique perſeueraret apud patrem vſuſfructus, & nepos, ex tali filio defuncto, eſſet ſub aui poteſtate, vſuſfructuſque bonorum illius pertineret ad auum: vnde ſi nepos ille moreretur, licet mater ſuccederet in bonis illius quoad proprietatem vſuſfructus tamen eorum bonorum perſeueraret apud auum toto tempore, quo talis auus viueret.

Vtrum autem in eo regno id etiam hodie poſt Concilium Tridentinum, annullatis marimoniis clandeſtinis, quæ coram parocho nõ fiunt, locum habeat, cum ab eo regno diſtem ignoro, ſtandumq; erit conſuetudini. Credo tamen locum habere, quoniam poſt concilium ſimiliter prius celebrant matrimonium, & poſtea uelantur.

Antonius Gom. ad l. 6. Tauri, à numero 13. diſputat, num à regula hactenus tot iuribus, & communi doctorum ſententia confirmata, nempe vſum fructum bonorum aduentitiorum filiifamilias defuncti perſeuerare apud patrem toto tempore quo pater ſuperuixerit, excipienda ſit tertia bonorum de qua filiofamilias, ſi pubertatis annos excedat, permittitur in regno Caſtellæ teſtari, an non, ſed; ſi vel illam relinquat extraneo, vel ad legata pia pro anima ſua, expectanda ſit mors patris, vt voluntas talis filii ea in parte impleatur. Partem affirmantem amplectitur ibi Antonius Gomez. Nos verò cum Bald. Molina, Aries Pinel. & aliis, quos tam ij autores, quam Antonius ipſe Gomezius refert; diſputat. 138. contrarium affirmauimus. Neque ſanè ſufficienter probat id iure regni Caſtellæ eſſe exceptum ab vniuerſalibus illis iuribus; ſed ſolum æquum eſſe ſi exciperetur.

De iure tamen communi à regula tradita excipitur, quando de eodem communi iure filius defunctus habet fratres vtrinque coniunctos, & illi defuncto ſuccedunt cum aſcendentibus: tunc enim in portione, quæ filios contigerit, etiam ſi illi filiifamilias ſint, non habet pater vſumfructum. Ita ſancitum fuit in auth. de hæredib. ab inteſt. §. ſi verò cum adoleſcentibus, & habetur in auth. item hęreditas, C. de bonis quæ liber. Fortè tamen ibi non eſt ſermo de bonis aduentitiis filii defuncti, quorum pater iam habebat vſumfructum, quaſi pater vſumfructum iam acquiſitum amittat, ſed de vſufructu quem de nouo pater acquirere debebat in portionibus ſuorũ filiorum fratrum defuncti, eo quòd filii ipſius eſsét familias: licèt enim pater in portionibus illis, dum erant defuncti, vſumfructum non habuiſset, vt ſi eſſent bona caſtrenſia aut quaſi caſtrẽſia talis filii, aut

A aliqua alia ratione vſuſfructus eorum ad eum non pertineret; eo tamen ipſo, quod ad fratres hæreditario iure tranſibant, erant aduentitia comparatione eorum, atque adeò vſuſfructus eorum ad patrem pertinebat. Atque hic videtur eſſe vſuſfructus de quo ibi eſt ſermo. Sic enim habet textus. Diuidenda inter eos hæreditate ſecundum perſonarum numerum, vti & aſcendentium & fratrum ſinguli æqualem habeant portionem, nullum vſum (fructum videlicet) ex filiorum aut filiarum portione in hoc caſu valente patre ſibi penitus vendicare. Ecce, de vſufructu acquirendo, & vendicando in portionibus filiorum videtur eſſe ſermo: non vero de vſufructu quæſito iam antea in bonis defuncti, quaſi illud amittat. Hoc tamen iuris peritis definiendum relinquo.

DISPVT. CLXIV.

B *De ſucceſſione ab inteſtato collateralium coniugis ſuperſtitis, ac fiſcij: & peregrino diſcedenti ab inteſtato quis ſuccedat.*

DE functo aliquo ab inteſtato, qui neque deſcendentes neque aſcendentes habeat, tunc illi ſuccedunt conſanguinei collaterales, qui iuxta modum computandi iure ciuili diſput. 160. explicatum, vſq; ad decimum gradum incluſiuè illi proximiores fuerint. Licet enim quondam ſoli agnati, id eſt, conſanguinei ex parte virorum, ſuccederent ab inteſtato vſque ad decimum gradum, cognati vero, id eſt, conſanguinei ex parte fœminarum, ſuccederent vſque ad ſextum tantum, & interdum vſque ad ſeptimum gradum, vt habetur, §. vltim. inſt. de ſucceſ. cognatorum, l. 1. §. hæc autem, ff. vnde cognati, & l. nõ facilè, ff. de gradib. hodie tamen, cum ſublata ſit dif- C ferentia cognationis & agnationis, & æquè ſuccedant fœminæ ac mares ſiue emancipati ſint, ſiue nõ, vt patet in authentico de hæredib. ab inteſtato. per totum, conſanguinei omnes ſuccedunt vſque ad decimum gradum. Ita affirmant Gloſ. §. vltimo, inſtit. de ſucceſ. cognator. Gloſ. vltim. in authent. in ſucceſſione, C. de ſuis, & legit. hæred. item Gloſ. in authent. de hæredibus ab inteſtato, §. ſi verò neque fratres, & Doctores communiter: eſtque hodie ſancitum in Luſitania, lib. 4. ord. titu. 69. & in Caſtella l. 6. tit. 13. par. 6. Et quamuis regulariter ſuccedant ſoli, qui proximiores ſunt gradu, & per capita: quia tamen nonnulla interdum eſt diſcrepantia, ſequentes concluſiones rem patefacient. Admonendum tamẽ eſt, dum dicimus conſanguineos ſuccedere vſque ad decimum gradum, nos loqui de communibus hæreditatibus: non vero de maioratibus, in quocunque vlteriori gradu etiam ſucceditur, neque in feudis, D in quibus ſolum vſque ad ſeptimum ſucceditur gradum.

Sit ergo prima concluſio. Quando defunctus fratres habet vtrinque coniunctos, id eſt, tam ex parte patris, quam matris, illi ſoli ei ſuccedunt, excluduntque à participatione hæreditatis, tam fratres ex parte patris duntaxat, qui conſanguinei fratres dicuntur, quam fratres ex parte tantum matris, qui vterini appellantur. Ita habetur expreſſe in auth. de hęredibus ab inteſtato, §. ſi igitur defunctus neque, in auth. ceſſante, C. de legitimis hæredibus in auth. de conſanguineis, & vterinis fratribus, §. quia igitur, & in auth. itaque, C. commun. de ſucceſſionibus. 1. Concluſ.

Secunda concluſio. Si adſit filii fratris vtrinque coniuncti iam defuncti, illi ſuccedunt per ſtipitem loco parentis defuncti vnà cum fratribus vtrinque coniunctis patruis ipſorum, eſto 2. Concl.

ipſi in tertio gradu ſint comparatione eius, qui ab inteſtato diſcedit & patrui ſint in ſecundo. Ratio autem eſt, quia repræſentant patrem, qui coniunctus erat defuncto in ſecundo gradu. Ita habetur in authen. de hæredib. ab inteſt. §. ſi autem defuncto, & in auth. ceſſante, C. de legit. hæredib.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Exiſtentibus filijs fratris vtrinque coniuncti iam defuncti, & non exiſtentibus fratribus vtrinque coniunctis ei, qui ab inteſtato diſcedit, eſto exiſtant fratres ex altera parte coniuncti, ſoli filii fratris defuncti ſuccedunt, & excludunt patruos ſuos, licèt patrui coniuncti ſint in ſecundo gradu cum eo, cui ſucceditur, ipſi verò in tertio. Ratio eſt, quoniam repræſentant patrem, qui erat vtrinque coniunctus in ſecundo gradu. Ita habetur in authe. de hæredibus ab inteſt. §. ſi autem defuncto, & in authen. ceſſante, C. de legitim. hæred.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Deficientibus tam fratribus vtrinque coniunctis, quam ipſorum filijs, & exiſtentibus fratribus ex altera tantum parte coniunctis, ſiue ſint ex parte patris, ſiue ex parte matris, illi ſuccedunt, & excludunt omnes alios collaterales. Ita habetur in authen. de hæredibus ab inteſtat. §. ſi igitur defunctus neque, & in authen. poſt fratres, 1. C. de legit. hæred.

5. Concluſ. Quinta concluſio. Si adſint filii alicuius fratris ex altera tantum parte coniuncti, iam defuncti, illi ſuccedunt per ſtirpes cum fratribus ex altera etiam parte coniunctis ſuperſtitibus patruis ſuis, idque ratione parentis quem repræſentant, & excludunt ſimiliter omnes alios collaterales. Ita habetur in auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi autem defuncto, & in auth. poſt fratres, 1. C. de legib. hæred.

6. Concluſ. Sexta concluſio. Si mortuo fratre ſuccedant ſolũ fratres, quorum quidam ſolum ſint vterini comparatione defuncti, alii verò ſint tantum cõſanguinei: tunc vterini præferuntur conſanguineis in bonis, quæ defuncto ex parte matris aduenerunt: conſanguinei verò præferuntur vterinis in bonis, quæ defuncto aduenerunt ex parte patris; in alijs vero bonis, quæ aliunde aduenissent ſuccederent æqualiter. Idem dicendum eſt de filiis ipſorum, quando loco parentum defunctorum per ſtirpes ſuccedunt. Ita colligitur apertè ex l. de emancipatis, C. de legit. hære. & habetur expreſsè l. 6. tit. 13. part. 6. atque affirmant gloſ. & doctores, quos Anto. Gom. ad l. 8. Tauri, num. 8. & Couar. in epit. de ſucceſ. ab inteſt. num. 8. referunt.

7. Concluſ. Septima concluſio. Præferri in eodem gradu propinquum ex vtraque parte coniunctum ei, qui ex altera tantum parte eſt coniunctus, ſolum habet locũ in fratribus, & in ipſorum filiis quatenus per ſtirpes repræſentant ſuos parentes: Vnde ſi quis diſcedat ſine aſcendentibus & deſcendentibus, & ſine fratribus, & filiis fratrum, relicto vno patruo, qui erat frater ſui patris vtrinque coniunctus, & alio patruo, qui erat frater ſui patris ex altera parte coniunctus, patruus ille vtrinque coniunctus non præfertur alteri ex altera tantum parte coniuncto, ſed vterque admittetur æquè ad ſucceſſionem, eo quod ſint in eodem gradu. Si quis item diſcedat relicto patruo magno, fratre ſui patris, aut matris, ex altera parte tantum ei coniuncti, & relictis nepotibus alicuius ſui fratris vtrinque coniuncti, patruus magnus, præfertur talibus nepotibus, eò quòd patruus magnus proximior ſit in gradu, quia vltra filios fratrum, in linea collateralium, nec detur repræſentatio, nec vlla habeatur ratio, an ſint vtrinque coniuncti, vel non. Similiter ſi ſoli nepotes fratrum ſuccedere debeant defuncto ab inteſtato, quod non habeat conſanguineos proximiores, tunc ſuccedunt per capita, & non per ſtirpes; propterea quod

A in collateralium linea non detur repræſentatiõ vltra filios fratrum. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur, Anton. Gom. numero 8. citato, & Couar. in epit. de ſucceſſ. ab inteſta. num. 9. & 11. & cõſentiunt authent. poſt fratres. 2. C. de legit. hæred. l. 6. titu. 13. par. 6. & alia iura citata. Horumque omnium ratio hæc eſt, quoniam excluſio in eodem gradu eorum, qui non ſunt vtrinque coniuncti, aut ſucceſſio vterinorum in ijs, quæ ex parte matris aduenerunt, & conſanguineorum in ijs quæ ex parte patris profluxere, itemque ſuccedere ex ulteriori gradu propter repræſentationem, ſolum habet locum in ijs, in quibus iura id expreſſeruũt: ſolùm uerò id expreſſerunt in iis, qui concluſionibus præcedentibus ſunt commemorati. Quin in auth. de hæredibus ab inteſtato. §. huiuſmodi verò, ſic habetur. Huiuſmodi vero priuilegium in hoc ordine cognationis (collateralium ſcilicet) ſolum præbemus fratrum maſculo-
B rum, & fœminarum filijs aut filiabus, vt in ſuorum parentum iura ſuccedant. Nulli alij omnino perſonæ ex hoc ordine venienti hoc ius largimur.

Poſſumus cum Couarru. in epit. citato, nume. 10. & 11. hanc ſubijcere concluſionem, quæ ſit num. 8. 8. Concluſ. Si quis habeat plures filios, quoſdam inter ſe utrinque coniunctos, & alios vterinos, diſcedatque ab inteſtato, & vnus ex filijs vtrinque coniunctis, habens filios nepotes defuncti, repudiet hæreditatem; tunc portio illius cedit æqualiter, non filiis ſuis nepotibus defuncti, ſed alijs fratribus etiam vterinus. Ita Couarru. cum Barto. & communi ſententia quam refert, & conſentit Antonius Gom. ad lib. 8. Tauri, nume. 9. Ratio eſt, quoniam in primis filii repudiantis, nepoteſque defuncti, cum habeant viuum patrem ſuum, non repræſentant illum, nec ſuccedunt loco illius, ſed ſolum ſuccedunt patrui ipſo-
C rum, qui defuncto proximiores ſunt in gradu. Deinde ſuccedunt æquè in ea portione fratres uterini repudiantis: quoniam non ſuccedunt fratri repudianti, ſed parenti, cui repudians non vult eſſe hæres: patri autem æquè ſuccedunt filij ex ſecundo, & ex primo matrimonio. Hac eadem ratione, ſi aliquis, neque aſcendentes neque deſcendentes habens, ſed ſolum fratres, moriatur ab inteſtato, & vnus fratrum, qui filios habet, repudiet hęreditatem, ſuccedunt in ea portione, non filii repudiantis, qui, cum patrem habeant viuum, nequaquam illum repræſentant, tuncque ſecundum ſe remotiores in gradu, quàm ipſorum patruus, frater repudiantis, ſed ſuccedunt ſoli fratres repudiantis, non quidem ipſi repudianti, ſed fratri defuncto, cui repudians non vult eſſe hæres. Neque hoc, ſed longè diuerſum eſt, quod Couarru. nume. 11. citato negat, de quo ſtatim erit ſermo: ſatiſque ibi, quod dicimus,
D innuit.

Dubium. Dubium graue, valdeque inter Doctores controuerſum in materia hac repræſentationis parentum defunctorum in linea collateralium eſt, num quemadmodum filii fratrum illius, qui ab inteſtato diſceſſit, quando ſuccedunt vnà cum ſuis patruis ſuperſtitibus repræſentant perſonas ſuorum parentum defunctorum, ſicque ſuccedunt per ſtirpes, & non per capita: ita ſi nullus frater defuncti ſit ſuperſtes, ſed ſoli ſint filii diuerſorum fratrum defunctorum, quo ad numerum inæquales; quia ex vno, verbi gratia, remanſerunt duo filii, & ex altero tres, aut plures, ſuccedant per ſtirpes, atque adeò obtineant inæquales portiones; an verò per capita, æqualeſque portiones ſortiantur.

Gloſſ. Accurſii in authentica ceſſante, C. de legitimis hæredibus, propendet ſuccedere in ſtirpes. Eandem opinionem innuit Gloſſ. penultima, iun-

iuncta Gloſ. in verbo puta, lege prima, §. vltimo, ff. ſi pars hæredit. petatur; tametſi additio ibi ad eãdem Gloſſam, in contrariam ſententiam velit illam interpretari. Eandem affirmant Gloſſ. eiuſdem Accurſii in authentico de hæredibus ab inteſtato, §. ſi autem defuncto, in verbo fratres fuerint. Eandem ſequuntur Bart. & vt videtur, communior Doctorum ſententia, quam refert & amplectitur Antonius Gomez. ad l. 8. Tauri, numero 12. Potiſſima huius ſententiæ ratio eſt, quoniam authentica hactenus in ſuperioribus citata ſimpliciter docent filios fratrum defunctorum ſuccedere patruo defuncto ab inteſtato per ſtirpes, non limitando, ut id ſolum ſit quando ſuccedunt cum patruo aliquo ſuperſtite. Confirmat id Gloſ. Accurſii poſtremo loco citata, ex eodem authentico de hæredibus ab inteſtato, §. ſi uerò neque, cuius hæc ſunt uerba. Si uero neque fratres, neque filios fratrum defunctus reliquerit, omnes deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocamus ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam, vt uiciniores gradu ipſi reliquis præponantur. Si autem plurimi eiuſdem gradus reperiantur, ſecundum perſonatum numerum inter eos hæreditas diuidatur, quod in capita noſtræ leges appellant. Hæc ibi. Ecce, à ſucceſſione in capita, filios fratrum defunctorum excepit, ſine vlla reſtrictione.

In contraria ſententia fuit Azo, Accurſio antiquior, & ſunt multi alii, quos Couarru. in Epito. de ſucceſſione ab inteſtato, numero octauo, refert ac ſequitur. Quin eam etiam ſententiam approbat Accurſius ipſe, parum ſibi conſtans, inſtit. de legitima agnat. ſucceſſ. §. hoc etiam, in Gloſ. verb. ſuperſtites, nempe quando filii fratrum defunctorum non concurrunt in ſucceſſione cum patruo, non ſuccedere per ſtirpes, ſed per capita. Et hæc planè mihi videtur longè probabilior atque amplectenda, vbi non fuerit lex particularia alicuius regni in contrarium, vt in hoc Luſitaniæ Regno non eſt. Potiſſimum fundamentum illius eſt, quoniam ante iura authenticorum nulla omnino erat repræſentatio, ſucceſſiove per ſtirpes in linea collaterali, ſed vniuerſim, qui conſanguinei reperiebantur ſuperſtites ac in eodem gradu defuncto ab inteſtato viciniores, illi ſoli per capita ei ſuccedebant, vt conſtat ex l. ſecunda, §. hæreditas, ff. de ſuis, & legitimis hæredibus, cuius hæc ſunt verba. Hæreditas proximo agnato, id eſt, ei, quem nemo antecedit, defertur. Et ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnibus competit, ſcilicet, vt ſi duos fratres habui, vel duos patruos, & unus ex eis vnum filium, alios duos relinquit, hæreditas mea in tres partes diuidatur. Hæc ibi. Idem conſtat ex §. ſi plures, inſtitu. de legitim. agnato. ſucceſs. ita enim habet. Si plures ſint gradus agnatorum, apertè lex duodecim tabularum proximum vocat. Itaque ſi, verbi gratia, ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus: frater potior habeatur. Et continuo ſubiungitur. Si plures ſint in gradu proximiori, omnes æqualiter ſuccedere. Idem conſtat ex lege duodecim tabularum. verſic. illo proculdubio, C. de legit. hæred. & ex aliis iuribus, conſentitque communis Doctorum ſententia. Authenticum autem de hæredibus ab inteſtato, à §. reliquum eſt, introduxit eiuſmodi repræſentationem, & ſucceſſionem per ſtirpes: ea autem tradita, additur §. huiuſmodi vero, non extendi vltra filios fratrum, vt ſupra retulimus. Et protinus, ſequentem in filiis fratrum ſubiunxit limitationem. Sed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur theiois (id eſt patruis) maſculis, & fœminis, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Ecce textum apertum à contrario ſenſu vnde A-

A zonis ſententia colligitur: coniunctio enim illa, &, addita, poſt dictionem aduerſatiuam, ſed, dum dictum eſt, ſed, & præſertim addito illo aduerbio temporali, tunc, apertè ſignificant additionem nouæ limitationis, nempe priuilegium illud neque ad fratres, niſi quando cum patruis ſuis ſuccedunt. Cum ergo authenticum de hæredibus ab inteſtato ſit textus capitalis in hac materia: authenticæ verò aliæ, quæ citantur ex illo ſint deſumptę, & contrarium non doceant, ſitque in eis ſubintelligēda limitatio in principali authentico addita; conſequens profectò eſt, vt corruant fundamenta omnia contrariæ opinionis. Verba autem, quæ ex §. ſi verò neque, pro contraria ſententia citantur, ſic habent. Si verò neque fratres, neque filios fratrum (ſicut diximus) defunctus reliquerit, &c. In illis autem verbis, ſicut diximus, manifeſtè legislator ſe remittit ad ea, quæ antea circa filios fratrum diſpoſuerat, eaque præſupponit.

B His accedit repræſentationem in filijs fratrum, vt ſuccederent cum patruis ſuperſtitibus, ea ratione videri introductam, ne fratrum defunctorum ſoboles expers omnino maneret hæreditatis, à patruis, tanquam à proximioribus in gradu excluſa, eaque ratione conſtitutum eſſe, vt parentem defunctum repræſentaret, atque adeò vt cum patruis per ſtirpem ſuccederet: quando autem nullus eſt patruus, ceſſat ea ratio: & cum filij diuerſorum fratrum pares eſſent in gradu comparatione defuncti, meritò inſtitutum eſt, vt in eo euentu ſtaretur iuri antiquiori: quarè cum authenticum de hæredibus ab inteſtato hoc apertè ſonet, antiquiori iuri erit in eo euentu ſtandum.

Couar. loco citato refert opinionem hanc, non ſolum Friburgenſis municipali conſtitutione ſancitam eſſe, in plurimiſque Galliæ locis ſeruari, ſed etiam à Carolo V. in comitijs totius Imperij Ger-
C maniæ habitis anno mileſimo quingentiſimo vigeſimo nono decretam fuiſſe. Conſtituta præterea fuit in Regno Caſtellæ, l. 8. titu. 2. libro quinto, fori, & l. 5. titu. 13. par. 6. Collectores verò legum partitarum, ſanè ius commune ſe ea in parte ſequi ſunt arbitrari. Hoc ipſum ſine dubio ſtatuit l. 8. Tauri, quæ eſt 5. titulo 8. lib. 9. nouæ collection. ſic enim habet. *Mandamos que ſus cedan los ſobrinos con los tios* ab inteſtato *a ſuis tios in ſtirpen, y no in capita. Con ſuos tios*, dixit ac limitauit, ſicut & ius Cæſareum, & antiquiores aliæ leges eiuſdem Regni. Vnde nihil cogunt, quæ in eandem l. nu. 12. & 14. Ant Gom. impulſerunt, vt ſibi perſuaderet Accurſij opinionem ea lege fuiſſe ſtatutam. Tametſi ſubiungat, interim dũ in eo Regno lex illa Principis autoritate magis non explicatur, ſtandum eſſe opinioni Azonis, quã fatetur eſſe communem gloſſatorum legum illius Regni. Cum verò poſt ſcripta Antonij Gomezij
D lex illa authoritate Regis Philippi eodem modo in noua collectione ſit excuſa, ſanè nihil in verbis illius fuiſſe immutatum, vt Ant. Gom. mutari debere contendit quaſi per inaduertentiam illo modo fuerit ſcripta, non parum Azonis opinionem in eo Regno confirmat.

Dubium eſt, vtrum ſi defunctus ab inteſtato relinquat patruum, fratrem patris ſui aut matris, & filios fratris iam defuncti, pręferendi ſint filij fratris, an verò cum ſuo illo patruo magno ſuccedant per capita in bonis defuncti: eò quod tam patruus ille, quam ipſi, in tertio gradu ſint comparatione defuncti.

Mihi videtur dicendum, excludere patruum illum. Ratio eſt, quoniam ſi ſuperſtes eſſet frater ex altera tantum parte cum defuncto coniunctus, hunc excluderent, vt ſupra oſtenſum eſt: ſed hic, ſi non eſſent filij fratris ex vtraque parte con-

te coniuncti, excluderet patruum illum: ergo longè maiori cum ratione filij fratris defuncti illum excludent. Quo fit, vt ſicut ad excludendum fratrem ex altera parte defuncto coniunctum repræſentant patrem ſuum: ſic etiam, ad excludendum patruum magnum eundem repræſenaent. Lege Anton. Gomez. nu. 14. citato.

His dubijs expeditis, nona concluſio in hac materia eſt. Excluſis fratribus & filijs fratrum, in euentibus hactenus explicatis, vniuerſim in linea collaterali, qui conſanguinei inueniuntur proximiores in gradu defuncto ab inteſtato, illi ſoli ſuccedunt, idque per capita. Ita habetur expreſſe in authentica de hæredib. ab inteſtat. §. ſi verò neque, in auth. poſt fratres, 2. C. de legit. hæred. & l. 6. tit. 13. par. 6. affirmatque communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Anto. Gomez. loco citato, nu. 18. & Couar. in epit. citato, num. 11.

Decima concluſio. Deficientibus hæredibus in linea tranſuerſali, vſque ad decimum gradum aut illis aliqua de cauſa ſuccedere prohibitis, ſi defunctus ab inteſtato ſit maritus, illi ſuccedit vxor in omnibus bonis, ſi verò ſit vxor, illi ſuccedit maritus; modo inter illos non ſit diuortium. Ita habetur lib. 4. Luſitanorũ Ordiuat. tit. 69. l. 6. tit. 13. par. 6. l. vnica, C. vnde vir & vxor, l. vnica. ff. eodem titulo. Ad id autem de iure Luſitano vlterius requiritur, vt vir vxorem in domum ſuam receperit, vt habetur titulo citato.

Si vir vxorem ſine dote ſuſcipiat, & vir præmoriatur, non habente vxore vnde commode poſſit viuere, eſto vir liberos relinquat, ſuccedit vxor vnà cum filijs in quarta parte eorum bonorum mariti, in quibus liberi ſuccedunt, modò illi non ſint plures, quam tres; alioquin ſuccedit per capita cum illis: & modo quarta, aut portio illa, non excedat centũ libras auri; alioquin ſuccedit ſolum in centum libris. Dominium tamen in his omnibus euentibus bonorum, in quibus ſuccedit talis vxor, pertinet ad filios eiuſdem matrimonij, ſi illos habeant, & vſus ac fructus pertinent ad matrem. Quòd ſi tales fitales filios non habeant, bona illa pertinent pleno iure ad ipſam vxorem. Si tamen à marito aliquod legatum ſit ei relictum, computat illud in eam quartam, aut virilem portionem. Ita habetur in authentico de exhibendis reis, §. quoniam, verò, in authentica, præterea; C. vnde vir & vxor, in authentico vt liceat matri & auiæ, §. quia verò legem, 2. & l. 7. titul. 13. par. 6. Peculiaria alia hac de re videre licebit apud Gregorium Lopez ad eandem legem, vbi inter alia ait, hæc habere hodie locum in Regno Caſtellæ (idemque eadem ratione erit dicẽdum in hoc Luſitaniæ) non obſtante quod legitima filiorum ſit in his Regnis hodie aucta. Libra autem auri, vt conſtat ex l. quoties, C. de ſuſceptoribus & arcarijs. lib. 10. continebat ſeptuaginta duos ſolidos.

Vndecima concluſio. Deficientibus conſanguineis vſque ad decimum gradum, & vxore, aut viro, ſuccedit fiſcus in omnibus bonis defuncti ab inteſtato: ſecularis quidem, ſi defunctus ſit laicus: ſin minus Eccleſiaſticus. Ita habetur lib. 2. Luſitanarum Ordin. ti. 15. & 16. l. 6. tit. 13. par. 6. l. 12. titu. 8. lib. 5. nouę Collection. l. vnica. C. vnde vir. l. 1. §. vltimo. ff. de iure fiſci, l. 1. & l. vacantia, C. de bonis vacantibus, lib. 10.

Duodecima concluſio. Diſcedentibuus aliquibus peregrinis in hoſpitali ab inteſtato, & non habentibus conſanguineos vſque ad decimum gradum, bona eorum mobilia, quæ ibi reperta fueaint, per epiſcopum ſunt diſtribuenda in pias cauſas. Ita habetur in authentica omnes peregrini. C. communia de ſucceſſionibus, l. 5. titulo 12. libro primo nouæ Collectionis ſic habet: *Si el peregrino muriere ſin hazer teſtamento, los Alcaldes del lugar, do muriere, reciban ſus bienes, y cumplan dellos lo que fuere meneſter para ſu enterramiento, y lo que reſtare guardenlo, y hagan lo ſaber a nos, para que mandemos proueer lo que deuieremos de hazer.*

Ius Caſtellæ.

DISPVT. CLXV.

Filij qui legitimi, & qui illegitimi dicantur: & de varijs illegitimorum ſpeciebus.

DIcendum eſt conſequenter de ſucceſſione filiorum illegitimorum. Perſpicuitatis autem gratia, prius eſt id explicandum, quod propoſitum eſt.

Filius legitimus qs.

Quoniam verò rectum ſui, & obliqui eſt iudex, à legitimis ordiendo. In primis legitimi dicuntur, qui ex legitimo geniti ſunt matrimonio. Deinde, qui ex matrimonio in eccleſiæ facie cum bona fide, ſaltem ex parte alterius coniugis, celebrato ſunt geniti, eſto matrimonium propter occultum impedimentum fuerit nullum, vt conſtat, ex cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi, c. 2. eod. tit. ex l. 1. titu. 13. par. 4. ac alias ſæpe, affirmantque Molina de primogen. lib. 3. c. 1. num. 12. Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, p. 1. verb. vxor, nu. 2. fol. 31. Couar. in epit. ad 4. decret. p. 2. ca. 8. §. 1. & communis Doctorum ſententia, quam referunt. Immeritò ergo Sotus in 4. diſt. 41. q. 1. art. 4. ante 2. concluſionem aſſerere trepidauit, vt filij eſſent legitimi, ſufficere bonam fidem alterius tantum coniugum: etenim ex iuribos citatis id ſufficere ſatis apertè colligitur. Quando autem in aliquibus euentibus bona fides in exteriori foro præſumenda ſit, aut non ſit, diſputant Couar. loco citato, & Grego. Lopez ad l. 1. citatam. Optimè autem, cum multis alijs quos citat, aduertit Emmanuel à Coſta vbi ſupra, filium genitum ex matrimonio in facie eccleſiæ ex parte alterius coniugis tantum bona fide celebrato, eſſe legitimum, etiam comparatione coniugis, qui impedimenti erat conſcius, idque ad ſuccedendum ei, non ſolum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento cum omnibus prærogatiuis filij legitimi.

Vtrum verò filij ab infidelibus ex ijs matrimonijs, antequam ad fidem conuertantur geniti, quæ, cum vera non ſint, ab ipſis tamen, iuxta ſectas ſuas, vera matrimonia reputabantur, ſi parentes ad fidem conuertantur, filij legitimi ſint cenſendi; vt ſi Iudæus, viuente vxore, quam repudiauit, aliam duxit, ex eaque filios genuit; aut viuente prima vxore, ſimul duxit alias ex eiſque liberos procreauit; reſpondendum arbitror legitimos eſſe cenſendos, argumento text. cap. finali, qui filii ſint legitimi. Tum quia publica vtilitas id ſuadet, ne arceantur à fide ſuſcipienda. Tum etiam quia, iuxta ſectas ſuas, bona fide talia matrimonia contraxerunt putantes legitima validaque eſſe. Conſentiunt Gloſ. capit. vltimo citato. Couarru. vbi ſupra, & alij quos refert.

Tertiò, cum filiis legitimis eos poſſumus computare; qui per ſubſequens matrimonium ipſo iure legitimi fiunt: atque ita computantur, l. 1. ti. 13. par. 4. colligiturque apertè ex cap. tanta, qui filij ſint legit. De eis autem diſpu. 171. dum de legitimatione erit, ſermo dicetur.

Cap. niſi cum pridem, §. perſonæ, de renunciat. Innocentius Tertius, quatuor diſtinguit illegitimorum filiorum genera. Videlicet, naturales, & ſpurios, nothos & manzares. Naturales filij de iure Cæſareo ij ſoli dicebantur, qui ex vnica concubina domi retenta ab eo gignebantur, inter quem & talem concubinam tempore conceptionis, aut nati-

Naturales filij Cæſareo iure.

natiuitatis talis filij, nullum erat impedimentum ad legitimum contrahendum matrimonium, vt conſtat ex authentico quibus modis naturales efficiantur ſui, §. ſi quis autem defunctus, & ex pleriſque alijs iuribus, eodemque modo loquebantur iura partitarum Regni Caſtellæ, l. prima, titulo 15. par. 4. & aliàs ſæpe.

Nothus iure Cæſareo. Nothi dicebantur, qui ab eiſdem parentibus procreabantur, ſed matre domi non retenta. Atque ea de cauſa pater eiuſmodi filiorum non eſt adeò certus ac priorum. Quocirca neceſſe eſt, vt pater recognoſcat vt ſuum quencunque ita genuerit; alioquin non reputabitur illius, niſi id aliunde probetur ſufficienter, vt apertè colligitur ex l. 11. Tauri, quæ eſt nona, titu. octauo, libro quinto, nouæ collect. Quando autem filius naſcitur ex concubina domi retenta, eo ipſo cenſetur filius illius, qui eam domi retinebat, niſi contrarium aliunde probetur: vt ſatis innuit eadem l. 11. Tauri, & affirmant glo. capit. Michael, de filijs presb. Couar. in epit. cap octauo, §. quarto. num. 6. & Doctores communiter. Cum nothis, quod ad præſens inſtitutum attinet computare poſſumus filios progenitos ex concubina, aut concubinis, quando plures ſimul domi retinebantur: tales quippe filij iure Cæſareo, propter libidinis effuſionem patris, perinde quoad ſucceſſionem reputabantur, ac ſi ex vaga meretrice eſſent geniti, vt ex auth. citato liquet. Illud addendum eſt filium nothum interdum accipi in longè alia ſignificatione, nempe pro filio nato ex adulterio, & interdum in alia, lege Couar. num. 6. citato.

Naturales filij, iure canonico, & ſimpliciter hodi, qui. Illud verò obſeruandum eſt de iure canonico vniuerſim eos omnes filios reputari naturales, qui geniti ſunt ex parentibus, inter quos tempore conceptionis, aut natiuitatis talium filiorum nullum erat impedimentum, quod irritum reddere poſſet matrimonium inter illos. Ita affirmant Panorm. & alij, quos Couar. §. quarto, citato, numero ſecundo, refert, ut ſequitur, & colligitur ex capit. tanta, qui filij ſint legit. quatenus, nulla facta diſtinctione, an habiti fuerint ex vnica concubina domi, retenta, ſtatuitur filios ante matrimonium genitos fieri legitimos per ſubſequens matrimonium cum ea, ex qua geniti ſunt, modò, vt ſtatim ibidem ſubiungitur, non eſſent ſpurij, quia alter eorum erat coniugatus quando geniti, ac nati ſunt. Ratio verò, cur meritò ea extenſio de iure canonico facta fuerit. Hæc eſt. Quoniam longè peius eſt publicus concubinatus cum fœmina inſtar vxoris in contubernio retenta, quam fortuitus, ac vagus coitus cum ea, quæ domi non retinetur: vnde non expediebat, vt filij earum, quæ domi in publico concubinatu retinebantur, præferrentur, in ſucceſſione in bonis parentum, & in priuilegijs, filiis aliarum mulierum, cum quibus impedimentum non erat, vt vxores eſſe eorum poſſent, quibuſcum fornicabantur. Atque hac de cauſa, etiam antequam peculiares ciuiles leges iuri canonico conſonas varijs in regnis hac de re ferrentur, doctores, quos Couar. numero vigeſimoſecundo, citato, & Anton. Gom. ad l. nonam, Tauri, numero primo, referunt, affirmant conſuetudine in ſæculari toro fuiſſe receptum, vt omnes illi reputarentur filij naturales, adeò vt legitimatio a principe ſæculari obtenta nequam ex eo ſurreptitia reputaretur, quòd in petitione legitimandus appellatus fuiſſet filius naturalis, non explicato, quòd natus non fuiſſet ex concubina domi retenta. Hodie autem libro 4. Luſitan. Ordin. titu. 71. in principio, & in Regno Caſtellæ, l. 11. Tauri, quæ eſt 9. titu. 8. libro 5. nouæ collect. ſancitum eſt, vt ij omnes filij naturales reputentur, qui nati fuerint ex parentibus, inter quos nullum erat dirimens impedimentum, vel tempore conceptionis, vel tempore natiuitatis talium filiorum,

A vel matrimonium contrahere poſſent. Vnde meritò Couar. §. quarto, citato, numero quarto, & Greg. Lopez. l. 1. tit. 11. par. 7. & alij, quos referunt, affirmant, quæ quondam vel de iure communi, vel de iure horũ regnorum, ſancita erant de filijs naturalibus natis ex vnica concubina domi retenta, vel quoad ſucceſſionem, vel quoad alia, extendenda eſſe ad omnes, qui naturales hodie de iure horum regnorum reputantur. Quare cum lex illa 1. tit. vndecimo, par. ſeptima ſtatuerit, vt filij nati ex vnica concubina domi retenta, & parte hidalgo, ciuilitate illa, ac exemptione patris, quam hidalguia vocant, potirentur, iure optimo hi doctores cenſent, naturales omnes filios ex patre hidalgo potiri eo priuilegio, eſto nati non ſint ex concubina domi retenta, atque ita eſſe ſæpe pronunciatum in prætorio Granatenſi Couar. affirmat.

Spurius filius licet interdum is dicatur, qui in certum habet patrem, qualis is eſt, qui ex ea naſcitur, quæ carnale commercium cum multis habere conſueuit, vt conſtat ex §. ſi aduerſus, inſtit. de nupt. aſſeruntque Alciatus, & alij, quos Couar. in epit. capitulo octauo, §. quinto, numero primo, refert, ac ſequitur; in re tamen propoſita is dicitur, qui ex ijs parentibus eſt ortus, qui tempore conceptionis ac natiuitatis talis filij dirimens impedimentum ad inter ſe contrahendum habebant. Ita innuit textus, & affirmant Glo. ibi & Doctores communiter, capitu. tanta, qui fil. ſint legit. innuit etiam tex. capitulo ad abolendam, de fil. presb. & l. vulgo. ff. de ſtatu hominum. Spurius qs.

B

Manzares dicuntur quidam ex ſpurijs, iuxta capitulo niſi pridem, citatum. Neque mihi eſt ſatis compertum, quinam hi ſint, parumque ad præſens inſtitutum id refert ſcire. Gloſ. ad idem capitulo ait, eſſe natos ex ſcorto, meretriceve. Quamuis autem eo pacto accipi aliquando vocabulum videatur, in eo tamen capite non ita videtur vſurpari, vt Couar. loco citato, numero ſecundo, adnotauit.

C Illud ſummatim dixerim, vocabula illegitimorum filiorum hactenus commemorata confundi ſæpè, varièque à Doctoribus, quin & à iuribus ipſis, ſolere accipi.

DISPVTAT. CLXVI.

De ſucceſſione filiorum naturalium.

DE hac re ſit prima concluſio. De iure communi, non exiſtentibus legitimis deſcendentibus, neque aſcendentibus, licet quondam conceſſum fuerit patri relinquere filijs naturalibus, & ipſorum matri dimidium ſuorum bonorum, aut etiam, dum viueret, in dotem, aut quauis alia ratione tradere illud eis; poſtea tamen, de iure authenticoram ſancitum eſt, vt in eo euentu relinquere illis poſſet omnia bona ſua, aut etiam ea dum viueret, illis tradere. Primum conſtat ex l. humanitatis, C. de naturalib. liber. Secundum verò, ex authen. licet. C. eod. tit. & ex auth. quibus modis naturales efficiantur ſui, §. ne igitur, verſicu. ſi verò filios, & ex l. octaua, tit. decimotertio, par. 6. 1. Concluſ.

D

Secunda concluſio. De eodem iure communi exiſtentibus deſcendentibus legitimis, ſolum fas eſt donare, aut relinquere ex teſtamento filijs naturalibus, atque ipſorum matri, vnciam vnam, hoc eſt, duodecimam bonorum partem. Quod ſi aliquid amplius fuerit illis datum, aut relictum, pertinet eo ipſo ad deſcendentes legitimos. Si autem mater filiorum naturalium fuerit ſine illis ſuperſtes, fas eſt relinquere, aut donare illi ſemiunciam. Hæc habentur in auth. qui. mod. natur. effic. ſui, §. ne igitur, citato, & l. octaua, titu. 13. par. 6. Couarr. in epit. par. 2. capitulo 8. §. 4. num. 11. conſentaneè ad iura citata 2. Conclu.

tata

tata, obſeruat, ſi filij naturales ſine matre exiſtãt, fas eſſe relinquere illis integram vnciam.

3. Concluſ. Tertia concluſio. De eodem iure communi, deficientibus legitimis deſcendentibus, & exiſtentib. aſcendentibus legitimis, relinquenda eſt aſcendentibus portio legitima, in qua, velit, nolit teſtator, ſuccedere debent, hoc eſt, tertium bonorum de eodem iure communi, vt diſput. 158. oſtenſum eſt, reliquum verò donare, aut relinquere ex teſtamento poteſt filijs naturalibus. Ita habetur in authen. quibus mod. nat. efficiantur ſui, §. ſi verò habuerint, in auth. licet, C. de natur. lib. & l. 8. ti. 13. par. *6*.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Deo eodem iure communi, parte diſcedente ab inteſtato, nec relinquente deſcendentes legitimos, nec item legitimam vxorem, filij naturales illi ſuccedunt in duabus vncijs, hoc eſt, in ſexta bonorum parte, inter ipſos, & eorum matrem, ſi ſuperſtes ſit, per æquales portiones diuidenda; in alijs verò quinque partibus ſuccedunt alii legitimi hæredes ab inteſtato, iuxta ea, quæ diſputatio. 163. dicta ſunt. Quod ſi vel deſcendentes legitimos, vel vxorem legitimam relinquat, in nulla parte bonorum patris ſuccedunt: illis tamen tribuenda ſunt cõpetentia alimenta de bonis patris prudentis arbitrio. Ita habetur in authent. quib. mod. nat. effic. ſui, §. ſi quis autem, & §. ſi quis igitur, in authent. de trien. & ſemiſſe, §. conſideremus, & in authen. licet. C. de natur. fil. Similique modo filiis naturalibus debentur alimenta de bonis parentum, quando pater diſceſſit quidem teſtatus, nihil tamen de ſuis bonis illis reliquitur, vt innuitur, §. conſideremus, & §. ſi quis igitur, citatis, & affirmat leg. 8. titu. 13. part. *6*. eſt enim eadem ratio, reſque patebit magis diſputatio. 167.

Ratio autem cur, ſuperſtite legitima vxore diſcedentis ab inteſtato, filii naturales in nulla portione defuncti ſuccedant, eſto ea bona, non vxori, ſed alijs legitimis conſanguineis defuncti obuenire debeant, eſt, in honorem matrimonij, ne legitima vxor cernens filios, non ex ſe, ſed ex ea, qua coniux ſuus fuerat abuſus, genitos ſuccedere in bonis mariti, ſcandalum patiatur, afficiaturque triſtitia.

Anton. Gomez. ad leg. nona. Tauri, numero quarto, affirmat, vt naturales filii duabus vncijs ſuccedãt neceſſe etiam eſſe; vt defunctus aſcendentes legitimos non relinquat, atque omnes in authenticis citatis id aſſeuerare. At neque gloſſæ, neque Bartol. illis in locis id docent, neque Couarruu. in epit. part. ſecunda, cap. octauo, §. quarto, numero *9*. vbi ea de re diſſerit, quicquam tale affirmat, aut vllum eius opinionis autorem citat, neque video quis merito id affirmare poſſit: cum iura citata, & l. octaua, titulo 13. parte ſexta, de aſcendentibus nihil loquantur, & cũ ſucceſſio filiorum naturalium in duabus tantum vncijs legitimæ portioni aſcendentibus in defuncti bonis debitæ nullum omnino præiudicium afferat; & denique cum nullum fundamentum videam contrariæ opinionis, nullusque autor illius citetur in particulari.

Couarruu. loco citato cum Baldo ait, etiam quando ſuperſtites ſunt filii reſcripto Principis legitimati, immo & adoptiui, filios naturales non ſuccedere ab inteſtato in duabus vnciis. Ducitur, quoniam in anthent. licet, C. de naturalibus libe. vt filij naturales ab inteſtato in duabus vncijs ſuccedant, exigitur, vt deſit ſoboles ciuilis: filii autem, tam reſcripto Principis legitimati, quam adoptiui, ciuilis ſoboles ſunt: Contrarium tamen non dubito eſſe verum: in authentico namque de triente, & ſemiſſe, §. citato, conditio illa requiſita, vt filii naturales in duabus vnciis ſuccedant, his verbis ſcribitur, ſi quis moriens legitimã ſibi penitus ſobole non exiſtente, filiorum dicimus, aut nepotum,

A aut cæteræ ſucceſſionis, nempe pronepotum, aut ab nepotum: in authent. verò qui. mo. nat. effi. ſui, §. ſi quis autem defunctus, ſic ſcribitur, ſi quis defunctus fuerit, legitima ei omnino ſobole non exiſtente, filiorum dicimus, aut nepotum, vel deinceps ſucceſſionis: vbi non eſt ſermo de ſobole legitima ex priuilegio, ſed per naturam: authentica autem, licet ex illis aliis authenticis deſumpta eſt, atque iuxta illa eſt intelligenda, ac exponenda: mirumque eſſet, quod ſpurius principis reſcripto legitimatus, aut ab aliquo adoptatus impediret, ne naturales filij ab inteſtato in illis duabus vncijs ſuccederent.

Quinta concluſio. De iure communi, in quibus eventibus poteſt pater donare, aut relinquere ex teſtamento filius naturalibus, ea quæ tribus prioribus concluſionibus explanata ſunt, poteſt naturalibus nepotis eadem donare, aut relinquere ex teſtamento, & non in alijs euentibus, idque ſiue ſint nati legitimè ex filio naturali, ſiue illegitimè ex filio legitimo, aut ex filio naturali. Ab inteſtato verò ſuccedunt etiam in eis euentibus, atque in ea portione, in qua concluſione quarta, dictum eſt ſuccedere filios naturales. Hæc omnia colliguntur ex l. vlt. C. de naturalibus liber. iuncto authent. quib. mod. nat. effic. ſui, §. de nepotibus. Si addas extenſionem, quæ poſtea circa filios naturales de iure authenticorum facta eſt, cenſeri etiam factam circa nepotes: quippe l. citata apertè dicat, nihil eſſe coarctandum comparatione nepotum naturalium, quod circa filios naturales ſit, conceſſum. Hæc eadem, cum Bald. & alijs affirmat Couarruu. loco citato, nu. 20. lege etiam Anton. Gomez. ad l. *9*. Taur. nume. *6*. Obſerua temen, quando patres erant filij naturales nepotes non ſuccedere auis niſi loco parentum defunctorum, atque adeò per ſtirpem, vt doctores citati adnotarunt. Obſerua etiam, quando nepos naturalis eſſet ex filio legitimo, vxorem aui legitimam eſſe ſuperſtitem, nequaquam impedire quominus nepos naturalis ſuccedat auo ab inteſtato, quin potius ſimili modo ſuccedere eidem vxori, quæ ipſius eſt auia. Quod de nepotibus comparatione auorum dictum eſt, intelligẽdum eſſe de pronepotibus comparatione proauorũ, vt ex l. citata conſtat. 5. Concluſ.

B

C

Sexta concluſio. De iure communi eodem modo, & in eadem portione, qua deſcendentes naturales ſuccedunt aſcendentibus tam ex teſtamento, quã ab inteſtato, ſuccedunt etiam aſcendentes naturales ſuis deſcendentibus, vt auus, & proauus filio naturali, & nepoti, quando tales filius & nepos non habent deſcendentes, qui aſcendentibus præferantur. Eodemque modo à deſcendentibus naturalibus ſunt alimenta præſtanda aſcendentibus. Ita habetur ex preſsè in auth. quibus mod. natu. effic. ſui, §. de nepotibus, in authent. licet, D. de nat. lib. ad finem. Et l. 8. tit. 13. par. *6*. 6. Concluſ.

D Septima concluſ. de iure communi filius naturalis non ſolum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato ſuccedit matri æquè cum filiis legitimis, excluditque aſcendentes legitimos, perinde, ac ſi eſſet filius legitimus. Ita habetur l. ſi qua illuſtris, iunct. gloſs. ibid. C. ad ſenatuſconſult. Orficianum. Et l. 11. titul. 13. part. *6*. conſentiuntque alia iura, & Doctores, quos referunt, & ſequuntur Couarruu. §. quarto, citato, numero 15. Anton. Gomez. ad l. *9*. Tauri, numero *9*. & Sylueſt. verb. filii, quæſtio. 3. idque etiam ſi mater ſit illuſtris. De eiſdem filiis naturalibus comparatione auorum per lineam maternam, quicquid Anton. Gomez. loco citato dicat, diſtinguerem. Quia ſi mater ſimul erat filia naturalis, tunc nepos ſuccedit auiæ eodem modo, ſed per ſtirpem loco matris. Auo autem materno, & auis per lineam paternam non, niſi iuxta ea, concluſio. quinta, dicta ſunt. Si vero mater erat filia legitima, tunc credo ſuccedere 7. Concluſ.

cedere vtrique auo materno eodem modo,quò ſi eſſet legitimus:quia ſuccedit loco matris, matremque repræſentat,non ſecus ac ſi eſſet filius legitimus,mater autem eſt proles legitima. Comparatione verò auorum per lineam paternam ſuccedet iuxta 5. concluſionem,eò quod non ſuccedat ratione matris,ſed ratione patris.

8. Concluſ. Octaua concluſio. De iure communi, in qua portione, & quomodo filij naturales & nepotes ſuccedunt matribus, & alijs aſcendentibus per lineam maternam, in eadem matres, & alii aſcendentes ſuccedunt ipſis, & quando tales filii,& nepotes carent deſcendentibus. Ita Doctores communiter,vt par pietas deſcendẽtium ſeruetur cum aſcẽdentibus,iuxta auth.quib.mod.nat.effic.ſui,§.de nepotibus,& auth.licet,C.de naturali.liberis. De fratribus verò naturalibus,an mutuo ſibi ſuccedant,dicetur diſp.seq.

Ius Luſit. De iure huius Luſitaniæ Regni, ſumpto naturali filio tam latè quam diſputatione præcedente explicatum eſt,ſi pater tempore, quo filius conceptus, vel natus eſt, erat plebeius, quem *piam* in hoc regno vocant, (talis vnuſquiſque præſumitur, niſi contrarium probetur, vt Gamm. deciſio. octuageſima ſexta, numero tertio,cum Baldo, & Ripa rectè adnotauit) eſto poſtea ad gradum altiorem conſcenderit,perinde illi ſuccedit filius naturalis,tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato,ac ſi eſſet filius legitimus: quare æque ſuccedit cum aliis filiis legitimis,ſi quos pater habebat. Si verò pater tempore conceptionis,& natiuitatis filij erat *caualeiro*,tunc filius ab inteſtato in nulla bonorum parte ei ſuccedit,ſed ſuccedunt legitimi deſcendentes, aut aſcendentes, vel collaterales, qui proximiores fuerint in gradu. Ex teſtamento autem ſi habeat deſcendentes legitimos,nihil relinquere poteſt filio naturali:ſi verò careat deſcendentibuss,& habeat aſcendentes legitimos, de tertio ſuorum bonorum poteſt illi relinquere, quod ſibi placuerit, non vero de duabus aliis partibus,in quibus,velit,nolit, ſuccedunt aſcendentes. Quod ſi aſcendentibus etiam careat,poteſt ex teſtamento relinquere filio naturali ſua bona, eſto hẽt fratres,aut alios collaterales conſanguineos. Hæc omnia habentur 4.lib.ord.ti.71.iudicatum vero refert Gamm.ad finem dec. 312. ex eo,quod deſcendens ex parentibus nõ plebeis famulus ſit alicuius nobilis,non cenſeri *piam*: id quod ex ſe ſatis erat manifeſtum.

Cum vero ordinationes nihil circa matrem diſponant comparatione illius,iuri communi ſupra expoſito erit ſtandum,nec non comparatione auorum ex parte matris. Comparatione vero auorum, aut proauorum ex parte patris,tunc illis nepos, aut pronepos naturalis poteſt ſuccedere,quando iuxta ordinationes ſuccedere eiſdem poteſt filius ipſorum naturalis. Vniuerſim autem,quando filius,aut nepos naturalis ſuccedere poteſt,patri,matri, aut aliis aſcendentibus,iuxta ea,quæ dicta ſunt,poſſunt vicim aſcẽdentes illis ſuccedere,niſi tales filii,aut nepotes ſobolem habeant,quæ aſcendentibus debeat præferri,vt de iure communi ſupra explicatum eſt. De alimentis, quæ de iure huius Regni filio naturali, quando patri,& aliis aſcendentibus non ſuccedit, debentur, dicetur,cum de alimentis filio ſpurio debitis erit ſermo.

Vt ad filium naturalem comparatione patris regrediamur,de iure huius Luſitaniæ Regni tit.71.citato ſtatuitur,filium naturalem hominis *piam*,quem genuit ex ſua propria ancilla,ſuccedere etiam in bonis illius,perinde ac ſi eſſet legitimus, modo tamen mortuo patre liber maneat. Vnde non ſatis eſt, ſi poſt patris mortem,ab hæredibus, aut aliunde liber fiat:id vero additum fuit,quoniam, vt diſputatione

A 39.in ſexto modo ex ijs,quibus mancipium libertatem conſequitur,dictum eſt,non ſemper filius habitus ex propria ancilla libertatem per mortem patris conſequitur. Fuit vero valde controuerſum in hoc regno,an idem eſſet de filio naturali hominis *piam*, quem genuit ex ancilla aliena: modo tamen tempore mortis patris liber eſſet. Et quidem partem negantem ſuadet argumentum à contrario ſenſu: ordinatio namque citata ſic habet: *E iſſo meſmo auera lugar no filho, que alghun homen ſolteiro piam ouuer dal gua ſua eſcraua, ſe per morte de ſeu paificar foſro*. Ecce dixit de ſua *eſcraua*:ergo non idem erit, ſi fuerit ex aliena. Contraria tamen ſententia eſt amplectenda,quæ,vt Gam.deciſ.86.167.& 312.refert, ſæpe ſenatorum iudicio fuit confirmata. Etenim illud,de ſua *eſcraua*, exempli gratia,& quod frequentius eueniret,fuit appoſitum,cum raro admodum filius hominis plebei ex aliena ancilla habitus liber tẽpore mortis patris manere conſueuerit: argumento
B autem a longe maiori ratione idem ordinatio citata cenſendum eſſe voluit,ſi quando id eueniret: præſertim cum vtrunque conſonet cum iure communi, inſtit.de ſerui cognatione, in principio. Eiuſmodi etiam filii naturales ex ancilla geniti eodem modo ſuccedunt auis, vt Gama.deciſio.312. conſentaneè ad diſpoſitiones iuris cõmunis ſupra relatas,iudicatum refert.

Ius Caſtel. De iure Regni Caſtellæ pater,ſi legitimis deſcẽdentibus careat,eſto habeat aſcendentes legitimos, conferre, relinquere poteſt filiis, aut nepotibus naturalibus omnia ſua bona,vel quam partem ſuorum bonorum voluerit. Quod ſi legitimos deſcendentes habeat,ſolũ põt in alimenta eis relinquere quintum ſuorum bonorum. Ita habetur leg. decima. Tauri, quæ eſt octauo titulo, libro quinto, nouæ collectio. Ab inteſtato vero ſtandum eſt in eo regno iuri communi. Hoc tamen excepto, quod eſto
C ſuperſtes relinquatur legitima vxor,id non impedit, quominus ab inteſtato filii naturales in ſexta parte bonorum patris ſuccedant. Ita habetur l. 9. titulo 13.par.6. Quod ad matrem attinet, ſi deſcendentes legitimos habeat,neque ex teſtamento,neque ab inteſtato illi ſuccedunt filii naturales: fas tamẽ ipſi eſt in vita illis dare,aut poſt mortem eis relinquere quintum ſuorum bonorũ, de quo pro ſua anima poterat diſponere. Quod ſi deſcendentibus legitimis careat, eſto aſcendentes habeat,filii naturales, nepotes, & pronepotes in ſuo ordine,& gradu,tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato illi ſuccedunt, non ſecus,acſi eſſent legitimi. Ita ſancitum eſt l.9. Tauri,quæ eſt 7.ti. 8.lib.5.nouæ colle.

Dubium. Dubitabit aliquis,vtrum Luſitana lex,nec non l. ſi qua illuſtris,quatenus in aliquibus euentibus filijs naturalibus concedunt portiones æquales cum legitimis,iuſtæ licitæque ſint. Etenim Gen. vigeſimo
D primo,cum Sara dixiſſet ad Abraham. Eiice ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac, durèque id accepiſſet Abraham,dixit illi dominus. Non tibi videatur aſperum ſuper puero,& ſuper ancilla tua:omnia quæ dixerit tibi Sara,audi vocem eius:quia in Iſaac, vocabitur tibi ſemen. Vnde Paulus ad Gala. 4. eum locum referens ait. Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ,& Geneſ. vigeſimo quinto,ſcriptum legimus. Deditque Abraham cuncta, quæ poſſederat Iſaac: filiis autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc ipſe viueret. Idem etiam docent Leo Papa ad Ruſticum Narbonenſem capitulo nõ omnis,32.quæſt.2.& Ambroſius cap. Dicet aliquis, 32.quæſt.4. His ducti rationibus, Couar. §.4.citato, numero 15. cum aliis, quos tam ipſe, quam Gama.

deciſ.

deciſ. 312. num. 2. referunt, iniquas cenſent eiuſmodi leges.

Deciſio. Non tamen ſunt vlla ratione condemnandæ, quę vſu, vbi ea iura vigent, perpetuo ſeruatæ ſunt, ac ſeruantur. Neque enim iuri naturali, aut diuino poſitiuo ſunt contrariæ. Etenim in illis ſcripturæ locis ſermo non eſt de filio naturali, ſed de legitimo, qualis erat Iſmael, tametſi de minus præcipua vxore, quę ſimul ancilla erat, Saræ, Abrahami, habito, vt omnes confitentur. Quòd ſi legitimus non fuiſſet, vtique fuiſſet ſpurius, genitus ex adulterio, atque adeo eſſet de numero filiorum, de quibus eſt nobis hoc loco ſermo. Deinde credendum non eſt, Abrahamum dum Saræ repugnabat, ius naturæ violaſſe: quia neque ſacra ſcriptura id innuit, neque rei ipſius natura id ſuadet, neque de ſanctiſſimo viro Deo tam familiari, ab eoque tantopere illuminato, eſt præſumendum. Poſtremo, veriſimile non eſt, Deum ius poſitiuum eo in loco, ſtatuiſſe, quod poſteros Abrahami ad illud idem aſtringeret: præſertim, cum Abraham Ceturam habuerit etiam vxorem, licet non tam præcipuam ac erat Sara, ex qua filios genuit, vt habetur Gen. vigeſimoquinto. Cum vero Abraham ſoli Iſaac dederit cuncta quæ poſſidebat, iuxta Domini præceptum Gen. vigeſimo primo, eò quòd in ſolo Iſaac vocandum illi eſſet ſemẽ, filiis autem concubinarum, in quibus Ceturæ filij comprehendebantur, largitus ſolum fuerit munera, eoſque ſeparauit ab Iſaac, vt habetur Gen. vigeſimo quinto, neque conſuetudo fuerit in Synagoga, vt filij vxorum minus præcipuarum excluderentur ab hæreditate paterna, conſequens profectò eſt, vt Gene. vigeſimo primo, Deus non condiderit ius poſitiuũ, quod Abrahami poſteros ad illud idem aſtringeret, neque naturale expoſuerit, ſed iuxta doctrinã Pauli ad Gala. 4. iunctis iis, quæ ad Rom. 9. docet, facto illo ſignificare voluerit cæleſtem hæreditatem pertinere ad ſolos legitimos Eccleſiæ, in Sara figuratæ, filios, qui per repromiſſionem ſecundum ſpiritũ fidei viuæ ſunt veri Abrahæ filii, potiunturque libertate, qua Chriſtus eos liberauit. Inter eos autem præcipui ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ filii, liberi per Chriſtum à iugo veteris legis, & quibus longè cumulatiora dona per Chriſtum conferuntur, quam vel in naturæ lege, vel etiam in ſynagoga fuerint vnquam collata. His omnibus adde, eſto admitteremus Deum Gen. vigeſimo primo, ius condidiſſe poſitiuum quod ad Abrahami poſteros ſeſe extẽderet, per Chriſti mortem, vt & cæteram legem veterem quod iudicialia, expiraſſe, neque iam hodie vim habere. Quare, cum nihil hac de re ius naturale, aut diuinum, poſitiuum ſtatuat, validum, ac licitum eſt, quod iure humano poſitiuo ea in parte fuerit ſtatutum, ſiue aliqua de cauſa interdum illegitimi aliqui filij ad hæreditatem, vel maternam, vel etiam paternam, vnà cũ legitimis filiis admittantur, vel ab ea excludantur, ſolumque alimenta, aut portio aliqua minor, quam legitimis filijs concedatur.

Leo autem Papa, & Ambroſius duobus capitibus citatis, de illegitimis filiis ex veris concubinis, fornicationeque natis, iuxta ius Romanorum ante legem, ſi qua illuſtris, conditum, ſunt loquuti, idque, quod Romanorum iure fuerat ſtatutum, frequẽtique vſu tunc ſeruabatur, tacito argumento a maiori ratione, tamquam æquum, ex illis ſcripturæ teſtimonijs merito confirmarunt. Si namque ſacra pagina Deum iuſſiſſe commemorat, vt filius ancillæ concubinæ, alioquin veræ vxoris, non eſſet hęres cum filio liberæ, ſanè, ſpectata ſola natura rei, longè maiori cum æquitate, iure, & vſu Romani Imperij ſeruabatur, vt filij illegitimi ex veris concubinis habiti, ad hæreditatem, & maternam æqualiter cum legitimis filijs minimè admitterentur.

DISPVT. CLXVII.

De ſucceſſione ſpuriorum, & num collaterales ſpurij, aut naturales ſibi inuicem ſuccedant.

1. Concluſ. Sit prima concluſio. Si de nouiſſimo iure Cæſareo authenticorum loquamur, antequam nomen filiorum naturalium iure canonico tam latè extenderetur, quam duabus diſputationibus præcedentibus explicatum eſt, nullus omnino illegitimus filius, qui natus non eſſet ex vnica concubina domi retenta, cum qua non eſſet impedimentum ad matrimonium contrahendum, ſuccedere poterat patri, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, quin neque pater præbere illi poterat alimenta. Ita habetur expreſſe in authentic. quibus. mod. nat. effic. ſui, §. vltima ſiquidem (qui eſt penultimus) iuncto §. ſi verò effuſa. Etenim cum in eo authentic. ſoli filii ex vnica concubina domi retenta, cum qua poterat eſſe matrimonium, naturales appellentur, modiſque diſputatione præcedente explicatis ad ſuccedendum patri ibidem admittantur, §. penultim. citato, omnes alii illegitimi filii non naturales dicuntur, omninoque à ſucceſſione patris, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, excluduntur, quin & ab alimentis: complexuſque, ex quibus tales filii procedunt, nefarii, damnatique eo loco appellantur. Idem habetur in authentic. licet, in vltimis verbis, Cod. de natur. liber. conſentitque Bartol. leg. vltim. ff. de his, quibus, vt indign. numero ſecundo, & tertio.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Poſita extenſione filii naturalis, quæ iure canonico facta eſt ad omnes genitos ex iis, inter quos impedimentum non erat ad contrahendum matrimonium, quæque conſuetudine multorum regnorum in foro ſæculari recepta eſt, & lege Luſitana, & Caſtellæ eſt ſancita, vt diſputationibus præcedentibus oſtenſum eſt. De iure horum Regnorum vniuerſim filii omnes in ea acceptione naturales, eſto concepti ſint ex coitu iure communi aut eorundem regnorum punibili, ſuccedunt eomodo patri, ac matri, quo diſputatione præcedente explicatum eſt. Probatur, quoniam eo ipſo, quæ de iure communi ſancita erant circa filios naturales genitos ex vnica concubina domi terenta, cenſetur extenſa ad omnes vniuerſim filios naturales in ampliori acceptione iure canonico introducta, eaque omnia, quæ de filiis naturalibus in his regnis quoad ſucceſſionem conſtituta ſunt, intelliguntur de naturalibus in eadem ampla acceptione. Quo fit, vt licet, vel de iure communi, vel de iure horum Regnorum, pœna ſtatuta ſit coeunti cum virgine, vidua honeſta, aut etiam comprimenti has, vel quamcunque aliam ſolutam, cum qua matrimonium poterat contrahere, nihilominus filii, ex eiuſmodi copulis geniti, eo pacto patri, aut matri ſuccedant, quo diſputat. præcedente explicatum eſt filios naturales parentibus ſuis ſuccedere. Vnde quando libro quarto, Luſitan. ordin. tit. octuageſimo primo, dicitur, filio clerici, vel concepto ex quocunque alio damnato, aut punibili coitu, cui de iure communi, aut iuxta ordin. huius Regni ſuccedere non poteſt pater, aut mater, &c. vtique non excluditur quod de filijs naturalib. eodem 4. lib. tit. 71. fuerat vniuerſim ſtatutum, eſto aliquibus copulis ex quibus naturales filii generantur, pœnæ ſtatuantur de iure communi, atque Luſitani Regni, vt conſtat 5. libr. ord. titu. 14. 18. 20. 21. 23. & 24. quibus in locis multæ etiam fornicationes ſimplices ſub graui pœna puniuntur; cum tamen dubium eſſe non poſſit filios naturales ex eiſdem copulis genitos eo modo parentibus ſuccedere

cedere

cedere, quo diſputatione præcedente explicatum eſt. Quare verba illa ex 4. libro ordin. titu. octuageſimoprimo, relata, nempe, cui de iure communi, aut iuxta ordinationes huius regni ſuccedere nõ poteſt pater, aut mater; reſtrictio ſunt illo[r]ũ præcedentium, videlicet, vel concepto ex qu[o]cunque alio damnato, aut punibili coitu, quaſi non vniuerſim omni concepto ex damnato, & punibili coitu ſuccedere nõ poſſit pater, aut mater, atque adeò neque ipſe patri, aut matri, cum (vt diſputatione præcedente explicatum eſt, quando deſcendenti ſuccedere non poteſt aſcendẽs, neque aſcendenti ſuccedere poſſit deſcendens, & è contrariò, ſed ex iuribus ipſis intelligendum ſit, quinam ſuccedere poſſint, aut non poſſint.

3. Conclu. Tertia concluſio. De iure huius Luſitani Regni, & vbicunque in foro ſeculari conſuetudine aut lege recepta eſt extenſio filij naturalis iure canonico introducta, neque aliud in particulari eſt ſancitum, reliqui illegitimi filij, qui ſpurij preſsè dicuntur, nempe qui ex iјs ſunt geniti inter quos eſſe non poterat matrimonium, ſuccedere nequeunt patri ex teſtamento, aut ab inteſtato in vlla parte ſuorum bonorum, aut illam donatione, vel alio contractu inter viuos accipere. De alimentis verò dicetur diſputatione ſequenti. Probatur concluſio, quoniam, vt concluſione prima ex auth. quibus mod. naturales efficiantur ſui, §. penul. & ex authen. licet, oſtenſum eſt, hi omnes, & etiam naturales filij, qui ex vnica concubina domi retenta non erant geniti, excluduntur omnino à ſucceſſione in bonis patris: ergo ſi propter extenſionem iure canonico introductam excipiamus filios naturales genitos non ex concubina vnica domi retenta, vbi ea extenſio conſuetudine, aut lege eſt recepta, ſanè reliqui omnes, ſi nihil aliud ſit ſtatutum, ſed iuri communi ſtetur, excludentur omnino a ſucceſſione in bonis patris. Atque hæc eſt ſententia Barto. loco citato. Couarr. in epit. par. ſecunda, capitulo octauo, §. quinto, numero tertio, Iulij Clari, 3. libro ſent. §. teſtamen. quæſtione trigeſima prima, Gam. deciſ. tertia, numero quinto, & communis, conſentitque l. decima, titu. decimotertio, par. ſexta, quæ exprimit, neque donatione, neque contractu aliquo inter viuos poſſe talem filiũ quicquam accipere a patre. Porrò in ordinationibus Luſitanis nihil in contrarium eſt ſtatutum, quin potius apertè conſentiunt libro quarto, tit. octuageſimo primo, citato.

Caſtellæ ius expenditur. Non dubito in Regno Caſtellæ locum habere, quæ hac concluſione tertia, dicta ſunt: quandoquidem, l. decima, citata ſuffragatur, nec video quicquã in contrarium in eo regno eſſe diſpoſitum. Solum facit dubium l. decima Tauri, quæ eſt 8. titu. octauo, libro quinto, nouæ collect. quatenus diſponit in euẽtu, in quo pater, aut mater præbere teneantur alimenta filio illegitimo, vel dum viuunt, vel tempore mortis non poſſe vitalis obligationis illi relinquere vltra quintum ſuorum bonorum, de quo pro anima ſua poterant diſponere; redditurque talis filius incapax ad plura bona accipienda. Additurque eiuſmodi filium, cum eam portionem obtinuerit, poſſe de illa diſponere ad libitum, tam dum viuit, quam tempore mortis. Circa eam verò legem controuertunt aliqui, an pater eiuſmodi filio, etiamſi diues ſit, aliundèque habeat alimenta, licitè, ac validè vi talis legis relinquere poſſit quintum ſuorum bonorum. Greg. Lopez ad l. decimã, titulo decimo tertio, par. ſexta, cum Aymone affirmat, idemque dixerat Couarr. in epito. par. ſecunda, capitu. octauo, §. 6. in priori eius operis editione. Contrarium tamen non dubito eſſe verum, nempe nec patrem, nec matrem poſſe plus in alimenta tali filio de quinto illo ſuorum bonorum relinquere, quam ad ea indigeat, ita vt, ſi aliunde cõpetentia alimenta habeat, nihil poſſint relinquere: ſi

A verò indigeat parte duntaxat alimentorũ, quia aliunde reliquam habet, ſolam eam partem poſſint illi relinquere. Ratio eſt, quoniam ea lex manifeſtè id ſolum ſtatuit, quando pater, aut mater tenentur alimenta illi præbere, & quatenus ſpectato iure naturali, & canonico, iuxta ea quæ diſputatione ſequente dicenda ſunt, ad id tenetur, intentumque illius legis ſolum fuit limitationem adhibere, ne ſub pallio alimentorum plura bona eiuſmodi filijs relinquerentur, quàm par eſſet: non verò extendere facultatem, quæ antea erat ad bona eiuſmodi filijs relinquẽda, vt legem ipſam intuenti ſatis eſt manifeſtum. Vnde Couarr. in poſtrema eius operis editione in hanc noſtram ſententiam inclinauit.

Quod ſi filius ſpurius quicquam de bonis patris præter alimenta obtineat, in conſcientia, tanquam illorum incapax, tenetur id reſtituere hæredibus relictis in teſtamento, quibus per ius accreſcendi id cedit. Si autem nulli ſint ex teſtamento, tenetur reſti-
B tuere hæredibus ab inteſtato, poſſuntque id exigere hæredes, ac debent. Quod ſi intra duos menſes exigere id negligant, tunc poteſt fiſcus id ſibi vendicare, argum. text. l. prima, §. vlt. C. de natur. lib. idemque apertè diſponit l. 10. tit. 13. par. 6. Lege Couarr. num. 3. citato.

Pater neque vulgari, neque fideicommiſſaria ſubſtitutione poteſt filium ſpurium ſubſtituere: quin neque ſi inſtituat aliquem hæredem, eumque grauet, vt, cui voluerit, ea bona reſtituat, hæres ita inſtitutus eligere poterit filium ſpurium, quoniam ſubſtitutus fideicommiſſaria ſubſtitutione a principali teſtatore cenſetur accipere ea bona. Ita Couar. §. quinto, citato, numero 3. & 4. Anton. Gom. ad l. 9. Tau. numero vigeſimo, & Molina lib. ſecundo, de primog. cap. vndecimo, num. 28. cum alijs quos referunt, argum. tex. l. vnum ex familia, in princip. & §. 1. ff. de leg. 2. Pupillari autem ſubſtitutione licet filio ſuo legitimo
C ſubſtituere etiam non poſſit alterum ſuum filium ſpurium in bonis, quæ pupillus obtinuerit à patre; ſecus tamen eſt in alijs eiuſdem pupilli bonis: quoniam licet ſpurius ea accipiat diſpoſitione, & miniſterio patris, non tamen accipit à patre, ſed à fratre ſuo pupillo. Ita colligitur apertè ex l. ſi is qui (ſexta illius tituli) ff. de vulg. & pupil. ſubſtitutione, & affirmat glo. in auth. quibus mod. nat. effic. ſui, §. pen. in ver. participium. Couarr. num. 4. & Ant. Gom. num. 20. citatis, cum Bart. Bald. & alijs quos referunt.

Quarta concluſio. Filij ſpurij preſsè ſumpti, id eſt, geniti ex iјs, inter quos erat impedimentum matrimonium dirimens, de iure communi, atque Luſitano, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, ſuccedere poſſunt matri, quando concepti ſunt ex coitu damnato, & punibili, lege humana. In hac conueniunt omnes, eamque affirmant glo. in §. nouiſſimè, verb. admitti, inſtit. ad ſenat. con. Orfic. Glo. l. ſi qua 4. Conclu.
D illuſtris, C. eod. tit. Bar. l. vlt. ff. de his, quib. vt indig. & Doctores communiter, quos referunt, & ſequuntur Couar. §. quinto, citato, numero decimo quinto, Anton. Gom. ad l. nonam Tauri, numero decimotertio. Poteſtque probari, quia quæ authen. quibus mod. nat. effic. ſui, §. penult. ſtatuta ſunt de ſucceſſione filiorum non naturalium comparatione patris, intelligenda ſimiliter ſunt comparatione matris, niſi quatenus iure ciuili fuerit exceptum, ſed l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. & §. nouiſſimè, inſtitu. eodem titulo ſolum excipitur, quando filius alioquin naturalis conceptus eſt ex patre incerto, & mater eſt non illuſtris, aut quando filius eſt ex copula cum vnica concubina, cum qua non erat impedimentum ad contrahendum matrimonium, quæ copula, l. ſi qua illuſtris, appellatur conſuetudo licita: ergo in euentu, de quo ſermo eſt in noſtra concluſione, filius ſuccedere nequit matri. Idem confirmatur

tur ex authentic. ex complexu, C. de inceſt. nupt. vbi habetur ex complexu nefario, aut inceſto, ſeu dã nato, liberi nec naturales ſunt nominandi, omnis paternæ ſubſtantiæ (Gloſſ. addit & maternæ) indigni beneficio, vt nec alantur à patre. Conſentiunt ordinationes Luſitanæ libro quarto, titulo octuageſimo primo, verbis ſupra relatis, vbi dum negant parentes ſuccedere filio clerici, aut concepto ex quocũque alio damnato, aut punibili coitu, per conſequens negant filium ſuccedere parentibus, vt ſupra dictum eſt.

Coitus damnatus, & punibilis quis. Licet in concluſione propoſita conueniant doctores, controuerſia tamen inter eos eſt qui coitus damnati, & punibiles ſint. Et quidem conſentiunt, adulterium cum vxore aliena, & inceſtum, tam cum conſanguinea, quàm cum affine, damnatos eſſe; puniuntur namque tum iure communi, tum etiam ordinationibus Luſitanis libro quinto, titulo 13. 15. & & 17. Sacrilegium etiam cum clerico, religioſo, aut religioſa, coitus damnati ſunt in hoc Regno: puniuntur enim ibidem titulo vigeſimo ſecundo, 26. & vigeſimo ſeptimo. Non deſunt tamen Doctores, qui affirment, filium ſolutæ, & coniugati ſuccedere matri, eò quòd concubitus, ex quo eſt genitus, non puniatur lege ciuili. Item filium ſolutæ, conceptum ex vno, aut altero concubitu cum ſacerdote ſuccedere matri, quia ſimiliter non punitur lege ciuili. Contrarium affirmat Couarruu. loco citato, numero 16. & 17. quoniam, inquit, cum adulterium cum ſoluta, tam ex parte ſolutæ, quàm ex parte viri, cedat in iniuriam vxoris, damnatum, & punibile eſt, licet raro puniatur. Sacrilegium etiam cum ſacerdote, cum in dedecus, & iniuriam ordinum, ac miniſterij Eccleſiaſtici cedat, eaque ratione eiuſmodi coitus adulterinus appelletur à gloſſ. communiter recepta, capitulo per venerabilem, qui filij ſint legitimi, vtiq; damnatũ ſecundum ſe eſt, ac punibile. Conſentiunt ordinationes Luſitanæ eiuſmodi coitus dãnatos, & puniles eſſe: quoniam dum loco citato, titu. 25. & 26. puniunt concubinas coniugatorum, clericorum, & religioſorum, vtique non ſolum damnãt quemcunque coitum inter eiuſmodi perſonas, ſed etiam punibilem eum cenſent ſecundum ſe, quamuis fortè concubina ſoluta non puniatur propter vnicum actum, etiam ſi de illo conſtet. Poſſumus idem confirmare, quoniam libro quarto, ord. titulo octuageſimo primo, abſolutè, & abſque vlla diſtinctione dicitur, filium clerici, nec ſuccedere patri, nec matri, eò quòd concubitus, ex quo fuit genitus, damnatus, ac punibilis ſit. Mirorque non defuiſſe ſenatorem in hoc Regno, qui iudicauerit contrarium, vt Gam. deciſion. 136. refert, & multò magis eiuſmodi coitũ ab eodem Gama ibidem appellari ſimplicem fornicationem. Nomine autem clerici in re propoſita intelligitur is, qui in ordinibus ſacris eſt conſtitutus etiam ſi ſolum ſit Subdiaconus, quia in omni tali cõcubitu eſt ſacrilegium, omniſque talis eſt inter illos, qui impedimentum dirimens habent ad contrahendum matrimonium, nõ vero intelligitur clericus, in minoribus conſtitutus, etiamſi beneficiarius ſit, quoniam filius ex eiuſmodi clerico genitus, & ex ſoluta, naturalis omnino eſt de iure Luſitano, & canonico, ac proinde ſuccedit matri. Hac eadem ratione filius genitus ex ſolutis, qui voto caſtitatis ſimplici matrimonium non dirimente eſſent ligati, ſanè naturalis eſſet, vt ſuccederet hodie matri, eo quod genitus eſſet ex ijs, inter quos non eſſet impedimentum matrimonium dirimens, eſto peccarent contrahendo matrimonium, non obtenta prius voti diſpenſatione.

Hodie tamen, tam in hoc Luſitaniæ regno, quàm vbicunque in ſeculari foro naturales filii conſentaneè ad ius canonicum cenſentur quotquot ex

A ijs ſunt geniti, inter quos non erat impedimentum matrimonium dirimens, nec quoad ſucceſſionem eſt aliud in particulari diſpoſitum, arbitror vniuerſim eſſe dicendum, nullum omnino ſpurium preſsè ſumptum ſuccedere matri, omnem verò non ſpurium, atque adeò naturalem ſuccedere matri, poſſumus verò id probare ratione, quam ſupra tetigimus, controuerſias omnes proculdubio dirimente, ea verò eſt eiuſmodi. Nullus illegitimus filius, qui patri non ſuccedit, ſuccedit matri, niſi de quo fuerit facta exceptio in iure; ſed l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. & nouiſſimè, inſtitu. eodem titul. ſolum excipiuntur filij naturales preſsè, prout de illis ciuile ius loquebatur, & ij ſpurij, ſeu vulgo quæſiti, qui ex matre ſoluta, & non illuſtri, & patre incerto erãt geniti, qui hodie omnes ſunt naturales, etiamſi ex matri illuſtri ſint geniti, ſucceduntque in hoc Luſitaniæ regno, & alijs, de quibus loquimur, matri, neque in iure ciuili inuenitur alia exceptio: ergo vera eſt noſtra aſſertio. Confirmatur, quoniam ius ciuile Cæſareum, ſanè copulam omnem, quæ non eſt cum vnica concubina domi retenta, cum qua poterat eſſe matrimonium, appellat illicitam, & damnabilem, ſeu damnatam, vt conſtat ex leg. ſi qua illuſtris, §. vltim. & ex authent. quibus mod. nat. effic. ſui, §. penultim. vt ſupra oſtenſum eſt, quin & auth. ex complexu, C. de inceſtis nuptijs, cuius verba paulò antea retulimus, deſumpta ſunt ex authen. quibus modis naturales effic. ſui, §. penult. nec aliud diſponit, quàm quod §. illo fuit diſpoſitum: ergo iure ciuili Cæſareo omnis copula, quæ non eſt cum vnica cõcubina domi retenta, cum qua eſſe poterat matrimonium, illicita, & damnata cenſetur, atque adeò excludit filium ex ea genitum, tam à ſucceſſione matri, quàm patri, ſolumque quoad ſucceſſionem matri, excipitur le. ſi qua illuſtris, citata, & §. nouiſſime citato, copula ſolutæ non illuſtris cum incerto prolis parente.

C Illud admonuerim hodie in hoc regno, & in alijs de quibus loquimur, vim non habere diſpoſitionẽ, leg. ſi qua illuſtris. Quoniam in his regnis omnis, qui ex ſoluta, & incerto parente ſoluto eſt conceptus, cenſetur naturalis, ac proinde ſuccedit matri, ſiue illa illuſtris ſit, ſiue non, vt ſæpius eſt dictum. Lex autem illa ſolum habet locum poſito, quòd ſolus filius naturalis ſit, qui genitus eſt ex vnica concubina domi retenta: in priori namque parte eiuſdem legis diſponitur, filium etiam ſpurium genitũ ex ſoluta, & incerto parente ſolum ſuccedere matri, modo mater illuſtris non ſit.

Illud præterea admonuerim, quando fœmina, quæ filium alioqui ſpurium conciperet, à culpa excuſaretur, vel quia fuit vi oppreſſa, vel quia inuincibiliter ignorauit eum, cum quo rem habebat, non eſſe ſolum virum, vel aliqua alia ratione, filium eo pacto genitum ſuccedere matri, vnà cum aliis filijs legitimis: quoniam denegatio D ſucceſſionis eſt in pœnam, & odium delicti parentum: vbi autem nulla interuenit culpa, ceſſare debet pœna.

Quinta concluſio. In regno Caſtellæ filius ſpurius ex clerico, religioſo, aut moniali profeſſis, nec matri, nec patri ſuccedit, neque conſanguineis patris, neque poteſt quicquam ab eis obtinere præter alimenta, leg. ſexta, & ſeptima, titulo octauo, libro quinto, nonæ collectio. Quo fit, vt, quod ſupra dictum eſt, de pupillari ſubſtitutione locum non habeat in Regno Caſtellæ in eiuſmodi filiis ſpurijs. **5. Concluſ. Ius Caſt.**

Sexta concluſio. In eodem regno, quando filius ſpurius conceptus eſt ex coitu, propter quem matri ſtatuta eſt pœna mortis naturalis, vt ex adulterio matris, talis filius ſuccedere nequit matri, **6. Concluſ.**

tri, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato. Poteſt A tamen mater illi relinquere quintum ſuorum bonorum, de quo diſponere poterat pro anima ſua. Ita habetur l. 7. citata, quæ eſt 9. in legibus Tauri.

7. Concluſ. Septima concluſio. In eodem regno, ſi mater deſcendentibus legitimis careat, eſto habeat aſcendentes, reliqui filij ipſius ſpurij illi ſuccedunt, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, perinde ac ſi eſſent legitimi. Ita habetur l. 7. citata. Quare filius ex ſoluta, & coniugato, eſto ille conſanguineus, aut affinis eſſet, non excluditur in regno à ſucceſſione matris, eo quod pro eiuſmodi criminibus pœna mortis in eodem Regno ſtatuta non ſit.

8. Concluſ. Octaua concluſio. In eodem Regno, ſi mater deſcendentes legitimos habeat, ij filij ſpurij, de quibus ſermo eſt in præcedente concluſione, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſuccedunt matri. Poteſt tamen mater illis relinquere quintum ſuorum bonorum, de quo diſponere poterat pro anima ſua. Ita habetur l. 7. citata.

9. Concluſ. Nona concluſio. De iure communi (idem cenſendum eſt de iure Luſitano, & Caſtellæ) deficiente legitima prole, auus inſtituere poteſt hæredem nepotem filium naturalem, aut legitimum filij ſui ſpurij; modo tamen inſtitutio nõ fiat intuitu patris, ſed nepotis: quia nepos eſt ipſius inſtituentis (tametſi ex tali filio, aut filia ſpurijs) vel aliqua alia de cauſa. Atque in dubio inſtitutio cenſetur facta intuitu nepotis, eſto pater viuat. Ita cum Bart. & communi Doctorum ſententia Couar. in epit. par. 2. capitu. 8. §. 5. num. 13. Pinellus l. 1. C. de bonis mater. p. 3. nume. 20. Gam. deciſ. 136. & Anto. Gomez. ad l. 9. Tauri, num. 17. colligiturque ex l. vlt. C. de natur. liber. Excipitur, ſi nepos eſſet ex filio genito ex inceſtis nuptijs, argum. l. ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt. Ant. Gom. cum Bar. obſeruat, ſi nepos inſtitutus legitimè, iuxta concluſionem propoſitam, quando hæreditatem, aut legatum aui conſequeretur, eſſet adhuc C ſub poteſtate patris, vſus fructus non pertineret ad patrem, vtpote illius incapacem, ſed ad filium. Illud etiam obſerua, concluſionem propoſitam nihil in Regno Caſtellæ pugnare cum quinta præcedente, eſto talis nepos filius eſſet filij clerici, religioſi, aut monialis. Lex namque Caſtellæ ſolum prohibet filios ſuccedere conſanguineis patris, non vero filios naturales, aut legitimos genitos ex talib. ſpurijs ſuccedere conſanguineis patris. Quod ſi initiatus ordinibus ſacris poſt ordines ſuſceptos generaret filium, qui eſſet ſpurius, neque patri, neque auo, etiam ſi auus clericus non eſſet, poſſet ſuccedere.

Anton. Gomez. iuxta concluſio. propoſitam ibidem vult, ſi filius ſpurius clerici, aut alterius duxerit aliquam, patrem talis filii poſſe inſtituere hæredem uxorem illius, vel ſocrum, aut ſocerum, idemque affirmat, ſi filia ſpuria nupſerit alicui. Cæterum, cum in hoc regno matrimonia fiant contractu medietatis, atque adeo quicquid vni coniugum aduenit, com D mune fiat vtriuſque, vtique relinquendo aliquid cõiugi filii aut filiæ, imo & ſocero, aut ſocrui, virtute relinquitur tali filio, aut filiæ, quod nequaquam licet, imo eſto in hoc regno, vel alibi contraherent contractu arrharum, & dotis, non dubito illicitum, inualidumque eſſe donare, aut promittere aliquid ſponſæ, aut ſocero, vel ſocrui, ea lege, vt illa contrahat cum filio ſpurio, quoniam id eſt virtute donare filio, & quaſi emere illi vxorem cum tanta, vel tanta dote, quod illicitum eſt, atque inualidum. Non tamen damno ſententiam Anton. Gomez. quando donatio, legatum, aut inſtitutio hæredis non redundaret eo pacto in filium, aut filiam ſpuriam.

10. Concl. Decima concluſio. Alii ab aſcendentibus inſtituere poſſunt ſibi hæredes filios ſpurios, non ſecus atque quoſcunque alios extraneos. Ita affirmat glo. in auth. quib. mod. nat. effic. ſui, §. penult. & cum ea Panor. cap. cum haberet, de eo qui duxit in matri. quam polluerat per adulter. & Doctores communiter. Ratio eſt, quoniam id non reperitur prohibitũ in iure, quin potius expreſsè eſt conceſſum in authe. quib. mod. nat. effic. ſui, §. filium verò, illis verbis, niſi forte ſcripſerit, aut ipſe illos, aut ab illis ſcribatur, hæres ſcilicet. In regno tamen Caſtellæ hoc locum non habet in filijs clericorum, religioſorum, aut monialium, vt concluſio. 5. dictum eſt.

Vndecima concluſio. Sicut ſpurij ſuccedere nequeunt parentibus, aut alijs aſcendentibus, ita neq; aſcendentes ſuccedere poſſunt ipſis. Ita doctores cõmuniter per regulam ſæpe traditam, habeturque in ordin. Luſitanis libro 4. titu. 81. & in authent. quib. mod. nat. effi. ſui, §. filium verò. Lege, ſi placet, Ant. Gom. ad l. 9. Taur. num. 45. 11. Concl.

Duodecima concluſio. Fratres ſpurij vterini ſibi mutuo ſuccedunt ab inteſtato, idemque dicendum 12. Concl. B eſt de alijs conſanguineis ex patre matris, qui illis fuerint proximiores. Ita habetur in Ord. Luſitanis, libro 4. titu. 81. l. vltim. tit. 13. par. 6. l. hac parte, l. ſi ſpurius, ff. vnde cognati: ſecus eſt de fratrib. ſpurijs non vterinis, quales ſunt filij diuerſarum matrum, & eiuſdem patris, & de conſanguineis eorũ ex parte patris: neque enim ſibi mutuò ſuccedunt ab inteſtato, eſto principis reſcripto legitimati ſint, quoniã legitimatio illa ſolum intelligitur ad effectum ſuccedendi patri, niſi aliud exprimatur. Ita notant gloſſ. l. hac parte, ff. vnde cognati, & doctores cõmuniter: immo vero habetur expreſsè in authent. quibus modis. nat. effic. ſui. §. filium verò. Ex teſtamento tamẽ ſuccedere ſibi inuicem poſſunt, vt habetur §. filium vero citato. Quod in hac concluſione dictum eſt de filijs ſpurijs, intelligendum etiam eſt de filijs naturalibus, vt affirmant Doctores communiter, quos referunt, & ſequuntur Couar. in epit. par. 2. cap. 8. §. 5. num. vlt. Gama deciſ. 3. Anton. Gom. ad l. 9. Tauri, num. 47. & habetur §. filium citato, & l. vlt. titul. 13. par. 6.

In regno tamen Caſtel. l. vlt. citata. excipitur, quã Ius Caſtel. do filius naturalis non habet fratrem vterinum: tũc enim, ſi habeat fratrem legitimum ex parte patris, is ei ſuccedit, eſto habeat alium fratrem naturalem, & non legitimum ex parte eiuſdem patris. Quòd ſi fratre legitimo careat, & habeat naturalem, ſuccedit ei naturalis: alij verò conſanguinei ex parte patris non ſuccedunt illi ab inteſtato. Ita Anton. Gom. loco citato, num. 48. Quia ergo in quo euentu vnus conſanguineus ſuccedit alteri ab inteſtato, alius viciſſim illi ſuccedit, niſi ſit, qui præferatur, ſanè ſi illegitimus filius neque deſcendentes, neque aſcendẽtes habeat, neque fratres legitimos, neque item vterinos illegitimos, in eo regno ſuccedet illi frater naturalis ex parte patris, vt Gregor. Lopez ad eandem legem adnotauit.

In hoc etiam Luſitaniæ regno excipiendum eſt, Ius Luſit. quando filius naturalis eſſet filius hominis *piam*, cũ enim eiuſmodi filius patri ſuccedat, non ſecus ac ſi eſſet legitimus, vt habetur 4. libr. ord. titul. 71. & per conſequens pater etiam illi ſuccedat, vtique in hoc regno, defunctis patre, & matre, æqualiter illi ſuccedunt fratres ex parte patris, ſiue legitimi, ſiue naturales ſint. Ita Gama deciſion. tertia, iuxta ordinationem citatam.

DI-

DISPVTATIO CLXVIII.

De alimentis filijs illegitimis debitis.

NVnc examinandum eſt, vtrum filijs legitimis, quos præcedentibus diſputationibus oſtenſum eſt parentibus non ſuccedere, alimenta ſaltem de illorum bonis debeantur. Et quidem de iure Cæſareo patribus erat interdictum præbere alimenta filijs ſpurijs. Ita habetur in authent. quibus modis nat. effic. ſui. § penultim. authent. ex complexu. C. de inceſt. nupt. & authent. licet. C. de naturali. lib. Id verò intelligendum non eſt de alimētis, ſine quibus eiuſmodi filii vitam amitterent: id n. nunque aperte eſſet contra ius naturale, ac proinde manifeſtè iniquum: & cum alij iure naturali in parentum defectum ſub reatu lethalis culpæ hæc illis exhibere teneantur, primo loco, multoque arctius parentes ad id tenentur, ſed intelligendum eſt de alimentis, ſine quibus, vel proprio labore, ac induſtria, vel aliqua alia via poſſent vitam conſeruare.

Ius Cæſ.

Iure tamen canonico hodie coguntur parentes pro ipſorum, filiorumque conditione, quantitate bonorum parentum, ſpectatiſque cæteris circunſtantijs concurrentibus, nempe, numero aliorum filiorum, & alijs ſimilibus, competentia alimenta illis præbere, modò tamen alium de ea non habeant, puta ex aliqua arte, quam eos deceat exercere, vel aliqua alia via. Ita colligitur apertè ex capitulo cum haberet, de eo, qui duxit in matrimo. quam polluit per adulterium. Quo in loco, cum de filiis ſpuriis eſſet ſermo, ſic habetur. Sollicitudinis tuæ intererit, vt vterque (id eſt, tam pater, quam mater) liberis ſuis, ſecundum quod eis ſuppetunt facultates, neceſſaria ſubminiſtrent. Atque ex illo iure idem affirmant Innoc. & Pan. ibidem numero quinto, Bart. l. ſi quis a liberis, §. ſecundo, ff. de liber. agnoſcend. l. vltim. nu. 7. ff. de iis, quibus vt indig. & plerique alii, quos referunt, & ſequuntur Gama deciſion. 11. numero vltim. Couarruu. in epit. par. ſecunda, capit. 8. §. 6. à numero primo, & 9. & Anton. Gomez. ad l. 9. Tauri, numero 37. Eſtque id hodie in foro ſeculari receptum, quin & iure huius Luſitaniæ regni, libro primo, ord. titu. 67. §. 10. & libro quarto, titu. 68. ſancitum. Conſentitque ius Caſtellæ l. 10. Tauri, quæ eſt, 8. titu. 8. libro quinto, nouæ collectio. Sunt verò hæc intelligenda, eſto talis filius genitus ſit ex inceſtis nuptiis, vt aduerſus Bald. affirmat Anton. Gomez. loco citato, numero trigeſimo octauo, & alii quos refert. Quin. & Nauar. de ſpoliis cleri. §. vltim. numero 9. affirmat, hæc etiam poſt extrauagantem Pii V. locum habere in filiis presbyterorum, extrauagantē que illam interpretatur.

Ius canonicum.

Obſerua, meo iudicio, nihil cum lumine naturali pugnare, ſi quis propter crimen maximum, vt hæreſeos, aut læſæ maieſtatis humanæ ita priuetur bonis omnibus, vt filiis denegentur alia alimenta de eis bonis, præter illa, ſine quibus vitam non conſeruarent. Neque hoc pugnat cum canonica ſanctione, quæ ex naturali æquitate merito ſtatuit, vt quando bona habentium filios ſpurios non confiſcantur, non denegentur ex eis competentia alimenta eiuſmodi filiis, cum natura ipſa poſtulet, vt filii à parentibus alātur de bonis, quæ permanent parentum, vt Couarru. in epit. par. ſecunda, cap. 8. §. 6. num. 15. adnotauit, aut de his bonis, quæ hæreditario iure a parentibus in alios deriuantur: ius namque, quod filii habent, vt à parentibus alantur, licet non tranſeat ad hæredes filiorum, quaſi defuncto aliquo filio hæredes illius petere poſſint, vt quæ alimenta defuncto præſtabantur, ipſis dentur, vt colligitur ex l. cum ij. §. modus. ff. de tranſactionibus, affirmantque Couarr. loco citato, & Antonius Gomezius ad leg. 9. Tauri, numero 39. & alij quos referunt; tranſit tamen aduerſus hæredes illius, qui alimenta præſtare tenebatur. Ita colligitur ex l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liberis agnoſcen. & ex authen. licet. C. de naturalibus liber. Et affirmant Doctores communiter, quos referunt, & ſequuntur Gama. deciſ. 11. nume. 8. & 9. Couar. loco citato, nume. 14. & Anton. Gomez. num. 39.

A

Non ſolum parentes tenētur alere filios ſpurios, ſed etiam aui in parentum defectum, iuxta l. penult. ff. de liber. agnoſc. Id verò in ſpurijs iuxta Cæſareū ius, quod prohibebat patri eis præbere alimenta, intelligit l. quinta, titu. 19. par. 6. de auis ex linea materna: quoniam ſicut mater tenetur eos alere, vt habetur expreſsè. l. ſi quis à liberis. §. idem in liberis, iuncta l. penult. ff. de liberis agnoſc. ita etiam aſcendentes per lineam maternam in defectum matris: non vero de auis per lineam paternam: quia, inquit, certum eſt, quæ nam ſit mater talium filiorum, non vero quis ſit pater. Nihilominus hodie, quemadmodum pater iuxta ius canonicum in ſæculari foro receptum, tenetur alere eiuſmodi filios, ſic etiam aui paterni in defectum patris tenentur eos alere. Ita Couar. loco citato, num. 16. Anton. Gom. in calce, num. 38. citati, & alij, quos Couar. & Greg. Lopez ad l. illam 5. referunt, eſtque in hoc Luſitaniæ regno iudicatum, vt ex Gam. deciſ. 11. citata à nume. 6. conſtat.

B

Sicut parentes, aliique aſcendentes in parentum defectum, alere tenentur liberos legitimos, & naturales de iure Cæſareo, atque etiam ſpurios de iure canonico in ſæculari foro recepto: ita econtrario, filii alere tenentur ſuos aſcendentes, ſi egeant, neque commodè aliunde ali poſſint, ad idque iudicis officio cogi poſſunt. Ita habetur l. ſi quis à liberis, in princ. ff. de liberis agnoſcen. l. vlt. §. ipſum autem. C. de bonis quæ liber. l. 1. 2. & ſequentibus. C. de alend. liber. & l. filia tua. C. de patria poteſtate, vbi ſtatuitur, filiam etiam teneri exhibere patri alimenta.

C

Alimenta potum, victum, veſtitum, habitationem, & reliqua neceſſaria continent, vt habetur l. ſi quis à liber. §. non tantum alimenta, iuncta glo. ibi. ff. de liber. agnoſcendis. l. ſecunda, titu. 19. parte 4. inter quæ computa impenſam funeris, ſi moriatur, & competentes expenſas pro anima defuncti. Hæc, vt dictum eſt, tribuenda ſunt ſpectatis circunſtantiis concurrentibus, habita etiam ratione eius, cui præſtanda ſunt, vt habetur l. ſecunda citata. Ait vero l. octaua, titu. 13. parte ſexta, alimenta prudentis arbitrio eſſe præſtanda: conſonè vero ad capit. cum haberet, addit, ita tamen ut, qui illa exhibere debent, ſine ſuo notabili damno poſſint ea præſtare. Antonius Gomez. ad l. 9. Tauri, numero 40. affirmat, quando reditus bonorum immobilium, aliaque mobilia bona non ſufficerent ad alimenta præſtanda, cogendum non eſſe eum, qui illa præſtare tenetur, vendere bonum immobile, quando ad ea præſtanda ſolum teneretur legis diſpoſitione, & non titulo oneroſo alicuius contractus, argumento legis is, qui bonis. ff. de ſucceſſ. bon. Excipe, niſi qui ea præſtare tenetur, hæres eſſet parentis filii illegitimi defuncti, & idcirco ex reditibus bonorum immobilium defuncti ea præſtare non poſſet, quia ipſe diſſipaſſet bona alia defuncti: nam tunc de ſuis etiam bonis teneretur illa exhibere, eſto neceſſarium ad id eſſet vendere bona ſua immobilia. Dictum etiam eſt, eiuſmodi alimenta tunc ſolum ſpurijs eſſe præſtanda, quando eis indigent, quia aliunde commodè ſuſtentari nequeūt, & quatenus eis indigent: quoniam ſi aliunde ali ex parte poſſint, ſolū eſt eis tribuendū, quod deeſt ad com-

Alimenta quæ includant.

D

competentia alimenta, vt etiam in regno Caſtellæ de quinto bonorum, iuxta l. 10. Tauri, diſputa. præcedente dictum eſt. Quin ſi proceſſu temporis non indigeant, aut non tanta portione, id illis detrahendum eſt, quo non indiguerint. Hinc eſt, quòd ſi pater filio ſpurio dedit, aut legauit fundum, vt ex illius reditibus aleretur, & moriatur talis filius, regreditur fundus ad patrem, aut ad hæredes patris, neque tranſire poteſt ad hæredes filij, niſi illi eſſent nepotes eius, qui fundum dedit, qui propter ipſorum inopiam alendi ſimiliter eſſent ab auo. Quando etiam fundus eſſet traditus æſtimatus, quia valor illius cenſebatur competentia alimenta ad tempus totum futurum, & quaſi interueniente pacto, vt illo eſſet contentus, ſiue paucioribus, ſiue pluribus alimentis in futurum indigeret, tunc fundus tranſiret ad hæredes filij illegitimi, cui eſſet traditus. Ita Couar. §. 6. citato, numero decimo quinto. Hodie verò in regno Caſtellæ l. decima Tauri citata ſancitum eſt in primis, vt illegitimus filius in alimenta non plus accipere poſſit de bonis parentum, quàm quintum, de quo illi diſponere poſſunt pro anima ſua. Deinde vt quæ de eiuſmodi quinto talis filius ita acceperit, poſſit poſtea, ſiue in vita, ſiue in morte alienare, vt voluerit.

Anton. Gom. ad l. 9. Tauri, numero quadrageſimo primo, meritò primum horum intelligit, quando parentes habebant legitimam ſobolem: ne enim alij filij portione legitima defraudarentur, atque ad lites tollendas ſancitum eſt, vt tunc filius illegitimus non plus poſſet accipere. Non exiſtente verò prole legitima, vtiq; ſicut parentes diſponere poſſunt pro anima ſua, aut ad quoduis aliud de tertio bonorum, ſi adſint aſcendentes, vel de omnibus ſuis bonis, ſi aſcendentibus careant: ita relinquere filio illegitimo poſſunt, & tenentur id omne quoad alimenta competentia indiguerit.

Merito Ant. Gom. obſeruat, quando pater habẽs filium illegitimum relinqueret legata pia, extrahenda prius eſſe de quinto bonorum parentis alimenta, quibus illegitimus filius indiguerit, tanquam verum debitum tali filio, de eo quinto bonorum patris; poſtea verò de reliquo implenda eſſe legata pia, ſi ad id ſufficiant, ſin minus omittendum eſſe, quod de eis impleri non potuerit.

In dotem filiæ ſpuriæ, etiam ſi illa clerici filia ſit, tradi à parentibus poteſt id omne, quo illa ad competentia alimenta in totam vitam indiguerit, attenta illius qualitate, & circunſtantijs concurrentibus. Ita præter alios Nauar. de ſpol. cleri. §. vlt. num. 10. vbi extrauagantem Pij V. quæ contrarium ſonare videbatur, interpretatur. Qui namque inquit Nauar. alere poteſt filiam ſpuriam, poteſt illam dotare, eò, quod dos loco alimentorum ſuccedat, vt ex Bar. & alijs refert. In regno tamen Caſt. ſi parentes ſobolem legitimam habeant, quod filiæ ſpuriæ fuerit in dotem datum, excedere non debet quintum bonorum parentum. Obſerua tamen, quod ita fuerit traditum, non ſolum in regno Caſt. iuxta l. 10. Tauri, poterit filia illa alienare in vita, & per mortem, ſed etiam meo iudicio, in aliis locis quoniam id tum marito in competentia alimenta vxoris, & ſobolis (prout ad ea vxor etiam tenetur) tum etiam tali filiæ, quaſi æſtimatum traditur. Dixi poſſe tradi in dotem id omne, quo illa ad competentia alimenta in totam vitam indiguerit, quoniam ſi competentia alimenta excedat, tunc ipſo iure exceſſus eſt nullus, ac proinde non ſolum repeti poteſt ab hęredibus parentum talis filiæ, ſed etiam tam ipſa, quam maritus tenentur illud reſtituere in conſcientiæ foro, antequam petatur. Barto. & alij quos Couarr. §. 6. citato, numero vndecimo. & Anton. Gom. ad l. 9. Tauri, numero 44. referunt, aſſeuerant, exceſſum illum

A repeti non poſſe, conſtante matrimonio, ſed ſolum eo per mortem alterius diſſoluto. Ducitur, quoniam maritus titulo oneroſo illud accepit. Meritò tamen hæc ſententia à Couarr. & Anton. Gomez. reijcitur, ſaltem quando maritus non ignorabat illam eſſe filiam ſpuriam. Quando autem id inuincibiliter ignorabat, annuere videntur. Veruntamen exiſtimo etiam tunc falſam eſſe, ſaltem quando parentes legitimam habebant prolem, idque, quod in alimenta tradiderunt, exceſſit ſummam, de qua ad libitum teſtari poterant, vt eſt tertium bonorum in hoc Luſitaniæ Regno, & ſolum quintum in Regno Caſtellæ: cum enim exceſſus ille debitus ſit ſoboli, ſanè nequitia parentum, & ignorantia generi, nocere non poſſunt ſoboli in portione illi debita: ſicut nec eadem nocere poſſunt, ſi parentes filiæ legitimæ tradant in dotem vltra legitimam portionem, & id omne, in quo pro libito poterant eam aliis filiis præferre. Quando autem id non cederet in præiudi-

B cium ſobolis, cui eſſet debitum, veram exiſtimo opinionem Couarr. & Anton. Gomez. quoniam tunc parentes ex parte damni iniuſtè dati tenerentur id reſtituere genero de bonis, de quibus pro libito poterant diſponere. Quin & tunc, licet diſſoluto matrimonio hæredes parentum repetere poſſent incrementum illud à filia ſpuria, & ab hæredibus illius, ſi ex ea & ex marito illo non eſſet proles, meo tamen iudicio repetere id non poſſent, ſi ſuſcepta eſſet proles, niſi ſuperſtite matre, deficeret omnino proles illa: quoniam id in mariti iniuriam cederet, eò quòd ſua ſoboles, ex ea filia ſuſcepta, priuaretur bonis ſibi cum vxore in dotem datis.

Panormitanus capitu. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. affirmat, æque matrem, ac patrem teneri ad alimenta filio ſpurio; ea autem, quæ proximè ſubiungam,

C intelligenda ſolum eſſe de filiis legitimis, & naturalibus. Communis tamen ſententia contrarium affirmat. Licet enim iure Cæſareo prohibitus eſſet, pater alimenta filio ſpurio præbere, certè eo ipſo, quod canonico iure id fuit reuocatum, in foroque ſeculari diſpoſitio canonici iuris fuit recepta, quæ antea, circa alimenta filiis naturalibus præſtanda, Cæſareo iure fuerant conſtituta, ad ſpurios filios extenſa cenſentur, conſentiuntque Ordin. Luſitaniæ locis ſtatim citandis, atquè ita in hoc regno fuiſſe iudicatum refert Gama deciſ. 304.

Mater vſque ad tertium annum abſolutum tenetur nutrire filium ſuum illegitimum, quoad lac duntaxat: reliquas verò expenſas tam eo tempore, quam poſt illud, tenetur facere pater. Quòd ſi mater in nutriendo tali filio quippiam expendat, quod pater expendere tenebatur, poterit il-

D lud poſtea exigere à patre, qui non ſolum in conſcientiæ foro illud ſoluere tenetur, ſed etiam in exteriori ad id cogetur. Ita habetur lib. 4. Ord. tit. 68. §. 1. Idemque in principio illius tituli diſponitur de filijs legitimis, quando fit diuortium inter coniugatos. Idem habetur l. 3. titulo 19. parte 4. & l. nec filium, C. de patria poteſtate, & affirmant Nauar. in manuali, cap. 14. nu. 17. & Doctores, quos Couar. §. 6. citato numero 13. refert ac ſequitur.

Si mater lacte careat, aut præ paupertate, vel alio iuſto impedimento, puero lactando vacare nequeat, tunc pater tenetur lactis impenſas ſoluere. Idem dicunt multi eſſe, ſi mater nobilis ſit, neque iuxta patriæ conſuetudinem eiuſmodi fęminæ ſuos filios lactare ſoleant. Quamuis autem Couar. loco citato renuat, id tamen innuunt Ordinat. Luſit. titu. 68. citato, etiam quando per diuortium, aut

morte patris diſſolueretur matrimonium. Idem eſt, ſi occultum eſſet puerum eſſe filium talis mulieris, & ſine ſua infamia & dedecore non poſſet illum lactare.

In defectum patris tenetur mater, ſi poſſit, integra alimenta præbere filio. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſ. Quòd ſi mater non poſſit, tenentur aui, aliique aſcendentes, vt dictum eſt. Quod ſi neque aſcendentes poſſint, conſtitutum eſt in hoc Luſitaniæ regno, vt requirantur alij conſanguinei pueri: ſi autem illi non velint, aut eiuſmodi ſpurij ſint filij religioſorum, aut religioſarum, vel mulierum coniugatarum, ita vt minimè expediat requirere conſanguineos, ſancitum eſt, vt de bonis hoſpitalium loci nutriantur, ſi verò hoſpitalia non ſint, vt alantur de reditibus bonorum communium, *dos conſelhos*. Quòd ſi hi etiam deſint, conſtitutum eſt, vt miniſtri *das cameras*, eas collectas ad id ſtatuant, quas finitas vocant, illaſque ab eis tantum exigant, qui ad res alias eas ſoluere conſueuerunt. Ita habetur ti. 68. cita. & fuſius lib. 1. ord. ti. 67. §. 10.

Illud poſtremò eſt addendum, ex quibus cauſis parentes poſſunt filios exhæredare (de quibus infra erit ſermo) poſſe etiam eis denegare alimenta, de quibus in hac diſput. locuti ſumus: ſecus autem de eis, quæ ad vitam conſeruandum ſunt eis neceſſaria. E contrario ex quibus cauſis filij exhæredare poſſunt ſuos parentes, poſſunt etiam eis alimenta denegare. l. vlt. C. de alend. lib. ſi quis à liberis. §. idem iudex. ff. de liber. agnoſc. & gl. vtrobique l. 6. titu. 19. par. 4. quæ exprimit nihilominus eis non eſſe deneganda ea aliméta, quæ ad vitam conſeruandum eis fuerint neceſſaria, glo. vlt. capit. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. & c. glo. item in authen. vt cum de appel. cognoſ. §. ſiue igitur in verbo habere, Bar. Panor. & communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Nauar. in manual. capit. 14. numero 17. Couar. in epit. par. 2. capit. 8. §. 6. nu. vl. & Ant. Gom. 1. to. variar. reſol. c. 11. nu. 13. Circa dicta tota hac diſpu. lege quæ infra diſp. 228. circa quintum effectum patriæ poteſtatis adijcimus.

DISPVT. CLXIX.

Quæ parentes deſcendentibus illegitimis vltra explicata immediate vel per interpoſitam perſonam relinquunt, aut contra illegitimi ſuis aſcendentibus, quouſque reſtitutioni obnoxia ſint.

IN hac diſputatione ſatis erit dicere de ijs, quæ aſcédentes contra legis præſcriptum deſcendentibus illegitimis relinquunt, vt eadem viciſſim intelligantur quando, eiuſmodi deſcendentes aliquid aſcendentibus ſimili modo relinquunt.

Dominic. à Soto. 4. de iuſt. q. 5. art. 1. contra iura aperta, quæ diſputationibus præcedentibus citata ſunt, communemque doctorum ſententiam plus iuſto laxauit rem hanc, præſertim circa filios ſpurios laicorum, quare ſtandú non eſt illius ſententiæ.

1. Concluſ. Sit ergo prima concluſio. Si parentes, vltra explicata diſputationibus præcedentibus, per ſeipſos quippiam immediatè vel relinquant, vel tribuant deſcendentibus illegitimis lethaliter peccant, tam dantes; quàm accipientes, modo valor ſit tantus, vt ad culpam lethalem ſufficiat, obnoxiumque id totum reſtitutioni eſt, nulla expectata ſentétia, poſt mortem quidem dantis, hæredibus illius ex teſtamento relictis, ſi quos legitimè inſtituit, ad eos quippe per ius accreſcendi id pertinet, ſin minus hæredibus ab inteſtato: ante mortem verò dantis, ei ipſi, qui dedit. Concluſionem hanc aſſeruimus diſputatio. 167. conclu. 3. & eſt communis Bar. l. vlt. ff. de his, quibus vt ind. num. 8. & aliorum, quos referunt, & ſequuntur Anton. Gom. ad l. 9. Tauri, nu. 21. & 33. Couar. in epit. par. 2. cap. 8. §. 5. nume. 3. & 8. & Iulius Clarus 3. lib. ſent. §. teſt. quæſtio. 31. Ratio autem concluſionis eſt, quoniam illegitimus iure ciuili eſt factus incapax talium bonorum, ac proinde dominium permanet apud dantem aut ſi defunctus ſit, pertinet ad legitimos ipſius hæredes, eſtque proinde illis in foro conſcientiæ reſtituendum nulla expectata ſententia, adiudicabiturque illis in foro exteriori, ſi id petant. Quin, vt conclu. 3. citata dicebamus, ſi intra duos menſes negligant illud petere, poterit fiſcus id deinceps ſibi vendicare, iuxta l. 1. C. de nat. lib. & l. 10. ti. 13. par. 6. lege Couar. nume. 3. citato.

Secunda concl. Si aliquis parentum bona ſua relinquat alicui extraneo ſine vlla quidem conditione, aut grauamine, quòd ea, aut partem eorum reſtituat filio ſpurio, attamen ea intentione, & ſpe, quòd reſtituet; tunc, eſto hæres, aut legatarius ita inſtitutus intelligat, ea intentione, & ſpe id fuiſſe ſibi relictum, teſtatoremque niſi id ſperaret, nequaquam eum hæredem, aut legatarium fuiſſe inſtituturum, verè comparat dominium talis hæreditatis, aut legati, neque tenetur quicquam tradere filio ſpurio, ſi tamen det, licitè id accipit ſpurius, comparatque dominium illius. Ita Couar. §. 5. citato, num. 8. Anton. Gom. num. 21. citato, & doctores communiter. Ratio eſt, quoniam inſtitutio illa, neque ſub códitione, neque ſub modo fuit, quod id ſpurio reſtitueretur, ſed fuit abſoluta: ſpes autem illa, atque intentio ſolum fuit cauſa impulſiua ad id tali hæredi, aut legatario relinquendum, quæ nullam obligationem inducit, vt ex ijs, quæ de legatis, & donationibus ſuo loco dicemus, erit manifeſtum: ergo hæres ille, aut legatarius ea inſtitutione verè comparat dominiú; nullamque contrahit obligationem quicquam tribuendi filio illi ſpurio. Habetque id verum, eſto teſtator illi ſignificaſſet, ea ſpe, atque fiducia relinquere illum ſuum hæredem, aut legatarium, modo tamen nullam obligationem ad id illi imponeret, neque inſtitutus ad id ſe illi aſtringeret. Quia ergo iam tunc, ſi quis ſpurius ab illo accipiat, neque proximè, neque remotè accipit à ſuo parente, hoc eſt, ex obligatione ad id à ſuo parente inducta, ſed ex ſola liberalitate extranei, eſto extraneus gratus eſſe velit parenti defuncto, vtique licitè illud accipit, comparatque dominium illius. 2. Concluſ.

Tertia concluſ. Si aliquis eiuſcemodi parentum quempiam inſcium inſtituat ſuum hæredem, eúque grauet, vt hæreditatem, aut partem illius reſtituat filio ſpurio, valida eſt inſtitutio, nihilque reſtituere tenetur ſpurio. Idem eſt, eſto conſcius ſit ſe inſtitui, & grauari illo modo, modo ipſe ad id ſe non aſtringat. Quin ſi hæres inſtituatur, & teſtator palam eum roget, vt hæreditatem, aut partem illius reddat ſpurio, modo nec publicè, nec ſecreto ad id ſe aſtringat, valida eſt inſtitutio, comparatque dominium bonorum, neque tenetur quicquam tradere ſpurio. Ita colligitur apertè ex l. 3. in princ. & §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci, ex l. tacitis, & l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de legatis primo, & cum Bartolo, Baldo, & alijs affirmant Couarruuias. §. quinto, citato, nume. 7. & Antonius Gom. ad l. 9. Tauri, numero 21. Ratio eſt, quoniam ita à teſtatore inſtitutus, & grauatus verè eſt hæres, neque vllum crimen cómiſit, cum ad nihil illicitum, legeve prohibitum tacitè, vel expreſsè ſe aſtrinxerit; ergo bona illa non ad fiſcum propter crimen à tali hærede commiſſum ſed ad ipſum pertinent. Cum autem grauamé illud ſit ipſo iure nullum, eo quòd ſpurius incapax ſit eorum bonorum, quæ fideicommiſſaria ſubſtitutione 3. Concluſ.

à pa-

à parente ad ipſum deueniant, vt diſput. 166. concluſ. 3. oſtenſum eſt; efficitur ſanè, vt eiuſmodi hæres neque in exteriori, neque in conſcientiæ foro quicquam illorum bonorum tali ſpurio reddere teneatur.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Si is, qui hæres ab eiuſmodi parente inſtituitur, palam, aut ſecretò ſe illi aſtrinxit reſtituturum hæreditatem filio ſpurio, lethaliter peccauit, tam ipſe, quàm qui eum hæredem eo pacto inſtituit, nec non filius ſpurius, ſi ex eo titulo bona illa accipiat; in pœnam verò delicti pertinent eo ipſo ad fiſcum. Hæc concluſio eſt doctorum communis. Prior autem illius pars ex eo eſt manifeſta, quoniam ea omnia in fraudem ſunt legum, quibus filius ille incapax eſt effectus illorum bonorum: quare ſi eà ſola via, & titulo filius ille ſpurius ea accipiat, neque dominium, neque ius vllum comparat, ſed tenetur ea reſtituere. Poſterior verò pars, nempe quod bona illa eo ipſo in pœnam ad fiſcum pertineant, conſtat ex l. 3. in princ. & §. cum ex cauſa, ex l. penult. ff. de iure fiſci, ex l. ex facto. §. Iulianus, ver. reſpondi. ff. de vulgar. & pupillari ſubſtit. ex l. beneficio. ff. ad legem falcid. ex l. 3. C. eodem titulo, ex l. cum quidam. §. diuus Pius, verſ. in tacito. ff. de vſuris, ex l. prædonis. ff. de petitione hæreditatis, ex l. tacitis, & l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de legatis primo, & ex alijs iuribus. Item ex §. 18. titu. 15. libro 2. ordina. huius Luſitaniæ Regni. Idem habetur l. 13. titu. 7. par. 6. meritoque illam Gregor. Lopez ibidem interpretatur, vt ius commune non reſtringat, ſed eſto traditio bonorum facta non fuerit filio ſpurio, locum habeat, quando præceſſit promiſſio teſtatori facta. Ita autem bona, circa quæ fraus eſt commiſſa, ad fiſcum pertinent, vt reſtituenda illi ſint cum omnibus fructibus ex illa perceptis, etiam ante litem conteſtatam: eo quod hæres mala fide poſſediſſe præſumatur, atque item filius ſpurius. Ita habetur l. eum qui tacitum, in princ. ff. de ijs quibus vt indig. & affirmant Barto. & alij, quos Anton. Gom. ad l. 9. Tauri, nume. 27. refert, ac ſequitur.

In conſcientiæ foro, ſi re vera hæres nihil promiſit teſtatori, ſed ex ſua liberalitate, ac gratitudine, vel partem hæreditatis, vel totam tradidit filio ſpurio, in nullam incidit pœnam. Ex quibus autem coniecturis in foro exteriori præſumatur, ſufficienterve probatum cenſeatur, interueniſſe promiſſionem, fraudemque in legem fuiſſe commiſſam, diſputant Anton. Gom. loco citato à nume. 24. & Couarru. in epit. par. 2. cap. 8. §. 5. num. 5. & Iulius Clarus. §. teſtam. q. 31.

Hæres, qui ita fraudem committit in legem, niſi id fiſco prodat, punitur etiam pœna amiſſionis omnium ſuorum bonorum, & deportationis in inſulã. Ita habetur l. vnica, C. de ijs, qui ſe deferunt, lib. 10. ad finem. Quando autem ſe prodit, remque fiſco denunciat, euitat prædictam pęnam, & conſequitur in præmium tertiam partem eorum bonorum, circa quæ fraus illa commiſſa fuit, vt habetur l. vnica citata. Si filius ipſe ſpurius poſt ea bona ſibi reſtituta rẽ denunciet, conſequitur in præmium partem dimidiam bonorum, quę ſibi reſtituta ſunt, l. cum tacitũ. ff. de iure fiſci, & l. 14. titu. 7. par. 6. Si autem tertius aliquis rem deferat, conſequitur tertiam partem iuxta glo. iuncto tex. l. edicto. ff. de iure fiſci. l. Anton. Gom. loco citato, nu. 31. & 32.

Dubium. Dubium eſt, ad quem fiſcum pertineant bona, circa quæ fraus illa ab hærede commiſſa eſt. Communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Couar. §. citato, nume. 10. & Antonius Gom. ad l. quintam Tauri, nu. 29. eſt, ſi talis hæres laicus ſit, eſto teſtator, & filius ſpurius ſint clerici, pertinere ad fiſcum ſæcularem: ſi verò hæres clericus ſit,

A pertinere ad fiſcum Eccleſiaſticum, eſto teſtator, & filius ſpurius laici ſint. Ratio eſt, quoniam amiſſio illorum bonorum, & applicatio eorum fiſco, in pœnam hæredis eſt ſtatuta, vt iura citata apertè docent, atque adeò ſola ea bona, quæ ad hæredem pertinere deberent, tum quia hæres illo modo eſt inſtitutus, tum etiam quia promiſſio de reſtitutione facienda ſpurio, eſt nulla, ſunt, quæ pertinent ad fiſcum: quare, ſi hæres (qui ſolus eo modo punitur) laicus ſit, pœna illa fiſco ſeculari debetur; ſi verò ſit clericus, pertinet ad fiſcum Eccleſiaſticum. Quãdo namque parentes aliquid relinquunt, aut donant ſpurijs, ſiue immediatè, ſiue per interpoſitam perſonam, quæ nullum ius ſibi comparat in ea bona, ſed ſolum ſit quaſi deferens, ac depoſitarius eorum bonorum, tunc vtique ea omnia bona non pertinent ad fiſcum, ſed ad alios legitimos hæredes talium parentum ex teſtamento, aut ab inteſtato, vt concluſione prima cum communi doctorum ſen-

B tentia ex varijs iuribus oſtenſum eſt, habeturque expreſsè l. prima, §. ſiue itaque. C. de natu. lib. etiam quando per interpoſitam perſonam, modo explicato dantur.

Dubium. Maius dubium eſt, vtrum hęres, & filius ſpurius, nulla expectata ſententia, teneantur in conſcientiæ foro reſtituere eiuſmodi bona, quando hæres promiſit teſtatori, ſe reſtituturum ea ſpurio, & cui tunc facienda ſit reſtitutio. Sotus loco citato cenſet, nulla expectata ſententia, reſtituenda eſſe pauperibus. Barto. l. vlt. num. 9. ff. de ijs, qui. vt ind. ſic ait, puto, ſalua ratione theologorum, legaliter loquẽdo, quòd hæres ita inſtitutus tenetur dare fiſco, ſecundum cõſcientiam, neque poteſt dare ſpurio, vel retinere ſibi, quod patet, quia retinendo eſt poſſeſſor malæ fidei: id autem, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

Bart. fundamentum. Idem ex eodem fundamento affirmant Anton. Gomez. ad l. 9. Tauri, nume. 28. & alij, quos Couarru.

C §. quinto, cita. nume. 9. refert. In eandem ſententiam propendet Gregor. Lopez. ad l. decimam tertiam, titu. 7. par. ſexta, & ea videtur communior inter iuriſperitos. Mihi verò placet ſententia Couar.

Satisfit. loco citato à nume. 8. quæ ſequentibus concluſionibus continetur.

5. Concluſ. Sit ergo quinta concluſio in ordine. Hæres, de quo in quarta concluſione eſt ſermo, tuta conſcientia poteſt ſibi retinere bona illa ante latam ſententiam, qua fiſco adiudicentur. Probatur, quoniam eſt verus hæres, comparatque proinde dominium eorum, ſed propter delictum ſtatutum eſt in pęnam vt illa amittat, neque incapax eſt effectus, vt illa accipiat immediatè à teſtatore eo modo, quo ſpurius eſt factus incapax; tunc enim bona illa non pertinerent ad fiſcum, ſed ad hæredes alios teſtatoris, vt auctores contrariæ ſententiæ confitentur; cum ergo promiſſio, qua ſe aſtrinxit, reſtituere ea, aut partem

D eorum ſpurio, ſit ipſo iure nulla: & pœna non debeatur ante latam ſententiam, conſequens profectò eſt, vt neque ſpurio quicquam tradere teneatur, neque ante latam ſententiam teneatur ea fiſco offerre, ſed tuta conſcientia poſſit ea ſibi retinere.

Ad funda-me[illegible] Fundamentum autem Bart. nullius profectò eſt momenti: malam quippe illam fidem, in qua ciuilia iura præſumunt illum fuiſſe, eſt ſcientia, quòd bona illa in pœnam fiſco deberentur, quæ ſcientia efficit illum, non bonæ, ſed malæ fidei poſſeſſorem ad effectum, vt ſi vel bona illa, vel fructus eorum ante litẽ conteſtatam cõſumat, teneatur id omne poſt latam ſententiam fiſco reſtituere, non verò ad effectum, vt peccet illa retinendo quouſque ſententia feratur, quaſi conſcientiam habeat, quòd tunc non poſſit ea retinere: quod tamen neceſſarium erat ut teſtimonium illud Pauli ad Rom. 14. Quod non eſt ex fide, peccatum eſt, locum in re propoſita haberet.

Obiectio. Fortaſſe quiſpiam nobis obijcit l. prędonis, ff. de pet. hæred. quæ ſic habet; prædonis loco intelligendus eſt is, qui tacitam fidem interpoſuerit, vt non capienti (id eſt, incapaci) reſtitueret hæreditatem: prędo autem ante latam ſententiam reſtituere tenetur.

Soluitur. Dicendum tamen eſt cum glo. ibidem, & Couar. loco citato, non aſſeruiſſe eſſe prædonem, ſed loco illius habendum eſſe, ad effectum ſcilicet, vt ab illo eiuſmodi bona extrahantur, ac vendicentur. Ac ſanè, ſi prædo eſſet, non eſſet comparatione fiſci, qui non comparat ius niſi poſt delictum ipſius, ſed comparatione eorum, ad quos alioquin bona illa ſpectare debebant, ac proinde reſtituenda non eſſent fiſco, ſed legitimis alijs hæredibus teſtatoris.

Quæſt. Ex quinta hac concluſione conſtat, quid dicendum ſit ad quæſtionem illam, quam loco citato, numero decimo, excitat Barto. Nempe, ſi eiuſmodi hęres interrogetur a iudice, num fidem præſtiterit teſtatori de reſtituendis illis bonis filio ſpurio, teneatur ne confiteri veritatem. Bartol. ibi, & multi alij, quos Couar. §. cita. numero decimo, refert, affirmãt teneri confiteri, eſto neque infamia, neque ſemiplena probatio de tali fide præſtita præceſſerit. Con-

Reſponſio. trarium tamen eſt cum Couar. affirmandum. Ratio eſt, quoniam interrogatur, vt reus, atque ad ipſum puniendum amiſſione eorum bonorum, qui puniri etiam poteſt pœna amiſſionis omnium ſuorum bonorum, atq; deportationis, vt ſupra dictum eſt; reus autem, niſi ſemiplena probatio aduerſus eum præceſſerit, aut id quod ſemiplenæ probationi æquiualeat, neque ſe prodere, neque reſpondere tenetur ad mentem interrogantis, iuxta ea, quæ tracta. 5. dicenda ſunt. Couarr. inter autores contrariæ opinionis citat Nauar. in commenta. Hiſpano ad c. inter verba. Corol. 65. fol. 235. §. ſo ſeptimo, & 137. §. al ſeptimo. Quamuis autem ibi de teſtibus loquatur, & non de reo ipſo, inde tamen motus videtur Couar. ad eum citandum, quia affirmat in damnum alterius vergere, niſi id detegeretur, quaſi bona illa nulla expectata ſententia ad alium pertinerent, hæreſq; teneretur in conſcientiæ foro ea reſtituere.

6. Concluſ. Sexta concluſio. Si ante eandem latam ſententiam hæres ea bona, aut partem eorum tradat filio ſpurio ex ſua libera voluntate, & non quaſi illi debita propter promiſſionem factam patri, comparat filius ille dominium eorum, neque tenetur ea reſtituere, niſi ſententia condemnatoria feratur. Hanc affirmat Couarr. probarique poteſt, quoniam filius ille non accipit ea bona à patre, neque propter obligationem inductam a patre, ſed ex liberalitate hæredis, qui eſt verus illorum dominus, antequam ſententia condemnatoria feratur. Ergo tuta conſcientia poteſt illa retinere.

7. Concluſ. Septima concluſio. Si filius ſpurius ea bona acciperet, non ex liberalitate, ac voluntate hæredis, ſed quia hæres errore ductus exiſtimauit teneri in conſcientia ea illi tradere, tunc obnoxia eſſent reſtitutioni ipſimet hæredi, qui, antequam feratur ſententia, eſt eorum dominus. Probatur, quoniam in eo euentu ſpurius ille nullum verum titulum habet vnde ea licitè, iuſtèque poſſit poſſidere, dominiumque eorum permanet apud hæredem. Poſſet tamen manifeſtando rem totam fiſco, comparare dimidiam eorum partem quandoquidem iure ſuo vteretur detegendo crimen hæredis fiſco, pęnæque commeritæ illum obijciendo, atque in præmium dimidiam eorum partem, iuxta legum præſcriptum lucrando.

Dubium. Dubium eſt, quid ſi duo, habentes ſinguli filios ſpurios, conueniant inter ſe, tu inſtitue hæredem meum, aut da illi tantum, & ego inſtituam tuum, aut illi dabo tantum, poterunt ne huiuſmodi filij

A retinere illa bona: an verò teneantur ea reſtituere, & cui? Nauar. de ſpolijs clericorum, §. vlt. num. 6. in calce notab. 4. ſatis innuit validas eſſe eiuſmodi inſtitutiones, niſi Bulla Pij V. quam in eo §. refert, reuocatæ eſſent quoad filios ſpurios clericorum: eam tamen Bullam audio in hoc Luſitaniæ regno non fuiſſe receptam, & ſuſpicor neque in alijs Hiſpaniarum.

Dicendum nihilominus eſt, etiam ſecluſa Bulla Pij V. inualida eſſe illa omnia, tenerique filios illos ſpurios ea reſtituere. Non ſolum quia id apertè eſt in fraudem legis, ſed etiam quoniam, quod filius eo modo accipit, potius accipit à patre ſuo, tanquã pretium, aut quaſi pretium, hoc eſt in commutationem pro bonis, quæ daturus eſt filio alterius, quam accipiat à patre alterius. Si namque pater diceret alicui, vendo tibi hanc rem ea lege, vt reddas pretium filio meo ſpurio, vel commuto tibi illam pro alia, quam, non mihi, ſed filio meo reddas, vtique ex

B omnium ſententia incapax eſſet filius eorum bonorum, quia neque per contractum oneroſum comparatione tertiæ perſonæ, permiſſum eſt patri relinquere bona aliqua filio ſpurio: at verò id ipſum eſt, quod fit in conuentione illa, de qua ſermo eſt in dubio propoſito: quare talis filius tenetur ante latam ſententiam, qua fiſco adiudicetur, reſtituere illa danti, aut hæredibus dantis, dummodo filius alterius nihil recipiat à patre huius aut ſi quid accepit, ſimiliter reſtituat, vel certe tenetur ea reſtituere legitimis hęredibus patris ſui in commutationem pro his quæ pater filio alterius dedit.

Hactenus dicta intelligenda ſunt de filijs ſpurijs non legitimatis ad ſuccedendum in bonis parẽtum: ſi namque legitimati ab eo ſint, qui ad id habet poteſtatem, ſuccedere parentibus poſſunt accipereque ab eis donatione inter viuos bona iuxta legitimationis priuilegium. Quin ſi pater filium nondum legi-

C timatum hæredem inſtituat, iſque ante patris mortem, legitimationem conſequatur, valida eſt ea inſtitutio, vt Iulius Clarus §. teſtam. q. 31. cum communi doctorum ſententia affirmat.

Vtrum autem valida ſit inſtitutio, qua illegitimus hæres inſtituitur à patre ſub conditione, ſi poſt teſtatoris mortem Rex legitimationem concedat. Affirmant Iulius Cla. vbi ſup. Emmanuel à Coſta l. Gallus. §. & quid ſi tantum, par. 2. nu. 172. Molina lib. 2. de primog. c. 7. nu. 40. & 41. & Couarr. in epit. par. 2. c. 8. §. 5. num. 12. cum communi doctorum ſententia, quam referunt. Arbitror tamen id intelligendũ eſſe; modò, quamprimum licuerit, petatur inualidaque meo iudicio reddetur inſtitutio, ſi ſemel denegetur: neque enim legitimi alioqui hæredes expectare debent, quouſque talis filius non obtenta legitimatione moriatur, vt in eis bonis ſuccedant.

D

DISPVT. CLXX.

De ſucceſſione illegitimorum in nobilitate, & in alijs, quæ non ſunt bona parentum externa.

HActenus dictum eſt de ſucceſſione illegitimorum in bonis externis parentum, nunc paucis dicendum eſt de eorundem ſucceſſione in nobilitate, & alijs, quæ bona externa parentum non ſunt.

Quod ad nobilitatem attinet, conueniunt doctores, eos illegitimos, qui naturales non ſunt, non ſuccedere parentibus in nobilitate, & ijs, quæ cum illa coniuncta ſunt. De naturalibus autem Ant. Gom. ad l. 9. Tauri, nu. quinquageſimo quarto. Corol. 8. cum Barto. Panormita. & Ioan. Andr. quos refert, affirmat ex quadam æquitate ſuccedere patri in nobilitate. Et quamuis Couar. in epit. par. 2. cap. 8. §. 4. nume-

numero quarto, referat communiorem eſſe ſententiam, neque naturales in nobilitate ſuccedere, affirmat tamen Bartoli, & Panormitani ſententiam in regno Caſtellæ, lege partitarum eſſe ſtatutam, pronuntiatumque eſſe ſæpenumero iuxta eam in Granatenſi prætorio eiuſmodi naturales filios ſuccedere patri in ea nobilitate, quæ in eo Regno hidalguia appellatur, ac proinde immunes eſſe à contributionibus, & indictionibus quas plebei ſoluunt: eò quod nobilitas illam eam immunitatem habeat annexam. Ad hunc verò effectum naturales filii hodie cenſentur, quicunque ex ijs parentibus ſunt nati, inter quos tempore conceptionis aut natiuitatis talium filiorum eſſe potuit legitimum matrimonium, iuxta ea quæ diſputationibus præcedentibus explicata ſunt, eſto geniti non ſint ex concubina vnica domi retenta. Pronunciauit verò Carolus V. vt Couar. loco citato refert, & habetur lib. 6. nouæ collect. titu. 2. l. 22. eos illegitimos, qui, legitimationes ſecluſa, nobilitate illa parentum non gaudent, neque gaudere, eſto à principe legitimationem obtineant, niſi in ea expreſsè concedatur, vt nobilitate illa gaudeant, idemque ſtatuit Philippus eius filius. l. 20. titu. 11. libro ſecundo, eiuſdem collectionis.

In reliquibus, quæ non ad ſucceſſionem in externis bonis, ſed ad ius ſanguinis, ac pietatem parentibus debitam ſpectant, filii omnes illegitimi cum reliquis alijs filiis computantur. Quo fit, vt, ſi patrem interficiant, tanquam parricidæ puniantur; & vt, in quibus cauſis parentum legitimi filij teſtificari non poſſunt, neque illegitimi poſſint. Item vt inhabilitas ad aliqua, quæ propter crimen hæreſeos parentum in filios redundat, vt patet, c. ſtatutum. 2. de hæretic. libro ſexto, & propter alia crimina, vt læſæ Maieſtatis humanæ, ſimiliter in illegitimos quoſcunque filios redundare cenſeatur. Eademque ratione, quæ ſolemnitas ſufficit in teſtamento patris inter filios legitimos, ſufficit etiam inter filios illegitimos quoad ea, quæ illegitimis relinqui teſtamento poſſunt. Quoad hæc omnia lege inter alios Anton. Gom. loco citato, à numero 52.

DISPVTATIO CLXXI.

Quid, & quotuplex ſit legitimatio.

Legitimatio quid.

CONſequenter dicendum eſt de illegitimorum filiorum legitimatione. Quam in genere ſic poſſumus definire. Eſt natalium reſtitutio quoad ea, quæ filiis illegitimis poſitiuo iure denegata ſunt. Pro genere ponitur, reſtitutio natalium. Loco differentiæ apponuntur cætera, per quæ excluditur omnis alia natalium reſtitutio, quæ legitimatio non eſt, nempe reſtitutio libertatis ei mancipio facta, quod ex matris ventre ſeruitutem contraxit, & aliæ ſimiles natalium reſtitutiones, abolitionesve inhabilitatum, à natiuitate quidem prouenientium, aut ex alio capite, quam quòd ex legitimo matrimonio natus quis non ſit. Porrò in eadem definitone exprimitur, inhabilitates, quæ legitimatione abolentur, ex iure poſitiuo habuiſſe ortum.

Legitimatio iuris diſpoſitione per ſubſequens matrimoniũ.

Duplex autem eſt legitimatio. Quædam iuris diſpoſitione. Atque hæc ſolum fit per ſubſequens matrimonium, neque comparatione omnium filiorum, vt videbimus. Eſt tamen pleniſſima: eo, quòd canonico, & ciuili iure meritò ſtatuta ſit, idque abſque vlla inhabilitatis reſeruatione, quæ vtrouis iure introducta ſit. Alia verò eſt per reſcriptum principis, qui ſupra ius, quo inhabilitates illegitimorum introductæ, ſunt, poteſtatem habet, aut alicuius alterius, qui à tali principe ad id

Legitimatio principis reſcripto.

A habet facultatem. Quia tamen ſicut ſecularis princeps poteſtatem non habet in eas inhabilitates, quæ ſunt canonico, eccleſiaſticove iure introductæ, ſic neque ſuprema Eccleſiæ poteſtas iuriſdictionem in eas, quæ ciuili iure ſtatutæ ſunt, aliter habet, quàm quatenus id ſpirituale eccleſiæ bonum poſtulat, vt ex dictis diſput. 29. & alijs ſatis conſtat, aut niſi ſimul ſecularem poteſtatem in aliquos peculiariter habeat, inde proficiſcitur, quòd legitimatio per reſcriptum duplex eſſe ſoleat, quædam ad eas inhabilitates abolendas, quæ ciuili iure introductæ ſunt: quædam verò ad eas, quæ canonico iure ſunt ſtatutæ. Proficiſcitur etiam, quòd ſingulares legitimationes per reſcriptum effectæ non eam plenitudinẽ habere ſoleant, quam habet legitimatio per ſubſequens matrimonium comparata. Quoniam, ſi reſcriptum ab eccleſiaſtica poteſtate emanet, eſſe non ſolet ad ciuilia: ſi verò emanet à laica, non ſit ad ſpiritualia.

B

DISPVTATIO CLXXII.

De legitimatione per ſubſequens matrimonium.

VT à legitimatione, quæ iuris diſpoſitione vim habet, ordiamur, ea efficitur per ſubſequens matrimonium inter parentes à quibus illegitimi filij nati iam fuerant. c. tanta. & c. 1. qui filii ſint legit. l. cum quis, & l. nuper. C. de natu. liber. §. vlt. inſt. de nup. §. nec non eos. inſti. de hæredibus, quæ ab inteſtato deferuntur. Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. ſi quis igitur dotalia. l. 1. ti. 13. par. 4. affirmatque communis doctorum ſententia.

Dictum eſt, inter parentes, à quibus illegitimi filii nati iam fuerant, quoniam ſi ſolum fuiſſent concepti ante tale matrimonium, & nati poſt illud celebratum, non dicerentur legitimati, ſed filii legitimi, eo quòd filii ſtatus indifferenter attenditur, vel penes natiuitatis, vel conceptionis tempus, pro

C ut tali filio fuerit expedientius, vt quoad libertatem in calce diſput. 33. eſt oſtenſum, & quo ad rem propoſitam habetur expreſsè. l. nuper. §. vlt. C. de nat. liber. & in auth. quib. mod. nat. efficia. ſui, §. ſi quis igitur dotalia, prope finem. Quo fit, vt eſto quis tempore conceptionis eſſet ſpurius, vtpote conceptus ex adulterio, vel ex inceſtu cum conſanguinea, vel affine, ſi tamen naſceretur poſt legitimè inter eos parentes celebratum matrimonium, vt ſi coniugatus eum genuiſſet ex ſoluta, defunctaque vxore, duceret ſolutam illam ante natiuitatem talis filij, vel obtenta diſpenſatione duceret conſanguineam, aut affinem, ex qua illum genuerat, talis filius eſſet legitimus.

D Per ſubſequens matrimonium non omnes filii ex eiſdem parentibus ante tale matrimonium nati, legitimantur, ſed ſoli naturales: ſpurij namque manent illegitimi, vt conſtat ex cap. tanta, qui filii ſint legitimi, & ex reliquis ciuilibus iuribus citatis. Licet autem Barto. nomine, naturalium ſolum intellexerit natos ex vnica concubina domi retenta, eoque pacto loquantur Cæſarea iura ciuilia citata, ius tamen canonicum intelligit omnes, qui ex iis parentibus geniti ſunt, inter quos tempore natiuitatis talium filiorum nullum erat impedimentum ad matrimonium legitimè contrahendum, vt bene notat Pan. cap. tanta, citato, & affirmant doctores communiter, eſtque in praxi receptum in foro ſeculari, quin & iuribus Luſitaniæ, & Caſtellæ approbatum, ſancitumque, vt ex præcedentibus diſputationibus liquet. Licet etiam Cæſareum ius ad legitimationẽ per ſubſequens matrimonium exegerit, quòd cum dotalibus inſtrumentis eſſet contractum, vt ex iu-

ribus Cæſareis citatis eſt manifeſtum: ius tamen canonicum id non exigit, eſtque in ſeculari foro in praxi receptum, vt Pan. c. tanta citato, & doctores communiter affirmant.

Filius naturalis reputandus eſt is, qui licet conceptus ex ijs parentibus ſit, inter quos tempore conceptionis erat impedimentum dirimens matrimoniũ, tempore tamen natiuitatis ceſſauerat impedimentum, vt ſi ſoluta concepit ex coniugato, veruntamẽ, tempore natiuitatis filij, mortua erat vxor coniugati illius, aut ſi ſoluta concepit ex conſanguineo, vel affine, attamen tempore natiuitatis filij obtenta erat diſpenſatio, vt contrahere poſſent; filius eo pacto natus eſt naturalis, & non ſpurius, eo quòd ſtatus filij ex tempore conceptionis, aut natiuitatis, prout magis tali filio fuerit expediens, eſt iudicandus, vt ſatis patet ex iuribus ſupra citatis, & affirmat communior ſententia, quam Couar. in epit. parte ſecunda, cap. 8. §. 2. num. 2. refert, ac ſequitur: eſtque hodie in re, de qua diſputamus, definitum in regno Caſtellæ. l. 11. Tauri, quæ eſt 9. tj. 8. lib. 5. nouæ collect. Quo fit, vt ſi parentes poſt natiuitatem talis filij inter ſe matrimonium contrahant, talis filius eo ipſo legitimetur.

Vt naturales filij per ſubſequens matrimonium legitimati efficiantur, neceſſarius non eſt conſenſus parentum; aut filiorum ad eam legitimationem, vt eſt neceſſarius in legitimatione, quæ reſcripto fit principum, quin potius ipſo iure, etiam vtriſque inuitis, legitimati redduntur. Ita Couar. §. 2. citato, nume. 12. & 13. & alij, quos refert. Eiuſmodi etiam legitimatio non reuocatur propter ingratitudinem filij, quemadmodum ex communi Doctorum ſententia legitimatio principis reſcripto obtenta propter ingratitudinem reuocatur quoad ſucceſſionem in bonis eius parentis, cui legitimatus efficitur. Ita Couar. loco citato, num. 13. cum Romano. Cum enim hæc ex voluntate parentum non pendeat, vt pendet quę principis reſcripto fit, ſanè neque propter ingratitudinem poteſt à parentibus reuocari.

Denique legitimati per ſubſequens matrimoniũ per omnia æquantur filiis legitimis, ideoque diſputat. 164. diximus, computari poſſe cum legitimis filiis, interdumque in iure legitimos appellari: ita enim appellantur in auth. quibus mod. nat. effic. ſui. §. ſi quis igitur dotalia, illis verbis. Et filios, vel præcedentes (nuptias ſcilicet) vel conceptos, legitimos eſſe ſancimus. Et licet poſtea non naſcantur filii ei, aut etiam nati moriantur, nihilominus prior ſoboles legitima conſiſtit. Hæc ibi. Concinit c. tanta, qui filii ſint legitimi, cuius verba ſunt. Tanta eſt vis matrimonii, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur. Quo fit vt eo pacto legitimati habiles ſint ad omnia, tam ſpiritualia, quàm ſecularia, non ſecus atque alii legitimi, etiam vt epiſcopi creentur, & vt ſuccedant in emphyteuſi eccleſiaſtica, in feudo, & maioratu. Quin in ea ſucceſſione præponuntur filiis omnibus natis ex eo matrimonio, quo ipſi legitimati ſunt effecti, & quibuſcunque aliis genitis ex quocunque alio poſteriori matrimonio, tanquam maiores nati. Eadem etiam ratione filii ita legitimati excludunt ſubſtitutum patri, vel matri ſub ea conditione, ſi ſine liberis legitimis deceſſerint: eo quòd filius ita legitimatus inter legitimos computetur, quin & inter natos ex legitimo matrimonio, vt mox dicemus. Præterea, ſicut natiuitate filii legitimi donatio à parente facta reuocatur, vt, cum de donatione ſermo erit, oſtenditur: ita reuocatur legitimatione filii per ſubſequens matrimonium. Hæc omnia Couarr. in Epit. par. ſecunda, cap. 9. §. 2. à nu. 21. vſque ad fin. Moli. lib. 3. de primog. c. 1. à nu. 6. Iulius Clar. 3. lib. ſent. §. feudum, quæſt. 82. verſic. item quæro, & ſequenti, & alii doctores, quos citant, tametſi in aliquibus nonnulli refragentur, quos Couar. & Moli. referunt, atque impugnant. Poſſunt verò prædicta omnia, præter alia iura cõfirmari ex l. cum quis. §. vltim. C. de naturalib. liber. cuius hæc verba. Quapropter ſancimus in eiuſmodi caſibus (quando ſcilicet aliqui geniti ſunt ante matrimonium, & inſtrumenta dotalia confecta, & quidam poſt) omnes liberos vna, eademque lance trutinari, & omnes filios ſuos in poteſtate ſuis exiſtere genitoribus, vt nec prior, nec iunior vllo habeatur diſcrimine, ſed qui ex eiſdem matrimoniis (aut, ut litera alia habet, ex eiſdem maioribus) procreati ſunt, ſimili perfruantur fortuna.

A

Meritò autem paulò antea diximus, eiuſmodi legitimatos præferri in ſucceſſione in feudo, & maioratu filiis legitimis natis tam ex eo matrimonio, quo legitimati ſunt, quàm ex quocunque alio poſteriori: quoniam ſi adſint filii legitimi ex priori aliquo matrimonio, eſto minores natu ſint, quàm legitimati per ſubſequens matrimonium, præferri debent legitimatis. Ita Moli. lib. 3. de primogen. cap. primo, nume. 7. Anton. Gomez. ad l. 9. Tauri, nume. 63. & 64. Syluest. ver. filii, nume. 18. & communis doctorum ſententia, quam referunt. Huius autem rei non ea eſt ratio, quòd ſi poſt natos filios naturales ſequatur matrimonium cum alia, & poſtea defuncta vxore contrahat cum concubina, filii naturales, quos ex ea genuerat, non legitimentur, vt quidam voluerint. Contrarium namque meritò affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Couar. §. ſecundo, citato, nu. 15. & Anton. Gomez. loco cita. nume. 60. Sed legitima ratio eſt, quoniam filij prioris matrimonij obtinuerant ius ad feudum, aut maioratum, antequam filij naturales per ſubſequens matrimonium cum concubina legitimarentur. Aequitas autem non patitur, vt à iure prius tempore acquiſito expellantur per ſequentem legitimationem. In re quippe propoſita locum habet regula illa, qui prior eſt tempore (in iure videlicet comparando) potior eſt iure. Adde, quod id cederet in præiudicium ac fraudem prioris vxoris, quæ tali viro non nupſiſſet, ſi maioratus illius ad filios ex ipſa genitos non eſſet deuenturus: quare æquitas non patitur, vt in præiudicium prioris vxoris, filiorumque illius, retrotrahatur legitimatio per poſterius matrimonium ad punctum natiuitatis naturaliorum filiorum.

B

C

Idem meritò ait Moli. loco citato. nu. 8. cum alijs quos refert, dicendum eſſe, ſi quis prius ducat vnam concubinam, ex qua habebat filios naturales minores natu, & ea mortua, ducat aliam ex qua habebat filios maiores natu: filij quippe minores legitimati ex priori matrimonio præferẽtur in ſucceſſione in feudo, & maioratu filiis maioribus natu legitimatis ex poſteriori matrimonio. Ratio eſt, quia per antecedentem legitimationem compararent ius ad feudum, aut maioratum, antequam fratres maiores natu per ſubſequentem legitimationem illud acquirerent.

D

Licet filii per ſubſequens matrimonium legitimati æquentur per omnia legitimis, quin, ſi maiores natu ſint, anteponantur modo explicato legitimis in iis rebus, quæ maioribus natu deferuntur; nihilominus, quando diſpoſitio de re aliqua à libera voluntate alicuius dependet, poterunt ab eo excludi, eiſq; anteferri legitimi minores natu; quin & alii tranſuerſales, aut etiam omnino extranei. Vnde, ſi quis in hoc Luſitaniæ regno de tertio ſuorum bonorum, aut in regno Caſtellæ de quinto, maioratum inſtituat, excludere poterit legitimatos per ſubſequens matrimonium; in qua re omnes conueniunt. Illud tamen eſt animaduertendum, non

cenſeri

cenſeri excluſos ſi dicat velle, vt ſoli legitimi in eo maioratu ſuccedat, neque item ſi dicat, velle, vt ſoli nati ex legitimo matrimonio ſuccedant, quoniam legitimati per ſubſequẽs matrimonium cum legitimis, & cum natis ex legitimo matrimonio computantur, vt conſtat ex iuribus ſupra citatis. Ita Couar. in epit. par. 2. capitu. octauo, §. ſecundo, numero vigeſimo quinto, & 30. Iulius Clarus. §. feudum, verſ. vltim. Moli. lib. 3. de primogenit. cap. 1. nume. 10. Panorm. ea tanta, qui fil. ſint legitimi. Syluest. ver. filius. q. 13. & communis opinio, quam referunt, tametſi aliqui refragentur.

Dubium. Dubiũ eſt, vtrum ſi quis habeat filium naturalem, & ex eo nepotem filium legitimũ talis filij, mortuoque filio naturali, auus ducat concubinam, ex qua illum genuit, vtrum inquam tunc nepos reddatur per tale ſubſequens matrimonium auo legitimatus. Plurimi negant, quaſi legitimatio deſcendere non poſſit ad nepotem niſi per patrem ſuum, qui eo ipſo, quòd mortuus eſt, incapax eſt legitimationis. **Satisfit.** Contraria tamen ſententia eſt amplectenda cum Couarr. loco citato. numero decimo nono, Molina capitu. primo, citato numero nono, Ant. Gom. ad l. nonam Taur. numero ſexageſimo primo, & ſexageſimo ſecundo, & alijs quos citant. Ratio potiſſima eſt, quoniam matrimonium ſubſequens ipſo iure legitimat omnes deſcendentes naturales ex eiſdem parentibus ante tale matrimonium genitos, falſumque eſt, nepotem capacem non eſſe legitimationis per ſe immediatè, quandoquidem principis reſcripto immediatè legitimari poteſt; cum id ex ſolo poſitiuo iure, principiſque voluntate pendeat.

Dubium. Dubium deinde eſt, vtrum quemadmodum, ſi qui contrahant in facie Eccleſiæ cum ignorantia, ſaltem ex parte alterius coniugis, impedimenti dirimentis tale matrimonium, filij ex eo matrimonio nati, legitimi ſunt, vt diſput. 165. oſtenſum eſt: ita ſi cum ignorantia eiuſdem impedimenti generent filium ante matrimonium, qui proinde ex vtriuſque exiſtimatione naturalis ſit, & non ſpurius, poſtea verò ſublato impedimento legitimè contrahant, talis filius legitimetur per ſubſequens matrimonium. Multi affirmant, quos Couarr. in Epit. par. ſecunda, capit. octauo, §. ſecundo, nume. decimo ſexto, refert Contrariã tamen ſententiam amplectuntur Couar. ibidem numero decimo ſeptimo, Molina loco citato. numero **Reſponſio.** vndecimo, & alii, quos citant. Quæ ſanè probabilior videtur: eo quod, cum parentes, dum ante matrimonium filium illum genuerunt, operam dederint rei illicitæ, ignorantiaque, quod filius, quem ita illicite generabant, eſſet ſpurius, non debeat illis patrocinari. Confirmatur ex capit. cum inhibitio. §. 1. de clandeſtina deſponſatione, vbi decernitur, ſi aliqui clandeſtinè contrahant, eſto ignorent impedimentum, prolem ex tali matrimonio ſuſceptam eſſe illegitimã eo quod rei illicitæ operam dederint clandeſtinè contra præceptum Eccleſiæ contrahendo: ergo cum contra ius naturale ante matrimonium aliqui coniungantur, ignorantia, quod proles ita illicitè concepta ſpuria ſit, non patrocinabitur, vt per ſubſequens verum matrimonium legitima reddatur.

Moli. in calce, numero vndecimo, citati è contra exiſtimat, ſi qui ita habeant filium verè naturalem, & contrahant ignorando impedimentum dirimens matrimonium, nihilominus filium illum legitimari per tale inualidum matrimonium. Ducitur iuribus, quæ ſtatuunt prolem ſuſceptam ex matrimonio, inualido quidem, ſed ante faciem Eccleſiæ celebrato cum bona fide ex parte ſaltem alterius contrahentium, legitimam eſſe, non tamen auderem priuilegium hoc meritò conceſſum matrimonio ex natura rei inualido comparatione prolis bona fide ex eo ſuſceptæ, extendere ad legitimandum prolem illegi-

A timam ante tale matrimonium ex peccato vtriuſque parentis generatam: quoniam neque iura, quæ citantur id probant; neque mens dictat, vt per epicheiam arbitremur eam fuiſſe mentem Eccleſiæ in iuribus, quæ ſtatuunt, vt proles ſuſcepta ex matrimonio inualido, ſed bona fide celebrato, ſit legitima, neque credo Doctores, quos pro ea ſententia Moli. citat id affirmare, nobiſcunque conſentit Dominus Franciſcus Sarmiento, lib. primo, interpretationum, cap. ſexto. Adde, rarò euenire, vt filius ſit naturalis, & ſit impedimentum dirimens matrimonium inter parentes, ex quibus ſunt genitus, celebratum.

Dubium præterea eſt, an per matrimonium in articulo mortis, aut in vltima ſenectute cum concubina, ex qua quis filios habebat naturales, tales filij legitimentur. **Dubium.** Quicquid autem quidam dixerint, dicendum eſt legitimari. Ita affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Co-B uar. in epit. parte ſecunda, cap. 8. §. ſecundo, numero 10. Moli. lib. ſecundo, de primog. cap. quinto, nume. 25. Ferdinan. Vaſquez Menchaca. 3. lib. controuerſ. cap. 41. num. quarto, & ſequentibus. & Antonius Gomez. ad l. 9. Tauri, num. 57. Ratio eſt, quoniam illud eſt verum matrimonium, eo quòd quando nullum aliud adeſt canonicum dirimens impedimentum ad validitatem matrimonij ſatisfit mutuus conſenſus cum facultate contrahentium, quantum eſt ex ſe, ad copulam licet generare nequeant: talis autem facultas eſt in eo, qui, cum alioquin potens ſit ad coeundum, in articulo tamen mortis propter ſanguinis corruptionem, conſumptionem, & extinctionem ſpirituum vitalium, & animalium, nequit per accidens actum illum exercere: talis etiam præſumitur eſſe in ſene, niſi contrarium aliunde conſtet: neque fœmina propter ætatem, & virium conſumptionem, deſinit potẽs eſſe ad coeundum, quod C ad matrimonium ſufficit, tametſi impotens ſit ad generandum: quod, vt dictum eſt, matrimonium non impedit.

Poſita validitate eiuſcemodi matrimonij, conſentiunt doctores, quando parenti aſſignatus fuit ſubſtitutus ſub ea conditione, ſi ſine liberis legitimis diſceſſerit, aut ad maioratum, quem poſſidet legitimi ſoli vocantur, filios ita legitimatos excludere ſubſtitutum, ſuccedereque in eo maioratu, quando pater in odium alterius, qui alioquin ſuccedere debebat, ſed in commodum ſuorum naturalium filiorum, aut vt vteretur iure ſuo, vel aliquo alio bono fine, tale matrimonium contraxit. Controuertunt tamẽ, **Quæſt.** vtrum ſi in odium ſubſtituti, eiusve qui alioquin ſuccedere debebat in maioratu, matrimonium contrahat, vt illi noceat, eumque excludat, filij tali legitimati ſint præponendi in ea ſucceſſione: & quidem communior ſententia, quam referunt, & ſequuntur D Moli. lib. 2. de primog. c. 15. nu. 27. & Anton. Gom. ad l. 9. Tau. nume. 58. negat. Quoniam inquiunt, illud eſt in fraudem eius, qui alio qui ſuccedere debebat: fraus autem, aut dolus nulli debẽt patrocinari. Idem dicunt eſse, ſi quis ex ſimili odio ſubſtituti, religionem in articulo mortis ingrediatur. Licet enim monaſterium loco filij legitimi habeatur, ſubſtitutumque excludat, vt alibi dictum eſt, idque locum habeat, etiam ſi quis in articulo mortis bono aliquo fine, puta eleemoſinam illam monaſterio relinquendi, religionem ingrediatur; ſi tamẽ inquiũt, in odium fiat ſubſtituti, idque conſtet, quia, qui ita ingreſsus eſt, id ſignificauit, aut antea fuit comminatus, præfertur ſubſtitutus monaſterio propter fraudem, qua vſus is eſt, qui religionem eo animo eſt ingreſſus.

Deciſ. Contrariam ſentẽtiam cum paucis alijs affirmat Vaſquez Menchaca. 3. lib. controuerſia. c. 41. nu. 5.

& Dominus Franciſcus Sarmiento, 1. libro inter. capit. ſexto, innuere videtur Couar. in epit. par. ſecunda, capit. octauo, §. ſecundo, numero decimo, nempe in prædictis euentibus præterẽdos eſſe monaſterium & filios ita legitimatos: quæ ſententia mihi placet. Ducor, quoniam qui eo animo religionem ingreditur, aut matrimonium contrahit, licet peccet propter odium, quo ſubſtitutum proſequitur, ſiniſtramque illam intentionem, quam erga eum habet, vtitur tamen iure ſuo ingrediendo in eo articulo religionem, aut contrahendo cum concubina: qui autem iure ſuo vtitur, nequaquam cenſendus eſt fraudem committere, vlliue iniuriam facere. Sanè ſi ille ſimularet, ſe ingredi religionem, vt ſubſtitutum excluderet, vel contraheret cum concubina: cum tamen neque verè ingrederetur, neque duceret illam vxorem, interueniret fraus, & dolus in eoque euentu ſubſtitutus in exteriori, & conſcientiæ foro præferendus eſſet monaſterio, & filijs illis naturalibus, ſimulatè ſolum legitimatis: at verò quando ingreſſus eſt verus, verumque eſt matrimonium, nullam conſpicio fraudem, aut dolum, ſed odium tantum, quod iuſtitiæ ius non impedit, quando id exequitur quis, quod ſecluſo odio, iuſtè efficeret. Adde odium poſſe tunc eſſe cauſam impulſiuam ad religionem ingrediendam, aut contrahendum cum concubina, & non finalem, adde etiam tantum potuiſſe eſſe delictum, & ingratitudinem ſubſtituti, tam indignumque poſſe illum eſſe bonis illis, vt voluntas ea via excludendi illum, licita ſit, & ſancta. Ducor præterea, quoniam nullum video ius, quod noſtræ huic ſententiæ refragetur, tam firma naturali ratione confirmatæ. Caput namque vltimum 20. quæſtione tertia, ex Concil. Maguntino, cui aduerſarij nituntur, non pugnat contra nos. ſic enim habet. Conſtituit ſanè ſacer iſte conuentus, vt Epiſcopus, ſiue Abbates, qui non in fructum animarum, ſed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali perſuaſione ſurripuerunt, pœnitentiæ canonicæ (vtpote turpis lucri ſectatores) ſubiaceant. His verò, qui illecti comam depoſuerunt, in eo, quod cæperunt, perſeuerare cogantur: res verò eorum hæredibus reddantur. Certè caput hoc pœnale eſt, neque illius pœna ad alia delicta eſt extendenda, quibus impoſita non eſt. Quare ſolum haberet locum, ſi quis in mortis articulo religionem profiteretur; circunuentus à ſuperiore monaſterij id efficeret, eſto odium non interueniret ſubſtituti ex parte ingredientis, neque ſiniſtra alia intentio, ſecus autem eſſet, ſi, quis eſt in articulo mortis, propria ſponte, à nulloque monaſterij perſuaſus, religionem ingrederetur. Multò autem minus pœna illius capitis locum habet in eo, qui odio ſubſtituti duceret concubinam vxorem.

DISPVT. CLXXIII.

De legitimatione per reſcriptum, & diſpenſatione.

PEr reſcriptum Principis non ſoli naturales filij, ſed etiam ſpurij poſſunt, ac ſolent legitimari. Ratio eſt, quoniam cum inhabilitates illegitimorum omnium iure poſitiuo ſint introductæ, accedente voluntate, ſeu decreto eius principis, cui tale ius poſitiuum ſubiaceat, abolitæ manent, ac proinde eiuſmodi illegitimus, etiamſi ſpurius ſit legitimatus, efficitur.

Diſputat. 170. oſtenſum eſt duplicem eſſe legitimationem. Quandam ad ſpiritualia, quæ tollit inhabilitates iure canonico introductas: atque hanc ad ſolam poteſtatem eccleſiaſticam pertinere. Aliam

A ad ſecularia, quæ illegitimorum inhabilitates abolet iure ciuili inſtitutas: & hanc ſpectare ad poteſtatem laicam; ad eccleſiaſticam verò non, niſi comparatione eorum locorum, in quibus habet etiam ſupremum temporale dominium, aut niſi legitimare eo pacto ad ſpirituale bonum neceſſarium ſit, iſque ſæcularis princeps, ad quem alioquin ſpectat, id præſtare non velit, aut non tam citò velit, aut poſſit, quàm citò eſt neceſſarium, aut denique niſi qui ſuperiorem in temporalibus non recognoſcit, vult ea in parte ſe aut ſuos ſubijcere Sedi Apoſtolicæ. Atque hæc ſunt, quæ Innocent. III. capitu. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, docere intendit. Lege inter alios Couar. in Epi. par. ſecunda, capitu. octauo, §. 8. numero 16. & 18.

Diſpenſatio & legitimatio diuerſa.

Illud, antequam vlterius progrediamur, eſt obſeruandum. Longè diuerſa eſſe legitimare aliquem illegitimum, & diſpenſare cum illo. Diſpenſatio namque eſt ſtricti iuris, vt iuriſperiti vocant, eaque B de cauſa neque plus valet, quàm verba, ſtrictè intellecta ſonant, neque effectus, & priuilegia habet, quæ legitimatis competunt, vt doctores omnes, iuxta capitu. primũ, §. vlt. & capit. ſecundũ, de fil. presby. libro 6. & alia iura affirmant: legitimatio autem amplè eſt intelligenda.

Quamplurimi, quos Couarr. in epit. par. ſecunda, capitu. octauo, §. octauo, numero quarto, refert, & quibus Moli. libro tertio, de primoge. capitu. tertio, nume. trigeſimo ſexto, annuere videtur, aſſeruerũt, legitimationem, quantumuis amplam, & abſque reſtrictione filio ſpurio per Summum Pontificem aut principem ſæcularem effectam, nequaquam cenſendam eſſe legitimationem, ſed diſpenſationem. Contrarium tamen probat optimè Couar. numero quarto, citato in poſtrema editione, habetque praxis non ſolum in hoc Luſitaniæ Regno, ſed vt credo, etiam in alijs videlicet eſſe legitimationem ſimpliciter, eſto C non tam ampla, & tam priuilegiata ſit, ac eſt ea naturalium filiorum legitimatio, quæ per ſubſequens fit matrimonium, æquarique legitimationi filiorum naturalium, quæ fit per reſcriptum principis. Idem ſufficienter probat ratio, quam in principio huius diſputationis reddidimus, cur ſpurij etiam filij reſcripto principis legitimari poſſint, ac ſoleant.

Hoc autem diſcrimen tradunt Doctores communiter inter legitimationem, & diſpenſationem cum illegitimo. Quod quando illegitimo conceditur habilitas & facultas, non ad omnia, ad quæ vel iure canonico, vel ciuili erat inhabilis, ſed ad aliqua duntaxat, eſt diſpenſatio, eſto, qui ita habilem illum reddit, dicat, legitimum te ad hoc, vel ad illud efficio. Ratio eſt, quoniam nõ poteſt quis eſſe pro parte legitimus, & pro parte illegitimus. Quando verò ſimpliciter redditur habilis, vel ad ea, ad quæ iure canonico, vel ad ea, ad quæ iure ciuili erat inhabilis, dicitur legiti- D matus, reſtitutuſve natalibus, quibus primitus omnes homines habiles naſcebantur ad omnia, ad quæ poſtea iure poſitiuo inhabiles ſunt facti, idque ſiue is, qui ita legitimum facit, dicat, legitimum te efficio, aut reſtituo te natalibus, ſiue dicat, tecum diſpenſo: potius quippe eſt attendendum ad id quod fit, quam ad verba, quibus fieri ſignificatur.

Dubium.

Dubitant Doctores, quando aliquis, vel ad ſpiritualia, vel ad ciuilia ſimpliciter, & nõ quoad partem duntaxat, legitimatur, veruntamen adhibetur reſtrictio, atque limitatio aliqua, vt ſi dicatur, ita tamen vt nullum inde præiudicium filijs legitimis ſequatur, aut ita vt patri ſuccedat in qua portione pater voluerit, vel alia ſimilis, vtrum tunc dicendum ſit id legitimatio, ſitq; proinde amplè intelligendum, gaudeatque ita legitimatus omnibus facultatibus, quibus legitimati reſcripto principis gaudent, exceptis iis,

quæ

quæ reſtrictione adhibita ſunt exceptæ: an vero ſit ſolum diſpenſatio. Anton. Gomez. ad leg. nonã, Taur. numer. vltim. & alii quos refert, affirmant eſſe ſolum diſpenſationem. Deciditur. Aſſerendum tamen eſt eſſe legitimationem, cum Couarruu. in Epit. part. ſecunda, cap. 8. §. 8. numero primo. Emanuele à Coſta. §. & quid ſi tantum, part. ſecunda, numero 152. Molina lib. 3. de primog. cap. 3. numero 38. qui refert iuxta eam opinionem in ſummo Regni Caſtellæ ſenatu fuiſſe iudicatum, & cum Gam. deciſ. 383. & multis aliis, quos hi doctores citant. Optimè autem Gama loco citato cum Socin. ait, tunc dici diſpenſationẽ, quando ſubſtantia ipſa legitimationis reſtringitur, vt ſi dicatur, ſit legitimatus quoad hoc, vel hoc: ſecus autem quando non legitimatio, ſed effectus, qui ex illa ſequi deberet, reſtringitur, vt ſi dicatur, nullum inde præiudicium fiat legitimis, aut poſſit nihilominus pater ei relinquere quam portionem voluerit, vel aliud ſimile. Vnde nequaquã idem Gama ſibi ipſi repugnat, dum deciſio. citata & deciſio. 11. num. 3. & deciſion. 134. numero primo, affirmat, eum, qui legitimatur vt ſuccedat patri ab inteſtato, aut ĩ portione, q̃ illi pater relinquere voluerit (quo pacto ait moris eſſe in hoc Luſitaniæ Regno legitimari ſpurios) non eſſe legitimatum, ſed diſpenſatum: loquitur namque, quando legitimatio fit ad id tantum, & non quoad alias partes, quas integra legitimatio includit. Poſſumus vero confirmare, reſtrictionem quoad effectum aut effectus aliquos non impedire veram rationem legitimationis: quoniam alioquin eo ipſo, quod à Carolo V. & Philippo eius filio explicatum fuit ĩ nullius legitimationis reſcripto principis auctoritate factæ conſequi quenquam in Regno Caſtellæ eã nobilitatẽ parentum, quam hidalguia vocãt, vt diſp. 160. viſum eſt, dicendum eſſet nullam omnino inibi eſſe legitimationem ſpuriorum, ſed omnes, quantumcũque amplas, eſſe diſpenſationes, ſtricteque eſſe in omnibus intelligendas, quod eſt valde abſurdum.

Legitimare quis. Legitimare, vt tractatu quinto, videbimus, ad ſupremum gradum mixti imperii, quem maximum iuriſperiti cum Bartol. appellant, ſpectat; eſtque proinde ſupremæ poteſtati reſeruatum. Quo fit, vt legitimare in ſpiritualibus, ad ſolum ſummum Pontificem ſpectet, qui vt ſuprema poteſtas eſt in eccleſia, ſic in totum ius canonicum ſolus ipſe habet poteſtatem. Ad inferiores vero eccleſiaſticas poteſtates pertinet habiles facere illegitimos ad ſpiritualia, quantum a ſummo Pontifice fuerit illis permiſſum aut conceſſum. Epiſcopi diſpenſare poſſunt cum illegitimis, tum vt ſolos minores ordines ſuſcipiant, tum etiam vt poſſint ea beneficia eccleſiaſtica obtinere, quæ neque curam habent animarum, neque perſonatus, ſeu dignitates ſunt, vt ex capitulo primo, de fil. presbyt. libro ſexto, conſtat: reliqua ſummo Pontifici ſunt reſeruata. Nuncii & Legati à latere id totum ex munere ſuo poſſunt, quod Epiſcopi, vt tractatu 5. videbimus, niſi in aliquo peculiariter ipſorum poteſtas fuerit arctata. Vtrum vero aliquid amplius poſſint, & quo vſque, ex facultatibus cuique eorum in particulari conceſſis eſt intelligendum. Idem dic de quocunque alio à ſummo Pontifice ad id delegato.

Eadem ratione legitimare ad ciuilia & ſecularia, præter euentus in quibus explicatum eſt ſummum Pontificem id etiam poſſe, ſpectat ad ſupremam cuiuſque Reipublicæ poteſtatem, quæ ſuperiorem in temporalibus non recognoſcit, idque ſibi ſubditorum comparatione dumtaxat, etiam circa bona quæ extra ipſius territorium ſunt, vt Gama deciſio. 307. numero quinto, Couarruu. §. 8. citato, numero 17. cum communi doctorum ſententia affirmant: modo tamen, vt ait Couarruu. id non cedat in præiudi- A cium alicuius ſubditi eius principis, in cuius territorio res illa ſita eſt. Poſſet etiam Princeps, extra ſuũ territorium exiſtens legitimare ſuum ſubditum: eo quod id non eſſet exercere iuriſdictionem contentioſam, ſed voluntariam. Si tamen ad id eſſet aliquis citandus, quoniam admiſceretur iuriſdictio cõtentioſa, non poſſet princeps id efficere in alieno territorio. Ita Couarruu. §. octauo, cita. numero decimo quinto, & decimo ſeptimo. Aliæ vero inferiores poteſtates, neque legitimare, neque diſpenſare poſſunt, niſi quatenus à ſupremis fuerit illius conceſſum.

Obſeruandum eſt, eum, qui Principis conceſſione facultatem habet ad legitimandum illegitimos: eo ipſo cenſeri habere facultatem ad diſpenſandum cum eiſdem: quoniam qui poteſt, quod maius eſt, poteſt etiam minus quod in eo maiori includitur. Non tamen è contrario, qui facultatem habet ad diſpenſandum in aliquibus cum illegitimis, cenſetur B eam habere ad eos legitimandum. Ita Couarruu. in Epit. part. ſecunda, cap. 8. §. 8. numero 6. & communis doctorum ſententia, quam refert. Quamuis poſtea, numero decimo, ſibi videatur contrarius dũ aſſerit, eum, qui ex Principis delegatione facultatem habet ad legitimandum, non cenſeri habere facultatem ad diſpenſandum: eo quod diſpenſatio ſit magis odioſa. Quod tamen nihil omnino vrget. Etenim, vt ipſemet paulo inferius ſubiungit, diſpenſatio ipſa iam facta in eo ſenſu eſt odioſa, quod ſit ſtrictè intelligenda: facultas vero diſpenſandi, quæ principis eſt beneficium, non eſt odioſa, ſed multo facilius conceditur, quam facilitas legitimandi: ſicut etiam facilius diſpenſatur in aliquibus cum illegitimo, quam eidem legitimatio concedatur.

Obſeruandum etiam eſt, eum, qui poteſtatem accepit ad legitimandum ad ciuilia, non cenſeri eam habere ad legitimandum, vt ſuccedatur in feudo C aut maioratu; niſi ſufficienter exprimatur ad id etiã facultatem concedi. Ratio eſt, quoniam iuxta communem doctorum ſententiam, princeps ipſe, qui per reſcriptum quempiam legitimat, non cenſetur eum legitimare ad ſuccedendum in feudo & maioratu, niſi id exprimatur, vt perſpicuè conſtat ex §. naturalis, ſi de feudo defuncti, &c. quarè ex eo, quod facultatem ad legitimandum alicui concedat, exiſtimandum non eſt maiorem facultatem velle concedere, quam ſit ea, qua ſolet ipſe vti, dum abſolutè & ſine alia explicatione legitima. Ita Couarruu. ibidem, & doctores, quos refert. Qui tamen poteſtatem accipit à Principe ad legitimandum filios illegitimos, cenſetur accipere etiam ad legitimandum filias illegitimas: quoniam nomine filiorum, ad eum effectum intelliguntur filiæ, vt Couarruu. cum alijs, numero 7. ſequenti rectè affirmat.

D Item qui à ſeculari poteſtate legitimatur ad ſuccedendum in aliquibus bonis, ſi illa adiunctum habeant ius patronatus, cenſetur eo ipſo ad illud, eſto ſpirituale quippiam ſit, legitimatus, neque indiget legitimatione, aut diſpenſatione poteſtatis eccleſiaſticæ. Ita Couarruu. §. 8. citato. numero 18. & alij, quos refert. Ratio eſt, quoniam acceſſorium comitatur pricipale.

Princeps, qui ſuperiorem in temporalibus non recognoſcit, quemadmodum legitimare poteſt alios ſubditos, ita & proprios filios illegitimos. Ita colligitur ex capitulo per venerabilem, qui filij ſint legitim. & affirmant doctores: quos Couarruu. refert ac ſequitur §. citato, numero 20. Id tamen, meo iudicio, ſufficere non poſſet, vt in regno ſuccederent, quando inſtitutio regni à republica ipſa fuit vt ſoli legitimi ſuccederent.

Ad quem autem ſpectet legitimare filium clerici

rici quoad ciuilia, atque adeo ad ſuccedendum in bonis paternis communior doctorum ſententia, quam loco citato, numero 19. Couar. refert ac ſequitur, eſt ſpectare ad principem ſecularem; præſertim quando filius ille in ordinibus ſacris non eſt conſtitutus, neque beneficiorum, aut aliquid aliud habet ratione, cuius priuilegio fori gaudeat. Ratio eſt, quoniam is, qui legitimandus eſt, atque adeo in quem iuriſdictio eſt exercenda, ſecularis eſt. Et quãuis patris conſenſus requiratur, talis tamen conſenſus non eſt, vt in ipſum, ſed vt in filium laicum iuriſdictio exerceatur. Item bona, ad quæ eſt legitimandus ſæcularia ſunt. Præterea, iuxta præſcriptum legum ſæcularium cuiuſcunque regni bona clericorum deferuntur ad hæredes, & non iuxta ius aliquod canonicum, quod ea de re vnquam latum fuerit, inhabilitaſque talium filiorum ad ſuccedendum, in bonis parentum iure ciuili fuit introducta: quare cum in eiuſmodi legitimatione diſpenſatio fiat in iure ciuili, & circa perſonam ac bona ſecularia, neque ibi diſponat princeps de bonis clerici, ſed ſolum tollat inhabilitatem à ſuo ſubdito, vt in illis poſſit ſuccedere (quod rectè Gama deciſ. trecenteſimaſeptima, numero quinto, adnotauit) conſequens profectò eſt, vt ad principem ſecularem, & non ad poteſtatem Eccleſiaſticam, eiuſmodi legitimatio ſpectet, idque conſuetudo videtur obtinere, quæ in hoc Luſitaniæ Regno conſtat ex Aluaro Vaſc. conſi. 80.

Illud tamen non dubito, Summum Pontificem in ſpirituale bonum, vt Eccleſiaſtici à ſacrilegijs & ſcandalis ſe contineant, pro iuriſdictione quàm in Eccleſiaſticos, & eorum bona habet, prohibere poſſe, ne Eccleſiaſticorum bona ad eorundem filios ex ſacrilegio genitos deueniant, irritum omnino faciendo, ſi quid in contrarium fuerit attentatum. Cum verò eiuſmodi lex æquiſſima ſit, & ab habente ad iuriſdictionem pleniſſimam lata, non video quo iure, vel ab inferioribus Eccleſiaſticis, vel à principibus ſecularibus recipi non debeat, atque iuxta illam in vtroque foro, dum agitur de ſucceſſione in bonis clerici defuncti, non debeat iudicari. Quod dico propter Bullam Pij Quinti, de qua verſus finem diſputat. centeſima ſexageſima nona habitus eſt ſermo, in qua id ſtatuit, & quam ibidem diximus in hoc Luſitano Regno, & ut exiſtimabamus, in alijs Hiſpaniarum non eſſe receptam. Illud tamen eſt obſeruandum, eiuſmodi legem non propriè exercere iuriſdictionem in filium clerici, qui interim dum Eccleſiaſticus non eſt, ad iuriſdictionem ciuilem, aut quaſi ciuilem Summi Pontificis non pertinet, ſed eam exercere in parentem legiſlatori ſubditum. Quare legitimatio filij illius ad ſecularia, ſpectat quidem ad Principem ſecularem, ſed non ſufficit, vt talis filius ſuccedere poſſit, in bonis parentis clerici, niſi ſimul Summus Pontifex in lege diſpenſet, qua eam diſpoſitionem de bonis clerici ſibi ſubditi irritam fecit. Sicut è contrario non ſatis eſſet Summum Pontificem in ea lege diſpenſare, vt filius ille ſuccedere poſſet in bonis parentis, quoniam adhuc iure ciuili maneret illegitimus, inhabiliſque ad ſuccedendum, donec princeps ſecularis, vel eum ad ciuilia legitimaret, vel cum eo diſpenſaret, vt in parentis bonis poſſet ſuccedere.

Quando filius legitimandus eſt iam clericus, ad iuriſdictionem pertinens Eccleſiaſticam, ſed pater laicus, videtur legitimatio ſpectare ad Summum Pontificem, & non ad principem ſecularem: eo quod legitimatio ſit actus iuriſdictionis, qui exercetur in perſonam, quæ legitimatur, & non in patrem, cui ſuccedere debet: neque id probabilitate caret. Attamen cum inhabilitas ad ciuilia

A clerici ita legitimandi ortum habuerit ex iure ciuili, & non ex canonico, contractaque fuerit ante clericatum, dum ille ad laicam iuriſdictionem omnino ſpectabat, & ſic ad ſuccedendum patri laico, cuius conſenſus ad legitimationem requiritur, & cui præſtatur etiam beneficium legitimationis filij, ſicque ad ſuccedendum illi ciuiliter iuxta leges ſeculares eius regni; ſanè ex eo, quod Reſpublicæ ſeculares conceſſerint Eccleſiæ iuriſdictionem ciuilem in Eccleſiæ miniſtros, non videntur ceſſiſſe huic iuri ſuo legitimandi ciuiliter eos, qui vi iuris ciuilis, ante clericatum contraxerant ciuilem illam inhabilitatem; neque vſus habere videtur, vt clerici filij illegitimi ſine legitimatione Principis ſecularis ſuccedant parentibus laicis. Quòd ſi alicubi vſus habet, vt eiuſmodi illegitimi clerici ſuccedant parentibus præſtita legitimatione, aut diſpenſatione per Summum Pontificem, ei vſui & conſuetudini erit ſtandum. Idem
B dicerem, quando tam filius, quam pater, clerici ſunt.

Vt legitimatio per reſcriptum obtenta valida ſit, præter conſenſum patris ſi fiat ad ſuccedendum in bonis illius, neceſſarius eſt filij conſenſus, vt perficiatur: quare eſto inſcio filio, aut nondum ad vſum rationis perueniente, obtineatur, ſemper eſt dependens à libero ipſius conſenſu, vt conſtat ex authen. quib. mod. natur. effic. ſui. §. generaliter. Ratio vero ibi redditur, quoniam cum filius eo ipſo, quod legitimatus ſit, tranſeat in patris poteſtatem, ac proinde vſufructus bonorum ipſius, illorumque adminiſtratio ad patrem pertineat, expediens non fuit, vt filius inuitus Principis beneficio legitimaretur. Vt enim Aries Pinellus in Rub. de bonis mater. par. 2. num. 8. rectè adnotauit, aliquando quoad lucrum & commodum pecuniarium melioris conditionis eſt filius illegitimus, quam legitimus. Licet autem præ-
C ſumptus ſeu interpretatiuus filij conſenſus ſufficiat ad legitimationem perficiendam; Emanuel tamen à Coſta. §. & quid ſi tantum, parte 2. concluſio. 1. arbitratur ex ſola ſcientia & ſilentio filij non ſemper præſumi ſufficienter conſenſum, niſi aliquid faciat, quod non, niſi legitimationis iure, poterat efficere.

Vt item legitimatio per reſcriptum obtenta, aut etiam diſpenſatio, valida ſit, neceſſe eſt, vt legitimanti aut diſpenſanti proponatur ac manifeſtetur quicquid retrahere eum poterat a tali legitimatione, aut diſpenſatione eo pacto concedenda; alioquin ſurreptitia iudicabitur. Ita colligitur ex capit. vlt. de filijs presbyt. lib. 6. capit. poſtulaſti, de reſcriptis. capit. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & ex alijs iuribus, affirmantque Couar. in Epit. par. 2. cap. 8. §. 9. num. 1. & doctores communiter.

D Hinc colligitur explicandam eſſe legitimandi qualitatem quoad illegitimitatis fœdiorem modũ, nempe an ſit ſpurius, quod ſi ſpurius ſit, utrum ex adulterio, vel inceſtu, aut ſacrilegio; & ſi ex adulterio, vtrum ex altera parte tantum, an ex vtraque, nempe ex coniugato & coniugata. Si verò ex inceſtu, arbitratur Couar. loco citando, explicandum eſſe, vtrum ex inceſtu cum matre, aut cum filia, vel ſorore, & denique explicandum eſſe gradum conſanguinitatis, aut affinitatis inter parentes ex quibus fuit genitus. Si autem ex ſacrilegio, vtrum cũ ſacerdote, moniali, aut religioſo, & num vtrinque item explicandum eſſe, vtrum ſimul concurrerint adulterium & ſacrilegium, aut inceſtus. Ita Panormit. capit. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, nume. vigeſimo ſeptimo, Syluest. verb. legitimus, nume. 8. Aluarus Valaſc. conſil. 8. Couar. §. 9. citato, & doctores alij quos citant, cõſonant etiam

I. ſed

l.ſed ſi hæc.§.patronum.ff.de in ius voc. Neque defectus legitimationis, in qua eiuſmodi qualitas ſiletur, tollitur ex eo, quod in legitimatione apponantur clauſulæ, de plenitudine poteſtatis, aut ex certa ſcientia, vel ſupplentes omnem defectum, vt Aluar. Valaſ. concluſion. octuageſima, cum alijs, quos citat, rectè ait. Si tamen princeps in legitimatione aut diſpenſatione diceret, ex quocunque coitu talis illegitimus eſſet conceptus, non dubito validam eſſe diſpenſationem, aut legitimationem, eſto qualitas illegitimati non exprimeretur, niſi eſſet talis de qua præſumeretur, quòd ſi in particulari exprimeretur; nequaquam legitimatio aut diſpenſatio cōcederetur. Etenim in conceſſione generali non cenſetur id conceſſum, de quo ſi in particulari concedens interrogaretur, nequaquam id concederet, vt habetur de regul. iuris, libro ſexto. Sit itaque hæc generalis regula. Quando coniecturæ ſunt ſufficientes, vt dubitandum non ſit, eum, qui legitimationem aut diſpenſationem concedit, ſimiliter illam fuiſſe conceſſurum, eſto qualitas aliqua, quæ explicata non fuit, illi fuiſſet propoſita valida eſt iudicanda legitimatio aut diſpenſatio ſine explicatione qualitatis illius obtentæ: in dubio autem, an eam ſimiliter conceſſiſſet, iudicanda eſt ſurreptitia.

Quando qualitas aliqua ideo non fuit propoſita, quia tempore coitus & expeditionis legitimationis ignorabatur, vt ſi quis genuiſſet filium ex ea, quæ communiter habebatur vidua, & poſt legitimationem compertum eſt fuiſſe coniugatam, meritò Aluar. Aalaſ. calce conſil. 80. ait validam eſſe legitimationem.

Qualitates, quæ ſolum augent culpam, non tamen mutant modum illegitimitatis, ſaltem quoad gradum inceſtus aut ſacrilegii, neceſſe non eſt exprimi, vt legitimatio ſit valida: vt quod naturalis filius genitus ſit ex virgine, aut vidua; quod filius genitus eſſet ex nobili, aut conſtituto in dignitate, vt Alua. Valaſ. conſilio octuageſimo, affirmat, refertque eſſe ſtylum Curiæ. Credo tamen ſi quis genitus eſſet ex epiſcopo, id exprimi debere: quoniam non minus auget gradum ſacrilegij, quam eſſe genitum ex religioſo, aut moniali.

Item ſi legitimatio aut diſpenſatio fiat alicui, vt ſuccedat in bonis parentis, parenſque legitimos filios habeat, explicandum id eſt: alioquin erit ſurreptitia: eo quod præiudicium, quod inde filijs legitimis ſequitur, quatenus ex tali legitimatione, aut diſpenſatione minuitur legitima ipſis debita, multum retrahere poteſt ac debet ad concedendam talem legitimationem ac diſpenſationem. Ita doctores citati, Emanuel à Coſta. §.quid ſi tantum, par. 2. num. 132. & communis ſententia quam referunt. Idem dicerem de aſcendentibus, ſi ſimiliter legitimatio aut diſpenſatio eis præiudicaret in portionibus ipſis debitis in bonis parentis eius, qui legitimatur, conſentit Emanuel à Coſta loco citato, num. 146. cum alijs quos refert, quicquid quidam alij in contrarium dixerint.

Item ſi is, qui legitimandus eſt, filius ſit naturalis, commodeque legitimari poſſit per ſubſequens matrimonium, eo quod commodè pater, ſine ſuoque decore poſſit aſſumere matrem vxorem, & mater ſimiliter patrem, inualida erit legitimatio per reſcriptum obtenta, niſi concedenti exprimatur commode talem filium legitimari poſſe per ſubſequens matrimonium, quandoquidem id retrahere poteſt principem à conceſſione legitimationis. Ita habetur expreſſe, in authen. quibus modis natural. effic. legitimi. §. ſit igitur licentia, & affirmant doctores, quos referunt ac ſequuntur Couarruu. §.*9*. citato, numero quinto. Molin. tertio libro de primogen. capitulo tertio, nu. *39*. Emanuel à Coſta loco citato, nu. *96*.

A Occaſione legitimationis ſequentem doctrinam tradit Couarruu. §.*9*. citato, numero *6*. cum Alexandro, Gomezio, & cum alijs quos refert. Aut reſcriptum conceditur contra legem, quæ futuris principum conceſſionibus derogat, aut non, ſed ſolum cōtra legem quæ contrarium eius, quod conceditur, ſimpliciter ſtatuerat. In hoc ſecundo euentu, ſi res, quæ reſcripto conceditur, non ſit in notabile præiudicium tertii, ſatis eſt ſimplex reſcripti conceſſio ſine expreſſione etiam in generali, iuris, cui eo reſcripto derogatur. Si vero ſit in notabile detrimentum tertii, neceſſaria eſt, ac ſufficit clauſula vniuerſalis, quæ dicat, non obſtantibus legibus, ſeu iuribus contrarium ſtatuentibus. In primo autem euentu ſi reſcriptum non ſolum ſit contra legem, quæ futuris principum conceſſionibus derogat, ſed etiam ſit in notabile detrimentum principis, Reipublicæ, aut alicuius tertij, tunc neceſſaria eſt clauſula, quę in ſpeciali deroget legi, illi dicendo, non obſtante tali lege
B in contrarium lata, alioquin reſcriptum eſt inualidum. Sufficeret tamen clauſula generalis, qua diceretur, non obſtantibus quibuſcunque iuribus in contrarium etiam ſi de eis ſpecialis mentio eſſet facienda. Quod ſi non vrgeret in notabile cuiuſquam detrimentum, ſufficeret, & neceſſaria eſſet clauſula illa generalis, non obſtantibus quibuſcunque iuribus in contrarium. Si autem reſcriptum, aut ſtatutum derogaret iuri in concilio aliquo generali condito, tunc, eſto ius illud conceſſionibus futuris no derogaret, ait Couarruu. cum Iacobatio neceſſarium eſſe apponere clauſulam non obſtante quocunque iure contrarium diſponente, etiam in concilio generali ſtatuto. Iuxta hæc, quoniam in authent. quibus modis naturalib. effic. ſui. §. penultimo, ſpurij à legitimatione per reſcriptum Principis videntur excludi, vt ait Couarruu. cum Gomezio, neceſsarium eſse apponere in eorum le-
C gitimatione clauſulam, non obſtante quocunque alio iure in contrarium idem affirmat Grego. Lopez ad l.quartam, titul. 15. part. quarta, in verb. *Barraganas*.

Legitimatus principis reſcripto nihil à legitimis differt, vt in bonis parentis, cui legitimatur, & aliorum conſanguineorum, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſuccedat. Quare dicere poteſt teſtamentum nullum, in quo præteritur, & agere querela inofficioſi teſtamenti, perinde atque alij legitimi, vt patet in authent. quib. mod. natural. effic. ſui. §. & quoniam variè. §. reliqui. & §. ſi quis ergo. verſic. ſit igitur licentia, in authent. quibus mod. natura. effic. legitimi. §. liceat, & §. ſit igitur licentia, & inſt. de hęred. quæ ab inteſt. deferun. §. quibus connumerari, & l. vlt. titu. decimo quinto, par. quarta, affirmātque Gama deciſio. 11. & 134. Couarruu. in Epit. par. ſecunda, cap. 8. §. 8. num. 2. Anton. Gom. ad l. *9*. Taur.
D num. *66*. & doctores communiter. Diſpenſato tamē ad ſuccedendum patri, id non conuenit. Quin ſi quis legitimatus ſit, ſed cum reſtrictione, vt poſſit ſuccedere patri ex teſtamento in eo, quod pater ei reliquerit (quo pacto Couarruu. numero ſecundo, citato, cum alijs quos refert, ait ſolere in Hiſpanijs concedi legitimationes omnes) tunc filius ita legitimatus non poteſt dicere nullum teſtamētum patris, in quo præteritur, neque agere querela inofficioſi teſtamenti, quoniam limitatio illa patri permittit nihil ex teſtamento relinquere filio eo pacto legitimato. Ita Couarruu. & Gama. locis citatis, & doctores alij, quos referunt.

Filius tamen reſcripto legitimatus non ſuccedit in feudo, neque etiam in maioratu ab alio prædeceſſore inſtituto, vt ſupradictum eſt, niſi ad id ſpecialiter legitimetur. Vtrum autem validè ac licitè ad id poſſit princeps legitimare, dicetur diſput. ſequenti.

Legi-

Legitimatus reſcripto ſecularis Principis, præſertim ſi ſpurius erat, ſuccedere non poteſt in emphyteuſi eccleſiaſtica, vt habet communis opinio, quam referunt & ſequuntur Grego. Lopez ad l. quartam, titu. decimoquinto, par. 4. verb. *todas las honras*. Gama, cum alibi, tum deciſ. 307. Meritò tamen id limitandum cenſet niſi emphyteuſis illa tranſitura eſſet ad extraneos: tunc enim, cum ex eo, quòd ſpurius per principem ſecularem legitimatus in tali re emphyteutica ſuccedat, nullum præiudicium ſequatur Eccleſiæ, quaſi retardetur conſolidatio dominij vtilis cum directo, neque talis ſpurius ſuccedat in dominio directo, quod ad Eccleſiam pertinet, ſed in ſolo vtili, quod interim ſpectat ad laicos, atque adeo ad quod ſe extendit iuriſdictio ſecularis interim dũ inde præiudicium non reſultat Eccleſiæ, ſanè ſuccedere in tali emphyteuſi poteſt legitimatus per principem ſecularem. Quod autem ſuccedere poſſit in laica emphyteuſi, habetur 4. libro ordinat. titu. 62. §. quarto.

Vtrum autem legitimatus reſcripto Principis ſuccedere poſſit parentibus ſimul cum alijs filijs legitimis natis ante talem legitimationem obtentam. Iam ſupra dictum eſt, legitimationem eſſe ſurreptitiam, niſi concedenti reſcriptum explicetur parentem habere filios legitimos. Quod ſi obtineatur facta ea explicatione, neque in legitimatione apponatur clauſula illa apponi conſueta, ſine præiudicio filiorum legitimorum, aut ſine præiudicio ſuccedentium ab inteſtato, tunc ſuccedunt vnà cum legitimis vt affirmant doctores communiter, quos referunt & ſequuntur Anton. Gom. ad l. 9. Tau. numero 67. Greg. Lopez ad l. vlt. titu. decimoquinto, par. quarta, gloſſ. vltim. & Emmanuel à Coſta. §. & quid ſi tantum, par. ſecunda, concluſ. ſecunda, à nume. 131. neque id eſſe inualidum aut illicitum oſtendemus diſputat. ſequenti. Parentes tamen non poſſunt tunc relinquere filio legitimato maiorem portionẽ, quam vni ex filijs legitimis, cui minima portio fuerit relicta. Ita habetur expreſſe in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. & quoniam variè, & l. vlt. §. vltim. C. de natural. lib. Vnde ſequitur neque in Regno Caſtellæ patrem poſſe meliorare in tertio, & quinto eiuſmodi filium, neque item in hoc Luſitano in tertio ſuorum bonorum, ac proinde neque ex eiuſmodi bonis poſſe inſtituere maioratum, in quo filium legitimatum filijs legitimis præferat. Ita Moli. libro de primogen. capit. vndecimo, numero decimo ſeptimo, & communis ſententia quam refert, conſentitque Emmanuel à Coſta loco citato, nume. 137. quamuis Zuares, ab eo relatus, in contrariam ſententiam inclinet, eamque amplectatur Anto. Gom. ad l. nonam Tau. numero 69. contendentes duo iura illa citata, quibus contraria ſententia nititur, ſolum habere locum in legitimatis per oblationem curiæ, non verò per reſcriptum Principis. Nulla tamen poteſt reddi congrua ratio, cur id in ſolis legitimatis per oblationem curiæ locum habeat, præſertim in Regno Caſtellæ, vbi l. 12. Tauri, quæ eſt 10. titu. 8. libro quinto, nouæ collect. ſancitum eſt, eſto quis principis reſcripto legitimatus ſit vt in bonis paternis ſuccedat, ſi tamen poſt talem legitimationem obtentam naſcatur filius legitimus, aut naturalis per conſequens matrimonium, legitimetur talem legitimatum Principis reſcripto ſuccedere non poſſe parenti, aut cuiuis alteri aſcendenti, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, vnà cum filijs legitimis: poſſe tamen aſcendẽtes illi relinquere de quinto ſuorum bonorum, quod voluerint, ſaluis integris legitimis aliorum filiorum.

Controuertunt doctores, vtrum ſi quis non habens deſcendentes legitimos obtineat a Principe legitimationem filij, & poſt eam obtentam na-
A ſcatur filius legitimus, talis legitimatio cenſeatur reuocata ad ſuccedendum cum filio legitimo: an verò non ſolum quoad alios effectus, ſed etiam quoad hunc valida maneat. Communior ſententia Panormit. capitu. per venerabilem, qui filij ſint legit. Barto. Sylueſt. verb. filij. quæſt. 14. & aliorum quos Anton. Gom. ad l. 9. Taur. nu. 68. refert, eſt; neque quoad eum effectum cenſeri reuocatam. Potiſſimum ducuntur, quoniam cum ea legitimatio fuerit perfecta & conſummata, cenſeri non debet irrita quoad eum effectum ex ſuperueniente euentu. Contrariam ſententiam, nempe irritam eſſe cenſendam quoad illum præciſe effectum ſuccedendi aſcendentibus vnà cum legitimis filijs, ſequuntur Dinus, & quidam alij, quos Anton. Gom. numero citato refert, eamque confirmant ex l. ex facto. ff. de vulgari & pupillari ſubſti. Eſt verò hodie in Regno Caſtellæ l. duodecima Tauri ſancita, vt paulo ante dictum eſt. Ac ſanè eſt æquiſſima: eo quod
B quando is, qui eam conceſſit, cõtrarium nõ expreſſit, præſumendum non ſit voluntatem ipſius fuiſſe, vt in eo euentu quoad illum effectum maneret legitimatus: in conceſſione autem generali non eſt cenſendum comprehenſum id, de quo ſi is, qui conceſſit, in particulari interrogaretur, id non concederet, vt habet regula iuris. Confirmatur inualidum eſſe quoad eum effectum, quoniam ſi a legitimante, quando legitimationem conceſſit, peteretur, vt apponeret clauſulam, vt eſto filius legitimus naſceretur, ſuccederet cum eo in bonis parentis, retrahi poſſet à conceſſione legitimationis in eo euentu propter præiudicium filiorum legitimorum: ergo, niſi petatur & exprimatur, non eſt cenſendus id conceſſiſſe: præſertim cum, vt ſupradictum eſt, ex communi doctorum ſententia ſurreptitia & nulla ſit legitimatio, in qua ſiletur parentem filios habere legitimos. Confirmatur rurſus, quoniam donatio
C per filij natiuitatem reuocatur; eo quod non ſit pręſumendum patrem donare voluiſſe in eo euentu, vt ſuo loco oſtendetur: ergo pari ratione natiuitate filij legitimi irrita eſt cenſenda legitimatio illegitimi ad effectum, vt cum eo ſuccedat aſcendentibus. Licet poſterior hæc ſententia tam probabilis ſit, quam probabilem eam oſtendunt rationes propoſitæ, ſitque in Regno Caſtellæ ſancita: quia tamen prior eſt Bartoli ac communior, & neque gloſſa Accurſij eſt expreſſa in contrarium, fortè in hoc Regno ſtabitur in iudicando priori ſententiæ, iuxta ordinationes lib. 2. tit. 5. §. 1.

Illud admonuerim, ſi poſterior ſententia, in hoc regno reciperetur, poſſe parentes relinquere filio ita legitimato tertium ſuorum bonorum, aut quam partem illius maluerint: quoniam ſicut hoc relinqui titulo legati poteſt extraneis, ita filio legitimato reſcripto Principis.

D Legitimatus reſcripto Principis in paternã tranſit poteſtatem, perinde ac ſi eſſet legitimus, vt ſupra dictum eſt, auth. quibus mod. natura. effi. ſui, §. generaliter, Couar. in Epit. par. ſecunda, capitu. 8. §. 8. nume. 5. & doctores communiter: ſecus autem eſt de ſolum diſpenſato.

Item legitimatus reſcripto Principis non tantum efficitur legitimatus comparatione parentum, ſed etiam comparatione agnatorum, vt in eorum bonis perinde ſuccedere poſſit, ac ſi eſſet legitimus. Vt verò comparatione illorum legitimatus efficiatur, neceſſarius non eſt conſenſus eorum, ſicut neceſſarius eſt conſenſus patris, conſonat auth. quibus mod. natur. effic. ſui. §. ſi quis ergo filios, ver. quapropter, quo in loco filij reſcripto principis legitimati, nihil à legitimis quoad ſucceſſionem differre aſſeritur, affirmatque communior doctorum ſententia, quam referunt &

ſequuntur Couarruu.in epit.par.2.cap.8.§. 10. nume.2. Anton. Gom.ad l.9. Taur.num. 69. & Greg. Lopez ad l.7.titu.15.par.4. idque definitum eſt leg. Tauri.12.& l.ſeptima,citata. Quando ergo in authen.quibus mod.natur.effic.ſui.§.filium ſcriptum legitur; Filium per eiuſmodi cauſam factum legitimum,ipſi ſoli genitori legitimum facimus, non etiã extraneæ cognationi patris;ſermo eſt de legitimatis per oblationem curiæ,id quod expreſſit.l.7.Caſtellæ citata; ſatiſque aperte colligitur ex verbo illo illius.§.per eiuſmodi cauſam,hoc eſt,per oblationem curię:argumen.namque à contrario ſenſu innuitur, ſecus rem habere in legitimatis alijs de cauſis. Diſpenſatus vero, vt ſuccedat patri, non cenſetur diſpenſatus,vt ſuccedat alijs aſcendentibus,vel agnatis,vt Couarruu.& alij doctores communiter affirmant.

Vtrum autem legitimato patre,filius illius legitimus legitimatus eo ipſo comparatione aui exiſtat. Affirmat Couar.§.10.citato,num.5.idque egregijs rationibus probat,conſentit Gam.dec.11.

Præterea,Principis reſcripto legitimatus admittitur, ſicut legitimi conſanguinei, ad retractum rei, quam conſanguineus vendiderat. Ita Couar. ibidẽ, num.3.& alii,quos citat.

Legitimatus a Summo Pontifice non ſolum poteſt ordines ſacros ſuſcipere,ſed etiam beneficia curam animarum habentia obtinere: diſpenſatus tamen ab eo ad ordines ſacros ſuſcipiendos, non poteſt beneficia curam animarum habentia obtinere, niſi ad id peculiariter etiam diſpenſatus. Ita Couar. in Epit.par.ſecunda,c.8. §.8.numero quinto, cum Archidiacono,& aliis, conſentitque caput 1. de filiis presby.lib.6.

Item legitimatus a Summo Pontifice neceſſe nõ habet,ſi poſtea diſpenſationem petat vt plura beneficia curam animarum habentia poſſit obtinere,exprimere in petitione,ſe illegitimum fuiſſe natum:at verò id neceſſe habet exprimere,qui ſolum eſſet diſpenſatus vt vnum beneficium cum cura animarum poſſet habere,ſi poſtea petat ſecum diſpenſari vt ſimul poſſit plura habere:alioquin ſecunda diſpenſatio ſurreptitia erit,& nulla. Hoc ſecundum habetur apertè cap.vltim.de filiis presby. libro ſexto,primum verò colligi videtur ex eodem cap. iuncto capit.primo,eiuſdem tituli. Poteſt præterea probari, quoniam cum poſt legitimationem reputetur tanquam legitimus,abolitamque habeat inhabilitatem omnem,quam quatenus illegitimus habebat,nõ minus aptus iam eſt ad plura beneficia cum animarum cura,quam ſint filii legitimi. Ita Couarruu.numero quinto,citato cum Ioanne Andrea,& Dominico,capit.illo vlt.citato. Idem Couarruu.ibidem cum Lapo & Dominico affirmat,illegitimum diſpenſatum vt habere poſſit beneficium cum cura animarum, non poſſe dimiſſo vno, obtinere alterum ſine noua diſpenſatione,eo quod diſpenſatio ſtrictè ſit intelligenda,atque adeo de vnico ſemel. Ita colligitur ex cap.primo,§.vlt.de fil.presby.lib. 6.iuncto cap.non poteſt,de præſcr.lib.6. Legitimatus tamen,dimiſſo vno poteſt obtinere aliud.

Illegitimi,etiam ſi ſpurii ſint per religionis ingreſſum profeſſione emiſſa manent diſpenſati ad ordines ſacros ſuſcipiendos;non vero,vt prælati eſſe poſſint,aut vt poſſint aliam dignitatem obtinere: ad id namque ſpeciali indigent diſpenſatione aut priuilegio. Ita habetur,c.1.de filiis preſ. & affirmant Syl. ver.legitimus.num.4. Nauar.in Manual.c.27.num. 101.& alii quos citant.

Ad legitimationem reſcripto Principis reducitur,quando pater filium naturalem conſtituit hæredem petens à Principe,vt velit illum legitimare, atque adeò ſub conditione, ſi Princeps voluerit eum

A legitimare:tunc enim ſubſecuto Principis conſenſu, qui (ſi pater ſobolem legitimam non reliquit) facilè obtinebitur, efficitur ille legitimus poſt mortem patris,patrique proinde ſuccedit. Ita habetur in authen.quib.mod.natur.effic.ſui,§.ſi vero is.& l.6.ti. 15.par.4.

Quondam alii erant modi legitimãdi filios ſolos naturales ad ciuilia,atque adeo ad ſuccedendum patri,de quibus ſermo eſt in authen. quib. mod.natur. effic.legit. in auth.quib.mod.natur.effi.ſui, in authẽticis quæ habentur poſt l.nuper.C. de naturalibus liberis,& à l.5.vſque ad finem tit.15.part.4. de quib. Sylu.ver.legitimus,num.5.Sotus in 4.diſt.41.quæſ. 1.art.4.& Couar.in epit.par.ſecunda,cap. 8. §.7.& alii. Vnus erat,ſi pater publico inſtrumento talem filium appellaret filium ſuum, non addendo naturalem:tunc enim præſumebatur natus ex legitimo matrimonio occulto inter parentes,niſi cõtrarium aliũ de conſtaret. Hic tamen modus poſt Conciliũ Tri-

B dentinum in quo matrimonia clandeſtina inualida effecta ſunt,locum non habet. Alius erat per oblationem curiæ,qui varias ſpecies ſeu modos, quos Doctores citati commemorant,continebat. Vt verò tradunt,Couar.§.7.citato,Gregor. Lopez ad l. 5. citatam,& alii,quos referunt, modus hic legitimandi non eſt hodie in vſu. Quarè non eſt, quod plura circa hoſce modos dicamus.

DISPVT. CLXXIV.

Legitimatio in præiudicium tertij an indigeat, vt tertius citetur, validaque ac licita ſit, & de aliquibus quæ in reſcriptis interdum apponuntur.

QVod ad res attinet nulli vinculo ſubiectas, ſit prima concluſio. Deficientibus aſcendentibus, 1.Concluſ.

C & deſcendentibus legitimis,valida eſt legitimatio illegitimi ad ſuccedendũ in eis bonis,non citatis legitimati agnatis tranſuerſalib. patris, modo ex patris voluntate legitimatio fiat. Hæc eſt Bar.in l. Gallus, §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth. & communis Docto.nec video in eo poſſe eſſe dubium. Probatur, quoniam licet agnati illi hæredes ſint patris ab inteſtato in eis bonis,quia tamen pater abſque cuiuſquam illorum iniuria licitè poterat ea omnia relinquere alicui extraneo, aut diſponere de illis ad pias cauſas,ſane in eo,quod talis filius legitimetur, nulli iuri ipſorum contrauenitur,quo ipſis ea bona eſſent debita,ac proinde ſicut ſine ipſorum iniuria poteſt legitimari,ita neceſſe non eſt,vt ad id citentur. Concluſio hæc magis perſpicua erit ex ſequentibus. Illud addo,vt licita etiam ſit eiuſmodi legitimatio aut diſpenſatio minorem cauſam requiri, quam ſi parens legitimos deſcendentes aut aſcendentes haberet.

D Etenim, vt rationabiliter ea fiat,ſatis ſunt probitas legitimandi, vel patris merita, aut filium illum eis omnibus bonis indigere ad competentem ſtatum pro qualitate patris, aut aliud ſimile: eoque minor cauſa ſufficiet, quo illegitimitas minus fœda fuerit.

Secunda concluſio. Deficientibus deſcendentibus legitimis, & ſuperſtitibus aſcendentibus, valida eſt legitimatio illegitimi ad ſuccedendum in eiſdem bonis facta de conſenſu patris,etiam ſi aſcendẽtes priuentur portionibus in eiſdem bonis alioquin debitis,& eſto non citentur. Hæc etiam eſt Barto.& communis Doctorum, quos referunt & ſequuntur Emanuel à Coſta. §. & quid ſi tantum, à numero 141. Couarruu.in epit.par. ſecunda, capitulo 8 §.9. numero 7.& Molin.lib.3.de primog.c.3.num.2.& 10. Poſſumus verò eam probare,quoniam licet, quã do non ſunt deſcendentes legitimi debita illis ſit 2.Concluſ.

portio

portio, nempe duæ partes bonorum de iure huius Regni & Caſtellæ (exceptis, comparatione filiorũ naturalium, euentibus, de quibus diſp. 165. dictum eſt) nihilominus cum debitum hoc non ſit niſi poſito iure ciuili, quod ita id ſtatuit, & quod Principi ſubeſt, poteſtque variare, atque in eo diſpenſare, & dependenter ex eo, quod perſeuerante iure illo ſine mutatione ac diſpenſatione è vita diſcedat is, in cuius bonis eſt ſuccedendum, vtique poſtulante id patre, minimeque auditis aut citatis aſcendentibus, poterit Princeps ex rationabili cauſa derogare iuri, qđ ab ipſo pendet, legitimando filium illegitimum, aut cum eo diſpenſando, perinde patri ſuccedat, ac ſi eſſet legitimus, neque in ea re Princeps vllam iniuriam aſcendentibus facit, cum vtatur iure ſuo.

Antequam autem vlterius in probatione ac explanatione huius concluſionis progrediamur, maximopere in lucem tam illius, quam cæterorum, quæ dicenda ſunt, eſt obſeruandum. Ante ius in re eſſe varios gradus iuris ad rem. Primus eſt, iuris ad rem plenè comparati. Si enim mihi promiſiſti centum, & ego acceptaui, nihilque ſit, quod promiſſionem inualidam reddat, comparaui integrum & perfectũ ius ad rem mihi promiſſam. Si item vendidiſti mihi equum, nec tradidiſti, comparaui integrum, & perfectum ius ad illum: non tamen ius in re, neque dominium, vt diſputat. ſecunda, & 3. dictum eſt. Secundus eſt, iuris, nondum quidem perfectè acquiſiti, ſed tamen quod non pendet ex alterius voluntate. Verbi gratia, ſi is qui poteſtatem ad id habebat, edictum propoſuit oppoſitionis ad cathedram aut canonicatum ea lege, vt conferretur ei, qui per examẽ dignior eſſet repertus ex ijs, qui intra menſem ad oppoſitionem acceſſiſſent, ſanè, menſe elapſo, illi ſoli compararunt ius ad cathedram, aut canonicatum illum, vt conferretur ei qui inter ipſos dignior reperiretur, neque eiuſmodi ius pendet iam ex voluntate eius, qui ea lege ad oppoſitionem vocauit, aut cuiuſuis alterius: quoniam velut contractus quidam fuit vtrinque celebratus, ſi acceſſeris intra menſem, comparabis eiuſmodi ius vnà cum cæteris, qui acceſſerint, fuitque contractus impletus ex parte eorum, qui acceſſerunt. Ius tamen ita comparatum non fuit integrum, plenum, ac perfectum, ad cathedram, aut canonicatum; ſed perfectum ius adhuc in eorum vnoquoque erat dependens ex eo, quod dignior reperiretur examine, ac talis iudicaretur. Tertius eſt, iuris nondum ſimiliter perfecti, ac pleni, & inſuper dependentis ab alterius voluntate. Verbi gratia, ſi donaſti, aut promiſiſti mihi cauſa mortis centum, comparo quidem ius ad illa, non tamen perfectum, atque integrum ante mortem tuam, interimque dum viuis, dependens a tua voluntate, qui, pro arbitratu, potes donationem reuocare. Simile verò eſt ius ius, quod aſcendentes habent in bona deſcendentium: quoniam, vt ſit perfectum, non ſolum eſt dependens ex eo, quòd deſcendens moriatur ante ipſos, & in articulo mortis liberis careat, ſed etiam pendet à voluntate Principis, qui mutare poteſt leges, quibus tale ius in bona deſcendentium conceſſit, in illiſque diſpenſare.

Illud etiam eſt obſeruandum, quamuis bona cuiuſque de Republica eatenus Reipublicæ ſupremoque illius moderatori ſubiaceant, quatenus commune Reipublicæ bonum omnino poſtulat, vt in ſuperioribus ſæpe dictum eſt; nihilominus, ſecluſa exigentia illa Reipublicæ, non poteſt Princeps pro ſuo libito concedere vni ius in bona alterius, eo inuito, diſpenſando in iure alioquin omnibus communi, aut condendo ius, quod inæquale hominibus de Republica ſit, vel ſecluſo quocunque iu-

A re ea bona, aut ius ad illa, concedendo: id namque in tyrannidem declinaret. Hinc eſt, quod ſine conſenſu patris, in cuius bonis eſt ſuccedendum, nec ſoleat, nec debeat Princeps derogare iuri toti Reipublicæ communi legitimando illegitimos, aut cum illis diſpenſando, vt in bonis parentum ſicut legitimi ſuccedant. Inde etiam eſt, quod ad legitimationem, aut diſpenſationem eiuſmodi, ſimul requiratur patris ac Principis voluntas. Vtrum autem exiſtente patris voluntate dum viueret, & poſtulatione, qua à Principe peteret, vt filius legitimaretur, ſed deueniẽte ad Principis notitiam poſt mortem patris, poſſit Princeps eum legitimare. Dicendum eſt, id vtique poſſe. Quoniam Princeps reſeruare ſibi potuit facultatem derogandi ea in parte legibus ſuis, etiam poſt mortem patris, modo pater dum viueret id vellet, & poſtularet; cenſendumque per epicheiam eſt, eam reſeruaſſe: quandoquidem, ſi, dum ius condidit, interrogaretur, an vellet

B eam reſeruare, ſine dubio reſponderet affirmatiuè, ſi id licitè poſſet, vt re vera poteſt. Quin ex authentico quibus modis natural. effic. ſui. §. ſi vero is, conſtat, eam reſeruaſſe: quandoquidem, vt in calce diſputationis præcedentis dictum eſt, inter alios legitimandi modos, qui ibi ſtatuitur, eſt, ſi parens, carens legitima prole petat in teſtamento, filium ſuum naturalem, quem in eo hæredem conſtituit, legitimari à Principe accedente: namque Principis conſenſu poſt mortem patris legitimatus efficitur. Quo fit, vt in ſimilibus euentibus ius, quod hæredes ab inteſtato habebant ad bona defuncti, etiam poſt mortem illius fuerit dependens à Principis voluntate, an derogare vellet legibus, quibus ius illud ad ea bona nitebatur, quod valde eſt animaduertendum, in rebus de quibus diſputamus. Atque haud ſcio, an ſatis ea calluerit Molina libro ſecundo, de primogen. capitulo ſeptimo, a numero trigeſimoſexto, vſq; ad

C trigeſimũ nonũ, vbi, concedens Principem in ſimilibus euentibus efficere poſſe legitimum filium naturalem, negat poſſe ſpurium; cum tamen, ſicut derogando iuri poteſt ex voluntate patris legitimare ſpurium viuente patre, ita poſt mortem patris, qui id dum viueret, petijſſet, poſſit ſimiliter eundem legitimare.

Nunc ad concluſionem redeamus. Poſſumus illam confirmare, quoniam in authent. quibus mod. natural. effic. legitim. & quibus modis natural. effic. ſui. & C. de naturalibus liber. ſæpe ſtatuitur legitimatio naturalium filiorum, modò non adſint legitimi deſcendentes, nulla de aſcendentibus facta mentione, habitave ratione, quaſi in legitimationibus nõ tanti faciendum ſit, quod aſcendentes portionibus alioquin debitis fraudentur omnino, quanti quod deſcendentibus legitimis portiones debitæ minuantur. Vnde de iure regni Caſtellæ, vt diſputat. 165.

D diximus, ſancitum eſt, vt ſi pater deſcendentibus legitimis careat, poſſit ex teſtamento relinquere omnia bona ſua filijs naturalibus, eſto aſcendentes habeat legitimos. Ac ſanè cum parentes filijs debeãt theſaurizare, & non contra filij parentibus, ſecluſoque articulo neceſſitatis, potius debeat quiſque filijs ſuis, quam proprijs parentibus, ſubuenire, maior cura incumbit ſuorum filiorum, quam parentum, atque idcirco minor cauſa ſufficit, vt illegitimi cum præiudicio aſcendentium, quam deſcendentium, legitimentur.

Illud tamen negandum non eſt in legitimationibus illegitimorum maiorem rationem eſſe habendam aſcendentium, quam collateralium agnatorum; non ſolum quia propinquiores & digniores ſunt comparatione illius, de cuius bonis agitur, ſed etiam quoniam ſtantibus legibus, quibus per legitimationem eſt derogandum, debitæ ſunt

illis portiones: his verò non item: quare quemadmodum maior aliquantulum cauſa requiritur, vt legitimatio licitè fiat exiſtentibus aſcendentibus, quam ſi ſoli collaterales exiſtant, difficiliuſque in priori euentu, quam in poſteriori concedi debeat; ſic, niſi in priori euentu mentio legitimanti fiat de aſcendentibus, ſurreptitia inualidaque erit legitimatio, vt diſputatione præcedente dictum eſt: cum tamen in poſteriori euentu neceſſe ſit fieri mentionem de collateralibus. Concluſio propoſita ex ſequenti corroborabitur, circa quam dicentur, quæ hoc loco dicenda forent.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Etiam ſi deſcendentes legitimi exiſtant, valida eſt illegitimorum legitimatio facta de conſenſu patris, eſto inde ſequatur minui legitimorum deſcendentium portiones legitimas; neque vt valida ſit, neceſſaria eſt citatio legitimorum. Vt tamen licitè fiat, præſertim quando poſt matrimonium cum legitima vxore fit, & quando ſequitur legitimas minui, longè maior cauſa requiritur, quam ſi in aſcendentium præiudicium fieret.

Concluſio hæc, quatenus habet, validam eſſe talem legitimationem, etiam ſi ſequatur minui legitimas, neque neceſſariam eſſe citationem deſcendentium legitimorum, eſt Barto. l. Gallus, §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. & communiter Doctorum, quos referunt & ſequuntur Emmanuel à Coſta, in §. & quid ſi tantum. p. 2. nume. 75. & à nume. 133. Gama deciſ. 278. num. 1. & 2. Antonius Gom. ad l. 9. Tauri, num. 67. Couar. in epit. par. 2. ca. 8. §. 9. nume. 7. & Molina lib. 3. de primog. c. 3. nu. 2. & 10. Idemq; longe maiori ratione dicent circa duas concluſiones præcedentes.

Ratio autem eſt ea, quam circa concluſionem præcedentem reddidimus, nempe quamuis ſolis legitimis deſcendentibus ſit debita portio legitima, eo maior, quo pauciores fuerint, ac proinde viuentibus parentibus ipſi ſoli ius habeant ad quantitatem bonorum inter ipſos ex legum præſcripto per parentum mortem neceſſario diſtribuendam, ius tamen illud eſt dependenter ab eiſdem legibus poſitiuis quæ Principis poteſtati ſubiacent, atque ex eo quod eis parente id poſtulante, à Principe non derogetur: quare poſtulante id parente, poterit Princeps, deſcendentibus minimè auditis, ex rationabili cauſa derogare legibus illis legitimando filium illegitimum, aut cum eo diſpenſando, vt perinde parenti ſuccedat, ac ſi eſſet legitimus. Quin ſi ſine rationabili cauſa efflagitante parente id efficiat, licet male faciat, ac peccet, factum tamen tenebit: eo quod ſit diſpenſatio in lege, quæ ipſi ſubeſt, antequam ex ea integrè & perfectè ius ſit comparatum.

Poſſumus hoc ipſum confirmare, quoniam de iure communi per oblationem, qua pater ipſe filium naturalem conſentientem offerebat curiæ, fiebat legitimatus ad ſuccedendum patri vnà cum alijs filijs legitimis, vt conſtat ex authen. quibus mod. natur. effic. ſui. §. & quoniam variè, & ex l. quinta, titulo decimo quinto, par. quarta, ergo facultas eſt in Principe legitimandi illegitimos cum præiudicio legitimæ portionis filiorum legitimorum, antequam illi per mortem patris integrum, & perfectum ius habeant ad portiones in bonis patris ipſis debitas. Poſſumus præterea id confirmare, quoniam de iure huius regni ſancitum eſt, vt filij naturales hominis plebei æqualiter ſuccedant cum legitimis, ſiue illi geniti ſint ante legitimos, ſiue poſt, vt diſp. centeſima ſexageſima quinta, oſtenſum eſt: ergo Princeps, viuente patre, concedere poteſt illegitimis, vt ſuccedant æqualiter cum legitimis, atque adeò minuere poteſt ea ratione portiones legitimorum eiſdem minimè requiſitis.

A Quod autem, vt legitimatio ad ſuccedendum cum legitimis licita ſit longe maior cauſa requiratur, quam ſi legitimatio in aſcendentium præiudiciū fieret, communiter aſſeuerant Doctores. Conſentiunt etiam iura ciuilia in authent. quibus mod. natnral. effic. legit. & quibus mod. natural. effic. ſui. quæ ſæpe denegant fieri, debere legitimationem exiſtentibus deſcendentibus legitimis, quando illam concedunt exiſtentibus aſcendentibus. Et l. Tauri. 12. ſtatuit nullum legitimatum Principis reſcripto ſuccedere poſſe cum legitimis deſcendentibus, etiam ſi illi nati ſint poſt talem legitimationem obtentam, aut poſt eam facti ſint legitimi per ſubſequens matrimonium; ſed ſolum poſſe obtinere quicquid de quinto ſuorum bonorum voluerit pater illi relinquere.

Ratio verò eſt, non illa ſolum, de qua dictum eſt concluſione præcedente, nempe quod in bonis patris plus debita ſit portio deſcendentibus quā aſcendentibus propter ea, quæ ibidem dicta ſunt; B ſed etiam, quoniam id cedit in grauamen, præiudicium, & quodammodo iniuriam alterius coniugis, cuius illi ſunt deſcendentes legitimi. Quare in nulla bene inſtituta Republica ſolet legitimatio concedi in præiudicium portionum legitimis deſcendentibus debitarum, niſi magna aliqua cauſa ocurrat. Eiuſmodi (vt Emmanuel a Coſta loco citato. numero centeſimo trigeſimo nono, ait) eſt, ſi filius legitimus tale crimen in patrem commiſiſſet, tam ingratuſve illi fuiſſet, vt dignus eſſet, qui in pœnam priuaretur portione in bonis patris ipſi debita, aut illa ei minueretur; tunc enim ob eam cauſam poſſet in ipſius præiudicium legitimari illegitimus.

Dixi pręſertim quando legitimatio fit poſt matrimonium cum legitima vxore contractum, maiorem cauſam requiri, ſi adſint deſcendentes ex illa, C quam ſi fieret in præiudicium aſcendentium: quoniam ſi ante matrimonium fieret publicè, ita vt conſtaret ei, quæ cum patre legitimati vellet contrahere vtique tunc nulla fieret ei iniuria quando quidem integrum illi eſt contrahere aut non contrahere cū eo, quem ſcit habere filium legitimatum, vt vnà cum legitimis filijs, quos genuerit ſuccedat. Hac eadem ratione, quæ de iure toti Reipublicæ communi hac in parte ſtatuta ſunt; in nullius iniuriam cedunt: quoniam omnes ea lege & conditione contrahunt: vnuſquiſque autem videat cum quo contrahat, & cui diſcrimini ea in parte ſe ſubijcit. Vnde non eſt quod vituperetur, vel lex illa, quæ erat de iure communi, vt naturalis filius oblatus curiæ ſuccederet in bonis patris vnà cum legitimis; vel Luſitana lex, quæ ſtatuit, vt naturales filij hominis plebei ſuccedant ſimul cum legitimis, & aliæ ſimiles, quibus filijs illegitimis conceditur ſuccedere matribus cum D alijs filijs.

Addidi; & quando ſequitur legitimas minui: quoniam quando id non ſequeretur, neceſſaria non eſſet tanta cauſa. Ad diſpenſandum namque cum illegitimo, vt in hoc Luſitaniæ Regno ſuccedere poſſit patri in tertio ſuorum bonorum, & in Regno Caſtellæ in quinto, aut in portione eorum bonorum in qua pater velit, non tanta cauſa eſt neceſſaria; eo quòd, exiſtentibus filijs legitimis pater poſſit relinquere bona illa cuicunque extraneo; eaque ratione diſpenſatio illa, aut legitimatio cum reſtrictione vt non aliter ſuccedat, non cedat in detrimentum aliorum filiorum aut vxoris. Eſt tamen animaduertendum, quod cum pater vt plurimum relinqueret bona illa aut magnam eorum partem, filijs legitimis, niſi amore filij illegitimi propenderet ad ei ſubueniendum, & tali diſpenſatione, aut legitimatione liberum ipſi relinqueretur,

retur: ſanè ſuo etiam modo ea legitimatio aut diſpēſatio cedit in detrimentum vxoris, & filiorum legitimorum. atque idcirco non eſt facilè concedenda, vt ordinariè non ſolet facilè concedi.

Quamuis vt habet tertia noſtra communiorque Doctorum concluſio, neceſſe non ſit citari aſcendētes aut deſcendentes vt valida ſit legitimatio quæ cum ipſorum detrimento fit; nihilominus neceſſe eſt legitimanti proponi eſſe tales deſcendentes aut aſcendentes, vel legitimantem vti talibus verbis in conceſſione legitimationis, ex quibus conſtet velle legitimare nihil impediente, quod aſcendentes aut deſcendentes legitimi exiſtant, alioquin, vt diſputatione præcedente dictum eſt, ſurreptitia & nulla erit legitimatio. Si ergo in legitimationis reſcripto prę mittatur petitio, in qua id proponebatur, & ſequatur legitimatio ſine appoſitione alicuius clauſulæ reſtringentis, valida erit legitimatio. Item eſto in reſcripto non contineatur petitio, neque de qualitate petitionis aliunde conſtet; ſi tamen in legitimatione apponatur clauſula, non obſtante quod pater deſcendentes aut aſcendentes legitimos habeat, valida ſimiliter erit legitimatio. Si item apponantur clauſulæ, de plenitudine poteſtatis, aut ex certa ſciētia, eſto non apponatur illa alia, non obſtante, &c. valida erit legitimatio, dummodo non addatur aliud, quod reſtringat, aut de quo conſtet, contrariā fuiſſe voluntatem legitimantis. Ratio eſt, quoniam quando cauſæ cognitio & examen non eſt neceſſarium, ſed quocunque modo res habeat, Princeps poteſt facere quod voluerit, vt in re propoſita poteſt; ſanè quæuis illarum duarum clauſularum æquipollet citationi, ſeu in re propoſita clauſulæ illi, non obſtante quòd deſcendentes legitimos habeat. Ita cū Innocen. Panormit. Decio, & alijs Gam. deciſion. 278. numero primo, & ſecundo. Emmanuel à Coſta §. & quid ſi tantum. par. ſecunda, nume. 158. & alij. Neque refragatur, quòd Molin. 3. lib. de primogen. cap. 3. numero duodecimo, cum Baldo, Paulo Caſtrenſi & alijs docet: quoniam loquuntur, quando cauſæ cognitio & examen eſt neceſſarium, videturque Couarruu. 3. variar. reſolut. cap. 6. num. 9. nobiſcum conſentire. Plus tamē refragari videtur, quod idem Molina libro ſecundo, de primogen. cap. 7. numero decimo quinto, cum Baldo, Felino, & pleriſque alijs ait, nempe clauſulam, ex certa ſcientia, nihil operari, niſi in ijs, de quibus Princeps præſumitur habere ſcientiam certam, ſicut ſunt ea quæ conſiſtunt in iure; non verò ijs, quæ præſumitur ignorare, prout ſunt ea, quæ ſunt facti: etenim in re propoſita ad factum ſpectat, num pater legitimandi, filios legitimos, aut aſcendentes habeat, neque id principem ſcire eſt præſumendum, niſi ei proponatur. Fortè tamen in re de qua diſputamus, neque Molina ab aliorum diffidet ſententia, iuxta ea quæ numeris ſequentibus illo eodem capite de clauſula ex certa ſcientia ſubiungit. Fatetur namque æquipollere clauſulæ de plenitudine poteſtatis, neque videtur loqui quando agitur de præiudicio in iure tertij gradus à nobis concluſione ſecunda explicato, in quo, vt Princeps, accedente poſtulatione patris, filijs legitimis præiudicet, neceſſarium non eſt vt citentur; ſed vt præiudicetur in iure aliquo alio gradu: neque in re, de qua agimus, video, ad quid aliud apponi poſſit clauſula ex certa ſcientia, niſi vt excludantur aſcendentes ac deſcendentes legitimi, quaſi Princeps vti ad eum effectum velit plenitudine ſuæ poteſtatis.

Non immeritò dixi, appoſita clauſula de plenitudine poteſtatis, aut ex certa ſcientia, validam eſſe legitimationem, modo non addatur aliud quod reſtringat, aut ex quo conſtet contrariam fuiſſe intentionem legitimantis: quoniam, vt Gama deciſio.

A 278. num. 2. refert, in quodam legitimationis reſcripto appoſitæ ſunt in hoc regno clauſulæ ex certa ſciētia, & de plenitudine poteſtatis, & nihilominus addita fuit clauſula, ſine præiudicio hæredum legitimorum, ex qua conſtat Principem præiudicare non intendiſſe, ſaltem deſcendentibus legitimis, atque adeò minui non debere legitimas eorum, aut præiudicium aliud in ſucceſſione in maioratu, aut alia ſimili re, eis inferri.

Hac occaſione examinandum eſt, quem ſenſum efficiat clauſula illa in legitimationis, aut diſpenſationis reſcriptis non raro apponi conſueta, ſine præiudicio legitimorum hæredum, aut ſine præiudicio ſuccedentium ab inteſtato: vtrum videlicet, ſi exiſtant collaterales legitimi, excludant tunc ita legitimatum. Res eſt valde controuerſa inter iuris peritos. Quidam namque eorum aſſeruerunt excludere illum. Alij affirmarunt, ſolos agnatos vſque ad quartum gradum ſecundum computationem iuris B ciuilis excludere eum, non verò reliquos vſque ad decimum. Alij cenſuerunt, nullos collaterales, ſed ſolos deſcendentes excludere illum. Ducuntur, quoniam nulla eſt ratio cur ſoli collaterales vſque ad quartum gradum eum excludant, cæteri verò vſque ad decimum non item, neque eſt vnde id colligant: ſi autem affirmandum eſſet, omnes vſque ad decimum gradum illum excludere, inutilis planè eſſet legitimatio, aut diſpenſatio, in qua talis clauſula eſſet appoſita; quod alienum omnino videtur ab eorum mente, qui eiuſmodi reſcripta concedunt. Alii denique alia aſſeuerunt. De qua re legito, inter alios, Couarru. in epit. par. 2. c. 8. §. 10. num. 1.

Gama deciſ. 278. num. 3. & 4. diſputat hanc quæſtionem, quaſi ſolum ſit controuerſia, an virtute illius clauſulæ ſoli deſcendentes legitimi excludant legitimatum, an verò etiam collaterales, ſub collateralibus aſcendentes etiam comprehendens. Rela- C tis verò diligenter autoribus vtriuſque ſententiæ, communiorem cum Alexandro eſſe oſtendit eam, quæ affirmat, ſolos deſcendentes eum excludere. Atque iuxta eam, tanquam communiorem, & menti concedentium talia reſcripta conſonantiorem, ait iudicatum fuiſſe in hoc Luſitaniæ Regno in cauſa cuiuſdam maioratus, de qua ibi diſputat: tametſi ex alio capite velit, legitimatum illum excludendum à ſucceſſione in maioratu. Sunt, qui hanc amplectentes ſententiam dicant, vi quidem ac proprietate verborum contrarium fuiſſe dicendum, ſed ne in abſurdum illud incidamus, vt inutiliter tales legitimationes concedi affirmemus, ex mente eas concedentium, Doctorumque, atque curiarum interpretatione, eſſe aſſerendum, ſolos deſcendentes legitimos prædicta clauſula contineri.

Quia tamen ſemper verborum proprietati adhæ- D rendum putaui quando non adeſt vrgens ratio, quæ contrarium ſuadeat, & in re propoſita nullam talem conſpicio, quin potius clauſula illa, proprietate verborum ſeruata, ſenſum habet digniſſimum, quem concedentes ſimilia reſcripta ea clauſula intendant, dicendum arbitror. In ea nomine legitimorum hæredum, aut ſuccedentium ab inteſtato, comprehendi quidem non ſolos deſcendentes, ſed & aſcendentes & collaterales agnatos: attamen faciendam eſſe vim in proprietate verbi illius, ſine eorum præiudicio. Summa namque cum æquitate concedentes eiuſmodi reſcripta ea clauſula intendunt, vt legitimatio in nullo præiudicet hæredibus legitimis (qui alioquin ſuccedere debebant ab inteſtato) quo ad ea, ad quæ habent ius ad rem in aliquo illorum trium graduum, qui concluſiones ſecunda nobis explicati ſunt; quoniam id verum ipſorum eſſet præ-

iudicium

iudicium legitimatione inuectum, quandoquidem, ſecluſa legitimatione pater legitimati efficere non poterat, vt poſt mortem ipſius bona illa ad eos non deuenirent: at verò, quia priuare eos poterat cęteris ſuis bonis inſtituendo extraneum aliquem hæredẽ aut illa applicando operibus pijs; ſanè in eo quod, legitimationis vi, in eis bonis ſuccedat filius legitimatus, nullum eis præiudicium infertur: atque hoc ſolum eſt, quod legitimantes concedere eiuſcemodi reſcriptis intendunt. Iuxta hæc ergo, ſi pater legitimati deſcendentes habeat legitimos, vt eiuſmodi legitimationis minuere non poteſt illorum legitimas, attamen in hoc Luſitaniæ Regno relinquere poterit filio illegitimo de tertio ſuorum bonorum, quod voluerit, in Regno verò Caſtellæ ſolum de quinto. Si autem careat deſcendentibus, & habeat aſcendentes, in vtroque Regno poterit illi relinquere de tertio ſuorum bonorum, quod voluerit; quin & ab inteſtato in eo ſuccedet: duæ verò reliquæ portiones bonorum ad aſcendentes ſpectabunt. Si item ſit feudum, aut maioratus, vel fideicommiſſum aliquod, in quibus ſecluſa legitimatione ſuccedere non poterat illegitimus, vtique neque vi legitimationis cum ea clauſula conceſſæ ſuccedet, ſed ſpectabunt ad eos, ad quos ſecluſa legitimatione pertinebant, eã ſi illi collaterales agnati ſint defuncti. In bonis autem reſtitutioni minimè ſubiectis, legitimatus cum ea clauſula excludet collaterales, etiam ſi pater ab inteſtato diſcedat. Quod ſi clauſula in legitimatione appoſita in hunc modũ haberet, ſine præiudicio deſcendentium legitimorum, vt ſæpe habere ſolet: tunc eo pacto legitimatus excluderet aſcendentes legitimos, & cum deſcendentibus legitimis ſuccederet: ſine vllo tamen præiudicio aut diminutione legitimarum illorum, vt dictum eſt.

4. Concluſ. Quarta concluſio. Licèt quando præceſſit patris voluntas, ſeu poſtulatio, qua id à Principe petiuit, valida ſit legitimatio illegitimi poſt mortem patris, neque ad eam neceſſe ſit citari, etiam deſcendentes legitimos: quando tamen voluntas patris non præceſſit, illicita, inualidaque eſt talis legitimatio ad ſuccedendum patri, non ſolum ſi alij hæredes patris ſint iam in poſſeſſione hæreditatis, aut illam ſolum adierint, ſed etiam ſi duntaxat delata ad eos ſit. Prior pars huius concluſionis patet ex dictis circa duas præcedentes concluſiones, eamque cum Barto. §. & quid ſi tantum, & alijs affirmat Couar. in Epit. par. ſecunda, capitu. octauo, §. nono nume. 8.

Quod ad poſteriorem verò partem attinet, ſciendum eſt. Hæreditatem dici delatam eo ipſo, quod mortuus is eſt, cuius erant ea bona, continuoque hæredes, ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato ſint, comparare integrum, & plenum ius ad ea bona, ſed cum poteſtate repudiandi hæreditatem, ſi voluerint, viderintve ſibi non expedire hæredes eſſe. Tunc verò hæreditatem dici aditam, quando hæres conſentit, vultve hæres eſſe eoque ipſo talis hæres comparat dominium bonorum defuncti ante vllam eorum apprehenſionem, vt diſputatio. ſecunda, & tertia, oſtenſum eſt. Per apprehenſionẽ autem bonorum cõparat poſtea poſſeſſionem iuxta ea, quæ ibidem, & cum de poſſeſſione eſſet ſermo, dicta ſunt.

Conſentiunt iuris periti, quos referunt, ac ſequũtur Couar. in epit. par. ſecunda, capitu. octauo, §. 9. Emmanuel à Coſta. §. & quid ſi tantum. par. ſecunda, numero centeſimo ſeptuageſimo quarto, & Mo in. lib. ſecundo, de primogen. cap. ſeptimo, à nume. 28. ſi hæredes ſumpſerint iam poſſeſſionem, non poſſe Principem, etiam de plenitudine poteſtatis, legitimare illegitimum, vt in eis bonis ſuccedat. Ra

A tio eorum eſt, quoniam Princeps non poteſt quenquam priuare dominio rerũ ſuarum, & illas tribuere alteri, niſi id omnino expediens reipublicæ ſit, factaque ei, qui illis fuerit priuatus, competente compenſatione: cum autem hæredes poſt rerum apprehenſionem, poſſeſſionemque comparatam, non ſolum de ciuili, ſed etiam de iure gentium dominium earum rerum comparauerint, conſequens eſt, vt, ſine ipſorum libero conſenſu, Princeps non poſſit legitimare illegitimum, vt in eis bonis ſuccedat, ipſique eis priuentur, & vt, ſi Princeps id a[...]entauerit, inualidum, nullumque id ſit.

Quorũdam ſententia. Multi, quos Emmanuel a Coſta & Molina, referunt, voluerunt, eſto hæreditas adita ſit, ſi tamen nondum adſit poſſeſſio, poſſe Principem legitimare illegitimum, vt in eis bonis ſuccedat. Atque in hanc ſententiam inclinare videtur Emmanuel à Coſta loco citato, tametſi Molina & Couar. B ſolum recitent pro opinione alia, quam ſtatim diſcutiemus. Fundamentum. Ducuntur, quoniam, quod ſola aditione hæreditatis comparet hæres dominium, eſt de iure ciuili, & non de iure gentium, quemadmodum de iure gentium eſt, quod rerum apprehenſione dominium comparetur: cum ergo Princeps derogare ijs poſſit, quæ ſunt de iure ciuili, non verò ijs, quæ ſunt de iure gentium; conſequens eſt, vt nihil impediente aditione hæreditatis, dominioque de iure ciuili per eam comparato, poſſit Princeps de plenitudine poteſtatis diſpenſare cum illegitimo, vt in eis bonis ſuccedat. Confirmat id Emmanuel à Coſta, quoniam, vt patet ex l. ſecunda, & vltim. ff. de crimine expilatæ hæreditatis, aduerſus ſurripientem ex hæreditate, etiam ſi illa adita ſit, non datur actio furti, ſed expilatæ hæreditatis; cum tamen detur actio furti, ſi comparata erat iam poſſeſſio: hoc autem non aliunde eſt, niſi quia C debilius eſt dominium ſolo ciuili, quam gentium iure comparatum.

Improbatur. Meritò tamen opinio hæc reijcitur à Couarr. & Molina locis citatis, & ab alijs, quos citant. Etenim licet dum a iure ciuili pendens eſt, quod dominium comparetur, poſſit Princeps abrogando tale ius, aut in illud diſpenſando, impedire ne comparetur; nihilominus poſtquam comparatum eſt, neque impedire poteſt, quod comparatum non fuerit, eò quod ad præteritum non ſit potentia; neque licitè, iuſtè, aut validè poteſt auferre illud ab eo, qui id comparauit. quique ſimpliciter factus eſt rei illius dominus. Neque, quod non concedatur actio furti aduerſus eum, qui expilauit hæreditatem aditam antequam poſſeſſio comparata eſſet, tollit, quominus ille iniuſtitiam contra ſeptimum præceptum decalogi fecerit hæredi, cui ea de cauſa actio expilatæ hæreditatis aduerſus talem malefactorem conceditur. D Eodemque modo id non tollit, quin Princeps iniuſtitiam ſimiliter contra ſeptimum præceptum aduerſus eundem hęredem committat, ſi eum priuet dominio iure ciuili comparato. Falſum præterea eſt, quod dicunt Principem videlicet derogare poſſe ijs, quæ iuris ſunt ciuilis, non autem ijs, quę de iure ſunt gentium. De iure namque gentium eſt, vt capti bello iuſto mancipia ſint capientium: Principes autem Chriſtiani ſtatuerunt, vt Chriſtiani capti in bello iuſto mancipia non fierent. Emptio præterea & venditio de iure eſt gentium: multæ autem emptiones & venditiones iure ciuili irritæ efficiuntur. Quin hinc poſſumus conficere eiuſmodi argumentum. Quemadmodum Princeps antequam iure gentium dominium, aut ius perfectum ad rem comparetur, poteſt ex rationabili cauſa id impedire, tollendo in ſuo regno id, quod alioquin eſt de iure gentium, aut diſpenſando in eo iure; &

re; & tamen poſtquam tale dominium, aut ius eſt comparatum, non poteſt ſubditum ſuum ſpoliare dominio aut iure illo, quia id eſſet iniuſtitia contra ſeptimum præceptum decalogi: ita licet poſſit impedire ne acquiratur dominium aut ius ad rem ciuili aliqua lege, eam tollendo, aut in ea ex rationabili cauſa diſpenſando; non tamen poteſt iuſtè aut validè ſpoliare quenquam dominio aut iure ad rem ciuili lege acquiſito; quia ſimiliter eſſet iniuſtitia contra ſeptimum decalogi præceptum. Quod dominium, aut ius, ſemel ciuili iure comparatum, non poſſit Princeps auferre a ſuo ſubdito, ſicut nec poteſt auferre ius aut dominium gentium iure acquiſitum, oſtendit latè & doctè Aries Pinellus in Rubr. de reſcindenda vendit. par. 1. c. 2.

Cõmunior ſententia. Quando hæreditas eſt ſolum delata, & nondum adita, eſt communis iuris peritorum ſententia, paucis exceptis, Principem de plenitudine poteſtatis legitimare poſſe illegitimum vt ſuccedat in eis bonis cum præiudicio hæredum, quibus hæreditas eſt delata. Sententiam hanc referunt & ſequuntur Couarruuias, Molina, & Emmanuel à Coſta locis citat. Tametſi Couarruu. dubius tandem maneat, atque cum Fortunio, cuius autoritatem dicit plurimum apud ſe valere, in contrariam partem videatur inclinare. Molina etiam numero trigeſimo primo, ait, non niſi ex magna cauſa, debere Principẽ id efficere, nunquamque ſe vidiſſe, aut ab alijs accepiſſe, id in Hiſpanijs eſſe factum.

Fundamentum. Fundamentum, cui iuriſperiti nituntur, hoc vnum eſt. Quod iuri adeundi hæreditatem delatam poſſit Princeps præiudicare ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis: eo quod facultas illa adeundi hæreditatem, & quo ea adita dominium comparetur, ſint iure ciuili introducta, quibus, tanquam effectum ſortiantur, poteſt princeps præiudicare.

Refellitur. Contrariam tamen ſententiam cum Fortunio, Iaſone, & paucis alijs, non dubito eſſe veram, nempe eſſe contra iuſtitiam, ſeptimumque præceptum decalogi, atque omnino inualidum, legitimare tunc illegitimum ad effectum, vt hæredes delata hæreditate priuentur. Ducor, quoniam per ſolam hæreditatis delationem, mortemve defuncti, comparauerunt ius ad bona illa, neque iam ius illud plenè comparatum à lege aliqua pendet, aut voluntate principis, vel cuiuſuis alterius, ſed ſolum in poteſtate hæredum eſt cedere iuri illi. Quin, ſi res bene expendatur, quod mortuo eo, in cuius bonis eſt ſuccedendum, hæredes comparent plenum ius ad bona defuncti, ſintque ipſis ſimpliciter debita, non tam videtur habere ortum à ciuili, quam a gentium iure; quia tamen integrum erat hæredibus cedere iuri illi, neque cum hæreditate velle teneri ad debita defuncti, ſcirique oportebat an hæredes eſſe vellent, vt defuncti creditores, quæ ipſis debebantur ab eis exigerent, meritò ius ciuile ſtatuit, vt hæreditatis aditione id profiterentur, atque, ad inuitandum hæredes ad illam, quaſi in præmium eis ſtatuerunt, vt ante apprehenſionem eo ipſo aſſequerentur dominium bonorum defuncti. Hinc iam intelligetur facile, delata & non adita hæreditate, eſſe quidem in poteſtate principis inuertere ius, quo ſtatutum eſt, vt hæreditatis aditione comparetur dominium bonorum defuncti, irreuocabiliter tenerentur hæredes ad onera defuncti, atque adeo impedire hos duos effectus iure ciuili ſtatutos, qui nondum poſiti eſſent extra ſuas cauſas: at verò quod hæredes ſpolientur iure illo iam plenè morte defuncti comparato, eſto à ciuili, & non à gentium iure habuiſſent ortum, nulla ſanè æquitas iuſtitiaque patitur: cum non minus contra ius naturale, ſeptimumque decalogi præceptum ſit, quenquam

A ſpoliari iure ſuo ad rem plenè comparato, quam iure ac dominio ſuo, ſiue ius in re & dominium ortum habuerint à gentium, ſiue a ciuili iure: ſatiſque conſonant cum hac noſtra ſententia, quæ Couarruu. 3. var. reſ. capitulo 6. numero nono, rectè docet, egregieque Aries Pinel. in rubr. de reſcind. vend. part. 1. capitulo ſecundo, vniuerſim oſtẽdit, principem ſpoliare nõ poſſe dominio aut iure ad rem lege ciuili acquiſito, ſicut ſpoliare eis non poteſt quando gẽtium iure ſunt comparata.

Ad fundamentum. Ad fundamentum iuris peritorum dicendum eſt quamuis princeps præiudicare poſſit iuri adeundi hæreditatem, ita vt ſola aditio vim non habeat ad comparandum dominium, non tamen poſſe præiudicare iuri ad rem, quod delata hæreditate mortuove eo, de cuius bonis agitur, hæredes acquiſierunt; ac proinde nec licitè, nec validè poſſe illos ſpoliare iure illo, aut impedire, ne ſaltem apprehenſione, ſimul comparent dominium & poſſeſſionem bo B norum defuncti. Sicut acquiſito ſimiliter quouis alio iure ad rem contractu donatione, aut alia ratione, neque ſpoliare illo poteſt, neque impedire quin ſuo tempore dominium & poſſeſſio apprehenſione rerum, ad quas eſt tale ius, acquiratur.

4. Concl. Quod ad res attinet vinculo ſubſtitutionis, maioratus, aut alio ſimili ſubiectas, ſit quinta concluſio. Quando libera de eiuſmodi bonis diſpoſitio ad patrem illegitimi non ſpectat, quia ab aliquo anteceſſore alicui vinculo ſubiecta ſunt, neque id gratia & priuilegio principis effectum eſt, ſed iure omnibus de Republica communi id permittente; tunc princeps, in præiudicium eorum, qui ex tali vinculo ius ad ea bona habent, nihil poteſt immutare, ipſis libere non conſentientibus; niſi fortè in peculiari aliquo euentu id omnino Reipublicæ expediret, atque tũc facta ſufficiente compenſatione ei, in cuius præiudicium id cederet; aut niſi facta communi aliqua lege C omnibus de Republica quam commune bonum eſflagitaret.

Antequam ad id, quod concluſio hæc præcipuè affirmat, deueniamus, dicendum erit de duabus reſtrictionibus, quas illi adiecimus. Et quidem, quoad primam attinet, cum ſæpe oſtenſum ſit, principem pleniſſimam habere poteſtatem in omnia bona ſingulorum de Republica, quantum commune bonum omnino, multumve poſtulat, nullus ſanè negare poteſt, ſi in aliquo peculiari euentu bonum commune omnino, grauiterve poſtularet, vt bona vinculo alicui ſubiecta, non ad eum deuenirent, qui ius ad illa ex tali vinculo habebat, ſed ad quenquam alium, id principem poſſe efficere: citato tamen illo, ad quem talia bona alioquin fuiſſent deuentura, & examinata ac cognita cauſa, vt tradunt Molina libro tertio, de primogen. capitulo tertio, numero vigeſimoſecundo, & alij quos refert. Quia tamen D onus, quod bonum commune poſtulat, non vnus ſolus particularis de Republica ſuſtinere debet, vtique vel de cõmunibus Reipublicę bonis iactura illa eſſet illi particulari reſarcienda, vel cæteri de Republica contribuere deberent, vt æqualitate Geometrica omnes onus illud æqualiter ſuſtinerent. In hoc autem euentu compenſationem ſufficientem faciendam eſſe ei, ad quem alioquin bona illa fuiſſent deuentura, affirmant Molin. libro tertio, de primogen. capitulo tertio, numero vigeſimo, & multi alij, quos citat, iuxta l. item ſi verborum. §. primo, ff. de rei vend. & alia iura.

Quod ad ſecundam verò reſtrictionem attinet, nullus negare poteſt, ſi commune bonum id exigat, poſſe Principem ſtatuere omnibus de Republica communem legem, qua cum detrimento eorum, qui alioquin ſuccedere debebant, id in poſterum ſeruetur, quod commune bonum

bonum efflagitat. Talis eſt lex 7. tit. 7. libro quinto, nouæ colle. qua in Regno Caſtellæ prudenter ſancitum eſt, vt ſi ex matrimonio aliquorum futurum erat, vt duo maioratus ad vnum & eundem filium deuenirent, quorum alter valorem *de dos cuentos* excederet, primogenitus pinguiore & potiore fruatur, minus piguis vero pertineat ad ſecundo genitũ, ne, cum Reipublicæ iactura, potentia, & diuitiæ in vno ſolo multum accreſcant, memoriaque inſtitutorum vtriuſque maioratus pereat. Quando autem nullus maioratuũ ad valorem illum peruenit, paciſci non poſſunt inter ſe cõtrahentes matrimonium, vt, contra vtriuſque inſtitutionem, vnus eorum deueniat ad primogenitum, & alter ad ſecundo genitum, vt bene ait Molin. libro primo, de primogen. c. 7. num. 44.

Ius Caſt. Contrarium eius, quod noſtra cõcluſio affirmat, aſſeuerant multi, quos tandem ſequi videtur Gama deciſio. 278. Noſtram tamen ſententiam amplectũtur Couarruu. 3. variar. reſol. cap. 6. à num. quinto, Aries Pinel. in rubr. de reſcindenda vend. par. 1. capitu. ſecundo, præſertim à num. 18. Molina lib. 1. de primogen. cap. 7. à num. 31. & libro 3. cap. 3. nume. 10. & multi alij quos citant, eamque variis iuribus, & rationibus confirmant. Nobis verò ea ratio ſufficiat, quæ ex hactenus dictis eſt manifeſta. Nempe neque contractus ſemel ritè factos, neque vltimas voluntates, diſpoſitioneſve defunctorum in priuatorum commodum, quæ legitimè ſunt factæ, morteque teſtatorum cõfirmatæ, poſſe per Principem mutari, neque quenquam per eos poſſe ſpoliari iure, etiã ad rem, virtute talium contractuum aut diſpoſitionum comparato: quoniam id totum contra ius eſt naturale, ſeptimumque decalogi præceptum.

6. Concluſ. Sexta concluſio. Quod quinta concluſione dictum eſt, ſimiliter eſt intelligendum, quando maioratus fuit inſtitutus ex Principis facultate ac priuilegio contra iuris diſpoſitionem, cui Princeps ea facultate ac priuilegio derogauit. **Contraria ſententia.** Hæc eſt aduerſus Couarruu. 3. libro variar. reſolutio. cap. 6. numero primo, Eſt tamen Molin. lib. 1. & 4. de primogen. locis citatis, & multorum quos refert. Quin & Couar. ipſe in poſtrema editione in vltimis verbis, illius capitis in hanc noſtram concluſionem inclinat.

Fundamentum. Fundamentum Couarruu. vt in principio illius capitis contrarium noſtræ concluſionis amplecteretur, fuit: Quoniam facultas illa creandi ita maioratum contra iuris diſpoſitionem, apponendique circa ſucceſſionem in bonis illis illas leges & conditiones, fuit gratia & priuilegium Principis: Princeps autem iuxta communem ſententiam, reuocare poteſt gratias & priuilegia à ſe conceſſa, eaque interpretari ac moderari: quare poterit Princeps poſt mortem inſtitutoris maioratus de poteſtatis plenitudine tollere aliquas ex illis legibus & conditionibus, ac proinde admittere aliquem ad maioratus ſucceſſionem, qui ex illius inſtitutione minimè foret admittendus.

Ad fundamentum. Hoc tamen fundamentum facilè euertitur, ſi attendamus, aliud eſſe gratiam ac priuilegium, aliud vero effectum ex tali gratia aut priuilegio conſecutum. Poterit quidem reuocare aut moderari gratias ac priuilegia à ſe conceſſa, ita vt vlterius vim non habeant; non tamen annullare aut minuere effectus ex eis ſecutos: quoniam id non eſt gratia aut priuilegium, ſed effectus, qui ſine tali gratia aut priuilegio non fuiſſet. Vnde, ſi quis vi gratiæ alicuius aut priuilegii aliquid fecit, aut dominium rei alicuius comparauit, id non poteſt Princeps infringere, aut minuere, licet reuocare poſſit priuilegium ne deinceps ſimile quid ſequatur. Quia ergo in re, de qua eſt ſermo, maioratus, & leges ſeu conditiones ab inſtituente in eo appoſitæ, non ſunt gratiæ, & priuilegia Principis, ſed diſpoſitiones, atque effectus maioratum inſtituentis, quæ vim non habuiſſent, niſi gratia & priuilegium Principis, vt id licitè & validè fieret, præceſſiſſet, vtique ex eo, quod Princeps moderari poſſit gratias quoad effectus, qui nondum ex eis ſunt ſecuti, non ſequitur, vt in præiudicium tertij, qui iure ad rem ſpoliatur inuertere, & mutare poſſit, quę ab inſtitutore maioratus de ipſius Principis facultate sũt iam antea inſtituta: quoniam id in iniuriam, tum maioratum inſtituentis, tum etiam ſucceſſorum in eo ex inſtituentis præſcripto manifeſtè redundaret, pugnaretque cum iure naturali, ſeptimoque decalogi præcepto. Adde, quod ſi maioratus inſtitutor ſciret diſpoſitionem ſuam à Principe poſſe infringi ac mutari, nunquam ſanè facultatem peteret, vt talem maioratum inſtitueret.

Hinc eſt, quod ſi ex inſtitutione inueſtiturave feudi, aut ex contractu fœminæ excludantur à ſucceſſione in illo, non poſſit Princeps in præiudicium maſculorum, quibus ſolis eo ipſo ius competit, habiles reddere fœminas ad ſuccedendum in eo, idemq; eſt de maioratu. Ita Molina lib. primo, de primog. capit. ſeptimo, numero 31. Iulius Clar. 3. lib. ſenten. §. feudum. quæſt. 73. Couar. variar. reſol. capitu. 6. numero ſeptimo, in reſponſ. ad 5. & 6. rationem, ſecus autem eſſet vt bene Couar. ibidem ait, ſi fœminæ ſolum prohiberentur communibus legibus feudorum; quoniam ſicut Princeps legitimare poteſt illegitimum derogando ea in parte legibus ſuis: ita ex rationabili cauſa poſſet reddere habiles fœminas ad ſuccedendum in feudo, derogando ſimiliter ea in parte legibus ſuis proprijs antequam quiſquam, in cuius præiudicium id cederet, comparaſſet ius in re in tali feudo.

Septima concluſio. In euentibus duarum concluſionum præcedentium, ſi ab inſtitutore fideicommiſſi, maioratus, aut feudi appoſita fuit clauſula, ſi ſine filijs natis legitimè, aut ex legitimo matrimonio procreatis diſceſſerit, tunc illicita, inualidaque eſt legitimatio illegitimi ad effectũ, vt excludat ſubſtitutum, eumve, qui ad maioratum aut feudum vocatur. **7. Concluſ.** Ita Moli. lib. 3. de primog. c. 3. nume. 31. & 29. Conſentit Couar. 3. var. reſol. c. 6. nume. 7. in reſponſ. ad 4. rationem, & alij. Ratio eſt, quoniam nomine nati legitimè, aut ex legitimo matrimonio procreati, intelligi nõ poteſt legitimatus reſcripto Principis: in eiuſmodi autem euentibus ſtandum eſt voluntati expreſſæ inſtitutoris maioratus, feudi, aut fideicommiſſi, quam infringere non poteſt Princeps ſpoliando iure ad rem eũ, qui ex inſtitutoris voluntate ad maioratum, feudum, aut fideicõmiſſum vocatur. Confirmatur ex dictis quarta concluſione: quoniam poſt mortem patris legitimare non poteſt Princeps illegitimum ad ſuccedendum in bonis, priuareque ea ratione iure ad rem eum, qui morte illius id comparauit: cum ergo in re propoſita mortuus ſit inſtitutor fideicommiſſi, maioratus, aut feudi, vt bene Moli. lib. 3. de primog. ca. 3. nu. 10. adnotauit, fit, vt filius illegitimus poſſeſſoris maioratus, feudi, aut fideicommiſſi, quem inſtitutor apertè excludit, legitimari non poſſit à Principe, vt excludat eum, qui ab inſtitutore vocatur, quique ius ad tale fideicommiſſum, feudum, aut maioratum vi inſtitutionis habet. Idem longe maiori cum ratione eſſet ſi inſtitutor expreſſioribus verbis excluderet legitimatum, dicens, etiam ſi Principis reſcripto legitimatus ſit, vt ſæpe fieri ſolet. Quin, ſi excluderet expreſſe legitimatum per ſubſequens matrimonium, vt interdum fit, filius per ſubſequens matrimonium legitimatus, ſuccedere non poſſet in tali maioratu, feudo, aut fideicommiſſo: quoniam ſemper inſtitutoris voluntati eſt ſtandum.

Præcipua difficultas eſt, vtrum quando in inſtitutione dictum eſt, ſi ſine liberis legitimis deceſſerit, poſſit Princeps legitimare filium poſſeſſoris maioratus feudi, aut fideicommiſſi ad effectum, vt excludat eum, qui alioquin vocatur, validaque ad eum effectum ſit talis legitimatio. Communior Doctorum ſententia affirmat, quam refert Molin. lib. 3. de primog. capit. tertio, numero ſecundo, & 26. & ſequuntur Gam. deciſ. 278. & Couarr. 3. var. reſol. capit. 6. numero ſeptimo, in reſponſione ad 4. rationem, & in Epit. par. ſecunda, cap. octauo, §. 9. numero 8. Tametſi ſubiungat, nunquam ſe conſulturum Principi, vt ad excludendum ſubſtitutum legitimet illegitimum. Multi etiam ex autoribus, qui eam ſententiam amplectuntur, illam limitant, niſi ſit nobilis, qui tale fideicommiſſum, aut maioratum inſtituit: tunc enim cenſent, legitimatum reſcripto Principis non excludere ſubſtitutum, vt Molin. ibidem, nume. 30. refert. Item, niſi qui maioratum inſtituit, vocet filios & filias addatque, & eorum filios legitimos (quod ait Moli. fieri frequenter in inſtitutione maioratuum Hiſpaniarum) tunc enim cenſendum eſt, inſtitutorem excludere voluiſſe filium naturalem legitimatum Principis reſcripto, ne in id abſurdum incidamus, vt dicamus, inſtitutorem vocare voluiſſe filios legitimatos filiarum. Ita Molina & multi alij, quos refert ibidem, nume. 34. Quaſdam etiam alias limitationes addit.

2. Concluſ. Hac tamen opinione non obſtante octaua noſtra cõcluſio ſit. Quando in inſtitutione apponitur clauſula illa, ſi ſine filijs legitimis diſceſſerit, legitimatus per Principem excludere non poteſt eum, qui in defectum filiorum legitimorum vocatur ad maioratum, feudum, aut fideicommiſſum. Ita Moli. lib. 2. de primog capi. ſeptimo, numero trigeſimo primo, & lib. 3. cap. 3. numero 27. & 29. & multi alij, quos citat. Ratio eſt, quoniam menti ac voluntati inſtitutoris maioratus, feudi, aut fideicommiſſi eſt ſtandum, vt concluſione præcedente dictum eſt. Conſentitque Couarruuias. In re autem propoſita exiſtimandum non eſt, inſtitutorem nomine filij legitimi comprehendere legitimatum reſcripto Principis. Etenim licet, iuris fictione, legitimatus interdum in iure legitimus appelletur; in communi tamen vſu loquentium, ex quo mens inſtitutoris colligẽda eſt, nomine legitimorum non comprehenditur legitimatus reſcripto principis, vt plurimi, quos Molina 3. lib. de primog. capit. 3. a numero 3. & numero 31. refert ac ſequitur, affirmant, eſtque cuique ſatis perſpicuum.

Dubium eſt, vtrum ſi maioratus, aut fideicommiſſum, inſtituta ſint cum clauſula, ſi ſine liberis deceſſerit, nulla mentione facta de legitimis, vtrum, inquam tunc filius naturalis excludat ſubſtitutum, eumve, qui in filiorum defectum vocatur ad maioratum. Angelus & alij, quos Molina libro 3. de primoge. cap. 3. nume. 41. refert, affirmant excludere: quod confirmant ex l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. & ex l. generaliter. §. vlt. C. de inſtitutionibus & ſubſt. vbi id ſanciri videtur. Molina tamen ibidem nume. 43. cum Emmanuele à Coſta & alijs cenſet, ex qualitate inſtituentis, ſi nobilis erat, aut de infima plebe, & ex alijs circunſtantijs, iudicandum eſſe an nomine filiorum, etiam naturales intenderit comprehendere, vel ſolos legitimos: atque id ſanè eſt, quod apertè habetur, §. ſi quis rogatus, citato. Addit Molina, in inſtitutione maioratus, in qua agitur de familia nobilitanda in ſucceſſione in tali maioratu, nunquam nomine filiorum ſimpliciter intelligendos eſſe naturales: quoniam, vt Baldus, Tiraquellus, & alii affirmant, quando de honore filiorum agitur, nunquam filiorum nomine comprehenduntur naturales.

A Adderem, quando, attentis circũſtantijs concurrentibus, cenſendum eſſet inſtitutorem fideicommiſſi, nomine filiorum, non ſolos legitimos intellexiſſe, poſſe principem ex rationabili cauſa legitimare ſpurium, vt in tali fideicommiſſo ſuccedat, excludatque ſubſtitutum. Ratio eſt, quoniam tunc is nomine filiorum comprehenditur, incapacitaſque ad ſuccedendum, quam habet, non eſt ex voluntate, & verbis inſtituentis ita fideicommiſſum, ſed ex ciuili iure: quarè cum princeps ex rationabili cauſa præiudicare poſſit iuri ciuili legitimando ſpurium, illeque eo ipſo capax fideicommiſſi illius efficiatur, conſequens profectò eſt, vt ſuccedat in fideicommiſſo, excludatque ſubſtitutum.

Poſtrema concluſio. Quando illegitimus ex iuris communis diſpoſitione excluditur à ſucceſſione in feudo propter iura peculiaria feudorum (quæ ſimiliter in maioribus ſunt intelligenda) tunc princeps legitimare illum poteſt, vt in feudo ſuccedat: B ex ſola tamen ſimplici illius legitimatione ſuccedere nequit in feudo, aut maioratu, niſi peculiariter ad eum effectum legitimetur, vt cõſtat ex §. naturales, ſi de feudo defuncti, &c. In hac concluſione conueniunt Moli. lib. 3. de primog. capitu. tertio, numero nono, & 42. Couar. 3. variar. reſol. cap. ſexto, nu. 7. Iulius Clarus lib. 3. ſent. § feudum, quæſt. 82. & alij, quos citat. Quòd princeps legitimare poſſit ad eum effectum, ex eo eſt manifeſtum, quod incapacitas, de qua in hac concluſione agimus, proficiſcitur ex ſolo iure ciuili, cui præiudicare poteſt princeps legitimando ex rationabili cauſa.

DISPVT. CLXXV.

De præteritione & exhæredatione, tam deſcendentium, quam aſcendentium.

C SI aſcendentium aliquis quemuis ex ijs deſcendentibus, quibus (iuxta ea quæ à diſputat. centeſima quinquageſima octaua, explicata ſunt) legitima portio debetur, vel prætereat in ſuo teſtamento, hoc eſt, neque eum exhæredet, neque hæredem inſtituat, vel eum quidem exhæredet, non tamen appoſita in teſtamento cauſa aliqua, aut cauſis aliquibus in particulari talis exhæredationis, ex ijs, quas diſputatione ſequenti explanabimus, tale teſtamẽtum eſt ipſo iure nullum, quoad ſolam hæredum inſtitutionem, ac proinde hæreditas tota deuoluitur ad hæredes ab inteſtato. Neque, vt teſtamentum ſit validum, ſatis eſt ſi teſtator deſcendenti illi, vel legitimam, vel pluſquam eſt legitima, titulo legati, donationis, aut quouis alio, qui non ſit inſtitutionis hæredis in teſtamento, relinquat. Si tamen eum hæredem inſtituat in portione aut quantitate minori, quam ſit D legitima ei debita, validum quidem eſt teſtamẽtum; veruntamen, vt diſp. 177. dicetur, cõceditur ei actio ad petendum complementum vſque ad integram legitimam. Quod ſi appoſita in teſtamento cauſa eum exhæredet (idem non dubito eſſe ſi illum prætereat) teſtamentum non eſt ipſo iure nullum; deſcendenti tamen ita exhæredato, aut præterito, conceditur querela inofficioſi teſtamenti ad illud annullandum: ad hæredemque, aut hæredes in eo inſtitutos ſpectat, probare cauſam aut cauſas exhæredationis in teſtamento appoſitas veras eſſe, quandu teſtator eas non probauit ſufficienter. Et quidem, ſi vel vna ſufficienter probetur, teſtamentum cõſequitur plenam firmitatem, validumque pronunciatur, & deſcendens ille excluditur omnino à bonis teſtatoris: ſi vero nulla earum vera probetur, teſtamentũ pronunciatur nullum, hæreditaſque tota ad hæredes ab inteſtato deuoluitur.

Hæc

A Hæc omnia, quibus varia iura antiquiora correcta ſunt, conſtant apertè ex authentico, vt cum de appellatione cognoſcitur. §. aliud quoque capitulum, & §. ſiue igitur omnes. In quorum priori habentur hæc verba. Sancimus non licere penitus patri vel matri, auo vel auiæ, proauo vel proauiæ, ſuum filium, vel filiam, vel cæteros liberos præterire, aut exhæredes in ſuo facere teſtamento, nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem; niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſas parentes ſuo inſeruerint teſtamento. In poſteriori vero. §. habẽtur hæc. Siue igitur omnes memoratas ingratitudinis cauſas, ſiue certas ex his, ſiue vnam quamlibet parentes in teſtamento ſuo inſeruerint, & ſcripti hæredes, vel nominatas cauſas, vel vnam ex his veram eſſe monſtrauerint, teſtamentum ſuum habere firmitatem decernimus. Si autem hæc obſeruata non fuerint, nullum exhæredatis liberis præiudicium generari: ſed quantum ad inſtitutionem hæredum pertinet, teſtamento euacuato, ad parentum hæreditatem liberos tanquam ab inteſtato ex æqua parte peruenire, ne liberi falſis accuſationibus condemnentur, vel aliquam circunſcriptionem in parentum ſubſtantiis patiantur. Si vero contigerit in quibuſdam talibus teſtamentis quædam legata, vel fideicommiſſa, aut libertates, vel tutorum donationes relinqui, vel quælibet alia capitula conceſsa legibus nominari, ea omnia iubemus adimpleri, & dari illis, quibus fuerint derelicta: & tanquam in hoc non reſciſsum obtineat teſtamentum. Hactenus ibi. Hæc eadem conſtant ex authentic. non licet, & authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis, ex l. 1. 2. 8. & decima, titulo ſeptimo, ex leg. 1. 4. & vltim. titu. 8. par. 6. & ex titu. 70. §. 1. 2. & 4. libro quarto. Ordina. huius Luſitaniæ Regni.

Quæ hactenus dicta ſunt de aſcendentibus comparatione deſcendentium, intelligẽda ſimiliter sũt, ſi quis deſcendentium aſcendentẽ prætereat aut exhæredet quando illi debita erat portio de bonis talis teſtatoris. Ita habetur expreſsè in authen. vt cum de appellatione cogn. §. ſiue igitur omnes, poſt verba, quæ proximè retulimus iuncto §. ſi tales igitur, & duobus ſequentibus. l. ſecunda, & 9. titulo ſeptimo, l. prima, & quarta, titulo 8. par. 6. & titulo 70. §. pen. 4. lib. Ord. Luſi.

Sunt vero hactenus dicta exactius explicanda. Atque in primis, quod ad rem præſentem attinet, quicquid de iure antiquiori fuerit, nomine deſcendentiũ intelligendi ſunt, tam per maternam, quam per paternam lineam, & tam ſi emancipati ſint, quàm ſi nõ ſint emancipati, etiamſi poſthumi ſint, vt conſtat ex l. maximum vitium. §. penul. & vlt. C. de liberis præterit. & ex §. ſed hæc quidem, inſt. de exhæredatione filiorum, illis verbis. Ideo ſimplex ac ſimile ius, & in filijs, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilem ſexum perſonis, non ſolum iam natis, ſed etiam poſthumis noſtra conſtitutio introduxit: vt omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exheredentur, & eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorũ infirmanda, & hæreditatem auferendam, quam filij ſui, vel emancipati habent, ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero conſtituti, poſtea nati ſint. Hæc ibid. Multo apertius id conſtat ex authent. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum: vt enim ex verbis ſupra relatis eſt manifeſtum, eo in loco ſermo eſt vniuerſim de omnibus aſcendentibus, comparatione deſcendentium omnium, nulla facta limitatione. Eodem modo iura huius Luſitaniæ Regni & Caſtellæ, quæ citauimus, indiſtinctè de aſcendentibus & deſcendentibus omnibus loquuntur.

Quin & diſpoſitio de præteritione, & exhæredatione locum habet in illegitimis, quando portio in bonis aſcendentium eſt illis debita, eò quod legitimati ſint, vt diſputatione centeſima ſeptuageſima-tertia, oſtenſum eſt. Lege iura & Doctores, quibus id probauimus. Idem non dubito eſſe verum quando ex quacunque alia cauſa eſt portio illis debita, vt de iure huius Luſitaniæ Regni debetur filijs naturalibus hominum de infima plebe, & in alijs euentibus, qui diſput. 166. & ſequentibus explicati ſunt, debetur illegitimis, vel in bonis matris, vel aliorum aſcendentium. Colligiturque hoc ex l. ſi ſuſpecta. §. primo, ff. de inofficioſo teſtamen. cuius hæc ſunt verba. De inofficioſo teſtamento matris, ſpurij quoque dicere poſſunt: quod exponit Gloſſa, ſi mater non ſit illuſtris, & coitus non ſit punibilis: quoniam tunc illi ſuccedunt illegitimi. In eadem ſententia ſunt, Gloſſa, & Paulus Caſtrenſis. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum, & Couar. in Epit. par. ſecũ-
B da, capit. octauo, §. quarto, numero 16. Quando autem, licet aſcendentes poſſint aliquid relinquere ex teſtamento illegitimis, nihil tamen illis relinquere tenentur, locum non habet diſpoſitio relata de præteritione & exhæredatione, vt ex ſe eſt perſpicuum, affirmatque Gouarr. loco citato: vtuntur namque parentes iure ſuo illos prætereũdo, nec hæredes eos inſtituendo.

Cum autem, in quibus euentibus debita eſt portio legitima deſcendentibus, debita etiam ſit aſcendentibus in bonis deſcendentium, quando hæredibus deſcendentibus carent: & diſpoſitio de præteritione, & exhæredatione ſimiliter locum habeat ſi deſcendentes prætereant, aut exhæredent aſcendentes conſequens profectò eſt, vt nomine aſcendẽtium in ea diſpoſitione ij omnes intelligantur, qui deſcendentibus, de quibus habitus eſt ſermo, in eadem linea reſpondent.

C Quod dictum atque oſtenſum eſt, nempe teſtamentum, in quo aliquis indebitè præteritur aut exhęredatur, eſſe nullum, aut per querelã inofficioſi eſſe annullandum quoad hæredum inſtitutionem, ita quòd hæreditas tota deuoluitur ad hæredes ab inteſtato, intelligendum eſt, niſi in eo teſtamento appoſita ſit clauſula codicillaris: tunc enim hæredes ab inteſtato grauati cenſentur reſtituere incrementum vltra legitimam (detractis tamen ab eo legatis) ei, cui hæreditas in eo teſtamento erat relicta, vt diſpu. 132. oſtenſum eſt.

Ius Caſtel.

Quod additum eſt; validum videlicet eſſe tale teſtamentum quoad reliqua; intelligẽdum in Regno Caſtellæ eſt; ita vt ſi in eo facta ſit melioratio alicui filiorum in tertio & quinto, valida ſit. Ita ſancitum eſt. l. vigeſima quarta Tauri, quæ eſt 8. titu. ſexto, libro quinto, nouæ collectionis. Quarè ſi quis habeat multos filios, & vnum præterea, aut exhæredet inua-
D lidè, alios verò hæredes inſtituat, ſed vnum eorum melioret in tertio & quinto, is quidem habebit pręcipuum tertium & quintum, nihil impediente inualiditate teſtamenti quoad hæredum inſtitutionem, omneſque filij ſuccedent ab inteſtato in reliquo bonorum defuncti, quod eſt hæreditas neceſſariò inter ipſos æqualiter diuidẽda, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.

Controuerſia.

Referente Aluaro Valaſco conſi. 61. controuerſum in iudicio in hoc Luſitaniæ regno fuit, an pronunciato nullo quodam teſtamẽto, in quo filius matrem ſuperſtitem prætierat, validæ nihilominus eſſent nominationes in quaſdam emphyteuſes in eodem teſtamento, legitimè alioquin ab eodem teſtatore factę. Quidam viri docti non contemnendis ſanè fundamẽtis, quæ ibidem Aluarus Valaſ. refert & conatur ſoluere, contendebant validas eſſe. At ipſe contrarium conſuluit, refertque ſententiam

Opinio

Fundamentum. iuxta ipſius conſilium latam fuiſſe. Potiſſimum huius doctoris fundamẽtum fuit, in primis, quod quarto, libro ord. huius regni, titul. ſexageſimo tertio, §. tertio, ſic habetur. *E bem aſſi, ſe no caſo onde a nomeacaon feita hũa vez naon ſe pode reuogar mais, aquele que aſſi ha de nomear fezer hũ teſtamento, no qual nomear, & de pois reuogaſſe odito teſtamento, ou odito teſtamento foſſe por dereito, por qualquer modo auido por nen hũ. fica adita nomea çaon iſſo meſmo reuogada, & ella podera nomeat outra vez: por quanto adita nomeaçaon feita no dito teſtamento aſſi reuogado, ou auido por nenhũ, & iſſo meſmo auida por nenhuna, aſſi como ſe nũca foſſe feita.* Ecce, inquit, manifeſtè diſponitur vniuerſim, nominationem factam in teſtamento nullo quocunque modo iuris diſpoſitione, eſſe ipſo iure nullam: cum ergo teſtamentum, in quo mater eſt prę terita, iuris communis diſpoſitione, atque huius regni libro quarto, titulo ſeptuageſimo, ſit nullum; cõſequens eſt, vt nominationes in eo factæ nullæ etiã ſint. Deinde quoniam quarto libro ordinat. titulo ſeptuageſimo, §. primo, iuncto §. penultim. diſponitur, tale teſtamentum eſſe nullum, ſolumque excipiuntur legata in eo relicta: cum ergo nominationes in emphyteuſim legata non ſint, vt latè probare conatur, manifeſtum eſt validas nequaquam eſſe.

Refellitur. Non obſtante autoritate tanti doctoris, eorumque qui ſententiam iuxta ipſius conſilium tulerunt, non dubito nominationes illas validas fuiſſe, in contrarium que ferendam fuiſſe, & eſſe in futurum ſententiam. Ducor, quoniam teſtamentum illud iuris diſpoſitione non eſt nullum abſolutè, ſed cum addito & reſtrictione, quoad ſolam hæredum inſtitutionem, ac præteritionem, & exhæredationem, quoad reliqua verò, atque adeo quoad nominationes in emphyteuſim, iuris expreſſa diſpoſitione eſt validum, vt conſtat ex authentic. vt cum de appella. cognoſcitur. §. ſiue igitur omnes, verbis illis ſupra relatis: nullum præiudicium generari, ſed quantum ad inſtitutionem hæredum pertinet teſtamento euacuato. Et infra. Si vero contigerit in quibuſdam talibus teſtamentis quædam legata, vel fideicommiſſa, aut libertates, vel tutorum donationes relinqui vel quælibet alia capitula conceſſa legibus nominari, ea omnia iubemus adimpleri, & dari illis, quibus fuerunt relicta, & tanquam in hoc non reſciſsum obtinet teſtamentum. Ecce, iuris ipſa diſpoſitione non eſt abſolutè inualidum eiuſmodi teſtamentum, ſed ſolum quoad hæredum inſtitutionem; validum vero pronunciatur quoad nominationes in emphyteuſim ritè in eo alioquin factas; ordinatio autem §. illo tertio citato manifeſtè loquitur de teſtamento abſolute ac ſimpliciter inualido, ex quocunque capite id proueniat, quale ex ipſa iuris diſpoſitione hoc non eſt: porrò ordinatio illa, & quæcunque alia, vt eſt intelligenda, vt quoad fieri poſſit à diſpoſitione iuris communis non exorbitet. Ducor ſecundo (& coadiuuat præcedentem rationem) quoniam Ord. huius Regni, titulo ſeptuageſimo, §. primo, citato, manifeſtè volunt huiuſmodi teſtamentum validum eſſe quoad reliqua iuxta diſpoſitionem iuris communis, præterquam quoad hæredum inſtitutionem, atque adeo volunt validum eſſe quoad nominationes in emphyteuſim ritè alioquin in eo factas: verba illius §. hæc ſunt. *Tal teſtamento he por dereito* (commune ſcilicet) *nenhun. è de nenhun vigor, quanto à inſtituiçaon, ou deſerdaçan nelle feita.* Ecce, ad ius commune ſe retulit, ſecundum quod nullum eſt tale teſtamentum, & quoad ſolam inſtitutionem hæredum, atque exhæredationem, ſeu præteritionem pronunciauit illud nullum, ſicut & ius commune. Adde, quod quando res non eſſet adeo manifeſta ex ipſis verbis ordinationis, paragraphus ille, re dubia, ex ponendus eſſet ita, vt non exorbitaret à iure communi. Dum vero ordinatio ſubiunxit: *Mas quanto aos legados no dito teſtamento contendos ſeraon em todo caſu firmes è valioſos;* certè non negauit reliqua, quæ ex diſpoſitione iuris communis valida in eo teſtamento ſunt, valida quoque in hoc regno eſſe, ſed conſuluit breuitati ordinationibus huius Regni cõſuetæ. Quin eo ipſo, quod nihil in contrarium affirmauit ac diſpoſuit, ſtandum proculdubio eſt iuri communi. *Ad fundamentum.* Quando autem poſthumo nato nullum redderetur teſtamentum, in quo eſſet præteritus, nullæ quoque eſſent nominationes in emphyteuſim in eo factæ, vt de legatis in eodem teſtamẽto relictis mox dicemus. Quarè inde non bene argumentatur prædictus doctor vt oſtendat, validas non eſſe in teſtamento, in quo is, de quo ſuperſtitem eſſe conſtabat, eſt præteritus, nobiſcum conſentit Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. par. 3. verbo cenſendum, nume. 17. fol. 575. nempe Luſitanam legem intelligendam eſſe iuxta ius commune, ex illoque eſſe ſupplendam. Neque quicquam in contrarium probant, quæ Aluarus Valaſcus conſil. 54. num. vlt. in contrarium adducit, quæ ſanè ex ijs, quæ paulo antea diximus, perſpicuè euertuntur.

Intelligendum præterea eſt. Niſi teſtator idcirco præterijſſet filium, quia ignorabat ſe eum habere, vt quia natus eſt poſt mortem patris, qui ignorabat vxorem eſſe grauidam, vel quia natus eſt poſt teſtamentum conditum, vel quia credebat illum eſſe defunctum, aut quauis alia de cauſa: tunc enim neq; que legata, neque fideicommiſſa in eo relicta valẽt. Ita ſancitum eſt libro quarto Ord. huius Regni, titulo 70. §. 3. & vltim. idem cum Barto. & alijs affirmant de iure communi Anto. Gomez. ad l. 24. Tauri, num. 3. & Iulius Clarus libro 3. ſentent. §. teſtamentum, quæſtio. 46. ad finem, tametſi multi refragentur. Ratio eſt quoniam præſumendum eſt, patrẽ ea non fuiſſe inſtituturum, ſi conſcius fuiſſet ſe habere filium, atque adeo velle, vt valida non ſint, argumento textus in l. ſi cum vel in vtero. C. de teſtamento militis. Ego ſanè valida nihilominus iudicarem ea legata pia, de quibus prudentis arbitrio dubitandum omnino non eſſet, teſtatorem ſimiliter ea fuiſſe inſtituturum, eſto conſcius eſſet ſe habere talem filium. Idemque dicerem de legatis non pijs, de quibus, ſpectatis circunſtantiis concurrentibus, idem omnino eſſet credendum: ſecus autem de legatis tã piis, quam non piis, de quibus, vel præſumendum eſſet teſtatorem ea non fuiſſe inſtituturum, vel res eſſet dubia: in dubio namque propendendum eſt in fauorem filij. Ducor ad hoc ita aſſerendum, quoniam Doctores, qui inualida in eo euentu cenſent legata, ſolum ducuntur præſumptione, neque aliud colligitur ex iure illo citato, neque aliud intendiſſe videtur ius Luſitanum: quando vero talia ſunt legata, vt prudentis arbitrio exiſtimandum omnino ſit ſimiliter teſtatorem fuiſſe ea inſtituturum, ceſſat pręſumptio in contrarium. Quando autem teſtator habebat alios filios, Ordinationes huius Regni nihil diſponunt, quin ſatis innuũt ſe ſolum diſponere, quando erat tantum ille filius. Credo autem ſimiliter in eo euentu ex circunſtantiis concurrentibus cõiecturis eſſe iudicandum, quæ fuiſſet teſtatoris mẽs, ſi conſcius fuiſſet ſe habere eum filium, idque ſolum eſse validum, de quo non dubitatur teſtatorem ſimiliter fuiſse ſtatuturum. Idemque in Regno Caſtellæ dicendum eſt de melioratione in tertio & quinto: quæ alicui, aut aliquibus filiorum in eo euentu fuiſset facta. Anton. Gomez. loco citato legata omnia, etiam pia, & meliorationem in tertio & quinto exiſtimat inualida. Baldus & alij, quos refert in quodam alio ſunt extremo. Nobis vero media via explicata placet.

Quod

Quod dictum eſt nempe, vt filius non cenſeatur præteritus, ac proinde vt teſtamentum non cenſeatur inualidum, non ſatis eſſe ſi parens titulo legati, donationis, aut alio ſimili ei relinquat tantum, aut plus, quam ſit ipſius legitima, niſi eum hæredem inſtituat; nullus eſt, qui de nouiſſimo Cæſareo iure authenticorum poſſit id negare, vt conſtat ex illis verbis authen. vt cum de appel. cogn. §. aliud quoq; capitulum; vel cæteros liberos præterire, aut exhæredes in ſuo facere teſtamento, nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem. Et ita affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Couarr. de teſtamen. cap. Raynutius. §. primo, Anton. Gomez. tom. 1. variar. reſolu. capit. 11. in calce, numero primo, & Iulius Clar. §. teſtamentum, quæſt. trigeſima octaua. Hoc autem iura ſtatuerunt, non ſolum honoris filiorum cauſa, & ob alia emolumenta, quæ ex hæredis inſtitutione Iulius Clarus hęredibus reſultare commemorat, ſed præcipuè, quoniam hæredi conuenit ius accreſcendi, vt diſp. 155. oſtenſum eſt, non verò legatarijs, donatarijs, & alijs: ſicut autem deſcendentes, vt teſtamentum ſit validũ, neceſſariò inſtitui hæredes debent: ita etiam aſcendentes, quando teſtator deſcendentibus caret. Cũ omnia, quæ quoad præteritionem & exhæredationem comparatione deſcendentium diſponuntur in authen. vt cum de appell. cognoſc. §. aliud quoque capitulum, ſimili modo intelligantur comparatione aſcendentium, vt ſupra dictum eſt. De iure tamen huius regni libro quarto, ord. titu. ſeptuageſimo, in principio, ſi is, qui aſcendentes aut deſcendentes habet, diſponat ſolum de tertio ſuorum bonorum, quia aſcendentes aut deſcendentes iuris diſpoſitione neceſſariò ſuccedere debent in alijs duobus tertijs, virtute cenſetur eos inſtituere, vt ſæpe dictum eſt, ac proinde teſtamentum eſt validum, hæredeſque illi ita virtualiter inſtituti habent ius accreſcendi.

Ius Luſit.

Vtrum de iure etiam canonico, vt validum ſit teſtamentum, neceſſe ſit filium hęredem inſtitui. Hoſtienſis capit. Raynutius, de teſtam. & Alexan. negarunt, dicentes, ſatis eſſe titulo legati, aut quouis alio legitimam ei relinqui. Contraria ſententia cum glo. eodem capit. Raynutius, & gloſ. capitu. ſi pater, de teſtamen. lib. 6. eſt hodie communis & amplectenda, quam referunt & ſequuntur Couar. cap. Raynutius, §. 1. nume. 1. & Iul. Clar. §. teſtamentum. q. 38. Ratio eſt, quoniam nihil in cõtrarium ſancitum eſt iure canonico, iura autem ciuilia vim habent in foro Eccleſiaſtico, quando contrarium iure canonico ſtatutum non eſt.

Vtrum idem etiam locum habeat in teſtamento condito inter liberos, vt ſcilicet inualidum ſit ſi nõ titulo hæredis, ſed alio legitima alicui filiorum relicta ſit. Reſpondendum eſt, inualidum eſſe communiori doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Couar. capitu. Raynutius. §. 1. Iulius Clarus. §. teſtamentum, quæſt. 8. verſ. ſed pone, & Ant. Gom. l. 3. Tauri, numero quinquageſimo ſeptimo. Ac ſanè auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum, apertè loquitur de teſtamento condito inter liberos.

Aluarus Valaſcus conſil. vigeſimo tertio, refert ac fatetur, hanc eſſe communem opinionem, & in eam conſentire Accurſium, ac proinde iuxta eam eſſe in hoc Luſitano regno iudicandum, vt diſponunt ord. lib. ſecundo, titu. quinto. Ipſe tamen cum paucis alijs contrariam opinionem amplectitur, ductus potiſſimum l. vlt. C. familiæ erciſc. Non tamen arbitror diſcedendum eſſe a communi ſententia, prælertim cum authenticum, vt cũ de appel. cogno.

A conditum fuerit poſt iura omnia codicis, illiſque omnibus deroget. In re tamen, de qua prædictus doctor eo loco diſputat, arbitror, nihil impediente authentico citato, & communi opinione, teſtamentum fuiſſe validum. Quidam enim condidit teſtamentum inter liberos, illiſque in eo diſtribuit bona ſua per relicta particularia, puta, Petro, talia prędia, Paulo, quædam alia, & Franciſco bona omnia mobilia: dubium verò erat, an huiuſmodi teſtamentum eſſet nullum, eò quòd filij titulo hæredis non fuiſſent honorati. Dicerem, validum proculdubio eſſe, mentemque teſtatoris, iuxta ea quæ diſpu. 155. dicta ſunt, abſque vllo dubio fuiſſe, inſtituere eo pacto illos hæredes, ſingulos in re certa, neque intendiſſe relinquere illis legata: quandoquidem nullum alium inſtituit hæredem: illiſque proinde competere ius accreſcendi, vt ex dictis eadem diſputatione eſt manifeſtum: vbi etiam oſtendimus, in contractibus & in vltimis voluntatibus potius eſſe attendendum ad id, quod fit, quam ad verba, quibus fit, quando de mente contrahentium aut teſtantium conſtat: ſecus autem quando res eſſet dubia. Vnde ſi quis duos ſuos filios inſtitueret hæredes, tertio verò relinqueret rem certam, teſtamentum eſſet inualidum: quia in eo euentu id neque cenſeretur, neque vim haberet inſtitutionis hæredis, vt ibidem dictũ eſt. Adde diſpoſitionem illam factam filijs omnibus per particularia relicta, ſi non admittatur vt teſtamentum, inſtitutioque hæredum, eſſe codicillum aut ſcripturam quę patris continet voluntatẽ quoad incrementum vltra legitimas portiones; quæ valet inter liberos, vt habetur. l. quinta, titu. octauo, par. 6. conſentiuntque. l. parentibus. C. de inoffic. teſtam. & l. vlt. C. fam. erciſc. Id confirmat, quod in diſpoſitione inter liberos cenſetur appoſita clauſula codicillaris.

(B at "dum ad id, quod fit")

Controuerſum dubium eſt, an in Regno Caſtellæ locum habeat eadem diſpoſitio, vt inualidum videlicet ſit teſtamentum, in quo legitima alio titulo, quàm inſtitutionis, ſit relicta. Rodericus Zuares, & quidam alij, quos Molin. libro ſecundo, de primog. capitu. decimoquinto, numero decimo ſexto, refert, negant. Ducuntur, quoniam in eo Regno. l. prima, titu. ſecundo, lib. quinto Ord. quæ eſt hodie l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ collectionis ſancitum eſt, vt validum ſit teſtamentum, in quo nullus hæres ſit inſtitutus: quare, eſto legitima titulo legati, aut alio, alicui filiorum relicta ſit, validum erit teſtamentum. Contrariam ſententiam, nempe inualidum eſſe tale teſtamentum quoad hæredum inſtitutionem, affirmat Molina loco citato, numero 17. cum Caſtillo Burgos de Pace, & Rojas, quos refert eamque efficaciter meo iudicio probat. Primò, quoniam lex illa Caſtellæ citata, neque tacitè, neque expreſsè derogat iuri authenticorum & partitarum, quibus tale teſtamentum inualidum pronunciatur. Aliud quippe eſt, teſtamentum abſque vlla hęredis inſtitutione validum eſſe quoad ea, quę in eo ſtatuuntur, quod lex illa Caſtellæ ſtatuit, aliud nullam eſſe hæredis, aut hæredum inſtitutionem, quando legitima alio titulo, quàm inſtitutionis hæredis, alicui deſcendentium aut aſcendentium relinquitur, quod iura alia diſponunt: hoc enim ſecundum eſſe optimè poteſt facta hæredis extranei, aut etiam aſcendentis, vel deſcendentis inſtitutione. Secundò, quoniam ſi eiuſmodi teſtamentum validum eſſet de iure Regni Caſtellæ, ſequeretur, deſcendentem, aut aſcendentem, cui hæreditas debetur, priuari poſſe iure accreſcendi ſola teſtatoris voluntate, qui legitimam titulo legati illi relinquat: quod tamen eſt abſurdum, neque lege illa Caſtellæ fuit intentum. Lege, quæ fuſius hac de re Molin. eo in loco docet.

Ius Caſtel. Quæſtio.

Satisfit.

Dubium. Dubium eſt, vtrum ſicut teſtamentum, in quo aliquis exhęredatur appoſita & probata legitima exhęredationis cauſa, eſt validum: ita teſtamentum, in quo appoſita ſimiliter & probata legitima cauſa preteritur, validum ſit. Vt ſi quis in eo inſtituat alios hæredes, ac ſubiungat, filium autem meum Petrum ob talem, vel talem cauſam non inſtituo, aut illum prætereo vel accipiat centum titulo legati. Barto. & pleriq́ue alij, à Couar. c. Raynutius, de teſtamen. in princ. numero ſecundo, & octauo, & ab Ant. Gom. 1. tom. variar. reſol. capit. vndecimo, numero ſecundo, & tertio, relati, negant validum eſſe tale teſtamentum, eamque ſententiam defendere conatur Couarruuias; tametſi ſubiungat, non eſſe omnino tutam. Huius ſententiæ non aliud video fundamentum, niſi quòd in authen. vt cum de appel. cognoſ. §. aliud, quoque capitulum, dum nullum pronunciatur teſtamentum in quo aliquis deſcendentium præteritur aut exhæredatur, de exhæredatione ſubiungitur niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſas parentes ſuo inſeruerint teſtamento.

Decisio. Non dubito contrariam ſententiam eſſe veram, nempe validum eſſe teſtamentum, in quo quis appoſita & probata legitima cauſa præteritur: quam tandem ſequitur Anton. Gom. in calce, numo. 3. citati, cum alijs, quos refert, & Couar. probabilem exiſtimat, quin & in eam propendere videtur. Ducor in primis, quoniam pręteritio, appoſita & probata legitima cauſa habetur pro exhæredatione, vt cum alijs affirmat, probareque conatur Anton. Gom. loco citato, idemque confirmat Couarr. ex l. tertia, C. de liberis præteritis, cuius hæc ſunt verba. Si quis filium proprium ita exhæredauit, ille filius meus alienus meæ ſubſtantiæ fiat, talis filius eiuſmodi verborum conceptione non præteritus, ſed exhæredatus intelligatur: cum enim manifeſtus eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nunquam tantum valeat, vt melior ſenſu exiſtat. Hactenus lex illa. Cum ergo, quando teſtator, inſtitutis alijs hæredibus ſubiungit; filium autem meum Petrum, ob talem legitimam cauſam nõ inſtituo, aut prætereo, vel obtineat ſolum titulo legati centum; manifeſtè eis verbis intendat excludere illum ab hæreditate; conſequens profectò eſt, vt eiuſmodi præteritio appoſita & probata legitima cauſa, cenſenda ſit exhæredatio. Nec eſt cur id Couar. admittat, quando teſtator dixit, filium meum Petrum ob talem cauſam non inſtituo, aut eum prætereo: neget verò quando dixit, ob talem cauſam obtineat ſolum centum titulo legati. Etenim, qui exhæredat ex cauſa legitima appoſita & probata, poteſt nihilominus relinquere filio exhæredato aliquid titulo legati: quarè quòd titulo legati aliquid relinquatur filio præterito ex cauſa appoſita & probata, non impedit quominus id ex mente teſtatoris exhæredatio cenſeatur.

Ducor, deinde quoniam iura nouiſſima authenticorum æqualiter admittunt præteritionem, appoſita & probata legitima cauſa, atque exhæredationem: vnde poſt iura authenticorum, neceſſe non eſt recurrere ad fundamentum illud, quòd præteritio appoſita & probata cauſa cenſeatur exhęredatio, quaſi pręteritio appoſita cauſa ex ſe id non habeat, ſed quia ex intentione eo pacto prætereuntis cenſeatur exhæredatio, ita vt ſola exhæredatio id habeat. Etenim in authen. vt cum de appel. cognoſ. §. aliud quoque capitulum, ita habetur. Sancimus igitur non licere penitus liberos præterire aut exhæredes in teſtamento facere, niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſas parentes in ſuo inſeruerint teſtamento. Ecce de præteritione & exhæredatione æquè dicitur, valere ap-

A poſita legitima cauſa in teſtamento. Neque eſt, quòd quiquam velit verba illa, niſi forſan, reſtrictionem eſſe ſolius exhæredationis, non verò etiam præteritionis, quaſi nunquam teſtamentum valeat, in quo cernitur præteritio, etiamſi legitima cauſa pręteritionis in teſtamento apponatur. Non, inquam, eſt quod quis id velit. Tum quia verba ipſa contextus aliud ſonant. Tum etiam, quoniam verba illa alia, quæ in eodem contextu ante reſtrictionem illam inſeruntur, nempe, nec ſi per quamlibet donationem, aut legatum, &c. æquè de præteritione & exhæredatione intelligantur. Idem conſtat apertius ex authen. non licet. C. de liberis præteritis, quę ſic habet. Non liceat parenti aliquem ex liberis exhæredare, vel pręterire, niſi is probetur ingratus, & ingratitudinis cauſas nominatim inſerat teſtator in teſtamento. Vbi vides reſtrictionem ac limitationem illam additam immediatè fuiſſe verbo, pręterire, quaſi pręteritio valeat, ſi filius pręteritus ingratus probetur, & teſtator cauſam ingratitudinis probauerit. B

Tertiò ducor, & eſt apud me textus etiam expreſſus, ex auth. vt cum de appel. cogn. §. & hę quidem exhęredationis, vbi commemoratis cauſis omnibus legitimis ad exhæredandum aut prętereundum, ſubiunguntur hęc verba. Et hę quidem exhęredationis aut pręteritionis pœnę quantum ad ingratitudinis cauſas contra prędictas perſonas ſtatuêdę ſunt: ſi quę autem ex his inter crimina reputantur, autores etiam alias pœnas ſentiant legibus definitas. Ecce, non ſolum exhęredationis, ſed etiam pręteritionis pœna dicitur ſtatuta ob prędictas cauſas: quo fit, vt nõ minus valida ſit pręteritionis pœna, quàm exhęredationis, ſi cauſa ingratitudinis appoſita ſit in teſtamento, legitimeque probetur: alioquin nunquam haberet locum pręteritionis pęna, ſed ſemper inualidum eſſet teſtamentum, in quo quis pręteritur. C Cum hac noſtra ſententia conſentit apertè l. 10. tit. 7. p. 6. vt Greg. Lopez, argumento à cõtrario ſenſu ibidem notat.

Dubium. Dubium eſt, quid ſi filius reuera commiſit cauſam legitimam exhęredationis aut pręteritionis, & pater inſerta ea cauſa in teſtamento illum pręteriuit aut exhęredauit; attamen neque pater neque hęredes ſufficienter illam probant; poteritne tunc talis filius in foro conſcientię licitè intentare querelam aduerſus teſtamentum illud, eoque in foro exteriori ex defectu ſufficientis probationis talis cauſę pronunciato inualido, tuta conſcientia poſſidere hęreditatem paternam? Meo iudicio reſpondêdum eſt tuta conſcientia poſſe id efficere. Satisfit. Ratio eſt, quoniam pręteritio, & exhęredatio non aliter in foro conſcientię & exteriori eſt valida, quam quatenus iure ciuili eſt permiſſa: vt autem conſtat ex authen. non licet. C. de liberis pręteritis, & ex auth. vt cum de appel. cognoſ. verbis ſupra relatis, ſolum iure ciuili permittitur, ſi cauſa in teſtamento inſeratur & legitimè probetur. D Confirmatur, quoniam exhęredatio, aut pręteritio ex eiuſmodi cauſa, pœna eſt, vt ex ſe eſt manifeſtum, & patet ex auth. vt cum de appel. cogno. §. & hę quidem exhęredationis: reus autem, etſi delictum cõmiſerit ob quod pœna eſt ſtatuta, non tenetur illam ſubire quouſque delictum ſufficienter probetur & feratur ſententia, poteſtque licitè ſe defendere in iudicio aduerſus obijcientem delictum, nulla vtendo fraude, interim dum pręcedente legitima probatione non eſt condemnatus.

Teſtamentum ex quacunque cauſa nullum reddatur, etiam ſi ſit, quia hęres adire noluit hęreditatem, exhęredatio, aut pręteritio, inſerta cauſa, quę in eo facta ſit, redditur etiam eo ipſo nulla, vt patet ex l. ſi patronus. §. ex teſtamento. ff. de bonis libertorum, cuius hęc ſunt verba.

ba. Ex teſtamento autem, à quo neque adita eſt hæreditas, neque petita bonorum poſſeſſio, liberis exhæredatio non nocet. Abſurdum eſt enim in hoc valere tantum teſtamentum, vt exhæredatio vigeat, cum alias non valeat. Idem conſtat ex l. filium, verſ. ſed cum exhæredatio. ff. de bonorum poſ. contra tabu. & ex l. 2. titu. 7. par. 6. vbi Greg. Lopez propendet in regno Caſtellæ, poſt l. 1. titu. 4. libro quinto, nouæ collect. valere exhæredationem, eſto hæres ſcriptus non adeat hæreditatem: ſic enim ea lex habet. *Y ſi el teſtator inſtituyere heredero en el teſtamento y el heredero no quiſiere heredar, valga el teſtamento en las mandas, y enlas otras coſas que en el ſe contien.* Quare exhæredatio etiam in eo ſcripta valebit. Eadem l. 2. titulo 7. parte ſexta, definitur, vt quis ob delictum poſſit exhæredari, neceſſe eſſe, vt ſit cum minimum decem annorum cum dimidio. Vide etiam l. nonâ. titulo primo, parte ſeptima, & iura, quæ Greg. Lopez ad id citat. Vbi in fœminis ait, ſatis eſſe ętatem nouem annorum cum dimidio: eſt enim in eis medium tempus inter ſeptennium vſus rationis & duodecimum pubertatis, ſicut in maſculis decimus annus cum dimidio eſt tempus medium inter idem ſeptennium, & decimumquartum pubertatis, ſemper tamen ad puniendum delictum carnis requiritur in fœminis, & in maſculis tempus pubertatis expletum, quoniam ante id tempus impotentes iudicantur ad tale delictum patrandum.

Exheredatio vt valida ſit, exprimi debet, qui exhæredatur nomine proprio, aut tali nota, vt omnino intelligatur quis ſit, de quo teſtator loquitur. Vt ſi vnicum filium habeat, & dicat, exhæredo filium meum. Valet præterea, etiam ſi conuitij nota illum exprimat, dicens, non nominandum filium meũ, aut alia ſimilia, vt patet l. 3. ff. de liber. & poſt. & l. 3. titulo 7. parte ſexta. Item, vt valida ſit exhæredatio, neceſſe eſt, vt fiat pure, hoc eſt, abſque aliqua conditione, alioquin nulla erit, vt habetur l. 3. §. pure. ff. de libe. & poſt. l. ſi quis Sempronium in fine. ff. de hæred. inſtit. & l. 3. titu. 7. parte 6. & affirmat Emmanuel à Coſta. §. & quid ſi tantum. parte tertia, numero 1. cap. 1. Præterea, vt ualida ſit exhæredatio, neceſſe eſt, vt fiat in totum, & non in partem. l. cum quidam. ff. de lib. & poſt. & l. 3. titulo 7. parte ſexta. Poteſt tamen filio exhæredato relinqui legatum. Ab his tamen iuribus dum docent, exhæredationem fieri non poſſe in partem, excipiendum eſt, præterquam ſi quis inſtituat in minori portione, quàm ſit legitima, ſubiungatque ingratitudinis cauſam, aut in reliquo non velit eum hæredem conſtituere, ſed habere illum exhæredatum: talis namque inſtitutio valet, & neque actio ad incrementum conceditur ita inſtituto, vt conſtat ex l. omnimodo. C. de inoff. teſtam. quæ ſanè limitare, aut etiam corrigere videtur legem illam digeſtorum.

Qui cum iuramento renunciaſſet ſucceſſioni in bonis parentis in euentibus, in quibus diſputatio. 149. explicatum eſt talem renuntiationem validam eſſe, eſto à tali parente præteriretur, dicere non poſſet teſtamentum nullum, in quo ita præteriretur. Ratio eſt, quoniam illi in eo euentu non deberetur legitima in bonis talis parentis. Ita cum Bartolo, & alijs affirmat Antonius Gomezius, 1. tom. variar. reſol. cap. 11. nume. 9. argum. tex. in l. cum quæritur. C. de inoffic. teſ. & aliorum iurium, quæ citat.

Dixi in euentibus in quibus diſput. 149. explicatum eſt, validam eſſe talem renunciationem, quoniam, vt ibidem oſtenſum eſt, in Conc. Trid. ſeſſ. 25. capit. 16. de regularibus, annulata eſt omnis renunciatio, etiam iuramento confirmata, facta ab ingrediente religionem, niſi de licentia Epiſcopi,

A aut eius Vicarij ſiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ſtatutumque eſt, vt non aliàs intelligatur ſortiri effectum, niſi ſecuta profeſſione. Idem ibidem cenſebamus de renunciationibus factis ante ingreſſum in nouitiatum, aut etiam in monaſterium, dummodo fierent intuitu diſponendi de bonis ob ingreſſum. In hoc etiam Luſitaniæ Regno ibidem dicebamus, nullum eſſe contractum, obligationem, conuentionem, promiſſionem, remiſſionem, aut quemuis alium diſtractum verbo, aut ſcripto factum, ac iuramento confirmatum, niſi prius facultas à rege obtineretur confirmandi id iuramento. Eadem diſputat. oſtendimus pactum patris cum filio, aut filia, vt contenta ſit tanta dote, aut portione, & nihil amplius in ſuam legitimam petat, aut accipiat, eſſe nullum ipſo iure: & longè maiori cum ratione erit nullum pactum, vt nihil omnino de bonis parentis accipiat, vt patet l. ſi quis ſuperſtitis. ff. de acquir. hæredit. Licet autem id ita ſit, con-

B ſenſus tamen filij, aut filiæ, dum parens teſtamentum conficit, vt ab eo prætereatur, aut exhæredetur, validus eſt, ac proinde talis filius, aut filia præterita, aut exhæredata dicere non poterit nullum teſtamentum, in quo ita prætereatur, aut agere aduerſus illud querela inofficioſi teſtamenti, eſto cauſa in teſtamento inſeratur: inſertio quippe cauſæ ſolum eſt neceſſaria, quando filius inuitus exhæredatur, aut præteritur. Ita communis ſententia, quam referunt, & ſequuntur Antonius Gomez. 1. tomo variar. reſolutionum, cap. 11. nume. 14. & Iulius Clarus 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſtio. 43. Probatur ex l. non potuit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul. cuius hæc ſunt verba. Si quis ſua manu exhæredem ſe ſcripſerit, Marcellus nocere ei hanc exhæredationem ait. Item quia, vt mox oſtendimus, ſi filius præteritus, aut exhæredatus approbet tale teſtamentum poſt mortem patris, red-

C ditur valida præteritio, aut exhæredatio, ergo idem erit ſi in ipſa teſtamenti confectione conſentiat, renuntietque iuri ſuo. Iulius Clarus quæſtio. 43. circa. exiſtimat hæc vera eſſe, ſiue filius, aut filia conſentiat, dum teſtamentum conficitur, ſiue ante illius confectionem: Antonius verò Gomez. cum Angelo, Baldo, Imola, & Curtio iuniore ſolum arbitratur eſſe uera, ſi renunciatio in ipſa teſtamenti confectione fiat, ſecus autem, ſi fiat ante confectionem teſtamenti, quoniam id habet vim pacti de non ſuccedendo parenti, quod eſt ipſo iure nullum; eſtque renunciatio iuris de futuro, vt inſtituatur hæres quæ inualida eſt: in ipſa vero confectione eſt renunciatio iuris de præſenti, vt inſtituatur, quæ iuribus approbatur. Conſonant l. non potuit. §. ſi quis ſua manu, quæ eſt fundamentum præcipuum communis opinionis, & alia iura quæ Antonius Gomezius affert. Quare hæc ſententia placet. Tres

D caſus diſputat Molina lib. ſecundo, de primog. cap. precedenti affines, in quibus valida eſt renunciatio partis legitimæ in bonum alicuius filiorum, accedenteque patris conſenſu, in quo uſque ad mortem pater perſeueret, & quot periculis illos poſtea inualidandi ſubiaceant, explicat. Eiſdemque periculis eadem ratione caſus, qui à nobis proximè eſt explicatus, ſubiacebit. Molinam, ſi placet, legas. Vnus illorum trium caſuum, in quo conſentit Antonius Gomez. primo to. variarum reſolutionum, cap. vndecimo, nume. 31. eſt, ſi fratres inter ſe conueniant circa vinculum, ac propter vinculum maioratus in imminutione, aut alio grauamine in ſuis legitimis, in quibus debent patri, ac matri ſuccedere, patre conſentiente, perſeueranteque in eo conſenſu vſque ad mortem: nam tunc valet pactum filiorum, & conuentio, argumento legis vltimæ. C. de pactis: quæ licèt loquatur ſolum de hæredibus extraneis, vt

tamen

tamen ibi not. Gl. & doct. communiter, idem etiam eſt in fratribus.

Si quis poſt mortem eius, qui ipſum exhæredauit, aut præteriuit, vel expreſſè conſentiat in tali teſtamento, vel tacitè; vt ſi, cum ipſi in eo teſtamento reliquerit legatum, vel filio ipſius, aut mancipio illud acciperet, non proteſtando ſe ea de cauſa non cedere iuri ſuo, vel fuerit aduocatus, aut procurator, vel legatum, aut aliquid aliud ex eo teſtamento quis conſequatur, aut denique aliqua alia ſimili ratione tacitè illud approbauerit, non conceditur illi amplius ius ad agendum aduerſus tale teſtamentum tanquam nullum, aut ad intentandam querelam aduerſus illud. Ita habetur l. penul. §. vlt. l. vlt. & l. ſi pars. §. vltim. & l. nihil intereſt. ff. de inofficioſo teſtam. l. 6. iuncta l. quinta, præcedente, titu. 8. parte 6.

Tria obſerua. Primum eſt, ſi minor, vel dum cōficiebatur teſtamentum conſenſit in ſui præteritione, aut exhæredatione, vel poſt mortem patris tacitè, vel expreſſè conſenſit, concedi illi, ſi notabiliter ſit læſus, beneficium reſtitutionis in integrum vſque ad vigeſimumnonum ſuæ ætatis annum.

Secundum eſt, ſi quis inſtitutus quidem ſit, at in minori portione, quàm ſit integra ſua legitima, tūc eſto illam portionem petat, & recipiat poſt mortem patris, imò eſto chirographum det hæredibus ſe illam recepiſſe, neque quicquam proteſtetur, manere ſibi ius, vt petat incrementum, niſi ſpecialiter dicat, aut pactus ſit, ſe ea portione eſſe contentum. Ita habetur expreſſè l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficioſo teſtamen. & cum Roderico Zuares, & alijs quos refert, affirmant Anton. Gom. 1. tom. variar. reſolut. cap. vndecimo, nume. 23. & Greg. Lopez ad l. 6. tit. 8. par. 6. Quare in hoc euentu non ſufficit conſenſus tacitus, ſed neceſſarius eſt expreſſum vel dum teſtamentum conficiebatur, vel poſt mortem teſtatoris.

Tertium eſt, ſi quis ſine cauſa inſerta eſſet præteritus, aut exhæredatus, in eoque teſtamento inſtituti eſſent alij hæredes ab inteſtato, quorum intereſſet teſtamentum quoad hæredum inſtitutionem eſſe nullum, eo quòd ſimul inſtitutus eſſet aliquis extraneus, longeque maiores portiones accepiſſent ab inteſtato, quàm ex teſtamento, vtique tunc, quòd talis filius præteritus, aut exhæredatus tacitè, vel expreſſè poſt teſtatoris mortem teſtamentum illud approbaret, nihil omnino impediret, quominus quiuis aliorum hæredum poſſet agere de nullitate. Ita habetur expreſſè l. ſi poſt mortem. §. vltimo, ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabu. & affirmant Gloſ. ibi, Barto. & Doctores, quos Anton. Gomez. primo to. variarum reſolut. cap. vndecimo, nume. 6. refert, ac ſequitur. Dixi, ſine cauſa inſerta, quoniam ſi præteritus, aut exhæredatus eſſet, inſerta cauſa, tunc quia teſtamentum non eſſet ipſo iure nullum, ſed ſolum filio ita præterito, aut exhæredato concedetur querela ad illud annullandum, niſi cauſa ſufficiens probaretur, vtique ſi talis filius illud approbaſſet, reliqui hæredes improbare illud non poſſent, vt cum Franciſco Curtio ibidem rectè Antonius Gomez. ſubiungit.

De iure ciuili, eſto filius præteritus, aut exhæredatus non inſerta cauſa moreretur ante mortem patris, qui ita eum præteriuit, aut exhæredauit, teſtamentum ipſo iure erat nullum. l. ſi filius, qui in poteſtate, ff. de liber. & poſthum. cuius hæc ſunt verba. Si filius, qui in poteſtate eſt, præteritus ſit, & viuo patre decedat, teſtamentum non valebit, nec ſuperius rumpetur, & hoc iure vtimur. Conſentiunt Bar. & alij, quos Anton. Gomez. 1. tom. variar. reſolut. cap. 11. nume. 4. refert, ac ſequitur. De iure tamen prætorio reconualeſcit, ac valet morte talis fi-

A lij, dummodo qui ab inteſtato hæredes erant futuri, inſtituti in teſtamento ſint, conceditur que illis bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas. Ita habetur l. poſthumus præteritus, verſiculo idem & circa; iuncta Gloſſ. ibi. ff. de iniuſto, rupto, & affirmant Bar. & alijs, quos Ant. Gom. num. citato refert ac ſequitur.

Poſthumus præteritus, aut exhæredatus, eo ipſo, quod naſcitur, reddit nullum teſtamentum, in quo præteritus eſt, aut exhæredatus, & non antea. Quare ſi per aborſum, aut alia ratione mortuus egrediatur vterum maternum, validum eſt tale teſtamentum, l. poſthumo nato. C. de bonorum poſſeſ. contra tabu. l. 1. & l. poſthumi. ff. de iniuſto rupto. §. poſthumi, verſ. & in eo, inſt. de exhæreda. liber. & l. 20. titu. 1. par. 6. affirmatque communis opinio, quam An. Gomez. nume. 4. citato refert, & ſequitur. De iure autem communi, vt nullum reddat teſtamentum patris, ſatis eſt ſi totus naſcatur viuus, B eſto ſtatim atque in terram, aut in manus obſtetricis decidit, moriatur; modò conſtet non eſſe monſtrum, quod rationali animo animatum non ſit. l. 1. & 2. C. de poſthumis hæredib. inſtituend. De iure verò Regni Caſtellæ. l. 13. Tauri, neceſſe eſt, vt ab egreſſu ex vtero viuat viginti quatuor horarum ſpacio, & baptizetur, & tali tempore naſcatur, vt habita ratione temporis conceptionis reputetur legitimus, poſſeque naturaliter viuere. Aduertendum eſt tamen, quòd ſi poſthumus viuente adhuc patre naſcatur, licet reddat nullum teſtamentum, in quo eſt præteritus, aut exhæredatus, ſi tamen viuente patre è vita diſcedat, reconualeſcit, ac validum iterum redditur tale teſtamentum, idque ſiue in eo hæredes ſint inſtituti, qui futuri erant ab inteſtato, ſiue extranei, cum enim à principio fuerit validum, facilius recuperat ſuas vires, quàm ſi à principio fuiſſet nullum. Ita habetur l. poſthumus, in princ. ff. C de iniuſto rup. & affirmat. Bar. & communis Doctorum ſent. quam refert, & ſequitur An. Gom. numer. 4. citato.

Quando filius legitimè eſt præteritus aut exhæredatus, & tempore mortis teſtatoris viuit, tunc filij ipſius nullum ius habent ad bona aui, qui talem filium exhæredauit, neque auus tenebatur eos inſtituere hæredes in portione alioquin debita filio. Ita probat latè, & doctè Ant. Gom. 1. tom. var. reſol. c. 11. nu. 21. eum legito.

Quando teſtamentum eſt ipſo iure nullum, quia filius ſuus non inſerta legitima cauſa præteritus eſt, aut exhęredatus, competit tali filio actio intra triginta annos à morte teſtatoris ad illud dicendum nullum, quo tempore elapſo intentare eam non poteſt aduerſus hæredes in eo teſtamēto inſtitutos. Ita iuxta l. licet. C. de iure delib. & alia iura, affirmat communis doct. ſententia, quam referunt, & ſequuntur D Ant. Gom. 1. to. var. reſol. c. 11. nu. 4. Iul. Clar. §. teſta. q. 40. & 42. & Couar. de teſtam. cap. Raynutius, in princ. à num. 3.

Eidem etiam filio competit remedium petitionis bonorum poſſeſſionis contra tabulas, iuxta l. poſthumo nato. C. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. l. maximum vitium. §. ſancimus. C. de liberis præteritis, inſtitu. de bonorum poſſeſſ. §. ſunt autem, & §. nouiſſime autem, & alia iura, quæ Antonius Gomez. cap. 11. nume. 5. citat. Licet autem eiuſmodi remedium, quod eſt de iure prætorio, vt inſtitu. de bonorum poſſeſſione, per totum patet, filijs & parentibus duret ſolum per annum. l. 1. §. largius. ff. de ſucceſſorio edicto, inſtitu. de bonorum poſſeſſione, §. cum igitur, & affirmat Couarruuias cap. Raynutius, in princ. nume. 5. alijs verò ſpacio centum dierum. l. 2. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt, & inſtit. de bonorum poſſeſ. §. cum igitur,

habet

habet tamen hoc emolumentum, quòd eiuſmodi tēpus computatur à tempore ſcientiæ, vt patet l. ſecunda, proximè citata, & affirmat Gloſ. inſtitu. de bon. poſſeſ. §. vltim. in verbo. dies vtiles: illud vero aliud iuris ciuilis currit etiam ignoranti. Ita Anton. Gom. num. 5. cita.

Quando vero filius ſuus, inſerta legitima cauſa præteritus, aut exhæredatus eſt, atque adeo teſtamētum non eſt ipſo iure nullum, ſed venit annullandum per querelam inofficioſi teſtamenti, tunc ſolum competit tali filio actio, ad eam querelam intentandam quinquennio, non à morte teſtatoris, ſed à puncto aditæ hæreditatis computando: eo autem quinquennio elapſo, non poteſt vlterius eam intentare, leg. ſi quis filium, in fine, iuncta leg. ſcimus. §. illud præterea. C. de inofficio. teſtamen. l. ſecunda. C. quibus cauſis in integrum reſtit. neceſſaria non ſit, & l. quarta, titu. 8. par. 6. affirmatque communis ſententia, quam referunt, & ſequuntur Anton. Gomez. cap. 11. citato num. 4. 16. & 18. Couarruu. & Iulius Clarus locis citatis. Si tamen filius ita exhæredatus minor ſit 25. annis, quinquennium non computatur niſi à vigeſimo quinto anno ſuæ ætatis poſtquam deſinit eſſe minor. Quare tunc non indiget beneficio reſtitutionis in integrum. Ita habetur expreſsè l. 2. C. quibus cauſis in integr. reſt. neceſſaria non ſit, & l. 4. tit. 8. par. 6.

Vtrum vero hæc eadem ſimiliter habeant locum, quando filius emancipatus præteritus eſt, aut exhæredatus. Communis ſententia cum Barto. quam referunt, & ſequuntur Couarruu. cap. Raynutius, in princ. à num. 3. Iulius Clarus. §. teſtamen. quæſtio. quadrageſima ſecunda, & Anton. Gomez. primo tom. variar. reſolut. capit. 11. à numero 34. eſt, quod ſi filius emancipatus præteritus ſit, nulla inſerta præteritionis cauſa, ſit ipſo iure nullum teſtamentum, atque adeo competat ei actio intra triginta annos ſicut filio ſuo. Ratio eſt, quoniam authenticum, vt cum de appellatione cognoſcitur, vniuerſim loquitur, etiam in filijs emancipatis, & in filiis comparatione matris, redditurque tale teſtamentum ipſo iure nullum. Idem dicunt eſſe, ſi pater exhæredet filium emancipatum, non inſerta legitima cauſa, quia ſimiliter authenticum, vt cum de appellatione cognoſcitur, reddit tale teſtamentum nullum etiam cōparatione filij emancipati. De hac re loquitur Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 40.

Quando vero filius emancipatus præteritus eſt, inſerta legitima cauſa, ſi dicatur id non æquipollere exhæredationi, appoſita legitima cauſa, vt multi affirmant, ait Couarruu. loco citato, cum communiori ſententia cuiuſdam gloſ. Bartoli, & plurium aliorum, tali filio ita præterito nullum aliud remedium competere, quàm petitionis poſſeſſionis bonorum contra tabulas: quod remedium durat ſolum per annum, vt dictum eſt; & de iure prætorio tam liberis ſuis, quàm emancipatis conceditur, §. eadem hæc, inſtitution. de hæreditatibus, quæ ab inteſtat. deferuntur, l. prima, & ſequentibus, ff. & C. de bonorum poſſeſſione contra tabulas, & hanc ſententiam amplectuntur Iulius Clarus, quæſtion. quadrageſima ſecunda, cita. & Emmanuel à Coſta. §. & quid ſi tantum, par. tertia, à numero 169. Si vero, inquit Couarruu. dicatur præteritionem inſerta legitima cauſa æquipollere exhæredationi, tunc idem dicendum eſt de filio emancipato præterito, inſerta legitima cauſa. Cum vero nos ſupra ſatis efficaciter oſtenderimus, de iure authenticorum eandem vim habere prę teritionem, inſerta legitima cauſa, quam habet exhæredatio, in qua legitima cauſa inſerta ſit, proculdubio hoc vltimum eſt amplectendum poſt authenticorum iura.

Couarruu. loco citato, & plurimi alii, quos tam ip- A ſe, quam Anton. Gom. capitu. 11. cita. num. 34. referunt, affirmant hodie filio emancipato exhæredato inſerta legitima cauſa competere querelam inofficioſi teſtamenti, quæ non minori tempore, quàm quinquennio præſcribitur: attamen talem filium teneri prius intra annum, petere bonorum poſſeſſionem gratia litis agnoſcendæ, quam vocant, & poſtea admitti ad querelam, iuxta l. Papinianus, §. primo, iuncta gloſ. ibi, & l. poſthumus, §. vltim. ff. de inof. teſtamen. & l. 2. C. eodem tit. Cum enim querela ſit de iure ciuili, & filio emancipato de iure ciuili nihil eſſet debitum in bonis patris, ſed ſolum de iure prætorio, præcipiebatur prius vti aliquo modo remedio prætorio, petendo bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quoad rem aliquam, vt, ea præparatione facta, ad querelam admitteretur. Atque hoc dicunt plurimi neceſſarium eſſe, etiam hodie. Vtinam autem inter Chriſtianos tot ſubtilitates, regulæ, ambages, ac tricæ in quam plurimis rebus abſcinderentur, quę B ab ethnicis iuriſconſultis excogitatæ atque inuentæ ſunt, litibuſque Reſpublicas repletas, infectumque ius ciuile habent, adeo vt difficile admodum, & poſt longiſſimum tempus à paucis poſſit intelligi, & multo minus memoria retineri.

Anton. Gomez. num. citato cenſet, hodie poſt iura authenticorum, eodem modo competere querelā inofficioſi teſtamenti filio emancipato exhæredato inſerta legitima cauſa, atque filio ſuo, neque neceſſariam eſſe illam bonorum poſſeſſionem gratia litis præparandæ, in eademque ſententia videtur eſſe Iulius Clarus §. teſtamentum, quæſt. 40. Ratio Anton. Gom. eſt, quoniam iura authenticorum citata de liberis vniuerſim, & de aſcendentibus eodem modo loquuntur, ſuntque ciuilia, & prætoria iura, vt conſtat inſtitu. de bonorum poſſeſſione, §. nouiſſimè autem, atque ob alias rationes, quas poteris apud eum legere. Conſonant ſatis ord. huius Luſitaniæ Regni, C lib. 4. tit. 7. & l. 10. tit. 6. & l. 4. tit. 8. par. 6. legum Caſtellæ, quæ de filijs vniuerſim hac de re loquuntur. Præſertim cum in his regnis eodem modo ſuccedāt parentibus filij emancipati, ac ſui, ſeu qui in poteſtate patris erant tempore mortis illius. Neque à ſententia Anton. Gomez. recedendum cenſeo.

Modos, quibus filius præteritus, aut exhæredatus, non inſerta legitima cauſa, intentare poſſit ius dicendi nullum teſtamentum; modos item quibus, quando inſerta eſt legitima cauſa, intentare poſſit querelam inofficioſi teſtamenti, & aduerſus quos ſit intentanda, & vtrum ius vtrunque nondum intatum tranſmittatur ad hæredes, lege apud Anton. Gomez. capitulo vndecimo, citato, numero 7. 8. 15. 17. & 20.

DISPVT. CLXXVI.

D

De cauſis, ob quas fas eſt exhæredare, vel deſcendentes, vel aſcendentes.

IN Authentico, vt cum de app cognoſcitur. §. cauſas autem, ſequentes cauſæ traduntur, ob quas fas eſt aſcendentes exhæredare ſuos deſcendentes. Eedem traduntur leg. quarta, & duabus ſequentibus, titu. 1. par. 6.

Prima eſt, ſi quis in parentes manus iniecerit. Quod intelligendum eſt, cum lethali culpa. Si namque in patriæ defenſionem, aut etiam legitimam ſuipſius, vel alterius proximi, id faceret, exhæredari ea de cauſa non poſſet. Lege, ſi placet, Couarruu. capitulo, Raynutius, numero nono. De hac de re diſponitur etiam libro quarto, ord. huius Regni Luſitaniæ, tit. ſeptuageſimo ſecundo. §. 4. In iectionē verò manuū eodē modo ītelligas, quo earū-

Prima exhę redationis deſcendentium cauſa.

dem

dem iniectionem in ſacerdotem quoad incurrendam excommunicationem. Satis enim eſt parentē lapide, aut quoauis alia re iniurioſè attingere.

Secunda, ſi grauem & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerit, vt ſi grauem ac fędam contumeliam eis dixerit. Arbitrio autem iudicis relinquitur iudicandum, quæ grauis, atque inhoneſta iniuria cenſenda ſit, attentis qualitatibus parentum ac talis liberi, loci, ac reliquarum circunſtantiarum concurrentium. Ita 4. lib. ord. ti. 72. §. 5.

Tertia, ſi eos in criminalibus cauſis accuſauerit, quæ non ſunt aduerſus principem, aut rempublicam. Nam ſi aduerſus principem, aut Rempublicam ſint, nequit ea de cauſa exhæredari, ac proinde neque exhæredari poteſt, quod accuſet de crimine hæreſeos, quod eſt contra maieſtatem diuinam, rempublicamque Eccleſiæ. Lex 4. titu. 7. parte 6. ait, cauſam talem eſſe debere, vt parens morte plectendus ſit, aut exilio perpetuo, aut vnde infamia notabilis parenti ſequeretur. Gregorius Lopez ibidem, & Couar. capit. Raynutius, in princ. num. 11. efficaciter oſtendunt, idem eſſe, ſi puniendus ſit mēbri amiſſione. Addit Couar. idem eſſe, ſi talis filius, non coactus, teſtis ſit in eadem cauſa, aut aduocatus, vel procurator aduerſus parentem, vel delator criminis.

Quarta, ſi cum maleficis hominibus, vt maleficus verſatur. Hæc verba vtrunque coniunctim exigunt, idemque habent ord. huius regni, tit. 72. §. 7. Lex tamen quarta, titu. ſeptimo, parte 6. vtrumuis ſufficere ſtatuit, referente Couar. loco citato, numero duodecimo, Carolus Moli. nomine maleficorum, non quoſcunqne veneficos, ſed quos incantatores vocant, intelligit. Lex tamen quarta citata tam incantatores quam quoſcunque alios veneficos exhæredari poſſe affirmat, verbumque Gręcum, quod in authent. vt cum de appel. cognoſc. habetur, vtroſque comprehendit, quod etiam Couar. loco citato affirmat.

Quinta, ſi vitæ parentum ſuorum per venenum, aut quouis alio modo inſidiari tentauerit. Quare hac in re attentatio punitur pœna exhæredationis, etiamſi nullus alius ſequatur effectus. Vultque Couar. loco citato, numero 13. emere ſolum, aut parare ad id venenum, ſi detegatur, puniri ea pœna. Arbitratur tamen, ſi filius antequam res detegeretur, pœnitentia ductus deſtitiſſet, non habere locum pęnam: quia, inquit, lex non excludit eam pœnitentiā. Conſentiunt ordinationes huius regni, titu. 72. citato, §. 8. qui ita habet. *Item ſe o filho, ou filha der peçonha ao pay, ou may, ou tratar de lhadar, e naon eſtiuer por elle como lhe ſeia dada, ou der azo fauor, ou conſelho, ou conſentimento a algun outro acintamente pera lha dar.* Ecce dum dixit, *ou tratar delhadar*, adiecit, *e naon eſt euer por elle como lhe ſeia dada*, quaſi ſi pœnitentia ductus deſtiterit antequam detegatur, locum non habeat pœna. Addidit ordinatio, ad incurrendam pœnam, ſatis eſſe præbere fauorem, conſilium, aut conſenſum, vt venenum parenti porrigatur. Hæc autem verba adduntur §. nono, ſequenti. *Item ſebuſcar por qualquier outra guiſa, ou maniera, por ſi, ou por outrem ſua morte.*

Sexta, ſi nouercæ ſuæ, aut concubinæ patris, filius ſeſe immiſcuerit. Couar. loco citato, num. 14. id intelligit de concubina vnica, & domi retenta, more legum ciuilium. Et idem expreſsè diſponunt ordinationes huius regni, titu. cita. §. 10. Meritò addit Couar. ſi filius cum ignorantia, quod eſſet vxor patris, aut concubina, rem cum illa habuiſset, non incurrere hanc pœnam, quæ ſtatuta eſt ſolum propter circunſtantiam illam, quod ſit vxor, aut concubina patris: vt enim ignorantia excuſaret tunc à culpa, quàm circunſtantia illa addit, ita etiam excuſaret à pœna, quæ ob ſolam culpam ex ea circunſtantia profectam, ſtatuta eſt, vt 1. 2. dum de ignorantia eſſet ſermo, dictum eſt. Ordinationes huius regni, §. cita. idem, quod de filio, diſponunt de filia, quæ cū marito matris, aut cum eo, cuius mater eſset concubina domi retenta rem haberet.

Septima, ſi delator contra parentes extiterit, & per ſuam delationem grauia eos diſpendia fecerit ſuſtinere. Sermo eſt de delatione in iudicio, vt verba aperte innuunt, & diſponunt ordinationes huius regni, titu. 72. citato, §. vndecimo. Lex tamen quarta, titu. 7. par. 6. etiam de delatione, infamatione ve extra iudicium loquitur. Couarru. loco citato exponit, de diſpendio in patrimonio. Meritò tamen ordinationes huius regni ſtatuunt de diſpendio in honore, aut in bonis temporalibus, quæ omnia verbum illud, grauia diſpendia, comprehendit. De diſpendio autem in bonis corporis (exilium perpetuum in eis computando) in tertia cauſa dictum eſt. Quæ autem grauia diſpendia cenſenda ſint, arbitrio prudentis relinquitur iudicandum, vt Couarr. rectè ait. Porrò, vt hæc pœna incurratur, neceſse eſt, vt parentes grauia diſpendia propter delationem filij reipſa ſuſtineant, vt ex verbis legis eſt manifeſtum.

Octaua, ſi quemlibet de parentibus incluſum eſſe contigerit, & liberi petiti, ſeu requiſiti ab eo, vel vnus ex his, in ſua eum noluerit fideiuſſione ſuſcipere, vel pro perſona, vel pro debito, in quantum, qui petitur, probatur eſſe idoneus. Hoc tamen ad maſculos tantummodo liberos volumus pertinere. Hæc habentur in authentico citato. Ex his autem verbis conſtat, vt exhæredationis pœna ob hāc cauſam incurratur, neceſſe eſſe, vt parentum aliquis in vinculis detineatur, vel ob debitum, vel alia de cauſa (quamuis ordinationes huius regni loco citato, §. 12. de ſolo debito loquantur, & vt filius, vel filij requiſiti à tali parente, vt pro debito, aut perſona ipſius fideiuſſores, ſint, vt à vinculis eruatur, id non velint efficere, cum tamen poſſint, idoneique ad id ſint. Præterea hanc pœnam ſolum incurrere liberos maſculos, non vero fœminas, eſto renūtiato priuilegio velleiano fideiuſſores eſſe poſſent; quoniam meritò ius noluit eas ad id aſtringere eo quòd coniugatæ eſſe poterant, & vniuerſim minus idoneæ ſint ad ſeipſas defendendum aduerſus creditores.

Nona, ſi liberorum aliquis prohibuerit aliquem ſuorum parentum condere teſtamentum, & talis parens poſt eam prohibitionem condere potuerit teſtamentum, poteſt tunc illum ea de cauſa exhæredare. Quod ſi propter eam prohibitionem ſine teſtamento diſceſſerit, aut præcedens teſtamentum, vt volebat, non mutauit, aut reuocauit, tunc, qui ita impedimento fuit, amittit fiſco, quod ipſi de bonis teſtatoris obuenire debebat, cō paratione tamen læſi, qui alioquin hæres erat inſtituendus, aut cui legatum erat relinquendum, punitur pœna dupli, vt conſtat ex authen. vt nulli iudicum, §. & hoc peruenit, & ex l. 29. tit. 1. par. 6. Quod ſi ſoluendo non ſit, tunc dē bonis teſtatoris tradi cuique debent, quæ ei teſtator relinquere volebat, & prohibitus fuit. Porrò prohibere teſtari quis dicitur, etiamſi id efficiat impediendo tabellionem, aut teſtes, ne accedant ad teſtamentum conficiendum. Hæc omnia patent ex authentico, vt cum de appel. cogno. §. cauſas, iuncta glo. ibi in verbo, leges, & iuxta l. prima, & ſecunda, ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, & l. 1. & ſecunda, C. eodem tit. & ex 4. lib. ord. huius regni, titu. 73. §. 13. ex l. 4. tit. 7. par. 6. & l. 26. cum tribus ſequentibus titu. 1. par. 6.

De-

Decima. Decima, ſi præter (hoc eſt contra) voluntatem parentum inter arenarios, vel mimos ſeſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione permanſerit, niſi quãdo parentes eiuſdem eſſent profeſſionis. Ita habetur §.cauſas, citato, & l. quinta, titu. ſeptimo, par.6. Sed hęc intelligenda ſunt de ijs, qui pretio, atque ex officio mimi ſunt, aut ſe ad gladiandum, aut pugnandum cum beſtijs conducunt: quare hodie vix locum habent; atque idcirco in ordinationibus huius regni inter cauſas exhæredationis non commemorantur.

Vndecima. Vndecima. Si alicui ex parentibus volenti ſuæ filiæ, vel nepti, maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere uitam elegerit. Additur tamen: ſi verò vſque ad vigintiquinque annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam marito copulare, & forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe, libero tamen coniungere, hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari; quia non ſua culpa, ſed parentum id commiſiſſe cognoſcitur. Hæc in auth. vt cum de app. cognoſ. §.cauſas.

Circa hanc vndecimam cauſam in primis obſerua, ſemper parentes præſumendos eſſe velle maritum, & dotem ſecundum vires ſuæ ſubſtantiæ filiæ, aut nepti dare, quãdo contrarium aliunde non conſtat: idque colligitur apertè ex verbis illis, quæ ſubiunguntur. Si verò vſque ad vigintiquinque annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam merito copulare.

Obſerua deinde, de iure communi, vt filia exhæredari poſſit, non ſatis eſſe, ſi ſemel, aut bis furtim copiam ſui faciat. Lex Caſtellæ 5.tit.7.par.6. quaſi authenticum relatum explicans, apertè videtur exigere, vt illam luxurioſam vitam eligat in lupanari. Tametſi Greg. Lopez ibidem id ad ſenſum à nobis traditum pertrahere conetur, eſto illa non commoretur in lupanari.

Obſerua tertiò, de iure communi, eſto filia, inuitis parentibus, ante vigeſimumquintum annum, cui vult, nubat: modo ille mancipium non ſit, non poſſe ea de cauſa exhæredari: neque enim eſt verbum vllum, vnde ex authentico relato id colligatur: Contrariumque affirmat glo. Accurſij ibidem, & in authent. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtamen. vnde idem etiam aperte confirmatur. Idem aſſerunt Sot. in quarta diſtin. 19. quæſt. 1. ar.4. ad 4. Pan. & communior doctorum ſententia, quam Iulius Clarus. §. teſtamentum, quæſt. 41. refert, ac ſequitur. Sicut autem poſtquam ad vigeſimumquintum annum peruenit, ſi cum mancipio cõtrahat, exhæredari poteſt: ita longè maiori cum ratione poterit exhæredari, ſi ante vigeſimumquintum annum idem, inuitis parentibus, efficiat.

Couar. cap. Raynutius, in princ. nu. 15. cum Bartolo, & aliis, quos citat, ait. Eſto pater luxurioſè viuat, poſſe exhæredare filiam luxurioſè etiam viuentem, antè vigeſimum quintum annum expletum, quia vita luxurioſa, quoad honorem, & damna, quæ inde ſequuntur, non adeò vituperatur in viris, ſicut in fœminis. Matrem verò luxurioſè viuentem nõ poſſe filiam ea de cauſa exhæredare. Conſonat glo. iuncto tex. in authen. vt cum de appel. cognoſ. §. cauſas. ver. profeſſionis.

Hodie in regno Caſtellæ l.49. Tauri, quæ eſt 1. titu. primo, lib. quinto, nouæ collect. à Philippo II. confirmata ſancitum eſt, vt qui contraxerit cum aliqua matrimonium, quod Eccleſia clandeſtinum iudicet, eo ipſo, tam ipſe, quàm teſtes, & quicunque alij in eo matrimonio interuenerint, incurrant pœnam amiſſionis omnium ſuorum bonorum fiſco re- A gis, & exilij perpetui à regno cum pœna capitis, ſi tale exilium fuerint tranſgreſſi. Item ut hæc legitima cauſa ſit, vt tam pater, quàm mater exhæredare poſſint, non ſolum filias, ſed & filios, qui ita clandeſtine contraxerint. Veruntamen, vt nullus alius ita delinquentes poſſit accuſare, niſi pater filij, aut filiæ, eo pacto contrahentium, aut mater defuncto patre. Quo loco obſerua, legem Tauri non habere, quòd parentes ea de cauſa poſſint exhæredare etiam filios, ſed id additum eſſe à Rege Philippo, qui eandem legem confirmauit. Sotus in 4. diſtin. 19. quæſtio. 1. art.4. ad quartum, & Couar. in epit. parte 2. cap.6. in init. num. 22. referunt Carolum V. l.41. in Pincianis comitijs editã, eam extendiſſe ad filiam maiorem vigintiquinque annis, quæ tamen nouercam non haberet. In poſtrema tamen editione Couar. dum eam Caroli Quinti legem refert, inſeruit hæc verba, ut quidam, quorum opinio ſatis dubia eſt, & incerta, opinantur. Neſcio tamen quid B his verbis ſibi voluerit, neque credo legem Tauri, præſertim ut aucta fuit in noua collectione, ea extenſione eguiſſe, cum vniuerſim de contrahentibus clandeſtinè loquatur, & ad filios etiam ſe extendat. Quin potius illud fuit limitatio, quod non ſe extendat ad filiam vigeſimumquintum annum excedentem, ſi nouercam habuerit. Immo verò cum hodie in regno Caſtellæ reuocatæ ſint eiuſmodi omnes comitiorum leges, quæ in noua collectione non continentur, vt ex proœmio nouæ collectionis conſtat, eiuſmodi limitatio non videtur locum habere.

Obſerua, hodie eiuſmodi legem nullam ferè locum habere poſt Concil. Trident. ſeſſio. vigeſimaquarta, capit. primo, de reformat. vbi irrita facta ſunt matrimonia omnia, quæ non fuerint celebrata coram parocho, aut alio ſacerdote de licentia parochi, aut ordinarij, & duobus, aut tribus teſtibus, C quæ autem eo pacto celebrantur, non clandeſtina, ſed in Eccleſiæ facie celebrata cenſentur, ac proinde in eis locum non habent pœnæ lege Tauri ſtatutæ.

In eodem Caſtellæ regno, l.2. ti.1. lib.5. nouæ collect. ab Alphonſo Rege ſancitum eſt, vt famulus quicunque, qui durante tempore famulatus, ſponſalia, vel matrimonium contraxerit cum filia eius, cuius eſt famulus, aut cum propinqua, quæ in heri domo habitet, ſine heri conſenſu, exulet à regno in perpetuum, capiteque plectatur, niſi exilium ſeruauerit. Item vt, quæ ita ſponſalia, aut matrimonium contraxerit, exhæredetur, bonaque illius ad propinquiores conſanguineos deueniant. Item, vt tam, pater, quàm mater eius, quæ ita contraxerit, vel herus, aut hera talis famuli, poſſint delictum accuſare, atque exigere, vt eiuſmodi pœnæ executioni manden tur, & his non accuſantibus, conſanguinei vſque ad D tertium gradum eius, quæ ita contraxerit, poſſint idem delictum accuſare; dummodo tamen pater, aut mater eius, quæ ita contraxerit, aut herus famuli veniam delicti tali fęminæ non concedant: nam tũc conſanguinei non poſſent eam accuſare. Credo autem exhæredationis pœnam, hoc eſt, vt expers ſit hæreditatis paternæ, ac maternæ, bonaque illius applicentur conſanguineis propinquioribus, à iudice loci imponendam eſſe fœminæ, quæ cum famulo contraxit. Ius Caſtel.

De iure huius Luſitaniæ regni, ſi filia ante vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum fornicetur cum aliquo, aut nubat ſine conſenſu patris, aut matris, ipſo facto exhæredata, ac excluſa manet ab omnibus bonis patris, aut matris (quod ob id ſub diſiunctione dictum arbitror, quoniam ſi mortuus alter iam erat tempore delicti, à bonis ſolum ſuperſtitis excludetur) habetque hæc pœna locum,

eſto

eſto à parentibus non exhæredetur. Quod ſi tempore mortis talis patris aut matris ſuperſtites ſint alij eorum filij legitimi, aut filiæ, qui ſimile crimen non commiſerint, vel nepotes legitimi ex eiuſmodi filijs, aut filiabus, tunc abſque eorum conſenſu non poterunt parentes hæredem inſtituere in legitima, aliquam illi debita, filiam, quæ ita fornicata eſt, vel ſine facultate parentum nupſit. Quando autem nulli ſuperſtites ſunt eiuſmodi filij, vel nepotes, poſſunt parentes eam hæredem inſtituere, in quanta ſuorum bonorum parte voluerint. Quod ſi prædicta filia notoriè melius, ac honorabilius nupſiſſet, quàm à parentibus fuerat maritanda, tunc parentes ſolum exhæredare eam poſſunt in medietate legitimæ, quam per mortem cuiuſque eorum erat habitura. Si autem expreſsè illam in ea medietate non exhæredent, obtinebit integram legitimam, eſto ſuperſtites ſint alij filij aut nepotes legitimi ex eodem patre, ac matre. Hæc omnia habentur libro quarto ordin. titu. ſeptuageſimo ſecundo, in princip. & §. 1. & 2. Quo fit, vt de iure huius regni nulla eiuſmodi pœna maſculis ſtatuta ſit, ſi vxores ducant inuitis parentibus. Neque fœminis, ſi poſt vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum, vel fornicentur, vel matrimonium, inuitis parentibus, contrahant.

Illud vniuerſim circa prædictas omnes leges, tam iuris communis, quàm huius, & Caſtellæ regni, obſeruandum eſt, quòd cum omnes pœnales ſint filij, aut filiæ, quæ exhæredationis pœnam incurrerint, non tenentur abſtinere à bonis parentum, antequã vel ab ipſis exhæredentur, vel ſententia exhæredationis in eos feratur, ſed nihil impediente delicto ab ipſis commiſſo, & quòd lex ſtatuat, vt ipſo facto aut iure, qui illud commiſerit, ſit exhæredatus, poſſunt portionem legitimam accipere, & exigere, partitionemque bonorum cum cæteris fratribus, aut cohæredibus facere. Ratio eſt, quoniam nullus tenetur ſubire pœnam ante latam ſententiam, & multò minus illam exequi aduerſum ſemet ipſum.

Quæſtio. Dubium circa eaſdem leges eſt, an, quatenus exhæredant filios, vel filias contrahentes ſine facultate parentum, aut etiam contra ipſorum rationabilem voluntatem, iuſtæ, ac validæ ſint, ac proinde licita, & valida ſit talis exhæredatio, præcedente tali delicto filij, aut filiæ.

Cõmunior opinio. Communior ſententia Panormitani, & complurium aliorum, quos Couarr. ſecunda part. epit. cap. 3. §. 8. numero quinto, refert, ac ſequitur, eſt, Quando modus contrahendi matrimonium non eſt ab Eccleſia prohibitus, nempe quando filij contrahunt in facie eccleſiæ, neque licitè, neque validè poſſe exhæredari, eſto ante vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum contra voluntatem parentum cum indigno, longèque inferiori ſe contrahant, ac peccent, propter inobedientiam, inordinationem, odia, ſcandala, & alia mala, quæ inde nata ſunt ſequi. Quando tamen modus contrahendi eſt ab eccleſia prohibitus, vt eſt clandeſtinè contrahere, ait idem Couarruu. in eadem ſecunda part. epit. capitulo 6. in princip. à numero decimo ſeptimo, cum alijs, quos refert, fas eſſe principibus ſecularibus, quaſi adiuuando prohibitionem Eccleſiæ prohibere eiuſmodi matrimonium ſub nouis pœnis, moderatis tamen: poſſeque inter eas ſtatuere filiæ, vel etiam filio, qui ita contraxerit, pœnam exhæredationis. Huius opinionis fuiſſe videntur ij, quorum conſilio lex Tauri 49. ſancita eſt, quæ pœnas ſolum ſtatuit, quando matrimonium à filia, ſine facultate parentum contractum clandeſtinum eccleſiæ iudicio fuerit reputatum. Nauar. in Manua. capitulo decimo quarto, numero 15. & Iulius Clarus §. teſtamentum, quæſtio. quarta, & multi alij ex ijs, quos Couarruu. refert, indiſtinctè negant, licitè poſ-

A ſe filiam ea de cauſa exhæredari, quod contra voluntatem patris, parati tribuere illi condignum maritum, nubat indigno, longèque inferiori ſe, eſto talis filia lethaliter peccet, non parendo in ea re patri. In eadẽ ſententia eſt Ledeſmius 2.4. quæſt. 49. articulo ſexto, qui legem 49. Tauri damnat, atque pœnam illius vim non habere, niſi prius à Summo Pontifice approbetur.

Suadetur primò. Poſſunt verò hæc omnia ſuaderi. Primo, quoniã poſtquam filia ad pubertatis annos peruenit, elegitque contrahere cum viro indigno, eccleſia non ſolum permittit, ſed etiam adiuuat, & defendit, vt, parentibus etiam inuitis in ipſius facie contrahat, idque propterea quod iuris ſui ſit ad id faciendum, per accidenſque, vtendo ita iure ſuo, malè faciat, ac peccet, non parendo patri, ſeſeque ita turpiter abijciendo: ergo propter ea, quòd ita permittente, adiuuante, ac defendente eccleſia, in facie ipſius contrahat, neque pater, neque ſecularis reſpublica poteſt eam
B punire, præſertim pœna adeò acerba, ac eſt exhæredatio.

Secundò. Secundò, matrimonia libera eſſe debent, eaque de cauſa pœna in eis locum nõ habet, cap. Gemma, de ſponſalibus, ergo filia, quæ ante vigeſimum ſuæ ætatis annum, ſine facultate parentum, aut etiam illis inuitis, matrimonium contrahit, nec licitè, nec validè poteſt exhæredationis pœna puniri: ea quippe pœna retraheretur maximè à contrahendo eo pacto matrimonio, atque adeo libertas, vt nuberet, cui vellet, ab ea auferretur.

Tertiò. Tertiò, cauſæ matrimoniales, non ad ſæculares, ſed ad eccleſiaſticos iudices ſpectant, vt, præter alia iura, in Concil. Trident. ſeſſ. 24. can. 12. ſub anathemate eſt definitum. Inſuper in eadem ſeſſ. cap. 9. de reformat. principes ſeculares ſub anathematis pęna ipſo facto incurrenda præcipiuntur, ne quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos vel quoſcun-
C que alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant: ergo illicitæ, ac nullæ ſunt leges, quibus ſtatuunt, vt parentes exhæredare poſſint filias, ſi ante vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum ſine ipſorum facultate contrahant; quippe quæ libertatem nubendi, cui velint, ab eis auferant.

Contraria ſententia probatur. Contrariam ſententiam, præter quoſdam quos Couarru. locis citatis, & alij referunt, ſequuntur Dominic. à Soto in 4. diſtinct. 29. quæſt. 1. art. quarto, ad quartũ. Anton. Gom. ad l. 49. Tauri. Menchaca lib. primo, de ſucceſſionibus, §. 10. à numero 647. & Couarruu. ſecunda part. Epit. capitulo 6. in principio. à numero decimo ſeptimo, quæ nobis probatur. Ducor potiſſimum, quoniam licet matrimoniales cauſæ ad Eccleſiaſticas & non ad laicas poteſtates pertineant; eo quod matrimonium ſit ſacramentum, nihilominus, quia ratio ſacramenti fundatur in contractu merè naturali, quem perſonæ ad Rempublicam
D ſæcularem pertinentes inter ſe celebrant, atque in modo contrahendi interuenire poſſunt abuſus, & delicta, quæ ſæcularem Rempublicam denigrent, ac perturbent, vtique ad eam ſpectat hos abuſus, & delicta, quatenus in ipſius præiudicium cedunt; prohibere, certiſque ſtatutis pęnis illa punire: hac quippe ratione mixti fori eſt delictum, quo, viuente altero coniuge, tranſit quis ad ſecundas nuptias. Et quamuis Eccleſia prohibere Reipublicæ ſæculari poſſit, ne quid circa matrimonij contractum ſtatuat, quod ſacramento præiudicium afferat, libertatemque, qualem ſpiritualis Eccleſiæ, ſalutiſque animarum bonum poſtulat, in contrahendo impediat, caſſareque poſſit ſtatuta, & pœnas, ſi quæ in præiudicium eiuſmodi ſpiritualis boni ſanciuerit, certè, quãdo ex vna parte ſtatuta, & pęnæ nullum, vel matrimonio, quatenus ſacramentum eſt, vel ſpirituali contrahentium bono præiudicium afferunt, ex

alia

alia verò abuſus ſecularem rempublicam fœdantes, ac perturbantes impediunt, cõducuntque ad ſpirituale ſimul, atque temporale eorum, quibus ſtatuuntur bonum, vt pœnæ timore contineantur, ne cum peccato inobedientes parentibus ſint, & tam eos, quàm alios conſanguineos inhonorent, periculiſque ſeditionum, odiorum, ac necium exponant, atque ne impudenter ipſimet ſeipſos perdant, non leuem honoris famæ, ac bonorum temporalium, iacturam ea ratione faciendo, non video cur aſſerendum ſit, vel Eccleſiam vnquam prohibere principibus ſecularibus intendiſſe, ne ſimiles leges, ac pœnas in ſuis Rebuſpublicis conderent, vel poteſtatem eſſe in Eccleſia ad id prohibendum. Tales autem eſſe leges, de quibus diſputamus, non difficile erit oſtendere. In primis namque, quod quæſo pręiudicium, vel ſacramento matrimonij, vel ſpirituali Eccleſiæ, ſalutique animarum bono affert, quod filiæ ante vigeſimumquintum annum, vel etiam filij, eo quaſi fręno conſtricti teneantur, ne cum tanto ſuo proprio, ſuorumque parentum ſpirituali, & temporali damno, atque cum perturbatione, ac dedecore Reipublicæ ſine parentum facultate matrimonium imprudenter contrahere audeant? Nonne, ſi nihilominus contraxerint, ſacramentum validum erit? Si item vterque contrahentium, illud nihilominus in Eccleſiæ poſtulet facie, vel inuitis parentibus, eo quòd (tametſi per accidens cum peccato) iure ſuo vtantur, illis concedetur? At verò, quòd eo appoſito fræno, pauca eiuſmodi matrimonia præ timore in Republica contrahantur, certe non in detrimentum, ſed in maximum commodum, atque decentiam ipſiuſmet ſacramenti, bonique ſpiritualis Eccleſiæ, & animarum redundat. Item quòd adoleſcentulæ, & iuuenes, timore pœnæ contineantur, ne imprudenter, animique leuitate ducti, ſine parentum conſenſu contrahere cum quocunque libuerit audeant certè in nullum ſacramenti, aut ſalutis animarum detrimentum, ſed in emolumentum potius vergit, cum experientia ipſa teſtetur, qui ita contrahunt, ſolere poſtea non raro dolere, quòd eo pacto contraxerint, neque ſimilia matrimonia exitum proſperum habere conſueuerint. Deinde verò quod eiuſmodi leges, ac pœnæ impediant peccata, & abuſus familias, rempublicamque ſecularem fędantes, ac perturbantes, conducantque ad ſpirituale ſimul, & temporale bonum tum parentum, tum etiam eorum ipſorum, quibus ſtatuuntur, notius experientia eſt, quàm vt probatione alia indigeat. Finge ciuiles leges, de quibus diſputamus, inualidas eſſe, & tam filios, quàm filiasfamilias contrahere poſſe omnino impunè ſine parentum facultate, tenerique parentes non ſecus eas dotare, quàm ſi ex ipſorum facultate nupſiſſent, nec minus ſuccedere parentibus etiam inuitis in integra legitima portione, quàm ſi ex eorum facultate nupſiſſent, & videbis qualis ea in parte non ſolum ſæcularis Reſpublica, ſed etiam ipſiuſmet Eccleſiæ facies futura ſit, & quot mala, ſeditiones, neces, & ſcandala inde orientur. Profectò qui eiuſmodi facultatem Reipublicæ ſæculari auferre molitur, non aliud, quàm grauiſſima damna, ſine vllo temporali, aut ſpirituali commodo in eam, Eccleſiamque ipſam introducere conatur. Adde, leges principum ſecularium non facilè tanquam iniuſtas, & inualidas eſſe condemnandas, eas præſertim, quæ vſu in Rebuſpublicis ſunt receptæ, quales ſunt, de quibus nunc diſputamus. Adde etiam quemadmodum ad rempublicam ſecularem ſtatuere ſpectat, quanta portio legitimæ filijs ex parentum ſuorum bonis obuenire debeat, in ipſiuſque poteſtate eſt eam minuere aut augere, ita ad eandem pertinere, cauſas præſcribere,

A ex quibus, vel poſſint, vel ſint neceſſariò illa priuandi, ac proinde inter eas meritò computare poſſe, vt ſi filia ingrata, atque inobediens in contrahendo matrimonio parentibus ſit, poſſit legitima priuari, aut eo ipſo ſit illa priuata, ob ingentia mala, quę inde nata ſunt ſequi. Nec ſum eius ſententiæ, vt exiſtimem ea ſola ratione poſſe ſecularem Rempublicam legitima illas priuare, ſi inobedientes eo pacto ſint, quia legitima beneficium eſt, quod ab ſtatuto eiuſdem Reipublicæ pendet, ac proinde id non habet rationem propriæ pœnæ, ſed ſuſpenſionis beneficij rationabili ex cauſa, quia ſi, vt quidam arbitrantur, reſpublica ſecularis nihil ea de cauſa poſſit ſtatuere, quod propriè habeat rationem pœnæ. Non, inquam, ſum eius ſententiæ. Etenim præcipua ratio paulò antea à nobis confecta, apertè probat, poteſtatem eſſe in republica ſeculari ad veras ac proprias pœnas, ea de cauſa ſtatuendas. Illud admonuerim, quamuis fas ſit Reipublicæ ſe-
B culari ſtatuere ea de cauſa rationabiles ac moderatas pœnas, nefas tamen eſſe poteſtatibus laicis, vt illas executioni mandent, impedimentum apponere poteſtatibus eccleſiaſticis quominus inquirere, examinare, ac iudicare ſufficienter poſſint, num matrimonium ita contractum validum, ac legitimum fuerit.

Ad primum argumentum in contrarium dicendum eſt, probare quidem ſponſum, & ſponſam habere ius ad tradendum ſibi mutuo per matrimonij contractum, quem in facie Eccleſiæ celebrare volunt, poteſtatemque in ſua corpora, taleque matrimonium validum eſſe, neque Eccleſiam eo ipſo, quod ita in ipſius facie contrahere volunt, poſſe illos impedire, quin potius teneri eos adiuuare, protegere, ac defendere, etiam aduerſus parẽtes, ne poſtquam id ita elegerunt, iure illo vti prohibeantur, nihilominus id non tollere, quin inordinate contra
C parentum voluntatem, cum tanto ſuo, parentum, ac reipublicæ detrimento id ita volendo peccent, poſſintque idcirco à parentibus & Republica legitimæ priuatione, alijſque pœnis, quæ prudentis arbitrio bono reipublicæ expedire videbuntur, iuſtè puniri, ne ſimilia flagitia paſſim in Republica deinceps fiant. Itaque non punitur contractus matrimonij, vſuſve iuris in tradenda mutuo poteſtate corporum, ſed inobedientia & inordinatio in vtendo tunc cum illis circunſtantijs eo iure, & cum tanto detrimento proprio, parentum, ac reipublicæ: quod nequaquam Eccleſia approbat, ſed vituperat, ac deteſtatur, vt patet 30. q. 5. c. 1. 3. & 4. Ad 1. arg.

Ad ſecundum dicendum eſt, quòd matrimonia, quoad fieri commode poſſit, libera eſſe debeant, non tollere, quominus reſpublica ſtatuere poſſit rationabiles pœnas ad detrahendum ab abuſibus, & peccatis, quæ in eis celebrandis cum Reipublicæ, Ad ſecundum.
D ipſorum contrahentium detrimento, minorique ipſius ſacramenti decentia interuenire poſſunt: ſicut antequam matrimonia clandeſtina à Tridentina Synodo irrita eſſent effecta, quòd matrimonia libera eſſe deberent, nihil impediebat, quominus pecuniaria, & excommunicationis pœna ab eccleſia ipſa clandeſtine contrahere intendentibus ſtatueretur, vt ab eo contrahendi modo, qui occaſio multorum erat malorum, homines abſtinerent, cum tamen multi, & multæ, non aliter, quàm clandeſtinè contrahere cum eis poſſent, cum quibus volebant. Item, quòd matrimonia libera eſſe debeant, non tollit quominus is cogatur pœnis cum ea contrahere, cui ſe eandem ducturum vxorem promiſit. Pœna autem, quæ iuxta caput Gemma locum in matrimonio non habet, eſt conuẽtionalis, q̃ priuati apponãt, aut quæ matrimonio præiudicium afferat: non autem eccleſiæ in eo capite, aut in quouis alio iure, in men-

mentem venit, irritas facere leges aut pœnas, quas Reſpublicæ ſæculares ad impediendos abuſus, & peccata, ipſiſmet contrahentibus, & Reipublicæ noxia & ſacramento minus decentia, meritò ſtatuerent, neque in Eccleſia, vt dictum eſt, videtur eſſe talis poteſtas.

Ad primam partem tertij argumenti dicendum eſt, aliud eſſe cauſam matrimonialem, aliud verò abuſum Reipublicæ ſeculari, ipſiſque met contrahentibus noxium: qui cum voluntate contrahendi ſine parentum conſenſu interdum eſt coniunctus, atque illud primum ſpectare ſolum ad eccleſiaſticas poteſtates, puniri verò hoc ſecundum poſt quam matrimonium eſt celebratum nihil ſe immiſcendo in matrimonij contractu, validuſne fuerit, riteque iuxta diuinum ius ſtatutaque Eccleſiæ celebratus, an non, pertinere ad laicas poteſtates, ad quas eadem ratione ſpectat ſtatuere prius leges, & pœnas, quibus idem abuſus puniatur.

Ad tertiũ. Ad ſecundam partem dicendum eſt, perſpicuè non eſſe in eo capite ſermonem de ijs, qui filiabusfamilias, aut filijs ſine parentum conſenſu contrahentibus pœnas ſtatuunt; id quod patres, ad dubia, quæ circa Concil. Trident. occurrunt, expedienda deputati, expreſſerunt: neque enim eo in loco vlla ſit mentio de parentibus, qui ea de cauſa filias exhæredant: ſed eſſe ſolum ſermonem de his principibus, aut magiſtratibus, qui ſibi ſubditos cum ijs matrimonia inuitos celebrare cogunt, quos ea ratione ditare volunt. Hæc dicta ſint de vndecima exhæredationis cauſa.

Duodecima. Duodecima eſt, ſi aliquis ex parentibus furioſus fuerit (intellige, vt ordinationes huius regni diſponunt, aut quouis alio modo amiſerit iudicium rationis) & liberi illius, aut aliqui eorum, obſequium ei, & curam competentem non præbuerint, illeque ad ſuam redierit mentem, integrum illi eſt liberos ita ingratos exhæredare. Si autem ille ad mentem nunquam redierit, & extraneus aliquis, videns eum à ſuis hæredibus ex teſtamento, aut ab inteſtato neglectum, miſericorditer voluerit curam illius agere; tunc ſi hæredibus proteſtetur (in ſcriptis, vt gloſſa ait) vt curam illius habeat, illique proteſtatione facta neglexerint, ipſeque in domum ſuam eum receperit, proprijſque ſumptibus vſque ad finem vitæ curam illius egerit, hæreditas tota ad ipſum ſpectat, ita tamen, vt ſi furioſus teſtamentum confecerat, legata, & reliqua in eo ſcripta; præter hæredis inſtitutionem, impleantur. Ita habetur in authentico, vt cum de appellatio. cognoſc. §. ſi quis de prædictis, in authentica liberi, C. de epiſcopali audient. lib. quarto, Ordin. huius Luſitaniæ Regni, titu. 72. §. 14. 15. & 16. & l. quinta, titu. 7. par. ſexta, Gloſſæ in authenticis citatis, quas ſequitur Gregor. Lopez, l. quinta, citata affirmant, ſi nullus curam furioſi egit, tunc ab hæredibus auferendam eſſe hæreditatem tanquam ab indignis, & applicandam eſſe fiſco, iuxta l. 3. ff. de ijs, quibus vt indig. idemque diſponunt Ordin. huius regni loco citato. Hoc tamen locum non habet ante latam ſententiam. Tota autem pœna huius duodecimæ cauſæ ſolum ſe videtur extendere ad hæredes ingratos, qui expleuerunt decimumoctauum ſuæ ætatis annum, iuxta ea, quæ in ſequenti cauſa dicenda ſunt ſtatutum que id eſt l. ſexta, titu. 7. par. ſexta. Huic tamen, qui decimumoctauum annum exceſſerit, ſi ingratus eo pacto exiſtat, non conceditur poſtea beneficium reſtitutionis in integrum, vt pœnam poſſit euadere.

Decimatertio. Decimatertia, ſi quis parentum in captiuitate detineatur, & liberi ipſius, aut vnus eorum non feſtinauerit eum redimere, illeque captiuitatem euadat, integrum ipſi erit filium, aut filios ita ingra-

A tos, ea de cauſa exhæredare. Quod ſi in captiuitate moriatur, & negligentia, vel deſcendentium, vel aliorum hæredum ab inteſtato, aut ex teſtamento, qui ſe eſſe inſtitutos hæredes agnouerint, redemptus non fuerit per epiſcopum Eccleſiæ, ad quam ille pertinuerit, alioſve eccleſiæ miniſtros, conficiendum eſt inuentarium omnium bonorum illius, ex eiſque captiui ſunt redimendi, excluſis omnino hæredibus. Si tamen ille teſtamentum confecerat, omnia in eo contenta adimplenda ſunt præter hæredum inſtitutionem. Pœna hæc tota ſolum habet locum in ingratis, qui decimumoctauum ſuæ ætatis annum exceſſerint. Porrò, ad redimendum huiuſmodi captiuum, fas eſt minori, qui decimumoctauum annum exceſſerit, contractus celebrare, etiam alienando bona talis captiui, vt redemptionis pretium inde habeatur, teneturque captiuus ſtare poſtea illis contractibus. Hæc omnia habentur in authen. vt cum de appellat. cogn. §. ſi vnum. de prædictis, l. 6. titu. ſeptimo, parte 6. & lib. quarto, Ordin.

B titu. 72. §. 17.

Decimaquarta. Decimaquarta, & poſtrema, ſi parentes Catholici ſint, filij autem à fide defecerint. Ita habetur authent. vt cum de appel. cognoſc. §. ſi quis de prædict. l. 7. titu. 7. parte 6. & lib. quarto, ordin. titu. 72. §. penult.

Prima exhęredationis aſcendentiũ cauſa. Ex ſequentibus etiam cauſis fas eſt liberos exhæredare ſuos parentes. Prima, ſi parentes liberos ſuos ad interitum vitæ tradiderint, eos videlicet accuſando (vt ait gloſ.) de crimine propter quod ea pœna ſint puniendi. Adde, vel ſi de tali crimine eos denunciauerit. Lex vndecima, titu. 7. par. 6. addit, aut de crimine ob quod ſint mutilandi. Excipitur, niſi accuſatio, aut denunciatio ſit de crimine læſæ maieſtatis. Idemque eſt de crimine hæreſeos, læſæve maieſtatis diuinæ: vt circa cauſas, ex quibus permiſſum eſt parentibus exhæredare ſuos liberos,

C dictum eſt.

Secunda. Secunda, ſi parentes filiorum vitæ veneno, aut maleficijs, vel quouis alio modo fuiſſe inſidiati probentur.

Tertia. Tertia, ſi pater cum vxore, aut concubina filij domi retenta ſe immiſcuerit. Idem dicunt ordinat. huius Luſitaniæ regni eſſe, ſi mater ſe immiſcuerit cum marito, aut amaſio filiæ domi ab eo retentæ.

Quarta. Quarta, ſi parentes filios ſuos teſtamentum circa ea, de quibus liberè teſtari poterant, condere prohibuerint. Eadem quippe omnia in hoc euentu dicenda ſunt, quæ ſupra de filijs parentes teſtari prohibentibus dicta ſunt.

Quinta. Quinta, ſi vir vxori, aut è contrario vxor viro venenum dederit, vt interficiat, aut a mente alienet, vel quouis alio modo vnus eorum vitæ alterius fuerit inſidiatus: liberi namque ea de cauſa

D exhæredare poſſunt parentem, qui crimen tale commiſerit.

Sexta. Sexta, ſi parentes curam filij, qui iudicium rationis amiſerit, non habuerint, poteſt filius compos mentis factus eos exhæredare. Eaque omnia, quæ in hoc euentu de parentibus, qui rationis iudicium amiſerunt, hæredum comparatione dicta ſunt, ſimiliter locum habent, quando filij in eundem morbum inciderunt.

Septima. Septima, ſi filius, aut filia in captiuitate detineantur, & parentes negligentes fuerint in curanda eorum redemptione. Ea quippe omnia, quę de parentibus captiuis hæredum comparatione dicta ſunt, ſimiliter ſunt intelligenda, quando filij in captiuitate detinentur. Quod ſi hæredum negligentia in captiuitate diſcedant, ex ipſorum bonis, de quibus teſtari poterant, captiui ſunt ſimiliter redimendi.

Octa-

Octaua. Octaua, ſi filio Catholico exiſtente, parentum ali quis à fide diſceſſit.

Hæc omnia habentur in authen. vt cum de appel. cogno. §. ſiue igitur, à verſ. iuſtum autem perſpeximus l. 11. tit. 7. par. 6. & 4. li. ordinat. huius regni, tit. 73. habentque locum in quocunque deſcendentium comparatione aſcendentium, ſiue mares ſint, ſiue fœminæ.

Ex quibus cauſis fas eſt exhæredare, licitum quoque eſt alimenta denegare, præter illa ſine quibus vita non conſeruaretur, vt in calce diſp. 168. oſtendimus. Eademque, imò verò longè maiori ratione, licitum eſt denegare dotem filiæ, quæ poteſt licitè exhæredari.

Dubium. Dubium eſt, vtrum quando pater exhæredare potuit filium, aut filius patrem, vt quia pater ſubito interfectus eſt à filio, & tempus nõ habuit ad illum exhæredandum, aut quia cauſam legitimam exhæredationis ignorauit, fas ſit hæredibus eam cauſam obijcere filio poſt mortem patris, eaque probata auferre ab illo, tanquam indigno, hæreditatem, eique alimenta denegare. Ioan. Andr. Panorm. & alii, quos Anton. Gom. 1. tom. variar. reſ. ca. 11. nu. 11. refert, affirmant. Decisio. Mihi verò contrarium videtur probabilius cum Anton. Gom. ibidem, & Moli. lib. 1. de primog. cap. 11. nume. 15. & ſequentibus. Ducor potiſſimum, quoniam in authen. vt cum de appel. cogno. tanquam forma, vt exhæredatio ſit valida, ſtatuitur, vt ab ipſomet patre inſerta cauſa fiat, & non ab hæredibus. Item, vt cauſa ſufficienter probetur, aliterque quamuis cauſa verè ſubſtiterit, hæreditas conceditur filio, vt diſputa. præcedente dictum eſt. Item quia paterno amore potuit pater parcere filio, & filius reuerentia, & amore filiali parcere potuit patri, neque ad hæredes tranſit declaratio eiuſce voluntatis teſtatoris.

Dubium deinde eſt, an de iure communi ex alijs, cauſis ab illis quatuordecim, in authent. vt cum de appel. cognoſc. commemoratis, poſſit filius à patre exhæredari. Cõis ſent. Communis doctorum ſententia affirmat, ſi æquè graues, aut grauiores illis ſint, vt ſi filius proditor ſit patriæ, fas eſſe illum exhæredare. Hanc ſententiam referunt, & ſequuntur Couarru. cap. Raynutius, de teſt. in initio. nume. 16. Anton. Gom. 1. tom. var. reſ. cap. 11. num. 12. Iulius Clarus. §. teſt. q. 41. Moli. lib. 1. de primoge. c. 6. num. 32. 33. & 34. Emmanuel à Coſta, §. & quid ſi tantum, par. 3. à num. 175.

Contraria probatur. Contrariam ſententiam amplectuntur Hoſtien. Alexan. & pauci alij, quos Greg. Lopez. ad l. 8. titu. 7. part. 6. gloſ. vlt. refert, & in quorum opinionem propendet. Ea videtur ſufficienter probari ex authen. vt cum de appel. cogn. §. aliud quoque capitulum, cuius hæc ſunt verba. Sed quia cauſas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari in diuerſis legibus diſperſas, & non aperte declaratas inuenimus, quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem viſæ ſunt; aliquæ verò, cum eſſent dignæ, prætermiſſæ ſunt, ideo neceſſarium eſſe perſpeximus, eas nominatim præſenti lege comprehendere, vt præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur. Hactenus ibid. Quæ verba ſatis apertè ſonant, ex nulla alia cauſa, quam ex aliqua de quatuordecim, quæ proximè in eodem authentico ſubiunguntur, fas eſſe nequaquam liberos ſuos exhæredare.

Reſpondet Emmanuel à Coſta, eis verbis non fuiſſe abſolutè excluſum non apponere alias ingratitudinis cauſas, ſed ſolum non opponere alias ex aliqua anteriori lege. Vnde ait, eſto aliqua cauſa tam grauis prudentis arbitrio, atque aliqua ex quatuordecim numeratis reperiretur, ſi tamen

A antiquiori aliqua lege ſufficiens ad exhæredandum eſſet ſancita, nefas eſſet ex illa exhæredare, ſecus autem ſi ſancita non fuiſſet. Hac ratione vult, quamuis filius tam abiectam vxorem ducat, vt, patris qualitate attenta non minor inde ignominia ei reſultet, quàm ex aliqua de numero illarum quatuordecim cauſarum, ſi tamen ea vxor mancipium non ſit, nefas eſſe filium ea de cauſa exhæredare, eò quòd cauſa illa quondam fuerit ſancita ſufficiens ad exhæredandum. l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bonorum poſſeſſione contra tabu. & inter illas quatuordecim non fuerit numerata.

Certè mihi probabiliſſima videtur opinio Hoſtienſis, & Alex. neque ab ea auderem recedere.

Primò, quoniam doctores contrariæ ſententiæ potiſſimum duci videntur, poſteriores autoritate priorum, neque aliud video eorum fundamentum, quàm argumentum à paritate aut maioritate rationis, & quòd id æquitas poſtulare videatur: hoc ta- B men fundamentum in re, de qua agimus, nullius oſtendam eſſe momenti.

Secundò, quoniam quòd cauſæ quondam alijs legibus fuerint ſtatutæ, vel non, ſi ex circunſtantijs fuerunt æquè graues, aut etiam grauiores, quam aliqua ex illis quatuordecim, non erat ratio cur in authentico, vt cum de appel. cognoſ. prohiberentur opponi.

Tertio, quoniam, & verba illius authentici, niſi ad violentas recurrere velimus expoſitiones, ſatis, vel primo aſpectu, ſignificant opinionem Hoſtienſ. & Alex. & multo magis ſi expendantur. Etenim verba illa, ideò neceſſarium eſſe perſpeximus, eas nominatim præſenti lege comprehendere; cum ſermo habitus eſſet tam de cauſis antiquioribus legibus ſtatutis, quàm de alijs, quæ cum ſtatutæ non fuerint, ſanciri tamen debuerunt, & Iuſtinianus dicat, ſe velle omnes, quæ deinceps poſſint opponi, nomi- C natim ea lege comprehendere, certè nullum locum reliquit, vt quæcunque aliæ poſſent deinceps opponi, ſiue de eiſdem legibus antiquioribus ſermo fuiſſet habitus, ſiue non: alioquin non omnes comprehenſæ fuiſſent, idque nominatim, hac lege, qua tamen Iuſtinianus ſe id efficere docet.

Quartò (& euertit fundamentum contrariæ opinionis, meoque iudicio à priori excludit expoſitionem Emmanuelis à Coſta) tam lex huius authentici, quàm antiquiores, quæ cauſas exhæredationis ſtatuebant, pœnales erant, vt eſt manifeſtum: tum ex ſe, quoniam in pœnam ingratitudinis ſtatuebant exhæredationem: tum etiam ex hoc ipſo Authentic. §. & hæc quidem exhæredationis, qui, vt ſupra retulimus, in hunc modum habet; & hæ quidem exhæredationis, & præteritionis pœnæ, quantum ad ingratitudinis cauſas ſtatuendæ ſunt; ſi quæ autem ex his (cauſis ſcili- D cet) inter crimina reputantur (quæ à iudicibus videlicet puniantur) earum authores etiam alias pœnas ſentiant legibus ſtatutas: ſed pœna, vt communis doctorum ſententia affirmat, tantum ſe extendit ad delicta pro quibus legibus eſt ſtatuta, non verò ad alia, eſto æquè grauia, aut grauiora etiam ſint, & magis dignæ, quæ eadem pœna puniantur: ergo neque ante hoc authenticum fas erat pœnam exhæredationis infligere, niſi pro cauſis antiquioribus legibus expreſſis; neque poſt hoc authenticum, niſi pro cauſis in eo commemoratis, eſto grauiores aliæ reperiantur, quandoquidem ſancitum in eo non eſt, vt ad illas etiam hæc pæna expendatur, quin potius apertè prohibitum. Supponens ergo Iuſtinianus exhæredationis pænam infligi non poſſe, niſi pro cauſa ad id lege expreſſa, addidit illa verba; vt præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cau-

fas opponere, niſi quæ in in huius conſtitutionis ſerie continentur: non verò (quod Emmanuel à Coſta vult) argumento à contrario ſenſu liberum relinqueret, modò cauſæ aliæ non eſſent de earum numero, quæ antiquioribus legibus eſſent ſtatutæ, fas eſſe ex eis exhæredare, ſi æquè graues, aut grauiores eſſent.

Quintò, quoniam l. 8. titu. 7. par. ſexta, manifeſtè expreſſit ex nulla cauſa, quæ non eſſet ex quatuordecim enumeratis, validam eſſe exhæredationem. Statutis enim quatuordecim his cauſis legibus præcedẽtibus addit. *Mas ſi por alguna otra razon qualquier, que no fueſſe de las ſobre dichas en eſtas leyes, deſheredaſſe el padre a ſu hijo, no valdria tal desheredamiento.* Licet autem hæc lex vim non habeat extra regnum Caſtellæ, certè ex illa conſtat, doctiſſimos earum legum ex communi iure compilatores eo modo, quo Hoſt. & Alex. intellexiſſe, authe. vt cum de appellatione cogn. Miror vero Couarr. & Anton. Gom. ea lege poſthabita, contrariam in Regno Caſtellæ amplexatos fuiſſe ſententiam.

Obiectio. Quod ſi quis aduerſus Emmanuelem à Coſta obijciat ingratitudinem, quam filius nobilibus parẽtibus natus aduerſus parentem committit, dum abiectiſſimam vxorem ducit, contineri in ſecũda ex quatuordecim ingratitudinis cauſis ſupra commemoratis, eo quod ea via grauis, & inhoneſta iniuria parentibus ingeratur, ſi quis item aduerſus nos illud idem obijciat, & præterea quamcunque æque grauem, aut grauiorem exhæredationis cauſam, de quibus eſt controuerſia, an propter illas fas ſit exhæredare, contineri in eadem ſecunda cauſa, vt Anton. Gome. loco citato contendit. In primis, Reſpondemus,

Diluitur. perperam Anton. Gomez. & quemcunque alium autorem contrariæ ſententiæ, qui id affirmet, aſſerere, fas eſſe exhæredare ex cauſis in illis quatuordecim minimè comprehenſis, modò æquè graues, aut grauiores ſint: quandoquidem omnes vniuerſim, ex quibus cenſent licitum eſſe exhæredare, in illis quatuordecim comprehendi arbitrentur. Reſpondemus deinde, ſecundam cauſam intelligendam eſſe de iniuria per ſe, & directè illata parentibus, qualis eſt contumelia grauis verbo illis illata, aut quale eſt in patris ignominiam cornua pro foribus illius appendere, vel aliud ſimile: non autem de iniuria per accidens, atque indirectè, & prçter filii intentionem in parentem redundante, vt eſt abiectiſſimam ducere vxorem, quæ mancipium non ſit, filium proditorem eſſe patriæ, aut intentaſſe interficere regem, filium amicitiam inire cum capitalibus hoſtibus patris, non animo illos aduerſus patrem adiuuandi, ſed quia filio placet illorum amicitia, ſuntque aliæ ſimiles, vt manifeſtè conſtat ex vndecima cauſa ex illis quatuordecim, & ex communi doctorum ſententia, qui eiuſmodi cauſas, neque in illa ſecunda, neque in omnibus quatuordecim ſimul comprehendi exiſtimant.

Dubium. Dubium etiam eſt, vtrum ſi pater filium in ſuo teſtamento inſerta legitima cauſa exhæredauit, & poſtea eundem in ſuam recepit amicitiam, cenſeatur

Deciſio. exhæredatio reuocata. Couarruu. capitulo Raynutius in initio, numero decimo ſeptimo, cum alijs, quos refert, ac ſequitur, conſentit, ſi pater antequam conficeret teſtamentum, vel expreſſe, vel tacitè remiſit ingratitudinem filii, eum in priſtinam amicitiam recipiendo, non poſſe deinceps conficere teſtamentum, in quo illum exhæredet, quod ſi exhæredare illum attentet inſerta ea, cauſa, inualidum eſſe teſtamentum, Ratio eſt, quoniam eo ipſo, quod tacitè, vel expreſsè ingratitudinem remiſit, abolita eſt ea cauſa exhæredandi, ac proinde ſine legitima cauſa deinceps exhæredat. Poſſe autem ingratitudinem tacitè remitti, cenſerique tacitè remiſſam, ſi fi-

A lium ad priſtinam amicitiam admittat, colligitur aperte ex l. 3. §. vltim. iuncta l. quarta, ſequenti, ff. de adimendis legatis, ex l. in ipſius. C. familiæ erciſcundæ, & ex alijs iuribus, quæ Emmanuel à Coſta, §. & quid ſi tantum, par. 3. numero centeſimo octuageſimo tertio, citat, atque in hoc conuenire videntur doctores. Ait præterea Couarru. cum aliis quos refert, ac ſequitur, ſi pater poſt legitimè exhæredatum filium in teſtamento, illi expreſse remittat ingratitudinis cauſam, neque tamen teſtamentum reuocet, abolitam cenſeri ingratitudinem, ac proinde filium ſuccedere patri: id quod lex Caſtellæ, 2. titu. 9. libro 3. fori ait etiam affirmari.

Controuer. Tota controuerſia eſt, quando pater legitimè filium in teſtamento exhæredauit, & poſt illud confectum in ſuam eum recepit amicitiam, teſtamentoque minime reuocato, pater è vita diſceſſit, an videlicet tunc cenſeatur abolita præcedens illa exhæredationis cauſa, filiuſque propter illam quondam legitime exhæredatus, ſuccedere debeat patri, Barto.

B l. 3. ff. de adim. leg. Sylueſt. verb. hæreditas, ſecundo, numero tertio, & quidam alij, quos Couarruu. & Emmanuel à Coſta locis citatis referunt, aſſeuerant abolitam eſſe, eo quod, iuxta illa iura ſupracitata, cenſeatur à patre tacite remiſſa, ac proinde filium in eo euentu, nihil eo teſtamento impediente, ſuccedere debere patri. Couarruu. loco citato cum aliis, quos citat, à Barto. ſententia diſcedit, aitque in eo euentu non eſſe ſatis remiſſionem tacitam, vt filius patri ſuccedat. Quod probat ex l. filio quem pater. ff. de liber. & poſthum. vbi cum eo ipſo, quod pater filium emancipatum arroget, cenſeatur eum in ſuã recipere amicitiam, taciteque illi remittere ingratitudinem, nihilominus hæc verba à Papiniano ſcripta leguntur. Filio, quem pater poſt emancipationẽ à ſe factam iterum arrogauit, exhæredationem ante ſcriptam nocere dixi.

C Deciditur. Mihi ſane hæc de re opinio Emmanuelis à Coſta loco citato à numero centeſimo octuageſimo, probatur. Ait namque legitimum teſtamentum, in quo filius inſerta cauſa fuit à patre exhæredatus, eſto cauſa à patre tacita, vel expreſſa remiſſione poſtea aboleatur, nec reuocatum, nec nullum cenſeri: vt enim nullum à patre reddatur, reuocatione indiget. Quia ergo mortuo patre, non eſt ipſo iure nullum. Papinianus l. filio citata dixit, nocere filio arrogato, nihilominus cum per arrogationem, aut quãuis aliam tacitam, vel expreſſam ingratitudinis remiſſionem, cauſa exhæredationis aboleatur, neque vlterius ſubſiſtat, ſane tali filio competit, non quidẽ ius dicendi nullum teſtamentum illud, quoniam quoad hoc exhæredatio adhuc ipſi nocet, ſed querela inofficioſi teſtamenti. Quare petere poterit aduerſus hæredem ſcriptum poſſeſſionem hæreditatis aut partis illius, quæ ſibi tanquam legitimo hæredi

D debetur. Si vero obiiciatur, exhæredatum fuiſſe, legitima cauſa inſerta, replicabit, cauſam remiſſam fuiſſe, ac proinde non ſubſiſtere annullandumque proinde eſſe tale teſtamentum, tanquam ſibi tam nunc inofficioſum. Atque hoc pacto intellecta opinio Bar. & eorum, qui illum ſequuntur, vera eſt, & amplectenda.

Dubium præterea eſt, vtrum ſi filius exhæredari dignus, agat ante mortem patris pœnitentiam, ac ſe ſe ad meliorem frugem recipiat, tollatur ingratitudo, nec poſſit exhæredari, poſſitque opponere hæredi ſcripto eiuſmodi pœnitentiam, vt, nihil impediente exhæredatione, ad paternam admittatur hæreditatem. Panormitan. quẽ Syluest. loco citato ſequitur, multi alii, quos Couarruu. capitu. Raynutius, in princip. numero 18. & 19. & Emmanuel à Coſta, §. & quid ſi tantum, parte 3. à numero 188 referunt, partem affirmantem amplectun-

ſtuntur. Eſt tamen cum Couar. & Emmanuele à Coſta locis citatis, & cum alijs, contrarium proculdubio affirmandum. Criminis namque pœnitentia, licet in foro interiori culpam deleat, nihil tamen impedit quominus poteſtates ſeculares, imò & Eccleſiaſticæ exequi aduerſus delinquentem poſſint pœnam legibus ſtatutam, quam delicto, de quo coram Deo veniam culpæ conſecutus eſt, fuit commeritus. Eodemque modo non impedit, quin parentes exhæredatione punire ingratitudinem filiorum poſſint, quantum leges ciuiles concedunt. Habetque hoc locum etiam in denegatione alimentorum ſine quibus vitam conſeruare poſſunt; atque etiam quando delicto non intendebatur iniuria patris, quicquid in contrarium nonnulli dicant. Vniuerſim namque catenus ipſis eſt, etiam poſt filiorum pœnitentiam exequi pœnas ingratitudinis, quatenus legibus præſcribitur, eſtque eis permiſſum.

Dubium. Poſtremum dubium eſt, vtrum per profeſſionem emiſſam à filio ante mortem patris, tollatur omnis præterita ingratitudo, ita vt exhæredari iam non poſſit; aut ſi ante profeſſionem teſtamento patris erat exhæredatus, inualida talis exhæredatio reddatur. Gratianus, 19. q. 3. ca. vl. expreſſam nouellam conſtitutionem adducit, qua id in religionis fauorem ſancitum eſt, etiam in parentibus, qui à filijs poterant exhæredari, & religionem profitentur, per quam ſanè conſtitutionem derogatum eſt, l. Deo nobis, §. 1. C. de epiſ. & cler. ex qua contrarium colligebant Panorm. & plerique alij,

Deciſio. quos Couar. c. Raynutius, in initio, nu. 20. & Emmanuel à Coſta, §. & quid ſi tantum. par. 2. à nume. 195. referunt, eam amplectuntur, vniuerſimque iuxta eam volunt, per profeſſionem cauſam omnem exhæredationis aboleri: nec dubito reijciendas proculdubio eſſe varias reſtrictiones, quæ hac de re à quibuſdam confinguntur: cum conſtitutio illa vniuerſim loquatur, neque ſolum corpori iuris canonici ſit inſerta, ſed in ſe ius commune Cæſareum ſit, nō quodcunque, ſed nouiſſimum: quod proinde anterioribus omnibus derogat. Alciatus, & Franciſcus Valduinus, quos Couar. refert, negant extare talem conſtitutionem, confictamque à Gratiano arbitrantur. At Couar. ſatis doctè oſtendit deſumptam fuiſſe ex nouella conſtitutione centeſimauigeſimatertia, tametſi in aliquib. codicibus non reperiatur. Cum ergo Gratianus vir fuerit doctiſſimus, ſummæque autoritatis, qui niſi illam in nouellis conſtitutionibus reperiſſet, nunquam corpori iuris eam inſeruiſſet; Alciatumque in quibuſdam codicibus, quos legit, non inueniſſe, ſufficiens argumentum non ſit, latam non fuiſse, non video cur illi ſtandum omnino non ſit.

Couarr. loco citato eorum ſententiam approbat, qui nouellam coarctandam cenſent, vt intelligatur in cauſa & vitio, quod directè ipſum tantum filium concernit: ſi autem patris perſonam directè cauſa ſpectet, aut læſerit, non tollatur ingratitudo per profeſſionem. Atque hinc vult l. quadrageſimanona, Tauri, eam filiam exhæredare permittentem, quæ ſine patris conſenſu matrimonium contraxit, locum habere, etiamſi filia poſt contractum matrimonium religionem ante copulam profiteatur, matrimoniumque per talem profeſſionem diſſoluatur. Aitque hac de re pronunciatam fuiſſe ſententiam in Regio Pintiano prætorio referente Ioan. Lupo. Certè opinio hæc, vt neque Emmanueli à Coſta, ita neque mihi probatur, propter ea quæ dicta ſunt. Et quoniam, vt Menchaca de ſucceſſionibus libro primo, §. 10. nume. 646. rectè ait, ſi alicubi locum habet aboleri ingratitudinem per ſubſequentem pœnitentiam, & factum filii ingrati,

A maximè eum habet in filia, quæ, contracto matrimonio ſine patris conſenſu, ante matrimonij conſummationem profitetur religionem: quandoquidem tollit matrimonium præteritum, quod ignominiæ erat cauſa, præteritamque patris ignominiam reſarcit, & abolet: vnde arbitratur in hoc euentu locum non habere exhæredationem, idemque Emmanuel à Coſta cenſet ſtando in iure communi. Ex eo autem capite excuſare vult ſententiam illam in regno Caſtellæ latam, quoniam cum Caſtellæ Regnum exemptum ſit ab imperio, potuit non velle recipere nouellam illam iuris communis. At certè, quamuis Princeps id ſtatuere potuerit ante illum euentum, cum non conſtet, ſtatuiſſe, ſenatores iuxta ius illud commune, quod iuri regio non repugnabat, ferre tenebantur ſententiam. Et non ſolum Senatores, ſed neque Principes ipſi poſt facti contingentiam potuerunt reijcere nouellam illam, vt iuri, quod monaſterium ex illa iam antea comparaue

B rat, præiudicium vllum inferrent.

DISPVT. CLXXVII.

Inſtitutio in portione minori, quàm ſit legitima, ſolum conceditur actio ad ſupplementum. Et num legitimæ grauamen poſſit apponi.

QVando is, qui hæres neceſſario inſtituendus erat, inſtitutus quidem fuit, at in minori portione, quam eſſet legitima ei debita, non ſolum eſt validum teſtamentum, ſed neque ita inſtituto conceditur actio inofficioſi aduerſus illud, id que ſiue portio, in qua inſtitutus, ſit quota hæreditatis, ſiue res aliqua certa, ſed tantum permittitur illi actio ad ſupplementum vſque ad integram legitimam portio-

C nem. Ita poſt l. omni modo. C. de inoffic. teſta. habetur in authentico, vt cum de appel. cogno. §. hæc autem diſpoſuimus, hiſce verbis. *Si quis hæredes fuerint nominati, etiam ſi certis rebus iuſſi fuerint eſſe contenti, hoc caſu teſtamentum quidem nullatenus ſolui præcipimus: quicquid autem minus eius legitima portione relictum eſt, hoc ſecundum noſtras alias leges ab hæredibus impleri.* Refert autem ſe ad l. omnimodo citatam, & ad l. ſcimus, C. de inoff. teſtam. Idem habetur §. ſed hæc, inſt. eod. tit. & l. 5. ti. 8. par. 6. & affirmat communis Doctorum ſententia, quam Ant. Gom. 1. to. var. reſolu. c. 11. nu. 23. refert: licet de iure antiquo querela inofficioſi teſtamenti concederetur.

Vtrum, quando pater dotem tradiderat filiæ, ſatis ſit eam inſtituere in dote, quam accepit, vt neque actio inofficioſi teſtamenti illi competat, ſed ſolum poſſit agere ad complementum integræ legitimæ.

D Communis opinio, quam Iulius Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. quadrageſimaquarta, refert, ac ſequitur, cum gloſ. l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minor. affirmat. Licet enim dos iam nō eſſet in bonis patris, ſed detrahenda eſſet tamquam æs alienum, ſi aliquid illius eſſet adhuc debitum; nihilominus tenetur filia eam computare in ſuam legitimam portionem, adducereque illam totam ad partitionem, ſi ea ſola nō ſit contenta. Præterea, ſi quid ex illa ſit adhuc ei debitum, detrahendum quidem eſt de bonis patris, dummodo tamen computando in bonis patris integram dotem, legitimas aliorum id non minuat. Quod ſi minueret, eſto filia iam id accepiſſet, cogeretur reſtituere illud uſque ad complementum legitimarum aliorum filiorum. Quare quamuis quidam dicant tutius eſſe, ſi pater illam vltra dotem inſtituat in parua alia quantitate, id ſanè minimè neceſſarium puto.

Filio inſtituto in minori portione, quàm ſit legitima, ſi parens addidit legitimam ingratitudinis cauſam, cur velit, vt non plns accipiat, non conceditur actio ad incrementum, vt iuxta l. omnimodo. C. de inoffic. teſtamen. diſputat. centeſimaſeptuageſima quinta dictum eſt.

Quando filius, ſine ingratitudinis cauſa ſufficiente, atque expreſſa in teſtamento inſtitutus eſt in portione minori, quàm ſit legitima ei debita, eſto poſt mortem parentum eam petat, & accipiat abſque vlla proteſtatione, tradatque chirographum hæredibus ſe illam accepiſſe, poteſt nihilominus agere ad complementum, modo expreſſe non dixerit, aut ſit pactus ſe ea eſſe contentum, vt iuxta l. ſi quando. §. & generaliter, C. de inoffic. teſtam. diſputat. centeſimaſeptuageſimaquinta, dictum eſt. Ratio eſt, quoniam licet tacitus conſenſus in teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, aut exhæredatus, ſatis ſit, vt neque poſſit dicere illud amplius nullum, neque agere aduerſus illud querela inofficioſi, vt tamen inſtitu- **B** tus in minori portione, quàm ſit ſua legitima, agere non poſſit ad complementum, non ſufficit tacitus, ſed neceſſarius eſt conſenſus expreſſus, vt ibidem dictum eſt.

Actio ad complementum legitimæ competit aduerſus hæredes, & legatarios, vt pro rata contribuant. Ita cum additione ad gloſſam quandam, l. omnimodo, C. de inofficioſo teſtamento, & cum Bartolo, ac alijs affirmat Antonius Gomezius, numero vigeſimotertio citato, Gregorius tamen Lopez ad l. quintam, ti. 8. parte 6. gloſ. penultima ſufficienter probare videtur, legatarios ſolum teneri contribuere ac complementum, quando alioquin hæredibus non remanerent integræ legitimæ portiones.

Quod attinet ad tempus; quo actio ad complementum legitimæ conceditur, Bartolus arbitratus eſt quinquennio ſolum durare, ſicut & querelam **C** inofficioſi teſtamenti, cui ſubrogatur. Communis tamen Doctorum ſententia, quam Antonius Gomezius, & Gregorius Lopez locis citatis referunt, & ſequuntur, affirmat, non minori tempore præſcribi, quàm triginta annorum, iuxta l. ſecunda, C. de conſtituta pecunia, & l. ſicut in rem, C. de præſcriptio. triginta annorum, & ea, quæ nos diximus diſputatione ſeptuageſimaprima, idemque eſt de iure huius Luſitaniæ Regni, vt ibidem oſtendimus, nihilque impedientibus ijs, quæ ex l. ſexageſima tertia. Tauri prædicta diſputatione retulimus, idem Gregorius Lopez affirmat eſſe in Regno Caſtellæ: quoniam, quæ ea lege diſponuntur, non ſe extendunt ad ius, vt legitima compleatur. Hæc autem actio non tam ſubrogatur querelæ, quam in illius odium eſt introducta; eaque de cauſa durat tempore, quo reliquæ perſonales actiones (iuxta ea, quæ diſputatione citata dicta ſunt) durare ſo- **D** lent. Tranſit etiam hoc ius ad hæredes eius, qui minus, quàm in legitima portione inſtitutus eſt, vt Doctores citati, & alij communiter affirmant, haberurque expreſſè l. ſi quis filium, C. de inofficioſo teſtamento.

Legitimæ apponi non poteſt grauamen.

Legitimæ debitæ deſcendentibus, nullum grauamen, modus, conditio, aut dilatio poteſt à teſtatore apponi, quod ſi apponatur, licet hodie filio non concedatur querela inofficioſi ad annullandum tale teſtamentum; attamen grauamen illud, modus, conditio, aut dilatio, ſunt ipſo iure nulla, nó ſecus ac ſi nó eſſent appoſita. Ita habetur expreſſè l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtamento, l. decimaſeptima, titu. primo, & l. vndecima, titu. quarto, parte ſexta, & affirmat communis opinio, quam Antonius Gomezius primo tomo variarum reſolutionum capit. vndecimo, numero vige- **A** ſimoquarto, refert, ac ſequitur. Idem dicendum eſt de legitima aſcendentibus in bonis deſcendentium debita, vt cum gloſſa in authentico de hæredibus & falcidia, §. ſi verò expreſſim, & cum gloſ. l. Pantonius, verbo conſtitutæ, ff. ſi à patre quis manumiſſus fue. affirmat communis opinio, quam referunt & ſequuntur Antonius Gomez. nume. vigeſimoquarto cita. Gregorius Lopez l. 11. citata, conſonat etiam lex ſexta Tauri, vt Gregorius Lopez adnotauit.

Illud obſerua, in eo, quòd quis filio vulgariter aliquem alium ſubſtituat, nullum cenſeri appoſitum grauamen legitimæ illius; vt ſi dicat, Inſtituo hæredem meorum bonorum filium meum, & ſi ille hæres non fuerit, ſubſtituo illi Petrum, aut ſit meus hæres Petrus. Quoniam in tali ſubſtitutione teſtator ſolum ſibi prouidit de hærede caſu, quod filius hæres non ſit, neque propterea impedire cenſetur tranſmiſſionem hæreditatis ad quoſcunque **B** ipſius hæredes, vt diſputatione centeſimaoctuageſimatertia dicetur. Obſerua etiam in eo, quòd filio ſubſtituat pupillariter aliquem, vt ſi in teſtamento ſuo dicat, ſi filius meus ante annos pubertatis mortuus fuerit, ſuccedat in bonis illius Petrus, nullum etiam cenſeri appoſitum grauamen: quoniam pater vtitur iure ſibi conceſſo ad prouidendum filio ſuo de hærede in illo euentu, vt ſuo loco patebit.

Vſque adeò legitimæ apponi non poteſt grauamen, vt ſi is, cui eſt debita, inſtituatur in longè maiori quantitate, verbi gratia, in omnibus bonis teſtatoris, & grauamen apponatur bonis omnibus, nihil impediente, quòd hæres poſt teſtatoris mortem adeat hæreditatem, illaque perfruatur, & quòd ſit maius emolumentum ex incremento vltra legitimam, quàm detrimentum grauaminis, inualidum ſit tale grauamen quoad legitimem, validum **C** verò ſolum quoad incrementum. Ita ſancitum eſt l. ſcimus. §. cum autem, C. de inofficioſo teſtamento. Exemplum in eo. §. appoſitum eiuſmodi eſt. Teſtator inſtituit hæredem quendam extraneum in omnibus ſuis bonis, illique præcepit, vt ea omnia poſt ſuam mortem, aut poſt aliquod certum tempus reſtitueret filio teſtatoris, ſancitur eo in §. dilationem illam, ſeu fideicommiſſum comparatione legitimæ inualidum omnino eſſe, ſtatimque legitimam eſſe reddendam filio teſtatoris, validum verò eſſe comparatione incrementi vltra legitimam. Hoc autem exemplum, licet tempore illius legis eſſet optimum, poſt authenticum tamen, vt cum de appellatio. cogno. §. aliud quoque capitulum, nihil valet, vt Bartolus & alij doctores communiter adnotarunt. Etenim poſt authenticum illud requiritur inſtitutio filij, neque ſatis eſt relinquere illi, vel legitimam, vel maiorem quantitatem, **D** quàm ſit legitima per fideicommiſſum, vt diſputat. centeſimaſeptuageſimaquinta dictum eſt. Quia ergo filius cenſetur hodie in teſtamento illo præteritus, nihil valet inſtitutio illa, ſed ea omnia bona abſque vllo grauamine, pertinerent eo ipſo ad teſtatoris filium. Hodie verò exemplum accommodatum eſt, ſi teſtator inſtituat ſuum filium in omnibus ſuis bonis, eum tamen grauet, vt ſi diſceſſerit ſine liberis, illa reſtituat cuidam tertio, aut vinculo maioratus ſint eo ipſo affecta: tale enim grauamen nullum eſt comparatione legitimæ, poteritque proinde filius de ea diſponere, prout voluerit; immo verò, ſi nihil diſponat, pertinebit ad ipſius hæredes ab inteſtato: validum verò eſt, quoad incrementum vltra legitimam. Ita doctores communiter, quos referunt & ſequuntur Anton. Gom. primo tomo variar. reſol. cap. 11. nume. 24. & 25. & Moli. lib. 2. de primog. c. 1. num. 29.

Dixi,

Dixi, hoc locum habere, eſto hæres adeat totam hæreditatem, in qua eſt politum grauamen, illaque perfruatur: quoniam quemadmodum quando quis inſtitutus eſt in minori portione, quàm ſit legitima, non ſatis eſt conſenſus tacitus, ſed requiritur expreſſus, vt agere deinceps non poſſit ad incrementum vſque ad legitimam integram, vt tam hac, quam diſputat. centeſima ſeptuageſima quinta, dictum eſt: ita res habet in grauamine appoſito in legitima, quod ſanè quaſi minorem reddit legitimam, quàm ſit debita. Quando ergo filius, vel poſt mortem patris expreſsè conſenſiſſet in grauamine appoſito in legitima, vel tempore, quo pater conficiebat teſtamentum, vel antequam illud conficeret, in euentibus in quibus diſput. centeſima ſeptuageſima quinta, dictum eſt non poſſe agere ad incrementum vſq; ad legitimam integram, tunc non poſſet tollere grauamen à legitima. Si item pater grauamen, aut vinculum maioratus in omnibus bonis apponeret, non abſolutè, ſed ſub conditione, vt niſi filius in eo toto vellet conſentire incremētum vltra legitimam ad alium pertineret, aut inſumeretur in operib. pijs, tunc, vt filius in eo grauamine teneretur conſentire efficereque illud per eum conſenſum validum, vel amitteret omnino incrementum, quoniam de eo incremento patri fuit integrum diſponere pro libito, atque adeò ſub illa conditione. Conſentit in his Anton. Gom. 1. tom. variar. reſol. capit. vndecimo, numero 25. 26. & 31. Lege iura, & Doctores, quos citat.

Grauamen eſto in fauorem filij apponatur legitimæ, eſt inualidum: vt ſi mater hæredem inſtituat filium in legitima, aut in omnibus ſuis bonis, & prohibeat ne vſusfructus pertineat ad patrem, inualidum eſt tale grauamen quo ad legitimam: ſecus quod alia bona. Si item pater filium inſtitueret, & prohiberet etiam legitimam alienari poſſe vſque ad vigeſimumquintum annum, inualidum eſſet tale grauamen legitimæ. Ita cum Bartolo & communi doctorum ſententia Anton. Gomez. loco citato, numero vigeſimo ſeptimo, & conſtat ex authentico, vt liceat matri, & auiæ in princ. vbi habetur, quòd non in legitima, ſed ſolum in alijs bonis, quæ mater, aut alij aſcendentes per lineam maternam relinquant filio, poſſunt prohibere, ne vſusfructus, aut aliud emolumentum ex eis, pertineat ad patrem.

Quando ſtatuto eſſet ſancitum, vt filia contenta eſſet legitima, quam pater vellet illi dare, paterque illi relinqueret certam legitimam, attamen cum aliquo grauamine, dubium eſt an tale grauamen eſſet validum. Cum enim integrum eſſet patri minorem illi relinquere legitimam, videtur grauamen illud validum eſſe. Contrarium cum Baldo, Iaſone, Paulo Caſtren. & alijs affirmat Anton. Gomez. capitulo vndecimo citato, numero vigeſimo octauo. Quoniam eiuſmodi voluntaria, quoad quantitatem legitima, ſuccedit legitimæ lege taxatæ, ac proinde, conditionem illius retinere debet. Præterea, quoniam in poteſtate patris non eſt nullam relinquere tali filiæ legitimam, ſed neceſſariò tantum, vt minimum, tenetur illi ſtatuere in legitimam, quantum ad competentia alimenta ſit ſufficiens; ergo eo ipſo, quo præſcribit illi quantitatem legitimæ, ſiue maiorem, ſiue minorem, tituloq; legitimæ eam relinquit, non poteſt ei imponere grauamen. Idem vult Anto. Gom. quando filia cum iuramento renunciauit legitimæ (quod præſumitur, niſi contrarium aliunde conſtet, factum in fauorem patris) & nihilominus pater poſtea hæredem illam inſtituit: in legitima namque ita relicta, illique filiæ alioquin debitæ, non ſine probabilitate maxima aſſeritur imponi ne poſſit grauamen.

A Subiungit idem etiam eſſe, quando pater diſpenſationem obtinuit à Principe, vt filius illegitimus poſſet ſibi ſuccedere in quantitate quam ipſe vellet. Contrarium tamen arbitror eſſe verum. Cum enim tali illegitimo, ſecluſa ea diſpenſatione, non eſſet debita legitima, neque diſpenſatio debitam eam illi efficiat, ſed ſolum per eam poteſtas facta ſit patri, vt non ſecus poſſit illi relinquere legati, aut hæredis titulo, quod voluerit, ac cuicunque extraneo, non video, cur non poſſet perinde illi imponere grauamen, atque cuicunque extraneo, quem hæredem inſtitueret.

Vt intelligas varia iura, & doctores, qui de grauamine filijs à teſtatore impoſito, inſtitutione ve eorum ſub conditione loquuntur, obſerua, filium dici duntaxat ſuum, interim dum eſt ſub patria poteſtate, & comparatione parentis, ſub cuius poteſtate eſt: vnde ſi ſit emancipatus, non appellatur ſuus. Eſto autem ſub patria ſit poteſtate, comparatione tamen matris, aut auiæ, aſcendentium
B que ex parte matris, aut auiæ, non dicitur ſuus; quia non eſt ſub ipſorum poteſtate, vt diſputatio. 179. dicetur.

Obſerua deinde, triplicem eſſe conditionem, quod ad rem præſentem attinet. Nempe poteſtatiuam, vt iuriſperiti appellant, caſualem, & mixtam. Poteſtatiua eſt, cuius adimpletio à ſola voluntate eius, cui imponitur, pendet. Vt ſi teſtator filium ſuum hæredem inſtituat ſub hac conditione, ſi voluerit, aut ſi Titio decem dederit, quæ optimè per ſe, vel per alium poſſit illi dare. Caſualis eſt, quæ non à poteſtate eius, cui imponitur, pendet. Vt ſi teſtator dicat, inſtituo filium, ſi nauis ex Aſia venerit. Mixta eſt, quæ partim aliundè, partim verò à voluntate eius, cui imponitur, pendet. Vt ſi dicat: inſtituo filium meum, ſi duxerit Bertam vxorem: quod & à filij voluntate, & à Berta, varijſque euentibus
C pendet.

His ita conſtitutis ſcias. Licet quondam non ſolum de iure digeſtorum, ſed etiam de iure antiquiori Codicis, inſtitutio filij non ſui ſub quacumque harum trium conditionum inualidum non redderet teſtamentum, inſtitutionem tamen filij ſui ſub conditione caſuali, aut mixta, niſi ille filius in euentum, quòd talis conditio non impleretur, exhæredaretur, inualidum illud reddiſſet; ſecus autem de conditione poteſtatiua; ſub illa namque optimè poterat inſtitui, validumque erat teſtamentum. Ita habetur expreſsè l. ſuus quoque, & l. iam dubitari. ff. de hæred. inſtit. l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtitut. & alijs iuribus, quæ gl. 2. l. ſi pater citat. Ex his iam facile intelliges, quæ à nobis, iuxta l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus. §. cum autem, hactenus circa grauamen a parentibus filijs impoſitum dicta ſunt, nullam continere difficultatem, ſi ſermo ſit de filijs
D non ſuis. Etenim ſiue grauamen ſit eis impoſitum ſub conditione caſuali, aut mixta, ſiue ſub poteſtatiua, validum eſt teſtamentum, eſtque grauamen nullum comparatione legitimæ, ſecus autem circa incrementum, & in hoc doctores omnes conueniunt, vt Moli. lib. 2. de primog. capit. 1. numer. 29. & alij affirmant.

Quod verò ad filios ſuos attinet, controuertunt Doctores. In primis, vtrum hodie poſt legem quoniam in prioribus, validum ſit grauamen, non ſolum circa incrementum, ſed etiam circa legitimam eis ſub conditione poteſtatiua impoſitum, ſicut validum ante eam legem erat iuxta iura illa antiquiora citata. Et quidem communis Doctorum ſententia, cum gloſ. l. ſi pater, & cum gloſ. l. ſuus quoque citatis, quam etiam ſequitur Bart. eſt, inualidum eſſe quoad legitimam, idemque habetur expreſsè l. vndecima, tit. quarto, par. 6.

Ratio eſt, quoniam per l. quoniam in prioribus, derogatum ea in parte eſt antiquioribus legibus, dum omne omnino grauamen, & onus excluſit à legitima quorumcunque filiorum. Contrariam opinionem aduerſus Bar. videtur affirmare Iulius Clarus, §. teſtamentum, quęſt. trigeſimanona, Eademque de re Antonius Gomezius 1. tom. variarum reſolutionum, capit. vndecimo, nume. trigeſimo, longam diſputationem texit, adductis doctoribus vtriuſque ſententię; & tandem in effectu idem docet, quod communis ſententia, nempe conditionem poteſtatiuam non ita circa legitimam eſſe admittendam, quaſi vllum omnino onus, aut grauamen afferat, aut quaſi impedimento ſit, ne filius ſuus legitimam non aditam tranſmittat ad hæredes.

Controuertunt prӕterea DD. num hodie, ſi filius ſuus inſtituatur ſub conditione caſuali, aut mixta, ſit inualidum teſtamentum, vt ſtatuunt iura illa antiqua citata; an verò ſit validum, grauamenque talis conditionis reijciendum ſit ſolum à legitima, vtrumque circa incrementum habeat, iuxta l. ſcimus. §. cũ autem. C. de inofficioſo teſtamento. Communis doctorum ſententia poſt Barto. affirmat validum eſſe, grauamenque illud vim habere in incremento, non verò in legitima, iuxta §. cum autem, citatum, per quem, iuxta l. quoniam in prioribus, afferit derogatum eſſe legibus illis antiquioribus. Doctores, qui hanc amplectuntur ſententiam, referunt, ac ſequuntur Molina lib. 2. de primogen. ca. 1. nume. 32. Emmanuel à Coſta. §. & quid ſi tantum, par. 3. numero 105. & Iulius Clarus. §. teſtamentum, q. 33. eaque nobis etiam probatur.

Lex Caſtellę 11. titu. quarto, par. ſexta, quicquid Molina loco citato à numero trigeſimo, contendat, multum, ſanè à iure communi diſcrepat. In primis namque ſtatuit, validum eſſe teſtamentum, in quo filius etiam ſuus inſtituitur ſub conditione caſuali, aut mixta, vt Bartoli, Gloſſatorum, & Doctorum, qui illas ſequuntur, opinio affirmabat. Deinde vult nihilominus, grauamen talis conditionis non ſolum vim non habere in legitima, ſed neque in incremento, contra diſpoſitionem §. cum autem cita. eſtque in ea lege ſermo, non ſolum quando filius ſuus, ſed etiam quando emancipatus, aut is, quis ſub patria eſt poteſtate, à matre ſub ea conditione inſtituitur, vt Molina ipſe tandem concedit, & conſtat, tum ex eo, quod lex illa vniuerſim, indiſtincteque de filijs loquitur, tum etiam, quoniam in eo regno nullum diſcrimen quoad inſtitutionem ad ſucceſſionem eſt, inter filium ſuum, & emancipatum. Quare mirum non eſt, ſi Rodericus Xuares, & Segura, a Molina ibidem relati, terribilem, & contra ius commune, & Emmanuel à Coſta, numero 105. citato, ſatis duram, & contra æquiſſimam iuris communis rationem eam legem appellauerint. Vim tamẽ, quouſque reuocetur, lex illa in eo regno habet: eò quod ad ius poſitiuum hęc ſpectent, neque vllam contineant iniquitatem.

DISP. CLXXVIII.

Hæres in quibus euentibus hæreditatem amittat.

PRæter euentus, quibus in ſuperioribus dictum eſt hæredem amittere hęreditatem, quidam alij adijciendi ſunt. Primus eſt, ſi hæres vel ab inteſtato, vel teſtamento inſtitutus, eum interficiat, cui ſuccedere debebat, amittit hæreditatem fiſco. Quin ſi negligentia & culpa talis hæredis is moriatur, cui ſuccedere debebat, ſimiliter eam amittit. Hoc vltimum habetur expreſſe l. indignum. A ff. de ijs, quibus vt indignis: indè verò cætera manifeſtè colliguntur. Etenim ſi, quando negligentia, & culpa hæredis ſequitur mors teſtatoris, hæres amittit hæreditatem, multò magis eandem amittet, quando ipſe eſt, qui interficit. Idem etiam conſtat ex l. vltima, §. vlt. ff. de bonis damnatorum, vbi cum filiafamilias iuſſu patris veneno interfeciſſet eum, à quo hæres inſtituta erat, decernitur hæreditatem ad fiſcum pertinere. Quin eodem §. & l. Lucius. ff. de iure fiſci, vniuerſim ſtatuitur, comparata ex delicto ad fiſcum pertinere, eſto per mortem patrantis ita extinguatur delictum, vt actio aduerſus hæredes non tranſeat. In hoc primo euentu conueniunt Barto. & communis opinio, quam Anton. Gomez. tertio tom. varia. reſolu. capitu. tertio, numero quinquageſimo primo, refert, ac ſequitur. Quod ſi plures hæredes fuerint ab inteſtato, vel ex teſtamento, & vnus ſolum fuerit in culpa eum interficiendo, cui ſuccedere debent, portio illius, non ad cohæredes, ſed ad fiſcum ſpectat, B iuxta iura citata, neque contrarium colligitur ex l. 2. §. fratris. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, vt affirmat communior ſententia, quam ibidem Anton. Gomez. refert, ac ſequitur. Quod ſi is, cui eſt ſuccedendum, accepto vulnere, ex quo mortuus eſt, interfectori parcat, eumque nihilominus hæredem inſtituat, vel, cum tempus habuerit ad mutandum teſtamentum, in quo illum inſtituerat, teſtamentum non mutet, hæreditas non ad fiſcum, ſed ad ipſum interfectorem ſpectat. Ita cum Baldo, Iaſone, & alijs affirmat ibidem Anton. Gom. argum. tex. in l. vlt. C. de reuocandis donationibus, vbi, in vltimis verbis, idem circa donationes ſtatuitur.

Dubitabit fortè aliquis, num hæc locum etiam habeant in filio, qui interfecit patrem, & in patre, qui iniuſtè filium interfecit. Dicendumque eſt, locum habere: iura namque citata vniuerſim loquuntur ſine vlla reſtrictione. Quo loco obſerua, C aliud eſſe quærere, num hi ſint eo ipſo exhæredati, quod tale homicidium patrarint, ſine exhæredatione, quæ inſerta cauſa facta ſit ab interfecto; ad quod neganter eſt reſpondendum, vt diſputat. centeſima ſeptuageſima quinta, & centeſima ſeptuageſima ſexta, dictum eſt: aliud verò quærere, num tanquam indigni incurrant pœnam amiſſionis eorum bonorum fiſco, ad quod ſine dubio eſt reſpondendum affirmanter: quippe magis indignus is ſit, qui interficit filium, aut patrem, quàm ſit is qui extraneum interfecit, ac proinde dignus magis ſit, cui ea pœna infligatur. Conſentit Molin. libro primo, de primog. cap. 9. nume. 22. qui hoc ipſum affirmat ex quacunque cauſa ex ijs, quas ſubijciemus, filius hæreditate indignus efficiatur.

Vtrum autem is, qui legitimus hæres interfecto exiſtit, poſſit poſtea inſtituere interfectorem, D aut interfector poſſit ei ſuccedere ab inteſtato, ita vt bona aliqua interfecti ad interfectorem tandem deueniant, non immeritò dubitatur. Verbi gratia, interfecit quis vxorem, ex qua habebat filium, qui proinde filius matri hæres extitit, poſtea verò mortuus eſt filius, quæritur, an pater ei ſuccedat in bonis matris. Anto. Gom. cum Bar. & communi doctorum ſententia, quam refert, ait, ſuccedere non poſſe. Quando autem hæres in eis bonis inſtitueretur, aut legatarius, vel ab inteſtato ad eum deuenirent, pertinere affirmat ad fiſcum: quia tandem ex ipſius delicto eſſet profectum, vt ea bona ad ipſum deuenirent, atque adeò, iuxta l. Lucius, ff. de iure fiſci, & l. cum ratio. §. vlt. ff. de bonis damnatorum, pertinere debent ad fiſcum. Sic verò iudicatum fuiſſe refert in Salinaticenſi, & Brixienſi ciuitatibus, cum delictum propoſitũ vtrobique eueniſſet.

Quicquid

Quicquid autem ibidem cum quibuſdam alijs quos refert, Antonius Gomezius vlterius ſubiungat, non dubito delictum patris impedimentum non eſſe filio, vt ſuccedat matri, eſto filius ſit familias. Etenim in eo euentu vſuſfructus in bonis matris, non ad patrem, eo quòd indignus eo ſit, ſed ad filium pertinebit: neque arbitror neceſſe tunc eſſe patrem renunciare tali vſufructui, vt filius de quo loquimur, eſſe poſſit hæres matri, neque video textum, vnde id cum doctoribus, quos citat, colligat.

Secundus euentus, in quo hæres tanquam indignus amittit fiſco hæreditatem, eſt, ſi is, cui ſuccedit, interfectus ſit, neque interfectores autoritate publica puniri faciat. Qua in re diſtinguendum eſt. Quoniam ſi is conſilio, aut opera alicuius de ſua familia interfectus ſit, idque hæres non ignorat, tenetur non ſolum antequam adeat hæreditatem, ac petat poſſeſſionem bonorum, ſed etiam antequam aperiatur teſtamentum (modo aperiri non ſit neceſſe, vt intelligatur quis ſit hæres) intentare accuſationem, & inſuper expectare, vt puniantur alioquin amittit fiſco hæreditatem. Si tamen talis hæres, interim dum hæc fiunt, è vita diſcedat, tranſmittit hæreditatem nondum aditam ad ſuos hæredes, ex mora que illa nullum detrimentum, vel legatarijs, vel quibuſcunque alijs prouenire permittitur. Ita habetur l.3. §. quod ad cauſam, & ſequentibus, ff. ad Senatuſconſultum Syllanianum, l.ſi ea, & l.penultima, C.de ijs, quibus vt indig. l.13. titu.7. parte ſexta, & alijs iuribus. Dictum eſt, idque hæres non ignorat: quoniam ſi ignorat interfectum eſſe ab aliquo de familia, & hæreditatem adeat, non incidit in pœnam, vt expreſsè habetur l.3. citata. §. ſi quis ignorans, & l.13. etiam citata. Quibus in iuribus additur, idem eſſe eſto ſciat interfectum eſſe ab aliquo de familia, modo per imperitiam, qualis in ruſticis eſſe ſolet, hæreditatem adeat, aut teſtamentum aperiat. Si item conſtat, qui de familia interfecerint, ſed ob fugam, aut alia ratione vindicta de illis ſumi non poteſt, ita quòd nulla ſit negligentia, aut culpa hæredis, tunc ſatis erit intentare accuſationem, eaque intentata, fas eſt adire hæreditatem, petereque poſſeſſionem, l.ſi ideo, C.de ijs, quibus vt indignis. Quin Salycetus, ab Alexandro, & à Gregorio Lopez l.13.cit. approbatus, ait. Quando palam quis interfectus eſt ab aliquo de familia, neceſſe eſt expectare vindictam ante aditam hæreditatem: at verò quando occultè, neceſſariò habendam eſſe quæſtionem de familia, iuxta Senatuſconſultum Syllanianum, inquirendo de delicto, & torquendo ſeruos, & tunc ſi ſufficiens aliqua confeſſio de delicto habeatur, expectandam eſſe vindictā: ſin minus poſſe ſtatim adiri hæreditatem, atque ita conciliant varia iura, & hoc pacto vult Gregorius Lopez intelligendam eſſe legem illam, quæ ſolam accuſationem exigit ante aditam hæreditatem: ſupplendamque illam ex iure communi, quando conſtat interfectum eſſe à familia, vt non ſatis ſit accuſatio, ſed ſit expectanda vindicta. Præterea, ſi accuſatio intentata quidem ſit, at per iudicem ſupremum loci ſtat, quominus reus condemnetur, adiri poteſt abſque pœna hæreditas, l.15. titu. ſeptimo, par.6. Si item à iudice reus abſoluatur, cum hæres, quod in ſe erat, feciſſet, eſto non appellet, adire poteſt hæreditatem, l.propter venenum. §. vlt. ff. ad Syllanianum, & l.15. titu. ſeptimo, par.6. Si tamen reus à iudice damnatus appellaſset, hæres ante aditam hæreditatem proſequi tenetur appellationem vſque ad condemnationem, vel abſolutionem rei, l. minoribus, C.de ijs quibus vt indignis. Minor viginti quinque annis adire poteſt hęreditatem, neque

A tenetur accuſare interfectorem. l.15. titu.7. par.6. & l.minoribus citata. Gloſſa ibidem, quam Antonius Gomez.3.tomo variarum reſolutionum, capit.3. nume.53. ſequitur, atque eſse communiter approbatam, affirmat, ſi poſt aditam hæreditatem efficiatur maior viginti quinque annis, non teneri accuſare: quoniam obligatio illa fuit iam ratione minoris ætatis extincta. Iuriſperiti videant num hæc, quæ ex Senatuſconſulto Syllaniano ortum habuerunt, quo tempore Imperium plenum erat mancipijs, etiam ex Europa, paſſimque domini ab eis enecabantur, hodie vim habeant: an verò conſuetudine eatenus ſint abolita, quatenus impediebant adiri hæreditatem, imò & aperiri teſtamentum ante expletam vindictam: ſuſpicor namque tam in hoc, quàm in Caſtellæ Regno, contraria conſuetudine hæc eſse extincta, & multo magis in alijs regnis, in quibus vel nulla, vel admodum rara ſunt mancipia. Tempore quidem legum partitarum, quando Saraceni erant in Hiſpanijs, & ex continuo bello cum
B illis plurima de gente illa poſſidebantur mancipia, quæ in dominos mortem frequenter machinabantur, mirum non erat, ſi Senatuſconſultum Syllanianum locum hac in parte haberet, quamuis quicquid Gregorius Lopez in contrarium velit, apertè l.13. cita. illud temperauit, dum vniuerſim ſtatuit, ſatis eſſe intentare accuſationem ante aditam hæreditatem, apertumque teſtamentum: at verò iam nunc cum ſolum in Luſitania ab aliquot annis frequentia ſint mancipia ex remotioribus Africæ partibus, quæ rudia admodum ſunt, neque dolos, vt Saraceni, in dominos machinantur, arbitror, Senatuſconſultum Syllanianum hac in parte conſuetudine eſſe abolitum.

Si verò is, in cuius bonis eſt ſuccedendum, interfectus quidem ſit, veruntamen non ab aliquo de ſua familia, ſed ab extraneo, fas quidem eſt hæredi
C adire hæreditatem, eaque frui, tenetur tamen accuſare interfectorem, & perſequi accuſationem vſque ad vindictam expletam, alioquin tamquam indignus amittit fiſco hæreditatem, qui tenetur eam reſtituere cum fructibus perceptis à tempore, quo ſciuit fuiſſe interfectum, negligenſque fuit in accuſatione intentanda, vindictaque petenda, l. hæredem, ff. de ijs quibus vt indignis, l.prima, C.eodem titu. iuncta l.prima, C.vbi cauſæ fiſcales, & l.13. titu.7. parte ſexta. Habetque id locum, etiam quando patronus ſuccedit liberto interfecto, l.portiones, ff. de ijs quibus vt indignis, & quando ex pacto aliquo per mortem vxoris vir dotem lucratur, l.cum mortem, ff. de iure fiſci. Ignorantia, impotentia, reum à iudice abſolui, minor ætas, & reliqua, quæ diximus excuſare hæredem ab hac pœna, quando is cui ſuccedit, interfectus eſt ab aliquo de familia, excuſant etiam in re propoſita, vt ex iuri-
D bus ibidem citatis conſtat. Si verò poſtea ſcientia adueniat, aut impotentia auferatur, incidit in pœnam, niſi accuſet, accuſationemque vſque ad vindictam perſequatur, l.cum fratrem, C. de ijs quibus vt indignis.

Filius interfectoris, ſi ab interfecto ſit hæres inſtitutus, vel ab inteſtato illi ſuccedat, vt ſi ſit filius, qui ſuccedat matri, quam pater interfecit, accuſare non tenetur ſuum patrem. Ita Antonius Gomez. 3.tomo variarum reſolut. capit.2. nume.53. Gregorius Lopez ad l.13. cita. & multi alij, quos referunt, argumen. text. in l. filius, ff. de conditionibus inſtitutionum, & in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. liberto, ff. ad leg. Iuliam de adult. Idem merito Gregorius Lopez ait eſſe, ſi pater interfectoris hæres ſit interfecti.

De iure communi taxatum non eſt tempus, intra

quod hæres interfectorem teneatur accuſare, ſed id facere tenetur quamprimum commodè poteſt, alioquin punitur amiſſione hæreditatis. Quod ſi iudex certum ei præfixerit tempus, tenetur intra illud accuſare, vtrumque affirmat gloſſa 2. communiter recepta, l. 1. C. de ijs, quibus vt indignis, quam ſequitur Ant. Gomez. vbi ſupra. & alij, quos citat, hodie tamen de iure regni Caſtellæ tenetur accuſare intra quinquennium à tempore ſcientiæ, quod is, cui ſuccedit, fuerit interfectus, eoque tempore tranſacto amittit fiſco hæreditatem, ſi non accuſauit. Ita habetur l. 13. citata, & l. 1. tit. 3. lib. 5. ordin. quæ eſt hodie l. 11. tit. 8. li. 5. nouæ collectionis. Vbi additur, modò integram habeat ætatem, vigintiquinque videlicet annorum, & modò maſculus ſit, & ſciat, quis eum interfecerit, interfectorque abſens non ſit, & ipſe ſit potens ad accuſationem intentandam, & perſequendam. Quod ſi interim dum hæres non eſt in mora, alius præueniat & accuſet interfectorem, hæres non incidit in pœnam amiſſionis hæreditatis, etiamſi nunquam accuſet, l. ſororem, C. de ijs, quibus vt indi.

Illud poſtremo admonuerim, quod hæres poſt accuſationem intentatam parcat, idque iudici p̄ſentetur, & admittat, vt quotidie fieri ſolet, non ſufficere vt talis hæres incidat in pœnam amiſſionis hęreditatis fiſco. Quoniam iudex ex officio, adhibito promotore fiſcali, proſequi ſolet, & tenetur accuſationem vſque ad ſententiam, tametſi tunc mitiorem pœnam imponere ſoleat interfectori.

Tertius euentus, in quo hæres amittit fiſco hæreditatem, iuxta glo. vt l. ſororem, C. de ijs, quibus vt indig. eſt, ſi acceſſum habeat ad vxorem illius, in cuius bonis ſuccedit. Citat ad id legem 3. §. vltimo. iuncta l. ſequenti, & l. ex parte, ff. de adimendis legatis, veruntamen nihil tale ex his iuribus colligitur, ſed potius contrarium, quod ad hæreditatem attinet, quicquid ſit de legatis, vt Molina lib. 1. de primogen. capit. 9. nume. 23. cum alijs, quos citat, affirmat. Idem iuxta ius commune, quod gloſſæ illæ, affirmant nonnulli Doctores, quos Gregorius Lopez ad l. 13. titulo 7. parte ſexta, refert; tametſi variè hac de re loquuntur, eoſdemque impugnat Molina, vbi ſupra. Quicquid autem ſit de iure communi, euentus hic ſancitus eſt in reguo Caſt. l. 13. citata; eamque Gregorius Lopez intelligit etiamſi ad vxorem iam viduam effectam acceſſum habeat.

Quartus eſt ſi quis aliquem teſtari prohibuerit: amittit namque hæreditatem fiſco, & quęcunque alia bona, quæ ex tali ita prohibito ipſi aduenerint, iuxta ea, quæ diſput. 176. occaſione filij in vndecima exhæredationis cauſa dicta ſunt. Vide iura, quæ eo loco citauimus, & alia, quæ hac de re diximus, quibus adde l. 13. tit. 7. par. 6.

Quintus, ſi inſtitutus hæres in aliquo teſtamento falſi illud accuſauit, perſecutuſque eſt accuſationem vſque ad vltimam ſententiam, & pronuntiatum eſt eſſe verum, amittit enim hæreditatem fiſco tanquam indignus qui tali teſtatori ſuccedat, l. poſt legatum, ff. de ijs, quibus vt indign. l. Polla, & l. alia cauſa, C. eodem titu. l. 13. tit. 7. par. 6. & alijs iurib. Hoc euenire facile poſſet, ſi is, cui ab inteſtato obuenirent omnia bona (verbi gratia, teſtatoris frater) inſtitutus eſſet hæres vnà cum aliquo extraneo, cupiditateque omnium bonorum arguere vellet teſtamentum tanquam falſum, mininique à ſuo fratre conditum. Dictum eſt, perſecutuſque eſt accuſationem vſque ad vltimam ſentētiam: quoniam ſi antea deſiſtat ab accuſatione, & lite, etiam ſi lata ſit ſententia aliqua definitiua, a qua vel ipſe, vel aduerſarius appellauit, & appellatione pendenA te deſiſtat, non incidit in pœnam, iuxta l. alia cauſa; C. de ijs quibus vt indignis, iuncta l. cum maior. §. accuſaſſe. ff. de bon. liberto. Minor etiam vigintiquinque annis, ſi accuſaſſet, quamuis lata eſſet vltima ſententia, excuſaretur à pœna per beneficium reſtitutionis in integrum, l. poſt legatum §. ætati, ff. de ijs, quibus vt indignis. Hæres inſtitutus, non ſolum ſi nomine proprio accuſaret: falſi teſtamentum, ſed etiam ſi eſſet aduocatus, aut procurator alterius ad illud accuſandum, incideret in pœnam amiſſionis hęreditatis. Excipitur, niſi tanquam tutor, aut curator alicuius minoris id efficeret, aut niſi ea in parte ageret partes regis, vt ſi eſſet procurator, aut aduocatus fiſcalis. Ita habetur §. ætati citato, & ſeq. l. 13. ti. 7. par. 6. & §. ſi tutor. inſt. de inoffic. teſtam.

Sextus eſt, quando quis conſtitutus eſt hæres, & palam, aut ſecreto teſtatori promiſit ſe hæreditatem aut partem illius reſtituturum filio illegitimo, aut B cuicunque alteri, qui non poterat ſuccedere patri in eis bonis, amittit enim hæreditatem fiſco. Ita probant iura, quæ diſp. 169. conclu. 4. citauimus. Vide quæ ibi dicta ſunt, quando ipſe ſe prodit, aut is, qui de manu illius aliquid ea via accepit. Quia verò hac de re occaſione filiorum illegitimorum ibi concl. 4. & 5. dicta ſunt, quæ hoc loco dici poterant, non ſunt plura hic addenda.

Septimus, ſi quis mente captus ſit, & hæredes curam, quam oportet, illius non habeant, aufertur ab eis hæreditas, tanquam ab indignis, fiſcoque applicatur, vt cum quibuſdam gloſſis, & ordinationibus huius regni diſp. 176. cauſa duodecima exhæredationis dictum eſt. Excipitur, niſi extraneus aliquis, facta hæredibus proteſtatione, curam illius habeat: nam tunc hæreditas non pertinet ad fiſcum, ſed ad talem extraneum, vt ibidem dictum eſt.

Octauus, ſi quis captiuus detineatur, & hæredes C negligentes fuerint in eo redimendo, illeque in captiuitate è vita diſcedat, amittunt hęredes tanquam indigni hæreditatem: attamen non ſpectat tunc ad fiſcum, ſed captiui ſunt ex ea redimendi, vt diſputatione 176. cauſa decimatertia exhæredationis dictum eſt. Cum hactenus dictis tota hac diſputatione conſentiunt ordin. huius regni, lib. 2. titu. 15. §. 18. & 19.

Duo ſunt obſeruanda. Primum, in omni euentu, in quo aliquis tanquam indignus priuatur hæreditate, illaque fiſco applicatur, fiſcum teneri ad omnia debita defuncti, iuxta vires hæreditatis, l. nō poſſunt, ff. de iure fiſci, cuius verba ſunt. Non poſſunt vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt. Id enim bonorum cuiuſque intelligitur, quod ære alieno deducto ſupereſt. Item tenetur ad omnia legata, ſi quæ teſtator relinquat, l. dicitur, ff. de iure fiſci, & l. cum fiſco. ff. ad Syl. Modo D tamen fiſco ſaltem quarta pars bonorum defuncti, detractis legatis, remaneat, ſin minus detrahere poteſt à legatis, vſque ad quartam Falcidiam, eo pacto quo hæres inſtitutus detrahere eam poterat. l. Marcellus. §. vlt. ff. ad Trebel. Hæc omnia etiam habentur l. 16. ti. 7. par. 6.

Secundum eſt, cum hæc omnia in pœnam hæredibus tanquam indignis ſtatuta ſint; pœna autem ante latam ſententiam ſubeunda non ſit, tuta conſcientia poſſe hæredes indignos adire hæreditatem, eam poſſidere, atque ea frui, quouſque condemnentur, & bona fiſco, aut alicui alteri rei applicentur.

DI-

DISPVT. CLXXIX.

Suus hæres quis dicatur.

DIcendum eſt conſequenter de tranſmiſſione hęreditatis. Vt verò ea res intelligatur, oportet prius explicemus, quis hæres ſuus dicatur.

Vt aliquis hæres ſuus dicatur, duo neceſſaria ſunt. Primum, vt tempore mortis illius, cui hæres exiſtit, in eiuſdem fuerit poteſtate. Excipitur poſthumus, quia quamuis nunquam fuerit ſub patria poteſtate, comparatione tamen parentis, in cuius poteſtate ſtatim ac eſſet natus; ſi talis parens viueret, erat futurus, dicetur hæres ſuus, vt habetur inſtitut. de hęreditatibus quæ ab inteſtato. §. poſthumi quoque, & alijs iuribus, quæ Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolut. capitulo nono, numero decimo quarto, citat.

Secundum eſt, vt nullus alius in eadem linea ſit interpoſitus cui primum illud requiſitum conueniat. Quandiu enim filius eſt hæres ſuus, nepos, qui ex tali filio deſcendit, non eſt hæres ſuus comparatione aui, eſto in poteſtate aui ſit. Mortuo autem, aut emancipato filio, nepos ex ipſo genitus remanet hæres ſuus comparatione aui. Quamdiu etiam nepos eſt hæres ſuus, pronepos ex ipſo genitus non eſt hæres ſuus comparatione proaui. Si autem nepos vel morte, vel emancipatione, patriam egrediatur poteſtatem, pronepos efficitur ſuus hæres proaui comparatione. Hinc primò conſtat, ſolos deſcendentes dici hæredes ſuos comparatione aſcendentium: non verò aſcendentes comparatione deſcēdentium, & multò minus collaterales, aut alios extraneos. Conſtat ſecundò, neminem comparatione fœminæ eſſe hæredem ſuum, eſto illa mater ſit, aut auia. Etenim deſcendentes non ſunt in poteſtate matris aut auiæ, ſed duntaxat aſcendentium per lineam maſculinam paternam, hoc eſt, aut patris, proaui paterni, &c. Tertiò conſtat, quamuis filiæ hæres ſuus ſit comparatione patris, aui, aut proaui, in cuius poteſtate ſit; nepotem tamen ex illa, comparatione eorundem, eſſe non poſſe hæredem ſuum. Quoniam ſicut non eſt in poteſtate matris, ita neque eſt in poteſtate maſculorum aſcendentium per lineam maternam: Quartò conſtat, emancipatum non eſſe hæredem ſuum: eò quòd per emancipationem patriam egrediatur poteſtatem. Hæc omnia patent ex §. ſui, & ex §. cæteri, inſtitut. de hæredum qualitate, ex l. 21. titu. 3. par. 6. & ex alijs iuribus, quę Anton. Gomez. 1. tomo var. reſol. cap. 9. nume. 7. 8. & 9. citat.

Obſeruandum tamen eſt, eum, qui ſub patria erat poteſtate; ſi religionem profiteatur, quamuis eo ipſo eſſe deſinat ſub patria poteſtate, nihilominus retinere priuilegium ſuitatis, ac proinde tranſmittere ad monaſterium, aut ad quoſcunque alios ipſius hæredes paternam hæreditatem nondum aditam, vt de hæredibus ſuis diſputatione ſequenti dicetur. Ita cum Bartol. & alijs Antonius Gomez. loco citato, numero decimo, iuxta l. Deo nobis. C. de Epiſcopis & clericis. Hoc ipſum dicendum etiam eſt de eo, qui Epiſcopus efficitur: eo namque ipſo, & patriam egreditur poteſtatem, & retinet nihilominus priuilegia omnia ſuitatis, vt expreſsè habetur in authentico conſtitutio quæ, de dignitatibus. §. illud, ver. palam, affirmatque Anton. Gomez. nume. 11. ſequenti.

Obſeruandum etiam eſt, filium adoptiuum, quamuis non dicatur eſſe ſub patria poteſtate comparatione eius, à quo eſt adoptatus, habere tamen priuilegium ſuitatis, ſi illi ab inteſtato ſuccedat: ſecus autem ſi eidem ex teſtamento ſuccedat: Ita habe-

A tur. l. cum in adoptiuis, §. ſed ne, verſicu. & ideo ſancimus, C. de adoptionibus.

Item nepotem filium patris exhęredati, ſi ab auo, in cuius poteſtate ſit hæres inſtituatur, habere priuilegium ſuitatis, vt non adita hæreditate eam ad patrem ſuum ſuperſtitem tranſmittat, vt habetur. leg. qui in aliena. §. interdum, ff. de acquirend. hæred. Vtrumque cum alijs notat Anton. Gomez. numero 12. ſequenti.

DISPVT. CLXXX.

De tranſmiſſione hæreditatis non aditæ iure ſuitatis ſanguinis, ac deliberandi.

CVm hæres (vt diſputatione ſecunda & tertia, oſtenſum eſt) eo ipſo, quod hæreditatem adit, ſuam illam efficiat, manifeſtum eſt, ſi hæreditate adi-
B ta ex hac vita diſcedat, illam tranſmittere ad quoſcūque ipſius hæredes, non ſecus, atque alia ſua bona ac iura. Quando autem è vita diſcedit nondum hæreditate adita, vel quia ignorauit ſibi eſſe relictam, aut ad ſe ab inteſtato pertinere, vel aliqua alia de cauſa, tunc cùm nondum ſua ſit effecta, ſtatuerunt iura, vt eam non tranſmitteret, ſed pertineret ad alios prioris defuncti hæredes, qui in ipſius defectum, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccederent; exceptis tribus capitibus in titulo huius diſputationis propoſitis, quorum duo poſteriora temporis progreſſu ſūt introducta, vt ex l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de caducis tollendis, & ex alijs iuribus, quæ Antonius Gomezius, primo tomo variar. reſolut. cap. 9. num. 1. citat, perſpicuum ſatis eſt. Quoniam vero ea capita diuerſitatem non modicam continent, tum quibus hæreditatem tranſmittant, itemque circa aliqua alia, de ſingulis erit ſigillatim dicendum.

C Hæres ſuus hæreditatem nondum aditam ad ſe ex defuncto attinētem, cuius comparatione eſt ſuus hæres, tranſmittit ad quoſcunque ipſius hęredes, modo tamen illam dum viueret nō repudiauerit. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legiti. hæred. l. ſi fratris. C. de iure deliber. & alijs iuribus, quæ Anton. Gomez. 1. tomo variar. reſol. capitulo 9. numero ſeptimo, & vigeſimo, notabili 8. & Emmanuel à Coſta, ad capitulū ſi pater, par. prima, in verb. habens, numero decimo octauo, citant. Ratio autem, quæ hoc ipſum apertè probat, hæc eſt. Quoniam hæres ſuus vnum cum patre quoad bonorum dominium reputatur à iure, eaque de cauſa ſtatim mortuo patre, ante aditam hæreditatem, dominium bonorum per mortem illius ad ſe pertinentium cenſetur continuari in eo, vt habetur l. in ſuis. ff. de ſuis, & legitim. hæredibus. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. §. ſed ſui. inſtit. de hæred. qualit. §. ſui autem, inſtitut. de hæreditatibus quæ ab
D inteſtat. deferuntur, & alijs iuribus: quia ergo eiuſmodi hæres dominus eſt paternæ hæreditatis antequam illam adeat, manifeſtum eſt non ſecus illam ad quoſcunque ipſius hæredes tranſmittere, atque alia ſua bona ac iura. Non idem cenſent iura de ijs filijs, qui in poteſtate non erant parentum quibus ſuccedunt, vt de emancipatis, & de filijs comparatione matris & aſcendentium per lineam maternam, quos omnes iura inter hæredes extraneos comparatione ſuorum filiorum computant, vt habetur expreſsè §. Cæteri, & duobus ſequentibus, inſtitut. de hæredum qualitat. Niſi enim hæreditatem adeant, non cenſentur dominium illius comparare.

Hinc ortum habuit diſcrimen illud, quod iuxta leg. nihil pro hærede. C. de vſucapione pro hærede, & l. ſecunda, §. vltim. ff. pro hærede, in calce diſputationis. 65. conſtituimus. Nempe, ſuum hæredem

non

non cenſeri habere titulum ad præſcribendum rem, quam ſuus prædeceſſor bona fide, ſine titulo etiam cœpit poſſidere: hæredem verò non ſuum eo ipſo, quod hæres eſt, cenſeri illum habere. Etenim hæres ſuus non acquirit nouum dominium in bonis patris, ſed continuat, quod antea habebat, ac proinde res cenſentur eſſe in eodem ipſo ſtatu, in quo erant apud patrem: hæres vero non ſuus aditione hæreditatis comparat dominium bonorum defuncti, quod antea non habebat, ac proinde cenſetur habere nouum titulum pro hęrede dominii ex ſe trãslatiuum, vt præſcribere res poſſit intra tempus, quo cum titulo ea bona ſolent præſcribi.

Ex hoc eodem fundamento infert Anton. Gom. loco citato, numero decimo octauo, cum Angelo, & alijs, ſi ſtatuto caueatur, vt ex quacunque hæreditate, quæ alicui obuenerit, ſoluatur certum tributum, hæredes quidem non ſuos teneri illud ſoluere, non vero hæredes ſuos: quoniam nihil de nouo cenſetur eis aduenire, ſed continuant dominium præcedens.

Obſeruant Couarruu. regul. poſſeſſor, par. ſecunda, §. quinto, numero 3. Emmanuel à Coſta, capitu. ſi pater, part. prima, verb. habens, numero decimo nono. Anton. Gomez. primo, tomo var. reſol. capit. 9. numero vigeſimo quarto, & communis Doctorũ ſententia, quam referunt: quamuis hodie de iure Codicis & authenticorum, l. meminimus. C. de ſuis & legitim. hæredib. & in authen. de hæreditatibus quę ab inteſt. deferuntur. §. nullam, ſublata ſit differentia inter filios ſuos, & emancipatos, aut comparatione matris, omneſque æqualiter vocentur ad ſuccedendum parentibus: id intelligendum eſſe, quoad ſucceſſionem in portionibus æqualibus, & quoad remedia ad illas integras obtinendas: non vero quoad modum & qualitatem ſuccedendi: quin potius hæredem ſuum ſuccedere hodie vt ſuum, atque adeo vi ſuitatis tranſmittere hæreditatem non aditam ad quoſcunque ipſius hæredes: emancipatum vero ſuccedere vt emancipatum, eaque de cauſa ſolum iure ſanguinis illam tranſmittere, non ad omnes, ſed ad quoſdam ipſius hæredes, vt mox dicemus.

Dum ſupra dixi, hæredem ſuum tranſmittere hæreditatem nondum aditam ad quoſcunque ipſius hæredes, addidi, modo dum viueret illam non repudiauerit: quoniam licèt quondam hæredibus ſuis nõ fuerit permiſſum repudiare hæreditatem paternam ſed hæredes eſſent neceſſarij, qui tanquam domini ipſo iure bonorum parentum, vellent, nollent, parẽtum creditoribus tenebantur reſpondere; poſteà tamen de iure prætorio conceſſum illis fuit, vt antequam hæreditatem acceptarent, poſsent ſe ab illa abſtinere. Ita habetur. §. neceſsarij vero, inſt. de hæredum quali. & different. & alijs iuribus. quæ Anton. Gom. primo tomo variar. reſol. cap. 9. numero 15. & 21. citat.

Obſeruandum tamen eſt medio tempore, quo ſui hæredes poſt mortem eius, cui ita ſuccedunt, neque hæreditatem adeunt, neque illam repudiant, eſſe veros dominos eorum bonorum, vt dictum eſt, neque talium hæredum comparatione dari hæreditatem iacentem, vt datur comparatione cæterorum, tempore, quo neque illam adeunt, neque repudiant. Quo fit, vt facultas ſuis hæredibus conceſſa aſtinendi ſe ab hæreditate, illamve repudiandi, ſit facultas ablegandi à ſe dominium, quod ipſo iure morte eius, cui ita ſuccedunt, acquiſierunt, & vnà cum illo onera talis defuncti. Ita, iuxta l. ſi poſt mortem, in princip. ff. de legat. primo, gloſſ. in l. cum hæreditas. C. depoſiti. Barto. & communis doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. ibidem num. 17. refert ac ſequitur.

Obſeruandum item eſt, facultatem illam de iurę

A prętorio ſuis hæredibus conceſſam, vt ab hæreditate paterna ſe poſſint abſtinere, non reddere inſtitutionem, ſeu ſucceſſionem conditionalem proteſtatiuam, quæ iuxta dicta in calce, diſput. 177. impediat tranſmiſſionem hæreditatis, ſaltem quoad incrementum vltra legitimam, niſi hæreditas prius acceptetur, quaſi poſt ius illud prætorium, qui ante illud erant ſui hæredes, non prius hæredes exiſterent, quã conditionem illam implerent: id namque eſſet tollere prorſus de medio ſuitatem, quoad dominii hæreditatis ipſo iure acquiſitionem, & quoad tranſmiſſionem hæreditatis non aditæ ad quoſcunque hæredes: ſed facultatem illam eſſe ſolum priuilegium ſuis hæredibus conceſſum, vt cùm ſtatim morte eius, cui ſuccedunt, hæredes exiſtant, comparentque dominium hæreditatis, & cum eo ius ad eandem, nondũ aditam, tranſmittendum, nihilominus poteſtatem habeant repudiandi hæreditatem, ablegandique à ſe illius dominium. Ita cum Bar. & communi doctorũ

B ſententia, iuxta apertiſſima iura, Anto. Gom. vbi ſupra, num. 23.

Illud hoc loco erit breuiter addendum, ſi pater hæredem ſuum inſtituat ſub conditione poteſtatiua cum ea conditio nulla ſit comparatione legitimæ, vt diſput. 177. oſtenſum eſt, non obſtante ea conditionali inſtitutione, talem filium tranſmittere ad quoſcunque ipſius hæredes legitimam ſuam portionem, eſto hæreditatem non adierit: at vero incrementum non tranſmittere; quia quo ad illud valida erat illa conditio, quæ proprijſſimè habuit rationem conditionis, neque fuit impleta. Atque hoc ſolum eſt, quod Anton. Gomez. cum communi doctorum ſententia probat efficaciter aduerſus Baldum, Dinum, & alios primo tomo var. reſolut. capitulo nono, numero trigeſimo ſecundo, vbi rectè ſubiungit filium emancipatum, aut à matre inſtitutum ſub eadem poteſtatiua conditione, non tranſmittere iure ſangui-

C nis in ſuos deſcendentes incrementum (quod à patre, aut matre grauari potuit ea conditione) niſi ante mortem adierit hæreditatem; neque extraneum ſimiliter inſtitutum tranſmittere iure deliberandi talem hæreditatem non aditam eo quod ſimiliter inſtitutus ſit ſub vera & valida conditione attento nouo iure Codicis, quicquid fuerit quondam de iure digeſtorum. Eum legito.

Ius, quod hæres ſuus habet comparatione creditorum defuncti vt ſe poſſit abſtinere ab hæreditate, illamve repudiare, eſt perpetuum, ita videlicet, vt interim dum hæreditatem neque expreſsè, neque tacitè adiuit, illi ſe immiſcendo, & tanquam hęredem ſe gerendo, integrum illi ſemper ſit, dum à creditorib. conuenitur, ab illa ſe abſtinere, eamve repudiare. Ratio eſt, quoniam beneficium hoc, ſe abſtinendi, vim exceptionis comparatione creditorum habet: regula autem eſt, quæ temporalia ſunt ad agendum,

D perpetua eſſe ad excipiendum. l. purè. §. vltim. ff. de doli mali except. & l. licèt. C. de exception. Si tamen hæres ſuus tacitè vel expreſsè hæreditatem adiuit, conueniri eo ipſo poteſt a creditoribus loco defuncti. Hæc Anton. Gom. loco citato, num. 22. & doctores quos citat.

Numero vigeſimo quinto, diſputat, num ſi hęres ſuus interim dum hæreditati non ſe immiſcuit, conueniatur à creditoribus, habeant ſufficienter fundatam aduerſus illum intentionem vt poſſit condemnari. Et quamuis communis ſententia, quam refert ac ſequitur, neget, rarò tamen in praxi id locum habebit, ſi talis hæres in iudicio compareat: quoniam eo ipſo, quod vt hæres reſpondeat, cenſetur ſe immiſcere hæreditati, eamque tacitè adire. Si vero dicat, ſe ſolum tanquam filium comparere, ac reſpondere, cogetur hæreditatem adire, vel repudiare. Quod ſi reſpondeat, ſe velle deliberare quid

horum

horum ſibi magis expediat, iudex, attentis circunſtantiis concurrentibus, ad petitionem creditorum & legatariorum, illi præſcribet tempus in quo alterum eligat: quo tranſacto, ſi intra illud non adiuit, cenſetur hæreditatem repudiaſſe. Interim vero dum deliberat, iudex, ſi ita opus fuerit, curatorem hæreditati præbebit, vt Anton. Gom. in calce, num. 17. rectè ait.

Hæredi ſuo, poſt hæreditatem repudiatam, conceditur beneficium, vt reuocare poſſit repudiationem, iterumque adire & acquirere hæreditatem. Et quidem, ſi illam repudiauerat poſt ætatem viginti quinque annorum, ſolum ei conceditur triennium poſt talem repudiationem, intrà quod poſſit illam reuocare, modò tamen bona hæreditatis non ſint iam magna ex parte alienata; nam tunc ei non conceditur reuocatio repudiationis. Si verò hæreditatem repudiauerat antequam eſſe vigintiquinque annorum, tunc conceditur ei reuocatio repudiationis per beneficium reſtitutionis in integrum vſque ad vigeſimum nonum ſuæ ætatis annum expletum, & inſuper poſtea per tres alios annos vſque ad trigeſimum ſecundum expletum. Et quidem ſi bona hæreditatis alienata fuerunt interim dum ille vigeſimum quintum annum non expleuerat, conceditur illi reuocatio repudiationis, eſto bona alienata fuerint. Si verò intrà illud tempus non fuerunt alienata, ſolum ſeptennio ſequenti conceditur illi reuocatio, dummodo bona hæreditatis magna ex parte alienata non ſint. Ita habetur l. vlt. C. de repudianda hæreditate, & l. vlt. tit. 6. par. 6. Porrò priuilegium hoc totum perſonale eſt comparatione ſuorum hæredum: quarè ſi hæres ſuus moriatur intrà tempus ei datum ad reuocandam repudiationē, non tranſmittit eiuſmodi ius ac priuilegium ad ipſius hæredes. Lege inter alios Anton. Gom. 1. tom. var. reſol. cap. 9. numero 31. & Doctores quos citat. Item ſi ſuo hæredi datus ſit ſubſtitutus vulgaris, reuocare nequit renunciationem poſtquam fuerit viginti quinque annorum: quia eo ipſo quoad hoc amiſiſſe cenſetur priuilegium ſuitatis, vt cum Baldo, Alexan. & alijs, affirmant Anton. Gom. nu. citato, & Greg. Lopez ad l. vltimam citatam, gloſ. antepen. iuxta l. ſi filius hæres, ff. de libe. & poſth. & alia iura quæ citat. Vtrum autem eo ipſo, quòd hæredi ſuo datus eſt ſubſtitutus vulgaris, amittat ſuitatem, vt, eſto expreſsè non repudiet hæreditatem, eam non tranſmittat ex potentia ſuitatis, diſp. 183. dicetur.

Dubium. Dubium eſt, vtrum iuri adeundi hæreditatem, quòd conuenit hæredi non ſuo, poſſit præſcribi aduerſus illum, & quanto tempore præſcribatur. Et ſimiliter, vtrum iuri immiſcendi ſe hæreditati, quod conuenit hæredi ſuo, poſſit præſcribi, & quanto tempore, ità vt deinceps dominium amittat, neque poſſit ſe vlterius hæreditati immiſcere.

Deciſio. Ad quod breuiter dicendum eſt, per poſſeſſionē quidem bona fide, vel totius hæreditatis, vel partis bonorum, quæ quis tanquam ſua poſſideat, præſcribi dominium eorum, cum titulo, aut ſine titulo, tēpore quo aduerſus quemcunque alium, iuxta ea quę in materia de præſcriptione dicta ſunt, præſcriberētur, ac proinde deinceps vtrumque hæredem, de quibus eſt ſermo, amittere totum ius in re aut ad rem, quod ad illa habebant, atque adeò neque per aditionem hæreditatis, neque per hoc quòd ſuus hæres ſe velit illi immiſcere, comparare ius aliquod. Neque eſt hoc, quod Doctores hoc loco intendunt diſputare.

Dicendum deinde eſt, ſi eiuſmodi hæredes ignorant ea bona iure hæreditario ad ſe pertinere, & qui pręſcribere debet, conſcius quòd hæres ignoret, eum non admoneat, vt, ſi velit, hæreditatem

A adeat, eive ſe immiſceat, neque in conſcientiæ, neque in exteriori foro vllo tempore hæreditatem aduerſus eum præſcribere, præſertim, ſi qui ea præſcribere debet illa poſſideat. Probatur, quoniam eiuſmodi bona debita re vera ſunt eiuſmodi hæredi ignoranti, iſque, qui illa aduerſus eum præſcribere vult, peccat ea illi non offerendo, eumve non admonendo, eſtque proinde malæ fidei poſſeſſor comparatione illius: ergo nullo tempore pręſcribit iuri, quod hæres ille ad ea habet, iuxta ea quę diſputat. ſexageſima ſexta, de præſcriptionę iurium latè dicta ſunt.

Dicendum tertiò eſt ſi eiuſmodi hæredes nō ignorent ius, quod ad ea bona habent, vel is, qui in illorum defectum ſuccedere in eis debet, in nulla fuit culpa eos non admonendo, quia vel id ignorabat, vel erat abſens, præſcribere aduerſus tales hæredes ius illud ſpatio triginta annorum, poſſeque tuta conſcientia occupare aut retinere ea bona tanquam ad
B ſe deinceps pertinentia: atque in hoc ſenſu verum eſt, quod cum Bar. & communiori doctorum ſententia Anton. Gomez. primo tomo variar. reſol. cap. 9. numero 27. & 28. affirmat. Tunc enim non eſt in eiuſmodi ſucceſſore mala fides, & vt hæredes illi ius illud amittant, aliuſque illi præſcribat, ſatis eſt illi eo non vtantur tempore dato ad illud aduerſus eos pręſcribendum, vt diſputatio. 66. citata dictum eſt: ad præſcribendum vero eiuſmodi iuribus ſine titulo regulariter requiritur & ſufficit tempus triginta annorum, vt diſputat. 70. & 71. dictum eſt. Si tamen quis ſimul eſſet hęres ex teſtamento & ab inteſtato, tunc, licèt triginta annis præſcriberetur aduerſus eum nę vna via ſuccederet, poſſet nihilominus ſuccedere alia: quocirca, vt aduerſus eum præſcribatur vt neutra via poſſit ſuccedere, requiritur ſpatium ſexaginta annorum, vt ibidem Anton. Gom. nume. vigeſimo nono, cum communi ſententia ſubiungit. Si ta-
C men is, qui vtraquę via poteſt ſuccedere, ſciens & prudens vtraque via hæreditatem ſibi deberi, abſolutè hæreditati renunciet, cenſetur ei vtraque via renunciare: ſecus autem, ſi ignorans ſe vtraquę via ſuccedere, abſolutè renunciet: quoniam tunc ſuccedere adhuc poteſt altera via, quam ignorabat, & cui nec tacitè cenſetur renunciaſſe. Ita Anton. Gomez. cum Barto. & communi ſententia ibidem, num. 30. habeturque expreſsè. l. penult. titu. 6. part. ſexta. Idem dicit eſſe Couarruu. reg. poſſeſſor, part. ſecūda, §. quinto, numero quinto, quando vtraque via non concurrit ſimul tempore, ſed poſteriori ſuccedit, quando priori non eſt locus: tunc enim licèt, dum prior via adeſt, abſolutè renunciet, non cēſetur renunciare poſteriori, quæ poſt primam ſequitur, vt colligitur ex l. 1. §. ſed videndum. ff. de ſucceſſor. edict. Hæc de primo capite tranſmiſſionis hæreditatis nondum aditæ.

D Quod ad ſecundum attinet. leg. vnica, C. de ijs qui ante apertas tabulas, ſancitum eſt, vt vniuerſim deſcendentes omnes, ſiue hæredes eſſent ſui, ſiue non, hæreditatem ex ſuis aſcendentibus, tam per lineam maſculinam, quam fœmininam, ad ſe pertinentem tranſmitterent nondum aditam, non quidem ad quoſcunque ipſorum hæredes, ſed dumtaxat ad ſuos deſcendentes, idque ſiue illam non adierint, quia ignorabant ad ſe pertinere, ſiue quacunque alia ratione: modò tamen ea non repudiauerint. Tranſmiſſionem hanc appellant iuriſperiti tranſmiſſionem iure ſanguinis. Quamuis autem lex citata ſolum videatur loqui, quando hæreditas aſcendentium pertinet ex teſtamento, idque ſiue ſimul inſtitutus ſit hæres aliquis extraneus aut deſcendens, ſiue non, gloſſa tamen ibi & communis doctorum ſententia affirmat, idem dicendum eſſe, quando ab inteſtato ad talem deſcendentem Transmiſſio iure ſanguinis.

dentem ſpectat. Hodie ergo filius, etiam emancipatus, ante aditam hæreditatem non ſolum patris, & auorum, aut proauorum ex parte patris, ſed etiam matris, & auorum aut proauorum ex parte matris, illam tranſmittit ad ſuos deſcendentes ſi quos habeat: non verò ad aſcendentes, aut collaterales, vel quoſcunque alios hæredes extraneos. Quo fit, vt ſi filius emancipatus careat deſcendentibus, diſcedatque ante aditam hæreditatem paternam, non tranſmittat illam ad matrem: hæreditatem verò maternam, etiam ſi emancipatus non eſſet, neque ex hoc capite, neque ex præcedente tranſmitteret ad patrem: eò quod comparatione matris, de cuius ſucceſſione agitur, non ſit ſuus hæres. Lege quæ ad hactenus dicta Anton. Gomez. primo tomo variar. reſol. capitulo 9. à numero 41. & Emmanuelem à Coſta, capitulo ſi pater, par. 1. verb. habens, numero ſecundo, & communem ſententiam doctorũ, quos citant.

Antonius Gomez. ibidem, numero quadrageſimo tertio, cum multis alijs quos citat, affirmat, poteſtatem hanc tranſmittendi hæreditatem parentum nondum aditam in deſcendentes, competere filijs illegitimis naturalibus, quoad portiones in quibus ex legis præſcripto ſuccedunt ſuis aſcendentibus, iuxta ea, quæ ſuo loco dicta ſunt. Et quamuis nonnulli refragentur, placet hæc ſententia, conſentaneaque eſt ijs, quæ diſputatione 170. dicta ſunt: eò quod priuilegium hoc iuri ſanguinis innitatur. Quin poteſtatem hanc extendendam arbitror ad ſpurios, quoad portiones in quibus legis præſcripto ſuccedunt matribus. Eodem etiam modo intellige legitimos filios tranſmittere hæreditatem ſuorum aſcendentium nondum aditam in illegitimos deſcendentes, quando ex præſcripto legis illegitimi poſſunt ipſis ſuccedere, vt ibidem rectè Antonius Gomezius cum aliis, quos citat, affirmat.

Illud eſt obſeruandum, ſi aſcendens hæreditatem aliquam reliquerit deſcendenti ſub conditione in futurum pendente, quæ modus non ſit, tunc ſi deſcendens ante conditionem impletam ex hac vita diſcedat, non tranſmittere hæreditatem ad ſuos deſcendentes, vt colligitur ex leg. vnica. §. ſin autem. C. de caducis tollendis, & ex alijs iuribus, quæ Antonius Gomez. ibidem, numero 49. citat, & affirmant gloſſa vltim. l. vnica. C. de ijs qui ante aper. tabu. Barto. & alij quos Anton. Gomez. ibidem refert ac ſequitur. Excipitur legitima portio, quam omnino ad deſcendentes tranſmittit, eò quod grauamẽ ei imponi non poſſit.

Vtrum autem, ſi aſcendens hæredem deſcendentem inſtituat, eique vulgariter ſubſtituat quendam tertium, hæres ita inſtitutus hæreditatem non aditã tranſmittat ad ſuos deſcendentes, an vero pertineat ad ſubſtitutum, diſpu. 183. dicetur.

Hæreditas, iuſve ex tranſmiſſione reſultans, non præſcribitur aduerſus eos, ad quos iure ſanguinis eſt iam tranſmiſſum, eſto neque per ipſos, neque per priorem hæredem adita fuerit hæreditas, niſi ſpatio triginta annorum cum ea bona fide, de qua dictum eſt quando hæreditas eſt tranſmiſſa ex potentia ſuitatis, idque propter rationes ibidem redditas: eſt enim vtrobique eadem ratio. Hæc de ſecundo capite.

Tranſmiſſio iure deliberandi. Quod ad tertium attinet. leg. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. omnibus vniuerſim hæredibus, tam deſcendentibus quam extraneis, conceditur annus computandus à die, qua nouerint hæreditatem aliquam ex teſtamento aut ab inteſtato ad ſe pertinere, vt in eo anno deliberare poſſint, num adire aut repudiare velint hæreditatem. Quod ſi intrà id tempus è vita, neque hæreditate adita, neque repudiata diſcedant, conceditur vt eam ad

A quoſcunque ipſorum hæredes, etiam extraneos, trãſmittant; in ſtatu tamen, in quo ad ipſos ſpectabat, nempe cum facultate illam adeundi, vel repudiandi, ſolum quouſque annus compleatur, qui in prioribus hæredibus à ſcientiæ tempore decurrere cœperat: eo autem anno tranſacto, ſi neque per priores hæredes, neque per poſteriores hæreditas ſit adita, eo ipſo deuoluitur ad hæredes ab inteſtato prioris defuncti, vel ad ſubſtitutos ab eo ex teſtamento relictos. Si tamen primus hæres è vita diſcedat cum ignorantia, quod ea hæreditas ad ſe pertineret, tunc quoniam ignorans deliberare non poteſt, eam non tranſmittit ad ipſius hæredes, ſed pertinet ad hæredes ab inteſtato prioris defuncti, vel ad ſubſtitutos, niſi ex aliquo duorum priorum capitum eam tranſmittat, vt in eis ipſis explicatum eſt. Hæc habentur l. citata, conſentiunt Antonius Gomez. primo tomo variarum reſol. cap. 9. à num. 51. Emmanuel à Coſta cap. ſi pater, par. 1. verb. habens, nume. 22. & communis Doctorum ſententia,

B quam referunt.

Quo loco in primis obſerua, vt hæres tranſmittat intra illum annum, neceſſe non eſſe, vt petierit illud tempus ad deliberandum, vt habetur expreſsè l. cum antiquioribus citata. Obſerua deinde, etiam quando quis tranſmittit hæreditatem non aditam ex duobus capitibus præcedentibus, tranſmittere illam cum poteſtate in hæredibus, vt illam poſſint repudiare, ſicut ipſe eam facultatem habebat. Ita probat tex. in l. ſi quis filium. §. primo, ff. de acquir. hæred. & affirmant Gloſſa ibi Barto. & alij, quos Antonius Gomez. loco citato, nume. 55. refert ac ſequitur. Obſerua tertiò, quando aliquis abſens erat propter Rempublicam, aut ex alia rationabili & iuſta cauſa ignorauit hæreditatem aliquam ad ſe pertinere, atque idcirco eam intra tempus à iure conceſſum non adiuit, concedi, tam ip-

C ſi, quàm ipſius hæredibus, ſi ipſe ſit defunctus, reſtitutionem in integrum, vt eam poſſint adire. Ita habetur l. Pontonius, in princip. ff. de acquir. hæredit. & l. prima, ff. ex quibus cauſis maiores, atque alijs iuribus. Eademque ratione, ſi minor viginti quinque annis diſcedat hæreditate non adita, conceditur hæredibus illius reſtitutio in integrum. Hæc Bartol. & communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Antonius Gomez. primo tomo variarum reſolut. cap. 9. num. 56. & Emmanuel à Coſta, capit. ſi pater, parte prima, verb. habens, à numero 26.

Illud etiam eſt obſeruandum, quamuis lege cum antiquioribus, citata, quando hæredes, ſiue inuentarium conficerent, ſiue non, tenebantur creditoribus ultra vires hæreditatis, fuerit annus ad deliberandum conceſſus, computandus à tempore ſciẽtiæ, vt dictum eſt: poſtea tamen. l. vltima, §. & hæc

D quidem. C. de iure deliberandi, conſtituto, vt qui inuentarium conficerent, vltra vires hæreditatis non tenerentur, alijſque potirentur priuilegijs ſancitum quoque fuiſſe, vt à iudicibus ſolum concedi poſſent hæredibus nouem menſes ad deliberandum, idque ſemel tantum: ſi verò plus temporis concederetur, eſſet incrementum irritum & inane: & vt à Principe ſolùm concedi poſſet annus: itemque vt elapſo tempore ita conceſſo, ſi hæredes intra illud non repudiaſſent hæreditatem, cenſerentur eo ipſo illam adiiſſe, vt ibidem, §. ſin autem, ſubiungitur. Hæc eadem habentur l. 2. titu. 6. par. 6. vbi additur, iudicem minuere poſſe tempus nouem menſium, ſi intellexerit breuius ſufficere ad deliberandum: modo tamen ſaltem concedat centum dies, conſonat l. itaque, ff. de iure delib.

Dubium eſt, vtrum hodie abolita ſit l. cum antiquioribus, quatenus concedebat tranſmiſſionem

hæreditatis intrà annum à tempore ſcientiæ. Placetque dicamus cum gloſſ. v. l. l. vltim. §. vltim. C. de iure deliberandi, partim eſſe abolitam, partim verò habere hodie vim. Si namque à iudice non præfigatur hæredi ſpatium nouem menſium intrà quod deliberet, eſto poſt nouem menſes (ante annum tamē abſolutum) è vita diſcedat, tranſmittit hęreditatem. Si vero ſpatium illud ei præfigatur, tunc elapſo eo tempore cenſetur adijſſe hæreditatem ac proinde non tranſmittit ad ipſius hæredes nondum aditam hæreditatem, ſed tacitè iam aditam. Abſolutè autem cum ea gloſſa eſt dicendum, Imperatorem. l. vltima citata intendiſſe minuere tempus tranſmiſſionis, quando nouem menſes à iudice præſcriberentur.

DISPVT. CLXXXI.

De tranſmiſſione legatorum, & an nulla reddantur, ſi hæreditas adita non fuerit.

QVoniam diſputatio de legatorum tranſmiſſione cum diſputatione de tranſmiſſione hæreditatis eſt coniuncta, hoc loco erit ſubijcienda.

Eſt autem ex diſputatione tertia, in memoriam reuocandum, quando res deſignata in ſingulari alicui legatur purè, hoc eſt, non ſub conditione quæ in futurum pendeat, neque in diem, tunc ſtatim, ac hæres adit hæreditatem, legatarium comparare dominium rei ita ſibi legatæ, eſto ignoret ſibi eſſe legatam: imò verò iuris fictione cenſeri comparaſſe dominium ſtatim à morte teſtatoris, quaſi per aditionem factam ab hærede retrotrahatur acquiſitio dominij rei legatæ fictione iuris, vt fuiſſe cenſeatur à morte teſtatoris. Ita tamen aditione hæreditatis facta per hæredem comparat legatarius dominium rei ſibi legatæ, vt integrum ipſi ſit acceptare aut repudiare legatum. Quòd ſi, poſtquam hæreditas fuit adita, legatarius repudiet legatum, iuris etiam fictione cenſetur nunquam fuiſſe dominus rei illius: eaque de cauſa dominium rei legatæ, quod legatarius comparat aditione facta per hæredem antequam ipſe legatum acceptet, cenſetur reuocabile, quaſi repudiatione efficere poſſit vt nunquam illud acquiſierit. Eo autem ipſo, quod legatum acceptat, comparaſſe cenſetur à morte teſtatoris dominium irreuocabile. Quia ergo hæc ita ſe habent, non incongruè Alexand. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de legatis primo, à Greg. Lopez, ad l. trigeſimam quartā, titu. nono, par. ſexta, relatus, diſtinguit triplex rei legatæ dominium comparatione legatarij. Quoddam fictum, quale eſt, quod hæreditate per hęredem adita, fingitur habuiſſe ante illam aditam à morte teſtatoris. Aliud verum, ſed reuocabile, nempe illud, quod habet ſtatim ac hæreditas eſt adita, antequam ipſe legatum acceptet. Atque aliud irreuocabile, nempe illud idem ſubſecuta iam legati acceptatione. Iuxta hoc verò triplex genus dominii conciliat varia iura, quæ de legati dominio comparatione legatarij diuerſimodè loquuntur. Quando autem legatur aliquid certum in quantitate, genere, aut ſpecie, ſed incertum in indiuiduo, legatarius, hæreditate per hæredem adita, comparat, non quidem dominium, eò quòd res legata certa non ſit & determinata, ſed ius ad illud cum hypotheca in omnibus hæreditatis bonis, vt diſputatione tertia, citata explicatum eſt. Quæ hypotheca eſt etiam comparatione legati determinati in indiuiduo, vt ibidem dictum eſt.

Antequam autem hæres adeat hæreditatem, ſiue res legata certa ac determinata ſit in ſingulari, ſiue tantùm in ſpecie aut genere, ſolum com-

A parat legatarius ius quoddam remotius ad rem illam, quæ de iure communi ante aditam hæreditatem illi non eſt debita, eò quòd nondum ſit hæres qui illam debeat. Præterea, quia, ſi hæres non adeat hæreditatem, legata ipſo iure nulla redduntur, pertinentque ad hęredem ab inteſtato, eò quod teſtamentum eo ipſo nullum omnino ſit, vt conſtat ex l. nemo. prima, ff. de teſtamentaria tutela, cuius hæc ſunt verba. Si nemo hæreditatem adierit, nihil valet ex ijs, quæ teſtamento ſcripta ſunt: ſi verò vnus ex pluribus hæredibus adierit, tutelæ ſtatim valent (idem intellige de legatis) neque expectandum erit, vt omnes hæreditatem adeant. Idem conſtat ex l. prima, §. aditam. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit. l. ſi nemo. ff. de regulis iuris, & ex alijs iuribus, quæ Anto. Gom. ad l. vigeſimam quartam Tauri, num. 1. & 1. tomo. variarum reſol. c. 12. num. 11. & Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. par. 2. verb. deferū tur, num. 3. fol. 345. citant. Excipe legata ad pias cau-

B ſas, quæ vt diſputatione 134. oſtenſum eſt, valida ſunt, teneturque proinde ea ſoluere hæres ab inteſtato. Excipe etiam niſi in teſtamento appoſita fuerit clauſula codicillaris, aut aliquid quod ei æquipolleret: nam tunc etiam legata ad non pias cauſas debentur ab hærede ab inteſtato, vt cum gloſſa cap. Raynaldus, de teſtam. & gloſſ. vltim. l. ex teſtamento, iuxta textum ibi. C. de fideicommiſſis, & gloſſ. l. eam quam, verb. traditur, C. eodem titu. Bar. & Panormitano, & alijs affirmat Couarru. cap. Raynaldus, citato, §. 3. numero octauo. Excipe præterea, ſi teſtator prohibuit hæredi detrahere falcidiam, eaque de cauſa hæres adire noluit hæreditatem: tunc enim legata nihilominus debentur, vt habetur, in authentico de hæredibus & falcidia. §. ſi verò expreſſim, & cum alijs affirmat Couarruu. loco citato, numero nono. Denique excipe, in Regno Caſtellę, vbi eſto hæres non adeat hæreditatem, valida nihilominus

C ſunt legata, vt ſæpe in ſuperioribus dictum eſt, & habetur l. prima, titulo ſecundo, libro quinto. Ordin. quæ hodie eſt l. prima, titulo quarto, libro quinto, nouæ collectionis.

His ita conſtitutis, quod ad primum eorum attinet quæ in titulo propoſita ſunt, ſit prima concluſio. 1. Concluſ. Quando legata ſunt pura, hoc eſt, non ſub conditione, pendente in futurum, aut aliquid eſt legatum, vt detur in diem incertum, tranſmittuntur ad hæredes legatarij ſtatim à morte talis legatarij, idque ſiue hæreditas adita ſit, ſiue non, & ſiue legatarius ſciuerit ſibi ea eſſe relicta, ſiue non; modò tamen legatarius mortuus non fuerit ante teſtatorem; nam tunc legata nulla redduntur, vt alibi dicendum eſt. Ita habetur expreſsè. l. vnica §. cum igitur, & §. in nouiſſimo. C. de caducis tollendis, & l. trigeſima quarta, titulo nono, par. ſexta, conſentitque communis Doctorum ſententia. Quod ſi legatum erat res

D certa & determinata in ſingulari, aditaque erat hæreditas, legatarius rem illam, cuius dominus aditione hæreditatis erat effectus, tranſmittit ad hæredes: alioquin trāſmittit ſolùm ad eos ius vt ipſis ſoluatur legatum, cum hypotheca in vniuerſa hæreditate, vt dictum eſt.

Secunda concluſio. 2. Concluſ. Si legata relicta ſint ſub conditione pendente in futurum, aut in diem incertum, ita vt iuxta ea, quæ diſpu. 156. explicata ſunt, & diſp. 205. fuſiùs dicentur, vim habeat conditionis pendentis in futurum, tunc ſi legatarius poſt teſtatorem moriatur, attamen ante conditionem impletam, non tranſmittit ea ad hæredes, ſed vel pertinent ad ſubſtitutum, vel ad collegatarium, ſi in eadem re ſimul cum legatario defuncto inſtitutus erat alius legatarius, vel ad hæredes teſtatoris: ſi autem conditio tēpore mortis talis legatarij defuncti erat impleta, trāſmittit ea ad ſuos hæredes. Ita habetur l. vnica, §. ſin

autem

autem. C. de caducis tollendis,& l. 34. citata, conſentitque communis Doctorum ſententia. Hæ duæ concluſiones magis explanantur diſput. 189. Quod de legato relicto ſub conditione dictum eſt, intelligendum eſt, ſi conditio ſit expreſſa: nam ſi ſit tacita, non impedit tranſmiſſionem legati, vt infra diſput. 200. explicatur.

Ab his duabus concluſionibus excipitur in primis, ſi legatum ſit vſusfructus, & eadem ratione, vt ibidem notat gloſſa, ſi ſit vſus aut habitatio: hæc enim cum ex ſui natura morte finiantur legatarij, non tranſmittuntur ad hæredes. Fructus tamen ex re in vſumfructum legata percepti, qui ad legatarium pertinent, non dubium eſt quin tranſmittantur. Excipiuntur deinde libertates legatæ, vt ſi quis in ſuo teſtamento ſeruum manumittat. Itemque legata facta tam mancipijs quæ in eo teſtamento manumittuntur, quàm facta mancipijs, quæ alijs leguntur; vt ſi quis dicat, lego Petro mancipium meum Antonium, cui Antonio hoc, vel illud etiam lego. Hæc namque ſolum debentur à tempore aditæ hæreditatis, neque hæreditate adita retrotrahantur vt debita ſint à morte teſtatoris. Omnes hæ exceptiones habentur expreſsè l. vnica. §. libertatibus. C. de caducis tollendis.

DISPVT. CLXXXII.

Subſtitutio quid & quotuplex ſit.

A Diſputatione 154. egimus de hæredum inſtitutione, deque eorum ſucceſſione, tam ex teſtamento; quàm ab inteſtato, præteritione, & exhæredatione, itemque de tranſmiſſione hæreditatis; nunc verò de ſubſtitutionibus, quæ hæredibus potiſſimũ fiunt dicendum eſt.

Subſtitutionis definitio. A ſubſtitutione ergo in genere ordiendo, eam conſentanee ad Couarruuiam, cap. Raynutius, de teſtam. §. quarto, numero primo ſic poſſumus definire. Eſt vnius, aut plurium, in alterius, aut aliorum locum, ad rem aliquam in vltima voluntate facta vocatio. Dictum eſt, vnius aut plurium; non ſolum quia plures in vnius locum poſſunt immediatè ſubſtitui, quemadmodum & vnus in locum plurium qui cohæredes inſtituti ſunt, vt inſt. de vul. ſubſtitu. §. & plures, habetur; ſed etiam, quia plures ordine quodam poſſunt vni ſubſtitui, vt habetur. leg. prima ff. de vulgari ſubſtitutione; vt ſi quis ſic in ſuo teſtamento dicat, inſtituo hæredem meorum bonorum Petrum, & ſi is hæres non fuerit, ſit Franciſcus, & ſi Franciſcus non fuerit, ſit Antonius. Additum eſt, ad aliquam rem, & in vltima voluntate vocatio: quoniam ſubſtitutio non ſolum in hæreditate, ſed & in legatis & donatione cauſa mortis fieri poteſt, vt leg. vnica. §. ſin autem. C. de caducis tollendis, expreſſe habetur. Quod ſi ſolam ſubſtitutionem in hæreditate definire voluerimus, dicemus, Eſt vnius aut plurium, in alterius, aut aliorum locum ad hæreditatem vocatio. Hæc autem vt plurimum fit in teſtamento, tametſi interdum in codicillo etiam fiat.

Indirecta ſubſtitutio quid. Subſtitutio in hæreditate, quædam eſt indirecta, & quædam directa. Indirecta eſt quando hæreditas defertur ſubſtituto per alterum qui eam illi reſtituat, vt quando vnus inſtituitur hæres, & grauatur hæreditatem, aut partem hæreditatis reſtituere alteri. Et hæc dicitur etiam, tum obliqua, tum fideicommiſſaria ſubſtitutio. *Directa ſubſtitutio.* Directa verò ſubſtitutio eſt, quando hæreditas ſubſtituto defertur abſque alterius miniſterio qui illam reſtituat. Differt autem inter vtranque præter alia, quòd in fideicommiſſaria ſubſtitutione locum habet detractio Trebellianicæ: in ſubſtitutione verò directa non ité.

A Directa & indirecta ſubſtitutio fieri etiam poteſt in legatis, & donationibus cauſa mortis: ſed tunc locum non habet trebellianica.

Subſtitutionis ſpecies ſeptem. Sex ſubſtitutionum ſpecies communiter diſtinguuntur, vulgaris, pupillaris, exemplaris., fideicommiſſaria, compendioſa ſeu reciproca, & breuiloqua. Meritò tamen Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater, in prin. num. 2. poſt Couar. cap. Raynutius, de teſtamẽtis. §. 9. num. 2. & alios quos Couar. refert, addit ſeptimam ſpeciem, quæ militaris ſubſtitutio appellatur, proximèque poſt vulgarem erit annumeranda.

Vulgaris ſubſtitutionis definitio. Vulgaris ſubſtitutio ab Anton. Gomez. 1. tom. variar. reſol. cap. 3. nume. 1. à Couarr. loco citato, nume. 30. & ab alijs cum Bar. in hunc modum definitur. Eſt directa ſubſtitutio, quæ à quocunque teſtatore, & comparatione cuiuſcunque hæredis fieri poteſt. Nomine teſtatoris is intelligitur qui iuris diſpoſitione teſtari valet: ſicut nomine hæredis intelligitur, qui diſpoſitione iuris hæres inſtitui poteſt.
B Quarè, cum, qui teſtari nequit, non poſſe vulgariter ſubſtituere, & eum, qui hæreditatis eſt incapax, non poſſe vulgariter ſubſtitui, nihil traditæ definitioni officit. Quia ergo quicunque de populo, & comparatione cuiuſcunque, poteſt modo explicato eiuſmodi efficere ſubſtitutionem, ait leg. 1. titu. 5. part. 6. ad diſtinctionem reliquarum ſimplicium directarum ſubſtitutionem hanc vulgarem fuiſſe nuncupatam. Idem affirmat Bar. l. 1. ff. de vulgari ſubſtitutione, & alij doctores.

Aptior eiuſdem definitio. Melius tamen poſſumus eam hoc pacto definire. Eſt ſubſtitutio directa & ſimplex, qua quis abſque peculiari priuilegio hæredem ſibi ſubſtituit. Per particulam, directa, reijcitur, fideicommiſſaria ſubſtitutio, per particulam, ſimplex reijciuntur breuiloquæ & compendioſæ ſubſtitutiones, quæ, vt dicemus, compoſitæ ſunt ex pluribus. Per particulam abſque peculiari priuilegio, reijcitur militaris: licèt enim
C per eam miles ſibi ipſi hæredem ſubſtituat, vt tamen videbimus, id efficit ex particulari priuilegio. Reliquum verò definitionis excludit pupillarem & exemplarem ſubſtitutiones, quibus teſtator, non ſibi, ſed filio pupillo, ſi intra pupillarem ætatem, vel furioſo aut mente capto, ſi ſine liberis furioſus aut mente captus vitam finiant, hæredem ſubſtituit.

Militaris ſubſtitutio ex illo militis priuilegio ortum habet, quod, vt diſput. 124. 125. §. quoniam vero, & diſput. 156. dictum eſt, diſcedere poteſt ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus, non ſolum quoad bona ſua, ſed etiam quoad tempus, quoniam pro vno tempore inſtituere poteſt vnum hæredem ſibi directum, & pro alio alium. Atque hinc proficiſcitur, vt de bonis ſibi proprijs poſſit ſtatuere, ut poſtquam aliquis ſibi hæres in eis extiterit, eadem bona directa ſubſtitutione deueniant ad alium, qui ſibi ip
D ſi hæres ab aliquo tempore ſit, nempe, vel à morte hæredis primo loco inſtitui, qui poſt mortem talis militis hæres extiterit, vel à certo tempore poſt militis mortem, quod eſt directò ſibi poſt mortem ſuam ſubſtituere. Ita habetur l. Centurio. ff. de vulgari, & pupillari l. milites etiam. ff. de militari teſtamento. l. in teſtamento, 1. C. de teſtamento militis, & alijs iuribus. Alijs autem hominibus, licèt fas ſit directò ſubſtituere vulgariter hæredibus à ſe inſtitutis, ſub conditione ſi hæredes non extiterint, nefas tamen eſt illis directò ſubſtituere in tempus quo hæreditatem iam adierint, hæredesque extiterint: ſed ſolum in id tempus poſſunt illis ſubſtituere indirectè eos grauando, ut vel totam, vel partem hæreditatis reſtituant, vt habetur §. extraneo, inſtit. de pupil. ſubſtit.

Pupillaris ſubſtitutionis definitio. Iuxta hæc ergo, ſubſtitutionem militarem poſſumus in hunc modum definire. Eſt ſubſtitutio directa

directa ac ſimplex, qua quis ex ſolo priuilegio hæredem ſibi ſubſtituit. Per particulam, ex ſolo priuilegio, excluditur vulgaris ſubſtitutio. Per reliquas particulas excluduntur cæteræ ſubſtitutiones eo pacto, quo circa præcedentem definitionem explicatum eſt.

Pupillaris ſubſtitutio, vt colligitur inſt. de pupill. ſub. in prin. & l. 2. ff. de vulgari, in hunc modum cum Couar. capit. Raynutius, §. 5. definitur. Eſt ſubſtitutio directa & ſimplex, qua teſtator libero impuberi in poteſtate ipſius conſtituto, neque per mortem ipſius in alterius poteſtatem recaſſuro, hæredem inſtituit, qui impuberi ipſi ſit hæres. Cùm enim ſæpe euenire ſoleat, vt impubes filius poſt mortem parentis intra pupillarem ætatem (hoc eſt ante decimum quartum annum omnino expletum, ſi ſit maſculus, vt habetur inſt. de pupil. §. maſculo, & alijs iuribus, & duodecimũ ſi ſit fœmina) è vita diſcedat, neque eo tempore cõdere poſſit teſtamẽtum, prouidit ius vt parens, ſub cuius poteſtate erat, aut (ſi ſit poſthumus) erat futurus, poſſet pro eo tempore conſtituere in ſuo teſtamento illi hæredem: atque hæc hæredis inſtitutio, in parentis teſtamento, appellatur ſubſtitutio pupillaris. Quo fit, vt teſtamentum patris, in quo pupillaris ſubſtitutio continetur, quaſi duplex ſit teſtamentum, vt inſt. de pupil. ſubſt. §. igitur, habetur vnum, quo pater ſibi de hærede prouidet: alterum, quo de hærede prouidet filio. Verba illius §. hæc ſunt. Igitur in pupillari ſubſtitutione duo quodammodo ſunt teſtamenta, alterum patris, alterum filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet; aut certè vnum teſtamentum eſt duarum cauſarum, idest, duarum hæreditatum. Hęc ibi.

Exemplis vulgarem ac pupillarem ſubſtitutiones illuſtremus. Si quis ſic in ſuo teſtamento dicat, inſtituo meum hæredem Petrum, & ſi ille hæres non fuerit, ſuccedat Franciſcus, vel inſtituo, vel ſubſtituo Franciſcum, ſubſtitutio eſt vulgaris. Si verò dicat, inſtituo hæredem filium meum, & ſi ille poſt mortem meam intrà pupillarem ætatem diſceſſerit, hæres illius ſit Petrus, aut ſubſtituo illi Petrum, ſubſtitutio eſt pupillaris. Quòd ſi dicat, inſtituo meum hæredem filium meum, & ſi ille hæres non fuerit, vel intra pupillarem ætatem poſt mortem meam diſceſſerit, ſuccedat Franciſcus, vel inſtituo, aut ſubſtituo Franciſcum, tunc vtranque ſubſtitutionem in ſuo teſtamento expreſſit, vt habetur inſtit. de pupil. ſubſtitut. in prin. vulgarem quidem, quatenus in euentu, quod filius hæres non ſit, vt ſi ante patrem moriatur, ſubſtituit ſuum hæredem, & non filij Franciſcum: pnpillarem verò, quatenus in euentu, quòd filius moriatur quidem poſt mortem patris hæreditate adita, atque adeò hæres ſit, ſed è vita intrà ætatem pupillarem diſcedat, hæredem filij ſubſtituit Franciſcum.

In definitione propoſita per verba illa, qua teſtator libero impuberi hæredem inſtituit, qui ipſius impuberis ſit hæres; reijciũtur, tum ſubſtitutio exemplaris, qua non impuberi, qua impubes eſt, ſed amenti hæres inſtituitur: tum etiam vulgaris & militaris, quibus teſtator ſibi ipſi, & non alteri, hæredem inſtituit. Cur autem dictum ſit, in poteſtate ipſius conſtituto, atque additum ſit, neque per mortem ipſius in alterius poteſtatem recaſuro, explicabitur diſputat. 185. Per verba autem illa, directa & ſimplex fideicommiſſaria, & compoſitæ ſubſtitutiones excluduntur.

Subſtitutionis exẽplaris definitio. Subſtitutio exemplaris, eſt directa ſubſtitutio ac ſimplex, qua ad exemplum pupillaris, pater aut mater, cæterique aſcendentes ſecundum ſui gradus prę rogatiuam, liberis mente captis, aut ſimili morbo

A teſtari prohibitis, hæredem inſtituunt. Ita colligitur ex §. qua ratione, inſtitut. de pupil. ſubſtitut. & ex l. humanitatis. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus. Ius namque prouidit, vt ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, aſcendentes ſecundum ſui gradus prærogatiuam inſtituere illis poſſent hæredes, ſub conditione, ſi amentes, ſimiliue morbo affecti, è vita diſcederent, eſto pupillarem ætatem excederent, imò eſto eſſent ſui iuris. Definitio hæc tota ex dictis circa præcedentes eſt manifeſta, magiſque perſpicua fiet diſp. 185.

Fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ ſic poſſumus definire. Eſt ſubſtitutio ſimplex, & indirecta, qua hæres ab inteſtato, vel teſtamento inſtitutus, grauatur reſtituere alteri hæreditatem totam, vel quotam illius, hoc eſt, dimidiam, tertiam, quartam, aut aliã ſimilem hæreditatis partem. Is, cui hæreditas aut quota hæreditatis reſtitui præcipitur, appellatur fideicommiſſarius vniuerſalis: hæreditas autem, aut
B pars hæreditatis, quæ reſtitui præcipitur, nec non præceptio ipſa, dicitur fideicommiſſum vniuerſale: is verò, qui reſtituere præcipitur, hæres grauatus nuncupatur.

Dictum eſt in definitione, qua hæres ab inteſtato, vel teſtamento inſtitutus grauatur, &c. Quoniã etiam quando quis inteſtatus diſcedit, poteſt hæredem aut hæredes ab inteſtato grauare vt hæreditatem, aut partem illius alteri reſtituant, vt conſtat §. prætereà, inſtit. de fideicommiſſariis hæreditatibus. l. 1. §. hoc autẽ, & l. recuſare. §. meminiſſe. ff. ad Trebel. & l. 3. C. eo. tit. Quo fit, vt fideicommiſſum codicillo inſtitui poſſit, vt diſp. 124. dictum eſt. Directa tamen ſubſtitutio, vt vulgaris fieri nequit codicillo: eo quod ſit ſecunda hæredis inſtitutio, qui tanquam hæres teſtatori immediatè ſuccedat: vnde, ſi in codicillo fiat, tranſit in fideicommiſſariam ex benigna interpretatione, vt eadem diſput. dictum eſt,
C & conſentit c. ſi pater, de teſt. lib. 6. Quare, ſi quis ita in teſtamento dicat, ſit mihi hæres Petrus, & poſtea in codicillo dicat, ſi Petrus hæres meus non fuerit, ſuccedat Paulus, cenſetur grauare hæredem ab inteſtato, vt hæreditatem reſtituat Paulo. Ita Gl. 1. inſt. de vulg. ſubſt. in prin. quam vt communiter receptam, ſequitur Emmanuel à Coſta, capit. ſi pater, par. 3. verbo interdum, numero 25. fol. 592. Eodem etiam modo pupillaris ſubſtitutio, ſi codicillo fiat, obliquatur, cenſeturque hæres pupilli ab inteſtato grauatus reſtituere hæreditatem tali ſubſtituto detracta Trebelianica, quam hæres ab inteſtato ſibi reſeruet. Quia ſi plures ſubſtituantur pupillariter in codicillo, ſubſtitutique ipſi adinuicem ſubſtituantur, quaſi breuiloqua ſubſtitutione, de qua in ſequẽtibus erit ſermo, obliquatur eiuſmodi mutua ad inuicem ſubſtitutio, ſolique ſuperſtites ſubſtituti, qui tempore mortis pupilli fuerint reperti, accipient de
D manu hæredis ab inteſtato integram hæreditatem, detracta quarta Trebellianica, vtrumque habetur expreſſe l. Scæuola. ff ad Trebellianum. Obſeruat verò Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. par. 3. verb. interdum, num. 2. fol. 428 cum Bar. & communiori doctorum ſententia, ſubſtitutionem illam non fuiſſe vulgarem patris obliquatam, quaſi filius per ſuam mortem, hæredesve filij reſtituere tenerentur ſolam hæreditatem patris detracta legitima portione filij, in qua pater non potuit eum grauare, ſed fuiſſe pupillarem obliquatam, in qua ſi filius intra ætatem pupillarem moreretur, grauabatur omnia vniuerſim bona ipſius filij reſtituere ſubſtitutis detracta Trebellianica, id quod ſatis apertè ſignificant verba legis Scæuola. Satis etiam ingenioſe ad uerſus multos à numero 27. ibidem obſeruat, mutuam illam ſubſtitutorum ſubſtitutionem eſſe vulgarem, ita vt in portiones eorum, qui tempore mor

tis

tis pupilli hæredes fideicommiſſarij non extiterint, ſuccedat cæteri, qui hæredes extiterint. Licèt enim vulgaris ſubſtitutio ſimpliciter fieri non poſſit codicillo, ea tamen quæ fit poſt fideicommiſſariam, qua fideicommiſſarij in fideicommiſſis ipſis adinuicem ſubſtituuntur, cùm ſit ipſiuſmet fideicommiſſariæ explicatio & coarctatio, fieri poteſt codicillo, tanquam pars principalis fideicommiſſariæ.

Additum in definitione eſt, hæreditatem totam vel quotam illius: quoniam quemadmodum quando aliquis hæres directò inſtituitur, non in tota hæreditate, aut in quota illius, ſed in re aliqua determinata, puta in fundo, aut determinata quantitate non dicitur hæres vniuerſalis, ſed talis inſtitutio legatum reputatur, vt diſp. 155. oſtenſum eſt: ita quando ſolũ reſtitui iubetur res aut quantitas determinata, tale fideicommiſſum non eſt vniuerſale, de quo ſolo loquimur modo; ſed eſt particulare, quod nihil iam hodie à legato differt, vt conſtat inſtitu. de legatis. §. ſed non. Quo fit, vt in eo neque Trebellianica, neque alia quæ fideicommiſſis vniuerſalibus à diſpu. 186. dicemus, ſed quæ ſuo loco de legatis dicenda ſunt, locum habeant, vt ex multis iuribus eſt manifeſtum.

Definitio hoc pacto explicata intelligitur facilè cũ ſuo definito recurrere. Particula namque ſimplex, excludit compendioſam & breuiloquam ſubſtitutionem. Particula vero, indirectè, reiicit quatuor directas ſubſtitutiones ante hanc fideicommiſſariam explicatas. Reliquum autem definitionis, & rem magis explicat, & excludit ſubſtitutionem fideicommiſſariam particularem.

Compoſitę ſubſtitutiones.

Compoſitæ verò ſubſtitutiones, quid ſint dicetur commodius dum, explicatis prius ſimplicibus ſubſtitutionibus, de eis, in particulari ſermo fuerit.

Duo circa ſubſtitutiones in genere obſeruanda ſunt. Primum eſt, in dubio, an ſubſtitutio aliqua directa ſit, aut fideicommiſſaria, interpretandam, cenſendamque eſſe ſubſtitutionem directam, non verò fideicommiſſariam. Ita habetur expreſſe. capit. ſi pater, de teſt. lib. 6. cuius hæc ſunt verba. Cum in ſubſtitutionibus ſemper ſit interpretatio facienda (dummodo earum verbis, & perſonis conueniat inſtitutis) vt ſubſtitutio directa intelligatur potius quam obliqua. Lege Emmanuelem à Coſta in idem caput par. 3. verb. obliqua, fol. 451.

Secundum eſt, ſi quis ſimul ſubſtituatur alteri directè & indirectè, vulgari & fideicommiſſaria ſubſtitutione, in optione eo pacto inſtituti eſſe eligere, quo illorum duorum modorum pacto ſuccedere maluerit. Ita Anton. Gom. primo tom. variarum reſolut. cap. 3. num. 7. Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 3. verb. obliqua, numero 14. fol. 461. & alij quos referunt, iuxta l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebell.

Habet etiam hoc commodum inſtitutio ſimul directa & fideicommiſſaria, quod ſi quis ſimul vulgariter, verbi gratia, & fideicommiſſariè ſubſtituatur, vtique in euentu, quod hæres inſtitutus hæreditatem non adeat, ſuccedit ſubſtitutus in totam hæreditatem: in euentu verò, quod eam adeat, talis hæres tenetur reſtituere ſubſtituto id, quod grauatus fuit reſtituere, & tempore in quo reſtituere fuit grauatus, Trebellianica detracta. Lege Anton. Gom. 1. tom. variarum reſolut. cap. 3. nume. 34. & iura ac Doctores, quos citat.

DISPVTATIO CLXXXIII.

De vulgari ſubſtitutione.

Diſputatione præcedente explicatum eſt quid ſit vulgaris ſubſtitutio. Circa eam in primis obſerua, ſi quis ſimul tres, aut plures cohæredes in portionibus inæqualibus inſtituat, eoſque viciſſim ſubſtituat, nulla alia declaratione adiecta, tunc, ſi unus eorum hæres non exiſtat, portio illius cæteris accreſcit, non ęqualiter, ſed iuxta proportionem partis ad partem, in qua quiſque inſtitutus eſt. Ita habetur §. & ſi. inſt. de vulg. ſubſt. l. ſi in teſtamento, & l. ſi plures. ff. eodem titu. l. 1. C. de impub. & alijs ſubſt. & l. 3. tit. 5. par. 6.

Obſerua deinde, duo eſſe capita, ex quibus hæres inſtitutus in aliquo teſtamento non eſt poſtea hæres; nempe, vel quia non poteſt vt ſi moriatur ante teſtatorem, aut alia de cauſa, vel quia non vult. Primum caput appellatur impotentiæ. Secundum dicitur à iuriſperitis noluntatis. Si autem contingat teſtatorem, dum hęredi aliquem vulgariter ſubſtituit, exprimere ſolum vnum caput aut partem illius, cenſetur ex iuris diſpoſitione in eo capite aut parte capitis intelligere reliqua; quia ea præſumitur teſtatoris voluntas, quando contrarium aliunde non conſtat. Tunc verò ſubſtitutio illa dicitur expreſſa ex capite, quod in ea exprimitur, & tacita ex capite, aut parte capitis, quæ non exprimuntur. Vnde ſi quis in ſuo teſtamento dicat, inſtituo meum hęredem Petrum, & ſi ille noluerit, inſtituo Franciſcum, vtique ſi Petrus ante teſtatorem moriatur, aut alia de cauſa hæres eſſe non poſſit, hæreditas pertinet ad ſubſtitutum, & non ad hæredes ab inteſtato: quia teſtator ſub capite nolitionis, caput etiam impotentiæ intellexit. Similiter ſi dicat, inſtituo meum hæredẽ Petrum, & ſi ille mortuus fuerit ante me, ſubſtituo Franciſcum, ſanè in euentu, quod ex aliqua alia cauſa hæres eſſe nõ poſſit, aut quod, licet hæres eſſe poſſit, non tamen velit, hæreditas pertinet ad ſubſtitutum, non verò ad hæredes ab inteſtato; quoniam in illa parte expreſſa capitis impotentiæ, intelliguntur, tam reliquæ partes eiuſdem capitis, quam caput noluntatis. Ita iuxta l. Gallus, per totam fere legem. ff. de liber. & poſthu. & l. vlt. iuncta gloſſa ibidem. C. de inſtitution. & ſubſtitutionibus, atque alia iura, Couar. c. Raynutius, de teſt. §. 4. num. 4. & 5. Anto. Gom. 1. tom. variar. reſol. c. 3. nu. 10. (vbi, quam latè res hæc pateat, multis illuſtrat exemplis) Emmanuel à Coſta. c. ſi pater, par. 1. verb. eidem filio, nu. 47. fol. 129. Bar. & communis Doctorum ſententia, quam referunt.

Vt verò varias ſubſtitutionis vulgaris tacitæ & expreſſæ ſpecies intelligas, tertio obſerua. Capita omnia, ex quibus hæres inſtitutus poteſt non eſſe hæres, aliquando dum fit ſubſtitutio exprimi verbo aliquo capitibus omnibus communi, & tunc ſubſtitutionẽ appellari expreſſam verbis generalibus. Talis erit ſi teſtator dicat, ſi Petrus hæres meus non fuerit, ſit Franciſcus. Verbum enim illud, ſi hæres non fuerit comprehendit capita omnia ex quibus poteſt non eſſe hæres, tanquam quippiam capitibus omnibus commune. Quando autem verbis particularibus capita omnia exprimuntur, dicitur ſubſtitutio expreſſa verbis particularibus, vt ſi teſtator dicat, ſi Petrus noluerit, aut non potuerit eſſe hæres, ſit hæres Franciſcus. Quando verò exprimitur vnum tantum caput, aut pars capitis, reſultat prima ſpecies ſubſtitutionis tacitæ, quoad caput, aut capita, quæ non exprimuntur, de qua paulo ante dictum eſt.

Secunda ſpecies ſubſtitutionis vulgaris tacitæ eſt, quando filio impuberi conſtituitur à pa-

tre

tre ſubſtitutus pupillaris, & nihil amplius exprimitur. Eſt enim regula, quod in pupillari ſubſtitutione expreſſa comprehenditur tacita vulgaris ex iuris diſpoſitione, præſumptaque voluntate teſtatoris. Quare ſi teſtator dicat, ſit hæres Petrus meus filius, & ſi in pupillari ætate deceſſerit, illi ſubſtituo Antonium, aut ſit hæres Antonius; tunc ſi filius ille moriatur ante teſtatorem, ſuccedit teſtatori Antonius: non verò teſtatoris hæres ab inteſtato: idque propter vulgarem tacitam ſubſtitutionem quæ in pupillari expreſſa intelligitur. Simili modo in vulgari filij ſubſtitutione expreſſa, eſto ſit ex vno tantum capite, aut ex vna tantum parte vnius capitis, intelligitur tacita pupillaris ex eadem iuris diſpoſitione præſumptaque teſtatoris voluntate. Vt ſi teſtator dicat, inſtituo meum filium hæredem, & ſi ille hæres meus nō fuerit, inſtituo Antonium; tunc, eſto filius poſt patrem moriatur, hæreſque illius ſit, ſi tamen intra pupillarē ætatem è vita diſcedat, ſuccedit illi Antonius, non verò hæres illius ab inteſtato, idque propter tacitam pupillarem ſubſtitutionem comprehenſam in illa vulgari ex vno tantum capite expreſſa. Ita habetur expreſſe. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. & l. quamuis. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionib. & colligitur apertè ex l. vlt. C. de inſtitutio. & alijs ſubſtitutionib. Vbi cum quidam in hunc modum teſtamentum condidiſſet; ſit meus hæres poſthumus meus qui in ventre meæ vxoris remanet, & ſi ille natus non fuerit, ſit hæres Petrus; decernitur, nato illo, & mortuo intra pupillarem ætatem poſt matrem ſuccedere illi Petrum, & non hæredes ab inteſtato, idque propter tacitam ſubſtitutionem pupillarem in vulgari ex illo tantum capite, ſi natus non fuerit, comprehenſam. Conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Ant. Gom. 3. tom. variar. reſol. c. 3. nu. 10. & Couar. ca. Raynutius, de teſt. §. 4. à num. 6.

Quod dictum eſt, nempe in vulgari expreſſa cōprehendi tacitam pupillarem, & è contrario in expreſsa pupillari comprehendi tacitam vulgarem, intelligendum eſt, quando de contraria voluntate teſtatoris non conſtat. Si namque de contraria voluntate teſtatoris conſtet, illi ſtatur, vt expreſse habetur. l. iam hoc iure, & l. quamuis, citatis.

Rectè autem obſeruat Syl. ver. hæreditas 4. numero ſexto, quando ſucceditur ex vulgari, ſuccedi in ſolis bonis patris teſtatoris: quando verò ſucceditur ex pupillari ſuccedit tam in bonis patris teſtatoris, quam pupilli intra pupillarem ætatem defuncti, ſi quæ ille aliunde habebat, vt diſput. 185. erit manifeſtum. Quæ circa eiuſmodi tacitas vulgares & pupillares in expreſſis comprehenſas, addi hoc loco poterant, commodius dicetur diſputatio. 185. & dum de breuiloquia ſubſtitutione fuerit ſermo.

Subſtitutio vulgaris ſtatim, ac hæreditas per eum cui ſubſtitutus eſt datus, adita eſt, expirat poſt aditam. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus & l. 4. titu. quinto, parte ſexta, & colligitur ex l. ſi legata. C. de legatis, vbi habetur, ſi vulgaris ſubſtitutio facta ſit in legatis, expirare per legati agnitionem & acceptationem. Ratio autem, vt l. 4. citata ait, hæc eſt. Quoniam vulgaris ſubſtitutio continet conditionem hanc, ſi is, cui ſubſtitutus eſt datus, hæres non fuerit, aditione autem hæreditatis, qui hæres fuit inſtitutus, abſolutè & perfectè eſt hæres. Si tamen pupillo datus eſset à patre ſubſtitutus vulgaris, licet aditione hæreditatis facta per pupillum expiraret ſubſtitutio vulgaris, non tamen expiraret tacita pupillaris cum ea coniuncta: eaque de cauſa, ſi pupillus intra pupillarem ætatem poſtea moreretur, nec matrem haberet, ad omnia bona

A illius admitteretur ſubſtitutus, excluſis hæredibus ab inteſtato, etiam ad illa ad quæ vulgariter fuerat ſubſtitutus, ſi adhuc exiſterent. Atque hac de cauſa. l. poſt aditam, citata in hunc modum habet. Poſt aditam hæreditatem directæ ſubſtitutiones, non impuberibus filijs factæ, expirare ſolent. Dictum namque eſt, non impuberibus factæ, propter ea, quæ proximè dixi. Dictum etiam eſt, directæ: quoniam fideicommiſſaria, adita hæreditate per hæredem grauatum, non expirat, quin potius firmatur. Hæc Antonius Gomez. 3. tomo variarum reſolut. capit. 3. nume. 32.

Expirat etiam ſubſtitutio vulgaris eo ipſo quod ſubſtitutus diſcedit è vita antequā conditio, ſub qua erat ſubſtitutus, impleatur: ius namque & ſpes illius non tranſit ad hæredes. l. ſed ſi plures. ff. de vulgari & pupil. Item hæreditas, aut legatum, ſi relicta ſint ſub conditione pendente in futurum, non tranſmittuntur ad hæredes, ſi is cui ſunt relicta, ante B impletam conditionem vitam finiat, vt in calce diſputationis 177. & diſp. 180. & 181. dictum eſt. Quare cum ſubſtituto vulgari hęreditas relinquatur ſub conditione, ſi is, cui ſubſtituitur, non ſit hæres, conſequens eſt, vt ſi, dum talis conditio in futurum pendet, ſubſtitutus è vita diſcedat, expiret ſubſtitutio. Ita Anto. Gom. c. citato. num. 29. & communis doctorum ſententia.

Diſcutiendum eſt modo dubium illud, quod diſput. 180. in hunc locum reſeruauimus. Nempe, vtrum, ſi is, cui ſubſtitutus vulgaris fuit datus, e vita ante hæreditatem aditam diſcedat, illam tranſmittat ex quouis illorum trium capitum, quæ ea diſput. explicata ſunt, an non, ſed ſubſtitutus ſit in ea hæreditate præferendus. Ratio dubitandi eſt, quoniam cum duplici ex capite hæreditas ad ſubſtitutum vulgariter deueniat, videlicet, ſi vel inſtitutus non poſſit, vel noluerit eſſe hæres; & tranſmiſſio locum C non habeat, quando inſtitutus non poteſt eſſe hæres; conſequens eſt, vt ſolum ſit difficultas ex parte alterius capitis; ſubſtitutio autem vulgaris ex capite noluntatis includit hanc tacitam conditionem, ſi inſtitutus voluerit eſſe hæres, ſit, alioquin ſit ſubſtitutus, vt colligi videtur ex l. prima, §. ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, & ex lege aliquando. ff. de conditionibus & demonſtrationib. cum ergo, quod ſub conditione relinquitur, conditione non impleta ad hæredes non tranſmittatur: conſequens eſt, vt in eo euentu non fiat hæreditatis tranſmiſſio, ſed præferendus ſit ſubſtitutus vulg. Quæſtio.

Barto. & communis doctorum ſententia propter hoc fundamentum & quædam alia iura, quæ huic opinioni fauere videntur, affirmat, ſuum hæredem, quando ei ſubſtitutus vulgaris eſt datus, non tranſmittere hæreditatem non aditam ad ipſius hæredes, ſed præferendum eis eſſe ſubſtitutum. Id verò limi D tant, vt intelligatur, quando vulgaris ſubſtitutio expreſſa eſt quoad caput noluntatis, ſiue verbis generalibus, ſiue particularibus expreſſa ſit: ſecus autem quando vel eſt omnino tacita, vel eſt tacita quoad caput noluntatis, & expreſſa quoad caput impotentiæ. Bartolus, & alij huius ſententiæ doctores nihilominus aſſeuerant iure ſanguinis, & deliberandi tranſmitti hæreditatem non aditam, non obſtante, quòd hæredi ſubſtitutus vulgaris ſit conſtitutus. Baldus tamen & alij cenſent, etiam ſi hæredi ſuo conſtitutus ſit ſubſtitutus vulgaris, tranſmittere hæreditatem non aditam ad ipſius hæredes, præferendoſque proinde eſſe tali ſubſtituto. Has omnes ſententias late explicatas proſequitur Antonius Gom. 1. tom. variarum reſol. cap. 3. à nu. 15. & rurſus dilucidius & melius c. 9. à nu. 34. & à num. 50. & quamuis Bart. ſententiam vt communiorē defendat, ſententiam tamen Baldi, præſertim cap. 3. cit. amplectitur.

1. Concluſ. Vt verò paucis ac dilucidè controuerſiam hanc dirimamus, ſit 1. concl. Nihil impediẽte, quod ſubſtitutus vulgaris ſit datus, hæres quicunque legitimam ſibi debitam nondum aditam tranſmittit iure ſanguinis ad ipſius deſcendentes, & tam iure ſuitatis, quam deliberandi, ad quoſcũque ipſius hæredes modo tamen illam non repudiauerit: quare in illa hæredes ſunt præferendi ſubſtituto. Hanc affirmãt Anton. Gomez. cap. citato, à nume. 17. & cap. 9. à nume. 40. Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. part. 2. verb. debitæ, à num. 3. fol. 300. & 301. & multi alij, quos referunt, conſtatque ex dictis diſp 177. & 180. quoniam legitimæ neque conditio neque grauamen imponi poteſt.

Hac eadem ratione in regno Caſtellæ. l. 27. Tauri meritò ſancitum eſt, quod quamuis teſtator in quinto ſuorum bonorum facere poſſit ſubſtitutiones, quas voluerit, & apponere quæcunq; alia vincula: nihilominus in tertio (de quo ſolo poteſt ad libitum diſponere inter ſolos ſuos deſcendentes) neque in perpetuum, neque ad tempus facere poſſit ſubſtitutiones, niſi ſubſtituendo deſcendentes, & in eorum defectum aſcendentes, & in aſcendentium defectum alios propinquos, quibus omnibus deficientibus poſſit ſubſtituere, quoſcunque alios extraneos. Additur, ſi aliter in tertio factæ fuerint ſubſtitutiones, ſint eo ipſo nullæ.

2. Concluſ. Secunda concl. Eſto hæredi datus ſit ſubſtitutus vulgaris, iure tamen ſanguinis tranſmittit hæreditatem non aditam ad ipſius deſcendentes, & iure deliberandi ad quoſcunque ipſius hæredes. In hac conueniunt Bart. & Bald. & cæteri doctores communiter, quos referunt & ſequuntur Ant. Gomez. 1. tom. var. reſ. cap. 9. a nu. 50. & Emmanuel a Coſta. cap. ſi pater. par. 1. ver. habens, nu. 20. & 22. Præter alia verò iura colligitur apertè ex l. vnica. §. cum autem, iuncto. §. in nouiſſimo. C. de cad. toll. Etenim cum in §. in nouiſſimo dictum eſſet, hæreditatem non aditam non tranſmitti niſi ex iure ſanguinis iuxta l. vlt. C. de ijs qui ante apertas tabulas & ex iure deliberandi, iuxta l. cum antiquioribus. C. de iure deliberandi in §. cum autem, hoc idem referendo, atque ad dicta in §. in nouiſſimo, remittẽdo ſubiungitur, quãdo extra eos caſus hæreditas non fuit adita pertinere ad ſubſtitutum, ſi fuit datus; vnde manifeſtè colligitur, in illis alijs duobus euentibus quando hæreditas non fuit adita, non pertinere ad ſubſtitutum, ſed ad eos, ad quos alioquin fit hæreditatis tranſmiſſio.

3. Concluſ. Tertia conclu. Eſto hæredi ſuo datus ſit vulgaris ſubſtitutus, tranſmittit iure ſanguinis hæreditatem non aditam ad ſuos deſcendentes, & iure deliberandi ad quoſcunque ipſius hæredes. Hæc eſt Imolæ, & Anton. Gomez. cap. 9. citato. nume. 50. prope finem, continetur que in præcedente concluſione. Poteſt vero probari, quoniam ex eo, quod quis ſit ſuus hæres, non amittit facultatem trãſmittendi, quam haberet, ſicut ſi non eſſet hæres ſuus, ex iure ſanguinis & deliberandi, quæ iura omnibus vniuerſim hæredibus ſunt communia.

Solum ergo ſupereſt controuerſia quo ad hæreditatem relictam hæredi ſuo vltra legitimam, num, quando ei eſt datus ſubſtitutus vulgaris, & non habet deſcendẽtes, nec poteſt ex iure deliberandi tranſmittere eã non aditam ad hæredes, qui non ſunt deſcendentes ipſius, vel quia ignorauit ad ſe pertinere, vel quia intra annum à tempore, quo id ſciuit, eam non adiuit, num, inquam, tunc vi ſuitatis illam ad eos tranſmittat; an nõ, ſed pertineat ad ſubſtitutum: comparatione namque deſcendentium oſtenſum eſt iure ſanguinis eam tranſmittere: tempus autem, in quo iure ſanguinis tranſmittitur, æquale eſt ei, in quo vi ſuitatis tranſmittitur.

A Hac de re mihi certè valde probabilis eſt opinio Baldi, illam videlicet tranſmittere. Ducor, quoniam quando alioquin ex iuris diſpoſitione locum habet tranſmiſſio, ſanè caput illud voluntatis in ſubſtitutione vulgari, nempe, ſi Petrus a me inſtitutus noluerit eſſe hæres, ſit hæres Franciſcus, non impedit tranſmiſſionem: etenim vi ipſa verborum non ſignificat, quod, ſi voluerit, ſit hæres, alioquin ſit Franciſcus; ſed potius ſignificat, ſi illam repudiauerit formaliter aut virtute, ſit hæres Franciſcus: qui autem, ſublata ſubſtitutione, ius habet tranſmittendi hæreditatem, certè ex eo, quod diſcedat illa non adita, non cenſetur eam repudiaſſe, ſed adhuc in ſe, aut in ſuo hærede, ad quem ius ſuum ac facultatem adeundi tranſmittit, liberum manet eam acceptare, aut repudiare: quo fit, vt caput illud noluntatis non interat, ſi præciſè voluerit in ſeipſo, ſit hæres, alioquin, in quocunque alio euẽtu, ſit hæres Franciſcus; ſed interat, ſi voluerit per ſe, aut per hæredem, in B quem vis adeundi transfuderit, ſit hæres, alioquin ſit Franciſcus: neque ſanè iura, quibus autores contrariæ opinionis nituntur, quicquam in contrarium, ſi rectè expendantur, probant. Secundo ducor, quoniam quando hæreditas eſt relicta ſub conditione, quæ neque tempore mortis hæredis impleta eſt, neque poſtea impleri poteſt, certe impeditur tranſmiſſio hæreditatis non minus iure ſanguinis, aut deliberandi, quam ſuitatis: id namque vniuerſim impedit tranſmiſſionem, eo quod auferat omnino ius hæredis ſub ea conditione inſtituti: cum ergo caput noluntatis in ſubſtitutione vulgari, idem ſemper ſignificet, ſanè ſi ſenſus illius eſſet hic, ſi Petrus à me inſtitutus voluerit per ſeipſum, ſit meus hæres, alioquin in omni alio euentu ſit hæres Franciſcus, neque iure ſanguinis, neque deliberandi tranſmitteret Petrus, hæreditatem non aditam; quandoquidem neque ante mor- C tem voluerit eſſe hæres; neque poſt mortem poſſit per ſeipſum velle eſſe hæres: contrarium autem affirmant Bartolus & ſectatores alij contrariæ opinionis. Non ergo ille eſt ſenſus capitis noluntatis, ſed qui à nobis traditus eſt, neque eam conditionem ſignificat, quam autores contrariæ opinionis volunt, ſed quam nos explicauimus. Ex ea verò iuris conſultus. leg. vnica. C. de caducis tollen. & alijs iuribus, naturæ ipſi rei innixus, intulit, eo ipſo, quod poteſtas tranſmittendi ex iure ſanguinis & deliberandi introducta eſt, excludendum eſſe ab hæreditate non adita ſubſtitutum vulgarem, & admittendum eſſe hæredem ad quem ex illis capitibus hæreditas tranſmittitur, idemque proculdubio diceret de eo, ad quem vi ſuitatis ex deciſione iurium antiquorum hæreditas tranſmittitur: præſertim cum potentior, magiſque priuilegiata ſit ſuitas ad hæreditatem tranſmittendum, quam ſint duo illa alia D capita.

Potiſſimæ quæſtionis deciſio.

Anton. Gomez. primo tomo var. reſ. cap. 9. num. 50. verſus finem, ac alibi, vult ſi legatario datus ſit ſubſtitutus vulgaris in legato, diſcedatque ante agnitionem ſeu acceptationem legati, non tranſmittere illud ad hæredes, ſed præferri in eo ſubſtitutum. Id verò probat ex leg. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de leg. primo. Cæterum nihil tale ex ea lege colligitur: in ea namque ſolum eſt ſermo, quando legatum fuit relictum ſub conditione poteſtatiua, & legatarius ante impletam conditionem diſceſſit è vita. Idem etiam probat ex l. ſi legata. C. de legatis. Attamen neque lex illa id probat: in ea namque ſolum habetur, quod ſi legatarius cui ſubſtitutus vulgaris eſt datus, legatum acceptet, expirat ſubſtitutio: hoc autem nihil ad rem, de qua agemus. Quare non dubito falſam cenſeri debere eam opinionem, ſi attendantur, quæ proximè de tranſmiſſione hæredi-

taus

tatis, nihil impediẽte ſubſtituto vulgari, dicta ſunt, & quæ de tranſmiſſione legatorum diſputat. 181. ſunt tradita.

Dubium. Dubium eſt, ſi teſtator multos inſtituat hæredes, eiſque ſubſtituat quendam, an ſi vnus deſinat eſſe hæres, quia non potuit, aut quia non voluit; portio illius pertineat ad ſubſtitutum, an verò accreſcat alijs hæredibus, ita vt, ſi vel vnus hæredum adeat hæreditatem, expiret ſubſtitutio, neceſſariumque ſit nullum eorum eſſe hæredem, vt hæreditas ad **Deciſio.** ſubſtitutum deueniat. Dicendum eſt, ex verbis teſtatoris id iudicandum eſſe. Si namque dicat, inſtituo meos hæredes Petrum, & Paulum, & ſi neuter fuerit hæres, ſubſtituo Franciſcum, conſtat Franciſcum vocatum non fuiſſe, niſi in defectum vtriuſque ſimul, atque adeo portionem vnius, qui hæres non fuerit, accreſcere alteri. Idem in hoc euentu eſſet, etiamſi pauperes, aut alia cauſa pia, eſſent ſubſtituti: eo quòd manifeſta ſit voluntas teſtatoris. Si autem diceret, inſtituo Petrum & Paulum, & ſi hæredes non fuerint ſubſtituo Franciſcum; idem quoque eſſet dicendum. Quoniam licèt non ſit tam apertum hanc fuiſſe voluntatem teſtatoris, vt apertum eſſet, ſi dixiſſet, ſi neuter aut ſi nec Petrus, nec Paulus fuerint hæredes; nihilominus id potius atque in rigore ſignificant verba illa, quam in defectum cuiuſque vocari ſubſtitutum. In hoc tamen euentu non caret probabilitate opinio Baldi & Iaſonis, quos Anton. Gomez. 1. tom. variar. reſolut. cap. 3. nume. vlt. refert ac ſequitur, nempe, ſi ſubſtitutus eſſet cauſa pia, fauore illius, & quia præſumendum eſſet eam fuiſſe voluntatem teſtatoris, præferendum eſſe ſubſtitutum. Quod ſi teſtator disiunctim ſubſtitueret, addendo, ſi vel Petrus vel Paulus non fuerit hæres, ſubſtituo Franciſcum, vel eorum cuique ſubſtituo Franciſcum, aut aliud ſimile, tunc locum non haberet ius accreſcendi, ſed præferendus eſſet ſubſtitutus. Ita, iuxta varia iura, Bart. & communis opinio, quam Anton. Gom. numero citato refert ac ſequitur. Atque in hoc euentu vera ſunt, quæ idem Doctor latè in eodem capit. numero 26. diſputat, tam quando ſubſtitutio vulgaris eſt expreſſa, quam quando eſt tacita.

Iuxta hæc mihi non probatur opinio doctiſſimi Ant. à Gama deciſ. 367. Quidam enim teſtator filię mentecaptæ exemplariter ſubſtituit duas ſorores filias ipſius teſtatoris. Addidit verò, *e ſe caſo for, que as ditas minhas filhas forem fallecidas* tempore mortis mentecaptæ, *em tal caſo herdaraon a dita fazenda os filhos & filhas das ditas minhas filhas*. Obijt autem ante mente captam vna ex ſororibus ſobole relicta. Mortua uerò mente capta, orta fuit lis inter ſororem ſuperſtitem, quæ contendebat ad ſe pertinere bona omnia mente captæ, & inter filiam alterius ſororis defunctæ, quæ intendebat ad ſe pertinere portionem matris; eo quòd loco illius fuiſset a teſtatore ſubſtituta. Pronunciata autem fuit ſententia in fauorem ſororis ſuperſtitis, excluſa conſobrina, eo quòd, vt ex verbis ſubſtitutionis conſtat, conſobrina non vocetur, niſi ſub conditione, quod copulatiuè ſorores mente captæ defunctæ ſint ante mente captam. Ant. verò à Gama reuocauit ſententiam, cenſuitque conſobrinam, ſtatim mortua matre, vi ſubſtitutionis acceſſiſse in locum illius, ac proinde bona mentecaptæ diuidenda eſse inter conſobrinam & ſororem defunctæ ſuperſtitem. Potiſſimum ducitur. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. vbi, cum duo inſtituti fuiſsent hæredes in portionibus inæqualibus, rogatique eſsent reſtituere per mortem ſuam bona, in quibus hæredes erant inſtituti, decernitur, mortuo vno illorũ, portionem illius reſtituendam eſse ſubſtituto fideicommiſſario, neque ad id expectandam eſſe mortem vtriuſque hæredis. Hæc, inquam, Gamæ ſententia non placet, vt neque alijs ſenatoribus, quibus à Rege iterum examinari proceſſum eſt commiſſum, placuit. Primò, quoniam, vt diſp. 185. dicetur probabilior communiſque eſt ſententia, conſobrinam non poſſe exemplariter ſubſtitui, niſi in defectum omnium ſororum ac fratrum mentecaptæ. Secundo, quoniam verba ipſa ſubſtitutionis ſatis ſonant requiri mortem vtriuſque ſororis; vt earum filij ac filiæ loco ipſarum ſuccedant. Præſertim cum, vt ex verbis ſubſtitutionis conſtat, filij & filiæ non ſubſtituantur, vt ſuccedant per ſtipites, ſed per capita, ita vt ſi ex vna ſorore ſuperſtes ſit unus tantum filius, & ex alia quinque, bona mentecaptæ diuidenda ſint in ſex portiones æquales inter eos diuidendas. Tertiò, quoniam l. Lucius. §. Caio, nihil definitur huic noſtræ ſententiæ contrarium. Etenim ſeorſim Caius inſtitutus fuerat, in quadam hæreditatis portione, Titia in alia, atque alij in alijs, ſolique Caius & Titia iuſſi ſunt poſt ipſorum mortem cuidam tertio reſtituere portiones ſuas: quocirca meritò ibi definitur, portionem uniuſcuiuſque eorum ſtatim; ac mortuus fuerit, reſtituendam eſſe ſubſtituto, non expectata morte alterius: quoniam facta ea inſtitutione, perinde fuit teſtatorem Caio, & Titiæ dicere, iubeo per mortem veſtram portiones veſtras reſtitui Sempronio, ac ſi dixiſſet, vnicuique veſtrum iubeo, vt cum mortuus fuerit, reſtituat portionem ſuam Sempronio.

DISPVT. CLXXXIV.

De pupillari ſubſtitutione.

Hoc loco dicendum erat de militari ſubſtitutione, niſi commodius id fieret dum de compendioſa erit ſermo. Pupillarem ſubſtitutionem in hunc modum diſput. centeſimooctuageſimoſecundo, definiuimus. Eſt ſubſtitutio directa & ſimplex, qua teſtator libero impuberi in poteſtate ipſius conſtituto, neque per mortem ipſius in alterius poteſtatem recaſuro, hæredem ſubſtituit, qui impuberi ipſi ſit hæres.

Vt verò intelligas, quæ diſputat. citata in hunc locum ex ea definitione explicanda reſeruauimus, obſerua. Vt ſuo loco inferius dicetur, de iure communi in poteſtate aui paterni eſse filium, nepotem, & cæteros deſcendentes per lineam maſculinam, non obſtante quod coniugati ſint, niſi ex aliquo alio capite ſui iuris efficiantur. Mortuo autem auo, nepotes relabuntur, eſseque incipiunt in poteſtate patris, vniuerſimque deſcendentes per lineam maſculinam ſemper ſunt in poteſtate ſupremi aſcendentis ſuperſtitis: eo autem mortuo, incipiunt eſse in poteſtate ſupremi ſuperſtitis in eadem linea. De iure verò huius Regni, & Regni Caſtellæ, eo ipſo, quod filius coniugatus eſt, efficitur ſui iuris, amittitque pater poteſtatem, tam in illum, quam in deſcendentes ex illo: modo tamen in regno Caſtellæ talis filius non ſolum coniugatus, ſed etiam velatus more eius regni ſit; alioquin tam ipſe, quam filius qui antequam eſset velatus ex eo naſceretur, eſsent in poteſtate eiuſdem parentis. In eo tamen regno nepos ex filio coniugato, & velato, mortuo patre, non relabitur in poteſtatem aui, ſed manet omnino extra patriam poteſtatem. Idemque eſt in hoc regno, quicquid ordinationes per errorem in contrarium innuant. Hæc omnia inferius ſuo loco oſtenduntur: interim autem ſupponantur.

Hoc iacto fundamento, idcirco in definitione propoſita diximus; eſt ſubſtitutio, qua teſtator libero impuberi in poteſtate ipſius conſtituto hæredem ſubſtituit; quoniam, vt quis ſubſtituere poſſit pupillariter, neceſſe eſt, vt is, cui ſubſtituit, in ipſius ſit poteſtate, vt conſtat l. 2. ff. de vulg. & pupil. inſt. de pupil. ſubſt. in princ. & l. 5. tit. 5. par. 6. Hac ratione, neque mater, etiam poſt mortem patris ſubſtituere poteſt filio impuberi pupillariter, neque aui a aut auus maternus, neque item de iure huius & Caſtellæ regnorum auus paternus: eo quod nepos in nullius horum ſit poteſtate.

Vt pupillaris ſubſtitutio valida ſit, neceſſe eſt, vt tempore mortis eius, qui ſubſtituit, is in poteſtate eius ſit, cui talis ſubſtitutus datur, aut certè ſit poſthumus adhuc vtero clauſus: alioquin ſi vel emancipatione, vel aliqua alia ratione tempore mortis teſtatoris ſub illius non fuerit poteſtate, euaneſcit ſubſtitutio. l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pupil.

Dubium. Vtrum autem neceſſe etiam ſit, vt tempore, quo conditum fuit teſtamentum, ſub teſtatoris fuerit poteſtate. Quamuis raro eueniet, vt quis prius ſubſtituat alteri pupillariter, quam ille in ipſius ſit poteſtate, Bar. tamen & communior antiquorum ſententia. l. ſecunda, §. ſed ſi extraneum, per textum ibi, ff. de vulgari, & pupill. negant id eſſe neceſſarium. Couar. verò cap. Raynutius, §. 5. nume. primo, cum multis recentioribus quos refert, affirmat neceſſarium eſſe, ſubſtitutionemque aliter factam eſſe nullam: eo quod, id quod à principio nullum fuit, vtpote cui deerant conditiones ad validitatem neceſſariæ, ſuperuentu conditionum validum non reddatur. At verò Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 1. verb. habens, nu 6. fol. 16. quamuis Couar. opinionem iure veriorem eſſe exiſtimet, coneturque cum Couarru. ſatisfacere. §. ſed ſi extraneum; ait tamen, Barto. opinionem, vtpote longè magis receptam, in praxi obtinere: quod præſertim verum erit in hoc Luſitaniæ regno, in quo opinionibus Barto. ſtandum eſt in iudicando, quando neque communem opinionem, neque Accurſij gloſsam habent in contrarium. Decis. Mihi verò videtur Bartol. opinio apertiſſimè confirmari ex §. cum filio, citat. Vbi, cum de iure communi tradi ab auo non poſſit nepoti ſubſtitutus pupillaris interim dum pater viuit, decernitur, validam eſſe ſubſtitutionem, ſiue tempore, quo auus teſtamentum condidit ac ſubſtituit, nepos per mortem patris tenuerit patris locum, ſiue poſt teſtamentum conditum eum locum tenuerit; euaneſcere tamen ſubſtitutionem, ſi tempore mortis aui poteſtatem illius erat egreſsus. Ecce, ſubſtitutio pupillaris facta eo tempore, quo non aderant conditiones vt valida eſſet, neceſsariæ, valida pronunciatur ex ſuperuentu neceſsariæ ad id conditionis, ei ſanè perſimilis conditioni, de qua Couar. & alij recentiores cum Barto. & antiquioribus controuertunt.

Addita ſunt in definitione pupillaris ſubſtitutionis verba illa; neque per mortem ipſius in alterius poteſtatem recaſuro: quoniam id pupillarem ſubſtitutionem impedit, vt expreſſe habetur, l. ſecunda, in princip. ff. de vulgari, & pupil. & l. quinta, titu. 5. par. 9. Quare de iure communi, viuente patre & auo, neuter poterat ſubſtituere pupillariter impuberi. Non quidem pater, quoniam non in ipſius, ſed in aui erat poteſtate. Non item auus, quoniam per aui mortem, in patris recaſurus erat poteſtatem.

Dubium. Dubium eſt hoc loco, vtrum ab hac parte definitionis, & à præcedente hactenus explicatis, euentus aliquis excipiendus ſit, in quo pupillaris ſubſtitutio locum habeat, etiam quando impubes in alterius eſt poteſtate, aut in alterius recaſurus eſt poteſtatem. Multi, quos Emmanuel à Coſta, capit. ſi pater, par. 1. verb. pater. fol. 9. à num. 7. refert, arbitrantes eam eſſe Bar. opinionem, affirmant de iure communi, viuente patre & auo, ſi pater miles ſit, poſſe filio impuberi ſubſtituere pupillariter, non obſtante, quod non in ipſius, ſed in aui poteſtate ſit: ſimiliterque ſi auus miles ſit, poſſe ſubſtituere pupillariter nepoti, nihil impediente quod in patris poteſtatem ſit recaſurus. At verò domini, eiuſmodi pupillares ſubſtitutiones fieri non poſſe de omnibus bonis, quæ tempore mortis impuberis fuerint illius, vt fieri poſſunt cæteræ pupillares ſubſtitutiones; ſed tantum de eis bonis, in quibus talis pater aut auus milites eum hæredem inſtituerint. Probant id ex l. cum filiusfamilias. ff. de militari teſtament, cuius hæc ſunt verba. Cum filiusfamilias deceſſiſſet filio impubere hærede inſtituto, eique ſubſtituiſſet in aui poteſtatem manenti, tutoreſque dediſſet; diui fratres reſcripſerunt, ſubſtitutionem quidem valere, tutoris autem dationem non valere. Quia hæreditati quidem ſuæ miles, qualem velit, ſubſtitutionem facere poteſt: veruntamen alienum ius minuere nō poteſt. Hæc ibi. Ex quibus patet, militem patrem ſubſtituere poſſe pupillariter filio ſuo impuberi, non obſtante, quòd non in ipſius, ſed in aui ſit poteſtate: at verò ſolum id poſſe circa bona, in quibus hæredem illum inſtituit, vt ex illis verbis cōſtat hæreditati quidem ſuæ; quaſi diceret, non alijs bonis miles in eo euentu, qualem velit ſubſtitutionem facere poteſt. Idem eadem ratione eſſet de auo milite, eſto nepos recaſurus in patris eſſet poteſtatem.

Copioſe tamen & doctè Emmanuel à Coſta loco citato, à nu. 10. cum alijs oſtendit, illam non eſſe ſubſtitutionem pupillarem ſed militarem directam qualem iuxta militare priuilegium efficere eidem filio poſſet, eſto impubes non eſſet, & qualem poſſet facere cuicunque extraneo, quem hæredem inſtituiſſet; neque contrarium ſenſiſſe Bartolum, aut colligi ex verbis illius legis, quæ hanc aliam ſubſtitutionem apertè ſignificant, vt illa expendenti erit manifeſtum Emmanuelem legito.

De iure antiquo, vt ſubſtitutio pupillaris valida eſſet, neceſſe erat filium, cui pupillaris ſubſtitutus daretur, hæredem inſtitui aut exhæredari: alioquin, ſi præteriretur, cum de eodem iure antiquo inualidum omnino eſſet tale teſtamentum, inualida quoque erat talis pupillaris ſubſtitutio in eo contenta. Ita habetur l. 1. in prin. ff. de vulgari & pup. & §. nō ſolum, inſt. de pupilla. ſubſtit. Quin eſto alius filius præteriretur, & non is, cui ſubſtitutus datur, erat de iure antiquo inualida ſubſtitutio: eo quod ſimiliter teſtamentum erat omnino nullum. Hodie tamen, poſt authenticum, vt cum de appellat. cognoſcitur. §. ſiue igitur, & §. ſi uero contigerit, & authenticam, ex cauſa. C. de liberis præter. Eſto vel filius alius, vel is ipſe impubes cui ſubſtitutus datur ſit præteritus aut exhæredatus non appoſita cauſa ex legitimis ad exhæredandum, quamuis teſtamentum quoad hæredum inſtitutionem ſit nullum, validum tamen eſt quoad legata, fideicommiſsa, libertates, tutorum dationes, & quælibet alia capitula in eo contenta, quæ legibus ſunt conceſſa, vt habetur. §. ſi vero contigerit, citato; in quibus ſanè directæ etiam ſubſtitutiones comprehenduntur, vt affirmant Barto. Accurſius, & communis doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Iulius Clarus. §. teſtamentum. quæſtio. quinquageſimaquarta, Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater. parte 3. verb. cenſendum, à numero 9. fol. 169. Aluarus Valaſcus conſi. 54. Gregorius Lopez ad l. 20. ver. ſe deſatariam, titu. 5. par. 6. & Anto. Gom. 1. tom. variar. reſolut. cap. 4, nume. 4. & cap. 3. nume. 42.

Obſerua tamen, quando filius eſſet præteritus aut exhæredatus, non inſerta iuxta exhæredationis cauſa, & de nullitate ageret aut querela inofficioſi aduerſus tale teſtamentum, atque obtineret; tunc ſicut ſua ſucceſſione nullæ redderentur primæ directæ hæredum inſtitutiones, ita etiam inualidæ fierent vulgares ſubſtitutiones, quæ illarum loco erant ſtatutæ, vt bene notant Anton. Gom. cap. 3. citato, nu. 24. & Iulius Clarus, quæſt. 54. citata.

Illud etiam obſerua, de iure communi, vt ſubſtitutiones factæ in teſtamento, in quo filius eſt præteritus, aut exhæredatus, validæ ſint, neceſſe eſſe vt in eo teſtamento aliquis alius hæres ſit inſtitutus: alioquin, ſi nullus omnino eſſet hæres inſtitutus, teſtamentum eſſet prorſus inualidum, ac proinde neque legata ad non pias cauſas in eo relicta, neque quippiam aliud, quod in eo eſſet ſcriptum, validum eſſet, vt ex dictis diſpu. 175. conſtat, affirmatque Anton. Gom. 1. tom. var. reſ. c. 3. nu. 24. & c. 4. num. 4. communiſque doctorum ſententia.

Ius Luſit. Quod ad ius huius Luſitaniæ Regni attinet, Aluarus Valaſcus conſilio quinquageſimo quarto, citato, cum prius conſuluiſſet validam eſſe ſubſtitutionem quandam exemplarem, in qua filius mente captus fuerat præteritus, idque propter diſpoſitionem iuris communis, Bartolique ac communem doctorum ſententiam hactenus explicatam; quando tamen conſilium illud typis mandauit, mutauit ſententiam, ductus, quod ordinationes huius Regni libro 4. tit. 70. ipſa legata teſtamenti, in quo filius eſt præteritus aut exhæredatus non inſerta iuſta cauſa, valida eſſe pronunciarent. Contrarium tamen eſt procul dubio affirmandum cum Emmanuele à Coſta. c. ſi pater, par. 3. verb. cenſendum, in calce, num. 17. fol. 575. vbi rectè ait, quod ordinationes eo in loco breuitatis cauſa non expreſſerunt, ex iure communi eſſe ſupplendum; ſatiſque perſpicuè, ni fallimur, id nos diſpu. 175. oſtendimus.

Ius Caſtel. Quod vero attinet ad ius Regni Caſtellæ, l. 10. tit. 5. par. 6. ſatis perſpicuè cum Azone & Dyno ſancitur, quando teſtamentum quoad hæredum inſtitutionem eſt nullum ob filij præteritionem, aut rũpitur ob exhæredationem non inſerta iuſta cauſa, ſubſtitutionem pupillarem in eo factam reddi nullam: atque ita eam legem intelligit eo loco Gregor. Lopez. Quin Couar. ca. Raynutius, de teſtamentis, §. 6. num. 3. aduerſus communem opinionem cum duobus illis doctoribus citatis, Baldo, Iaſone, & paucis alijs, contendit, veram eſſe de iure communi. Addit, tamen ſi filius inſtitutus ſit in re certa vnà cũ hærede aliquo vniuerſali, quo pacto inſtitutio illa, iuxta ea quæ diſpu. 155. dicta ſunt, vim habet legati, validam eſſe ſubſtitutionem pupillarem factam inſtituto eo pacto, vt expreſsè habetur. cap. ſi pater, de teſt. libro 6. ſatiſque apertum eſt ex ijs, quæ diximus diſput. 177. Etenim, vt ibi oſtenſum eſt, inſtitutio illa, eſto ſit in re certa, quæ minor ſit quam legitima portio, neque reddit nullum teſtamentum, neque parit querelam inofficioſi aduerſus illud, ſed ſolum actionem ad incrementum vſque ad integram portionem legitimam. Vtrum verò in regno Caſtellæ poſt l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. quæ eſt 1. titu. 4. lib. 5. nouæ collectionis, qua ſtatuitur, vt, eſto in teſtamento nullus hæres inſtituatur, valeant nihilominus legata & cætera in eo contenta, ſit valida pupillaris ſubſtitutio facta filio præterito aut indebitè exhæredato. Grego. Lopez anceps eſt, defenditque non valere. Idem defendit loco citato Couar. tametſi in poſtrema editione ſubiungat, ſe intelligere, vix quenquam à communi doctorum ſententia diſceſſurum, affirmetque neque ipſummet eſſe diſceſſurum, ſi in cauſa controuerſa ſententia eſſet ferenda, imò addat, in Granatenſi prætorio vſu frequenti eſſe re-

A ceptum, vt l. 1. ordinamenti ac nouæ collectionis in eo ſenſu accipiatur, vt vniuerſim quicquid in teſtamento, in quo hæres non eſt ſcriptus, fuerit repertũ, etiam ſi ſit ſubſtitutio admittatur, modo cõſtet eam fuiſſe voluntatem teſtatoris. Emmanuel etiam à Coſta, cap. ſi pater, fol. 575. citato, numero 18. ait, & Azonem, & l. 10. Caſtellæ, loquutos fuiſſe attendendo ad iura antiqua, non verò ad iura authenticorũ, legemque illam ea in parte vim non habere poſt l. 1. citatam. Idem omnino ſentit Anton. Gom. 1. tom. var. reſol. capit. 3. nume. 24. & capit. 4. num. 4. dum affirmat, in regno Caſtellæ poſt l. 1. citatam validas eſſe ſubſtitutiones factas in teſtamento, in quo nullus omnino hæres eſt inſtitutus, aut filius eſt præteritus, vel indebitè exhæredatus.

Dubium. Dubium eſt hoc loco, vtrum filio impuberi, qui ante decimum quartum annũ expletum, malitia vigoreque naturæ ætatem ſupplente, matrimonium B validum contraxit, poſſit fieri a patre valida ſubſtitutio pupillaris; an potius ſubſtitutio valida, ante tale matrimonium cõtractum effecta, expiret eo ipſo, quod matrimonium illud contrahitur. Deciſio. Reſpondendumque eſt, de iure communi validam perſeuerare poſt tale matrimonium contractum, valideque de nouo poſſe effici ante decimumquartum annum expletum. Etenim de iure communi, neque per tale matrimonium eximitur filius a patria poteſtate neque teſtari poteſt in ea ætate. Ita cum communi doctorum ſententia, quam refert Emmanuel à Coſta. capit. ſi pater, par. 1. verb. impuberes, numero 9. fol. 28. Si tamen filio, qui ita contraxit, ante decimumquartum annum expletum legitimus filius naſceretur, natiuitas talis filij inualidam redderet ſubſtitutionem pupillarem factam ab auo; niſi is ipſe nepos ab auo eſſet ſubſtitutus pupillariter filio: quoniam in præiudicium nepotis non cenſetur ius conceſſiſſe facultatem auo ſubſtituendi filio pupillari- C ter. Ita colligitur apertè ex l. ex facto. ff. de vulgari & pupill. concinit etiam l. poſthum. C. de bonorum poſſe. contra tabul. & affirmat Emmanuel à Coſta ibidem, numero decimo, & vndecimo, & communior ſententia, quam refert. Dixi, de iure communi hæc ita habere: quoniam de iure huius regni, cum per legitimum matrimonium filius patriam egrediatur poteſtatem, atque etiam de iure regni Caſtellæ, ſi coniuges illi eſſent velati, vtique expiraret omnino ſubſtitutio pupillaris tali filio adhuc impuberi effecta.

Subſtitutio pupillaris varijs modis expreſſa. Subſtitutio pupillaris multis modis poteſt eſſe expreſſa. Primò, verbis generalibus. Si enim quis habens filium impuberem ſic dicat, inſtituo filium meum hæredem, eique ſubſtituo Antonium, ſubſtitutio eſt expreſſa pupillaris: imo verò ſimul eſt expreſſa vulgaris, ſed verbis generalibus: verbum quippe, ſubſtituo, generale & commune eſt vtrique ſubſtitutioni, & quando is, cui ita fit, capax eſt D vtriuſque ſubſtitutionis, quia eſt impubes, vtraque cenſetur facta expreſſe, ſed verbis generalibus. Atque hinc eſt, quod ſi quis duos habens filios impuberes dicat inſtituo hæredes duos filios meos, eoſque inuicem ſubſtituo, reſultet breuiloqua, ſeu reciproca ſubſtitutio, quæ conſtat quatuor ſubſtitutionibus expreſſis, ſed verbis generalibus, nempe duabus vulgaribus, quibus inuicem vulgariter ſubſtituuntur, & duobus pupillaribus, quibus itidem pupillariter ad inuicem ſubſtituuntur, vt conſtat ex l. iam hoc iure, & l. Lucius. ff. de vulgari & pupillari. l. precibus. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus, & l. in teſtamento. 1. C. de militari teſtamento. Si tamen duo viciſſim ſubſtituerentur illo modo, quorum alter tantum capax eſſet pupillaris ſubſtitutionis, alter non item, vt ſi eſſent duo fratres, quorum vnus eſſet pubes, & alter impubes, tunc

ſolum cenſerentur vulgariter adinuicem ſubſtitui: impuberi vero non cenſeretur illis verbis datus ſubſtitutus pupillaris, quia ex verbis illis præſumendum non eſt, patrem inæqualitatem voluiſſe inter eos conſtituere, vt vnus duplici via eſſet ſubſtitutus, alter vna tantum: quare ſi id intendere velit, expreſſioribus verbis debet illud ſignificare. Ita habetur expreſſe, leg. quamuis, in vltimis verbis. C. de impuberum, & alijs ſubſtitut. leg. iam hoc iure, & leg. teſtamento, citatis. In hoc autem poſtremo iure additur, quando à milite impubes filia vnà cum quodam extraneo eſt hæres inſtituta, inuicemque à teſtatore ſunt ſubſtituti; tantum cenſeri factam vulgarem ſubſtitutionem filiæ, niſi cohæres extraneus probet, teſtatorem ex militari priuilegio intendiſſe ſubſtituere etiam ipſi filiam in euentu: quo is ipſe, poſtquam hæres extitiſſet, è vita diſcederet: quoniã alioquin daretur inæqualitas in ſubſtitutionibus, quæ præſumenda non eſt, quando aliunde non conſtat. Quando autem verbis ſimiliter generalibus impuberi compendioſe in hunc modum ſubſtitutus datur, inſtituo hæredem filium meum, & quocunque tempore è vita diſceſſerit, ſubſtituo illi Antonium; ea compendioſa ſubſtitutio comprehenderet quidem ſubſtitutionem pupillarem expreſſam, quæ, ſi ille intrà pupillarem ætatem diſcederet, non ſecus excluderet matrem, atque aliæ expreſſæ pupillares eam (vt mox dicemus) excludunt, & ſimul comprehenderet fideicommiſſariam aut militarem (ſi teſtator miles eſſet) per quam, ſi talis filius extra ætatem pupillarem è vita diſcederet, ſuccederet ſubſtitutus, vt, dum de compendioſa ſubſtitutione ſermo erit, dicetur. Quod autem eiuſmodi expreſſa pupillaris ſubſtitutio in compendioſa comprehẽſa, matrem excluderet, ſicut & aliæ pupillares generalibus verbis expreſſæ, ſatis dilucidè habetur l. precibus. C. de impuberum & alijs ſubſtitut. & l. Lucius. ff. de vulg. & pupil.

Deinde fit pupillaris ſubſtitutio expreſſa verbis particularibus, quando mentio fit pupillaris ætatis, vt ſi teſtator dicat, inſtituo hæredem filium meum impuberem, & illi ſubſtituo Antonium, vel ſi dicat, inſtituo filium meum, eique impuberi ſubſtituo Antonium. Sicut enim ſi quis dicat, inſtituo meum filium furioſum, eique ſubſtituo Antonium, ſubſtitutio eſt exemplaris, vt habetur l. ex facto, in principio. ff. de vulgari: ita etiam ea, de qua loquimur, ſubſtitutio eſt pupillaris, eſtque expreſſa verbis particularibus.

Tertiò fit pupillaris ſubſtitutio expreſſa verbis ſingularibus, ſi teſtator dicat; inſtituo hæredem filium meum, & ſi ille hæres fuerit, & in pupillari ætate diſceſſerit, ſubſtituo illi Antonium. In his omnibus conſentit Couarruu. cap. Raynutius, de teſtamentis, §. 5. num. 4. & §. 4. num. 7. & doctores, quos citat, iuxta varia iura, quæ etiam citat, ſuntque ex ſe ſatis perſpicua.

In vulgari autem ſubſtitutione facta filio impuberi, eſto pupillaris expreſſa nullo eorum modorum qui explicati ſunt, fiat, intelligitur fieri pupillaris tacita, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Vt ſi quis dicat, inſtituo filium meum hæredem, &, ſi ille hæres non fuerit, ſit Antonius, aut ſi dicat, ſi hæres eſſe noluerit; aut dicat, ſi hæres eſſe non potuerit, ſubſtituo Antonium: in omnibus enim his vulgaribus ſubſtitutionibus, eſto ex ſolo capite impotentiæ, aut voluntatis ſint factæ, intelligitur tacita pupillaris ſubſtitutio, quando contrarium non conſtat de voluntate teſtatoris, vt ibidem dictum eſt: aut quando non fuerit mutua ſubſtitutio, quæ ex altera parte pupillarem tacitam non poſſet comprehendere, vt paulo antea in hac diſputatione dictum eſt. E contrario etiam in pupillari ſubſtitutione, quæ nullo mo-

A do vulgarem expreſſam habeat adiunctam, intelligitur vulgaris tacita, quando contrarium non conſtat de voluntate teſtatoris, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Si enim quis dicat, inſtituo filium meum hæredem, & ſi ille hæres fuerit, in pupillariq; ætate diſceſſerit, ſubſtituo illi Antonium, ſanè talis ſubſtitutio expreſſe ſolum eſt pupillaris: in ea tamẽ ex præſumpta voluntate teſtatoris intelligitur vt vulgaris tacita. Si vero teſtator dicat, inſtituo filium meum hæredem, & ſi ille in pupillari ætate diſceſſerit, ſubſtituo illi Antonium, Couarruu. §. 5. cit. num. 5. cum Bar. & alijs, meritò cenſet, ſimul eſſe pupillarem expreſſam verbis ſingularibus & vulgarem itidem expreſſam verbis generalibus, aliquo capite: quandoquidem ſimul ſtat, illum diſcedere in ætate pupillari, & non eſſe hæredem patri, ſi hæreditatem repudiauerit.

His ita conſtitutis, duo dicenda ſunt. Primum eſt, B quando pupillaris ſubſtitutio eſt expreſſa quouis modo ex iis, qui explicati ſunt, ſubſtitutus pupillaris, q̃uis ſit valde extraneus, excludit matrem ſuperſtitẽ, etiam quoad legitimam portionem, alioquin in bonis pupilli defuncti matri debitam, à qua filius ipſe, eſto liberam teſtandi facultatem haberet, non poſſet eam excludere: habetque id verum, eſto in bonis pupilli reperiantur bona, quæ ex materna linea acquiſiuerit. Ita habetur expreſsè l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſt. iuncta l. ſed & ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulg. & pupil. Idem habet lex Lucius, eodem tit. l. Papinianus §. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtam. l. in teſtamento. 1. C. de milita. teſt. l. 12. tit. 5. p. 6. & c. ſi pater, de teſta. lib. 6. vbi cum filij viciſſim eſſent inſtituti pupillariter, eiſque eſſent ſubſtituti pauperes, mortuis illis intra ætatem pupillarẽ, excluditur omnino mater, & ſuccedũt pauperes pupillariter in omnibus illorum bonis. Idem affirmat communis doctorum ſententia, quam referũt & ſe- C quuntur Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 2. verbo. ſuperſtite matre, à num. 9. fol. 239 Ant. Gom. 1. tomo var. reſ. c. 4. num. 7. & Couar. cap. Raynutius, §. 5. num. 6. & cap. cum eſſes, de teſtam. num. 11. Ratio vero huius rei, iuxta l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, & l. ſed & ſi plures, §. ad ſubſtitutos citatas, hæc eſt. Quoniam teſtamentum, in quo pupillaris ſubſtitutio cõtinetur, ipſaque pupillaris ſubſtitutio, non eſt diſpoſitio filij, ſed patris: quia ergo pater nõ tenetur inſtituere vxorem hæredem, inde effectum eſt, vt ſicut ius patri ſubſtitutionem pupillarem in filij bonis conceſſit, ita liberum ei reliquerit præferre vxori in eis bonis, quemcunque vellet. Quia ergo de iure naturali debita non eſt matri legitima portio in bonis filij, quando grauiter ea non indiget, ſed hæc omnia ex poſitiuo iure pendent; proculdubio, interim, dum ea iuris ciuilis ſanctio, cap. ſi pater, de teſt. lib. 6. canonico iure recepta, non mutatur, valida eſt prælatio ſubſtituti pupillaris matris, etiam in foro cõ- D ſcientiæ, vt communis doctorum ſententia, quã Emmanuel à Coſta, Ant. Gom. & Couar. locis cit. referunt & ſequuntur, aduerſus Archidiaconum & paucos alios affirmat.

Secũdum eſt, pupillarem ſubſtitutionem tacitam, quæ ex præſumpta voluntate teſtatoris in vulgari expreſſa includitur, non excludere matrem; quin potius præferendam eſſe, ſubſtituto in omnibus vniuerſim pupilli bonis: excludere tamen cæteros pupilli hæredes ab inteſtato, quibus proinde omnibus præferendus eſt ſubſtitutus. Vtrumque habetur expreſſe l. vltim. §. vltim. C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & l. precibus, C. de impube. & alijs ſubſtit. affirmatque communis doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Anton. Gomez. primo tomo var. reſol. cap. 4. num. 8. Couar. c. Raynutius, §. 4. nume. 6. Emmanuel à Coſta, c. ſi pater, p. 1. var.

pater, num. 5. fol. 9. & par. 2. verb. ſuperſtite, nume. 13. fol. 240.

Obſeruandum tamen eſt, tacitam vulgarem ſubſtitutionem, in pupillari expreſſa comprehenſam, excludere matrem, vt no. glo. vlt. l. vlt. C. de inſtitu. & ſubſtit. Antonius Gomez. loco citato, num. 9. & alij. Ratio autem eſt, quoniam ea tacita vulgaris locum non habet, niſi quando filius non eſt hæres, vel quia moritur ante patrem, vel quia repudiat hæreditatem, atque adeo cum per eam non ſuccedatur filio, ſed patri teſtatoris in cuius bonis nihil vxori debetur, quando ſubſtitutus ab eo eſt deſignatus, vel alius hæres eſt inſtitutus, conſequens eſt, vt tunc ſubſtitutus matri pupilli ſit præferendus. Licet autem tacita vulgaris in pupillari comprehenſa excludat pupilli matrem, non tamen excludit teſtatoris matrem; quin potius ſi pupillus ante teſtatorem diſcedat; vel diſcedat non adita hæreditate, eamque non tranſmittat, teſtatoris mater eſt præferenda ſubſtituto (niſi ſubſtitutus eſſet ex deſcendentibus teſtatoris) in eoque euentu teſtator cenſendus eſt ab inteſtato diſceſſiſſe. Ita cum Bart. Alexan. & communi doctorum ſententia, Couarr. cap. Raynutius, §. quarto, num. vlt. & Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, parte 3. verbo interdum, nume. nonageſimoſeptimo, fol. 529. & par. prima, verb. ſi vtrumque, nume. 9. fol. 194.

Obſeruandum etiam eſt tacitam pupillarem ſubſtitutionem, in vulgari expreſſa comprehenſam, excludere nihilominus matrem, quando ſufficientes coniecturæ ſunt, eam fuiſſe voluntatem teſtatoris. Ita cum glo. l. precibus, verb. omni modo, C. de impub. & alijs ſubſtit. affirmat Bar. & communis doctorum ſententia, quam præter alios refert ac ſequitur. Antonius Gom. vbi ſupra, num. 10. argum. text. in l. teſtamento, 1. C. de militari teſtamento, in vltimis verbis illius legis, & l. iam hoc iure. ff. de vulgari, illis verbis, ſi voluntas parentis non refragetur. Si enim teſtator extra teſtamentum dixit, voluntatem ſuam eſse, vt ſi filius hæres non eſset, bona ſua, non ad vxorem, ſed ad ſubſtitutum deuenirent, vel in odium vxoris ob illius culpam, aut alia de cauſa vulgarem ſubſtitutionem fecit, vel ſi in teſtamento aliquid vxori reliquit, addiditque, vt illo eſset contenta, neque plus acciperet à ſubſtituto, certè in his euentibus ſubſtitutus præferendus eſt matri. Ita Antonius Gomez. ibidem argumento aliquorum iurium quæ citat. Præterea, ſi ſubſtitutus erat filius aut nepos teſtatoris, frater aut conſobrinus pupilli, præferendus eſt matri: quoniam præſumendum eſt, teſtatorem ſobolem ſuam vxori voluiſse præferri. Ita Bartol. & communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Anton. Gom. ibidem, Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater. par. 2. verb. ſuperſtite, num. 10. fol. 139. & Couar. in calce §. 4. citati, argumento quorundam iurium, quæ citant. Fortaſſe idem eſſet, ſi ſubſtitutus eſſet frater teſtatoris, & multo magis ſi eſſet aliquis de aſcendentibus: præſumendum namque eſt, idcirco eiuſmodi vulgarem ſubſtitutum eſſe traditum, quia teſtator intendit, vt bona filij, & multo magis ſua propria, deuenirent potius ad ſuos cognatos, quàm ad vxorem & vxoris cognatos, quando ex eadem vxore nullum alium habebat filium, per inaduertentiamque aut ignorantiam non addidiſse pupillarem ſubſtitutionem expreſsam. Item quando pauperes, aut alia pia cauſa, ſubſtituti ſunt vulgariter, cenſet communior Doctorum ſententia, ex eiuſmodi tacita pupillari ſubſtitutum præferendum eſſe matri; illam referunt & ſequuntur Anton. Gom. num. 10. citato, & Emmanuel à Coſta, fol. 239. citato, numero 11. Couar. verò, §. 4. citato, nu. 6. cum quibuſdam alijs, exiſtimat, ſolum eſse veram, quando pia cauſa ſub-

A ſtituta eſt pro exoneratione conſcientiæ, & malè ablatorum. Dicerem tamen, in hoc, & in cæteris euentibus, ſemper iudicis prudentiæ, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus, eſse relinquendum, vt conijciat, quæ potius fuerit voluntas teſtatoris. In dubio autem mater erit potius præferenda, pro qua non ſolum æquitas pugnat, vt à bonis proprij filij non excludatur, ſed etiam iura citata, à quibus Doctores has omnes exceptiones facere conantur.

Dubium eſt hoc loco ſi à matre fiat pupillaris ſubſtitutio inualida, eo quòd, vt dictum eſt, mater non poſſit pupillariter ſubſtituere, vel à patre fiat ſimiliter inualida filio emancipato, aut extra pupillarem ætatem iam conſtituto, vel fiat alicui extraneo, vtrũ tunc in eiuſmodi pupillari ſubſtitutione inualida intelligatur tacita vulgaris valida per quam ita inſtitutus ſuccedat teſtatori, ſi hæres principaliter inſtitutus diſcedat ante teſtatorem, vel repudiet hæreditatem, aut aliqua alia de cauſa non ſit hæres. Atque in **Dubium.**

B primis dicendum eſt, ſi pupillaris ſubſtitutio inualida in hunc fieret modum; inſtituo hęredem filium meum Petrum, & ſi is intra pupillarem ætatem diſceſserit, ſubſtituo illi Antonium, vtique iuxta ea, quæ cum Bar. & Couar. ſupra dicta ſunt, illa haberet adiunctam vulgarem expreſsam verbis generalibus: quoniam diſcedere poſset intra pupillarem ætatem ante teſtatorem, vel non adita hæreditate, aut illa repudiata; quæ omnia capita verbis, quibus pupillaris illa ſubſtitutio concepta eſt, comprehenduntur. Atque hoc affirmat Couar. cap. Raynutius, §. quinto, nume. 5. cum Socino & alijs, quos citat. Dicendum deinde eſt, eſto pupillaris ſubſtitutio inualida in hunc modum eſset concepta; inſtituo filium meum hæredem, & ſi is hæres fuerit in pupillariq; ætate diſceſserit, ſubſtituo illi Antoniũ; in ea intelligi vulgarem ſubſtitutionem validam. Ita **Decis.**

C Cou. nu. 5. citato, Ant. Gom. 1. to. var. reſol. c. 3. nu. 32. & alij, quos referunt. Præcipua ratio eſt, quoniã vulgaris ſubſtitutio tacita, quæ in pupillari verbis ſingularibus expreſsa comprehenditur, non oritur à pupillari ſubſtitutione, quaſi ab ea tanquam paſſio & affectio illius emanet ac pẽdeat, ſed ortum habet ex præſumpta voluntate teſtatoris, qui dum ita pupillariter ſubſtituit, præſumitur maiori cum ratione velle, vt ſi impubes hæres ipſius non extiterit, ſubſtitutus ſibi ſaltem hæres exiſtat: cum ergo eadem ſit præſumpto, quando teſtator, arbitratus ſe validè ſubſtituere pupillariter, inualidè ſubſtituit; conſequens eſt, vt cum ea inualida pupillari ſubſtitutione coniuncta ſit valida vulgaris tacita ſubſtitutio. Legito apud Antonium Gomezium, & Couarruuiam alia, quibus conſentiunt, quę Emmanuel à Coſta, c. ſi pater, par. 2. verb. teſtatore mortuo, nume. 2. fol. 199. tradit.

D Idem Ant. Gom. 1. to. variar. reſol. cap. 4. num. 6. & Couarr. §. quinto citato, nume. 5. ratione 11. cum quibuſdam Accurſij, Gloſſis, Bar. & communi Doctorum ſententia, affirmant, eãdem pupillarem inutilem ac inualidam ſubſtitutionem conuerti in fideicommiſſariam, ſi is, qui ita fuit inſtitutus, hæres exiſtat; ac proinde, ſi intra pupillarem ætatem è vita diſcedat, hæredes illius teneri reſtituere ſubſtituto bona omnia, quæ ex illo teſtatore ad talem pupillum deuenerunt, deducta duntaxat quarta trebellianica. Et quamuis Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 3. verb. perſonis, à num. 9. fol. 439. multa obijciat, diſſoluereque conetur fundamenta, quibus Gloſſæ, & communis opinio nituntur, tandem, numero 17. ſubiungit, neque in iudicando, neque in conſulendo ab ea opinione eſſe recedendum. Longiorem de hac re diſputationem, l. ſi placet, apud tres doctores citatos.

Pater licèt in filij legitima nullum poſſit imponere grauamen, ſi tamen ei ſubſtituat pupillariter, poteſt apponere ſubſtituto grauamen, etiam in legitima quam à patre accipit, & in bonis quæ à matre, aut aliunde, quam à patre, filius habet. Ratio eſt quoniam pater, ſubſtituendo, conſtituit hæredem filio loco ipſius filij: ſicut autem filius, inſtituendo eundem ſubſtitutum ſuum hæredem, poterat illi imponere grauamen, etiam in legitima quàm à patre acceperat, & in qua pater non poterat imponere ipſi grauamen: ita pater poteſt imponere ipſi ſubſtituto illud idem grauamen. Hac eadem ratione poteſt pater hæredibus ab inteſtato talis filij imponere in eiſdem bonis grauamen, neminem alium filio ſubſtituendo. Sicut autem eo ipſo, quod filius pupillarem ætatem egreditur, expirat ſubſtitutio pupillaris: ita expirat grauamen bonis filij ea ratione illius hæredibus impoſitum. Hæc omnia colliguntur apertè ex leg. ſi Titio pecunia (alias incipit, ſi feudum per fideicommiſſum,) §. vltim. iuncta l. quod fideicommiſſum ſequenti, ff. de leg. primo, & affirmant Barto. & communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gom. primo tomo var. reſol. c. 4. num. 12. refert ac ſequitur.

Pupillaris quando expirat. Subſtitutio pupillaris in primis expirat, ſi ſubſtitutus ante pupillum è vita diſcedat: ſicut & vulgaris expirat, ſi ſubſtitutus ante teſtatorem diſcedat: ius quippe, ſeu ſpes ſubſtituti, ad hæredes ſubſtituti non tranſit, l. ſed ſi plures. ff. de vulgari, & Anton. Gom. ca. 4. cit. num. vltim. & cap. 3. num. 29. Deinde expirat ſtatim ac is, cui ſubſtitutus eſt datus, pupillarem egreditur ætatem. Pro ſolo namque tempore pupillaris ætatis eſt ei datus ſubſtitutus, & ſub conditione ſi intra id tempus è vita diſcedat. Ita habetur §. maſculo, inſtit. de pupillari ſubſt. l. in pupillari, ff. de vulgari & pupil. & l. 10. titulo quinto, par. 6. Tertio expirat ſtatim ac filius efficitur ſui iuris, viuente patre qui ſubſtitutum pupillarem ei tradidit. Vnde, ſi pater teſtamentum condat, in quo filio impuberi pupillariter ſubſtituat, paterque poſtea religionem profiteatur, eo ipſo pupillaris ſubſtitutio expirat, adeò, vt etſi pater è vita ante annos pubertatis filij poſt profeſſionem diſcedat, & filius ſimiliter poſt mortem patris diſcedat ante pubertatis annos, bona filij pertineant ad hæredes ipſius ab inteſtato, non vero ad ſubſtitutum pupillarem. Ita Emmanuel à Coſta cap. ſi pater, par. 2. num. 10. fol. 203. Ratio eſt, quoniam, vt diſput. 140. dictum eſt, filius patriam poteſtatem egreditur eo ipſo, quod vel ipſe, vel pater religionem profiteatur. Quando autem filij, aut parentis, vel vtriuſque captiuitate expiret pupillaris ſubſtitutio, diſputat latè Emmanuel à Coſta ibidem, à numero decimo tertio. Quoniam vero raro id euenit, ſuperſedendum ab ea diſputatione duxi. Illud duntaxat admonuerim, fortaſſe illa locum non habere, quando noſtri, qui apud illos detinentur iure, non ſunt captiui propter manifeſtam belli iniuſtitiam ex parte illorum, iuxta ea quæ diſpnt. 35. dub. 1. ante 4. concluſionem, & diſputa. 37. atque diſput. 118. dicta ſunt.

Dubium. Dubium eſt, vtrum ſicut adueniente pubertatis tempore expirat pupillaris ſubſtitutio quouis modo expreſſa: ſic quoque adueniente eodem tempore, expiret vulgaris ſubſtitutio cum ea coniuncta. Quidam vniuerſim expirare affirmarunt. Bartol. verò & communis ſententia dixerunt, ſi pupillaris ſubſtitutio expreſſe limitata ſit ad tempus pupillaris ætatis, aut ad aliud breuius tempus, tranſacto eo tempore, vnà cum pupillari expirare vulgarem cum ea coniunctam. Quod ſi ad nullum tempus limitata expreſſe ſit, ſed teſtator de filio impubere dixit, inſtituo hæredem filium meum Antonium, eique ſubſtituo Petrum, tunc dicunt, adueniente tempore pu- A bertatis extingui ſolam pupillarem, non vero vulgarem; quin potius, ſi ille pubes ante teſtatoris mortem diſcedat, neque pater aliud condat teſtamentum, aut pubes poſt mortem patris repudiata, aut non adita hæreditate, locumque non habente tranſmiſſione, diſcedat, ſuccedit ſubſtitutus in ſolis bonis teſtatoris vi vulgaris ſubſtitutionis in pupillari intellectæ, quæ nondum ceſſauit. Idem de mente horum doctorum cenſet Couar. loco ſtatim citando, etſi teſtator dixit, inſtituo filium meum impuberem, eique ſubſtituo Petrum, nulla mentione facta de ætate pupillari in qua diſcedat. Anton. tamen Gomez. primo tomo var. reſolu. numero 3. & Couar. capit. Raynutius. §. quinto, numero quinto, cum Gloſſ. penultim. l. lex Cornelia. ff. de vulgari & pupil. & cum paucis alijs, quos Couar. citat, vniuerſim exiſtimāt, vulgarem ſubſtitutionem in pupillari intellectam non expirare, eſto pupillaris expiret pubertate adueniente, aut alio breuiori tempore. Atque hæc ſanè B ſententia placet, quam Couar. vndecim egregijs rationibus ſufficienter probat, eas, vt breuitati conſulam, non refero, fas vero cuique erit eas apud Coua. legere.

DISPVT. CLXXXV.

De exemplari ſubſtitutione.

QVidnā exemplaris ſubſtitutio ſit, & qui poſſint illam efficere, diſputat. 182. dictum eſt. Fieri autem poteſt, non ſolum amentibus, ſed etiam ijs, qui ſurdi ac muti ſimul ſunt, ſiue à natiuitate, ſiue poſtea morbo tales effecti fuerint; modo tamen ſcribere neſciant. Quemadmodum enim, qui tales ſunt neque ſcribere ſciunt, teſtari non poſſunt, niſi vel milites ſint, vel ad pias cauſas teſtentur, vt diſputat. 136. oſtenſum eſt: ita fieri illis poteſt exemplaris ſub- C ſtitutio, vt Barto. & communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. primo tomo var. reſolut. capitu. 6. num. 3. Couar. cap. Raynutius, de teſtam. §. 6. num. 1. & Grego. Lopez ad l. 11. titu. 5. par. 6. referunt ac ſequuntur, affirmat argumento textus leg. ex facto. ff. de vulga. & pupil. Sicut enim quondam priuilegium petebatur ac obtinebatur, etiam abſurdis & mutis ad conficiendū teſtamentum, indeq; ortum habuit. l. humanitatis C. de impu. & al. ſubſti. qua abſque priuilegio id circa amentes conceſſum eſt: ſic etiam idem conceſſum cenſetur circa ſurdos ſimul ac mutos, quando ſcribere neſciunt, vt communis Doctorum ſententia affirmat. Idem affirmat communis ſententia, quam Doctores citati referunt ac ſequuntur, de prodigis, qui, vt diſput. 173. oſtenſum eſt, teſtari non poſſunt, neque multum ab amentibus diſtant. Atque propter hos omnes diſput. 182. in definitione ſubſtitutionis exemplaris D appoſuimus verba illa, aut ſimili morbo teſtari prohibitis.

Si is, cui exemplaris ſubſtitutio eſt facienda, deſcendentes habeat, neceſſario illi ſunt ſubſtituendi, aut aliquis eorum; inſtitutis reliquis in portionibus eis debitis. Quod ſi deſcendentibus careat, habeat tamen fratrem, aut fratres, hi, aut eorum aliquis ſunt ſubſtituendi: neque valida erit ſubſtitutio, ſi alius ſubſtituatur. Deficientibus vero fratribus, fas eſt ſubſtituere quemcunque extraneum. Hæc omnia habentur l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſt. §. qua ratione, inſt. de pupil. ſubſt. Poteſt vero fieri eiuſmodi ſubſtitutio filiis illegitimis, quando tamen aſcendentibus, iuxta ea quæ ſuo loco in ſuperioribus explicata ſunt, poſſunt ſuccedere. Atque hoc eſt quod Anton. Gomez. cap. 6. citato. nume. 6. vult, & quod affirmat Gregor. Lopez Gloſ. 1. ad l. 11. titul. 5. par. 9.

Eſto

Eſto pater exemplariter ſubſtituat filio, poteſt etiam mater eidem ſubſtituere exemplariter. Subſtitutio autem facta per partem vim habebit in bonis, quæ filius habuerit ex patre: ſubſtitutio verò facta per matrem obtinebit in bonis, quæ habuerit ex parte matris. Si tamen is, cui ſubſtitutus datur, habuerit alia bona propria induſtria, aut aliunde acquiſita, dimidium obtinebit ſubſtitutus datus à patre, & alterum dimidium ſubſtitutus datus a matre. ita cum Bart. & communi ſententia Ant. Gom. ibid. num. 13.

Idem Ant. Gom. numero 6. cum Bartol. ait, ſi filius, cui ſubſtitutus datur, deſcendentibus careat, habeat verò fratres, matrem non teneri ſubſtituere fratrem, niſi vterinus ſit, hoc eſt, ex ſe genitus: & patrem non teneri ſubſtituere fratrem, niſi conſanguineus ſit, id eſt, ex ſe genitus. Imola tamen refragatur, reſque profectò eſt dubia, quoniam quòd neceſſariò ſubſtituendus ſit frater, fauor ſanè eſt filij, cui ſubſtitutus eſt tradendus, ne excludantur adeò propinqui hæredes ipſius, non verò parentum, tametſi æquitas poſtulet, vt parentum quoque ratio habeatur. Fortaſſe iuxta ea, quæ diſputat. 164. dicta ſunt, ſi is, cui ſubſtitutus eſt tradendus, fratres habeat vtrinque coniunctos, & alios ex vno tantum latere, vtrinque coniuncti, aut aliquis eorum, erunt neceſſario ſubſtituendi ab vtroque parente, excluſis omnibus fratribus ex vno tantum latere coniunctis, quandoquidem, vt diſputat. ci. dictum eſt, ſi is cui ſubſtitutus datur, diſcederet ab inteſtato, ſoli fratres vtrinque coniuncti illi ſuccederent. Quod ſi ſolum habeat fratres ex altero tantum latere coniunctos, tunc, ſi vterque parens filios etiam habeat ex altero priori matrimonio, quiuis poteſt ſubſtituere ſuos proprios filios, iuxta ea, quæ Bart. & Ant. Gom. affirmant: Et fortaſſe ſubſtitutio aliter facta non valeret: quoniam ſi talis filius ab inteſtato diſcederet, ſoli fratres vterini ei ſuccederent in bonis ex matre profectis, & conſanguinei in bonis, quæ ex patre dimanarunt, vt diſputatione citata oſtenſum eſt. Si verò alter tantum coniugum haberet filios fratres illius ex altero tantum latere coniunctos; exiſtimo vtrunque parentem non alium poſſe illi ſubſtituere, quàm fratres illos, aut aliquem illorum, quoniam illi ſoli ſunt, qui in filij fauorem. l. humanitatis citata, neceſſariò illi ſubſtitui præcipiuntur. Parens autem, cui illi non ſunt filij, de ſuis proprijs bonis, legitima talis filij excepta, facere poterit, quod voluerit, ac proinde in eis bonis poterit illi ſubſtituere, quem voluerit.

Vtrum mater, quæ ad ſecundas nuptias tranſiuit, poſſit ſubſtituere filio exemplariter, Bart. negat, alij verò affirmant, quos Anton. Gom. 1. tom. variar. reſolut. capit. 6. numero nono, & Gregor. Lopez ad l. 11. tit. 5. parte ſexta Gloſſ. prima referunt, ac ſequuntur, aitque Gregorius Lopez hanc opinionem eſſe indubiè veram, ſi mater humaniter, atque honeſtè circa filium teſtata ſit, non verò ſi corrupto animo, & qualiter ſi filius ſanæ mentis eſſet, nullo modo teſtaretur. Placetque hæc ſententia, quãuis in hoc Luſitaniæ Regno fortè ſtabitur Bart. opinioni, eò quòd contraria nondum videatur eſſe communis.

Dubium. Dubium eſt, vtrum ſi is, cui eſt ſubſtituendum, tam deſcendentibus, quàm fratribus careat, habeat tamen conſobrinum filium fratris defuncti, is neceſſariò ſubſtituendus ſit, & eadem ratione vtrum, eſto fratres ſuperſtites habeat, poſſit is conſobrinus filius fratris defuncti præferri in ſubſtitutione. Anton. Gom. numero ſexto cit. in poſtrema editione affirmat in primo euentu neceſſariò eſſe ſubſtituendum. Tum quia conſobrinus repræſentat patrem

A ſuum defunctum, iuxta ea, quæ diſputat. 164. dicta ſunt. Tum etiam propter alias rationes, quas conficit. Negat verò in ſecundo euentu poſſe ſubſtitui. Quod ſi hoc ſecundum, à quo neminem diſcrepare video, verum eſſet profectò, eſt in exemplari ſubſtitutione, de qua in calce, diſputat. 288. locuti ſumus, verba teſtatoris ſonarent, vt conſobrina ſtatim mortua matre ſuccederet cum matertera in bonis mente captæ, inualida eſſet talis ſubſtitutio, eo quod interim, dum ſoror mente captæ viueret, conſobrina non potuit ſubſtitui, vt ſenatores ibidem relati huic fundamento innitentes aſſeruerunt. Fateor tamen me non videre congruentem rationem, cur filius patrem repræſentet ad effectum, vt neceſſario ſubſtitui debeat, deficientibus fratribus mentecapti: non verò vt, interim dum illi viuunt, non poſſit eis in ſubſtitutione præferri. Vnde illud etiam primum quod Ant. Gom. affirmat ſuſpectum eſt, & ipſemet affirmat eſſe valde **Deciſio.**

B controuerſum inter Doctores ſui temporis, neque ad hanc vſque diem, alium ex ſcribentibus legi, præter Ant. Gom. qui ea de re diſputet.

Dubium etiam eſt, num ſi pater filio ſubſtituat exemplariter, poſſit excludere matrem, etiam a portione in bonis talis filii alioquin ipſi debita, quemadmodum in ſubſtitutione pupillari, diſput. præcedente oſtenſum eſt, poſſe id efficere. Bartol. & communis Doctorum ſententia, quam Couar. cap. Raynutius, §. 6. numero 6. & Gregorius Lopez ad l. 11. tit. 5. par. 6. referunt, ac ſequuntur, affirmant, quoniam inquiunt, ſubſtitutio hæc ad exemplum pupillaris eſt introducta, in qua id pater poteſt. Contrarium cum Bald. & Iaſ. aſſerit Ant. Gom. cap. 6. ci. numero 7. quæ ſanè æquior, ac verior ſententia videtur. Iura namque priuilegium illud in ſola pupillari ſubſtitutione conceſſerunt patri, & quamuis poſtea exemplarem ſubſtitutionem ad pupillaris

C exemplum introduxerint, in multis tamen voluerũt ab illa differre, quippe conceſſerint matri ſubſtituere exemplariter, fratremque eius, cui exemplariter eſt ſubſtituendum, ſtatuerunt præferri neceſſariò debere cæteris extraneis, atque adeò per epicheiam cenſendi ſunt ſtatuiſse matrem, non ſolum in legitima ipſi debita, ſed etiam in omnibus filij bonis præferri, longè maiori cum ratione debere cum cæteris extraneis, tum etiam fratribus defuncti, alioquin profectò lex non eſset æqua, neque prudentibus legiſlatoribus digna. Adde, quòd data Bartol. ac communi contraria ſententia, dicendum eadem ratione eſset, quando mater exemplariter ſubſtitueret filio, poſse excludere patrem illius a portione legitima in bonis filii ex ipſa profectis eidem patri debita, in eaque legitima portiope patri neceſsariò eſse præferendos proprios filios fratres eius, cui ſubſtitutio fieret; quæ ſanè valde ab

D ſurda ſunt. Propter has rationes veram eſse arbitror Bald. Iaſ. & Ant. Gom. ſententiam: in hoc tamen Regno Bart. & communi erit ſtandum, interim, dum hæc alia effecta non fuerint inter recentiores communis ſententia.

Subſtitutio exemplaris, ſi ritè alioquin fiat, valida, eſto filio prætcrito, aut indebitè exhęredato fiat, idque non ſolum de iure communi, ſed etiam de iure huius Luſitaniæ regni, vt diſputat. præcedente oſtenſum eſt.

Exemplaris verbis generalibus. Subſtitutio exemplaris expreſsa verbis generalibus erit, ſi quis, ſciens filium ſuum eſse mente captum, dicat, inſtituo filium meum Petrum, eique Martinum ſubſtituo. l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupil. Bartol. & alii, quos Anton. a Gam. deciſ. 367. num. 4. & Couar. cap. Raynutius, de teſta. §. 6. num. 5. referunt, ac ſequuntur. Quin, ſi quis habens duos filios mente captos dicat, inſtituo duos filios

meos,eoſque inuicem ſubſtituo, erit reciproca, ſeu breuiloqua continens verbis generalibus duas vulgares ſubſtitutiones,& duas alias exemplares,vt diſputat. præcedente circa ſimiles pupillares ſubſtitutiones dictum eſt. Ita cum Bart.& alijs Couarr.loco citato. Imò verò, ſi illi filij ſimul ſint impuberes, erunt ſex,duæ vulgares,& duæ pupillares pro tempore quo fuerunt pupilli, eaque ratione, ſi quis eorum intra pupillarem ætatem poſt patrem obierit, ſubſtitutus excludet matrem,etiam à portione alioquin matri in bonis talis filij debita, & duæ aliæ erunt exemplares pro reliquo tempore. Conſentit Anton. Gom. cum Barto. & alijs, quos citat. Ait namque, ſi pater filium impuberem, ac mente captum hæredem inſtituat, eique (ſine adiectione, quod ſi intra tempus pupillare diſcedat) ſubſtituat aliquem, talem ſubſtitutionem pro tempore pupillaris ætatis eſſe pupillarem, pro reliquo verò eſſe exemplarem, validamque proinde eſſe talem ſubſtitutionem tempore pupillaris ætatis, eſto talis filius habeat fratres, & ſubſtitutus ſit aliquis extraneus, ſecus autem pro tempore extra pupillarem ætatem. Si tamen pater eidem filio in hunc modũ ſubſtituat, ſi intra pupillarem ætatem diſceſſerit, ei ſubſtituo Antonium,erit pupillaris ſubſtitutio,non verò ſimul exemplaris pro tempore,quo pupillarem ætatem fuerit egreſſus: idque propterea quòd conditio illa, ſi intra pupillarem ætatem diſceſſerit, locum non relinquat,vt pro tempore,quo pupillarem ætatem fuerit egreſſus,ſubſtitutio etiam exemplaris intelligatur.

Exemplaris verbis ſpecialibus.

Subſtitutio exemplaris expreſſa fit verbis ſpecialibus,ſi mentio fiat defectus, ob quem conceſſum eſt exemplariter ſubſtituere. Vnde ſi teſtator ſic dicat,filio meo furioſo ſubſtituo Martinum,in primis eſt ſubſtitutio exemplaris expreſſa verbis ſpecialibus. Deinde ſimul eſt vulgaris expreſſa verbis generalibus, qua, ſi is filius mortuus fuerit ante patrem,aut ſanæ mentis effectus repudiauerit paternã hæreditatem,vel loco illius, dum in amentia perſeuerat,hæreditas fuerit repudiata,ſuccedit ſubſtitutus. Præterea ſimul eſt pupillaris verbis generalibus expreſſa, ſi talis filius nondum ad pubertatem peruenit,per quam,ſi is intra pupillarem ętatem,ſiue ſui compos effectus, ſiue in amentia perſeuerans è vita diſcedat,ſuccedit illi ſubſtitutus,etiam excluſa matre, ſi verò poſt pupillarem ætatem in furore diſcedat,eſt pro eo tempore exemplaris. Ita Bar.& alij,quos Couar.numero quinto,citato refert,ac ſequitur. Quod ſi pater prædicto filio impuberi, ac furioſo in hunc modum ſubſtituat, ſi filius meus furioſus diſceſſerit in furore, ſubſtituo illi Martinum continebit quidem ea ſubſtitutio tres ſubſtitutionis ſpecies paulò antea explicatas;attamẽ quamuis vulgaris,locum habeat,ſi ſanę mentis effectus repudiet hæreditatem, nihilominus duæ aliæ euaneſcent, ſi compos ſui, vel intra pupillarem ætatem, vel extra illam vitam finierit, eò quod vtraque ſub illa conditione facta fuerit, ſi furioſus è vita diſceſſerit, quæ impleta non fuit. Ita Couarruuias ibidem.

Erit denique ſubſtitutio exemplaris verbis ſingularibus expreſsa,ſi teſtator ſic dicat,ſi filius meus hæres erit, & in furore diſceſserit, ſubſtituo illi Martinum. Ea verò ex præſumpta teſtatoris voluntate continet vulgarem tacitam. Simul etiam,ſi talis filius impubes ſit, cõtinet pupillarem expreſsam verbis generalibus, attamen coarctatam illa conditione, ſi intra pupillarem ætatem in furore diſceſserit, vt paulò ante de ſimili exemplari verbis ſpecialibus expreſsa dicebamus. Hæc Couar.loco citato cum Bar.& Alexandro. Vbi cum eiſdem autoribus addit, exemplarem ſubſtitutionem factam

A ex vno eorum capitum, ex quibus diximus tradi poſſe ſubſtitutum exemplarem, extendi ad alia. Vt ſubſtitutionem factam ex capite prodigalitatis, extendi ad caput amentiæ, & è contrario, vt duabus diſputationibus precedentibus de ſubſtitutione vulgari facta ex vno tantum capite dictum eſt, extendi ad alia.

Exemplaris expirat.

Exemplaris ſubſtitutio expirat eo ipſo, quòd is, cui facta eſt ad ſanam redit mentem.l.humanitatis. C.de impuberum, & alijs ſubſtit.& inſt. de pupill. ſubſt. §. qua ratione. Si tamen poſtquam ad ſanam mentem redijt,teſtamentum non fecit,iterum mente captus factus ſit, reconualeſcit exemplaris ſubſtitutio prius facta,eſto, qui exemplariter ſubſtituit, mortuus fuerit antequam ille ad ſanam mẽtem redierit. Ita Barto.& Doctores communiter, quos Anton. Gom.capitu.ſexto,citato nume. vndecimo, & Couarr.§.5. citato,numero ſeptimo,referunt,ac ſequuntur. Tametſi Couarr.non diſpliceat Zaſij B limitatio, vt id intelligatur, modo non redierit ad amentiam poſt longum tempus à puncto,quo ab ea liberatus fuit. Anton. autem Gomez. loco citato, rectè admonet, fieri ei non poſſe exemplarem ſubſtitutionem, qui, dum primò in amentiam incidit, legitimum habeat confectum teſtamentum, ſed illius vltimæ voluntati eſſe ſtandum.

DISPVT. CLXXXVI.

De fideicommiſſaria ſubſtitutione.

QVid ſit fideicommiſſaria ſubſtitutio,quid fideicommiſſum, quis dicatur fideicommiſſarius, quis item hæres grauatus, diſputatione 182. explicatum fuit.

Ius Caſt.

Quamuis de iure Regni Caſtellæ.l.1.titu.2.libro 5.Ord.quæ hodie eſt prima titu.4.libro 5. nouæ collectionis, validum ſit fideicommiſſum, eſto hæres C grauatus è vita hæreditate non adita, aut etiam repudiata, diſcedat: de iure tamen communi quemadmodum eo ipſo teſtamentum efficiebatur nullũ, quòd teſtator illo pacto è vita diſcederet,ita expirabant fideicommiſſa,& cætera in eo contenta, vt ex dictis in ſuperioribus conſtat, exceptis aliquibus euentibus,de quibus dicetur quando de modis,quibus fideicommiſſum expiret, ſermo erit. Hac de cauſa, vt hæres grauatus ad adeundam hæreditatem inuitaretur, & ſimul ne nomen talis hæredis vacuum, & abſque fructu eſſet, conceſſum illi fuit, vt reſtitutionis tempore detrahere de fideicommiſſo poſſet quartam Trebellianicam,de qua diſputat. ſequenti dicetur. Illa eadem de cauſa conceſſum fuit,vt ſi hæres grauatus adire non vellet hæreditatem, poſſet officio iudicis ad id cogi,vt cõtinuò eam reſtitueret, & vt, ſi coactus eam adiret, amitteret D quartam Trebellianicam. Ita habetur §.ergo.ver. ſed ſi recuſet. & §.ſed & id, inſt.de fideicommiſſarijs hæreditatibus,l.præterea.l.recuſare,per totam. l.nam quod.§.qui compulſus. ff. ad Trebell.l.non iuſtam.C.eodem titu.l.vltim.5.par.6.& l. vlt. titu. vndecimo,par.6.& affirmat Anto. Gomez. 1.tom. varia.reſol.capit.quinto,numero tertio, & decimo quarto. Habent verò hæc locum, etiam quando hæres ab inteſtato codicillo eſt grauatus reſtituere hæreditatem.l.prima,§.hoc autem.l.recuſare.§.meminiſſe.ff.ad Trebel.l.ſi fideicommiſſum. C. eodẽ titu.& § præterea,inſti.de fideicommiſ.hæreditatibus,traditque Anton.Gomez.ibidem num.4. Item, quia vnus fideicommiſſarius grauari poteſt reſtituere fideicommiſſum,vel totum,vel partem alteri, vt habetur §. eum quoque, inſtit. de fideicommiſſ. hæred. vtique quando multi ita grauati ſunt, vnuſquiſque eorum in defectum antecedentium, petere

Ius commune.

petere poteſt, vt hæreditatẽ adeat, ſibique reſtituat. l.cogi.§.ſi ego.ff ad Trebel. Ant. Gom. ibidem nu. 5. Bar. & Ang. quos citat.

Vtrum autem ſi hæres grauatus, hæreditatẽ adita, nondumque adueniente tempore, in quo reſtituere eam tenetur, in delictum incidat, ob quod bona illius fiſco addicantur, hæreditas illa illico fideicommiſſario reſtituenda ſit, an verò frui ea debeat fiſcus quouſque, vel morte heredis grauati, vel alia ratione tempus reſtitutionis adueniat. Dicẽdum eſt, ad fiſcum eo tempore toto attinere. l. Statius Florus. §. Cornelio. ff. de iure fiſci, & l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. & Gregorius Lopez. cum Bal. ad l. vlti. §. pat. 6. ver. *tanto tiempo*. Excipitur, niſi teſtator alienationem prohibuerit ſtatuendo, vt bona in familia remanerent, aut conſtaret voluntatem illius fuiſſe, vt etiam viuente hærede grauato, aut alia ratione durante tempore, in quo nondum facienda erat reſtitutio, non tranſiret ad alium, quàm ad fideicommiſſarium. Ita iuxta l. imperator. in princ. cum Bar. & Ang. Greg. Lopez ibidem.

Si hæres grauatus religionem profiteatur, licet mundo cenſeatur mortuus, vſque ad ipſius tamen naturalem mortem, aut quouſque tempus aliud à teſtatore ad reſtitutionem conſtitutum adueniat, fideicommiſſarius non admittitur. Ita argu. tex. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Gregor. Lopez ibidem cum Bar. Idem affirmat Moli. lib. 2. de primogen. cap. 13. nume. 77. Couarruuias 1. lib. variar. reſolu. cap. 19. nume. 7. Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. par. 1. verb. ſi abſque liberis. nume. 62 fol. 160. Caldas de nomina. empht. q. 6. nu. 1. & alij quos Caldas refert, quamuis malè in contrarium citet Emmanuelem à Coſta vbi ſupra nu. 61.

Bar. Couar. cap. 2. de teſtam. nume. 6. Greg. Lopez, & plerique alij, quos Emmanuel à Coſta, nume. 61. citat, refert, & quos Caldas loco cita. numero 14. refert, ac ſequitur, meritò id limitandum cenſent, niſi minorum religionem profiteatur, adde, ſocietatem noſtram. Quoniam neque religio ipſa, neque aliquis nomine, & loco talis religioſi quicquam poteſt habere, ſed perinde, quo ad externa bona, reputatur, ac ſi naturaliter eſſet mortuus, vt diſput. 139. & 240. dictum eſt.

Obſerua tamen, ſi fideicommiſſi reſtitutio ex teſtatoris præſcripto facienda eſſet ſub conditione pendente in futurum poſt profeſſionem talis religioſi, vel in diem mortis naturalis eiuſdem, vel in aliquod aliud tempus, atque ex eo, quòd conditionis euentus expectaretur, accidere poſſet, vt fideicommiſſum reſtituendum eſſet, non ei, cui reſtitutio eſſet faciẽda, ſi religioſus ille naturaliter moreretur tempore, quo profeſſionem emittit, ſed alicui alteri, tunc expectandum eſſe tempus mortis naturalis talis religioſi, aut aliud iuxta conditionem à teſtatore præſcriptam, reſtituendumque eſſe ei, cui iuxta conditionem à teſtatore præſcriptam venit reſtituendum. Atque hoc eſt, quod Emmanuel à Coſta, nu. 61. cita. velle videtur, in quo non video doctores alios ab eo diſſidere; tametſi in diſpoſitione, de qua ibi Emmanuel à Coſta loquitur, fortaſſe contrarium, ac ille exiſtimauit, ſit cenſendum, nempe quando pater duos filios inſtituerit æqualiter in re aliqua, de qua libere poſſet teſtari, eoſque inuicem in portionibus illis ſubſtitueret ſub conditione, vt ſi eorum aliquis ſine liberis diſcederet, portio illius adueniret alteri, & ſi vtrumque ſine liberis diſcedere contingeret, vtraque portio pauperibus tribueretur. Arbitratur namque Emmanuel à Coſta, ſi vnus illorum religionem minorum profiteatur ſuperſtite alio fratre, portionem profitentis non eſſe reddendam ſuperſtiti, eſto ſuperſtites liberos habeat, ſed expectandam eſſe mortem naturalem religioſi, vt ſi alter frater ante ipſum diſcedat, eſto liberos relinquat, reſtituatur, non liberis conſobrinis religioſi, ſed pauperibus. Veriſimilius autem credo mentem teſtatoris in eo euentu fuiſſe, vt portio talis religioſi eo ipſo, quod eam religionem profiteretur, traderetur alteri fratri, deueniretque ad filios illius nepotes teſtatoris, & non ad pauperes: quoniam cenſendum eſt teſtatori non occurriſſe euentum illum profeſſionis in religione, voluntatemque illius eſſe, vt in ea portione, tum alter frater, tum etiam filij illius præferrentur pauperibus, in defectumque vtriuſque fratris, ſoboliſque ipſorum, pauperes ſubſtituit.

Vtrum primus hæres grauatus conficere teneatur inuentarium, cogique ad petitionem fideicommiſſarij ad id debeat, vt tempore reſtitutionis rationem hæreditatis reddat, dicetur diſput. ducenteſimadecimanona.

Eo ipſo, quod hæres grauatus hæreditatem fideicommiſſario modo aliquo ex ſtatim dicendis reſtituit, actiones omnes, tam actiuæ, quas hæres, quatenus defuncti hæres poterat exercere, quàm paſſiuæ, quas legatarij, & defuncti creditores poterant aduerſus eundem hæredem exercere, tranſeunt ad fideicommiſſarium, etiam defuncti creditoribus inuitis, adeò, vt ſi legatarij, aut creditores defuncti aliquid ab hærede exigant, poſſit excipere, ſeu opponere, ſe iam ad id non teneri, & è contrario, ſi ipſe à defuncti debitoribus quippiam petat, excipere poſſint, ac debeant, non pertinere iam ad ipſum eam actionem, ſi tamen apud hæredem grauatum aliquid hæreditatis remaneat, vel quod grauatus non fuerit totam hæreditatem reſtituere, vel quod Trebellianicam detraxerit; tunc diuiduntur actiones tam actiuæ, quàm paſſiuæ, inter ipſum, & fideicommiſſarium pro rata, iuxta hæreditatis portionem, quæ vnumquemque contingit. Hæc conſtant inſt. de fideicommiſſarijs hæreditatibus. §. reſtituta, §. ſed quia ſtipulationes, & §. ſi quis vna, verſ. ſed illud intereſt, & l. prima, in princip. & §. primo, & l. reſtituta. ff. ad Trebellia. habentque locum, etiam quando vnus fideicommiſſarius alteri fideicommiſſario hæreditatem reſtituit. Conſentiunt Antonius Gomezius primo tomo variarum reſolutionum, capit. quinto, num. 1. 2. & 3. & communis Doctorum ſententia. Quod ſi hæres, reſtituta iam hæreditate, aliquid creditoribus ſoluat, quod fideicommiſſarius ſoluere tenebatur, poteſt illud à fideicommiſſario repetere, vt habetur l. 1. C. ad Trebel. Actiones autem cęptæ per hæredem grauatum, & alia ſimiliter ab eo cępta, quouſque hæreditate reſtituta tranſeant in fideicommiſſarium. Vide apud Anton. Gomez. num. 2. cita.

Reſtitutio hæreditatis fieri poteſt re, idque non ſolum tradendo res hæreditarias, ſed etiam patiendo, vt fideicommiſſarius, vel omnes, vel quaſdam earum poſſidebat, dummodo hæres id patiatur mẽte, & animo hæreditatem reſtituendi, & fideicommiſſarius animo eam accipiendi, illas poſſideat: ſecus autem ſi hæres ex alia cauſa putaret fideicommiſſarium poſſidere, niſi poſtea id ratum haberet: nam ſola ratihabitio ſequens ſatis eſſet, vt cenſeretur facta traditio realis hæreditatis. Item ſi aliquis iuſſu hæredis tradiderit hæreditatem, vel poſt illam ita ſine iuſſu traditam hæres id ratum habuerit, cenſetur facta realis traditio, idque ſiue ipſi fideicommiſſario hæreditas ſit tradita, ſiue alicui, quem ipſe ad id conſtituit. Satis etiam erit, ſi fideicommiſſarius poſt hæreditatem ſine ipſius commiſſione acceptam, ratum id habeat. Poteſt etiam fieri reſtitutio

tio ſolo verbo, aut per epiſtolam, vel internuncium: A attamen his tribus modis non cenſetur facta realis, ſed verbalis reſtitutio. Hæc habentur l. reſtituta. ff. ad Trebel. ſuntque abſque controuerſia communiter recepta.

Si pupillo reſtituenda ſit hæreditas, ipſimet fieri debet, modo infans non ſit, neque abſens; ſimulque interuenire debet autoritas tutoris. Idem dicendum eſt, quando pupillus grauatus eſt reſtituere hæreditatem: ipſe namque eam reſtituere debet, interueniente ſimul autoritate tutoris. Ita habetur eadem l. reſtituta. §. vlt. Quod ſi pupillus infans ſit, aut abſens, ſatis eſt, ſi tutor reſtituat, aut ſi tutori reſtitutio fiat, vt eodem §. vlt. habetur, & l. penult. C. ad Trebel. Quod ſi is, cui facienda eſt reſtitutio, aut qui reſtituere debet, mente captus ſit, ſatis eſt, ſi curatori ipſius fiat reſtitutio, aut ſi curator reſtituat, vt habetur l. penul. cita.

Si hæres grauatus requiſitus noluerit adire hæreditatem, & vel ante litem conteſtatam, vel poſt, B contumaciter ſe abſconderit, vel poſtquam eſt requiſitus è vita diſceſserit, cenſetur ipſo iure facta reſtitutio hæreditatis. Idem eſt, ſi vnus fideicommiſsarius grauatus reſtituere hæreditatem alteri è vita diſcedat; eo namque ipſo cenſetur facta hæreditatis reſtitutio ſequenti fideicommiſsario. Hæc habentur l. penultima, §. vltimo, C. ad Trebellian.

Quouis autem ex his omnibus modis facta ſit reſtitutio, non ſolum tranſeunt actiones in fideicommiſsarium, ſed etiam comparat eo ipſo dominium bonorum hæreditatis, eaque de cauſa rei vendicatio illarum ei conceditur. Sicut enim hæres eo ipſo, quod hæreditatem adit, comparat dominium rerum hæreditariarum, quarum defunctus erat dominus, etſo illarum nulla ſit ei facta traditio, vt diſputatione tertia oſtenſum eſt: ita fideicommiſsarius eo ipſo, quod hæres, vel ſolo verbo, hæreditatem illi reſtituit, comparat earundem rerum dominium. Quando ergo fit ei realis reſtitutio aliquo ex modis explicatis, ſimul comparat dominium, & poſseſsionem: quando verò ſolum fit ei verbalis reſtitutio, comparatur quidem dominium, ſed nondum habet poſseſsionem. Hæc omnia conſtant ex l. facta. ff. ad Trebellian. cuius hæc ſunt verba. Facta in fideicommiſsarium reſtitutione, ſtatim omnes res in bonis fiunt eius, cui reſtituta eſt hæreditas, etſi nondum earum nactus fuerit poſseſsionem. Conſentiunt Antonius Gomez. primo tomo varia. reſolut. cap. 5. num. 7. & 13. Couar. cap. Raynutius, de teſtamen. §. 10. à nu. 4. & Doctores communiter.

Vtrum autem dominium, quod tunc fideicommiſsarius acquirit, ſit ſolum vtile, ita vt dominium directum perſeueret cum hærede directo. Communior ſententia affirmat, acquirere ſolum vtile, D quam ſequitur Antonius Gomezius loco citato, numero 1. Contrarium verò, nempe acquirere etiam directum, aſseuerat Couarruuias, num. quarto, citato, & duobus ſequentibus cum Paulo Caſtr. Socino, Ripa, & Carolo Molineo, beneque id probat. Ac ſanè rationis lumen id ſatis docet, eaque videtur fuiſſe mens teſtatoris, & ſaltem extincto hærede directo, negandum non eſt, vtrumque dominium eſse penes fideicommiſſarium.

DISPVT. CLXXXVII.

De quarta Trebellianica à fideicommiſſis deducenda, & num fructus in ea ſint computandi, & quouſque ſint reſtituendi.

VT in principio diſputationis præcedentis dictum eſt, quando hæres, ſiue in integram hæreditatem, ſiue in quotam inſtitutus, grauatuſque vel totum, in quo eſt inſtitutus, vel partem reſtituere, à iudice non coactus hæreditatem adiuit, reſtitutionis tempore detrahere poteſt à fideicommiſſo quantum ſatis ſit, vt quarta pars bonorum, in quibus fuit inſtitutus apud ipſum permaneat; idque propter rationes ibidem redditas. Idem efficere poſſunt hæredes ipſius, quando reſtitutio facienda eſt poſt mortem eo pacto grauati. Ita habetur §. ſed quia hæredes, & ſequentibus, inſt. de fideicommiſſarijs hæreditatibus. l. 1. & ſequentibus. C. ad ſenconſul. Trebel. & c. Raynutius, & c. Raynaldus, de teſtam. Dixi, ſiue in integram hæreditatem, ſiue in quotam: quoniam inſtitutus in re certa, aut in quantitate aliqua, ita vt inſtitutio vim legati habeat, non detrahit Trebellianicam. Ita Couarr. cap. Raynutius, de teſtam. §. 1. nume. 10. & Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 2. ver. Trebellianicæ, à numero 14. fol. 280. cum communiori ſententia aduerſus gloſſam in eo capite, quam referunt. Neque admittit Emmanuel à Coſta excuſationem, qua Couar. gloſſam excuſat. Quando autem teſtator expreſſiſſet, vt hæres in vniuerſam, aut quotam hæreditatis inſtitutus, retenta aliqua re, puta fundo aliquo, aut aliqua determinata quantitate, vt mille, v. g. aureorum, reliquum hæreditatis reſtitueret, ſanè ſi id, vel integram quartam, vel amplius contineret, nihil inſuper detrahere poſſet, atque in eo euentu C actiones non diuiderentur inter ipſum, & fideicommiſſarium pro rata, ſed integræ in fideicommiſſarium tranſirent, eò quòd id, quod penes hæredem grauatum maneret, tanquam legatum reputaretur, ac proinde onus hæreditarium nequaquam ſuſtineret. Ita habetur expreſſe inſt. de fideicommiſſarijs hæreditatibus, §. ſi quis vna, & l. 1. §. ſi hæres, & §. ſi is. ff. ad Trebellian. Quod ſi id ad valorem integræ quartæ non pertingeret, tunc detrahere hæres grauatus inſuper poſſet complementum vſque ad integram quartam, & quoad id ſolum, iuxta ea, quæ præcedente diſputat. dicta ſunt diuiderentur actiones pro rata inter ipſum, & fideicommiſſarium vt glo. in §. ſi quis vna, & glo. in §. ſi hæres citato, affirmant, eſtque ſatis perſpicuum. Porrò quarta Trebellianica, de qua loquimur, licet ortum habuerit à Senatuſconſulto Pegaſiano, quod poſterius Trebelliano fuit, quia tamen temporis progreſſu lex lata fuit, qua reſecata ſunt nonnulla ex Senatuſconſulto Pegaſiano, idque, quod de quarta fuerat in eo ſtatutum, inſertum fuit ſtatutis in Senatuſconſulto Trebelliano, reſque tota fideicommiſſorum ad meliorem formam reducta fuit, à Trebelliano Senatuſconſulto nomen Trebellianicæ accepit, vt inſtitu. fideicommiſsarijs hæreditatibus præſertim. §. ſed quia ſtipulationes, conſtat.

Licet hæres grauatus poſſit tempore reſtitutionis deducere quartam Trebellianicam; fideicommiſsarius tamen, qui cuipiam tertio grauatus, etiam ſi eandem reſtitueret hæreditatem, non poteſt deducere quartam Trebellianicam. Ita habetur lege prima, §. denique, & §. inde Neratius, & affirmant Gloſſæ ibidem. ff. ad Trebellianum, & l. mulier. §. vlt. ff. eodem tit. cuius hæc ſunt verba. Vt Trebelliano locus ſit, non ſufficit de hæreditate rogatum

tum eſſe, ſed quaſi hæredem rogari oportet. Idem A cum Bar. & communi ſententia affirmat Molin. libro primo de primogen. cap. decimo ſeptimo, num. 30. idque præterea confirmat ex l. lex Falcid. §. nunquam. ff. ad l. Falc. & ex l. cogi. §. Metianus, & l. ex aſſe. ff. ad Trebell. Idem aſſerit Emmanuel à Coſta, capitulo ſi pater, par. ſecnnda, verb. Trebellianicæ, num. 15. fol. 283.

Obſerua tamen, quod ſi hæres grauatus liberalitatem in fideicommiſſarium exercendo, detrahere Trebellianicam non vellet, tunc fideicommiſſarius tanquam rem ſibi ab hærede tacitè donatam, detrahere illam poſſet, quando hæreditatem reſtitueret. Ita habetur l. prima, §. inde Neratius. ff. ad Trebellianic. & affirmant gloſſ. ibidem, Barto. & communis Doctorum ſententia, quam Molina loco citato, numero trigeſimo primo, refert, ac ſequitur. In dubio autem quando hæres integram hæreditatem reſtituit, neque Trebellianicam deduxit, ait gloſſ. citata cum Azone, quam Bartol. Alexan- B der, Paulus à Caſtro, Molina, & Doctores communiter ſequuntur, cenſendum eſſe voluiſſe eam donare: tametſi Cumanus & Iaſon contrarium affirmēt. Quando autem hæres grauatus perſona eſſet coniuncta fideicommiſſario, aut eſſent aliæ veriſimiles coniecturæ, quod voluiſſet eam donare, cenſet cum Alexandro, & Paulo Caſtrenſi indubitatam eſſe hanc gloſſæ opinionem Molin. loco citato. & Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater. par. 2. verb. Trebellianicæ. num. 30. fol. 297.

Licet conueniant Doctores hæredem grauatum, ſi extraneus ſit, in nullo euentu poſſe deducere duas portiones, ſed vel contentum eſſe debere re, aut portione, quam teſtator voluit eum habere præcipuam, reliquumque reſtituere, Trebellianica minimè inde detracta, vel contentum eſſe debere ſola Trebellianica, ita videlicet, vel eam ſolam detrahat, vel, ſi teſtator aliquid præcipuum illum habere voluit, & C ſit minus, quàm Trebellianica, poſſit iuxta ea, quæ hactenus dicta ſunt, petere incrementum vſque ad integram Trebellianicam: licet, inquam, in hoc conueniant DD. controuertunt tamen, vtrum ſi filius, aut alius deſcendens, cui legitima portio debita ſit in bonis teſtatoris, grauetur hæreditatem reſtituere, poſſit vltra ſuam legitimam portionem, in qua teſtator nullum potuit ei imponere grauamen, detrahere de reliquo Trebellianicam: an potius contentus eſſe debeat, vel ſola legitima ſua portione, vel ſola Trebellianica, ſi forte maior ſit, quam legitima de iure communi, aut alicuius alterius Regni illi debita.

Prætermiſſis verò alijs opinionibus, dicendum eſt cum gloſſ. cap. Raynutius, de teſtamen. gloſſ. l. quamquam. C. ad l. Falcid. Barto. Panormitan. & communi Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Anton. Gomez. ad l. 3. Tau. numero octuageſimo ſecundo, Couarruu. cap. Raynutius, de teſtamen. §. vndecimo, numero quinto, Molina libro primo de primogen. cap. 17. nu. 4. & Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. ſecunda, verb. abſque deductione, numero 3. & 4. fol. 254. ſi talis filius purè, ac ſimpliciter ſit grauatus, ita vt ſtatim ſit reſtitutio facienda ſolum poſſe detrahere vnam portionem, vel legitimam, vel Trebelliacam, quam ipſe maluerit. Si verò grauatus ſit ſub conditione, puta ſi ſine liberis deceſſerit, aut quauis alia, aut grauatus ſit reſtituere nō ſtatim, ſed à certo die, videlicet mortis, aut quocunque alio, ita vt portiones non ſimul ſint neceſſario extrahendæ, poſſe detrahere duas: vnam legitimam ſibi debitam ſtatim à morte teſtatoris; alteram, Trebellianicam tempore reſtitutionis, de reliquo hæreditatis. Atque in eum modum conciliant capitulū Raynutius, & ca. Raynaldus, de teſtamen. deductio vtriuſque portionis apertiſſimè definitur cum quibuſdam iuris ciuilis legibus, quæ alteram portionem deducendam ſtatuunt. Affirmant verò Doctores citati ita in praxi receptum vbique eſſe in tribunalibus. An vero id locum habeat in his Luſitaniç, & Caſtellæ Regnis, ſubijcietur ſtatim.

Vtrum deductio vtriuſque portionis locum etiam habeat in aſcendentibus grauatis ſub conditione, aut in diem reſtituere hæreditatem. Communior Doctorum ſententia, quam Couarruu. loco cita. numero 6. Molin. vbi ſupra, numero quinto, & Emmanuel à Coſta. c. ſi pater par. 3. verb. priuare non poſſit, nu. trigeſimo ſexto, fol. 557. referunt, ac ſequuntur, affirmat habere locum: quoniam nulla poteſt reddi ſufficiens diuerſitatis ratio, quippe cum eodem modo debita ſit portio aſcendentibus in bonis deſcendētium, quo deſcendentibus in aſcēdentium bonis eſt debita. Contrariam tamen opinionem aſſeruerunt Anton. Gom. ad l. 3. Taur. numero octuageſimo quinto, & quidam alij, quos Doctores citati referunt: eò quòd capitulum Raynutius, & c. Raynaldus, ſolum de deſcendentibus loquantur. Hæc poſterior opinio ſuaderi ex eo poteſt, quod quamuis nullus ſit textus iuris ciuilis, qui cum diſpoſitione iuris canonici modo explicato intellecta pugnet, vt Emmanuel à Coſta, capitu. ſi pater. par. ſecunda, verbo. abſque deductione, à numero vndecimo, ſatis ingenioſè oſtendit; nihilominus communior Doctorum ſententia, vt idem autor ſufficienter probat, eſt, ſecluſa diſpoſitione iuris ciuilis, neque in deſcendentibus ſub cōditione, aut in diem reſtituere grauatis, locum habere deductionem duplicis portionis. Quo fit, vt diſpoſitio iuris canonici, cùm de ſolis deſcendentibus loquatur, extendenda non videatur ad aſcendentes. Arbitror tamen recedendum non eſſe à communi opinione, quod etiam Emmanuel à Coſta, numero trigeſimo ſexto, cita. affirmat. Etenim diſpoſitio iuris canonici huic fundamēto innititur, quod vtraque portio ſit debita, nec ſimul ſit deducēda, quod ſanè locum ſimili modo habet in aſcendentibus ſub conditione, aut in diem grauatis; quare diſpoſitio illa, ſeu iuris ciuilis interpretatio, in vtriſque eſt intelligenda, præſertim cum ius canonicum locis citatis eam non arctauerit ad deſcendentes, ſed euētu, & materia in deſcendentibus oblata, id lata ſententia pronunciauit, idem in aſcendentibus ſimiliter facturū, ſi oblata materia id poſtularet, eò quòd eadem eſſet prorſus ratio.

Dubium.

Deciſio.

Vtrum autem quæ dicta ſunt de quarta Trebellianica deducenda vltra portionem legitimam, quando aſcendens, aut deſcendens, cui legitima debetur, grauatus in diem, aut ſub conditione eſt hæreditatem reſtituere, intelligenda ſimiliter ſint de falcidia, quando iiſdem hæredibus iniunctum in diem, aut ſub conditione eſt, ſoluere legata, aut fideicommiſ- D ſa aliqua particularia. Multi, quos Couarruu. capitulo Raynutius, de teſtamen. §. vndecimo, numero ſeptimo, & Greg. Lopez ad l. primam, titulo vndecimo, par. 6. referunt ac ſequuntur, id negant: quoniam nuſquam id ſancitum comperitur Contrariū verò aſſeuerant plerique alii, quos Molin. libro primo de primogen. capitulo decimo ſeptimo, numero 6. & Emmanuel à Coſta, capitulo ſi pater, par. ſecunda, verb. abſque deductione, numero 10. fol. 256. referunt, ac ſequuntur. Tum quia videtur eſſe eadem ratio. Tum etiam quoniam ſancita de falcidia, in iure, & à Doctoribus conſtituta cenſentur de Trebellianica, & ècontrariò, vt perſpicuis exemplis Emmanuel à Coſta oſtendit. Quamuis autem lectoris erit optio, quænam harum duarum opinionū verior ſit; illud admonuerim ad miſſa poſteriori ſententia, rarò habere locum deductionem falcidiæ vltra legitimam. Tum quia non eſt ita frequens legata relinqui in

qui in diem, aut ſub conditione, vt eſt relinqui fideicommiſſa vniuerſalia: Tum etiam quia rarò eiuſmodi legata in diem, aut ſub conditione ita relinquuntur, vt hæredi vltra ſuam legitimam, non remaneat quarta hæreditatis pars, facta computatione eius, quod vltra legitimam ipſi remaneat cum ſolis legatis in diem, aut ſub conſiditione. Quando autem hæredi remanet quarta pars hæreditatis, locum non habet detractio falcidiæ, vt ſuo loco videbimus.

Quod dictum eſt de detractione Trebellianicæ, aut etiam falcidiæ, vltra legitimam, quando hæres grauatus eſt in diem, aut ſub conditione, limitandum cenſet Bald. quem ſequuntur Couar. cap. Raynutius, de teſt. §. 11. nume. 6. & pauci alij, dummodo portio legitima hæredibus debita non ſit dimidium hæreditatis, vt eſt de iure communi, quando filij ſunt quinque, aut plures, vt ſupra ſuo loco dictum eſt, vel non ſit plusquam dimidium, vt eſt de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ regnorum. Huius rei non aliam rationem reddunt hi authores, niſi quia alioquin maiorem hæreditatis partem obtineret hæres grauatus, quàm fideicommiſſarius honoratus; quod reputant abſurdum. Contrarium cum gloſſa in Authen. de hæredibus, & falcidia. §. ſi quis autem non adimpiens, verb. aufert. in fine. Bart. & Bal. ſibi contrariã, & pleriſque alijs, meritò affirmant Molina libro primo, de primogeni. cap. 17. num. 7. & Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater, par. 2. ver. abſque deductione, nume. 9. Quoniam plus hæreditatis eſt tertia pars, quando eſt vnus tãtum filius, quàm dimidium hæreditatis, ſi diuidatur in quinque, aut octo filios. Et quoniam licet daremus rationem illam ſufficientem eſſe, vt legiſlatores moueret ad id ita limitandum, atque ſtatuendum, interim tamen dum non comperitur ſancitum, ſtandum proculdubio eſt poſteriori ſententiæ.

Quod ſi Baldi, & Couarru. ſententia proximè impugnata vera eſſet, ſanè neque in hoc Luſitaniæ neque in Caſtellæ regno locum haberet deductio Trebellianicæ, aut falcidiæ vltra legitimam, Ex alio tamen capite Emmanuel à Coſta, loco cita. nume. 22. Molina loco citato, nume. octauo, Gregorius Lopez ad leg. 12. titulo quinto, parte ſexta, gloſ. vlt. & Burgos de Pace ad leg. tertiam Tauri, num. 971. aſſeuerant communi praxi in regno Caſtellæ eſſe obſeruatum, vt vltra legitimam, neq; falcidia, neque Trebellianica deducatur: quia videlicet in eo regno libera omnino diſpoſitio deſcendentibus de tertio ſuorum bonorum relicta eſt, & aſcendentibus de quinto, atque inter liberos ſimul etiam de tertio, vt conſtat ex leg. 9. titulo quinto, libro tertio fori, & ex l. 17. & 27. Tauri, quæ ſunt hodie 1. & 11. titu. 6. lib. 5. nouæ collectio. iunctis legibus intermedijs: quòd ſi vel aſcendentes, vel deſcendentes vltra ſuas legitimas portiones detrahere poſſent falcidiam, aut Trebellianicam, vtique non relinqueretur eis libera diſpoſitio de tertio, & quinto.

Ius Caſt.

Emmanuel à Coſta loco cita. nume. 19. cum oſtendiſſet, ſtando in ſola diſpoſitione iuris ciuilis, communiorem eſſe ſententiam Doctorum, & gloſſarum deducendam non eſſe Trebellianicam, aut falcidiam vltra legitimam, docet nefas eſſe iudicibus Luſitanis, occurrente euentu, in quo res hæc in litem vocetur, ferre ſententiam pro vna, aut altera parte, ſed ad regem eſſe recurrendum, iuxta ordinationem huius regni libro ſecundo, titulo quinto, §. vltimo, quæ ſic habet. *Se aconteceſſe caſo, o qual naon foſſe materia de peccado, e naon foſſe determinado por lei do Reino, nem eſtillo de noſſa corte, nem cuſtume de noſſos Reinos, nem lei imperial, e foſſe determinado pellos textos dos canones por hun modo, e pellas groſas, e doutores dasleis pro outro modo, mandamosque tal caſo ſeja remetido à nos, e guardeſſe ſobre ello noſa determinacaon.* Addit verò Emmanuel à Coſta, Regem potius ſtatuere debere, vt vna tantum portio deducatur, tum quia id poſtulat æquitas, cum tam ingens portio legitima de iure huius regni aſcendentibus, & deſcendentibus ſit conceſſa. Tum etiam quia id conſonatius eſt teſtatorum voluntati. Tum denique quoniam ordinationes huius regni liberam diſpoſitionem de tertio ſuorum bonorum relinquunt huiuſmodi teſtatoribus, non minus, quàm iura Regni caſtellæ diſpoſitionem de quinto, aut tertio eiſdem relinquant, & quoniam id habet conſuetudo Regni adeò vicini. Ego adderem, neceſſe non eſſe recurrere ad regem, quoniam ſi in re adeò quotidiana non ſit conſuetudo, vt vltra portionem legitimam Trebelliãica, aut falcidia deducatur, vtique conſuetudine eſt receptum, vt non deducatur, ac proinde neceſſe non eſt recurrere ad Regem, ſed conſuetudini præſcriptæ erit ſtandum, arbitrorque conſuetudinem eſſe, vt non deducatur.

Ius Luſit.

A

B

Fructus ex hæreditate percepti.

Quod ad fructus hæreditatis attinet, quando computandi ſint in quartam Trebellianicam, & quouſque reſtituendi ſint, aut non, diſtinguendum eſt. Quoniam ſi viuente adhuc teſtatore fuerunt collecti, dubitandum non eſt eſſe partes hæreditatis, non ſecus atque aliæ res eiuſdem hærditatis mobiles, ac proinde reſtituendos eſſe deducta quarta. Si verò tempore mortis teſtatoris erant pendentes, vt ſunt ſata, ſegetes, & poma ex arboribus pendentia, reputantur tanquam partes hæreditatis, veniuntque proinde reſtituendi, ſicut cætera hæreditatis bona. Ita Anton. Gomez. primo tomo, var. rel. cap. quinto in calce nume. 15. Couarru. cum Alexan. & alijs, quos refert cap. Raynutius, de teſtam. §. 11. in calce nume. 9. & conſentit l. in lege falcidia 2. ff. ad l. falc.

C

Si fructus percepti ſunt poſt mortem teſtatoris, ſed ante aditam hæreditatem per hæredem grauatum, accreſcunt hæreditati, ac proinde veniunt reſtituendi deducta ex eis, ſicut ex reliqua hæreditate, quarta Trebellianica, leg. ita tamen. §. primo ff. ad Trebellian. gloſ. 2. l. in fideicommiſſariam, ff. eodem titulo, & communis Doctorum ſententia, quam Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, parte tertia ver. obliqua, nume. 48. fol. 470. refert, ac ſequitur: quamuis enim hæres adita hæreditate ita dominium comparet illius, vt retrotrahatur dominij acquiſitio à puncto mortis teſtatoris, nihilominus id non eſt in præiudicium fideicommiſſarij, quaſi fructus, qui hæreditati ante ipſam aditam ceſſerunt, non veniant fidecommiſſario reſtituendi, vt rectè Emmanuel à Coſta obſeruat. Antonius Gomez. numero decimo quinto, cita. limitandum hoc voluit, vt ſolum intelligeretur, quando hæres coactus adiuit hæreditatem; ſecus autem quando ſponte illam adiuit.

D

Attamen contrarium affirmant doctores communiter, & abſque illa reſtrictione gloſſæ, & iura loquuntur, neque lex mulier. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. cui Anton. Gomez. innititur, talem reſtrictionem innuit.

Melius Emmanuel à Coſta loco citato numero quinquageſimo, cum communi Doctorum ſententia, quam refert, id limitandum cenſet, niſi hæres grauatus comparatione teſtatoris erat ſuus hæres. Cum enim ſuus hæres ante aditam hæreditatem dominium illius comparet, imò dominium teſtatoris cenſeatur in eo morte teſtatoris continuatum, vt diſputatione centeſima octuageſima, oſtenſum eſt, vtiq; quemadmodum à pũcto mortis teſtatoris dominus hæreditatis fuit cum libera facultate illam repudiandi, ita perinde de fructibus hæreditatis eſt cenſendum, ac ſi à puncto mortis teſtatoris hæreditatem adijſſet.

Quod

Quod attinet ad fructus perceptos poſt hæreditatem aditam, aut ab hærede ſuo à morte teſtatoris, ſciendum eſt, quoſdam dici perceptos iudicio teſtatoris, quoſdam non item. Quando enim teſtator hæredem grauauit reſtituere hæreditatem à certo die, vt per mortem ipſius hæredis, aut ab aliquo alio tempore, vel ſub conditione, tunc fructus percepti ante aduentum illius temporis, aut conditionis, dicuntur percepti iudicio teſtatoris: Fructus verò percepti poſt illud tempus, aut ab hærede, qui pure grauatus eſt reſtituere abſque præfinitione alicuius temporis, aut conditionis, dicuntur percepti ſine iudicio teſtatoris.

Quando fructus iudicio teſtatoris percepti ſunt ab hærede grauato, computat illos in quarta Trebellianica, quam extrahere debet, tum de hæreditate, tum etiam de fructibus ipſis. Quod ſi fructus ad quartam non pertingant, extrahit inſuper vſque ad integram quartam: ſi vero quartam excedant, non reſtituit, ſed ſibi reſeruat tale fructuum incrementum. Ita habetur l. in fideicommiſſariam. §. planè, & §. quoties, & apertius l. mulier. §. ſi hæres, verſicul. alia cauſa, ff. ad Trebellianic. & affirmant gloſſ. in l. iubemus, verb. hæreditarijs, C. ad Trebellian. Anton. Gomez. numero decimo quinto, citato, & Molin. libro primo de primogen. capitulo decimo ſeptimo, numero trigeſimo ſecundo, & Doctores communiter.

Excipitur, niſi teſtator expreſſe præcepit reſtitui fructus: nam tūc, ſiue iudicio teſtatoris percepti ſint, ſiue non, integri ſunt reſtituendi, deducta ſolum quarta fructuum, & hæreditatis, l. in fideicommiſſariam, & l. Baliſta. ff. ad Trebellian. Idem eſt ſi tacitè præcepit fructus reſtitui; vt ſi teſtator dilationem temporis, in quo hæreditas eſſet reſtituenda, appoſuit, non in gratiam hæredis, ſed fideicommiſſarii. Ita habetur l. ſi ita relictum. §. Pegaſius. ff. de legat. ſecundo, & l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. de vſur. & affirmant gloſs. 1. l. in fideicommiſſariam cit. & Anton. Gom. num. 15. cita. De hac re diſput. ſequenti redibit ſermo.

Si fructus percepti non ſunt iudicio teſtatoris, tunc ſi negligentia, aut abſentia fideicommiſſarij, qui hæreditatis reſtitutionem non petiuit, ab hærede ſunt percepti, vtique neque illos reſtituit, neque cōputat in quartam, ſed habet illos ſibi præcipuos; inſuperque Trebelliacam ex hæreditate deducit. l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. gloſſ. prima, l. in fideicommiſſariam, iuncto tex. ibi. ff. eodem titu. gl. l. iubemus, verb. hæreditarij, C. eodem titu. Anton. Gome. numero decimo quinto, citato, & Doctores communiter. Ratio eſt, quoniam cum hæres ante reſtitutionem dominus ſit hęreditatis, vtique ſuos facit fructus illos, niſi in mora, & culpa ſit hæreditatem non reſtituendo.

Excipiendum tamen eſt, niſi fideicommiſſum relictum ſit Eccleſiæ, ciuitati in redemptionem captiuorum, aut alicui alteri pio loco. Cum enim à puncto, in quo reſtituendum venit, dominium illius trāſeat abſque traditione in eccleſiam, ciuitatem, &c. quibus eſt relictum, iuxta l. vt inter diuinum. C. de ſacroſanctis Eccleſijs, & diſputatione 3. à nobis dictum eſt, vtique fructus ab eo puncto percepti pertinent ad fideicommiſſariam Eccleſiam, ciuitatem, aut pium locum, non verò ad hæredem grauatum, eſto non petantur, aut abſens ſit Eccleſia. Quod ſi hoc voluerunt Benedictus, Capra, Ripa, & Alciatus ab Emmanuele à Coſta cap. ſi pater, par. 2. ver. ipſis pauperibus, num. 9. fol. 329. relati, immerito profecto eos reprehendit.

Excipiendum etiam eſt, niſi fideicommiſſum reſtituendum ſit minori vigintiquinque annis: nam adueniente tempore reſtitutionis, cenſetur eſſe in mora hæres grauatus priuilegio minoris: eſto reſtitutio non petatur, arg. l. minorum. C. in quibus cauſis in integrum reſt. l. Titia Seio. §. vſuras. ff. de l. 2. & habetur l. 3. §. 1. verſ. idem dicendum. ff. de adimend. leg. & affirmat cum Alex. Emmanuel à Coſta vbi ſupra nu. 9. quare iuxta ea, quæ §. ſequenti ſubijciemus ab eo puncto fructus fideicommiſſi pertinent ad fideicommiſſarium. Atque ex hoc c. vult ibidem Emmanuel à Coſta idem dicendum eſſe, quando fideicommiſſum Eccleſiæ, aut pauperibus fuit relictum, vt ait gloſſa communiter recepta. §. ex maleficiis, verbo. in iudicium. inſt. de actionibus.

Si hæres grauatus in mora ſit reſtituendi hæreditatem, tunc a puncto, quo in mora eſſe incipit, tenetur computare fructus in quartam, & ſi quid ſuperſit, tenetur illud reſtituere. l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebel. gl. 1. ibi. & gl. l. iubemus, verb. hæreditarijs, C. eo. tit. Ant. Gom. num. 15. cita. & doctores communiter. Ex eiuſmodi autem fructibus arbitror non eſſe deducendam trebellianicam.

Eo ipſo, quod reſtitutio hæreditatis eſt facta, etiā ſi ſolo verbo facta ſit, immo etiam ſi ipſo iure abſque verbo ſit facta, in tribus illis euentibus iuxta l. penultim. C. ad Trebell. diſput. præced. explicatis, fructus deinceps percepti pertinent ad fideicommiſſarium. Ratio eſt manifeſta, quoniam eo ipſo dominium rerum hæreditarium tranſiuit in fidecommiſſarium. Ita Ant. Gom. nu. 15. cit. Emmanuel à Coſta cum Bart. c. ſi pater, par. 2. ver. ipſis pauperibus, num. 9. fol. 329.

Quæ hactenus dicta ſunt de fructibus reſtituendis, aut computandis in quartam trebellianicam, intelligenda ſunt, niſi hæres grauatus de liberis fuerit primi gradus, hoc eſt, de ijs deſcendentibus teſtatoris, quibus portio legitima in bonis teſtatoris debita ſit. Si namque de liberis ſit primi gradus, eſto grauetur reſtituere hæreditatem aliis liberis, & eſto teſtator præcipiat, vt fructus reſtituat, neque illos retineat, pertinent integri fructus hæreditatis ad ipſum, neque illos computare tenetur in quartam Trebellianicam, quam inſuper poteſt deducere. Ita habetur expreſsè. l. iubemus. C. ad Trebellianic. & affirmat communis ſententia, quam referunt & ſequuntur, Couarruu. capitu. Raynutius, de teſtamen. §. 11. numero quarto, & 8. Anton. Gomez. ad l. 3. Tauri, numero 85. & Molin. libro primo de primogeni. cap. decimo ſeptimo, numero 32. A die tamen, quo talis hæres in mora eſſet reſtituendi hæreditatem, reſtituere tenetur fructus deinceps perceptos, vt Couarru. ibidem, & communis doctorum ſentētia affirmat. (Liberi primi gradus qui.)

Dubium eſt, num teſtator prohibere poſſit Trebellianicæ deductionem, ita vt hæres grauatus abſque talis portionis deductione, teneatur hæreditatem reſtituere. (Dubium.) Gloſſ. in authent. ſed cum teſtator, in verb. ceſſat. C. ad legem falcid. quam nonnulli alij ſequuntur, negat prohiberi poſſe Trebellianicæ deductionem. Contrarium cum additione ad eandem gloſſam, & cum gloſ. in authentic. de hæred. & falcid. §. ſi vero expreſſim, verb. ſubſtitutis, affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Couarruu. cap. Raynaldus, de teſta. §. 3. numero ſexto, Anton. Gomez. primo tomo variarum reſolut. cap. quinto, numero 11. Molin. libro primo de primog. cap. 17. numero 11. Gregor. Lopez ad l. 6. tit. 11. par. 6. Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 2. verb. Trebellianicæ, num. 21. fol. 278. & Iulius Clarus 3. lib. ſent. §. teſtamentum, quæſt. 62. Ratio eſt, quoniam licet quondam tam de iure digeſtorum, quam Codicis, nec falcidiam, nec Trebellianicam prohibere poſſet; hodie tamen de iure authenticorum fas eſt falcidiam prohibere, vt conſtat ex authentica, ſed cum teſtator, C. ad l. falcid. & ex auth. (Deciſio.)

de

de hæredib.& falcid.§.ſi vero expreſſim, quare cum in iure falcidia, & Trebellianica æquiparentur, adeò vt Trebellianica ſæpe nomine falcidiæ ſignificetur; conſequens eſt, vt eo ipſo, quod falcidiæ prohibitio teſtatori eſt conceſsa, Trebellianicæ prohibitio conceſsa quoque cenſeatur. Affirmant vero Couarruu.& Iulius Clarus locis citatis, ſatis eſse ſi codicillo prohibeatur, neque opus eſse prohiberi teſtamento.

Vtrum vero ſatis ſit tacita prohibitio vel falcidię, vel Trebellianicæ; Multi meritò negant, quoniam id videtur doceri cap. Raynutius, de teſtam. Prætereà authentic. ſed cum teſtator, & authent. de hæredibus, & falcidia, ſolum concedunt expreſsam prohibitioné, idque quando conſcius eſt teſtator, quantitatis ſui patrimonij, quæ ſcientia, vt gloſsa ibi, & Doctores communiter affirmant, ſemper præſumitur, quare cum ante ea iura nefas eſset falcidiam, aut Trebellianicam prohiberi, non plus cenſendum eſt conceſsum, quàm prædictis authenticis eſt expreſſum. Nihilominùs concedendum erit, ſatis eſse, ſi ſit expreſsa verbis generalibus, quæ id ſatis innuant, ita vt de teſtatoris mente dubitandum non ſit. Ita cum Barto.& pleriſque alijs affirmant Molin. libro primo de primogen. cap. 17. num. 15. conſentitque Iulius Clarus vbi ſupra cum multis alijs, quos citat. Multi vero alii, qui refragantur, & quos Molin. & Iul. Clarus, referunt, exponi poſsunt, quando verba non ſunt adeo expreſsa, vt ex eis teſtatoris mens plenè intelligatur.

Quæſtio. Vtrum autem parens filijs primi gradus prohibere poſſit deductionem Trebellianicæ; Adeò diuiſi ſunt Doctores, vt difficile ſit iudicare, quænam ſit communior opinio. Multi, quos præter alios referunt, & ſequuntur Couarruu. cap. Raynutius, de teſtam. §. 11. numero ſeptimo, & Iul. Clar. 2. libro ſent. §. teſtam. quæſt. 63. cenſent, prohiberi non poſſe. Potiſſimum eorum fundamentum ſunt verba illa l. iubemus, C. ad Trebellian. vbi cum ſermo eſſet de fideicommiſſaria ſubſtitutione, qua quibuſdam filiorum filij alij ſubſtituerentur, ſubiungitur. Iubemus, vt omnibus modis, retenta quarta pro autoritate Trebelliani, non per imputationem redituum (ſi et hoc teſtator rogauerit, vel iuſſerit) ſed de ipſis rebus hæreditarijs dodrans (id eſt, reliquæ octo vnciæ, quæ ſunt tres aliæ partes hæreditatis) reſtituatur. Ex quibus verbis conſtat, neque quartam Trebellianicam prohiberi poſſe liberis primi gradus, neque eis iniungi poſſe, vt fructus perceptos in ea computent. Licet autem in authen. ſed cum teſtator, C. ad l. fal. & in authen. de hæred. & falc. §. ſi vero expreſſim, facta poſtea fuerit poteſtas prohibendi falcidiã, atque adeò etiam Trebellianicam, cum tamen, inquiunt autores huius opinionis, nulla mentio facta ſit, vt id locum habeat, etiamſi grauati ſint liberi primi gradus; conſequens eſt, vt nullatenus cenſendũ ſit derogatum eſſe l. iubemus, citatæ. Idque præſertim ait Couarrou. amplectendum eſt in fauorem filiorum.

Deciſio. Contrariam ſententiam, nempe filiis etiam primi gradus interdici poſſe deductionem Trebellianicæ, aſſerunt multi alij, quos, præter alios, referunt, & ſequuntur Molina libro ſecundo de primogen. cap. 17. numero 12. & Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. ſecunda, verb. Trebellianicæ, à numero duodecimo, fol. 278. quæ ſanè nobis eſt amplectenda. Etenim ſi res expendatur, lex iubemus non ſtatuit, vt pater prohibere non poſſit filiis primi gradus deductionem Trebellianicæ, ſed id ſupponens tanquã quippiam eo tempore omnibus hæredibus grauatis commune, ſolum ſtatuit, vt tales filii non teneantur computare in ea fructus perceptos, eſto pater id iubeat; quare cum poſtea de iure authenticorum facta

A fuerit poteſtas teſtatoribus prohibendi deductionem Trebellianicę, atque adeo ſublatum id ſit, quod tempore legis, iubemus, commune erat omnibus hæredibus grauatis, conſequens eſt, vt hodie non minus filijs primi gradus prohiberi poſſit deductio Trebellianicæ, quàm quibuſcunque alijs hæredibus grauatis. Adde, eſto lege iubemus, peculiariter fuiſſet ſtatutum, vt filijs primi gradus prohiberi non poſſit deductio Trebellianicæ, cum poſtea de iure authenticorum abſolutè, & abſque vlla reſtrictione fuerit facta poteſtas illam prohibendi, debere cenſeri derogatum ea in parte legi iubemus. Neque in lege iubemus locum habet peculiaris fauor filiorum, vt Emmanuel à Coſta loco citato rectè admonet. Etenim ibi ſermo eſt quando filij primi gradus alijs filijs eiuſdem gradus ſubſtituuntur, inter eos autem; qui æquales ſunt, eodemque gaudent priuilegio, locum non habet peculiaris fauor quorundam comparatione aliorum. Lege autem 6.

B titu. 11. par. 6. quæ opinioni Couarruu. fauere videbatur, ſatisfacit Molina loco citato. Idem Molina, & Emmanuel à Coſta locis citatis rectè admonent, poſitis iuribus & conſuetudinibus huius regni, & Caſtellæ, vt neque aſcendentes, neque deſcendentes deducere poſſint falcidiam, aut Trebellianicam vltra legitimam, ſed teſtatores liberè omnino diſponere poſſint de tertio, aut quinto ſuorum bonorum, vt ſupra dictum eſt, ſuperfluam in his regnis eſſe eiuſmodi controuerſiam.

Vtrum ex fideicommiſſo ad rẽ piam deduci poſſit Trebellianica. Dubium. Licet gloſsa ca. ſi pater, de teſtam. libro 9. & quidam alii deduci poſse affirmauerint, contraria tamen ſententia communis, & amplectenda, quam referunt, & ſequuntur Couarruu. capitu. Deciſio. Raynaldus, de teſtam. §. 3. nu. ſeptimo, Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolut. capitulo quinto, in calce, num. 11. & Emmanuel à Coſta, capitulo ſi pa

C ter, par. ſecunda, verbo. Trebellianicæ, numero vigeſimo primo, fol. 288. Ratio eſt, quoniam de legatis pijs falcidia non deducitur, vt conſtat ex authentico de eccleſiaſticis titulis, §. ſi autem hæres: quod autem in falcidia ſancitum eſt, eo ipſo in Trebellianica cenſetur conſtitutum, vt ſupra dictum eſt. Excipit Emmanuel à Coſta loco citato, numero decimo tertio, cum communi doctorum ſententia, quam refert (tametſi nonnulli refragentur) quando hæres eſset etiam pia cauſa: tunc enim, & à legatis piæ cauſæ relictis detrahere poſset falcidiam, & à fideicommiſsis piæ etiam cauſæ relictis deducere poſse Trebellianicam, argum. tex. in l. ſed & milites, in princ. ff. de excuſa. tutor.

A fideicommiſso ita relicto, vt alienari non poſſit, ſed permaneat apud certos ſucceſsores detrahi non poteſt Trebellianica. Probatur, quoniam, vt habetur in auth. ſed & in ea re. C. ad l. falc. & in auth.

D vt ſponſalitia largitas. §. vlti. à legato ſimiliter relicto detrahi non poteſt falcidia: diſpoſitio autem circa falcidiæ, prohibitionem vim etiam habeat circa Trebellianicæ inhibitionem, vt dictum eſt. Conſentiunt Molina libro primo, de primogen. capitulo decimo ſeptimo, numero decimo octauo, Gregor. Lopez. ad l. 6. titu. 11. par. 6. & communior doctorum ſententia, quam referunt.

Vtrum autem quemadmodum, ſi hæres inuentarium non conficiat, detrahere non poteſt falcidiam à legatis: ita etiam, ſi hæres grauatus non conficiat inuentarium, detrahere non poſſit Trebellianicam, diſputation. 219. examinabitur.

DISPVT. CLXXXVIII.

Quæ ab hærede grauato ſint fideicommiſſario reſtituenda, & num ſepulchrorum, & patronatus iura ad fideicommiſſarium pertineant.

FRuctus hæreditatis, aut eius portionis, quàm hæres grauatus eſt reſtituere, quouſque fideicommiſſario reſtituendi ſint, aut non, diſput. præcedente occaſione Trebellianicæ eſt explicatum.

Vtrum, ſi quis vnà cum aliis ſit hæres inſtitutus, & grauatus ſit partem ſuam alteri reſtituere, illique in cohæredum defectum aliquid accreſcat, teneatur reſtituere non ſolum partem, in qua fuit inſtitutus, & grauatus, ſed etiam incrementum illud. Reſpondendum eſt affirmanter cum Anto. Gom. 1. to. var. reſolut. cap. quinto, numero 19. Barto. & communi doctorum ſententia. Ratio eſt, quoniam incrementum illud accreſcit portioni, & non perſonæ in ea inſtitutæ, niſi ratione ipſius portionis, eaque de cauſa concomitatur portionem ipſam, afficiturque eo ipſo grauamine ipſius portionis, argumen. text. in l. ſi totam. ff. de acquir. hæredit. l. ſi in teſtamento. ff. de vulgari, & l. ſi Titio, verſicu. vlt. ff. de vſufructu.

Quãdo teſtator grauauit hæredem reſtituere per mortem talis hæredis, quod ex hæreditate ſupereſſet, ſi dixit, quicquid ex hæreditate ſupererit, tunc etiam fructus hæreditatis non conſumpti, quia videlicet, vel in ſe, vel in aliquo alio, quod ex illis ſit acquiſitum, exiſtunt, ſunt reſtituendi. l. in fideicommiſſi. §. nonnunquam. ff. de vſuris, & l. Baliſta. ff. ad Trebel. Si verò ſolum dixit, vt reſtitueret, quod ſupereſſet ex hæreditate, non tenetur reſtituere fructus, ſed ſolùm quòd ex hæreditate ſuperfuerit. Ita glo. & Barto. l. Titius. ff. ad Trebel. Ratio eſt, quoniam fructus iudicio teſtatoris percepti (de quorum numero ſunt ij, de quibus loquimur) reſtituendi non ſunt, vt diſputatione præcedente dictum eſt, niſi quando conſtat de contraria voluntate teſtatoris: vt vero ex iuribus citatis eſt manifeſtum, ſatis conſtare cenſetur quando teſtator dixit, quicquid, aut id omne, quod ex hæreditate ſuperfuerit, aut perceperit, non verò quando illis alijs verbis vſus eſt.

De iure antiquo, quando quis reſtituere præcipiebatur, quod tempore mortis ipſius ex hæreditate ſupereſſet, ſi quid vltra fructus conſumptum ex hæreditate reperiebatur, eiuſmodi diſtinctio fiebat, quoniam vel conſumptum erat mala fide, hoc eſt, gratia minuendi fideicommiſſum, & tunc reſarciendum erat ex alijs bonis hæredis ita grauati, vel conſumptum erat bona fide, & tunc ſi talis hæres aliunde habebat bona, pro rata quantitatis hæreditatis, & eorum bonorum, diuidendum erat id, quod ex hęreditate erat conſumptum, idque ſolum erat reſarciendum quòd tanquam conſumptum ex alijs bonis hæredis erat cenſendum. Ita habetur l. Titius, ff. ad Trebel. & l. in fideicommiſſi. §. nonnunquã. ff. de vſur. Hodie verò auth. contra rogatus. C. ad Trebel. ſancitum eſt, vt hæres illo pacto grauatus reſeruare fideicommiſſario teneatur, ſaltem quartam hæreditatis partem, & reliquas tres poſſit conſumere. Quòd ſi poſt tres legitimè conſumptas, indiguerit etiam quarta, ſolum poſſit eam conſumere dotis cauſa, vel donationis propter nuptias, vel in redemptionem captiuorum (intellige hæc omnia comparatione eorum, qui ad ipſum ſpectant) vel ad propria alimenta. Quod ſi tempore mortis talis hæredis grauati integra hæreditas perſeueraret, teneretur illam reſtituere, deducta Trebellianica,

A vt cum Bartol. & alijs Anton. Gom. 1. to. variarum reſolut. cap. 5. num. 16. affirmat. Idem arbitror eſſe, ſi dolo, gratia ſolum minuendi fideicommiſſum, illa alienaſſet.

In quocunque alio fideicommiſſo, ſi quid hæreditatis reſtituendæ pereat, tenetur hæres grauatus de dolo, & lata culpa, non vero de leuiſſima, aut leui, l. mulier. §. ſed enim. ff. ad Trebellianum.

Dubium eſt, vtrum quando teſtator grauauit hæredem poſt aliquod tempus, nempe poſt mortem talis hæredis, aut quoduis aliud, reſtituere hæreditatem, partus ancillarum ab adita hæreditate vſque ad tale tempus pertineat ad hæredem grauatum, atque adeo ad ſucceſſores ipſius, an verò ad fideicommiſſarium. Cum enim partus ancillarum, vt diſputat. ſeptima, ac alibi oſtenſum eſt, inter fructus non computentur, ſanè conſequens eſſe videtur, vt licet fructus medij illius temporis (iuxta ea B quæ hac & præcedente diſputat. dicta ſunt) ad hæredem grauatum pertineant, vtpote iudicio teſtatoris, nullaque tacita, aut expreſſa exiſtente prohibitione, ab eo percepti, nihilominus partus ancillarum ad eum non pertineant, ſed fideicommiſſario ſint reſtituendi. Hac de re, vt Antonius à Gama deciſ. 183. refert, magna concertatio fuit in hoc Luſitaniæ regno, tandemque pronunciatum fuit, pertinere ad hæredem grauatum atque ad ſucceſſores illius, non vero ad fideicommiſſarium. Primo, quia id colligitur ex l. Paulus. ff. ad legem falcidiam. vbi hæc verba habentur. Idem reſpondi, partus ancillarum, ante diem fideicommiſſi (intellige reſtituendi) editos ad hæredem eius, qui rogatus eſt, pertinere: eoſque in quartam & quartæ fructus computandos. Optimè vero oſtendit Gama, eſto perperam quis interpretari illum textum vellet de fideicommiſſo particulari, idem ex eo textu, argumento C à minori ad maius probari in fideicommiſſo vniuerſali. Idem etiam colligitur ex l. vxorem. §. ſorori. ff. de leg. 3. quæ de fideicommiſſo particulari ancillarum loquitur. Ratio vero vtriuſque iuris eſt quoniam quando in fideicommiſſo, ſiue vniuerſali, ſiue particulari, dilatio reſtituendi gratia hæredis grauati apponitur, cenſetur teſtator velle, vt toto eo tempore fructus, & emolumenta fideicommiſſi pertineant ad hæredem eo pacto grauatum, idemque cenſet eſſe gloſsa l. cum ex filio. ff. de vulgari, quando dilatio tam gratia hæredis, quàm fideicommiſsarij apponitur, eamque commendant Alexan. & Ripa: negari vero nequit partus ancillarum, non ſolum emolumenta, ſed & fructus, latè ſumpto vocabulo, eſse ancillarum, quæ reſtitui præcipiuntur, vt iuxta gloſsam l. ex diuerſo. ff. de rei vendic. cum Bar. Panorm. & alijs, notat Gama loco cita. Secundo quia idem etiam videtur apertè deciſum l. Paulus, ff. de vſuris, vbi habetur, quod ſi quis grauatus D ſit reſtituere fideicommiſsum, ſiue vniuerſale, ſiue particulare ancillarum poſt mortem ſuam, reditu deducto; partus ancillarum intermedij temporis percepti ante moram pertinent ad hæredem, non vero ad fideicommiſsarium. Atque ſuffragatur ratio, quoniam partus illi in hæreditate non continebantur, ſed erant emolumenta ex hæreditate: cum ergo tempore, quo editi ſunt, hæres fuerit dominus ancillarum, non vero fideicommiſsarius, cedunt hęredi tanquam domino tunc, & non fideicommiſsario. His accedit hanc eſse Accurſij opinionem l. Paulus. C. ad legem Falcid. & alijs iuribus, eſseque communiorem Doctorum ſententiam, vt Alexan. à Gama relatus ait: quare in hoc regno illi erit ſtandum in iudicando. Quo pacto ſatisfiat iuribus, quæ contrarium ſonare videntur, lege, ſi placet, apud Anton. à Gam. loco cita.

Quæſtio. Deciſio.

Quando aliqui inſtituti ſunt hæredes in portionibus inæqualibus, grauatuſque aliquis eſt portionem ſuam reſtituere reliquis, tunc reſtituendum illis eſt fideicommiſſum, non per portiones æquales, ſed iuxta proportionem portionis ad portionem in qua vnuſquiſque inſtitutus eſt, niſi aliunde conſtet, aliam fuiſſe voluntatem teſtatoris. Ita habetur l. quoties, ff. ad Trebel. & alijs iuribus, quæ Ant. Gom. vbi ſup. num. 20. citat.

Iura ſepulchri. Etiamſi hæres grauatus fuiſſet reſtituere integram hæreditatem, reſtituere non tenetur iura ſepulchrorum, quæ erant defuncti, ſed permanent apud ipſum, nec tranſeunt in fideicommiſſarium. Ita habetur leg. quia perinde. §. reſtituta. ff. ad Trebellia. cuius hæc ſunt verba. Reſtituta hæreditate, iura ſepulchrorum apud hæredem permanent. Quo loco obſerua, vt habetur leg. familiaria, cum ſequenti. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum, inter iura ſepulchrorum illa dici familiaria, quæ quis ſibi, & familię ſuæ ſumpſit. Atque eiuſmodi ſepulchra illi ſoli, & omnes habent ius ſepulturæ qui ſunt de familia, ac proinde ſi vel hæres grauatus, vel fideicommiſſarius de familia ſint illius, qui primò tale ius ſepulchri ſibi vendicauit; ius habent ſepulchri in eo loco: ſin minus, illud non habent, neque de eiuſmodi iure ſepulchrorum eſt nobis ſermo hoc loco. Alia verò dicuntur iura ſepulchrorum hæreditaria, illa videlicet, quæ ſibi, & hæredibus ſuis vendicauit, atque de eiuſmodi iuribus ſepulchrorum eſt ſermo in iure illo citato, & in alijs ſimilibus. Lege, ſi placet Molin. libro primo de primogen. capitulo vigeſimo quarto à numero trigeſimo quinto, vbi pulchrè hæc explicat, & quid interſit inter ſepulchrum, ius ſepulchri, & ius inferendi mortuum aliquem in ſepulchrum. Ratio autem deciſionis, §. reſtituta, cita. vt idem Molina ibidem numero duodecimo, rectè ait, hæc eſt. Quoniam iure ſancitum eſt, vt ius ſepulchri non ad alium tranſire poſſit, quam ad hæredem, etiam extraneum; tametſi ius inferendi mortum in ſepulchrum legari, aut concedi cuiuis alteri poſſit. Ita habetur l. jus ſepulchri, C. de religioſis, & ſumptibus funerum, cuius hæc ſunt verba. Ius ſepulchri hæreditarij ad extraneos etiam hæredes, non etiam ad alium quemquam, qui non eſt hæres, tranſire poteſt. Quia ergo fideicommiſſarius hæres non eſt: hæres autem grauatus, etiam hæreditate reſtituta, hæres dicitur, ac eſt, inde eſt, quòd iura ſepulchrorum defuncti apud eum maneant, nec tranſeant in fideicommiſſarium, vt §. reſtituta, ſancitum eſt, affirmatque communis doctorum ſententia. Ex hoc eodem fundamento proficiſcitur deciſio textus in leg. ſi quis fuit. ff. de relig. & ſump. fune. vbi habetur, quòd ſi quis hæres fuit, ab eoque tanquam indigno ablata ſit hæreditas, iura tamen ſepulchrorum apud ipſum maneant, nec tranſeant ad fiſcum.

Quæſtio. Ius patronatus. Vtrum autem ſicut iura ſepulchrorum non tranſeunt in fideicommiſſarium, ſed remanent apud hæredem grauatum, ſic etiam ius patronatus Eccleſiaſticum, hoc eſt, præſentandi, aut eligendi ad beneficium Eccleſiaſticum, non tranſeat in fideicommiſſarium, ſed maneat apud hæredem grauatum. Affirmant gloſſ. Bart. & l. quia perinde. §. reſtituta. ff. ad Trebellianicã, & communis Doctorum ſententia, referunt, ac ſequuntur Antonius Gomez. primo tomo, var. reſolu. capitulo quinto, nume. 29. Couar. ca. Deciſio. Raynutius, de teſt. §. 9. numero octauo, & libro ſecundo, var. reſolu. cap. 18. nume. octauo & Emmanuel. à Coſta. cap. ſi pater, parte ſecunda in ver. Trebellianica, nume. 4. fol. 272. Molin. tamen poſt Ludouicum Romanum contrarium aſſeuerat, lib. 1. de primoge. cap. 24. lateq; & meo iudicio, ſufficienter id probat. In hoc tamen regno interim dum hæc Molinæ ſententia communis effecta non fuerit, ſententiæ

A tiæ gloſ. Bar. ac communi ſtabitur in iudicando. Si Dominus vitam concelſerit, locus magis opportunus in progreſſu huius ſecundæ ad diſputandum latius hac de re ſeſe nobis offert.

DISPVT. CLXXXIX.

Fideicommiſſum quando expiret.

Fideicommiſſaria ſubſtitutio expirat, ac nulla redditur, ſi hæres grauatus ante hæreditatem aditam è vita diſcedat, l. ille, à quo, §. ſi teſtamento, in fine, ff. ad Trebel. gloſ. Bar. & DD. communiter ibi l. non iuſtam. C. eod. tit. Ant. Gom. 1. tom. var. reſ. ca. 5. nu. 8. & Emman. à Coſta, cap. ſi pater, p. 1. verſ. ſi abſque liberis, nu. 55. fol. 157. & p. 2. ver. abſque deductione, nu. 27. fol. 263.

Primò excipitur, niſi hæres grauatus diſcedat, poſt quam coactus, iuſſuſve eſt hæreditatem adire,
B tunc enim hæres, ad quem hæreditas deuenit, reſtituere cogitur fideicommiſſum. l. non iuſtam, cita. & notant gloſſ. §. ſi ex teſtamento, cita. Ant. Gom. vbi ſupra, & doctores communiter.

Secundò excipitur, ſi hæres grauatus iure ſuitatis, ſanguinis, aut deliberandi hæreditatem ad ipſius hæredes iuxta ea quæ diſput. 180. dicta ſunt, tranſmittat: tunc enim illi hæreditatem adire coguntur, ac fideicommiſſario reſtituere fideicommiſſum. Ita cum Bar. Anton. Gomez. vbi ſupra argu. text. in l. eam quam. C. de fideicommiſ. & affirmat Emmanuel à Coſta cum aliis, quos citat, verbo abſque deductione, cita. nume. 27. quando hæres vi ſuitatis hęreditatem tranſmittit, colligiturque ex l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Trebel. eademque eſt prorſus ratio, quando ex quocunque alio capite tranſmiſſio fit hæreditatis non aditæ.

Tertiò excipitur, quando in teſtamento, in quo
C hæres grauatus fuit, appoſita fuit clauſula codicillaris: tunc enim hæredes, ad quos in defectum hæredis grauati hæreditas deuenerit, etiamſi ab inteſtato hæredes ſint, grauari cenſentur reſtituere fideicõmiſſum, iuxta l. Scæuola. ff. ad Treb. & ea quæ diſp. 132. latè explicata ſunt.

In regno verò Caſtellæ vniuerſim fideicommiſſum non expirat propter hæreditatem non aditam, ſed quicunque hæredes, etiam ab inteſtato ſucceſſerint, reſtituere tenentur fideicommiſſum, vt l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. ſancitum eſt. Hodie verò eſt l. 1. titu. 4. lib. 5. nouæ. collect.

Si fideicommiſſarius è vita ante teſtatorem diſcedat, dubitandum non eſt expirare fideicommiſſum, neque tranſmitti ad hæredes fideicommiſſarij. Si verò fideicommiſſarius è vita poſt teſtatorem diſcedat, ſed antequam tempus adueniat, in quo ſibi fideicommiſſum ex teſtatoris præſcripto erat re
D ſtituendum, vtrum tunc ad ipſius hæredes tranſmittat ius, quod ad fideicommiſſum habebat: an verò morte ipſius expiret. Breuiter diſtinguendum. Si namque hæres ſub conditione grauatus eſt reſtituere fideicommiſſum, aut in diem incertum, ita vt, iuxta ea, quæ diſputatio. 156. dicta ſunt, conditionem efficiant, tunc ſi fideicommiſſarius è vita diſcedat ante diem illum, vel conditionem impletam, expirat ius fideicommiſſarij, neque illud tranſmittit ad hæredes: ſi verò è vita diſcedat poſt diem, aut conditionem impletam, illud tranſmittit. Quod ſi hæres ſine vlla conditione fuit grauatus reſtituere, aut in diem certum, tunc fideicommiſſarius tranſmittit ius, quod habebat ad ipſius hæredes, idque ſiue è vita diſcedat antequam hæres grauatus hæreditatem adierit, ſiue poſt. Hæc omnia conſtãt ex leg. vnica. §. cum igitur, §. in nouiſſimo, & §. ſin autem. C. de caducis tollen. Et ex alijs iurib.

eaque

eaque affirmant Doctores communiter, quos Couar.c. Raynaldus, de teſt. §.1.nume.11. & Anto. Gom.1.to.var.reſ.c.5.nu.9.& in calce 14.referunt, ac ſequūtur. Lege etiam Ant. à Gama deciſ.160.nume.1.& 2. Idem de tranſmiſſione legatorum dictū eſt diſp.191.concl.1.& 2.

Vt verò exactius intelligas, quando legatum, aut fideicommiſſum, in diem relictum tranſmittatur, diſcedēte legatario, aut fideicommiſſario ante eum diem, & quando non tranſmittatur, expendendum eſt, tum ex verbis teſtatoris, tum ex cæteris circunſtātijs concurrentibus, num dies ad executionē ſolum, ac reſtitutionem ſtatutus ſit, an verò tanquam conditio. nempe, quod ſi dies ille extiterit, reſtituatur, executioque fiat, ſin minus pertineat ad hæredem: in priori namque euentu, legatum, aut fideicommiſſum tranſmittitur: quoniam dies non cenſetur appoſitus tanquam conditio. In poſteriori verò non tranſmittitur, eò quòd legatarius, aut fideicommiſſarius diſceſſerit ante impletam conditionem.

Si autem tempus appoſitum ſit ex parte hæredis, ſiue ex parte fideicommiſſarij, aut legatarij, ſi appoſitum ſit verbum, quod principaliter ſignificat conditionem, diſpoſitio cenſetur conditionalis, neque legatum, aut fideicommiſſum tranſmittitur; vt ſi dicatur, reſtitues hæreditatem poſt tuam mortem Petro, ſi tunc ſuperſtes fuerit; aut dicatur, reſtitues Petro, ſi peruenerit ad vigeſimum annum: quare ſi exiſtente priori diſpoſitione Petrus è vita diſcedat ante hæredem grauatum, non tranſmittit fideicommiſſum, ſi verò exiſtente diſpoſitione poſteriori diſcedat ante uigeſimum annum, ſimiliter non tranſmittit fideicommiſſum, vt ex ſe eſt manifeſtum, & conſtat ex l.ſi ſeruus liber. ff. de ſtatu liber. & l.quibus diebus, §.quidam Titio, ff.de conditionib.& demonſt. atque affirmant Bart. & alij, quos Anton. Gom.1.to.varia.reſolu.ca.5.nume.26.refert, ac ſequitur. Excipitur, niſi legatum ſit libertatis: fauore namque libertatis non cenſetur conditionale, vt conſtat ex l.ſi ſeruus liber cita.

Si verò tempus appoſitum ſit ex parte fideicommiſſarij, aut legatarij, adiuncto verbo, quòd licet principaliter ſignificet tempus, vim tamen poteſt habere conditionis, vt ſunt verba, cùm, quando, & alia eiuſmodi, tunc coniecturis eſt iudicandum ex verbis teſtatoris, & ex circunſtantijs concurrentibus, an diſpoſitio vim habeat conditionis, ac proinde, ſi fideicommiſſarius, aut legatarius ante eum diem diſcedat, expiret legatum, aut fideicommiſſum, neque illud ad ipſius hæredes tranſmittat: an potius tempus ad ſolam executionem ſit præſcriptum. Et quidem ſi fideicommiſſum, vel legatum primò abſolutè relinquatur, vt ſi dicatur, lego Titio centum, aut illi hæreditatem reſtitues, & poſtea addatur. Hæc accipiet quando ad talem ætatem peruenerit, vel tempore mortis tuę, aut quando vxorem duxerit, aut aliquid ſimile, vtique eiuſmodi diſpoſitio non eſt conditionalis, ac proinde, eſto Titius ante illum diem è vita diſcedat, tranſmittit legatum, aut fideicommiſſum ad ipſius hæredes. Ita habetur l.ex his verbis, C. quando dies legati cedat, quando autem non pręceſſit diſpoſitio abſoluta, ſed teſtator dixit, dabis Titio centum, vel illi reſtitues hæreditatem, quando vxorem duxerit, vel quando peruenerit ad vigeſimum annum, locū habent coniecturæ. Et quidem ſi gratia conſulendi legatario, aut fideicommiſſario id ita relictum fuit, vt quia erat filius, aut minor, aut aliunde timor erat ne fideicommiſſum aut legatum diſſiparet, trāſmittit fideicommiſſum, aut legatum ad ipſius hęredes, idemque eſt, quando ſunt aliæ veriſimiles coniecturę, quod in bonum fideicommiſſarij, aut legata-

A rij id ita relictum fuit. Ita probat l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. Quin potius ſi gratia ſolius fideicōmiſſarij id eo pacto relictum fuit, & non ſimul conſulendi hæredi grauato, vt interim bonis illis fruēretur, ſtatim mortuo fideicommiſſario, eſt reſtituendum ante impletum tempus alioquin conſtitutum, quia ceſſat ratio, ob quam dilatio illa appoſita fuit. Imò reſtituendum eſt cum fructibus, iuxta ea, quæ diſput.187. dicta ſunt. Quando autem coniecturæ non ſunt, quòd ita in bonum fideicommiſſarij, aut legatarij relictum fuerit, cenſenda eſt diſpoſitio conditionalis, quia verba illa, quando, & cum, licet tempus principaliter ſignificent, ſimul tamen vim habent conditionis. Quare, ſi fideicommiſſarius, aut legatarius ante illud tempus è vita diſcedat, non tranſmittit legatum, aut fideicommiſsum, ſed expirat omnino. Ita probant textus in l.ſi cui legetur, §.hoc autem, ff.de leg.1.tex.in l.ſi Titio. ff.quando dies legati cedat, & tex. in l.ſi ita ſcriptum, ff.de ma-

B numiſs.teſtam. in quo ſermo eſt, quando diſpoſitio fit in tempus, quo quidam tertius ad certam quandā ætatem peruenerit. Ab hac regula excipitur, niſi legatum eſſet libertatis: nam tunc fauore libertatis nō expiraret illo pacto relictum, vt conſtat ex l.ſi ita ſcriptum citata.

Quando tempus appoſitum eſt ex parte hæredis, & non fideicommiſſarij, aut legatarij, adiunctumque eſt verbum, quod principaliter ſignificat tempus, diſpoſitio non cenſetur conditionalis: quare, ſi ante id tempus diſcedat legatarius, aut fideicommiſsarius, trāſmittit legatum, aut fideicommiſsum: expectandum tamen eſt id tempus, vt executio voluntatis teſtatoris fiat. Verbi gratia, ſi teſtator grauauit Petrum, vt per mortem ſuam reſtitueret hæreditatem Ioanni, aut quando Petrus ipſe ad trigeſimum annum peruenerit; vtique ſi Ioannes ante id tempus è vita diſcedat, tranſmittit fideicommiſ-

C ſum: hæredes tamen ipſius expectare debent, quouſque Petrus in priori caſu è vita diſcedat, & in poſteriori quouſque perueniat ad trigeſimum annum, aut ſi ante id tempus Petrus moriatur, quouſque tantum defluat tempus, quantum deerat, vt ille, ſi præuentus non fuiſset morte, ad trigeſimum annum deueniret. Ita probat tex. in l.liberis. 2.§.ab hæredibus, ff.de alim. & cibarijs legatis. Lege quoad hæc omnia Ant. Gom. 1.to.varia.reſol.c.5.nume.26. & doctores quos citat.

DISPVT. CXC.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, quando tacitè appoſita cenſeatur fideicommiſſis, & alijs diſpoſitionibus. Aliquid etiam de expreſſa tangitur.

D QVando aliquis aſcēdentium grauat quempiam ſuorum deſcendentium reſtituere hæreditatem, aut partem hæreditatis poſt ſuam mortem alicui alteri, intelligitur ſub conditione, ſi deſcendens ita grauatus ſine liberis deceſserit: quoniam eſto id non exprimat, iuris interpretatione ac diſpoſitione cenſetur id ita intelligere. Quare ſi hæres ita grauatus cum libero, aut liberis maſculis, aut fœminis diſcedat, expirat tale fideicommiſsum. Ita ſancitum eſt l.cum auus, ff.de condit. & demonſtr. l.cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſis, l.generaliter, §.cum autem, C.de inſti. & ſubſtitu. & l. decima, titu.4.par.6. affirmatque communis doctorum ſententia.

Sine vlla exceptione dixi, quando aliquis aſcendentium, quoniam id non ſolum habet locum in patre; aut aſcendente per lineam maſculinam com-

paratione, quorumcunque deſcendentium tam maſculorum, quam fœminarum, vt expreſſe habetur l.cum acutiſſimi, citata, ſed etiam in matre, & auia, & quocunque alio aſcendente per lineam fœmininam, vt affirmant gloſſ. 2. l.generaliter, §.cum autem, C.de inſt. & ſubſt. Bar.& communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Ant. Gom. 1. tom. varia. reſol. cap.5. nu.33. ampliatione 7. Emmanuel à Coſta, c. ſi pater, p.1. ver. ſi abſque liberis, nume.5. fol.139. & Gregorius Lopez l.10. citatam in verbo, Algun teſtador, & præter alia iura, quæ Emmanuel à Coſta citat, cõſentit l.cum acutiſſimi, tum in alijs verbis, tum præſertim in illa ratione eiuſce ſanctionis, quam reddit; ne ſcilicet videatur teſtator alienas ſucceſſiones propriæ anteponere; quæ ſanè ratio æquè vim habet, ſiue teſtator maſculus ſit, ſiue fœmina.

Addidi, grauet quempiam ſuorum deſcendentium: quoniam ſi quis grauet ſuum aſcendentem reſtituere hæreditatem, partemve cuidam extraneo, nõ intelligitur illa tacita conditio, ſi talis aſcendens ſine liberis deceſſerit. Ita gloſſ. l.ex facto, §.ſi quis rogatus, 1.ff.ad Trebel. Bar. & communis Doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. 1.tom. var. reſol. capit. quinto, numero 35. Emmanuel à Coſta loco cita. num.6. & Grego. Lopez vbi ſup. in verb. *dos hijos*. Hoc verum reputant Bar. & communis opinio, quam Emmanuel à Coſta, & Greg. Lopez locis citatis referunt, & ſequuntur, etiamſi aſcendens reſtituere extraneo grauatus alios aſcendentes habeat, nempe vt in eo euentu non intelligatur ea tacita conditio, ſi is ſine aſcendentibus ſuperſtitibus diſceſſerit. Longe autem maiori cum ratione, ſi quis fratrem, aut aliam perſonam magis remotam, ſibi tamen valde caram, grauet reſtituere hæreditatem alicui, non intelligetur illa conditio, ſi ſine liberis, & multò minus, ſi ſine aſcendentibus deceſſerit. Ratio horum omnium eſt, tum quia non ſolet eſſe tanta affectio teſtatoris ad ſuos aſcendentes, vel collaterales, quanta ad ſuam ſobolem, vt præſumendum abſque dubio ſit, etiam in illis euentibus voluiſſe eam conditionem eſſe ſubintelligendum, tum etiam, quoniam hæc non plus ſunt extendenda, quã iure (cuius eſt id interpretari, & ſtatuere) comperta fuerint extenſa.

Emmanuel à Coſta vbi ſup. nu.8. fatetur, ſi aſcendens, qui ſupra ſe alium aſcendentem ſuperſtitem habet, inſtituat aliquem deſcendentem eumque grauet, vt hæreditatem, aut partem alicui tertio poſt mortem ſuam reſtituat, non intelligi conditionem illam tacitam, nempe niſi ſuperſtes fuerit talis aſcendens. Addit tamen tanquam probabilius quod ſi quis habens filium, & nepotem, inſtituat nepotem, eumque grauet reſtituere cuidam tertio, intelligendam eſſe tacitam conditionem, niſi pater nepotis, filius talis teſtatoris fuerit ſuperſtes, quaſi pater grauati, filius teſtatoris cenſendus ſit tacitè prælatus in fideicommiſſo extraneo fideicommiſſario. Contrarium non dubito eſſe verum. Tum quia etiam quando quis inſtituit deſcendentem, conſcius quod talis deſcendens liberos habeat, ſi eum grauet vt reſtituat extraneo, non cenſetur ſubintelligenda illa tacita conditio, ſi ſine liberis deceſſeris, vt ſtatim dicemus, cõſentitque ipſemet Emmanuel à Coſta, eademque eſt ratio, quando auus, conſcius ſe habere filium patrem nepotis, nepotem grauat reſtituere cuidam tertio: quoniam eo ipſo cenſetur voluiſſe præferre illum tertium proprio filio, quem ſciebat ſuperſtitem, poſſeque ſuperuiuere nepoti, neque tamen eum excepit. Tum vel maximè, quoniam, vt dictum eſt, hæc non plus ſunt extendenda, quam iure comperiatur expreſſum.

A Vlterius addidi; poſt mortem ſuam: quoniam ſi deſcẽdens reſtituere grauetur, vel ſtatim, vel poſt certum tempus, ita quòd non per mortem, non intelligitur conditio illa, ſi ſine liberis deceſſerit. Ita gloſſ. l.cum acutiſſimi. C.de fideicommiſſis, Barto. & communis ſententia, quam referunt, & ſequuntur Anton. Gom. 1.to. variarum reſolut. cap. quinto, num.37. Emmanuel à Coſta vbi ſup. num.12.& Greg. Lop. l.10.ti.4.par.6. ver. *que murieſſe*. Huius autem rei hec eſt ratio, quoniam ſicut teſtator voluit fideicommiſſarium præferri in fideicommiſſo hæredi grauato tempore illo, quo ſuperaret vſque ad mortem illius: ita longè maiori cum ratione velle cenſetur, vt præferatur ſoboli eiuſdem ab codẽ temporis puncto.

Dubium eſt, vtrum tacita illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, locum habeat etiam quando vnus deſcendens grauatur reſtituere hæreditatem alteri deſcendenti teſtatoris. Reſpondendumque eſt, locum proculdubio habere, etiamſi remotior reſtitue- B re grauetur proximiori comparatione teſtatoris, vt conſtat apertè ex l.cum auus. ff. de conditio. & demonſtrat. & ex l.10.titu.4.par.6. affirmantque Bar. & communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Ant. Gom. 1.to. variarum reſol. cap.5. nume.33. Emmanuel à Coſta, c.ſi pater, ver. ſi abſque liberis, nume.1. fol.137. Couar. de practicis qq. cap.38. in calce, num.11. & Gregor. Lop. l.10. cita. verb. *dexaſſe*.

Vtrum ſi aſcendens inſtituat deſcendentem, illegitimum quidem, at naturalem, in portione, aut in re, in qua, iuxta ea, quæ diſp.166. dicta ſunt, pro diuerſitate iurium diuerſorum regnorum poteſt eum inſtituere, ſed non tenetur, eumque grauet id alicui per mortem reſtituere, vtrum ſi quando tunc locum habeat tacita conditio, ſi ſine liberis deceſſerit. Reſpondendum eſt cum Anton. Gom. nume.33. cita. C ampliatione 6. & cum alijs Doctoribus communiter locum habere, vt habetur expreſſe l.generaliter, §.cum autem, C.de inſt. & ſubſt. iuxta glo. ibidem. Licet enim textus de filijs ſolum naturalibus (hoc eſt legitimis) grauatis loquatur, meritò glo. ibi ait, idem intelligendum eſſe de cæteris deſcendentibus ſimiliter grauatis, iuxta l.cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſis. Dubium.

An verò in euentibus, in quibus (iuxta ea, quæ diſpu.167. dicta ſunt) pro diuerſitate iurium diuerſorum regnorum fas eſt aſcendentibus relinquere aliquid aliquibus ſpurijs, ſi grauetur id reſtituere, locũ etiam habeat eadem tacita conditio. Reſpondendũ arbitror affirmanter, quoniam ſimiliter præſumendum eſt, eam eſſe teſtatoris voluntatem, circa legitimam ſobolem ex tali ſpurio ſuſceptam.

Maius dubium eſt, ſi quis deſcendentium legitimum, aut naturalem inſtituat, eumque grauet per D mortem ſuam reſtituere aliquid alicui, hæreſque ita grauatus diſcedat, relicto ſolum deſcendente naturali illegitimo, an talis deſcendens illegitimus excludat ſubſtitutum virtute tacitæ conditionis, ſi ſine liberis deceſſeris.

Prætermiſſis vero alijs opinionibus, quas referũt gloſ. vlt. l.generaliter. §.cum autem. C.de inſtitu. & ſubſtitu. & Anton. Gom. primo tomo variarum reſolut. cap. quinto, nume.40. & Emmanuel à Coſta verb. ſi abſque liberis cit. nu.34. fol.149. multi aſſeruerunt, ſi conditio, ſi ſine liberis deceſſeris, ſit expreſſa per teſtatorem, regulariter liberum naturalem excludere ſubſtitutum, iuxta diſpoſitionẽ l.ex facto. §.ſi quis rogatus. 1.ff.ad Trebel. Si verò non ſit à teſtatore expreſsa, ſed ſit tacita à lege intellecta, liberum naturalem non excludere ſubſtitutum. Atque hanc ſentẽtiam amplectitur ibidem Ant. Gom. Communior tamen cum Barto. Doctorum ſententia,

ita, vt ibidem Anton. Gom. fatetur, affirmatque Emmanuel à Coſta cum alijs eſt, nullam ſtatuendã eſſe differentiam, ſiue conditio illa expreſſa à teſtatore, ſiue tacita ſit, & a lege intellecta, quam ſequuntur Emmanuel à Coſta vbi ſupra, & Gregorius Lopez ad l. decimam, tit. quarto, parte 6. verb. *dexaſſe*, eſtque nobis amplectenda ſequenti modo explanata.

Lege ex facto. §. ſi quis rogatus. 1. ff. ad Trebellian. reiecta Papiniani ſententia, qui aſſerebat filium naturalem vniuerſim efficere, vt deficiat conditio ſi ſine liberis deceſſerit, ac proinde vniuerſim excludere ſubſtitutum, ait Vlpianus, mihi autem, quod ad naturales liberos attinet, voluntatis quæſtio videtur eſſe, de quibus liberis teſtator ſenſerit, ſed hoc ex dignitate, & voluntate, & conditione eius, qui fideicommiſit, accipiendum erit. Quibus verbis apertè docet, arbitrio prudentis iudicis, aut viri relinquendum eſſe, vt cum teſtator expreſſit conditionem illam, ſi ſine liberis deceſſerit, ex circunſtantijs concurrentibus, dignitatis, conditionis, & voluntatis (hæ duæ poſteriores omnem vniuerſim circunſtantiam concurrentem comprehendunt) diiudicet, num filiorum nomine etiam naturales comprehendere intenderit. Minus enim id præſumendum eſt de teſtatore nobili, aut in dignitate conſtituto; præſertim ſi de liberis ſuæ ſobolis loquatur, quam de alio, quamuis neque id ſit certa coniectura, ſi adſint circunſtantiæ aliæ, quæ contrarium ſuadeant: & minus id præſumendum eſt, ſi fœmina ſub ea conditione grauetur, quàm ſi maſculus, eo quod maius dedecus, multoque fœdius ſit, fœminam filios naturales habere, quàm virum: in quo euentu plus præſumendum eſt voluntatem teſtatoris fuiſſe, non includere filios naturales talis fœminæ, ſi illa nullos tales habebat, quam ſi teſtatori eſſet notum, eam habere iam filios naturales, quamuis hæ etiam certæ coniecturæ non ſint, quę ex alijs circunſtantijs concurrentibus non poſſint elidi: quare hæc prudentis arbitrio, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, meritò Vlpianus, Papiniani ſententia reiecta, reliquit; eò quòd certa regula, vnde teſtatoris voluntas iudicetur, non poſſit ſtatui. Idem autem eſt, quando conditio illa non eſt expreſſa, ſed tacita, atque à lege præſumpta.

Quod ex circunſtantijs relatis certa coniectura voluntatis teſtatoris ſumi non poſſit, teſtatur. l. hæredibus. §. vltimo, ff. ad Trebellianum, vbi cum quidam filiam mente captam, cum qua verum matrimonium eſſe non poterat, ac proinde ex qua generari non poterant filij legitimi, hæredem inſtituiſſet, eamque grauaſſet, vt, ſi ſine liberis decederet, cuidam cohæredi hæreditatem reſtitueret, paterque illi maritum (non verum, cum illa furioſa eſſet) tradidiſſet, & poſt mortem patris filiam genuiſſet, decernitur, eiuſmodi filiam, tametſi illegitimam ex tali filia grauata, excludere ſubſtitutum, quia in eo euentu, concurrentibuſque illis circunſtantijs, perſpicuum erat eam fuiſſe voluntatem teſtatoris. Idem præterea teſtatur l. Lucius. 90. §. Damæ. ff. de legat. ſecundo, vbi cum teſtatrix quædam Damam Pamphilum ſuos ſeruos habentes filiam naturalem ex teſtamento manumiſiſſet, præcipiens filiam quoque manumitti, prædictiſque Damæ, & Pamphilo legaſſet fundum, eoſque grauaſſet, ſi ſine liberis decederent, reſtituere fundum cuidam alteri, receſſiſſentque relicta ſola illa filia naturali in ſeruitute genita, ſtatuitur illam excludere ſubſtitutum, obtinereque fideicommiſſum ex teſtamento, & voluntate teſtatricis, quæ tam parentes, quàm ipſam manumiſit. Reddit ibidem ratio-

A nem Claudius Iuriſconſultus, quia in eo euentu creditur, appellatione filiorum etiam naturales liberos, id eſt, in ſeruitute ſuſceptos, contineri: hæc ille Iuriſconſultus.

Non refragatur noſtræ, communiorique Doctorum ſententiæ. l. generaliter. §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. vbi, poſtquam definitum eſset, tacitam conditionem, ſi ſine liberis deceſserit, non ſolum habere locum, quando filius legitimus inſtituitur, & grauatur, ſed etiam quando inſtituitur & grauatur filius naturalis, vt ſupra ex eadem lege explanatum eſt, ſubiungitur. Non aliter ſubſtitutione locum habente, niſi ipſi liberi naturales ita grauati ſine iuſta, id eſt, legitima ſobole deceſserint, vt quòd inter iuſtos, id eſt, legitimos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur. Quibus verbis definiri videtur, quando conditio eſt tacita, & à lege præſumpta, ſolam ſobolem legitimam excludere ſubſtitutum, ſiue legitimus, ſiue naturalis ſit filius, qui inſtitutus, grauatuſque eſt, non verò

B ſobolem naturalem illegitimam. Hoc, inquam, nõ obſtat, quoniam proculdubio Iuriſconſultus illis verbis euertere, ac mutare non intendit diſpoſitiones l. ex facto, l. hæredibus, & l. Lucius, paulò ante relatas, neque item conſtituere diſcrimen inter expreſsam, & tacitam conditionem, quod nullũ prorſus eſt; quippe cum vna, & eadem omnino ſit tacita, & expreſsa conditio, idem prorſus ſignificãs, ſolumque differunt penes tacitum, & expreſsum. Quia tamen ſoboles non legitima, etiamſi naturalis eſset, ſubſtitutum non excludebat, niſi ex coniecturis conſtaret eam fuiſse voluntatem teſtatoris, idcirco Valerianus Imperator in ea lege, ad excludendum ſubſtitutum, legitimam ſobolem exegit, quæ, quando de contraria teſtatoris voluntate non conſtat, omnino neceſsaria eſt, non tamen excludere voluit diſpoſitionem iuris antiquioris explicatam. Atque hæc eſt vná ex interpretationibus Gloſ

C ſæ eo in loco cum Azone.

Emmanuel a Coſta loco citato, numero 37. ait, in hoc Luſitaniæ regno, in quo filij naturales eius hominis plebei, quem *piam* vocant, æquè cum legitimis ſuccedunt, eſto homo nobilis eiuſmodi plebeum ſub expreſsa conditione grauet, ſi ſine liberis deceſserit, filium naturalem illius excludere ſubſtitutum: ſecus autem cenſet de fœmina, eſto filij naturales æquè illi ſuccedant cum legitimis. Arbitror tamen multum in utroque euentu efficere legem huius regni, quæ eiuſmodi filios naturales æquè ſuccedere ſtatuit cum legitimis utrique parenti, vt credatur, mentem teſtatoris fuiſse, vt naturalis in utroque euentu excludat ſubſtitutum. Semper tamen habenda erit ratio omnium circunſtantiarum concurrentium, vt prudentis arbitrio conijciatur, ac ſtatuatur, quæ fuerit in vtroque euentu teſtatoris mens.

D Vtrum filius, ſiue naturalis, ſiue ſpurius, ſi legitimatus ſit, excludat ſubſtitutum. Dicendum eſt, ſi naturalis ſit, & per ſubſequens matrimonium legitimatus, eum excludere, niſi de contraria mente inſtituentis fideicommiſsum conſtet. Ratio eſt, quoniam ille eo ipſo cenſetur legitimus, nihil a legitimis differens: ſi uerò principis reſcripto ſit legitimatus, & non ad petitionem eius, qui fideicommiſsum inſtituit, neque ex præſumpta illius voluntate, qui libenter vellet vt ſuccederet in eo, ſi eſset capax; vtique licet, vt Emmanuel a Coſta, cap. ſi pater. verb. ſi abſque liberis, a num. 49. fol. 154. refert, communior ſententia ſit, excludere ſubſtitutum; attamen proculdubio dicendum eſt, eum non excludere, iuxta ea, quæ in calce, diſputat. 174. cum Molina dicta ſunt, quin dicendum eſt, neque validè, neque licitè poſse princi-

pem ad eum effectum legitimare eiuſmodi illegitimam, eo quòd voluntate, ac morte teſtatoris fideicommiſſarius ius ad fideicommiſſum acquiſiuerit ex hypotheſi, quòd hæres grauatus eos filios non habeat, qui ſecuta legitimatione ipſum excludant, cui iuri princeps præiudicium per legitimationem inferre non poteſt, vt ibidem latè oſtenſum eſt. Adoptiuum autem filium non excludere fideicommiſſum, affirmat communis Doctorum ſententia, quam Emmanuel à Coſta loco citato à numero quadrageſimoſexto, & Gregorius Lopez l. 10. tit. 4. par. 6. in verb. dexaſſe, referunt, & ſequitur.

Quando fideicommiſſum tacitam, vel expreſſam conditionem habet, ſi hæres grauatus ſine liberis deceſſerit, vt quæ eſto hæres dum viueret liberos habuerit, ſi tamen tempore mortis nullum habeat, non expirat fideicommiſſum, vt ex ſe eſt notiſſimum, & habetur l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell. affirmantque Antonius Gomezius cap. 5 citato, numero quadrageſimoprimo, & Emmanuel à Coſta, verb. ſi abſque liberis, cita. nu. 18. fol. 144. Quòd ſi, vel breuiſſimum tempus, aliquis liberorum ſuperuiuat, expirat omnino fideicommiſſum, eò quòd conditio ſub qua fuit relictum, impleta non fuerit. Ita habetur §. ſi quis autem citato, & affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Anton. Gomez. numero 41. cita. & Moli. lib. 1. de primog. cap. 5. numero 16. vbi cum multis, quos refert, rectè ait, ſi princeps alicui militi conceſſit caſtrum ſub conditione, quòd ſi miles ille ſine liberis diſcederet, caſtrum ad principem reuerteretur, mortuo milite cum liberis, caſtrum nunquam amplius ad principem reuertitur, eſto filij paulò poſt ſine liberis diſcedant, eò quòd morte militis cum liberis integrè defecerit conditio, à qua pendebat, vt caſtrum ad principem reuerteretur. Dixi, ſi vel ad breuiſſimum tempus aliquis liberorum ſuperuiuat, expirare fideicommiſſum: quoniam, vt Emmanuel à Coſta loco cita. à nume. 21. latè oſtendit, num ne liberorum in plurali, etiam vnus deſcendentium intelligitur, ſiue ille maſculus ſit, ſiue fœmina, vt probant varia iura, quæ citat, quibus adde l. Lucius 90. §. Damæ. ff. de leg. 2.

Dubium. Si hæres grauatus deceſſit ſine liberis, veruntamen vxorem reliquit prægnantem, ſi poſthumus ita naſcatur, vt hæres exiſtat, excludit fideicommiſſarium, alioquin illum non excludit, Quando autem vel de iure communi, vel de iure regni Caſtellæ natus cenſendus ſit, vt hæres exiſtat, explicatum eſt diſput. 16. Conſentiunt Anton. Gomez. nu. 41. cita. & Emmanuel à Coſta vbi ſupra à nu. 28. fol. 148.

Dubium. Si conſtet naufragio, ruina, aut aggreſſione, vel alio infortunio, diſceſſiſſe ſimul hæredem grauatū & ipſius liberos, fideicommiſſum non expirat, ſed debetur fideicommiſſario. Ita habetur l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. Si ſimul moriantur, & non conſtet quis ante quam animam efflauerit, ſi filius erat maſculus, & pubes, præſumitur diſceſſiſſe poſt patrem, ac proinde fideicommiſſum expirare: alioquin præſumitur patrem aut matrem ante filium perijſſe, l. qui duos, §. vltim. & §. cum in bello. l. cum pubere, & l. ſi mulier. ff. de reb. dubijs, & l. inter ſocerum, in princip. ff. de pactis dotalibus, & affirmant glo. §. ſi quis autem citato, & Emmanuel à Coſta. §. cum in bello citato, uerb. cum filio, à num. 11. fol. 22. tametſi quando filia pubes eodem infortunio periret cum matre, præſumendum eſſet, filiam poſt matrem emiſiſſe animam. Si conſtet parentem, & ſuum deſcendentem perijſſe vnum ante alium, & non conſtet, quis eorum ante

A alium perierit, præſumitur parentem ante ſuum deſcendentem fuiſſe mortuum. Ita habetur expreſſe l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellianum.

Dubium. Dubium eſt, vtrum ſi teſtator dicat, inſtituo filium, aut nepotem meum hæredem, & ſi filios non habuerit, reſtituat tertium, aut quintum Antonio, conditio, ſi liberos non habuerit, idem valet, ac conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, ita vt eſto dum viueret, liberos habuerit, ſi tamen tempore mortis nullum habeat, reſtituere teneatur fideicommiſſum. Et quidem quando de reſtitutione tempore mortis agitur, regulariter intelligendum eſt idem prorſus valere, atque conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, vt, quicquid nonnulli dixerint, rectè cum multis alijs affirmat Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, verb. ſi abſque liberis, nu. 19. fol. 145. quoniam ea videtur fuiſſe mens teſtatoris, cui potius, quàm verbis in fideicommiſſis eſt ſtandum, vt habetur l.

B hæredes mei. §. cum ita fuerit. ff. ad Trebel. l. pater Seuerinam, & l. in conditionibus, ff. de conditionibus & demonſtr.

Quando autem non agitur de tempore mortis, vel ex circunſtantijs concurrentibus coniecturæ non ſint, quod idem omnino valeat ac conditio ſi ſine liberis deceſſerit, ſtandum eſt verbis talis conditionis, ac proinde ſi filios aliquando habuit, eſto non tempore mortis, cenſendum eſt impletam fuiſſe conditionem; atque hoc eſt quod habetur l. cum vxori. C. quando dies legati cedat, & l. hæredib. in princ. ff. ad Trebel.

Dubium. Dubium eſt, ſi teſtator ſciens aliquem ſuorum deſcendentium liberos habere, eum inſtituat, ac grauet reſtituere per mortem ſuam aliquid cuidam tertio, locum habeat tacita illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit. Et, quicquid nonnulli dixerint, aſſerendum eſt cum communiori doctorum ſententia,

C quam referunt, & ſequuntur Antonius Gomezius 1. tom. variar. reſolutio. capitu. quinto, nume. quinquageſimo ſexto, & Emmanuel à Coſta, capitu. ſi pater. ver. ſi abſque liberis, numero nono, fol. 140. locum non habere. Ratio eſt, quoniam conditio illa ex ſola præſumpta voluntate teſtatoris vim habet; quando autem teſtator ſciens hæredem liberos habere, eum abſolute grauauit reſtituere aliquid alicui, cenſetur voluiſſe præferre ſubſtitutum liberis talis hæredis. Id etiam confirmatur, quoniam l. generaliter. §. cum autem. C. de inſt. & ſubſtitu. tacita illa conditio de liberis procreandis intelligitur illis verbis, nulla liberorum ex his procreandorum actione habita, & rurſus ſi is, qui ſubſtitutione grauatus eſt, pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit.

Si teſtator deſcendentem grauauit reſtituere aliquid alicui, addita hac expreſſa conditione, ſi ſine

D liberis maſculis deceſſeris, vtrum ſi tunc tempore mortis careat filijs maſculis, & relinquat deſcendentem fœminam, illa excludat fideicōmiſſarium. Reſpondendum eſt cum Barto. & alijs, quos Anto. Gomez. ibidem numero trigeſimo octauo, & Gregor. Lopez. l. 10. titu. quarto, par. ſexta verb. *dexaſſe*, referunt, & ſequuntur, non excludere: quoniam eo ipſo, quòd ſolos maſculos expreſſit, ſe velle vt eum excluderent, ſatis apertè innuit, non idem velle de fœminis.

Si teſtator in hoc Luſitaniæ regno grauauit filium ſuum, vt nepoti, quem ex eo filio habebat, reſtitueret per mortem ſuam tertium ſuorum bonorum, aut in regno Caſtellæ tertium & quintum, & ante mortem talis filii naſcantur ex eodem filio alii nepotes, vtrum fideicommiſſum diuidendum ſit inter omnes, an nepos ille debeat habere integrum fideicommiſſum. Anton. Gomez. ibidem

cum

cum Paulo Caſtrenſi, Iaſone, & aliis, quos refert, reſpondet, ſi is auus tempore, quo ita filium grauauit habeat alios nepotes ex eodem filio, vel erat ſpes probabilis, quod illos haberet, ſolum illum nepotem debere obtinere integrum fideicommiſſum: ſi vero, cum haberet ſolum illum nepotem, caſu, & præter ſpem natus fuerit alius, diuidendum eſſe inter eos fideicommiſſum. Ego in hoc euentu cenſerem, prudentis arbitrio ex affectu aui ad illum nepotem, ex alijſque circunſtantijs iudicandum eſſe, quæ fuerit teſtatoris voluntas.

Deciſio.

Dubium.

Dubium eſt, quando quis gruat aliquem reſtituere aliquid alicui ſub expreſſa, aut tacita conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, vtrum, ſi cum liberis decedat, liberi illi vocati cenſeantur à teſtatore ad fideicommiſſum illud, ita quod ſubſtituti fideicommiſſarijs ſint hæredis ita grauati quoad ea bona; an verò non, ſed eo ipſo hæres grauatus perinde diſponere poſſit de eis bonis, atque de quibuſcunque alijs ſuis bonis, atque adeò poſſit in hoc regno de tertio ſuorum bonorum, ſicut & cæterorum diſponere ad libitum, & in Regno Caſtellæ de quinto, & inter liberos ſimul etiam de tertio. Reſpondendum que eſt cum Bart. & communiori doctorum ſententia quam referunt, & ſequuntur Antonius Gomezius primo tomo variarum reſolutionum, capitulo quinto, numero quadrageſimo ſecũdo. Emmanuel à Coſta, capitulo ſi pater, verb. ſi abſque liberis, numero quinquageſimo quarto, fol. centeſimo quinquageſimo ſexto, non cenſeri vocatos, ſed patrem perinde de eis, atque de cæteris ſuis bonis poſſe diſponere.

Probat id Antonius Gome. tum multis alijs, tum ex l. ex facto. ff. ad Trebellian. vbi habetur, ſi hæres grauatus reſtituere per mortem ſuam aliquid ſub conditione tacita, vel expreſſa, ſi ſine liberis deceſſerit, delictum committat, ob quod deportetur, bonaque illius confiſcentur, liberos illius poſt talem deportationem conceptos, nõ excludere fideicommiſſarium; quoniam, cum pater tempore conceptionis filiorum mortuus eſſet ciuiliter, reputantur, ac ſi eos non genuiſſet: quare tunc bona reſtitutioni obnoxia ad fiſcum pertinent interim, dum deportatus viuit: per mortem verò illius tradenda ſunt fideicommiſſario: ſi verò, inquit textus, homo ille filios habebat natos, vel certè conceptos ante deportationem, tunc expirat fideicommiſſum, excluditurque ſubſtitutus, quia homo ille non diſcedit ſine liberis, eaque ratione ait textus, fideicommiſſum tunc pertinet plenè ad fiſcum. Hinc Antonius Gomezius optimè colligit, per conditionem, ſi hæres grauatus ſine liberis deceſſerit, non cenſeri liberos vocatos ad fideicommiſſum, patrique in eis bonis ſubſtitutos: ſi namque ſubſtituti eſſent, vtique bona illa non ad fiſcum, ſed ad liberos per naturalem mortem patris deportati pertinerent, quoniam delictum patris præiudicare non potuit voluntati teſtatoris, neque filij excludi poſſent à iure ad ea bona ex ſubſtitutione teſtatoris.

Emmanuel à Coſta, capitulo ſi pater, verb. ſi abſque liberis, numero quadrageſimo quarto, fol. centeſimo quinquageſimo tertio, addit, ſi filij poſt deportationem eſſent concepti, & pater principis beneficio in priſtinum ſtatum eſſet reſtitutus, taleſque filij tempore mortis naturalis patris eſſent ſuperſtites, excluderent fideicommiſſarium, vt aperte colligitur ex leg. interdicit, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. Non tamen idem eſſe dicendum de damnato in metallum, aut quacunque alia ratione (iuxta ea quæ diſputatio. nona, dicta ſunt) ſeruo facto pœnæ, maximamve capitis diminutionem paſſo. Quoniam, vt habetur eadem leg. interdicit, per reſtitutionem ſerui pœnæ in priſtinum ſta-

A tum, filii concepti poſt eam pœnam, ſuperſtiteſque tempore mortis patris, reſtitui non impediunt fideicommiſſum ſub conditione, ſi hæres grauatus ſine liberis deceſſerit. Idem confirmat Emmanuel à Coſta ex l. ex facto. §. ſi quis grauatus, ſecundo ff. ad Trebellianum, vbi ſi quis rogatus ſit reſtituere aliquid filijs ſuis, vel vni eorum, quem ipſe voluerit, & hæres grauatus deportetur, conceditur illi electio cui filiorum velit fideicommiſſum deuenire: ſi verò ſeruus pœnæ ſit effectus, talis electio illi denegatur, ac proinde filij per mortem illius ſuccedunt æqualiter in fideicommiſſum.

Emmanuel à Coſta ibidem ait, differentiam hanc totam inter deportatum, & ſeruum pœnæ, ſolum habere locum, ſi ſeruus pœnæ libertinus erat: ſecus autem ſi erat ingenuus, quoniam ab hominibus ingenuis ſeruitus pœnæ ſublata eſt per auth. ſed hodie, C. de donationibus inter virum, & vxorem. Hoc tamen dictum Emmanuelis a Coſta, &

B multorum latè à nobis impugnatum eſt diſput. 9. Illud verò addendum eſt, in quibus euentibus de iure huius Luſitaniæ Regni, & Caſtellæ in eadem diſputatione oſtenſum eſt, per maximam, & mediam capitis diminutionem non finiri vſumfructum, nec regredi ad proprietatem, dicendum ſimiliter eſſe, quando fideicommiſſum relictum eſt ſub tacita, aut expreſſa conditione, ſi hæres grauatus ſine liberis deceſſerit, eo ipſo, quod hæres liberos tempore mortis naturalis habuerit excludi fideicommiſſarium, ſiue liberi concepti ſint ante, ſiue poſt damnationem ad maximam, aut mediam capitis diminutionem, iuxta ea quæ diſputatione citata dicta ſunt; ac proinde ſi bona talis delinquentis ad fiſcum propter delictum pertineant, fideicommiſſum integrè ad fiſcum pertinere: ſi verò ob delictum, iuxta iura horum regnorum, ad fi-

C ſcum non pertineant, fideicommiſſum permanere apud delinquentem ita damnatum, & per mortem ipſius pertinere ad eius hæredes ex teſtamento, aut ab inteſtato, iuxta ea, quæ eadem diſputatione copioſè dicta ſunt.

Eſto aliquis deſcendentium grauetur per mortem ſuam reſtituere aliquid pauperibus, Eccleſiæ in redemptionem captiuorum monaſterio, aut cuiuis alij piæ cauſæ, ſemper locum habet tacita illa conditio, ſi ſine liberis deceſſeris, nõ ſecus, ac ſi fuiſſet expreſſa, ita vt, ſi grauatns cum liberis decedat, filii illius præferantur piæ cauſæ ſubſtitutæ, ac proinde expiret fideicommiſſum. Ita cum communiori Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Antonius Gomezius 1. tomo variarum reſolutionum, cap. quinto, num. 34. Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, verb. ſi abſque liberis, num. 17. fol. 144. & Gregorius Lopez l. 10. titu. 4. par. 6. in verb.

D dexaſſe. Ratio eſt, tum quia eo ipſo, quòd deſcendentem prætulit cauſæ piæ, viſus eſt etiam filios illius eidem cauſæ præferre voluiſſe. Tum etiam, quoniam licet monaſteriam interdum loco filij habeatur comparatione eius, qui bona ſua illi relinquit, vt ſtatim dicemus, nihilominus, vt hactenus oſtenſum eſt, filij eius hæredis grauati, qui teſtatoris comparatione deſcendens eſt, præferuntur alijs filijs eiuſdem teſtatoris, quibus fideicommiſſum relictum ſit. Tum denique quoniam licet monaſterium interdum habeatur loco filii, id ſolum eſt iuris fictione: veri autem filii hæredis grauati præferuntur fictis liberis teſtatoris. Doctrinam tamen hanc limitandam, cenſet Emmanuel à Coſta, n. 18. ſequẽti, & alii quos refert, vt intelligatur præterquam quando teſtator exprimeret, ſe relinquere piam cauſam ſubſtitutam tali deſcendenti ad exonerandam propriam, aut alicuius alterius conſcientiã:

nam tunc pia cauſa præcederetur filijs hæredis grauati.

Quando quis, ſiue deſcedens eſſet teſtatoris, ſiue non, grauaretur aliquid per mortem ſuam alicui reſtituere ſub expreſſa conditione, ſi ſine liberis decederet, tunc ſi is liberos non relinqueret, ſed profiteretur religionem bonorum capacem, fideicommiſſum expiraret, pertineretque omnino ad monaſterium, in quo ille profiteretur, quoniam in eo euentu monaſterium habetur loco filij. Ita habetur expreſſe in authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis, §. ſed & hoc præſenti, in authent. niſi rogati. C. ad Trebellia. & capit. in præſentia, de probationibus, affirmatque communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Antonius Gomezius, numero 34. cita. Molina libro ſecundo, de primogen. capit. quinto, numero 28. Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. verb. ſi abſque liberis. numero 64. fol. 161. Couarruuias 1. tom. variar. reſolu. capit. 19. à numero ſexto, expulſiſque alijs huius ſtatuti rationibus, numero 11. ſubiungit, legitimam eſſe, quod legiſlator præſumpſerit teſtatorem æquè cum filijs grauati dilexiſſe monaſterium, ac proinde, ſi de monaſterio, profeſſioneque in eo ab hærede grauato, nuptijs ſpretis, liberiſque minimè ſuſceptis emittenda, cogitaret, prælaturum ſimiliter fuiſſe monaſterium fideicommiſſario. Atque hinc vult ibidem cum multis alijs, quamuis teſtator his verbis grauaret hæredem, ſi ſine legitimis liberis, ac naturalibus ex tuo corpore genitis ex hac vita deceſſeris, reſtituere hæreditatem Antonio tali hærede ſine liberis religionem profitente, monaſterium ex præſumpta teſtatoris voluntate præferendum nihilominus eſſe Antonio.

Hæc verò nonnullis moderationibus reſtringenda ſunt. In primis, ſi teſtator expreſſit velle, vt fideicommiſſarius monaſterio præferretur, aut eam fuiſſe teſtatoris mentem aliunde ſufficienter conſtat: vtique illi eſt ſtandum, neque dubitandum eſt id licitè & valde poſſe teſtatorem velle, vt cum Paulo Caſt. & pleriſque alij affirmant Couarr. nume. 11. cita. & Emmanuel à Coſta. verb. ſi abſque liberis cita. num. 68.

Deinde ſi pia aliqua cauſa fuit fideicommiſſariè ſubſtituta ſub conditione, ſi hæres grauatus ſine filijs deceſſerit, & hæres in monaſterio bonorum capaci profiteatur, monaſterium nō excludit piam cauſam ſubſtitutam. Ita hr̃ expreſſe in authen. de ſanctiſſimis Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti, & in auth. niſi rogati. C. ad Treb. & affirmant Gloſſ. vl. cap. in præſentia, de proba. Emmanuel à Coſta vbi ſupra, nu. 63. & communis Doctorum ſententia.

Præterea, ſi teſtator in regno Caſtellæ vnum filiorum melioret in eo tertio (de quo in regno poteſt ſolum diſponere inter liberos) eumque grauet, vt, ſi ſine liberis deceſſerit, id reſtituat fratri, aut alteri ex ipſius deſcendentibus, taliſque filius religionem profiteatur, vtique monaſterium non excludet fratrem, aut alium deſcendentem teſtatoris ſubſtitutum, vt Emmanuel à Coſta loco citato, nume. 66. rectè obſeruat. Etenim tertium illud ad filiorum legitimas in eo regno ſpectat, ſuperſtiteque deſcendente teſtatoris, nefas eſt in eo regno ſubſtituere in illo tertio aliquem alium, vt ex preſſe habetur l. 27. Tauri, quæ eſt 11. titu. 6. libro 5. nouæ collect.

Item quamuis in euentibus, in quibus monaſterium excludit fideicommiſſarium, locum id habeat, etiamſi hæres grauatus in articulo mortis ex deuotione, aut gratia eleemoſynam ea ratione monaſterio efficiendi religionem profiteatur, vt cū Felino, & aliis affirmant Molin. libro ſecundo, de primog. cap. 5. num. 28. & Ant. Gom. ad l. 9. Tau-

A ri, numero 58. & 59. nihilominus ſi id fiat in fraudem fideicommiſſarij, gratia illum priuandi fideicommiſſo, monaſterium non excludit ſubſtitutum, eſto valida ſit profeſſio emiſſa, vt cum Panorm. Felino, & alijs, Doctores citati iuxta quædam iura affirmant.

Multi, quos Emmanuel à Coſta loco cita. nume. 63. refert, in ea fuerunt ſententia, quòd ſicut quando teſtator grauat hæredem reſtituere aliquid piæ cauſæ, ſi ſine liberis deceſſerit, monaſterium non excludit piam cauſam, ita quando grauat reſtituere alteri filio, vel deſcendenti teſtatoris, monaſterium non excludat ſubſtitutum, eo quòd præſumendum ſit, eam fuiſſe voluntatem teſtatoris. Emmanuel tamen à Coſta ibidem, numero ſexageſimoquarto, cum Decio, & alijs potius cenſet, monaſterium excludere deſcendentem teſtatoris, eſtque proculdubio ea ſententia nobis amplectenda, non ſolum tanquam conſonantior duobus authenticis citatis, ſed
B etiam tanquam expreſsè definita, cap. in præſentia, de proba. vbi monaſterium excludit duos fratres hæredis grauati.

Meritò Emmanuel à Coſta, ibidem num. 67. excipit, niſi fratres mutuò grauentur reſtituere ſibi inuicem ſi ſine liberis deceſſerint, poſtremuſque eorum, ſi ſine liberis deceſſerit, grauetur reſtituere piæ cauſæ, vt fit capit. ſi pater, de teſtam. lib. 6. Etenim cum monaſterium piam cauſam, vt oſtenſum eſt, non excludat, & teſtator piæ cauſæ prætulerit alterum fratrem ſuperſtitem, vtique ex præſumpta teſtatoris voluntate, iuriſque diſpoſitione in duobus authenticis citatis, præſumendum eſt in euentu, quo alter fratrum profeſſus fuerit religionem, monaſterium non excludere alterum fratrem ſuperſtitem, ſicut nec piam cauſam vlterius ſubſtitutam excluderet, ſi alter frater ſine liberis eſſet mortuus, ipſeque religionem poſt mortem fratris profiteretur.

C Idem propter eandem rationem cenſet, quando hæres ſub eadem conditione grauatus eſſet reſtituere extraneo, & ſimiliter extraneus piæ cauſæ: vt enim pia cauſa excluderet monaſterium, ita fideicommiſſarius extraneus, qui à teſtatore piæ cauſæ eſſet prælatus, monaſterium excluderet.

In quocunque autem euētu fideicommiſſum pertineret ad monaſteriū interim, dum talis religioſus viuit, aut quouſque aliud tempus à teſtatore præſcriptum accedat, & quid in eiuſmodi euentibus dicendum ſit, quando hæres grauatus profitetur eam religionem, quæ in religioſi bonis non ſuccedit, dictum eſt diſp. 186.

Vtrum autem quemadmodum quādo hæres grauatur ſub expreſſa conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, neque ſubſtituitur pia cauſa, monaſterium præfertur ſubſtituto: ita etiam præferatur, quando grauatur deſcendens ſub tacita eadem conditione, iux-
D ta l. cum auus. ff. de conditionib. & demonſtrat. & alia iura. Gloſ. vltima, l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſs. affirmat, & hanc opinionem ſequitur, aſſeritque eſſe magis communem Antonius Gomezius primo tomo variarum reſolutionum, cap. quinto, nume. trigeſimoquarto. Emmanuel à Coſta, capit. ſi pater, ver. ſi abſque liberis, nume. 69. citat eſſe eiuſdem ſententiæ Gregorium Lopez l. 10. titu. quarto, par. 6. ver. dexaiſe. Contrariam ſententiam ſequitur, aſſeueratque eſſe magis communem Emmanuel à Coſta ibidem, & num. ſequenti, pro qua citat Bar. atque eam innuere glo. ſecundā, in authen. ingreſſi. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. Huic opinioni ſuffragantur Primo auth. de ſanctiſſimis Epiſc. §. ſed & hoc præſenti, illis verbis, adiectis conditionibus quibuſcunque ex ijs, quæ ſuperius enumeratę ſunt, vbi ſtatuit, monaſterium præferri, quando aliqua ex conditionib. expreſſis, & in eo §. cōnumeratis,

tis, fuerit appoſita; non vero quando nulla fuerit expreſſa. Secundo, quoniam vt Couarruu. prima. variar. reſol. cap. decimo nono, numero 6. & poſt eū Emmanuel à Coſta vbi ſupra. numero ſeptuageſimo, cum Bar. & alijs affirmat, nuſquam in iure reperitur monaſterium haberi loco filij, neque id concedendum eſt, niſi in caſibus à iure expreſſis, in quib. ſucceſſio perinde illi conceditur, ac ſi eſſet filius, vt diſput. 140 dictum eſt, de quorum numero non eſt hic, de quo diſputamus. Tertiò, quoniam quando hæres extraneus nulla adita expreſſa conditione grauatus reſtituere hæreditatem alteri extraneo, eſto talis hæres religionem profiteatur, monaſterium nō excludit fideicommiſſarium, vt eſt notiſſimum, nulluſque refragatur; eo quod, vt ſupra dictum eſt, in eo euentu locum non habeat tacita conditio, ſi ſine liberis deceſſerit: non eſt autem veriſimile mētem iuris eſſe, vt quando deſcendens ſine expreſſa conditione grauaretur reſtituere alteri deſcendenti, ſi hæres profiteretur religionem, monaſterium excludere fideicommiſſarium deſcendentem teſtatoris idque ex præſumpta teſtatoris voluntate, & quando extraneus grauaretur reſtituere, vel deſcendenti teſtatoris, vel extraneo, ſi hæres religionem profiteretur, monaſterium non excluderet fideicommiſſarium: cum maior eſſe ſoleat teſtatoris affectus ad ſuum deſcendentem, quam ad extraneum. Atque his rationibus omnino mihi perſuadeo hanc poſteriorem ſententiam.

Conditio tacita ſi deſcendens grauatus ſine liberis deceſſerit, locum habet non ſolum in fideicommiſſis vniuerſalibus, ſed etiam in legatis fideicommiſſiue particularibus, vt habetur. leg. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutionibus. Quin etiam in donationibus cauſa mortis, ſi deſcendens donatarius grauetur aliquid cauſa mortis ſibi donatum poſt mortem ſuam alteri reſtituere. Ita cum Gloſſ. vlt. C. de donationibus cauſa mortis, & communi Doctorum ſententia Anton. Gomez. primo tomo variar. reſol. cap. 5. num. 33. Emmanuel à Coſta cap. ſi pater. verb. ſi abſque liberis. nume. 14. fol. 143. & Couarr. de pract. quæſtionibus, cap. 38. num. 12. Ratio eſt, quoniam vt habetur l. Marcellus. §. Paulus, & l. illud, in principio. ff. de mortis cauſa donationibus, cauſa mortis legatis æquiparatæ ſunt: vnde l. illud, cita. ſubiungitur, quodcunque igitur in legatis iuris eſt, id in mortis cauſa donationibus erit accipiendum.

Idem dicendum eſt in donatione inter viuos, quā do quis donat deſcendenti tertium ſuorum bonorū, aut aliquid aliud, & eum grauat, vt poſt mortem ſuā id reſtituat alicui alteri: intelligitur enim, ſi ſine liberis deceſſerit. Ita Anton. Gomez. cap. 5. cit. nume. vltim. Emmanuel à Coſta & Couarru. vbi ſupra, & Grego. Lopez l. 10. tit. 4. par. 6. verb. *Algun teſtador*, idque colligitur ex l. generaliter. §. cum autem. C. de inſt. & ſubſtit. illis verbis, partem eis reliquerit, vel dederit, & ſubſtitutionibus eos ſubiugauerit. Conſentit etiam ſextale pactum. §. vltim. ff. de pactis. Non vero idem eſt cenſendum in emptione, emphyteuſi, & alijs ſimilibus contractibus, qui lucratiui nō ſunt, ſed oneroſi comparatione eius, cum quo immediate fiunt (quod dico, vt excludam dotem, & donationes propter nuptias) vt cum multis alijs Emmanuel à Coſta vbi ſupra numero decimo ſexto, rectè affirmat.

DISPVT. CXCI.

De breuiloqua, ſeu reciproca ſubſtitutione.

Breuiloqua quid.

BReuiloqua ſubſtitutio eſt, compoſita multorum ad inuicem, ſeu reciprocè, ſubſtitutio.

A Vnde reciproca etiam ſubſtitutio appellatur. Per particulam ſubſtitutio compoſita, excluduntur ſimplices ſubſtitutiones. Per particulam vero, multorum ad inuicem, id eſt, reciprocè, excluditur compendioſa ſubſtitutio, de qua diſputatione ſequenti erit ſermo. Etenim breuiloqua compendioſa, qua talis, in hoc differt, quod breuiloqua pluralitatē ſubſtitutionum, ex parte perſonarum inuicem ſubſtitutarum, compendioſa verò ex parte temporum complectitur.

Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. par. 1. verb. pater. numero duodecimo, & decimo octauo, fol. 4. cēſet, definitioni addendam eſſe particulam, ſub breuitate, compendiove verborum. Nam, inquit, ſi pater Petro, & Ioanne inſtitutis hæredibus, addat, ſi Petrus mihi hæres non ſit, Ioannes ſit hæres, & ſi Ioannes mihi hæres non fuerit, ſit Petrus; erit quidem reciproca ſubſtitutio Petri, & Ioannis facta
B duabus diſtinctis ac ſeparatis vulgaribus ſubſtitutionibus; non tamen dici poterit breuiloqua ſubſtitutio qualis eſſet, ſi eiſdem inſtitutis, verborum compendio teſtator addidiſſet, eoſque inuicem ſubſtituo. Alijs vero placet, etiam illam aliam ſub reciproca, ſeu breuiloqua ſubſtitutione, de qua nobis modò eſt ſermo, comprehendi. Cum enim ſermo ſit de compoſitis ſubſtitutionibus, quæ ex multis ſimplicibus coaleſcunt, impertinens eſt vtrum multæ illæ ſubſtitutiones compendio verborum, an diffuſa oratione exprimantur: neque neceſſe eſt nominis etymologiam rebus omnibus eo ſignificatis adaptari. Vnde Couarruu. cap. Raynutius, de teſtam. §. 7. in calce num. 2. reciprocam ſeu breuiloquam expreſſam verbis ſingularibus eam ſubſtitutionem appellat.

Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. verb. ſi decederet, à numero 7. fol. 112. eam expreſſam verbis generalibus pupillarem ſimul & vulgarem ſubſtitutio-
C nem, qua quis Petro filio ſuo impuberi ſubſtitueret Ioannem, de qua diſputat. 184. dictum eſt, appellat breuiloquam, eo quod verborum compendio duplicem ſubſtitutionem contineat. Veruntamen, ſi intendat eam eſſe breuiloquam, de qua modò loquimur, & de qua doctores loqui conſueuerunt, profectò admittenda non eſt illius opinio. Breuiloqua namque ſubſtitutio reciproca plurium ſubſtitutorum eſſe debet, qualis illa non eſt, ſed eſt vnius eiuſdem ſubſtituti duplici via ſubſtitutio; quod ad breuiloquā ſubſtitutionem, de qua Doctores loquuntur, non eſt ſatis. Neque omnes ſubſtitutionum complicationes, quæ inter diſputandum de ſimplicibus explicatæ ſunt, tam quando quædam earum ſunt tacitæ, quam quando omnes ſunt expreſſæ, neceſſe eſt in diſtinctas ſubſtitutionum compoſitarum ſpecies, ſeu modos diſtinguere, vt de ſingulis, perinde atque de breuiloqua & compendioſa, ſigillatim diſputetur: id enim moleſtiam
D afferret, artiſque rationem ſuperſtitioſam atque inconcinnam redderet: ſed ſatis eſt præcipuos, in quibus plus eſt negotij, eo pacto explicare: reliquos vero obiter, dum alia explanantur, & prout ad ea melius intelligenda expedit tradere, vt à nobis in ſuperioribus factum eſt.

Quando duo, aut plures, inſtituuntur, adinuicemque ſubſtituuntur, ſi neuter ſit impubes, vel neuter ſit filius, aut ſi ſint perſonæ inæquales, nempe quia vnus eſt pubes, & alter impubes, aut quia licèt vterque ſit impubes, vnus eſt filius & alter extraneus, vel quacunque alia ratione, talis breuiloqua ſubſtitutio eſt compoſita ex duabus vulgaribus; non verò includit pupillarem, niſi, altero impubere exiſtente, aliter id teſtator exprimat, vt diſput. 183. & 184. latè explicatum eſt, copioſeque diſputat Emmanuel à Coſta cap. ſi pater, verb. perſonis

ſonis à numero 2. vſque ad 8. Siue autem perſonæ æquales eſſent, ſiue inæquales, ſi ſubſtitutio mutua oblique fieret, vt quia inſtituti viciſſim cogerentur, vt, qui prior decederet, portionem ſuam alteri reſtitueret, aut vt in quouis alio euentu alter alteri portionem reſtitueret, talis breuiloqua ſubſtitutio conſtaret duabus fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus. Idem eſſet, ſi ſubſtitutiones mutuæ, eò quòd codicillo fierent, aut aliqua alia ratione obliquarentur, iuxta ea quæ diſputatio. centeſima octuageſima ſecunda inter explicandam definitionem fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, & aliàs ſæpe in ſuperioribus dicta ſunt. Si vterque directè inuicem ſubſtitutorum ſit filius impubes, tunc breuiloqua ſubſtitutio conſtat quatuor expreſſis ſubſtitutionibus, duabus videlicet vulgaribus, quibus inuicem ſubſtituuntur, & duabus pupillaribus, quibus ſimiliter inuicem ſubſtituuntur, vt diſpu. 183. & 184. explicatum eſt. Quin, ſi ſimul eſſent mente capti, eadem breuiloqua ſubſtitutio conſtaret ſex conſtitutionibus expreſſis, quatuor videlicet explicatis, & duabus alijs exemplaribus, quibus inuicem ſubſtituerentur; vt diſput. centeſima octuageſima quinta, dictum eſt. Imò verò, eſto mente capti non eſſent, ſed ſubſtitutio illa ſimul ſortiretur rationem compendioſæ, vt ſi teſtator diceret, quocunque tempore è vita diſceſſerint, eos inuicem ſubſtituo; contineret ſex ſubſtitutiones, quatuor ſcilicet priori loco explicatas, ſi ante annos pubertatis diſcederent, & duas fideicommiſſarias, quibus, qui prior è vita poſt pubertatem diſcederet, reſtituere grauaretur alteri eam partē, in qua teſtator potuit eos grauare, vt diſputatione ſequenti dicetur. Eademque ratione, ſi ſimul eſſent mente capti, contineret octo ſubſtitutiones, nempe ſex directas, de quibus ſupradictum fuit, & duas fideicommiſſarias quibus grauati inuicē reſtituere cenſerentur in euentu, quòd ſani mente extra annos pubertatis è vita diſcederent. Emmanuel à Coſta loco citato fusè contra Paulum Caſtrenſem cum communi Doctorum ſententia oſtendit, caſu, quòd inter perſonas reciprocè, & compendioſè hoc modo ſubſtitutas daretur inæqualitas, quia vna eſſet pubes & alia vel aliæ impuberes, locum non habere pupillarem ex parte impuberum, ſed ſolum omnes alias. Idemque eſſet de exemplari, ſi vnus reciprocè ſubſtitutorum eſſet ſanæ mentis. Hæc diſputationibus citatis iuribus, doctorumque auctoritate confirmata ſunt: id verò, quod de breuiloqua quando ad compendioſam extenditur dictum eſt, diſputatione ſequenti fiet manifeſtum, eaque de cauſa non pluribus hoc loco hæc omnia confirmo: Lege Anton. Gom. 1. tom. var. reſol. capitu. 8. & Couarr. capitu. Raynutius, de teſta. §. Tametſi Couarruuiæ doctrina §. 9. ſequenti. numero ſecundo, corol. 7. vbi aſſerit, reciprocam ſubſtitutionem nunquam continere fideicommiſſariam, niſi codicillis fiat, non placeat. contrarium namque ex dictis eſt manifeſtum, quando ſimul extenditur ad compendioſam ex reciprocis conſtantem.

Breuiloqua quando expirat.

Reciproca ſubſtitutio, quoad ſingulas partes ex quibus coaleſcit, eo pacto expirat, quo, dum de ſimplicibus ſubſtitutionibus erat ſermo, dictum eſt eas expirare. Obſeruant tamen cum Bart. & communi doctorum ſententia Couar. §. ſeptimo, citato, numero vlt. & Anton. Gom. cap. octauo, citato num. etiam vlt. reciprocam pupillarem ſubſtitutionem non expirare ex parte vnius extremi adhuc impuberis, ex eo quod expiret ex parte alterius extremi, quod ad pubertatem peruenit. Idemque cenſendum eſt in alijs ſimilib. reciprocis ſubſtitutionibus, vt ex eo, quod è duobus amentibus adinuicem exemplariter ſubſtitutis vnus ad ſanam mentem redeat, expiretque proinde ſubſtitutio illi facta,

A non cenſetur expirarare ſubſtitutio facta alteri, qui ſui compos nondum eſt effectus.

L. Titia Seio, §. Seia. ff. de legat. 2. cum quædam teſtatrix legaſſet fundum duobus, eoſque grauaſſet ne illum alienarent, ſed qui poſterior eorum è vita diſcederet, illum reſtitueret tribus ſuis hæredibus, aut eis, qui ex illis ſuperſtites eſſent, Paulus Iuriſconſultus reſpondit, eam teſtatricem in eo fideicommiſſo videri feciſſe duos gradus: vnum, vt is, qui ex duobus legatarijs prior decederet, partem ſuam fundi alteri reſtitueret: alterum verò, vt qui poſterior moreretur, integrum fundum hęredibus reſtitueret.

L. vel ſingulis. ff. de vulgari. & §. vel ſingulis, inſt. de pupillari ſu bſt. habetur, eum, qui multos filios impuberes habet, poſſe vel ſingulis ſubſtituere, loco ſingulorum teſtamentum conficiendo in quo vnicuique ſubſtitutum conſtituat, vel poſſe ſolum

B ſubſtituere ei; qui nouiſſimus eorum impubes deceſſerit, permittendo, vt iuxta legem duodecim tabularum, legitimæ decedentium inter ſuperſtites vſque ad nouiſſimum diuidantur, ſolique nouiſſimo, ad quem tandem tota hæreditas deuenerit, ſubſtitutum pupillarem conſtituendo.

Occaſione horum iurium Couar. capit. Raynutius, de teſtam. §. 8. diſputat, an, quando aliqui inſtituuntur, eiſve legatum relinquitur, & præcipitur, vt qui vltimus è vita deceſſerit, reſtituat alij, aut alijs, eo ipſo hæredes ita inſtituti, aut legatarij, cenſeantur breuiloqua ſubſtitutione adinuicem ſubſtituti. Nam ex §. Seia citato pars affirmans colligi videtur: at verò ex duobus alijs iuribus cōtrarium videtur inferri. Quęſtio.

Paucis autem dicendum eſt, quando ex teſtatoris diſpoſitione intelligitur, voluntatem ipſius eſſe, vt qui vltimus è vita deceſſerit, totum legatum, aut totam hæreditatem pluribus relictam, alicui Deciſio.

C aut aliquibus reſtituat, vt ex diſpoſitione, de qua §. Seia, eſt ſermo, ſatis perſpicuè intelligebatur, tunc hæredes aut legatarij reciprocè ſeu breuiloquè cenſentur ſubſtituti: erit autem talis reciproca ſubſtitutio, vel fideicommiſſaria, vel pupillaris, vel exemplaris aut etiam vulgaris, prout materia ſubiecta poſtulauerit.

Ab hac regula excipitur, niſi alia via hæreditas tota, aut legatum totum deuentura eſſent ad vltimum, cui in vniuerſam hæreditatem, aut legatum ſubſtitutus datur. Vnde ſi quis hodie, habens ſolos filios impuberes, qui, aſcendentibus careant, in hūc modum teſtetur, inſtituo hæredes tres meos filios, quòd ſi omnes impuberes deceſſerint, eorum vltimo in vniuerſa mea bona, & ſi quæ alia tempore mortis ſuæ habuerit, & ſubſtituo Petrum fratrem meum; vtique impuberes non cenſentur inuicem ſubſtituti: quoniam ſine vlla ſubſtitutione bona teſtatoris hæreditario iure deuentura erant ad eum,

D qui impubes vltimo ex hac vita decederet, & cui pupillarem ſubſtitutum exhibuit: atque hoc eſt, quod habetur l. vel ſingulis. & §. vel ſingulis citatis. Quod ſi impuberes illi aſcendentes haberent, qui ſecluſa impuberum mutua pupillari ſubſtitutione, hæredes ſingulorum exiſterent, vtique tunc, qui prædicto modo teſtaretur, cenſeretur impuberes illos reciprocè ſubſtituere pupillariter, vt excluderetur mater, aut alius aſcendens ab illorum bonis: quoniam alioquin hæreditas tota non deueniret ad vltimum, cui in eam vniuerſam pupillaris ſubſtitutus datur.

Quando aliqui hæredes, aut legatarij, inſtituti ſunt in vniuerſam hæreditatem, aut in fundum, eiſque omnibus ſubſtitutus poſt eorum mortem eſt datus, tunc, niſi ex diſpoſitione apertè conſtet mentem teſtatoris fuiſſe, vt qui vltimus moreretur

retur totum reſtitueret, non cenſeretur eſſe reciproca ſubſtitutio inter ita inſtitutos aut legatarios, ſed eo ipſo, quod quiſque eorum moreretur, pars illius deuolueretur ad ſubſtitutum omnibus datum, adeò, quod eſto teſtator diceret, vt poſt mortem omnium aut vtriuſque hæreditas, aut legatum ad ſubſtitutum deueniret, non cenſetur facta inter eos reciproca ſubſtitutio. Ita colligitur ex l. vltim. §. filium. ff. de lega. 2. ex l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. & affirmat communis ſententia, quam refert ac ſequitur Couar. §. 8. citato num. 4. Idem etiam confirmat Couar. ex l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. vbi quidam dum filios hæredes inſtituit, eoſque grauauit, vt ſi ſine liberis decederent, ſibi mutuo reſtituerent portiones hæreditatis, & qui vltimus decederet, reſtitueret integram hæreditatem cuidam nepoti teſtatoris; cũ autem vnus deceſſiſſet relicto filio, & aliter poſteà ſine filijs eſſet mortuus; dubitabatur, an portio illius reſtituenda eſſet nepoti, eo quod defeciſſe videretur conditio, quippe cum teſtator ſtatuiſſet, vt, vtroque ſine filijs defuncto, vltimus integram hæreditatem reſtitueret. Reſponſumque eſt, ex præſumpta teſtatoris voluntate portionem illam eſſe reſtituendam: quoniam qui ſtatuit, vt vtroque ſine liberis decedente, reſtitueretur tota hæreditas, præſumẽdum eſt velle, vt vltimo ſolo ſine liberis decedẽte, pars illius ſimili modo reſtitueretur. Hæc tamen deciſio parum profectò doctrinam illam confirmat.

Ab hac ſecunda regula excipitur, niſi adſit perſona adeò teſtatori cara, vt veriſimiliter credendum ſit, voluiſſe eam præferri ſubſtituto, vt colligitur ex l. penult. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus; vbi cum teſtator, habens duos filios impuberes, dixiſſet, ſi vterque impubes deceſſerit, ſubſtituo eis Titium, dubitarentque antiqui legiſlatores, an in eo euẽtu ſtatim, ac quiuis eorum moreretur, pars illius deueniret ad ſubſtitutum, an potiùs cenſeretur facta reciproca pupillaris ſubſtitutio inter illos, eligitur Sabini ſententia, qui aſſerebat, ex præſumpta teſtatoris voluntate, eo quod eſſent filij, cenſendos eſſe adinuicem ſubſtitutos, nec prius portionem primò decedentis deuenire ad ſubſtitutum, quam vterque vitam finiret.

DISPVT. CXCII.

De compendioſa ſubſtitutione, & ſimul de militari.

Compẽdioſa quid.

COmpendioſa ſubſtitutio eſt, quæ plures quoad diuerſa tempora complectitur ſubſtitutiones verbis ſaltem generalibus expreſſas. Per particulam quoad diuerſa tempora, excluditur breuiloqua, ſeu reciproca ſubſtitutio, qua talis, quæ non quoad diuerſa tempora, ſed quoad diuerſas perſonas complectitur plures ſubſtitutiones, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Per particulam, expreſſas verbis ſaltem generalibus, excluditur ſubſtitutio vulgaris facta pupillo, quæ tacitè comprehendit, annexamve habet pupillarem ex præſumpta teſtatoris voluntate, & ſimiliter pupillaris ſimplex ſubſtitutio, quæ ex eadem præſumpta teſtatoris voluntate annexam habet tacitam vulgarem, vt diſputat. 183. & 184. oſtenſum eſt.

Emmanuel à Coſta, ſi pater, numero 13. fol. quarto, ait, ſi, inſtituto filio impubere, quis dicat, quandocunque è vita diſceſſerit, Ioannem illi ſubſtituo; eſſe ſubſtitutionem compendioſam: quia verborum cõpendio pupillarem complectitur, ſi ille ante pubertatem diſcedat, & fideicommiſſariam, ſi ſine liberis poſt pubertatem moriatur. At vero inquit, ſi dicat, ſi in pupillari ætate vel poſtea diſceſserit, Ioannem illi ſubſtituo; non eſse compendioſam, ſed eſse duas diſtinctas ſubſtitutiones nullo verborum compendio in vnam vnitas. Citat ad id Gloſſam. l. precibus, verb. fideicommiſſi, prope finem. C. de impuberum & aliis ſubſtitut. Cæterum quamuis Gloſſa illa affirmet illas eſſe duas ſubſtitutiones, non tamen negat ex illis confici vnam integram compendioſam expreſſam verbis ſingularibus. Vnde iuxta ea quæ diſputatione præcedente de reciproca dicta ſunt, defendi optimè poteſt, eſſe compendioſam, idque præter alios affirmat Gregor. Lopez l. 12. titulo quinto, part. 6. Gloſſa prima, tametſi id, vnde compendioſæ nomen eſt impoſitum, illi non conueniat, ſed aliis, quæ regulariter verborum compendio fieri ſolent. Cui ſententia Emmanuelis à Coſta placuerit noſtræ definitioni addat particulam, verborum compendio, ac dicat, quæ verborum compendio plures quoad diuerſa tempora complectitur ſubſtitutiones generalibus ſaltem verbis expreſſas.

Couarruu. cap. Raynutius, de teſtat. §. 9. numero primo, ait, diuerſa tempora, quæ compendioſam efficiunt ſubſtitutionem, non eſſe alia, quam pupillaris ætatis & pubertatis. Iuxta eam verò ſententiam excludendam eſſet à compendioſa ſubſtitutione, ſi quis inſtituto hærede extraneo aut filio pubere, adderet, quandocunque è vita diſceſſerit, illi ſubſtituo Antonium. Licet enim hæc ſubſtitutio verborum compendio duas expreſſas complectatur, nempe vulgarem, ſi ante teſtatorem, vel alia ratione hæreditate nõ adita diſceſſerit, & fideicommiſſariam, ſi poſt aditam hæreditatem moriatur; quia tamen id non facit diuerſitas pupillaris ætatis & pubertatis, ſed differentia penes aditam aut non aditam hæreditatem, non comprehenderetur in definitione eo pacto intellecta. De hac ſubſtitutione diſputat Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater, numero decimo tertio, folio quarto, & quamuis, citato in contrariam partem Curtio Iuniore, addat, quæſtionem videri de nomine, neque eſſe circa eam diutius immorandum: poſteà tamen verb. habens, numero decimo ſexto, fol. vigeſimo primo, compendioſam eam appellat, eſtque meo iudicio appellanda. Etenim ſicut pubertas & impubertas, quia non poſſunt eidem ineſſe ſimul, exigunt diuerſa tempora, ideoque ſubſtitutiones compendio in pupillarem, & extra pupillarem ſtatum factæ cenſentur plures per comparationem ad diuerſa tempora: ita cùm vni & eidem hæredi nõ poſſit ſimul conuenire adijſſe & nondum adijſſe hæreditatem, vtique expreſsæ ſubſtitutiones compẽdio verborum pro vno & altero ſtatu factæ erunt ſimiliter plures per comparationem ad diuerſa tempora, atque adeò ſubſtitutio, quæ eas complectitur, verè erit compendioſa.

Couarru. loco citato ex eodem capitulo vult hanc non eſse compendioſam, ſi filius meus in pupillari ætate diſceſserit, ſubſtituo illi Sempronium; eſto verborum compendio generalibus verbis contineat expreſsè vulgarem, ſi ille in pupillari ætate teſtatorem, aut aliter non adita hæreditate diſceſſerit, & pupillarem, ſi hæreditate adita pupillus diſceſserit. Exiſtimo tamen cum Bald. & communiori ſententia, quam idem Couarruu. ibidem refert, eſse compendioſam, idque propter eandem rationem, qua præcedentem compendioſam eſse oſtẽdimus.

Hæc verò ſubſtitutio impuberi filio facta, & longè maiori ratione ſi fuerit facta puberi, aut extraneo; quocunque tempore è vita diſceſserit, rogo illum vt hæreditatem Petro reſtituat; non eſt compendioſa, vt rectè Couarruu. ibidem, & alij doctores adnotarunt: quoniam propter verba illa, rogo, vt reſtituat, quæ ſunt obliqua ſolum eſt ſimplex fideicommiſsaria ſubſtitutio.

Duo obſeruanda ſunt in lucem cæterorum,

quæ in hac diſputatione ſunt ſubijcienda. Vnum eſt, ex illo priuilegio militis, de quo diſputatio. centeſima octuageſima ſecunda, inter explicandam definitionem militaris ſubſtitutionis dictum eſt, prouenire quòd miles filio impuberi ſubſtituere poſſit cõpendioſè duplici directa ſubſtitutione: vna pupillari ſicut cæteri: & altera pro tempore extra pupillarem ætatem, per quam directè ſuccedatur in ſolis bonis, quæ à tali milite filio obuenerunt, de qua ſtatim dicemus. Eis autem, qui milites non ſunt, ſolum eſt datum filijs poſt pubertatem (modò amentes non ſint) atque extraneis, ſubſtituere fideicommiſſariè, ſeu indirectè.

Alterum eſt, vt cum Barto. Panormit. & Couarr. diſputatio. 155. diceoamus, verborum, quibus ſubſtitutio fit, quædam appellari directa, propria, ac ciuilia; illa videlicet, quæ, ſeruata ſermonis proprietate, ſolum inſeruiunt directę ſubſtitutioni, eamque ſolam denotant. Eiuſmodi ſunt verba, ſit hæres, inſtituo, & ſi quæ ſunt huiuſmodi. Vt ſi quis, inſtituto hærede in hunc modum illi ſubſtituat; ſi hęres nõ fuerit, aut ſine liberis deceſſerit, ſit hæres Petrus, aut inſtituo Petrum. Verba namque illa, ſit hæres Petrus, aut inſtituo Petrum, in ea ſubſtitutione appoſita, proprietate ſermonis ſeruata, ſolum ſignificant directam ſubſtitutionem. Quædam verò alia dicuntur indirecta, ſeu obliqua, illa nempe, quæ ſolum inſeruiunt indirectæ, fideicommiſſariæve ſubſtitutioni, eamque denotant. Cuiuſmodi ſunt verba, volo, rogo, mando, vt reſtituat, aut reſtituet hæreditatem, vel partem illius Petro, & alia eiuſmodi. Alia autem communia nuncupantur, eò quòd tam directæ, quam indirectæ ſubſtitutioni aptari poſſint, atque adeò vtramuis ſignificare. Vt ſunt verba, ſubſtituo, ſuccedat, deueniant bona, moriatur Petro, hoc eſt, in commodum & vtilitatem Petri (quo verbo vtitur, cap. ſi pater, de teſta. lib. 6.) hæc namque omnia verba æquè ſubſtitutioni directæ & indirectæ accommodari poſſunt, & vtramuis denotare ac ſignificare, vt ex ſe eſt manifeſtum.

His prænotatis, ſi quis hac verborum forma filio impuberi ſubſtitueret, inſtituo filium meum Petrum, eique vulgariter, pupillariter, & fideicommiſſariè ſubſtituo Ioannem; vtique, ſi ante teſtatorem diſcedat, locum habebit vulgaris ſubſtitutio expreſſa; ſi poſtea ante pubertatem, habebit locum pupillaris, ſi verò poſt pubertatem, obtinebit fideicommiſſaria. Quòd ſi diceret; quocunque tempore Petrus diſceſſerit, ei omni modo, quo poſſum, ſubſtituo Ioannem; non ſolum haberent locum prædictæ omnes ſubſtitutiones ſed etiam, ſi mente captus eſſet, locum haberet exemplaris, imò ſi teſtator miles eſſet, haberet locum militaris, ita vt ſubſtituto optio daretur, quo horum modorum ſuccedere vellet: quandoquidem omnes comprehenſi eſſent verbis illis teſtatoris. Quia tamen teſtatorum diſpoſitiones non ſemper ſunt perſpicuæ, multæque ſunt compendioſæ ſubſtitutiones, de quibus eſt controuerſia, quas ſimplices contineant, ſubijcienda ſunt quæ ſequuntur.

Si miles filio impuberi verbis directis ſeu ciuilib. in hunc modum ſubſtituat, quandocunque filius meus è vita diſceſſerit, ſit hæres Ioannes; in primis talis compendioſa ſubſtitutio comprehedit vulgarem, non ſolum tacitam, ſed etiam expreſſam verbis generalibus, per quam ſi filius, vel quòd ante patrẽ mortuus fuerit, vel alia de cauſa hæres non fuerit, Ioannes hæres exiſtet. Deinde fatentur omnes comprehendere pupillarem, per quam, ſi filius hæres extiterit, atque intra pupillarem ætatem mortuus fuerit, Ioannes ſuccedit in omnibus bonis illius, tam quæ à patre, quam aliunde habuerit, excludetque matrem, etiam in portione legitima matri in boni talis

A filij alioquin debita, iuxta ea quæ de ſubſtitutione pupillari expreſſa diſputation. centeſima octuageſima quarta, dicta ſunt. Pro reliquo autem tempore extra pupillarem ætatem, ſi mater mortua ſit, & talis filius ſine liberis deceſſerit (ſemper namque ea tacita conditio intelligitur, quando ſubſtitutio fit alicui deſcendentium, vt diſputatio. centeſima nonageſima, dictum eſt) fatentur etiam omnes includere directam militarem, per quam ſola bona, quæ ex parte patris tali filio aduenerunt, vnà cum fructibus in eis bonis inuentis, ſpectabunt ad Ioannem ſubſtitutum (vtrum verò hodie, etiam legitima, quæ filio in eiſdem bonis a patre erat debita ad eum pertineat, dicetur ſtatim) reliqua verò bona filij non item, ſed pertinent ad hæredes ab inteſtato, vel ex teſtamento à tali filio relictis. Ratio eſt, quoniam pro eo tempore non potuit pater circa ea bona ſubſtitutum ei dare. Compendioſam illam ſubſtitutionem continere pupillarem & mili-

B tarem, directam modo explicato, colligitur apertè ex leg. Centurio, ff. de vulgari, & ex leg. milites etiam, & leg. milites ita. ff. de militari teſtamen. Id autem, quod de fructibus in eis bonis inuentis dictum eſt, habetur l. Centurio citata atque explicabitur inferius.

Quando pater miles erat, & militis priuilegio filio impuberi compendioſè verbis directis ſeu ciuilibus ſubſtituit, taliſque filius matre ſuperſtite pubes factus mortuus eſt, in hunc modum Imperatores Diocletianus & Maximianus. leg. precibus, verſicu. vltim. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus matri conſulenti reſponderunt. Sin verò poſt pubertatem mortuus eſt, tunc eius te ſucceſſionem obtinente, veluti ex cauſa fideicommiſſi, bona, quæ, cũ moreretur patris eius fuerint, à te peti poſſunt. Ea videlicet petendo à ſubſtituto verbis directis tali filio à patre dato. Quibus verbis innuitur, ſubſtitu-

C tionem illam poſt pubertatem non eſſe directam militarem, ſed fideicommiſſariam: contra id, quod ſonant lex Centurio ff. de vulg. & alia iura citata. Verba legis Centurio hæc ſunt. Centurio, filio ſi intrà viceſimum & quintum ætatis annum ſine liberis è vita diſceſſerit, directo ſubſtituit. Intrà decimum quartum annum, etiam propria bona filij, ſubſtitutus iure communi (militibus videlicet cum paganis) capiet. Poſt eam autem ætatem, ex priuilegio militum patris duntaxat cum fructibus inuentis in hæreditate.

Circa intellectum, conciliationemque horum iurium, multum variant iuriſperiti, adeò vt Emmanuel à Coſta capitulo ſi pater. part. tertia, verbis interdum à numero quadrageſimo quinto, folio 503. vndecim modos conciliandi exponendique hæc iura afferat. Nos præcipuos duntaxat afferemus.

D Stãdo in ſolo iure communi, quàm plurimi, quos Couarruu. cap. Raynutius, de teſtam. 9. à num. 6. refert ac ſequitur, aſſeruerunt vniuerſim, quando miles teſtando priuilegio militis gaudet, filioque poſt pubertatem verbis directis ac ciuilibus ſubſtatutum tradit, ſubſtitutionem eſſe directam militarem, ſiue mater talis filij ſuperſtes ſit, ſiue non, ac proinde, ſi talis filius ſine liberis deceſſerit, ſubſtitutum admittendum eſſe ad omnia bona filij, quæ ex milite teſtatore illi obuenerunt, iuxta l. Cẽturio citatam. Quod intelligendum eſt, non ſolum de bonis talis militis caſtrenſibus, ſed vniuerſim de omnibus illius bonis: eò quòd priuilegium militis id, eo pacto hæredibus, quos inſtituerit, directè ſubſtituendum, de omnibus militis bonis intelligatur. Reſpondent vero ad leg. precibus hi Doctores, idcirco Imperatores non dixiſse ea bona peti poſse à matre ex cauſa fideicommiſſi, quoniam re vera ibi non fuit fideicommiſ-

ſum,

ſum, ſed directa ſubſtitutio: quia tamen mater in eo euentu hæres erat filij, ac proinde bona omnia, tam quæ à patre, quam quæ aliunde filio obuenerant, ad ipſam tanquam ad filij hæredem permixtim deuenerant, dicitur ſubſtitutum perinde petere ab ea poſſe bona, quæ fuerunt patris, ac ſi mater illa grauata eſſet ea reſtituere. Neque dictum eſt, poſſe petere partem eorum bonorum, quaſi mater, vel Trebellianicam, vel legitimam filij in bonis patris retinere deberet, ſed dictum eſt, bona abſolutè quæ fuerunt patris, vt pote directa militari ſubſtitutione pertinentia ad ſubſtitutum. Certè hæc opinio mihi vera videtur ſtando in ſolo iure communi.

Couarru. loco citato numero decimo cum Alexandro, Paulo Caſtrenſi, & alijs, cenſet, quamuis ante iura authenticorum, & l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſ. teſtamen. poſſet miles, dum militatis priuilegio teſtabatur, excludere matrem & aſcendentes alios à legitima filij puberis in bonis talis militis, ſubſtituendo filio in omnibus eis bonis, directò quemcunque vellet, vt præter iura citata conſtat ex leg. cum filius familiaris. ff. de militari teſtament. nihilominus poſt authenticum, vt cum de appellatione cognoſ. §. aliud quoque capitulum, & leg. quoniam in prioribus, id non poſſe. In authen. quippe citato ſic habetur. ſancimus non licere penitus patri, vel matri filium, vel filiam, vel cæteros liberos præterire, aut exhæredes in ſuo teſtamento facere, nec ſi per quamlibet donationem, &c. Penitus dixit vſque adeo, vt priuilegium, quod ad id antea milites habebant, vt conſtat ex leg. vltima C. de inoffic. teſtam. excludatur. Et leg. quoniam in prioribus, omne grauamen a legitima liberorum excluditur, irritumque eo ipſo fit. Quæ doctrina, ſi vera ſit, vtique probat, non ſolum matri, ſi ſuperſtes ſit, ſed etiam quibuſcunque alijs hæredibus filij ab inteſtato, aut ex teſtamento deberi legitimam in bonis patris tali filio debitam, non obſtante quacunque directa militari ſubſtitutione à patre tali filio facta, vt Gregorius, Lopez leg. 12. titulo quinto, parte ſexta, verb. *Aura la madre*, & verb. *la tercera parte*, rectè adnotauit. Socinus tamen & alij, quos Gregorius, Lopez loco citato refert, & in quorum ſententiam propendet, & quos ſequitur Emmanuel à Coſta loco citato. nume. 51. fol. 504. cenſent, licet miles poſt iura authenticorum non poſſit exhæredare aut præterire filium, poſſe tamen ei directò ſubſtituere in omnibus bonis, quæ ex ipſo profluxerint, excluſa matre, & quocunque alio aſcendente, aut collaterali: ſicut etiam, non ſolum miles, ſed etiam paganus, poteſt ſubſtituere filio impuberi in omnibus bonis excluſa matre, & alijs aſcendentibus, eſto exhæredare aut præterire illum non poſſit. Atque hæc ſententia eſt Bart. & communior, neque videtur ab ea recedendum, præſertim in hoc Luſitanæ regno, in quo Bart. opinionibus eſt ſtandum, quando communiter non reijciuntur, neque eſt textus, conſuetudo, aut gloſſa Accurſij in contrarium.

Gloſſa leg. precibus, verb. fideicommiſſi, gloſſ. vltima leg. Centurio, glo. cap. ſi pater, de teſt. lib. 6. verb. abſque deductione, Azo, & multi alij conciliant aliter hæc iura. Nempe, vt quando pubes, cui verbis ciuilibus datus eſt ſubſtitutus à patre milite, non habet matrem, ſubſtitutio ſit directa, excludatque ſubſtitutus hæredes talis filij puberis quoad omnia bona, quæ illi obuenerunt ex parte patris, iuxta leg. Centurio: quando vero habet matrem, fauore matris, ac ſimul etiam filij, obliquetur ſubſtitutio, ac fiat fideicommiſſaria, iuxta leg. precibus. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus. Hæc ſententia procul dubio eſt ſancita in regno Caſtellæ. leg. duodecima, tit. 5. part. 6. Vult tamen lex illa, quod ſi talis filius ab inteſtato diſcedat, vltra, omnia bona, quæ aliunde, quam à patre habebat, matri adueniat legitima filio in bonis patris militis debita, quæ eo tempore erat tertium bonorum patris, ſi non habebat alios cohæredes deſcendentes patris, hodie verò in eo regno ſunt omnia bona præter quintum: ſi quid autem vltra legitimam filio ex parte patris aduenit, id mater reſtituat ſubſtituto, Trebellianica inde minimè detracta. Quod autem in ea lege ſermo ſit de propria fideicommiſſaria ſubſtitutione, teſtantur, tum alia, tum præcipuè, quod ea de cauſa ea lege ſimul ſtatuitur, vt ſepulchra hæreditaria ex parte patris adueniant matri, & non ſubſtituto: ſi autem ſubſtitutus eſſet hæres directus militis, & non fideicommiſſarius, vtique, iuxta ea quæ de eiuſmodi ſepulchris diſputat. 188. dicta ſunt, illi etiam aduenirent tanquam hæredi tempore legis illius in maiori portione bonorum talis militis.

Emmanuel à Coſta. ca. ſi pater, parte tertia, verb. interdum, à nume. 59. fol. 508. aliter conciliare nititur illa iura. Nempe, quòd quando ſubſtitutio compendioſa, verbis ciuilibus facta impuberi, non fit in forma pupillaris, ſed miles dicit, quandocunque filius meus diſceſſerit, ſit hæres Ioannes; tunc ſiue ſuperſtes ſit mater, ſiue defuncta, filio pubere diſcedente ſubſtitutio ſit directa militaris, iuxta leg. Centurio, atque adeo ſubſtitutus in omnibus bonis militis excludat matrem & quoſcunque alios filij hæredes, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato. Quando vero fuit facta in forma pupillaris, quia miles dixit quandocunque filius meus diſceſſerit, ſit illi hæres Ioannes, tunc filio diſcedente extra ætatem pupillarem, ſit ſubſtitutio pro eo tempore, fideicommiſſaria quoad bona, quæ ex milite filius habet, idque ſiue mater ſit hæres talis filij, ſiue non. Ratio, inquit, eſt, quoniam pro tempore extra pupillarem ætatem, non aliter poteſt ſubſtitutus eſſe hæres filio, & non militi ipſi, vt ſubſtitutio, illa in forma pupillaris ſignificat, niſi filius rogatus cenſeatur à patre reſtituere bona, quæ ex ipſa obtinuerit tali ſubſtituto. Atque in hoc euentu cenſet procedere diſpoſitionem legis precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. aſſeuerans ſubſtitutionem, de qua in ea lege eſt ſermo, factam fuiſſe in forma pupillaris. Præter alia autem, quæ aduerſus hanc ſententiam dici poterant, ſanè l. precibus, ſtatim in initio, apertè ei refragatur. Preces namque, quæ a fœmina illa oblatæ fuerant Imperatoribus, continebant, patrem militem defunctum communem vtrique filium inſtituiſſe hæredem, ſecundumque hæredem ſcripſiſſe. Reſpondent verò Imperatores, eam explicare debuiſſe, an defunctus vulgarem, vel pupillarem, &c. ſubſtitutionem feciſſet; & ad ſingula membra, ad quæ preces ſe poterant extendere, reſpondent ſigillatim. Porrò ſi ſubſtitutio eſſe poterat vulgaris; ſanè talis ſubſtitutus non poterat eſſe hæres datus filio, ſed ipſimet teſtatori: quare ex eo textu non conſtat ſubſtitutionem factam fuiſſe in forma pupillaris, quaſi hæres datus eſſet filio: quin potius apertè conſtat, ſubſtitutionem illam non fuiſſe propoſitam in forma pupillaris. Quarè potius eligendum cenſeo aliquem ex duobus prioribus modis conciliandi ea iura. Atque in Regno Caſtellæ ſecundus eſt eligendus commodo, quo leg. duodecima citata eſt ſancitus. Stando verò in ſolo iure communi, potius eligerem primum.

Quod ſi miles filio iam puberi verbis ciuilibus quempiam ſubſtituat, dicendo, quandocunque mortuus fuerit, ſit hæres Ioannes, tunc ſubſtitutio eatenus erit compendioſa, quatenus comprehendet vulgarem in euentum, quòd filius ante teſtatorem, aut repudiata hæreditate moriatur: non verò quatenus

tenus comprehendit pupillarem; cùm talis filius pubes iam ſit. In euentum autem quod filius poſt patrem hæreditate adita ſine liberis moriatur, ſi quidem ſuperſtes non ſit mater, erit directa militaris: ſi verò mater ſit ſuperſtes, recurrit dubium paulò ante examinatum, vtrum cenſenda ſit militaris directa, an verò fideicommiſſaria fauore matris.

Si miles extraneum aliquem inſtituat hæredem, eiſdemque verbis illi quempiam ſubſtituat; erit ſubſtitutio compendioſa comprehendens vulgarem, & directam militarem, vt eſt ſatis perſpicuum.

Quando miles verbis communibus compendioſè ſubſtituit impuberi, cenſet Bartol. leg. Centurio, & communior doctorum ſententia, ſubſtitutionem pro tempore ante pubertatem eſſe pupillarem, pro tempore verò pubertatis eſſe directam militarem: Ratio eſt quoniam verbum commune directæ & fideicommiſſariæ ſubſtitutioni poteſt aptari: in dubio autem ſubſtitutio potius eſt cenſenda directa, quàm fideicommiſſaria, vt habetur capitu. ſi pater, de teſtamen. libro ſexto, Couarru. tamen capitulo Raynutius, de teſtamen. §. 9. numero decimo tertio, potius cenſet, pro tempore pubertatis eſſe fideicommiſſariam, ductus eo argumento, quòd licèt miles iure militari cenſeatur teſtari, quando diſpoſitio non poteſt aliter valere, vt ex l. 3. ff. de teſtamen. militis conſtat; attamen quando non conſtat voluiſſe vti priuilegio militis, & diſpoſitio valere poteſt iure communi ſibi cum paganis, non cenſetur teſtatus iure militari, ſed communi, vt colligitur ex l. in teſtamento. primo, C. de teſtamento milit. quarè cùm ſubſtitutio illa, ſi à pagano, hoc eſt, non milite, fuiſſet facta proculdubio eſſet pro tempore pubertatis fideicommiſſaria, quandoquidem paganus pro eo tempore non poteſt aliter ſubſtituere; conſequens eſt, vt facta à milite ſit etiam fideicommiſſaria. Placet tamen magis opinio Bart. & communis, non ſolum quoniam in hoc Regno non licèt in iudicando ab ea recedere, & quòd eo ipſo, quod communior eſt, cæteris paribus ſit probabilior & amplectenda: ſed etiam quod diſpoſitiones intelligendæ ſint prout congruunt temporibus & perſonis, vt de ſubſtitutionibus habetur expreſſe. cap. ſi pater, citato, ad eum ipſum effectum, de quo nunc agimus: circunſtantiæ autem legis in teſtamento citatæ, non poſtulabant, vt præſumeretur, militem iure militari voluiſſe tunc ſubſtituere, vt textum illum expendenti erit manifeſtum.

Quando miles ſolis verbis indirectis ſubſtitueret, eſto impuberi ſubſtitueret, & formæ effigiem compendioſæ haberet, ſolum eſſet ſubſtitutio ſimplex fideicommiſſaria: quoniam, vt ſupra dictum eſt, verba indirecta non inſeruiunt alij ſubſtitutioni, quam fideicommiſſariæ.

Refert verò, præter alia, ſubſtitutionem factam à milite directam eſſe, aut fideicommiſſariam: quoniã ſi fideicommiſſaria ſit, vtique fructus hæreditatis, qui iudicio teſtatoris percepti non ſunt, pertinent ad hæredem grauatum, & poſt mortem illius ad ipſius hæredes, interim dum fideicommiſſum vel abſentia vel negligentia fideicommiſſarij non petitur, vt diſput. 178. oſtenſum eſt: idque propterea, quod dominium hæreditatis pertinet ad hæredem grauatum, & huiuſque ſucceſſores interim, dum fideicommiſſum non reſtituitur, & in dominij conſequentiam pertinent etiam fructus. At verò, ſi ſubſtitutio directa ſit militaris, ſine dubio à puncto mortis hæredis, cui talis directus ſubſtitutus eſt datus, fructus pertinent ad ſubſtitutum, qui ab eo puncto militi ſuccedit immediatè, ac proinde eo ipſo, quòd primus hæres è vita diſcedit, militis hæreditas cenſetur iacere iterum,

A quouſque ſubſtitutus tanquam militis hæres eam adeat; eaque de cauſa fructus, tum in illa pendentes, tum etiam ex ea percepti medio tempore inter mortem primi hæredis & aditionem per ſubſtitutum factam, accreſcunt hæreditati, fiuntque ſubſtituti, hæreditate per eum adita. Atque hoc eſt, quod Papinianus docere intendit l. Centurio. ff. de vulg. illis verbis. Poſt pubertatem capiet ſubſtitutus ex priuilegio militum bona patris duntaxat cum fructibus inuentis in hæreditate, vt Emmanuel à Coſta. cap. ſi pater. par. 3. verb. obliqua, à numero 43. fol. 468. reiectis alijs expoſitionibus ingenioſè ſatis ac doctè oſtendit.

Vt ad paganum, hoc eſt, eum qui non priuilegio militis teſtatur, gradum faciamus, ſi paganus filio impuberi ciuilibus verbis in hũc modum ſubſtituat; ſit hæres filius meus, & quocunque tempore è vita diſceſſerit, ſit hæres Ioannes, controuertunt doctores, vtrum eiuſmodi ſubſtitutio, præter vulgarem, atque etiam pupillarem, quæ ab omnibus bonis talis B filij excludat matrem, ſi is intrà pupillarem ætatem è vita diſcedat, comprehendat etiam fideicommiſſariam pro tempore pubertatis: nam paganus ſubſtituere non poteſt directò pro eo tempore. Gloſſa Accurſij vlum. l. Centurio. ff. de vulgari, & multæ aliæ Ciuilis & Canonici iuris, quas referunt Couarr. capitulum Raynutius, de teſtamen. §. 9. numero 15. & Anton. Gom. primo tomo varia. reſol. cap. 7. numero quarto, & copioſius Emmanuel à Coſta, capitulo ſi pater, par. 3. verb. interdum, numero ſeptuageſimo ſecundo, fol. 518. & communis interpretum iuris ciuilis opinio, de quorum numero eſt Bar. quam referunt ac ſequuntur Couarru. & Emmanuel à Coſta locis citatis, negant eam comprehendere, ſed dicunt eo ipſo, quod filius ille hæreditate adita peruenit ad pubertatem, extingui ſubſtitutionem, bonaq; omnia, ab teſtatore tali filio relicta, pertinere ad filij hæredes ex teſtamento aut ab inteſtato. Ducun- C tur, quoniam, vt dictum eſt, paganus non poteſt pro eo tempore ſubſtituere directò: verba autem ciuilia, quale eſt illud, ſit hæres, non denotant ac ſignificant fideicommiſſariam, ſed directam ſubſtitutionem. Conſentit l. verbis ciuilibus. §. de vulgari, quæ ſic habet. Verbis ciuilibus ſubſtitutionem poſt decimum quartum annum ætatis fruſtra fieri, conuenit: idem autẽ eſt fruſtra fieri, quod fieri inualidè. Eadẽ ſententia eſt apertè definita in regno Caſtellę, l. 12. ti. 5. p. 6.

Excipiunt nihilominus autores huius ſententiæ nonnullos caſus, in quibus ſubſtitutio illa poſt pubertatem vim fideicommiſſarię habet. Primus eſt, ſi ſubſtitutio illa ſit facta in codicillo: nam tũc ante pubertatem & poſt pubertatem obliquatur, iuxta ea, quæ diſputatio. 182. ac alibi dicta ſunt. Idem eſt, ſi facta ſit in teſtamento, ſed appoſita eſt clauſula codicillaris: quia tunc poſt pubertatem obliquatur, vt lo- D cis citatis dictum eſt; & vtrumque affirmant Anto. Gomez. numero quarto, citato, & alij quos citat. Secundus eſt, ſi talis ſubſtitutio fieret à matre filio impuberi, vel à patre eidem, ſed emancipato, in quibus euentibus locum non habet pupillaris ſubſtitutio, vt diſputatio. 184. dictum eſt, aut ſi fieret in eadem forma filio iam puberi: cùm enim tunc parens aliquam ſubſtitutionem filio intendat facere, neque alia locum habeat: quàm fideicommiſſaria, cenſetur fideicommiſſariè illi ſubſtituere. Ita Anton. Gomez. numero quarto, cita. Conſentit Emmanuel à Coſta, capitu. ſi pater, verb. interdum, numero 94. quando ſubſtitutio fit puberi, citatque pro eadem ſententia Accurſium, & Azonem. Tertium addunt aliqui, cum quibus Couarruu. §. 9. cita. numero 16. conſentit, imò ita habetur expreſſe. l. duodecima, titu. quinto, par. 6. quando pater filio impuberi nõ emãcipato ſubſtituit illo modo, ſed dicit, quocunque tempore

ſine

ſine liberis diſceſſerit ſit hæres Ioannes: cum enim conditio illa, ſi ſine liberis deceſſerit, adiecta non ſit pro tempore pupillaris ætatis, in quo nulla eſt veriſimilitudo, quod filius habebit, ſanè conſtat patrem intendiſſe illi ſubſtituere etiam pro tempore extra pupillarem ætatem, atque adeò fideicommiſſariè: cum eo tempore locum non habeat alia ſubſtitutio, quàm fideicommiſſaria. Quartum cum Angelo, & alijs addit Emmanuel à Coſta. capitu. ſi pater, verb. interdum, numero octuageſimo nono, fol. 525. quando ſub ea forma ſubſtituitur à patre impuberi ad pias cauſas. Vt enim habetur cap. ſi pater, de teſtamentis. lib. 6. directa ſubſtitutio interdum trahitur ex iuſta cauſa ad fideicommiſſariam: nulla autem iuſtior eſt cauſa ad id efficiendum, & ad præſumendum eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, quã cauſa pietatis.

Ioannes Andreas. cap. ſi pater, de teſtam. libro 6. vniuerſim aſſeruit, ſubſtitutionem illam pro tempore pubertatis valere vt fideicommiſſariam, quoniam ex forma illa, pro quocunque tempore ſubſtituendi filio impuberi, præſumendum eſt, patrem etiam pro tempore pubertatis, intendiſſe illi ſubſtituere, neque pro eo tempore potuit aliter, quàm fideicommiſſarie in ſubſtitutionibus autem voluntati præſumptæ teſtatoris eſt ſtandum; neque iura, quæ contrarium innuunt, ius poſitiuum teſtatoris voluntati contrarium inuehere intendunt, ſed ſolam præſumptam voluntatem teſtatoris ex verbis, quibus eſt teſtatus, explanare Panormitan. capitulum Raynutius, de teſtam. numero vigeſimo primo, quamuis dicat contrariam Barto. ſententiam de iuris ſubtilitate eſſe veriorem; ait tamen de æquitate ſententiam Ioannis Andreæ multum ſibi placere. Eandem amplectitur Anton. Gom. numero quarto, citato tanquam veriorem cum Baldo, Cardinali, Anton. de Butrio. & alijs, quos citat; tametſi fateatur, contrarium eſſe cõmunem, & in regno Caſtellæ definitam. Ad l. verbis ciuilibus, cui autores contrariæ ſententiæ nituntur, reſpondet; fruſtra fieri ſubſtitutionem poſt pubertatem verbis directis, valeat tanquam directa, nõ vero vt valeat tanquam fideicommiſſaria, quando eſt præſumptio eam fuiſſe teſtatoris voluntatem. Sanè in hanc ſententiam propendeo tanquam tutiorem in foro conſcientiæ, in quo præſumptæ teſtatoris voluntati in hoc euentu eſt ſtandum; cum iura nihil contra voluntatem teſtatoris præſumptam ſtatuere impendant, præſumendumque ſemper ſit, quãdo circunſtantiæ non occurrerint quæ contrarium ſuadeant, illam fuiſſe voluntatem teſtatoris. Fortaſſe in hoc Luſitaniæ Regno, cum contraria ſit ſententia Accurſij, Barto. & communis, iudices propter ordinationem, ſententiam ferre non audebunt pro opinione Ioannis Andreæ, interim dum communis inter recentiores effecta non fuerit, & multò minus in Regno Caſtellæ, in quo lex eſt in contrarium.

Si paganus verbis communibus in hunc modum filio impuberi ſubſtituat quocunque tempore filius meus ex hac vita diſcedat, illi ſubſtituo Ioannem, ſuccedat Ioannes, aut moriatur Ioanni, controuertunt etiam Doctores quot, & quæ ſubſtitutiones in eiuſmodi compendioſa ſubſtitutione contineantur. Atque dubitandum non eſt, contineri vulgarem, ſi filius ante patrem, vel repudiata hæreditate poſt patrem diſcedat. De ſubſtitutionibus autem pro tempore pupillaris & pubertatis ætatis eſt diſſentio: ſunt que de hac re tres ſententiæ, quas Anton. Gomez. primo tomo variarum. reſolut. capitulo ſeptimo, nume. 6. refert.

Quidam dixerunt eſſe ibi vnicam ſubſtitutionem pupillarem, omninoque extingui adueniente pubertate, ita vt pro tempore pubertatis nulla omnino ſit

A ſubſtitutio. Ducuntur, quoniam cum ſit vnica forma ſubſtitutionis atque vnica determinatio, ſubſtitutio eiuſdem rationis ſub ea intelligi debet, non vero pro vno tempore vnius rationis, & pro alio alterius: & cum verbum ſit commune indifferens ad directam, & indirectam ſubſtitutionem, potius intelligi debet facta directa, quàm indirecta, iuxta capitulo ſi pater, de teſtamen. libro 6. quare cum tempore pubertatis locum non habeat directa, cenſendum eſt in ea ſubſtitutione ſolum comprehendi directam pupillarem, ac proinde extingui omnino adueniente pubertate.

Alii conſentientes cum prioribus eſſe pro vtroque tempore ſubſtitutionem eiuſdem rationis propter illud eorum fundamentum, cenſuerunt eſſe fideicommiſſariam pro vtroque tempore, verbumque illud commune ex præſumpta voluntate teſtatoris intelligendum eſſe, non de directa, ſed de fideicommiſſaria, vt ſcilicet ſubſtitutio omne tempus cõ
B plectatur, vt ipſa ſubſtitutionis forma apertè ſignificat. Hanc ſententiam ſequuntur, Gloſſa l. precib. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus. Gloſſa l. 3. C. de inoffic. teſtam. Gloſsa cap. Raynutius, de teſtam. Azo, & multi alij.

Alij denique voluerunt, ſubſtitutionem illam cõprehendere pupillarem pro tempore ante pubertatem, & fideicommiſſariam pro tempore pubertatis. Sententiam hanc ſequuntur Gloſ. Accurſii vltim. l. Centurio. ff. de vulg. Gloſ. in §. qua ratione, inſtitu. de pupillari ſubſtitut. & Gloſ. c. ſi pater, de teſtam. libro 6. Ioann. Andr. ibi, quem refert ac ſequitur Panormitan. capitulum Raynutius, de teſtam. nume. 20. eandem ſequuntur Barto. & communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Anton. Gom primo tomo variar. reſol. cap. 7. num. 6. & Couarru. capitulum Raynutius. § 9. num. 17. Eandem amplectitur Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, verb.
C interdum, in calce, num. 93. fol. 528. quin & definita eſt l. 12. tit. 5. par. 6. eſtque proculdubio nobis amplectenda. Primo quoniam verbum commune propter ſuam amplitudinem verificari optimè poteſt in diuerſis partibus temporis pro diuerſis partibus ſubſtitutioni ſubiectis, vt ex ſe eſt manifeſtum: id autem faciendum eſſe, quando temporibus ipſis, perſonis, ac circunſtantiis concurrentibus congruit, docet aperte cap. ſi pater, citatum, his verbis: Cum in ſubſtitutionibus ſemper ſit interpretatio facienda dummodò, ſicut in caſu, propoſito, earum verbis & perſonis conueniat. Secundò, quoniam idem caput, ſi pater, ſubſtitutionem compendioſam verbis generalibus factam, de qua ibi eſt ſermo interpretatur de pupillari, quando filius ante pubertatem decedit, & capitulum Raynutius, de teſtam. ſubſtitutionem compendioſam verbis generalibus, de qua in eo eſt ſermo, interpretatur de fideicommiſsaria
D pro tempore pubertatis: ergo ex illis duobus capitibus ſimul ſumptis colligitur apertè noſtra ſentẽtia. Tertiò, quoniam l. Centurio. ff. de vulg. compendioſam ſubſtitutionem à milite factam interpretatur pro diuerſis temporibus ætatis pupillaris & pubertatis de diuerſis ſubſtitutionibus ſpecie diſtinctis, nẽpe de pupillari, & militari, vt ſupra dictum eſt: quare abſurdum non eſt, eandem ſubſtitutionem compẽdioſam verbo communi factam interpretari pro diuerſis temporibus de pupillari & fideicommiſsaria, prout temporibus ipſis congruit.

Quod ſi paganus verbis indirectis in hunc modum impuberi ſubſtituat; inſtituo filium meum hæredem, & quocunque tempore è vita deceſserit, reſtituat hæreditatem Ioanni; fatentur omnes iuxta l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de vulgari, eſse ſolum fideicommiſsariam, tam pro tempore ætatis pupillaris, quàm pubertatis, vt referunt ac ſequuntur

tur Couarruu. §.9. citato, num. 18. & Antonius Gomez. vbi ſupra, num. 5. Quin communis Doctorum ſententia, quam ijdem Doctores referunt, & ſequũtur, aſſeuerat non includere vulgarem. Idem ſupra dictum eſt, ſi eiſdem verbis filio impuberi ſubſtitutio ſit facta à milite.

DISPVT. CXCIII.

Legatum & fideicommiſſum particulare quid ſit.

EGimus hactenus de hæreditatibus, hæredibuſque, tam primarijs, quam ſecundarijs. Nunc dicendum eſt de legatis, & fideicommiſſis particularibus: quæ tum in teſtamentis, tanquam partes eorum integrantes minus præcipuæ, tum etiam in codicillis, vt diſputation. 124. dictum eſt, fieri poſſunt.

Iam hodie fideicommiſſum particulare ſolum in hoc à legato preſsè ſumpto differt, quod quando verba teſtatoris diriguntur ad legatarium, vt ſi dicat: lego aut relinquo Petro hoc vel illud, dicitur legatum: quando verò teſtator dirigit ea verba ad hæredem, aut hæredes, vel etiam ad legatarium, quibus rogat aut præcipit, vt hoc, vel illud dent, Petro, aut cuiuis alteri, dicitur particulare fideicommiſſum. In effectu autem legatum & fideicommiſsum particulare omnino æquantur, ſublataque eſt inter vtrũque omnis differentia, vt habetur §. ſed non vſque, Inſtitut. de legatis, l. 1. ff. de legatis 1. & alijs iuribus. Quare, quę de legatis dicenda ſunt, ſimiliter de fideicommiſſis particularibus ſunt intelligenda, quæ nomine legatorum deinceps comprehendemus.

Legatum interdum ſumitur pro legandi actu: interdum verò pro materia, & re quæ legatur. Sumptum in priori ſignificatione in hunc modum Inſtitut. de legatis, §. 1. & l. legatum, ff. de legat. ſecundo, definitur. Eſt donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda. Intellige, mediatè, vel immediatè, vt comprehendatur fideicommiſſum particulare, quod legatarius grauatur alicui alteri dare. Porrò in hac definitione donatio ſumitur latè: pro omni gratuita donatione, ſiue inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem. Per particulam, ab hærede præſtanda, reiicitur gratuita hæredis iuſtitutio; hæres enim non accipit ab alio hęrede, ſed immediatè à teſtatore. Per eandem particulam, iuncta illa alia præcedente, à defuncto relicta, diſtinguitur legatum à donatione inter viuos, quæ in vita donantis fit, firmaque & rata eo ipſo habetur: itemque à donatione cauſa mortis, quæ non ab hærede, ſed viuente teſtatore præſtatur, tametſi ante teſtatoris mortem non confirmetur. Poſſumus etiam ſic definire legatum. Eſt vltima voluntas, qua liberaliter defunctus rem particularem, hoc eſt, id quod rationem hæreditatis non habet (vt fideicommiſſum vniuerſale excludatur) alicui ab hærede præſtandam relinquit. Dicitur liberaliter, quoniam ſi ſolum ad exonerandam conſcientiam relinquatur, non eſt proprie legatum, ſed eſt præceptum vt ſoluatur debitum.

Legati definitio.

Quod ſi in teſtamento aut codicillo alicui relinquatur legatum, & poſteà teſtator ipſe rem legatam tradat legatario, ait Anton. Gomez. primo tomo variarum. reſolut. capitu. 12. numero quarto, ſi teſtator ſimpliciter rem illam tradat, non exprimendo ſe ex cauſa præcedentis legati eam tradere, tranſire in donationem inter viuos, nec poſſe deinceps reuocari: ſi vero exprimat, aut intelligatur eam tradere tanquam præcedens legatum, ait cum quibuſdam alijs quos citat, tranſire quidem dominium in accipientem, ſed retinere adhuc naturam legati; poſseque teſtatorem illud reuocare. Exiſtimo tamen potius trã-

A ſire in donationem cauſa mortis, neque retinere naturam legati cùm viuente teſtatore tranſierit dominium in accipientem, neque res illa ſit in iam præſtanda ab hærede ex teſtamento aut ab inteſtato; quæ ſanè aliena ſunt à natura legati, vt ex definitionibus traditis conſtat. Quod autem reuocari poſſit interim dum teſtator viuit, commune eſt donationibus cauſa mortis cum legatis.

DISPVT. CXCIV.

Dominium rei legatæ, incrementum, & fructus illius, quando ad legatarium pertineant: cui item pereat, & an legatarius poſſit propria autoritate eam vſurpare.

QVoniam quando res ipſius teſtatori certa & determinata in ſingulari legata eſt purè, hoc B eſt, non ſub conditione pendente in futurum, vt tradatur in diem aliquem futurum, neque dominum illius à morte teſtatoris cenſetur tranſijſſe in legatarium eo ipſo, quod per hæredem adita eſt hæreditas, vt diſputat. 3. & 181. oſtenſum eſt; inde efficitur vt, legatario debeatur cum fructibus omnibus, quos tempore mortis teſtatoris in ſe habebat, & cum cæteris, qui ex illa poſteà percepti ſunt. Ratio eſt, quoniam fructus dominium, rei, cuius ſunt fructus, comitantur. Sententiam hanc, præter rationem redditam, ſuadent l. à Titio ff. de furtis, iuxta gloſ. vlt. ibi. & l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus, iuncta gloſ. ibi in verb. aditæ hæreditatis. ff. de leg. 1. & affirmat gloſ. l. quod ſeruus. ff. de legat. 2. gloſſ. inſtit. de legatis. §. ſi peculium, Bart. & Doctores, quos refert ac ſequitur Anto. Gom. 1. tom. var. reſol. c. 12. num. 5. & 22. Contrarium tamen affirmant gloſ. in l. Herennius. 1. ff. de vſuris, glo. in l. C vlt. C. de uſuris, & fructibus legatorum, & communior Doctorum ſententia, innuuntque l. nihil. §. vlt. ff. de lega. 1. l. quod ſeruus. ff. de leg. 2. & alia iura. Niſi velis ea exponere, vt exponunt priores gloſſæ citatæ, nempe, quòd intelligantur, re ipſa, ſecus autem iuris fictione, ſecundum quam, quemadmodum dominium rei legatæ cenſetur tranſijſſe in legatarium à morte teſtatoris, ita fructus eiuſdem rei, qui dominum comitantur, ab eodem mortis puncto iuris fictione ad eundem pertinere cenſeantur legatarium. Communiorem ſententiam definire etiam videtur l. 37. titu. 9. par. 6. idque affirmat Gregorius Lopez ibidem, tametſi poſtea controuertat, num in eo Regno poſt l. 1. titul. 2. libro quinto. Ordin. quæ eſt 1. tit. 4. libro quinto nouæ collectionis, eiuſmodi fructus pertineant ad legatarium à morte teſtatoris, eò quod in eo Regno poſt eam legem neceſſe non ſit hæredem, ſiue is ex teſtamento ſit, D ſiue ab inteſtato, adire hæreditatem, vt legata ſint valida, vt de iure communi eſt neceſſe, eratque in Regno Caſtellæ tempore illius legis 37. citatæ, relinquitque Gregor. id alijs definiendum. Qui communiorem opinionem voluerit amplecti, dicere nihilominùs debet, quando hæres fuit in mora adeundi hæreditatem, fructus deberi à tempore talis moræ. Item quando teſtator ſeminauit agrum, quem legauit, fructus ſeminum pertinere vnà cum agro ad legatarium. Has, & quaſdam alias limitationes, cum Alexan. & aliis, adhibet Greg. Lopez communiori opinioni. Qui uerò Bartol. opinionem veram exiſtimauerit, quæ nobis rationi, ac iuris principijs conſonantior videtur, excipere debet euentus, in quibus dictum in calce diſputat. 181. eſt, dominium legati, non à puncto mortis teſtatoris, ſed à puncto aditæ hæreditatis tranſire in legatarium: cũ enim fructus dominiũ comitentur, vtiq; qui medio

Ius Caſtel.

tem-

tempore fuerunt pecepti, non ad legatarium, ſed ad hæreditatem, atque adeo ratione hæreditatis ad hæredem pertinebunt.

Fructus, qui ex eiuſmodi rebus à teſtatore miniſtriſve illius ante ipſius mortem poſt teſtamentum conditum fuerint percepti, hęreditati, atque adeò hę redi cedunt. Excipitur, quando contrariũ de teſtatoris mente conſtat, vt ſi rem legauit cum omnibus fructibus, & emolumentis illius. Ita probat l. Lucius. 1. iuncta gloſ. ibi, in verb. commodis. ff. de leg. 2. & affirmant Bar. & alij, quos Anton. Gom. nume. 5. cit. refert ac ſequitur.

Excipitur Præterea, niſi fructus eiuſmodi ſint, vt rei legatæ accreſcant, vnumque cum illa efficiant: tunc enim, etiam ſi poſt teſtamentum conditum, & ante mortem teſtatoris oriantur, ſi tamen à re legata non ſeparentur, ſed vnum quid cum ea efficiant, pertinent ad legatarium; vt ſi grex alicui legatur, capita, quæ viuente teſtatore naſcuntur, & à grege non ſeparantur, pertinent ad legatarium, & non ad hæredem. Quin vniuerſim ſi legato aliquid viuente teſtatore accreſcat, etiam ſi non ſit fructus legati, pertinet ad legatarium: ſicut è contrario, ſi aliquid decreſcat, perit legatario, neque tenetur hæres ſoluere illi æſtimationem: vt ſi grex legetur alicui, eumque augeat teſtator emendo noua pecora, aut alia ratione, incrementum pertinet ad legatarium: ſicut ſi vendat, donet, aut occidat partem gregis, vel caſu fortuito pereat tanta pars, vt vnum, aut alterum tantum pecus maneat, nec gregis iam rationem retineat, totum detrimentum ſpectat ad legatarium, ſolumque illi eſt tradendum, quod poſt mortem teſtatoris, aut adita hæreditate ſuperfuerit. Ita habetur §. ſi grex. inſtitut. de legatis, leg. grege, & l. ſi grege. ff. de leg. 1. l. equis, ff. de vſuris. Quòd ſi teſtator gregem ſuum leget, in quo aliqnod, aut aliqua ſint pecora aliena, non cenſetur legaſſe pecora aliena permixta, ſed ſola ſua pecora. Ita cum alijs, quos refert, probat ſufficienter Antonius Gomez. 1. tomo var. reſol. ca. 12. nume. 22.

Similiter ſi peculium aliquod legetur, & illud viuente teſtatore accreſcat, aut decreſcat, incrementum, aut decrementum pertinet ad legatarium. §. ſi peculium, Inſtitu. de legat. leg. peculium, in princ. ff. de leg. ſecundo, l. denique. §. vltimo. ff. de peculio legato. Eodem modo, ſi familia ſeruorum legetur, vel vniuerſa, vel ſeruorum vrbanorum, aut ruſticorum, ſi quid illi accreſcat, aut decreſcat, commodum, aut detrimentum cedit legatario, l. peculium, in princ. citat. Qui autem nomine ſeruorum ruſticorum & vrbanorum ſint intelligendi, habetur leg. ſeruis vrbanis, ff. de legatis. 3. Et quòd, ſeruorum nomine maſculi, & fœminæ intelligantur: nomine verò ancillarum, ſolæ fœminæ, habetur l. ſeruis legatis. ff. eodem titulo.

Item ſi fundus legatus ſit, & vel alluuione, vel alia ratione ei aliquid accreſcat, vt quia teſtator partem proximam emit, illique eam adiecit, vel ex proximo ſuo prædio illum auxit, ita quòd rem, quam adiecit non poſſedit tanquam prædium à præcedente diſtinctum, incrementum poſt teſtatoris mortem pertinet ad legatarium: ſicut & decrementum eiſdem modis teſtatore viuente factum, legatarij damno accideret. Idem eſt, ſi domui legatæ columnas marmoreas, aut partem aliam augeret; vel ſi ſtatuæ legatæ brachium adderet argẽteum, vel quidvis aliud quod ſtatuæ eſſet inſertum, aut aliquid ab ea detraheret, & ita de cæteris rebus legatis, leg. ſi ex toto, in princ. & leg. quod in rerum, §. ſi quis poſt, ff. de legatis primo, leg. cum fundus, ff. de legatis ſecundo, leg. ſi ſtatuam, ff. de auro, & argento legato. §. ædibus, Inſtit. de leg. leg. 37. titu. 9. parte ſexta Couarru. de pract. quæſt. cap. 2. longam texit diſputationem, quando

A fundus aliquis à pluribus pro indiuiſo poſſidebatur, vtrum ſi tunc vnus leget fundum illum, aut partem pro indiuiſo, quæ ad ipſum ſpectabat, & poſtea vel toti fundo aliquid accreſcat, vel vnus pro-indiuiſo poſſidentium emat ab alio partem illius, incrementum illud pertineat ad legatarium, Couar. legito.

Si tamen quis rem legatam, aut partem illius alienauerit, tunc ſi donatione mere liberali, hoc eſt, nulla vrgente neceſſitate, id efficeret, ademiſſe, ſeu reuocaſſe cenſetur legatum quo ad id, quod ita alienatum eſt, niſi legatarius contrariam fuiſſe teſtatoris voluntatem ſufficienter probaret, l. rem legatam; ff. de adimen. legatis. Habetque id verum, etiam ſi donatio nulla ſit, vt conſtat ex l. legatum ſub conditione, §. vlt. ff. de adimen. leg. & affirmat gloſ. prima. §. ſi rem ſuam, Inſt. de leg. Si verò rem legatam, aut partem illius titulo oneroſo alienauit, vt venditione aut permutatione; tunc, ſi nulla neceſſitate im-

B pellente id effecit, cenſetur reuocaſſe legatum, niſi legatarius contrarium probet. Ita colligitur ex l. fideicommiſſa quæcunque, §. ſi rem, ff. de leg. tertio, ex l. rem legatam, ff. de adimen. lega. & affirmant gloſ. 1. §. ſi rem ſuam, Inſt. de legatis, & gloſ. l. qui poſt. vendedit, C. de legatis. Porrò in ijs euentibus, in quibus donatione vel contractu oneroſo ademptum cenſetur legatum, etiam ſi teſtator rem, quam ita alienauit, poſtea emat, aut alia ratione dominium illius acquirat, non reuiuiſcit legatum. Ita habetur l. cum ſeruus, ff. de adimendis leg. & l. qui res, §. aream, ff. de ſolutionibus. Quando autem teſtator neceſſitate compulſus rem legatam, aut partem illius vendidit, aut alia ratione alienauit, vt quia niſi venderet, res erat peritura, aut quia neceſſe tunc id erat ad prouidendum familiæ, vel alia ratione, non cenſetur reuocaſſe legatum, niſi id hæredes ſufficienter probent. Idemque eſt, ſi neceſſitate compulſus, ſiue ſe-

C cus, rem legatam pignori, aut hypothecæ ſubiecit. Ita habetur l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de legat. 3. l. ſi rem legatam, ff. de adimendis leg. §. ſi rem ſuam, Inſti. de leg. & l. qui poſt. C. de leg. atque iuxta hæc intelligenda eſt l. ſi ex toto, in prin. ff. de leg. 2.

Iuxta hactenus dicta, ſi quis alicui leget fundum, & poſtea in eo plantet vineam, oliuetum, aut aliquid aliud, cedunt plantæ legatario, leg. 37. titu. 9. p. 6. Eodem modo, ſi vineam aut oliuetum leget, & poſtea plantas deſtruat, plantæ pereunt legatario. Si quis item leget, & aream, & poſtea in ea ædificet domum, ea domus, tanquam incrementum in area factum, pertinet ad legatarium, niſi de contraria voluntate teſtatoris conſtet, l. ſeruum filij, §. ſi areæ, ff. de leg. 1. Si tamen area eſſet aliena, &, iuxta ea quæ in ſequentibus dicenda ſunt, legata eſſet, atque à domino areæ eſſet domus in ea ædificata, non verò à teſtatore, tunc talis domus non

D pertineret ad legatarium, ſed ſolum areæ pretium ſoluendum illi eſſet ab hæredibus teſtatoris. Si tamen poſteà deſtrueretur domus, in eo ſenſu debere tur legatario area, quod hæredes tenerentur eam emere, atque illi dare, alioquin tenerentur dare pretium iuxta ea, quæ in ſequentibus dicenda ſunt. Ita cum Bar. & alijs Ant. Gomez. 1. tomo var. reſ. cap. 12. nu. 16. intelligit. l. ſi chorus, §. area legata, ff. de leg. 3. quæ alioquin priori definitioni repugnaret. Conſentit cum hac expoſitione l. qui res, §. areã, ff. de ſolut. vbi hoc ipſum definitur, quando alicui promiſſa eſt area aliena, & dominus illius domum in ea ædificauit.

Quando domus legata fuit, viuenteque teſtatore fuit exuſta, aut quauis alia ratione deſtructa, area debetur legatario, leg. ſi grege, in fine, ff. de legat. primo. Si tamen domus, quæ legata fuit, paulatim à teſtatore fuit refecta, etiamſi nihil prorſus materiæ anti-

antiquę domus remaneat, domus debetur legatario: quia per refectionis cōtinuationem ſemper fuit eadem numero domus. Ita habetur l.ſi ita. §. ſi domus. ff. de leg. primo, cōſentit l. qui res. §. aream. ff. de ſolutionib. Vbi habetur, quòd ſi quis promiſit na uim alienam, & dominus eam eo animo diſſoluat, vt iterum ex eiſdem tabulis eam conſtruat, tenetur, qui illam promiſit, eam iterum conſtructam emere, & tradere illi, cui eam promiſit: ſecus autem ſi dominus alio conſilio illam diſſipaſſet, & poſtea muta to conſilio, ex eiſdem tabulis eandem conſtrueret; quoniam eo ipſo quod animo eam iterum non conſtruendi deſtructa fuit, extincta fuit obligatio, quæ iterum non conſurgit. Quòd ſi quis domum legauit, exuſtaque aut deſtructa fuit omnino, & poſtea teſtator aliam domum in eadem area conſtruxit, cen ſetur omnino extinctum primum legatum, ita vt neque domus de nouo extructa, neque area ab hæredibus teſtatoris debeatur legatario, niſi de contraria teſtatoris voluntate aliunde conſtet. Ita habetur §. ſi domus citat. & conſentit in his omnibus Anton. Gom. 1. to. var. reſol. c. 12. nu. 41.

Cum hactenus dictis coniunctum eſt dicamus, ſi res teſtatoris certa & determinata in indiuiduo legata ſit, eaque poſt mortem teſtatoris (impleta iam conditione, ſi ſub conditione relicta fuit) neque dolo, neque lata, neque leui culpa hæredis interuenien te, pereat, tunc perire legatario; ſed ad eum pertine re, quæ remanent ex tali re; vt ſi ſit bos, pertinere corium & carnes illius. Ratio eſt: quoniam ab eo puncto res illa cœpit eſſe legatarij: res autem domino perit; ſed conſequitur dominium eorum, quæ ex illa permanet, eſto alterius rationis atque ſpeciei ſint ac fuerint, dum erant in re legata, iuxta l. ſolum. §. meum eſt, ff. de rei vendicatione. cuius hæc ſunt ver ba: Meum eſt, quod ex re mea ſupereſt, cuius vendi candi ius habeo; & l. ſi ſeruus furtiuus. §. boue, ff. de condictio. furtiua. Dixi, neque interneniente dolo, neque lata, neque leui culpa hæredis: quoniam cum hæres adita hæreditate ſoluere teneatur legata, ex onere ſibi à teſtatore iniuncto contractuſque aut quaſi contractus ille cedat ſimul in commodum hæredis, qui hæreditatis commodum reportat, & legatarij, vtique, iuxta communem regulam, tenetur de culpa leui, non verò de leuiſſima, vt in materia de contractibus videbimus, atque hoc eſt quod in re propoſita definiunt, l. non amplius, §. primo, & l. cum res. §. itaque ſi Stichus, & §. culpa autem, iuncta prima ſolutione Gloſſæ ibi, verb. dilig. ff. de legatis primo, & apertius l. ſi ſeruus legatus. §. cum quid, eodem titulo, vbi additur, quòd ſi quid alicui legetur cum onere, vt id alteri reſtituat, ita, quòd nullum commodum reportet ex teſtamento, ſolùm tenetur de dolo, atque adeò de lata culpa, quæ dolo æquiparatur; non verò de culpa, leui ſcilicet.

Si verò res eodem pacto legata pereat viuente adhuc teſtatore, tunc licet ſimiliter pereat legatario; ſi tamen partes illius maneant, ſintque eiuſdem rationis cum ipſiſmet dum erant in ſuo toto (cuiuſmodi eſt area, quæ remanet deſtructa domo, vt pa rietes, qui erecti manſerunt, & lapides ac ligna partium quæ corruerunt) debentur legatario tanquam res, quæ in ipſo toto illi erant legatæ, vt ex ſe eſt manifeſtum, & confirmant iura, quibus ſupra oſtendimus, aream deberi legatario, quando de con traria voluntate teſtatoris non conſtat. At verò, ſi, quod remanet ex re legata, nō eſt eiuſdem rationis, atque erat in toto, vt cadauer animalis legati, & par tes illius, propter diſtinctam formam ſubſtantialem quæ expulſa anima ſenſitiua, de nouo illis aduenit: tunc, quod ita remanſit, non debetur legatario, neque partes illius. Ratio eſt: quoniam totum legatum

A cum omnibus partibus illud integrantibus perijt, antequam legatarius dominium illius conſequeretur. Ita habetur expreſsè l. mortuo boue, in princ. ff. de leg. 2. affirmantque hæc omnia gloſſa ibi Bart. & alij Doct. quos Anto. Gom. 1. to. var. reſol. c. 12. nu. 16. & 41. refert, ac ſequitur.

Vt ad fructus rei legatæ redeamus, quādo res propria teſtatoris determinata in indiuiduo in diem cer tum legata eſt, tunc ſi dies in gratiam hæredis fuit appoſitus, fructus medij temporis pertinent ad hæredem; quia ea præſumitur fuiſſe voluntas teſtatoris; ſi verò fuit appoſitus in gratiam ſolius legatarij, quia puer erat, ne legatum conſumeret, pertinēt ad legatarium, iuxta l. ſi ita relictum, §. Pegaſius, ff. de leg. ſecundo, & l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de vſuris, affirmantque gloſ. l. ex his verbis, ff. quando dies legati cedat. Sylueſt. verb. legatum, 1. num. 6. & Doctores communiter, conſentiuntque ſimiliter ea quæ de fideicommiſſis diſputat. 187. &

B 188. dicta ſunt. Obſerua tamen, cum dominium eiuſmodi legati, eo quòd conditionale non ſit, à tem pore aditæ hæreditatis, aut mortis teſtatoris in vtroque euentu ad legatarium pertineat, eaque ratione in vtroque euentu ad hæredem legatarij tranſmitta tur, vt diſputat. 181. concluſ. prima, oſtenſum eſt; ſanè ſi poſt teſtatoris mortem in vtrouis euētu pereat, peribit legatario; ea tamen, quæ ex illo remanſerint ad eundem legatarium pertinebunt, iuxta ea quæ de alijs legatis rei in ſingulari determinatæ proximè dicta ſunt.

Quando res legata non eſt propria teſtatoris, aut nō eſt certa, & determinata in indiuiduo, ſed in ſpe cie, aut genere, vel eſt quota bonorum defuncti, tūc ſolùm debentur fructus illius legatario à tempore quo hæres eſt in mora illa tradendi. Ratio eſt: quoniam, vt diſp. 3. & 181. dictum eſt, tempore antecedente dominium talis legati non pertinebat ad lega

C tarium, ſed ad hæredem, aut hæredes, neque vſque ad illud tempus culpam commiſerunt, vllamve iniu riam legatario fecerunt, legatum ei nōn tradendo, vt ratione iniuriæ ad reſtitutionem fructuum tenerentur: ergo fructus ſilius temporis non pertinent ad legatarium, ſed ad hæredes, l. ſi quis bonorum, ff. de leg. 1. Conſentit l. vlt. C. de vſur. & fructib. legatorum, & affirmant Bart. & alij, quos Ant. Gom. 1. to. var. reſ. c. 12. nu. 22. refert ac ſequitur. Quòd ſi res propria teſtatoris, & determinata in ſingulari, ſub conditione legetur, non debentur fructus, niſi à pūcto conditionis impletæ: quoniam ante illud punctū non tranſit dominium rei illius in legatarium, eſto hæreditas ſit adita. Cautè dixi ſupra, vel eſt quota bonorum defuncti: quoniam ſi legatum ſit quotę hęreditatis, talis legatarius nihil differt ab hærede, vt diſp. 204. dicetur, vbi iterum ſermo redibit de legato quotæ bonorum defuncti.

D Soluere rem legatam indeterminatā in indiuiduo pertinet ad hæredes pro rata portionum, in quibus fuerint inſtituti, niſi aliud ex verbis teſtatoris colligatur. Quo fit, vt ſi eorum aliquis impotens ad ſoluendum reddatur, cęteri non teneantur ſoluere por tionem illius. Ita habetur l. legatorum, ff. de leg. 2. & affirmant Bar. & Doct. communiter, quos refert, & ſequitur Ant. Gom. c. 12. cit. nu. 17.

Quando dominium legati, iuxta hactenus dicta, tranſiuit in legatarium, conceditur legatario, non ſolum actio perſonalis ad illud exigendum, & hypothecaria in bona omnia quæ fuerunt teſtatoris, vt ex eis ſoluatur ad qualcunque manus ea bona deuenerint, ſed etiam rei vendicatio, lege prima, C. communia de legatis, iuncta gloſſa ibi, in verbo perſonalem, Inſtitut. de legat. §. noſtra autem, iuncta etiam gloſ. ibidem, verb. per in rem. Quando verò dominium non tranſit in legatarium, ſolùm

duæ

duæ priores actiones illi conceduntur, vt ex duobus iuribus citatis,& alijs conſtat, affirmatque communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Cou.c. Raynutius, de teſt. §. 10. nu. 2. & Anton. Gom. 1. to. var. reſol. c. 12. nu. 7.

Si legatarius propria auctoritate occupet, rem ſibi legatam, aut partem illius, incidit in pœnam amittendi ab hærede id, quod ita acceperit, eſto nulla interueniat vis. l. non eſt dubium. C. de leg. Anto. Gomez. 1. to. var. reſol. c. 12. nu. 10. arbitratur hoc habere locum, ſi occupetur poſt hæreditatem per hæredem aditam: ſi namque ante aditam vſurpetur, ſolùm putat habere locum interdictum quorum legatorum, nempè, vt cogatur illam reddere, vt poſtea eandem ab hærede petat, iuxta l. 1. §. rediguntur, ff. quorum legatorum; quæ fuit ſententia Azonis, vt Gloſſa in prima ſolutione ibidem refert. Credo tamen, l. non eſt dubium, vim etiam habere, eſto hæreditas non ſit adita; eò quòd vniuerſim ſine vlla reſtrictione loquatur; ſicut etiam interdictum illud vniuerſim ſine reſtrictione, quòd nondum adita eſſet hæreditas, loquebatur, tenebaturque tunc, qui poſt hæreditatem aditam aliquid vſurpabat, illud reſtituere, vt ab hærede illud ipſum peteret: quare l. non eſt dubium, pœnam vltra illud interdictum vniuerſim addidit, vt gloſſa citata, iuxta aliorum ſententiam, ſubiungit.

Dictum eſt propria auctoritate: quoniam ſi ex teſtatoris facultate id efficiat, in nullam incidit pœnã, neque tenetur id hæredi reſtituere, vt ait Gloſ. l. Titia cum teſtamento, §. Lucius, verb. non ſic interpretandam, ff. de leg. 2. & affirmant Bar. & communis ſententia, quam Anto. Gom. 1. to. var. reſol. cap. 12. nu. 10. refert ac ſequitur, argum. tex. in l. creditores, iuncta glo. ibi, C. de pignorib. & in l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acq. poſſ. Habetque id verum, etiam ſi ex tacita teſtatoris voluntate id efficiat. Vnde, quando teſtamenti executor facultatem habet ad bona defuncti occupanda, iuxta ea quæ diſputatione ſequẽti dicenda ſunt, ſi legatum à teſtatore ſibi relictum occupet, in nullam incidit pœnam: quoniam ſicut teſtator conceſſiſſe illi cenſetur auctoritatem ad occupandum bona ipſius, vt quoad alia impleat teſtamentum, ita cenſetur conceſſiſſe, vt vſurpet rem ſibi legatam. Ita Antonius Gom. ibid. cum Bald. & alij quos citat.

DISPVT. CXCV.

Legare quis, & cui poſſit. Quæ communitati facta cenſeantur. Quando legata debeantur, & à quo, atque vbi peti poſſint.

Legare ſolus is, & omnis poteſt, qui poteſt teſtari, l. 2. ff. de leg. 1. l. 1. ti. 9. par. 6. & affirmat communis Doctorum ſententia. Etenim legata teſtamẽto, aut codicillo relinqui poſſunt: is autem omnis, & ſolus codicillum facere poteſt, qui poteſt teſtari, vt conſtat ex l. diuus, §. codicillos, ff. de iure codicillorum, & ex l. 1. in prin. ff. de leg. 3. Quis autem teſtari poſſit, aut non poſſit, dictum eſt diſp. 136.

Legata ijs omnibus, & ſolis poſſunt relinqui, qui hæredes inſtitui poſſunt, §. legari, Inſtitu. de lega. l. prima, titu. 9. parte ſexta, qui autem hæredes inſtitui poſſint, diſput. 154. dictum eſt. Sicut autem ibi oſtenſum eſt, communitates, vt Eccleſias, conuentus, ciuitates, vicos, & collegia hæredes inſtitui poſſe, ſic etiam legata eiſdem poſſunt relinqui. Quin ſi aliquid in publicam vtilitatem ciuitatis, oppidi, &c. relictum ſit, vt in cibos pauperos talis ciuitatis, ad erudiendos pueros, ad maritandas orphanas, pro monaſterio, vel hoſpitali in eo conſtituendo, aut pro alia cauſa publica, competit tali commu-

A nitati actio perſonalis, vel etiam realis, vt id in ipſius publicam vtilitatem executioni mandetur: in defectum tamen eorum, quibus cura executionem curandi peculiariter à teſtatore iniuncta ſit, aut eorum in quorum peculiare commodum legatum relictum ſit, verbi gratia, ſi legatum contineat, vt religioſis talis ordinis conſtituatur in ea ciuitate monaſterium, primum competit ea actio religioſis illis, & in eorum defectum, aut ſimul etiam cum illis, Ciuitati, quatenus in vtrorumque commodum, & bonũ tale legatum eſt relictum. Ita colligitur apertè ex l. ſi quid relictum, & l. ciuitatibus, in prin. ff. de leg. 1. facit etiam tex. in l. ſi quis à filio. §. vlt. & in l. ſi hæres. 1. §. vlt. ff. eo. tit. Idem probant multa alia iura, quæ Ant. Gom. 1. to. var. reſ. c. 12. nu. 6. citat, & affirmant Bar. & communis Doctorum ſententia, quã refert ac ſequitur.

A regula propoſita excipiuntur Fratres Minores, qui neque in communi poſſunt hæredes inſtitui, iuxta ipſorum regulam: eò quòd neque in communi ſint dominij re alicuius capaces, vt habetur B Clem. Exiui de paradiſo. §. cupientes, de verb. ſign. Eorum tamen communitatibus poſſunt legata in eleemoſynas relinqui, dummodò non ſint in tanta quãtitate, vt videatur factum in fraudem, quaſi ſub legati forma videatur hæreditas eis relinqui, vt in eadem Clement. & §. ſubiungitur. Domibus autem noſtris profeſſis, quæ dominij bonorum mobilium capaces ſunt, non ſolum legata, ſed etiam hæreditas à Chriſti fidelibus in eleemoſynam relinqui poteſt: bona tamen immobilia, quorum dominium eædem domus habere non poſſunt, vendi debent cum primum id fieri potuerit, vt ex pretio congrua ſuſtentatio capiatur.

Spurijs, qui hæredes eſſe non poſſunt, quamuis aliquid in alimenta competentia, poſſit à parentibus legari; id tamen non tam eſt legatum, C quàm alimenta ipſis ex bonis parentum debita, & æs alienum parentum. Vnde ſi legatum competentia alimenta excedat, aut ſpurius aliunde habeat vnde competenter ſuſtentetur, in exteriori & in conſcientiæ foro eſt inualidum quoad exceſſum. Ita Gram. deciſ. 143. nume. 5. Eſt igitur regula à nobis propoſita, iuribuſque confirmata, regulariter intelligenda, vt Syluest. uerb. legatum, 2. §. 2. rectè adnotauit.

Si legatarius tempore conditi teſtamenti aut codicilli incapax legati ſit, & tempore mortis teſtatoris capax illius reddatur, validum eſt tale legatum, l. ſeruus eius, ff. de acq. hæred. iuncta l. ſi mihi & tibi §. regula, ff. de leg. 1. l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & l. 1. tit. 9. par. 6. & alijs iuribus, quæ ibidem Gloſſa vlt. Greg. Lopez citat.

Legata de iure communi, niſi pia ſint, adeò non debentur ante aditam hæreditatem, vt ſi teſtamen-D to relicta ſint, & hæredes in eo ſtatuti eam non adeant, aut ſaltem aliquis eorum, nulla reddantur, eſto, poſtea hæredes ab inteſtato eandem adeant, vt diſp. 181. dictum eſt. Excipiuntur tamen nonnulli euentus ibidem commemorati, in quibus debentur adita per hæredes ab inteſtato. Ratio aut cur ius ſtatuerit, vt legata ante hæreditatem aditam non deberentur fuit: quoniam hæreditas dum eſt iacens, repræſentat defunctum, qui legata non debet, neque interim eſt perſona à qua peti poſſint, & aduerſus quam ea de re agi poſſit in iudico hæres autem, dum hæreditatem adit, quaſi contrahere cenſetur cum creditoribus & legatarijs defuncti ſe aſtringendo ad onera hæreditatis ſubeunda, l. apud Iulianum. §. ſi pupillus, ff. quib. ex cauſis in poſſeſſionẽ eatur, & §. hæres, Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract. Vt tamen eadem diſp. dictum eſt, in Regno Caſtellæ l. 1. tit. 2. li. 5. Ord. quæ eſt l. 1. tit. 4. li. 5. no. Ius Caſt.

collect. ſtatutum eſt, vt legata debeantur, eſto neque hæredes ab inteſtato hæreditatẽ velint adire. Prius tamen admonendi erunt hæredes, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, vt hæreditatem adeant: quòd ſi in mora fuerint dandus à iudice erit curator bonis defuncti, & tunc legatarij petent legata, creditoreſque alij debita ſua, competeretque legatarijs, non ſolùm perſonalis actio, ſed hypothecaria, atque rei vendicatio, non ſecus ac ſi hæredes adijſſent hæreditatem, vt Anto. Gom. 1. to. var. reſ. c. 12. nu. 11. ſufficienter probat.

Anton. Gam. deciſ. 248. id, quod cum Couarr. Bar. Panor. & alijs diſp. 181. diximus, affirmat, legata pia non deberi ante aditam hæreditatem. Ait namque hoc communius eſſe receptum, refertque in cauſa, in qua duo coniuges ſe mutuò constituerant vſufructuarios, ſtatuerantque, vt poſt mortem vltimi confraternitas miſericordiæ per quinquennium frueretur eis bonis: cùm orta fuiſſet controuerſia, an quinquennium illud computandum eſſet à morte vltimi coniugis, an potius ab hæreditate adita per hæredes talis vltimi coniugis, & non ſolum iudex primæ inſtantiæ pronunciaſſet computandum eſſe à morte vltimi coniugis, ſed etiam in ſecunda inſtantia Senatores cauſarum ciuilium, eandem ſententiam confirmaſſent, ipſum tamen cum quibuſdam alijs ex ſupremis Senatoribus, tametſi alijs eiuſdem ordinis refragantibus, contrariam ſententiam pronunciaſſe, nempe, computandum eſſe ab hæreditate adita, & non à morte vltimi coniugis; eò quòd communior ſententia ſit, neque legata pia deberi ante aditam hæreditatem. Hoc tamen non obſtante, potius cum Bart. & alijs ſentirem: non ſolum quoniam Carolus, ... & alij, quos Couar. refert, Bart. opinionem cenſent communius eſſe receptam, & in hoc Luſitaniæ Regno Bar. opinionibus, quando communiter non reprobantur, & neque conſuetudo, neque textus expreſſus, neque Accurſij Gloſſa, ſunt in contrarium, eſt ſtandum in iudicando, ſed etiam quoniam in legatis pijs ſtandum non eſt diſpoſitionibus iuris ciuilis, ſed ſolum naturali iuri, vt diſputatione 134. & aliàs ſæpe oſtenſum eſt; attento autem ſolo iure naturali nullus dixerit, legatum illud pium in eo euentu non deberi à morte vltimi teſtatoris, præſertim cùm verba, quibus relictum fuit, apertè ſignificent eam fuiſse voluntatem teſtatoris. Adde quemadmodum quando legata fuit res propria teſtatoris, determinata in ſingulari, dominium illius fictione iuris cenſetur tranſijſſe in legatarium à morte teſtatoris, eaque ratione diſputatione præcedente dictum eſt, fructus illius à morte teſtatoris pertinere ad legatarium: ita cum in re propoſita vſusfructus certus in ſingulari bonorum omnium illorum defunctorum ſit relictus, vtique adita hæreditate vſusfructus ipſe, & nõ ſolum ius ad illum cenſetur acquiſitus confraternitati illi à morte teſtatoris vltimi, atque adeò fructus ex eis bonis à morte teſtatoris percepti, illorumve æſtimatio, confraternitati illi debetur. Legata ab heredibus peti debent, ab executoribus autem quando ſunt conſtituti vniuerſales diſtributorum bonorum omnium defuncti in pauperes, aut in alia pia opera; aut quando quis ſuam animam conſtituit hæredem, præcipiens, vt bona ſua per executorem aliquem diſtribuantur in pia aliqua opera, eſto ſimul ſtatuat legata aliqua profana. Quando autem hæres aliquis eſset conſtitutus, relictuſque ſimul eſset aliquis alius, qui executor eſset quorundam legatorum, is petere teneretur ab hærede bona vnde legata implere, & ad id illum cogere propria autem auctoritate non poſset quicquam accipere, niſi peculiariter ad id facta eſset poteſtas per te- *Legata à quo petenda.*

A ſtatorem. Habent verò hæc omnia locum, non ſolùm quando à teſtatore conſtitutum executori eſt aliquod præmium, ſed etiam quando ſine præmio executor munus acceptauit. Dato etiam curatore per iudicem bonis defuncti, quando mora hæredum, aut legitima alia cauſa id poſtularet, peti poſſent legata, miniſterio talis curatoris iudiciſque auctoritate ſoluenda. In his conuenire ferè videtur Antonius Gom. 1. tomo variarum reſol. cap. 12. nume. 12. argum. tex. in l. ſi à pluribus. ff. de leg. 1. in l. alio, ff. de alimen. & cib. leg. atque aliorum iurium quæ citat.

Vltimo dicendum eſt, vbi legatum peti in iudicio poſſit, & vbi ſolui debeat. Quod ad primum attinet, vniuerſim legatum peti poteſt vbi hæreditas, aut maior hæreditatis pars exiſtit, l. vnica, C. vbi fideicommiſſum peti poſſit, l. ſi fideicommiſſum, in prin. ff. de iudic. Item vbi hæres habet domicilium, l. ſi fideicommiſſum, citata, §. penult. Quando autem legatum fuit res determinata in ſingulari, tunc, B ſiue actione reali, ſiue perſonali agatur, vltra illa duo loca, peti etiam poteſt vbi talis res exiſtit, l. quod legatur, ff. de iudicijs, & l. cum res, §. ſed ſi res, ff. de legat. 1. daturque optio legatario vtrum ex his locis petere malit; conſentiuntque Gloſſæ his duobus iuribus citatis. Anton. Gom. 1. tomo variarum reſol. cap. 12. nu. vlt. & Doctores communiter non dubito, quando res, eſto legata non ſit determinata in indiuiduo, præſtanda tamen eſt ex teſtatoris voluntate in certo loco, vt ſi teſtator legauit tot menſuras tritici ex aceruo quem habebat in certo loco, vel vini ex tali dolio, vel aliunde conſtat voluntatem teſtatoris eſſe, vt legatum ſoluatur in alio loco, peti etiam poſſe in loco vbi eſt ſoluendum, eſto ibi nec ſit maior pars hæreditatis, nec teſtator habeat domicilium; quin expreſsè id videtur doceri, l. ſi fideicommiſſum, ff. de iudicijs, & conſonat l. ſed & ſi, §. ſi liberis, eodem tit. *Vbi poſſint peti.*

C Quod ad ſecundum attinet, quando de teſtatoris voluntate conſtat vbi legatum ſoluendũ ſit, vt quia ex tali horreo, vel ex tali cella vinaria iuſſit tradi legatario tot menſuras tritici, aut vini, ibi eſt ſoluendum, l. quod legatur, §. præterea, ff. de iudicijs, & l. cum res, §. ſed ſi id, ff. de leg. 1. Idem eſt ſi ex aliqua alia circunſtantia, aut expreſſiori teſtatoris voluntate conſtet vbi ſoluendum ſit, l. ſed & ſi, §. ſi liberis, ff. de iudicijs, & l. cum res, §. ſed ſi res, ff. de legat. 1. Quando autẽ aliter de teſtatoris voluntate non conſtat, ſi legetur res teſtatoris determinata in indiuiduo, quãuis alibi à legatario petatur, ibi tamen ſoluenda eſt, vbi illa exiſtit, neque tenetur hæres illam aſportare ac ſoluere in loco vbi petitur, etiam ſi legatarius dicat ſe ſoluturum expenſas, vt gl. 3. l. quod legatur, ff. de iudicijs, ait: quemadmodum ſi legatarius petat, non ſoluatur in loco vbi illa exiſtit, non D poteſt hæres excipere, ſeu opponere, alibi eſſe maiorem partem hæreditatis, eaque ratione alibi eſſe ſoluendam, l. quod legatur, & l. ſed & ſi, §. ſi ea res, ff. de iudicijs, & l. cum res, §. ſed ſi res, iuncta gloſ. ibi, ff. de leg. 1. Quòd ſi res ita legata culpa teſtatoris alibi tranſlata ſit (quæ nomine doli interdum iure ſignificatur cum tamen latius, quã dolus preſsè ſumptus pateat) tunc ſoluere eam tenetur vbi petitur, aut æſtimationem illius, vel certè ſumptibus hæredis transferenda eſt, vbi ſoluenda erat, niſi vel ex mora notabile detrimentum ſequatur legatario, vel ex magnitudine ſumptuum & difficultate æquitas poſtularet, vt legatarius contentus eſſet æſtimatione; quæ ſanè fieri in eo euentu deberet, non ſolum in mediocri, ſed etiam in rigoroſo pretio. Idem dicendum eſt, ſi legata fuit res aliena determinata in ſingulari, & culpa hæredis, qui, quo tempore debuit, non curauit eam emere, alio tranſlata eſt. *Vbi ſoluenda.*

Si

Si autem ſine hæredis culpa in vtrouis caſu res alio eſt translata, non tenetur illam ſoluere niſi ubi illa eſt: niſi fortè legatarius velit, vt ſuis ſumptibus transferatur in locum vbi erat ſoluenda. Hæc habentur l. cum res, §. ſed ſi alibi, iuncta gloſ. in verb. tranſtulit, & §. itaque ſi Stichus, ff. de legat. primo, l. quod legatur, in princip. & §. ſi autem, ff. de iudicijs, l. ſi res, & l. niſi, ff. de rei vendicat. & l. ſi hæreditas, §. primo, iuncta gloſ. ibi, in verb. planè: vbi vide, ſi res reſtituenda ſit, vt mancipium, quis teneatur cibare illud vſque ad locum in quo eſt reſtituendum. Quando autem res legata determinata non eſt in indiuiduo, ſolui debet ubi petitur, l. quòd ſi res. §. præterea, ff. de iudicijs, & l. cum res, §. ſed ſi id, ff. de legat. primo. Circa hactenus dicta obſerua, ſi hæres ſoluere alibi incipiat, quam iuxta hactenus dicta tenebatur, aut conſentiat ſe alibi ſoluturum, tum nihil in contrarium poſſe deinceps excipere, ſed vbi cœpit, aut vbi conſenſit, tenetur ſoluere, l. fideicommiſſum, §. vltimo, & l. quamuis, ff. de iudic.

DISPVT. CXCVI.

Legatum de re hæredis, aut alterius, aut in qua teſtator non habet plenum ius, vel quæ poſſideri non poteſt à legatario, quouſque valeat.

SI teſtator leget rem hæredis, ſiue ignoret ſuam, aut hæredis eſſe, ſiue non, validum eſt tale legatum, teneturque hæres eam legatario ſoluere: non tamen tranſit dominium in legatarium ante traditionem, vt diſputat. centeſimanonageſimaquarta, dictum eſt. Ita habetur l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de legat. ſecundo, l. ſi quis inquilinos, §. primo, ff. de legat. primo, l. hæres, ff. qui & à quibus. §. non ſolum, Inſtitut. de legatis, & l. decima, titu. nono, parte ſexta, & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Anton. Gomez. primo tomo variarum reſolutionum, cap. duodecimo, numero 14. Couar. capit. filius noſter, nume. 3. de teſt. & Gregorius Lopez ad l. decimam citatam. Couar. addit, idem eſſe ſi teſtator leget rem reſtitutioni hęredi ſubiectam modo vinculata non ſit, prohibitave alienari: nam tunc ſolum tenetur tradere legatario æſtimationem. Addit etiam, ſupra dicta intelligenda eſſe, modo hæres pluſquam in legitima ſibi debita ſit inſtitutus: ratione namque ſolius legitimæ nullum grauamē imponi ei poteſt, iuxta l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. vt ex ſe eſt notiſſimum.

Si autem teſtator plures inſtituat hæredes, & rem vnius illorum leget, is, cuius res illa erat, ſolùm tenetur ſoluere partem illius pro rata portionis, in qua eſt inſtitutus: reliqui verò hæredes tenentur contribuere æſtimationem reliquarum partium, vt res integra legatario ſoluatur, vt habetur l. ſi tibi homo, §. ſi fundus, ff. de legatis primo. Id verò, quod ad reliquas partes attinet, quarum ęſtimationem ſoluere tenentur hæredes, quorum res illa non eſt, intelligendum eſt, modo teſtator ſciuerit rem eſſe alienam & legatarius eam ſcientiam probet, iuxta ea quæ ſtatim ſubijcienda ſunt, alioquin illi nihil talis legati ſoluere tenentur. Vtrum autem tunc hæres, cuius res illa eſt propria, ſoluere teneatur integrum legatum, an verò ſolam eam partem, quam teneretur ſoluere, ſi alij contribuerent. Bartolus & communior doctorum ſententia §. ſi fundus citato, affirmat teneri ſoluere totum. Mihi multò magis cum Iaſone & Anton. Gom. loco citato placet, teneri ſoluere partem: quo-

A niam ignorantia illa teſtatoris non poteſt hunc hæredem facere deterioris conditionis, quam fuiſſet ſi in teſtatore adfuiſſet ſcientia, quod res illa eſſet aliena.

Quod autem hæres ſoluere teneatur legatum factum de re ipſius hæredis, etiam quando teſtator credebat rem illam non hæredis, ſed ſuam eſſe, fundatur in præſumptione, quæ ius præſumit, etiam ſi ſciret hæredis eſſe, eam nihilominus legaturum, cū facile ſoleant teſtatores hæredes ſuos grauare, neque, vt tale legatum impleat, opus ſit eos redimere rem legatam. Ita habetur l. vnum ex familia, §. rem ff. de leg. 2.

Quando teſtator legauit rem, quæ neque ipſius, neque hæredis erat, tunc, ſi teſtator ſciebat alienam eſſe tenetur hæres eam emere, & tradere legatario. Si autem dominus rei non velit eam vendere, aut non niſi maiori pretio, quàm ſit iuſtum, tenetur hæres ſoluere legatario æſtimationem illius rei, prout B boni & prudentes arbitrati fuerint eā valere. Quod ſi teſtator ignorauit alienam eſſe, inualidum cenſetur legatum, niſi legatarius ſit perſona coniuncta teſtatori, vt ſi ſit vxor, aut propinquus: nam tunc validum eſt legatum, quia præſumitur, quòd ſi teſtator ſciuiſſet eſſe alienam, vel eam nihilominus legaſſet, vel tantundem ex alijs ſuis bonis. Porrò ad legatarium ſpectat probare teſtatorem ſciuiſſe rem eſſe alienam, non verò pertinet ad hæredem probare teſtatorem ignoraſſe. Hæc habentur l. cum rem alienam, iuncta gloſ. ibid. C. de legatis l. non dubium, §. vlt. & l. ſi concubinam, §. vlt. ff. de legat. 3. §. non ſolùm, Inſtitut. de legatis, l. 10. tit. 9. par. 6. Anton. Gom. 1. to. var. reſol. cap. 12. nume. 13. Couar. c. filius noſter, nu. 1. & 4. de teſt. & Greg. Lopez ad l. 10. citatam.

Nomine propinquorum, intelligit Anton. Gomez. loco citato, cum alijs quos citat, coniunctos C vſque ad decimum gradum. Melius tamen gloſ. l. cum alienam, C. de legat. ait id, prudentis iudicis arbitrio eſſe relinquendum, ſpectatis alijs circunſtantijs concurrentibus, vt conijciat, quando, ſi teſtator ſciuiſſet rem eſſe alienam, veriſimiliter, vel tantundem de alijs ſuis bonis eidem relinqueret, vel grauaret hæredem rem emere, aut æſtimationem legatario tradere, conſonantque l. prædia, & l. voluntas, C. de fideicommiſ. Quare neque limitatio, quam Couar. capit. filius noſter, citato, num. 4. cum alijs, quos citat, adhibendam cenſet, quando legatum de re, quam teſtator ſuam eſſe putabat, propinquis relinquitur, mihi placet, ſi vniuerſim illam intelligat. Ait namque: ſi teſtator rem, quam propinquis legauit, credebat titulo aliquo particulari ſuam eſſe, qui tamen titulus iam ceſſauerat teſtatore id ignorante, aut non attendente, legatum expirare, iuxta l. Sticho, ad finem, ff. de auro & argento leg. iuncta D Gloſſa ibi, & gloſ. vlt. in l. domus, §. 1. ff. de legat. 1. quoniam inquiunt, in eo euentu non cenſetur illam legare, niſi ex hypotheſi, quòd eo titulo ſua perſeueraret. Hæc inquam limitatio vniuerſim intellecta, ſanè non placet: quoniam teſtatorem ſcire, quo titulo particulari rem acquiſiuerit, certè per accidens eſt, vt inde colligere poſſimus mentem teſtatoris fuiſſe, in euentu quòd ſua non eſſet, voluntatem ipſius eſſe, vt legatum ſit nullum: neque hæc generalis regula ex eo textu colligitur, vbi ex circumſtantijs, cum quibus id in eo euentu erat coniunctum, id meritò prudentium arbitrio definitum eſt, nulla ſtatuta regula. Quin dico, cùm hæc omnia, quæ hactenus dicta ſunt, quando teſtator ignorans rem ſuam non eſſe, illam legauit ex ſola iuris pręſumptione definita ſint, contrariumque vim habeat, non ſolùm in conſcientiæ, ſed etiam in exteriori foro, ſi in exteriori foro ex cirunſtantijs ſit

contrarium præſumendum, ſemper iudicis arbitrio A
eſſe relinquendum, vt ſi ex circunſtantijs contra-
rium ſine dubio præſumat, pro ea parte ſententiam
pronunciet: in dubio tamen, iuris præſumptioni
in vtroque foro erit ſtandum. Porrò, teſtatorem fuiſ
ſe valde amicum legatarij, aut legatum eſſe ad pias
cauſas, coniecturæ ſunt, vt credatur, eſto teſtator
ignoret rem quam legabat, non eſſe ſuam, volunta-
tem tamen ſuam eſſe, vt tantundem de alijs ſuis bo-
nis illi tradatur, vt præter Antonium Gomez. cum
alijs quos citat, affirmat Gregor. Lopez ad l.10.
citatam.

Quando libertas eſt legata alicui, eſto, teſtator
crediderit eum cui illam legauit, eſſe ſuum manci-
pium, & poſtea comperiatur eſſe alterius, validum
eſt legatum fauore libertatis, & tenetur hæres eme-
re mancipium illud, & tradere illi libertatem. Ita
habetur l. Paulus, ff. de fideicommiſ. libert. & l. qui-
dam ita, §. vlt. ff. ad Trebel. Arbitror tamen quan-
B do præſumptio eſſet teſtatorem non conceſſurum
illi libertatem, ſi ſciuiſſet alienum eſſe, neque inten-
diſſe grauare hæredem, aut de alijs ſuis bonis illud
redimeret, in conſcientiæ, imò etiam in exteriori fo
ro, non teneri illud redimere, non obſtante fauore li
bertatis, quæ nulli alteri contra ipſius voluntatem in-
ferre poteſt præiudicium in ſuis bonis. Quin in du-
bio quænam fuerit teſtatoris voluntas, arbitror hæ-
redem in conſcientiæ foro non teneri illud redime-
re: quoniam in dubio melior eſt cōditio hęredis poſ
ſidentis bona defuncti, vt non teneatur emere tali
mancipio libertatem.

Controuertunt Doctores, vtrum quæ hactenus
circa ſolutionem legati à teſtatore de re aliena reli-
cti, iuxta ius Ciuile dicta ſunt, conſentiant cum iure
Canonico & lege Dei. Etenim, Gregorius IX.
cap. filius noſter, de teſt. quod ex epiſto. 4. lib. 7. indi
ctione prima deſumptum eſt, in hunc modum cui-
C dam Epiſcopo ſcribit: Filius noſter F. conqueſtus
eſt, quod quondam pater ſuus aliqua Eccleſiæ ve-
ſtræ ſepulturæ ſuæ gratia iuris alieni reliquit. Et qui
dem leges ſæculi hoc habent, vt hæres ad ſoluendū
cogatur, ſi author eius rem legauerit alienam: ſed
quia lege Dei, non autem lege huius ſęculi viuimus,
valde mihi videtur iniuſtum, vt res tibi legatæ, quæ
cuiuſdam Eccleſiæ eſſe perhibentur, à te retinean-
tur, qui aliena reſtituere debuiſti. Hæc ibi. Quibus
reprobari uidetur lex ciuilis, legique diuinæ docere
videtur contraria.

Prætermiſſa expoſitione Gl. cap. ſi Epiſcopus, 12.
quæſt. quinta, & alijs, quas Couar. ad idem ca. nu. 5.
& Gregor. Lopez ad l. 10. titu. 9. par. 6. referunt, ſa-
nè ſi epiſtola D. Grego. legatur, ſequens intelligetur
eſſe ſenſus illius capitis. Cum inter alia legata gra-
tia ſepulturæ, eſſent calix & mancipium quoddam
cuiuſdam alterius Eccleſiæ, quidamque Epiſcopus
D magnæ authoritatis affirmaret, duas illas res eſſe il-
lius alterius Eccleſiæ, quæ illas tanquam ſuas pete-
bat, & Epiſcopus Eccleſiæ, cui gratia ſepulturæ e-
rant legatæ, nollet eas reſtituere Eccleſiæ illas pe-
tenti, obtendens hæredem teneri eas ſoluere, neque
curaret teſtimonium alterius Epiſcopi, qui teſtifi-
cabatur eſſe Eccleſiæ illas petentis, filiuſque teſtato-
ris conquereretur apud B. Gregorium, Epiſcopum
illum non velle illas reddere Eccleſiæ, cuius erant,
& quæ illas petebat, patremque uix competentem
ſuſtentationem ſibi reliquiſſe, vt ipſe teneretur æſti-
mationem illarum ſoluere: interdictumque ab eo-
dem Gregorio eſſet, prælatos gratia ſepulturæ quic-
quam accipere: in primis beatus Gregorius impro-
perat Epiſcopo illi, quòd cum ex lege Dei, quam pò
tiſſimum ante mentis oculos habere debebat con-
ſtaret, ipſum teneri illas reſtituere Eccleſiæ cuius
erant, ſub obtentu illius alterius legis humanæ, quæ

A nihil in contrarium ſtatuebat, neque validè ſtatue-
re poterat, retineret res illas, præſertim Epiſcopo tā
tæ auctoritatis atteſtante, dominium earum ad alte-
ram Eccleſiam pertinere. Quod ad legem verò hu
manam attinet, tacitè in ſequentibus in ea epiſtola
oſtendit, illa nihil impediente, hæredem illum non
teneri in eo euentu ſoluere æſtimationem rerum ita
legatarum. Primò, quoniam teſtator uix reliquе-
rat competentem ſuſtentationem rati filio: quare in
quit beatus Gregorius, neque legatum cuiuſdam al
terius rei propriæ teſtatoris (de qua ibi fit mentio)
accipere debuiſti in tantum filiorum detrimentum,
quibus competens ſuſtentatio non remanebat, ne-
dum exigere inſuper æſtimationem rerum aliena-
rum intuitu ſepulturæ ab eodem teſtatore legata-
rum. Secundò, quoniam vt ſubiungit ab ipſomet
beato Gregorio ſtatutum erat, vt pro facultate ſe-
peliendi corpus in Eccleſia, nihil omnino accipere-
tur. Ecce, non damnat beatus Gregorius diſpoſi-
B tionem iuris ciuilis, ſed vult in eo euentu non habe-
re locum, perperamque obtentu illius Epiſcopum il-
lum non impleuiſſe, quod lex diuina præcipiebat, ne
ſcilicet proprio domino res ſua denegaretur illam
petenti. Ac ſanè, in ea epiſtola ſermo eſt de re alie-
na legata, quam teſtator optimè ſciebat alienam eſ-
ſe, in quo euentu nullus negare poterat, hæredem te-
neri ſoluere æſtimationem, niſi adeſſent aliæ circun
ſtantiæ, quas B. Gregorius tangit, quæque hæredem
excuſabant.

Quando teſtator legauit rem, in qua ſolum habe-
bat partem dominij, aut ius aliquod, etiam ſi illud
eſſet ius pignoris, aut ex contractu locationis, ſolum
cenſetur legaſſe, quod habebat in illa re, non verò
etiam æſtimationem eius, quam in ea re non habe-
bat, l. ſerui electione, §. penul. & vlt. l. ſi domus, §. vlt.
ff. de leg. primo. Vnde inferunt Barto. & alij, poſſe
quempiam legare mācipium, vel aliquid aliud quod
C in hoſtium ſit poteſtate, propter ius, quod ad eam rē,
vel in ea re habet, quod transferre cenſetur in lega-
tarium. Vſque adeo traditam doctrinam veram
exiſtimant Couar. c. filius noſter, de teſt. num. 2. An
to. Gom. 1. to. variarum reſol. cap. 12. nu. 15. & com
munis doctorum ſententia quam referunt, vt ſi quis
leget alicui rem, in qua ſolum habet ius, quod mor-
te teſtatoris finitur, vt vſumfructum, ſolum cenſea-
tur legare tale ius, eſto, legatum nullius proinde ſit
effectus, & eſto, legatarius perſona ſit coniuncta.
Ita probat text. in l. vxor patrui, C. de legatis, & af-
firmat glo. ibid. l. quod in rerum, §. primo, ff. de le-
gat. 1. & l. Sticho, ff. de vſufru. legat. Meritò cum
Alexand. hoc limitat Couar. niſi teſtator addiderit,
velle, vt omnia quæ in ſuo teſtamento continentur,
effectum conſequantur; aut niſi legatarium ita in-
ſtitutum grauet, aliquid aliud efficere: nam tūc præ
ſumitur velle, vt hæres rem legatario, emat, aut æſti-
D mationem illius ei ſoluat. Idem non immeritò cum
Bar. & alijs cenſent Anton. Gom. vbi ſupra, & Syl.
verbo, legatum, nu. 2. ſi teſtator dixiſſet, lego totam
rem talem Petro.

Si teſtator rem hæredis, in qua teſtator partem
dominij, aut directum dominium habebat, alicui
ſimpliciter leget, cenſetur rem totam legare: ſecus
autem ſi leget rem, in qua hæres ſeruitutem aliam
habebat; nam cenſetur illam legare eidem ſeruituti
ſubiectam, l. cum filius, §. dominus, ff. de leg. 2. Bar.
ibi, & communis Doctorum ſententia, quam Co-
uar. cap. filius noſter, de teſt. nume. 3. refert ac ſequi
tur. Cum Barto. & Iaſone excipit in primo euentu
Coua. ſi teſtator diceret, lego Petro talem rē meam:
dicendo namque, meam, id ſolum de ea re cenſetur
velle legare, quod ſuum eſt, nō verò quod pertinet
ad ſuum hæredem. Conſentit Gregor. Lopez. ad
l. 10. ti. 9. par. 6.

Quod ad vltimum eorum attinet, quæ in hac diſputatione propoſita ſunt, breuiter dicendum eſt, quòd à legatario poſſideri non poteſt: quia vel iure naturæ poſſideri ab eo eſt prohibitum, vel iure humano, ita, vt nunquam facultas illud poſſidendi concedatur, ſi legetur, eſt eo ipſo nullum legatum, neque hæres tenetur ſoluere illius æſtimationem, l. apud Iulianum, (aliàs Idem Iulianus,) §. vlt. ff. de leg. 1. Si verò comparari poteſt facultas, licèt difficilè, vt ab eo poſſideatur, vt ſi illi legetur res Eccleſiæ, quæ licet prohibita ſit alienari, poteſt tamen alienari adhibitis certis ſolemnitatibus, aut ſi ei legetur res pupilli, aut aliquid ſimile, validum eſt legatum, vt eodem §. citato habetur, & alijs iuribus, affirmantque Couar. & alij, quos refert capit. filius noſter, de teſt. num. 5. Quare tenetur tunc hæres curare, vt rem illam emat ac tradat legatario: quòd ſi obtinere illam non potuerit, tenetur ſoluere illi æſtimationem. Si autem legetur res, quæ licet ab alijs poſſideri poſſit, à legatario tamen non poteſt, vel propter vitium corporis, vel propter conditionem ſtatus, vt quia eſt mancipium, prohibitumque eſt mancipia illud poſſidere, vel alia ſimili de cauſa, tunc, ſi teſtator impedimentum nouit, & nihilominus legauit, debetur æſtimatio, niſi fortè ſit res, quã fas ſit legatario ipſi vendere: nam tunc arbitror tradendam illi eſſe, vt eam vendat, & comparet æſtimationem, l. filiusfamilias, §. ſi quid alicui, ff. de legat. 1. l. mortuo, §. 1. ff. de leg. 2. & l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruus, ff. de leg. 3. Si verò teſtator ignorauit vitium, & coniecturæ non ſunt, quòd eſto illud ſciuiſſet, nihilominus idem legatum eidem reliquiſſet; tunc præſumendum eſt, quòd ſi vitium ſciuiſſet; nõ reliquiſſet illi tale legatum, ac proinde neque legatum in eo euentu, neque æſtimatio illi debetur, vt habetur l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo alieno, ff. de leg. 3. & affirmant Gloſſæ iuribus citatis, atque conſentit Molin. lib. 1. de primog. c. 13. à nu. 84.

DISPVT. CXCVII.

Incertitudo legatarij, aut error in nomine illius, quando reddat nullum legatum.

De iure ciuili, quando alicui aliquid legatur, incertumque eſt quis ſit is legatarius, quia multi eodem nomine vocantur, & ſunt æquè coniuncti teſtatori amicitia, vel conſanguinitate, & denique non eſt vnde deprehendatur, cui illorum potius intenderit relinquere id legatum, extinguitur nullumve redditur tale legatum. Idem eſt, quando duobus teſtator legauerat, reuocatque legatum vnius illorum, neque conſtat cui legatum adimat: cenſetur namque legatum vtrique ademptum, habentque hæc verum, etiam in legato libertatis. Hæc omnia conſtant ex l. ſi fuerit, (aliàs habet, ſi ita fuerit) & ex l. ſi quis pluribus, ff. de rebus dub. ex l. 3. §. ſi quis duobus, ff. de adimend. legat. ex l. duo ſunt Titij, ff. de teſtamentaria tutela, & ex l. 9. titu. 9. parte 6. allegatur etiam l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, ff. de legat. ſecundo, & conſentiunt Couar. cap. indicante, de teſt. num. primo, Grammat. deciſ. trecẽteſimaſeptuageſimaoctaua, nume. ſecundo, & Gregorius Lopez ad l. 9. citatam. Quando autem coniecturæ ſunt, quis ex illis pluribus ſit, cui teſtator legatum relinquere intenderit, vt quia erat magis dilectus, & familiarior teſtatori, aut erat magis coniunctus conſanguinitate aut affinitate, vel aliæ ſimiles, illi eſt tradendum, vt Gram. & Gregor. Lopez cum alijs meritò affirmant, conſonatque l. ſi fuerit, citata.

Licet autem id ita iure ciuili conſtitutum ſit, vi-

A deaturque receptum, certè in conſcientiæ foro, imò & in exteriori contrarium arbitror eſſe iudicandum, videlicet legatum eſſe validum, diuidendumque eſſe inter legatarios, de quibus eſt dubium, cui teſtator intenderit illud relinquere: aut ſi dixit, ei, qui prius aſcenderit Capitolium: aut qui prius monumentum conſtruxerit, relinquo centum, & duo ſimul Capitolium aſcenderunt, aut monumentum conſtruxerunt, (quæ ſunt exempla, in quibus l. ſi fuerit, citata, propter eandem rationem, contrarium ſtatuit) diuidendum eſſe inter vtrumque. Ducor, quoniam leges ciuiles non ſtatuunt id in pœnam ſed quia Iuriſconſulti, quorum ſunt iura iſta, rei naturam id habere ſunt arbitrati, vt cõſtat ex ipſiſmet iuribus citatis, præſertim ex l. ſi fuerit, ff. de reb. dub. vbi Vlpianus, commemoratis euentibus, de quibus nobis eſt modò controuerſia, ait: & verius eſt in his omnibus, etiam legata, & libertates impediri; quaſi tanquam probabilius, natura ipſa rei ſpe

B ctata, id aſſerat, & non quaſi poſitiuo iure inuertere, mutareque velit, quod habet natura rei. Itemque ex l. duo ſunt, ff. de teſtamen. tutela, vbi Paulus Iuriſconſultus ait: Is datus eſt, quem dare ſe teſtator ſenſit. Si id non apparet, non ius deficit, ſed probatio. Igitur neuter eſt. Hæc ille, quibus verbis apertè ſignificauit, ius alteri eorum verè competere, ſed propter ſolum defectum probationis, neutrum admitti. At profectò ſi ſolum rei naturam ſpectemus, nudumve naturale ius conſulamus, nulli poteſt eſſe dubium, hæredem debere legatum illud, vt l. duo ſunt, apertè docet, nullumque eſſe titulum vnde hæres contra teſtatoris voluntatem poſſit illud ſibi vendicare: quarè, cùm conſtet vni è duobus, aut tribus determinatis deberi, vtique inter illos pro quantitate dubij erit diuidendum, ſicut in cæteris rebus, de quibus conſtat deberi vni è duobus, aut tribus determinatis, ignoratur verò quis eo-

C rum is ſit, faciendum eſſe affirmant paſſim Doctores, noſque ſæpè in hoc opere definimus: quoniam in eo euentu illa eſt præſumpta illorum trium voluntas, & vnuſquiſque eorum, vt ſe exponit periculo amittendi ea via reliquas partes, ſi res ad ſe pertinebat, ſic etiam, ſi ſua non erat, lucratur partem, quæ ad ſe non pertinebat. Adde quando conſtat rem deberi, & ignoratur cui, reſtitutionem eſſe faciendam ſaltem pauperibus, pro anima illius, cuius ea res eſt. Iam verò in euentu illo, quando legatum relinquitur ei qui prior Capitolium aſcenderit, aut qui prior monumentum conſtruxerit; potius cenſendum eſt voluntatem teſtatoris fuiſſe, quod quando duo ſimul id effecerint, inter eos diuidatur, quã quod amittant omnino legatum, & cedat hæredi: præſertim cum comparatiuum illud, prius, potius exponendum tunc ſit negatiuè, id eſt, ante quem nullus aſcenderit, quàm poſitiuè, hoc eſt, qui ante

D omnes alios aſcenderit; vnde vtrique debetur, inter eos æqualiter diuidendum, vt æquitas rationiſque lumen ſatis præſcribunt. Concinit cum hac noſtra ſententia, qua aſſerimus hæredem debere re ipſa legatum, nec poſſe ſibi illud retinere, l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, ff. de leg. 2. vbi Paulus Iuriſcõſultus apertè innuit, quando ignoratur ad quem è duobus legatum pertineat, teneri illud ſoluere, ſed ad ipſum ſpectare eligere, cui, ex contendentibus ad ſe pertinere, illud ſoluat. Et quamuis in hoc ſecundo, iuxta hactenus dicta, erret, quoniam diuidendum eſt inter vtrumque, certè primum in ſe eſt veriſſimum, naturalique iuri conſentaneum.

Quando legatum eſt pium, & eſt dubium, cui ex pluribus ſit relictum, affirmant Panorm. ca. indicante, de teſt. num. 4. Couar. ibidem, num. 2. iunctis ijs, quæ capite præcedenti dixerant, & Doctores communiter cum gloſſa ibidem, non reddi nullum,

nihil impediente diſpoſitione iuris ciuilis paulò antea relata. Id quod confirmat authenticum de eccleſiaſt. tit. §. ſi quis in nomine, vbi habetur: Si quis in Dei honorem hæreditatem, aut legatum reliquerit, neque expreſſerit cui loco ſit applicandum, applicandum eſſe Eccleſiæ, in qua ille habebat domicilium, id eſt, ſuæ parochiæ. Item ſi quis Eccleſiam alicuius ſancti hæredem inſtituerit, aut ei legatum reliquerit, & in eo loco inueniantur multæ Eccleſiæ illius ſancti, neque expreſſit cui, applicetur pauperiori. Meritò tamen Panor. & Couar. locis citatis affirmant contrarium, quando coniecturæ ſunt, cui earum voluit teſtator relinquere, vel quia vna erat intra parochiam teſtatoris, vel quia frequentius in illa ſolebat orare; aut habebat in ea ſuũ ſepulchrum; aut ſine alio addito conſueuit eam ſignificare, cæteras verò cum addito, aut aliæ ſimiles ſunt coniecturæ: tunc enim illi eſt tribuendum, etiam ſi ditior ſit; Idemque nos ſupra diximus de legatis non pijs, eaque ratione Panor. loco citato ait, quando ruſtici relinquunt aliquid Eccleſiæ, non explicando cui, deberi parochiali teſtatoris. Quando verò omnino non conſtat, cui illarum teſtator intenderit legatum illud relinquere, multi affirmant, Epiſcopum tribuere id poſſe cui illarum Eccleſiarum voluerit, argumento tex. in l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, ff. de legat. 2. cuius definitionem paulò anteà quoad hoc, improbauimus. Barbat. cuius opinionem loco citato refert atque approbat Couar. argumento tex. cap. cùm quis. §. cum ab eo, de ſepul. libro ſexto, ait, diuidendum eſſe inter eas Eccleſias; id quod nos ſuprà circa legata non pia definiuimus. Amplectenda tamen eſt opinio gloſſæ ſupra citata; tribuendum id eſſe Eccleſiæ pauperiori, quando vna eſt pauperior alia: id namque apertè definit authenticum citatum. Quando autem Eccleſiæ illæ eſſent æquè diuites, tunc placet opinio Panormitani & Couar. In eodem authentico ſubiungitur, ſi in ciuitate, in qua teſtator habebat domicilium, non inueniatur Eccleſia eius nominis, inueniatur verò in territorio, illi applicetur. Si verò neque in territorio reperiatur, applicetur parochiæ teſtatoris. Si conſtat quem legatarium teſtator intenderet ſignificare, eſto erret in nomine, cognomine, aut agnomine illius, validum eſt legatum, §. ſi quis, Inſt. de leg. & l. 9. titulo nono, parte ſexta.

DISPVT. CXCVIII.

Si legatur res vna ex inæqualibus quoad valorem, quando ſit validum legatum, & ad quem ſpectet electio ex illis rebus.

HIs de rebus tam multa ac varia condita ſunt iura, adeoque variant Iuriſperiti, vt difficilis ſit huius quæſtionis deciſio. Quæ ſequuntur maiorem videntur probabiliorem habere.

Ant. Gom. 1. to. var. reſol. c. 22. nu. 32. poſt Pan. cap. indicante, de teſt. & alios ait: Quando legatum eſt in genere generaliſſimo, aut ſubalterno, rei alicuius indeterminatæ, vt ſi quis dicat, detur res; aut animal Petro, legatum eſſet nullum; quia conferendo feſtucam, aut muſcam, eſſe impletum legatum, argumento tex. in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat. Quamuis autem rarò eueniat eo pacto fieri legatum, poſſetque proinde ſermo de hac re omitti; ſi tamen legaret pecus, non eſſet inutile legatum: cùm tamen apud Iuriſperitos, pecus ſit genus ſubalternum, eo quòd plures ſpecies infimas ſub ſe contineat; ſpeciem autem infimam appellent genus infimum: indiuiduum verò, ſpecies ab eis nuncupetur. Deinde in ſimilibus euentibus,

A ſi conſtaret mentem teſtatoris aliam eſſe, vt ſi ſolùm habeat armenta & de animalibus quæ poſſidet, intelligat, implendum eſt legatum iuxta teſtatoris mentem, non verò iuxta Mathematicum ſolùm aut Dialecticum rigorem.

Quod ſi teſtator legauit rem in ſpecie infima, ſed indeterminatam, aut rem alicuius amplioris ambitus, qui tamen ſolùm contineat ſpecies vtiles legatario, vt eſt pecus, diſtinguendum eſt: Quoniam ſi ſit res, quæ à natura ipſa certos terminos, ac fines habet, vt eſt ſeruus, equus, bos, & quoduis aliud animal, tunc, ſi teſtator in bonis ſuis huiuſmodi rem, aut res reliquit, optio pertinet ad legatarium; ſed eligere non poteſt optimam ex illis, aut ſeruum à quo pendet adminiſtratio cæterorum bonorum, niſi teſtator expreſſim id conceſſerit; neque tamen tenetur eligere infimam, aut ex infimis, ſed poteſt eligere mediocrem, quam voluerit; vt ſi teſtator habeat multos ſeruos, aut boues, & legauit ſeruum vnum
B indeterminate, aut bouem vnum, non poteſt eligere optimum, ſed ex mediocribus, quem voluerit. Ita habetur l. legato generaliter, l. ſi ſeruus legatus, §. cum homo, ff. de leg. 1. l. hæredes eius, §. ſi incerto, ff. familiæ erciſcun. §. ſi generaliter, Inſtit. de legatis, & l. ſi quis argentum, §. ſimilique modo, ff. de donationibus, & affirmant Gloſſæ iuribus citatis. Idem habetur l. 23. titu. 9. par. 6. vbi additur, quòd ſi teſtator habebat vnum tantum ſeruum, & legauit ſeruum indeterminatè, cenſetur legaſſe eum quem habebat, vel alium æquè bonum: quoniam legatum cenſetur eſſe de bonis teſtatoris, ſi talia bona habebat, l. ſi domus, in prin. ff. de leg. 1. l. 3. & ibi Bart. ff. de tritico, vino, vel oleo legato, & l. ſi quis argentũ, §. ſimilique modo, ff. de dona. Per hoc autem quòd teſtator habens vnum ſeruum, illum non expreſſit, cenſetur liberum hæredi relinquere, vt alium loco illius ſoluat, id quod etiam cedit quodammodo in fa-
C uorem ipſius mancipij, eo quòd potius eliget habere dominum hęredem vniuerſalem prioris heri, quã legatarium.

Tradita regula limitatur primò, niſi teſtator duas tantum res habeat ſpeciei illius, cuius indiuiduum indeterminatum legauit: nam quando è duabus tantũ rebus electio eſt facienda, poteſt legatarius eligere meliorem, atque adeò optimam, l. qui duos, ff. de legat. 1. Bal. & Greg. Lop. ad l. 23. citatam.

Secundò limitatur, ſi executio legati de re indeterminata committatur hæredi, vt ſi teſtator dixit: dabitur Petro mancipium vnum, aut equus vnus: nam tunc electio pertinet ad hæredem, & non ad legatarium, l. ſi ita relictum, §. vlt. ff. de leg. 2. & l. qui concubinam, §. 1. ff. de leg. 3. Antonius Gom. 1. to. variarum reſolut. c. 12. num. 32. Barto. & alij, quos Greg. Lop. ad l. 23. citatam, refert ac ſequitur. Quando autem verba legati ad legatarium ipſum dirigun-
D tur, vt ſi teſtator dicat, lego, aut relinquo Petro vnũ mancipium, aut bouem vnum, electio pertinet ad legatarium. l. planè, §. ſi ita, ff. de leg. 1. & l. Lucio, ff. de leg. 2.

Tertiò limitatur, niſi teſtator rem determinatam in indiuiduo legauit, ſed dubium eſt, quænã illa ſit: nam tunc electio pertinet ad hæredem: quoniam id potius eſt declaratio, quàm electio, l. legato generaliter, §. 1. & l. ſi quis à filio. §. quis plures, & gl. ibi, ff. de leg. 1. & Greg. Lop. vbi ſupra.

Si verò teſtator legauit indiuiduum indeterminatum, quod terminos habet à natura, neque tamen tale indiuiduum reliquit in ſuis bonis, tunc licet hæres nec teneatur emere, ac dare optimum, neque ſatisfaciat dando vtile, ſed teneatur dare mediocre, non ad legatarium, ſed ad hæredem pertinet electio, l. huiuſmodi, §. ſi cui homo, iuncta glo. ibi, & glo. in l. legato generaliter, ff. de leg. 1. & l. 23. titu. 9. par. 6.

Ant. Gomez. & Grego. Lopez cum Bar. vbi ſuprà. Excipitur, niſi teſtator electionem reliquerit legatario, nam tunc ipſe eligit. l. Titia teſtamento. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.

Quando teſtator legauit rem indeterminatam in indiuiduo, ſed quæ terminum, ac finem habet, non à natura, ſed arte, & induſtria humana, vt habent domus, ſcutella, veſtis, ſtatua, &c. tunc ſi immobilis ſit, ac prædium vrbanum, vt domus, & teſtator plures illius ſpeciei, ſeu rationis reliquit, hæres eligit, quam ex eis vult, ac tradit legatario. Quod ſi teſtator vnam tantum reliquit, ea eſt illi tradenda, ſi verò nullam, legatum eſt inutile, neque hæres tenetur domũ emere, ac tradere legatario, aut valorem illius, leg. ſi domus, in princip. ff. de leg. primo, & l. 23. titul. 9. part. 6. quæ exprimit, quòd ſi teſtator vnam ſolum domũ reliquit, illa eſt tradenda. Hanc eandem regulam affirmant Bart. & communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolut. capitulo duodecimo, numero trigeſimo ſecundo, & Gregor. Lopez ad leg. citatam. Qui cum quibuſdam alijs excipit, quando teſtator legauit domum, quam legatarius eligeret, tũc enim validum eſt legatum, etiamſi teſtator nullam relinquat domum. Idem erit, ſi teſtator legauit, domum, & præcepit vt illi emeretur, vt ex ſe eſt notiſſimum, quoniam tunc conſtat noluiſse deludere legatarium.

Anton. Gomez. loco citato cum Barto. & multis alijs, quos refert, cenſet, ſi teſtator legauit prædium ruſticum, ſeu fundum indeterminatè, tunc ſiue prędia ruſtica relinqueret, ſiue non, inualidum eſse legatum: eò quòd prædium, ſiue fundus ad arbitrium cuiuſque conſtitui poſſit cuiuſuis exiguæ quantitatis. Placet tamen contraria ſententia, cum multis alijs quos refert, & quorum ſententiam ſequitur Grego. Lopez ad l. 23. citatam. Etenim, legatum intelligitur de prædiis, quæ teſtator reliquit, quorum ſingula tempore teſtatoris habebant determinatam, ac definitam quantitatem, quam mutare non poteſt hæres, vt legatum reddat inutile, tametſi ex prædijs à teſtatore relictis eligere poſſit infimum, & ſi teſtator nullum reliquit, inutile ſit legatum, vt de legato domus paulò antea dictum eſt.

Si res legata indeterminatè, arteque, & induſtria humana terminos habens, mobilis ſit, vt ſcutella, veſtis, ſtatua, &c. tunc, ſi teſtator multas reliquit illius generis, aut ſpeciei, ad hæredem pertinet electio, ſatisfacitque ſoluendo animam, quando aliud non colligitur ex verbis teſtatoris: idemque eſt de cæteris rebus mobilibus legatis indeterminatè, l. ſi ita ſcriptũ in fine, l. legato generaliter, §. vlti. l. apud Iulianum (aliàs, idem Iulianus) §. Seio, quæ de fundis loquitur, ff. de leg. primo, l. ſi ita relictum. §. vlt. ff. de leg. 2. l. nummis. ff. de leg. 3. & l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur.

Vtrum verò idem ſit in legatis pijs; an potius pretioſior, ac melior res ex ijs, quæ à teſtatore ſunt relictæ, cenſeatur legata. Communior Barto. Panor. & complurium aliorum Doctorum ſententia affirmat, cenſeri legatam precioſiorem à qua ſententia Couarruu. cap. indicante, de teſtamen. numero quinto, ait recedendũ non eſse in iudicando, eò quòd cõmunis ſit; tametſi dicat, in ſe ſpectatam, eſse valde dubiam. Ducuntur autores huius ſententiæ l. Titia teſtamento, §. Seia. ff. de auro, & argent. leg. cuius hæc ſunt verba. Ab hæredibus meis volo, iubeoque fieri ſignum Dei ex liberis centum, in illa ſacra æde. Quæſitum eſt, cum in eo templo non niſi aurea, aut argentea tantum ſint dona, hæredes Seiæ vtrum ex auro, an ex argento ſignum ponere compellendi ſint, an æreum. Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, argentum ponendum. Baldus

A tamen nouellus, Decius, & alij, quos Couarruu. & Gregor. Lopez locis citat. referunt, exiſtimant etiam in legatis pijs cenſeri legatam rem minimi pretij, quæ ſententia vera, atque amplectenda videtur, non ſolum quia exceptio non eſt admittenda, niſi ſufficienter probetur, ſed etiam quoniam contrarium probant. Primò textus ille, cui contraria opinio nititur. Etenim non iubet ſolui auream, ſed argenteam. De ærea autem definitio facienda non fuit; eò quod cum in eo templo æreæ non eſſent, conſtabat voluntatẽ teſtatoris non eſſe, vt ærea collocaretur: legata namque iuxta conſuetudinem loci intelligenda ſunt, leg. nummis, ff. de leg. tertio. Verum eſt tamen, alios Codices habere, quæſitum eſt. cum in eo templo non niſi argentea, aut ærea tantum ſint dona, &c. Iuxta quam lectionem videntur locuti auctores contrariæ opinionis. Secundo, quoniam capitulum ex parte, de cenſibus, votum ſoluendi Diuo Iacobo, & eius miniſtris vnam

B tritici menſuram, intelligitur de minima menſura, & non de maxima, niſi vniuerſalis conſuetudo contrarium interpretetur. Neque ſatisfacit Couarru. reſponſio, quod videlicet intelligatur ex benigna Romani Pontificis interpretatione, ne perſonæ Eccleſiaſticæ inhiare videãtur lucris temporalibus, tanquam exactores: ſi namque in foro conſcientiæ illi ſoluere tenebantur maiorem menſuram, non conſulebatur eorum conſcientijs, quorum bono potiſſimum prouidere debebat Summus Pontifex. Tertiò, quoniam in dubio melior eſt conditio poſſidentis, ſiue debitum pium ſit, ſiue non: quando autem legatum eſt de re in indiuiduo incerta, hæres eſt dominus, ac poſſeſſor bonorum omnium defuncti, etiam illius legati, quod ſoluere debet, ac proinde ſoluere non tenetur, niſi ſolum illum valorem, quem conſtat teſtatorem voluiſſe legare, non verò incrementum quod non conſtat intendiſſe legare.

C Quando autem teſtator non reliquit in bonis ſuis rem mobilem habentem terminos arte, & induſtria humana, quàm indeterminatam in indiuiduo legauit, volunt multi cum gloſſa leg. quod in rerum, §. vltim. ff. de leg. primo, legatum eſſe inutile, vt de domo, alijs prædijs dictum eſt. Paulus tamen Caſtrenſis, à Greg. Lopez ad l. vigeſimã tertiã, citatam relatus, arbitratur rigidam admodum eſſe eam opinionem, contrariamque eſſe amplectendam. Id quod mihi profectò placet, quoniam in mancipiis, animalibus, & alij rebus mobilibus ſimiliter legatis validum eſt legatum, etiamſi teſtator nihil tale reliquerit in bonis ſuis, vt ſupra dictum eſt, cur ergo nõ erit idem dicendum in rebus mobilibus quæ humana arte, & induſtria certum terminum habent. Hoc ipſum confirmat l. Titia teſtamento, §. primo, ff. de aur. & argen. leg. vbi validum eſt legatum de eiuſ-

D modi rebus, teneturque hæres eas emere, & tradere legatario.

Quando legantur res, quæ in numero, pondere, aut menſura conſiſtunt, vt tot amphoræ vini, tot tritici menſuræ, tot lanæ, aut ceræ pondera, ſi teſtator eiuſmodi res inter bona ſua reliquit, de illis cenſetur legaſſe, vt conſtat ex l. tertia, in princ. ff. de tritico, vino, & oleo legato. Optio tamen pertinet ad hæredem, poteritque ſoluere ea, quæ fuerint minoris valoris, vt probant iura, quibus idem probauimus, quando res legata habet terminos arte, & induſtria humana. Excipitur, niſi teſtator optionem conceſſerit legatario, vt patet l. ſecunda, ff. de tritico, vino, & oleo legato. Quando autem teſtator tales res non reliquit in bonis ſuis, tenetur hæres eas emere, & tradere legatario, vt l. 3. in principio, ff. de tritico, vino, & oleo legato, liquet. Quando autem legaret certum peculiarum numerum

merum, neque ex verbis legati conſtaret de cuius valoris pecunijs intelligeret, conijciendum id eſſet ex vſu loquendi teſtatoris, ex loco, in quo verſatus eſt, conſuetudine, ex legatarij dignitate, dilectione, & neceſſitudine, atque ex antecedentibus & ſequentibus in eodem teſtamento, aut codicillo. Si enim in præcedente, aut ſequenti aliqua clauſula pro pecunia certi valoris ſumpta eſt, cenſendum eſt in eadem ſignificatione eam ſumpſiſſe. Hæc habentur expreſsè l. ſi ſeruus plurium, §. vltim. ff. de leg. 1. & affirmat ea Anton. Gom. capitulo duodecimo, cita. numero vigeſimo nono. Quod ſi neque ex aliqua ex ijs circunſtantiis, neque ex aliquibus earum, quicquam, ſemoto dubio, colligi poſſit, ſolum tenetur legatarius ſoluere minimum talis pecuniæ valorem, vt ex hactenus dictis eſt manifeſtum, & affirmat gloſſ. §. vltim. cita.

Tria circa hactenus dicta admonuerim. Primum eſt, quando alicui competit electio rei legatæ, facta ſemel electione, etiamſi nondum poſſeſſionem rei legatæ acquiſierit, non poſſe pœnitere, & relicta ea accipere aliam, & l. ſerui electione, in princ. ff. de lega. primo, l. apud Aufidium, ff. de optione, vel electione legata, & l. 25. titu. 9. par. 6. Excipitur, quando optio eſſet nulla: nam tunc de nouo poſſet eligere, vt ſi legatarius eligeret ante aditam hæreditatem, l. optione legata, ff. de optione legata, vel ſi, cum optionem haberet ex ſeruis teſtatoris, eligeret ſeruum alienum, vel hominem liberum, vel ſi cum tot amphoræ vini, quas eligeret, eſſent ei legatæ, ipſe eligeret acetum, arbitrans eſſe vinum. l. 1. ff. eodem titu. aut ſi, cum ex ſcyphis electionem haberet, non omnes illi eſſent oſtenſi, eaque de cauſa aliquem elegiſſet, quem non fuiſſet electurus, l. 4. ff. eodem tit. Item ſi ex ſeruis multis electio ad ipſum ſpectaret vnumque repudiaret, cum tamen nondum compleſſet electionem, poſſet illum eundem eligere, l. hominem. ff. eodem titu. Minori etiam vigintiquinque annis conceditur reſtitutio in integrum, ſi ſine dolo rem deteriorem elegit, l. etſi, ff. de minori. & gloſ. l. apud Aufidium, ff. de optione legata. Quando electio cōmiſſa non eſt legatario, ſed cuidam tertio, vt eligat pro legatario, tunc quacunque ex cauſa ille intra annum non elegerit, elapſo anno, electio deuoluitur ad legatarium, l. vlt. §. ſed & ſi, C. commun. de leg. & l. 25. tit. 9. par. 6.

Secundum eſt. Quando, iuxta hactenus dicta, ſi teſtator reliquit in bonis ſuis rē indeterminatē legatam, ſoluenda eſt de ipſiſmet bonis teſtatoris, tūc ſi res omnes illius generis, quas teſtator reliquit, pereant, legatum perire legatario, quoniam hæres ſolum de illis rebus tenebatur ſoluere. Ita Anto. Gomez. & alij quos refert 1. tom. var. reſol. cap. 12. numero 32.

Tertium eſt. Si teſtator reliquit tres res vnius generis, ſeu ſpeciei, vt tres lances, vnam maiorem, aliam minorem, & aliam minimam, & dicat, relinquo minorem meam lancem Petro, deberi illi mediam. Ita habetur l. qui lancem, ff. de auro, & argento lega. Obſerua tamen, ſi quis Hiſpano ſermone diceret, relinquo minorem meam talem rem, intelligendum eſſe de minima, quoniam Hiſpana phraſis id ſignificat, & legata intelligenda ſunt iuxta loquēdi modum cuiuſque loci.

Dubium

Dubium eſt, ſi quis habeat duas res eiuſdem rationis, ſed inæquales quoad valorem, & vnam earū indeterminatam leget vni, & aliam ſimiliter indeterminatam leget alteri, quis eorum accipere debeat pretioſiorem. Prætermiſſiſque alijs modis ſatisfaciendi huic difficultati, quos Anton. Gom. cap. 12. cit. nume. 18. tradit, placet, vt cum eodem authore, Burto. & communi ſententia, dicamus, eum, qui primo loco conſtitutus eſt legatarius, debere eligere

Deciſio.

A portiorem. Primo, quia eo ipſo videtur magis dilectus, ac præferendus, argum. tex. l. quoties, ff. de vſu fructu, vbi habetur, quod ſi Titio, & Mæuio alternis annis relictus ſit vſusfructus alicuius rei, dici poteſt, prius fuiſſe legatum Titio, & deinde Mæuio, ac proinde Titium debere frui primo anno. Secundo Mæuium, quoniam quando legatur alicui alterum è duobus, electio pertinet ad legatarium, vt ſupra dictum eſt ex l. duos. ff. de leg. primo. quare ad eum, qui primò legatarius eſt conſtitutus pertinet electio. Tertiò, quoniam id colligitur ex l. ſi ita legatum, in princ. ff. de leg. 1. vbi habetur, quod ſi quis ita legauit, Seio decem ſeruos do, præter eos decem, quos Titio legaui, Titius eligit decē, & ſi q remanſerint, Seius ſolum accipit decem, aut pauciores, ſi pauciores remanſerint, inutileque eſt legatum, ſi nulli remanſerint.

DISPVT. CXCIX.

B *Quando res eadem pluribus legatur, ſingulis in ſolidum quid & quouſque illis debeatur. Item quando res determinata alicui legatur, & ad alia legata non ſuperſunt bona defuncti, an ille præferatur, & an legatum pro parte poſſit acceptari.*

QVando res determinata in indiuiduo pluribus coniunctim legatur, vt ſi teſtator dicat, lego talem rem Petro, & Paulo, tunc diuidenda eſt æqualiter inter eos. Quod ſi coniunctim duobus legetur & alteri diſiunctim ab illis, vt ſi dicat, lego hanc rem duobus filijs Petri, & filio Ioannis, tunc filius Ioannis obtinebit dimidium, & aliud dimidium diuidetur æqualiter inter filios Petri. Si verò omnino diuiſim eadem res determinata in ſingulari duobus, aut pluribus legetur, videndum eſt num teſtator le-
C gando vltimo illam rem, diſcedere voluerit à priori vel prioribus legatis. Et quidem, ſi id ſufficienter conſtet, nihil debetur prioribus legatarijs, etiamſi vltimus incapax ſit illius legari. Quod ſi ſufficienter conſtet, voluiſſe ſingulis legare in ſolidum rem illam, tunc vni danda erit res ipſa, alteri verò loco rei æſtimatio illius: electio tamen num rem, an æſtimationem accipere debeat, erit illius, qui prius legatum petierit, litemque fuerit conteſtatus. Hæc habentur leg. ſi pluribus, & leg. planè, in princip. iunctis gloſſis ibi, ff. de leg. primo, & leg. qui duos, §. vltim. ff. de leg. ſecundo, & leg. ſi res mihi, ff. de leg. 3.

Admonetur tamen leg. Titiæ textores, §. vltim. & leg. filiusfamilias, §. vltim. ff. de leg. primo, quòd ſi res illa, etiam poſtquam legatario illam primò petenti tradita eſt, ſiue culpa hæredis pereat, antequam legatum ab alio legatario petatur, neque æſtimatio-
D nem teneri illi ſoluere. Ratio eſt, quoniam ipſamet res determinata in ſingulari eſt, quæ vnicuique illorum, & legata eſt, & debetur: æſtimatio verò nō debetur, niſi quatenus nequit res illa dari integra vtrique prout legata eſt, poſſetque hæres redimere eandem rem à legatario, qui illam acceperat, etiam ſi caſu fortuito eſſet deteriorata, legeque minoris æſtimationis effecta, & ſatisfaceret dando eam illi, quandoquidem ea ipſa determinata in ſingulari fuit illi legata: quare, cum, quando res, quæ determinata in ſingulari legata eſt, perit, legatario pereat, conſequens eſt, vt hæres neque æſtimationem in eo euentu ſoluere teneatur. Idem colligitur ex l. is, qui ex ſtipulatu, ff. de actionibus & obligatio. Lege Anton. Gomez. primo tomo. variar. reſol. cap. 12. numero 31. Hæc quod attinet ad primum eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum, leg. quæreba-

tur,

tur,ff.ad l. falcidiam, diſponi videtur,non ſolum quando aliquid indeterminatum in indiuiduo legatum eſt, & ſi illud integrè ſolueretur, neque remaneret, vnde integra alia legata ſoluerentur, neque hæredi quarta pars bonorum defuncti deducto tūc ære alieno, bona remanentia diuidenda eſſe inter quatuor partes æquales, quartamque falcidiam pertinere ad hæredem, reliqua autem bona diuidenda eſſe inter legatarios pro rata, ſeu iuxta proportionē valoris legati,quod vnicuique relictum eſt,ad valorem legatorum,quæ alijs ſunt relicta, ſed etiam hoc ipſum eſſe faciendum, quando aliquid determinatum in indiuiduo alicui eſt relictum. Conſentiunt l.ſi quis teſtamento.§.vlt.ff.de leg.1.l.mortuo,§.vl. ff.de lega.ſecundo,& l.ſi ita ſcriptum,in princip.ff. de liber.& poſthu. affirmantque Doctores, quos Anton.Gomezius 1.tom.varia reſolutio.capitu.12. nume.34.refert,ac ſequitur,tametſi pauci refragentur,quando aliquid determinatum in ſingulari fuit alicui legatum, aſſerentes in illo toto præferri debere alijs legatarijs.

Quod ad tertium attinet,vna & eadem res legata non poteſt à legatario pro parte acceptari, & pro parte repudiari,ſed vel integram, prout ſibi legata fuit,debet acceptare,vel integram repudiare, l.legatarius,in princ.ff.de lega.primo, l.4.5.& 6.& l.ſi cui res,ff.de lega.ſecundo. Vnde quia grex legatus, vna res eſt in ratione gregis, tametſi per aggregationem, non poteſt legatarius acceptare partem gregis,quædam vè illius capita,& alia repudiare,vt habetur l.ſexta cita. Quin ſi legatarius partem legati acceptet,neque expreſsè reliquum repudiet,ratione partis cenſetur totum acceptare, l.ſi cui res, cita.& l.ſi ex aſſe,ff.de acquirend. hæred. Diuerſarum autem rerum legatarum,ita vt diuerſa efficiant legata, poteſt legatarius vnam acceptare,& aliam,aut alias repudiare,l.quarta,& quinta, ff. de lega. ſecundo. Si tamen vna earum legaretur cum onere,verbi gratia,ſi eſſet mancipium, vt illud manumitteret, non poſſet hæres rem alteram acceptare, & mancipium repudiare,ad effectum,vt ex mancipio non ſolueret falcidiam, ſed nihilominus teneretur ex reliqua re legata,quam acceptaret, ſoluere falcidiam vtriuſq; legati,vt habetur l.5.citata.

Dictum eſt ſupra,legatarium integram rem legatam, prout ſibi legata fuit, debere acceptare, quoniam ſi res aliqua vnà cum alio, aut alijs ſibi relicta fuit, alijque partes ſuas repudient, quamuis hæ accreſcant legatario, qui partem ſuam non repudiat, poterit tamē acceptare partem, quæ ſibi relicta fuit, & repudiare incrementum, quod ex aliorum repudiatione ſibi accreſcit. Ita habetur l. vnica, §. vbi autem,& ſeq.C.de caducis tollen. & affirmat gloſ. l.4.ff.de leg.2.

Licet legatarius rem ſibi legatam non poſſit pro parte acceptare, & pro parte repudiare, vt dictum eſt, ſi tamen moriatur antequam legatum acceptet, aut repudiet, relinquatque multos hæredes, vnuſquiſque illorum poterit acceptare ſolum partem, quæ in eo legato ad ſe pertinet, eſto alij hæredes partes ſuas repudient. Ita habetur expreſſe l.legatarius,in princ.ff.de leg.primo. Ratio eſt,quoniam legatum,& actio ad illud obtinendum, diuiduntur inter hæredes legatarii, ideoque vnuſquiſque poteſt acceptare, quod ſibi debetur, nihil curando vtrum alij repudient partes ſuas,vel non. Vt tamen bene Anton. Gomezius 1. tom. variar. reſolutionum, cap.12. numero 33. notat, vnuſquiſque acceptare non poterit partem partis, quæ loco defuncti ſibi debetur,& aliam repudiare,quoniam in tota ea parte repræſentat legatarius defunctum, eaque de cauſa ſicut legatarius ipſe defunctus non poterat acceptare partem & repudiare aliam, ita neque ip-

A ſe id poteſt in parte, in qua illum præſentat.

Quamuis quæ dicta ſunt ſic ſe habeant in legatis; nihilominus in hæreditate adeò nefas eſt hæredibus pro parte hæredes eſſe, & pro parte hæreditatem repudiare, vt ſi multi hæredes inſtituti ſint, & quidam eorum repudient hæreditatem, reliqui, quod ipſis ex tali repudiatione accreſcit, non poſſint repudiare acceptando ſolum, atque adeundo partes, in quibus ipſi hæredes inſtituti ſunt, ſed tenentur vel totam hæreditatem cum eo incremento acceptare, vel totam repudiare. Ita habetur l. vnica.§.his ita,& §.ſequenti, C.de caducis tollend. Ratio eſt, quoniam hæredes repræſentant integrè perſonam defuncti, ſubeuntque onera omnia illius ac proinde non poſſunt partem hæreditatis acceptare, & partem repudiare, niſi ex creditorum beneplacito, vt gloſſa ibidem, in verbo, abſurdum, rectè ait. Præterea, eſto, quis ſigillatim, ac diuiſim hæres inſtitutus ſit in diuerſis hæreditatis par-
B tibus, non poteſt quoad quaſdam earum acceptare, & adire hæreditatem, & quoad alias repudiare, niſi teſtator miles eſſet, idque hæredi permitteret iuxta priuilegium ſuum, quo diſcedere poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Item, ſi quis vnà cum filio impubere quempiam hæredem inſtituat, filioque pupillariter eundem ſubſtituat, non poteſt ille inſtitutus acceptare hæreditatem talis teſtatoris, & repudiare pupillarem ſubſtitutionem, hæreditatemue,quæ per mortem talis impuberis ad ipſum ſpectat, ſed vniuerſim, vel omnia debet acceptare, vel omnia repudiare, vtrumque expreſsè diſponitur, l. quidam elogio,C.de iure deliberan. Lege Anton. Gomez. numero trigeſimotertio citato, & Doctores, quos citat.

Illud etiam in hac diſputatione eſt addendum, ſi ſint multa, quorum quædam habeant aliquid
C adiunctum, & alia ex illis, non vt ex ancillis quædam habeant liberos, & quædam non, ex mancipijs quædam habeant peculium, & alia non,& ex annulis quidam habeant gemmas inſertas, alii nō; tunc,ſi teſtator leget res illius generis,& addat adiūctum illud,videndum eſt, an illud addat ad limitandum, vt ſi dicat, lego ancillas meas, quæ habent liberos, vel potius ad augendum legatum,vt ſi dicat, lego ancillas meas cum liberis ſuis, mancipia cum peculiis,annulos cum gemmis in eis inſertis:in priori namque euentu,ſolum ex illo genere cenſetur legare,quæ habent adiunctum illud: in poſteriori verò, tam ea quæ habent adiunctum illud, ſimulque adiunctum ipſum, quam etiam quæ illo carent, vt ex ſe eſt notiſſimum,& habetur l.ſi cui ſerui,in principio.ff.de leg.1.l.cum vinum,ff.de tritico,vino,& oleo legato, & l. ſi quis legauerit, ff.de auro, & argento legato,affirmantque Doctores, quos Anton. Gomez.1.tom.varia.reſolutio.cap.12.num.30.re-
D fert, ac ſequitur.

DISPVT. CC.

De legato rei, quæ nondum exiſtit, de legato cum onere, & de legato vxori, aut creditori relicto.

RES quæ nondum exiſtit, eſſe tamen ſperatur, legari optimè poteſt, vt partus ancillæ, vel alterius animalis, fructus prædii,& his ſimilia.l.quod in rerum,in princip.ff.de lega. primo.l.etiam,ff.de leg.3.l.1.§.vlt. ff. de condit. & demon. l.legatum. §.vini.ff.de annuis legat.& §.ea quoque, inſtitu.de lega.

Eiuſmodi tamen legatum habet tacitam, atque inna-

innatam conditionem, ſi talis res in rerum natura extiterit, vt ex ſe eſt manifeſtum, & habetur l. prima §. vltimo, ff. de cond. & demonſtra. Quemadmodũ autẽ quando conditio eſt expreſſa, impedit, ne, dum conditio pendet, obligatio oriatur, vt patet l. cedere diem. ff. de verbo. ſignif. ita conditio tacita idem habet, vt glo. l. item quia, verb. malè petitur. ff. dé pactis, Barto. & Doctores communiter, quos Anton. Gom. 1. tom. var. reſ. c. 12. num. 24. refert, ac ſequitur, rectè affirmant.

Tacita autem eiuſmodi conditio, non impedit tranſmiſſionem legati, de qua diſputa. 181. dictum eſt; quemadmodum ea impedit conditio expreſſa, vt ibidem dictum eſt. De hac re eſt textus expreſſus, l. cum illud. §. vlt. ff. quando dies legati cedat, & l. conditiones extrinſecus, ff. de condit. & demonſt. & affirmant gloſſæ ibidem, & glo. l. item quia, paulò ante cita. & communis doctorum ſententia, quã ſequitur Anton. Gomez. numero vigeſimo quarto cita. Hæc, quod ad primum eorum attinet, quæ propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum, quando legatum aliquod cum onere aliquo alicui relinquitur, vt quòd tale quid efficiat, aut ſoluat tantum hæredi, aut alicui alteri, non plus cenſetur ei legatum; quã ſit valor legati, deducta ab eo æſtimatione oneris illius, idque, vt vlterius oneretur, reſtituendo fideicommiſſum particulare ex tali legato illi iniunctũ, vel ſoluendo ex eo legato gabellam, ſeu tributum, ſi lege alicuius loci, vt ex legatis ſoluatur, ſtatutum ſit, aut aliquid aliud efficiendo. Ita habetur l. non amplius, in princ. & l. ciuitatibus. §. vlt. ff. de leg. 1. l. imperator, in princ. ff. de lega. 2. faciunt l. ſed ſi hoc, §. 1. ff. de conditio. & demonſt. & l. quantitas, ff. ad l. tale. & affirmant glo. duobus iuribus primo loco cita. Bart. & communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. 1. tom. varia. reſolutionum, capitu. 12. num. 25. refert, ac ſequitur. Imò, qui honoratus non eſt per teſtatorem, ita vt hæres ab eo inſtitutus ſit, aut legatarius, vel commodum aliquod ei in teſtamento, aut codicillo relinquat, non poteſt à tali teſtatore onerari, etiamſi maximo alio beneficio, aut commodo ab eo ſit affectus, quod pecuniarium non ſit, ſeu bonorum externorum ipſius teſtatoris, vt qui manumiſſus eſt, grauari nõ poteſt vt aliquid reddat alicui, l. planè, 2. §. vlt. ff. de legat. 1. neque is, cui debitum remittitur, l. ſi mulier, ff. de leg. 3. & cõmunis Doctorum ſententia, quam Ant. Gom. c. 12. cita. num. 53. refert ac ſequitur,

Quod ad tertium attinet, diſtinguendum eſt: Quoniam vel matrimonium inter eiuſmodi coniuges validum fuit, vel non, veruntamen fuit in facie Eccleſiæ bona fide, ſaltem ex parte alterius eorum contractum. In hoc poſteriori euentu, ſi maritus conſcius impedimenti aliquid legauit vxori, quæ bona fide contraxit, & perſeuerauit in matrimonio, validum eſt legatum, illudque vxor ſibi acquirit, neque poteſt fiſcus ab ea auferre. Ita Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. 1. ver. vxor, numero quinto, fol. 32. & communis Doctorum ſententia, arg. tex. in l. vlt. ff. de lega. 1. l. præfectus. ff. de ritu nup. l. 2. §. per contrarium, ff. de ijs, quib. vt indig. & l. 50. titu. 14. par. 5. Conſentit glo. ver. fiſco. l. qui contra, C. de inceſt. nup.

Dubium. Vtrum autem idem dicendum ſit de eo, quod talis mulier ab eodem marito donatione inter viuos, aut alio contractu accepit, gloſ. l. qui contra citata, in prima reſponſione ex ijs quas tradit, affirmat, quin idem affirmat de dote, aut quauis alia re, quàm maritus, qui bona fide contraheret, acciperet ab vxore, quæ conſcia impedimenti matrimonium contraxiſſet: amitteret namque eam maritus in pœnam delicti commiſſi, neq; vendicare ſibi fiſcus eam poſſet:

A Eandem opinionem ſecutus fuit Azo, eámque approbat Albericus, quin & ſancita eſt in regno Caſtellæ, l. 50. tit. 54. par. 5.

Contrariam opinionem, nempè quòd licet mulier, quæ inualidè contraxit, accipere ex teſtamento à marito poſſit, neuter tamen donatione, aut alio contractu inter viuos poſſit quicquam ab altero cõiuge accipere, & ſi quid accipiat, fiſcum poſſe illud repetere, ac ſibi vendicare, affirmat eadem gloſſ. l. qui contra, cita. in ſecunda reſponſione, Couarr. in Epitome ad quartum Decretalium, par. ſecunda, capitu. ſeptimo, §. primo, numero octauo, in prima editione, & communis ſententia Doctorum, quam ipſe, & Emmanuel à Coſta, loco citato referunt, idque confirmant ex l. qui contra. C. de inceſt. nupt. & ex l. cum hic ſtatus, §. vlt. ff. de donatione inter virum, & vxorem. Couarr. autem in prima editione, vſque adeò ſtando in iure communi ſibi perſuaſit hanc opinionem, vt contrariam legis 5. Caſtellæ B ſanctionem, à Cæſareo iure diſcrepare aſſeuerit. Gregor. autem Lopez ad eandem l. quinta, verb. *tenido*, recenſens hanc controuerſiam, ita ſecundam hanc opinionem refert, quaſi diſcrimen conſtituat inter contractum dotis, & quemuis alium oneroſum ex vna parte, & legatum, ac donationem inter viuos ex alia, dicatque mulierem bona fide contrahentem poſſe accipere à marito, qui conſcius impedimenti contraxit, tam ex teſtamento, quam donatione: neutrum verò accipere poſſe ab altero contractu oneroſo, ſed fiſcum exigere poſſe, quod eo pacto fuerit acceptum, cum tamen, vt Emmanuel à Coſta in calce, num. 5. cit. recte ait, id, quod nos paulo antea retulimus ex gl. communiorique DD. ſententia.

Decisio. Emmanuel à Coſta loco cita. numero 6. ſanctionem legis Caſtellæ, primamque gloſ. reſponſionem veram eſſe exiſtimat de iure communi, nempe quã- C do vnus coniugum bona fide contraxit, & perſeuerauit in matrimonio, poſſe accipere ab altero qui mala fide contraxit, non ſolum ex teſtamento, ſed donatione inter viuos, & ex contractu oneroſo, neque fiſcum poſſe illud repetere; atque in eandem ſententiam propendet Couarr. in vltima editione, rationibus Emmanuelis à Coſta, quem citat permotus, neque id profectò quicquam de eximia eius eruditione apud doctos, & prudentes minuit, quin potius index eſt candoris animi illius, ſynceritatis, ac rectitudinis; multoque commendabiliorem illum efficit, atque egregiam exiſtimationem, quam de illius probitate, atque doctrina meritò omnes habent, non modicum auget. Ducitur Emmanuel à Coſta, quoniam non eſt textus iuris communis, qui refragetur, neque reddi poteſt legitima ratio, cur à coniuge, qui bona fide contraxit, abſtrahi debeat & appli- D cari fiſco, quod coniux qui mala fide contraxit, illi dedit, aut cur potius abſtrahendum ab eo ſit, quod donatione inter viuos, aut oneroſo contracto accepit, & tradendum ſit fiſco, quam quod per vltimam voluntatem accepit, id quod Fulgoſius etiam adnotauit: quando autem legitima differentiæ ratio tradi non poteſt, validum eſt argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & è contrario, l. ſeruum filij, §. cum qui chirographum, ff. de leg. primo, & Inſtit. de leg. Fuſia Caninia tollenda.

Ad l. qui contra. C. de inceſt. nupt. cui contraria opinio nititur, dicendum eſt, loqui, quando nuptiæ prohibitæ, & quæ de iure ciuili erant nullæ, ſcienter à maioribus vigintiquinque annis celebratæ erant, aut, poſtquam ad eam ætatem peruenerunt, matrimonium continuò non diremerunt: tunc enim, quod vnus coniugum ab altero

vel

vel donatione, vel contractu acceperat, amittebat, & fiſco applicabatur. Secus autem, ſi non affectato ſed iuſto errore impedimenti contraxerant: tunc enim qui bona fide eo pacto contrahebat, nihil omnino amittebat, vt legem illam intuenti eſt manifeſtum; Quare lex illa à nobis pugnat. Interim etiam, dum aliquis eorum minor erat viginti quinque annis, eſto, mala fide contraxiſſet, nihil tale amittebat, dummodo intra illam ætatem ſeparationem ab eo coniugio efficeret. Similiter ad l. cum hic ſtatus, §. vltim. ff. de donatio. inter virum, & vxorem, dicendum eſt, locum habere, quando matrimonium cum mala fide erat contractum: tunc enim donatio inter viuos amittebatur fiſco applicanda.

Argumen. Hinc iam non leue oritur dubium aduerſus hactenus dicta. Etenim quando contrahebatur matrimonium, de quo in illis iuribus eſt ſermo, donatio erat nulla, eamque occupabat fiſcus: & tamen licet, quod maritus per vltimam voluntatem à muliere accipiebat, eſſet ſimiliter nullum, occuparetque id fiſcus, quod tamen mulier per vltimam voluntatem à marito capiebat, validum erat, mulierque retinebat, neque repetere poterat fiſcus, vt conſtat ex l. vltim. ff. de leg. primo, l. ſecunda, §. per contrarium, ff. de ijs, quibus vt indig. & l. præfectus. ff. de ritu nuptiar. ergo falsò affirmauimus idem eſſe de acceptis per donationem, aut contractum, & de acceptis ex teſtamento.

Soluitur. Ad hoc argumentum dicendum eſt, nos ſupra fuiſſe locutos, quando is qui accipit, bona fide contraxit: diſpoſitionem autem horum iurium eſſe, quando matrimonium abſque bona fide vtrinque contra præſcriptum legum eſt contractum; neque in his iuribus ſermo eſt de omni vniuerſim matrimonio prohibito, & nullo (quod magnopere animaduertendum eſt) ſed ſolum de matrimonijs in bonum fœminarum prohibitis, atque iure ciuili nullis, quæ tamen hodie iure Canonico valida ſunt. Erat quippe tutori, aut curatori, illiuſque filio, vſqueadeò prohibitum contrahere cum minori illius tutelæ, aut curæ commiſſa, vt matrimonium eſſet nullum, niſi vel viuente patre puellæ præceſſiſſent inter eos ſponſalia, vel pater in teſtamento exoptaret tale matrimonium, vel poſt redditam à tutore, vel curatore rationem adminiſtrationis, illa vigeſimum quintum annum expleſſet, vt ex iuribus citatis conſtat, iuncta l. ſi patris. C. de interdic. matrimonio. Item adminiſtratori Reipublicæ prohibitum erat durante adminiſtratione ducere vxorem ex loco, in quo ille iuriſdictionem habebat, vt ex iuribus citatis liquet, atque hæc omnia in fauorem fœminarum, ne deciperentur, ac ſeducerentur, erant conſtituta. In his tantum euentibus meritò ſtatuerunt iura, de quibus in argumento propoſito eſt ſermo, vt quoniam id in fœminarum fauorem erat introductum, illæ nihil amitterent, quod per vltimam voluntatem ab eis viris acciperent, quoniam id ſolum accipiebant in tempus diſſoluti iam matrimonij; vt vero tam ipſę, quam viri amitterent, quod ab vxoribus per vltimam voluntatem acquirerent, & ea omnia occuparet fiſcus. Quare, quando matrimonium eſt nullum propter impedimentum iure Canonico introductum, cum eiuſmodi impedimentum in communem omnium bonum introductum ſit, ſanè, ſi quid vteruis coniugum mala fide contrahens acceperit ab altero, id fiſco applicatur, ſiue contractu, aut donatione, ſiue per vltimam voluntatem id acceperit, quandoquidem ex iuris diſpoſitione indignus eſt qui id retineat. Intellige quando reſtituendum non eſt hæredibus dantis, iuxta ea quæ proximè ſubiungo.

Quando ab eo, qui bona fide contraxit, & in ea perſeuerat, aliquid relictum, aut datum eſt ei, qui mala fide contraxit, communior Bartol. & aliorum ſententia, quam Emmanuel à Coſta loco citato, numero decimo, refert, eſt inualidum eſſe, ad fiſcum pertinere, iuxta leg. vxori maritus. ff. de vſufructu legato. Meritò tamen Emmanuel à Coſta cum alijs quos citat, & cui Couarruu. in Epit. par. ſecunda, capitulo ſeptimo, §. primo, numero octauo, conſentit, affirmat inualidum quidem eſſe, quia præſumendum eſt teſtatorem non relicturum illi tale legatum ſi de mala fide ex parte illius eſſet conſcius, neque voluntatem ipſius eſſe, vt illud retineat: attamen, non pertinere ad fiſcum, ſed ad hæredes talis teſtatoris: atque id ſanè eſt quòd lex vxori maritus, intendit, vt Emmanuel à Coſta loco citato, rectè oſtēdit. Si namque legatum illud fiſco deberetur, validum quidem eſſet, neque hæredibus defuncti competeret actio ad illud repetendum, eo, quòd ad illos non pertineat agere partes fiſci, ex ſuppoſitione autem, quod validum eſſet, & quod legatarius eo eſſet indignus, competeret fiſco repetitio: contrarium autem horum duorum innuitur apertè leg. vxori maritus cit. cui autores contrariæ ſententiæ innituntur.

Quando, vterque coniugum bona fide contraxiſſet, & perſeueraſſet in matrimonio, vult Emmanuel à Coſta, loco citato, numero decimo octauo, ſi quid ab vno eorum eſſet alteri legatum, eſſe ſimiliter inualidum legatum, pertinereque ad hæredes teſtatoris. à quo eſſet relictum. Arbitror tamen, tunc ex circunſtantijs concurrentibus conijciendum eſſe, quænam in eo euentu eſſet mens teſtatoris, potiuſque eſt inclinandum velle, vt nihilominus alter coniux retineat legatum ſibi relictum: quādoquidem nulla fuit culpa ex parte illius, & tam longa inter vtrumq; fuit conſuetudo, ac ſocietas, ex qua forte liberos legitimos ex matrimonio bona fide, in eccleſiæ facie celebrato, reliquerunt. Hæc, quando matrimonium inualidum fuit.

Quando verò fuit inualidum, in primis dubitant doctores, vtrum ſi maritus vxori legatum reliquit, & mortua priori vxore ducat ſecundam, eaque ſuperſtite, maritus è vita diſcedat; debeatur legatum ſecundæ vxori, an verò, iuxta l. vnicam, §. pro ſecundo, C. de caducis tollendis, reddatur caducum & inualidum, tāquam relictum priori tantum vxori, quæ ante teſtatorem vita deceſſit. Et quidem, ſi in teſtamento nomen proprium prioris vxoris expreſſiſſet, puta Bertæ, conſtat ea defuncta ante teſtatorem, inualidum reddi, neque deberi ſecundæ vxori. Si verò expreſſum non fuit nomen proprium, ſed ſub nomine vxoris relictum fuit legatum, diſtinguendum eſt, quoniam ſi teſtamentum fuit conditum ducta iam priori vxore, vtique cenſendum eſt eam ſolam eo nomine voluiſſe ſignificare, niſi coniecturæ ſint, quæ contrarium perſuadeant, ac proinde ea defuncta ante teſtatorem, iudicandum eſt, redditum eſſe caducum, & inualidum, nec deberi ſecundę vxori, ita Doctores, quos referunt, & ſequuntur Couarruu. capitul. requiſiti, de teſtamen. numero 3. & Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, par. prima, verb. legauit, numero 9. folio octuageſimo ſexto, argumento tex. in l. ſi quid earum, §. vltim. in fine, ff. de legat. 3. cuius hæc ſunt verba. Quæ prioris vxoris cauſa parata ſunt, ita poſteriori debentur, ſi ei aſſignata ſunt, quia non eſt ita de poſteriori vxore cogitatum cum pararentur, & argumen. tex. in l. boues, §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignificat. Si vero teſtamentum fuit conditum ante vllam ductam vxorem, legatum debetur cuicunque vxori poſt teſtatorem ſuperſtiti. Ita cum Alexand. & alijs, Couarruu. & Emmanuel à Coſta locis citatis.

Reliqua, quæ de legato ab vno coniuge alteri facto dicenda ſunt, perſpicuitatis cauſa, & quoniam res

res ipſa id ita fieri efflagitat, cum diſputatione de legato à debitore creditori facto, ſunt coniugenda. Sciendum autem eſt, debitum interdum oriri ex voluntate, pacto, aut quaſi contractu debitoris, vel ex facto aliquo, vt ſi damnum dedit: interdum verò ex legis diſpoſitione. Huius poſterioris generis eſt debitum, quo pater tenetur tradere filiæ dotem, & quo in bonis aſcendentium debentur deſcendentibus legitimæ portiones, aut è contraria, aſcendentibus in bonis deſcendentium: huiuſmodi namque omnia debita ex legis, iuriſue diſpoſitione oriuntur.

1. Concluſ. Hoc iacto fundamento, ſit prima concluſio. Quando debitum non oritur ex iuris diſpoſitione, ſed aliunde, legatum à debitore factum creditori, non compenſatur cum debito, ſed creditor accipit illud integrum, & inſuper exigit debitum: quando aliunde non conſtat teſtatorem in compenſationem debiti illud reliquiſſe. Ita cum communi Doctorum ſententia Couarru. cap. officij, de teſtam. numero ſecundo, Antonius Gomez. primo tomo varia. reſolut. cap. 12. nume. 27. & Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, parte prima verb. legauit, à nume. 17. fol. 88. idque probant textus in l. creditorem, & in l. Lucius, in princ. ff. de leg. 2. & in l. creditor, C. de leg. idem probat tex. in l. vnica, §. ſciendum. C. de rei vxor. actio. vbi habetur, legatum à marito vxori relictum, non eſſe compenſandum cum dote, ſed vxorem habere illud præcipuum vltra dotem: quia enim maritus vxori debet dotem ex contractu inter vtrunque celebrato, & non præcisè ex legis diſpoſitione, tale legatum compenſandum non eſt ex dote, quando non conſtat teſtatorem id intendiſſe. Hac eadem ratione, ſi hæres grauatus erat reſtituere alicui fideicommiſſum aliquod, & eiuſmodi hæres legatum fideicommiſſario relinquat, vel illum cum alijs heredem ſuum inſtituat, ſanè, quia fideicommiſſum illi debeat, non ex legis diſpoſitione, ſed ex voluntate primi teſtatoris habet præcipuum legatum, neque illud compenſat in fideicommiſſum, inſtitutuſque hæres cum alijs ſolum compenſat in fideicommiſſo, quod iuxta portionem hæreditatis, in qua eſt inſtitutus, ad ipſum ſpectaret reſtituere talis fideicommiſſi ſi non ipſe, ſed quidam tertius eſſet fideicommiſſarius, vt habetur expreſſe l. Lucius citata. Ab hac concluſione cum Aretino, Iaſone, & alijs, meritò excipit Couarr. loco cita. quando teſtator in conſcientiæ foro debitor erat alicui quantitatis alicuius, quam in exteriori foro cogi nõ poterat ſoluere, eidemque ad exonerandam conſcientiam legatum facit, præſumendum namque tunc eſt, velle eo legato debitum compenſare.

2. Concluſ. Secunda concluſio. Quando debitum oritur ex iuris diſpoſitione, legatum tali creditori, aut quaſi creditori factum, cenſetur factum in recompenſationem debiti, niſi aliud de teſtatoris mente conſtet. Hanc affirmant Doctores communiter, quos Couar. Antonius Gom. & Emmanuel à Coſta locis citatis referunt, & ſequuntur, eamque probat authen. præterea, C. vnde vir, & vxor, ubi, quoniam mulieri, quæ ſine dote nupſit, ſi aliunde non habeat vnde commodè ſuſtentetur, conceditur ex iuris diſpoſitione quarta pars bonorum mariti, iuxta ea, quæ diſputatio. 164. concluſione 10. dicta ſunt, ſtatuitur, vt ſi maritus quippiam ei leget, id compenſare debeat in quartam illam. Probat etiam l. cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolu. matri. vbi quando à patre dos filiæ debetur, quoniam obligatio tradendi illi dotem, interim dum ſub illius eſt poteſtate, ex legis diſpoſitione proficiſcitur, ſtatuitur, vt ſi quid pater tali filiæ leget, computandum ſit in dotem, quam illis tradere tenetur. Probant præterea leg. quoniam nouella, & l. omnimodo, C. de inoffic. teſtam. vbi data in dotem aut donationem propter nuptias, vel relicta à parente in legato, computant filius, aut filia in legitimam portionem ipſis ex parentis bonis debitam. Probat quoque l. etiam, §. ſi debita, ff. de bonis liberor. vbi ſi quid libertus patrono legat, computatur in portione ex iuris diſpoſitione in bonis talis liberti patrono debita. Quia enim lex eiuſmodi debitoribus onus ſine ipſorum voluntate iniungebat, voluit, vt legatis compenſarecenſerentur talia onera, quando non conſtaret contrariam fuiſſe eorum voluntatem. Vt autem Couarr. loco citato cum Ancharano, Paulo Caſtrenſi, & Aymone rectè ait, locum id habet, non ſolum ſi legata relicta ſint à primis debitoribus eiuſmodi onerum, ſed etiam ſi ab ipſorum hæredibus illis ipſis ſint relicta, quibus loco defuncti talia onera adhuc debentur. Quod autem de legatis dictum eſt, ſimiliter eſt intelligendum in donationibus cauſa mortis, leg. etiam, §. ſi debita, ff. de bonis libertorum, non verò in donationibus inter viuos, quoniam hæc non compenſantur cum ijs, quæ ex legis præſcripto debentur, niſi animo, vt compenſentur, facta ſint, §. ſi debita, citato, & leg. ſi verò, §. cæterum, ff. eodem titulo, atque affirmat Couarruuias loco citato, numero 9.

Argum. Si quis aduerſus ſecundam concluſionem obijciat cap. de officijs, de teſtamen. vbi cum de iure communi Epiſcopo debeatur certa portio de relictis à teſtatoribus monaſterijs, aut paræcijs, in quibus ſepeliuntur, vt infra, cum de ſepultura eorum ſermo fuerit, dicetur, quidamque teſtator legatum reliquiſſet Epiſcopo, quod illam æquabat, & multa alia reliquiſſet monaſterio, aut paræciæ in qua fuit ſepultus, interrogatus Innocentius III. vtrum non obſtante eo legato, poſſet Epiſcopus exigere à monaſterio, vel paræcia, portionem alioquin ipſi debitam ex relictis monaſterio, aut paræciæ, reſpondit. Si abſolutè & ſine expreſſione, quod id compenſaret in portione ipſi debita, tale legatum fuit relictum Epiſcopo, poſſe vlterius exigere portionem illam. Vbi vides legatum non compenſari cum portione ex iuris diſpoſitione Epiſcopo debita.

Solutio. Ad hanc obiectionem Panormitanus, ad idem cap. numero quarto, Couarruuias, numero tertio, & Doctores communiter reſpondent, non pugnare cum concluſione propoſita, eo quòd portio illa non ſit debita Epiſcopo à teſtatore, qui tale legatum ei reliquit, ſed ab eccleſia, aut monaſterio, tametſi occaſione bonorum, quæ idem teſtator Eccleſiæ, aut monaſterio reliquit; Concluſio autem propoſita intelligenda ſit de legato, quod relinquitur à teſtatore, qui eidem legatario ex iuris diſpoſitione aliquid debebat.

Quæſtio. Cum de relictis Eccleſiæ, aut monaſterio ſepulturæ, quarta debeatur Eccleſiæ parochiali defuncti, vt infra, dum de ſepultura ſermo erit, dicetur; dubium eſt, vtrum ſi talis defunctus legatum reliquit ſuæ parochiæ, compenſandum ſit in quarta, quæ de relictis Eccleſiæ, aut monaſterio ſepulturæ, tali parochiæ debetur. Card. Anchar. Barba. & alij cenſent compenſandum non eſſe, ſed parochiam vltra illud recipere debere integram portionem, eò quòd ab Eccleſia ſepulturæ, & non à teſtatore ea portio debeatur. Atque hanc opinionem ſtatuit lex quinta titulo decimo tertio, parte prima, Contraria ſententia eſt Panormitani, cap. officij, de teſtamen. numero quinto & communis Doctorum, quos Couarru. ad idem cap. numero ſexto, & Greg. Lopez ad l. citatam referunt. Et quamuis Couar. priorem ſententiam veriorem reputet, idemque aſſerat Greg. Lopez, quando legatum non attingit ad integram portionem parochiæ debitam, communiorem tamẽ ſententiam non dubito eſſe veram, nẽpe tale legatum cõ-

Deciſio.

pen-

penſandum eſſe, neque deberi parochiæ niſi incrementum vſque ad integram portionem. Ducor, quoniam vt conſtat ex capitul. 1. 2. & 4. de ſepul. teſtator ipſe eſt qui ratione ſacramentorum, & ſubſidij ſpiritualis, quod à propria parochia accepit, relinquere ei tenetur quartam partem eorum, quæ loco ſepulturæ relinquere, aut legare voluerit, neque Eccleſia ſepulturæ, tenetur eam illi ſoluere, ſed hæres defuncti teſtatoris, qui id non fecerit; atque hac ratione in Salmaticenſi Epiſcopatu, vt Couarru. refert, & alijs in locis conſtitutum eſt, vt hæres defuncti quartam reſeruet Eccleſiæ parochiali, vtpote à defuncto, atque adeò ab hærede ipſo, qui defuncti perſonam repræſentat, debitam, alioquin ſoluere illam cogatur de ſuis proprijs bonis: quia ergo defunctus ipſe ex iuris præſcripto relinquere tenebatur portionem illam propriæ parochiæ; conſequens eſt, vt iuxta ſecundam concluſionem propoſitam, legatum à teſtatore propriæ parochiæ relictum, compenſari debeat in quarta, quàm in teſtatoris defuncti vicem B ſepulturæ locus ſoluere tenetur parochiæ defuncti. Atque hoc eſt egregium Panormitan. fundamentum, quod Couarru. non ſatis videtur attendiſſe.

Dubium eſt, vtrum ſi maritus aliquid leget vxori, cui arrhæ de bonis ipſius debentur, compenſandum id ſit in arrhis, quas maritus eidem debet. Rodericus Zuares ad l. primã, titulo de arrhis, libro 3. fori, aſſeruit eſſe compenſandum, idque confirmat ex Barto. l. cum dotem, §. ſi pater, ff. ſoluto matrimon. vbi Barto. ait, quando in aliquo loco lege conſtitutum eſt, vt maritus diſſoluto matrimonio tertiam partem dotis lucretur, ſi vxor tali marito aliquid leget, compenſandum id eſſe in tertia dotis parte, quã lucrari debet. Couarru. ad capitu. officij, de teſtamen. numero quarto, cum Ioan. Lupo in primis ait, ſi maritus arrhas vxori iam tradiderat, legatum non eſſe in illis compenſandum, eo quod tempore mortis maritus illas non debeat, ſed ſint iam vxoris effectæ. Deinde, cum Montaluo, & eodem Ioann. Lupo affirmat, eſto, eas nondum tradiderit, ſed illas ex promiſſione adhuc ei debeat, legatum non eſſe in illis compenſandum, ſed vltra legatum obtinere debere arrhas integras. Ratio, quoniam illas non debet ex præſcripto, & iuſſu legis, ſed ex ſua libera promiſſione, quam lex approbat, & permittit. Atque hæc ſententia placet. Id verò, quod ex Barto. adducitur, nihil in contrarium probat, quippe, cum maritus ex legis præſcripto, & non ex libera vxoris promiſſione, ac voluntate, in eo euẽtu tertiam dotis partem lucretur.

Quæſtio. Vtrum legatum, quod maritus vxori relinquit, compenſari debeat in medietate bonorum lucratorum, quæ inter vtrunque diuidenda ſunt, quando contractu arrharum, & dotis contraxerunt. Dicendum eſt cum Couarru. loco citato, numero quinto, Deciſio. & Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolu. capit. 12. numero vigeſimo ſeptimo, compenſandum non eſſe, ſed vltra illud vxorem accipere debere medietatem lucrorum: id quod hodie in Regno Caſtellę ſancitum eſt lib. 16. Tauri, quæ eſt 7. titu. 9. libro quinto, nouæ collectionis: Ratio eſt, quoniam medietas illa non eſt debita vxori à marito ex præſcripto legis, ſed eſt medietas propria vxoris ex bonis vtrique quoad dominium communibus comparata, interueniente ſocietate inter vtrumque de iure Regni Caſtellæ, & conſuetudine huius Luſitaniæ Regni, concurrentque vtrinque, tum in rebus per induſtriam comparatis, tum etiam in capitali.

Siue aliquid iuxta ſecundam, ſiue iuxta primam concluſionẽ debeatur, & debitor creditori ſub conditione aliquid leget, vt pro debito ſit eo legato contentus, creditorque legatum acceptet, non ſolum tenetur illud in debito compenſare, ſed neque poteſt

A incrementum debiti petere, ſi maius ſit, quam legatum: quoniam eo ipſo renunciaſſe videtur vniuerſo debito. Ita habetur capitu. officij, de teſtamen. quoad portionem Epiſcopo debitam. Ibidem excipitur, niſi compenſatur debitorem fraude vſum fuiſſe, vt creditorem ea via ſolutione modicæ alicuius rei, deciperet: nam tunc, cum fraus, & dolus nulli debeat patrocinari, accipit creditor integrum ſuum debitum. Vt tamen Gloſſa ibidem ait, compenſat creditor in eo euentu legatum, & accipit incrementum vſque ad integrum debitum.

Quando debitor id ſolum creditori legat, quod illi debebat, ſi inde commodum creditori cedat, validum eſt legatum: ſecus autem ſi nulla vtilitas inde illi proueniat. Quare, ſi quod naturaliter tantum, & non ciuili iure debebatur, legetur, validum eſt legatum. Si item teſtatori exceptio aliqua competebat, validum eſt legatum, quia ea cenſetur remiſſa. Pręterea, ſi debebatur res iure prætorio, validum eſt legatum, quia eo ipſo oritur actio iure ciuili, quæ diuturnior eſt. Item, ſi res debita erat in diem, ſub conditione, aut ſub modo, & purè legetur, validum eſt legatum: quia mortuo teſtatore, ſtatim debetur ſine modo. Item, ſi ex legato interrumpitur præſcriptio, validum eſt propter eiuſmodi effectum. Prætereà, quia hæreditate adita dominium rei in ſingulari legatæ tranſit in legatarium, validum eſt legatum, quando creditor dominus non erat rei, quæ illi debebatur. Hæc omnia conſtant ex l. ſi creditori, & l. ſin autem ff. de leg. primo, l. Mæuius, §. debitor, l. debitor, ff. de lega. ſecundo, l. legaui, §. vltim. ff. de lib. legata, & §. ex contrario, Inſtitu. de legat. Lege Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolut. cap. 12. nu. 26. vbi nonnulla alia addit.

DISPVT. CCI.

C *De legato rei pignori, aut hypothecæ ſubiectæ: Item, de legato eiuſdem rei, aut eiuſdem quantitatis pluries facto, & an, ſi legatarius emat, aut alio titulo comparet rem legatam, expiret legatum.*

QVando teſtator legauit rem ſuam alteri in pignus datam, aut hypothecæ ſubiectam, idque teſtator ſciebat, vniuerſim tenetur hæres onus illud redimere de bonis teſtatoris, eamque liberam tradere legatario, niſi de contraria teſtatoris voluntate conſtet. Si verò id teſtator ignorabat, fortè, quia à procuratore ſuo, ipſo inſcio, pignori, aut hypotecæ erat ſubiecta, & erat maioris pretij, quam onus cui erat ſubiecta, legatarius ipſe tenetur ſuis ſumptibus eam à tali onere liberare, niſi vel ex coniunctione legatarij cum teſtatore, vel ex a- D lijs circunſtantijs præſumatur, quod licet ſciret, eam tali oneri eſſe ſubiectam, nihilominus, vel eandem illi legaſſet, vel aliam non minoris valoris. Ita habetur leg. ſi res obligata, ff. de legat. primo, leg. licet, ff. de dote præleg. leg. prædia, Cod. de fideicommiſſ. §. ſed & ſi res, Inſtitutio. de legat. & l. vndecima, titulo nono, parte ſexta. In euentu autem, in quo legatarius ſumptibus ſuis tenetur eam ab onere liberare, ſi obligata erat pro alieno debito, hæres tenetur cedere legatario actionem aduerſus principalem debitorem, vt legatario ſoluat, ſi quid loco illius ſolutum fuerit. Quando res pignori, aut hypothecæ eſt ſubiecta pro æquali, aut maiori valore, quã ipſa æſtimetur, tunc ex leg. ſi res obligata, colligi videtur, hæredem teneri vniuerſim eam redimere, eſto teſtator neſciret eſſe obligatum: quia alioquin cum legatarius ſoluere non vellet æquale, aut maius pretium quam ipſa æſtimetur, legatum eſſet nullum, idque

que definit l.vndecima,citat. & affirmant gloſſ. l. prædia,& gloſſ.§.ſed & ſi res citatæ,& communior doctorum ſententia,tametſi alij contrarium verum eſſe arbitrentur. Cætera, quæ circa primam hanc propoſitæ diſpoſitionis partem dici poterant,lege,ſi placet,apud Anton. Gomez. primo tomo variarum reſolutio.cap.12.num.39.& apud Gregor. Lopez ad l.11.cita.

Quod ad ſecundam partem attinet, ſi eadem res in ſingulari determinata legetur vni, & eidem pluries ab eodem teſtatore,ſemel tantum debetur,eſto, primo legata ſit in teſtamento, & ſecundò in codicillo,l.planè,1.§.1.iuncta gloſſ.ibi, & leg. ſi tibi homo,§.primo,ff.de legat. primo,l. Mæuius§.duobus, & §.cum,ff.de leg.ſecundo,& l.quadrageſima quinta, titulo 9.par.6.

Si tamen eadem à pluribus (quorum alter non ſit hęres alterius:nam tunc ſemel tantum deberetur, iuxta l.ſi mihi Sempronius,ff.de legat.primo,)in diuerſis eorum teſtamentis eidem legetur,tunc,ſi legatarius ab vno conſequatur primo rem ipſam tuto,ita vt detrahi ab eo lite non poſſit,poſtea neque æſtimationem poteſt petere ab alio, ſi tamen prius conſequatur ab vno æſtimationem,petere poterit ab alio rem ipſam. Ita habetur §.ſi res aliena,& §.ſi cui fundus. Inſtitu.de lega.l.planè,1. §.1.iuncta gloſſ. ibi l.non quocunque,& l.ſi ſeruus legatus,§.primo.iuncta etiam gloſſ.ibi,ff.de lega.primo,& l. quadrageſima quarta,tit.9. par. 6. Idem diſpoſitum eſt,ſi quis duos inſtituat hæredes, & vnumquemque eorum grauet,vt in ſolidum rem aliquam determinatam in ſingulari tradat alicui legatario: ſi enim legatarius prius ab vno accipiat æſtimationem, poterit ab alio petere rem legatam, ſi tamen prius ab vno accipiat rem legatam,petere non poterit ab alio æſtimationem. Ita habetur l.quid ergo.§.primo,ff. de leg.1. Horum omnium redditur hæc ratio iuribus citatis. Quoniam in vnum,& eundem hominem, comparatione eiuſdem rei,duæ cauſæ lucratiuæ ſimul concurrere non poſſunt,ita,vt poſt quam ſemel ex cauſa lucratiua,puta donatione, aut legato eam obtinuerit, iterum illi ab alio debeatur:ſecus autem quando illam obtinuit ex cauſa oneroſa, vt ex emptione, aut permutatione:quoniam tunc poterit eam iterum petere,aut æſtimationem loco illius. In his tamen omnibus,quando conſtaret fuiſſe aliam mentem teſtatoris,non ſolum in conſcientiæ,ſed etiam in exteriori foro illi eſſet ſtandum,poſthabitis eiuſmodi iuris ciuilis ſubtilitatibus abethnicis Iuriſconſultis ad rei naturam in his omnibus, iuxta moralem philoſophiam definiendam excogitatis.

Quando bis, aut ſæpius eadem quantitas,vel res in indiuiduo indeterminata vni, & eidem legata eſt in eodem teſtamento,ſemel tantum debetur,niſi legatarius coniecturis,aut aliundè ſufficienter probet contrariam fuiſſe teſtatoris voluntatem, l.planè,1. §.ſed ſi non corpus,iuxta gloſſ.ibi, & §. ſed ſi pondus,ff.de leg.primo,l.quadrageſima quinta, titu. 9. part.6.& l.centum.ff.de adimend.lega.iuncta gloſſ. ibi,vbi habetur,quòd ſi in eodem codicillo primò relinquatur aliqua ſumma purè, & poſtea ſub conditione,aut primò maior,& poſtea minor,vel ècontrario,præſumitur reuocatum prius legatum per ſecundum,ſolique ſecundo eſſe ſtandum. Idem probat l. qui bis.ff.de verbo.obliga.cuius hęc ſunt verba. Qui bis idem promittit, ipſo iure amplius quàm ſemel, non tenetur.

Quando verò eadem quantitas, aut res indeterminata in indiuiduo relinquitur in diuerſis teſtamentis, aut codicillis, aut in codicillo, & teſtamento, tunc cenſentur diuerſa legata, & omnia debentur, niſi hæres ſufficienter probet, contrariam fuiſſe teſtatoris voluntatem. Idem maiori

A cum ratione eſt, quando relinquitur diuerſa quantitas, ſiue maior in priori inſtrumento relinquatur, & minor in poſteriori,ſiue è contrario. Idem etiam eſt, ſi in vno inſtrumento aliqua quantitas relinquatur purè, & in alio ſub conditione; quia duæ quantitates debentur, vna purè, & alia ſub conditione, aut ſi eadem quantitas relinquatur facta alia variatione in legato quoad qualitatem,tempus, &c. Hæc omnia conſtant ex lege quinquaginta, ff. de probationibus, & ex l.45.titulo nono, parte nona,& l.centum, ff.de adimend.lega.iuncta glo.ibi.

Excipitur ab hac regula, niſi propter aliquam cauſam, ad aliquemve finem, prius in vno teſtamento,aut codicillo teſtator legauit aliquam quantitatem, & poſtea in alio aliam, vt ad alimenta, aut ad aliquid aliud: nam tunc receſſum cenſetur à priori diſpoſitione, ſolumque debetur poſterior quãtitas,lege libertis.quos,ff.de alimentis,& cibar. leg.& lege ſecunda.§.Mela, ff.de dote prælegata. B Excipitur præterea, niſi inſtrumenta, in quibus diuerſa quantitas eidem legata eſt, facta fuerint ſimul, ſed quia voluit teſtator diuerſa inſtrumenta eiuſdem vltimæ voluntatis, vt vnum ſecum haberet, & alterum relinqueret in aliquo loco, vel alia ratione: nam tunc ſolum debetur minor quantitas, eò quòd hæres in poſſeſſione ſit bonorum defuncti,ſitque debitor legatorum, & in dubio ſit melior conditio poſſidentis, lege Sempronius, ff.de lega. ſecundo. Merito autem Anton. Gomez.primo tomo variar.reſolutionum,capi.12.numero 38.& 58. cum Bart. & alijs hoc intelligit, niſi vnum inſtrumentum eſſet regiſtrum, & aliud tranſumptum: quoniam tunc regiſtro eſſet ſtandum, etiamſi in illo contineretur maior quantitas. Idem Ant.Gom. cum aliis, quos citat, ibidem vult,etiam quando diuerſa quantitas relinquitur in eodem teſtamento, C aut vna, & eadem pluries variata, quia ſemel purè, & iterum ſub conditione, aut quouis alio modo quoad qualitatem, vel tempus, &c. deberi vtrumque legatum. Cæterum,vt diximus, contrarium affirmat gloſ. iuncta textui, l.centum.ff.de adimend. legat. Vniuerſim autem, quando circa aliquid notorum omnium conſtat aliam fuiſſe teſtatoris voluntatem, illi eſt ſtandum, non ſolum in conſcientiæ, ſed in exteriori foro: quoniam eiuſmodi Iuriſconſultorum definitiones ſolum ſunt ad explicandum, quæ nam præſumenda ſit teſtatoris voluntus, quando de ea aliunde non conſtat.

Quod ad tertiam partem attinet, ſi legatarius rẽ ſibi legatam comparet titulo lucratiuo, puta donatione ab hærede, vel ab aliquo tertio, cuius illa erat, & qui eam ſibi legauit,tunc expirat illud aliud legatum, ita vt neque æſtimationem illius poſſit petere, iuxta ea quæ in ſecunda parte diſputationis huius D dicta ſunt, eò quòd in vnum, & eundem hominem comparatione eiuſdem rei,duę cauſæ lucratiuæ concurrere ſimul non poſſint, iuxta iura ibidem citata. Ita Anton. Gomez. 1.tomo varia.reſolutio.cap.12. in calce,num.38.

Si verò legatarius rem legatam comparauit titulo oneroſo, nempe emptione, permutatione, aut alio, tunc ſi res legata non erat teſtatoris, eamque comparauit, vel à vero domino, vel ab aliquo tertio, ſiue viuente adhuc teſtatore, ſiue illo defuncto,& ſiue ſciens eam ſibi ab eo fuiſſe legatam, ſiue ignorans, non expirat legatum, ſed petere poterit æſtimationem illius, idque ſiue purè ſibi eſſet relictum, ſiue ſub conditione,lege planè, prima,§. quod ſi rem, & l. ſi à ſubſtituto, in princip.ff.de legat.primo,& affirmant Bart.& Doctores communiter, quos loco cita nu.35. Anton. Gom.refert,ac ſequitur.

Si autem res legata erat teſtatoris, legataque erat in diem, aut ſub conditione, & eam legatarius titulo oneroſo comparauit ab hærede, tunc adueniente die, aut impleta conditione, petere poterit æſtimationem, ſiue illam comparauerit, ſciens ſibi eſſe legatam, ſiue id ignorans, & ſiue eam comparauerit, viuente adhuc teſtatore, ſiue illo defuncto. Ita probat tex. in leg. ſi à ſubſtituto cita. & affirmant gloſ. ibi, & Doctores communiter, quos Antonius Gomez, nume. cita. ſequitur. Probant etiam l. 4. ff. ad l. Falci. & alia iura.

Si autem res legata erat teſtatoris, legataque erat purè, & legatarius ignorans ſibi eſſe legatam, eam titulo oneroſo acquiſiuit ab hærede, petere poteſt ab eo æſtimationem, l. huiuſmodi, § ſi ſeruum, ff. de leg. primo, & doct. ibi communiter. Si autem ſciens ſibi eſſe legatam, emit illam ab hærede, aut à teſtatore, ſiue viuente adhuc teſtatore, ſiue poſt illius mortem, expirat tale legatum, quia eo ipſo legatarius cenſetur illi renunciaſſe, argumento tex. in leg. illud. ff. de acquirend. hæred. & in leg. Titius, in princ. ff. qui. mod. pign. vel hypoth. affirmant que Bar. & doctores communiter, quos Anton. Gomez. num. cita. refert, ac. ſequitur.

DISPVT. CCII.

Legatum omnium mobilium, an nomina debitorum contineat. Legatum omnium, quæ continentur certo loco, an comprehendat pecuniam, & nomina debitorum ibi reperta, nec non re, quæ poſtea inferuntur, & legatum apothecæ pannorum, an pannos, uel domum, uel utrunque contineat. Et obiter de legato lanæ, ac lini.

VT diſpoſitionis propoſitæ duæ priores partes melius intelligantur, ſciendum eſt. Nomine quidem bonorum comprehendi non ſolum mobilia, & immobilia bona, ſed etiam iura, & actiones, vt conſtat l. nam quid, §. vltimo & l. ſi legatus, ff. ad Treb. atque alijs iuribus, quæ præter alios, Arius Pinel. in rub. de bonis maternis, parte prima, à numero ſecundo citat, attamen nomine bonorum mobilium, atque immobilium, ſimpliciter, ac propriè loquendo, iura, & actiones non comprehendi, ſed conſtituere tertium bonorum genus ab eis diſtinctum, vt conſtat ex l. à Diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iudicata, & leg. quam Tuberonis, §. peculio, ff. de peculio. Bona namque mobilia ſunt corporea, quæ de loco ad locum transferri poſſunt, qualia non ſunt iura, & actiones, etiam ad res mobiles, bona verò immobilia, propriè loquendo, ſunt corpora, res ve corporeæ, quæ certum ſitum, & locum habent, neque de illo ad alium transferri poſſunt, qualia non ſunt iura & actiones, quæ ſitum, ac locum, quo ambiantur, ac contineantur, non habent. Iſta eſt communis doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Couar. cap. relatum, 2. de teſtam. numero primo, & ſecundo var. reſolut. capitulo ſecundo, num. 3. Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, parte prima verb. bonis ſuis, à numero ſecundo ſolut. 60. & Arius Pinel. in Rub. de bonis mater. p. 2. nu. 24 Quo fit, vt plus contineatur, ſi quis damnetur pœna amiſſionis omnium ſuorum bonorum, quàm ſi addatur, mobilium, & immobilium, & plus ſi dicatur, quempiam ſubijcere hypothecæ omnia bona ſua, quàm ſi addatur, mobilia, & immobilia: quoniam, facta ea additione, non comprehenduntur iura, & actiones, quæ in illis prioribus verbis, vnà cum mobilibus, & immobilibus bonis comprehendebantur, vt Arius Pinel. loco citato à numero vigeſimo quinto, rectè admonuit, meritò tamen idem auctor nume. 28. ſubiungit, quanto ſen-

A tentiâ ferretur ad executionem legis ſtatuentis, pœnam amiſſionis omnium vniuerſim bonorum, vt quando aduerſus hæreticos, aut eos, qui crimen læſæ maieſtatis humanæ commiſerunt, pronunciaretur ſententia amiſſionis omnium ſuorum bonorum eſto adderetur, mobilium, & immobilium, intelligi etiam iura, & actiones: quoniam iudicis potius menti iuriſve diſpoſitioni, quam verborum rigori eſt ſtandum.

Quando aliquis eſſet inſtitutus hæres in aliquibus determinatis bonis, nulluſque cum eo eſſet inſtitutus, tunc per ius accreſcendi cenſeretur inſtitutus in omnibus vniuerſim bonis teſtatoris, etiam in iuribus, & actionibus, vt ex dictis diſputatio. 155. eſt manifeſtum, atque id eſt, quod colligitur ex leg. prima §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſti. Vnde non immeritò ex illo textu colligunt aliqui, in bonis mobilibus, & immobilibus comprehendi iura, & actiones. Quin potius, ſi duo inſtituantur hæredes, vnus bonorum mobilium, & alius immobilium, aut
B vnus in certis aliquibus bonis corporalibus, & alius in reliquis tam mobilibus, quam immobilibus, adhuc iura, & actiones, nominave debitorum, diuidenda ſunt inter vtrumque, eo modo, quo diſputatio. 155. explicatum eſt, vt Emmanuel à Coſta loco citato, numero ſecundo, quinto, & ſequentibus rectè oſtendit.

Panormitan. cap. nulli, de rebus. Eccleſ. non aliénan. nume. 9. & 10. rectè ait, quando iura, & actiones non neceſſariò veniunt comparanda inter bona mobilia, & immobilia, conſtituere tertium genus bonorum ab vtroque diſtinctum, vt dictum eſt. Quando verò neceſſariò veniunt computanda, quia loquens quis manifeſtè de toto patrimonio, nomine mobilium, & immobilium illud adæquatè diuidit, ac comprehendit, tunc iura, & actiones ad res mobiles computanda eſſe cum bonis mobilibus: iura autem,
C & actiones, ad res immobiles, numeranda eſſe cum rebus immobilibus, iuxta gloſſ. in authen. de rebus. Eccleſ. non alien. §. primo & Bart. l. poteſt populus, ff. de auct. tuto. quos Emmanuel à Coſta loco cita. nume. 13. ſequitur, affirmant eam non eſſe communem opinionem.

Quod nomine mobilium, & immobilium bonorum, comprehendi hodie ſæpe debeant iura, & actiones, propter communem loquendi vſum plus videtur extendere Couar. c. relatum, 2. de teſtam. in calce, num. 1. quam hactenus ex communi Doctorum ſententia dictum ſit, non tamen recederem à communi ſententia, quam Emmanuel à Coſta, & Arius Pinellus referunt, atque amplectuntur.

His ita conſtitutis, quod ad primam diſputationis propoſitæ partem attinet, iam facilè patet in legato bonorum omnium mobilium, non comprehendi iura, & actiones, etiam ad res mobiles, atq; adeò nec
D debitorũ nomina, ſed pertinere ad hæredes, niſi aliter de eis diſpoſuerit. Ratio eſt: quoniam non ſunt bona mobilia, ſed ſunt tertiũ bonorum genus à mobilibus, & immobilibus diſtinctum; id quod ex ſtatim dicendis magis perſpicuum fiet: pecunia autem comprehenditur: quia re vera bonum mobile eſt. Ita Emmanuel à Coſta, loco cita. nu. 11. & alij, quos citat, neque ea de re eſt dubitandum.

Quòd attinet ad ſecundam partem, dicendum eſt. In legato eorum, ſeu bonorum, quæ certo loco continentur, etiam ſi dicatur omnium, quæ ibi continentur, non comprehendi iura, & actiones, etiamſi inſtrumenta talium iurium, & actionum ibi contineantur. Ita Emmanuel à Coſta, cap. ſi pater, verb. bonis, à num. 6. fol. 62. Arius Pinel. in rub. de bonis mater. part. 1. à nume. 10. Aluar. Valaſc. 1. tomo conſul. 59. nume. vlt. ex communi Doctorum ſententia, quam referunt. Id hr̃ apertè l. Caius, in principio,

ff.de leg.ſecundo,l.vxorem.§.legauerat, verſ.quæſitum eſt; l.quæſitum eſt. §.primo,l.prædijs, §.pater filiæ,& l.ſi mihi, in princ.& §.vlt.ff.de leg.3.& l.ſi fideicommiſſum.§.contractum.ff.de iudicijs,il lis verbis; cum non loci ſit æs alienum, l.quæſitum eſt,§.pen.l.Papinianus. ff.de fundo inſtruc. & alijs iuribus.

Verum obijciet aliquis. Chirographa, ſeu inſtrumenta, quibus actiones & iura continentur, reuera res mobiles ſunt,vereque certo loco continentur,ergo in legato rerum, ſeu bonorum omnium quæ in domo aliqua, aut alio determinato loco continentur,comprehenduntur eiuſmodi inſtrumenta, ſi ibi ſint. Tunc ſic,legato Chirographo,aut inſtrumento,in quo debitum,aut quodcunque ius, vel obligatio continetur, cenſetur legatum tale debitum, ius, aut obligatio,vt conſtat ex l.ſeruum filij.§.eum qui chirographum. ff.de leg.1. & l. qui chirographum. ff.de leg.3. & ex alijs iuribus: ergo in legato rerum aut bonorum omnium,quæ certo loco continentur, comprehenduntur iura, & actiones, quæ in inſtrumentis ibi repertis continentur.

Emmanuel à Coſta loco cita.à num.7. vt huic obiectioni ſatisfaciat, reijcit communem rationem, quæ reddi ſolet,cur in legato bonorum, quæ certo loco continentur,non comprehendantur, debita,iura,& actiones,etto chirographa,& inſtrumenta eorum illo in loco contineantur, nempe, quia debita, iura, & actiones, incorporalia ſunt,ac proinde nullo loco continentur. Rationem hanc idcirco Emmanuel à Coſta reijcit, quoniam inquit, Iuriſconſultus in l. Caius, citata, non tam de actionibus, & iuribus fuit locutus, quæ nullo loco continentur, quàm de nominibus creditorum, hoc eſt, ſcripturis, & inſtrumentis eorum, quæ debitorum nomina ex eo dicuntur, quòd fieri antiquitus conſueuerint adhibitis nominibus ſub quadam forma, quæ hodie non eſt in vſu, vt habetur inſtitu. de literarum obligationibus,in principio. At vero inquit, Iuriſconſultus ea in lege non negat, quin potius affirmat, eiuſmodi ſcripturas, & inſtrumenta, eo in loco contineri. Legitimam rationem cum Dyno, Alberico, & Imola, ait eſſe, quoniam quando legatur domus, & omnia quæ in ea continentur, ſolum cenſentur legata, quæ ibi ſunt, gratia perpetui vſus, non verò quę caſu ibi ſunt,vel ad tempus,vt conſtat ex l.ſi ita legatum,ff.de leg.3.quare,cum debitorum nomina, ſeu eiuſmodi chirographa aut inſtrumenta,non ſint eo in loco vt perpetuo ibi ſint, ſed donec exactio fiat à debitoribus. Conſequens eſt, vt non comprehendantur in legato earum rerum, quæ in eo loco continentur.

Hac eadem ratione,neque pecunia,quæ eo in loco continetur,niſi ibi ſit perpetuò tanquam theſaurus, & non ad negociationem, vel ad ſumptus cenſetur comprehenſa in legato omnium, quæ in aliquo loco continentur,vt habetur expreſsè l.ſi ita legatum, l.vxorem, §.legauerat, verſ.item quæſitum eſt,l.quæſitum eſt, §.Mæui. l.ſi chorus, §.primo, l. prædijs,§.pater filiæ,& l.ſi mihi, §.vlt.ff.de lega.3. atque alijs iuribus,affirmantque ibidem Gloſſæ, & Emmanuel à Coſta, loco cita. nume.10. atque alij Doctores.

Licet autem ratio hæc Emmanuelis à Coſta non omnino ſit contemnenda,mihi ſanè non probatur. Iuxta eam namque chirographa,ſeu ſcripturæ; quæ in eo loco continentur, vt perpetuo ibi ſeruarentur, quia in illis continetur ius perpetuum ad annuos reditus, aut aliquod aliud ius, quod in perpetuum duraret,cenſerentur legata,& cum eis ius illud perpetuum: quod tamen neque ipſe Emmanuel à Coſta concedet.

Dicendum igitur arbitror, rationem, quæ à do-
A ctoribus communiter redditur,eſſe optimam, ſi rectè intelligatur. Chirographa namque, eiuſmodi ve ſcripta inſtrumenta, duobus modis ſpectari poſt ſunt. Vno,quatenus papyrus,atque ſcriptura quędam ſunt, quo pacto certo quodam loco continentur,ſed nullius pretij, valoriſve ſunt, aut certè per exigui; neque illorum ita ſpectatorum ratio habetur in legatis. Altero, quoad iura, & actiones, quæ ex illis probantur, exigique poſſunt: atque ratione eiuſmodi iurium, ſeu quoad eiuſmodi iura, quæ verè bona ſunt multo pretio æſtimabilia, non eſſe in loco, ac proinde neque comprehendi legato eorum omnium, quæ in certo aliquo loco continentur.

Ad obiectionem propoſitam dicendum eſt, chirographa,atque inſtrumenta,quibus actiones, & iura tanquam inſtrumentis vnde probantur, continentur,eſſe quidem bona mobilia, & contineri loco quatenus papyrus, & ſcripturæ quædam ſunt,
B ſed ea ratione nullius eſſe momenti; atque de eis ita ſpectatis,l.Caius,& alijs, innui eſſe in loco legati,non verò ratione actionum, & iurium, quæ ex illis probantur: quare, ſi de eis hoc modo ſpectatis ſit ſermo (quo pacto antecedens inſtituto inſeruiret) neganda eſt prima conſequentia. Ad id verò quod vlterius ſubſumitur,dicendū eſt,legato chirographo in ſingulari, aut ſub nomine chirographi, vel inſtrumenti, cenſeri legatum ius, quod illo continetur, quoniam non eſt aliud, quod in eo euentu præſumi poſſit teſtatorem legare voluiſſe,eoque pacto intelligi iura illa, quæ citantur. At verò neque inſtrumenta ipſa,nec iura, & actiones in eis contenta,cenſeri legata nomine eorum,quæ in aliquo loco continentur,quando aliquid aliud in eo continetur, pro quo verum, ac validum poſſit cenſeri tale legatum, vt Gloſſæ l.Caius, & alijs iuribus citatis rectè diſtinguunt, atque propoſitæ obiectioni tacitè re-
C ſpondent.

Illud eſt obſeruandum, ſi quis ita legaſſet, Petro relinquo quæ in tali capſa, aut loco continentur,neque in eo aliud reperiretur, quàm chirographa aut pecuniæ,id cenſeri legatum, quoniam tunc, ne nullum dicamus eſſe legatum, id credendum eſt teſtatorem voluiſſe legare, vt iuxta l.ſi quando. ff.de legat.primo,l.quoties 2.ff.de reb.dub. aiunt Emmanuel à Coſta vbi ſupra numero 7.& Aries Pinel. in rubr.de bonis mater. parte prima,nume.12. Idemque non ſolum in conſcientia, & in exteriori foro dicendum eſt, quando aliunde conſtat nomine eorum,quæ in aliquo loco continentur,teſtatorem chirographa etiam creditorumve nomina intellexiſſe, vt patet ex l.quæſitum eſt,§.Mæui. ff.de legat.3. & ex alijs iuribus: ſi item aliquis legaſſet, quæ in aliquo loco continentur,& addidiſſet, cum debitis, & creditis,aut cum menſa,vel calendario,ſeu libro ra-
D tionum,ac debitorum,non eſt dubium cēſeri etiam legata debitorum nomina,iuxta l.cum pater,§.menſa,ff.de legat.ſecundo,& affirmant glo. l.Caius,in princ.ff.eod.tit.Bar.& alij, quos Aluar. Val. conſi. 59.refert, ac ſequitur.

Quando legatum id omne eſt, quod aliquo loco continetur, tunc ſi aliquid caſu ibi illatum ſit, aut inde abſit, neque auget, neque minuit legatum, l.ſi ita legatum,ff.de leg.tertio. Quod ſi teſtator legauerit id omne, quod tempore mortis ſuæ in aliquo loco repertum fuerit, tunc ſi quid induſtria legatarij, aut aliter contra præſumptam teſtatoris voluntatem illatum ſit, non debetur, ſed pertinet ad hæredes,l.ſi ita legetur,in princ. ff.de leg.ſecundo, l.nomen,§.primo,ff.de leg.2.& l.penult.§.vlt.ff.de auro & arg.legato. Quod verò iuſſu,aut conſenſu expreſſo, vel tacito, aut præſumpto teſtatoris illatum fuerit,id totum debetur legatario, §.vlt.cit. Si quid con-

contra teſtatoris voluntatem ablatum fuerit in legatarij præiudicium, manifeſtum eſt id etiam legatario deberi. Quando teſtator legat veſtem ſuam alicui, vel equum ſuum, aut aliquid ſimile, id ſolum legare cenſetur, quod ſuum eſt tempore, quo teſtamentum condit, non verò quòd ſuum poſtea erit. Vnde ſi de nouo conficiat ſibi veſtem, aut emat equum, non cenſetur id comprehenſum in eo legato. l. ſi ita legatum. ff. de auro & arg. leg. His de rebus Anton. Gom. primo tomo variar. reſol. cap. 12. num. 49. & 50.

Quod ad poſtremam diſputationis partem attinet, Aluarus Val. conſi. 59. cit. diſtinguit. Quoniam vel teſtator dominus erat apothecæ, in qua panni continentur, vel non: In primo euentu ait, ſolam domum cenſeri legatam, quoniam verbum illud, pannorum, potius cenſetur adiectum ad demonſtrãdum apothecam (quemadmodum l. qui tabernas, iuncta glo. ibi. ff. de contrah. emp. tabernæ argentariæ intelliguntur, in quibus venditur argentum) quã ad intendendum legare pannos apothecæ. In ſecundo verò euentu ait, cenſeri legatos pannos, ſumpto continenti pro re contenta, idque vt legatum aliquid operetur: quando enim commodè fieri poteſt, interpretari debemus legatum, ita, vt aliquid operetur. l. ſi quando. ff. de leg. 1. & l. quoties, 2. ff. de reb. dubijs, potiuſque cenſendum eſt intendiſſe legare, quod ſuum eſt, quam quod eſt alienum, quando de vtrouis intelligi non abſurdè poteſt legatum, vt in re propoſita euenit, refertque Aluar. ſe obtinuiſſe in hac cauſa. Quando tamen ex circunſtantijs, modoque alioquin teſtatoris, aliud intelligeretur, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro, teſtatoris voluntati eſſet ſtandum.

In calce huius diſputationis addendum eſt, in legato lanæ contineri, quæ ſeparata eſt à corpore animalis, etiamſi corio ab animali ſeparato adhæreat, quin & ratione lanæ corium eodem legato contineri. Item comprehẽdi lanam, etiamſi redacta ſit iam in ſtamen, modo tela non ſit confecta, & modo lana non ſit iam tincta. In legato autem lini comprehenditur etiam tela, & linum tinctum. Hæc habentur l. ſi cui lana. ff. de legat. 3. & affirmant Barto. & alij, quos Anton. Gom. vbi ſupra, num. 55. refert, ac ſequitur. Crediderim tamen, hæc ſancita tunc fuiſſe iuxta loquendi morem ea tempeſtate latino idiomate; hodie verò in vnaquaque regione conſuetudini loquendi eius loci eſt ſtandum, præſumptæque teſtatoris voluntati: in dubio autem adhærendum eſt diſpoſitioni. l. ſi cui lana.

DISPVT. CCIII.

An in legato vſusfructus, aut rerum certi generis, vel quæ in aliquo loco continentur, venalia etiam comprehenduntur.

1. Concluſ. Diſputatio hæc cum præcedente eſt coniuncta. Eam verò cum Couar. 2. var. reſol. cap. 5. nonnullis concluſionibus expediemus.

Prima eſt, legatum vſusfructus rerum omnium teſtatoris, comprehendit vſumfructum etiam rerum venalium. Ita colligitur ex l. quoties, §. vlt. ff. de vſufructu, & cum Barto. & alijs affirmat Couar. c. 5. cita. nume. 1. Vniuerſalis enim ea locutio, quicquid in ſubſtantia teſtatoris continetur, comprehendit; notum autem eſt, etiam res venales ad ipſius ſubſtantiam pertinere. Idem aduerſus Decium cenſet eſſe Couarru. cum Bart. eſto, legatum ſit indefinitum rerum omnium, vt ſi teſtator dicat, lego vſumfructum bonorum meorum Petro. Ratio eſt, quoniam indefinita in re propoſita æquipollet vniuerſali, vt nume. 3. ante §. 1. ſi quidem ſubiungit.

2. Concluſ. Secunda concluſio; Legatum rerum certi generis, aut generum, vt lanæ, frumenti, vel ſeruorum teſtatoris, etiamſi adiectum ſit vniuerſale ſignum, & teſtator dicat, lego Petro omnes ſeruos meos, aut omne frumentum, & omnem meam lanam, non comprehendit venalia eiuſdem generis. Vt ſi teſtator habet quatuor ſeruos ſui obſequij, & multos alios venales, mercimonij gratia, ſolum illos quatuor comprehendit legatum illud. Ita Couar. numero 1. cita. cum Bar. Alex. & alijs, idque probat l. ſeruos. §. vlt. ff. de lega. 3. cuius hæc ſunt verba: Eum, qui venalitiariam vitam exercebat, puto ſeruorum ſuorum numero non facilè contineri velle huiuſmodi mancipia, niſi euidens voluntas fuerit, etiam de his ſentientis. Nam quos quis ideò comparauit, vt illico diſtraheret, mercis magis loco, quàm ſeruorum habuiſſe credendum eſt. Eſto autem teſtator ſeruum ſuum alteri in pignus dediſſet, vel operas illius alteri locaſſet, non proinde deſineret eſſe ipſius ſeruus, ac proinde in eo locato comprehenderetur, vt eadem l. habetur. Eadem concluſio probatur ex l. pediculis, §. itẽ cum quæreretur, ff. de auro, & arg. leg. vbi cum teſtatrix cuidam in hunc modum legaſſet; habeto ornamentum meum omne muliebre cum auro, & ſi quæ alia muliebria apparuerint; illaque mercaturam exerceret, haberetque venalia alia, quæ ad muliebre ornamentum pertinerent, reſpondit Paulus Iuriſconſultus, non videri id legatum, quod negociandi cauſa venale proponi ſoleret, niſi de eo quoque ſenſiſſe is, qui petit, probet.

3. Concluſ. Tertia concl. In legato rerum, quæ certo loco continentur, non comprehenduntur res venales, quæ ibi fuerint repertæ. Ita cum Bar. & alijs Couar. loco cita. nu. 3. eamque concluſionem probat l. Generali. §. vxori. ff. de vſufructu legato, cuius hæc ſunt verba: Vxori maritus vſum. fructum domuum, & omnium rerum, quæ in his domibus erant, excepto argẽto, legauerat: item vſumfructum fundorũ, & ſalinarum. Quæſitum eſt, an lanæ cuiuſque coloris, mercis cauſa paratæ, item purpuræ, quæ in domibus erant, vſusfructus ei deberetur. Reſpondi, excepto argento, & ijs quæ mercis cauſa comparata ſunt, cæterorum omnium vſumfructum habere legatariam. Et quod ad ſalinas attinet, ſubiungit. De ijs legandis, quæ venalia ibi eſſent non ſenſiſſe teſtatorem. Eandem concluſionem probat l. pediculis. §. item cum quæreretur. ff. de au. & arg. legato. l. ex facto proponebatur. §. rerum autẽ Italicarum, ff. de hære. inſt. & l. debitor. ff. de pign.

Secunda nihilominus, & tertia concluſio intelligendæ ſunt, niſi expreſſa, aut tacita teſtatoris voluntas ſuaſerit comprehendere in eiuſmodi legatis etiam venalia illius generis, aut quæ in eo loco reperirentur: id quod ſatis apertè docetur verbis, ex l. ſeruos, ex l. pediculis, ſupra relatis, & affirmant Couar. numero tertio, cita. & Doctores quos citat.

Vnde cum Accurſio & alijs, quos citat, infert, Primò, ſi quis dicat, lego Petro frumentum, aut lanam, quæ in tali loco habeo, neque ibi tempore legati habeat niſi venale frumentum, aut lanam venalem, hæc ipſa cenſeri legaſſe, quoniam ea creditur fuiſſe voluntas teſtatoris; ne legatum ſit nullum, vt colligitur ex l. ſi quando. ff. de leg. 1. & l. quoties, 2. §. de reb. dub.

Secundò cum Bar. & plerïſque alijs infert, ſi teſtator dicat, lego Petro frumentũ, quod quocũque modo in tali loco habeo, cõprehẽdere etiam venale verbum: namque illud, quod quocunque modo habeo, ſignificat ſe loqui etiam de venali, argu. glo.

in ſimili, Clemen. 1. de ſententia, & re iudicata, ver. quauis.

Tertio, cum Decio, & Panorm. infert, quando teſtator legauit exiſtentia in certo loco: illa autem erant fructus ex prædijs percepta, qui tanquam ſuperflui erant vendendi, non tamen ibi erant negociationis cauſa, ex teſtatoris mente comprehendi in eo legato, quoniam id præſumendum eſt eo legato intendiſſe.

Quarto cum eodem Decio, & alijs infert, ſi quis ita dicat, lego Petro omnia, quæ in tali loco habeo, præter venalem lanam ibi repertam comprehendi cætera omnia venalia ibi exiſtentia, præter lanam. Ratio eſt, quoniam exceptio non eſt niſi de comprehenſis in regula: cum ergo teſtator lanam venalem exceperit à tali legato, coniectura manifeſta eſt nomine inibi exiſtentium, comprehẽdere voluiſſe etiam venalia, iuxta tex. in l. quæſitũ, §. denique. ff. de fundo inſtruct. & alia iura quæ Couar. vbi ſupra nu. 6. citat.

4. Concluſ. Vt verò ſubiectionem bonorum hypothecæ cũ legato conferamus, 4. concluſio eſt. Non ſolum ſi quis obliget, ſubijciantur hypothecæ omnia ſua bona, ſubiecta etiam cenſentur venalia, ſed etiam ſi ſubijciat omnia alicuius generis, puta omne frumentum, aut lanam, cenſentur ſubiecta venalia eiuſdem generis, dummodo reſtrictio non fiat ad bona alicuius loci. Habetque hoc verum, non ſolum ſi hypotheca expreſſa ſit, ſed etiam, ſi ſit tacita. Ita cum Bar. Alex. & alijs affirmat Couar. cap. 5. cita. nu. 2. iuxta l. cum tabernam, in princ. & §. vl. ff. de pig. Ratio huius diſcriminis inter legatum rerum certi generis, & hypothecam rerum ſimiliter certi generis, eſt, quoniam in legato agitur de præiudicio maximo hæredum, in hypotheca verò ſolum intenditur vt creditor quod ſibi debetur, obtineat.

5. Concluſ. Quinta concluſio. In hypotheca, ſiue tacita, ſiue expreſſa, rerum certo loco contentarum, non includuntur venales, neque cæteræ ad tempus ſolum ibi exiſtentes, niſi aliud de mente contrahentium conſtet, l. debitor. ff. de pigno. & l. certi iuris, iuncta glo. ibi, C. de locato, Couarruuias loco cita. nume. ſecundo, & in calce, nume. 9. & doctores, quos citat.

DISPVT. CCIV.

De legato quotæ hæreditatis, aut bonorum, & in quibus bonis ſit ſoluendum.

DIſcrimen eſt inter legatum quotæ hæreditatis, & quotæ bonorum teſtatoris; quod illud vim habet inſtitutionis hæredis vniuerſalis vna cum alijs hæredibus. Quare ad talem legatarium tranſeunt onera defuncti pro rata portionis ſibi relictæ, ac proinde actiuæ actiones, quæ defuncto competebant, & paſſiuæ, quæ aduerſus illum poterant exerceri, accipereque debet quotam illam ex ipſiſmet bonis defuncti, perinde atque cæteri hæredes, neque illi ſatisfacit, ſi ſola æſtimatio ei offeratur, l. ſi quis ſeruum, §. vlt. ff. de lega. 2. l. 1. in princ. & l. mulier, §. vlt. ff. ad Trebell. & affirmant Moli. lib. 1. de primog. ca. 10. nu. 7. Ant. Gomez. 1. tomo var. reſol. c. 12. nu. 21. & Doctores, quos citat.

Legatum autem quotæ bonorum, eſt proprijſſimè legatum, & de iure communi in optione hæredum eſt, vel ſoluere ſolam æſtimationem, vel tradere quotam illam ex ipſiſmet bonis defuncti, modò tamen ſine detrimento diuidi poſſint, alioquin coguntur ſoluere æſtimationem. Quod ſi circa valorem inter hæredes, & legatarium non

A conueniat, iudex illos componet. Ita habetur l. non amplius, §. vlt. ff. de legat. primo, & affirmat communis Doctorum ſententia, quam Anto. Gom. num. 21. citato, & l. 20. Tauri, nume. 2. & 3. refert, ac ſequitur. Quod autem dominium eiuſmodi legati ante traditionem ad legatarium non pertineat, & à quo tẽpore fructus talis legati ad eum ſpectent, dictum eſt diſputat. 194. Ad eiuſmodi etiam legatarium onera defuncti non tranſeunt, ac proinde, neque actiuæ, neque paſſiuæ actiones, ſed creditores ab hæredibus petere debent debita defuncti: nomine namque bonorum defuncti intelliguntur ea, quæ ſuperſunt, deducto ære alieno, l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verborum ſignif. & de ijs, quæ ita ſuperſunt, cenſetur legata quota legatario, eſtque illi ſoluenda, quod ſi poſtea alia debita appareant, creditores petunt illa ab hæredibus, ſed hæredes exigunt ab eiuſmodi legatario, quod plus, quam ei debebatur, ideò accepit, quia eiuſmodi debita ignorabantur.

B Quemadmodum autem in hæreditate includitur æs alienum, ita etiam in quota hæreditatis quota æris alieni defuncti includitur. Diſcrimen hoc inter quotam bonorum, & quotam hæreditatis, probant l. cum autem, iuncto. §. vlt. legis antecedentis, ff. de legat. ſecundo, & l. prima, C. ſi certum pet. affirmatque Moli. 1. lib. de primoge. c. 10. num. 8. Anton. Gom. num. 21. cita. & l. 20. Tau. nume. 2. & 3. & communis Doctorum ſententia, quam referunt.

In Regno Caſtellæ, l. 19. Tauri, quæ eſt 3. titu. 6. lib. 5. nouæ collectionis, ſancitum eſt, vt parens, qui quempiam deſcendentium meliorauerit in tertio, & quinto ſuorum bonorum, poſſit ſibi deligere rem certam, vel partem certam ſuorum bonorum, in qua talis melioratus id obtineat; dummodo quod ita elegerit, non excedat valorem talis tertij, & quinti, non tamen permittitur parẽti eo pacto melioranti,

C vt committat alteri electionem illam rei certæ, aut partis bonorum, in qua melioratus tertium illud, & quintum debeat accipere.

L. 20. Tauri, quæ eſt 4. titu. 6. cit. conſtitutum eſt, vt quando parens meliorauerit in tertio, aut etiam in quinto quẽpiam deſcendentium, vel in ſolo quinto aliquem extraneum, hæredes teneantur illud ſoluere, aut in re, aut parte hæreditatis, quam teſtator iuxta legem præcedentem ad id ſibi delegerit, vel ſi nihil delegit, in parte bonorum defuncti, neque ſatisfaciant, ſi æſtimationem offerant. Excipitur, niſi teſtatoris bona eiuſmodi ſint, vt ſine detrimento diuidi nequeant: nam tunc hæredibus conceditur, vt in pecunia poſſint ſoluere æſtimationem.

L. item 21. quæ eſt 5. titu. ſexto cita. deſcendenti in tertio, & quinto meliorato conceditur, vt repudiare poſſit hæreditatem aſcendentis, qui eum meliorauit, & acceptare prædictam meliorationem, ita tamen, vt prius ſoluantur debita omnia

D defuncti, quæ tempore partitionis bonorum apparuerint, detracta à tali tertio, & quinto pro rata portione eorum debitorum, & vt ſi quæ alia poſtea comparuerint, teneatur de eo tertio, & quinto pro rata ea ſoluere, non ſecus ac ſi hæres eſſet inſtitutus; idque ſiue obtinuerit tertium, & quintum in re certa à teſtatore deſignata, ſiue in parte bonorum defuncti.

Couar. 2. var. reſol. c. 2. nume. 2. cum alijs Doctoribus Hiſpanis, quos citat, rectè affirmat, eiuſmodi meliorationem in tertio, & quinto legatum eſſe, ſeu prælatum, quando eo pacto melioratus ſimul eſt hæres cum alijs in reliquis bonis defuncti: quia enim præter portionem in qua hæres cum alijs inſtituitur, accipere debet, meritò prælegatum dicitur. Conſentiunt Anton. Gom. primo tomo variarum reſolut. c. 12. num. 21. & Moli. lib. 1. de primog. cap. 10. à nu.

à num. 13. atque præter ea, quæ hactenus dicta ſunt, id confirmāt verba illa l. 21. Tauri, non ſecus ac ſi hæres eſſet inſtitutus; quibus apertè docetur, meliorationem illam non eſſe hæredis inſtitutionem, ſed legatum, aut prælegatum.

Quando ergo melioratur quis in tertio, aut in quinto bonorum defuncti, quod ſoluendum id ſit de bonis ipſius defuncti, & non in æſtimatione ad arbitrium hæredum, immo & quòd eligere poſſit teſtator rem, aut partem ſuorum bonorum, in qua melioratus id debeat obtinere, ſiue deſcendens ſit teſtatoris, ſiue extraneus, vtique in Regno Caſtel. diſpoſitio eſt corrigens ius commune.

Quod melioratus in tertio, & in quinto repudiare poſſit hæreditatem, & accipere ita prælegatum, conſonum eſt iuri communi, l. qui filiabus, §. vlti. & l. ſeq. ff. de le. 1. vbi ſtatuitur, hæredem, cui aliquid prælegatum eſt, poſſe accipere integrum legatum, & repudiare hæreditatem. Idem diſponitur l. 2. ti. 6. par. 6. & alijs iuribus, quæ Greg. Lopez ibidem citat.

Quod verò melioratus non ſecus teneatur ſoluere pro rata debita defuncti, quæ poſt bonorum partitionem apparuerint, quam ſi in tertio, & quinto eſſet hæres inſtitutus affirmant Couarr. loco cita. & alij, quos tam ipſe, quam Moli. libro primo, de primo. c. 10. nu. 13. citāt, correctionem eſſe eius iuris communis, iuxta quod diximus ſupra, creditores exigere poſſe debita à legatario in quota bonorum, ſed ab hæredibus: hæredes verò petere à tali legatario poſſe, quod de eo debito in quota bonorum ipſi perſoluta accepit. Obſerua tamen, quatenus hac lege ſtatuitur, vt ita melioratus ſoluere teneatur pro rata debita, quæ comparuerint, non eſſe correctionem iuris communis, quin potius ſtando in ſolo iure communi eo pacto id eſſe faciendum, vt Greg. Lop. l. 2. cita. rectè adnotauit. Etenim cum de iure communi legitimę deſcendentium, aut aſcendentium nullum imponi poſſit grauamen, & legitima ſit quota bonorum defuncti, quæ deducto ære alieno, vel de iure communi, vel de iure particularium regnorum ſtatuta eſt, ſanè quamuis, quando legata, ſeu meliorationes non pertingunt ad totam quantitatem, de qua liberè poterat defunctus diſponere, onus ſoluendi æs alienum ſolis hæredibus incumbat, aut ijs, qui loco hæredum habētur, quando tamen legata aut meliorationes id omne complectuntur, de quo teſtator liberè poterat diſponere, vt eſt in Regno Caſtellæ inter deſcendentes tertium, & quintum, & inter extraneos ſolum quintum, quando teſtator habet deſcendentes, & quando eis caret, & habet aſcendentes ſolum tertium, & in hoc Luſitaniæ Regno eſt ſolum tertium, ſiue teſtator deſcendentes habeat, ſiue ſolum aſcendentes; vtique, ſi quæ debita poſt partitionem bonorum compareant, tenentur eiuſmodi meliorati, ſeu legatarij ſtando in ſolo iure communi, contribuere pro rata ad illorum ſolutionem, alioqui hæredes manerent grauati in portionibus legitimis ipſis debitis, quod ius commune non patitur. Atque ab his non diſſentit Couar. nume. 2. cita. ſi attentè legatur. Molina loco ci. aduerſus Couar. & multos alios Hiſpanos Doctores contendit, non eſſe ſenſum legis illius 21. Tau. quod melioratus in tertio, & quinto, eo modo teneatur pro rata ſoluere debita, quæ poſt partitionem apparuerint, quo tenētur hæredes, quaſi in melioratos tranſeant actiones paſſiuæ, poſſintque immediatè conueniri à creditoribus, ſicut conueniri poſſunt hæredes; ſitque proinde lex illa correctio iuris communis: ſed ſenſum illius eſſe, quod in effectu, ita teneantur pro rata ſoluere, ac ſi eſſent hæredes; non tamen creditoribus, quibus ad-

A uerſus eiuſmodi melioratos nulla competit actio, ſed hæredibus ipſis, iuxta ea, quæ de iure communi dicta ſunt. Atque hæc ſententia placet: tum quia correctio iuris communis, quoad fieri poſſit, non eſt admittenda: tum etiam, quoniam lex illa ſic habet. *Seam obligados los tales maiorados alas pagar pro rata como ſi fuſſen herederos en la dicha mejoria*; quæ verba optimè patiuntur ſenſum illum. Tum denique propter multa alia, quæ apud eum auctorem legere licebit. Admonet tamen ille, tutius eſſe in eo Regno creditores actionem intentare aduerſus hæredes, & melioratos ſimul, ne ſi aduerſus ſolos hæredes illam intentent, ſuccumbant quoad portionem, quam meliorati ſoluere tenentur propter opinionum varietatem: præſertim, cum ille alius intellectus illius legis communior apud doctores Hiſpanos huc vſque fuerit.

Dubium circa prædicta eſt, ſi quis melioret aliquem in tertio, & quinto, aut in tertio, vel in quinto,
B atque eligat rem aliquam, in qua id obtineri debeat, illaque non pertingat ad valorem talis quotæ, vtrum meliorato ſoluendum ſit decrementum. Et quidem quando quis in hunc modum diſponeret, lego filio meo talē fundum, aut eum in tali fundo melioro, eumque fundum in tertio, & quinto meorum bonorum aſſumo; non deberetur illi decremētum: quoniam in ſolo eo fundo cenſeretur melioratus, non verò in tertio, & quinto. Veruntamen tunc non teneretur contribuere ad debita defuncti, niſi quando legatum illud vnà cum reliquis, quæ idem teſtator relinqueret, impedimento eſſent, ne, ſi debita omnia ſoluerentur, hæredes defraudarentur in ſuis legitimis portionibus. Ita Mol. lib. 1. de primo. c. 10. & num. 14. & Couar. num. 2. cita.

Quando verò teſtator diceret, melioro filium meum in tertio, & in quinto, idque obtineat in tali fundo, aut talibus meis bonis, ait An. Gom. l. 17.
C Tauri, num. 14. iuncta l. 19. num. 3. non deberi decrementum. Arg. tex. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi quis ita legauerit. ff. de leg. 2. & aliorum iurium, quæ citat. Contrarium tamen affirmant Ciſuentes quæ An. Gom. citat, & Moli. num. 14. ci. qui hanc communem eſſe ait Doctorum opinionem; eamque cēſeo amplectendam. Quoniam id non eſt reſtrictio legati ad eum ſolum fundum, ſed eſt oſtenſio, & electio, in qua re ſolui debeat, quæve bona complecti debeat. Præterea, quia eam probant l. quidam teſtō, in princ. ff. de leg. 1. & alia iura quæ. Ant. Gom. citat, & quibus ſanè non ſatisfacit. Qui namque ſub forma, de qua diſputamus, meliorat, vtiq; poſt perfectam meliorationem in tertio, & quinto, ad executionem actus atque iuxta facultatem ad eligendum, in qua re meliorario ſolui debeat, aſſumit eum fundum, aut bona alia. An. autem Gomez. ait, ea iura eſſe intelligenda, quando hoc eodem pacto fit
D legatum. Iura verò, quibus Ant. Gom. nititur, ſolum loquuntur, quando legatum fit de aliquibus certis bonis, ex quibus præciſè ſoluatur, quoniam tunc ad ea duntaxat bona cenſetur reſtrictum legatum, vt quando præcipit dari decem menſuras tritici, aut vini, ex ijs, quę in tali loco habet: ſi namque eo in loco ſolum habeat quinque, debentur tantum quinque ibi repertæ, nō verò aliæ quinque quæ ibi deſunt.

Iuxta hanc noſtram ſententiam dicendum eſt, eſto ante teſtatoris mortem res illa pereat; in qua tertium, & quintum ita legatum aſſumpſit, ſoluendum eſſe ex bonis remanentib. tertium & quintum, tanquam id quod præcipuè legatum fuit: contrarium autem iuxta ſuam ſententiam affirmat ibidem Anton. Gom. Iuxta eandem noſtram ſententiam dicēdum eſt, eſto teſtator titulo lucratiuo alienet rē quā elegit in ſolutionem tertij, & quinti legati, non cen-

cenſeri reuocatum legatum: quoniam legatum non erat res illa ita electa, ſed tertium ipſum & quintum bonorum tempore mortis, quòd tertium & quintũ remanent. Contrarium uoluit Anto. Gom. iuxta ſuã opinionem, l. 19. Tauri, num. vlt. in euentibus, in qui bus diſput. 194. §. ſi tamen quis, nos diximus per alienationem rei legatæ factam à teſtatore, cenſeri re uocatum legatum.

Quando autem bona, quæ teſtator elegit, ut ita in eis tertium, & quintum ſolueretur, excedant valorem talis tertij, & quinti, cõueniunt omnes detrahendum ex illis eſse incrementum, ſi commodè par tiri poſſint, alioquin ſoluendum eſſe legatum, vel ex alijs defuncti bonis, ſi quæ ſuperſint, vel ſoluendam eſſe æſtimationem, iuxta diſpoſitionem l. 20. Tauri relatæ.

Dubium. Dubium deinde eſt, vtrum quando filius, aut filia caret deſcendentibus, ſed habet aſcendentes, & prælegat vni eorum tertium ſuorum bonorum, poſ ſit eligere rem certam, aut bona aliqua certa, in quibus ſit ſoluendum. Ratio dubitandi eſt, quoniam leges Tauri relatæ ſolum loquuntur, quando teſtator habet deſcendentes. Antonius Gomezius l. 19. Tauri, num. 3. cum Ciſuentes affirmat poſse eligere: quoniam diſpoſita circa deſcendentes, diſpoſita ſimiliter cenſentur circa aſcendentes, niſi contrarium exprimatur. An verò, ſi deſcendens idem legare velit cuidam extraneo, poſſit ſimiliter eligere rem, aut bona, ex quibus ei ſoluatur. Anton. Gom. ibid. nume. 4. negat. Si tamen, quando teſtator habet deſcendentes, & legat quintum cuidam extraneo, poteſt ſibi deligere, in quo ſit ei ſoluendum, vt l. 20. Tauri innuere videtur, non video, cur id negari debeat de tertio relicto extraneo, quando teſtator ſolum habet aſcendentes. Saltem ſicut ex l. 20. cõſtat quintum ſoluendum eſse extraneo de bonis teſtatoris, & non quoad æſtimationem ſolum, eſto, teſtator filios habens id non exprimat: ita idem dicendum erit de tertio ab eo alicui extraneo legato, qui aſcendentes habet.

Couar. num. 2. cita. cenſet, neque in prælegato tertij facto aſcendenti, neque in legato quinti facto extraneo, locum habere l. 21. Tauri, quatenus diſponit, creditores poſſe immediatè conuenire melioratum. Nos autem cum Molina paulo antea diximus, neque in filio, cui prę̨legatum fuerit tertium, & quintum, id locum habere, neque eam fuiſſe legislatoris mentem ea in lege.

Dubium etiam eſt, vtrum ſi quis, deſcendentibus & aſcendentibus carens, leget quotam aliquam ſuorum bonorum alicui, ſit ei in regno Caſtellæ ſoluenda de bonis teſtatoris, an optio ſit penes hæredes ſoluere potius æſtimationem, iuxta diſpoſitionem iuris communis. Ant. Gom. 1. to. varia. reſolut. c. 12. nu. 21. ait, ex paritate, aut maioritate rationis, etiam in eo euentu ſublatam in eo Regno eſſe optionem hæredibus, ſoluendumque eſſe legatum de bonis ipſis defuncti, eum legito.

Quod ad hoc Luſitaniæ Regnum attinet, Emmanuel a Coſta, §. & quid ſi tantum, in princip. à numero 46. cenſet, tertium bonorum relinqui poſſe non ſolum titulo legati, ſed etiam hæredis; tametſi Calcias, de nominat. emph. quæſtio. vndecima, num. 17. licet id non reprobet, affirmet cenſeri relictum titulo legati. Siue ergo titulo inſti tutionis, ſiue legati quotæ hæreditatis relinquatur, ſiue dicatur: relinquo tertiam meam Petro, vtique de bonis ipſis defuncti eſt ſoluendum, & non quoad æſtimationem tantum: imò credo, etiam cum dicitur, relinquo tertium meorum bonorum Petro, conſuetudine eſſe receptum, vt de bonis ipſis defuncti ſoluatur. Vtrum verò teſtator eligere poſſit, ac deſignare rem certam, in qua dicat ſe ſumere tertium ſuorum

A bonorum, audio conſuetudine eſſe receptum, præſertim quando ex tertio maioratus, aut capellæ, quas in hoc regno uocant, inſtituuntur. Imò verò Gram mat. deciſ. 214. refert iudicatum eſse, vt etiam quando teſtator in tertium ſuorum bonorum elegit prædium longè maioris valoris, cui onus aliquod miſſarum alligauit, neque inuentum fuit aliquod eiuſdem teſtatoris, in quod onus illud potuerit transferri, onus illud comitaretur prædium illud maioris valoris, vſque ad valorem tertij defuncti præcisè.

DISPVT. CCV.

Quotuplex ſit legatum, & de legato puro, & in diem.

LEgatorum quædam ſunt pura, quædam in diem, quædam ſub conditione, quædam ſub mo-B do, quædam ſub demonſtratione, & quę̨dam ſub cauſa, atque de ſingulis eſt conſequenter dicendum.

Legatum tunc dicitur purum, quando fit ſimpliciter, non adiecto die, aut tempore futuro, in quo ſit ſoluendum, neque appoſita conditione, modo, demonſtratione, aut cauſa. Tametſi aliquando latius ſumatur, vt diſtinguitur à legato ſub conditiõne pendente in futurum, quæ vim, & obligationem legati in incertum conditionis euentum ſuſpendit, vt conſtat ex l. hæres meus, in principio, ff. de conditio. & demonſtrat. vbi legatum in diem purum appellatur. Quando euidens non eſt legatum, non eſſe purum, purum eſt cenſendum, eaque de cauſa aduerſario tunc incumbit onus probandi non eſse purum, vt cum alijs affirmat Anton. Gom. 1. tomo variar. reſol. cap. 12. num. 57. conſonatque l. 1. ff. de condit. & demonſtr. Legatum purum.

C Legatum in diem tunc dicitur, quando aliquid legatur ſoluendum in diem, aut tempus futurum poſt mortem teſtatoris, modo talis dies, aut tempus certum ſit: alioquin, ſi dies incertus ſit, legatum eſt conditionale, vt habetur l. dies incertus, ff. de condit. & demonſtr. cuius hæc ſunt verba. Dies incertus conditionem in teſtamento facit. Idem conſtat ex alijs iuribus mox citandis. Legatum in diem.

Quando dies eſt certus, etiamſi longiſſimè à morte teſtatoris diſtet, efficit legatum in diem, tranſmittitque proinde illud legatarius ad ipſius hæredes, ſi poſt teſtatoris mortem, ſed ante eum diem è vita diſcedat: iuxta ea, quę̨ diſputat. 181. dicta ſunt. Ita habetur expreſsè l. ſi dies appoſita, & l. ſi poſt diem, ff. quando dies leg. ced. & alijs iuribus citandis. Vt ſi teſtator dicat, tradatur Petro tantum, decem, viginti, aut triginta annis poſt mortem meam, vel in alium certum diem; vtique ſi Petrus poſt teſtato-D rem moriatur, ſed ante aduentum eius diei, tranſmittit eiuſmodi legatum ad ipſius hæredes, vt conſtat ex l. Sempronius, in princ. ff. de vſufruc. leg. & ex l. 31. titu. 9. parte ſexta. Ratio eſt, quoniam ſtatim atque adita fuit hæreditas, ceſſit dies legati illius, ipſique fuit debitum, vt ſtatim dicemus, ſed ſoluendum in die à teſtatore conſtituto. Idem eſt, ſi ſi teſtator dicat: lego Petro centum in diem, quo è vita diſceſserit: quia enim eo ipſo, quod legatarius teſtatori ſuperuiuat, centum omnino eſt futurum eũ diem, licet incertum ſit, quando ſit futurus, legatum eſt in diem, ac proinde tranſmittit illud legatarius ad hæredes. Ita habetur l. prima, §. cum dies, & multò apertius l. hæres meus, in princip. ff. de cond. & demonſtr.

Quod ſi teſtator hæredi dicat; in die, qua morieris, tradantur Petro centum, dies eſt incertus, legatumq; proinde eſt cõditionale: quoniã dies mortis, hære-

hæredis eſt incertus, quando erit, fieriqueꝗ poteſt, vt legatarius ante eum diem poſt teſtatorem moriatur, habetque proinde legatum illud eam implicitam conditionem, ſi Petrus tibi ſuperuixerit, in die mortis tuæ tradantur illi centum: quare ſi Petrus moriatur quidem poſt teſtatorem, ſed ante hæredem, expirat eiuſmodi legatum; neque illud tranſmittit, ſed pertinet ad teſtatoris hæredem. Ita habetur expreſsè l. prima, §. dies autem, & lege hæres meus, §. hæres, ff. de cond. & demonſtrat. Dies ſimiliter incertus eſt, ſi teſtator dicat, lego Petro centum in die, quo Ioannes obtinuerit Epiſcopatum, vel filia mea nupſerit, vel naues ex India uenerint, & his ſimilia: quia enim fieri poterit, vt hæc nunquam eueniant, aut vt legatarius prius, quàm eueniant, moriatur, vtique legata ſunt conditionalia, ac proinde ſi legatarius ante aduentum eiuſmodi dierum è vita poſt teſtatorem diſcedat, non tranſmittit legatum, ſed pertinet ad hæredem, vt habetur l. ſi dies appoſita, ff. quando dies legati cedat. Item dies incertus eſt, ſi teſtator dicat, lego Petro centum, cum ad pubertatem peruenerit, aut cum deuenerit ad vigeſimumquintum annum: quoniam fieri poteſt, vt ad eam ætatem non perueniat: quare ſi poſt teſtatorem, ſed ante eam ætatem moriatur, non tranſmittit legatum. Ita habetur expreſsè l. ſi dies appoſita, & l. ſi Titio, ff. quando dies legati cedat, l. ſi cui legetur, §. hoc autem, ff. de lega. 1. & l. 31. titu. 9. par. 6. quare miror Sylueſt. verb. legatum, 1. contrarium affirmare.

Si tamen dies hoc vltimo modo incertus, appoſitus eſſet in ſolam gratiam legatarij, & non ſimul hæredis, tunc ſanè legatum ſtatim cederet, legatariuſque, ſi ante eum diem poſt teſtatorem è vita diſcederet, tranſmitteret illud ad ipſius hæredes, argum. tex. in l. ſi ita relictum, §. Pegaſius, ff. de leg. 2. & l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de vſuris, & argumento eorum, quæ de fructibus fideicommiſſi ſimiliter relicti diſpu. 187. dicta ſunt. Exemplum eſſet, ſi quis conſobrinæ legaret centum, quæ idcirco iuberet illi tradi, quando nuberet, ne antea illa diſſiparet, & non in gratiam hæredis.

Quando quippiam legatum eſt in diem certum, ſtatim adita hæreditate cedit dies legati, vt ex l. vnica. §. cum igitur, C. de caduc. tollend. & ex alijs iuribus citatis conſtat. Cedere autem intelligitur, non ſolum vt tranſmittatur, ſed etiam vt ſit eo ipſo debitum: quoniam eo ipſo contraxit hæres obligationem illud ſoluendi, ſed in dien à teſtatore conſtitutum, vt aduerſus gloſſ. vlt. §. cum igitur, cita. affirmat Bart. & communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. 1. tomo varia. reſolu. cap. duodecimo, numero quinquageſimoſeptimo, refert, ac ſequitur, & conſtat ex l. 1. §. cum dies, ff. de cond. & demonſtra. l. ſi poſt diem, & l. ſi dies appoſita, ff. quando dies lega. cedat. Quare, ſi ante illum diem petatur, non tenetur quidem hæres illud ſoluere; veruntamen id non eſt, quia id nondum habet, ſed quoniam habet exceptionem, quod nondum aduenerit tempus à teſtatore ad ſolutionem præſcriptum. Si tamen ante eum diem illud ſoluat, non poteſt illud repetere, quaſi indebitum, quemadmodum poſſet, ſi ſub conditione eſſet relictum, ſoluiſſetque nondum impleta conditione. Integrum præterea eſt hæredi, etiam inuitis legatarijs, ſoluere illis tale legatum ante aduentum diei à teſtatore præſtituti: quoniam in gratiam hæredis præſtitutum eſt. Id tamen locum non haberet, ſi dies eſſet incertus, aut aliter ſub conditione legatum fuiſſet relictum. Hæc omnia conſtant ex l. 1. §. cum dies, iunct. glo. ibid. ff. de cond. & demonſt. ex l. ſtipulatio iſta, §. inter incertam, iunct. glo. ibi. ff. de verb. oblig. & ex l. quod in diem. ff. de ſolutionibus.

A Quando tamen aliquid in diem certum legatum eſt dominium talis rei, etiamſi illa certa, ac deſignata in ſingulari ſit, ac propria teſtatoris, non trãſit in legatarium, antequam is dies adueniat, niſi hæres ſua ſponte antea illam ſoluat. Ita colligitur apertè ex l. Sempronius, in princ. ff. de vſufruct. leg. & affirmant Barto. & communis Doctorum ſententia, quam Anto. Gom. nume. 57. cita. refert, ac ſequitur, dictumque eſt diſput. 194. Deciſio.

DISPVT. CCVI.

Quid, & quotuplex ſit conditio, quando implenda, & quod legatum, aut hæredis inſtitutio propriè ſub conditione dicatur.

VT ad legatum ſub conditione accedamus, & ſimul iuxta ea, quæ in calce, diſputa. centeſima B quinquageſima ſeptima, dicta ſunt, de hæredis inſtitutione ſub conditione dicamus, explicãdum prius eſt, quid, & quotuplex ſit conditio. Conditio, quod ad legata hæredum, inſtitutiones, donationes, ſeu promiſſiones, contractus, & alias diſpoſitiones attinet, duobus modis ſumitur. Vno preſsè pro ſola conditione de futuro contingenti, quæ proinde in vtramuis partem euenire poteſt. Altero latè, vt comprehendit non ſolum hanc, & quãcunq; aliam de futuro, ſed etiam conditiones omnes de præſenti & de præterito, ſiue ſint contingentes, ſiue neceſſariæ, aut etiam impoſſibiles. Sumpta priori modo definitur à Syluestro, verbo. conditio, in princip. à Soto in 4. diſtin. 29. quæſt. ſecunda, artic. primo, & ab alijs, eſt diſpoſitio, id eſt, actus, quo quis legando, promittendo, contrahendo, &c. diſponit, ſuſpẽſio ex incerto futuro euentu appoſito. Vt ſi quis dicat, lego, aut dono tibi centum, ſi Bertam duxeris C vxorem, aut ſi naues tali anno ex India venerint: tale quippe legatum, aut donatio ſuſpenditur, vt vim non habeat, neque naſcatur obligatio, niſi dependenter à conditione, euentuve illo incerto futuro. Quo fit, vt ex eiuſmodi conditionalibus diſpoſitionibus eſto inter viuos ſint, aut teſtatorũ morte confirmatæ, ſolum in ſpe oriatur obligatio, ac debitum interim dum conditio, euentuſque incertus pẽdet, vt inſt. de verb. oblig. §. ex conditionali, habetur. Definitiones alias conditionis ita ſumptæ aſſerunt Anton. Gom. 1. tom. varia. reſolu. capit. 12. numero 59. & Syluest. loco cita. Atque hæc eſt frequentior, & magis propria conditionis acceptio, vt patet l. inſtitutio, ff. de cond. & inſti. & l. itaque. ff. ſi cert. pet. quibus in locis ſola hæc affirmatur eſſe conditio, reliquæ verò conditiones eſſe negãtur. Conſentit l. 2. titu. 4. par. 6.

Cõditio ſimpliciter q̃d.

Cõditio pſſe quid.

Conditionem poſteriori modo acceptam (quæ D vſurpatio propria etiam eſt) ſic poſſumus definire; Eſt adiectio diſpoſitioni dependentiæ, vt ſic, obligare incipiat, ex aliquo præſenti, præterito, aut futuro. Vt ſi quis dicat, lego, aut dono tibi decem, ſi rex modò viuit, aut ſi naues ex India anno præterito venerunt. Conditio exprimi ſolet per dictionem ſi, aut per aliam æquiualentem, vt ſi quis dicat, vendo tibi hanc rem viginti aureis, niſi alius intra mẽſem plus dederit: eiuſmodi namque contractus conditionalis eſt, pendens ex eo, quod alius intra menſem non offerat maius pretium. Dies præterea incertius conditionem efficit, vt diſpu. præced. explicatum eſt.

Conditio latè quid.

Conditio latè ſumpta diuiditur primò, in conditionem de præterito, de præſenti, & de futuro. Conditiones de præſenti, aut præterito non ſuſpendũt hæredis inſtitutionem, legatum, aut quãuis aliã diſpoſitionem, ſed ſi ita ſe habent a parte rei, validæ ſtatim ſunt tales diſpoſitiones, eſto ignoretur, an con-

Cõditio de præſenti, & de præterito.

conditiones ita ſe habeant; quod ſi conditiones aliter ſe habent, ſtatim diſpoſitiones ſunt inualidæ, & ſto ſimiliter ignoretur, an conditiones aliter ſe habeant. Atque hac de cauſa conditiones de præſenti, aut de præterito neque propriiſſimè ſunt conditiones, vt dictum eſt, neque propter illas hæredis institutio, legatum, aut quæuis alia diſpoſitio deſinunt eſſe pura. Quare, quæ de legato puro, aut in diem, diſputatione præcedente dicta ſunt, locum etiam habent in legato facto ſub conditione de præſenti, aut de præterito, ſi conditio ita ſe habet à parte rei, alioquin legatum eſt nullum omnino. Hæc conſtant ex l. cum in ſecundo, ff. de iniuſto rupto, leg. cum ad præſens, & duabus ſequentibus, ff. ſi certum petat. quarum hæc ſunt verba: Cum ad præſens tempus conditio confertur, ſtipulatio non ſuſpenditur. Et ſi conditio vera ſit ſtipulatio tenet, quamuis tenere contrahentes ignorent: veluti, ſi Rex Parthorum viuit, centum dare ſpondes. Eadem ſunt, & cum in præteritum conditio confertur. Itaque tunc poteſtatem conditionis obtinet, cum in futurum confertur. Hæc ibi. Idem conſtat ex l. conditio in præteritum, ff. de verb. oblig. l. inſtitu. talis, §. vltim. ff. de condit. inſtitu. §. conditionis. Inſtitu. de verbor. obliga. & l. ſecunda, titulo quarto, par. 6. affirmatque communis Doctorum ſententia, quam præter alios, Anton. Gomez. primo tomo var. reſolu. cap. duodecimo, numero ſexageſimoquarto, refert, ac ſequitur. Sola autem conditio de futuro, neque tamen omnis, ſed quæ indifferens eſt vt ſit, aut non ſit ſuſpendit inſtitutionem, legatum, & quamcunque aliam diſpoſitionem, cui apponitur, & habet propriiſſimè, ac præcisè rationem conditionis, vt ex iuribus citatis conſtat.

Cōditio impoſſibilis. Rurſus conditio latè ſumpta diuiditur in impoſſibilem, & poſſibilem. Impoſſibilis autem quædam eſt talis, quia reipſa eſſe non poteſt, vt ſi digito cœlum tetigeris, ſi montem aureum dederis: quædam verò, quia licet reipſa exiſtere poſſit, ius tamen illam non permittit: qua ratione de iure dicitur impoſſibilis, non tamen de facto. Eiuſmodi ſunt omnes, quæ cum iure aliquo, ſiue naturali, ſiue poſitiuo pugnant, vt ſi cum conſanguinea contrahas, ſi patri egenti neceſſaria non tribuas, ſi veſtibus, aut armis contra iura humana vtaris, ſi aliquid, quod indecorum, fœdumque eſt, efficias. Tales præterea ſunt, ſi nihil boni conditio contineat, impedimentoque ſit operi charitatis, aut virtutis, vt ſi dicatur, ſi captiuum non redimas, ſi eleemoſynam non facias. Si tamen apponeret quis conditionem, quæ bonum aliquod contineret, eſto impedimento eſſet maiori bono, nō cenſeretur impoſſibilis de iure, vt ſi quis diceret, lego centum Petro, ſi ducat Mariam vxorem, valida, ſeu à iure permiſſa cenſeretur talis conditio; quoniā licet ducere Mariam vxorem impedimento ſit cælibatui, bonum tamen in ſe eſt. Hæc omnia conſtant ex l. conditiones quæ, & l. conditiones contra. ff. de conditionibus inſtitut. ex leg. 3. titu. 4. part. 6. & ex alijs iuribus.

Cum conditionibus de iure impoſſibilibus computantur, quæ à iure remittuntur, neque vim habere permittuntur, vt eſt, ſi quis quempiam hæredem inſtituat, eive aliquid leget, aut cauſa mortis donet, ſub conditione, vt iuret ſe aliquid daturum, aut facturum: talis namque iuramenti conditio remittitur nec vim habet: tametſi hæres, legatarius, aut donatarius id prius opere implere teneatur, ad quod ſub iuramento præcipiebatur ſe aſtringere, quam hæreditatem, legatum, aut donationem obtineat. Ita habetur l. quæ ſub conditione, ff. de conditionibus inſtit. l. hæc ſcriptura, in princ. ff. de condition. & demonſtr. & l. 6. titulo quarto, par. 6. Duo tamen caſus excipiuntur, in quibus conditio aſtringendi ſe ſub

A iuramento ad aliquid faciendum vim in vltimis voluntatibus habet. Primus eſt, ſi libertas alicui relinquatur, ſub conditione, ſi aliquis ad aliquid implendum iuramento ſe aſtringat. Secundus eſt; ſi communitati aliquid relinquatur ſub conditione, vt ſub iuramento ſe ad aliquid aſtringat. Præterea conditio, vt aliquis prius iuret, quippiam præſens, aut præteritum, valida vniuerſim eſt in vltimis voluntatib. quæ omnia ex iuribus citatis, & alijs, quæ Gregor. Lopez ibidem citat, ſunt manifeſta.

His circa conditionem impoſſibilem explicatis, duæ ſtatuendæ ſunt concluſiones. Prima eſt. Stando in ſolo iure naturali, neque vltima voluntas, neque donatio, contractus, aut quæuis alia diſpoſitio vim habet, niſi impleta conditione, ſub qua eſt facta ſiue illa de præſenti ſit, aut de præterito, ſiue de futuro, & ſiue ſit impoſſibilis, ſiue poſſibilis, de facto, aut de iure, quando animus diſponentis fuit, non aliter velle, vt diſpoſitio valeret, quam ſub illa conditione. Ita Medina, de rebus reſtituen. quæſtio. vigeſima tertia, communiter receptus. Probatur, quoniā diſpoſitio quæcunque, qua aliquis gratuito, aut onerosè quippiam confert, aut ad aliquid ſe aſtringit, vt vim habeat, pendet ſtando in ſolo iure naturali à libera voluntate ita diſponentis: ergo, ſi diſponit ſub conditione, quæcunque ea ſit, neque vult, vt aliter diſpoſitio vim habeat, quam dependenter ab exiſtentia talis conditionis, maximè, ſi id exprimat, vtique ſtando in ſolo iure naturali, non aliter vim habebit diſpoſitio, quam impleta conditione. Confirmatur ex natura ipſa conditionis, quæ, ſi ſit de futuro contingenti, ex natura ſua ſuſpendit diſpoſitionem, quoad vim, ita, vt ex illa nulla ſit obligatio, niſi in ſpe, vt dictum eſt: ſi verò ſit de præſenti, aut de præterito, vel etiam de futuro determinato ad alteram contradictionis partem, licet non ſuſpendat diſpoſitionem, conditione tamen non ita habente, diſpoſitio continua eſt nulla, vt dictum etiam eſt, & adhuc magis explicabitur: ergo ſtando in ſolo iure naturali, ſpectatiſve ſolis naturis rerum, nulla diſpoſitio ſub conditione facta vim habet, niſi conditio quæcunque ea ſit, exiſtat, quando is fuit animus ita diſponentis. Hinc colliges regulam illam; conditio de facto, aut de iure impoſſibilis non vitiat diſpoſitionem, habeturve pro non adiecta; ſolum habere locum in ijs diſpoſitionibus, in quibus iure poſitiuo id ita ſancitum eſt, neque plus eſſe extendendum, quā poſitiuo iure conſtitutum reperiatur.

Secunda concluſio. In vltimis voluntatibus, vt in hæredis inſtitutione, fideicommiſſo, legato, & donatione cauſa mortis, conditio impoſſibilis, ſiue de facto, ſiue de iure talis ſit, nō vitiat diſpoſitionem, ſed habetur pro non adiecta. l. prima, l. ſi qui ita, l. ſi quis ita inſtitutus, l. quæ ſub conditione, l. conditiones, quæ, & l. conditiones contra, ff de cond. inſtitu. leg. cum in ſecundo, in fine, ff. de iniuſto rupto, l. ſi Mæuia, ff. de hæredibus inſtit. l. obtinuit, ff. de conditio. & demonſtra. l. ſi poſt diem, ff. quando dies legati cedat. §. impoſſibilis, inſti. de hæredib. inſtituend. & l. 3. titulo quarto, part. 6. Hoc autem ſtatutum eſt fauore vltimæ voluntatis, atque ad tollendas lites, & quoniam mortuo teſtatore non remanet, quis explicare poſſit, quæ fuerit ipſius voluntas. Si tamen impleta fuit conditio de iure impoſſibilis, id non vitiat hæredis inſtitutionem, legatum, aut aliam vltimam voluntatem ſub ea factam, vt colligitur ex l. reprehendenda, C. de inſtitut. & ſubſtit. Quando tamen teſtator aliquid diſpoſuit ſub conditione impoſſibili, quam poſſibilem credebat, vitiatur diſpoſitio, l. ſeruo manumiſſo ff. de condictione indebiti, & Doctores ibi, Gregor. Lopez ad l. 3. cit. & Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolut. capitulo duodecimo, num. 65.

1. Concluſ. (margin, beside "His circa conditionem…")

2. Concluſ. (margin, beside "Secunda concluſio…")

Gloſ.

Gloſ. §. impoſſibilis. Inſtitut. de hæredibus inſtit. aſſeruit, conditionem impoſſibilem de facto vitiare vltimam voluntatem, adhibuitque exemplum, vt ſi quis dicat, ſi montem aureum dederis, lego tibi hoc vel illud. Eandem ſententiam ſecuti ſunt conditores partitarum, l. quarta, titul. 4. part. 6. adhibito eodem exemplo de monte aureo, qui arte conficiatur. Eandem ſententiam ſequuntur Bartol. & alij, quos Molina ſecundo, de primog. cap. duodecimo, num. 37. refert ac ſequitur. Contrarium tamen procuIdubio eſt dicendum cum Emmanuele à Coſta, de ſelectis conditionibus libro primo, cap. 8. num. 9. & multis alijs, quos refert: id namque probat apertè l. ſi Mæuia. ff. de hæredib. inſt. vbi habetur: ſi quis hæredem inſtituat ſub conditione, ſi filia mea viuet, iſque numquam habuerit filiam validam eſſe inſtitutionem, eò quod impoſſibilis ſit ea conditio, eo ipſo, quod numquam filiam habuerit, habeaturq; pro non appoſita. Idem multo apertius probat l. ſi quis ita inſtitutus, ff. de conditionibus inſtitu. cuius hæc ſunt verba: Cum quis ita inſtitutus ſit, ſi monumentum poſt mortem teſtatoris in triduo proximo mortis eius feciſſet, cum monumenmentum in triduo perfici non poſſit, dicendum erit, conditionem euaneſcere, quaſi impoſſibilem. Ecce conditio de facto impoſſibilis, habetur pro non adiecta. In hoc tamen euentu rectè Gloſſa ibidem ait, teneri nihilominus hæredem monumentum conficere, licet non intrà illud tempus: quia vtrunque in conditione, ad quam aſtringebatur, continebatur: & quamuis confectio in tam paruo tempore ſit impoſſibilis, non tamen confectio illa, conſentit lex hæc ſcriptura, in principio. ff. de conditionibus, & demonſtration. & lex ſi mihi & tibi. §. Proculus, ff. de leg. primo. Quando autem vltima eſſet voluntas ſub conditione dandi, aut faciendi id, quod alius facere, aut dare poſſet, tunc eſt per accidens, cum inſtitutus id dare aut efficere non poſſet, valida eſſet conditio, ac proinde vitiaretur talis vltima voluntas. Hæc de conditione impoſſibili.

Conditio poſſibilis ad alteram contradictionis partem determinata. Poſſibilis conditio diuiditur in neceſſariam, ſeu ad alteram contradictionis partem determinatam, & in contingentem, qualis eſt ſola ea de futuro conditio, quæ in neutram contradictionis partem eſt determinata. Prioris conditionis exempla ſunt: vt ſi ſol cras orietur, inſtituo te hæredem; ſi moriar tantum Petro lego. Atque hæc conditio: eſto de futuro ſit, neque vltimam voluntatem, neque quamcunque aliam diſpoſitionem ſuſpendit, vt de conditionibus de præſenti, & de præterito dictum eſt, quin potius impleta cenſetur, cum ſemper vera ſit, l. nam ſi, iuncta præcedente, & ſequente, ff. de condiction. indeb. l. ſi pupillus, §. qui ſub conditione, ff. de nouationibus cuius hæc ſunt verba: Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnino extitura eſt, purè videtur ſtipulari, l. in illa ſtipulatione, ſi Calendis, ff. de verbo. obligation. §. conditiones, Inſtit. eodem titu. & l. 8. tit. 4. par. 6.

Cõditio poteſtatiua. Conditio contingens, quæ ſola ſuſpendit diſpoſitionem ſi ſub ea fiat, diuiditur in poteſtatiuam, caſualem, & mixtam. Poteſtatiua, vt in calce diſputat. 177. dicebamus, eſt, cuius impletio à ſola voluntate eius, cui imponitur, pendetque, vt ſi teſtator quempiam inſtituerit ſub conditione, ſi hæres eſſe voluerit, ſi ſeruum, qui ipſius eſt hæredis, manumittat, ſi decem det, aut adeat aliquem locum, quem facilè, & ſine periculo, quod fortuito euentu impediatur, adire poteſt, l. ſuus quoque, §. puto, ff. de hæredibus inſtituen. l. 7. tit. 4. par. 6. & alijs iuribus, quæ Gregor. Lopez ibidem, & Anton. Gom. primo tomo varia. reſol. cap. duodecimo, nume. 60. citant. Neque placet conditionem poteſtatiuam metiendam ex eo eſſe, quod res, quam dare, aut facere præcipitur, parua, aut facilis admodum in ſe ſit, vt Anton. Gomez. ibidem, & alij, quos Gregor. Lopez refert, aſſerere videntur; ſed potius, vt Gregor. Lopez rectè ait, conſentiuntque iura citata, penes facultatem, & poteſtatem eius, cui præcipitur. Si namque id facere, aut præſtare poteſt ſine dependentia, moraliter loquendo, quod aliunde impediatur, eſto, res magna ſit, conditio dicitur poteſtatiua comparatione illius: ſi vero eam præſtare non poteſt, erit mixta, eſto, alioquin facilis in ſe comparatione alterius ſit. *Caſualis cõditio quæ.* Caſualis conditio eſt, quæ omnino non eſt in poteſtate eius, cui imponitur: vt ſi naues ex India venerint, lego centum Petro, aut eum hæredem inſtituo. *Mixta quæ.* Mixta autem eſt, quæ partim aliundè, partim verò à poteſtate eius, cui imponitur, pendet; vt ſi quis dicat, inſtituo Petrũ, ſi Bertam duxerit vxorem, aut ſi ex India venerit, l. 8. & 9. titu. 4. part. 6. l. ſuus quoque, §. puto, ff. de hæred. inſtit. l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſt. l. vnica, §. ſin autem, C. de caducis tollend. & alijs iuribus. Vtrum autem filij ſiue ſui, ſiue non ſui, inſtitui poſſint ſub aliqua harum conditionum, & vtrum circa legitimam vim habeat grauamen cuiuſcumque harum trium conditionum, in calce diſputationis 177. dictum eſt.

Conditiones caſuales, aut mixtæ ſatis eſt ſi poſt mortem teſtatoris, vel in vita eiuſdem, ſed poſt teſtamentum factum impleantur, vt hæredis inſtitutio, vel legatum ſub eis factum valida ſint, l. ſecunda, & l. hæc conditio, ff. de condition. & demonſtr. Idẽ eſt, ſi ignorãte id teſtatore, impletæ erant ante confectũ teſtamentũ: nõ autem ſi teſtatore id ſciente: quoniam tunc cenſetur voluiſſe, vt iterum conditio impleretur, l. ſi ita ſcriptum ſit, §. ſi pater, ff. de leg. ſecundo, l. hæc conditio, §. vltim. & leg. ſequenti, ff. de conditio. & demonſtr. & Anton. Gomez. primo tomo variar. reſol. cap. 12. num. 61. & 68. Poteſtatiua verò conditio impleri debet poſt mortem teſtatoris neque ſatis eſt, ſi in vita illius, etiam poſt confectum teſtamentum, impleatur, l. ſecunda, & l. ſi iam facta, §. vltim. ff. de conditionibus & demonſtr. Excipitur, ſi conditio non ſit iterabilis qualis eſt ſerui manumiſſio: nam eo ipſo, quod ſemel viuente teſtatore eſt impleta, cenſetur impoſſibilis, vt iterum impleatur, atque adeò habetur pro non adiecta, leg. quæ ſub conditione, §. quoties, ff. de condition. & demonſtration. Barto. & communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. locis citatis refert, ac ſequitur.

Quando cõditio eſt poteſtatiua, neque eſt præfixum tempus, intrà quod debeat impleri, ſatis eſt ſi heres ſub ea inſtitutus illã interim dum viuit, adimpleat. l. ſuus quoque, in princip. ff. de hæredibus inſtit. affirmatque Gregor. Lopez, l. 7. titulo quarto, part. ſexta. Si tamen legatum ſub poteſtatiua conditione ſit factum, tenetur legatarius quam primum poſt teſtatoris mortem commodè potuerit, eam implere, alioquin expirat legatum, leg. hæc conditio, ſecunda, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, & Gregor. Lopez loco citato. Qui cum Baldo ait, quando conditio poteſtatiua conſiſtit in dando, neque hæres, aut legatarius compos eſt ſui, ſatis eſſe ſi per alium impleatur.

Quando aliquis ſub poteſtatiua conditione negatiua inſtitutus eſt hæres, aut legatum ei eſt relictum, vt ſi Capitolium non aſcenderis, ſi caſtitatem ſeruaueris, &c. quoniam regulariter eiuſmodi conditiones non poſſunt eſſe integrè impletæ, niſi finita vita hæredis, aut legatarij, conſtitutum eſt vt hæres, aut legatarius, quod ſibi eo pacto eſſet relictum, continuo poſt mortem teſtatoris obtineret, præſtita cautione, quod eo ipſo, quod conditionem tranſgrederetur, reſtitueret hæreditatem, aut legatum, cum omnibus fructibus à principio

Mutiana cautio. pio inde perceptis: & quoniam Mutius hanc cautionem introduxit, cautio Mutiana appellata eſt. Ita habetur l. Mutianæ, l. hæres meus, §. qui poſt Mutianam, & §. quamuis, ff. de conditionibus & demonſtr. l. cum filius, §. qui Mutiana, ff. de leg. ſecundo, l. ſeptima, titu. quarto, par. 6. & alijs iuribus. Si tamen libertas alicui eſſet conceſſa ſub eiuſmodi negatiua conditione, nec cautio præſtari poſſit, ſtatim ac conditionem primò tranſgredi poſſet, nec tranſgrederetur, libertatem conſequeretur, idque fauore libertatis, iuxta l. libertas, §. primo, ff. de manumiſſis teſtamen. Et idem cum Bar. Gregor. Lopez, l. ſeptima, citata dicit eſſe in quibuſcunque alijs legatis pijs, in quibus cautio præſtari non poſſet: quoniam legata pia habent priuilegia libertatis. Si etiã quis propter paupertatem præſtare non poſſet cautionem de legato non pio, aut hæreditate ſub eiuſmodi cõditione ſibi relictis, ſatis eſset iuratoria cautio, argumento text. in authent. cui relictum, C. de indicta viduitate tollenda, vt cum Baldo, Gregor. Lop. ibidem ait.

Conditio tacita. Quando legatum, aut hæreditas relicta ſunt ſub conditione, quæ in alterius commodum tendit, ſi per eum ſteterit, in cuius commodum tendit, habetur pro impleta, conſequiturque legatarius legatum, aut hæres hæreditatem: Vt ſi dictum ſit, inſtituo te hæredem, aut lego tibi centum, ſi Bertam duxeris vxorem, per eamque ſteterit volente te illam ducere, aut illa moriente, cum tu non tardaueris accipere illam vxorem: conſequeris hæreditatem, aut legatum, ſecus autem ſi tu moriaris antequam adueniat tempus ducendi illam vxorem, quoniam tunc, cum ante impletam conditionem è vita diſcedas, amittis hæreditatem aut legatum ſub ea conditione relictum. Aliud exemplum eſt, ſi legatum aut hæreditas tibi relinquatur, ſi Stichum redimas, illeque moriatur antequam tu ſis in mora, aut fugam arripiat, conſequeris legatum aut hæreditatem: quoniam per Stichum ſtetit, aut alium, quominus illum redimeres, & non per te. Hæc patent ex l. iure ciuili, ff. de conditionibus, & demonſtrationib. l. ſi poſt diem, §. item ſi qua conditio, ff. quando dies legati cedat, l. 1. iuncta glo. ibi, C. de inſt. & ſubſtit. l. ſi ea, C. de conditionibus inſertis, l. 14. titu. 4. par. 1. & ex alijs iuribus.

Poſtremo, conditio diuiditur in expreſsam, & tacitam à iure ſubintellectam, vt quando partus ancillæ, aut fructus rei alicuius relinquuntur: intelligitur enim, ſi naſcantur, quando hæres aut legatarius aliquis relinquitur, intelligitur, ſi voluerit, quando filius grauatur aliquid reſtituere, intelligitur, ſi ſine liberis deceſserit: & aliæ ſimiles ſunt conditiones tacitæ, de quibus quædam in ſuperioribus explicatæ ſunt, de alijs proprijs in locis dicetur.

DISPVT. CCVII.

De conditionibus in vltimis diſpoſitionibus, ſi non nupſerit, ſi caſtè vixerit, ſi contraxerit matrimonium, aut ſi ingrediatur monaſterium.

Conditio nũquam nubendi. QVondam conditio numquam nubendi legatis, aut inſtitutionibus appoſita pro non adiecta in matrimonij fauorem habebatur, vt Reſpublica augeatur, atque ad alia incommoda vitanda; idque ſiue viduæ, ſiue non viduæ eſſet appoſita. Vnde talis hæres, aut legatarius, integram hæreditatem, aut legatum ſtatim mortuo teſtatore accipiebat, & nihilominus contrahere poterat matrimonium, l. ſed ſi hoc, §. vlt. cum duabus ſequentibus, ff. de conditionibus & demonſtratio. & l. Titiæ, ff. A eodem titulo, cuius hæc ſunt verba: Titiæ, ſi non nupſerit ducenta, ſi nupſerit centum legauit. Si nupſerit mulier, ducenta petet. Ratio autem eſt: quoniam cõditio illa, ſi non nupſerit, habetur pro non appoſita. Dictum eſt conditio nunquam nubendi: quoniam ſi eſſet conditio non nubendi alicui, aut aliquibus particularibus, ita vt moraliter loquendo, ſpectatiſque circunſtantijs concurrentibus, liberum ei relinqueretur re ipſa nubere, & filios procreare, eiuſmodi conditio valida erat. Intellige tamen, niſi per modum pœnæ auferretur legatum, aut hæreditas ab aliqua, ſi cum aliquo contraheret: nam tunc inualida eſſet eo conditio appoſita in modum pœnæ, vt habetur l. Titio centum, §. Titio centum, ff. de conditionibus & demonſtrat. Similiter, ſi apponeretur conditio, vt aliqua ad certum tempus non nuberet, v.g. viduæ quouſque filij prioris matrimonij ad annos pubertatis deueniſſent, valida erat conditio. Tam hoc, quam quòd paulò ante dictum eſt, B habetur l. ſed ſi hoc, §. vlt. & duabus ſequentibus citatis.

In hoc tamen Regno, referente Ant. à Gama deciſ. 314. iudicatum eſt, cum mater legatum filio reliquiſſet ſub conditione, ſi de licentia patris contraheret matrimonium, filiuſque abſque patris licentia contraxiſſet, validum nihilominus fuiſse tale legatum: quoniam conditio, ſi arbitratu Titij nupſeris, habetur pro non appoſita, tanquam impeditiua matrimonij, l. cum tale, §. reſcriptum eſt (alias, ſi arbitratu) & l. filiæ, in princ. ff. de conditionibus & demonſtr. & l. turpia, §. 1. ff. de leg. 1. illa verò conditio, ſi arbitratu patris matrimoniũ contraxeris, huic æquipollet.

Poſtea de iure authenticorũm ſancitum eſt, ut cõditio nunquam nubendi, ſiue à coniuge defuncto, ſiue ab aliquo extraneo, viduæ appoſita, vim haberet. Quo fit, vt ſi hodie hæreditas, aut legatum ſub ea cõ C ditione alicui relicta, ſint, ne tranſeat ad ſecundas nuptias, ſi ſecundò nubat, eo ipſo illa amittat, teneaturque ea reſtituere cum fructibus omnibus ex eis perceptis: quare mortuo teſtatore non aliter tradenda illi ſunt, quam præſtita prius cautione Mutiana, quod ſi ad ſecundas nuptias tranſierit, illa reſtituet cum fructibus perceptis, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt. Ita habetur expreſsè in Authent. Cui relictum, C. de indicta viduitate tollenda, & in auth. de nuptijs, §. quæ vero, & præter alios affirmat Moli. lib. ſecundo, de primog. cap. 12. nume. 21. In reliquis autem, quæ numquam nupſerunt retinet adhuc ſuam vim ius antiquum, nempe vt cõditio, ſi nunquam nubant, habeatur pro non appoſita, idque ſiue virgines ſint, ſiue non: eo quod de iure Authenticorum ſolum de viduis contrarium ſit ſancitum.

Quæ hactenus in hac diſputat. dicta ſunt, eodem D etiam modo intelligenda ſunt in maſculis, quibus aliquid relictum ſit ſub conditione, vt matrimoniũ nunquam contrahant. Si namque conditio ſit, vt ad ſecundas nuptias non tranſeant, valida eſt conditio, ſiue ab vxore, ſiue ab aliquo extraneo ſit eis appoſita, vt ex Authenticis citatis conſtat, & affirmant gloſ. ibi & Doctores communiter. Si verò conditio ſit, vt nunquam primo contrahant, habetur pro non adiecta, vt patet l. vlt. C. de indicta vid. tollenda.

Si hæreditas aut legatum relicta ſint ſub conditione, ſi quis cum aliqua contrahat, aut ſi cum nulla alia quam cum aliqua contrahat, aut ſi aliqua alicui nupſerit, valida eſt talis conditio. quia neque proles, neque matrimonium ſimpliciter inhibentur, licitumque eſt ſpe præmij ad contrahendum cum aliquo aut cum aliqua inuitare, l. Titio centum, §. Titio centum, ff. de conditio. & demon.

mon. Intelligendum tamen hoc eſt, modo eum illa licitè atque honeſtè contrahere poſſit, alioquin inualida eſſet conditio, quoniam perinde eſſet ac ſi nuptię ei omnino prohiberentur: imò durior eſſet talis conditio; eo quod non ſolum prohiberetur contrahere cum cæteris alijs, ſed etiam illicitè aut inhoneſtè cõtrahere præciperetur, quod de iure eſt impletu impoſſibile, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Ita habetur expreſsè, l. cum ita, ff. de condit. & demonſt. Quod ſi is, cum quo contrahere aſtrictus eſt, moriatur, aut contrahere non velit, ipſo, qui ſub ea conditione eſt aſtrictus, non exiſtente in mora, habetur conditio pro impleta, vt diſputatione præcedente dictum eſt.

Conditio ſi religioné ingrediatur.

Si hæreditas aut legatum alicui relinquatur ſub conditione, ſi religionem ingrediatur, valida eſt talis conditio, quicquid Bart. in contrarium dixerit. Ita Couar. 1. to. var. reſol. cap. 19. numero 10. Anto. Gomez. 1. to. variar. reſol. cap. 12. num. 78. Paulus Caſtr. & alij quos citat, concinitque cap. 2. de conditionibus appoſit. Ratio eſt: quoniam fas eſt ſpe præmij allicere ad tantum bonum, multique erunt, qui ad id, & non ad aliud, velint adiuuare; per accidenſque eſt, quod religionis ingreſſus impediat contrahere matrimonium, neque præſumendum eſt, iura, etiam hanc conditionem, in matrimonij fauorem voluiſſe annullare. Idem dicerem, ſi legatum relinquetur ſub conditione, ſi legatarius ſacerdos eſſe vellet.

Conditio ſi caſtè vixerit.

Dubium eſt, ſi alicui viduæ hæreditas aut legatum relinquatur, ſub conditione, ſi caſtè vixerit, illaque tranſeat ad ſecundas nuptias, an amittat legatum. Angelus & plerique alij, quos referunt Couar. in Epit. par. 2. cap. 3. §. 9. numero 12. Ant. Gom. ad leg. 16. Tauri numero 9. & Syluester verbo, legatum, 1. quęſt. 5. in hunc modum diſtinguunt. Si ea conditio a marito, aut a conſanguineo mariti ſit appoſita, amittit legatum, quoniam præſumendum eſt eos nomine caſtæ vitæ, intelligere, non tranſire ad ſecundas nuptias. Si verò appoſita ſit a quocunque alio, etiam ſi ille pater, aut alius conſanguineus ſit talis viduæ, non amittit legatum: quia ſimpliciter loquendo, quæ ad ſecundas aut tertias nuptias tranſit, caſtè viuit, neque præſumendum eſt eiuſmodi teſtatores intendiſſe prohibere tranſitum ad ſecundas nuptias. Atque hæc videtur communior ſententia Doctorum, in quam inclinat Couar. loco citato, & quam ſequitur Anto. Gom. Bart. verò & alij, cenſent, etiam ſi conditio illa a marito ſit appoſita, non amittere legatum: quoniam reuera caſtè viuit, quæ ad ſecundas nuptias tranſit. Mihi placet opinio Syluestri, loco citato; nempe coniecturis, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro, eſſe iudicandum, quæ fuerit mens teſtatoris, illique eſſe ſtandum. Attendendamque patriæ conſuetudinem, videlicet quid homines illis verbis in ſimili euentu ſignificare ſoleant, item qualitatem teſtatoris, nempe an maritus fuerit, qui ſobolem ex ea muliere reliquerit cui proinde tam ratione ſui, quam ſobolis triſtis eſſe ſolet talis tranſitus, atque alijs circunſtantijs. In dubio autem exiſtimo auferendum ab ea non eſſe legatum aut hæreditatem. Tum quia reuera caſtè viuit, quæ tranſit ad ſecundas nuptias: in dubio autem a proprietate verborum non eſt recedendum. Tum etiã, quoniam illa poſſidet: in dubio autem melior eſt conditio poſſidentis. Atque de ſeipſo teſtator, ſi aliud voluit, conqueratur qui mentem ſuam aliter non expreſſerit.

Quæſtio.

Dubium deinde eſt, ſi quis in hunc modum legatum relinquat: ſi Titia nupſerit, relinquo illi ducenta; ſi vero religionem fuerit ingreſſa relinquo ei centum, vtrum Titiæ religionem ingredienti

A danda ſint ducenta, quaſi conditio, ſi nupſerit, quatenus retrahere poteſt ab ingreſſu religionis, habenda ſit pro non adiecta; an vero danda ei ſint ſolum centum.

Bart. & alij.

Bart. & poſt eum Panor. cap. in præſentia, de probationibus, a numero 42. Syluest. verb. legatum, 1. quæſt. 9. & verbo hæreditas, 4. quæſt. vlt. Medina de rebus reſtituend. quæſt. 23. &, vt videtur, communior Iuriſperitorum ſententia affirmant danda ei eſſe ducenta.

Ducuntur primo.

Ducuntur primo, ex Authentico de ſanctiſſimis Epiſcopis, §. ſed hæc, & ex authentica, Niſi rogati, C. ad Trebel. quibus in locis ſancitum eſt, ſi aliquid donatum aut legatum ſit ſub nuptiarum cõditione, aut liberorum, & donatarius, aut legatarius, abſque nuptijs, ac liberis religionem ingrediatur, conditiones illas habendas eſſe pro non appoſitis, ac proinde bona ſub eis relicta, monaſterio aduenire: vnde apertè conſtat, conditionem nuptiarum habendam B eſſe pro non appoſita, per comparationem ad ingreſſum religionis.

Secundo.

Secundò, quoniam ſi cui legentur ducenta, ſi non nupſerit, & centum ſi nupſerit, debentur ei ducenta, ſi nubat, vt ſupra ex l. Titiæ, ff. de conditionibus, & demonſt. relatum eſt; idque quoniam in fauorem matrimonij conditio illa ſi non nupſerit, habetur pro non appoſita: ergo longè maiori cum ratione, ſi alicui legentur ducenta ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur religionem, debebuntur ei ducenta, ſi religionem fuerit ingreſſa, quaſi in fauorem matrimonij ſpiritualis conditio illa, ſi nupſerit carnaliter, habenda ſit pro non appoſita.

Contraria ſententia.

Couarruuias autem 1. lib. variar. reſol. cap. 19. à num. 7. vſque ad 11. cum multis alijs quos citat, non infirmis rationibus in contraria eſt ſententia. Nempe, ſi religionem ingrediatur deberi illi ſolum centum, conditionemque illam, ſi nupſerit, non habendam pro non appoſita. C

1. Concluſ.

Vt de hac re dicam quod ſentio, ſit prima concluſio. Si ſimpliciter ſub conditione nuptiarum quippiam alicui, vel donetur, vel legetur, illo religionem ingrediente, debetur totum monaſterio. In hac conueniunt omnes, eſtque apertè ſancita duobus authenticis citatis. Etenim, quia de eo, qui ita donauit, aut legauit, præſumendum non eſt, quod ſi tunc ingreſſus religionis ipſi occurreret, intenderet ea conditione excludere talem ingreſſum, iuſtiſſimè in fauorem religionum, atque ad tollendas difficultates, ſcrupulos, ac lites, prædictis Authenticis ſancitum eſt, vt quæcunque quaſi habitualis eſſet tunc voluntas eo pacto donantis, aut legantis, conditio illa nuptiarum haberetur pro non appoſita, comparatione ingreſſus religionis.

2. Concluſ.

Secunda concluſio. Quamuis turpe, viroque D Chriſtiano, indignum ſit, conditionem aliquam apponere animo retrahendi atque auocandi aliquem à ſtatu religionis; nihilominus abſque vlla turpitudine, intuitu alicuius boni finis, poteſt quis excludere eam, aut eum à participatione alicuius commodi temporalis, qui religionem ingrediatur. Prior pars nota eſt, eamque affirmant Panormit. & Couar. locis citatis. Poſterior verò facilè probatur: quoniam animaduertens quis filiam maiori diuitiarum copia indigere, vt pro ſui ſtatus conditione nubat, quam vt religionem ingrediatur, ſanè abſque vlla turpitudine, quin prudenter, poterit ei plus relinquere in euentu, quo nubere, & minus in euentu, quo ad Chriſti paupertatem ſectandam, contemptumque mundi, & perfectionem amplectendam, religionem ingredi velit. Hac eadem ratione licitè, ac prudenter ſolent homines, dum maioratus ad proprias familias, earumque ſplendorem con-

conſeruandum inſtituunt, excludere ab illorum participatione, non ſolum eos, qui religionem profitentur, ſed etiam eos, qui clerici fiunt, vt Couarru. loco citato, Molina libro ſecundo, de primogen. c. 12. num. 54. & alij quos referunt, rectè affirmant, & oſtendunt.

3. Concluſ. Tertia concluſio. Licet Bartol. & communior opinio ſua probabilitate non careat, mihi longè probabilior eſt Couarruu. Baldi, & aliorum: tum propter ea, quæ circa ſecundam concluſionem proximè dicta ſunt: tum etiam, quoniam vt diſputatione præcedente dictum eſt, ſtando in ſolo iure naturali, voluntati, ac conditionibus teſtatoris, ac donatoris ſtandum eſt. licet autem de iure poſitiuo conditio, perpetuo non contrahendi matrimonium, habeatur pro non appoſita; in re tamen, de qua modo agimus, nihil tale ſancitum reperimus.

Illud obſerua, reijciendam eſſe Medinæ opinionem quæſtione vigeſima tertia, citata, qui aſſerit, nõ ſtante diſpoſitione iuris poſitiui in contrarium, conditionem de non contrahendo, non habendam eſſe pro non appoſita, quando conſtaret, contrariam fuiſſe voluntatem teſtatoris. Etenim, pro bono publico legislatores ſtatuere potuerunt, vt quicquid in contrarium teſtator vellet, talis conditio haberetur pro non appoſita, idque abſque vllo dubio ſtatuere intenderunt.

Ad primum in contrarium. Ad primum eorum, quibus authores contrariæ ſententiæ ducebantur, dicendum eſt Authenticam illam non loqui, quando teſtator, aut donator expreſsè excluſit monaſterium, ſed ſolùm, quando ſimpliciter aliquid legauit, aut donauit ſub conditione nuptiarum, aut liberorum: quoniam tunc præſumendum eſt eam fuiſſe voluntatem talis teſtatoris, aut donatoris, vt circa primam concluſionem explicatum eſt.

Ad ſecundum. Ad ſecundum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Primò, quoniam licet eſſet æqualis, aut maior ratio, vt id ita ſtatueretur, interim tamen, dum conſtitutum non eſt, ſtandum eſt iuri naturali, voluntaſque teſtatoris ac donatoris ſeruanda eſt. Secundò, quoniam non eſt par ratio vt ſtatuatur. Etenim non poſſe quempiam deferre ſecum multa bona ad monaſterium, non auocat ab ingreſſu religionis: non habere tamen in coniugio tot bona, quot haberet ſi perſeueraret in cælibatu, auocat à contrahendo matrimonio.

DISPVT. CCVIII.

Modus, & de vltima diſpoſitione ſub modo facta.

Modus q̃d. MOdus eſt veluti lex quædam, ſeu grauamen aut moderamen diſpoſitioni in futurum appoſitum minimè eam ſuſpendens. Eo tamen non ſeruato reuocari interdum poteſt diſpoſitio, imò eo ipſo manet interdum reuocata. Verbi gratia. Modus eſt, ſi quis dicat; lego Petro domos meas ea lege, vt eas non alienet; lego Petro fundum meum, vt mihi ſepulchrum ædificet, vel vt alimenta præſtet tali, vel vt quotannis tot vt ſacra pro anima mea celebrari faciat; aut lego tali mulieri centum, vt nubat: eiuſmodi namque diſpoſitiones eo ipſo, quod teſtator è vita diſcedit, vim habent antequam grauamina illa impleantur: grauamina autem illa ſunt modi legatis illis impoſiti, qui à legatarijs ſunt implendi. Anton. Gom. 1. tom. variar. reſol. c. 12. num. 60. cum Bar. & alijs, ſi teſtator tacitè vel expreſsè voluit, vt legatarius, cui aliquid ſub modo eſt relictum, prius modum impleret, quam legatum acciperet, ſtandum eſt teſtatoris voluntati.

Inter modum & conditionem preſsè ſumptam, hoc eſt diſcrimen, vt notauit gloſſ. capitu. verum, de A conditionibus appoſitis, & notant Doctores communiter. Quod quamuis vtrumque ſit in futurum, conditio tamen ſuſpendit diſpoſitionem, vt vim nõ habeat quouſque conditio impleatur, atque dependenter vt impleatur: modus autem diſpoſitionem non ſuſpendit, ſed vim habet antequam modus impleatur. Atque hinc in legatis (& ſuo etiam modo in hæreditate) oritur aut aliud diſcrimen, quod legatum ſub conditione non tranſmittitur ad hæredes, ſi legatarius ante impletam conditionem è vita diſcedat, vt ſępè in ſuperioribus oſtenſum eſt: legatum vero ſub modo tranſmittitur, quando modus per hęredem ſicut per legatarium, impleri poteſt, tenetur que hæres modum implere, l. à teſtatore, iuncta gloſ. ibi, ff. de conditionibus, & demonſtrationbus, gloſ. in verbo hæredi, iuncto textu ibi, l. ſi poſt diem, ff. quando dies legati cedat. Barto. & communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolut. capitul. 12. numero 61. refert ac B ſequitur.

Modus per particulam, vt, & alias æquiualentes, ſolet explicari. Eſt tamen animaduertendum, interdum nomine conditionis ſignificari modum: conſueuit namque dici, dono, aut lego tibi hoc, ea conditione, vt illud nõ alienes, aut vt templum ædifices, quibus verbis nomine conditionis, modum ſignificamus. Atque in ea ſignificatione ſumitur conditio, cap. verum, de conditionibus appoſitis, vt gl. ibi, & Doctores communiter adnotarunt.

Iuxta diſcrimen primum inter diſpoſitionem ſub conditione, & ſub modo traditum, Molin. libro ſecundo, de primogen. cap. 12. numero quarto, & cap. 15. à numero 28. cum Bar. & communi Doctorum ſententia, quam refert, rectè ait, in diſpoſitionibus, in quibus verbum, conditio, ponitur, aut aliquid æquiualens, vt ſi dicatur, dummodo hoc faciat, aut illud, attendendum eſſe, an id apponatur, vt fiat poſt C diſpoſitionem completam: & tunc non habere vim conditionis, ſed modi: quoniam de ratione conditionis eſt, ſuſpendere diſpoſitionem; modus verò illam non ſuſpendit: quando autem aliquid fit, potius attendendum eſt ad mentem eius, qui facit, atque ad id quod reipſa fit, quam ad verba, quibus id explicatur. Vnde, ſi aliquis in ciuem admittatur, dummodo, aut ea conditione, vt tributa, ſicut cæteri, ſoluat, aliaque ciuium onera ſubat, certè illud non eſt conditio, ſed modus, ac proinde licet, poſtquàm eo pacto admiſſus eſt, non ſoluat, compelli quidem poterit vt ſoluat, quod eſt implere modum ſub quo in ciuem eſt admiſſus, non tamen ideò deſinit eſſe ciuis, & multo minus dicendum eſt, nunquam fuiſſe ciuem. Similiter, quando maioratus inſtituitur ea cõditione, vt ſucceſſores in illo nihil de bonis illis alienent, aut aliquid faciant, vel impleant, id quidem non eſt conditio, ſed modus. Hæc colliguntur aperte ex l. Mæuia, ff. de manumiſſis teſtamento, & l. Caius, ff. de manumiſſionibus. D

Quando autem verbum, conditio, aut dummodo, vel aliud æquiualens, appoſitum eſt, vt diſpoſitio vim habere incipiat, tunc potius habet rationem cõditionis, quam modi, atque in dubio conditio eſt pręſumendum, & non modus, l. à teſtatore, ff. de conditionibus & demonſtrationibus, conſonat l. qui hæredi, §. vltim. iuncta gloſſ. vltim. ff. eodem titulo, & affirmant Doctores, quos referunt, & ſequuntur Molina, capitulo duodecimo, numero ſexageſimo ſecundo. Hinc patet, rectè (vt Anton. à Gamm. deciſion. 158. refert) in hoc Luſitaniæ Regno iudicatum fuiſſe, conditionem interueniſſe in ſequenti diſpoſitione, & non modum, neque adeo, primum inſtitutum non tranſmiſiſſe id, quod ſibi fuerat relictum, ad hæredes ſuos, eo quod conditionem, ſub qua fuerat relictum, non impleuiſ-

ſet.

ſet. Teſtatrix quædam fundum magni valoris cuidam, ac ſucceſſoribus illis, in perpetuum reliquit ſub ea conditione, vt eſſet ſuperſtes tempore mortis teſtatricis, & vt de ſuis bonis ſolueret quædam legata, quæ teſtatrix relinquebat: quod ſi vel ſuperſtes non eſſet, vel ſoluere nollet ea legata, tunc vocabat ad ſucceſſionem quendam alium, excluſo illo priori & deſcendentibus illius. Accidit, vt, licet ſuperſtes fuerit, è vita tamen diſceſſerit, neque acceptata ſucceſſione in eo fundo, neque ſolutis legatis: cum autem hæredes illius ſoluere vellent legata, contenderentque, iure tranſmiſſionis fundum ad ſe pertinerere, & non ad ſubſtitutum, meritò excluſi ſunt, ſententiaque in fauorem ſubſtituti fuit pronunciata.

Barto. in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, numero ſexto, ex eodem fundamento ait, eſto aliquid diſpoſitum ſit per verba modum alioquin denotantia, ſi tamen teſtator tacitè, vel expreſſe voluit, vt prius id impleretur, quam legatarius aut hæres emolumentum illud perciperet, cenſendam eſſe conditionem, & non modum. Id limitarem niſi teſtator expreſſiſſet, vt antequam poſſeſſio illi traderetur, grauamen impleret: nam tunc, cum verbum ſub quo grauamen eſt impoſitum, modum potius, vt ſupponimus, ſignificet, & teſtator expreſſerit impletionem ſolum eſſe neceſſariam ante adeptam poſſeſſionem, non videtur ea diſpoſitio iudicanda ſub conditione, niſi ad effectum, vt non prius aſſequatur poſſeſſionem, neque fiat illi traditio, ſed potius videtur cenſenda ſimpliciter ſub modo: quare ſi legatarius ante modum impletum è vita diſcedat, tranſmittet legatum ad hæredes, qui modo impleto conſequentur poſſeſſionem. Atque hoc fortè eſt, quod Anton. Gomez. capitulo 12. cir. num. 6. voluit, licèt malè pro ea ſententia Barto. citet.

C Quando autem modus diſpoſitioni eo pacto eſſet appoſitus, vt qui contraueniret, amitteret eo ipſo, quod ſub eo modo fuit ei relictum, aut cenſeretur nunquam fuiſſe vocatus ad eam rem, tunc, qui contraueniret, nequaquam rem ita ſibi relictam tranſmitteret ad hæredes, ſed deuolueretur ad eum, qui qui in eo euentu à diſponente eſſet vocatus. Vtrum autem fructus percepti à puncto, quo res ad eum deuenit, vſque ad inſtans, quo contrauenit modo, pertineant ad ipſum an ad uocatum in eo euentu loco ipſius. Dicendum eſt, pertinere ad ſucceſſorem, quando diſponens ſtatuit, vt in caſu contrauentionis cenſeretur nunquam fuiſſe vocatus: quoniam tunc diſpoſitio, ex mente eo pacto diſponentis, cenſeretur conditionalis, pendens ex obſeruatione modi futuri, vt in caſu contrauentionis cenſeatur fuiſſe nulla à principio, atque adeo, non feciſſe illum fructus ſuos. Imo vero, eſto diſponens ſolum ſtatueret vt eo ipſo, quod modo contraueniret, amitteret rem ſub eo modo ſibi relictam, regulariter amitteret fructus antea perceptos. Ratio eſt: quoniam, vt mox dicemus, quando aliquid relinquitur ſub modo, is, cui ea res relinquitur, antequam eam accipiat, tenetur cauere, ſatiſdareve, quod eum modum implebit, & quod ſi illum non impleat, reſtituet rem cum fructibus perceptis, inſtar Mutianæ cautionis; tametſi in maioratibus dum ſucceſſores vocantur ſub modo, vt nonnulli obſeruent, alioquin eo ipſo maioratum amittant, & ſuccedat alius, durum Molinæ videatur tranſgredientes modum, teneri reſtituere fructus antea perceptos, dicatque in praxi id non eſse receptum, nonnullaſq; rationes reddat, cur reſtituere non teneatur eiuſmodi fructus, tandemque cogitandum id relinquat, quando caſus in particulari occurrat. Ipſum quoad hæc omnia legito, ſecundo, libro de primog. cap. 14. num. 15.

A Quando aliquid ſub modo legatur, aut per quamuis aliam vltimam voluntatem alicui relinquitur, priuſquam legatarius id accipiat, tenetur cauere de modo implendo, & de re cum fructibus reſtituendis niſi modum impleat. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de conditionibus & demonſtrationib. glo. prima, verbo pro conditione. C. de ijs, quæ ſub modo, glo. §. longè magis, verbo, ſed ſi conditione, Inſtitut. de legatis, Bartol. & communis Doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Anton. Gomez. primo tomo variarum reſolu. capitulo duodecimo, nume. ſexageſimo, & Molina libro ſecundo, de primoge. capitulo duodecimo, numero vigeſimo tertio. Si tamen legatarius ante cautionem præſtitam è vita diſcedat, non idcirco impeditur quominus tranſmittat legatum: quoniam licet legatum ſub modo, tacitam habeat conditionem, ſi cauerit; conditio tamen illa non eſt, vt legatum validum ac perfectum ſit, ſed vt legatarius poſseſſionem illius aſsequatur. Tametſi

B ſi aliam rationem reddant Ant. Gomez. loco citato num. 61. & alij.

Quando tamen modus ſolum reſpicit vtilitatem legatarij, ita quod arbitrio prudentis, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, legans nullo modo voluit inducere obligationem legatario, ſed ſolum præbere illi medium quo talem modum aſsequatur, tūc neceſsario non eſt cautio; vt ſi quis dicat, lego Titio centum, vt fundum emat; aut lego mulieri centum, vt poſſit nubere. Ita habetur l. Titio centum, in princip. ff. de conditionibus & demonſtrationib. Si tamen legans, etiam in ſolam legatarij vtilitatem, inducere illi intenderet obligationem ad modum, vt ad emendum fundum, vnde poſſit viuere, quia eſt parum induſtrius, facileque conſumet pecuniam, tunc exigenda eſset cautio, tum vt fundum ex ea pecunia emeret, tum etiam vt eum non alienaret, prout de teſtatoris voluntate eſset præſumendum. Ita

C ſubiungitur, l. Titio centum, citata, & habetur l. ſi tibi legatum, ff. de leg. 3. Cum autem huiuſmodi cautio ſolum ſit in vtilitatem legatarij, vtique non eſt intelligenda de reſtituendo legato, & de reſtituendis fructibus illius, ſi modum fuerit tranſgreſsus. ſed cogēdus eſt ſolum, vt quoad fieri poſſit modum iuxta teſtatoris voluntatem ſeruet.

Qoando modus diſpoſitioni eſt appoſitus in vtilitatem tertij, vt ſi donata aut legata ſint centum alicui, vt ducat aliquam vxorem; tunc ſi per eum ſteterit, in cuius vtilitatem modus eſt appoſitus, aut ſi ille mortuus ſit, hoc alio non exiſtente in mora adimplendi modum, tunc modus habetur pro impleto, validaque eſt diſpoſitio ſine impletione talis modi, vt diſputa. 206. de ſimili conditione dictum eſt. Præter iura ibi citata habetur hoc expreſsè, leg. prima, C. de ijs quæ ſub modo. Lege alia iura, quæ gloſ. vltim. ibi citat.

D Modus impoſſibilis tam de facto, quàm de iure, hoc eſt, turpis; habetur pao non appoſito in vltima voluntate, vt de conditione impoſſibili atque illicita, diſput. 206. dictum eſt. Ita Gregor. Lopez, l. 3. titulo quarto, par. 6. verb. *por tal condicion.*, & Molina, libro ſecundo, de primogenijs cap. 41. & communis opinio, quàm refert. Imo, vt rectè Molina cum Accurſio, & communi Doctorum ſententia quam citat, ait: cum modus diſpoſitionem non ſuſpendat, ſed eam præſupponat perfectam & validam, ſi modus impoſſibilis aut turpis donationi aut alteri contractui apponatur, illum non viciat, ſed habetur pro non adiecto; quod non ſimiliter eſt dicendum de conditione impoſſibili aut turpi, donationi aut alteri contractui adiecta, vt in materia de donationibus videbimus.

Vt autem conſtet quando donatio, legatum, aut alia ſimilis diſpoſitio facta ſub modo licito ac poſ-

ſibili,

ſibili,modo non ſubſecuto,valida ſit. aut non, breuiter diſtinguendum eſt. Quoniam vel modus expreſſus,aut donatione,vel legato intentus, ſolum ſe habuit tanquam cauſa motiua ad donandum aut legandum,ita videlicet,quod licet donans aut legans intentione illius donauerit, non tamen intendit inducere obligationem donatario aut legatario ad illum, ſed ſolum intendit ad modum implendum eum allicere,illi ve media conferre, vt poſſit modum executioni mandare; Vel reuera, modus non ſe habuit ſolùm vt cauſa motiua ad donandum, vel legandum,ſed diſponens intendit inducere obligationem ad eum implendum, id quod poteſt adhuc eſſe altero duorum modorum: vno,ita, vt licet voluerit legatarium aut donatarium teneri ad eum implendum, non tamen alligauerit donationem illi oneri implendo, quaſi, ſi non impleretur, eſſet nulla reuocataque eo ipſo cenſeretur. Altero verò, ita, vt donationem oneri implendo alligauerit,nec voluerit aliter donare, aut donationem valere, quàm ſi modus impleretur,ac proinde voluerit quidem donationem eſſe puram, attamen reſoluendam ſub conditione, quòd eo ipſo, quòd modus non impleretur,cenſeretur, atque efficeretur nulla: eo modo quo Iuriſconſultus,leg. ſecunda, ff. de in diem adiectione,ſi in hunc modum venditio fiat;vendo tibi hanc rem centum aureis, ea lege,vt, ſi intra menſem alius plus pretij mihi offerat,recedamus à venditione,explicat venditionem eſſe quidem puram, ac proinde fructus medij temporis pertinere ad emptorem,illoque medio tempore emptorem vſucapere, quia reuera res ita empta medio illo tempore fuit illius,neque contractus fuit ſuſpenſus; attamen eo ipſo,quòd alius intra menſem plus pretij offerat,reſolui ac reuocari. A

Quo loco obſerua, non eſſe eandem rationem quòd ſi eiuſmodi emptor lucretur fructus medij temporis, legatarius quoque aut donatarius lucretur fructus medij temporis rei ſub modo ſibi hoc vltimo pacto legatæ: quod neſcio an ſatis Molina ſecundo libro de primogen.cap.12.nume.19.aduerterit. Etenim, cum venditio contractus ſit oneroſus, reſque illa medio tempore,antequam venditio oblatione maioris pretij reſolueretur, fuerit emptoris,ipſique proinde tunc periiſſet, & non venditori, fructus vtique ad emptorem pertinere debent, velit nolit venditor, præſertim, cum eo tempore venditor pretio ſit potitus: at verò, quando diſpoſitio eſt merè gratuita,vt ſunt legatum, & donatio,iure optimo diſponens poteſt velle, vt in euentu quo modus non fuerit ſeruatus, cenſeatur diſpoſitio inanis, quaſi à principio fuerit omnino nulla, legatariuſque, aut donatarius, rem reſtituere teneatur cum omnibus fructibus ex ea perceptis, non obſtante, quòd vſque ad illud inſtans veri fuerint illius domini: quarè voluntati diſponentis erit in hac parte ſtandum.

Quia ergo hoc ex voluntate diſponentis pendet, colligo, quando donatio, aut legatum ſub modo alligantur oneri modum implendi, ita quòd modo non ſeruato, inualida ſit donatio, aut legatum, id poſſe eſſe dupliciter, prout fuerit voluntas diſponentis. Primo ita, vt eo ipſo, quod contraueniatur modo donatio, aut legatum deinceps non valeant; & tunc fructus medii temporis pertinent ad legatarium, aut donatarium, ſolumque amittit rem ipſam donatam aut legatam. Secundo ita, vt eo ipſo, quòd contraueniatur modo,donatio, aut legatum ita reuocentur, quaſi à principio facta non fuerint, & tunc legatarius, aut donatarius reſtituere tenetur rem cum fructibus à principio perceptis, atque de vtroque cauere tenebatur antequam res ei traderetur.

Habemus igitur explicatos quatuor modos,quibus aliquid donari,legari,aut alio pacto relinqui poteſt ſub modo, vt dijudicari poſſit quando, modo non ſubſecuto,non conſurgat obligatio,aut conſurgat rem reſtituendi, & quouſque. Et quoniam hi quatuor modi à diponentis voluntate pendent,ſanè quando diſponens ſufficienter verbis, aut ſcripto expreſſit quænam hac in parte fuerit ipſius voluntas,illi ita expreſſę eſt ſtandum. Quando autem eam non ita expreſſit,coniecturis,arbitrio prudentis ſpectata rei natura,& ſpectatis cæteris circunſtantijs cõcurrentibus,eſt iudicanda,neque poteſt melior,certiorve alia regula ſtatui.

Vlpianus leg. ſecunda §. vltimo, ff. de donationibus tradit ferè regulam à nobis propoſitam ad iudicandum,quando modo non ſubſecuto, conſurgat obligatio reſtituendi,& quando non. Sic enim ait. Titio decem donaui ea conditione,vt inde Stichum ſibi emeret,quæro,cum homo,antequam emeretur,
B mortuus ſit, an aliqua actione decem repetat? Reſpondeo, quòd facti magis, quam iuris quæſtio eſt. Nam ſi Titio decem in hoc dedi, vt Stichum emeret, aliter non donaturus (id eſt, nolens vt donatio valeret) mortuo Sticho, condictione repetam. Si verò aliàs quoque donaturus Titio decem, deinde quia interim Stichum emere propoſuerit, dixerim in hoc ei dare, vt Stichum emeret,cauſa magis donationis, quàm conditio dandæ pecuniæ æſtimari debebit, & mortuo Sticho pecunia apud Titium remanebit. Et leg. tertia ſubiungit idem Vlpianus: Generaliter hoc in his donationibus definiendum eſt, multum intereſſe, cauſa donandi fuerit, an conditio; Si cauſa fuerit, ceſſare repetitionem; ſi conditio,repetitioni locum fore. Hactenus Vlpianus.

Quando primo ex quatuor modis explicatis quis donauit, aut legauit, non ſolum valida ſunt
C donatio, aut legatum, modo non ſubſecuto, ſed etiam nulla conſurgit obligatio modum ſeruandi, ac proinde donatarius,aut legatarius cauere non tenetur de modo ſeruando, iuxta iura, quæ hac de re ſupra citata ſunt. Si quis igitur centum alicui leget, aut donet, vt fundum emat, ſolum intendens tribuere illi und id poſſit facere, non verò inducere obligationem ut faciat, accipiens pecuniam, poteſt licitè non emere fundum, ſed eam aliter impendere. Idem eſt, ſi legauit, aut donauit ut Stichum emeret, iuxta Vlpiani exemplum paulò ante explicatum.

Quo loco obiter eſt notandum, ſi quis alicui leget, aut donet fundum ad alimenta non ſolum vſum,aut fructus cenſeri illi legata, ſed proprietatem etiam ipſam,leg. quarta in principio, ff. de aliment. & cibarijs leg. I. penultima, §. vltimo, in fine. ff. eodem titulo, Molina libro primo de primoge. cap. 19. nume. 9. Gramma. deciſ. 92. nume. 1. & Doctores
D quos citant. Quin ſi quis donet,aut leget alicui fundum ad vſum, cenſetur proprietatem cum vſu legaſſe:quoniam verbum illud,ad uſum,finem,ad quem, ſeu ob quem fundus legetur,aut donetur, ſignificat, l. donationes in concubinam, §. ſpecies, ff. de donationibus. glo. ibidem, Molina ubi ſupra, nu. 8. & alij communiter.

Si quis item leget alicui centum, vt nubat, non intendens obligationem inducere vt nubat, ſed ſolum credens eam nubere velle, adiutoriumque illi ad nubendum præſtare intendens (quod regulariter eſt præſumendum, quando aliundè contrarium non conſtat) validum eſt legatum, etiamſi illa nunquam nubat, neque peccat legatum accipiens animo nunquam nubendi. Quin eſto, teſtator præcipiat, vt pecunia illi non tradatur, niſi tempore nuptiarum, ductus, ne illam diſſipet, aut in

alia re illam conſumat; ſi illa monaſterium ingre- A diatur, tradenda eſt ſine dubio monaſterio, vt ſancitum eſt in Authentic. de ſanctiſſimis Epiſcopis, §. ſed & hæc, & in Authentic. niſi rogati, C. ad Trebellianic. & affirmat communis Doctorum ſententia, etiam quando ſub expreſſa conditione nuptiarum relictum eſſet tale legatum, nedum in caſu de quo modò diſputamus. Quoniam, vt in calce diſputationis præcedentis concluſione prima dictum eſt, ius præſumit teſtatorem de ingreſſu religionis non cogitaſſe, quando conditionem nuptiarum appoſuit eamque fuiſſe præſumptam illius voluntatem, ſi de ea re tunc interrogaretur. Deinde in caſu, de quo nunc diſputamus, ſi, deueniente illa fœmina ad ætatem in qua nubere deberet, eligat potius perpetuum cœlibatum, & coniecturæ ſint, quod ſeriò eum ſtatum amplectatur in eoque perſeuerabit, tradenda eſt ei pecunia (præſertim ſi prælati authoritas accedat) vt ex ea in meliori illo ſtatu viuat: quandoquidem, id intento & voluntati teſtatoris non repugnat. Confirmari hoc poteſt ex capitul. verum, de conditionibus appoſitis, vbi (vt ſtatim videbimus) Eccleſia interpretatur, quando de contraria teſtantis aut donantis voluntate non conſtat, animum conferentis Eccleſiæ aliquid ſub modo, non eſſe, vt ex eo, quòd Eccleſia modum non ſeruet, amittat rem ſibi collatam, idemque longe maiori cum ratione dicendum eſt in re de qua diſputamus: cum præſumendum non ſit teſtatorem in eo euentu intendiſſe, vt pecunia illa non inſeruiret ad tutò eligendum meliorem ſtatum, cum pia cauſa id ſit. Porrò in hoc euentu, de quo diſputamus, ſi mulier illa è vita diſcedat antequam matrimonium contrahat, tranſmitti legatum illud ad ipſius hæredes.

Multa ſunt iura, quę legatum dotis, aut in dotem, aſſeuerant eſſe conditionale, ſeu potius ſub modo, hoc eſt, purum, reſoluendum ſub conditione, iuxta ea quæ in tertio & quarto ex modis à nobis explicatis dicta ſunt; ac proinde, ſi mulier ſine nuptijs è vita diſcedat, pertinere ad hæredem, neque mulierem illud tranſmittere ad ſuos hæredes, vel de eo poſſe diſponere, eò quòd hæredes illius implere non poſſint modum, qui erat onus perſonale legatarij. De numero horum iurium eſt l. Titio centum, §. Titio genero, verſic. ante nuptias, ff. de conditionibus & demonſtrationibus. Id tamen omnes intelligunt, quando ex coniecturis non eſt præſumendum aliam fuiſſe voluntatem teſtatoris, vt affirmat gloſ. l. ſi ego, in princip. ff. de iu. dotium, iuxta Vlpiani diſtinctionem, l. prima, & 3. ff. de donationibus à nobis paulò ante relatam. De hac re longam habes diſputationem apud Couarru. de teſtam. cap. 3. numero 11. & Emmanuelem à Coſta, lib. 2. de conditionibus cap. 22. Neque Coua. in euentu, de quo paulò ante diſputauimus, à nobis diſſentit, vt patet num. 11. citato, à verſ. ſecundo apparet. Exempla donationum propria, quæ circa hunc primum modum addi poterãt, commodius dicentur quando de donatione ſub modo, ſuo loco fuerit ſermo.

Quando ſecundo ex quatuor modis explicatis quis legauit, aut aliter diſpoſuit, valida eſt diſpoſitio modo non ſubſecuto, attamen, tenetur legatarius, aut quicunque alius, cui ſub modo facta eſt ea diſpoſitio, modum implere, tum in exteriori, tum in conſcientiæ foro, ſub reatu culpæ vel venialis vel mortalis, iuxta materiam ſubiectam ac præiudicium tertij. Tenetur inſuper in exteriori foro cauere de modo implendo, ſi id ab eo exigatur. Exempla & iura quæ hęc probant, ſupra allata ſunt. Inter exempla computari poteſt, quando quis in ciuem ea lege eſt admiſſus, vt tributa ſoluat, & alia ciuium onera ſubeat: licèt enim ea non ſubeundo, non deſinat eſſe ciuis, peccat tamen, cogique ad ea ſubeunda poteſt, & debet, & ſi pertinax fuerit, in pœnam priuilegio multari poteſt.

Ad hunc etiam ſecundum modum ſpectat, quoties aliquid ſub modo legatum aut datum eſt Eccleſiæ, vel in aliam piam cauſam, animo obligandi ad modum implendum, neque legans aut donans expreſſit, ſe ita donare, vt ſi modus non ſeruetur, donatio cenſeatur reuocata, ac nulla ſit. Præſumitur namque donantem ſub modo ad piam cauſam non intendiſſe, vt modo non ſeruato, donatio reuocaretur, quando id non expreſſit. Ita definitum eſt cap. verum, de conditionibus appoſitis. Quo loco, cum Medina de rebus reſt. quæſt. 24. eſt obſeruandum, legẽ illam fundari in præſumptione: quarè quando intelligitur contrariam fuiſſe intentionem teſtatoris, aut donantis, eſto eam non expreſſerit, illi ſtandum eſt in foro conſcientiæ, ac proinde eo ipſo, quod modo contrauenitur, nulla expectata ſententia, reuocatur, nullave efficitur donatio, aut legatum. Neque enim B lex, quę in præſumptione fundatur, vim habet in foro conſcientiæ, quando de contrario præſumptionis conſtat. Neque item liberalis donatio maiores vires habet, quam fuerit donantis intentio.

Quod ad tertium, & quartum modum ex ſuprà explicatis attinet, ſolum eſt quod examinemus, an, quando aliquid legatum, aut donatum eſt Eccleſiæ ſub modo, expreſſumque eſt, quod eo ipſo quod modus non ſeruetur, donatio aut legatum cenſeantur reuocata, ſatis ſit prælatum contrauenire modo, vt Eccleſia rem illam amittat. Vt ſi aliquid donatum ſit ſub modo, quod eo ipſo, quod alienatum fuerit, cenſeatur reuocata donatio, ſatis ſit, prælatum illud alienare, ſine conſenſu Capituli. Ad quod reſpondẽdum eſt cum Panormitan. cap. verum citato, & Doctoribus communiter, id non ſatis eſſe. Ratio: quoniam res illa erat acquiſita Eccleſię: licet autem ſolus prælatus poſſit nocere Eccleſiæ in acquirendis, C non tamen in acquiſitis, vt gloſſa communiter recepta, capitulo vltim. decimaſexta, quæſt. 6. affirmat. Quando tamen res eſſet talis, quam iuxta religionis ſtatuta, & priuilegia ſolus prælatus poſſet alienare, aut interueniret authoritas, quæ iuxta eadem priuilegia ad id ſufficeret, tunc non dubito donationem, aut legatum cenſeri reuocata. Quãdo etiam aliquid donatum, aut legatum eſſet ſub conditione propriè ſumpta, quæ proinde donationem aut legatum ſuſpenderet, tunc ſatis eſset, prælatum tranſgredi conditionem, vt donatio, aut legatum inualida redderẽtur, eo quod talis res nondum Monaſterio, aut Eccleſiæ eſset acquiſita, ſolusque prælatus in acquirendis poſſit eis nocere.

Dubium. Deciſio.

DISPVT. CCIX.

D *Cauſa quid; & num gratuitam ob cauſam per vltimam voluntatem, aut inter viuos diſpoſitio, cauſa non ſubſiſtente, valida ſit.*

Cauſa qd.

Cauſa, quod ad rem præſentem attinet, eſt id, propter quod, tanquam præſens, aut præteritum, diſpoſitio fit. Vt ſi eleemoſynam des propter paupertatem, aut vitæ ſanctitatem, quam in alio arbitraris, ea paupertas, aut vitæ ſanctitas, eſt cauſa talis donationis ſeu eleemoſynæ; ſi leges, aut dones propter obſequia tibi, aut patri exhibita, eiuſmodi obſequia vera, aut à te credita, cauſa ſunt talis legati, aut donationis. Dictum eſt, cauſam eſse id, propter quod tanquam præſens aut præteritum diſpoſitio fit: quoniam ſi ſit quippiam futurum, ob quod, tanquam ob finem intentum diſpoſitio fiat, reſultat modus, & non cauſa vt de ea nunc loquimur. Dare namque vt quippiam fiat,

fiat, eſt modum diſpoſitioni imponere. Cauſa ſignificari ſolet per verba, quia, quoniam, ideò, &c.

In hac diſputatione, vt ex titulo propoſito conſtat, ſermo nobis eſt, de quacunque gratuita ob cauſam diſpoſitione, ſiue ſit per vltimam voluntatem, atque adeò hæredis inſtitutio, legatum, aut donatio cauſa mortis, ſiue ſit donatio inter viuos, etiam ſi exhibitione non ſit conſummata, ſed ſit nuda promiſſio: quoniam, quod ad forum conſcientiæ attinet, de omnibus eadem eſt ratio. Primo autem dicemus quid in conſcientiæ foro cenſendum ſit: deinde verò, quid in exteriori.

1. Concluſ. Sit ergo hæc Concluſio. Quando aliquid gratuitò ſta collatum eſt ob cauſam exiſtimatam, nec tamen ſubſiſtentem, quod re vera actualis, aut quaſi habitualis animi conferentis eſt, ſecluſa ea cauſa non conferre, collatio in foro conſcientiæ eſt nulla; ſiue conferens expreſſerit velle vt non exiſtente ea cauſa collatio ſit nulla, ſiue non. Hæc eſt Ioannis Medinæ, de rebus reſt. quæſt. vigeſima quarta. Nauarr. in Manuali, cap. decimo octauo, numero ſexto. Syueſt. verbo, pactum, quæſtion. quarta, & multorum aliorum. Et quamuis Couarruu. de ſola donatione inter viuos loquatur, eſt tamen eadem ratio de vltima voluntate. Quo loco obſerua, concluſionem noſtram eſſe indubitatam, non ſolum in conſcientiæ, ſed etiam in exteriori foro, ſiue diſpoſitio ſit inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem, quando collator expreſſit velle vt cauſa non ſubſiſtente, collatio ſit nulla: eſt enim diſpoſitio ſub expreſſa conditione de præſenti, aut de præterito licita conditione, non exiſtente; quæ procuidubio, etiam in exteriori foro, reddit diſpoſitionem nullam, iuxta ea quæ diſputatio. 206. dicta ſunt. Quando autem collator id non expreſſit, intelligitur tamen eum fuiſſe actualem aut quaſi habitualem ipſius animum. Probatur concluſio. Primò, quoniam talis diſpoſitio virtute ex diſponentis intentione eſt conditionalis, ſi cauſa ſubſiſtat; quãdoquidem, vt ſupponimus, conferentis animus eſt non conferre, ſi cauſa non ſubſiſtat, & donatio gratuitave collatio, maiores vires non habeat, quàm iuxta donantis animum, atque intentionem: ergo cauſa non ſubſiſtente, inualida in foro conſcientiæ eſt talis diſpoſitio. Secundò, quoniam eiuſmodi gratuitus collator donat ex errore, quo ſecluſo, non vult donare: ergò donat inuoluntariè, eo modo, quo ignorantia cauſa eſt inuoluntarij, ac proinde talis collatio eſt nulla: quandoquidem, vt datio liberalis valida ſit, eſſe debet voluntaria omnino, neque ſufficit eſſe voluntariam mixtè: hac enim ſola ratione ſolutio vſuræ inualida eſt, nec transfert dominium in vſurarium, vt ſuo loco videbimus.

Hoc loco duo obſerua. Primum eſt, aliud eſſe conferentem in ea eſſe diſpoſitione, quod ſi ſciret cauſam, ob quam confert, non ſubſiſtere, reuera non conferret: aliud verò eſſe in ea diſpoſitione, quod ſi ſciret cauſam non ſubſiſtere, velle collationem nullam eſſe. Hoc ſecundum inualidam facit gratuitam collationem, atque de eiuſmodi diſpoſitione ſermo nobis eſt in Concluſione propoſita. Primum verò non ſemper facit gratuitam diſpoſitionem inualidam: multi quippe ſunt, qui, ſi ſcirent cauſam, à qua ad conferendum mouentur, vel falſam eſſe, vel non eſſe tantam, quantam exiſtimant, re vera non conferrent, quod conferunt, & tamen poſtquàm ſemel contulerunt, animum non habent vt inualida ſit diſpoſitio: atque in hoc euentu in vtroque foro eſt valida. In promiſſione autem, quoniam præſumendum, non eſt, promittentis animum eſſe, intendere ſe obligare ad implendum quòd promittit, non ſubſiſtente cauſa, à qua ad promittendum fuit permotus, vtique
A non ſubſiſtentia talis cauſæ regulariter inualidam reddit promiſſionem.

Secundum eſt, quando cauſæ, quæ ad gratuitò diſponendum impulerunt, veræ ſunt, quamuis aliquid aliud diſponentem latuerit, quod ſi ſciret, non ſolum non ita diſponeret, ſed etiam vellet, vt nulla eſſet talis diſpoſitio, vtique valida eſt. Quarè, ſi quis motus ex ſola paupertate alicuius, illi aliquid donet, eleemoſynamve faciat, eſto, ipſum latuerint circunſtantiæ aliquæ, vt eſſe infidelem, aut perditum moribus, quas ſi ſciret, non ſolum non donaſſet, ſed etiam vellet, vt donatio à ſe facta nulla omnino eſſet, valida eſt diſpoſitio; eò quòd motus non fuerit ad donandum ex oppoſitis eorum, quæ ipſum latebant, quæque à donando retraxiſſent, ſed ex paupertate, quæ verè ſubſiſtebat. Cùm enim donatio illa, comparatione eorum quæ donantem impulerunt cauſave donationis fuerunt ſimpliciter fuerit voluntaria, dominijque translatiua, neque, vt diſpo-
B ſitio aliqua valida ſit, neceſſe ſit diſponentem omnia vniuerſim penetrare, quæ ipſum à tali diſpoſitione retrahere poterant; alioquin nullus ferè, qui gratuita diſpoſitione aliquid acciperet, tutus eſſet in conſcientia, eò quòd iuſtè timere poſſet, circunſtantiam aliquam, vel circa ipſius mores, vel circa aliquid aliud, diſponentem latuiſſe, quam ſi ſciret, animum haberet non diſponendi eo pacto, vtique affirmandum eſt, validam eſſe talem diſpoſitionē: videnturque conſentire Medina, quæſtione 24. citata. §. ſequitur, Scotus in quarta diſtinct. 15. quæſt. ſecunda artic. 3. & cæteri Doctores. Rationem redditam in hunc etiam modum poſſumus explicare. Voluntas gratuito diſponentis nititur ijs, quibus ad eo pacto diſponendum ducitur, illiſque ſuppoſitis, diſpoſitio eſt uolita, atque adeò uoluntaria, eaque de cauſa, ſi falſa ſint, tantum ea diſpoſitio habet de inuoluntario admixto, quantum voluntas eam diſpoſitionem reſpueret, ſi contraria
C ſcientia adeſſet. Quo fit, vt ſi donans in ea tunc eſſet diſpoſitione, quòd ſi ſciret, ea, quibus ducitur, falſa eſſe, vellet diſpoſitionem nullam eſſe, diſpoſitio ſit nulla. Quando autem ignorantia eſt circunſtantiarum, quarum contrarijs voluntas non nititur ac ducitur ad eo pacto diſponendum, tunc, ſicut contraria ad eam diſpoſitionem non concurrerunt, neque illius fuerunt cauſa, ita neque ea ignoratio eiuſmodi circunſtantiis, quæ diſponentem retraherent à diſpoſitione, reddunt illam inuoluntariam, eſtque proinde valida. Hæc quod ad forum conſcientiæ attinet.

Quod ad forum ſpectat exteriorem, iure ciuili, lege quoties, in princip. ff. de hæredibus inſtituend. & lege 12. titul. 3. parte ſexta ſancitum eſt, ſi teſtator erret in perſona hæredis, quem inſtituere intendebat, vt ſi credens eum hominem, quem præſen-
D tem habebat, eſſe ſuum patronum, aut fratrem, cum tamen eſſet homo longè diuerſus, dicat, inſtituo meum hæredem hunc meum patronum, aut hunc meum fratrem, inualidam eſſe inſtitutionem, & neque hæredem eſſe illum præſentem, quem credebat ſuum patronum, aut fratrem, neque item patronum ipſum, aut fratrem, quem inſtituere intendebat, eò quòd reipſa non fuerit ſcriptus in eo teſtamento hæres; ſed hæreditatem pertinere ad hæredes ab inteſtato. Idemque de iure ciuili ſancitum eſt, ſi legatum ſimili modo relinquatur. Licet autem in exteriori foro, atque apud Iuriſperitos hæc videantur recepta: credo tamen, non ſolùm in conſcientiæ, ſed etiam in exteriori foro contrarium debere cenſeri, nempe hęreditatem aut legatum ei deberi, cui teſtator relinquere illis uerbis id intendit, quemq; eiſdem verbis ſufficiēter exprimere ac ſignificare ſuum hæredem arbitratus eſt.

Ducor,

Ducor, non ſolùm quia lumen rationis id perſpicuè docet, ſtandoque in ſolo iure naturæ nullus id negare audebit, ſed etiam rationibus, quibus diſputat. 197. aliud ſimile oſtendi, quas neceſſe non eſt hoc loco repetere.

Iam ſupra dictum eſt, quando teſtator ductus falſa cauſa, quempiam hæredem inſtituit, aut legatum illi reliquit, ſi expreſſit in euentu, quòd talis cauſa non ita haberet, velle, vt inſtitutio aut legatum nulla eſſent, eſſe abſque vlla controuerſia nulla. Quando verò id non expreſſit, inprimis, vt diſputat. 135. ex parte dictum eſt, ciuili iure ſancitum eſt, ſi quis credens aliquem eſſe ſuum filium eum hæredem inſtituat, alioquin minimè eum inſtituturus (quod regulariter eſt præſumendum) inualidam eſſe inſtitutionem, hæreditatemque proinde ad hæredes ab inteſtato pertinere, l. ſi pater, C. de hæredibus inſtituend. & l. neque profeſſio, C. de teſtam. Idem eſt, ſi credens eſſe ſuum fratrem illum inſtituat, argu. tex. l. in nec apud peregrinos, C. de hæredibus inſt. & l. quoties, in princip. ff. eodem tit. Hoc ipſum Anto. Gom. ad l. 24. Tauri, num. 1. verſi. decimo extendit, ſi credens eſſe filium adoptiuum, vel legitimatum, aut quemcunque alium ſibi coniunctum, ac conſanguineum illum inſtituat. Item eodem ciuili iure ſancitum eſt, ſi quis priùs hæredem aliquem inſtituit, & poſtea audiens mortuum eſſe, eo errore deceptus, condat ſecundum teſtamentum in quo alium hæredem inſtituat, ſi poſt mortem teſtatoris conſtet eum, qui primò hæres inſtitutus eſt, viuum fuiſſe, inualidam eſſe poſteriorem inſtitutionem; eò quòd facta fuerit ob cauſam illam falſam veram exiſtimatam, validamque priorem eſſe inſtitutionem. Ita habetur l. vlt. ff. de hæredibus inſtituen. vbi Bar. ſummarium ſic habet. Falſa cauſa uitiat inſtitutionem. Idem habetur l. 21. tit. 1. parte ſexta. In hoc tamen euentu, & vniuerſim, quando inualida eſt inſtitutio, quia falſa erat cauſa ob quam fuit facta, valida ſunt legata, vt ex l. vlt. ff. de hæredibus inſtituen. conſtat, & affirmat Anton. Gomez. loco citato. Quando tamen inualidum eſt teſtamentum, quia parens eum filium præteriuit, qui poſt teſtamentum côditum eſt natus, vel quem pater mortuum credebat, quouſque inualida ſint legata, tam de iure huius Luſitaniæ regni, quàm de iure communi, explicatum eſt diſput. 175. §. intelligendum præterea.

Lex Caſtel. — Lex Caſtellæ citata vult, quando inſtitutio in poſteriori teſtamento eſt nulla, quia inſtitutus in priori teſtamento mortuus credebatur, valere legata in vtroque teſtamento relicta: & idem affirmat Anton. Gomez. in calce, numero primo citati, quoniam de legatis, inquit, prioris teſtamenti non eſt dubitandum valere: lex autem vlt. ff. de hæredibus inſtituendis, id ſupponens, ſolùm ſtatuit valere legata relicta in poſteriori teſtamento. Arbitror tamen coniecturis prudentis arbitrio, ex circunſtantijs concurrentibus eſſe iudicandum, quæ, & quot legata vtriuſque teſtamenti, iuxta teſtatoris mentem, cenſenda ſint vim habere. Si namque primus hæres inſtitutus erat filius, eaque de cauſa credendum ſit patrem pauca legata in primo teſtamento reliquiſſe, poſteà vero, quia in ſecundo teſtamento extraneum inſtituebat, auxiſſe multum legata, certè filius cogendus non eſt implere legata ſecundi teſtamenti, niſi fortè aliquid, vel aliqua, de quibus coniectura veriſimilis ſit ex circunſtantijs poſt primum teſtamentum ſuperuenientibus, teſtatorem ſimiliter ea relicturum. Si item teſtator multum variauit in legatis, & legata vtriuſque teſtamenti tot ſint, vt veriſimile non ſit teſtatoris uoluntatem fuiſſe, vt vtraque implerentur, ea ſola implenda ſunt, quæ

A credendum eſt teſtatorem voluiſſe, vt in eo euentu implerentur.

Quod ad legata attinet, ſi abſque dubio conſtet teſtatoris voluntatem, fuiſſe cauſa non ſubſiſtente, non velle, vt legatum eſſet validum, iure ciuili inualidum, cenſetur etiam in foro exteriori, l. cum tale, §. falſam, 1. ff. de conditionibus & demonſtrationib. l. 1. C. de falſa cauſa adiecta legato, & l. ſi cum te, C. de pactis, & affirmant Gregor. Lopez, l. 19. Gloſ. vltim. & l. 20. titu. 9. par. 6. Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolu. capit. 12. numero 66. & Doctores quos citat. In dubio tamen de iure ciuili præſumitur animum teſtatoris fuiſſe, vt legatum valeret, etiamſi cauſa non ſubſiſteret, atque ad hæredem ſpectat probare contrarium. Vnde, ſi quis dicat, lego Petro centum, quæ illi debeo, aut quia negotia mea geſſit, legatum eſt validum, compelleturque hæres illud ſoluere, eſto, neque teſtator centum Petro debeat, neque Petrus teſtatoris negotia geſſerit, niſi vel teſtator expreſſerit ſub conditione talis cauſæ legare, vel niſi hæres probet animum teſtatoris fuiſſe non velle legare cauſa non ſubſiſtente, aut certè legatarius ipſe, re conſcientiæ aut iuramento ipſius relicta, confiteretur eam fuiſſe teſtatoris voluntatem. Ita habetur expreſsè, §. longè. Inſtitut. de legat. l. demonſtratio falſa, §. quod autem, & l. cum tale, §. falſam, 1. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, l. legaui, §. vlt. ff. de liberatione legata, l. ſi ſit, §. 1. ff. de lega. primo, l. Titia, §. Caius, de leg. 2. l. in ſumma, §. id quoque, ff. de condict. indebit. l. 2. 3. & vltima, C. de falſ. cauſa adiecta lega. & l. 19. & 20. titu. 9. parte 6. Anton. Gomez. vbi ſupra, ait, ſatis eſſe, vt legatum nullum pronuncietur, ſi hæres præſumptiuè probet, teſtatorem non fuiſſe legaturũ, ſi ſciret cauſam nô ſubſiſtere, vt ſi teſtator dixit: lego Petro centum, quia eſt meus filius, aut côſanguineus & neque filius, neque conſanguineus ſit, argum. l. ſi pater, & l. nec apud peregrinos, C. de hæredibus inſtitu. Conſentit Barto. l. demonſtratio falſa, in princ. num. 7. ff. de conditionibus & demonſt. Iura tamen citata in præſumptione fundantur, quod ea fuerit teſtatoris mens.

DISPVT. CCX.

Accepta in eleemoſynam ob paupertatem, ſanctitatem, aut aliam cauſam fictam, obnoxia ne ſint reſtitutioni, & cui ſit facienda. Idem, de acceptis conferente ea principe ob ementita ſeruitia, aut aliam cauſam confictam.

VTraque quæſtio propoſita ex ijs, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, dirimenda eſt: eaque de cauſa vtraque hoc loco à nobis examinatur. Quod ad priorem attinet, videlicet, vtrum qui ſimulata paupertate, ſanctitate, infirmitate, aut alia ſimili cauſa, eleemoſynas à populo accipiunt, quas alioquin illis non daret; teneãtur eas reſtituere, multum variant Doctores, de quorum numero ſunt Altiſiodorenſis, lib. 4. c. de reſtitutione. Alex. Alenſis, 4. par. q. 86. memb. 3. Adrian. de reſt. q. 15. quæ incipit: Côſequenter quæro vtrum indiſtinctè, &c. Medina de reb. reſt. q. 24. Scot. in 4. d. 15. q. 2. ar. 3. Na. in Man. c. 17. nu. 167. Caiet. in Summa, verbo, reſt. ad finem, Sot. 9. de iuſtitia, q. 7. ar. 3. ad 4. quibuſdam ſeuerius, & alijs minus ſeuerè de hac re loquentibus.

Noſtra autem deciſio, iuxta dicta diſputatione præcedente, ſit. Quando dantes eleemoſynas ob cauſas illas creditas, ita eas dant, quod, ſuppoſita petentium fictione, actualis, aut quaſi habitualis animus eſt, eas non donare, accipientes tenentur illas reſtituere: alioquin reſtituere non tenentur, etiamſi dantes in ea quaſi habituali diſpoſitione, — Deciſio quæſtionis prioris.

dum eas dederunt, eſſent, quod, ſi fictionem ſcirent, nullo modo eas darent. Porrò plurimi ſunt, qui licet non darent, ſi fictionem ſcirent; poſito tamen, quod dederunt, attentaque parua quantitate, quam quiſque dat, volunt validam eſſe donationem: præſertim, ſi accipiens diues non ſit, ac ſaltem poſtquam eleemoſyna eſt conſumpta, iſque, qui accepit, non eſt ſoluendo, nolunt eum ad reſtitutionem teneri: maxime, cùm ipſi idem meritum habuerint apud Deum, ac ſi cauſa, ob quam eleemoſynam dederunt, ementita non fuiſſet. Ab hac regula, vt à me eſt propoſita, ac explicata, neminem video diſſentire, ſatiſque perſpicua eſt ex dictis diſputatione præcedente. Eleemoſyna namque, de qua in priori parte eſt ſermo, virtute eſt conditionalis, ac deficiente conditione, proinde inualida eſt donatio. Præterea, non habet tantum voluntarij, quantum neceſſarium eſt, vt donatio valida ſit. Ea vero eleemoſyna, de qua ſermo eſt in poſteriori parte regulæ, ſufficienter eſt voluntaria, vt ſit valida: quandoquidem actualis, vel quaſi habitualis donantis animus fuit, vt non obſtante fictione valida eſſet donatio. Quando etiam à principio non fuit talis donatio, ſed poſt eleemoſynam conſumptam, attenta paupertate eius, qui accipit, præſumendum non eſt dantem velle, vt qui accipit, reſtituere teneatur, quaſi condonatur tunc eleemoſyna ex præſumpta voluntate eius qui dedit, validaque efficitur, ad effectum vt acci piens reſtituere nõ teneatur.

Quando autem animus dantium ita eleemoſynam, ſit, vt donatio non valeat, atque adeo quando accipientes reſtituere teneantur, aut non, nulla poteſt ſtatui certa regula, ſed in euentibus particularibus, expectatis circunſtantiis concurrentibus, iudicandum eſt. Quo enim fictio cauſæ maior fuerit ac fœdior, quam dantes plus ſolent execrari, minoreſque aliæ cauſæ veræ fuerint ex parte accipientium, ad illam accipiendum aut retinendum, ſeu non reſtituendum poſtquam fuerit accepta, eò plurium vel etiam omnium credendum eſt, quaſi habitualem animum eſſe, vt donatio ſit nulla, atque vt accipiens reſtituere teneatur: quò verò fictio minor, minuſque fœda fuerit, & plures ac maiores aliæ cauſæ veræ fuerunt ad eleemoſynam perendum, aut retinendum, poſtquam fuerit accepta, eo pauciores, aut etiam nullos, credendum eſt habere quaſi habitualem animum vt reſtituere teneatur. Item, attendenda eſt quantitas eleemoſynæ, quam quiſque dedit, vtrum ſit parua, an magna, & incõſueta: ſi enim magna & inconſueta ſit plus credendum eſt animum dantis eſſe, vt accipiens reſtituere teneatur. Reſpiciendum quoque eſt ad generoſitatem dantis, quò enim benignior ac munificentior fuerit, eò minus credendum eſt velle, vt accipiens reſtituere teneatur. His, & aliis circunſtantiis expenſis, iudicandum eſt, an accipiens totum, aut partem reſtituere teneatur. Et quidem ſi res dubia ſit, non eſt melior conditio eius, qui fraude ac dolo eleemoſynas extorſit, eſto ipſe poſſideat. Tum, quia fraus & dolus nulli debent patrocinari. Tum etiam, quia non cœpit bona fide poſſidere. Quo fit, vt in dubio ad reſtitutionem aliquam pro dubij quantitate ſit aſtringendus.

Cui reſtitutio facieda. An vero eiuſmodi reſtitutio facienda ſit danti, quando conſtat quis is ſit, an vero pauperibus, aut in aliis piis operibus ſit inſumenda. Adrian. Medina, Caietan. Nauarru. & denique communior ſententia affirmat, non eſſe faciendam danti. Ducuntur, quoniam eleemoſyna illa intuitu Dei facta eſt, iſque, qui illam dedit, meritum & ſatiſfactionem eſt conſecutus: quare tanquam pecunia, quæ iam eſt Chriſti, neque dominium illius tran-

A ſiuit in accipientem, reſtituenda eſt pauperibus, aut in alijs pijs operibus eſt inſumenda.

Sotus vero loco citato, & alij affirmant, faciendam eſſe danti, eò quòd dominium illius, neque in Chriſtum, neque in quenquam alium tranſierit, ſed permanſerit in dante: neque enim dantis voluntas fuit conferre illam Chriſto, ſed ei amore Chriſti, cui illam dedit: cùm ergo habuerit voluntatem virtute conditionatam dandi illi in particulari, & nulli alij, neque conditio ſub qua dedit, ſubſtiterit, conſequens eſt, vt dominium ac ius rei ita datæ permanſerit apud dantem, ac proinde vt ei in rigore, ſi ipſe velit, ſit facienda reſtitutio.

Hæc opinio in rigore mihi placet: quia tamen regulariter non cognoſcentur, qui eleemoſynas ita dederunt, præſertim ſi multi, & in parua quantitate eas dederunt, difficileque admodum, & cum modico cuiuſque emolumento fieri illis poteſt reſtitutio, atque de ſingulis eſt præſumendum, quemadmodum amore Chriſti id dederunt, ita voluntatem
B eorum eſſe, vt amore eiuſdem Chriſti inter pauperes diſtribuatur, regulariter facienda erit pauperibus, aut in alijs pijs operibus erit inſumenda. Si tamen aliquis quantitatem magnam dediſſet, conueniri que poſſet, interrogandus eſſet, quid de ſua portione fieri vellet, ſuadendumque ei eſſet, vt pauperibus diſtribueretur, aut in aliis piis operibus inſumeretur.

Quod ad ſecundam quæſtionem propoſitam attinet, breuiter iuxta eadem principia ſimiliter dicendum eſt. Quando princeps, dum ita confert, in ea actuali, aut quaſi habituali diſpoſitione eſt, quod vult collationem nullam eſſe, poſito cauſam, ob quã confert, eſſe falſam, obtinentem teneri reſtituere quæ ita accepit, nec non fructus inde perceptos, niſi prudentis arbitrio aliquid retinere debeat ob muneris adminiſtrationem, ſi, quod ita accepit, officium *Deciſio poſterioris q̃ſtionis.*
C aliquod ſit. Si autem princeps, dum ita contulit, in ea quaſi habituali diſpoſitione erat, quod ſi ſciret cauſam falſam eſſe, non conferret quidem, attamen, ex quo ſemel contulit, vult collationem validam eſſe, peccare quidem obtinentem eo pacto, non tamen teneri ad reſtitutionem. In dubio autem reſtituere tenetur, vel obtinere veniam à principe, eò quòd nõ cœperit bona fide poſſidere, ſed cũ fraude & dolo. Porrò, obtinere munera, teneas quas vocant & alia à principe, ob cauſas ementitas, ſatis frequens eſt in hoc regno.

DISPVT. CCXI.

Demonſtratio quid. Et num falſa demonſtratio gratuitam diſpoſitionem vitiet.

D Demonſtratio, quod ad rem præſentem attinet, eſt appoſitio ſigni, accidentiſve alicuius ex parte eius, de quo diſponitur, aut cui, vel cum quo diſpoſitio fit. Vt ſi quis dicat; dono, aut lego Petro centum, quæ habeo in tali loco; lego Petro centum, quæ illi debeo; lego illi tale prædium, quod eſt tanti valoris, aut quantitatis; ſigna, aut accidentia illa, quæ habeo in tali loco, quæ illi debeo, quod eſt tanti valoris, aut quantitatis; dicuntur demonſtrationes rei, de qua diſponitur. Siquis item dicat; dono, aut lego Petro filio, aut conſanguineo meo, aut qui habitat in tali loco, domo, vel habet prædium iuxta meum, aut qui mea negotia geſſit: ſigna hæc omnia Petri, nempe, quod ſit filius, conſanguineus, & cap. dicuntur demonſtrationes eius, cui diſpoſitio fit. Si item quis dicat, contraho tecum, quæ es diues, pulchra, nobilis, aut virgo hęc omnia accidentia aut ſigna dicuntur demonſtrationes *Demonſtratio quid*

eius

eius cum qua diſpoſitio, ſeu contractus fit. Hinc conſtat, vnum & idem accidens: vt ſunt illud, quæ illi debeo, qui negotia mea geſſit, quæ es virgo, nobilis, & cæt. poſſe indifferenter eſſe demonſtrationem, aut cauſam eiuſdem diſpoſitionis, ſi vel per modum demonſtrationis, vel per modum cauſæ ſignificetur.

Quando conſtat de re, de qua quis gratuito intendit diſponere, & de perſona, cui diſpoſitio fit, eſto, diſponens in demonſtratione erret, valida regulariter eſt diſpoſitio in foro exteriori, l. demonſtratio falſa, in princip. l. quibus diebus, §. qui dotalem, & l. cum tale. §. vlt. in fine, ff. de conditionibus & demonſtrationib. §. huic proxima, iuncto §. præcedente, Inſtit. de leg.

Excipitur in euentibus, in quibus diſputat. 209. dictum eſt, falſam cauſam vitiare gratuitam diſpoſitionem, nempè, ſi conſtet voluntatem diſponentis, fuiſſe diſpoſitionem eſſe nullam, ſi demonſtratio falſa eſſet; & in quibus id ius præſumit, cauſaque per modum demonſtrationis ſignificatur, vt quia dixit: lego Petro filio meo, aut conſanguineo meo, centum: ſi enim teſtator credebat filium eſſe, aut conſanguineum, & talis non erat, nulla eſt diſpoſitio, iuris præſumptione. Vide iura, quibus diſputat. 209. hæc oſtenſa ſunt; atque hoc ipſum affirmat Barto. de tali falſa demonſtratione, l. demonſtratio falſa, in princip. numero 7. 8. & 9. & §. vltimo, numero decimoquarto, ff. de condition. & demonſtrat.

Excipitur præterea, quando res, quæ demonſtratur, non exiſtit, vt ſi teſtator dicat: dono, aut lego Petro pecuniam, quam habeo in tali loco: ſi enim nulla ibi reperiatur, inualida eſt diſpoſitio, l. prima, §. vltimo, verſicu. ſed & ſi dotem, ff. de dote præleg. Si verò dicat: lego Petro centum, quæ habeo in tali loco, ibique ſolum reperiantur quinquaginta, valet ſolum quoad quinquaginta, quæ ibi reperiuntur, l. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque, ff. de legat. primo. Hac eadem ratione, ſi quis dicat: lego Petro decem, quæ mihi Ioannes debet, ſi Ioannes illa non debeat, inualidum eſt legatum, eo quòd, quæ ita demonſtrantur, nullo modo ſint, ſolumque teſtator legaſſe videtur ius, quod ad illa habebat, quodque in rerum natura non erat, neque hæres ad aliud tenetur, quam ad transferendam in legatarium actionem, ſi qua ſibi ad debitum illud ratione defuncti competebat. Eadem etiam ratione, ſi quis leget Petro centum, quæ teſtatori ipſi debebat, ſi nihil illi debebat, inualidum eſt legatum: quoniam ſolum cenſetur legaſſe liberationem à tali debito, quæ nulla eſſe poteſt, quando non erat debitum. Hæc conſtant l. ſi ſic. §. primo, ff. de leg. primo, & l. legaui, ff. de liberat. legat. eaque affirmat Barto. l. demonſtratio falſa, in princ. num. quarto, ff. de condit. & demonſtr.

Si tamen quis leget alicui, vt teſtatoris ſumptibus fiat ei ædificium inſtar alterius, quod teſtator nominat, neque reperiatur ædificium quod teſtator nominauit, quamuis inualidum ea ratione ſit legatum, quia ubi exemplar deeſt, deficere etiam debet quod inſtar illius fieri debet, arbitrio tamen boni viri, iudice compellente hæredem, fieri debet ædificium, vt teſtatoris voluntas impleatur, l. in teſtamento, 1. ff. de conditionibus & demonſtrat. & Anton. Gom. 1. tomo variarum reſolut. c. 12. in calce, num. 61.

Quod ad forum conſcientiæ attinet, quando eſt demonſtratio, & de voluntate teſtatoris conſtat, illi ſtandum eſt: alioquin ſequenda erit iuris ciuilis diſpoſitio, quæ in præſumptione fundatur.

DISPVTATIO CCXII.

De reuocatione legatorum.

A

Legatum in primis reuocatur expreſſa teſtatoris voluntate, etiam ſi ſolo nutu exprimatur: vt enim legatum ſolo nutu factum validum eſt, vt diſputat. centeſimauigeſimaſeptima, oſtenſum eſt, ita etiam illius reuocatio. Poteſt vero expreſſa legati reuocatio fieri, vel teſtamento, vel codicillo, l. & in Epiſtola, C. de fideicommiſſis, §. vnico, Inſtitu. de ademptione legatorum, l. 39. titu. 9. par. 6. Antonius Gom. primo tomo variarum reſolut. cap. 17. num. 56. & Doctores communiter. Et poteſt fieri tam purè, quam ſub cōditione, l. datum, C. de legat. Quæ verò ſolennitas neceſſaria eſt vt legatum ſit validū, eadem requiritur ut expreſſa legati reuocatio valida ſit, §. ex eo, Inſtit. quib. mod. teſtamen. infirmentur, §. vnico, Inſtit. de adempt. legat. gloſſa recepta, l. fideicommiſſum, C. de fideicommiſſis, Doctores quos Molina lib. 1. de primog. cap. 9. num. 56. refert ac ſequitur.

B

Quando legatum aliquod deletum reperitur in teſtamento, ſeu cancellatum, cenſetur reuocatum, ſi per teſtatorem, aut de mandato illius fuit deletum: ſecus aūt ſi eo inſcio ſit deletum, l. 1. §. ſed & ſi, & §. ſed conſulto, & l. proximè, ff. de ijs quæ in teſtament. delent.

Quando res legata pereat, aut decreſcat legatario, quando item alienatione rei legatæ facta per teſtatorem tacitè cenſeatur teſtator reuocaſſe legatum, dictum eſt diſput. 194. Quando item legata nulla reddantur, vel quod legatarius ante teſtatorem, vel ante impletam conditionem moriatur, aut, quod hæreditas adita non ſit, atque in alijs euentibus, dictum eſt diſputat. 181. 195. 196. 201. 205. 206. & alijs.

C

Tacitè verò ex præſumpta teſtatoris voluntate cenſetur reuocatum legatum, ſi capitales graueſve aliæ inimicitiæ ortæ ſint teſtatorem & legatarium, ſecùs, ſi leues, l. 3. §. vlt. ff. de adimen. legat. & l. ſi inimicitiæ, ff. de ijs quibus vt indig. & affirmant Ant. Go. vbi ſupra, & Doct. communiter. Si tamen teſtator & legatarius in amicitiam redierint reconualeſcit legatum. l. 4. ff. de adimen. legat. Antonius Gom. vbi ſupra, Molina, lib. 1. de primog. ca. 9. nu. 42. Emmanuel à Coſta, §. & quid ſi tantum, par. 3. num. 180. Bart. & communis ſententia, quam referunt. Si verò non redierit in amicitiam, & teſtator, cum inimicitias, iniuriamque ſibi illatam ſciuerit, potueritque reuocare legatum, illud non reuocauerit, vtrum tunc reuocatum maneat. Reſpondendum eſt cum Molina, lib. 1. de primog. capit. 9. nume. 41. Bart. & alijs quos citat, manere reuocatum etiam ſi teſtator poſt eas inimicitias codicillum con fecerit, neque in eo legatum illud reuocauerit, neque etiam confirmauerit. Ita probat apertè. l. filio, §. Seia, ff. de adimen. lega. Quia tamen lex hæc in præſumptione fundatur, locum non habet in foro conſcientiæ ſi conſtet contrariam fuiſſe teſtatoris voluntatē, imò neque in exteriori, ſi in eodem idem ſufficienter conſtet.

D

Si item legatarius teſtatore viuente grauem iniuriam illi irroget verbo, aut facto grauem ve accuſationem, aut damnum attentet aduerſus illum, iuxta ea quæ de cauſis exhæredationis diſput. 176. & 178. dicta ſunt, cenſetur tacitè reuocatum legatum, vt probant l. filio, §. Seia, ff. de adimen. leg. & l. ſi inimicitiæ, ff. de ijs quibus vt indig. Atque in his euentibus legatum pertinet non ad fiſcum, ſed ad hæredes teſtatoris, vt habetur §. Seia, & l. ſi inimicitiæ, citatis.

Illud verò cum Molina libro primo, de primogen.cap.9. numero 57. Couar. in Rubr. de teſtam. parte ſecunda, nume. 2. obſeruandum eſt. Reuocationem tacitam legati non exigere probationem tantam, quantam exigit legati inſtitutio; ſed probari ſufficienter duobus teſtibus omni exceptione maioribus.

Si legatarius teſtari, aut reuocare teſtamentum prohibet teſtatori, amittit legatum fiſco tanquam eo indignus, vt diſputat. 135. & diſputat. 176. cauſa exhæredationis 9. oſtenſum eſt. Quo loco legere licebit alia, quæ hac de re dicta ſunt.

Si legatarius poſt teſtatoris mortem grauem iniuriam teſtatori faciat, vt carnaliter agnoſcendo vxorem illius viduam, aut aliam ſimilem iniuriam, tanquam indignus amittit legatum. Ita Molina loco citato, nume. 44. Anton. Gomez. 1. tomo variar. reſolut. cap. 12. nume. 56. & Doctores quos citant, probarique poteſt ex l. 1. & l. ſi inimicitiæ in fine, ff. de ijs quib. vt indig. Cùm autem id in pœnam ſtatutum ſit, non debetur ante latam ſententiam, vt in calce diſput. 178. dictum eſt. Lege quæ tota ea diſputatione dicta ſunt.

Quando aliquis conſtitutus eſſet legatarius adhibita promiſſione, quòd legatum, aut partem illius, reſtitueret filio illegitimo teſtatoris; amittit illud etiam fiſco, vt diſput. 178. §. ſextus eſt, & diſput. 169. concl. quarta, & quinta, oſtenſum eſt. Eſt quippe eadem ratio de hærede, & legatario eo pacto inſtitutis.

DISPVT. CCXIII.

Falcidia quid, & quando à legatis detrahi poſſit.

TRactatus hic de legatis diſputatione de Falcidia, quæ ex eis interdum detrahitur, eſt abſoluendus. Quando hæres aut hæredes de numero ſunt deſcendentium aut aſcendentium; tunc non obſtantibus legatis à defuncto relictis, accipere poſſunt de bonis illius ſuas integras portiones legitimas, de quibus teſtator aliter diſponere non potuit: hæ autem, vt ex dictis diſput. 158. & 159. conſtat, vt minimum ſunt tertium bonorum defuncti, & de iure Luſitaniæ & Caſtellæ regnorum longè plus. De reliquo verò ſoluenda ſunt legata; integra quidem, ſi ad id ſufficiant; ſi minus, pro rata, ita videlicet, vt iuxta proportionem legati ad legatum diſtribuatur inter legatarios, quod de bonis defuncti ſuperfuerit, detractis legitimis. Quo fit, vt in eo euentu, neque neceſſaria ſit, neque locum habeat Falcidia, ſaltem de conſuetudine Luſitaniæ & Caſtellæ regnorum, vt diſput. centeſimaoctuageſimaſeptima, oſtenſum eſt.

Quando autem non exiſtunt hæredes de numero deſcendentium, aut aſcendentium, ſed alius vel alij, quibus legitima portio non eſt debita, hæredes ſunt inſtituti, vel per codicillum hæredes ab inteſtato præcipiuntur legata aliqua ſoluere, ſtatuit ius, tum in defuncti bonum, vt volũtas ipſius impleretur, legataque irrita non remanerent, ſi hæres adire nollet hæreditatem; tum etiam ne nomen & inſtitutio hæredis vana eſſent, atque ob alias cauſas; vt eiuſmodi hæredes, non obſtantibus legatis retinere poſſent quartam bonorum defuncti partem, ita vt ſi hæreditas tota legatis eſſet exhauſta detrahere poſſent de legatis quartam partem: ſi verò hæredibus aliquid remaneret, ſed non integra quarta pars, detrahere pro rata poſſent à legatis, quod deeſſet, vt ipſis quarta pars bonorum defuncti remaneret. Quod ſi quarta pars aut aliquid

A amplius ipſis remaneret, tenerentur ſoluere legata integra. Quod itaque eiuſmodi hæredes detrahere poſſunt à legatis, vt integra quarta pars bonorum defuncti ipſis remaneat, appellatur Falcidia: eo quod l. Falcidia, à Falco quodam huius remedij inuentore, introductum hoc ſit. Hæc patent Inſtit. de l. Falcidia, & C. ac ff. ad leg. Falcid.

Quoniam in Regno Caſtellæ, vt legata debeantur, ſoluendaque ſint, neque neceſſe eſt hæredem inſtitui, neque inſtitutum hæreditatem adire, vt habetur l. prima, titu. ſecundo, libro quinto ordina. quæ eſt l. prima, titu. quarto, lib. quinto, nouæ collection. voluit Anton. Gomez. primo tomo variar. reſolut. cap. 12. nu. 11. hodie in eo regno non habere locum Falcidiam. Contrarium tamen meritò affirmat Molina, lib. primo, de primog. cap. 17. à num. 9. cum Padilla, & Burgos de Pace. Licèt enim ſequatur eum qui adire noluerit hæreditatem; detrahere illam non poſſe à legatis, quæ valida nihilominus in eo re-
B gno manent; non tamen ſequitur, hæredem inſtitutum aut ab inteſtato nõ poſſe illam detrahere, quando ipſis non remanet quarta ſaltem pars bonorum defuncti.

Quando multi inſtituti ſunt hæredes, omneſque indiſtinctè tenentur legata ſoluere, omnes ſimul obtinere poſſunt quartam, vt minimum bonorum defuncti; quod ſi aliquid deſit, detrahere poſſunt à legatis ſupplementum, quartaque illa pars inter illos eſt diuidenda iuxta proportionem partis hæreditatis, ad partem in qua quiſque eorum inſtitutus eſt. Quòd ſi vnus eorum ſolus grauatus ſit ſoluere legatum aut legata, tunc à parte hæreditatis ſibi relicta, computatis ſimul legatis, quæ ſoluere eſt grauatus, reſeruare ſibi poteſt quartam partem, detrahendo pro rata à legatis quod neceſſarium fuerit ad complementum eiuſmodi quartæ partis. Ita habetur Inſtit. de leg. Falcid. §. & cum.

C Licet hæredes computare teneantur in quartam Falcidiam id omne, quod ipſis titulo inſtitutionis hæredum à defuncto relictum eſt, ſi tamen titulo legati aliquid eis reliquit, computare id non tenentur, ſed accipere poſſunt complementum vſque ad quartam, detrahendo illud pro rata à legatis, tam ſibi, quàm alijs relictis, in quo Trebellianica differt à Falcidia: hæres quippe grauatus computare tenetur in quartam Trebellianicam id omne, quod ex teſtamento defuncti ipſi aduenit, ſiue legatum ſit, ſiue quoduis aliud, etiam fructus, modo diſput. 187. explicato. Diſcrimen hoc inter has duas quartas habetur expreſsè, l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. & tradunt illud Gloſ. cap. Raynutius, de teſt. Panorm. ibi, nu. 16. Sylu. verbo, legitima, §. 2. Doctores communiter.

Quarta Falcidia detrahitur ab hæredibus ſpectata quantitate bonorum defuncti tempore mortis il-
D lius; ita quòd ſi poſtea hæreditas, vel ex ancillarum, aut pecorum partu, vel ex induſtria ſeruorum, aut ex alijs fructibus creſcat, tale incrementum pertinet vltra quartam ad hæredes, ſicut & decrementum ſi caſu aliquo accideret, pertinet etiam ad eoſdem hæredes, & non ad legatarios. Quo fit, vt ſicut incrementum bonorum hæreditatis poſt mortem teſtatoris in cauſa non eſt, vt hæredes minus de legatis detrahere poſſint, ita neque decrementum in cauſa ſit, vt plus poſſint detrahere. Ita habetur §. quantitas. Inſtit. de lege Falcidia. Quando fructus legati cedant legatario, aut legatum, ſi pereat, legatario pereat, ſupra varijs in locis explicatum eſt, illique euentus excipiendi ſunt à regula proximè tradita, vt Gloſ. ad eundem §. adnotauit. Quo autem pacto Falcidia ſit deducenda, paulò inferius explicabitur.

Falcidia nõ ſolum detrahitur à legatis, ſed etiam à dona-

à donatione cauſa mortis,l.cum pater, §. earum, ff. de leg.2.l.1.§.ſi quis ex mortis,ff.quorum legat. l.ſi ex mortis cauſa, & l.ſi quis quadringentorum, C.ad leg. Falcid.atque l.ſecunda. C.de donat. cauſa mortis,affirmantque Anton. Gomez.ſecundo tomo variar.reſol.cap.4.num.17.illatio.3.Couarr.in Rubr. de teſt.par.3.num.20.Molina,lib.1.de primog.c.12. num.9.& communis ſententia,quam referunt Couarruu.tamen loco citato vult, tunc ſolum ex donatione cauſa mortis deduci poſſe Falcidiam, quando facta eſt teſtamento ſeu codicillo:ſecus autem ſi extra teſtamentum & codicillum fiat. Loca tamen citata apertè ſonant ab ea vniuerſim detrahi poſſe Falcidiam, atque de ea vniuerſim Doctores ſequuntur. Neque l.donationes quas pater,§.penult. C. de donat.inter vir.& vxor.cui Couar.nititur, ſententiam eius probat,ſed ſolum donationem cauſa mortis ſine inſinuatione vltra ſummam, quamuis ſine inſinuatione poteſt donare, inualidam eſſe quoad exceſſum, niſi confirmetur codicillo aut teſtamento: tunc enim, quia cenſetur legatum morte teſtatoris confirmatum,valet quod ad exceſſum, abſque vlla inſinuatione.

Communis etiam Doctorum ſententia, Barto.& aliorum,quos Molina loco citato,nu.10.refert ac ſequitur,aſſeuerat,ab alijs etiam donationibus, quæ non niſi morte donantis confirmantur, de quarum numero eſt donatio viri facta vxori,& è contra, vt ſuo loco videbimus,detrahi etiam Falcidiam, quatenus illa ex parte naturam ſapiunt vltimę voluntatis. Id probat ſufficienter.l.in donationib. C. ad l. Falcid.& affirmat Gl.in auth.ex teſtamento,verbo datorum,C.de collationib.

Falcidia nõ detrahitur. In ſequentibus euentibus detrahi nequit Falcidia à legatis, & eadem ratione neque à donationib. quæ donantis morte confirmantur.

Primò. Primus eſt,quãdo teſtator, non ignarus modi ſeu virium ſui patrimonij,expreſsè prohibuit Falcidiam detrahi. Ita habetur in Authen.ſed cum teſtator,C.ad l. Falcid.& in Auth.de hæred.& Falcidia,§.hinc nobis, verſic. ſi verò expreſſim. In dubio autem,an teſtator ignorauerit modum,ſeu vires ſui patrimonij, præſumitur eas agnouiſſe,vt Gloſ.ibid.& Doctores communiter affirmant. Quanta autem eſſe debeat expreſſio prohibitionis,dictum eſt diſp.187. dum hoc ipſum de Trebellianica diſputauimus.

Secundò. Secundus quando legata ſunt ad pias cauſas, Authen.Similiter,C.ad l. Falcid. & in Authen. de Eccleſiaſticis titulis,§.ſi autem hæres,Couarruu. Ant. Gom.& Emmanuel à Coſta,locis diſput. 187.citatis,vbi idem de Trebellianica dictum eſt. Hoc tamẽ limitant Panorm.cap.in præſentia, de probationib. num.37.& cap.cum cauſa,de præb.num.2.Sylueſt. verb.legitima,quæſt.9. Emmanuel à Coſta, cap.ſi pater,par.2.verb.Trebellianica,num.13.cum Bart. & communi Doctorum ſententia præterquam ſi hę redis inſtitutio ſit etiam ad pias cauſas, vt ſi ſit Eccleſia aliqua,paupetes,aut monaſterium: quoniam tunc eiuſmodi hæredes detrahere poſſunt à legatis piis Falcidiam,arg.tex.in l.ſed & ſi milites, in prin. ff.de excuſationibus tutor. Quando namque duo circa eandem rem æquali gaudent priuilegio,ceſſat priuilegium vtriuſque,& ſtatur iuri communi. Quo autem pacto ſit id intelligendum,explicat Panorm.cũ Bar.locis citatis.

Tertiò. Tertius,quando res aliqua ita legatur, vt in perpetuum alienari non poſſit, Authen. Sed in ea re,C. ad l. Falcid.& in Authen.vt ſponſalitia largitas,§.vltim.& affirmant Molina lib.1.de primog.c.17. nũ. 18.Grego. Lopez ad l.6.titu. 11.par. 6. & communis ſententia.

Quartò. Quartus,quando ſeruis libertas, aut aliquid in eorum libertatem, legatur,Inſtitut.de leg. Falcid.§.

A vlt. & l.Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoffic.teſtam. Hic tamen euentus in ſecundo comprehenditur.

Quintò. Quintus de iure Codicis erat in teſtamento militis, cuius legata abſque Falcidiæ detractione erant ſoluenda,vt ex l.in teſtamento,C. ad l. Falcid.conſtat. Id tamen in Auth. de hæredibus, & Falcid.§. vlt.ſublatum eſt,vt ibi notat Bar.affirmans eſſe communem opinionem,& poſt eum Sylueſt. verbo legitima,quæſt.9.

Sextò. Sextus, quando hæres Inuentarium non confecit intra tempus, & iuxta formam a iure præſcriptam: tunc enim non ſolum prohibetur Falcidiam detrahere,ſed etiam,eſtò,vires hęreditatis excedant iubetur ſoluere integra legata. Ita habetur in auth. de hæredibus,& Falcid.§.ſancimus, & §.ſi verò nõ fecerit,in auth.ſed cum teſtator,C.ad l. Falcid.& l. vlt.§.ſin autem, C.de iure delib. quibus in locis Inuentarij forma iure communi præſcribitur. Lege

B quæ in calce diſput.177.de hac re diximus,& Doct. quos citauimus.

Septimò. Septimus,ſi,poſtquam à iudice fuerit admonitus, intra annum teſtatoris voluntatem non mandauerit executioni:elapſo namque anno,non ſolum amittit ius detrahendi Falcidiam, ſed ſpoliari etiam poteſt hæreditate tota,& commodo illius, excepta legitima portione, ſi de numero eorum hæredum ſit, quibus portio in bonis illis omninò ſit debita. Hæc omnia habentur in Auth.de hæredibus,& Falcid. §.his igitur, & duobus ſequentibus,vbi etiam diſponitur qui,& quo ordine vocandi ſint in hæreditatem defuncti, loco illius,vt defuncti voluntatem impleant. Eadem innuuntur in Auth.ſed cum teſtator,C.ad l. Falcid.& habentur cap. Raynaldus, de teſt. ad finem,eaque affirmant Gloſ.ibi,in verbo,legitimum, & Syluest.loco cit. Obſerua tamen, legem hanc totam eſſe pœnalem,neque habere locum niſi poſt la-

C tam ſentẽtiam, quapropter negligentiam hæres ſpolietur his omnibus.

Octauò. Octauus,quando hæres ſciens quantitatem hæreditatis,à principio quibuſdam ex legatarijs ſoluit integra legata:tunc enim non conceditur ei detrahere à reliquis Falcidiam, aut illam repetere ab eis, quibus ſoluit, eſto, iuris ignorantia eam ſoluiſſet: ſi tamen ignorãtia facti illam ſoluiſſet,quia videlicet arbitrabatur hæreditatem eſſe maiorem,vel quia,poſt legata integra ſoluta, apparuerunt alia debita, ex quibus conſtare cœpit hæreditatem eſſe minorem, fas eſſet tunc repetere Falcidiam ab eis, quibus legata integra ſoluit, eamque detrahere de legatis nondum ſolutis. Ita habetur in §. Authentico,de hæredibus, & Falcid.§.non autem, & l.error, & in Authent. Sed cum teſtator, C.ad leg. Falcid. Bart. verò, §.non autem, citato,merito ait:ſi quis alicui, vel aliquibus, in ipſorum gratiam peculiarem remiſiſ-

D ſet Falcidiam, id non impedire quominus poſſit eam detrahere à reliquis legatis. Quæ circa hunc octauum euentum addi poterant, paulò inferius ſubijcientur.

Nonò. Nonus, quando hæres ſurripuit, aut negauit aliquid de bonis hæreditatis. Quamuis enim l.vlt.§. licentia, C.de iure deliberandi,ſolum dupli pœna puniretur,& l.hæreditatum,§.ſi quis, ff. ad l. Falcid. prohiberetur detrahere de ea re Falcidiam, hodie tamen in Authen.de hæredibus, & Falcid.§. hinc nobis,verſ.ſancimus,& verſ. ſi vero non, vt gloſſæ, & Bart.ibi exponunt,prohibentur de omnibus vniuerſim legatis Falcidiam detrahere.

Decimò. Decimus, quando alicui legatur inſtrumentum ſeu ſcriptura de re,cuius legatarius iã erat dominus, vt ex l.prædiorum,C.ad l. Falcidiam,conſtat.

Falcidia, vt habetur §.vlt. Inſtit. de lege Falcid. in hunc modum eſt deducenda. De bonis omni-

bus,quæ defunctus reliquit, primum extrahitur æs totum alienum,nempe debita omnia, idque totum, quod in foro conſcientiæ reſtituere tenetur; nihil enim horum cum illius bonis eſt annumerandum. Deinde extrahitur expenſa funeris, vt ex eodem §. conſtat & ex alijs iuribus,quę inferius ſuo loco, dū de ſepultura diſputabitur, citabimus. In regno tamen Caſtellæ, quando defunctus habet deſcendentes legitimos,funeris impenſa extrahitur, non de tota hæreditate,ſed de quinto defuncti,vnà cum cæteris legatis, quæ defunctus reliquit, vt habetur lege 30. Tauri,eaque de re loco citato redibit ſermo. Vlterius,vt colligitur ex l.vltim. §. in compenſatione, C.de iure deliberandi,& affirmat l.duodecima, tit. vndecimo, parte 6. extrahitur quicquid hæredes in teſtamenti inſinuatione, in conficiendo inuentario inſumpſerunt, aut ratione hæreditatis quouis alio modo neceſſario expenderunt. Inſuper extrahuntur ſeruorum manumiſſiones. Quibus omnibus extractis, ſi legata reliqua, tam de quibus fas eſt Falcidiam detrahere,quam de quibus id nefas eſt,excedant quantitatem hæreditatis, tunc ab omnibus ſimul ſumptis detrahitur pro rata exceſſus, vt cum Alberico notant Syluest. verbo legitima, quæſtion. decima,& conſonat §.vltim. Inſtitut.de leg. Falcid. Poſteà vero detrahuntur legata omnia à quibus nefas eſt demere Falcidiam. Sumpto verò reliquo bonorum defuncti,ab eo detrahitur quarta pars hæredibus ipſis,quæ Falcidia nuncupatur: reſiduum autem diſtribuitur pro rata inter legatarios,iuxta proportionem legati ad legatum. Ita cum Bart. Syluest. loco citato.

Iuſ Caſtel.

Quæſtio. Circa ea, quæ in octauo euentu, in quo non licet detrahere Falcidiam,dicta ſunt,dubitant Doctores, vtrum quando hæres facti ignorantia ſoluit integrū legatum,in quo caſu dictum eſt poſſe repetere Falcidiam,vtrum inquam, tunc legatarius poſſit in foro conſcientientiæ eam retinere. Et quidem Antonius à Butrio,quem Panormit.capitu.quia plerique, de immuni. Eccleſia.numero decimo quinto,refert, & quem Medina,de rebus reſtit. quæſtio. vigeſima tertia,ſequitur,aſſeuerat,quando veriſimile eſt teſtatoris voluntatem fuiſſe,vt legatarius integrum acciperet legatum,quia videlicet teſtator rudis erat, nihilque de Falcidia ſciebat,legatarium non teneri reſtituere Falcidiam ſibi facti ignorantia perſolutam quoniam in conſcientiæ foro teſtatoris voluntati eſt ſtandum,non verò ciuilibus legibus,quæ in exteriori tantum foro vim habent. Quando autem, inquit, veriſimile eſſet teſtatoris voluntatem fuiſſe, vt hæres Falcidiam detraheret, quod præſumendum eſt quando teſtatoris ius, vireſque ſui patrimonij ſciebat,ſiue iuris, ſiue facti ignorantia integrum legatum hæres perſoluiſſet,teneri legatarium Falcidiam reſtituere. In eadem ſentententia videtur fuiſſe Innocentius, quem Panormitan.loco citato etiam refert.

Affirmandum nihilominus eſt cum Panormitan. loco citato, numero decimo ſexto, & decimo ſeptimo,Bar. Bald.& pleriſque alijs, iura in octauo illo euentu citata,locum habere,non ſolum in exteriori, ſed etiam in interiori foro,ac proinde in euentibus, in quibus ibi dictum eſt, fas eſſe hæredi Falcidiam repetere,legatarium teneri illam reſtituere,eſto,hæres eam non petat,ſi intelligat ſe contra hæredis voluntatem illam retinere. Ducor,quoniam ciuiles leges poſſunt in bonam Reipublicæ adminiſtrationē Falcidiam ſtatuere contra defuncti volūtatem: cum ergo illam ſtatuerint contra tacitam ac pręſumptam defuncti voluntatem,vt ex Authentic.de hæredibus & Falcidia,§.hinc nobis,in princip.conſtat iureque canonico contra eandem tacitam ac præſumptam defuncti voluntatem approbetur,vt capitu. Raynal

A dus,de teſtam.in fine,expreſsè habetur;conſequens eſt, vt eiuſmodi leges vim in foro conſcientiæ habeant,etiam quando contrariam præſumitur fuiſſe defuncti volūtatem:alioquin iniquæ profectò eſſent eiuſmodi leges,lethaliaque peccata ſoluerent, quod non ſolum de canonico, ſed neque de ciuili iure eſt præſumendum. Quemadmodum autem de iure ciuili, contra tacitam teſtatoris voluntatem Falcidia eſt introducta:ita eodem iure excipi potuerunt euētus ſupra numerati. Quo fit, vt in illis, præſertim quando per modum diſpoſitionis, & non in pęnam ſunt excepti, detrahi in foro conſcientiæ non poſſit Falcidia.

Maius dubium eſt in ſexto,ſeptimo,& nono euentibus ſupra commemoratis,in quibus in pęnam prohibetur hæres detrahere Falcidiam,vtrum detrahere illam poſſit interim dum non eſt qui contraueniat, atque exigat pœnam illam ſtatutam, præſertim,cum detractio illa non ſit in eo poſita,quod hæres aliquid ab alio accipiat, ſed in eo, quod ipſe aliquid ſibi reſeruet eorum quæ poſſidet,& tenetur alteri ſoluere;regulariter autem nullus tenetur pœnā ſubire antequam pœna exigatur, atque feratur ſententia,præſertim,quando ſubire pœnam,eſt aliquid ſoluere. Propter hanc rationem non dubito,hæredem illis euentibus poſſe detrahere Falcidiam, interim,dum legatarius non contrauenit, ſententiaque non fertur. Confirmatur: quoniam illis euentibus in pœnam præcipitur ſoluere interdum integra legata vltra vires hæreditatis:nullus autem affirmabit hæredem teneri in foro conſcientiæ ſoluere ante latam ſententiam aliquid vltra vires hæreditatis. Imò verò,ſi nulla præceſſit culpa, quia videlicet inuincibili ignorantia tranſgreſſus eſt legem,eſto in exteriori foro cogatur pœnam ſoluere, in conſcientiæ foro nequaquam ſoluere illam tenetur eaque de cauſa, ſi ſine ſcandalo poſſit tunc vitare pœnæ ſolutionem, aut poſt eam ſolutam,accipere competentem compenſationem,poterit licitè id efficere.

B

C

DISPVT. CCXIV.

De loco, in quo defunctus eſt ſepeliendus, deque ſepulturæ electione, & quod ob debita nefas ſit impedire defuncti ſepulturam.

Explicatis hucuſque vltimis voluntatibus, dicendum eſt de ſepultura defuncti,Inuentario bonorum,& tutela,aut curatione minorum, quos reliquerit,quæ bonorum partitionem antecedere ſolent:deinde,de partitione dicemus,ac poſtremo de teſtamētorum executione.

Præmittendum eſt cum Molina,lib.1. de primogen.cap.24.à num.35.id,quod in calce diſput.188. ex parte diximus. Nempè,ſi preſsè ſit loquendum, D aliud eſſe ſepulchrum, aliud ius ſepulchri,aliud ius mortuum inferendi in ſepulchrum.

Sepulchrum eſt quippiam religioſum, quod in nullius bonis, atque extra hominum eſt commercium, ac proinde,neque acquiri,neque poſſideri à quoquam poteſt,l.quanquam,in princip. ff.de aqua pluuia arcenda,illis verbis;Fuit enim dominus cum opus faceret,quaſi conſtructio,rationemque ſepulchri loco illo iam habente,dominium illius amittat. Et apertius l.ſepulchrum,C.de religioſis, & ſumptibus funer.§.nullius autem,& §.religioſum, Inſt.de rerum diuiſ.

De iure ciuili antequam corpus mortuum in locum aliquem inferatur, talis locus rationem non habet ſepulchri, locive religioſi, tametſi monumenti rationem poſſit habere, ſi monumentum in eo eſſet conſtitutum: quarè dominus loci dominium ac poſſeſſionem illius non amittebat.

Eo

Eo tamen ipſo, quod corpus mortuum loci domino ſciente, nec repugnante, in eum locum animo, vt perpetuo remaneret inferebatur, rationem ſortiebatur ſepulchri, fiebatque religioſus locus, atque adeo dominium, & poſſeſſio illius amittebatur. Dictum eſt, loci domino ſciente, nec repugnante: quoniam ſi ignoraſſet inferri, vel repugnaſſet, neque locus religioſus efficiebatur, neque amittebatur poſſeſſio aut dominium illius. Hæc omnia habentur l. ſecunda, & l. ſepulchrum, iuncta Gloſſ. ibi, C. de relig. & ſumpt. fun. & §. religioſum, Inſtitut. de rerum diuiſio. Hodie tamen de iure Canonico id non ſufficit, vt locus rationem habeat ſepulchri ac loci religioſi, ſed neceſſe eſt Epiſcopi authoritate, aut priuilegio Summi Pontificis ad eum vſum eſſe deputatum, vt colligitur ex capitulo ad hæc, de religioſis domibus, & affirmant Gloſſ. capitu. in Eccleſiaſtico, verbo terram, decima tertia, quæſtione ſecunda, additio. Gloſſ. §. religioſum, Inſtitut. de rerum diuiſion. Gregor. Lopez, l. prima, titulo decimo tertio, par. prima, verbo, Vendere. Molina, loco citato, numero trigeſimo octauo, & communis Doctorum ſententia, quam refert. Hinc reiecta quorundam opinione, colligunt Gregor. Lopez, & Molina, eſto in loco aliquo ſepultus ſit quiſpiam, ſi tamen ab Epiſcopo deputatus ad ſepulturam non erat, vendi poſſe: ſicut poſſunt vendi loca, vt in illis Eccleſiæ fiant, vel cœmiteria.

Ius ſepulchri quid. Ius ſepulchri eſt, quod quis habet vt in ſepulchro, capella, aut alio ſimili loco, ipſe, & quos ipſe voluerit, nullúſque alius ſepeliantur, l. familiaria, iuncta l. ſequenti, ff. de religioſis & ſumptibus funer. l. ius ſepulchri, C. eodem titulo. Eiuſmodi autem ius comparabat quis, ſi in ſuo proprio loco ſepulchrum condebat. Multis verò alijs modis hodie comparatur, dum eiuſmodi iura ab ijs, qui ad id facultatem habent, conceduntur, ſiue religioſi ſint, illudque concedant in proprijs Eccleſijs, capellis, aut cœmiterijs, ſiue Epiſcopi authoritate, aut eorum, quibus id commiſſum eſt, concedantur in alijs locis. Interdum autem ius ſepulchri cum ſepulchro confunditur, eaque ratione, qui ius ſepulchri habet, dominus ſepulchri, minus propriè appellatur, vt Molina loco citato, nu. 36. adnotauit, eaque loquendi forma Hiſpano ſermone familiaris eſt.

Familiare ſepulchri ius quod. Ius ſepulchri quoddam familiare, quoddam hæreditarium nũcupatur. Familiare dicitur, quod quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit. Interdum verò multi fratres, aut conſanguinei, vel amici, ius ſepulchri ſuis omnibus familijs in aliquo loco conſtituunt. Quando autem ius eſt familiare, non ſolum ijs, qui tunc ſunt de familia, hoc eſt, maritus, vxor, & filij vtriuſque ſexus, ius ſepulturæ habent in eo loco, atque familiæ, per lineam maſculinam, quæ inde in perpetuum multiplicabuntur, ſed etiam hæredes cuiuſque illorum, etiam ſi extranei ſint, & in quacunq; portione licet minima, ſint inſtituti, atque familię hęredum, quæ in poſterum multiplicabũtur. Hæc omnia habentur l. familiaria, & l. ſequenti, ff. de relig. & ſumptib. funer. l. ſi ſepulchrum, & l. ius ſepulchri, C. eod. titu. Non tamen eiuſmodi ius ſe extendit ad affines aut cognatos, qui non ſunt de familia, niſi hæredes ab ijs, qui ſunt de familia, inſtituantur, l. ius familiarium, C. eod. tit.

Hæreditarii quod. Ius ſepulchri hæreditariũ eſt, quod quis ſibi, hęredibuſq; ſuis conſtituit. Quare hoc ius non ſe extẽdit ad familiares, niſi hæredes ſint: extẽdit tamẽ ſe ad extraneos, mõ hæredes ſint, l. familiaria, & l. ſequenti, ff. de relig. & ſump. funer. & l. ius familiare, C. eo. ti.

Ius ſepulchri, ſiue familiare ſiue hæreditarium ſit, legari non poteſt, l. monumenta, C. de lega. vbi nomine monumenti, ſepulchrum, iusve ſepul-

A chri intelligitur, iuxta l. ſi ſepulchrum, C. de relig. & ſumptibus funer. & affirmat Molina loco citato, nu. 37. Ratio autem cur legari non poteſt, eſt, quoniam ſolum ſe poteſt extendere ad familiares & hæredes, vt dictum eſt. In calce diſput. 188. oſtendimus, ſepulchrorum iura non pertinere ad fideicommiſſarium, etiam ſi vniuerſæ ſit hæreditatis, ſed perſeuerare cum hærede directo, & familiaribus, atque hæredibus illius. Itéque quando alicui ob delictum vniuerſa bona confiſcantur, ius ſepulchrorum non confiſcari, nec proinde pertinere ad fiſcum.

Ius mortuum inferendi in ſepulchrum quid. Ius mortuum inferendi in ſepulchrum eſt, quod quis acquirit, vt ſeipſum, aut alios in ſepulchro alieno ſepeliat, aut in ſepulchro, quod remanet Eccleſiæ aut Monaſterij, cum poteſtate concedendi ibi ſimile ius, aut ſepulturam alijs. Differt ergo eiuſmodi ius à iure ſepulchri, tanquam pars integri iuris à pleno iure, & tanquam ius vtendi particulariter aliqua re à pleno iure illius rei. Ius mortuum

B inferendi in ſepulchrum, legari poteſt ab habente ius ſepulchri, l. monumenta, C. de legatis, & tradit. Molina, num. 37. citato. Eadem etiam ratione concedi poteſt ab eo dum viuit, Molina, loco citato affirmat, etiam hæredem, aut ſucceſſorem in iure ſepulchri, concedere poſſe ius inferendi mortuum in idem ſepulchrum, atque id innui videtur l. vel quæ pater, ff. de relig. & ſumpt. fune. Id tamen verum exiſtimo, quando, qui concedit, habet ſolus ius talis ſepulchri, aut eſt caput omnium, qui illud haberent: ſecus autem, ſi multæ familiæ æquè illud haberent: quoniam qui eſt de vna familia, hæreſve illius, non poteſt in præiudicium aliorum concedere ius inferendi mortuum in illud ſepulchrum.

Quando cæmiterium eſt commune omnibus de parœcia aut hoſpitali, nullusque peculiariter habet ibi locum deputatum ad ſepulturam, promiſcuè

C vnuſquiſque, de tali parœcia, aut hoſpitali ſepeliri poteſt in qua ſepultura illius loci voluerit. Eſſe tamen alicubi ſolẽt, qui ſingulis defunctis ſepulturam eo in loco deſignent.

His poſitis, dicendum eſt, vnumquemque, dum viuit, poſſe ſibi eligere ſepulturam extra ſuam parœciam, & extra locum vbi ius ſepulturæ familiare, vel hæreditarium habet, etiam ſi locus, quem eligit, minus religioſus ſit, hoc eſt, in quo minus celebrentur ſacrificia, & diuina officia, quam in ſua parœcia aut in loco, vbi ius ſepulchri habebat, dummodo tamen religioſus ſit, id eſt deſtinatus ad ſepulturam, modo ſupra explicato, ibique ſepultura illi ab eo concedatur, ad quem ſpectat illam concedere. Primum patet ex cap. 1. & per totum, de ſepulturis, & lib. 6. eod. tit. Secundum verò, nempè, quod eam eligere poſſit, etiam ſi locus ſit minus religioſus, habetur expreſsè, ca. cum quis, §. vlt. de ſepulturis, lib.

D 6. tametſi, vt ibidem dicitur, iura quædam antiqua ſtatuere videantur oppoſitum.

Pater eligere poteſt filio impuberi ſepulturam, niſi conſuetudo loci ſit in contrarium. Idem videtur dicendum de matre, defuncto aut abſente patre. Filijs verò extra annos pubertatis eligere non poſſunt parentes ſepulturam: quin potius filij ipſi abſque parentis conſenſu eam poſſunt ſibi eligere. Hæc omnia habentur c. licet, de ſepulturis lib. & c. vxor, §. vlt. extra eod. titulo.

Religioſi, cum propriæ renunciauerint voluntati, eligere ſibi nequeunt ſepulturam; ſed in proprijs monaſterijs, & in loco à ſuperioribus, aut iuxta ſtatuta deſignato, ſunt ſepeliendi, ſi intra monaſteria moriantur, aut ad illa poſſint commodè aſportari. Prælati tamen poſſunt eis eligere ſepulturam. Quod ſi religioſi longe à monaſterijs diſtent, neque adſit prælatus, qui de ſepultura

aliquid præſcribat, eligere ſibi poſſunt ſepulturam vbi voluerint. Hæc habentur capit. vltimo, de ſepul. lib. 6.

Si quis è vita ſepultura non electa diſcedat, in ſepulchro ſuorum maiorum, ſi commodè fieri poſſit, debet ſepeliri: ſin minus in ſua parœcia. Quod, ſi in duabus æquè ſunt ei miniſtrata ſacramenta, diuiniſque interfuit officijs, in illa eſt ſepeliendus, quæ præuenerit. Si autem neutra præuenerit, parœciæ inuicem ea in parte component, aut prælati iudicio ſtabunt. Quod ſi aſcendentes alij in vno iaceant ſepulchro, & pater aliud ſibi delegit, arbitror filium in ſepulchro patris eſſe ſepeliendum, eſto, pater ſuperſtes adhuc ſit, vt de vxore comparatione ſepulchri mariti, videbimus ſtatim, affirmantque Doctores communiter. Si tamen pater caſu aliquo iaceat in ſepulchro diuerſo a ſuorum maiorum ſepulchro, tunc filius in ſepulchro aliorum maiorum ſepeliendus eſt. In his omnibus conſentiunt Panor. c. 1. de ſepul. nume. 5. & alij.

Sicut vir eligere ſibi poteſt ſepulturam, ita vxor, c. de vxore, de ſepultur. Si tamen eam non eligit, in viri ſepultura eſt ſepelienda, niſi ab eo per diuortiũ ſit ſeparata. Quod ſi nupſit multis, in ſepultura vltimi viri eſt ſepelienda, eſto vir ignobilior ea fuerit, & eſto longo tempore poſt virum è vita diſcedat, reuerſaque ſit in domum patris, ca. is qui, §. vlt. de ſepult. lib. 6. & Doctores communiter.

Quando quis non habet maiorum ſepulchrum, domiciliumque habet in vno tantum loco, eſto in alio, vbi ad tempus reſidebat, è vita diſcedat, quia videlicet ibi prædia habebat, aut alia de cauſa, ſi ſepulturam alibi non elegit, ſepeliendus eſt in parœcia vbi proprium habet domicilium, ſi commodè aſportari poteſt, & non vbi mortuus eſt, c. is qui, in princ. de ſepult. lib. 6.

In noſtra Societate, in Prædicatorum Ordine, & in alijs, qui eodem gaudent priuilegio, famuli monaſterij, qui non electa ſepultura ex hac vita decedunt, in eodem monaſtrio ſepeliri poſſunt tanquam in propria parœcia, vt ex priuilegijs nobis, & Prædicatorum Ordini conceſſis conſtat.

Peregrini & aduenæ, qui ſepultura non electa è vita migrant, ſepeliuntur in parœcia in qua moriuntur: iuxta aliorum verò ſententiam in templo maximo. Panor. cap. 1. de ſepult. Quo fit, vt hac in parte conſuetudini loci ſit ſtandum.

Illi, qui ad modum ſcholaſticorum in loco aliquo fixo ibi ad tempus domicilio, commorantur: eam habent pro parœcia, in qua commorantur: quare ſicut in illa tenentur recipere ſacramenta, ita in ea ſepeliri debent, niſi aliam eligant, ſepulturam.

Conſuetudo eſt in Eborenſi Ciuitate, quod quãdo multi ſub eodem tecto in eadem parœcia habitant, ita vt diuerſas familias efficiant, vel vt vnuſquiſque proprijs ſumptibus viuat, eo modo quo in eadem domo degere ſolent multi ſcholaſtici, tunc ſiue naturales, ſiue aduenæ ſint (vt ſunt Scholaſtici, & qui ex regione, quæ eſt inter Durium & Minumi, in eadem Ciuitate commorari aſſolent, in eadem domo, atque alij, qui dum ibi, Rex commoratur, ſimiliter degere ſolent) parœcia eligit vnum eorum in ſuum parochianum, reliqui verò ad templum maximum ſpectant, vt illi decimas perſoluant, atque hos *maninhos* in ea ciuitate vocant. Audio tamen parœcias obtinuiſſe ſententiam aduerſus templum maximum, vt ſicut eorum decimis potitur, ita teneatur ſacramenta illis adminiſtrare.

Propter ſeditiones, & ſcandala, quæ inde ſolent oriri, vniuerſis religioſis, & clericis ſecularibus, cuiuſcunque ſtatus in virtute ſanctę obedientiæ & comminationis interitus æterni, atque adeo ſub culpa lethali præcipitur, vt nullum eorum quiſquam inducat ad vouendum, aut iuramento ſe aſtringendum, aut quacunque alia ratione fide data promittendum quod in eorum Eccleſijs eliget ſepulturam, aut iam electam non mutabit: ſi verò aliter fuerit attentatum, electio eſt nulla, eoque pacto eligens nullatenus in Eccleſia electa poteſt ſepeliri, neque aliam poteſt ſibi eligere ſepulturam, ſed ſepeliendus eſt in Eccleſia, in qua de iure erat ſepeliendus, ſi nullam elegiſſet. Quod ſi religioſi aut clerici, qui ad eam electionem illos induxerunt, in proprijs Eccleſijs aut cœmiterijs præſumpſerint eos ſepelire, reſtituere præcipiuntur corpora, ſi petantur, & inſuper omnia, quæ occaſione ſepulturæ ad ipſos peruenerunt, idque intrà dies decem. Quod ſi intrà id tempus illud non præſtiterint, eo ipſo Eccleſia aut cœmiterium, vbi tale corpus fuerit ſepultum, ſubiacet interdicto, quouſque omnia integrè reſtituant. Ita habetur ca. 1. de ſepul. lib. 6.

B Ius ſepeliendi, iuxta Panor. cap. certificari, de ſepult. nume. 8. Innocen. & alios, quos citat, de iure communi conuenit Eccleſijs populum habentibus, quales ſunt parœciæ. Quemadmodum enim earum eſt ſacramenta miniſtrare, celebrare diuina officia, atque Dei verbum proponere populo, qui ad ipſas ſpectat, vt Clementina, Dudum. §. verum, de ſepult. habetur: ſic etiam ad eaſdem ſpectat, ſepelire corpora eiuſdem populi, potirique oblationibus, & commodo temporali inde prouenientе, concinitque ca. 1. 13. quæſt. 1. Cæteri verò, vt ſunt religioſi, ſolum id habent ex priuilegio. Ius autem liberè ſepeliendi, primò conceſſum fuit prędicatoribus ac Minoribus deinde verò Auguſtinianis, & Carmelitis, vt Panorm. loco citato ait, poſtea verò extenſum eſt ad alios. Concedere autem eiuſmodi priuilegium vniuerſim in tota Eccleſia, ad ſolum Summum Pontificem ſpectat; loco autem citato probat Panormitanus Epiſcopos ex cauſa, accedenteque conſenſu Capituli, poſſe intra ſuas Diœceſes illud concedere.

C Illud obſerua, ſi religioſi, qui priuilegium liberè in ſuis Eccleſijs aut Monaſterijs ſepeliendi habent, cum parocho aut clero alicuius loci paciſcantur, quod eo priuilegio in toto aut in parte non vtentur, aſtrictos eſſe ſeruare tale pactum: eò quòd vi illius proprio priuilegio renunciauerint. Ita habetur cap. 1. de pactis, lib. 6. Et cap. vlt. eiuſdem tituli ſtatuitur, vt pacta quæcunque cum Epiſcopis, Capitulis, aut Clero celebrata, de conſenſu ſuperioris, & Capituli Monaſterij, etiam ſi non interuenerit authoritas Generalis aut Prouincialis, firma & valida ſint: reuocaturque religioſorum priuilegium in contrarium, ad tollenda ſcandala, & alia mala, quæ ex eo priuilegio oriebantur.

D Quod ad vltimum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet l. vltim. C. de ſepulchro violato, & duabus Authenticis ibi ſubiunctis, & in Authent. vt defuncti, ſeu funera, in princ. & §. ſancimus igitur, & §. ſi verò, & in Authen. Vt cum de appel. cogn. §. meminimus, ſtatuitur, vt nefas ſit propter debita defuncti, ſepulturam, aut eius exequias impediri, ſub pœna quinquaginta librarum auri, & , ſi delinquens ſoluendo non ſit, vt luat corpore iudicis arbitrio, & inſuper ſub pœna, vt qui ita deliquerit, ipſo iure amittat actionem, quam ad tale debitum habebat, & tertiam partem bonorum; quin, vt in principio diſputationis 216. ſubijciemus, hæredes, conſanguinei, & affines defuncti, nec non fideiuſſores, moleſtari prohibet, aut in iudicium vocari, aut quicquam ab eis exigi ratione debitorum defuncti, intra nouem dies a morte talis defuncti.

DISPVT. CCXV.

De quarta funeralium Epiſcopo, & parochiali Eccleſiæ debitis, & de luctuoſa quam vocant.

Quarta portio epiſcoporum.

DE iure communi Epiſcopis de omnibus relictis per vltimam voluntatem Monaſterijs, Eccleſijs, & alijs pijs locis ipſis ſubiectis, itemque de oblationibus, & omnibus funeralibus, debetur certa portio, quæ diuerſis temporibus fuit diuerſa; aliquando tertia pars, aliquando quarta, & aliquando dimidium, vt conſtat cap. de his, cap. antiquos, cap. decernimus, 10. quæſtio. prima, & alijs iuribus. Lege inter alios Panorm. cap. requiſiſti, de teſtam. à nu. 15. Hinc effectum eſt, vt pro regionum varietate vſus obtinuerit, vt in aliquibus haberent tertiam, in aliquibus quartam, in aliquibus dimidium, & in aliquibus plus, vel minus, vt patet cap. officii, & cap. requiſiſti, de teſt. ſtandumque in his eſt conſuetudini cuiuſque regionis, vt habetur cap. certificari, de ſepul. In dubio autem quanta pars in aliqua regione debeatur, cenſendum eſt deberi quartam, quoniam in dubio minor pars eſt eligenda. Hæc autem eſt minor, quæ in iure reperitur expreſſa. Præterea, quia hæc pars eſt, de qua ſermo eſt frequentior in iure; eaque de cauſa vſus obtinuit, vt appellaretur quarta Epiſcopo debita. De ea verò aliquid diximus diſputat. 200. à §. ſi quis aduerſus ſecundam concluſionem, &c.

De ijs autem, quæ monaſterijs, Eccleſijs, & alijs piis locis donantur in vita, nihil debetur epiſcopis, niſi in fraudem donata ſint in vita, vt Epiſcopi portione ſua priuentur, vt cum gloſ. cap. 1. de ſtatu regul. probat copioſè, ac ſufficienter Panorm. c. requiſiſti, de teſt. num. 17. ibid. num. vlt. quærit Panorm. quantam portionem habebit Epiſcopus de donatis in vita, aut per vltimam voluntatem Eccleſiæ Cathedrali relictis. Optimè verò reſpondet, vbi fuerit conſuetudo aliqua ea in parte, illi eſſe ſtandum: ceſſante verò conſuetudine eodem modo, in eave portione diſtribuenda eſſe ea bona, in qua decimæ, & reliqua eiuſdem Eccleſiæ bona inter ipſum, & alios diſtribui ſolent: eo namque ipſo, quod per donationem, aut vltimam voluntatem fiunt bona illius Eccleſiæ, diſtribuenda perinde ſunt, atque cætera eiuſdem Eccleſiæ bona. Idem affirmat Cou. ibid. num. 9. Obſerua tamen, ſi ad aliquid peculiare donatũ, aut relictũ eſſet, puta ad ornamenta, aut aliud conficiendum, in his ſolum eſſe expendenda, iuxta teſtatoris, aut donantis voluntatem.

Præter quartam Epiſcopis debitam de eodem iure communi, quando parochianus in aliena paræcia, monaſterio, aut alio pio loco ſepelitur, paræciæ, cuius erat parochianus, debetur certa portio de omnibus, quæ in vltima uoluntate reliquerit tali Monaſterio, Eccleſiæ, vel pio alii loco ſepulturæ, ſiue illud in modum legati, ſiue inſtituendo hæredem talem locum relinquat, vt Panormit. cap. primo, de ſepul. num. ſeptimo, probat ſufficienter. Eadem præterea portio debetur Eccleſiæ parochiali de omnibus oblationibus, & commodis funeris, vſque adeo, vt ſi quis morbo iam affectus, religionem ingrediatur, in eaque ex eo morbo è vita diſcedat, Eccleſiæ parochiali ſua portio debeatur de bonis, quæ ea via monaſterio obuenerunt, vt habetur cap. de his, de ſepult. ſecus autem, ſi ſanus eſſet ingreſſus, vt ibidem ſubiungitur. De donatis vero in vita loco ſepulturæ, non habet paræcia portionem, niſi in fraudem paræciæ, vt ſua portione priuaretur, eſſent donata. Ita colligitur ex capit. de his, citato, affirmatque Panormitanus, & capitu. primo, citato, num. 7.

A Dicta toto hoc §. conſtant ex c. 1. & per totum, de ſepul. & lib. 6. eo. tit. atque Clem. Dudum, verſ. verum, de ſepul.

Eiuſmodi portio à diuerſis Summis Pontificibus conſtituta fuit diuerſa, à quodam, vt eſſet dimidium, ab alio, vt eſſet pars tertia, & ab alio, vt eſſet quarta, vt habetur c. certificari, de ſepul. eaque de cauſa conſuetudini cuiuſque regionis hac in parte eſt ſtandum, vt ibidem ſubiungitur. Frequentius tamen ſolet eſſe quarta, atque idcirco quarta Eccleſiæ parochiali debita conſueuit appellari. Gloſſ. Clem. Dudum, verſ. verum, cita. quam Panorm. ſequitur, c. de his, num. 9. de ſepul. affirmat, declaratum fuiſſe parochialem Eccleſiam interdicere poſſe hæredi, aut fideicommiſſario defuncti, ne Eccleſiæ ſepulturæ portionem ipſi debitæ ſolueret, ſed ſibi, alioquin ipſe de ſuis bonis illam ſolueret. Rationem huius rei reddimus diſputat. 200. loco citato, retulimuſque ex Couar. in diæceſi Salmaticenſi ſtatutum eſſe, vt ſi hæres, aut fi-

B deicommiſſarius quartam paræciæ debitam loco ſepulturæ ſoluat, cogatur ipſe nihilominus eam ſoluere paræciæ defuncti.

Iuxta hactenus dicta, quando aliquis ſepelitur extra ſuam paræciam, in eccleſia, aut monaſterio non exempto, tunc Epiſcopus ſuperior Eccleſiæ, in qua talis ſepelitur, extrahit de funeralibus, & alijs Eccleſiæ ipſi relictis, ſuam Quartam, & Eccleſia parochialis aliam. Dubium tamen eſt, quæ illarum prius ſit extrahenda. Panor. cap. certificari, de ſepul. num. 11. quem Couar. ca. vl. de teſtam. nume. vl. ſequitur, rectè ait primo loco extrahendam eſſe quartam Eccleſiæ parochialis, a qua rurſus Epiſcopus tali parochiali Eccleſia ſuperior extrahet ſuam quartam. Deinde vero à reliquo remanente Eccleſiæ ſepulturæ, Epiſcopus illi ſuperior, ſiue ſit idem Epiſcopus, ſiue diuerſus, extrahet ſuã

C quartam.

Dubium eſt, vtrum conſuetudo poſſit tollere omnino eiuſmodi quartas, ita, vt nihil Epiſcopo, aut paræciæ debeatur. Quicquid autem nonnulli aſſeruerint, dicendum eſt cum Panormi. cap. certificari, de ſepul. à numer. 4. quem ſequuntur Sylueſ. verb. Canonica, nume. 2. & alij, cum iure expreſſum interdum ſit, vt ſoluatur dimidium, interdum, vt ſoluatur pars tertia, & interdum quarta, ad præſcribendum intra totam hanc latitudinem, ſatis eſſe conſuetudinem decem annorum abſque titulo, eò quod talis præſcriptio non ſit contra ius ſed præter ius, vt gloſ. cap. vlt. de ſepul. lib. 6. affirmat. Ad præſcribendum autem extra illam latitudinem, ita vt ſolum infra quartam, aut nihil omnino ſit ſoluendum, cum agatur de præſcriptione contra Eccleſiam, neceſſaria eſt conſuetudo quadraginta annorum, cum titulo, aut tanti temporis, de cuius

D initio non ſit memoria ſine titulo, eò quòd eiuſmodi tempus titulo æquipolleat. Quòd ſi non ageretur de præſcriptione aduerſus aliquem, ſed de ſola legis abolitione, ſatis eſſet conſuetudo, quadraginta annorum abſque titulo: atque hæc eſt, quæ propriè appellatur conſuetudo, ad quam neceſſarius non eſt titulus, vt vim legis tollat.

Obſeruandum hoc loco eſt, nonnulla excipi, cap. vlt. de teſt. Ex quibus neque Epiſcopo, neque parochiali Eccleſiæ debetur quarta, nempe legata Eccleſijs, aut pijs locis, pro fabrica, ornamentis, cereis, luminaribus, anniuerſario ſeptimo, vigeſimo, aut trigeſimo die, & pro alijs ad cultum diuinum perpetuum, modò non legentur in fraudem, vt Epiſcopus, aut paræcia ſua portione priuentur. Item c. in noſtra, de ſepul. excipiuntur equi, & arma legata in ſubſidium terræ ſanctæ, de quibus nõ detrahitur quarta.

Ob-

Obſeruant Panorm. ca. vlt. de ſepult. nume. vlt. Couar. ibidem numero 7. & Doctores communiter, fratres prædicatores, minores, & cæteros, qui priuilegio mendicantium gaudent, teneri ſoluere quartam Eccleſiæ parochiali, etiam de eiuſmodi legatis priuilegiatis: quia ita fuit expreſsè cōſtitutum in Cle. Dudum, de ſepul. §. verum, vbi ſimul ſtatutum fuit, vt nihil aliud tenerentur ſoluere, quā quartam paræcia. Syluest. verbo Canonica, in vltimis verbis, ait Sixtum Pontificem maximum, poſtea illis conceſſiſſe, vt ſolum teneretur ſoluere quartam de ijs, quæ funus concomitantur, hoc eſt, de oblationibus diei funeris, non verò de aliquo alio. Idem refert Couar. loco citato, nume. 6. vſu eſſe receptum, ac ſeruari, ex Cardinali, §. verum, citato, Panorm. præterea num. 7. citato cum Hoſtienſi affirmat, conſuetudine eſſe receptum, etiam quādo aliquis in aliena paræcia ſepelitur, Eccleſiam ſepulturæ, non teneri ſoluere quartam, de oblationibus factis poſt diem ſepulturæ, ſed ſolum de ijs, quæ in die ſepulturæ fiunt, quoniam, quæ dicta ſunt, conſuetudine ſunt recepta, Concilium Trid. ſeſſ. 25. de reformatione, c. 13. ſolum fecit mentionem de quarta funeralium, dum ſtatuit, vt in quibus locis ante annos quadraginta cathedrali, aut parochiali Eccleſiæ ſolita erat per ſolui, eſto poſtea ex quocūque priuilegio monaſteriis, hoſpitalibus, aut quibuſcunque alijs pijs locis ſit conceſſa, ſolueretur integro iure, & in eadem portione in qua ſolui conſueuerat.

His iuxta commune ius paucis explicatis, dicendum eſt, quid in Eborenſi Archiepiſcopatu ſit tenēdum. Idem credo eſſe in Olyſiponenſi, & alis huius Luſita. regni diæceſibus.

Quarta Epiſcopo debita omnino in eo expirauit. Eſt tamen conſuetudo in hoc Archiepiſcopatu, vt, quando obit aliquis, qui beneficium habebat curatum, Archiepiſcopus de bonis illius mobilibus accipiat rem vnam, quam ex omnibus maluerit, vel mancipium, vel mulam, uel aliam quam præ elegerit. Idemque eſt, quando è vita diſcedit, qui habuit dignitatem aliquam Eccleſiæ cathedralis, cuius beneficium habet annexam eccleſiam aliquā curatam. Eandem conſuetudinem ad plures beneficiarios extenſum vigere audio in alis diæceſibus huius regni. Couar. cap. cum officij, de teſtam. ſimilis conſuetudinis meminit aliquarum Eccleſiarum, multaque hac de re diximus ſupra diſpu. 147. à §. antequam cætera, cum Nauarro, de ſpolijs clericorum, vbi etiam diximus rem, quæ ita accipitur, appellari in hoc regno Luctuoſam. Couar. loco citato ait aliquibus in eccleſijs conſuetudinem eſſe, vt nō ſolum de bonis habentis beneficium, accipiat Epiſcopus rem aliquam, ſed etiam de bonis laicorum defunctorum. Imo refert, vſu aliquibus in locis eſſe receptum, vt parochus de bonis defuncti rem aliquam accipiat, ſtandumque in quocunque loco erit conſuetudini ibi receptæ. Illud tamē admonuerim, vbi conſuetudo viget, vt vel Epiſcopus, vel parochus rem aliquam accipiat de bonis cuiuſcūque defuncti, ſiue is clericus, ſiue laicus ſit, eam rem vim non habere ſpolij, modo diſp. 147. cum Nauarro explicato, ſed eleemoſynæ, atque ſubſidij in compe tentem miniſtrorum eccleſiæ ſuſtentationem, per inde atque decimæ, & primitiæ.

Quod ad parochialem quartam attinet, aduerte, vſu eſſe receptum, vt religioſi de ſolis funeralibus oblationibus diei funeris ſoluant paræciæ defuncti quartam, & neque de legatis, neque de oblationibus aliorum dierum, neque de aliqua alia re eam ſoluant. Præterea, conſuetudine in hac Eborenſi Ciuitate eſt receptum, vt vna paræcia nihil ſoluat alteri de oblationibus diei funeris. Extra

A hanc autem ciuitatem audio aliquibus in locis eccleſiam ſepulturæ perſoluere paræciæ cuius defunctus erat parochianus, dimidium oblationum diei funeris, & exequiarum menſis, & anni, atque propter ea loca latam eſse conſtitutionem huius Archiepiſcopatus, tit. 14. cap. 4. §. Et quando, quæ hoc ſignificat. In vnoquoque ergo loco ſtandum eſt conſuetudini ibi receptæ. Illud poſtremo eſt animaduertendum, quando aliquis duo habet domicilia (id eſt, loca fixa ad habitandum) in duabus paræciis, ſi æquè in vtroque habitet, atque in vtraque paræcia recipiat ſacramenta, aut interſit diuinis, tunc ſi in tertio aliquo loco ſepeliatur, quartam diuidendam eſſe inter vtramque parœciam. Ita habetur c. cum quis, de ſepult. lib. 6. Lege Panorm. c. 1. nu. 3. & c. in noſtra, num. 10. de ſepul.

DISPVT. CCXVI.

B *De commodis hæreditatem adeuntis, non petito tempore ad deliberandum, inuentariumque conſitentis, & de incommodis illud non conficientis, aut tempus ad deliberandum efflagitantis.*

HAc, & tribus diſputationibus ſequentibus, dicendum eſt de Inuentario. Vt autem in calce diſp. 214. dicebamus, intra nouem dies à morte defuncti, nemini fas eſt ratione illius inquietare hæredes, vxorem, aut quemcunque propinquum, affinem, vel fideiuſsorem defuncti, quicquam ab illis exigendo, aut admonitionem aliquam illis offerendo, vel in iudicium quoquomodo illos vocando: quod ſi aliquid eiuſmodi efficiant, totum eo ipſo irritum eſt, & inane: nouem namque illi dies ad luctum eis conceduntur. Ita habetur in authent. Vt

C cum de appellat. cognoſc. §. hæc autem, verſ. ſancimus itaque, & in Authen. Sed neque. C. de ſepulch. viola. Excipe, niſi periculum aliquod circa defuncti bona immineret malitia hæredum, aut alicuius ex commemoratis in illis Authent. Tunc enim, probato prius coram iudice tali periculo, fas eſt illos inquietare; attamen ſolum, quantum ſit ſatis; vt periculo ſubueniatur. Intra illos ergo nouem dies, neque tenentur conficere inuentarium bonorum, neque minoribus à defuncto relictis conſtituere tutores, aut curatores, neque bonorum partitioni intendere, aut aliquid aliud efficere. Neſcio ergo vn de Syluester, verbo, inuentarium; & dictionarium iuris eodem verbo aſseruerint, hæredes teneri conficere inuentarium intra tres dies à morte defuncti, nullo citato iure, quod id ſtatuat. Puto vtrobique eſſe mendum, & loco triginta ſcriptum fuiſſe tres.

D Quamuis ordo poſtulare videbatur, vt à forma Inuentarii ordiremur, commodius tamen id in diſput. 218. reſeruabimus; Atque vt, quæ dicenda ſunt melius intelligantur, obſeruandum eſt, quondam, non ſolum de iure Digeſtorum, ſed etiam Codicis, hærede adeundo hæreditatem teneri ſatisfacere omnibus creditoribus defuncti, etiam vltra vires hæreditatis, atque adeò de bonis propriis, quando bona defuncti non ſufficerent, l. ſi te bonis, C. de iure delib. l. quę dotis. ff. ſoluto matrim. & vtrobique Gloſſa, & l. quia poterat, ff. ad Trebel. Ratio erat: quoniam hæres repręſentat defuncti perſonam, quin & vna perſona cum illo cenſetur, Auth. de iureiurando à moriente præſtito, in principio, cuius hæc ſunt verba: Cum vtique noſtris videtur legibus vnam quodammodo eſse perſonam hæredis, & eius, qui in eū transmittit hæreditatem. Lege alia iura, quæ Gl. ibidem citat. Ea itaque ratione de iure antiquo eo ipſo, quod

quod hæreditatem adibat, ex quaſi contractu cenſebatur ſe ipſum obligare ad debita omnia defuncti, poteratque pro eis incarcerari, cogique etiam de ſuis proprijs bonis ea ſoluere, non ſecus atque defunctus ipſe, ſi ſuperſtes eſſet incarcerari poterat,& quia tantum onus hæreditatem adeundo ſubibat, concedebatur ei tempus ad deliberandum, an ſibi eſſet expediens illam adire, poteratque exigere, vt inſtrumenta omnia defuncti, & bona quæ reliquerat, ſibi oſtenderentur. De eodem tamen antiquo iure non tenebatur legatarijs vltra vires hęreditatis, l.1.§.is qui quadringenta, ff.ad Treb.l. ſi vniuerſæ, C.de leg. Glo.l.ſi te bonis, C.de iure delib. & gloſ. l.quæ dotis,ff.ſoluto matrimon. Ratio eſt: tum quia teſtator legare non poteſt vltra vires patrimonij, arg.textus l.ſi vniuerſæ, C.de legatis, & eadem ratione, neque vltra patrimonij vires donare cauſa mortis,argum.l.1.§.1.iuncta gloſ.in verb.legatis,ff. ſi quid in fraudem patroni. Tum etiam quoniam creditores certant de damno proprio, ſi debita ipſis non ſoluantur: legatarij verò de lucro ſolo. Atque hanc rationem reddit l. 1.§.ſi is, qui quadringenta, ff.ad Treb.& fauet l.vlt.§.penul. C.de codicillis, lege inter alios Greg. Lopez l. 10. tit. 6.par. 6. Las mandas, & Aluarum Valaſc. conſul. 52. nume. 1. tom.1.Poſtea, vt referetur l.vlt.in princip. C.de iure deliberandi, conceſſum fuit, vt ſi poſt hæreditatem aditam repentinum aliquod,& inopinatum debitum oriretur defuncti, ad illud non teneretur hæres vltra vires hæreditatis. Præterea, vt milites vniuerſim ſolum tenerentur creditoribus defuncti, iuxta vires hæreditatis, eò quòd arma magis, quàm iura, ſcire milites ſacratiſſimus legiſlator exiſtimauit.

Nouiſſimè eadem l. vlt. C. de iure delib. quæ ſequuntur hac de re ſancita ſunt. Quando aliquis hæres eſt, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, & ſiue in totam, ſiue in partem hæreditatis, certuſque eſt hæreditatem pleniſſimè ſufficere, tum debitis defuncti, tum etiam legatis ſoluendis, Inuentario non indiget, poteritque ſine eo hæreditatem adire, ei ve ſe immiſcere, attamen tunc tenetur in ſolidum creditoribus, adeò, vt ſi caſu aliquo præter ſpem eueniat, vt de bonis defuncti debita aliqua ſolui nequeant, teneatur de ſuis bonis abſoluere. Similiter ſi quis, cum hæreditatem non adierit, ei ve ſe non immiſcuerit, intra tres menſes à die, qua nouit ſe eſſe inſtitutum hæredem, illam repudiet, etiamſi inuentarium non confecerit, nullum onus ob illam ſubibit, carebitque omni lucro illius. Ita habetur l.vlt.cita.§.cum igitur, & §.ſimilique modo.

Cōmoda, q̄ conſequitur inuētarium conficiens, Si hæres prorogationem temporis ad deliberandum,neque à iudice,neque à Principe (iuxta ea,quę infra dicenda ſunt) petiuit, inuentariumque conficiendo (iuxta formam diſput. 218. tradendam) hæreditatem adiuit,eive ſe immiſcuit, ſequentia commoda conſequitur.

Primum. Primum neque creditoribus defuncti, neque legatarijs tenetur vltra vires hæreditatis.

Secundum. Secundum,poteſt detrahere a legatis Falcidiam, ſi ſibi non ſuperſit quarta pars bonorum defuncti.

Tertium. Tertium, ſi ſatisfaciat creditoribus primo venientibus, aut etiam legata ſoluat legatarijs primò venientibus, nec ſuperſunt bona defuncti, ex quibus alijs creditoribus poſterius venientibus ſatisfiat, ad nihil ipſe illis tenetur, neque illi poſſunt ipſum, aut eos inquietare, qui bona hæreditatis ab eo emerunt, vt ex precio legatarijs, aut creditoribus, ſoluat. Eiuſmodi tamen creditoribus poſterius venientibus conceditur actio aduerſus legatarios, vt ab eis repetant, ſi, quod ipſis erat ſoluendum, illi

A acceperunt, eodemque modo conceditur eis actio aduerſus illos alios creditores, ſi ipſi, vel ob anteriorem hypothecam, vel aliqua alia ratione, iuxta ea, quæ in progreſſu huius operis dicenda ſunt, illis erant præponendi. Hæc omnia habentur leg. vltima citata, §. & ſi præfatam, & tribus ſequentibus.

Dubium eſt,quid ſi hæres ſciebat vires hæreditatis non ſufficere ad ſoluendum creditoribus & legatarijs,& nihilominus ſoluit legata, aut ſciebat, non ſufficere omnibus creditoribus, & propterea ſciebat eos, qui prius acceſſerunt, poſtponendos eſſe alijs creditoribus, tenebiturne tunc poſterioribus creditoribus; Gloſſæ, in verbo ſufficiant, Bartolus, & communis Doctorum ſententia, quam Aluarus Valaſcus conſult. 52. numero 38. & Gregorius Lopez, leg. ſeptima, titulo ſexto, parte 6. in verſ. *Que las deudas*, referunt, affirmant teneri. Atque in hoc euentu ea opinio mihi omnino placet: quoniam l.
B vltima, C. de iure deliberandi, voluit facere dolo, præbereque anſam quicquam ſiniſtrum efficiendi. Quando autem hæres bona fide ignoranterque ſoluiſſet, nemini dubium eſſe poteſt, hæredem ad nihil teneri creditoribus:quoniam ſaltem in eo euentu intelligenda eſt diſpoſitio legis vltimæ, C.de iure deliberandi,quæ illum tam copioſè ab omni onere exiuit. Quando verò res hæredi eſſet,poteſt controuerſia,multiſque Aluarus Valaſc. nume. cita. contendit, in puncto iuris probabiliſſimum eſſe non teneri: ait tamen,in praxi,quando ſuſpicio eſt, eſſe alios creditores, nullum hæredem ſoluere primò venientibus,niſi præſtita cautione,quod reſtituent eis,iuxta l.dolo.ff.ad l. Falcidiam,quæ ſic habet. Dolo carere non videtur, ſi iam mota quis controuerſia hæreditatis, legata ſine cautionibus det. Obſeruat tamen,ſi Inuentarium,iuxta formam tradendam,conficiat hæres,cum ex teſtamento de legatis omnibus,
C conſtet, citandique ſunt ad inuentarium conficiendum, non ſolum legatarij, ſed etiam creditores omnes, ſaltem per proclamationes publicas, quando ſuſpicio eſt eſſe creditores aliquos incognitos, raro hæredem futurum in dubio, an bona hæreditatis ſufficiant omnibus, & an ſuperuenturi ſint creditores aliqui, qui alijs præponendi. Obſerua deinde, cum creditoribus ſuperuenientibus ius ſuum integrum reſeruetur aduerſus legatarios, & creditores, qui ſolutionem acceperint, cautionem, quam hæres ante ſolutionem exigat, non multum creditoribus ſuperuenientibus inſeruire, niſi vt in euentu, quod legatarij, & creditore, illi ſolutionem bona fide conſumpſiſſent, neque ex ea effecti eſſent locupletiores, tenerentur integram illam reddere creditoribus, qui ſuperuenirent.

Quartum. Quartum commodum,ſi hæres inuentarium con
D ficiat, commemorat Aluar. Valaſc. conſul. 52. nume. 39. cum Proceſſino, Bart. & alijs, quos citat; quod eſto legatarijs, aut creditoribus debeatur certa quantitas, & non res determinata in indiuiduo, quæ ſit in rebus hæreditarijs, ſi deſit pecunia in hæreditate, nec reperiatur emptor, qui res hæreditarias ea lege emere velit, vt hæres illi de euictione non teneatur, poteſt cogere legatarios, & creditores, vt in ſolutum accipiant res ipſas hæreditatis. Atque hic caſus excipitur a regula illa, leg. ſecunda, §. primo, ff. ſi cert. pet. aliud pro alio, inuito creditore ſolui non poteſt. Doctrinam hanc colligunt hi Doctores ex l. vlt. §. ſin vero hæredes, C. de iure delib. Attamen, ſi textus ille rectè expendatur, nihil tale inde colligitur. Ex tota autem illa lege, quæ hæredem conficientem inuentarium omnino indemnem ſeruare vult, ne vltra vires hæreditatis ad quicquam teneatur, ea doctrina colligitur

tur in vno dumtaxat euentu, nempe, quando hæres aliter non ſeruaretur indemnis. Quare, quando in hæreditate ſupereſſent alia bona, ex quibus ſatisfieri poſſet emptori, ſi res ab eo euinceretur, non poſſet cogere creditores, vt aliud pro alio acciperent. Quando item nihil omnino ſupereſſet, attamen, vel creditores omnes, vel legatarij, vel aliqui eorum, onus in ſe ſuſciperent ſatisfaciendi emptori, ſi res euinceretur, aut emptor ipſe contentus eſſet, vt ad creditores, & legatarios recurreret loco hæredis pro euictione, quatenus ipſi refundere tenentur, quod in eo euentu euinceretur, eo quòd plus accepiſſent quàm de bonis defuncti accipere debebant, cogere non poſſet creditores, vt aliud pro alio acciperent.

Quintum. Quintum commodum eſt, quòd quondam, ſi aliquid hæreditatis caſu poſt mortem teſtatoris peribat, id ſanè hæredi peribat, & non creditoribus, imò neque legatarijs, vt habetur l. in ratione, ſ. in princ. ff. ad leg. Falcidiam, & §. quantitas, inſtit. de leg. Falc. hodie verò, ſi conficiat inuentarium, atque ſine ipſius culpa pereat, neque creditoribus, neque legatarijs tenetur, niſi iuxta vires bonorum hæreditatis remanentium; eo quòd iuxta l. vltimã, C. de iure deliber. indemnis omnino remanere debeat. Conſentiunt Barto. & alij, quos Aluar. Val. conſul. 52. refert, ac ſequitur, licet non ita perſpicuè rem hanc explicent.

Sextum. Sextum commodum eſt, quòd ſi inuentarium cõficiat, deducit impenſam funeris, & quod inſumpſit in inſinuatione teſtamenti, & in confectione inuentarii, atque in aliis rebus neceſſariis hæreditati, idque, tum vt de reliquo ſolum hæreditatis ſatisfaciat creditoribus, & ſoluat legata, tum etiam, vt, ſi deductis eiuſmodi expenſis & perſoluto ære alieno, de reliquo non remaneat ſibi quarta pars ſolutis legatis, detrahere ab illis poſſit Falcidiam. Ita habetur l. vlt. §. in computatione. C. de iure deliberãdi. Quondam autem, ad deducendam Falcidiam, ſolum permittebatur ei deducere impenſam funeris, & pretia mancipiorum manumiſſorum, vt habetur l. 1. §. vlt. ff. ad leg. Falcid. & §. cum autem ratio, Inſtit. de lege Falcid. Item, quondam hæres vniuerſim tenebatur ad debita, etiam de propriis bonis, atque hodie ſimiliter tenetur ad legata omnia, nulla detracta Falcidia, ſi inuentarium non conficiat, vt dicemus. Quod de expenſis commemoratis dictum eſt, extendunt quidam, quos Aluar. Valaſ. conſul. cita. nu. 43. refert, ac ſequitur, ad expenſas ab hærede factas in infirmitate teſtatoris. Quod ſi de bonis defuncti factæ ſint, nemini poteſt eſſe dubium: ſi verò de bonis hæredis, nec factæ ſint animo donandi, deducendæ etiam hodie ſunt, ſi inuentarium confecit, perinde atque alia debita, vt mox ſubiungemus. Quando autem expenſæ aliquæ ex hactenus commemoratis extraordinariæ eſsent, probandæ ſunt, vt habetur §. in computatione, cita. idque teſtibus, aut inſtrumentis, vel, vt ibidem glo. ſubiungit, interdum proprio iuramento.

Septimum. Septimum commodum eſt, quòd ſi inuentarium confecit, non extinguuntur, nec confunduntur actiones, quas ipſe habebat aduerſus eum, in cuius bonis ſuccedit, quin potius perinde ſoluenda ſunt ei debita de bonis defuncti, atque aliis creditoribus, non tamen habet prærogatiuam, vt præponatur aliis creditoribus. Deducto verò toto ære alieno, ſi de reliquo, ſolutis legatis, non remaneat ipſi quarta pars, detrahere poteſt à legatis Falcidiam. Hæc habentur l. vltima, §. ſi verò ipſe, C. de iure deliber.

Octauum. Vt commodum octauum intelligas, obſerua, hæredem contradicere non poſse facto eius in cuius bonis ſuccedit, eſto, in præiudicium talis hæredis fa-

A ctum illud cedat: vt ſi vendidit rem hæredis, non poteſt hæres illam exigere, ſed repellitur doli exceptione. Intelligendum tamen eſt, non poſſe contradicere in totum, ſi in tota hæreditate ſuccedat: at vero, ſi in quota hæreditatis ſuccedat, vt in dimidio, aut tertia, vel quarta parte, quoniam in ſola ea portione repræſentat defunctum, & in reliquis cenſetur extraneus, ſolum prohibetur contrauenire facto illi in dimidio, tertia, aut quarta parte rei illius, prout fuerit quota hæreditatis, in qua ſuccedit, reliquum verò exigere poterit, aut vendicare. Ita habetur expreſsè l. cum à matre, C. de rei vendicatio. & aliis iuribus, quæ gloſ. ibi citat, iuxta regulam, ex qua perſona, ff. de regulis iuris, quæ ſic habet; Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

Hinc eiuſmodi oritur dubium: Cum venditio qua pater vendit bonum aduentitium filii, non ſolum prohibita illi ſit, ſed ſit etiam ipſo iure nulla, B poſſitque filius eam ab emptore vendicare, ſiue is ſciens, ſiue ignorans eam emerit, vt habetur l. prima, C. de bonis mater. & aliis iuribus; quæritur, vtrum **Quæſtio.** ſi pater vendidit prædium aduentitium filii, & filius poſtea confecto inuentario in ea ſolum portione hæreditatis hæres illi extitit, quæ erat legitima ipſi debita, poſſit talis filius integre contrauenire facto patris, prædiumque ſuum integrè vendicare; an verò in tanta quota prędij poſſit exceptione repelli, in quanta hęreditatis quota ipſe hæres extitit, iuxta l. cum à matre, citatam. Similiter, ſi in quota ſuam legitimam portionem excedente hæres extitit, num ſolius incrementi ſupra ſuam legitimam portionem ſit habenda ratio, vt iudicetur in quanta prædii portione poſſit exceptione repelli, an vero totius quotæ, in qua extitit hæres, & quid quando hæreditati ſucceſſit non confecto inuentario,

C **Communis ſententia.** Communis Doctorum ſententia eſt, quando quis confecto inuentario hæres parenti extitit, habẽdam eſse rationem etiam portionis legitimæ, vt vniuerſim iuxta portionem quotæ integræ hæreditatis, in qua hæres extitit, repelli in eadem proportione exceptione poſſit ab æquali quota fundi venditi. Ita gloſ. vltima, l. cum à matre, C. de rei vendic. & doctores communiter, quos referunt, ac ſequuntur Couar. cap. primo, de teſtam. num. decimotertio, Molina, quarto libro de primog. capit. primo, à num. 23. & Aluarus Valaſ. conſult. 69. In eadem ſententia videntur fuiſse, qui leges partitarum Caſtellæ condiderunt; fauet enim quàm maximè huic ſententiæ l. 24. ti. decimotertio, parte quinta, tametſi quemadmodum lex illa in quibuſdam aliis reducenda eſt ad terminos iuris communis, vt ab eo, & à communi doctorum ſententia non diſſentiat, ita & in hoc, (ſi quæ dicemus, vera ſunt, iuxta ius commune) intelligi etiam debeat. D

Potiſſimum hi Doctores ducuntur, quoniam ſi filius prædium euincat ab emptore, talis emptor manet creditor comparatione patris, bonorumque paternorum, quæ illi tenẽtur de euictione, creditor autem præfertur legitimæ filii, quoniam filius non maiorem legitimam in bonis patris habet, quàm ſit portio, quæ ipſum contingit, deducto prius ex eiſdem bonis toto alieno ære: quare ſi filius prædium euincat, tenetur ipſe emptori de euictione tanquam hæres patris: is autem, qui de euictione rei alicuius tenetur, repellitur ab eadem vendicanda, vt habetur l. vendicantem, ff. de euictionib. Vnde gloſsa colligit hanc regulam; Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

1. Argum. Ducuntur præterea duobus iuribus ſupra citatis, & aliis ſimilibus, quæ abſolutè ſtatuunt, ſi filius in tota hæreditatę ſit hæres, remoueri vni-

uerſim

uerſim à vendicando tali prædio, ſi verò in quota, remoueri à quota prędij in eadem proportione, non excipiendo ab ea quota, in qua eſt hæres, legitimam portionem, quæ talem filium contingit.

Quod ſi his Doctoribus obijcias leg. quoniam in prioribus, C. de inofficio. teſtamen. vbi prohibetur onus, vel grauamen apponi legitimæ, ſtatuiturque eſſe ipſo iure nullum, ſi apponatur. Reſpondent, id intelligendum eſſe, de onere legatorum, & aliorum grauaminum, nõ verò de onere creditorum, quale eſt iſtud.

Secundum. Excipit Aluarus Valaſcus, conſultatio. 69. numero octauo, cum Iacobino de San. Gregorio, à communi opinione, ſi pater alienauit prædium filij titulo lucratiuo, nempe donatione: nam tunc vendicare illud integrum poteſt, ſalua ſua portione legitima.

Molina quoque capitulo primo, citat. numero vigeſimo ſeptimo, excipit, ſi filius non ſit inſtitutus in quota hæreditatis, ſed in quota bonorum, ſeu in legitima tanquam in quota bonorum, aut ſi ſit inſtitutus in re certa, vna cum cohærede vniuerſali aliorum bonorum: quoniam tunc, cum inſtitutio illa vim habeat legati, & non inſtitutionis hæredis, neque adeò pacto ad inſtitutum tranſeant actiones actiuæ, & paſſiuæ defuncti, vt diſputatione 104. latè explicatum eſt, vendicare poterit ab emptore integrum ſuum prædium, neque ipſe emptori tenetur de euictione, ſed hæredes vniuerſales illi tenentur.

Meritò autem conſtituunt Doctores diſcrimen, inter eum hæredem inſtitutum in quota hæreditatis, qui confecit inuentarium, & eum, qui inuentarium non confecit, quod ſi quota prædii alienati à parente, cui ſuccedunt, maioris valoris ſit, quàm quota hæreditatis, vt ſi tota hæreditas æſtimetur nonaginta aureis, & prædium trecentis, & vnuſquiſque eorum inſtitutus ſit in tertio hæreditatis; vtique poſt leg. vltim. Cod. de iure deliberandi, is qui inuentarium confecit, non repelletur exceptione à tertia parte prædij, quæ æſtimatur centum aureis, ſed ſolum à portione æſtimationis triginta aureorum, quæ eſt portio prædij æqualis valoris cum tertio hæreditatis in quo fuit inſtitutus: is verò, qui inuentarium non confecit, repelletur ab integra tertia parte prædij. Ratio autem eſt, quoniam lex vltim. C. de iure deliberandi, ſtatuit, vt is, qui Inuentarium confecit, ſeruaretur omnino indemnis, & neque creditoribus defuncti, neque legatariis teneretur, niſi iuxta vires (hoc eſt, valorem) hæreditatis, ſi autem exceptione repelleretur ab integra tertia parte, pateretur detrimentum in ſuis proprijs bonis. Atque iſtud eſt octauum commodum, quod conſequitur is, qui inuentarium confecit, nempe, quod quando quota rei à parente venditæ eſt maioris valoris, quam quota hæreditatis, non repellitur exceptione ab æquali quota quoad proportionem rei, quæ alienata eſt à parente, ſed ab æquali quantitate eiuſdem rei, quo ad valorem. Ita poſt gloſſ. l. cum à matre, C. de rei vendication. communis ac vera ſententia, quam inter alios referunt, & ſequuntur Molina libro quarto, de primogen. capitulo primo, numero vigeſimo quarto, & Pinellus, l. prima, C. de bonis matern. par. 3. in calce, numero ſeptuageſimo nono. Cum autem, quando quota rei venditæ eſt longè minoris valoris, quàm quota hæreditatis, vt ſi prędium æſtimetur nonaginta aureis, & hæreditas tribus mille, hæres, qui inuentarium non confecit, ſolũ repellatur exceptione à tertia parte prædij, eſto tertia pars hæreditatis ſit valoris mille aureorum, quia non habetur ratio valoris, ſed æqualis quotæ quoad proportionem, vt perſpicuè patet l. cum à matre, C. de rei vendi. & affirmat communis ſententia, quam

Octauũ cõmodũ conficientis inuẽtarium.

A Pinellus numero ſeptuageſimo nono, citat. verſicu. eadem concluſio, refert ac ſequitur; ſanè in ſimili euentu, neque hæres, qui inuentarium confeciſſet, repelleretur, niſi à tertia parte prædij vendicanda, quia non debet eſſe deterioris conditionis, quàm is, qui inuentarium non confecit, & quia ex natura rei, iuriſque diſpoſitione, ad nihil aliud tenetur, eo quòd ſicut non repræſentat defunctum, niſi in tertia hæreditatis parte, ita neque tenetur ad opera defuncti, niſi quoad tertiam partem, & quoad reliquas cenſetur extraneus, vt ſupra dictum eſt: quare priuilegium l. vltim. C. de iure deliberandi, quod conſeruetur indemnis, nec teneatur vltra vires hæreditatis, ac proinde quod ſi quota illa excedat quoad valorem portionem hæreditatis, non teneatur, niſi iuxta valorem quotæ, non debet operari, vt quando minor eſt quoad valorem, ad plus teneatur, quam ſi non confeciſſet inuentarium: quoniam in ſolum ipſius commodum, non vero in vllum eiuſdem detrimentum eiuſmodi priuilegium eſt illi conceſſum. B Vnde miror Aluarum Valaſcum, conſulta. quinquageſima ſecũda, in calce, numero 45. contrarium aduerſus Pinellum vbi ſupra numero 80. verſic. aliud etiam memoratur affirmare.

Quamuis, vt dictum eſt, communis Doctorum ſẽtentia ſit, quando filius (cui pater prædium aduentitium vendidit) inuentarium confecit, habendam etiam eſſe rationem portionis legitimæ, vt vniuerſim iuxta proportionem quotæ integræ hæreditatis, in qua hæres extitit, repelli exceptione poſſit à vendicanda æquali quota fundi, mihi tamen contraria ſententia omnino videtur vera, & amplectenda cum gloſ. l. vltim. §. in computatione, C. de iure deliberãdi, Bar. l. 2. C. ſi quid in fraud. patro. & l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de leg. 1. Angelo, Cumano, & Pinello, l. 1. C. de bonis matern. par. 3. numero octuageſimo, nempe, ſi filius in ſola ſua legitima portione C patri ſuccedat, poſſe integrum prædium vendicare, ſi verò ſuccedat plus, quàm in legitima, idque cum alijs deſcendentibus eiuſdem defuncti, quibus ſimiliter portio legitima debeatur, detractis omnibus legitimis, iuxta proportionem incrementi ſui ad incrementa aliorum, poſſe repelli exceptione ab æquali quota prædij, niſi portio prædij excedat in valore incrementum, in quo ipſe ſuccedit: nam tunc ſolum repelletur à portione æquali in valore cum eo incremento, iuxta ea quæ paulo antea dicta ſunt. Quod ſi ſuccedat cum hærede, aut hæredibus extraneis, ſolũ repelletur à quota prædii iuxta proportionem incrementi ipſius vltra ſuam legitimam portionẽ, ad portiones integras hæreditatis, quas alij conſequuntur, eò quòd nihil earum ſit illis alijs debitum, ſicut ipſi debetur ſua legitima portio.

Communis ſentẽtia improbatur.

Eam mihi perſuadeo, non ſolum quoniam (vt Aluarus Valaſcus, conſul. ſexageſima nona, numero D ſeptimo, fatetur) contraria eſt valde rigoroſa, & quę filijs magnum affert incommodum, ſed etiam, Primò, quoniam l. cum à matre, C. de rei vendication. lata fuit à Diocletiano, & Maximiano Auguſtis, & regula, ex qua perſona, ff. de regu. iuris, multò anteà fuerat condita: hæc autem, & alia iura, quibus Doctores contrariæ ſententiæ nituntur, longo tempore poſtea à Iuſtiniano, l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtamento, coarctata, atque abrogata ſunt, quatenus id cederet in grauamen legitimarum filiorum: quare, quod ad legitimam filiorum attinet, nullam hodie vim habent, neque vllus eſt, qui cum probabilitatis ſpecie negare poſſit, in grauamen legitimæ filii eſſe, quod ſuccedere non poſſit in portione, quæ, deducto toto ære alieno, ipſi ex præſcripto legis in bonis patris debetur, quin repelli exceptione poſſit à vendicatione æqualis quotæ prædij, quod iniuſta, ac nulla venditione pater

ei

ei vendidit. Neque eſt legitima reſponſio Aluari Va laſc. numero 7. citata quod filio debetur legitima ſine onere legatorum, & aliorum grauaminum, non verò ſine onere creditorum. Quoniam iuxta hanc noſtram ſententiam filius non vult ſuam legitimam ſine onere creditorum; quin potius vult, vt ſi quid bona defuncti debent emptori prædij, vel propter euictionem, vel quacumque alia ratione, id totum prius de bonis patris extrahatur, ipſeque cum cæteris hæredibus de eiuſdem bonis id ſoluat, & de reliquo legitima portio, quæ ipſi debetur, ſibi tribuatur, atque relinquatur liber, vt integrum ſuum prædium ſibi vendicet, quis autem dubitet, grauamen legitimæ eſſe, hoc ei non permitti, ſed cogi, vt ſi eam portionem habere velit, repellatur ab æquali prædij quota vendicanda? Præſertim cum Iuſtinianus, leg. cum in prioribus, inter grauamina computet conditionem, quamcumque dilationem, moram, modum, & quicquid minuit ius, aut actionem ad talem legitimam, omniaque perinde ipſo iure tollat, ac ſi non eſſent appoſita. Sic enim ait; Vt ſi conditionibus, aut aliqua diſpoſitione, moram, vel modum, vel aliud grauamen introducente eorum iura, qui ad memoratam actionem vocantur, minuta eſſe videantur, ipſa conditio, vel diſpoſitio, moram, vel quodcunque onus introducens, tollatur, & ita res procedat, quaſi nihil eorum additum eſſet.

Poſſumus confirmare hanc rationem, quoniam Doctores quos impugnauimus, propter l. Iuſtiniani vltimam, C. de iure deliberandi, meritò limitant l. cum à matre, & alia iura, quibus nituntur, vt quando quota prædij excederet in valore quotam hæreditatis, hæres, qui inuentarium confecit, non repellatur à vendicanda integra quota, ſed ſolum à vendicanda portione æquali in valore, cum quota hæreditatis, idq; ne contra l. vlt. C. de iure deliberandi, grauetur vltra vires hæreditatis, cur ergo propter l. quoniam in prioribus, eiuſdem Iuſtiniani, non limitant eadem iura, vt non intelligatur quoad portionem legitimam, ne ſimiliter hæres ſuſtineat in ea grauamen, cum longè apertius l. quoniam in prioribus, abrogauerit eaſdem leges, quatenus inde ſequeretur, hæredē teneri ea ratione creditoribus, vltra vires hæreditatis.

Secundo, eandem ſententiam mihi perſuadeo, quoniam hæredi conficienti inuentarium, perinde ſaluæ manent actiones, quas habebat aduerſus eum, cui ſuccedit, atque cæteris creditoribus eiuſdem defuncti, vt habetur leg. vltima, §. ſi verò, C. de iure deliberandi, & ſupra dictum eſt, non obſtante, quòd ipſe ſit hæres, atque adeò debitor cæteris creditoribus defuncti, de eiſdem defuncti bonis, iuxta eorundem bonorum vires, dummodo tamen eodem modo, quo cæteri creditores, ipſe admittatur, iuxta actiones, quas aduerſus defunctum habuerit: multò ergo magis, ſi inuentarium confecit, integræ illi manebunt actiones aduerſus quemcunque tertium, non obſtante, quòd inde tertio actio reſultet aduerſus defunctum, atque adeò aduerſus ipſummet hæredem iuxta vires bonorum defuncti, ſed ſi pater, cui ſuccedit, ſuperſtes eſſet, poſſet talis filius vendicare ab emptore integrum ſuum prædium, vt eſt notiſſimum, & Doctores contrariæ ſententiæ admittunt: ergo, eſto defunctus ſit, poterit illud vendicare, ſalua emptori manente actione de euictione aduerſus bona defuncti, atque adeò aduerſus hæredem, iuxta vires hæreditatis defuncti, eſto, inde ſequatur minui ſuam portionem legitimam: neque ratio vlla poſtulat, vt poſt leg. quoniam in prioribus, quæ prohibuit grauamen imponi legitimæ, eaque in parte coarctauit, & abrogauit antiquiores leges, iuxta portio-

A nem legitimæ repellatur à vendicatione æqualis quotæ prædij, ſed ſolum, ſi vltra legitimam hæres extiterit in incremento aliquo, repellatur iuxta eaſdem antiquiores leges à quota prædij æquali in portione tali incremento, dummodo quoad valorem non excedat incrementum illud, alioquin iuxta priuilegium l. vltimæ, C. de iure delib. ſolum excludetur à portione prædij æqualis valoris cum eo incremento, vt dictum eſt.

Confirmat hanc rationem, quod actio aduerſus emptorem ortum habuit ab actione, quam filius hæres habebat aduerſus patrem, circa prædium ſuum aduentitium, atque ab actu iniuſto patris, quo illud alienauit, lege prohibente, ac annullante talem alienationem, ergo, ſi confecto inuentario actiones filij aduerſus patrem defunctum integræ manent, multò magis integra manebit hæc aduerſus emptorem ex iniquo patris actu.

B Nec verò probandum eſt, quod Aluar. Valaſc. conſul. 69. nume. 7. ait, nempe cōtrariam ſententiam ſeruandam eſſe in hoc Luſitaniæ Regno, quia magis communis, iuxta ordinationes libri 2. titulo quinto. Etenim in eo titulo non præcipitur, vt ſtetur communioribus opinionibus, ſed vt quando non fuerit lex contrarium, ſtetur gloſſis Accurſij, niſi fuerit cōmunis opinio in contrarium, & vt, ſi gloſſa Accurſij defuerit, ſtetur opinionibus Bartoli, niſi fuerit ſimiliter communis opinio in contrarium: at neque in his duobus euentibus præcipitur, vt ſtetur communibus opinionibus, ſed ſolum relinquitur liberum, vt non iudicetur iuxta gloſſ. Accurſij, aut iuxta opinionem Bart. in re autem, de qua nunc agimus, certè pro noſtra opinione videtur eſſe textus apertus, l. quoniam in prioribus, quæ eam ſtatuit, & derogat contrarijs antiquioribus legibus. Præterea, non ſolum Bar. eam affirmat, ſed etiam glo. Accurſij, l. vlt. §. in computatione, C. de iure delibe, multique exiſtimant non refragari illam gloſſam, l. cum à matre, C. de C vendic.

Ad primum argumentum communis opinionis, concedendum eſt, ſi filius prædium euincat, emptorem manere creditorem patris, bonorumque patris. Concedendum item eſt, creditorem præferri legitimæ filij, atque adeò ſi filius confecto inuentario prædium euincat, teneri de euictione emptori, tanquam hæredem patris, attamen teneri ſolum quoad bona, quæ fuerunt patris, atque iuxta vires duntaxat eorum, vt dictum eſt. Quando autem ſubſumitur, eum, qui tenetur de euictione alicuius rei, repelli ab eadem vendicanda, dicendum eſt, verum id eſſe, ſi ſubeat vnam, & eandem perſonam, quatenus de euictione tenetur, & quatenus vult illam vendicare, in quo ſolo euentu loquitur lex vendicantem, ff. de euict. vt patet textum illum intuenti, eodemque modo intelligenda eſt regula illa, quam gloſſ. ex eo textu colligit. D Falſum autem eſſe, ſi ſubeat diuerſas perſonas, vt in re propoſita ſubit: hæres quippe tenetur de euictione præciſè, quatenus repræſentat perſonam defuncti, & quoad ſola bona defuncti, ſi inuentarium confecit, vt explicatum eſt, ac proinde quo ad ſola bona defuncti, tenetur pati diminutionem eorum, etiam cum imminutione ſuæ propriæ legitimæ, quātum ſatis ſit, vt ex ſua parte emptori de euictione ſatisfaciat: at vero vendicat ſuum prædium, non quatenus hæres eſt, perſonamque defuncti ſubit, ſed quatenus priuata perſona eſt, cui actio ad recuperationem ſui prædij competit, tum aduerſus defunctum, tum etiam aduerſus emptorem. Ex his patet immeritò Molinam 4. lib. de primog. c. 1. nume. 26. aſſeruiſſe, l. vendicantem, in eo argumento adductę, non poſſe adhiberi congruum reſponſum, quo argumento illi ſatisfiat.

Ad

Ad ſecundum argumentum ex dictis manifeſta eſt reſponſio. Oſtenſum quippe eſt, iura illa per leg. quoniam in prioribus, fuiſſe à Iuſtiniano reuocata quoad legitimas portiones tam deſcendentium, quam aſcendentium. Quare, quæ dicta ſunt, æquè vim habent, ſi deſcendens defunctus, in cuius bonis aſcendens ſuccedit, rem aliquam aſcendentis eo inuito alienauerat.

Circa limitationem, quam Molina communi opinioni adhibuit, obſerua. Filium inſtitutum in quota bonorum ſeu in legitima, tanquam in quota bonorum, ſi prædium ſuum à defuncto alienatum integrè vendicare vellet, vt integrè vēdicare poſſet, Molina concedit, non minus teneri pati diminutionem in ſua quota bonorum, ſeu in ſua legitima, quàm ſi in eadem, tanquam in hæreditatis quota fuiſſet inſtitutus, emptorque ageret ſimiliter de euictione, vt diſputatione 204. latè oſtendimus: quòd ſanè noſtram aduerſus Molinam confirmat ſententiam. Verum tamen eſt, quòd (vt ibidem dicebamus) emptori daretur immediatè actio de euictione aduerſus ſolos hæredes vniuerſales, eis tamen rurſus competeret actio aduerſus ita inſtitutum in legitima, tanquam in quota bonorum, ſi illam rem ab eis accepiſſet, vt pro quantitate portionis bonorum quam accepit, cōtribueret, quod emptori pro euictione eſſet debitum, eo quòd ab ea portione ſicut à cæteris, deducendum ſit tale æs alienum defuncti. Lege quæ ibidem copioſè dicta ſunt.

Quæſtio. Dubium eſt, in euentu, in quo, iuxta hactenus dicta, filius repellitur à vendicanda parte rei venditæ à patre, eique conceditur reliquum vendicare, an talis filius petere poſſit à iudice, vt emptorem compellat ei vendere iuſto pretio partem quam vendicare non poteſt. Pinellus leg. prima C. de bon. maternis, parte tertia in calce, numero 80. affirmat id iudicem præcipere debere, non ſolum ſi maior pars maneat apud filium, ſed etiam ſi dimidia, aut etiam minor pars tantum apud eum maneat, idque, quia res facilè redit ad priſtinum ſtatum, & argumen. iurium, quæ citat. Aluar. autem Valaſc. conſul. 69. nume. 17. negat, quando res eſſet diuidua, ſecus autem, quando eſſet indiuidua, propter iura, & fundamenta, quæ adducit. **Deciſio.** Copioſius ſic dicerem, ſi res eſſet diuidua, neutrum cogendum eſſe vendere alteri, ſed rem eſſe diuidendam, quia vterque ad id habet ius, & propter iura, quæ Aluarius Valaſcus citat. Si autem ſit indiuidua, vt domus, mancipium, & Emphyteuſis, &c. & filius dimidium, aut plus habeat, filius eſt præferendus propter dominium rei, quod nondum à miſit, & propter alia, quibus Pinellus nititur. Si verò ſolum habeat minorem partem, credo cogendum eſſe eam vendere emptori propter maiorem portionem, quam in ea re habet. Aluar. Val. ait, ſe vidiſſe à grauiſſimis Senatoribus iudicatum, vt emphyteuſis in filio potius quam in emptore incapitaretur. Arbitror tamen in eo euentu, filium ſaltem æqualem partem potuiſſe ab emptore vendicare, eaque de cauſa meritò id fuiſſe iudicatum.

Occaſione copioſius explicandi, quid lex vltima, C. de iure deliberandi, diſponat, quando quis non petito tempore ad deliberandum, confectoque inuentario, hæreditatem adit, diximus quæ hactenus explicata ſunt. Nunc verò quid eadem lex in duobus alius euentibus ſtatuat, proſequamur.

Inuentariū non conficiens. Quando quis, non poſtulato tempore ad deliberandum, hæreditatem adit, neque inuentarium conficit intra tempus, & iuxta formam lege præſcriptam, ſtatuit eadem lex vltima, vt integrè perſoluat creditoribus, & legatarijs defuncti, etiam vltra vires hæreditatis, neque detrahat à legatis

A Falcidiam, atque adeò vt nullo ex priuilegijs conficientis Inuentarium perfruatur. Ita habetur leg. vltima, §. ſin verò poſtquam, C. de iure deliberandi, iuncta authen. de hęredibus, & Falcid. §. ſi verò non fecerit. Et quamuis l. vlt. §. vlt. C. de iur. deliberandi, exciperentur milites, vt eſto inuentarium non cōficerent, aut tempus ad deliberandum poſtularent, non tenerentur creditoribus, & legatarijs vltra vires hæreditatis, poſtea tamen in Authen. de hære. & Falcid. ad finem, §. quia verò duplex, id abrogatum fuit: quare hodie etiam milites, & quicunque alij tenentur vltra vires hæreditatis, ſi inuentarium non conficiatur.

Tēpus ad deliberandū. Quando autem hæres tempus poſtulat ad deliberandum, in primis ſtatuitur, vt à principe concedi non poſſit, niſi vnus annus, à iudicibus verò tantum nouem menſes, & vtrumuis ſemel tantum, & vt, ſi amplius fuerit conceſſum, ſit nulla talis conceſſio; ita habetur l. vltima, §. & hæc quidem, C. de iure deliberandi. B Quare, ſi hodie ſine expreſſa huius legis derogatione fuerit à Principe maius tempus conceſſum, erit irritum, & inane.

Deinde ſancitur, vt ſi tempus poſtulauerit, & obtinuerit ad deliberandum, neque intra illud expreſſè eam repudiauerit, cenſeatur illam adijſſe. Præterea, ſiue hoc modo, ſiue expreſſè illam intra id tempus adierit, ſtatuitur, vt ſi confecerit inuentarium, teneatur creditoribus, etiam vltrà vires hæreditatis ſoluere debita: poſſit tamen à legatis detrahere Falcidiam, ſi ipſi, deducto toto ære alieno, de reliquo non remaneat quarta pars ſolutis integrè legatis. Eademque ratione, ſi deducto toto ære alieno nihil omnino remaneat, nihil tenebitur ſoluere legatarijs. Quòd ſi inuentarium non confecerit, teneatur ſoluere debita, & legata integra, neque detrahere poſſit à legatis Falcidiam. Si autem intra tempus ad deliberandum ei datum hæreditatem repudiauerit, neque C Inuentarium antea confecerit, tenetur reſtituere res hæreditarias (intellige, ſi eas occupauerat) vel creditoribus (ſi non ſit, qui hæres eſſe velit) vel hæredibus, ſtaturque iuramento eorum, qui eas recipere debent, quoad earum quantitatem, vt ſi iurent plures fuiſſe, aut tantæ, vel tantæ quantitatis, eas in eo numero, & quantitate teneatur reſtituere, facta per iudicem taxatione circa earum valorem. **Iuramentū in litē quid.** Porrò ſtari ita iuramento eorum, qui illas debent recipere, appellant iura, & Doctores, dari iuramentum in litem. Hæc omnia habentur leg. vltima, §. ſin autem hoc, C. de iure deliberan. iuncta authen. de hæredibus, & Falcid. § hinc nobis, & §. ſin verò non fecerit. Circa iuramentum autem in litem in prædicto euentu, lege inter alios Couar. ca. 1. de teſta. nu. 17.

D DISPVT. CCXVII.

Vtrum hæres inuentarium non conficiens, aut tempus ad deliberandum poſtulans, teneatur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditatis, & quid de Eccleſia, & quibuſdam alijs in foro exteriori.

IN complementum diſputationis præcedentis ab vltimo eorum, quæ propoſita ſunt, eſt incipiendum. Docēt verò Doctores communiter, quos Gregorius Lopez, leg. 5. titulo ſexto, part. 6. glo. prima, Couarru. cap. primo, de teſtam. nume. 14. & Aluar. Valaſc. conſul. 52. nume. 46. referunt, & ſequuntur, eos ſucceſſores vniuerſales, qui hæredes non ſunt, eſto, Inuentarium non conficiant, nequaquam teneri creditoribus, aut interdum aliquibus legatarijs, vltra vires hæreditatis. Eiuſmodi ſunt, executores hære-

Succeſſores vniuerſales, qui hæredes non ſunt, q.

hæreditarij, qui vicem tenent hæredum, vt ſi quis in hæredem animam ſuam relinquat, præſcribens teſtamento, in quæ opera velit ſua bona inſumi, nó nullaque legata, ſiue pia, ſiue non pia relinquens, inſtituendo ſimul vniuerſalem ſuæ vltimæ voluntatis executorem, ſeu teſtamentarium, aut teſtamentarios. Tales etiam ſunt vſufructuarius vniuerſalis bonorum relictus à defuncto; pater, qui iure peculij occupat bona filij familias, Monaſterium occupans bona ingredientis religionem propter ingreſſum; fiſcus occupans bona eius, cui propter delictum confiſcantur, aut occupans bona vacantia diſcedentis ab inteſtato ſine coniuge, & conſanguineo vſque ad decimum gradum, quia in eo euentu non ſuccedit titulo hæredis, atque ille, cui, libertatum conſeruandarum cauſa, addicuntur bona defuncti: ſi enim defunctus libertates aliquas vel teſtamento, vel codicillo aliquibus reliquit, neque ſit hæres ex teſtamento, aut ab inteſtato, qui hæreditatem velit adire, ne libertates illæ pereant, conſtitutum eſt, vt ſi quis, præſtita ſufficiente cautione, petat bona defuncti, vt de illis creditoribus ſatisfaciat, expleatque voluntatem defuncti, eaque ratione libertates vim habeant, illi addicantur, vt habetur inſtitu. de eo, cui liber. cauſ. & alijs iuribus. Ratio autem cur hi omnes, eſto inuentarium non conficiant, vltra vires hæreditatis non teneantur eſt. Quoniam non ſunt hæredes, diſpoſitio autem præcedente diſputatione explicata, eſt iuris poſitiui, ſupra id, quòd ſtando in ſolo iure naturali ratio ipſa rei poſtulabat: quare cum de ſolis hæredibus ſit lata, extendenda ad eos non eſt, qui hæredes non ſunt.

De eccleſia, aut alia cauſa pia, ſi hæres inſtituatur, neque inuentarium conficiat, dubitant Doctores, num in foro exteriori vltra vires teneatur hæreditatis, Bartol. l. prima, C. de ſacroſanctis eccleſijs, Baldus, & multi alij, quos Aluarus Valaſc. conſil. 52. nume. quadrageſimoſeptimo, & Couarruuias cap. primo, de teſtamen. nume. 34. referunt, negant teneri. Potiſſimum eorum fundamentum eſt, quoniam in Eccleſia locum nó habet præſumptio, quod occultauerit aliquid de bonis defuncti: lex autem ſtatuens, vt hæres inuentarium non conficiens teneatur vltra vires hæreditatis, fundatur in præſumptione, quod aliquid occultauerit, aut certè ratio motiua condendi eam legem fuit, ne bona occultarentur, quæ ratio ceſſat in Eccleſia: quare per epicheiam præſumendum eſt, legiſlatorem illam non comprehenſurum, ſi occurriſſet, eſtque in ſe ſatis æqua hæc opinio, à qua ait Aluar. Valaſc. recedendum non eſt in hoc Luſitaniæ Regno in iudicando, iuxta ordinatio. lib. ſecundi, titu. 5. eo quòd opinio Bar. ſit.

Contrariam ſententiam aſſirmant gloſ. cap. primo, de teſtamen. & multi alij, quos Doctores citati referunt. Eam meo iudicio efficaciter confirmat Authent. de hæredibus, & Falcid. Cum enim l. vlt. §. vltimo, C. de iure deliberandi, excepti eſſent ſoli milites, vt eſto, inuentarium non conficerent, vltra vires hæreditatis non tenerentur in ea Authen. §. quia verò duplex, his verbis id reuocatum eſt. Hæc omnia obtinere ſimiliter, & in non ſcriptis teſtamentis, & in omni vltima voluntate ſancimus, & in omni perſona, ſiue priuata, ſiue militari, ſiue ſacerdotali, ſiue imperiali, ſiue alterius cuiuslibet: communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus. Ecce, neque ſacerdotalem perſonam, (vbi Epiſcopi etiam comprehenduntur) neque Imperialem, ac proinde neque fiſcum, titulo hæredis ſuccedentem, excepit, eſto, ſuſpicio fraudis in eis perſonis non eſſet, adiecitque, ſiue alterius cuiuslibet, vt omnem vniuerſim perſonam, aut per-

A ſonas comprehenderet, & paulò antea, §. pupillis autem, comprehendit etiam minores omnes, eſto pupilli ſint, dicens, remanere eis duplex ſubſidium, nempè, reſtitutionis in integrum, & actionis contra negligentes curatores, qui eis de damno ſubſecuto tenentur, eo quòd non confecerint inuentarium. Expediebat verò pupillos comprehendi, quoniam ij, qui negocium ipſorum agerent, poterant aliquid ſurripere, & occultare. Et eodem modo poterant id efficere, qui Eccleſiæ, aut cauſæ piæ negocium egerint, quare eccleſia etiam comprehendetur, habebitque ſubſidium reſtitutionis in integrum. Eandem ſententiam confirmat, quòd ante legem vltimam, C. de iure deliberandi, omnes vniuerſim hæredes eo ipſo, quòd hæreditatem adibant, tenebantur ad omnia debita defuncti, etiam vltra vires hæreditatis, idque ex quaſi contractu, quem iuris diſpoſitione conficere cenſebantur, quo ſe ad id aſtringebant, vt diſputatione præcedente dictum eſt, conſentitque communis Doctorum

B ſententia; Cum ergo l. vltima, C. de iure deliberandi, ſolum excepti ſint, qui inuentarium conficerent, & tempus ad deliberandum non exigerent, ſoliſque militibus conceſſum ſit priuilegium, vt eſto, inuentarium non conficerent, vltra uires hæreditatis non tenerentur, id verò in authentica, de hæredibus, & Falcidia, reuocatum ſit, conſequens eſt, vt eccleſia hæres exiſtens, neque inuentarium conficiens, in antiquo iure remaneat, ac proinde vt ex quaſi contractu teneatur creditoribus defuncti, etiam vltra vires hæreditatis. Quia ergo hæc adeò perſpicua ſunt in iure, concedendum non eſt, vllam in hoc Luſitaniæ regno eſſe obligationem ferendi ſententiam iuxta opinionem Barto. vt Aluarus Valaſc. voluit, præſertim, cum quod ad creditores attinet, noſtra ſit communis doctorum ſententia, vt patet, ſi auctoribus, qui pro noſtra ſententia citantur, adiungas Do-

C ctores, quos Couarru. pro limitatione, de qua mox eſt ſermo, citat.

Couarru. nume. decimoquarto cita. noſtram ſententiam amplectitur: Cenſet tamen, cum multis alijs, quos citat, limitandam eſſe, vt locum habeat comparatione creditorum defuncti duntaxat, ſecus autem comparatione legatariorum. Quoniam de antiquo iure hæres ſolis creditoribus tenebatur vltra vires hæreditatis, lex autem vltima, C. de iure deliberandi, & Authent. de hæredibus, & Falcidia, addiderunt, quod ſi hæres inuentarium non conficeret, teneretur etiam legatarijs vltra vires hæreditatis, idque ex præſumptione, quod ſurripuerit aut occultauerit de bonis hæreditatis: quare, cum præſumptio hæc locum non habeat in Eccleſia, neque diſpoſitio harum legum locum in ea habere debet quoad legatarios. Gregorius Lopez, ad l. decimam, titulo ſexto, parte ſexta, valde dubius eſt, an limitatio hæc admittenda ſit, multaque in contrarium

D obijcit.

Dicendum verò arbitror, duo illa iura non fundari in ſola præſumptione, ſed ſimul etiam in pœnam negligentiæ conficiendi inuentarium, tranſgrediendique diſpoſitionem illam, cuius obſeruatio valde eſt neceſſaria ad fraudes vitandas id ſtatuiſſe. Atque hoc non obſcurè indicant verba illa l. vlt. §. ſin verò poſtquam, C. de iure deliberandi, nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt, & multò apertius verba illa Authent. de hæredibus, & Falcidia, §. ſi verò non fecerit: Dabit inquit pœnam exactio ſuæ malignitatis, cur tranſcenderit leges, ex quibus cautè omnia agens, nihil poterat damnificari, &c. Vnde eadem Authent. §. pupillus, & §. quia verò duplex, verbis illis ſupra relatis, de omni vniuerſim perſona loquitur, etiamſi clericus

Epi-

Epiſcopus, aut Imperator ſit, comparatione non ſolum creditorum defuncti, ſed etiam legatariorum, vt Authenticam illam intuenti erit perſpicuum; cũ tamen in Imperatore, Epiſcopo, aut alijs clericis locum non habeat præſumptio, quòd de rebus hæreditarijs aliquid ſurripuerint, aut occultauerint. Confirmat Gregorius Lopez vbi ſupra, iura illa non fundari in præſumptione. Primò, ex Authen. ipſa, de hæredibus, & Falcid. §. ſancimus, illis verbis, Per ea, quæ fortè ſurripiunt, aut malignantur: cum enim dicat, fortè, vult idem eſſe, eſto nec ſurripiant, nec malignentur. Vnde illa ſolum eſt vna ex cauſis motiuis, & impulſiuis ad condendam legem. Deinde ex §. ſi verò non fecerit, illis verbis, licet puræ ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſuram legatorum datio, ſtatimque ſubiungitur, id in pœnam ſtatui ob legem non ſeruatam.

Iuxta hæc ergo dicendum arbitror, quòd cum cõparatione legatariorum hæc in pœnam quoque ſtatuta ſint, ſanè neque in eccleſia, neque in quocunque alio hæredum locum habent ante latam ſententiam. Præterea, cum, ubi nulla eſt culpa, locum non habeat pœna, etiam in exteriori foro, ſi in eo conſtet nullam fuiſſe culpam, vtique, quando vel in Eccleſia quoad cõmunitatem, & miniſtros ad id deputatos, vel in quocunque alio hærede nulla interueniſſet culpa, quoniam ex probabili ignorantia legis, vel inaduertentia, omiſſa eſſet confectio inuentarij, aut ſolemnitas in eo requiſita, neque in foro exteriori teneretur legatarijs vltra vires hæreditatis: ſecus autem, ſi in eccleſia hęrede inſtituta, quoad communitatem vel ipſius miniſtros, culpa interueniſſet, vel in quocunque alio hærede, aut ſi rationabilis cauſa in aliquo miniſtrorum eſſet ſuſpicãdi de eo, quòd aliquid occultaſſet, aut ſurripuiſſet.

Quæſtio. Quod attinet ad primum eorum, quæ in titulo huius diſputationis propoſita ſunt, communior Doctorum ſententia eſt hæredem non conficientem inuentarium, neque legatarijs, neque creditoribus teneri vltra vires hæreditatis, eodemque modo hæredem poſtulantem tempus ad deliberandum, inuentariumque conficientem non teneri creditoribus in eodem conſcientiæ foro vltra vires hæreditatis. Ita Panorm. capitulo primo de ſolutionibus, num. quarto, Anton. Gomez. ad leg. tertiã Tauri, numero centeſimo vigeſimo primo, Bart. Hoſt. & plerique alii, quos Anton. Gomez. vbi ſupra, Couar. c. 1. de teſt. nume. 16. & Gregorius Lopez, ad leg. decimam, tit. 6. par. 6. referunt.

Cõis opin.

Argument. Hanc ſententiam probant, quoniam iura, quæ ſtatuunt, vt eiuſmodi hæredes teneantur vltra vires hæreditatis, fundantur in præſumptione, quòd ſurripuerint, aut occultauerint de rebus hæreditariis, id quod ſatis innuit Authentica, de hæredibus, & Falcidia, §. hinc nobis, verſ. ſancimus, illis verbis: Per ea quæ fortè ſurripiunt, eamque præſumptionem voluerunt eſſe iuris, & de iure, aduerſus quam non admitteretur probatio, ſed ſola confeſſio creditoris, aut legatarii, quia intererat, nihil eſſe ablatum in foro autem conſcientiæ, quando de veritate conſtat, locum non habet præſumptio. Vnde conſequenter hi authores volunt, creditorem, aut legatarium, qui ſibi perſuadet, hæredem ſoluere aliquid vltra vires hæreditatis, lethaliter peccare id exigendo, & adiudicatum accipiendo, tenerique ad reſtitutionem illius, omniumque damnorum ea de cauſa hæredi illatorum, hæredemque poſſe facere occultam de his omnibus compenſationem.

Cõfirmatio. Cõfirmant ſuam ſententiam ex cap. quamquam, de vſuris, lib. 6. vbi apertè innuitur, hæredes ſolum iuxta vires hæreditatis teneri ſoluere malè parta à defuncto per vſuras.

A Paulus Caſtrenſis, & alij, quos Couarr. & Gregorius Lopez ibidem citant, in contraria omnino ſunt ſententia: quoniam, inquiunt, lex illa non in ſola præſumptione fundatur, ſed ad euitanda ea incommoda, quæ facilè poterant inde oriri, iuſtè fuit ita lata: lex autem iuſta obligat in foro conſcientiæ.

Couarru. numero decimo ſexto, citato, cum Aretino, quod ad legatarios attinet, omnino amplectitur communem opinionem. Quod ad creditores verò ſpectat, ab ea diſſentit, aſſeritque cum Paulo Caſtrẽſi, & alijs, hæredem in foro conſcientiæ illis teneri vltra vires hæreditatis. Cum Couarru. conſentit Aluar. Valaſc. conſul. 52. numero trigeſimo tertio, Gregorius verò Lopez, quamuis multum propendeat in opinionem Pauli Caſtrenſis, etiam quoad legatarios, tandem anceps eſt, an omnino Couar. & alijs ſit adhærendum.

Quid hac de re ſentiam, ſequentes concluſiones explicabunt. Prima eſt: Hæredes inuentarium non conficientes, aut tempus ad deliberandum efflagitantes, etiam in foro conſcientiæ, tenentur creditoribus vltra vires hæreditatis, nulla omnino expectata ſententia. In hac concluſione diſſentimus à communiori opinione Doctorum, cum Couarru. Alua. Valaſc. Gregorio Lopez, & Doctoribus quos citant. Probatur, quoniam, vt diſputatione præcedente dictum eſt, conſentiuntque Doctores omnes; ante l. vltimã. C. de iure deliber. hæredes hoc ipſo, quod hæreditatem adibant, ſiue conficerent inuentarium, ſiue non, tenebantur ex quaſi contractu creditoribus omnibus etiam vltra vires hæreditatis, idque in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia: quoniam diſpoſitio illa neque in præſumptione vlla fundabatur, neque in pœnam id ſtatuebat, ſed in bonum publicum, atque ad vitandas lites, & fraudes volebat, vt, qui hæreditatem adiret, tacitè eo ipſo ad id ſe aſtringeret, onuſque illud ſubiret, æqualiter ſe exponendo commodo, aut periculo hæreditatis, eaque de cauſa concedebatur illi tempus ad deliberandum, ſed lex vltima C. de iure delibera. ſolum ab eo onere exemit eos, qui & inuentarium conficerent, & tempus non peterent ad deliberandum: reliquos verò apertiſſimè ſub onere legum antiquiorum reliquit: neque eſt ius aliquod, quod poſtea eos exemerit: ergo, qui inuentarium non conficiunt, aut tempus petunt ad deliberandum, tenentur hodie creditoribus in foro conſcientiæ vltra vires hæreditatis, ſolum eſt, quod probemus leg. vltimã, C. de iure deliberand. eos ſolos exemiſſe, reliquos verò ſub antiquo onere reliquiſſe. Id quod profectò perſpicuè patet, tum ex tota lege, tum præcipuè ex ijs, quæ ſequuntur. In primis, ex §. cum igitur hæreditas, vbi dicitur, eum, qui certam habet ſpem copioſiſſimam eſſe hæreditatem ad omnia onera ſoluenda, poſſe ſtatim illam adire ſine tempore ad deliberandum, & ſine inuentario: veruntamen integrè manere ſuppoſitum creditoribus, vt illuc uſque ante illam legem fuerat. Deinde ex §. ſin verò poſtquam, vbi commemoratis §. præcedentibus commodis, quæ ea lex eis concedebat qui inuentarium conficerent de eis, qui hæreditatem adirent, neque inuentarium conficerent, ibi dicitur; Debitis hæreditarijs in ſolidum teneantur, nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnandam eſſe cenſuerint. Vbi vides, manifeſte excipi à beneficio, & priuilegio illius legis, & relinqui in antiqua diſpoſitione. Idem quoque perſpicuè patet ex §. ſin autem, quo in loco poſtulantes tempus ad deliberandum, & inuentarium conficientes, ſequentibus verbis docet excipi à priuilegio huius legis, & manere in diſpo-

1. Concluſ.

B C D

ſitione iuris antiqui. Cum enim, inquit, gemini tramites inuenti ſint, vnus quidem ex antiquioribus, qui deliberationem dedit, alter autem nouus à noſtro numine repertus, per quem adeuntes ſine damno conſeruantur; electionem ei damus, vel noſtram conſtitutionem eligere, & beneficium eius ſentire, vel ſi eam aſpernandam exiſtimauerit, & ad deliberationis auxilium conuolauerit, eius effectum habere, & ſi non intra datum tempus recuſauerit hæreditatem, omnibus in ſolidum debitis hæreditarijs teneatur, & non ſecundum modum patrimonij, ſed etiam ſi exiguus ſit cenſus, tamen quaſi hæredem eum in totum obligari, & ſibi imputet, qui pro nouo beneficio, vetus elegerit grauamen. Hæc ibi. Ex quibus luce clarius conſtat, hunc excipi à beneficio huius legis, & relinqui in mera diſpoſitione antiqui iuris.

Secunda concluſio. Hæres inuentarium non conficiens, non tenetur ante latam ſententiam legatarijs vltra vires hæreditatis. Lata autem ſententia illis in foro conſcientiæ vltra vires hæreditatis tenetur, modo tamen in culpa fuerint inuentarium non conficiendo. Prima pars, in qua à communiori ſententia, & à Couarru. non diſſentimus, probatur: quoniam, vt diſputat. præcedente dictum eſt, hæredes ante l. vlt. C. de iure deliber. non tenebantur legatarijs vltra vires hæreditatis, eo quòd legatum ex liberalitate teſtatoris, & non ex ullo debito remanet, eaque de cauſa, ſicut teſtator ad legatum non tenebatur, ita neque hæredes, qui defuncti perſonam repræſentant ad illud ſoluendum tenebantur, niſi iuxta vires hæreditatis: Authentica autem de hæredibus, & Falcidia, in pœnam ad fraudes vitandas ſtatuit, vt hæres inuentarium non conficiẽs, teneretur legatarijs vltra vires hęreditatis, vt ſupra oſtenſum eſt: quare, cùm pœna ante latam ſententiam non debeatur, cõſequens eſt, vt prima pars noſtræ concluſionis vera ſit.

In ſecunda verò parte à Couarruu. & alijs, qui cum illo conſentiunt, diffidemus: notiſſimaque eſt ea pars, poſito quòd in pœnam iniunctum ſit hæredi, vt ſi inuentarium non conficiat, teneatur legatarijs vltra vires hæreditatis: id quod nos ſupra ſatis perſpicuè oſtendimus: Couarruuias autem arbitratus cum communi ſententia ſolum ex præſumptione, quod de bonis hæreditatis eſſet occultatum aut ablatum, id fuiſſe ſtatutum, in eam iuit ſententiam, vt etiam poſt condemnationem, hæres in foro conſcientiæ non teneretur legatarijs vltra vires hæreditatis, legatarioſque, ſi quid ita acciperent conſcij, id tribui vltra vires hæreditatis, teneri in eodem conſcientiæ foro illud reſtituere.

Ad argumenta contrariæ opinionis, quatenus cum his duabus concluſionibus pugnant, ita reſpondendum eſt: Negandum eſt, iura illa fundari in præſumptione, vt ſatis oſtenſum eſt. Neque id probant verba illa, quæ referuntur, quoniam ſolum exprimunt vnam è cauſis motiuis cur lex illa pœnalis in bonum commune meritò ſtatuta ſit, ut ſatis eſt explicatum.

Ad confirmationem dicendum eſt, idcirco eo capite innui hæredes teneri ſolum reſtituere, iuxta vires hæreditatis, quoniam ſupponitur, confectum fuiſſe inuentarium, vt regulariter fieri conſueuit, iureque eſt ſtatutum, vt fiat.

DISPVT. CCXVIII.

De forma inuentarij.

IN inuentario conficiendo ſequens forma ſeruari debet, in primis hæres, ſiue is ex teſtamento ſit, ſiue ab inteſtato, tenetur intra triginta dies incipere inuentarium, vt habetur l. vltima, §. ſin autem dubius, C. de iure deliberan. dubium tamen eſt, vnde hi dies incipere debeant ſupputari. Quidam dixerunt à puncto delatæ hæreditatis, hoc eſt, à morte eius, in cuius bonis ſucceditur. Salycetus, Fulgoſius, & alij dixerunt, ſupputandos eſſe à puncto ſcientiæ, quòd delata ipſi eſſet hæreditas. Atque huius ſententiæ eſt gloſſa in Authentica. Sed cum teſtator in verbo ſtatutum, C. ad legem Falcidiam. Eandem innuit gloſſa in authen. de hæredibus, & Falc. §. Sancimus, verbo tempora. Quin hoc mihi videtur apertiſſimè eſſe ſtatutum, l. vlt. C. de iure deliber. neque expectandum eſse hæreditatis aditionem, vt dies illi computari incipiant, vt Bartol. & alij, quos referemus, affirmant. Primò, quoniam in §. ſin autem dubius, ſic ſcriptum legimus. Vt intra triginta dies poſt apertas tabulas, vel poſtquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam ſibi ab inteſtato hæreditatem cognouerit, numerandos, exordium capiat inuentarium. Ecce, à ſcientia aperturæ teſtamenti, in quo hæres eſt ſcriptus, aut à ſcientia delatæ ſibi ab inteſtato hæreditatis dixit connumerandos. Et idem habetur lege quinta, titulo ſexto, parte ſexta, cuius hæc ſunt verba. *Y deuen començar à hazer eſte inuentario à treinta dias dende que ſupieren, que ſon herederos del finado.* Secundò, quoniam idem innuitur, §. ſin verò poſtquam, dicitur enim: ſi poſtquam adirent, inuentarium facere diſtulerint, & datum iam à nobis tempus ad inuentarii confectionem effluxerit, vbi effluxum trium menſium, aut anni, ſupputandum innuitur, non ab aditione, ſed à principio eadem lege dato, nempe, à puncto ſcientiæ hæreditatem eis eſse delatam. Tertiò, quoniam §. ſin autem hoc ſic habetur: Sin autem hoc aliquis fecerit (ideſt tempus ad deliberandum petierit) & inuentarium conſcripſerit, neceſſe eſt enim omnimodo (ideſt ſiue hæreditatem poſtea adeat, ſiue non) deliberantem inuentarium cum omni ſubtilitate facere, &c. & infra dicitur, quòd ſi poſt deliberationem recuſauerit (hæreditatem ſcilicet) inuentario minimè conſcripto, tunc res hæreditarias creditoribus, aut iis, qui ad hæreditatem vocantur legibus, reddere compellatur, quantitate earum ſacramento accipientium manifeſtanda. Ecce, inuentarium conficere debet hæres, eſto tempus ad deliberandum petat, poſteaque hæreditatem recuſet; alioquin ſi illud facere omiſerit, iuratur aduerſus eum in litem. gloſsa tamen l. vltima, §. ſin autem dubius, verbo, délatam, & Gloſsa verbo conſummationem, C. de iure deliber. dicunt, dum dicitur, à tẽpore ſcientiæ, ſupplendum eſse, & aditæ hæreditatis, & in eadem ſententia ſunt Barto. & communis Doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Gregor. Lop. ad l. 5. titu. ſexto, parte ſexta, & Aluar. Valaſc. conſul. 52. nume. 5. Cenſet tamen Bart. limitandam eſſe, niſi hæres malitioſè differat adire hæreditatem: nam tunc computandi erunt à die ſcientiæ, atque Aluar. Valaſc. ſe vidiſse iudicatum, iuxta eam ſententiam. Conueniunt verò Doctores tam huius, quã præcedentis ſententiæ, ſi adſit legitimum impedimentum conficiendi inuentarium, vt quia hęres erat abſens, vel in vincula coniectus, aut morbo laborabat, aut aliud ſimile, triginta dies non inciperе ſupputari, niſi à tempore, quo ceſsat impedimentum. Ego potius eligerem priorem ſententiam, etiam

Inuentariũ quando incipiẽdum.

etiam in hoc Luſitaniæ regno, quia video eſſe apertam in iure, hæc verò alia non defenditur, niſi peregrinis, & violentis expoſitionibus, quibus noua conditio ſuppletur. Et quoniam nullum illius video ſolidum fundamentum: dicere namque hæredem inſtitutum, aut ab inteſtato, nón eſſe ſimpliciter hæredem ante aditam hæreditatem, vt ſubſcribere debeat in inuentario, ſicut l. vltimâ C. de iure deliber. ſubſcribere præcipitur, nihil ſanè cogit. Tum, quia autores contrariæ opinionis fatentur; ſi malitia hæreditatem non adeat, ſupputari dies illos a puncto ſcientiæ, & tamen neque tunc hæres eſt. Tum, vel maximè, quoniam lex, vt inuentarium validum ſit, conficique omnino debeat; contenta eſt, vt illo imperfecto modo ſit hæres, punitque illum, ſi tempus ad deliberandum petiuit, & recuſat hæreditatem, nec inuentarium intra tempus à lege præſcriptum confecit, vt l. vltima C. de iure delib. apertiſſimè conſtat.

Dubium. Dubium eſt, quid ſi hæres inuentarium non incepit intra triginta dies à tempore ſcientiæ, aut hæreditatis aditæ, ſed tamen illud abſoluit intra tempus datum ad illud abſoluendum, cenſebiturne inuentarium confeciſſe, vt potiri poſſit commodis inuentarium conficientis. Ioann. Andræ. & quidam alij negant: quoniam non eſt ſeruata forma ad illud conficiendum, leg. vltima, C. de iur. deliberan. data. Bart. Cin. & alij, quos Gregorius Lopez ad leg. quintâ, titulo ſexto, parte ſexta, & Aluar. Valaſc. conſ. 52. nume. 8. referunt. ac ſequuntur, affirmant validum eſſe, & hanc affirmat Aluar. Valaſc. eſſe communem ſententiam. *Deciſio.* Eam verò confirmant. Tum, quia illa cenſetur omiſſio leuis ſolemnitatis, quæ actum non vitiat, iuxta l. primam, §. vltimo, ff. de ventre inſpiciendo. Tum etiam, quoniam potius eſt attendendum ad effectum, & ad mentem legis, quam ad eius verba.

Inuentariũ quando abſoluendum. Secundum, in conficiendo inuentario obſeruandum eſt, vt intra alios ſexaginta dies perficiatur. Si tamen res defuncti, vel maxima earum pars diſtant à loco, in quo ſunt hæredes, confici debet intra annum à morte teſtatoris ſupputandum, poſſuntque tunc inſtitui procuratores ab hæredibus, qui illud conficiant vice ipſorum. Ita habetur l. vlt. §. ſin autem dubius, & §. ſin autem à locis, C. de iure delib. Lex tamen Caſtr. 5. titulo ſexto, parte ſexta quando res diſtant, concedit annum vltra tres menſes, ſeu vltra nonaginta dies, qui conceduntur, quando res non diſtant, & ita videtur conſuetudine in eo regno receptum, vt conſtat ex practica Gabriel. Montero. tracta. 7. fol. 172. in principio practicæ *de los inuentarios*.

Vtrum autem iudex abbreuiare, aut prorogare poſſit tempus hoc datum à lege. Aluarus Valaſc. loco citato, numero nono ait, quamuis iudex facultatem habeat à iure abbreuiandi terminos à lege præſcriptos ad iudicandum, vt habetur leg. ſecunda, ff. de re iudicata. Contrarium tamen ex Odofre. & Baldo in re propoſita eſſe magis receptum, quoniam huiuſmodi actus non eſt expediendus per iudicem, ſed per partem, cui terminus eiuſmodi à lege conceditur, ac præſcribitur. Vnde ait, in hoc Luſitaniæ regno ſolere recurri non ad iudicem, ſed ad regem, vt diſpenſet in temporis prorgoatione ad conficiendum inuentarium ex aliquibus iuſtis cauſis, etiamſi minores interueniant, ſubiungitque ſe vidiſſe non ſemel fuiſſe à Rege diſpenſatum.

Intra tempus datum à iure ad inuentarium conficiendum, neque creditores, neque legatarij exigere quicquam poſſunt ab hæredibus, vel illos in iudicium vocare, aut quicquam vſurpare, vel moleſtiam vllam inferre. Id tamen tempus non computatur hæredibus, vt præſcribere poſſint aduer-

A ſus creditores. Hæc omnia habentur l. vltima §. donec tamen, C. de iure delib. & l. 7. titu. 6. par. 6. Notant autem ibi gloſſ. & Grego. Lopez, l. 7. cita. atque Docto. communiter, iuxta varia iura, quæ citant vniuerſim, quando quis à iure eſt impeditus, ne agat, & exigat, tempus illud non computari ad præſcribendum aduerſus ipſum. Additionator ad gloſſ. cita. præterea notat cum Bart. licet hæredes conueniri non poſſint à creditoribus defuncti intra tempus ad inuentarij confectionem datum, hæredes tamen intra idem tempus conuenire poſſe debitores defuncti.

Circa hæc tamen duo præcedentia requiſita in inuentarij confectione. Obſerua, de iure huius Luſitaniæ regni, quando defuncto patre, manent filij, aut nepotes minores, qui hæredes ſint, iudicem intra menſem à morte talis patris teneri conficere inuentarium. Si verò mater moriatur, ſuperſtite patre, aut auo paterno, iudex tenetur præcipere illis, vt intra menſem à morte talis matris illud conficiant, adhibitio eis iuramento, quod legitimè illud efficient. B Similiter, ſi quis alius è vita diſcedat, per cuius mortem hæredes minores aliqui exiſtant, tenetur ſimiliter à die, à quo id ſciuit, præcipere, vt intra menſem fiat ſimiliter inuentarium, eſto autem iudex nihil præcipiat, eo ipſo, quod aliquis parentum è vita diſcedit, relictis deſcendentibus minoribus, qui hæredes ſint ipſius, tenetur parens ſuperſtes, aut auus, ſi vterque parens defunctus ſit, conficere inuentarium intra duos menſes à morte talis parentis, idque coram tabellione iudicis orphanorum, acceptoque iuramento à iudice orphanorum, quod legitimè illud efficiet. Quod ſi quicquam horum prætermittat, ipſo facto incidit in pœnam, vt nunquam hæres eſſe poſſit in bonis talium minorum, & ſi pater ſit, aut auus paternus, amittat vſumfructum in bonis talium minorum, quamuis, quod de vſufructu aui ibi diſpoſitum eſt, per oſcitantiam conditorum legum illarum C ſit ſcriptum, eo quòd in hoc regno auus habeat vſumfructum in bonis nepotum, vt inferius vtrumque copioſius dicetur. Item, mater, aut auus, eo ipſo amittit tutelam, & curam talium minorum. Ita habetur primo lib. ordina. titulo ſexageſimo ſeptimo §. 3. 4. & 6. Obſerua tamen, quòd quia lex iſta pœnalis eſt, locum non habet in foro conſcientiæ ante latam ſententiam, eſto, in ea dicatur ipſo facto: lata tamen ſententia retrotrahetur ad tempus commiſſi delicti, ad effectum amiſſionis vſusfructus, & ſucceſſionis in bonis talium minorum.

Inuentario adeſſe debet notarius, aut tabellio. Tertium in confectione inuentarij requiſitum, eſt, vt adſit Notarius, ſeu tabellio. Ita habetur lege vltima, §. ſin autem dubius, C. de iure delib. Quamuis autem ibi de Tabellionibus in plurali mentio fiat, gloſſa tamen ibi, & gloſſa in Authen. de hæredibus & falc. §. Sancimus, ver. Tabellarius, debet apponi plurale pro ſingulari, & leg. quinta, titu. ſexto, D parte ſexta de Tabellione in ſingulari loquitur. Veruntamen in caſu, vt ſubiungit gloſſa illa prior, neceſſarius eſt alius Tabellio, qui interſit ſubſcriptioni, nempe, quando hæres ſubſcribere neſcit, aut non poteſt, vt dicetur. Debet tamen intereſſe vnus, atque idem Tabellio à principio vſque ad finem inuentarij, vt bene ait Gloſſa in Authentica, De hæredibus, & Falcidia, §. Sancimus, verbo, inuentarium. Aluarus Valaſcus, conſultatione quinquageſima ſecunda, numero vigeſimo quarto, innuere videtur, iuxta praxin huius Luſitaniæ Regni, hoc vltimum non eſſe neceſſarium: ait namque, iuxta eam ſufficere, vt ſolus hæres per ſe conficiat inuentariũ, atq; illud ſubſcribat, & poſtea tradat Tabellioni adhibito iuramento, eoque pacto ſatisfacere obligationi inuentarij, iuuarique beneficio, & vtilitatibus illius.

Citari debent creditores & legatarij.

Quartum eſt, vt citentur creditores omnes, & legatarij, quamuis autem non ſit textus expreſſus, qui id probet de creditoribus, in authentic. tamen de hæredibus, & Falcidia, §. ſancimus, id expreſsè ſtatuitur de legatarijs: atque argumento à minori ad maius id colligunt ex eodem textu gloſſ. ibidem, verbo, fideicommiſſarios, gloſſ. leg. vltim. §. ſin autem dubius, verbo, cæterorum, Cod. de iure deliberand. & gloſſ. in Authentic. Sed cum teſtator, verbo, legatariorū, C. ad l. Falcid. & doctores communiter. Si namque legatarij, cum de commodo tantum ipſorum agatur, citandi ſunt, multò magis citandi erunt creditores, de quorum detrimento vitando agitur.

Quia ad inuentarij confectionem citatio legatariorum, & creditorum requiritur, voluerunt aliqui, quos Aluar. Valaſc. conſultatio. quinquageſima ſecunda, numero 258. refert, neceſſarium eſſe, vt inuentarium fieret coram iudice. Communis tamen opinio, quam ille ſequitur, contrarium affirmat. Poteſt namque citatio fieri de mãdato iudicis, quod in uentario conficiendo ipſe aſſiſtat. Præterea authe. de hæred. & Falcid. §. ſancimus, non iubet legatarios citari, ſed vocari; quod fieri poteſt per Tabellio nem ad petitionem hæredum, vt Paulus Caſtrenſis ait, Aluarus Valaſcus ibidem ait, iuxta praxin huius regni non requiri præſentiam Iudicis, ſed dumtaxat Iudicem præſtare iuramentum hæredi, ſuper inuentario conficiendo. Obſerua tamen, quando defunctus filios minores viginti annis reliquerit, de iure huius Regni iudici orphanorum incumbere intra menſem à die obitus conficere inuẽtarium, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Quando hæredes certi ſunt hæreditatem debita omnia defuncti, & legata longo interuallo excedere, iam diſputatio. 216. ex l. vltim. C. de iure delibera. dictum eſt, neque inuentarium eſſe neceſſarium, nedum obſeruationem ſolemnitatum illius. Quando vero res poteſt eſſe dubia, expedit ſeruentur, vt hære des tuti ſint, ne de ſuo ſoluere teneantur, ac cogantur, quod debitis, & legatis ſatisfaciendis defuerit. Et quod ad citationem legatariorum, & creditorum in hoc euentu attinet, ſi certum eſt, quinam illi omnes ſint, neque abſentes ſint à ciuitate, in qua ſunt hæredes, & fieri debet inuentarium, ait gloſſa in authẽtic. de hæredibus, & Falcidia, §. ſancimus, verbo, ſi verò abſunt, tunc ſinguli in particulari ſunt citandi, vt per ſe, vel per procuratores ſuos interſint, aut certè citandi ſunt qui partes ipſorum agunt, vt tutores, aut curatores, vel maritus, ſignificato illis loco, & tempore, in quo fieri debet inuentarium, neque ſufficit ratio generalis, vt affirmat communis ſententia, quam Aluarus Valaſcus, vbi ſupra, numero vigeſimo primo, refert. Quod ſi aliqui eiuſmodi legatariorum, aut creditorum, qui certi ſunt, abſint, tunc loco illorum adhibendi ſunt tres teſtes, fide digni in eadem ciuitate, aut oppido, & bonæ opinionis, & qui bona habeant ſufficientia, vt ſatisfacere poſſint, ſi ſiniſtrum aliquid fieri permiſerint. Hæc habentur §. ſancimus, cita. & l. 5. titu. 6. par. 6. quæ addit, ſimiliter adhibendos eſſe tres illos teſtes, quando aliqui, qui præſentes ſunt, citati fuerint, non interfuerint, idemque affirmauit Azo. Addit aliam, teſtes cognoſcere debere hæredes. Hoc tamen licet dicat l. vlt. C. de iure delibera. non tamen intelligit, niſi quando hæres neſcit, aut non poteſt ſubſcribere, & ſubſcribit alius tabellio pro eo coram tribus teſtibus. Vtrum autem, ſi aliqui de creditoribus, & legatarijs præſentibus citentur, & alij non, validum ſit inuentarium comparatione eorum, qui præſentes ſunt. Angelic. negauit. Probabilius tamen cum Baldo, & Bartol. eſt contrarium, quod amplecti videtur Aluarus Valaſc. num. 21. cita. Quando dubium eſſe po

A teſt, an bona defuncti ſufficiant oneribus ſatisfaciendis, certumque eſt, aut veriſimile, defunctum reliquiſſe debita, & creditores, ignoraturque quinam ij ſint, citandi ſunt per publicas proclamationes, quæ voce præconis fiunt per plateas, & loca ad id conſueta. Ita cum Barto. & Bald. Maranta, de ordine iudiciorum, part. 6. capitu. de citatione, numero 98. & DD. communiter, Gaſpar Montero. tract. ſeptimo, cita. in practica, *de los inuentarios*, ait, interdum fieri inuentarium ſine iudicis autoritate, miniſterio tabellionis, interdum vero iudicis autoritate, præuijſque tribus publicis præconijs, habereque hoc modo longè maiores vires, lateque tradit formam, qua hoc pacto inuentarium in regno Caſtellæ fiat. Aluar. Valaſ. vbi ſupra, numero vigeſimo ſecundo, ait. Ho die praxis huius regni omnes iſtas ſcrupuloſitates relegauit, quia non requirit citationem non ſolum legatariorum, ſed neque creditorum, & hoc forſan, quia liberum manet illis redarguere inuentarium tanquã B diminutum, vel alias, & ideò excuſatur hodie illorum citatio in confectione: hæc ille. Et loquitr etiam de citatione particulari, quando conſtat quis ſit legatarius, aut creditor. Fortaſſe tamen quando hæreditas debitis multis manifeſtè eſſet implicata, ſiue creditores eſſent certi, ſiue incerti, inuentariumque hæres conficeret, non ſeruata forma tradita in iure, & à nobis, quoad citationem explicata, cogeretur in hoc regno ſatisfacere debitis, & legatis vltra vires hæreditatis, præſertim, quando perſpicuum non eſſet, nihil fuiſſe occultatum, nullamque interueniſſe fraudem. Cæterum hoc peritioribus in praxi iudicãdum relinquo.

Luſitanæ praxis.

Inuentarij aliud requiſitum.

Quintum requiſitum eſt, vt hæres in capite inuentarij propria manu ſignum crucis ſcribat. Ita habetur l. vltim. §. ſin autem dubius, C. de iur. deliberan. & l. quinta, titu. 6. par. 6. quæ addit, vt tabellio ſic incipiat ſcribere. *E nel nõbre de Dios Padre, Hijo, y Spiritu Sancto*, & quamuis quidam aſſeruerint, omiſſio- C nem huiuſmodi ſolemnitatum reddere nullum inuẽtarium, eò quòd ad formam lege præſcriptam pertineant: communior tamen opinio Bar. & aliorum, quos Gregor. Lopez. ad leg. cita. & Aluarus Valaſc. conſulta. 52. numero vigeſimo ſexto, referunt, ac ſequuntur, contrarium meritò affirmant; quoniam eſt admodum leuis illa omiſſio, & de re, quæ nullum omnino præiudicium afferre poteſt, quando autem ſolemnitas eſt talis, etiamſi formæ ſeruandæ inſeratur, omiſſio illius non cenſetur vitiare actum. Et ſaltem conſuetudine iam hodie in hoc regno, & in regno Caſt. introductum eſt, vt eiuſmodi omiſſio non viciet inuentarium: vnde Gaſpar Monteroſo, dum tradit formam conficiendi inſtrumentum inuentarij, eius ſolemnitatis non meminit.

Sextum eſt, vt in eo ſcribãtur res omnes mobiles, & immobiles. Ita habetur l. vltima, §. ſin autem du- D bius, C. de iure deliberandi, & l. quinta, titu. ſexto, part. ſexta. Intra ea autem ſcribenda ſunt nomina debitorum, & inſtrumenta defuncti, quoniam de numero ſunt rerum, ac bonorum illius. Ita Greg. Lopez ad l. quintã, citat. & Aluarus Valaſcus, conſulta. quinta, numero primo. Vtrum autem in eo neceſſario ſcribenda etiam ſint depoſita apud defunctum, & ei accommodata. Multi affirmant, quos ibidem Aluar. Valaſcus refert. Contrarium verò videtur de rigore verum, eo quod non ſint de numero rerum hæreditariarum. Conſulit tamen Aluar. Vala. vt ſcribantur, ſed cum declaratione, quod depoſita, aut cõmodata ſint, & ita affirmat conſueuiſſe fieri. Quando autem defunctus reliquit filios minores vigintiquinque annis, lib. primo ord. huius Luſitan. regni, titulo 67. §. 3. præcipitur Iudici orphanorum, vt in inuentario ſcribi faciat omnia hactenus enumerata eo modo quo ſcribẽda eſſe dictum eſt, & ẽt vt in eodem

dem inuentario ſcribantur debita omnia defuncti. Fructus,& acceſſiones hęreditati poſt mortem defuncti,ſcribi etiam debent in inuentario, vt cum alijs,quos citat,ſcribit Aluar. Valaſ. & ita ait conſuetudine eſſe receptum.

Quod ſi hæredes aliquid de hæreditate ſurripiant, aut celent, puniuntur pœna dupli,quod quãtitati hæreditatis accreſcat. Ita habetur l. vlt. §. licentia, C. de iure delib. Hæc autem pœna, ſi textus ille rectè expendatur, non tam in bonum aliorum hæredum,qui in ea culpa nõ fuerint, eſt ſtatuta, quam in bonum creditorum, & legatariorum, vt plura ſint bona hæreditatis, vnde integrè debita & legata melius ſolui poſſint. Quare ex eiuſmodi occultatione bonorum hæreditatis non redditur nullum inuentarium,quaſi non fuiſſet confectũ: tunc enim locum non haberet ea pœna,quando quidem,ea ſecluſa,tenerentur hæredes ſatisfacere debita,& legata,etiam vltra vires hæreditatis: quod memoriæ eſt commendandum.

De iure huius Luſita. Regni,lib. 1. ordi. tit. 67. §. 8. ſtatuitur, quando minores aliqui ſunt hæredes, inuentariumque de mandato iudicis conficitur in euentibus ſupra explicatis, ſi à matre, aut patre ſuperſtite, aut ab aliquo alio qui inuentarium facere præcipiatur, aliquid fuerit ſubnegatum, neque in inuentario ſcriptum,amittat illud totum,vt integrũ ſit ſolum talium minorum, & inſuper ſoluat eiſdẽ minoribus duplum æſtimationis eius, quod ita fuerit ſubnegatum,eſto, qui rem illam ſubnegauit, nihil iuris ad rem ita ſubnegatam habuerit, & præterea,vt puniatur pœna periuri.

Gama,deciſ. 148. arbitratur, ſi ſint aliqui cohæredes cum minoribus, eiuſmodi pęnam applicandam ſimul eſſe cohæredibus, qui non deliquerunt, non obſtante diſpoſitione illa ordinationis huius regni. Ducitur, quoniam pœna illa de iure communi, §. licentia, cita. impoſita etiam erat, applicandaque erat omnibus hæredibus: ordinatio verò eo pacto eſt locuta,quia frequentius accidit, vt in illo euentu applicetur ſolis minoribus, & quoniam collocata fuit in titulo vbi de minoribus, & iudice orphanorum agebatur. Contrarium tamen iudico eſſe verum cum collega alio, à cuius opinione ipſe ait, ſe diſcedere. Tum quia ordinatio manifeſtè id ſonat, violentaque eſt expoſitio, atque rationes,quas reddit,minus efficaces ſunt. Tum præcipuè,quoniam de iure communi ſolum ſtatuebatur,vt accreſceret hæreditati,vt plus eſſet vnde debita, & legata defuncti ſoluerentur, atque adeò in commodum ſolum legatariorum, & creditorum ſancita videtur,ſupponiturque culpam ab hæredibus omnibus, ſiue vnus eſſet, ſiue plures, commiſſam eſſe,neque ſatisfactis integrè creditoribus, & legatarijs, hæredes, qui culpam commiſerant, excludebantur ab eo, quòd hæreditati ea ratione accreuiſſet: in ordinatione autem huius regni, qui culpam commiſit, omnino excluditur à participio, tum rei, quam occultauit,tum pœnæ dupli,quam cogitur ſoluere. Illud affirmarem, ea omnia bona accreſcere hæreditati ad effectum, vt ex tota hæreditate ſatisfiat integrè creditoribus, & legatariis, iuxta diſpoſitionem iuris communis. Si tamen ex hæreditate, detractis illis omnibus,integrè ſatisfieri poteſt creditoribus, & inſuper legatariis, obtinentibus deſcendentibus defuncti ſuas integras legitimas portiones, tunc pœna dupli applicanda eſt ſolis minoribus, atque id etiam rei occultatæ, quod occultanti obuenire debeat,vt ordinationes huius regni perſpicuè ſtatuũt: à reliquo autem excludendi non ſunt cohæredes maiores, qui in culpa non fuerunt, quandoquidem id omne ſimiliter fuiſſent conſecuturi,ſi res illa ſcripta fuiſſet in inuentario.

A Ex hactenus dictis patet, quid dicendum ſit ad caſum quotidianum in hoc Luſitaniæ Regno in confeſſionibus, de quo ſæpe interrogant confeſſarij. Viduæ,quibus liberi remanſerunt ex marito defuncto,præſertim ſi diuites non ſint, dum inuentarium conficiunt,celare ſolent aliqua contra iuſiurandum quod eis adhibetur. Interrogant verò confeſſarij, quid in eo euentu ſit faciendum. Dico, quamuis lethaliter peccent, tum peccato periurij, tum etiam iniuſtitiæ, ſi res ſint notabilis quantitatis, neque eas reſeruent, vt cum filijs licitè illas inſumant, ita vt inde nullum filijs detrimentum in ſuis bonis eueniat, nihilominus inuentarium eſſe validum,neque ad pœnas teneri ante latam ſententiam. Quod, ſi ſine detrimento ſuæ famæ,& ſine periculo, ne periurij,alijſque pœnis afficiantur, res illas manifeſtare poſſent, vt in inuentario ſcriberentur, ad id eſſent cogendæ,præſertim, ſi ſe iuramento aſtrinxerunt, quod ſi quid poſtea ipſis occurreret, quod [B] in inuentario ſcriptum non eſſet, id manifeſtarent. Quia tamen hoc ſine magno ſuo periculo, & detrimento ordinariè præſtare non poſſunt,curare debent confeſſarij, vt nullum inde detrimentum ſequatur minoribus, ſed id reſarciant,vel cum minoribus ipſis inſumendo, ita vt tantundem de ſumptibus neceſſariò ex bonis eorundem minorum faciendis compenſent,vel alia via prouideatur, vt nullum omnino detrimentum inde minoribus proueniat. Quo loco, obſerua ordin. huius regni,libro primo titulo ſexageſimo ſeptimo,§. tertio, diſponere,quod ſi res in inuentario ſcriptæ mobiles ſint,quæ in ſuſtẽtationem minorum inſumatur,aut quas minores illis vtendo (vt ſi veſtes,aut ſimiles res ſint) atterant, matrem,aut quemuis alium ipſorum tutorem,vel curatorem, non teneri illas reſtituere, niſi quales fuerint repertæ tempore,quo, ſui iam iuris illis effectis, bona ſua eis ſint reſtituenda.

C Quando aliqua bona hæreditatis poſtea reperiuntur,quæ ſcripta non fuerunt in inuentario,præſumitur dolo non fuiſſe ſcripta, ac proinde punitur hæres,qui illa non ſcripſit pœnis ſuprà explicatis, niſi ſufficienter probet ex ignorantia, aut iuſto errore eas non ſcripſiſſe: ſi tamen proteſtatus fuit, quod ſi quæ aliæ res poſtea apparerent, illa manifeſtaret,atque ſcribi faceret,quamuis aliqui reclament, Alu. Val. conſil. 52. nume. 16. cum multis alijs affirmat, tunc non præſumi dolum, pœnamque euadere. & Gama. deciſio. 148. refert ita in hoc Regno fuiſſe iudicatum in quodam particulari euentu. Excipitur, niſi de dolo conſtet,aut vehementer præſumatur,vt ſi diu,poſtquam ſciuit res eſſe hæreditarias,illas non manifeſtauit,neque ſcribi fecit.

Si aliquid in inuentario per errorem fuit ſcriptum,tanquam res hæreditatis, cum tamen id ad hæreditatem non pertineret, vtrum iudicandum ſit [D] pertinere ad hæreditatem, neque in contrarium audiatur hæres,qui illud per errorem ſcripſit. Dicendum eſt,ſi eſt res alicuius tertij audiri illũ,& ſi id ſufficienter probet,illi reddi. Si vero ſit hæredis, voluerunt aliqui non audiri, ſed præſumptione iuris, & de iure cenſeri eſſe hæreditatis, eaque de cauſa non admitti probationem in contrarium, argu. tex. in l. vltim. §. ſin autem, C. arbitrium tutelæ, vbi habetur, quod ſi tutor,aut curator aliquid ſuum ſcripſit,tanquam eſſet minoris in inuentario publicè facto,non auditur poſtea,ſed ſub præſumptione iuris, & de iure cenſetur eſſe minoris. Meritò tamen Aluarus Valaſc. loco citato. num. 12. contrarium affirmat: quoniam lex illa exorbitans eſt, neque ex ſimilitudine extendenda eſt ad alium caſum, eaque de cauſa ſolum id habet locum in tutore, & curatore, qui publicè inuentarium ita de bonis minoris confecit.

Dubium.

Deciſio.

Vtrum autem neceſſe ſit ſcribi in inuentario æſtimationem rerum hæreditariarum. Quidam affirmarunt. Contrarium tamen cum alijs, quos citat, meritò aſſerit Aluar. Valaſc. conſul. 52. numero 2. quoniam non eſt textus, qui id aſſerat, nam l. vlt. §. ſin autem dubius, C. de iure deliber. ſtatuit quidem debere ſcribi quantitatem rerum hæreditariarum, quando multæ numero ſunt, vel in pondere, numero, aut menſura conſiſtunt, non verò æſtimationem. Atque ita ait Aluar. Valaſc. ſeruari in praxi. Obſerua tamen, quando hæredes ſunt minores orphani, ordin. huius regni, lib. primo, titu. 67. §. 3. præcipere, vt ſtatim fiat partitio bonorum, & vt in inuentario rerum, quæ orphanos minores contingẽt, non ſolum ſcribatur numerus rerum, ſed etiam æſtimatio earum.

Poſtremum requiſitum eſt, vt hæres in calce inuentarij ſubſcribat, aſſerendo res omnes hæreditatis eſſe ſcriptas, nulloque dolo, ſeu malignitate fuiſſe vſum, aut vſurum in futurum: quod ſi ſubſcribere neſciat, aut non poſſit, adhiberi debet alius tabellio, qui loco illius ſubſcribat. Ita habetur l. vlt. §. ſin autem dubius, C. de iure deliber. Quando autem res ſunt in loco diſtanti, eaque de cauſa, inuẽtarium fit per procuratorem hæredis, ſatis eſt ſi procurator ille ſubſcribat, vt multi, quos Gregor. Lopez ad l. 5. ti. 6. par. 6. & Aluar. Valaſc. conſi. 52. referunt, ac ſequuntur, affirmant ſatis conſone ad l. vlt. §. ſin autem à locis, C. de iure delib. Greg. Lopez loco cita. ait, ſe credere non eſſe in vſu in Regno Caſt. eiuſmodi ſubſcriptionem ſub ea forma, & ita ut adhibeatur alius tabellio, ſi hæres ſubſcribere nequeat, neque Gaſpar Monteroſo, in practica conficiendi inſtrumentum inuentarij huius ſolemnitatis meminit. Idem loco etiam citato affirmat Aluarus Valaſc. eſſe in hoc Luſitaniæ regno, ſed ſatis eſſe inquit, ſi hæres ſuo ſigno proprio, modo in hoc regno ſe ſubſcribat. Et lib. 1. ordin. tit. 67. §. 6. quando hæredes ſunt minores orphani, ſolum præcipitur, vt is, qui conficit inuentarium, ſe ſubſcribat. Denique omnes tam circa hanc, quàm circa cæteras ſolemnitates ad inuentarium requiſitas conueniunt, ſtandum eſſe conſuetudini cuiuſque loci, quoniam hæc omnia ſtatuto, aut conſuetudine aboleri poſſunt. Lege Doctores, quos Alu. Valaſc. loco cit. num. 32. ad hoc citat.

Quando multi ſunt hæredes, omnes inſimul tenẽtur conficere inuentarium: niſi, ad vitandam moleſtiam, & expenſas vni eorum id committant, arg. l. ſi quis. ff. de eden. Ita Aluar. Valaſ. conſi. 52. nu. 34. & alij, quos citat.

Eſto inuentarium modo hactenus explicato fuerit confectum, poſſunt creditores & legatarii, ſi arbitrentur maiorem eſſe hæreditatem id probare, tum alijs vijs, ſi quæ innotuerint, tum etiam iuramento hæredum, tum denique tormento mancipijs familiæ adhibito, vt id detegant, ſi indicia ſint maiorem eſſe hæreditatem. Ita habetur l. vlt. §. licentia, C. de iu. delib. & in Auth. de hære. & Falc. §. ſi verò abſunt.

DISPVT. CCXIX.

Vtrum teſtator remittere poſſit hæredi inuentarij confectionem, qui item alij conficere teneantur inuentarium. Et num eis poſſit remitti.

Teſtator remittere non poteſt hæredi inuentarii confectionem comparatione creditorum. Quod ſi remittat, eſt nulla remiſſio, & tenetur nihilominus illis hæres vltra vires hæreditatis, ſi inuentarium non conficiat. Ita communis opinio, quam

A referunt, & ſequuntur Couar. c. 1. de teſtam. nu. 17. Iul. Clar. 3. lib. ſent. §. teſta. q. 66. & Aluar. Valaſc. conſi. 52. num. 33. Ratio autem eſt: quoniam teſtator nullum præiudicium afferre poteſt ſuis creditoribus, neque diſpoſitione ſua poteſt reddere deteriorem eorum cauſam. Comparatione verò legatariorum, quin & fideicommiſſariorum vniuerſalium remittere poteſt confectionem inuentarij, ita ut, eſto, poſt talem remiſſionem illud non conficiat, nõ teneatur ſoluere legata vltra vires hæreditatis, & poſſit ab eis detrahere falcidiam, & quartam Trebellianicam à fideicommiſſo vniuerſali. Ita quicquid aliqui cõtrarium dixerint, communis opinio, quam referunt & ſequuntur Couarr. & Iulius Clar. locis citatis, & Moli. lib. primo, de primog. c. 28. num. 14. Quoniam cum teſtator omnibus his liberaliter ſua bona relinquat, nullam iniuriam illis facit, eximendo ab eo onere hæredem, neque eſt ius, quod id impediat.

B Vtrum autem hæres comparatione fideicommiſſarij vniuerſalis teneatur conficere inuentarium, & ſi id non efficiat, incidat in pœnas l. vlt. C. de iure deliber. & in Auth. de hæred. & Falc. ſtatutas. In primis reſpondetur, id teneri conficere, vt Molina li. 1. de primog. c. 28. num. 1. & 7. cum communi Doctorum ſententia affirmat, id tamen l. vlt. C. de iu. deliber. & Auth. de hære. & Falc. non præcipiunt, quoniam, vt dicemus, ſolum loquuntur comparatione creditorum, & legatariorum, ac fideicommiſſariorum particularium. Neque item id probant gloſ. quas citat, quoniam ſimiliter non loquuntur de fideicommiſſariis vniuerſalibus, vt eas legenti eſt manifeſtum, veruntamen id perſuadet legitima ratio, quoniam cum rationẽ de hæreditate reddere teneatur eiuſmodi fideicommiſſario tempore, quo per ſe, vel per ſuos hæredes eam reſtituerit, vtique ad petitionem illius cogi poteſt, & debet, vt quando illam C occupat, inuentarium conficiat, vel poſtea, ſi id eo tẽpore non confecit. Id prætereà confirmant multa, quæ Pinel. l. 1. par. 2. nu. 22. & 23. C. de bon. mater. pulchrè adducit.

Quod ad pœnas attinet, cum deducto ære alieno, & perſolutis legatis, reſtituere præcipiatur, vel totam hæreditatem, vel quotam illius reſeruata ſibi quarta Trebellianica, niſi alioquin quarta pars ipſi remaneat, vtique locum non habet, quod in pœnã, vltra vires hæreditatis, fideicommiſſum vniuerſale reſtituat. Ac ſanè, ſi verba, & intentum l. vlt. C. de iure delib. & Auth. de hæredib. & Falc. expendantur, comperietur, ſolum eſſe ſermonem de hærede, comparatione creditorum, legatariorum, & fideicõmiſſariorum particularium, qui de numero legatariorum ſunt, non verò comparatione fideicommiſſariorum vniuerſalium.

D Quidam, quos Molina loco cita. nu. 5. refert, voluerunt, ſi hæres inuentarium non conficiat, concedi fideicommiſſario vniuerſali iurari in litem aduerſus eum, ducti l. vlt. §. ſin autem hoc, verſic. quod ſi poſt. C. de iu. delib. attamen lex illa ſolum id concedit creditoribus, & hæredibus, qui loco illius hæreditati ſuccedunt; idque ſolum quando hæres inuentarium non confecit, petieratque prorogationem tẽporis ad deliberandum; & hæreditatem repudiauit: pœna autem extendi nequit vltra caſus à iure expreſſos. Ita Moli. nu. 5. cita. cum Cumano, & alns, tametſi non ita exactam rationem reddant. Quod ſi quis argumentetur. Tutor, qui ſine iuſta cauſa inuentarium non confecit, cenſetur dolo id non confeciſſe, iuraturque aduerſus eum in litem, vt habetur l. tutor, in princ. ff. de adminiſt. tut. ergo idem erit in hærede comparatione fideicommiſſarii. Neganda erit conſequentia cum Molina loco cit. nu. 9. & pleriſque aliis, quos refert, quoniam in pœnam tuto-

ri

ri ſtatutum eſt in fauorem minorum, neque pœna illa extendenda eſt ad caſum à iure non expreſſum. Præſertim cum Molina ibidem ſubiungit, longè diuerſa ſit ratio in tutore, & in hærede comparatione fideicommiſſarij, eſt tamen animaduertendum, quòd, ſi poſtulante fideicommiſſario, iudex, vel hæredi, vel alteri fideicommiſſario anteriori, ad quem fideicommiſſum deueniſſet, præcepiſſet conficere inuentariũ, iſque non paruiſſet, tunc ob eiuſmodi contumaciam fideicommiſſario concederetur iurare in litem, idemque eſſet in quocunque alio euentu, in quo iudex cuiuis alteri præciperet inuentarium facere, iſque non paruiſſet. Ita Molina ibidem nume. 20. iuxta illa verba l. 1. ff. de in litem iuran. cum verò dolus, aut contumacia non reſtituentis, vel non exhibentis punitur, quanti in litem iurauerat alter, &c.

Vtrum autem, ſi hæres grauatus, inuentarium non conficiat, detrahere in pœnam non poſſit Trebellianicam, ſicut detrahere à legatis non poteſt falcidiam. Couar. de teſ. c. Raynutius. §. 12. num. 1. & Mol. li. 1. de primog. c. 17. nu. vlt. cum pleriſque alijs cenſent, detrahere eam non poſſe, quoniam, quæ de Falcidia in iure ſancita ſunt, eo ipſo conſtituta cenſentur de Trebellianica, &ècontario, vt dũ de fideicommiſſis habitus eſt ſermo, dictum eſt. Contrarium affirmat Ant. Gom. 1. tom. var. reſo. c. 5. num. 12. cum Bar. & multis alijs, nempe, detrahere nihilominus poſſe Trebellianicam. Quoniam quòd hæres non conficiens inuentarium detrahere non poſſit Falcidiam, ſtatutum fuit in pœnam, vt ſupradictum eſt, neque iura, quæ id ſtatuũt, loquuntur de fideicommiſſarijs vniuerſalibus, ſed de particularibus, vt dictum eſt, qui legatarij re ipſa ſunt, pœnæ autem extendendæ non ſunt vltra caſus iure expreſſos, & quoniam non erat eadem ratio, vt idem ſtatueretur de fideicommiſſarijs vniuerſalibus propter, ea quæ hactenus dicta ſunt. Ex his duabus ſententijs hæc poſterior videtur probabilior, tum quia benignior, tum etiam, quoniam regula, cui autores contrariæ ſententiæ nituntur, intelligenda eſt, quoad diſpoſitiones, quæ pœnæ non ſunt, in pœnalibus autem diſpoſitionibus illa alia regula ſemper præualere debet, quod extendenda pœna non ſit ultra caſus à iure expreſſos. Atque in hoc Luſitaniæ Regno poſteriori ſententiæ ſtabitur in iudicando, eò quòd Bar. ſit, neque glo. vlla Accurſij ſit, quæ contrariuum doceat.

Quæ de hærede comparatione fideicommiſſarij dicta, vtrumque inuentarium conficere teneatur, & vtrum ſi illud non conficiat, incurrat pœnas iure ſtatutas contra hæredem comparatione legatariorũ, & creditorum inuentarium non conficientem, & an teſtator remitere illi poſſit inuentarij confectionem, intelligenda ſimiliter ſunt de ſucceſſore primo in maioratu ex teſtamento inſtituto, comparatione ſequentis, neque inuentarium conficiente, quoniam eſt par ratio, vt latè cum alijs tradit Molina, c. 28. cita.

Succeſſor primus in maioratu.

Quando hæres grauatus inuentarium non confecit, ſucceditque fideicommiſſarius, antequam creditoribus, & legatariis ſit ſatisfactum, tenetur inuentarium conficere, alioquin ſatisfacere tenetur vltra vires hæreditatis, creditoribus, & legatarijs. Ratio eſt, quoniam licet hæres non ſit, loco tamen hæredis habetur, eaque de cauſa, quod hæres præſtare tenebatur, nec præſtitit, tenetur ipſe ſub eiſdem pœnis efficere. Ita cum Bar. & pleriſque alijs, quos citat Moli. libro primo, de primog. cap. vigeſimo octauo, num. 6.

De vſufructuario non legali, qualis eſt omnis alius à patre, qui vſumfructum habet bonorum aduentitiorum filij familias, diximus diſput. 7. quas cautiones præſtare teneatur. Dubium eſt, vtrum conficere teneatur inuentarium rerum, quarum habet vſumfructum. Cum tex. l. 1. §. rectè, ff. vſufructuar. quemad. caueat. dicat, rectè facient Dominus, & vſufructuarius, ſi in ſcriptis redigant res fruendas, gl. ibidem ait, conſilium eſſe, vt fiat, Pinel. l. 1. par. 2. numero 22. C. de bonis mater. reijciendam cenſet eiuſmodi gloſſam, multiſque contendit vſufructuarium teneri cõficere inuentarium ex eo capite, quod teneatur reddere rationem proprietario, & quod ex inuentario nullum detrimentum ipſi, aut proprietario ſequatur. Exiſtimo dicendum eſſe, in hoc ſenſu non teneri, quòd ſi illud non conficiat præſertim proprietario non poſtulante, in nullam incidit pœnam, neque aduerſus eum in litem poteſt iurari, & fortè non aliud voluit gloſ. illa atque hoc ſolum eſt, quod textus ille innuit. In eo verò ſenſu teneri, quod cum rationem reddere teneatur rerum, quas fruendas accipit, ſi id proprietarius poſtulet, omnino conficere illud teneatur, præſumptioque ſit de dolo, ſi renuat. Quòd ſi iudicis accedat præceptum, neque opere id impleat in litem iurare, poſſet proprietarius aduerſus illum, iuxta ea, quæ ex l. 2. ff. in litem iurando, ſuprà dicta ſunt, in aliaſque pœnas incidet, ſi iudex eas illi ſtatuerit. Atque hoc eſt, quod probat Pinel. vbi ſup. Moli. li. 1. de primog. c. 28. nume. 8. & 9. & DD. communiter.

Dubium eſt, vtrum teſtator remittere poſſit vſufructuario, quem ex teſtamento relinquit, inuentarij confectionem. Iaſ. Alex. & communis ſententia negat, quam referunt, & ſequuntur Pinel. l. 1. par. 2. num. 76. C. de bon. mater. & Iul. Clar. tertio libro ſent. §. teſtamentum, quæſt. 66. Id verò probant, quoniam, vt diſput. 7. l. 1. C. de vſufructu. & l. pen. C. vt in poſſ. leg. oſtenſum eſt remittere non poteſt cautionem de reſtituendis rebus, quibus fruitur, & alias, de quibus diſputat. 7. dictum eſt: ergo neque remittere poteſt confectionem inuentarij de eiſdẽ rebus, quod cautionem antecedere debet, neceſſariumque eſt, vt quod cautione pollicetur, opere exequatur. Molina tamen li. 1. de primog. capit. 28. nume. 15. & pauci alij, quos Pinel. loco cita. refert, cenſent poſſe à teſtatore remitti vſufructuario inuentarij confectionem, quoniam, inquiunt, lex illa, quæ ſtatuit remitti eidem non poſſe cautionem, exorbitans eſt, vt Pinellus etiam confitetur: quare cum de inuentario nihil dicat, extendenda non eſt ad inuentarium. Præſertim, cum inuentarij confectio remitti poſſit hæredi comparatione legatariorum, & fideicommiſſariorum, & tutori, vt ſupradictum eſt, neque minus his occaſio deliquendi ex tali remiſſione præbeatur, quàm vſufructuario, quæ eſt cauſa, quam aduerſarij reddunt, cur vſufructuario remitti non poſſit. Veruntamen, Molina loco citato addit, eſto teſtator hæredi, tutori, aut vſufructuario, inuentarij confectionem remittat, ad petitionem nihilominus eorum, quibus rationem reddere debent, & quorum ita intereſt, cogi poſſe facere deſcriptionem eiuſmodi rerum, idque iudicem præcipere poſſe, & debere; ſi autem iuſſus renuat, iurari poſſe aduerſum eum in litem, vt ſupra dictum eſt: atque ibidem, & capit. 15. nume. 33. diuerſum quid eſſe inuentarium ab eiuſmodi deſcriptione.

Ego ſub aliorum iudicio dicerem, ſolum hæredem comparatione creditorum, & legatariorum teneri conficere inuentarium ſub forma, & cum ſolemnitatibus, quæ l. vl. C. de iure deliberandi. & in auth. de hæred. & Falc. traduntur; non verò comparatione aliorum, item quibuſdam præcipi in iu-

re. vt inuentarium conficiant, nullo efflagitante, & ſub certo modo, & forma, aut tempore, vt hæredibus, & tutoribus, atque horum comparatione dicerem, habere locum eam quæſtionem, num remitti eis poſſit obligatio illa, quæ à iure ipſis eſt iniuncta. Et quod ad hæredem attinet, reſpondimus teſtatorem comparatione creditorum non poſſe eam remittere, ſecus verò comparatione legatariorum Quod verò attinet ad tutorem, à iure eſt expreſſum. Quando à teſtatore remitti poſſit. Huiuſmodi autem remiſſiones, licet proſint, ut interim dum illi, quibus rationem reddere tenentur, & quorum intereſt, id non poſtulant, immunes à pœna ſint, inuentarium non conficiendo, & inſuper, vt dum efflagitant, non teneantur illud efficere in ea forma, & cum eo rigore, quo alioquin iuris diſpoſitione illud efficere tenebantur: nihilominus immunes eos non reddunt, vt efflagitantibus iis, quorum intereſt, deſcriptionem facere non teneantur eorum bonorum, quorum reddere debent rationem, & vt talem eam faciant, quæ fidem in iudicio efficiat, ſecuroſque eos reddat, quorum intereſt: imò verò, ſi id tunc conficere renuant, ſuſpectos ſeipſos de dolo reddent, accedenteque iudicis mandato, ſi non pareant, puniri poſſunt, & debent, iuxta ea, quæ hactenus dicta ſunt. Vtrum autem eiuſmodi deſcriptio inuentarium appellanda ſit, quæſtio eſt de vocabulo, negandumque non eſt, ſæpe inuentarium nuncupari. Quoad reliquos verò, quibus in iure iniunctum non eſt, vt inuentarium efficiant, de quorum numero eſt vſufructuarius, locum non habet quæſtio, vtrum remitti eis à teſtatore poſſit inuentarij confectio, quoniam remiſſio ſupponit onus iniunctum. Atque de his omnibus vniuerſim dico, in nullam incidere pœnam, ſi interim, dum id illi, quorum intereſt, non efflagitant, deſcriptionem non cõficiant: quando verò id illi efflagitant, idem dicendum eſt, quod proximè de iis eſt dictum, quibus inuentarii confectio, ad quam alioquin tenebantur, facta eſt remiſſio. Atque hoc fortè eſt, quod Molina locis citatis voluit, licèt non planè ſeipſum explicauerit, & quod Doctorum ſententias, alioquin diſſidentes, magna ex parte in concordiam reducit, & denique quod omnino cum praxi conſentit, iuraque conciliat.

Hinc melius diſſoluetur illa quæſtio, an pater vſufructuarius in bonis aduentitiis filii, conficere teneatur eorum inuentarium, vt filio poſt patris mortem, aut cum in hoc Luſitaniæ, & in Caſtellæ Regnis factus fuerit ſui iuris, reſtituantur. (Quæſtio.) Communis Doctorum ſententia negat, quam Pinellus l. prima, parte ſecunda, numero vigeſimoprimo, C. de bonis maternis refert, eamque colligunt Doctores ex l. cum oportet, §. non autem, illis verbis, neque ratiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre. C. de iure deliberan. Si enim filius rationem adminiſtrationis eorum bonorum exigere non poteſt à patre, vtique neque pater inuentarium eorum tenetur conficere. Pinell. tamen ibidem numero vigeſimotertio, & in Authent. niſi tricennale, nume. ſexto, cum quibuſdam aliis, quos citat, affirmat, conficere teneri inuentarium, quoniam id nullum præiudicium affert patri, & quoniam licet filius de iure communi; interim dum pater viuit, non poſſit exigere à patre rationem adminiſtrationis, ea tamen bona reddenda ſunt poſt mortem patri, quod vt fiat, neceſſe eſt redacta ſint in inuentarium. Noſtra autem ſententia eſt, in iure iniunctum non eſſe patri, vt inuentarium conficiat eo pacto, quo hæredi, & tutori id eſt (Deciſio.) iniunctum, nihilominus, quando, vel ex partitione bonorum illius, cui talis filius ſuccedit, vel aliunde non conſtat, quæ bona aduentitia talis filij accepe-

A rit ad fruendum, in foro conſcientiæ teneri patrem facere talem eorum deſcriptionem, vt poſt mortem ſuam conſtet, quænam ea fuerint, vt filio tradantur, & in foro exteriori ad id poſſe, & debere compelli, filio id poſtulante, aut iudice, ex ſuo officio id illi præcipiente. Atque hoc ſolum eſt, quod Pinellus loco citato voluiſſe videtur, in eumque modum illud intelligit, eiuſque ſententiam approbat Molina, libro primo, de primogen. capit. decimoquinto, numero trigeſimotertio. De iure tamen huius Luſitaniæ Regni, libro primo, ordin. titu. 67. §. 6. quando vxor ex hac vita diſcedit, remanentque filii minores pater intra duos menſes à morte vxoris conficere tenetur inuẽtarium coram tabellione iudicis orphanorum, accepto prius à iudice orphanorum iuramẽto: alioquin amittit vſumfructum eorum bonorum inciditque in alias pœnas, vt diſputatione præcedente dictum eſt. De inuentario tutoris paulo poſt dicetur.

B Vtrum prælatus facere teneatur inuentarium de bonis ſuæ Eccleſiæ. Multi, quos Couarr. cap. primo, de teſt. nume. 9. refert, affirmant: quoniam iniquiunt æquiparatur tutori, qui inuentarium conficere tenetur de bonis pupilli, Panorm. & alii, in quorum ſententiam Couarru. videtur propendere, negant: quoniam id nullibi in iure eſt cautum. Obſerua tamen, in meliorem conſeruationem rerum Eccleſiaſticarum, l. 6. titu. 2. lib. 1. nouæ collect. in regno Caſt. prælatis, & Abbatibus præcipi, vt coram Capitulo illud efficiant, cum primum in Epiſcopatum, aut Abbatiam præficiuntur, præſcribiturque quarum rerum illud debeant efficere.

DISPVT. CCXX.

De tutore, & curatore, & quotuplex vterque ſit. C

INterim dum aliquis ſub patria eſt poteſtate, eſtq; defuncta ſit mater, aut aliunde bona habeat aduentitia, neque tutor, neque curator locum habet comparatione illius, vt patet Inſtitu. de tutelis, in princip. & l. vlt. in princ. C. de cura. furioſi, vbi habetur, etiamſi furioſus caſtrenſe habeat peculium, ſi tamen ſub patria ſit poteſtate, curatore non indigere, ſed patrem adminiſtrare tunc etiam peculium illius Caſtrenſe.

De iure communi ſupremus aſcendens per lineam maſculinã, qui fuerit ſuperſtes, habet ſub ſua poteſtate omnes ſuos deſcendentes: nempe filios, nepotes, pronepotes, &c. eſtque vſufructuarius in omnibus eorum bonis aduentitiis, illaque adminiſtrat. Proauo autem defuncto, ſi ſuperſtes ſit auus per lineam maſculinam poſteri illius per lineam etiam D maſculinam, reincidunt in ipſius poteſtatem. Hoc etiam defuncto, pater ſuperſtes habet ſub ſua poteſtate omnes ſuos filios, eſtque ſimiliter vſufructuarius, atque adminiſtrator bonorum aduentitiorum talium filiorum.

De iure verò Luſit. & Caſt. Regnorum, eo ipſo, quòd aliquis vxorem ducit, definit eſſe ſub patria poteſtate, eaque de cauſa ſoli filii comparatione patris dicuntur eſſe ſub patria poteſtate, ſoluſque pater eſt vſufructuarius, & adminiſtrator bonorum aduentitiorum eiuſcemodi filiorum, vt hæc omnia, cum de patria poteſtate fuerit ſermo, oſtendentur. Quamuis autem ord. Luſit. lib. primo, titu. 67. §. 6. & 31. apertè dicant, filios & nepotes per lineam maſculinam eſſe ſub poteſtate aui, & auum eſſe vſufructuarium in ipſorum bonis; id tamen per inaduertentiam eorum, qui ordinationes tempore Regis

gis

gis Emmanuelis condiderunt, cenſetur ſcriptum, A dum non attenderunt diſpoſitionem illam iuris cōmunis locum non habere poſt legem illam aliam Luſitanam, qua coniugati exempti ſunt à patria poteſtate, auoque viuente proprios filios ſub ſua habent poteſtate: quarè diſpoſitio illa nunquam fuit vſu recepta in hoc Regno, audioque in noua legum recognitione, quæ iuſſu Philippi Catholici Regis paratur, correctam eam eſſe. Hinc cōſtat in hoc Regno, & in Regno Caſtellæ, ſtatim mortuo patre, qui filios minores reliquit, locum habere tutorem, aut curatorem, eſto auus paternus ſuperſtes ſit. Quin & patre ſuperſtite locum habet tutor, ſi filius impubes ſit emancipatus, vt habetur Inſt. de fiduciaria tutela, §. 1. & alijs iuribus, quæ Gl. ibi citat.

Tutor cui datur. Præter alia, hoc inter tutorem & curatorem eſt diſcrimen. Quod tutor datur tantum impuberi, hoc eſt maſculo vſque ad quatuordecimum annum expletum, & fœminæ vſque ad duodecimum ſimiliter expletum, vt habetur Inſtitut. quibus mod. tutela finiatur, in princip. & §. noſtra autem Maieſtas. Et datur ei, qui neque ſub patria poteſtate ſit, neque ſit mancipium, vt patet Inſtitut. de tutel. in princip. & §. eſt autem tutela, iuxta Gloſſ. ibi, in verbo, libero, & l. prima, titu. 6. par. 6. interim enim, dum quis eſt mancipium, plus iuris habet dominus in eo, & in omnibus quæ ad illum ſpectant, quàm pater habebat in ſuum filiumfamilias. Si tamen controuerſia de libertate illius oriatur, atque impubes ſit, dari ei tutor poteſt: quia quoad hoc pro libero tunc habetur: lata autem ſententia, quòd mancipium ſit, reputatur ac ſi nunquam tutor eſſet ei datus. Ita habetur l. ſi qui, ff. de tutoribus, & curatoribus, datis ab his, & l. prima, C. qui dare tutores poſſunt. Lex tamen Caſtellæ, citata, velle videtur, in hoc euentu ſolum poſſe dari pupillo curatorem: veruntamen illud aliud ſonāt iura citata. Præterea tutor datur impuberi, etiam inuito. l. nec non, ff. de tutoribus, & curat. Et datur principaliter perſonæ, quia tenetur curare educationem atque inſtitutionem illius, tametſi neceſſe non ſit vt in eadem domo habitet cum eo; ſecundario tamen datur etiam bonis illius, non comparatione vnius tantum rei aut negotij, ſed vniuerſim comparatione omnium. Hæc habentur Inſtitut. de tutelis, §. eſt autem, iuncta Gloſſ. ibi, in verbo, data. & §. tutores, item certæ, Inſtitut. qui teſta. tutor dari poſſunt, & §. datus, Inſtitut. de excuſationibus tuto. l. cum plures, §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tuto. l. certarum, & duabus ſequentibus, ff. de teſtamen. tutela, & l. prima, titulo decimo ſexto, parte ſexta. Si tamen detur tutor rerum omnium impuberis exiſtentium in aliqua prouincia, vt rerum exiſtentium in Africa, aut in Syria, valida eſt tutoris inſtitutio, vt ſubiungitur l. ſi tamen tutor, ff. de teſt. tutel. & affirmat Gloſſ. §. certæ, Inſtit. qui teſt. tut. dari poſſint. Hinc eſt, quod tutores, quaſi tutores, atque defenſores impuberum dicantur, vt habetur Inſtitut. de tutel. §. tutores.

Curator vero datur minoribus cum iam puberes ſunt, hoc eſt cum maſculi decimum quartum annum compleuerunt, & fœminæ duodecimum: & datur illis vſque ad viceſimum quintum expletum, vt habetur Inſtitut. de curatoribus in princip. & l. 13. titul. decimo ſexto, parte ſexta. Non tamen datur inuito, §. item inuiti, Inſtitut. de curat. & l. 3. Caſtellæ citata, vbi Gregor. Lopez cum Panorm. ait, quòd ſi curatorem ſuſcipiant, coguntur eſſe ſub illo vſque ad viceſimum quintum annum expletum. Quando verò curatorem non habent, valent acta per illos, ſed ſi læſi ſint, reſtituuntur in integrum, vt diſputa. 224. dicetur; atque hoc pacto intelligitur l. prima, §. vlti. ff. de minoribus, vt exponit Gloſſ. §. item inuiti, Inſtitut. de curatoribus. Quod ſi minor litem intentet, aut ab alio lis aduerſus eum intentetur, cogitur curatorem ad eam litem ſumere, vt habetur §. item inuiti, & l. decima tertia, citatis; neque enim minor viginti quinque annis idoneus cenſetur, vt in eo fundari & ſubſiſtere poſſit iudicium ſine tutoris aut curatoris, vel patris conſenſu, l. prima, & ſecunda, C. qui legit. per ſ. ſtandi in iudicio habeant, iuncta l. vltim. in princip. ver. neceſſitate per officium, & Gloſ. ibi, C. de bonis quæ liberis.

Excipitur in cauſis ſpiritualibus, vt in matrimonio, beneficio, & alijs, nec non in cauſis de rebus annexis ſpiritualibus: in his enim maior quatuordecim annis, & fœmina duodecimum annum excedens, ſiue filiusfamilias ſit, ſiue non, poteſt ſine curatoris aut patris conſenſu agere, reſpondere tam per ſe, quàm per procuratorem quem conſtituere valet. Si verò impubes ſit, & ſeptimum annum excedat, licet per ſe ſolum neque agere, neque reſpondere poſſit, poteſt tamen cum tutore aut cum curatore, quem ad B eas cauſas dare ei poteſt Epiſcopus, aut eius Vicarius (& eadem ratione legatus, aut nuncius) poteſt etiam eas exercere per procuratorem, quem ipſe cū authoritate Epiſcopi aut Vicarij (vel Legati, aut Nuncij) poteſt conſtituere. Iudex etiam à Sede Apoſtolica delegatus, & ſubdelegatus ab hoc, poteſt ad cauſas duntaxat ita delegatas tradere illi curatorem, aut authoritatem ei conferre ad procuratorem eligendum. Hæc omnia habentur ca. vlt. de Iudicijs, lib. 6.

Curator ad certam cauſam aut rem dari poteſt, vt habetur §. item inuiti, citato, in quo à tutore differt. Obſerua tamen de iure huius Luſitaniæ regni, libro primo ordin. titulo ſexageſimo ſeptimo, §. decimo ſeptimo. Iudici orphanorum præcipi, vt intra menſem, a die quo minor orphanus remanſit, teneatur illi tradere tutorem aut curatorem, etiamſi non petatur: videturque ſtatui, vt etiam inuitis, cura C tor tradatur, vt ex ipſomet §. patet, & ex antecedentibus, & ſequentibus in eo titulo.

Curator præcipuè datur rebus minoris, leg. in copulandis, C. de nuptijs; minus autem præcipuè perſonæ, vt ait Gloſſ. §. certæ, Inſtitut. qui teſtat. tuto. dari poſſunt, eaque de cauſa curator irrita non poteſt reddere vota perſonalia minoris, ſicut tutor poteſt.

Curator præterea datur maiori vigintiquinque annis, etiam inuito ſi furioſus ſit, aut mente captus, vel prodigus, interim dum eiuſmodi affectus perſeuerant. §. furioſi. Inſt. de curato. l. 13. titulo decimo ſexto, par. 6. libro primo ordin. huius Reg. titul. 67. à §. 37. ſurdis item & mutis, atque ijs, qui perpetuo morbo laborant, quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, Inſtit. loco citato, præcipiuntur dari curatores. Quando item tutor pupilli legitimè eſt impeditus, ita vt ad tempus curam habere non poſſit illius, da- D tur pupillo curator ad tempus, loco tutoris, vt habetur §. interdum, & duobus ſequentibus. Inſtitut. de curatoribus, & l. decima tertia, citata. Poteſt in eiſdem euentibus dari eis tutor, qui ſimiliter expiret ceſſante impedimento in alio. Et Gregor. Lopez l. 12. cit. cum alijs, quos citat, ait conſultius eſſe, ſi ita fiat. Cæteris maioribus vigintiquinque annis, nullus in Regno Caſtellæ, præter ſolum Regem, poteſt cōcedere eis curatorem, vt habet l. 14. tit. 5. libro 2. nouæ Collect.

Tutorum, quidam dicuntur teſtamentarij, alij legitimi, & alii datiui. Teſtamentarij ſunt, qui ex teſtamento ab ijs, qui ad id priuilegium à iure habent, relinquuntur, aut etiam ex codicillo, vt vtrumque habetur leg. tertia, ff. de teſtam. tutela, iuncta Gloſſa ibi. Atque hi, ſi conditiones ad id requiſitas habeant, cæteris omnibus præferuntur, etiam matri pupilli, vt habetur in Autent. matri & auiæ, C. quan- Tutores teſtamētarij.

C. quando mulier tutelæ officio, & in Authen. de hæredibus ab inteſtato, §. ex his, & Inſt. de legitima agnatorum tutela, in princ. Item non tenentur dare fideiuſſorem, vt cæteri tutores tenentur, Inſt. de ſatiſdatione tutor. §. 1. lib. 1. ord. Luſitanarum, tit. 67. §. 20. & alijs iuribus.

A quò dentur.

De iure communi ſupremo aſcendentium per lineam maſculinam, vt proauo, aut auo concedebatur relinquere deſcendentibus, quos in ſua poteſtate habebat tutorem ex teſtamento, dummodo, talis deſcendens recuſatus non eſſet in poteſtatem patris, aut aui, ſuperſtitis: nam tunc locum non habebat tutor. Ita habetur Inſt. de tutelis, §. permiſſum eſt, & ſequentibus, & l. 1. ff. de teſtam. tutel. De iure verò Luſitaniæ, & Caſtellæ Regnorum, quia ſolus pater in poteſtate ſua habet filios ſuos, ex aſcendentibus, ſolus pater relinquere poteſt ex teſtamento tutorem filijs, ſi impuberes atque in ipſius ſint poteſtate, Inſt. de tutelis, §. permiſſum eſt, leg. 1. ff. de teſta. tutel. & l. 3. titu. 16. par. 6. & alijs iuribus. Poteſtque poſthumis etiam filiis tutorem ex teſtamento relinquere, §. cum autem, Inſt. de tutel. l. 1. ff. de teſt. tutela, & l. 3. citata. Qui filijs & filiab. ſuis tutorem dedit cenſetur ēt poſthumo & poſthumæ tutorem dediſſe; eò quod nomine filiorum poſthumi etiam comprehendantur. Qui liberis tutores de iure communi dabat, nepotibus etiam & pronepotibus tradidiſſe cenſebatur, ſecus autem, ſi filijs: nam filiorum nomine, nepotes non comprehenduntur. Qui verò poſthumis tutorem dabat, non ſolum filijs, ſed etiam cæteris inferioribus poſthumis dediſſe non dubitabatur. §. ſi quis, Inſt. qui teſt. tut. dari poſſ. Vbi notat Gloſſa, nomen, filii, etiam filias comprehendere, vt habetur l. ſi ita ſcriptum, in princ. ff. de leg. 1. l. ſi quis ita, ff. de teſt. tutel. concinunt etiam l. qui duos, & l. ſeruis legatis, ff. de leg. 3. Filio etiam exhæredato poteſt pater dare tutorem ex teſtamento, l. pater, ff. de teſt. tutel. & l. de creationibus, C. de Epiſcop. audi. Eſto autem tutor filio à patre in minus ſolenni teſtamento detur, confirmandus eſt à iudice, neque ſatiſdare tenetur, l. qui à patre, ff. de confirmando tutore, & affirmant Doctores communiter, quos ſequitur Anton. Gom. 2. tom. var. reſ. cap. 14. nu. 16.

Filijs etiam naturalibus, eſto in ipſorum non ſint poteſtate, pôteſt pater ex teſtamento relinquere tutorem, ſi licitè aliquid eis ex teſtamento relinquat, aut inter viuos, vel cauſa mortis licite aliquid eis donauit. Talis tamen tutor confirmari à iudice debet ſine ſatiſdatione, & inquiſitione an locuples ſit. Ita habetur l. vlt. C. de confirmando tutore, & leg. 8. tit. 16. par. 6. Conſentiunt Ord. Luſitanæ, lib. 1. tit. 67. §. 21. Quod ſi nihil illi relinquat, aut dederit, non poteſt ei dare tutorem, l. naturali, in princ. ff. de confirm. tuto.

Filio emancipato tutor dari poteſt a patre: eſt tamen confirmandus à iudice, ſed ſine ſatiſdatione, & inquiſitione an locuples ſit, l. 1. ff. de confirm. tuto. & §. vlt. Inſt. de tutel. Idem eſt, ſi à patre filio in temento inualido tutor relinquatur, vt habetur l. qui à patre, iuncta leg. 1. ff. de confirm. tutor. quoniam approbatio, & iudicium patris ſufficit, ſequendumque eſt, Inſt. de ſatiſdat tutor. §. 1. & l. de creationibus, C. de Epiſcop. audi.

Si filius careat patre, eumquem mater pluſquam in legitima ipſi debita hæredem inſtituat, atque eidem tutorem relinquat, tenetur iudex eum approbare ſine vlla ſatidatione & inquiſitione, quo ad id, in quo mater hæredem eum relinquit, atque in hoc euentu intelligenda ſunt lex mater, C. de teſta. tutel. & leg. 6. titu. 16. part. 6. quæ id diſponunt. Quo ad alia verò bona, ſi filius ea habuerit, tenetur Iudex inquiſitionem aliquam facere, an ille

A diues ſit & idoneus, ſed leuem, longeque minorem, quam ſi filium hæredem non inſtituiſſet. Quòd ſi ſolum in legitima illum inſtituat, vel legatum illi relinquat, atque tutorem eidem det, Iudex, antequam illum approbet, tenetur facere diligentem inquiſitionem, an idoneus ſit, compertoque idoneum eſſe debet illum approbare idque ſine ſatisdatione, vt conſtat ex leg. 1. & 2. ff. de confirm. tutor. Quod ſi minus idoneum illum reperiat, eum non approbat, ſed locum habet tutor legitimus, aut datiuus, de quibus poſtea erit ſermo. Quia ergo quando filius ſolum inſtituitur in legitima, non valet tutor à matre eidem datus, niſi poſt diligentem inquiſitionem à iudice approbetur, l. peto, §. mater, ff. de legatis ſecundo, ait matrem in eo euentu dare non potuiſſe tutorem, quem ſcilicèt iudex approbare teneretur. Ibi namque ſermo erat, quando mater filium hæredem inſtituit dato tutore, quem grauauit, vt ſi filius intrà pupillarem ætatem diſcederet, reſtitueret hæreditatem cuidam tertio: quod intelligendum eſt,
B quoad incrementum vltra legitimam, in quo non omnino filium hæredem inſtituebat. Hæc Gregorius Lopez, leg. ſexta, citata cum Bart. & alijs, quos citat.

Si quis extraneus pupillum aliquem hæredem inſtituat, qui alia bona non habeat, eidemque tutorem relinquat, tenetur eum iudex approbare ſine vlla ſatiſdatione & inquiſitione, l. ſi patronus, ff. de confirm. tuto. & l. 8. titulo 16. part. 6. Hæc de teſtamentaria tutela.

Legitimus tutor.

Legitimus tutor eſt, qui lege eſt præſcriptus, vt tutor exiſtat: vnde à lege nomen accepit. Quemadmodum autem quando datur teſtamentarius tutor, legitimus locum non habet: ita neque datiuus habet locum, quando exiſtit legimus.

De iure communi quando impubes aliquis erat emancipatus, ſupremus in linea maſculina ſuperſtes
C erat illius tutor, vt patet inſt. de legitima parentum tutela, §. 1. inſt. de fiduciaria tutela, §. 1. In Regno tamen Luſitaniæ, & Caſtellæ, ſicut filij ſolum ſunt in poteſtate patris, ita ad ſolum patrem ſpectat eos emãcipare, iſque ſolum eſt eorum tutor.

Quando impuberi à patre tutor non eſt datus, aut tutor datus mortuus eſt ante patrem, vel poſt patrem, ſed impubere nondum ad pubertatem deueniente, locum habere incipiunt tutores legitimi, vt habetur leg. in teſtamento, ff. de legitimis tutoribus. Inter eos verò, cæteris omnibus præfertur mater; ſi tamen tutrix eſſe velit, ad id namque non cogitur. Prætereà, coram iudice renunciare prius debet ſecundis nuptijs, promittendo ſe non tranſituram ad alias nuptias, quin prius munus tutoris relinquat, & rationem præteritæ adminiſtrationis reddat. (Ante eam autem conſtitutionem iurabat ſe ad eas non tranſituram; ſed abrogatum eſt
D Authentic. vt ſine prohibitione matres, §. quia verò multa.) Inſuper renunciare debet, tum omni alij priuilegio, vt habetur in Authent. citato, §. proptereà igitur, & in ordinibus. Luſitanis loco citando, tum etiam priuilegio Senatuſconſulto Velleiano mulieribus conceſſo (de quo alio loco dicetur) idque prius quam tutelam ſuſcipiat. Ita habetur in Authen. de hæredibus ab inteſtato, §. ex his, & in Authent. matri & auiæ, C. quando muli. tutor. offi. l. 4. & 9. titu. 16. par. 6. & lib. 1. ord. Luſitanarum, titul. 67. §. 22. Quod ſi mulier ad ſecundas tranſeat nuptias, ſtatim remouenda eſt à tutela. Ita habetur in Authen. Sacramentum, Quando mulier tutor. off. & in Authent. vt ſine prohibitione, & proptereà igitur, & leg. quinta, titul. 16. p. 6. & in ord. Luſitan. §. 22. citato. Et bona mariti ſecundi hypothecata manent minori vna cum bonis matris, vt ſancitum eſt leg. ſecunda, C. quando mulier tutelæ

off.

off. & in Authen. de nuptijs, §. ſi autem tutela. Quòd ſi mulier poſt ſecundas nuptias in viduitatem reincidat, non admittetur ad tutelam eorundem filiorũ, vt ordinationibus Luſitanis libro primo, titulo ſexageſimo ſeptimo, §. vigeſimo tertio, eſt ſancitum. Speculator tamen à Gregor. Lopez, l. 5. citata, verbo, *ſacar los moços*, ait, ſi res ſit integra, eo quod tutor filijs non ſit datus, remouendam non eſſe à tutela: ſi tamẽ alteri tutori, vel legitimo, vel datiuo tutela eſſet data, non eſſe iterum admittendam: cui ſententiæ non repugnant, quin potius ſuffragantur Luſitanæ ordinationes locò citato. An verò, ſi mulier non tranſeat ad ſecundas nuptias, attamen luxurioſè viuat, repellenda ſit à tutela. Gloſſa, in Authent. Sacramentum, citata, affirmat, aitque Gregor. Lopez leg. quinta, citata, verbo, caſſando, eſſe communiter approbatam, eſtque id hodie ſancitum libro primo ordi. Luſitan. titu. 67. §. 22. Hæc omnia, quæ de matre comparatione filiorum legitimorum dicta ſunt, locum ſimiliter habent comparatione filiorum naturalium, vt habetur Authen. Ad hæc, & l. vltima, C. quando muli. tut. off. Comparatione verò filiorum ſpuriorum, pater & mater, tutores legitimi nõ ſunt; poſſunt tamen eſſe datiui, ſi iudex tutores talium filiorum eos conſtituat.

Poſt matrem locum habet auia, & excludit cœteros tutores legitimos vt conſtat ex Authen. de hæredibus ab inteſt. §. ex his, illis verbis. Niſi mater, aut auia fuerit: his enim ſolis ſecundum hæreditatis ordinem, & tutelam ſubire permittimus; vbi vides, matrem pupilli præferri auiæ. Idem conſtat ex authen. matri & auiæ. C. quando mul. tut. off. ex l. quarta, & nona, titulo decimo ſexto, part. 6. & ex libro primo ord. Luſi. titulo ſexageſimo ſeptimo, §. vigeſimo ſecundo. Et quæ de matre dicta ſunt circa renunciationem priuilegiorum, tranſitum ad ſecundas nuptias aut ſi inhoneſte viuat, ſimiliter locum habent in auia, vt iuribus citatis conſtat. Quo loco obſerua de iure communi; ſi paternus auus ſuperſtes ſit ipſum habere nepotem in ſua poteſtate, ac proinde nõ habere tunc locum tutorem, niſi filius ab auo emancipatus, quo dato, auus ipſe eſt tutor illius, vt ſupra dictum eſt. De iure verò regni Caſtellæ, & conſuetudine Luſitaniæ, mater auo paterno præfertur in tutela, vt dictum eſt: ſed matre defuncta, iuxta ea quæ proximè dicenda ſunt, cum omnes quatuor aui æquè ſuccedant in hæreditate nepoti, ſintque in eodem gradu illi coniuncti, & ſublata iam hodie ſit differentia inter agnatos & cognatos, vt dicetur, omnes tutores ſunt comparatione illius: præponentur tamen maſculi tanquam magis idonei, niſi eorum aliquis ſit impeditus, & fortaſſe paternus auus præponetur materno: tametſi hoc mihi certum non ſit, ſed forte, qui pupillo fuerit magis idoneus præferetur alteri, aut vterque ſimul erit tutor, vt de collateralibus mox ſubiicio.

Ius Caſtel. & Luſit.

Deficientibus aſcendentibus, collaterales propinqui maſculi, qui proximiores pupillo fuerint in gradũ, ſiue agnati ſint, hoc eſt, propinqui per lineam maſculinam, ſiue cognati, id eſt propinqui per lineam fœmineam, & ſiue ſint vnus, ſiue multi (modo tamen idonei ad id ſint, neque legitimam habeant excuſationem) omnes ſunt tutores illius. Quando tamen propter multitudinem expediens non eſt, vt omnes bona pupilli adminiſtrẽt, cõuenire coram iudice debent, vt vnus ex eis eligatur, vel plures, qui ea omnium loco adminiſtrent, & tutores ſint: periculo tamen tutelæ omnes manent ſubiecti, bonaque omnium tacitè manent hypothecata pupillo pro ea adminiſtratione. Ita habetur in Authen. de hæredibus ab inteſt. §. ex his autem, Authentica, Sicut, C. de legit. tutel. l. ſi plures, ff. de legitimis tutoribus, & l. 9. & 11. ti. 16. par. 6. Vbi Greg. Lopez ait, ſi tutores cõ-

A ueniant, quis, aut qui adminiſtrare debeant, illos eſſe eligendos: quod ſi expediens ſit, vt vnus adminiſtret quædam bona, & alius alia, id etiam faciendum eſſe: ſi vero diſcordent, ad iudicem pertinere electionem. In cæteris conſentiunt Ordi. Luſitanæ, libro primo, titulo 67. §. vigeſimo ſecundo, ſed iudici iniungunt, vt ex propinquis proximioribus in gradu cum pupillo, qui in eo loco fuerint, vbi pupillus habet ſua bona, vnum eligat, quem ad id idoneiorem iudicauerit, atque eum cogat tutorem illius eſſe, & vt nunquam eum eligat, qui ſufficientia bona non habeat ad ſatisfaciẽdum pupillo, dum extiterit alius, qui ad id ſufficientia bona habeat. Item §. 26. ſubiũgitur, priuãdum eſſe ſucceſſione in bonis talis pupilli eum cõſanguineum propinquiorem in gradu, qui tutelam recuſauerit: modo tamen pupillus ante pubertatem è vita diſcedat: ſecus autem ſi pubes factus moriatur.

Patronus eſt etiam tutor legitimus comparatione pupilli liberti: quoniam, vt diſput. 160. oſtenſum eſt, illi ſuccedit ab inteſtato. Excipitur, niſi patronus ſit fœmina, aut minor viginti quinque annis, aut habeat impedimentum aliud quo minus tutor eſſe poſſit. Ita habetur Inſt. de legitima patronorum tutela, & ff. de legitimis tutoribus, l. 1. & ſequentibus, & l. 10. tit. 16. par. 6. Intellige tamen patronum non præferri in tutela matri, aut auiæ, & multo minus auo materno, aut etiam paterno, & de iure Regni Caſtellæ, & conſuetudine huius Luſitaniæ regni, ſi liberi ſint, vt ex parte aſſeritur & innuitur lege 10. citata Hi enim omnes, quemadmodum in ſucceſſione, ita & tutela præferuntur cæteris legitimis tutoribus, nõ vero teſtamentariis. Si vero pater ſuperſtes eſſet, aut etiam auus, de iure communi, cum puer ſub ipſorum eſſet poteſtate, locum non haberet tutela. Hæc de legitimis tutoribus.

Quando nullus eſt tutor teſtamentarius, vel non aduenit tempus, in quo incipere poteſt eſſe tutor, vt ſi ex certo die ſit datus, aut ſub conditione, quæ adhuc pendet, vel habet impedimentum: neque item eſt tutor legitimus, aut habet impedimentum, vel iuſtam excuſationem (de quibus poſtea) vel omnino non vult, & eſto, mater aut auia ſuperſtites ſint, nolunt tamen ſuſcipere tutelam: tunc ad iudicem ſpectat eligere tutorem idoneum pupillo, eumque ad id, ſi opus fuerit, cogere atque eiuſmodi tutor, ita à iudice electus, appellatur in iure tutor datiuus, vt conſtat Inſt. de Atiliano tutore, per totum titulum. l. 1. & ſequentibus, ff. de tutor. & cura. datis ab his, l. 12. titulo 16. par. 6. & libro primo Luſitan. ord. tit. 67. §. 33.

Datiuus tutor.

Porro, ad Iudicem domicilii patris pupilli ſpectat tradere ei tutorem, eſto pupillus abſens ſit. Itemque ad iudicem loci, vnde pater trahit originem, aut vbi filius natus eſt, ſi ibi pater tunc domicilium habebat: & quando loca hæc ſunt diuerſa, ad diuerſaſque pertinent iuriſdictiones, tunc tutor, qui ritè ab aliquo horum iudicum datus fuerit, præualet: quia eſt verus tutor, & interim dum aliquis verè eſt tutor, locum non habet alius tutor, vt rectè cum alijs notauit Gregor. Lopez l. duodecima, cita. verb. de *ianteono*. Hæc omnia patent ex l. vnica, iuncta gloſſ. ibi, C. vbi petantur tutores, & l. filios, & l. origine, C. de municipibus, libro decimo, ex l. prima, ff. ad municipalem, vbi additur, eum, qui ex incerto patre natus eſt à matre ſortiri municipiũ, atque adeo locum originis matris eſſe ſpectandum, atque ex l. duodecima, cita. Vtrum autem iudex loci, in quo pupillus habet maiorem partem ſuarum facultatum, poſſit etiam tradere illi tutorem, l. vnica, C. vbi petantur tutores, affirmare videtur, idem affirmat l. 12. Caſtellæ citata, & concinit lex pupillo, ff. de tutor. & curat. datis ab his, quæ ait, ſi pupillus

pillus facultates habeat Romæ,& in Prouincia,iudicem Romanũ poſſe ei dare tutorem facultatum,quę Romæ ſunt, & iudicem Prouinciæ poſſe ei dare alium, facultatum, quæ ſunt in prouincia. Bart. tamen,& alij,quos Greg. Lopez,leg. 12. citata, verbo, *la maior parte de ſus bienes*, refert, negans, niſi ibi etiam habeat domicilium,atque in hac ſententia videtur eſſe Anton. Gomez. 2. tom. var. reſolu. cap. 14. nume. 17. Sed Paulus Caſtrenſ. ait, eo ipſo, quod quis in aliquo loco habet maiorem partem ſuorum bonorum,conſeri ibi etiam habere domicilium; poteſt autem quis habere domicilium ſimul in diſtinctis locis,vt patet l. aſſumptio. §. penult. ff. ad municip. Fortaſſe Luſitana lex lib. 1. ordina. tit. 67. §. 28. non repugnat. Etenim,quamuis ſtatuat, vt ſi pupillus in alio loco habeat aliqua bona, iudex domicilij pupilli, aut vnde habuit originem, qui illi tutorem tradidit,iudicẽ illius alterius loci ex parte Regis admoneat,vt curatorem det ibi illis bonis, iuxta Bart. opinionem,non tamen loquitur,quando ibi haberet maiorem partem ſuorum bonorum,vt patet ex illo verbo,*Algunos bens*.

Si mater,aut quicunque alius, qui ſuccedere debet pupillo,intra annum à morte patris tutorem illi non petat, pupilluſque ante pubertatem è vita diſcedat, amittit omnem hæreditatem, quam ab inteſtato,aut ex ſubſtitutione per mortem talis pupilli obtinere debebat. Ita habetur l. ſciant. ff. de legitim. hæredibus, l. matris, l. cum à matribus, & l. matres, C. qui petant tutores, leg. prima & ſecunda, ff. eodem titulo, leg. ſecunda, §. ſi mater, ff. ad Tertullia. & l. 12. titulo 16. parte 6. Curatorem tamen petere non tenentur puberi, ſed ſolum pupillo, quando tutor eſt impeditus, l. 1. & 2. ff. qui petant tutores, iuncta l. curator, & l. in omnem, ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, & l. matris, C. qui petant tutores; Leges tamen hæ pœnales ſunt, eaque de cauſa non obligant, niſi poſt latam ſententiam. Quando propinqui tutorem non petunt pupillo, vicini, & amici, & quiuis alius de populo poteſt illi petere tutorem, leg. ſecunda, ff. qui petant tutores, & l. 12. ti. 16. part. 6. Imo & iudex nullo petente debet ex officio ſuo tutorem illi dare.

Curator quis.

Curator non datur ex teſtamento, ſicut datur tutor. Ratio videtur eſſe, quia, curator, vt ſupra dictum eſt, non datur inuito. Si tamen curator detur teſtamento ab ijs, qui tutorem poſſunt dare, iudex debet illum confirmare. Hæc omnia habentur inſti. de curatoribus, §. primo & l. 16. parte. 6. vbi Greg. Lopez, diſputat, an quando à patre relictus eſt curator filio, ita confirmandus ſit à iudice, ut filius teneatur illum ſuſcipere etiam inuitus. Et quamuis Bald. neget, alij affirmant, quos refert, & ſequitur Gregor. Lopez ibi, fauetque lex illa. Atque hi Doctores intelligunt, curatorem datiuum non debere dari puberi inuito, ſecus autem de teſtamentario. De iure verò Luſitano, puberi, vſque ad vigeſimumquintum annũ expletum, dari debet curator, etiamſi ille repugnet, & inuitus ſit, eaque omnia, quæ de tutore teſtamentario, legitimo, & datiuo dicta ſunt, ſimiliter habent locum in curatore, neque curator teſtamentarius ſatiſdare tenetur. Ita diſpoſitum eſt libro primo ordinationum, titulo 67. §. decimo ſeptimo, 20. 21. & 22. & ſequentibus, & §. 86.

Mente captis, prodigis, & alijs, de quibus ſuprà dictum eſt, non ſolum, ſi puberes ſint, qui vigeſimum quintum annum non excedant, ſed etiam ſi illum ſuperent, etiam inuitis, traditur curator, vt ſupradictum eſt, neque locum habet curator datiuus, ſi adſit idoneus legitimus. Quod ſi talis, cui tradendus ſit curator, coniugatus ſit, vxor illius, ſi ad id ſit idonea, cæteris eſt præferenda. Alioquin

A pater præfertur cæteris omnibus; & poſt patrem, auus; poſt hos, filius, qui vigeſimum quintum annum expleuit, alioquin frater, qui non ſolum prædictæ ętatis ſit, ſed etiam ſeorſum in propria domo viuat; alioquin propinquus maſculus proximior in gradu, atque in propinquorum defectum, locum habet curator datiuus; Ita habetur lib. 1. Ord. titul. 67. à §. 37. vbi alia, quæ ad hoc ſpectant, diſponũtur. Conſonant § furioſi, iuncta gloſ. ibi, Inſtitu. de curatoribus, & leg. de creationibus, C. de Epiſcopali audi. vbi dicitur: ſi pater furioſo curatorem reliquerit, illum eſſe præferendum cæteris; Id tamen non impedit, quod ſi talis filius in Luſitania, aut Caſtella per matrimonium erat emancipatus, vxor ad id idonea, non ſit cæteris præferenda. In eadem lege additur, poſt curatorem teſtamentarium locum habere legitimum, hoc eſt conſanguineum proximiorem in gradu, & deficiente legitimo, adhibendum eſſe curatorem datiuum. Quæ omnia diſponuntur
B etiam leg. vlt. §. ſed cum antiquitas, C. de curat. furioſi.

DISPVT. CCXXI.

Qui tutores, & curatores eſſe non poſſint.

SEruus eſſe non poteſt tutor neque curator, etiamſi ex teſtamento tutor relinquatur, niſi forte ſub conditione relinqueretur, ſi ad libertatem deueniret: tunc enim impleta conditione, tutor eſſe poſſet, Inſtitu. qui teſtamento tutor. dari poſſint, §. ſeruus autem, & lib. 1. ordin. Luſit. titu. 67. §. 20. Quod ſi quis proprium ſeruum tutorem teſtamento relinqueret, eo ipſo cenſeretur libertatem illi donare. Niſi per errorem, credens illum non eſſe ſuum mancipium, tutorem eum relinqueret: tunc enim neque libertatem conſequeretur, neque tutor eſſe poſſet:
C tametſi nunquam error in eo euentu ſit præſumendus, niſi de eo apertè conſtet. Hæc dicta ex parte à nobis ſunt diſput. 154. & habentur §. ſed & ſeruus, Inſt. qui teſt. tut. dari poſſunt, l. quæro, §. Lucius, ff. de teſt. tut. l. 1. in prin. C. de neceſſar. ſeru. hære. inſtit. & l. 7. titulo 16. par. 6. Si tamen ſeruus ita à domino in tutorem datus, minor ſit viginti quinque annis, conſequitur quidem libertatem hæreditate adita, ſed non incipit eſſe tutor, niſi cum fuerit viginti quinq; annorum, vt habetur l. Lucius, & l. 7. citatis.

Mulier tutor eſſe non poteſt, l. tutela, & l. vltima, ff. de tutel. l. iure noſtro, ff. de teſtamentar. tutela, l. 1. C. quando mul. tute. off. & l. 4. titu. 16. part. 6. Excipiuntur, mater, & auia, vt diſputatione præcedente dictum eſt.

Mutus tutor eſſe non poteſt, neque etiam ſurdus, l. 1. §. vlt. & l. vlt. ff. de tutel. l. vlt. §. vlt. ff. de legit. tutor. & l. 4. titul. 16. part. 6. Intelligendum tamen eſt
D de ſurdo, qui omninò non audit: ſecus de eo qui difficilè audit, vt notant Gloſ. l. 1. citata, & Greg. Lopez, vbi ſupra; Idem eſt de cœco, qui omninò viſu eſt priuatus, l. luminibus, C. qui dare tutores poſſũt, l. 1. C. qui morbo ſe excuſ. lib. 10. & l. 14. tit. 16. par. 6. Atque omnia hoc §. dicta, confirmantur l. vnica, C. qui morb. ſe excuſ. Quod ſi aliquod ex his impedimentis ſuperueniat, remouet tutorem ab officio, vt habetur l. poſt ſuſceptam, ff. de excuſationibus tutorum, vbi etiam commemoratur cæcitas ſuperueniens: quæ maiori cum ratione, ſi a principio adfuiſſet, impediret ſuſceptionem tutelæ. Intelligendum tamen eſt de omnimoda vtriuſque oculi cæcitate, vt Gloſ. ibi ait.

Qui compos ſui non eſt, aut minor viginti quinque annis, etiamſi ex teſtamento tutores dati ſint, tutore eſſe non poſſunt. Quando tamen furioſus ad mentem ſanam redierit, aut minor ad per-

fectam

ſectam ætatem deuenerit,ſi teſtamento tutores dati ſunt,incipere debent exercere munus ipſis iniunctum,§.furioſus,Inſtit.qui teſt.tutor.dari poſſ.l.furioſus,ff.de tutel.l. ſi hæreditas,§.ſi furioſus, & l. quæro,l.Lucius,ff.de teſt.tut.

Quod de furioſo dictum eſt, dicendum ſimiliter eſt de prodigo: cùm enim ei curator dandus ſit, vt diſputatione præcedente dictum eſt,vtique interim dum prodigus fuerit, neque vt tutor, neque vt curator adminiſtrare poterit res aliorum: furioſo namque in factis ſuis æquiparatur, l.is qui,§.diuus Pius,ff.de tutoribus & curatoribus. Vnde l.4. titulo 16.par.6.& lib.1.Luſit.ordin.tit.67.§.20.expreſsè ſancitum eſt, vt nec tutor nec curator eſſe poſſit, Idem dic de cæteris, de quibus diſputatione præcedente dictum eſt, dandum illi eſſe curatorem poſt vigeſimumquintum annum expletum.

Vtrum verò mater, quæ minor fuerit vigintiquinque annis, tutrix eſſe poſſit filiorum. Non video textum, qui id definiat. Gre.Lopez,l.14. citata,verbo, *madre*, remittit ad dicta Bar. Suſpicor tamen,tam in hoc, quàm in Caſtellæ Regnis, conſuetudinem eſſe,vt ad tutelam admittantur, & Mōteroſo in practica,fol.169.pag.1. affirmat admitti, etiamſi minores ſint viginti annis. Vtrum verò curatrix eſſe poſſit mariti inſani aut prodigi, lex Luſitana lib.1.ti.67.§.38.ſolum ſic diſponit,tradendā vxori eſſe curam,ſi honeſte viuat & ad id ſufficienti iudicio polleat.

Item,qui infamis eſt, tutor, aut curator eſſe non poteſt, vt habetur lib.1. Luſit.ordin. titu.67.§.20. Lex autem 4.Caſtellæ, citata, ait, eum, qui malis moribus eſt affectus, tutorem aut curatorem eſſe non poſſe, id quod fortè accuratius explicat l. ſuſpectum,ff.de ſuſpecto tutore, quæ ſic habet. Suſpectum tutorem eum putamus, qui moribus talis eſt,vt ſuſpectus ſit(intellige, ad id muneris.) Vnde ſubiungitur;Si tutor fidelis ſit, quamuis ſit pauper,ea de cauſa non eſſe remouendum à tutela.Lex autem tutor,§.ſi autem ipſe,ff.eod.titu.ſtatuit eum qui in vna tutela malè ſe geſſit,ſuſpectum eſſe vt adminiſtret aliam, ac proinde ab ea repellendum, aut non admittendum.

Religioſus tutor aut curator eſſe non poteſt. Authen.de ſanctiſ.epiſ.§.Deo autē amabiles,Authen. presbyteros,3.C.de Epiſcopis & cleric.l.14.tit.16. & lib.1. Luſit.ord.titulo 67.§. 20. conſentiunt ca. monachi,2.16. quæſt.1. & c. vnicum de Synodo. Nec eſt audienda glo.cap.vlt.86.diſt. quę cum primo conſentiat, poſteà ſubiungit, per illud caput corrigi Authen.citatam,quaſi monachus, aut Epiſcopus ſuſcipere poſſit, ſi non teſtamentariam, aut datiuam,certè legitimam tutelam, eo modo quo de clericis ſtatim dicemus.

Epiſcopus etiam tutor aut curator eſſe non poteſt, niſi miſerabilium perſonarum, quarum bona perirent, niſi ipſe ſuccurreret, Authenticis,& l.14. citatis,iuncto c.vlt.86.diſt.

Clerici in ſacris ordinibus conſtituti tutores & curatores eſſe non poſſunt teſtamentaria aut datiua tutela. legitima verò,quando proximiores ſunt in gradu pupillo, eſſe poſſuut, ſed non tenentur. Ita habetur Auth. de ſanctiſſ. Epiſc.§. Deo autem amabiles, Authen.presbyteros.3.C. de Epiſcopis, & cle.& l.14.tit.16.par.6.Cap.autem vlt.88.d.loquitur de teſtamentaria aut datiua tutela. Intra quatuor autem menſes à morte parentis pupilli accedere debent ad iudicem,& ſignificare ſe velle eam tutelam ſuſcipere, vt habetur Auth. & l.14.cit. Fas etiam eſt clericis tutores aut curatores eſſe miſerabilium perſonarum,in euentu, in quo dictum eſt id licere Epiſcopis,vt habetur cap.vlt.86.d.& capit.1. 88.diſt.

A Qui minori debet,aut etiam furioſo,mentecapto, aut prodigo,tutor,vel curator illius eſſe non poteſt. Idem eſt de eo,cui minor aliquid debet. Ita habetur in Auth. Minores,C.qui dare tutores poſſ. & copioſius in Authent. Vt hi qui obligatos ſe habere, in princ. & §.primo,& ſequentibus,& l.14.titulo 16. par.6. Vtrum autem hæc iura locum habeant quando debitum eſt paruæ quantitatis? Gloſſæ ibi affirmant locum non habere; idem cenſent Bart.& alij quos Greg.Lopez,l.14.citata,refert ac ſequitur,argumento tex.in l.ſi quis in pignore, §.ſed & ſi quis, ff.de pign.actione,l.non tantum,in princ.ff.de execut.tutor. & aliorum iurium. Quæ autem quantitas parua cenſenda ſit,Iudicis arbitrio,ſpectatis circunſtantijs concurrentibus,eſt iudicandum. Baldus cenſet hoc limitandum, niſi debitum eſſet controuerſum,liſve eſſet intentata: nam tunc, eſto, quantitas eſſet parua, admittendus non eſſet ad tutelam.

B Quamuis autem debitum magnæ ſit quantitatis mater, & auia, à tutela & cura filiorum, & nepotum non repelluntur,vt expreſsè habetur in Authen. Ad hæc,C.quando mulier. tut. & affirmant gloſ. cita. Idem erit de patre, & de auis, tam paterno, quam materno, vt Gregorius Lopez, loco citato ait Doctores communiter affirmare. Quòd ſi filius tutoris aut curatoris debitor, aut creditor eſſet, comparatione minoris, & pater vſumfructum haberet in bonis talis filij,non admitteretur ad tutelam aut curam: Secus autem, ſi vſufructuarius non eſſet, vt cum Angelo, Gregor. Lopez loco citato rectè affirmat. Vtrum autem prædicta locum habeant,etiam in teſtamentario tutore,an ſolùm in legitimo & datiuo? Speculator & plerique alij, aſſeruerunt, locum non habere in teſtamentario tutore: eo quòd fides illius, & diligentia à teſtatore probata ſit,ideoque à ſatiſdatione excuſatur,vt habetur Inſtit.de ſatiſdatione tutor. §.primo, & alijs iuribus diſputat.

C præcedente citatis,atque hoc ipſum ſancitum eſt in regno Caſtellæ,l.14.citata. Id tamen Barto.& alij, quos ibidem Gregorius Lopez refert ac ſequitur, limitandum cenſet,vt ſolùm procedat, quando teſtator ſciens eum,quem teſtamento tutorem aut curatorem reliquit, creditorem aut debitorem eſſe comparatione talis minoris, & illum relinquit; ſecus autem quando id ignorabat. Quamuis verò multi voluerint eiuſmodi ſcientiam patris conſtare debere ex verbis ſui teſtamenti, Gregor. tamen Lopez,cum alijs,quos refert, merito arbitratur, ſatis eſſe, ſi aliunde ſufficienter id conſtet: crederem tamen, quando non ſufficienter conſtaret, præſumendum eſſe patrem id ignoraſſe. Gloſſæ verò Accurſij in vtroque Authentico cenſent, etiam teſtamentarium tutorem, & curatorem eſſe repellendum, ſi debitor aut creditor ſit minoris. Quoniam inquiunt diſpoſitio horum Authenticorum facta eſt

D poſt iura, quibus innituntur Doctores contrariæ opinionis, iuraque illa ſolum diſponunt, vt in teſtamentario tutore non requiratur ſatiſdatio, nihil verò de re propoſita diſponunt. Et quoniam auth. Sed hæc,citata,ſolum excipit matrem & auiam,vt dictū eſt. Fortè in hoc Luſitaniæ regno ſtabitur huic opinioni gloſſarū,quæ Authenticis eſt conſona,& communiter non reprobatur.

Quod, ſi poſtquam aliquis tutor eſt aut curator, debitor aut creditor efficiatur minoris, quia videlicet ſuccedit in hæreditate debitoris aut creditoris minoris, vel aliqua alia ratione, tunc debet ei adiungi alius tutor aut curator, & ita perſeuerabit tutor aut curator, cum hoc alio adiuncto. Ita habetur in Authenticis citatis. Si tamen efficeretur debitor minoris, quia malè aliquid adminiſtraſſet, aut quia de ſuo aliquid ſoluiſſet loco minoris, tunc non daretur ei coadiutor, vt Gloſ.

Au-

Authentica minoris, verbo, creditor, affirmat.

Quod ſi is, qui tutor aut curator eſſe debet, ſe excuſet affirmando ſe debitorem aut creditorem eſſe talis minoris, non continuo fides ei adhibetur, vt à munere ſuſcipiendo excuſetur, ſed tenetur id probare, aut iuramento id coram iudice affirmare, quã do probatio alia pro, aut contra, non occurrit. Si verò à principio taceat, munuſque ſuſcipiat, amittit in pœnam debitum, quo minor illi tenebatur. Si autem ipſe minori erat aſtrictus, non admittitur ſolutio alia, quam reddendo minori illud idem, quod ei debebat. Item interim dum tutelam aut curam habet, non poteſt recipere ceſſionem, quæ in ipſum fiat, debiti alicuius, quo minor alicui teneatur, alioquin, & ipſe amittit ceſſionem, & ei, qui ceſſit, non relinquitur ius ad recuperandum ſuum debitum. Hæc omnia habentur duabus Authenticis citatis: cum verò pœnæ ſint, locum in foro conſcientiæ ante latam ſententiam non habent.

Qui Regi eſt obligatus, quod prædia, vel alios illius reditus cõductos habeat, ita vt bona ipſius Regi tacitè ſint obligata, eſſe non poteſt tutor, aut curator, l. vel cum fiſco, ff. de confirmando tuto. l. vlt. C. qui dare tutor. poſſ. & l. 14. titu. 16. par. 6. Neque repugnat l. coloni, C. de excuſationibus tut. quæ ait, conductores prædij ad fiſcum pertinentis non excuſari à tutela: quoniam intelligitur, quando non remaneret obligatus fiſco: alioquin contradiceret l. vel cum fiſco citatæ. lege gloſſas iuribus citatis, & Greg. Lop. vbi ſupra.

Miles, qui arma geſtat, atque in militia eſt occupatus, tutor eſſe non poteſt, etiamſi velit. Inſt. de excuſationib. tut. §. item in milite, l. militiæ, C. qui da. tutor. poſſunt, & l. 14. citata. Additur l. militiæ, citata, ſi tutelam adminiſtret non teneri actione tutelæ, ſed ſolum negotiorum geſtorum.

Qui poſtquam pater tutorem illum dedit, graues inimicitias cum patre exercuit, nec reconciliati inter ſe fuerunt, in tutorem non eſt admittendus, l. in confirmando, ff. de confirm. tutor. Ordinationes Luſitaniæ lib. 1. ti. 67. §. 20. addunt, neque eum, qui minori eſt inimicus.

Item maritus curator eſſe non poteſt propriæ vxoris minoris, §. ijdem reſcripſerunt, iuncta Gloſ. ibi inſtit. de excuſ. tuto. l. maritus, C. qui dare tutor. poſſ. l. 3. ti. 17. p. 6. & alijs iuribus. Hæc tamen hodie locum non habent in hoc & Caſtellæ Regno. Tum, quia vxores per matrimonium manent emancipatæ, atque ſui iuris, vt curatore non indigeant. Tum etiam quoniam quando in vtroque Regno contrahunt contractu arrharum & dotis, maritus, habet adminiſtrationem omnium vniuerſim bonorum vtriuſque coniugis, & quando in hoc Regno contrahunt contractu medietatis, omnia vniuerſim bona efficiuntur communia, & ſolus maritus eſt adminiſtrator.

Qui morbo perpetuo laborat, ita vt rectè adminiſtrare non poſſit bona minoris, aut quocunque alio ſimili perpetuo impedimento eſt impeditus, nec curator eſſe poteſt, §. item propter aduerſam, inſtit. de excuſ. tutor. l. vnica, C. qui morbo ſe excuſ. & apertius l. 14. ti. 16. par. 6. & lib. 1. ord. Luſitanarum ti. 67. §. 20. Diſputatione ſequenti adijcientur alij, qui de iure huius Regni tutores, & curatores eſſe non poſſunt.

DISPVTATIO CCXXII.

Qui à munere tutoris, & curatoris excuſentur.

QVi habet quinque filios eſto, aliquis eorum emancipatus ſit, excuſatur à ſuſcipienda tu-
A tela aut cura minoris. Filij tamen debent eſſe omnes legitimi, & non ſufficit ſi ſint naturales, aut adoptiui. Qui tamen adoptiuus eſt, computatur in numero filiorum patris naturalis, vt ipſum excuſet. Debent etiam omnes eſſe iam nati & ſuperſtites, niſi aliquis in acie pugnando cum hoſtibus interfectus ſit: nam hic per gloriam viuere reputatur, vt patrem excuſet. Inſt. de excuſ. tuto. in prin. l. 2. ff. de vacatione munerum, l. 2. §. remittitur, iuncta l. bello amiſſi. ff. eod. titu. l. 2. titu. 17. parte ſexta, & libro primo, Ord. Luſitanarum, tit. 67. §. 31. Ordinationes eædem ſufficere dicunt, ſi miles in expeditione moriatur: de iure tamen communi, & regni Caſtellæ neceſſe eſt, vt pugnando cum hoſtibus moriatur, vt patet l. bello amiſſi, & inſt. locis citatis. De iure communi auus, qui inter filios, & nepotes ſeu nepotes filiorum maſculorum iam defunctorum haberet quinque liberos (omnibus nepotibus & neptibus cuiuſque filij defuncti com-
B putatis pro vno tantum libero) excuſatur à tutela. Ita habetur Inſt. de excuſ. tuto. §. item nepotes, & l. 2. §. remittuntur, ff. eod. tit. Idem velle videntur Luſitan. ordin. §. 31. citato, rem hanc aliquantulum extendendo, id tamen per inaduertentiam videtur ſtatutum, quaſi de iure Luſitano nepotes per mortem patris, imò & matris, reinciderent in poteſtatem aui, etiam materni, eo pacto quo alia in eod. tit. diximus ſupra per incuriam eſſe dicta, quæ vſu recepta non ſunt.

Qui res adminiſtrat regis, eſto ad fiſcum ipſius pertineant (in his computant Luſitanæ ordinatione, *veederes ad fazenda, tiſoureiros, contadores, almoxarifes, redeiros, eſcriuaens dos ditos officios*) item tabellarijs regis, & miniſtri iuſtitiæ (in his eædem ordinationes computant, *deſembargadores ouidores, procuradores dos feitos ouda iuſtitica del Rei*, & miniſtros omnes deputatos, vt ante hos & ante paulo cõ
C memoratos inſeruiant, videlicet, *procuradores eſcriuaens, porteiros, carcereiros*, computãt etiam *iuizes, è vereadores* cuiuſcunque ciuitatis, aut oppidi) hi omnes à tutela, & cura minorum excuſantur, Inſt. de excuſa. tutor. §. item diuus, & §. qui poteſtatem, l. athletæ, in princ. l. non tantum, §. ſanè, & l. adminiſtrantes, in princ. ff. eod. titu. l. 2. tit. 17. par. 6. & lib. 1. Luſi. ord. ti. 67. §. 23. Iudices tamen (& *vereadores* in hoc regno) licet excuſentur à tutela de nouo ſuſcipienda, non tamen à iam antea ſuſcepta, §. & qui poteſtatem. §. ſanè, l. adminiſtrantes, l. 2. & §. 32. citatis. Qui tamen mitteretur, vt vſque ad principis beneplacitum iudex eſſet in diuerſo loco ab eo, in quo habet tutelam aut curam, cenſetur in perpetuum mitti, eo quod certum tempus illi non præſcribatur, eaque de cauſa excuſaretur omnino à tutela iam ſuſcepta, l. Iuriſperitos, in princ. ff. de excu. tutor. & lib. primo, Luſit. ord.
D tit. 67. §. 32.

Qui Reipublicæ cauſa abſunt, in hoc ſenſu à tutela & cura excuſantur, quod interim conſtituitur alius, qui curam gerat. Quando tamen redierint, tenentur iterum tutelam aut curam ſtatim ſuſcipere. Per annum tamen excuſantur ne aliam de nouo ſuſcipiant, niſi ipſi propria ſponte voluerint, §. item qui Reipublicæ, inſt. de exc. tu. l. non ſolum, ff. eo. ti. & l. 2. tit. 17. par. 6.

Quondam, vt habetur inſt. de excuſ. tuto. §. item propter litem, & ff. eod. tit. l. propter litem, & l. 2. titu. 17. par. 6. tutor aut curator propter litem, quam cum minore haberet, non poterat excuſari à tutela vel cura, niſi ea eſſet de omnibus bonis minoris, aut de maiori illorum parte; hodie tamen quid de iure authenticorum ſit dicendum diſputatione præcedente eſt explicatum.

Si quis habeat tres tutelas, quæ oneroſæ ſint, & non

non idcirco leues, quia faciles, vel quia aliqua earum intrà ſemeſtre finitur, excuſatur à quarta, niſi illas affectaſſet: nam tunc à quarta non excuſaretur. Finita autem aliqua trium, non excuſatur à noua ſuſcipienda. Porrò numerus tutelarum non attenditur penes numerum pupillorum, quorum eſt tutor: ſi enim multi pupilli indiuiſum habeant patrimonium, eò quòd ſint fratres, vel alia de cauſa, vnica illorum omnium cenſetur eſſe tutela. Hæc habentur Inſt. de excuſat. tutorum, §. item tria, iuncta glo. ibi, l. tria onera, l. non tantum, in princ. l. ſi is, qui, §. vlt. ff. eod. tit. & l. 1. tit. 17. par. 6.

Item propter paupertatem excuſatur quis a tutela & cura alterius, ſi tota ſua induſtria ac tempore indigeat ad ſeipſum competenter ſuſtentãdum. §. ſed & propter paupertatem, inſtit. de excuſ. tutorum, & l. 2. tit. 17. par. 6. Quin de iure Luſitano propter paupertatem excluditur quis à tutela, libro primo, ord. titu. 67. §. 20.

Qui ita morbo laborat, vt commodè ſua bona curare non poſſit, à tutela & cura excuſatur interim dum morbo laborat. Ita habetur libro primo, Luſit. ord. titu. 67. §. 34. l. 2. titu. 17. part. 6. §. item propter aduerſam, Inſt. de excuſ. tut. & aliis iuribus. Quando autem morbus excludat, omninò, dictum eſt in calce diſputationis præcedentis.

Qui neque ſcribere neque legere ſcit, excuſatur à tutela, & cura, niſi adeò ſolers ſit, vt nihilominus rationem illius ſufficienter reddere poſſit, l. 2. cit. l. athletæ, §. vltim. ff. de excuſ. tuto. & §. ſimiliter eum, Inſt. eod. tit. iuncta gl. ibid.

Quando capitales inimicitiæ fuerunt inter tutorẽ aut curatorem, & patrem minoris, vt quia alter alteri pœnam anguinis accuſatione intentauit, aut deiectione ab ſtatu, vel notabilis infamiæ, vel vitæ illius inſidiatus eſt, diſtinguendum eſt. Quoniam vel ante mortem patris minoris redierunt in amicitiam, & tunc neque locum habet excluſio à tutela vel cura, neque admittitur ex eo capite excuſatio, vel non redierunt, & tunc, aut poſt patris teſtamentum conditum, in quo tutor relictus eſt, fuerunt tales inimicitiæ, & excluditur tutor à tutela, vt diſputatione præcedente dictum eſt, neq; ad datiuam aut legitimam eſt admittendus, quando ſpectatis circunſtantijs cõcurrentibus, timendum eſt, ne odio parentis damnum aliquod minori inferat. Quando verò, vel tutela pręſumitur teſtamento relicta in odium tutoris, vt debito & negotijs tutor implicetur; vel propter malum, quod pater minoris intentauit aduerſus tutorem aut curatorem, indignus effectus eſt, vt hic curam filiorum illius ſuſcipiat, quia vel capitales inimicitias cum hoc exercuit, vel hunc in ſeruitutem redigere eſt conatus, conceditur huic, vt ſi velit, à tutela & cura à ſe excuſet, non tamen eſt ab ea excludendus. Atque hoc modo in concordiam reducenda sũt varia iura, de quorum numero ſunt. inſt. de excuſ. tuto. §. item propter inimicitias, §. inimicitię, & §. item is, l. athetæ, §. dat remiſſionem, ff. eodem titu. l. ſecunda, titu. 17. par. 6. & §. 20. titu. 67. libro primo. Luſitaniæ ord.

Qui excedit ſeptuageſimum annum, poteſt ſe excuſare à tutela & cura aliorum. Qui verò ad vigeſimum quintum annum non peruenit, ad eam non poteſt admitti, vt diſputat. præcedente dictum etiã eſt. Additur in Luſitanis ordinationibus, hoc locum habere, etiamſi is veniam ætatis à rege eſſet adeptus, bonaque ſua propria adminiſtraret. Hæc habentur §. item maior, Inſtitu. de excuſatio. tutor. l. 2. iuncta l. prima, titu. 17. par. 6. libro primo Luſitan. ord. tit. 67. §. 33.

Ius Caſtel. & Luſit. De iure Regni Caſtellæ nobilis in Curia regis degens, aut in alio determinato loco, de mandato Regis, aut in publicam vtilitatem, excuſare ſe poteſt à

A tutela, & cura, leg. tertia, titulo decimo ſeptimo, parte 6.

In Luſitano regno nobilis ex genere, aut *caualeiro*, excuſatur ſimiliter lib. 1. ord. tit. 67. §. 35. Hæ autem diſpoſitiones, quicquid Greg. Lopez ad l. 3, cita tam dicat, diuerſæ ſunt à diſpoſitione de milite, de qua diſputatione præcedente dictum eſt.

Excuſari poſſunt à tutela, & cura, qui docent Grãmaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Philoſophiam, & Medicinam, vel hanc poſtremam artem exercẽt. Hæc tamen intelliguntur, modo exerceantur in propria patria, aut in aliquo loco de mandato Regis. Hinc vult Gregor. Lopez ſi id exerceant in publica Vniuerſitate, cenſeri ibi docere de mandato Regis, quoniam regia authoritate conſtituitur Vniuerſitas. Hæc habentur §. item Romæ, iuncta Glo. ibi, Inſt. de excuſ. tutor. l. ſi duas, §. Grammatici, l. ſed & reprobari, §. amplius, ff. eod. tit. & l. 3. tit. 17. par. 6. Qui tamen in quauis diſciplina eminentes ſunt, vbicun-

B que doceant, excuſantur à tutela & cura, vt habetur dicto §. amplius.

De iure Luſitano ſancitum eſt, Doctores in iure Ciuili aut Canonico, vel Medicina, modo creati ſint in Vniuerſitate aliqua adhibito examine, non ſolum excuſari a tutela & cura, ſed etiam ad eam nullatenus eſſe admouendos. Ita habetur libro primo, titulo 67. §. 35. vbi additur, vniuerſim, qui repellitur à tutela aut cura non propterea excludendum eſſe à ſucceſſione in bonis talis minoris, quandoquidem ſine ſua culpa tutores, aut curatores eſſe prohibentur. Ius Luſit.

Qui tutor alicuius fuit, excuſatur à cura illius ſuſcipienda cum ad pubertatem peruenerit, adeò vt ſi teſtamento tutor, & poſteà curator eiuſdem minoris eodem teſtamento datus ſit, cogi ad curam non poſſit, §. qui tutelam, Inſt. de excuſat. tutor. & l. 3. tit. 17. par. 6.

C Lib. 1. Luſitan. ord. tit. 67. §. 31. habetur, eum, qui priuilegio excuſatur à tutela, niſi aliud exprimatur, intelligendum eſſe de ſola datiua aut teſtamentaria tutela, ſecus de legitima.

In regno verò Caſtellæ, l. 21. tit. 14. lib. 6. nouæ collect. reuocantur omnes exemptiones conceſſæ & cõcedendæ ijs, quos in eo Regno *pecheros* vocant, vt tutores aut curatores non ſint, cum quibuſcunque clauſulis fuiſſent conceſſæ aut de nouo concederentur. Ius Caſt.

Datus in tutorem aut curatorem, ſiue teſtamentarius ſiue legitimus aut datiuus ſit, ſi excuſationem, quam opponat, habet, debet illam proponere coram iudice intra quinquaginta dies à puncto, quo datum ſe eſſe in tutorem aut curatorem cognouit, dummodò vltra centum milliaria non diſtet à loco, in quo tutor aut curator datur. Quod ſi vltra centum milliaria diſtet, tunc pro quibuſcunque viginti milliari-

D bus, quibus plus diſtat, additur, vltra quinquaginta dies, vnus dies, & inſuper adduntur triginta dies, alij, ita vt ſi diſtet centum viginti milliaribus, habeat ad proponendam excuſationem octoginta vnũ dies, ſi vero diſtet centum quadraginta milliaribus, habeat octoginta duos dies, & ita conſequenter: cauſa tamen tota intra quatuor mẽſes à die, quo ſe datum in tutorem nouit; debet terminari: ſi verò iudex, examinatis excuſationibus, iniquam ſententiam tulerit, licitum eſt ab ea ſententia appellare. Hæc omnia habentur §. qui excuſare, iuncta gloſſ. ibi, Inſtitut. de excuſatio. tutorum, l. ſcire, per totam legem, leg. quinquaginta, C. eodem titu. & l. quarta, titulo decimo ſeptimo, parte 6. Quando tamen tutor aliquis datus eſſet à certo die, aut ſub conditione, dies ſupputari debent a die impletæ conditionis, leg. penultim. §. procedit citato. Si datus in tutorem, aut curatorem plures excuſationes habeat, eſto, in probatione

tione alicuius, aut aliquarum deficiat, ſatis eſt, ſi vel vnam probat, ea tamen propoſita eſſe debet intra tempus iure datum ad proponendum, ſiue ſimul cum alijs eam proponat, ſiue poſtea, §. qui autem, iuncta gloſſ. ibi, Inſt. de excuſatio. tutor. Qui falſis excuſationibus à tutela vel cura fuerit liberatus, cogi poteſt munus ſuſcipere, §. vltim. Inſt. de excuſation. tutorum.

DISPVT. CCXXIII.

De ſatisdatione & iuramento tutorum & curatorum, & de Inuentario.

TVtores & curatores ſatiſdant rem minoris ſaluam fore, hoc eſt, integrè eſſe reſtituendam, nullumque detrimentum bonis minoris culpa aut negligentia tutoris, aut curatoris, vel in illis adminiſtrandis, vel in acquirendis, ac defendendis obuenturum, alioquin, fideiuſſorem in defectum tutoris, aut curatoris integrè minori ſatiſfacturum. Ita habetur Inſt. de ſatiſdatione tutor. in princ. iuncta glo. ibi, verbo, ſatiſdant.

Excipitur, quando tutores aut curatores teſtamento dati ſunt: nam neque ſatiſdant, neque in eis neceſſaria eſt iudicis inquiſitio, vt habetur inſt. de ſatiſda. tuto. §. 1. atque alijs iuribus, & nos latè expoſuimus d. ſp. 120. dum de teſtamentario tutore diximus. Vbi etiam diximus, quando mater poſt patris mortem filio tutorem teſtamento relinquit, quouſque neceſſaria ſit, aut non ſit, iudicis inquiſitio ante approbationem, eiuſmodi tutorem non ſatiſdare.

De iure etiam communi excipitur, quando tutores dati ſunt præuia inquiſitione facta à iudice, quod idonei omnino ſint: nam hi etiam non ſatiſdant. Ita habetur §. item ex inquiſitione, inſtitu. de ſatiſdatione tutor. Quamuis autem gloſſæ iuris communis in Authent. Vt hi qui oblig. ſe, §. vltim: verbo, eget, & l. prima. C. de tutor. qui non ſatiſdant, contrariæ inter ſe ſint, an indiſtinctè hodie datiui tutores & curatores, ſiue cum inquiſitione, ſiue ſine illa dati ſint ſatiſdent; Gregorius tamen Lopez, l. nona, titulo 6. par. 6. verbo, *fiadores*, ait, id in regno Caſtellæ conſuetudine eſſe receptum, vt omnes ſatiſdét: quoniam in inquiſitione ſeruari non ſolet ea ſolennitas, quæ de iure communi, iuxta §. ſed hoc iure, Inſt. de Attil. tuto. quondam ſeruabatur. De iure Luſitano ſtatim dicetur.

Cõſuetudo Caſtellæ.

Legitimi tutores & curatores præſtare tenentur fideiuſſorem, etiam mater & auia minoris, l. legitimos, in princ. ff. de legitimis tuto. & l. 9. titu. 16. par. 6. Excipitur patronus comparatione liberti, qui non ſatiſdat, niſi ſit perſona vulgaris, vel inhoneſta, vt habetur l. legitimos, citata, & affirmat gloſſa §. item ex inquiſitione, verbo, idonei, Inſtitu. de ſatiſda. tutor. Non ſolum autem legitimi tutores & curatores, ſed etiam datiui, ſi dati non ſint præuia inquiſitione, ſatiſdant, vt habetur l. prima, & ſequentibus, C. de tutore, qui non ſatiſdat, & Inſtitu. de ſatiſdat. tutor. in princ. & duobus §§. ſequentibus. Imò, & conſuetudine Regni Caſtellæ, vniuerſim datiui ſatiſdant, vt dictum eſt. Tutores verò & curatores, qui ſatiſdare tenentur, ſi antequam ſatiſdent, aliquid alienent, vel contractum faciant, aut ſententia in cauſa minoris contra eos detur, omnia ipſo iure ſunt nulla. Ita habetur l. 3. & vltim. C. de tutore qui non ſatiſdat.

Ius Luſita.

De iure tamen Luſitano mater, auia, & aui minoris, tunc ſolum ſatiſdare tenentur, quando non habent ſufficientia bona immobilia vnde ſatisfacere poſſint ſi quid detrimenti bonis minoris ſua culpa, aut negligentia obueniret. Ita habetur libro primo, ordin. titu. 67. §. 22. Alij etiam legitimi tunc ſolum tenentur præſtare fideiuſſorem, quando non habent competentia bona immobilia, vnde per ſe ſolui ſufficiẽter poſſit minoribus, ſi quod detrimentum culpa aut negligentia illorum minori acciderit. Quin, eſto, propinquus minoris competentia bona non habeat vnde ſatiſfaciat, ſi tamen quæſiuit fideiuſſorem, & inuenit, admittitur ad tutelam aut curam, dũmodò coram iudice ſub iureiurando affirmet, ſe quæſiuiſſe fideiuſſorem, nec inueniſſe; & dummodò de illo opinio habeatur, quòd fideliter & diligenter bona minoris adminiſtrabit. Interim tamen, dum alius propinquus minoris inuenitur, qui competentia bona habeat vnde ſatiſfaciat, admittendus non eſt ſine ſatiſdatione ille alius, eſto proximior ſit in gradu minori. Hæc omnia habentur tit. citato, §. 24. De tutoribus & curatoribus datiuis nihil hac in parte eo titulo dicitur: credo tamen, quando competentia bona immobilia habent vnde ſatiſfaciant, non cogi, vt fideiuſſorem præſtent.

De iure etiam communi quando furioſo aut mente capto datur curator, remittitur ſatiſdatio, ſi ſufficientia habeat bona vnde ſatiſfaciat, vt habetur leg. de creatione, §. ſin autem, C. de Epiſcop. audien. vbi gloſſa ait, ſpeciale eſſe in furioſo & mente capto. Idẽ ſancitur l. vltim. §. & ſi quidem curator, C. de curat. furioſi.

Illud etiam eſt obſeruandum, in euentibus omnibus, in quibus explicatum eſt ſatiſdationem eſſe præſtandam, ſi is, cui eam exigere incumbit, illam non recipiat, aut recipiat minus idoneam, concedi minori, mente capto, aut prodigo, actionem aduerſus illum, quantum ipſis intereat idoneam fuiſſe receptam. Ita habetur inſti. de ſatiſdatio. tu. §. 5. ſciendum autem.

Vniuerſim bona tutoris & curatoris tacitè ſunt hypothecata minori, à puncto tutelæ aut curæ ſuſceptæ, ita, vt ad quemcunque deuenerint, poſſit illa minor extrahere, vt ſibi ſatisfiat. Ita habetur l. pro officio, C. de adminiſt. tut. l. de creationibus, C. de epiſcop. audientia, l. vltim. §. & inuentario, C. de curat. furioſ. Authen. De hæredibus ab inteſt. §. ſin autem plurimi, & l. vltim. titulo decimo ſexto, parte. 6. Gregor. Lopez, in calce illius legis vult, bona quoque fideiuſſoris, & hæredum tutoris, aut curatoris, eſſe etiam tacitè hypothecata minori: id tamen non probant iura citata, neque lex illa Caſtellæ. Quoniam verba illa, *y todos ſus bienes*, referri poſſunt ad ſolum tutorem aut curatorem, & non ad fideiuſſores, aut hæredes tutoris. Atque hic videtur eſſe legitimus ſenſus illius legis. Saltem ſi hæres tutoris inuentarium bonorum defuncti confecit, bona hæredis propria libera omnino manebunt ob tutelam à defuncto ſuſceptam, alioquin onus ſubiret ex hæreditate adita cum inuentario, contra l. vltim. C. de iure deliber.

Præterea, tutores & curatores iurare tenentur, ſe munera tutoris aut curatoris rectè executuros, atque defenſuros bona & perſonam minoris, confecturosque inuentarium, & reddituros ſuo tempore rationem ei, ad quem de iure pertinebit. Ita habetur in Authent. vt hi qui obliga. ſe haber. §. vltim. l. in creatione, C. de epiſcop. aud. l. vlti. §. ſi quidem parens, & in Authen. ibi ſubiuncta, C. de curat. furioſi, vbi dicitur, vniuerſim habere verum in omni curatore (intellige & tutore) ſiue ſit minoris, ſiue maioris, ſeu mente capti, prodigi &c. ſit, & l. 9. titulo decimo ſexto, par. 6. In ordinationibus verò Luſitanis, libro primo, titulo 67. §. vigeſimo quarto, tutori quidem & curatori legitimo, de numero collateralium præcipitur adhibere iuramentum prædictum, nihil tamen tale §. 22. iniungitur matri, & auiæ, cæteriſque aſcendentibus: attamen ſtabitur conſuetudini, quam ignoro. Fortaſſe ſicut de datiuis tutoribus

Iuramentũ tutoris, & curatoris.

bus & curatoribus nihil tale dicitur, & nihilominus ſeruabitur ius commune: ita mater, & auia, quin & teſtamentarij tutores & curatores, iuxta ius commune, iurare cogentur, eſto, nihil tale in ordinationibus dicatur. Modus autem, quo inſtrumenta tutelæ & curæ in Regno Caſtellæ fieri debeant, præſcribitur l. 94. & 95. titulo decimo octauo, par. 2. & latius traditur à Gaſpare Monteroſo in practica, tracta. 7. folio 170.

Inuentariũ conficere tenentur.

Tutores, & curatores mox atque tutelam vel curam ſuſcipiunt minoris, aut mente capti, vel prodigi, conficere debent inuentarium bonorum, l. tutores, ſecunda, C. de adminiſt. tut. l. 15. titu. 16. par. 6. & aliis iuribus. Id autem quod dicitur, mox, intelligendum eſt, niſi neceſſaria & iuſta cauſa impedierit, vt habetur l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſtra. tut. & affirmant Gloſ. l. tutores citata, & Doctores communiter. quarè intelligendum eſt, cum primum commodè moraliter loquendo potuerint: fieri autem debet coram publico tabellione, vt habetur l. tutores, citata, vbi gloſſa affirmat, ſatis eſſe vt ſit vnus, & id diſponit l. 15. Caſtellæ, citata: debent tamen adhiberi teſtes.

Vtrum autem fieri debeat coram iudice, gloſ. l. tutores, citata verbo, publicarum, affirmat: quoniam, vt habetur l. chirographis, in princip. ff. de adminiſt. tuto. ex inuentario conueniri poſſunt debitores, ſi aliæ ſcripturæ perijſſent: id autem verum non eſſet, niſi factum eſset in præſentia, iudicis, & de verbo ad verbum tranſcriptæ eſsent ſcripturæ in inuentario, vt patet in Authen. vt ſponſal. largitas, §. hoc inſuper, iuncta gloſ. prima, ibi, & affirmat gloſs. l. chirographis, citata Bar. verò l. tutores, citata, quem refert & ſequitur Gregor. Lopez, l. 15. ti. 16. par. 6. verbo, *con otorgamiento del Iuez*, ait, quod ad tutorem, aut curatorem attinet, ſatis eſse, ſi inuentarium fiat extra iudicium coram tabellione: vt vero fidem faciat contra debitores minoris, neceſse eſt, vt in præſentia iudicis fiat. Credo tamen neque in hoc, neque in Caſtellæ Regno eſse in vſu, vt fiat in præſentia iudicis, ſed, antequam inuentarium fiat, comparet corã iudice is, qui tutor, aut curator futurus eſt, & præſtat cautionem in euentibus, de quibus ſupra dictum eſt, & ſimul iudex ſuſcipit ab eo iuramentum circa ea omnia, quæ ſupra commemorata ſunt, de quorum numero eſt, quod inuentarium conficiet, idque fideliter; & tunc decernit illi iudex, atque iniungit tutelam, aut curam; autoritatem & poteſtatem ad illam exercendam ei tribuens: poſtea verò cum tabellione coram teſtibus tutor ipſe, aut curator conficit inuentarium. Atque hoc eſt, quod leg. decima quinta, citata vult, cum iubet, vt fiat inuentarium, *con otorgamiento del juex del lugar*, & quod apertè ſonant leg. 94. 95. & 99. titulo decimo octauo, parte tertia, dum præſcribunt formam inſtrumentorum tutelæ, quam Gaſpar Monteroſo loco citato tradit. In hoc autem Luſitaniæ Regno diſputa. 218. cum Aluaro Valaſco dictum eſt, vſum non habere, vt inuentarium coram iudice fiat; tametſi ſi iuramentum, quod debitè fiat coram iudice præſtetur, & libro primo Ordin. titulo ſexageſimo ſeptimo, §. decimo ſeptimo, ſolum præcipitur, vt inuentarium tutoris ac curatoris, fiat coram tabellione iudicis orphanorum. Eiuſmodi autem inuentarium tranſcribendum regulariter eſt ex eo, quod fieri debet de bonis defuncti, cui minor ſuccedit, de quo ſupra, dum de inuentario hæredis diſputauimus, dictum eſt, quo pacto de iure huius Regni fieri debeat; & quæ in eo ſint ſcribenda. Libro autem primo Ordin. titu. 67. in calce §. 3. præcipitur, vt in eo ſcribantur quidem inſtrumenta ſingula, quæ ea de re fiunt, & à quo miniſtro publico, & quo tempore facta ſint; at verò non tranſcribantur.

Ius Caſtellæ & Luſitanæ.

Vtrum autem tutori, aut curatori remitti per teſtatorem poſſit confectio inuentarii. Reſpondendum eſt, poſſe remitti, vt expreſsè habetur leg. vltima §. illo, C. arbitrium tutelæ. Ait tamen Couartu. 2. var. reſol. cap. 14. nume. 4. cum Bar. & communi Doctorum ſententia, quam citat, poſſe nihilominus iudicem illi iniungere vt inuentarium conficiat, ſi id expedire iudicauerit ad rectam bonorum adminiſtrationem, iuxta leg. vtilitatem, ff. de confirmando tutore. Imò verò, cum Ilerdenſi Epiſcopo non affirmat, inualidam eſſe talem remiſſionem, confectionis inuẽtarij quo ad portiones legitimas in bonis parentum minoribus debitas, vt eſſet, ſi teſtator nihil vltra portiones legitimas illis relinquit.

Tutores & curatores nihil efficere poſſunt ante inuentarium confectum. Excipitur, niſi id, quod egerint, dilationem non patiatur, atque adeo neceſſitas cogat id efficere ante inuentarium perfectum. Vtrũque habetur leg. tutor qui repertorium, in princip. ff. de adminiſt. Excipitur præterea, niſi teſtator confectionem inuentarij illi remiſerit, vt habetur leg. vltima, §. vltimo, C. arbi. tute. Vbi vides teſtatorem remittere poſſe tutori, aut curatori confectionem inuentarij. Quòd ſi ſine iuſta cauſa, exceptiſque his euentibus, res adminiſtrent, antequam inuentarium conficiant, præſumitur dolo eos inuentarium non confeciſſe, & tenentur minori quantum ſua intererat inuentarium eſſe confectum, atque aduerſus eos iuratur in litem, ab eo, qui rationem adminiſtrationis ab illis exigit, ſiue ſit alius tutor, aut curator, ſiue minor iam omnino ſui iuris effectus, ſiue quicunque alius, qui in eis bonis ſuccedit, aut rationem exigere debet. Ita habetur l. tutor qui repertorium, in principio, iuncta gloſſ. ibi, ff. de adminiſtr. tutor. Præterea, tanquam ſuſpecti remouentur à tutela, aut cura, & efficiuntur infames, neque in vincula conijciuntur, niſi ſint in aliqua dignitate conſtituti, eò quòd hac pœna ſoli humiliores afficiuntur. Hæc omnia habentur lege vltima, §. vltimo, C. arbitriũ. tutel. lege tertia, §. tutores, ff. de ſuſpect. tutor. & lege decima quinta, titulo decimo ſexto, & leg. prima, tit. 18. par. 6.

Ex prædictis duobus §§. præcedentibus liquet, falſam eſſe opinionem Bart. leg. legitimos, in princ. ff. de legit. tutor. aſſerenti, inuentarium ſubſequi non debere decretum iudicis, quo quis tutor, aut curator decernatur, eique authoritas ad munus exercendum tribuatur; ſed vel debere præcedere, vel eſſe ſimul. Si namque ante inuentarium efficere poteſt, quæ dilationem non patiuntur, ſi item remouetur à tutela & cura tanquam ſuſpectus. aliiſque pœnis afficitur, ſi munus adminiſtret, manifeſtum eſt ante inuentarium præcedere decretum iudicis, quo quis tutor aut curator conſtituitur. Conſentit lex tutores, 2. C. de adminiſtr. tutor. quæ ſic habet. Tutores, vel curatores mox, cum fuerint ordinati, inuentarium ſolenniter facere curabunt. Ordinationem eorum, quæ ſanè cum iudicis decreto fit, præcedere dixit confectionem inuentarij; atque ita ait Gregorius Lopez, leg. decima quinta, tit. 16. part. 6. gloſſ. 1. ſeruari in praxi: Bartolum vero fefellit, quod non attenderit, aliud eſſe prohibere tutori & curatori ne exequatur munus ante confectum inuentarium, niſi juſta cauſa excuſet, aut teſtator remiſerit confectionem inuentarij, quod fit, leg. vltima, §. vlt. C. arbitrium tutel. aliud verò habere munus, & authoritatem ex iudicis decreto, quod eadem lege non prohibetur ante inuentarij confectionem, vt Bartolus non rectè exiſtimat.

Quæ autem in inuentario ſcribenda ſint, traditur l. tutores, 2. C. de adminiſtratione tutor. & leg. 15. titulo 16. parte ſexta, Vt verò ſummatim copioſiuſque id dicam, ea ſcribenda ſunt, ſiue de iure com-

communi, ſiue de iure Luſitano, quæ diſputat. 218. explicata ſunt, ſcribi debere in inuentario defuncti, quando hæredes ſunt aliqui minores. Quod ſi tutor, aut curator, etiam mente capti, aut prodigi, quicquam in inuentario conſcripſerit tanquam illius, cuius tutor, aut curator eſt, tunc præſumptio eſt iuris & de iure ad eundem pertinere, neque admittitur probatio in contrarium: ſecus autem, ſi extra inuentarium id dixiſſet, confeſſusve fuiſſet, leg. vltima in princip. & §. ſin autem, C. arbitr. tutelæ. Quòd ſi poſt ſcriptum inuentarium aliquid adueniat minori, aut mente capto, vel per vltimam voluntatem, vel quocunque alio titulo, inuentario eſt addendum, lege vltima, §. tali itaque, C. de curator. furioſi, ſcripto die, in quo additur, vt ait gloſſ. lege tutor qui repertorium, in principio, verbo, repertorium, ff. de adminiſtrat. tutor. Fieri autem debet inuentarium ab eodem tabellione, ſed non vno die, vt de inuentario defuncti ſupra dictum eſt. Additio verò poſt inuentarium perfectum, de qua l. vlt. citata, fieri poteſt per alium tabellionem.

DISPVT. CCXXIV.

De adminiſtratione tutorum & curatorum, atque de emolumento, ſeu præmio ipſis propoſito.

His opere impletis, quæ diſputatione præcedente explicata ſunt, conſequens eſt, vt tutor, aut curator munus ſuum exequatur. Eiuſmodi autem munus ſe extendit ad perſonas minorum, ad illorum bona, & ad eorundem cauſas.

Quod ad perſonas attinet, licet cura perſonæ plus ad tutorem, quam ad curatorem ſpectet, ad vtrumque tamen pertinet, vt diſputatione 220. dictum eſt. Contentu l. conſilio, in principio, ff. de curator. furioſ. atque quo ad educationem & alimenta; habetur expreſsè l. ius alimentorum, ff. vbi pupillus educari debeat.

Cura perſonę minoris. Quando teſtator diſpoſuit, vbi vellet educari minorem, quamuis ratio ſit habenda eiuſmodi diſpoſitionis: iudex tamen aliud ſtatuere poteſt, & debet, ſi id magis minori expedire iudicauerit. Ita habetur expreſsè, leg. prima in principio. ff. vbi pupil. educ. deb. & l. Quintus Mutius, ff. de ann. leg. vbi redditur ratio: quia hoc ad authoritatem ſolum teſtatoris pertinet: in diſpoſitionibus autem ad ſolam authoritatem pertinentibus, iudex ſtatuere poteſt contrarium, ſi proſpexerit id magis expedire.

Si mater ſupeſtes ſit, neque ad ſecundas nuptias tranſiuit, regulariter nullibi commodiùs iudicandum eſt educari poſſe minorem, quam apud matrem, vt habetur leg. prima C. vbi pupil. edu. debeat: quare illud illi tradi debet, vt habetur libro primo, Ordin. Luſitanarum, titu. 67. §. 9. & l. 19. tit. 16. part. 6. niſi circunſtantiæ ſint, quę aliud ſuadeant, vt ſi illa prauos habeat mores, aut aliunde periculum ſpirituale, aut corporale minoris ex educatione matris timeatur.

In Ordin. Luſitanis, §. nono, citato, conſone ad l. nec filium, C. de patria poteſt. & gloſſ. vltima, cap. cum haberet, de eo qui duxit in matr. ſtatuitur, matrem gratis teneri educare infantem quo ad lac duntaxat, quouſque infans ſit trium annorum, reliqua verò, non ſolum in illo triennio, ſed etiam poſtea, quouſque minor dignus ſit mercede aliqua pro ſuis obſequijs, inſumenda eſſe de bonis minoris: niſi minor bonis careat: nam tunc mater tenetur illum educare gratis, de ſuis bonis. Quando verò mater eius eſt conditionis, vt lac ipſa præbere non ſoleat filijs aut legitimum ad id habet impedimentum, quod cum nutrice illo triennio expenditur, perſoluitur de bonis minoris, vt ibidem ſubiungitur.

A

Quando mater tranſit ad ſecundas nuptias, extrahendus eſt minor de illius & vitrici educatione, vt habetur iuribus citatis: quoniam ſuſpecti eo ipſo ſũt valde comparatione minoris. Excipitur, niſi ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, nullibi iudicetur poſſe educari melius, ceſſetq; ſuſpicio: hæc enim ſemper arbitrio iudicis committenda ſunt, vt cum Baldo, & Alb. Grego. Lopez, l. 19. cit. gloſ. penul. rectè ait.

Quando neque mater, neque aui minoris ſunt ſuperſtites ad iudicem eligere ſpectat, vbi & apud quẽ educari debeat, ſpectatis qualitatibus omnium, quoad propinquitatem cum minore, affectum ad illum, mores, & reliqua omnia. Attendi etiam peculiariter debet, ne ex eo, quod minori quis ab inteſtato ſuccedat, periculum minori immineat, ſuſpiciove talis periculi ſit: tunc enim alius meritò huic præferri debet, cui minor ad educationem tradatur. Hæc omnia habētur l. 1. & 2. C. vbi pupil. edu. deb. l. prima, & penultim. ff. eodem titulo, & l. 19. tit. 16. par. 6. Lege autem penultim. ff. vbi pupil. edu. debeat, peculiariter admonetur, vitandam eſſe educationem apud eos, vbi pudicitiæ minorum, ſiue mares ſint, ſiue fœminæ, inſidiabitur: quod eſſet, ait gloſſ. ſi ad impudicam vitam eos inducerent.

B

Quando minores eiuſmodi ſunt, vt, attenta qualitate parentum, & ſua, viuere debeant ex obſequijs præſtitis alijs, vel ex opificio, libro primo ordinatio. Luſitanarum, ti. 67. à §. 11. vſque ad 16. iuncta l. 1. titu. 19. par. 1. legum extrauagan. præſcribitur iudicibus orphanorum, vt ad ſeruiendum, vel ad officia addiſcendum alijs eos tradant, cum primum ad id idonei aliquo modo fuerint, vel apud matrem, aut alium conſanguineum, à quo educabantur, eos ſimili modo relinquant, vt ibi hæc ipſa competenti mercede præſtent, atque ita alienis ſumptibus, ſuaque opera, & labore, quo ad fieri poſſit, viuant, aut etiam aliquid inſuper lucrentur; niſi fortè ad tempus aliquid etiam de bonis minoris contribuere oportuerit, vt illos in mechanica arte inſtruant, atque ſuſtentent.

C

Quando verò minores tales non ſunt, vt ex opificio, aut obſequijs alijs præſtitis, viuere debeant, ad iudicem ſpectat, attenta quantitate patrimonij, & qualitate eorum, cæteriſque circunſtantijs concurrentibus, taxare illis portionem aliquam ad alimenta quotannis, l. quod plerunque, in princip. C. de alimentis pupillo præſt. l. 3. ff. vbi pupil. educari debeat l. 20. titulo 16. parte 6. & libro primo Luſitan. Ordinat. titulo ſexageſimo ſeptimo, §. decimo quinto, iũcta l. ſecunda, §. 8. titu. 19. par. prima, l. extrauagan. Quamuis autem pater in teſtamento eam illis taxaſſet, ſi tamen exceſſiua eſſet, attenta quantitate patrimonii & alijs circunſtantijs, maximè, ſi de nouo aliquæ ſuperueniſſent, ad iudicem ſpectat eam moderari: quin, ſi tutor, aut curator, iudice non adito, irrationabiliter illam ita expenderet, cogeretur de ſuo ſoluere, quod meritò fuiſſet detrahendum: Imo verò, eſto, iudex eſſet, qui maiorem quantitatem, quam par eſſet, pro alimentis decreuiſſet, ſi tamen tutor aut curator illum, vel quando eam decernebat, vel poſtea non admonuit, immodicam eſſe, cogetur de ſuo ſoluere exceſſum: quoniam, ſi illum admonuiſſet, vel eam non decreuiſſet, vel minuiſſet, poſtquam eſſet decreta. Hæc habentur l. 2. & 3. §. vlti. ff. vbi pupil. edu. debeat.

D

Admonetur vero l. tertia, ff. eodem titulo. Ita moderatè alimenta à iudice eſſe decernenda, vt non omnes reditus patrimonii minoris in eis inſumantur, ſed ſemper aliquid ſuperſit, quo patrimonium

nium augeatur. Lex Caſtellæ 20. titu. 16. parte ſexta, idem ſtatuit, ſed quaſi exponens legem tertiam citatam meritò addit, ſi commodè ita fieri poſſit: alioquin reditus omnes expendi poſſunt. Vtrum autem ſi reditus annui non ſufficiant, fas ſit pro alimentis minoris patrimonium minuere. Albericus à Greg. Lopez leg. vigeſima citata relatus, ait doctos quoſdam viros cenſuiſſe, nequaquam id eſſe faciendum, ſed potius tutorem aut curatorem, debere permittere minorem mendicare. Merito tamen ipſe, & Gregorius Lopez affirmant, quando arbitrio prudentis, attentis circunſtantijs concurrentibus, iudicatur, ita minori expedire, fas eſſe minuere patrimonium in ſimilibus, aut alijs ſumptibus: id namque expreſsè ſtatuitur, leg. tertia, in princ. ff. de contraria vtili act. tutelæ.

Eſto iudex alimenta non taxet, ſed tutor, aut curator, ſuo proprio iudicio ea minori tribuat, vel quia videt non expedire vt patrimonij quantitas intelligatur, aut alia iuſta ratione, imò eſto per incuriam accedendi ad iudicem id efficiat, perſoluendum nihilominus ipſi eſt, quod in alimentis debitè expendiſſe conſtiterit, aut vir prudens fuerit arbitratus. Ita habetur leg. vltima, C. de alimen. pupil. præſt. leg. ſecunda, ff. vbi pupil. educa. deb. & leg. 10. titulo decimo ſexto, par. 6.

Porrò ad alimenta ſpectant, non ſolum victus & veſtitus proprios, totiuſque familiæ ipſius ſi talis ſit minor, qui familiã habere debeat, reliquoſque ſumptus familiæ moderari pro qualitate minoris, & quantitate patrimonij, modo ſupra explicato, ſed etiam mercedes præceptorum, vt legere, & ſcribere diſcat, eaque omnia, quæ cum ipſius perſona congruant: item neceſſaria ad honeſtas recreationes, & ad moderatas eleemoſynas, donationes, & liberalitates, quæ talem minorem deceant: ſemper tamen ad eam ſummam peruenire non debent, quam ipſe ſi omninò ſui iuris eſſet, maior iam vigintiquinque annis effectus, licitè poſſet efficere. Tutor etiam ipſe, nomine pupilli, mittere ea munera alijs poterit, quæ vt mittantur, iudicauerit pupillo expedire: qualia ſunt conſueta, & quæ ex honeſtate dimitti non poſſunt: Secus de inconſuetis, quæ ſalua honeſtate demitti poſſunt; quoniam hæc tutor ſua auctoritate præſtare non poteſt. Hæc habentur leg. tertia, §. cum tutor, iuncta gloſſ. ibi, & iuncta l. 4. ſeq. §. vlt. ff. de adminiſtra. tut. l. Attilius (alias Aquilius,) ff. de dona. l. 2. 3. & 4. ff. vbi pupil. educa. debeat. & l. 16, tit. 16. par. 6.

Cura circa bona minoris.

Quod ad minorum bona attinet, tenetur tutor, aut curator, illa adminiſtrare ea cura, & diligentia, quam paterfamilias bona fide ſuis proprjs rebus præſtare debet, leg. à tutoribus, in principio, ff. de adminiſtratione tutorum. Vnde reficere debet ædes, & cætera, quæ ad ſui conſeruationem refectione indigent. Quod ſi frumentum idcirco pluuia periret, quod horrea refici non curaſſet, teneretur ſoluere damnum, argumento leg. ſecundæ, C. de conditis in publicis horreis; & ita de aliis rebus, quæ ſua negligentia perirent. Tenetur etiam facere colere prædia, aut ea locare, prout expedire iudicauerit, & tenetur greges nutrire. Quo pacto in hoc Luſitaniæ Regno, & quando locandæ ſint, aut culturæ reſeruandæ, habetur libro primo ordin. titulo ſexageſimo ſeptimo, §. 19.

Ea mobilia, quæ commodè ſeruari non poſſunt, vt veſtes attritas, iumenta minori non neceſſaria, triticum, vinum, & oleum, atque his ſimilia, poteſt ſine iudicis decreto vendere, permutare, atque alienare, l. lex quæ, & leg. vltima, §. vltimo, C. de adminiſtratione tutorum, leg. vltima, C. quando decreto opus non eſt, atque alijs iuribus. Vendere autem tenetur eiuſmodi res congruo tempore, neque tandiu expectare quouſque pereant; alioquin ſuo damno pereunt, leg. tutor qui repertorium, §. ſi tutor, ff. de adminiſtr. tutorum. Iuxta Bartolum vero, & Salycetum, conſentaneè ad leg. vltimã, §. vltimo, C. de adminſtra. tutor quos Gregorius Lopez l. 16. titulo, 16. parte ſexta gloſſ. vltima, refert ac ſequitur, non tenetur mittere triticum, & res alias in alium locum, vbi plus valeant, vt ibi vendantur, ſed ſatis eſt eas vendere vbi exiſtunt: neque tenetur expectare tempus in quo nimio pretio vendantur; præſertim, cum, ſi ob multam moram corrumpantur, & pereant, tutoris aut curatoris periculo pereant, ſed ſatis eſt, ſi pretio ordinario in loco, vbi ſunt, vẽdantur. Ait tamen Gregorius Lopez, vtile eſſe, vt dies, in quo res venduntur, ſcribatur; alioquin pretio, quo plus valuerunt eo menſe aut anno, in quo venduntur, illi ſupputabuntur, ſi non conſtet quo die illius menſis, aut quo menſe illius anni venditæ ſint.

Res minoris, ſiue tales ſint, quæ iudicis decreto vendi poſſint, ſine non (de quibus ſtatim dicetur) emere non poteſt tutor, aut curator, neque perſona illi ſubiecta, qualis eſt filius, aut vxor; alioquin emptio eſt ipſo iure nulla, & punitur ſolutione quadrupli. l. non licet, & l. ſi in emptione, §. vltimo, ff. de contrahenda empti. & l. vigeſima tertia, titulo vndecimo, libro quinto, nouæ Collect. Legum Caſtellæ, iuncta l. 4. titulo quinto, parte quinta, lib. autem 1. Ordinat. Luſitaniæ, tit. 67. §. 55. idem diſponitur, & inſuper præcipitur, vt nunquam eiuſmodi bona obtinere poſſint ex alio, in cuius dominium deuenerint, niſi titulo ſucceſſionis; & hæc omnia ſub pœna vt tantundem nouies ſoluatur. Idem ſub eadem pœna, & aliis grauioribus, prohibetur iudicibus orphanorum, & tabellionibus eorundem iudicum, necnon *ao contador dos reſiduos*, eodem titulo, §. duodecimo, & 13. Puto autem plus iuſto ſcrupuloſam eſſe controuerſiam, de qua Gama. deciſ. 217. an, qui aliquando fuit tutor, aut curator minoris, poſſit ab eo, iam ætatis viginti quinque annorum effecto, emere aliquid. De qua re contrariæ latæ ſunt ſententiæ in hoc Luſitaniæ Regno, modo pro vna parte, modo pro alia. Dico enim cum Gama, ibidem, ſolum prohiberi emere bona minoris, quæ, dum ipſi tutores aut curatores erant, venduntur, aut hæc ipſa vllo tempore poſteà alio titulo, quam ſucceſſionis obtinere, propter præſumptionem quòd iniquè conſenſerint in alienatione, aliquead occaſionem iniquè aliquid agendi omnino auferendum: at verò neque mentem legiſlatorum fuiſſe, neque verba ordinationis ſignificare, vt quando ipſi tutores, aut curatores eſſe deſierint, non poſſint emere bona eorum, quorum curam geſſerunt, non ſolum ſi illi fuerint iam effecti viginti quinque annorum, ſed etiam ſi minores adhuc ſint, aliquecuram illorum gerant: eſſet enim lex omnino irrationabilis, quæ id ſtatueret. Hi autem tutores, quibus idcirco adminiſtratio tutelæ decreta à iudice non eſt, quoniam idonei reperti non ſunt, emere poſſunt bona minoris perinde atque alii extranei, leg. tutores, quibus, ff. de authori. tutor. Tutor, qui adminiſtrat, emere poteſt bona minoris authoritate iudicis. Item quando multi ſunt tutores, aut curatores, eiuſdem minoris, vnus poteſt emere cum authoritate alterius, leg. quarta, & quinta, in princip. & §. penultimo, & vltimo, ff. de author. tutor, & leg. quarta, titulo quinto, parte quinta. Eam vero derogatam non eſſe per leg. vigeſimã tertiã, titulo vndecimo, libro quinto, nouæ collect. affirmat ibidem Gregorius Lopez. In hoc autem Luſitaniæ Regno neutrum habet locum: quoniam, vt ſupra dictum eſt, ſemper iudex eligere debet ex conſanguineis minoris vnum tantum tutorem, aut curatorem. Et quoniam libro primo Ord. titu. 67. §. 55. expreſsè ſtatuitur, l. vt tut. ac curator neq; ex facul-

cultate Iudicis emere poſſint bona minoris.

Dubium.

De iure communi controuerſum eſt, vtrum eſto tutor, & curator emere non poſſit bona minoris per interpoſitam perſonam, ſeu occultè, quod præſumitur eſſe in mala fide; poſſit tamen palam emere per ſeipſum propria authoritate. Lex cum ipſe, C. de contrahen. emptio. affirmare videtur, atque inter alias expoſitiones gloſſæ ibi, & gloſſ. leg. ſi in emptione, §. vltimo, ff. eodem titu. vna eſt, licitè ac validè id efficere poſſe; quam ſententiam amplectuntur Bar. l. pupillus, §. vltimo, ff. de authoritate tutorum, Salycetus, & alij, quos ſequitur. Gregorius Lopez, lege quarta, citata. Alia expoſitio earundem Gloſſarum eſt, leg. cum ipſe, ſolum intelligendam eſſe, quando ſunt plures tutores, & vnus authoritate alterius emit palam, non verò per interpoſitam perſonam: nam tunc in eo euentu inualida eſt venditio, vt expreſsè habetur leg. pupillus, §. penultimo & vltimo, ff. de authoritate tutorum, & l. non exiſtimo, ff. de adminiſtrat. tutorum. Atque in hanc ſententiam propendeo: quoniam regula iuris eſt, tutorem non poſſe eſſe authorem, vt ipſe à minore emat, vt habetur leg. prima, 5. & aliis, ff. de authoritate tutorum. Quicquid autem ſit de iure communi, de iure tamen Regni Caſtellæ, leg. vigeſima tertia, titulo vndecimo, libro quinto, nouæ Collect. & de iure Luſitano, §. 55. citato, inualida eſt talis venditio, vt expreſsè his iuribus diſponitur.

Deciſio.

Ius Caſt. & Luſit.

Pecunia in bonis minoris reperta, & quæ venditione fructuum, & aliarum rerum mobilium, quas ſeruare non expedit, comparata fuerit, aut ex venditione rerum immobilium ſuperfuerit, in vtilitatem minoris conuerti debet, emendo ex illa prædia vtilia minori, leg. tutores, 2. C. de adminiſtratio. tutor. leg. ita autem, & leg. tutor qui repertorium, §. ſi poſt, ff. eodem titulo. In hoc autem Luſitaniæ Regno, iudici orphanorum præcipitur, vt id tutores & curatores executioni mãdare curent. Præſcribitur etiam quod prædia potius, quam alia, emi debeant.

Ius Luſit.

De iure communi quando prædia congrua, quæ emerentur, non inueniebantur, præcipiebantur tutores tradere pecunias minorum ad vſuras, leg. tutores, citata, & multis aliis iuribus. Et quamuis poſteà in Authentica, Vt hi qui oblig. ſe. §. quoniam autem, permiſſum fuerit pecuniam minoris deponere, & aſſeruare, quando prædia, quæ emerentur, non inueniebantur, & minor redditus ſufficientes haberet, vnde ſine patrimonii conſumptione, ſuſtentaretur, quando tamen redditus ſufficientes non habebat, tantum pecuniæ tutor, aut curator, tradere ad vſuram cogebatur, vt ex vſuris ſuppleretur vnde congruè ſuſtentari poſſet. Quamuis hæc, inquam, de iure communi ſtatuta fuerint, quia tamen vſuræ iure naturali & Diuino (vt ſuo loco oſtendemus) illicitæ ſunt, nefas profectò eſt etiam ad pupilli ſuſtentationem, pecunias illius tradere ad vſuram, cum onere reſtituendi, quod ita acquiſitum eſſet. Quare merito Luſitana lex libro primo ordinat. titulo ſexageſimo ſeptimo, §. decimo nono, id fieri prohibuit, ſub pęna, vt qui ad vſuram eam pecuniam traderet, vſurariorum pęnas ſubiret, & nihilominus capitale minoris ſaluum atque integrum remaneret.

Quando ergo prædia non occurrerint, quæ emantur, tenetur tutor aut curator pecuniam minoris tradere in honeſtum, ac ſecurum lucrum, vt Panormitanus, & Doctores alii, quos Couarru. 3. variar reſolut. capitulo ſecundo, numero primo refert ac ſequitur, affirmant, alioquin tenebitur minori ad intereſſe, quantum æſtimabitur, quod ea via minor lucrari licitè poterat. Ait vero Couarruuias in prouinciis, vbi frequens eſt emptio annuorum redditaum, ſaltem cum pacto de retrouendendo, ut frequentiſ- A ſima eſt in Regno Caſtellæ, non excuſari tutorem, ſi ad eiuſmodi lucrum occurrens pecuniam non tradat: ius namque ad eiuſmodi annum lucrum cum rebus immobilibus computatur, prædiiſque æquiparatur. In locis autem in quibus id non eſt freques, vt in Luſitania, affirmant Doctores citati, tradendam eſſe mercatori, aut alteri ſimili ad licitam, & tutam negociationem, de qua fit mentio, & approbatur capite, per veſtras, de donatione inter virum & vxorem. Atque ita fieri conſueuit olim in hoc Luſitaniæ Regno, latèque præſcribitur modus, quo tradenda erat lib. primo Ordinat. titu. ſexageſimo ſeptimo. à §. 49. Poſtea verò parte prima legum extrauag. titu. 19. l. ſecunda, deponi eam præſcribitur, vnà cum gemmis & rebus aliis aureis, & argenteis minoris, in arca publica ad id deputata, nec inde extrahi, niſi vt ſuo tempore reddatur, vel vt inde prædia, aut annui redditus minori emantur, vel cõgrua ſuſtentatio illi tradatur, debitave illius ſoluantur: at B que hoc ipſum hodie ſeruatur, conſentaneè ad Authenticam, Vt hi qui obligat. ſe, §. quoniam autem. Fortaſſe ob difficultates, & pericula pecunię quæ ex periebantur, quando ad negociationem tradebatur, hoc ita conſtitutum fuit.

Ius Luſit.

Res immobiles minoris, & quæ cum immobilibus computantur, vt ius ad annuos redditus, alienari non poſſunt ſine decreto iudicis, quo obiata ac probata prius coram illo legitima cauſa, vt id fiat, decernit, vt vendantur, aut alio modo alienentur: contractuſque, & alienatio aliter facta, ſunt ipſo iure nulla, neque iudex delegare poteſt, vt cauſa per alium cognoſcatur decretumque per alium fiat, l. ſecunda, ff. de offic. eius, cui eſt mandata, & c. l. prima, & ſequentibus, præſertim l. magis puto, §. non paſſim, & ſequentibus, ff. de rebus eorum qui ſub tutela, l. ob æs alienum, C. de præd. mino. l. 3. §. Seuerus, ff. de ſuſpecto tutore. l. 60. titu. 18. par. 3. vbi docetur forma, qua ſcriptura alienationis fieri debeat, l. C 4. titu. 5. par. 5. & l. 18. titu. 16. par. ſexta, & aliis iuribus, quæ Gregorius Lopez ibidem, & Anton. Gomez. ſecundo tomo variarum reſolut. cap. 14. num. 13. citant. Idem eſt de rebus mobilibus pretioſis, vt de gemmis, vaſis aureis, & argenteis, gregibus, mancipijs, & alijs ſimilibus, vt habetur l. lex quæ, C. de adminiſtr. tut.

Minoris q̃ bona ſine iudicis decreto alienari nõ poſſint.

Quamuis de iure communi, vt Greg. Lopez, l. 60. citata, refert, controuerſum eſſet, an, vltra prædictas ſolennitates, eiuſmodi res uendi deberent in publica ſubhaſtatione; lex tamen illa 60. ſtatuit, vt prius, quàm uenditio perficiatur, triginta diebus in publica ſubhaſtatione vendenda proponantur. Qđ potiſſimum intelligit Greg. Lopez, de rebus immobilius, tutumq; eſſet addit, ſi idem in mobilibus pretioſis ſeruetur.

Cauſæ legitimæ, ob quas decerni poteſt, vt eiuſ- D modi res minprum uendantur, ſunt. Imprimis, ſi urgeat æs alienum, quod aliundè commodè ſolui non poſſit, l. ob æs alienum, C. de prædijs minor. in princip. l. magis puto, §. non paſſim, ff. de rebus eorum, qui, & c. l. 18. titulo 16. par. 6. & alijs iuribus. Deinde, ſi minor ali non poſſit aliundè, aut redimi, vel ab alio diſcrimine eripi, argu. l. ſancimus, t. de ſacro ſan. eccle. glo. l. ob æs alienum, citatata; Bar. l. magis puto, & alij. Idem vult gloſ. c. citata: eſſe ob redemptionem, aut famem valde coniunctorum minori. Idem meritò affirmant l. 60. & l. 4. Caſtellæ, citatæ, quoties id plus expedire minori competietur, quàm contrarium. Vt ſi nouum prædium vendatur, vt ematur aliud vtilius, vel permutetur cum vtiliori, ſupererogata aliqua pecunia, atque ob ſimiles cauſas, quæ iudicis prudentis arbitrio ſufficientes cenſeantur: Ad dotandam etiam ſororem pauperem ex eodem patrę natam, poſſunt et vendi res minoris, l. lex

l. lex quæ, §. 1. C. de adminiſt. tutor. l. cum plures, §. cum tutor. ff. eodem titu. & l. 18. tit. 16. par. 6. Secus autem ſi ſit ex eadem matre, ſed ex alio patre, vt expreſsè habetur §. cum pater, citato. Licet enim optimè faciat frater qui vterinam ſororem pauperem dotauerit, ad id tamen non tenetur: quoniam dotare filiam, potius ad patrem, quam ad matrem ſpectat, eaque de cauſa liberalitas illa minori, cum ad legitimam ætatem peruenerit, eſt relinquenda, nefaſque eſt tutori, aut curatori illam efficere, vt §. citato expreſsè habetur. Et quamuis frater teneatur alimenta præbere ei ſorori vterinæ, qui aliunde ſuſtentari non poteſt, poſſitque proinde, ac debeat tutor, aut curator ea illi de bonis minoris præſtare, vt habetur l. qui filium, ff. vbi pupillus educari debeat; non tamen poteſt eidem dotem dare de bonis minoris: quoniam minor ipſe, non tenetur eidem dotem dare, ſed optimè faciet, ſi, cum ad legitimam ætatem deuenerit, eam illi det, ac proinde tutor, & curator tenentur eam liberalitatem ei relinquere. Neque valet hæc conſequentia; tenetur quis alimenta præſtare alicui puellæ, ſi aliundè ea non habeat, ergo tenetur illam dotare quantum ſatis ſit, vt perpetuò ſe alat: quoniam longè plus eſt dotem dare, quam per partes alimenta illi præbere. Hæc tamen conſequentia valet; tenetur quis alimenta puellæ præſtare, ergo poteſt eam dotare, ita vt ex dote perpetuò ali poſſit. Hinc intelliges, patrem, non ſolum filiæ naturali, ſed etiam ſpuriæ ex ſacrilegio genitæ, teneri quidem alimenta præbere, & poſſe eam dotare, non tamen ad hoc ſecundum teneri: & eodem modo fratrem vterinum teneri alere ſororem, poſſeque illam dotare, ſi adminiſtrationem ſuorum bonorum habeat; non tamen teneri hoc ſecundum efficere: atque hæc eſt communior Doctorum ſententia, quam Gregorius Lopez, leg. 18. citata refert, apud quem longiorem diſputationem legere hac de re licebit.

Quando bona minoris ex decreto iudicis alienanda ſunt, à mobilibus erit incipiendum, eaque prius diſtrahenda erunt, quæ minus vtilia minori ſunt. Ex rebus mobilibus, quoad fieri poterit, ea mancipia, quæ longo tempore fuerunt in domo defuncti cui minor ſuccedit, alienanda non ſunt. Ex immobilibus ſimiliter domus, in qua pater mortuus eſt, minorque fuit nutritus, tunc diſtrahenda eſt, quando omninò aliud fieri non poſſit. Vtrumque habetur leg. lex quæ, C. de adminiſt. tut. & l. 18. titu. 16. par. 6.

Etiam ſi minor aliquis veniam ætatis obtineat, inualida eſt tamen alienatio ab ea facta bonorum ſuorum immobilium ſine iudicis decreto, etiam rem immobilem ſubijciat ſolum hypothecæ, vt habetur leg. penultima, C. de ijs qui veniam ætatis impetra. Secus autem, de alienatione eorum bonorum mobilium, quæ, niſi veniam ætatis obtinuiſſet, Iudicis decreto indigebant, vt gloſſa ibidem affirmat: quoniam lex illa ſolum loquitur de alienatione bonorum immobilium.

Veniæ ætatis quid, & cui concedenda. Quo loco obſerua, de iure communi. l. ſecunda, C. de ijs, qui veniam ætat. impetr. ſancitum eſſe, à Principe concedi poſſe veniam ætatis minoribus, hoc eſt, vt adminiſtrationem ſuorum bonorum perinde reputentur, ac ſi viginti quinque eſſent annorum: at verò ſtatutum eſſe, vt non concedatur maſculis niſi poſtquam vigeſimum annum expleuerint, & fœminis poſtquam impleuerint decimum octauum, & niſi moribus, eoque iudicio prædití iudicentur, vt idonei ad ea adminiſtranda cenſeantur, & tam ætas, quam reliqua coram iudice idoneis teſtibus comprobentur, comparente maſculo per ſeipſum coram Iudice, & fœmina per ſuum procuratorem. Qui autem veniam ætatis hoc mo-

A dictà Principe conſequitur, ita maior reputatur, vt valida ſint, quæ poſtea geſſerit, neque illi beneficium reſtitutionis in integrum deinceps, concedatur, vt habetur leg. prima, C. de ijs, qui veniam ætat. impet. Si tamen ante veniam ætatis obtentam in aliquo fuiſſent læſi, quadriennium, quod poſt vigeſimumquintum annum incepiſſet illis currere, vt beneficium reſtitutionis in integrum perere poſſent, incipit eis currere à die, qua veniam ætatis impetrauerit. Si tamen bonum immobilem poſt veniam obtentam vſque ad vigeſimum quintum annum expletum ſine iudicis decreto alienarunt, tunc inualida eſt talis alienatio, non ſecus ac ſi veniam ætatis non obtinuiſſent, vt ex l. penultima eiuſdem tituli relatum eſt. In his omnibus conueniunt Luſitaniæ Ordinationes, libro primo titul. 67. §. 64. & 65. Additur tamen, idem eſſe de minore, qui cum facultate iudicis orphanorum contraxit matrimonium, & decimum octauum annum expleuit. Tam enim huic, Ius Luſit. B quam ei, qui veniam ætatis modo ſupra explicato obtinuit, tradere debet iudex orphanorum ſua bona, perinde ac ſi vigeſimum quintum annum expleuiſſent, validaque ſunt, quæ deinceps geſſerint, eo modo, quo explicatum eſt. Statuitur verò §. ſexageſimo quarto citato, vt litteræ veniæ ætatis ab alio non concedantur, quam, *pellos deſembargadores do paço*, & vt ſi ab alio ſint conceſſæ, ipſo iure ſint nullæ. De eiſdem litteris videtur eſſe ſermo, libro primo, titulo tertio §. vltimo, vbi idem ſtatuitur, ſed appellantur, *cartas de amancipaçaon*. ſumpta emancipatione pro venia ætatis, vt multi volunt: emancipatio namque a quocunque iudice concedi poteſt, vt dum de patria poteſtate ſermo fuerit, dicetur: venia autem ætatis à ſolo Principe conceditur. Illud addendum eſt, de iure communi, l. vltima C. de ijs, qui veni. ætat. impetr. ſtatui præſertim in ſubſtitutionibus, tam directis, quam fideicommiſſarijs, & vniuer C ſim in quacunque alia diſpoſitione; aut conſtitutione, ſi dicatur, vt aliquid detur alicui, aut fiat aliquid quando aliquis fuerit legitimæ ætatis, intelligendum id eſſe, de ætate viginti quinque annorum, neque ſatis eſſe ſi is veniam ætatis obtineat.

Decreto iudicis indiget minor, non ſolum vt alienet rem immobilem de ſuo patrimonio, ſed etiam vt illam remittat, renunciet, & deſinat acquirere, quando iam ipſo iure eſt ſibi acquiſitum dominium, vel habet ius ad illam: vnde remiſſio legati, aut fideicommiſſi de re immobili ſine decreto iudicis eſt nulla, leg. magis puto, §. fundum, ff. de rebus eorum, & l. ſi ad reſoluendam, C. de prædijs minor. & affirmant Antonius Gomez. ſecundo tomo variarum reſolution. capitu. decimo quarto, numero decimo quarto. Gregorius Lopez, l. 18. titulo 16. par. 6. & communis Doctorum ſententia, quam D referunt: in fauorem quippe minorum etiam renunciare, aut non aquirere rem immobilem eis ſine iudicis decreto permiſſum non eſt. Quando autem actio aut debitum eſſet alternatiuè de re immobili, aut certa pecunia, prout debitor magis vellet; tunc, ſi minor in alterum id cedat, ſine iudicis decreto ab euentu, quid ſoluere volet debitor, pendet vtrum talis ceſſio ualida ſit, an non, vt cum Bar. & alijs affirmat Gregorius Lopez, loco citato. Si tamen remitteret debitori ſine iudicis decreto, credo ualidam eſſe remiſſionem; quoniam in poteſtate debitoris eſt eligere, ſoluere potius rem mobilem, ut remiſſionem ualidam efficiat.

Iudicis decretum ad omnem alienationem latè ſumptam rei immobilis (prout eam explicabimus dum de alienatione rerum Eccleſiaſticarum ſermo fuerit) neceſſarium eſt, etiam ad hypothecam, l. penult. C. de ijs qui veni. ætate. impet. & l. ſi pupil-

pupillorum, §. ſi pupillus, ff. de rebus eorum, & affirmant Greg. Lopez, l. 4. tit. 5. p. 5. verbo enanegarlas coſas. Ant. Gomez. num. 14. citato, & alij Doctores communiter. Item ad emphyteuſim, & conſtitutionem vſusfructus in proprio prædio, aut alienandum vſumfructum minoris conſtitutum in alieno prædio & ita de quauis alia ſeruitute reali, l. ſed ſi pecunia, §. ſi ius, & ſequentibus, ff. de rebus eorum, & l. vltima C. de rebus alien. non alinand. Simili modo ad tranſactionem circa rem immobilem, l. non ſolum, C. de prædijs minor. l. cum ij, §. tranſactiones, ff. de tranſact. & affirmat communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gom. nume. 14. citato refert ac ſequitur. Si tamen tranſactio fieret, ita vt res immobilis apud minorem maneret, ipſe vero pecuniam ſolueret, valida eſſet tranſactio ſine iudicis decreto. Qua ratione autem fieri non poteſt tranſactio circa rem immobilem ſine iudicis decreto, eadem neque compromiſſum: quia eſt veluti tranſactio. Vtrumque affirmant Bar. & alij, quos Ant. Gom. ibidem, nu. 15. refert ac ſequitur.

Quando pater, aut teſtator iuſſit teſtamento, aut codicillo vt bonum immobile minoris hæredis ſine iudicis decreto poſſet alienari, valida eſt alienatio ſine tali decreto. Ita habetur expreſsè, l. prima in prin. & l. magis puto, ff. de rebus eorum, l. tutelam, C. de adminiſt. tutor. & l. 1. C. quando decreto opus non eſt. Habetque hoc verum, etiam ſi teſtamento minus ſolemni tradita ſit ea facultas: quia ſicut tutor datus à patre in teſtamento minus ſolenni confirmandus eſt, excuſaturque à ſatisdatione, vt habetur l. qui à patre, ff. de confirmando tutore, eò quòd paternum teſtimonium ſufficiat: ita hac in parte ſufficit paterna voluntas, & teſtimonium, eſto minus ſolenni teſtamento ſint expreſſa; atque de hac etiam voluntate ita expreſſa intelligenda eſt l. vltima, C. de rebus alien. non alienan. conſentiunt Bar. & alij Doctores, quos Ant. Gom. 2. to. variar. reſol. cap. 14. nu. 16. refert ac ſequitur.

Dubium. Dubium eſt, in euentibus, in quibus explicatum eſt, vt alienatio boni minoris valida ſit, neceſſarium eſſe iudicis decretum, quis iudex interponere debeat ſuam authoritatem & decretum, vtrum iudex loci originis, an loci domicilij minoris (iuxta ea quæ diſputatio. 220. explicata ſunt) an potius iudex loci vbi res alienanda eſt ſita. Decisio. Dicendum eſt ſi tutor, aut curator datus a Iudice loci domicilij, aut originis, vniuerſalis ſit, quia de omnibus bonis minoris datus eſt, iuxta ea quæ diſput. citata, explicata ſunt, indifferenter pertinere interponere decretum ad Iudicem loci originis aut domicilij, & ad Iudicem loci, in quo res eſt ſita, & quicunque interponat, ſufficit. Quod ſufficiat decretum Iudicis loci originis, aut domicilij, habetur expreſsè, leg. magis puto, §. illud quæri, ff. de rebus eorum. Quòd verò ſpectet etiam ad Iudicem loci, in quo res eſt ſita, eſt textus expreſſus, leg. ſi prædium, C. de præd. minor. Conſentit communis Doctorum ſententia, quam Anto. Gomez. 2. tomo variar. reſol. cap. 14. nume. 17. refert. ac ſequitur.

Minorum cauſa. Vt ad minorum cauſas accedamus. Pupillus, dum infans eſt, id eſt, minor ſeptem annis, vt habetur l. ſi infanti, in princip. C. de iure deliberan. nihil efficere poteſt, quo vel ipſe alteri obligetur, vel ſibi alterum obliget; ſed quicquid validum in ea ætate fieri debet in contractibus, aut litibus minoris, ſiue illum defendendo, ſiue pro illo agendo, a ſolo tutore fieri debet: quia in ea ætate mente capto æquiparatur, eò quod non cenſeatur vſum rationis habere. Idem in eo, qui infantiæ eſt proximus, hoc eſt qui non peruenit ad decimum annum cum dimidio, ſi maſculus ſit, aut ad nonum cum dimido, ſi ſit fœmina (quando namque intra pubertatem, eam ætatem excedunt, dicuntur pubertati proximi) eſt dicendum niſi, quod benigna iuris interpretatione, qui infantiæ proximi ſunt, & longè maiori cum ratione, ſi ad pubertatem accedant; ſine tutoris interuentu obligare: in ſuum commodum actu ſuo alios poſſunt. Ita habetur §. pupillus, iuncta gloſſa ibi, inſtitu. de inutilibus, ſtipu. & alijs iuribus, quæ mox citabimus.

Pupillus pubertati proximus quemlibet ex prædictis actibus cum authoritate tutoris poteſt validè efficere, quo alteri obligetur, non verò ſine tutoris authoritate: vt autem ſibi alterum obliget, validus eſt actus pupilli ſine tutoris authoritate: atque hac de cauſa claudicat ſæpe contractus inter pupillum & maiorem, & vt Iuriſperiti dicunt: quia ſine tutoris authoritate poteſt pupillus ſuam conditionem meliorem efficere non verò deteriorem. Ita habetur inſtitu. de author. tutor. in princ. & §. pupillus, inſti. de inutilibus ſtipulat. & §. nunc admouendi, vſque ad finem tituli, inſt. inquibus, alienare licet, vel non, leg. contra iuris, in princ. ff. de pactis, l. in negotijs, & l. pupillus, ff. de reg. iuris, leg. prima C. de author. præſtanda, l. neque tutoris, C. de contrah. ſtipul. l. quar. titulo vndecimo, parte quinta, & l. 17. titu. 16. par. 6. atque affirmant Greg. Lopez vtrobique, & Anton. Gomez. 2. tomo variar reſol. cap. 14. nume. 1. & Doctores communiter. Hæc eadem intelligenda ſimiliter ſunt de eo prodigo, cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta, tradituſque eſt ei curator, vt habetur l. 5. titulo 11. par. 1. & alijs iuribus, quæ Gregor. Lopez, ibi citat.

In contractibus ex quibus obligatio mutua oriri ſolet, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus conductionibus, &c. ſi a pupillo celebrentur ſine tutoris authoritate in hoc ſenſu alter pupillo manet obligatus, cum tamen pupillus obligatus ei viciſſim non ſit, quòd pupillo integrum eſt non velle ſtare contractui, aliter autem, ſi pupillus ſtare etiam velit, recedere non poteſt à contractu: atque hoc eſt quod habetur, inſt. de author. tutor. §. vnde in ijs cauſis, & alijs iuribus. Quare, ſi contractus neutra ex parte ſit adimpletus non tenetur alter implere contractum, niſi pupillus adimplere etiam velit, ſed repellitur pupillus idoli mali exceptione, vt patet l. ſi id quod, §. vltimo ff. de reſcin. vend. quin & exigere alter poteſt ac debet vt accedat authoritas tutoris, & decretum Iudicis, quando, quod ex parte minoris eo contractu alienatur, iudicis decreto ad validitatem indiget, antequam ipſe ex ſua parte contractum adimpleat. Quando verò contractus ex parte eius, qui cum pupillo contraxit, eſt adimpletus, ſi res, quam pupillo tradidit, integra ſit, cogere poterit, vt ſibi illa reſtituatur ac reſcindatur contractus, vel tutoris authoritas accedat, aut ſimul etiam iudicis decretum, vt contractus vtrinque ratus ac firmus ſit. idque ſiue iam pupillus, ex ſua parte contractum impleuerit, ſiue non. Si autem res, quam pupillo tradidit, integra non permanet, velitque pupillus recedere à contractu repetereque quod dedit, aut æſtimationem illius, ſi res pupillo data conſumpta ſit tunc datur imprimis ciuilis actio aduerſus pupillum, vt reddat quantum ex re illi viciſſim collata locuples factus eſt, vt ſi domus locata ei fuit quantum ex vſu illius fuit locuples effectus, & ita de cæteris rebus. Si quid etiam ex ea re dolo pupilli perijt, datur etiam ciuilis actio aduerſus eum, vt illud ſoluat. Vtrumque habetur leg. prima, §. an in pupillum, ff. depoſiti, leg. vnica, §. vltimo C. de reputationibus, leg. furioſus, ff. de actionibus, & obligationibus, l. tertia, §. pupillus, iuncta gloſ. ibi, ff. de neg. geſt. l. tertia, in prin. iuncta gloſ. ibi, ff. commodati, l. quinta in princip. ff. de authoritate tutor. & l. pupillum, ff. de regulis iuris.

Quando verò pupillus, vel infans eſt, vel infantiæ pro-

proximus, de dolo non tenetur: quia dolus in eo A non præſumitur: idemque eſt de furioſo, & quocunque alio mente capto; ſed ſolum tenentur quantum ex re alterius facti ſunt locupletiores. Ita habetur argumento à contrario ſenſu, l. pupillum, ff. de regul. iuris, & apertius l. quod infans, ff. de rei vendicatione, l. furioſus, & l. pupillus, ff. de actionibus & obligationib. Atque hac eadem ratione hi omnes, non ſolum ciuiliter, ſed etiam naturaliter non cenſentur ex ſuo actu aut contractu obligati, ſolumque tenentur quatenus ex re alterius facti fuerint locupletiores, vt ex iuribus citatis colligitur, & affirmãt gl. inſignis, l. pupillus, ff. de regul. iur. & Doctores communiter.

Quamuis autem ex contractu ſine tutoris authoritate celebrato, aut ex minori culpa, quam ſit dolus, non detur aduerſum pupillum pubertati proximum ciuilis actio, atque adeo ciuiliter non maneat obligatus, vt dictum eſt; manet tamen obligatus naturaliter, vt habetur l. cum illud, §. hæres, ff. quando B dies legati cedat. l. ſi eius pupilli. in princ. ff. ad Trebellianic. l. 1. §. vltim. ff. de nouat. & aliis iuribus. Excipiunt gloſſa illa inſignis, l. pupillus, ff. de regu. iuris, & quædam aliæ, quando pupillus contraxit cum tutore ſine authoritate alterius tutoris; nam tunc neque naturaliter illi tenetur, iuxta l. quintã, in princip. ff. de author. tutor. niſi pupillus inde factus eſſet locupletior: quia tunc non ſolum naturaliter, ſed etiam ciuiliter eidem teneretur quantum factus eſſet locupletior, vt eadem l. quinta, ſubiungitur; eademque ratione ſi dolo eam rem deſtruxiſſet, aut alienaſſet. Quia ergo quando quis tenetur ſolum naturaliter, ſi fideiuſſorem dedit, tenetur fideiuſſor ciuiliter; inde euenit, quod ſi pupillus ſine tutoris authoritate contraxit, ac fideiuſſorem dedit, concedatur ciuilis actio aduerſus fideiuſſorem, licet non aduerſus pupillum. Ita habetur l. Marcellus, ff. de fideiuſſoribus, & l. vltima, §. ſi vero, ff. de iureiura. C Præterea, quia quando quis tenetur ſolum naturaliter, licet aduerſus eum non detur ciuilis actio, admittitur tamen vt alius debitum ſibi naturaliter cõpenſet cum ciuili, & naturali, quod is eidem debet: hinc prouenit, quod quando pupillus, iuxta hactenus dicta, aliquid debet ſolum naturaliter, quia videlicet neque ex re alterius factus eſt locupletior; neque per dolum eam deſtruxit aut alienauit, ſed culpa ad dolum non pertingente, quamuis aduerſum eum non cõcedatur actio, ſcit tamen pupillus, quod ſibi debetur, petat, repellatur exceptione, quod debitor compẽſare velit debitum ciuile cum naturali, quod pupillus ei debet. Ita habetur leg. 3. §. pupillus, ff. de negot. geſtis, & l. etiam quod, ff. de compenſ. Glo. tamen §. pupillus, citato ait pupillo, per beneficium reſtitutionis in integrum concedi, non ſolum impedire compenſationem eiuſmodi, ſed etiam, ſi facta iam ſit, aut ipſe ſoluit, quod D ſolum naturaliter eo pacto debebat repetitionem eius, quod ita ſolutum aut compenſatum erat, vt habetur l. interdum, iuncta gloſſ. ibi, ff. de condictione indebit. l. illud, in princip. ff. de minorib. & l. indebito, C. ſi aduerſus ſolut.

Ex hactenus dictis intelliges, quæ diſponuntur inſtit. quibus aliena. vel non. In primis namque, §. nunc admonendi, diſponitur pupillum nihil poſſe alienare ſine authoritate tutoris: quod gloſſ. recte intelligit, etiam quoad poſſeſſionem. Inde verò colligitur, ſi pupillus ſine tutoris authoritate mutuo det pecuniam, quoniam contractus eſt nullus, non transferre dominium, eaque de cauſa, ſi pecunia exiſtat, poſſe vendicari de poteſtate cuiuſque, apud quem fuerit reperta; ſi verò non reperiatur, dari actionem aduerſus mutuarium, vt illam reddat.

Paragrapho at ex contrario, diſponitur, ſi debitor ſoluat pupillo ſine tutoris, & iudicis authoritate non liberari à debito, ſed teneri iterum ſoluere, niſi pecunia, aut res, quam ſoluit, ſalua ſit, aut ex illa tantundem factus ſit locupletior; quantum enim ex illa ſaluum manet, aut pupillus factus eſt locupletior, tantum non tenetur iterum ſoluere, etiam ſi ſine iudicis & tutoris authoritate ſoluerit: Si namque pupillus, aut tutor loco illius, ſolutionẽ repetat, doli mali exceptione repellitur. Quod ſi ſoluit cum tutoris & iudicis authoritate (aut ſolius iudicis, ut mul ti volunt, de quorum numero eſt gloſſ. §. citato) etiam ſi pupillus malè expenderit, aut furto ab eo fuerit ablatum, manet debitor omnino ſecurus, neque pupillo conceditur aduerſus eum reſtitutio in integrum. Si verò ſoluat cum ſola tutoris, ſed ſine iudicis authoritate, & rem ſolutam pupillus male conſumpſit, aut furto fuit ab eo ablata, liberatur quidem à debito, ſed conceditur pupillo reſtitutio in integrum aduerſus debitorem. Excipe, quando ſolutio eſt redituum agrorum, vel annuæ penſionis (quæ, vt aliqui volunt, neque ſit plurium quam duorum annorum ſimul, neque excedat valorem centum ſolidorum) nam cum ſola tutoris authoritate omninò liberatur, neque pupillò reſtitutio in integrum aduerſus eum conceditur, vt habetur l. ſancimus, prima, & l. conſtitutionem, C. de adminiſtratio. tutor. Prædicta omnia habentur §. at ex contrario citato, & l. prima, C. ſi aduerſus ſolutionem, atque ſummatim traduntur à gloſſ. vlt. vtrobique.

Paragrapho vltim. inſtit. eodem tit. ſubiungitur, ſolutionem factam à pupillo, ſine tutoris authoritate inualidam eſſe, neque id, quod ita ſoluit, fieri accipientis: quod intellige, etiamſi, quod ita ſoluit, debitum ſit non ſolum naturaliter, ſed etiam ciuiliter. Ratio eſt, quia non habet ius ad ſoluendum ſine tutoris authoritate, eaque de cauſa vendicari poteſt ſi non ſit conſumptum. Meritò ibi obſeruat gl. ſi res de numero ſit earum, quæ ſine iudicis decreto alienari non poſſunt inualidam eſſe ſolutionem, nec dominium transferre niſi ſimul facta ſit interpoſito iudicis decreto.

Hæc ſunt, quæ de pupillorum contractibus, pactis, & cauſis valde implexè, & ſparſim traduntur in iure, & gloſſis eius. Ea pro noſtra tenuitate, qua diligentia potuimus, collegimus, atque explanauimus. Remanet vero circa illa ſcrupulus, ex cuius diſſolutione vtilem fortaſſe doctrinam trademus ad proxim confeſſionum. Commodius verò id fiet, ſi prius de eiſdem factis iam puberibus dixerimus.

Minores puberes.

Ea omnia, quæ hactenus de pupillis pubertati proximis dicta ſunt, ſimiliter habent locum, atque intelligenda ſunt de eiſdem puberibus iam factis, dum minores vigintiquinque annis ſunt, ſi tamen curatorem habeant. Quod ſi curatore careant, alienationes & pacta ab eis facta circa eas res ipſorum, quæ iudicis decreto non indigent, vt alienentur, valida ſunt. Quæ vero facta fuerit circa res, quæ decreto indigent, valida ſimiliter ſunt, ſi iudicis decretũ interuenit: ſecus autem ſi interpoſitum non fuit. Semper tamen minor in integrum reſtituitur, ſi ſit læſus, ſiue cum autoritate curatoris id fecerit, ſiue non, aut quia illam non præſtitit, aut quia curatorem non habebat. Hæc omnia habentur l. ſi curatorem, C. de in integrum reſtitutione, l. prima. C. de author. pręſt. l. neque tutor, C. de contrah. ſtipu. l. obligari, ff. de act. & obl. l. 4. tit. 11. par. 5. gl. l. pupillus, ff. de regul. iuris, & aliæ alijs iuribus citatis, & communis Doctorum ſententia, quam inter alios refert & ſequitur Anton. Gom. 2. tom. variar. reſo. c. 14. num. 1.

In iudicio autem, non ſecus atque in pupillis, inualida vniuerſim ſunt quæ ſine curatoris authoritate egerint, ſi in ipſorum cedant incommodum, ſecùs verò ſi in ſuum commodum eueniant, atque hac de cauſa, neque ad lites earum rerum, quas ſine decreto iudicis poſſunt alienare, admitti ſolent ſine curatore, ſaltem ad eam litem, diſputation. 220. dictum eſt. Vbi etiam explicatum eſt, quid dicendum ſit in cauſis ſpiritualibus, aut de rebus annexis ſpiritualibus. Vide quæ dicta ſunt. Eſto autem curatoris interueniat autoritas, ſi minor iudicis ſententia ſit læſus, conceditur ei reſtitutio in integrum. Ita habetur l. cum & minores, C. ſi aduerſus rem iudicatam, iuncta leg. non eo minus, C. de procuratoribus, capitu. conſtitutus, iuncta gloſſ. penultim. ibi. de in integr. reſtitu. l. acta, §. vltim. & l. contra pupillum, ff. de re iud. l. prima, & ſecunda, C. qui legitimam perſon. & cap. & l. clarum, C. de author. præſtanda, & affirmat gloſ. l. pupillus, ff. de regulis iuris. Excipitur tamen l. vltim. C. qui legit. perſon. quando minor agit de ſola poſſeſſione recuperanda, & non de proprietate: nam tunc valet iudicium factum ſine authoritate tutoris aut curatoris: cæterum minor reſtituitur, ſi ſit læſus.

Porrò tutoris aut curaotris authoritas, ſiue in pactis, ſiue in iudicio, præſtari debet ſtatim in ipſo negotio ſimul cum minoris, & non ex interuallo longi temporis anteà; alioquin acta nullam vim habebunt, §. penultim. iuncta gloſ. ibi, inſtitut. de authorit. tutor. l. obligari, §. tutor, iuncta etiam gloſſ. ibi, ff. eodem titulo l. ſi id, quod, ff. de reſcindend. venditio. & l. ſi quis mihi, §. iuſſum, iuncta gloſſ. ibi, ff. de acquirend. hæredit. Debet etiam præſtare authoritatem per ſeipſum, & non per nuncium, aut per epiſtolam; alioquin acta ſimiliter nulla erunt; leg. obligari, §. tutor, & §. penultim. inſtitu. de authori. tutorum, citatis, & l. decima ſeptima, titulo decimo ſexto, par. 6.

Dubiū grauc. Scrupulus, qui circa hactenus dicta remanet, talis eſt. Si minor pubertati proximus, aut pubes curatorem habens, contrahens aut paciſcens ſine tutoris aut curatoris authoritate, obligatus manet naturaliter, vt ſupra ex iure ciuili oſtenſum eſt; conſequens eſt, vt in foro conſcientiæ ſub lethali culpa (ſi materia ad eam ſufficiens ſit) teneatur pactum ex ſua parte adimplere; eò quòd naturalis obligatio vim habeat in foro conſcientiæ. Inde verò vlterius ſequitur, iniquas eſſe ciuiles leges, quæ auxilium dant, vt minores id non impleant, vtpote quæ peccata, & iniuſtitias fouent. Sequitur præterea, falſum eſſe minorem, dum mutuo dat, aut ſoluit, quod non ſolum naturaliter, ſed etiam ciuiliter debebat, non transferre dominium, ac proinde corruunt, quæ ex inſtitu. quibus alien. licet aut non, ſupra relata ſunt.

Deciſio. Ad hæc omnia ita reſpondendum eſt. In primis, quod ad hoc vltimum attinet, dicendum eſt, Cum ciuili iure introductum ſit, vt non ſolis pactis, ſed accedente ſimul traditione, transferatur dominium, intelligendum id eſſe, de traditione eodem iure ciuili ad id habili: talis autem non eſt, quam minor, curatorem habens, ſine authoritate tutoris aut curatoris facit, vtpote quę ad eum effectum iuribus citatis nulla ſit effecta. Atque hinc fit, vt non ſolum quando debitum eſt, ſolum naturale, ſed etiam quādo ſimul eſt ciuile, ſolutio & traditio minoris ſine tutoris aut curatoris authoritate dominium non transferat.

Quod ad reliqua attinet, dicendum eſt. Ita minorem obligari naturaliter, vt iuris ciuilis diſpoſitione (Canonico etiam iure approbata) fas illi ſit debitum naturale elicere, ac nullum reddere, vtendo aduerſus illud priuilegio reſtitutionis in integrum, merito ob ſuam ætatem ſibi in Reipublicæ commune bonum conceſſo: ſicut etiam idem ius ciuile impediuit, ne ex contractu minoris cum ſuo tutore aut curatore debitum naturale oriretur, vt ſupra dictum eſt. Quia ergo ius ciuile, vt ſuprà oſtenſum eſt, non ſolum ſtatuit, vt minor, antequam ſolueret, quod naturaliter tantum deberet, ſe tueri poſſet beneficio reſtitutionis, caſſumque proinde redderet tale debitum, ita vt in effectu non teneretur illud ſoluere, etiam ſi is, cui debetur, vellet in eo compenſare aliud ſuum debitum ciuile, & naturale, ſed etiam poſtquam ſoluiſſet, poſſe illud repetere, vtendo eodem beneficio reſtitutionis in integrum inde prouenit, quòd ciuiles leges, quæ ea ratione debitum ciuile ex pactis, minorum ſine authoritate tutorum, aut curatorum impediūt, actionemque proinde aduerſus illos negant, neque iniuſtitias, neque peccata foueant, ſed bono communi conſulant.

Ex dictis infero, ſaltem quando contractus cum pupillo pubertati proximo, aut cum pubere curatorem habente oneroſus eſt, vt ſunt ludus, emptio, vēditio, locatio, &c. nullaque in tali contractu in ſe ſpectato fuit inæqualitas, dolus, aut iniuſtitia, adultum ad nullam reſtitutionem teneri minori in foro conſcientiæ, non ſolum quando alienatio ex parte minoris per ludum, aut alium contractum facta fuit cum tacita, aut præſumpta tutoris, aut curatoris voluntate, quia videlicet pecuniam illi concedit ad ſimiles ſumptus, ſed etiam quando ſine authoritate tutoris, aut curatoris fuit facta. Hoc tamen ſecundum intelligio, interim dum minor, aut tutor, vel curator loco illius, id non repetit, vtendo beneficio reſtitutionis in integrum. Ratio eſt quoniam licet minor tali contractu, traditione, aut ſolutione, dominium non tranſtulerit, vt dictum eſt; id tamen debitum eſt naturaliter accipienti de iuſtitia, interim dum tale debitum beneficio reſtitutionis in integrum non eliditur, ac extinguitur: quia ſicut minor obligauit ſibi de iuſtitia illum, qui ſecum luſit, aut alium contractum celebrauit, ita vt poſſit illum cogere ſtare contractui, neque minor teneatur illi reſtituere, quod ab eo eſt lucratus, aut ex alio contractu, in ſe iuſto, acquiſiuit: ſic viciſſim minor manet eidem de iuſtitia obligatus naturaliter, quamuis non ciuiliter: vt autem quis non teneatur reſtituere alteri, quod conſcio illo obtinet, ſatis eſt, quod de iuſtitia ſibi ſit debitum, neque ab illo repetatur, vtendo ad id priuilegio, quo gaudet. Qui enim dicat, ſi minor curatorem habens pallium, aut prædium iuſto precio, authoritate propria, ab aliquo emit, factaque ſit vtrinque traditio, teneri hūc precium iuſtè acceptum idcirco reſtituere, quod traditio habilis non fuerit ad transferendum dominium, cum tamen minor non teneatur reſtituere prædium, aut pallium, quin potiùs, cogere poſſit aduerſarium inuitum ſtare contractui? Neque enim ſolum dominium eſt, quod deobligat à reſtitutione, ſed etiam ius accipiendi ac retinendi, quod quis obtinet. Doctrina hæc à moleſtia non modica liberat confeſſarios, non iniungendi reſtituendi onus in foro conſcientiæ eis qui cum pupillis, aut puberibus, curatorem habentibus, luſerunt, aut alium iuſtum contractum celebrarunt, interim dum in foro exteriori minor à contractu non diſcedit. Sicut etiam minori, ſi quid ea via obtinuit, aut lucratus eſt, neque in conſcientia, neque in exteriori foro incumbit reſtituendi onus, vt iura ciuilia pręſcribunt, non ſecus, quam ſi vterque maior eſſet, & omnino ſui iuris. Hæc ſanè, quæ à nobis hactenus dicta ſūt; non videntur, quantum ſat eſt, expendiſſe Couarr. §. quamuis pactum, parte ſecunda, §. quarto, numero decimo, & Anton. Gomez. ad leg. 3. Tauri, numero 124.

In

In hoc Luſitaniæ Regno tutori, ac curatori, ſiue teſtamentarius ſit, ſiue legitimus, aut datiuus in præmium adminiſtrationis conceditur vigeſima pars redituum bonorum omniũ minorum, itemque lucri, ſi quod pecunia illius comparatum ſit (quod hodie, vt ſupra dictum eſt) locum non habet, non tamen accipere quicquam poteſt de ſtipendio, quod obſequijs ſuis minor alijs inſeruiendo acquirit. Si tamẽ vigeſima pars redituum bonorum minoris ſummam quinquaginta millium æreum nummorum, quos reas vocant, exceſſerit, pertinet exceſſus ad minorem ipſum. Quod ſi tutor, aut curator teſtamentarius ſit, teſtatorque aliquid eis reliquit, in ipſorum optione eſt, vel id accipere, vel vigeſimam redituum partem. In regno Caſtel. ait Gaſpar Montero. in ſua practica, tracta. ſeptimo, fol. 169. pag. ſecunda, ſtatutam eſſe in præmium tutoribus, & curatoribus decimam partem redituum bonorum minoris.

Præmium in Caſt.

DISPVT. CCXXV.

Quando tutela, aut cura finiatur, & qui tanquam ſuſpecti ab illa ſint remouendi.

TVtela in primis finitur, ſtatim ac pupillus, aut pupilla ad annos pubertatis peruenit, inſti. quibus modis tutela finia. in princip. l. duodecima, & l. 21. titu. 16. par. 6. Quin tutor, ſtatim ac pupillus ad pubertatem peruenit, tenetur illum admonere, vt curatorem petat, l. ita autem, §. ſi tutor. ff. de adminiſtrat. tut. Si verò tutor quicquam adminiſtret poſtquam pupillus ad pubertatem peruenit, fideiuſſor non tenetur ad ea, quæ iam tunc adminiſtrauerit, l. Lucius, Titius, §. Paulus, ff. de adminiſtrat. tuto. Barto. quem refert, ac ſequitur Gregorius Lopez, l. 12. cita.

Deinde finitur tutela, ſi impubes arrogetur, deportetur, vel in ſeruitutem redigatur, Inſtitu. quibus mod. tute. fin. §. item finitur, & l. 21. titu. decimoſexto, parte 6.

Item morte vel pupilli, vel tutoris, & capitis diminutione tutoris, per quam libertatem, aut ciuitatem amittat, hoc eſt, maxima, vel media amittitur tutela. Similiter, etiam maxima, media, aut minima capitis diminutione pupilli, id eſt, per arrogationem illius, tutela finitur, Inſtitut. quibus mod. tutela finiatur, §. ſimili modo, & §. ſed & capitis, & l. 21. cita.

Præterea, ſi tutela ſub conditione, aut ad certum tempus data ſit, vt in teſtamentaria fieri aliquando conſueuit, adueniente conditione, aut finito tempore, finitur tutela, inſtitu. eodem titu. §. ſed & ſi. & §. præterea, & l. 21. cita. De iure Luſitano, quando tutor, aut curator eſt datiuus, ſolum durat adminiſtratio biennio, à die, qua adminiſtrare cœperit, niſi tutor ipſe, aut curator progredi vlterius voluerit: tunc enim, ſi rectè illucuſque adminiſtrauit, neque cauſa adueniat, cur remoueri debeat, relinqui illi poteſt adminiſtratio. Ita habetur lib. 1. ordin. ti. 67. §. 29. 30. & 36. Idem diſponitur de quocunque curatore dato mentecapto, aut prodigo, modo non ſit vxor, aut aſcendens comparatione mentecapti, aut prodigi, vt habetur §. 46.

Finitur etiam tutela, aut cura, ſi tutores, aut curatores legitima cauſa ſe excuſent, tutelamque aut curam relinquant, iuxta ea quæ diſput. 222. dicta ſunt, aut ſi tanquam ſuſpecti, malique adminiſtratores à tutela, aut cura remoueantur, §. vlt. Inſt. quib. mod. tu. finia. & l. vlt. tit. 16. par. 6. Quacunque autem ex cauſa tutela, aut cura finiatur, rationem integram adminiſtrationis reddere tenentur, reſtituere bo- A na omnia minoris, vel ipſi, ſui iuris omnino effecto, vel ſucceſſori illius, vel ei, qui in tutela, aut cura ſuccedit, ſuntque bona omnia tutoris, aut curatoris tacitè hypothecata pro reſtituendis integrè bonis minoris.

Suſpectus tutor, aut curator in primis is, qui talibus moribus eſt affectus, vt præſumendum meritò ſit eum infideliter bona minoris adminiſtraturum, aut minorem ipſum prauis moribus infecturum, ac peruerſurum. Quod ſi quis in aliqua alia tutela, aut cura talem ſe prębuit, aut modo ſtatim explicando, alimenta minori negauit, ſuſpectus eſt habendus ad nouam tutelam, aut curam ſuſcipiẽdam. Porrò, qui ante tutelam, aut curã ſuſceptam ſuſpectus agnoſcitur, ad illam non eſt admittendus: admiſſus verò, ab ea eſt repellendus, etiam ſi fideiuſſores idoneos offerat: quoniam ſatiſdatio prauum illius animum non mutat. Sola autem paupertas neminem ſuſpectum tutorem, aut curatorem efficit. Suſpectus tutor, ac curator.

B Hæc omnia habentur inſt. de ſuſpectis tutoribus, §. ſuſpectis, & §. penul. & vl. l. ſuſpectis tutoribus, §. ſuſpectum, l. ſuſpectus, & l. quia ſatiſdatio. ff. eod. tit. l. ſi creditores, ff. de priuil. credi. & l. 1. tit. 18. p. 6. Qui vero ob ſegnitiem ruſticitatem, inertiam, aut ſimplicitatem, à tutela aut cura merito remouetur, aut ad eam tanquam ineptus non admittitur, non appellatur ſuſpectus, ſed ineptus ad tale munus, neque infamiam ex remotione ab eo incurrit, l. tertia, §. vlt. ff. de ſuſpecto tuto.

Quando propter inimicitias repellendus ſit quis à tutela, aut cura, tam ſuſcipienda, quàm ſuſcepta, explicatum eſt diſput. 221. & 222. Adde l. tertiam, §. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tutoribus vbi ſubiungitur, generaliter ſi qua alia iuſta cauſa prætorem mouerit, cur non debeat in tutela verſari reijcere eum debebit, vbi vides, iudicis arbitrio relinqui iudicare vtrum quæuis alia cauſa iuſta ſit, vt ad tutelam, aut

C curam quis non admittatur, vel admiſſus remoueatur. Quare licet §. cita. de inimicitia cum patre minoris loquatur, aut iudicis arbitrium ſpectat iudicare, vtrum in aliquo euentu ex aliquibus circunſtantijs ſufficiat inimicitia cum fratre, atque hoc eſt quod vult l. 1. tit. 18. par. 6. vt Greg. Lopez ibidem exponit.

Tutor, aut curator, qui coram iudice negauit, minorem habere bona, vnde alimenta ei præſtare poſſit, ſi comperiatur mendacium dixiſſe, remouetur tanquam ſuſpectus, quin & puniri debet, remouetur etiam tanquam ſuſpectus, ſi quæſitus à iudice, vt alimenta minori decernantur, copiam ſui non facit. Hæc habentur §. ſi quis tutor, & §. ſed ſi quis, inſti. de ſuſpect. tut. l. 3. §. tutor, ff. eo. tit. & l. 1. ti. 18. parte ſexta.

Tutor, aut curator, qui inuentarium non conficit, quando ea de cauſa ſuſpectus ſit habendus re-

D mouerique proinde poſſit à tutela, aut cura, diſput. 223. dictum eſt.

Tutor, aut curator, qui non defendit pupillum in iudicio, aut bona illius, etiam, quando ita neceſſe eſt, actionem pro eo ciuilem, aut criminalem intentando, ſuſpectus habetur, remouerique poteſt à tutela, aut cura, l. vl. in princ. C. de adminiſ. tut. & l. 1. ti. 18. par. 6.

Tutores, & curatores, etiamſi teſtamentarij ſint, remouendi ſunt à tutela, aut cura, ſi ſuſpecti ſint, §. & quidem omnes, inſt. de ſuſpect. tuto. l. 1. §. oſtenſum, & l. tertia. §. non tantum, ff. eod. titu. quæ meminit etiam curatoris furioſi, ac prodigi. Idem diſponit l. 2. tit. 18. par. 9. Si autem patronus tutor, aut curator ſit liberti ſui, ſuſpectuſque habeatur, accuſari, & remoueri poteſt, ſed non incidit ea de cauſa in infamiam, & idcirco in ſententia exprimi non debet cauſa, cur remoueatur, conſilium

lium etiam eſt, vt curator pupillo ſimul cum alio tra- A
datur, inſt. §. cita. & l. 1. §. oſtenſum, iuncta l. ſi tu-
tor. ff. de ſuſpect. tutor.

De crimine ſuſpecti tutoris, aut curatoris, po-
teſt quiuis de populo accuſare, non ſolum maſcu-
lus, ſed etiam fœmina, modo ſi neceſſitudine ali-
qua minori coniuncta non ſit, iudex ſentiat, eam
ex pietate moueri, non verò appetitu accedendi ad
hominum cœtus, l. 1. §. conſequens, ff. de ſuſpectis
tuto. l. pietatis, C. eodem titulo, §. conſequens, inſti.
eodem tit. & l. 2. ti. 18. par. 6. Excipitur libertus, qui
ad accuſationem ſui patroni admittitur, l. 3. §. liber-
ti, ff. de ſuſpect. tuto. Pupillus quidem accuſare non
poteſt de ſuſpect. ſuum tutorem; pubes verò admit-
titur ad accuſationem ſui curatoris, modò de conſi-
lio ſuorum cognatorum id efficiat, l. pietatis, C. de
ſuſpectis tutoribus, §. impuberes, inſt. eodem titulo
& l. 2. ti. 18. p. 6. Iudex etiam ex officio ſuo quacun-
que ratione cognoſcat tutorem, aut curatorem,
non bene ſuum munus adminiſtrare, ſuſpectum ve B
eſſe, poteſt, ac debet illum remouere, nullo id peten-
te, l. 3. §. præterea, ff. de ſuſpect. tutor. & l. 3. titulo
18. parte ſexta.

Eo ipſo, quòd tutor, aut curator de ſuſpecto eſt
accuſatus, liſque eſt conteſtata, tradi à iudice de-
bet minori curator, qui interim dum lis pendet, cu-
ram minoris, ac bonorum illius habeat, priorque,
tutor, aut curator ab adminiſtratione eſt ſuſpenden-
dus, §. ſi quis autem, Inſt. de ſuſpect. tut. l. eum quē,
C. eodem ti. & l. 3. ti. 18. par. 6. Neque valida eſt ſo-
lutio facta tutori, aut curatori, poſtquam lis de ſuſ-
pecto aduerſus eum fuerit conteſtata, l. quòd ſi for-
tè. §. 1. ff. de ſolu.

Si tutor, aut curator remoueatur à tutela aut
cura, quod aliquid dolo commiſerit aduerſus mi-
norem, eo ipſo efficitur infamis: ſecus autem, ſi
propter ſolam culpam leuem, aut leuiſſimam, imò
etiam ſi ob latam culpam fuerit remotus, non ef- C
ficitur infamis, §. ſuſpectus autem remotus, Inſt.
de ſuſpect. tut. l. ſecunda, §. vlt. & l. ſequenti, ff. eod.
ti. l. vlt. C. eodem ti. & l. 4. ti. 18. par. 6. Si cauſæ in ac-
cuſatione apponantur, ex illis cenſetur remotus, niſi
aliud ſententia dicat, l. autem, in princ. ff. de ſuſpect.
tu. & Greg. Lop. l. 4. cita. Hactenus dicta ſimiliter
habere locum in tutoribus, & curatoribus præter
alia iura, habetur l. in poſtulandis, C. de ſuſpect. tu.
& l. 4. cita.

DISPVT. CCXXVI.

De qua bonorum partitione futurus ſit ſermo, & quę ante illam explicanda ſint.

Conſequenter iuxta ea, quæ initio diſput. 214.
dicta ſunt, de bonorum defuncti partitione eſt
agendum; quoniam verò, quando matrimonium D
morte alterius coniugis diſſoluitur, prima bonorum
partitio fit inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes
defuncti de hac primo loco erat differendum. Quia
tamen, vt melius explicetur, multa neceſſe eſt prius
dicere de contractu ſocietatis bonorum inter eos,
commodius de illa diſputabimus, dum de contractu
ſocietatis ſermo fuerit. Num de partitione bono-
rum cuiusque functi inter ipſius hæredes, ſiue illi
ex teſtamento, ſiue ab inteſtato hæredes ſint, dica-
mus. Potiſſimum verò ſermo erit de partitione in-
ter deſcendentes defuncti, quoniam hæc maiorem
difficultatem continet, eaque explanata, cæteræ faci-
lè intelligentur. Explicabitur autem, quæ vnuſquiſ-
que eorum ad collationem cum aliis adducere tenea-
tur, aut non teneatur. Vt verò hoc melius præſte-
mus, neceſſe eſt prius dicamus de patria poteſtate,
& de variis bonorum generibus.

DISPVT. CCXXVII.

De patria poteſtate, & ſimul de arrogatione, & adoptione.

De iure ciuili Romanorum introducta eſt patria
poteſtas, quoad effectus illius diſput. ſequen.
explicandos, vt habetur inſtit. de patria poteſtate, §.
ius autem. Qui verò ſub patria eſt poteſtate, filiuſ-
familias appellatur comparatione eius parentis, ſub
cuius poteſtate eſt, interdum etiam à iure dicitur
eſſe in ſacris paternis, l. ſi viua mater, C. de bonis ma-
ternis, & alijs iuribus. Lege inter alios Pinellum
in rubr. parte ſecunda, numero quarto, C. de bonis
maternis.

De iure communi ſupremus aſcendentium ma-
ſculus qui ſuperſtes eſt, habet in ſua poteſtate deſcē-
dentes ſuos, omnes per lineam maſculinam, ſiue ma-
ſculi, ſiue fœminæ illi ſint, & ſiue ſint coniugati, ſi-
ue ſoluti, modò tamen legitimi ſint, omneſque pro-
inde ſunt filij familias, comparatione illius, eſto vi-
geſimumquintum ætatis annum excedant: quoniā
diuerſum quid eſt, eſſe quempiam minorem, & eſ-
ſe filiumfamilias. Hæc habentur inſt. de patria po-
teſtate in princ. & §. qui igitur, iuncta gloſ. ibi. l. pa-
tri datur, & l. ſic eueniet, ff. ad leg. Iul. de adul. §. per
miſſum eſt, & duobus ſequentibus, inſt. de tutela, §.
ſi verò, iuncta glo. ibi, inſt. de adoptio. §. ſed & ſi pa-
ter, & §. illud autem, inſti. quib. mod. ius patriæ po-
teſt. ſoluit. l. 1. & ſeq. tit. 17. par. 4. Filiæ igitur, & ne-
ptes ex filio, & pronepotes ex nepote filio filiæ, ſunt
de iure communi in poteſtate ſupremi aſcendentis
ſuperſtitis: quia omnes per lineam maſculinam de-
ſcendunt. Comparatione verò matris, aut auiæ,
vel proauiæ, ſiue auiæ, aut proauiæ ſint ex parte
matris, ſiue patris nullus dicitur eſſe filiusfamilias,
aut in ipſarum poteſtate, eſto nullus alius aſcendens
ſuperſtes ſit, idemque eſt comparatione aui, aut pro-
aui materni: quoniam comparatione eorum nepo-
tes, & pronepotes deſcendunt per lineam fœmini-
nam. Ita habetur inſt. de patria poteſt. & §. qui igi-
tur, l. 2. titu. 17. par. 4. cap. vlt. de conuerſione infide-
lium, & alijs iuribus.

Ex eo verò, quòd aliquis deſcendentium patriam
egrediebatur poteſtatem per emancipationem, aut
alia ratione deſcendentes huius per lineam maſcu-
linam, qui tempore talis emancipationis erant na-
ti, aut ſolum concepti non manebant ſub huius po-
teſtate, ſed ſub poteſtate ſupremi aſcendentis ſuper-
ſtitis: illi verò, qui poſt eam emancipationem con-
cipiebantur, manebant ſub huius poteſtate, extra
poteſtatem ſupremi aſcendentis. Ita habetur, §. il-
lud autem, inſtitu. quibus mod. ius pat. poteſt. ſol.
conſentit l. liberum, ff. de adopt. quæ ait, integrum
eſſet ſupremo aſcendentium ſuperſtiti emancipa-
re filium, & relinquere ſub ſua poteſtate nepo-
tem & pronepotem, aut emancipare nepotem, &
pronepotem, & relinquere in ſua poteſtate filium.
Conſentit præterea l. ſi me tibi. ff. de captiu. & po-
ſtlim. reuerſ.

Mortuo ſupremo aſcendentium, qui deſcende-
runt ſimiliter per lineam maſculinam ex proximo
aſcendente ſuperſtite, reincidebant in ipſius po-
teſtatem, eſſeque proinde incipiebant filij fami-
lias comparatione illius, vt mortuo proauo, & ſu-
perſtite auo, filij & nepotes talis aui incipiebant
eſſe ſub poteſtate ipſius, & mortuo auo, & proauo,
pater incipiebat habere proprios filios ſub ſua po-
teſtate. Ita habetur §. nepotibus verò, & §. ſeq. in-
ſti. de tute.

De iure vero Luſitanæ, & Caſtellæ quoniam Ius Caſtel.
per matrimonium tam vxor, quàm maritus, pa- & Luſit.
triam-

triam egrediuntur poteſtatem, ſuique iuris efficiuntur, diſputat. 229. dicetur, filij ſolum ſunt in poteſtate patris, non verò aliorum aſcendentium (niſi illis in adoptionem tradantur, vt poſtea dicetur) neque per mortem patris relabuntur in aui paterni poteſtatem, etiam in Luſitania, quicquid per errorē ordinationes dixerint, vt ſupra diſp. 220. dictū eſt. Quo fit, vt pleraque ex ijs quæ dicta ſunt, locum in his regnis non habeant.

Illegitimus ſub patria poteſtate nō eſt.

Dictum eſt ſuprà, modò tamen legitimi ſint: quoniam illegitimus, etiamſi naturalis ſit, non eſt ſub patris poteſtate de iure horum regnorum, neque de iure communi ſub poteſtate ſupremi aſcendentis per lineam maſculinam. Ita habetur inſt. de pat. poteſt. in princ. & l. 2. tit. 17. par. 4.

Excipitur, niſi legitimatus ſit per ſubſequens matrimonium: nam tunc in patris (& de iure communi, ſupremi aſcendentis ſuperſtitis) tranſit poteſtatem. inſtit. de nup. §. vlt. & alijs iuribus. Neque ad id iam hodie neceſſarium eſt, quòd fuerit genitus ex concubina vnica domi retenta, aut quòd inſtrumenta dotalia fuerint confecta, iuxta diſpoſitionem illius iuris & aliorum ciuilium, vt diſput. 172. oſtenſum eſt.

De iure antiquo excipiebatur etiam, quando filius naturalis per oblationem curiæ legitimabatur, §. aliquando autem, inſtitut. de nup. Hodie vero legitimati per reſcriptum principis, etiam ſi ſpurij ſint, modò tamen in legitimationem tandem conſentiant, in parentis tranſeunt poteſtatem, vt habetur in Authen. quibus mod. nat. effic. ſui, §. generaliter, & cum Couar. 2. par. epit. cap. 8. §. 8. numero 5. & alijs diximus, diſputat. 173. quibus adde Pinel. l. 1. par. 1. numero 59. C. de bonis maternis, & pleroſque alios, quos citat: ſecus autem, cum eiſdem authoribus addidimus rem habere in diſpenſatis.

In poteſtatem alterius tranſit etiam quis interdum per adoptionem, qua ab eo in liberum recipitur, à quo per carnalem propagationem non deſcendit. Quod vt intelligatur, obſeruandum eſt, adoptionem eſſe duplicem. Quædam eſt, qua is, qui filiusfamilias non eſt, vel quia aſcendentes per lineā maſculinam non habet, vel quia per emancipationem, aut alia ratione egreſſus eſt eorum poteſtatem ab aliquo adoptatur. Atque eiuſmodi adoptatio peculiari nomine arrogatio nuncupatur. Ita habetur §. 1. inſt. de adoptio. l. 1. & 3. eod. tit. l. 7. tit. 7. & l. 1. tit. 16. par. 4.

Vt autem valida ſit, fieri debet a ſupremo Principe, aut ex ipſius delegatione, per peculiare reſcriptum, lege ſecunda, lege arrogationes, & l. in adoptionem, C. de adoptionibus, §. Imperatoris autoritate, iuncta glo. ibi, Inſtit. eod. tit. l. 2. ff. eo. tit. l. 7. tit. 7. & l. 1. tit. 16. par. 4. Debet etiam fieri principe, aut eo, cui per reſcriptum rem delegat, interrogante arrogatorem, vtrum velit recipere in filium, nepotem, aut pronepotem arrogandum, & ſimiliter interrogante arrogandum, an id fieri patiatur, & vtroque annuente: atque hinc eiuſmodi adoptio arrogationis nomen accepit, eò quòd fieri debeat, rogando vtrunque an ita fieri velit, l. 2. ff. de adoptio. l. 7. tit. 7. & l. 1. tit. 16. par. 4. alioquin arrogatio eſt inualida.

Quia ergo neceſſe eſt, vt arrogandus expreſsè conſentiat, vt arrogatio valida ſit, hinc eſt, quod infans nullo modo arrogari poteſt; tametſi adoptari poſſit ſpecie alia adoptionis, lege in adoptionibus, iuncta glo. ibi, & l. etiam infantem, iuncta glo. ibi. ff. de adoptionibus, & l. 4. tit. 16. par. 6. conſentiuntque alia iura ſuprà citata. Qui verò impubes eſt, ſeptimumque annum excedit, arrogari poteſt, ſed præterquam, quod fieri debet à ſolo

A Principe, aut ex delegatione illius per Reſcriptum, fieri etiam debet præcedente cauſæ cognitione per iudicem: inquirendum namque eſt, num filios habeat: qui namque filios habet, aut ſpem illos habendi, quia ſexagenarius non eſt, neque ob morbum, aut alia ratione impeditus ad eos habendum, potius generationi filiorum, quàm arrogationi aliorum, vacare debet, præſertim cum inde patrimonium minuetur legitimis filiis, minuſque obtinebit arrogandus ex bonis illius, l. ſi pater familias, §. in arrogationibus, & l. nec ei, §. præterea, ff. de adoptionibus, & l. 4. titu. 16. parte 4. vbi Gregorius Lopez omnino, propter iura citata, arbitratur eum, qui liberos habet, aut ſpem illorum arrogare non poſſe, & uidetur intelligere, etiam puberem, iura tamen citata, ſi rectè expendantur, ſolùm ſtatuere videntur, vt inter alias circunſtantias id attendatur, vt circunſtantijs omnibus expenſis iudicetur, num minori arrogatio expediat, regulariterque qui liberos habue-

B rit, aut ſpem illorum ab arrogandis alienis erit repellendus. Is tamen, qui liberos habet adoptare poteſt filium alienum, vt colligitur apertè ex l. qui in adoptionem, verſic. ſed filiæ meæ, & ex l. ſi is, qui nepotem, ff. de adoptionibus, & loco cita. Gregor. Lopez affirmat. Item inquirere debet iudex, num arrogatorem moueat pia affectio ad arrogandum, aut ſuſpicio ſit ſiniſtræ alicuius intentionis, & num coniunctus ſit arrogando: inde enim pia affectio, & commodum arrogandi præſumitur: præterea, quibus moribus ſit præditus, & qualis famæ ſit, quas item facultates habeat, & quales pupillus, vt inde etiam iudicetur, num arrogatio pupillo expediat. Denique cæteræ concurrentes circunſtantiæ expendendæ ſunt in cauſæ cognitione: quin & l. ſecunda, C. de adoptionibus, exigi ſimul uidetur, teſtimoniū coram iudice propinquorum impuberis, qui iudicent arrogationem illi vtilem eſſe. Hæc omnia ha

C bentur l. nec ei, ff. de adopt. §. cum impubes, inſt. eo. ti. & l. 4. ti. 16. p. 4.

Præterea, vt arrogatio valida ſit, arrogator tenetur coram tabellione, fideiuſſores dare, ſi impubes ante pubertatem è vita deceſſerit, ſe omnia bona illius reſtituturum eis, ad quos deuenirent, ſi ille arrogatus non fuiſſet, ita habetur inſtitu. de adoptionibus, §. cum autem impubes, verſicu. & cum quibuſdam, l. nec ei, in fine, & quatuor ſequentibus, ff. eodem titu. l. ſecunda, C. eodem titu. & l. quarta, titu. 16. par. quarta. Eo tamen ipſo, quod impubes ad pubertatem venit, ceſſat obligatio fideiuſſorum, vt gl. iuribus citatis affirmant, atque ex ipſis iuribus apertè colligitur. Quo autem pacto fieri debeat inſtrumentum arrogationis, habetur l. 92. titu. 18. parte 3. & latius apud Gaſpar. Montero. in pract. tracta. 7. fol. 194.

Qui arrogatur eo ipſo in poteſtatem arrogato-

D ris tranſit, cum effectibus omnibus patriæ poteſtatis: quin, ſi ipſe liberos in ſua poteſtate habeat, aut ei poſtea naſcantur, in poteſtatem arrogatoris eo ipſo tranſeunt, tanquam arrogatoris nepotes: quod locum habet etiam in liberis ab arrogato arrogatis. §. illud proprium, inſtitu. de adopt. l. prima, §. vlt. & l. ſi paterfamilias, in princ. ff. eod. titu. & l. 7. titu. 16. par. 4. Licitum etiam eſt arrogare, aut adoptare in locum nepotis, aut pronepotis aliquem, etiam ſi is, qui adoptat, filium non habeat, poteſtque quis filiū alienum adoptare in locum nepotis, & nepotem in locum filij, §. licet autem, & §. & tam filium, inſtit. de adopt.

Arrogator extrahere non poteſt arrogatum à ſua poteſtate eum emancipando, arrogationemque diſſoluendo, niſi ex iuſta cauſa, legitimeque coram iudice probata. Quales ſunt duæ tantum. Vna, ſi arrogatus talem iniuriam arrogatori faciat, quæ ad reuo-

reuocandam donationem ſufficiens ſit, iuxta quæ ſuo loco dicemus. Altera eſt, ſi quis arrogatum ſub ea conditione hæredem inſtituat, ſi arrogator eum emancipauerit, ex ſuave poteſtate extraxerit. Ita habetur inſtitu. de adoptio. §.cum autem impubes, verſ.item non aliter, iuncta glo. ibi, & l. ſeptima, tit. 16. par. quarta. Atque in hoc euentu nihil illi relinquere tenetur arrogator, ſed ſolum tenetur ei tradere omnia bona illius, quæ à principio, & progreſſu temporis accepit, deducto vſuſructu, quem arrogator ratione patriæ poteſtatis ex eis bonis ſibi acquiſiuit. Ita habetur inſtit. loco citato, & in glo. ibi, ſecundum primum intellectum, quem verè textus ibi facit, & multò apertius, l. vlt. ff. ſi quid in fraudem patro. Sanciuitque l. ſeptima, titu. 16. parte quarta, atque amplectuntur Barto. & alij, quos Gregorius Lopez ibidem refert, ac ſequitur. Quod ſi arrogator, dum viueret, ſine iuſta cauſa eum emancipauit, vel in morte, ſine iuſta etiam cauſa exhæredauit, aut præteriuit, vltra bona, quæ in toto progreſſu temporis ex arrogato accepit, tenetur de omnibus ſuis bonis quartam partem illi relinquere: ſi verò eam non reliquerit, hæredes ipſius tenentur eam ſoluere. Ita habetur §.cum autem impubes, verſi. ſed & ſi decedens, inſtitu. de adop. l. vlt. ff. ſi quid in fraudem patro. & l. 8. tit. 16. par. quarta. Quin ſi arrogatus poſt arrogationem è vita diſcedat, nondum quarta ei ſoluta, tranſmittit illam ad hæredes, l. ſi arrogator, ff. de adoptionibus. & l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collatio. bonorum. Arrogator verò non poteſt impuberi arrogato ſubſtituere, niſi in ſola quarta, quàm illi, vt minimum relinquere tenetur, neque poteſt in ea illi imponere grauamen fideicommiſſi poſt ætatem pupillarem, ſecus autem in aliis bonis, ſi quæ vltra quartam illi relinqueret, l. ſi arrogator, cita. Quando autem arrogator ſine legitima cauſa filium emãcipaſſet, atque ab inteſtato diſceſſiſſet, credo quòd filius arrogatus nihil aliud haberet in bonis illius, quàm quartam, idque ſiue arrogatus impubes eſſet, ſiue pubes, iuxta ea, quæ mox dicam, idque de impubere confirmat apertè l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collat. bonorum.

Quando arrogator alios filios naturales, ac legitimos habebat, iam ſupra dictum eſt, concedendum non eſſe à principe, vt quemquam arroget: imò neque ſi ſpem habeat filiorum. Quòd ſi ſciens & prudens princeps illum filios, aut ſpem filiorum habere (alioquin ſurreptitia eſſet cenſenda conceſſio) arrogationem alicuius concedat, ait gloſ. inſtitu. de adopt. verſ. vlt. cit. cui conſentiunt communiter Doctores, quos Gregorius Lopez l. 7. cita. ſequitur, ita quartam deberi, dummodo ea de cauſa non plus obtineat, quàm filij legitimi, alioquin ſolum ſuccederet cum filijs legitimis, ac ſi de numero eorum eſſet. Conſonant l. ſecunda, §. hæreditas, & §. parui refert, ff. de ſuis, & leg. hæred. & inſti. de legi. agno. ſucce. §. per adoptionem. Liberi autem arrogati excludunt aſcendentes arrogatorijs, l. ſecunda, §. liberi. ff. ad Tertul. Quod de quarta dictum eſt, ſimiliter eſt intelligendum, ſi arrogatus pubes ſit. Ab inteſtato verò quicunqne filius arrogatus ſuccedit in omnibus bonis arrogantis, tanquam hæres ſuus, vt patet inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. deferuntur, §. inteſtatorum, ver. nec intereſt. Quòd ſi arrogãs alios filios legitimos, aut arrogatos habeat, arrogatus ſuccedit æqualiter cum illis, vt ex l. ſecunda, & ex §. per adoptionem, citatis, patet. Excipitur in Regno Caſtellæ, iuxta l. 22. libro quarto, fori, in hoc & in præcedenti euentu, quando arrogatori naſcuntur filij legitimi poſt arrogationem factam: nam tunc arrogator ſolum poteſt ei relinquere de quinto ſuorum bonorum, quod voluerit, non verò poteſt præiudicare legitimis filiorum legitimorum eas minuendo, vt tribuat arrogato. Ita Gregorius Lopez l. ſeptima, citat. Excipitur præterea, niſi ab arrogatore ante mortem fuiſſet emancipatus: tunc enim non ſuccedit arrogatori ab inteſtato, ſed habetur tanquam extraneus comparatione illius, vt habetur inſtitut. de exhæredat. libe. §. adoptiui, & inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. defer. §. at ij, & §. minus. Quod ſi pater naturalis ſuperſtes adhuc ſit quando ab arrogatore emancipatur, tunc ſuccedit patri naturali cum alijs liberis, non ſecus, ac ſi nunquam fuiſſet arrogatus. §. at ij, cita. Veruntamen tunc, ſi emancipatus fuit, aut exhæredatus ab arrogatore ſine iuſta cauſa, ad collationem cum fratribus naturalibus tenetur adducere quartam, quæ de bonis arrogatoris per mortem illius ipſi debetur, vt habetur leg. prima, §. ſi impuberi, ff. de collat. bonorum. Si verò naturalis pater moriatur perſeuerante arrogatione, filius arrogatus nõ ſuccedit ei cum alijs fratribus, ſed ſolum arrogatori, in cuius poteſtate eſt. Idem etiam eſt, ſi poſtquam pater naturalis mortuus eſt, emancipetur ab arrogatore: nam tunc, ſi cum iuſta cauſa emancipetur, neutri ſuccedit; ſi verò ſine iuſta cauſa emancipetur, aut exhæredetur, ſolum obtinet quartam in bonis arrogatoris. Hæc habentur inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur, §. at ij, & §. eadem hæc, verſic. eos verò, & confirmantur l. penultim. §. vltim. C. de adoptio. Illud tamen eſt obſeruandum, quamuis, qui arrogati perſeuerant, aut poſt mortem patris naturalis ab arrogatore emancipantur, non ſuccedant patri naturali diſcedenti ab inteſtato, tanquam liberi, ſuccedere tamen ei, quaſi cognatos: quare licet, ſi parens ille naturalis hæredes ſuos habeat, ſiue legitimos, ſiue emancipatos, aut filios naturales emancipatos, nullique alteri arrogatos, hunc omnino excludant ab hæreditate, ſi tamen hic inter cæteros agnatos proximior ſit in gradu, vt quia eſt filius aut nepos, aui naturalis, qui filios non habeat, ſuccedit tali parenti ab inteſtato, tanquam agnatus proximior in gradu, Ita habetur inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato deferun. §. admonendi. Parens tamen non tenetur quicquam ex teſtamento illi relinquere, ſed licitè poteſt illum prætérire. Illud poſtremò eſt obſeruandum, filium arrogatum, aut adoptatum, etiam ab auo, aut proauo materno, aut etiam interdum paterno, iuxta ea, quæ mox dicenda ſunt, non amittere iura materna comparatione matris naturalis, ſed perinde ſuccedere illi ex teſtamento, & ab inteſtato, & dicere poſſe nullum teſtamentum illius, ſi ab ea exhæredetur, aut prætereatur, ac ſi à nullo altero eſſet arrogatus, aut adoptatus: vt patet ex leg. penultim. §. neque enim, C. de adoptio. illis verbis: Quis enim materna iura poſſet abolere (adoptione ſcilicet) cum videbatur & ex antiquo iure patrem quidem habere adoptiuum, matrem autem eam, quam natura cognoſcit? Ratio autem eſt, quæ eiſdem verbis tangitur, quia videlicet fœminæ neque arrogare, neque adoptare permittitur, vt poſtea dicemus. Quod ſi vir quemquam arroget, aut adoptet, vxor illius non manet agnata illi, ſed tanquam nouerca, vt habetur le. qui in adoptionem, ff. de adoptionibus: quia ergo arrogatus, aut adoptatus, eodem modo comparatione matris naturalis manet, egreditur verò interdum poteſtatem patris naturalis, & tranſit in poteſtatem arrogatoris, & interdum in poteſtatem adoptantis, vt dicetur, inde euenit, quod quãuis ius ſuccedẽdi patri naturali interdum per arrogationem, aut adoptionẽ varietur: ius tamen ſuccedendi matri naturali inuariatum maneat.

Alia eſt adoptionis ſpecies, quæ nomen commune retinet, appellaturque adoptio preſsè. Ea verò eſt, quando filiusfamilias ab alio in liberum

reci-

recipitur, à quo immediatè non eſt carnaliter genitus. Satis autem eſt, ſi fiat coram iudice loci. Ita habetur §. primo, inſt. de adopt. l. prima, & ſecunda, ti. 16. par. 4. Differt ergo præter alia, inter arrogationē, & hanc adoptionem, quod hæc eſt filij familias, illa verò eius, qui extra patriam erat poteſtatē, vt ſuprà dictum eſt.

In adoptione preſſe ſumpta requiritur, & conſenſus patrisfamilias, & etiam filij adoptandi, ſed ſatis eſt, ſi ſit tacitus filii adoptandi, quia videlicet non cōtradixit, l. in adoptionibus, ff. de adoptionibus, l. vltim. C. eodem titu. & l. 1. titulo 16. par. quarta. Meritò excipitur, niſi filius taceret metu, vel nimia reuerentia, vt cum Bald. Panorm. & alijs affirmat Greg. Lopez, l. prima, cit. Quin, ſi filiusfamilias infans ſit, ſatis eſt præſumptus conſenſus illius, conſentiente expreſſe patrefamilias, leg. etiam infantem, ff. de adoptionibus.

Quando is, qui hoc pacto adoptat, extraneus eſt, hoc eſt, non de numero aſcendentium adoptandi, tunc adoptatus non tranſit in poteſtatem adoptantis, ſed manet in poteſtate patris naturalis, qui illum in adoptionem dedit, neque adoptans quicquam comparat in bonis adoptati. Integrum eſt etiam adoptanti diſſoluere quocunque tempore voluerit adoptionem, eaque diſſoluta, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato illi ſuccedit filius adoptatiuus, quod ſi adoptans è vita diſcedat, adoptione non diſſoluta, tunc nihil ex teſtamento tenetur relinquere filio adoptiuo: ſi vero diſcedat ab inteſtato, ſuccedit illi (non verò alijs cognatis illius) filius adoptiuus in omnibus illius bonis, ſi nullum alium liberum habeat, nec naturalem, nec adoptiuum, alioquin ſuccedit illi æqualiter cum alijs liberis. Quia ergo filius ita adoptatus in poteſtate manet patris naturalis, ita illi ſuccedit, ac ſi ab extraneo non eſſet adoptatus. Quod ſi pater naturalis eum exhæredet, aut prætereat, dicere poteſt teſtamentum eius nullum, non ſecus ac ſi adoptatus non eſſet, ſiue pater naturalis, durante adoptione, ſiue iam diſſoluta è vita diſcedat. Hæc omnia habentur §. ſed hodie, inſtitu. de adoptionibus, §. ſed hæc omnia, inſtitu. de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur, l. penultim. in principio, & §. quia igitur, & §. ſed ne, ac reliquis ſequentibus, C. de adop. iuncta l. ſi parens, C. de ſuis, & leg. hæred. & l. 8. & 9. titu. 16. par. 4. In regno tamen Caſtell. ait Gregor. Lopez, l. 18. cita. gloſ. vltim. ſi pater adoptiuus filios habeat naturales, adoptiuum non ſuccedere cum illis ab inteſtato, ſed patrem adoptiuum poſſe ſolum illi relinquere ex ſuo quinto quod voluerit in ſuo teſtamento, iuxta l. quintam, ti. 6. & l. 9. tit. 5. lib. 3. fori, & l. 1. titu. 22. lib. 4. fori: non tamen habeo ad manum librum, vbi tenorem illarum legum expendere poſſim.

Quando autem is, qui adoptat, auus, aut proauus eſt maternus adoptati, vel etiam paternus, ſi nepos, aut pronepos extra illorum erat poteſtatem, ſolumque erat in poteſtate patris, quia conceptus quando pater erat iam extra poteſtatem aui, aut proaui, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, id quod ſemper habet locum de iure Luſitano, & Caſtellæ, eò quod per matrimonium pater egrediatur poteſtatem ſuorum aſcendentium, quando, inquam, is, qui adoptat, auus, aut proauus eſt in prædictis euentibus, tunc adoptatus tranſit omnino in illorum poteſtatem, egrediturque poteſtatem patris, ſolumque patri adoptiuo ſuccedit, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, non verò patri naturali, niſi tanquam agnatus ab inteſtato eo modo, quo de filio arrogato dictum eſt, neque dicere poteſt nullum teſtamentum patris naturalis, eſto in eo prætereatur, aut exhæredetur, ſed ſolum poterit dicere nullum teſtamentum patris adoptiui, hoc eſt aui, aut proaui, qui illum adoptauit. Quod

A ſi talis pater adoptiuus alios liberos habeat naturales, aut adoptiuos, vnà cum illis ſuccedit æqualiter: integrum tamen ſemper eſt patri adoptiuo eiuſmodi filium emancipare, atque eo ipſo egreditur poteſtatem illius, neque plus iuris habet ad bona illius, quam ſi nunquam ab eo fuiſſet adoptatus. Si tamen pater naturalis ſuperſtes tunc ſit, reincidit in illius poteſtatem, perindeque illi ſuccedit, ac ſi nunquam traditus ab eo fuiſſet in adoptionem. Hæc omnia habentur leg. penultim. §. ſin vero pater, C. de adoptionibus, iuncta leg. penultim. ff. eodem titulo, & leg. ſi tibi parens, C. de ſuis & legi. hæredibus, §. ſed hodie. verſiculo, ſi vero pater, inſtitu. de adoptionibus, §. ſed ea omnia, inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſtato deferun. & leg. octaua, & vltima, titulo 16. parte 4.

Quando autem auus aut proauus poſt mortem patris naturalis emancipaſſet filium, quem adoptauit, paterque naturalis ita de bonis ſuis diſpoſuiſſet,
B vt ad alios deuenirent, gloſs. leg. penultim. cita. §. ſi verò pater, verbo, reuerti, Cod. de adoptionibus, varias opiniones refert, ad quid auus tunc teneretur. Et quidem quando talis nepos, aut pronepos auo, aut proauo, loco patris defuncti non ſuccederet neceſſario, probabilius videtur, talem emancipatum manere excluſum ab vtraque hæreditate, vſque eo in euentu non prouidiſse, præſumens, aſcendentem ita coniunctum nunquam id effecturum niſi in euētu, in quo talis emancipatus adeò eſset ingratus, vt dignus omnino eſset, qui exhæredaretur.

Gregor. Lopez leg. octaua, titulo decimo ſexto, parte quarta, gloſs. vltima iuxta eam legem vult, nepotem ita adoptatum, etiam ſi non emancipetur, ſolum ſuccedere patri adoptiuo ab inteſtato in Regno Caſtellæ: ex teſtamento verò patrem adoptiuum nihil teneri illi relinquere, ſi velit. Præterea, lex vltim. eiuſdem tituli vult, iuxta iura fori ſupracitata,
C quando eſsent alij aſcendentes legitimi proximiores in gradu, qui illum excluderent, ſolum de quinto ſuorum bonorum auum, aut proauum adoptantem poſse illi relinquere quod voluerit, non tamen poſſe minuere legitimas eorum. Quin ait, etiam de iure communi ſuccurri, non ſolum deſcendentibus, ſed etiam aſcendentibus legitimis, remedio querelæ inofficioſæ donationis, quando ex adoptione, aut ex arrogatione alicuius ſequebatur imminutio legitimarum deſcendentium aut aſcendentium, citataq; pro hac ſententia Angelum, & quoſdam alios. Hoc tamen non credo eſse verum: quoniam ſunt aperta iura ciuilia, quæ illis præiudicare poſse non ſolum in arrogatione, ſed etiam in adoptione, ſtatuunt, vt ſunt, leg. ſi te parens, C. de ſuis, & legitimis hæredi. & leg. ſecunda, §. liberi, ff. ad Tertullian. Qui aliquem arrogauit, aut ita adoptauit, vt in ipſius tranſiret poteſtatem, tradere poteſt alteri in adoptionem
D eum, quem ſic arrogauit, aut adoptauit, §. in plurimis, inſt. de adop.

Adoptari, & arrogari poſsunt non ſolum maſculi, ſed etiam fœminæ, §. primo, inſtitutio. de adoptione. leg. ſecunda, §. imperio, & l. nam & fœminæ, ff. eodem titulo. Adoptare verò, aut arrogare non poſſunt fœminæ, niſi ex priuilegio, & reſcripto principis ad ſolatium liberorum in bello amiſsorum, aut in vtilitatem, & commodum publicum, leg. mulierem, Cod. de adoptio. §. fœminæ, inſtitutio. eodem titulo, & leg. ſecunda, titulo decimo ſexto, par. quarta. Quamuis autem fœmina alienum filium, aut filiam arroget, non tranſeunt in ipſarum poteſtatem, vt notat gloſs. leg. mulierem, & fœminæ citatis. Cum enim proprios filios legitimos non habeant in ſua poteſtate, vt §. fœminæ citato dicitur, multò minus habebunt alios arrogatos, aut adoptatos.

Vt

Adoptare quis poteſt. Vt quis adoptare, aut arrogare alium poſſit, eſſe debet ſui iuris, & inſuper excedere debet arrogandum, aut adoptandum decem, & octo annis, §. minorem, inſt. de adopt. & l. ſecunda, titu. decimo ſexto, par. quarta. Si verò quis plures adoptet, ſatis eſt ſi vnumquemque eorum decem, & octo annis excedit, vt gl. ibidem ait.

Qui generare non poſſunt, ſi à natura tales ſint, neque adoptare, neque arrogare poſſunt. Qui vero ex accidenti generare non poſſunt, quia morbo, aut alia ratione genitalia, aut vtrumque teſticulum amiſerunt, quia ſpadones dicuntur, aut maleficio impediti ſunt, arrogare, aut adoptare poſſunt, §. ſed & illud, inſt. de adoptio. l. prima, verſiculo illud vtriuſque. ff. eodem titu. l. ſecunda, & tertia, titu. 16. par. quarta. Vnde quia initiati ordinibus ſacris, non à natura generare impediti ſunt, ſed ex ſuperueniente caſtitatis voto, adoptare poſſunt, vt bene cum Pano. affirmat Syl. verbo adop. num. 5. quicquid cum alijs Grego. Lop. l. 2. cit. in contrarium dicat.

Libertum alienum neque arrogare, neque adoptare quis poteſt: ſecus autem ſuum proprium libertum, l. pater familias, §. vltim. in fin. iuncta gloſ. ibi, & iuribus, quæ eadem gloſ. citat. ff. de adop. & l. 4. titu. 16. par. quinta. Longè autem maiori cum ratione adoptare nemo poteſt ſeruum alienum. Quod ſi ſuum proprium adoptet, eo ipſo liber efficitur, §. vl. inſt. de adop.

Tutor, aut curator arrogare non poteſt eum, cuius tutelam, aut curam adminiſtrauit, niſi poſtquam ille fuerit viginti quinque annorum, aut niſi ex priuilegio principis, l. nec ei, in principio, iuncta l. nonnunquam, ff. de adoptionibus, & l. 6. titu. 16. par. 4. Excipitur, niſi tutor, aut curator iam reddidiſſet rationẽ integram ſuæ adminiſtrationis, atque à tutela, & cura ceſſaſſet, vt cum Bar. affirmat Gregorius Lop. l. 6. citata, conſentitque l. nec ei, citata, dum eiuſce prohibitionis hanc rationem dedit, ne forte eum ideo arroget, ne rationes reddat.

DISPVT. CCXXVIII.

De effectibus patriæ poteſtatis.

EXplicauimus diſputatio. præcedente, qui, & quorum comparatione dicantur eſſe ſub patria poteſtate. Nunc de effectibus patriæ poteſtatis eſt dicendum. Eos commemorat Gloſ. §. ius autem, Inſtitutio. de patria poteſtate. Præcipui ſunt, qui ſequuntur.

Primus effectus patriæ poteſtatis. Primus quondam quicquid filius acquirebat, præter caſtrenſia bona, aut quaſi caſtrenſia, pleno iure acquirebat patri, in cuius poteſtate erat, ſiue is naturalis parẽs, ſiue adoptiuus eſſet. Hodie vero profectitia bona ſimiliter pertinent ad patrem, de aduẽtitijs autem ſolum obtinet adminiſtrationem, & vsũfructum: dominium verò pertinet ad filium, de qua re dicemus copioſè, ſi prius, quæ bona aduentitia dicantur, inferius expoſuerimus.

Secundus. Secundus, pater neceſſitate, & egeſtate illum cogente, quàm aliter euadere non poſſit, poteſt vendere filium, qui in ipſius eſt poteſtate; id quod latè expoſuimus, diſputat. 33. explicando tertium titulum, quo quis licitè in ſeruitutem redigitur. Hoc tamen extendendum non cenſeo ad patrem, qui per arrogationem, aut adoptionem filium habet in poteſtate. Præterea reijciendum eſt, quod lex Caſtellæ 8. titulo decimo ſeptimo, part. 4. & Gregor. Lopez cum ea ibidem addit. Nempe licitum eſſe patri, qui Caſtrum ſibi à lege commiſſum habet, interficere, & comedere filium, ne ob ipſius famem caſtrum ab hoſtibus capiatur, & ne ipſe pereat. Id namque intrin-

A ſecè malum eſt cum naturali iure, & quinto præcepto decalogi pugnans, atque adeò illicitum, & iniuſtum, neque mala ſunt vnquam facienda, vt damna præſertim temporalia vitentur, aut eueniant bona.

Tertius. Tertius, ſi filiusfamilias ſine conſenſu patris, in cuius poteſtate eſt, alicui ſeruit, aut ab aliquo detinetur, poterit pater eum ad ſe reducere, interdicto de liberis exhibendis, aut educendis. Eodem etiam modo iudicis autoritate, poteſt ad ſe reuocare filiumfamilias fugitiuum, qui ſibi obedire non vult. Excipitur, niſi à matre detineatur, quando plus expedit apud illam eſſe, vt ſi ſit tempore, quo lactatur, aut ob patris nequitiam, vel ſæuitiam, l. prima, & ſequ. ff. & C. de liber. exhibend. & l. 10. titulo decimo ſeptimo, parte quarta. Hæc verò non ſimiliter locum habent comparatione parentis, in cuius poteſtate non eſt filius, præſertim, ſi extra illius tutelam, ac curam ſit. De iure communi, quando filia, B quæ ſub patris perſeuerabat poteſtate, coniugata erat, non poterat illam petere à coniuge, niſi vt moderatè illam propria poteſtate ob exceſſus in patrem commiſſos puniret, quin potius maritus eam à patre ſibi exhiberi, vt ſecum cohabitaret, poterat eſtlagitare, idemque hodie poteſt. l. prima, §. vltimo, & leg. ſecunda, ff. de liber. exhibi. & l. vltim. Cod. eodem titulo. Dixi de iure communi, quoniam de iure Luſitano, & Caſtellæ per matrimonium patriam egreditur poteſtatem.

Quartus. Quartus, neque filiusfamilias poteſt contendere in iudicio cum eo in cuius poteſtate eſt, niſi de caſtrẽſi, aut quaſi caſtrenſi peculio, neque ſimiliter is, in cuius poteſtate eſt, poteſt cum filiofamilias contendere, niſi de eodem peculio, leg. lis nulla, ff. de iudicijs, l. actiones, ff. de actionibus l. ſi quis vxori, §. ſed ſi filius, ff. de furtis, l. ſi dubitetur, §. vltim. in fine, ff. de fideiuſſor. iuncta l. cum oportet, in princip. verſicu. C eodem ſeruando, C. de bonis, quæ lib. vbi, quod de peculio caſtrenſi ſancitum eſt, ad quaſi caſtrenſe doceture xtendi, l. 11. titulo 17. parte quarta, & l. 2. titu. 2. parte 3.

Quidam alij caſus excipiuntur, in quibus contendere poſſunt adinuicem in iudicio, vt ſi agatur de filij ſtatu, vtrum ſub patria ſit poteſtate, aut non, l. 1. C. de patria poteſta. l. 2. ti. 2. par. 3. & gl. l. lis nulla cita. Item ſi filius alimenta, quibus indiget, petat à patre, aut pater ſimiliter à filio de caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi peculio, l. ſi quis à liberis, in principio, ff. de lib. agnoſc. l. 1. cita. & glo. cita. Item, in euentibus, in quibus diſpu. ſequenti dicemus, filium cogere poſſe patrem, vt eum de patria educat poteſtate, contendere poteſt filiusfamilias cum patre, l. 1. cita. Glo. Item ſi pater dilapidet bona aduentitia filij, eſto dolo id non efficiat, contendere poteſt filius in iudicio, vt ab adminiſtratione eorũ remoueatur, & vel ſibi, ſi maD ior ſit, tradantur, vel inſtituatur curator aliquis eorũ bonorum, qui illa tutò adminiſtret, l. imperator, ff. ad Treb. Bar. & alij, ibi, l. vlt. §. minores, C. de ſententiam paſſis, & l. 2. & gl. cita. Atq; in hoc euentu amittit pater vſumfructum in eiuſmodi bonis aduẽtitijs filij, ſolumque, ſi indigeat, tradenda ſunt illi alimenta ex fructibus, vt ſatis innuunt l. imperator, & l. 2. cita. & Gregor. Lopez, cum Paulo Caſtrenſi ſibi affirmat.

Vtrum autem quando pater ſine iuſta cauſa alienat bonum immobile aduentitium filij, poſſit filius contendere cum patre in iudicio, & id impedire. Bartol. leg. imperator, negat, quoniam filio ſatis eſt conſultum in hoc euentu, eo quod poſt mortem poſſit illud vendicare de manu emptoris, aut alterius, ad cuius poteſtatem deuenerit, iuxta le. 1. C. de bonis matern. & alia iura, & cum, ob reuerẽtiam paternam, à ratiocinijs, & cautionibus filio

præ-

præſtandis pater excuſetur, l.vl. §.fin autem non habeat, C. de bonis, quæ liberis. Meritò tamen Grego. Lopez l.2.cita. cum Paulo Caſtrenſi excipit, ſi pater bona immobilia filij familias alienet potentiori, à quo difficilè poſtea vendicabuntur, vel ei,qui illa deteriorare t: aut de patris dolo conſtet.

Præterea poteſt filiusfamilias contendere cum eo, in cuius poteſtate eſt, ſi talis filius agat nomine alieno, & non proprio, vt ſi agat tanquam tutor,curator, aut procurator alterius. Ita Gloſſa recepta, l.lis nulla,ff.de iudicijs, arg.l. quæſitum eſt, ff.de in ius vocando. Id tamen intelligendum eſt,ſi agat in commodum illius, cuius nomine agit, ſecus verò ſi quis ei ceſſiſſet actionem aduerſus patremfamilias, ageretque iam in ſuum proprium commodum: nam tunc non conceditur ei actio, vt habetur l. actiones, ff.de action. & cum glo.l.ſi pater,ver. filius tuus. ff.de iure dotium, Paulo Caſtrenſi,& alijs affirmat Greg. Lopez l.2.tit.2.parte 3.glo.1.

Filius,ſiue legitimus, ſiue illegitimus ſit,nullum ex ſuis aſcendentibus, extra quorum poteſtatem ſit, ſiue maſculis, ſiue fœminis, poteſt in ius vocare, niſi petita, & obtenta prius facultate à iudice. In quibus autem euentibus concedi debeat, & in quibus non, ad quintum tractatum ſpectat explanatio. Hæc habentur l.4. & ſequentibus, ff. de in ius vocando, l.vl.C. eodem tit.l.3.tit.2. par.3. & l. 11.tit.17.par.4.

De iure canonico ait Gloſſ. cap. quæritur. 2. q. 7.& Gloſ.in verbo regulariter,capit.vl.de iudicijs, lib.6.filium agere poſſe indifferenter contra patrē. Melius tamen Panorm. c.non eſt, de ſponſalibus, num.1. & 2. iuxta caput illud, & c.vl. de iudicijs, lib.6.ait,id ſolum eſſe verum,quando agitur de ſpiritualibus, aut de annexis ſpiritualibus, vt de reddenda vxore marito, quæ à mariti patre iniuſtè detineatur,aut de reditibus Eccleſiaſticis filio à patre reſtituendis,aut de eruendo patre à peccato, in quibus tantum euentibus intelligendum eſt, c. quæritur, circa quod eſt diui Auguſ. in alijs autem euentibus non eſt diſcrimen inter ius Pontificium, & Cæſareum.

Filiusfamilias etiamſi vigeſimumquintum annum excedat, neque intentare aduerſus alium poteſt actionem ſine conſenſu eius, in cuius poteſtate eſt,neque alius aduerſus illum,niſi concio,& vocato eo,ſub cuius poteſtate eſt. Qui tamen,ſi filiusfamilias ad aliquid tenetur,à iudice cogitur,vel illum defendere,vel ſuum præſtare conſenſum,vt aduerſus filium agatur. Ita habetur l.vl.in princip.iuncta glo.ibi. verb.imponenda, C.de bonis,quæ liber. & c.vlt. iuncta glo.ibi,ver.regulariter, de iudic.lib.6. l.7.tit.2.par.3.& l.11.tit.17.par.4.

Hoc verò non eſt intelligendum, quando lis eſt de bonis Caſtrenſibus, aut quaſi Caſtrenſibus filij, quoniam ſicut circa eiuſmodi bona eſſe poteſt lis inter patrem,& filium, multò magis eſſe poteſt ſine conſenſu patris inter filium, & quemcunque alium, eò quòd horum bonorum comparatione filius quaſi paterfamilias reputetur, l. prima, §. vlt.iuncta l.ſecunda,& gloſ.ibi.ff.ad Macedo. Neque item intelligendum eſt, quando lis eſt de bonis profecticiis, circa quæ ad ſolum patrem pertinet lis, ac defenſio, vtpote cuius ſunt ea bona pleno iure, l. cum oportet, C.de bonis, quæ lib. Neque item quando lis eſt de ijs bonis aduentitijs, quorum comparatione pater habet vſumfructum,quoniam eorum adminiſtratio, lis, atque defenſio ad ſolum patrem ſimiliter pertinet, tametſi filij etiam requiritur conſenſus, ſi infantiam excedat, l.vlt. §.vbi autem, C.de bonis, quæ lib. Eſt ergo id intelligendum, quando vſusfructus eorum bonorum pertinet ad filium, aut pater vſumfructum ei reliquit: tunc enim adminiſtratio pertinet ad filium, ſed lites neque intentare, neque defendere poteſt ſine authoritate,& conſenſu patris. Ita gloſ.cita.& Doctores communiter. Obſerua,quamuis alienationes factæ à filiofamilias de bonis aduētitijs,quorum vſusfructus, & adminiſtratio pertinet ad patrem, validæ non ſint, niſi fuerint factæ de conſenſu patris,,vt diſputat.261.oſtendemus,nihilominus filiumfamilias teneri de contractib. factis poſt pubertatem, etiamſi ſine patis conſenſu ſint facti, vt ibidem dicetur.

Vtrum verò intelligendum etiam id ſit in alijs actionibus,tam ciuilibus, quàm criminalibus, quæ & filiofamilias, & aduersus filiumfamilias, quondam de iure digeſtorum, etiam ſine authoritate,& conſenſu patris competebant,iuxta l. filiusfamilias, ff.de actionibus, l.noxiali, & duabus ſequen. ff.de noxalibus actionibus, & §.vlt.inſtit. eodem titu.ita vt correctum id ſit,l.vlt.C.de bon. quæ libe.glo.ibi id controuertit, atque ſecurius hoc eſſe, atque hanc ſententiam amplectitur Gregorius Lopez l. ſeptima cita. conſonantque lex illa, & l. vndecima, titu. 17.par.quarta,quæ uniuerſim loquuntur. Credo tamen,ſi pater admonitus accedere non vellet, vt authoritatem & conſenſum præberet,filiumque,ſi vellet,defenderet, valida eſſent, quæ ſine tali autoritate,& conſenſu fierent. Obſerua tamen,de iure digeſtorum ſolum quaſdam actiones concedi filiofamilias aduerſus alios, non verò omnes, vt conſtat ex l.ſi longius, §. vltimo iuncta Gloſ. vltima ibi, ff. de iudiciis.

A regula tradita excipitur. Primò, ſi lis ſit de re ſpirituali,vt de matrimonio, beneficio,aut alia ſimili, vel ſit de re annexa ſpirituali, vt de fructibus beneficii: tunc enim ſi filius pubes iam eſt, conſenſus patris non requiritur,vt expreſsè habetur, ca.vlt.§. vlt.de iudiciis,lib.6.ſi tamē filius impubes eſſet, nec patris accederet conſenſus,aut defenſio, dandus illi eſſet curator ad litem,modo diſp.220.explicato,aut authoritate iudicis,modo etiam ibi explicato,procuratorem loco ſui deberet conſtituere.

Excipitur ſecundò, ſi filius nomine, & commodo alieno agat: ſicut enim in hoc euentu agere poteſt cum eo, in cuius poteſtate eſt, vt ſupra eſt explicatum, multo magis ſine patris authoritate, & conſenſu agere poteſt cum quocunque alio, Gloſſa capit.vlt.§.vlt.de iudiciis,libro ſexto,& glo.l.vltima, C.de bonis quæ lib. Concinit cap. qui generaliter, §.primo,de procura.lib ſexto,vbi definitur,filiumfamilias ſine patris conſenſu conſtitui poſſe procuratorem,non ſolum ad negocia,ſed etiam ad iudicia vt tamen ad iudicia conſtituatur, neceſſe eſt vigeſimumquintum annum excedat,vt §.vlt.ibidem ſubiungitur.

Tertiò excipitur, ſi filiusfamilias longè diſtat ab eo,in cuius poteſtate eſt,vt quia ſtudiorum, aut alia de cauſa, diſtat à patre, vel pater in locum diſceſſit longinquum: tunc enim fas eſt, & filio agere aduerſus extraneum, & extraneum aduerſus talem filium ſine patris authoritate,& conſenſu, l. ſi longius. §.primo, ff.de iudic. l.ſeptima, titu. ſecundo, par.3.& l.vltima,titu.17.par.4. Si tamen filius vigeſimumquintum annum non excedit, dandus eſt ei curator ad litem. Ita habetur l.7.& l.vlt.citatis,& affirmat glo.vlt.cita. argu.l.clarum. C.de authoritate præſtanda.

Quintus effectus patriæ poteſtatis traditur ab aliquibus,filium teneri alere patrem,ſi aliunde commodè ali non poſſit ſicut è contrario pater alere tenetur filium,quando filius de ſuo, aut aliunde commodè ali non poteſt. Gloſſa tamen, §. ius autem, inſti.

inſtit. de patria poteſtate, rectè ait, hunc non eſſe effectum patriæ poteſtatis. Quoniam vniuerſim parentes alere tenentur illo pacto liberos, ſiue ſub illorum ſint poteſtate, ſiue non, & ſiue legitimi ſint, ſiue naturales, & liberi viciſſim alere ſimili modo tenentur parentes, vt habetur l. ſi quis à liberis, & ſequentibus, ff. de liber. agno. l. vlt. §. ipſum autem, C. de bonis, quæ liberis, l. prima, & ſequentibus. C. de alend. lib. l. prima, & ſequen. titu. 19. par. 4. Authent. quibus mod. nat. effic. ſui, §. ſi quis igitur habens. Authen. Ex complexu, C. de inceſtis nuptijs, Authentica, licet, C. de naturalibus liber. & l. filia tua. C. de patria poteſta. vbi idem de filia ſtatuitur comparatione parentum. Habet autem id verum, etiamſi filia coniugata ſit; Tum, quia matrimonij contractus impedire nequit mutuum hoc debitum inter parentes, & liberos. Tum etiam, quoniam eiuſmodi onus, mutuumque priuilegium, æque conuenit viro comparatione ſuorum aſcendentium, & vxori comparatione eorum, qui vxori aſcendentes ſunt. Quare etiam inuito marito, & occultè, quando ſi palam faceret, iurgium inter ipſos eſſet, poſſet eiuſmodi debitum exſoluere. Si tamen multi eſſent deſcendentes in eodem gradu, qui ad alimenta præſtanda tenentur, eaque præſtare poſſent, filia refragante coniuge, ſolum poſſet ſoluere partem, quæ ipſam contingit, non verò quas alij ſoluere tenentur, eſto ſua nequitia ſoluere eas nolint.

Quæ de filijs legitimis, & naturalibus comparatione aſcendentium dicta ſunt circa alimenta neceſſaria præſtanda, licet de iure Cæſareo locum non habeant in ſpurijs comparatione patris, & aſcendentium per lineam paternam, vt ex Authenticis citatis conſtat, ſolumque habeant locum comparatione matris, & aſcendentium per lineam maternam, vt habetur l. ſi quis à liberis, §. idem in liberis, ff. de liber. agnoſc. & l. quinta, titu. 19. par. 4. hodie tamen poſt cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adul. locum habet etiam comparatione patris, & aſcendentium per lineam paternam, non ſolum in Eccleſiaſtico, ſed etiam in ſæculari foro, eſtque ſancitum de iure Luſitan. & Caſtellæ, vt diſput. 168. oſtenſum eſt, vbi copioſè explicata ſunt, quæ de eiuſmodi alimentis præſtandis, ſiue legitimi, ſiue illegitimi ſint, quibus præſtari debent, dici poterant.

Pauca tamen hoc loco adiiciam. Primum eſt. Si vel aſcendens, à quo alimenta petuntur, neget eum, qui petit, ſuum eſſe deſcendentem, vel è contrario, deſcendens neget petentem ſuum eſſe aſcẽdentem, tunc iudicem ſummariè cognoſcere debere, an vnus ex altero deſcendat, vt comperto ea via ſummaria deſcendere, alimenta ſoluere decernat, poſtea verò latius examinatur cauſa, neque decretum illud, vt alimenta ſoluantur, cauſæ exactius examinandæ vllum præiudicium affert. Antequam autem, ſaltem ita ſummariè rem examinando, agnoſcatur, vnum ex altero deſcendere, non eſt præcipiendum, vt alimenta ſoluantur, niſi is, qui ea petit, in poſſeſſione ſit illa recipiendi. Hæc omnia habentur l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, ff. de liber. agnoſc. & l. vlt. titu. 19. par. 4. quę tradit ſummariam cognitionem fieri debere per inquiſitionem ea de re factam à iudice ex ſuo officio.

Secundum eſt. Conſtante matrimonio, nec interueniente diuortio, filios à patre, & matre de communibus bonis eſſe alimentandos, ſemper tamen dos, & bona paraphernalia vxoris ſalua debent manere, ſi contractu arrharum, & dotis contraxerunt. Si verò diuortium ſit factum, aut matrimonium per mortem viri ſit diſſolutum, mater ſolum vſque ad ætatem trium annorum tene-
A tur lacte filium alere modo diſput. 168. explicato: reliquæ verò expenſæ tam eius temporis, quàm ſequentis, fiunt à patre, vel de bonis, quæ filius ex patre, aut aliunde habuerit. Quando verò filius nulla bona habuerit, vel facto diuortio pater adeò pauper fuerit, vt non poſſit illum alere, tenetur mater de ſuis proprijs illum alere. Quo fit vt ante omnes pater teneatur filios alere, poſt eum mater, in defectu verò matris aſcendentes proximiores in gradu. Ita conſentaneè ad iura Cæſarea, quæ diſp. 168. citauimus, habetur l. 1. Luſitan. ordin. ti. 67. §. 9. & li. 4. ti. 68. Mirandum verò eſt in hoc Luſitaniæ Regno (vbi, ſi vxores contrahant contractu arrharum, & dotis, lucra ſunt illis communia cum viris, ſi verò cõtractu medietatis omnia vniuerſim bona ſunt illis cum viris communia) vſque adeò exemptas fuiſſe ab alimentis filijs præſtandis, vt nullos omnino ſumptus ea in re facere teneantur, niſi quando vir omnino non poteſt, & filij aliunde non ha-
B bent, vnde alantur, idem verò ſtatutum eſſe de iure communi. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, ff. de liber. agnoſc. non adeò erat mirandum, quoniam neque fructus dotis, & reliqua lucra erant vxori cum viro communia, ſed integra pertinebant ad ſolum virum. Titulo autem 68. citato additur, ſi vel tutrices filiorum ſint, vel curatrices, aliquidque de ſuo cum filijs, impendant, eſto nihil proteſtentur, poſſe illud exigere à filijs, ſi filij habent bona vnde ſoluant: ſecus autem, ſi nec bona filiorum adminiſtrent, nec repetitionem proteſtetur: quia tunc cẽſentur donare, niſi filij diuites eſſent, ipſæ verò pauperes, & quod inſumerent eſſet notabilis quantitatis, quam propter conditionem, & vires patrimonij filiorum expenderent: quoniam tunc poſſent illud repetere, eſto, proteſtatio nulla præceſſiſſet.

Tertium eſt, Poſt patrem & matrem, qui pro-
C ximiores fuerint in gradu, deſcendentibus, quemadmodum ipſi ſoli eis ſuccedunt, ita ipſos ſolos teneri eis alimenta præſtare, & è contrario, deſcendentes aſcendentibus propter eandem rationem. Quando tamen proximiores impotentes eſſent ad illa præſtanda, tenerentur, qui poſt eos proximiores ſunt, ea præſtare. Hoc tamen de iure communi hanc patitur limitationem, quod nepotibus ſi legitimi ſint, ſoli aſcendentibus per lineam paternam tenentur alimenta præſtare, non verò aſcendentibus per lineam maternam, niſi in defectũ aſcendentium per lineam paternam, vt vtrumque habetur l. penul. ff. de liber. agnoſc. Ratio eſt, quoniam nepotes de eodem iure communi ſunt in poteſtate auorum, & proauorum paternorum, ad eoſque pertinet vſusfructus, & adminiſtratio bonorum talium nepotum, non verò ſunt in poteſtate auorum maternorum. Eademque ratione ne-
D potes per lineam maternam non tenentur præſtare alimenta auis, aut proauis maternis, niſi in defectum aliorum nepotum, qui ex ipſis per lineam maſculinam deſcendant. Vtrum verò idem dicendum ſit de iure Luſitano, & Caſtellæ. Propendeo in partem quæ negat. Ducor, quoniam de iure horum regnorum ceſſat ratio, propter quam de iure communi id meritò fuit ſtatutum, nempe, quia nepotes erant in poteſtate auorum per lineam paternam, etiam ſuperſtite patre, cum autem filij per matrimonium egrediantur patriam poteſtatem de iure horum regnorum, & per conſequens nepotes, & pronepotes nũquam ſint in poteſtate auorum, & proauorum, auique materni; tam maſculi, quàm fœminæ, æquè & ſimul ſuccedant nepotibus de iure horum regnorum cum auis paternis, recta ratio conſequenter poſtulat, vt æquè teneantur eos alere, & æquè etiam ipſi ali debeant à ne-

à nepotibus, ſiue tales nepotes per lineam maſculinam, ſiue per feminam deſcendant. Atque hoc planè ſonat apertè lex 4.tit.19.par.4. tametſi Gregor. Lopez ibidem limitandam eam cenſeat, iuxta l.penul.ff.de liber. agnoſc. forte non attendens, hodie in his regnis ceſſare rationem, propter quam lex illa ita lata fuit.

Quartum eſt, Nomine alimentorum non intelligi debita, ſi quæ vel deſcendens, vel aſcendens contrahat: neque enim, qui alimenta præbere tenetur, ſoluere eiuſmodi debita cogitur, l.ſi quis à liberis, §.parens, ff.de liber.agnoſc.l.2.tit.19.parte quarta l.1. & l. filiusfamilias, C. ne filius pro patre. Eadem ratione, ſi filiusfamilias delictum committit, & pœna aliqua condemnetur, non tenetur pater eam ſoluere, neque de legitima, quæ filio in bonis patris debetur, neque de alimentis, quæ pater tenetur ei præſtare. Ita cum Speculatore, Panorm. c.2.de delictis puerorum, nume.3.Greg. Lopez,l. citata. De peculio tamen filij, aut ſi quid ex delicto filij in rem patris eſſet verſum, tenetur pater debitum, aut pœnas filij ſoluere, vt ijdem Doctores rectè admonent.

Quintum eſt. Quæ de aſcendentibus, & deſcendentibus quoad alimenta præſtanda dicta ſunt, ſimiliter habere locum in libertis comparatione patronorum, ſi egeant, & econtrà, in patronis comparatione libertorum. Tenentur verò liberti, etiam filios patroni, immo & patrem, & matrem patroni alere, ſi neque aſcendentes, neque deſcendentes habeāt à quibus alantur, l. ſi quis à liberis, §.ſolent iudices, & l.vlt. ff.de liber. agnoſc. Patronus non aliter tenetur alere libertum egentem, niſi ſi conſeruare velit ius patroni, quod habet erga illum, eo namque ipſo, quod, admonitus, vt alat quando ratio id poſtulat id præſtare non vult, amittit omnino ius patroni, quod in illum habebat. Libertus autem ſi admonitus patronum non alat, iterum tanquam ingratus redigitur in ſeruitutem patroni, poteſtque ab eo vendi, vt etiam de pretio dominus alatur. Vtrumque habetur l.alimenta. ff.de liber.agnoſc.

Vtrū frater fratri, aut ſorori inopi, & quæ aliundè ali non poteſt, teneatur præbere alimenta. Gloſſ. l.ſi quis à liberis, verbo iuſtè, & Bar. affirmant teneri, etiamſi frater, aut ſoror ſit ſolum naturalis, eamque ſententiam amplectitur Grego. Lopez l.4. titu.19.par.4. & tanquam opinio gloſ. & Bar. vim habebit in hoc Luſitaniæ regno in foro contentioſo. Res tamen hæc mihi non eſt certa.

Illud poſtremo circa hunc quintum effectum eſt addendum. Quamuis vt dictum eſt comparatione patris naturalis effectus non ſit patriæ poteſtatis, eſſe tamen comparatione eius patris, in cuius poteſtatem quis per arrogationem, aut adoptionem venit: is namque alimenta tenetur præſtare filio adoptiuo, non ſecus, ac ſi filius eius eſſet naturalis, cæteraque onera patris naturalis in eum tranſeunt. Quando quis ab extraneo eſt adoptatus, cum Fabro, Angelo, & alijs vult Grego. Lop. l.9. ti.19.p.4. in duobus euentibus patrem adoptiuū teneri illum alere interim, dū adoptio durat. Primus ſi adoptatus apud illum operetur. Secundus, ſi pater naturalis egeat, nec poſſit eum commodè ſuſtentare.

Sextum effectum patriæ poteſtatis quidam commemorant patrem poſſe filiumfamilias punire moderate pro quantitate delicti, atque intra limites paternæ correctionis, ſecus autem pœna atroci, ſi delictum tanta pœna eſſet dignum: hanc namque infligere non poteſt pater, ſed ſolus Iudex, vt habetur l.vnica, §. vlt.C. de emen. propinquorum, l.3. & 4.C. de patria poteſta. & alijs iuribus. Quæ au-

A tem pœna atrox dicenda ſit, vt ad eam ius patriſfamilias, neque in filios, neque in ſeruos ſe extendat, explicabitur tract.3.ſequenti.

Hic tamen effectus, licet patribus etiam per arrogationem, & adoptionem conueniat comparatione liberorum, qui ſunt ſub eorum poteſtate (niſi ordinibus ſacris ſint initiati, vt ſtatim dicemus) etiam conuenit in reliquos, qui de ſua familia ſunt, ſiue liberi ſint, ſiue ſerui, conuenit etiam matribuſfamilias, immo & ſenioribus alijs propinquis comparatione minorum, vt fratribus, prout recta ratio decere atque expedire attentis circunſtantijs ætatis vtriuſque, & omnibus alijs concurrentibus præſcripſerit, aut nouerit voluntatem eſſe patris aut matris familias domus, vt patet leg.vnica, Cod. de emendatione propinquorum, conſentitque capitu. cum voluntate, §.vltim.de ſentent. excommunicat. Neque arbitror commodiorem regulam poſſe tradi ad iudicandum, quando liceat vnum propinquum ſeniorem punire alium pro ſuis exceſſibus ad illius correctionem, quàm quæ à nobis proximè eſt tradita.

B Hi autem omnes, & quicunque ex munere ſuo punire poſſunt aliquos vt præceptores, pedagogi, & cęteri gubernationi domus, aut miniſterio alicui præfecti, in quo conſuetum eſt punire ſibi eo modo ſubditos, eſto quos puniunt, in minoribus ordinibus ſint conſtituti, non incurrunt excommunicationem, vt habetur capitulo primo, capitul.ex tenore, capitulo cum voluntate, §.vltim.de ſententia. excommunicationis. Secus aūt eſt ſi initiati eſſent ſacris ordinibus: nam propter indecentiam quæ eſt, vt huiuſmodi à laico puniātur, tam paterfamilias, quàm quicunque alius miniſter laicus excommunicationem incurreret, ſi quemquam horum puniret, vt cum gloſ. capitulo cum voluntate, affirmat Panormitanus ibi, colligens id ex eo textu argumento à contrario ſenſu. Inde vero vlterius infert ſacros ordines eximere

C à patria poteſtate ad effectum vt filius puniri non poſſit à patre correctione paterna. Eandem ſententiam affirmant Felin. Hoſtienſis, Antonius de Butrio, Zabarella ibi, Angelus verbo, excommunicatio.quinta, caſu primo, §.decimo, & alij, in eandemque propendet Sotus quinta, de iuſtitia, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, tametſi dubius. Quo fit, vt mirandum ſit Nauarrum in Manual. capitulo vigeſimo ſeptimo, num.82. citato ſolo Panorm. pro ſententia quæ ait, patrem punire non poſſe filiumfamilias in ordinibus ſacris conſtitutum, aſſerere contrariam eſſe communem in dicto c. cum voluntate, quam ipſe cum Syluestro ſequitur. Tractatus autem ſequēti, dum de percuſſione Eccleſiaſtici ſermo fuerit, oſtendemus, Panormitani & aliorum ſentētiam veram eſse.

Illud obiter hoc loco dicam nullum videri peccatum, ſi ſeniores ſæculares, qui propinqui aliquorum

D non ſunt, interdum moderatè puniant pueros & alios ſimiles pro exceſſibus ſuis, quando ipſorum propinqui, illive, quorum curæ ſubduntur, præſentes nō ſunt, qui id præſtent, atque ratio tunc præſcribat, vt id per eos fiat: præſertim ſi veriſimiliter credant, eos ad quos punitio alioquin ſpectat ratum id habituros. Concinit capitu. cum voluntate citat. quod nō damnat ſacerdotes ſeniores, qui deuotionis zelo pueros, vel adoleſcentes in minoribus ordinibus cō ſtitutos, qui diuinum turbant officium, puniunt. Adde, quod cum parui iuuenum exceſsus ad poteſtatem publicam non deferantur, neque audiretur, quin potius irrideretur, qui ad iudicium tales exceſsus deferret, forte, qui eis exceſſibus eſset offenſus, poſset de eiuſmodi pueris, & iuuenibus ſumere moderatam, & competentem vindictam, quando intelligeret eos, ad quos cura illorum ſpectat, id non eſse executioni mandaturos, aut non eſset facilius

ad illos aditus, vt de eiuſmodi exceſſibus certiores fierent: exiſtimoque poſſe hoc efficere, eſto intelligerent non futurum illis gratum, vt ita punirentur, eſſent namque irrationabiliter inuiti. Hæc autem non ſunt multum extendenda, neque eis eſſet vtendum, quando inde rixæ, & ſcandala timerentur.

Septimus effectus. Septimum effectum patriæ poteſtatis cenſet Pinel. in Rub. C. de bon. mater. par. ſecunda, à numero 36. connumerandum, quod qui ſub patria eſt poteſtate, ſit ſuus hæres comparatione eius, in cuius poteſtate eſt. Quamuis autem ius ſuitatis à patria poteſtate deſcendat; diſputat. tamen 179. oſtendimus, neque omnibus, qui ſub patria poteſtate ſunt conuenire, neque omnes, qui patriam egrediuntur poteſtatem illud amittere. Ibidem autem, & diſputat. 280. diximus, quæ de iſto effectu potuerant hoc loco dici.

DISPVTAT. CCXXIX.

Quot modis à patria poteſtate quis liberetur.

Primus modus. DIcendum nunc eſt de modis, quibus filij familias à patria poteſtate liberantur. Primus de iure communi eſt, quando mortuo eo, in cuius poteſtate erat, non manet infra illum alius aſcendens per lineam maſculinam comparatione talis filiifamilias, in cuius poteſtatem recidat. Ita habetur inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt. ſolu. §. hi verò qui in poteſtate, & l. prima, titu. 18. par. quarta. Dixi, de iure communi, quoniam cum de iure Luſitano, & Caſtellæ, vt ſæpe hactenus dictum eſt, filius in ſolius patris poteſtate ſit, non verò auorum, neque per mortem patris in illorum recidat poteſtatem; ſanè per ſolam mortem patris liberatur à patria poteſtate. Idemque eſt de iure communi & horum regnorum ſi moriatur pater, à quo arrogatus, aut ita adoptatus erat, vt in eorum tranſiret poteſtatem, iuxta ea quæ diſputat. ducenteſimauigeſimaſeptima dicta ſunt: per mortem quippe illius patriam egredietur poteſtatem, neque in cuiuſquam alterius poteſtatem reincidet.

Secundus per mortem ciuilem eius, in cuius poteſtate erat eo pacto, quo de naturali morte, tam de iure communi, quam horum regnorum in præcedente modo explicatum eſt, nempe ſi ad metalla condemnetur, aut in inſulam deportetur in perpetuum, modo antiquitus conſuetudo cum amiſſione omnium ſuorum bonorum, licet autem olim eo ipſo, quod quis deportabatur, cenſebantur adempta ei omnia bona; hodie tamen, niſi in ſententia exprimatur, eſto in perpetuum in inſulam relegetur, non cenſentur ei adempta, vt Gregorius Lopez l. ſecunda, citanda cum Baldo, iuxta Authenticam, bona damnatorum, C. de bonis damnatorum, ait & conſtat de iure Luſitano, & Caſtellæ, eſto ad mortem damnetur quis, ex iis, quæ diximus diſputat. 9. Idem eſt, ſi filius ad horum aliquid damnetur, egredietur namque eo ipſo patriam poteſtatem. Quando autem vel pater, vel filius aliquo horum duorum modorum eſt damnatus, ſi indulgentia principis reſtituatur, eo ipſo filius in poteſtatem patris regreditur. Per hoc autem, quod vel filius, vel pater relegetur, etiamſi in inſulam relegatus ſit, modò tamen nō cum amiſſione omnium ſuorum bonorum non cenſetur mori ciuiliter, ac proinde filius non egreditur patriam poteſtatem. Hæc omnia habentur inſtit. quibus mod. ius pat. poteſt. ſolu. §. cum autem, & tribus ſequentibus, & l. 2. & 3. titu. decimo octauo, par. 4.

A De proſcriptis, ſeu bannitis, qui Hiſpanè encartados dicuntur, ait gloſ. inſtitu. loco cita. verb. retinent, ſi habitatio in propria patria ſit illis interdicta cum amiſſione omnium ſuorum bonorum, connumerandos eſſe cum deportatis, cenſerique mortuos ciuiliter, ac proinde filium in eo euentu egredi patriam poteſtatem. Si verò non tanto rigore, nec tanta pœna ſint banniti, ſeu proſcripti computari cum relegatis, nec filium egredi patriam poteſtatem. Hæc gloſſæ ſententia ſancita eſt hodie in Regno Caſtel. l. quarta, tit. 18. par. quarta. Tametſi additio in margine ad gloſſam citatam, Ang. ibi, & Gregor. Lop. ad l. 4. cita. aſſerant de iure communi frequentiorem Doctorum ſententiam eſſe, bannitos computari vniuerſim cum relegatis, & numquam cum deportatis.

Vt diximus diſputat. 9. præter damnatum ad metalla, ſerui pœnæ efficiuntur, qui beſtiis ſubiiciuntur qui ad mortem naturalem damnatur, item libertus, B qui ob ingratitudinem in patronum commiſſam iterum in ſeruitutem redigitur, & qui maior viginti quinque annis, vt pretio potiatur, patitur ſe vendi. At verò in quocunque horum euentuum, ſiue filius ſit, ſiue pater, qui ita ſeruus pœnæ efficitur, filius patriam egreditur poteſtatem, vt habetur inſt. quibus mod. ius pat. pot. ſolu. §. pœnæ ſeruus.

Tertius modus eſt per hæreſim patris. A puncto namque, in quo pater in hæreſim incidit, eſto crimen occultum ſit, ſententiaque nondum ſit lata, filius liberatur à patria poteſtate, vt habetur capit. ſecundo, §. vlt. de hæret. lib. 6. Vnde, ſi bona patris ob tale crimen confiſcentur, vſusfructus, quem pater in bonis aduentitijs filii habebat, pertinet ad filium, & non ad fiſcum, vt cum Iacobo Simancas diſp. 9. cita. dictum eſt. Idem Iacobus Simancas ait, ſi filiusfamilias in crimen hæreſeos incidat, & damnetur, egredi patriam poteſtatem, quoniam per eam C condemnationem maximam, aut mediam capitis diminutionem incurrit. Nos diſputat. cita. diximus, non improbabile eſſe illam egredi à puncto criminis commiſſi: quoniam per quod delictum patris filius egreditur patriam poteſtatem, per idem ſi à filio committantur, eandem egreditur, argumento, text. in §. cum autem is, ver. pari ratione, inſtitu. quibus modis ius pat. pot. ſol. Adiecimus tamen, patrem ante ſuam propriam mortem naturalem non amittere vſumfructum, quem ante condemnationem aut delictum filii in bonis illius aduentitiis habebat, contra atque Iacobus Simancas exiſtimabat, deſinere tamen comparare vſumfructum in bonis, quæ talis filius, poſtquam ita patriam fuerit egreſſus poteſtatem, acquiſierit. Lege ibi fundamentum, cui ad hoc aſſerendum ſuimus innixi.

Quartus eſt, ſi pater ſciens contrahat inceſtas nuptias, hoc eſt cum conſanguinea, vel affine in gradu D prohibito, & abſque diſpenſatione (lex Caſtellæ citanda addit, vel cum religioſa) eo enim ipſo liberi prioris matrimonii (& de iure communi deſcendentes ex eis) egrediuntur patriam poteſtatem, vt habetur in Authent. inceſtas, C. de inceſt. nupt. §. primo, & l. 6. titu. 18. par. 4. Vt pœna hæc incurratur ait Couar. in Epit. par. 1. cap. 6. §. 8. num. 20. neceſſe eſſe tales inceſtas nuptias conſummatas eſſe per copulam carnalem.

Quintus, ſi pater ab hoſtibus capiatur, eorumque ſeruus efficiatur, in hoc ſenſu patria poteſtas ſuſpenditur, quod ſi pater à captiuitate non liberetur, ſed captiuus moriatur, filius cenſetur ſui iuris, atque vſufructuarius ſuorum bonorum à die, quo pater in ſeruitutem eſt redactus: ſi verò à captiuitate liberetur, gaudet talis pater priuilegio poſtliminii, atque adeò filius cenſetur fuiſſe ſemper ſub patria poteſtate. Idem eſt, ſi filius in captiuitatem redigatur: eo enim

enim ipſo patria poteſtas ſuſpenditur, ita vt ſi à captiuitate liberetur, cenſeatur nunquam fuiſſe egreſſus à patria poteſtate: ſi verò in captiuitate è vita diſcedat, cenſeatur egreſſus patriam poteſtatem à puncto captiuitatis. Ita habetur inſtitu. quibus mod. ius pat. pote. ſol. §. ſi ab hoſtibus, & alijs iurib. quæ glo. ibi citat. Arbitror tamen patriam poteſtatem non ſuſpendi per hoc, quod filius, aut pater ab hoſtibus capiatur, quando bellum ex parte hoſtium eſt iniuſtum: quandoquidem tunc ille non eſt mancipium, eo quòd hoſtes non comparent dominium illius, iuxta ea, quæ diſpu. 35. dub. 1. ante 4. concluſionem, diſp. 37. & 118. dicta ſunt.

Sextus, ſi quis in Epiſcopum eligatur: eò enim ipſo patriam egreditur poteſtatem, authentica ſed Epiſcopalis dignitas, C. de epiſco. & cler. in Authent. conſtituit quæ de dignitate, §. vlt. cap. per venerabilem, in princ. qui filii ſint legit. cap. ſi ſeruus, 54. diſt. & l. 14. tit. 18. par. 4. ſatiſque eſt ſola electio in Epiſcopum, vt quis patriam poteſtatem egrediatur, eſto nondum Epiſcopatum adminiſtret, vt ex iuribus citatis conſtat. Idem cum glo. in extrauag. de præb. inter communes, verbo ſublimitatem, quam tamen hactenus non inuenio, & cum alijs, quos citat, ait Couar. eſſe in Cardinali, cap. quia nos, num. 5. de teſtam. Ex eo autem, quòd Cardinales à conſilio ſint ſummo Pontifici, videntur potiri eo priuilegio: ſicut vt ſtatim dicemus, eo priuilegio gaudent patritij, hoc eſt, qui à conſilijs ſunt Imperatori, aut Regi. Per ſacros autem ordines, etiamſi presbyteratus ſint, non egreditur filius patriam poteſtatem, vt cõſtat ex Authen. presbyteros. 1. C. de Epiſc. & cleric. vbi filijsfamilias conceditur, vt bona, quæ poſt clericatum acquiſierint; quaſi caſtrenſia ſint, & vt teſtari de eis poſſint, etiam ſi ſub parentum ſint poteſtate. Quid clarius dici poterat? Idem innuitur c. per venerabilem, in princ. qui filij ſint legitimi. Conſtat præterea, quoniam non datur ius, quod illos eximat, imò eo ipſo, quod Epiſcopali dignitati conceditur, vt à patria poteſtate eximat, manifeſtum eſt, inferiores gradus Eccleſiæ ab ea non eximere. Hoc ipſum aduerſus quaſdam gloſ. affirmat Panor. cum alibi, tum cap. in decorum, num. vlt. de ætate, & qualita. & ord. præfi. Couar. cap. quia nos, de teſt. nume. 5. & alij.

Septimus, ſi vel pater religionem profiteatur, vel filius, egreditur talis filius patriam poteſtatem, vt diſput. 140. dictum eſt.

Octauus, per ſequentes dignitates. Per patritiam, qua quis in cõſiliarium, & quaſi Regis, aut Imperatoris patrem eligitur. Et per conſularem. Atque vt qui has dignitates obtinent, patriam egrediantur poteſtatem, ſatis eſt ſola electio ad illas, vt de Epiſcopali dignitate dictum eſt. Ita habetur Auth. de conſt. de dign. in princ. Authen. Sed Epiſcopalis dignitas, C. de epiſc. & cleric. & l. vlt. C. de Decurionib. lib. 10. Per dignitatem verò præfecti prætorio, & alias (quæ vnà cum duabus præcedentibus commemorãtur vſque ad duodecim, l. 1. C. de decurionibus, lib. 10. iunctis Authenticis cita. & l. 7. & ſeq. titu. 17. par. 4.) non egrediebantur patriam poteſtatem, qui illas obtinent per ſolam electionem, niſi accederet adminiſtratio, per omnes tamen, & etiam per Epiſcopalem, non ſolum perſonæ, ſed etiam bona egrediebantur patriam poteſtatem, ita vt vſusfructus non pertineret ad patrem, vt habetur l. vlt. cita. nobiſcumque conſentit Gregor. Lopez, l. 15. tit. 18. par. 4. verb. *retener paraſi*, citatque pro eadem ſententia gloſ. conſonè ad tex. ibi in Authen. de conſt. quæ de dignit. ver. donans, & Ioan. de Platea: quare probanda non eſt opinio Anton. Gom. ad l. 48. Tauri in calce, num. 6. qui contrarium affirmat. Per omnes etiam egrediebatur ſolum quoad ea, quæ ipſis erant

A onéroſa, patribus verò cedebant in emolumentum, non verò quoad ea, quæ in emolumentum filiorum cedebant, vt erat eſſe hæredes ſuos comparatione parentum, & alia eiuſmodi, vt colligitur ex auth. conſt. quæ de dig. §. illud quoque, & cum Baldo, conſone ad quaſdam glo. notat Gregor. Lop. l. 7. cita. & conſentiunt Bart. & alij, quos Couar. cap. quia nos, de teſt. num. 5. refert, ac ſequitur. Quæ autem dignitates reſpondeant in Hiſpanijs duodecim dignitatibus, quæ l. vlt. C. de decurionib. lib. 10. commemorantur; Explicantur l. 7. cita. & ſeptem ſequentib. Hoc loco obſerua, tempore inſtitutionum Iuſtiniani, ſolam patritiam dignitatem liberaſſe à patria poteſtate, non verò conſularem, & reliquas, vt habetur §. filiusfamilias, inſt. quib. mod. iũs pat. pot. ſol. Poſtea verò iurib. cita. extenſum id fuit ad Epiſcopatum, & undecim illas alias dignitates.

Nonus, per emancipationem, qua tam patre, quã filio comparentibus coram iudice ordinario, filius

B emancipatur à patre, hoc eſt, ab eius poteſtate de communi conſenſu tam patris, quàm filij eximitur. Ad emancipãdum autem filium infantem, id eſt qui ad ſeptennium non peruenit, aut filium maiorem ſeptennio, abſentem Principis Reſcriptum eſt neceſſarium, quod pater iudici ordinario debet oſtendere. Præterea, quando poſtea filius aduenerit, ratam coram iudice ordinario habere debet emancipationem. Quod ſi filius emancipatus ad pubertatem non peruenit, pater eo ipſo, quod eum emancipat, conſequitur eius tutelam, vt etiam diximus diſput. 220. Hæc omnia habentur §. præterea, inſt. quibus mod. ius patr. pot. ſol. l. non modo, l. penult. & l. vlt. C. de emancip. liber. & l. 15. & 16. titu. 18. parte quarta. Forma autem, qua fieri debet inſtrumentum emancipationis in regno Caſt. habetur l. 93. titu. 18. par. 3. Et apud Monteroſo in pact. ſtracta. 7. fol. 196.

C Pater autem, qui filium emancipat, quaſi in præmium beneficij emãcipationis, retinet ſibi vſumfructum partis dimidiæ bonorum aduentitiorum talis filij, niſi illam filio dimittat, l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quę lib. §. hoc autem, inſt. per quas perſon. nob. acquir. & l. 15. ti. 18. par. 3. Intelligitur verò de bonis, quæ ad filium tempore emancipationis pertinebant, ſecus autem de ijs, quæ poſt emancipationem acquirit: nam vſusfructus totus horum bonorum ad ſolum filium ſpectat, vt cum Ale. Ant. Gom. ad l. 48. Tauri, nu. 6. vbi rectè ait. Si poſt emãcipationem filius matrimonium contrahat in regno Caſt. patrẽ continuo amittere partem illam, quã ob emancipationem fas illi erat retinere: id quod ſatis innuit l. 48. Tauri. In hoc tamen Luſit. regno eo ipſo, ꝙ filium pater emancipat, vniuerſim amittit totum vſumfructum, quem in bonis talis filij habebat, vt patet lib. 4. ord. ti. 78. §. 2.

D Pater regulariter cogi non põt, vt emancipet filiũ etiamſi adoptiuus ſit, neque filius, vt ſe pmittat emãcipari, ſed liber vtriuſque conſenſus apud iudicẽ eſt neceſſarius, vt ſup. dictum eſt, l. nec auus, C. de emã ci. lib. §. vlt. inſt. quibus mod. ius pat. pot. ſolu. Auth. qui. mo. nat. effi. ſui, §. generaliter, & l. 17. tit. 18. p. 4.

In ſequentibus tamen euentibus, quos colligit gl. vlt. §. vlt. inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolui. & tradit l. 18. titu. 18. par. 4. cogi poteſt pater emancipare filium, tametſi neque in his ipſis poteſt filius inuitus emancipari à patre, vt cum variis gloſſis Bart. & alijs affirmat ibidem Gregor. Lopez. Primus eſt, ſi filium inhumaniter, & crudeliter tractet, etiamſi id ſit notabiliter excedendo pœnam, qua filius pro ſuis exceſſibus eſt dignus, l. vlt. ff. ſi à pat. quis manumiſſus fuerit. Secundus, ſi filiũ ad peccata carnalia pertrahat. l. ſi lenones, iunct. gloſ. ibi. C. de epiſco. aud. & l. vlt. C. de ſpectac. lib. 11. Tertius, ſi alicui re-

liĉtum eſſet legatum ſub conditione, aut modo, vt filium emanciparet, tunc eo ipſo, quod legatum aut hæreditatem eo pacto relictam acceptaret: teneretur filium emancipare, l. ſi cui legatum. ff. de conditionib. & demonſt. Quartus, ſi quis adoptet ſuum priuignum, & priuignus pubes factus intelligat eam adoptionem ſibi non expedire, tunc cauſa cognita per iudicem, compertoque minori non expedire, cogitur illum emancipare nonnunquam, & leg. ſequenti, ff. de adoptionibus. Idem eſt de quocunque alio minore viginti quinque annis, qui arrogetur, vel adoptetur: poteſt enim petere reſtitutionem in integrũ ſi id ſibi minime expedire compererit, reponeturq; in priſtinum ſtatum, l. 3. §. ſi minor. ff. de minorib. Quod ſi filius legatum acceptet ſibi ſub conditione relictum, vt ſe emancipari permittat, illudque acceptet, cogi poteſt, vt patiatur id fieri. Ex quibus cauſis etiam filius poteſt exhæredari, poteſt etiam inuitus emancipari. Vtrumque affirmat additionator ad gloſſ. §. vltim. inſtitut. quibus modis ius patr. poteſ. ſolui.

Poſt emancipationem libera patris voluntate factam, ſi filius ingratus ſit patri, verbo, vel opere, iniuria eum afficiendo, reuocari poteſt emancipatio, redigique iterum poteſt filius in patriam poteſtatem ſicut & quæuis alia donatio reuocari poteſt per ſimilem ingratitudinem. Ita habetur l. vlt. tit. 18. part. 4. Contra vero ait Greg. Lop. ibidem, cum alijs quos citat, ſi non fuit emancipatus patris voluntate: tunc enim per ingratitudinem non reuocatur emancipatio.

Poſtremo liberatur filius, aut filia à patria poteſtate de iure Luſitano, & Caſtellæ, conſequiturque integrum vſumfructum ſuorum omnium bonorum aduentitiorum, ad onera matrimonij ſuſtinenda, eo ipſo, quod matrimonium contrahit, etiam ſi inuitis, inſcijſque parentibus, id contrahat. Ita habetur lib. 1. Luſitanarum ord. tit. 67. §. 4. & lib. 4. tit. 78. §. 2. & l. 47. & 48. Tauri, quæ ſunt 8. & 9. titu. 1. lib. 5. nouæ collect. Ait tamen ibidem Ant. Gom. in eo regno non liberari per ſolum contractum matrimonij, etiamſi copula ſit conſummatum, niſi coniuges, iuxta morem illius regni, velati etiam ſint, atque id ſane perſpicue duæ leges citatæ ſignificant.

DISPVTATIO CCXXX.

Caſtrenſia bona quæ ſint.

EXplicatis ijs quæ ad patriam attinent poteſtatem, dicendum eſt de quatuor peculiorum, ſeu bonorum generibus comparatione filiorum, iuxta ea quæ in calce diſput. 226. propoſita ſunt. Nempe de bonis caſtrenſibus, quaſi caſtrenſibus, profectitijs, & aduentitijs. Et primo de caſtrenſibus.

Cum à legumlatorum, principiſque arbitrio pendeat, quàm latè caſtrenſia bona ſe extendant, aut nõ extendant, ægrè poſſumus ea definire, niſi dicamus eſſe, quæ militiæ, caſtrorumve cauſa, is ſecundum legum diſpoſitionem ſeu interpretationem acquirit, cuius ea bona ſunt. *[Bonorũ caſtrenſiũ definitio.]*

In primis ergo Caſtrenſia bona ſunt militum ſtipendia, & vniuerſim quæcunque bona bello acquirunt, l. Caſtrenſe. ff. de Caſtrenſi pecul. leg. 1. eodem titulo, libro 12. l. 6. & 7. titul. 17. parte 4. & l. 2. titul. 2. par. 3.

Inter milites autem computantur miniſtri omnes exercitus, etiamſi ſcriniarij, hoc eſt, tabelliones exercitus ſint, & quicunque alij, modo tamen exercitum comitentur. Ita habetur l. vltim. C. de Caſtrenſi peculio, libro duodecimo. Hi namque, & munus in exercitu ipſo habent, & quando opus eſt, etiam pu-**A** gnant. Computantur præterea qui nauibus, aut triremibus ad pugnam deſtinatis præſunt, aut remiges, vel nautæ in eis ſunt, vel aliud munus exercent, &, quod ea via acquirunt, ſiue ſtipendium ſit, ſiue præda ex hoſtibus, ſiue præmium ad caſtrenſe peculium pertinet, l. vnica, §. item Nauarchos, ff. de bonorum poſſeſſio. ex teſtament. milit. Cum militibus etiam computantur, qui Caſtri, aut alterius loci curam habent, & milites in eiuſdem loci cuſtodiam conſtituti, eſto nullum immineat bellum, ſed omnia in pace ſint, atque quod ea via in ſtipendium, aut alia ratione acquiritur, ad caſtrenſe peculium ſpectat, & hoc eſt quod affirmat l. 9. titulo decimo ſeptimo, parte 4. & quod Gregor. Lopez ibi gl. 1. notandum eſſe obſeruat.

Deinde bona mobilia, quæ à patre, aut matre, vel à quocunque alio donantur eunti in bellum, vel ad militiam ipſam, vt ſunt arma, equi, & alia eiuſmodi, vel ad paranda neceſſaria, vel ad ſumptus in militia **B** faciendos, caſtrenſia bona ſunt, l. mulier, l. miles, præcipua, & l. caſtrenſe, ff. de caſtrenſi peculi. l. prima, C. eodem titulo, libro duodecimo, & l. quarta, C. famil. erciſcund. Secus ſi bonum immobile donetur à parente filio eunti in bellum: nam hoc non pertinet ad caſtrenſe peculium, vt habetur l. prima. C. de caſtrenſi pecul. libro duodecimo, & l. quarta, C. famil. erciſcun. ſecus etiam, ſi quid pater, aut mater donet filio, poſtquam è bello reuerſus eſt: nam neque hoc pertinet ad caſtrenſe peculium, l. pater militi, ff. de caſtrenſi pecul. De iure etiam Luſitano, ſi quid mater, aut pater dederit filio iam coniugato proficiſcenti in bellum, ad ſumptus in eo faciendos, non pertinet ad caſtrenſe peculium, quin potius quicquid talis filius eo pacto acceperit, tenetur poſtea adducere illud ad collationem cum cæteris fratribus. *[Ius Luſit.]* Excipitur, niſi quando proficiſcebatur nondum erat *caualeiro*: nam tunc quod accipit, atque militando in-**C** ſumit, non tenetur adducere ad collationem, vel etiã vt ſe pararet ad bellum, etiam ſi ex ſuperueniente caſu fortuito ad bellum non acceſſerit, vt Gama deciſ. 140. rectè admonuit. De eodem iure, ſi pater, aut mater aliquid dederint filio non coniugato proficiſcenti in bellum, ad ſumptus in tali militia faciendos, nõ tenetur adducere ad collationem, quod ita ſumpſerit, ſi quid tamen inde illi ſuper fuerit, tale incrementum non ſpectat ad peculium caſtrenſe, vt pertinet de iure communi, ſed tenetur id adducere ad collationem, quale tempore mortis parentum fuerit repertum, aut ſi illud vendidit, aut aliter alienauit, tenetur adducere ad collationem quãtum tempore, quo illud reduxit æſtimabatur, idemque eſt de eo, quod filio coniugato, qui nõdum erat *caualeiro*, ſuperfluit. Hæc omnia habentur libro quarto ordination. titulo ſeptuageſimo ſeptimo, §. quinto, & 7.

Item bona caſtrenſia ſunt, quæ occaſione militiæ **D** quis acquirit, ſiue hæreditas id ſit, ſiue legatum, aut res donata, bonaque immobilia contineat, vt ſi quis ratione communicationis, quàm cum aliquo habuit in bello, aut notitiæ, quam de illo habuit, aut factis illuſtrib. ibi ab eo geſtis, aliquid illi relinquat, aut donet, eſt bonum caſtrenſe, l. ſi fortè, & l. caſtrenſe, & l. Diuus Adrianus, ff. de caſtr. pecu. l. prima, & l. quarta, C. eodem titulo, libro duodecimo. Atque in hoc poſtremo iure additur, ſi conſanguineus conuerſetur cum conſanguineo in bello, eique hæreditatem relinquat, eiuſmodi hæreditatem computari in bonis caſtrenſibus, eo quod præſumatur eam conuerſationem adiumentum fuiſſe, vt illum hæredem inſtitueret. Quod ſi quid militi relinquatur aut donetur, non intuitu aut ratione militiæ, quia ſimiliter donaretur, aut relinqueretur, eſto miles non fuiſſet, tunc non pertinet ad peculium caſtrenſe, l. ſi militi, leg. ſi fortè, & leg. caſtren. ff. de caſtren. pecul. Bartolus in

tra-

tractat. de duob. fratribus ait: ſi quid militi donetur A ab eo, qui notus ei non erat in militia, & dubitetur, num intuitu militiæ ſit donatum, diſtinguendum eſt: Si enim, quod donatum eſt, militiæ inſeruit tan quam inſtrumentum ad eam aptum, vt ſunt equus, arma offenſiua, aut defenſiua, tunc cenſendum eſt intuitu militiæ fuiſſe donatum, ac proinde ad pecu lium pertinet caſtrenſe: ſi verò ad id non ita inſeruit, vt ſunt pecunia, & alia huiuſmodi, præſumendum eſt non fuiſſe donatum intuitu militiæ, atque adeò ad caſtrenſe peculium, non ſpectare.

Bart. in tracta. de duobus fratribus, nume. nono, quem Sylueſt. verbo peculium, 1. quæſt. quinta & ſeptima, & alij ſequuntur, ait: Si mater, aut aliquis alius filiofamilias donet, aut relinquat aliquid dicens, velle, vt illi ſit in caſtrenſe peculium, ſi id, ſpectatis circunſtātijs concurrentibus, natura rei non patiatur non eſſe quidem peculium caſtrenſe, vt habetur expreſſe l. ſi forte, ff. de caſtrenſi peculio, attamen, ita eſſe bonum aduentitium; vt vſusfru B ctus pertineat ad filium, & non ad patrem, quoniā tacitè videtur donatum ſub conditione, vt vſusfru ctus non pertineat ad patrem, de qua re diximus diſputa. 8.

Inter caſtrenſia (aut fortè quaſi caſtrenſia) bona computantur, quæ in ſeruitio, & palatio regis ac quiruntur, vt patet l. vnica, C. de caſtrenſi palatino pecul. libro duodecimo, & l. 6. titu. 17. parte quarta, vbi inter alias ſignificationes vocabuli, caſtrum, vna commemoratur Regis palatium, eaque de cauſa, quæ ibi acquiruntur, inter caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia computantur, & l. vnica, citata, de eiuſmodi bonis ait, vt caſtrenſe peculium habere præcipimus. Hinc Anton. Gomez. ad l. 29. Tauri, nume. 10. ait, quod filijs datur à parentibus, vt in Regis ſeruitio inſumatur; computari in caſtrenſi pecu lio, non ſecus, atque quæ eiſdem ad ſumptus in bello donantur. Conſentiunt ordi. Luſit. lib. 4. ti. 77. §. 6. & 7. quæ ea de cauſa ſtatuunt, filium non teneri C afferre ad partitionem cum fratribus, quæ cum eo parentes inſumpſerunt in palatio Regio, Reginæ, Principis, vel alterius filiorum Regis. Id tamen limitant, modo tamen filius, dum id à patre illi eſt donatum, & dum illud in palatio inſumpſit, coniugatus non eſſet, alioquin tenetur adducere id ad parti tionem. Præterea, modo illud totum inſumpſerit, dum fuit in palatio ſeu ſeruitio Regis: ſi enim aliquid inconſumptum inde reduxerit, tenetur illud conferre, quale repertum fuit tempore collationis: aut ſi id vendidit, vel alienauit, tenetur id adducere ad partitionem, ſecundum æſtimationem, quam id habebat tempore, quo illud reduxit. Vbi vides, ordinationes eodem modo loqui de ijs, quæ à parentibus filio dantur ad ſumptus in bello, & in palatio regis faciendos.

Licet filiusfamilias ex eo, quod miles ſit, patriam D non egrediatur poteſtatem, vt habetur §. filiusfamilias, inſt. quibus modis ius patr. poteſt. ſol. & l. 2. & 3. C. de caſtrenſi pecul. libro duodecimo; nihilominus, peculium caſtrenſe ita ad illum pertinet, quoad proprietatem, & vſumfructum, & pleniſſimam adminiſtrationem ac liberam diſpoſitionem, tam ex teſtamento, quàm quouis alio modo, ac ſi pa tei familias eſſet, habeat, nihilque proinde in eo dependet à patre, l. miles præcipua, §. actionem, & l. ſequenti, l. ex nota, & l. pater qui dat, ff. de caſtrenſi pecul. l. 2. & 3. C. eodem titu. & l. 6. titu. 17. par. 4. atque alijs iuribus, quæ diſp. 228. in 4. effectu patriæ poteſtatis citauimus. Intellige tamen, dummodo talis filiusfamilias pubes ſit: alioquin neque de peculio caſtrenſi teſtari poteſt, vt habetur l. vltim. C. de teſtamento militis, & eadem ratione neque donare, aut alio modo alienare, tum propter ea quib. lex eadem ducitur, vt ei deneget teſtamenti confectionem: tum etiam, quoniam difficilius conceditur alienatio inter viuos, quàm teſtamenti confectio, imò verò neque de conſenſu patris poteſt quic quam alienare, vt habetur §. pupillus, in fine, inſt. de inutil. ſtipul. cum tamen, ſi tutorem haberet, de illius conſenſu, & authoritate poſſet alienare, cuius rei diſp. 261. rationem reddemus.

Si de bonis caſtrenſibus aliquid ematur, caſtren ſe bonum efficitur, l. prima C. de pecul. caſtr. libro duodecimo. Idem etiam dicit eſſe Bar. de alijs peculiis, nempe, ſi quid ex pecunia eorum ematur, per tinere ad peculium, vnde erat illa pecunia. Addo, ſi quid filiusfamilias ludendo, aut negociando cum peculio caſtrenſi lucretur, ad caſtrenſe peculium pertinere, id namque includit libera de illo admini ſtratio, & ſicut damnum peculio cederet, ita & cō modum cedere ei debet. Confirmatur ex l. pater militi, §. ſi ſeruus, ff. de caſtrenſi pecul. vbi habetur, ſi ſeruus caſtrenſe peculium filii ſpectet, aliquidque acquirat, cedere illud caſtrenſi peculio. Idem de quaſi caſtrenſi peculio dicendum eſt, nempe, ſi filius, cuius eſt, ludendo, aut negociando bonis quaſi caſtrenſibus peculii quippiam lucretur, cedere quaſi caſtrenſi peculio. Conſentit Nauar. ca. ſtatuimus, nume. 68.

DISPVT. CCXXXI.

Quæ bona quaſi caſtrenſia ſint, & vtrum exhæredatio, aut præteritio in eis caſtrenſibus bonis valida ſit.

Bona quaſi caſtrenſia ea ſunt, quæ cum caſtrenſia non ſint, priuilegium caſtrenſium eatenus ſaltem habent, quod iure pleno, etiam quo ad vſumfructum, & adminiſtrationem, ad filiumfamilias ſpectant, l. cum oportet, in princ. C. de bonis, quæ lib. Authen. presbytero, 1. C. de Epiſco, & cler. & l. vlt. C. de inoffic. teſtam. Intellige, modo pubes ſit, vt de caſtrenſibus bonis diſput. præce. di ctum eſt. Cum autem, quòd bona aliqua eiuſmodi priuilegium habeant, ex principum voluntate, legumve diſpoſitione pendeat, explicandum eſt, qui bus rebus ſit conceſſum.

Quaſi caſtrenſia bona in primis ſunt, quæ acqui runtur ex officio publico, vt aduocati, l. aduocati, C. de aduoc. diuer. iudicum, tabellionis, iudicis, medici, profeſſoris alicuius ex ſeptem artibus liberalibus, & longè maiori cum ratione ſcientiæ alicuius ſuperioris, vt Theologiæ, iuris Pontificii, Cæſarei, aut medicinæ, aut ex quauis alia adminiſtratione publica, propter quam publicum ſtipendium ſit ſta tutum, vt ſi ad vtilitatem publicam ſtatutū eſſet ſtipendium ei qui equitare, aut arma exercere doceret iuuentutem, aut alicui alteri ſimili muneri. Ita colli gitur ex l. vlt. C. de inofficioſo teſta. & habetur expreſſius l. 2. tit. 2. par. 3. Lege. Nauar. in Man. cap. 17. nume. 142. & Syluęſt. verb. peculium, q. 1. Quo loco rectè Syluęſt. obſeruat, quamuis lapicidis, carpentariis, & ſimilibus artificibus ſtipendium publi cum eſſet conſtitutum, nō propterea, ꝙ eo pacto lu crarentur, ad peculium quaſi caſtrenſe ſpectaret: eo quod non ſatis ſit publicum ſtatutum eſſe ſtipendiū vt quaſi caſtrenſe ſit, ſed ſit ēt neceſſariū, vt officiū peculiari modo bonū, atque vtilitatē publicā cōcernat, inſtar officii medici, aduocati, tabellionis, magiſtrorum artium liberalium, quorum mentio fit l. vltima, cita. Idem quæſtio. 10. merito etiam obſeruat, licet iam hodie medicis, tabellionibus, & aduocatis publica ſtipendia nō ſint conſtituta, nihilominus, ꝙ à priuatis ꝓ executione ſuorū munerū acci-

piunt, ſpectare ad quaſi caſtrenſe peculium. Atque in vtroque conſentit Baldus, quem Gregorius Lopez, leg. ſecunda, titulo ſecundo, parte tertia, verbo *en las eſcuelas*, refert, ac ſequitur, Bartol. in tractat. de duobus fratribus, numero nono, & leg. ſimiliter, ff. de caſtrenſi peculio, affirmat, quod donatur eiuſmodi hominibus intuitu munerum, quæ exercent, ſpectare etiam ad quaſi caſtrenſe peculium. Eiuſmodi ſunt libri, qui aduocato, concionatori, aut medico à parentibus, ſiue à quouis alio donantur, & equus, qui ad viſendos infirmos medico donatur. Idem eſt, ſi pecunia ad hæc comparanda donetur, eaque ex tali pecunia comparentur. In Luſitaniæ Ordinationibus, libro quarto, titulo ſeptuageſimo octauo, §. primo, habetur, quicquid filius acquirit per quemcunque actum *de letradura*, hoc eſt, qui à literis emanat, qualis eſt medici, aduocati, iudicis, profeſſoris alicuius facultatis, &c. pertinere ad quaſi caſtrenſe peculium. Propinæ ergo, quas vocant, quæ graduatis dantur in Vniuerſitatibus, ad quaſi caſtrenſe peculium ſpectant.

Deinde quod à Rege, vel Regina principe donatur, ſpectat ad peculium quaſi caſtrenſe, leg. cum multa, Cod. de bonis, quæ liber. & libro quarto Luſitan. ordin. titulo ſeptuageſimo octauo, §. octauo, iuncto titulo ſeptuageſimo ſeptimo, §. octauo, Lege quæ de hac re copioſius diximus, diſp. 8. In quinto euentu, in quo pater non habet vſumfructum in bonis filij familias.

Item quaſi caſtrenſia bona ſunt, non ſolum quæ filiusfamilias acquirit ex clericali officio, quod præſtantius eſt, in maioremque vtilitatem publicam cedit, quã medici, aduocati, iudicis, & aliorum ſimilium ſecularium munium, aut quæ acquirit ex beneficio Eccleſiaſtico, ſed etiam bona alia, quæ comparatione laicorum eſſent aduentitia, ſunt quaſi caſtrenſia comparatione clerici, dummodo vel poſt clericatum illa acquirat, vel in patrimonium ad ſacros ordines ſuſcipiendos ab alio, quàm à parentibus ſint ei donata, vt habetur Authentica, presbyteros, prima, C. de Epiſcop. & Cleric. & diſputat. 138. oſtenſum eſt, vbi diximus, iam hodie ex conſuetudine non extendi ad clericos in minoribus ordinibus, aut in prima tonſura conſtitutos, niſi vel beneficium habeant Eccleſiaſticum, vel de numero eorum ſint, qui iuxta diſpoſitionem Concilii Tridentini priuilegio gaudeant fori. Lege quæ ibi copioſè dicta ſunt. Paulò antea dixi, vel ab alio, quàm à parentibus in patrimonium ad ſacros ordines ſuſcipiendos ſint donata: quoniam licet eorum etiam, quæ ad idem patrimonium ei à parentibus donantur, dominium, vſumfructum, & adminiſtrationem plenam habeat, eatenus tamẽ inter profectiua bona computanda ſunt, quod adducere ea tenetur ad partitionem cum aliis fratribus, vt infra erit manifeſtum. Hæc de primo eorum, quæ in titulo diſputationis propoſita ſunt.

Quod vero attinet ad ſecundum, quondam fas erat filiosfamilias præterire, aut exhæredare patrẽ, quoad caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe peculium, neq; proinde teſtamentum dici poterat nullum, aut querelæ inofficioſi ſubiacebat, vt habetur le. vltim. C. de inoffico. teſtamen. & idem innuitur l. 6. in fine, titulo decimo ſeptimo, par. quarta, vbi Gregor. Lopez vult, liberè potuiſſe diſponere de toto ſuo peculio caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi, nihil patri relinquẽdo, tametſi quod ad eam Caſtel. legem attinet, firmus non ſit, ſed poſſe exponi, dicat, de diſpoſitione præterquam in vltima voluntate. De patre autem familias ſui omnino iuris, non idem erat, etiam quoad bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrẽſia, quoniam eo ipſo peculia confundebantur, vt de quaſi caſtrenſi peculio patrisfamilias apertè dicitur, l. vltim. C. de

A inoffic. teſtam. ac proinde, ſi quem præteriiſſet, aut exhæredaſſet, teſtamentum dici poterat nullum, aut querelæ inofficioſi ſubiacebãt, etiam ſi talis paterfamilias ſolum haberet bona caſtrenſia, vt habetur l. Papinianus. ff. de inofficio. teſtamen. Excipiebatur tamen, niſi talis paterfamilias iure militari eſſet teſtatus, iuxta ea, quæ diſputat. 129. dicta ſunt, nempe in expeditione, atque in ea eſſet mortuus, vel intra annum, poſtquam expeditio finita eſſet: tunc enim, eſto aſcendentem, aut deſcendentem præteriſſet, aut exhæredaſſet, teſtamentum ipſius, nec nullum erat, nec querelæ ſubiacebat, vt habetur l. Papinianus, §. Papinianus, & l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, ff. de inofficio. teſtam. & affirmant Gloſſæ vtrobique. Couar. verò, c. quia nos, de teſt. num. 7. & alii affirmant, aſcendentem, vel deſcendentem præteritum, aut immeritò exhæredatum, potuiſſe nihilominus petere legitimam ſibi in bonis illius debitam.

B Quidam, quos Couarru. ibidem refert, cenſent, idem, quo ad hæc omnia eſſe hodie poſt iura Authẽticorum dicendum. In eadem ſententia eſt Panor. capitu. quia nobis, cit. num. 4. vbi affirmat, clerici teſtamentum, ex eo, quod prætereat, aut exhæredet aſcendentem, aut deſcendentem, quem inſtituere tenebatur, neque poſſe dici nullum, neque ſubiacere querelæ inofficioſi, tametſi eo pacto præteritus, aut exhæredatus petere poſſit legitimam ſibi in eis bonis debitam. Ducitur, tum quia in eo capite dicitur, clericum poſſe libere teſtari de bonis aliunde, quàm ex Eccleſia acquiſitis: liberè autem poſſe teſtari, eſt ſine periculo, quod propter pręteritionem, aut exhæredationẽ teſtamentũ ſit nullum, aut querelæ ſubiiciatur, poſſet illud conficere. Tum etiam; quod cum ſæcularis miles hoc priuilegium habeat, maiori cum ratione debet illud habere clericus, qui miles eſt Dei. *Fundamẽtũ primum.* *Secundum.*

C In contraria ſententia ſunt gloſſ. l. vltim. C. de inofficio. teſtamen. ver. teſtamenta, & gloſſ. l. Papinianus, §. Papinianus, ff. eodem titu. Bar. in Authe. ex cauſa. C. de liber. præter. ac alibi, & communis DD. ſententia, quam Couarru. c. quia nos, de teſt. num. 6. & Gregor. Lopez l. 6. tit. 17. par. 4. referũt: nempe poſt iura Authe. teſtamentum filiifamilias, aut militis, poſſe dici nullum, aut ſubiacere querelæ inofficioſi, eo modo, quo diſp. 171. explicatum eſt, ſi aſcendentem, vel deſcendentem prætereat, aut immeritò exhæredet, idque eſto, in eo de caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi peculio teſtetur. Atque hæc ſententia omnino placet, quæ probatur ex Authent. vt cum de appel. cognoſc. §. aliud quoque capitulum, vbi ita habetur: Sancimus non licere penitus, id eſt abſque vlla exceptione, præterire, vel exhæredare, &c. Item ex eadem Authen. §. ſiue igitur, verſ. Sancimus, vbi ſtatuitur, ſi filii de iis bonis, in quibus habent teſtandi facultatem, parentes prætereant, aut exhæredent, teſtamentum eſſe nullum, ſubiacereque querelæ, cum autem, vt Bar. ait, ſolum habeant facultatem teſtandi de caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi peculio, quando filiifamilias ſunt, conſequens eſt, vt teſtamentum de his bonis illa de cauſa nullum ſit, aut querelæ ſubiaceat; vt in ea Authent. diſponitur. Probatur etiam ex Auth. presbyteros, 1. C. de Epiſcop. & cler. vbi ſtatuitur, bona, quæ acquirunt poſt clericatum, quaſi caſtrenſia eſſe, & eſto in poteſtate parentum ſint, poſſe de eis teſtari, modò, ſi liberos habent, aut eis deficientibus, parentes, legitimam ferant portionem. Idem confirmat l. Tauri 6. vbi ſtatuitur, vt aſcendentes ſuccedant deſcendentibus, ſi careant deſcendentibus in omnibus bonis cuiuſcunque qualitatis ſint, id eſt, ſiue ſint aduentitii, ſiue caſtrenſis, aut quaſi caſtrenſis peculij. *Exhæredatio aut præteritio eodẽ modo non licet in caſtrenſi, aut quaſi caſtrẽſi peculio, quo in aliis.*

D

Secun-

Ad ſecundũ Panor. fundamentum. Ad primũ.

Secundum ergò fundamentum, cui Panormitanus nitebatur vt aſſereret, teſtamẽtum clerici hodie, propter præteritionem, aut exhæredationem in eo factam, non poſſe dici nullum, neque querelæ ſubiacere, euerſum eſt. Primum verò nullius profectò eſt momenti, quicquid Couarruu. loco citato ex Baldo referat. Etenim in eo capite, clericum liberè poſſe teſtari de bonis aliunde, quàm ex Eccleſia acquiſitis, idem ſignificat, quod non habere ad id prohibitionem, vt habet ad teſtandum de bonis ex eccleſia, hoc eſt, ex beneficio eccleſiaſtico acquiſitis, iuxta ea quæ, dum de clericorum teſtamentis ſuprà agebamus, latè explicata ſunt.

DISPVT. CCXXXII.

Aduentitia bona quæ ſint, & quouſque vſusfructus & adminiſtratio eorum ad patremfamilias pertineat.

ADuentitia bona preſsè, & vt à cæteris peculijs diſtinguuntur, ea ſunt, quæ nec caſtrenſia, nec quaſi caſtrenſia, nec profecta ab eo parente ſunt, cuius comparatione bona aduentitia filii dicuntur, nec proxime, ac principaliter intuitu talis parentis ab aliquo ſunt ei collata. Quo fit, vt quæcunque bona filius ſua induſtria, labore, aut fortuna acquirit, vel aliunde, quàm à patre, vel intuitu patris, ei conferuntur, vel hæreditario iure ad eum perueniunt, aduentitia bona ipſius ſpectari comparatione talis patris, dicantur, modo tamen caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia bona non ſint. Vnde, quod à matre, aut auis maternis, ad eum peruenit, aduentitium bonum ipſius dicitur, ſi comparatione patris ſpectetur. Idem eſt, ſi ab auis paternis in hoc Luſitaniæ Regno aliquid de tertio ſuorum bonorum ſit ei relictum, vel in Regno Caſtellæ de tertio, & quinto. Simili modo, ſi idem filius ſpectetur comparatione matris, quæ illi adueniunt aliundè, quàm à matre, aut proximè, & principaliter intuitu matris, iuxta ea, quæ diſputatione ſequente explicanda ſunt, dicuntur bona aduentitia eiuſdem comparatione matris, dummodo Caſtrenſia, aut quaſi Caſtrenſia bona non ſint. Ita colligitur apertè ex l. cum oportet, & l. quæcunque, C. de bonis, quæ lib. ex §. igitur, verſiculo quod autem, Inſtitu. per quas perſon. nob. acquir. & ex l. 5. titu. 17. par. quarta. Conſentiunt Luſit. Ordin. lib. 4. titu. 78. §. ſecundo, & affirmant Doctores communiter, dilucidiuſque reddetur ex diſputationibus ſequentibus.

Dominium bonorum aduentitiorum filij ad ipſum filium ſpectat, adminiſtratio verò, & vſus fructus eorum pertinet ad patremfamilias, qui de iure communi erat ſupremus aſcendentium per lineam maſculinam ſuperſtites: de iure verò Luſitano, & Caſtell. eſt ſolus pater, vt diſpu. 220. & alijs ſequentibus dictum eſt. Neque de Luſitano iure, quicquid per inaduertentiam ordinationes lib. 1. ti. 67. ſtatuãt, per patris mortem reincidit filius in aui paterni poteſtatem, neq; pertinet ad illum adminiſtratio, & vſus fructus eorum bonorum, ſed ad filium, vt diſputationibus citatis dictum eſt.

Quod dominium horum bonorum iam nunc ad filium ſpectet, adminiſtratio verò, & vſusfructus ad patremfamilias, patet ex l. cum oportet, & Authenticis in ea inſertis, ex l. cum non ſolum, Cod. de bonis quæ liber. ex §. igitur, verſicul. quid autem, inſtit. per quas perſon. nob. acquir. ex l. quinta, titulo decimo ſeptimo, par. quarta, atque ex alijs iuribus, & conſentiunt Doctores omnes. Excipiũtur tamẽ caſus diſputat. 8. à nobis explicati, in quibus vſusfructus bonorum aduentitiorum filijfamilias, non ad patrem, ſed A ad filium ipſum ſpectat, eos illo in loco vide. Mortuo autem patre, etiamſi mater ſuperſtes ſit, aut alij aſcendentes, vſusfructus eiuſce bonorum pertinet ad filium, & non ad matrem, aut ad quemquam aliũ aſcendentium: quoniam, quod vſusfructus ad patrẽ familias ſpectet, effectus eſt patriæ poteſtatis, ac proinde ſeſe extendit etiam ad patrem per arrogationem, aut adoptionem, quando adoptatus in adoptãtis tranſit poteſtatem, vt ſupra, cum de patria poteſtate ſermo eſt habitus, explanatum eſt, non verò ad aliquem alium.

Circa eiuſmodi autem vſumfructum quem paterfamilias habet in bonis filij aduentitijs, referenda ſunt quæ varijs in locis de eo ſunt dicta, breuiter que addenda ſunt, ſi quæ ſuperſunt.

Quando filius dum ſub patria erat poteſtate è vita diſcedit, vſusfructus, quem pater in bonis ipſius habebat, perſeuerat apud patrem toto tempore, quo ſuperuixerit, non obſtante, quod morte filij deſie- B rit patria poteſtas, & quod dominium eorum bonorum, aut patris, ad aliquẽ alium pertineat, vt de vſu fructu, quem habebat pater in bonis, quæ filiusfamilias clericus ante ordines ſacros acquiſierat, diximus diſputatio. centeſima trigeſima octaua. Hinc conſequitur, quando aliqui matrimonium celebrarunt contractu arrharum, & dotis, ſi filiusfamilias, in cuius bonis aduentitijs pater erat vſufructuarius è vita diſcedat, quamuis dimidium eorum bonorum quoad proprietatem iure hæreditario deueniat ad matrem, & dimidium ad patrem, integrum tamen vſumfructum eorum omnium bonorum pertinere ad patrem toto tempore, quo pater poſt mortem vxoris ſuperuixerit. Interim vero dum conſtat matrimonium, ſi ex illo bona ſuperlucrata accreſcant, cum morte vxoris inter virum, & hæredes vxoris, de iure regni Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitani, ſint diuidenda, quodam modo in vtrunque ſpe- C ctat. Quando vero matrimonium celebratum fuit contractu medietatis, ceſſat hic effectus: quoniam eo ipſo, quod filius moritur ante matrem, & patrem, bona talis filij, in quæ parentes ſuccedunt, fiũt communia vtriuſque coniugis, vſusfructuſque cum proprietate omnino conſolidatur, atque per mortem alterius eorum æqualiter ſunt diuidenda inter coniugem ſuperſtitẽ, & hæredes defuncti. Quod autẽ interim dum pater viuit, vſusfructus, quem habebat in bonis filijfamilias defuncti, ſecum perſeueret quouſque ipſe moriatur; eſto dominium eorum bonorum, aut patris eorum, ad alium pertineat, habetur expreſſe leg. vltim. §. ſin verò defuncta, C. ad Tertull. l. vltim. in fin. C. communia de ſucceſſi. l. 3. & 4. C. de bon. quæ lib. in Authentic. de hæredi. ab inteſt. §. primo, iuncta gloſſ. ibi, & alijs iuribus, affirmantque aliæ gloſſ. Barto. & communis Doctorum ſententia, quam refert, ac ſequitur Anton. Go- D mez. ad l. 6. Tauri, numero 11. & 12. & ad l. 48. Tauri, nume. 5.

Hunc eundem effectum meritò Anto. Gom. nu. 11. & 12. cit. in Regno Caſt. extendit ad auum paternum, quãdo filius cõiugatus mortuus eſt relicta ſobole antequam more illius regni velaretur: cũ enim per matrimonium eo regno filius non egrediatur patriam poteſtatem, niſi poſtquã eſt velatus, atq; adeò neque pater amittat vſumfructum in bonis aduentitijs illius, vt in calce diſp. 229. dictum eſt, vtiq; ſi talis filius moriatur, ſoboles ſuccedet quidem in bonis ipſius, attamẽ vſusfructus, quem pater in eiſdem bonis habebat, apud ipſum perſeuerabit toto tempore, quo vixerit. Quamuis autem nepotes ſub ipſius maneant poteſtate, eo quod pater, dum viueret, nunquam eam ſit egreſſus, & ſi contigerit eos matrimonium contrahere, ac velari, eiuſdem poteſtatem egrediantur, ac proinde auus amittat vſumfructum

ctum in ijs bonis ipſorum aduentitijs, quæ aliunde, quàm ex ſuo patre, eis aduenerunt in bonis tamen aduẽtitijs patris peſeuerabat vſusfructus apud auum interim, dum fuerit ſuperſtes: quoniam eiuſmodi vſumfructum habebat auus, non ſolum in titulo, quòd nepotes ſub ipſius eſſent poteſtate, ſed etiam quod fuerint filij ſui, qui mortuus eſt, in eius perſeuerans poteſtate: vt autem apud patrem perſeueret, ſatis eſt vnus ex his duobus titulis.

Ab effectu tamen explicato iure optimo excipit Anton. Gom. l. ſexta, cita. nume. 13. 14. & 15. In Regno Caſtellæ, quando filiusfamilias iuxta iura eiuſdem Regni, poſt pubertatis annos diſponit de tertio ſuorum bonorum pro anima ſua, aut relinquendo illud, vel partem illius matri, aut cuicunque extraneo. Vt enim ſufficienter probat, vſusfructus horum bonorum, quando filius de illis in teſtamento diſponit, non pertinet ad patrem poſt mortem talis filij, quoniam ea videtur mens legiſlatoris, qui diſpoſitionem de eo tertio conceſſit, & id ſonant iura Regni Caſtellæ, vt Ant. Gomez. doctè expendit.

Ab eodem effectu excipitur, ſi pater vſumfructum habeat in bonis maioratus filiofamilias per lineam maternam, aut in his regnis ab auis paternis, aut aliunde aduentitijs, idemque eſt in quibuſcunque alijs bonis aduentitijs obnoxijs, vt alteri reſtituantur; mortuo namque filio, qui erat in poteſtate patris, aut adueniente tempore reſtitutionis, non ſolum proprietas, ſed etiam vſusfructus tranſit in ſucceſſorem, ac proinde extinguitur in patre, vt Anton. Gom. ad l. 48. Tauri, in calce, num. 4. rectè affirmat. Ratio autem eſt, quoniam id pendet ex inſtituentis voluntate, neque pater vſumfructum eorum bonorum habet, niſi dum ad filium ſpectare debeant. Porrò vſumfructum eiuſmodi bonorum aduentitiorum filij familias pertinere ad patrem, interim dum filius viuit, neque per matrimonium, aut emancipationem, vel dignitatem Epiſcopi, aut aliã ex commemoratis diſputat. 229. non egreditur patriam poteſtatem, probat optimè Ant. Gom. ad l. 48. Tauri, num. 3. & 4.

Diſputatione 9. diximus, per ſolum egreſſum filij à patria poteſtate, amittere quidem patrem vſumfructum bonorum, quæ deinceps talis filius acquiſiuit, non tamen eorum, quæ iam antea filius acquiſierat, & quorum vſumfructum habebat pater ante talem egreſſum: nam hic vſque ad mortem patris in eo perſeuerat, exceptis caſibus à iure expreſſis, videlicet de iure communi, quando pater filium emancipat: tunc enim ſolum retinet dimidium vſusfructus eorum bonorum, & alterum dimidium pertinet ad filium. De iure tamen Luſitano amittit pater totum vſumfructum, vt diſpu. 9. cita. & diſp. 229. dictum eſt. Item, quando filius egreditur patriam poteſtatem propter aliquam dignitatem ex ijs, quæ diſput. 229. commemoratæ ſunt, amittit pater eo ipſo totum vſumfructum, vt diſputationibus citatis dictum eſt, præterea, eum etiam de iure Luſitano, & Caſtellæ amittit, eo ipſo, quod filius matrimonium contrahit, vt eiſdem diſputationibus dictum eſt. In reliquis verò euentibus cum patre perſeuerat vſque ad mortem ſuam, vt patet, quoniam per mortem filij extinguitur quidem patria poteſtas, vſusfructus tamen perſeuerat apud patrem vſque ad ipſius mortem, vt paulò ante oſtenſum eſt, & affirmat communis Doctorum ſententia. Ex hoc eodem fundamento diſput. 9. cita. diximus cum pleriſque alijs, per profeſſionem patris non redire vſumfructum ad filium, ſed commoditatem illius pertinere ad monaſterium, interim dum pater viuit. Ex eodem fundamento diſput. 140. diximus,

A cum multis alijs per filij profeſſionem patrem non amittere vſumfructum, quem ante eam habebat in bonis talis filii. Et diſputatione 9. diximus, per hæreſim filii, atque damnationem, & confiſcationem bonorum propter illam, patrem non amittere vſumfructum, quem antea habebat in bonis talis filii, ſed à morte patris, eiuſmodi vſumfructum pertinere ad fiſcum, & conſolidari cum proprietate. Eadem diſputat. 9. latè explicauimus, quouſque pater propter delictum proprium, & capitis diminutionem amittat vſumfructum, quem in bonis filii habebat, & quando pertineat ad fiſcum, & quando ad filium reuertatur. Simul etiam ibi de aliis vſibus fructibus explicamus, quouſque propter delictum, capitiſque diminutionem vſufructuarii amittantur, & quando ad fiſcum pertineant: quãdo verò cum proprietate conſolidentur, & quid dicendum, quando bona ſunt maioratus, aut grauata, vt alicui alteri reſtituantur.

B Patrem non teneri ad eam ſatiſdationem circa bona filii, in quæ habet vſumfructum, ad quam, iuxta ea, quæ diſputatione ſeptima dicta ſunt, alii vſufructuarii tenentur, explicatum eſt diſputat. 8. itemque ad quos ſumptus vltra alios vſufructuarios teneatur. Quatenus autem conficere teneatur, aut non teneatur inuentarium de rebus, quibus fruitur, vt filio poſtea ratio reddatur, diſputat. 219. explicatum eſt.

DISPVTATIO CCXXXIII.

Quæ bona profectitia ſint.

EA bona profectitia dicuntur, quæ neque ſunt caſtrenſia, neque quaſi caſtrenſia, & de bonis eius parentis aduenerunt, comparatione cuius profectitia dicuntur, aut certè proximè, & principaliter eius intuitu donata ſunt. Ita colligitur ex §. igi-
C tur, verſicu. ſancitum eſt, Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir. ex l. cum oportet, in princ. iuncta gloſ. ibi, in verbo ex illius ſubſtantia, C. de bonis, quæ liber. ex l. quinta, titu. 17. par. quarta, & ex libro 4. Luſitana. Ordinatio. titu. 77. §. 22. & titu. ſeptuageſimooctauo in princ.

Huiuſmodi autem bona regulariter, tam quo ad dominium, quàm quoad vſumfructum eſſe ſolent parentis, à quo profecta ſunt, vt ex iuribus citatis conſtat. Dixi, regulariter, quoniam quod filio à parentibus datur in patrimonium, vt ſacros ſuſcipiat ordines, quod item filiæ datur in dotem, aut filio donatur ad nuptias, licet à parentibus proficiſcatur, & eatenus cum profectitiis bonis ſit connumerandum, quod poſtea ad partitionem cum reliquis fratribus ſit afferendum, dominium tamen pertinet ad filium, aut filiam, fructuſque inde perce-
D pti vſque ad mortem parentis, qui ea bona dedit, ad filium, aut filiam ſpectant, neque ad partitionem ſunt adducendi. Si quid etiam ita validè à parente filio donetur, vt ad partitionem adducere illud non teneatur, & neque caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe bonum talis filii efficiatur, tunc erit aduentitium. Vtrum autem aliquid tale ſit, ex ſequentibus patebit, illudque à bonis profectitiis ex priuilegio eſt excipiendum.

In explanatione bonorum profectitiorum iccirco dictum eſt, quæ neque ſunt Caſtrenſia, neque quaſi caſtrenſia, quoniam quæ à parentibus proficiſcuntur, ſi, iuxta dicta diſputatione 230. & 231. caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia efficiantur, profectitia bona non ſunt, neque ad partitionem ſunt adducenda. Eiuſmodi ſunt mobilia, quæ donantur filio eunti in bellum, aut in ſeruitium, & palatium regis, vt ea ibi inſumat, (quouſque autem hæc de iure

iure Luſitano caſtrenſia efficiantur diſp. 230. dictũ eſt) & ſunt libri, qui aduocato donantur, aut cuicunque alij literato, qui abſolutis ſtudiis, quæ didicit, exercet, aut in procinctu eſt vt ea exerceat, & alia eiuſmodi, vt ex diſputatione ducenteſimatrigeſima prima patet.

Additum in eadem explicatione eſt: aut proximè & principaliter eius intuitu donata ſunt, quoniam quod intuitu parentis principaliter ac proximè donatur, profectitium bonum eſt; ad eumque parentem quoad dominium, & fructus pertinet, vt colligitur ex §. igitur, verſicu. ſancitum eſt, illis verbis; quod ex patris occaſione profectum eſt, Inſtitu. per quas perſ. nob. acquir. & ex l. quinta, titu. 17. par. quarta, & affirmant glo. citata, & Barto. l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ liber. Sylueſt. verbo pecul. 1. quæſtio. 1. & quæſtio. 15. & alij, conſonantque l. aditio, §. vlt. ff. de acquiren. hæred. l. ſed ſi plures, §. in arrogato, in fine, ff. de vulg. & pupill. profectitia, in prin. ff. de iure dot. & alia iura. Quod tamen remotè & minus principaliter intuitu patris donatum eſt propter filij obſequia, aut ob gratiam, quam ſibi filius apud donatorem conciliauit, ita, vt liberalitas in filium dirigatur, non profectitium, ſed aduentitium bonum eſt cenſendum, eſto, ad donandum patris intuitus fuerit cooperatus. Ita Barto. l. cum oportet, citata, nume. quarto, Syluest. quæſt. 1. & 15. citatis, & alii conſentitque l. Socium, qui in eo, §. vltimo, ff. pro ſocio. In dubio autem, an aliquid donatum relictumve filio ſit intuitu ipſius, an patris coniecturis eſt id expendendum. De qua re lege Bartolum, in tracta. de duobus fratribus, numero 7. & 8. Si autem expenſis coniecturis omnibus, res ſit dubia, ortumque dubium fuit poſtquam filius bona fide cepit rem tanquam ſuam poſſidere, tunc, quoniam in dubio melior eſt conditio poſſidentis, ad ſolum filium ſpectat. Si verò, vel cum dubio poſſidere cepit, vel nondum pater, & filius tanquam rem propriam alicuius ipſorum cepit eam poſſidere, tunc pro dubij quãtitate inter ipſos eſt diuidenda, iuxta ea quæ in hoc opere ſæpè dicta ſunt, & in progreſſu illius dicentur.

Obſeruandum tamen eſt, de iure huius Luſitaniæ Regni, ſi à Rege, vel à quocunque alio (qui aſcendens eius non ſit, in cuius coniugium donatur) quippiam in coniugium alicuius donatum, aut promiſſum ſit, eſtò, patri, aut auo donetur in coniugium filii, aut filiæ, vel nepotis, aut neptis, aut alterius deſcendentis, & eſtò, donetur patri intuitu talis patris, aut aui, atque ad ipſorum petitionem, nihilominus cenſeri bonum aduentitium deſcendentis, in cuius coniugium donatur (quin & quaſi caſtrenſe, ſi à Rege, Regina, aut Principe donetur) & non profectitium, neque eiuſmodi deſcendentem teneri accipere id in ſuam legitimam portionem, aut adducere illud ad partitionem cum aliis fratribus, niſi à donatore, quando id donauit, aut promiſit, fuerit expreſſum, velle, vt ad partitionem id adducat. Ita ſancitum eſt 4. lib. Ordin. titu. 77. §. 8. & 9.

Ibidem §. decimo, ſequenti ſancitur, quando ad petitionem parentum, aut auorum, vel de illorum conſenſu, Rex in aliquem filiorum, aut nepotum, transfert bona aliqua, quæ illi à Rege habebant de iure, aut ad ipſorum vitam, vel teneam, vt vocant, quam ad vitam habebant, vel vſque ad Regis beneplacitum, tales filios, aut nepotes non teneri computare ea in ſuam legitimam, aut adducere ea, vel æſtimationem eorum, ad partitionem cum aliis deſcendentibus, ſed habere ea ſibi præcipua.

Antonius Gomez. ad l. 48. Tauri, nume. 4. cum Aretino contendit de iure etiam communi, quando aliquid à Rege, vel Regina donatur alicui filiofamilias, ſiue ad coniugium, ſiue quacunque alia ratione, eſto patris intuitu donetur pertinere integrè ad filium tanquam bonum illius quaſi Caſtrenſe. lege apud illum iura & rationes, quibus nititur.

DISPVT. CCXXXIV.

Profectitium ne, an aduentitium bonum ſit, quod filius ſua induſtria bonis parentis lucratur, & quid de acquiſitis opificio in parentis domo, dum ab eo alitur.

DVo propoſita dubia coniuncta ſunt cum duabus præcedentibus diſputationibus: vtrũque verò permixtim expediemus. Quod ad primum attinet, gloſ. l. cum oportet, verbo ex eius ſubſtantia, C. de bonis quæ liber. Azo, Speculator, Syluest. verbo peculium, 1. quæſtio. 12. & alij, quos Syluest. & Doctores citandi referunt, aſſeuerant totum illud lucrum, nihil impediente quod ſimul à filij induſtria emanet, profectitium eſſe, ac proinde ad ſolum patrem pertinere, adducendumque à filio eſſe ad partitionem, ſi quid illius retineat. Hæc ſententia videtur definita in Regno Caſtellæ, l. quinta, titu. 17. par. quarta, ſic enim habet; *la primera manera de ganancia es, aquelle que los hijos ganan con los bienes de los padres: y tal ganancia como eſta llaman en latin,* profectitium peculium. *Ca quanto quier que ganan deſta manera, o por razon de ſus padres, todo es de los padres que los tienen en ſu poder.* Porrò verba illa, *o por razon de ſus padres*, non ſunt reſtrictio, & interpretatio verborum præcedentium, vt perperam conatur eo loco illa inducere Gregorius Lopez, vt à ſententia mox referenda lex illa non diſſentiat: appoſita namque ſunt ad includenda donata proximè & principaliter intuitu patris, modo diſputatione præcedente explicato. Præterea, verba illa disiunctiuè cum præcedentibus apponuntur in ea lege ad tradendum diſtinctum caput, vnde bona profectitia etiam ſunt. Idemque, quod l. 5. citata, diſponitur l. 3. ti. 15. par. 6. vbi non apponitur ſecundum membrum, l. quinta adhibitum. De iure Luſitano mox dicemus. Gloſſæ & multorum opinio.

Barto. verò in tractatu de duob. fratribus in princip. & l. prima, §. nec caſtrenſe, nume. 5. ff. de collat. & l. cum oportet, citata, Nauar. in Manuali, cap. 17. num. 144. 148. & 161. Anton. Gom. ad l. 29. Tauri, num. 24. & communior Doctorum ſententia, quam ipſe, & Gregorius Lopez, l. quinta, cit. referunt, cenſent, bona, quæ filius ſua induſtria, & bonis patris acquirit, eſſe quidem profectitia, quatenus bonis patris acquiruntur: at verò, eſſe aduentitia & propria & filij quoad proprietatem, quatenus à ſua induſtria emanant. Vnde Antonius Gom. in hunc modum diſtinguit. Aut lucrum, quod filius bonis patris acquirit, emanat ſolum à pecunia & bonis patris, aut ſolùm ab induſtria filij, quia videlicet eiuſmodi bona ex ſe non erant fructifera, nec pater eis erat negociaturus, neque iubet filium illis negociati, ſed filius ſuo periculo clam, aut ſciente & permittente patre, eis negotiatur: vel emanat partim à patre, & bonis patris, & partim ab induſtria filij. In primo euentu ait, totum lucrum eſſe patris. In ſecundo dicit totum eſſe filij. In tertio autem, partim eſſe profectitium, & partim aduentitium, pertinereque proinde ad patrem in ea portione, quæ bonis patris eſt tribuenda: ad filium verò in ea, quæ tribuenda eſt ipſius induſtriæ. Penſata namque quantitate & qualitate bonorum patris, & quantitate, ac qualitate laboris, atque induſtriæ filii, cæteriſque omnibus circunſtantijs concurrentibus, arbitrio

bitrio prudentis eſt cenſendum, quanta portio lucri tribuenda ſit bonis patris,& quanta induſtriæ filij,eo modo quo in contractu ſocietatis fit, quando vnus apponit capitale,& alius induſtriam; In dubio autem,an alicui plus lucri ſit tribuendum, medietas cenſenda eſt aduentitia,& propria filij,& altera medietas profectitia,& patris propria. Atque hoc eſt, quod cæteri Doctores citati volunt. Ducuntur hi Doctores. Quoniam de iure communi,vt conſtat ex dictis duabus diſputationibus præcedentibus, quod prouenit ex induſtria filij,aduentitium eſt,& quod ex bonis patris eſt profectitium. Nauarrus,& Antonius Gomez.locis citatis,& plerique alij ex auctoribus huius opinionis,addunt,quando filius ita ſua induſtria adminiſtrat pecuniam,aut alia bona patris, vt commoda omnia & damna ſint patris (id , quod regulariter fieri ſolet) poſſe eiuſmodi filium poſt mortem patris exigere ſtipendium laboris, & induſtria appoſitæ, quantum tribuendum fuiſſet extraneo, qui eadem bona ſimiliter adminiſtraſſet: habereque eiuſmodi ſtipendium præcipuum , vltrà ſuos fratres , qui non ita laboraſſent, neque adminiſtraſſent bona patris. Hoc cenſet Nauarrus limitandum, modò is filius tacitè, vel expreſsè proteſtatus eſſet,ſe eo animo bona illa adminiſtrare, vt competens accipiat ſtipendium , alioquin cenſeretur amore,& gratitudine filiali id feciſſe,atque adeò gratis,argumento leg. Neſennius,ff.de negot. geſt. neque in exteriori foro quicquam ei adiudicaretur imò neque in conſcientiæ foro poſſet quicquam accipere, ſi ex liberalitate & gratitudine patri debita id feciſſet.

Deciſio. Vt,quod hac de re ſentio,proferam,in primis obſeruo,Quæſtionem hanc definitam eſſe de iure Luſitano, libro quarto Ordin.titulo 77.§. vigeſimo ſecundo,vbi ſancitum eſt: Si filius,qui cum altero, aut vtroque parente commoratur , & de bonis eorum ſuſtentatur,quippiam ſua induſtria,& labore bonis parentum lucretur,id totum pertinere ad parentes, & poſt mortem illorum adducendum eſſe ad partitionem cum alijs fratribus,idque ſiue talis filius,qui eſt id ita lucratus,ſolutus ſit, ſiue coniugatus; idemque habetur titulo 78. in principio; Quo loco obſerua. Ordinationem ſtatuere totum,quod eo modo eſt acquiſitum, pertinere ad parentem,aut parentes,& non partem,quæ præcisè reſpondet bonis parentum totumque eſſe ſimiliter afferendum ad partitionem. Quare miror Gam.deciſ.110.numero trigeſimo ſeptimo,circa litem in hoc regno motam,obiter retuliſſe Bart.& aliorum ſententiam, quaſi illa vim in hoc Regno haberet,nulla mentione facta de ordinatione proximè relata , neque vllo ad eam adhibito reſponſo,aut interpretatione,ita vt ſuſpicio ſit,memoria tunc illi excidiſſe.

Ius Luſit.

Cum autem ordinatio illa duo ad id neceſſaria dicat : vnum , vt bonis parentum id lucretur ; alterum , vt de bonis parentum ſuſtentaretur; ex ea ordinatione argumento à contrario ſenſu colligo , ſi talis filius non ſuſtentaretur de bonis parentum , poſſe petere de eo lucro , quod ipſius labori & induſtriæ reſponderet , ſi quaſi contracta cum parentibus ſocietate bona illa de eorum conſenſu adminiſtraſſet : ſi autem ita ea adminiſtraſſet, vt commoda omnia , & damna parentibus cederent , poſſet quaſi actione negotiorum geſtorum , petere competens ſtipendium ſui laboris & induſtriæ, niſi ex gratitudine,& filiali amore gratis bona illa adminiſtraſſet. Quod ſi pecuniam , vel ſibi a parentibus commodatam , vel clàm de eorum bonis acceptam , adminiſtraſſet, tunc damnum omne, & lucrum ad ipſum ſolum ſpectaret , neque teneretur reſtituere parentibus niſi pecuniam ipſam, & damnum , ſi quod, priuando

A do eos vſu ſuæ pecuniæ , illis intuliſſet, tametſi peccaſſet clàm eam accipiendo,atque inuitis parentibus illa vtendo. Si verò parentes in fraudem aliorum filiorum mutuo eam illi dediſſent,vt ditiorem illum cæteris efficerent,eaque de cauſa lucro aliquo ex vſu illius pecuniæ ſeipſos priuaſſent, credo fratres agere poſſent aduerſus illum, vt adduceret ad partitionem quantum ſua eorum intererat, mutuo pecuniam illam non eſſe traditam ; aut cogere , vt pater in tertio ſuorum bonorum in Luſitania, aut in tertio & quinto in Caſtella , intereſſe illud acciperet , perinde ac alias donationes alicui filiorum collatas.

In eadem ordinatione ſtatuitur ſi eiuſmodi filius, qui cum altero aut vtroque parentum commoratur, & alitur de bonis eorum , labore ſuo proprio , aut quacunque alia ratione quippiam lucretur, ita quod id non lucretur bonis parentum,comparare illud ſibi quoad proprietatem , nec teneri adducere id ad

B partitionem cum alijs fratribus.

Hinc colligo,ſi filius alicuius opificis, labore proprio quicquam lucretur in domo patris,ac ex tali lucro aliquid inſcio patre ad ludum , aut ad aliquid aliud retineat , non teneri id reſtituere , aut adducere poſtea ad partitionem cum alijs fratribus , præſertim ſi tantum parenti,cuius bonis ſuſtentatur,relinquat,quantum inſumit in eo alendo. Hoc verò addo,quoniam quando filius,propria habet bona,vnde poſſit ſuſtentari,non tenetur patens de ſuis proprijs bonis eum ſuſtentare;ſed poteſt præbere ei alimenta de bonis ipſius filij. Quamuis autem pater, ſi plus inſumat in filij ſuſtentatione , quam ſit ea pars lucri , quam filius ei relinquit , poſſit de iuſtitiæ rigore exigere à filio de eo, quod ſubtrahit, incrementum vſque ad integram ſuſtentationem , & filius peccet,inſcio, & inuito patre, non relinquendo illi integram ſuſtentationem , quin & pater de iu-

C ſtitiæ rigore velle poſſit,vt poſt ſuam mortem reſtituat , adducatque ad partitionem cum alijs fratribus, quod de integra ſuſtentatione ſubtrahit: poteſt tamen id ei remittere, raroque inuenietur pater,qui ad eam reſtitutionem aſtringere velit filium. Atque hac de cauſa regulariter in confeſſionibus iniungendum non erit tali filio , vt poſt mortem patris id fratribus reſtituat.

Illud admonuerim,quando filius,qui cum patre commoratur , atque ab eo ſuſtentatur, plus ſuo labore , & artificio lucratur , quam ſit id,quod pater cum eo inſumit,ſi nihil ſit proteſtatus, ſed permiſerit patrem, aut matrem totum lucrum accipere,cenſeri ex gratitudine & amore filiali id condonaſſe,ac proinde neque poſſe poſtea id repetere à patre aut matre , neque exigere ab eorum hæredibus : atque ita credo in more eſſe poſitum in hoc & in alijs Regnis.

D Quod ad ius Caſtellæ, & commune attinet, certè Caſtellæ ius cum Luſitano conſentire videtur, vt ſupra relatum , oſtenſumque eſt. Quamuis autem Gregorius Lopez ibidem, & alij , ita legem Caſtellæ velint exponere, vt cum Bartoli opinione conſentiat , eam tamen , & ius commune ita intelligit Gregorius Lopez , cum aliis , quos refert, vt quando filius nomine , atque in commodum , & damnum patris negociatur , totum lucrum profectitium ſit, ad ſolumque patrem pertineat, neque filius exigere poſſit ſtipendium ſui laboris , & induſtriæ : quare cum regulariter filii, qui cum parentibus commorantur , & de eorum bonis ſuſtentantur , hoc pacto adminiſtrent bona parentum, illiſque negocientur , ſanè, nobiſcum conueniunt . Quod autem in praxi locum non habeat , etiam ſtando in ſolo iure communi , eiuſmodi filium poſſe exigere poſteà ſtipendium laboris

Ius Caſtellæ & cõmune.

ris ſui & induſtriæ, vt Antonius Gom. Nauar. & alij volebant, probatur: Primò, quia quando illud exigere vellet, pater, aut hæredes illius, inde ſubtrahere poſſent integram illius ſuſtentationem toto eo tempore victus, veſtitus, habitationis ac cæterarum rerum, quando quidem, interim dum filius habet vnde ſuſtentetur, non tenetur pater tradere illa alimenta de ſuis bonis; quando filius, ita ſe gerere vult erga patrem, vt ſtipendium adminiſtrationis bonorum ab eo exigat, æquum etiam eſt, vt ſuſtentare eum non velit, niſi de ſtipendio, quod illi pro ea adminiſtratione debet; atque hâc præſumendum eſt fuiſſe voluntatem, quaſi habitualem patris interim dum vixit quando ſtipendium peteretur à fratribus poſt illius mortem. Secundo, quia quando filius non eſſet proteſtatus, ſe non adminiſtrare ea bona gratis: cēſeretur id feciſſe ex gratitudine, & amore filiali, atque adeò gratis, exigereque non poſſet ſtipendium. Quod ſi viuente patre id proteſtaretur, eum repelleret ab adminiſtratione, ratoque inuenietur filius qui id patri audeat proteſtari. Tertio quoniam quando præſens eſt is, cuius negocium geritur, exiſtimareque poteſt gratis id ſibi præſtari, admittenda non eſt negociorum geſtorum actio, niſi is coram eo, cuius negocia gerit, proteſtetur ſe id gratis non facere: fortaſſe namque is alius contentus non erit, vt negocia ſua ita gerantur, & in re propoſita, vel paterfamiliâs potius per ſeipſum negocium geret, quàm ſtipendium ea de cauſa ſoluat, vel vtetur ad id alio filio, aut conſanguineo: adde, filium negocia patris gerendo dexteritatem comparare in rebus adminiſtrandis, beneficiumque proinde patris eſſe, quod adminiſtrationem illi concedat, ne otioſus ſit, & vt talem dexteritatem comparet: ea enim ratione facilius vxorem maiori cum dote inueniet, meliuſque poſtea ſciet ſua propria bona in domo, & familia propria adminiſtrare, quando fuerit ſui iuris: vnde æquum non eſt, vt inſuper ſtipendium tāquam mercenarius aliquis à patre ea de cauſa poſtulet. His accedit, filium, vt Sylueſt. quæſtio. duodecima, citata bene obſeruat, dum ſub patria poteſtate, præſertim ſi ſub eodem tecto cum patre commoretur, atque ab eo ſuſtentetur, obedientiam illi debere, tum ad alia, tum vt adminiſtret bona patris, quando fuerit ei iniunctum: quemadmodum autem non poteſt filius ſtipendium petere à patre pro alijs obſequijs ex ipſius obedientia ei impenſis, ita neque pro hoc. Accedit præterea, legem hâc omnibus vniuerſim filijs poſitam, vt quicquid bonis patris lucrarentur, interim dum cum eo commorantur, & ab eo ſuſtentantur, id totum profectitium ſit, & conferendum, & lites, ac iurgia inter illos tollere, æqualemque omnibus eſſe; vt enim induſtria, & labor vnius, cui pater adminiſtrationem committit, aliis prodeſſe poteſt, ita labor, & induſtria cuiuſque aliorum, cui idem demandari poterat, potuiſſet prodeſſe huic, aut re ipſa proderit, ſi poſtquam hic domum patris ſit egreſſus, aut aliqua de cauſa impeditus, alius bona patris in omniū commodum adminiſtret.

Illud obſeruandum eſt, ſi filius, dum cum patre commoratur, & ab eo ſuſtentatur, pecuniam aut rem aliam infructiferam patris, vt triticum, vinum & cæt. ſuo nomine, atque in ſuum damnum & commodum, & non patris, adminiſtret, vt ſi clam id accepit à patre, aut pater id mutuo ei dedit; tunc lucrum totum, ſicut & damnum, ad filium pertinere, non ſolum ſtando in ſolo iure communi, ſed etiam in iure Luſitano & Caſtellæ, tenerique ſolum reſtituere patri, quod ab eo ita accepit, & ſi quod damnum illi ex priuatione iniuſta vſus talium rerum ſubſecutum ſit: aut ſi in fraudem aliorum filiorum pater ea bona filio mutuo dedit, teneri fra-

A tribus reſtituere quantum ſua illorum intererat talia bona non eſſe mutuo ei data; aut patrem teneri accipere æſtimationem intereſſe illius in portione, de qua liberè poterat diſponere, vt ſupra de ijs, quæ filius, qui de patris bonis non aleretur, ſimili modo lucraretur, hæc omnia dicta ſunt. Ratio autem eſt: quoniam in hoc euentu filius non adminiſtrat eiuſmodi bona, vt bona patris, neque vllo modo periculo patris, ſed ſuo ſolum periculo: quemadmodum autem periculum ad ipſum ſolum ſpectat, ita & debet ſpectare commodum. Ordinatio verò Luſitana loquitur, quando filius, qui cum patre commoratur, & bonis illius ſuſtentatur, adminiſtrat bona patris, ex præſcripto & voluntate patris, ac proinde vt bona patris, ita vt ſi aliquod damnum contingat, cedat patri, vt fieri ordinariè ſolet.

Vtrum autem pater, tam de iure communi, quam Luſitano, facere poſſit remuneratoriam donationem filio, qui ſua induſtria & labore adminiſtrando
B bona patris, multa illi eſt lucratus, aut, qui in domo patris ſuo opificio multa illa acquiſiuit, ita vt eiuſmodi filius præcipuam habeat talem donationem, neque eam ad partitionem adducere teneatur cum aliis fratribus, dicetur inferius diſputatione ducenteſimaquadrageſimaquarta, cum examinabimus, quas donationes parentum teneatur filius adducere ad partitionem.

DISPVT. CCXXXV.

De impenſa funeris, deductione æris alieni, alimentis familiæ, atque partitionibus alijs, quæ non ſunt bonorum defuncti inter ipſius deſcendentes.

C VT ad bonorum partitionem accedamus defuncto aliquo, aperiri debet ipſius teſtamentum, ſi id condidit, vt ex eo intelligatur, vbi ſepeliendus ſit, & quid in ipſius funere, & exequiis, vltra id, quod proximè ſubiungam, fieri velit, & num aliquos ſui teſtamenti exequutores relinquat.

Vniuerſim autem, ſiue defunctus ſolutus ſit, ſiue coniugatus, qui alterum coniugem ſuperſtitem relinquat, & ſiue teſtatus, ſiue inteſtatus è vita diſcedat, primum, quod ex toto ſuo patrimonio, ac bonis deducendum eſt, impenſa eſt funeris. Nomine autem huius impenſæ intelligo, quod pro ipſius qualitate & diuitiis, pro numero filiorum, pro quantitate debitorum, quæ relinquit, & pro aliis omnibus circunſtantiis concurrentibus, recta ratio præſcripſerit faciendum, conſuetumque fuerit expendi, in lugubribus familiæ veſtibus, cereis, foſſione, ac aptatione ſepulchri, in aſportatione corporis ex loco valde diſtanti (ſi tamen recta ratio poſtularet, vt inde aſportaretur) officiis, ſacrificiis, oblationibus, atque his ſimilibus fieri aſſuetis vſque ad corpus completè humatum. Quod ſi veſperi ſepeliatur, comprehendi etiam ſacrum, & oblationes ſequentis diei, cæteroſque ſumptus ad id fieri conſuetos. Porrò de iure communi hæc tota funeris impenſa, cum ære alieno defuncti computatur, atque adeò de bonis, quæ defunctus reliquit, vnà cum ære alieno eſt ante omnia detrahenda, & reliquum diuidendum eſt in legitimas deſcendentium, aut aſcēdentium, & in id, de quo liberè teſtari potuit defunctus, neque in hoc Luſitaniæ Regno ſumere tenetur defunctus eam impenſam in tertio ſuorum bonorum. Hæc colligitur apertè ex l. prima, §. vlt. ff. ad leg. Falcid. ex l. vlt. §. in computatione, C. de iure deliber. ex l. ſi quis ſepulchris, §. penult. & vlt. & l. at ſi quis, ff. de religioſ. & ſumpt. funer. ex l. 12. titu.

Funeris impenſa.

D

titu.13.par.1.& ex alijs iuribus,quæ Greg. Lop.ibi, Ant.Gom.ad l.30.Tau.& Couar.c.Raynaldus,de teſt.§.3.nu.2.citant,concorſque eſt communis Doctorum ſententia.

Conſentit in his Gama,deciſ.308.num.1.2.& 5. tametſi veſtes lugubres familiæ de tertio bonorum defuncti dicat deducendas. Cui non conſentio, ſi ſermo ſit de veſtibus diei funeris moderatis, attenta qualitate defuncti, vt iura citata ſatis cõſentiunt, & Doctores communiter affirmant. Id quod confirmari poteſt, quoniam eiuſmodi veſtes non ſolùm ad defuncti, ſed etiam ad hæredum, ac filiorum honorem ſpectant. Finge autem defunctum nihil de eiuſmodi veſtibus diſpoſuiſſe in ſuo teſtamento, certè, eiuſmodi moderatæ veſtes, inter legata defuncti connumerari non debent, & ideò non eſt quòd in tertio defuncti computentur, ſed vel omittendæ erunt,quod nullus dicet,vel de bonis communibus defuncti ſunt ante omnia extrahendæ, vt Doctores communiter affirmant, iuraque citata ſonant, vel filii & hæredes ingratitudinem & obſequium patris, atque in proprium ipſorum honorem, de portionibus, quæ ipſos contingunt, facere eas debent, quod rigidum ipſis eſſet,minuſque cum iuribus citatis, & communi Doctorum ſententia conſentiens.

Imò verò illud addendum eſt, eiuſmodi impenſam totam explicatam creditoribus, ærique alieno eſſe præferendam, vt conſtat ex l.penult. ff. de religioſ.& ſumptibus funer.etiam ſi creditores expreſſas habeant hypothecas,vt Gregorius Lopez & Anton.Gom.locis citatis,aliique Doctores, quos referunt,affirmant. Nefas item omnino eſt creditoribus,propter defuncti debita, ſepulturam corporis illius, aut exequias impedire, incidúntque in pœnas grauiſſimas,ſi id attentent,vt in calce diſputat.214. oſtenſum eſt. Prohibitum etiam illis eſt, intra nouem dies à morte defuncti, moleſtare hæredes aut conſanguineos ob debita defuncti illaque ab illis in iudicio exigere, vt ibidem, & in princ. diſp.216.dictum eſt.

In foro tamen conſcientiæ,ſi defunctus ante mortem ſciret bona ipſius non ſufficere ad eiuſmodi totam funeris impenſam explicatam, & ad ſatisfaciendum creditoribus, arbitror, præcipere teneretur,vt de impenſa corpori & animæ ipſius,alioquin debita,quantum fieri poſſit,detraheretur, vt debita ſoluantur, & quantum creditores velle arbitrabitur: ita tamen, vt corpus ſine luminaribus aliquibus, & comitatu crucis & ſacerdotum non deferatur ad tumulum: aliterque exiſtimo abſolui illum non poſſe: ad idemque tenerentur hæredes, aut executores teſtamenti, eſtò, defunctus id non præcepiſſet: neque enim æquitas patitur, vt vltra ſumptus, qui habita ratione perſonæ, & circunſtantiarum concurrentium omnino excuſari non poſſunt, & quos Chriſtiana charitas exigit vt creditores, etiam cum ipſorum iactura patiantur, maiores alii fiant in ſepultura debitoris, quando bona ipſius debitis ſoluendis non ſufficiunt, inuitique ſunt creditores. Neque vllum dedecus defuncto, eſt, quin potius honor, cum aliorum ædificatione coniunctus, vt de ſumptibus corpori & animæ ipſius alioquin debitis, id omne, quod aliquo modo excuſari poſſit, minuat, vt debita ſoluat, & creditoribus ſatiſfaciat.

Ex dictis de funeris impenſa intelliges id, quod dici conſueuit, nempe legata] pro anima defuncti detrahenda eſſe de tertio, de quo liberè poteſt diſponere, quando aſcendentes aut etiam deſcendentes in hoc Luſitaniæ regno habet,intelligendum eſſe, tunc de legatis, quæ teſtator fieri iuſſit poſt corpus completè humatum, tum etiam de ijs, quæ in

A funere fieri præcepit vltra ea,quæ explicata ſunt.

In hoc eodem regno,conſentaneè ad ius commune & ad æquitatem, vſu & conſuetudine receptum eſt,vt impenſa funeris vnius coniugis, quando alter ſuperſtes manet, extrahatur de bonis communibus vtriuſque coniugis, quando matrimonium contractu medietatis bonorum celebratum eſt, & de lucris communibus, quando celebratum eſt contractu arrharum & dotis. Societatis enim prioris contractus, communioque illa bonorum ita, vt inde educantur expenſæ vtrique coniugum neceſſariæ, intelligitur, etiam quoad expenſas funeris, quouſque corpus integrè tumuletur. In poſteriori verò contractu, ſocietas, & communio in lucris idem etiam poſtulant, quando bona ſunt ſuperlucrata, ſolumque quod ſuperfuerit ex ijs, facta funeris expenſa eius, qui prior obierit, diuidendum eſt inter ſuperſtitem & hæredes defuncti. Quando autem non ſunt bona ſuperlucrata, dos cenſetur
B data pro alimentis vxoris & expenſis cum ea faciendis quouſque corpus tumuletur, ſi ipſa prior moriatur. Si verò vir præmoriatur, vxor accipit integram dotem,& reliqua quę ad ipſam ſpectant,totũque bonorum decrementum ad virum, hæredeſque illius ſpectat.

In regno autem Caſtellæ leg. trigeſima Tauri, quæ eſt decima tertia,titulo ſexto,libro quinto, nouæ collection.ſancitum eſt,vt funeris impenſa ordinaria, vnà cum cæteris legatis, deducantur de ſolo quinto, non verò de toto aceruo bonorum defuncti,etiamſi teſtator contrarium præcipiat. Cum autem quintum bonorum defuncti ſolum in Regno habeat locum, quando defunctus deſcendentes relinquit,dubium eſt,vtrum quando aſcendentes ſuccedunt, eiuſmodi impenſa deducenda ſit vnà cum cæteris legatis de tertio bonorum,an de omnibus defuncti bonis, iuxta diſpoſitionem iuris communis.
C Couarruu.cap.Raynaldus,citat.§.tertio,numero ſecundo,cenſet,extrahendam eſſe de tertio. Placet tamen opinio Anto.Gomez.l.30.citata,extrahendam eſſe de omnibus bonis defuncti. Ratio eſt: tum quia lege illa ſolum fit exceptio à iure communi,quã do defunctus de ſolo quinto poteſt liberè diſponere atque adeò quando relinquit deſcendentes:quarè in reliquis ſtandum eſt iure communi. Tum etiam, quoniam legitimæ deſcendentium magis fauorabiles ſunt, quam aſcendentium: eò quod parentes debeant filijs theſaurizare, non verò è contrario filij parentibus, eaque de cauſa, ne deſcendentium legitimæ minuerentur, id in eo Regno ſtatutum ſit. Iuxta eam autem legem, quando vnus coniugatorum è vita diſcedit altero ſuperſtite, eiuſmodi impenſa ordinaria funeris non extrahitur de communibus lucris vtriuſque coniugis, præſertim ſi deſcendentes habeant, ſed de ſolo quinto bono-
D rum,quæ ad defunctum ſpectant, & de ſola portione bonorum, quæ defunctum contingit, quando liberos non relinquit. Conſuetudinem verò quo ad hoc ſecundum, cum ab eo Regno diſtem, ignoro.

Sepulto defuncto,tranſactiſque nouem diebus cõceſſis hæredibus & conſanguineis ad luctum, aut ẽt intrà illos,ſi ipſis ita placuerit,confici incipit Inuentarium,ſi neceſſe ſit,aut placuerit illud conficere:atque minoribus conſtituuntur tutores,aut curatores, ſi pater ſit,qui eſt defunctus.

Quando autem, vno coniugum ſuperſtite, alter è vita diſceſſit, familia (niſi ſuperſtes coniux in mora ſit tradendi partitionem) ali in hoc Luſitaniæ Regno conſueuit de communibus bonis, quouſque partitiones finiuntur, & coniux ſuperſtes ſuam accipit partem, de qua viuat atque ſuſtentet,quos ad ſe ſuſtentare ſpectat. Tametſi de com-

munibus

munibus familijs ſtatim, vel temporis progreſſu, etiam antequam partitio incipiat, aut finiatur, ſoleat diſponi, prout expedire iudicatur, vt ſumptus minuantur. A

De iure eiuſdem Regni, quando matrimonium contractu medietatis fuit celebratum, ſi vir præmoriatur: vxor manet in poſſeſſione bonorum omnium vtrique communium tanquam familiæ caput, atque ab ea hæredes mariti accipere debent partitionem bonorum: ſicut ſi vxor præmoriatur, maritus manet in poſſeſſione eorundem bonorum tanquam familiæ caput, ab eoque hæredes vxoris accipere debent partitionem: eorum autem bonorum, quæ præcipua ad eorum alterum ſpectant, quia videlicet vinculata ſunt, aut alia ratione nõ manet in poſſeſſione ſuperſtes, ſi ad alterum ſpectent. Excipitur, niſi aliqua melioramenta in aliquo eorum bonorum ſint communia vtrique, aut partem pretij alicuius eorum obtinere debeat coniux ſuperſtes: nam retinet poſſeſſionem illius. Præterea, ſi B bona aliqua eiuſmodi obligata ei ſint, autoritate eius, ad quem dominium eorum ſpectat, poſſeſſionẽ etiam eorum retinet. Hæc omnia habentur lib. 4. Ordina. tit. 7. §. 1. & 2.

De iure communi (in quo ſolum inuenitur contractus arrharum & dotis) atque in Regno Caſtellæ, ſi vxor ſuperuiuat, hæredes viri manent tanquam familiæ caput, vt ab ipſis vxor accipere debeat dotem, & cætera quæ ad eam ſpectant: interim tamen, dum non ſoluuntur manet in domo, in qua erat cum viro, vnà cum omnibus intrà ipſam repertis. Idem eſt in hoc regno, veruntamen manet in poſſeſſione bonorum communium qualia ſunt omnia ſuperlucrata, vt habetur titulo ſeptimo, citato, §. quarto. Aliquando verò in contractu matrimonij in pactum in hoc regno deducitur, vt ſi vir præmoriatur, vxor maneat in poſſeſſione bonorum tanquã caput familiæ, & vt ab ea hæredes C viri accipiant partitionem: atque in eo euentu ſeruandum eſt, quod in pactum fuerit deductum. Cæterum de his omnibus, & quonam pacto diuiſio bonorum fieri debeat inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes defuncti dicetur copioſè, cum de contractu ſocietatis ſermo fuerit.

Si capitale vxoris, quæ arrharum & dotis contractu matrimonium celebrauit, excipias (nam hoc ante omnia alia viri debita eſt regulariter extrahendum, vt ſuo loco dicetur) illud vniuerſim in omni partitione bonorum eſt dicendum. Ante omnia extrahendum eſſe totum ęs alienum, in eo comprehendendo ſtipendia ſeruorum vſque ad mortem teſtatoris: id enim ad communia bona diuidenda non ſpectat. Prętereà, extrahenda ſunt impenſa ordinaria funeris, eo modo, quo explicatum eſt. Inſuper extrahi debent, quæ in inſinuatione teſtamenti, in inuentario conficiendo, & in hæreditate, ſeu bonis conſeruandis fuerunt neceſſaria D inſumi, & his ſimilia, vt l. vlt. §. in computatione, C. de iure deliberandi habetur; nec non quod in familiæ ſumptibus vſque ad partitionem, pacto quo explicatum eſt, fuerit inſumptum, & tunc ad partitionem eſt accedendum.

Quando autem nec deſcendentes nec aſcendentes defuncti ſunt, nulla eſt difficultas circa modum, quo bona inter hæredes diuidenda ſint, ſiue teſtatus ſiue inteſtatus defunctus diſceſſerit. Modica etiam eſt, quando ſolum ſunt aſcendentes, quoniam de ſolo tertio diſponere potuit defunctus, tam in hoc, quàm in Caſtellæ regno, indeque detrahenda ſunt legata omnia tam pia, quam non pia, defuncti: reliquum verò inter proximiores aſcendentes in gradu eſt diuidendum: neque quæ in vita à defuncto ſunt ritè donata, adducenda ſunt ad partitionem, etiam ſi alicui aſcendentium donata ſint. Denique, ſi quæ difficultas circa eiuſmodi partitionem explicanda foret, intelligetur ex ijs, quæ de partitione bonorum defuncti circa deſcendentes dicenda ſunt. Quare non eſt quod de hac re plura hoc loco addamus.

DISPVT. CCXXXVI.

De partitione bonorum inter deſcendentes, & qualiter tertium defuncti in Luſitania, & tertium & quintum in Caſtella, ſint accipienda.

SI defunctus deſcendentes legitimos relinquat, ſumenda ſunt bona omnia, quæ ad ipſum ſpectant, (facta prius diuiſione cum coniuge ſuperſtite, ſi eum ſuperſtitem relinquat) atque inde detrahenda in primis ſunt ea omnia, quæ diſputatione præcedente explicatum eſt extrahi debere.

Ius Luſit. Deinde verò, ſi is defunctus teſtatus diſceſſit, reliquus bonorum aceruus diuidendus in hoc regno eſt in tres partes. Atque ex vna earum, de qua libere teſtator potuit diſponere, extrahenda ſoluendaque ſunt legata omnia defuncti, tam pia, quam non pia. Si quid verò ſuperfuerit, atque in eo vel deſcendentium aliquem, vel quempiam extraneum hæredem inſtituit (quamuis comparatione deſcendentis, cui legitima etiam debetur, rationem prælegati habeat, vt diſp. 204. dictum eſt) illi eſt tribuendum: ſi autem de illo non diſpoſuit, cedit reliquis duabus bonorum partibus, vt vnà cum eis inter deſcẽdẽtes diuidatur. Quòd ſi legata omnia tertium illud excedant, inualida ſunt quoad incrementum, vtpote, inofficioſa, deſcendentium legitimas continentia, ac minuentia. Quare à ſingulis legatis pro rata incrementum illud eſt minuendum: niſi defunctus ſtatuerit, vt quædam illorum, poſt alia integrè impleta, mandarentur executioni: nam tunc, ſi nihil de tertio ſuperfuerit illis alijs impletis, inualida ſunt poſteriora legata: ſi verò ſuperfuerit, diuidendum pro rata erit inter ea, niſi illorum quædam ſtatuerit præferri alijs: ſemper namque, quod de tertio bonorum ſuperfuerit, inſumendum prius eſt in legatis, quæ teſtator præferri voluit. Quando autem defunctus inteſtatus diſceſſit de toto aceruo bonorum facienda ſunt omnia, quæ æquitas poſtulat, vt & pro defuncti anima, atque in honorem illius fiant: reliquum verò hæredes eſt æqualiter diuidendum.

Ius Caſt. Quod de tertio in hoc Luſitaniæ regno dictum eſt, eſt ſimiliter intelligẽdum de quinto in regno Caſtellæ: de quo ſolo parens, quando liberos relinquit, poteſt diſponere in eo regno ad quæcunque voluerit, vt diſputat. centeſimaquinquageſimaoctaua dictum eſt. Præter quintum, poteſt etiam parens diſponere de tertio in eo regno, ſed inter ſolos deſcendentes, eſto, nepotes aut pronepotes ſint, & eſto, illis portio legitima debita non ſit, ſi eorum patres, aut aui adhuc viuant, vt eadem diſputatione dictum eſt: vbi ſubiecimus, quæ grauamina & vincula poſſint tertio & quinto imponere. Diſputat. etiam 204. multa de hoc tertio & quinto dicta ſunt, nec non de tertio in hoc Luſitaniæ regno, tam circa deſcendentes, quàm circa aſcendentes & extraneos; & de tertio in regno Caſtellæ comparatione aſcendentium: quæ omnia non paruo onere hoc loco nos leuant.

Tertium & quintũ quo modo extrahenda. Illud obſerua quamuis quoad legitimas deſcendentium in regno Caſtellæ parum referat, ſiue quintum extrahatur de bonis defuncti ante tertium, ſiue poſt tertium, multum tamen referre quoad quantita-

titatem ipſam quinti, vt de illo diſponere poſſit teſtator pro anima ſua ad quæcunque alia voluerit, vel, ſi quendam filiorum melioret in tertio & alium in quinto: etenim, ſi bona defuncti in quindecim partes diuidas, defunctuſque habeat quindecim millia aureorum, ſiue prius extrahas quintum, hoc eſt, tria millia aureorum, & poſteà ex duodecim remanentibus extrahas tertium, ideſt, quatuor millia aureorum, ſiue prius extrahas tertium, hoc eſt, quinque millia aureorum, & poſteà ex decem millibus remanētibus, extrahas quintum ideſt duo millia aureorum, ſemper extrahis ſeptem in tertium & quintum, & remanent octo in portiones legitimas omninò debitas deſcendentibus. Veruntamen, ſi ante tertium extrahatur quintum, continet tria millia aureorum, & tertium quatuor: ſi verò poſt tertium extrahatur quintum, continet duo millia, & tertium quinque millia. Porrò extrahendum eſſe quintum ante tertium, quamuis ſatis ex ſe erat perſpicuum, eò quod ſiue in tertio vellet meliorare deſcendentes, ſiue non, ſemper integrum quintum ei concedebatur, vt diſponere de eo poſſet pro anima ſua, aut ad quæcunque vellet; ſancitum tamen eſt in Regno Caſtellæ, l. ducenteſimadecimaquarta ſtyli, vt quintum priori loco extrahatur, idque refertur in calce titu. ſexto, libro 5. nouæ collect.

Dubium tamen eſt, an tertium in Luſitania, & tertium & quintum in Caſtella, intelligenda ſint de bonis tantum, quæ reperta fuerint defuncti, tempore mortis, computando in eis ea etiam, quæ illi debentur, excludendoque ſi quid dedit filiabus in dotem, aut donauit filijs ad nuptias; eo quod nihil horum ſit iam defuncti tempore mortis; an verò in aceruo bonorum, de quo eiuſmodi portiones ſunt extrahendæ, computanda ſint non ſolum bona defuncti, ſed etiam vniuerſim ea, quæ deſcendentes adducere tenentur ad partitionem, ſi cum cæteris portionem habere velint in bonis defuncti; aut eſto non velint, vt videatur, an quod ipſi in vita defuncti acceperunt, inofficioſum cæteris ſit, portioneſque legitimas ipſis debitas minuat.

Dicendumque eſt, extrahendas eſſe ſolum de bonis, quæ reperta fuerint eſſe defuncti tempore mortis: quoniam ea ſola dicuntur patrimonium, hæreditas, & bona illius: non verò de dotibus, & donationibus validis ab ipſo in uita collatis: quoniam dominium horum bonorum in alios eſt iam translatū, neque tempore mortis ad ipſum ſpectat, vt de illis, aut parte eorum, diſponere iam tunc poſſit. Præter iura communia, quæ ad hoc probādum citat Gama deciſ. 318. nu. 10. ita colligitur apertè ex l. 23. & l. 25. Tauri, quę ſunt 7. & 9. ti. 6. lib. 5. nouæ collectio. Ait verò idem Gama, deciſ. 33. prę uia conſultatione iuſſu regis tacta, conſtitutum, confirmatumque idem à Rege in hoc Luſitaniæ Regno fuiſſe, lataſque poſtea fuiſſe multas ea de re ſententias.

Hinc infero, ſi pater, qui nouem millia aureorum habebat in bonis, vni duarum filiarum tradiderit in dotem quatuor millia aureorum, & alteri duo millia; temporeque mortis talis parentis ſolum ei ſuperſint tria millia aureorum, diſponere in Luſitana poſſe ſolum de mille aureis, quæ ſunt tertia pars ex tribus mille aureis, quæ ſua tempore mortis ſuperſunt; reliqua verò duo aureorum millia pertinere ad legitimas filiarum, ſi nullos alios filios habeat. At verò, quia, ſi ea filia, quæ quatuor millia aureorum in dotem accepit, contēta non ſit ſua dote, ſed velit ad partitionem accedere cum ſorore, tenetur vtraque ad collationem, & partitionem afferre dotem; vtique duo illa aureorum millia ſpectabunt ad filiam, quæ duo tantum aureorum millia acceperat in dotem, & ita vna quæque earum obtinebit quatuor millia aureorum. Idem eſt ſi pater, & mater, qui nouem illa milia aureorum habebant, dotes illas filiabus tradidiſſent; veruntamen tunc, vnuſquiſque eorum tempore mortis ſolum cenſeretur habere in bonis mille quingentos aureos, libereque poſſe tantum diſponere de quingentis aureis, qui eſſent tertium ſuorum bonorum tempore mortis.

Vt in eodem exemplo nouem milia aureorum & duarum tantum filiarum perſiſtamus, ſi in regno Caſtellæ duo illi parentes ſingulis filiabus tria milia aureorum in dotem dediſſent, temporeque mortis ipſorum ſolum illis ſupereſſent tria aureorum millia, diſponere tantum poſſent pro animabus ſuis, & ad quæuis alia, quæ eis placerent, de ſexcentis aureis, ſinguli videlicet de trecentis, quæ ſunt quintum ex illis tribus mille aureis. Diſponere etiam vlterius poſſent inter liberos tantum meliorando quamcunque filiarum vellent, aut quemcunque nepotem de octingentis aureis, ſinguli ſcilicet parentes de quadringentis, quæ ſunt tertium, ex reliquis duo mille quadringentis, quæ deducto quinto remanebant. At verò reliqui mille ducenti aurei, qui deducto iam quinto & tertio ex tribus illis mille aureis ſupereſſent, pertinerent ad legitimas omninò debitas filiabus, nihil impediente quòd earum quæuis tria millia aureorum acceptiſſet in dotem a parentibus dum adhuc parentes viuerent.

Illud eſt obſeruandum, quamuis prædictæ portiones tertij, aut tertij & quinti extrahendæ ſint ſolum de bonis quæ tempore mortis fuerint parentum, ad effectum, vt parentes de illis modo explicato diſponere poſſint; nihilominus ad iudicandum, an inofficioſum ſit alijs, quod vni filiorum fuit à parente datum in vita, qui eo eſt contentus, vultque illud accipere in ſuam legitimam portionem, & in tertium patris in hoc regno, aut in tertium & quintum in regno Caſtellæ, neque petit vt fratres ſecum partiantur, quæ parentes reliquerunt per mortem, ad id inquam, iudicandum, ſimul cum bonis omnibus, quæ defunctus tempore mortis habebat, computanda eſſe omnia vniuerſim, quæ adducenda eſſent ad collationem, ſi nullus omninò deſcendentium, cui legitima in bonis aſcendentis debetur, abſtinere vellet à partione bonorum defuncti. Verbi gratia, ſi quis in hoc regno habens duodecim mille aureos, & duas filias, ac vnum filium, vni filiarum det quinque mille aureos in dotem, & alteri quatuor mille, & de tertio trium mille aureorum, quæ habet tempore mortis, diſponat pro ſua anima, & in alia legata, atque ita è vita diſcedat, cùm, dum vixit, nihil dederit filio; filiæ verò contentæ eſſe velint ſuis dotibus, neque accedere velint ad partitionem cum fratre, vt efficere optimè poſſunt, iuxta l. vltimam, ff. de collatio. dotis, & alia iura, quę diſputatione ſequenti citabimus: frater autem contendat dotes illas inofficioſas eſſe, contingereque legitimam portionem ſibi debitam in bonis patris; in hunc modum filiæ optimè ſe tuebuntur. Prior dicet, ſi computentur bona omnia, quæ pater tempore mortis reliquit, videlicet tres mille aurei cum nouem mille aureis vtriuſque dotis, conficere omnia bona, quæ, ſi omnes ad partitionem accedere vellent, conferenda eſſent, duodecim mille aureos: ex his autem, licet ſibi in legitimam portionem ſolum debeantur tres mille aurei, ex nouem mille quæ remanent, deductis tribus mille in tertium patris; nihilominus tertium patris de iure Luſitano manere obligatum ſuæ doti, atque adeò duos alios mille aures ſibi deberi ac velle accipere de tertio patris, atque hac ratione dotem ſuam neutri fratrum eſſe inofficioſam: Poſterior filia

dicet

dicet ſimili modo ſibi deberi tres mille aureos legitimæ ſuæ portionis, idque, quod reſiduum eſt ex tertio patris, perſoluta integrè dote prius à patre ſuæ ſorori datę, manere eodem modo obligatum ad ſolutionem dotis ſibi datæ, eaque de cauſa mille illos aureos tertij patris, qui ſuperſunt perſoluta integrè dote ſuæ ſororis, ſibi deberi, atque adeo neque ſuam dotem quatuor mille aureorum inofficioſam eſſe fratri. Quod ſi pater nihil ſui tertij habebat tempore mortis, de quo poſſet diſponere, quia illud totum in dotem dederat filiabus, inualidam eſſe diſpoſitionē patris pro anima ſua, atque in alia legata: fratremque obtinere poſſe in ſuam legitimam portionem tres mille aureos integros, quos pater tempore mortis habebat. Vbi vides, quamuis tertium patris, qui tempore mortis ſolum habebat tres mille aureos, ſit ſolum mille aurei ad effectū, vt de illo in morte liberè poſſit diſponere ad iudicandum tamen, an, quod vni, aut multis filijs dedit, inofficioſum ſit, aut non, alijs fratribus, longè aliter accipiendum eſſe, nempè ex omnibus vniuerſim bonis, quæ ad collationem adducenda ſunt, ſi deſcendentes omnes, quibus legitima debetur in bonis defuncti, ad partitionem accedere velint, id quod ſatis apertè conſtat ex Authentica, Vnde ſi parens, C. de inofficioſ. teſtamen. iuncta gloſ. ibi & plenius ex Authent. Immenſis donationibus. §. primo, ex l. 1. 2. & ſequentibus, C. de inofficioſ. donationib. & ex l. 4. titu. decimo quinto, par. 6. Atque hoc eſt quod vult Anton. Gomez. ad l. 29. Tauri, num. 35. & communis Doctorum ſententia, quàm refert. Obſerua tamen, computanda ſimul eſſe quæcunque à tali parente immoderatè (vltra id quod competens adminiſtratio ſuorum bonorum, pro qualitate perſonæ & quantitate bonorum poſcebat) donata ſunt alijs, vt iudicetur, quæ inofficioſè donata, aut relicta alijs ſint, & quid defunctus in tertio ſuorum bonorum in Luſitania, & in quinto, aut etiam tertio, accipere debeat in regno Caſtellæ: id quod iura citata etiam probant & affirmant. Anton. Gomez. numero citato, & Doctores alij quos citat.

Nonnulla obſerua. Primum eſt, ſi priori illi filiæ ſolum eſſent dati in dotem quatuor mille quingenti aurei, temporeque mortis patris remanerēt tres mille quingenti, & pater de tertio ſuo modo explicato diſpoſuiſſet, tunc adimplenda eſſent legata, tam pro anima, quam reliqua ex quingentis aureis ſui tertij, de quibus ſolis potuit diſponere, filiab. retinentibus ſuas integras dotes, & filio ſuam duntaxat retinente legitimam portionem.

Secundum eſt, in eodem exemplo, ſi eo tempore quo dedit priori filiæ quinque mille aureos in dotē, & poſteriori quatuor, habebat duodecim mille aureos: poſtea vero adeo imminuta ſint bona ipſius, vt tempore mortis ſolum reliquerit mille aureos, aut ſolos quingentos, vel etiam minus, eodem modo, filias illas ſe poſſe tueri aduerſus fratrem; Immo vero, ſi filijs maſculis datum aut promiſſum id eſſet ad nuptias, poſſent ſe eodem modo tueri aduerſus alios fratres, aut ſorores. Ratio eſt, quoniam in fauorem matrimonij de iure Luſitano, libro quarto Ordin. titul. ſeptuageſimo ſeptimo, §. quarto, ſancitum eſt, vt filius aut filia, cui id datum aut promiſſum eſt, eligere poſſit valorem bonorum patris, aut matris, vel tempore quo datum, aut promiſſum eſt, vel tempore mortis patris aut matris, vt accipere id poſſet in ſuam legitimam portionem, & in eo tertio bonorū patris, aut matris, de quibus poterant tunc diſponere, prout talis filius, aut filia maluerit, ad effectum, vt, quod ipſi datum, vel promiſſum eſt, non cenſeatur inofficioſum alijs fratribus & ſororibus: ſecus autem ſe res habet in alijs, quæ à parentibus dantur, aut promittuntur filijs, etiam ſi id ſit in patrimoniū

A ad ſacros ordines ſuſcipiendos, aut filiabus dentur ad ingrediendam religionem. Idem omnino ſancitum eſt in Regno Caſtellæ quoad legitimas, & tertium & quintum, de quibus diſponere poſſunt parētes in eo Regno; habentque ſimiliter hactenus dicta vim in eo Regno circa tertium & quintum, ſicut in hoc circa tertium, vt patet ex leg. 29. Tauri, quæ eſt l. 3. titu. 8. lib. 5. nouæ collect. iunctis leg. 17. 22. & 23. Taur. quæ ſunt l. 6. & 7. tit. 6. lib. 5. eiuſdem collect. Hæc omnia ſicut dilucidiora ex dicendis fient, ſic etiam non modicam lucem illis intelligendis afferent, onereque in illis explicandis nos leuabunt.

DISPVT. CCXXXVII.

Collatio quid, quorum bonorum eſſe debeat, & comparatione quorum ſucceſſorum.

B COllationem vt de ea nunc eſt ſermo, in hunc modum poſſumus definire. Eſt allatio in communem bonorum parētis defuncti aceruum, ex quo legitima debetur, eorum profectitiorum bonorum, quæ afferentis effecta erant, vt cum alijs, tanquam hæres in eo ſuccedat. Collationis definitio.

Pro explicatione huius definitionis totiuſque materię, atque vt varia iura intelligantur, obſeruandum eſt. Collationem ſolum habere locum comparatione bonorū aſcendentis, ex quibus legitima portio ei debetur, qui ad collationem aliquid afferre debet. Quondam autem, vt patet l. 1. & ſequentibus, ff. de collationibus, ſtatutum erat, vt ſoli filij emancipati, ſi legitimam habere vellent in bonis parentis ab inteſtato defuncti afferrent ad communem aceruum, quæ à parente, dum viueret, in ipſos erant profecta, ſiue in dotem, ſiue donationem propter nuptias, ſiue aliqua alia ratione, vt vna cum reliquo aceruo inter C ipſos, & liberos non emancipatos, diuideretur, atque ita ſeruaretur æqualitas. Quare, tunc collatio ſolum habebat locum in liberis emancipatis & quando parens ab inteſtato decederet. Poſteà verò ſtatutum fuit, vt omnes vniuerſim liberi afferre tenerentur, quæ profecta in ipſos eſſent à parente, ſiue maſculo, ſiue fœmina, cui ab inteſtato ſuccedere vellent, vt patet leg. vt à liberis, & ſequent. Cod. de collation. Quando autem parens teſtatus diſcedebat, non tenebantur afferre ad communem aceruum, quæ ab eo parente in ipſos erant profecta, ipſorumque effecta: quoniam cenſebatur parens velle, vt id vltra ſuam legitimam portionem haberent. Quod ſi inofficioſum id alijs fratribus erat, quia minuebat legitimas ipſis in omnibus vniuerſim bonis parentis debitas, computatis ijs cum aceruo, quem tempore mortis relinquebat, quæ in eos profecta erant, atque ipſorum erant effecta, eo modo quo diſputatio præcæ- D dente exemplis explicatum eſt, tunc cogebantur id reſarcire, quouſque vnicuique liberorum integræ portiones legitimæ relinquerentur. Nouiſſimè verò, iure Authenticorum, vt patet Authentic. Ex teſtamento, Cod. de collationibus, & plenius in Authent. de triente, & ſemiſ. §. illud quoque, ſancitum fuit, vt eſto, parens teſtatus diſcederet, niſi expreſſe ſignificaret, velle vt aliquis liberorum non conferret, quæ in ipſum eſſent profecta, ſed haberet illa pręcipua, tenerentur omnes, ſi portionem cum alijs habere vellent, afferre ea omnia ad communem aceruum, quæ ſi is parens inteſtatus deceſſiſſet, ad eum forent afferenda. Conferre q. teneantur.

In definitione Collationis dictum eſt: eſt allatio in communem bonorum parentis defuncti aceruum: quoniam collatio ſolum eſt liberorum ad communia bona à parente relicta, vt probant tex. in leg. vt à liberis, C. de collatio. & alia iura, affirmatque

matque communis Doctorum ſententia, quam refe runt & ſequuntur Gregorius Lopez, ad l. ſecundã, titulo 15. par. 6. glo. penult. & Ant. Gomez. ad l. 29. Tauri, nume. 9. atque 31. Nomine autem parentis, intellige, etiam per arrogationem & adoptionem, quando filio adoptiuo legitima portio in eius bonis debetur, iuxta ea quæ ſupra, cum de adoptione habitus eſt ſermo, dicta ſunt. Talis enim filius, ſi ab inteſtato, aut ex teſtamento ſuccedere debet cum alijs naturalib. aut adoptiuis liberis in bonis parẽtib. adoptiui, conferre in communem aceruum tenetur, quæ ex illo profecta in eum ſunt. Ita Anton. Gom. numero ſexto, citato cum Bar. & alijs, iuxta leg. primã, §. is quoque, ff. de collatione bonorum, & l. ſecunda, ff. de collat. dotis. Filij etiam illegitimi, & legitimati, & in euentibus, in quibus ſuis locis explicatum eſt deberi eis legitimas in bonis parentum, tenentur etiam conferre.

Collatio habet locũ inter ſolos deſcendentes, quibus debetur legitima.

Additum eſt in definitione: ex quo legitima debetur; quoniam, vt conferre quis teneatur in aceruum bonorum defuncti, non ſatis eſt eum deſcendentem eſſe defuncti, ſed etiam requiritur, vt ex eo aceruo legitima portio ei debeatur. Vndè, ſi vnà cum filio instituto in ſua legitima portione, nepos ex eodem filio inſtituatur in omnibus alijs bonis aui, mortuo auo, locum non habet collatio: quia tali nepoti non debetur legitima in bonis aui. Si item inſtituto filio in ſua legitima portione, duo nepotes ex illo inſtituuntur in reliquis bonis, locum non habet collatio: ſed ſi quid in dotem, aut ad nuptias, datum eſſet ab auo vni nepotum, non tenetur illud conferre, vt vna cum incremento bonorum aui, quæ detracta integra legitima patris reperirentur, diuidenda eſſent inter vtrumque nepotem, iuxta teſtamentum aui, talis etiam dos, aut donatio propter nuptias non diuideretur inter vtrumque, ſed eã præcipuam & integram retinere deberet is nepos, cui ab auo in vita eſſet donata. Si item pater inſtitueret filium in ſua legitima portione, & vna cum eo patrem ſuum, auum talis nepotis, inſtitueret in reliquis omnibus ſuis bonis, locum nõ haberet collatio: quoniam exiſtente deſcendente teſtatoris, nulla portio legitima deberetur aſcendenti. Quarè ſi teſtator dediſſet filio ad nuptias quinque mille aureos, aut filiæ in dotem, tunc integros illos ſibi retineret, & ex bonis, quæ teſtatoris tempore mortis reperientur, acciperet integram ſuam legitimam, hoc eſt, duas partes, & in regno Caſtellæ quatuor, auus verò acciperet reliquum, indeque teneretur ſoluere legata teſtatoris. Idem eſt, ſi cum filio inſtituatur collateralis aliquis defuncti, aut alius magis extraneus, vt colligitur ex l. vlt. §. ſi autem, C. communia vtriuſque iudi. ex l. 2. tit. 15. par. 6. Atque hæc omnia ita cum Baldo, Paulo Caſtrenſi, Alex. & aliis, tradit Ant. Gom. loco citato, nu. 7. corol. 10. & in calce nu. 9. tametſi non tot exemplis rem hanc illuſtret.

Econtra verò ſi mortuo patre ante auum paternum, aut mortua matre ante auum maternum, nepos ſuccedere debeat auo per ſtipitem, vna cum patruis, aut cum aliis nepotibus, ſanè, cum eiuſmodi nepoti debeatur portio legitima in bonis aui, dubium non eſt, ſi hæres eſſe velit tali auo, teneri conferre, tum quod pater aut mater acceperunt, & conferre tenerentur, ſi viuerent, hæredeſque eſſe vellent, tum etiam, quod ipſe ab eodem auo poſt mortem talis patris aut matris ſimiliter accepiſſet; immò quod ante mortem patris accepiſſet immediatè ab auo, ſi patris intuitu eſſet ei collatum, ſecus ſi intuitu ipſius nepotis, vt Anton. Gomez. leg. vigeſima nona, Tauri, numero vltimo, rectè affirmat, conſentiuntque ordinationes Luſitanæ, libro 4. titulo 79. in fine. Primum horum habetur l. ſi nepotes, ff. de collat. bonor. & multo copioſius l. illam. C. de collationibus, affirmatque Ant. Gom. l. 29. Tauri, nume. 6. corol. 8. Secundum verò aſſeuerat idem author, nume. 7. ſequenti, cum multis alijs quos refert, argumento l. quoniam nouella, C. de inoffi. teſtam. & l. vt à liberis, C. de collat. conſentiuntque apertè Ordinationes Luſitanæ, lib. 4. tit. 79. in prin. Quo loco obſerua, ſi ſoli nepotes, ex eodem patre aut matre defunctis, ſuccedant auo, teneri ſolum conferre hoc ſecundum, non verò primum.

Aſcendẽtes deſcendentibus ſuccedentes non conferunt.

Quando aſcendentes pares in gradu ſuccedunt deſcendentibus, qui liberis carent, licet in bonis talium deſcendentium portio legitima eis debeatur, locum tamen non habet collatio, ſiue ipſi ſoli ſuccedant, ſiue ſimul cum collaterali defuncti, aut alio extraneo, quem defunctus in reliquis ſuis bonis, præter legitimas aſcendentium, ſimul cum eis hæredem inſtitueret. Ita Gregorius Lopez. l. 2. titu. 15. par. 6. & Anton. Gom. loco citato, cum Bar. & communi Doctorum ſententia, quam referunt. Ratio eſt: quoniam iura ſolum reperiuntur inſtituiſſe collationem in liberis comparatione aſcendentium, & propter rationes alias egregias, quas Ant. Gomez. ibidem proſequitur. Neque ergo eiuſmodi parentes afferre tenerentur ad collationem, quæ a defuncto donata ipſis eſſent in vita, neque item alij, qui cum ipſis eſſent inſtituti, afferre tenerentur ſimiliter ipſis donata. Si tamen in parentum legitimis inofficioſæ eſſent donationes alijs factæ, vt quia eſſent exceſſiuæ pro ratione eius qui illas efficit, ac circunſtantiarum occurrentium, & exceſſus, vna cum eo in quo extraneum hæredem ſimul inſtituit, contingeret legitimas parentibus debitas, tunc locum non haberet talis inſtitutio, quo ad quantitatem, ſolum, quæ parentum legitimas contingeret, vt rectè affirmat gloſ. in Authentica de immenſ. don. §. 1.

Deinde additum in definitione eſt: eorum profectitiorum bonorum, quæ afferentis effecta erant. Horum primum idcirco eſt appoſitum, quoniam ſola profectitia bona ſunt conferenda: Caſtrenſe namque peculium, & quaſi caſtrenſe, cum pleno iure ad filium pertineant non conferuntur, vt habetur l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de collatione bonorum. Hodie etiam, vna cum caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, aduentitium quoad proprietatem nõ cõfertur: quia ad filium etiam ſpectat, vt ſancitum eſt l. vlt. C. de collationibus, & l. 5. tit. 15. par. 6. Vnde neque vſumfructum bonorum aduentitiorum, in euentibus in quibus ad filium ſpectat, aut tacitè vel expreſſe à patre ei condonatur, aut relinquitur, tenetur filius conferre: quia ad filium pleno iure ſpectat, & inter aduentitia bona computatur. Neque tenetur pater in Luſitania accipere illud in ſuum tertium, aut in Caſtella in tertium & quintum, vt diſput. 8. copioſè eſt explicatum.

Obiectio.

Quod ſi aduerſus hanc doctrinam obijcias, data filijs à parentibus ad bellum, vel ad ſumptus in palatio Regis faciendos teneri filium coniugatum de iure Luſitano conferre, & non coniugatum conferre teneri, quæ inde ei ſuperfuerunt, vt diſp. 230. explicatum eſt. Reſpondendum eſt, bona illa, quatenus cõferri præcipiuntur, inter ꝓfectitia cõputari in Luſitania, nõ verò ĩter caſtrẽſia, aut quaſi caſtrẽſia.

Satisfit.

Idem diſp. 231. dictum à nobis eſt de ijs, quæ in patrimonium ad ſacros ordines ſuſcipiendos à parentibus filijs donantur; licet enim dominium, vſuſfructus, & adminiſtratio ad filium pertineant, profectitia tamen bona in ſe ſunt, quæ proinde conferenda veniunt, non ſecus ac data ad ingrediendum Religionem aut in dotem filiæ, aut in donationem propter nuptias filio, profectitia bona ſunt, & conferuntur, cum tamen neq; dominiũ, neq; vſusfructus, aut adminiſtratio eorum ad patrem pertineat.

Secundum, nempè, quæ afferentis effecta erant, idcir-

idcirco fuit adiectum, quoniam quamdiu bona profectitia ad defunctum ſpectabant, ei ve erant debita, locum in eis nō habet collatio preſsè ſumpta, de qua nunc loquimur: ſed aceruo ipſi bonorum defuncti ſunt omninò debita, eaque de cauſa, eſto, filius, qui horum aliquid poſſidet, aut debet aceruo, abſtinere velit ab hæreditate paterna, tenetur nihilominus id ſoluere ac reddere aceruo, vt inter hæredes diuidatur tanquam defuncti bonum eis omnibus commune, vt habetur l. filię licet, §. .. iuncta gl. ibi, in verbo, non poſſint. C. de collationib. & l. certum, iuncta gl. 1. ibi, C. fam. erci. & affirmat communis Doctorum ſententia, quam Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, num. 1. & 31. refert ac ſequitur. Solum ergò ſunt conferenda, quæ à parente defuncto ita ſunt profecta, vt effecta fuerint cōferentis, aut eius, qui loco filij ſuccedit, vt ſunt, dos, donatio propter nuptias, data in patrimonium ad ſacros ordines ſuſcipiendos, data ad ingreſſum Religionis Monaſterio, quod loco Religioſi parenti defuncto ſuccedit, & his ſimilia, de quib. diſputationib. ſequentibus erit ſermo. Ita probant varia iura, quæ Ant. Gom. num. 1. cita. refert, & affirmat communis Doctorum ſententia, quam etiam refert ac ſequitur. Eiuſmodi autem res conferre non tenetur is, cuius ſunt effecta, ſi illis cōtentus eſſe velit, neque partem in bonis defuncti cum alijs deſcendentibus habere velit. Quamuis autem res quæ aceruo bonorum defuncti debentur, propriè, vt dictum eſt, non conferantur, nos tamen ſequentibus diſputationibus de ijs etiam rebus dicemus, dum de aliquibus rebus in particulari diſputabimus, num ad partitionem ſint afferendæ, vel non.

Additum poſtremò in definitione fuit: vt cum alijs tanquam hæres in eo ſuccedat. In primis, quia ſi ab aceruo & hæreditate defuncti abſtinere velit, cōtentus ijs, quæ in vita de bonis defuncti in ipſum profecta ſunt, non tenetur ea conferre. Poterit tamen petere, ſi quid inſuper in dotem, aut ad nuptias, vel alia ſimili cauſa à tali parente fuit ei promiſſum, niſi promiſſio & ante donata inofficioſa ſint alijs deſcē dentibus, propter eà, quod ipſorum legitimas contingant: nam quoad id, in quo inofficioſa fuerint, non poterit ea exigere. Hæc habentur l. penult. & l. vltim. ff. de collation. dotis, iuncta Authentica, de immenſis donationibus, §. 30. & probant l. 2. §. ſi tres. ff. de collat. bon. & l. ex cauſa donationis, C. famil. erciſ. atque affirmant Bar. & communis Doctorum ſententia, quam Ant. Gom. l. 29. Tauri, num. 32. refert ac ſequitur.

Deinde additum id etiam eſt: quoniam ſi parens defunctus, titulo legati aliquid in vltima voluntate ei relinquat, poteſt illud petere, & obtinere de aceruo bonorum defuncti, neque tamen tenetur conferre, quæ in vita à tali parente in ipſum erant profecta, ſed ſolum ſi tanquam hæres vniuerſalis cum alijs deſcendentibus ex teſtamento, aut ab inteſtato ſuccedere velit. Ita probant l. à patre, & l. filiam, ſecunda, C. de collationibus, & l. ſi pater, ff. de collation. dotis, atque cum alijs, quos refert, affirmat Anton. Gomez. ad l. 29. Tauri, numero quarto, & 31. iunctis 3. & 5. Ratio cur quando relinquitur legatum (idem eſt de donatione cauſa mortis) deſcendens legatarius conferre non teneatur quæ in vita profecta à defuncto in ipſum erant, hæc eſt: Quoniam licet quando dos, aut legitima portio, vel aliquid aliud ex præſcripto & diſpoſitione legis erat debitum, ſi quid ab hoc patre debitore legetur ei, cui id debet, cenſetur id legare, vt cum tali debito compenſetur, vt diſputatione 200. oſtenſum eſt: quandò tamen nihil tale debitum eſt, quia erat ſolutum, vel quia legatarius à tali debito vult abſtinere, locum non habet compenſatio: quarè legatarius in euentu, de quo agimus, neque conferre tenetur, quæ à defuncto in dotem, vel

A in quoduis aliud in ipſum erant profecta, neque tenetur abſtinere à legato ſibi relicto. Ratio verò cur, quando is, cui legitima portio debita eſt in aceruo defuncti, ſi ſuccedere tanquam hæres, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, in illo aceruo vna cum alijs deſcendentibus velit, teneatur conferre, quæ in vita ab eo defuncto in ipſum erant profecta, eſt: Quoniam quando legitima portio debita eſt deſcendenti in bonis alicuius, ſi quid is in dotem ad nuptias, in patrimonium ad ordines ſuſcipiendos, aut ad Religionem profitendam, vel ad aliud ſimile, de eis bonis illi in vita det, præſumitur id dare in compenſationem legitimæ eidem debitæ: eaque de cauſa, niſi aliud de teſtatoris voluntate conſtet, ſi titulo hæredis velit ſuccedere, vt vel ſolam legitimam, vel maius quàm legitimā, in quo hæres ſit inſtitutus, accipiat, tenetur conferre, quæ in vita teſtatoris de illius bonis in eum erant profecta. Ita Ant. Gom. nu. 3. & 5. citatis, iuncto num. 11. cum multis alijs quos citat;
B atque id apertè ſonant iura.

Ex hoc eodem fundamento proficiſcitur, quod ſi deſcendens inſtitutus fuit à defuncto minus, quam in legitima ipſi debita, agereque velit ad complemētum, teneatur computare, ſi quid eorum, quæ connumerata ſunt, ipſi à defuncto in vita erat donatum. Quod ſi id integram legitimam expleat, nihil petere in complementum poteſt. Si verò non expleat, ſolū exigere poteſt, quod, computatis, quæ ſibi in vita fuerant donata ad complementum defuerit, argumento tex. l. quoniam nouella, C. de inofficio. teſtamen. iuncta l. vt à liberis, C. de collationibus, & habetur l. omni modo, §. imputari, & l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inofficioſ. teſtament. affirmatque communis Doctorum ſententia, quam Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, num. 38. refert ac ſequitur.

Ex eodem quoque fundamento prouenit, quod ſi defunctus dotem dederat, aut aliud ex commemo
C ratis donauerat in vita, atque in eo ſolo inſtituit hæredem filiam aut filium, qui id acceperat, valida ſit inſtitutio. Quod ſi id integram expleat legitimam ipſi debitam, nihil amplius poteſt petere: ſi verò non expleat, agere ſolum poteſt ad complementum. Ita Gloſſ. vltim. leg. 3. §. ſed vtrum, ff. de minoribus, & communis Doctorum ſententia ibi, quam Ant. Gome. ad l. 29. Tauri, nu. 39. ſequitur.

Item ex eodem fundamento proficiſcitur, quod ſi filius hæres vniuerſalis inſtituatur, ſed grauetur reſtituere hæreditatem alteri, licet detrahere inde poſſit legitimam portionem ſibi debitam, in qua nullū potuit apponi grauamen, teneatur tamen in ea computare, ſi quid eorum, quæ commemorata ſunt, fuit ipſi à defuncto datum in vita. Ita Ant. Gom. vbi ſuprà, cum Paulo Caſtrenſi iuxta varia iura, quæ citat: ſequiturque id manifeſtè ex dictis.

Poſtremò ex eodem fundamento, iunctis iis, quæ
D de legatis paulo antea dixeram, ſequitur, ſi quid parens ita filio in vita donauit, vt non, niſi parentis morte, iuxta ea quæ dicenda ſunt, confirmetur, aut legatum illi relinquat, eumque exhæredet, aut prætereat, teneatur eiuſmodi etiam donationes ac legata computare in ſuam legitimam portionem. Ita Barto. & communis Doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. numero trigeſimo octauo, citato refert ac ſequitur, iuxta varia iura quæ citat. Ratio eſt: quoniam donationes, quæ non niſi morte donantis confirmantur, reuocariq; ab eo poſſunt, dū viuit, vim habent legati, vt patet leg. in donationibus, Cod. ad le. Falcid. vide etiam gloſſ. & Doctor. quos Molina libro primo de primogen. capitulo duodecimo, numero nono, & ſequentibus citat: legata autem, vt ſuprà dictū eſt, & copioſius diſp. 200. eſt explicatū, cōputantur in eo debito, quod ex legis præſcripto debetur, quale eſt legitima portio à parente debita filio.

Porrò compenſatio in legitima in his euentibus explicatis locum habet, etiamſi filius cum extraneis ſuccedat in bonis parentis defuncti, vt Anton. Gomez. loco citato num. 39. rectè ait: At vero collatio, vt dictum eſt ſolum habet locum comparatione aliorum deſcendentium defuncti, quibus legitima portio in bonis illius debetur.

Sicut filij computant in legitima ſibi à parẽtibus debita ea omnia, quæ hactenus explicata ſunt, ita nepotes, defunctis parentibus, cum per ſtipitem ſuccedant auis in legitimis ſibi deinceps debitis, repræſentando que perſonas ſuorum parentum, ſanè computare debent, tum quæ parentes acceperant, tum etiã, quæ ipſis, ab auo data ſunt. Ita cum Bar. & communiori Doctorum ſententia, Ant. Gom. vbi ſuprà, nu. 40. & colligitur apertè ex l. quoniam nouella, C. de inofficioſo teſt. conſentiuntque Luſitaniç ordinationes lib. 4. tit. 79. in prin.

De ijs, quç ab auo paterno donata ſunt nepoti aut nepti viuente patre, vel ab auo materno viuente matre, diſtinguendum eſt cum Bar. & communi Doctorum ſententia, quam Ant. Go. ad l. 29. Tauri, nu. vlt. & Gama decis. 34. referunt, & ſequũtur. Si enim ab auo data ſunt nepoti, non intuitu patris, ſed ipſius nepotis, tũc ſi pater eiuſmodi nepotis auo ſuccedat, neque tenetur adducere id ad collationem, neque illud computare in ſuam legitimam portionem; Ita colligitur ex l. auus, ff. de iure dotium. Si vero contemplatione patris datum eſt nepoti; tunc pater tenetur afferre id ad collationem, & computare in ſua legitima portione, tanquam ſi ipſimet eſſet datum. Nepos etiam, ſuccedendo poſteà patri cum alijs fratribus, tenetur adducere id ad collationem & computare in ſuam legitimam portionem, quæ in bonis talis patris ipſi debetur, vt expreſſe vtrumque aſſeritur lib. 4. Luſit. Ord. tit. 79. §. 1. & colligitur ex l. dotẽm dedit, (aliàs incipit, dedit dotem) ff. de collationib. bon. ex l. profectitia, ff. de iure dotium, atque ex alijs iuribus. In dubio ait Ant. Gom. loco citato, præſumendum eſſe ſimile datum intuitu nepotis, & nõ patris, aut matris, ſi datum ſit ab auo materno, eaque de cauſa non eſſe conferendum. Contrarium autem affirmant Gama. & alij, nempè, cenſendum eſſe datum intuitu patris, eaque ratione eſſe conferendum; idque ſatis probant l. profectitia, ff. de iure dotium, l. dotem dedit, ff. de colla. bo. l. ſed & ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupi. & alia iura, atque apertè innuunt Luſi. Ord. §. 1. cit. Quare recedendum non eſt ab hac ſententia: tametſi duo illa priora iura ſolum loquantur de auo paterno, qui de iure communi nepotes habebat in ſua poteſtate, ac proinde ad ipſum ſpectabat nepotes (de quibus ibi eſt ſermo) dotare nomine filij.

Controuerſia. Deciſione 34. citata controuerſia hæc examinatur; Auus maternus odio proſequebatur filiam diuitem, ex qua neptem habebat; perſeuerante autem odio cum matre, neptem dotauit, duo addens: Vnũ, vt ſi neptis ipſo viuente è vita decederet, dos ad ipsũ reuerteretur; Alterũ, vt nepte ſuperſtite, filia teneretur in ſuam portionem legitimam computare dotẽ nepti datam. Vtrumque verò in odium matris videtur adiectum. Diſcedente autem è vita auo, lis orta eſt inter matrem, & quendam fratrem filium eiuſdem aui defuncti, an mater ad collationem adducere teneretur dotem datam nepoti, computareque eã in ſuam legitimam portionem. Et cum lata fuiſſet ſẽtentia, eſſe conferendam, res iterum examinata fuit à Regijs Senatoribus, eiſque diſſidentibus confirmata ſententia fuit, eo quod exiſtente paritate ſuffragiorum, præualeat iudicatum antea fuiſſe in fauorẽ vnius patris.

Deciſio. Certè æquitas huius ſententiæ ſatis dubia ſe mihi offert. Etenim dos illa non videtur data nepti intuitu matris, hoc eſt, in gratiam matris ſeu ad liberandã matrem ab onere dotandi filiam, efficiendiq; in matris bonum, quod illa facere non poterat, vel non tã facilè ac plenè; ſed in bonum & fauorẽ ſolius neptis vt̃ dotata, atque in matris odium vt̃ iniunctum, vt & in ſuam legitimam portionem teneretur dotem accipere, & vt, ſi neptis ante auum moreretur, dos, nõ ad matrem, ſed ad auum reuerteretur: quãdo autem cõſtat dotem datam eſſe nepti intuitu ipſius neptis, & non matris, iniquum, inualidumque eſt grauamen, vt mater teneatur eam accipere in ſuam legitimam portionem, vt rectè aduocatus matris argumentabatur. Neque à voluntate donantis pendet, vt donatio conferatur, aut non conferatur, niſi quãdo de numero earum eſt, quæ filio aut filiæ facta eſt, quia videlicet, vel ipſi in ſe, vel ipſius intuitu eſt facta: id quod non videtur attẽdiſſe ſapientiſſimus Gama. Porrò, grauamen vtrumque, exiſtente aperto odio matris, effigiem non habet expreſſionis voluntatis, alioquin dubiæ, cuius intuitu intenderit neptẽ dotare: ſed potius eſt effectus odij filiæ. Neque habet locum interpretatio, ſeu expreſſio, cuius intuitu dotare intenderit, niſi quando de intuitu poteſt eſſe dubium: quod locum non habet in re propoſita, in qua conſtat, ſolum commodum neptis intendiſſe, nullum verò matris. Præterea, quando ſuſpectus quis eſt, ſtandũ non eſt interpretationi, quam ipſe de ſuo intento ac volũtate effecerit, præſertim, ſi manifeſta indicia ſint, cõtrarium intendiſſe, atque in odium id ita interpretari ac ſignificare. Lege alia, quæ in confirmationem huius partis in ea deciſione doctè afferuntur. Neque huic noſtræ ſententiæ refragatur Luſitan. Ordin. libro 4. titu. 79. §. primo, dum ſtatuit, vt quando nepoti aut nepti ſimile quid datum eſt, pater, aut mater, filius, aut filia, talis aui, teneatur id adducere ad collationem cum alijs fratribus, filijs eiuſdem aui; & dũ hæc ratio eius ſtatuti redditur. *Capois a doacaõ foi feita pello auo ao neto per contemplacaon de ſeu pay ou may ſe eſſe pay ou may quer entrar à erancado auo com ſeu irmaon, traga à collacaon tudo aquillo que per ſua contemplacon foi dado pello auo à ſeu filho ou filha.* Nõ, inquam, Ordinatio hæc noſtræ refragatur ſententiæ: quoniam ſolum habet locum, quando contemplatione filij facta eſt donatio nepoti, id quod ſemper præſumitur, niſi aliundè ſufficientes ſint coniecturæ in contrarium: ex eademque ordinatione apertiſſimè, argumento à contrario ſenſu, colligitur eſſe affirmandum contrarium, quando non intuitu filij, ſed ipſius nepotis facta eſt donatio, vt in re, de qua diſputamus, eſt facta: neque credendum eſt ordinationem illam contrariari voluiſſe legi, auus, ff. de iure dotium, & communi diſtinctioni ac doctrinæ Bar. & aliorum.

Neque item noſtræ ſententiæ refragatur §. 8. iuncto 9. ſequenti, quarto libro Ordin. titu. 77. vt Gama obijcit, vbi in matrimonii fauorem ſtatuitur, vt ſi vel à Rege, vel à quocunque alio (qui tamen de numero aſcendentium non ſit) quicquam in dotem, aut ad nuptias detur filio aut filiæ alicuius, etiam ſi patri ad id detur, vel filio intuitu patris, non afferatur ad collationem, ſed talis filius, aut filia, habeat id præcipuum. Excipitur tamen, niſi donans expreſſerit, velle vt conferatur. Hinc colligit Gama, pari ratione, eſto, aliquid ab auo detur nepti intuitu ipſius neptis, & non filiæ, atque adeò quod ex ſe non erat conferibile, ſi tamen auus expreſſit velle vt conferatur, computetque id filia in ſuam legitimam portionem, eſſe conferendum. Eſt tamen diſpar admodum ratio: id enim, quod priori illo modo erat datum, vel patri, vel intuitu patris, ad nuptias filij, vel filiæ, ex ſe, & ex iuris cõmunis diſpoſitione erat conferendum: fuit verò de iure Luſitano in matrimonij fauorem exceptum,

eaque de cauſa mirum non eſt, ſi donatori facta fuerit poteſtas, vt, ſi nihilominus exprimere vellet ſe ea lege dare vt conferretur, retineretque naturam, quã ſecluſo iure Luſitano ex ſe habebat, id poſſet efficere, eamque naturam eo ipſo retineret: nunquam tamen ius conceſſit, vt in parente eſſet poteſtas efficiendi, vt filius conferre id teneretur, quod ex ſe, iuriſque diſpoſitione, non erat conferibile: & ſaltem interim dum expreſsè id à iure non fuerit conceſſum, in euentu aliquo particulari, parens non habet eam poteſtatem: in iure autem expreſſum non reperimus, vt parens in re, de qua diſputamus, poſſit conferibile efficere, quod ex ſe, iuriſque diſpoſitione cõferibile non eſt.

Quæſtio. Vtrum autem, quæ filius parenti donauit in vita, teneatur parens compenſare in portione legitima ipſi in bonis filij debita? Paulus à monte Pico, ab Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, num. 39. relatus, affirmat. Quoniam cum filius, cui legitima in bonis patris plus debetur, quam patri in bonis filij, compenſare in ea teneatur donata ſibi à patre, longè maiori cum ratione tenebitur pater. Anto. vero Gom. ibidem, & nu. 9. negat: quoniam, cum filius patri ſuperuicturus cenſeatur, non præſumitur donare patri in partem legitimæ illi in bonis ipſius debitæ: ſicut pater præſumitur eo modo donare filio, eo quòd moriturus exiſtimetur ante filium. Probabiliorem exiſtimo hanc Anton. Gom. ſententiam, præſertim, quoniam filius donare non ſolet patri ob cauſam, ſed abſolutè ſimpliciter: in donationibus autem ſimpliciter non ſolet de iure communi habere locum collatio filij, vt inferius dicetur. Illud tamen admonuerim, ſi quid filius legaret, aut mortis cauſa donaret patri, quem præteriret, aut exhæredaret, vel inſtitueret minus quàm in portione legitima illi debita, tunc cenſeri velle, vt in legitima ex præſcripto legis ei debita computet rem ita legatã, aut donatã, iuxta eã quæ ſupra dicta ſunt.

Deciſio.

DISPVT. CCXXXVIII.

Donata à parentibus ob cauſam, vt in dotem, ad nuptias, ad ingrediendum Religionem, & ordines ſuſcipiendos, an adducenda ſint ad collationem; & quid de veſtibus, & ſumptu in conuiuio nuptiarum.

Donatio ob cauſam q d. DVplex genus donationum parentum in filio diſtinguitur. Primum appellant donationem ob cauſam, nempè, quando aliquid donatur filio ad aliquid neceſſarium, vtile vel pium. Vt quando filię donatur in dotem, aut filio ad nuptias, matrimoniumve contrahendum. Quæ donatiò quamuis hodie in legibus Tauri, & à multis donatio propter nuptias nuncupetur, longè tamen diuerſa eſt ab ea, de qua in iure Cæſareo eſt ſermo, vt in materia de donationibus manifeſtum fiet. Talis etiam donatio eſt, quando donatur filio in patrimonium ad ordines ſuſcipiendos, filiæ ad ingrediẽdum Religionem, vtrique, vt à captiuitate redimatur, aut à vinculis eruatur, ad peregrinandum, vt munus aut dignitatem conſequatur, & aliæ ſimiles. Secundum genus dicitur ſimplicium donationum, videlicet quando aliquid merè liberaliter donatur, ita quod præcipua cauſa motiua non eſt neceſſitas filij, aut emolumentum, quod vult eum conſequi, ſed præcipua cauſa eſt exercere in eum eam liberalitatem, ſiue moueatur ex peculiari affectione & amore, quo illum proſequitur, ſiue ex obſequijs ab illo ſuſceptis, ſiue precibus alicuius, aut alia ſimili motiua ac impulſiua cauſa, ad exercendum in eo talem liberalitatem.

Donatio ſimplex quid.

Quod ad primum genus donationum attinet, cõueniunt Doctores communiter, eas eſſe ſingulariter adducendas ad collationem, aſſumendaſque in legitimam portionem, niſi parens exprimat contrarium, aſſumereque eas velit in portione, de qua ipſe poteſt liberè diſponere, iuxta, ea quæ ex Authent. Ex teſtamento, C. de collationibus, & ex Authen. De triente & ſemiſſe, §. illud quoque diſp. præcedente dicta ſunt. Ita gloſ. Auth. citata, Anton. Gomez. ad l. 29. Tauri, num. 12. Couar. c. Raynal. de teſtam. §. 2. num. 7. & 8. Greg. Lopez. ad l. 4. tit. 15. p. 6. gl. penul. & alij Doctores communiter. Hanc ſententiam probat Ant. Gom. ex Auth. Ex teſtamento, cit. quatenus ait: ex teſtamento & ab inteſtato ceſſat dotis, & aliorum datorum collatio, ita demum ſi parentes hoc deſignauerint, vnde argumento à contrario ſenſu, non ceſſat, ſed conferuntur, quando parẽs non expreſſit vt non conferrentur. Cum vero text. dicat, dotis, & aliorum datorum, intelligit ſimilium doti, atque adeò ob cauſam, vt gl. ibi exponit: dictio enim, (&) copulatiua eſt ſimilium. Deinde eandem ſententiam probat ex l. 1. ff. de donationibus, iuncta l. cum multę, §. ſancimus itaque, C. de donationibus ante nuptias ex quibus duobus iuribus conſtat, donationes ob cauſam non ſimpliciter donationes appellari, quod in cauſa eſt, vt deſcendentes conferre eas teneantur, quando de voluntate donantis, aliud non conſtat. Poſtremò, eandem probat ex l. illud §. penultim. & vltim. C. de collationibus, vbi habetur, ſimplices donationes non conferri, niſi quando alius deſcendentium conferre deberet donationem ob cauſam: ne enim tunc inæqualitas tanta inter deſcendentes conſurgeret, ſtatuitur, vt ſimplex etiam donatio conferatur. Idem probat l. 3. & 4. tit. 15. par. 6. Verum de ſimplici donatione, an hodie ſit conferenda, dicetur inferius.

De dote filiæ data aut promiſſa conſentiunt omnes conferendam eſſe, ſumendamque in legitimam talis filiæ portionem. Excipe, niſi parentes, qui filiã dotarunt, exprimerent, ſe velle integram dotem accipere in portionem, de qua liberè poſſunt diſponere: tunc enim nihil dotis teneretur filia conferre, & nihilominus ex reliquis bonis parentum, acciperet integram legitimam portionem, vel ſi quid amplius ex eiſdem bonis, detracta dote, ipſam contingeret. Si tamen dos excederet portionem, de qua parentes poterant diſponere, eſſetque proinde inofficioſa alijs deſcendentibus, adducere teneretur incrementum illud ad communem aceruum, vt inter omnes diuideretur. Couar. c. Raynaldus, de teſt. §. 2. in calce num. vlt. refert quandam Caroli V. Pragmaticam, & eſt l. 1. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. qua anno 1534. prohibuit, ne in regno Caſtellæ, filiæ à parentibus titulo meliorationis dotari poſſent: quare in eo regno filia habere non poteſt dotem ſibi præcipuam, ſed cõputare neceſſariò eam debet in ſuam legitimam portionem. Ius Caſtel.

Cum audis, filiam teneri conferre dotem ſibi datam, aut promiſſam, intelligendum id eſt, ſi partem habere velit in hæreditate paterna: ſi namque contẽta eſſe vult ſua dote, & alijs à parentibus in vita ſibi donatis, non tenetur illam conferre, vt duabus diſputationibus præcedentibus dictum eſt, & habetur lib. 4. Ord. Luſit. tit. 77. §. 4. & l. 29. Tauri, quæ eſt 3. tit. 8. libro 5. nouæ collect. idque eſto, excedat portionem, quæ ipſam contingeret: quoniam incrementum cenſentur parentes illi in Luſitania donaſſe de tertio ſuorum bonorum, eſto, id non expreſſerint, & in Caſtella de tertio & quinto; neque eſt valida diſpoſitio, quam de eodem tertio aut quinto parentes fecerint deinceps, vt habetur §. 4. cit. & l. 26. Tauri, quæ eſt 10. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. Quod ſi id totum excederet legitimam portionem, & id de tertio, aut de tertio & quinto bonorum parentum, de quo tunc diſponere poterant, ita vt inofficioſum eſ-

ſet alijs, teneretur quidem reſtituere aceruo bonorum defuncti exceſſum illum, vt inter reliquos hæredes diuideretur, veruntamen quoad ſolam dotem, idque quod ad nuptias eſſet ei donatum, integrum ipſi eſſet eligere, vt quantitas bonorum parentum ſumeretur, vel quando id ipſi datum aut promiſſum eſt, vel tempore mortis eorum, prout ipſi eſſet commodius; non verò quoad cæteras donationes, vt diſp. 236. dictum eſt, & habetur libro 4. Luſi. ordin. ti. 77. §. 4. & l. 29. Tauri, quæ eſt 3. ti. 8. lib. 5. nouæ collect.

Quando autem filia potius eligeret habere partem in hæreditate parentum, adducereque ad communem partitionem dotem, & ſi quid aliud ipſi à parentibus in vita eſſet donatum. In primis tunc in Luſitania, ſi parentes contractu medietatis bonorum celebraſſent matrimonium, tempore mortis vnius eorum teneretur adducere dimidium dotis & cæterarum rerum, quæ à parentibus ipſi eſſent donata; & tempore mortis alterius, reliquum dimidium, vt habetur libro quarto ord. tit. 78. §. 2. Si verò parentes in hoc eodem, aut in alio Regno matrimonium celebraſſent contractu arrharum & dotis, ſtandum eſſet diſpoſitioni iuris communis, vt §. ſecundo, citato habetur: ea verò diſpoſitio explicabitur dum de contractu ſocietatis fuerit ſermo, atque iuxta eam idem vt plurimum fit. Deinde ea filia ſolum poſſet tunc obtinere de hæreditate defuncti æqualem portionem cum reliquis cohæredibus, eſtò, longè maius eſſet quod ipſa ad communem partitionem afferret; neque præ cæteris cohæredibus meliorata cenſetur vlla bonorum defuncti parte. Præterea, de iure Luſitano, ſi bona aliqua immobilia, ſiue æſtimata, ſiue inæſtimata, tradita illi à parentibus eſſent, atque apud ſe ea haberet, teneretur tunc adducere ad communem partitionem, tam illa, quam fructus omnes eorum perceptos à tempore mortis parentis, in cuius hæreditate vult partem habere, vſque ad tempus partitionis, atque, præter ius Luſitanum infra citandum conſentit in hoc l. filius, §. vltimo, iuncta gloſſ. ibi, ff. de collat. dot. Si verò ea non haberet tempore mortis talis parentis, teneretur adducere ad partitionem ſolam æſtimationem eorum tempore, quo illi à parente tradita ſunt. Præterea, ſi bona illa apud ſe haberet, ſuaque induſtria plantando vel ædificando aut alia quacunque ratione meliora ea in quarta valoris parte reddidiſſet, habita ratione temporis in quo ea accepit, tunc integrum ipſi eſſet, vel adducere ad partitionem æſtimationem eorum, quo tempore tradita ei ſunt, vel adducere bona ipſa, exigereque, quod ſua induſtria plus valent. Si verò tempore, quo ea habuit, deteriora reddita eſſent in quarta valoris parte, habita ratione temporis in quo ei tradita ſunt, tunc in poteſtate eſt cohæredum, vel cogere eam vt ad communem partitionem illa adducat, & inſuper ſoluat, quod minus valent, vel cogere, vt integram eorum æſtimationem tempore, quo ei tradita ſunt, afferat, eaque ſibi retineat. Quod attinet ad bona mobilia in dotem ei data, aut à parentibus donata, ſtatuitur, vt ſiue æſtimata, ſiue inæſtimata ei tradita ſint, teneatur ea ipſa adducere ad communem partitionem qualia apud ſe reperta fuerint, cum fructibus ſi qui inde à tempore mortis parentis, in cuius hæreditate vult partem habere, fuerint percepti. Quod ſi tempore mortis eius parentis alienata aut conſumpta fuerint, teneatur adducere, vel æſtimationem eorum, quo tempore ei tradita fuere, vel alia eiuſdem qualitatis, æqualiſque valoris. Hæc omnia habentur libro quarto ord. titulo 77. §. primo, 11. 12. & 13. Quamuis autem Anton. Gomez. ad l. 29. Tauri, nu. 13. conſentire videatur, res eſſe adducendas ad partitionem prout repertæ fuerint tempore

Ius Luſit.

A mortis parentis, quando traditæ non ſunt filiæ æſtimatæ, ſuffragarique videantur l. ita demum. C. de colla. & l. cum emancipati, §. de illis, ff. de colla. bonorum, negat tamen quando traditæ eſſent æſtimatæ: quia tunc inquit, ſiue valor earum creſcat, ſiue decreſcat æſtimatio, quæ facta fuit quando fuerunt traditę, eſt adducenda ad partitionem, & non res datę. Veruntamen doctrina hæc, vt ex proximè dictis cõſtat, locum non habet in hoc Luſitaniæ regno.

Quæ dicta ſunt de datis in dotem filiæ, intelligenda ſimiliter ſunt de datis, aut promiſſis à parentibus filijs maſculis ad cõtrahendum matrimonium, & de vtriſque permixtim atque indifferenter loquũtur iura Luſitaniæ & Caſtellæ citata. Pragmatica tamen illa Caroli V. locum non habet circa eiuſmodi donationes, eo quòd ſolum loquatur de dote filiarum: quarè, ſi parentes exprimerent, velle, vt ita donata haberet præcipua aliquis filiorum, non teneretur ea adducere ad partitionem: ſed tunc computanda B eſſent parentibus in tertio, aut etiam in quinto ſuorum bonorum, ſi tertium ad id non ſufficeret.

Gama, deciſ. 140. num. 3. & deciſ. 164. ait, ſi certa nummorum ſumma aut aliquid aliud annuatim ſoluendum, promiſſum eſſet filio vxorem ducenti ad alimenta, ſuſtinendave onera matrimonii, interim dum parentes viuerent, illeque integrum ſuum patrimonium de bonis eorum non acciperet, habere illa præcipua, nec teneri adducere ea ad partitionem, immò neque patrem teneri ſumere illa in tertium ſuorum bonorum, ſicque iudicatum ſæpe eſſe in hoc Luſitan. regno. Ac ſanè placet hæc ſententia, dummodò in fraudem non ſit factum, vt aliquid præcipuum tali filio in aliorum præiudicium donetur, ſed quia re vera is filius ea ſumma ad alimenta ſuæ familiæ pro conditione ſua & vxoris indiget, æquitaſque poſtulat, vt id parentes etiam contribuant vnà cum redditibus ex dote & bonis vxoris, C & dummodò ſi parentes bona immobilia redditũum æqualium ad matrimonium contrahendum ſtatim ei donarent, inofficioſa non eſſet talis donatio aliis fratribus: neque enim parentes in præiudicium aliorum filiorum tale matrimonium poſſunt filio quærere, vt neceſſe ipſis ſit tantum ei donare, vt legitimæ aliorum minuantur, ac proinde neque in alimenta ad onera eiuſmodi matrimonii ſuſtinenda tantum poſſunt quotannis ei dare, quantum quotannis illi redderent immobilia bona inofficioſę donationis ad nuptias. Quod autem ea ſententia hoc pacto intellecta veriſſima ſit, probatur: Tum, quia parentes competentia alimenta tribuere poſſunt filio, etiam coniugato, ita vt is nequaquam adducere ea teneatur ad partitionem poſt mortem patris. Tũ, vel maximè, quoniam ſicut donare illi poterant ad nuptias tot bona immobilia, ex quibus redditus æquales haberet, neque tamen poſt mortem parentum D tenetur adducere ad partitionem redditus ſeu fructus, quos ex eis bonis dum parentes viuerent, percepiſſet, ſed ſolum bona ipſa immobilia, qualia tempore mortis eſſent reperta, vt dictum eſt, idque propterea, quod eiuſmodi redditus vicem alimentorum retineant, ad ſuſtinenda onera matrimonii: ita promittere illi ac donare poſſunt ad alimenta, ſuſtinendaque cum vxore matrimonii onera, æqualẽ pecuniæ ſummam quotannis interim dum viuerent ſoluendam loco bonorum immobilium, quæ poterant ſtatim ei donare.

Cum donatis filio ad nuptias computatur, ſi pater aut mater ipſius det nurui, ſponſæ, ſeu vxori talis filii, torquem aureum, veſtes, vel alia ornamenta iuxta patriæ conſuetudinem, aut aliud quippiam: datur namque contemplatione filii & cum donatione ad nuptias computatur, eſtque proin-

de conferendum in morte parentis, de cuius bonis id profluxit, iuxta l. vt à liberis, l. illam, & l. illud, C. de collationibus, & l. quoniam nouella, C. de inofficio. teſtam. affirmatque Anto. Gomez. ad l. 29. Tauri, numero 13. & 15. Vnde ſicut de iure Luſitano filius alia mobilia, quæ ipſi à parentibus donantur tenetur adducere ad partitionem, qualia tempore mortis parentis reperta fuerint, vel, ſi conſumpta, aut alienata ſint, eorum æſtimationem tempore, quo ei fuerunt tradita, vel alia eiuſdem qualitatis & valoris: ita etiam hæc, quæ contemplatione ipſius data ſunt ſponſæ. Anton. Gomez. num. 15. citat. ait, ſi extent, deterioraque facta ſint, iuxta ius commune, atque in Regno Caſtellæ, teneri adducere ad partitionem æſtimationem eorum: quia filius videtur factus locupletior. Ac certè id ſatis æquum videtur, ſtandumq; in eo regno erit conſuetudini, quam ignoro. De veſtibus vero & ornamentis à ſuis propriis parentibus ſponſę datis, dicendum eſt, omnia computanda eſse in dote ei promiſsa, præter ſimplices veſtes quotidianas, quib. ipſa vti conſueuerat: nam hæ cum alimentis, ipſi à parentibus collatis, vſque ad matrimonium contractum, ſunt computandæ.

De expenſis à parentibus factis in conuiuio & feſtiuitate nuptiarum filii, aut filiæ, dicendum eſt, afferendas non eſse ad partitionem: quia ad parẽtes, honoremque parentum ſpectat id efficere. Ita ſancitũ eſt 4. libro Luſitan. Ord. tit. 77. §. 3. & iuxta ius commune affirmant Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, num. 15. Bar. in tract. de duobus fratribus, & l. 1. §. nec caſtrẽſe, ff. de collat. bon. Baldus, & alii quibus cum Nau. in Manu. cap. 17. num. 165. conſentit, tametſi dicat, ſecus eſse, ſi pater fecit eos ſumptus animo computandi eos in legitima talis filii; credo tamen, quod nõ audietur, etiam ſtando in ſolo iure communi. Hoc loco obſerua, neque patrem teneri computare hos ſumptus in portione, de qua liberè poteſt diſponere. Tum, quia æqua eſt ſors omnium filiorum ea in parte, quandoquidem, ſi ad nuptias ſuperſtitibus parentibus perueniant, cum ſingulis fiant huiuſmodi ſumptus. Tum, vel maximè, quoniam hi parentum ſumptus ad competentem ac rationabilem adminiſtrationem ſuorum bonorum ſpectant: ſumptus autem, quos pater rationabiliter facit ſua bona adminiſtrando, non tenetur ſumere in portione, de qua liberè poteſt diſponere. Idem propter hanc eandem rationem dicendum eſt de ſumptibus, quos parentes faciunt in primo ſacro ſuorum filiorum, aut in conuiuio quando filia religionem profitetur, immò etiã quando filius ad gradum Doctoratus promouetur, & in aliis ſimilibus euentibus, quando filius ſub patria eſt poteſtate & à parentibus alitur, neque ipſe habet propria bona vnde eos faciat: ſi namque propria habeat bona, poterit pater velle, vt etiam conuiuium nuptiarum, fiat de eis bonis: ſicut & ſuſtentationem totam antequam vxorem ducat, poterit ei de eiſdem bonis præbere.

Quod dictum eſt de datis à parentibus filiis ad nuptias, dicendum ſimiliter eſt de datis ad ingrediendam Religionem, eſt enim donatum ob cauſam, nẽpè ad ſtatum rationemq; viuendi ei in perpetuũ tradendum in Chriſti obſequium, ſumẽdumque Chriſtum in peculiarem ſponſum. Ita cum Bar. & communi Doctorum ſententia Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, nu. 13. Quarè conferendum eſt, quod ita fuerit datum: non tamen habet priuilegium illud, quod de iure Luſitano & Caſtellæ habent donata ad nuptias, nempè, vt ad iudicãdum, an inofficioſum id ſit aliis hæredibus, optio accipienti detur, ſtare velit valori, quem bona parentum tempore mortis habent, an potius quando eſt datum: id enim priuilegium eſt conceſsum ſolum in fauorem matrimonii carnalis, ad maiora illius onera in temporalibus ſuſtinenda.

A Idem omnino dicendum eſt de patrimonio à parentibus filio dato ad ſacros ordines ſuſcipiendos, quicquid Faber, Aymo, & Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, nu. 21. in contrarium dixerint, (de qua re aliquid addetur in calce diſput. 241.) vt benè Couar. c. Raynaldus, de teſt. §. 1. nu. 7. ait: eſt enim propter cauſam conſtituendi filium in eo ſtatu atque ad alimenta, vt in eo ſtatu nõ abiectè & indecorè viuat, ab Eccleſia ſtatutum. Quarè conferre non tenetur reditus vſque ad mortem parentum ex eo patrimonio perceptos, ſicut de dote, & donatione ad nuptias dictum eſt, & vniuerſim de donationibus parentum in filios ſtatuunt Ord. Luſitanæ loco citato: ſed ſolum conferre tenetur patrimonium ipſum, quale tunc extiterit æſtimationem temporis, quo receptum fuit, ſi quid perijt aut alienatum ex eo eſt. Quamuis poſt diſpoſitionem Concilij Triden. Seſ. 21. c. 2. de reformatione, inualida ſit alienatio illius, niſi prius clericus, ad quẽ ſpectat, beneficium obtineat Eccleſiaſticum.

B Illud vniuerſim circa donationem ob cauſam parentum in filios, dicendum eſt, non indigere inſinuatione, vt validæ ſint, cuiuſcunque illæ ſint quantitatis. Ratio eſt: tum quod ob cauſam ſint factæ, ac proinde non ſint ſtrictè & preſsè donationes: tum etiã, quod ſint conferendæ, vt cum Gloſsa, l. Aquilius Regulus, ff. de donat. Baldo, & alijs, affirmat Gama, decis. 163. num. 3.

DISPVT. CCXXXIX.

Sumptus, quos pater cum filio in ſtudio fecit, aut in re alia addiſcenda & libri ab eo illi dati, an ſint conferendi.

QVod pater cum filiofamiliàs inſumit in ſtudijs, non tenetur filius afferre ad partitionem cum
C alijs fratribus. Ita habetur 4. lib. Luſit. Ordin. tit. 77. §. 5. vbi idem diſponitur de eo, quod cum ipſo inſumit in quacunque alia re perdiſcenda, etiam ſi ſit ars ſaltandi, aut mechanica: talis enim ſumptus inter alimenta, quæ pater filio præſtat, ſunt computandi, eaque de cauſa nullibi ſunt conferenda. Idem ſtatutum eſt in Regno Caſtellæ, l. 5. tit. 15. par. 6. & l. 3. titu. 4. par. 5. de impenſis cum filio factis in aliqua ſciẽtia, perdiſcenda, quæ longe maiores eſse ſolent, quã quæ fiunt in mechanica arte addiſcenda. Redditur verò l. 5. citata, ratio huius priuilegij circa hanc donationem ob cauſam: quoniam ſtudia & ſcientiæ in commune Reipublicæ bonum cedunt. Conſentit l. quæ pater, 2. ff. famil. erciſc.

Limitant tamen hoc Barto. in tractatu de duobus fratribus, num. 16. & l. 1. §. nec caſtrenſe, numero 8. ff. de collat. bonorum, Syl ueſt. verbo, pecul. 2. quæſt. 8. Nauarr. in Manuali, capitu. 17. numero 160. An-
D tonius Gomez. ad l. 29. Tauri, numero decimo ſexto. Gregor. Lopez, ad l. quintá citatam, & alij, præter quam ſi pater habeat bona alia propria filij, vt caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, vel aduentitia ex parte matris aut aliunde: quoniam tunc in dubio cenſetur eum ſuſtentare de bonis illius, eo quod pater non teneatur de ſuis præſtare alimenta filio, quando filius habet propria; Conſentiunt leg. vltim. ff. de petit. hęred. & leg. Neſennius, ff. de negoc. geſt. Si tamen pater dotem filiæ promitteret, aut filio donationem ad nuptias, in matrimonij fauorem, præſumeretur de ſuo promittere, iuxta leg. vltim. C. de dotis promiſſione. Obſerua tamen, poſse nihilominus parentes de ſuis bonis alere filium in ſtudiis, eſto, filius habeat propria, neque teneri ea alimenta computare in portione, de qua liberè poſsunt diſponere: quoniam alimenta filiorum ad ordinariam ac competentem adminiſtrationem ſuorum bo-

norum ſpectant, quæ proinde de toto aceruo bonorum poſſunt inſumere, falſque eſt parentibus ſplendidiorem, maioremque ſuſtentationem, in veſtitu, cibo, equitatu, famulis, & alijs eiuſmodi rebus, tradere vni filiorum, quàm alijs, modo id metas rationis, attentis circumſtantiis omnibus concurrentibus non excedat, conſentitque Nauar. num. 160. citato. Accedit alimenta, quæ filijs in ſtudijs præſtantur, priuilegiata eſſe, adeò, vt ad quaſi caſtrenſia bona pertinere videantur: eo quod ſcientiæ in commune Reipublicæ bonum cedant.

Bar. limitationem propoſitam intelligit, quando pater habebat bona filii in pecunia numerata, quaſi non cenſeatur feciſſe ſumptus in ſtudiis de bonis filii, ſed de ſuis propriis, ſi filius non habebat pecuniā, ſed alia bona. Merito tamen Anto. Gom. loco cit. id intelligit, etiam de aliis bonis. Tum, quia ratio præſumptionis, quod voluerit facere eos ſumptus de bonis filii, ſolum fit, quod filius habeat vnde fieri poſſint, & vnde compenſari id poſſit aliis fratribus. Tum etiam, quoniam l. vlt. ff. de petit. hæred. indiſtinctè loquitur de quibuſcunque bonis filii, immò loquitur de hæreditate, quam filius acquiſierat: hæreditas autem complectitur non ſolas pecunias, ſed etiam cætera bona mobilia & immobilia: eodemque modo indiſtinctè loquitur l. Neſennius, ff. de neg. geſt.

Quod hactenus conſtituimus, nempe, expenſas factas cū filio in ſtudiis, non eſſe conferendas quando filius non habebat propria bona, cenſet Anton. Gom. loco citato, eſſe limitandum, niſi pater eſſet proteſtatus, computandas eas fore in legitima talis filii, aut de eiuſmodi illius animo aliunde conſtaret, vt quia in libro rationum ſcribebat, quæ ad filiū mittebat, aut aliunde: tunc enim, ait, filium teneri computare in ſua legitima, quod plus pater in ſtudiis cū eo inſumpſiſſet, quàm domi fuiſſet inſumpturus. Addit, quam domi fuiſſet inſumpturus: quoniam pater gratis tenetur præſtare filio ordinaria alimenta, quando filius ea aliunde non habet. Cum hac limitatione conſentit apertè, l. quæ pater, 2. ff. fam. erciſ. tametſi de ſolo filio emancipato loquatur. Credo tamen, ſaltem de iure Luſitano & Caſtellæ, niſi pater expreſsè filio proteſtaretur, ſe non velle illum mittere ad ſtudia, aut non velle continuare ſumptus in ſtudiis, niſi ipſe tale incrementum compenſare velit in ſua legitima portione, ita, quod velut quidam contractus, conſentiente in eo filio, inter patrem & filium interueniret, non teneretur filius computare incrementum illud in ſua legitima portione. Iura nāque horum Regnorum, quæ citauimus, abſolutè ſtatuunt, vt id non computetur, quare non eſt, quod inſcio, expreſſeque non conſentiente filio, propter ſolum animum patris id ei in legitimam portionē computetur. Quin, ſi propter eiuſmodi expreſſum contractum id filio eſſet computandum, nō poſſet tunc pater non continuare ſumptus in ſtudiis cum filio, eo quod in filii iniuriam & detrimentum id cederet, qui ſumptus antea factos cōputare teneretur in ſuā legitimam portionem cum paruo, aut nullo emolumento, niſi ſtudia abſolueret.

Dubium eſt, ſi filius operam literis dedit per aliquot annos, num pater teneatur eum ſuſtentare in ſtudiis quouſque ea abſoluat: & non mortuo patre, cohæredes teneantur eum ſuſtentare de bonis communibus. Atque ad vtrumque dubium merito reſpondent Doctores negatiuè: inter alios refert ac ſequitur Ant. Gom. ad l. 29. nume. 18. Quod intellige, ſi de patre ſit ſermo, quando non interueniſſet pactum, de quo paulo ante dictum eſt. Sumptus tamē, quos filius ante mortem feciſſet, & ſoluti non eſſent de aceruo toto bonorum patris eſſent ſoluendi vna cum reliquo ære alieno; eo quod debita eſſent patris.

A Quod ad libros attinet, Barto. in tract. de duobus fratr. nu. 15. & §. nec caſtrenſe, citato, nú. 2. Nau. in Man. c. 17. num. 159. & alii, in hunc modum diſtinguunt. Si libri filio quidem erant empti, ſed nondū erant traditi tempore mortis patris, aut certè nondum erat ei facta donatio, & ab eo acceptata, tunc ſiue filius eſſet iam Doctor, ſuaque abſoluiſſet ſtudia ſiue non, pertinent ad patrem, ſuntque inter hæredes diuidendi: eo quod nondum conſummata fuiſſet donatio. Si uerò traditi erant iam filio, & filius erat Doctor aut Licentiatus in ea facultate, vel abſoluerat ſtudia, ita ut in procinctu iam eſſet, vt quæ didicerat, exerceret, uel ea iam exercebat, pertinent integrè ad filium, nec tenetur eos adducere ad partitionem cum aliis fratribus: quoniam, vt diſp. 231. dictum eſt, ſunt bona illius quaſi caſtrenſia, atque in hoc euentu intelligenda eſt l. 5. tit. 25. par. 7. quæ id ſtatuit. Quod ſi ſtudia nondum abſoluerat, afferendi ſunt ad partitionem, quales tempore mortis patris fuerint reperti, ita vt ſi minus valeant, quā quan-

B do filio dati ſunt, quod minus valeat, computetur inter expenſas cum eo filio in ſtudio factas, vel certè in detrimētum bonorum patris cedat, cuius fuit dominium eorum librorum vſque ad ſuam mortem: ſi verò plus valeant incrementum illud accreſcat bonis patris, atque adeò hæredibus, & non filio. Anto. verò Gomez. ad l. 29 Tauri, nume. 17. vult, ſemper, quāndo filio ſunt traditi, ſpectare pleno iure ad filium tanquam bona ipſius, quaſi caſtrenſia, ac proinde ad ducendos non eſſe ad partitionem: atque id primo aſpectu ſonare uidetur l. 5. cit. Veruntamen quod dictum eſt, affirmant Doctores communiter, & eſt rationi magis conſentaneum: neque enim parentes tradere intendunt filijs libros dum in ſtudijs ſunt, vt ſtatim ipſorum efficiantur, ſed ut habeant illos ad vſum, ſicut & cætera ſupellectilia, quæ illis tradunt: quare dominium horum omnium apud pa-

C trem perſeuerat, ſuntque proinde bona profectitia. [illegible]um donatā; adde, eſto, eſſent donata, donationem eſſe ob cauſam, ac proinde abſque dubio conferendam.

DISPVT. CCXL.

Quæ expenderint parentes in peregrinatione filijfamilias, pro illius delicto, in eruendo à captiuitate, aut vinculis conferendane ſint.

ILlud vniuerſim circa hæc omnia eſt dicendum. Quando parentes haberent bona propria filij caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, aut aduentitia, vnde hæc omnia fieri poſſent, cenſenda eſſent facta à parentibus de bonis filij, vt diſputatione præcedente de ſumptibus factis cum eo in ſtudio, dictum eſt, ac pro-

D inde, quod ita inſumptum eſſet, teneretur filius adducere ad partitionem cum alijs fratribus poſt mortem parentum.

Quando filius bona propria non habet, quod pater cum eo in pia aliqua peregrinatione inſumit, nō tenetur filius afferre ad partitionē, vt habetur quarto lib. Luſitanarum Ord. titu. 77. §. quinto. Idem eſſet ſi ad venationem, aut honeſtam aliam recreationem, vt ad haſtiludium, aliosve ſimiles publicos ludos, pro qualitate perſonæ cum eo inſumeret: quoniam hæc omnia ad alimenta competentemque filii ſuſtentationem ſpectant. Cum verò etiam cadant ſub competentem adminiſtrationem bonorum parentum, neque parentes tenentur ea aſſumere in portione, de qua liberè poſſunt diſponere.

Item, quod pater cum eo inſumpſit, vt illum à captiuitate redimeret, aut vt eum à vinculis, vel à delicto liberaret, pœnam pro illo ſoluendo, aut

cum

cum aliquo pro delicto tranſigendo, vel in impenſis litis,& alijs eiuſmodi, non tenetur filius adducere ad partitionem. Ita habetur 4.lib. Luſitan. Ordina. tit.77.§.6. Idem dicendum eſt de iure communi, vt affirmant Syluef.verb.pecul.2.q.14. Nauar. in Ma nual.cap.17.num.165.& latius Ant. Gom. ad l. 29. Tauri,nu.19.& 20.poſt Bart.in l. Stichus, ff. de pecul.leg.conſentit etiam l.liber captus, C. de cap. & poſtlim.reuerſ. Ratio horum omnium eſt,quoniam parentes ex pietate paterna præſumuntur hæc feciſſe animo condonandi,& id poſtulat competens adminiſtratio ſuorum bonorum, exigitque neceſſitas filij, imò eo ipſo,quod filius ad eum ſtatum deuenit, quodam modo ad filij alimenta ſpectant:quare, neque etiam parentes tenentur id accipere in partem ſuorum bonorum,de qua liberè poſſunt diſponere. Si tamen conſtat,parentum animum fuiſſe, vt id filius in ſuam legitimam portionem acciperet, tūc ait Bartol.& conſentiunt cæteri,teneretur filius id in ea computare,idque ſatis apertè colligitur ex l. liber captus, C.de capt.& poſtlim.reuerſ. Rectè etiam Bar. addit,ſi quid horum parens in vita non ſoluit,ſoluédum poſt mortem non eſſe de bonis communibus, ſed de ſola legitima talis filij. Hoc tamen intelligerem,niſi pater in vita ſe aſtrinxiſſet alicui ea ſoluere morteque præuentus non ſoluiſſet:tunc enim, cum pater in vita debitum illud in ſe ſuſcepiſſet,ad æs ipſius alienum ſpectaret, quod proinde de communibus bonis eſſet ſoluendum.

DISPVTATIO CCXLI.

Vtrum militia ſeu officium, aut dignitas, quam pater filio emit, aut dedit, eiuſve æſtimatio, conferenda ſint, itemque quod pater inſumpſit, ut filius gradum, beneficium, ordines, aut aliud ſimile obtineret, & quid de re emphyteutica.

Militia q.d. Militia,in re propoſita appellatur à iure, dignitas,aut publicum officium,ex quo annuatim, aut alijs temporibus,emolumentum aliquod percipitur,vt patet l. Lucius, 1. ff. de leg. 2.& alijs iuribus, quæ ad hoc Anton. Gom.ad l.29. Tauri num. 21.citat,aut,vt gloſ.1.l.omnimodo,§.imputari, C.de inoffic.teſt.ait; Militia eſt redditus,aut officium,vnde redditus prouenit.

Illud etiam vniuerſim dicendum eſt,ſi filius bona propria habeat,ſumptus,quos ad omnia,quæ propoſita ſunt,pater effecerit cenſeri factos ex bonis talis filij,aut vt ex illis compenſentur,iuxta ea,quæ initio diſputationis præcedentis dicta ſunt.

Circa ea,quæ in titulo propoſita ſunt,gloſſa citat. Bart.l.1.§.nec caſtrenſe,ff.de coll.bonorum, Anto. Gom.ad l.22.Tauri,num.21.& 22.Couarruu. 3. li. var.reſol.cap.19.num. 4. & 5. & plerique alij,quos citant,in hunc modum diſtinguunt; Vel id, de quo agitur,vendibile eſt ſaltem, quia licentia dari conſueuit, vt uendatur,aut tranſmiſſibile ad hæredes, vel neque vendibile eſt,neque ad hæredes tranſmiſſibile. In priori illo euentu,nempe quando vendibile,aut tranſmiſſibile ad hæredes eſt,dicūt,ſi militia, officium,aut dignitas,data ſint à parentibus filio,ſaltem quia precibus intuituque parentum ab aliquo ei collata ſunt, conferendam eſſe æſtimationem illius,quantum valet tempore mortis parentum. Conſentit Gama deciſ.29.numero ſecundo,& ſexto. Si verò non hæc ipſa à parentibus filio data ſint,ſed pecunia,aut aliquid aliud, quo ea filius conſequatur, tunc non æſtimationem militiæ,officij,aut dignitatis eſſe conferendam,ſed pecuniam, aut valorem illius alterius rei,quæ à parentibus eſt data conferenda eſſe tempore mortis parentum,vt cum Iaſone recte Ant. Gomez numero 22.cita.ait. Hæc probantur,tum ex l.omnimodo,§.imputari, C. de inoffic. teſtam.illis verbis,eo quod talis ſit militia, vt vendatur,vel mortuo militante,certa pecunia ad eius hæredes perueniat; tum etiam ex l.illud,in princip. C. de collat.

A

Ab hac regula,iuxta ea,quæ in calce diſp.233. dicta ſunt excipiendum in hoc Luſitaniæ regno eſt, quando militia,officium,aut aliud ſimile à rege,aut à quocunque alio precibus, & intuitu parentum filio,aut filiæ,immo & parentibus,vt ſit filio, aut filiæ in coniugium,datur:tunc enim habet id præcipuum talis filius,aut filia, tanquam bonum aduentitium, immo verò tanquam quaſi caſtrenſe,ſi à Rege, Regina,aut Principe ita donetur,vt ibidem dictum eſt, neque tenetur illud,aut æſtimationem illius conferre. Idem videtur eſſe,ſi ad portionem parentum, vel de illorum conſenſu,Rex transferat aliquid eiuſmodi à parentibus in liberos, eſto, id non ſit ad coniugium,vt ex 4.libr.ord.titul.77.§. 10.ibidem dictum eſt;tametſi,quia ibi ſolum eſt ſermo de rebus regis de iure,vel ad vitam,& detentis,quas vocant, id aliqui extendere non audeant ad officia, & his ſimilia; quod tamen probare non videtur Gama deciſ.29.in calce num.5.

B

Circa hæc obſerua,placere mihi opinionem Gamæ ibidem num.40. Nempe,quando parens in hoc Luſitaniæ regno,officium,vel filio emiſſet, vel ſibi, ſed à rege obtineret,vel ad filium illum, dum ipſe viueret,transferret, teneri filium conferre æſtimationem officij,eſto,expirare debuiſſet per mortem patris, ſaltem quantum æſtimatum fuerit translatum eſſe quoad tempus illud,quo pater à tempore tranſlationis ſuperuicturus ſuperabatur, & conſonant quæ in ſimili euentu de rebus emphyteut. emptis à patre ſtatuuntur lib.4. Luſitan.ord.titu.77. §.32.& duobus ſequentibus. Ratio eſt,quoniam dum officium illud quoad id temporis emptum ſit pecunia patris, translatio illa, licet facta conceſſione regis, non tam eſt donatio regis,quàm patris,de bonis proprijs patris,& non regis,tametſi exigentibus ad trāslationē regis auctoritatē;ea autem quæ ex Luſit. ordin.ſuprà relata ſunt, locum habent in bonis regis, quæ ab eo per donationem in parentes emanarunt, non verò in bonis,quæ pater propria pecunia emiſſet:ſi enim pater teneam alicuius, permittente rege, emiſſet,vtique filius tenetur illam adducere ad partitionem cum fratribus,eſto rex ad patris partitionē concederet,vt in vita ſua ad filium eam transferret.

C

Illud etiam obſerua, quando officium per mortē patris erat expiraturum,& pater aut filius à rege dono obtinet, vt poſt mortem patris ipſe in eo ſuccedat,nihil in hoc Luſitaniȩ regno teneri adducere ad partitionem ea de cauſa cum fratribus, etiamſi patris intuitu ſit à rege conceſſum,quoniā illud eſt donatio regis de bonis, quæ ſoli illius diſpoſitioni ſubiacent. Stando autem in ſolo iure communi memento eorum,quæ in calce diſpu.233.ex Anto. Gom.& Aretino retulimus.

D

Illud vlterius eſt obſeruandum, quando rex officium aliquod conceſſiſſet parentibus in dotem alicuius filiæ,vt ſæpe fieri ſolet in hoc Luſitan. Regno, ſiue immediatè ita eſſet conceſſum,ſiue conceſſum eſſet patri,vt poſt mortem ſuam tranſiret ad filiam, aut ad vnam filiarum,quam vellet, vel cum facultate,vt dum viueret,illud transferret, dummodo tamen pater id non emiſſet,tunc filiam quidem, aut generum per mortem patris,nihil omnino ea de cauſa teneri conferre,vt ex dictis patet, iudicatumque refert Gama deciſione 214. attamen, ſi filia contractu arrharum, & dotis in hoc regno nuberet, officium debere dari genero in dotem talis filiæ,æſtimatum certa pecuniæ quantitate, vt ſi filia

præ-

præmoreretur, aut conceſſio eſſet ea lege, vt morte generi expiraret, dos non euaneſceret, ſed reuerteretur, quoad æſtimationem vſque ad illud tempus ad vxorem, aut filios ex ea ſuperſtites, vt fieri ſolet in hoc regno, ſanctumque fuit in euentu, de quo deciſio illa 114. erat controuerſia. Quod verò æſtimatio illa locum habeat comparatione dotis filiæ, ſanè nõ eſt in cauſa, vt filia, vel gener loco filiæ, conferre teneatur, eandem æſtimationem officij à rege filiæ donari, aut vt computare eam teneatur in legitimã portionem talis filiæ. Atque hoc planè eſt legitimũ fundamentum, vnde ſententia in ea deciſione lata æquiſſima fuit.

Couar. libro tertio, var. reſ. cap. 19. à nume. 4. rectè probat quando matrimonium contractu arrharum, & dotis fuit celebratum, ſi maritus conſtante matrimonio emat officium vendibile, aut transferibile ad hæredes, vt eſt regimentum, quod in regno Caſtellæ vocant, & alia eiuſmodi, eſto, vxor capax non ſit illius, ſed ſoli maſculi, nihilominus ſi vxoris morte matrimonium diſſoluatur, & reperiantur bona ſuperlucrata, cum illis computandam eſſe æſtimationem officij illius, vt dimidiam partem eius æſtimationis accipiant hæredes vxoris, ſicut de alijs bonis ſuperlucratis. Quod ſi præter officium illud, non ſint bona ſuperlucrata, æſtimationem illius adiungendam eſſe aceruo omnium bonorum, vt detractis prius quæ ad ſingulos coniuges tanquam propria ſpectant, videatur, an aliquid ſuperlucratum ſuperſit, cuius medietas ad hæredes vxoris pertineat. Idem eſſet, eſto, officium ita à marito emptum nec vendibile, nec transferibile eſſet, & vxor ante virum è vita diſcéderet: æſtimatio. enim illius tempore mortis talis vxoris, quoad tempus quod vir ſperatur vlterius victurus, adducendum ſimiliter eſt ad partitionem inter virum, & hæredes vxoris. Idem quoque dicendum eſt in hoc Luſitaniæ regno, ſiue officium ita emptum à marito vendibile, aut transferibile ſit ad hæredes, ſiue nõ, quãdo matrimoniũ contractu medietatis bonorum fuit celebratum: æſtimandum namque eſt quantum officium illud tempore mortis vxoris valeat, æſtimatioque illa adiungenda eſt cætero aceruo bonorum communium viro cum hæredibus vxoris, vt in duas partes æquales inter maritum, & hæredes vxoris diuidatur, conſentiuntque ea, quæ in ſimili euentu circa bona emphyteutica empta à marito de communibus bonis ſancita ſunt 4. lib. ord. tit. 77. §. 33. & 34. Quando autem officium emptum transferibile eſſet ad hæredes, tunc ſiue matrimonium celebratum eſſet contractu medietatis, ſiue arrharum, & dotis, morte vtriuſuis coniugatorum eſſet æſtimandum, quantũ tunc valeret, æſtimatioque coniungenda eſſet reliquo bonorum acceruo, vt inter ſuperſtitem, & hæredes defuncti diuidererur. Quod ſi pater eſſet, qui moreretur, filius, ad quem officium tranſiret, accipere illud teneretur in ſuam legitimam portionem, aut in id, in quo inſuper à parentibus eſſetælioratus, tenereturque ſoluere cohæredibus portiones, quas, in eo, ſicut in cæteris bonis defuncti haberent. Conſentiunt cum his omnibus ea, quę de emphyteuſi lib. 4. or. ti. 77. §. 32. 33. & 34. ſancita ſunt.

Quod ad poſteriorem euentum attinet, nempe, quando militia, officium, gradus, beneficium, vel quid aliud ſimile, nec vendibile, nec transferibile ad hæredes eſt; conueniunt glo. Bar. Ant. Gom. & alij doct. circa priorem euentun citati, neque illud, neque æſtimationem illius, neque ſumptus, ſi quos parentes in acquirendo illo filiofamilias fecerint, teneri filium conferre, aut computare in ſuam legitimam portionem, ſed habere id præcipuum. Ita probat l. omnimodo §. imputari, C. de inoff. teſtamento, arg. à contrario ſenſu. ſolum enim ſtatuit, filium

A lium debere computare in ſuam legitimam portionem militiam, ſi vendibilis ſit, aut ad hæredes transferibilis: vnde ſi neutrum ei competat, computari non debet. Probat etiam l. 1. §. ſed an id, ff. de colla. bonorum, quæ de eiuſmodi militia, ſeu dignitate agens, ſic habet. Sed an id, quod dignitatis nomine à patre datum eſt, vel debetur, conferre quis in commune cogatur, videamus. Et Papin. ait, non eſſe cogendum: hoc enim propter onera dignitatis præcipuum haberi oportere, ſed ſi adhuc debeatur, hoc ſic interpretandum eſt, vt non ſolum oneretur is, q dignitatem meruit, ſed commune ſit omnium hæredum onus hoc debitum. Vbi vides, ſi quid pater, vt filio talem dignitatem acquireret, ante mortem alicui promiſerat, nec ſoluit, ſoluendum eſſe poſt mortem de communibus bonis patris, non verò de ſola legitima eius filii, cui dignitas acquiſita eſt.

Hinc patet, cum gradus doctoratus, & alii literarii, beneficia Eccleſiaſtica, commendæ militares, ſacri ordines, & his ſimilia, neque vendi, neque tranſmitti ad hæredes poſſint, non teneri filium quicquã propter illa cõferre, etiam ſumptus, quos parẽtes in illis eis comparandis fecerunt; niſi forte parentes cũ filiis prius conueniſſent, ſe ea lege illos facere, vt vel illos poſtea hæredibus ſoluant, vel in ſuam legitimam portionem eos computent, eo pacto, quo duabus diſputationibus præcedentibus in aliis ſimilibus euentibus dictum eſt.

Ex hoc corollario Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, nu. 21. colligit, ſi parentes fundum, aut alia bona filio dederunt in patrimonium, ad cuius titulum ſacros ordines ſuſciperet, non teneri filium ea bona adducere ad partitionem cum aliis fratribus, aut ſumere ea in ſuam legitimã portionem, ſed habere illa præcipua. Eſt tamen collectio nulla, & aſſertio improbabilis, iuxta ea, quæ cum Couar. c. Raynaldus, de teſt. §. 2. nu. 7. diſp. 238. & duabus aliis præcedentibus dicta ſunt. C Si namque id Epiſcopo daretur pro ordinibus conferendis, legitima eſſet collectio: at cũ non detur niſi filio, vt cum ipſo poſt ſuſceptos ordines perſeueret ad congruam ipſius in eo ſtatu ſuſtẽtationem, ſitque vt conditio in eo prærequiſita, ſine qua Eccleſia ſtatuit, vt ordines ſęcularibus hominibus non conferrentur, ſanè collectio eſt nulla, perinde namq; hæc bona ſe habent in filio, atque dos in filia, aut donatio ad nuptias in filiis coniugatis.

De emphyteuſi, quãndo, & quouſque conferenda ſit, aut non, commodius dicetur, dum de contractu emphyteuſis ſermo fuerit.

DISPVT. CCXLII.

Conferre ne teneatur filius, quæ de bonis patris male conſumpſit.

D NAuar. in Man. c. 17. nu. 164. Syluеſ. ver. pecul. 2. q. 9. Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, num. 25. Bar. & alii, quos citant, affirmant, quæ filius de bonis patris occultè accepit, aut de iis, quæ ſibi ab eo tradita erant in ſuſtentationem in ſtudio, aut quouis alio modo, malè conſumpſit in ludo, cum meretricibus aut alia ratione, teneri adducere ea ad partitionem cum fratribus, & computare in portione, quę ipſum contingit. Nauar. ibidem num. 156. excipit cum D. Ant. 2. par. tit. 1. c. 15. §. 1. niſi pater dum vixerat, illa ei condonaſſet.

Poterit tamen quis in hunc modum obiicere. Cũ filius ſaltem de iure Luſit. vt diſp. ſeq. videbimus, adducere teneatur ad partitionem, quæ ſibi à patre fuerunt donata, cõdonatio illa patris nihil filio proderit, quominus teneatur ad partitionem adducere, quæ de bonis patris malè conſumpſit.

Vt verò hæc, quæ quotidiana ſunt, exactius percipian-

cipiantur, dico inprimis: Quando filius non maiorem quantitatem inſumpſit, quàm pater contentus eſſet, vt in ſui ſuſtentationem, & honeſtas recreationes inſumeret, ad nullam reſtitutionem, aut compenſationem tenetur, ſi quid intra illam ſummam inordinatè, & contra voluntatem patris in ludo cum meretricibus, aut alio modo conſumpſit. Sotus 4. de iuſt. q. 5. art. 2. & alij prudenter arbitrantur, eum filium, qui quotannis centum aureos accipit à patre in ſuam ſuſtentationem, regulariter poſſe quotannis inſumere quatuor aut quinque aureos in eleemoſynis, donationibus, & honeſtis recreationibus. Ratio autem quare filius, quando illam ſummam non excedit, reſtituere non teneatur, quod inordinate inſumit, eſt, quoniam pater inuitus non eſt, quoad ſumptus, ſed quoad modum, & quoad obiecta, circa quæ inſumpſit, & filius quaſi computat in hos ſumptus alios honeſtos, quos ſine reſtitutionis onere efficere poterat, addo, neque meretricem, aut qui ludo eſt id lucratus, reſtituere teneri, quando pater certam pecuniæ ſummam tradit filio ad ſumptus, quã liberum ei relinquit inſumere, modo nihil amplius peteret. Aut quando pater eius eſt ingenij, vt quãuis omnino non velit, vt filius eo pacto id inſumeret nihilominus poſtquam eſt inſumptum, reſtitutionẽ non exigat, id quod de pluribus parentibus eſt exiſtimandum, quando ſumma non eſt magna, præſertim cum intelligant, ſe non religioſis, ſed iuuenibus ſæcularibus committere diſpoſitionem ſuæ pecuniç ad ipſorum ſumptus & ſuſtentationem, ſciantque pro humana fragilitate non aliter eſſe eam regulariter adminiſtraturos. Quando tamen uoluntas patris omnino eſſet, vt filius ea via dominiũ non transferret, & vt qui acciperet, reſtitueret, tunc accipiens reſtituere teneretur.

Deinde dico, non ſemper, quando filius ita inordinatè aliquid contra voluntatem patris inſumit, vt lethaliter peccet transgrediendo eo pacto patris voluntatem, teneri adducere illud ad portionem cum alijs fratribus. Ratio eſt, quoniam raro inuenitur pater, qui, ſi quod ita inſumitur, non valde excedat, velit vt filius poſt mortem ſuam ad partitionem id adducere teneatur, ſufficitque ea tacita, ac præſumpta voluntas patris, vt adducere illud non teneatur. Neque obſtat, quòd filius adducere teneatur ad partitionem donata à patre, quoniam id non eſt intelligendum de ijs, quæ inter alimenta poſſunt computari, de quorum numero ſunt ea, de quibus diſputamus: pater namque pro arbitratu dare poteſt maiora alimenta, quoad victum, veſtitum, equitatum, ſeruos, recreationem, donationes, & id genus alia, vni filiorum, quam alijs, condonareque tacitè, aut expreſsè poteſt filijs multa per interualla, quorum neque ſingula, neque omnia ſimul ſumpta habita ratione intercapedinis temporis, exceſſiua ſint. Quando ergo quis accedit ad confeſſionem, qui ſimilia contra voluntatem patris conſumpſit, ſi exorbitantia, atque inconſueta non ſint, interrogandus eſt, an certus ſit, patris voluntatem non eſſe, vt poſt mortem ſuam teneatur ea adducere ad partitionem cum fratribus. Quod ſi affirmanter reſpondeat, arbitror, nihil illi eſſe iniungendum; ſi verò dubitet, aut credat patrem velle, vt ea adducat, reſtituere eſt cogendus, aut obtinere à patre veniam, niſi confeſſarius ſua prudentia iudicet, illum decipi. Solent enim, qui vigeſimumtertium, aut vigeſimumquintum ętatis annum non attigerunt, præſertim, ſi timidi ſint, & parentes ſeueri in vitiis filiorum prudenter obiurgandis, neque multum ſint liberales, ſed potius tenaces, & parci, longè aliter de parentib. hac in parte concipere, quàm rei veritas habet. Quando verò ſumma inordinatè inſumpta tanta eſſet, vt attenta qualitate parentum, & filij, omnino excederet alimentorum fines, tunc, eſto, conſtaret patrem, quantum ex ſe eſt, liberè id remittere, filius tamen cogendus eſſet adducere exceſſum ad partitionem, niſi pater in portionem, de qua liberè poteſt diſponere, id acciperet, aut niſi fratres tantundem inordinatè inſumpſiſſent: nam tunc locus eſſet compenſationi.

DISPVT. CCXLIII.

Vtrum donationes ſimplices parentum in filios adducendæ ſint ad partitionem.

OBſeruãdum eſt, de iure communi donationem ſimplicem patris ad eum filium, qui ſub ipſius eſt poteſtate, inualidam eſſe, niſi à patre ſit ei facta traditio. Præterea, eſto, traditio ſit ei facta, integrũ eſſet patri illam reuocare interim dum viuit, quod ſi eam non reuocet, morte patris confirmari, fierique validam omnino, atque retrotrahi ad tempus, in quo facta fuit, vt vnà cum re donata, fructus etiam inde percepti, ad eum filium ſpectent. Modo, ſi ei facta ſine inſinuatione fuit, non excedat quantitatem, quam ſine inſinuatione permiſſum eſt donare, alioquin per ſolam mortem patris non confirmatur quoad exceſſum, niſi tempore mortis expreſſe pater donationem confirmaret: nam tunc valeret, etiam quoad exceſſum, non quidem vi donationis, ſed legati, quod inſinuationem non exigit, vt in quacunque quantitate factum, validum ſit. Hæc patent ex l. donationes, 1. iuncta gloſ. ibi, in verbo, referatur, C. de don. inter virum, & vxor. ex l. 2. iuncta gloſ. in verbo familiæ, C. de inoſ. donat. l. cum rebus, C. de donatio. l. quarta, tit. 16. par. 6. & alijs iuribus, & affirmant Anton. Gom. 2. to. variarum reſol. c. 4. in fine, & ad l. 17. Tau. num. 8. & ad l. 29. nu. 26. Cou. c. Raynaldus, de teſt. §. 2. nu. 7. Greg. Lop. ad l. 4. cita. Nauarr. in Man. c. 17. nume. 146. iuncto 149. & alij Doct. communiter. Ius comm.

Si tamen donatio ſimplex facta à patre filio in eius poteſtate conſtituto, confirmaretur iuramento, valida ſtatim eſſet, eſto, nulla facta eſſet traditio, quoniam, cum mala, & prohibita non ſit, ſed ſolum reddita nulla iure poſitiuo, vires ex iuramento aſſumeret, iuxta ea, quæ diſput. 149. & 150. dicta ſunt. Excipe in hoc Luſitaniæ regno, niſi à rege obtenta eſſet facultas, vt ea donatio iuramento confirmaretur, iuxta ea, quæ diſputat. 149. citata, dicta etiam ſunt.

Donatio prætꝫrea vſusfructus in bonis aduentitijs eius filii, cui vſusfructus condonatur, valida etiã eſt, vt diſp. 8. oſtenſum eſt. Item, donatio bonorum mobilium filio proficiſcenti in bellum, aut vt inſumat in aula, & ſeruitio regis, ſtatim valet, bonaque illa caſtrenſia efficiuntur, vt diſp. 230. dictum eſt. Tametſi in hoc Luſitaniç regno teneatur reſtituere patri, quç ſuperfuerint, vt ibidem dictum eſt. Præterea libri, qui donantur illi, qui in procinctu eſt, vt facultatem, quã didicit, exerceat, aut aliquid aliud ad exercitium eius facultatis conducens: hæc enim quaſi caſtrenſia bona illius efficiuntur, vt diſpu. 231. explicatum eſt. De his tamen quaſi caſtrenſibus bonis dubium eſſe non poteſt, quin filius, neque conferre, neque computare ea in ſola ſua legitima teneatur; atque eiuſmodi donationes potius cum donationibus ob cauſam, quam cum ſimplicibus, de quibus modo eſt nobis ſermo, ſunt computandæ.

De eodem iure communi, donatio ſimplex facta à patre filio emancipato, aut à matre, vel auis maternis, aut auia paterna (idem erit hodie in hoc Luſit. regno ab auo paterno) filio ſiue emancipato, ſiue non emancipato, valet ſtatim, etiamſi facta ei non ſit traditio. Ita habetur l. cum de bonis, & l. cum res, C. de donat. inter virum, & vxorem, & l. 2. C. de inoſ. donat.

nat. & affirmant Ant. Gom.2.tom.var. reſol. c.4. in fine,& ad l.17.Tauri, nu.8. & ad l.29.nu.26.& alij Doctores communiter. Ratio autem eſt,quoniam ſub nullius horum eſt poteſtate quod erat in cauſa, vt donatio patris ad filium ſub poteſtate ipſius conſtitutũ inualida eſſet,niſi & facta eſſet traditio,& patris morte cõfirmaretur. Obſerua tamẽ ſi donatio ſimplex facta filio à parente, ſub cuius poteſtate non eſt, inſinuata non ſit, ſummamque excedat, quæ ſine inſinuatione donari poteſt, inualidam eſſe quoad exceſſum,ſicut & aliȩ factæ extraneis.

De eodem iure communi donatio ſimplex facta à patre filio emancipato, conferenda eſt, vt habetur l.vt à liberis, in fine, C.de collatio. illis verbis. Emancipatis videlicet liberis vtriuſque ſexus, pro tempore præcedentium legum, ea quæ in ipſa emancipatione à parentibus ſuis (vt fieri aſſolet) conſequitur, vel poſt emancipationem ab eiſdem acquiſierint,& collaturis. Idem apertè habetur l. 4.tit.15.par.6.argumento à contrario ſenſu, & affirmant Bart.& communis Doctorum ſent. quam referunt,ac ſequuntur Gregor. Lopez ibidem, & Ant.Gom.ad l.29.Tauri,num.26.

De eodem iure communi donatio ſimplex facta à patre filio ſub ipſius poteſtate exiſtenti, ſiue ſtatim valeat, ſiue patris morte confirmetur, non eſt conferenda, atque adeò nec aſſumenda in legitima ipſius portione. Duo caſus excipiuntur. Primus eſt, quando pater ſtatuit vt conferretur, modo id ſtatuerit quando donabat, aut antequã donatio confirmaretur, redderetur que irreuocabilis: ſecus autem, ſi poſtquam iam eſſet firma & irreuocabilis, nam tunc præceptum non obligaret. Secundus, quando alius filius conferre tenetur donationem ob cauſam, aut aliam ſimplicem, tunc enim, ne daretur ea inæqualitas, teneretur hic alius conferre ſimplicem donationem ſibi factam, niſi alteri remitteret obligationem conferendi donationem quam ſine tali remiſſione conferre teneretur. Si tamen ille alter filius ſolum teneretur conferre donationem aliquam ob cauſam,huic verò duplex donatio à patre eſſet facta, vna ſimplex, & alia ob cauſam, ſi hic conferret ſolum donationem ob cauſam,ſatis eſſet:nam eo dato, ſeruaretur æqualitas. Hæc omnia patent ex l.illud,§.penul.& §.vl.iuncta gloſ.vl. C.de colla. & ex l.4.tit.15.par. 6. affirmatque communis Doctorum ſententia, quam Gregor.Lop.ibi,& Ant.Gom.ad l.29.Tau. nu.26.referunt,ac ſequuntur. Neque fortè retragatur Couar.c.Raynal.de teſt.§.2.num.6.qui obſcure loquitur, affirmatque eã donationem factam filiofamilias,quæ patris morte confirmatur,conferendam quidem non eſſe,at verò imputandam eſſe filio in legitimam portionem, loqui namque videtur,quando pater minus legitima portione ei reliquit, idque ad effectum, vt agere non poſſit querela inoffi.ioſi teſtamenti aduerſus patrem, neque iura, quæ ad hoc confirmandum citat,id ſufficienter probant. Præterea violenta ſatis expoſitione interpretari conatur l.4. Caſtel. cita, quæ de collatione agit, affirmatque talem filium debere habere eam donationem præcipuam (exceptis duobus illis caſibus ſupra explicatis) & accipere portionẽ integram ipſum in bonis patris defuncti contingentem. Melius Greg. Lopez ad l.3.ti.4.par.5. in verbo, *En ſu parte*, ait,eam legem tertiam,quæ ſtatuit donationem factam filiofamilias à patre eſſe inualidam, tenerique talem filium adducere illam ad partitionem, computareque eam in ſuam portionem, conciliandam eſſe cum l.4.tit.15.par.6.& cum l.illud. C.de collationibus vt intelligatur ſolũ in illis duobus caſibus, in quibus hæ duæ leges id

A faciendum præcipiunt, nempe quando pater id ſtatuit,& quando aliquis alius filiorum adducere teneretur ad partitionem donationem ob cauſam,aut aliquam aliam,eodemque modo intelligẽdos eſſe Bar. & quoſdam alios, qui idem interdum ſonant, quod lex illa 3.Caſt.

De eodem iure communi, donatio ſimplex facta à matre,ab auis maternis,aut ab auia paterna,conferenda non eſt,niſi in duobus illis caſibus nempe quãdo parens,qui donauit,id præcepit,aut quando aliquis alius cohęredum conferre tenetur donationem factam ſibi ab eodem parente ob cauſam. Ita habetur l.illud,§.penul.& §.vlt.C.de collationibus & affirmat communis Doctorum ſententia, quam ſequuntur Anton.Gomez.ad l.29.Tauri, num.26.& Gregor.Lop.ad l.4.titu.15.par.6.glo.1. Rationem autem cur eiuſmodi donationes conferendæ non ſint, cum tamen adducendæ ad partitionem ſint, quæ à patre filio emancipato ſunt factæ, reddit, poſt
B Anton.Gom.loco cita. Circa hactenus dicta de collatione harum omnium ſimplicium donationum, l. gloſſam vlt.in Auth.ex teſtamento, iunctis additionibus omnibus illius gl.C.de collationibus, & comperies,tandem gloſ. iunctis additionibus in his omnibus nobiſcum conſentire. Hæc ſunt, quæ de iure communi ſparſim, ſatiſque inuolute de ſimplicibus donationibus earumque collatione conſtituta ſunt.

Quod ad ius Luſitanum attinet,nihil innouatum video quoad validitatem eiuſmodi donationum. Quoad collationem autem,lib.4.ordina.tit.77.§.1. ſancitum eſt, vt omnia vniuerſim donata à parentibus afferantur ad partitionem cum fratribus, etiam ſi donationes ſimplices ſint, atque ita vſu eſt receptum. Excipitur, vſusfructus condonatus filiofamilias:nam lex illa intelligenda eſt de donatis ex bonis proprijs parentum. Excipitur præterea, ſi quid eo
C ipſo,quod donatum eſt,efficiatur caſtrenſe,aut quaſi caſtrenſe bonum filiorum, vt ex eiſdem ordinationib. conſtat,& ſuis locis eſt explicatum. Si verò aliquid à parentibus filijs eſſet donatum, quod conditione parentum,& filiorũ attenta,modicum quid eſſet,neque limites egrederetur donationũ,quas ad parentes pro adminiſtratione ſuorum bonorum facere ſpectat,id ſanè conferendum non eſt,neque parẽtes in tertio,de quo libere poſſunt diſponere,tenẽtur id accipere,vt & ratio pręſcribit,& vſus obtinet.

Quod etiam parentes filijs etiam coniugatis,egẽtibus ad alimenta moderatè darent, conferendum non eſt: quoniam potius eſt perſolutio debiti, quo parentes in eo euentu liberis tenentur,& è contra liberi parentibus,vt ſupra ſuo loco dictum eſt, quàm donatio, neque parentes tenentur id ſumere in tertio ſuorum bonorum.

Quod ad ius Caſtellȩ attinet,hodie poſt l.17.Tau
D ri,quæ eſt l.1.ti.6.li.5.nouæ collect.iuncta l.26.Tauri,quæ eſt l.10.tit.6.cita. ſi de validitate donationis ſit ſermo, omnis donatio ſimplex facta filio, ſiue in poteſtate ſiue emancipato,& ſiue à patre,ſiue à matre,aut ab alijs aſcendentibus,valida eſt,eſto non ſit facta traditio: attamen tunc reuocari poteſt pro libito vſque ad mortem parentis,qui illam fecit. Si verò ſit facta traditio,etiam per ſolam clauſulam conſtituti,eſt omnino irreuocabilis,& firma. Vnde corrigitur ius commune. In primis, quia donatio facta à patre filiofamilias ſine traditione, valida eſt,vt confirmetur morte patris,cuius contrarium iure cõmuni erat diſpoſitum. Deinde, quia donatio facta eidem filio coniuncta cum traditione ſtatim eſt firma, & irreuocabilis, cuius contrarium diſpoſitum erat de iure cõmuni. Tertiò,quia donatio facta filio emancipato,aut à matre, vel ab aliis aſcendentibus ſine traditione,ſtatim erat firma, & irreuocabi-

lis

lis de iure cõmuni: de iure autem Regni Caſtellæ ſemper eſt reuocabilis vſque ad mortem donantis. In his conueniunt Gregorius Lopez ad l. 3. ti. 4. pa. 5. verbo, *Nouäldria*, & Cifuentes, ac Palacio Ruuias, cita. ab Anton. Gom. ad l. 17. Tau. nume. 9. Anton. autem Gom. ibidem, & ad l. 29. in calce, num. 30. contrarium affirmat, nempe, quoad validitatem donationum, nihil in regno Caſtellæ eſſe innouatum. Sed placet prior ſententia, quã apertè ſonant iura citata. Argumentatur Anton. Gomez, quòd ex hac ſententia ſequeretur, legatum relictum à patre filio, aut filiæ, ſecuta traditione, non poſſe reuocari, cum etiam de legatis prædictæ leges Caſt. loquantur: quod tamen eſt falſum, cum legatum ſemper retineat rationem vltimæ voluntatis, quæ ante mortem poteſt reuocari. Dicendum tamen eſt l. 17. dum ſermo fit de traditione, quæ meliorationem irreuocabilem efficit, apertè traditionem coniungi cum ſolo contractu inter viuos, neque lex illa vult idem eſſe in vltima voluntate.

Argum.

Diſſoluitur.

Quod attinet, vtrum ſimplex donatio conferenda ſit, dicendum eſt. Donationem omnem ſimplicem de iure Regni Caſtellæ, ſiue per vltimam voluntatem, ſiue contractu inter viuos alicui filiorum, aut deſcendentium ſit facta, cenſeri eo ipſo meliorationem in tertio, & quinto, eſto, à teſtatore, aut donante non exprimatur, ac proinde non eſſe conferendam, nec computandam in legitimam, ſed eum, cui facta eſt, habere illam præcipuam. Quod ſi tertium excedat, incrementum computandum eſſe in legitimam. Si verò excedat legitimam & tertium, ac quintum, tunc, quoad incrementum eſſe inofficioſam, & inualidam. Ita habetur l. 26. Tauri, & affirmant Anton. Gom. ad l. 29. Tauri in calce, num. 29. & 30. Couar. cap. Raynaldus, de teſt. §. 2. nume. vl. & Greg. Lopez ad l. 3. tit. 4. par. 5. ver. *En ſu parte.* Quod ſi obijcias l. 29. Tauri, quæ ſtatuit, filios, ſi partem in hæreditate defuncti habere velint, teneri adducere ad partitionem, dotem, & donationem propter nuptias, & alias donationes, quas ab eo parente acceperant; vbi apertè innuitur, omnes vniuerſim donationes conferendas eſſe, computandaſque in legitima. Reſpondent optimè Ant. Gom. & Couar. locis citatis, ibi ſermonem eſſe de alijs donationibus ob cauſam, quales erant dos, & donatio propter nuptias, non verò de ſimplicibus donationibus, de quibus l. 26. eſt ſermo, ſicque duo illa iura optimè inter ſe conſentire.

Obiectio.

Diluitur.

DISPVT. CCXLIV.

Remuneratoria donatio parentum ad liberos an ſit conferenda.

SErmo eſt de donatione pro obſequiis, & induſtria, non quidem ordinaria, ſed extraordinaria alicuius filiorum, quæ multum vtilis parenti fuit, & pro liberalibus donis alicuius ſimiliter filiorum, qui vel opificio in domo patris multa lucratus eſt, quæ iuxta dicta diſputa. 234. poterat ſibi accipere, & patri reliquit, vel alia via dono illi tribuit. Quando autem eiuſmodi omnia benemerita æqualia in filijs omnibus eſſent, locum non haberet remuneratoria donatio, quam vnus filiorum præcipuam ea de cauſa in bonis patris haberet.

Bar. in tract. de duobus fratribus & l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de colla. bono. Nauarrus in Man. cap. 12. nume. 144. & quatuor ſequentibus, Syluest. ver. peculium. 1. q. 19. & latius, verbo, donatio, 2. q. 7. pronunciato 13. Ant. Gom. ad l. 29. Tauri, nu. 33. Cou. cap. cum in officijs, de teſt. nu. 11. & alij quos referunt, in ea ſunt ſententia, vt dicant, filium non teneri eam donationem conferre, ſed habere illam præcipuam. Quod Nauarrus intelligit etiam de donatione à parente facta cuicumque filiorum pro quocunque labore, induſtria, & obſequio, quæ pluſquam alii filii ipſi exhiberet, iuxta ea, quæ diſput. 234. ex illius mente retulimus, & quibus non acquieuimus.

A

Ducuntur hi authores, quoniam eiuſmodi remuneratoria donatio, non eſt ſimpliciter donatio, eò quòd ſit de re ex gratitudinis virtute, moralique honeſtate debita, eaque de cauſa computanda non ſit cum alijs donationibus, de quibus controuerſia eſt, an conferendæ ſint, necne: quippe per eam vnus filiorum præ alijs obtineat quòd ſibi à parente modo prædicto erat debitum. Si tamen donatio nimis excederet, tunc quoad exceſſum non eſſet remuneratoria vt de ea nunc loquimur: quamuis enim gratum hominem deceat remunerare vltra obſequia, & beneficia ſibi impenſa, non tamen id facere poteſt ad effectum, vt præiudicet legitimis aliorum filiorum.

B

Quando conſtat de meritis facta parenti à filio cenſetur remuneratoria: quando verò de eis non cõſtat, affirmant Doctores citati, ſtandum non eſſe iuramento parentis, quo iuret, merita præceſſiſſe, eaque de cauſa donare, niſi merita probentur: eo, ꝙ agatur de præiudicio fratrum. Si tamen donatario conſtaret de meritis, id ſufficeret in conſcientiæ foro, vt reſtituere non teneretur ita donatum, aut vt efficere poſſet occultam compenſationem.

Pinellus, l. 1. de bon. mater. p. 3. à num. 59. præſertim, nu. 62. corol. 11. cenſet, non ſatis eſſe debitum ex honeſtate morali, ſed neceſſarium eſſe debitum ciuile, & ex iuſtitia, vt hoc & priuilegia alia, quę Doctores communiter ſolent ei tribuere, competant donationi remuneratoriæ, vnde conferendam eam cenſet. Id confirmat, quoniam filij reddere non poſſunt parentibus obſequia, & beneficia æqualia ijs, quæ parentibus debent; quare neque ex gratitudine parentes eis tenentur. Pinel. ſnĩa. Eam cõfirmat.

C

Non eſt tamen recedendum ab illa alia ſententiam, quam Pinel. communem fatetur. Vnde negandum eſt, vt illam præcipuam filius habeat, non ſatis eſſe verum debitum ex honeſtate morali ac gratitudine. Ad confirmationem dicẽdum eſt, quemadmodum nihil impediente beneficio longè maiori vitæ & aliorum bonorum, quæ filij à parentibus receperunt, eſſe poteſt interdum debitum ciuile atque ex iuſtitia, quo parens filio teneatur, vt ſi vſurpet vſum fructum bonorum aduentitiorum filij, quando ad filium, & non ad patrem ſpectat, & in multis aliis euentibus ita poſſe eſſe debitum ex gratitudine, & honeſtate morali, præſertim, quo ratio poſtulet, vt prius vni, quàm alteri exhibeatur, ſaltem quia meritis vnius debetur talis retributio, & non alterius: eo modo quo licet Deo retribuere non poſſumus tantum obſequii, quantum ipſi debemus, meritis tamen noſtris debita eſt retributio vitæ æternæ, & quando nobis confertur, accipimus, quod nobis eſt debitũ. Refellitur. Ad cõfirm.

D

Dubium tamen eſt, vtrum quamuis remuneratoria eiuſmodi donatio patris ad filium conferenda non ſit, ſed filius præcipuè eam habere debeat vltra ſuam legitimam, ſit nihilominus extrahenda de ſola portione patris, de qua poteſt libere diſponere, an verò de toto bonorum aceruo, ita vt legitimæ filiorum minuantur ea de cauſa, & parens in hoc Luſitaniæ regno diſponere poſſit de toto tertio, & in regno Caſt. de toto tertio, & quinto. Couar. loco citato arbitratur, quando non interuenit debitum ex iuſtitia, deducendam eſſe, non de toto aceruo, ſed de tertio, & quinto defuncti. Confirmat id ex gloſ. vltima Authen. Vnde ſi parens, C. de inoffi. teſt. quæ ait; propter donationes minuẽdas eſſe por-

portiones legitimas filiorum. Gloſ. tamen iſta, quæ à Doctoribus citatur etiam in contrarium ſententiam, neutri patri fauet: quia in ea nullus eſt ſermo de donatione remuneratoria. Dicendum verò eſt de communi Doctorum ſententia deducendas eſſe de toto aceruo, tanquam æs alienum ſiue inter viuos fiant, ſiue per vltimam voluntatem.

Sententiæ hactenus definitæ non refragantur ordin. Luſit. lib. 4. ti. 77. §. 1. quatenus ſtatuunt donationes omnes ibi ſermo eſt de proprijs donationibus, non verò de improprijs, quales ſunt, quę ob merita vni filiorum debentur præ alijs, in quib. neque reuocatio propter ingratitudinem habet locum, neque inſinuatio eſt neceſſaria, vt Doctores communiter affirmant, & alio loco dicetur.

DISPVT. CCXLV.

Nonnulla in complementum tractatus de partitione bonorum.

De iure Luſit. lib. 4. ord. tit. 77. §. 14. ſtatuitur: Si quis parentum, aut quicunque alius, hæreditatem obtineat, ex qua partitio alicui alteri tradi debeat, iſque, cui partitio eſt tradenda, illum alium citet, & coram iudice petat, vt partitionem ſibi tradat citatus verò id recuſet, eò quòd fratrum aliquis, aut cohæredum abſens ſit, nec citò ſit venturus, nec poſſit vocari, vt per ſe, vel alium ad partitionem accedat, tunc iudicem teneri adire locum, vbi hæreditas eſt ſita, aut adeò aliquem deſtinare, qui tantam portionem hæreditatis petenti partitionem tradat, quã tam exiſtimatur fore illi obuenturam, vt eam colat, & ea potiatur interim dum partitio non fit. Hunc verò tempore partitionis habere ſibi præcipuos omnes fructus inde perceptos, ſolumque teneri adducere ad partitionem id, quod de hæreditate ſibi fuit traditum. Quòd ſi id notabiliter meliorauit, teneri cohæredem, aut cohæredes, æqualem meliorationẽ in bonis reliquis adducere ad partitionem aut illi perſoluere portiones talis meliorationis, quæ ipſos contingunt.

Quando aliquis fratrum, aut cohæredum eſt abſens in loco certo, vbi citari, & admoneri poteſt, vt per ſe, vel per alium ad partitionum accedat, eſto alij partitione petant, non debet eam exhibere is, qui in poſſeſſione eſt bonorum defuncti, quouſque ille alius admoneatur, ac citetur, cõgruoque tempore expectetur, attamen vnicuique præſentium tradi debet portio fructuum hæreditatis, quæ ad ipſum ſpectat, iuxta proportionem partis hæreditatis, quæ vnumquemque contingit, atque in eadem proportione perſoluet vnuſquiſque partem expenſarum, aut ex fructibus ipſis, priuſquam diuidantur, extrahetur. Portionem verò fructuum, quæ ad abſentem ſpectat, ſeruabit illi is qui in poſſeſſione eſt bonorũ. Hæc habentur tit. 77. cita. & §. 17.

Quando partitio coram iudice petitur, atque vel is, qui eſt in poſſeſſione bonorum defuncti, in mora eſt illam tradendi, vel aliquis eorum eam accipiẽdi, ſaltem quia, cum abſens ſit citatus, & expectatus eſt tempore congruo, & neque per ſe, neque per aliũ ad partitionem acceſſit, tunc reliquis in modum pignoris tradendæ ſunt portiones, quæ vnumquemque contigunt, neque hi poſtea fructus inde percep tos afferre tenentur ad partitionem, ſed habent illos præcipuos, eſto, alius poſtea velit, vt iterum partio fiat. Ita habetur loco cita. §. 16.

Quando res aliquæ non poſſunt commodè diuidi in partes, ſiue illæ mobiles ſint, vt mancipium, equus, & ſimiles, ſiue immobiles vt molendinum, domus, & alia eiuſmodi (cum quibus computa, quę nõ A ſine earum notabili iactura diuidi poſſunt, vt eſt interdum vinea, iuxta l. 10. titu. 15. par. 6. iunctis, quæ cum aliis ibi Gregorius Lopez in verſ. (*caſa o viña* notat) ita inter cohæredes, aut ſocios ſunt diuidendæ, vt compenſatione quarundam rerum cum aliis de communi ipſorum conſenſu, vnuſquiſque portionem, quæ ipſum contingit, de bonis illis communibus accipiat. Quod ſi in re aliqua, aut in aliquibus rebus, omnino non conuenerint, deuenitur ad licitationem, vt qui plus pretii pro illa obtulerit, ſiue is ſit de numero cohæredum, ſine aliquis extraneus, eam accipiat, pretiumque inter cohæredes diuidatur. Si vero, qui partem maiorem in ea re habet, ęquale pretium offerat, ita vt nõ ſit, qui plus pro ea dare velit, tunc ipſe ratione maioris partis, quam in ea habet, præfertur aliis, vt cum Baldo & aliis, notat Grego. Lop. l. cita. Quod ſi nec ſic ad exitum perduci poſſit partitio, neque aliter cohæredes inter ſe conueniant, de iure Luſitano lib. 4. ord. ti. 77. §. 18. ſtatuitur, vt ea B res locetur, & penſio, quæ pro ea quotannis ſoluetur, inter cohæredes diuidatur. De iure tamen communi, §. quædam actiones, inſt. de actionibus, & §. familiæ ereiſc. Inſt. de offic. iud. l. item Labeo, & l. antepen. ff. famil. erciſ. & l. 10. tit. 15. p. 9. atque aliis iuribus iuncta gloſſa l. 2. verb. partitionib. C. quando, & quibus, lib. 10. præcipitur iudici, vt, cui melius ex cohæredibus cenſuerit, adiudicet eam rem, eique præſcribat quantum pretii cuique ex cohæredibus ſoluere debeat. Denique ei conceditur, vt difficultates, quæ circa partitionem occurrerint, ſuo iudicio dirimat, prout commodius iudicauerit, cohæredeſque parere cogat. Quin eidem conceditur, vt ſi in confiniis prædiorum ruſticorum, aliquid corrigi, aut mutari iudicauerit, ad perſpicuitatem maiorem, difficultateſque in poſterum tollendas, id efficiat, adiudicando vni partem prædii alterius, eique præcipiendo, vt in pecunia alteri ſoluat, quantum id æſti- C mabatur. Ita habetur l. 2. 3. & 4. ff. finium regundorum, & l. 10. citata.

Quando morte vnius parentum, ſuperſtite altero, remanent multi filii defuncti, quorum aliquis ad vigeſimum quintum annum non peruenit, reliqui, qui maiores fuerint, partiri poterunt bona cum parente ſuperſtite tam ſuo, quàm minoris, aut minorũ nomine, modo tamen iudicis orphanorum authoritas ad id accedat. Poſtquàm vero ita facta fuerit partitio cum parente ſuperſtite, Iudex præſcribit, qui loco minoris partitionem cum fratribus maioribus efficiat, validaque erit partitio eo pacto cõfecta. Ita de iure Luſit. ſancitum eſt tit. 77. cita. §. 19.

Quando matrimonium mediatis contractu fuit celebratum, & defuncto marito vxor ſuperſtes manet, ſi antequam filiis mariti, aut aliis illius hæredibus, partitionem bonorum tradat, fructibus, aut pecunia hæreditatis aliquid emat, aut lucretur, tenetur D id totum vna cum hæreditate & fructibus remanentibus adducere ad partitionem, eſto illa ante talem partitionem ad ſecundas tranſierit nuptias. Si tamen filii, aut alii hæredes mariti, potius voluerint, vel ad partitionem afferat hæreditatem, & fructus omnes inde perceptos, ſeu eorum æſtimationem, atque *os renouos*, quos vocant, bonorum hæreditatis, optio eſt penes ipſos, vt vel hæc, vel empta, & lucrata cogatur adducere. Idem eſt, ſi defuncta vxore, & ſuperſtitibus filiis ſolius vxoris, & non mariti, aut aliis hæredibus vxoris, maritus ante partitionem fructibus, & pecunia hæreditatis aliquid emat, aut lucretur. Quando namque ſuperſtites eſſent filii communes vtriuſque coniugis, tunc id locum non habet, quoniam vſusfructus bonorum, quæ ex matre ad tales filios ſpectant, pertinet ad patrem. Hæ omnia habentur lib. 4. ord. tit. 77. §. 20. & 21.

Quan-

Quando qui partitionem bonorum tradere tenetur, in poſſeſſione eſt eorum, ſiue is filius ſit, ſiue alter coniugum, quouſque audiri non debeat antequã partitionem incipiat, & abſoluat, & quouſque alij, qui in poſſeſſione non ſunt, debeant audiri, lege tit. 77. cita. à §. 23. vſque ad 28.

Si quæ priuilegia, aut ſcripturæ aliæ omnibus, aut pluribus hæredibus communia, reperta fuerint in bonis defuncti, & defunctus vni hæredum ea prælegauit, is obtinere ea debet ſed prius quam illa accipiat, tradere debet publicum tranſumptum alijs hæredibus petentibus, inſuper tenetur præſtare cautionem ſe editurum, ac proditurum originale in iudicium, aut extra iudicium, quoties cuique hæredum opus fuerit, l. Pomponius. in princip. & §. 1. ff. fami. erc. & l. 8. tit. 15. par. 6. Hac eadem ratione, ſi ſeruũ, qui negocia teſtatoris gerebat, alicui legaſſet, non prius legatario eſſet tradendus, quam rationem omnium integram reddidiſſet, vt habetur duobus iuribus citatis. Quod ſi priuilegia, & aliæ ſcripturæ hæredibus communes, nulli eorum eſſent prælegata; tunc is nulla obtinere debet, qui in maiori bonorum parte fuerit hæres inſtitutus, præſtito ſimiliter tranſumpto cæteris cohæredibus id petentibus, & cautione, ſe originale editurum quoties illo indiguerint, ita habetur l. ſi quæ ſunt cautiones, ff. famil. ercif. & l. 7. tit. 15. par. 6. Si verò nullus in maiori portione ſit hæres inſtitutus, quam alij, tunc is, qui honoratior, attentiſque omnibus circunſtantijs, aptior ad id fuerit, debet illa ſimiliter obtinere: modò tamen mulier non ſit: nam hæc ſemper eſt poſtponenda; ita habetur l. 7. cita. & conſentit l. procurator, iuncta gloſ. & Doctoribus ibi. C. de edẽdo. Ex eo autem, quod peracto iam negotio alius aptior multò efficiatur, non ſunt eiuſmodi ſcripturæ ab eo auferendæ, cui prius erant traditæ, aut à ſuis hæredibus: ſecus autem ſi indignus omnino fiat qui illas cuſtodiat, vt cum Baldo, & alijs notat Gregor. Lopez, l. 7. citata. Quod ſi nullus hæredum in maiori portione hęreditatis ſit inſtitutus, neque notabiliter cæteris aptior iudicetur, ut illas cuſtodiat, tunc ſortiri inter ſe debent, quis poſſidere eas debeat, uel de communi conſenſu tradẽdæ ſunt cuidam tertio, qui earum ſit depoſitarius aut certè deponi debent in monaſterio aliquo, aut in alia æde ſacra. Ita habetur l. ſi quæ. ff. famil. ercifcu. & l. 7. cita.

Facta bonorum partione inter hæredes, ſiue iudicis authoritate facta ſit, ſiue ad eum accedatur, vt authoritate ſua illam confirmet, Iudex præcipere debet, vt ſibi mutuo caueant, quod, ſi quid euincatur, reliqui hæredes teneantur de euictione, reducendo ad æqualitatem partitionem perinde atque ſi illud repertum nunquam fuiſſet inter bona defuncti. Ita habetur l. hæredes, §. vltim. verſic. item curet, ff. famil. ercifc. & l. 9. titu. 15. part. 6. Quamuis autem ea cautio præſtita non ſit, adhuc agetur ſimiliter de euictione, vt habetur expreſsè l. ſi familiæ, C. famil. erc. & notant gloſ. ibi, & gloſ. verſ. item, cur citato, Azo, & Gregor. Lopez, Doctoreſque communiter. Si tamen hæredes conuenirent, vt nullus ex reliquis euictione teneretur, ſanè tunc, quia pactum, & commodum, ac damnum omnibus eſſet æquale, de euictione non teneretur, vt habetur expreſsè l. ſi familiæ, citat. & affirmant gloſ. cit. & Doctores communiter. Quando à teſtatore, vel dum viueret, vel in teſtamẽto diuiſa eſſet hæreditas, quis quę bona inde accipere deberet, tunc nullus hæredum teneretur alteri de euictione, l. cum pater. §. euictis, ff. de legat. 2. & l. 9. titu. 15. part. 6. & affirmat gloſ. l. ſi familiæ, C. famil. ercifc. excipitur, niſi quod euinceretur, minueret legitimam portionem tali hæredi debitam, diſpoſitio namq; teſtatoris impedire nequit, quominus quiuis hæredum integram legitimam portionem ſibi debitam in illius bonis recipiat. Excipitur etiam niſi conſtaret contrariam fuiſſe voluntatem teſtatoris, argumento textus in l. ſi cogitatione, C. familiæ ercif. cõſentitque in his Gregor. Lopez l. 9. cita. cum Bar. & alijs, quos citat.

A

Si bonorum partitio facta fuerit in præſentia fratrum, aut hæredum omnium, eo ipſo, quod abſoluta eſt, atque ab omnibus ſubſcripta, non poteſt deinceps reuocari, eſto, eorum aliquis aduerſus illam velit opponere. Excipitur niſi opponat ſe deceptum fuiſſe vltra dimidium iuſti pretij, idque prius probet, perinde atque in contractu emptionis ac venditionis, vel in quouis alio. Excipitur etiam, niſi hæredum aliquis intra annum, poſtquã ſic abſoluta fuit, opponat ac probet, ſe lęſum fuiſſe in ſexta parte quãtitatis, quam habere debebat, eò quòd error interuenerit in ea efficienda, factaque aliter fuerit, ac facienda erat, tunc enim partitio reuocetur; Ita habetur 4. libro Luſitan. Ordin. titu. 77. §. 29. & 30. Quo loco obſerua, l. ſi ſoror, C. de colla. ſtatui, vt ſi error in partitione bonorum interuenerit, eo, quod aliquid ad partionem ab aliquo hæredum non fuit allatum, quod tamen foret adducendum, læſum eo pacto poſſe iudicem adire, iudicemque teneri iubere, vt id aceruo bonorum defuncti adiungatur, partemque accipiat, qui fuit læſus. Hoc verò fortè non repugnat diſpoſitioni Luſitanarum Ordinationum quoniam, quod hoc ita fiat, non reuocat partitionem prius factam.

B

Poſtremò obſerua, quando aliquis hæredum minor erat tempore, quo partitio fuit abſoluta, ſi ſe læſum inueniat, poſſe illam diſſoluere vſque ad vigeſimum nonum ſuæ ætatis annum, per beneficium reſtitutionis in integrum. Ita, iuxta ius commune diſponitur tit. 77. cita. §. 1.

C

DISPVT. CCXLVI.

De poſſeſſione hæredi tradenda, & quouſque reſtituere teneatur, ſi comperiatur non ipſum, ſed alium legitimum fuiſſe hæredem.

EO ipſo, quod hæres coram iudice competenti teſtamentum defuncti oſtendit, in quo hæres inſtitutus eſt, ſi teſtamentum nullum vitium manifeſtum contineat, hæreſque petat ſibi tradi poſſeſſionem bonorum defuncti, mitti continuò debet in poſſeſſionem bonorum omnium, quæ defunctus tempore ſuæ mortis poſſidebat, eſto, alius quicunque in eorundem bonorum ſit poſſeſſione, niſi tanto tempore bona fide ea poſſediſſet, quantum ad illa præſcribenda eſſet neceſſarium. Neque refert, ſi poſſeſſor, aut quicunque alius quicquam opponat, quo obtendat, vel ita inſtitutum hæredem non eſſe, vel ea bona ad ſe pertinere, niſi in continenti, ac ſummariè ſufficienter id probet: ſi enim res indagine, longoq; examine indigeat, hæres ſcriptus mittendus eſt in poſſeſſionem, id tamen non tollit opponenti, quin poſtea actionem intentet aduerſus hæredem inſtitutum. Ita habetur l. vlt. iuncta l. 2. C. de edicto D. Adriani tollen. & l. 1. & 2. tit. 14. par. 6. Quod ſi ſimul aliud teſtamentum eiſdem defuncti oſtendatur, in quo ſimiliter nullum pateat vitium, neque conſtet, quod eorum fuerit poſterius confectum, tunc neutrum cenſetur validum, vt affirmat Gloſ. l. vl. cit. & alibi à nobis dictum eſt, ac proinde ſuccedunt hæredes ab inteſtato.

D

Simili modo, quãdo quis ab inteſtato deceſſiſſet, ſi is, de quo conſtat legitimum eſſe hæredem ab inteſtato, corã iudice cõpetẽte poſſeſſionẽ bonorũ defuncti petat, mittendus cõtinuo in poſſeſſionẽ iudicis officio eſt, niſi ſummariè & in continenti ſufficiẽ-

ter alius probet, bona illa ad illum non pertinere. Lege Gregor. Lopez l.2.cita.gl.1. Quando autem multi ad iudicem accedunt, qui vel ab inteſtato, vel ex teſtamento omnes ius ad ea bona habent, vel ſe habere æquè oſtendunt, tunc omnes in poſſeſſionem sũt mittendi.

Quando aliquis impubes in bonis patris, aut aui paterni, ab inteſtato ſuccederet, petenteque illo, aut alio loco illius, poſſeſſionem eorum bonorum ei opponeretur, vel non eſſe filium illius, vel eſſe mancipium, ac proinde ea bona ad ipſum non pertinere, tunc iudex ſummariè cognoſcere debet de eo, quod illi opponitur. Si autem ſaltem veriſimili aliqua coniectura inuenerit, eum filium eſſe defuncti, aut mancipium non eſſe, mittere cótinuò illum debet in poſſeſſionem eorum bonorum, modò tamen fideiuſſorem det, ſe ea bona reſtituturum, ſi contrarium probetur alioquin in poſſeſſionem mittuntur, pupillus, & opponens. Quamuis autem integrum ſemper opponenti maneat, probare poſteà quod aduerſus illum intendebat, vt cauſa diligentius examinetur, ſententiaque ea de re feratur, nihilominus ea quæſtio, examenque illius differtur, quouſque impubes ille ad pubertatem perueniat, niſi tamen impubes, aut qui illius curam gerit, potius velit, vt ſtatim cauſa examinetur, vt ſi id vtilius ſit pupillo, quia fortè facilius tunc, quam poſteà probabitur pupilli intentum, aut aliqua alia ratione. Eiuſmodi autem miſſio pupilli in poſſeſſionem, atque priuilegiũ, vt de illius ſtatu non agatur ante pubertatem, Carboniana appellantur à Carbone prætore, qui ea introduxit. Hæc habentur l.13.& per totum, ff.de Carboniano edic. l.prima, & ſecunda, C.eodem titu.l.7.titu.22.par.3. & l.2.tit.14.par.6. Conceditur verò pupillo hoc priuilegium, ſi dum id aduerſus eum opponitur, contentus ſit ſola poſſeſſione. Si namque ſimul petat proprietatem, tunc antequam in poſſeſſionem mittatur, examinanda eſt cauſa ſtatus, qui illi opponitur, vt patet l.3.§.miſſum, ff.de Carb.edic.l.1.C.eod.tit. & l.2.tit.14.par.6.

Hoc idem priuilegium conceditur, ſi mater grauida maneat, & nomine ventris petat poſſeſſionem bonorum: eſto namque illi opponatur, filiũ eſſe adulterinum, aut in illã nõ fuiſſe legitimam defuncti vxorem, ſi tamen iudex veriſimilem aliquam coniecturam inueniat, illum legitimum eſſe filium defuncti, licet incertam mittere debet matrem loco filii in bonorum poſſeſſionem, l.3.§.ſi mater, ff.de Carb. edi. l.7.tit.22.par.3.& l.1.§.ſi ea, & §.& generaliter, ff. de ventre in poſſ.mit.

Porrò pupillus ali debet de eiuſmodi bonis, & eſto, poſtea probetur non eſſe filium talis defuncti, non tenetur reſtituere bona ita conſumpta, niſi ſimul probetur, malitioſe id fuiſſe aſſertum, l.vltim.iũcta gloſ.ibi, C.de Carb.edic.l.qui de inofficioſo, ff. de inoffic.teſt.l.7.tit.22.par.3.& l.2.tit.14.par.6. & aliis iuribus.

Vtrum autem, ſi pupillus fuit à parente hæres inſtitutus, locum habeat priuilegium Carboniani edicti, l.1.§.Pomponius, & l.cum ſine, ff.de Carbon.edic. negare videntur. Affirmat tamen l.2.tit.14. par. 6. Quod intelligendum eſt ſaltem quoad dilationem controuerſiæ de ſtatu vſque ad pubertatem, ſi quis aduerſus eum obijciat, non eſſe filium, vt patet ex l.3.§.quamuis, & ex l.de bonis, ff.de Carbo.edic. Quod locum habet, etiam quando negatur filius matris, cui ab inteſtato, vel ex teſtamento vult ſuccedere, aut quando negatur frater eius, cui ab inteſtato vult ſuccedere, vt habetur expreſsè l. de bonis, citat. & Conſentiunt Bar.& alij, quos Greg. Lopez l.2. cita. refert, ac ſequitur. Verum iuriſperiti hæc latius proſequantur. Hactenus de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

A Quod verò attinet ad ſecundum, ſupponendum in primis eſt, fructus hæreditatis, ſiue ante eam aditam ſint ex illa percepti, ſiue poſt, ad hæreditatem pertinere, eamque augere, vt habetur l.item veniũt, §.fructus, l.illud quoque, §. prædo, ff.de petitione hæredit.

Hoc ita conſtituto, quando comperitur, non eũ, qui in hæreditatis poſſeſſionem miſſus eſt, ſed quendam alium legitimum eſse hæredem defuncti, diſtinguendum eſt, quoniam vel prior ille bona fide poſsedit, vel mala.

In priori euentu, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro ſolum tenetur reſtituere id, quod ex fructibus perceptis extat, & quantum ex conſumptis factus eſt locupletior, quia videlicet propter illos plus habet in bonis, quàm re ipſa tunc haberet, ſi hæreditatem non poſsediſset. Idem dicendum eſt de bonis ipſis hęreditatis, ſolũ videlicet teneri ad id, quod ex illa extat, & quod ex rebus conſumptis factus ſit B locupletior, idque ſiue illam & fructus illius conſumpſerit, dilapidando ea, ac luxurioſè, & perditè viuendo, ſiue quouis alio modo. Ita habetur expreſſè, l.ſed & ſi lege, §.conſuluit, & §.quod autem, l.illud quoque, §.in bonæ fidei, ff.de petit. hæred. l.1. & 2.C.eo.ti.& l.4.ti.14.par.6. Ratio autem eſt, quoniam ad illa, quæ non extant, & ex quibus factus nõ eſt locupletior, eſto illa dilapidauerit, ac perditè conſumpſerit, neque tenetur ratione rei acceptæ, neque ratione iniuſtæ acceptionis, eo quod non peccauerit contra iuſtitiam aduerſus legitimum hæredem, excuſante illum ignorantia probabili.

Si tamen ille primus illegitimus hæres, credens ad ſe delatam eſse hæreditatem, antequam poſseſsionem illius occuparet, latius res ſuas contemplatione talis hæreditatis expendit, tunc, quod ita de rebus ſuis plus expendit, quam alioqui foret expenſurus, non poteſt detrahere de hæreditate, cuius poſseſſionem C poſterius occupauit. Quoniam licet occaſione hæreditatis illa expenderit, non tamen cenſetur ea de hæreditate, ſed de ſuis proprijs bonis expendiſse. Ita habetur l.ſed & ſi lege, §.ſi quis re, ff. de petit. hæred.

Ex eo, quod is, qui bona fide hæreditatem poſſidebat, vel ex illa, vel ex fructibus illius multa donauerit, donatarioſque ſibi ex gratitudine ad remunerandum obligauerit, non cẽſetur factus locupletior. Si tamen ipſi aliquid ea de cauſa redonetur, cenſetur in eo factus locupletior, quoniam cenſetur quaſi permutatio vnius pro alio. Ita habetur l.ſed & ſi lege, §.conſuluit. ff. de pet.hæred. Hac ratione, ſi poſt reſtitutum legitimo hæredi reſiduum hæreditatis, aliquid antiquo poſſeſsori remuneretur, reſtituendum eſt legitimo hæredi, tanquam fructus, effectusve bonorum hæreditatis, in quo antiquus poſseſſor maneret ex hæreditate locupletior. Quod ſi res D ex hæreditate, aut ex fructibus hæreditatis donata, adhuc exiſtat, vendicare illam poteſt legitimus hæres, tanquam rem ad ſe pertinentem. Exigere etiam poteſt, ſi quis inde factus ſit donatarius locupletior. Si tamen qui bona fide hæreditatem poſſidebat, bona etiam fide aliquid inde vendidit, & alius bona fide id emit, tunc pretium ſuccedit in hæreditate loco rei venditæ, l.quòd ſi in diem, §.vlt.l.ſi & rem, & pretium, & l.ſed & ſi lege, ff.de petit. hæred. Attamen ſi legitimus hæres velit, vt, qui vendidit, redimat rem venditam, tenetur is id efficere pretio ęquali, quod pro ea accepit, ſi tale pretium adhuc in hæreditate exiſtat, aut etiam minori, ſi poſſit minori eam redimere, non tamen tenetur de ſuo quicquam amplius dare, vt illam redimat. Ita habetur l.quinta, titu.14.parte ſexta. Vtrum autem emptor reſtituere teneatur rem emptam legitimo hæredi illam vendicare volenti, & quouſque aduerſus illum

tueri

tueri ſe poſſit exceptione, lege ibidem apud Greg. Lopez.

Qui bona fide poſſidebat, reſtituere tenetur legitimo hæredi, tum res omnes hæreditarias, quæ tempore litis conteſtatæ extabant, tum etiam fructus omnes tunc, & deinceps exiſtentes, & ſi quid etiam tunc factus fuerat locupletior, vel ex rebus hæreditarijs, vel ex fructibus illucuſque conſumptis: quoniã ab eo puncto non cenſetur poſſeſſor bonæ fidei, aut certè abſtinere debuit à rebus hæreditarijs, & fructibus illius conſumendis, quouſque exitus controuerſiæ motæ cerneretur, vel ſi quid tunc inde conſumere volebat, exiſtimans bona illa ad ſe pertinere, ſuo periculo debebat illud conſumere. Si tempore etiam latę ſententiæ in aliquo alio factus ſit locupletior, id etiam reſtituere debet. Ita habetur l. ſi à domino, §. quo tempore, iuncta gl. ibi, ff. de peti. hęred. & definitur l. 4. ti. 14. par. 6. iuxta opinionem illius glo. vt ibidem Greg. Lopez adnotauit, & habetur l. ſed & ſi lege, §. ſi ante litem, iũcta l. ſi quo tempore, ff. de peti. hære. tenenturque tam ipſe, quàm hæres ipſius, ad ea omnia à tempore litis conteſtatæ, quin & ad fructus, ſi quos commodè inde poterant percipere, & ſua negligentia, aut culpa non perceperunt. Eodemque modo tenentur ad res eiuſmodi hæreditarias, & fructus, earum emptores, qui poſt litem cõteſtatam eas ſcienter emerunt, aut alio titulo acceperunt, l. 1. & 2. C. de peti. hæred. Si quid tamen caſu fortuito, & aduerſo abſque culpa poſſidentis, vel ex fructibus, vel ex bonis hæreditarijs poſt litem conteſtatam pereat, ad id non tenetur: quoniam, quod ea ratione perit, non poſſidenti, qui abſque culpa tunc non ſoluit, ſed domino perit, l. illud, in princip. ff. de peti. hæred. & l. 6. tit. 14. p. 6.

Quando autem res cum fructibus ex ea perceptis eſt reſtituenda, ſiue à bonæ, ſiue à malæ fidei poſſeſſore, nomine fructuum intelligitur, quod remanet deductis expenſis omnibus factis, tum antequam colligantur, tum, in illis colligendis, tum denique in eiſdem conſeruandis; inter quas etiam computatur iuſtum præmium pro labore, & induſtria appoſita. Ita habetur expreſſe l. ſi à domino, §. vltimo ff. de petit hæred. l. fundus qui, ff. famil. erciſc. l. 4. titu. 14. p. 6. & alijs iuribus, affirmatque communis Doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Greg. Lopez ibi, & Couar. 1. var. reſ. c. 3. nume. 3. A decimis verò prædialibus, deducendis ex fructibus perceptis, ſumptus non deducuntur, ſed integræ pertinent ad eccleſiam. Quando item quis prædia locat alicui cum pacto, vt certã fructuum quotam ſoluat non deducuntur ſumptus ex fructibus, quoniam ibi quaſi ſocietas initur, vt vnus prædia tribuat, alius verò ſumptus, & induſtriam, & fructus omnes perceptos inter ſe diuidant. Ita Doctores, quos Greg. Lopez ibid. refert, ac ſequitur.

Poſtremò, circa eiuſmodi bonæ fidei poſſeſſorẽ hæreditatis obſerua, hæreditatem, bonaque ipſius, neque ab eo, qui eam poſſidet pro hærede, hoc eſt tanquam hæres, neque ab eo, qui eam nudè poſſidet tanquam tentor illius, qui pro poſſeſſore in iure appellatur; præſcribi, aduerſus petentem illa, tanquam legitimum hæredem, ſpatio longi temporis, id eſt, decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſed ſpatio duntaxat triginta annorum, vt habetur l. hæreditatem, C. in quibus non obijcitur longi temporis præſcriptio, iuncta l. hæreditatis. C. de petitione hæreditatis, & alijs iuribus. Nihilominus, qui illam, vel bonum aliquod illius poſſidet alio titulo, nempe emptionis, donationis, vel aliquo alio, quia videlicet bona fide id emit, aut dono accepit, vel quouis alio titulo à poſſeſſore illius præſcribit, quod eodem titulo poſſidet aduerſus legitimum hæredem id petentem, tempore conſueto, nempe, ſi ſit bonum mobile A ſpatio trium annorum: ſi verò immobile, ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt patet ex iuribus citatis, & ex alijs. Excipit gl. l. hæreditatem cita. quando is, qui hæreditatem vendidit, non comparet, & quando illam vendidit modico pretio, & quando fiſcus eam vendidit, & quando emẽs ſciebat ad alium pertinere, aut emit ab eo, quem ſciebat non poſſe vendere, ac proinde inualidam eſſe emptionẽ, vt ſi emit à furioſo. in his enim euentibus nõ pręſcribitur tempore conſueto aduerſus legitimum hæredem eam petentem, vt habetur l. nec vllam, §. omnibus, & l. etiam, §. quid ſi quis, & §. ſi quis ſciens, ff. de pet. hæred. Eadem gloſſa addit quando is, qui pro hærede poſſidet, iuſto errore credidit ſe eſſe hæredem, præſcribere aduerſus legitimum hæredem totam hæreditatem, & bona illius immobilia, decennio inter præſentes, & ſpatio viginti annorum inter abſentes: bona verò mobilia B triennio, atque hoc planè eſt, quod definit l. vl. ti. 14. par. 6. adhibens exemplum, quando inſtitutus erat hæres ex legitimo aliquo priori teſtamento, totoque illo tempore poſſedit, ignorans teſtamentum illud reuocatum eſſe per aliud poſterius, etiam legitimũ. Hac tamen in re, iuriſperiti variant. Lege Gregor. Lop. ibid.

Hoc loco ſolum locuti ſumus quouſque poſſidẽs bona fide pro hærede, ſeu tanquam hæres, reſtituere teneatur hæreditatem & fructus illius legitimo hæredi, qui poſtea comparuerit. Quouſque autem poſſidens alijs titulis particularibus, vt emptionis, permutationis, &c. reſtituere teneatur fructus perceptos ex re aliena ita poſſeſſa domino illius, alibi in hoc ſecundo tractatu de iuſtitia dicetur commodius.

Qui hæreditatem mala fide poſſedit, ſciens ad alium pertinere, tenetur integram eam reſtituere cũ C omnibus fructibus, non ſolum qui percepti ſunt, ſiue extent, ſiue cõſumpti ſint, & ſiue ex illis ſit factus locupletior, ſiue non, ſed etiam quos percipere potuit, & ſua negligentia, aut culpa non percepit. Idem dicendum eſt de eo, qui mala fide aliquid inde emit, aut alio modo accepit, ſemper tamen deducendæ ſunt expenſæ in bonis illis factæ, & fructibus colligendis, & conſeruandis, vt ſupra dictum eſt, ita habetur l. ſed ea lege, §. quod autem, §. de eo, & §. ſi autem, l. ſi à domino, §. vlt. l. illud, §. prædo, ff. de petit. hære. l. 2. C. eo. tit. & l. 4. tit. 4. p. 6.

Quod ſi poſt litem aduerſus eum conteſtatam, caſu fortuito, & abſque ſua culpa bona aliqua hæreditatis perirẽt, teneretur illa reſtituere, l. illud, in prin. ff. de petit. hæred. & l. 6. titu. 16. par. 6. ſecus ſi ante litem conteſtatam & abſque ſua culpa, vt ibidem ſubiungitur. Quare quando certum eſt, ſimili modo illud apud legitimum hæredem periturum, credo D in foro conſcientiæ reſtituere id non teneretur ante latam ſententiam, eſto, poſt litem conteſtatam periret: quoniam id in pœnam, & propter præſumptionem videtur ſtatutum, de qua re alibi latius dicendum eſt.

Quod eiuſmodi malæ fidei poſſeſsor de rebus hęreditarijs vendidit, tenetur, ſi extet, & legitimus hæres id potius velit, quàm pretium pro eo acceptum, illud redimere, & reſtituere, eſto longè maiori pretio ſit id redempturus, quàm illud vendiderit, poteſtque legitimus hæres, id ab emptore vendicare, cui venditor tenebitur de euictione. Si verò non extet, aut deterius factum ſit, tenetur illi de integro pretio, quantum in litem fuerit iuratum illud valere, l. ſi poſſeſsor, §. vlt. ff. de pet. hæred. & l. 5. tit. 14. par. 6. Lege iura alia, quæ Gregor. Lopez, l. 5. & 6. ad hæc omnia citat.

DISPVTATIO CCXLVII.

De executoribus teſtamentorum, & qui ad id eligi poſſunt.

SVpereſt rem hanc totam vltimarum voluntatū explanatione executionis teſtamentorum concludamus. Teſtamentorum executores Hiſpanè *teſtamenteros* appellamus, varijſque alijs nominibus, quæ l. 1. tit. 10. p. 6. traduntur, conſueuerunt etiam nuncupari.

Quando à teſtatore nullus conſtituitur executor ſui teſtamenti, ad hæredes ſpectat illud executioni mandare, vt colligitur apertè ex cap. 3. & notant ibi Couar. nu. 8. & Panor. nu. 4. & ex c. ſi hæredes, obſeruatque ibi Pan. nu. 1. de teſt.

Excipitur, quando aliquid relinquitur in redemptionem captiuorum: ſi enim teſtator non expreſſit, per quem fieri debet redemptio, Epiſcopus, aut eius vicarius, accipere debent, quod ita legatum eſt, ad ipſoſque, & non ad hæredes ſpectat adimplere tale legatum, etiamſi teſtator præceperit vt Epiſcopus ea in re ſe non intromittat, ita habetur l. nulli, iuncta authentica licet teſtator, & l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſcopis & cleric. & plenius in Authentico, de eccleſiaſticis titu. §. ſi quis autem pro redemptione. Lex, nulli, citata, ait ſpectare hoc ita exequi ad Epiſcopum, vnde teſtator eſt ortus. Credo, vt gloſſ. ibidem ait, id promiſcuè poſſe etiam exequi Epiſcopum domicilij teſtatoris, etiamſi aliunde ſit oriundus: immo hunc Epiſcopum eſſe præferendum, ſi in loco domicilij habeat maiorem partem ſuorum bonorum. Atque hoc velle videtur authenticum citatum, quod de Epiſcopo loci loquitur, & de Epiſcopo domicilij meminit in principio §. citato. Præterea l. ſi quis ad declinandam, de Epiſcopo domicilij loquitur. Lex Caſtellæ 5. titu. 10. parte ſexta, id etiam ait ſpectare ad Epiſcopum, vbi teſtator habet maiorem partem ſuorum bonorum, eſto neque inde ſit oriundus, neque ibi habeat domicilium. Quando autem ignoratur, aut ambiguum eſt, vbi teſtator haberet domicilium, & vnde eſſet oriūdus, tunc ad Epiſcopum territorij, vbi ille mortuus eſt, id exequi ſpectat, vt habetur l. nulli, & l. 5. cita. Epiſcopus, qui id ita acciperet & exequi mandaret, itemque notarius & alij illius officiales, nihil inde etiam in pretium ſui laboris, & induſtriæ, poſſunt accipere, ſed tenentur ea omnia præſtare gratis, vt l. nulli, l. ſi quis ad declinandam, & l. 5. cita. habetur. Item cum hoc à poteſtate laica in commune bonum ſit Epiſcopis conceſſum, illis iniungi potuit reque ipſa iniunctum fuit, vt iudici ciuitatis, aut prouinciæ, cuius ſunt Epiſcopi, manifeſtent, quæ bona, & à quo, & quo die ad id præſtandum acceperint, vt id ex illa in inuentario ſcribat. Item vt anno elapſo eidem iudici reddant rationem, quot captiui eis bonis, & quanta pecunia vnuſquiſque eorum redempti ſint. Ita habetur l. nulli, & l. 5. citatis. Greg. Lopez ibi refert Paulum Caſtrenſem l. nulli aſſerere, iam hodie Epiſcopus ſoli Deo reddere eius rei rationem, eò quòd l. ſi quis ad declinandam, nihil tale eis præcipiatur. Meritò tamen Gregorius Lopez contrarium affirmat, quonia ni ſatis eſt l. nulli, id eis iniungi, neque contrarium iuribus alijs ſtatui: atque hoc confirmant l. quinta. Caſtren. quæ poſt l. ſi quis ad declinandam, lata eſt, idem quod l. nulli ea de re ſtatui.

Vtrum autem idem ſit in relictis ad alias pias cauſas, nempe, vt ſi teſtator non expreſſerit, a quo id executioni mandari debeat, tradi hæredibus, aut legatum ad id relicta Epiſcopo debeant, vt id executioni mandet. Bar. in Auth. cit. affirmat. Panor. ve-

A rò nume. 4. cita. ſolum id habere locum exiſtimat in relictis ad alimenta, & eleemoſynas pauperum. Atque hæc opinio placet, quoniam de his tantum in Authen. cita diſponitur, vt quando teſtator non diſpoſuit, quis id exequi deberet, & in quos pauperes eſſet diſtribuendum, traderetur epiſcopo loci vbi teſtator habuit domicilium, epiſcopuſque ea diſtribueret inter pauperes ciuitatis, aut loci, vbi teſtator habuit domicilium, idemque diſponitur l. ſi quis ad declinandam cita.

Vtrum verò quando teſtator præcipit, vt pro malè ablatis reſtitutio aliqua fiat, executio huius reſtitutionis ſpectet ad hæredes, ſi nullum executorem nominauit, & ad executores, ſi quos teſtator nominauit, an verò ad Epiſcopum. Dicendum eſt, ſi aliū de non conſtat eiuſmodi reſtitutionem deberi niſi ex diſpoſitione & teſtamento defuncti, ad hæredes aut executores teſtamentarios, & non ad Epiſcopū, ſpectare mandare illam executioni. Quando verò
B res delata eſſet ad iudicium, aut aliundè manifeſtū eſſet defunctum illam debere, non ſolum poſſet ordinarius rationem exigere an executioni eſſet mandata, & curare vt mandaretur, perinde atque in reliquis legatis piis, ſed etiam quando executores eſſent ſuſpecti, poſſet illis præcipere, vt in ipſius pręſentia, aut ſuorum miniſtrorum, reſtitutio fieret, & interdum exigere poſſet ab illis pecunias, aut res alias reſtituendas, vt ipſe per ſe, aut per ſuos miniſtres eas reſtitueret. Hac ratione, cap. cum ſit, de Iudæis, ſtatuitur, vt ſecundum dioceſani prouidentiam cogantur Iudæi, qui munus publicum inter Chriſtianos miniſtrauerint, in pauperum Chriſtianorum vſus diſtribuere, quicquid ex tali munere lucrati ſint. Et c. quanquam, de vſur. lib. 6. præcipitur, vt non prius cōcedatur ſepultura corpori publici vſurarii, quam illi, quibus iniunxit, vt malè parta per vſuras reſtituerent, id opere præſtent, aut ſi abſentes ſint ii, quibus
C reſtitutio eſſet facienda, tradant illud ordinario, vel ipſius vicario, aut parocho coram aliquibus fide dignis, vt reſtitutio tutò fiat. Hinc verò, vt rectè admonent Ioan. Medina, de reſti. q. 3. cauſa 10. §. eſto igitur, & Couar. c. 3. de teſt. num. 8. perperam colligunt, nonnulli executionem reſtitutionis malè ablatorum ſemper fieri debere per Epiſcopum: ſatis nā que in foro exteriori erit, ſi Epiſcopo ſufficienter cōſtet reſtitutionem integrè eſſe factam.

Executores teſtamenti interdum conſtituuntur à teſtatore vnus, aut plures ex hæredibus atque ad eos ſpectat, quæ in teſtō ſunt diſpoſita executioni māda re. Interdum vero hæredibus adiungitur aliquis extraneus, qui vnà cum illis ea executioni mandet, atq; interdum vnus, aut plures extra hęredes ſtatuuntur, qui ſoli id munus ſubeant, idque quandoque aliquo præmio, aut legato ea de cauſa eis relicto, & quandoque nullo omnino propoſito eis pręmio. Executores varii conſtituuntur.

D Item executorum quidam dicuntur vniuerſales, & quidam particulares. Particulares ſunt, quando aliquis inſtitutus eſt hæres, vel ſuccedit ab inteſtato, & conſtituitur aliquis, qui cætera quæ in teſtamēto, aut codicillo ſtatuta ſunt, mandet executioni; eo namque pacto ad exequendum teſtamentum, aut codicillum conſtitutus, executor particularis dicitur. Particulares qui.
Vniuerſalis autem dicitur, quando nullus in particulari, præter animam defuncti hæres ſtatuitur, & conſtituitur aliquis, qui voluntatem defuncti executioni mandet. Vt ſi quis teſtetur ad pias cauſas, eſto, legata aliqua non pia ſimul relinquat, & vel propriam animam hæredem inſtituat, vel pauperes, aut captiuos, vt redimantur, aut aliud ſimile, nullos vel pauperes, vel captiuos ſingulares deſignando, atque aliquem vel aliquos conſtituat, qui ea omnia executioni mandent: eiuſmodi namq; executores vniuerſales nuncupantur. Vniuerſalis quis.

Execu-

Executores teſtamentorum eſſet poſſunt non ſolum laici, ſed etiam clerici, & religioſi. Ita colligitur apertè ex c. tua nobis, de teſt. & conſentiunt Doctores communiter. Cum. n. adimplere defunctorũ voluntates inter pia opera ſuo modo computetur ad tot perſonas munus hoc extenſum fuit.

Religioſus tamen, eſto ab aliquo executor ſui teſtamenti conſtitutus ſit, non tamen poteſt tale munus ſubire, niſi petita prius & obtenta à ſuo ſuperiori licentia. Ita habetur cap. religioſos, in princ. de teſt. lib. 6. & Clemen. vnica, eodem tit. Quod ſi non obtenta eiuſmodi licentia aliquid exequantur, totum irritum eſt, & inualidum, iuxta veriorem, & conſonantiorem duobus iuribus citatis ſentẽtiam, quam ſequuntur Couar. c. tua nobis, de teſt. nu. 2. & Sylu. verb. teſt. 2. q. 2. Poteſt verò confirmari. Tunc quia executor, niſi munus velit acceptare, executor non eſt, vt ſeq. diſp. dicetur: cum autem religioſus velle, ac nolle non habeat, niſi dependenter à ſuo ſuperiore, atque c. religioſus, cita. hæc cauſa reddatur, cur niſi obtenta prius à ſuperiore facultate, executor eſſe nõ poſſit, conſequẽs profectò eſt, vt acceptatio ipſius, non concurrente beneplacito ſuperioris, nulla omnino ſit. Tum etiam ex l. non dubium, C. de legibus, quæ nullum eſſe dicit, quod iure reſiſtente, ac prohibente fit, eſto lex, quæ id prohibet, non ſubiungat, vt ſit nullum. Superior autem ſupremus monaſterij, vt Prior, Guardianus, aut Rector, quando ſuis ſubditis facultatem dare poteſt ad id munus exequendum, eſſe poteſt executor, non petita facultate à prouinciali, aut alio ſibi ſuperiori, quando ſuperior ad id eum non aſtringit. Ita Syluest. loco cita. Ratio eſt: quoniam ſuperior monaſterij, quas facultates, & diſpenſationes poteſt alijs concedere, eiſdem etiam poteſt ſecum vti, quando aliud in ea religione non eſt ſtatutum, vt alio loco dicetur. Noſtri autẽ meminerint, quid circa hoc munus non obeundum, 6. par. conſt. c. 3. §. 7. ſancitum ſit.

Glo. Clemen. vnic. de teſt. verb. obtenta, & cum ea Sylueſ. vbi ſup. aiunt, ſuperiorem etiam re non integra, reuocare poteſt ſubdito facultatem, quam illi dedit, vt executor eſſet alicuius teſtamenti, ad effectum, vt ſubditus progredi vlterius in executione non poſſit: malè tamen facere, ſi ſine legitima cauſa eam facultatem reuocet.

Si religioſi de ſuorum ſuperiorum licentia munus hoc ſuſcipiant, tenentur reddere rationem ordinarijs locorum ſuſceptæ executionis, eſto, alioquin exempti ſint, aut etiam prælati religionis, ordinarijque ipſi tenentur eam ab eis exigere. Si autem eos deliquiſſe compererint, punire illos præcipiuntur. Ita ſancitum eſt Clem. vnic. de teſt.

Illud eſt obſeruandum, fratribus minoribus eſſe omnino interdictum, executores eſſe teſtamentorum, tametſi præbere poſſint conſilium circa teſtõrum executionem. Ita hr̃ Clem. Exiui de paradiſo, §. verum etiam, de verb. ſignific. Quare, vt Couar. c. tua nobis, de teſt. nu. 1. & Doctores communiter affirmant, teſtatores præcipere in ſuis teſtis executoribus poſſunt, vt in rebus exequendis, atque in deſtribuendis ijs, quæ deſtribuere præcipiunt, conſilium ab eiuſmodi fratribus petant, tametſi illis auditis, non teneantur tale conſilium ſequi. Couar. ibidem cum Bar. & alijs affirmat, poſſe teſtatores iniungere executoribus, vt non aliis diſtribuant aliqua, q̃ iis, quos eiuſmodi fratres elegerint: quin poſſe in ſuis teſtamentis fratribus committere minoribus, vt ipſi executores eligant, fratreſque tũc poſſe illos eligere. Contrarium primi horum affirmant glo. Clemen. cita. in verbo dixit, & multi alii, quos Couar. ipſe refert, & longè magis affirmarent contrarium ſecundi. Atque hanc opinionẽ ſequitur Sylu.

A ver. teſt. 2. q. 2. pronunc. 7. & multi alij, quos refert: quæ ſanè nobis placet. Quoniam contrarium eſſet in fraudem legis, eo quod aſtringere executores, vt tenerentur ſequi conſilium fratrum minorum in rebus diſtribuendis, eſſet in effectu facere fratres ipſos executores, tametſi miniſterio aliorum; neque id cum iure citato, & cum duritate ea in parte ſui inſtituti quadrat.

Fœmina eſſe poteſt executor teſtamenti, vt colligitur ex cap. 3. de teſt. & conſtat l. à filio, in princ. ff. de alimentis lega. Bart. & communis opinio, quã Couarr. cap. hæc nobis, de teſtam. nume. 3. refert, ac ſequitur.

Quod ſi à priore coniuge executrix ſit ſtatuta, nõ amittit ex eo munus, quod ad ſecundas nuptias tranſeat. Ita Bar. & alij, quos Couar. ibidem citat ac ſequitur. Si quis tamen, habens fratres & ſorores dicat, relinquo executores meos fratres, nomine fratrum, intelliguntur ſoli maſculi, eo quod ſorores mi-

B nus idoneæ ad id munus ſint. Ita cum Bartol. & Iaſone, Couar. ibidem. Exciperem, niſi vnum tantum fratrem maſcu'um haberet: nam tunc nomine fratrum in plurali, ſorores etiam cenſerentur comprehenſæ.

Minor vigintiquinque annis, modo decimum ſeptimum annum excedat, eſſe poteſt teſtamenti executor, cap. qui generaliter, §. vlt. de procu. lib. 6. & l. 19. ti. 5. p. 3. quibus in iuribus ſtatuitur, illam ætatem ſufficere, vt quis procurator ſit ad negotia; tametſi ad procurandum in iudicio neceſſe ſit, vt ſit viginti quinque annorum. Conſentiunt Cou. vbi ſup. nu. 4. Sylu. verb. teſtam. 2. q. 1. pronunc. 2. & Docto. quos citant. Glo. c. religioſus, in princ. de teſt. lib. 6. affirmat id vſu eſſe receptum.

C

DISPVT. CCXLVIII.

Validum ne ſit teſtamentum, in quo hæres non inſtituitur, & executor vniuerſalis relinquitur, & num executores ad munus ſuſcipiendum poſſint compelli, & quouſque agere poſsint.

DVbium primo loco propoſitum locũ habet de iure communi, atque Luſitano, iuxta quę iura teſtamentum, in quo hæres non inſtituitur, eſt eo ipſo nullum. Et quidem quando teſtamentum conditum eſſet ad pias cauſas, in quo vel anima defuncti hæres eſſet inſtituta, vel pauperes Chriſti, aut captiui redimendi, non explicando qui, vel deſignatæ eſſent cauſæ piæ, in quas diſtribuerentur bona defuncti, nullo inſtituto hærede, concedunt Doctores communiter validum eſse tale teſtamentum, in quo, ad ea omnia exequẽda, aliquis, aut aliqui executores vniuerſales

D ſolent conſtitui: quæ omnia manifeſta ſunt ex ijs, quæ diſp. 134. ſunt definita.

Tota autem controuerſia eſt, quando teſtamentum non eſt conditum ad pias cauſas. Et quidem cõſul. 64. refert Alu. Valaſc. in hoc Luſitaniæ regno pronunciatum à Curiæ prætore in quadam eiuſmodi cauſa fuiſſe, validum eſſe tale teſtamentũ, executoreſque vniuerſales habere vicem hæredum, idque à Senatu fuiſse confirmatum: ipſe verò rectè affirmat, contrariam eſse communem Doctorum ſentẽtiam, quam refert, meritoque aſseuerat contra ius fuiſse iudicatum, & nihilominus ſubiungit, eodem pacto debere deinceps particulares iudices in Luſitania iudicare. Hoc tamen vltimum eius dictum non probo: quoniam ſententia vna contra ius, & cõmunem Doctorum ſententiam reliquos iudices ad eodem modo iudicandum non aſtringit. Adde Gamam deciſ. 196. referre, contrarium ab interiori

ſenatu in quadam cauſa fuiſſe iudicatum, confirmatumque à ſupremo ſenatu, cui potius erit ſtandum.

Executoris munus ſuſcipere nullus cogitur.

Quod attinet ad ſecundum eorum, quæ propoſita ſunt, dicendum eſt. Conſtitutum ad teſtamentum exequendum compelli non poſſe, vt munus ſuſcipiat,& teſtamentum exequatur, etiamſi executio ſit ad ſolas pias cauſa. Ita colligitur apertè ex cap. Ioannes, de teſt. affirmatque ibi glo. in ver. mandatum, Panor. & Couar. ibid. vterque num. 3. Syluest. ver. teſt. 2. q. 3. pronun. 1. & Doctores communiter. Si tamen ſemel munus expreſſe, aut tacitè acceptet, exercendo eius muneris actum, aut alia ratione cogi tunc poteſt, vt munus proſequatur, vt ex eodem textu colligitur, & affirmant Doctores citati. Ex eo autem, quòd quis ſciat ſe in aliquo teſtamento executorem eſſe conſtitutum, & taceat, non cenſetur munus acceptaſſe, vt bene loco cita. ait Panorm. & communis Doctorum ſententia, quam ibidem Couar. nu. 4. refert, ac ſequitur. Vbi cum Baldo, & aliis affirmat, ſecus eſſe, ſi executor propinquus ſit teſtatoris, aut amicus: ſi enim in præſentia conſtitutus taceat, cenſetur munus acceptaſſe. Illum legito.

Quando verò res per ordinarium ex ſuo munere mandanda eſſet executioni, delegare id poſſet cuiuis ſuorum ſubditorum, illumque cogere, vt id executioni mandaret. Ita Panorm. & Couar. loco cita. & alij, iuxta l. vnicam, C. qui pro ſua iuriſdictione iuncta gloſ. ibi, in ver. reſediſſent, & c. paſtoralis, de offic. deleg. Prælatus etiam religioſorum cogere poteſt religioſum ſibi ſubditum, vt acceptet & exequatur munus executoris teſtamenti ſibi ab aliquo relictum, vt cum Card. affirmat Couarr. num. 3. cita. Ratio eſt, quoniam religioſus parere tenetur ſuo prælato in licitis, & honeſtis quale eſt hoc, niſi circunſtantia aliqua id illicitum, aut nociuum religioſo reddat.

Executor, ſi munus non acceptet, amittit præmium, legatum, & quodcunque aliud emolumentum, quod ex eo teſtamento ſibi proueniebat, præter legitimam ſuam portionem, ſi ipſi debita erat in bonis talis defuncti, vt patet in auth. de hęred. & fal. §. ſi quis autem, in Auth. de Eccleſ. titu. §. ſi autem, qui hoc, l. ſi quis ſepulchrum, §. funus, ff. de relig. & ſump. fun. l. vlt. ff. de confir. tut. l. poſt legatum, §. amittere, ff. de ijs, quibus vt indign. & aliis iuribus, affirmantque Couar. nu. 3. cita. & alij quos citat. Obſerua tamen id, quod teſtator executori in præmium relinqueret, & quaſi ſub modo, & conditione, ſi munus exerceret, amitteret executor eo ipſo, quod munus recuſaret. Quod tamen abſolutè tanquam legatum, fideicommiſſum, aut hæreditatem illi relinqueret, non amitteret ante latam ſententiam. Ratio eſt, quoniam iura citata, quæ ſtatuunt, vt hæredes, legatarij, & fideicommiſſarij amittant commodum, quod ex teſtamento eis prouenit, niſi defuncti volũtatem exequantur, id vtique ſtatuunt in pœnam, pœnam autem ante latam ſententiam non tenetur reus exequi. Ita cum Angel. & Paulo Caſtrenſi affirmat additio in margine ad gl. in Auth. de hæred. & Fal. cita. ver. auferri.

Quod non in præmium, & quaſi ſub modo aut conditione eſſet relictum, amitteretur, vel ſubſtituto, ſi eſſet ſubſtitutus relictus, vel alijs hęredibus pro rata, vt patet ex Authen. de hæred. & Falc. §. citato. Eodem etiam modo amitteretur, quod relictum eſſet in præmium, quando vnus tantum eſſet conſtitutus executor, & is recuſaret munus ſibi iniunctum. Idem eſt, quando multi eſſent conſtituti executores & omnes ſimul munus recuſarent, tenerenturque tunc hæredes exequi teſtamentum.

Quando verò multis relictum eſſet aliquid in pręmium, & aliquis, aut aliqui eorum obijſſent, vel munus

A ſuſcipere recuſarent, vtrum pars præmij, quæ ipſos deberet contingere, cedat hæredibus, an alijs executoribus, Aluar. Valaſc. conſil. 46. & alij quos citat, meritò affirmant cedere alijs executoribus. Tum argum. text. in l. vnica, §. vbi autem, C. de caducis tollendis, præſertim illis verbis: Cum verò quidam voluerint, quidam noluerint, volentibus ſolum modo id totum cedere. Tum etiam, quia ſicut diminuto onere diminuitur portio, iuxta varia iura, ita accreſcente onere exequendi teſtamentum propter defectum vnius executoris, debet accreſcere portio præmij.

Obſerua autem, morte vnius executorum teſtamenti, munus illius non tranſire ad ipſius hęredem, ſed expirare, eò quòd induſtria illius in ſingulari cẽſeatur electa. Ita colligitur apertè ex c. religioſus, §. vlt. de teſt. lib. 6. & affirmat gloſ. ibi, ver. mortuo. Quod intelligendum eſt, niſi teſtator aliud expreſſerit, vt gl. ibi ſubiungit.

B Quando multi conſtituti ſunt executores alicuius teſtamẽti, ſi quidam eorum mortui ſint, aut in remotis agant, aut concurrere non velint ad teſtamenti executionem, cęteri, etiamſi vnus tantum ſit, procedere poſſunt ad executionem teſtamenti, niſi teſtator contrarium expreſſerit. Ita habetur cap. religioſus, §. vlt. de teſtam. lib. 6. Vbi gl. quam Sylu. ver. teſta. 2. q. 5. pronunc. 1. & alii ſequũtur, ait, ſi quis eorum ſit in loco propinquo, & admonitus intra terminum præſcriptum non aduenerit, reliquos procedere poſſe ad executionem.

Executores quouſque agant.

Quod ad vltimum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, executores agere poſsũt ad inſtitutionem, aut legata pia implenda, tum aduerſus hæredes, tum etiam aduerſus quoſcunque alios bonorum defuncti poſſeſſores. Ita Pan. c. Ioannes, cit. nu. 4. Cou. nu. 5. & Sylu. ver. teſta. 2. q. 5. pronun. 2. affirmantque Panor. & Cou. hanc eſſe communem Doctorum ſen-

C tentiam, in cuius confirmationem citant l. nulli, & l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſc. & cler. illa tamẽ prior ſolum loquitur quando inſtitutio, aut legatum eſt in redemptionem captiuorum; hæc verò poſterior idem extendit ad inſtitutionem, aut legata, in cibum, & eleemoſynam pauperum. Cou. citat etiam l. alio, ff. de alim. & cibar. leg. Licet autem illa ſolum loquatur de alimentis leg. idem tamẽ eſt, in reliquis cauſis pijs: quoniam, vt gl. ibidem ait, intuitu, quod cauſa pia ſit, pronunciatur id eo loco, vnde l. quarta, tit. 10. par. 6. meritò vniuerſim idem ſtatuitur de omni legato pio: quare nulla ratione eſt ab hac ſententia recedendum.

Quando executio non eſt ad cauſam piam, diſtinguendum eſt, quoniam vel executor non eſt merus executor, ſed partem habet in eo, quod eſt executioni mandandum, quia videlicet eſt legatum ſibi, aut ſibi cum alio relictum, vel abſolutè, vel tãquam præ-

D mium executionis, aut ſaltem, quia ſibi eſt relictum vt illud integrum cuidam alteri reſtituat, non tanquam miniſtro duntaxat, ſed tanquam legatario grauato reſtituere, quo caſu, ſi fideicommiſſarius præmoriatur, legatum cedit non hęredi, ſed eiuſmodi legatario, tunc agere poteſt aduerſus hæredes, aut poſſeſſores hæreditatis, ſicut etiam quicunque alius legatarius agere poteſt aduerſus hæredes ac poſſeſſores bonorum defuncti, vt ſoluant legatum ſibi à teſtatore relictum. Ita habetur l. ſi Titio, aut Seio, & l. ſi quis Titio, in princ. vbi Bar. ff. de leg. 2. l. ſi legatarius, ff. de leg. 3. & l. 4. tit. 10. par. 6. & affirmant Gregor. Lop. ibi, Panorm. c. Ioannes, cita. num. 4. Cou. nu. 5. Sylue. verb. teſtam. 2. quæſt. 5. pronuncia. 2. & alii, quos referunt. Quando autem eſt merus executor, ita vt nihil rei executioni mandandæ ad ipſum ſpectet, agere non poteſt aduerſus hæredes, aut poſſeſſores bonorum defuncti, vt patet l. Lucius, §. Mę

uia,ff.ad Treb.& l.4.ti.10.par.6.affirmantque Panor. Cou.& Sylu.locis citatis,& alij quos referunt. Excipitur,niſi id expreſsè à teſtatore ſit conceſſum, vt habetur l.4.citata,affirmatque communis Doctorum ſententia,quam referunt & ſequuntur Grego. Lopez ibi,& Cou.num.citato. Ait verò Greg. Lopez, hodie vt plurimum hanc poteſtatem à teſtatoribus ſolere executoribus concedi. Interim etiam dum hæredes non reſiſterent, mandare poſſunt executioni ſibi iniuncta à teſtatore, mittereque legatarios in poſſeſſionem rerum ipſis à teſtatoribus relictarum,atque hoc eſt,quod ſtatui videtur l.2.tit.10. par.6. Eſto autem,neque à teſtatoribus conceſſa eſſet expreſsè eis ea poteſtas,hæredeſque reſiſterent, poſſent nihilominus implorare officium iudicis, iſque ex ſuo munere præcipere tenetur hæredibus,vt tradant, quæ neceſſaria ſunt, vt defuncti voluntas executioni mandetur,vt habetur l. Quintus Mutius in fi.ff.de annuis legatis,& l.hæreditas,ff.de pet.hæreditatis, affirmantque Doct. citati.

Vtrum autem executores propria autoritate vendere poſſint bona defuncti, vt eius voluntatem impleant. Dicendum eſt,ſi vniuerſales ſint eo modo, quo diſputatione præcedente explicatum eſt, poſſe, vt patet l.nulli, C.de Epiſc.& cler. Si uerò particulares ſint,id non poſſe,l.alio,ff.de cibar.& alim.leg. affirmantq; Pan. c.Ioan. de teſt. & Couar. vterque nū.6. Sylu.vbi ſupra,pronun.vlt. & Doctores communiter. Obſeruat ibi Couar. cum alijs quos citat, ſi quas expenſas executores faciant in exigendis rebus ad voluntatem defuncti exequendam, de bonis defuncti poſſe illas petere.

Poſtremò obſeruandum eſt, de iure Luſitano libro 2.Ord.tit.35.§.6. & in Conſtitutionibus huius Eborenſis Archiepiſcopatus,ti.21.c.2.inhibitum eſſe executoribus teſtamentorum,ne per ſe,vel per interpoſitam perſonam,ſibi,aut cuiquam alteri, quippiam emant,vel obtineant de bonis à teſtatore relictis,etiam ſi bona publica ſubhaſtatione iudicis authoritate vendantur, emptioque nulla eo ipſo redditur,& bona ita empta aut obtenta reliquis defuncti bonis reſtituuntur, & inſuper in ordinationibus ſtatuitur,vt teſtamentarius ſoluere cogatur duplum valoris illius,quod defuncti bonis accreſcat. Et in Cōſtitutionib. Archiepiſcopatus,vt amittat prēmiū omne ſibi à teſtatore propter munus executoris relictū.

DISPVT. CCXLIX.

An executoribus ac prælatis liceat à teſtatoris voluntate diſcedere.

QVando teſtatoris voluntas impleri poteſt, irrationabiliſque atque illicita non eſt, eſto, aliud longè vtilius,in quo bona expendi poſſint ſeſe offerat,nefas eſt executoribus à teſtatorum voluntate diſcedere, vt patet cap.tua nobis, de teſt. & alijs iuribus. Id quod ratio ipſa perſuadet; integrum namque vnicuique eſt ſua,prout voluerit, licitè expendere, neq; priuatus quiſquam poteſt ea in parte vllum ei præiudicium inferre.

Dubium.

Dubium tamen eſt, vtrum ſi teſtator præcipiat, vt poſt ſex menſes,verbi gratia,tantum pecuniæ diſtribuatur pauperibus,fas ſit executoribus præuenire diem illum [Bar.& quorūdam opinio.] Bar.l.cum pater.§.filia,ff.de leg.2.iuxta tex.ibi,negat,& in eadē ſententia,ſunt multi alij, quos Cou.c.tua nobis,de teſt.num.5.cit. [Fundamentum.] Ducuntur præter legem citatam, quia id cedit in præiudicium pauperum,qui poſt ſex illos menſes futuri ſunt.

Deciſio.

Placet tñ nobis ſententia Decij,Panor.& aliorū, quos Cou. ibidem refert ac ſequitur: nēpè, quando coniecturæ non ſunt voluntatem teſtatoris fuiſſe, vt dies ille non præueniretur (vt ſi in aliquotum commodum, aut aliqua alia de cauſa voluit, vt dies ille expectaretur) fas eſſe diem illum præuenire. Primò, quoniam id cedit in maius commodum animæ defuncti, cui citius operibus illis bonis ſubuenitur. Secundo,quoniam id melius in ſe eſt. Tertiò,quoniam quando contrarium aliundè non conſtat, præſumendum eſt eam eſſe teſtatoris voluntatem, tempuſque illud deſtinatum ab ipſo eſſe, non tanquam terminum, quem non liceret præuenire, ſed tanquam terminum poſt quem nullam moram voluit permittere. Confirmatur ex l. poſt mortem, C.de fideicom. vbi rogatus aliquid poſt mortem ſuam reſtituere, poteſt id reſtituere ante mortem.

Ad fundamentum in cōtrarium.

Ad fundamentum contrariæ opinionis negandum eſt, id cedere in præiudicium talium pauperum:quoniam cum teſtator ,vt ſupponimus,non intenderit bono illorum conſulere, neque intenderit eos alijs præferri,aut debere illos expectari,nullum præiudicium ea in parte illis fit, vtpote qui nullum ius, vt contrarium fieret, haberent; Ad l.cum pater, §. à filia, dicendum eſt, ibi teſtatorem filiæ reliquiſſe prædia intuituque vt melius ex filijs talis filiæ,nepotibuſque teſtatoris, electio fieret, præcepiſſe, vt tempore mortis ſuæ ea reſtitueret, cui vellet ſuorum filiorum, eaque de cauſa ibi definiri, electionem factam à filia ante ſuam mortem, non quidem eſſe inualidam, ſed poſſe reuocari, ſi tempore mortis melior alia electio ipſi occurreret.

Quæſtio.

Vtrum autem,vel executores interueniente Epiſcopi authoritate, vel Epiſcopus accedente executorum conſenſu, diſcedere poſſint à diſpoſitione & voluntate teſtatoris, quod is ad vnum vſum reliquit,conuertendo in alium, ſaltem ſi melior is ſit.

Deciſio.

Et quidem quando id quod teſtator præcepit, fieri nequit, dicetur ſtatim. Quando verò fieri poteſt, atque irrationabile & illicitum non eſt,neque conſtat præſumptam eſſe voluntatem defuncti, vt eo pacto commutetur, reſpondendum eſt. Commutari non poſſe, ſed teſtatoris voluntatem eo pacto, quo ipſe præcepit, eſſe executioni mandandam. Etenim diſpoſitiones defunctorum rationabili ex cauſa commutare, proprium eſt ſummi Pontificis,vt Clemens Quintus approbante Concilio Viēnenſi Clem.quia contingit, de religioſis domibus, his verbis ait. Cum ea quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant nō ad alium (ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate)conuerti. Dixi rationabili ex cauſa: quoniam, vt Concilium Trid. Seſſ.22.c.6. de reformatione declarauit,neque ab Apoſtolica Sede fieri debent, niſi ex iuſta & neceſſaria cauſa. Eodem modo proprium eſt ſupremorum principum ſecularium(eademque ratione iuris ciuilis, quod à ſupremo principe vim habet) eaſdem vltimas voluntates, rationabili ex cauſa commutare, vt habetur l. legatam, iuncta l.1. eiuſdem tituli, ff. de adminiſtratione rerum ad ciuit.pertinent. Quo fit,vt inferior Summo Pontifice, aut ſupremo principe ſeculari, id efficere non poſſit,etiam ſi res integra adhuc ſit, vt Panor.cap. tua nobis, de teſt.nu.4. & Couar.nu.7. cum alijs, quos citat,affirmat: quicquid quando res adhuc eſt integra,nonnulli in contrarium aſſeruerint,Couar. ibidem,cum quibuſdam alijs contendit, pecuniam à teſtatore in vnum vſum non ita neceſſarium, relictam,poſſe Epiſcopum conuertere in alium pium vſum Reipublicæ ac religioni Chriſtianæ valde neceſſarium, cui ſine maxima difficultate non poſſit aliundè ſubueniri. Quòd probat ex l.pen.ff.de operib.publicis. Is tamen textus id ſanè nō probat, ſed potius contrarium.

Illud hoc loco obſeruandum eſt, a Conc. Trid. c.6. citato, ſancitum eſſe, vt quando commutatio

alicuius

alicuius vltimæ voluntatis à Sede Apoſtolica fuerit obtenta, non prius executioni mandetur, quàm epiſcopus loci tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus ſummariè & extra iudicialiter cognoſcat, nihil in precibus, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate, fuiſſe narratum. In Conſtitutionibus verò huius Eborenſis Archiepiſcopatus, tit. 21. ca. 8. pronunciantur nullæ executiones aliter factæ, ſtatuiturque pœna duo mille æreum nummorum quos reas vocant, dimidium Cameræ Archiepiſcopali, & dimidium accuſanti.

Quando aliquid à teſtatore legatum eſt ad aliquid pium efficiendum, neque iuxta teſtatoris præſcriptum poteſt impleri, non propterea legatum eſt inualidum, quaſi cedat hæredi, ſed arbitrio executorum, & Epiſcopi conuertendum eſt in aliquid aliud, ita tamen, vt quoad fieri poſſit, voluntas teſtatoris ſeruetur. Vnde ſi præcipitur ædificari monaſterium, aut Eccleſiam in aliquo loco ibique ædificari non poſſit arbitrio ſimul Epiſcopi & executorum eligendus eſt alius locus. Ita colligitur ex ca. 3. de teſt. & affirmant Panor. ibi, nu. 5. & Couar. nu. 9. & alij Doctores communiter. Idem colligitur ex l. legatum. ff. de vſufructu legato, vbi habetur, ſi quis legauit prædium alicui Ciuitati ad faciendum quotannis in ipſius memoriam ſpectaculum in ea, taleque ſpectaculum prohibitum ſit in ea Ciuitate, legatum non cedere hæredibus, ſed arbitrio hæredum ac primorum Ciuitatis conuertendum eſſe in rem aliam licitam, quæ in defuncti memoriam cedat. Idem affirmat Bar. ibi, ſubiungitque eodem modo ſi pecunia ad aliquid pium legetur, neque ad id ſufficiat, debere conuerti arbitrio Epiſcopi & executorum in aliud pium opus. Si tamen ſufficiat, non aliter poſſe conuerti, niſi accedente authoritate Summi Pontificis; cōſentitque in vtroque cum Bar. Panorm. nume. 6. citato. Hoc ipſum confirmant, quæ ex Authentico de Eccleſiaſ. tit. §. ſi quis in nomine, retulimus in calce diſp. 197. & quæ ibidem dicta ſunt, quando legatum pium eſt incertum cui loco pio ſit relictum: neque enim redditur nullum, ſed applicandum eo modo eſt, quo ibi fuit explicatum.

Dubium. Dubium eſt, ſi teſtator reliquit ducentos aureos vt diſtribuerētur pro malè ablatis, & ſolum reperiātur centum malè ablata, vtrum alia centum cedant hæredi, an verò inſumenda ſint in aliquo opere

Deciſio. pio. Panor. c. tua nobis, num. 7. Couar. c. 3. de teſt. num. 6. cum Baldo, & alijs quos citant, cenſent conuertenda eſſe in opus pium. Quoniam præſumendum eſt teſtatorem fuiſſe veritum, ſe in illis omnibus grauatam habere conſcientiam, atque adeò mentem illius fuiſſe, vt ea omnia inſumerentur pro exoneranda ipſius conſcientia. Quamuis autem hoc placeat, ſi tamen teſtator dixiſſet, ducenta, quæ ex libro mearum rationum comperientur me debere, reſtituantur illis, quibus ea me debere comperietur; atque ex libro rationum ſolum reperiretur debere centum, certè tunc moralis certitudo eſſet, teſtatorem fuiſſe deceptum aut oblitum, ac proinde incremētum cederet hæredibus. Quo fit, vt hæc regula poſſit ſtatui, ſi ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, dubium ſit, an plura debeat, incrementum erit inſumendum in operibus pijs: ſi vero non ſit dubium, ſed certum, non plura debere neque veriſimilitudo, ex circunſtantijs concurrentibus ſit, ad maiorem cautelam voluiſſe vt omnia reſtituerentur, tunc incrementum cedit hæredibus.

Idem ait eſſe Couarruuias ſi pro malè ablatis teſtator reliquiſſet mille vt conficeretur monaſterium, aut Eccleſia, talis formæ, eaque confecta, remanerent centum: nam tunc illa centum conuertenda eſſent in vtilitatem illius Eccleſiæ aut

A monaſterij. Secus verò credit eſſe, ſi ex deuotione relinqueret mille, vt conficeretur monaſterium illud talis formæ, aut Eccleſia: quoniam centum, quæ ſupereſſent, cederent hæredibus, eo quod ſatisfactum iam eſſet voluntati teſtatoris. Contrarium tamen eſt mihi longè veriſimilius. Cum enim ea tota ſumma relicta ſit, vt in eo opere inſumatur, præſumendum eſt teſtatorem voluiſſe, vt ſi quid ſupereſſet, conuerteretur potius in vtilitatem eiuſdem monaſterij aut Eccleſiæ, quàm vt hæredibus cederet. Adde in dubio eſſe ad piam cauſam inclinandum. Si tamen teſtator diceret, præcipio vt fiat monaſterium aut Eccleſia talis formæ, idque executioni mandetur ex mille aureis, quos habeo in tali loco, tunc quia ſolum monaſterium aut Eccleſię formæ illius videtur legaſſe, non verò pecuniam, niſi quantum ad id ſufficeret, credo incrementum cederet hæredibus.

Dubium eſt, ſi teſtator reliquiſset ducenta pro
B certa quadam puella maritanda, illaque moreretur antequam nuberet, vtrum pecunia illa cederet hæredibus teſtatoris, an hæredibus puellæ, vel potius conuertenda eſſet in aliud opus pium. Dicendumque eſt, ſi id teſtator reliquit tanquam pium opus, atque in animæ ſuæ bonum, veruntamen elegit potius illam, quàm quamcunque aliam, vel quod illa eſſet nota, vel alia ſimili de cauſa; tunc, eſto, illa ante teſtatorem moreretur, non cederet legatum illud hæredibus defuncti, ſed ex illo alia eſset nuptui tradenda, iuxta ea quæ hactenus dicta ſunt: quoniam ſemper, quando pium opus à teſtatore relictum impleri non poteſt, conuertendum eſt in aliud teſtatoris menti quam maximè conſentaneum; Vt tamen diſputat. ducenteſimaoctaua dictum eſt, ex circunſtantijs omnibus concurrentibus coniecturis eſt iudicandum, num mens teſtatoris fuerit relinquere fœminæ illi ea ducenta ſub conditione propriè dicta,
C ſi nubat; an ſolum tanquam modum, non intendendo obligare ad nuptias, ſed ſolum intuitu earum, & boni talis fœminæ, tribuere medium vt eſse poſſent, vel potius intendendo obligare ad nuptias, ita, vt ſi non ſequantur, pecuniam amittat. In primo euentu, quando ſcilicet ſub ea conditione propriè dicta relicta ſunt, tunc legatum non debetur hæredibus puellæ: quoniam ante conditionem impletam, neque puellæ neque hæredibus illius erat debitum. Quare, ſi teſtator reliquit legatum illud tanquam opus pium atque in bonum animæ ſuæ, ex illis ducentis, nuptui eſt tradenda alia ſimilis puella. Si verò non reliquit illud tanquam legatum pium, ſed in bonum duntaxat puellæ, pertinet ad hæredes, teſtatoris. In ſecundo verò euentu, quando ſcilicet reliquit legatum illud ſub modo, non intendendo obligare ad illum, ſed ſolum tribuere medium quo poſset executioni mandari,
D tunc pertinet ad hæredes puellæ, eſto illud puellæ reliquerit tanquam opus pium in eleemoſynam, & eſto cauerit, vt illi non traderetur ante nuptias, ne ea bona in aliis rebus conſumeret: eo enim ipſo, quod teſtator è vita diſceſſit puella illa comparauit dominium talis legati, aut ius ad illud plenum ac abſolutum ab omni conditione, & onere, tametſi ex teſtatoris præſcriptio in alterius manu vſque ad nuptiarum tempus aſseruaretur tanquam in depoſito: quare tranſmittit illud puella ad ipſius hæredes. In tertio autem euentu, quando videlicet intendit inducere obligationem modi nuptiarum, ita vt ſi puella, morte etiam præuenta, non nuberet, legatum, amitteret; tunc diſtinguendum eſt. Quoniam ſi tanquam pium opus id ei reliquit, conuertendum eſt in aliud ſimile opus pium. Si verò non tanquam pium opus illud reliquit, pertinet ad hęredes defuncti. In dubio tamen ſemper in fauorē piæ

cauſæ

cauſæ eſt inclinandum, præſumendumque eſt tanquam legatum pium fuiſſe relictum. Lege quæ de hac re copioſius diſputatione 208. ſunt explicata.

DISPVTATIO CCL.

Rationem exigere executionis teſtamentorum, executoreſque cogere vt defuncti voluntatem adimpleant, ad quos iudices ſpectet.

IVxta diſpoſitionem iuris communis, tam ad Epiſcopos, eorumque vicarios, quam ad ſeculares principes, iudiceſque ab eis deſtinatos ſpectat cura & compulſio, vt defunctorum voluntates executioni mandentur, rationem ab hæredibus, alijſque executoribus teſtamentorum, exigendo, & ſi opus fuerit, illos ab adminiſtratione remouendo, ac pœnis competentibus puniendo. Et quidem, quod ad Epiſcopos, eorumque vicarios, præſertim quando diſpoſitiones ſunt ad pias cauſas, id pertineat, manifeſtum eſt ex capitulo tertio, capitu. ſi hæredes, cap. tua nobis, & capitul. Ioanne. de teſtament. & ex Concilio Trident. Seſſ. vigeſima ſecunda, cap. 8. de reformat. vbi ſimul conceditur Epiſcopis, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, ius viſitandi hoſpitalia & collegia quæcunque ac confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, ſiue quocunque alio nomine, vocant (non tamen, quæ ſub regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia) elemoſynas montis pietatis & charitatis, & pia loca omnia, quocunque nomine nuncupentur, etiamſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio ſint munita: ac vt omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, ipſi ex officio ſuo, iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta, cognoſcant, & exequantur, non obſtantibus quacunque conſuetudine, etiam immemoriabili, priuilegio, aut ſtatuto. Hactenus Concilium, ibi. Conſonant præterea authent. de Eccleſiaſt. titu. §. ſi quis ædificationem, & l. ſeptima, titu. 10. par. 6. Quod verò ad iudices quoque ſeculares ſpectet cura, & compulſio, vt vltimæ defunctorum voluntates executioni mandentur, etiam quando diſpoſitiones ſunt ad pias cauſas, conſtat ex Authent. de Eccleſiaſtic. titu. §. ſi quis ædificationem, & ex l. hæreditas, ff. de pet. hæred. quibus in iuribus ea cura promiſcuè iudicibus ſecularibus, & Eccleſiaſticis conceditur. Quo fit, vt res hęc mixti ſit fori, ſitque proinde locus præuentioni, ita vt ad eum iudicem cauſæ cognitio pertineat, qui prius ea de re cognoſcere inceperit. Ita affirmant Luſitaniæ Ordin. libro ſecundo, titulo trigeſimo quinto, §. quarto, & Conſt. huius Eborenſis Archiepiſcopatus, titu. 21. cap. 4. & conſentiunt Grego. Lopez, ad l. 7. citatam, Panorm. c. ſi hæres, de teſt. num. 3. Cou. ibid. num. 1. & alij.

In hoc tamen Luſitaniæ Regno, ad diſſenſiones & incommoda vitanda, & de communi principum & prælatorum conſenſu ſancitum eſt, vt ſit quidem locus præuentioni, veruntamen, vt intra annum & menſem, de iure eiuſdem Regni executoribus conceſſum ad defunctorum vltimas voluntates executioni mandandas, itemque intra tempus à teſtatoribus ad hoc ipſum executionibus conceſſum, vel ſi à principe tempus illis ſit prorogatum, citatio facta à ſecularibus vel ab eccleſiaſticis miniſtris, ſit nulla, ad effectum, vt ratione illius præuenta iuriſdictio cenſeatur, eaque de cauſa poſſit nihilominus tranſactio eo tempore iuriſdictio ab alio præueniri. Itemque, vt ſi executor intra annum & menſem, ſua ſpōte velit rationem reddere, quia videlicet defuncti voluntatem mandauit iam executioni, teneatur eam reddere coram miniſtro ſeculari & Eccleſiaſtico ſimul, & vt aliter reddita, ſit eo ipſo nulla. Præterea, vt quando coram vtroque iudice ratio redditur, inſtrumentum iudicis, quo pronunciatur integrè voluntatem defuncti mandatam fuiſſe executioni, alternatim fiat, vnius quidem teſtamenti, à tabellione iudicis Eccleſiaſtici, alterius verò, à tabellione iudicis ſecularis. Hæc habentur libro ſecundo Ordin. titu. 35. §. 4. & in Conſt. huius Eborenſis Archiepiſcopatus, titu. 21. capitu. quarto. In ordinationibus, §. 6. additur, vt ſi executores, tranſacto tempore illis ad executionem conceſſo, ſe abſconderint, neque in ſuis domibus fuerint reperti, dum miniſtri publici eos citare volunt, valida ſit citatio facta coram vxoribus, familiaribus, aut vicinis eorum.

Quando capellæ aut hoſpitalia authoritate & de conſenſu prælatorum ſunt inſtituta, idque vel ex inſtitutione ipſa conſtat, vel aliunde ſufficienter probatur, etiamſi à laicis inſtituta ſint, viſitatio, & prouiſio eorum, exigereque ab adminiſtratoribus rationem, & compellere vt iuxta inſtitutorum voluntatem omnia fiant, pertinet ad ſolos prælatos, eorumque vicarios, non verò ad iudices ſeculares: quoniam eo ipſo, quæ eo pacto inſtituta ſunt, cenſentur res ſacræ. Idem eſt quando, licet authoritate prælatorum inſtituta non ſint, adminiſtratores tamen ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ. In vtroque etiam euentu, ſi expediat vt aduerſus perſonam ſecularem lis aliqua in bonum hoſpitalis, aut capellæ, intentetur, aut vt debitum ab eo exigatur, compellere poſſunt prælati adminiſtratores, vt id intentent ac exequantur. Lis tamen peragi debet coram iudice ſeculari, eo quod actor ſequatur forum rei. Hæc habentur libro ſecundo. Ord. titulo trigeſimo quinto, §. 40. & 41.

Item l. 2. titu. 16. par. prima, legum extrauagantum, ſancitum eſt, quando prælati, aut eorum viſitatores, compererint aliqua onera, quæ nondum ſint impleta, in capellis, hoſpitalibus, aut confraternitatibus, quas viſitarint, vt ſi ea de re certiores faciant, *aos prouidores è contadores, dos reſiduos*, hi, ſi ita rem habere compererint, teneantur cogere adminiſtratores, vt rem executioni mandent, vt diſpoſitio Concilij Tridentini, de qua ſuprà habitus eſt ſermo, commodius ac citius ad effectum perducatur.

Dubitant Doctores, vtrum etiam quando diſpoſitio non eſt ad pias cauſa, cura vt illa executioni mādetur, ad Epiſcopum & eius Vicarium pertineat, intentata etiam coram ipſis actione aduerſus executores aut hæredes ab eo cui a teſtatore aliquid relictū eſt. Licet autem quidam negent, quando hæres ac executor laicus eſt, quod actor forum rei ſequatur, gloſſa tamen capitul. ſi hæres, de teſtamen. quam ſequuntur Panorm. ibi, num. 7. & in relect. capit. cum eſſes, de teſta. numero 32. Hoſtien. cap. Ioann. eod. titu. Couarru. cap. ſi hæres, citato, numer. 5. Sylueſt. verbo, teſt. 2. quæſt. 8. & multi alij quos citant, contrarium affirmant. Ducuntur quoniam adimpletio voluntatis defuncti, in ipſius defuncti bonum, Epiſcopis ex officio ſuo eſt commiſſa, etiam quando nō eſt ad pias cauſas, vt ex multis iuribus oſtendit Panormitan. & perſpicuè affirmat l. 7. ti. 10. par. 6. quare, in conſequentiam, pertinet etiam ad prælatum, quando aduerſus executorem aut hæredem laicum intentatur actio, efficere, vt ea via, in defuncti bonū, ipſius voluntas executioni mandetur. Atque hæc opinio, vt communior, & magis pia, placet; cui conſentiunt Luſitanæ Ord. tit. cita. quatenus ſtatuunt, curam, vt defuncti voluntas executioni mandetur, promiſcuè pertinere ad prælatum & ad iudices ſeculares: tametſi §. 40. nonnulla reſtrictio fieri videatur ad ſolas cauſas pias.

Dubium.

Deciſio.

Couarr. num. 3. cita. cum gloſ. in eod. c. & multis alijs,

alijs,merito aduerſus Imolam,&,quoſdam alios affirmant, inſinuationem nihilominus teſtamenti, quando teſtator erat laicus,etiam ſi hæres aut executor eccleſiaſticus ſit,fieri debere coram iudice ſeculari,& non coram eccleſiaſtico. Quando verò teſtator eſſet eccleſiaſticus, debere fieri coram iudice eccleſiaſtico. Denique quando compertum eſſet,teſtamentum laici eſſe ſolum ad pias cauſas,poſſe inſinuationem promiſcuè fieri coram iudice eccleſiaſtico vel ſeculari.

Duo obſeruanda ſunt. Primum eſt, quæ de Epiſcopis & eorum Vicarijs dicta ſunt,& diſputatione ſequenti dicentur,circa iuriſdictionem & curam ac compulſioem,vt defunctorum voluntas impleatur, competere etiam ijs,qui quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habent, vt ſunt multi Abbates ex priuilegio,aut præſcriptione,& eſt Capitulum Sede vacante. Ita cum Panor.c. Ioannes,de teſt.nu. 2. Couarr. ibid.nu.1.& 5.communis Doctorum ſententia.

Secundum eſt,quando hæredes,aut alij executores ſunt in mora mandandi executioni voluntatem defuncti,ad quemuis de populo ſpectare, admonere prælatos & iudices ſeculares, ab eiſque exigere, vt executioni mandetur. Ita habetur in Authen. de eccleſiaſt.tit.§.ſi autem qui hoc facere,l.nulli. in fine, C.de epiſcop.& cleri.& l.7.tit. 10.par. 6. Quæ vniuerſim loquitur, etiam de non pia diſpoſitione defuncti. Lege Couarruu.cap.ſi hæres,de teſt.num. 2. & Greg. Lopez,l.7.cit.

DISPVTATIO CCLI.

Intra quod tempus hæredes & executores voluntatem defuncti implere teneatur.

QVando teſtator ipſe expreſſit intrà quantum tẽpus volebat ſuam adimpleri voluntatem,intrà illud eſt implenda,ſi fieri poſſit:ita neque ante id ella pſũ poſſunt iudices ſeculares vel eccleſiaſtici rationẽ exigere ab hæredibus aut alijs executoribus, adimpleuerintne defuncti voluntatem;neque compellere eos poſſunt, vt intrà breuius tempus illam adimpleant. Ita habetur libro ſecundo Luſit. Ord.tit.35. §.1.& in Conſt.huius Eborenſis Archiepiſcop. tit. 21.cap.1.& l.16.tit.10.par.6.Conſentiunt Grego. Lopez ibi,& Panor.cap.3.de teſt.num.10. Couarr. ibid.num.1.Sylueſt.verbo,teſtamentum,2. q.6. Doctores communiter. Ordinationes,& Conſtitut. locis citatis addunt,quando teſtator dixit, ſi executores id implere non potuerint intra primum annum, impleant intrà ſecundum, & ſi in ſecundo implere non poſſint,impleant in tertio,teneri coram iudicibus probare,ſe non potuiſſe illam implere intrà primum annum, & tunc concedetur eis ſecundus, aut etiam tertius, alioquin incidunt in pœnas ſtatutas non implentibus voluntatem defuncti tempore debito,de quibus mox dicetur. Doctores etiam citati obſeruant tempus à defuncto præſcriptum, vt vltima ipſius voluntas impleatur intelligendum eſſe, à die ſcientiæ executorum atque aditæ hæreditatis, eſto teſtator dixerit à die mortis ſuæ. Quod probant argument.tex. in l.ſtatu liberos.§. ſi quis hæredi.ff. de ſtatu liber.& in l.vltim. §.ſi autem dubius, iuncta gloſſ.ibi.C.de iure deliberand. Idem affirmant intelligendum eſſe de tempore dato a iure,aut à Cõſtitu.Synodalibus,ad implendam defuncti voluntatem, eſto ſolum meminerint temporis a morte defuncti.

Quando à teſtatore non fuit præſcriptum tempus ad executionem ſuæ voluntatis,tunc executores tenentur legata pia mandare executioni intrà ſex menſes numeratos à die inſinuationis teſtamenti (intel-

A lige,ac ſcientiæ executorum) idque ſub pœna reddendi illa cum fructibus omnibus & emolumentis, quæ à die mortis defuncti poterant ex eis percipi. Ita habetur in auth. de eccl.tit.§.ſi autem hæres, verſi.ſi autem legatum. Quod ſi ſemel,atque iterum admoniti per Epiſcopum,aut ipſius Vicarium, vel nunciũ publicum,ea diſtulerint mandare executioni, incidunt in eandem pœnam,& inſuper priuantur commodis omnibus teſtamento ipſis relictis. Ita habetur in ea.auth.§.ſi quis autem pro redemptione, verſic.ſi autem qui hoc,& affirmant Panorm.c.3.de teſta.num.10.& 11.Couar.ibid.num.6.Idem Panor. c.ſi hæres,de teſt.& Cou.ibid.vterque,nu.5. Syluestre.verbo,teſt.2.q.6.& Doctores communiter. Panor. nu. 11.cit.& Sylueſt. vbi ſuprà q.8.addunt,in hoc vltimo euentu,vltra pœnas prædictas, executionem teſtamenti eo ipſo deuolui ad Epiſcopum, conſonant verſicu.ſi autem qui hoc,citatum,& l.vlt.tit. 10. parte 6. Vltra hæc omnia, ſi poſt binam ad-
B monitionem executionem differant vſque ad latam ſententiam,condemnari inſuper poſſunt, vt ſoluant legatum duplum,vt colligitur ex §.ex maleficijs,verſic.item mixta,Inſt.de actionibus,& aſſerunt Pano. & Couarr.num.5.cit.Syl.verbo,teſt.2.q. 6. & alij quos citant.

Quando à teſtatore nullum tempus præſcriptum eſt, vt vltima ipſius voluntas executioni mandetur, ſi executores intra annum poſt admonitionem per iudicem,aut alium ex iudicis decreto ipſis factam,vt teſtatoris impleant voluntatem, eam non adimpleuerint,ſiue talis voluntas ad pias cauſas ſit,ſiue non, in pœnã incidunt amiſſionis muneris executorum, & inſuper,amittendi quicquid à teſtatore ipſis fuit relictum,præter ſuam legitimam portionem, ſi ipſis in bonis defuncti erat debita, vt quia erant deſcendentes,vel aſcendentes, deficientibus deſcendentibus,aut quia erant patroni. Ita habetur in Authentica,
C Hoc amplius,C.de fideicommiſ.& dilucidius ac melius in Auth.de hæred.& Falcid.§.ſi quis autem non amplius,& §. vltim.verſicu. non autem excipimus.

Dubium tamen eſt,ad quem in eo euẽtu deuoluatur munus exequendi defuncti volũtatem,& cui applicandum ſit emolumentum,quod prior ille executor amittit. Dicendumque eſt,ſi teſtator ſibi de executore prouidit in euentu,quod executor ab eo deſignatus eſſet negligens, tunc is ſuccedit in executione,vt affirmant Panormitan.& Couarruu. cap. tua nobis,de teſta: vterque,num.6.idem Couarruu.cap. 3.de teſt.num.2. Syluеſt.verbo,teſt. 2.q.8.pronunc. 4.& multi alij,quos Couar.cita. Eademque ratione, ſi teſtator de emolumento executori relicto in euentu negligentię illius quicquam diſpoſuiſſet,ſtandum eſſet diſpoſitioni teſtatoris. Quin,vt Syl.loco cita.q. 11.probè obſeruat,ſi teſtator de ſuis proprijs bonis
D aliquid diſponeret in modum pęnæ executori ſi eſſet negligens,vt verbi gratia,ſi intra tantum tempus nõ ſolueret alicui legatum aliquod, vt ſolueret ei duplum, teneretur executor in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia, eam pęnã ſoluere: quoniam teſtator de ſuis proprijs bonis diſponere pro ſuo arbitrio poteſt,apponendo grauamen,quod voluerit,& quod vim habeat in foro conſcientiæ,nulla expectata ſententia. Si vero teſtator de executore non prouidit in euentu negligentiæ executoris ab ipſo deſignati;neque expreſſit cui eſſet applicandum emolumentum illi relictum, tunc, ſi diſpoſitio ſit ad pias cauſas, Epiſcopus ſuccedit in executione, & commodum priori executori relictum applicandum eſt pijs cauſis,vt patet ex Authentic.de eccleſiaſtic.titu. §.ſi autem qui hoc,& ex l.nulli,C.de epiſcop. & cleric.& cõſentiunt multa ex capitibus ſupra citatis. Si autẽ diſpoſitio non ſit ad pias cauſas,tunc iuxta opinionem

Dubium.

Deciſio.

nionem, quam cum Panor. & alijs diſp. præcedente ſumus ſecuti, nempè, curam, vt hæc executioni mandentur, ſpectare non ſolum ad iudices ſeculares, ſed etiam ad Epiſcopos & eorum Vicarios, & executio deuoluitur ad Epiſcopum, ſi eccleſiaſticus iudex præueniat, deponatque executorem. Ita Panorm. relect. c. cum eſſes, de teſt. nu. 33. & c. ſi hæres, eod. tit. nume. 7. & DD. quos ſuprà citauimus. Atque emolumentum relictum priori executori, diſtribuetur tunc in pias cauſas, id quod diſponunt Conſt. huius Eborenſis Archiepiſcopatus, tit. 21. cap. 1. Si vero ſecularis iudex præueniat, deponatque executorem, tunc de iure communi ſuccedunt in executione, primo hæredes alij, ſi qui in eo teſtamento ſunt ſcripti: his verò deficientibus, aut nolentibus adire hæreditatem, ſuccedunt fideicommiſſarij, aut legatarij, & ita quidē alij ordine quodam, vt patet in Authentica. Hoc amplius, C. de fideicommiſſis. & in Authen. de hæred. & Falcid. citata, illiſque accreſcit emolumentum, quod à prio-

Ius Luſit. ri executore aufertur. De iure autem Luſitano, executio deuoluitur ad miniſtros publicos, vt habetur lib. 2. Ordin. tit. 35. §. 11. & ſequentibus, & emolumentum executori relictum, applicatur in redemptionem captiuorum, tradendumque eſt miniſtro, quem Mampoſtero dos captiuos appellant, vt ibid. §. 12. habetur.

Obſeruandum tamen hoc loco eſt, iam hodie neceſſariam non eſſe admonitionem per iudicem Eccleſiaſticum, immò neque per ſecularem in hoc Luſitano Regno; Ratio eſt: quoniam in Conſtitutionibus Epiſcoporum conſueuit ferri lex, vt ſi executores intrà annum teſtatoris voluntatem non adimpleant, eo ipſo abſque alia admonitione amittant, tum munus executoris, tum etiam emolumentum teſtamento ipſis relictum. In hoc autē Regno, tam in Conſtitutionibus Epiſcoporum, quam libro ſecundo Ord. titu. 35. §. ſecundo, ſancitum eſt, vt eo ipſo, quod executores intrà annum & menſem à morte teſtatoris voluntatem illius non impleuerint, amittant munus executoris, & priuentur legato ac commodo aut præmio ipſis à teſtatore relicto. Atque in Conſtitutionibus huius Eborenſis Archiepiſcopatus, titu. 21. c. 1. inſuper additur pœna excommunicationis, non quidem latæ ſententiæ, ſed ferendæ. In Ordinationibus tit. cit. §. 11. habetur, eſto, executores poſt annum impletum voluntatem teſtatoris adimpleant, modò tamen integrè eam antequam citentur, compleuerint, executioni mandari non poſſe aduerſus illos prædictas pœnas.

Illud etiam eſt obſeruandum, eſto, quis in prædictas incidat pœnas, non teneri tamen eas exequi aduerſus ſeipſum, ſed poſſe expectare vt ſententia condemnatoria prius feratur, nihil impediente, quod in aliquibus ex iuribus in quibus ſtatuuntur, dicatur, quod in eas incidant ipſo iure, aut ipſo facto. Ita aduerſus multos alios Couar. c. ſi hæredes, de teſt. nu. 8. & alij quos citat, habeturque expreſſe l. vlt. tit. 16. p. 6. ſatiſque perſpicuum eſt ex ijs quę diſp. 95. & 96. dicta ſunt.

Dubium. Dubium eſt, ſi executores impedimentum habeant ad executioni mandandam defuncti voluntatem, vtrum tempus, in quo ita fuerint impediti, computandum ſit in partem temporis ad defuncti volūtatem implendam ipſis conceſſi. Quic-

Deciſio. quid autem quidam in contrarium aſſeruerint, dicendum eſt computandum illis non eſſe. Ita Panor. relect. c. cum eſſes, de teſt. nu. 34. Couar. c. 3. de teſt. numero quarto, & alij quos citat. Licet enim quando tempus datur merè in fauorem alicuius, tempus impedimenti computari ſoleat in partem temporis dati; ſecus tamen res habet, quando ita

A datur in fauorem vnius, vt ſimul cedat ad conuincendam ac puniendam negligentiam eius, cui datur, vt in re propoſita cernitur. Hoc tamen limitat Couar. loco cit. niſi impedimentum eſſet perpetuū, aut ad longiſſimum tempus in executore, & non ita eſſet in aliis: tunc enim, ad pœnam euadendam, teneretur adire iudicem, & petere alium executorem loco ſui, aut ſignificare illi ſuum impedimentum: Atque hac de cauſa iure optimo in Conſtitutionibus huius Archiepiſcopatus, c. 1. cit. ſancitum eſt, vt ſi executori ſuperueniat aliquod impedimentum, teneatur ſignificare id Prę lato, aut ipſius Vicario, alioquin tempus impedimenti computetur illi in partem temporis ad executionem eidem conceſſi. Idem habetur in Ordi. tit. 35. cit. §. 2. Vbi excipitur, niſi adhibita cōpetenti diligentia per executorem, obtinere non potuit prius bona defuncti, vel quòd litigioſa eſſent, quòd ab alio poſſiderentur: tale namque tempus illi non computatur in par-

B tem temporis conceſſi, eſt, quando eiuſmodi aderat impedimentum, id iudici non manifeſtauerit.

Dubium deinde eſt, ſi teſtator prohibeat ratio- Dubium.
nem exigi ab executore à ſe deſignato, an nihilominus poſſint ac debeant iudices Eccleſiaſtici & ſeculares, eam ab illo exigere modo hactenus explicato. Reſpondendum eſt, poſſe, ac debere eam Deciſio.
exigere. Ita habetur in Authen. de Eccleſ. ti. §. ſi autem pro redemptione, & in Auth. licet, C. de Epiſc. & cler. c. tua nobis, de teſt. lib. 2. Ord. ti. 21. c. 1. conſentiunt glo. Panor. & Cou. cap tua nobis, de teſta. vterque, nu. 6. Sylu. verbo teſt. 2. q. 8. pronunc. 5. & Doctores communiter. Ratio vero eſt: quoniam exigere eiuſmodi rationem, eſt munus publicæ poteſtatis, in reipublicæ commune bonum introductum quod teſtator non poteſt impedire, præſertim cum eiuſmodi impedimentum pręberet occaſionem peccatis.

C Dubium præterea eſt, ſi teſtator præcipiat, vt exe- Dubium.
cutio ad Epiſcopum non deuoluatur, num ad eum nihilominus deuoluatur in euentu, quòd executor teſtamentarius negligens ſit, aut exequi non poſſit defuncti voluntatem. Reſpondendumque eſt, non Deciſio.
deuolui quidem, ſi teſtator de alio executore ſibi in eo euentu prouidit: atque hoc eſt quod Panorm. & alij volunt loco citato. Cæterum, ſi teſtator de nullo alio executore ſibi in eo loco prouidit, tunc deuolui ad iudicem Eccleſiaſticum, aut ſecularem eo modo quo ſupra explicatum eſt. Ratio eſt, quoniam id à iure in eo euentu illi conceditur, nec poteſt teſtator tollere ius. Conſentiunt glo. Pan. Couar. & Syluest. locis citatis.

Illud hoc loco obſerua, etiam quando is cui aliquid teſtamento eſt relictum, id non exigeret, poſſe iudicem ac debere ex officio ſuo compellere executorem, vt id ſoluat, ſi ſit in mora. Hac ratione, licet

D Fratres Minores petere in iudicio non poſſint, quæ ipſis per vltimam voluntatem relinquuntur, iudex tamen ſciens illa eis eſſe debita, compellit ex officio ſuo hæredes, aut executores, vt ea illis ſoluant, ſolentque Minores Fratres habere ad hoc ſyndicum deputatum, qui iudicem de eiuſmodi admoneat rebus, vt Panorm. c. 3. de teſt. nu. 5. ait. Idemque omnino dicendum eſt, de relictis domibus profeſſis noſtræ ſocietatis.

Dubium item eſt, vtrum ante annum, & in lega- Dubium.
tis pijs ante completos ſex menſes à teſtamenti inſinuatione, poſſit iudex præcipere ac cogere executores, vt teſtatoris voluntatem executioni mandent.
Reſpondendumque eſt cum Panorm. cap. ſi hære- Deciſio.
des, de teſt. num. quarto, & quinto, cum Couar. ibi. num. 4. & alijs, poſſe. Etenim, quando nullum eſt legitimum impedimentum, quod hæres aut executor poſſint obtendere, vel circa Inuentarii confectionem,

nem, vel circa aliquid aliud, cogere eos poteſt iu- A dex, vt cum primum potuerint defuncti voluntatem exequantur, idque cenſuris eccleſiaſticis, aut eis interdicẽdo bonorum defuncti adminiſtrationem, vt colligitur ex c. ſi hęredes, citato, & probant l. cum res, ff. de leg. 1. quæ ſtatuit: ſi res legata propria erat teſtatoris, & hæres copiam illius habet, teneri eam ſtatim abſque vlla mora ſoluere, & l. ſi domus, §. in pecunia, ff. eo. ti. quæ habet: ſi pecunia legata ſit, debere ſolui intra breue tempus; idem probat l. 6. titu. 10. par. 6. quæ docet, quam primum executores potuerint, teneri mandare executioni voluntatem defuncti. Quæ autem ſupra dicta ſunt de ſpatio ſex menſium in legatis pijs, aut anni in reliquis, vel anni & menſis de iure Luſitano, intelligenda ſunt ad effectum, vt executores puniantur pœnis amiſſionis muneris, & alijs ſupra commemoratis, atquę vt exigi ab eis ratio poſſit, num integrè defuncti voluntatem impleuerint. Quo loco obſerua, executores peccare poſſe lethaliter differendo abſque iuſta cauſa B per tempus notabile exequi defuncti voluntatem, idque tum aduerſus eos, quibus bona defuncti ſunt debita, contra quorum voluntatem iniuſtè ea bona detinentur, eorumque vſu priuantur: tum etiam, aduerſus defunctum ipſum, quoad eleemoſynas, ſuffragia, & alia legata pia: eorum quippe executio, licet defunctorum merita non augeat, ſatisfactionem tamen pro peccatis eorum operatur, atque adeò in cauſa eſt, vt citius à purgatorij pœnis abſoluãtur, diuinoque fruantur conſpectu. Vt rectè tamen Sylu. verbo teſt. 2. q. 9. adnotauit, reſtitutio eorum, ad quæ defunctus tenebatur, & quam facere præcepit, neq; ad defuncti meritum neque ad ſatiſfactionem ſpectat; quo fit, vt executor eam differendo non tã peccet in defuncti detrimentum, quam eorum, quibus ea bona debentur, quique iniuſtè priuantur vſu rerum ipſis debitarum.

In Authen. de eccleſiaſt. ti. §. ſi quis ædificationẽ C ſtatuitur, vt quando defunctus præcepit ædificari Eccleſiam, executores teneantur illam complere intra quinquennium, quãdo verò hoſpitale, aut aliam ſimilem domum, teneantur intra annum. Hoſtienſis & quidam alij arbitrantur, ius hoc, quoad horũ primum; abrogatum eſſe, ca. 3. de teſt. vbi ſtatuitur, executores teneri ædificare monaſterium intra annum à die monitionis factæ per Epiſcopum, longeque maiori cum ratione tenebuntur intra tempus ędificare Eccleſiam, quæ facilius, quàm monaſteriũ, conſtrui vt plurimum poteſt. Panorm. tamen, c. 3. citato, num. 9. & Couar. ibid. num. 6. & alij, rectius affirmant, caput illud intelligendum eſſe, quoad ædificij inceptionem, non verò quoad conſummationem, niſi commodè intra annum poſſit abſolui: tempus namque complementi cuiuſque ædificii à defuncto iuſſi ædificari, iudicis arbitrio pro qualitate & quantitate operis, aliiſque circunſtantiis concurrentibus eſt ſtatuendum. Atque hoc ipſum innuit Authentica citata, dum in ea ſubiungitur: ſi hoſpitale intra annum compleri non poſſit, executores teneri emere, aut locare domum, in qua exerceantur miſericordiæ opera, quæ teſtator in eo exercere pręcepit.

Dubium.

Poſtremum dubium in hac materia eſt, ſi teſtator reliquit quempiam, non quidem executorem, ſed electorem pauperum, quibus aliquid ſit diſtribuendum, aut puellarum orphanarum, quæ nuptui ſint tradendæ, vel alterius ſimilis rei: is verò intra annum, aut ſex menſes, eligere negligat, vtrum eo tempore elapſo, ius eligendi tranſeat ad Epiſcopum Bart. & poſt eum Panorm. c. 3. de teſtam. nume. 12. & alii, negant tranſire. Ducuntur, quoniam, qui B eligere neglexit, non erat executor, ſed elector: iura autem ſolum loquuntur de executore, dum eum munere priuant, ſi intra tempus lege præſcriptum defuncti voluntatem executioni mandare negligat.

Deciſio.

Contrariam ſententiam affirmant Sylu. verbo teſt. 2. q. 8. pronunc. 2. Couar. c. 3. citato, num. 7. & communior Doctorum ſententia, quam Couar. citat, eſtque nobis amplectenda, eo quòd vtrobique ſit eadẽ ratio, electioque in eo euentu quaſi pars quædam ſit executionis ad eam prærequiſita; quo fit, vt iura, quę ſtatuunt, executionem deuolui ad Epiſcopum per negligentiam executorum intra annum, aut mẽſes, idem intelligere cenſeantur de eiuſmodi electione.

Illud poſtremò eſt admonendum, in Concil. Trident. Seſſ. 22. cap. 9. de reformat. ſequentem legem fuiſſe latam. Adminiſtratores, tam Eccleſiaſtici, quàm laici, fabricæ cuiuſcunque Eccleſiæ etiam Ca- C thedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, eleemoſynæ, montis pietatis, & quorumcunque piorum locorum ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario, conſuetudinibus, & priuilegiis quibuſcunque in contrarium ſublatis, niſi ſecus fortè in inſtitutione & ordinatione talis eccleſiæ ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet. Quod ſi ex conſuetudine, aut priuilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda eſſet, tunc cum his adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis adminiſtratoribus minimè ſuffragentur. Hæc ibi. Quibus ad laudem Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, nec non intemeratæ Virginis Mariæ, vltimis voluntatibus, totique huic primo Tomo de Iuſtitia finem imponimus.

FINIS.

LAW LIBR...
FEB 1 1968

LAW LIBRARY

THE UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

THE REUEL DRINKWATER AND
SADITHA MCCULLOUGH ROBBINS
FUND ESTABLISHED BY
DR. LLOYD M. ROBBINS

LVD. MOLINAE

E SOCIETATE IESV,

PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE IVSTITIA ET IVRE TRACTATVS,

Qui eſt

DE IVSTITIA COMMVTATIVA CIRCA Bona externa: Aliàs de Contractibus.

IN QVO QVAESTIONES ATQVE DIFFICVLTATES ad hanc materiam pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruosè & accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis deciſæ videntur; ita vt nil amplius relictum ſit, quod ab aliquo deſiderari aut addi poſſit.

Opus non ſolum Studioſis, Theologis, Canoniſtis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam Seculari verſantibus, apprime vtile & neceſſarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM, altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materierum ampliſſimo, atque locupletiſſimo.

VENETIIS, Apud Seſſas. M DC XIIII.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegio.

F
BQV
113
M67

ILLVSTRISSIMO, ET SAPIENTISSIMO SENATORI, ANDREÆ MAVROCÆNO.

Aſcanius Colloſinus *S. P. D.*

VT Sol ſuo præſtanti lumine, Vir Illuſtriſſime, cæterorum eſt orbium moderator, ac Dux in Cœlis, quo ſublato è mundo, tenebræ vniuerſa occuparent, neque aliorum orbium ſplendores, lucem retinere, aut tueri vllo modo poſſent: ſic inter Virtutes eſt ipſa Iuſtitia, & Ius, ſine qua omnes aliæ corruant neceſſe eſt, neq; cõſiſtere humana ſocietas valeat, qua de rebus humanis erepta, Sol quaſi de mundo tollitur. De hac igitur, qui ſcripſere, auctores, hi pręcipuum ſcribendi ſibi delegerunt argumẽtum, & qui eius munia quotidiana opera iudicijs exercendis, & hominum erratis vendicandis, ac coercendis, frenandisq́; cupiditatibus ſe ſe exercent, hi maximo ſemper honore apud omnes habiti, & hi Principes Rerumpub. & Reges iudicantur; quod vt melius interdum præſtare poſſint, non eſt alienum legendis pręclarorum Virorum ſcriptis, mentis aciem, quamuis interdum, & ſuaptè natura, & aliorum ſtudiorum adiumento ſatis aptam, & accommodatam melius quodammodo efformare, & quaſi expolire. Inter omnes vero, qui noſtra, patrumq́ue memoria de Iuſtitia, & Iure ſcripſere, doctorum hominum grauiſſimo conſenſu, nemo melius, nemo accuratius, nemo ad Chriſtianam Philoſophiam, ac iuſtitiam accommodatius, literarum monumentis quæſtiones conſignauit, quàm LVDOVICVS MOLINA, vir doctiſſimus, & integerrimus, ex illa celebri ſocietate IESV, tanquàm ex equo Troiano, & ſeminario quodam doctiſſimorum hominum progreſſus in lucem. Huius viri cum diſputationes de contractibus exquiſitè admodum, & doctè pertractatæ, ederentur, eligendum mihi aliquem ſtatui Patronum, cuius nomine in libri quaſi fronte præſcripto, & auctori, ac mihi patrocinium, & ipſi etiam aliquis honos ex publico litteratorum proſpectu tanquam in honoris, & gloriæ Theatro accerſeretur. Tuque vnus mihi potiſſimum occurriſti, Vir illuſtriſs. cui & honos iſte deberetur, & onus, ſiue munus, quippe

qui maxime præſtare id, ac ſubire poſſes. Quis enim tibi ex Veneta nobilitate, ſi omnia, quæ in re ſunt, cum propria, tum familiæ ornamenta, & laudes expendamus, eſt anteponendus? Si enim quærimus auctoritatem, ea eſt in te, quantum fert ætas, maxima, qui non ſolum eam tibi comparaſti conſtanti virtutum omnium quaſi decurſu, dum nihil omittis, quod ad perficiendum optimum Senatorem poſſit deſiderari, ſed etiam præclariſſimis R.P. de te iudicijs, quæ te nullis non dignitatibus, & ornamentis cumulauit. Si doctrinam, & eruditionem, nullum eſt in humanis pectoribus penu expolitius, & exornatius tuo, qui a teneris videris ipſo muſarum lacte nutritus: nam in his primis ſtudijs, quibus ad humanitatem imbuuntur ingenia magnis factis breui progreſſibus, in Philoſophiæ ſpatia, ephœbus, ac pene puer te contuliſti, in qua palæſtra, & arena cum te præſtitiſtis, vt nullus tenera ætate præſtantior te Philoſophus Venetus haberetur. In hoc quaſi fonte, imò potius oceano alte defixis pedibus, omnes deinde aliarum ſcientiarum riuulos delibaſti, nihilque tibi relictum eſt intentatum, nihil imperſcrutatum, ex quo cum præclara de tua doctrina opinio, & fama percrebuiſſet, merito ampliſs. X virorum Collegium omnibus ſuffragijs conſcribendæ Venetæ Hiſtoria honeſtiſſimo, & grauiſſimo muneri te præfecit. Si verò familiæ ſplendorem: Quis MAVROCOENAE gentis neſcit Encomia? Quot Principes, Quot Senatores, Quot Antiſtites, & Cardinales protulerit? plenæ ſunt hiſtoriæ MAVROCOENORVM præclaris geſtis: quæ ſi vellem breuiter enumerando recenſere, volumen potius, & hiſtoria contexenda, quàm epiſtola. Sed ſi cætera omnia prætermitto, domeſticam tamen laudem prætereire tacitus nullo modo poſſum: nam patrem Senatorem ampliſſimum ſumma prudentia, & ſpectata integritate maximè conſpicuum quis in Vrbe non admiratur, non colit? cuius tanta elucet in ipſo vultu, & moribus humanitas, tanta comitas, atque facilitas, vt omnia ſibi beneuolentiam conciliet, cuius tu veſtigia pari paſſu, vna cum fratribus tuis, omni virtutum, & ſplendoris publici genere ornatiſſimis NICOLAO, & PAVLO, ita imitaris, vt viui parentis tria expreſſa ſimulachra liceat facile agnoſcere. Si tandem deſideramus honores à R. P. impertitos, qui maioribus hac ætate, qua tu es, perfunctus eſt? Omnes velociſſimè honorum gradus peruolaſti, ad omnes tibi magiſtratus, & curias, ad ipſum Aduocatoris, ſeu Tribuni munus, ad Collegium, ad Senatum, patuit aditus: nihil non conceſſum, quod per ætatem petere liceret, aut expectare, vt iam quaſi anticipato omnium iudicio qualis ſis breui futurus, nemini ſit dubium. Cum igitur tu in R.P. eruditione, ſplendore familiæ, & dignitatibus, quaſi lumen aliquod clariſſimum eluceas, merito tui patrocinium mihi eſſe expetendum iudicaui. Accipe igitur in tuam clientelam, & munus ipſum, nempe auctoris librum, qui agit de Iuſtitia & Iure, & me Bibliopolam tibi multis officijs, & quadam animi deuota inductione, ac obſeruantia iampridem deuinctiſſimum, & meliora in dies (ſi hæc non aſpernabere) ad commune ſtudioſorum commodum expectato. Vale.

TYPOGRAPHVS INDVSTRIO LECTORI.

CELEBRIS illa, & omnium paſſim ſermonibus circumlata diuini Platonis (erudite Lector) occurrit ſententia, non ſolum ſibi natum eſſe hominem, ſed ortum ipſius partim patriam, partim parentes, & amicos ſibi vendicare. Cuius Platonici & ego in prę ſens placiti commonefactus, meo veteri inſtituto, & iampridem mihi vſitato more facere ſatis percupidus, ſtudioſorum vt conatus enixè promouerem, nec labori parcendum aſsiduo, nec ſumptus, vllos, quamuis graues, etiam mihi ſubterfugiendos ſum arbitratus: idque potiſsimum in ijs authoribus imprimendis, quos vel ingenij excellentis præſtantia, vel inſignis cum pietate coniuncta eruditio ſucceſſuræ omni commendatos reddidit, & exhibitos poſteritati. Inter quos cum non poſtremas, immo principes multorum non iniquè ſentientium iudicio facilè partes obtineant Reuerendi admodum Societatis IESV Patres, in hoc toti fuimus, vt ſelecta quædam eorundem Opera non ita multo ante doctis ſpectanda ingenijs, & euoluenda, & domi, & foris noſtro non illaudato, vt arbitramur, conatu obijcerentur. Hinc Zuarez in primam Ariſtotelis Stagiritæ Philoſophiam Commentarios nuper edidimus: & Vaſquez præterea vt religione paris, ita ingenio non diſsimilis in Primam Diui Thomæ Aquinatis partem priorem Lucubrationum Codicem exhibitum publicauimus, ſecundum non ita multo poſt prolaturi, vt & primum in ſecundam partem Commentarium cito nos pollicemur daturos. Nec omittendum putauimus Reuerendi Patris Salmeronis in Euangelicam Paraphraſes hiſtoriam, quarum priori iam prolato vt dici conſueuit Tomo, alios quos auidè iampridem præſtolamur in dies doctorum manibus terendos, euoluendosq; (auſpice Deo) quam ociſsimè offeremus. His acceſsit eruditionis ſolidiſsimæ fama celeberrimi ſanè viri P. Molinę de Contractibus Tractatus, quem exactiſsimæ Doctorum cenſuræ ſubiectum, ſtudioſiſsimeq; emendatum, & præfixis cuilibet Diſputationi Summarijs ſtudio nouiter noſtro adornatum, prę lo ſubiectum typographico, recenter euulgauimus: cuius vt quam plurima propediem alia felicis ingenij monumenta expectamus,

ita pari animo, & qua hæc priora præſtitimus propenſæ voluntatis teſtificatione ſtudioſorum commodis vt ingenuè non minus, quam conſtanter quantum per nos, remq́; noſtram fieri poteſt, ſubſeruiamus lubentes, breui propalata in publicum proferemus, haud dubiè non neſcij quanta, quamq́; inſignis ex aſsidua eorum lectione vtilitas doctis omnibus, & diuinæ potiſsimum ſapientiæ aſſeclis amatoribus ſimul, & admiratoribus ſummo cum fœnore literario, & vberrimo pariter cum fructu ſit prouentura; Tu pro ea, qua es humanitate, conatus noſtros gratanter amplectere, & benigno fotos applauſu tuis vſibus adaptatos ad maius promoue incrementum, ſic vltro currentibus nobis calcaria additurus haud contemnenda, efficies indubiè vt nobis nil tuis & fuiſſe hactenus, & eſſe in præſens commodis antiquius re ipſa, & ſolemni experimento videas comprobatum. Interim vale, & diu fœlix viue, beneque volenti in talionis vicem ex animo bene etiam, ſi placet, precare. Ex Calcographia noſtra Veneta Anno renaſcentis ſeculi. MDCI. ipſius Idibus Martijs.

INDEX DISPVTATIONVM, quæ in hoc ſecundo tomo de Iuſtitia continentur.

PActum, & contractus, quid ſint, & de obligatione ciuili, & naturali. Diſp. 252

De contractib. nominatis, & innominatis. 253

Qui contractibus ſolo conſenſu, qui ſolo verbo, qui ſcriptura, & qui opere compleantur. 254

De pacto nudo, & veſtito, & quando ex pacto, ac contractu innominato oriatur, aut non oriatur ciuilis obligatio. 255

Si pactum nudum iuramento confirmetur, num ex eo oriatur ciuilis obligatio, & num de iure canonico, & ciuili, detur ex illo actio. 256

Vtrum ex pacto nudo naturalis, atque in conſcientiæ foro, oriatur obligatio; & num de iure canonico, & in Regno Caſtellæ, actio ex eo concedatur. 257

Quouſque in pacto nudo, & contractibus innominatis, iure ciuili locus ſit pœnitentiæ, & an de iure canonico, & in Regno Caſtellæ, locum habeat. 258

Contractus, qui bonæ fidei, & qui ſtricti iuris, & de alijs contractuum diuiſionibus. 259

Contractus iuxta loci conſuetudinē, ac leges cenſendus eſt celebratus, & ad quorū cōtractuum probationē de iure Luſitano publica ſcriptura ſit neceſſaria. 260

Qui poſſint contractus celebrare. 261

Promiſſio differt à propoſito: & de duplici promiſſionum genere, ac ſimul de virtutibus veritatis, & fidelitatis. 262

Promiſſio ante acceptationē reuocari ne liberè poſſit, & vtrū ex ſua natura id habeat, an expoſitiuo iure. 263

Promiſſio à quo acceptari poſſit, & quouſque abſenti facta valeat. 264

Donationi an modus, & grauamen in fauorem tertij poſſit apponi. Et num, antequam per eum acceptetur, poſſit tolli, ac reuocari. 265

Promiſſio interior homini facta, vtrum vim habeat obligandi. 266

Promiſſio, aut ſtipulatio, vt obliget, quantum deliberationis, & ſpontanei, habere debeat. 267

Promiſſio, aut ſtipulatio, de re incerta, de facto alieno, de re ſacra, aut publica, & de homine libero, an valida ſit. 268

Promiſſio rei, quæ ſolum eſt in ſpe, an valeat. Et cui res promiſſa pereat. 269

De promiſſione ſoluendi debitum alienum, vel ſoluendi proprium alio die, aut loco, & de promiſſione ſub diſiunctione, aut copulatiue, atque rei incertæ ex aliquibus. 270

De promiſſione rei impoſſibilis, illicitæ, aut idcirco contra bonos mores, quod occaſionem præberet ruinæ, & quid ſi hæc vltima iuramento confirmetur. 271

Ex quibus cauſis licitum ſit, non implere promiſſionē acceptatam, antequam impleatur. 272

Diſcrimē inter promiſſionē, & dōnem conſumatā. 273

Qui donare poſſint. Et peculiariter de eleemoſynis, & donationibus vxoris. 274

De donationibus mariti, & de inſumptis cum concubinis, & ſimul de donatione à milite, aut clerico, facta concubinæ. 275

Religioſus quouſque donare, aut eleemoſynas facere poſſit. 276

Filiusfamilias, minor, prodigus, & mancipium, quouſque donare poſſint. 277

Donatio quæ inſinuatione indigeat, vt ſit valida, & quid ſit iuramento confirmetur. 278

Donatio q̄ inſinuatione non indigeat, vt ſit valida. 279

Donatio omnium donantis bonorum, validane ſit, & quid ſi iuramento confirmetur. 280

De reuocatione donationis, ob donatarij ingratitudinem. 281

De reuocatione donationis, ꝙ donāti filij naſcātur. 282

De reuocatione donationis facta vni filiorum, quando alij poſtea naſcuntur. Et de facta extraneo ab habentes filios. Et num detur inofficioſa donatio comparatione aſcendentium. 383

Donatio, ſtipulatio, ſeu promiſſio, quotuplex ſit. Et de pura, atque in diem. 284

De donatione, ſtipulatione, ſeu promiſsione conditionali. 285

De donatione ſub modo. Et num donata ad inducendū mulierem ad prauum aſſenſum, aut ad alios fines, reſtitutioni ſint obnoxia, ſi finis non ſequatur. Atque de eleemoſynis, et alijs donationibus, ob cauſas emētitas, et in quibus interuenit falſa demōſtratio. 286

De donatione cauſa mortis. 287

Donatio cauſa mortis quouſq; cū contractibus, & quouſque cum vltimis voluntatibus conueniat. 288

De donatione inter coniuges. 289

De ſponſalitia largitate, & donationibus ante nuptias, aut propter nuptias. 290

De donatione Patris ad filium. 291

De donatione remuneratoria, & vniuerſim de donatione ob cauſam. 292

Dolus culpa iuridica, & caſus fortuitus, quid, quotuplex item ſit iuridica culpa. 293

De commodato, & diſcrimine illius à precario, & quādo res commodata repeti poſsit. 294

Commodatarius quouſque teneatur, ſi res pereat, aut deterior fiat. 295

Præferendæne ſint res commodate proprijs, quando vtræque ſaluari non poſſunt, & cui pereant, ſi per tertiam mittantur perſonam. 296

Commodatarius quouſque teneatur, ſi in mora ſit reſtituendi rem commodatam. Et de expenſis cum ea factis. Et an in ea fieri poſsit compenſatio. 297

De precario. 298

De mutuo. 299

De mutuo facto Eccleſiæ, ciuitati, aut minori. 300

De mutuo filiofamilias facto. 301

De exceptione non numeratę pecunię circa mutuū. 302

Vſura quid, & quotuplex ſit. 303

Illicita-

Illicitane ſit vſura. 304
De vſura mentali. 305
Accepta per vſurã mẽtalẽ quouſq; reſtituẽda ſint. 306
Vſurane ſit in mutuo cum pacto, vt mutuatarius comitetur vxorem mutuantis, vt mulier copiam ſui faciat, aut vt mutuatarius remittat iniuriam. 307
Vtrum vſura ſit mutuo dare cum pacto, vt mutuatarius tantum mutuo det. 308
Vſurane ſit, mutuare cũ pacto, vt mutuatarius faciat, aut ſoluat, quod alioquin facere tenetur, aut, vt pretio iuſto curare, patrocinari, metere ſegetes, colere agros, molere in molendino, vel emere ex officina mutuantis, teneatur. 309
Vſurane ſit mutuare cum pacto, ut teneatur mutuatarius conducere, aut emere, vel vendere aliquid, accipere partem mutui in mercibus, aut in debito, aut ſoluere in alio loco, aut preſtare munus a lingua, ab obſequio, vel à manu, aut liberare a tributis, vel alio onere, aut conferre officium, vel beneficiũ. 310
Vtrum vſura ſit mutuo dare triticũ, aut aliquid aliud vt tantumdem reddatur, quando plus valebit: aut dare, quando plus valet, vt reddatur in tritico æqualis valor, vel dare vetus, vt reddatur nouum. 311
Si valor pecuniæ pragmatica accreſcat, vſurane ſit, totidem, quot mutuo datæ ſunt, pecunias accipere, & vniuerſim quid de incremento, aut decremento, monetarum, ac menſurarum, ſit cenſendum. 312
De miniſtris Regis, qui, vt expectent debitores, velut ſoluãt creditoribus, aliquid accipiunt. Et de cõducẽtibus reditus Regios cum pacto, vt aliquot millia aureorũ pretij ſumat Rex in debitis, quę Rex dẽt. 313
Damnum emergens, & lucrum ceſſans, quid. Et num vſura ſit, aliquid vltra ſortem accipere ratione dãni emergentis. Aut eum, qui ſub vſuris mutuo accepit, partem alteri ſub eiſdem vſuris mutuo dare. 314
Vtrum vſura ſit ratione lucri, quod ob mutuum ceſſat, aliqui vltra ſortem accipere. 315
Lucrum quando, & quouſque, ceſſare ſit cenſendũ. 316
Vtrum pactum, vt mutuatarius, ſi tempore præfixo nõ ſoluerit, certam ſoluat pœnam, vſurarium ſit. 317
Vſurane ſit ratione periculi rei mutuo datæ, quod mutuans ſubeat, aliquid vltra ſortem accipere. 318
Vſurane ſit, fideiuſſorem aliquid accipere, vt fideiuſſor alterius exiſtat. 319
Vſurane ſit, accipere fructus pignoris vltra ſortem. Et num vitetur emendo potius eandem rem cum pacto de retrouendendo. 320
Vtrum immunis ab vſura ſit gener, qui, interim dũ dos ei non perſoluitur, pignus fruendum accipit, non cõputando fructus in ſortem. 321
An diſſoluto matrimonio, poſſit adhuc gener accipere fructus pignoris, nõ cõputãdos in ſortem. Et quid de filijs vxoris defunctæ. Quid item de vxore defuncto viro: & de vxore, & hæredibus, non deſcẽdentib. vxoris, comparatione viri, aut hęredũ viri. 322
Vſurane ſit, proprietarium in ſortem non computare fructus pignoris pro mutuo a feudatario, aut emphyteuta, acceptos. 323
Vtrum pactum legis commiſſoriæ locum habeat in pignoribus, & num ſit vſurarius. 324
Vtrum in monte pietatis vſura interueniat. 325
Vtrum vſurarius dominium eorum comparet, quæ per vſuram acquirit. 326
Vtrum vſurarius comparet dominiũ eius, quod re vſuraria vlterius acquirit, illudve reſtituere teneatur. Et quid de acquiſitis à latrone, aut depoſitario, re furtiua, aut depoſita. 327
Alienata in fraudẽ creditorem quæ dicantur, & quouſque reſcindi ea alienatio poſſit, obnoxiũque, quod ita alienatum eſt, reſtitutioni ab accipiente ſit. 328
Vtrũ bona vſurarij hypothecata ipſo iure ſint pro vſuris ſoluendis, & bona furis pro furtis ſoluẽdis. 329
Celebrantes cõtractus cum vſurarijs, furibus, & alijs eiuſmodi, quouſque ad riſtitutionem teneantur. 330
De cooperantibus ad vſuram, an peccent, & ad reſtitutionem teneantur. 331
Hę̃des vſurariorũ quouſq; reſtituere teneãtur vſur. 332
Cognoſcere de crimine vſurariorũ, ad ꝗ tribunal ſpectet & qui vſurarij notorij, ſeu manifeſti, dicantur. 333
De pęnis vſurariorũ, ac quorundam illis fauẽtiũ. 334
Vtrum licitum ſit accipere mutuum ad vſuram: ſuadereque minus malum ad maius vitandum. 335
Emptio, & venditio quid. 336
Venditionis, & emptionis contractus, quando cenſeatur perfectus. 337
Arrha quid operetur ĩ cõtractu emptionis, & vẽditionis. Et quando comparetur dominium rei venditæ. Atque de alia eiuſdem contractus perfectione. 338
Emptio, & venditio triplex, & quæ earum peculiariter negotiatio dicatur. Et num licita ſit. 339
Quæ res uendi poſſint, aut non poſſint: quarumque proinde rerum uenditio ſit illicita. 340
An poſſit cogi aliquis rem ſuam uendere. 341
Emptio, & uenditio quouſque clericis, & religioſis, licita, aut illicita ſit. 342
Euentus alij, in quibus ex parte ementis, aut uendẽtis, illicita, aut nulla, redditur emptio, ac venditio. 343
Ex circumſtantia loci, ac temporis, quando emptio, & uenditio illicita reddatur. 344
Monopolijs quouſq; empt. & uend. illicita, aut iniuſta, reddatur, & de recõdẽtis merces ĩ tps caritatis. 345
Venditio num illicita ex eo reddatur, quod res carius alienigenis vendantur, atque ex periurijs, & mendacijs, & affectu ad lucrum. 346
De pretio iuſto rei in ſe, & de lege taxato, itemque de pretio rigoroſo, medio. & infimo. 247
Naturale pretiũ unde iuſtũ, aut iniuſtũ iudicandũ. 348
De emptione, & venditione infra, uel ultra, dimidium iuſti pretij. 349
Licitene poſſit aliquid uendi maiori pretio, quã ualeat, aut emi minori, quando non eſt ultra, aut infra, dimidium iuſti pretij. 350
Euentus, in quibus, ſine iniuſtitiæ, & reſtituẽdi onere, tranſgreſſio ſit pretij, alioquin iuſti. Et num mercator, qui infimo pretio uendit, & partem mercis non reddidit, quæ deerat uſque ad pretlum rigoroſum, reſtituere illam teneatur. 351
Validane ſit empt. & uẽd. in qua dolus interuenit. 352
Venditor quouſque uitium rei, quam uendit, manifeſtare teneatur. Et uniuerſim, quando ob uitium in re empta repertum diſſoluatur uenditio, aut de pretio ſit minuendum. 353
Iuſtane ſit uẽditio pretio currenti, facta ab eo, qui ſciebat, merces eiuſdem generis breui in magna abundantia ſuperuenturas: aut pragmaticam, qua minueretur pretium, breui promulgandam. 354

An

An liceat rem carius vendere expectata ſolutione, aut vilius anticipata emere, præſertim ob lucrum ceſſant, aut damnum emergens. 355
Vtrũ ratione periculi amittendi capitale, difficile quæ & cũ moleſtia, illud recuperandi, liceat vendere credito vltra pretium iuſtũ rigoroſum, aut emere anticipata ſolutione infra pretiũ infimũ iuſtũ. 356
An modus vendendi res credito, faciat accreſcere prætium illarum iuſtum. Et quid de rebus, quæ ingenti quantitate ad nundinas deferuntur, aut mari aſportantur. 357
In emptione anticipata ſolutione, quando vſura interueniat, quando non item. 358
Praxis circa lanarum emptionem ac venditionem in aliquibus Caſtellæ locis. 359
Licita ne ſit lanarum emptio prædicto modo pecunia anticipata, cum regulariter accreſcere ſoleat pretium tempore traditionis, & paulo ante. 360
Vtrum debitum in tempus futurum iuſte ematur minori pretio anticipato, quam ſit, quod debetur. 361
De emptione ouium reiiciendo periculum, & cuſtodiã vſque ad certum tempus in venditorem. Et rei tẽpore, quo minus valet tradendæ quando plus valebit. Et de emptione boum, quos venditor non habeat, eos illi locando. 362
Quando intermedius, qui aliquid alterius vendidit, aut aliquid nomine alterius emit, poſſit, aut non poſſit, accipere ſibi incrementum pretij. 363
De pretio legitimo, hoc eſt, lege, publicave autoritate, taxato, circa frumentum præſertim. 364
Vtrum expediat, in Luſitano præſertim Regno, taxari frumentum eo, quo conſueuit modo. 365
Si res empta pereat, aut deterior ante traditionẽ reddatur, an pereat, deteriorve reddatur, emptori, an venditori. 366
De venditione, & vniuerſim de alienatione ad corpus, & ad menſuram. 367
Fructus rei venditæ ad quem pertineant. 368
Quando res aliqua diuerſis tẽporibus venditur multis, vnicuique in ſolidum, quis emptorum cæteris ſit præferendus. 369
De retractu rerum emptarum, & venditarum iure propinquitatis. 370
De retractu ratione cõionis in re cũ venditore. Et cõmunia quædam huic, & prcedente retractui. 371
Vtrũ in cenſus vẽditione locũ habeat retractus. 372
Vtrum contrario partium conſenſu emptio & venditio diſſoluatur. 373
De diſſolutione contractus emptionis, & venditionis pacto de retrouendendo in eo appoſito. 374
Vtrũ emptio cũ pacto de retrouendendo licita ſit. 375
Vtrum licita ſit emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio. Et num res interim, dum non redimitur, locari licitè poſſit venditori. 376
Vtrum licita ſit emptio cum pacto de retrouendendo in emptoris fauorem. Et vniuerſim, quando contractus diſſoluitur, ad quem pertineant fructus ex re vendita medio tempore percepti. 377
De diſſolutione venditionis pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem. 378
De venditione conditionali. 379
Vtrum, euicta re vendita, teneatur venditor de euictione. 380
Cenſus quid ſit. Et de reſeruatiuo cenſu. 381
Vtrum ex cenſu reſeruatiuo alcaualæ gabella debeatur. 382
Cenſus conſignatiuus quid, & quotuplex ſit. 383
An ex contractu cenſus conſignatiui alcauallæ gabella debeatur. 384
Vtrum cenſus realis, tam redimibilis, quàm irredimibilis licitus ſit. 385
Cenſus ad certum annorum numerorum, tam realis, quàm perſonalis, an licitus ſit. 386
Licita ne ſit emptio cenſus perſonalis perpetui. 387
Vtrum emptio vitalitij, ſeu cenſus ad incertum annorum numerorum, licita ſit. 388
De conditionibus vt cenſus perpetuus cum pacto de retrouendendo ſit licitus. Bulla etiam Pij V. quoad primam clauſulam exponitur. 389
Exponũtur quinq; clauſulæ ĩ eadẽ bulla frequẽtes. 390
Quinque ſequentes clauſulæ exponuntur. Et num cenſus realis ſine pacto de retrouendendo, in ea comprehendantur. 391
Reliquũ bullæ exponitur, præter clauſulã vltimã. 392
Vtrum cenſus (præſertim in hoc caſtellæ Regno) redimi, aut emi ex prioribus emptoribus, poſſint minori pretio, quàm fuerint empti. Et num cõditio, quod redimi non poſſint per partes, licita ſit. Additur etiam vltimam clauſula bullæ. 393
Deciſio quorundam dubiorum. 394
De cenſibus multis menſibus, poſt bullam Pij V. Romæ editam, celebratis ſine conditionibus in ea contentis in diœceſibus, vel publicata non fuit, & communiter ignorabantur, quid cenſendum. 395
Permutatio, & cambium, quot modis vſurpentur. Et de permutatione preſsè ſumpta. 396
Vtrũ ex pmutatione, et cãbio alcauala debeatur. 397
Cambium preſſe quid. Vſus campſoriæ artis an ſit licitus. Et quotuplex ſit cambium. 398
Vtrũ pro cãbio minuto licitũ campſori ſit incremẽtũ accipere vltra pretia monetarum lege taxata. 399
De varijs aureis, atq; argẽteis, monetis ĩ Caſtella & in Luſitania tẽporis progreſſu cuſſis, deque earum valore tũc, & modo, atq; de valore maſſæ auri, & argẽti in eiſdem Regnis diuerſis temporibus. 400
Vtrũ p pecunia, cui ualor certus, dũ cuſſa eſt, autoritate publica eſt cõſtitutus, liceat ãplius accipere. 401
Miniſter deferens ſolutionem in pecunijs aureis, illaſque in itinere iuſte commutans pro maiori pretio, an ſibi retinere poſſit incrementum. 402
Vtilitas cambij pecuniæ de loco ad locum. Atque de eiuſmodi cambio, quando campſor anticipatam accipit ſolutionem. 403
Licitum ne ſit cambium cum incremento, quando cãpſor prius dat pecuniam in uno loco, quem recipiat in alio. 404
Deciſio quorundam dubiorum circa duas præcedẽtes diſputationes. Et ſimul de eis, qui mercede reportant iumenta, quæ erant conducturi. 405
Et num licitum ſit cambium cum incremento ob uno loco ad alium eiuſdem Regni. 406
De duplici valore eiuſdẽ pecuniæ ĩ diuerſis locis. 407
Vtrum ſi pecunia aliqua lege, aut conſuetudine recepta, maiorem valorem, comparatione minutarum aerearum pecuniarum, habeat in vno loco, quàm in alio, fiat ad æqualitatem, de loco ad locum

earum

earum cambium, atque adeo iuſtè. 407
Qui ad cãbia de loco in locũ exercenda concurrãt. 408
De varijs modis, quibus pecunia in cambio conſignatur, ac litterarum cambij, & bancarij licitè quoddam aliud ſtipendium accipere poſſint. 409
De cambio ob diuerſum valorem, quem in diuerſis locis habet pecunia, non comparatione minutarum pecuniarum, ſed ex circunſtantijs concurrentibus, concluditurque res tota de cambijs. 410
Societas quid ſit. 411
Societas quotuplex. 412
Socius ex qua culpa, & vniuerſum quouſque, etiam ſine culpa, alijs ſocijs teneatur, & quid ſit teneri aliquem ſolum quantum commodè facere poteſt. 413
Societas quot modis diſſoluatur. 414
Varij modi, quibus ſocietas ad negotiationẽ, & lucrũ, contrahitur, & vnde iudicandum, an iuſta ſit. 415
Quando vnus apponit capitale, & alius operas, & induſtriam, an, diſſoluta ſocietate, ſit ſolum lucrum inter eos diuidendum, vel etiam capitale. 416
Vtrum poſſit eſſe licitus cõtractus, vt periculum totũ capitalis ad eũ pertineat, qui apponit operas. 417
Expenſæ, quas facit, qui in ſocietate operas, & induſtriam adhibet, vnde ſint ſoluendæ. 418
Qui, operas apponendo, ſocietatem init cum alijs, qui capitale apponunt, an ſimiles alias ſocietates poſſit inire cum alijs. 419
De contractu ſocietatis circa animalia. 420
De ſocietate omnium bonorum. Ac ſimul de ea, quæ inter eos fratres eſſe ſolet, qui paternam hæreditatem habent indiuiſam. 421
De ſocietate inter coniuges contractus medietatis bonorũ celebrantes matrimonium, & quouſque ab inuicem in bonorum alienationibus pendeant. 422
De ſocietate matrimoniũ celebrantium in Caſtella, & Luſitania cõtractu arrharũ, et dotis. Et quę dos profectitia, quæq; aduẽtitia dicatur. Et de aliquib. priuilegijs dotis, ẽt ex parte eius, cui promittitur. 423
Parentes quouſque teneantur dotare filiam, aut donare filio ad nuptias. Promiſſo talis dotis, aut donationis, quouſq; intelligatur de bonis promittentis, aut eius pro quo promittitur. Et quouſq; facta, aut impleta a viro, contingat bona vxoris. 424
Fideiuſſores pro dote quouſque marito obligentur, & quando de dote reſtituenda dati a marito valeãt. Si dos non ſoluatur, an reditus loco illius poſſit accipere maritus. Et an ſuſtinere matrimonij onera teneatur. Item, qui dotem promiſit, quando teneatur ſolum, quantum commodè facere poſſit. 425
Dominium rerum dotalium quando ad maritum pertineat. Et cui res dotales pereant. 426
In obtinenda dote ſibi promiſſa quando negligens fuit maritus, ſi, qui eam promiſit, impotẽs factus ſit ad ſoluendum, quouſque periculum ad maritũ ſpectet. Quando item aliquid datum marito in dotẽ euincitur, quouſq; maritus agere poſſit de euictione. 427
Bona dotalia quouſq; alienari poſſint, aut non, præſertim dotalis fundus, & quis is ſit. Si euincatur conſtãte matrimonio, an ſit recurſus poſtea vxori. 428
Vtrum vxor repetere aliquando poſſit dotem a marito conſtante adhuc matrimonio. 429
De bonis paraphernalibus vxoris, & cęteris ad capitale ipſius attinentibus. 430
De arrhis vxoris. 431
Quæ de iuri communi ad maritum ex bonis vxoris ſpectabant. 432
De capitali viri. Et quæ bona in Caſtella & Luſitania dicantur ſuperlucrata, atque vtrique coniugum communia. 433
Dominium, & poſſeſſio, bonorũ ſuperlucratorum, nũ matrimonio cõſtante, etiam ad vxorẽ pertineãt. Et quã plenè diſpoſitio ſuę medietatis, diſſoluto matrimonio, ad eã ſpectet, & quando illam amittat. 434
Quouſque vir & vxor renunciare poſſint lucris acquiſitis, & acquirendis. Et ſi vxor renunciet, aut non renunciet lucris, quouſque debitis, & contractibus, à marito celebratis teneatur. 435
Vtrum ſi vxor, aut hæredes illius, medietatẽ lucrorũ velint, teneãtur perſeuerare in cõtractibus a marito celebratis, nec finitis. Et vtrũ, ſi maritus fideiuſſor extitit, et aliqd ſoluit, teneatur id totũ accipere in medietatẽ lucratorum, quæ ipſam cõtingit. 436
Adminiſtratio bonorũ, pręſertim lucratorũ, quouſq; cõueniat viro, & quouſq; vxori. Et num vir de bonis ſuperlucratis dotare poſſit filiã prioris matrimonij, aut ſine vxore inſtituere maioratum. 437
Matrimonio, diſſoluto vxor, aut hęredes illius, extrahunt dotem quã priuilegiata actione, & qualis hypotheca in bonis viri illis pro dote competat. 438
Exceptio nõ numeratę dotis quouſq; marito, eiuſq; hæredib. aduerſ⁹ vxorẽ hęredeſq; vxoris, cõpetat. 439
Exceptio nõ numeratæ dotis quouſque cõpetat creditorib. mariti aduerſus vxorẽ, hæredeſq; vxoris. 440
Quæ alia bona extrahant vxor, & hæredes illius, & quib. priuilegijs ea gaudeant. Quæ itẽ maritus, aut hęredes illius, et quomodo partitio abſoluatur. 441
Intra quãtum tẽpus, diſſoluto matrimonio, dos ſit ſoluẽda vxori, aut hæredibus illius. A quo tẽpore fructus dotis ad eã pertineant. Et quouſq; alenda ſit dũ dos ei nõ ſoluitur. Ac num maritus ſolum teneatur ad ſoluendã dotem in quantũ facere poſſit. 442
Dos, & bona vxoris, vbi exigantur. Et iuxta cuius loci leges celebratus cenſeatur matrimonij contractus. Ac quouſque cauſa dotis ad Eccleſiaſticum iudicem attineat. 443
Emphyteuſis vnde dicta. 444
Emphyteuſis quid. 445
Emphyteuſis, communis vna, Eccleſiaſtica alia. Et num in hac ciuilibus legibus ſit ſtandum. 446
De origine emphyteutici contractus, & num ſit ſtricti iuris, ac nominatus contractus, & num ſcriptura perficiatur. 447
Quãdo ſcriptura eſt de ſubſtãtia cõtractus, aut neceſſaria ad illius probationẽ, ſi poſt eã legitimè cõfectã amittatur, an admittatur probatio per teſtes. 448
An emphyteuta edere teneatur directo dominio inſtrumentum emphyteuſis. Et de præſcriptione emphyteuſis. 449
Vtrum ad emphyteuticum contractum neceſſe ſit, vltra penſionem, ſolui aliquid pro ingreſſu. Et quibus prohibitum ſit id accipere. 450
Penſio emphyteuſis quanta, & in qua materia, ac quando ſoluenda. 451
Vt emphyteuſis contractus validus ſit, num neceſſe ſit certam ac determinatam penſionem conſtitui. Et quæ penſio iuſta ſit cenſenda. Et

num in hoc contractu locum habeat. l. 2. C. de reſcindenda venditione. 452
Emphyteuta quanto tẽpore penſionẽ non ſoluendo incidat in cõmiſſum. Et an purgare morã poſſit. Et num poſſit expelli à proprietario autoritate propria. 453
Infortunium in re emphyteutica, vel in fructibus aut ſterilitas, an liberent emphyteutam à ſolutione penſionis. 454
Emphyteuta in commiſſum incidens, quæ melioramenta in re emphyteutica facta, amittat proprietario, & à quo puncto fructus rei emphyteuticæ, ad proprietarium ſpectent. 455
Emphyteuta an teneatur ad expẽſas circa rem emphyteuticam, & ad onera, & tributa ex illa. 456
Emphyteuta num in commiſſum incidat, ſi rem emphyteuticam deteriorem reddat. 457
Emphyteuta an expelli à re emphyteutica poſſit, quia neceſſaria eſt proprietario ad proprios uſus: aut quia emphyteuta illa abutitur ad malos vſus. Et an, ſi emphyteuta fructus ex re emphyteutica vẽdat, prę ferendus in eorum emptione ſit proprietarius. 458
Emphyteuta num in commiſſum incidat rem emphyteuticam vendendo irrequiſito proprietario, an illam eodem pretio velit, & de laudemio proprietario, ſi res alteri vendatur, ſoluendo. 459
Cohæredes, aut cõparticipes, in emphyteuſi, an vẽdere vnus poſſit alteri partem ſuã, proprietario minimè requiſito. Et num laudemium ex ea venditione ſit ſoluendum. Item num emphyteuſis ſit diuidua. Et de incapitatione illius de iure Luſitano. 460
Emphyteuta an in cõmiſſum incidat, ſi emphyteuſim, ac meliorationes irrequiſito proprietario alio titulo, quã vẽditionis, alienet, etiã hypothecæ illã ſubijciẽdo. Et nũ ex ea alienatione debeatur laudemiũ. 461
Incrementum in re emphyteutica, & ſeruitutes in ea acquiſitæ, ad quem pertineant. 462
Melioramenta ab emphyteuta in re emphyteutica facta num ad ipſum, hęredeſque ipſius, ſpectent, quando emphyteuſis abſque culpa finitur. Et quomodo ſint æſtimanda. Et num ex ea æſtimatione deducendi ſint fructus ab emphyteuta ex melioramentis poſt emphyteuſim finitam percepti. 463
Alienatio quotuplex. 464
Quæ eccleſiaſtica bona ſine legitima cauſa, & ſolemnitate, de qua inferius dicemus, alienari non poſſint, & quæ valide poſſint. 465
Vtrũ Eccleſiaſtica bona, quæ ſine certis cauſis, & forma alienari nõ poſſunt ſine eis poſſint ſubijci hypothecæ, tradi in emphyteuſin, locari ad longum tempus, & quid de locatione vltra triennium. 466
Vtrum alienatio, aut locatio, in maius tempus, quàm ſit iure permiſſum, valida ſit in minus tempus iure permiſſum, in eo maiori incluſum. 467
Quis bona Eccleſiæ alienare poſſit. Quę cauſa, & quę ſolẽnitas ad immobilia, & mobilia pretioſa alienãda requiratur. Et quæ bona dicantur de menſa. 468
Vtrũ res Eccleſiæ concedi poſſint in emphyteuſim perpetuam. Et nũ, ſi concedantur accipienti, & hæredibus, aut ſucceſſoribus illius, ſolum intelligatur de deſcendentibus, an etiam de extraneis. 469
Poſſeſſor maioratus utrum tradere poſſit res maioratus in emphyteuſin, & quid de alijs ſpeciebus alienationis. 470
Emphyteuta quouſque tradere, iterum poſſit in emphyteuſin, ſeu liuellare. Et an tunc dominium vtile retiueat. 471
Emphyteuſis, alia noua, alia antiqua. Item alia hæreditaria, alia ex pacto, & prouidentia, ſeu familiaris, & alia mixta. Eadem in feudo. 472
Variæ formæ, quibus res in emphyteuſin, aut feudum, traduntur. Et expenditur, quę earum emphyteuſin, aut feudum, hæreditaria efficiant, & quæ ex pacto, & prouidentia. 473
Vtrũ in emphyteuſi, ac feudo, ſuccedant fęminæ. 474
Vtrum in emphyteuſi, aut feudo, ſuccedat illegitimus. 475
Quando vterque coniux participet in emphyteuſi perpetua, etiam ſi illam attulerit alter ipſorum. 476
Emphyteuſis quando iuxta portiones hæreditarias, et quando æqualibus portionibus, inter hæredes diuidenda. Quando item inſtitutus in re certa, participat emphyteuſi. Et quando hæres tenetur in emphyteuſi creditoribus defuncti. 477
Pater vtrum in emphyteuſi, aut feudo, præiudicare filijs poſſit, præſertim ea vendendo, aut vni eorum prælegando. 478
Vtrum emphyteuſis, aut feudũ, cõprehendantur in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis. Et nũ emphyteuſis, aut feudũ, imputari debeãt in legitima. 479
De nominatione ad emphyteuſim. Et num pupillus poſſit ad eam nominare. 480
Num ſeruus pœna poſſit ad emphyteuſin nominare, & quando emphyteuſis eius, cuius bona publicantur, ad fiſcum pertineat. 481
Num religioſus poſſit ad emphyteuſin nominare: & quando emphyteuſis religioſi ad monaſterium pertineat. 482
Nõnulla alia circa nominationẽ ad emphyteuſin. 483
Vtrũ finita emphyteuſi teneatur proprietarius renouare contractũ ſucceſſori vltimo emphyteutæ. 484
De feudo cur hoc loco nõ diſputetur in peculiari. 485
Locatio, & conductio, quid. 486
Locatio, & conductio quàm affinia emptioni, & uenditioni ſint. 487
Quis locare, & conducere poſſit. 488
Quid locari poſſit: & num etiam res conducta. Et vtrũ contractus locationis, & conductionis tranſeat ad hæredes locantis, & conducentis. 489
Vtrum contractus locationis tranſeat ad emptorem, aut ad alium ſucceſſorem particularem, qui titulum habeat à locante, ita quod nouus ſucceſſor ſtare teneatur locationi factæ à locante. 490
Fiſcus ſuccedẽs in bonis cõfiſcatis, num ſtare teneatur locationi factæ per condemnatũ, & maioratus locationi factæ per ſuũ anteceſſorem, ac fideicommiſſarius locationi factæ per hæredem grauatum. 491
Vtrũ minor ſtare teneatur locationibus factis per ſuũ tutorẽ, aut curatorẽ; & uxor, diſſoluto matrimonio, locationibus factis per maritũ: & maritus locationibus de bonis dotalibus factis ante matrimoniũ: ac beneficiarius, aut prælatus, locationibus factis de bonis Eccleſiaſticis per ſuos anteceſſores. 492
Si res locata pereat, aut quocunque alio impedimento conductor, vti, aut frui, ea non poſſit, quouſque locator, & conductor, teneantur, aut non teneantur vnus alteri. 493

Ex

Ex qua culpa conductor locatori, & locator conductori, teneatur. 494
Vtrum propter ſterilitatem ſuperuenientem remittẽdũ ſit conductori de penſione, & propter inſolitum augmentum teneatur ad maiorem penſionem. 495
Ad quas expẽſas rei locatæ, teneatur cõductor, & ad quas locator. Et quãdo locator teneatur ſoluere cõductori expenſas, quas in rẽ conductã fecerit. 496
Pẽſio rei locatæ quãdo ſoluẽda. Et nũ pro illius ſolutione, ac deterioratione rei locatę, ſint tacitè hypothecatæ res, quę in eã fuerint inuectę, atq; ẽt fructus. 497
Finito locationis tẽpore, ſub qua pęna teneatur conductor reſtituere rẽ conductã locatori petẽti, Et an cõductor ius habeat prælationis, ac retẽtionis pro eodẽ pretio. Et quando ex continuatione cenſeatur tacitè prorogatus contractus, & quouſque. 498
Locator in quibus euentibus expellere poteſt conductorem ante finitum tempus contractus. 499
Licitumne ſit locare aliquid, quo intelligitur conductorem vſurum ad lethale peccatum. 500
Vſurariane ſit conductio veſtiariorum minori anticipata pecunia, quàm ſperetur reddituta, vt interdum fit in Epiſcopatu Conchenſi. 501
Si pretium detur pro loco in naui ad Indos, verbi gratia, & reluctantibus uentis, aut alia de cauſa, nauis eo non perueniat, ſed regrediatur ad portum, an ſaltem pars pretij ſit reſtituenda. 502
Licitumne ſit locare animalia cum pacto, ut conductor ſemper teneatur ſeruare numerum integrum eorum fœtibus, aut aliunde. 503
Quid de duobus contractibus, ad locatum, & conductum attinentibus, ſit dicendum. 504
De famulis, qui ſe ad ſeruiendum locant. 505
De iuſta famularum mercede. 506
De contractu aſſecurationis. Et de quodam alio illi ſimili, Hiſpalique conſueto. 507
De contractu ſponſionis. 508
De contractu ſortium. 509
De quo ludo ſit hic ſermo. Et an iuſte, & licitè exerceri valeat. 510
Ludus ex circumſtantijs vitioſus redditur. Et num vitioſus ex eo ſit, quòd lucrum eo intendatur, aut quòd pecunia in illo fortunæ ſubijciatur. 511
Ludus quouſque iure humano, ciuili, & canonico, ſit prohibitus. 512
Vtrum acquiſita ludo prohibito, obnoxia ſint reſtitutioni. 513
De repetitione eius, quod ludo prohibito quis eſt lucratus, & quouſq; lucrans reddere illud teneatur. 514
Vtrũ, qui credito aliquid ludo ꝓhibito amiſit, teneatur in conſcientia, illud ſoluere. Et nũ in Caſtella, qui id lucratus eſt, poſſit illud accipere, ac retinere. 515
Vtrum trahens aliquem ad ludendum, reſtituere teneatur, quod fuerit ab eo lucratus. 516
Fraus, & deceptio in ludo, quando iniuſta, obligetque proinde ad reſtitutionem. 517
Ludus cum fure, depoſitario, vſurario, aut alio poſſidente, ac ludente rem alienam, quouſque vtrinque obligationem reſtituendi inducat. 518
Ex ludo cum filiofamilias, aut cum minore, quando reſtituendi obligatio conſurgat. 519
Ludus cum Religioſo, cum mancipio, cum coniugatis quando reſtituendi obligationem inducat. 520
An ludus humano iure prohibitus, ſit aliquando culpa lethalis. Et q̃d habẽtibus mẽſas ludo expoſitas. 521
Depoſitum, & ſequeſtrum, quid. 522
Depoſitum quotuplex. Et num in eo, quod vim mutui habet locus ſit exceptioni nõ numeratæ pecuniæ. Et ad quem dominium, & poſſeſſio rei depoſitæ ſpectet. Deciditurque quidam notabilis euentus. 523
Vſus rei depoſitę & lucrũ ex illa, ad quẽ ſpectẽt. 524
Depoſitarius quis eſſe poſſit. Et de depoſito facto Eccleſiæ. 525
Depoſitum quando reddẽdum. In illo an locum habeat compenſatio alterius debiti. Et num deponens alijs creditoribus depoſitarij præferatur. 526
Depoſitarius ex qua culpa teneatur: etiam quando ob aliud munus annexum habet depoſitum. 527
Pignus, & hypotheca quid, & quotuplex ſit. Et quæ in vniuerſali hypotheca comprehendantur. 528
Quę res pignori, & hypothecæ ſubijci poſſint, ſubiectæque cenſeantur: & qui ſubijcere eas poſſint. 529
Quæ res pignori, aut hypothecæ ſubijci nequeant. 530
Pignus, aut hypotheca, de re aliena facta, à procuratore, negotiorum geſtore, tutore, aut curatore, vel filio quouſque valeat, aut etiam facta de re propria in fauorem alterius. 531
Pignus, & hypotheca, in quibus obligationibus locum habeant. Et quid, ſi ſub conditione, aut in diem, conſtituantur. Et num res vni obligata, poſſit alteri pignori, aut hypothecæ, ſubijci. 532
Si res pignori, aut hypothecę ſubiecta, uariationem aliquam, augmentumve, aut diminutionem ſuſcipiat, quouſque cenſenda ſit perſeuerare pignori, aut hypotheca ſubiecta. 533
Traditio, aut obligato pignori inſtrumẽto aliquo, res, illo contenta, pignori obligata cenſetur. Et quouſque vniuerſim hypothecari a intentari poſſit aduerſus debitorem, aut poſſeſſorem rei hypothecatæ. 534
Vti re pignori tradita, an liceat creditori. Fructus eiuſdem rei ad quem ſpectent. Quando ea res ſit reſtituenda debitori. Et an retineri poſſit pro expenſis circa eam factis. Atque ex quanta culpa teneatur creditor, ſi ea res pereat. 535
Quibus hypotheca tacita competat in bonis aliorum. Et qui in hypotheca præferantur alijs. Et de priuilegio creditorum perſonalium. Atque quo ordine ſatisfaciendum ſit creditoribus. 536 (537
Quibus modis tollitur pignoris, ac hypothecę obligatio.
De venditione pignoris ob debitum, & pactis circa venditionem, quæ ſolent antecedere. 538
Fideiuſſor quis, & quotuplex. 539
Fideiuſſores qui eſſe poſſint, qui non item: de priuilegio Velleiani mulieribus conceſſo, & de fideiuſſoribus minorum. 540
Vtrum fideiuſſor in plus, quàm principalis debitor, aut in rem aliam, obligari poſſit. 541
Si multi ſimul obligentur ad aliquid, vt principales debitores, quando ſinguli in ſolidum conueniri poſſint, quando non item. 542
Si multi ſint fideiuſſores eiuſdẽ debitoris, quãdo ſinguli conueniri poſſint in ſolidum, quando non item. 543
Si aliquis fideiuſſorũ in ſolidum ſoluat totum debitũ, quouſq; repetere poſſit à confideiuſſoribus: & quouſque, tam ipſe, quam quicunque alius fideiuſſor, ſoluens pro debitore, repetere à debitore poſſit. 544

Num-

Num, antequam fideiuſſores ſoluere cogantur, excuſſio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et fideiuſſore indemnitatis. 545
Fideiuſſio quando finiatur. Et fideiuſſor quando compellere poſſit debitorem, vt eum a fideiuſſoria obligatione liberet, aut vt ſibi retribuat, quod pro eo ſoluit. Et quouſque fideiuſſor defendere cauſam ſeu debitorē, teneatur. 546
De fideiuſſoribus in iudicio. 547
Mandatum quid. 548
Mandatum quotuplex. Et ex qua culpa mandatarius teneatur. Et vniuerſim quanta obligatio ex mandato tam ex parte mandatarij, quam ex parte mandantis oriatur. 549
De mandato ad res illicitas. 550
De procuratore ad negotia. 551
Vtrum mandatarius, & procurator, excedere poſſint limites mandati. Et quando eorum munus reuocari poſſit, aut expiret. 552
De negotijs geſtis. 553
Ad quas expenſas is, cuius negotium geſtum eſt, negotij illius geſtori teneatur. Et quæ alimenta minor perſoluere teneatur ei, qui ea ipſi præbuit. 554
De alijs quaſi contractibus. 555
Tranſactio, & compoſitio, quid. 556
Circa quæ fieri non poſſit tranſactio, & qui tranſigere non poſſint. 557
Tranſactio quam amplè intelligenda ſit, aut non ſit. 558
De nouatione, & delegatione. 559
De compenſatione in foro exteriori. 560
De alijs modis, quibus liberatio fit ab obligatione ſoluendi. 561
Solutio preſſe quid. Et num, qui ad factum tenetur, ſatisfaciat ſoluendo intereſſe. Et qua ratione tuto fieri ſolutio minori debeat. 562
Solutio facta alteri, quam creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet, quando non item. 563
Quando ſolutio fieri debeat, & quouſque locum habeat purgatio moræ. 564
Quando idem debitor varia contraxit debita comparatione eiuſdem creditoris, ſi quid ei ſoluat, pro quo debito ſit cenſendum ſolutum. Et vniuerſim de ordine ſeruando in ſolutionibus. 565
Vtrum quando vnum pro alio ſoluitur, debeatur inde tributum illud, quod alcauala in Caſtella, & ſyſa in Luſitania, nuncupatur. 566
Si ſoluatur indebitum, quouſque repetitio illius concedatur, aut non. 567
Solutum indebitum vi ſententiæ, quæ in rem tranſit iudicatam, quouſque repeti poſſit, aut non poſſit. 568
Expenduntur nonnulli euentus, num in illis locum habeat conditio indebiti. Et quouſque rei indebita, & fructus illius, ſint reſtituendi. 569
Datum ob cauſam, cauſa non ſubſeqnuta, quouſque ſit reſtituendum. Et de acceptis ob turpem cauſam. 570
Pro debito non ſoluto, quando quis detrudi debeat in carcerem, quouſque illud ſoluat, & qui priuilegio gaudeant, vt, pro debito detrudi non poſſint in carcerem. 571
Ceſſio bonorum quouſque permiſſa, & quouſque debitorem a debiti ſolutione liberet. 572
De reſtitutione in integrum circa contractus, aut quaſi contractus. 573
Qui alij beneficio reſtitutionis in integrum gaudeant. 574
In reſtitutione in integrum, an res cum fructibus ſit reddenda. Et num, poſt celebratam locationem rei minoris, reipublicæ, aut Eccleſiæ, quod alius pretiū augeat, ſufficiens cauſa ſit, vt reſtitutio in integrum concedatur. 575

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

Quorum explanatio intelligi ex hoc opere aliqua ex parte poteſt. Numerus paginam indicat: per A. columna prior, per B. poſterior ſignificatur.

Geneſeos.

IN ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Cap. 3 fol. 676. A
Habeo duas filias, educam eas ad uos, & abutimini eis, ſicut vobis placuerit; dummodo viris iſtis nihil mali faciatis. Cap. 19. fol. 205. A
Prouideat Rex virum, &c. Et infra. Aperuit Ioſeph vniuerſa horrea, ac vendebat Aegyptijs. Cap. 41 255. B
Emit Ioſeph omnem terram Aegypti. Cap. 47. nu. 282. A
Quintam partem Regi dabitis. Cap. 47. 361. B

Exodi.

Non concupiſces rem proximi tui. Cap. 20 282. A

Leutici.

Si attenuatus frater tuus, vendiderit poßeßiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius, poteſt redimere, quod ille vendiderat. Cap. 25. 308. B
Quando vendens quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, &c. Cap. 25. 322. A & ſeq.

Deuteronomij.

Non fœneraberis fratri tuo, ſed alieno. Cap. 23. 141. A
Feneraberis gentibus multis, & ipſe a nullo fœnus accipies. Cap. 28 142. A

Primi Regum.

Homines vident ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor. Cap. 16 38. B
Feſtinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, &c. Cap. 25. 55. A

Pſalmi.

Quid pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Ca. 14. 140. A
Non defecit de plateis eius vſura, & dolus. Cap. 54. ibid.
Quoniam non cognoui litteraturam. Cap. 70. 214. B
Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum. Cap. 71. 140. A

Prouerbiorum.

Facta eſt velut nauis inſtitutoris. Cap. 31 213. B

Eccleſiaſtes.

Si quid uouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim Deo infidelis, & ſtulta promiſſio. Cap. 5. 38. B

Eccleſiaſtici.

Duæ ſpecies difficiles, & periculoſæ mihi apparuerunt, difficilè exuitur negotians a negligentia, & non iuſtificabitur caupo a peccatis labiorum. Cap. 26. 215. A
Qui quærit locupletari, auertit oculum ſuum. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur; ſic & in medio venditionis anguſtiabitur peccator. Cap. 27. 215. A

Iſaiæ.

Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius Ca. 29. 142. A

Ezechielis.

Ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit; Ad vſuram dantem, & amplius accipientem, nunquid viuet? Vſuram, & ſuperabundantiam, non acceperit. Cap. 18. 140. A
Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram. Cap. 29. 142. A

Matthæi.

Simile eſt Regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro; quem, qui inuenit homo vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum. Cap. 13. 250. B
Eijciebat omnes ementes & vendentes de templo. Cap. 21
Acceßerunt, qui didrachma accipiebant. Cap. 18. 396. B. 214. B. 228. A
Licet cenſum dari Cæſari, an non? Cap. 22. 338. B

Lucæ.

Mutuum date, nihil inde ſperantes. Cap. 6. 140. A
Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego cum vſuris exigißem illam? Cap. 19. 137. A. 142. A

Ad Romanos.

Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. C. 320. A. & B.
Si radix ſancta, & rami. Cap. 11. A. 187. A

Secundæ ad Corinthios.

Cum eßem aſtutus, dolo vos cepi. Cap. 12. 111. B

Primæ ad Theſalonicenſes.

Nequis ſupergrediatur, neque circunueniat, in negotio fratres ſuum, quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus. Cap. 4 239. B

Primæ ad Timotheum.

Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Cap. 6. 215. A

Secundæ ad Timotheum.

Nemo militans Deo, implicat ſe negotij ſecularibus. Cap. 2. 227. B

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM.

Quæ in hoc opere continentur, ordine alphabetico exactiſſimè digeſtus.

ACceptilatio, & nuda remiſſio de iure Caſtellæ extinguit quamcunque obligationem ciuilem.diſput.254.nume.11

Acceptilationis forma ſi non ſeruetur, per pactum nudum, ſaltem tollitur naturalis obligatio.diſp.254.num.10

Acceptilatio quid, & eſt contractus latiſſimè.diſp.252.nume.12

Acceptilatio verbis perficitur, & ad quid inuenta.diſp.254. nume.8

Acta per procuratorem interim dum ignoratur reuocatum mandatum, valida ſunt.diſput.263.nu.6

Actio ad repetendas vſuras ſolutas hodie permittitur, etiã de iure Luſitano, & Caſtellæ.diſp.304.nu.14

Actio an detur de iure canonico ex ſola promiſſione antequam acceptetur.diſp.263.nu.10

Actio competens ex l.2. C.de reſcin.vend.an valida ſit, etiã cum iuramento.diſputat.349.nu.13.& 15

Et quid de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ.ibid.

Actio competens fideiuſſori aduerſus eum, pro quo fideiuſſit, quænam ſit.diſp.549.num.7

Actio de dolo ad æſtimationem quãdo competat aduerſus factum, quod irreparabile ſit, & quando ad ſolutionem. diſp. 570.nu.4

Actio de iure canonico, & ciuili datur ex promiſſione non acceptata, iuramento tamen confirmata.diſp.263.nu.19

Et quid in Luſitania, & in regno Caſtellæ. ibid.nu.20

Actio ex pacto nudo, eo modo, quo de iure canonico, etiam in Caſtella datur.diſp.257.nu.13

Actio ex pacto nudo oritur de iure canonico, ex communi. diſp.257.num.5

Neceſſariam tamen eſſe in eo cauſæ expreſſionem, ex cõmuni.ibid.nu.6

Actio negotiorum geſtorum directa cui competat, & cui contraria.diſp.553.nu.5

Actio redhibitoria & quanto minoris quanto tempore præſcribantur.diſp.353.nu.5.& ſeq.

Et quid de iure Luſitano.nu.7

Actio redhibitorie, & quanto minoris quo caſu non detur, ita quod etiam in foro conſcientiæ contractus ſit validus.diſp.353.nu.14

Actio, per quam fit retractus, perſonalis eſt, aut in rem ſcripta, & ſtricti iuris.diſp.371.nu.13

Actio quæ, vel quod remedium competat, ſi aliquid datur, vt aliud fiat, aut detur, & non ſit impletũ.,diſp.570.nu.2

Actionis ad actionem permittitur compenſatio, ſicut obiecti ad obiectum.diſp.300.nu.5

Actionis ceſſio ſi fiat in potentiorem ratione dignitatis, aut alterius qualitatis, an cedens incidat in pœnam amiſſionis iuris.diſputat.340.nu.15

Et quid de iure Luſitano.ibid.

Actor ſi caret ſufficienti teſtium probatione, aut alia, quæ de iure cõmuni ſufficeret, quid agere poſſit.diſp.260.n.3

Adiectus quis, & quando ſolutio ei facta liberet debitorem. diſput.563.num.7

Adminiſtratio omnium bonorum de iure Caſtellę, & Luſitanię ad quem pertineat.diſp.437.nu.1

Aedificium, vt deſtruatur, vendi non poteſt, niſi ruinã minetur.diſp.340.nu.28

Aequalitas in contractu cenſuali non inuenitur, & ob id iniuſtus.diſp.385.nu.4

Et quomodo intelligatur.nu.18

Aeſtimatio multorum, quæ in ſocietate interueniũt, in quibus conſiſtat.diſp.415.nu.3

Aeſtimatio rei dotalis ęſtimatę, & ante matrimonium ſubſecutum peremptæ, ad ſolam vxorem pertinet.diſp.426. num.12

Aeſtimatio rei dotalis extra limites iuſti pretij, ad iuſtũ pretium reducitur, licet deceptio non fuerit vltra, vel infra dimidium iuſti pretij.diſput.426.num.12

Aeſtimatio rei dotalis ſimpliciter facta, præſumitur pro vẽditione.diſp.426.nu.10

Aeſtimatio rei quid operetur.diſp.295.nume.9

Aetatis veniam ante vigeſimũ quintum annum impetrans, amittit beneficium reſtitutionis in integr. diſp. 573. nu.4

Alcauala ab eccleſiaſticis exigitur ſine præuia trina monitione, de reb.quas negociando vendunt.diſp.342 num.6

Alcauala an debeatur quando amiſſa arrha receditur a cõtractu.diſp.338.nu.6

Alcauala, an debeatur, quãdo fit venditio cum pacto de retrouendendo.diſp.374.num.12

Et quid quando fit diſtractas, an alia debeantur.ibi.n.13

Alcauala an debeatur, reſoluto contractu vẽditionis ex pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem. d.378.n.8

Alcauala an duplex debeatur, quando contractus per mutuum contrarium conſenſum reſcinditur. diſp. 373 nu.6

Alcauala a quo contrahentiũ ſolui debeat. diſp 397 nu.13

Alcauala de iure Caſtellę ex permutatione duplex debetur. diſp.397.nu.1

Idem in Luſitania.ibid.num.2

Alcauala an debeatur, etiam in prorogatione pacti de retrouendendo, ad tempus celebrati.diſp.374.nu.14

Alcauala eo ipſo, quod emptor rem non emit, quæ poſtea retrahitnr, debetur.diſputat.371.num.15

Alcauala ex cambio propriè ſumpto non debetur. diſputa. 397.nu.16

Alcauala exceſſione actionum, quæ a creditore fit debitori, aduerſus correos, an debeatur de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.diſp.544.nu.9

Alcauala ex donatione remuneratoria non debetur in Caſtella, & Luſitania.diſp.397.nu.14

Alcauala ex quib.rebus non debeatur.diſp.397.nu.12

Alcauala non debetur, ſi venditio non ſit ratificata.diſput. 337.nu.19

Alcauala non reſtituitur, etiam ſi contractus per beneficiũ reſtitutionis in integrum reſcindatur.diſp.573.nu.20

Alcauala, ſeu gabella quando debeatur ex contractu cẽſuali reſeruatiuo.diſp.382.num.1

Item quando, & cui gabellario ſit ſoluenda, quando prædium daretur pro annuo cenſu decem aureorum, cum facultate illum redimendi certo aliquo pretio.diſputa.382. nume.2

Alcauala ſeu Siſa, in Luſitania, & Caſtella, quæ ſit. diſput. 336.nu.10

Alcauala ſeu tributum, an ex nouatione debeatur.diſ.559. nume.18

Aleæ nomine qui ludi comprehendantur. diſp.512.nu.1

Alienatio facta per filium puberum de bonis aduentitijs cũ conſenſu patris, an valida ſit.diſp.261. nu.4

Et quid in regno Caſtellæ.ibid.num.6

Alienatio in fraudem creditorum quando cenſeatur facta. diſp.328.num.1

Alienatio rei dotalis mobilis, quæ ſeruando ſeruari poteſt, quando valida ſit.diſp.428.num.14

Alienatio quot modis ſumatur.diſp.464.nu.1

Alienatio latè ſumpta quid comprehendat. diſput. 464.numero 2

Alienatio rerum eccleſiæ vt valida ſit, vltra alia acquiſita,

etiam iuſta cauſa,& debita ſolemnitas a iure præſcripta, requiritur.diſp.468.num.14
Alienatio ſi ſit ipſo iure nulla,res alienata cũ omnib.fructibus ex ea perceptis,reſtituitur eccleſiæ.diſp.468.num.15
Alienatio ſi non reddit alienantem impotentem ad ſoluenda debita,quocunque titulo facta valet,etiam in foro cõſcientiæ.diſputa.328.num.6
Alienatione facta quocunque titulo,transfertur dominium in accipientem,etiam in foro conſcientiæ,ſi conſcius non fuit,alienationẽ factam fuiſſe in fraudẽ credit. d.328.n.7 Declara tamen,vt ibid.
Alienationem accipiens ſi ſciat, rem ſibi alienatam fuiſſe alienam,& alienans ſimiliter,tenetur eam reſtituere,aut illius valorem,etiam in foro conſcientiæ. diſp.328.nu.8
Alienationem accipiens,etiam in foro conſcientiæ reſtituere non tenetur quod in fraudem creditorum eſt ſibi alienatum,ſi a creditorib.non petatur, vel petatur elapſo anno,a die ſcientiæ talis alienationis. diſp.328.nume.9
Alienationem ſcienter accipiens in fraudem creditorum,an peccet contra iuſtitiam,ſicut alienans.diſput.328.nu.10
Alienatum in fraudem creditorum quot modis dicatur, & qua actione reuocetur.diſp.328.num.2
Alienatũ per vltimam voluntatẽ in fraudem creditorũ,reuocatur, etiam ſi bona fide ſit alienatum. diſp.328.nu.5
Alimenta competentia quomodo iudicis arbitrio taxanda. diſp.413.nu.7
Alimenta, & expenſæ quando pietatis cauſa facta præſumantur,& quando non.diſp.554.nu.11
Alimenta præſtita pietatis intuitu quando repeti poſſunt. diſp.569.nu.2
Ancillæ partus quando ſpectet ad maritum, & quando ad vxorem.diſp.432.nu.9
Animalia quot modis tradi poſſunt ad lucrum,& damnũ. diſput.420.num.1
Arrhæ ius ſtatutum in emptione,& venditione, habet locũ etiam in locatione,& conductione.diſpu.338.num.5
Arrhæ matrimonij an conſtitui,& augeri poſſint poſt matrimonium contractum,& quando.diſp.431.nu.7
Arrhæ matrimonij contrahendi quid, & an differant ab alijs.diſp.431.nu.1
Arrhę matrimonij,& donatio ante nuptias,differunt.diſp. 431.nu.6
Arrhæ matrimonij in Luſitania, an ſoluendæ ſint de toto aceruo bonorum mariti, an vero de ſolo tertio quod ad ipſum ſpectet,ſi deſcendentes,aut aſcendentes habeat.diſputat.431.nu.11
Arrhæ quid.diſp.338.nu.1
Arrha quare in matrimonio conceſſa, & quare pęna prohibita.diſputat.431.nu.3
Arrha matrimonij in Caſtella,et Luſitania quid.d.431.n.4
Arrham quis amittat.diſp.431.num.2
Arrhas matrimonij promittens vltra decimã partem ſuorũ boonorum,ſecundum ius Caſtellæ, aut vltra tertiam ſecũdum ius Luſitaniæ,& iuramento confirmans, an vi iuramenti teneatur promiſſionem implere. diſp.431.nu.12
Arrhæ nomine datum ante emptionem perfectam, amittit emptor ſi ab ea diſcedat,& ſi venditor,& arrhã reſtituit, & tantundem de bonis ſuis dare tenetur.diſpu.338.nu.2 Idem & poſt emptionem perfectam de iure Luſitano, & Caſtellæ cum duabus limitationibus.ibid.num.4
Arrhæ matrimonij ob quam cauſam premittantur.diſput. 431.nume.5
Arrhæ ſoluendæ ſunt vxori de ſolis bonis viri, facta prius inter virũ,& vxorem diuiſione etiã lucrorum. d.441.n.6
Aſſecurans nauim onuſtam mercibus pro certa ſumma, ſi ad talem portum non peruenerit deſtinatum, an teneatur,& quomodo,ſi in ea non ſint merces, vel aliud accidens interueniat.diſp.507.num.6
Aſſecurans pro certa quantitate,quę deinde cõperiatur fuiſſe minus,an teneatur ad totam ſummã aſſecurationis,an vero tãtũ,pro ea quantitate,quę re vera erat.d. 507.nu.5
Aſſecurationem petentis quomodo probetur ſcientia,quod res perijſſet.diſp.507.num.4
Aſſecurationis cõtractus initus cum ſocietate non facit tranſire dominium pecuniæ in alterũ ſocium. diſp.417.n.11
Aſſecurationis contractus quid,& ad quam ſpeciem contractus attineat.diſput.507.num.2
Aſſecurationis contractus,vt iuſtus ſit,quæ requirantur.diſput.507.num.3
Auctoritas quid.diſp.468.num.4
Aurum obrizum quid,& vnde dictum.diſpu.500.nume.5

B

Bancarij duob.modis pecunias ſoluunt. diſp.509.nu.21
Bancarij in quo differant a depoſitarijs.diſp.408.nu.5
Bancarij prioris generis,quando lethaliter peccent in eorũ officio,& ad reſtitutionem teneantur.diſput.408.num.7
Bancarij prioris generis, qui nihil accipiunt pro depoſito, an iuſtè ſtipendium poſſint accipere a deponentibus, & quomodo.ibid.nu.8
Et quid de bancarijs ſecundi generis.nu.9
Bancarijs duob.modis conſignantur pecuniæ.diſp.409.n.1
Bancariorum abuſus varij.diſp.409.num.9
Bancariorum duo genera.diſp.408.num.6
Bancariorum officium quale.diſp.408.num.4
Beneficij collatio non eſt donatio, ſed executio eius, quod epiſcopus ex munere facere tenetur.diſp.263.nu.11
Beneficium reſtitutionis in integ.quibus modis peti põt, & apud quem iudicem.diſp.573.nu.22.& ſeq.
Beneficium reſtitutionis in integrum tranſit etiam ad hæredes minoris.diſp.573.nu.18
Bona dotalia æſtimata ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, quando poſſunt ab vxore tanquam propria vendicari.diſp.426.nu.13
Bona eccleſiæ quis alienare poſſit.diſp.468.nu.1
Bona eccleſiæ ſecularis inferioris a cathedrale, vt alienari poſſint,quæ requirantur.diſp.568.nu.13
Bona eccleſiæ ſi impignorẽtur,aut hypothecę ſubijciantur, vel alio modo alienent̃,neceſſaria eſt cã legitima, & debita ſolẽnitas:alias alienatio erit ipſo iure nulla.d.368.n.16
Bona eccleſiaſtica,quæ poſſint alienari ſine cauſa,& ſolemnitatibus,& quæ non.diſp.465.nu.1
Bona fides, quot modis accipiatur. diſputatio.254.num.4
Bona inducta & illata in prędium conductum,vt tacite ſubijciantur hypothecæ,quæ requirantur.diſp.497.num.6 Et quid de inuectis permanẽter,quę aliũde poſtea aſportata fuerint.ibid.nu.7 Limita tamen non procedere in bonis alienis inuectis, ibid. num.8.cum declaratione.vt ibid.
Bona monaſterij quibus ſolemnitatibus alienari poſſint. diſput.468.nu.12
Bona quænam ſint,quę ad virum,de bonis vxoris ſpectant. diſp.432.nu.1
Bonorum mobilium appellatione, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,quid comprehendatur.diſp.465.nu.3 Et quid de his, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. ibid. nu.4
Bonum commune quando pręferendum particulari. diſp. 365.num.4

C

Calliditas quid.diſp.293.nu.5
Cambia licita cum incremento publicis campſoribus, ſunt etiam licita priuatis.diſput.405.nu.1
Cambij, & bancariorum praxis, & conſuetudines varię. diſp.409.num.8
Cambij incrementum,quod venit, quando fit cambium de vno loco ad alium,venit etiam eodem modo,quando interuenit permutatio eorundem locorum, ratione indigentiæ.diſp.405.nu.2
Cambij litterę ad quem regulariter mittantur.d.409.nu.6
Cambij litterarum variæ formæ.diſp.409.num.5
Cambiorum origo inter mercatores,& affectio.diſpu.408. num.2
Cambiorum iuſtum pretium inconſtans, & varium. diſp. 410.num.6

Cambiorum praxis ad omnes nundinas, vnde originem du cat. diſp. 409. nu. 4
cambium ad proximas nundinas quando licitum ſit, vt recipiat incrementum, iuxta bullam Pij V. & quando illicitum & vſurarium. diſp. 404. nu. 6
cambium an variandum, & regulandum ſecundum maiorem, & minorem valorem pecuniæ, quem ipſa habet de loco ad locum. diſp. 410. nu. 1
cambiū cum incremento de vno loco ad alium eiuſdem regni, alias ante leges prohibitiuas licitum, an reſtitutioni ſit obnoxium, nulla expectata ſententia. diſp. 405. nu. 6
cambium cum incremento, quando licitum ſit de vno loco ad alium eiuſdem Regni. diſp. 409. nu. 5
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. ibid.
cambium cum incremento quomodo licitum, quando campſor prius dat pecuniam in vno loco, quā recipiat in alio. diſp. 404. nu. 1
cambium de loco ad locum, an iuſtum ſit, vel ne, ad tria capita recurrendum. diſp. 410. nu. 4
cambium de loco ad locum duob. fit modis. diſp. 405. nu. 3
cambium de loco ad locum, quando recipere poſſit incrementum ratione expectatæ ſolutionis. diſp. 404. nu. 5
cambium de loco ad locum quare vtile, & neceſſarium. diſp. 403. nu. 1
cambium, & permutatio idem in lata eorum ſignificatione. diſp. 396. nu. 1
cambium, & permutatio tribus modis ſumitur in eorum ſignificatione. diſp. 396. nu. 2
cambium ex quib. rebus proprie conſiſtat. diſp. 398. nu. 2
cambium in quo per accidens ſequatur tranſportatio pecuniæ de vno loco ad alium, ad commodum indigentis paratis cum incremento licitum eſt. diſp. 405. nu. 4
cambium minutum ad quid vtile. diſp. 344. nu. 1
cambium poteſt fieri de re nondū exiſtente ad tempus quo exiſtet. diſp. 395. nu. 7
cambium proprie quid. diſp. 396. nu. 4
cambiū quid requirat, vt iuſtū appellari poſſit. diſ. 399. n. 2
cambium quotuplex. diſp. 398. nu. 5
cambium reale, & ſiccum quid. diſp. 398. nu. 7
cambium ſiccum cur, & vnde dictum. diſp. 396. nu. 8
campſoria ars quomodo licita. diſp. 398. nu. 4
campſor, an iuſte poſſit accipere incrementum cābij, quod bona fide dedit ad aliquem locum, & tamen compertum fuit, non fuiſſe verum, ita quod ſolutio neceſſe fuit fieri in loco, in quo cambium datum fuit. diſp. 404. nu. 7
campſores priuati an accipere aliquid poſſint pro eorum muneribus ſicut faciunt campſores publici. diſp. 399. numero 5
campſores quid accipere poſſint pro eorum munere, & obſequio. diſp. 399. nu. 3
Et quid in Caſtella, & Luſitania ſeruatur. nu. 4
Intellige, tamen, & declara, vt nu. 6
campſoribus quomodo licitum ſit, pro commutatione pecuniæ de loco ad locum lucrum aliquod, vel incrementū accipere. diſp. 403. nu. 2. & 4
campſor in cambio de loco ad locum quomodo committere iniuſtitiam, & vſuram poteſt. diſp. 403. nu. 8
campſor poteſt licite aliquid accipere pro vniuerſali tranſportatione pecuniæ. diſp. 410. nu. 5
campſor priuatus quomodo licite poſſit accipere lucrum. diſp. 399. nu. 8
campſor quis dicatur. diſp. 398. nu. 3
campſor ſi pro eius munere iuſtè aliquid ſibi retineat quod alias a lege ſit inhibitum, an peccet, & ad reſtitutionē teneatur. diſp. 399. nu. 7
capitale viri, quæ bona contineat, & quid ad illud ſpectet. diſp. 433. nu. 1
capitale per vnum ex ſocijs poſitum in ſocietate, efficitur cōmune omnibus ſocijs. diſp. 411. nu. 6
capituli, conſuluit, de vſuris intellectus. diſp. 306. nu. 4
capituli, ſalubriter de vſuris, diſpoſitio habet locum in genere, nō ſolum comparatione ſoceri, ſed etiam alterius, qui vxorem duxerit. diſp. 321. nu. 5
Imò etiam in Luſitania, quando aliqui contractu medietatis bonorum celebrant matrimonium. ibid. nu. 6
capituli ſalubriter, de vſur. s, expoſitiones variæ, & intellectus, cum vera auctoris ſententia. diſp. 321. nu. 2. & 3
cap. cum tu. de vſuris, vera expoſitio, & intellectus. diſput. 329. nu. 4
cap. 1. de feudis, & cap. conqueſtus, de vſur. quomodo intelligantur. diſp. 323. nu. 2
cap. illos vos, de pig. quomodo intelligendū. diſp. 377. nu. 6
capitulum, conſuluit de vſuris, de qua ſpe lucri intelligēdū. diſp. 305. nu. 7
caractum quid. diſp. 510. nu. 4
caſus fortuitus quid dicatur. diſp. 293. nu. 13
caſus fortuitus quot modis ſumatur. diſp. 293. nu. 25
cautela pro iudicibus quando accipiunt fideiuſſorē ſub certa pœna, deſiſtendo in iudicio reum intra certum tēpus. diſp. 547. nu. 6
cautio idonea quæ dicatur. diſp. 534. nu. 9
cautio iuratoria, quando danda. diſp. 534. nu. 10
cautio Mutiana in donatione cauſa mortis, & alijs quę morte confirmatur, quando habeat locum. diſp. 288. nu. 9
cedens bonis pro debito, pro quo habet priuilegium ne cōueniatur vltra quam facere poſſit. diſp. 572. nu. 2
cedere bonis quid ſignificet. diſp. 572. nu. 6
cenſualis contractus an licitus, quando eſt in pecunia ſoluēda, vel fructib. qui nō percipiūtur ex agro. diſp. 385. n. 12
cenſualis contractus, an pariat mala. diſp. 385. nu. 5
cenſualis contractus circa res temporales rarius. diſp. 381. nume. 7
cenſualis contractus, contra aliquid eorum, quæ in bulla Pij V. ſunt diſpoſita celebratus, an iudicandus ſit in totū nullus, an vero ſolum id quod contra dictam bullam reperitur. diſp. 392. nu. 2
cenſualis contractus in dubio an iudicandus ſit potius quā emphyteuticus. diſp. 381. nu. 6
cenſualis contractus in quibus differat ab emphyteuſi. diſput. 381. nu. 3
cenſualis contractus multiplex. diſp. 372. nu. 1
cenſualis contractus quando dicatur emptio. diſp. 383. n. 2
cenſualis contractus quomodo nullus iudicatur ex clauſula ſecunda bullæ Pij V. diſp. 390. nu. 2
cenſualis contractus realis cum pacto de retrouendendo ſimilis contractui vſurario. diſp. 385. nu. 1
Et quomodo intelligatur. nu. 14
cenſualis contractus reſeruatiuus quomodo iudicandus. diſput. 381. nu. 8
cenſui reali quid correſpondeat, & quid perſonali. diſ. 383. nume. 4
cenſu iſta quid, & quid cenſuarius. diſp. 383. nu. 12
cenſus ad certum numerum annorum minori pretio, an licitus, & quando. diſp. 386. nu. 1. & ſeq.
cenſus an debeatur ex domo de nouo conſtructa ſuper fundo, in quo erat domus vetus dirupta, ſubiecta cenſui. diſput. 344. nu. 3
cenſus an poſſit redimi, & extingui etiam in alijs rebus loco pecuniæ quibus dominus contentus ſit. diſp. 394. numero 7
cenſus ante bullam Pij V. aut vbi recepta non eſt, quomodo validi iudicandi. diſp. 390. nu. 3. 5. 7. 9. & 11.
cenſus ante bullam Pij V. creati quomodo iudicandi liciti. diſp. 389. nu. 6
cenſus communis quid. diſp. 372. nu. 4
cenſus conſignationis quid. diſp. 383. nu. 1. & ſeq.
cenſus conſtitutus in certis prædijs determinatis, habet ſe ad inſtar ſeruitutis. diſp. 383. nu. 8
cenſus contractus poſt publicationem bullæ Pij V. multos menſes ab ignorantibus celebrati, quando validi ſint. diſput. 393. nu. 3
cenſus creati, ante bullam Pij V. quoad clauſulam decimātertiam, & decimamquartam quomodo validi iudicandi, etiam in Caſtellæ Regno, diſp. 392. nu. 5.
cenſus creati ante clauſulam ſeptimam bullæ Pij V. vel vbi non eſt recepta, quomodo validi. diſp. 391. nu. 2. 4. 6. & 8

Et quid de iure Caſtellæ. nu.7
Cenſus debitor ad quid cenſeatur teneri per clauſulam decimam bullæ Pij V. diſp.391.nume. 12
cenſus dominus in venditione rei, an præferatur etiam habentibus ius retractus, diſp.394. nu.8
cenſus in prædio aliquo ſi vendantur, an deduci poſſit in pactū, vt ſi præſidium vendatur dominus cenſus pro eodē pretio præferatur cæteris emptorib, ſi velit.diſp.372. n.6
cenſus integrè poteſt exigi a quocunque poſsidente partem rerum cenſui ſubiectorum.diſp.383.nu.9
cenſus irredimibiles non ſunt in bulla Pij V. comprehenſi. diſp.393. nu.4
cenſus mere perſonalis ex natura rei conſtitui poteſt ſuper perſonam.diſp.387.nu.6
cenſus obligatio vna cum re expirat, ipſe re perempta. diſp. 387.nu.11
cenſus omnes reales irredimibiles, an cenſeantur ſublati per clauſulam nouam bullæ Pij V. & ſolum redimibiles ſint ad nup.diſp.391. nu.9
cenſus penſio, an reditus inter bona immobilia computantur, diſp.383, nu.10
cenſus perpetuus cum pacto de retrouendendo, vt ſit licitus, quæ conditiones requirantur.diſp.389. nu.1
cenſus perpetuus, & irredimibilis plus valet quàm redimibiles.diſp.393. nu.2
cenſus perſonalis duplex. diſp.383. nu.5
cenſus perſonalis perpetuus pro minori pretio quam ſit quantitas penſionum, ex quib. capitibus iuſtificari poſsit, vt ſit licitus.diſp.387. nu.7
cenſus perſonalis pōt licitè lege ſtatui, diſp.387.nu.2.& 12
cenſus perſonalis quando emptori perire dicatur. diſputat. 387. nu.13
cenſus perſonalis ſi pereat cum perſona & bonis ſoluentis, quomodo pereat etiam emptori. diſp.386. nu.4
cenſus quando imponi poſsit in re aliena. diſp.394. nu.9
cenſu reali in aliquo prædio conſtituto, quos effectus poteſt adhiberi hypotheca aliorum bonorum.diſp.387.nu.8
cenſus reales irredimibiles quare ſemper in Eccleſia iuſti ſunt iudicati iuris doctis.diſp.391. nu.10
cenſus realis perpetuus pro minori pretio, quam latitudo penſionum licitus.diſp.386. nu.3
cenſus realis quando in aliquo prædio conſtituitur, ſimul reſultat obligatio mere perſonalis ad eum ſoluēdum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis.diſp 387.nu.4
cenſeo realis quid, & an idem ſit cum ſeruitute. diſput. 385, nume.10
cenſus realis quid, & in quo differat a perſonali cum hypotheca, diſp. 383.nu.6
cenſus realis quomodo licitus. nu.6
cenſus realis ſi collocatur in aliquibus prædijs determinatis, an prædijs peremptus, dicatur etiam cenſus peremptus.diſp.383 nu.7
cenſus realis ſtatuatur ſoluendus quotannis, ſiue prædium, in quo eſt collocatus, fructus eo anno ferat, ſiue nō, quot modis licitus ſit.diſp.385.nu.13
cenſus redimibilis in regno Caſtellæ, an emi poſsit minori pretio, quā ad rōnē quatuordecim pro vno. diſp.393.n.1
cenſus redimibilis quid.diſp.374. nu.2
cenſus redimibilis ſemel conſtitutus, an poſsit licitè emi minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno, diſp.393, nu 3
cenſus redimibilis, vt poſsint per partes etiam magnas redimi, in Hiſpanijs non ſeruatur.diſp.393. nu.8
cenſus reſeruatiuus quid.diſp.381. nu.2
cenſus ſi ematur in re non libera, an penſiones licite recipiantur.diſp.394. nu.4
Et quid de iure Caſtellæ.ibid. nu.5
cenſus ſi in pecunia ſoluatur, non videtur differre, a mutuo quo vltra ſorte aliquid pecuniæ ſoluitur, diſp.385. nu.3, Intellige tamen, vt nu.17
cenſus, ſi in pecunia ſoluatur poteſt vendi, alias erit permutatio, aut alius contractus innominatus. diſp.383. nu.11
Et quid in Caſtella, & Luſitania ſeruatur, ibid.
cenſus ſoluitur de re propria, penſio verò de aliena. diſput. 381.nu.4
cenſus tā realis quàm perſonalis quotuplex. diſp.383. n.13
cenſum vendens, an poſsit dare parte pretij cuidam tertio, vt ſoluat partem penſionis, quæ ei parti pretij reſpōdet. diſp.394.nu.2
cenſus venditio an iuſta ſit, quid attēdendū. diſp.383. n.10
cenſus vitalitius quid.diſp.383.nu.13
cenſus vnde dictum.diſp.381.nu.1
cenſus vt redimi poſsit per partes, ita grauamen eſt, ſicut cum per totum.diſp.393. nu.6
cenſus, vt redimi poſsit per partes, non venit ex natura pacti de retrouendendo, ſed eſt ſpecialiter cum pactum deducendum, diſp.393.nu.7
ceſsio bonorum locum habeat pro debito proueniente ex delicto.diſp.572.nu.17
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.nu.18
ceſsio bonorum antequam fiat, quid præcedere debeat. diſput.272.nu.5
ceſsiones actionum, quæ ſolent fieri a creditore debitori in integrum debitum ſoluenti, aduerſus correos, a legislatoribus inuenta ſunt.diſp.544. nu.8
ceſsione bonorum renuncians, cum iuramento, an credere bonis poſsit in euentibus a iure permiſsis, diſp. 572. n.19
ceſsionis exceptio tantum prodeſt debitori, qui bonis ceſſit, cum autem fideiuſſori.diſp.572. nu.10
circunſtantiæ, ex quib. contractus iuſtus dicatur, ſecundum quem ſtatum attendendus.diſp.360.nu.5
ciuitas in bonis eius adminiſtratorum tacita habet hypothecam, diſp.536. nu.8
ciuitatis nomine etiam oppida intelliguntur nomine. diſp. 300, nume.1
clauſula decimatertia, & decimaquarta, cum earum diſpoſitionibus declarationibus, & effectib. diſ.392. n.4. & 5.
clauſula prima, ſeu conditio bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.diſp.389.nu.3
Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ.ibid. nu.4
clauſula ratio manente pacto, quid operetur. diſputat.556, nume.14
clauſula ſecunda, ſeu conditio bullæ Pij V. quid operetur cum eius declarationibus. diſp.390. nu.1
clauſula reſpectiua, ſeu conditio bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.diſp.391. nume.1
Item octaua, & nona, nume.3. & 5.
clauſula, ſeu conditio deciſiua, & eius effectus, & declarationes bullæ Pij V.diſp.391.nu.11
Item clauſula vndecima, nume. 13
clauſula, ſeu conditio duodecima bullæ Pij V. cum eius declarationibus, & effectibus.diſp.302.nume.1
clauſula, ſeu conditio, vt cenſus per partes redemi poſſit, an ſit neceſſario addenda ad bullam Pij V. vt cenſus redimibilis vſurarius, aut iniuſtus non ſit.diſp.393.num.5
clauſula tertia bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.diſp.390.nu.4
Item clauſula quarta, quinta, & ſexta cum earum effectibus, & declarationibus.ibid.nu.6.8.& 10.
Et quid circa clauſulam ſextam de iure Caſtellæ, ibidem nume.12
Clement.1.de reb. eccleſ. non alienand. quomodo intelligendo.diſp.467.nume.4
clerici an vendere frumentum teneantur pretio lege taxato. diſp.364. nu.14
clerici artificio aliquo vti poſſunt, vt inde vitam eorum ſuſtentent, niſi artificium turpe, ac ſordidum, & indecens ſit.diſp.342.num.13
clerici conducere poſſunt prædia, ad eorum ſuſtentationē, non autem & lucrum faciat.diſp.342. nu.15.
clerici emere poſſunt neceſſaria, & vendere ſuperflua ex redditibus eorum.diſp.342.nu.11
Imò licet aliquid vilius emerint, non animo reuendendi carius, pōt accreſcēte pretio vēdere carius, & lucrari.ibi.
clerici, & religioſi, an negocia mere lucratiua poſſunt per alios exercere.diſp.342.nu.19

Clerici negotiantis non ſunt exempti a tributo.d.342.nu.5
clericis,& religioſis an ſimpliciter ſit interdictus ſub culpa lethali alearũ ludus,ſiue aliqua modificatione, ſeu declaratione.diſp.521.num.6
clerici ſiue eccleſiaſtici emere licitè poſſunt aliqua,quæ in aliud commutant,ac caſus vendant.diſp.342.num.24
clericus,& religioſus poteſt eſſe depoſitarius.diſputat.525. nume.3
clericus in quibus officijs vilioribus,ſi ea exerceat, amittitur priuilegium,& in quib.non.diſp.342.nu.9
clericus priuilegium habet, ne in carcerem pro debito ciuili detrudi poſſit, etiam ſi illud commode ſoluere poſſet. diſp.571.nu.12
Et quid de clericis cõiugatis ea diſpoſitione concil.Trid. ibid.nu.11
Declara tamen,& limita,& num.14.& 15
Et quid ſi renunciet priuilegio c. Odoardus cum iuramento,an ſibi præiudicet.nu.16
clericus ſi rem vendidit laico, tenetur coram iudice ſeculari eum defendere, coram quo fuit mota.diſputa.380.nume.11
clericus,vel eccleſiaſticus, vt ob negociationẽ priuilegium amittat quot ſint neceſſaria.diſp.342.nu.4
clericus vſurarius etiam iure canonico eſt infamis iure deponendus ab officio,& beneficio,& repellendus ab obtinendo.diſp.334.nu.5
colonus ob prauam culturam,fundum ſe vineam deteriorẽ reddens,ad fructus ferendus in tempus futurum,ad quid locatori teneatur.diſput.494.nu.13
colonus perſeuerantes colere terras eccleſiæ ſub vniformi penſione, per tempus ad præſcribendum habile non poteſt expelli ab alijs emphyteutis ab eadẽ eccleſia inueſtitis diuerſis temporibus.diſpu.449.nu.11
Imo in perpetuum emphyteuta iudicandus eſt,nu.12
Limita,& declara,vt num.24
colonus quomodo poſſit ſe tueri præſcriptione aduerſus proprietarium,vel emphyteutam.diſp.449.nu.8
colonus,vt perpetuus emphyteuta pronuncietur, quot probare debeat.diſp.449.nu.13
commodans quando teneatur ad damna commodatario ſubſequuta.diſp.294.num.16
commodanti ſuperueniens detrimentum in re commodata eſt ſufficiens cauſa ad reuocandum commodatã. ibi.n.9
commodata, res quando mittitur ad commodantem per aliam perſonam,quam ab eo deſignatam,cuius periculo pereat.diſput.296.nu.9
commodata res ſi ſit duob.quando quilibet teneatur inſolidum.diſp.297.num.8
commodata res ſit tradita nuncio antequam per creditorẽ ſignificetur, vt eadem tradantur, periculo perit debitoris.diſp.296.nu.8
commodata res tradita nuncio ad eam deputato, periculo perit creditoris, alias ſecus.diſput.236.nu.7
commodatarius ad quas expenſas reo commodatæ teneatur.diſp.297.num.5
commodatarius conſtitutus in mora non ſolum tenetur rẽ reſtituere,ſed etiam ad valorem illius. diſp.297.num.2
commodatarius de qua culpa teneatur,ad reſtitutionem totius rei acceptæ.diſp.295.nu.6
commodatarius etiã ex leuiſſima culpa a mora conſtitutus, tenetur ad omnia damna etiã lucri ceſſantis, d.297.nu.3
commodatarius ex impotentia implendi cõtractũ in mora conſtitutus,quib.caſib.ad intereſſe teneatur. diſ.297.n.4
commodatarius poteſt præferre res ſuas pretioſiores, reb. ſibi commodatis vilioribus.diſput.296.nu.5
commodatarius quando cenſeatur eſſe, non reſtituendo rẽ commodatam.diſput.297.nu.1
commodatarius quãdo teneatur etiam de leuiſſima culpa, diſp.295.nu.1
Quando item de leui lata,& de dolo. ibi.nu.2
Fallit in precario, in quo tantum venit dolus, aut lata culpa.ibid.
commodatarius quibus caſibus teneatur rem ſuam viliorẽ compenſare cum re commodata pretioſiori.diſput.296. num.3
commendatarius quo caſu non teneatur rem reſtituere,ſed tantum æſtimationem vſus.diſp.295.nume.5.& 8
Item quo caſu eam retinendo, neque peccaſſe dicatur. ibid.nu.6
commodatarium regulariter non tenetur de caſu fortuito. diſp.295.num.4
Fallit tamen,vt ibid.
commodatarius ſi non adhibeat exactiſſimam diligentiam in re commodata cuſtodienda, de leuiſſima tenetur culpa.diſp.293.num.22
Secus in depoſito locato, & ſimilib. in quib. ſufficit illa diligentia quæ communiter adhiberi ſolet.ibid. nu.24
commodatarius tenetur de dolo ſi in communi periculo res ſuas omnes ſaluet,& commodata omittat.diſp.296.nu.1
Idẽ in precario, & commodato ad vtilitatem ſolius commodantis.ibid.
commodatarius tenetur præferre rem commodata pretioſiorem ſuæ propriæ viliori.diſp.296.num.2
commodatarius tenetur præferre res commodatas ſuis proprijs,ſi ęque prætioſę ſint.diſp.296.um.6
commodatarius vtendo re commodata ad aliud quam cõmodata eſt,contra domini voluntatem,vel fines vſus excedendo,furtum committit.diſput.295.num.7
commodato definitio,& ethymologia.ibid.nu.1
commodati materia,quæ. ibid. num.2
commodatum,& donatio in quibus differant.ibid.num.10
commodatum, & precarium inter lucratiuos contractus connumerari.diſpu.299.num.1
commodatum propriè repeti non poteſt ante tempus completũ tacitè, vel expreſſe,pro quo fuit conceſsũ.ibid.n.6
commodatum quãdo reuocari poſſit ante tempus ad vſum conceſſum.ibid.num.9
commodatum quot modis ſumatur.diſp.294.nu.3
commodatum,vt a precario diſtinguitur quid. ibid. num.4
communitates ſi habeant inter ſe terminos communes,non coguntur ſtare in communiore.diſputat.414.nu.16
commutatio æqualis pro æquali ex natura rei licita eſt. diſput.410.nu.2
compenſari debitum in diem, vel ſub conditione quando poſſit cum debito pura.diſp.569.num.19
compenſatio ad quæcunque debita opponi poteſt. diſputat. 560. num.13
compenſatio ciuilis debiti cũ debito naturali,nec non,& retentio debiti naturalis ſoluti,conceditur.diſp.257.nu.5
compenſatio eſt exceptio,& non actio. diſp.560.nu.5
compenſatio in commodato quando locum habere poſſit. diſp.297.nu.7
compenſationem quando opponere poſſit, abſentem defendens ſine mandato.diſp.566.nu.18
compenſationi res iudicata quando obſtet, vt opponi non poſſit. diſp.560.nu.20
compenſationis exceptio an competat etiam quando quis ſe obligauit cum iuramento debitum ſolutum. diſp.560. nume.9
compenſationis exceptio opponi poteſt etiam coram iudice delegata.diſp.560.nu.11
compenſationis exceptioni quib.caſib.locum habet.diſput. 560.nu.6.7.& 18
compenſationis exceptio quibus caſibus non admittatur. diſp.560.nu.12
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ.ibid.
compenſationis renunciatio, an & quando valida ſit. diſp. 560.nu.8
compenſatio quando habeat locum,& quæ in ea requirantur.diſp.560.num.14.& ſeq.
compenſatio quare iure ciuili introducta. diſputatio.560. nume.2
compenſatio quibus caſibus ſtatui cenſeatur facta licet non ſit petita,neque vlla facta proteſtatio.diſp.560.nu.3
compenſatio quib. in rebus locum habere dicatur. diſput. 297.nu.6

compen-

compenſatio quid.diſp.560.nu.1
compenſatio quot,& quibus caſib.locum non habeat.diſp. 560 num.21
compēſatio ſterilitatis cū vbertate,vt locum habeat,quanta eſſe debet vbertas præcedentium,vel ſequētium annorum.diſp.495.nu.10
compoſitio aliquid & quotuplex,& eſt generalior trāſactione.diſp.556.nu.5
compromiſſum in aliquem tāquam arbitrum, aut arbitratorem,quando cenſeatur.diſp.415.nu.7
compromiſſum quid,& rationem habet tranſactionis.diſp. 556.nu.6
condemnatus ad certam pecuniæ ſummā ſoluendam, an ſi ſtatim eam non ſoluit,teneatur ad annum cenſum donec eam ſoluat,non obſtante bulla Pij V.diſp.394.num.1
conditio indebiti quibus in caſibus locum non habeat. diſput.569.nu.1
conditio,an modus ſit, id quod apponitur in maioratu, eſt valde attendendum.diſp.285.nu.3
conditio appoſita, ſeu grauamen in donatione in fauorem tertij, an poſſit donanti remitti antequam ab illo tertio acceptetur,vbi tenet cum Bart.& magis communi. diſp. 265.num.8
Et quid ſi tertius ille eſſet eccleſia,vel pius locus. ibi. n.9
Item quid de iure Caſtellæ.ibid.nu.10
conditio de futuro non determinata ad vnum appoſita in donatione,ſtipulatione,aut promiſſione,quando ſuſpendat,& quando non.diſp.185.nu.5
conditio impoſſibilis appoſita donationi cauſa mortis, habetur pro non appoſita.diſp.285.nu.4
conditio impoſſibilis in donatione cauſa mortis, & alijs, quæ morte confirmantur,habetur pro non appoſita. diſput. 288.nu.8
conditio impoſſibilis quando non habeatur pro non appoſita.diſp.284.nu.2
conditio in alterius commodum appoſita, in contractibus non habetur pro impleta, licet ſecus in vltimis voluntatibus.diſp.285.num.10
Declara tamen,& intellige.vt ibid.
conditiones omnes ſemper implendæ ſunt, iuxta formam expreſſam,nec ſufficit æquipollens.diſp.285.nu.7
conditiones requiſitæ in contractu cenſus redimibiles in extrauagantib. Martini V. & Calixti III. reperiuntur. diſputat. 389.nu.2
conditioni indebiti,& ſine cauſa, & omni legum auxilio renuncians,an poſſit repetere indebite ſolutum. diſp. 569. nume.8
Et quid ſi renunciauit cum iuramento.ibid.num. 9.
conditio non impoſſibilis determinata ad vnum quomodo non ſuſpendat diſpoſitionem.diſp.285.num. 1
Declara,vt nu.5
conditio non tranſitoria ad hæredes,vt impleatur,quęnam ſit.diſp.285.nu.6
conditio ob cauſam quomodo locum habeat.diſputat.270. num.1
conditio poteſtatiua negatiua ſub qua forma promiſſionis intelligatur.diſp.285.num.9
conditio ſine cauſa,quibus caſibus competat.diſp.568.nu...
conditio, vt qui nunquam matrimonium contraxit, in poſterum etiam non contrahat,vitiat contractum, cui appoſita eſt.diſp.285.nu.11
conducens operarium ad certum totum opus conficiēdum, quod caſu aliquo fortuito nō potuit perficere,tenetur illi vel eius hæredibus ſoluere de mercede pro rata eius, quod fecit.diſp.494.nu.17
Limitatur tamen,vt num.18
conductio quibus perſonis prohibita, etiam de iure Caſtellæ,& Luſitano.diſp.488.nu.2
conductio veſtiariorum mitiori pretio anticipata pecunia, quam ſperetur reddi tura,an vſum ſit,cum onere reſtituēdi prout aliquando fit in epiſcopatu Cōchenſi.d.501.n.2
conductor ad expenſas rei conductæ tenetur iuxta conſuetudinem loci, niſi aliud actum ſit,& idem in locatore dicendum.diſp.496.nu.1
Et quid, ſi non ſit conſuetudo,ad quas ambo teneantur, diſp.496.nu.2.vbi ad plenum.
conductor an ceſſante bello, & alio periculo rei, teneatur continuare rem conductam.diſp.493.num.4
conductor,colonus,& inquilinus,quot nominib. Hiſpaniç, & Luſitaniæ vocentur.diſp.486.nu.5
conductor compenſare poteſt vtiles expenſas in mercede debita pro re conducta,ex communi.diſp. 496.nu.3
conductor domus non reddens certiorem dominum de vicino nouum opus ædificante, vel de domo vicini ruinam minante,in præiudicium domus conductæ,tenetur domino ad intereſſe. diſp.494.nu.14
conductor expulſus a ſucceſſore bonorum locatorum, an poſſit agere ad intereſſe aduerſus hæredes locatoris. diſput. 391.nu.6
conductor locatione finita, qua pęna puniatur, ſi rem non reſtituat.diſp.498.nu.1
Et an idem ſit in commodatario, & depoſitario, & alijs ſimilibus,ibid.nu.2
conductor locatori tenetur de dolo lata culpa, ac leui, non autem de leuiſſima.diſp.494.nu.1
Idem in locante operas ſuas,ibid.nu.2
Fallit,niſi aliud inter partes conuentum ſit. ibid. nu. 3
conductor locatori tenetur non ſolum de ſua propria culpa,ſed etiam ſuorum,& externorum.diſp.494.nu.4
conductor poteſt rem ſibi locatam retinere, quouſque expēſæ factæ in re conducta ſibi ſoluantur. diſp.496.nu.6
conductor,quando ob ſterilitatem quacunque cauſa prouenientem,liberetur a ſolutione penſionis.diſp.495.nu.1
conductor,quando teneatur de damno in prædio conducto illato ob inimicitias.diſp.494.n.15
conductor quando teneatur de igne, in re conducta caſu fortuito accenſo.diſp.494.num.7
conductor renuncians caſibus fortuitis,an cenſeatur etiam inſolitis renunciare.diſp.455.nu.12
Et quid ſi talis renunciatio iuramēto confirmet.ibi n.13
conductor ſecundus non tenetur actione perſonali,ſed tantum ei,qui rem ſibi ſublocauit.diſp.489.nu.3
conductor vſufructuarij an repetere poſſit expenſas a proprietario factas in re locata, & ad ipſum proprietarium per mortem vſufructuarij deuoluta.diſp.496.nu.5
conductor vt a ſolutione penſionis liberetur, propter periculum rei,quid ſufficiat.diſput.393.num.3
conductor,vt poſſit allegare perſeuerantiā in re locata poſt locationem finitā, quātū tēpus requiratur.d.498.nu.10
confeſſariorum interrogationes, circa vſuras, iuxta quas regulas fiendę.diſputa.305.nu.4.& ſeq.
confeſſariorum inſtructio in materia cābiorum. d.410.n.9
confeſſio dotis receptæ facta ante matrimonium,vel in ipſa matrimonij celebratione,elapſaque ſint tempora ad excipiendum, non ſolum præiudicat creditoribus ipſius mariti, ſed etiam vxor præfertur illis in ea dote. d.440.nu.4
Declara tamen,vt ibid.
confeſſio dotis receptæ quando poſt matrimonium contractum habet vim donationis,nihil refert,an ſint elapſa tēpora exceptionis dotis non numeratæ,an non. diſp.439. nume.12
confeſſio dotis receptæ ſi fuit facta a marito conſtante matrimonio,quando noceat conditoribus, & quando non. diſput.440.num.6
confeſſio dotis ſi probetur fuiſſe facta in fraudem,nunquam nocebit creditoribus mariti.diſp.440.nu.2
confeſſio ſola mariti dotis receptæ non præiudicat creditoribus ipſius mariti,niſi cum ea ſint elapſa tempora exceptionis opponendę non numeratæ dotis,vel illi renūciatum.diſp.440.nume.3
coniugum alter ſi aliquid in partem ſui capitalis attulit, qđ bona fide poſſidere cæperat, ſed conſtante matrimonio præſcriptio illius fuit completa,an ad lucra communi ſpectet.diſp.433.num.7
conſanguineus an poſſit retrahere rem patrimonialem, ſimul venditam cum alijs non patrimonialibus vnico pretio

tio.diſputat.370. num.16
Conſanguineus propinquior, an poſſit ante terminum elapſum compelli, vt reſpondeat, num velit retrahere. diſp. 320.num.14
conſanguineus propinquior non poteſt vnam rem retrahere, ſine alijs, quæ vnico pretio venduntur. diſp.370. nu.15
conſanguineus proprietarij, qui rem vendidit vſufructuario, præfertur eidem in iure retractus. diſp.371. nu.9
conſanguineus proximior an poſſit retrahere rem venditam remitiori propinquo. diſp.370. nume.12
conſanguineus proximior hæres exiſtens venditori prædij ſuorum maiorum, intra terminum a iure conceſſum, an habet ius retractus. diſp.370. nu.10
conſenſus expreſſus idem eſt, quod collaudatio, & approbatio. diſp.468. nu.6
conſenſus patris in donatione filij cauſa mortis, ob quam cauſam ſit neceſſarium. diſp.288. nu.25
conſenſus ſolus patris non ſufficit in donatione cauſa mortis facta per filium patri. diſp.288. nu.26
conſilium pro muliere, quæ contrahit matrimonium cum alienigena. diſp.443. nu.3
conſors, ſeu comparticeps ſi concurrat cum conſanguineo conſortis vendentis in retractu, præfertur illi. diſp.371. n.7 Declara tamen, & intellige, vt ibid.
conſortes plures vnius rei pro indiuiſo, ſi reperiantur, vnus eorum, ſi vult, poteſt petere diuiſionem, alijs inuitis. diſ. 414.nu.17
conſortis nomine, ſeu habentis rem cum aliquo pro indiuiſo, qui intelligantur venire. diſp.371. nu.8
conſuetudo multorum locorum in materia cambij, & bancariorum partim approbata, & partim reprobata. diſp. 409.nu.7. & ſeq.
conſuetudo taxandi pretium rei certo tempore, quæ approbanda, & quæ non. diſp.365. nu 8
conſulens aliquid, fieri ad quid teneatur ei, qui tale exequutus fuit conſilium. diſp.549. nu.2
conſulens maleficium qua pęna puniatur. diſp.549.nu.3
contractum quibus caſibus vitiat inuoluntarium mixtè. diſput.326. nu.9
contractus aſſecurationis ſi non exigatur tanquam conditio ſine qua mutuans, non vult mutuare, ſed mutuatarius ſua ſponte illum fuit, nulla interuenit in eo vſura. diſput.318.nu.3
contractus celebratus ante duos menſes a legis publicatione irritantis contractum, ab habente notitiam illius, quã do ſit nullus, etiam in foro conſcientiæ. diſp.395. nu.5 Et quid de iure Luſitano. nu.6
contractus conditionalis conditione impleta, retrotrahitur ad tempus, quo fuit celebratus. diſp.337. num.11 Limita tamen, & declara, vt nu.12
contrahẽs cum vſurarij, & alijs ſimilibus, & ab eis ſcienter rem alienam accipiens, tenetur eam reſtituere proprijs dominis, ſi debitor eam non reſtituerit, ſi vero ignoranter, tenetur, ſi eam habeat, alias quantum ex illa fuerit locupletior effectus. diſp.330.nume.3
contractus de iure Caſtellæ, quando cenſeatur ſuſpenſus, vt ſcriptura perficiatur. diſp. 397. num.8
contractus diuiſione multæ. diſp.259. nu.6
contractus duplex in cambio de loco ad locum interuenit. diſp.403 .nu.7
contractus, & pacta quando pariant obligationẽ, & actionem ciuilem. diſp.255. nu.1
contractus feudi, & emphyteuſis quibus cõditionibus inſtitui poſſint. diſp.323. nu.4
contractus fieri in eccleſijs quomodo licitum. diſput. 344. nume.3
contractus improprij, quaſi contractus dicti, alia exempla varia, ex quibus oritur negociorum geſtorum actio. diſ. 555. num.3
contractus in dubio, an nominatus ſit, vel innominatus, cẽſetur innominatus. diſp.253. num.8
contractus in Luſitania celebratus, qualem probationem requirat. diſp.260. nu. 2
contractus innominati negatiui reducuntur ad affirmatiuos, & compoſiti ex multis reſoluuntur in ſimplices, ex quibus conſtant. diſp.254.nu.7
contractus innominati regulandi, ac iudicandi ſunt iuxta eos nominatos contractus, quibus magis ſimiles ſunt. diſput.253. nu.9
contractus innominatus quid. diſp.253. nu.3
contractus innominatus quomodo tranſeat, in contractum nominatum. diſp.556. nu.8
contractus innominatus ſtipulationis forma veſtitus, tranſit in contractum nominatum. diſp.213. nu.5
contractus latius adhuc, & minus proprie quid. diſp.252. nume.10
contractus latius quid. diſp.252.nu.6
contractus medietatis bonorum inter coniuges, & arrharum, & dotis, dicuntur ſocietatis. diſp.422. nu.1
contractus medietatis bonorũ inter coniuges eſt proprius Luſitaniæ. diſp.422.nu.2
contractus mixtus ex cenſu reali & perſonali, quis dicatur. diſp.387.nu.9
contractus nominati ab innominatis, necnon pacto nuda a veſtitis, quo iure non differebant. diſp.257. nu.2
contractus nominatus quid. diſp.253.nu.1
contractus non poteſt celebrari per eum, qui vſu caret rationis. diſp.261. nu.1
contractus omnes ſtricti iuris dicuntur, qui non ſunt enumerati inter contractus bonæfidei, prout de actionibus dicitur. diſp.259. nu.2
contractus pignoris, & hypothecè latè quid, & quid præſſe. diſp.528.nu.4. & 5.
contractus quid conſenſu perficiantur, & qui ſcriptura, & qui verbis. diſp.254. nu.1.& 3
contractus quidã bonæfidei, alij ſtricti iuris. diſp.259. nu.1
contractus quidam quomodo cognoſcantur ad locatum, & conductum pertinere. diſp.504.nu.1.& 2
contractus quid. diſp.252. nu.3
contractus quilibet, an vſurarius ſit, vel ne, quomodo cognoſcatur, regula traditur. diſp.303.nu.8
contractus quilibet iuxta leges, & conſuetudinem loci celebratus cenſetur. diſp.260. nu.1
contractus qui re perficiantur, & quid in eis attendendum. diſp.254.nu.13
contractus, qui ſolet fieri Hiſpali cauſa mercium, & negociationis, quo nomine nuncupari poteſt, & quando licitus ſit. diſp.507. nu.8
contractus qui ſolo conſenſu perficiuntur etiam ſi ex interuallo canſenſus vnius ſequatur, validè perficiuntur. diſput.254.nu.6
contractus, quo quis ſecuram reddit vitam alicuius vſque ad certum tps, pro pretio aliquo, validus eſt. diſ.507. n.7
contractus reſpectiui qui, & qui non reſpectiui. diſput.253. nume.4
contractus, ſeu actiones bonæfidei in quibus differant a cõtractibus, ſeu actionibus ſtricti iuris. diſp.259. nu.3
contractus ſi ſuſpendatur, vt ſcriptura perficiatur, ante illa completam non perficitur, & quando arrha amittatur. diſp.254. nu.12
contractum innominatorum quatuor genera. diſp.253.n.6
cooperans parti accipienti ad vſuram, ad nullam reſtitutionem tenetur. diſp.331. nu.2
creditor accipere poteſt a fideiuſſore moderatum pretium, vt fideiuſſorem ab ea obligatione liberet. diſputat. 319. nume.3
creditor ad quid teneatur in illis caſibus, in quibus non tenetur de euictione pignoris vendito. diſp.538. nu.29
creditor an teneatur in debito computare fructus, qui ex pignore percipere potuit, & non percepit. diſputat.535. nume.7
creditor anterior quando poſſit agere aduerſus poſteriorem creditorem ad pecuniam ei ſolutam per debitorem. diſp.536.nu.27
creditor cogi non poteſt vendere pignus ſui debitoris. diſput.538.nu.5

Tenetur tamen illud exhibere præſtita debita cautione ab ipſo debitore. ibid.

Creditor conſentiens alienationis rei ſibi hypothecata cenſetur remiſiſſe ius pignoris, vel hypothecæ. diſp.537. nu.2
Immo ſi conſentiat, vt eadem res obligetur poſteriori alicui creditori. ibid.
Sed an in dubio, & abſolutè cenſeatur remiſiſſe totum ius an verò ſolum comparatione creditoris illius cui conſenſit. ibid. nu. 3

creditor conſentiens alienationis rei ſibi hypothecatæ, cum proteſtatione quod ſibi ſaluum maneat ius ſuum, nō cenſetur ius hypothecæ remiſiſſe. diſp.537. nu.9
Idem ſi conſentit venditioni cum conditione, vt de pretio debitum ſolueret. ibid. nu. 10

creditor conſentiens alienationis rei ſibi hypothecatæ, quæ non fuit ſequuta, non cenſetur remiſiſſe ius pignoris. diſput. 537. nu. 13
Idem in alienatione ficta, vel ſi alienatio non fuit valida. ibidem.
Idem quando creditor eſſet minor, qui conſenſiſſet alienatione, ibid. nu. 14
Idem in procuratore generali ipſius creditoris conſentiente rem hypothecæ ſubiectam alienari a debitore, vel eius procuratore. ibid. nu. 15
Secus tamen econuerſo, ſi creditor conſenſu procuratori generali debitori. ibid.

creditor conſentiens alienationi rei ſibi hypothecatæ, quæ poſtea ex alia cauſa ad eundem debitorem peruenit, non recuperat hypothecam: ſecus tamen ſi ex eadem cauſa. diſp.537. nu. 16

creditor conſentiens in vnum actum alienationis, an cenſeatur conſentire in quemcunque alium. diſp.357. nu.11

creditores duos habentes hypothecam in aliqua re ſi illā a debitore emanant, cenſetur ſibi inuicem hypothecam remiſiſſe. diſp.537. nu.4

creditores mariti poſt litem conteſtatam, an ſemper opponere poſſint exceptionem non numeratæ dotis contra vxorem, vel eius hæredes. diſp.440. nu. 1

creditoribus pluribus vnius debitoris, quo ordine ſit ſatisfaciendum, vbi longa diſtinctio. diſp.536. nu.29. & 30
Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ, ibid. nu.31. & 32
Et quomodo creditoribus perſonalibus, qui non habent ius prælationis ſit facienda ſolutio. ibid. nu.33

creditor in euentibus, in quibus de euictione tenetur, ratione pignoris venditi, tenetur etiam ad intereſſe. diſputat. 538. nu. 30

creditor in pignore euicto, quando habeat recurſum aduerſus debitorem. diſp.538. nu.31

creditoris negligentia in exigendo debitū a principali quādo proſit fideiuſſori, ad eum liberandum. diſp. 546. n.13

creditor non computans fructus pignoris in debitum vſuram committit. diſp.535. nu.5
Quod ampliatur, etiam in pignore prætorio, & iudiciale. ibid. nu.6

creditor per pactū de vendendo, non poteſt pignus vendere, antequā debitor ſit in mora ſoluendi. diſp.598. nu.2

creditor perſonalis non tenetur ſibi a debitore ſolutum, alijs creditoribus contribuere, etiam in conſcientiæ foro. diſp.536. nu.34
Intellige tamen, & declara. vt ibid.
Idem dicendum in creditore perſonali, qui prius in iudicio obtinuit ſententiam pro ſe, & executioni mandauit. diſp.536. nu.35
Et quid in eo ſeruatur qui miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum debitoris ex primo decreto. ibid. nu.36
Et quid de iure Luſitano. nu.37

creditor pignus poſſidens per ſententiam, an ponere poſſit a iudice, vt præſcribat certum terminum debitori, ad illud recuperandum, ne cogatur computare fructus illius in ſortem. diſp.538. nu.18

creditor poſterior in prædio ex eius pecunia empto, quam mutuauit creditori, vt illud emeret, & ſibi hypothecatū eſſet, præfertur omnibus alijs creditoribus anterioribus ipſius debitoris. diſp.536. nu.16
Idem in creditore, qui mutuo dedit, vt ædificiū aliquod reficeretur. ibid. nu.17
Idem in eo, qui pecuniam dedit ad nauim emendā, vel inſtruendam. ibid. nu.18
Idem etiam in eo, qui dedit pecuniam, in conſeruationē rei alteri obligatæ. ibid. nu. 19
Fallit tamen, vt tales creditores non præferantur in hypotheca vxoris. ibid. nu.20
Declaratur hæc limitatio. vt nu.21

creditor poſterior quando agere poſſit aduerſus debitorē, vt rem aliam idoneam hypothecæ ſibi, & pignori ſubijciat. diſp.532. nu.4
Item quando agere poſſit de crimine ſtellionatus. ibid.

creditor poſterior, qui mutuo dedit pecuniam, qn̄ præferatur priori in eadem re ſibi obligata. diſput. 536. nu.23

creditor poſterior, ſcriptura publica, præfertur creditori anteriori ſcriptura priuata. diſp.536. num.28
Cum declaratione tamen. vt ibid.

creditor poteſt ſibi retinere pignus pro alio debito eiuſdē debitoris, licet primo ſoluto pro quo erat pignus traditum. Quod idem eſt etiam in pignore prætorio, & iudiciale. diſp.535. nu. 12. & 13

creditor primus, qui ius habet prælationis, ſi vendat rem ſibi hypothecæ ſubiectam, non poteſt a debitore, neque a poſteriore creditore repeti, offerendo illi, vel emptori, pretium. diſp.538. nu.17
Declara tamen & intellige, vt nu.19.20. & 21

creditor prior quando cogatur tradere rem ſibi hypothecatam, & in ſolutū acceptam, ſeu emptam, ſecundo creditori ſimiliter hypothecatam, oblato ſibi pretio, vel debito. diſp.536. nu.24
Idem in anteriori creditore, qui ratione priuilegij poſterioris in tempore, efficitur poſterior in iure. ibid. nu.25

creditor prior, quod præferatur poſteriori, quomodo intelligendum. diſp.536. nu.22

creditor quando non teneatur ad penſionem domus in pignus ſibi traditæ. diſp.535. nu.8

creditor, quando pactum non adeſt, quo ordine procedere debeat ad pignoris venditionem ſui debitoris, & quid de iure Caſtellæ. diſp.538. nu.6

creditor quando poſſit ad venditionem pignoris procedere nulla facta denunciatione, & quid de iure Caſtellæ. diſp.538. nu.2

creditor quando teneatur de euictione pignoris per ſeum venditi. diſp. 538. nu.28

creditor quo caſu poteſt iurare in litem aduerſus debitorē, vel tertium poſſeſſorem, rem hypothecatæ ſubiectam detinentem. diſp.534. nu.9

creditor quo ordine vendere teneatur multa pignora ſibi pro eodem debito ſpecialiter, & generaliter obligata. diſput.438. nu.23

creditor ſi cum debitore conueniat, vt ei debitum mittat per eū qui tale ſignū attulerit, & alius veniat afferens tale ſignū, cuius periculo debitū pereat. diſp.296. nu.10

creditor ſi dolo vendit pignus minori pretio, qūo poterit agere debitor ad intereſſe aduerſus eum. diſp.538. nu. ..
Idem quando vendit pignus, ſeu ordine iuris ſeruato. diſput.538. nu.26

creditor ſi ex fructibus pignoris debitum eſt conſequutus, ſtatim pignus efficitur liberum, etiam ſi ad aliorum manus deuenerit. diſp.535. nu.4

creditor ſi inſcio domino pignore vtatur ad ſuum commodo, furtum cōmittit quoad illius vſum, non tamen quoad rem ipſam. diſp.538. nu.1
Quid autem ſi domino conſentiente, dic, vt nu.2

creditor ſubſcribens ſe chirographo debitoris, vel alteri inſtrumento, quo profiteatur rem illam ſibi non eſſe hypothecæ ſubiectam, cenſetur remiſiſſe ius hypothecæ. diſput.537. nu.5
Cum declaratione, vt ibid.
Item traditione inſtrumenti facta debitori per creditorem. ibid. nu.6

Vel laceratione,ſeu cancellatione ipſius, ibid.
Fallit tamen, vt ibid.
Creditor tenetur etiam de leui culpa,ne fructus ex pignore percipiantur.diſp.320.nu.2
creditorum,pars maior, debitoris defuncti remittere poteſt partem debiti, in præiudicium aliorum creditorum etiam,priuilegiatorum.diſp.572.nu.12
Et quid de iure Caſtellæ obſeruatur, nu.18
cruzados in Luſitania antiqui cuius valoris. diſ.400.n.14
cruzados in Luſitania, hodie quomodo eorum lingua appellentur.diſp.400.nu.15
culpa iuridica late quid.diſp.293.nu.12
culpa iuridica quot modis ſummatur, ibid. nu.11
culpa lata quid.ibid.nu.18. & 21
culpæ latæ ſpecies quot,ibid.nu.14. & 20
culpa lethalis non facile iudicanda.diſp.344.nu.4
culpa quando dicatur dolus,& ibid.nu.15
culpa theologicè,ibid. nu.10
culpa,vt à dolo diſtinguitur,quid.ibid. nu.16
cuſtodiam habens alicuius rei, pro certa mercede conſtituta,an teneatur etiam de leuiſſima culpa.diſp.494.nu.19
cuſtos rei quando teneatur de caſu fortuito. diſputat.494. nume.6
cuſtos, vt non teneatur de cuſtodia, ſeu leuiſſimè culpa, quid probare debeat.diſp.494. nu.20

D

Damna,& lucra, poſt contractam ſocietatem omnium bonorum aduenientia, quando communia efficiantur.diſp.421. nu.3
Et quid de damnis,quæ poſt matrimonium contractum adueniunt. ibid. nu.4
Damna rerum eodem modo æſtimantur,ſicut lucrum ceſſans.diſp.316. nu.9
Damnum emergens duplex.diſp.314.nu.3
Damnum emergens pecunia eſt ęſtimabile,& ob id aliquid vltra ſortem abſque vſura exigi poteſt.diſp.314.nu.5
Damnum emergens quid.diſp.314.nu.5
Damnum propriè quid.diſp.511. nu.3
Damnum rei dotalis æſtimatæ cum pacto, vt vel ipſa, vel æſtimatio ſoluatur,ad vxoris electionem,ad ſolum pertinet virum.diſp.426. nu.16
data animo trahendi ad aliquem finem, non poſſunt repeti,licet finis non ſequatur.diſp.286.nu.1
Declara tamen,& intellige,vt ibid.
datum pro expenſis ad iter faciendum, an & quando repeti poſſit.diſp.570.nu.3
datum ſi ſit alicui,vt aliquid efficiat,quod remedium competat,ſi id non ſit factum.diſp.570.nu.5
debita ex debito cum debitis perſonalibus computantur. diſp.565. nu.6
debita poſt ſocietatem inter coniuges facta, quomodo, & per quem ſint ſoluenda.diſp.424.nu.6
debitor abſens quando dicatur,ad hoc vt poſſit contra eũ procedi tanquam contumacem.diſp.545. nu.3
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ,ibid. nu.4
debitor ad aliquid faciendum, ſi id fecit, quod poſtea cognouit ſe non teneri,repetere poterit æſtimationem eius, quod fecit. diſp.569. nu.6
debitor cedere bonis, in omnibus caſibus poteſt, in quibus pro ciuili debito detrudi poteſt in carcerem. diſput.572. nume.1
debitor delegatus an cenſeatur aſtrictus creditori debitoris delegantis,etiam ſi poſtea comperiatur ſe nõ eſſe debitorem deleganti. diſp.559. nu.17
debitor dubius in morte,an quid ſoluit, poſſit repetere, ſi probare potuerit, id non debuiſſe. diſputatio 567. numero 6.
debitor emere rem ſuam non poteſt a creditore, quam ſi emat,non erit emptio,ſed debiti ſolutio. diſputatio. 538. nume.24
Idem in creditore dicendum,quando vendit pignus, & poſtea illud ab emptore emit,vnde debitor poteſt illi pretium offerre,ibid.
debitor ex ceſſione bonorum, duo conſequitur commoda. diſp.572.nu.9
debitori quando reddenda ſit res a creditore in pignus ſibi data.diſp.535.nu.9
Item quando ei concedatur iurare in litem aduerſus creditorem,vt ei ſoluat damna,rei pignoratæ,ibid.nu.10
debitoris bona creditori hypothecata,ſi vendantur, an debeatur tributum, ſi eorum pretium non ſufficiat ad creditori ſoluendum. diſp.566.nu.2
debitor offerens cum effectu creditori ſolutionem, liberatur a pęna,& damnis.diſp.564.nu.5
debito principalis oĩa bona ſua creditori hypothecans, an aliqd eorũ inuito creditore alienare poſſit.diſp.545.n.19
debitor qñ in mora ſoluendi cenſeatur eſſe. diſp.538. nu.3
debitor quando ſit admonendus, vt ſoluat antequam contra eum agatur,vel perſonali,vel hypothecaria actione. diſp.534.nu.4
debitor quas expenſas ſoluere teneatur creditori, factas in re ſibi pignorata.diſp.535. nu.11
debitor quicunque cedere bonis poteſt, tam per ſe ipſum, quam per procuratorem,& tam ſolo verbo, quã per ſcripturam.diſp.572. nu.3
Imò etiam antequam mittatur in carcerem, cedere bonis poteſt. ibid. nu.4
debitor,qui vult cedere bonis,quas inducias petere poſſit, ad ſoluendum.diſp.572.nu.11
debitor quo ordine detrudi pôt in carcerem. diſp.571. nu.1
Fallit niſi eſſet ſuſpectus,de fuga. ibid. nu.2
Item fallit niſi ad certum tempus ſe obligaſſet, alias detruderetur in carcerem, ibid. nu.3
Item fallit in debitore fiſci.nu.5
debitor ſi cum creditore habeat plura debita, quod nam prius præſumatur ſoluiſſe.diſp.568.nu.1
debitor ſi legat rem alteri hypothecatam, vel eam alienari in teſtamento prohibeat,non præiudicat creditori.diſp. 538.nu.22
Declara,& intellige, vt ibid.
debitor ſi ſtipuletur tertio certum quid dari eius creditori, valet ſtipulatio.diſp.264. nu.17
debitor ſi vendidit rem hypothecæ ſubiectam cum conſenſu creditoris,ſed nondum tradidit, vel tradita ſit, ſed ab emptore nondum ſit pretium ſolutum cenſetur nihilominus remiſſum ius hypothecæ.diſp.537. nu.12
debitor ſoluens vni ex ſuis creditoribus totum debitũ, eum præponendo alijs creditoribus anterioribus, an peccet, cũ ei nihil aliud ſatisfaciendũ remaneat.diſp.536. nu.38
debitum cum fideiuſſore cenſetur prius ſolutum quam ſine fideiuſſore.diſp.565.nu.4
Item debitum antiquius, vbi debita æqualiter grauant debitorem.ibid.nu.5
debitum & actio vendi poſſunt, & tranſeunt in emptorem actiones vtiles,& directæ.diſp.340.nu.12
Itemque donari,& dari in dotem, legari, permutari, & alijs titulis concedi,ibid.nu.12
Intellige tamen,& declara, vt nu.14
debitum in tempus futurum, quando iuſtè debitor emere poſſit a creditore minori pretio anticipata ſolutione. diſput.361.nu.2
Et quid,quando tertius emit a creditore, anticipata ſolutione,an iuſtus ſit contractus. diſp.361. nu.3
Et an idem ſit in debito de præſenti, vel de præterito, nõdum tamen ſolutio.ibid. nu.5
debitum pecuniarium duob. modis procedere poteſt in debito.diſp.572.nu.15
debitum quid cenſeatur,quando aliquid alternatiuè, vel diſiunctiuè debetur.diſp.569. nu.5
debitum, ſeu ius,quod creditor habet, vt ſibi in tempus futurum aliquid ſoluatur, duobus intelligi modis. diſput. 361. nu.1
debitum ſine onere,& expenſis exigibile, quãdo emi poſſit minori pretio,anticipata ſolutione.diſp.361. nu.4

Debitum ſub conditione pendentem in futurum, per errorem ſolutum, repeti poteſt. diſp. 567. nu. 8
deceptio, & fraus quando in ludo iniuſta interuenire dicatur. diſp. 517. nu. 4. & 5
deceptio multiplex. diſp. 352. nu. 1
deceptus ſi velit ſtare contractui, decipiens quoque tenetur illi ſtare, non econuerſo, licet contractus ſit nullus. diſp. 352. nu. 8
decimæ perſonales ſunt de iure, licet de conſuetudine non ſoluantur, niſi in aliquibus locis. diſp. 387. nu. 3
decrementum alicuius rei ineſtimatæ, per alterum coniugũ in partem ſui capitalis allatæ, an reſarciendum ſit de cõmunibus lucris. diſp. 433. nu. 11
delegare quid. diſp. 559. nu. 5
delegatio vt valeat, quid requiratur. diſp. 559. nu. 6
delegatio, ſicut & mutuatio, fieri debet ſtipulatione. diſput. 559. nu. 7
deliberatio plena ad effectum validandi contractum, quæ dicatur. diſp. 267. nu. 3
denunciatio de pignore vendendo per pactum inter creditorem, & venditorem remitti poteſt, ſed non admonitio. diſp. 538. nu. 8
denunciatio quando neceſſaria non ſit ad effectum, vt venditor de euictione teneatur. diſp. 380. nu. 9
deponens pecuniam apud vſurarium, quo caſu ad reſtitutionem teneatur. diſp. 331. nu. 4
deponens quando alijs creditoribus depoſitarijs præferatur. diſp. 526. nu. 9
deponens ſeruum, ſciens eum eſſe furem, tenetur depoſitario de furto, & idem etiam ſi ignoret. diſp. 527. nu. 9
depoſita res reddenda eſt, vbi depoſita fuit, vel in loco, in quo reperitur, niſi dolo, vel culpa depoſitarij, ſit in alium locum translata. diſp. 526. nu. 2
depoſitarius non poteſt compenſare ſibi debitum eum re depoſita, neque exceptionem, ſeu retentionem opponere. diſp. 526. nu. 7
conceditur tamen ſibi actio depoſiti contraria pro expenſis in re depoſita factis. ibid. nu. 3
depoſitarius omnis eſſe poteſt, qui habet iudicium rationis, & etiam fœmina. diſp. 525. nu. 1
Et quid de iure Luſitano, & Caſtel. ibid. nu. 5
depoſitarius quando ſolutum teneatur de dolo, & lata culpa. diſp. 527. nu. 1
Item quando de leuiori, & caſu fortuito. ibid. nu. 2
Item quando de leui, non autem leuiſſima. ibid. nu. 3
depoſitarius quando teneatur etiam de culpa leuiſſima, ſed non de caſu fortuito. diſp. 524. nu. 8
depoſitarius in quo caſu reddere non teneatur incrementũ, ex depoſito factum. diſp. 402. nu. 4
depoſitæ rei vſus, & lucrum ſpectat ad depoſitarium quando depoſitum tranſit in mutuum, alias non, immo depoſitarius vtendo tenetur actione furti. diſp. 524. nu. 1
declaratur tamen, vt nu. 1
depoſiti dominium ad quem ſpectet, quãdo depoſitũ tranſit in mutuum. diſp. 523. nu. 4
Cum declarationibus, vt nu. 6
Et quid in ſequeſtro. ibid. nu. 5
depoſitum qñ tranſit in mutuum, an habeat locũ exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium. diſp. 523. nu. 3
depoſitum quid, & de quibus fiat rebus. diſp. 522. nu. 1
depoſitum quotuplex. diſp. 520. nu. 1
depoſitum reſtituere negans, condemnatur vna cum fructibus & intereſſe ad illud reſtituendum. diſp. 526. nu. 3
Immo ſi depoſitum fuit factum cauſa neceſſitatis, vt incendij, & ſimilium condemnatur ad duplum ſoluendũ. ibid. nu. 4
depoſitum ſtatim vt petitur, reddendum eſt, etiam ſi res fuerit depoſita vſque ad certum tempus. diſp. 526. nu. 1
Declaratur, tamen, & limitatur. vt nu. 5
depoſitum tranſiens in mutuum quando fiat. diſp. 523. n. 2
didrachma quid, & cuius valoris. diſp. 400. nu. 9
dies, aut terminus certus ſolutioni præſcriptus, conſtituit ſtatim eo tranſacto debitorem in mora, ſine ſpe aliqua purgationis. diſput. 564. num. 4
Declara, vt nu. 6
dies, & tempus quo caſu faciant conditionem proprie, & quando non. diſp. 284. nu. 5
dilatio ſolutionis pretij, quando poſſit eſſe circunſtantia, vt pretium iuſtum mercis accreſcat. diſp. 357. nu. 3
diligentia a conductore, vel alio ſimili adhibenda, quo modo intelligenda. diſp. 494. nu. 5
diſiunctiua appoſita in alicuius fauorem, quid operetur. diſp. 270. nu. 5
diſpoſitio generalis non comprehendit ea, quæ veriſimiliter diſponens exciperet. diſp. 282. nu. 2
depoſitio l. 1. C. de iu. dot. an ſit hodie correcta. diſputatio. 427. nu. 3
depoſitio §. vltimi, Luſitanarum ordinationum, tit. 77. in quo ſenſu intelligenda. diſp. 476. nu. 4
diſpoſitionis reductio ad ius cõe, qñ facienda. diſp. 435. n. 5
doctores, & aduocati gaudent priuilegio, ne conueniantur vltra quam facere poſſint, & ideo neque in carcerem detrudi. diſp. 571. nu. 17
Et de iure Luſitano etiam ſenatores, & eorum vxores, et ſi viduæ ſint, modo honeſte viuant. ibid. nu. 18
Idem in vxore cum marito, & patrono cum liberto, & alijs ſimilibus. ibid. nu. 19
dolo deceptus quando quis dicatur. diſp. 352. nu. 2
Dolus bonus quid. diſp. 293. nu. 3
dolus dans cauſam contractui adhibitus a quodam tertio, non reddit, contractum nullum, ſed datur decepto actio aduerſus tertium. diſp. 352. nu. 11
Intellige, vt nu. ſeq.
dolus dans cauſam contractui bonę fidei, reddit contractũ ipſo iure nullum, ex parte decepti, non decipientis. diſpu. 352. nu. 7
Limita in matrimonio. ibid. nu. 9
Declara, & intellige, nu. 11
dolus dans cauſam cõtractui ſiue bonæfidei ſiue ſtricti iuris, quando eundem ipſo iure reſcindat, & quando ope exceptionis. diſp. 259. nu. 5
Et quid in conſcientiæ foro. ibid.
Excipitur tamen matrimonium, licet dolus cauſam illi dederit. ibid.
dolus dans cauſam cõtractui ſtricti iuris, reſcindit cõtractũ ope exceptionis, vel actione de dolo, ſecus in foro conſcientiæ, in quo eſt ipſo iure nullus. diſp. 352. nu. 16.
dolus, & lata culpa venit in promiſſionẽ rei, quæ eſt in ſpe. diſp. 269. nu. 2
dolus incidens in contractu, non reddit contractum nullũ, ſed datur actio decepto ad repetendum quod plus dedit. diſp. 242. nu. 13
dolus latè quid. ibid. nu. 2
dolus malus quid. ibid. nu. 4. & 19
dolus quando dare cauſam cõtractui dicatur. diſp. 352. n. 4
dolus quando dat cauſam contractui, decipiens tenetur decepto ad damna omnia tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis. diſp. 352. nu. 10
dolus quando incidit in contractu, an detur optio decipienti, vel illum reducere ad æqualitatem, vel contractum reſcindere. diſp. 352. nu. 14
dolus quando incidit in contractu ſtricti iuris, in foro conſcientiæ ad quid teneatur doloſus, & ad quid in foro exteriori. diſp. 352. nu. 17
dolus quando in contractu incidere dicatur. diſp. 352. n. 51
dolus quid requirit, vt diſtinguatur a culpa. ibid. nu. 19
dolus quot modis in contractu interuenire poſſit. diſputat. 352. nume. 3
dolus quot modis interuenire dicitur in contractu. diſput. 352. nume. 6
dolus verus quid, & quid præſumptus. ibid. nu. 17
dominium an ſtatim princeps transferat, ſine alia traditione in contractibus ab eo celebratis. diſp. 369. nu. 13
dominium bonorum debitors, qui bonis ceſſit, antequam diuendantur, ad ipſum debitorem ſpectat. diſputat. 572. nume. 8

dominium bonorum paraphernalium, an & quando ſpectet ad maritum.diſput.430.nu.2
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ. ibid.
dominium de iure ciuili quomodo transferatur, quando per vim aliquid eſt traditum. diſput.326.nu.7
Et quid in foro conſcientiæ.nu.8
dominium eorum,quæ ex capitali poſt contractam ſocietatem acquiruntur,cui ex ſocijs intelligatur acquiri.diſput.411.nume.7
dominium ex ſolo actu,ſeu promiſſione interiori,non transfertur,& quare.diſp.266.num.1.& 2
Quod etiam habet locum in regno Caſtellæ.ibid.num.4
dominium in permutatione, & cambio an transferatur per traditionem ex vna parte, ſi ex alia non ſit tranſlatum, aut res oblata,aut habita pro tradita.diſp.396.nu.8
Et quid de iure Luſitano.num.9
dominium quare per traditionem comparetur. diſput.326.num.2
dominium qui prius comparat alicuius rei per traditionem, alterius in re per hypothecam, præfertur in quocunque cõtractu omnibus alijs, qui neque dominium, neque ius in re ſunt conſecuti.diſp.369.nu.11
dominium regulariter non transfertur per nudum contractum venditionis,niſi traditio ſequatur.diſp.369.nu.4
dominium rei dotalis æſtimatæ cum pacto, vt vel ipſa, vel æſtimatio ſoluatur,ad electionem vxoris permanet apud vxorẽ:ſecus ſi electio ad maritum ſpectaret.d.426.nu.17
dominium rei donatæ cauſa mortis penes donatarium quomodo intelligatur ſtare.diſp.287.nu.3
dominium rei eccleſijs, aut pijs locis ſtatim acquiritur ſine alia traditione tempore contractus.diſp.369.nu.12
dominium rei transferri non poteſt ſine traditione, neque per contractum, neque per diſſolutionem ipſius. diſput.378.nu.6
Limita tamen in pacto legis commiſſoriæ,& etiam adiectionis in diem.ibid.nu.7
dominium rei venditæ vt in emptorem tranſeat,quæ requirantur. diſp.497.num.3
dominium rerum dotalium æſtimatarum, quæ in pondere numero & menſura conſiſtunt pleno iure ſpectat ad maritum.diſp.426.nu.6
dominium rerum dotalium æſtimatarum, quo caſu pleno iure tranſeat ad maritum.diſp.426.nu.8
dominium rerum dotalium poſt traditionem quando tranſeat ad maritum,& quando non.diſp.426.nu.2.& 10.
Intellige tamen,vt nu.18.
dominium rerum dotalium,ſoluto matrimonio ad vxorem transfertur abſque traditione. diſp.426.num.3
dominium rerum per viurarium,& furem venditarum, remanet ſemper penes antiquos dominos.diſp.330.nu.2
dominium rerum regulariter ante traditionem nunquam transfertur.diſp.426
dominium vtile vt præſcribatur, quod tempus requiratur. diſp.449.nu.15
dominium habens in curia, quam inde breui ſciebat diſceſſuram,& locans pretio tunc currenti,an peccet, & ad reſtitutionem teneatur.diſp.354.num.7
dominus ſi expẽdat pro famulo, quando præſumatur cauſa pietatis ex pendiſſe.diſp.554.nu.14
donans aliquid, aut tradens etiam metu cadente in conſtantem virum transfert dominium in accipientem. diſputat.326.nu.3
Limita tamen,vt ibid.
donans,an,& quando teneatur de euictione. diſp.252. numero 9
donans cauſa mortis, poteſt quandocunque ante eius mortem donationem reuocare.diſp.287.nu.21
donans quando dicatur fieri pauperior,vel non.diſput.289.num.10
donans, ſi mittat rem donatario per nuntium,& antequam donatarius acceptet mortuus ſit, donatio redditur nulla, & res reſtituenda eſt hæred bus eius.diſp. 263.nu.3
Donare contrahere, & promittere quilibet poteſt, qui non reperiatur expreſsè prohibitus diſp.274.nu.1
donata coniugibus a conſanguineis mariti, ſeu ſponſi efficiuntur mariti, niſi contrarium probetur de voluntate. diſp.430.nu.5
Idem in donatis a conſanguineis vxoris, vt efficiantur ipſius vxoris,niſi contrarium probetur. ibid.
donata per ſponſalitiam largitatem quando cẽſeantur ea, quæ a ſponſo ſponſæ mittuntur.diſp.290.nu.6
donata ſponſo a conſanguineis ſponſi tempore ſponſalium, cuius efficiantur etiam de iure Luſitano,& Caſtellæ. diſput.430.nu.6
Et quid econuerſo, ſi donetur vxori conſanguineis mariti.ibid.nu.7
donata ſponſo,vel ſponſæ per patrem,aut matrem, efficiuntur ipſius.diſp.430. nu.8
donata vtique coniugũ tempore nuptiarum ab extraneis, efficiuntur communia.diſp.430.nu.4
Idem etiam conſtante matrimonio. ibid.
Idem etiam in donantis a conſanguineis vtrique eorum, ibidem.
donatarij capacitas, vel incapacitas attenditur tẽpore mortis donantis,non autem donatoris.diſp.288. nu.10
Idem in donante dicendum.ibid.
donatarij hæredes an poſſint ratam habere donationẽ per notarium acceptatam nomine ipſius donatarij.diſputat.264.nume.11
donatario,quando res donata cauſa mortis traditur dominium tot modis fit reuocabile, quot modis donatio cauſa mortis reuocatur.diſp.287.nu.2
donatarius,cui vltra quingentos ſolidos aliquid abſque inſinuatione eſt donatum,quando poſſit retinere exceſſum tuta conſcientia antequam repetatur. diſputat. 278. numero 21.
donatarius quibus caſibus non fit ditior, etiam ſi donans fiat pauperior.diſp.289.nu.18
donatarius ſi grauetur reſtituere poſt certum tempus rem ſibi donatam, cuidam tertio, acquiritur ei,& eius hæredibus vtilis actio ad eam rem exigendam. diſputat.265. nume.3
Imò etiam actio realis ſecundum aliquos.ibid. num.4
Contrarium tamen tenet.nu.5
Secus tamen eſt de iure Caſtellæ. ibid. nu.7
donatio acceptata eſt contractus latiſſimè.diſput.252. numero 11
donatio acceptata per alium a iure conceſſum,licèt nõ poſſit reuocari,pendet tamen a ratihabitione donatarij. diſput.264.nu.7
donatio ad nuptias in Hſpanijs quid.diſp.290.nu. 9
donatio ad pias cauſas cuiuſcunque ſit ſummæ, vel quantitatis,valet ſine inſinuatione, non obſtante aliqua lege ciuili,vel ſtatuto.diſp.270.nu. 2
donatio ad pias cauſas non acceptata an valida ſit. diſput.263.nu.18
donatio ante nuptias, & propter nuptias de iure communi quid.diſp.290.nu.8
donatio antequam acceptetur, poteſt pro donantis arbitrio reuocari etiam de iure Luſitano.diſputatio.263. numero 2
donatio an valida ſit,ſi quis donet hæreditatem ſuam alteri.diſp.280.nu.10
donatio a principe,non recognoſcente ſuperiorẽ, vel principi facta,non indiget inſinuatione, cuiuſcunque ſit quãtitatis.diſp.279.nu.3
Idem in donatione facta a Duce belli.ibid. nu.4
donatio,aut promiſſio, vel legatum iuris ſepulchri valida eſt.diſp.268. nu.14
donatio cauſa mortis deportatione donantis expirat quando bona veniunt applicanda fiſco. diſputatio. 288. numero 18
Secus tamen in donatione inter coniuges.ibidem. num. 19.& 21
Item ſecus de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ. ibidem, numero 20

Donatio cauſa mortis donatarij morte ante donantem reuocata, cenſetur. diſp. 287. nu. 10
donatio cauſa mortis duobus modis perfecta iudicatur. diſput. 287. nu. 7
donatio cauſa mortis fieri poteſt duobus modis, ſeu conditionibus. diſp. 287. nu. 8
donatio cauſa mortis fieri poteſt etiam inter abſentes per epiſtolam, vel inter nuncium, ſed requiritur donatarij acceptatio. diſp. 287. nu. 5
donatio cauſa mortis in alterius volũtatem collata, valida eſt, & quare. diſp. 288. nu. 22. & ſeq.
donatio cauſa mortis inſinuatione non indiget. diſput. 279. nume. 12
donatio cauſa mortis inter coniuges, duobus caſibus morte donantis non confirmatur. diſp. 289. nu. 11
donatio cauſa mortis iuramento confirmata, quo caſu non tranſeat in donationem inter viuos, & quando ſic. diſp. 287. nu. 18. & 20
Et quid de iure Luſitanię. nu. 19
donatio cauſa mortis non acceptata, ſi haberet ſolemnitatem requiſitam in codicillo, aut in teſtamento, valeret in vim legati. diſp. 287. nu. 6
donatio cauſa mortis non indiget inſinuatione. diſput. 288. nume. 3
declaratur tamen, quoad donationes parentum erga filios, & vnius coniugis ad alterum. ibid. nu. 4
donatio cauſa mortis omnium bonorum præſentium, & futurorum valida eſt. diſp. 280. nu. 11
donatio cauſa mortis omnium bonorum valida eſt. diſput. 288. nume. 15
donatio cauſa mortis publici vſurarij in caſu c. quanquam. de vſur. in 6. nulla eſt. diſp. 88. nu. 31
donatio cauſa mortis, quam actionem pariat. diſp. 228. numero 14.
donatio cauſa mortis, quando reuocata non cenſetur. diſp. 287. nu. 14
donatio cauſa mortis quando tranſeat in donationẽ inter viuos. ibid. nu. 15
donatio cauſa mortis quando valida ſit inter coniuges, & quando non. diſp. 288. nu. 17
Et quid de ſocero. ibid.
donatio cauſa mortis quid. diſp. 287. nu. 1.
donatio cauſa mortis quoad ſui initium cum contractibus conuenit, ſed quoad effectum, cum vltimis voluntatibus. diſp. 288. nu. 1
donatio cauſa mortis ſubſecuta traditione, eſt titulus habilis ad dominium transferendum, licet reuocabiliter. diſput. 287. nu. 4
donatio cauſa mortis valida eſt, licet hęreditas nõ adeatur. diſp. 288. nu. 12
donatio cauſa mortis, vt valida ſit, quinq. teſtes requiruntur, ſecus tamen de iure Caſtellæ. diſp. 288. num. 12
donatio conditionalis, quo caſu intelligatur pura, & ſtatim ſit ſoluenda. diſp. 284. nu. 4
donatio de iure communi, & Caſtellæ vſque ad quam ſummam validatur ſine inſinuatione. diſp. 278. num. 1.
Et quid de iure Luſitano tam in maſculo, quàm in fęmina. ibid.
donatio de iure Luſitano, quando egeat inſinuatione, & quando non. diſp. 279. nu. 14
donatio dicitur pactum veſtitum iuris priuilegio. diſp. 355. nume. 6
donatio ex alijs cauſis ingratitudinis, præter enumeratas in l. vlt. C. de reuoc. donat. non poteſt reuocari, contra communem. diſp. 281. nu. 3
donatio exceſſus, aut defectus in emptione, & venditione, & alijs ſimilibus contractibus quando præſumatur. diſ. 351. num. 4
donatio ex quibus cauſa reuocetur de iure communi, & quibus de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ. diſp. 281. nume. 1
donatio facta a milite eius concubinæ eſt nulla etiam in foro conſcientiæ. diſp. 275. nu. 10
datum tñ pro mercede ſui corporis, vel in recompenſationem pro obſequijs exhibitis, nõ poteſt repetere. ibid.
quid autem in clerico. ibid. nume. 11
donatio facta a patre filio in poteſtate, quibus caſibus ſtatim valeat. diſp. 291. nu. 2
Et quid de iure Caſtellæ. ibid. nu. 3
donatio facta cum clauſula, quòd tot ſint donationis, quot fuerint ſummæ infra quingentos ſolidos, cenſetur in fraudem legis facta. diſp. 278. nu. 11
Amplia tamen, & declara, vt nume. 12. & ſeq.
donatio facta eccleſiæ non reuocatur in totum per ſuperuenientiam liberorum. diſp. 282. num. 10
donatio facta extraneo ab eo, qui non habet liberos, poſtea liberis ſuperuenientib. reuocatur, & quare. diſp. 282. n. 1
donatio facta extraneo in totum efficitur nulla ob ſuperuenientiam liberorum. diſp. 282. nu. 4
donatio facta inter coniuges poſt matrimonium contractum, ante tamen quam conſumetur, indiget confirmatione mortis donantis. diſp. 289. nu. 2
Secus tamen de iure Caſtellæ. ibid. num. 3
donatio facta patri a filio tempore emancipationis, licet videatur ob cauſam, tamen eget inſinuatione. diſput. 279. nume. 8
donatio facta per patrem nepoti ex filio meliorando eum in tertio ſuorum bonorum, non poteſt per filium tanquã inofficioſa reſcindi. diſp. 283. nu. 6
donatio facta vni filiorum, ſi alij filij poſtea naſcantur, reuocatur tanquam inofficioſa, vſque ad debitã legitimæ quantitatem. diſp. 283. num. 1
Idem quoque etiam ſi nati eſſent alij filij. ibid. nu. 2
Imo etiam ſi talis donatio eſſet re, & conſilio inofficioſa. ibid. nu. 3
Et quid de iure Caſtellæ dicendum? copioſè. ibid. nume. 5
donatio in dotem, vel ad nuptias, vel propter nuptias ſine inſinuatione valida eſt. diſp. 279. nu. 7
donatio in materia l. ſi vnquam, ſi iuramento confirmetur, quando valida ſit. diſp. 282. nu. 7
donatio inter coniuges morte confirmata, retrotrahitur ad tempus, quoad fructus, in quo traditio rei donatæ facta eſt. diſp. 289. nu. 8
donatio inter coniuges, morte etiam ciuili donantis, confirmatur, excluſo fiſco: conditionaliter tamen, niſi ante mortem naturalem reuocetur. diſputatio 289. numero 6
donatio inter coniuges, quæ morte confirmatur, an irreuocabilis fiat, ſi iuramento confirmetur. diſputatio 289. nume. 19
Et quid de iure Luſitano. ibid.
donatio inter coniuges, quot modis tacitè cenſeatur reuocata. diſp. 289. nume. 12. & 13
Et quid de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ, ibid. nu. 14
donatio inter coniuges regulariter de iure antiquo inualida erat: hodie vero ſi non reuocatur morte donantis cõfirmatur. diſp. 289. nu. 9
donatio inter coniuges, ſine inſinuatione, morte donantis confirmatur intra ſummam tantum a iure ſine inſinuatione permiſſam. diſp. 289. nu. 7
Fallit niſi teſtamento vel codicillo a donante ſit confirmata. ibid.
donatio inter coniuges ſtatim a morte donantis, nulla expectata aditione hæreditatis transfert dominium in donatarium, iuxta inſinuationem factam vel non. diſputat. 289. nu. 9
donatio inter coniuges, vt morte donantis cõfirmetur, quid requiratur. ibid. nu. 4.
donatio inter coniuges, vt morte donantis confirmetur ſatis eſt, vt res donata tradita ſit per clauſulam conſtituti, vel alium fictum actum per quem ciuilis poſſeſſio acquiritur. diſp. 289. nu. 5
donatio interna ſecundum ius naturale, an obliget donantem in foro conſcientiæ ad manifeſtandum, & tradendum donatario. Vbi cum Ledeſmio videtur tenere. diſput.

ſputatio.266.nume.5.& 8.
Donatio inter viuos, ſi ob ingratitudinem reuocetur, non repetuntur fructus percepti ante litem conteſtatam. diſput.287.nu.12
donationes tantum inofficioſæ factæ extraneo, reuocantur vſque ad legitimam filij. diſp.283. nu.7
donationi perfectæ conditio aut grauamen apponi non poteſt: ſecus ſi non eſt perfecta. diſp.265. nu. 1. & 2
donationis reuocatio ob ſuperuenientiam liberorum, fit nõ ſolum ex præſumpta conditione donantis, ſed etiam ex lege, & ſtatuto iuuatur. diſp.282. nu.3
donatio non acceptata quæ a promiſſione incipit, perfici poteſt per epiſtolam, aut internuncium. diſp.264. nume.2
Quinimmo nuncius ſpecialiter ad id debet eſſe deputatus. ibid.nu.3
Secus autem erat ante L. ſi quis argentum. C. de donatio. ibid. nume.4
donatio ob cauſam non poteſt propter ingratitudinem donatarij reuocari. diſp.281. nu.7
donatio omnium bonorum etiam futurorum de iure Caſtellæ iuramento firmata valida eſt. ibid.nu.5
donatio omnium bonorũ præſentium, quando reduci poſſit ad ſummam a lege permiſſam ſine inſinuatione, vt valida ſit. ibid.nu.6
donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta Eccleſiæ, valida eſt, ex communi. ibid.nu.4.
donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, facta in contractu matrimonij, vel tranſactionis, & ſic mixta cum cauſa oneroſa, valida eſt. diſp.280.nu.12
Declara tamen, vt ibid.
donatio omnium bonorum præſentium, & futurorũ inualida & ex communi. diſp. 280. nu. 1
Imò de iure Caſtellæ omnium bonorum præſentiũ tantum. ibid.nu.2
donatio omnium bonorum præſentium & futurorum iuramento confirmata valida eſt, cõtra communem. diſp. 280.nu.3
donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non comprehendit iura, & actiones. ibid.nu.7
donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorum reſeruato vſufructu, quando valida non ſit. ibid. nu. 8
Et quid de iure Caſtellæ dicendum. nu.9
donatio patris facta filio cum traditione, ſi non reuocetur, confirmatur morte, & quo ad fructus trahitur retro ad tempus, quo fuit facta traditio. diſp.91 .nu. 1
Intelligendo tamen regulam debere ſecundum inſinuationem. ibid.
donatio perfecta, in quo differat a promiſſione acceptata, & ad impletionem obligante. diſp.273 . nu.4
donatio per l. ſi vnquam, quando reuocatur per filium legitimatum, poſteà naturam. diſp.282. nu. 9
donatio per natiuitatem filiorum extincta, q̃n reuiuiſcat ſi filij poſtea decedant, viuente patre. diſp. 284. nu.8.
donatio præſumpta inter virum, & vxorem ex confeſsione dotis a marito facta, quam vere non habuit, an iuramento confirmetur. diſp.439. nu. 10
Et quid ſi maritus dicat, iuro me tantum dotis recepiſſe, an eo ipſo, vt donationis cenſeatur iuramento confirmata, & irreuocabilis. ibid. nu. 11
donatio propter nuptias ſi filio non ſoluatur, quid ipſe facere poſsit. diſp.425.nu.5
donatio pro redemptione captiuorum reparatione domorũ conſtruẽda eccleſia, ſeu hoſpitali, aut alio pio loco valet in quocunque ſumma ſine inſinuatione. diſp.279.n.1
donatio quando contractus latè, quando nõ. diſp.252.nu.7
donatio quando dicatur perfecta. ibid.nu.3
donatio quando in totum reuocetur ob ſuperuenientiã liberorum, & quando non, etiam de iure Luſitano, & Caſtellæ. diſp.282. nu.5
donatio quando præſumatur. diſp.567.nu.5
donatio quid. ibid.nu.2
donatio vnde dicta. ibid.nu. 1.
donatio, vt valida ſit, quæ ſint neceſſaria, ibid. nu.5
donatio reciproca, quando egeat inſinuatione. diſput.239. nume.10
donatio re, & conſilio inofficioſa, facta extraneo, quando reuocetur in totum per filios. diſp.283. nu.8.
Et idem dicendum de aſcendentibus prout de filijs. ibid. nume.9
donatio remuneratoria, & ob cauſam, etiam ſi cauſa ſit de futuro, inſinuatione non indiget, vt ſit valida. diſp. 279. nume.5.
donatio remuneratoria triplicis generis. diſp.292.nu.1
donatio remuneratoria, vel ob cauſam non eſt propriè donatio. diſp.279.nu.6
donatio remuneratoria, vel ob cauſam, quando egeat inſinuatione. diſp.279.nu.9
donatio remuneratoria, vel ob cauſam, quibus caſibus per ſuperuenientiam liberorum, reuocetur in totum. diſput. 282. nume.11
donatio reuocari non poteſt per l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. quando conſtaret patrem de liberis cogitaſſe. diſput.288. nu.6
donatio ſi iuramento confirmetur, an valida ſit abſque inſinuatione quo ad incrementum? Quod ſic, de iure communi, & Caſtellæ. diſp.278.nu.8
Declara tamen, vt nu.10.
de iure tamen Luſitano ſecus eſt. ibid. nu.9
donatio ſi reuocabilis ſit, ius eam reuocandi tranſit etiam ad hæredes donantis. diſp.281.nu.4
donatio, ſtipulatio, aut promiſsio, ſub conditione facta, reuocari non poſſunt, vel eis aliquod grauamen addi, licet adhuc conditio non ſit impleta. diſp.285. nu.5.
donatio, ſtipulatio, & promiſsio quando puræ dicantur. diſput.284.nu.1
donatio ſub conditione mortis abſolutè, quænam ſit. diſput.287.nu.9
donationes cauſa mortis in quibus ſimiles ſunt legatis, & in quibus non. diſp.288.nu. 12.& 13.
Et quid de iure Caſtellæ. ibid.
donationes duæ de eadem re ſi ſint factæ duobus, quænam præferenda. diſp.264.nu.12
donationes remuneratoriæ inter coniuges non debent conuerti in eleemoſynas propinquorum alterius coniugis. diſp.274.nu.9
donator ſi conuenitur ex donatione facta, nondumque impleta, deducẽdum eſt prius totũ æs alienum, totq. bona, eo ſoluto, ei manere debent, ne egeant. diſp.413. nu. 13
Limita tamen in donatione traditione impleta. ibid.
Quam ſublimita ſecus eſſe in regno Caſtellæ. ibid.
Limita etiam in donatione remuneratoria, vt nu.14.
donatum pro remuneratione, an ſit præcipuum eius cui donatur, ſicut eſt donatione ſimplici. diſputatio. 433. numero 9
dos ante reſtituenda marito dum efficitur diues, bonaque ſua rectè adminiſtrat. diſp.429. nu.8
dos dari, aut promitti a quibus poſsit de iure communi. diſput.423. nu.7
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. nu.8
dos de iure communi ad quid detur viro. diſputat. 423. numero 5
dos & alia bona mulieris intra quantũ tempus ſint ſoluenda ab hæredib. viri ipſi mulieri, vel eius hæredib. diſput. 442.nu. 1
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. ibid.nu.2
dos exigitur in loco domicilij mariti tempore, quo celebratus fuit contractus, ex communi. diſp.443. nu.1
dos filiæ patre danda, quãta eſſet debeat. diſp. 424. num.2.
dos magna tradita a patre filiæ, quouſque reuocari poſsit per ſuperuenientiam liberorum. diſp.424. nu. 14
dos marito data qua ratione reuocari non poteſt propter ingratitudinem vxoris. diſp.281. nu.8
Idem in donatione ad nuptias facta viro. nu.9
dos marito promiſſa, ſi illi non ſoluatur, an teneatur ſoluto matrimonio ſoluere vxori aut eius hæredibus arrhas. diſp.431.nu.10.

Dos promiſſa filiæ, aut donatio ad nuptias filio, matrimonio conſtante, implenda eſt de bonis ſuperlucratis viro, & vxori communibus. diſp.434.nu.4
Dos quid. diſp.423.nu.1
Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt. diſp.423.num.3
Dotis cauſa tacitam habet ſtipulationem tam quoad reſtitutionem, quam quoad eius ſolutionem. diſp.423.num.9
Item tacitam hypothecam. nu.20
Et quid de iure Luſitano. nu.11
Dotis fructus an ſpectent ad maritum, ſi ipſe ante nuptias ſuſtentabat ſponſam. diſp.432.nume.4
Dotis fructus a quo tempore incipiant deberi mulieri. diſp.442.nu.3
Dotis fructus, & aliorum bonorum vxoris, quando cedant in eorum augmentum. diſput.432.nu.3
Dotis fructus vt ad virum pertineant, quot ſint neceſſaria. diſp.432.nu.2.5.& 6
Dotis promiſſio, & traditio tacitam habet traditionem, ſi nuptiæ ſequantur. diſp.423.nu.3
Dotis ſtipulatio per generum facta ad arbitrium ſoceri valida eſt. diſput.268.nu.2
Drachma Euangelij cuius erat ponderis. diſp.400.nu.8
Drachma, quæ, & quot faciant vnciam. diſp.400.num.2
Quid in Caſtella ſeruatur. ibid.
Ducati diuerſus valor quomodo intelligendus, & regulandus. diſp.410.num.8
Ducatus antiquus, cuius erat ponderis, & valoris. diſp.400 nume.7

E

Eccleſia ad inſtar minoris aduerſus eius cõtractũ habet quadriennium ad petendum in integr. reſt. d.574.nu.1
Quod ampliatur in hoſpitalibus, & alijs pijs locis, qui ſub nomine in Eccleſiæ comprehenduntur. ibid.num.2
Fallit tamen in aliquib. euentib. vt etiam vltra quadriennium, habeat beneficium reſtitutionis. ibid.nu.3
Idem in Republica, & milite, & alijs ſimilib. vt n.4.& 5
Eccleſiæ res in feudum, vel emphyteuſim tradi conſueta, antequam incorporetur, vt fiat de menſa, poteſt de nouo tradi abſque ſolemnitatibus requiſitis. diſput.468.nu.17
Cum declaratione tamen. vt ibi. & nu.19
Et quid ſi talis res ſit alicuius monaſterij, collegij, vel capituli, requiratur, vt de nouo concedatur, ibid.nu.18
Eccleſiæ res quando dicenda ſit conſueta tradi in emphyteuſim, vel feudum. diſput.468.nu.20
Et quando cenſenda ſit incorporata menſæ, vt de menſa dicatur. ibid.
Eccleſiæ adminiſtratori, quando competat aduerſus Eccleſiam actio negotiorum geſtorum. diſp.300.num.5
Eccleſiæ tacita hypotheca in bonis adminiſtrantium ipſius bona. diſp.536.nu.7
Eccleſia, & ciuitas, vt teneatur de mutuo, quid per mutuantem probari debeat, & quibus caſibus, & quare. diſput.390.nu.2.& 7
Eccleſia læſa ex contractu cum laico celebrato, coram quo iudice petere poſſit in integrum reſtitutionem. diſp.573.num.25
Eccleſia quando præſumatur velle ſuccedere in emphyteuſi eccleſiaſtica, etiam illegitimos. diſp.475.num.9
Eccleſia quomodo teneatur de depoſito facto apud clericum, vel religioſum. diſp.525.nu.4
Eccleſiaſtica bona, an poſſunt hypothecari, & in emphyteuſim tradi ſine cauſa, & ſolẽnitatibus requiſitis. diſp.466.num.1.& 3
Eccleſiaſtica bona ſubijci poſſunt hypothecæ in generali, non autem in particulari. diſp.466.nu.2
Eccleſiaſtica res ab antiquo conſueta tradi in emphyteuſim, poteſt eo modo abſque alia ſolemnitate tradi, quo erat tradi conſueta. diſp.476.num.3
Eccleſiaſtica res, quomodo in emphyteuſim perpetuam cõcedi poteſt. diſput.469.nu.1
Eccleſia, vel ciuitas quãdo cenſeatur fieri locupletior, & de mutuo teneatur. diſp.300.nu.4
Emens alleuaria ad interficiendas apes, ceramque, ac mel extrahendum, qua pœna puniatur. diſput.340.nu.20
Emens boues equos venditor non habet, eoſdemque locet venditori, quomodo ad reſtitutionẽ teneatur. d.362.nu.3
Emens rem aliquam communi pretio tempore contractus, ſeu traditam tempore quo ſperatur plus valitura, an reſtituere teneatur incrementum quod ſperabatur tempore traditionis futurum licet non euenerit. diſp.362.nu.2
Emens rem propriam ab vſurario, vel fure, & alijs ſimilibus, vel alio titulo accipiens, quando reſtituere eam teneatur. diſp.330.nu.4.& 11
Ementes, & vendentes licitè poſſunt ſe circonuenire. diſp.351.nu.2
Ementes, & vẽdentes, ſeipſos decipientes infra, vel vltra iuſtum pretium, quare ius ciuile, & canonicum permittat. diſp.350.nu.6
Ementes tempore meſſis, aut alio tantam rerum copiam, et ſeruantes, vt caritas in ciuitate inducatur, & alij cogãtur multo carius emere de manu illorum, an ad reſtitutionẽ teneantur. diſp.345.nu.5
Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ. ibid.
Emere quis credito in nundinis quando cenſeatur. diſputat.409.nu.5
Emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa in perpetuum pro ſe, & hæredibus, an comprehendantur etiam aſcendentes, & hæredes quoſcunque extraneos. diſp.469.nu.2
Emphyteuſim ſi quis accipiat pro ſe, & filijs, ac deſcendentibus, an ſi intermedius emphyteuta incidat in commiſſum, cæteris noceat, ad quos ius emphyteuticum tranſire debet. diſp.453.num.13
emphyteuſis accepta pro vno filiorum, aut pro filijs communibus ab vtroque parente genitis, non poteſt in eorum præiudicium iterum innouari. diſp.478.nu.4
Emphyteuſis ad certum numerum annorum conceſſa, tranſit intra id tempus ad quoſcũque ſucceſſores. diſ.469.n.6
Emphyteuſis an, & quando ad fœminas tranſeat. d.474.n.9
Emphyteuſis antequam menſæ incorporetur, poteſt de nouo ſine ſolemnitatibus requiſitis eo modo quo, prius concedi eadem cauſa legitima durante. diſp.469.nu.7
Emphyteuſis conceſſa, in facultate nominãdo ſucceſſorem in illa, an valida ſit. diſp.480.num.1
Emphyteuſis conceſſa ſine ſolemnitatibus a iure requiſitis, ſecundum conſuetudinem loci præſcriptam, valida eſt. diſput.469.nu.8
Emphyteuſis diuidenda inter plures, an incapitari debeat, vt vnus tãtum integram penſionem ſoluat proprietario, & cæteri pro portione ſoluant in capitulo. diſp.460.nu.3
Emphyteuſis diuidi poteſt inter hæredes, ſiue conſortes, domino irrequiſito, ex communi. diſp.460.nume.1.& clarius.num.7
Et quid de iure Luſitano. ibid.
Emphyteuſis duplex, noua, & antiqua. diſp.472.num.1
Emphyteuſis eccleſiaſtica accepta pro hæredibus deſcendẽtibus, de iure Luſitano, non pertinet ad vxorem relictam hæredem ab vltimo poſſeſſore, ſed ad nepotem poſſeſſoris. diſp.476.nu.5
Emphyteuſis eccleſiaſtica, & ſecularis an differant, ſi ambo concedantur alicui pro ſe, & eius liberis, ſeu deſcendentibus. diſp.473.nu.3
Emphyteuſis eccleſiaſtica non nominationis, conceſſa vt deuenire poſſit ad extraneum, non pertinet ad fiſcũ, ſed libera reuertitur ad eccleſiam ſi eam velit: ſecus autem in melioramentis. diſp.481.nu.3
Idem in emphyteuſi ex pacto, et prouidẽtia, quę excludat extraneos, ẽt ſi ſecularis ſit, vt fiſcus non ſuccedat, ibi.n.4
Intellige tamen, & declara, vt nu.51
Emphyteuſis eccleſiaſtica regulatur ſecundum ius canonicum, & non ciuile, niſi quatenus ius ciuile ab Eccleſia tacitè, vel expreſſè fuerit approbatum. diſp.446.nu.2
Emphyteuſis eſt contractus nominatus. diſp.444.num.3
Emphyteuſis & feudum conceſſa ſibi, filijs, & hæredibus cenſenda ſunt hęreditaria, ſaltem mixtè. diſp.473.nu.4
Emphyteuſis, & feudum duobus modis dici poſſunt hæreditaria. diſp.472.nu.2

Emphy-

Emphyteuſis,& feudũ ex pacto & prouidentia, ijs debetur, pro quibus ſunt accepta.diſput.478.nu.3
emphyteuſis,et feudũ ſimpliciter hęreditaria q.d.d.272.n.2
emphyteuſis,& locatio ad longum tempus,an diſtincti ſint contractus,an non.diſp.445.nu.7
emphyteuſis, & locatio ad longum tempus quot modis in iure accipiantur. diſp.445.nu.8.& 9
emphyteuſis finita per caducitatem in commiſſum, ex deuoluitur abſolute ad proprietarium.diſp.484.nu.1
Quod amplia,& limita,vt nu.2
emphyteuſis hereditaria qualiter inter hæredes diuidenda. diſp.477.nu.1
Et quid de iure Luſitano.nu.2
emphyteuſis illius cuius bona confiſcatur, quando ſpectat ad fiſcum.diſp.481.nu.2
emphyteuſis in Luſitania aliquando ſunt communes vxori in viro,aliquando propriæ defuncti.diſp.376.nu 6
Sed bona feudalia,coronæ Regni,aut maioratus nõ ſunt communia.ibid.
emphyteuſis nominationis eius, cuius bona publicantur, non pertinet ad fiſcum ꝗ quando ob crimen delinquens ſeruus pęnæ efficitur.diſp.481.nu.8
emphyteuſis perpetua de iure Luſitano an, & quando efficiatur communis vtrique coniugi, ſi alter ipſorum illam attulerit.diſp.476.nu.1.& 3
Et quid in emphyteuſi eccleſiaſtica.ibid.nu.2
emphyteuſis quando cenſeatur renouata per tacitum conſenſum,abſque ſcriptura,& quomodo reſpondẽdum per emphyteutam pro conſeruatione ſui iuris.diſp.447.nu.7
emphyteuſis quando pro ingreſſu iudicanda ſit potius emptio,& venditio. diſp.450.nu.3
emphyteuſis quid,& in quibus differat a locatione, & conductione.diſp.445.num.1. & 2
emphyteuſis quotuplex.diſp.446.nu.1
emphyteuſis religioſi quando ad monaſterium pertineat, & quando ad eius hæredes ab inteſtato.diſp.482.nu.1
emphyteuſis ſecularis pro liberis ſuſcepta, an ſit hæreditaria,vel ne.diſp. 479.nu.3
emphyteuſis ſecularis ſi ſit conceſſa pro ſe,& filijs eius, an veniant etiam filij naturales.diſp.475.nu.4
Fallit in emphyteuſi eccleſiaſtica.nu.6
Et quid ſi ſit conceſſa pro ſe,& liberis etiam illegitimis, an veniat ſpurius ſub tali appellatione.ibid.nu.5
emphyteuſis ſi per venditionem primi emphyteutæ,qui habet facultatem nominãdi, tranſeat in diuerſas perſonas, primo emphyteuta viuente, ſecunda perſona nominãda cenſetur illa,quæ reperitur in emphyteuſi tempore mortis ipſius primi emphyteutæ,& deinceps. diſp. 482.nu. 3
emphyteuſis ſi ſit conceſſa ad aliquot certas vitas, vltimus ſuperſtes quas perſonas poſſit nominare, & quæ cenſeatur expreſſe nominata.diſput. 483.nu.4
emphyteuſis ſi ſit conceſſa,cũ facultate,vt emphyteuta vendere illam poſſit cui voluerit, tenebitur nouus emphyteuta ſoluere laudemium.diſp.459.nu.26
emphyteuſis tam communis, quam Eccleſiaſtica conceſſa ſine expreſſione temporis, vſque ad quod tempus cenſeatur conceſſa.diſp.469.num.3
emphyteuſis titulo præſcriptionis acquiſita, vſque ad tres vitas cenſetur præſcripta.diſp.469.nu.4
emphyteuſis,vel feudum ex pacto,& prouidentia, non imputantur in legitima ex communi. diſp.479.nu.4
Immo, neq; ex illis falcidia, aut trebellianica deducitur, ex communi.ibid.
Declaratur tamen, quod tale feudum imputetur in legitimam.ibid.num.5.6.7.& 8
emphyteuſis uel feudum, quando comprehendantur in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis.diſp.479.num.1
emphyteuſis vel feudum hæreditaria etiam mixtè in legitimam imputantur. diſp.479.nu.2
emphyteuſis vnde dicta, cum aliquorum opinionibus relatis.diſp.444.nu.1
emphyteuſis vſque ad tertiã generationem conceſſa, ad extraneos nõ tranſit,ſed ſolum deſcendentes. diſ.469.nu.5
emphyteuſis vſque ad ꝙ tempus cõcedi poſſunt. d.445.n.3
emphyteuta ab emphyteuſi liberatur, re emphyteutica omnino deſtructa.diſp.454.nu.1
Imò vero finitur contractus emphyteuſis. ibi. nu.2
Fallit tamen niſi in ſe ſuſcepiſſet periculum caſuum fortuitorum,ibid.nu.3
Itẽ fallit,niſi res,vel domus ſit deſtructa culpa ipſius emphyteutæ.ibid.nu.4
Item fallit,niſi ex parte ſit deſtructa.num.6
Declara,vt nu.8
emphyteuta an donare poſſit rem emphyteuticam, meliorationeſque eius domino irrequiſito. diſput.461.nu.7
emphyteuta an expelli poſſit a re emphyteutica, quia neceſſaria ſit proprietario.diſput.458.nu. 1
Et quid quando illa abutatur ad malos vſus.ibid.
Et an ſi vendat fructus ex re emphyteutica, præferendus ſit proprietarius in eorum emptione.ibid.
emphyteuta an incidat in commiſſum totius rei,ob non integram ſolutionem penſionis,an vero pro parte,pro rata penſionis non ſolutæ.diſp.453.nu.11
emphyteuta an in commiſſum incidat, ſi rem emphyteuticam deteriorem reddat,& quando.diſp.457.nu.1
emphyteuta an poſſit locare ad longum tempus decẽnij,aut vltra irrequiſito dominio.diſp.461.nu.3
Et quid de ſeruitute, an poſſit eam conſtituere, domino irrequiſito.ibid.nu.4
Et an idem in feudatario.nu.5
Et quid de vſufructu dicẽdũ,an poſſit ille cõcedere. nu.6
emphyteuta deſtruẽs ſyluã cęduã abſque proprietarij facultate,vt vineam plantet incidit in commiſſum. d.457. n.3
emphyteuta eccleſiæ an teneatur ad collectas ratione vtilis dominij.diſp.456.nu.5
Et quid in feudis & vſufructuarijs,& quãdo dominus directus eſt eccleſia,& feudatarius,vel vſufructuarius perſona laica,vel contrario.ibid.nu.6.
emphyteuta edere tenetur directo domino, inſtrumentum emphyteuſis nec non in prædia,& eorum fines,alias omnia eius prædia præſumuntur emphyteutica.diſp. 14.n.1
Declara tamen,& intellige,vt nu.3
emphyteuta,& alij non tenentur deducere ab expenſis, & melioramentis,fructus, quos ex rei reſtituenda perceperunt.diſp.463.nu.19
emphyteuta,& alij poſſunt ſibi retinere rem reſtituendam, donec melioramenta eis ſoluantur,fructuſque licite percipiunt,diſp.463.num.20
emphyteuta,& feudatarius ex pacto,& prouidẽtia,qñ poſſint præiudicare vocatis ex inueſtitura.diſp.478.nu.5
emphyteutæ vnus hæredũ ſi non ſoluat ſuam portionẽ penſionis,an omnes incidant in commiſſum.diſp.453.nu.12
emphyteuta exponere poteſt venditioni, domino irrequiſito,meliorationes,ac ius emphyteuticum.diſp.454. nu.7.
Intellige,& declara, vt num.7
emphyteuta habens facultatem nominandi,ante eius mortẽ quem voluerit poteſt ad eius libitum vſque ad mortem variare,& mutare eandem nominationem.diſp.483.n.1
Cum declaratione,vt ibid.
emphyteuta habens facultatem nominandi nulla facta mẽtione mortis non poteſt,nominationem factam reuocarẽ.diſp.483.nu.2
Fallit tamen,& limitatur,vt ibid.
emphyteuta ignorans debere pẽſionem, an tempore elapſo ſolutionis penſionis incidat in commiſſum. diſp.453.n.9
emphyteuta ignorans vendẽs rem emphyteuticam irrequiſito domino,non incurrit caducitatem, quæ ignorantia transfert onus probandi ſcientiam in proprietarium. diſput.459.nu.21
Quod ampliatur etiam in venditione neceſſaria. ibidem num.22
emphyteuta incidens in commiſſum, an poſſit moram purgare.diſp.453.nu.5
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.
emphyteuta in commiſſum incidens,an amittat meliorationes poſtea factas.diſp.455.num.3

Et quid de feudatario.ibid.nu.2

Emphyteuta infra quantum tempus incidat in cõmiſſum, ſeu perdat ius ſuum, non ſoluendo penſionem.diſp.453.num.1

emphyteuta infra quantũ tempus poſſit moram purgare, vt biennio elapſo cenſeatur celeriter illã purgare.d.453.n.6

emphyteuta in re emphyteutica vt meliorem reddat, plus iuris habet quam proprietarius, & vſufructuarius. diſp. 457.nu.6

emphyteuta irrequiſito domino poteſt celebrare contractũ permutationis: laudemium tamen tenetur ſoluere nouus emphyteuta.diſp.461.num.1

Declara tamen, & intellige, vt nu.2

emphyteuta non incidit in pęnam, ſeu cõmiſſum, niſi proprietario volente. diſp.453. nu.2

emphyteuta ob elapſum temporis an ſtatim incidat in commiſſum ſi penſio ſoluenda ſit exigua, & res emphyteutica ſit magni valoris. diſp 453.nu.10

emphyteuta partem iuris emphyteutici alienans, an incidat in commiſſum in totum. diſp.459 nu.15

emphyteuta per bienniũ, vel trienniũ non ſoluens, an incidat in commiſſum ſi in contractu emphyteutico pęna alia fuit impoſita penſionem non ſoluenti.diſp.453.nu.4

emphyteuta poteſt dare in dotem, & donare propter nuptias filio rem emphyteuticam, irrequiſito proprietario. diſp.461.nu.9.& ſeq.

Idem in ſucceſſione quouis titulo, & hypotheca. diſputa. 461.nu.11.& 12

emphyteuta præſcindens oliuetum vetuſtum, & plãtans vineam, an incidat in commiſſum.diſp.457 num.2

Diſtingue, vt nu.7

emphyteuta propter bellum, vel peſtem in regione, vel aliã ſimilẽ cauſam, an a ſolutione penſionis liberetur, & a pęna commiſſi.diſp.454.nu.13

emphyteuta quando de pretio nunciauit proprietario, riteque vendidit, & tradidit, ſi poſtea remedio l.2.C.de reſcind.vend. reſcindatur contractus, non requiritur noua licentia proprietatis.diſp.459.nu.19

emphyteuta quando poſſit iterum tradere in emphyteuſim rem emphyteuticam, vel liuellare.diſp.471.nu.1

emphyteuta quare dicatur incidere in commiſſum, ſeu caducitatem.diſp.453.nu.2

emphyteuta quas expenſas petere poteſt a proprietario, factas in re emphyteutica.diſp.456.nu.1

Et quid de iure Luſitano.ibid.nu.2

emphyteuta qui incidit in commiſſum ob non ſolutam penſionem, an propria auctoritate expelli poſſit a proprietario.diſp.453.num.21

emphyteuta recuperans ius ſuum emphyteuticum alienatum, a commiſſo non liberatur.diſp.459.nu.14

Limita tamen, vt ibid.

emphyteuta ſecundus incidens in commiſſum ob non ſolutam penſionem, amittit ius emphyteuticũ proprietario, non autem primo emphyteutæ.diſp.471.nu.13

emphyteutam, ſi contendatur, incidiſſe in commiſſum, an ad proprietarium ſpectet probare non fuiſſe ſolutam pẽſionẽ, an vero ad emphyteutã, eam ſoluiſſe.diſ. 493.n.17

emphyteuta ſi in commiſſum incidit, & dominus non eſt pęnam exequutus, an eius hæredes poſſint hoc facere. diſp.453.nu.11

emphyteuta ſi iurauit ſe ſoluturum quotannis penſiones, an incidat in commiſſum eo ipſo; quod ſemel tempore congruo penſionem non ſoluit. diſp.453.nu.4

emphyteuta ſi occultet inſtrumentum, vel dolo illud amiſit, ſtabitur iuramento proprietarij, ſi dicat emphyteuſim eſſe finitum, aut titulum fuiſſe nullum.diſp.449.num.51

emphyteuta ſi velit dimittere rem emphyteuticam proprietario, an teneatur proprietarius eam accipere, an vero poſſit eum cogere perſeuerare in emphyteuſi. diſp.453. num.22

emphyteuta ſi offerat proprietario penſiones plurium annorum ſequentium, idem proprietarius non tenetur illas recipere.diſp.453.nu.20

emphyteuta ſoluere tenetur onera, & tributa tam realia, quam perſonalia, quæ occaſione rei emphyteuticæ imponuntur.diſp.456.nu.3

Cum declaratione tamen, vt ibid.

Idem dicendum in feudatario.ibid.nu.4

emphyteuta ſtatim habita licentia a proprietario, vendendi, poteſt vẽdere ius ſuum cui voluerit: dummodo non ſit de his quibus vetari ſolet emphyteuticum emere diſput. 459.nu.5

emphyteuta tradens in emphyteuſim rem emphyteuticam, an transferat vtile dominium in vltimum emphyteutã, an vero penes eum remaneat, vel ſit in vtroque ſimul, & decidit.diſp.472.nu. 5.6.& 11

emphyteuta tutus præſcriptione ſoluẽdi pẽſionẽ, non tenetur edere aliud inſtrumẽtum emphyteuſis . diſp.449.n.6

emphyteuta vendens, & tradens ius emphyteuticum, domino irrequiſito, ſub conditione ſi ipſi domino placuerit, non incidit in commiſſum.diſput.459.nu.10

Idẽ in vẽditione facta cũ pacto legis cõmiſſoriæ, & adiectionis in diem, aut alia ſimili, conditionem.ibid.nu.12

Idẽ etiam in alienatione nulla, licet facultas adeſſet proprietarij.ibi.nu.13.

Limitatur tamen, niſi dicat, ſaluo iure proprietarij. ibid. nume.11

emphyteuta vendens rem emphyteuticam irrequiſito domino, incidit in commiſſum.diſp.459.nu.1

Intellige tamen, & declara, vt ibid.

emphyteuta volens vendere ius ſuum, ſi non habeat licentiam a proprietario, tenetur illum expectare per duos menſes.diſp.459.nu.3

Et quid de iure Luſitano etiam in emphyteuſim Eccleſiæ.ibid.nu.4

emphyteuta vt in commiſſum non incidat, an ſatis ſit intra biennium, aut triẽnium offerre proprietario penſionem. diſp.453.nu.8

emphyteuta volẽs alienare ius ſuum, debet requirere omnes proprietarios eiuſdem rei, alias incidit in commiſſum.diſp.459.nu.16

emphyteutica res an ſit tacitè hypothecata pro ſolutione penſionis.diſp.451.nu.8

emphyteutica res quando dicitur perijſſe pro parte, quid intelligatur venire nominẽ partis. diſp. 454.nu.7

emphyteutica res ſi pereat pro parte, quo caſu minuenda ſit penſio.diſp.454.nu. 8

emphyteuticum ius an vendi poſſit vno ex cohæredib. vel conſortib. per eodẽ cohæredes, vel conſortes, domino irrequiſito ſolutione laudemij.diſp.46.nu.2.& clarius.n.8

emphyteuticum ius, & ius meliorationũ, quas emphyteuta in re emphyteutica facit diuerſa, ſunt.diſp.445. num.10

emphyteuticum ius, quando ab vno in aliũ tranſit vltimus emphyteuta debet proprietariũ requirere de pretio qui pro eodem pretio cæteris præfertur temporibus. diſput. 459.nu.18

emphyteuticum ius quando venditur, alcauala debetur.diſput.459.num.27

emphyteuticus contractus a locatione in quo differat.diſp. 451.nu.3

emphyteuticus contractus an ſcriptura perficiatur. diſput. 447.nu.4

Et quid in eccleſiaſtica emphyteuſi.ibid.nu.5

emphyteuticus contractus eſt ciuili iure introductus. diſp. 447.num.1

emphyteuticus contractus eſt ſtricti iuris. diſp.447.nu.2

emphyteuticus contractus vltra penſionis ſolutionem quid requirat.diſp.450.nu.1.

Et quid de iure Luſitano,nu.2

emptæ rei dominium quando cõtinuare præſumatur apud venditorem diſp.368.nu.13

Empta res cum pacto de retrouendendo quomodo licitè, dum non redimitur, locari poſſit venditori. diſput. 376. nume.1

Empta res cum pacto de retrouendendo ſi pereat, emptori patit, & non venditori.diſp.320. nu.4

empta res quando venit reſtituenda ex capite læſionis, an reſtituenda ſit cum fructib. ex ea perceptis. diſp. 349. n. 10
Et an ſit idem cum publica ſubhaſtione. ibid. nu. 11
Idem an dicendum in locationib. permutationib. cābijs, & reliquis bonæ fidei contractibus. nu. 12
Et quid de iure Caſtellæ. ibid.
empta res ſi pereat ante traditionem, vel deterioretur, cuius periculo pereat. diſp. 366. nu. 1. 4. & 8
empta res ſi poſt traditionem pereat, emptoris periculo perit. diſp. 366. nu. 2
emptio argenti, vel auri cum pacto de retrouendendo intra certum tempus quodam maiori pretio quam fuerit, an ſit licita, an vero vſura palliata. diſp. 400. nu. 17
emptio cenſus perſonalis perpetui quomodo licita. diſput. 387. nu. 1. 6. 7. & ſeq.
emptio cenſus realis licita quando pretium pro loci conſuetudine eſt commenſuratum. diſp. 385. nu. 8
emptio cum pacto de retrouendendo, & pretio diminuto vſura an iudicatur. diſp. 385. nu. 2
emptio cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, vt ſcilicet venditor rem redimere non teneatur, niſi quando emptor voluerit, an licita ſit. diſp. 377. nu. 7. 8. & 9.
emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio, quam in prima venditione factum fuit quomodo licita. diſput. 376. nu. 2.
Cum duabus declarationibus. ibid. nu. 3
emptio cum pacto de retrouendendo quare licita. diſp. 374. nume. 5
emptio cum pacto, quod emptor quando voluerit, teneatur venditor redimere rē per eū venditā non computatis fructib. medij temporis in partem pretij, ſed emptori reſeruatis quibus modis licita ſit & quibus non. diſp. 377. n. 8.
emptio, & venditio an ſit, ſi pro re aliqua detur pretium, & res alia. diſp. 336. nu. 8
emptio, & venditio cenſus realis quibus circunſtantijs licita. diſp. 385. nu. 11
emptio, & venditio contractus diſtinctus a permutatione, locatione, & emphyteuſi. diſp. 336. nu. 4
emptio, & vendito, & ſimiles contractus pro communi vtilitate introducti. diſp. 350. nu. 4
emptio, & venditio ex inordinato affectu, quando eſt culpa lethalis. diſp. 346. nu. 2
emptio, & venditio non eſt nulla, ſi res vendatur ea conditione, ſi emptori placuerit, licet alias non valeat, quando pretium eſt poſitum in arbitrio alterius contrahentium. diſp. 337. nu. 15
emptio, & venditio non poteſt eſſe in partem, & filium in poteſtate niſi circa bona caſtrenſia, aut quaſi. diſ. 343. n. 8
emptio, & venditio quando eſt perfecta, poteſt alter contrahentium alterum compellere vt fiat publicum inſtrumentum. diſp. 337. num. 3
emptio, & venditio quando perfecta cenſeatur ad effectum, vt fructus rei venditæ ad emptorem pertinent, ſi aliud inter contrahentes non ſit conuentum. diſp. 368. nu. 8
emptio, & venditio quando per mutuum conſenſum diſſoluatur in exteriori foro. diſp. 373. num. 5
emptio, & venditio quando ſuſpenditur vt ſcriptura perficiatur, quid debeatur in Hiſpanijs. diſ. 337. nu. 6
emptio, & conductio quibus caſibus minori pretio, quam iuſtum eſt, licita ſit. diſp. 351. nu. 1
emptio, & venditio quid. diſp. 253. nu. 2. & 6
emptio, & venditio quo ad pretium collata in arbitrium certæ perſonæ valida eſt. diſp. 33. nu. 8
Declara tamen, & intellige. ibid. nu. 9. 14. 15. 16
emptio, & venditio quomodo cognoſcatur diſtincta a locatione, & conductione. diſp. 336. nu. 11
emptio, & venditio quomodo contrario ementis, & vendentis conſenſu diſſoluatur. diſp. 373. nu. 1
Et quid de locatione, & cæteris contractibus ſimilibus. ibid. nu. 2
emptio, & venditio quomodo in Hiſpanijs celebrantur. diſput. 337. nu. 4.
emptio, & venditio ratione loci ſacri illicita. diſp. 344. nu. 1
emptio, & venditio ſolo conſenſu, & ſine ſcriptura perficitur, niſi aliter ſentiant contrahentes. diſp. 337. nu. 5
emptio, & venditio trib. modis perfecta dicitur. diſp. 366. num. 16
emptio, & venditio triplex. diſput. 331. nu. 3
emptio, & venditio valida eſt, quando ſtatuitur certum pretium relatione facta ad aliquid aliud. diſp. 337. nu...
emptio & venditio verè in contractu cenſuali interuenit. diſp. 385. nu. 7
emptio, & venditio vt valida ſit, neceſſe eſt in pretium conſtituatur. diſp. 337. num. 7
emptio facta cum pacto retrouendendo, cum diminutione pretij reprobatur, & vſuraria iudicatur. diſp. 375. num. 7
emptio infra dimidium iuſti pretij, ſed venditio vltra dimidium, quomodo conſideretur. diſp. 349. num. 2
emptio lanarum pecunia anticipata, vt fieri ſolet in aliquibus Caſtellæ locis, an licita ſit. diſp. 359. nu. 1
emptione perfecta de iure communi, neuter contrahentium poteſt diſcedere a contractu, alias & arrha amittitur, & ad totale intereſſe tenetur. diſp. 338. num. 3
emptionis, & venditionis contractus cum pacto de retrouendendo in fauorem ſolius emptoris appoſito, tanquam ſuſpecti, ſunt penitus reijciendi. diſp. 377. nu. 9
emptionis, & venditionis contractus quando eſt perfectus, non poteſt alter contrahentium ab eo diſcedere altero inuito. diſpu. 337. nu. 1
emptionis, & venditionis contractus ſimul cum pecunia originem habuit. diſp. 336. nu. 3
emptio opificij auri, vel argenti pretio ad æquale pondus maſſæ, nulla habita ratione opificij, quando iniuſta ſit cū onere reſtituendi. diſp. 400. nu. 16
Emptio ouium pretio communi, cō pacto, vt vſque ad certum tempus ſeruentur a venditore eius periculo & fructus earum ſit emptoris, eſt contractus iniuſtus, cū onere reſtituendi. diſp. 362. nu. 1
emptio ſeruitutis quomodo licita. diſput. 385. nu. 9
emptio vitalitij, ſeu cēſus in certū annorum numerum, quādo licita. diſp. 388. nu. 1
emptor anticipata ſolutione an poſſit licitè emere domum ſibi poſt certum tempus vel poſt mortem vendentis tradendam, quæ tunc credebatur eodem pretio valere, quo nunc tempore contractus. diſp. 358. nu. 5
emptores eiuſdem rei, quibus nō fuit tradita, habente actionem perſonalem aduerſus venditorem ad intereſſe. diſp. 369. nu. 5
emptor etiam ſi agnoſcat vitium rei emptæ, quo caſu poſſit habere actionem aduerſus venditorem. diſp. 353. n. 25
emptor ille eſt cęteris præferendus in re vendita cui primo eſt tradita, licet alij ſint in tempore priores. diſput. 365. nume. 3
Declara tamen, vt nu. 7
emptor non tenetur ſtare locationi per venditorem factæ, ſed expellere poteſt conductorem. diſp. 490. num. 1
Idem ſi quocūque alio titulo etiam legati, res alienetur, ac tranſeat in ſingularem ſucceſſorem. ibid. nu. 2
Idem etiam ſi res locata alienetur quoad dominium vtile. nu. 5. eod.
Idem econuerſo, vt nec conductor teneatur ſtare emptore. ibid. num. 3
Fallit hoc, niſi locator cedat in particularem ſucceſſorē ius, & actionem, quam aduerſus conductorem habet, vt continuaret contractum. ibid. nu. 4
Fallit regula principalis, niſi res eſſet locata ad decēniū, aut vltra, quoniā conductor verè eſt emphyteuta. ibi. n...
Item fallit quoad locationem ad modicum tempus, in multis caſibus, ſeu euentibus. ibid. nu. 7
emptor offerens pretium venditori, qui ſit in mora tradendi rem venditam poteſt agere ad fructus omnes, quos venditor ab ea die percepit, vel percipere potuerit. diſp. 358. nu. 16
emptor poſterior præfertur anteriori, etiam ſi vēditio prior fuit iuramento firmata diſp. 369. nu. 16
emptor poſterior, qui ſoluit pactum, & res fuit ei tradita præfer-

præfertur cęteris emptoribus,qui non ſoluerent pretium, licet res fuit eis tradita.diſput.369.nu.6
emptor prior quo caſu poterit euincere a poſteriore emptore rem ab eo emptam.diſp.369.nume.15
emptor quando ad nullas vſuras venditori teneatur ob retardationem ſolutionis pretij.diſp.368.nu.12
emptor quando ſtare teneatur colono, vel inquilino. diſp. 368.num.7.
emptor quando teneatur augere pretium rei venditæ minori pretio per errorem venditoris,putantis rē vel fuiſſe vitioſam,vel non tanti valere.diſp.353.nu.12
emptor quando teneatur venditori ad vſuras propter retardationem ſolutionis pretij.& ad quas.diſp.368.nu.9
emptor rei abſentis,& longe diſtantis,quando eam minori pretio emere poſſit,quam valeat in loco vbi eſt.diſp.404 num.2
emptor rei,in qua eo ignorante,erat cēſus legitimus,an poſſit ſe aggraciare,& ſic vēditionem reſcindere.d.394.n.6
emptor ſecundus ſcienter rem emens alteri venditam, venditoremque incitans,vt ſibi eam vendat,tenetur etiam in foro conſcientiæ,eam reſtituere priori emptori, etiam ſi ab eo non petatur.diſp. 328.nu.11
emptor ſi cognito vitio rem non erat empturus, aut ſaltem minori pretio,quando contractus ſit nullus,vel validus. diſp.353.nu.4
emptor ſi prædium emit cum fructibus pendentib. & a die emptionis perfectæ vſque ad retractum, fructus aliquos percepit, an reſtituere teneatur prædium vna cum fructibus perceptis,aut illorum æſtimatione. diſp.371.nume.12
emptores,ſi ſint plures eiuſdem rei,nondum alicui traditæ, ille eſt præferendus qui eſt prior in tempore.diſput.368. num.1
emptor, vt rei emptæ dominium comparet, quid fieri neceſſarium ſit etiam de iure Luſitano. diſp.338.nu.7
epiſcopus an poſſit diſpenſare cum clerico vſurario poſt pęnitentiam peractā,vt habili reddatur ad eccleſiaſtica beneficia.diſp.334.nu.6
epiſcopus & abbas ſoli poſſunt bona de menſa alicui concedere, ad vitam tantum ipſius concedentis. diſput.468. num.19
epiſcopus ſolus ſine alijs ſolennitatibus, poteſt rem eccleſiæ paruæ vtilitatis alienare.diſp.468.nu.9
equus commodatus ad aliquem vſum,quando periculo cōmodatarij,& quando commodantis perire dicatur.diſp. 293.nu.22
error in ſubſtantia quot modis contractum viuet venditionis.diſput.340.nu.23
euictio an, & quando detur in contractu tranſactionis, ſi aliqua res per tranſactionem mihi tradita,fuerit euicta. diſp.556.nu.23
Tranſigentium mens, & intentio qualis.ibid.
exceptio excuſſionis non factæ in bonis debitoris non appoſita a fideiuſſore,non vitiat proceſſum. diſp.245.nu.6
Imò poſt litem conteſtatam apponi non poteſt. ibi. nu.7 niſi in caſu,vt nu. 8
exceptio ex epiſtola alicui Adriani inter exceptiones dilatorias,& peremptorias,anomala repetatur. diſputat. 343. num.3
Et quando opponi poſſit.ibid.
Non competit fideiuſſori poſt quam ſoluerit. ibidem num.4
Imò, in hoc differat a beneficio Velleiani, in quo mulier repetere poteſt,poſt quam ſoluit.
exceptiones de iure ciuili competentes, omnes externæ dicuntur, etiam ſi competant de iure Caſtellæ.diſput.266. num.3
exceptio,ne quis conueniatur vltra quam facere poſſet, poteſt quandocunque opponi,etiam poſt ſententiam, nondum tamen executioni mandatum.diſp.413.nu.15
exceptio non numeratæ dotis,an detur, quod confeſſio dotis receptæ fuit iuramento confirmata. diſputatio.339. num.7
exceptio non numeratæ dotis intra quantum tempus conceditur marito, vel eius hæredibus poſt diſſolutum matrimonium.diſp.439.nu.1
Imò etiam per modum querelæ ſeu proteſtationis intentari poteſt.ibid.nu.2
Limita,vt non admittatur talis exceptio,in aliquib.caſibus.diſp.ibid.nu.3.4.5.& 6
exceptio non numeratæ pecuniæ, an opponi poſſit a debitore per inſtrumentum guarentigiatum. diſp.302.num.16
exceptio non numeratæ pecuniæ competens debitori, tranſit ad eius hæredes,& fideiuſſores actiue,& paſſiue.diſp. 302.nu.12
exceptio non numeratę pecuniæ de iure Luſitano admittitur etiam poſt tempus ſtatutum, ad effectū,vt onus probandi debitor in ſe ſuſcipiat.diſput.302.nu.15
exceptio non numeratæ pecuniæ etiam de iure Luſitano,an competat debitori ex alia cauſa,in mutuum tamen nouata.diſp.302.nu.14
exceptio non numeratæ pecuniæ extraiudicialis operatur, vt exceptio perpetuata cenſeatur, onuſque probandi contrarium in creditorem ſit reiectum. diſp.302.num.11
exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in quacunq; re mutuo promiſſa.diſp.302.nu.3
exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra biennium & duobus modis opponi poteſt.diſp.302.nu.1
Fallit de iure Luſitano,in quo tantum ſexaginta dies cōceduntur.ibid.nu.2
exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra quantum tempus proponi debet.diſp.257.nu.9
Item exceptio non numeratæ dotis, & non recepti debiti. ibid.nu.10.& 11
exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in alijs contractibus præterquam in dote.diſp.302.nu.4
exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt a debitore non obſtante iuramento,etiam in foro conſcientiæ. diſp. 302.nu 17
exceptio non numeratæ pecuniæ quo caſu non admittatur etiam ſi intra biennium apponatur. diſp.302.n.10.& 13
exceptio peremptoria per fideiuſſorem ſcienter omiſſa, nocet eidem fideiuſſori,& non debitori.diſp.546.nu.16
Limita tamen,& declara,vt ibid.
exceptio rei non traditæ competit intra triginta dies confitenti ſe recepiſſe ſpe traditionis, alias probare tenetur rē non fuiſſe traditam.diſp.302.nu.5
exceptio tranſactionis priuilegiata ob lites dirimendas. diſput.556.nu.10
exceptio Velleiani eſt perpetua, & opponi poteſt quandocunque etiam poſt vltimam ſententiam diffinitiuam, antequam ſit facta ſolutio.diſput. 540. nu.5.& 7
Declaratur tamen,vt ibid.
executionem paratam de iure nouiſſimo Caſtellæ, quæ ſint illa,quæ hebeant, & quo ordine executio facienda. diſp. 538.nu.12
Et quid de iure Luſitano.ibid.nu.13
exequutores teſtamentorum quibus pęnis puniantur etiam de iure Luſitano,ſ ementes aliquid de reb. defuncti. diſp. 343.nu.3
exhæredati ius retractus habent,etiam,ſi renunciauerint cū iuramento ſucceſſioni in bonis parentum. diſputat. 370. nume.52
expenſæ ab eo,cuius negocium geſtum eſt, vt peti poſſint, quid requiratur.diſp.554.nu.5
expenſas faciens alicui animo gratuito,& liberalitate, non poteſt poſtea mutare propoſitum, illas petendo actione negociorum geſtorum.diſp.554.nu.10
expenſæ factæ per eū,qui in ſocietate operas,& induſtriam apponi, de quibus bonis extrahendæ. diſputat. 418. nume.1.& 3.
expenſæ factæ per alterum coniugum,quando,& ex quibus detrahendæ.diſp.433.nu.12
expenſæ factę per ſocium in medicis, & farmachis de quib. bonis extrahendæ.diſp.418.nu.4
Et quid ſi ſocius fuit a latronib.ſpoliatus, vel alio modo

bona ſua propria amiſerint, vel ab hoſtibus captus. diſp. 418. nu. 5
Declara tamen, & intellige, vt nu. 6
Expenſæ factæ in re melioranda, quæ veniant ſoluendæ per proprietarium. diſp. 463. nu. 7
Expenſæ modicæ in re emphyteuta factæ quæ dicantur. diſputat. 463. nu. 8
Expenſæ omnes extrahendæ tẽpore diſſolutionis ſocietatis, & id quod ex ſocietate debetur, niſi debeatur ſub conditione in futurum pendente. diſp. 418. nume. 9
Expenſæ, quæ fiunt ſocietate, quotuplex ſint. diſp. 418. nu. 2
Expenſæ vtiles factæ cum negocio gerendo debentur negociorum geſtori, vbi nulla interuenit prohibitio. diſputat. 554. nu. 3
Imò etiam ſufficit, vt a principio fuerint vtiles. ibid.
Et quid ſi geſtor deceptus fuit, credens ſe vtiliter gerere. diſpu. 554. ibid.
Extraneus dotans an poſſit dotem extrahere, ſicut vxor facit. diſput. 416. nu. 7
Extraneus pecuniam dans debitori, vt ſoluatur creditori habenti priorem hypothecam, quomodo ſuccedat in locum ipſius creditoris. diſp. 356. num. 26

F

Falcidia in donatione cauſa mortis habet locum, ſicut in legatis. diſputat. 288. num. 5
Idem in donatione inter virum, & vxorem, & alijs, quæ morte confirmantur. ibid. nu. 6
Falcidia ex donatione inter virum, & vxorem detrahitur ſicut ex legatis. diſp. 289. nu. 10
Famuli ſeruientes debitoribus ad ſoluenda debita, an teneãtur reſtituere quod pro eorum mercede acceperunt. diſp. 330. nu. 7
Famulus qñ teneatur de furto, ab alio facto. diſp. 506. nu. 4
Famulus vel nuncius retinens ſibi vel iniuſtè differens rem alteri donandam de commiſſione donantis, tenetur hæredibus eam reſtituere. diſp. 263. num. 7
Fallacia quid. diſputat. 293. nu. 6
Fraus in quibus conſiſtat. diſput. 293. nu. 7
Fœmina ſemel excluſa a maſculo, an ſemper cenſeatur excluſa. diſp. 474. nu. 8
Fœminæ an ſuccedant in emphyteuſi, ſuſcepta pro ſe, & filijs. diſp. 474. nu. 10
Et quid de iure Luſitano. ibid.
Fęminæ, quando ab emphyteuſi non excluduntur, ſuccedũt in ea nepotes ex fęmina vtriuſque ſexus. diſputat. 474. num. 11
Fęminæ regulariter ad ſucceſſionem feudi nõ admittuntur, ex communi. diſp. 474. nu. 1
Et idem de illegitimis, ibid.
Fallit tamen, vt num. 2. 3. 4. & 5
Fęnus quid ſignificare poteſt. diſp. 304. nu. 17
Fęnus vnde dictũ, & quot modis ſummatur. diſp. 303. nu. 4
Feuda quibus in locis magis frequentia, diſput. 485. num. 1
Feudatarius duobus modis ſubinfeudare poteſt. diſp. 371. nume. 14
Feudatarius poteſt rem feudalem de conſenſu domini ſubinfeudare. diſp. 471. nu. 12
Feudi & emphyteuſis ex pacto, & prouidentia, formæ. diſput. 473. num. 1
Feudum, aut eccleſiaſtica emphyteuſis ſi concedatur ſub hac forma, tibi, & hæredibus tuis maſculis, vel de corpore tuo natis, quo nomine appellari debeant. diſp. 473. n. 5
Et quid ſi dictum ſit, concedo tibi, & hæredibus tuis legitimis hanc rem in feudum, aut emphyteuſim. ibidem numero 6
Et quid ſi dicatur, concedo tibi hanc rem in feudum iure Francorum. ibid. nu. 7
Item quid ſi dicatur, tibi, ac tuis. ibid. nu. 8
Item ſi dicatur tibi, & ſucceſſorib. tuis. ibid. nu. 9
Feudum conceſſum ſub hac forma, concedo tibi hanc rem in feudũ, an appellare debeat hæreditariũ. diſp. 473. nu. 2
Feudum, & emphyteuſis ex pacto & prouidentia, an de iure reperiantur. diſp. 472. nume. 8
Feudum & emphyteuſis ex pacto, & prouidentia quid. diſput. 472. nu. 6
Feudum, & emphyteuſis hæreditaria mixtè quæ. diſputat. 472. nu. 9
Feudum, & emphyteuſis quando ſunt, ex pacto, & prouidẽtia, non eſt neceſſe, vt qui in eis ſuccedit, ſit hæres. diſput. 472. nu. 7
Feudum, & emphyteuſis quando ſunt hæreditaria, an ſufficiat hæredem eſſe primi poſſeſſoris, an vero neceſſe ſit hęredem eſſe vltimi. diſp. 472. nu. 10
Feudum ſimpliciter conceſſum, an cenſeatur conceſſum etiam pro hæredibus extraneis. diſput. 472. nu. 5
Fideiubens pro minore quo caſu non obligetur. diſpu. 540. num. 22
Fideiuſſor accedere poteſt etiam pro naturali obligatione tantum. diſp. 534. nu. 9
Fideiuſſor an liberatus ſit ab obligatione in caſu euictionis eius, quod a debitore fuit ſolutũ, vel alio ſimili. d. 546. n. 3
Item an in caſu quo creditor proroget terminum debitori, ſolutioni præfixum. ibid. nu. 6
Fideiuſſor an licite paciſcatur cum debitore quod ſi intra terminum præfixum debitum non ſoluat, maneat pignus ſibi venditum certo aliquo pretio. diſp. 324. nu. 6
Fideiuſſor compenſare poteſt cum creditore, ſi quid ipſe creditor ei debeat. diſp. 560. num. 16.
Idem etiam in procuratore dicendum. ibid. nu. 17
Fideiuſſor conueniri non poteſt a creditore antequam debitor principalis. diſp. 545. num. 1
Declaratur tamen, vt num. 2. 5. 14. & 16
Fideiuſſor datus in alienatione fundi dotalis, an teneatur de euictione. diſp. 428. nu. 9
Fideiuſſor de iudicio ſiſti ad quid detur, & de eius obligatione. diſp. 539. nu. 15
Fideiuſſor de non rixando, ſub fideiuſſoribus iudici talibus continetur. diſp. 539. nume. 16
Idem in fideiuſſore in rem propriam. ibid. nu. 17
Fideiuſſorem non obligari in plus quam principalis, quo modo intelligendum. diſp. 541. num. 1
Fideiuſſores maritus dare non poteſt pro dote reſtituenda. diſp. 425. nu. 2
Imò obligatio eorum eſt nulla, neque huic priuilegio renunciari poteſt, niſi adſit iuramentum. ibid.
Fallit tamen in multis euentibus, vt nu. 9
Fideiuſſores plures vnius debitoris quando conueniri poſſunt in ſolidum, & quando pro parte. diſp. 543. num. 1
Fideiuſſores quæ perſonæ eſſe non poſſunt. diſp. 540. nume. 16. vſque ad 21
Fideiuſſoria obligatio quot modis extinguatur. diſput. 546. nu. 2. 4. & 5
Fideiuſſor indemnitatis quibus caſib. poteſt opponere exceptionem excuſſionis principalis etiam poſt litem conteſtatam. diſp. 544. nu. 1
Fideiuſſor indẽnitatis quis dicatur, & quot modis. d. 545. n. 9
Fideiuſſor in eadem ſcriptura, ſe obligans tanquam fideiuſſor, & principalis, cenſetur renunciare beneficio excuſſionis principalis, ſecus ſi in ſcriptura diuerſa. diſputat. 545. num. 14
Intellige tamen, & declara, vt nu. 15
Fideiuſſor in iudicio datur tam in cauſa ciuili quam criminali. diſp. 547. nu. 1
Fideiuſſor in quibus caſib. non poteſt in plus obligari, quã principalis. diſp. 541. nu. 2
Fideiuſſoris morte non extinguitur obligatio, ſed ad hæredes tranſit. diſp. 546. nu. 1
Fideiuſſoris obligatio quando dicatur diuerſa ab obligatione principalis. diſp. 541. nu. 8
Fideiuſſoris obligatio quando nulla reddatur, & quando non. diſp. 539. nu. 8
Fideiuſſoris obligatio quomodo ſubeat rationem mandantis, & mandatarij. diſp. 539. nu. 21
Fideiuſſor iudicatũ ſolui ad quid detur, & quæ ſit eius obligati.

gati.diſput.539.nu.13
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ.ibid.nu.14
Fideiuſſor iuramento confirmans eius obligationem fideiuſſoriam,an cenſeatur priuilegio excuſſionis principalis renunciaſſe.diſp.545
Et quid de fideiuſſore indemnitatis.ibid.num.13
Fideiuſſorius contractus de iure canonico, & Caſtellæ valet, etiam ſine ſtipulatione.diſp.539.nu.10
Fideiuſſor mandati agere non poteſt,aut negotiorum geſtorum actione aduerſus debitorem principalem, vt eum liberet ab obligatione fideiuſſoria.diſp.546.nu.6
Fallit tamen in multis caſib.ſeu euentib. vt nu.8.& ſeq.
Et quid de iure Caſtellæ in primo euentu.ibid.
Fideiuſſor miniſtri publici, an poſſit renunciare beneficio excuſſio.diſp.545.nu.13
Fideiuſſor negans ſe fideiuſſorem pro eo debito,pro quo cōuenitur amittit excuſſionis priuilegium. diſp.545.nu.16
Cum declaratione tamen,vt ibid.& nu.4
Idem in pluribus tutoribus dicendum aduerſus pupillū, & contutores.diſp.ead.num.5
Fideiuſſor, opponēs exceptionem epiſtolæ diui Adriani intra tempus,in quo alter fideiuſſor eſt ſoluendo, liberatur etiam ſi poſtea alter fideiuſſor efficiatur non ſoluendo. diſp.543.nu.5
Immo etiam ſufficit tempore ſolutionis opponere, dummodo eo tempore alter fideiuſſor ſit ſoluendo, licet poſtea non ſoluendo efficiatur.ibid.nu.6
Fallit tamen,vt exceptionem talem non poſſit opponere, in aliquibus euentibus.diſp.543.nu.7
Et quid de iure Caſtellæ & Luſitaniæ..ibid.num.8
Fideiuſſor poteſt arctius obligari quam principalis,licet nō in plus.diſp.541.nu.6
Et in quibus caſibus,& euentibus.num.7
Fideiuſſor poteſt licitè aliquid accipere, vt pro alio fideiubeat, ratione periculi,atque obligationis. diſp.319.nu.11
Fideiuſſor poteſt ſe obligare in minus,quam debitor principalis.diſp.541.nu.3
Fideiuſſor pro dote ſoluenda poteſt etiam mulier conſtitui, renunciareque Velleiano.diſp.425.nu.1
Fideiuſſor pro reo criminaliter accuſato non poteſt obligari ad pœnam corporalem, ſed tantum pecuniariam pro eo ſiſtendo in iudicio.diſp.547.num.3
Declaratur tamen,& limitatur,vt ibid.
Fideiuſſor pro reo in iudicio ſiſtendo intra certum tempus, quando incidat in pœnam ſi intra ad tempus eum non ſiſtat.diſp.547.nu.5
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.ibid.
Fideiuſſor quādo obligatur in plus quā principalis,an obligatio nulla reddatur in totum, an vero quoad exceſsum tantum.diſp.541.num.4
Et quid ſi adſit iuramentum. nu.5
Fideiuſsor quid & quotuplex. diſput.539.nu.1.12.& 13
Et ad quid inuenta fideiuſsoris obligatio.ibid.nu.2.vnde dicatur.nu.3.& pro quacunque obligatione accedere poteſt.ibid.num.4
Imò non ſolū pro certa obligatione in ſpecie, ſed etiam in genere pro quacunque de futuro contingente. diſp.ea. num.5
Imò vero pro obligatione etiam quæ oritur ex delicito. ibid. nu.6
Ac etiam pro obligatione, quæ oritur ex diſpoſitione publicæ poteſtatis,ritè aliquid ſtatuentis.ibid.nu.7
Fideiuſsor quomodo poteſt in rem aliā obligari diuerſam ab ea ad aliquā debitor principalis obligatur.d.541.n.7.
Fideiuſsor renunciare poteſt exceptioni excuſſionis principalis debitoris.diſp.541.nu.11
Declaratur tamen,vt nu.12
Fideiuſsor ſoluens omiſſis exceptionibus, ſeu defenſionib. quæ opponi poterant,quando agere poterit actione mandanti aduerſus principalem debitorem, ad repetendum quod pro eo ſoluit.diſp.546.nu.14
Et quid ſi exceptio omiſsa erat peremptoria,an ſibi nocebit,& quando.ibid.nu.15
Fideiuſsor ſub certa pœna de ſiſtendo reum in iudicio intra tempus, eo elapſo, quando habeat electionem de eum defendendo.diſp.547.nu.7
Et quid ſi reus moriatur,quando intelligatur liberatus a pœna.num.8
Et quid etiam ſi nulla ſit pœna conſtituta,qua pœna puniri poſſit a iudice propter moram.ibid.nu.9
Et quid ſi nullum ſit tempus de ſoluendo conſtitutū, quo modo puniri poſſit.ibid.
Fideiuſsorum vnus totum debitum ſoluens, quādo ab alijs pro eorum portione repetere poſſit, & quomodo ex iure ceſso agere poterit aduerſus alios.diſp.534.nu.1.& 7
Fideiuſsor vnuſquiſque eſse poteſt, qui obligare ſe poteſt, niſi reperiatur expreſsè prohibitus. diſp.540.nu.1
Vnde fallit in multis perſonis,& caſibus,vt nu.ſeq.
Fideiuſsor,vt agere poſſit ex iure ceſso aduerſus confideiuſſores, quomodo debeat probare ſolutionem creditor feciſse.diſp.544.nu.10
Fides diſtincta virtus a veritatis virtute.diſp.262.num.6
Fides,quæ eſt virtus,& fundamentum iuſtitiæ, vnde dicta. diſput.262.num.4
Filia ſi ſine conſenſum parentum ſe nubat in facie Eccleſię, non poteſt exhæredari.diſput.425.nu.7
Filij eius,qui crimen læſæ maieſtatis commiſit,vel in hæreſim incidit, incapaces ſunt emphyteuſis etiam ex pacto, & prouidentia.diſp.481.nu.6
Filij prioris matrimonij tacitam habent hypothecā in bonis matris,quæ trāſit ad ſecūdas nuptias pro recuperādis bonis ſibi a marito aliquo titulo gratuito datis.diſ...n.10
Item habent hypothecam in bonis patris adminiſtrantis eorum bona aduentitia.diſp.436.nu.11
Filiofamilias competit exceptio Macedoniani aduerſus ſibi mutuantem.diſp.301.nu.1
Etiam ſi ſit in dignitate, ex qua patriam egrederetur poteſtatem.ibid.nu.6
Filiofamilias habenti bona caſtrenſia , hodie non competit exceptio Macedoniani.diſp.301.nu.7
Filiofamilias ſoluenti debitum ex cauſa mutui contractum, non competit repetitio.diſp.301.nu.8
Intellige tamen,& declara, vt ibid.
Filius adiens hæreditatem paternam cū beneficio inuentarij,an poſſit reuocare alienationem emphyteuſis,aut feudi, quando ſunt hæreditaria mixtè. diſp.547.num.10
Filiusfamilias cur nō poſſit teſtari de bonis aduentitijs , cū conſenſu patris,etiam ſi vſumfructum habeat, & tamen cauſa mortis ſi pater cōſentiat,poteſt donare.d.288.n.23
Filiusfamilias in teſtamento an poſſit donare cauſa mortis ex conſenſu patris,licet non ſit clauſula, quod ſi non valeret vt teſtamentum,valeat vt codicillus,aut donatio cauſa mortis.diſp.288.nu.27
Filiusfamilias pubes tenetur ex omni contractu a ſe facto ēt ſine conſenſu patris,præter quam in mutuo. d. 261.nu.5
Filiusfamilias,quando donare poſſit, & de quib. bonis.diſput.277.nu.1
Filiusfamilias quonſque donare poſſit cauſa mortis , etiam de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ.diſp.288.num.24
Filiusfamilias, ſi de bonis profectitijs patris lucretur plus, quam ipſe per ludum poterant de eis bonis alienare, an teneatur reſtituere incrementum. diſp.519.nu.4
Filius legitimè exhæredatus a patre,an ſuccedat in emphyteuſi, & feudo patris.diſp.477.nu.4
Filius natus ex matrimonio in eccleſiæ facie valido reputato, an ſuccedat in feudo,vel emphyteuſi , aut maioratu , conceſso pro ſe,& filijs legitime, aut ex legitimo matrimonio natis.diſp.475.num.14
Fiſcus in bonis debitoris tacitam habet hypothecam. diſp. 536.nu.5
Fiſcus non tenetur ſtare locationi factæ de aliquibus bonis determinatis,ſecus ſi cōfiſcatur bona omnia, aut aliquota illorum.diſput.491.nume.1
Fallit tamen,vt nu.2.
Fructus percepti ex bonis vtriuſque coniugis,vſque ad tempus ſoluti matrimonij, quibus caſib.efficiantur communes,

nes,& quibus non.diſp.433.nu.13
Fructus pignoris quibus caſibus ſuis accipere poteſt, vltra ſortem,& quibus non.diſp.320.nu.1
Fructus pignorum nõ tenetur gener computare in ſortem, quæ pro dote promiſſa, interim dum ei non ſoluuntur,ac cepit.diſp.321.nume.1
Fructus rei conſiſtentes in vſu, cum pacto de retrouendendo,quando ad emptorem pertineant,&quando ad venditorem.diſp.374.num.6
Fructus rei emphyteutæ, quæ in commiſſum incidit,a quo puncto deberi incipiant proprietario.diſp.455.nu.4
Fructus rei emptę cum pacto de retrouendendo eodem pretio,non computantur in ſortem.diſp.410.nu.3
Fructus rei emptæ cum pacto de retrouẽdendo, quando ad emptorem,& quando ad venditorem pertineant.diſpu. 374.num.4
Et quomodo intelliguntur,quando ſpectant ad venditorem.ibi.nu.5
Fructus rei locatæ tacite ſunt hypothecati pro penſione.diſput.536.nu.13
Fallit in emphyteuſi.ibid.
Fructus rei non dicuntur niſi deductis expenſis in ipſa re factis ratione fructuum colligendorum.diſp.455.nu.5
Fructus rei quid.diſput.502.num.3
Fructus rei quomodo æſtimandi.diſp.463.nu.15
Fructus rei venditæ quando ſpectent ad emptorem,& quãdo ad venditorem.diſp.368.nu.1
Fructus rerum dotalium quomodo pertineant ad vxorem ſoluto matrimonio.diſp.322.nu.3
Fructuum valor deduci debet de expenſis in re aliena factis per bonæfidei poſſeſſorem.diſp.463.nu.14
Fructuum dotis appellatione,quid veniat.diſp.432.nu.7
Frumenti pretium quando taxatur duo ſunt tempora conſideranda.diſp.365.nu.1
Frumenti pretium rariſſimè taxandũ,propter magnas difficultates.diſputat.365.nu. 10
Frumentum taxatio quare neceſſaria.diſp.368.nume.12
Frumenti taxatores quid cauere debeant.diſp.365.num.13
Frumentum alienigenæ aſportantes de loco vbi eſt taxa,ad locum,vbi eis non imponitur taxa,& illud pluris vedentes, an pecent,& ad reſtitutionem teneantur.diſput.364. num.12
Et quid ſi incolæ ſint,qui illud aſportent.ibid.num.13
Frumentum an licitum ſit vendere vltra pretium lege taxatum,aſportandum tamen ad locum vbi carius venditur, ſumptibus vendentis.diſp.364.num.15
Frumentum quomodo,& quando taxãdum,& quid obſeruandum,vt taxa iuxta dicatur.diſp.365.nu.9
Frumentum ſi detur melius quam conſueuit vendi an poſſit accipi vltra pretium lege taxatum,vel ſi peius,teneatur venditor,de pretio deſcendere.diſp.364.num.11
Fundi dotalis alienatio facta conſtante matrimonio,vt valida ſit,quid requiratur.diſp.428.nu.7
Fundi dotalis alienatio facta per vxorem de conſenſu viri, an confirmetur, matrimonio ſoluto per mortem viri.diſput.428.num.8
Fundi dotalis alienatio in quibus caſibus valida ſit. diſput. 428.nu.10.& 12
Fundus dotalis alienari non poteſt conſtante matrimonio, etiam de vtriuſque coniugum conſenſu, & alienatio facta eſt nulla.diſp.428.nu.2
Immo nec hodie ſufficit vt vxor iterum biennio poſt alienationem conſentiat, remanentibus viro ſufficientib.bonis vnde ſoluere poſtea vxori poſſit pretium talis fundi. diſput.428.num.3
Fundus dotalis ſuis dicatur.diſp.428.nu.7
Fundus dotalis ſi ſit per ſententiam alteri adiudicatus, an mulier ſoluto matrimonio,poſſit petere,vt ſibi reddatur, probando eius maritum non rectè cum fundum defendiſſe.diſp.428.nu.11
Fur,& vſurarius,& alij ſimiles lucrantes in ludo,an reſtituere teneantur,& quando.diſp.518.nu.2
Furto ſubripiens pecuniam a mercatore tenetur illi de lucro ceſſantes.diſp.316.num.8
Fur vendens rem furto ſublatam acquirit pretium ſibi, licet non transferat in emptorem dominium, & cõtractus valet.diſput.328.nume.8
Fallit ſi tempore cõtractus tam emptor,quam venditor ſciant rem furtiuam.ibid.num.9
Idque etiam verum de iure Luſitano, & Caſtellæ.ibid.

G

Gabella alcaualæ an debeatur ex contractu cenſus conſignatiui,& quando,diſp.384.nu.1
Gabella an debeatur de cenſu redimibili,& quando,& cui gabellario.diſput.382.nu.3
Gabella an debeatur ex tota ſumma rei venditæ cum onere cenſus,an vero eo detracto.diſput.384.nu.4
Gabella ex vitalitij venditione debetur.diſp.384.
Gabella, ſeu alcauala ex æſtimatione rei dotalis quæ facit emptionem non debetur.diſp.426.num.15
Gabella cui potius gabellario ex duobus debeatur,quando ſub vno fuit tantum pactum nudum de permutando, & ſub altero fuit traditione veſtium.diſp.397.nu.5
Gabella duplex quo caſu debeatur.diſp.354.nu.2
Gabella non debetur ex retrouenditione facta virtute pacti de retrouẽdendo appoſiti in prima venditione.d.384.nu.3
Gabella,quæ alcauala dicitur, an debeatur ex diſſolutione contractus per contrarium conſenſum,an vero ex priori contractu.diſput.373.num.3
Gabella,quæ ex permutatione debetur,quando deberi incipiat.diſp.397.nu.3
Gabellarius quando teneatur in actione quanto minoris, gabellæ partem remittere.diſp.343.nume.11
Gabellarius, an teneatur reſtituere gabellam ei ſolutam ex venditione rei tanquam liberæ, quæ tamen onus cenſus habebat.diſp.384.nu.5
Gabellę an debeantur ex interdũ venditionib.a primo emptore vſque ad tetrahentem celebratis.diſp.371.nu.16
Gener an poſſit paciſci cum ſocero, vt quotannis, donec ei dos ſoluatur certam pecuniæ quantitatem ipſi ſoluat.diſput. 321.nu.9
Gener an vſurarius dicatur, ſi poſſeſſione ſoceri fruatur,donec ei reſiduum dotis ſoluatur, cum ex dilatione ſolutionis nullum lucrum ei ceſſet.diſp.321.nu.8
Gener, ex capite lucri ceſſantis, poteſt accipere iuſtam recompenſationem,vbi dilationem ſolutionis dotis.diſpu. 321.num.7
Genus quare perire non poſſit.diſp.366.nu.5
Granum argenti quid.diſp.400.nu.6
Granum auri cuius valoris.diſp.400.nu.10
Granum auri eſt ſeptuageſima ſecunda pars octauæ. diſpu. 400.nu.3
Gratia,aut priuilegium conceſſum vſque ad ſedis Apoſtolicæ beneplacitum,non expirat morte concedentis.diſp. 298.num.11
Gratia conceſſa vſque ad Papæ, vel Regis beneplacitum, an expiret morte eius, qui eam conceſſit,vel non.diſput. 298.nu.12
Gratia, & priuilegium ſub qua forma morte non expirat concedentis, ſed reuocatio requiratur,& ſub qua ſic.diſput.298.num.10
Et quid in Luſitania ſeruatur. ibid.
Gregis fętus marito in dotem datus,ad quem ſpectet. diſp. 426.nu.5

H

Herbæ ſi vendantur in pabulum iumentorum,& pharmacopola comperiat aliquem earum magni pretij, an teneatur in conſcientia denegare illius valorem,& ad reſtitutionem.diſp.353.nu.13
Hæredes viri quomodo reſtituere teneantur dotem vxori, vel eius hæredibus.diſp.322.nu.2
Hæredes viri ſi ſint in mora ſoluendi dotem,tenetur ſoluta ad lucrum ceſſans.diſp.322.nu.6

Hære-

Hæreditas nondum delata ſi vendatur,nulla eſt venditio. diſputat.340.num.6
Idem ſi donetur,ibid.nu.8
Etiam ſi venditor,aut donator,eſſet ſubſtitutus pupillaris.num.9
Imò etiam talis priuatur hæreditate cum ad ipſum delata fuerit fiſcoque adducitur.ibid.nu.10
Hæreditatis pars pro indiuiſo,& quota & ſeruitus etiā vendi poteſt.diſput.540.nu.11
Hæredum,& ſucceſſorum nomine,etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica comprehenduntur extranei. diſp.473.nu.4
Hæres iuris ignorātia ſoluens legata,vel fideicommiſſa, relicta in teſtamento minus ſolemni, non repetit.diſputat. 567.nu.7
Limita tamen,vt ibid.
Hæres putatiuus ſoluens debita defuncti ex ipſius hæreditate,quando illa repetere poſſit. diſp.569.num.7
Hæres, quando tenetur ex emphyteuſi,ſoluere creditorib. defuncti.diſp.477.nu.5
Homo liber poteſt dari obſes & in pignus pro bono pacis inter bellantes.diſp.350.nu.7
Et quid ſi detur pro re ad rem bellicam non ſpectante. ibid.num.8
Et quid de iure Luſitano,& Caſtellæ,nu.9
Hora etiam,ſolutioni ſtatuta interpellat pro creditore. diſput.564.nu.7
Hypotheca conuentionalis quotuplex, & quid vniuerſalis hypotheca expreſſa.diſp.528.nu.12
Quid particularis expreſſa & tacita.ibid.nu.13.& 15
Et quid vniuerſalis tacita,nu.14
Hypotheca in cenſu reali an habeat locum poſt bullam Pij V. diſp.389.nu.5
Hypothecam habens in re præfertur omnibus alijs,quibus res fuit tradita.diſp. 369.num.14
Hypotheca quot modis ſumatur.diſp.528.nu.2
Hypotheca quotuplex tam latè,quam preſse ſumpta.diſp. 528.nu.7
Hypothecaria actio aduerſus tertium poſſeſſorem quādo, & quo ordine intentanda.diſp.534.nu.5
Hypothecaria antequam intentetur aduerſus tertium poſſeſſorem,quid probare debeat.diſp.534.num.6
Hypothecaria quibus euentibus intentari poteſt aduerſus tertium poſſeſſorem,ſine excuſſione in bonis, ac fideiuſſorium facienda.diſp.534.nu.7.& 8
Hypotheca tacita quid,& quid expreſſa.diſp.528.nu.89
Hypotheca tacita a quo tempore incipiat.diſp.438.nu.14
Hypotheca tacita vxoris pro eius dote recuperanda,an prę feratur etiam expreſſe habenti.diſp.438.num.10
Hypothecæ ius eſt longè diuerſum a cenſu tam reali quam perſonali.diſp.534.nu.10

I

ILlegitimi,etiam ſi naturales filij ſint,& poſtea legitimentur,non ſuccedunt in feudo, ex communi.diſput.475. num.1
Et quid in emphyteuſi.ibid. nu.2
Legitimati vero ita emphyteuſi, ſicut in alijs bonis ſuccedunt.ibid.nu.3
Illegitimus obtinens emphyteuſim eccleſiaſticam ante diſpenſationem, an licitè poſt diſpenſationem,poſſit eā retinere.diſp.475.nu.18
Incapitatio emphyteuſis,quo fit in Luſitania,an debeat fieri coram iudice.diſp.460.nu.4
Et quid ſi maior hæredum pars non conuenerit. ibi.nu.5
Incrementum,ex pacto prouenicns, de duplum ſoluendo marito, in caſu euictionis fundi dotalis æſtimati, cedere debet de augmentum dotis.diſp.426.nu.14
Incrementum in re emphyteutica, & etiam feudali ad quē pertineat.diſp.462.nu.1
Indebitum accipiens quando teneatur rem reſtituere cum fructibus perceptis,& qui percipi poſſent. diſp.569.nu.4
Ingratitudo quænam ſufficiat ad reuocandum etiam donationem perfectam.diſp.272.num.12
Iniuria volenti & conſentienti quo caſu fiat.diſp.304.nu.6
Inuecta in rem locatam quando tacitæ ſubijciantur hypothecæ.diſp.536.nu.14
Innouatio non eſt titulus nouus,vel continuatio præcedentis.diſp.452.nu.2
Inſinuatio ad quid introducta.diſp.278.nu.5
Inſinuatio de iure Luſitano debet fieri coram Rege, aut ſenatoribus ad id deputatis.diſp.278.num.6
Inſinuatio quid,& coram quo fieri debeat.diſp. 278. num. 3. & 6
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.
Inſinuatio non requirit cauſæ cognitione,neque iudicis decretum,etiam de iure Caſtellæ.diſp.278.nu.4
Inſinuationi,vel legi,quæ illam introducit, renunciari non poteſt per donantem.diſp.278.nu.7.& quid ſi cum iuramento.ibid.nu.8
Inſtitores,ſeu factores qui.diſp.339.num.2
Inſtitutus in re certa, quo modo partē poſſit habere in emphyteuſi,diſp.477.nu.3
Intellectus ad c.ad noſtram,de reb.eccle.non alien.diſput. 575.nu.2.& 3
Intellectus ad l.1. & l.quoties.C.de donatio.diſp.265.nu.6
Intellectus ad l.1.§.permittitur.ff. de aqua quotid. & æſti. diſp.484.nu.10
Intellectus ad l.congruit.C.de loc.diſp.484.nu.11
Intellectus ad l.cum domini.ff.locati. diſp.499 nume.4
Intellectus ad l.cum hæreditas ideſt.ff.ad Treb.d.557.n.2
Ad l.ante reſtitutam.ff.de ſolutio.ibid.nu.3
Ad l.vltim.§.vltim.ff de tranſa.ibid. nu.4.
Ad l.1.C.de pact.ad c.Rainaldus,in princ.de teſtamen. ibid.num.5
Ad capit.1.§.ſi Vaſallus,vlt.ſi de feudo defunct.ibidem. num.6
Intellectus ad l.non dubium.C.de legibus. diſp. 513. nu.3
Intellectus ad l.peto.§.prædium.ff.de leg.2.diſputat.470. nume.8
Intellectus ad l. quod ſi minor.§.reſtitutio. & l. patri. §.ſi pecuniam.ff.de min diſp.575.nu.3
Intellectus ad l.ſi & me & Titiū.ff.ſi cert. pet.nouiter datus.diſp.329.nu.5
Intellectus nouus.ad l.2.C.de pact.inter empto.& vendit. diſp.374.nu 7
Intellectus nouus ad c.ad noſtram,de iureiu. d.ſ.560.n.10
Intellectus verus,& communior.c.nauiganti.de vſuris.diſput.318.num.5
Intellectus.§.inter locatorem,in l.item quæro.ff.loca.alijs reprobatis.diſp.499.nu.3
Intereſse extrinſecum quando veniat in mutuo. d.299.n.7
Inuoluntarium ex errore quo caſu non vitiet contractum ex natura rei.diſp.352.nu.12
Inuoluntarium ob ignorantiam non concedi ad annullandum contractum.diſput.353.nu.19
Iudex an poſſit emphyteuſim ei adiudicare, qui maiorem partem in illa habuerit,cogendo,vt ſoluat in reliquis æſtimationem partium illorum.diſp.460.nu.6
Iudex eccleſiaſticus incidenter cognoſcere poteſt de cauſa dotis.diſp.443.num.4
Iudex quales fideiuſſores in iudicio accipere debeat, ac ipſe periculum ſubeat.diſp.547.nu.2
Iudex quibus euentibus,ſine recurſu ad principem,poteſt reſcindere ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam per beneficium reſtitutionis in integrum.diſp.566.nu.7
Iudex, & alij miniſtri publici temporalem iuriſdictionem habentes, non poſſunt aliquid emere, præter neceſſaria ad victum,nec alium contractum facere, neque acceptare, alias puniuntur.diſp.343.nu.1
Et qua pęna de iure Luſitano,& Caſtellæ puniantur.ibi.
Iudices ordinarij eccleſiaſtici qui ſint.diſp.334.nu.11
Iura, & nomina debitorum ſub quorum bonorum nomine comprehendantur.diſp.465.num.2
Iuramentum appoſitum in contractu donationis, quid operentur.diſp.278.nu.10

Iura-

Iuramentum appoſitum in donatione cauſa mortis, quo caſu non faciat donationem irreuocabilẽ.diſp.287.nu.17
Iuramentum non ſe extendit vltra id,quod in contractu cõtinetur.diſp.499.nu.2
Iuramentum veſtit pactum nudũ, & ex eo facit oriri actionem de iure ciuili.diſp.256.nu.2
Iurans ſe ſoluturum quod ludo perdit, an facta ſolutione, licite poſſit repetere,& quando.diſp.515.nu.7
Iure primi emphyteutæ reſoluto, eo ipſo reſolutum eſt ius ſecundi.diſp.471.nu.10
Ius accreſcendi habet locum in donatione cauſa mortis ſicut in legatis.diſp.288.nu.7
Ius ad penſionem,& ad pęnam commiſſi, ſi penſio non ſoluatur,quid ſit.diſp.471.nu.8
Ius ciuile a canonico in quo differat, dum ex pacto nudo ſuperuentu cauſæ veſtito,datur actio.diſp.257.nu.12
Ius naturale duobus modis reſiſtit alicui actioni, aut acceptioni.diſp.326.nu.10.

L

Lanarum in regno Caſtellæ emptio pecunia anticipata, quomodo licita ſit.diſp.360.nu.1
Lanarum in regno Caſtellæ tria ſunt genera. diſp.359.n.3
Lanarum emptio in Caſtella anticipata ſolutione, ex quib. circunſtantijs permiſſa.diſp.360.nu.3.& 5
Lanarum emptio in Caſtella anticipata ſolutione,cur fiat. diſp.359.nu.5
Lanarum pretia in regno Caſtellæ,multum pendere a commiſſionibus a Genua miſſis.diſp.359.nu.4
Lanarum pretium augentes, vel diminuentes, circunſtantiæ quæ.diſp.359.nu.7
Lanarum venditiones in Caſtella quo tempore anticipata ſolutione fiant.diſp.359.nu.6
Lanæ in regno Caſtellæ inter præcipuos eius naturales diuitias connumeratur.diſp.359.nu.2
Laudemium an debeatur ex locatione ad decenniũ, aut vltra, ſi ille,qui habet rem conductam ius illud alteri vendat.diſp.459.nu.25
Laudemium debetur proprietario, & pro re emphyteutica donata.diſp.461.nu.8
Fallit in dote, & donatione propter nuptias facta filio. ibid.& nu.ſeq.
Laudemium de quibus rebus ſoluendum proprietario, & quando non.diſp.459.nu.24
Legatarius pro legato ſibi ſoluendo, tacitam habet hypotecam in bonis defuncti.diſp.536.nu.15
Leges Cæſareæ permittentes vſuras abrogatæ ſunt iure canonico.diſp.304.num.13
Leges,& Canones ligant oẽs ẽt ignorantes in omni prouincia poſt duos mẽſes a die eorũ publicationis.diſ.395.n.1
Imò etiam vim habent poſt duos menſes a publicatione facta,etiam ad contractus inualidos reddendos.ibi.nu.2
Declara tamen plene, & intellige,vt nu.4
Leges & conſuetudines loci attendendæ ſunt, in quo maritus tẽpore celebrationis cõtractus dotis habebat domiciliũ,nõ illius,in quo fuit celebratus contractus.d.443.n.2
Legislator non abrogans legem alias iuſtam a ſe latam,ſed modo iniuſtam, tenetur omnia damna ſubditis reſtituere.diſput.364.nu.9
Declara tamen,vt ibid.
Legitimatus ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda cenſetur quoque ad emphyteuſim,& feuda eccleſiaſtica legitimatus niſi aliud exprimatur.diſput.475.nu.15
Legitimatus reſcripto principis non poteſt ſuccedere in emphyteuſi eccleſiaſtica.diſp.475.nu.10
Idẽ in feudo,niſi ad id in particulari legitimetur.ibi.n.11
Imò nec in emphyteuſi ſeculari, quando conceſſa eſſet pro ſe,& filijs legitimè natis.ibid.nu.12
Et quid in legitimato per ſubſequens matrimonium, an ſuccedat in feudo, vel emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filijs legitimè natis.ibid.nu.13
Læſio in contractu emphyteutico an ſit vltra, vel infra dimidium iuſti pretij quomodo iudicandum.diſp.452.n.5
Læſio per minorem probanda eſt,vt reſtitutio in integrum ei concedatur.diſp.573.nu.12
Læſio quæcunque non ſufficit minori ad obtinendum beneficium reſtitutionis in integrum.diſp.573.nu.10
Leuis culpæ nomine quid intelligatur venire. diſp.313.n.3
Lex ciuitis admittens illegitimos in defectum legitimorum in ſucceſſione emphyteuſis, an extendatur etiam ad Eccleſiaſticam emphyteuſim.diſput.446.nu.3
Lex pretium taxans,vt in foro conſcientiæ obliget, quid requiratur.diſp.364.nu.6
Lex rationabilis, & iuſta in foro fori, an pręſumendum ſit eandem eſſe iuſtam in foro Poli.diſp.364.num.8
Lex 2.de reſcind. vend. in locum habeat in contractu emphyteutico.diſp.452.nu.4
Lex taxationis frumẽti ex quib.iniuſta reddat̃. d.364.n.10
Lex, taxãs infra iuſtum infimum pretium, quod res ex eius natura habet,dicitur iniqua,& iniuſta. diſp.365.nu.5
Lex taxæ quæ ſolet infimum iuſtum pretium rei conſtituere potius,quæ ſummum,aut medium,iuſta dicitur : iniuſta verò cum infra infimum taxat. diſput.365.num.6
Liberatio,ne quis teneat̃ reddere rationẽ adminiſtrationis, nõ impedit quin teneatur ad ea,quę ſi facta nõ fuiſſe talis remiſſio, reali actionem reddere tenebatur. d.471.n.12
Litigioſa res pignori ſubijci non poteſt, quemadmodũ nec vendi.diſp.531.nu.1
Litigioſa res quæ dicatur de iure Luſitano, & quæ ſit eius pęna eam vendenti,ſeu credenti.diſp.330.nu.16
Locans agnum ad paſtum, in quo erant herbæ nociuæ, ad quid conductori teneatur.diſp.494.nu.10
Locans operas ſuas alicui, fideliterque non laborans, ad quid conductori teneatur.diſp.493.nu.9.
Locans operas ſuas,& induſtriam,quãdo teneatur locatori ad intereſſe.diſp.404.nu.16
Locans vaſa vitioſa ad vinũ,vel aliud ſimile ſeruãdũ,tenet̃ ad intereſſe cõductori,vitiũ illorum ignorãti. d.494.n.9
Locare aliquid ad peccatum,quod attingat intentio locantis, omnino illicitum eſt.diſp.500.num.1
Locare aliquid alicui,qui vſurus ſit eo,ad iniuriã alterius lethalem,peccatum eſt lethale, & ob id illicitũ. d.500.n.2
Locare aliquid propter quod poteſt ſuſpicari abuſus ad peccatum,quando licitum,& quando non. diſp.500.nu.4
Locare,& conducere omnes poſſunt, qui vendere pariter, & emere poſſunt.diſp.488.nu.1
Locare meretricibus, domum, non cum intentione, vt ibi fornicationem exerceant, ſed tantum ad habitationem illarum,peccatum non eſt.diſp.500.nu.3
Locare quis poteſt omnia quæ vendi poſſunt,& etiam ſeipſum,& famulum,& rem conductam. diſp.489.nu.1
Intelligendo tñ ad eundem vſum,quo eã cõduxit.ibi.n.2
Locata res cenſetur ad eum vſum,ad quem eſt deſtinata,vel locari conſueta.diſp.489.nu.4
Locata res ſi pereat,aut eripiatur culpa locantis,tenetur locans ipſe conductori ad omnia damna,& etiam intereſſe lucri ceſſantis.diſp.493.nu.6
Locata res ſi pereat, aut ex alio quocunque impedimento conductor ea vti frui non poſſit,quouſque locator,& cõductor ad inuicem teneantur.diſp.493.nu.1
Locata res ſi ſit euicta, ad quid locator conductori teneatur.diſp.493.nu.8
Locatæ rei impedimentum oriens ex parte conductoris, nõ liberat eum a ſolutione penſionis.diſp.493.nu.5
Locatio ad longum tempus rei Eccleſiaſticæ,an licita ſit ſine cauſa,& ſolemnitatibus requiſitis. diſp.466.nu.4
Locatio ad modicũ tempus ſuſpenſa, vt ſcriptura perficeretur,an per patiẽtiã locationis locatione tali finita,cenſeatur tacite prorogata in annum ſequentem. d.498.nu.13.
Locatio animalium cum pacto, vt numerus eorum ſeruetur integer ex eorum fętibus, an ſit licita, & quod modis fiat.diſput.503.nu.1.& 2
Locatio aut alienatio rei eccleſiaſticæ vltra tempus a iure permiſſum,an inualida ſit tantum quoad exceſſum,an verò in totum.diſp.467.nu.1

Locatio duplex.diſp.445.nu.4

Locatio equi,quæ fit de vno loco ad alium, poteſt per eundem conductorem econuerſo fieri de illo loco ad quem, ad locum a quo regreſſionis rationes,diſp.405.nu.3.

Locatio,& conductio quot modis valida ſit. diſ.337.n.17.

Locatio,& conductio in quibus conueniant cum emptione, & venditione.diſp.487.nu.1

Locatio,& quælibet alia alienatio rei eccleſiaſticæ quando inualida, etiam quoad breuius tempus incluſum in maiori inualido.diſp.467.nu.3

Locatio facta ad longum tempus, de quo tempore intelligatur.diſp.445.nu.5

Locatio propriè an dicatur,etiam ſi non detur pretium,ſed aliquid aliud.diſp.486.nu.3

Locatio quid,& quid conductio.diſp.486.nu.1

Locatio quot modis ſumatur, & in quibus differat ab emphyteuſi,& alijs contractibus tam nominatis, quam innominatis.diſp.486.nu.2

Locatio rei Eccleſiaſticæ vltra triennium,ſine cauſa,& ſolemnitatibus,prohibita eſt ſub pœna.diſp.446.num.8

Et quomodo licita.nu.9

Locatione ad longum tempus vtile dominium,iuſque in re, & ſucceſſio requiritur.diſp.445.nu.6

Locatione finita,poteſt dominus cui vult,libere eandem rē locare.diſp.498.nu.6

Declaratur tamen,vt nu.7.

Et quid de iure Luſitano.ibid.nu.8

Locatione finita,quando ex tacito partim conſenſu cenſeatur prorogatus contractus.ibid.nu.9

Locationis, & conductionis contractus ad hæredes tranſit tam locatoris,quam conductoris.diſp.489.nu.6

Fallit tamen,vt num.7.vſque in finem.

Locationis tēpore tranſactio,ex tacito cōſenſu partiū, vſq; ad ꝗ tēpus cēſeatur renouatus contractus,diſp.449.n.10

Locator ad tempus permittens colonum finito tempore cōtinuare,intelligitur eodem genere contractus,& ſub eiſdem conditionibus id concedere.diſp.449.nu.9

Locator an teneatur ſoluere expenſas factas per conductorem,qñ eſt pactū in genere, ꝗ res melioraretur per cōductorē,nec dictū eſſet,quod ſuis ſumptibus.diſp.496.nu.4

Locator quibus in caſibus poteſt conductorem expellere ante finitum tempus contractus, etiam ſi ſit pactum pœnale.diſp.499.nu.1.5.11.& 12

Locator,qui conductori ad intereſſe lucri ceſſantis tenetur, an teneatur etiam ad intereſſe extrinſecū. diſp.493.nu.5

Locator ſi indigeat domo locata,poteſt expellere conductorem ab ea.diſp.499.nu.5

Ampliatur etiam ſi ex parte indigeat, & poſtea accreuit eius neceſſitas.ibid.nu.10

Limitatur,vt nu.8.

Locatoris ſcientia de periculo rei non ſufficit, vt conductor a denunciatione excuſetur.diſp.493.nu.2

Lucra acquirenda per coniuges,quibus lucris,et contractui comparetur,diſp.435.nu.3

Lucrum ceſſans duobus modis deduci poteſt in pactum.diſput.317.nu.8

Lucrum ceſſans poteſt ex mutuo peti, etiam ex pecunia, ex cumulo aliarū extracta, & negociationi deſtinata. diſp. 316.nu.5

Lucrum ceſſans qualiter æſtimandum,vſque ad limites iuſſit.diſp.316.num.6

Lucrum ceſſans quid.diſp.314.num.2

Lucrum ceſſans quod quis licitè vendere poteſt mutuatario,quid.diſp.316.nu.4

Lucrum ceſſans vendi poteſt a mutuante tanquā quid pretio æſtimabile.diſp.315.nu.6

Lucrum & fructus rei differunt.diſp.402.nu.2

Lucrum ex mutuo non ceſſat,ſi pecunia mutuata,deſtinata erat negociationi.diſp.316.nu.3.

Lucrum in ſocietate æquale quomodo computetur, intelligatur.diſp.415.nu.5

Lucrū in ſpe nō dēt ita æſtimari,ſicut lucrū in re.d.316.n.7

Lucrum in ſpe,ſiue lucrum ceſſans duplex. diſp.315. nu.13

Lucrum ſolum in potentia non cenſetur ceſſare,niſi ad actū deueniat.diſp.316.nu.2

Lucrum vt ceſſare cenſeatur,quæ requirātur diſp.316.nu.1

Ludens cum filiofamilias, aut maiore,quando reſtituere teneatur,quod ab eis eſt lucratus.diſp.519.nu.1

Ludens cum filiofamilias, in caſu quo tenetur reſtituere, an teneatur reſtituere parentibus, & poſt mortem eorū eidem filio,a quo lucratus eſt.diſput.519.num.2

Et quid econuerſo,ſi filius,vel alius impotens ad alienādū in ludo lucratus fuerit, an reſtituere teneatur.ibi.n.3

Ludens cum fure,depoſitario,& vſurario,& alio rem alienam poſſidente,quando teneatur reſtituere, quod ab eis lucratus eſt,& econuerſo.diſp.518.num.1

Ludens cum marito an teneatur reſtituere vxori partem lucri.diſp.520.nu.5

Ludens cum religioſo, an reſtituere teneatur quod ab eo lucratus eſt,& quando.diſp.520.nu.1

Et quid de ſeruo,aut mancipio.num.2

Et an idē dicēdū ſit in vxore,& ēt marito. ibi.nu.3.& 4.

Ludens quando reſtituere non teneatur, peccatumque non committat ludendo.diſp.517.nu.2

Ludens ſi iurauit ſe ſoluturum quod ludo perdidit,tenetur, ſed an poſſit repetere,quod ſoluit.diſp.525.nume.6

Ludens trahēs aliquem ad ludendū,an reſtituere teneatur, quod ab eo eſt lucratus,& quādo.diſp.516.nu.1.2.& 3

Ludo accipiens quod lucratus eſt, quando poſſit,& teneatur reſtituere.diſp.415.nu.8

Ludo acquiſita,iure humano prohibito,quomodo ſint reſtitutioni obnoxia.diſp.513.nu.1

Ludo amiſſum an repeti poſſit per ludentem,etiam tranſacto tempore ei conceſſo ad repetendum.diſp.512.num.4

Ludo amittens, an poſſit cum lucrante paciſci, vt partem ſibi reſtituat,ne totum in iudicio repetat. diſp. 514.nu.4

Ludo humano iure prohibito ludens quando incidat in peccatum mortale.diſp.521.nu.1

Ludo in Luſitania amittens credito, tenetur in conſcientia ſoluere.diſp.515.nu.3

Secus tamen in Caſtella Regno.nu.4

Ludo preſētes qñ admonere non teneātur ludētes.d.517.n.3

Ludo prohibito aliquid amittens credito,quando teneatur in conſcientia illud ſoluere.diſp.505.nu.1.& 2

Ludo prohibito amittens de iure communi,etiā in cōſciētię foro nō tenetur ſoluere,immo ante latā ſententiā pōt excipere de nullitate,cū nulla adſit obligatio.diſp.515.n.5

Ludo prohibito amittenti nō datur de iure Luſitano repetitio,ſed amiſſū pro dimidia accuſanti, & pro altera dimidia fiſco applicatur.diſp. 514.n.1 Idē de iure Caſtellæ.

Ludo prohibito amittens,ſi non poteſt per repetitionem ſuam iudicis obtinere,an poſſit licitè tantundem occultè accipere,aut retinere de bonis lucrantis, in recompenſationem eius,quod ita amiſit.diſp.514.nu.3

Ludo prohibito lucrans,an ſtatim in foro conſcientię teneatur reddere,an vero expectare ſententiam. diſp. 514.n.2

Ludus admixtus contractui,quid & an licitus.diſp.510.n.2

Ludus an licitus,in quo pecunia fortunę ſubijcitur.d.511.n.4

Ludus cartarum in regnis Caſtellæ, & Luſitaniæ quando prohibitus ſub culpa lethali.diſp.521.nu.2.

Et quid de conficientibus, aut vendentibus cartas ad ludum,& teſſeras.ibid.nu.3.& 4

Ludus de iure naturali eſt contractus,diſp.513.nu.2

Ludus ex quibus circūſtantijs malus reddatur,& vitioſus. diſp.511.nu.1

Ludus quo iure,& quouſque prohibitus. diſp. 512.nu.1

Et quid de iure Caſtellæ.nu.3. & Luſitaniæ.nu.5

Ludus quot modis vſurpatur,& quid latè.diſp. 510.nu.1

Ludus ſi ad lucrū ordinet,an vitioſus reddat. diſp. 511.n.2

Ludus ſub qua pœna de iure canonico prohibitus. diſputat. 512.nu.7

Luſitana lex, quæ ſtatuit emphyteutā cenſeri nominaſſe filiū ſuū naturale in defectū deſcēdentium legitimorū, an extendatur etiā ad emphyteuſim eccleſiaſticā.diſp.475.n.7

Luſitanæ leges,& Caſtellæ, quæ pretiū impoſuere monetis aureis,non obligant hodie in conſcientia. d.ſ. 40[illegible].n.[illegible]

Luſ-

M

Macedoniani exceptio competit filiofamilias, etiam in conſcientiæ foro,& quare.diſp.301.nu.2
Quid in Caſtella,& Luſitania.ibid.
Macedoniani exceptio,& priuilegium,ad quas etiam perſonas extendatur.diſp.301.nu.3
Macedoniani exceptio opponi poteſt etiam poſt ſententiã, ante tamen ſolutionem.diſp.321.nu.5
Macedoniani exceptioni,ſeu priuilegio renunciare non poteſt,& communi,diſp.301.nu.4
Machinatio quid, & quæ cõprehendat ſub ſe.diſp.293.n.8
Maioratu inſtitutio omnium bonorum præſentium, & futurorum,quando valida,etiam de iure Caſtellæ,& quando cum.diſp.380.nu.13
Maioratus inſtitutio qñ egeat inſinuatione. diſp.279.n.11
Maioratus poſſeſſor an poſſit concedere vſumfructum in rebus maioratus,qui ſolum duret, dum ipſe dominus fuerit maioratus.diſp.470.nu.5
Et quid ſi ſit filiusfamilias,an pater poterit habere vſum fructum. ibid.nu.6.& decidit.nu.10.
Maioratus poſſeſſor concedere poteſt alicui in tempus vitæ ſuę commoditatem vſusfructus,vel alterius ſeruitutis,cũ obligatione ſola perſonali non autẽ reali.diſp.470. nu.4
Maioratus poſſeſſor non poteſt de nouo tradere in emphyteutica bona maioratus, ſiue inſtitutionis, vel Regis licentia.diſp.470.nu.11
Fallit,niſi ſit conſuetudo in cõtrariũ,vt ita Luſitania.ibi.
Idem in locatione ad longum tempus dicendum.ibidem num.12
Inſtrumento vero neque hypothecæ vniuerſali ſubijci poſſunt, ſicut fit de reb.eccleſiæ.ibid.nu.14
Maioratus poſſeſſor non poteſt tradere res maioratus in emphyteuſim.diſp.470.nu.1
Et quid de ſeruitute,an poſſit eam conſtituere in reb.prædictis.ibid.num.2.
Mancipium generali hypothecæ ſubiectum,manumitti poteſt a debitore,ſi habent aliam bona vnde ſoluat.diſput. 537.nu.18
Inſtrumento fauore libertatis poteſt minor vigintiquinque annis conſentire, vt manumittatur, licet amittat ius ſuum pignoris.ibid.nu.19
Mancipium quando poſſit donare, & eleemoſinas facere. diſput.277.nu.4.
Mandans delictum fieri an puniri debeat eadem pœna ſtatui,qua mandatarius exequens.diſp.550.nu.4
Mandans, & mandatarius quando teneantur adinuicem, & quæ actione.diſp.549.nu.4
Mandans etiam re non integra an poſſit reuocare mandatum.diſp.552.nu.6
Mandans percuti aliquem citra mortem an puniri debeat ordinaria,ſi mors inde ſequuta fuerit.diſp.550.num.5
Mandatarius pro mandatis quæ exercens,quando denegãda ſit occulta compenſatio.diſp.548.nu.5
Mandatario pro executione mandati quando debeatur ſtipendium etiam in foro conſcientiæ,& quando non.diſp. 548.nu.4
Mandatarius de re illicita tenetur mandatum non adimplere, & in conſcientiæ foro reſtituere quicquid accepit. diſput.550.nu.2
Immo etiam damna per iniuriatum craſſa in defectum mandantis.ibid.nu.3
Mandatarius exequens mandatum in vtilitatem tertij an habent actionem aduerſus ſic mandãtem,an vero aduerſus tertium.diſp.549.nu.10
Mandatarius non exequens mandatum,vel male exequẽs, de qua culpa teneatur.diſp.149.nu.5
Mandatarius quam actionem habeat aduerſus, mandantẽ ad conſequendam,quod ſibi ex mandato debetur. diſp. 549.nu.6
Mandatarius quando non poſſit renunciare mãdatum. diſput.552.nu.5
Mandatarius quas expenſas conſequi poteſt aduerſus mandantem.diſput.549.nu.8
Mandatarius ſi aliquod damnum patiatur occaſione mandati,an habeat actionẽ aduerſus mandantẽ.diſp.548.n.9
Mandatarius,vel procurator nomine mandantis, vendentes,an poſſunt habere fidem de pretio.diſp.552.nu.4
Mandati actio quo caſu oriatur contra mandantem, etiam ſi forma mandati ſeruata non fuit.diſp.552.nu.2
Idque tanto magis vbi certa mandati forma præſcripta non fuit.ibid.num.3
Mandatum de alienando non extenditur ad donationem. diſput.275.nu.8
Mandatum debiti ex quibus præſumatur.diſp.550.nu.6
Mandatum generale ſufficit ad defendendum contra petentem reſtitutionem in integrum,ſed ad eam petendum ſpeciale reperitur.diſp.573.nu.30
Mandatum generale ad omnia, non extenditur ad illicita. diſp.550.nu.1
Mandatũ morte mãdantis,qñ non expenſet. diſp.263.nu.4
Mandatũ propriæ ſumptũ quid cõprehendat. diſp.548.n.2
Mandatum quando tranſeat in contractum locationis, & conductionis. diſp.548.nu.3
Mandatum quot modis dicitur expectare.diſp.552.nu.7
Mandatum quod.diſp.548.nu.1
Mandatum quis contractus dicatur.diſp.548.nu.6
Mandatum quotuplex.diſp.549.nu.1
Maritum vergere ad inopiam,nõ eſt neceſſaria exacta probatio.diſp.429.nu.3
Maritus ad ſolutionem dotis tenetur inquantum facere poteſt.diſp.442.num.6
Declara tamen, vt ibid.
Idem dicendum in quibuſdam alijs perſonis, qui hoc priuilegio potiuntur. ibid.nu.7
Maritus alere vxorem quo caſu non teneatur.diſp.425.n.6
Maritus alienare poteſt inuita vxore res dotales ęſtimatas, quæ in pondere, numero,& menſura cõſiſtunt.diſp.428. nu.15.Cum declaratione,vt ibid.
Maritus bona an ſit æſtimanda in arrhis matrimonij a marito promiſſis,& quomodo, & quid de maioratu vxoris in dotem dato.diſp.431.nu.9
Maritus de iure Caſtellæ poteſt diſponere de omnibus bonis, niſi reperiatur feciſſe animo defraudandi vxorẽ portione ſua. diſp.275.nu.5.& 7.Et quod in Luſitania. nu.9
Maritus de iure Luſitano quando donare poſſit,& quando non, ſine conſenſu vxoris. diſp.275.nu.1.Et quid econuerſo de vxore.
Maritus diues,& male adminiſtrans,an cogi poſſit reſtituere vxori dotem,diſp.429.nu.2.
Maritus fideiuſſor exiſtens,& ſoluens,tenet aliud ſolutũ ſibi aſſumere in partẽ ꝓ medietate lucrorũ.diſp.436.nu.2
Declara tamen,vt ibid.
Et quid de iure Luſitano.ibid.
Maritus fundum dotalem a ſe alienatum, repetere poteſt. diſp.428.nu.4
Maritus iure Luſitano,quando poſſit ſine conſenſu vxoris, rem immobilem hypothecare,diſp.422.nu.12.
Maritus habere non poteſt in præiudicium vxoris,& familię.diſp.520.nu.4
Maritus non põt diſponere de bonis communibus ſine cõſenſu vxoris,alias ſibi cõputantur in partẽ. diſp.275.n.6
Imò donatarius, ſi maritus non accipit in partem ſuam, tenetur in foro conſcientiæ rem vxori manifeſtare. ibid.
Maritus pro dote ſibi promiſſa ſoluenda,tacitam habet hypothecam in bonis eius quo promiſit, ſed non prefertur alijs creditoribus anterioribus.diſp.536.nu.1
Maritus quando confeſſus eſt recepiſſe dotem, neque conſtat de ipſa illam recepiſſe, an cenſendus ſit ſpe numerationis, ſeu traditionis dotis, eam confeſſionem feciſſe an vero potius animo donandi id vxori.diſp.439.nu.8
Maritus quando teneatur de euictione etiam ad intereſſe, occaſione fundi dotalis per eum vendit.diſp.428.nu.5
Et quid de iure Luſitano.ibid.nu.6.
Maritus quod facere poſſit,ſi ei dos promiſſa tempore conſtituto non ſoluatur.diſp.425.nu.4

Maritus quouſque agere poſſit de euictione rei dotalis ſibi euictæ.diſp.427.nu.2
Maritus ſi caſu aliquo fortuito ad inopia vergat,an mulier poſſit contrahere dotem.diſp.424.nu.5
Maritus ſi det fideiuſſores pro dote,an vxor poſſit illos reij cere,& eius petere dotem.diſp.429.nu.4
Maritus ſi donet concubinæ vel alteri cui carnaliter ſit affe ctus,pôt de iure Luſitano vxor eo viuere totum repetere, & etiã quatuor annis poſt ipſius mortem.diſp.275.nu.2.
Maritus ſeruũ dotalem inuita vxore manumittere poteſt,ſi habeat,vnde illius ſoluat æſtimationem.diſp.428.nu.13
Maritus vt lucretur fructus dotis,a quo die anni, & tempore fiat computatio.diſp.432.nu.11
Maſculus ex fęmina an excludat fęminas,quæ ſuccedunt in feudo in defectum maſculorum.diſp.474.nu.7
Mater in quib.caſibus teneatur filiam dotare.diſp.424.n.3
Matres tranſeuntes ad ſecundas nuptias ex quibus cauſis reuocent donationes filijs factas: & quando ex ſolo atté tato etiam ſi non ſequatur effectus.diſp.281.nu.2
Matrimonia in Luſitania duobus modis celebrantur, & in dubio primo modo intelliguntur contracta.diſp.274.n.4
Matrimoniũ contractũ de iure cõi valde differt a matrimo nio cõtracto de iure Caſtellæ,& Luſitanię. diſp.274.n.5
Matrimonium contractum per epiſtolam , vel internunciũ perinde eſt validum, ac ſi cum principali contractum eſ ſet. diſp. 551.nu.3
Matrimonium contractũ poſt votum ſimplex caſtitatis irritum factum fuit a Gregorio XIII.diſp.326.nu.11.
Matrimonium contrahentes ſolent duos celebrare contra ctus.diſp.321.nu.4
Mediator inueniens ab vno rem emendam certo quodam pretio,& ab alio emens minori pretio,an poſſit ſibi reti nere incrementũ,quo potuit carius emere.diſp.364.nu.2
Melioramenta ab emphyteuta in re emphyteutica facta, quibus caſibus ſpectent ad emphyteutam, & quibus nõ. diſp.436.nu.1. & 3
Melioramenta facta per maritũ in bonis maioratus an ſuc ceſſor in maioratu teneatur ſoluere vxori, aut filijs eius, qui illa fecit.diſp.433.num.4
Melioraméta ſoluere,vel ea tolli permittere, an ſit in optio ne proprietarij.diſp.463.nu.9.
Melioramenta quando accreſcant rei emphyteuticę vel feu dali,& quando non.diſp.463.nu. 10
Melioramentorum nomine quid in re emphyteutica veniat.diſp.463.nu. 2
Meliorationes in re emphyteutica,& feudali,quomodo ęſti mandæ, & ſoluendæ.diſp.463.nu.11
Cum limitatione,vt nu.16.
Meliorationes,quæ ex pacto pertinent ad proprietariũ , an antequam emphyteuſis finiatur , imputentur in legitimam.diſput.479.num.9
Meliorationes, quæ veniant ſoluendæ per proprietarium, & quæ non.diſp.463.nu.6
Menſura tritici ſi plus valet in vno loco,quã in alio, iniuſta fit commutatio eiuſdem menſuræ. diſp.407.nu.2.
Mercator an poſſit repetere pretium datũ magiſtro nauis, pro eius mercibus vehendis,ſi nauis medio itinere profecta vi ventorum ſit ad portum reuerſa.diſp.502.num.1
Mercatores merces in nundinis pecunia credita vendi conſuetas carius credito vendétes,quam pecunia numerata, an peccent,& ad reſtitutionem teneantur. diſp.357.nu.2
Mercator mutuãs deſtinatã pecuniã ad negotiandũ,pôt recte exigere æſtimationem lucri ceſſantis.diſp.315.nu.11
Mercator ſciens obſidionem parari ciuitati, in qua merces habeat,& cito eas vendens,an teneatur emptoribus reſti tuere pretiũ,ſi illæ ab hoſtib. ſint direptæ,vel alia ratione iacturam propter illas paſſi ſint.diſp.354.nu.6
Mercator, ſicut & piſcator pôt rectè védere intereſſe quod pecunia ſperat.diſput.315.num.12
Mercator vendens infimo pretio eius merces, & partẽ mer cis retinens vſque ad pretium rigoroſum,an peccet, & re ſtituere teneatur.diſp.351.nu.5
Mercator in ſe ſuſcipiens pecuniã dotalem ad negotiãdum cogitur et in ſe periculum illius ſuſcipere.diſp.417.nu.4
Mercatores ſi inter ſe conueniant,ne quiſquam ipſorum intra certum pretium vendat, aut vltra certum pretium emat, an reſtituere teneantur damna priuatis, ea de cau ſa ſubſequuta.diſp.345.nu.4
Mercatorum qui ad cambia concurrunt, tria genera, diſp. 408.nu.1.3.& 4
Merces in futurum plus valituræ,non plus valent, quam tẽ pore præſenti ei, qui eas vendere cogitur. diſp.355.nu.8
Metus reuerentialis in quibus perſonis cõſideretur,& quid operetur,diſp.267.nu.7
Et quid in foro conſcientiæ.ibid.nu.8
Miles,qui in militiã verſatur,non tenet̃,niſi ad id , ꝙ facere poteſt,& ideo nõ pôt in carcerem detrudi.diſp.571.nu.9
Miniſter,ſeu diſpoſitarius qñ incrementum poſſit pro ſe retinere eius pecuniæ,quam deferebat creditori,ex qua tale incrementum lucratus fuit.diſp.402.num.1
Miniſtri publici munus accipientes a debitoribus,vt eos expectent, vſuram committunt.diſp.313.num.1
Et quot modis vſuram committant.ibid.
Minor adoptatus,aut arrogatus hẽt idẽ beneficiũ reſtitutio nis in integrũ,ꝙ minor legitimus,& naturalis.d.573.n.8
Minor,& prodigus,quando contrahere poſſint,& quando non.diſp.261.nu.2
Minor, exiſtens ſub tutela,vel cura donare non poteſt, aut eleemoſinas facere, niſi quantum fuerit a tutore, vel curatore permiſſum.diſp.277.nu.2
Intellige tamen,& declara, vt ibid.
Minor in mutuo eodem gaudet priuilegio Eccleſię,& ciuitatis,vt mutuans teneatur probare conuerſum eſſe mutuum in eius vtilitatem. diſp.300.nu.8
Minor inueniens ſe lęſum ex acceptatione hæreditatis ſibi damnoſæ, vel repudiatione ſibi lucroſæ,reſtituitur in integrum lęſione probata.diſp.573.nu.7
Minor inueniẽs ſe læſum etiam ex facto tutoris,vel alterius adminiſtrantis eius bona,habet in integ.reſtitutionẽ,vel etiam agere poteſt ad intereſſe aduerſus eundem tutorẽ, vel curatorem. diſp.573.nu.5
Minor læſus in renunciatione, ſeu permutatione beneficij eccleſiaſtici habet in integrum reſtitutionem, etiam re non integra.diſp.573.nu.16
Minor lęſus in cõtractu oneroſo,qũo reſtituat̃.d.573.nu.13
Minor mutuum accipiẽs læſumque ſe inueniens,habet reſti tutionẽ in integrũ,cum onere tantum ſoluẽdi ex ea pecunia,id quod ex ea ſit factus locupletior. diſp.573.nu.15
Minor quo caſu ex donatione per eum facta,non reſtituitur in integrum diſp.573.nu.14
Minor ſi maior factus ratificet ꝙ fecerat in minori ætate, amittit beneficium reſtitutionis in integ.diſp. 573.nu.33
Idẽ ſi minor cõtractũ iuraméto cõfirmauit.diſ.573.n.34
Minor iuramento validant donationem alias inualidam. diſp.288.nu.29.
Fallit de iure Luſitaniæ,& Caſtellæ.ibid.nu.30.
Minor quouſque cauſa mortis donare poſſunt,aut non. diſput.288.nu.28
Minori an detur beneficium reſtitutionis in integrum etiã aduerſus tertium poſſeſſorem.diſp. 573.nu. 19.
Minori conceditur in integrum reſtitutio,etiam ſi læſio cõ ſiſtat in lucro ei ceſſante.diſp.573.nu.11
Minori,& Eccleſiæ læſis vltra,vel citra iuſtum pretiũ, datur reſtitutio in integrum, diſp.350.nu.7
Minori tacita hypotheca in bonis tutoris, & curatoris. diſput.536.nu.6
Monaſterium bonorum capax an habet ius retractus loco religionis.diſp.370.nu.8.
Monaſterium ſi védat ingreſsũ prædij an proximiori cõſan guineo talis ingreſſi,competat ius retractus. diſ.370.n.9
Monetas deſtuere argenteas etiam alterius regni in Luſitania prohibitum eſt,cum graui pęna. diſp.401.nu.2.
Idem in Caſtella.nu.3
Monopolium vnde dictum.diſp. 345.nu. 3.
Monopolium quid.diſp.345.uu.2
Monopolia, quæ licita,& quæ non.diſp.345.nu.3

Moræ

Moræ purgatio, de aliquem præſentando in iudicio ad pœnam euadendam, quando fieri poſſit. diſp. 564. nu. 10
Moræ purgatio de æquitate canonica an ſemper admittatur. diſp. 564. nu. 3
Mulier an renunciare poſſit priuilegio Velleiani, & quando. diſp. 540. nu. 8
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitanæ. nu. 9. 11. & 12
Mulier bñficio Velleiani pôt nouationẽ elidere. d. 559. n. 16
Mulier de iure Luſitano aliquid in pretij accipiens a côiugato, pro actu venereo, licet in præiudiciũ vxoris cedat, nõ tenetur ante latã ſententiã ei reſtituere. diſp. 275. nu. 4
Mulier in quibus caſibus non poteſt vti priuilegio Velleiani. diſp. 540. nu. 14
Et quid de iure Luſitano in tertio caſu. ibid. nu. 15
Mulier iurans ſe non vſuram priuilegio Velleiani, ex tali iuramento obligatur. diſp. 540. nu. 13
Mulier non poteſt in carcerem pro debito ciuili detrudi, etiam ſi debitrix ſint fiſco. diſp. 571. nu. 6
Fallit niſi ſit meretrix. ibid. nu. 7
Et quid ſi ſit tutrix, vel curatrix filiorum, aut nepotum renunciauit priuilegio Velleiani. ibid. nu. 8
Mulier pro alio fideiuſſor exiſtens, obligatur, ſed ope exceptionis ſenatuſconſulti Velleiani defenditur, etiam in foro conſcientiæ. diſp. 540. nu. 2
Hodie verò ex tali fideiuſſione nulla oritur obligatio. ibid. num. 3
Imò repetere pôt q̃ ſoluit, condictione indebiti. ibi. nu. 4
Intellige tamen, vt nu. 6
Mulier pro dote recuperanda quam actionem habeat, & quibus præferatur. diſput. 438. nu. 1
Et an idem ſit in quaſi dote. ibid. nu. 2
Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, an diſponere de arrhis poſſit in præiudicium filiorum primi matrimonij, & quibus caſibus. diſp. 431. nu. 8
Munus triplex, a lingua, ab obſequio, & a manu, & quid vnumquodque eorum. diſp. 310. nu. 7
Mutuans accipiens a muliere copiam ſui pro mutuo, reſtituere tenetur. diſp. 307. nu. 2
Cum declaratione tamen, vt ibid.
Mutuans ad hoc, vt mutuatarius remittat iniuriam, quando dicatur committere vſuram. diſp. 307. nu. 3
Mutuans aliquid intra certum tempus non poteſt mutuatarium grauare, vt intra illud, vel breuius tempus, ſibi tantundem mutuet. diſp. 308. nu. 8
Mutuans aliquid in vno loco cum pacto, vt mutuatarius ſoluat in alio, vſuram committit. diſp. 310. nu. 6
Declaratur tamen, vt ibid.
Mutuans cum conditione ſine qua non, an poſſit illud exigere, quòd ſub ea intendit. diſp. 308. nu. 5
Mutuans cum onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem in debito, quod non facile exigi poteſt, vſuram committit. diſp. 310. nu. 5
Cum declaratione tamen, vt ibid.
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius aliquod debitum ſoluat, de quo debito intelligatur. diſp. 309. nu. 1
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius eidem teneatur tantundem mutuare, vſuram committit. diſp. 308. nu. 4
Mutuans cũ pacto, vt mutuatarius, tẽpore meſſis vendat ei triticũ pretio côi, dicitur facere emptionẽ. diſp. 309. nu. 9
Sed in Luſitania eſt prohibitum. ibid.
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur ad aliqua q̃n vſurã cômittat, & q̃n intelligatur locare. diſp. 309. nu. 7
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur frequentare gymnaſium, ſeu molendinum mutuantis, quando vſuram dicatur committere. diſp. 309. nu. 10
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere locare, emere, aut vendere aliquid, quando vſuram committat, & quando non. diſp. 310. nu. 1
Mutuans debitori impotẽti, an teneatur creditori reſtituere, quicquid lucri ex mutuo accepit. diſp. 339. nu. 11
Mutuans, & mutuatarius quot modis dicuntur dare, & accipere aliquid vltra ſortem. diſp. 306. nu. 2
Mutuans mille cum pacto vt mutuatarius accipiat quingenta in mercibus, quando vſuram committat, & quando non. diſput. 310. nu. 2
Et quid de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ. ibid. nu. 3. & 4
Mutuans quando reſtituere teneatur per vſuram accepta. diſp. 306. nu. 1
Mutuans q̃n tenetur reſtituere pro grauamine, tenetur ẽt ad oẽs circunſtantias augentes grauamẽ. diſp. 309. nu. 4
Mutuans quare probare teneatur, mutuum fuiſſe conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, vel ciuitatis. diſp. 300. nu. 7
Mutuans Reipublicæ, vt eximatur a ſoluendis tributis, vſuram committit. diſp. 310. nu. 9
Mutuans ſi probat numeratam pecuniam, ad quid cogatur mutuatarius, qui excepit, & ſi non probat, quid cogatur reddere mutuatario. diſp. 302. nu. 9
Mutuans ſi pro periculo, quod in ſe ſuſcepit, non plus accepit, quam iuſtum pretium, nihil de pretio reſtituere tenetur. diſp. 318. nu. 4
Mutuans tenetur liberare mutuatarium ab onere ei iniuncto ratione mutui. diſp. 309. nu. 6
Mutuantem an liceat alicui inducere ſibi mutuare, vt malũ euitet maius, & ſic generaliter, an liceat inducere aliquem ad minus malum, vt vitet maius. diſp. 335. num. 3
Mutuanti quando concedatur actio aduerſus Eccleſiam, vt ſibi mutuum ſoluat. diſp. 300. nu. 6
Mutuatariũ obligare inutiliter ad id, q̃ naturaliter, et ex charitate tenet̃, eſt p̃tio æſtimabile, & ob id vſura. d. 309. n. 3
Mutuatarius ad quid teneatur, etiam ſi non exprimatur, & ad quid non. diſp. 299. nu. 3
Mutuatarius mutuanti eſt naturaliter obligatus ea obligatione, quæ dicitur ad antidora. diſp. 308. nu. 1
Mutuatarius mutuanti obligatur ciuiliter duobus concurrentibus. diſp. 308. nu. 3
Mutuatarius non tenetur ſoluere ante tempus mutuanti ratione damni ſibi ex mutuo obuenti. diſp. 314. nu. 6
Mutuatarius renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ, ad quem effectum non poteſt excipere, pecuniam non fuiſſe numeratam. diſp. 302. nu. 6
Mutui materia quæ res ſint. diſp. 299. nu. 4
Mutui obligationem in futurum exigere, vt côcedatur mutuum in preſenti, & exigere, tanquam conditionem ſine qua nõn ſunt diuerſa. diſp. 308. nu. 6
Mutuo accipere pecuniam ad vſuram, vt eam expendat in torneamentis, & ludis, an licitum ſit. diſp. 335. nu. 2
Mutuo accipiens ſub vſuris an poſſit totũ quod accepit, aut partem, alteri ſub eiſdẽ vſuris mutuo dare. diſp. 324. n. 7
Mutuo aliquid dare, vt tantundem reddatur, quando plus valebit, an vſura dicatur, & quando. diſp. 311. nu. 1
Et quid de iure Luſitano. ibid. nu. 2
Mutuo dans inuitus, exigere licitè poteſt intereſſe lucri ea de cauſa ipſi ceſſantis ante terminum ſolutioni deſtinatum, & de eo paciſci. diſp. 315. nu. 1
Mutuo dare alicui cum pacto, vt teneatur fideiuſſor eſſe pro mutuante, vſura committitur. diſp. 319. nu. 2
Mutuò dare nolle, niſi petens ſe periculum rei maneat, vt vltra ſortem aliquid a mutuatario mutuans accipiat, vſura eſt. diſp. 318. nu. 1
Limita tamen, vt nu. 2
Mutuo dare triticum vetus, vt ei in nouo reddatur, quantum valebit nulla vſura committitur. diſp. 311. nu. 4
Declaratur tamen, vt ibid.
Mutuo petẽs ab opifice inſtrumenta artis tenetur ad valorẽ vſus inſtrumentorũ & de lucro ceſſante. diſp. 315. nu. 10
Mutuo ſponte ad certũ tẽ minũ dans, licitè pôt paciſci tam de dãno emergente, quã de lucro ceſſante. d. ſp. 315. nu. 2
Mutuo ſponte dans poteſt intra terminum mutui paciſci de lucro ceſſante, ſicut de damno emergente, quantum prudentis arbitrio videbitur. diſp. 315. nu. 5
Mutuo triticũ dare, quando plus valet, vt ei in tritico æqualis valor reddat̃, dicit̃ vẽditio, & nõ mutuũ. diſp. 311. n. 3
Mutuum recipere ad vſuram quibus caſibus licitũ ſit, ſuaderique poſſit ad maius malũ vitandum. diſp. 335. nu. 1
Mutuum an poſſit dari debitum ex alio contractu, vt inde ex eo aliquid percipiatur. diſp. 304. nu. 16

Mutuum dare cum pacto tanto, vel expreſſo cuiuſcumque muneris vſura eſt.diſp.310.nu.8
Mutuũ dare Medicis, Aduocatis, & alijs, qui ex caritate operas præſtare tenentur, an ſit vſura, & q̃n. diſp.309.nu.2.
Mutuum quando dicatur verſum in vtilitatem Eccleſiæ, vel ciuitatis, vt ad id teneantur, diſp.300.nu.3
Mutuum quando ſufficienter compenſetur per venditionẽ tantundem.diſp.308.nu.9
Mutuum quando ſit reſtituendum.ibid.num.6
Mutuum quid.ibid.nu.1
Mutuum virtute quid.diſp.303.nu.6

N

NAturalis filij, & deſcendentes habent ius retractus in bonis aſcendentium, ex communi. diſp.370.nu.4
Immo in Hiſpanijs ſuccedunt in nobilitate patris.ibid.
Fallit in ſpurijs, niſi reſcriptio principis ſint legitimati. ibidem.
Naues conducta ad merces aſportandas ſi culpa domini perijt, ad quid ipſe teneatur conductori. diſp.494.nu.12
Negocia alterius gerens inſolita tenetur etiam ad damna, quæ inde prouenerunt, ſeu prouenire poſſunt. diſp. 554. num.7
Negocia omnia aut rata habenda ſunt per eum, cuius ea ſunt geſta, aut in totum reijcienda. diſputatio. 554. numero 8.
Negociatio, an & quando licita ſit.diſp.339.nu.6
Negociatio ex quibus capitibus mala, & illicita reddatur. diſp.339.nu.7
Negociatio mere lucratiua, qua aliquid emitur, vt carius vẽdatur, eſt clericis prohibita, per ſeipſos illam exercentibus, non tamen eſt nulla.diſput.342.nu.1.& 6
Negociatio politica clericis non eſt licita. diſputatio. 342. nume.12
Negociatio proprijſſimè quæ.diſp.339.nu.4
Negociatio proprijſſimè ſumpta, non eſt opus virtutis, neque vitij, ſed indifferens, diſp.339.nu.5
Negociatio quibus clericis permiſſa, vt neque debeatur tributum, & quæ.diſp.342.nu.8
Negociationem nomine litteraturæ, de qua in Pſalm. 70. ſignificari. diſp.339.nu.8
Negociationes clericis prohibitæ, quæ dicantur, & quæ nõ. diſput. 342. nu.7.
Negociorum geſtor de qua culpa teneatur ei, cuius negocia geſſit, ſi aliquod illi damnum euenit. diſp. 553.nu.6.
Et quid de caſu fortuito, & quando, ibid.nu.7
Negociorum geſtor in quo differat à procuratore, & mandatario. diſp.554.nu.15
Negociorum geſtor non poteſt petere expenſas ſuperfluas factas in rebus illius, cuius negocia geſſit. diſputatio. 554. num.9
Negociorum geſtor poſt prohibitionem ſibi factam, nõ habet actionem de his, quæ poſt prohibitionem geſſit, ſecus de his, quæ ante geſſit, & expendit. diſputatio. numero primo.
Fallit tamen, niſi fauor publicus verſetur.ibid.nu.2
Negociorum geſtor quis.diſp.553.nu.2.
Negociorum geſtor regulariter non tenetur de ijs, quæ non geſſit.diſp.553.nu.8
Fallit tamen, vt ibid.
Negociorum geſtores, ſeu factores, & alij, qui aliorum nomine dant ad vſuras, ſeu exigunt, quo caſu ad reſtitutionem teneantur, diſp.331.nu.8
Negociorum geſtorum actio competit etiam, ſi quis credat gerere negocia vnius, & gerat negocia alterius. diſp. 553. nume.10
Negociorum geſtorum actio in quo differat ab actione mãdati.diſp.553.nu.4
Negociorum geſtorum actio pro quibus datur tam tutori contra pupillum, quam ipſi pupillo contra tutorem. diſp. 555.num.1
Negocium gerens alterius in ſui commodum, & vtilitatem tenetur ei, cuius negocium geſſit, etiam de caſu fortuito. diſp.554.nu.4
Negocium gerere incipiens, & poſtea imperfectum relinquens ad quid teneatur. diſp. 553.nu.9
Negocium vnde dictum, & quotuplex. diſp.339.nu.1
Negocium, vt probetur eſſe geſtum animo depredandi, quibus coniecturis probetur.diſp.554.nu.6
Nepos ex filia an ſuccedere poſſit in emphyteuſi ſuſcepta pro ſe, & filijs, ac nepotibus, ac maſculis, aut pro ſe, & deſcendentibus maſculis.diſp.474.nu.12
Nepos legitimus ex filio illegitimo an incapax ſit ad ſuccedendum in Eccleſiaſtica emphyteuſi aui, quatenus a filio incapaci procedit.diſp.475.nu.7.
Nobilis etiam non miles an de iure Caſtellæ gaudeat priuilegij militum, ne in carcerem pro debito ciuili detrudatur.diſp.571.nu.10.
Et quid ſi renunciet priuilegio, an ſibi præiudicet. ibidẽ num.11
Nominatio ſucceſſionis in dubio quando cenſeatur, & quãdo pura conceſſio vſusfructus rei traditæ. diſp.480.nu.2
Nominatione facta ad emphyteuſim per pupillum, an pupillus ipſe petere poſſit reſtitutionem in integrum. diſp. 480.num.11
Nominationes tacitæ an ſint de iure communi, vel ne, & quid in Luſitania ſeruetur.diſp.480.nu.8
Nominatus a patre in ſubſtitutione pupillari pupillo facta cenſetur eo ipſo nominatus, ſi pupillus ipſe in pupillari ætate decedat.diſp.480.nu.9
Idem in nominato in ſubſtitutione exemplari.ibid.
Nominatus a pupillo à ſeptennio vſque ad pubertatis annos an præferatur nominato a patre in ſubſtitutione pupillari.diſput.480.num.10.
Nominatus tacitè ſub conditione, an cenſeatur diſpoſitiue nominatus, concludit nominatum ſub diſpoſitione expreſſa.diſp.480.nu.3
Nominatus vnus in dubio quando cenſeatur, & quãdo gradatim.diſput.480.nu.4.
Quod idem eſt etiam in emphyteuſi bonorum coronæ Regni.ibid.num.5.
Quod intellige, & declara, vt ibid.
Item ampliatur etiam, ſi quis ab inteſtato decedat. ibid. nume.6.
Fallit tamen, vt nu.7
Notarij conficientes inſtrumenta contractus vſurarij, quibus caſibus ad reſtitutionem teneantur. diſp.331.num.6
Idem de teſtibus dicendum.nu.7.
Notarij, & alij miniſtri publici, conficientes iſtrumenta renunciationis non numeratæ pecuniæ, qua pæna puniantur de iure Luſitano.diſp.302.nu.8.
Notarius de mãdato ordinarij poteſt ſtipulari reſtitutionẽ vſurarum, nomine eorũ, quib. eſt reſtitutio faciẽda: ſecus autem ſine ordinarij mandato, ex cõmuni.diſp.334.n.12
Nouatio an per delegationem facta cenſeatur, etiam ſi non exprimatur id fieri animo nouandi.diſp.559.num.8.
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.nu.9
Item an cenſeatur facta per pene appoſitionem, ſeu pactum aliud penale.ibid.num.10.
Et quid in caſibus, vbi ius nouum repugnat veteri, an ſaltem ope exceptionis cenſeatur facta. ibid.num. 11
Nouatio debiti priorem extinguit obligationẽ pignoris, vel hypothecæ, niſi de ea fiat expreſſa mẽtio. diſp.537.nu.17
Nouatio quando, & quibus modis fiant.diſp.559.num.2
Et quando, & quibus caſibus cenſeatur facta, vel nõ.ibi. nu.4.12.13.& 14
Nouatio vnde dicta, & quid ſit.diſp.559.num.1.

O

OBligati plures ſi ſint ad aliquod indiuiduũ, vnuſquiſq; eorum tenetur in ſolidum, diſput.542.num.4.
Obligatio ad antidora vnde.diſp.308.num.2
Obligatio ad mutuum in futurum eſt pretio æſtimabilis, & ob id vſura, ex communiori. diſp.308.num. 7.

Obli-

Obligatio,an,& quando ſoluatur etiam in conſcientiæ foro per ſententiam.diſp.561.nu.3
Obligatio ciuilis an oriatur de iure Caſtellæ ex nuda promiſſione,antequam acceptetur.diſp.263.nu.9
Obligatio ciuilis tantum ex confeſſione mutui ſub ſpe futuræ munerationis oritur.diſp.302.nu.18
Obligatio,& actio negociorum geſtorum tam directa,quã contraria,ex quibus oriatur.diſp.553.nu.3.10.& 11
Obligatio communis pluribus pro indiuiſo, quibus modis dicatur. diſp.54.nu.1
Obligatio ex fide latius,quam obligatio ex iuſtitia. diſput. 262.num.
Obligatio ex iuſtitia duplex,naturalis tantum,naturalis,& ciuilis ſimul.diſp.252.nu.5
Obligatio ex virtute fidei,in quo differat ab obligatione ad verum dicendum.diſp.262.nu.7
Obligatio naturalis in foro conſcientiæ oritur ex pacto nudo.diſp.257.nu.1
Obligatio naturalis oriens ex pacto nudo, quos effectus pariat de iure ciuili.diſp.257.nu.4
Obligatio item ſoluitur per præſcriptionem. diſp.561.nu.4
Item per debiti remiſſionem,ſi obligatio ſit naturalis,ſecus ſi ciuilis,quæ eliditur per exceptionem,ibid.nu.5
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.
Obligatio quando ſolui dicatur, ſi res debita in indiuiduo pereat ſine culpa,& mora debitoris. diſputatio.561.numero 1
Obligatio ſoluendi pro aliquo pretio æſtimabilis eſt. diſp. 319.nu.4
Obligatio ſoluitur etiam iuramento delato debitori in defectum probationis.diſp.561.nu.2
Cum declaratione,vt ibid.
Obligationes ex quaſi contractu,quæ ſint, & quid ſit quaſi contractus.diſp.153.nu.1
Obligatus ad factum,an, & quando liberetur ſoluendo intereſſe.diſp.562.nu.5
Obſequium pro mutuo præſtitum quando veniat in reſtitutionem.diſp.307.nu.1
Officia publica quouſque emi, ac vendi poſſint, & quouſque non.diſp.340.nu. 30
Onus appoſitum in mutuo quando ſit pecunia æſtimabile, & ob id vſura.diſp.309.nu. 8
Opera ſerui venditi, & pretium pro operibus illis, cui debeantur.diſp.368.nu.3
Operarius requiſitus ab aliquo vt eum comitetur,poteſt ab eo petere pretium lucri ceſſantis.diſp.315.nu.9
Opinio Bart.& communis in materia renouationis emphyteuſis faciendę per proprietarium ſucceſſori vltimi emphyteutæ,an in Luſitania ſeruetur. diſp.484.nu.12
Optio datur tertio poſſeſſori, qui rem meliorauit, vel ſoluere valore rei,quę valebat ante meliorationem, vel accipere melioramentorum valorem, & rem ipſam cedere.diſp.533.nu.5
Optio alicuius rei penes quem in dubio ſit.diſp.270.nu.6

P

PActa contra bonos mores quæ ſint. diſputatio. 379. num.4
Pacta in emphyteuſi appoſita ſeruanda ſunt. diſput. 484. num.5
Pacta in emphyteutico contractu appoſita, quando ſeruanda,& quando non.diſp.467.nu.2
Pacta legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, in quibus conueniant.diſp.378.nu.3
Pactum adiectionis in diem, quid. diſputatio. 378. numero 2
Pactum de competenti pretio ſoluendo vltra ſortem pro damno emergente licitum eſt. diſp.314.nu.4
Pactum de retrouendendo an faciat rem minus valere, ita quod emptor teneatur de pretio rei deſcendere,& quantum.diſp.375.nu.6.& 8
Pactum de retrouendendo an habeat effectum,& ſe extendat contra tertium,cui a primo emptore res fuit vendita. diſp.374.nu.10
Pactum de retrouendendo parit tantum actionem perſonalem,non autem realem.diſp. 374.nu.11
Pacti de retrouendẽdo effectus, & natura quę.d.474.nu.8
Pactum de retrouendendo in contractu appoſitum ſub hac forma,vt quandocunque venditor vellet, poſſet rem venditam redimere,nullo præfixo termino,quomodo intelligendum.diſp.374.nu.9
Pactum de retrouendendo, nulla lege prohibitum. diſput. 375.nu.2
Pactum de retrouendendo nulli contrahentium iniurioſum,nec præiudiciale ei,qui emit.diſp.375.nu.3
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitanæ.ibid.num.4
Pactum de retrouendendo quid.diſp.374.nu.1
Pactum de retrouendendo quot modis in fauorem venditoris apponatur.diſp.374.nu.3
Pactum donationis nudum ciuilem obligationem parit hodie,etiam de iure ciuili.diſp.257.nu.7
Pactum legis commiſſoriæ in contractu verbis directis appoſitum, an non exiſtente conditione diſſoluat contractum, perinde ac ſi nunquam fuerit celebratus, ita quod etiam gabella non debeatur.diſp.378.nu.9
Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus prohibitum, & irritum eſt.diſp.324.nu.3
Pactum legis commiſſorię in venditionib.quid.d.324.nu.1
Et quid in pignorib.ibid.nu.2
Pactum legis commiſſoriæ quid.diſp.378.nu.1
Pactum,ne quis teneatur de dolo,eſt ipſo iure nullum.diſp. 295.num.8
Pactum nudũ a pacto veſtito in quib.differat.diſp.255.n.5
Pactum nudum de retrouendendo in fauorem venditoris, veſtitum cohærentia contractus,parit actionem præſcriptis verbis contra emptorem, vt ſtet illi pacto. diſp.382. nume.4
Pactum nudum iuramento confirmatum parit actionem non ſolum de iure Canonico, ſed etiam ciuili. diſp.256. nu.1.& 2
Pactnm nudum quid.diſp.255.nu.2
Pactum nudum varijs modis veſtitur.diſp.255.nu.3
Pactum quid. ibid.nume.2
Pactum,quod creditor non poſſit vendere pignus ſui debitoris,quid operetur.diſp.588.nu.7
Pactum quodcunque,& quęuis conditio apponi poſſunt in contractu emptionis, & venditionis, niſi iuri, ac bonis moribus repugnent.diſp.379.nu.3
Pactum, quod debitore intra terminum non ſoluente, pignus ſit venditum iuſto pretio arbitrio boni viri, validum eſt.diſp.324.nu.4
Etiam de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ.ibid.
Pactum, quod ſi venditor intra certum tempus debitũ non ſoluerit, maneat pignus venditum pretio iuſto, ad arbitrium boni viri taxando,validum eſt. diſp. 538. nume.1
Imò etiam ſi nihil ſit dictum de pretio,intelligendum eſt ad arbitrium boni viri.ibid.
Pactum,ſeu clauſula appoſita in donatione,quod non poſſit reuocari donatio ex quacunque cauſa ingratitudinis, nihil valet,ex communi.diſp.281.nu.5
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.
Pactum,ſeu conditio appoſita in contractu cenſuali, quod debitore non ſoluente intra certum tempus, incidat in commiſſum,quo caſu valeat.diſp.381.nu.5
Pactum vnde dictum.diſp.252.nu.1
Pactum, vt emphyteuta ob non ſolutam penſionem, non incidat in commiſſum,validum eſt.diſp.453.nu.15
Idem dicendum in pacto,quod ante biennium,vel triennium non ſoluens,incidat in commiſſum.nu.16
Pactum, vt quis de caſu fortuito teneatur, an omnes caſus comprehendit.diſp.494.nu.8
Pactum, vt ſocietas nunquam diſſolui poſſit, nullum eſt. diſp.414.nu.15
Pactum, vt ſocietas tranſeat ad hæredes, eſt nullum. diſp. 414.nu.4

Decla-

Declara tamen,vt num.ſeq.
Paraphernalia bona quæ,& vnde dicta.diſp.430.nu.1
Paraphernalibus bonis quænam bona connumerari etiam poſſunt.diſp.430.nu.3
Paria ſunt deſtruere domos, & arbores præſcindere. diſp. 457.nu.4
Parochus quoad vſurarum tantum reſtitutionis vtilem acquirit actionem.diſp.264.nu.13
Partitio bonorum quomodo facienda inter virum & vxorem,aut eorum hæredes.diſp.441.nu.7
Partus, aut fructus quando venduntur, dicitur venditio conditionalis,ſi naſcantur,aut percipiantur.diſput.340. num.18
Pater an teneatur ſolum de dolo,& lata culpa malæ adminiſtrationis bonorum filij.diſp.535.nu.12
Pater compelli poteſt tradere filiam nuptui, ſi ſit vltra 25. annum,& eam de bonis proprijs dotare.diſp.424.nu.1
Pater etiam in emphyteuſi,& feudo ex pacto,& prouidentia, poteſt præiudicare filijs, incidendo in commiſſum. diſp.478.nu.11
Pater,& mater ſimul ſi promittunt dotem filiæ, aut donationem propter nuptias filio faciant, vnuſquiſque eorum tenetur pro medietate etiam de iure Caſtellæ. diſp. 424. num.10
Imò etiã valere promiſſionem de bonis dotalib.ibi.n.21
Et quid de iure Luſitano,nu.12
Pater in emphyteuſi, vel feudo hæreditarijs mixtè, poteſt in præiudicium filiorum diſponere, cum conſenſu proprietarij,vbi neceſſario requiritur.diſp.478.nu.6
Quod idem in emphyteuſi,vel feudo,ex pacto, & prouidentia. ibid.nu.9
Limitatur tamen,vt nu.7
Item limitatur ſi alienatio per eum fieret titulo gratuito, quatenus inofficioſe feciſſet.diſp.478.nu.8
Pater in emphyteuſi,vel feudo hereditarijs ſimpliciter,poteſt filijs præiudicare. diſp.478.nu.1
Fallit in titulo lucratiuo,ſi inofficioſe id faciat.ibid.
Fallit etiam in emphyteuſi,vel feudo,ex pacto,& prouidentia.ibid.nu.2
Quam limitationẽ declara, & intellige,vt n.5.ad plenũ.
Pater promittens filiæ cenſetur de bonis proprij promittere,non autem filiæ.diſp.424.nu.4
Idem in donatione propter nuptias facta filio.ibid.
Declara,& intellige,vt nu.5
Et quid in Regno Caſtellæ.ibid.nu.8
Item fallit in matre, & alijs, qui non habent filios in poteſtate.diſp.424.nu.6
Pecunia ad quid introducta.diſp.336.nu.2
Pecunia attendatur ſecundum eius valorem, niſi aliud actum ſit.diſp.322.nu.2
Pecunia cum pacto, vt totum eius ſit periculum, qui ponit operas,quot modis dari poteſt.diſp.417.nu.7
Pecunia debita in certa materia,& forma,regulanda eſt ad eius valorem currẽtem,niſi aliud actum ſit.diſp.312.n.5
Pecunia in vno loco, cum onere totidem in alio exigendi, quando incrementu m recipiat.diſp.404.nu.4
Pecunia mutuo ſimpliciter data, cenſetur quoad valorem, non autem quoad ſpeciem data.diſp.312.nu.13
Pecunia plus valoris duobus modis habere poteſt in vno loco quam in alio.diſp.406.nu.1
Pecunia quando licitum ſit augeri,etiam ſi eius valor ſit publica auctoritate taxatus.diſp.401.nu.4
Pecunia,quæ ſubeſt mercatoris induſtriæ,plus valet,quam ſi eſſet in manu alterius.diſp.315.nu.7
Pecunia tradita ad negotiandum, cum periculo eius, qui eã ſumit,quot modis reddat contractum iniuſtum,cum onere reſtituendi incrementum.diſp.417.nu.9
Pecunia vnius loci commutanda pro pecunia in alio, quomodo ſe habeat ad inſtar mercis.diſp.406.nu.3
Pecuniam mutuans cum onere, vt rarior, & melior in hominum æſtimatione reddatur,quando vſuram committat,& quando non.diſp.312.nu.6
Pecunię commutatio in maiori,vel minori quantitate,quando licita. diſput. 410. nume. 3
Pecuniæ commutatio quando ſit ad æqualitatem,& quando non,cum pecunia,quæ in vno loco minus valet, comparatione pecuniarum in ære minutarum, commutatur pro alia ſimili reddenda, in loco, vbi comparatione pecuniarum ærearum plus valeat.diſp.407.nu.1
Et quid praxi,& conſuetudine.ibid.nu.3
Pecuniæ incrementum,vel decrementum in mutuo, attenditur tempore tranſlationis dominij in mutuatarium. diſp.312.nu.4
Pecuniæ neceſſitas, & abundantia facit augere, & diminuere valorem illius.diſp.406.nu.2
Pecunię tranſportatio de loco ad locum in commodũ eius qui cambium petit,eſt pretio ęſtimabilis.diſp.403.nu.5
Pecunię valor publica auctoritate taxatus,ratione lucri ceſſante,poteſt aliquod incrementum pati.diſp.401.nu.1
Pecuniæ valor ſoluendus eſt, qui tempore contractus aut legis currebat, niſi actum ſit, vt in ſpecie reddatur. diſp. 312.num.1
Pęna appoſita non ſtanti alicui contractui, quomodo apponi ſoleat.diſp.559.nu.15
Pęna c.1.de vſur.lib.6.contra quoſcunque locantes domos vſurarijs, vt vſuras in illis exerceant.diſp.334.nu.20
Pęna, Clem. 1. de ſepul.& cap. quamquam.de vſur.lib.6. contra vſurarıbus.diſp.334.nu.8
Pęna de vſuris contra quoſcunque ſtatuta facientes clemẽ. vnicæ quibus permittantur vſuræ.diſp.334.nu.21
Pęna contra clericos negotiatorum exercentes, quotuplex ſit.diſp.342.nu.2
Et quid de iure Luſitano,& Caſtellæ.ibid.nu.3
Pęna contra vſurarios ſtatuta in regno Hiſpaniarum, quæ ſit,& quæ de iure Luſitano.diſp.334.nu.4
Pęna conuentionalis in quo differat a legali, & iudiciali. diſp.317.nu.3
Pęna excommunicationis latæ ſententiæ ſtatuta à Leone Decimo, contra eos,qui diſputat, aut prædicant contra montes pietatis.diſp.325.nu.3
Pęna infamię,contra vſurarios de iure ciuili communi ſtatuta,an hodie locum habeat etiam in exercentes vſuras, iure illo permiſſas.diſp.334.nu.2
Pęna infamię de iure ciuili communis ſtatuta, extenditur de iure Caſtellæ ad omnes vſurarios.diſp.334.nu.3
Pęna Lateranenſis Concilij contra vſurarios ſtatuta. diſp. 334.nu.7
Pęna moderata ſtatui poteſt mutuatario,ſi in termino pręfixo non ſoluerit.diſp.317.nu.4
Pęna pecuniaria in pęnam corporis quibus caſibus conuertenda.diſp 572.nu.16
Pęna, qua punitur conductor, commodatarius, depoſitarius,& alij ſimiles non reſtituentes res alienas, vt locum habeat,quid requiratur.diſp.498.nu.3
Et an talis pęna tranſeat ad eorum hæredes,ibid.nu.4
Pęna quotuplex.diſp.317.nu.1
Pęna,vt licitè in contractu mutui ſtatui,& exigi poſſit, quæ conditiones obſeruandæ.diſp.317.nu.5
Pęnas poſſunt contrahentes ſtatuere, & ſe ad illas obligare.diſp.317.num.2
Pęnæ contra ludentes, & eos acceptantes in domibus ſtatutæ de iure Luſitano.diſp.512.nu.6
Pęnitentia de iure Caſtellæ non admittitur a contractu innominato.diſp.258.nu.5
Pęnitentia locum habet in pollicitatione,quando reuocata non eſt.diſp.258.num.7
Pęnitentia non habet locum, etiam de iure ciuili, in contractu innominato, dum illi ex vtraque parte eſt ſatisfactum,ex communi.diſp.258.nu.1
Pęnitentiæ eſt locus in contractu etiam ſtipulatione firmato,vbi altera partium ex parte ſua non vult implere contractum.diſp.258.num.2
Pęnitentiæ non eſt locus in contractib. nominatis, & alijs, qui eis æquiparantur.diſp.258.nu.6
Pęnitentiæ non eſt locus in contractu innominato, ſi alter contrahentium velit ſtare contractui.diſput.258.num.4

Pęniten-

Pęnitentię quando ſit locus in contractu innominato tam ex parte implentis, quam non implentis, & quando non. diſp.256.nu.3
Penſio an augenda ſit propter inſolitum augmentum fructuum, vbi late. diſp.495.nu.15
Penſio conductori quibus caſibus ob ſterilitatem non remittatur. diſp.495.nu.6.7.8.9.11.& 14
Penſio determinata in emphyteuſi conſtitui debet, ad validitatem contractus. diſp.451.num.1
Penſio emphyteuſis non remittitur ob infortunium, aut ſterilitatem in fructibus obuenientem. diſp.454.nu.9
Limitatur, niſi ſterilitas ſit tanta, quę fructus tollat omnino. ibid.nu.11
Hanc tamen limitationem declara, vt nu.12
Penſio in contractu emphyteutico in omni re conſtitui poteſt. diſp.451.num.4
Et quid in Luſitania ſeruatur. ibi.nu.5
Item conſtitui poteſt in quantitate certa, vel quota fructuum. ibid.nu.6
Penſio in contractu emphyteutico quanta eſſe requiratur, vt differat a locatione. diſp.451.nu.2
Penſio iuſta, quæ ſit cenſenda. diſp.452.nu.3
Penſio quibus temporibus ſoluenda. diſp.451.num.7
Penſio, reditus canon, & cenſus conueniunt emphyteutico contractui, pro eodemque accipiuntur. diſp.451.num.1
Penſio, reditus, & cenſus duobus modis accipitur. diſputat. 383.nu.3
Penſio rei locatæ quo tempore ſoluenda. diſp.497.nu.1
Penſio rei venditæ quæ antea erat locata, quando ad venditore, & quando ad emptorem pertineat. diſp.368.nu.5
Et quid ſi emptor erat fiſcus. ibid.nu.6.
Penſio ſoluenda in fructibus debet ſolui poſt fluctus collectos, niſi aliud etiam ſit. diſput.497.nu.2
Periculum dotis promiſſæ, & per negligentiam mariti non exactæ quouſque ad maritum ſpectet. diſp.427.nu.1
Periculum, & commodum rerum dotalium, quomodo ſpectet, ad vxorem. diſp.427.nu.4.7.& 18
Periculum rei dotalis æſtimatæ, & ante matrimonium ſubſequutum peremptæ, ad ſolam vxorem pertinet. diſput. 426.nu.11
Periculum rei venditæ ad menſuram, quando ad ſolum venditorem pertineat. diſp.366.nu.15
Periculum rei venditæ quando ad venditorem, & quando ad emptorem ſpectat. diſp.366.nu.8
Periculum rei venditæ, quando contractus eſt conditionalis, ad quem ſpectet. diſp.379.nu.5
Periculum rei venditæ quibus caſibus ad ſolum pertineat venditorem. diſp.266.nu.13
Permutatio an cenſeatur, vt debeatur gabella, quando datur indiuiduum aliquod vnius ſpeciei pro alio eiuſdem ſpeciei ſimili, etiam in valore. diſp.397.nu.9
Permutatio de numero eſt contractuum, qui opere, & facto perficiuntur, non autem conſenſu, aut ſtipulatione. diſp.397.nu.4
Permutatio ex contractus innominatus. diſp.253.nu.10
Permutatio propriè quid. diſp.366.nu.3
Permutatio propriè, ſimilis eſt emptioni, & venditioni. diſput.396.nu.5
Permutatio quãdo ex donatione cenſeatur. diſp.397.nu.15
Permutatio quo caſu fieri poſſit cum re minori pretio quã valeat. diſp.404.nu.3
Permutari res poſſunt, dum non exiſtant, in tempus quo exiſtent. diſp.396.nu...
Permutationis contractus antiquius emptione, & venditione. diſp.336.nu.1
Perſona libera in pignus dari non poteſt conſtituendo in illa ius reale, ita vt vendi, aut in ſeruitutem redigi ob debitum poſſit. diſp.387.nu.5
Perſonæ prohibitæ emere ius emphyteuticum, quæ ſint. diſput.459.nu.6
Pietatis mons an licitè poſſit aliquid accipere vltra ſortem. diſp.325.nu.2
Pietatis mons quid, & quæ leges illius. diſp.322.nu.1
Pignori, aut hypothecæ res ſubiecta ſi mutetur, remanet ſimiliter obligata. diſp.553.nu.4
Pignori, aut hypothecæ ſubijciens rem ſuam pro alio, an cogere poſſit debitorem, vt eam rem ab eo onere liberet. diſp.537.nu.20
Pignori domus ſubiecta ſi corruat, aut exuretur, fundus remanet obligatus. diſp.533.nu.1
Idem in vinea, & oliueto dicendum. ibid.nu.2
Idem in fundo alluuione deſtructo, cuius aliqua pars remaneat. ibid.nu.3
Pignori & hypothecę etiam obligari poſſunt iura, & actiones, & omnia incorporalia, quemadmodum corporalia. diſp.529.nu.9
Idem dicendum in nominibus debitorum. ibid.nu.10
Idem quoque in vſufructu. ibid.nu.11
Item in emphyteuſi. ibid.nu.12
Et quid in ſeruitutibus. nu.13
Idem in iuriſdictione, & iurepatronatus, & nu.14. & 15
Pignori, & hypothecæ res ſubijcere qui poſſint. diſp. 529. num.16
Pignori, & hypothecæ ſubijci non poſſunt, quæ vendi, vel alienari non poſſunt. diſp.530.nu.1
Pignori, & hypothecæ ſubijci poteſt ius, quod quis habet in re. diſp.529.nu.17
Pignori habens rem alienam obligatam, quando poſſit agere contraria pignoratitia actione, aduerſus eum, qui illam obligauit. diſp.529.nu.4
Pignori rem tradens manet in poſſeſſione ciuili eius rei naturali apud creditorem manente. diſp.534.nu.3
Pignori res aliena quouſque dari poſſit. diſp.529.nu.3
Pignori res ſacræ quando obligari poſſunt. diſp.350.nu.2
Idem de iure patronatus dicendum. ibid.nu.3
Et quid de rebus publicis, & libero homine. ibidem. nume.5.& 6
Pignori re vni obligata, quando poſſit alteri eadem ſubijcis. diſp.572.nu.3
Pignori ſcripturam, vel inſtrumentum tradens, cenſetur, id obligaſſe quod in eis continetur, non tamen res tradita cenſetur. diſp.534.nu.1.& 2
Pignori ſubijci poſſunt etiam res in ſpe. diſp.529.nu.1
Pignoris ac hypothecæ obligatio quot modis tollatur. diſput.357.nu.1
Pignoris fructus percepti per creditorẽ, cõputantur in debitum, & neceſſarius, aut vtiles expenſas. diſp.535. nu.3
Et quid de fructibus quos percipere poſſit, & non percepit. ibid.nu.7
Piſcator vendẽs iactum retis, ſi noluerit iacere rete, tenetur ad æſtimationem prout erat in ſpe. diſp.440.nu.20
Piſtores detrahendo de panibus certi ponderis publica auctoritate ſtatuti pro certo pretio, quantum ſit pro ſatisfactione eorum mercedis, non peccant. diſp.353.nu.24
Pignus conuentionale quid & prætorium, & quid iudiciale. diſp.528.nu.10
Et quid inter ſe differant & ab hypotheca. ibid.num.11
Pignus conuentionale, quo ordine, & intra quantũ tempus vendi poteſt, qñ nullum adeſt pactum. diſp.538.nu.16
Pignus eccleſiaſticum, quando, & quo ordine vendi poteſt a creditore. diſp.538.nu.27
Pignus, & hypotheca in quo differant. diſp.464.nu.3
Pignus, & hypotheca latè quid, & quid præeſſe. diſp. 528. nu.3.& 5
Pignus, & hypotheca pręſtari poteſt, & habet locum in omni contractu, & obligatione. diſp.532.nu.1
Item pro toto debito, & parte etiam pro naturali tantum obligatione, & etiam debito alieno. ibid.
Pignus, & hypotheca ſuſpenſa intelligitur, donec ſit impleta conditio. diſp. 532.nu.2
Pignus iudiciale poteſt vendi poſt quatuor menſes, elapſos die vltimæ ſententiæ latæ. diſp.538.nu.10
Pignus iudiciale quid. diſp.538.nu.9
Pignus iudiciale, ſi emptor non inueniatur ad iudicandum, eſt victor pro iuſto pretio, arbitrio boni viri. diſput. 538. num.14

Pignus non cenſetur per ſolam ſcientiam, præſentiam ac taciturnitatem remiſſum, quando res pignori ſubiecta alienatur.diſp. 537.nu.7
Fallit in multis caſibus.diſp. 537.nu.8
Pignus ſi pereat, vel deterius ſit redditum, de quo creditor teneatur.diſp.535.nu.14
Et quid de pignore prætorio,& iudiciale.nu.15
Pignus vnde dictum.diſp.528.nu.1
Poſſeſſio naturalis rei emphyteuticæ, vna cum quaſi poſſeſſione dominij vtilis, tranſit in ſecundum emphyteutam, adeo quod proprietarius dicitur per eum naturaliter poſſidere.diſp.471.nu.7
Poſſeſſio ſola voluntate non poſſidendi amittitur. diſput. 266.nu.6.quinimo,& dominium quando poſſeſſio ſimul relinquitur.ibid.
Poſſeſſor bonę fidei hęreditatis alicuius, ſoluens creditoribus defuncti,quando repetere poſſit.diſp.569.nu.3
Poſſeſſor bonæfidei quas expenſas recuperat, & quas non: idem in malæfidei poſſeſſore.diſp.463.nu.13
Poſſeſſori bonęfidei ad recuperandas expenſas in re aliena factas,quæ actio competat.diſp.463.nu.12
Poteſtas legitimandi cōceſſa a ſummo Pontifice legato,aut Comiti Palatino, non intelligitur ad ſuccedendum in maioratu,feudo, aut emphyteuſi eccleſiaſtica, niſi ad id expreſſe ſit conceſſa.diſp.475.nu.16
Declara tamen,& intellige,vt nu.17
Poteſtati alterius ſubiecti, vſque ad quam ſummam donare,vel promittere poſſint.diſp.274.nu.2
Praxis quæ ſeruanda in foro conſcientiæ, circa contractus dolo inuitas.diſp.352.nu.18
Precariarum contractus licitus iure canonico, & ciuili. diſput.388.nu.3
Precarię ad quid de quinquennio in quinquennium innouentur.diſp.298.nu.15
Precarię quid ſint,& quot modis fiant. d.298.nu.13.& 14
Precario ad certū tempus aliqui concedi pōt. diſp. 298.n.3
Precario aliquid concedi non pōt cū pacto, vt non repetatᷓ, niſi finito toto tēpore,pro quo conceditur. diſp. 298.n.4
Precario concedi poſſunt ſeruitutes ex iura.diſp.298.nu.6
Precario rem accipiens dicitur illam naturaliter poſſidere, ſecus tamen in commodatario.diſp.298.nu.5
Precario rem commodatam pretioſiorem accipiens,quando cum ea compenſare poſſit rem ſuam viliorem.diſput. 296.nu.4
Precario rem habens tenetur ſolum de dolo, & lata culpa. diſp.298.nu.7
Precarium quid.diſp.294.nu.5
Precarium quid,& in quo differat a commodato.diſp.298. nume.1
Precarium quot modis finitur.diſp.298.nu.8
Precarium ſtatim reuocari non poteſt, niſi ex aliqua rationabili cauſa.diſp.298.nu.2
Precarium vt cenſeatur reuocatum, quibus caſibus ſit reb. contrarius neceſſarius,& quibus non.diſp.298.nu.9
Præceptum iudicis de non ſoluendo, eſt loco ſequeſtri. diſput.522.nu.4
Prædium cōſtante matrimonio per alterum coniugum propria pecunia emptum cuius efficiatur. diſp.433.nu.8
Prædium per maritum retractum iure ſanguinis conſtante matrimonio an pro dimidio ad vxorem ſpectet, an vero dimidium pretij.diſp.433.nu.6
Prælati præſtant iuramentum coram ſummo Pontifice,de non alienandis reb.eccleſiæ.diſp.468.nu.8
Prælationis priuilegium an ſit perſonale tantum, an verò tacitam in ſe habeat hypothecam.diſp.438.nu.7
Prælationis priuilegium, cui magis competat in eadem re, ex plurib.illud habentib.ibid.nu.11
Prælatus, an ſine ſolemnitate, & conſenſu capituli poſſint repudiare legatum,eccleſiæ factum,adeo quod non incidat in pœnam.diſp.468.nu.11
Pręlatus,& beneficiarius,an teneantur ſtare locationibus, de rebus eccleſiaſticis factis per eorum prædeceſſores. diſp.492.nu.6
Pręlatus iurans non alienare bona eccleſiaſtica,incōſulto. Romano Pontifice, an periurus ſit locando ad longum tempus.diſp.466.nu.6
Pretia rerum ex quibus metienda.diſp.348.nu.7
Pretij diminutio,quę fit ex pacto de retrouendendo,de quo pretio iuſto ſit intelligenda.diſp.375.nu.9
Pretij taxati quæcunque tranſgreſſio contra iuſtitiam eſt. diſp.364.nu.2
Pretij taxati tranſgreſſor incidit in culpam lethalem. diſp. 364.nu.3
Pretij taxati incrementū reſtitutioni obnoxiū. d. 364.nu.4
Pretio æſtimabilia ſunt periculum amittendi capitale,qualitas loci,& perſonæ timor expenſarum,& laboris in debito recuperando.diſp.356.nu.2
Pretium alienationis per virum ſine conſenſu vxoris factę, de quibus bonis reſtituendum.diſp.422.nu.10
Pretiū augentes,& minuentes circunſtantiæ. diſp. 348.n.3
Pretium commune pecuniæ quomodo iuſtum iudicandum in diuerſis locis.diſput.410.nu.7
Pretium in locatione tam propria, quam impropria, quid eſſe poſſit.diſp.486.nu.4
Pretium iuſtum campſori dandum pro cambio de loco ad locum,prudentis arbitrio taxandum relinquitur.diſput. 403.nu.6
Imò ſolet augeri,& minui,ſecundū varia accidētia.ibid.
Pretium iuſtum cenſus realis irredimibilis, quale cenſendum.diſp.385.nu.15
Pretium iuſtum cenſus realis redimibilis,quomodo taxandum.diſp.385.nu.16
Pretium iuſtum,ex quibus accreſcat.diſp.348.nu.6
Pretium iuſtum,variari,ex modo vendendi.diſp.348.nu.4
Pretium iuſtum variari non debet propter indigentiam emptoris,ſeu conditionis.diſp.348.nu.5
Pretium iuſtum non ex natura rerum, ſed ex vſu hominum perdere,& æſtimatione.diſput.348.nu.2
Pretium iuſtum rei venditæ,qui tempore attendendum.diſput.349.nu.3
Pretium iuſtum, vt dicatur, quando quis fideiuſſor exiſtit, quid attendendum.diſp.319.nu.5
Pretium lege non taxatum, duobus modis decreſcere ratione anticipatæ ſolutionis.diſp.360.nu.6
Pretium legitimum ex natura rei poſterius naturali. diſp. 347.nu.4
Pretium legitimum rerum taxare,ad publicos pertinet poteſtates,& principatus.diſp.374.nu.1
Pretium loco rei ſuccedit.diſp.327.nu.2
Pretium lucri ceſſantis quomodo taxandum. diſput. 355. num.6
Pretium naturale duplex.diſp.348.nu.1
Pretium naturale iuſtum triplex.diſp.347.nu.3
Pretium naturale quod.ibid.nu.2
Pretium ratione incrementi, vel decrementi rei venditæ ad corpus,quando debeat augeri, vel minui. diſp.367.nu 6
Pretium rei attendendum eſt tempore quo traditur res, & non tempore contractus.diſp.358.nu.2
Pretium rei ex quibus iudicandum.diſp.386.nu.5
Pretium rei iuſtum quo tempore ſpectandum. d. 360.nu.2
Pretium rei iuſtum quotuplex.diſp.247.nu. 1
Pretium ſi varietur illius rei quæ in genere, vel indefinite debetur, commodum eius, & incommodum ſpectat ad emptorem.diſp.366.nu.7
Pretium tempore abundantiæ taxatum non præſumitur tempore cariſtię perdurare.diſp.364.nu.7
Pretium,vt pro lucro ceſſante,ſine vſura,accipi poſſit, quæ conditiones attendendæ.diſp.316.nu.10
Princeps an poſſit diſpenſare, vt fęmina ſuccedat in feudo in præiudicium agnatorum.diſp 474.nu.6
Princeps peccat contra iuſtitiam, cum onere reſtituēdi dāna ſi quamprimum leges publicari non curet, quæ de diminutione pretij rerum diſponunt.diſp.354.nu 4
Princeps ſi taxat infra infimum iuſtum pretium rei, quod ex eius natura habet, peccat, & tenetur reſtituere, damna dominis rerum inde ſequuta.diſp.367.nu.7

Princeps ſupremus contrahens cum ſuo ſubdito, an, & quando obligatus ei maneat. diſp.261.nu.9
Principes, & alij vſurarios iuuantes, ad reſtitutionem tenentur. diſp.331.nu.5
Priuilegium diuiſionis, & exceptio, ſeu beneficium Epiſtolæ diui Adriani inter plures reos, & fideiuſſores quando competat, etiam contra fiſcum. diſp.543.nu.2
Priuilegium habens, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, qua cautela vti poſſit, vt etiam alius eius nomine poſſit hoc priuilegio gaudere. diſp.413.nu.17
Priuilegium prælationis quibus competat poſt vxorem, in bonis mariti. diſp.536.nu.3
Priuilegium, quo quis gaudet, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, an tranſeat ad eius hæredes. diſp.413.nu.16
Priuilegium, quod mulier in dote exigenda, omnibus anterioribus creditoribus præferatur, ad eius hæredes non tranſit. diſp.438.nu.3
Fallit in filijs aut alijs eius deſcendẽtibus. diſp.438. ibid.
Priuilegium, quod ſocius non teneatur vltra quam facere poſſit, quomodo intelligendum. diſp.413.nu.6
Procurator ad donandum, ſi donet antequam ipſe, vel donatarius ſciant reuocatum mandatum, valet donato. diſput.263.nu.5
Fallit in matrimonio. ibid.
Procuratori ad litem etiam ſi vincat, non poteſt fieri ſolutio. diſp.563.nu.9
Procurator ad litem non poteſt facere tranſactionem neque aliam remiſſionem, niſi habeat ad id ſpeciale mandatum. diſp.563.nu.10
Procurator ad negocia cui acquirat actiones directo & immediate, an ſibi, an vero domino. diſp.551.nu.
Idẽ an in eo qui per epiſtolã cõtraxit, & internuntio. ibid.
Procurator ad negocia, & ad lites quot annorum eſſe debeat. diſp.551.nu.6
Procurator ad negocia quis dicatur. diſp.551.nu.
Procurator, & internuncius in ciuilibus negotijs in quo differant in acquirendo dominio. diſp.551.nu.
Procurator et mandatarius ſeruare tenentur formam mandati; alias ſi tranſgrediantur, nullum domino afferunt præiudicium. diſp.552.nu.1
Procurator, & negociorum geſtor quando poſſit rem pignori ſubijcere, & quando non. diſp.531.nu.2
Idem in tutore, & curatore dicendum. ibid.nu.
Procurator principis, & communitatis poteſt eorum nomine ſtipulari, & promiſſionem acceptare. diſp.2.nu.14
Idem in procuratore particularis, ibid.nu.16
Procurator quando tranſigere poteſt de rebus domini. diſput.557.nu.19
Procurator reddere domino tenetur rationem adminiſtrationis, & illi iura, & actiones cedere. diſp.551.nu.
Prodigus, & mente captus ſine curatore non poſſunt neq; donare, nec eleemoſinas facere. diſp.277.nu.3
Promiſſa res quando perijt cuius periculo intelligatur perempta. diſp.269.nu.3
Promiſſio acceptata, etiam inter abſentes, per epiſtolam, aut internuncium, parit hodie ciuilem obligationem, & actionem. diſp.264.nu.1
Promiſſio acceptata, quo caſu eſt illud pactum nudum cui ex priuilegio iuris conceſſum eſt, vt obligationem ciuilem pariat. diſp.262.nu.12
Promiſſio antequam acceptetur, regulariter non parit obligationem. diſp.263.nu.1
Promiſſio antequam traditione perficiatur, ex quibus cauſis licitum ſit non impleri. diſp.272.nu.1
Promiſſio contra bonos mores quotuplex. diſp.271.
Promiſſio de aliquid ſoluendo tali anno, vel ſingulis annis, quando intelligatur in principio, aut in fine tempore facta. diſp.284.nu.9
Promiſſio de aliquo faciendo, vel ſoluendo ſine aliquo termino, & pena facta, quando obliget promittentem ad penam, & damna. diſp.564.nu.9
Promiſſio de donando facta, abſenti, vt non poſſit reuocari, quæ requirantur. diſp.264.nu.5
Promiſſio de re incerta, quando valida ſit. diſp.268. nu.1. & quid in foro conſcientiæ. ibid.nu.3.
Promiſſio de re mala ſiue ex ſe mala, ſiue quia prohibita, nulla eſt. diſp.271.nu.3
Declara tamen, vt in ea parte promiſſio valeat, quæ eſt licita, vel poſſibilis. ibid.nu.4
Promiſſio de re ſacra, aut religioſa, & publica, inualida eſt omnino. diſp.268.nu.10
Idem eſt de ea promiſſione, qua liber homo tanquam mancipium promittitur. ibid.nu.11
Etiam ſi talis res mutet ſtatum. ibid.nu.12
Declaratur tamen, vt nu. ſeq. vſque ad finem.
Promiſſio de ſoluendo debitum alienum, etiam ſi ſit pactum nudum tantum, contrahit obligationem ciuilem. diſp.270.nu.1
Idem in debito proprio ipſius promittentis. ibid.
Declara tamen. ibid.nu.2
Promiſſio de ſoluendo diſiunctiue, aut copulatiue facta, quando obliget omnes ad ſoluendum inſolidum, & quãdo pro parte. diſp.270.nu.3
Promiſſio dotis, & quædam aliæ iuris priuilegio veſtiuntur. diſp.255.nu.7
Promiſſio dotis ſi ante matrimonium præceſſit & cõſtante matrimonio ſubſecuta eſt cõfeſſio dotis receptę, an vxor in tali dote præferatur vxoribus mariti. diſp.440.nu.7
Promiſſio duarum, vel plurium rerum ſub nomine diſiunctiuo, quomodo ſit adimplenda, & cuius periculo res promiſſa pereat. diſp.270.nu.4
Declara, vt num. ſeq.
Promiſſio etiam acceptata non eſt propriè contractus. diſput.252.nu.4
Promiſſio, & ſtipulatio in diem in quo differat a legato in diem. diſp.284.nu.3
Promiſſio & ſtipulatio vt valida ſit, quid requiratur. diſp.67.nu.5
Intellige & declara. ibid.nu.6
Promiſſio facta abſenti per quas perſonas acceptari poſſit, vt fiat irreuocabilis, ex parte promittẽtis. diſp.264. nu.8
Promiſſio facta ad certum diem, cuius ſint multi eiuſdem nominis, de quo intelligatur. diſp.284.nu.7
Promiſſio facta verbis generalibus, & vrbano modo, & ad complacentiam alterius prolatis, non inducit obligationem. diſp.268.nu 4
Declara tamen, vt num. ſeq.
Promiſſio generalis promittentem non obligat, niſi ad ea, ad quæ interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet, ſe obligaturum. diſp.272.nu.3
Amplia multis modis, vt nu.6
Item multo magis intellige in foro conſcientiæ, ſub eo, num.5
Declara tamen, vt nu.7.8.9.10
Promiſſio gratuita facta præſenti, & tacenti, acceptata ab eo cenſetur, & hic non poteſt reuocari. diſp.264.nu.6
Promiſſio in diem certum parit obligationem, licet incertum ſit quando ſit futurus, & tranſit ad hæredes. diſput.284.num.2
Promiſſio interna de re licita, & iuramento etiam interno confirmata, obligat promittentem ſub mortali. diſput.266.num.7
Promiſſio liberalis acceptata, cõtractus eſt late, oririq; poteſt ex ea obligatio ex parte promittentis. diſp.252.nu.8
Promiſſio mutua ſi ex vna parte non impleatur, poteſt licitè non impleri ex altera. diſp.272.nu.11
Promiſſio nuda, antequam acceptetur, quo caſu ciuilem parat obligationem. diſp.263.nu.8
Promiſſio obligans ſolum ex honeſtate morali, ſi iuramento confirmetur, parit actionem etiam ciuili iure. diſput.262.num.9
Promiſſio obligans ſolũ ex honeſtate morali, ſi illius violatio ſit alteri pernicioſa, obligat ſub mortali. ibid.nu.10
Promiſſio, quomodo cognoſcatur a propoſito promittendi, ex verborum forma colligitur. diſp.263.nu.17
Promiſſio rei impoſſibilis ſimpliciter facta, nulla eſt, etiã ſi

ſit iuris impoſſibilitas.diſp.271.nu.1.& 2
Limita tamen,& declara multis modis.ibid.nu.2.& 4
Promiſſio rei, quæ eſt in ſpe, dicitur habere tacitam conditionem,ſi extiterit,vel percipietur,& ob id valida eſt,diſput.269.nu.1
Promiſſio, ſeu clauſula non reuocandi donationem cauſa mortis,in qua parte inſtrumenti adiungi poſſit, vt donatio irreuocabilis fuit.diſp.287.nu.6
Promiſſio, ſeu donatio acceptata per notarium ſtipulantẽ nomine abſentis, an reuocari poſſit per promittentẽ antequam ratihabitio ſequitur.diſp.264.nu.9
Et quid in Luſitania ſeruatur.ibid.nu.10
Promiſſio,ſeu ſtipulatio de facto alieno,nullius eſt valoris. diſp.268.nu.6
Limita tamen ſecus eſſe de iure Caſtellæ, & de æquitate canonica.ibid.nu.8
Item ſecus eſſe in aliquibus caſibus, de iure communi. ibi.nu.9
Promiſſio,ſeu ſtipulatio inualida eſt,quando promiſſor de re vna intellexit,et is qui petit de alia,et quare,d.270.n.7
Declara tamen nu.ſeq. & quid in foro conſcientiæ. nu.9
Idem in regno Caſtellæ dicendum. ibid.num.10
Promiſſio ſimplex ex iuſtitia non ſemper obligat ſub mortali.diſput.262.nu.11
Promiſſio,vel pactum contra bonos mores vel quæ inducit ad peccandum,nulla eſt ipſo iure.diſput.271.nu.5.plene tamen declara,vt nu.ſeq.
Promiſſionem ſimplicem non parere naturalem obligationem, antequam acceptetur, ex quo iure proueniat. diſp. 523. nu 12.& 13.
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.num.14.& 15
Promiſſionem, vt quis teneatur implere, quid ſit neceſſe. diſp.227.nu.2
Promiſſiones,aut pacta iure tantum humano nulla, iuramento confirmata,quando valeant.diſp.271.nu.8
Promiſſionis, & ſtipulationes eorum qui non habent rationis vſum,inualidæ ſunt.diſp. 267.nu.1
Idem in his, qui habent rationis vſum, ſed non ſint deliberatæ.ibid.nu.2
Promiſſiones externæ ex defectu plenè deliberationis,quare non obligent.diſp.267.nu.4
Promiſſionis acceptatio triplex.diſp.263.num.16
Promiſſionis appellatione,quando quis in præteritum, vel in futurum aliquid remittit,quid veniat. diſp.271.nu.11
Promiſſionis violatio quanda nõ ſit ex ſuo genere mortale peccatum, vt neque qui promiſit, cogi poſſit.d.262.nu.8
Promiſſionum genera duo.diſp.262.nu.2
Promittens,de iure Caſtellæ,ſi intendit ſe abſenti obligare, non poteſt promiſſionem reuocari.diſp.264.nu.18
Promittens ducere aliquam mulierem in vxorem, ſi ante matrimonium contractum illa fornicetur, non tenetur eam ducere.diſp.272.nu.4
Amplia idem eſſe, ſi ante matrimonium fieret leproſa, vel paralitica,aut aliud turpius accideret, ei ibidem n.5
Declara, vt ibid.
Promittens ſine cauſa,quando donare præſumatur. diſput. 257.nu.8
Propoſitum a promiſſione quomodo diſtinguatur. diſput. 262.nu.1
Proprietario non permittitur mutare formam rei vſufructuariæ,etiam ſi meliorem illam efficiat.diſp.457.nu.5
Proprietarius accipiens a nouo emphyteuta penſione, cenſetur conſenſiſſe in contractu, & liberaſſe primum emphyteutam a pœna commiſſi.diſp.459.nu.20
Intellige tamen,vt ibid.
Proprietarius an teneatur renouare emphyteuſim ſucceſſori vltimi emphyteutæ, intra tempus debitum petenti, etiam ſi illam alteri conceſſerit, & ſic re non integra.diſput.484.nu.7
Proprietarius,an teneatur reuocare emphyteuſim ſucceſſori vltimi emphyteutæ, propter meliorationes in re emphyteutica factas.diſp.484.nu.13
Proprietarius emens a ſecũdo emphyteuta ius emphyteuticum tenetur ſoluere primo emphyteutæ incrementum penſionis.diſput.471.nu.9
Proprietarius,emphyteuſi ad longum tempus finita non cẽſetur per eius patientiã prorogaſſe tacito cõſenſu contractũ,in forma emphyteutici contractus.diſp.498.nu.11
Idem dicendum, vt nec per annum cenſeatur facta prorogatio.ibid.nu.11
Proprietarius finita emphyteuſi,quibus perſonis, & caſib. remanere emphyteuſim teneatur.diſp.484.nu.3
Et quid in emphyteuſi eccleſiaſtica.ibid.nu.4.& 8
Intellige,vt nu.6
Contrarium tamen vide.nu.9.contra communem.
Proprietarius nõ exequens pœnam commiſſi aduerſus emphyteutam, an poterit hoc facere aduerſus eius hæredes.diſp.453.nu.19
Proprietarius petens ſibi edi inſtrumentum emphyteuſis ab emphyteuta,tenetur de calũnia iurare.diſp.459.nu.4
Proprietarius quando ſoluere teneatur melioramenta, & quando non.diſp.463.nu.16
Proprietarius quomodo non teneatur computare fructus pignoris in ſortem pro mutuo a feudatario, aut emphyteuta acceptos.diſp. 323.nu.1.& quare. nu.3
Proprietarius recipiens ab emphyteuta penſiones debitas, an cenſeatur ille remittere caducitatem.diſp.453.num.7
Prorogatio locationis ex tacito vtriuſque partis cõſenſu, locum habet etiam in prædijs communitatis, ac reipublicæ.diſp.498.nu.14
Fallit in rebus mobilibus,vel ſe mouentibus.ibid.nu.15.
Prorogatio locationis tacito cõſenſu in prędijs ruſticis,qua re cenſeatur facta per annũ,& in vrbanis ſolum quouſq; alter cõtrahentiũ diſcedere velit a contractu.d.498.n.17
Prorogatio tacita locationis quomodo intelligatur facta. diſp.495.nu.16
Proxeneta vel alius intermedius, vendens rem maiori pretio, quam ei impoſitum fuerat, an poſſit ſibi illud incrementum retinere.diſput.362 nu.1
Proxenetæ vſurariorum an,& quando ad reſtitutionem teneantur.diſp.331.nu.10
Pupillus re empta ex ſua pecunia, præfertur anteriorib. creditoribus etiam expreſſam hypothecam habentibus. diſp.7.nume.9
Pupillus pro quibus expenſis teneatur tutori actione negotiorum geſtorum.diſp.555.nu.2
Pupillus tenetur actione depoſiti, & quantum ex re depoſita locupletior fuerit effectus: imò & de dolo ſi ſit doli capax.diſp.525.nu.2

Q

Qualitas in contractu tribus modis exprimi poteſt. diſp.367.num.3

R

Ratihabitio retrotrahitur ad tempus, quo celebratus fuit contractus.diſput.337.nu.20
Recuentio quid,& quando competat.diſp.560.nu.4
Recedes locorum efficere debent, vt neceſſaria iuſto vendantur pretio.diſp.365.nu.3
Reditus omnes menſæ epiſcopalis,ac capitularis in Conchẽ ſi Epiſcopatu,in quibus conſiſtant.diſp.505.nu.1
Regalis argenteus quid, & eius valor.diſp.400.nu.13
Regula iuris,qui prior in tempore,potior in iure, quo modo intelligatur.diſp.369.nu.2
Regula,quod reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis, quo caſu habeat locum.diſp.491.nu.4
Reiplures debendi propriè qui dicantur, d iſp.542.nu.5
quomodo conueniri poſſunt a creditore.ibid.num.6
quid de iure Authenticorum.ibi.nu.7
an in regno Caſtellæ,& Luſitaniæ obſeruetur tale priuilegium,& ius Authenticorum.ibid.nu.8.& 9
Reiplures debendi,ſeu promittendi, quando inſolidũ conueniri poſſunt,& quando pro parte.diſp.542.nu.3.& 10 vſque

vſque ad finem.
Rei promittendi qui dicantur, & qui credendi.d.542.nu.2
Religioſi, quando ex eorum contractu teneantur, & quando non.diſp.261.nu.7
Religioſi, qui in monaſterijs inducunt, non poſſunt eleemoſinas facere, nec donare, niſi ex beneplacito ſuperioris ſaltem præſumpto.diſp.276.nu.7
Religioſi ſuperiores monaſterij debent facere eleemoſinas competentes.diſp.276.nu.1
Donare etiam moderate poſſunt pro ratione adminiſtrationis.ibid.nu.2
Quid autem in inferiorib.miniſtris.vide.nu.3
Religioſis annui reditus, qui beneficia eccleſiaſtica nõ ſint, an poſt Concil.Triden.poſſint concedi.diſp.276.nu.6
Religioſus beneficium habẽs, aut vſum aliquorum bonorũ quãdo poſſit eleemoſinas facere, ac donare.diſp.276.n.5
Religioſus eiectus à monaſterio, dum viuit, poteſt eleemoſinas & donationes non malas facere.diſp.276.nu.4
Quid autem in vltima voluntate.ibid.
Religioſus emiſſa profeſſione, an nominare poſſit ad emphyteuſim, & quando.diſp.482.nu.2
Remedium l.2.C.de reſcind. vend. quando competat conductori prædij.diſp.495.nu.3
Remiſſio debito inter donationes connumeratur. diſput. 278.nu.18
Remiſſio debiti vltra quingentos ſolidos, vel vltra ſummam in Luſitania conſtitutam, inualida eſt ſine inſinuatione, ex communi.diſp.278.nu.17
Intellige, & declara, vt nu.19.20
Remiſſio doli, vel furti, quando valida ſit.diſp.271.nu.7
Declara, vt nu.10
Renunciare quis poteſt ijs, quæ in eius fauorem introducta ſunt.diſp. 540.nu.10.
Renunciatio exceptioni non numeratæ dotis, facta à marito, qua renunciat lucra ex bonis vtriuſque an ſtatim valida ſit.diſp.289.nu.17
Renunciatio iuri de futuro, quod pendet ab acceptatione, non eget inſinuatione.diſp.279.nu.3
Renunciatio lucris communibus facta per alterum coniugẽ, an valida ſit, ſi renũciãs habeat creditores.d.435.n.6
Renunciatio lucris futuris facta conſtante matrimonio in fauorem alterius coniugis, comprehenditur ſub donatione inter virum, & vxorem ſicut eſt de iam acquiſitis. diſp.435.nu.2
Renunciatio lucris futuris facta per vxorem, vel mirum ante celebratum matrimonium, valida eſt ſiue ſit facta in toto ſiue in parte.diſp.435.nu.1
Renunciatio non numeratæ pecuniæ, vt ſit valida, an ſatis ſit fieri in eodem inſtrumento confeſſionis mutui, an vero aliud requiratur inſtrumentum.diſp.302.nu.7
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitano, & qua pęna notarij & miniſtri publici puniuntur.ibid.nu.8
Reorũ vnus debẽdi totũ debitum ſoluens, ſi ei non ſint ceſſę actiones a creditore, poteſt in ſubſidium agere actione negociorum geſtorum aduerſus correos. diſp.544.nu. 6
Reſciſſio quandoque datur ad reuocandum factam. diſp. 353.num.6
Reſolutio contractus quando in voluntatem emptoris confertur fructus medio tempore percepti ad quem ſpectãt. diſput.377.num.3
Reſolutio contractus venditionis poteſt in voluntatem conferri tam emptoris, quam venditoris. diſp.377.num.2
Reſolutio in foro conſcientiæ, eo caſu quando res empta fuit diminuto pretio, cum pacto, de retrouendendo, quomodo ſit facienda.diſp.375.nu.10
Reſtitutio in integrum an concedatur minori aduerſus venditionem perfectam, vbi alios poſtea inuenitur emptor, qui plus pretij afferat.diſp.575.nu.5
Reſtitutio in integrum coram quo iudice peti poſſit, an loci contractus, an vero domicilij. diſp. 573.num.24
Reſtitutio in integrum minori quibus caſibus concedatur. diſp 573.num.9.& 17
Reſtitutio in integrum non datur ex contractu vel quaſi nullo, ſed agitur de nullitate ipſius.diſp.573.num.6
Reſtitutio in integrum quid.diſput.573.nu.1
Reſtitutio rei plena, intelligitur cum fructibus ex reſtituenda perceptis.diſp.371.num.14
Reſtitutionem in integrum ſolus pater petere poteſt ſine mandato, non alij conſanguinei.diſp.573.nu.28
Reſtitutionis in integrum beneficium conceditur minoribus etiam quadriennio poſt vigeſimum quintum annum completum.diſp.573.num.3
Reſtitutionis beneficium competens minori, non prodeſt maiori, ſi res, de qua agitur, ſit diuidua, licet pro indiuiſo ad vtrumque ſpectet.diſp.573.nu.31
Sed quid ſi res eſt indiuidua, vt ſeruitus.ibi.nu.32
Retractui an ſit locus, proximiori conſanguineo alienantis prædium cenſuale, & quando.diſp.372.nu.7
Retractus an locum habeat ſi res patrimonialis detur riſolutum pro aliquo debito.diſput.370.num.18
Retractus, etiam habet locum contra terminum ſtatutum, quando patrimoniale prædium credito venditur, ſed retrahens non tenetur ſoluere pretium, niſi in termino emptori conceſſo.diſp.370.nu.19
Retractus, & ius prælationis differunt.diſp.371.nu.2
Retractus iure ſanguinis, ſi concurrat cũ iure cõmunitatis, proprietario, & ſuperficiario, quis pręferẽdus.d.371.n.3
Et quid in emphyteuta, & feudatario.ibid.nu.4
Retractus ius an concedatur perſonis aliquo reſpectu emere prohibitis.diſput.370.num.11
Retractus vis an habeat extraneus hęres, loco defuncti, cui competebat.diſput.370.nu.7
Retractus ius conceditur etiam ad contractum cenſualem mixtum, & emphyteuſi.diſp.372.nu.3
Retractus ius non conceditur conſanguineis cenſum communem vendentis.diſp.372.nu.5
Retractus ius pro parte an competat in eodem gradu propinquo.diſp. 370.nu.13
Retractus quid, & quib.contractib.locũ hẽat.diſp.370.n.1
Retractus vt concedatur de iure Caſtellæ.diſp.370.nu.2
Retractus, vt concedatur, quid neceſſario requiratur. diſp. 370.num.3
Retrahens an teneatur rem retractam iterum venditori dare eam redimere volenti.diſp.370.nu.26
Retrahens, & venditor ſi concurrant ad redimendum quis præferendus.diſp.370.nu.25
Retraheres poteſt retrahere offerendo pretium ſub eadem conditione, ſub qua ſui facta venditio.diſp.370.nu.24
Retrahenti tempus ad retrahendum conceſſum, quando incipiat currere in venditione ſub conditione in futurum pendente.diſp.370.nu.23
Retrahenti tempus conceſſum ad retrahendum, an computandum ſit de momento ad momentum, vel quomodo.diſp.372.nu.22
Retrahenti tempus conceſſum ad retrahendum, an incipiat à tempore venditionis, an vero à tempore traditionis.diſp.370.nu.20
Retrahenti tempus conceſſum ad retrahendum an ſimiliter habeat locum in venditione facta ad publicam ſubhaſtationem.diſp.370.nu.27
Et quid de iure communi diſpoſitum, & Luſitano ſeruatur.ibidem.
Reus promittens ſe certo quadam tempore ſiſtere in iudicio, quando excludatur a purgatione morę.diſp.547.n.4
Et quid de iure Caſtellæ.
Rex ſi habeat in feudum regnũ, in parte dicitur proprietarius, & in parte feudatarius, diuerſis reſpectib.d.471.n.3

S

SAcrilegium lethale eſt, res ad ſacrum locum aſportare, & ibidem vendere.diſp.344.nu.2
Sartorum aſtutiæ, & ſagacitates, qui emunt pannos, vt veſtes alicui conficiant, quomodo explicandæ & diluende. diſp.363.num.3
Scriptum, quando eſt de ſubſtantia contractus, ſi ſit

e casu

caſu amiſſa vel ſine culpa,et dolo eius,cuius intereſt teſtes poſſunt adhiberi ad fidem faciendam de ea. d.448.nu.1
Scriptura ſi malitia,& dolo deperdita ſit, duo teſtes, qualeſcunque ſint, ſufficiunt ad probandum, quid in ea contineretur.diſp.448.nu.8
Scutum quid.& cuius valoris,etiam in Caſtellæ regno. diſput.400.nu.11.& 12
Selibra auri,quæ & cuius ponderis.diſp.400.nu.1
Senſus nouus,& intellectus.l.60. Taur. tit. 9. lib. 5. nouæ collectio.diſp.435.nu.4
Sententia criminalis, quæ trãſit in rẽ iudicatam, retractari nõ poteſt per nouas probationes,ſed recurrendum eſt ad principẽ pro eius moderatione,vel reſciſſione.d. 568.n.5
Idemque in ſententia ciuili, etiam ſi eſſent liquidiſſimæ probationes, ſed venit reſcindenda per beneficium reſtitutionis in integrum.ibid.nu.6
Sententia lata ſuper ijs,quę in aliquo teſtamento non viſo, continentur, an ſit nulla, ſi viſo teſtamento eſſet in contrarium iudicandum.diſp.557.nu.13
Sententiæ exequutio circa rem tradendum impediri non debet longo tempore litibus in meliorationibus liquidandis.diſp.463.nu.18
Separatio inter coniuges quoad torum, & habitationem fienda, ob nimiam viri ſæuitiam.diſp.341.nu.2
Sequeſtratarius nõ debet reddere depoſitum, antequam lis finiatur,& conſtet cui res ſit reddenda. diſp.526.nu.6
Sequeſtrum quomodo concedatur.diſp.522.nu.3
Sequeſtrum quid.diſp.522.nu.2
Serui quando ex eorum contractu obligentur, & quando non. diſp.261.nu.8
Seruitutes acquiſitæ per emphyteutam,aut vaſallum, pertinent ad proprietarium.diſp.462.nu.2
Secus autem ſi ſint acquiſitæ titulo oneroſo.d.462.num.3
Seruitutes reales locari non poſſunt, ſecus de perſonalibus. diſp.489.nu.5
Seruus pœnæ in Caſtellę,ac Luſitanię Regnis poteſt ad emphyteuſim nominare, etiam ſi damnatus ſit ad mortem naturalem.diſp.481.nu.1
Sylua ſubiecta,pignori, etiã ligna eius inciſa ſubiecta ſunt: niſi ad opus aliquod ſint poſita.diſp.533.nu.6
Socer matrimonio conſtante non tenetur ad ſolutionem dotis niſi inquantum facere poteſt, ſecus ſoluto matrimonio per mortem vxoris.diſp.425.nu.8
Fallit in hæredibus eiuſdem ſoceri.nu. 9
Item fallit in alijs perſonis dotantib. qui non ſint deſcẽdentis vxoris per lineam maſculinam.diſp.425.nu.10
Socer ſi in fraudem creditorum alienat dotem,inſcio genero,non datur actio aduerſus generum, ſed aduerſus filiã poſt mortem mariti:niſi liberi ſuperſint.diſp.328.nu.3
Idem in donatione ad nuptias facta filio.ibid.nu.4
Societas abſolutè contracta latè intelligenda. diſp.412.n.6
Societas ad lucrum ſimpliciter contractus, intelligitur de æquali,& æqualiter diuidendo.diſp.415.nu.4
Societas ad negociationem,& lucrum; an iuſta vel iniuſta ſit,quib. regulis cognoſci poteſt.diſp.415.nu.2
Societas ad negociationem,& lucrum, quot modis contrahatur.diſp.415.nu.1
Societas an poſſit iniri cum alijs, per eum, qui operas tantum apponit.diſp.419.nu.1
Societas contracta cum iuramento, vt ad hæredes tranſeat quando obliget hæredes,vt eidem ſtare teneatur.diſput. 414.nu.15
Societas contracta interuentione animalium,quo caſu licita.diſp.420.nu.2
Societas cũ marito cõtracta an & qñ valida ſit.d.411.nu.7
Societas cũ pacto aſſecuratiuo,quo caſu licita. d.417.n.10
Societas cum pacto, vt aliquis arbitretur de quota parte tangente vnicuique ſociorum, eo mortuo eſt ipſo iure nulla.diſp.415.nu.6
Societas duobus modis contrahi poteſt.diſp.411.nu.4
Societas in dubio an prę̃ſumatur an vero locatio, dum aliquis tradit alicui animalia cuſtodienda, promittendo illi partem fructuum aliquotam.diſp.411.nu.2
Et quid de inſtitore,ſeu factore,& alijs miniſtris mercatoris.ibid.nu 3
Societas,in dubio an ſit an vero emphyteuſis,ſi quis tradat alicui fundum colendum, cum pacto vt reddat medietatem, vel quartam, aut aliam aliquotam partem fructuum.diſp.414.nu.3
Societas inita, vt particularia damna ad vnum ſociorum tantum pertineant,quando valida.diſp.415.nu.9
Societas inter coniuges contractu medietatis bonorum, quando contracta cenſeatur.diſp.422.nu.3
Societas inter fratres omnium bonorum quando cenſeatur contracta,& quando non.diſp.421.nu.6
Societas inter ſocios tacito conſenſu continuata cenſetur. diſp.414.nu.6
Immo etiam per hæredem eodem tacito conſenſu. ibid. num.7
Ac etiam ſi hæres eſſet pupillus, modo tacite conſentiat per ſuum tutorem.ibid.nu.8
Et inter coniuges etiam, vt altero eorum defuncto, per hæredem tacito conſenſu continuata cenſeatur.ibid.n.9
Societas medietatis bonorum an cenſeatur contracta in matrimonio putatiuo.diſp.422.nu.7
Societas omnium bonorum duobus modis contrahi poteſt.diſp.421.nu.9
Societas omnium bonorum poteſt contrahi etiam inter eos,qui bona non habent æqualia, vt diſſoluta ſocietate in partes diuidantur æquales.diſp.412.nu.4
Societas omnium bonorum quando tacitè contracta intelligatur.diſp.421.nu.2
Societas poſterior quando iniri poſſit per ſocium, qui operas tantum adhibet.diſp.419.nu.2
Societas quare contrahi poteſt, vt vnus capitale, vel partem illius ponat, & alter induſtriam, quod ſecus in mutuo.diſp.411.nu 5
Societas quib. caſib. tranſeat ad hæredes. diſp.414. nu.10
Societas quid.diſp.411.nu.1
Societas quib. modis ſoluatur. diſp.414. nu. 1.12. 13.14. & ſeq.
Societas quotuplex,& quibus modis contrahi poteſt. diſp. 412.nu 1.5.7.& 8
Societas ſi ſit contracta,vt vnus apponat operam, & induſtriam,alter animalia, quot modis fienda æſtimatio, vt licita dicatur.diſp.420.nu.3
Idem de piſcatura,& alijs ſimilib. dicendum.ibid.nu.4.
Societas ſi ſit inita,vt vnus ponat capitale,et alter operas,capitale perẽpto, diſſoluitur eius periculo, quod poſuit, ſine reſtitutione operarũ ab altero nõ pręſtitarũ.d.416.nu.3
Societas ſimpliciter contracta, intelligitur omnium bonorum præſentium,& futurorum.diſp.412.nu.2
Immo, niſi aliud exprimatur, intelligitur, vt in partes æquales omnia bona diuidantur.nu.3
Societas ſimpliciter irrita ſine expreſſione partium lucri,& capitalis, intelligitur regulari ſecundum conſuetudinem loci in quo fuit contracta.diſp.416.nu.2
Societate cõtracta vt vnus capitale, & alter operas ponat, dominiũ capitalis quãdo efficiatur commune.d.416.n.5
Societate diſſoluta inter coniuges, quomodo eorum bona diuidenda.diſp.422.nu.4
Declaratur,vt nu.5
Societati renunciare ante tempus præfixum, quibus caſibus liceat.diſp.414.nu.19
Societatis contractus an licitus ſit, vt periculum totum capitalis ad eum pertineat, qui apponit operas, & quomodo,& quibus euentib. diſp.417.nu.1.& 7.cum ſeq.
Et quid in alijs contractib.ibid.nu.2
Societatis contractus appellandus eſt etiam, quando vnus ponit capitale,& alter nauigium cum operibus miniſtri. diſp.416.nu.6
Societatis contractus coniunctus cum contractu aſſecurationis,quando illicitus.diſp.417.nu.5
Declara,& intellige,vt nu 10
Societatis contractus inter virum,& vxorem de iure cõmuni conceditur,ſecus de Luſitano, & Caſtellæ. d.423.n.6

Societatis

Societatis contractus licitus, vt qui ponit operas, partem etiam periculi capitalis in ſe ſumat. diſp.417.nu.3

Societatis contractus, quãdo licitus, ſi vnus apponit capitale cũ tertia parte ſolũ periculi, & lucri, & alter operas cum periculo reliquarum partiũ capitalis, & lucri. d.417.n.12

Societatis propria natura, & conditiones, quæ, & quæ dicatur Leonina ſocietas. diſp. 417.nu.6

Socij hæres quænam teneatur continuare, per defunctum cœpta. diſp.414.nu.2

Sociorum aliquis ſi vult renunciare ſocietati, quas conditiones ſeruare debeat. diſp.414.nu.18

Sociorum vnus ſi pecuniam ponit, & alter operas, quomodo pecuniæ lucrum æſtimandum. diſp.416.nu.4

Sociorum vnus ſi ponat capitale, & alter induſtriam, quomodo lucrum ſolum ſit inter eos diuidendum, & quomodo vna cum capitali. diſp.416.nu.1

Socius alteri ſocio in vtroque foro, tenetur de toto damno, quod prouenit etiam ex leui culpa. diſp.413.nu.1
 Fallit in leuiſſima, vel caſu fortuito. ibid. nu.2

Socius ex ſola culpa non amittit priuilegium, vt non teneatur vltra quã facere pôt, niſi fuerit ét in dolo. diſp.413.n.9

Socius habet ius retractus in partem venditam ab altero ſocio pro indiuiſo; ſecus ſi partes eſſent diuiſę. diſp.371.nu.1

Socius omnium bonorum quando poſſit dotare filias de cõmunibus bonis. diſp.421.nu.5

Socius pro conſeruatione mercium, an teneatur facere ſumptus, quaſi eos mutuando alijs locis. diſp.418.nu.8

Socius quando cum ſocio compenſare poſſit. diſp.560.n.15

Socius quando non teneatur contribuere ſocio ad damnum ei illatum reſarciendum. diſp.418.nu.7

Socius quando teneatur præſtare nudam cautionem, pro ſoluendo debito. diſput.413.nu.10

Socius, qui operas tantum apponit, contrahens poſteriorem ſocietatem, contra pactum in prima appoſitum, ad quid teneatur. diſp.419.nu.3
 Et quid ſi non ſit appoſitum pactum, ſed poſterior ſocietas præiudicat primæ. ibid.nu.4

Socius ſi habeat officium, vnde alimenta ſibi poſſit comparare, vendenda ſunt reliqua omnia eius bona, pro debitis eius ſoluendis. diſp.413.nu.8

Socius ſocio non tenetur vltra quam facere poteſt, etiam ſi ſit ſocietas vnius rei contracta. diſp.413.nu.4
 Immo etiam habet locum in ſocietatib. ſcolaſticorum in eadem domo habitantium. ibid.
 Fallit tamen in caſu, vt nu.5.& 9

Socius tenetur ſocio contribuere partem ſuam, donec omnes æqualiter habeant portionem ſuam. diſp.413.nu.18

Socius, vt iudicetur quantum facere, poſſit, ne egeat, quid deducendum, & obſeruandum. diſp.413.nu.11
 Idem in alijs, qui priuilegio hoc gaudent. ibid.

Solemnitas non neceſſaria ſi minus aptè interueniat, contractum non vitiat. diſp.448.nu.7

Solidus quanti valeat de iure communi, & quanti de iure Caſtellæ. diſp.278.nu.2

Soluens per errorem debitum, quod nec naturaliter, nec ciuiliter, eſt debitũ, repetit p cõdictionẽ indebiti. d.467.n.1

Soluens ſcienter poſt ſententiam abſolutoriam, repetere non poteſt. diſp.568.nu.10

Solutio anticipata, mutuum eſt virtute, & ob id in ea vſura committitur. diſp.313.nu.3

Solutio etiam latè ſumpta liberat ab obligatione etiam acceſſoria. diſp.562.nu.4

Solutio facta creditori quando non liberet debitorem ſi creditor accuſetur de crimine, cuius bona veniant confiſcanda. diſp.563.nu.8

Solutio facta de mandato creditoris, qui poſtea reuocatus fuit, quando liberet debitorem. diſp.563.nu.6

Solutio facta ei, qui non eſt nec tacitè procurator, licet negocia geſſerit creditoris, non liberat debitorẽ. diſp.563.nu.5

Solutio facta filio, vel ſeruo expoſito alicui negociationi, quando liberet debitorem. diſp.563.nu.4

Solutio intereſſe liberat ab obligatione facti, & quid veniat nomine intereſſe. diſp.562.nu.4

Solutio minori quo pacto fieri debeat. diſp.562.nu.6

Solutio quid. diſp.562.nu.1

Solutio rei determinatę in indiuiduo facta alteri quam creditori, & res ſoluta ei pereat antequam perueniat ad creditorem liberat debitorem. diſp.563.nu.1
 Declaratur tamen, vt ibid.

Solutio rei indeterminatæ in indiuiduo facta alicui deputato à creditore, an liberet debitorem ſi pereat, & quando. diſp.563.nu.2
 Et quid ſi ſoluatur procuratori ipſius creditoris. ibid. n.3

Solutionem expectare, mutuũ virtute dicitur. diſp.313.nu.2

Solutioni terminus præfixus operatur tacitum pactũ quod mutuatarius ad intereſſe teneatur, quod mutuans defectu ſolutionis in eo termino priuatur. diſp.315.nu.3
 Declara tamen, & intellige, vt nu.ſeq.

Solutionum genera quot. diſp.562.nu.3

Solutum debitum ex vrgentiori cauſa, & quod plus grauat debitorem, prius præſumitur. diſp.565.nu.2
 Declara tamen, & limita. nu.3

Solutum per ſententiam iuramento deciſorio, repeti poteſt, ſi legitimæ probationes poſtea in contrarium reperiantur. diſp.568.nu.9

Solutum vigore ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, tanquam indebitum, non repetitur, neque probatio admittitur, quod fuerit indebitum. diſp.568.nu.1
 Fallit, niſi lata eſſet ſententia falſis allegationibus, vel probationib. ibid. nu.2
 Idemque ſi lata eſſet contra abſentem, vel minorem. ibid. num.3
 Item fallit in fiſco, minore, & eccleſia, quib. datur reſtitutio per noua inſtrumenta, aduerſus rem iudicatam, non autem per nouos teſtes. ibid. nu.4

Sors quid. diſp.303.num.9

Sortes quando licitæ, & quando non. diſp.509.nu.3

Sortes quot modis fiant. diſp.405.nu.1

Speciei indiuiduum indefinitè ſi debeatur, obligatio permanet in omnibus illius ſpeciei indiuiduis. diſp.366.nu.6

Sponſalia, & matrimonium ſolo conſenſu perficiuntur, & quid ſint. diſp.254.nu.5

Sponſalitia largitas inſinuatione non indiget, in quacunque ſit ſumma. diſp.290.nu.7

Spõſalitia largitas pertinet etiam ad capitale rei. d. 433.n.2

Sponſalitia largitas quid. diſp.290.nu.1

Sponſalitia largitas quibus caſib. valida ſit, etiam ſi matrimonium non ſequatur. ibid. nu.3
 Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. ibid. nu.4.& 5

Sponſalitia largitas ſi aliud non exprimatur, ſemper intelligitur ſub conditione matrimonij futuri. diſp.290.nu.2

Sponſio, quid, & eſt contractus iuſtus, ac licitus, niſi aliqua circunſtantia maculetur. diſp.508.nu.1

Sponſio quot modis fieri poteſt. diſp.508.nu.2

Stabularij, caupones, & nautę, molendinarij, ſartor, & fullones, & alij ſimiles tenentur de leui culpa, & aliquando ét de leuiſſima, ſed non de caſu fortuito. diſp.527.nu.4 & 5
 Fallit tamen in caſu, vt nõ teneantur, niſi de dolo. ibi. n.6
 Et quid de iure Luſitano. ibid. nu.7

Statutum an ſit licitum, quod hęredes viri teneantur ſoluere vxori certam pecuniæ quantitatem, donec ei dotem perſoluant. diſp.322.nu.7

Statutum an valeat, quod ſocer teneatur ſoluere genero certam pecunię quantitatem ad onera matrimonij ſuſtinenda, donec ei dos ſoluatur. diſp.321.nu.10

Statutum faciens mentionem de pignore, an comprehendat hypothecam preſsè ſumptam. diſp.528.nu.6

Stellionatus crimen qñ committi cenſeatur. diſp. 532. nu.5

Sterilitas fructuum, quando tanta ſit dicenda, vt penſio pro rata minui debeat. diſp.495.nu.2
 Et quid de iure Caſtellæ & Luſitaniæ. ibi. nu.4.& 5

Stipulatio Aquiliana quę & qualiter extinguat obligationem. diſp.254.nu.9

Stipulatio in Caſtella non eſt neceſſaria ad validitatem contractus. diſp.254 nu.7

Stipulatio qua verborum forma perficiatur. diſp.254.nu.3

Stipulari quis poteſt per procuratorē, tabellionem vel aliū. diſp.254.num.4.
Stipulationem continuo ſequi debet reſponſio, & non ex interuallo.diſp.254.nu.5.
Subſcriptio ad aliquam rem,ſeu contractum, quando neceſſaria per prælatum Eccleſiæ.diſp.468.nu.7
Succeſſor in maioratu, vel fideicommiſſarius non teneatur ſtare locationi factę de bonis maioratus,aut fieicommiſſi. diſp.491.nu.3 Declara,vt nu.5
Succeſſor ſingularis in re ſubiecta hypothecę,an tenetur ſtare locationi.diſp.490.nu.8
Sumptus facti re vendita per venditorem ante venditionem perfectam,gratia fructuum colligēdorum,ad venditorem ſpectant,ſicut,& fructus rei.diſp.368.nu.4
Superficiarius concurrens cum conſorte, & conſanguineis proprietarij vendentis in retractu præfertur eiſdem. diſp. 371.num.6
Superficiarius ſi vendat vtile dominiū, proprietarius in iure retractus prefertur conſorti,& conſanguineis.d.371.n.5.

T

TAxatio rerum,quę permittitur,vt ſciatur quanta gabella debeat,ad iudicem ſpectare.diſp.397.nu.10.
Tempus à iure permiſſum, ſeparari poteſt à tempore prohibito,ſicut vtile ab inutili.diſp.467.nu.2
Tempus,& locus in cambio præcipue attendenda.diſp.398. num.6
Tempus minori ętatis,quo conceditur reſtitutio quale.diſp. 573.num.2
Tempus quando interpellet pro creditore aduerſus debitorem, ita vt mora purgari non poſſit. diſp.564.nu.1
Declaratur tamen,vt nu.2
Tempus,quo vendi poteſt pignus prætorium,eſt iudici arbitrarium.diſp.538.nu.10
Tempus, quod datur condēnatis ad ſoluendum poteſt arctari,& prorogari pro iudicis arbitrio.diſp.538.nu.11
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.
Tempus ſolutioni a iudice ſtatutum,facit teneri eo tranſacto debitorem ad pœnam, intereſſe, & damna. diſput. 564. num. 8
Tempus ſolutionis dotis a quo puncto currere incipiat.diſp. 423.num.4
Teſtamentum a notorio vſurario ante præſtitam cautionem confectum, an vires aſſumat, ſi vſurarius ante mortem idoneam præſtet cautionem.diſp.334.nu.7
Teſtamentum eius qui alias fuit notorius vſurarius, nullum eſt, ſi ante mortem non reſtituat, vel idoneam cautionem non præſtet.diſp.374.nu.16
Teſtamentum eius,qui vſurarius non erat,ſed poſtea eſt notorius vſurarius effectus,an nullum reddatur.diſput.334. num.19
Teſtamentum notorij vſurarij eſt ipſo iure nullum, & quæcunque alia illius vltima voluntas.diſp.334.nu.14
Teſtamentum notorij vſurarij infidelis ſubiecti Chriſtiano principi eſt,nullum.diſp.334.nu.15
Teſtamentum vſurarij notorij, qui cauit idoneè, ſed ſecretè poſt cautionem vſuras exercet, an validum cēſendum ſit. diſp.334.nu.18
Teſtes ad improbationem ſufficiunt duo fide digni, etiam ſi ad validitatem ſcripturæ plures eſſent neceſſarij. diſput. 446.nu.2
Teſtes deponentes de ſcripturę amiſſione,quid deponere debeant.diſp.448.nu.5
Teſtes duo; aut tres ſingulares omni exceptione maiores in Hiſpanijs admittuntur,ad probādum vſuram palliatam. diſp.333.nu.3
Teſtes non ſunt examinandi ſuper amiſſione ſcripturæ non neceſſariæ ad contractum.diſp.448 nu.6
Teſtes quales eſſe debeant ad probandam veritatem,vel falſitatem ſcripturæ amiſſæ.diſp.448.nu.4
Teſtes,vt faciant fidem de ſcriptura, & eius amiſſione, quot probari debeant.diſp.448.nu.3
Tractatus quid.diſp.468.nu.5.
Traditio eiuſdem rei factę plurib.emptorib. in dubio pręſumitur facta priori emptori.diſp.369.nu.10
Traditio per actum fictum,an ſit ſufficiens cauſa,vt emphyteuta incidat in commiſſum.diſp.459.nu.9
Traditio rei eſt complementum contractus, & ſic pars integraris.diſp.397.nu.7
Traditio rei eſt ſolum conditio pacti, ſine qua ex pacto non oritur obligatio.diſp.397.nu.6
Traditionis nomine venit etiam ea, quæ fit per actum fictū. diſp.369.nu.9
Tranſactio alias inualida,quia facta circa rem,quę tranſiuit in rem iudicatam, an iuramento validetur, etiam in foro exteriori.diſp.556.nu.3
Tranſactio de re dubia facta adeo valida eſt, vt nec in conſcientiæ foro,trāſigentes teneantur alteri rem reſtituere,q̄ poſtea ad alterum pertinere compererint.diſp.556.nu.18
Declaratur tamen,vt nu.19
Tranſactio,& compromiſſum ſunt contractus innominati. diſp.556.nu.7
Tranſactio facta cum debitore hęreditatis,an valida ſit ignoratis,quæ vltima voluntate defuncti continentur. diſput. 557.nu.14
Et quid ſi renuncietur iurib. quæ diſponunt inualidam eſſe.ibid.num.15
Item quid ſi iuramento ſit confirmata.nu.16
Tranſactio generalis quo caſu porrigatur etiam ad incognita.diſp.558.nu.3
Cum declaratione,vt nu.4
Tranſactio generalis ſequuta poſt petitionem particularem, an, & quando reſtringatur ſalua proprietate ſermonis. diſp.558.nu.5
Tranſactio indefinite facta circa aliqua bona, quādo vniuerſaliter omnia bona comprehendat.diſp.558.nu.1.& 2
Tranſactio quid.diſp.556.nu.1
Tranſactio reſcinditur ex capite lęſionis infra,vel vltra dimidiū iuſti valoris vel ad ęqualitatem reducitur. d.556.n.20
Idem in tranſactione facta per vim;vel metum, & etiam de re aliena.ibid. nu.21
Idem ſi ſit facta cum minore,qui ſit notabiliter lęſus.ibid. num.22
Tranſactio,ſeu quietatio,vel remiſſio pleniſſima,quibus verbis fieri poteſt,vt referatur etiam ad incognita.d.558.n.6
Tranſactio ſi ſit iuramēto firmata, & ſimul in ea appoſita pęna,poteſt vtrumq; peti,quod ſtetur trāſactioni,& quod ſoluatur pęna,eſto non fuerit appoſita clauſula, rato manente pacto.diſp.550.nu.16
Idem ſi fuit aquiliana ſtipulatione vallata.ibid.nu.17
Tranſactio ſtipulatione veſtita,tranſit in contractum nominatum, pariētem actionem,& obligationem,ſecus,ſi nuda,de iure communi.diſp.556.nu.9
Fallit hoc tamen de iure Caſtellę, & de ęquitate canonica.ibid.nu.11.& 12
Tranſactio ſuper alimentis,an, & quando valida ſit.diſput. 557.nu.17
Et quid ſi ſit iuramento confirmata.ibid.nu.18
Tranſactio ſuper contentis in teſtamento quando prohibita,& quando non.diſp.557.nu.12
Tranſactio,vel compromiſſum nō poteſt fieri de rebus alienari prohibitis.& quæ ſint perſonæ quæ prohibentur. diſput.557.nu.1.& 19
Fallit tamen, & limitatur in multis euentibus, vt nu.7.8. 9.10.& 11
Trāſactio vt valida ſit,quid requiratur. diſp.556. nu.2.& 4
Tranſactione facta ſub certa pęna, tranſigentes coguntur vel illi ſtare,vel ſoluere pęnam,non autem ad vtrumque. diſp.556. nu.13
Tranſactioni ſi ſit appoſita pœna,& alter tranſigentium dicat ſe non velle ei ſtare, & poſtea pęniteat, an per talem pœnitentiam euitet pœnam.diſp.556.nu.15
Tranſgreſſor legis vltra ſolutionem pœnę tenetur etiam ad reſtitutionem damnum paſſo.diſp.364.nu.4
Tributum ex compenſatione an debeatur.diſp.560.nu.22
Tributum,ſeu alcauala an debeatur,quando in renouatione vnum debitum pro alio ſoluitur.diſp.566.nu.1

Tutor,& alij legitimam adminiſtrationem habẽtes,poſſunt pro his, quorum bona adminiſtrant petere reſtitutionem in integrum etiam ſine mandato,diſp.573.nu.26
Fallit in alijs,niſi habeant ad id ſpeciale mandatum.diſp.573.nu.27
Et intellige hoc,vt nu.29
Tutor & alius quilibet extraneus, dotem, vel donationem propter nuptias promittens, quo caſu cenſeatur de ſuis proprijs bonis promittere.diſp.424.nu.7
Tutor, & curator poſſunt nomine pupilli, & minoris ſtipulari.diſp.264.nu.15
Tutores,& curatores, & in Luſitania iudices orphanorum, non poſſunt emere res minorum, quorum curam gerunt. diſp.343.nu.2

V

VAſallus vaſalli tenetur potius obedire ſupremo domino, quam eius proprio, & immediato. diſput.471. numero 4
Et idem in ſecundo emphyteuta.ibid.
Vectura pro mancipio mortuo antequam ad locum deſtinatum deportetur,non debetur.diſp.502.nu.2
Vendendæ res, quæ pondere, numero, aut menſura conſiſtunt,in duplici ſunt differentia.diſp.366.nu.11
Vendendi modus res ad creditum,an faciat creſcere pretium illarum iuſtum.diſp.357.nu.1
Vendens bona fide cum ignorantia probabili rem vltra iuſtum pretium, licet non peccet, tenetur tamen reſtituere quamprimum ſcierit.diſp.350.nu.5
Declara tamen,& intellige,vt ibid.
Vendens eandem rem duob.incidit iu pęnam falſi.diſp.369. num.6
Vendens merces pretio currenti, ſciens alias eiuſdem generis breui in magna copia ſuperuenturas, non peccat contra iuſtitiam, nec ad reſtitutionem tenetur. diſp.354.nu.1
Quinimmò nec peccat contra ciuitatem nu.2
Peccat tamen, ſi ſciat pragmaticam, ſeu legem publicandam ſuper diminutione pretij.ibid.nu.3
Vendens merces ſuas ad creditum maiori pretio,quam tempore contractus valeant, quando ab vſura excuſetur, & quando non.diſp.355.nu.5
Vendens rem maiori pretio quam valeat,aut emens minori, an peccet,ita quod teneatur in foro conſcientiæ reſtituere, vel ſupplere vſque ad iuſtum pretium.diſp.350.nu.1
Quod ſic.nu.4
Vendens vltra dimidium iuſti pretij, vel emens infra dimidium iuſti peccat,& tenetur ad reſtitutionem,etiam in foro exteriori.diſp.349.nu.1
Vendentes vſurarijs,& alijs ſimilibus attinentia ad cibum, & veſtitum,an reſtituere teneãtur ea,quæ in recompenſationem ab illis accipiunt.diſp.330.nu.5
Vendere credito ad tempus vltra pretium iuſtum, vel emere infra infimum pretium anticipata ſolutione, an liceat, ratione periculi amittendi capitale, vel cum difficultate illud recuperandi ratione loci, vel perſonarum qualitate. diſp.356,nu.1
Vendere non poteſt, aut permutare de iure Luſitano pater, aut alius aſcendens quicquam alicui deſcendentium.diſp. 343.num.7
Vendere,quo pretio volunt mercatores ſuas merces permittendi non ſunt.diſp.365.nu.11
Vẽdere rem ad creditum carius expectata ſolutione,& emere vilius anticipata ſolutione quando liceat.diſp.355
Vendens rem ad tempus vltra pretium iuſtum rigoroſum, & emens infra pretium infimum iuſtum, anticipata ſolutionem vſuram committit.diſp.355.nu.2
Declara tamen,& intellige. nu.4
Vendere rem ſuam minus iuſto pretio, quo caſu quis cogatur.diſp.365.nu.2
Vendere rem ſuam nemo regulariter cogi poteſt. d. 341.n.1
Fallit tamen multis modis.
Vendere Saracenis, & Turchis quid prohibitum ſit Chriſtianis de iure communi, & quid de iure Luſitano. diſp. 343.num.9
Vendi etiam poſſunt res in ſpe exiſtentes. diſputatio. 340. num.17
Vendi poteſt tota hęreditas,aut illius pars,quando venditoris eſt,declara.diſp.340.nu.4
Declara,vt nu.7
Vendi quæ res poſſint,& quæ non. diſputatio. 340. nu. 1. & ſequen.
Vendi res aliena quomodo,ſeu quo ſenſu prohibita. diſput. 340.nu.31
Et quid de iure Luſitano,& Caſtellæ.ibid.
Vendita hæreditate, & non tradita, dominium illius non tranſit in emptorem,ſed in ſecundum,cui eſt tradita.diſp. 340.nn.6
Vendita hæreditate tranſeunt in emptorem ante ceſſionem factam omnes actiones vtiles actiuæ, & poſt ceſſionem etiam directæ: ſed paſſiuæ remanent penes hæredem, & quare. diſp. 340. nu.5
Vendita res ſi caſu fortuito pereat, nec emptori, nec venditori competit actio.diſp. 340.nu.6
Vendita res ſi eſt ager ad paſtum, qui herbas pecoribus nociuas haberet, datur redhibitoria, etiam ſi vitium venditor ignorauerat.diſp.353.nu.9
Venditio ad corpus eſt, cum incipitur a corpore, & additur menſura, ſeu quantitas: venditio vero ad menſuram, cum incipitur a menſura,& additur res.diſp.367.nu.4
Venditio ad menſuram dicitur, quando eſt facta certo pretio pro vnoquoque iugere.diſp.367.nu.7
Venditio conditionalis quid. diſp.379.nu.1
Venditio conditionalis, quos pariat effectus. diſputat.379. num.2
Venditio duplex cenſetur,ſi à principio res aliqua certo pretio vendatur, & poſtea partes conueniant, vt loco pretij res alia æſtimata accipiatur.diſp.397.nu.11
Venditio duplex, in vnaquaque permutatione interuenire cenſetur.diſp.397.nu.2
Venditio eius, quod abſque peccato vendi non poteſt, quo caſu ſit nulla.diſp.340.nu.34
Venditio eius,quod vendibile non eſt nulla redditur.diſput. 340.nu.33
Venditio,& locatio quando licita ſit, vltra iuſtum pretium. diſp.351.nu.2
Venditio facta animo donandi rem æſtimatam, quando dicatur donatio, vt gabella non debeatur. diſputatio. 373. num. 4
Venditio facta in pignoribus, ſi vſque ad talem diem, debitor non ſoluerit, pignus ſit venditum iuſto pretio, arbitrio certæ perſonæ iudicandum, valida eſt. diſput.337. num.14
Venditio facta per abſentem cum cautione de rato, quando cenſeatur perfecta, cum poſtea rata fuerit habita. diſput. 337.nu.18
Venditio illicita ex parte contrahentium quibus caſibus redditur.diſp.346.nu.3
Venditio illicita redditur,ſi res carius extraneis vendantur, quam naturalibus.diſp.346.nu.1
Intellige tamen,& declara,vt nu.2
Venditio liberi hominis nulla eſt; qui fuerit ſeruus. diſput. 340.nu.24
Venditio nulla,quot modis reddatur,& quot modis ratione erroris.diſp.340.nu.21
Venditio nulla redditur ob defectum tacitę conditionis,quæ ei ſemper ineſſe dicitur.diſp.366.nu.10
Venditio omnium bonorum magis valida, quàm donatio facta filiæ ad contrahendum matrimonium. diſput. 340. num.2
Venditio pacto adiectionis in diem, & legis commiſſoriæ, quot modis diſſolui poſſit, vel non. diſputatio. 378. numero 4
Venditio propriè quæ dicatur, & in quibus conſiſtat rebus. diſp.336.nu.5
Venditio quando dicatur fieri ad corpus, & quando ad mẽſuram.

ſuram.diſp.366.num.9
Venditio,quando eſt conditionalis,ante impletam conditionem,nec tributum debetur: ſecus ſi ſit modalis.diſp.337.num.10
Declara,vt num.13.& 19
Venditio,quando eſt facta ad menſuram,quod alluuione accreſcit,antequam menſuretur, ad venditorem ſpectat. diſput.367.num.8
Venditio quando iudicanda ſit,vt habeat locum retractus,ſi quis vendat certam rem patrimonialem pro certo pretio, & pro re alia ſimul.diſp.370.nu.17
Venditio quando non dicatur vſuraria, neque illicita, dum pretium eſt in depoſito, ſub aliqua conditione. diſp. 368. num.15
Venditio quando potius cenſenda ſit, quàm permutatio. diſput.336.nu.9
Venditio quando re tradita, & ſoluto pretio, quocumque modo diſſoluitur,ad quem pertineant fructus medio tempore percepti tam in foro conſcientiæ, quam in exteriori. diſp.377.nu.4
Venditio quot modis reddatur nulla, ſi res vendita deſtructa erat,aut perierat.diſp.340.nu.22
Venditio rei duobus ſit modis.diſp.366.nu.3
Venditio rei immobilis,aut quæ cum immobili computatur, facta à viro ſine conſenſu vxoris,inualida eſt de iure Luſitano.diſp.343.nu.6
Venditio rei propriæ ementis nulla eſt.diſp.340.nu.33
Venditio rei ſacræ, & publicæ ſine Principis ſupremi cõſenſu nulla eſt, etiam ſi conferatur in tempus, quo talis eſſe deſierit.diſp.340.nu.25
Declara tamen,vt nu.26
Et quid de iure Luſitano.nu.27
Venditio ſi eſt facta ad quantitatem, quando addendum ſit, vel minuendum de pretio.diſp.367.nu.10
Venditio ſi fiat ad corpus,& non ad menſuram,quando periculum ſpectet ad emptorem.diſp.366.nu.12
Venditio ſi reſcindatur remedio l. 2. C. de reſcind.vend.an gabella debeatur.diſp.349.nu.7
Et quid in Luſitania ſeruetur.ibid.nu.8
Venditio ſi ſit facta ad corpus,tota res vendita cenſetur, etiã quo ad incrementum in ea repertum. diſp. 367.nu.5.& 6
Venditio ſi ſuſpendatur, vt ſcriptura perficiatur, an tempus retrahendi currat à die ſcripturę,an verò à die mutui conſenſus.diſp.370.nu.21
Venditio ſola iuris emphyteutici irrequiſito domino, ſine traditione, non eſt ſufficiens cauſa incurrendi in pęnam commiſſa.diſp.459.nu.8
Venditio, vel alienatio fit aut ad corpus, aut ad menſuram, diſp.367.nu.1
Venditio vel alienatio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad menſuram.diſp.367.nu.2
Venditio veneni,& aliorum ad malum incitantium, ſeu noxalium,quando prohibita.diſp.340.nu.35
Venditione alicuius rei prohibita, cenſetur etiam prohibita quæcunque illius alienatio.diſp.466.nu.7
Venditione omnium bonorum facta, intelligitur tantum de præſentibus,niſi aliud exprimatur.diſp. 340.nu.3
Venditiones anticipata pecunia factæ, cur validæ dici poſſint.diſp.360.nu.4
Venditionis contractus quot modis diſſoluatur. diſ.377.n.5
Venditionis nomine,quæ res veniant. diſp.336.nu.6.& 9
Venditor an re acquirat dominium rei,quam vendidit,abſq; traditione, ſi ſine pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis ad diem,vendidit ſub hac forma,vendo tibi hanc rem tanto pretio,ea lege, vt, ſi intra annum reſtituero tibi pretiũ, res ſit inempta.diſp.378.nu.5
Venditor an ratione affectionis particularis,quam habet ad rem poſſit aliquid vltra iuſtum pretium accipere. diſput. 351.num.3
Venditor de vitio animi rei venditæ, non tenetur emptori. diſp.359.nu.10
Et quid de iure Caſtellæ.ibid.
Venditor, lite mota ſuper re vendita, vel denunciata, quid facere teneatur de iure communi, & Luſitano. diſp.380. num.10
Venditor non reuelans vitium abſconditum rei venditæ,tenetur emptori ad omnia damna inde ſequuta. diſput.353. num.2
Venditor quando non teneatur de vitio rei occulto. diſput. 353.nu.15
Venditor quando non teneatur vitia rei manifeſtare.diſput. 353.num.20
Venditor quando re euicta teneatur ad duplum eius rei. diſput.380.nu.13
Venditor quando teneatur ad expenſas in lite factas.diſput. 380.num.14
Venditor,quãdo vltra fructus omnes, teneatur etiam ad omne intereſſe intrinſecum rei venditæ.diſp.368.nu.10
Venditor quo caſu agere poſſit contra emptorẽ, ad intereſſe lucri ceſſantis,aut damni emergentis. diſp.368.nu.27
Venditor quo caſu rẽ venditam poſſit inuito emptori, proijcere,vel expellere,aut alteri vendere.diſp.366.nu.14
Venditor rei in ſpe, ſi ipſa non exiſtat, tenetur emptori ad æſtimationem.diſp.340.nu.19
Venditor rei vitia non manifeſtans,doloſus cenſetur.diſput. 353.num.3
Venditor rei vltra dimidium iuſti pretij ad quid teneatur, etiam in foro conſcientiæ.diſp.349.nu.5
Venditor ſcienter non manifeſtans vitium rei, quod manifeſtare tenetur,aut emptor non monens venditorem de maiore rei valore,lethaliter peccant. diſp.353.nu.21
Venditor ſcienter vendens rem alienam ignoranti tenetur emptori ad valorem rei, & intereſſe,ex communi. diſput. 380.num.6
Quinimò etiam in foro conſcientiæ tenetur non ſolum ad precium,ſed etiam ad intereſſe amiſſum.ibid.
Venditor ſi falſum dicat in qualitate rei, vel quantitate, tenetur actione empti.diſp.367.nu.9.
Venditor, ſi læſus ſit, & emptor eligat reſtituere rem,& accipere pretium,quid agendum.diſp.549.nu.9
Venditor ſi ſciat legem fore publicandam ſuper rerũ valore, an poſſit eas in magna quantitate exponere, vendendas, cum maxime ſciat, emptores, legem ignorantes, tantundem eodem pretio ab alijs emptoris.diſp.354.nu.5
Venditor ſi ſciat valorem rei, eamque pluris vendat, quam valeat,an ad reſtitutionem teneatur. diſp.352.nu.15
Venditor ſi ſoluto pretio non tradat emptori rem, tenetur ei ad intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis. diſp.337.nu.2
Venditor ſi ſuas merces ſtatim ſit venditurus, ſed creditur, illas poſt tres menſes plus eſſe valituras, an poſſit illas ad creditum vendere, ſoluendas in id tempus pretio, quo plus minusve ſperaretur, tunc eſſe valituras. diſput.355. num.7
Venditor tenetur de euictione,euicta re vendita.diſput.380. num.1
Amplia in permutatione,& alij modis.ibid.nu.2
Item in tranſactione quandoque.ibi.nu.3
Idem in parte rei venditæ euicta.ibi.nu.4
Et quot modis in ſeruitutibus.ibi.nu.5
Idem etiam ſi ignorauit rem alienam vendidiſſe, vt poſt latam vltimam ſententiam teneatur, etiam in foro conſcientiæ.ibid.nu.7
Fallit tamen,& limitatur in multis euentibus.ibid.nu.12
Venditor tenetur de vitio rei vẽditæ emptori, etiam ſi ignorabat vitium,ſicut emptor.diſp.353.nu.8
Fallit tamen in duobus euentibus,ibid.
Venditor vt de euictione teneatur, quæ neceſſario requirantur.diſp.378.nu.8
Venditores quando poſſint aliquid detrahere de rebus venditis, quarum pretium non eſt lege taxatum, quod ſit pro eorum mercede,& labore.diſp.353.nu.25
Venditori actio ex vendito datur contra primum emptorem,non autem contra tertium poſſeſſorem. diſput.349. num. 4
Fallit tamen,vt ibi.

Venditori an licitum ſit non manifeſtare vitium rei, modo minuat in pretio, quantum res illa minus cum eo vitio valet. diſp.353.nu.17
Venditum, aut conſumptum de capitalibus vtriuſque côiugum, quomodo compenſandũ de lucris. diſp.433.nu.10
Verbum, ſtatim, quomodo intelligatur. diſp.284.nu.6
Veſtimentorum genera quinque, quibus veſtiuntur pacta nuda. diſp.255.nu.4
Vineas, aut oliuetũ ſi ſit in emphyteuſim conceſſum, deſtructa vinea vel oliueto caſu fortuito, finito emphyteuſis: ſecus ſi fundus nudus ſit in emphyteuſim conceſſus, ſuper quo ſit plantata vinea, vel oliuetum. diſp.454.nu.5
Vir, de iure communi, & Caſtellæ quæ bona poteſt alienare ſine conſenſu vxoris, & quæ de iure Luſitano. diſput. 437.num.2
Vir, & vxor etiam ſi tranſeant ad ſecũdas nuptias, poſſunt libere diſponere de medietate lucrorum in priori matrimonio acquiſitorum. diſp.434.nu.3
Vir & vxor quando teneantur accipere in partem bona per eos amiſſa, aut alienata. diſp.422.nu.13
Vir poſt mortem vxoris dotás filiam, aut donationem propter nuptias filio faciens, quibus bonis cenſeatur id facere. diſp.424.nu.9
Vir, quæ bona poſſit alienare ſine conſenſu vxoris, & quæ non, dum matrimonium eſt celebratum contractu medietatis bonorum. diſp.422.nu.8
Vir quomodo poſſit dotare filias, vel donare propter nuptias filio ex priore vxore, ſine conſenſu ſecundæ vxoris. diſp.424.nu.13
Vir ſi conſtante matrimonio iure propinquitatis retrahat rem a propinquo ſuo venditam, an vxor, vel hæredes eius, ſoluto matrimon. conſequi debeant medietatem illius, an ſolum pretij medietatem. diſp. 371.nu.10
Vir ſi conſtante matrimonio vendat fundum de bonis ſuper lucratis, cuius dominium ſpectat ad vxorem, an vxor poſſit illum retrahere, tanquam partem habens in eo fundo. diſp. 371. nu.11
Vir ſi prædium ſuum vendidit cum pacto de retrouendendo, illudque conſtante matrimonio redimat, incrementum prædij, quo plus valet, quam pretium, ad virum pręcipuum ſpectat. diſp.433.nu.5
Vir ſine conſenſu vxoris ſi fideiuſſor exiſtat, quæ bona poſſit obligare, & quæ non. diſp.422.nu.11
Vir vxori ſi legat rem aliquam dotalem ęſtimatam, debetur eidem legatum, & valor etiam ipſius. diſp. 426.nu.9
Vitalitij pretium iuſtum quomodo taxandum. diſ.388.n.5
Virtus veritatis, ſeu veracitatis quæ diſp.262.nu.3
Vitalitiũ legari poteſt, aut donari, & ita ẽt emi. d.388.nu.2
Vitalitiam qua ratione licitum reddatur. diſp.378.nu.4
Vitalitium quando eſt cenſus realis, collocatus in aliquo prædio, aut redditibus regijs, pretium illius taxandum eſt prudentis arbitrio. diſp.388.nu.6
Vitium in re quot modis conſideretur. diſp.353.nu.1
Vitium rei venditæ quando occultum dicatur. d. 353.n.18
Vitium rei venditę, ſi eſt patens nulla datur actio aduerſus venditorem, niſi emptor ſit deceptus vltra dimidium. d. 353.nu.16
Et quid in foro conſcientiæ. ibid.
Vitium vnius rei venditę quando annullet contractũ quoad omnes. diſp.353.nu.22
Vitricus expendens pro priuigno, non pręſumitur donare, ideo habet actionem negociorũ geſtorum. d.554.nu.13
Vſufructuarius repetit melioramenta à ſe facta in re, qua fruitur. diſp.463.nu.4
Vſura an ſit licita, vel ne. diſp.304.nu.1.& ſeq.
Vſura an ſit, mutuare cum pacto, quod ſi debitum intra certum tempus non ſoluatur, pignus maneat venditum iuſto pretio. diſp.324.nu.5
Vſura aperta quid, & quid palliata. diſp.303.nu.13
Vſura ex natura rei eſt illicita contra iuſtitiam commutatiuam. diſp. 304.nu.7
Vſura ex veteri teſtamento illicita. diſp.304.nu.8
Item ex nouo, & iure canonico. ibid. nu.9.& 10
Vſura extra mutuum non dicitur, licet lucrum ex alio contractu proueniens iniuſtum ſit ibi. nu.7
Vſura licita, quæ. ibid. nu.3
Vſura mentalis quid. ibid. nu.12
Vſura naturali, diuino, & humano iure illicita. diſput.304. nu.2.& 7
Vſura non eſt, quod ſoluitur a mutuatario pro mercede, & labore operariorum, ſed ſtipendium. diſp.304.nu.3
Item quod ſoluitur pro actione mutuo dandi, ibi. nu.4
Vſura non eſt, ſi quiſquam credito vendat, quo plures emptores ad ſe trahat. diſp.309.nu.5
Vſura pro obiecto vitij, & pro ipſo vitio ſumitur. ibid. n.2
Vſura pro obiecto vitij quid. ibid. nu.5
Vſura pro vitio quid. ibid. nu.10
Vſura quando interueniat in emptione anticipata ſolutione, & quando non diſp.338.nu.1
Vſura realis quid. ibid. nu.11
Vſura ſecundum ſe, etiam in Deuteronomio eſt illicita, licet ibi contra extraneos permiſſa. diſp.304.nu.15
Vſura, vel ſimonia quando comitti dicatur in conceſſione officij, vel beneficij. diſp.310.nu.10
Vſura vnde dicta, & quot eius ſignificationes. ibid. n.1.2.3
Vſuram committunt mercatores, qui in nundinarum diſſolutione, in qua pretium mercium ſolet decreſcere, vendunt merces ſuas ad creditum pro pretio quod a principio nundinarum currebat. diſp.355.nu.3
Vſuram mentalem an conſtituat omnis ſpes, & intentio obtinendi lucrum aliquod ex mutuo. diſp.305.nu.1
Vſuram mentalem, quæ ſpes, & intentio conſtituant. diſp. 305.nu.2.& ſeq.
Vſuraria intentio in mutuante, an ſit, vel ne, quomodo diſcernit poſſit. diſp.205.nu.5
Vſurariæ res in duplici ſunt differentia diſp.327.nu.3
Vſuratij bona an tacite ſint hypothecata pro vſuris ſoluendis, diſp.329.nu.1.& 3. Decidit. nu.6
Et quid de bonis furis. ibid. nu 2
Vſurarij, furis, & aliorum ſimilium bona, in duplici ſunt differentia. diſp.330. nu.1
Vſurarij notorij, etiam ante latam ſententiam, de iure ciuili communi ſunt infantes. d.334.nu.1
Vſurarij, notorij, & manifeſti quot modis dicant. d.333.n.2
Vſurarijs, & alijs ſimilibus miniſteria exhibentes tenentur reſtituere, quæ ab eis pro mercede munerum acceperunt. diſp.330.nu.6
Vſurarij ſuadentes, vt dent ad vſuram, ad reſtitutionem tenentur. diſp.331.nu.3
Vſurariorum famuli quando ad reſtitutionem teneantur. diſp.331.nu.9
Vſurariorum hæredes reſtituere tenentur vſuras, & ad id cogi poſſunt. diſp.332.nu.1
Vſurariorum hæredes ſi confecerint inuentarium, non tenentur in exteriori foro vltra vires hæreditarias, ſecus autem in foro conſcientiæ. diſp.332.nu.2
Vſurariorum plures ſi ſint hæredes, an pro parte non reſtituentis teneantur. diſp.332.nu.3
Vſurariorum punitio ad iudicem ſpectat ſecularem, ſed vſurarum cognitio, & declaratio ad eccleſiaſticũ. d.333.n.1
Vſurarius ad vſuram accipiens, non poteſt repetere quod per vſuram ſoluit, niſi ipſe prius reſtituat vſuras ab alijs acceptas. diſp.334.nu.22
Vſurarius an comparet dominium eorum, quæ per vſuram acquirit. diſp.326.nu.1
Vſurarius an ſit mutuans ſi excitet mutuatarium ad mutui beneficium remunerandum. diſp.305.nu.6
Vſurarius comparans per vſuram rem aliquam fructiferã, quare etiam fructus reſtituere teneatur. diſp.326.nu.5
Vſurarius interdum per accidens efficitur dominus pecuniæ quam per vſuram acquirit. diſp.326.nu.6
Vſurarius mentalis an teneatur reſtituere lucrum ex mutuo ſicut realis. diſp.306.nu.3
Vſurarius non comparat dominium fructuum earum rerum per vſuram acquiſitarum, quæ vſu non conſumuntur. diſp.327.nu.4

Vſu-

Vſurarius non comparat dominium rei per vſuram immediate acquiſitæ.diſp.326.nu.4
Vſurarius quicquid acquirit pecunia vſuraria,an reſtituere teneatur.diſp.327.nu.1
Vſurarius ſi negociando reb. vſu conſumptibilib. vſurauè acquiſitis, aliquid vlterius acquirat, comparat dominiū illius: ſed reſtituere tenetur mutuatario damnum omne emergens,& lucrum ceſſans, quod vſuram non reſtituerit.diſp.327.nu.5
Idem in depoſitario dicendum.ibid.nu.6
Immo idem etiam in fure.ibid.nu.7
Vſurarius,vt incidat in pęnam,c.quamquam de vſur.lib.6. quid requiratur.diſp.334.nu.13
Vſurarius vt notorius dicatur, an ſufficiat per iudicia, & argumenta probari.diſp.333.nu.4
Vſuræ cooperari quot modis quis dicatur.diſp.331.nu.1
Vſuræ permitti poſſunt ad vitanda maiora mala.diſp.304. num.18
Vſuræ pretij non ſoluti quomodo æſtimandæ. d.368.n.11
Vſuræ pretij quando non debeantur venditori iuxta fructuum valorem.diſp.368.nu.14
Vſuræ quæ iure Cæſareo concedebantur.diſp.304.nu.11
Vſuræ vſurarum prohibitæ Cæſareo iure.diſp.304.nu.12
Vſus domus venditæ ante perfectam venditionē, ad venditorem;poſt perfectam ad emptorem pertinet.d.368.n.2
Vſusfructus alicuius rei,cuius proprietas ſpectet ad alium, quæ in marito,an ſit communis tam viri, quam vxoris, an verò ſit præcipuus viri.diſp.433.nu.3
Vſusfructus verus ſpecies eſt alienationis.diſp.470.nu.7
Vſusfructus vxoris ſi datus ſit marito in dotem, quid cenſeatur etiam datum.diſp.432.nu.8
Vxor alenda eſt de bonis viri, ſi aliunde non habeat donec ei dos ſoluatur.diſp.442.nu.4
Et multo magis ſi prægnans remanſit,ſiue dos, ſit ei tradita,ſiue non.ibid.nu.5
Et quid in Luſitania ſeruatur.ibid.
Vxor an poſſit extrahere dotem,de poteſtate viri,quem ſciebat eſſe pauperem, dum cum eo matrimonium contraxit,maleque adminiſtraturum.diſp.429.nu.6
Vxor an poſſit repetere de iure Luſitano pecuniam,per maritum concubinæ detractam.diſp.275.nu.3
Vxor de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ non poteſt etiam donare cauſa mortis.diſp.288.nu.16
Vxor debitoris impotentis, an teneatur reſtituere quicquid inſumit.diſp.330.nu.8
Et quid de filijs.nu.9
Et quid etiam de filia dotata,& genero.ibid.nu.10
Vxor debitoris,qui bonis ceſſit, an poſſit capere bona mariti pro ſolutione eius dotis,et bonorum paraphernalium, in pręiudicium aliorum creditorum ipſius mariti, maximè dum probat,maritū eius bona diſſipaſſe. d.572.n.14
Vxor,& maritus ſi cōtractum cum aliquo tertio celebrent, quid præſumendum ex parte mariti.diſp.343.nu.5
Vxor etiam in bonis mariti, dummodo ea ipſe adminiſtrauit.diſp.441.nu.1
Priuilegium tamen prælationis non habet contra alios creditores,cum ſoli doti inuenitur conceſſum. ibid. nu.2
Vxor habens adminiſtrationem bonorum poteſt donare, & eleemoſinas,& ſumptus facere, quæ vir conſueuerat. diſp.274.nu.13
Vxor in dote confeſſata à marito non habet hypothecam, ſeu prælationem in bonis mariti in concurſu aliorum creditorum.diſp.439.nu.13
Vxor in tacita hypotheca pro eius dote recuperanda præfertur cæteris creditoribus anterioribus, ſimiliter tacitas hypothecas habentibus,ex communi.diſp.438.nu.8
Declara tamen,& intellige,vt nu.9
Vxor interim donec ei dos ſoluatur, quomodo alimentari debeat de bonis mariti.diſp.322.nu.4
Vxor non poteſt aliquid emere vel vendere de bonis,quorū adminiſtratio de iure Luſitano, & Caſtellę, pertinet ad maritum,etiam ſi iuramento viri firmetur.d.343.nu.4
Vxor non poteſt immoderatas eleemoſinas facere ſine conſenſu viri.diſp.274.nu.8
Et ita ex hoc habetur intellectus ad c.quod Deo. 33.q.5. vbi Auguſtinus.
Vxor poteſt ad euitandum notabile, & temporale damnum viri,aut familiæ,donare,& ſumptus facere neceſſarios.diſp.274.nu.11
Et quid de damno ſpirituali.ibid.& nu.ſeq.
Vxor poteſt ob debitum, matrimonio conſtante, amittere bona ſua etiam dotalia, aut ſuperlucrata. diſp.434.nu.5
Immo remanēs vidua,& luxurioſè viuens,amittit bona ſuperlucrata tēpore matrimonij induſtria mariti defuncti, ac ſua acquiſita, reuertuntur ad hęredes mariti. ibid.n.6
Et quid ſi ſemel tantum, atque iterum fornicetur, an amittat ea bona ſuperlucrata.ibid.nu.7
Vxor pro dote recuperanda habet tacitam hypothecam in bonis omnibus viri,etiam ſi maritus ſit minor.diſp.438. num.4
Idem in dote putatiua dicendum.ibid.nu.5
Ampliatur etiam,vt eam habeat aduerſus fideiuſſorem. ibid.nu.6
Limitatur in ſponſa per verba de futuro.ibid.nu.7
Vxor putatiua an acquirat medietatem lucrorum, ſicut quando matrimonium eſt validum.diſp.433.nu.14
Vxor quando eſt proprietaria,ſatis eſt emphyteutam nunciare marito,vt poſſit ius ſuum vendere. diſp.459.nu.17
Vxori, quando poſſit eius nutrici etiam contra voluntatem præſumptam viri ſui,dare certam quantitatem pecuniæ. diſp.274.nu.10
Vxor quo caſu repetere poteſt dotem à marito matrimonio conſtantæ.diſp.429.nu.1
Vxor renunciare poteſt tacitę hypothecæ, quam habeat in bonis mariti,pro ſolutione ſuę dotis.diſp.438.nu.15
Et quid in expreſſa.ibid.
Vxor ſi habeat victum à marito pręſcriptum poteſt parcius viuendo de illo donare, & eleemoſinas facere, ex communi.diſp.274.nu.14
Vxor ſi habeat virum prodigum, poteſt contra illius voluntatem abſcondere,& ſeruare bona.diſp.274.nu.12
Vxor ſtatim ſimul cum marito acquirit dominium,& poſſeſſionem eorundem bonorum ſuperlucratorum quæ ipſe maritus acquirit.diſp.434.nu.1
Declara tamen,& intellige,vt nu.2
Vxor tacitam habet hypothecam in bonis mariti pro dote recuperanda,& eius hęredes etiam extraneis.d.536.n.2
Vxor tenetur ſtare locationi factæ per maritum in bonis paraphernalibus, & tanto magis de iure Caſtellæ, & conſuetudine Luſitaniæ.diſp.492.nu.2
Quid autem in locatione bonorum dotalium.nu.3
Et quid de iure Caſtellæ, & conſuetudine Luſitaniæ. ibid.nu.4
Et quid econuerſo de marito,an teneantur ſtare locationi per ipſum factæ de rebus dotalibus.ibid.nu.5
Vxor, vltra bona paraphernalia extrahit etiam de bonis mariti ſponſalitiam largitatem.diſp.441.nu.3
Idem donationem diſſoluto matrimonio confirmatam, & arrhas ſibi promiſſas.diſp.441.nu.4.& 5
Vxores habentes ex pacto expreſſas hypotheces,an præferantur anterioribus ſimiliter expreſſas habentibus hypothecas.diſp.438.nu.13
Vxores,vſque ad quam ſummam donare poſſunt.diſp.274. nu.3. recitantur opiniones,nu.6.Decidit.nu.7
Vxori hypotheca, pro bonis paraphernalibus, quo iure competat in bonis mariti.diſp.536.nu.4

FINIS.

LVDOVICI MOLINAE DOCTORIS CELEBERRIMI, E SOCIETATE IESV, DE IVSTITIA,

Tomus Secundus.

In quo vltra omnes hucuſque ſcribentes ampliſſimè materia tractatur,

DE CONTRACTIBVS.

Pactum, & Contractus, quid ſint, & de Obligatione ciuili, & naturali.

DISPVTATIO CCLII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum vnde dictum.*
2 *Pactum quid.*
3 *Contractus quid.*
4 *Promiſſio etiam acceptata non eſt propriè Contractus.*
5 *Obligatio ex iuſtitia duplex, naturalis tantum: naturalis, & ciuilis ſimul.*
6 *Contractus latius quid.*
7 *Donatio quando Contractus latè, quando non.*
8 *Promiſſio liberalis acceptata, Contractus eſt latè, oririq; pōt ex ea obligatio ex parte promittētis.*
9 *Donans an, & quando teneatur de euictione.*
10 *Contractus latius adhuc, & minus propriè quid.*
11 *Donatio acceptata eſt Contractus latiſſimè.*
12 *Acceptilatio quid, & eſt Contractus latiſſimè.*

A Diſput. 124. huius ſecundi tractatus de iuſtitia, dicere cœpimus de Tranſlatione dominij propria dñi prioris voluntate, indeque hucuſque egimus de vltimis voluntatibus. Nunc verò de Contractibus eſt diſſerendum, vt intelligatur, quouſque contrahentium voluntate transferatur, aut non transferatur dominium, & quãtum iuris ex vnoquoque contractu, aut quaſi contractu, comparetur. Prius autem dicemus de Contractibus in genere ſumpto latiſſime vocabulo Contractus: deinde verò ad ſingulos deſcendemus.

Quia verò Pactũ, ſi propriè vocabulũ ſumat, latius patet, quã Contractus, a Pacto erit ordiendum. Vlpianus l. 1. in prin. ff. de pactis, ait, a pa-
1 ctione † dictum eſſe pactum, & a pacto nomen pacis fuiſſe deriuatum, quaſi effectus a cauſa traxerit nomen. Placet tñ, quod Iſidor. li. 5. Ethym. ait & refertur c. pactum, de verb. ſign. Nempe a pace dictum eſſe pactum. A pacto verò, ait glo. l. 1. cit. deriuatam eſſe pactionem.
2 Pactum, ſeu † pactio, vt Vlpianus l. 1 cit. ait, *Eſt duorũ aut plurium, in idem placitũ, & conſenſus.* Mutuò vero ſeſe explicant hæc, & illa alia eiuſdem Vlpiani definitio. l. 3. ff. de pollicitationibus. *Pactũ eſt duorum conſenſus, atq; conuentio.* Hinc cõſtat, pollicitationē, ſeu promiſſionē, interim dum acceptata nõ eſt, pactũ nõ eſſe, eo ꝙ non ſit duorũ in idē placitũ, & conuentio, ſed ſit ſolũ offerentis promiſſum, vt eadem l. 3. Vlpianus ſubiungit. Qñ aũt acceptata iam eſt, tunc vere ſortitur rõnem pacti, vt Pan. in c. 1. de pactis, nu. 4. rectè cum Bar. affirmatur; eò ꝙ ſic iam duorum in idē placitum, & conſenſus. Hac eadem ratione donatio, qua res gratis alicui traditur, eo ipſo, quod acceptata eſt, rationem habet pacti: qui ſimiliter eſt duorum in idem placitum, & conſenſus.
3 Contractus † propriè, & preſsè ſumptus, vt Vlpianus l. Labeo. 2. ff. de verb. ſignifi. ex eodem Labeone refert, *eſt vltro, citroque obligatio.* Id eſt eſt pactum, ex quo vltro, citroque oritur obligatio. Quo fit, vt illa Labeonis enunciatio formalis nõ ſit ſed effectiue ſit exponenda, ſubintellecta cauſa, vnde oritur ille effectus in abſtracto, per quē contractum definit. Emptio ergo, & venditio contractus eſt propriè: qm̃ eſt pactum, non quodcũque, ſed ex quo, tam ex parte ementis, quam vendētis, oritur obligatio eo ipſo, quod eſt celebratum. Emptor quippe eo ipſo ex iuſtitia tenetur tradere pretium venditori, & venditor tenetur tradere emptori mercem, hoc eſt, rem illi venditam. Quin vēditor, poſt traditam mercem, tenetur emptori de euictione, hoc eſt, ſoluere illi quantum ſua intererat, rem illam de ſua poteſtate nõ eſſe extractam, ſi ab alio tanquam ſua, aut tanquam ad ſe ſpectãs,
4 euincatur. Promiſſio † verò acceptata nõ eſt propriè contractus: quoniam licet ex parte promittētis oriatur iuſtitiæ obligatio ad tradendam rem promiſſam; ex parte tñ eius, cui facta eſt promiſſio, nulla ex iuſtitia oritur obligatio, de qua ſola eſt ſermo in definitione Labeonis. Imò vero definitio illa ex Labeonis, Vlpianique mente, intelligenda ſolũ vr̃ de obligatione ciuili, ex qua de iure ciuili, atque in exteriori foro, conceditur actio.
5 Duplex † namque obligatio ex iuſtitia diſtinguitur. Vna, naturalis tantum, hoc eſt, quæ oritur quidem ex ipſa rei natura, neque iuris poſitiui ſtatuto impeditur; attamen iure ciuili non fouetur, eo quòd propter illam concedere non velit actionem. Talis eſt, quæ in eo oritur, qui vendidit quidem rem vltra iuſtum pretium, ſed non vltra di-

midium iuſti: hic enim ex ipſa rei natura, atque in conſcientiæ foro, de iuſtitia tenetur reſtituere, quod vltra iuſtum pretium accepit: ne tamē lites multiplicentur, neque de ciuili, neque de canonico iure, conceditur aduerſus eum actio. Altera diſtinguitur ex iuſtitia obligatio naturalis ſimul, & ciuilis, nempè illa, quæ ex ſola rei natura, vel poſito ſimul iuris poſitiui ſtatuto, oritur, foueturque iure ciuili concedente actione aduerſus eum, qui illa aſtringitur. Eiuſmodi eſt obligatio, qua is, qui vendidit frumentum vltra pretium lege iuſta taxatum, reſtituere tenetur exceſſum pretij, & ſunt penè infinitæ aliæ, quæ ex contractibus iuſtis, varijſque alijs radicib. ortū frequenter hēnt.

6 Secundo ſumitur † contractus, latius quidem, ſed minùs propriè, pro omni pacto, ex quo oritur obligatio, ſaltem ex altera parte, vt colligitur ex l. ſi donationis C. ꝙ motus cā, ex l. ſi quis emptionis, in prin. C. de præſ. trig. ann. & ex l. contractus C. de fi. inſtr. atq; affirmat gl. in authentica ſacra puberum. C. ſi aduerſus vendit. verb. contractib.

7 In hac † contractus acceptione donatio, qñ incipit à traditione rei, quæ donatur, non eſt contractus: qm̄ eo ipſo, ꝙ res traditur, neque ex parte donatarij, qui illam accepit, & acceptat, neq; ex parte donantis, qui ad nihil aliud deinceps tenetur, vlla remanet iuſtitiæ obligatio: præſertim cū, qui ita donauit, de euictione non teneatur, vt patet l. Ariſt. §. vlt. ff. de donationib. & affirmant gloſ. §. aliæ, verb. venditionis, inſt. de donationib. Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 2. nu. 5. & c. 4. nu. 1. & doctores cōiter. Excipitur, niſi donatarius expenſas feciſſet in re ſibi donata, & is, q donauit, conſcius erat, qñ donauit, rem ad alium pertinere: nā tunc tenetur ad expenſas & damna ſubſequuta, nō verò ad valorem rei, quam donauit, vt patet ex l. Ariſt. §. vltim. cit. atque hoc pacto intelligendus eſt Conr. de contractib. q. 16. Ea tñ obligatio per accidēs ſequitur ex donatione, per ſe vero ex dolo, & ſcientia donantis ꝙ res illa ad alium pertineret, ratione cuius ſcientiæ cenſetur fuiſſe cauſa iniuſta damnorum per accidens ex ea donatione ſubſequutorum.

8 Qñ † verò donatio a promiſſione incipit, eſt cōtractus in hac ſcda acceptione; quoniā licet ex promiſſione acceptata nulla obligō oriatur ex parte donatarij (quicquid tñ Sotus. 6. de iuſt. q. 2. ar. 1. in cōtrarium dixerit) proculdubio oritur ex parte donantis. Etenim quāuis promiſſio illa ex liberalitate donātis ſit profecta, fueritque proinde actus liberalitatis promittētis, & non iuſtitiæ; ex ea tñ reſultauit obligō iuſtitiæ, qua promittens eo ipſo ex iuſtitia aſtrictus mãſit ad id implendum, ꝙ, ſola liberalitate ductus, promiſit, vt inferius ſuo loco fuſius explicabit̄. Imò verò gl. vlt. l. Ariſt. §. vlt. cit. & gl. §. aliæ, ver. venditionis, inſt. de don. Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2.

9 nu. 35. & cōior † doctorū ſnīa, q̄ refert, affirmāt, qñ præceſſit promiſſio acceptata, & ſequitur traditio rei promiſſæ, teneri donantem de euictione. Huius rei hanc reddunt rationem, ꝙ donans per antecedentem promiſſionem mãſit obligatus ad tradendū dñium rei promiſſæ; id verò opere non impleuit, qñ res tradita erat aliena, eaque de cā euincitur. Eandem ſnīam confirmant, ex l. 1. C. de iure dot. vbi, qñ res in dotem data euincitur, ſi præceſſit pollicitatio, ſeu promiſſio illius, tenetur ſocer genero de euictione. Snīam hanc verā eſſe exiſtimo, qñ, ꝙ promiſſum eſt, non erat res certa, & determinata in ſingulari, ſed in ſpecie, aut genere, vt ducenti aurei, tot modij tritici, tot boues, aut aliud ſimile. Tunc. n. quia promiſſio non magis reſpiciebat hoc, q̄ illud ſingulare, promittens non liberatur ab obligatione ſoluendo alienum, eſto per ignorantiam illud ſoluat. Qñ tñ res promiſſa certa erat in ſingulari, putà hæc domus, hic equus, tale mancipium, aut aliud ſimile, arbitror, ſi, poſt illam traditam, euincatur, non teneri donantem de euictione, niſi, dum promiſit, animus illius fuerit, in euentu, ꝙ res ea ſua non eſſet, velle ſe aſtringere aliā ſimilem, vel valorem illius reddere; qui aīus regulariter non eſt præſumendus in promittentib. Ratio huius noſtræ ſnīæ eſt, quòd promiſſio illa ſolum habuerit ortum ex liberalitate, neque plus obligat promittentem in cōſcīæ, aut in exteriori foro, q̄ promittere intenderit, ac ſe obligare; quare, cum promiſſio ſolum habuerit pro obiecto hoc ſingulare determinatū, certè promittens, vi promiſſionis, ad illud ſolum tenetur; & q̄uis caſu ante traditionem pereat, aut poſt traditionem cōperiatur eſſe alienū, & euincatur, ad nihil aliud tenetur, niſi cōſtet, alium fuiſſe ipſius animum. Poſſumus confirmare hanc nr̄am ſententiā. Primò, quoniā in dubio melior eſt cōditio poſſidentis; qui aūt promiſit, & tradidit rē determinatam in ſingulari, eſt in poſſeſſione cæterarū ſuarum rerum: quare, niſi ſibi conſtet, aīum ſuū fuiſſe, in euentu, ꝙ euinceretur, tradere iterū æſtimationem illius ad nihil aliud tenetur. Secūdò, quoniā, qui promittit rem in ſingulari determinatam, fortaſſe aliā non promitteret, ſi ſciret illā non eſſe ſuam: quare, cum donatio non ad aliud aſtringat donantem, quā ad id, ad ꝙ ſe aſtringere intendit: conſequens eſt, vt niſi de contrario aīo promittentis conſtet, aſtringendus in eo euentu non ſit, aliam loco illius ſoluere. Tertio, quoniā,

10 qñ † donatio incipit a traditione, certè non alia de cā donans nō tenet̄ de euictione, niſi quia non aliud donare intēdit, q̄ id præcisè, ꝙ tradit: quare, cum is, qui rē determinatā in ſingulari promiſit non aliud promittere, aut donare intenderit, quàm ſingulare illud determinatum, ꝙ promiſit certè nihil aliud cogendus eſto ſoluere, eſto id euincatur. Accedit legē Ariſt. §. vlt. ff. de donationib. vniuerſim loqui de donatione rei determinatæ in ſingulari, nihil diſtinguendo, vtrū a traditione, an a promiſſione inceperit. Ad l. aūt. 1. C. de iure dot. cui contraria ſententia nititur, dicendum eſt. Ibi eſſe ſermonē de promiſſione rei genero in dotem, atq; adeò ex cauſa oneroſa, eaque de cauſa ſtatui, vt ſi donatio a promiſſione incœpit, teneatur ſocer genero de euictione; longè verò alia ratio eſt de promiſſione merè gratuita, de qua modo diſputamus. Illud poſtremo hac de re eſt obſeruandum, quando donator expreſſit ſe teneri velle de euictione, tunc, eſto donatio a traditione inciperet, teneretur de euictione, vt ha-

habetur lib. 2. C. de euictione.

10 Tertiò ſumitur † contractus latius adhuc, & minus propriè, pro quocunque pacto, ſiue ex eo
11 oriatur obligō, ſiue non. Atque † hoc modo donō, ſiue a promiſſione, ſiue a traditione incipiat, eo ipſo, ꝙ eſt acceptata, appellatur contractus, vt colligitur ex l. ſi donationis. C. ꝙ metus cauſa, ex l. ſi quis emptionis, in pr. C. de præſcr. trig. anno. & ex l. contractus. C. de fide inſtr. atq; affirmant gl. in auth. ſacramenta puberũ, verb. contractib. C. ſi aduerſus vendit. & Molin. l. 4. de primog. c. 2. n. 61. Licet. n. ex ea donatione acceptata, quæ a traditione incipit, nulla obligatio oriatur, tam ex parte donantis, quã donatarij: quatenus tñ ex ea transfertur dominiũ concurrente conſenſu, tam donantis ad donandũ, q̃ donatarij ad acceptandum, verè eſt pactũ, atque cõtractus in latiſſima acceptione contractus, de qua nunc loquimur.

In hac eadẽ acceptione eſt contractus acceptilatio, qua, interrogante debitore ſuum creditorẽ acceptumne, ſeu ſolutum, habeat debitum, velitve illud remittere, creditor reſpondeat, acceptum habeo, ſeu remitto, eaque extinguitur debitum præcedens. Quãuis. n. ex eiuſmodi acceptilatione nulla oriatur oblĩgō, quin potius diſſoluatur præterita, qua debitor creditori tenebatur, eaq; de cã diſtractus, hoc eſt, diſſolutio contractus in aliqua duarum priorum acceptionum, appelletur in iure, quia tñ fit concurrente conſenſu creditoris debitum condonantis, & debitoris condonationem poſtulantis, ac acceptantis, ſortitur rationem contractus in tertia acceptione, de qua loquimur. Tres has contractus acceptiones tradunt Cõrad. de contractib. q. 16. Syl. ver. contractus. q. 1. & Doctor. cõiter conſonat Bar. tum alibi, tum l. Labeo ff. de verb. ſign. & colliguntur ex tribus iuribus ſup. cit. iunctis glo. ibi. Neque vlt. acceptio a voce contractus diſſonat: tractus quippè voluntatum, ſeu conſenſuum diuerſorum in idem, ad dñium trasferendum, aliquamve obligationem efficiendum, aut diſſoluendam, non immeritò contractus, latè ſumpto vocabulo, nuncupatur. vnde nõ eſt, quod Sotus, aduerſus iura, & doctores, has tres contractus acceptiones reprehendat.

De Contractibus nominatis, & innominatis.

DISPVTATIO CCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominatus quid.*
2 *Emptio & venditio, quid & nu. 6.*
3 *Contractus innominatus quid.*
4 *Contractus reſpectiui qui, & qui non reſpectiui.*
5 *Contractus innominatus, ſtipulationis forma veſtitus, tranſit in contractum nominatum.*
6 *Contractuum innominatorum genera quatuor.*
7 *Contractus innominati negatiui reducuntur ad affirmatiuos: & compoſiti ex multis reſoluuntur in ſimplices, ex quibus conſtant.*
8 *Contractus in dubio, an nominatus ſit, vel innominatus, cenſetur innominatus.*
9 *Cõtractus innominati regulãdi, ac iudicandi ſunt iuxta eos nominatos contractus, quibus magis ſimiles ſũt.*
10 *Permutatio eſt contractus innominatus.*

Contractus latiſſimè ſumptus diuiditur, in nominatum, & in innominatum, vt colligitur apertè ex l. 1. §. vlt. iuncto §. penultimo, antecedente, & ex l. iuris gentium, in princ. ff. de pa-
1 ctis. Contractus † nominatus, vt Vlpianus l. iuris gentium citata ait; eſt, *qui in nomine generali pactionis, aut contractus, non ſtat, ſed tranſit in proprium, & ſpecificum nomen contractus.* Intellige, ſiue talis contractus ſit de iure gentiũ peculiareque ſibi nomen vendicet, ſiue de iure ciuili cum peculiari nomine, & forma ſit introductus.
2 Prioris † generis eſt venditio, hoc eſt, pactum mercis pro pretio, vt tritici pro pecunia. Quando nanque duæ res, quæ non ſunt pretium, commutantur vna pro alia, vt vinum pro oleo, aut triticum pro lana, vel res, quæ ſunt pretia, ſimiliter commutantur, vt aureus nummus pro pluribus argenteis, aut nummus argenteus pro pluribus æreis, non eſt emptio; & venditio, ſed permutatio, ac cambium. Eiuſdem generis ſunt, locatio, ſocietas, commodatum, mutuum, & alij ſimiles, in quibus computa ſponſalia, & matrimonium. Cæterum cum hi duo contractus poſtremi non verſentur circa bona externa, ſed circa mutuam corporum poteſtatem ad generationis actum, extra hunc ſecundum de iuſtitia tractatum ſunt.

Poſterioris generis ſunt, Emphyteuſis, & feudum, ſtipulatio, & acceptilatio, qui de iure ciuili inuenti & introducti ſunt: atq; hi duo vltimi ſub certa verborum forma introducti ſunt, qua ſeruata, reſultat ex eis ciuilis obligatio, conceditur que proinde actio aduerſus eos, qui illis nolunt ſtare.
3 Contractus verò innominati ſunt, qui proprio, ac ſpecifico contractus nomine carent. Exempla mox ſubijcientur.

Cõtractuum, ſiue illi nominati ſint, ſiue inno-
4 minati, quidam † ſunt reſpectiui, nempe illi, in quib. vnus obligatur, vt alter viciſſim ſe obliget, ac proinde vtrinque pariunt obligationem, ſuntque contractus in prima, ac proprijſſima acceptione diſputatione præcedente explicata. Tales ſunt venditio, locatio, ſocietas, & ſimiles. Alij verò ſunt non reſpectiui, illi videlicet qui non ex vtraque parte contrahentium pariunt obligationem, ac proinde ſolum continentur in duabus poſterioribus acceptionibus contractus, diſputatione præcedente explicatis. Eiuſmodi eſt acceptilatio, iuxta ea, quæ ibidem dicta ſunt.

Eſt etiam ſtipulatio, qñ adhibetur promiſſio-
5 ni ex vna duntaxat parte effectæ. Etenim † ſtipulationis forma iure ciuili inuenta, introductaque eſt, vt innominatos contractus tranſire faceret in contractus nominatos, ex eiſque obligationem ciuilem oriri efficeret. Si ergo ſtipulationis forma adiungatur promiſſioni ex vna duntaxat parte effectæ, tranſire illã efficit in cõtractum noiatum non reſpectiuũ: ſi vero adiungatur mutuæ vtriq; promiſſioni, vt ſi dicatur, promittisne mihi daturũ tritici modium, vt colã agrum tuũ, & alius viciſſim dicat, promittis colere agrum meũ pro tritici modio, tunc, vtroq; promittẽte, reſultat contractus reſpectiuus nominatus rõne ſtipulationis adiunctæ, de qua te latius duabus diſputat. ſequ.

6 Contractus † omnes reſpectiui innominati ad vnum ex quatuor generib. reuocantur, vt habetur l. naturalis, in princ. ff. de præſcriptis ver. & l. 5. tit. 6 part. 6 Nempe, do vt des, do vt facias, facio vt des facio vt facias. Quando. n. res, quæ non eſt pretium, datur pro pretio, eſt emptio. & venditio. vt habetur l. naturalis, citata, §. & ſi quidem, atq; adeo eſt contractus nominatus. Quando verò duæ res, quarum neutra eſt pretium, aut certè quarum vtraque eſt pretium, dantur, aut promittuntur, vna pro alia, eſt contractus innominatus, do vt des. Idem quando operæ, aut factum alicuius, eſt locabile, & pro eo pretium datur, aut promittitur, eſt locatio, ac conductio, ac proinde eſt contractus nominatus, vt habetur eadem l. naturalis. §. at cum; ſed quando datur, aut promittitur res, quæ non eſt pretium, eſt contractus innominatus; ex parte quidem eius, qui factum promittit, eſt contractus, facio vt des; ex parte vero eius, qui rem pro facto promittit, eſt contractus, do vt facias, vt eadem l. ſubiungitur, vt ſi vnus cum altero conueniat, dabo tibi equum meum, vt manumittas ſeruum tuum. Idem eſt, ſi detur pretium pro facto, quod locabile non eſt, vt ſi quis dicat, do tibi centũ, & manumitte ſeruũ tuũ. Ita habetur. §. cit. iuncta gl. Accurſij ibi. Quod autem eo modo diſtinguendi ſint duo illi contractus, do vt facias, & facio vt des, affirmat cum Bartol. cõis opinio, quã Padilla l. naturalis. §. ſed ſi facio nu. 5. refert, ac ſequitur. Qñ verò factum pro facto promittitur, aut commutatur, eſt contractus, facio, vt facias: vt ſi vnus cum altero conueniat, reficiam domos tuas, & tu cole agrum meum.

7 Nõnulla ſunt obſeruanda. Primũ eſt. Ad † affirmationem reduci negationem; quin ſub facto latè ſumpto, comprehendi non factum. Vnde ſi quis ita paciſcatur, do tibi equum meum, vt deſiſtes à lite cum Petro, vel vt tale quid aliud non facias, talis contractus comprehenditur ſub illa ſpecie, do, vt facias.

Secundũ, contractus compoſitos ex ſimplicibus commemoratis, ſoluendos eſſe in ſimplices, ex quib. cõſtant, atque adeo contractus compoſitos connumerandos eſſe cũ ſimplicib. ex quibus conſtant. Vtrumq; affirmant Padilla l. naturalis, in prin. nu. 22. Bar. & alij, quos Padilla refert.

8 Tertium, in dubio, an † contractus aliquis nominatus ſit, vel innominatus, cenſendus eſt innominatus. Ita probant l. 1. & 2. ff. de præſcrip. ver. & l. 1. ff. de æſtimatoria actione, & affirmant Bar. & cõior doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Alua. Valaſ. de iure emphy. q. 6. nu. 4. Qñ tamen res data eſſet ſimul pro pretio, & re alia, vt fundus pro mille aureis, & equo, ſi pretiũ excederet, vt in exemplo propoſito excedit, cenſetur venditio. Ita cum Bart. & communi doctorũ ſententia Padilla vbi ſupra nume. 2. & probant l. tenetur, §. 1. ff. de actio. empt. l. Ariſt. in prin. ff. de donat. & multo apertius c. ad quæſtiones, de rerũ permutatione.

Quartum eſt, cum ex quatuor illis capitibus, quæ contractus omnes innominatos comprehendunt, ortum etiam habeant contractus nominati reſpectiui: conſequens eſt, vt quidã ex cõtractib. innominatis magis ſimiles ſint quibuſdã ex contractib. nominatis, q̃ alijs. Contractus † vero in- 9 noĩati regulandi, ac iudicandi ſunt iuxta eos nominatos contractus, quib. magis ſimiles ſunt. Vt contractus, do vt des, regulandus eſt iuxta emptionem & venditionem: datur. n. in emptione, & venditione res, quæ eſt pretium, pro re quæ non eſt pretium. Contractus verò, do, vt facias, regulandus eſt iuxta cõductionem, in qua res, quę eſt pretium, datur pro vſu, aut opera locabili.

Quæſt. Supereſt, enodemus difficultatem, quæ ex hactenus dictis oritur. Si nanque expendas, quæ de contractu illo innominato, do, vt des, dicta ſunt, conſequi videtur permutationem, & cambium, eſſe contractus innominatos; cum tamen, ſi ad definitionem contractus nominati attendas, inter noĩatos compræhendi nõ obſcure videantur. Eſt quippe permutatio contractus quidam gentium iure introductus, emptione, & venditione antiquior, atque inter omnes vniuerſim nationes receptus, quod emptioni, & venditioni non conuenit; gaudet præterea peculiari nomine permutationis, aut cambij.

10 Communis † ſententia affirmat, permutationẽ eſſe contractum innominatum. Ita gl. in rubr. C. de rer. perm. & gl. vl. l. 1. C. eo. tit. Bar. & Doct. quos refert, ac ſequtur Padilla l. naturalis, in prin. nu. 13. Tametſi gl. vl. cit. & multi, quos idem Padilla ibid. §. & ſi quidẽ, nu. 9. cit. & quos ſequitur Ant. Gom. 2. to. var. reſo. c. 8. in fi. perperam affirment, permutationem ſolum eſſe, quando res certa in indiuiduo permutatur, pro re in indiuiduo ẽt certa, neque compræhendi in contractu, do, vt des: quem ſolum compræhendere arbitrantur, quando, ſaltem ex altero extremo, commutatur res, certa quidem in genere, aut in ſpecie, ſed incerta in indiuiduo. Ab eis verò meritò diſſentiunt Padilla ibid. Pinel. in rubr. C. de reſc. vend. par. 2. c. 1. nu. 10. & doctores, quos citant, qui ſatis perſpicuè oſtendunt, & commutationem rei, ex parte vtriuſque extremi certæ in indiuiduo, compræhendi ſub contractu, do, vt des, & tam, latè patere permutationem, quam contractum, do, vt des. Communis verò vtriuſque gloſſæ, Bar. & doctorum ſententia, nempe permutationem contractum eſſe innominatum, ſatis perſpicuè colligitur ex l. iuris gentium, in prin. ff. de pact. ex l. naturalis. §. ſi quidem. ff. de præſcr. ver. ex l. 5. tit. 6. par. 5. & ex alijs iuribus.

Ad id verò, quod in contrarium obijcitur, reſpondent gl. in rub. C. de rer. permut. Bar. in l. iuris gentium. in prin. & alij, permutationis nomẽ ex ſe commune eſſe contractib. omnib. reſpectiuis, etiam, emptioni, & venditioni: vt aũt contractus aliquis nominatus ſit, nõ ſatis eſſe, ſi retineat nomen alicuius generis ſupremi, aut ſubalterni contractus, ſed neceſſe eſſe, vt vendicet ſibi peculiare, & ſpecificum nomen vt in definitione ipſa contractus nominati dictum eſt: id verò permutationi non conuenit. Quæ tota hac diſputatione dicta ſunt, & quæ in ea addi poſſent, ex dicendis diſputationib. ſeq. erunt manifeſta. Satisfit argum.

Qui

Qui Contractus ſolo conſenſu, qui ſolo verbo, qui ſcriptura, & qui opere compleantur.

DISPVT. CCLIV.

SVMMARIVM.

1 *Contractus qui conſenſu perficiantur, & qui ſcriptura, & qui verbis, & nu. 3.*
2 *Sponſalia, & matrimonium ſolo conſenſu perficiuntur: & quid ſint.*
3 *Stipulatio qua verborum forma perficiatur.*
4 *Stipulari quis poteſt per procuratorem, tabellionẽ, vel alium.*
5 *Stipulationem continuo ſequi debet reſponſio, & non ex interuallo.*
6 *Contractus qui ſolo conſenſu perficiũtur, etiam ſi ex interuallo cõſenſus vnius ſequatur, valide pficiuntur.*
7 *Stipulatio in Caſtella non eſt neceſſaria ad validitatem contractus.*
8 *Acceptilatio verbis perficitur, & ad quid inuenta.*
9 *Stipulatio Aquiliana quæ, & qualiter extinguat obligationem.*
10 *Acceptilationis forma ſi non ſeruetur, per pactum nudum ſaltem tollitur naturalis obligatio.*
11 *Acceptilatio, & nuda remiſsio de iure Caſtellæ extinguit quamcunque obligationem ciuilem.*
12 *Contractus ſi ſuſpendatur, vt ſcriptura perficiatur, ante illam completam non perficitur, & quando arrha amittatur.*
13 *Cõtractus qui re perficiãtur, & quid in eis attendendũ.*

1 Contractuum, quidã perficiuntur † conſenſu, ꝙ intelligendum eſt de mutuo inuicem expreſſo, & manifeſto. Talis eſt emptio, & vẽditio; locatio & conductio; ſocietas, & mandatum vt hr̃ inſti. de obli. ex conſenſu. §. vnico. Eiuſmodi namque noīa impoſita ſunt ad ſignificandas has ipſas conuentiones, placitave, atque mutuos conſenſus. Quo fit, vt ſi contrahentes non ſuſpendant eiuſmodi contractus vt ſcriptura perficiantur, eo ipſo, ꝙ mutuo inter ſe conſentiunt, perfecti ſint, pariantque obligationẽ ciuilẽ, atq; actionem, eſto nulla interuenerit traditio, aut forma verborũ, vel ſcriptura, & eſto contrahẽtes ad maiorẽ firmitatem, atque, vt contractus melius probari poſſint, animũ habeant, vt publica ſcriptura ea de re poſtea conficiatur. Poſſunt ẽt eiuſmodi cõtractus perfici inter abſentes per epiſtolã, quibus ſibi inuicẽ mutuos conſenſus exprimant, atq;
2 per internuncios, vt §. cit. ſubiungitur. Hæc † eadem locũ habent in ſponſalibus & mr̃imonio, eo ꝙ ſolo mutuo cõnſenſu ad inuicẽ expreſſo fiãt, ac perficiantur: nomenque ſponſaliũ mutuũ conſenſum, ac promiſſionẽ mr̃imonij inter ſe poſtea cõtrahendi ſignificet: mr̃imonij vero nomẽ conceſſionẽ facultatis corporũ ad generationis actũ, per mutuũ ad eã conceſſionem cõſenſum ſignificet. Alij contractus verbis perficiuntur, hoc eſt, certa
3 verborũ, vocumve, forma. Eiuſmodi eſt † ſtipulatio quæ perficitur præcedente vnius interrogatione, qua ab altero petit, promittis, aut aſtringis te mihi daturum tm̃, aut facturum hoc, aut illud, vel daturũ, aut facturũ hoc pro illo, & ſubſequuta rñſione, ac ſponſione alterius, qua id ſe facturũ promittit, aut concedit. Ita hr̃ inſt. de verb. obl. in pr. l. 5. §. ſtipulatio. ff. eo. tit. & l. 1. ti. 11. p. 5. Is autẽ, qui interrogat, ac promitti petit, ſtipulari ſibi ab alio dr̃, vñ ſtipulãs & ſtipulator appellatur: is vero, a quo ſtipulatur, promiſſor nuncupatur. Sumitur ẽt interdũ ſtipulari paſſiuè, quo pacto, qui interrogatur & promittit, ſtipulari & ſtipulatus dr̃, vt patet l. ſi non ſortẽ, §. pen. ff. de cõdit. ind. in auth. de æqualitate dotis, §. 1. iuncta gl. ibi, in ver. ſtipulentur, & §. pterea nouatione, iuncta gl. ibi, in ver. ſtipulatus, inſt. quibus mod. tollitur obl. Quondã certæ verborũ formæ erant pſcriptæ ad interrogandũ, & rñdendum, ſine quib. cõtractus non valebat: hodie verò ſatis eſt, vt quibuſcũque vocib. id, in idiomate aliquo ſignificantib. vnus ſufficienter exprimat alteri petitionẽ ſuã, & alter illi ſuũ conſenſum. Ita hr̃ Inſt. de verb. obl. §. 1. l. oẽs. C. de contrah. & com. ſtip. & l. 2. tit. 1 1. p. 5. vñ ſatis eſt, ſi promiſſor interrogatus rñdeat, ẽt, vtique aut aliud ſimile, vt affirmat glo. l. oẽs cita. Satis eſt itẽ ſi dicat quid ni, aut cur non; vt hr̃ l. 1. §. ſi quis. ff. de ver. obl. & l. 2. Caſtellæ citata: ꝗ addit, ſi rñdeat, bonum eſt, ſi ita fiat, fiet bene, nõ cenſeri perfectã ſtipulationem, atque adeò neque oriri inde obligationem: qm̃ eiuſmodi verba, nõ ſignificant conſenſum, & promiſſionem, ꝗ tunc fiat. Dixi paulò antea; id in idiomate aliquo ſignificantibus qm̃, vt affirmat gl. vlt. §. 1. Inſt. de ver. ob. & cõis ſnĩa, ꝗ Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 9. nu. 3. refert, ac ſequitur, non ſatis eſt, ſi id ſignificet, ex ſola impoſitione ſtipulantis, & promittentis. Obſerua tñ ſtipulationem factam inter homines diuerſarũ linguarũ, ẽt ſi interrogatio fiat in vno idiomate, & promiſſio in alio, validã eſſe; modo tñ ſe inuicẽ intelligant, ſaltẽ p interpretẽ. Ita hr̃ l. 1. §. vlt. ff. de ver. ob. & §. 1. inſt. eo. ti. & l. 1. tit. 1 1. p. 5. Quia cõtractus, de quo loquit̃, verbis, hoc eſt, vocib. tã ſtipulãtis, ꝗ pmittẽtis, pficit̃, neq; literæ, aut nutus, ad eũ perficiendũ ſufficiunt, inde efficitur, vt inter abſentes, hoc eſt inter adeo diſtãtes, vt vnus ſignificationẽ vocis alterius percipere nequeat pfici non poſſit. Ita hr̃ §. itẽ verborũ inſt. de inut. ſtip. l. 1. in prin. ff. de ver. obl. & l. 1. tit. 11. p. 5. Si tñ in publico inſtrõ contineatur, ſtipulantẽ, & promittentẽ, præſentes fuiſſe, ſtatur inſtrõ, niſi is, qui promiſit, contrariũ ſufficientiſſimè probet, vt hr̃, §. item verborum cit. l. optimã C. de contrah. ſtip. & l. 32. tit. 11. p. 5. Ex eodem ẽt capite efficitur, vt cum muto, aut ſurdo, vt voces non audiat, contrahi non poſſit ſtipulatio: quia mutus neque interrogare, neq; promittere voce põt: ſurdus aũt de quo loquimur, neque interrogationẽ, neque promiſſionem põt audire. Ita hr̃ §. mutuũ, Inſt. de inutilib. ſtip. l. 1. in prin. ff. de ver. ob. l. 1. §. pen. & vlt. ff. de actio. & obl. & l. 2. tit. 11. p. 5. atq; alijs iurib. Quia † tñ contra-
4 ctus, qui verbis nõ perficiũtur, nutib. aut ſcripto fieri a muto, & a ſurdo poſſunt, vt hr̃ l. in quibuſcunque. ff. de actionib. & obl. ſanè ſurdus, & mutus per procuratorem nutibus, vel ſcripto, ad id deputatum aut per publicum tabellionem ſtipulari, & promittere poſſunt, item per ſeruum, aut filium, poſſunt ſtipulari, idemque eſt de abſentibus. Ita habetur l. 1. in prin. ff. de ver. ob.
5 Illud obſerua, vt valida ſit ſtipulatio, † neceſſe

eſſe,vt nõ ſolum ſtipulans,& promittẽs, p̃ſentes ſint,modo explicato, ſed etiã,vt in ſio continuo, poſt interrogationẽ,ſequat̃,hoc eſt,non ex interuallo, ita vt promittens prius diuerterit ad alia: ſi nanq; poſtq̃ ad alia diuertit,r̃ndeat,,neque iteru adhibeat interrogatio,inualida eſt ſtipulatio: q̃uis aũt interrogatus diſcedat,ſi tñ reuertatur, & p̃mittát anteq̃ ad alia diuertat, valida eſt ſtipulatio. Ita hr̃ l.1.§.q̃ p̃ſens,& l.cõtinuus, in princ.
6 ff.de ver.obl.& l.2.tit.11.p.5. In † cõtractib.aũt, q cõſenſu p̃ficiunt̃,eſto ex interuallo ſequatur cõſenſus alterius partis,perficitur, contractus,vt hr̃ l.ſi ſtipuler,§.vlt.iuncta gl.ibi,ff.de verb.obl.

7 Illud poſtremo † obſerua,de iure Regni Caſtellæ,l.3.tit.8.lib.3.ord.q̃ eſt hodie l.2.tit.16.lib.5. nouæ collect,promiſsionem,& contractũ,valida eſſe eo ipſo,q̃ intelligatur vnum incendiſſe obligare ſe alteri,ſiue abſenti, ſiue p̃ſenti, & ſiue interpoſita ſit ſtipulatio,eiuſque forma ſit ſeruata, ſiue nõ,ſed expreſſus ſit ſolum conſenſus, quo ſe intẽderit obligare, indeq; oriri obligationẽ ciuilẽ,& cõcedi actionem aduerſus eum qui intendit eo modo ſe obligare. Quia verò multa in ſequentib. occaſione illius legis in controuerſiam ſunt adducẽda,libuit eam referre,q̃ ſic habet: *Pareciẽdo que alguno ſe quiſo obligar a otro por promiſſion,o por algun contrato,o en otra manera,ſea tenudo de cũplir aquello,a que ſe obligò, y no pueda poner excepcion,que no fue hecha ſtipulacion, que quiero dezir prometiemento con certa ſolennidad de derecho, o que fue hecho el contrato, e obligacion,entre abſentes,o que no fue hecho ante eſcriuano publico,o que fue hecha a otra perſona priuada en nombre de otros entres abſentes, o que ſe obligo alguno que daria otro, o harias alguna coſa: mandamos que toda uia vala la dicha obligacion y contrato que fuere hecho, en qualquier manera que parezea que vno ſe quiſo obligar a otro.* Hinc patet in Regno Caſtellæ, eſto ſtipulatio literis, aut nutibus ſit facta, atque adeo a muto, aut ſurdo,& inter abſentes,atque ex interuallo,imò eſto interrogatio non præceſſerit, ſed nuda promiſſio nutibus aut literis ſit facta (quæ proinde ſtipulationis rationem non ſortitur) validam eſſe,vt inter alios Greg.Lop.l.1.& 2.tit.11.p.5.obſer.Meritò namque in eo regno tot ſubtilitates ſolennitates,ac tricæ iuris ciuilis,quę litibus anſã p̃bent, neque conſcĩæ forum cum exteriori conſentire ſinunt,abolitæ ſunt. Reliqua, quæ de ſtipulatione hoc loco dici poterãt,explanabuntur commodiùs in ſequẽtib. examinabiturq; nũ in Caſtellæ Regno neceſſaria nihilominus ſit acceptatio promiſſionis,vt ex ea obligatio in eo regno oriatur.

8 Acceptilatio † ẽt eſt cõtractus ſeu potius diſtractus,qui verbis perficitur. Atque vt hr̃ inſtit.quibus mod. tollitur obl. §.item per acceptilationẽ, ſolum diſſoluit obligationẽ ciuilẽ verbis contractã,i.per ſtipulationẽ, non verò ciuiles obligationes,q̃ ex alijs capitib. oriuntur. Sicut.n.ciuili iure introductũ fuit,vt ſtipulatio, q̃ verbis perficitur,ciuilẽ induceret obligationẽ;ita,vt ibidẽ ſubiungitur,conſentaneũ rõni fuit iudicatũ, vt obligatio illa,alijs quoq; verbis,acceptilationis,ſ.diſſolueretur. Fit aũt acceptilatio,vt ibidẽ hr̃,& l.1. ff.de accep. debitore interrogante creditorem, q̃ tibi promiſi,hẽs ne acceptũ? reſpondenteque creditorẽ (intellige, incontinenti,vt de ſtipulatione dictũ eſt) hẽo,aut alijs verbis ęquipollẽtib. Quia verò acceptilatione obligõ ciuilis, p ſtipulationẽ producta,non ſecus extinguitur,q̃ ſi,q̃ ex ſtipulatione debebatur,ſolueretur, inſti.§.cit.acceptilatio appellatur imaginaria,ſeu virtualis ſolutio.

Inſti.loco citato,& l.& vno, ff.de accep.traditur modus, quo obligationes ciuiles ex alio capite,q̃ ex ſtipulatione,obortæ, p acceptilationẽ tandem extinguãtur. Videlicet,ſi † debitũ ex quocũ-
9 que alio capite,in debitũ ex ſtipulatione prius cõuertatur,& deinde fiat acceptilatio. Vt creditor a debitore in hunc modũ prius ſtipuletur,quãtum mihi ex tali,vel tali titulo dẽs, vel quantũ talis, vel talis res æſtimabitur, ad q̃ mihi teneris, dare ſpondes? & debitor r̃ndeat ſpondeo, conuertitur debitũ ex alijs capitib. in debitũ ex eiuſmodi ſtipulatione,q̃ Aqliana appellat̃,eo q̃ a Gallo Aqlio ad effectũ,de quo mõ agimus,inuenta ſit. Qd ſi vlterius debitor a creditor petat, quidquid tibi hodierna die p Aquilianã ſtipulationẽ ſpopõdi, id ne oẽ acceptũ hẽs,creditorq. r̃ndeat,hẽo; tũc p. eiuſmodi acceptilationẽ extinguitur oẽ debitũ, & obligõ ciuilis. Paul.Caſtr. (cuius eſt ſũmariũ
10 legis.l.1.ff.de accep.) in eo ait, Si † non ſeruetur forma acceptilationis, ſed ſolũ interueniat pactũ nudũ, ſeu p̃miſſio creditoris p debitorẽ acceptata,q̃ remittit debitũ p ſtipulationem cõtractum, illudve nõ peter,q̃uis tũc nõ extinguat̃ obligõ ciuilis,extingui tñ nãlem, iuxta ea q̃ diſputatione ſequẽti dicenda ſint. Quia ergo in eo euentu manet obligõ ciuilis, concedit̃ quidẽ creditori actio aduerſus debitorẽ:quia tñ extincta eſt obligõ naturalis pacto illo nudo,teneturque proinde creditor nãliter,atque in conſcĩæ foro,illud nõ petere, cõceditur debitori exceptio aduerſus creditorem, q̃ pactus ſit,non petiturum debitum,idve remiſerit,qua exceptione ciuilis illa actio eliditur, atq. defenditur debitor,q̃ iam tũc obligatione nãli,atque in conſcĩæ foro,ad nihil tenetur. Hæc patẽt ex §.præterea debitor inſt.de excep. in eodẽ ſummario addit Pau.Caſt.ſi obligatio ciuilis, qua debitor creditori tenebatur,ortũ habuit,non ex ſtipulatione ſed ex cõtractu, q ſolo conſenſu,aut re p̃ficit̃, & p acceptilationẽ a creditore ſit remiſſũ debitum, licèt, iuxta ea quæ dicta ſunt, extincta non ſit ciuilis obligatio, ac proinde in foro exteriori concedatur creditori actio aduerſus debitorem,nihilominus per acceptilationem illam,quę rõnem habuit pacti de remittendo,aut non petendo debitum, fuiſſe extinctam obligationem naturalem,atque ex ea acceptilatione concedi debitori exceptionem, qua ciuilis illa obligatio ſimiliter eliditur, iuxta §. præterea debitum,citatum. Vtinam hæ quoq; ſubtilitates a ciuili iure numq̃ fuiſſent introductæ,q̃ & litibus fomenta præbẽt, & difficilè intelliguntur,neq; exterius forum, cũ
11 cõſcĩæ foro cõſentire ſinunt. Lege † vero illa Caſtellæ ſupra citata abolitæ ſunt, cum ex nudo pacto,nõ ſolum exceptio, ſed & ciuilis actio conceditur,

datur, ac proinde oriatur, non ſolũ naturalis, ſed etiam ciuilis obligatio, qua contraria obligatio ciuilis omnino tollitur, ac extinguitur, non ſecus ac per acceptilationem extinguitur ciuilis obligatio ex ſtipulatione contracta.

Alij contractus ſcriptura perficiuntur. In pri-
12 mis † namq; qñ contrahentes ſuſpendũt contractum, vt ſcriptura perficiatur, tunc, ẽt ſi is ex natura ſua ſolo conſenſu perficiatur, vt perficiuntur emptio, & locatio, ante ſcripturam tñ oĩno completam, & ſubſcriptam contractus ita ſuſpenſus non perficitur, ſed fas eſt cuique contrahentiũ ab eo contractu diſcedere. Si tñ alter contrahẽtium arrham accepit, & a tali contractu vnus cõtrahentium ſine alterius conſenſu recedat, tunc, ſi ſit is, qui arrhã dedit, illã amittit: ſi verò, qui illã accepit, reddit arrhã duplã. Ita hr̃ l. contractus. C. de fide inſt. & li. 4. ord. Luſit. tit. 36. Vbi ſimul explicatur, qñ aliqui cẽſendi ſint, aut nõ ſint, voluiſſe ſuſpendere contractũ, vt publica ſcriptura perficiatur. Marãta de ordine iudiciorũ par. 4. diſt. 9. n. 88. & diſp. 4 n. 4. cũ Bal. & alijs affirmat, eo ipſo, ꝙ contrahentes, dũ contractũ celebrabant, dixerunt, quæratur nobis tabellio, qui inſtr̃m conficiat, cenſeri voluiſſe ſuſpendere contractum, vt ſcriptura perficiatur, niſi contrariũ aliũde cõſtet.

Deinde, qñ de ciuili, aut canonico iure, pro forma alicuius contractus, aut ad validitatem illius, requiritur ſcriptura, non antea perficitur, q̃ ſcriptura conficiatur, vt habetur ti. 36. citato. Exemplum ibi adhibetur, in contractu Emphyteutico de re Eccleſiaſtica, & in contractu, qui ad ſui validitatem inſinuatione indiget, vt de donatione vltra certam quantitatem ſuo loco dicetur.

13 Alij deniq; † contractus ſunt, qui re ipſa, traditioneve perficiuntur, neq; antea cenſentur conſummati. Eiuſmodi ſunt donatio, mutuũ, cõmodatũ, depoſitũ, pignus, & ſimiles. Vt verò illos diſcernas, accipe egregiã Bar. regulã l. iuris gentiũ, in pr. n. 2. ff. de pact. Attendendũ eſt ad nomẽ cõtractus, & quidẽ ſi ſignificat rẽ ipſã, factũve exterũ, tũc nõ perficitur cõtractus ante illud exequutioni mandatũ. Vt quia donatio ſignificat donationẽ rei liberaliter, ante traditionẽ rei non cẽſetur perfectus cõtractus donationis. Quia itẽ mutuũ ſignificat dationẽ rei non liberaliter, ſed vt reddatur eadẽ in ſpecie, ac valore, qua ratione p̃ mutuũ transfertur dñium, vtiq; ante traditionẽ rei, q̃ mutuo datur, nõ cẽſetur pfectus contractus mutui. Eadem rationem, qm̃ commodatũ ſignificat traditionẽ rei liberaliter quo ad vſum, vt eadem numero reddatur, ante traditionẽ liberalem talis rei, quo ad vſum, non cenſetur perfectus is contractus. Similiter, quia depoſitũ ſignificat poſitionẽ rei apud aliquẽ in cuſtodiã, & pignus apud creditorẽ pro debiti aſſecuratione, hi contractus ante rei traditionem non cenſentur perfecti. Quia verò hypotheca ſolum ſignificat obligationẽ rei pro debiti aſſecuratione, abſque vlla talis rei traditione, perficitur ſolo conſenſu: ſicut vẽditio, & locatio, q̃ ſignificant actus ſolo conuenien di illis contractib. & ſicut ſocietas, quę ſignificat conuentionem inter aliquos ad negotiationem, ad cõe ipſorum cõmodum, ac damnum vlterius exercendã. Deniq; quia pmutatio ſignificat traditionem mutuã rei vnius pro alia, ante traditionẽ vtrinq; non cenſetur perfecta omnino. Idemque eſt de cæteris reſpectiuis contractib. innominatis. Tametſi, qñ ex altera parte hi omnes innominati contractus impleti ſunt, ciuilis obligatio cõſurgat, vt diſputatione ſequente dicetur.

De Pacto nudo, & veſtito, & quando ex Pacto, ac Contractu innominato oriatur, aut non oriatur, ciuilis Obligatio.

DISPVTATIO CCLV.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, & pacta quando pariant obligationẽ, & actionem ciuilem.*
2 *Pactum nudum quid.*
3 *Pactum nudum varijs modis veſtitur.*
4 *Veſtimentorum genera quinque, quibus veſtiũtur pacta nuda.*
5 *Pactum nudum a pacto veſtito in quibus differat.*
6 *Donatio dicitur pactum veſtitum iuris priuilegio.*
7 *Promiſſio dotis, & quædam aliæ iuris priuilegio veſtiuntur.*

VT l. iuris gentium, ff. de pactis, hr̃, pacta, ſeu
1 † conuẽtiones, interdũ pariunt obligationẽ ciuilẽ, atque adeo ex illis datur actio: interdũ vero eam non pariunt. Qñ. n. tranſeunt in pactũ, ſeu contractũ noĩatum, ciuilẽ actionem, & obligationẽ pariunt: qñ aũt in contractũ noĩatum nõ tranſeunt, neq; ciuilẽ obligationẽ, neque actionẽ pariunt. Excipitur, niſi vel interueniat factũ, ſeu cauſa poſita in rerum natura, ob q̃ vltra conuentionẽ, ſit iã aliquid debitum, vel niſi eiuſmodi pacta continenti, & non ex interuallo cohæreãt, & coniungantur cum contractu aliquo noĩato, aut cũ contractu in quo interuenit factum, ſeu cauſa. Adde tu, cum gl. l. iuriſgentiũ. §. ſed cũ nulla, ver. igitur, & cum gl. 1. §. quinimò, ff. de pact. vel niſi legis priuilegio alicui pacto, in quo nihil horum inuenitur, conceſſum peculiariter ſit, vt ciuilem obligationem, atq; actionem pariat. Hęc oĩa hñr, l. iuriſgẽt. cit. in prin. & duob. §§. citatis.

Vt verò hæc melius intelligantur, atque ad ea explicanda, quæ in titulo huius diſputationis ſũt propoſita accedamus, ſciendũ eſt. Hæc tria diſtingui in iure, pollicitationem, ſimplicemve promiſſionẽ non dũ acceptatam, pactũ nudum, & pactũ veſtitũ. Quia verò eiuſmodi pollicitatio non eſt pactũ, vt diſpu 252. oſtenſũ eſt, interim eã omittamus, hoc ſolo admonito. De iure ciuili cõi non oriri ex illa ciuilem obligationem, neque cõcedi actionem, vt interius, dum de promiſſionibus, & donationib. ſermo fuerit, oſtendetur; quo in loco examinabimus ẽt, vtrum ex illa naturalis ſaltem obligatio oriatur, & vtrum de iure canonico, atq; in Caſtellæ Regno actio ex ea concedatur.

2 Pactum nudum, vt habetur † l. iuris gentium, locis citatis, præſertim § ſed cum nulla eſt, quod neque in contractum tranſit nominatum, neque vna cum eo interuenit factum, aut cauſa, ex parte alterius paciſcentium, vnde, vltra pactum, alter maneat obligatus, neque in contrarium cũ eiuſmodi pacto, aut cum contractu nominato cohæret. Verbi gratia, promiſiſti te mutuo daturum Petro centum, illeque promiſſionem acceptauit, ſed nondum illi pecuniam tradidiſti, neque in ea promiſſione interuenit ſtipulatio, qua Petrus prior interrogaret, promittis te mihi mutuo daturum centum, & tu reſponderes promitto, tale pactum eſt nudum: q̃m neque rationem ſortitur ſtipulationis, neq; mutui, eò quòd, vt diſputatione præcedente explicatum eſt, facto, traditioneve pecuniæ, aut alterius ſimilis rei, contractus mutui cõſumetur: neque item ſortitur rationem cuiuſuis alterius contractus nominati, vt patet, neque cohæret cum alio contractu, aut pacto, vt ſupponimus. Similiter pactum nudum eſt, ſi conueniſti cum aliquo te traditurum, illi viginti oues pro vno boue, & neque ſtipulatio interuenit, neq; facta eſt vlla traditio, neq; pactum eſt cohærens cũ aliquo alio contractu. Ratio eſt, q̃m contractus ille eſt innominatus, do vt des, ex nulloque capite tranſit in contractum nominatum, & ex neutra parte interuenit traditio, factum, ſeu cauſa; vnde, vltra pactum, vnus alteri teneretur, neque cohæret incontinenti cum aliquo alio contractu. Quo fit, vt, iuxta ea quæ in principio huius diſputationis dicta ſunt, ex neutro ex his duobus pactis ciuilis obligatio oriatur, nec concedatur actio.

3 Si aũt quiuis † eorum fieret interueniente ſtipulatione, tunc, quia eo ipſo ſortiretur rationem cõtractus noïati, diceretur pactum veſtitum, oriretur que ex illo ciuilis obligatio. Vt ſi pacto illi, de cõmutandis viginti ouib. pro vno boue, adiũgeretur ſtipulatio, qua te interrogante, num promitteret dare bouem vnum pro viginti ouib. ille rñderet, promitto; & rurſus interrogante illo, nũ promitteres dare viginti oues pro vno boue; reſponderes, promitto, tunc eſto ex neutra parte fieret traditio, eſſet pactum ſtipulatione veſtitũ, oriretur que ex illo ciuilis obligatio, atque cõcederetur actio, quæ ex eodem pacto nudo celebrato nequaquam cõcederetur, & vtrumque habetur expreſsè leg ex placito. C. de rerum permutatione. Quia verò hodie contractus alioqui innoïati ſi literis mandentur, ac coram tabellione, aut ſcriba publico fiant, celebrari conſueuerunt interueniẽte mutua ſtipulatione, interrogante miniſtro publico vtrumque cõtrahentium nomine alterius, illiſque ſibi mutuò ſpondentibus atque in inſtrũ publico fides cõſueuit fieri interueniſſe eam mutuam ſtipulationem affirmant Bar. l. 2. ff. de condict. ob cauſam, & alij, quos Antonius Gomez 2. tom. var. reſol. c. 8. n. 4. refert, ac ſequitur, hodie rarò dari contractus innoïatos, præſertim ſi corã tabellione, aut ſcriba publico, celebrentur. Simili modo, ſi eodem nudo pacto, de commutandis viginti ouibus pro vno boue, ſuperuenerit non quidem ſtipulatio, ſed traditio ex altera parte, quia vel tu traderes alteri viginti oues, vel alter traderet tibi bouem, eo ipſo pactum illud maneret veſtitum ea traditione, & cauſa, propter quã, vltra pactum is qui nondùm ex ſua parte contractum impleuit, obligatus ciuiliter maneret ei, qui impleuit, ac proinde huic, qui impleuit, conceditur actio, quam iura præſcriptis verbis, aut in factum vocant, qua, ſi alter tempore debito ex ſua parte non impleat, cogere illum poteſt, vel ad intereſſe, nempe vt, quod promiſit, ſoluat, aut quãtum, id ſoluiſſe ſua intererat, vel vt cõdictio, ſeu actio, vt ſibi reſtituat, quod accepit, tanquam datum ob cauſam, cauſa non ſubſequuta, optioq; eſt penes eum, qui impleuit, vt agat, quo ex his duobus maluerit modis. Ita colligitur ex l. cum precib. §. præter, ex l. quoniam aſſeueras C. de rerum permut. & habetur expreſsè l. naturalis. §. & ſiquidem. ff. de præſcrip. verb. vbi Padilla. nu. 16. explicat, cur actio præſcriptis verbis dicta ſit, & quid inter eam, & actionẽ in factum, differat. Lege eũdem autorem a n. 10. & Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 8. n. 3. Cum. §. cit. conſentit. l. 5. ti. 6. par. 5. quæ addit, concedi iurum in litem aduerſus eum, qui non impleuit, vt in damnis ſequutis ſtetur iuro eius, qui impleuit; iudice tñ ſimul arbitrante, an tanti æſtimandi ſint. Vr̃ etiam ſtatui. l. 43. ti. 14. p. 5. vt qñ, qui impleuit, repetit, ꝙ dedit agere ſimul poſſit ad intereſſe, ſeu damna ſequuta ex eo, ꝙ alter non impleuerit: vbi Greg. Lopez tandem legem illam ita exponere conatur, vt ab hactenus dictis non diſcordet. Illud ẽt eſt admonendum. l. naturalis §. ꝙ ſi faciam. ff. de præſ. verb. & l. 5. ti. 6. & l. 45. ti. 14. p. 5. affirmari, in contractu, facio vt des concedi peculiariter ei, qui factum impleuit, aduerſus alterum, qui non retribuit, quod promiſit, actionem de dolo, non verò præſcriptis verbis: quod multum faceſſit negotij iuriſperitis, difficileque rationem reddunt diuerſitatis, cur ita in eo contractu peculiariter ſtatuatur. Lege inter alios Padillam. §. cit.

Etiam veſtitur pactum nudum cohærẽtia alterius contractus noïati, aut veſtiti ex adimpletione alterius partis: eo namq; ipſo, ꝙ incontinenti cum aliquo eorũ coniungitur, ea cohærentia cenſetur veſtitum, oriturque ex illo peculiaris ciuilis obligatio, daturque actio p̃ſcriptis verbis ad intereſſe aduerſus eũ, qui eſt in mora adimplẽdi tale pactum, vt hr̃ l. iuris gentium. §. quinimò. ff. de pact. V. g. ſi dum quis domos ſuas vendidit, aut locauit alteri, ſimul cum eo iniuit pactum, ꝙ cõmutabit bouẽ cum equo, aut ꝙ pro boue colet agrũ locatoris, tale pactum veſtitur cohærentia illius alterius cõtractus vẽditionis, aut locationis, conſurgitque eo ipſo ex illo ciuilis obligatio. Idẽ eſt, ſi quis tradidit decẽ oues alteri, vt in futurum coleret agrũ ipſius, & ſimul pactũ cũ eo iniuit, vt pro ariete, quem in reditu illi daret, iter quodam conficeret: tũc. n. quia hoc ſcdm pactum cohæret cum illo priori, innominato quidem, ſed veſtito adimpletione ex parte tradentis oues, cenſetur eo ipſo veſtitũ, conſurgitq. ex illo obligatio ciuilis, ſicut ex priori. Idem eſſet, ſi in duobus exemplis propoſitis priùs fierent priores illi contractus, & poſteà,

poſtea, antequàm contrahentes ad alia diuerterent,adiungerent poſteriores : interim namque, dum contrahentes ad alia non diuertunt, cenſentur addere incontinenti poſteriora pacta : ſecus aũt eſſet, ſi, poſtq̃ ad alia diuertiſſent, illa adderent: nam tunc ex interuallo cenſerentur addita.

4 Ex dictis patet,quædam † eſſe pacta,quę eo ipſo,ꝙ fiunt producuntur veſtita,népe contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur,vt véditio,locatio &c. ſtatim namq; eiuſmodi pacta ſortiuntur peculiare,& ſpecificũ nomen contractus, neque alio indigent veſtimento. Alia verò eſſe,quę adhibita certa quadã verborũ forma, veſtiuntur,vt pacta, alioquin nuda,q̃ in ſtipulationẽ, aut acceptilationẽ tranſeunt. Atq; hæc eo ipſo ſunt ẽt contractus noĩati. Alia ꝓterea eſſe,q̃ in facto ꝑficiuntur, ac veſtiũtur,vt in contractus tranſeant noĩatos, cuiuſmodi ſunt,mutuũ, cõmodatũ, & depoſitum. Alia itẽ eſſe,q̃ ita veſtiuntur facto, aduẽtuve cauſæ,vñ,vltra pactũ,reſultet obligatio, vt non tranſeant in contractus noĩatos. Eiuſmodi ſunt contractus innominati ſubſequuta adimpletione,ſaltẽ ex altera parte, vt explicatũ eſt. Alia denique eſſe, quæ ſola cohærẽtia incõtinenti cũ aliquo ex alijs contractib. veſtitis, ipſa quoq; veſtita cẽſentur,vt paulò ante explicatũ ẽt fuit. Atq; hos quinque modos,quib. pacta veſtiuntur, connumerãt gl. Bar.& alij l.iuris gentiũ §.quinimò.ff.de pac.

5 Diſcrimen inter † pacta nuda,& pacta quouis modo veſtita,vt ex dictis iã facile intelligitur,eſt. Quòd ex pacto veſtito oritur ciuilis obligatio,daturq; proinde actio:ex pacto verò nudo nulla oritur ciuilis obligatio, Vnde iuriſc.l.iuris gentium. §.ſed cum nulla,ſic colligit *Igitur nuda pactio obligationẽ non parit.* Intellige,ciuilem. Rationem reddit Cou c.q̃uis pactum,de pact.p.2.§.4.a nu. 12. ne lites multiplicentur, quæ valde excreſcerent,ſi ex nudo pacto actio concederetur, impugnatque rationem,quam alij reddunt.

Qñ aũt audis, ex nudo pacto non oriri ciuilẽ obligationẽ,intellige(vt ſup.dicebamus) niſi iuris priuilegio alicui pacto nudo concedatur, vt ex eo ciuilis oriatur oblĝo,at detur actio. Hac rõne quãuis de iure antiquo, ſi donatio a promiſſione acceptata incipiebat, ex ſola gratuita promiſſione,anteq̃ traditio fieret,nõ oriebatur ciuilis obligatio,qñ ſtipulatio non interueniebat: idq; ꝑpea ꝙ eſſet pactũ nudũ,eo ꝙ ante traditionẽ, neq; donõ ſit cõpleta,neq; tranſeat in contractũ noĩatũ,
6 vt diſp. præcedente explicatum eſt hodie tñ † de iure Codicis ex pacto donõnis nudo ciuilis orit̃ obligatio,& datur actio,q̃ tranſit ad hæredes donatarij,& aduerſus hæredes promittentis,vt hr̃ l. ſi quis argentum,præſertim,§.vlt.C.de donationib. vbi exprimitur, actionem, quæ ex eiuſmodi pacto nudo donationis datur, eſſe conditionẽ ex ea ipſa lege. Idem habetur inſt.eod.tit.§.aliæ aũt l.4.tit.4.p.5.& lib.4. Luſit.ord.tit.55.in prin.

7 Eodem iuris † priuilegio ex nudo pacto dotis promiſſæ oritur ciuilis obligatio, & datur actio. Dotis nãq; cõtractus, vt ex noĩe ipſo liquet,neq; ꝑfectus cẽſetur, neq; proinde rõnem contractus noĩati ſortitur ante traditionẽ, vt de donatione, mutuo,& commodato,diſp. præcedente explicatum eſt:quo fit, vt dotis promiſſio acceptata inter nuda pacta ſit annumerãda. In nuptiarum ũ fauorẽ conceſſum eſt, vt ex illa ciuilis obligatio oriretur,& daret̃ actio,vt patet,l.ad exactionem. C.de dot.promiſſ. Idẽ iuris priuilegiũ cõceſſum eſt ꝓmiſſioni, qua q̃s alicui ꝓmittit ſe ſoluturũ ei debitum,ꝙ alius illi debebat,aut ſe ſoluturũ ei alia die,aut loco,debitũ, ꝙ ipſemet promittẽs illi debebat,de qua re diſp.270. erit ſerm. Bar.l.iuris gentiũ in prin.prope finẽ, ff.de pactis,at,iure ꝑtorio idẽ priuilegiũ conceſsũ eſſe pacto nudo pignoris, nẽpe vt ex illo oriatur ciuilis obligõ, & detur actio,iuxta l.ſi tibi, §.de pignore, ff.de pactis. Cæterum,cum pignoris pactum cohærere ſoleat cũ contractu, ad cuius ſecuritatẽ pignus promittitur, ratò dabitur pactum nudum pignoris. Quoſdã alios varios euentus connumerat gl.l.iuris gentium.§.ſed cum nulla,verb.igitur,ff.de pactis,in quibus ex pacto nudo iuris priuilegio datur actio, & gl.§.de conſtituta. inſt.de actionib. verb.nulla. Dubitant doctores, nũ eiuſmodi priuilegium legis, appellandũ ſit veſtimentũ pacti, ita vt neq; in his euentibus concedendũ ſit ciuilẽ obligationem oriri ex pacto nudo.gl.in verb.igitur cit.& alia,§.quinimò,affirmãt,eiuſmodi priuilegium appellandum eſſe veſtimentum pacti. Bar.verò ibidẽ id reprobat. Quãuis autẽ quæſtio videatur eſſe de vocabulo: placet tñ Bart.opinio, cui conſonat,tũ cõis loquendi modus,tum ẽt l. fideiuſſor,iuncta glo.ibi,verb.actio aliqua,ff.de fideiuſ. Lege apud Bar.fundamentũ, cui ẽt nititur.

Si Pactum nudum iuramento confirmetur, num ex eo oriatur ciuilis Obligatio, & num de iure canonico,& ciuili, detur ex illo actio.

DISPVTATIO CCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Pactũ nudum iuramento confirmato parit actionẽ non ſolũ de iure canonico, ſed ẽt ciuili, & nu.2.*
2 *Iuramentum ueſtit pactum nudum, & ex eo facit oriri actionem de iure ciuili.*
3 *Fideiuſsor tenetur etiam ex obligatione naturali ex parte debitoris principalis.*

DIſputandum eſt,an iuramentum inter veſtimenta pacti nudi ſit annumerandũ, quaſi in cauſa ſit,vt ex pacto,alioquin nudo, ciuilis obligatio oriatur,ac detur actio.

Bar.l.iuris gentium.§.quinimo.n.16. ff.de pactis,& fuſius l.ſi quis pro eo,in prin. ff.de fideiuſſor affirmat, iuramentum in vno ſolo euentu in cauſa eſſe,vt de iure ciuili ex pacto, alioquin nudo,ciuilis oriatur obligatio,& detur actio,nempe qñ libertus promittit ſub iureiurando patrono operas,vt habetur l.vt iuriſiurandi.ff.de operis libert.l.vl.ff.de libera.cauſ.& l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſor. Ex his namq; iuribus,argumẽto a cõtrario ſenſu, colligit Bar.in alijs euentibus a iure

non

non expreſsis, ex pacto nudo iuramento cõfirmato non oriri obligationem ciuilem, neq; concedi actionẽ. Quin.l.ſi quis pro eo,apertè decidere videtur,qñ libertus nõ eſſet,ſed ingenuus,qui operas ſub iureiurando alicui promiſiſſet ex tali pacto iuramento confirmato non concedi actionẽ aduerſus promittentem. Atq; hæc eſt cõior ſnĩa, præſertim iuris Cæſarei interpretum,vt affirmãt Pano.c.cum veniſſent nu.26. de inſtitutionibus, & Cou.c.quamuis pactum par.1.§.2.nu.4.

De iure verò Canonico Inn.& alij,quos Pan. loco cit.& Cou.loco ẽt cit.nu.3.referunt,aſſeruerunt,ex pacto nudo iuramento confirmato, non concedi actionem , ſed ſolum Eccleſiaſticum iudicem ex officio ſuo rõne peccati, in quo is perſeuerat, qui ſeruare non vult pactum nudum iuramento cõfirmatum,quo ſe aſtrinxit, poſſe illum compellere,vt pactum impleat. Ducuntur hi autores,quoniã de iure ciuili ex tali pacto iuramento confirmato nec oritur ciuilis obligatio, nec datur actio,ergo neq; de iure canonico;ſiquidẽ nullus eſt textus, in quo id ſit mutatum, & vbi non eſt peculiaris conſtitutio iuris canonici,ſtandum ſit iuri ciuili,vt patet c.1.de noui operis nunciat.

Duabus tñ concluſionibus ſatisfaciendum eſt huic diſputationi. Prima eſt aduerſus Inn.& qui
1 illum ſequuntur. Nempe, de iure † canonico ex pacto nudo iuramento confirmato actionem concedi. Hæc eſt Bar.l.ſi quis pro eo,citata, Pan.vbi ſup.Felin.c.1.de iureiur. & cõis,ut refert ac ſequtur Cou.n.3. cit.eamq; aſſerere vr̃ gloſ.c.quoties cordis oculis.1.q.7. verb.& pro te. Probari uerò põt. Primò, quoniam ex pacto nudo conceditur actio iure canonico,iuxta c.1.de pactis,iũcta glo. ibi,& affirmat cõis doctorum ſnĩa,ut diſp.ſequẽti eſt oſtendendum,ergo longè maiori cum ratione ex eod.pacto nudo iuramento confirmato dabitur actio eo.iure can. Secundò,quoniã ex cõtractu iure ciu.& can.irrito,ſi non ſit contra bonos mores,ut nõ eſt,uenditio fundi dotalis,& alienatio facta a minore datur actio iure ciuili,& canonico,qñ iuramento confirmat̃, ut conſtat ex c.cũ contingat.de iureiu.c.cum mulieres. eo.tit.lib.6. c.quamuis pactũ,de pact.li.6.& ex auth.ſacramẽta puberum.C.ſi aduerſus uendit,dictumque copioſè eſt diſpu.149.& 150.ergo longè maiori cũ rõne conceditur ex pacto nudo iuramento confirmato: quando quidem pactum nudum ex ſe parit obligat naturalem in cõſcientiæ foro, quod nõ habet cõtractus irritus,& ex iuramento , quo cõfirmatur,oritur illa alia obligatio, legitimũq; ius ei, cui eſt præſtitum , quod ad hæredes ipſius tranſit,& ratione cuius ex contractu in ſe irrito, ſed non illicito, conceditur actio iure canonico, & ciuili,vt diſp.150.fusè explicatum eſt.

2 Secũda cõcluſ.Ex pacto † nudo iuramẽto cõfirmato,iu.ciuili cõceditur actio. Hanc affirmãt Pan.nu.26 cit.Cou.c.q̃uis pactũ,par.1 §.2 a nu. 3.& par.2 §.4.nu 15.& 16.& alij,quos citat:mihiq; eſt indubitata,iuxta ea quę diſp 149.& 150. explicata ſunt. Eã meo iudicio ſufficienter probat 2.arg.quo p̃cedẽs cõcluſio cõfirmata eſt. Eandẽ confirmant autores citati ex iurib. quib. Bart. & alij contrariæ opinioni nituntur. Etenim in eis pacto nudo iur̃o cõfirmatur actio datur iure ciuili,vt Bar.ipſe,& alij cõfitentur:neq; eſt ratio, cur ex alijs nudis pactis iur̃o confirmatis nõ det̃ ſimiliter, niſi pactũ ſit iure ciuili prohibitũ,eaq; rõne nullũ:vt vero Cou.egregie oſtendit , in eis iuribus ſermo non eſt de operis quibuſcunq; ſed de eis, q̃ libertis ad certũ tp̃s imponi cõſueuerãt, & quas illi intuitu libertatis,qua donabãtur, promittebãt, prohibitũ aũt erat ingenuas,vel ſtipulatione,vel iur̃o,ad eas obligari,ſtatutũq; erat,vt,ſi ingenuus quouis horũ modorũ ad eas ſe aſtringeret,totũ eſſet irritũ,& inane; eaq; de cã iura illa , p̃ſertim l.ſi quis pro eo,ſtatuunt,vt q̃uis ſit libertus iur̃o ad eas ſe aſtringat,cõcedatur aduerſus eũ actio, ſi tñ ingenuus ſit,qui illas iur̃o promittit, totũ ſit irritũ,& inane, & neq; nãlis obligõ inde oriatur, eaque de cã, neq; fideiuſſor ad quicq̃ teneatur:cũ tñ,vt fideiuſſor teneatur, ſatis ſit obli-
3 gatio nãlis ex parte debitoris principalis,vt patet l.fideiuſ.§.fideiuſ.ff.de fideiuſ. Qñ tñ ingenuus, non vt libertus,ſed vt ingenuus, ſub iureiur.promitteret operas ſuæ artis,vt ſartor,aut ſutor, non ſolũ ſi ſtipulatio interueniret, atq; adeò cõtractu noĩato illas promitteret,cõcederetur aduerſus eũ actio, ſed ẽt ſi illas ſub iur̃o nudo aliquo pacto polliceretur; niſi tñ pactum eſſet reſpectiuum,& alius ex ſua parte nõ vellet id impleret nam tunc neq; alter tenet̃,eo ꝙ ſub tacita cõditione,ſi alter ẽt ſtare vellet pacto,id ꝓmiſi,ac iur̃o cõfirmauit.

Vtrum ex Pacto nudo naturalis, atque in conſcientiæ foro, oriatur Obligatio; & num de iure canonico, & in Regno Caſtellæ actio ex eo concedatur.

DISPVT. CCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio naturalis in foro conſcientiæ oritur ex pacto nudo.*
2 *Contractus nominati ab innominatis,nec nõ pacta nudum a veſtitis,quo iure non differebant.*
3 *Compenſatio ciuilis debiti cũ debito naturali, nec nõ & retẽtio debiti naturalis ſoluti,cõceditur.*
4 *Obligatio naturalis oriens ex pacto nudo,quos eſſe ctus pariat de iure ciuili.*
5 *Actio ex pacto nudo orit̃ de iure canonico, ex cõi. Neceſſariam tamen eſſe in eo cauſæ expreſſionem, ex communi,& nu.6.*
7 *Pactum donationis nudum ciuilem obligationem parit hodie,etiam de iure ciuili.*
8 *Promittens ſine cauſa quãdo donare præſumatur.*
9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra quantum tempus proponi debet. Item exceptio non numeratæ dotis, & non recepti debiti.nu.ſeq.*
12 *Ius ciuile a canonico in quo differat,dum ex pacto nudo ſuperuentu cauſæ ueſtito, datur actio.*
13 *Actio ex pacto nudo,eo modo,quo de iure canonico,etiam in Caſtella datur.*

Docto-

DOctores cõiter, quos ſequuntur Cou.c.q̃-uis pactum, par. 2. §. 4. n. 13, Ant. Go. 2. to. var. reſ. c. 9. nu. 2. & Padilla, l. naturalis, §. & ſi q. dẽ, nu. 17. ff. de præſcr. verb. conſentiunt, ex pacto
1 † nudo naturalem oriri obligationem, qua paciſcentes in conſcientiæ foro tenentur illis ſtare, ẽt ſub culpa lethali, ſi id, ad qđ ex tali pacto aſtringuntur, tanti referat, vt ad culpam ſufficiat lethalẽ. Ratio eſt, qm̃, ſtando in ſolo iure naturali, ac gentium, antequã ciuile ius introduceretur, nulla
2 erat differentia inter † contractus nominatos, & innominatos, vt cum Fortunio, & alijs, Alu. Val. de iure Emphy. q. 6. nu. 2. rectè ait, neq; itẽ inter pacta nuda, & veſtita: quare in conſcĩæ foro, ſpectataque ipſa rei natura, ex oĩb. oriebatur obligatio, q̃ ea de cã naturalem appellamus, vt a ciuili, ex qua actio ciuili iure conceditur, eã diſtinguamus. Ius vero ciuile ad litium multiplicitatem vitandam, q̃uis ex nudis pactis concedere noluerit ciuilem obligationem & actionem (paucis quibuſdã pactis exceptis, vt diſp. 255. oſtenſum eſt) nihilominus vim ſuã, quã ſtando in ſolo naturali, ac gentiũ iure, ad naturaliter obligandum habebant, ab eis non abſtulit: quin potius pp illam, varios ex illis effectus introduxit. Nempe, vt is, cui
3 † ex pacto nudo aliquid debebatur, quamuis exigere illud in foro exteriori non poſſet, poſſet tñ id ſibi ſemel ſolutum in eodẽ exteriori foro retinere, neque poſſet cogi illud reddere. Itẽ vt ſi ipſe eidẽ aliquid deberet, poſſet facere cõpenſationem in eo, ꝙ ſibi ex pacto nudo creditor debebat, neque in exteriori foro compelli poſſet plus ſoluere, q̃ incrementum. Præterea (& ferè in idem recidit) poſſet excipere aduerſus exigentem, eſſe ſibi ex pacto nudo tm̃, vel tm̃, debitum, aut remiſ ſum, neque teneri id ſoluere. Ita hr̃, l. iuris gentiũ, in prin. & §. ſed cum nulla. ff. de pac. Diuidẽs nãque Vlpianus pacta vniuerſim, quæ gentium iure ex ſe vim habent, ſic ait. *Iuris gentium conuentionis, quædam actiones pariunt* (intellige, ciuili iure.) *& quædã exceptiones.* Et protinus, ſubiũgit, ſolos contractus noĩatos, & pacta veſtita, parere actionem: nuda verò ſolam exceptionem. Vnde §. ſed cum nulla, cõcludit. *Igitur nuda pactio obligationẽ, non parit, ſed parit exceptionem.* Intellige iure ciuili, atque in exteriori foro. Item pp obligationem ex pacto nudo remanentem, quãuis non detur ciuilis actio aduerſus ita paciſcentem, datur tñ aduerſus fideiuſſorẽ, ſi fideiuſſor pro talis pacti impletione eſt datus; retinerique eadẽ ratione põt pignus, ſi pro nudo pacto implendo ſit datus, l. fideiuſſor, §. fideiuſſor, ff. de fideiuſ. Confirmãt
4 † ex pacto nudo reſultare naturalẽ obligationẽ, & pp eam iure ciuili concedi effectus commemoratos §. pterea debitor. Inſti. de excep. l. Stichum, §. naturalis, ff. de ſol. l. ex hoc iure, cunctа gl. ibi, in verb. obligationes. ff. de iuſt. & iu. & l. cũ hoc amplius, §. is natura iuncta gl. ibi, ff. de reg. iur.

Quod ad r̃m eorũ, quæ propoſita ſunt, attinet,
5 cõis ſnĩa doctorũ eſt, ex pacto † nudo iure canonico cõcedi actionẽ iuxta c. 1. de pac. Ita affirmãt gl. Pan. Fel. & alij ibidẽ, Ant. Go. 2. to. var. reſo. c. 9. in calce. n. 2. Cou. c. q̃uis pactum p. 2. §. 4. n. 14. & alij. Cum. n. ex pacto nudo naturalis obligatio oriat̃, hoĩesq; in cõſcĩæ foro nudis pactis, vt oſtẽſum eſt, ſtare teneãtur vtiq; rõ, animarumque ſalus ac bonum poſtulabant vt canonico iure ex pacto nudo actio concederetur, quod & factum eſt.

Obſeruat optimè Felinus cũ alij, ca. 1. de pact. nu. 10. actionem, q̃ iure canonico ex pacto nudo dat̃, ſolum habere locũ in cauſis ad tribunal Eccleſiæ rõne perſonarum, aut materiæ, ſpectantiũ, itẽq; in cauſis laicorum in terris Eccleſiæ cõmorantium, tpali vе dñio ſummi Põtificis ſubiectorum; ſecus autem in cauſis tpalib. aliorum laicorum. Habet tñ aduerſus eos locũ media illa denũciatio inter fraternam, & iudicialem, de qua ſermo eſt c. nouit, de iud. & de qua diximus in materia de correctione fraterna, & dicemus tract. 5. ea namque via cogi poſſunt a prelatis Eccleſię ſtare pactis nudis, vt in cõſcĩæ foro tenent̃, quatenus a lethali culpa eruant̃. Ita Fel. loc. cit. Bart. in extra ad reperiẽdũ ver. denunciationẽ, nu. 10. & multi alij. Obſeruant ẽt Fel. c. 1. de pac. Pan. & idẽ Fel. c. ſi cautio, de fide inſt. Cou. n. 14. citato, & docto-
6 res cõiter, vt iure † canonico ex pacto nudo actio concedatur, qua paciſcẽs cogatur implere pactũ, neceſſariã eſſe cauſæ expreſſionem; alioquin reus non cogetur ſoluere, niſi actor cauſam ſufficienter, probet, iuxta, c. ſi cautio citatũ, l. cum de indebito, §. vl. ff. de prob. & l. gñaliter, C. de nõ num. pec. V. g. eſto cõperiatur ſcriptura aliqua, in qua contineatur, Petrum conueniſſe cum Ioanne, ſe daturum Ioanni quippiã tali die, putà bouem, vel centum aureos, ſi in ea ſcriptura non contineatur cauſa, pp quam Petrus id erat daturus, non cogetur id dare, niſi Ioannes cauſam ſufficienter probet, aut Petrus illam confiteatur. Si verò in ſcriptura expreſſa ſit cauſa, eo ipſo cogetur Petrus id ſoluere, niſi ſufficientiſſimè probetur, eã cauſam non extitiſſet; qm̃ eo ipſo, ꝙ cauſam in ſcriptura, aut extra ſcripturam, eſt confeſſus, ad ipſum ſpectat probare, eã non extitiſſe. Exemplũ accipe. Si inueniatur ſcriptura, in qua contineatur, Petrum aſtringere ſe dare Ioanni centũ die Diui Michaelis, q. a. n. cauſari p̃t Petrus ſe id promiſiſſe ꝓ obſequio, ꝙ Ioannes erat ei exhibiturus, neque exhibuit, aut in cõpẽſationẽ ꝓ re alia, q̃ non exhibuit, ad Ioãnẽ ſpectat ꝓbare extitiſſe cãm, neq; aliter Petrus cogetur ſoluere. Si verò in ſcriptura contineatur, ſe daturũ id in recõpenſationẽ obſequij, aut alterius rei, q̃ exhibuit, aut tunc exhibet cogetur Petrus ſoluere, niſi ipſe ſufficienter probet, eã cãm verè nõ extitiſſe, vt iurib. citatis hr̃. Quo loco obſerua, ſufficientẽ cauſam, vt ſoluere cogat̃, eſſe titulum donõnis. Vñ, ſi in ſcriptura cõtineatur, aut dixiſſe probet̃, promitto me dono daturũ Ioanni, aut in eleemoſynã, vel quouis alio modo gratis, atque ex liberalitate, centũ, aut bouem, vel aliud ſimile, coget̃ id ſoluere, tã in ſeculari, q̃ in
7 Eccleſiaſtico foro; quoniã † pactum donõnis nudũ, ciuilẽ oblıgõnẽ parit hodie, ẽt de iure ciuili, iuxta l. ſi quis argentum. C. de don. & alia iura vt d. 255. oſtenſum eſt, & affirmant doctores citati. Obiect.

Quòd ſi qs ita obijciat, qui abſque cauſæ ex-
8 preſſione promittit, donare † voluiſſe p̃ſumitur,

iuxta l. Campanus, ff. de lib. qñ ergo in ſcriptura continetur debitũ, neque expreſſa eſt cauſa, præſumendum eſt fuiſſe donationẽ, isque qui ꝓmiſit, cogendus eſt ſoluere, niſi ipſe contrarium probet. Soluitur Dicendũ eſt, id intelligẽdũ eſſe, qñ cõſtat, aut ſufficienter ꝓbat, eũ, qui promiſit, habuiſſe ſcientiã dum promittebat, nullam aliam ſubeſſe cãm, ex qua promitteret, vt ex verbis eiuſdẽ legis cõſtat; tunc.n. donaſſe præſumitur, ſi tñ conſtet, promittentem credidiſſe aliq̃ ſubeſſe cãm, quæ non erat, aut ſimus in dubio, an fortè ductus cã aliqua, quæ non ſuberat, vel quæ non eſt ſortita effectum, promiſit, tunc non tam vehementer præſumitur donare voluiſſe, vt cogatur ſtare pacto nudo.

Confirmant Doctores citati, qñ cã non eſt expreſſa, aut aliunde non ſufficienter probatur, iure canonico non concedi actionẽ ex pacto nudo, qua reus pactum implere cogatur, qm̃ non plus iure canonico conceditur actio ex pacto nudo, q̃ iure ciuili ex ſtipulatione cõcedatur: ſed iure ciuili ex ſtipulatione nõ conceditur actio, qua ꝓmittens ſtare cogatur promiſſis, niſi expreſſa fuerit promiſſionis cã, ſiue ea fuerit dõnis titulus, ſiue aliqua alia, vt patet l. 2. §. circa, ff. de doli except. quamuis.n. de ſtipulatione, & promiſſione ſubſequuta conſtet, ſi tñ cauſa talis ꝓmiſſionis nõ fuit exp̃ſſa, pt̃ qui promiſit opponere ei, qui in iudicio ſecũ contẽdit, vt ſtet ꝓmiſſis dolo malo agere; eo ꝙ adimpleta nõ ſit cã ob quã promiſit: dicet nãq. ſe promiſiſſe dare illi centũ tali die pp totidẽ, q̃ mutuo ab eo erat accepturus, neque accepit, vel pp aliã ſimilẽ cãm, quæ non extitit & tunc ad actorẽ ptinebit probare, cãm fuiſſe impletam, aut dõnis titulo ea ꝓmiſiſſe: eadẽ ergo ratione ex pacto nudo nõ cõcederetur actio iure canonico, niſi de cauſa conſtet, ob quã aliquid fuit promiſſum.

9 Illud tñ † obſeruo, in mutuo, eſto qs cõfiteatur accepiſſe pecuniam, triticum, aut ꝙ vis aliud mutuo cõcedi tñ ei exceptionẽ intra biennium à die talis cõfeſſionis ſcripto factæ ꝙ id nõ acceperit, ſed ſpe futuræ numerationis pecuniæ aut tradõnis rei mutuo, eã confeſſionẽ fecerit, ꝙ ſi intra bienniũ ita excipiat, tunc ad aduerſarium ſpectat probare, numeraſſe pecuniam, aut tradidiſſe rem mutuo; alioquin cadet a cã. Si verò labatur bienniũ, anteq̃ excipiat, tũc ad mutuatariũ ipſum ſpectat probare, numeratã nõ fuiſſe pecuniã: aut rẽ traditã non fuiſſe mutuo, alioquin ſoluere coget̃. Ita hr̃ l. in cõtractib. C. de non nu. pec. & alijs iuribus vt in materia de mutuo copioſius dicemus.

10 In dote ꝑterea, eſto † maritus confiteatur recepiſſe dotẽ, interim tñ dũ conſtat mr̃imonium fas illi eſt excipere, dotem non fuiſſe numeratam, ſed ſpe numerationis factã fuiſſe eã confeſſionem, factaq; ea exceptione, ad eum, qui dotem promiſit, probare ſpectat, numeratã fuiſſe. Diſſoluto verò matrimonio, ſiue ꝑ mortẽ alterius coniugis, ſiue per diuortium ſi matrimonium non durauit per bienniũ expletum, integrum eſt marito, vel patri ipſius, aut hæredibus intra annum a diſſolutione mr̃imonij, idem excipere, & tũc ei, q̃ dotem promiſit, probare incũbit, traditã fuiſſe dotem, alioquin ſoluere illã coget̃. Si verò matrimonium durauit vltra biennium, ſed diſſolutũ eſt ante decennium expletũ, ſolũ eſt integrum id excipere intra tres menſes a die ſoluti matrimonij. Si aũt vltra decennium durauit mr̃imonium; tunc, eo diſſoluto, non conceditur talis exceptio, ſed ad eum, qui id confeſſus eſt, vel ad hæredes ipſius probare ſpectat, traditã non fuiſſe dotem, alioqn cadent à cã. Hæc oĩa hñr, l. vlt. & in auth. ibi ſubiuncta, C. de

11 dote cauta nõ numerata. Vniuerſim, qñ † ex quo cunque capite aliq̃d debebatur, ſiue id eſſet pecunia, ſiue quippiam aliud, ſi à creditore facta ſcripto fuerit confeſſio, ſe id recepiſſe, aut ea de cã ꝓmiſeris reſtituturũ inſtr̃m, in quo tale debitũ cõtinebat̃, fas eſt eiuſmodi creditoribus intra triginta dies a facta ea confeſſione, aut promiſſione inſtr̃i, excipere, ſe eã feciſſe, aut promiſiſſe inſtr̃m ſpe numerationis futuræ, aut tradõnis debiti, neque tñ id eſſe opere[ꝑ]ſtitum: & tunc ad debitorem ſpectat probare, ſoluiſſe debitũ, alioquin cogetur iterũ ſoluere. Trãſactis verò illis 30. diebus non admittitur talis exceptio, ſed ad creditorem ſpectat probare, debitum non fuiſſe ſolutum. Ita hr̃ l. in contractib. §. ſuper, C. de non num. pec.

Illud poſtremò circa hanc ſcdam partẽ huius

12 diſputationis, eſt obſeruandũ. Latiſſimum † eſſe diſcrimẽ, inter ius ciuile, & ius canonicum, dũ dicimus, iure ciuili non concedi actionem ex pacto, nudo, ſi tñ veſtiatur ſuperuentu cauſæ dari eodẽ ciuili iure actionem, vt diſp. 255. oſtenſum eſt, & dũ hac diſputatione dicimus, vt ex pacto nudo actio iure canonico concedatur, qua aduerſarius ſtare pacto nudo compellatur, neceſſariã eſſe cauſæ expreſſionem, aut probõnem. Illic namq. ſermo eſt de cã exequutioni mandata, q̃ proinde pactũ veſtit, neque illud relinquit intra limites pacti nudi: hic verò ſermo eſt de cã expreſſa in ipſo pacto, aut aliunde probata, vel q̃ reus confiteatur, ſiue illa executioni ſit mandata, ſiue non. V. g. ſi Petrus paciſcatur cũ Ioanne, ſe illi daturũ mutuo centũ, neque illa tradiderit, cum mutuum includat cãm oneroſã, nẽpe vt Ioannes totidem poſtea reſtituat, de iure can. concedetur Ioanni actio aduerſus Petrum, vt illa mutuo det, de iure verò ciuili actio ei denegabitur, eo ꝙ illud ſit pactum nudi, ex neutraque parte facta ſit vlla traditio, ſeu adimpletio; quæ adimpletio cauſæ pactum nudũ veſtiens appellatur. Si item Petrus & Io. publico inſtr̃o abſq. ſtipulatione cõuenerũt, vt tali die cõmutarẽt bouẽ pro decem ouib. atq. ex neutra parte facta ſit vlla tradõ, de iure can. vnicuique corũ, aduerſus alterũ renuentẽ, concedetur actio, eo ꝙ exp̃ſſa fuit cã, ob q̃ dare pactus eſt, nẽpe in cõmutationẽ pro alia re, de iure tñ ciuili nõ cõcedetur, quoniã illud eſt pactũ nudũ nondũ veſtitũ ſuperuentu cauſæ adimpletioneve ex altera parte contrahentiũ. Plurib. exẽplis rẽ hanc, ex ſe ſatis pſpicuã, elucidat Cou. c. q̃uis pactum. p. 2. §. 14. q lõgè melius loquitur, q̃ hac de re loquantur. Anto. Gom. 2. to. var. reſ. c. 9. in calce. n. 3. Pad. illa l. naturalis, §. & ſi quidẽ nu. 18. & 19. & multi alij ex iuris peritis, nõ attẽdẽtes ad diuerſas illas cauſæ

13 acceptiones. Qđ † attinet ad tertium eorum, q̃ in has diſputatione propoſita ſũt, br̃ dicendum eſt.

Eo

Eo modo, quo de iure can. explicatū eſt dari ex pacto nudo actionē, affirmandum eſſe dari ex eodē pacto nudo in regno Caſtellę in foro ſeculari, iuxta l. 3. tit. 8. li. 3. ord. q̄ eſt l. 2. tit. 16. li. 5. nouæ collec. legiſq; illius verba retulimus diſp. 254. Id qđ poſſumus cōfirmare, q̄m, ſi pacto nudo appoſita ſit ſtipulatio, ēt de iure ciuili cōi conceditur ex illo actio, vt diſ. 255. oſtensū eſt, eo ꝙ trāſeat eo ipſo, non ſolū in pactū veſtitū, ſed ēt in contractū nominatum: ſed, vt hr̄ l. Caſtellæ citata, in eo regno ex quocunq; pacto & promiſſione acceptatis, eodem modo cōceditur actio, ſiue forma ſtipulationis appoſita ſit, ſiue non: ergo in eo regno perinde ex pacto nudo conceditur actio, atque ex iure canon. In hac doctrina doctores oēs Hiſpani vn̄t conuenire, & inter alios Greg. Lup. l. 3. tit. 6. ver. *Qualquier de las partes*. l. 1. tit. 11. verb. *gran pro*, & l. 4. tit. 4. gl. 1. p. 5. Moli. lib. 4. de prim. c. 2. nu. 62. Cou. lib. 1. var. reſol. c. 14. n. 13. & Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 8. nu. 5. & c. 9 n. 3. Tametſi quidā ex eis, & nonnulli alij, non vt oportet, loquantur, non attendentes ad varias illas acceptiones cauſæ paulò ante explicatas. Hactenus dicta ex ijs, quæ diſput. ſeq. ſubiungemus, dilucidiora reddentur.

Quouſque in pacto nudo, & contractib. innominatis, iure ciuili locus ſit pęnitentiæ, & an de iure canonico, & in regno Caſtellæ, locum habeat.

DISPVTATIO CCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia non habet locum, etiam de iure ciuili, in contractu innominato, dum illi ex vtraque parte eſt ſatisfactum ex communi.*
2 *Pœnitentiæ eſt locus in contractu etiam ſtipulatione firmato, vbi altera partium ex parte ſua non vult implere contractum.*
3 *Pœnitentiæ quando ſit locus in contractu innoīato tam ex parte implentis, quā non implentis, & quando nō.*
4 *Pœnitentiæ non eſt locus in contractu innominato, ſi alter contrahentium velit ſtare contractui.*
5 *Pœnitentia de iure Caſtellæ non admittitur a contractu innominato.*
6 *Pœnitentiæ non eſt locus in contractibus nominatis, & alijs qui eis æquiparantur.*
7 *Pœnitentia locum habet in pollicitatione, quando reuocata non eſt.*

1. concl. Diſputationi huic nōnullis cōcluſionib. perſpicuitatis gratia eſt ſatisfaciēdū. Prima eſt.
1 Qn̄ † contractu innominato vtraq; ex parte eſt ſatisfactum, neutri contrahentiū eſt locus pęnitētię, ēt de iure ciuili cōi: quin potius viciſſim vnus tenetur alteri de euictione, vt colligitur ex gl. 1. in fi. l. ex placito. C. de rer. permut. Et affirmat cōis doctorum ſnīa, quā ſequitur Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 8. n. 3. Concluſio hæc perſpicua eſt: q̄m aduerſus eum, qui impleuit, non eſt alteri pęnitētiæ locus, vt videbimus: ergo, qn̄ vterq; impleuit, neutri locus eſt pnīæ. Secunda concluſio. Etiāſi
2. concl. 2 † pactum ſtipulatione eſſet firmatum, ſi vnus cōtrahentiū implere ex parte ſua non vellet cōtractū, integrum eſſet alteri pœnitere, ac diſſoluere contractum, tā in exteriori, quam in cōſciēæ foro, quin integrū ēt illi eſſet repetere, ꝙ ex parte ſua dedit. Ita colligitᷣ, argō a contrario ſenſu, ex l. 3. ti. 6. p. 5. & affirmat ibi Greg. Lopez gl. 1. & 3. cū alijs, quos citat, idq; confirmat ex l. 3. §. idē erit, ver. ſed ſi tibi, ff. de cond. cau. data cauſa non ſequuta. Poteſt ēt probari q̄m in pactis reſpectiuis ineſt tacita condō ſeruandi pactum, ſi & alius ſeruauerit: quarè, ſi vnus fidē frangat, aut pactum nō ſeruet, neq; alter ſeruare tenetur, quin poteſt repetere, quod dedit. Tertia concluſio † de iure ci-
3 uili cōi in contractib. innominatis, re integra ex parte vtriuſque contrahentium, ita ꝙ neuter ex parte ſua pactum impleuit, locus eſt pœnitentiæ vnicuique eorū. Quod ſi alter tantum impleuit, locus ēt eſt pęnitētiæ ex parte eius, qui impleuit, poteſtque proinde repetere, quod dedit, eſto alter neque in mora, neque in culpa ſit, ſed paratus ſit implere. Ex parte verò eius, qui nondum impleuit, non eſt locus pnīæ comparatione eius, qui impleuit: quin potius actio datur ei, qui impleuit, aduerſus illū alium, vt cogat eum implere, vel, ſi implere nō poſſit, vt cogat illū ſoluere intereſſe, aut reſtituere, qđ accepit, prout maluerit is, qui impleuit, iuxta ea quæ diſp 255. plenius explicata ſunt. Si tn̄ is, qui nondū impleuit, ſumptus aliquos feciſſet, parādo ſe ad implendū, vel alia rōne damnum in ſuis proprijs bonis ex alterius pænitentia ei emergerent, tunc, qui impleuit tenetᷣ, vel non pęnitere, ſtando contractui, uel ſeruare illum indemnem, reſarciendo ei damna inde ſubſequuta. Idem credo eſſe, eſto neuter impleſſet, ſi ex eo, ꝙ vnus pœniteret, alteri ſimilia damna orirentur. Tota hæc concluſio conſtat ex l. 3. præſertim in prin. ac §. 1. & multò apertius ex l. ſi pecuniā, in prin. & per totam legem, ff. de cond. cā data, & affirmant gl. & Bart. ibi, Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 8. nu. 3. & doctores cōiter. Obijcies q̄uis ex contractib. innominatis non oriatur obligatio ciuilis ex parte eius, qui impleuit, cōparatione eius, qui nō impleuit, oritur tn̄ obligatio naturalis, ex qua iure ciuili admittitur compenſatio eius, quod ex ea eſt debitum, & exceptio, vt hæc oīa diſput. præcedente oſtenſa ſunt: ergo non eſt pęnitentiæ locus in ſeculari foro ei, qui impleuit, qn̄ is, qui nō impleuit, paratus ex ſua parte eſt implere. Cōſequentia patet, q̄m is, qui nondum impleuit, qn̄, qui impleuit, repetere in iudicio ex capite pnīæ voluerit, quod dedit, excipiet, ſeu obijciet, ſibi naturaliter id eſſe debitum, nec teneri illud reddere. Ad hanc obiectionem dicendum eſt, tunc ſolū ex obligatione naturali concedi ciuili iure compēſatione, & exceptione, qn̄ obligatio eſt ſimplex, hoc eſt, nō cum corrn̄dentia ſimilis obligationis ex parte alterius, at, in re propoſita, erat cum correſpondentia ſimilis obligationis, is nāq;, qui dedit, ſimiliter erat nāliter obligatus, tū ad dandum tū ēt ad nō repetēdum, poſtq̄ dedit. Quia ergo ex parte eius, qui dedit, nulla eſt orta obligatio ciuilis cōparatione eius, qui accepit, & non impleuit, atq; eo ipſo, ꝙ is, q dedit, pęniteat, extinguitᷣ ciuilis obligatio implēdi ex parte alterius, q nōdū impleuerat, noluit ius ciuile ex mutua obligatione

natu-

naturali vtrinq; remanēte, ſi p pęnitētē nō ſtaret,
concedere cōpenſationē, & exceptionē. Quod ad
ius canonicū attinet, vtrū iuxta illud pnīa in cō-
tractib. innoīatis ſit admittēda, queādmodū ciui
li iure pmittitur Bal. qbuſdā in locis, & nonnulli
alij, quos Fel. in c. 1. n. 13. de pac. & Greg. Lope. l.
3. t. 6. p. 5. referūt, cōcedendā eſſe affirmāt. Ducū-
tur, qm̄ iure ciuili ita eſt diſpoſitū, neq; canonico
reperitur contrariū ſancitum; in foro aūt Eccle-
ſiaſtico ſtandū eſt diſpōnib. iuris ciuilis, qn̄ can.
iure nihil in contrariū eſt ſtatutū. Hinc colligūt,
q̄uis iure canonico actio ex pacto nudo cōcedat̄,
denegati tn̄ ex contractu innoīato illi, qui nondū
impleuit aduerſus eum, qui impleuit, vt cogat eū
ſtare cōtractui, per pnīam ab eo nō recedēdo. Ni-
4. concl. 4 hilominus † hanc quartā ſubijciamus concluſio-
nē. Licet qn̄ is, qui nondū impleuit, eſt in mora,
aut aīo deliberato nō implendi tpe debito, fas ſit
ei, qui impleuit, diſſoluere contractum, & repete-
re, ꝙ dedit, idque tā de iure can. & ciuili, quam in
foro conſcientiæ, iuxta ea, quæ concl. 2. dicta sūt:
attn̄ q̄diu non eſt in mora, paratusque eſt ex ſua
parte implere, neque de iure can. neq; in conſcīæ
foro fas eſt ei, qui impleuit, repetere ex capite pœ
nitentiæ, ꝙ dedit: ſi vero repetat, ipſiq; in ſęculari
foro adiudicetur, tenetur id reſtituere, atque ſtare
contractui. Quod ſi impotens factus ſit eo, ꝙ res
iam non ſit in ipſius ptāte, tenetur reſtituere quā
tum alteri intererat, eū a contractu non diſceſſiſ-
ſe. Hanc concluſionē ſecutus eſt poſtea Bald. in
rub. C. de rer. perm. a priori ſnīa diſcedens: eandē
amplectuntur Fel. & Gre. Lop. loc. cit. & alij. Rō
vero illius eſt, qm̄ ex cōtractu innoīato oritur ex
vtraque parte obligō naturalis, ēt antequā quicq̄
impleatur, rōne cuius vnuſquiſque eorū in foro
conſcię tenetur ſtare contractui, interim dū alius
nō tenuit, neq; in mora eſt implendi, vt diſp. p̄ce
dente oſtēſum eſt atque rōne huius obligationis
conceditur actio iure canon. ex pacto nudo, atque
adeo pnīa non admittitur ēt re integra vt ibidem
explicatum eſt: ergo neque etiā concedetur pnīa
ex parte eius, qui impleuit interim dum alius nō
eſt in mora, paratuſq; eſt implere: cū nihil in hoc
euentu de iure can. exceptū ſit, & ius ciuile æquè
pnīam admittat re vtrinq; integra, atque cā ad-
mittit ex parte eius, qui ſolus impleuit. Cōfirmat̄
cōcluſio, qm̄, ſi ſtipulatio interueniſſet, neuterq.
eſſet in mora, ſanè neque iure ciuili admitteretur
pnīa, ſiue re integra, ſiue ex parte eius qui imple-
uit, vt patet l. ex placito. C. de rer. permut. ius aūt
canonicum, & conſcīæ forū nihil curant ſtipula-
tionis ſolennitatem, ſed perinde canonicū ius cō-
cedit actionem ex pacto nudo, ac ſi ſtipulatio in-
terueniſſet, quæ vltra pactum, ſolum addit præce
dentem quandā interrogationem: ergo neque de
iure can. neque in foro conſcīæ, licita eſt pnīa qn̄
neuter contrahentiū eſt in mora. Quinta conclu-
5. concl. 5 ſio. In Regno † Caſtellæ nō eſt locus pnīæ in cō
tractib. innoīatis, ſicut nec de iure can. nec in fo-
ro conſcientiæ. Hæc patet ex l. 3. tit. 8. libr. 3. ord.
quæ eſt l. 2. tit. 16. li. 5. nouæ collect. Vt. n. diſput.
p̄cedēte ꝓbatū eſt, concedit ex pacto nudo actio-
nē, denegatq; ꝓinde pnīam. Ita affirmant Greg.

Lopez l. 3. gl. 3. ti. 6. p 5. & Ant. Go. 2. to. var. reſ.
c. 8. n. 4. & 5. Iuxta hactenus dicta, poſſet Sūmus
Pontifex, ac dēret, abrogare eas leges ciuiles, quæ
in contractibus innoīatis pænitentia admittunt,
conceduntq; repetitionem eius, ꝙ ex alterā parte
ritè ſolutum eſt. Etenim, vt ex dictis conſtat, fo-
uent peccata, liteſq; multiplicāt, tantum abeſt, vt
eas minuant. Quin oīa ēt, quæ de pacto nudo, &
veſtito, & cōtractibus innoīatis, & noīatis, ſubti-
liter potius q̄ vtiliter, de iu. ciu. ab ethnicis hoīb.
inuenta, atq; introducta ſunt, aboleri debeℓēt, vt
in Regno Caſtellæ leg. illa 3. citata, aut oīno, aut
magna ex parte, cōſentaneè ad ius canonicum, fa
ctum eſt; exteriusq; forū, conſcientiæ foro, æqua
ri dēret. Nec dubito, ea rōne minuerent potius, q̄
augerentur lites, hoīeſque liberarentur a difficili
admodū harum rerum perſcrutatione, prout ha-
ctenus ſparſim, atq; inuolutè iure ciuili traditæ
6 ſunt. Sexta concluſio. In cōtractib. † noīatis, & in
alijs, qui priuilegio iuris ciuilis, aut vinculo iuri, 6. concl.
noīatis contractibus hac in parte æquiparant̄, vt
ſunt donō acceptata antequā opere impleatur, &
dotis promiſſio, locū non habet pnīa. Hæc cōſtat
ex l. ſicut, & ex alijs iurib. q̄ gl. vlt. ibi citāt. C. de
act. & ob. quæ ſanè iura de eiuſmodi contractib.
ſunt intelligenda. Obſerua tn̄, quoſdā contractus
noīatos eſſe, qui ex ſua nā hn̄t, vt per alterum, aut
vtrumuis contrahentium, diſſolui poſſint, qn̄cun
que libuerit, ēt altero inuito: atque in his locū in
hoc ſenſu hēt pnīa, ꝙ integrū eſt illa diſſoluere,
vt vim vlterius non hēant, attn̄ quæ ex illis ad il-
lud vſque momentū ſortita ſunt effectū, vim ex
eiſdē contractib. retinent. Euſmodi ſunt, ſocietas,
qn̄ non vſq; ad certum tp̄s fuit contracta: diſſolui
namque p̄t, qn̄cunque quiuis ſociorum noluerit:
item præcariū, id eſt, commodatum vſque ad be-
neplacitū concedentis, mandatum, depoſitum, &
ſiqui alij sūt ſimiles, vt gl. cir. & alia l. ſi pecuniā,
ff. cā data, iuxta varia iura, affirmāt. Poſtrema cō-
7 cluſio. In † pollicitatione, anteq̄ acceptet̄, licita 7. concl.
eſt de iu. ci. can. atq. in foro cōſcīæ pnīa, vt ſuo lo
co videbimus. Idē eſt in quocunque pacto, qn̄ ex
rōnabili cā conceditur ptās illud reuocandi, vt in
donationibus qn̄ adſunt cauſæ, ex quib. facta ex
poteſtas illas reuocandi, vt ſuis locis videbimus.

Contractus, qui bonę fidei, & qui ſtricti iuris, & de alijs contractuum diuiſionibus.

DISPVTATIO CCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quidam bonæ fidei alij ſtricti iuris.*
2 *Contractus oēs ſtricti iuris dn̄r, qui non ſunt enumerati inter contractus bonæ fidei, prout de actionibus dr̄.*
3 *Contractus ſeu actiones bonæ fidei in quibus differant a contractibus ſeu actionibus ſtricti iuris.*
4 *Bona fides quot modis accipiatur.*
5 *Dolus dans cauſam contractui ſiue bona fidei, ſiue ſtricti iuris quando eundem ipſo iure reſcindat, & quando ope exceptionis.*
Et quid in conſcientiæ foro. *(dederit.*
Excipitur tamen matrimonium, licet dolus cauſam illi
6 *Contractus diuiſiones multæ.*

Subij-

SVbijciendæ ſunt aliæ contractuum diuiſiones. Atque in primis eorum, quidem † dicun-
1 tur bonæ fidei, & quidam ſtricti iuris. Eadem diuiſio fit actionum, vt patet inſt. de actionibus §. actionum, & duobus ſequentibus. Ea tñ diuiſio latius patet; eo φ actiones interdum ex cõtractu, interdum verò ex quaſi contractu, aut alio titulo, oriantur. Porro ex illis actionibus, quæ bonæ fidei appellantur, & oriuntur ex contractib. intelliges, qui contractus bonæ fidei dicantur; cæteri namque contractus, qui actiones bonæ fidei non pariunt, ſtricti iuris ſunt. Inſtituta aũt loco citato ſequentes actiones appellantur bonæ fidei, ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, id eſt, quæ inter cohæredes circa diuiſionem familiæ defuncti datur, cõi diuidundo, hoc eſt, quæ inter eos datur, qui cõe aliquid habent inter ipſos diuidendum, de ęſtimato. i. quæ ex eo conſurgit, φ tibi rẽ trado æſtimatam, vt vel illam reſtituas, vel æſtimationem: ſi aũt maiori pretio eam diſtraxeris, ſit tuum incrementum: item bonæ fidei actio eſt permutatione (intellige, vt permutatio diſtinguitur a tribus alijs contractibus innominatis) item actio petitionis hæreditatis, & actio dotis exigendæ, aut recuperandæ poſt diſſolutum matrimonium, itemque ea actio dotis, quæ hodie ex ſtipulato nuncupatur, vt inſt. loco citato hr̃. Cæteræ
2 † aũt actiones, quæ ibi non enumerantur, & cõtractus, aut quaſi contractus, ex quib. oriunt͛ (inter quæ computa ſtipulationem intra limites ſtipulationis, id eſt, qñ non adhibetur cõtractui bonæ fidei) ſtricti iuris appellantur, vt gl. Accurſij, & alij doctores ibi, iuxta tres eos §§. affirmant. Idem aſſerunt gl. Pan. & alij c. cum venerabilis, de exceptionib. Cou. reg. poſſeſſor par. 2. §. 6. a n. 4. Syl. verb. contract q. 2. Alua. Valaſ. de iure Emphyt. q. 5. nu. 1. & alij doctores, quos citant.

Præter alia diſcrimina, hæc duo tradũtur inter contractus, ſeu actiones, bonæ fidei, & ſtricti
3 iuris, Primum, φ † in illis habet iudex facultatẽ ex bono & æquo iudicandi, φ ſibi fuerit viſum, ẽt ſi in cõuẽtione id expreſſum, dictumq; nõ ſit: in his verò nõ põt iudicare, niſi iuxta id, quod in cõuentione fuit expreſſum, qñ aliter circa contractum aliquẽ, aut actionem, nõ fuerit peculiariter iure ſtatutum. Ita colligitur apertè ex §. in bonæ fidei. inſt. de actionib. & tradunt doctores ibi, at-
4 que alijs locis citatis. Porrò ſumitur † bona fides in re, de qua diſputamus, nõ vt diſtinguitur contra malã fidẽ, dolũ, fraudẽ, ac calliditatẽ: eiuſmodi namque bona fides in oĩb. contractibus eſſe debet, vt hr̃ l. bonam fidem. C. de actionib. & oblig. ſed pro æquitate, ſeu iudicis arbitrio iuxta id, qđ ęquitas, naturaq; rei poſtulat. Vnde cõtractus bonæ fidei in propoſito dicuntur, in quibus iudicis arbitrium ac diſpoſitio, iuxta id φ æquitas, & natura rei poſtulat, plurimum põt. Ea verò de cauſa, mẽbrum cõtra diuiſum ſunt contractus ſtricti iuris. i. in qbus iudicis arbitrium non tm̃ põt, ſed iuxta id, φ dictum, conuentumque eſt, tenetur iudicare. Qua in re duo obſerua. Vnũ eſt, ſicut inter pretia iuſta continentur, infimum, mediũ, & rigoroſum: ita iudicium, ſiue ſtrictius ſit iuxta id omnino, qđ partes conuenerunt, vt in contractibus ſtricti iuris ſiue ſit benignius, iuxta id, quod plus æquitas, quàm iuris rigor, poſtulat, vt in cõtractibus bonæ fidei, ſemper contineri intra limites iuſti iudicij, quod ſuo ambitu, & iuſtum benignius, & iuſtum rigoroſum complectitur.

Alterũ eſt bonã fidẽ, ſeu æquitatẽ arbitrio iudicis, quæ locũ habet in bonæ fidei contractibus, non itẽ in contractib. ſtricti iuris, non idẽ eſſe, φ Epicheiã, qua, ſicut in legibus iudicamus, q euentus non cenſeantur eis cõprehenſi; eò φ, ſi de illis in particulari interrogaretur legiſlator, qñ legẽ condebat, rñdiſſet ſuã mentem non eſſe, vt compræhenderentur, ita in contractibus iudicemus neutrius contrahentium mentẽ fuiſſe, vt cenſerentur cõprehenſi, niſi in eorum altero fuiſſet fraus, & dolus, q̃ ei non debent patrocinari. Quia ergo iudicium, vt eiuſmodi euẽtus in pactis cõpręhendantur, cum iuſtitia pugnat, ſanè, neq; in contractib. ſtricti iuris, locum habet. Atq; de eiuſmodi iudicio intelligitur tritum illud ſermone prouerbium: *Summũ ius, ſumma iniuria*; Adhibetq; Tullius. 1. lib. officiorũ exemplũ in eo duce, qui, cùm pactũ iniuiſſet cum hoſte, vt tribus dieb. a pugna abſtinerẽt, noctibus ipſe aduerſus eos pugnabat.

Diſcrimẽ itaque inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris eſt, φ in illis põt iudex plus extẽdere iudiciũ ſuũ ad id, φ æquitas inter cõtrahentes poſtulat: in his verò longè minus, ſed verbis ac diſpoſitioni cõtrahentiũ adhærere debet, quantum iuſtitia patit͛: eaq; de cã cõtractus ſtricti iuris appellãtur. Originẽ huius diuiſionis, atq; appellationis, vtriuſq; mẽbri, explicãt Cou. & Alu. Val. locis citatis, excluſa falſa quorundã exiſtimatione. Illos legito. Cur ẽt illis potius q̃ iſtis, cõceſſa ſint priuilegia; cõiter dicunt doctores cãm fuiſſe, qm̃ illi frequentiores ſunt, & ad conuictũ humanum magis neceſſarij: qñ tñ de re conſtat, nõ multũ curandũ eſt, vñ legũlatores fuerint ducti.

Secundum diſcrimẽ eſt, quod de iure ciuili, qñ
5 † dolus dedit cãm cõtractui bonæ fidei, qa videlicet alter celebraturus non fuiſſet talẽ cõtractũ, niſi dolo ad eũ celebrãdũ fuiſſet inductus, cõtractus eſt ipſo iure nullus, niſi is qui dolo eſt adductus, velit nihilominus vt ſit validus, eò quòd in odiũ doloſi ſit ipſo iure nullus, non verò in odiũ eius, q dolum eſt paſſus. Qñ verò dolus cãm dedit cõtractui ſtricti iuris, cõtract⁹ nõ eſt ipſo iure nullus, ſed venit reſcindẽdus exceptione, ſeu oppoſitione, p eũ, qui dolũ eſt paſſus, φ dolo fuerit inductus ad ita cõtrahẽdũ. Si ãt dolus cãm nõ dediſſet cõtractui, qa, eſto nõ interueniſſet dol⁹, cõtractus fuiſſet celebrãdus & nihilomin⁹ alter cõtrahẽtiũ dolo fuiſſet ĩduct⁹, vt plus daret, aut minus acciperet, q̃ alioquin daturus, aut accepturus erat, validus qdẽ eſt contractus ſiue ſit bonæ fid. ſiue ſtricti iuris, ſed agit͛ vt reſarciat͛ dãnũ qđ pp dolũ alter cõtrahẽtiũ accepit. Hæc oĩa patẽt ex l. ſi dolo. C. de reſcin. vẽd. ex l. 3. §. vl. ff. p ſocio. & dolo vel me. C. de inutil. ſtip. iũctis gloſſis eiſdẽ ĩ iurib. eaq; affirmãt gl. & Bar. l. & elegãter ĩ pri.

ff. de

ff.de dolo.gl.l.2.C.de reſcind.vend.gl.& Pan.c.cū dilect.nu.6.& ſequenti,de emp.& vend.Conrad.de contractib. in ſummario totius operis,ad q.57.dicto 14.vnà cum dicto.1.& 2.ibi ſubiunctis.Couar.reg.poſſeſſor.part.2.§.6.nu.6.Aluar.Valaſ.de iure emphyteu.q.5.num.9.& doctores cōiter. Quare reijcienda eſt paucorum ſententia, quos Pan.Couar.& Conrad.referunt,aſſerentiū, etiam quando dolus dat cauſam contractui bonæ fidei,non eſſe ipſo iure nullum, ſed reſcindēdum eſſe doli exceptione, non ſecus ac contractus ſtricti iuris doli exceptione reſcinditur.

Illud cum Conrad.& Couarr.locis citatis, & cum alijs admonuerim,in conſcientiæ foro,quādo dolus causā dedit contractui, ēt ſi is ſit ſtricti iuris,eſſe nullum:Rō eſt,qm̄ conſenſus in cōtractū per dolum,qn̄ ſecluſo dolo eliciēdus nō fuiſſet,inſufficiēs ex ipſa rei natura eſt, vt ex eo obligatio ratione talis contractus reſultet, eò quòd non ſit tā voluntarius,quā ad id eſt neceſſe. Quo ſit, vt hoc ſecundum diſcrimen ſolū habeat vim in foro exteriori, in quo voluit ius prouidere de maiori,magiſq; præſentaneo remedio,in contractib. bonæ fidei, quàm in cōtractib. ſtricti iuris. Fortaſſe tamen expediret,vt,iuxta rei ipſius naturam, forum exterius æquaretur conſcientiæ foro hac in parte, eſſetque proinde ipſo iure nullus contractus ſtricti iuris, cui dolus cauſam dediſſet, ſicut eſt contractus bonæ fidei. Lege quæ de hac re fuſius dicimus.diſpu.352 Illud poſtremò admonuerim,nos hic non loqui de contractu matrimonij,in quo peculiare eſt, ꝙ,eſto dolus causā illi dederit, ſit nihilominus validus, tam in conſcientiæ,q̄ in exteriori foro, nullaque exceptione poſſit reſcindi,pp ipſius naturam, indiſſolubilitatemque quam iure naturali ſibi vendicat. De qua re in materia de m̄rimonio ſermo erit:aliqd etiā in progreſſu huius operis adijcietur. Quæ de dolo,dante,aut nōn dante causā contractui,dicta ſunt,dilucidiora fient in materia de emptione,& venditione, vbi etiā explicabimus,quid ſit dolus.

6 Deinde contractuū,quidā † ſunt, quibus trāsfertur dominium,ēt directum,vt plerūque fit donatione,venditione,permutatione, mutuo,& alijs,quidam,quibus transfertur dn̄ium vtile tantum,vt feudum,& emphyteuſis, tā in perpetuū, quam ad tempus vltra decenniū:quidam,quibus ſolum cōceditur vſusfructus,vt ſunt multæ ex locationib. quidam, quib. ſolum conceditur vſus, vt commodatum,& locatio nonnullarum rerum ad ſolum vſum,vt iumentorum ad iter:& quidā, quib. nihil horum conceditur, vt depoſitum, & pignus,atque hypotéca;neque.n.fas eſt depoſitario,aut ei,cui aliquid in pignus datum eſt, vti rebus depoſitis, aut in pignus datis, ſed ſolum eas cuſtodire,aut tenere ad ſecuritatem.

Item contractum, comparatione eius, qui ex illis aliquid accepit, aut cui aliquid debetur, vel remittitur,quidam dicūtur lucratiui. Illi videlicet,quib. abſq; vllo onere, vel recompenſatione, ex mera liberalitate aliquid conceditur, aut promittitur,vt ſunt donatio,ſiue a promiſſione, ſiue a traditione incipiat;acceptilatio, qua merè liberaliter quippiam alicui remittitur,& commodatum,vel precarium,quo ad vſum rei,qui per eiuſmodi contractus conceditur; res tn̄ a commodatario accipitur cum onere,vt reſtituatur,& vt diligentiſſimā cuſtodia circa eā adhibeatur, vt ſuo loco dicemus. Alij aūt contractus dicuntur oneroſi,nempe illi,quibus onus viciſſim imponitur, vt ſunt emptio,venditio,locatio, & alij ſimiles.

Contractus iuxta loci conſuetudinem ac leges cenſendus eſt celebratus. Et ad quorum contractuum probationem de iure Luſitano publica ſcriptura ſit neceſſaria.

DISPVTATIO CCLX.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quilibet iuxta leges, & cōſuetudinem loci celebratus cenſetur.*

2 *Contractus in Luſitania celebratus,qualem probationem requirat.*

3 *Actor ſi caret ſufficiēti teſtiū probatione,aut alia, quæ de iure cōmuni ſufficeret,quid agere poſſit.*

1 Circa contractus in genere obſeruandum eſt. Vnumquenq; † iuxta leges,& conſuetudinem loci,in quo fit,cenſeri celebratum,atque eſſe exponédū. Ita probat.l.ꝙ ſi nolit. §.quia aſſidua. ff.de ędilitio edicto,& affirmant Bar.l.nemo eſt, ff.de duob.reis, Panor.c.cum M.nu.5. de conſt. Sylu.verb.contractus.q.8.& doctores cōiter.

2 Obſeruādum † deinde eſt, quamuis hactenus dicta,qn̄ videlicet oriatur obligatio ciuilis,& detur actio ex aliquo contractu, & qn̄ contractus perfectus cenſeatur, & qn̄ nōn, locum in Luſitania habeant, nihilominus hoc eſſe in eo peculiare,qn̄ contractus,aut diſtractus, vel ſolutio debiti,eſt rei immobilis, quæ excedit valorem ſexcentorum *reais*,vel rei mobilis, aut rerum mobiliū, quæ excedunt valorem triginta millium *reais*, non admittitur probatio per teſtes, neq; per ſcripturam priuatam eius,cum quo contractus eſt celebratus, eſto in ea quinque aut plures teſtes adhibeantur, ſed ſolum per ſcripturam publicam cōfectam per tabellionem,aut ſcribam publicū, vel per ſcribam nauigij ſi in nauigio aliquo,interim dum nauigant,aut commorantur in mari, vel fluminibus conquiſitionis (*de la conquiſta*) vocāt, & nauigationis eius regni, fuerit celebratus, aut in loco,vel oppido eiuſdem conquiſitionis; modo tamen ibi non ſit tabellio,vel ſcriba publicus. Atque in regreſſu tenetur ſcriba nauigij tradere eiuſmodi ſcripturas,in nauigio,aut tali loco confectas, alicui ex tabellionibus, aut ſcribis publicis loci,ad quem nauigium redierit,aut in quo onus depoſuerit. Si tamen contractus celebretur in alio regno,circa tales contractus admittitur in Luſitania ea probatio per teſtes, quæ de iure communi, vel de iure, aut conſuetudine talis regni, fuerit

fuerit ſufficiẽs. Quando aũt contractus de rebus mobilibus, quæ non excedunt quantitatẽ triginta millium *reais*, celebratus in Luſitania eſt per ſcripturã publicã, tunc non admittitur probatio per teſtes ſolutionis ex tali contractu debitæ, ſed ſolum per ſcripturam publicam. Hæc omnia habentur 3.li.ord.titu.45. in princip.& §.1.2.& 3.

Quo loco obſerua, ſi res immobilis, circa quã celebratus eſt contractus, non excedebat valorem ſexcentorum *reais*, quando celebratus fuit contractus, aut res mobiles non excedebant valorem triginta millium *reais*, eſto poſt celebratum contractum eum valorem ante ſolutionem excedãt, admitti probationem per teſtes, aut ſcripturam priuatam quoniam habenda eſt ratio valoris tem pore celebrationis contractus, circa quam ſolam lex diſponit; non verò incrementi, aut decremen ti, quod poſtea per accidens aduenit.

Quãdo aliquis caret publica ſcriptura ad probandos eiuſmodi contractus, aut debita, in quibus ſcriptura publica requiritur ei permittitur, vt vocare eum poſſit ad iudicium, cum quo contraxit, aut qui tale quid debet, vt in iudicio illius iuramento ſtetur. Et quidem, ſi reus iurauerit, ſe nihil tale contraxiſſe, vel nihil debere, vel, eſto confiteatur ſe contraxiſſe, aut debitorem fuiſſe, iuret tñ ſe nihil illi debere, quia ſoluit, aut legitima alia de cauſa, continuò à iudice abſoluitur, & actor condemnatur, vt expenſas oẽs ſoluat, ſiquas reus, comparendo in iudicio, fecit, aut ſiquid ea de cauſa amiſit. Quòd ſi reus iurare non velit, tunc iuramento actoris ſtatur, cogiturque reus ſoluere, quod actor iurauit, eum ſibi debere.

Hæc tamen intelliguntur, quando tam actor, quàm reus ſunt præcipui, quorum alter debet, & alteri debetur, quique meritò de tali debito ſcire debent. Si enim hæres, aut ſimilis, ſit is à quo det functi debitum exigitur, aut aliquid, quod penes defunctum erat depoſitum, tunc ſatis eſt, ſi iuret, ſe neſcire de tali debito, aut re, quidve de ea factum ſit, vt abſoluatur, neque tunc ſtabitur iuramento actoris. Si tamen reus noluerit hoc iurare, ſtabitur iuramento actoris. Quòd ſi neque actor iurare voluerit, abſoluetur reus. Similiter, ſi hæres, aut teſtamenti exequutor, aliquid defuncto debitum, ab aliquo exegerit, id debitoris iuramento relinquens, ſi debitor ſe nihil tale debere iurauerit, abſoluetur. Quòd ſi iurare noluerit, cogetur ſoluere, neque res iuramento actoris relinquetur; eo quod non actor, ſed ſolus reus, in eo euentu ſcire de tali debito meritò debeat. Hæc omnia locum etiam habent, quando debitum eſt tale, quòd admitteretur probatio per teſtes, aut ſcripturam priuatam, iuxta ea, quæ dicta ſunt; ſed actor hac etiam probatione caret, & habentur expreſſe tit.45. citato a §.4. vſque nonum, iuncto titu.85.& §.penult.& vlti.titu.36. lib.4.ord.

Quamuis reus falſo iurauerit, vt abſolueretur, idque per teſtes, aut per inſtrumentum publicum probari poſſet, non admittitur talis probatio, etiam ad ſolũ, effectum, vt ille de periurio puniatur, ſed ſolum quando illi fuiſſet oſtenſa ſcriptura ipſiuſmet priuata, isq; iuraſſet, ſuam non eſſe; tunc enim probatio in oppoſitum admittitur ad effectum dũtaxat, vt is de periurio puniatur. Ita habetur tit.45.cit.§ 9.& tit.85.§.3. Subiungitur verò.§.4.ſequenti, vt quando ex publica ſcriptura cõſtat, reum fuiſſe periurũ, certior Rex fiat, vt tunc iudicet, quid faciendum ſit, vt oſtium periuriis præcludatur.

3 Illud obſerua, quæ † dicta ſunt, habere ẽt locũ de iure cõi, quando actor ſufficienti teſtium probatione, aut alia, quæ de iure cõi ſufficeret, caret vt patet l.manifeſtæ, ff.de iureiurand. l.in bonæ fidei.l.delata, & l.generaliter. C.eodem titu.cap. vlti.in princip. eodem titu. & affirmat Maranta de ordine iudic.parte 6.cap.de iuramento & eius differentia & vſu num.11.& 12.

Quamuis clerici, vel teſtificando, vel quacunque alia ratione, iurare coram ſeculari iudice pro hibeantur ſine licentia ſui prælati, qñ tñ aliquid ciuiliter petunt corã iudice ſeculari, idque iuramẽto ipſorũ relinquitur, conceditur eis in Eborenſi archiepiſcopatu coram eo abſque alia licen tia iurare. Ita habetur in Conſtitu.tit.10.cap.12.

In Luſitania multi euẽtus excipiuntur, in qui bus contractus, debita, & ſolutiones probari poſſunt per teſtes, eſto ſint de rebus immobilibus, quæ excedũt valorẽ ſexcentorũ *reais*, & de mobi libus, quæ valorẽ ſuperant triginta milliũ *reais*.

Primus, quando pacta fuerunt celebrata inter parentes & filios, non quidem adoptiuos, ſed naturales, aut inter ſocerum, aut ſocrum, & generum, aut nurum, cõſtante matrimonio, Dotium namque promiſſiones, & pacta, quæ ante contractum matrimonium fiunt, ſcripturam publicam ad ſui probationem exigunt, vt declaratum poſtea fuit. 6. par legum extrauag.tit.1.l.2. idemque eſt de contractibus poſt matrimonium diſſolutum inter eoſdem celebratis. Item contractus celebrati inter fratres, ſiue vtrinque coniunctos, ſiue ex altera parte tantum, & inter fratrueles, atque inter conſobrinum & patruum, patris fratrem, aut matris, poſſunt per teſtes probari, etiam a ſucceſſoribus in eorum bonis poſt illorum mortem.

Si tamen contractus inter prædictas omnes perſonas ſcriptura publica fuiſſent celebrati, tunc non admittitur probatio per teſtes diſſolutionis talis contractus, aut ſolutionis debitorum, quæ ex eiſdem contractibus reſultarunt, ſed ſolum per ſcripturam publicam. Hæc omnia habentur libro tertio, ordinat.titul.45. §.10.11. & 19. iuncta l.2.titul.primo, partis 6.legum extrauag.

Secundus, quando ſocietas inter mercatores aliquos circa contractus aliquos, conductiones aut mercimonia ſcriptura publica fuit celebrata, ac probatur, tunc probari poſſunt per teſtes, aut quacunque alia legitima probatione, quæ de iure communi ſit ſufficiens, quæcunque dubia, quæ inter ipſos, aut ipſorum hæredes, circa eiuſmodi ſocietatem, aut res ab illa dependentes, vel ad eam attinentes, fuerint orta. Ita habetur titul. 45.citato.§.12.

Tertius, Solutiones pẽſionum Emphyteuſis, cenſus,aut locationis domus,vel cuiuſuis alterius rei, modo non excedant quantitatem triginta millium *reais* (intellige de ſingulis, eſto multæ ſimul ſumptæ eam quantitatẽ ſuperent) probari poſſunt per teſtes,nihil impediente, quod cõtractus, ex quibus debentur, publica ſcriptura fuerint celebrati. Ita habetur tit.cit.§.13.

Quartus, *Aluaraes*,quos in eo regno vocant, ſi ſcripti,ac ſignati ſint p Archiẽpos,Ẽpos, *Abbades bentos,fidalgos,de ſolar, Caualeiros*, a rege confirmatos, doctores in ſacra Theologia,aut in iure canonico, vel ciuili (modo in vniuerſitate aliqua per examen creati ſint) aut per miniſtros iuſtitiæ *do deſembargo*,legitimã probationem in eo regno efficiunt aduerſus eos,à quib. ſcripti,ac ſubſignati ſunt. Si aũt ſint Archiẽporum, Ẽporum,*dos Infantes,Duques, Moſtres, Marqueſes, ou Condes*, ſatis eſt, ſi per ipſos ſubſcripti; modo tñ confecti ſint per ipſorum ſcribas, vt plenam probationem efficiant. Ita habetur ibidem §.14.

Quintus,Commodatum veſtium, armorum, iumentorum vaſorũ argenti,& auri, ad cibũ, & potum,& aliarum ſupellectilium probari poteſt per teſtes,eſto excedant quãtitatem triginta millium *reais*. Ita habetur ibidem §.15.

Sextus, Neceſſaria nõ eſt ſcriptura publica ad probãdas ſolutiones *de ſyſas*, & aliorũ tributorum,neq; ad probãdas emptiones, & vẽditiones per proxenetas inter exteros, & naturales,neque inter naturales, ſi fiunt p proxenetas ad id ſpãliter deputatos. In his tñ duob.euentibus duo teſtes, & proxeneta ipſe, neceſſarij ſunt ad probationẽ. Neq; item neceſſaria eſt ſcriptura publica ad probandũ ea, q̃ vẽdenda traduntur præconib. aut mulierib. quas in eo regno, *adelas* vocant,vel quæ traduntur ſartorib. aut alijs opificib. ad ea aptandum. Ita habetur ibidem §.16.17.& 18.

Septimus. Neceſſaria nõ eſt ſcriptura publica ad probandũ ea, quæ ex quaſi contractu debentur,vt qñ Petrus aliquid Paulo debet, quia vtiliter Petri negotium geſſit,nulla inter vtrunq; pactione præcedente. Item neque in locutionibus, & conductionib. rerum immobilium per annũ; modo tñ precium non excedat valorem triginta millium *reais*. Ita habetur ibid.§.20.& 21.

Qñ contractus probari iuxta hactenus dicta, non poteſt, niſi ſcriptura publica, non admittitur probatio per teſtes, eſto in iudicio petatur minor ſumma incluſa in maiori quam petere non licebat. Vt,ſi res mobilis vendita fuit quadraginta mille *reais*. non licet petere triginta, aut pauciores,adhibita probatione contractus per teſtes. Ita habetur loco citato.§.pen.

Si cõtractus ſimulatus, ſcriptura publica fuit celebratus. V.g. in quo vſura cõtinebatur ſed latebat ex forma ſcripturæ, tunc ſimulatio probari poteſt per teſtes. Ita habetur ibid.§.vlt.

Illud poſtremo circa ea oĩa, quæ de iure Luſitano hactenus dicta ſunt, obſerua. In euentibus, in quibus dictum eſt, probationem non admitti, niſi per ſcripturã publicam ſæpiſſimè ſolere recurri ad regem,vt cõcedat, non obſtante ea ordinatione,poſſe per teſtes rem probari; obtenta verò ea facultate,admittitur probatio per teſtes. Lege verò circa hanc totam diſpoſitionem Luſitaniam longam diſputationem apud Aluarum Valaſ.de iure emphy.q.7.

Qui poſſint contractus celebrare.

DISPVTATIO CLXI.

SVMMARIVM.

1 *Contractus non poteſt celebrari per eum, qui vſu caret rationis.*
2 *Minor,& prodigus,quando contrahere poſſint,& quando non.*
3 *Filius familias pubes contrahere poteſt de bonis caſtrenſibus,vel quaſi.*
4 *Alienatio facta per filium puberem de bonis aduentitijs cum conſenſu patris,an valida ſit.*
Et quid in regno Caſtellæ.nu.6.
5 *Filius familias pubes tenetur ex omni contractu a ſe facto,etiam ſine conſenſu patris, præter,quã in mutuo.*
7 *Religioſi quando ex eorum contractu teneantur, & quando non.*
8 *Serui quando ex eorum contractu obligentur, & quando non.*
9 *Princeps ſupremus contrahens cum ſuo ſubdito, an, & quando obligatus ei maneat.*

Explicauimus contractus in genere;ad id verò attinere videtur, vt in genere etiam, qui eos celebrare poſſint, dicamus. Cum verò con-
1 tractuum † celebratio actus ſit humanus; notum eſt eos omnes,qui vſu rationis carent, non poſſe per ſeipſos illos celebrare; vt ſunt infans, dormiens,ebrius,furioſus,phreneticus, & alij ſimiles. Quare,vt donatio eis facta valida ſit,per aliũ debet nomine ipſorum acceptari.

Ex reliquis, qui prohibiti non ſunt, celebrare
2 poſſunt cõtractus. Quouſque † autẽ minores,& prodigi celebrare eos poſſint,aut non poſſint,dictũ eſt d.224.iunctis ijs,quæ à d.220.dicta ſunt.

3 Filius familias, ſi pubes ſit, circa † bona caſtrenſia,aut quaſi caſtrenſia, celebrare poteſt cõtractus; eo quòd liberam eorum bonorum habeat adminiſtrationem, non ſecus ac ſi ſui iuris omnino eſſet; non autem ſi ſit impubes,vt vtrũque diſp.230.& 231.oſtendimus.

De bonis aduentitijs, quando pater habet illorum adminiſtrationem, & vſumfructum,licet conueniant doctores,ſi filiusfamilias vigeſimum quintum annũ excedat, validam eſſe alienationem, quam de eis bonis ex patris conſenſu fecerit,& inualidam, ſi ſine illius conſenſu illam efficiat, vt diſput.228. circa quartum effectum patriæ poteſtatis,dictum eſt; dubitant † tamen,nũ, Quæſt.
4 ſi pubes ſit, & vigeſimumquintum annum non Quorundã ſnia.
excedat, valida ſit alienatio de eiſdem bonis ex patris conſenſu facta.

Ant.

Ant. à Butrio, Imola, & multi alij ex iuris canonici interpretib. c. conſtitutus, de in integr. reſtitu. argumento illius textus, validam eſſe negant. Etenim in eo habetur, quendam patrem habentem bona aliqua ſibi cõia cum duobus ſuis filijs familias minoribus, illa vendidiſſe, atque, ad contractus firmitatem, illos emancipaſſe, feciſſeque, vt, poſt emancipationem, cõtractui conſentirent, quaſi, niſi prius emanciparentur, patriamq; egrederentur poteſtatem, inſufficiens eſſet ipſorum conſenſus, interueniẽte etiam patris authoritate & voluntate. In eadem ſententia eſt Faber. §. pupillus. Inſtit. de inutilib. ſtipulat. & ſunt quidam alij ex iuris Cæſarei interpretibus. l. vlt. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis.

Argum. eorum.

Quamuis autem hic textus apertè, argumento a contrario ſenſu, doceat, filios familias poſſe alienare ſua bona aduentitia de voluntate, & conſenſu patris; authores tamen citati reſpondent, intelligendum eſſe de filijs familias maioribus vigintiquinque annis. Confirmare poſſunt eandem ſententiam ex §. pupillus, in fine, Inſtitut. de inutilib. ſtipulat. vbi habetur, impuberem pubertati proximum, neque ex authoritate, & cõſenſu patris, poſſe ſe cuiquã obligare, & multo minus alienare bona ſua: eadem autem eſt ratio de eo pubere, qui ſub patria eſt poteſtate, neque vigeſimum quintum annum expleuit.

Confir.

Contrariam ſententiam affirmant, communiter iuris Cæſarei interpretes, tũ alibi, tũ l. vltim. §. filijs aũt, citato, atq; inter alios glo. ibi, & Paulus Caſtrenſis, quin, & Bartol. dum approbat ibi eandẽ gloſſam, eſtque nobis proculdubio amplectenda, eo ꝙ apertè colligatur ex eo textu, qui de conſenſu patris permittit filium familias alienare bona aduentitia, nedum ſe alijs circa ea obligare. Arctare verò textum illum ad ſolos filios familias maiores viginti quinque annis, præterquàm quod liberè fiat, textus ipſe perſpicuè innuit contrarium; cum in eo dicatur, prohiberi filijs familias alienare bona aduentitia, quorum pater habet vſumfructum, ſine patris conſenſu, ad coarctandos iuueniles calores, ne poſtea triſtẽ exitum ſentiant: id autem commodè non dicitur de maioribus viginti quinque annis.

Cõtraria vera ſnia

De impuberibus autẽ, ꝙ neque de conſenſu, & authoritate patris alienare poſſint quæcunque ſua bona, aut ſe alteri obligare, habetur expreſſe §. pupillus, citato. Et quamuis impubes, interueniente authoritate cui curatoris, poſſit, ſe alteri ciuiliter obligare, vt ſuo loco dictum eſt: idcirco tñ obligari de patris authoritate eſt ei denegatum, vt gloſſ. §. pupillus, citato ait; quoniam tutor tenetur pupillo, ſi male authoritatem præbeat; pater verò, propter reuerentiam paternam, non tenetur filio impuberi, eſto malè authoritatem præſtet argumento text. l. cum oportet. §. non autem hypotheca. C. de bon. quæ liberis.

Obſerua tamen, cum dicimus, filium familias puberem de conſenſu patris poſſe alienare, & obligare bona ſua aduentitia, intelligendum eſſe, modò, ſi immobilia ſint, decretum iudicis accedat: vniuerſim namque alienatio, aut obligatio, boni immobilis minoris ſine decreto iudicis, inualida eſt, vt patet l. non ſolum. l. ob res alienũ & alijs iuribus. C. de prædijs minorum, & affirmat cõis doctorum ſententia. Cedere etiam ſuæ legitimæ portioni non poteſt filius familias, etiã de conſenſu, & authoritate patris: quoniam ſunt peculiaria iura, quæ illam irritam reddunt, vt diſp. 149. dictum eſt. Si item filius familias minor læſus reperiretur ex alienatione, aut obligatione ſuorum bonorum facta de conſenſu patris, cõcederetur ei beneficium reſtitutionis in integrum.

Ad c. conſtitutus, dicẽdum eſt. Fortè alterum filiorum fuiſſe impuberem, cuius proinde cõſenſus erat nullus, interim dum erat filiusfamilias, ẽt ſi conſenſus, & authoritas patris accederet, eaque de cauſa emancipatum fuiſſe, vt, manente patre tutore illius, præſtanteque authoritatem, & ſimul accedente iudicis decreto: validus eſſet contractus ille. Atq; hac de cauſa præcipit Summus Pontifex in eodem textu, vt attendatur, num tota ſolemnitas de iure requiſita, vt contractus ille fuerit validus, ſeruata fuerit, an non, quod ſi ſeruata non fuerit, contractus pronuncietur nullus: ſi verò fuerit ſeruata, ſubueniatur minoribus per beneficium reſtitutionis in integrum.

Ad argumentũ.

Dicendũ deinde eſt, ſi vterque filius tempore contractus pubes erat, illos emancipaſſe pp opiniones, quæ ſunt, vtrũ contractus per filiũ familias puberem, ſed minorem, factus de conſenſu patris, ſit validus, an non: & qm̃ exiſtente ipſo curatore, ex iuris diſpoſitione, facilius debet iudex conſentire in alienatione boni immobilis, vt ſuo loco dictum eſt; bona autem, quæ in eo capite referuntur vendita per patrem, immobilia erant.

Confirmatio ex §. pupillus nullius eſt momẽti. Etenim ibi ea de cauſa coarctatio fit ad filium impuberem, quòd propter debilem ætatem, neque de conſenſu patris, expediat permitti obligationem.

Sicut circa bona aduentitia, quorum pater habet vſumfructum, & adminiſtrationẽ, cõceditur filio alienatio, & adminiſtratio de conſenſu patris; ita ſine expreſſo illius conſenſu cõceditur illi alienatio, & obligatio quando liberam eorum habet adminiſtrationem, vel quia longe a patre degit, vel quia ei pater vſumfructum, liberamq; eorum bonorũ adminiſtrationem relinquit. Idẽ eſſet circa bona profectitia, ſi a patre expoſitus eſſet ad eis negotiandum; quoniam eo ipſo conſentire cenſeretur, facultatemque illi concedere, vt circa eiuſmodi bona negotietur. Lege, quæ circa hæc omnia diximus diſp. 228. circa primũ, & quartum effectũ patriæ ptãtis, & diſp. 230. 231. & 232. quibus adde, quæ de filio familias clerico diſp. 138. dixeramus. Illud inſuper obſerua, quãuis alienationes, a filio familias extra prædictos euentu factæ, validæ non ſint, niſi dependerent

4 a cõſenſu patris, nihilominus† filiũ familias puberem vniuerſim teneri ex contractibus a ſe factis, etiam ſi patris, neque tacitus conſenſus ad eos celebrandos interuenerit, darique aduerſus filium actionem, vt conſtat ex §. itẽ inutilis, Inſt. de inutilib. ſtip. l. filius familias. 2. de actionib. &

obligationib. l. tam ex cõtractibus. ff. de iudicijs, & ex l. 1. §. filiorũ, ff. depoſiti: illi tñ ſi minor ſit, læſuſque reperiatur, conceditur beneficium reſtitutionis in integrum, non ſecus ac alijs minoribus, qui extra patriam ſunt poteſtatem, vt patet l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minoribus. Quare, quæ de contractibus celebratis à puberibus, qui parente carent, & curatorem non habent, dicta ſunt diſput. 224. intelligenda ſimiliter ſunt de puberibus, qui ſub patria ſunt poteſtate.

Ex mutuo tamen, filio familias ſine conſenſu patris facto, non conceditur plerunque aduerſus eum actio, vt in materia de mutuo dicetur, idq; ex beneficio ſenatus conſulti Maced.

6 In Regno † Caſtellæ l. 22. titu. 11. libr. quinto, nouæ collect. prohibitum eſt filium familias, ſiue maior ſit, ſiue minor, itemq; minorem quemcunque, qui ſub tutore, aut curatore ſit, quicquã creditò emere per ſe, vel per interpoſitam perſonam, ſine patris, tutoris, aut curatoris autoritate, neque quemquam id eis creditò vendere: alioquin contractus, etiam ſi iuramento confirmatus ſit, nullus atque inefficax redditur, vt vllo tẽpore ex illo quicquam exigi poſſit, etiam à fideiuſſoribus, grauesque pœnæ aliæ ſtatuuntur ijs, qui, iuramento adhibito, illum celebrant. Quia verò hæc propter commune bonum in pœnam iuſtam venditoribus ſtatuuntur, credo in foro conſcientiæ, nihil ex eiuſmodi contractibus deberi, etiam à fideiuſſoribus, ſed poſſe ſe in conſcientiæ, & in exteriori foro, aduerſus creditores tueri exceptione ex illa lege, quæ id in pœnam iuſtam venditoribus ſtatuit. Etenim legiſlator id iuſtè in ſenſu à me explicato, ſtatuere potuit; exiſtimandumque nũ eſt aliud intendiſſe, alioquin lex illa occaſionem peccatis præberet; quod de Chriſtiano legiſlatore in hoc euentu nõ eſt præſumendum.

7 De † religioſis quouſque celebrare poſſint cõtractus, tam quando ſub obedientia viuunt, ſiue longè à ſuperioribus degant, ſiue præſentes ſint, & ſiue à ſuperioribus ad id ſint deputati, ſiue non, quàm quando à religione ſunt expulſi, vel cum diſpenſatione in ſeculo viuunt, dictum eſt diſput. 140.

8 Ex † contractu ſeruorum (vt diſp. 140. ex parte dictum eſt) ſiue cũ dominis, ſiue cum alijs cõtraxerint, non oritur ciuilis obligatio, ac proinde neque illis, neq; aduerſus illos conceditur actio in foro ſeculari, etiam poſtquam ad ſtatum libertatis peruenerunt. Ita habetur l. in perſonam, l. quod attinet. ff. de regul. iuris l. ſerui. ff. de actionib. & oblig. l. ſi quod domino. ff. de condict. indeb. l. 1. & ſequentib. C. an ſeruus proprio facto.

Excipitur, qñ mancipium domino prò liberta te pecuniam promiſit: tunc enim, conceſſa ei libertate, conceditur actio aduerſus illum libertati donatum, vt pecuniam pro libertate interim dũ ſeruus erat, promiſſam, domino ſoluat. Ita habetur l. promiſſæ. C. an ſeruus proprio facto.

Eodem modo, ſi pactum fuit inter dominum & ſeruum, vt pro certa pecunia illum manumitteret, dominusq; pecuniam à ſeruo accepit, conceditur ſeruo actio aduerſus dominum, vt eum manumittat, vt in calce diſp. 38. dictum eſt.

Licet autem ex contractu ſerui ciuilis obligatio non oriatur, oritur tamen naturalis, qua & ipſe in conſcientiæ foro ſtare tenetur contractui, illum, quo ad poterit, vel interim dum ſeruus extiterit, vel poſtquàm liber fuerit effectus, adimplendo, & dominus, aut quicunque alius, qui cum eo contractum celebrauit, ſtare contractui, illumque implere tenetur, interim dum mancipium implere etiam ex ſua parte vult, ſi contractus ſit onerosus.

Ita habetur l. quod attinet. ff. de regulis iuris, l. ſerui. ff. de actionib. & obligat. Et l. naturaliter, ac l. ſi quod dominus. ff. de condictio. indeb. Atque ex hac naturali obligatione proficiſcitur, vt, ſi dominus ſeruo aliquid debebat, idque poſtquàm fuit manumiſſus, ſoluit, concedatur domino repetitio, eo quòd ſoluerit, quod naturali obligatione ei debebat, vt habetur expreſſe leg. ſi quod. ff. de condict. indebiti. Item vt, ſi quis nomine ſerui ſoluat, vel ipſe, poſtquam fuerit manumiſſus ſoluat, non concedatur repetitio, & vt is, qui pro ſeruo fideiuſſor extitit, ſoluere teneatur, & pignus pro eo datum ſimiliter maneat obligatum, ſiue alius id dederit, ſiue ſeruus ipſe de peculio, cuius habebat adminiſtrationem, vt hæc omnia habentur l. naturaliter. ff. de condit. inde. Lege etiam, quæ diximus diſp. 38. cit. & Anton. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 1. nu. 3. Sylueſtrum ver. reſtitutio. 2. q. 14.

9 Vtrum † autẽ, ſi princeps ſupremus cum ſuo ſubdito contractum ineat, maneat ei obligatus. Conſentiunt omnes, manere obligatum. Sed vtrum ea obligatio ſit ſolum naturalis, an verò etiam ciuilis. Communior ſententia affirmat, eſſe ſolum naturalem, quæ vim quaſi ciuilis habet. Ducuntur, quoniam ciuilis obligatio ortum habet à ciuili poſitiuo iure, à quo eiuſmodi princeps eſt exemptus.

Dicendum tamen arbitror cum Anton. Gom. 2. tom. var. reſolut. c. 1. nu. 1. & paucis alijs, quos tam ipſe, quàm Padilla l. interpoſitas. nume. 37. C. de tranſact. referunt, eſſe etiam ciuiliter obligatum. Tum quia princeps eo ipſo, quòd contractum cũ ſuo ſubdito celebrat, cenſetur ſe ſubijcere, & obligare, vt actio ciuilis aduerſus eum poſſit intentari, & vt poſſit condemnari in foro ſuo ſeculari: ſicut ſubditus vi eiuſdem contractus ſimiliter manet ei obligatus: alioquin nullus cum eo contrahere vellet.

Tum ẽt qm, licet miniſtri ipſius, ipſo renitente, non poſſint illum coercere, & cogere, vt contractum adimpleat; ſi tñ contra iuſtitiam reſiſteret, eſſet ea in re tyrannus, atque reſpublica tota poſſet tunc eum coercere, & cogere, vt ſtaret contractibus: modo tamen ex eiuſmodi coactione alia longè maiora mala non timerentur; nã tunc expediret potius tyrann idem illam ferre.

De vxore quouſque ſine viri conſenſu celebrare poſſit, aut non poſſit, contractus, commodius notum fiet diſp. 257. 343. atque dum de contractu ſocietas inter coniuges ſermo fuerit.

Promiſ-

Promiſſio differt à propoſito: & de duplici promiſſionum genere, ac ſimul de virtutibus veritatis, & fidelitatis.

DISPVTATIO CCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitum a promiſſione quomodo diſtinguatur.*
2 *Promiſſionum genera duo.*
3 *Virtus veritatis, ſeu veritatis quæ.*
4 *Fides, quæ eſt virtus & fundamentum iuſtitiæ, vnde dicta.*
5 *Obligatio ex fide latius, quã obligatio ex iuſtitia.*
6 *Fides diſtincta virtus a Veritatis virtute.*
7 *Obligatio ex virtute fidei, in quo differat ab obligatione ad verum dicendum.*
8 *Promiſſionis violatio, quando non ſit ex ſuo genere mortale peccatum, vt neque qui promiſit, cogi poſſit.*
9 *Promiſſio obligans ſolum ex honeſtate morali, ſi iuramento confirmetur, parit actionem etiam ciuili iure.*
10 *Promiſſio obligans ſolum ex honeſtate morali, ſi illius violatio ſit alteri pernicioſa, obligat ſub mortali.*
11 *Promiſſio ſimplex ex iuſtitia non ſemper obligat ſub mortali.*
12 *Promiſſio acceptata, quo caſu eſt illud pactum nudum, cui ex priuilegio iuris conceſſum eſt, ut obligationem ciuilem pariat.*

DIcendum deinceps eſt de cõtractibus in particulari, ordiendumque erit a donatione, quæ contractus eſt lucratiuus. Quia verò donatio à promiſsione ſolet incipere, & ante traditionem neque perfecta cenſetur, neque rationẽ contractus nominati ſortitur, vt diſput.152. & duab. ſequentib. explanatum eſt, a gratuita promiſsione erit incipiendum, ſub ea illam complectendo, quæ ex gratitudine proficiſcitur. Quamuis autẽ originis ordo poſtulabat, vt, ante promiſsionem externam, expenderemus, num ex ſola interna promiſsione obligatio oriretur, quia tñ commodius id fiet, ſi prius examinauerimus, quantã vim ꝓmiſsio externa ad obligãdũ, anteq̃ acceptetur, hẽat; poſtq̃ hoc fuerit explicatũ, illud ꝑſtabimꝰ.

1 Illud ante oĩa † eſt obſeruandũ, longè diuerſa eſſe, aliquam habere propoſitum, voluntatem ve deliberatam, ac firmam quippiã in gratiã alicuius faciendi, idque verbo futuri tpis exprimere, dicẽdo, faciam hoc, vel dabo tibi hoc, aut illud, & aliquem ex ſua liberalitate ſeipſum propria volũtate aſtringere ad quippiam faciendum, idque verbo futuri tpis exprimere, dicendo, promitto me facturum; vel daturũ tibi hoc, aut tali die dabo tibi hoc, aut in gratiam tui faciam hoc, aut illud. Primũ namq; non eſt promiſsio propriè loquendo, neq; vllam inducit obligationem id implendi vt ex ſe eſt manifeſtũ, & cõſtat ex c.literaturam, de voto, & voti redẽptione, atq; affirmãt, D.Tho.2.2.q.88.art.1.diſtinguens propoſitũ a voto, hoc eſt, a ꝓmiſſione Deo facta, tãq̃ quippiã ad votũ prærequiſitũ, Nau.in Man.c.12.nu.26. & alij cõiter. Perperã tñ gl.ibi in c.literaturã, citatũ, exponit textũ illũ, quaſi ibi ſit ſermo de pacto nudo; cũ ſolũ ſermo ſit de propoſito ingrediẽdi religionẽ, qđ ex eo definitur nullam induxiſſe obligationẽ, ꝙ ad promiſſionẽ nõ ꝑtigerit. Scđm verò eſt ꝓmiſſio, atq; ſi acceptetur, adſintq; cæteræ circunſtãtiæ ad id neceſſariæ, de q.b. in l. dicetur, ſp inducit obligationẽ. Qñ ergo verba ambigua ſũt, nũ ſolũ ꝓpoſitũ ſignificẽt, an vero promiſſionẽ, ad ꝓferẽtis aĩum recurrẽdũ eſt, quid ſignificare intẽderit. Pręſertim cũ in his gratuitis, nõ plus qs obligetur, q̃ ſeipsũ obligare ĩtẽderit.

2 Illud deinde eſt † obſeruandũ, promiſſionem quaſdã eſſe, q̃ ſolũ inducunt oƀligõnẽ implendi, qđ promiſsũ eſt, ex honeſtate quadã morali, non tñ ex iuſtitia: quaſdã verò, q̃ ſimul inducunt obligationẽ ex iuſtitia. Id verò vt melius intelligas, obſerua. Sicut moderatè comedere eſt actus exte-
3 rior virtutis, moralis tẽperãtiæ: ita † proferre dicta cõſona menti, eſſe actũ externũ Veritatis moralis, cuius vitiũ oppoſitũ eſt mẽtiri. Recta nãq; rõ ꝑſcribit, dicta proferẽda eſſe cõſona menti voluntatẽq; teneri ea dicta imperare, q̃ menti diſſona nõ ſint. Portò eiuſmodi virtutis, q̃ in volũtate reſidet, ab Ariſt.2.Ethic.c.7. & à D.Tho. inferius.q.109. Veritas appellatur, deſumpto nomine virtutis, a veritate actus ab ea imperati. Quo fit, vt veritatis vocabulũ æquocũ ſit, ad virtutẽ moralẽ explicatã, & ad veritatẽ, q̃ in actu ab ea imperato eſſe aut credi in eſſe dẽt a proferente, vt ſit actus externus illius virtutis moralis D.Th.loc. cit. ait, virtutẽ hanc appellari ẽt poſſe. Veracitatẽ. Sicut aũt proferre dicta conſona menti, actus eſt virtutis moralis: ſic ẽt adæquare facta promiſſis, aut conſtitutis cum aliquo, actus eſt virtutis moralis, quoniã id ſimiliter poſtulat recta ratio.

4 Virtus † verò, q̃ eiuſmodi actum imperat, autore Cicerone, 1. de officijs, nũcupatur: & vt ait dicitur a fio, & dico quaſi per eã fiat quod dictũ eſt. Atque hæc videtur prima huius vocabuli vſurpatio inter multas, quas initio huius 2.2. explicauimus. Eandẽ Tullius ibi definit, *eſſe dictorum conuentorumque conſtantiam, & veritatem.* Conſtãt quippe, veraq; redditur, dicta, & conuenta, cũ fit, quod dictum, conuentumque eſt. Subiungit Tullius fidem hanc eſſe iuſtitiæ fundamentum. Quo loco obſerua non dixiſſe eſſe iuſtitiam ipſam, ſed, eſſe iuſtitiæ baſim, ac fundamentum.

5 Obligatio † namq; ex fide latius patet, quam obligatio ex iuſtitia. Et qñ iuſtitia ex eo euertitur, ꝙ fides non ſeruatur, pactaque, & conuenta non implentur, duo vitia committuntur. Vnum, iniuſtitiæ, ex ſuo genere lethale, quatenus proximo non redditur, quod ſuppoſito pacto, & conuentione, ei ex iuſtitia debetur. Alterum verò, infidelitatis, ex ſuo genere veniale, vt dicemus, quatenus indecorè dictum, & conuentum opere non impletur, ſed falſum efficitur. Reijcienda eſt ergo opin. Caietani inferius. quæſt.13. ar.1. aſſerentis, quando aliquis ex contractu ad id tenetur ex iuſtitia, quod promiſſum, conuentumque eſt,

iuſtitiam ipſam eſſe fidei virtutem, qua ſtatur dictis,& conuentis: ſolum verò eſſe rationem formalem virtutis fidei,quando quis ex ſola morali honeſtate,modo explicato,tenetur. De infidelitate explicata intelligitur illud Eccleſiaſtes.5. *Si quid vouiſti Deo,ne moreris reddere: diſplicet.n. Deo infidelis*(quæ ſcilicet opere non impletur)*& ſtulta promiſſio*.

Caietanus inferius,q.113.art.1.in dubiũ vertit,num virtus fidei explicata diſtincta ſit ſpecie a virtute morali veritatis, ſeu veracitatis, etiam explicata Exiſtimatq; eiuſdem eſſe ſpeciei: quoniam,inquit,eiuſdem moris eſſe videtur, hominem verum dicere,& dicta,ſeu promiſſa,ac conuenta,vera efficere,illa opere implendo.

6 Arbitror † tamen eſſe virtutes ſpecie diſtinctas. Tum quia alterius rationis eſt verum dicere, ad quod tenetur quis in omnibus aſſertionibus promiſſionibus,ac conuentionibus, dũ proferuntur; & alterius, opere implere, quod promiſſum,conuentumque cum proximo eſt: virtutes autem morales ex obiectis diſtinguuntur ſpecie. Tum etiam quoniam obligationes ex illis duabus virtutibus explicatis alterius, atque alte-

7 rius rationis ſunt. Obligatio † quippe ex virtute fidei ad promiſſum implendum, dictumque,ſeu conuentionem veram reddendam, eſt per cõparationem ad eum, cui aliquid eſt promiſſum,aut cum quo conuentio facta eſt, eaque de cauſa, ſi ille id remittat, promittens non tenetur reddere veram promiſſionem,aut conuentionem:at verò obligatio ad verum dicendum, hoc eſt,ad proferendum iuxta id,quod eſt in mente,tam in aſſertionibus,quam in promiſſionibus, & conuẽtionibus,tolli nequit ab eo,quo cum loquimur.

Quòd ſi,dum quis promittit,animum habeat non implendi,dupliciter peccat. In primis,quia mentitur,contrarium loquens, ac habet in mente,quod commune eſt, tam aſſertionibus, quàm promiſſionibus falſis. Deinde verò,quia propoſitum habet non adimplendi in futurum promiſſionem ipſam,vt ex virtute fidei eo ipſo tenetur, quòd animum habuit promittendi, nihil impediente coniuncto propoſito id non adimplendi. Confirmatur noſtra ſententia,quoniam qui, ſolum proponens dare Petro centum, aſſerit ſe ea illi daturum, tenetur quidem verum dicere, hoc eſt, habere tunc animum ea dandi; non tamen tenetur poſtea dictum ſuum verum efficere,propoſitum adimplendo; quoniam ex ſolo propoſito non naſcitur illa alia diſtincta, atque alterius rationis,obligatio per comparationem ad alterũ quæ ex promiſſione reſultat.

Qñ quis ſolum promittere, atque obligare ſe intendit ex morali,politicaque honeſtate, modo

8 explicato, id † quod vt plurimũ euenit, infidelitas,violatiove promiſſionis abſq; vlla rationabili cauſa, non eſt ex ſuo genere culpa lethalis, ſed venialis,vt bene Caiet. infr.q.113.ar.1.affirmat. Neque,qui promiſit, cogi poteſt a publica poteſtate,vt,quod,promiſit, adimpleat,vt idem Caietanus ibidem rectè ſubiungit. Multò autem minus tenetur quis implere ſolum propoſitũ quicquam adimplendi,quod verbis de futuro, modo ſupra explicato,ſignificauit. Atque his de cauſis meritò Caietanus q.88. art.1.cit.aſſerit, parum æſtimari hodie ſimplices hominũ promiſſiones, iuxta illud,*Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt*.

9 Obſerua † tñ,ſi quis promiſſionẽ, ex ſola honeſtate morali ſcdm ſe obligantem, iuramento confirmaret,tunc illũ,cui fieret, comparare verũ ius vt ſibi impleatur, concediq; ex ea promiſſione ciuilem actionem,non ſolum canonico,ſed ẽt ciuili iure,iuxta ea,quæ diſpu.150. dicta ſunt,& quæ in calce diſputatione ſequenti dicetur.

Dictum eſt, promiſſionem ex ſola morali honeſtate non obligare ex ſuo genere ſub culpa lethali: quoniã ſicut mendaciũ ex ſuo genere ſolũ eſt culpa venialis,& tñ, ſi proximo ſit perniciosum,eſt culpa lethalis,qñ detrimẽtum, quod infert, non leue eſt: ità ẽt infidelitas,de qua loquimur, ſi perniciosa notabiliter ei ſit, cui aliquid promiſſum eſt,erit lethalis culpa eſto, qui promiſit,non intenderit obligare ſe ex iuſtitia.

10 Quemadmodum † enim, qui promitteret ſuppetias ſe alteri in bellũ illaturum, eaque de cauſa alius rebus ſuis aliter non conſuleret, lethaliter peccaret,ſi dum promitteret, mentiretur non intendẽdo illum adiuuare,idque propterea, ꝙ mendacium illud eſſet perniciosum: ita ſi,poſt eandẽ promiſſionem factam aio implẽdi,ſua culpa non ſtaret promiſſis,lethaliter peccaret:eo ꝙ ſimiliter infidelitas illa valde perniciosa eſſet ei, cui talis promiſſio eſſet facta. Idem dic,ſi medicus aut aduocatus, operam ſuam polliceretur ei, cuius vita aut bona periclitarentur,niſi ſubueniret,& de eo, cui ſecretum alicuius momenti committeretur, fide accepta de illo non reuelando; quæ omnia exempla ſunt Caiet.q.113.cit.

Illud poſtremò obſerua circa promiſſionem qua quis ſolum ex honeſtate politica ac morali, intendit ſe obligare, ꝙ cum obligatio, quæ ex ea reſultat, & ſit ad alterũ,& non ſit ex iuſtitia, ſed ex morali ſolum honeſtate, conſequens eſt,vt ſidei virtus, qua quis ex ea promiſſione tenetur,& ſit virtus iuſtitiæ annexa, quatenus eſt ad alterũ, & nihilominus deficiat a perfecta ratione iuſtitiæ,quatenus, quod ex ea eſt debitum, eſt ſolum debitum ex honeſtate morali.

Caietanus infra quæſt.88.art.1. & art.3.ad 1. & quæſt.113.artic.1. quibus in locis de ſimplici promiſſione loquitur, hoc eſt, quæ neque iuramento,neque ſtipulatione firmatur, neque ſit in recompenſationem pro aliqua re alia,nullam videtur tradere promiſſionem ſimplicem, quæ ex iuſtitia obliget: vnde abſoluiè ait, obligare ſolum ex honeſtate morali, & ſub culpa veniali ex ſuo genere. Contra verò Sotus 7.de iuſtit. quæſtio.ſecunda,artic.1.ad primum, aduerſus Caietanum indiſtinctè aſſeuerat, ſimplicem promiſſionem ex iuſtitia obligare, eaque de cauſa eſſe ex ſuo genere culpam lethalem eam non imple-

11 re. Nos verò media via incedimus. Arbitramur namque falſum eſſe,promiſſionem omnem ſimplicem obligare ex iuſtitia, ac proinde cenſemus, concedendam eſſe cum Caietano promiſſionem,

ſionem, quæ ſolum ex morali, & politica honeſtatę obliget, eamque frequentiorem inter homines eſſe, quàm quæ ex iuſtitia obligat.

Et nihilominus exiſtimamus, dari ſimplicem promiſſionem, quæ ex iuſtitia obliget, atque adeo ex genere ſuo ſub culpa lethali; immo cuius tranſgreſſio obligationem inducat reſtituendi, non ſolum damna alia inde ſubſequuta, ſed etiam rem ipſam promiſſam; eo quòd ex iuſtitia debita eo ipſo ſit, quòd fuit promiſſa: quin in foro exteriori actio conceditur ex eiuſmodi promiſſione acceptata. Prior pars huius noſtræ ſententiæ, in qua cum Caietano conuenimus, & a Soto diſſentimus, ex hactenus dictis eſt perſpicua.

12 Poſterior † verò, in qua cum Soto conſentimus, vel ex eo probatur, quòd, vt diſputatione 255. oſtenſum eſt, huiuſmodi promiſſio acceptata, eſt illud pactum nudum, cui priuilegio iuris conceſſum eſt, vt ex illo ciuilis oriatur obligatio, atque detur actio, tam donatario, quàm hæredibus illius, aduerſus eum, qui gratuitò promiſit, & aduerſus hæredes illius l. ſi quis argentum. §. vltimo. C. de donatio. §. aliæ autem, Inſtitut. eodem titul. l. 4. titu, quarto, part, 5. Luſitan. ordin. tit. 55. in princ.

Confirmatur vtraque pars noſtræ ſententiæ, quoniam, cum gratuita promiſſio ex ſola promittentis liberalitate proficiſcatur, ſanè in poteſtate ipſius eſt illa ſolum ſe obligare ex morali honeſtate, vel omnino ſua ſpôte debitorem rei promiſſæ ſe conſtituere. Sicut enim traditio liberalis rei alicuius, titulus eſt ſufficiens ad transferendum dominium illius: ita promiſſio liberalis rei alicuius titulus eſſe poteſt ſufficiens, vt debita ſit ex iuſtitia, ſi promittens eo vſque intendit ſe obligare; pacta namque, & contractus, libera ſunt dum fiunt; ſed poſtquàm ſunt facta, obligant ex iuſtitia, vel ex ipſa rei natura, vel ex intentione promittentis, ſi contractus omnino ſit gratuitus, & lucratiuus.

Quãdo ergo quis ex gratuita promiſſione ita ſe intendit conſtituere homini debitorem, ſicut qui caſtitatem, paupertatem, obedientiam, aut aliud quippiam Deo vouet, ſe intendit conſtituere Deo debitorem, cenſetur intendiſſe obligare ſe homini ex iuſtitia; quando verò non tantum onus intendit ſupra ſe inducere, ſolum exiſtimandus eſt intendiſſe ſe illi obligare ex honeſtate morali.

Porrò in conſcientiæ foro ſtandum in eiuſmodi gratuitis eſt intentioni eius, qui promiſit; eo quòd ex ſola ipſius voluntate pendeat quouſque ſe debitorem voluerit conſtituere. In foro verò exteriori coniecturis eſt id iudicandum, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus. Quòd ſi publica ſcriptura, aut chirographo, a ſe ſubſcripto, quis diceret, promitto me daturum hoc, vel illud, aut aſtringo me id ſoluturum, cenſeretur intendiſſe obligare ſe ex iuſtitia, & non ex ſola morali honeſtate.

Promiſſio ante acceptationem reuocari ne libere poſſit, & vtrum ex ſua natura id habeat, an ex poſitiuo iure.

DISPVT. CCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio antequam acceptetur, regulariter non parit obligationem.*
2 *Donatio antequam acceptetur, poteſt pro donantis arbitrio reuocari, etiam de iure Luſitano.*
3 *Donãs ſi mittat rẽ donatario per nunciũ, & anteq̃ donatarius acceptet mortuus ſit, donatio redditur nulla, & res reſtituẽda eſt hæredibus eius.*
4 *Mandatum morte mãdantis, quando non expiret.*
5 *Procurator ad donandum, ſi donet antequam ipſe vel donatarius ſciant reuocatum mandatum, valet donatio.*
Fallit tamen in matrimonio.
6 *Acta per procuratorem interim dum ignoratur reuocatum mandatum, valida ſunt.*
7 *Famulus vel nũcius retinens ſibi, vel iniuſtæ differens rem alteri donandam de commiſſione donantis, tenetur hæredibus eam reſtituere.*
8 *Promiſſio nuda antequam acceptetur, quo caſu ciuilem pariat obligationem.*
9 *Obligatio ciuilis an oriatur de iure Caſtellæ ex nuda promiſſione antequam acceptetur.*
10 *Actio an detur de iure canonico ex ſola promiſſione, antequam acceptetur.*
11 *Beneficij collatio non eſt donatio, ſed executio eius quod epiſcopus ex munere facere tenetur.*
12 *Promiſſionem ſimplicem non parere naturalem obligationem, antequam acceptetur, ex quo iure proueniat, & nu. ſeq. decidit.*
Et quid de iure Caſtellæ? nu. 14. 15.
16 *Promiſſionis acceptatio triplex.*
17 *Promiſſio, quomodo cognoſcatur a propoſito promittendi, ex verborum forma colligitur.*
18 *Donatio ad pias cãs non acceptata an valida ſit.*
19 *Actio de iure canonico, & ciuili datur ex ꝓmiſſione, nõ acceptata, iuramento tamen confirmata.*
Et quid in Luſitania, & in regno Caſtellæ? num. 20.

1 CONueniũt doctores, promiſſionẽ † antequã acceptetur, atq; adeo antequã in pactũ tranſeat, regulariter neq; obligationẽ ciuilem, neque actionẽ in ſeculari foro parere, vt conſtat. tum ex alijs iurib. tum ex l. pactum, ff. de pollic. iũcta gl. ibi in ver. offerentis, ex l. nuda pollicitatio. ff. de *contrah. ſtip. cuius hæc ſunt verba. Nuda pollicitatione ſecundũ ea, quæ ſæpe conſtituta ſunt, ad præſtanda ea, quæ promiſerat, vrgeri quenquam non ſemper iura permittunt.* Atque hinc oritur pro-
2 miſſionẽ, ſeu † donationẽ, anteq̃ acceptetur, poſſe, pro donantis libito, reuocari, vt habetur l. b. 4. Luſitanarũ ord. tit. 55. in prin. argumẽto a cõtrario sẽſu, & colligitur ex l. 4. ti. 4. p. 5. ex l. ſi pater, in prin. ff. de manumiſ. vindicta, & ex alijs iurib.

ſtatim citãdis,atq; affirmat cõis doctorum ſnïa, quã ſequuntur Ant.Gom.2.tom.var.reſ.c.9.nu. 1.Greg.Lopez l.4.citata, glo.1.Iulius Clarus. §. donatio.q.12.& Molina l.4.de primogen.c.2.n.
3 58.Inde † ẽt prouenit, ſi quis dono miſit rẽ aliq̃ per ſuum famulum,aut quendam alium,cuidam tertio,& antequã tertius ille donationẽ acceptaret,vel quia eã ignorabat, vel qualibet alia ratione,is,qui dono illã mittebat, mortuus eſt,donationem reddi nullam,eſſeque proinde rem illam reſtituendã hæredibus donantis,non verò donatario.Ita habetur expreſſe l.2.§.ſed, & ſi qs,iuncta gl.ibi ff.de don.& affirmat cõis doctorũ ſnïa, quam,inter alios,refert ac ſequitur Ant.Gom.2. to.var.reſol.c.4. nu.3. Ratio autem eſt,q̃m cum mandatũ morte mandantis regulariter expiret, vt patet l.mandatum, C.mandati,& §.rectè quoque,Inſti.eodem tit.eo ipſo donatio illa cenſetur tacitè reuocata, antequam per donatarium acceptetur. Conſentit l.abſenti, ff.de donationib.quæ addit, idem eſſe, etiam ſi per ſeruum donatarij res ad donatarium dono mittatur; niſi tñ eo animo illi tradatur,vt ſtatim ſit donatarij : cũ enim ſeruus tunc nomine domini recipiat, ſitque de numero perſonarum, quæ donatarij loco acceptare poſſunt, vt diſputatione ſequenti dicetur, dominoque acquirat, vtique tunc talis donatio, neque expreſſe reuocari poteſt, nedum tacitè morte donantis: præſertim cũ in eo euẽtu ſeruus rõnem mandatarij nõ ſortiatur. Conſentiũt præterea l.ſi ego,ff.de donat. vnde probanda non eſt ſnïa Gregor.Lopez l.23. tit.par.3.ver.*muriẽdo*, vbi cum Bart.ait,ſi pecunia ſit iam nuncio numerata, non expirare mandatum morte mandantis, ſed nuncium poſſe illam tradere ei, ad quem à defuncto mittebatur: eſt enim contra iura citata, & communem doctorum ſententiam, niſi intelligant de nuncio eius,ad quem mittitur,qui mittentis nomine illam recipiat.

4 Dixi, mandatũ † regulariter expirare morte mandãtis:quoniã id intelligitur. In primis,ſi res ſit integra, vt l.mandatũ circa habetur. Deinde, quoniã,ſi mandatũ ſit rei,q̃ mãdatarius exequatur poſt morté mandantis,non expirat morte mãdãtis, vt ait gloſſa l.mandatum citata,& habetur l.ſi vero.§.vlt.ff.mandati. Præterea quia,ſi mandatum ſit ad pias cauſas,quamuis fas ſit mandanti illud reuocare interim dum viuit, morte tamẽ ipſius non cenſetur reuocatum, vt cum communi doctorum ſententia,quam refert, affirmat Couar.1.var.reſol.c.14.nu.16.arg.text.in l.ſi ergo. §.1.verſ.ſed benignus. ff.de iure dotium.Idẽ probat apertius,l.ſi pater,in princip. ff.de manumiſſis vindicta ; vbi mandatum fauore libertatis morte mandantis non expirat. Quare,ſi quis aliquid alicui dedit, vt traderet in eleemoſynam, aut,vt conſumeret illud in alia cauſa pia, talis donatio, & mandatum reuocata nõ cenſentur morte mandantis, ſed in ijs ipſis rebus ſunt illa inſumenda ad quas ſunt tradita.

Ant.Gom.nu.3.citato,cum communi ſenten-
5 tia,quam refert, ait, Si quis † conſtitutus ab aliquo eſſet procurator cum facultate donandi, & aliquid donaret, antequam ipſe, & donatarius, qui eam donationem acceptaſſet, conſcij eſſent reuocatam eſſe talem facultatem,vel expreſſe,vel tacitè, morte eius, cuius conſtitutus erat procurator, validam eſſe eiuſmodi donationem. Ratio eſt, quoniam hoc eſt diſcrimen inter mandatarium,& procuratorem, quòd acta per merum, ac ſimplicem mandatarium regulariter ſunt inualida,poſtquàm mandatum eſt reuocatum, etiã tacitè mandantis morte eſto mandatarius ipſe, iſque, circa quẽ mandatũ exequitur, reuocationẽ ignorent:acta verò per procuratorem,antequam de reuocatione facultatis cõſtet, valida ſunt. Excipitur c.vlt.de procuratoribus, lib.6. qñ matrimonium per procuratorẽ celebratur : quia enim de ratione matrimonij eſt conſenſus principaliter contrahentis,vtique,ſi tempore,quo procurator matrimonium illud celebrat, principalis reuocauerat facultatem, propoſitumve mutauerat, inualidũ erit tale matrimoniũ, eſto reuocatio à procuratore,& ab altero cõtrahente ignoraretur.

6 Quòd † acta per procuratorem, interim dum ignoratur facultatem eſſe reuocatam,valida ſint, habetur l.ſi mandaſſem,l.inter cauſas,ff.mandati,l.vero procuratori,in prin.& §.1.ff.de ſolutionib.& multis alijs iurib. quæ Ant.Gom.ibidem citat,& affirmat glo.c.vlt.de procurat.lib.6. Obſerua tamen, ꝙ quando exequutio ſimplicis mandatarij non eſſet donatio, ſed contractus onoroſus cum aliquo tertio, aut ipſe mandatarius expenſas aliquas feciſſet,etiam in deferenda aliqua donatione,tunc,eſto morte mandantis,aut aliter reuocatum eſſet mandatũ, ſi tamen id mandatarius ignoraret,dum mandatũ exequeretur, competeret illi ãctio mandati, vt omnino indemnis ſeruaretur,& vt ipſi perſoluerentur expenſæ, vt habetur §.recte quoque. Inſtitut.manda.& in calce diſp.552.ſubiungimus. Quare ferè nullum eſt diſcrimen, ſi donationem excipias, inter procuratorem,& ſimplicem mandatarium.

7 Iuxta hactenus dicta, arbitror † eſſe dicẽdum, ſi quis famulo, aut cuidam alij aliquid dedit, vt dono alteri traderet, iſque iniuſtè id ſibi vſurpauit,aut traditionẽ, vel manifeſtationem donationis ei,cui facta fuerat,iniuſtè diſtulit, vt acceptare eam poſſet, contingatq; eum, qui dono miſit, interim è vita diſcedere, teneri tunc eiuſmodi famulum,aut internuncium,ad duplicem rei illius reſtitutionẽ, qñ donatio non fuit ad pias cauſas.

Vnam,hæredibus eius, qui donabat: eo quòd mandatum non fuerit impletum,morteque mandantis expirauerit, ac proinde res illa pertineat iam,non ad donatarium, ſed ad hæredes donantis,iuxta ea quæ hactenus dicta ſunt. Alteram verò donatario, quem vſurpatione,aut detentione illa,iniuſtè priuauit emolumento illo, quod alioquin erat conſequuturus.

Eſt verò hic euentus ſatis frequens in cõfeſſionibus,& a nemine explicatus. Certè Chriſtianis principibus conſulerem, legem ferrent, qua ſtatuerent, in donationibus, mandatum non expirare morte mandantis. Aequitas namque poſtulat,vt voluntas illa defuncti, quam mandati exe-

quutioni

quutioni præcipit,& in qua vſque ad mortẽ perſeuerauerit,immo & quam ipſe ex parte exequutioni mãdare cępit,perficiatur,neq; eiuſmodi iuris ciuilis ſubtilitatibus impediatur. Interim tñ dũ leges ciuiles citatę hac in parte non reuocantur,earũ diſpoſitioni eſt ſtãdum: eo ꝙ voluntatẽ, mandatumq; illud defuncti,irrita reddere potuerunt,vt donatio illa effectum cõſequeretur, nihil impediẽte,qđ cõtrarium rationi eſſet magis conſentaneum,& qđ ſeclusis illis legibus, contrariũ eſſet dicendum,ſtando in ſolo iure naturali.

In principio huius diſputationis idcirco di-
8 ctum † eſt promiſſionem, antequam acceptetur, regulariter neq; ciuilem obligationẽ, neq; actionem parere, quoniã interdũ ex ſola promiſſione oritur obligatio,& datur ciuilis actio. Vt quando facta eſt ciuitati ad reparandũ, qđ per incẽdium, terremotum, aut aliam ruinam perijt l. pactum, l. propter incendium,& l. ob cauſam. ff. de pollic. Item qñ facta eſt in gratitudinem propter honorem a ciuitate,aut republica,promittenti conceſſum. Item quando opus promiſſum eſt ciuitati, fietique cępit cogitur promittens illud implere.

Item,ſi quis rem aliquam promiſit ciuitati,illamque municipibus tradidit,eſto nondum ſit a ciuitate acceptata,non conceditur ei repetitio,& reuocatio promiſſionis, quin,ſi illam vſurpet,cõparetque poſſeſſionem illius, conceditur ciuitati aduerſus illum repetitio, l. pactum, & l. 1. ff. de pollicit. cũ tamẽ, ſi quis alicui tradat rẽ aliquam, quam dono dat alteri,qui nondum eam acceptauit,integrum illi ſit,eam repetere ab eo,cui illam tradidit,reuocareque donationem, vt patet l. abſenti. ff. de donat. & l. ſi ergo, ff. de neg. geſt. Conſentiũt in his gloſ. c. ſcimus. ver. pollicitationem, 12. quæſt. 1. Couar. ca. quamuis pactum par. 2. §. 4. num. 15. & Anton. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 9. nu. 1. qui ait,hanc eſſe communem opinionem.

Vtrum de iure regni Caſtellæ ex promiſſione facta priuatis, antequam ab eis acceptetur, oriatur ciuilis obligatio, & detur actio, neque integrum ſit promittenti illam reuocare, ac nullam
Quæſt. 9 reddere, concertatio † eſt inter doctores Caſtellanos,propter l. 3. tit. 8. li. 3. ord. quæ eſt l. 2. titu. 16. libr. 5. nouæ collect. cuius verba diſput. 255. retulimus. Anto. Gom. 2. tom. var. reſolut. cap. 4. num. 3. & cap. 9. num. 3. itemque cap. 11. nu. 18. partem amplectitur affirmantem, propter legem illã,quæ id perſpicuè videtur diſponere. In quo, inquit c. 4. citius Caſtellæ excedit, non ſolum ius commune, ſed etiam canonicum, quod ex nuda promiſſione actionem non concedit. Eandẽ ſententiam ſequitur Rodericus Xuarez, Didacus Perez,& Dueñas, quos Molina lib. 4. de primogen. c. 2. nu. 59. refert.

Couar. cap. quãmuis pactum, par. 2. §. 4. num. 15. (tametſi ibi non admodum firmus)& li. 1. variar. reſol. cap. 14. num. 13. cenſet,quamuis de iure Caſtellæ promiſſio abſenti facta valida eatenus ſit,quatenus, ſi per aliquem præſentem nomine abſentis,vel per ipſummet abſentem poſtea acceptetur, firmare redditur; attamen nihil lege Caſtellæ impediente, poſſe per promittentem reuocari,ac nullam reddi,interim dum per donatarium,aut alium loco illius,non eſt acceptata,aitque ita apud iudices practicari: quoniam nõ fuit intentum illius legis reuocare ius cõe, quatenus ſtatuit,vt interim dũ donatio non eſt acceptata, poſſit reuocari per donantem. In hac eadem ſnĩa eſt Greg. Lopez l. 4. tit. 4. gl. 1. & l. 1. tit. 11. verb. *Gran pro*. part. 5. Addit tñ ſi ex verbis donationis conſtat, donantem voluiſſe ſe obligare, vt quia promiſit non reuocare dõnem, vel quia illam iuramento confirmauit,tunc,virtute illius legis Caſtellæ irreuocabilem eſſe, etiam antequam acceptetur:& idem videtur dicere l. 1. tit. 11. ſi in ſcriptura dicat, ſe aſtringere tradere hoc, vel illud. Eandem ſententiam amplectitur Molina lib. 4. de primog. c. 2. num. 6. & præter Couar. & Greg. Lopez,citat pro ea Auendanium.

Probat illã primo,quoniã lex illa loquitur ſolũ de ſtipulatione,& cõtractu,neq; eſt extendenda ad dõnem,quæ propriè non eſt contractus.

Prætermiſſis verò alijs,quæ rñderi poterant, conſtat legem illam de nuda etiam promiſſione loqui. Ait namq; vt diſp. 255. retulimus, *Pareciendo que alguno ſe quiſo obligar a otro por promiſſion, o por contrato,o en otra manera,&c.* vbi promiſſionis meminit,vltra contractum,& vniuerſim addidit, *o en otra manera*.

Secundò eam probat, quoniam lex dicit, *Pareciendo que alguno ſe quiſo obligar a otro*: is aũt, qui donauit, non intendit ſe obligare antequam donatarius certior ſit factus, & acceptet, iuxta quædam iura, quæ Molina citat.

Rñderi põt,fortaſſe id verum habere, qñ donatio incipit à traditione per internuncium,vt ſi donãs mittat, aut iubeat dari aliquid donatario, nulla præcedente promiſſione,ſecus aũt qñ incipit à promiſſione;quoniã promiſſio obligationẽ faciendi ſignificat; neque de iure cõi obligatio oritur ab acceptatione, niſi tanquã a conditione, ſine qua ex eiuſdem iuris cõis diſpoſitione non oritur ex promiſſione obligatio, ſed oritur ex promiſſione ipſa, quæ ex natura ſua obligationẽ ſignificat,ac vi ſua obligationem efficit. Præterea licet, quod Molina affirmat, verum eſſet ſtando in iure cõi,quod obligationem abſtulit à promiſſione, antequam acceptaretur (neque enim homines plus ſe intendunt obligare, quam iuxta iura, & conſuetudinem loci) nõ tamen eſt verũ ſupooſita ea lege Caſtellæ, quæ & vim ſuã obligandi integram promiſſioni reſtituit, & in multis alijs ius commune abrogauit. Denique,nihil Molinæ rationibus impedientibus, admittendæ proculdubiò erunt limitationes, quas Greg. Lopez ſuæ opinioni adhibuit.

Tertiò eam probat,qm̃, eſto dicamus,dictam legem reiecisse ſolẽnitatem ſtipulationis, & deduxiſſe rem ad æquitatẽ canonicam, qua ex pacto nudo actio exoriebatur; adhuc non põt dici, eam legem excluſiſſe acceptationem: cũ de iure etiam canonico,acceptatio neceſſaria ſit, & ante eam donans libere poſſit donationem reuocare.

Dicendum eſt, cũ ius canonicum nihil in contrarium circa neceſſitatem acceptationis ſtatuerit,

rit, in foro eccleſiaſtico, quo ad neceſſitatem acceptationis, ſtandũ eſſe diſpoſitioni iuris ciuilis, vt mox dicemus: legem autẽ Caſtellæ manifeſtè correxiſſe ea in parte ius commune, eaque ratione in Caſtellæ regno validam eſſe promiſſionẽ aliquam quæ de iure ciuili, & canonico, valida non eſt: id quod Greg. Lopez confiteri debet in quadam limitatione, quam addit.

Duæ aliæ rationes, quas Molina addit, nullã vim hñt, eaque de cauſa, eas nec refero, nec ſoluo.

Iuxta hæc, licet quondam in Couarruuiæ opinionem propenderim, modo tñ plus in aliorum opinionem inclino, eſto promiſſio, ſiue ſcripto, ſiue verbo facta, nec iuramento, nec promiſſione cã non reuocãdi, ſit cõfirmata Ducor, qm̃ id perſpicuè lex illa ſignificat: & quoties in ea mentio ſit contractus, adiungitur verbum, *o obligacion*, quæ eam etiã comprehendit obligationem, quæ ex ſimili promiſſione, & ex quouis alio capite proficiſcitur, de quibus omnib. vt relatum eſt, in princ. illius legis ſermo habetur. Quod autem de praxi Couar. refert, alij non docent: quin potius tanquam rem valde in prætorijs dubiam, tã cæteri, quam Couar. ipſe qõnem diſputant. Et ſaltem nihil erat adeo receptum, ac firmum, quin fas ſit contrarium amplecti. Adde, non immeritò poſſe vitio verti iuriſperitis quòd iura particularium regnorum, plus iuſto, ad iuris communis diſpoſitiones pertrahere conentur.

Quæſ. 10 Dubium eſt, vtrum † de iure canonico actio detur ex promiſſione antequã acceptetur. Panor. c. qualiter, de pactis, dari exiſtimat. Ductus verbis eiuſdem capitis, quæ ſic hñt. *Studioſè agendũ eſt, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur.* In eadem ſnĩa eſt Fortunius l. 1. ff. de pactis, eam verò confirmat, ex ca. ſi tibi abſenti. de præb. lib. 6. vbi habetur, collationem beneficij, factã ab Epiſcopo abſenti, validam eſſe, eſto is illam nondum acceptauerit, immo neque fuiſſe factam nouerit: neque Epiſcopum poſſe illam reuocare, & beneficium alteri conferre antequam is, cui erat facta, illam repudiet. Immo vero eſtò illam repudiet, ſi tamen antequam Epiſcopus beneficium alteri conferat, repudiationis huius pœniteat, & collationẽ acceptet, beneficium ad ipſum, & non ad illum aliũ, cui poſterius facta ſit collatio, ſpectare. Contrariam ſnĩam, nempe ex promiſſione, antequam acceptetur, non concedi actionem iure canonico, affirmant idem Pan. ſibi contrarius, c. cum inter vniuerſas, de electione. nu. vlt. Felinus c. 1. de pactis, a num. 7. & communis doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur Couarr. ca. quamuis. pactum par. 2. §. 4. numero decimoquinto Ant. Gom. ſecundo, tom. variar. reſolut, cap. 9. numero primo, & Molina lib 4. de primog. c. 2. num. 62.

Panor. fundamentũ. Confirmatur. Deciſ.

Operæpretium tamen erit ſimul expendamus, num ex promiſſione, antequam acceptetur, oriatur naturalis obligatio, ita vt promittens in conſcientiæ foro implere teneatur promiſſionẽ, nec licitè poſſit illam reuocare. Ex huius namq; dubij definitione, quid circa præcedens dubium dicendum ſit, magna ex parte pendet. Panorm. & Felinus locis citatis oriri arbitrantur, neque promittentem in conſcientiæ foro poſſe reuocare talem promiſſionem. Contrarium affirmant Bart. l. ſi vnus. §. Pactus, num. 16. ff. de pactis, cũ quadam glo. ibi, Couar. c. quamuis pactum part. 2. §. 4. nu. 15. & Ant. Gom. 2. tom. var. reſolut. c. 9. num. 1. nempe non oriri obligationem naturalem (intellige, completam (ſed tuta conſcientia promittentem reuocare poſſe promiſſionem antequam acceptetur. Atque hæc ſententia placet, cum qua coniunctum omnino eſt, de iure canonico ex promiſſione antequam acceptetur non concedi, actionem, vt cõior doctorum ſnĩa affirmat. Ratio autem vtriuſq; ſententiæ hæc eſt, qm̃ ius ciuile in reipublicæ commodum, atq; ad tollendos ſcrupulos, & minuẽdas lites, ſtatuere potuit, vt promiſſio & donatio, antequam acceptaretur, nulla omnino vim haberet ad obligandum donantem, ſed integrum oĩno illi eſſet, promiſſionem ac donationem pro ſuo libito reuocare: id autẽ apertè ſtatuit iuribus ſupra citatis, quarè, cum iure canonico nihil comperiatur ſancitum in contrarium, iutaq; ciuilia in Eccleſiaſtico foro vim habeant, qñ canonico iure nihil in cõtrarium eſt definitum, vt patet cap. 1. de noui operis nunciatione, & alijs iuribus, conſequẽs eſt, vt de iure canonico, neq; dicendum ſit concedi actionem, neque oriri obligationem naturalem ex promiſſione, aut donatione, antequam acceptetur, ſed donantem poſſe libere illam reuocare.

Ad cap. qualiter. de pactis, cui Panormit. nitebatur, dicendum eſt, ibi eſſe ſermonem de promiſſione acceptata: id quod magis patet ex lib. 8. Epiſt. Beati Greg. Epiſto. 38. vnde caput illud fuit deſumptum. Ad cap. ſi tibi abſenti, dicendum eſt cum Couar. loco citato, beneficij † collationem non eſſe donationem, ſed exequutionem eius, quod Epiſcopus ex ſuo munere tenetur facere; quæ idcirco iuris canonici diſpoſitione ſtatim vim habet, neque poteſt per Epiſcopum reuocari. Vt tñ ius canonicum in beneficiorum collationibus meritò id ſtatuit: ita ex rationabili aliqua cauſa potuiſſet contrarium ſtatuere, nempe, vt qñ Epiſcopus pro ſuo arbitrio, beneficium conferebat, poſſe interim dum collatio nõ eſſet acceptata, illam reuocare, & beneficium conferre illi, qui dignior & aptior apparet, nihil impediente, quod beneficium non ſit bonum Epiſcopi, ſed Eccleſiæ, & quod Epiſcopus in collationibus ſolum ſit miniſter, ac diſpenſator.

Ad Pan. fund. Ad confir.

11

12 Dubium eſt, vtrum, quòd † promiſſio, antequam acceptetur, obligationem naturalem non pariat, ſed integrum promittenti ſit illam reuocare, proficiſcatur ex ſola natura ipſa rei, quia videlicet promiſſio, ſtando in ſolo iure naturali, ſecluſoque iure omni poſitiuo, nõ plus obligat: an verò ortum habeat ex iure poſitiuo, quod ob rationes paulò antea à nobis explicatas, in commune bonum id ſtatuit, liberamque reuocationem promittenti conceſſit non interrogato prius donatario, an vellet illam acceptare. Quæſ.

Pauci ſunt, qui de hac re loquantur: eo quòd ad praxim non multum id ſcire referat Sotus. 3. de Soti ſententia.

de iuſtitia, quæſtio. 5. articu. 3. de donatione, quæ verbo abſenti fieret, antequã is eã ſciret, & acceptaret, cũ prius obiecisset, obligare ante acceptationem, addidit. Reſpondetur tamen, ꝙ cum datio relationẽ dicat ad accipientem, non videtur oriri obligatio antequàm alter acceptet; & ideo reuocari fortè poteſt, etiam abſque vlla iuſta cauſa.

Si autem ſolemniter coram teſtibus donatio fiat abſenti, tunc ſtandum eſt iuri ciuili. Arbitror enim abſq; donatarij conſenſu, vel legitima cauſa, iura reuocationem non ſinere: quòd ſi ita eſt, nec conſcientia id permittit. Hactenus Sotus. Vbi vides, trepidũ, arbitrari, ex promiſſione, ac donatione non oriri obligationem antequã, acceptetur, ac proinde poſſe reuocari. Et videtur loqui ex natura ipſa donationis, & promiſſionis non acceptatæ: cum ea ratione ducatur, quod donatio relationem dicat ad accipientem.

Impugnatur. Cæterum licet, vt donatio perfecta ſit, in contractumque transeat nominatum, non ſolum acceptantem, ſed etiam accipientem exigat, vt diſput. 254. oſtenſum eſt; non tñ dicit relationem ad accipientem, niſi ſecundum dici, vt dialectici appellant. Similiterque licet promiſſio, vt pacti rationem ſortiatur, acceptationem eius, cui fit, requirat, non tamen dicit ad illum relationem, niſi ſecundum dici: ſiue autẽ promiſſio, aut donatio, acceptatã ſit, ſiue non, ſemper relationem ſcđm dici inuoluit ad eũ, cui fit. Etenim promiſſio nõ acceptata alicui fit, & donatio non acceptata ſimiliter alicui fit, ſicut & illæ quæ acceptatæ ſunt.

Præterea parum id refert ad rem, de qua diſputamus, nempè vtrum promittens, aut ex parte ſua animo interno, & verbo externo omnino donans, vi talis promiſſionis obligatus ex natura ipſa rei maneat ad tradendam rem, ſi donatarius, cui ita ex parte ſua ſe obligauit, illam velit acceptare, atque eã de cauſa teneatur ad faciendum illum certiorem promiſſionis, aut donationis, eo modo illi factæ, vt videat an velit eam acceptare.

Item ſecum ex parte pugnare videtur Sotus in verbis, quæ ſubiungit. Ex eo enim quòd coram teſtibus donatio aut promiſſio, abſenti fiat, ſanè neque accipiens, neque acceptans, datur: quare ſi ratio, cui in prioribus verbis nitebatur, vlla eſſet eſto coram teſtibus donatio, aut promiſſio, eſſet facta, reuocari poſſet, antequam abſens illam ſciret, & acceptaret.

Præterea, ſi de iure communi loquatur, ex hactenus dictis conſtat, teſtes nihil omnino impedire quominus promittens, aut eo pacto donans abſenti, libere donationẽ poſſit reuocare; ſi verò loquatur de iure Caſtellæ propter l. 3. citatam, atque iuxta opinionem Antonij Gomezij & aliorum quos ſupra retulimus, ſanè teſtes ſolum inſeruiunt ad probationem: ſimilique modo in eo regno cogeretur ille opere promiſſionem, ac donationem implere, eſto teſtes non intereſſent, ſed ipſe donationem aut promiſſionem, animo ſe obligandi, confiteretur. Quare corruunt fundamento, & doctrina Soti.

13 Deciſ. Quæſt. Nihilominus, quòd † ex ſolo iure poſitiuo oriatur, promiſſionem, antequam acceptetur, non patere obligationem naturalem, non verò ex natura ipſa promiſſionis, affirmat in primis Couar. ca. quamuis pactum part. 2. §. quarto, nu. 16. in vltimis verbis. Deinde in eadem ſententia ſunt Panorm. & Felinus, dum, vt ſupra retulimus docẽt, nihil impediente diſpoſitione iuris ciuilis, oriri ex promiſſione antequam acceptetur, obligationem naturalẽ, & multò magis Fortunius, qui ex illa aut concedi etiam actionem de iure canon. in eadem quoque ſententia ſunt, qui exiſtimant, ex ſola promiſsione interna oriri obligationem naturalem atque in foro conſcientiæ, quos diſputat. 265. referemus; multo enim magis id aſſeuerabunt de eadem cum externa iam fuerit effecta.

Hanc ſententiam primo perſuadet id, quod ſupra oſtendimus, nẽpe de iure ciuili ex promiſſione facta ciuitati, aut reipublicæ, concedi actionẽ, eſto acceptata nõ fuerit. Si nãq; ea promiſſio, ſpectata ſola ipſius natura, vim obligandi non haberet, ſanè ciuiles ius numquã ſupra ſuam naturam, & vim, id illi tribueret. Licet enim ius aliquãdo in cõe bonum conſueuerit vim obligandi, quam ex ſua natura habent, ab aliquibus contractibus, aut actibus, auferre, vt ab alienationibus factis a minoribus, aut ab Eccleſijs ſine ſolemnitatib. ad id cõſtitutis, ab alienatione fundi dotalis, a donationib. ſine inſinuatione factis vltra certam ſummã, & a multis alijs; non tñ conſueuit vim actib. ad alienandum ſupra ipſorum naturam tribuere.

Præſertim quando alienatio eſt merè gratuita, qualis eſt, de qua nunc diſputamus. Neque. n. eſt æquum, vt reſpublica meis bonis me ſpoliet, actionibus merè gratuitis, a me prodeuntib. vim ſup. ipſorum naturam tribuendo, vt in alios dominium, aut ius, meorum bonorum trãſferat. Neque forte poteſt, maximè cum nulla, in re propoſita, ſubſit rationabilis cauſa, vt id fiat.

14 Secundò, eam † perſuadet l. 3. Caſtellæ citata, q̃ ſtatuit, vt, ſine acceptatione, validæ ſint multæ promiſſiones; id quod neque Greg. Lopez, neq; Couarr. negant, quando ex promiſſionibus conſtat, promittentem ſine acceptatione intendiſſe ſe obligare. Neque enim dicendum eſt, legem illam vim intendiſſe tribuere eiuſmodi promiſſionibus ſup. ipſarum naturam, neque fortè potuit id efficere, vt proximè dictum eſt.

Tertiò idẽ perſuadet, ꝙ qui arbitrantur promiſſionem externam, antequàm acceptetur, ſuapte natura non habere vim ad obligandum, ducuntur, quoniam ante acceptationem non habet rationem pacti, & antequam rationem pacti ſortiatur, habere non poſſit vim obligandi. At verò hoc fundamentum, vel inde facile euertitur, quod qñ p eũ acceptatur, qui a donatario non eſt conſtitutus ad id procurator, vtique non ſortitur rationem pacti, antequam accedat donatarij conſenſus, & acceptatio, & tamen, ſi promiſsio acceptata ſit per tabellionem publicum, aut per filium aut ſeruum donatarij, illo inſcio, neque ad id prius facultatem præſtante, eo ipſo de iure ciuili incipit obligare promittentem dependenter ab acceptatione, & conſenſu donatarij futuro, ita quòd promittens reuocare nõ poteſt, promiſsionem

nem

nem illo intermedio tempore, quo donatarius, an illam ratam habeat, non interrogatur, vt diſputatione ſequenti dicetur: ergo, quòd promiſsio externa, antequam acceptetur, rationem non habet pacti, non impedit, quominus ſuapte natura vim habeat tunc obligandi.

Quartò idem perſuadet ratio, cui Couarr. loco cit. innitius. Nempe, in gratuitis promiſsionibus acceptatis, obligationem promittentis, ex natura rei, non oriri ex acceptatione, ſed ex promiſſione ipſa, qua ex liberalitate promittere vult ac ſe obligare donatario ſine vlla recompenſatione, aut mutua obligatione, ex parte donatarij; quare, ſecluſo iure poſitiuo, quod in bonum cõe introduxit acceptationem, tanquam conditionem ſine qua regulariter non vult promittentem eſſe obligatum, vtique, ſtando in ſolo iure naturali, promiſsio ipſa gratuita obligat. Sicut autem ius poſitiuum acceptationem donatarij introduxit, tanquã conditionẽ, ſine qua promiſsio non obligaret: ita in aliquibus potuit illã oĩno remittere, vt in promiſsionibus ciuitati factis; in alijs verò potuit illã relaxare ex parte, nẽpe vt ſufficeret acceptatio tabellionis publici, & aliorum, quos diſputatione ſequenti explicabimus: id quod etiã fecit.

15 Eodemq; † modo ius Caſtellæ potuit plus adhuc laxare habenas, nempe vt nullius acceptatio neceſſaria eſſet, qñ cõſtaret promittentẽ voluiſſe ſe obligare. Semper quidẽ promiſsio, & donatio, eatenus ex acceptatione donatarij ex natura rei pendent, quatenus, ſi ille non acceptet, obligatio, quæ ex illarum natura oriebatur, diſſoluetur, ſicut etiã, poſtquam acceptata eſt donatio, aut promiſsio, diſſoluitur obligatio ex illa cõtracta, quotieſcunque donatarius obligationem remittit.

Verumtamen quod contendimus, eſt, promiſſionẽ ipſam ex natura ſua, ſecluſo iure poſitiuo, quod aliud ſtatuit, vim habere, antequã acceptetur, ad obligandũ ex parte ſua promittentem, ita vt manifeſtare donatario promiſsionem teneatur, vt, ſi eã acceptare velit, illam adimpleat, prout ex parte ſua ante acceptationem tenebatur.

Eſt enim magnoperè aduertendum diſcrimen illud, quod Sotus locò citato, & alibi, inter gratuitam promiſsionem, & non gratuitam, ſeu reſpectiuam, qualis in contractibus cernitur, tradit. Quod reſpectiua promiſsio pretij in emptione, & ducendi aliquam vxorem in ſponſalibus, etiam ad obligandum ex parte promittentis, eſt ſuapte natura conditionalis, ſi & tu retribuas, ac repromittas; eaque de cauſa, ante vtriuſque promiſsionem completam, neutra obligat, ſed fas eſt cuicunque libere ab ea diſcedere: at verò gratuita promiſsio eſt abſoluta, ac proinde ſtatím ex parte promittentis, quantum eſt natura rei obligat, neque acceptatio ex natura rei neceſſaria eſt, niſi vt ſciatur, donatarium velle tenere obligatũ promittentem, vt ex parte ſua obligatus illi iam eſt, vi ſolius ſpontaneæ, ac gratuitæ promiſsionis ab eo factæ.

16 Non defuerunt † his noſtris temporibus, qui, vt tuerentur promiſsionem ante acceptationem ex natura rei nullo pacto obligare, triplex genus acceptationis confingerent. Vnum, quo donatarius ipſe acceptaret. Alterũ, quo alius loco, & nomine eius acceptaret. Et tertium, quo nullo homine in particulari acceptante, a principe, ſeu legislatore, per legem acceptatio fieret eo ipſo, ꝙ lege ſtatuit, vt promiſsio aliqua abſque cuiuſquã acceptatione vim obligandi habeat.

Eſt tñ cõmentitium aſſerere, legislatores arbitratos fuiſſe, promiſsionem ex ſua natura non habere vim obligãdi ſecluſa acceptatione, atque dũ ſtatuerunt, vt promiſsiones aliquæ ſine acceptatione obligarent, intendiſſe, per eam legem acceptare eas promiſsiones loco donatariorũ, ſicque vim obligandi eis tribuiſſe. Etenim neque apud iura, neq; apud vllum Doctorem, vel Theologũ, vel Iuriſperitum, eſt ea de re vllum veſtigium.

Præterea, qui affirmant promiſsionem ex ſua natura non habere vim obligandi ſecluſa acceptatione, ducuntur, quia ſine acceptatione non ſortiuntur rationem pacti: at verò ex eo, quòd lex velit eas ſine acceptatione obligare, profectò rationem pacti non ſortiuntur, priuſquam a donatario ipſo ſint acceptatæ: quarè commentitiũ eſt recurrere ad triplex illud genus acceptationis, vt tueantur ex natura rei, ſecluſa acceptatione, non habere vim obligandi.

Illud poſtremò admonuerim, lõge diuerſa eſſe, quempiam † promittere aliquid alicui, aut ſe cum in hunc modum ſtatuere, atque exterius proferre, dono rem hanc Petro, & ex voluntate donandi, mittere illam Petro, ſeu præcipere vt illi detur. Duo enim priora obligationem donandi ſignificant; hoc verò tertium ſolum propoſitum, & voluntatem donandi ſignificat, & imperium vt id exequutioni mandetur. Quarè in hoc tertio euentu ex natura rei, ſecluſa diſpoſitione iuris ciuilis communis, integrum donatori videtur, antequam res illa Petro tradatur, reuocare donationem; eo quod nondum ſe aſtrinxerit ad opere illam complendã, ſed illa omnia ex volũtate emanauerint donandi. Quo fit, vt, nihil l. 3. Caſtellæ impediente, integrum huic in eo regno ſit, mandatum reuocare, quandoquidem nihil eſt, vnde appareat voluiſſe ſe obligare; lex verò illa, vt cogi quis poſsit implere aliquid, exigat, vt conſtet intendiſſe ſe obligare. Eadem ratione, ſi in eo regno eiuſmodi donator moriatur, antequam mandatarius donationem compleat, vtique, cum morte mandantis expiret mandatum illud, res illa tradenda erit hæredibus mandantis, non verò donatario, iuxta iura ſuperius citata.

17 (marginal number beside "ſe, quempiam")

18 Dubium vlterius eſt vtrum † donatio ad pias cauſas non acceptata valida ſit. Gloſſa leg. illud. verb. alia cauſa, C. de ſacroſanc. eccleſ. inualidam eſſe affirmat. Eam ſequuntur Molina libro 4. de primogen. cap. 2. num. 58. Iulius Clarus. §. donatio. quæſt. 12. verſic. vlt. Couar. 1. reſol. ca. 14. nu. 16. & in rub. de teſt. part. 3. nu. 13. & Anto. a Gama deciſ. 383. numer. 3. dicuntque communiter eſſe approbatam. Quæſ.

Quod notãdum eſſe addit Iulius Clarus, quia de facili quis reſponderet contrarium. Pro hac ſententia non aliam rationem eſſe video, quam, iuxta

iuxta ſola ciuilia iura, id proculdubio eſſe dicendum: nihilque in contrarium iure canonico inueniri diſpoſitum.

Felinus tñ c. 1. de pactis num. 7. cum Bar. Bal. Pan. & alijs, quos citat, aſſeuerat, ex ea oriri obligationem naturalem, & concedi actioné, ac proinde validam eſſe. Atque hæc ſententia mihi omnino placet. Qm̃ ſicut leges ciuiles, quæ inualida reddunt ea teſtamenta, quæ carent certa quadam ſolemnitate, nullam vim hñt in diſpoſitionib. ad pias cauſas, eo ꝙ circa illas nihil, quod earum validitati deroget, prout ſpectantur in ſolo iure naturali, vim hét ſine approbatione Summi Pontificis: ita ét neque ciuiles leges, quæ annullãt promiſſiones non acceptatas, vim hñt in promiſſionib. circa pias cauſas; cum nihil tale à iure canonico approbatum reperiatur. Hac eadem ratione dicemus inferius dónes ad pias cauſas validas ſine inſinuatione eſſe vltra ſummã iure ciuili præſcriptã, nihil impediente, ꝙ ciuile ius dónes, ét ad pias cauſas comprehendere intendat, vt patet l. illud C. de ſacroſ. Eccl. quod nouiſſe Accurſiũ videtur, vt in gloſſ. citata aſſereret, promiſſiones ad pias cauſas ſine acceptatione inualidas eſſe.

Decif.

Et dictis in hoc dubio conſtat, Bartolum etiã & Baldum in ea eſſe ſententia vt dicant, ex promiſſione non acceptata oriri obligationem ſtãdo in ſolo iure naturali: neque enim aliter affirmare poſſunt, ex ea facta ad pias cauſas oriri obligationem naturalem, & dari actionem.

Quæſ.

Poſtremum dubium in hac materia eſt, vtrũ ex promiſſione nõdum acceptata, iuramento tñ à promittente confirmata, concedatur actio iure canonico, & ciuili. Bart. & còior ſententia Iuris Cæſarei interpretum, quemadmodum negant ex pacto iuramento confirmato concedi actionem de iure ciuili; affirmant tñ concedi de iure canonico, vt diſp. 256. retulimus: ſic quoque negant ex ea promiſſione concedi actionem iure ciuili: Bartolusq; l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſoribus neque obligationem naturalé ex ea proficiſci affirmat, ſed ſolũ obligationem in ordine ad Deum, quem iurans tenetur non adduxiſſe in teſtem falſi, infidelisq; promiſſionis. Quemadmodum ét Inn. & alij negant, iure canonico concedi actionem ex pacto nudo iuramento confirmato, vt ibidem relatum eſt: ita quoque negant, concedi ex promiſſione, de qua agimus.

Decif.

19 Dicendum † nihilominus eſt cum Pan. c. cum veniſſent, de conſtit. nu. 26. & 27. Couar. c. quãuis pactum par. 1. §. 2. nu. 2. & 4. & par. 2. §. 4. nu. 16. & alijs, quos citat, iure canonico, & ciuili, cõcedi ex illa actionem; non quidem, quod reuiuiſcat vis ad obligandum, q̃ promiſſio iuramento non confirmata, ſtando in ſolo iure naturali, haberet anteq̃ acceptetur, vt diſput. 150. oſtẽdimus, ſed quod, vt ibi late probauimus, ex iuramento, quod confirmatur, qñ ipſa in ſe non eſt de re illicita, & quando, tam ipſa, quam iuramentũ mere ſpontaneè emiſſa ſunt, oriatur, non ſolum obligatio in ordine ad Deum efficiẽdi, ne in teſtem infidelis promiſſionis ſit adductus, ſed etiam peculiaris ad hominem, cui ſub iuramento facta eſt, ius illi tribuens, ꝙ ad hæredes etiam ipſius pertrãſit, rõne cuius res promiſſa illi debetur ſimpliciter, & cuius rõne actio de iure canonico, & ciuili datur, etiam qñ promiſſio, aut contractus, quæ tali iuramento confirmantur, irrita, & nulla ſunt iure humano, vt patet c. cum contingat, de iureiuran. c. cum mulieres, eo. tit. lib. 6. ca. quamuis pactum, de pact. libr. 6. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. Qm̃ verò hæc ſatis perſpicua ſunt ex ijs, quæ diſp. 256. & diſp. 150. dicta ſunt, iũctis ijs, quæ diſp. 149. præmiſeramus, neceſſe non eſt plura hac de re adijcere.

20 Illud † tamen admonuerim, cum de iure Luſitano irritum eſſet tale iuramentum, niſi de peculiari regis licentia eſſet emiſſum, quin & promiſſio, eſto alioquin eſſet valida, irrita eo ipſo eſſet, vt diſp. 149. oſtenſum eſt, vtique ex tali promiſſione iuramento confirmata actio in Luſitania non concederetur.

In Caſtella verò, ſi vera eſſet opi. Mol. & aliorũ, qui affirmant, ex promiſſione non acceptata in eo regno non dari actioné, ſanè, cum licitũ in eo regno ſit ea iuramento confirmare, quæ ſecluſo iuramento valida non eſſent, vt diſp. 149. dictum eſt; admittendum erit, ex illa iuramento confirmata actionem in eo regno concedi.

Iuxta noſtram verò ſñiam idem dicendũ eſt, non quidem, ꝙ ea promiſſio præciſa à iuramento valida in eo regno non ſit, ſed ꝙ l. 12. tit. 1. li. 4. nouæ collect. conceſſum expreſſe in eo regno eſt, perpetuas donationes poſſe iuramento confirmari, vt diſput. 149. retulimus. Si tamen promiſſio eiuſmodi non eſſet perpetua, ſed rei alicuius ad tempus concedendæ, tunc, ſi iuramento confirmatur inualida eſſet in eo regno; eo quod irrita eo ipſo eſſet, quod iuramento confirmaretur, niſi in dotem, aut arrhas, eſſet facta, vt diſp. 149. oſtenſum eſt.

Promiſſio a quo acceptari poſſit, & quouſque abſenti facta valeat.

DISPVT. CCLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio acceptata, etiam inter abſentes, per epiſtolam, aut internuncium, parit hodie virilem obligationem, & actionem.*

2 *Donatio non acceptata, quæ a promiſſione incipit, perfici poteſt per epiſtolam, aut internuncium. Quinimo nuncius ſpecialiter ad id debet eſſe deputatus. nu. 3.*

Secus autem erat ante l. ſi quis argentum. C. de dona. num. 4.

5 *Promiſſio de donando facta abſenti, vt non poſſit reuocari, quæ requirantur.*

6 *Promiſſio gratuita facta præſenti & tacenti, acceptata ab eo cenſetur, & ſic non poteſt reuocari.*

7 *Donatio acceptata per alium a iure conceſſum, licet non poſſit reuocari, pendet tamen a ratihabitione donatarij.*

Promiſ-

8 *Promiſſio facta abſenti per quas pſonas acceptari poſſit, vt fiat irreuocabilis ex parte pmittentis.*

9 *Promiſſio ſeu donatio acceptata per notariũ ſtipulantẽ nomine abſentis, an reuocari poſſit per promittentem antequam ratihabitio ſequatur.*

Et quid in Luſitania ſeruatur. nu. 10.

11 *Donatarij hæredes an poſſint ratam habere donationem per notarium acceptatam nomine ipſius donatarij.*

12 *Donationes duæ de eadem re ſi ſint factæ duobus, quænam præferenda.*

13 *Parochus quo ad vſurarum tantum reſtitutiones vtilem acquirit actionem.*

14 *Procurator Principis, & communitatis poteſt eorum nomine ſtipulari, & promiſſionem acceptare.*

Idem in procuratore particularis. nu. 16.

15 *Tutor, & curator poßunt nomine pupilli, & minoris ſtipulari.*

17 *Debitor ſi ſtipuletur à tertio certũ quid dari eius creditori, valet ſtipulatio.*

18 *Promittens, de iure Caſtellæ, ſi intendit ſe abſenti obligare, non poteſt promiſſionem reuocare.*

PRomiſſio eo ipſo, quòd eſt acceptata ab eo, cui facta eſt, eſto intra limites pacti nudi cõtineatur, iuris tñ priuilegio hodie poſt l. ſi quis argẽtum. C. de donat. ex ea oritur ciuilis obligatio, & datur actio, vt diſputatione 255. & diſputatione præcedẽte oſtenſum eſt. Hinc † eſt, quòd quãuis ante legẽ, ſi quis argentũ ex promiſſione acceptata nõ oriretur ciuilis obligatio, nec daretur actio, niſi vel interueniret ſtipulatio vel ſeqretur traditio, qua pactũ illũ nudum veſtiretur, tranſiretque in contractũ nominatum donationis: hodie tamen neutrum ad id ſit neceſſarium.
1

Inde verò aliud oritur diſcrimen, nẽpè, quod cum ſtipulatio fieri non poſſit inter abſentes per epiſtolã, aut internuncium, ſed ſolum inter præſentes, vt diſp. 254 viſum eſt, quondã ea † donatio, quæ a promiſſione incipiebat, interim dum traditio non ſequebatur, perfici non poterat per epiſtolam, aut internuncium, ita vt ex illa ciuilis oriretur obligatio, & daretur actio: hodie verò, quia ſolo mutuo conſenſu exterius expreſſo ſpondentis, & acceptantis, perficitur, fieri, perficique optime põt per epiſtolam, & internunciũ, quib. vnus promittat, & alius acceptet; non ſecus, ac de alijs contractibus qui conſenſu perficiuntur, vt diſp. 254. citata dictum eſt. Ita iuxta l. ſi quis argentum, & alij iura quæ priuilegium illud promiſſioni acceptatæ concedunt glo. l. nec ambigi. C. de don. & cõis doctorum ſententia, quam inter alios referunt, ac ſequuntur Anton. Gome. 2. tom. var. reſol. c. 4. nu. 2. & Iul. Clarus. §. teſtamẽtum. q. 12. vbi cum eadem gl. & communi doctorum ſententia, admonet, neceſſarium † omnino eſſe, vt internuncius ſit ad id ſpecialiter deputatus, alioquin inualida erit donatio.
2
3

4 Dixi ſupra, ea † donatio, quæ à promiſſione incipit, interim dum traditio non ſequebatur, quoniam donatio, quæ traditione perficitur, etiam ante legem ſi quis argentum, fieri poterat inter abſentes, per epiſtolam, aut internuncium, quibus mediantibus vnus alteri ſignificaret, ſe ad illum dono mittere talem rem quam alius reciperet, aut dono illi dare rẽ, quam donatarius apud ſe habebat, vel quibus donatarius peteret dari nũcio talem rem, aut ſibi condonari rem, quã apud ſe habebat. Ita habetur l. etiam l. abſenti. ff. de donat. l. nec ambigi, & l. ſi aliquid. C. eo. tit. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. loco cit. refert, ac ſequitur.

5 Dubiũ eſt, ſi quis † abſenti aliquid dono promitteret, neque tamen is nuncium ad illum mitteret, qui ipſius nomine id illi ſignificaret, ſed quidam ex ijs, qui id audierunt, ſuo proprio motu id illi referret, illeque promiſſionem acceptaret, an cenſetur de iure communi perfecta donatio, ita vt promittens non poſſet deinceps illam reuocare. Doctores, quos referunt & ſequuntur Iulius Clarus, §. donatio. quæſt. 1. verſic. ſcias, & Menchaca lib. 2. de vſu controuerſ. cap. 15. num. 8. negant manere perfectam. Dubiũ. Decis.

Ratio eorum videtur eſſe, quoniam de iure communi, vt acceptatio perficiat donationem, neceſſe eſt, vt promiſſio ad acceptantem deuenerit per ipſummet promittentem, aut per ſuũ proprium inſtrumentum, nempè per ſuum procuratorem aut per epiſtolam ſuam vel internunciũ ad id à ſe deputatum. Idemque cenſent eſſe in contractibus reſpectiuis, nempè, vt perficiantur, neceſſe eſſe, vt mutuus viciſſim conſenſus ab vno ad alterum perueniat per ipſummet conſentientem, aut per ſuum inſtrumentum; alioquin non ita perfectum cenſeri contractum, quin vtrius liceat ab eo libere diſcedere. Atque hæc opinio, vt communis, atque in praxi recepta, amplectenda videtur.

6 Dubium deinde † eſt, ſi promiſſio gratuita fiat præſenti, & tacenti, vtrum cenſenda ſit completa, ita vt non poſſit deinceps reuocari. Communis ſnĩa, quam referunt & ſequuntur Iul. Clar. §. donatio. quæſt. 14. verſic. ſed pone, Couarr. in rub. de teſt. part. 3. nu. 13. & Molina lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 76. affirmat cenſeri perfectã; quoniam licet in oneroſis, qui tacet, non cenſeatur conſentire; in gratuitis tñ, & quæ in commodum tacentis cedunt, conſentire cenſetur l. qui patitur, iuncta gloſs. ibi. ff. mandati, & regula qui tacet, de reg. iur. lib. 6. quare, cum donatio ſit expreſſa, & conſenſus, ſeu acceptatio, lege præſumpta, cenſenda eſt donatio perfecta, ita vt deinceps reuocari non poſſit. Neq; diſſentit, ſed potius cõſentit, Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 9. nu. 2. cum communi opinione, quã etiam refert; ſolũ enim negat, in oneroſis præſumi conſenſum tacentis. Dubiũ. Decis.

Qñ, cui promiſſio fieret, ita eam acceptaret, vt illã, exequutionemq; illius, in arbitrio promittentis relinqueret, vt ſi diceret, ſi volueris, aut ſi ita tibi placuerit, tunc promittens non tenetur, ſaltem ſub lethali culpa, promiſſionẽ implere, quoniam non eſſet integrè, & plenè acceptata.

Iure ẽt conceſſum eſt, vt quidam in particulari ſtipulari poſſint pro alijs, acceptareq; proinde promiſſiones, & donationis, alijs effectas.

7 Et † quanuis id operetur, vt donans poſt eam acceptationem reuocare non poſſit donationem; ſemper tamẽ à ratihabitione, & conſenſu donatarij pendet, vt firma omnino ſit donatio. Id in primis cõceſſum eſt ijs, qui ſub aliorum ſunt po teſtate, comparatione eorum ſub quorum poteſtate, ſunt, vt habetur §. ſi quis alij, Inſt. de inut. ſtipul. & l. 7. tit. 11. par. 5.

8 Tale in primis † eſt mancipium comparatione domini: ſiue enim ſibi ſtipuletur, aut acceptet, ſiue domino, perinde dominus poteſt id exigere ſibi, ac ſi ipſe eſſet ſtipulatus, & acceptaſſet. Ita habetur l. 2. ff. rem pupilla ſal. fore l. 7. cita. & affirmat glo. §. ſi quis alij citato, atque conſentit, §. itẽ vobis, Inſt. per quas perſo. nob. acquir. & in ſti. p quas perſo. nob. oblig. acquir. in prin. Meritò aũt glo. citata, iuxta §. de his, & §. itẽ placet, in ſti. p quas perſo. nob. acquirit. addit, etiã ſtipulationẽ, aut acceptationem, factam à mancipio domino, qui ſolũ eius habet vſum fructũ, aut vſum, validã eſſe: itemque factam per mancipiũ, quod bona fide poſſidebatur, ſiue alienum eſſet mãcipium ſiue eſſet homo liber. Idem affirmat gl. cap. quanquam, de vſur. lib. 6. verb. poſſint acquirere.

Talis etiam eſt filius, interim dum ſub patris eſt poteſtate, vt habetur l. 7. citata, & affirmant gloſſæ citatæ.

Talis ſimiliter eſt religioſus comparatione ab batis, ſeu monaſterij, vt habetur eadem l. 7. & affirmat gloſſa primo loco citata. Religioſus namque, quo ad acquiſitionem bonorum monaſterio, mancipio comparatur, iuxta authent. de monachis §. illud quoque, vt cum Bart. & Innocent. affirmat Greg. Lopez l. 7. cit.

Alij verò, qui ſimpliciter ſunt ſui iuris, ſtipulari, & acceptare, non poſſunt loco eorum, quibus ex parte ſubduntur, vt famulus loco heri, filius ſui iuris loco patris, aut matris, diſcipulus lo co magiſtri, & alij ſimiles.

Deinde id conceſſum eſt iudicibus, dum nomi ne partis abſentis ſtipulantur, ſiue ea pars ſit pupillus, ſiue alius. Itemque tabellionibus, ſeu notarijs. Quod abſque controuerſia concedunt om nes, qñ tabellio, aut notarius, in actib. iudicialib. pro aliquo abſente eorũ, qui ad tale iudiciũ ſpectant, ſtipulatur, aut acceptat, ab alijs, qui ad idẽ iudicium pertinent. Id verò expreſſe de iudice, & eiuſmodi tabellione, diſponit l. 7. tit. par. 5. conſentiunt l. 1. §. exigere. C. de magiſt. conueniendis. l. non aliter. ff. de adopt. l. 2. 3. & 4. ff. rem pupilli ſaluam for. & c. quanquam, de vſur. lib. 6.

9 Quæſ. Qñ † verò tabellio, aut notarius, tanquam mi niſter qdẽ publicus ſtipularetur aut acceptaret, attamen extra iudiciũ, eſt controuerſia maxima inter doctores, quam dilucidius, quàm alij, refert Molina lib. 4. de primogen. c. 2. à num. 67.

Ipſe autem cenſet, non eſſe dubitandum, acquiri abſenti ex tali tabellionis acceptatione vtilem actionem, ita vt neceſſarium nõ ſit tabellionem cedere in illum eam actionem: quia hanc affirmat eſſe communem opinionẽ Bart. & aliorum, quos citat. Id etiam tabellionis acceptationem operari vult, quòd, ſequuta ratihabitione, ſeu acceptatione, donatarij, oĩno cõfirmatur donatio, competitque donatario vtilis actio aduerſus donatorẽ, atq; illius hæredes. At verò dubiũ totum ait eſſe, vtrum, interim dum non accedit ratihabitio & acceptatio donatarij, integrum donatori ſit reuocare donationem per tabellionem acceptatã, eamq; nullam reddere ac proinde extinguere vtilem illam actionẽ, quæ ex tali tabellionis acceptatione donatario competebat dependenter ab ipſius ratihabitione, & acceptatione.

Cõis doctorum ſententia quã, inter alios, referunt, ac ſequuntur Couarr. in rub. de teſti. par. 3. nu. 13. & 1. var. reſol. ca. 14. nu. 12. Iul. Clarus. §. donatio quæſt. 3. & Greg. Lopez l. 7. citata, aſſeuerat, donatorẽ in illo intermedio tempore reuocare non poſſe donationem: eo quòd, ſequuta acceptatione per miniſtrũ publicum, non minus fir ma & completa cenſeatur, quàm ſequuta acceptione per filium familias, mancipium, aut aliam perſonam, cui iure conceſſum ſit, nomine abſentis ſtipulari, aut acceptare: quarè, cum in intermedio tempore inter horum acceptationem, & ratihabitionem donatarij, non poſſit donator reuocare donationẽ conſequẽs eſt, vt neque in intermedio tẽpore inter acceptationẽ tabellionis, & ratihabitionẽ donatarij, poſſit eam reuocare.

Contrariam ſententiã amplectũtur Decius, & multi alij quos Molina loco cit. nu. 69. refert, ac ſequitur, nẽpe integrũ eſſe donatori in intermedio illo tẽpore illam reuocare: neque deſunt inter autores huius opinionis, qui affirment, illam eſſe cõem. Ducuntur, quoniam non inuenitur textus, qui eam vim tribuat donationi acceptatæ per tabellionem, aut notarium, vt ante ratihabitionem donatarij non poſſit eam donator reuocare.

Quid de hac re ſentiam, quæ ſequuntur, apperient. In primis communior multò videtur opi- Deciſ.
10 nio Couar. & Iulij Clari. Atq; in Luſitania, † videtur omnino amplectenda, non ſolũ quia cõior, & quia Bat. opinio, ſed ẽt quia videtur ſancita li. 4. ord. tit. 55. in prin. his verbis. *As doacoens puras & ſimpreſmente feitas ſem algona condicau, ou cauſa paſſada, ou præſente, ou futura, tanto que ſam feitas per otorgamento da queles que as fazem, & acceptacam da queles a quem ſam feitas, o do taballiam, ou peſſoa que per dereito em ſem nome pode aceitar, logo ſau firmes & perfeitas em tal guiſa, que iamais em tempo algum naum podem ſer reuogadas.* Ecce ſolum in particulari expreſſit perſonam tabellionis: reliquas verò perſo nas, quæ de iure acceptare poſſunt nomine abſentis generalibus verbis comprehendit. Porrò acceptatio donationis per tabellionem, non in iudicio, ſed extra iudicium, fieri conſueuit.

Deinde, ſtando in ſolo iure cõi, non video textũ apertum, qui tribuat tabellioni, aut notario, fa cultatẽ ſtipulandi, & acceptandi extra iudicium nomine abſentis: oẽs enim, ſi expendantur, loqui videntur in iudicio, atque ex iudicis præſcripto.

Tertiò, omnino diſplicet opinio Molinæ loco citato, quatenus ex vna parte affirmat, donationem acceptatam per tabellionem patere vtilem actionem abſenti, ſequutaque ratihabitione

ne abſentis, manere omnino firmam donationē; & ex altera aſſerit, in illo intermedio inter acceptationem tabellionis, & ratihabitionem donatarij, poſſe donatorem illam reuocare, & extinguere vtilem actionem.

Etenim nullus eſt textus expreſſus, qui acceptationi tabellionis extra iudiciū factæ vim ad illum primum effectū, aut ad alium, plus tribuat, q̄ ſi eſſet perſona alia particularis: quarè, ſi ex illo capite Molina negat acceptationem factā extra iudicium reddere irreuocabilem dōnem, debet ēt negare, acceptationem vim habere, vt ex ea abſenti reſultet vtilis actio, & vt ſequuta ratihabitione, ſit donatio oīno firma: perinde atque ex acceptatione hoīs priuati nomine abſentis nihil illorum ſortiatur donatio facta abſenti: id qđ ex eo fundamento negare etiam videtur Cynus, & alij, quos Molina vbi ſupra num. 70. cit.

Quartò, tanq̄ opinio cōis, & quæ de iure Luſitano eſt ſancita, & vbique in praxi videtur magis recepta amplectenda eſt opin. Couar. & Iulij Clari (Cum Bart. Inn. & cum Gloſſa Accurſij §. ſi quis alij, Inſtit. de inutilib. ſtipul. Doctores nāque ita cōiter intelligunt iura, vt tabellio, aut notarius, facultatem ſtipulandi, & acceptandi habeat nomine abſentis, quotieſcunq; tanquā perſona publica acceptat: licet autem, qn̄ in ſcriptura publica acceptat cenſeatur tamquam perſona publica acceptare, niſi aliunde contrarium conſtet: quando tamen verbo in colloquijs priuatis acceptaret, non cenſeretur, vt publica perſona acceptare, niſi exprimeretur: quare non eſt neceſſe, vt ſemper tanquam perſona publica acceptet, acceptareque præſumatur: quod tamen Molina loco citato contendit.

Quinto, qn̄ acceptatio non eſſet circa meram donationem, ſed cum modo, & grauamine iniuncto donatario, de quo dubium eſſet, an donatarius id vellet acceptare cum eo modo, & grauamine, & multò magis qn̄ acceptatio eſſet in contractib. reſpectiuis vtique, ex ſola acceptatione tabellionis nomine abſentis, donatio, aut alius contractus, nullā ſortiretur firmitatem ante ratihabitionem, & conſenſum abſentis; qui viciſſim alteri ſecum contrahenti manifeſtus fieret, ſed integrum in illo intermedio tpe illi alteri eſſet ab donatione, aut cōtractu, recedere, vt bene loco citato Molina affirmat. Ratio autem eſt, quoniā, cum eiuſmodi contractus reſpectiui ſint, atque ſingulorum conſenſus hanc tacitam habeant conditionem, ſi, & tu viciſſim in grauamine, aut retributione, conſentias; ſanè ſicut is, cuius nomine tabellio acceptaſſet, diſcedere poſſet à contractu, antequam ipſe per ſe ipſum conſentiret, & id alteri contrahenti notum fieret, ita ēt is, qui priori loco adhibuit conſenſum, diſcedere poſſet, reuocareque ſuum conſenſum: etenim eiuſmodi contractus, non cenſentur perfecti ante vtriuſque conſenſum mutuò acceptatum.

Obſerua, qn̄ donatio eſſet ingens, & modus, ac grauamen adeo modicum comparatione donationis, vt credendū omnino eſſet, nullū id non eſſe acceptaturum cum eo modo, & grauamine, vt euenire ſolet in inſtōnib. maioratuum, tūc ſanè, idem dicendum erit de eiuſmodi inſtōnib. ac vocationibus ad illas, quod de alijs meris donationibus, quando (iuxta ea, quæ ſuo loco dicentur) irreuocabiles inſtituerentur, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum: cum ſit prorſus eadem ratio.

11 Iuxta hactenus † dicta patet, quid dicēdum ſit ad ſequens dubium. Petrus donauit centum aureos Ioanni abſenti, & loco Ioannis acceptauit tabellio, ſed anteq̄ donatio ad aures Ioannis perueniſſet, isque illā ratā haberet, Ioannes è vita diſceſſit, quæritur, nū actio vtilis, q̄ Ioanni ex tabellionis acceptatione competebat, tranſeat ad hæredes Ioannis, poſſintque dōnem ratam habere, atque acceptare. Ad quod proculdubio, iuxta opinionem Couarr. & Iulij Clari, quam paulo ante amplexati ſumus, affirmanter eſt reſpondēdum, vt ipſimet affirmanter etiam reſpondent. Dubiū. Deciſ.

Etenim ex acceptatione tabellionis acquiſitū fuerat Ioanni integrum, & perfectum ius ad rem promiſſam, tamquam ex donatione integra, & perfecta, quæ iam reuocari non poterat per Petrum, eaque ratione, ius illud iam perfectè acquiſitum, tranſit ad hæredes Ioannis.

Idem omnino dicēdum eſt, ſi Petrus ante acceptationem Ioānis moreretur: tunc enim, quia acquiſitum erat Ioanni ius perfectum ex tabellionis acceptatione, neque ibi interuenit mandatum quod morte mandantis expiraret, & ex cuius tacita reuocatione donatio nulla redderetur; vtique hæredes Petri debitores ſunt Ioanni, & hæredibus Ioannis, rei a Petro Ioanni donatæ. In his conſentit etiam Molina lib. 4. de primog. c. 2. nu. 77. tametſi ductus alijs fundamentis, quę apud illum legas.

12 Ex eiſdem patet, † quid ad hoc aliud dubium dicendum ſit. Petrus donauit equum Ioanni abſenti, tabellioque nomine Ioannis acceptauit donationem, ſed antequam Ioannes ratam eam haberet, eundem equum donauit Franciſco, qui per ſe ipſum donationem acceptauit, quæritur, quæ harum donationum præferenda ſit.

Dicendumque proculdubio eſt, ſi neutri facta ſit traditio, Ioannem, cui prius facta fuit donatio, & qui prius ius perfectum acquiſiuit, præferendum eſſe. Si verò traditio facta fuit Frāciſco, quia tunc eo ipſo dominium conſequutus eſt, Ioannes verò ſolum habebat ius ad rem, actionemque perſonalem, dicendum eſt præferēdum eſſe Franciſcum; attamen Petrum teneri Ioanni perſoluere integrum rei valorem, ratione iniuſtitiæ aduerſus illum commiſſæ, tradendo Franciſco rem ſibi ex iuſtitia debitā. In his conſentiunt Couar. in Rubr. de teſt. part. 3. num. 13. & Iulius Clarus quæſtio. 13. cit. quicquid alij in contrarium dixerint. Dubiū: Deciſ.

13 Parochus † licet cap. quanquam, de vſuris lib. 6. inter eos computetur qui vtilem actionem cōparare poſſunt abſentibus; id tamen ſolum habet locum in caſu illius capitis, vt ex textu ipſo eſt manifeſtum, nempe, vt cautione ipſi præſtita de reſtituendis malè partis per vſuram, vtilem actionem comparet ijs, quibus ſunt reſtituenda.

Poch-

14 Procurator † principis ciuitatis, oppidi; aut alterius communitatis, ſtipulari & acceptare pót nomine eorum; eoque ipſo comparat illis vtilem
15 actionem. Idem eſt † de tutore pupilli, & curatore minoris, amentis, & eadem ratione prodigi, comparatione eorum, quorum eſt tutor, aut curator. Ita habetur l. eum qui. §. vlt. ff. de conſtituta pecun. & l. 8. tit. 11. par. 6.
16 Procurator † cuiuſuis alterius, licèt poſſeſſionem & dominiũ rei, quam nomine eius acquirit, comparet ei, cuius eſt procurator, etiam ſi ille id ignoret, vt habetur l. poſſeſſio quoque. §. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. ea quæ ciuiliter, ff. de acquir. rerum dominio; nihilominus, ſi aliquid nomine illius ſtipuletur, aut acceptet, non eo ipſo competit actio ei, cuius eſt procurator, ſed neceſſe eſt eã illi prius cedat. Si tamen cedere illam renuat, cogetur iudicis autoritate, mãdatique actione, eam cedere, vt habetur, §. vltim. citato. & l. 1. in fine. ff. de inſtitoria actione. Aut certè tantum de bonis procuratoris traditur ei, cuius erat procurator, quantum ea actio æſtimabitur, vt iuxta iura citata, habetur, l. 8. tit. 11. parte 5. Qñ autem non ſunt tot bona illius, & ſiue morte, ſiue abſentia, aut alia ſimili de cauſa, ſufficienter ſubueniri aliter non poteſt ei, cuius erat procurator, aut cuius negocium geſſerat; tunc vtilis actio ſine vlla ceſſione illi conceditur, vt habetur l. 2. ff. de inſtito. actione, & colligitur ex l. pe. §. vlt. C. ad Trebell. & ex leg. 1. C. de actionibus & obligationibus atque hæc omnia diſponuntur l. 8. citat. Lege alia iura, quæ cum Fabro Gregor. Lopez ibi citat.

In ſequentibus tñ euentibus ex ſtipulatione, aut acceptatione eiuſmodi procuratorum conceditur abſque vlla ceſſione vtilis actio eis, quorum ſunt procuratores. In primis, ſi præſens ſit is, cuius quis eſt procurator, dum ſtipulatio, aut acceptatio fit l. ſi procuratori præſentis. ff. de verborũ obligationibus, & l. 9. tit. 11. part. 5. Deinde, ſi ſtipulatio, aut acceptatio, fieret circa ſoluendam penſionem, fructus, aut alios reditus, ex re propria illius, cuius eſt procurator, vt ex locatione domus, aut alterius rei. l. quod procurator, ff. de procuratorib. & l. 9. cita. Item quando ſtipulatio facta eſſet in iudicio. l. omnibus. 1. ff. de prætor. ſtipulatio. l. ſi procurator. ff. ſi quis caut. & l. 9. citata.

Quando ſtipulanti, aut acceptanti, intereſt dari, aut fieri aliquid, alteri abſenti, valida eſt ſtipulatio, qua ipſe id illi alteri ſtipulatur. Vt ſi tutor cedat alteri tutelam, valida eſt ſtipulatio, qua ipſe rem pupilli ſaluam fore ab illo altero ſtipulatur. Si item quis ſtipulatur dari aliquid procuratori ſuo, valida eſt ſtipulatio: quoniam id in commodum ipſius ſtipulantis cedit.

17 Item, ſi quis † ſtipuletur a Ioanne dari cẽtum Petro, quæ ſtipulator ipſe debet Petro, valida eſt ſtipulatio: actio tamen non competit Ioanni ex ea ſtipulatione, ſed ipſimet ſtipulanti, qui cogere Ioannem poteſt, vt, quod promiſit ſibi dare Petro, ſoluat Petro, & inſuper, vt ſibi ſatisfaciat, ſi quæ damna ex eo ſequuta ſibi ſint, quod non ſoluerit Petro tempore conſtituto. Ita habetur Inſtitut. de inutilib. ſtipulationib. §. ſed & ſi quis. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler, & §. ſi quis inſulam. ff. de verb. obl. & l. 10. tit. 11. par. 5.

Euentus omnes explicatos, & quoſdam alios, in quibus valet ſtipulatio, aut acceptatio, facta abſenti, aut nomine abſentis, ponit gl. 2. §. ſi quis alij, Inſti. de inutil. ſtip. Eam legito.

Illud poſtremò eſt obſeruandum, iuxta legem tertiam Caſtellæ tit. 8. lib. 3. ordin. quæ eſt l. 2. ti- Ius Caſtellæ.
18 tu. 16. lib. 5. nouæ collectio. quando † promittens intenti ſe abſenti obligare, non poſſe reuocare promiſſionem, noſtra quidem ſententia diſputatione præcedente explicata, eſto nullus omnino eam promiſſionem nomine illius acceptaſſet; ex omnium verò ſententia, qñ ſaltẽ per aliquem priuatum, nomine illius eſſet acceptata, vt Greg. Lopez Couar. & alij doctores, qui cum ipſis conueniunt, affirmant. Multò autem magis non poterit in eo regno illam reuocare, qñ per aliquã ex perſonis hactenus explicatis eſſet acceptata.

Donationi an modus; & grauamen in fauorem tertij poſſit apponi. Et num, antequam per eum acceptetur, poſſit tolli, ac reuocari.

DISPVTATIO CCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Donationi perfectæ conditio, aut grauamen apponi non poteſt: ſecus ſi non eſt perfecta. & nu. 2.*
3 *Donatarius ſi grauetur reſtituere poſt certũ tẽpus rem ſibi donatam cuidã tertio, acquiritur ei, & eius hæredibus vtilis actio ad eã rẽ exigendam.*
Imo etiam actio realis ſecundum aliquos. nu. 4.
Contrarium tamen tenet, nu. 5.
Secus tamen eſt de iure Caſtellæ. nu. 7.
6 *Intellectus ad l. 1. & l. quoties. C. de donatio.*
8 *Conditio appoſita ſeu grauamen in donatione in fauorem tertij, an poſſit a donante remitti, antequam ab illo tertio acceptetur: vbi tenet cum Bar. & magis communi,*
Et qd ſi tertius ille eſſet eccleſia, vel pius loc⁹. n. 9.
Item quid de iure Caſtellæ nu. 10.

Diſputatio hæc quoad poſteriorem illius partem cum præcedente diſp. eſt coniũcta &
1 ideo hoc loco examinanda eſt. Donationi † eo ipſo, ꝙ perfecta eſt, quia videlicet non poteſt iã reuocari, vel qm̃ acceptata eſt, vel ex alijs capitibus iuxta ea, quæ hactenus explicata ſunt, neque conditio, neq; grauamen aliud apponi poteſt, ſine donatarij libera voluntate. Ita hr̃ expreſſe l. perfecta. C. de don. quæ ſub modo, & affirmãt Couar.
2 1. var. reſ. c. 14. n. 1. & Doct. cõiter. Interim † verò dum reuocari poteſt, apponi ei poteſt cõditio, vel aliud grauamẽ, tam in fauorem ipſiuſmet donantis, q̃ in fauorem tertij, nempe, vt poſt tãtum tp̃s, aut poſt mortẽ donãtis, reſtituat, vt rẽ totam, vel partẽ, tali, vel tali, aut Eccleſiæ, vel Hoſpitali, vel ut quotannis tantum, vel tantũ, ad hoc vel illud ſoluat, aut faciat hoc uel illud. Ita argumento a contrario ſenſu hr̃ l. perfecta, citata, & expreſſè

C l. 12.

l.1.2.3.eodem tit.& l.7.tit.4.part.5.atque affirmant Couar.ibidem,& doctores communiter.

Ratio aũt eſt, qm̃ eum donatio ex mera donãtis liberalitate proficiſcatur,neque donatarius eã acceptare cogatur, integrum ſanè donatori eſt, donare, quod ſuum eſt, appoſitis quibuſcunque conditionibus & grauaminibus quę iniqua in ſe non ſint,neque iure poſitiuo vetita.

3 Si donatarius † grauetur reſtituere poſt certũ tempus rem ſibi donatam cuidam tertio, tunc, eſto tertius ille, neque ſtipulatus fuerit a donante, neque donationem acceptauerit, adueniente tẽpore,quo res eſt reſtituenda, competit illi, & hæredibus illius, vtilis actio ad eam rem exigendam,vt expreſſe habetur l.quoties. C.de donatio. ſub modo,& conſentit cõis doctorum ſententia.

Decius,& alij,quos Couarr.vbi ſupra num. 3. Quæſt. 4 refert,cenſuerunt, eiuſmodi † actionem eſſe non ſolum perſonalem, ſed etiam realem, poſſeque proinde eiuſmodi tertium vendicare illã a quocunque poſſideretur. Vnde vlterius infertur, eo ipſo quòd illi rei à donatore appoſitum eſt grauamen illud, non ſolum non poſſe donatarium illam alienare,ſed etiam ſi id tentet, alienationem eſſe nullam.

Argum. Ducũtur, vt hanc ſibi opinionem perſuadeãt, quoniam,vt habetur l.quoties,citata,antiquitus, quando tertius ille, neque ſtipulatus a donatore erat rem illam ſibi reſtitui, neque donationẽ acceptauerat,ſi, adueniente tempore reſtitutionis, donatarius illam non reſtituebat, concedebatur actio,non tertio illi, ſed ipſimet donatori ad illã exigendam:lege verò illa quoties,conceditur vtilis actio illi tertio,nempe illa, quæ quondam donatori concedebatur:ſed actio, quæ donatori,conceditur,quando pactum & grauamen donatario appoſitum non ſeruatur,eſt rei vendicatio, vt patet l.prima. C.de donatio. quæ ſub modo, ergo hæc eadem competit illi tertio.

Confir. Confirmat hanc ſententiam l.7.titu.4.part.5. quæ ſtatuit, quando donatarius grauatus eſt reſtituere poſt certum tempus,vel donatori,vel alicui tertio rem ſibi donatam, adueniente eo tempore tranſire ipſo iure,abſque aliqua traditione,dominium & poſſeſsionem talis rei in eum, cui erat reſtituenda.

Decif. 5 Contrariam ſententiam, nempe † actionem, quæ competit illi tertio, eſſe ſolum perſonalem, ac proinde, ſi res illa a donatario vendita & tradita ſit alicui alteri,aut alio titulo ſit alienata, validam eſſe alienationem, ſolùmque poſſe agi aduerſus donatarium ad intereſſe,affirmat communis doctorum ſententia,quam referunt & ſequũtur Couar.numero 3.cita. & Anton.Gome.ad l. Tauri.num.25.

Atque ea eſt nobis proculdubio amplectenda: quoniam vt habetur l.traditionibus. C.de pact. & diſput.2.& 3.latè a nobis explicatum eſt,regula eſt generalis;ſine traditione non transferri dominium,niſi in caſibus expreſsis a iure; in quorũ numero non eſt is,de quo diſputamus,vt ex ſolutione argumenti, cui contraria ſententia nititur, erit manifeſtum. Quòd ſi tertius ille, cui reſtitutio rei donatæ facienda foret, eſſet Eccleſia, aut alius pius locus,vel ciuitas,aut in redemptionem captiuorum eſſet id inſumendum,tunc actio realis ad illud vendicandum competeret, iuxta l.penult. C.de ſacroſanctis Eccleſijs,vt diſp.3.fuſius dictum eſt. Alias rationes,& iura, lege apud Couar.& Anton.Gom.locis citatis.

Ad argumentum contrariæ opinionis, conceſſa maiori,neganda eſt minor. Id autem,quod l.1. Ad arg.
6 diſponitur,ſolum † habet locũ in caſu illius textus, nempe quando quis donauit aliquid cum eo grauamine,vt ſibi alimenta miniſtrarentur:quãdo enim non miniſtrantur, conceditur ei realis actio ad vendicandam rem,quam donauit,idque peculiari priuilegio alimentorum. Imo verò ex eadem l.iuncta l.quoties, colligitur contrarium in re,de qua diſputamus.

Ad confir. Etenim l.quoties,ſolum conceditur, & donatori,& tertio, cui res erat reſtituenda, condictio rei illius:condictio verò,vt l.illa 1.habetur,eſt actio perſonalis,& non realis:ſic quippe in ea lege ſcriptum legimus. *Nam non ſolum condictio tibi in hoc caſu, id eſt, in perſonam actio, iure procedit,verum etiam uendicationem quoque diui principes in hoc caſu dandam eſſe ſanxerunt.*

Quod ad cõfirmationem attinet,Couarr.loco cit.num.5. conatur violenta ſatis interpretatione reducere diſputationem illius legis ad terminos
7 iuris communis:ipſe † tñ,vel inuitus,confitetur, ſe illi nõ ſatisfacere,annuitq; de iure Caſtellæ cõpetere actionẽ realem, imò & comparari dominium ac poſſeſsionẽ rei illius ab illo tertio eo ipſo,ꝙ aduenit tempus, in quo res eſt reſtituenda. Alias etiã non minus violentas interpretationes adhibet Anto.Gom.loco cit.nu.28. legi illi,vt eã ad terminos iuris cõmunis reducat, & poſtremò etiã addit:dico poſſe de iure regni Caſtellæ comparari in eo euentu dominium & poſſeſsionem abſq; vlla traditione. Atque hoc omnino nobis placuit diſp.3.citata, cum Gregor. Lopez ad eam legem,Molina,& Roderico Xuarez,quos citauimus: eſt.n.ea lex expreſſa, corroboratq; id lex 6. præcedens, in qua, cũ de donatione rei cũ grauamine,vt alimẽta præſtẽtur ſermo ſit illi in eadem lege æquantᷣ donationes aliæ factæ cũ alijs grauaminib. id ꝙ Gr.Lop.ad eãdẽ legẽ admonuit. Hęc ꝙ attinet ad priorẽ partẽ diſputationis ꝓpoſitæ.

Quod verò attinet ad poſteriorem, dubiũ eſt,
8 vtrum,quando † donatio facta eſt cum grauamine appoſito in fauorem tertij, poſsit donator illud remittere, & reuocare, interim dum ab illo tertio non eſt acceptatum.

Etenim,vt ex dictis in priori huius diſputationis parte conſtat, illi tertio cõpetit actio ad illud exigendũ adueniente tẽpore,quo ſibi eſt præſtandũ,eſto neq; a donatore id fuerit ſtipulatus, neq; illud acceptauerit,cõpetitq; illi talis actio, ita vt neceſſe non ſit,quenquam in eum illam cedere. Quæſt.

In primis, quando in modũ maioratus aliqd eſſet donatum, vt ordine quodam in illud ſuccederent in perpetuũ aliqui de certa familia, tunc, quia donatio cẽſetur facta familiæ,ſatis eſt,ſi primus acceptet,vt omnino acceptatũ cenſeatur, ita

vt,ex

vt, ex defectu acceptationis, neſas deinceps ſit, maioratum reuocare. Ita Molina lib. 6. de primogen. c. 2. num. 75. de qua re ſuo loco dicetur.

Quando verò quouis alio modo grauamē apponeretur in fauorem vnius, aut plurium, qui ordine quodā ſuccederent, conueniunt etiam doctores, ſi à tertio eſſet acceptatum, non poſſe per donatorem reuocari cōparatione illius. Si verò per tabellionem, noīe illius eſſet acceptatum, Cou. 1. var. reſol. c. 14. nu. 11. Iulius Clarus. §. donat. q. 13. verſi. pen. & vniuerſim omnes, quos diſputatione præcedente diximus aſſerere, ſatis eſſe donationem, factam abſenti, acceptatam eſſe per tabellionem, vt non poſſet reuocari, aſſeuerant, reuocari non poſſe. Molina verò loco citato num. 74. conſequenter ad opinionem, quam ex illo diſputatione præcedente retulimus, cenſet, reuocari poſſe. Quidam, cum quib. Cou. loco cit. num. 13. conſentire videtur, arbitrantur, ſtipulationem factam ab ipſo donatore noīe tertij abſentis, quā à donatario ſtipuletur, vt abſenti tali tēpore talem rem, aut tm̄, vel tm̄, tribuat, æquipollere ſtipulationi factæ noīe illius abſentis, à tabellione, vel notario. Huius tñ aſſertionis nullum video ſolidum fundamentum: eo quod non adducatur textus, qui probet, donatarium habere facultatem ſtipulandi nomine abſentis grauamē, quod in illius fauorem imponit donatario.

Quando, item donator iuramento confirmaſſet grauamen, inualida eſſet reuocatio; eo quòd ex ſola promiſſione iuramento confirmata, eſto a donatario acceptata non ſit, datur actio, eſtque res promiſſa, ſimpliciter atque omnino debita donatario, vt diſp. 263. oſtenſum eſt, atque in re propoſita, cum Gulielmo Benedicto, & alijs, affirmat Couar. vbi ſupra num. 10.

Quando res non eſſet integra, quia grauamen ſolutum eſſet tertio abſenti, conueniunt communiter doctores, non poſſe reuocari. Ita Iulius Clarus, §. donatio. quæſt. 13. in calce verſic. penult. & Couar. vbi ſupra in fine, num. 13. & num. 14. eaque de re ſanè non poteſt eſſe dubium: quoniam eo ipſo tertius ille acceptaſſet donationem. Iulius Clarus ibidem vult, adueniente tempore conſtituto, vt ſolueretur grauamen eſto neque traditum, neque acceptatum eſſet à tertio, cui eſt ſoluendum, non poſſe iam per donatorem reuocari, & idem affirmant multi, quos Cobarr. ibidem refert.

Ducuntur, quoniam ab eo temporis momen-
9 to eſt iam ius perfectè quæſitum illi tertio. Si † tamen Couarru. ibidem attentè legatur, ſanè cum eis non conſentit, niſi tertius ille eſſet Eccleſia, aut pius locus, vel captiui, in quorum redemptionem id præceptum eſſet ſolui: quia enim ab eo puncto actio competit tertio illi, iuxta legē, quoties, citatam: & eo ipſo, quòd ius & actio ex donatione Eccleſiæ, & alijs enumeratis, competit comparent ius in re, immo & dominium rei ſibi debitæ, iuxta l. penult. C. de ſacroſanct. Eccleſ. inde prouenit, quòd reuocari grauamē illud deinceps non poſſit.

Comparatione verò eius tertij, qui de proximè enumeratis non eſſet, planè ſentit Couarr. cū Bart. iuxta ea, quæ mox dicemus, poſſe reuocari: quoniam, inquit, ſicut ſtatim, facta donatione cū grauamine, tertius ille comparauit ius ad rem, ſed reuocabile; ita adueniente tēpore quo res eſt reſtituenda, habet ſolum ius ad rē, & actionē perſonalē, non verò realem, idq; dependenter ex eo, quod donator in eadem voluntate perſeueret, ac proinde eſt ius ſimiliter reuocabile. Arbitror tamen, recedendum non eſſe ab aliorum opinione.

Quoniam lex, quoties, non prius donatori, & tertio, tribuit actionem aduerſus donatarium ad grauamen exigendum, quam adueniat tempus reſtitutionis, donatariusque promiſſum nō ſeruet: quare, cum ab eo puncto tertio illi ea actio iā competat, cenſetur habere ius perfectū ex diſpoſitione legis, quoties, vt ſit ſibi omnino, atq; perfectè debitū, ac proinde tanquam iam illi omninò debitum, ita vt donatarius in culpa ſit, ſi illud ei nō tradat, reuocare illud non poteſt donator.

Quando donator, qui grauamē appoſuit, mortuus eſſet, antequam adueniret tempus reſtitutionis, & antequam grauamen acceptatum eſſet à tertio, in cuius fauorem eſt relictum, Bar. & communis ſententia, quam referunt & ſequuntur Couar. loco cit. num. 17. & Iulius Clarus. qu. 13. cit. verſic. vlt. affirmant manere eo ipſo donationem grauaminis confirmatam, neque reuocari poſſe per hæredes donatoris: eo quòd poteſtas, & ius, quod in donatore erat ad reuocandum grauamē, non tranſeat in ipſius hæredes. Ita probant l. 3. ff. de ſeruis exportandis. l. 1. iuncta glo. ibi in verb. ſi iam diſceſſerat. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum. & l. 3. ff. qui ſine manumiſſione.

Exceptis his omnibus euentibus, Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligationib. & communior multo doctorum ſententia, quam referunt & ſequuntur Couar. 1. var. reſol. cap. 14. à num. 7. Iulius Clarus. §. donatio. quæſt. 13. ver. penult. Nauar. in Apolog. de redit. Eccleſ. quæſt. 1. monito 71. & Molina lib. 4. de primog. cap. 2. num. 74. affirmat, integrum eſſe donatori pænitere, ac reuocare grauamē in fauorem tertij appoſitum. Eam probant. Primò ex l. 3. ff. de ſeru. expor. ex l. 1. & vlt. C. ſi mancipium ita fuerit alien. & ex l. 3. ff. qui ſine manumiſſio. vbi habetur, vendito, aut donato mancipio ſub ea lege, & grauamine, vt poſt certum tempus manumitteretur, integrum eſſe domino ante illud tempus pœnitere, ac reuocare grauamen in fauorem mancipij appoſitum: ergo idē eſt in quocumque grauamine in fauorē cuiuſcumque alterius tertij appoſito, antequam ab illo acceptetur. Secundò, ex l. Ariſto. in princ. ff. de donat. vbi probatur, donationem, quatenus aliud pactum continet, eſſe contractum innominatum, eaque de cauſa, quoad eum pactum, licitam eſſe pænitentiam; vt ſi quis ſeruus ſuum dono Socrati dedit ea lege, vt poſt quinquennium manumitteretur, licitam eſſe pænitentiam intra quinquennium, elapſoque quinquennio poſſe illum ſeparare à Socrate, & ſeruituti eum ſubijcere, vt Bartol. Paulus Caſtrenſ. & multi alij, eum textum interpretantur, iuxta l. 3.

§.1.ff.de condictio. cauſa data, & iuxta l.pecuniam.§.1.eo.tit.vbi id expreſſe habetur.

Tertiò argumentatur Molina, quoniam qñ aliquid donatur alicui cum grauamine in fauorem tertij, cenſentur ibi eſſe duæ donationes: vna, rei, quæ donatur, altera verò cōparatione tertij, quoad grauamen, ꝙ in illius fauorem conſtituitur; ergo ſicut prima antequam acceptetur, poteſt reuocari; ita & ſecunda, interim dum grauamen illud ab illo tertio non acceptatur. Hæc tamen ratio nō eas vires habet, quas primo aſpectu vr̃ habere.

In primis, quoniā excipienda ſunt priuilegia, quæ l.quoties. C.de donatio quæ ſub modo, huic ſecundæ, & nō illi primæ donationi ſum cōceſſa. Deinde, quoniam Barto. & ferè cæteri, qui illum ſequuntur, cenſent, ſuam opinionem locū habere, ēt ſi tertius, in cuius fauorē grauamen eſſet appoſitū, eſſet Eccleſia, aut alia pia cauſa: at verò donatio facta ciuitati, valida eſt ſine acceptilatione, vt diſput.263. oſtenſum eſt. Et fortaſſe, iuxta ea, quæ cum eodem Bar. Felino, & Baldo ibidem de donationes ad pias cauſas antequam acceptetur, dicta ſunt recedendum erit à Bar. & communiori ſententia eorum qui Bartolum ſequuntur, qñ grauamen appoſitum eſſet in cauſæ pię fauorem.

Contrariam ſententiam, nempe eo ipſo, quod facta & acceptata eſt donatio, cui grauamen eſt impoſitum, nefas eſſe donatori reuocare, grauamen, ēt ſi acceptatum ab eo non ſit, in cuius fauorem eſt appoſitum, ſequuntur Paulus Caſtrenſis varijs in locis, Guli. Bened. Rodericus Xuarez, Dueñas, & alij, quos Anto. Gom. ad l.40. Tauri. num.29. refert ac ſequitur. Et quamuis Rodericus Xuarez aſſeueret, cōem doctorum ſentētiam eſſe contra Bar. meritò tamen Anto. Gome. fatetur, Bartoli opinionem multò eſſe communiorē.

Argumē tum. Hanc ſuam ſententiā probant hi autores. Primò, ex leg. quoties. C.de donat. quæ ſub mod. Ea namque lex ius & actionem tribuit tertio, etiam ante acceptationem grauaminis, cum tamen donatio non acceptata, neque actionem, neque ius tribuere ſoleat, vt ex dictis præcedentibus diſputationibus conſtat: quarè, cum ius & actio alicui acquiſita, reuocari non poſſint conſequens profectò eſt, vt tale grauamen reuocari non poſſit.

Dicendum tñ̄ eſt, ſolum probare, nō poſſe reuocari poſtquā tranſactum eſt tempus, poſt quod debet impleri iuxta ea, quæ ſupra cum autoribus contrariæ opinionis dicta ſunt: ab eo.n. ſolū tempore competit tertio ius plenum, & actio ad petēdum grauamen, vt ſupra dictum eſt, idq; dependenter ex eo, quod antea non fuerit per donatorē reuocatum, vt probant alia iura citata. Soluitur

Argumē tum. Deinde eandē ſn̄iam probāt ex l.1. ff.qui ſine manumiſſ. vbi Paulus Iuriſcōſultus ait, ſi ſeruus venundatus ſit ea lege, vt poſt certum tp̄s manumittatur, eſto venditor pœniteat, manere liberū.

Soluitur Gloſſa tamen Accurſij ibi reſpondet, ſermonem eſſe de pęnitentia vēditoris poſt tranſactum illud tempus, atque adeo poſtquàm mancipium conſequuturum erat libertatem, in quo caſu reuocari non poteſt, vt ſupra dictum eſt. Quarè Bartoli opinioni, tanquam cōiori, & quæ iuribus poſterioribus nititur, adhærendum cenſeo.

Nota bene Couar. loco cit. in calce num.8. qñ grauamen impoſitum fuiſſet in fauorem hæredis donatoris, validam ex omnium opinione eſſe reuocationē, eſto tranſactum eſſet tp̄s in quo grauamen eſſet adimplendum, & eſto grauamen eſſet acceptatum a tali hærede; id verò ſatis eſt manifeſtum ex ijs, quæ diximus diſput.196.

10 Illud † poſtremo eſt obſeruandum, in regno Caſtellæ, iuxta l.3.ordin. ſæpe citatum, ex omniū ſententia grauamen appoſitum eo ipſo, quod à quocunque priuato eſt acceptatum nomine tertij, in cuius fauorem appoſitum eſt, non poſſe amplius reuocari. Ex noſtra verò, & eorum ſentētia, quos diſp.263. citauimus, eo ipſo, ꝙ grauamen a donatore eſt appoſitū animo ſe ſe obligandi, non poſſe etiam reuocari, etiam ſi à nemine ſit acceptatum, neq; aduenit tempus, in quo impleri per donatarium debet, vt ex dictis eadem diſputatione eſt manifeſtum. Ius Caſtellæ.

Promiſſio interior hominis facta, vtrum vim habeat obligandi.

DISPVTATIO CCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Dominum ex ſolo actu ſeu promiſſione interiori, nō transfertur, & quare, nu.2.*
Quod etiam habet locum in regno Caſtellæ. num.4.
3 *Exceptione de iure ciuili competētes, oēs extrenæ dicuntur, etiam ſi competant de iure Caſtellæ.*
5 *Donatio interna ſecūdum ius naturale, an obliget donantem in foro conſcientiæ, ad manifeſtandū, & tradendum donatario, Vbi cum Ledeſmio videtur tenere. nu.8.*
6 *Poſſeſſio ſola voluntate non poſſidendi amittitur. Quinimo & dominium, quando poſſeſſio ſimul relinquitur.*
7 *Promiſſio interna de re licita, & iuramento etiam interno confirmata, obligat promittentem ſub mortali.*

VT ab eo, quod nihil continet difficultatis, nos expediamus. Almainus in 4.d.15. q. 2.§.circa iſtum modū, & Thomas Argentinas in materia de matr.q.1. rectè quidem affirmant, ſolo interiori actu non transferri dominium, atque adeo rectè cenſent, eſto quis interius dicat, do rē hanc meam Petro, nō tranſire dominiū illius in Petrum. Nituntur tamen debilib. fundamentis.

Argumentatur.n. Primo, interius conſenſus vtriuſque coniugum, non ſufficit ad contrahendum matrimonium, ac proinde, vt coniuges mutuam poteſtatem in corpora accipiant; ergo neq; datio interna cuiuſuis alterius rei ſatis eſt ad trāsferendum dominium. Argumē tum.

Secundò donationes & contractus pendent a legib. ciuilib. vt ſint validi; ſed ciuiles leges ſolū reſpiciunt externa opera; ergo donatio merè interna inſufficiēs eſt ad transferēdum dominium. Secundū

Legitimè

Legitima autem ratio, cur actu ſolo interno
1 dominium non transferatur, eſt. Quoniã, vt † diſput.2.& 3.oſtenſum eſt, & conſtat ex l.traditionibus.C.de pactis,& ex l.quoties.C.de rei vend. atque ex alijs iuribus, ad dominij translationem regulariter neceſſaria eſt traditio: atque inde prouenit, vt non ſolum donatione, aut contractu, internis, ſed neque exterius, transferatur regulariter dominium, niſi accedente traditione.

Ad 1. argum. Conſequentia primi argumenti Almaini, & Argentinatis, nulla eſt. Quoniã matrimoniũ eſt contractus reſpectiuus, eaque de cauſa vtriuſuis conſenſus tacitam habet conditionem, ſi & alter viciſsim conſentiat: atque ea ratione non cẽſetur contractus abſolutus, niſi poſt mutuam expreſsionem conſenſuum, eorundéque mutuam acceptationem, ſed integrum cuique contrahentium eſt, ante mutuam expreſsionem, & acceptationem conſenſuum, diſcedere à contractu: id quod commune eſt contractibus omnibus reſpectiuis.

Quòd ſi quis actu purè interno ſe aſtringeret alicui, ducere illã in vxorem, ita quòd gratis vellet ſuper ſe inducere eam obligationem ducendi illam, ſi per eam non ſtaret; tunc locum haberet quæſtio in titulo huius diſputationis à nobis propoſita: quia non eſſet contractus reſpectiuus, ſed nuda promiſſio, à ſola liberalitate emanans.

Ad 2. Secundum verò eorundem argumentum nullas profectò vires habet. Donationes namque & contractus, in hoc ſenſu à legibus ciuilibus pendent, ꝙ ciuiles leges poſſunt ex iuſta cauſa reddere inualidos contractus, & donationes, qui ſtando in ſolo iure naturali eſſent validi: non verò quaſi nullus contractus, aut donatio, poſsint eſſe validi, niſi prius lex ciuilis aliquid circa eos ſtatuat, validoſve illos reddat. Secluſa quippe lege omni ciuili, ſtandoq; in ſolo iure naturali, validæ ſunt promiſsiones, vẽditiones, & emptiones, permutationes, & alij contractus, vt ex ſe eſt notiſsimum, conſentitque cõis doctorum ſententia.

Vt autem ad id, quod in titulo propoſitum eſt, accedamus. Sanè ea quæſtio parum vtilitatis habet ad praxim. Cum enim iure ciuili, in cõmune reipublicæ bonum, facta ſit poteſtas reuocandi promiſsiones, & donationes antequam acceptentur, etiamſi verbo, aut ſcripto, factè ſint, atque adeo, etiamſi exterius ſint manifeſtatæ, vt ex dictis diſput.263.& ſequentibus, conſtat; vtique longè magis, poſt eam iuris ciuilis diſpoſitionẽ, fas erit reuocare promiſsiones & donationes merè internas quicquid ſit, vtrum ſecluſa ea iuris ciuilis diſpoſitione, ſtandoque in ſolo iure naturali, vim
3 ex ſe habeant ad obligandum. Imo † verò, cum facultas reuocandi donationes, antequã acceptentur, vniuerſalis ſit, exceptiones, quæ iure ciuili factæ reperiuntur, nempe quando promiſsio, aut donatio facta eſt ciuitati, & ita de alijs, intelligendæ ſunt, quando tales promiſsiones, aut donationes, ſunt exterius factæ: alioquin, ſi mere elsẽt internæ, cenſendæ eſſent adhuc comprehenſæ in conceſsione illa vniuerſali.

4 Idemque eſt † de exceptione illa ampliſsima facta in Regno Caſtellæ, l.3.titu.8. libr.3.ordin. quæ eſt.2.titu.16.libr.5.nouæ collectionis, cuius verba retulimus diſputatione 254. vt conſtat, tũ ex tota illa lege, tum præcipuè ex illis eius verbis. *Pareciendo que alguno ſe quiſo obligar a otro por promiſſion.* Et enim id non poteſt innoteſcere, niſi promiſsio exterius ſit facta.

Quo fit, vt in eo regno circa promiſsionẽ merè internam adhuc vim habeat diſpoſitio iuris ciuilis cõis. Si ergo in aliquo euentu controuerſia propoſita locum hodie habet in praxi, ſolum eſt, quando promiſsio merè interna eſſet ad piam aliquam cauſam, neque eſſet votum, ſed facta eſſet animo ſolum ſe obligandi alicui priuatæ perſonæ, idque iuxta opinionem, quam diſp.263. amplexati ſumus, nempe in promiſsionibus, & donationibus, ad pias cauſas, locũ nõ habere diſpoſitionẽ iuris ciuilis, quæ cõcedit promiſsiones, & donationes, antequã acceptentur poſſe reuocari.

5 Quod ergo hoc † loco potiſsimum diſputare intendimus eſt, vtrum ſecluſa diſpoſitione iuris Quæſt. ciuilis, ſtandoque ſolum intra limites iuris naturalis, donatio merè interna, qua quis diceret ſecum, dono talem rem meã Petro, aut promitto Petro me daturum illi hanc rem, obliget in foro conſcientiæ ſic donantem, aut promittentem, ad manifeſtãdam Petro donationẽ, aut promiſsionem eo modo factam, atque ad tradendũm illi eã rem, ſi illam velit accipere donationemque, aut promiſsionem acceptare: ita quòd Petrus, vi tali donationis, aut promiſsionis internæ ſibi factæ, comparet ius ad illam rem, haud diſsimile ei, qđ hæres, ſiue ex teſtõ, ſiue ab inteſtato, comparat ad bona defuncti, eo ipſo, quod ille è vita diſcedit. Quamuis.n. hæredi integrum maneat adire, hoc eſt acceptare, vel repudiare, eam hæreditatem; interim tñ dum illam non repudiat, ius cõparauit ad illã, eſtq; illi manifeſtanda, atq; offerenda, vt videat, an adire an potius repudiare illam velit.

Multi, qui ad diſpõnem iuris ciuilis ſupra relatam non attenderunt, illamve ignorarunt, abſolutè controuertunt, an donatio, vel promiſsio, merè interna, obliget in foro conſcientiæ, atque de illorum numero ſunt Sotus, & Ledeſmius, locis citandis. Cæterum ſolum in ſenſu à nobis explicatores hæc eſt in controuerſiam vocanda.

Pars quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Primo qm̃ Pars affirmãs ſuadetur 1. voces, & ſcripta, ſunt ſigna conceptuũ, neq; vim habent obligandi, niſi ex interiori actu, quẽ exprimunt, atque ex voluntatis intentione ſe obligandi, & promittendi: qua de cauſa inſtituta de rerum diuiſione. §.per traditionẽ, ac alibi habetur, *nihil tam conueniens eſſe naturali æquitati, quam voluntatem domini volẽtis rem ſuam in aliũ transferre ratam habere*: ac planè, ſi ab externa promiſsione, aut donatione, auferas voluntatem, intentionem internam ſe obligãdi, tollis in foro conſcîæ illius obligationem: ergo donatio, aut promiſsio, mera interna (quantũ eſt ex ſe) vim habet obligandi in foro conſcientiæ, non ſolum, ſi Deo fiat, ſed etiam ſi fiat homini.

Secundo, acceptatio, ſtando in ſolo iure naturali, neceſſaria non eſt, vt promiſsio, aut donatio, Secundo ſit valida, & irreuocabilis: ſed iure poſitiuo ĩ cõe

bonum introductum eſt, vt regulariter ſit conditio ad id requiſita: neque enim ius poſitiuum ijs donationibus, & promiſſionibus quæ ſine acceptatione validæ, & irreuocabiles ſunt, id tribuit ſupra ipſarũ naturã, neq; fortè potuit, vt hæc omnia diſputatione 263. latè oſtenſa ſunt: ſed ſi externa ſigna neceſſaria ſunt, vt ꝓmiſſio, aut donatio interna obliget, id ſolũ eſt, q̃a aliter non potuit acceptari ab eo cui eſt facta, niſi ille ſit Deus, q intuetur cor: ergo promiſſio, aut donatio, merè interna, ſtando in ſolo iure nãli, valida & irreuocabilis eſt, non ſolũ ſi Deo, ſed ẽt ſi hoĩ ſit facta.

Patet conſequentia, quoniam acceptatio neceſſaria nõ eſt, ſtando in ſolo iure naturali, vt interna donatio, & promiſſio obliget; & ſigna externa neceſſaria nõ ſunt, niſi propter acceptationem, ac proinde vtrumque eſt conditio iure humano introducta, vt interna donatio obliget.

Tertiò. Tertiò, ſi heri actu merè interno aliquid alicui promiſiſti, aut donaſti, & hodie, nulla de nouo facta promiſſione, aut donatione, neque item præterita confirmata, illi verbis ſignifices, heri tibi hoc ꝓmiſi, aut donaui, vide, nũ id velis, ratãq; ꝓmiſſionẽ, aut donationẽ, habeas? certè illo acceptante manes obligatus: ergo interior ꝓmiſſio ex natura ſua, ſtando in ſolo iure naturali, te obligat.

Patet conſequentia: quoniam ſignificatio illa verbis facta non fuit promiſſio, aut donatio, ac proinde neque obligauit: ſolum autem fuit inſtrumentum, quo promiſſio, aut donatio interior fuit manifeſtata, quod neceſſarium erat, vt poſſet à donatario acceptari: acceptatio vero ſolum eſt conditio iure ciuili introducta, vt donatio obliget, qua ſecluſa, donatio, ſtando in ſolo iure naturali, obligat, vt dictum, oſtenſumque eſt.

Quartò. 6 Quartò, poſſeſſio, ſola † volũtate nõ poſſidendi, amittitur, vt patet l. j. §. ſi vir l. 3. §. in amittenda, & l. ſi quis. 2. §. vlt. ff. de acquirenda poſſeſſ. dictumque à nobis eſt in materia de poſſeſſione. Quin & dominiũ, ſola voluntate illud deferẽdi, amittitur, quando poſſeſſio ſimul relinquitur, licèt non quando poſſeſſio retinetur, vt habetur l. ſi quis. §. vlt. citato iuncta gloſ. ibi, eaque de cauſa ſtatim, ac aliquid pro derelicto à proprio domino animo interno habetur, amittitur illius dominium, & fit primò occupantis. Imò verò, ſine actu interno deferendi, dominium amittitur, per animũ quaſi habitualem, illud deferendi, quia videlicet in ea eſt affectione, vt, ſi interrogaretur, reſponderet, ſe liberã relinquere eam rem occupãti: qua ratione ligna parui pretij, quæ inundãtia flumina ſecũ longiſſimo tractu deferũt, ita vt præſumendũ ſit, dominos ea non quæſituros, ẽt ſi ſcirent apud quos eſſent, dicimus haberi pro derelictis, & fieri primò occupãtis; & anchoras, à proprijs dominis relictas in portubus, quia recedũt nolentes ſumptus facere, aut induſtriã apponere in eis extrahẽdis, aut quærendis, dicimus haberi pro derelictis, & fieri primò occupantis, eaque extrahentis; ergo pari ratione donatio, aut ꝓmiſſio, merè interna, erit ſatis, ſtãdo in ſolo iure naturali, vt donatarius comparet ius, à nobis ſup. explicatũ ad rẽ ſibi ita donatam, aut promiſſam.

Quintò. Quintò, quanuis in promiſſione interna (quicquid aliquid dicãt) mendaciũ non reperiatur; eo quòd mendaciũ in eo ſit poſitum, quòd aliud ſignificetur exterius, quàm quod mente habetur; nihilominus, comparatione illius infidelitas datur, facto non implendo, quod promiſſum eſt, vt patet in voto, promiſſioneve interna facta Deo, iuxta illud Eccleſiaſtes. 5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim ei infidelis, et ſtulta ꝓmiſſio*, cum ergo infidelitas mala in ſe ſit, niſi legitima cauſa adſit, quæ excuſet ab opere implẽdo, qđ promiſſum eſt; cõſequẽs profectò eſt vt ex interna promiſſione, ſtãdo in ſolo iure naturali, obligatio cõſurgat implẽdi, qđ ita promiſſum eſt.

7 Sextò. Poſtremò, promiſſio † interior de re nõ illicita homini facta, ſi iuramento, etiam merè interno, confirmetur, ſub lethali culpa obligat ad impletionẽ eius, quod promiſſum eſt, idque nõ ſolũ cõparatione Dei, ne adductus ſit in teſtẽ falſæ, infidelisve promiſſionis, ſed etiam comparatione hominis, cui talis promiſſio eſt facta, iſque comparat verũ ius ad illam rẽ, eſtque ſibi verè debita, iuſque illud transfert ad ipſius hæredes: quin & remittere poteſt totã obligationem, eaque ratione omnino liberare ab omni onere talis promiſſionis iuramento confirmatæ eum, qui ita ſe aſtrinxerat, vt hæc omnia diſputatione 149. & 150. latè oſtenſa ſunt: ergo per actum merè internum, poteſt homo ſe obligare alteri homini, ſtando in ſolo iure naturali, atque in foro conſcientiæ, atque adeo euertitur fundamentum totum, cui nituntur, qui affirmant, promiſſionem merè internam obligare non poſſe, etiam ſtando in ſolo iure naturali, & in ſolo foro conſcientiæ.

D. Thom. inferius, quæſt. 88. artic. 1. in cõtrariam videtur inclinaſſe ſententiam. Ait namque promiſſionem hominis vnius non poſſe fieri alteri homini, niſi per verba, aut per quæcunque alia externa ſigna; Deo autem fieri poſſe per ſolam internam cogitationem: quoniam, vt habetur 1. Reg. 16. *Homines vident ea, quę parẽt: Deus autem intuetur cor.* & in 4. d. 38. q. 1. art. 1. quæſt. 1. ait, nõ poſſe quemquam obligari volũtate, niſi ſoli ei, qui voluntatis eſt agnitor, qualis eſt ſolus Deus. Atque hæc eſt communior ſententia.

Ledeſmius tamen exponit D. Thom. quòd intelligat, promiſſionem non poſſe fieri homini per actum merè internum, ita vt, qui promittit, compelli poſſet ad implendam promiſſionem: eo quòd neceſſaria ad id ſit cognitio promiſſionis. Poſſet etiam dici, D. Tho. loqui, ſuppoſita diſpoſitione iuris poſitiui, quæ vim obligandi ab ea abſtulit. Quo pacto videntur intelligere multi ex ijs, qui in eadem ſententia ſunt.

Ex ijs, qui accuratius rem hanc diſputare cæperunt, Sotus. 4. de Iuſti. quæſtio. quinta, articu. primo, ad 1. & fuſius. 7. de Iuſtit. quæſtio. ſecunda, articu. 1. ad 1. propoſitis nonnullis ex argumentis, quæ nos paulò ante confecimus, licet non tanta vi, quantam nos illis adhibuimus, dubiam eſſe aſſerit hanc quęſtionem, atque in vtrãque partem poſſe defendi. Potiùs verò inclinat, promiſſionem, & donationem pure internam,

vim

vim non habere ad obligandum in foro cóſcientiæ atque ſtando in ſolo iure naturali, niſi tanquam conditio, ſine qua non, accedat exterior illius manifeſtatio. Atque in eadem ſententia videtur fuiſſe Victoria in ſuis prælectionibus in ſecundam ſecundæ. Nulla verò alia ratione ducuntur, quàm ꝙ, cum homini ſit naturale verbis, aut ſignis externis ſignificare alijs ſuos conceptus, ex promiſſione interna nulla poteſt oriri obligatio, antequàm exterius manifeſtetur.

Ledeſmio. 2. 2. q. 18. art. 1. dub. 13. plus placet,
8 † promiſſionem, & donationes merè internas, obligare in foro conſcientiæ ſtando in ſolo iure naturali. Atque hanc ſententiam vidětur mihi perſuadere vehementer ſex illa argumenta, quæ in illius confirmationem nos confecimus. Iuxta eã verò dicendum eſſet, non ſolum vota merè interna, hoc eſt promiſsiones de meliori bono Deo factas, obligare (quod omnes concedunt) ſed ètiã promiſsiones merè internas ad pias cauſas, non Deo, ſed hoĩbus factas: vt ſi quis ſecum promitteret in eleemoſynam alicui pauperi decem aureos, aut orphanæ alicui in particulari promitteret centũ aureos in dotem ob illius paupertatem.

Eſſet autem hoc ita aſſerendum de promiſsionibus merè internis ad pias cauſas, ſi vera ſit opinio, quam diſp. 263. ſequuti ſumus, nempe donationes, ĕt externas, factas ad pias cauſas reuocari non poſſe, eſto acceptatæ nondum ſint. Si namque, vt alij affirmant, reuocari poſſent, longè maiori cum ratione poſſent illæ reuocari ante acceptationem, quæ merè eſſent internæ.

Ad tria priora argumẽta.

Cui plus placeret contraria opinio, propter D. Tho. authoritatem, & pp rationem illam, quòd promiſsio, aut donatio, vt comparatione alicuius obliget, debet ſuapte natura poſſe cognoſci ab eo, cui fit, quod non conuenit donationi merè internæ comparatione alterius hoĩs, ad tria priora argumenta dicat. Quamuis in promiſsione externa vis obligãdi proficiſcatur à promiſsione interna, meræ tñ internæ deeſſe conditionẽ, ſine qua ex ea non oritur obligatio, nẽpè manifeſtationẽ illius externã, defectu cuius condõnis nõ obligat.

Ad 4.

Ad quartum dicat, licèt actus internus ſufficiat, vt, qui illum exercet, aliquid in ſeipſo amittat, non tamen vt transferat ius in alterum, niſi accedat conditio ſine qua non, hoc eſt manifeſtatio externa eiuſdem actus.

Ad 5.

Ad quintũ dicat, infidelitatẽ, cõparatione internę promiſsionis, ſupponere obligationẽ ad implendum, quod promiſſum eſt: & quia eiuſmodi obligatio datur comparatione voti interni, eo ꝙ illud intueatur Deus: non verò comparatione internæ promiſsionis factæ homini, ob defectũ conditionis ſine qua obligat, hoc eſt, exterioris manifeſtationis; inde proficiſcitur, vt nulla cernatur infidelitas, in non adimplenda tali promiſsione.

Ad 6.

Ad ſextum non video, quid aliud poſsit dici, quam illam obligationem in ordine ad hominẽ, cui promiſsio illa iuramẽto confirmata facta eſt, ortum habere ex iuramento ipſo, quod obligat comparatione Dei, eaque de cauſa, tanquã quippiam iuramento acceſſorium, illudque concomitans, reſultare ex actu merè interno comparatione alterius hominis.

Promiſſio, aut ſtipulatio, vt obliget, quantum deliberationis, & ſpontanei habere debeat.

DISPVT. CCLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ex ſolo actu, ſeu promiſſione interiorĩ, non transfertur, & quare. num. 2.*
Quod etiam habet locum in regno Caſtellæ num. 4.
3 *Exceptiones de iure ciuili competentes, oẽs externæ dicuntur, etiã ſi competant de iure Caſtellæ.*
5 *Donatio interna ſecundum ius naturale, an obliget donantem in foro conſcientiæ, ad manifeſtãdum & tradendum donatario.*
Vbi cum Ledeſmio videtur tenere. nu. 8.
6 *Poſſeſſio ſola voluntate non poſſidendi amittitur.*
Quinimò & dominium, quando poßeſſio ſimul relinquitur.
7 *Promiſſio interna de re licita, & iuramento etiam interno confirmata, obligat promittentem ſub mortali.*

VT promiſſio, aut ſtipulatio, valida ſit (idẽque eſt de donatione completa) neceſſe imprimis eſt, vt ſit actus humanus plene deliberatus.
1 Qua † ratione promiſsiones, & ſtipulationes eorum, qui rationis vſum non habent, inualidæ omnino ſunt, vt patet §. furioſus, & §. pupillus, In titu. de inutilibus ſtipulationib. & l. 4. titu. 11. par. 5. atque ex ſe eſt notiſsimum.

2 Item ſi procedant ab habente vſum rationis, ſed non ſint plenè deliberatæ, inualidæ ſimiliter ſunt, vt communiter doctores meritò affirmant: eo quòd non ſint actus integrè humani.

3 Obſerua tamen, eam deliberationem plenam, quæ in materia lethalis culpæ ſufficeret, vt conſenſus culpa eſſet lethalis, vt ſi quis ſubita ira percitus, attendẽs quid faceret, alium grauiter percuteret, ſufficere etiã, vt promiſsio, ſiue Deo, ſiue homini facta, obliget. Neque credo meliorem regulam tradi poſſe ad iudicandum, quando votũ, aut promiſsio homini facta, ex capite deliberationis obliget.

4 Quo fit, vt † raro admodum promiſsiones externæ ex defectu plenæ deliberationis deſinant obligare. Conſentit Nauarr. capitul. non dicatis. numero 67. §. addo decimo tertio. Et in Manual. capitulo duodecimo, numero vigeſimoquarto, idque doctè probat.

5 Item † vt promiſsio, aut ſtipulatio, valida ſit, (idem eſt de donatione completa) neceſſe eſt, vt neque per metum, neque per vim, aut dolum, ſit exorta, tam eius, cui promiſsio fieret, quam alterius, qui ea via intenderet, vt illa alteri fieret. Ita habetur l. 28. titul. 11. part. 5. & l. dolo. C. de inutilib. ſtipulatio. Concinit Diuus Tho. 2. 2. quæſtio. 89. artic. 7. ad 3. Quod verò lege 28. cit. ſub-

iungitur, nempe eſto promiſſio vi, metu, aut dolo extorta, iuramento cõfirmetur, promittentem non teneri eam implere, falſum proculdubio eſt, iuxta ea, quæ diſputat. 149. dicta ſunt & iuxta id, quod D. Tho. in reſp. ad 3. citata, affirmat, niſi prius relaxetur iuramentum, aut ab eo, cui talis promiſſio eſt facta, obligatio illud implendi remittatur. Lege Greg. Lopez ad eam legem.

6 Id † verò quod in ea lege adijcitur, nempe, ſi ceſſante poſtea metu, dolo, ac vi, is, qui promiſit, adimpleat, promiſſionem, accipientem, reſtituere non teneri, quod ita accepit; verum eſt in foro exteriori: quia præſumitur ſua ſponte iam donare, velleq; confirmare præteritam promiſſionẽ: conſentit etiam l. ſi per vim. C. de ijs quæ vi, metuſve cauſa fiunt. Idem locum etiam habet in foro conſcientiæ, ſi conſtet eo animo adimpleuiſſe promiſſionem. Si verò inuoluntariè illam adimpleuit; quia errore ductus putabat ſe teneri adimplere antiquam promiſſionem, aut alia ſimili de cauſa, & tunc accipiens tenetur in foro conſcientiæ reſtituere, quod ita accipit.

Ratio autem horum eſt. Tũ quia æquitas non patitur, vt commodum quis ex iniquitate reportet, vel ſibi, vel alteri, cui ea via illud intendit: reportaret autem, ſi, qui ita inuoluntariè promittit teneretur promiſſionem implere. Tum etiam, quoniã id inuoluntarij mixtè, quod in ea promiſſione inuenitur per iniuſtitiam eſt cauſarum ab iniuſtè effectum intendente: tale autem voluntarium mixtè ſatis non eſt, vt quis dominium, vel ius rei ſuæ in alterum transferat, maximè ex mera liberalitate, vt de ſe eſt notiſſimum.

Si autem voluntarium mixtè, quo aliquid vni promitteretur, ſolum ſumeret occaſionem ex nequitia alterius, minimè eum effectum intendentis, tunc ſufficeret, vt valida eſſet promiſſio. Verbi gratia, ſi quis, dum iniuſtè mors ſibi imminet ab aliquo, aliquid Deo voueat, vt ab eo periculo ipſum eripiat, valida eſt promiſſio: quoniam, licet metu voueat, voluntarium tamen, quod in eo voto cernitur, ſolum habuit occaſionem ex morte iniuſta, quæ ſibi imminebat.

Valida ſimiliter eſſet promiſſio, qua alteri homini aliquid promitteret, vt ipſum ab eo periculo liberaret: quoniam ſimiliter voluntariũ, quod in ea promiſſione cerneretur, nõ eſſet intentum, ſed ſolum haberet occaſionem ex nequitia alterius. Quando item iuſtè metus incuteretur, valida eſſet promiſſio, quæ ex tali metu oriretur, etiã ſi fieret ei, à quo metus prouenit. Vt ſi quis aliquid alicui promitteret, vt iuſtam pœnam ipſi, aut alteri condonaret, valida eſſet promiſſio, modo, qui eam condonaret, poteſtatem haberet ad illam pro eo pretio, aut præmio relaxandam.

7 Duo ſunt hoc loco obſeruanda. Vnum † eſt, ẽt reuerentialem metum, qualis eſt, quem filius, aut filia, interdum habet patri, vxor marito, famulus, aut vaſallus, dño, clericus Epiſcopo, & libertus patrono, ſi inuoluntariam mixtè efficiat promiſſionem, aut ſtipulationẽ, reddere illam nullã, vt colligitur ex l. 1. §. quod onerandæ, in fine, iuncta gloſſ. ibi. ff. quarum rerum actio non datur. Qm̃ reuerentialis metus æquiparatur ea in parte metui per minas incuſſo. Ita Sylu. ver. reſtitutio 2. pronunciato. 7. conſentit in his omnib. Nauar. in Man. c. 12. nu. 52. & c. non dicatis num. 67. §. Addo decimotertio, lege iura & doctores, quos citat.

8 Alterum eſt in foro † conſcientiæ ẽt ſi metus nõ ſit cadens in conſtantem virum: ſi tñ promiſſionẽ re vera inuoluntariam mixtè efficiat, reddere illam nullam, vt bene notat Syl. pronunciato 7. citato, & duob. ſequentib. & conſentit Nauar. §. citato: qm̃ idcirco metus promiſſionẽ nullam reddit, quia inuoluntariam mixtè illam efficit. In foro autem exteriori, qñ metus eſſet leuis, qui in virum conſtantem habita qualitate perſonæ, non cadit, non ſubuenietur ei, qui ex eiuſmodi metu promitteret: eo quòd non præſumeretur tàm leuem metum effeciſſe promiſſionẽ inuoluntariam mixtè, vt Nauar. loco citato rectè ait.

Promiſſio, aut ſtipulatio de re incerta, de facto alieno, de re ſacra, aut publica, & de homine libero, an valida ſit.

DISPVTATIO CCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de re incerta, quando valida ſit.*
Et quid in foro conſcientiæ. num. 3.
2 *Dotis ſtipulatio per generum facta ad arbitrium ſoceri valida eſt.*
4 *Promiſſio facta verbis generalibus, & vrbano modo, & ad complacentiam alterius prolatis, non inducit obligationem.*
5 *Declara tamen, vt nu. ſeq.*
6 *Promiſſio, ſeu ſtipulatio de facto alieno, nullius eſt valoris.*
Limita tamen, ſecus eſſe de iure Caſtellæ, & de æquitate canonica. nu. 7.
Item ſecus eſſe in foro conſcientiæ. nu. 8.
Item ſecus eſſe in aliquibus caſibus de iure communi, num. 9.
10 *Promiſſio de rẽ ſacra, aut religioſa & publica, inualida eſt omnino.*
Idem eſt de ea promiſſione, qua liber homo tanquam mancipium promittitur. nu. 11.
Etiam ſi talis res mutet ſtatum. nu. 12.
Declaratur tamen, vt numero ſequent. vſque ad finem.
14 *Donatio, aut promiſſio, vel legatum iuris ſepulchri, valida eſt.*

QVod ad primum attinet, quando aliquid promittitur ita incertum, vt neque ex circunſtantijs intelligi poſſit quid, aut quantum
1 id ſit, inualida eſt † promiſſio, aut ſtipulatio: præſertim, quando, ſi iuxta verborum rigorem, qui promiſit, adimplere vellet promiſſionem, inutilis eſſet ei, cui facta eſt. Vt ſi quis promitteret frumentum, non explicata quantitate: nam exhibendo paucos granos, ſatisfaceret: aut ſi promitteret animal;

animal; tradendo quippe muſcam, aut aliud nullius valoris animal, impleret promiſſionem, aut ſi promitteret ædificare alteri domum, non exprimendo vbi, aut cuius quantitatis; & ſic de alijs ſimilibus promiſſionibus. Ita colligitur ex l. triticum, & ex l. ita ſtipulatus, in prin. ff. de verbor. obligat. ex l. 2. §. ſi quis inſulam. ff. quod certo loco l. cum poſt, §. gener. ff. de iure dotium, l. 1. tit. 11. p. 5. & ex alijs iuribus.

2 Si tñ † gener ſtipulatus a ſocero eſſet, dotē tali die ſoluendam, quantam ſocer eſſet arbitratus; ſtatuitur, §. gener citato, validam nihilominus eſſe ſtipulationē: neque arbitrio ſoceri eſſe ſtandū, ſed teneri tradere dotē cōpetentem quantitati ſuorum bonorum, & qualitati generi ſpectatis cæteris circunſtantijs. Ratio autem ibi redditur; qm̄ eiuſmodi dotem tenetur parens tradere filiæ, eſto nulla præceſſiſſet ſtipulatio. Qñ etiam ex circunſtantijs conſtaret, quid cenſeretur promiſſū; tunc etiam in foro exteriori cogeretur, qui promiſit, ſoluere, quod intelligeretur intendiſſe promittere, etiam ſi verba fuiſſent ambigua, & ſtando in ſolo rigore verborum, adimpletio illius eſſet inutilis. Ita habetur l. triticum citata.

3 In foro † autem conſcientiæ ſtandum eſt mēti promittentis; quotieſcunque. n. aliquid vtile promittere intendit, id in foro conſcientiæ implere tenetur. In foro autem exteriori, ſi is, cui facta eſt promiſſio, iuramento promittentis relinqueret, vt pronunciaret, quid promittere intenderit, cogeretur id facere promiſſionemq; iuxta id, quod intendit implere. Quin additio ad marginem, l. triticum citata, cum Archidiac. & alijs affirmat, de æquitate canonica, eum, cui talis promiſſio eſſet facta, ſemper poſſe petere, vt arbitrio boni viri pronuncietur, quid promittens in ſimilibus euentibus ſoluere teneatur. Lege quò ad hæc omnia, quæ diſput. 198. diximus circa ſimilem quæſtionem de legato rei incertæ.

4 Qñ † item vrbane atq; ad complacendum potius, q̄ ad ſe aſtringendum, verbis generalib. aliqua offeruntur, non inducunt obligationem. Vt ſi petenti vnū, illud concedatur, & inſuper addatur, reliqua etiam bona mea tua ſunt, & de illis, ꝙ libuerit, facere poteris; aut ſi, nihil petenti dicatur, mea omnia bona in tuum obſequium ſunt parata, & de eis facere poteris quod libuerit.

Ita Panormit. c. cum veniſſent de inſtit. nū. 5. & alij ibi, Felin. c. cum iuramento, de homicidio, Nauar. de datis, & acceptis, monito 11. num. 23. & alij, quos citat argumento c. cum veniſſent citati, & aliorum iurium, quæ Nauar. citat.

5 Obſerua † tñ, in eiuſmodi oblationibus verbis generalibus ex forma loquendi, qualitate perſonarū, & ex cæteris circunſtantijs concurrentibus iudicandum in foro exteriori eſſe, quid animo verè donandi oblatū ſit, & quid ſolū vrbanè, aut ad cōplacendum, ſine donandi animo ſit oblatū. Interdum namque, neque id, quod in particulari eſt petitum cenſebitur generali oblatione donatum, ſeu verè promiſſū; interdū verò, facta alicui vniuerſali conceſſione ſumendi de ſuis bonis, aut inſumendi, ꝙ placuerit, cenſebitur facta donatio eius, ꝙ ex ea conceſſione generali vſurpatū, conſumptum ve fuerit; neque alia melior pōt ſtatui regula ad id iudicandū, quam ex circunſtantijs, arbitrio prudentis. Atque ita adduci ad concordiā poſſunt, Nauar. loco citato, qui affirmat, quod in particulari fuit petitum, cenſeri donatum generalibus verbis, & Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 4. nu. 5. in fine, qui id negat. In foro autem cōſcientiæ intentioni offerentis eſt ſtandum, nū donandi animo, aut ſolum complacendi, vel vrbane loquendi, ſua obtulerit, aut aliquid eorum.

Quòd ad ſecundum, quod propoſuimus, atti-
6 net. Si quis † promittat factum alterius inutilis eſt promiſſio, aut ſtipulatio. Vt ſi Petrus promittat Franciſco, Ioannem daturum illi centum aut Ioannem facturum illi hoc, vel illud, inualida eſt talis promiſſio. Si tamen Petrus promittat Franciſco, ſe curaturū, aut ſe effecturū, vt Ioannes det illi hoc, vel illud, aut vt hoc, vel illud ei efficiat, valida eſt talis promiſſio; quoniam iam tūc promittit factum proprium, quod curaturum, aut effecturum cum Ioanne pollicetur. Ita habetur §. ſi quis alienum, & §. verſa vice Inſtit. de inutilib. ſtipul. l. ſtipulatio iſta in princip. l. illa ſtipulatio. §. 1. l. inter ſtipulantem. l. ſi ita ſtipulatus §. 1. ff. de verb. oblig. l. vlt. §. vlt. ff. ſi certum petatur, & l. 11. tit. 11. part. 5. Atque affirmant Couar. c. quāuis pactum par. 2. §. 5. nu. 1. & doctores, quos, inter alios, refert ac ſequitur Gama deciſi. 32. nu. 2.

7 Hodie † tamen in regno Caſtellæ poſt legem. Ius Caſtellæ.
4. tit. 8. lib. 3. ord. quæ eſt l. 2. titu. 16. lib. 5. nouæ collect. perinde quis tenetur, ſi promittat factum alterius, ac ſi promitteret ſe effecturum, vt ille id efficeret, ſublata meritò ſubtilitate illa iuris communis. Id autem conſtat; quoniam, iuxta eam legem non admittitur exceptio, quòd promiſerit factū alterius, vt conſtat ex illis verbis illius, quæ diſputatione 254. retulimus; *o que ſe obligo alguno que daria otro, o que haria alguna coſa*, idéque affirmat Greg. Lopez ad l. primam citatā. Quin Couar. nu. 1. citato, cū gl. c. Eleutherius, 91. diſt. cum Præpoſitiuo, Panor. Fel. & alijs, quos citat, ait idem eſſe de æquitate canonica; imò idem in cauſa matrimoniali eſſe de iure ciuili.

Quòd ſi is, qui promiſit ſe curaturum, aut effecturum, vt alius aliquid efficiat, aut de iure regni Caſtellæ, & æquitate canonica, qui alienum fa-
8 ctum promiſit (immo † in foro conſcientiæ in quocunque alio regno, iuxta Couarr. ibidem. nu. 2. ſi dum factum alienum promiſit intellexit, ſe id curaturum) negligens fuit in curando, vt alius id efficeret, cogitur per ſe ipſum id præſtare, aut ſi præſtare id non poſſit, cogitur ſoluere, quātum intererat id fieri, cum damnis omnibus ex eo, qđ impletum non fuerit, ſubſequutis. Ita habetur l. 11. Caſtellæ citat. & conſentiunt Decius & alij, quos Gama. nume. 2. cit. & multò copioſius Couar. vbi ſupra a num. 3. referunt ac ſequuntur. Si autem, quod in ſe erat, fecit, vt alius id efficeret, & denique ſi per ipſum non ſtetit, quia ſuperuenit legitimum impedimentum, propter quod nihil potuit efficere, communior ſententia, quam Gama, Greg. Lopez, & Couarr. locis citatis referunt,

runt,ac ſequuntur,affirmat,ad nihil teneri,argumento l.vlt.§.penult.ff.ad legem Rodiam de iactu maris,& aliorum iurium. Imo tunc,ſi promiſit aliquam pœnã illam non debet;quoniam non tranſgreſſus eſt id, ad ꝙ ſub ea pęna ſe obligauit.

Quando autem promiſit, non ſolum ſe curaturum,ſed etiam ſe effecturum, aut conſequuturũ,vt alius aliquid daret,aut efficeret,placet mihi opinio Couarr.nume.3.citato, & aliorum quos citat (quicquid multi in contrarium dicãt) nempe illum teneri ad intereſſe, aut ad pęnam, ſi ſibi aliquam imponeret, niſi id conſequeretur; nam tunc,nõ intereſſe,ſed pœnam, cenſendus eſt polliceri,niſi id aſſequatur. Atque hoc planè eſt, qđ apertę ſtatuit lex Caſtellæ citata. Quod tamẽ intellige,niſi ex circunſtantijs conſtaret,ad nihil ſe voluiſſe aſtringere, ſi id non conſequeretur, ſed ſolum id affirmaſſe, fretum aliũ, precibus & induſtria ſua, id facturum, atque ad ſignificandum quanto conatu, ac diligentia, id eſſet curaturus, idque intellexiſſe eum, cui id pollicitus eſt.

In foro autem conſcientiæ ſtandum eſt intẽto promittentis. Niſi fortè ſciebat, ſe id non obtenturum,aut ea de re dubitabat, decipitque eo modo promittendi illũ,cui id promiſit,vt oneroſum contractum propter eam promiſsionẽ efficeret, quem alioquin non erat facturus. Verbi gratia,ſi effecit, vt alius acciperet aliquam vxorem, quia promiſit ſe obtenturum illi officiũ aliquod à Rege,idque tanquã certum illi perſuaſit, cum intelligeret incertam eſſe;tunc enim tenetur illi ſoluere,quantũ id æſtimaretur, quod eſſe ſe obtenturũ,illi promiſit. Quo ad hæc omnia lege Marantã diſp. ſua 7 in qua non multũ à nobis diſſentit.

9 De iure † communi nonnulli euentus ſunt,in quibus promiſsio obligat, eſto factum alienum promittatur. Primus,quando,qui factum alienũ promiſit, ſe aſtrinxit ad aliquam pœnam,niſi ille alter id efficeret. Licet enim tunc non teneatur ad intereſſe (niſi id ſub diſiunctione cum pęnam promiſerit) tenetur tamen ſoluere pœnam. Ita habetur l.ſtipulatio iſta, in princip.verſ.vlt.ff.de verborum obligationib.& §.verſa vice,In tit.de inutilib.ſtipulat.atque affirmat gloſſ.§.ſi quis alium,Inſtit.eodem titu. Ratio autem eſt,quoniã, vt bene Couar.loco citato notat, quod tunc proprium,in defectu, quòd alius id, quod penes ipſum eſt,non efficiat. Neque illud propriè habet rationem pœnæ, ſed ratione recompenſationis eius, quod ille alius noluerit facere. Quarè,eſto nulla intercеſſerit culpa eius, qui id promiſit,tenetur eam pœnam ſoluere.

Secundus,quando quis promiſit, ipſius hæredes aliquid facturos:tunc enim tenentur,vt habetur l.11.tit.11.part.5. & l.vlt. C.de contrahend. ſtipulatio. Vbi ſimul ſtatuitur,ſi quis promiſerit, cum morietur, ſe domum ædificaturum alicui, validam eſſe promiſſionem, hæredeſque teneri eam implere. Idem habetur §.ita autem, In tit.de inutilib.ſtipul.

Tertius, ſi quis in iudicio promittat alium ſiſti, vel alium ratum aliquid habiturum: tunc enim valet promiſſio, & niſi alius compareat,aut ratum id habeat, quod in iudicio promiſit ratum illum habiturum tenetur promittens ad intereſſe. Ita habetur l illa 11. Caſtellæ l.quoties quid. ff.de verb.ob.& l.2 ff.rẽ ratam hab. Ratio,iuxta Couar.loco citato.nu.7. eſt,quoniam in eiuſmodi ſtipulationibus,iuris interpretatione,qui alienum factum promittit, cenſetur ſe promittere intereſſe,niſi alius id efficiat.

Quartus,in promiſſione,ſeu ſtipulatione,rem pupilli ſaluam fore, vt habetur l.11.citata, & l. prætoriæ.ff.de prætor. ſtipul.

Quintus,quando aliquis iuramento promiſit factum alterius: tunc enim, quia præſumendus non eſt,periurium committere,cẽſendus eſt promittere intendiſſe,quod in ſua erat ſitum poteſtate,nempe ſe id curaturum. Ita additio ad gloſ.§.ſi quis alium,In titu. de inutilibus ſtipulation. Panorm. Felinus; & cõis ſententia,quam referunt, & ſequuntur Couar.c.quamuis pactũ,par.2.§.5. nu.2.& Grego.Lopez l.11.citata. Lege circa hos, & quoſdã alios euentus,gl.§.ſi quis aliũ citatam.

Quod ad reliqua attinet, quæ propoſuimus:
10 promiſſio † de re ſacra,aut religioſa, itemque de re aliqua publica,in communem omnium vſum deputata,quæ iuxta ea,quæ in calce diſput.12. & diſp.79.dicta ſunt, poſſideri ab eo non poſſunt, cui promittuntur,inualida eſt omnino.

11 Idemque eſt † de promiſſione,qua liber homo tanquam mancipium promittatur. Ita habetur §.1.Inſti.de inutil.ſtip.l.inter ſtipulantem, §.ſacram.ff.de ver.ob & l.22.tit.11.par.5.

12 Eſto autẽ † res,ea de cauſa inutiliter promiſſa,mutet ſtatum, vt ſi publica res priuata fiat, aut liber homo fiat mancipium, nõ propterea conualeſcit promiſſio,ſed inutilis, ac nulla perſeuerat. Quòd ſi,quando res fuit promiſſa,eius conditionis erat,vt valida eſſet promiſſio, ſi tamen poſtea mutet ſtatũ,vt ſi mancipiũ libertatem conſequatur,aut ſi res,quæ erat priuata, & prophana, fiat publica,aut ſacra,redditur inutilis promiſſio. Hæc habentur §.neque in pendenti, & §.item contra, In tit.de inutilib.ſtipul. l.inter ſtipulãtẽ §.ſacrã. ff.de ver.obl.& l.22.citata. Circa promiſſionem quarundam aliarum rerum, quæ poſſideri non poſſunt ab eo,cui facta eſt promiſſio,num valida ſit talis promiſſio,idem dicendum eſt, quod de legato earundẽ rerũ diximus in calce diſp.196.

13 Nonnulla † autem circa hæc obſerua. Primũ eſt,ſi facto eius,qui promiſit, mancipium conſequeretur libertatem aut res priuata publica fieret,aut ſacra, eaque de cauſa inutilẽ redderet promiſſionem,tũc teneri ad intereſſe, vt ex ſe eſt notiſſimum,& innuitur.§.item contra,citato.

Scđm ſi res ex parte ſacra ſit,& ex parte nõ vt calix quo ad argentum,& ſimilia;tunc valida eſt ꝓmiſſio de re ſacra,quo ad id,ꝙ in re ſacrum nõ eſt. Ita gl.§.1.verb.relig. Inſti.de inutilib.ſtipul.

Tertium, licet promiſſio ſepulchri inualida ſit, eo quòd ſepulchrum res ſacra ſit; promiſſio
14 † tamen, aut donatio, iuris ſepulchri, aut iuris mortuum in ſepulchrum inferendi, eſſet valida; ſicut & legatum de eiuſmodi iurib. validum eſt; quippe eiuſmodi iura poſsideri poſsint à laico, vt

diſput.

diſput. 188. cum Molina lib. 1. de primogen. cap. 24 à num. 35. diximus.

Quamuis aũt ius ſepulchri, aut mortuum in ſepulchrum inferendi, concedi, promitti, donari, ac legari poſſint, non tamen vendi: eo quòd, cum rebus ſacris computentur, atque adeo id eſſet ſimonia, vt patet c. queſta, & c. poſtquam. 13. q. 2. & l. 1. tit. 13. par. 2. affirmatque Greg. Lopez ibi, & Molina loco citato. num. 40.

Quartum eſt, quamuis promiſſio de homine libero, re ſacra, aut publica, ſit inutilis; nihilominus, ſi oneroſo titulo promiſſum id eſt in recompenſationem pro alia re, tunc promittens ad intereſſe tenetur, videlicet quantum alteri intererat, id vel mancipium eſſe, vel rem priuatam: eo autem modo tenetur, quo ſi res promiſſa aliena eſſet, teneretur de euictione. Ita glo. §. 1. In tit. de inutilib. ſtip. Grego. Lop. l. 22. citata, & doctores communiter. Si autem titulo lucratiuo promiſſa eſſet ad nihil omnino teneretur, niſi dolo ita promiſiſſet, indeque damnum reſultaret.

Promiſſio rei, quæ ſolum eſt in ſpe, an valeat. Et cui res promiſſa pereat.

DISPVTATIO CCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio rei, quæ eſt in ſpe, dicitur habere tacitã conditionem, ſi extiterit, vel percipietur, & ob id valida eſt.*

2 *Dolus & lata culpa venit in promiſſione rei, quæ eſt in ſpe.*

3 *Promiſſa res quando perijt, cuius periculo intelligatur perempta.*

QVod ad primũ attinet, dicendum eſt, Validam eſſe promiſſionem eorũ, quæ adhuc ſunt in ſpe. Nẽpe fructuũ, qui ex aliquo prædio naſcentur, partus ancillæ, aut aliorũ
1 aĩalium, & ſimilium rerũ. Habere † tamen tacitam conditionem, ſi naſcentur, aut inde percipientur, alioquin non debentur, niſi culpa eius, qui promiſit, factum ſit, vt non naſcantur, aut percipiantur, intellige de lata culpa, ſi promiſſio fuit
2 gratuita: id quod ſatis expreſſit l. Caſtellæ citata, quæ ſolum ait promittentem teneri de dolo atque adeo de lata etiam culpa, quæ cum dolo computantur. Hæc omnia docuimus diſp. 200. circa legatum ſimilium rerum. Et, quod ad promiſſionem attinet, habentur l. 20. tit. 11. parte 5. l. interdum, & l. inter ſtipulantem. §. ſacram, verſ. ſi ſtipulatus. ff. de verb. obl.

Porrò fructus ita promiſſi ſoluendi ſunt, quando ad ſtatum peruenerint, in quo tradi poſſint, vt habetur l. 20. citata. Rectè tamen ibi Gregor. Lopez ait, fructus, attenta eorum qualitate, & conſuetudine, quando percipi ſoleant, eſſe ſoluendos. Et partus animalium non ante eſſe a matribus ſeparandos, & ſoluendos, quam id ſint eorum periculo fieri poſſit.

Quia verò partus ancillæ lactari per aliam fœminam poteſt, lactandus quidẽ eſt a propria matre, interim dum alia quæri poſſit. Poſtea verò expenſis donatarij eſt lactandus & educendus, quas donatarius ſoluet domino ancillæ; ſi alia commodè non potuerit inueniri, neceſſeque ſit, vt per propriam lactetur matrem.

3 Quod ad ſecundum attinet. Quãdo † res promiſſa certa eſt in indiuiduo, atque in diem certã ſoluenda, ſi ante ad euentum eius diei pereat, ſine debitoris culpa, intellige late, ſi ex gratuita promiſſione debeatur, iuxta ea, quæ paulò antea dicta ſunt, perit creditori, ad nihilque promiſſor tenetur. Ita habetur l. penultim. ff. de ſolutionib. L. 18. tit. 11. & l. 9. tit. 14. part. 5. & conſonant alia iura, ſuffragaturque ratio manifeſta, quoniam ea ſola debeatur.

Si tamen aliquid ex ea remanſit, quod eãdem rationem retineat, quam habebat in toto, vt ſi res promiſſa erat nauis, aut domus, & remanſerunt tabulæ, ligna, aut lapides, tunc id creditori debetur, iuxta ea, quæ diſput. 194. de legato rei ſimilis dicta ſunt. Si tamen aliquid illius remãſit, quod diuerſæ rationis ſit, atque erat in toto, vt ſi remanſerunt carnes animalis promiſſi, credo non deberi creditori, iuxta ea quæ ibidem dicta ſunt, ſed pertinere ad promiſſorem.

Hęc eadẽ omnia ſimiliter dicenda ſunt, ſi dies non erat ſtatuta, in qua ſoluenda eſſet res illa certa promiſſa in indiuiduo &, antequam peteretur, ſine lata culpa promiſſoris, perijt. Si verò res determinata in indiuiduo, atque in diẽ certam promiſſa perijt poſt eum diẽ, aut res promiſſa non in diẽ certum, perijt, poſtquam creditor merito illã exegit; tunc, ſi promiſſor non fuit legitime impeditus, atque adeo in culpa fuit eam non ſoluẽdo, ipſi perit, tenetúrque valorem illius ſoluere.

Hæc omnia traduntur l. 18. citata, & conſentiunt alia iura. Si verò fuit legitime impeditus, ita vt nõ fuerit in culpa, eã non ſoluendo, perit creditori, vt eadem lege innuitur, & conſtat ex l. quod te mihi. ff. ſi cert. pet. ex l. vlt. §. penult. ff. ad l. Rodiam de iactu, conſonat etiam l. cum res in princip. ff. de legat. 1. & affirmant Bartol. & alij, quos Greg. Lop. l. 12. cit. & Couar. c. quamuis pactum par. 2. §. 5. à nu. referunt ac ſequuntur.

Hæc eadem ſimiliter locum habent, qñ promiſſa erat pars aliqua indeterminata de toto aliquo, atque id totũ, vnde erat ſoluenda, perijt. Vt ſi ex tritico, quod alicui in naui aliqua vehitur, is promittat modium triticumque totum nauis pereat, ad nihil tenetur. Ita colligitur ex leg. in naui Saufeli. ff. locati. Et eſt prorſus eadẽ ratio, ac qñ res determinata in indiuiduo promiſſa fuit.

Quando res promiſſa erat mancipium in indiuiduo determinatũ, & antequam promiſſor, iuxta hactenus dicta, eſſet in mora illud ſoluendi, ab eo interficiatur; tunc, ſi ob delictum aduerſus promiſſorem commiſſum, quod ea pœna eſſet dignũ illud interficit, ad nihil omnino tenetur, vt ſi illud interfecit, quia reperit adulterans cum ſua vxore, aut concũbens cum filia. Ita habetur l. 19 titu. 11. par. 6.

Id quod indubitatum eſt, ſi authoritate publica

ca id fecit. Si autem authoritate propria, lex citata ſtatuere vr̃ partem affirmantem. Neque id probabilitate caret: q̃m, ſi eſſet mancipium alienum, non teneretur valorẽ illius ſoluere; cum meritò oſtenderet, tanta pœna eſſe dignum, a quumque eſſe, vt totum damnum, quod dedit interficiendo illud, publica authoritate ipſi condonetur in recompenſationem grauiſſimæ iniuriæ, quam à tali mancipio accepit, & vt cæteri homines à tali flagitio deinceps abſtineant; nedum q̃n mancipium erat ſuum, gratisque alteri ab eo erat promiſſum: q̃n enim illud promiſit, non cenſetur ſe voluiſſe obligare, vt ſi ex tali cauſa illud interficeret, teneret̃ valorẽ illius donatario ſoluere. Atque hoc plane eſt quod lex illa Caſtellæ ſtatuere vr̃.

Denique q̃n res promiſſa indeterminata erat in indiuiduo tunc ex eo, ꝙ res multæ illius ſpeciei caſu fortuito pereãt promiſſori, nõ liberatur ab ea ſoluenda, vt patet l. incendium. C. ſi cert. petat. Excipe, niſi ad tãtã paupertatem deueniſſet ea de cauſa promiſſor, vt cenſendũ ſit, nõ intẽdiſſe in eo euentu ſe obligare, iuxta ea, quæ inferius diſp. 272. de reuocãda licitè promiſſione dicẽtur.

Illud poſtremo obſerua, q̃n ſub certa pœna ſe quis aſtrinxiſſet ſoluere aliquid ad certum tẽpus, ſiue id eſſet determinatum in indiuiduo, & certũ in ſpecie, aut genere, tunc, ſi ſine ſua culpa, id ſoluere non potuit, vel quia ſuperuenit impedimentum, vel quia, iuxta hactenus dicta, perijt ei, cui erat promiſſum, vtiq; promittens non tenetur ad pœnam; quoniam à pœna ẽt conuentionali, excuſatur debitor, q̃n per ipſum non ſtetit, vt rectè cũ alijs oſtendit Cou. c. quãuis pactũ, par. 2. §. 5. a nume. 4. quicquid quidam alij refragentur.

Excipe, niſi in conuentione eſſet expreſſum, vt in quocunque euentu teneretur ad eam pœnã, ita vt id iam non habeat pœna rationem, ſed ſolũ nomen, & ſit quaſi obligatio ad intereſſe, ſi id, ẽt ſine ſua culpa, non ſoluat. Videndum tamen eſt, vtrum, ſi obligatio maneat ſoluendi debitũ principale, talis pœna rationem induat vſuræ, ſitque proinde illicita: eo quòd neque in veram pœnam poſſit accipi, neque in recompenſationem intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis, neque alio iuſto titulo: ſi namque aliquis eſſet iuſtus titulus, ratione cuius eſſet impoſita, tunc rectè poſſet exigi, & accipi.

De promiſſione ſoluendi debitum alienum, vel ſoluendi proprium alio die, aut loco, & de promiſſione ſub diſiunctione, aut copulatiuè, atque rei incertæ ex aliquibus.

DISPVTATIO CCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de ſoluendo debitum alienum, etiam ſi ſit pactum nudum tantum, contrahit obligationem ciuilem.*

Idem, in debito proprio ipſius promittentis.

Declara tamen, vt num. 2.

3 *Promiſſio de ſoluendo diſiunctiuè, aut copulatiuè facta, quando obliget omnes ad ſoluendum in ſolidum, & quando pro parte.*

4 *Promiſſio duarum vel plurium rerum ſub nomine diſiunctiuo, quomodo ſit adimplenda: & cuius res periculo promiſſa pereat.*

Declara, vt num. ſeq.

5 *Diſiunctiua appoſita in alicuius fauorem, quid operetur.*

6 *Optio alicuius rei penes quem in debito ſit.*

7 *Promiſſio, ſeu ſtipulatio inualida eſt, quando promiſſor de re vna intellexit, & is qui petit, de alia, & quare.*

Declara tamen, vt num. ſeq.

Et quid in foro conſcientiæ. num. 9.

Idem in regno Caſtellæ dicendum. num. 10.

QVando quis alicui promittit, ſe ſoluturum ei debitum, quod quidam tertius illi debet, eſto inter abſentes fiat promiſſio, ſiue per epiſtolam ſiue per nunciũ, ſiue quacunq; alia ratione, atque adeo, eſto nulla interueniat ſtipulatio,
1 ſed ſit ſolum pactum nudum, contrahit † obligationẽ ciuilẽ, daturque aduerſus eum actio, idque eſto debitum alterius ſolum eſſet naturale, pro quo nõ concederetur actio in foro exteriori. Idẽ eſt ſi promitteret, ſe ſoluturum illi debitum proprium ipſius, promittentis, ſed alio die, aut alio loco. Ita habetur §. de conſtituta. Inſtit. de actionib. ff. & C. de cõſtituta pecuniã p totũ, & l. 3. tit. 11. part. 5. Atque hunc ẽt euentum diſputatione 255. computauimus inter eos, in quibus de iure cõi datur actio ex pacto nudo iuris priuilegio.

2 Aduerte † tamen, vt in foro exteriori ex tali promiſſione detur actio, opus eſſe, vt ex verbis ipſius promittentis ſufficienter intelligatur voluiſſe ſe obligare: ſi namque ſolum diceret, integrè tibi ſoluetur debitum, quod Petrus tibi debet, aut aliud ſimile, quod ambiguum eſſet, an intenderet ſe ipſum obligare, non cogetur in exteriori foro propter ſimilia verba ſoluere. Ita habetur expreſſe in authen. ſi quando. C. de conſt. pec. & in authen. vt cum de appellat. cog. §. ad hoc aliud, & l. 3. tit. 11. par. 5.

3 Quod ſi, qui ſe † conſtituit debitorẽ pro alio, ſic dicat, promitto tibi me, aut Franciſcum ſoluturos tibi debitum Petri; tunc, ſi Franciſcus conſentiat, vterque tenetur ſoluere debitũ, ſed vnuſquiſque eorum dimidium tantum. Si vero Franciſcus non conſentiat, tunc, qui ſub ea forma promiſit, tenetur ſoluere integrum debitum. At vero, ſi promiſſio copulatiuè fiat ſub hac forma, promitto tibi me & Franciſcum ſoluturos tibi debitum Petri, tunc ſiue Franciſcus conſentiat, ſiue non, qui ſub illa forma promiſit, ſolum tenetur ſoluere dimidium. Hæc omnia ſtatuta expreſſe ſunt tribus iuribus citatis.

4 Quando † promiſſio fit duarum, aut plurium rerum, ſed diſiunctiuè, vt promitto tibi Pamphilum aut Stichum ſeruos meos, tunc niſi in promiſſione electio relinquatur ei, cui promisſio fit,

in

in poteſtate promittentis eſt ſoluere, quem ex illis maluerit, vt ex ſe eſt notiſſimum, & colligitur ex l. ſtipulatus ſum Damam. ff. de verborum obl. & habetur l. 2. §. Scæuola. ff. de eo quod certo loco, & l. 23. tit. 11. par. 5.

Si tamen, ante impletam promiſſionem vna illarum pereat, tenetur promiſſor ſoluere alteram remanenté. Ita habetur l. Stichum. §. 1. ff. de ſolutionib. l. 2. §. Scæuola. ff. de eo quod certo loco l. ſtatu liberum. §. vlt. ff. de leg. 2. l. cũ is qui, in principff. de condict. indeb. & l. 23. tit. 11. par. 5. Vtrũ autem, ſi illa, quæ perijt, vilior erat, aut promiſſor plus illa incipit indigere, aut magis ad eam affici, ſatisfaciet offerendo valorem eius, quæ perijt; ſi quidem illam poterat ipſe eligere, vt ſolueret.

Mihi pars, quæ affirmat, videtur vera, quando res illa non perijt culpa promiſſoris, vt bene affirmat gloſ. §. Scæuola, citato, verb. ſolum, iũcta additione in margine, & probat l. cum res. §. ſed ſi Stichus. ff. de leg. 1. atque amplectitur Gregor. Lopez ad l. 23. citatam. Quando verò culpa promiſſoris res illa periret, poſſet creditor non eſſe contentus pretio, ſed velle accipere rem, quæ ſalua manet, vt habetur expreſſe l. Stichum. §. 1. ff. de ſolutionibus. Quòd ſi poſtquam promiſſor elegiſſet eam rem, quæ perijt, vt illam ſolueret, illa ſine ipſius culpa periret, non teneretur ſoluere eam, quæ remanet, neque pretium eius, quæ perijt, ſed periret ei, cui facta eſſet promiſſio, vt ex ſe eſt notiſſimum, & cõſentit. §. Scæuola, citatus.

5 Illud obſerua, ſi quis † diceret, concedo tibi vnum vel duo plauſtra lignorum de mea ſylua, aut aliud ſimile, vel diceret, permitto tibi illa extrahere; tunc optio eſt penes donatarium: quoniam diſiunctiua in fauorem illius manifeſtè eſt appoſita: quare, poſtquam extraxiſſet vnum plauſtrũ, non poſſet dominus ſyluæ eum prohibere extrahere aliud. Ita Maranta, cum multis alijs, quos citat, in l. ſi actor nu. 41.

6 Quando res † vna determinata in ſingulari promiſſa fuit, verumtamen ambiguũ eſt, quæ ex duabus, aut pluribus, ſit, vt ſi promiſſor duos ſeruos habebat eiuſdem nominis, verbi gratia, Pamphili, & dixit, promitto tibi ſeruum meũ Pamphilum, neque ex circunſtantijs concurrentibus cõſtare poteſt, quẽ intellexerit; tunc optio eſt penes promiſſorẽ, aut hæredes illius. l. qui ex pluribus. ff. de verborũ obligationib. & l. 23. tit. 11. par. 5.

In hoc tamen euentu, ſi res vna ex illis pereat, non credo teneri ſoluere alteram, ſed ſtandum eſſe iuramento promittentis, quam intellexerit. Quòd ſi defunctus ſit, & omnino ignoretur, an fuerit quæ ſupereſt, an quæ perijt, certè, quæ remanet, diuidenda erit inter eum, cui promiſſio eſt facta, & hæredes promiſſoris.

Ratio eſt, quoniam obligatio promiſſoris non cecidit ſuper vtramque rẽ, vt in promiſſione duarum rerum ſub diſiunctione, ſed ſuper vnã earum tantum: ignoratur verò, quæ illarum ſit. In foro aũt cõſcientiæ, quando promiſſor eſt certus, quã intenderit, ſi illam intendit, quæ perijt, ad nihil tenetur: ſi verò intendit alteram, eam integram tenetur ſoluere, vt ex ſe eſt notiſſimum.

Illud obſerua, quando promiſſor de re vna intellexit, is verò, qui rem petiuit, aliam intellexit,
7 atque † ſtipulatus eſt, inualidam eſſe ſtipulationem, ſeu promiſſionem, vt habetur §. ſi de alia, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. l. inter ſtipulantem. §. 1. l. continuus. §. 1. ff. de verborum obligation. l. 26. & 27. tit. 11. par. 5.

Ratio eſt, quoniã, vt ſtipulatio valeat, neceſſe eſt vt ſtipulans & promittens in vna & eadem re conueniant: alioquin de nulla re eſt perfectus contractus, immo neque perfectum eſt nudum pactum promiſſione vnius, & acceptatione alterius. Hinc, ſi vnus petat Pamphilum, & alius reſpondeat, non, ſed dabo tibi Stichum, inualida eſt promiſſio & ſtipulatio, niſi ſtipulator continuò Stichum acceptet, ita probat. §. ſi de alia Inſtit. de inutilib. ſtipul. & habetur l. 27. citata.

Hac eadẽ ratione, ſi quis ſtipuletur abſolute, dicens, Promittis mihi dare decẽ, & alius reſpondeat ſub conditione, promitto, ſi naues ex India hoc anno veniãt, niſi ſtipulans acceptet incontinenti eã promiſſionem ſub cõditione, eſt inutilis talis promiſſio, ſeu ſtipulatio. Ita hr̃ l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verborum obligationib. l. 26. cit. Idẽ eſt, ſi quis ſtipuletur vnam rẽ determinate, vt Pamphilum, et alius reſpondeat, Pamphilum vel Stichũ dabo tibi: inualida nanq; eſt ſtipulatio & promiſſio, niſi, qui ſtipulatur, incontinenti acceptet eã promiſſionẽ ſub diſiunctione. Idẽ præterea eſt, ſi præcedat ſtipulatio plurium rerum ſub diſiunctione, & ſequatur conceſſio vnius illarum determinatè: niſi enim incontinenti acceptetur, inualida eſt. l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. ff. de verb. obl. & affirmat Anto. Gomez. 2. to. var. reſol. c. 9. num. 4. concl. 5.

8 Si † tamen quis ſtipulatus ſit centum, & alius reſpondeat, dabo tibi quinquaginta, eſto non fiat noua acceptatio, valet promiſſio ſolum quo ad quinquaginta: quia eſt promiſſio partis, quæ in ſtipulatione continebatur. Idem eſt, ſi petiuit equum & mulam, & alius reſpondit dabo tibi equum: valet nanque promiſſio quoad equum: quoniam equus continebatur in petitione.

Quod ſi ſtipulanti centũ, reſpondeatur dabo tibi centũ & quinquaginta, niſi alia quinquaginta, quæ inſuper promittũtur, acceptentur incõtinenti, non valet ꝓmiſſio quoad quinquaginta, q̃ inſuper promittũtur, ſed ſolũ quoad centũ petita & promiſſa. Hæc habẽtur l. 1. §. ſtipulãti, & §. ſed mihi. ff. de verborum obligationib. §. quotiens, Inſti. de inutilib. ſtip. & l. 24. & 26. tit. 11. par. 5.

Quando aũt §. præterea, Inſtit. de inutilib. ſtipulationib. dicitur, nõ valere ſtipulationem, ſi petas decem, & rñdeatur, dabo quinque, aut ſi petas quinque, & reſpõdeatur, dabo decem, intelligendum. i. non quoad quinque incluſa in decem, in quib. ſtipulans & promittens conueniunt, ſed quo ad alia quinque, in quibus diſcrepant.

9 In foro † autem conſcientiæ exiſtimo, ſi, qui petebat, in eo ſenſu acceptauit, quia id gratum habuit, licèt nihil fuerit loquutus, atque id intellexit promittens, vt ſemper eſt præſumendum, quando id vtile erat ei, cui promittebatur, iuxta

regulam

regulá,qui tacet,de reg.iu. in 6. quæ in fauorabilib. tacenti,eſt intelligenda,teneri promittentem id illi dare iuxta ea quæ diſp.264.dicta ſunt.

10 Idem † existimo verum hre in Regno Caſtellæ in exteriori foro,pp legem tertiam eius regni, ſæpius citatá,& de iure canonico , vbi ſtipulationis ſolemnitas neceſſaria non eſt,conſentitq; nobiſcum Ant.Gom.2.tom. var.reſol.c.9 .nu.4.cóclus.1.& 4.quicquid Greg.Lopez l.26.citata gl. vlt.dicat. Idem credo eſſet , qñ vnus peteret aliquid ſub condõne, & alius concederet abſolutè , aut peteret ad longius tps ſoluendum,& alius cócederet ad breuius quicquid in contrarium dicat Anto.Gom.num.4.citato concluſ.2.qm̃ promittens intendit ſe obligare,vt ſupponimus: cum autem fauorabilius ſit petenti , quod ipſi promittitur,quam quod petebat,dubitandum non eſt,tacitè acceptaſſe promiſſionem. Immo idem credo eſſet , quando peteret abſolutè , & concederetur ſub conditione,aut peteret ad breuius tempus, & concederetur ad longius , ſi circunſtantiæ ſint, quæ omnino perſuadeant , petentem acceptaſſe tacitè,quod illi conceſſum fuit, quando eo modo quo petebat,non fuit illi conceſſum,quicquid ſit de iuris Cæſarei ſubtilitatibus .

Atque idem credo eſſe , quando ſtipulatio eſſet ſub diſiunctione , & reſponſio eſſet vnius rei determinatæ , vel è contrario , ſtipulatio eſſet vnius rei determinatæ ,& conceſſio eſſet ſub diſiũctione illius cum alia. Et obſerua,quamuis prædicta non valerent in ratione ſtipulationis, niſi incontinenti ſequeretur acceptatio eius,quod reſpóderetur: valerent tamen in ratione ſimplicis promiſſionis tacitè ſaltem acceptatæ.

Illud demũ obſerua, ſi ſtipulans,& promiſſor in re promiſſa conuenerunt, cæterum nomen loci deſignat ad ſolutionem erat æquiuocũ , vnuſque de vno loco intellexit, & alius de alio,validá eſſe promiſſionem . Quod ſi coniecturæ ſint, de quo loco veriſimiliter debuit eſſe ſermo,niſi promiſſor dolo fuerit vſus , qui tñ illi prodeſſe non debet , in illo loco promiſſorem cogendum eſſe ſoluere,l.quoties in ſtipulationibus , iũcta gl.ibi, ff.de verb.obl.& l.25.tit.11.par.5. Si verò res ſit omnino dubia,eligendus eſt locus qui promiſſori fuerit fauorabilior , l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de regul.iuris.

De promiſſione rei impoſſibilis,illicitæ, aut iccirco contra bonos mores quod,occaſionem præberet ruinæ, & quid ſi hæc vltima iuramento confirmetur.

DISPVTATIO CCLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio rei impoſſibilis ſimpliciter facta , nulla eſt:etiam ſi ſit iuris impoſſibilitas , ſub num.2.*
Limita tamen,& declara multis modis, vt nume. 2.& 4.

3 *Promiſſio de re mala, ſiue ex ſe mala,ſiue quia prohibita,nulla eſt .*
Declara tamẽ,vt in ea parte promiſſio valeat,quæ eſt licita,vel poſſibilis,num. 4.

5 *Promiſſio,vel pactum cõtra bonos mores , vel qua inducit ad peccandum,nulla eſt ipſo iure .*
Plenè tamen declara,vt nu. ſeq.

7 *Remiſſio doli,vel furti,quando valida ſit .*
Declara,vt nu. 10.

8 *Promiſſiones , aut pacta iure tantum humano nulla,iuramento confirmata,quando valeant .*

9 *Promiſſio contra bonos mores quotuplex .*

11 *Promiſſionis appellatione , quando quis in præteritum , vel in futurum aliquid remittit , quid veniat .*

12 *Liberatio,ne quis teneatur reddere rationem adminiſtrationis,nõ impedit,quin teneatur ad ea , quæ,ſi facta non fuiſſet talis remiſſio,reali actione reddere tenebatur .*

VT promiſſio obliget,neceſſe eſt poſſibile ſit, quod promittitur:ad impoſſibile namque
1 † nullus obligatur l.impoſſibilium . ff.de regul. iur.regula nemo poteſt, de regul.iur.in 6.Inſt.de inutilib.ſtipulationib.in princ.& l.21.tit.11.par. 5.Hac rõne,ſi quis promittat rem aliquam determinatam in ſingulari,quę perierat qñ promiſſio eſt facta,aut quæ,antequã tempus ſolutionis adueniret,perijt,nulla eſt talis promiſſio : quia impoſſibile eſt impleri, ꝙ promiſſum eſt . Ita habetur.In tit.de inutilib.ſtip.in princ.& l.21.citata.

2 Excipitur,qñ † res furto erat accepta,& perijt . Si.n.poſtquam perijt,is eam ſtipuletur a iure,cui fur illam debebat; tunc,quia fur erat in mora , atque ex iniuſta acceptione (eſto non accederet ea ſtipulatio) illam debebat, valida eſt talis ſtipulatio,ac promiſſio ad effectum,vt fur teneatur æſtimationem ſoluere ſtipulanti . Idem eſt, quoties debitor illius rei ex quocunque alio titulo in mora erat illam ſoluendi,quando perijt. Ita habetur l.inter ſtipulantem , §.Stichum, ff.de verb.obl.l. promiſſor Stichi, ff.de conſti.pec.& l.penul.ff.de cond.fur. Si tamen,antequam res furto ablata periret,is, cui debebatur , ſtipularetur illam à fure , aut fur promitteret ſe illi eam traditurũ tali die , altero conſentiente , atque tempore intermedio res illa periret;tunc periret domino , ad nihilque teneretur illi fur,eo quod,interueniente ea ſtipulatione,aut promiſſione acceptata , deſinit fur eſſe deinceps in mora illam tradendi . Ita habetur expreſſe,l.ſcire.§.vlt.ff.de ver.obl.

Sicut impoſſibilitas facti , de qua proximè loquuti ſumus,nullam reddit promiſſionem; ſic etiam impoſſibilitas iuris , ſiue illa ſit diuini , ſiue humani iuris.

3 Hac † ratione promiſſio de re mala , ſiue quia ex ſe mala eſt , ſiue quia poſitiuo iure prohibita , eſt eo ipſo nulla.§.quod turpi . Inſtit.de inutilib. ſtipulationib.l.generaliter , & l.veluti , ff.de verborum oblig.reg. non eſt obligatorium & regu. in malis de regu.iuris lib.6.& capit.in malis.22. quæſt.4.Atque ſuffragatur ratio , quoniam contradictionem implicat , quempiam ad illicitum

teneri

teneri: tunc.n. illicitum liceret, aut certè daretur perplexitas, qua, & faciendo id peccauimus, & ſimiliter, id non faciendo: vtrumque autem conſtat valde eſſe abſurdum. De hac re tota copiosè eſt dictum diſput. 95.

4 Illud obſerua, ſi ꝙ promiſſum † eſt, partim licitũ ſit, partim illicitum, aut partim poſſibile, & partim impoſſibile tũc eũ, qui ꝓmiſit, teneri implere partem licitã, ac poſſibilẽ: *vtile nanq; perinutile non vitiatur*, vt habet̃ re. vtilẽ, de re. iu. li. 6.

Quidã exemplũ adhibent in promiſſione prodiga, dicentes, hunc teneri implere promiſſionem quoad quantitatẽ, in qua nulla eſt prodigalitas, non vero quoad incrementũ. Arbitror tñ exemplum eſſe falſum. Etenim licèt promiſſio ſit ex liberalitate, id eſt, non ex debito; poſtquam tamen promiſſio eſt facta, adimpletio, atque exequutio, non eſt ex liberalitate, ſed ex debito, vel iuſtitia, ſi promiſſio talis erat, quæ ex iuſtitia obligaret: vel honeſtatis, ſi promiſſio ſolum ex honeſtate morali obligauit, iuſq; ſolum ex honeſtate morali tranſtulit, iuxta ea quæ in ſuperioribus tradita ſunt. Quare, cum in exequutione nulla ſit prodigalitas, ſed ſit adimpletio debiti iam contracti, vt ex iuſtitia, aut ex æquitate morali, poſt promiſſionem factam promiſſor tenetur, certè integram promiſſionẽ in conſciẽ, & exteriori foro, tenetur adimplere, nihil impediente, quod promiſſio prodiga, atque cum veniali peccato fuerit, ſibique imputare debet promiſſor imprudentiam ac culpã ſuam, tanquam quantitatem promittendo, neq; id præiudicare põt iuri, quod donatarius ex tali promiſſione acquiſiuit. Sicut non præiudicaret, ſi donatio illa prodiga a traditione inciperet, aut ſi, poſt promiſſionem prodigam, facta eſſet traditio rei ita promiſſæ: neque enim donatarius reſtituere tenetur receptum ex eo capite, quòd prodige ipſi eſſet datum. Ac certè, ſi exemplum, quòd improbamus, verum eſſet, ſequeretur, puellam nobilem diuitem, quæ malè fecit ſponſalia contra voluntatem patris cum ignobili ac paupere contrahendo, eo quòd exequutio eſſe non poſſit ſine ſcandalo aliorum, & dedecore ipſius puellę, non teneri implere, quod ita promiſit, vt pote cũ peccato, imò & cum prodigalitate, promiſſum id autem nullus affirmare poteſt, præſertim cũ contra praxim ſit Eccleſiæ. Licèt enim puella illa prodiga fuerit, maleque fecerit id promittendo; alius tamen ea promiſſione ius ſibi comparauit iuſtitiæ, vt in ipſius bonum id impleretur, neque puella, ſuppoſita promiſſione, male facit, eam adimplendo, quin potius facit bonum, imò vero facit id, quod ex iuſtitia tenetur, quod ſi omitteret, lethaliter peccaret.

5 Non ſolum eſt † nulla promiſſio, quam ſi exequutioni mandet promittens, tranſgredietur, ius aliquod, atque adeo peccabit venialiter, aut lethaliter, ſed ẽt nulla ſunt ea promiſſio, aut pactum, quæ idcirco ſunt contra bonos mores, quòd vel manifeſtã tribuunt peccati occaſionem, vel præiudiciũ afferunt, facile ve afferre poſſunt moribus, quos eſſe expedit in bene inſtituta republica.

6 Ex primo † capite irrita & nulla ſunt ipſo iure promiſsiones, & pacta, quibus vnus alteri concedit, vt non teneatur de furto, aut dolo, quod in furtum cõmiſerit, aut vt id exigi ab eo non poſſit. Vt ſi quis aliquẽ in œconomũ, aut emptorẽ, vel negotiorum ſuorum geſtorem, ſumpſerit, pacto inito cum eo, vt is non teneatur de dolo, aut de furto, quod in ea adminiſtratione commiſerit: tale namque pactum, aut promiſsio ipſo iure eſt nulla, quia contra bonos mores: præberet quippe manifeſtam ruinæ occaſionem tali adminiſtratori, neq; id in vlla bene inſtituta republica permitti vlla ratione debet.

7 Si † tamen, poſtquã furtum, aut dolus, in adminiſtratione, ſunt cõmiſſa, remittantur ab eo, cuius erant illa bona, aut iura, tunc valida eſt talis remiſsio; quoniam non præbet ruinæ occaſionem, ſed ſolum cõdonat debita contracta, aut delicta antea commiſſa. Inualidũ ſimiliter eſt, ſi quis paciſcatur, aut concedat alicui, vt nõ teneatur de iniuria, aut vi, quã in futurum intulerit: ſecus autẽ, ſi condonetur iniuria, aut vis antea illata; aut ſi tutori, aut curatori, teſtator concedat, vt non teneatur de dolo, quod cõmiſerit in adminiſtratione bonorum filiorum ſuorum. Hæc habentur l. ſi vnus. §. illud, & §. pacta. ff. de pactis. l. pacta quæ. C. de pactis. l. quidã decedens, in princ. (alias eſt l. ita autem. §. Iulianus) iuncta glo. ibi verb. ius publicum, ff. de adminiſtr. tutor. & l. 29. titu. 11. part. 5. Idem etiam erit, ſi quis inuitans aliquem ad furtum, aut ad aliud delictum, ante delictum commiſſum illi promittat, ſe ſoluturum loco illius pœnam ſi in quam ob tale delictum in futurum condemnetur, vt habetur l. ſi à reo, §. vlt. de ſolutionib.

Ex ſecũdo capite nulla ſunt ſequẽtia pacta & promiſſiones. Si quis promittat ſe non reuocaturũ teſtamentũ, aut ſe deceſſurum ab inteſtato, vt diſp. 151. dictum eſt. Si quis ita ſtipuletur ab aliquo, tantũ ne mihi dare ſpõdes, ſi me hæredẽ nõ inſtituas? & alius id ei promittat, nulla eſt talis promiſſio, vt habetur l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. id enim poteſtatem liberè teſtandi ex parte aufert. Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, ſimiliter eſt nulla, quia aufert poteſtatẽ teſtandi vt ſuo loco inferius dicetur. Pactum circa bona eius, qui adhuc viuit, ſub conditione, ſi ad ipſos, aut eorum aliquẽ, ea bona deueniãt, eſt nullũ, niſi in tali pacto is cõſentiat, cuius ſunt ea bona, vt habetur l. vlt. C. de pactis. Pactũ Pœnæ appoſitæ non ſtanti ſponſalibus eſt ẽt nullũ, vt habetur c. gemma, de ſponſalibus eo quòd matrimonia libera eſſe debeant, & id eorũ deroget libertati. Nulla ẽt ſunt pacta & promiſſiones his ſimilia, de quibus proprijs in locis eſt ſermo. Ex his enim omnibus præiudicium facile oriri poteſt aduerſus bonos mores, aduerſus ve id, quod expedit, vt in bene inſtituta republica, ad cõe bonum ſeruetur, vt ex parte diſp. 151. explicauimus, eaque de cauſa irrita ſunt iure humano.

Illud tamen obſerua, cum ea quæ ſub his pactis, & promiſsionibus cadunt, mala in ſe non ſint, neq; item eiuſmodi pacta, & promiſsiones, ex ſe ipſis ſint irrita & nulla, ſed ex ſola diſpoſitione iuris humani; non plus hæc eſſe extenden-

da,

da, quàm humano iure irrita ſint reddita. Neque valere hoc argumentum, tanta, aut maior ratio eſt, vt hoc irritum reddatur, quanta, vt illud, neque minora incommoda nata ſunt ſequi ex hoc, quam ex illo; ergo ſicut illud irritum eſt tali iure humano, ita cenſendum eſt hoc eſſe irritum. Etenim, vt aliquid humano iure irritum ſit, aut prohibitum, non ſatis eſt, ſi ſufficientes cauſæ ſint, vt prohibeatur, aut irritum reddatur, ſed vlterius requiritur, vt iuris diſpoſitione propter eas, aut alias cauſas, prohibitum aut irritum ſit: interimque dum ea iuris diſpoſitio non accedit, neque irritum, neque prohibitum eſt cenſendum.

Quæſt. 8 Dubiū eſt, vtrum † ſi pacta, & promiſſiones, quæ ex duobus capitibus explicatis irrita, ac nulla ſunt iure humano, iuramento confirmentur, obligent vi iuramenti ad ſui obſeruationem. Multi (Argumētum.) ducti, quòd eiuſmodi pacta & promiſſiones ſæpe in iure dicantur eſſe contra bonos mores, paſſim cenſent, eſto iuramento confirmentur, nihil omnino obligare, vt diſp. 151. ex parte retulimus. Etenim non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, vt habetur leg. non eſt obligatorium, de reg. iur. lib. 6.

(Deciſio.) Hoc tñ loco ſtatuenda eſt hæc regula vniuerſalis, ad quã in ſequentibus dirimemus quæſtiones hiſce de rebus occurrentes. Si promiſſio, aut pactum, homini fiant, & iuramẽto cõfirmentur, obligant, eſto irrita ſint iure humano ex duobus capitibus explicatis, modo tñ iure humano non reperiatur etiam irritum iuramentum, quo confirmantur. Itaque qñ iuramentum non eſt etiam iure humano irritum, tunc, vt promiſſio, aut pactum iuramento confirmata, non obligent ad ſui adimpletionem, ſi homini ſint facta, neceſſe eſt, vt ſint de re mala, hoc eſt, iure diuino, aut humano, prohibita. Neque ſatis eſſet, ſi promiſſio ipſa, aut pactum, eſſent prohibita fieri, ſed neceſſe eſſet, vt exequutio ipſa, obiectumve promiſſionis, aut pacti, eſſet prohibitum, vt diſp. 151. oſtendimus. Hæc regula ſatis comprobata reperietur, ſi expendantur, quæ diximus diſp. 151. citata, iunctis duabus antecedentibus, vbi validiſſime eam confirmauimus in promiſſione nõ reuocandi teſtamentum, & in nonnullis alijs euentibus eſtq; eadem prorſus in cæteris, quę ea comprehenduntur, & vbi iecimus fundamenta, vnde eſt ſatis perſpicua. Poſſumus verò eam confirmare, quoniam non minus eſt cõtra bonos mores promiſſio, qua vſurario promittimus vſurã, aut graſſatori centum, ne iniuſte nos interficiat, quæ illi accipere nõ poſſunt ſine culpa lethali, & onere reſtituendi; neque minus eiuſmodi promiſſio eſt irrita, quàm cæteræ promiſſiones, quæ ex duobus capitibus cõmemoratis ſunt contra bonos mores: ſed promiſſio illa facta vſurario, aut graſſatori, obligat, ſi iuramento confirmetur, vt diſp. 149. oſtenſum eſt: ergo & iſtæ aliæ, qñ homini fiunt, & qñ humano iure nõ eſt irritum iuramentũ, quo confirmãtur.

Diximus, eiuſmodi promiſſiones, & pacta iuramento cõfirmata obligare, ſi homini fiant: qm̃, ſi fiant Deo, ita vt rationẽ voti iuramento cõfirmati ſubeant, & vel non ſint de re bona, vel eſto de re bona ſint, maius aliquod bonum impediant, tunc non obligant: eo quod Deus res indifferentes ſibi promiſſas, non velit, neque item velit, vt promiſſionibus ipſi factis maius bonum impediatur, vt tribus diſputationib. citatis oſtenſũ eſt.

Addidimus præterea; modo iuramentum quo confirmantur, nõ ſit ẽt irritum iure humano: qm̃ ſi irritum iure humano ſit, ẽt ſi eiuſmodi pacta, & promiſſiones, homini fiant, nõ aſſumunt vires ex iuramento, vt diſp. 149. explanatũ eſt, adhibito exemplo ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 16. vbi irritæ redduntur renũciationes, & obligationes, etiã ad pias cauſas, quæ a nouitijs fiunt ante profeſſionẽ, eſto iuramẽto confirmentur, niſi de licẽtia Epiſcopi, aut eius vicarij fiant intra duos dũtaxat menſes ante profeſſionẽ, &c. Adhibito etiã exemplo de iure Luſitano, & regni Caſtellæ, vbi irritæ ſunt obligationes, & contractus, ſi in eis iuramentum apponatur, idq; ne ea rõne cauſæ ſecu lares a ſeculari ad Eccleſiaſticũ forũ auocentur.

9 Ad id, vnde † multi ducuntur, vt à noſtra diſcedant regula, dicendum eſt, duobus modis dici aliquid contra bonos mores. Vno preſsè, & propriè, quia videlicet eſt peccatũ veniale ſaltẽ, contra diuinũ, vel humanum ius. Altero late, quia licèt, in ſe non ſit peccatum, inde tñ bonis moribus, quos in bene inſtituta republica ſeruari decet, poteſt facile præiudicium afferri, vt diſp. 151. explicatũ eſt. Qñ autem iura affirmant, pacta, & promiſſiones, de quibus noſtra regula loquitur, eſſe cõtra bonos mores, ſumunt late, eſſe aliquid contra bonos mores: regula vero iuris, quæ habet, non eſſe obligatorium iuramentum præſtitũ contra bonos mores, ſumit preſſe, eſſe aliquid contra bonos mores, pro eo videlicet, quod bonis moribus eſt aduerſum, quale eſt ſolũ peccatum. (Ad argumentũ.)

10 Dictũ † eſt ſupra, ſi poſtquã furtũ, aut dolus, in adminiſtratione, aut in quauis alia re ſunt cõmiſſa, remittantur, validã eſſe remiſſionem: qm̃ non præbet occaſionẽ ruinæ, vt præberet, ſi quis dolũ, aut furtum, antequàm committerentur, remittat, ſed ſolũ condonat debitũ contractum, ac delictũ cõmiſſum, vt expreſsè habetur l. ſi vnus. §. illud, iuncta glo. ibi, & §. pacta. ff. de pactis. Obſeruandum tñ eſt, qñ quis adminiſtrationẽ alterius habuit, aut negociũ illius egit, vel quippiam cum eo partitus eſt, aut ſocietatem, vel quoduis aliud negocium habuit, ex eo, quòd vel a ratione adminiſtrationis reddenda liberetur, vel quòd, partitione facta, aut ratione cuiuſuis alterius rei reddita, liberationem accipiat ab eo, qui illam præſtare poterat: imò ex eo, quòd is, qui liberationem tradit, promittat ſe nihil deinceps ab eo exigiturũ ea de re, non propterea cenſeri condonare, ſi quid furto inde accepit, aut ſi quid dolo in ea adminiſtratione, aut negocio, commiſit: ſed poſſe id exigere, niſi expreſſe dolũ, aut furtũ commiſſum, condonauerit, vel talibus verbis liberationem, aut condonationẽ, efficiat, vt ſufficienter intelligatur, dolum ẽt, aut furtum, intendiſſe remittere. Ita habetur l. tres fratres, ff. de pactis, l. quidam decedens (aliàs l. ita autem. §. Iulianus) ff. de adminiſt. tut. l. Aurelio. §. Gaius. ff. de liber. legat.

legat.& l.30.tit.11.par.5. Habentq; hæc verũ ẽt ſi liberatio,& promiſſio,confirmata eſſet iuramẽto,vt rectè Couar.art.2.var.reſol.c.14.nu.1. Qm̃ iuramentum ſolum cõfirmat ea,quę in liberatione,& promiſſione,intelligebantur. Si tñ quis depoſitario culpam in depoſito commiſſam remitteret,cenſeretur ei dolum,& latam culpam remittere:qm̃ aliquam cenſeretur velle ei condonare: ille autem ſolum de dolo,& lata culpa, quæ dolo æquiparatur, tenebatur, vt ſuo loco patebit. Ita habetur l.ſi vnus §.illud, iuncta gl.ibi.ff.de pact.

11 Illud † verò eſt obſeruandũ,ſi cui,vel in præteritum,vel in futurum, remittatur rõnis redditio adminiſtrationis, aut ſi quid in negocio aliquo commiſit,aut cõmittet, leuiſſimã & leuem culpã cenſeri remiſſam,vt bene Couar.c.14. citato nu.3.adnotauit: id enim ſignificat ea remiſsio, quæ ſanè,neque in futurum,irrita eſt iure aliquo.

12 Poſtremò illud eſt † obſeruandũ, facta alicui liberatione rõnis reddendæ adminiſtrationis alicuius ſiue per vltimam voluntatẽ a teſtatore,ſiue alia rõne ea fiat, nihil id impedire,quin exigi ab illo poſſint,quæ,ſi facta non fuiſſet ea liberatio, reali actione reddere tenebatur. Imò verò,ſi vltra id,de quo rationem reddere illi remittitur, quippiam aliud debebat ei,qui reddere eam rationem illi remittit,id ẽt compelli poteſt ſolui. Ita colligitur ex l.Aurelio. §.Caius l.Aurelius §.Mæuia. & l.creditor debitori.§.Titia.ff.de liberat.legata. Lege Couar.c.14.citato, latè de his diſputantem.

Ex quibus cauſis licitum ſit,non implere promiſſionem acceptatam antequam impleatur.

DISPVTATIO CCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio antequam traditione perficiatur, ex quibus cauſis licitum ſit non impleri.*

2 *Promiſſionem, vt quis teneatur implere, quid ſit neceſſe.*

3 *Promiſſio generalis promittentem non obligat,niſi ad ea,ad quæ interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet, ſe obligaturum.*

Amplia multis modis,vt nu.6.

Item multo magis intellige in foro conſcientiæ,ſub eo,num.3.

Declara tamen,vt nu.7.8. 9.10.

4 *Promittens ducere aliquam mulierem in vxorem, ſi ante matrimonium contractum illa fornicetur,non tenetur eam ducere.*

Amplia idem eſſe, ſi ante matrimonium fieret leproſa,vel paralitica,aut aliud turpius accideret ei,num 5.

Declara,vt ibi.

11 *Promiſſio mutua, ſi ex vna parte non impleatur, poteſt licitè non impleri ex altera.*

12 *Ingratitudo quænam ſufficiat ad reuocandum etiã donationem perfectam.*

DIſputatione 263.oſtenſum eſt, fas eſſe reuocare promiſſionem, antequam acceptetur, exceptis nonnullis euentibus ibi explicatis. Suo etiã loco inferius explicabimus, quibus ex cauſis fas vniuerſim ſit reuocare donationẽ, ẽt ſi cõſummata omnino ſit per traditionẽ. Nunc verò ſolũ
1 diſputamus,ex qbus † cauſis licitũ ſit, non implere promiſſionẽ,anteq̃ traditione perficiatur: tum qñ acceptata eſt, tum etiã in euentibus,in quibus diſp.263.diximus, obligare antequã acceptetur.

D.Tho.2.2.q.110.art.3.ad quintum,cum Se-
2 neca & Tullio,ait,vt † quis teneatur implere promiſſionem alioquin obligantem, neceſſe eſſe, vt non mutetur ſtatus perſonarum, rerum ſeu negociorũ. Subſcribunt Caiet.2.2.q.88.art.1. & q.113.art.1. Sotus 7.de iuſtitia, q.2.artic.primo,ad primum Nauar.in manu.c.18. & doctores communiter. Non tamen ſufficit quæcunque mutatio. Verumtamen in primis ſufficeret,quæ adimpletionem de facto redderet impoſſibilem, aut etiam de iure, hoc eſt illicitam iuxta ea, quæ præcedentibus diſputationibus ſunt dicta.

Vt ſi promiſiſti tali die dare talem ſeruum,aut equum, & ante eum diem mortui ſunt, ad nihil eo ipſo teneris.

Si item enſem dare promiſiſti,& ante traditionem is,cui promiſſus eſt,in furiam, aut amẽtiam incidat,non teneris eum illi dare:quia potius peccares illum ei tradendo;teneris tamen,vel ſeruare illum ei in aliud tempus,vel tradere illum, aut æſtimationem illius,curatori.

Deinde, ea rerum mutatio deobligat promittentem ab adimpletione promiſſionis, quæ, ſi ei
3 † occurret,quando promiſit,eã exciperet, de eave interrogatus tunc,reſponderet,mentem ſuam nõ eſſe,in eo euentu ſe obligare. Ratio huius eſt qm̃ liberalis,gratuitave promiſſio, non plus obligat, quã promittẽs ſe intenderit obligare:promittens autẽ non intendit ſe in eo euentu obligare. Sicut enim in generali conceſſione non veniũt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſus,vt habetur reg.in generali,de reg.iur.lib.6. ita in promiſſione non veniunt euentus, quos,ſi in ſpeciali,cum his, vel illis circunſtantijs proponerẽtur, exciperet promittens, dum promiſit. Etenim quemadmodũ in legibus locum habet epicheia ad excipiendos euentus, de quibus dubitandum non eſt, ſi legiſlatori occurrerent illos excepiſſet, qui proinde eiuſmodi legibus non cenſentur cõprehenſi,eſto legiſlator nihil de eis quãdo legem tulit,cogitauerit:ſic ẽt in promiſſione,quæ eſt velut lex quædam, quam ſibi promittens imponit, non cenſentur comprehenſi euentus, quos tunc promittens excepiſſet,ſi ipſi occurrerent,aut proponerentur. Neque alius poteſt eſſe melior interpres ſuæ propriæ promiſſionis, quam promittẽs ipſe, eſto abſolutè promiſerit, neque quicquam de euentibus,tunc inopinatis,cogitauerit.

Quando namque ſuperueniunt,interrogãdus eſt,an ſi illi,dum promiſit,occurrerent, ab aliove proponerentur,diceret,mentem ſuam eſſe,in illis nolle ſe obligare: quod ſi id reſpondeat,cenſendi ſunt non fuiſſe comprehenſi.

Exempla ſunt. In primis, ſi Deo vouiſti oēs ſextas ferias anni ieiunare, eoque anno dies natiuitatis Dñi ſexta feria celebretur, in qua omnes fideles carnibus veſcuntur; ad iudicandum, an ea die, nihil impediente voto, poſſis carnibus veſci, & non ieiunare, interrogandus es, an ſi, dū votū emiſiſti, tibi occurreret, eo anno feſtum natiuitatis incidere in die veneris, eū diem exciperes. ꝙ ſi affirmãter reſpōderes, certè non teneris ieiunare.

Si autem trepides, ſcrupuloſusque ac timoratæ conſcientiæ, plus iuſto, ſis, arbitrio prudentis iudicandum eſt, te non teneri ieiunare. Neq; enim credendum eſt, te, & eo die, voluiſſe a carnibus abſtinere, & eſſe ſingularem cum familiæ onere in piſcibus tibi ſolis parandis.

4 Deinde, † ſi mulieri promiſiſti ductūrum eam vxorē, atque, ante matrimonium contractum, illa fornicetur, non teneris eam ducere: qm̄ non intēdiſti in eo euentu, ſuperueniente ve ea circunſtantia, te aſtringere ad illam ducendam vxorem: præterea, quia indigna eſt, cui fidem datā ſerues. Ita habetur cap quemadmodum, de iureiur.

5 Vbi † additur, idē eſſe, ſi poſt talem promiſſionem illa fieret leproſa, paralitica, vel amitteret oculos, aut naſum, vel aliquid aliud turpius, aut æquè turpe, illi eueniret: qm̄ hi omnes euentus per epicheiam cenſendi ſunt non compræhenſi in ea abſoluta, atq; ſine vlla limitatione promiſſione, quæ tñ tacitam habet conditionē, ſi rerum ſtatus illis modis non varietur. Idē eſſet, ſi ei, quā virginem exiſtimabas, promiſiſti ductūrū eā vxorem.

Si enim ante cōtractum matrimonium certò intelligas, vel experientia propria, vel relatione aliorum, eam tunc non fuiſſe virginem, non teneris illam ducere vxorem, quando, ſi id ſcires, nūquam ductūrum eam illi promiſiſſes. Quādo autem cap. quemadmodum citato, dicitur, eum, qui ſub iureiurando promiſit, ductūrum aliquam vxorem, non poſſe illi opponere fornicationē præcedentem, ſed ſubſequentem, intelligendum id eſt, de fornicatione præcedente ſibi nota tempore promiſſionis: ſecus autem de ignota, per quam virginitatem amiſit, aut quæ illam notabiliter reddidit magis infamem, quam antea ab eo eſſet nota. Si namque tempore promiſſionis infamis erat ob fornicationes, idque ſciebat, & nihilominus eā ductūrū promiſit, vtique, quod poſtea detegantur aliæ fornicationes, quæ paulò plus infamem eam reddunt, ſufficiens cauſa non eſt, vt fas ſit eam promiſſionem non adimplere.

6 Similiter, ſi † aliquid promiſiſti, atque ad tantam egeſtatem poſtea deueniſti, vt ſi id præſciuiſſes, numquam tale quid promitteres, non teneris promiſſionem implere. Si item operam tuam alicui promiſiſti ad illius negocium gerendum, aut ad quippiam aliud, inciditque filius tuus in grauem morbum, ita vt multum indigeat opera, & præſentia tua, neque rei vtrique ſufficiens ſis, nō teneris promiſſionem implere: quoniam non intendebas in eo euentu te obligare.

Idem eſt in alijs ſimilibus euentibus, qui prudentis arbitrio iudicandi ſunt, ſpectata qualitate, & quantitate, mutationis rerum, collataque cum re promiſſa, atque expenſis cæteris circunſtātijs concurrentibus: ſemper namque id erit ſequendum, quod recta ratio præſcripſerit, prudentisve iudicauerit arbitrium, vt probè Caiet. q. 113. citata adnotauit, neque alia commodior, ac certior regula poteſt ſtatui. Habenda verò ante mentis oculos ſunt exempla propoſita, quibus facilè quiuis manducetur ad iudicandum in alijs, qui occurrerint, euentibus.

7 Sunt verò nōnulla obſeruanda. Primum † eſt, ſi poſtquā quis in mora fuit implendi, quod promiſit, ſuperueniat impedimentum, quod, ſi ante moram ſuperueniſſet, eum omnino deobligaret, non manere omnino deobligatum: qm̄, licèt iam tunc non teneatur implere, quod promiſit, tenetur tñ ad intereſſe, damnaque ex eo ſubſequuta, quod nō impleuerit tempore, quo potuit, & debuit. Vnde, ſi promiſiſti ſoluere centum hoc menſe, &, cum poſſes, neque vlla adeſſet cauſa, quæ te excuſaret, id omiſiſti, caſuque poſtea in maximam deueniſti egeſtatem, certè id non te excuſat ab onere ea ſoluendi, non ſecus, atque alia debita, ad quæ ex delicto, aut contractu oneroſo ante eam egeſtatem tenebaris: quoniam a tempore moræ teneris ex iniuſta detentione ad intereſſe, damnaque ſubſequuta, atque adeo ex delicto.

8 Secundū, ſi impedimentum † excuſans ab impletione promiſſionis ſit ad tēpus: poſtea, ſublato impedimento, implendā eſſe promiſſionē. Vt, ſi religionē ingredi promiſiſti, ſuperueniēte euētu, quē ſi prouidiſſes, non te aſtrinxiſſes ad ingrediendū in eo euentu, certè, redeuntibus rebus ad priſtinū ſtatum, ingredi teneris religionem. Hęc tñ obſeruatio prudētis arbitrio eſt iudicanda; neque enim eſt vniuerſim vera. Si namq;, dū diues eſſes, centum Petro ex liberalitate promiſiſti, qa te ſtatus & abundantia bonorum, inter alia, ad id inuitauit, atq; antequam eſſes in mora, ſubitò in maximam deueniſti paupertatem, profectò omnino excuſaris ab adimpletione promiſſionis, neque ſi poſtea caſu aliquo, aut tua induſtria, ad pinguē deueniſti fortunam, teneris implere promiſſionem; qm̄ non te intendiſti obligare, niſi non variato rerum ſtatu, in quo, qñ promiſiſti, eras.

9 Tertiū, qñ † quis ob mutationem ſtatus rerū ab adimpletione promiſſionis deobligatur, deobligari ab illa implenda, etiam ſi iurō ſit cōfirmata; id quod probat c. quemadmodum, de iureiur. ſupra citatum. Ibi namq; de promiſſione iuramento confirmata erat ſermo. Suffragatur etiā ratio. Etenim ꝙ cōditionē tacitam admittit promiſſio, ſi iuramento non confirmetur, admittit, qñ illi accedit iurum. Neque enim aliud ſub iuramento promittimus, quam quod continet promiſsio in ſe, quam iuramento confirmamus.

10 Quartum, valdèque † attendendum eſt, Longè diuerſa eſſe, promittentem non penetraſſe, quod promiſit, ita videlicet, vt ſi, quæ in re promiſſa continebantur, omnino penetraſſet, eave fuiſſet expertus, continuiſſet ſe ab emittenda tali promiſſione, & rerum ſtatū ita eſſe mutatū, vt ſi ea mutatio, dum promittebat, occurriſſet, nollet in eo euentu promittere, vel ſe obligare. Ex his

autem

autem duobus, hoc ſecundum eſt, de quo hactenus ſumus loquuti, & quod cum communi Doctorum ſententia dicimus de obligare ad implenda promiſſione.

Illud verò primum nequaquam à promiſſione implenda deobligat: quoniam ea, quæ non ſatis penetrauit: & quæ in particulari non erat expertus, ſunt, quæ in promiſſione continentur annexave ſunt rei, quam promiſit, ac proinde ea omnia promiſit, eſto, ſi ea eſſet expertus, illaq; penetraſſet, nunquam talem promiſſionem emiſiſſet: ſibi autem imputet, quod, re non ſatis expenſa, ac cognita, id promiſerit.

Hac ratione non deobligatur ab ingreſſu religionis, qui, non penetrans pœnitentias & difficultates alicuius religionis, eam vouit. Neque poſtea integrum ex eo capite illi eſt, eam egredi, quòd, ſi illa penetraſſet, fuiſſetque expertus, nunquam id vouiſſet. Quin potius, ſi egrediatur voti eſt tranſgreſſor, lethaliterque peccat, vt omnes confitentur, ſeruatque Eccleſiæ praxis.

Votum namque non ſolum non ſatis maturè, ſed & temerè animi leuitate factum, obligat. Tametſi leuitas animi in vouendo, conducat ad facilius impetrandam diſpenſationem, quãdo aliæ adſunt cauſæ, nempe quia non habet mores, natura mue, ſtatui illi ſatis aptam, aut vires competentes ad laborem religionis, aut aliud ſimile.

Dubium eſt, vtrum ſi duo viciſſim ſibi aliqua
11 † promittant, neutraq; promiſſio facta ſit intuitu, aut in recompenſationẽ alterius, fas ſit vni ea de cauſa non implere, quod alter nõ ad impleat. Nauar. c. decimo octauo, nu. 7. citato, negat.

Longè verò probabilius arbitror, fas id eſſe. Sicut enim in alijs debitis locum habet compenſatio, ſic etiam in debitis ex gratuita promiſſione. Adde, alterum eo ipſo, quod implere ex ſua parte non vult, indignum eſſe, cui promiſſio impleatur, eſſeque ingratum.

12 Quæ ingratitudo † ſufficiat ad reuocandã donationem, etiam ſi eſſet completa adhibitione rei promiſſæ, longè plus ſufficit ad promiſſionẽ non implendam: quæ autem ad reuocandam donationem ſufficiat, dicetur ſuo loco inferius.

Quando promiſſio facta eſt ob cauſam, quæ non exiſtit, dicetur inferius ſuo loco, quando non obliget.

Diſcrimen inter promiſſionem, & donationem conſummatam.

DISPVTATIO CCLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vnde dicta.*
2 *Donatio quid*
3 *Donatio quando dicatur perfecta.*
4 *Donatio perfecta in quo differat a promiſſionẽ acceptata, & ad impletionem obligante.*
5 *Donatio vt ualida ſit, quæ ſint neceſſaria.*

1 Donatio, † vt Paulus Iuriſconſultus l. Senatus. ff. mort. cauſa donatio. ait, dicitur a dono, quaſi doni datio. Quo fit vt ſolum habeat locum, quando datio ex liberalitate procedit.

Tum enim ſolum datum rationem habet doni. Vt autem colligitur ex D. Thom. in prima diſtinctio. decimaoctaua, quæſtio. prima articul. ſecundo, & ex Ariſt. quarto Ethicor. capitul. ſecundo, poteſt in hunc modum definiri.

2 Eſt † datio liberalis, ſeu, vt Diuus Thomas, & Ariſto. aiunt, irredibilis, id eſt, non in commutationem pro re alia quæ retribuatur. Intellige, qua ſi vna ex iuſtitia ſit debita in recompenſationem pro alia, vt comprehendamus remuneratoriam donationem, quæ verè eſt donatio ex liberalitate procedens, idque, quòd ea datur, verè eſt donum; tametſi procedat ſimul ex gratitudine: quod rationem donationis non impedit. Porrò is, cui donatio ſit donatarius nuncupatur.

Vt diſputatione 252. 254. & 255. dictum eſt,
3 donatio † tunc eſt perfecta, rationemque ſortitur contractus nominati, quando ſit traditio rei, quæ donatur, & acceptatur; idque ſiue traditio actu vero, ſiue ficto, fiat, iuxta ea, quæ in materia de poſſeſsione dicta ſunt.

4 Donatio † ergo hoc modo ſumpta, differt a promiſsione acceptata atque obligãte ad impletionem, quòd donatione transfertur dominium in donatarium, eo quòd interueniat traditio: promiſsione verò acceptata, non item, ſed ſolum comparat donatarius ius ad rem ſibi promiſſam, iuxta ea quæ diſputatione ſecunda, & tertia, dicta ſunt.

Quo fit, vt ſi is, qui promiſit, rem promiſſam alteri tradat, ſiue gratuito, ſiue oneroſo titulo, cõparet is dominium illius, cui tradita eſt ille verò alius, cui erat promiſſa, ſolum perſonali actione agere poteſt ad intereſſe aduerſus eum, qui ſibi illam promiſit: eo quod non haberet ius in re, ſed ad rem, iuxta ea quæ ibidem dicta ſunt.

5 Vt donatio † preſſe ſumpta valida ſit, ea omnia ſunt neceſſaria, quæ ad validam promiſsionẽ præcedentibus diſputationibus neceſſaria eſſe explicauimus. Interdum verò ſumitur donatio latè, vt etiam gratuitam promiſsionem, antequam impleatur, comprahendit. Quemadmodum autẽ explicando promiſsionem multa miſcuimus de donatione latè ſumpta: ſic in ſequentibus de eadẽ donatione latè ſumpta erit plurimum ſermo.

Qui donare poſſint: Et peculiariter de eleemoſynis, & donationibus vxoris.

DISPVTATIO CCLXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Donare, contrahere, & promittere quilibet poteſt, qui non reperiatur expreſſe prohibitus.*
2 *Poteſtati alterius ſubiecti vſque ad quam ſummã donare, vel promittere poſſit.*

D 2 *Vxores*

3 *Vxores vſque ad quā ſummam donare poſſint. Vbi recitantur opiniones, nu. 6. Decidit. nu. 7.*

4 *Matrimonia in Luſitania duob. mod. celebrantur. & in dubio primo modo intelliguntur cōtracta.*

5 *Matrimonium contractum de iure communi valde differt a matrimonio contracto de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.*

8 *Vxor non poteſt immoderatas eleemoſynas facere ſine conſenſu viri.*

Et ita ex hoc habetur intellectus ad c. quod Deo. 33. q. 5. vbi Auguſtinus.

9 *Donationes remuneratoriæ inter coniuges non debent conuerti in eleemoſynas propinquorum alterius coniugis.*

10 *Vxor quando poſſit eius nutrici etiam contra uoluntatem præſumptam viri ſui, dare certā quantitatem pecuniæ.*

11 *Vxor poteſt ad euitandum nobile, & temporale damnum viri, aut familiæ, donare, & ſumptus facere neceſſarios.*

Et quid de damno ſpirituali, an poſſit pro eruendo virum a peccato, eleemoſynas facere? num. ſeq.

12 *Vxor ſi habeat virum prodigum, poteſt contra illius voluntatem, abſcondere, & ſeruare bona.*

13 *Vxor habens adminiſtrationem bonorum poteſt donare, & eleemoſynas, & ſumptus facere, quæ vir conſueuerat.*

14 *Vxor ſi habeat victum a marito præſcriptum, poteſt parcius viuendo de illo donare, & eleemoſynas facere, ex communi.*

1 Ii, de quib. diſp. 261. dictum † eſt, celebrare poſſe contractus, donare poſſunt, ſiue ad pia elargendo eleemoſynas, ſiue ad non pia: niſi quatenus ratione aliqua prohibiti ſint, vt explicabitur.

2 Illud † vniuerſim dici poteſt quo ad eos, qui alterius ſubſunt poteſtati circa adminiſtrationē aliquorum bonorum poſſe de eis donare, tam in eleemoſynas, quam quouis alio modo, de conſenſu ſiue expreſſo, ſiue tacito, aut præſumpto eius, cui ita ſubſunt, quantum intellexerint illius eſſe voluntatē. Ita doctores cōiter, & inter alios, D. Tho. 2.2. q. 32. artic. 8. tametſi de ſolis eleemoſynis eo loco agat, resque ex ſe eſt notiſſima.

3 Vt verò examinemus quouſque † vxores, quæ ſub virorum ſunt poteſtate, donare poſſint, obſeruandum eſt. Duobus modis celebrari matrimonia in Luſitania, vt latius dicemus inferius, dum de contractu ſocietatis fuerit ſermo.

4 Vno, † contractu medietatis bonorum, de quo nulla mentio fit de iure cōi, & quo pacto cenſentur matrimonia oīa contracta in eo regno, niſi fuerit aliud expreſſum tempore celebrationis matrimonij. Eo namque ipſo, quod matrimonium per carnalem copulam fuerit conſummatum, bona vtriuſque coniugis cōia fiunt quo ad dñium, diſſolutoque matrimonio per mortem alterius, aut facto diuortio inter illos, diuidūtur bona omnia in duas partes æquales, & vna traditur vni, alia verò alteri, aut hæredibus illius. Altero modo celebratur, contractu arrharum & dotis, vt vocant, de quo ſolo mentio fit de iure cōi. Eſt verò

5 latiſſimum † diſcrimen, maximeque obſeruandum ad rem, de qua modo agimus, inter hoc matrimonium, vt celebrabatur de iure cōi, & vt celebratur de iure Regni Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitaniæ. Quòd de iure cōi viro dabatur certum quid in dotem vxoris ad ſuſtinenda onera matrimonij, ſeu vt vxori competentem tribueret ſuſtentationem: adminiſtratio aūt dotis & fructus oēs, atque emolumenta illius toto tempore, quo matrimonium perſeuerabat, pertinebant ad ſolum virū: diſſoluto verò matrimonio, reſtituebat ſolam dotem vxori, aut hæredibus illius. Præter dotem, tenebatur vxor adminiſtrare familiā quo ad ea, quæ propria ſunt vxoris in familia, atque adeo tenebatur præſtare induſtriam, & operas, quæ, attenta qualitate ipſius & familiæ, ipsā decerent, & quas familiæ adminiſtratio poſtularet. Si quid aūt vlterius ſua induſtria, opera, & labore lucrabatur, ſuum erat, & non mariti. Præterea, omnia alia bona, quæ, perſoluta dote, vxori reſtabant, & quæ poſtea illi donatione, legato, iure hæreditario, aut quacunque alia ratione, obueniebant, aut acquirebat, ad ipſam ſpectabant, non ſolum quo ad dñium, ſed ēt quo ad adminiſtrationē liberāq. eorū diſpōnē: tametſi poterat adminiſtrationē eorū cōmittere marito, ſi vellet. Atq; hæc omnia bona, parapherna, ſeu paraphernalia, dnr, a para, quod græcè ſignificat iuxta, & pherna, qđ ſignificat dotē, quaſi bona iuxta dotē. De iure verò Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitaniæ, adminiſtratio omniū bonorū, ēt paraphernaliū vxoris, atq; opera & induſtria vxoris conſtāte matrimonio acquiſita ptinet ad ſolum maritum: nullāq; oīno hēt vxor adminiſtrationē bonorū, niſi forte, dū cōtraxerunt, aliqua ſibi excepit ad ſuos vſus, & liberā adminiſtrationē ac diſpōnē: qđ q̄ rariſſimè euenit. Diſſoluto verò matrimonio, vxor extrahit prius, quæcunq; attulit, eſto nihil remaneat marito, aut hæredib. mariti: deinde extrahit maritus, q̄cunq; ēt attulit, ſi qđ verò bonorū ſuperfluit, tale incrementū appellatur bona ſuplucrata, dimidiūq; ptinet ad virū, & alterum dimidiū ad vxorē, aut hæredes vxoris.

6 Hoc † ita cōſtituto, ad rē accedamus. Pal. in 4. d. 15. q. 3. ar. 6. cōcl. 2. Gab. ibid. d. 16. q. 4. cōcl. 4. autores ſummarum ver. eleemoſyna, & doctores cōiter affirmāt, vxorē de bonis paraphernalib. facere poſſe eleemoſynā, & alias donationes, quas voluerit, ēt inuito marito: eo qđ dñium, & adminiſtratio eorū, ad ipsā ſpectet, neq; ea in parte viro ſubjciatur. Atque hoc ipſum innuit D. Th. 2. 2. q. 32. ar. 8. ad ſcdm: verumq; eſt de iure cōi, iuxta ea, q̄ paulo ante retulimus, de quo ipſi loquuntur Nau. in Man. c. 17. n. 154. hoc reſtringit, niſi vbi cōſuetudo, & ſtatuta prouinciæ aliter decernerēt: qđ pp ius Caſtellæ, & cōſuetudinē Luſitaniæ addidiſſe uī, in quib. adminiſtratio bonorū paraphernaliū ad ſolū uirū ſpectat. Vnde cenſet, in his regnis nō poſſe uxores facere eleemoſynam de bonis paraphernalib. ſine cōſenſu, ſaltem tacito, uiri, ut ſtatim ſubiungit de bonis cōib. ſuperlucratis eā nō poſſe facere eleemoſynam in eiſdē regnis ſine uiri cōſenſu: eo qđ illorū adminiſtratio, non ad uxorem, ſed ad ſolum uirum ſpectet.

Palud.

Palud.& Gabr.locis citatis,Syluest.& Angel. verb. eleemoſyna, Richard. in 4.d.15.art.2.q.6. D.Thom.2.2 q.32.art.8 ad 2.& alij, aſſerunt,ſi vxor laborioſa atque induſtrioſa ſit, nihilq; ſubtrahendo de ijs, quæ ad competentē ſuæ familiæ adminiſtrationem ex ſuo opere, & labore neceſſaria ſunt, aliquid inſuper lucretur acu, aut quocunque alio labore & induſtria, poſſe de eiuſmodi lucro facere eleemoſynas, & donationes,etiam inuito viro:q̄m tale lucrū ſuum eſt quo ad dominium & adminiſtrationem. Loquuntur tñ hi Doctores de iure cõi,iuxta quod,quæ eo modo comparat,ipſius ſunt,ēt quo ad adminiſtrationem, vt dictum eſt Nauar.tamen nu. 154. citato contrarium affirmat habere verū in Luſitaniæ & Caſtellæ regnis:eo ꝙ huiuſmodi lucra,vna cum cæteris, cõmunia ſint viris cum vxoribus, adminiſtratioque tota eorum ad ſolum virum pertineat: quare non plus poteſt donare de iure eiuſmodi lucris ſine viri facultate, quā de bonis paraphernalibus. Doctores cõiter, ſi eorum dicta rectè expendas, conuenire videntur,vxores de bonis,quorum adminiſtratio ad virum ſpectat, non poſſe facere eleemoſynam, & multo minus alias donationes, abſque expreſſo, aut præſumpto, viri conſenſu. Quare,cū in his duobus regnis adminiſtratio omnium vniuerſim bonorū pertineat ad virū ex eorumdem dictis videtur ſequi vxores nullā regulariter poſſe facere eleemoſynā, aut donationem, ſine conſenſu,ſaltem præſumpto,viri:ſi verò, illā efficiant, peccare, tenerique reſtituere, quod ita dederint, ſaltem accipiendo id in partem bonorum,quæ ipſas continget,ſi viros id velle arbitrentur, aut dubitent, niſi veniam a viris obtineant. Atque hæc videtur eſſe Nauarri ſententia.

Doctores nihilominus cõiter affirmāt,vxores, ſine viri expreſſa facultate & conſenſu,poſſe facere eleemoſynas,quas mulieres eiuſdem ſtatus, & conditionis,pro facultatum quantitate,ac liberorum,& familiæ indigentia, ſolent cõiter efficere: idemque cenſent de alijs donationibus, & alienationibus,quæ a mediocribus eiuſdem ſtatus & cõditionis mulieribus fieri ſolent. Ratio eſt,quia præſumere poſſunt,eam eſſe viri voluntatē. Quin D.Tho.in 4.d 15.q.2.art.5.q.1. Nauar.loco citato.n.153. Abulenſ.in 6.c.Matth.q.57. Sylu.& Ang.locis citatis,addunt. Quamuis maritus prohibeat vxorē ſimilia facere,poſſe eam ſibi perſuadere,inſtitutū mariti ea prohibitione ſolū eſſe, vt ipſam cõtineat,ne vltra cõſuetū modū eleemoſynas,& ſimilia efficiat:nõ verò,ne cõſueta efficiat.

In euentu autem,in quo mulier ſibi perſuaderet, mariti voluntatē eſſe, ne quicquam omnino in eleemoſynam tribuat, ait Palud. loco citato, poſſe de communibus bonis diſtribuere, quātum diſſoluto matrimonio ad ipſam, vel ad liberos ſuos, de bonis ipſius ſpectabit, ſumendo id in eā partem,quo tempore diſſolutum fuerit matrimonium. Iuxta quam ſententiam maiores eleemoſynas,quam conſuetas, poſſet eo animo efficere.

Eſt tamen opinio falſa: quoniā, cum adminiſtratio omnium bonorum ad virum,cõſtante matrimonio,pertineat, non poteſt vxor, ipſo inuito, priuare eum parte talis adminiſtrationis. Præſertim cum id in damnū mariti alia via cedat. Tum quia proprij ipſius filij, quos ex ea ſuſcipiet, minorem legitimam portionem tempore diſſoluti matrimonij in bonis talis mulieris habebunt. Tum etiam q̄m bonis,quæ ita vxor expendit,negociari,atque lucrari poterat alia. Tum denique q̄m minui poſſunt bona cõia,ita,vt,diſſoluto matrimonio, non tanta portio vxori ex illis obueniat, periculoque ſe exponit mulier, ne, aſſueta eiuſmodi largitionibus, tandem de bonis ēt mariti donet Nauar. Abulen. Syluest. locis citatis,& alij,cenſent,q̄ñ vxori conſtaret, voluntatem mariti eſſe,vt nihil omnino donet,aut expēdat, peccare,ſi quid,ēt in eleemoſynas,donet,tenerique reſtituere id marito, ſaltē accipiendo id in partem bonorū,quæ ad ipſam ſpectat. Quin Nauar. loco citato idem ait,ſi quid contra mariti voluntatem inſumat in ludis,pigmētis, & alijs ſimilibus reb.

7 Equidem, † quemadmodū falsā omnino exiſtimo opinionē Paludani: ſic duram nimis,mihi meq; amplectendā cenſeo horū aliorū doctorum ſententiā, quatenus negant, vxorē, ēt inuito marito,poſſe facere moderatas eleemoſynas, & alias donationes,atq; alienationes,quas mulieres eiuſdem ſtatus & conditionis facere conſueuerūt pro qualitate facultatum vtriuſque coniugis,dotis,& bonorum,quę ipſa adduxit, atq; aliarum circunſtantiarū cõcurrētium:idq; pręſertim Hiſpanijs, & maximè in Luſitania, quando matrimonium contractu medietatis bonorum fuit celebratum. Deciſ.

Primò, quoniam vxor non eſt mancipium viri,ſed ſocia,neque eſt expers adminiſtrationis familiæ, & bonorum, ſed compar, tametſi viro ea in parte ſubiecta tamquam familię capiti,ne quid inordinatè,aut ſuperflue efficiat.

Secūdò,q̄m nõ perinde debet vir vxori alimēta,& ſuſtentationē,atq; filio,vt eſſe poſſit, qualis vir voluerit: ſed debet illi,tanquā ſociæ, familiæque matri,decentem ſuſtentationem pro qualitate ſtatus,& quantitate facultatum vtriuſque, ſpectatiſque alijs circunſtantijs concurrentibus in cuius quaſi precium vxor dedit illi dotē, & inſuper præſtat iuuamen,atque operas ſuas,quantum poſtulat recta familiæ adminiſtratio ex parte vxoris: ad decentem autem ſuſtentationem vxoris pertinent ea omnia, quæ fœminæ ſtatus,& conditionis ipſius,habere & facere conſueuerunt.

Neque enim pater decentem ſuſtentationem tradere diceretur filio in ſtudio,aut curia, niſi illi ſupeditaret neceſſaria, non ſolum ad victum, & veſtitum, ſed etiam ad ſumptus, quos iuuenes eiuſdem conditionis & ſtatus facere ibidem conſueuerunt: eodemque modo vxori non diceretur tradere competentem ſuſtentationem,niſi illi habere, ac facere permitteret, quæ mulieres eiuſdem conditionis & ſtatus communiter habere,& facere conſueuerunt. Quin potius,ſi certa portio illi in iudicio ad ſuam competentem ſuſtentationem adiudicaretur, ratio in ea adiudicanda haberetur, non ſolum victus, veſtitus, ornatus, ac famulatus, iuxta qualitatem ſuę perſonę,ſpectatiſque cęteris circunſtantijs concurrētibus,

bus,ſed ēt eleemoſynarum, & honeſtę recreationis,atq; donationum,quas recta ratio poſtularet, vt,ſpectatis eiſdem circumſtātijs,efficeret. Quia ergo vir irrationabiliter illi prohiberet eiuſmodi omnes ſumptus vxor ſtare non teneretur tali prohibitioni,vtpotè irrationabili, ſibique iniurioſæ, niſi peculiaris aliqua ratio interueniret, propter quā ipſi potius, quā alijs eiuſdem ſtatus & cōditionis id interdiceretur: vt ſi deuenirēt ad maiorē paupertatē, quam eſſet aliorum ſui ſtatus, aut haberent plures filios,quam illi: Tunc enim ęquitas poſtularet,vt coniux vterque ſumptus temperaret, vxorque viro parere teneretur,dum limites æquitatis nō tranſgrederetur: in dubioque mariti præſcripto ſtare teneretur. Iuxta hæc ergo, dū vxor non alios ſumptus facit in victu, veſtitu, ornatu, eleemoſynis, honeſtis recreationibus, & moderatis largitionibus, quam conſuetos aliarū mediocrium ſui ſtatus, dicendum eſt, illam non peccare, eſto contra viri voluntatē illos efficiat.

Imò, eſto peccaret faciendo contra viri voluntatem aliquos vltra regulariter conſuetos inter mediocres eiuſdem ſtatus; ſi tamen non excederent latitudinem ſumptuum, quos mulieres ſui ſtatus facere conſueuerunt arbitror, nō teneretur reſtituere: qm̄ non eſſent vltra eos,quos, dū contraxit,quaſi emit,& per conſequens,nō tam peccaret contra iuſtitiam quam contra obedientiam, quam ea in parte marito debet. Semper tamē cōfeſſarij reſtringere debent vxores,vt, quoad fieri poſſit, maritis obtemperent, pacemque cum eis ſeruent. Pręſertim cum nullum periculum immineat peccati ex parte ipſarū, ſi a ſumptibus abſtineāt,& facilè per exceſſum incurrere poſſint peccatum, ſi virorum tranſgrediantur voluntatem.

Quādo aūt vxores contra mariti volūtatē notoriè excederēt,nō ſolum peccarēt,ſed ēt reſtituere tenerētur exceſſum,ſi intelligerent,maritos ad reſtitutionem velle eas obligare, aut ea de re dubitarent. Ad noſtrā hāc ſnīam explicatā accedere videntur Richardus loco cit. Viguerius in inſti.c. 12.§.2.ver.5.& Io. Med.in codice de elemoſy.q. de q̄bus bonis ſit eleemoſyna faciēda.§.ex dictis.

Dixi ſupra, hanc noſtram ſententiam habere locum præſertim in Hiſpanijs: quoniam in eis vxores nulla bona ſibi reſeruant, quorum diſpoſitio ad eas pertineat, vt ſibi vxores de iure communi reſeruabant bona paraphernalia, ex quib. liberè poterant eleemoſynas,& alias donationes, ac ſumptus, pro libito facere in quacumque ſumma:durum autem,atque irrationabile valde eſſet, miſeram mulierem, quæ in manus incideret auſteri,atque auari viri, nihil omnino poſſe alienare ad ſuum decentem ornatum,competentes eleemoſynas,atque honeſtam recreationem,neque illa, quæ mediocres mulieres ſui ſtatus alienare conſueuerunt,abſque illius facultate,valdeque irrationabiliter, & iniuſte inita eſſet cenſenda talis ſocietas bonorum inter virum & vxorem.

Addidi, maximè in Luſitania, qn̄ matrimonium contractu medietatis bonorum eſt celebratum:quoniam, licet in Luſitaniæ & Caſtellæ regnis,quando matrimonium contractu arrharum & dotis eſt celebratū,adminiſtratio omnium bonorum pertineat ad maritos, nihilominus dos, bona paraphernalia,& arrhæ,ſemper ſalua vxori manent,idque totum accipit ipſa,aut hæredes ipſius, diſſoluto matrimonio, eſto nihil remaneat viro,aut hæredibus viri. neque tenetur ad debita a marito conſtante matrimonio contracta quin potius præfertur alijs creditoribus: quando autem matrimonium contractu medietatis bonorum eſt celebratum, non ſic res habet, ſed ſumptuū omnium,quos vir facit,dimidium perit vxori: ſi autem, conſumptis omnibus bonis viri, & vxoris, aliqua debita remaneant diſſoluto matrimonio per mortem viri, vxor tenetur ſoluere dimidium: multo autem durius eſt, vxorem talem ineundo ſocietatem bonorum cū viro, nihil omnino abſq; illius facultate poſſe alienare:ſed, ſi ille auſterus & auarus ſit,ad omniaque deneget illi facultatem, teneatur illi reſtituere, quæ moderatè, iuxta aliarum ſui ſtatus conſuetudinem, alienauerit, libero illo remanente ad alienandum de communibus vtriuſq; bonis, quæ libuerit,quam ſit in contractu arrhatum & dotis.

8 Quod ſi † quis nobis obijciat, cap. quod Deo. 33.q. 5. vbi Auguſtinus cuidam coniugatæ ait: *nihil de tua veſte,nihil de tuo auro, vel argento,vel quacunque pecunia,aut rebus vllis terrenis tuis,ſine arbitrio eius*(viri ſcilicet)*facere debuiſti*. Dicēdum eſt ibi loqui Auguſtinum, de immoderatis eleemoſynis, & largitionibus, quales illæ erant. Erogauerat enim omnia bona ſua viuente marito, indutaque monachali habitu, inſtar monialium,in domo priuata viuere volebat. Obiectio

Quia ergo vxor moderatas eleemoſynas, & donationes,pro qualitate ſui ſtatus facere,poteſt, etiam ſine viri facultate,vt dictum eſt; ſanè poteſt eas congregare, non ſolum parentibus indigentibus,ſed etiam fratribus, aut alijs conſanguineis, eaſq; illis tribuere abſq; viri facultate: modo tamen alias eleemoſynas, & largitiones non faciat, quæ ſimul cum his ſumptæ ſummam,quam ſine mariti facultate poteſt expendere,excedant.

Eodéque modo vir,quæ in alios pauperes pōt diſtribuere,aut alijs elargiri,poterit congregare, & diſtribuere conſanguineis ſuis indigentibus.

Poſſumus hoc probare, quoniam ordo caritatis poſtulat, vt pauperes conſanguinei, aut affines,alijs pauperibus,cęteris paribus pręferantur: quare, cum ea omnia alijs pauperibus poſſent licite tribui,aut etiā donari,non indigentibus, conſequens profectò eſt, vt tribui licitè poſſint conſanguineis indigentibus. Immo æquitas poſtulat, vt aliquantulū in conſanguineos benignior ſit, quam in alios, & vt id non ægrè ferat alter coniux,dummodo exceſſus nō ſit multus:quoniā vna ex circumſtantijs,quæ expendi debent ad iudicandum, quantum vxor ſine conſenſu viri, aut etiam vir ſine conſenſu vxoris, expendere poſſit, eſt, indigentia occurrens ſuorum propinquorū.

Nonnulla tamen ſunt obſeruanda. Primum
9 eſt,ne † remuneratoriæ donationes, quæ quibuſdam ex gratitudine debentur, ac proinde ad quas vterque coniux tenetur, omittantur, & conuertantur

certantur in eleemoſynas eiuſmodi propinquorum alterius coniugis. Ratio autem, cur hoc obſeruandum ſit, eſt. Tum quia eiuſmodi remuneratoriæ donationes, eſſe poſſunt maiores, pro quantitate meritorum, quam aliæ.

Tum ét quia id debitum eſt vtriuſque coniugis, ceditq; in ſplendorẽ & honorem vtriuſque: vnus aũt coniux non põt priuare alterũ eo emolumento, tribuendo id ſuis conſanguineis indigentibus. Secundum eſt, vt, niſi indigentia cõſanguineorũ ſit maxima, aliquæ nihilominus eleemoſynæ ordinariæ fiãt alijs, in exẽplũ vicinorũ, & honorem familiæ, atq; ne alijs id generet ſcandalum, qui neſciunt cauſam, cur cõſuetæ eleemoſynæ prætermittantur. Tertium eſt diſp. 218. circa quintum effectum patriæ poteſtatis, explicatũ eſſe, quouſque, non ſolũ filij, ſed ét filiæ, eſto coniugatæ ſint, teneantur præbere alimenta parentibus eis indigentibus; poſſeq; illas, ac teneri, ſoluere hoc debitum etiam inuito marito. Lege quę ibi dicta ſunt. Quin arbitror, eiuſmodi debitũ de cõmunibus bonis vtriuſque coniugis eſſe ſoluendam, ſi matrimonium contractu medietatis fuit celebratum. Si verò arrharum & dotis, exiſtimo ſoluendũ eſſe de bonis ſuperlucratis, ſi quæ tunc ſint. Quòd ſi bona ſuperlucrata non ſint, idque parentibus vxoris tribuantur, debere vxorem ſumere, quod ita fuerit inſumptum in partem, quæ ipſam, diſſoluto matrimonio contingit.

Dubiũ. 10 Ex dictis † poſſumus decidere quæſtionẽ, cui Nauar. loco citato nu. 155. reſpondet, an videlicet mulier, quæ ampliſſimam attulit dotem, poſſit ei, quæ ipſi lac præbuit, tradere quadraginta aureos contra præſumptam viri voluntatem. Nauarr. negat, etiam ſi per partem diſcurſu temporis eos illi daret, quando a principio intendit ad eam ſummam per partes deuenire.

Deciſ. Credo tñ habendam in primis eſſe rõnem cõparatione vxoris, rationemque poſtulare, vt eam faciat, modo non ſit immoderata, attenta qualitate talis vxoris: at verò vxor dote, & bonis ſuis emit, vt expenſas poſſet efficere, quas ad eã facere ſpectat; quare, ſi maritus, attentis facultatibus vtriuſque, poſſet eã donationẽ facere ſuæ propriæ nutrici, fortaſſe poſſet etiam facere vxor eandem ſuæ nutrici, præſertim ſi matrimoniũ contractu medietatis fuit celebratum, aut (eſto contractu arrharum & dotis celebratũ fuerit) ſi ſint bona ſuperlucrata cõia vtrique coniugi, poterit illam facere in Hiſpanijs de illis communibus bonis.

Deniq; quamuis cenſeã, non eſſe plus iuſto habenas laxandas vxoribus, ſed reſtringendas potius eas eſſe hac in parte, certe, ſi vxor ſe ab alijs donationibus & ſumptibus, alioquin ſibi licitis, contineret, vt eam ſummam nutrici, quando æquitas poſtulat, tribueret, tam amplam dotem, & tot bona potuit afferre, & tam copioſæ vtriuſque coniugis poſſent eſſe facultates, vt nõ dubitarem affirmare, licitum eſſe dare eam ſummam, vel ſimul, vel certe per partes: at verò habere a principio animum ad eam ſummam perueniendi per partes, non credo ſufficientem cauſam eſſe, vt id illicitum ſit, quando licitum eſſet ſine eo animo decurſu temporis idem efficere.

Quæ ſequuntur, confitentur doctores, licere 11 vxori clam, inuitoque marito. In † primis, ad vitandum notabile damnum viri, aut familiæ, elargiri poterit vxor, aut inſumere, quæ ad id expedire iudicauerit.

Sic Abigail contra, atque vir eius fecerat, illo minimè conſulto, obtulit munera Dauid 1. Regum 25. quibus illum placauit. Ita affirmant Palud. Gabr. Nau. & pleriquealijs locis citatis. Ratio autem eſt, quoniam damnum temporale viri, aut familiæ, in ipſam etiam vxorem, & in bona ipſius, redundat: eaque de cauſa ſiue immineat ex malitia viri, ſiue aliunde, & ſiue ex inaduertẽtia, ignorantia, impotentia, malitia, aut alia ratione, vir illi non occurrat, licitum eſt vxori occurrere illi, facereque ad id ſumptus neceſſarios, ſibi, ſuæque familiæ conſulendo.

12 Hac † eadem rõne, vt Nauarrus ibid. nu. 154. & alij, rectè affirmãt, ſi vir prodigat ac dilapidet bona, fas eſt vxori ea, contra illius beneplacitum, abſcondere, & ſeruare, prouidendo in futurum ſibi, & familiæ: neque enim ea in parte tenetur parere marito in commune ipſius & mariti detrimentũ. Id verò, quod Nauar. ibidem, & alij affirmãt, fas videlicet eſſe vxori, ad vitandũ ſpirituale damnum viri, contra ipſius beneplacitum, facere moderatas eleemoſynas, vt ea via Deus illum illuminet, & adducat ad veram pęnitentiam, nobis ſanè non probatur, qñ id non redundaret in temporale damnum vxoris. Quoniam ſpirituale malum viri, non ita redundat in vxorem, quin ipſa vitare poſſit quodcumque peccatum: ſicut autem extraneus non poſſet accipere bona illius, atque ex illis facere eleemoſynas, vt ille erueretur à peccato: ita vxor nõ poteſt elargiri bona viri in eleemoſynas ipſo inuito, vt a peccato eruatur.

13 Deinde, qñ † bonorũ adminiſtratio ad vxorẽ ſpectat, eo ꝙ maritus abſens ſit, aut prodigus, vel mente captus, aut quacunque alia ratione, tunc vxor largiri põt eleemoſynas, eaq; donare, atque expendere, quæ maritus conſueuerat. Conſentiũt Palud. Nauarr. & alij locis citatis. Equum tamen eſt, vt vxor parcior aliquantulũ ſit, quã erat vir: præſertim quando intelligeret, eam futurã fuiſſe viri voluntatem, ſi præſens, aut compoſui eſſet.

14 Quando † item maritus certum quid præſcriberet vxori ad victum, aut ad alios ſuos ſumptus, ſi illa parcius viuendo aliquid reſeruaret, de illo eleemoſynas, & donationes alias, poſſet facere, vt Doct. communiter affirmant. Hæc de vxore.

De donationibus mariti, & de inſumptis cum concubinis, & ſimul de donatione a milite, aut clerico facta concubinæ.

DISPVT. CCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Maritus de iure Luſitano quando donare poſſit, & quando non, ſine conſenſu vxoris.*

Et quid econuerſo de vxore.

2 *Maritus ſi donet concubinæ, vel alteri cui carnaliter ſit affectus, poteſt de iure Luſitano vxor eo viuente totum repetere, & etiam quattuor annis poſt ipſius mortem.*

Quod etiam ad hæredes vxoris extenditur.

Et etiam ſi bona fuerint per virum concubinæ vendita.

3 *Vxor an poſſit repetere de iure Luſitano pecuniam, per maritum concubinæ donatam.*

Et quid de iure Caſtellæ nu. 5.

4 *Mulier de iure Luſitano aliquid in precium accipiẽs a coniugato, pro actu venereo, licet in præiudicium vxoris cedat, non tenetur ante latam ſententiam ei reſtituere.*

5 *Maritus de iure Caſtellæ poteſt diſponere de omnibus bonis, niſi reperiatur feciſſe animo defraudandi vxorem portione ſua. & nu. 7.*

Et quid in Luſitania. nu. 9.

6 *Maritus non poteſt diſponere de bonis communibus ſine conſenſu vxoris: alias ſibi computantur in partem.*

Imò donatarius ſi maritus nõ accipit in partẽ ſuã, tenetur in foro conſciẽtiæ rẽ vxori manifeſtare.

8 *Mandatum de alienando non extenditur ad donationem.*

10 *Donatio facta a milite eius concubinæ eſt nulla etiam in foro conſcientiæ.*

Datum tamen pro mercede ſui corporis, vel in recompenſationem pro obſequijs exhibitis, non poteſt repetere.

Quid autem in clerico. nu. 11.

1 DE † iure Luſitano nefas eſt maritis, non ſolum donare, ſed etiam quouis alio modo alienare bona immobilia ſine expreſſo conſenſu vxoris, ſiue contraxerint contractu medietatis bonorum, ſiue arrharum, & dotis, vt habetur 4. lib. ord. titu. 6. & fuſius alibi dicetur inferius. De pecunia ẽt, & alijs bonis mobilibus ſiquid donauerit maritus ſine cõſenſu vxoris tunc, diſſoluto per mortem alterius matrimonio, tenetur id accipere vir, aut hæredes illius, in partem, quæ ipſum contingit. Niſi donatio ſit remuneratoria aut in eleemoſynam: has enim facere poteſt vir ſine cõſenſu vxoris. Modo tñ immenſæ non ſint: nã tũc vxor aut hæredes illius, agere poſſunt ad eam annullandã. Intellige, quatenus in pręiudiciũ ipſius fuerit, nempe contendendo, vt exceſſum accipiat vir in partem ipſum attingentem, atq; in defectũ bonorum mariti, vt donatarius reſtituat dimidiũ incrementi, quod ad vxorem ſpectat. Hæc habentur tit. 6. citato. §. vlt. Hæc tamen ordinatio accipienda eſt politicè, atq; vt eſt vſu recepta. Poteſt namq; vir, tanquã bonorum adminiſtrator, facere inconſulta vxore, donationes minoris momẽti, quas pro bonorũ vtriuſque quantitate, adminiſtratio ipſa bonorũ efflagitat, ita vt non teneatur poſtea illius accipere in portionem bonorũ: quæ ipſum contingit. Præſertim cum diſputatione præcedente dictum ſit, vxorem quoque efficere poſſe inconſulto viro, moderatas donationes, quas pro qualitate ſui ſtatus, & quantitate facultatum, attentiſq; alijs circunſtantijs, ſimiles aliæ vxores facere cõſueuerunt. Imò ſicut filius familias in curia, aut ſtudijs, longè a parẽtibus degẽs, adminiſtrationemq; habens bonorum, quæ ipſi ad ſuã ſuſtentatione mittuntur, facere poteſt donationes, quas alij ſui ſtatus facere conſueuerunt, qñ pater non plus illum reſtringit, quã alij a parẽtibus cõiter reſtringãtur; & ſi quid parui momẽti inutiliter & malè donet, aut conſumat, non tenetur id poſtea adducere ad partitionẽ cum fratribus: ita longè maiori cum rõne dicendum eſt de marito, nempe, eſto aliquid leue pro quantitate facultatum malè donet, aut inſumat, non teneri poſtea ſumere id in portionẽ, quæ ipſum cõtinget: neque enim bonorum adminiſtratio in hac fluxa, & labili vita, tanto cum rigore eſt committenda. Eadem quoque ratione, ſi vxor modicum quid de communibus bonis malè donet, aut inſumat, non tenetur id ſumere in ſuam portionẽ.

Si verò maritus ſummam aliquam donaret in dotem ſorori, aut donationes alias magnas, atque extraordinarias faceret, inconſulta, libereque non conſentiente vxore, aut vxor ſine conſenſu viri, tunc accipere illas tenerentur in partem, quæ vnumquemque eorũ contingit. Ait verò Nauar. in manu. c. 17. nu. 155. ſi maritus non accipiat in partem ſuam donationem ita magnam factam ſine conſenſu vxoris, teneri donatarium admonere vxorem, vt vel compenſationem faciat, vel cogat maritum, aut hæredes mariti, vt eam ſumant in portionem mariti. Obſerua tamen, ſi vxor eſſet, quæ, ignorante id marito, illam efficeret: tunc quia vxor adminiſtrationem eorum bonorũ non habet, atque adeo contra iuſtitiam aduerſus maritum peccat, non ſolum ipſa, ſed etiam donatarius, vtique non ſatis eſſet, (quando mulier eam non acciperet in ſuam portionem) ſi admoneret ea de re maritum, aut hæredes mariti, ſed ẽt teneretur ipſe reſtituere marito, aut hæredibus illius, partẽ talis rei donatæ, quæ ad maritum ſpectaret.

2 De eodem Luſitano † iure, ſi maritus quippiã dedit concubinæ, aut alteri, cui carnaliter ſit affectus, ſiue illud mobile ſit, ſiue immobile, poteſt vxor, ſine viri conſenſu, id repetere toto tempore vitæ viri, & quatuor annis poſt mortem viri, quo tempore toto illi adiudicabitur, vt integrum ſit ipſius & præcipuum, & vt ad ſuum libitum poſſit de eo diſponere, etiam viuente viro.

Quòd ſi vxor è vita diſceſſerit ante virum, hęredes vxoris, dummodò deſcendentes, aut aſcendentes, illius ſint, poſſunt intra quatuor annos a morte illius id repetere. Idem diſponitur de bonis, quę per virum tali concubinæ fuerint vendita, pignori data, vel alio contractu in illam tranſmiſſa, nullumque precium cogetur ſoluere vxor, aut hæredes illius: quoniam præſumitur interueniſſe fraudem, virumque nihil precij accepiſſe. Quia ergo lex fundatur in præſumptione, ſi vxori conſtaret, maritum verè accepiſſe precium, in foro conſcientiæ teneretur reddere precium, aut quoduis aliud, quod vir in recompenſationem accepiſſet. Hæc habentur. 4. lib. ordin. tit. 8. & li. 5. tit. 28. §. vltimo.

Gama deciſ. 226. refert, cum vxor quædam à
3 concubina † mariti repeteret pecuniã, quàm maritus illi donauerat atq; ꝓ vxore lata à iudice inferiori fuiſſet ſententia iuxta Luſitana iura: citata, reuocatã poſtea fuiſſe iudicio quorundã ſenatorũ. Ducti autem fuerunt ad eam reuocandam. In primis, quia dicebant, ordinationem ſolum loqui de rebus, quarum dominium non tranſiuit in cõcubinam atque adeo quas vxor vendicare poteſt: licet autem maritus pecunias concubinæ donaſſet, concubinam tñ illas conſumpſiſſe, aut ex illis emiſſe bona aliqua, quorum comparauit dominiũ; eo quòd, qñ quis emit aliquid pecunia aliena, verè comparat dominium rei emptæ. Deinde qm̃ maritus, vt alienare poteſt bona mobilia ſine conſenſu vxoris, ita poteſt illa donare: neque vxor poteſt reuocare donationem factam à marito, niſi qñ eſt immenſa, neque ſuperſunt bona, vnde ipſa accipere poſſit ſuam medietatem, bona ve, quæ ad ipſam ſpectãt, iuxta §. vlt. citatum.

Non dubito, tñ, cum Gama ibidem, ſententiã inferioris iudicis fuiſſe rectè latã, nec debuiſſe reuocari, reuocationemq; fuiſſe cõtra ordinationes ſane intellectas. Etenim ordinationes vniuerſim loquuntur de quacunque re data cõcubinæ à marito ſiue illa mobilis ſit, ſiue in mobilis. Neque loquuntur ſolum; qñ res poteſt vendicari, quia dominium perſeuerat apud vxorem, ſed ét ſi conſumpta ſit: quandoquidẽ concubina contra legis præſcriptum illam accepit, & cum periculo, quòd eam teneretur ſoluere ſi vxor, iuxta eam ordinationẽ, illam repeteret. Neq; ſane aliter conſultum ſufficienter fuiſſet vxori, vt ordinationes ea in parte conſulere illi intenderũt, niſi de omni vniuerſim re intendiſſent. Adde, maritum vniuerſim transferre in cõcubinã dominiũ rei mobilis, quã illi tribuit, neque concubinam teneri illã reſtituere vxori ante latã ſententiã, aut valorem illius, ſi maritus indemnẽ velit ſeruare vxorẽ. Quòd ſi indemnẽ illam non ſeruet, tunc concubina tenetur illi reſtituere, non integrum valorẽ rei illius, ſed qđ ex re illa ad vxorẽ ſpectabat, hoc eſt, dimidiũ; ſi contractu medietatis bonorũ fuit matrimoniũ celebratum, aut ſi res illa ad lucra cõia viro, & vxori ſpectabat, qñ matrimonium celebratum fuit cõtractu arrharum, & dotis: nihil verò, ſi nulla erant bona ſuperlucrata, neque id impediebat, quo minus vxor integre dotem, & cætera bona, quæ ad ipſam attinebãt, acciperet. Quare, ſi concubina rẽ illã vendidiſſet, nõ poſſet vxor eã vendicare à tertio illo poſſeſſore, ſed ſolũ cõpeteret illi actio perſonalis ad valorẽ illius rei aduerſus concubinã. Quo fit, vt lex Luſitana, quæ vxori rẽ illã integrã concedit per repetitionẽ à concubina mariti, pænalis ſit, neque vim habeat ante latã ſententiã. Atq; ex his euerſum manet primum eorum, qbus ſenatores illi nitebãtur. Secũdum verò nullius eſt momẽti: qm̃, licet ordinationes concedãt marito alienare bona mobilia ſine conſenſu vxoris quocumq; alio titulo; expreſſe tñ ſtatuũt, vt ſi quid donet ſine conſenſu vxoris, teneatur id accipere in partẽ, quæ ipſum contingit, niſi donationes ſint remuneratoriæ, aut elemoſynæ. Exceptio aũt illa, qñ donationes ſunt immẽſę, ſolũ intelligitur de elemoſynis & remuneratorijs donationib. vt hæc oĩa aperte patẽt. tit. 6. §. vltim. citato.

4 Ex dictis † patet in Luſitania, qñ mulier aliqua à coniugato accipit aliquid in precium actus venerei, aut in donationem, ita vt id cedat in præiudicium vxoris talis coniugati, ante latã quidem ſnĩam non teneri illud integrum reſtituere vxori. Quando tamen bonum illud cõe erat viro cũ vxore, vt regulariter eſſe ſolet ſane, cum concubina coopperetur ad iniuſtitiam, quam vir vxori facit id ita inſumendo, licet comparet dominium rei ita acceptæ, neq; teneatur quicquam reſtituere vxori, ſi maritus, vt tenetur, vel remiſſionẽ ab vxore obtineat, vel illi ſatisfaciat, accipiẽdo rẽ illã in partem bonorum, quæ ipſum cõtingit, ſi intelligit vxorẽ velle, vt id reſtituat; qñ tamen concubina credit illum non reſtituturum vxoremq, velle, vt vir reſtituat, tenetur ipſa reſtituere vxori partem quam talis vxor in ea re habebat. Idem dic de ijs, quę amaſius ab aliena vxore ſimili modo accipit. Solũ namq; in defectũ talis vxoris, tenetur reſtituere marito portionem, quæ ex rebus ita acceptus marito obueniebat, & ſi quæ damna, ſaltẽ lucri ceſſantis, inde illi vlterius obuenerunt.

5 In regno † autem Caſtellæ in quo nõ eſt in vſu Quæſt.
contractus medietatis bonorum in matrimonio, dubium eſt, quouſque donare vir poſſit de bonis ſuperlucratis eaq; expendere ſine conſenſu vxoris, & vtrũ ad aliquam reſtitutionẽ teneatur vxori ſi ea bona ſuperflue donet, aut male expendat. Atq. in primis conſtat in eo regno, virum liberã habere diſpoſitionẽ horum oĩum bonorum abſq; conſenſu vxoris, ét ſi immobilia ſint, validumq; eſſe omnem contractum quo ea alienat, niſi probatum fuerit, factum eſſe animo defraudandi vxorẽ portione ſua. Sic enim habet. l. 5. nouę collect. *Otro ſi, que los bienes, que fueren ganados y mejorados y multiplicados durante el matrimonio entre el marido y la muger, los pueda enagenar el marido durãte el matrimonio, ſi quiſiere ſin licentia ni otorgamiẽto de ſu muger. Y que el cõtrato denagenamiẽto vala: ſaluo ſi fuere probado que lo hizo cauteloſamẽte por defraudar o damnificar a la muger.*

Palatius Rub. in rub. c. per veſtras de don. §.
6 66. ait, permiſſum † nõ eſſe viro donare de bonis cõibus ſine conſenſu vxoris, eaque de cauſa ſi aliquid de illis, ſine tali conſenſu, donet, teneri id ſumere in partem, quæ ipſum contingit. Idẽ cenſet de ijs, quæ, vt ſe liberet à delicto ſua culpa commiſſo, de illis bonis inſumit: longe verò maiori cum ratione cenſet idem de ijs, quæ cum meretricib. inſumit, aut aliter prodigit, ac deſtruit.

Nauarr. in Man. c. 17. nu. 155. licet cũ Io. Lup. in rub. de donat. inter virum, & vxo. dicat, maritum non teneri reſtituere vxori, quæ de lucris communibus bene, aut male, inſumit: quoniam, inquit, ea ſola, quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta, cenſentur lucra; reliqua verò, licet pro dimidio lucrifierent vxori, lucrifiebant tamen reuocabiliter, ita quòd maritus, ad quem ſpectabat libera illorũ adminiſtratio, potuit, bene, vel male, illa adminiſtrando, ſibi & vxori no-

cere; nihilominus in calce numeri illius cõtrariũ cenſet de donationibus, nempe, ſi eas ſine conſenſu vxoris faciat, teneri illes ſumere in partẽ ſuã; & donatarium, ſi id maritus non accipiat in partem ſuam, teneri manifeſtare rem vxori, vt illa, vel compenſationem faciat, vel cogat illum, aut hæredes illius, ſumere id in partem ſuam.

Antonius verò Gom. ad l. 50. Tauri. num. 75. Greg. Lop. ad l. 13. tit. 10. par. 5. Io. Lupus, a Nauar. relatus, & alij, aſſerunt, in eo ſenſu eſſe viro permiſſam oẽm vniuerſim lucrorũ cõium adminiſtrationẽ, quod ſiue donando, aut vt a delicto liberetur, ſiue cũ meretricib. aut quouis alio modo prodigeudo, illa inſumat, ad nullã reſtitutionẽ vxori teneatur, ſumendo, quod ita inſumpſerit, in ſuã portionẽ: modo tamen ea non inſumat in fraudem vxoris, vt illam priuet parte eorũ bonorum; quod præſumeretur, quando immodicam aliquã faceret donationẽ: Atq; hoc pacto intelligunt legẽ Caſtellæ relatã, quæ id ſonare vr: affirmãtq; ita eſſe receptũ in ſtylo ac praxi ĩ eo regno.

Quod aũt id abſq; vxoris iniuria potuerit conſtitui, atque in praxi recipi, ſuadent quæ ſequuntur. In primis quod vxor contrahens in eo regno ſemper hẽt ſaluum totum ſuum capitale, eſto nihil oĩno remaneat marito, aut hæredibus mariti, atq; adeo damnũ totum capitalis vtriuſque pertinet ad ſolum maritum. De nde, ꝙ maritus ſit, qui præcipuè lucratur: & quòd de iure cõmuni lucra oĩa ad ſolum maritum pertinebant, quemadmodum & dãna: quare alienum ab ęquitate non eſt, ꝙ quanuis in eo regno vxori concedatur dimidiũ lucrorum, quæ tpe diſſolutionis matrimonij reperientur, viro tamen libere concederetur facultas alienandi bona oĩa mobilia, & immobilia (ſaluo ſemper capitali vxoris) toto tempore, quo matrimoniũ perſeueraret, neque aſtringeretur ad vllam reſtitutionem vxori, eſto prodigè & inordinatè illa expenderet ac perderet: modo tamen nihil faceret in fraudem vxoris animo minuendi portionem quam in lucris habere debebat.

7 Media † tamen quædam ſnĩa eſt nobis amplectenda cum Molina lib. 2. de primog. c. 10. à nu. 65. qui doctè, vt aſſolet, rem hanc explicat, & cũ Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 121. idemq; voluiſſe videtur Nauar. & voluerunt alij, quos citat. Nempe, quod ad donationes attinet, aliquantulum plus habere maritum laxas habenas in Caſtella de bonis ſuperlucratis, quam in Luſitania: põt enim aliquantulũ largius exercere liberalitatem circa illas, quæ cum bonorum adminiſtratione ſolent eſſe coniunctæ ac licent. Non tamen poteſt exercere exceſſiuas, & quæ in notabile detrimentum vergerent vxoris quoad bona ſuperlucrata, ſiue illa donet ſuis conſanguineis, aut affinibus, ſiue alijs: quoad exceſſum enim teneretur tum in conſcientiæ, tum etiã in exteriori foro, illas accipere in medietate bonorum, quæ ipſum contingeret: Ratio eſt, quoniam nomine faculta-
8 tis ad † alienandum, non cenſetur conceſſa poteſtas ad donandum, pręſertim exceſſiue, argumento l. creditor §. Lucius. ff. mand. vbi in mandato de diſponendo de re tanquam propria, non intelligitur conceſſa poteſtas ad donandum, quanuis alias poſſit illam alienare. Item quia per epicheiam non cenſentur lege illa Caſtellæ conceſſæ marito exceſſiuæ donationes in præiudiciũ vxoris: lex quippe eſſet irrationabilis, parumq; ęqua, quod præſumendum non eſt de legislatoribus, Chriſtianis præſertim: neque lege comprehenditur id, de quo ſi legislator in particulari interrogaretur, negaret reſponderet. Adde eiuſmodi exceſſiuas donationes, præſumi factas animo defraudandi vxorem, eſto ex affectu ad conſanguineos, aut extraneos, factæ ſint. Ea verò lege, de qua loquimur, prohibitæ intelliguntur donationes factæ, etiam præſumptiuè, in fraudem vxoris, vt rectè Molina exponendam eam legem cenſet. Intelligendam præterea eam cenſeo, ꝙ ſi delicto mulieris aliquid etiam inſumatur, idque in cauſa ſit ſolum, vt lucra communia minuantur, nihil de capitali ſuo teneatur ea de cauſa reſtituere marito. Secus autem, ſi tales ſumptus capitale viri minuerent: nã tunc vxor teneretur indemnẽ ſeruare maritum, quoad capitale, ex ſuo delicto.

9 In Luſitania † autem, cum nihil tale ſancitum ſit, ſecluſaq; diſpoſitione illa poſit ui iuris Caſtellæ ob rationes à nobis explicatas, ſtando in ſola rei natura, iniuriã maritus faciat vxori dilapidando bona vtriq; communia, dicendũ eſt, ſi qd vir, qui contractu arrharum contraxit, inſumpſerit de bonis ſuperlucratis, vel donando ſuperflue, vel vt ſe liberet à delicto ſua culpa commiſſo, vel cum meretricibus, aut alio modo cum iniuria vxoris, teneri id ſumere in partem, quæ ipſum contingit. Præſertim cum non amplior adminiſtratio bonorum illi in eo regno concedatur, qñ matrimonium contractu arrharum fuit celebratum, quàm quando celebratum fuit contractu medietatis bonorum, vt patet l. 4. tit. 6. & alijs locis citatis.

10 Illud † occaſione eorũ, quæ de donationibus cõcubinis factis dicta ſunt, admonuerim, l. 2. C. de dona. inter virum & vxor. in militum fauorẽ eſſe conceſſum, vt donationes à militibus factas ſuis concubinis eatenus nullæ ſint, quòd reuocare poſſunt, repetereq; quod dono illis dederunt, atque adeo ſiquid illis gratis promiſerunt, neq; in conſcientiæ, neque in exteriori foro, tenerentur illud ſoluere: qñ namque lege aliqua alicui repetitio conceditur, longè maiori cum ratione cenſetur eidem conceſſa retentio, atq; exceptio, ſi ab eo id petatur. Quod tamen illis dediſſent in preciũ iuſtum, vt ſui corporis copiam facerent, repetere id non poſſent: qm̃ non eſſet donatio, de qua ſola in ea lege eſt ſermo. Quod item illis dediſſent in recompenſationem pro obſequijs exhibitis, aut alijs beneficijs ab eis acceptis, repetere id non poſſent, eſto remuneratoria eſſet donatio: quoniam de ſolis alijs donationibus merè gratuitis eſt eo loco ſermo, vt glo. vlt. bene ibidem notat.

11 Occaſione † illius legis, cũ Eccleſiaſticus quidam donaſſet ſuæ concubinæ prædia aliqua hæredes clerici voluerunt loco defuncti in Luſitania repetere, quod ita fuerat concubinæ donatum; quaſi clericus, tamquã miles Chriſti, iuxta doctrinam Bartoli, quam ſequitur additio gloſſæ citatæ,

citatæ, eodem priuilegio ea in parte gauderet, quo gaudent milites ſæcularis militiæ. Quamuis autem (referente Gama deciſ. 58.) res fuerit controuerſa: vltimo tñ pronunciatum fuit, vt tanquam turpiter datum, & turpiter acceptum, ob coitum videlicet cum Eccleſiaſtico, qui in foro exteriori eſt punibilis adiudicaretur fiſco. Gama tamé ibi cenſet, adiudicari potius debuiſſe hæredib. clerici, ob priuilegium illud militum, quod cum Bar. & additione gloſſæ citatæ, locum habere cenſet in clerico ſpiritualis militiæ. Ego auté rectè iudicatum fuiſſe arbitror. Neque.n. mihi vnquã perſuadere potui, priuilegium illud, & alia illis ſimilia, ſecularibus militibus intuitu præciſe ſæcularis militiæ conceſſa, extendenda eſſe ad clericos, niſi peculiariter ea extenſio lege aliqua fiat.

Religioſus quouſque donare, aut eleemoſynas facere poſſit.

DISPVTATIO CCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ſuperiores monaſterij debent facere eleemoſynas competentes.*
Donare etiam moderatè poßunt pro ratione adminiſtrationis. nu. 2.
Quid autem in inferiorib. miniſtris, vide nu. 3.
4 *Religioſus eiectus a monaſterio, dum viuit, poteſt eleemoſynas, & donationes non malas facere.*
Quid autem in vltima voluntate?
5 *Religioſus beneficium habens, aut vſum aliquorum bonorum, quando poſſit eleemoſynas facere, ac donare.*
6 *Religioſis annui reditus, qui beneficia eccleſiaſtica non ſint an poſt Conc Trid. poſſint concedi.*
7 *Religioſi, qui in monaſterijs viuunt, non poſſunt eleemoſynas facere nec donare, niſi ex beneplacito ſuperioris ſaltem præſumpto.*

DIvvs Tho. in 4. d. 15. q. 2. art. 5. q. vlt. Abul. in 6. c. Matth. q. 60. & alij, rectè affirmant.
1 Superiores † illos conuentuum, qui ſupremã habent bonorum adminiſtrationem neq; quicquã a ſuperiori poteſtate habét præſcriptum, quod ea parte ſequantur, poſſe, ac debere facere eleemoſynas de ſuperfluis conuentus. Imò de neceſſarijs, hoc eſt de non ſuperfluis, ſed competentibus ad ſtatum conuentus, poſſunt, ac facere debent eleemoſynas prudentis arbitrio competentes. Mode-
2 ratè † etiam donare poſſunt pro ratione adminiſtrationis, eo modo, quem ſubiungemus, vt Medina in trac. de eleemoſyna. c. de quib. bonis eleemoſyna ſit facienda. §. Abbates, & alij rectè affirmant. Bene aũt Palud. in 4. d. 15. q. 3. concl. 5. obſeruat, q̃uis in vita eleemoſynas poſſint facere, & donare aliqua: nihil tamen, ſine expreſſa ſummi Pótificis facultate, poſſe in morte legare. Quoniã non ſunt domini eorũ bonorũ, ſed diſpẽſatores. Et qm̃ cum ipſorũ vita adminiſtratio eõ expirat.

Illud verò vniuerſim de prælatis eſt dicendũ. Iuxta facultates monaſterij, ſeu conuentus, ſpectatiſq; cæteris circumſtantijs concurrentib. atq; ſeruatis ordinationib. ſi quæ in eo conuentu ſint ex præſcripto totius ordinis, prouinciæ, aut quorumuis maiorum ſuperiorum, circa quantitatem, modum, aut dependentiã a maiori parte capituli, vel a ſuffragio aliquorum ad aliqua deputatorũ, poſſe facere, non ſolum competentes eleemoſynas, ſed etiam donationes remuneratorias, atque alias, quas bonum conuentus, decenſque, ac recta adminiſtratio eorum bonorum, atque conuentus poſtulare, atque permittere iudicabit. Lege Nau. c. non dicatis, nu. 11. Cum verò diſpenſator ſit, & non dominus eorum bonorum, vtique ſi quid donet, de quo conſtet, diſſipationem, & non diſpenſationé eſſe eorum bonorum, non ſolum peccat, ſed etiam inualida eſt donatio, teneturque accipiens id reſtituere conuentui, nedum prælatus ipſe, ſi qua via reſtituere id poſſet. Inter hæc autem computa, ſi (quod abſit) luxurioſè viueret, & donaret concubinæ, vt rectè Abulenſis ad c. 6. Matth. q. 37. ait. Itemque ſiquid inordinatè, hoc eſt, ſine irrationabili cauſa, donaret ſuis conſanguineis de bonis monaſterij.
3 Inferiores † miniſtri, ſeu officiales, qui in ordine & gradu monaſterij bona adminiſtrant, vt pcuratores, & qui curã monaſterij habẽt, & alij ſimiles (qui oẽs, vt in Conc. Trid Seſſ. 25 c. 2. ſancitum eſt, eſſe debeant amouibiles ad nutum) facere poſſunt eleemoſynas cõpetentes, iuxta regulas, aut conſuetudines ea in parte cuiuſque religionis, aut monaſterij aut iuxta præſcriptum ac voluntatem, ſaltem ſine vllo dubio præſumptã prælati eiuſdé monaſterij. Lege inter alios Nauar. c. non dicatis nu. 8. & 9. in noſtra autem ſocietate pendet in omnib. a præſcripto, & voluntate, ſaltem præſumpta, eius ſuperioris, cui ſubſunt.

Quod ad cæteros religioſos attinet. In primis profeſſus a monaſterio eiectus, vt in calce diſputationis 140. dictum eſt, licet religioſus re vera ſit, nulliuſq; rei dominiũ habeat; nihilominus tacitè videť illi eo ipſo conceſſum, tum vt ſub religionis obedientia ac regula non viuat: tum etiam commoditas & vſus rerum oĩum, quas comparauerit. Quicquid tamen eorum bonorum poſt mortem illius manet, vt ibidé, oſtendimus, pertinet ad mo-
4 naſterium vnde fuit electus. De † eiuſmodi ergo religioſo dubitandum nõ eſt, poſſe interim, dum viuit, facere eleemoſynas, & donationes non malas, quas voluerit, validaſque eas eſſe. Probatur, qm̃ cõmoditas tota, vſus, diſpoſitio eorũ bonorũ, interim dũ viuit, perinde ad ipſum ſpectat, ac ſi religioſus non eſſet, neque hẽt iſ tunc, cui ea in parte pareat, & cuius ductum, ac voluntatem ea in parte ſequi teneatur, ſed perinde, quoad adminiſtrationẽ, acquiſitionẽ, & alienationem bonorũ, ſe habet, ac ſi dominium illorũ haberet, ſuiq; iuris omnino eſſet. Hac de cauſa exiſtimo, ſi quid cum meretricibus inſumat, aut alia rõne peruerſè donet, & expendat, factum tenere: neque plus accipientes teneri illa reſtituere, quam ſi ille religioſus non eſſet, ſed verus eorum bonorum dominus.

minus. Per vltimam tamen voluntatem de illis bonis ſine expreſſa Summi Pōtificis facultate diſponere non poteſt, vt loco citato dictū eſt: quoniam dominus illorum non eſt, vſuſque & cōmoditas eorū ſolū illi conceditur interim, dum viuit.

5 Religioſus † in conuentu, aut extra conuētum licite viuēs, qui beneficium habet eccleſiaſticum, aut cui cōmoditas, & liber vſus ac diſpoſitio aliquorum bonorum conceſſa eſt, vt ſtipendij cathedræ, aut alterius muneris, quod adminiſtrat, vel cui certa portio bonorum conuētus quotannis in ſuam ſuſtentationem cōceſſa eſt, vt illa contētus, nihil amplius petat, vel cui certi annui reditus, ſiue de bonis conuentus, tanquam bene merito, ſiue à parentibus, aut conſanguineis, aut ab aliquo alio (*tença* id in Luſitaniæ regno vocant) ad ſumptus ſuos, itq; vſum, cōſentiente monaſterio, aut diſpenſante Summo Pontifice, conceſſi ſunt, vel deniq; cui ad ſuum vſum, ac diſpoſitionem bona alia, annuēte prælato, conceſſa ſunt; dummodo, ſi qua ei reſtrictio in illorum vſu, & diſpoſitione facta ſit, videlicet vt in his rebus, & non in alijs, ea inſumat, vel vt recurrat ad ſuperiorem pro facultate, aut certiorē eū faciat, quibus in rebus velit aliqua expēdere, & nō, niſi illo approbante, ea inſumat; dummodo, inquā, ſi quæ facta illi ſit reſtrictio illā ſeruet, poteſt de eiſdē bonis eleemoſynas facere, ac donare ad ea, quæ illicita non ſint. Ad illicita nāq; vt ſi qd donet cōcubinæ, aut alio ſimili modo peruerſe certè vſque adeo id efficere nō poteſt, vt, ſi facere attētet, factum nō teneat, ſed accipiens teneatur id reſtituere, vel monaſterio, vel Eccleſiæ, cuius fuerint ea bona. Cū enim neq; prælatus cenſendus ſit ad eiuſmodi alienationes tribuiſſe facultatē, dū vſum eorū bonorū religioſo cōceſſit; eo qd in cōceſſione generali non cenſeātur ea cōprehenſa, quæ denegarētur, ſi in particulari fuiſſent propoſita: neq; ſi prælatus talem facultatē cōcedere intēdiſſet, vere illam concederet; eo quod poteſtas ipſius, quæ nō in deſtructionē ei conceſſa eſt, ad id non ſe extendat; ſanè talis alienatio nulla eſt ipſo iure, ac proinde accipiens reſtituere tenetur, qd ita acceperit, vt rectè Abulen. ad c.6. Matth. q.37. ait. Quando aūt donatio religioſi, de quo loquitur, facta eſſet conſanguineis de bonis beneficij Eccleſiaſtici, qd adminiſtrat; cū dominus nō ſit eorū bonorū, vt ſunt alij beneficiarij ſupra, cū de teſtamētis beneficiariorū habitus eſt ſermo, dictū eſt, quouſq; valida ſit, aut non ſit talis donatio. Illud inſuper obſerua, religioſum beneficiariū liberam habere diſpoſitionem redituum beneficij ad ea omnia, quæ pia ſunt, & quæ ad competentem ipſius ſuſtentationem ſpectant, neque in parte vllam poſſe illi fieri reſtrictionem. Quo ad hæc omnia lege, inter alios, Nauar. c. non dicatis à nu.9. vſque ad 12.

Vtrū aūt poſt decretū Cōcilij Tridētini Seſſ.
6 25. c.2. fas ſit † cōcedere religioſis eiuſmodi annuos reditus, q beneficia eccleſiaſtica nō ſint. Nauar. c. nō dicatis à nu.14. & n.18. &c. nullā à nu. 24. vſq; ad 36. rē diſputat. Quamuis aūt cenſeat, neq; poſſe illis permitti, vt habeāt eos tamq̃ proprios & ſuos, imò neq; vt habeāt eos tamq̃ monaſterij & nomine monaſterij, ſed ſibi conceſſos ad quoſcunq; vſus, ēt profanos, quin neque vt illos habeant ad vſus tantum pios ſine iuſta cauſa; arbitratur tamen non eſſe contra illud decretum, ex iuſta cauſa eos illi concedi, non ad quoſcunque vſus, ſed ad pios, & honeſtos tantum, atque amouibiles ad nutum ſuperiorum. Eum legito. Vbi tamen eiuſmodi conceſſiones introductæ non ſunt, aut ſi introductæ iam ſint, extingui ſine ſcādalo poſſent, ſanè expediret aboleri omnino, nullaque ratione de nouo permitti; idque decreto Concilij Tridentini eſt longè conſonantius.

7 Quod ad reliquos † religioſos attinet, conueniunt omnes, interim dum in monaſterio verſantur, nihil eos poſſe, vel in eleemoſynam, vel quouis alio modo donare, niſi ex beneplacito, ſaltem indubitate præſumpto, ſui ſuperioris, vt habetur c. non dicatis 12. q.1. & cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monachorum. Quando verò, de licentia ſuperiorum, peregrinantur, aut in ſcholis commorantur, conueniunt etiam, poſſe illos facere, eleemoſynas, quas honeſti ſcholaſtici, aut peregrini, facere conſueuerunt. Quoniam ea videtur præſumpta voluntas ſuperioris, qui eis neceſſaria ad peregrinandum, aut commorandum in ſcholis, præbet. Ita, inter alios, Nauar. c. non dicatis nu. 8. Quòd ſi prælatus certam pecuniæ quantitatem alicui in ſcholis, aut alibi cōmoranti, quotannis ad ſuam ſuſtentationem tribueret, tunc, quantum de ſua ſuſtentatione vellet ſibi ſubtrahere, poſſet largiri in eleemoſynā, aut alias honeſtas donationes, vel aliter decenter inſumere. Si quid tamen expenderet cum meretricibus, aut in alijs flagitijs, vtique non ſolū peccaret bona monaſterij ita alienando, ſed neque transferret dominium, accipienſque reſtituere id teneretur monaſterio. Quoniam, vt bene Abul. ad c.6. Matth. q.37. ait, quod ita inſumeret, eſto id ſuę ſubtraxiſſet ſuſtentationi, non eſt religioſi, ſed monaſterij; neque prælatus ad eum vſum potuit ei concedere facultatem quicquam monaſterij alienandi, etiam ſi religioſus id ſuæ ſubtraheret licitæ ſuſtentationi.

Filius familias, minor, prodigus, & mancipium, quouſque donare poſſint.

DISPVT. CCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias quando donare poſſit, & de quibus bonis.*

2 *Minor, exiſtens ſub tutela, vel cura donare non poteſt, aut eleemoſynas facere, niſi quantum fuerit tutore, vel curatore permiſſum.*
Intellige tamen, & declara, vt ibi.

3 *Prodigus, & mentecaptus ſine curatore non poſſunt neque donare, nec eleemoſynas facere.*

4 *Mancipium quando poſſit donare, & eleemoſynas facere.*

Filius

1 Filius familias, ſi † pubes ſit, & bona habeat caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia, donare de eis liberè poteſt, ſicut & celebrare alios contractus, vt diſp.230.& 231.atque 261.dictum eſt.

Quando vſusfructus & adminiſtratio bonorũ aduẽtitiorum filij familias ad filium ſpectat, ſaltem quia filius longe à patre degit, ibique aduentitia aliqua bona habet, aut quia pater liberam adminiſtrationem aliquorum bonorum aduentitiorũ illi reliquit, ad quod ſatis eſt, quòd pater ea bona a filio non petat quo ad adminiſtrationẽ & fructus, tunc valida licitaque eſt, donatio, quã filiusfamilias de eiuſmodi bonis facit, iuxta ea quæ diſputatione 8. 138. 228. circa primum, & quartum effectum patriæ poteſtatis, & diſp.232. ac 261. dicta ſunt. Eſto autem pater vſumfructũ & adminiſtrationem habeat bonorum aduentitiorum filij familias, valida eſt donatio, quam filius familias de conſenſu patris fecerit, modo tñ pubes ſit, idq; ſiue talis filius vigeſimũ quintum ætatis annum excedat, ſiue non, vt diſp.261. oſtenſum eſt. Si tñ filius familias, in omnib. euẽtibus, explicatis, minor erat viginti quinque annis, qñ donationem fecit, læſumque ſe inueniat, iſto illam de bonis caſtrenſibus aut quaſi caſtrenſibus effecerit, conceditur ei beneficium reſtitutionis in integrum vſque ad vigeſimum nonum ſuæ ætatis annum, vt diſp.261. dictum eſt.

De bonis quæ, iuxta dicta diſput. 235. & 234. ita profectitia ſunt, vt dominium & fructus ad parentes pertineant, itemque de aduentitijs, quorũ vſumfructum & adminiſtrationem vſurpat pater, non poteſt filiusfamilias facere donationem, etiam in eleemoſynam, niſi iuxta patris præſcriptam & voluntatem, ſaltem præſumptam; & ſi cõtra illius voluntatẽ illam efficiat, peccat. Quoniam vt D. Thom. in 4. d. 15. q. 2. art. 5. q. 2. ad 2. ait quãuis filius ius habeat, vt de paternis bonis, quando ipſe non habet propria a patre ſuſtentetur, non tamen ius habet ad illa donandum, ſine illius voluntate, ſaltem præſumpta.

Qñ autem filius peregrinatur, aut in ſcholis, vel curia, ſumptibus patris reſidet, regulariter eſt præſumendum patris voluntatem eſſe, vt filius ea donet in eleemoſynas, aut talia, quæ reliqui eiuſdem conditionis & ſtatus cõiter donare ibidem conſueuerunt. Prout autem filius propenſam magis, aut minus propenſam ad id voluntatem patris agnouerit, ſpectatiſque alijs circũſtantis concurrentibus, vel idem, quod cæteri, poterit efficere, vel plus, aut minus, donare, vt de patris voluntate præſumpſerit.

Qñ autem exceſſerit, & aliqua malè in ludis, cum meretricibus, aut aliter vanè conſumpſerit, quouſque reſtituere teneatur, adducereque id ad partitionem cum fratribus, & quouſque accipiẽs reſtituere etiam teneatur, dictum eſt diſput.242. Quando autem ſua bona aduentitia malè contra voluntatem patris, qui eorum habet vſumfructũ & adminiſtrationem, conſumeret, quamuis peccaret, rarò tamen reſtituere teneretur: qm̃ id, qđ ſuum eſt quo ad dominium, conſumeret, & rarò tantum defraudaret partem vſufructu, & tam auſterus eſſet pater, vt reſtitutionem vellet vſusfructus defraudari. Lege quæ diſputatio.234. diximus de ijs, quæ filius expendit ex ijs, quæ in domo patris lucratur opificio ſuo, aut aliter ſua induſtria.

2 Minores, qui filij familias non ſunt, et ſi curatores, aut tutores, habeant donare poſſunt, quantum a curatorib. fuerit illis permiſſum. Quantũ autem permittere illis poſsint, ac debeant, explicatum eſt diſp.224. §. Porrò ad alimenta. Vnde licitæ ſunt, & validæ donationes, quas de ijs fecerint, quæ ad ſuos ſumptus illis a curatoribus, aut tutorib. conferuntur, ſiue in domo curatoris degant, ſiue longè ab illo in ſcholis, curia, aut alibi ſint: modo tamen non excedant ſummã quam curatores illis præſcribunt. Quin ſi curatores illis non permittant eleemoſynas, donationes, & recreationes honeſtas, modo, §. citato a nobis explicato, minores poſſent illas facere, curatoribus inuitis: ſunt namque eiuſmodi ſumptus ipſis a curatoribus debiti, vt ibi oſtenſum. In dubio autem, iudicio curatorum ſtandum eſt. Si autẽ aliquid malè inſumant, vltra eã ſummam, quæ ipſis ad ſuſtentationem conferri dẽt licet reſtituere non teneantur: quippe cum id expendant, quod ſuum eſt: peccant tñ præſcriptum curatorum excedentes, repetereque curatores poterũt, quæ malè, & contra ipſorum præſcriptum, alienauerint. Ipſi etiam minores per beneficiũ reſtitutionis in integrum, repete illud poſſent, ſi notabiliter eſſent læſi. Interim tñ, dum non repetitur, non auderem obligare ad reſtõnẽ eum, qui ſine vi, fraude, aut dolo, id accepiſſet, iuxta ea quæ in calce diſput. 224. & diſp.261. dicta ſunt: ad tutores etiã, & curatores, minorum ſpectat, eas facere eleemoſynas, & donationes, loco minorum, quas §. citato explicauimus: non verò alias maiores, aut inconſuetas, vt ib. oſtenſum eſt. Conſentiunt Ioã. Med. in tract. de eleemoſyna. c. de quibus bonis eleemoſyna ſit faciẽda, prope fin. Palu. in 4. d. 15. q. 3. ar. 6. cõcl. 1. & Armil. verb. Eleemoſyna. §. 7.

Quãdo eiuſmodi minor pubes eſſet, & vel veniã obtinuiſſet ætatis, vel curatore careret, valida eſſent, quæ alienaret, etiam donãdo, iuxta ea quæ diſp.224. dicta ſunt. Modo tñ, ſi quid immobile alienaret, interueniret decretum iudicis: alioquin nulla eſſet talis alienatio rei immobilis, iuxta ea, quæ ibidem dicta ſunt. Si tñ ſe læſum inueniret, neq; veniã obtinuiſſet ætatis, quando id mobile alienauit, concederetur ei beneficium reſtitutionis in integrum, vt ibidem oſtenſum eſt.

Pubes præterea, eſto, curatorem habeat, nec veniam obtinuerit ætatis, de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus, donare poteſt, quod uoluerit: eo quod libera eorum adminiſtratio ad ipſum, independenter a curatore ſpectet, ut de filio familias dictum eſt.

Prodigus, ſi curatorem habeat, non alias eleemoſynas, & donationes põt facere, quam a curatore fuerit permiſſum. Lege quæ a diſputat. 220. circa hæc omnia diximus. Illi etiam, qui uſu rationis carent, donare non poſſunt, ſed ſolum curatores, & tutores, loco eorum id præſtare, poſſunt,

ſunt, vt ibidem, & diſp. 261. dictum eſt.

4 Mancipium, ſi quæ habeat bona, vt quia pactum iniuit cum domino, vt tm̃ quotidie, aut certis tẽporibus, de laboribus ſuis illi ſoluat, & reliquum reſeruet ſibi, vel aliunde, iuxta ea quę diſp. 38. dicta ſunt, vel dominus aliqua bona illi permittat, liberamq; illorum diſpoſitionẽ, inter quæ computa, ſi dominus certam portionem quotidie ad ſuam ſuſtentationem illi tribuat, liberumque ei relinquat, aliquid inde ſibi ſubtrahere ac vendere ſibique reſeruare: ſi, inquam, aliquo horum modorum, mancipium habeat bona poteſt de illis facere eleemoſynas, eaque alijs modis donare, ac alienare. De bonis autem domini, ſine illius beneplacito expreſſo, aut præſumpto, nihil, etiam in eleemoſynam, poteſt donare. Quin potius, nõ ſolum peccat ſi id efficiat, ſed etiam tenetur ad reſtitutionẽ, niſi dominus eo animo ſit affectus, vt, quamuis ægrè ferat ſua a mancipio donari, etiam in eleemoſynam, non velit tñ reſtitutionem præſertim a ſuo mancipio, quod regulariter per impotentiã ab ea excuſabitur. Qui autẽ id accepit, ſi credat aut dubitet, id contra domini voluntatẽ dari, non ſolum peccat contra iuſtitiam illud accipiendo, ſed etiam reſtituere id tenetur, niſi ſibi conſtet, domini voluntatem eſſe, vt nõ reſtituat. In dubio etiam, an id gratum ſit domino, nihil donare poteſt mancipium. Quòd ſi bona fide aliquid donauit, arbitratus id gratum futurum domino ſuo, eſto poſteà intelligat contrariã fuiſſe ipſius voluntatem, velleque vt reſtituatur, non tenetur reſtituere, quia neque ex parte rei acceptæ, quam non habet, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, eo quòd non peccauerit bona fide id largiendo. Tenetur tamen admonere eum, qui accepit, voluntatem domini eſſe, vt reſtituatur. Quòd ſi is bona etiam fide id accepit ac conſumpſit, neque inde factus eſt locupletior, ad nullam reſtitutionem tenetur. Si vero id non conſumpſit aut inde factus eſt locupletior, reſtituere id tenetur, aut quantum inde factus eſt locupletior.

Donatio quæ inſinuatione indigeat, vt ſit valida, & quid ſi iuramento confirmetur.

DISPVTATIO CCLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio de iure communi, & Caſtellæ vſque ad quam ſummam validatur ſine inſinuatione.*
Et quid de iure Luſitano tam in maſculo quam in fœmina.
2 *Solidus quanti valeat de iure communi, & quanti de iure caſtellæ.*
3 *Inſinuatio quid: & coram quo fieri debeat. & nu. 6. Et quid de iure Caſtellæ.*
4 *Inſinuatio non requirit cauſæ cognitionem, neque iudicis decretum, etiam de iure Caſtellæ.*
5 *Inſinuatio ad quid introducta.*
6 *Inſinuatio de iure Luſitano debet fieri coram Rege, aut Senatoribus ad id deputatis.*
7 *Inſinuationi, vel legi, quæ illam introducit, renunciari non poteſt per donantem.*
Et quid ſi cum iuramento? nu. 8.
8 *Donatio ſi iuramento confirmetur, an ualida ſit abſque inſinuatione quo ad incrementum? Quòd ſic, de iure communi, & Caſtellæ.*
Declara tamen, ut nu. 10.
De iure tamen Luſitano ſecus eſt. nu. 9.
10 *Iuramentum appoſitum in contractu donationis, quid operetur.*
11 *Donatio facta cum clauſula, quòd tot ſint donationes quot fuerint ſummæ infra quingentos ſolidos, cenſetur in fraudem legis facta.*
Amplia tamen & declara, ut nu. 12. cum ſeq.
17 *Remiſſio debiti ultra quingentos ſolidos, uel ultra ſummam in Luſitania conſtitutam, inualida eſt ſine inſinuatione, ex communi.*
Intellige, & declara, ut nu. 19. & 20.
18 *Remiſſio debiti inter donationes connumeratur.*
21 *Donatarius, cui ultra quingentos ſolidos aliquid abſque inſinuatione eſt donatum, quando poſſit retinere exceſſum tuta conſcientia antequam repetatur.*

EXplicandum deinde eſt quantum donare liceat abſque inſinuatione: & quæ donationes, quo ad exceſſum, inſinuatione indigeãt: quæ item inſinuatione non indigeant.

1 De iure † cõi l. ſancimus, in princ. C. de donationib. ſtatutum erat, vt donatio, facta abſq; inſinuatione vſq; ad trecẽtos ſolidos quoad valorẽ, eſſet valida: ſi verò eam ſummam excederet, inualida eſſet quoad exceſſum; valida tñ quoad trecentos ſolidos in ea maiori ſumma incluſos. Vtile namq; per inutile in eo euẽtu nõ vitiatur. Poſteà verò l. pen. §. vlt. C. eod. tit. extenſum fuit, vt valida eſſet donatio abſque inſinuatione vſque ad quingentos ſolidos quo ad valorem: ſecus autem quoad exceſſum. Hoc idẽ ius vim habet in regno Caſtellæ, vbi l. 9. tit. 4 par. 5. idem ſtatutum eſt.

De iure verò Luſitano, ſi donatio a maſculo fiat, valida ſolũ eſt abſq; inſinuatione vſq; ad valorẽ trecentorũ aureorũ, quos *cruzados* vocant; ſecus aũt quoad exceſſum. Si verò fiat a fœmina donare valente, valida ſolum eſt quoad valorem centũ quinquaginta aureorum, non verò quo ad exceſſum. Ita habetur 4 lib. ord. tit. 54. in princ.

2 Dubium † tamẽ eſt, quid de iure communi, & Caſtellæ nomine ſolidorum intelligendum ſit. Iuriſperiti, quos, inter alios referunt Iulius Clarus 4. lib. ſent. §. donatio. q. 15. & copioſius Ioannes Guterrius in tract. de iuramento confirmatorio par. 1. c. 7. multum ſane variant. Pię omiſſis verò alijs opinionibus, placet Couarr. li. 1. var. reſo. c. 11. nu. 3. & de collatione veter. numiſmatum c. 3. nu. 3. & 4. & c. 6. a nu. 5. & Greg. Lopez l. 9. tit. 4. part. 5. ſolidum videlicet fuiſſe ponderis & valoris nummi aurei dicti apud nos *Caſtellano*. Atque hoc Couarr. & alij ceterum receptum eſſe in praxi in prætorijs regni Caſtellæ. Cæterum quis valor huic nummo ſit hodie conſtituendus, vt intelligatur quantæ ſummæ dona-

tio

tio in regno Caſtellæ inſinuatione non indigeat, & quanta ea egeat, non ſatis inter oẽs conuenit.

Tanquam certum tñ ſtatuendũ arbitror, cum minimum donationem valoris quingentorũ ſolidorum, quorum quilibet æſtimetur pretio quadringentorum octoginta quinq; marauedinorũ noſtri tpis, hoc eſt, quatuordecim regalium argẽti & nouem marauedinorum, inſinuatione non indigere in regno Caſtellæ. Carolus namq; quintus anno 1550. legem tulit 6. titul. 18. lib. 6. nouæ collect. qua pronunciauit valorem nummi Caſtellani eſſe quadringentorum octoginta quinq; marauedinorum, & ſub grauib. pęnis aliquid inſuper pro eo accipi prohibuit. Eundẽ quoque valorẽ eidem numero tribuit Couarr. locis citatis, doctè rem examinans, atq; oſtendens. Neque ſcimus minus vnquam pretij in Hiſpanijs habuiſſe à tempore, quo marauedinis vti in ea cæpit.

Gabriel Monterroſo in ſua practica, tractatu 7. fol. 117. refert, ſniãm latam anno 1546. in Pinciano prætorio, & cõfirmata poſtea in eodẽ prætorio, cũ ab vtraq; parte contendentiũ ſupplicatum eſſet, vt res iterum expenderetur; ea vero propter pronunciatum fuiſſe ſingulos ex quingentis ſolidis ęſtimandos eſſe quingentis marauedinis, ita vt ſine inſinuatione valida in hoc regno ſit donatio vſque ad æſtimationẽ ducentorum quinquaginta millium marauedinorum. Verumtamen, cũ vſq; ad eum annũ valor Caſtellani non aſcenderit pretiũ quadringentorum octoginta quinq; marauedinorũ, nõ video qua ratione quindecim marauedini, qui vſque ad quingentos ſuperſunt, additi ſingulis ſolidis in ea ſententia fuerint.

Fortaſſe aliquis dicet, iam tunc iuſſu Caroli quinti cauſa fuiſſe ſcuta viginti duorum caractorum (Hiſpanè *quilates* dicimus) marcumq; auri viginti duorum caractorum manſiſſe valoris viginti quatuor millium marauedinorum, vt antea erat tpe regum Ferdinandi, & Eliſabetæ, qñ auri nummi cudebantur viginti trium caractorũ & trium quartarum, ita quod ſolum de illis deerat, vt eſſent auri puriſſimi, quarta vna caracti (de qua re fuſior ſermo erit inferius cum de cambijs dicetur) ſenatores vero illos addidiſſe incrementum illud ſingulis ſolidis, eo quod in iure cõi ſermo eſſet de ſolidis auri puriſsimi, & lex partitæ iuxta commune ius loquatur: eo autẽ ipſo, quod auri marcus viginti duorum caractorũ in hoc regno æſtimabatur viginti quatuor millibus marauedinis, accreſcebat valor monetarum auri puriſsimi duodecimam partem valoris. Neque tpe, quo ſententia illa lata fuit, ſuperuenerat lex Caroli quinti ſupra relata, quæ ſi rectè inſpiciatur, etiam pro monetis a Ferdinando & Eliſabeta cuſis, prohibebat plus pretij accipi, quam antea æſtimarentur, quando auri marcus, viginti trium caractorum, & trium quartarum, viginti quatuor mille marauedinis vendebatur. Quod certè parum æquum videbatur conducebatque potius, vt hoc regnum citius ſpoliaretur monetis antiquis purioris illius auri, quam vt in eo remanerent: cui tamen malo ea lege occurri intendebatur, vt ex ipſamet lege eſt manifeſtum. Quod ſi quis ita dicat, præter alia quæ inferius in cõtrarium dicentur, is attendat, longe maiorem valorẽ ea de cauſa ſingulis ſolidis fuiſſe addendum. Incremẽtum namq; vnius duodecimæ partis, ſupra quadringentos octoginta quinq; marauedinos, longè plus eſt, quã quindecim marauedini: eſt. n. quadraginta quatuor paulò plus marauedinis.

Poſtea Philippus Rex anno 1566. cum L. 13. par. 2. tit. 21. lib. 5. nouæ collect. ſcutũ aureum viginti duorum caractorum, quod tempore Caroli quinti erat valoris trecentorũ quinquaginta marauedinorum ad valorem quadringentorum marauedinorum euexiſſet, eadẽ lege ſtatuit, Caſtellanũ, viginti duorũ caractorum, valoris eſſe quingentorum quadraginta quatuor marauedinorũ, in eadẽ proportione pretium Caſtellani augens, in qua ſcuti auxerat pretiũ. Porrò, conſtituẽs id pretiũ ſoli Caſtellano viginti duorũ caractorũ, manifeſtè innuit, ſe liberum relinquere, vt pro Caſtellano plurium caractorũ, plus acciperetur, iuxta maiorem auri quantitatem, quam haberet: præſertim cum in hoc regno nũquam cuſus ſciatur Caſtellanus viginti duorum caractorum.

Dubiũ eſt, vtrũ poſtquam pretium Caſtellani auctũ iam hodie à Rege Philippo eſt ad quingentos quadraginta quatuor marauedinos, valida in hoc regno abſque inſinuatione ſit donatio æſtimationis quingentorum ſolidorum quorũ quiuis pretio quingentorum quadraginta quatuor marauedinorũ æſtimetur. Aut ẽt, quorum quiuis maiori adhuc pretio æſtimetur duodecima quadam parte, pp duo auri caracta, aut vnum cum tribus quartis, quæ Caſtellano viginti duorũ caractorũ, hodie quadringentis quadraginta quatuor marauedinis æſtimatio, deſunt ad ſolidũ ſeu Caſtellanũ antiquũ auri puriſsimi, aut viginti triũ caractorum cũ tribus quartis. Et. n. ius cõe, & cũ eo lex partitæ, de ſolidis antiquis loquebantur, quæ plus, q̃ viginti duo caracta auri, habebant.

Hac tñ ratione nihil impediente, dicendum arbitror. Solidos hodie, ad iudicandum, quæ donatio inſinuatione indigeat, aut non, æſtimandos eſſe pretio antiquo quadringentorum octuaginta quinque marauedinorum, non obſtante, tum augmento pretij ſolidorum ſeu Caſtellanorum, tum etiã diminutione caractorum eiuſdem nummi, quæ in cauſa eſt, vt antiqui ſolidi plus hodie ex natura rei valeant, quàm ſit pretium quingentorum quadraginta quatuor marauedinorũ. Ratio autem, qua adducor, eſt, quoniã quando lege, pacto, aut quauis alia ratione, cõſtitutus erat valor aliquis expreſsione alicuius monetæ, vt quod ſoluerentur ſolidi, tot ſcuta, aut ducati, vel æſtimaretur aliquid, aut venderetur, tot ſolidis, tot ſcutis, aut tot ducatis; ſane variatio pretij, quæ poſteà fit illius monetæ, nihil mutat de valore, & pretio antiquo lege, contractu, aut alia ratione ſtatuto; idque ſiue moneta in ſe non variata, pretiũ illius augeatur, aut minuatur, ſiue ſeruato eodem pretio in moneta, ipſa quo ad caracta, aut pōdus, mutetur, vt viſu vbique eſt receptum, quando monetæ pretium lege, & arbitrio principis taxatur, vt in Hiſpanijs fit. Verbi gratia, quod ſcuti pretium,

tium, & ducati, a Philippo Rege ſit auctũ, nihil mutat de valore antiquo, lege, pacto, aut alia ratione tali monetæ expreſſo. Si namq; lege cõſtitutum erat, vt, qui, tale crimen cõmitteret, ſolueret pęnam tot ducatorum; pęna ſoluenda eſt in valore ducati antiquo trecentorum ſeptuaginta quinque marauedinorum, non verò in valore aucto ducati quadringentorum viginti nouẽ marauedinorum, vt vſu eſt receptum. Ideq; eſt qñ cõtractu, aut alia rõne, tot ducati erant ſoluendi, vt vſu ſimiliter in hoc regno eſt receptum. Idemq; hẽt Luſitaniæ vſus. Ex eo.n. quod aureus cruciatus, quondã valoris quadringentorũ nummorũ æris, quos *reais* vocant, longè hodie maioris pretij ſit, tum pp plura auri caracta, quæ habet, quã monetæ aliæ auri, quæ hodie cuduntur: tum etiã, ꝙ pretium marci auri pauciorum caractorum auctum in Luſitania ſit ſupra antiquũ pretium purioris auri: tum denique quod aucto pretio regalis argentei a rege Sebaſtiano ad quadraginta nummos æreos, decẽ regalibus argenteis perſoluatur cruciatus, qui vndecim quondam ſoluebatur: ex eo, inquam, quod his oĩb. de cauſis cruciatus aureus longe maioris pretij hodie ſit, quam fuerit olim ſanè valor cruciati, lege pacto, aut alia ratione expreſſus, ac conſtitutus, non in valore cruciati hodierno pſoluitur, ſed in antiquo, vt vſu, & cõſuetudine eſt receptũ. Atque hac de cauſa hodie in Luſitania, donatio facta a viro, quæ trecentos cruciatos valoris antiqui excedit, inſinuatione indiget, vt vſu eſt receptũ, nihil impediẽte, ꝙ hodie minori copia auri, & argenti, perſoluatur, quam olim. Idemq; dicendũ erit in hoc Caſtellæ regno de donatione, quæ excedit valorem quingentorũ ſolidorũ, ſeu Caſtellanorum, pretij antiqui, nihil impediente, quod hodie minori copia auri, paucioribusque ſolidis valoris hodierni perſoluatur.

Ad ſniam aũt illam in Pinciano prætorio a ſenatorib. latam, dicendum eſt. Cum ſenatores illi nulli ſolido fundõ fuerint innixi, vt ſolidorum æſtimationẽ quingentorum marauedinorum conſtituerent, ad definiendam ſummã, quam abſque inſinuatione donare liceret: à nobis verò ſatis perſpicuè oſtenſum ſit, æſtimationẽ ad eum effectum eſſe quadringentorum octoginta quinque marauedinorũ, quã Carolus quintus declarauit, prohibens ab illa, vt antiqua, non diſcedi, & quã Cou. & alij, deducẽdo eam ex ſuis principijs, oſtẽderunt, ſententiæ illi non eſſe ſtandum. Suſpicor aũt Senatores illos eã æſtimationem conſtituiſſe tanquam, quæ, & certum numerum milliũ marauedinorũ redderet, & media eſſet inter æſtimationem Caſtellani tunc, & ſententiam Pauli Caſtr. Iaſonis, & aliorum, quæ communior eo tempore erat, vt Guterrius loco citato, & alij referunt.

5 Inſinuatio † in re ꝓpoſita, eſt manifeſtatio donationis corã iudice, cõparente donatore corã illo, ac manifeſtante, ſe tali, vel tali, facere, aut feciſſe, donationẽ talẽ, atque tabellione redigente id actis. Neque eſt neceſſe, vt iudex in loco iudicij tunc ſit, vt Iul. Clarus q.15.n.4. cũ Io. And. Imo. & alijs, affirmat, vſuque ait eſſe receptum. Põt ẽt fieri, donatore cõparente per ſuum procuratorem corã iudice, imò & p donatariũ, cui in inſtrõ donationis concedat mandatũ, & facultatẽ comparendi corã iudice, & inſinuandi eã donationem, vt Guterrius c.7. citato nu.14. ait. Qm̃ integrũ cuique eſt, qui ſuis negotijs intereſſe non poſsit, aut non velit per alios ea agere, vel conuenire, vt hr̃ l.1.§. vſus ff. de procu. & l.1.§. vſus. ff. de proc. & l.1. tit.10. lib.1. fori. Sine iudice aũt, tabellio, & teſtes non ſufficiunt, vt donatio ſummam excedens inſinuata, & valida, quo ad exceſſum, cenſeatur, vt cõi doctorum ſnia affirmat, atque Gregor. Lop. li.9. tit.4. par.5. gl. pen. ita ſemper in ptorijs Caſtellæ eſſe ſeruatum. Lex aũt Caſtellæ citata declarat, inſinuationem fieri debere coram iudice ſupremo loci. Quare, ſi fit coram iudicibus pedaneis locorũ, inualida erit inſinuatio, vt Guterrius loco cit. nu.15. ait: ſed iudex eſſe debet caput iuriſdõnis, aut q cũ illo vnũ tribunal efficit, quales ſunt *Alcades*, quos in Regno Caſtellæ vocant *mayores* ciuitatis, aut villæ, qui cum correctoribus vnum tribunal efficiunt, vt tract.5 dicetur. Apud quos autem iudices de iure communi fieri deberet, habetur l. in hac. C. de don.

4 Vtrũ aũt † neceſſaria ad inſinuationẽ ſit cauſę cognitio, & iudicis decretũ, interponereq; ad eã donationẽ ſuã auctoritatẽ, cõis doctorũ ſnia cum Bar. affirmat, nihil horũ de iure cõi, aut in regno Caſtellæ eſſe neceſſariũ ſed ſatis eſſe manifeſtatã eſſe iudici donationẽ. Ita Iul. Clarus, Guterrius, & Greg. Lop. locis cit. Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c.4. n.7. & pleriq; alijs, quos citant. Atq; hoc apertè ſignificat, l.9. citata, quæ cũ nulla dixiſſet quo ad exceſſum donationẽ excedentẽ quingentos ſolidos, addidit, *Fueras ende, ſi lo hizieſe con carta, e cõ ſabiduria del mayor. Iulgador de aquel lodar, do fizieſe la donacion.* Vbi ſolã ſciam iudicis exigit, q̃ verbũ, inſinuatio, ſignificat. Conſentiunt l. donatio, in fi. iuncta gl. l. vlt. l. data in hac, & l. ſancimus, in prin. C. de don. Rõ aũt eſt, qm̃ inſinuatio non eſt contentioſæ, ſed merè voluntariæ iuriſdõnis, eaq; ratione cognitione cauſæ non

5 indiget: Introducta † quippe eſt, nõ ad tollẽdam ab hoĩbus libertatẽ ad donandũ pro ſuo arbitratu, & idcirco iudex prohibere, aut impedire, non põt talẽ donationem, ſi de libera donantis voluntate conſtet: ſed eſt introducta, tum vt maturius hoĩes, iudicem prius adeundo, eiuſmodi maioris momẽti donationes afficiãt, nec facile animi leuitate depauperentur; tum ẽt, ne in eis interueniãt fraus & dolus, & ne vi, aut metu, fiant: quorum præſumptio ceſſat ſi iudici prius manifeſtentur, atq; in acta redigantur, vt l. data §. ſi quidem C. de don. apertè innuitur. Quia verò hæc poſtrema ratio fuit præcipua, ob q̃ inſinuatio introduceretur, ſanè, qñ ex circunſtantijs ſuſpicio aliqua eſſet, in donatione fraudem, vim, aut metũ, interuenire, teneretur iudex non prius pro inſinuata illam habere, quàm, & donantem ſub iureiurando interrogaret, an vi, metu, aut fraude, ad ita donandum eſſet inductus, & donatarios ſimiliter interrogaret, num per ſe, aut per alios, ad ſimiliter donandum eum induxiſſent, & quam aliã maiorẽ inquiſitionem, ſi ita expedire iudicaret, efficeret.

Quia

Quia ergo in hoc euẽtu eiuſmodi inquſitio eſt neceſſaria; & quia prudentis iudicis eſt, ſaltẽ donantẽ examinare, nũ vi, metu, aut fraude, ad donandum ſit inductus; & deniq; quia nõ defuerunt, qui aſſererent, ſemper eſſe neceſſariũ, vt id ita fiat; ad cautelã maiorẽ vſus in hoc regno Caſtellæ, referentib. Gut. loco citato, & Gab. Mõterroſo in pract. tract. 7. fol. 119. obtinuit, vt iudex donantẽ interrogaret, an donatio eſſet ficta aut ſimulata, & vt, illo rñdente non eſſe, iudex eã approbaret, interponeretq; ſuum decretum, & autoritatem, & oĩa in actis redigerentur. Addit tñ Guterrius, id fieri ad maiorem cautelam, ſed neceſſarium non eſſe, vt donatio valida ſit, & inſinuata dicatur.

Ius Luſitanum. 6 De iure verò Luſitano inſinuatio † fieri dẽt cõrã Rege, aut corã ſenatorib. ad id deputatis, & ab eiſdem donatio approbari debet. Inſinuatio aũt fit, iubente prius Rege, aut ſenatorib. vt inquiſitio fiat. In qua in primis donãs eſt interrogandus, nũ inductus ab aliquo calliditate aliqua, fraude aut metu, vel ꝙ in vinculis detineatur, aut conijciendus ſit, aut alia ſimili de cauſa, dõnem efficiat: & nũ voluntas ipſius ſit, vt a Rege cõfirmetur & approbetur. Debẽt inſuper interrogari aliqui ex vicinis donantis, de quib. præſumptio ſit, id melius ſcituros, q̃ alios, qualiter donatio ſit facta. Eiuſmodi vero inquiſitione tota ad Regem, aut ad ſenatores, delata, ſi ex ea cõſtiterit, donationem ritè eſſe factam, voluntatemq; donantis eſſe, vt confirmetur, conceditur donatario inſtrumentum confirmationis; & tunc cenſetur donatio inſinuata, & confirmata, ac valida quo ad exceſſum, & non aliter. Hæc hñr lib. 4. ord. ti. 54. in prin. & §. 1.

7 Inſinuationi, legi ve, † q̃ illã exigit, vt donatio valida ſit, renunciari nõ põt per donantẽ, & eſto in inſtrumẽto dõnis illi renuncietur, inualida eſt donatio quo ad exceſſum. Ita Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 4. nu. 7. (nemine, qđ ſciam, refragante) idẽ affirmat Gab. Monter. tract. 7. fol. 16. col. 2. & conſentiunt, qui diſputant, vtrũ addito iuramento ſit valida, de quib. ſtatim dicetur. Si namque renunciatio ſola validam dõnem efficeret, ſuperflua eſſet ea qõ. Suum aſſertum probat Ant. Gom. Primo, quia legi inducenti ſolemnitatẽ, aliquã pro forma, vt actus ſit validus, non põt renũciari, arg. l. nemo põt. ff. de leg. 1. talis aũt eſt lex, de qua loquimur. Secundo, quoniam qua fraude, metu, aut vi, adduceretur quis ad donandum, adduceretur ad renunciandum inſinuationi, atque ita lex nullius eſſet momenti, neque occurreret incommodo, cui ſubuenire intenderet; quod de legis intento non eſt præſumendum.

8 Dubiũ ẽt eſt, † vtrũ ſi donatio iuramẽto cõfirmet, valida ſit abſq; inſinuatione quo ad incrementũ, ita ꝙ iuramentũ defectum inſinuationis ſuppleat. Quãuis autẽ quondã cũ Baldo multi ex iuris Cæſarei interpretib. inualidã eã eſſe aſſeruerint: validã tñ cum Io. And. & Pan. c. cum contingat de iureiu. n. 17. eſſe affirmat cõior canonici iuris expoſitorum ſnĩa, q̃ iã hodie doctores vtriuſque ſcholæ cõiter amplectuntur, vt inter alios referunt, ac ſequuntur, latiſſimè oĩum Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. donatio. q. 18. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 4. nu. 8. Gut. in repet. l. nemo põt, ff. de leg. 1. & de iuram. confirmatorio par. 1. c. 7. n. 2. atq; Syluest. ver. donatio, 1. q. 6. Ac ſanè ex ijs, quæ a nobis diſt. 149. 150. & 151. ſunt dicta eſt ſatis manifeſta, iũctis ijs q̃ diſp. 256. & in calce diſp. 263. diximus. Etenim donare vltra qngentos ſolidos, neq; ex ſe eſt malũ, neq; prohibitũ iure Cæſareo, & Caſtellæ, ſed ſolũ redditũ nullũ in cõe reipublicæ bonũ, ſi ſine inſinuatione fiat: nõ ſecus atq; alienatio fundi dotalis non eſt ex ſe mala, neque prohibita iure Cæſareo, ſed irrita ſolum, ſi tñ vxoris iuramento cõfirmetur, valida eſt, vt habetur c. cum contingat de iureiur. & c. licèt mulieris, eo. tit. lib. 6. idemque eſt de alienatione bonorum minoris ſine ſolemnitatibus iure ciuili ſtatutis, quę, ſi iuramento minorum confirmetur, valida eſt, vt ex authentico ſacramento puberum. C. ſi aduerſ. vend. conſtat. & de pacto, quo pater cum filia aut filio, paciſcitur, vt contẽti ſint tãta, vel tãta portione bonorum, & reliquum ſuæ legitimæ remittant; ꝙ ſi iuramento tal.s filiæ, aut filij, confirmetur, validum eſt, vt ex cap. q̃uis pactum de pact. lib. 6. liquet, explicataq; hæc oĩa ſunt diſp. 146. citata. Quare ſimili modo ſi donatio excedẽs ſummã quingentorum ſolidorum ſine inſinuatione ſit facta, atq; iurõ confirmetur, valida erit, nihil Cæſareo, & Caſtellæ iure impedientibus.

9 Cõſulto aũt † mentionẽ nõ feci de dõne facta in Luſitania vltra ſummã ſine inſinuatione mini mè donati pmiſſam: q m̃ cũ in eo regno, nõ ſolum eſſet irritũ iurm, quo cõfirmaretur talis donatio, ſed ẽt ſola appoſitio iurĩ ſufficeret, vt donatio tota eſſet eo ipſo nulla, iuxta ea, quæ d. 146. ex iure eius regni retulimus: vtique in eo regno, eſto donatio ſine inſinuatione facta iurõ cõfirmetur, inualida eſt quo ad exceſſum, imò & quo ad ſummã infra exceſſum, niſi de facultate regis tale iuramentum adhibeatur. In regno aũt Caſtellæ, vt eadẽ diſp. retulimus, cõtra res hẽt licitum nãque ibi eſt, non ſolum ea confirmare iuramento, quæ ſine iuramento vim non haberent, ſed ẽt donationes omnes perpetuas validas alioquin. Ius Luſitanum.

10 Iul. Clar. q. citata, nu 2. refert † ſnĩam quorundã iuriſperitorum (q̃ cõem eſſe affirmat) aſſerentium tunc ſolum dõnem ſine inſinuatione factã, ſi iuramento confirmetur, validã eſſe quo ad exceſſum, quando in particulari fuit inſinuationi renunciatum, atque renunciatio fuit iuramento confirmata. Si namque, inquiunt, inſinuationi non fuit renunciatum, inualida eſt donatio quo ad exceſſum, eſto ipſa iuramento confirmetur.

Iul. Clar. addit, licèt ab hac ſnĩa fortè conſulendo, aut iudicando, non eſſet recedendũ: tñ in puncto iuris non tranſit ſine difficultate. Videtur enim pariter militare idem fauor aĩæ, ſuper quo ſe principaliter fundare vñr doctores ſuperius allegati. Hactenus Iul. Clarus, qui in eandem ſententiam trepidus inclinat. Eandemq; illi tribuit Gut. nu. 2. citato, videturq. illi ſubſcribere. Merito tamen Ant. Gom. nu 8. citato contrarium affirmat, nempe, dõnem iuramento confirmatam validam eſſe quo ad exceſſum, eſto inſinuationi non renuncietur. Et, meo iudicio, contraria ſententia

tentia nullã probabilitatẽ hẽt,præſertim ſi expen
dantur,quæ diſp.151. & duab.antecedentib.dixi
mus. Quin ſub iureiurando promittit ſe gratis
mille ſolidos alicui daturũ,ſanè,cũ id,quod pro-
mittit,malũ, prohibitũque naturali,aut poſitiuo
iure non ſit, vi ſolius iuramenti manet deuictus,
donatariuſq; cõparat verũ ius,non ſolum in con
ſciẽ,ſed ẽt in exteriori foro, eſto inſinuationi nõ
renunciet,vt ex ijs,q̃ diſputationibus citatis dicta
ſunt,ſatis eſt manifeſtum. Atque hoc ſanè eſt ſo-
lidũ vnicuiq; fundm̃,cur donatio non inſinuata,
ſi iur̃o confirmetur, valida ſit quo ad exceſſum.

Idem Iul.Clarus, cum Federico Senenſi, ad-
dit,Qñ dr̃.dõnem iuramento confirmatam vali-
dam eſſe ſine inſinuatione quo ad exceſſum, in-
telligẽdũ id eſſe,vbi ĩſinuatio ex forma legis, aut
ſtatuti, deberet interuenire in ipſo actu donatio-
nis:non verò vbi lex aut ſtatutũ,requireret dõnẽ
inſinuari intra certũ tp̃s, vt intra mẽſem a die ce-
lebratæ dõnis,aut intra aliud ſimile tp̃s. Tunc.n.
iur̃um dõni appoſitum, non confirmaret eam in
euentu,ꝙ intra tempus, ſtatuto præfixum, nõ in-
ſinuaretur. Ratio eſt,qm̃ iuramentum regulatur
iuxta tp̃s contractus, eaque ratione, ſi poſtea ſu-
perueniat cauſa, ob quam contractus nullus red-
datur, virtus iuramenti extendi non poteſt ad il-
lius confirmationem. Refert etiam Curtium iun.
affirmare hanc eſſe communem ſententiam.

Falſum tñ eam eſſe mihi oĩo perſuadeo. Iura
mentum quippe, quo talis promiſſio, aut dona-
tio,confirmatur,robur ex ſe ſolo dõni tribuit,ſup
pletq; inſinuationem,ita vt ſuperflua, poſt illud
ſit: quare ob defectũ inſinuationis nõ poſſet iam
reddi nulla,vt opinio, quam impugnamus, ſup-
ponit. Præterea inſinuatio ab ipſomet donãte pẽ-
det,cuius noĩe iudici donatio eſt manifeſtanda,
eoq; ipſo, ꝙ iudex comperiat dõnem voluntariã
ex parte donantis eſſe, non põt non habere eã pro
inſinuata & firma quo ad exceſſum, vt ſupra di-
ctum eſt:qui autẽ iuramento ſe ad aliquid aſtrin
git, cenſetur ſe eodem iuramento ad omnia tene-
ri,quæ,vt id effectum ſortiatur, neceſſaria ſunt,
atque adeo in re,de qua diſputamus, donans ipſe
teneretur donationem inſinuare, vt iur̃um ſuum
impleret,ſi,vt donatio valida eſſet,inſinuatio eſ-
ſet neceſſaria,ſibiq; ipſi imputare deberet,ꝙ eam
omiſiſſet: id quod ſanè eum ab obligatione, quã
iuramento ſuper ſe induxit donationem implen-
di,nequaquam excuſaret.

Dubium Dubium eſt,ſi quis abſq; inſinuatione,& iur̃o
donet alicui vltra quingentos ſolidos apponat tñ
clauſulam in inſtr̃o donationis(vt frequenter ta-
belliones facere conſueuerunt) qua dicat, ſe tot
facere donationes,quot fuerint ſummæ infra q̃n-
gentos ſolidos, vtrum valida ſit ea donatio quo
Deciſſo. 11 ad exceſſum. Cõis † doctorum ſentẽtia affirmat,
nihil eam clauſulam efficere,vtpote in fraudẽ le-
gis appoſitam. Ita cum Bart.l.Modeſtinus. ff.de
don. Ant.Gom.2.to.var.reſo.c.4. nu.7. Iul.Clar.
§.don.q.17.nu.4. Gut.c.7.citato, nu.17. Ga ma
dec.10.n.34.& dec.181. num.5. & pleriqueal ij,
quos citat,aitq; Gab.Mõter.tract.7 fol.116.pag.
2. ita judicatum fuiſſe in prætorio Pinciano.

Confirmari id põt ex auth. de non alienãdis.
§.quod autem dictum eſt,verſ.neq; illud, vbi,ſi
res Eccleſiæ in emphyteuſim tradatur cũ pacto,
vt,finitis vitis,per quas tradi licet,incipiat,per a-
lias vitas ex nouo contractu ſimul ab initio facto,
irritus redditur nouus contractus, tanquam ma-
chinatio in fraudẽ legis introducta. Eadem autẽ
ratio eſt de prolongationis temporis,multiplica-
tione contractuum,& de multiplicatione ſummę
per confictas diſtinctas donationes ſimul factas.

Bar. Ant.Gom.Guter.Gama, & alij,quos ci-
12 tant,affirmant hoc † habere verum, ẽt qñ vno &
eodem tp̃e donantur plures res, quarum quæuis
valorem quingentorum ſolidorũ non excederet,
oẽs tñ illum excederent. Licèt enim,pro diuerſi-
tate rerum,quæ donantur, cenſeantur eſſe plures
donationes,aut ſtipulationes,vt patet l.ſcire debe
mus,in princ. ff.de verb.oblig.ad effectum tñ,vt,
ſi excedant ſummam quingentorum ſolidorum
inſinuatione indigeant, pro vna reputantur, qñ
ſimul eidem facta ſunt,vt argumento a contrario
ſenſu colligitur aperte ex l.ſancimus, §.ſi quis au
13 tem per.C.de don. Idem † cũ Romano, & alijs,
quos citat,ait eſſe Gama deciſ.381 nu.5.qñ plu-
ribus ſimul certa ſumma donatur, quæ excedit
quidem ſolidos quingentos,attamen portio,quæ
ex ea ſumma ad vnumquemque donatarium ſpe
ctat,ad ſolidos quingentos nõ pertingit. Ratio au
tem eſt,qm̃ in exigenda inſinuatione, qñ ſumma
quingentos ſolidos excedit non hr̃ ratio donata-
riorum,ſed donantis,ne temere, vi,metu,aut do-
lo depauperetur:eaq; de cauſa, qñ tẽpus eſt vnũ,
& actus donandi vnus, exigitur inſinuatio, eſto
donatarij ſint multi, & donatio ex parte eorum
14 ſit etiam multiplex. Idem † cenſet ibidem eſſe
Gama, qñ plures res eodem tempore ab eodem
donatore multis donantur, quæ ſimul excedunt
ſummam,quam ſine inſinuatione fas eſt donare:
ea vero,quæ ſingulis donantur,ad eam ſummam
non pertingunt, idque propter idem fundamen-
tum,aitq; ita à ſenatorib. fuiſſe in Luſitania iudi
15 catum. Quando † diuerſis temporibus aliquis
abſq; inſinuatione donat vni,& eidẽ multa, eſto
omnia ſimul ſumpta excedãt ſummam, quã abſ-
que inſinuatione donare non licet,ſi tñ, quæ ſin-
gulis donationibus ſunt donata,eam ſummã non
excedunt,validæ ſunt donationes oẽs. Ita defini-
tum eſt l.ſancimus, §.ſi quis aũt per. C.de don.
conſentitque communis doctorum ſententia.
16 Qñ † aliquis donauit alicui quãtitatẽ annuã,
q̃ ſingulis quidẽ annis eã ſummã non excedit, q̃
validè abſq; inſinuatione donatur, attñ in duob.
aut pluribus annis eam ſuperat,diſtinguendũ eſt.
Qm̃ ſi ita donetur,vt mortuo vtrouis, donatore
videlicet,aut donatario, donatio expiret, valida
eſt donatio tota abſq; inſinuatione: ſi vero ita, vt
tranſeat ad hæredes vtriuſuis,ita videlicet, vt vel
hæredes donantis teneantur eam ſoluere donata-
rio,vel hæredibus donatarij ſit a donante ſoluen
da inualida eſt quo ad exceſſum vltra quingen-
tos ſolidos. Ita definitum eſt l.ſancimus,citata,§.
vltim.conſentitque cõis doctorum ſententia.

Vtrum aũt remiſſio debiti facta abſq; inſinua- Dubiũ.
tione

tione, ſi quingentos ſolidos excedat, aut in Luſitania ſummam ibi abſq; inſinuatione donari per
17 miſſam valida ſit quo ad exceſsũ. Cõis † doctorũ ſnĩa affirmat inualidam eſſe, qñ debitũ eſt, certum. Ita glo. l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iuris, Bar. Panor. & alij, quos referunt, ac ſequũtur Couar. 2. var. reſ. c. 4. nu. 8. Iulius Clarus lib. 4. ſent. §. donatio. q. 16. nu 2. & Ant. Gome. 2. tom. var.
18 reſ. c. 4. nu. 9. Remiſſionem † quippe debiti, inter donationes connumerãt l. in ædibus in prin. ff. de donationib. l. ſi mulier. ff. de condict. cauſa data l. peculium. §. ſed hoc ita verum, iuncto Bart. ibi. ff. de peculio, & leg. ſicut. §. an paciſci. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. Idem dicendum eſt de condonatione iuris, qñ eſt certum, & de pacto de non petendo, atq; de ceſſione, vt Iulius Clarus loco cita-
19 to, nu 3. & 4. cum alij affirmat. Quod † intelligẽdum eſt, qñ in donationis modum, mereve liberaliter fit. Qñ namq; fieret in recõpenſationẽ ꝓ alia re: aut pro remiſſione, aut ceſſione alterius iuris, vt fit in trãſactionib. tunc nulla neceſſaria eſſet inſinuatio. Qñ aliq̃d vẽditum eſſet vltra dimidiũ iuſti pretij, ſummaque vltra dimidium iuſti pretij excederet quingentos ſolidos, liberèque poſteà ab emptore condonaretur, ſeu remitteretur venditori, dubitandum non eſt, neceſſariã eſſe inſinuationẽ quo ad exceſſum vltra quingẽtos ſolidos: qm̃ eſſet remiſſio veri, atq; indubitati debiti, atq; adeo donatio, iuxta proximè dicta. Qñ itẽ res ſimul vẽderetur infra dimidiũ iuſti pretij. & venditor læſioni renunciaret; ſi id quidẽ animo merè liberali efficeret, ita'ꝙ emptor, tũ in exteriori, tum ẽt in cõſcientiæ foro, tutus remaneret, tunc ſanè ſi quod infra dimidiũ iuſti pretij remittitur, quingẽtos ſolidos excederet, neceſſaria eſſet inſinuatio, vt remiſſio quo ad exceſsũ eſſet valida: eo ꝙ ſit vera donatio quantitatis illius, ſeu iuris, qd venditori remaneret, niſi læſioni illi merè liberaliter renuntiaret, & ſaltẽ negari nõ debet eſſe donationem tacitam, ſeu præſumptã, in qua Iul. Clarus loco citato, nu. 1. ait neceſſariã eſſe inſinuationẽ, deciſionemq; hãc aliqñ feciſſe ſibi magnũ honorem in practica. Quòd ſi Couarr. a nu. 8. citato aliq̃d cõtra hanc doctrinam intendit, ſanè nõ placet eius opinio Bar. l. Modeſtinus. n. 1. ff. de don. & cum eo Sylu. verb. don. 1. q. 7. & Bal. l. illud. C.
20 de ſacroſ. eccl. diſtinguunt. Aut † ſumma aliqua, excedẽs quingentos ſolidos debita eſt ex pluribus cauſis, ita vt, quod ex ſingulis debetur, quingẽtos ſolidos non excedat; aut eſt debita ex vna tm̃ cauſa. In priori autẽ euentu dicunt, remiſſionẽ totius debiti inſinuatione non indigere: in poſteriori verò ea indigere. Fundamentum autem eorum non aliud vr̃ eſſe, q̃ remiſſionẽ debiti ex pluribus cauſis, cẽſeri plures remiſſiones, atq; adeo plures donationes: remiſſionẽ verò ex vna tm̃ cauſa, cenſeri vnã duntaxat donationem, ac remiſſionem. Cęterum, cum l. ſancimus. §. ſi qs aũt per. C. de donationib. definitum ſit, donationes diuerſarum rerum (q̃ alioquin plures cenſentur) ſi ſimul fiãt, cenſeri vnicam donationem ad effectũ, vt neceſſaria ſit inſinuatio, idem proculdubio dicendũ erit de remiſſione debiti ſimul facta, eſto debitũ illud ortũ habuerit ex pluribus cauſis: idque cum Imola, affirmat Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 4. num. 9.

Decis. (beside 17) — Opin. (beside 20) — Refellitur.

21 Dubium † eſt vtrũ donatarius, cui vltra quingentos ſolidos aliq̃d abſq; inſinuatione eſt donatum retinere poſſit exceſſum tuta conſcientia, anteq̃ repetat. Pars, q̃ negat, ſuaderi põt. Qm̃ lex, q̃ inſinuationem induxit nõ eſt pęnalis, vt dicere poſſimus, expectandam eſſe ſnĩam, anteq̃ exceſſus in exteriori, & in conſcientiæ foro, donãti ſit in donatarij pęnam reſtituendus: pſertim cũ non manus, imò plus, in culpa ſit donãs inſinuationẽ omittendo, q̃ donatarius, legesq; adiudicare non ſoleant pęnam ei, qui fuit in culpa, ſed fiſco, qñ vterq; cõtrahentiũ fuit in culpa, ꝙ in re propoſita non cernitur. Neque itẽ dicere poſſumus, legẽ illam fundari in præſumptione, ꝙ tam ingẽs donatio fraude, vi, metu, aut dolo, fuerit extorta. In primis, qm̃ tunc non ſolus exceſſus eſſet nullus, ſed tota donatio, cuius contrariũ lex ſtatuit. Id quod confirmat, eandẽ legẽ non eſſe inductam in donatarij pęnam: nam tũc donationẽ totam reddidiſſet nullam, & nõ ſolum exceſſum. Deinde, qm̃, ſi lex illa in ea præſumptione fundaretur, eo ipſo, ꝙ in exteriori foro ex donantis confeſſione conſtaret, nullam fraudem, vim, metum, aut dolũ interueniſſe, donatio tota pronũciaretur valida: etenim aduerſus eam legem, q̃ in ſola pſumptione fundatur, confeſſio eius, in cuius fauorẽ inducta eſt, valet, ẽt ſi pſumptio ſit iuris & de iure, q̃ vocãt, aduerſus, q̃ nulla alia admittitur probatio cõtrariũ autem habet praxis. Quãuis. n. ex confeſſione donãtis conſtet, nihil illorum interueniſſet, donatio tñ pronunciatur nulla quoad exceſſum, exceſſuſque donanti adiudicatur, aut hæredib. illius. Præterea q̃a ſi lex illa in ea pſumptione fundaretur, tunc, cũ lex, q̃ in ſola pſumptione fundatur, vim non habeat in foro conſcientiæ, donãs reſtituere teneretur exceſſum ob inſinuationis defectũ ſibi adiudicatum, lethaliterq; peccaret illum petẽdo: ꝙ nullus affirmabit, neq; vllo modo cũ praxi id cõſentit. Solũ ergo relinquitur, legem illã in cõebonum, nullã reddidiſſe donationẽ, quo ad exceſſum, quæ abſq; inſinuatione fieret. Quo dato, cũ donatarius nullo titulo exceſſum illũ poſſideat, neq; ſuum illum effecerit, cõſequens eſt, vt in cõſcientiæ foro, nulla expectata ſnĩa, aut repetitione, teneatur illum reſtituere donãti, eoque defuncto, hæredibus illius. Dicẽdum nihilominus arbitror. In primis, dũ donator, aut hæredes illius eo defuncto, non cenſentur inuiti tuta conſcĩa donatarium poſſe illum retinere. Qm̃ volenti, & conſentienti, nulla fit iniuria. Deinde, ſimpliciter tuta cõſcientia poſſe talem exceſſum retinere, interim, dũ nõ repetitur. Qm̃, cũ, ſecluſa ea lege, tota illa donatio ſit valida, tranſlatiuaq; ſit dñij, ſanè nõ maiores vires ea lex hodie hẽt, q̃ vſu ſit receptæ: nullus verò vnq̃, quãtumuis timoratus exceſſũ reſtituit donatario, vel hæredib. illi⁹, niſi pri⁹ ex eo capite repeteretur, ꝙ donatio inſinuata non fuerit: quare, cõſuetudinẽ eã legem interpretãte, atq; aduerſus eã pſcribente, eſto alia fuerit intentio legũ latorum, non aliam vim hodie habet q̃ donatarium teneri reſtituere exceſſum, ſi repetatur.

Quæſt. (beside 21) — Decis.

tatur. Et forte non plus intenderunt legislatores: qm̃ id erat ſatis: vt cõi bono ſubueniretur: & qm̃ concedere plus, quam repetitionem ex eo capite, eſſet, ſine vllo reipublicæ emolumento, hominum conſcientias illaqueare: quod neque cum lege iuſta conſentit, neque cũ maturo iudicio, ac probitate legum latorum; quæ tamen ſemper in legibus ſunt præſumenda: imò iuxta eas leges pie per epicheiam ſunt exponendæ, atque intelligendæ.

Donatio, quæ inſinuatione non indigeat, vt ſit valida.

DISPVTATIO CCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio pro redemptione captiuorum, reparatione domorum, conſtruenda eccleſia, ſeu hoſpitali, aut alio pio loco valet in quacunque ſumma ſine inſinuatione.*

2 *Donatio ad pias cauſas, cuiuſcunque ſit ſummę vel quantitatis, valet ſine inſinuatione, non obſtante aliqua lege ciuili, vel ſtatuto.*

3 *Donatio a principe, non recognoſcente ſuperiorem, vel principi facta, non indiget inſinuatione, cuiuſcunque ſit quantitatis.*

Idem in donatione facta a Duce belli. nu. 4.

5 *Donatio remuneratoria, & ob cauſã, ẽt ſi cauſa ſit de futuro, inſinuatione nõ indiget, vt ſit valida.*

6 *Donatio remuneratoria, vel ob cauſam non eſt propriè donatio.*

7 *Donatio in dotem, vel ad nuptias, vel propter nuptias, ſine inſinuatione valida eſt.*

8 *Donatio facta patri a filio tẽpore emancipationis, licet videatur ob cauſã, tamẽ eget inſinuatione.*

9 *Donatio remuneratoria, vel ob cauſam, quando egeat inſinuatione.*

10 *Donatio reciproca quando egeat inſinuatione.*

11 *Maioratus inſtitutio quando egeat inſinuatione.*

12 *Donatio cauſa mortis inſinuatione non indiget.*

13 *Renunciatio iuri de futuro, quod pendet ab acceptatione, non eget inſinuatione.*

14 *Donatio de iure Luſitano quando egeat inſinuatione, & quando non.*

LEge, illud C. de ſacroſ. eccle. ſancitum fuit, vt, licèt donatio facta alijs non valeret ſine inſinuatione, niſi vſque ad ducentos ſolidos, facta tñ Eccleſijs, hoſpitalib. pauperibus, aut ciuitati, valeret abſq; inſinuatione vſq; ad quingentos. Idẽ gl. ibid. intelligit, de donationib. factis ad alias ſimiles pias cauſas. Poſteà verò l. ſancimus, in prin. & §. alias verò C. de dona. cõſtitutũ eſt, cęteras donationes factas ſine inſinuatione valere ſolũ vſq; ad ſolidos trecẽtos, factas verò ad prædictas pias cãs abſq; eadẽ inſinuatione; valere vſq; ad quingẽtos. Nouiſſimè verò l. pen. C. de donationibus poteſtas vniuerſim facta eſt donãdi abſq; inſinua
1 tione vſq; ad quingẽtos ſolidos; nullo † verò præfinito termino, ad redẽptionẽ captiuorũ. Itemque ad reparationẽ domorũ, quæ ruina, aut incendio, corruptæ ſint; dummodo res donata nõ inſumatur in re alia, & dummodo, ſi quid ex valore, dominib. reparatis, ſuperſit, quod inſinuatum non ſit, & quod ſit vltra quingẽtos ſolidos, inualida quoad id ſit donatio. Idẽ ſtatuit l. 9. ti. 4. par. 5. addẽs, poſſe etiam ad confectionem Eccleſiæ donari abſque inſinuatione ſine vllo termino, itemque hoſpitali, & Eccleſiæ, aut alteri loco pio, non ſecus atque ad ædes corruptas reparandas.

Quidam, quos referunt gl. l. illud C. de ſacroſ. eccl. & glo. l. ſancimus, §. alias verò C. de don. aſſeruerunt, hodie ad oẽs pias cãs, de qbus his duobus iuribus eſt ſermo, donari poſſe vſq; ad octingẽtos ſolidos. Ducũtur, qm̃ cũ l. illud, ſancitũ fuerit, vt ad illas pias cas liceret donare abſque inſinuatione vſq; ad quingẽtos ſolidos, cũ tñ tunc ad cętera ſolũ fas eſſet donare vſq; ad ducentos; ſanè eo ipſo, ꝙ l. vlt. C. de donationib. extenſum fuit, vt ad quæcunque liceret ſine inſinuatione donare vſq; ad quingẽtos ſolidos, cõceſſum virtute fuit, vt ad pias cãs liceret inſuper ſine inſinuatione donare incremẽtum illud trecentorum ſolidorum, qđ lege illud, habebat donatio ad pias cãs, ſupra donationẽ ad res cæteras. Meritò tñ gloſſæ citatæ, Ant. Gom. tom. var. reſol. c. 4. nu. 10. & doctores cõiter, id reijciunt. Qm̃ l. ſancimus. C. de donationib. extẽſum fuerat, vt ad cauſas non pias liceret donare vſq; ad trecẽtos ſolidos; & tñ nullũ incrementum additum fuit donationib. ad pias cãs, quin potius expreſſe fuit pronunciatum, vt ad eas ſolum liceret donare abſq; inſinuatione vſq; ad quingentos ſolidos, vt antea licebat: quare ex incremento facto in donationib. ad cãs non pias, non licet colligere æquale incrementum in donationib. ad pias cauſas, niſi iure aliquo ſtatuatur, nullum verò reperitur ius, quod id ſtatuat.

Hac igitur rõne gloſſæ citatæ, Anton. Gom. & multi alij, affirmãt, excepta donatione in redemptionẽ captiuorũ, & ad reficiẽdas domos corruptas, atq; de iure Caſtellæ ad conficiendã Eccleſiam, inualidã eſſe hodie donationẽ ad pias cauſas factam ſine inſinuatione vltra quingentos ſolidos: qm̃ id ita ius ciuile, quod retulimus, ſtatuit.
2 His † tñ nihil impedientib. dicendum eſt. Donationem ad pias cauſas nulla omnino egere inſinuatione, ac proinde, cuiuſcunq; ſit quantitatis, validam eſſe abſq; inſinuatione, nõ ſolum in conſcientiæ, ſed ẽt in exteriori foro, etiam ſeculari. Ita Panor. c. relatum. 1. de teſt. n. 4. Fel. c. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. n. 82. Bar. l. illud. C. de ſacroſ. Eccl. Syl. verb. donatio. 1. q. 4. Iulius Clarus 4 li. ſent. §. donatio, q. 17. nu. 1. & multi alij, quos Fel. & Iulius Clarus citant; tametſi non oẽs eidẽ innitantur fundamento. Rõ potiſſima eſt, q̃ Pan. loco citato, iuxta textum ibi, tradit, & nos ſup. diſp. 134. reddidimus. Videlicet, in his, quę ad pias cauſas, ſpectãt, & vniuerſim ad ſupernaturalẽ finem ſalutis aĩarum, nullam cõſtitutionem principum ſecularium vim habere, præiudiciumve ſpirituali bono poſſe afferre, niſi quatenus a Summo Pontifice fuerit approbata: eaque rõne legata, & vltimæ aliæ diſpoſitiones, ad pias cãs valent, eſto in eis ſeruata nõ ſit ſolemnitas iure ciuili ſtatuta, vt c. relatũ, citato, definitum eſt: quare, cũ iura ciuilia, quæ ſtatuunt, donationes ad pias cauſas, fa-

ctas

ctas abſq; inſinuatione vltra quingentos ſolidos, inualidas eſſe quo ad exceſſum, a Summis Pontificib. approbata nõ reperiantur, bonoq; ſpirituali præiudiciũ afferant; eo q donationes ad res pias, & ſanctas, ex ſe alioquin validas, reddant inualidas; conſequens profectò eſt, vt nullam vim habeant, non ſolum in conſciẽ, ſed in exteriori foro, et ciuili, vt de ciuilib. iuribus circa vltimas ad pias cauſas voluntates diſp. 134. citata, oſtenſum eſt. Legẽ, quæ fuſius ibidem dicta ſunt.

3 Donatio † facta ab eo principe, qui ſuperiorẽ non recognoſcit, alicui priuato, et ſi nõ ſit ad piã cãm, inſinuatione non indiget, quantæcunque ſit quantitatis vt patet l. ſancimus. § exceptis. C. de don. l. vlt. §. vlt. C. de quadr. præſ. l. 9. tit. 4. p. 5. & lib. 4. Luſit. ordi. ti. 54. §. vlt. Idem eſt de donatione facta a priuato eiuſmodi principi, vt habetur in authent. caſſe a priuatis. C. de don. & in auth. vt non fiant pignorationes. §. vlt. & l. 9. citata.

4 Donatio † a Magiſtro militum (id eſt, duce) facta militib. de reb. mobilib. aut ſe mouentibus ſiue de bonis talis ducis, ſiue de ſpolijs hoſtium fiat, & ſiue in ipſa belli occupatione, ſiue alibi degant, valida eſt abſque inſinuatione cuiuſcũque ſit quantitatis. Ita habetur l. pen. C. de donat.

5 Donatio † itẽ remuneratoria, & vniuerſim donatio ob cãm, et ſi cauſa ſit de futuro (vt ferè doctores citandi affirmant) inſinuatione non indiget vt ſit valida. Ita cum gl. l. Aquilius (alias Atilius) Regulus ver. nõ merã. ff. de don. & Bar. ibi, cõis doctorũ ſnĩa, q referunt, ac ſequuntur, Molina lib. 2. de primog. c. 8. nu. 15. Iul. Clarus lib. 4. ſent. §. donat. q. 2. nu. 2. & q. 16. nu. 6. Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 4. n. 10. & Gama dec. 213. 302. num. 6. & 348. num. 5. Eam probat in primis lex Aquilius Regulus citata, vbi cum Aquilius cuidã ſuo præceptori, tum q in domo patris ſui habitaſſet, tum q ipſum Aquilium docuiſſet, donaſſet, ac promiſiſſet habitationẽ cuiuſdã cœnaculi, cumq; poſt Reguli mortem, hęredes Reguli inde
6 expellere vellent, Papin. ait. † *Defendi poſſe eam nõ eſſe meram dõnem, ſed officiũ magiſtri mercede remuneratũ*; Vbi gl. in ver. non merã, ait; quia ob præcedentẽ cãm. Si n. eſſet mera, nulla eſſet. Item exigeretur inſinuatio, ſi excederet legitimum modum: q hic non exigit. Hactenus gl. Quæ in margine tanquam ſingularis ad hoc commẽdatur, q donatio ob cãm inſinuationẽ non requirit. Deinde eã probat. l. ſi pater. §. vlt. ff. de don. cuius verba ſunt. *Si quis aliquem a latrunculis, vel hoſtib. captum eripuit, & aliquid pro eo ab ipſo accipiat, hęc donatio irreuocabilis eſt. Merces. n. laboris eximij appellanda eſt, quod contẽplatione ſalutis certo modo æſtimari non põt.* Hæc ibi, vbi Bart. ſummariũ ſic habet. Qñ fit ex cã remunerationis donatio, nõ eget inſinuatione. Tertiò eã probat l. hoc iure. §. vlt. ff. de don. vbi ſic ſcriptum legimus. *Sed & hæ ſtipulationes, quæ ob cauſam fiunt, non habent donationẽ. Deniq; Pegaſus putabat, ſi tibi cẽtum ſpopondero hac conditione, ſi iuraſſes te nomẽ meũ laturum, non eſſe donationẽ: quia ob rem facta eſt, & res ſequuta eſt.* Hactenus. §. ille. Quia ergo donatio ob cãm, ſimpliciter non eſt donatio, vtique
7 neq; inſinuatione indiget. Quartò † eam probat, quod donatio in dotem, eo q ſit ob cãm, nunquã cõparatione mariti indiguit inſinuatione, propterea q cõparatione illius rõnẽ non hẽbat dõnis: hodie verò neq, cõparatione vxoris inſinuatione indiget, vt hr l. vlt. in prin. C. de iu. dot. & l. 9. tit. 4. par. 5. Item donatio ad nuptias, aut pp nuptias, hodie inſinuatione non indiget, vt habetur in auth. vt ſponſalitia largitas in princ. & l. 9. citata, atque affirmat Gama dec. 348. nu. 5. Quo loco obſerua, donatum ad nuptias, cõparatione cõiugis, qui cum tali donatario contrahit, non habere rationem donationis, ſed contractus oneroſi.

Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mat. p. 3. nu. 62. col. 19. q̃ quis cum alijs conſentiat dõnem remuneratoriam inſinuatione nõ indigere, aduerſus Bal.
8 tñ, Paulum Caſtr. & Crotum, arbitratur, dõnem † factam patri a filio tpe emãcipationis, inſinuatione indigere, ſi ſummam abſque inſinuatione donari permiſſam excedat, nihil impediẽte, quod remuneratoria videatur ob beneficium emancipationis a patre acceptum. Ducitur. Tum quia, dato eã nõ indigere inſinuatione facile filij fraudib. paterent, dum amore emancipationis, facile a parentibus ineſcarentur, & deciperentur: præſertim cum de iure cõi parentis præmium ob emãcipationis beneficium conſtitutum habeant dimidium vſusfructus bonorum aduentitiorum, vt alibi dictum eſt. Tum etiam pp l. data. C. de donat. quæ non minus, imò plus, exigit inſinuationẽ in dõne a filijs facta parentibus q facta alijs; eo qd comparatione parẽtum, facilius poſſint fraudes, ac deceptiones interuenire. Et pp l. filiusfamilias, §. ſecundum vulgarem. ff. de lega. 1. Tametſi hæc lex patriam poteſtatem inæſtimabilem eſſe dicat in patris bonum, vt pater grauari non poſſit a fideicommiſſum ei relinquente, vt filium emancipet: quod potius ſuadere videtur nullam remunerationem æquare poſſe beneficium emancipationis, quam donationem, in recompenſationẽ eius beneficij factam, inſinuatione indigere.

9 Obſeruãt doctores, qñ † aliquid in remunerationem donatum eſt, aut ob aliam cauſam, ſi, qd donatum eſt, limites remunerationis, aut cauſæ excedat, tunc, quo ad exceſſum, non habere rationem dõnis ob cauſam, ſed ſimplicis donationis: atque adeo, ſi exceſſus ille quingentos ſolidos ſuperet, inualidam eſſe donationẽ quo ad id, quod ſuperauerit quingentos ſolidos; ſi donatio inſinuata non fuit. Ita Molina loco citato, numer. 17. Gama dec. 302. num. 8. & alij quos citant. Conſonat c. relatum 2. de teſt. illis verbis, *aliqua iuxta ſeruitij meritum conferantur.*

10 In dõne † reciproca, ſi ſimul vtrinq; fiat, vt ſi mutuo aliqui conueniãt; dono tibi tale prędium, & tu viciſſim mihi dona tale quid, inſinuatio nõ eſt neceſſaria: qm eiuſmodi donationes, & fiunt ob cauſam, & potius habent rationem contractus oneroſi, quam donationis. Atque de eiuſmodi reciproca donatione loquitur gloſ. l. licèt verbi mortis cauſa. C. de pactis, & cum ea Iulius Clarus q. 2. citata nu. 2. & q. 16 num. 5. & loquuntur alij, quos citat. Si verò antecedat donatio mi-

noris ſummæ ſine pacto retributionis, & ſequatur donatio ſummæ maioris, cenſebitur remuneratoria vſq; ad quantitatẽ antecedentis donationis: quo ad incrementũ verò nõ itẽ, ac proinde, ſi tale incrementũ quingentos ſolidos ſuperet, inſinuatione quo ad id, quod ſuperauerit, indigebit.

11 Vtrũ verò, qñ † maioratus contractu inter viuos inſtituitur, inſinuatione ea inſtõ egeat. In primis, qñ in dotẽ, aut ĩ donationẽ ad nuptias, inſtitueretur, ea non indigeret, vt ex dictis cõſtat. Qñ itẽ ex regis facultate inſtitueretur, ea ẽt neceſſaria non eſſet, qm̃ regis facultas vim inſinuationis haberet, vt bene Moli. obſeruat lib. 2. de primog. c. 8. n. 19. Deniq; qñ abſq; regis facultate inſtitueretur, optimè ẽt Molina ibidẽ à nu. 15. oſtendit, Hiſpaniarum maioratus ea non indigere. Tum qm̃ vt plurimum grauari ſucceſſores ſolẽt, agnomẽ atq; inſignia inſtitutoris deferre, aliaq; grauamina ſolent eis apponi & habere annexa ob quæ inſtitutio donatio ob cauſam cenſeri debet. Tum vel maximè, ꝙ in inſtituentis memoriã ſuæq; familiæ ſplendorẽ, ſolet maioratus inſtitui, atq; ad eo ob cauſam, emolumẽtum ve proprium & familiæ, cuius remanet eo ipſo caput. Tũ denique qm̃ ea bona relinquuntur ſucceſſoribus ſine facultate illa alienandi, & cum onere, vt tranſeant ad ſucceſſorẽ ab ipſomet primo inſtitutore vocatũ: & qm̃ cum eiuſmodi maioratuũ inſtitutio in ſplendorẽ, ac cõmodũ reipublicæ cedat, legeque ea de cauſa ſit permiſſa, per epicheiam cenſendum eſt, eiuſmodi inſtitutionẽ ſub inſinuationis lege minimè cõprehẽdit. Accedit, id vſu ita eſſe receptũ.

Molina loco cita. nu. 20. arbitratur, ſi redditus annui maioratus, quingentos ſolidos non excedant, vel ex ſola diſpõne l. ſancimus. §. vlt. C. de don. diſp. præcedente relata, eã inſtitutione inſinuatione non indigere. Exiſtimo tñ hoc eſſe falſum. In primis, qm̃ diſpoſitio illa ſolũ loquitur, qñ annua ſumma eſt, quæ donatur: qñ verò maioratus inſtituitur, ꝙ donatur, non eſt annua ſumma, ſed bona quo ad proprietatem, quæ annuatim eã ſummã reddẽt: porro bona illa quo ad proprietatẽ, lõgè maioris valoris ſũt, q̃ redditus ſingulorũ annorũ. Deinde, qm̃ diſpoſitio illa ſolum hẽt locũ, qñ donatio expirat morte indifferenter donãtis, aut donatarij (maioratus aũt, reditusq; illius, ad hęredes tranſeũt) vocati primo ad maioratũ, atq; ad hæredes hæredũ, ſine vllo termino.

12 Denique donatio † cauſa mortis, etiã ſi quingentorum ſolidorum valorem excedat, inſinuatione non indiget. Ita habetur l. vlt. C. de donationibus cauſa mortis.

Anton. Gom. 2. tom. varia. reſol. c. 4. nu. 10. ad-

13 dit. Qñ id, ꝙ † donatur, non competit donatori de præſenti, ſed de futuro neceſſariam nõ eſſe inſinuationẽ. Inde verò multa infert corrolaria. Potius aũt dicerem, qñ iura ei aliquid tribuunt dependenter ab ipſius acceptatione, tunc renunciatio iuris, quod eo pacto illi conuenit, non indiget acceptatione. Vnde ſi non acceptet legatũ, aut ſi hæreditatem, ad ipſum iã deuolutam, non adeat, eſto ius, cui renuntiat, valorem quingentorum ſolidorum excedat, valida eſt renunciatio. Hac eadem rõne, ſi parens filio, aut filiæ, facultatẽ teſtandi cõcedat de bonis, in quib. vellet, nollet, filius, parens erat hæres, valida eſt facultas talis, eſto ea bona valorẽ quingentorum ſolidorum ſuperent. Propter eandẽ rationẽ, ſi pater filio familias relinquat vſumfructum de bonis illius aduentitijs, quia iura tribuunt patri eũ vſumfructum dependenter, ſi vſurpare velit eum, vt alibi oſtẽſum eſt, valida eſt talis cõdonatio vſusfructus, quamuis excedat valorẽ quingentorũ ſolidorũ. De renunciatione, qua filius, aut filia, legitimè renunciat, aut, cõtenta vna parte, alteri renunciat, qm̃ ſine iuramento inualida eſt talis renũciatio, iuramentũ verò defectũ ſupplet inſinuationis, ceſſat qõ, vtrum ea renunciatio valida ſit ſine inſinuatione, qñ id cui renunciat, valorem excedit quingentorum ſolidorum. Ex eodem fundamento Anto. Gom. vbi ſupra affirmat, validam eſſe inſinuatione renunciationem, qua vxor medietatem bonorum ſuperlucratorum marito renunciaret. Id tñ credo eſſe falſum: qm̃ eſt rei ſibi debitæ virtute contractus matrimonij antecedentis, non ſecus ac illi eſſent debita bona, ad quæ ex quocũq; alio contractu haberet ius: remiſſio verò, aut ceſſio, eiuſmodi iuris, ſi valorẽ excederet quingẽtorũ ſolidorũ, inualida abſq; inſinuatione eſſet quo ad exceſſum, vt diſputatione præcedente dictum eſt.

14 Dubium † circa dicta ferè tota hac diſputatione eſt, vtrũ vim in Luſitania habeat. Et. n. lib. 4. ord. ti. 54. ĩ prin. abſq; vllius donationis exceptione, ſic dr̃. *Todas ad doações aſſi de beẽs, moue is como de raiz, como de buũs e outros iuntamente, que paſſaren de trecentos cruzados douroou ſua verdãdeira ualia, ſerã inſinuadas e aprouadas, per nos, ou por os deſembargadores que pera ella forẽ deputados: e nõ ſendo inſinuadas, nõ uoleraã, ſaluo atee adita contia.* Quibus verbis excludi de iure illius regni vñr hactenus dicta. His tñ verbis nihil impedientib. contrarium eſt dicendum. Nõ ſolum, quia, vt Gama dec. 213. & 302. citatis, de donatione remuneratoria, & ob cauſam agens, rectè ait, ordinatio illa per antiquiora cõia iura exponi debet, ſed etiam quoniã vniuerſalitas illa intelligenda non eſt quo ad donationis ſpecies & modos, ſed quo ad materiã, vt ſtatim ordinatio ipſa ſe exponit dicẽs: *aſſi de beẽs moueis como de rayz como de buũs e ou tros juntamente.* Neq; credendum eſt, ordinationem illam peruertere intẽdiſſe tot cõia iura, & opiniones doctorum, quot tota hac diſputatione explicata ſunt. Dubium Deciſio

Donatio omnium donantis bonorum valida nè ſit, & quid ſi iuramento confirmetur.

DISPVTATIO CCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum inualida eſt, ex communi.*

Immo de iure Caſtellæ omnium bonorum præſentium tantum, nu. 2.

3 *Dona-*

3 *Donatio oı̃um bonorũ præſentiũ & futurorũ iuramento confirmata valida eſt, contra cõmunem.*

4 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta Eccleſiæ, valida eſt, ex communi.*

5 *Donatio omnium bonorum etiam futurorum de iure Caſtellæ iuramento firmata, valida eſt.*

6 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, & de iure Caſtellæ præſentium, quando reduci poſſit ad ſummam a lege permiſſam ſine inſinuatione, vt valida ſit.*

7 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, non comprahendit iura & actiones.*

8 *Donatio oı̃um bonorum præſentium & futurorum, reſeruato vſufructu, quando valida non ſit.*

Et quid de iure Caſtellæ dicendum. nu. 9.

10 *Donatio an valida ſit, ſi quis donet hæreditatem ſuam alteri.*

11 *Donatio cauſa mortis omnium bonorum præſentium & futurorum valida eſt.*

12 *Donatio oı̃um bonorũ præſentium, & futurorum, facta in contractu matrimonij, vel tranſactionis, & ſic mixta cum cauſa onerosa, valida eſt.*

Declara tamen, vt ibi.

13 *Maioratus inſtitutio omnium bonorum præſentium, & futurorum, quando valida, etiam de iure Caſtellæ, & quando non.*

HAec diſputatio, vna cum duabus precedentibus, ad quantitatẽ ſpectat, quã valide donare licet, aut nõ: eaque de eã illis eſt annectenda.

1 Donatio † oı̃um donãtis bonorum, tã præſentium, q̃ futurorum, inualida eſt; eo q̃d per eã, facultatẽ oẽm teſtandi donans ſibi adimat; q̃d nulli iure ciuili conceditur, iuxta ea quæ diſput. 151. dicta ſunt. Ita colligitur ex l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obl. l. ſi fratres. §. idem reſpõdi. ff. pro ſocio. l. ex eo. C. de inutil. ſtipu. l. hæreditas. C. de pactis cõuentis l. cum donationis. in fi. C. de tranſact. l. pactum, q̃d dotali, & l. vlt. C. de pact. Et cum Bart. l. primo loco citata, affirmat cõmunis doctorum ſententia, q̃ referunt ac ſequuntur Cor. 3. var. reſolut. c. 12. a nu. 1. & in rub. de teſt. par. 2. nu. 3. Mol. lib. 2. de primog. c. 10. a nu. 10. Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 1. Iul. Clarus 4. lib. ſen. §. dona. q. 19. Guter. de iuram. confirmat. c. 11. n. 1. & Gama deciſ. 206. nu 3. & deciſ. 386.

Ius Caſtellæ. 2 De iure autẽ † Caſtellę l. 69. Tauri, quæ eſt l. 9. tit. 10. lib. 5. nouæ collectionis, neque donatio bonorum oı̃um præſentium eſt valida & conſentiunt Caſtellani omnes doctores locis citatis.

Quæſt. Anteq̃ verò rẽ latius examinemus, dubiũ eſt, vtrũ, ſi donatio oı̃um bonorũ pręſentiũ, & futurorum iuramẽto cõfirmet, valida ſit. Cõis † doctorum ſnĩa affirmat, inualidã eſſe. Totum vero eorũ fundamentũ eſt, qm̃ p eã libertas teſtãdi adimitur, q̃d eſſe cõtra bonos mores habetur l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obl. & quibuſdã alijs ex iurib. citatis: id verò, quod bonis moribus aduerſatur, eſto iuramento confirmetur, inualidum eſt: eo quòd iuramentum vinculum non ſit iniquitatis. Ita cum Bar. vbi ſup. Panormitano, & pleriſq; alijs, quos citãt, affirmãt Molina c. 10. citato. nu. 11. Ant. Gom. l. 69. citata nu. 4. Iul. Clarus § donatio q. 20. nu. 1. Guter. c. 11. citato n. 11. & Gama deciſ. 386. In eadẽ ſnĩa, vt diſp. 151. retulimus, fuerũt, qui ordinationes Luſitanas condiderũt. Eã qppe apertẽ ſtatuerunt li. 4. titu. 4. §. pen. vt ibid. retulimus. Nos tñ diſput. 151. citata ſatis efficaciter, ni fallimur, oſtendimus, quẽpiã ſibi facultatem teſtãdi auferri, atque adeo donare bona oı̃a ſua pręſentia & futura, nõ ita eſſe cõtra bonos mores, quaſi culpa vel lethalis, vel venialis, ſit, ac proinde, ſi vtrumque iuramẽto cõfirmetur, validũ eſſe; idq; ex ſuis principijs deduximus: q̃d ſane ad theologos potius, quã ad iuriſperitos ſpectat, vt ibid. dictũ eſt. Nobiſcũ verò conſentiunt Fortunius Dec. & alij, quos Cou. in rub. de teſt. par. 2. num. 5. refert ac ſequitur. Quare, quæ diſp. citata copioſe dicta ſunt, onere fuſius rẽ hoc loco examinandi, nos leuant. Ibidem explicauimus, in quo ſenſu iura affirment, quempiam auferre ſibi facultatem teſtandi, eſſe contra bonos mores. Deciſ.

Noſtrã, atq; Cou. ſnĩam cõfirmat, q̃ non ſolũ, q nobiſcũ cõſentiunt ſed ẽt cõis opinio autorum cõtrariæ ſnĩæ affirmat, donationẽ † oı̃um bonorũ 4 pręſẽtiũ & futurorũ Eccleſię factã, validã eſſe. Si aũt valida eſt, certẽ nullũ peccatum continet, alioquin ciuilia iura, quæ inualidã illã abſolute reddunt, vim haberent, ẽt qñ Eccleſiæ fieret: neq. n. credẽdum eſt, Pontifices Summus fouere peccata, atq; adeo velle illicitum ex ſe, iureq; ciuili nullum vim habere, ſi Eccleſiæ fiat. Quod ſi donatio oı̃um bonorum in ſe nõ eſt illicita, proculdubio valida eſt, ſi iuramẽto cõfirmetur, nihil impediẽte, q̃ ciuili iure ſit reddita nulla; idque, eſto priuato homini fiat. Porrò ex autoribus, qui cẽſent donationẽ oı̃um bonorum præſentiũ, & futurorũ, eſto iuramento confirmetur, inualidam eſſe, frequentes affirmant, factam. Eccleſiæ, ẽt ſine iuramento, eſſe validam, Bar. Panor. & plerique alij, quos referunt ac ſequuntur. Iul. Clarus q. 20. citata, nu. 3. Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 6. Gut. c. 11. citato nu. 7. & Gama deciſ. 185. n. 2. Lege ẽt, quos Cou. nu. 5. citato refert ac ſequitur. Id vero cõfirmãt ex l. iubemus nulli. §. 1. C. de ſacroſ. ec. vbi donatio totius patrimonij facta Eccleſiæ valida pronunciatur, & Cõcinit c. vlt. de ſucceſ. ab int. Meo tñ iudicio, potiſſimũ fundamẽtũ eſt, qm̃ ciuile ius l. ſtipulatio hoc modo conceptã, & alijs ſup. citatis, nullũ præiudiciũ afferret donationib. aut vlt. voluntatib. ad pias cauſas. Qua ẽt rõne diſp. 278. dictũ eſt, cuiuſcunq. quãtitatis ſit donatio ad pias cauſas, inſinuatione non indigere Ant. Gom. vbi ſup. & quidã alij, cum Pan. affirmãt, ſi qs oı̃a ſua bona præſentia & futura Eccleſiæ donet, teneri Eccleſia eum alere de eiſdem bonis. Intellige, quo ad id, quod ei defuerit, adhibente illo ſuam induſtriam & laborem, pro qualitate ſuæ perſonæ.

5 De donatione † oı̃um bonorum præſentium, quæ de iure Caſtellæ eſt nulla, conſentiunt plerique ex doctoribus, qui id negant de donatione bonorum etiam futurorum, eſſe validam in eo regno, ſi iuramento confirmetur. Quoniam, cum de iure communi valida ſit, vt diximus, neque teſtandi auferat facultatem, conſtat non eſſe contra bonos mores, ita Anton. Gomez. l. 69. Taur.

 nu. 4.

nu.4.& Guter.c.11.citato nu.13.Noſtra autē & Cou.ſententia,dubium id eſſe non poteſt valere.

Dubiū. Dubiū eſt, vtrū q̄uis donatio oīum bonorum præſentiū & futurorum, aut in Caſtella donatio bonorū præſentiū,valida non ſit quo ad totū, qn̄ non ſit ad cauſam piam,valeat ſaltē quo ad partē in toto incluſam,vt de donatione vltra quingentos ſolidos facta ſine inſinuatione dictū eſt,vali-
Deciſ. 6 dam eſſe quo ad quingētos ſolidos. Cōis† doctorum ſnīa eſt,neque quo ad partem eſſe validam, quā referunt,& ſequuntur Ant.Gom.l.69.Tau. nu.2.Guter.c.11.citato nu.3.& Iul.Clarus.§.donatio.q.20.nu.2.Tametſi addat,diſputando poſſe defendi contrarium. Neque eſt eadem ratio, quæ de donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata. Qm̄ in donatione ſine inſinuatione, præſcriptus eſt certus terminus, vſq; ad quem valeat, & quo ad incrementum annullatur: in donatione verò oīum bonorum nullus eſt præſcriptus terminus, vſq; ad quē valeat, & vltra quem non valeat. Quare,ſi donatio oīum bonorū præſentium & futurorum, aut in Caſtella præſentiū tantùm, ſolum eſſet inualida quo ad totam ſummam,& nō quo ad reliqua in ea incluſa,detracto obolo,valeret reliquum,atq; adeo lex eſſet inutilis: aut certè confuſionem maximam pareret.

Ant.Gom.loco cit.nu.1.& Guter.nu.12.cum alijs,quos citant,aſſeuerant,nullam eſſe donationem bonorum oīum præſentiū, ac futurorū, etſi reciproca ſit,qua coniuges,aut fratres,ſibi mutuo bona omnia donent ei,qui ſuperſtes poſt alterum fuerit repertus. Hoc autem verum eſſe arbitror,ſi donatio ſit inter viuos, atque irreuocabilis:ſecus verò ſi cauſa mortis, aut alia ratione reuocabilis, aut regulariter eſſe ſolet:tunc.n.valet, eo q̄ facultatem teſtandi non auferat. Atque de hoc tantum poſteriori genere reciprocæ donationis omnium bonorum videtur loqui Iulius Clarus,q.20.citata,nu.vlt. qui contrarium opin. Ant.Gom.affirmat:quo pacto intellecta vera eſt eius opinio.

Qn̄ quis donaret tm̄ bona oīa præſentia, valida eſſet donatio de iure cōi. Neque.n.ſibi adimeret poteſtatē teſtandi: quandoquidem integrum illi eſſet de eis bonis teſtari,quæ in futurum poſſet acquirere id probat l.omnes,§. Lucius,ff.quæ in fraud. cred. & l. ſi quis argentum, §. ſed & ſi quis, C. de donat. & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt, & ſequuntur, Iulius Clarus,§.donatio.q.19.num.2.Anto.Gom. l.69.Taur.nu.1. Couar.3.var.reſol.c.12.num.4. Gutier.c.11.citato, num.1. Molina,lib.2.de primog.c.10.& Gama deciſ.26.num.3.

Idē de iure cōi, ſi quis donaret ſua, imò ſi donaret oīa ſua bona: noīe namque bonorum, aut oīum bonorum, ſub ea verborum forma, ſolum intelliguntur præſentia. Ita cōis doctorum ſnīa, quam referunt & ſequuntur, Iulius Clarus,q.19. citata,nu.3.& 4. Gama deciſ.206. nu.3. conſentit Aries Pin.C.de bonis mater.in rub. par.1.nu. 3.& probat l. vlt. C.quæ res pign.oblig.pot.illis verbis; *num ſit, iuſtū, voluntates contrahentiū magis, quam verborū conceptionem, inſpicere*; eratq; ſermo de verborū forma,de qua diſputamus conſitereturque iuriſconſultus, ſola præſentia bona ſignificare. Idem probat apertius l.ſi ita.ff.de auro & argen.lega.& l.omnes.§. Lucius.ff.quę in frau. credi. Quando tamē aliunde conſtaret, donantē, nomine, omnium bonorum,etiam futura intellexiſſe,tunc inualida eſſet donatio·quia potius mēti,ac voluntati contrahentium eſt ſtandum,quàm verbis,vt ex l.vlt.C.quæ res pig.relatum eſt.

7 Vtrum † aūt,ſi quis dicat,dono tibi omnia bona mea præſentia & futura mobilia, & immobilia, aut in Caſtella, oīa bona mea præſentia mobilia & immobilia,valida ſit donatio. Cōmunis ſentētia,quam referunt & ſequuntur,Iulius Clarus q.19.citata nu.5.& Guter.c.11.citato, num. 16.& conſentit Pinel. in Rub.de bon.mater.par. 1.à nu.24.affirmat,validam eſſe: eo quod nomine,bonorū mobilium & immobiliū,iura,& actiones non cōprehendantur, ſed diſtinguantur tertium bonorum genus l. à Diuo Pio.§. in vendit. ff.de re iudi.& l.quā Tuber,§. in peculio.ff.de peculio:quare illud tertium genus,remanet donanti, de quo poſſit teſtari. Adde, donationem in eo ſenſu, eſſe piè exponendam, in quo valida ſit, qn̄ verba id patiuntur, & cōtrarium de mēte donantis non conſtat, argumento tex. in l. quoties, in prin.ff.de reb.dub. Maximè vero prędictam opinionē veram eſſe arbitrātur Gut. & Aries Pinel. vbi ſupra, a nū.19.ſi dicatur,bona mobilia,& immobilia in tali loco exiſtentia: qm̄ iura,& actiones loco non continentur, vt patet. l. Caius, in princ. ff.de leg.2.l.ſi fideicommiſſum,§.tractatū. ff.de iudicijs. Intellige tamē,modo,qui in regno Caſtellæ talem donationem faceret, iura aliqua & actiones tēpore donationis haberet: alioquin ſub ea forma omnia vniuerſim bona ſua præſentia reipſa donaret, ac proinde inualida in eo regno eſſet ea donatio. Intellige præterea, modo aliunde nō cōſtet donātē nomine, bonorū mobilium,& immobilium,intēdiſſe cōprehendere iura ēt & actiones,nā tūc menti illius,potius quam verbis, eſſet ſtandum, iuxta l. vlt. C. quæ res pignor.& conſentiūt Guter.vbi ſup.n.20.& Pinel. nu.29. Circa dicta vero toto hoc §. lege. quæ copioſe diſput.202.dicta his de rebus a nobis ſunt.

8 Dubium † eſt, vtrum,ſi quis donet ſua omnia Quæſt.
bona præſentia, & futura, excepto vſufructu eorundem bonorum, valida ſit ea donatio de iure communi,Paul.Caſtren.l. vlti. C.de pact. & alibi, Decius & alij, quos Couar.3.variarum reſ.c. 12.nu.1.refert,in ea ſunt ſententia,vt dicant,inualidam eſſe. Ducuntur,quoniam,ſtante ea donatione,nihil donanti relinquitur,vnde teſtari poſſit. Quia non vſusfructus ipſe; eo quòd ius illud fruendi,quod donans ſibi reſeruat,cum morte ipſius expiret; neque item fructus percipiendi, qui inter bona ipſius futura computantur,quæ etiam donat; quare inualida eſt ea donatio, atque in legis fraudem introducta. Et quidem,ſi is eſſet ſenſus donationis illius, quòd etiam fructus percipiendi, qui tempore mortis reſtarent, reſtareve poſſent, in bonis futuris comprehenderentur, de illiſq; donās teſtari nō poſſet, veriſſima eſſet Pa. Caſtrēſis,Decij,et aliorum opinio. Vnde Purpuratus,

ratus, & alij a Couar. relati, eo pacto intelligentes Pauli Caſtrenſis opinionem, aiunt, ſi donans dicat; dono tibi omnia mea bona præſentia & futura, excepto vſufructu, & fructibus ratione illius percipiendis, validam eſſe donationem: eo quòd de eiuſmodi fructibus exceptis, teſtari poſſit. Bar. quoque conſilio 76. reſpondet, vt donatio bonorum omnium præſentium, & futurorũ valida ſit, non ſatis eſſe, ſi donans ſibi reſeruet vſumfructũ, vt de eo in vita diſponat; qm̃, niſi ẽt de eo p vltimam voluntatem poſſit diſponere, non remanet illi facultas teſtandi. Cõſentiunt Couar. c. 12. citato, Moli. c. 10. citato, nu. 2. Iulius Clarus. q. 19. citata nu. vlt. & doctores communiter. Tametſi Couar. ad calcem nu. 3. dubitet, an per verba illa facultas de eis teſtandi auferatur. Illum legito.

Deciſ. Dicendum tamẽ eſt, validã eſſe donationẽ omnium bonorum præſentium & futurorum reſeruato vſufructu. Ita Paulus Caſtrenſis, ſibi contra ius. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum oblig. Bart. conſi. 76. citato, Panorm. conſi. 102. Alexander & communior ſententia, quàm referunt, & ſequuntur Moli. li. 2. de primog. c. 10. nu. 19. Couar. 3. var. reſol. ca. 12. nu. 1. Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 3. Iul. Clar. 4. li. ſent. q. 19. nu. vlt. & Guter. c. 11. citato num. 14. Potiſſima ratio eſt, qm̃ in vſusfructus reſeruatione, fructus ratione eius iuris percipiendi intelliguntur excepti: quo fit, vt donati non cenſeantur, ſed potius ab ea donatione excepti, de eiſque, atque de eorum pretio, liberè donans poſſit diſponere, tum inter viuos; tum etiam per vltimam voluntatem, nihil impediente donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum, appoſita ea reſeruatione.

Quin, ſi donãs ab inteſtato moriatur, eiuſmodi fructus ad hæredes ab inteſtato ſpectant, & nõ ad donatatium, niſi ipſe hæres ſit ab inteſtato. Alias rationes lege apud Couar. nu. 1. citato.

Quando tñ vſusfructus reſeruatus tã modicus eſſet, vt vel ad ſolam cõpetentem donantis ſuſtentationẽ nõ ſufficeret, vel ſpectaretur tã modicum ex fructibus, detracta cõpetente ſuſtentatione, remanſurum, vt id, habita ratione bonorum donantis, pro nihilo eſſet ducendum: tunc, quia teſtandi facultas non cenſeretur ei remanere, ratione habita bonorum ipſius, inualida eſſet donatio. Ita Couar. loco citato. nu. 3. Gutier. cap. 11. citato. nu. 14. & Moli. li. 2. de primogen. c. 10. nu. 25.

Vniuerſum autẽ, licet donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valida cenſeatur, quando donans aliquid ſibi reſeruat, de quo, vltra alimenta, integrum illi ſit teſtari, ſi velit; meritò tamen id intelligunt doctores, modo ſit competens, ac ſufficiens quantitas, habita ratione bonorum donantis: parum enim pro nihilo debet reputari, vt relicta ſit ei cenſenda teſtandi facultas. Ita Paulus Caſtrenſis & Alexand. l. ſtipulatio hoc modo concepta, Aretinus & alij, quos referunt, ac ſequuntur Moli. li. 2. de primogen. cap. 10. nu. 25. Iulius Clarus. quæſt. 19. citata. nu. 8. Couar. 3. var. reſolut. c. 12. nu. 3. Guterrius. c. 11. citato. nu. 15. Ant. Gom. l. 69. Taur. n. 3. & Gama deciſ. 348. nu. 3. Iulius Clarus loco citato cenſuit, vt ſit valida talis donatio, neceſſe eſſe, vt pars reſeruata cum minimum excedat vigeſimam partem bonorum donantis.

Id tñ non probant Moli. nu. 25. citato, Gama deciſione citata, & alij, ſed arbitrio prudentis iudicis cenſent rẽ eſſe relinquendam. Gama verò, in quodam euentu, de quo diſputatione citata eſt ſermo, ſummam quatuor mille nummorum æris, quos in Luſitania *reais* in Caſtella verò *marauedis*, vocant, ſatis eſſe cenſuit, conſideratione habita perſonarum, vt donatio omniũ bonorum præſentium, & futurorum valida cenſeretur. Refert præterea Alexãdrum minorẽ adhuc ſummam in quodam alio euentu iudicaſſe ad id ſufficientem.

9 Vtrum † autẽ in Caſtella, vbi donatio bonorũ omniũ præſentiũ eſt inualida, ſi donãs ſibi vſum fructũ eorum reſeruet, valida ſit donatio. Couar. 3. variar. reſolut. c. 12. nu. 4. quamuis confiteatur validam pronunciari in tribunalibus eius regni; ipſe tamen inualidam eã reputat. Ductus, qm̃ reſeruatio eiuſmodi vſusfructus non tollit, quin ea donatio ſit bonorum omnium præſentium. Quæſt.

Quòd probat. Primò, quoniam fructus percipiendi, non pertinent ad bona præſentia, ſed ad futura donãtis: ius verò ipſum fruendi, quod donans ſibi reſeruat, computari non poteſt inter bona præſentia donantis: præterea quòd vſusfructus, qui tempore donationis ad donantem pertinet, eſt cauſalis coniunctus cum dominio directo: is verò, quem ſibi reſeruat, eſt formalis, qui reſultare non poteſt, niſi poſtquàm, vi donationis & traditionis, dominium bonorum, quę ita donantur, tranſeat in donatarium, atque ita ſit, vt talis vſufructus non pertineat ad bona, quæ donans habet, quando donat, ſed ad bona futura donantis poſt eam donationem factam. Suadetur primo.

Secundò, quoniam doctores, qui ſtando in ſolo iure communi, a Pauli Caſtrenſis, & aliorum, opinione recenſerunt fatentur, donatione omniũ bonorum præſentium & futurorũ, reſeruato vſufructu, donari præſentia omnia bona; eo quòd cenſeant, ius ipſum vſusfructus nõ impedire eam donationem eſſe bonorum omnium præſentiũ, quia donans non poteſt de eo teſtari: attamen defendunt eam donationem ex eo, quod de fructibus futuris, qui ratione vſusfructus cenſentur excepti teſtari poſſit. Secũdò.

Tertiò, qm̃ lex Caſtellę ideo donationẽ bonorum omnium pręſentium vult eſſe nullam, quia, vt valida ſit donatio aliqua, exigit de bonis præſentibus aliquid reſeruari de quo donans teſtari poſſit tempore ipſo donationis, quaſi lex velit nõ tolli donatori libertatem teſtandi, etiam ſi ſtatim poſt donationem mortis periculum, ac diſcrimen eſſet ſubiturus. Quo ſit, vt, ẽt ſi dicamus, ius vſusfructus formalis eſſe de bonis præſentibus, non ſufficiat eiuſmodi reſeruatio; eo quòd hoc ius morte finiatur, neq; de eo teſtari poſſit donator. Tertiò.

Hanc opinionem meritò tamquam nouam, & parum probabilem reijcit Molina lib. 2. de primogen. c. 10. a nu. 22. quem Guter. c. 11. citato, ſequitur, & cum quibus conſentit Ant. Gom. l. 69. Taur. n. 3. Quoniã verò ex ſolutione argumẽtorum, Deciſ.

torum, quibus Couar. nititur, id ſatis patebit, ad illa diluenda accedamus.

Ad 1. argum. Ad primam ergo Couar. rõnem negandũ eſt, ius fruendi, ꝙ donãs ſibi reſeruat, computari non poſſe inter bona præſentia donantis. Ea verò, quibus id probare nititur, ipſemet Couar. confitetur debiles vires habere. Etenim vnus, & idem numero vſusfructus eſt, qui, dum coniunctus eſt cum dominio directo, dicitur cauſalis, & dum ab eo eſt ſeparatus, quia ad vnum pertinet vſusfructus, & ad alium dominium directum, dicitur formalis, ſolumque a ſe ipſo differt accidentaliter, penes eſſe coniunctum, aut ſeparatum, a dominio directo, quo ad eum, ad quem pertinet: quarè, quod, tranſlato per donationẽ dominio directo in donatarium, is vſusfructus, qui ante eã translationẽ dicebatur cauſalis, dicatur formalis, non tollit, quin donans ſibi reſeruauerit eundem numero vſumfructũ, quẽ ante factam donationem habebat, verumque ſimpliciter ſit, illum eundem ſibi de bonis præſentibus tempore donationis reſeruaſſe, tanquam partem eorundem bonorum.

Adde, per ſolam donationem, niſi accedat traditio, non transferri dominium in donatariũ, ſed manere apud donãtem: quare, cum ſimul cũ donatione fiat reſeruatio vſusfructus, & vtrumque antecedat traditionem bonorum (etiam per clauſulam cõſtituti, vt regulariter fieri ſolet eo ꝙ bona perſeuerare debeant apud donantem, vt illis fruatur toto tempore quo vixerit,) conſequens eſt, vt tempore reſeruationis: vſusfructus ille ſit adhuc cauſalis, & poſtea, facta traditione, ſortiri incipiat rationem vſusfructus formalis.

Quo fit, vt falſum ſimpliciter ſit, non reſeruare ſibi vſumfructum, qui cauſalis ſit tẽpore reſeruationis, atque ẽt aliquantulo tẽpore poſt reſeruationẽ, licèt, facta poſtea traditione, rõnem ſortiatur formalis. Accedit denique, donationẽ, vt Couarr. ipſe cõcedit, vnico actu fieri, vna cum reſeruatione, quo tempore vſusfructus, qui reſeruatur, de bonis eſt præſentibus ipſius donantis.

Ad 2. Ad ſecundam rationem negandum eſt, doct. illos id fuiſſe faſſos. Ac ſanè, ſi id exiſtimaſſent, erraſſent turpiter: cum manifeſtiſſimum ſit, eum vſumfructum partem eſſe bonorum, quę tempore donationis erant donantis. Quòd autem donans de eiuſmodi vſufructu teſtari non poſſit, non inde euenit quod non ſit pars illorum bonorum, ſed quòd expiret cum vita ipſius donantis. Si autem donans illum vendat, teſtari poterit de pretio, vel eo ipſo tempore, quò donat ac illum ſibi reſeruat, vel poſtea temporis progreſſu.

Ad 3. Quia verò ad tuendum validam eſſe de iure communi donationem omnium bonorum præſentium & futurorum reſeruato vſufructu, ſatis erat donantem teſtari poſſe de fructibus ratione iuris fruendi, ſibi reſeruati, eſto teſtari non poſſet de iure ipſo fruendi, idcirco eam donationem ex eo capite defenderunt: non tamen proinde cenſuerunt, ius ipſum fruendi non fuiſſe partem bonorum quæ donans tempore donationis habuit.

Ad tertiam dicendum eſt, fortaſſe legiſlatores illos non ea ratione fuiſſe ductos, vt donationem omnium bonorum præſentium nullam redderẽt, ſed, ne ſubditi vllo tempore ſpoliati omnibus ſuis bonis remanerent.

Dicendum deinde eſt donantẽ, qui ſibi vſumfructum reſeruat, ſimul dũ illum reſeruat, atque efficit donationem, poſſe vendere ius, quod reſeruat, & de pretio teſtari. Adde, iura non præſumere, illũ continuo moriturum, anteq̃ fructus percipiat, de quibus poſſit teſtari, ſed potius præſumere contrarium. Adde ẽt, iura non tã in ſimilibus diſpoſitionibus intẽdere, vt donãs quocunq; euentu poſſit cum effectu teſtari, quaſi non poſſit ſuperuenire fortuitus euentus, qui illũ teſtari impediat, quam intendere, vt donans abſolutè, atq; omnino, teſtandi facultatem ſibi non adimat.

10 Dubium eſt, vtrum † de iure cõi, ſi quis donet alteri hæreditatem ſuam, valida ſit donatio. Bartolus l. vlt. C. de pact. & cõmunior doctorum ſententia, quam ſequuntur Iulius Clarus 4. lib. ſen. §. donatio q. 19 nu. 6. & Guteri. c. 11. citato nu. 4. aſſerunt, inualidam eſſe. Quoniam, cum hæreditas omnia bona includat, quæ tempore mortis donantis fuerint ipſius reperta, per eam donans ſibi adimit facultatem teſtandi. Atque hæc ſentẽtia mihi probatur. Idem tamen Bar. ſibi contrarius l. quæſitum eſt. §. penulti. ff de legatis 1. aſſerit, eſſe validam: quoniam per eam ſolum cenſentur donata bona omnia præſentia. Atque idem cenſuit Purpuratus l. vlti. C. de pactis. Primum tamen videtur verius. Et quamuis hoc ſecundum eſſet verum, inualida eſſet ea donatio de iure Caſtellæ, vt ex hactenus dictis conſtat. Dubiũ. Deciſ.

Dubium ẽt eſt, vtrum nõ ſolum donatio inter viuos omnium bonorum præſentium, & futurorum, atque in Caſtella præſentium tñ inualida ſit, ſed etiam donatio cauſa mortis Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 5. ſatis debilibus fundamentis arbitratur inualidam eſſe; quin tom. 2. var. reſol. c. 4. in calce. nu. 22. ſibimet contrarius videtur. Dicendum † verò eſt cum cõi doctorum ſententia, quã referunt ac ſequuntur Iulius Clarus q. 19. citata nu. 7. & Molina lib. 2. de primog. c. 10. nu. 14 validam proculdubio eſſe. Cum enim donatio cauſa mortis, pro ſolo donantis libito, poſſit reuocari, vtique per eam ſibi non adimit facultatem teſtandi, eſto ſit omnium bonorum præſentium ac futurorum, ac proinde ceſſat in ea ratio, ob quam ſimilis donatio inter viuos eſt inualida. Dubiũ.

11 (Decis.)

Dubium poſtremò eſt, vtrũ quamuis donatio omnium bonorum pręſentiũ, & futurorũ, atque in Caſtella præſentium tñ, valida nõ ſit, interim dum intra ſolos limites donationis conſiſtit ſi tñ ſimul fiat ex cauſa onerosa, vt matrimonij, vel tranſactionis, aut alia ſimili, valida ſit. Molina 12 † lib. 2. de primog. c. 10. nu. 17. affirmat validã eſſe. Qm̃ quamuis iure ciuili gratuita donatio omnium bonorum præſentiũ & futurorũ ſit reddita nulla, nullo tñ iure inuenitur prohibitum, quẽquã ex cauſa onerosa bona omnia ſua etiã futura, alienare, atq; a ſe abdicare. Atque hæc ſententia placet, cui neminem refragari video; ſuffragaturque illi Menchaca de ſucceſſ. creat. l. b. 1. §. 1. nu. 32. in maioratus inſtitutione omnium bonorum. Dubiũ. Deciſ.

Hoc

Hoc loco obſerua, ſi donatio in dotem bonorum omnium præſentium, & futurorum tam patuæ eſſet quantitatis comparatione fœminæ, cui fieret, atque ea ita eſſet affecta, vt illius comparatione tota ea donatio inter donationes ad pias cauſas computari poſſet, tunc dubitandum non eſt validam eſſe: eo quòd donatio ad pias cauſas valida, ſit, etiam ſi ſit omnium bonorum præſentium, & futurorum, vt ſupra oſtendimus.

Si itē donatio oīum bonorum præſentium, & futurorum in dotem, aut pp nuptias, fiat ſimul cum conuentione matrimonij cum altero coniuge; ita videlicet, vt talis donatio coniugatur cum contractu oneroſo, imò rōnē illius ſortiatur comparatione alterius coniugis, tunc cū Molina proximè diximus, eſſe validam: quippè non ſe contineat intra limites gratuitæ ſolum dōnis. Idē credo eſſet, ſi fieret ſub conditione, ſi talis, vel talis, contrahere velit cum hac quoniam tunc coniunctionem, ex parte conditionis illius, haberet contractu oneroſo; modo tamen non eſſet tā exceſſiua dos, aut donatio ad nuptias, comparatione alterius coniugis, vt additio talis conditionis, aut cōiunctio cum tali oneroſo contractu, meritò indicari deberent factæ in fraudem, vt donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valeret: tunc enim inualida eſſet cenſenda.

Deniq; cum donatio in dotē, aut ad nuptias, gratuita ſit comparatione eius, cui fit; ſanè, ſi neque donatio ad pias cauſas ex circunſtantijs ſit iudicanda, neque coniungatur cum contractu oneroſo, comparatione cuius tota dos, aut donatio ad nuptias, competens ſit, & non admodum exceſſiua, neque fiat ſub conditione talis contractus cū aliquo, ex aliquibus perſonis deſignatis, ſed abſolute, ad dotem, aut ad nuptias, ea omnia bona donentur, non exprimendo cum quo, aut cum qua muliere, tunc talis donatio erit inualida. Atque hinc conciliabis, quæ Molina loco citato docet, cum ijs, quæ Guter.c.11.citato.num.9. & 10.& doctores, quos citat, affirmant.

13 Ex oīb. quæ † tota hac diſputatione dicta sūt, intelliges, qñ inſtō maioratus ex oīb. bonis præſentib. & futuris, aut in Caſtella ex omnib. bonis præſentib. valida ſit, & quādo nō. Aut.n. maioratus ita inſtituitur, vt reuocari poſſit: aut ita, vt reuocari non poſſit, iuxta ea q̄ alibi tradenda ſunt.

Si primo modo inſtituatur, tūc, cum per eam inſtōnem facultas teſtādi nō adimatur, vtique, q̄ ex omnib. bonis ſit inſtitutus, non vitiat inſtitutionem. Ita Molina lib.2.de primog.c.10.nu.13.

Si verò ſecundo modo inſtituatur, atque facultas regis adſit ad illum inſtituēdum ex omnibus bonis præſentibus & futuris; tunc valida eſt talis inſtitutio: quoniam per eam facultatem cenſetur princeps diſpenſare in ea iuris diſpoſitione quæ inualidam reddit donationem omnium bonorū. Ita Molina ibidem nu.15.

Si autem abſque regis facultate inſtituatur, tunc inualida erit inſtitutio, eò quòd per eam ſibi adimat teſtandi facultatem. ita Molina ibidem num.16.

Excipitur, niſi in Caſtellæ regno iuro confirmetur. In eo namque regno valida, ac licita eſt appoſitio iuramenti in donationibus, atque ēt qñ contractus ſine iuramento eſſet inualidus, vt habetur l.11.& 12.tit.1.lib.4.nouæ collect. & ſæpe a nobis eſt dictum; noſtraque ſententia, quemadmodum valida eſſet donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum iuramento confirmata, ita etiam creatio maioratus ex omnibus bonis præſentibus & futuris: atque ēt ex aliorum ſententia, quando in hoc regno Caſtellæ ex ſolis bonis omnibus præſentibus crearetur, iuramentoque confirmaretur, vt ſupra dictum eſt. In Luſitaniæ aūt regno maioratus ex omnibus bonis præſentibus, & futuris inſtitutus, eſto iuramento confirmaretur, inualidus eſſet, niſi, interueniente expreſſa regis facultate, tale iuramentum eſſet appoſitum: quoniā, vt ex lib.4.ordin.tit.3. ſupra diſp. 149. retulimus, eo ipſo iurum eſſet irritum, & inſtitutio, vel ſola iuramenti appoſitione, eſſet nulla. Quòd ſi ex facultate regis iuramentum eſſet appoſitum, tunc, ex vi iuramenti, noſtra ſentētia, inſtitutio eſſet valida, & ēt quia eo ipſo talis inſtitutio cenſeretur facta ex regis facultate.

Illud verò obſerua inſtitutionē maioratus ex omnibus bonis præſentibus, & futuris eſſe validā, ſi ex facultate regis fiat, vt Molina confitetur, apertè confirmare, illā, in ſe ſpectatā, non eſſe contra bonos mores: alioquin neq; reges ad id facultatē præberent, neq; ex tali facultate valida redderetur: quare ſi iuramento in eo regno confirmetur, in quo iuramenti appoſitio irrita nō ſit, proculdubio erit valida, contra atque de donatione omnium bonorum præſentium & futurorum iuramento confirmata, affirmat communis Doctorum ſententia, de quorum numero eſt Molina.

Præterea excipitur, niſi is, qui maioratum ex omnibus bonis præſentibus, & futuris abſque regis facultate, & abſque iuramenti confirmatione inſtitueret, id efficeret ex contractu oneroſo matrimonij, trāſactionis, aut alio ſimili, modo ſupra explicato: vel niſi is competentem bonorū quantitatem ſibi reſeruaret, de qua liberè poſſet teſtari, modo ſupra etiam explicato, vt Molina libr.2. de primog.c.10.a nu.17. rectè affirmat.

De reuocatione donationis, ob donatarij ingratitudinem.

DISPVTATIO CCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ex quibus cauſis reuocetur, de iure cōi, & quibus de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ.*

2 *Matres tranſeuntes ad ſecundas nuptias ex qbus cauſis reuocēt donationes filijs factas: & quando ex ſolo attentato, ēt ſi non ſequatur effectus.*

3 *Donatio ex alijs cauſis ingratitudinis, præter enumeratas in l.vltim.C.de reuoc.donat.non poteſt reuocari, contra communem.*

4 *Donatio ſi reuocabilis ſit, ius eam reuocandi tranſit etiam ad hæredes donantis.*

5 *Pactū, ſeu clauſula appoſita in donatione, quod nō poſſit*

poſſit reuocari donatio, ex quacunque cauſa ingratitudinis, nihil valet, ex communi.
Et quid de iure Caſtellæ.
6 *Donatio iuramento confirmata an poſſit ex cauſa ingratitudinis reuocari, & quando.*
7 *Donatio ob cauſam non poteſt propter ingratitudinem donatarij reuocari.*
8 *Dos marito data qua ratione reuocari non poteſt propter ingratitudinem vxoris.*
Idem in donatione ad nuptias facta viro. nu. 9.

DIſputatione 272. capita quædam explicauimus vnde licitum eſt non implere donationem dum intra limites promiſſionis acceptatæ alioquin ve obligantis, continetur. Nũc verò hic, & duobus diſputationibus ſequentibus aliquot alia tradenda ſunt, ex quibus fas eſt reuocare donationẽ, non ſolũ dũ intra illos limites continet, ſed ét qñ traditione eſt omnino completa, & perfecta, rationéq; contractus nominati iã ſortitur.

Lege vlt. C. de reuocandis donationib. §. ſciendum. Inſtit. de donationib. & lib. 4. Luſit. ord. tit. 55. quinque cauſæ numerantur, ob quas pp donatarij ingratitudinem reuocari poteſt donatio. Ex quibus ſolæ quatuor priores commemorantur. c. vltimo, de donationibus. & l. 10. titul. 4. par. 5. eo quod, vt Panorm. c. vlt. citato. nu. 2. ait, poſtrema, non tã ad ingratitudinis vitium, quam ad donationẽ ſub modo ſpectet, de qua inferius dicetur.

1 Prima, eſt ſi ꝗ donatarius iniurias atroces in eũ, q donauit, effundat. Satisq; eſt ſemel iniuriã atrocem effundere, vt cum Fabro ait Gregor. Lopez l. 10. citata, verb. *de palabra*. Atque nullus eſt, qui dubitet, id intelligendum eſſe de iniurijs verbo factis. Explicant verò Luſitaniæ ordinationes tit. 55. citato. §. 1. neceſſe non eſſe, vt in præſentia fiant, ſed ſatis eſſe, ſi fiant in abſentia. Quæ autẽ atroces iudicandæ ſint arbitrio prudentis iudicis definiendum relinquitur, ſpectatis circumſtãtijs qualitatis eius, cui dicuntur, loci, vt ſi in iudicio, aut in foro, coram multis aut paucis, & cæteris cõcurrentibus, vt diſput. 176. circa ſecundam cauſam exhæredationis ibi traditam diximus, affirmantque ordinationes Luſitanæ. §. 1. citato. Idẽ merito multi eſſe cenſent, ſi re fiat iniuria (abſq; manus tamen iniectione: quia tunc iniuria ad ſecundam cauſam mox explicandam attineret) vt ſi donatarius cornua pro foribus donantis appenderet, aut aliud ſimile faceret, aut ſi illũ fugaret, aut in carceratum detineret, cum magno illius dedecore, vt Pan. c. vlt. de donationib. nu. 2. Gregor. Lopez l. 19. citata verb. *de palabra*, cũ Ioan. And. & Alberico aſſerunt. Lex. 10. Caſtellæ citata idem eſſe vult, ſi donatarius accuſat donantem de crimine, ob quod interficiendus, aut mutilandus ſit, aut amittet maiorem ſuorum bonorũ partem vel notabilem incurret infamiã. Quod Gregor. Lopez ait, menti eſſe commendandum, eo quod de iure communi nõ eſſet adeo expreſſum.

Hoc tñ, vt diſp. 176. circa tertiam exhæredationis cauſam diximus, intellige; modo donatarius nõ teneretur accuſare, aut detegere tale crimen, vt ſi eſſet crimen hæreſeos, aut contra Principem, vel rempublicam. Idemque ibi eſſe diximus, ſi talis donatarius, non coactus, teſtis, aduocatus, procurator, aut delator talis criminis eſſet aduerſus donantem. Lege quæ ibi dicta ſunt. In his omnibus conſentit Couar. 1. var. reſol. c. 11. nume. 8. idemque eſſe affirmat, ſi accuſet ſuam, ſuorum ve iniuriam proſequens. Nam in hoc etiam euentu non cenſetur ingratus: ſecus autem, ſi non ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequeretur.

Secũda eſt, ſi donatarius manus impias in donantẽ inferat. Porrò manus impiæ non ſunt, quæ abſque lethali culpa inferuntur, vt in rei publicæ, aut propriam, vel proximi, defenſionem, aut alia iuſta de cauſa. Secunda

Noĩe autem manuum, intelligitur, etiam ſi lapide, ligno, aut re alia, donantem iniurioſe contingat, iuxta ea, quæ de violentia manuum in perſonam eccleſiaſticam iniectione tractatu 3. dicẽtur. Ignorantia etiam probabilis, quòd is, quem iniurioſe percuteret, eſſet donans, ab hac pœna excuſaret Lege, quæ diſp. 176. circa primam exhæredationis cauſam dicta ſunt.

Tertia, ſi notabile detrimẽtum bonis illius externis inferat. Intellige iniuſte, nulla ve iuſta cauſa cum excuſante. Vnde hic comprehenditur, ſi illum accuſet de crimine, ob quod non leuem iacturam in ſuis bonis externis ſit incurſurus, vt lex Caſtellæ 10. circa ſedam cauſam affirmauit. Qđ autem detrimentum graue ſit iudicandum, arbitrio iudicis definiendum relinquitur, attentis circumſtantijs omnibus concurrentibus. Tertia.

Neq; vt graue ſit, neceſſe eſt, vt ptingat ad medietatẽ bonorũ donantis, vt cum Ioan. And. affirmant, Pan. ca. vlt. de donat. nu. 2. & Greg. Lopez l. 10. citata verb. *gran danno*. Lex Luſitana tit. 55. §. 3. ſtatuit, vt reuocari poſſit donatio, eſſe ſatis, ſi donatarius attentet inferre eiuſmodi detrimentũ bonis donantis eſto id non aſſequatur. Contrariũ tñ aperte innuunt l. vlt. C. de donat. l. 10. Caſtellę & c. vlt. de donat. quare, extra Luſitaniam, cõtrarium eſt aſſerendum, vt cum Ioan. Affirmat Gregor. Lopez l. 10 citata, verb. *gran danno*.

Quarta eſt, ſi donatarius vitæ periculũ donanti intulit. Intellige per ſe, vel per alium, abſq; rationabili cauſa, quæ ipſum à culpa excuſet, vt excuſaret, ſi de crimine hæreſeos, aut læſæ maieſtatis humanæ eũ accuſaret. Porrò cũ attentare, aut curare ei mortẽ, ſit vitæ periculũ donanti inferre, eſto mors non ſequatur: ſanè in hac quarta cauſa neceſſe non eſt, vt mortis effectus ſequatur: id qđ iura oĩa citata aperte ſignificãt. Lex verò Luſitana tit. 55. citato. §. 4. ad periculũ corporis, aut ſtatus donãtis hoc extẽdit. Ait namq; *quãdo o donatario p alguna maneira inſidiou accerca de alguun perigo e danno da peſſoa do do ador: aſſi como ſe elle per ſi, ou por otrem lhe procuraſe a morte, ou perigo de ſeu corpo, ou eſtado.* Cum autem pœnæ extendendæ non ſint, ſanè de iure communi, & Caſtellæ, nõ aliud periculum eſſet ſatis, quam vitæ. Quarta.

Quinta eſt, quando donatio facta fuit cum modo ſeu grauamine, ad quod ſe aſtrinxit donatarius ſcripto, aut verbo, neque tamen illud impleuit: tunc enim ratione modi, ac grauaminis, non impleti Quinta.

impleti reuocari pōt donatio. Ita habetur l. vlt. C. de donationib. & lib. 4. Luſit. ord. tit. 55. §. 5.

Quondam de iure Codicis l. his ſolis. C. de re uocan. donat. mulieribus quæ ad ſecundas nuptias tranſibunt permiſſum non erat ob filiorum ingratitudinem reuocare donationem eiſdem factam. Et multò minus id permiſſum erat, ſi meretrices eſſent, vt eadem lege ſubiungitur.

2 Hodie † verò de iure authenticorum conceſsū eſt matribus quæ ad ſec. nuptias tranſierūt, in tribus tm̄ euentibus reuocare dōnes, quas ante eum tranſitum filijs fecerant. Primus eſt, ſi filius vitæ matris inſidietur. Quare hoc euentu neceſſe non eſt, vt mors matris ſequatur. Secundus, ſi impias manus in matrem inferat. Tertius, ſi moliatur iacturam in omnia bona matris. Vnde neque in hoc euentu eſt neceſſe, vt ſequatur effectus, ſed ſufficit ſi attentetur. Ita habetur in authentica, ꝙ mater. C. de reuoc. don & in auth. de nupt. §. mater. l. 10. tit. 4. par. 5. & li. 4 ord. tit. 55. §. 6.

Quod ſi in euentibus tota hac diſputatione explicatis donans ipſe, dum vixit, dōnem non re uocauit neque agere ad reuocationem cæpit, tūc hæredes illius reuocare eam non poſſunt. Immo ſi interim, dum donatarius, qui ingratus fuit vixit, donans eā non reuocauit, neque agere ad eam reuocandam cœpit, agere non poteſt aduerſus hæ redes donatarij, vt donata reſtituant. Quoniam hæc in pœnam ſtatuta ſunt delicti ingratitudinis donatarij, expiratque actio cum morte donatarij, atque etiam cum donantis morte, quando res integra erat, interimque dum vterque viueret, agi ad reuocationem non cæpit.

Ita habetur l. vlt. C, de reuoc. don. c. vlt. de donat. l. 10. tit. 4. p. 5. & l. 4. Luſit. ord. tit. 55. §. pen. & colligitur ex alijs iuribus quæ citāt Greg. Lop. ibi gl. vlt. Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 4. nu. 14. & Molina lib. 1. de primog. c. 9. num. 36.

Hoc tamen limitant Pan. cum Io. And. c. vlti. citato nu. 7. Sylueſt. ver. don. 1. q. 14. Ant. Gom. n. 14. citato, Greg. Lopez l. 10. citata gl. vlt. Molina lib. 1. de primog. c. 9. nu. 37. & plerique alij, qn̄ donans ſciuit ingratitudinem, & tacuit: eo quod per taciturnitatem remiſiſſe illam cenſeatur; ſecus autem, ſi non tacuit, ſed ſe præparabat ad reuocationem exequutioni mandandam, & morte præuentus eſt argumento l. poſthumus. §. vlt. ff. de inoffic. teſt. & l. ſancimus, in fine. C. eo. tit.

Secus item ſi ingratitudinem ignorauit, aut, eſto illam ſciuerit, tempus tamen non habuit ad donationem reuocandam: nam tunc tranſit actio ad hæredes donantis, & aduerſus hæredes donatarij, vt ſatis, argumento a contrario ſenſu, innuitur iuribus citatis, dum in illis omnibus tāquam conditio apponitur, quod donans tacuerit: non dicitur autem tacuiſſe, qui ignorauit, aut tēpus non habuit ad agendum.

Confirmatur ex gl. l. fideicommiſſum. C. de fideicom. quæ ait: ſi teſtator, qui fideicommiſſum, ſeu legatum, reliquit, voluntatem non mutauit, attamen legatarius tale crimen aduerſus teſtatorem commiſit, ꝙ ſi teſtator ſciuiſſet, reuocaſſet legatum, tunc legatum nō deberi ex tacita, ſeu præſumpta, in eo euentu teſtatoris voluntate. Concinit gl. vlt. ſororem. C. de his quib. vt indign.

Ex vtraque verò gl. colligit Pan. Si donatarius cum vxore donantis concubuit, ipſo ignorante, poſſe hæredes donantis reuocare ex eo capite donationē: iniuria. n. illa atrox eſt, & inter eas com putatur, quas in prima ingratitudinis cauſa commemorauimus. Niſi fortè quis dicat, hanc iniuriam eſſe per accidens: in ſecunda vero cauſa ſolū contineri iniuriam per ſe, iuxta ea, quæ diximus diſput. 176. §. ꝙ ſi quis aduerſus, &c. Illud obſerua, nos ſupra diſp. 176. non admiſiſſe ſimilem limitationem, qn̄ adfuit legitima cauſa, vt pater filium exhæredaret, aut filius patrem: quoniam non eſt par ratio, vt ibidem cum Anton. Gom. & Mol. diximus. Lege quæ ibi dicta ſunt.

Circa quintam tm̄ ingratitudinis cauſam l. vlt. C. de reuoc. don. traditam, nempe qn̄ donatarius modum non adimpleuit, obſerua. Quamuis facultas, vt reuocari poſſit donatio, ad hæredes non tranſeat, niſi iuxta ea, quæ proximè explicata ſunt; attamen hæredes donantis cogere poſſe donatarium, hæredesque illius, vt modum, pactaq; conuenta adimpleant. Etenim quo ad hoc nihil cernitur pœnæ, ſed ſolum quo ad id, vt reuocari poſſit donatio: quod proinde ſolum expirat cum donatarij, aut donantis, morte, modo in omnibus quinq; ingratitudinis cauſis hactenus explicato.

Illud ēt obſerua, cum dōnis reuocatio ex illis quinque cauſis in pęnam ſit ſtatuta: donatarium, eſto ingratus fuerit, non prius teneri donata reſtituere, quā in iudicio aliqua earum cauſarum fuerit ſufficienter aduerſus eum probata, iuxta id, ꝙ l. vlt. §. ex his. n. C. de reuoc. don. eſt ſancitum, lataque fuerit à iudice ſnīa. Nobiſcum, tametſi aliquantulum trepidus, conſentit Couarr. in epito. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 17. ver. vlt. Lege, quæ diximus diſp. 176. §. Dubium eſt, quid ſi filius, &c.

Quando cauſa ſufficienter probata, lataque ſnīa, reuocatur ob ingratitudinem donatio, obſeruant Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 4. nu. 21. ſub finem, Gut. de iura. conf. p. 1 c. 10. à nu. 7. & multi alij, quos citant, reuocari cum fructibus perceptis à lite conteſtata. non verò cum fructib. antea perceptis: nam hi ad donatarium ſpectant, vt ait glo. l. generaliter, §. proinde ver. ex aliqua cauſa. ff. de fideicommiſſ. libertatib.

Vtrum autē propter alias ingratitudinis cauſas, a quinque numeratis. l. vlt. C. de reuoc. donat.
3 fas ſit reuocare donationem. Communis † Doctorum ſententia, cum gl. l. vlt. citata verb. voluerit, licitum eſſe affirmat, dummodo grauiores, aut æquè graues cum illis, ſint. Illos referunt, & ſequuntur Pan. c. vlt. de donat. num. 73. Ant. Gomez. 2. tomo var. reſol. c. 4. num. 14. Molina libr. 1. de primog. c. 9. num. 32. Iulius Clarus libro 4. ſent. §. donatio. q. 11. & Nauarr. c. ſtatuimus. 19. q. 3. nu. 48. Denique huius ſententiæ ſunt, quotquot diſput. 176. §. dubium deinde eſt an de iure, &c. retulimus affirmare, ex alijs ſimilibus cauſis cum quatuordecim ibi connumeratis, fas eſſe parentibus filios exhæredare. Neque alijs ducuntur argumentis, quam quæ nos ibi diſſoluimus.

Hinc

Hinc cum glo.citata Pan.& quidam alij, volunt, ſi donatarius non alat donantẽ inopem factum, poſſe ob ingratitudinem reuocari donationem. Quod tñ quidam eorum limitant, quando donatio fuit magnæ quantitatis, & donatarius commodè poteſt, ſpectata donantis indigentia.

Nobis verò cõtraria ſnĩa plus placet, conſentaneè ad ea, quæ diſputatione citata docuimus. Ducimur. Primò, qm̃ lege vltima citata, commemoratis quinq; illis cauſis ſupra explicatis, ſubiungitur. *Ex his tantummodo cauſis, ſi fuerint in iudiciũ dilucidis argumentis cognitialiter approbata, donationes in eos facta euerti cõcedimus.* Ecce dictionẽ excluſiuã, tantũmodo, appoſuit, qua omnes vniuerſim alias ĩgratitudinis cauſas excluſit.

Decis. Secundo, qm̃ lex illa pœnalis eſt: nefas autem eſt pænam ad alia extendere argumento à paritate, aut maioritate, rationis, quam ad illas, pro quibus expreſſim ſtatuta eſt: autores verò contrariæ opinionis, non alio argũ ducuntur, quã quod ſit par, aut maior rõ, ꝙ reuocet donatio, ſi æqualis, aut maior, ingratitudinis cauſa interueniat. Lege quæ loco citato copiosè a nobis dicta ſunt.

Fatetur Molina libro primo, de primogen.c.9.numero 35.propter inimicitias, etiã ſi capitales ſint, modò tamen donatarium non efficiant ingratum modis ex l.vltima. C.de reuoc.donat.explicatis, non reuocari, donationem perfectam, atque ex ſe irreuocabilem neque eadem ratione, maioratum per donationem irreuocabilem inſtitutum. Secus autem vt etiam num.42.ſubiungit, de donatione reuocabili, aut maioratu donatione reuocabili inſtituto: nam hæc, cum legato reuocabili æquiparetur, per capitales inimicitias ortas inter donantem, & donatarium, aut inter inſtituentem maioratum, & eum, qui reuocabiliter ad eum vocatur, expirant, vt delegato diſpu.212. dictum eſt.

4 Atque † in eiuſmodi reuocabilibus donationib. affirmat Greg. Lopez l.10. tit.4. part.5. tranſire ad hæredes ius illas reuocandi, quando per donantem ingratitudo remiſſa non fuit.

Dubiũ. Dubium eſt, vtrum ſi donatio fiat appoſita clauſula, ſeu pacto quod eſto donatarius ingratus ſit, donatio non poſſit reuocari (vt ſæpè in Caſtella apponi à tabellionibus ſolet) validum ſit tale pactum, nec donatio propter ingratitudinem poſſit reuocari.

Decis. 5 Doctores † cõiter, quos referunt, & ſequuntur Ant.Gom. 2.tomo var.reſol.cap.4. nu.14. Greg. Lopez l.67.tit.18.par.3.glo.antepen. Guter.cap.19.citato numer.5. affirmant, poſſe nihilominus reuocari. Quoniam eiuſmodi pactum, & renunciatio iuri reuocãdi donationes ex ingratitudine, ſunt nulla; eo quod præbeant occaſionem delinquendi, iuxta l.ſi vnus, §. illud, & §.pacta, ff.de pactis, & l.conuenire, ff.de pactis dotalib. idemque ex eodem fundamento ſancitum eſt, 4.lib. Luſitan.ordinationes tit.55.§.vlt. Quamuis autem libro 67. Caſtellæ citata contrarium innuat, quatenus, dum docet formam conficiendi inſtrumentum donationis, illam clauſulam interſerit: variæ tamen ſolutiones traduntur à Gregor.Lopez, & Guterrio locis citatis, vt, ea, lege non obſtante tenenda nihilominus ſit communis opinio, quando clauſula illa non confirmatur iuramento.

6 Dubium † vlterius eſt, quid ſi donatio iuramẽto ſit confirmata, licitumne erit eam ex ingratitudine reuocare? Dicẽdum eſt, ſi ſolum donatio ſit iuramento confirmata, neque expreſſum ſit, eam ex ingratitudine non reuocare, poſſe proculdubio reuocari. Quoniam habet eam tacitam conditionem iure ſtatutam, niſi donatarius ingratus ſit. Et quoniam iuramenti appoſitio, non excludit tacitas conditiones, quas promiſſio, aut actus ſuperquem cadit, habet ex ſe, aut ex iuris diſpoſitione. Si verò donans expreſſit, ſe propter ingratitudinem nõ reuocaturum donationem, idque iuramentum confirmet, tunc ſanè cũ Ioan. Andr. & alijs quos Greg. Lopez l.67.citata, & Guterr. cap.10.citato, numero 6.referunt, ac ſequuntur, dicendum eſt, nefas eſſe donationem reuocare, quicquid Ripa, & alij, in contrarium dixerint. Dubium Decisio.

Ratio eſt manifeſta, quoniam donans nõ peccat, eſto donationem, ſuperueniente ingratitudine, non reuocet, ſicut neque vſurarius peccat ſoluendo vſuras, neq; item is, qui promiſit graſſatori cẽtum, ne ipſum iniuſtè interficeret, peccat ea ſoluendo, vt ex ſe eſt manifeſtũ, & innuitur apertè l.vlt.C.de reuoc.donat.& cap.vlt.de don. ſed iuramentum, quod abſque peccato poteſt ſeruari, ſub culpa lethali eſt ſeruãdum, nihil impediente, quod is, cui impletur, inde ſumat occaſionem ruinæ, vt vſurarius retinendo vſuram, & graſſator non reſtituendo illa centum: ergo in euentu, de quo diſputamus, nefas eſt reuocare donationem propter donatarij ingratitudinem.

Confirmatur ex cap.quemadmodum, §.illud, de iureiur. vbi definitur, ſi vir vxori ſub iureiurãdo promiſit, ſe nõ accuſaturũ illã eſto in adulteriũ laberetur, non poſſe illã accuſare de eo crimine ad diuortiũ cũ ea celebrandum eo; quod, cum abſq; peccato poſſit illam non accuſare, ei parcẽdo, iuramentum additum obliget ad ſeruandum id, quod abſq; peccato poteſt ſeruari: eademq; prorſus ratio eſt in re, de qua diſputamus. Obſerua tamen, cum donatarius ob ingratitudinẽ ſeipſum indignum reddat, cui iuramentum ſeruetur; arbitror poteſtates, non ſolum eccleſiaſticas, ſed etiã ſeculares (iuxta ea, quæ diſp.149. dicta ſunt) poſſe in pœnam talis ingratitudinis relaxare donanti iuramentũ illud, factaque ea relaxatione, poſſe licitè agere ad reuocationem donationis, quicquid in contrariũ Guter.nu.6.citato dicat.

7 Illud eſt † obſeruandum, donationem ob cauſam, propter ingratitudinem donatarij non reuocari: quia illud ſimpliciter nõ habet rationem donationis, ſed potius recompenſationis ac debiti, iuxta l. Atilius Regulus, ff. de donatio. Ita affirmant glo. 1.l.vlt.verb. inueniatur. C. de reuocat. donationib. Panormit.ca.vlt.de donationib. nu.11. Iulius Clarus lib 4.ſentent.§ donatio.quæſt.21.numero quarto, Gama dec. 163. numero tertio. Greg. Lopez l.10.gloſ.1.tit.4.part.5. & alij, quos citant, & colligitur ex l.ſi pater, §. vltimo, atque aſſeuerat ibi gloſ.in verb.irreuocabilis, ff. de do-

de donationib. Aries tamen Pinel.l.1. par.3.nu. 62.corrol.14.C.de bonis mate.vult.hoc locũ non habere de ijs remunerationibus,quæ,licet deceat, vt fiant, liberales tamen ſunt; vt quando famulo ſtatutum erat certum ſtipendium, &, quòd ille munus ſuum ſtrenuè,rectèque obiuit,aliquid inſuper remuneratur,& quando à principe remunerantur ſimiliter obſequia præſtita, quæ licèt deceat principem ipſum ea remunerari,ad id tamen non tenetur;placetque illius ſententia.

8 Hac † etiam ratione nõ reuocatur dos marito data propter ingratitudinem vxoris, vt patet l.ſi dotem,C.de iure dotium. Conſentiunt, l.vlt.C. de dotis promiſſ.illis verbis; *vera maneat liberalitas,& irreuocabilis,* & l.ſi pater pro filia, ff.de collat. dotis atq; affirmant Guter.cap.lo.citato, nu.4. Gama deciſ.163.num.3.Greg. Lopez l.10. citata glo.1.& alij,quos citant. Id tamen comparatione filiæ verum arbitratur Greg.Lopez ibi,ſi fuit pater,qui eam dotauit:eo quòd teneatur eam dotare, ac proinde non exerceat in eam liberalitatem, ſed debitum: ſecus autem arbitratur ſi ſit extraneus, qui eam dotauit. Licet enim propter mulieris dotatæ ingratitudinem, neq; extraneus reuocare poſſit donationem, repetendo dotem a marito, vt conſtat ex l.ſi dotem,C.de iure dotiũ; arbitratur tamen Gregor repetere poſſe dotem ab vxore diſſoluto matrimonio.

Hoc tamen falſum eſſe arbitror, præſertim ſi tali mulieri remanſerunt deſcendentes ex eo matrimonio; quoniam id ratione prolis, cederet in detrimentum viri, comparatione cuius dos non habuit rationem donationis, ſed contractus onerosi,vt diſp 279 oſtenſum eſt.

Atque propendeo, falſum ſimpliciter eſſe opinionem Greg.omninoq; cum alijs doctoribus citatis eſſe dicendum dotem,neque à muliere, poſſe repeti ob ingratitudinem: eo quòd ſemel ex cauſa oneroſa data fit:& quoniam,ſi aliqua ratio ne repeti poſſet, fortè ſuſcipere eam non vellet vir:præſertim cum ſperare poſſet, eſto prolem nõ habeat,futurum eſſe hæredem vxoris, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſi vxor conſanguineos vſque ad decimum gradum non relinqueret.

Dubiũ. 9 Atque † eiſdem de cauſis idem dicendum arbitror de donatione ad nuptias facta viro,quæ ſimiliter rationem contractus oneroſi ſortitur comparatione vxoris; de quibus donationibus loquitur etiam l.vlt.C.de dotis promiſſ.

Deciſ. Vtrum, ſi alicui beneficium Eccleſiaſticũ conferatur, isque ingratus ſit in collatoris perſonam aliquo ex modis explicatis, poſſit collator reuocare beneficij collationem. Ioan.And. Pan.c.vlt. de donatio.num.9. Iul. Clar.q.21.citata, nu.6.& doctores communiter negant. Quoniam collatio illa non eſt propriè donatio, ſed eſt exequutio muneris prout collator tenetur; tametſi in eo,qđ huic potius,quam alij,conferatur, nonnihil cernatur liberalitatis.

De reuocatione, propter liberti ingratitudinẽ, libertatis ei donatę,diſputatione 228.dictum eſt.

De reuocatione donationis, quod donanti filij naſcantur.

DISPVTATIO CCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta extraneo ab eo, qui non habet liberos poſtea liberis ſuperuenientibus reuocatur, & quare.*

2 *Diſpoſitio generalis non comprehendit ea,quæ veriſimiliter diſponens exciperet.*

3 *Donationis reuocatio ob ſuperuenientiam liberorum, fit non ſolum ex præſumpta conditione donantis, ſed etiam ex lege,& ſtatuta iuuatur.*

4 *Donatio facta extraneo in totum efficitur nulla ob ſuperuenientiam liberorum.*

5 *Donatio quando in totum reuocetur ob ſuperuenientiam liberorum,& quando non,etiam de iure Luſitano,& Caſtellæ.*

6 *Donatio reuocari non poteſt per l.ſi vnquam, C.de reuoc.donat. quando conſtaret patrẽ de liberis cogitaſſe.*

7 *Donatio in materia l.ſi vnquam, ſi iuramento confirmetur,quando valida ſit.*

8 *Donatio per natiuitatẽ filiorũ extincta,quando reuiuiſcat, ſi filij poſtea decedant,viuente patre.*

9 *Donatio per l ſi vnquam,quando reuocatur per filium legitimatum,poſtea natum.*

10 *Donatio facta eccleſiæ non reuocatur in totum per ſuperuenientiam liberorum.*

11 *Donatio remuneratoria,uel ob cauſam,quibus caſibus per ſuperuenientiam liberorum, reuocetur in totum.*

QVando quis liberos non habens donauit, ſi poſtea liberi ei naſcantur,ipſo iure reuocatur donatio,nullaq; efficitur. Ita habetur l.ſi vnquam.C.de reuocan.donationib. & l.8.tit.4.par. 5.atque Ioan.And.& Pano.c.vltimo,de don.nu. 5.& communis Doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couarr. 1.variar.reſolut.c.19. Ant.Gom. 2.tomo var.reſol.c.4.nu.11. Iul.Clarus 4.li.ſent.§.donatio.q.22.Greg.Lopez l.8.citata,& Guter.de iuram.confirmatorio par.1.c.9. num.1.

1 Quamuis † aũt lex,ſi vnquam,citata, ſolum loquatur,qñ donatio fuit facta liberto; gloſs.tñ ibi cenſet,idem eſſe,quando donatio fuit facta cuiuis alteri extraneo,hoc eſt,qui de nu.liberorum, ſeu deſcendentium,non eſt donantis, & conſentiunt doctores cõiter atque ſtatuit. l. Caſtellæ citata.

Ratio autem eſt, quoniam donans tunc præſumitur,nihil de liberis cogitaſſe,& quòd, ſi de illis cogitaſſet,vel non donaſſet, vel certè ſub conditione, ſi liberi ei non naſcerentur, eo quòd nemo præſumatur voluiſſe præferre extraneos ſuæ poſteritati, argumento textus in l.cum acutiſſimi,C.de fideic.l.generaliter,§.cum autem, C.de inſtit.& ſubſti.atque aliorum iurium.

2 Et † quoniam in conceſſionibus & diſpoſitionibus non cenſetur id comprehenſum, de quo ſi conce-

cócedens,aut diſponens, interrogaretur in particulari,id exciperet,regula in general ,de regu.iuris,lib.6.conſentit, l.tale pactum , §.vlt.ff.de pactis, notantque ibi gl.vlt.ſub finem , & doctores communiter. Quare,qui in euentu, de quo diſputamus , donat , præſumitur ſub tacita conditione donare, ſi liberi ei non naſcantur.

3 Quo loco † obſerua,reuocationem donationis in hoc euentu, nó habere vim ex præſumpta ſolú códitione donátis, ſed multú ét adiuuari ſtatuto, & lege ipſa poſitiua,quæ tum ob eam præſumptá conditionem,tum ét in bonum filiorú, quicquid de mente fuerit donantis,id ſtatuit,vt Couarr.in Epitome par.2.ca.6. §.nu.17.verſic.vltimo,recte adnotauit. Præſertim quoniam eiuſmodi donatio filijs erat inofficioſa,ideſt,in qua donans non ſeruabat officium patris , filios priuans legitima portione,in qua ex præſcripto iuris ſuccedere debebant patri,vellet,nollet,ipſe pater.

Quia ergo lex neque pœnalis eſt,neque in ſola præſumptione fundatur, ſed vim potiſſimum habet ex legiſlatoris diſpoſitione,id in filiorum,cómuneque reipublicæ bonum, ſtatuentis , meritò Couar.nu.17.citato ait, vim habere in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia,ipſo iure,quòd donanti liberi naſcantur.

4 Quando † aút donatio facta extraneo, reuocatur ob natiuitaté liberorú donáti, tunc in ſolidú efficitur nulla , reſtituendumq; proindeeſt totú, quod fuerat donatum. Ita habetur l.ſi vnquá, C. de reuocan.donationibus illis verbis,*totum,quicquid largitus fuerat,reuertatur in eiuſmodi donantis arbitrio,ac ditione manſurum.* Idé diſponit l 8. tit.4 par.5.illis verbis; *E no deue valer en ninguna manera*,atq; affirmat Greg.Lopez,ibi,& cum Bar.l.Titia,§.imperator, ff.de legat.2.& cú Pan. c.vlt.de donat.n.9.aſſeuerat cóis ſententia,quam referunt ac ſequuntur Couar.c. var.reſol.cap.19. n.1.& 12. Ant.Gomez 2.tomo var.reſ.c.4. n.11. Iul.Clarus,q.22.citata,& Guter.c.9 citato nu.1.

Dubium Dubiú eſt,quantæ quantitatis eſſe debeat, donatio,vt natiuitate liberorú totum reuocetur.Di-

5 cédumq; † in primis eſt donationes, quas pro có ditione & facultatibus donátis poſtulat recta ratio,atq; adminiſtratio bonorú , neq; eſſe inoffi-

Deciſio. cioſas , neq; patré teneri illas computare in tertio ſuorú bonorú in Luſitania, aut in quinto in Caſtella,eſto filios héat,ſed ptinere ad ſumptus ordinarios,atq; ad bonorú adminiſtrationé, ac proinde,quanuis poſtea filij naſcantur,non reuocari.

Et obſerua, plus poſſe hoc modo donare diuerſis,atque decurſu temporis,quàm ſimul. De ſolo ergo exceſſu,vltra eiuſmodi donationes,eſt diſputandum , quando ſit reuocandum , quando non item Lex 8 Caſtellæ citata ait , reuocandam eſſe

Statusdubij. donationem,ſi ſit omnium bonorum,aut magnę illorum partis, Anton.Gomez,ſecundo tomo, variat.reſolut.capit.quarto,numero vndecimo, dixit, debere eſſe maioris partis bonorum , Baldus & alij,quos Couar.primo,variar.reſolut.cap.19. numero duodecimo citat,aſſeruerunt, neceſſe eſſe,vt ſaltem eſſet dimidiæ partis bonorum , Bart. verò, §.imperator citato,cenſuit,ſatis eſſe , ſi rem particularem donaſſet,neque eſſe neceſſe,vt donauerit quotam bonorum.

Cómunior opinio,quam referunt , ac ſequuntur Couarr.nu.duodecimo, citato Greg.Lopez l. 8.citata gl.*o gran partida dello*, & Iulius Clarus, quæſt.22.citata,num.vltim. conſentaneè ad Bar. opinioné aſſeuerat, ſatis eſſe , ſi donatio ſit partis notabilis infra dimidium bonorum donátis. Cóſentis verò apertè,l.ſi vnquam. C.de reuocandis donationibus, illis verbis ; *Bona omnia,vel parté aliquam facultatum, fuerit donatione largitus.*

Neque refragatur , l.Caſtellæ citata ; nomine enim,magnæ partis bonorú donátis, ét comprætenditur,quæ infra dimidiam,notabilis ſit quantitatis. Quidam,quos Gregor. Lopez refert, dixerunt, debere eſſe ſaltem quartam partem bonorú donantis. Melius tñ Grego. Lopez & Iul.Clarus locis citatis inquiunt , iudicis arbitrio , ſpectatis circumſtantijs concurrentibus, id eſſe committé dum; expendendo , num ſi donator de filijs tunc cogitaret,tantam quantitatem donaſſet, aut non. Diceré, ſi donatio inofficioſa ſit filij , quia vel in Luſitania excedit tertium bonorú, vel in hoc Ca Deciſ. ſtellæ regno quintum, reuocandá eſſe donationé in totum. Qñ verò inofficioſa nó eſſet, vt ſi in Luſitania tertium non excederet , iudicis arbitrio id eſſe cómittendum. Ac ſanè, ſi quintum in Luſitania excederet,non minus,quam in Caſtella, eſſet reuocanda, eſto inofficioſa in Luſitania nó eſſet.

Quoniam lex ſi vnquá , C.de reuocat.donat. ortum habuit ex præſumptione, quòd ſi donans Quæſt. de liberis cogitaret, ſub tacita conditione hactenus explicata donaret, colligit communior ſententia doctorum , quam referunt , ac ſequuntur Greg. Lopez l.8.citata verbi. *Ni an eſperanca de los auer*, Iulius Clarus,quęſt.22.citata,& Guter.

6 capit.9.citato, à numer.3.quòd † quando apertè conſtat patrem de liberis cogitantem donaſſe,donatio eſt valida,neque poſſe in totum, atque interim dum donans viuit,reuocari; ſatiſque conſentiunt verba l.8.citatæ.

Id autem multo magis cum Bart.l.Titia,§.imperator,ff.de leg.2. (quem etiam Anton.Gome. numero vndecimo, citato refert ac ſequitur) verum habere cenſent , quando donans expreſſe renunciauit legi, ſi vnquam,citatæ . Alij,quos ijdé autores referunt,contrarium verum eſſe arbitrantur,ea ducti ratione; quòd l.ſi vnquam, in filiorú fauorem ſancita fuerit, & quod donans , licet renúciare potuerit fauori ipſius, non tamen liberorum fauori.

Mihi placet opinio Barto.& communis,dum Deciſ. modo,vt aduerſus Bernardum Diaz Calaguritanum epiſcopum Gregor. Lopez & Guter. affirmant, intelligatur, quòd licet neque ipſo iure ſit nulla,neque in totum , aut viuente patre , poſſit reuocari ; poſt mortem tamen patris reuocari à filijs poſſit,quatenus ipſis fuerit inofficioſa , hoc eſt,legitimas ipſorum contingens.

Etenim diſtinctum hoc filiorum priuilegium, de quo diſputatione ſequenti erit ſermo , ſemper filijs manet ſaluum , neque pater renunciare ei poteſt , aut præiudicium vllum illi afferre : tametſi,

metſi,dũ filijs caret, eo modo libere donare poſ-ſit,quo poſſet,ſi illos haberet: porrò donatio eius patris,qui filios habet,valida eſt , eſto magnæ ſit quantitatis,filijsq; ſit inofficioſa, ſolumque poſt mortẽ patris reuocatur, quatenus filijs comperta fuerit inofficioſa, vt diſputatione ſequenti dicet. Vt tñ Grego. Lopez loco citato rectè affirmat, ſi filijs alimenta deeſſent viuente patre,qui eiuſmodi inofficioſam donationẽ feciſſet, donatarius cogi poſſet,vel alimẽta eis præſtare, vel donata reſtituere,quatenus legitimas filiorum contingerent.

Dubiũ Dubium eſt,quid ſi donatio de qua lege,ſi vnquam, eſt ſermo iuramento à donante confirmetur,valida ne tunc erit? Dicẽdum † in primis eſt,
7 ſi donatio ipſa ſit, quæ iuramento confirmatur, poſteaq; filij naſcantur , perinde eſſe in totũ ipſo
Deciſ. iure nullam,ac ſi iuro non eſſet confirmata. Probatur,qm̃,vt diſputatione præcedẽti dictum eſt, iuramentum intelligitur iuxta naturam promiſſionis, aut actus , ſupra quem cadit,neque ab eo excludit tacitas conditiones quas, ſecluſo iuramẽto,ex ſe,aut ex iuris diſpoſitione habet:quare perinde ea donatio natiuitate filiorum efficitur nulla,ac ſi iuramento non eſſet confirmata.

Ita Bart.§.imperator citato, & communis doctorum ſententia,quam referunt,ac ſequuntur Iulius Clarus,quarto lib. ſent. §.donatio.quæſt. 23.numero primo, Anto.Gom. nume.vndecimo citato,Couar.cap. quamuis pactum par.1.§.quarto,numero tertio,& Guter.c.9.citato,nu.8.9.10. Dicendum eſt deinde , ſi donans renunciauit legi,ſi vnquam,eamque renunciationem confirmauit iuro,aut qñ donauit ſimpliciter, donationẽq; iuramento confirmauit , mens eius fuit,eam non reuocare,eſto liberi ei naſcerentur, validam in eo ſenſu eſſe donationem , quod neque eſt ipſo iure nulla,neque poteſt in totum, eoque viuente,reuocari,vt dictum eſt,quando donans legi,ſi vnquã , expreſſe,ſed abſque iuramento renunciauit. Filij tamen nihil patris iuramento impediente , poterunt aduerſus eam agere querela inofficioſæ donationis , illamque quatenus ipſorum legitimas contingit,reuocare.

Quin parens , ſi ſub iureiurando promiſit inofficioſe,credo, nihil impediente iuramento non teneri implere promiſſionem,quatenus legitimis filiorum fuerit inofficioſa. Et conſentit Guter.nume.10.citato. Primum horum,probatur,quoniã id totum vim habet, eſto iuramentum non eſſet appoſitum,vt paulo antea dictum eſt:ergo multo magis habebit vim accidente iuramenti confirmatione.

Præterea,quoniam illa omnia nihil mali continent:ergo,ſi iuramento confirmentur, vim habebunt ex iuramento, tenebiturque donans in cõſcientiæ,& in exteriori foro,illis ſtare. Secũdum verò ex eo probatur, quoniam ius illud , querelæ inofficioſæ donationis, eamque donationẽ reuocandi,quatenus legitimas filiorum contingit,eſt proprium ius filiorum: ergo pater ſuo iuramento nullum præiudicium potuit illi afferre, ſed perinde filij agere poterunt querela inofficioſæ donationis, illamque reuocare , ac ſi iuramentum parentis non interueniſſet. Tertium denique ex eo probatur,qm̃ pater,inofficioſe promittendo,malè facit,tranſgrediturque ius,quo illi eſt prohibitum,donatione, aut vltima voluntate , legitimas filiorum minuere: ergo eſto iuramento ſe aſtrinxerit id opere implere, non tenetur ſtare promiſſis in præiudicium filiorum:neque enim iuramẽtum eſt vinculum iniquitatis,vt ad id , quod malum,prohibitumque patri eſt,poſſit obligare.

Dubiũ deinde eſt,quid ſi poſt donationem,de qua l.ſi vnq̃. C.de reuoc.donat. naſcantur liberi ei,qui donauit,ſed,adhuc eo viuente, liberi è vita diſcedant,reuiuiſcitne donatio ſemel extincta, ipſoque iure nulla? Barto.l.Titia.§.imperator.ff.de leg.ſecundo, & quidam alij , negarunt reuiuiſcere. Contrarium verò affirmat cõis ſententia,quã referunt,ac ſequuntur Iulius Clarus,quæſt.23.citata.nu.9.& Anto.Gom. 2.tomo variar.reſolut. Dubiũ Deciſ.
8 c.4.num.12.Puto † tamen dicendum,ſi donans, poſt natiuitatem filiorum,illorumq; mortem,patiatur donatarium bonis donatis frui , neque illa repetat,reuiuiſcere,ex præſumpta tamen donãtis voluntate,qui eo ipſo cenſetur,non velle donationem reuocare,ſed potius confirmare.

Atque hoc eſt,quod Iulius Clarus,& Ant.Gome.velle videntur locis citatis. Vnde in hoc euentu,hæredes donantis,poſt illius mortem,non poterunt repetere ea bona a donatario. Si verò donans ſciens,& prudens paſſus non eſt, donatariũ frui eis bonis,etiam poſt mortem filiorum , quia vel illa repetebat, aut repetere intendebat , vel tẽpus non habuit ad ea poſt filiorum mortem repetenda,tunc vtique non reuiuiſcit, ſed donans poterit ea bona ſibi vendicare, & poſt ipſius mortẽ, idem poterunt hæredes illius.

Ratio eſt,quoniam, vt habetur l.ſi vnquam citata,eo ipſo,ꝙ liberi naſcuntur,id totum,quod donatum erat,reuertitur in donatoris arbitrio, ac ditione manſurũ: cũ ergo ipſo iure ad donantẽ pertineat,ac reuertatur,quod donatum fuit, vtiq; nõ poterit deinceps ad donatarium ſpectare , niſi ex præſumpta,aut expreſſa,donantis voluntate,atq; adeo nouo iure,ac titul. Atq; hoc planè eſt,ꝙ Iul. Clarus,& Ant.Gom.velle videntur locis citatis: in quo a Bar.opinione non diſſentiunt. Quin potius Bartoli opinio in rigore , ac proprietate ſermonis vera eſt iudicanda: qm̃ illud non eſt reuiuiſcere donationem morte filiorum, ſed tacitè ea bona donari iterum eidem donatario a priori donante: in quo euentu Bar. non negat, validam eſſe ſecũdam tacitam,ſeu præſumptam,donationem.

9 Dubium † præterea eſt, ſi poſt donationem,de qua l.ſi vnquam.C.de reuoc.donatio. naſcatur filius ſpurius, aut etiam naturalis , & per principẽ legitimetur, vtrum reuocetur talis præcedens donatio. Iulius Clarus libro quarto,ſent.§.donatio. quæſtio.23.num.ſexto,reuocari exiſtimat, ſi naturalis filius reſcripto principis legitimetur , citatque Ioan. And.in additionibus , ad ſpeculatorem, refertque ex Paris Puteo hanc eſſe communem opinionem, in eademque ſententia fuit Ripa in rep.l.ſi vnquam.

Secus autẽ ex eodẽ Pari à Puteo eſſe dicit Iul.

Clarus, ſi talis filius natus eſſet ante dõnem, ſed poſt eam legitimaretur: tunc.n.donatio non reuocatur. Contrarium in primo euentu affirmant Tyraq. Salyc.& alij, quos Greg. Lopez l.8.citata, ver.*de ſu muger legitima*, refert, ac ſequitur, & cum quib.conſentit Alua. Valaſ.conſult.94.n.6. Atque huic ſententiæ ſuffragatur apertiſſimè lex 8.citata, quæ ſic habet: *que ſi deſpues huuieſe hijo o hija de ſu muger legitima con que caſaſe deſpues, que luego que lo a, es reuocada por ende la donacion, e no deue valer en ninguna manera*: ex quib. verbis vides, omnem vniuerſim, qui ex legitimo matrimonio non ſit natus, excludi.

Ac ſanè falſum eſſe arbitror, contrariam eſſe cõem opinionem, vt cum Pari a Puteo Iul. Clarus affirmat: neque eſt textus, aut ratio, quæ id perſuadeant. Vnde quãuis de iure Luſitano filius naturalis hominis plebei ſuccedat in bonis patris æquè cum alijs filijs legitimis, vt diſp.166.dictũ eſt, contendit tñ Aluar. Valaſ.conſultatione citata, natiuitate talis filij non reuocari donationem prius a patre factam. Quoniam, quæ in fauorem eiuſmodi filiorum conceduntur, nõ plus ſunt extendenda quam conceſſa reperiantur: habetque præſertim locum in diſpõne legis, ſi vnquã, quæ exorbitans a multis affirmatur, maximè cũ præſumendum non ſit, patrem donantem, ſub tacita conditione, ſi filius naturalis non naſceretur, donaſſe; lex verò, ſi vnquam, in ſimili præſumptione circa legitimos filios funditur.

Hinc fit, inſufficienter Greg. Lopez glo.citata colligere, filium naturalem annullare, iuxta l.ſi vnquam, dõnem ante ipſius natiuitatem factam a matre, ex eo, quod eidẽ filio naturali genito ex coitu nõ damnato: muliercq; non illuſtri, ſit conceſſum dicere inofficioſum teſtm̃ matris. Illud verò addendum vr̃, natiuitatem talis filij, ſi per ſubſequens matrimonium legitimatur, reddere nullam dõnem, ante natiuitatem, ac legitimationem factam: qm̃ filij per ſubſequens matrimonium legitimati, pro legitimis hñr, paresque eis ſunt, qui poſt legitimum matrimonium ſunt nati. Quamuis aũt verba, quæ ex l.8.paulò antea retulimus, contrariũ primo aſpectu ſonare videantur, credendum tñ eſt, nõ id intendiſſe legiſlatorem: præſertim cum eiuſmodi filij veri dicantur nati ex vxore legitima, cum qua poſt dõnem contraxit matrimonium, tametſi non fuerint nati ex ea poſt matrimonium contractum, ſed antea.

Dubiũ. Dubium vlterius eſt, ſi donatio, de qua l.ſi vnquam. C.de reuoc.donat.facta ſit eccleſiæ, & poſtea donanti liberi naſcantur, vtrum reuocetur in

Decis. 10 totum. Dicendum eſt † cum Bar.l.Titia. §.imperator.ff.de leg.2.Panor.cap.vlt.de donat.nu.5.& cõi ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus lib.4.ſenten.§.donatio.q.23.num.2. Ant. Gom.2.tom.variar.reſ.cap.4. Gama deciſi.240. & Couar.1.variar.reſol.capitu.19.à num.5.non reuocari in totum, ſed ſolum vſque ad legitimas filiorum, qui poſtea naſcuntur, ita vt illis inofficioſa non ſit, iuxta ea quæ diſputatione ſequenti dicentur, quando vni filiorum donatio ſit, & poſtea naſcuntur alij, quibus eſt inofficioſa: tunc enim prior donatio non reuocatur in totum, ſed ſolum vſque ad legitimas filiorum.

Ratio verò, cur donatio facta Eccleſiæ non reuocatur in totũ; eſt: quia Eccleſiæ habetur loco filij, ac proinde non plus eſt reuocanda, q̃ ſi filio eſſet facta. Præterea, qm̃ credendũ non eſt, eũ qui Eccleſiæ donauit, ſub ea tacita, aut præſumpta, conditione donaſſe, ſi liberi non naſcerẽtur, quaſi natis filijs, in totum ex ipſius voluntate eſſet reuocanda. Et qm̃ in fauorem piæ cauſæ eſt inclinandum. Conſentiunt verba Aug.17.q.4.ca.vlt. ex ſerm. de vita clericorũ 52. ad fratres in eremo tom. 10. *quicunque*, inquit, *vult, exhæredato filio, hæredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinũ. Immo, Deo propitio, neminẽ inueniet. Quam laudabile factũ Sancti Aurelij Carthaginenſis epiſcopi. Quidã enim, cũ filios non haberet, nec ſpectaret, res ſuas omnes (retẽto ſibi vſufructu) donauit Eccleſiæ. Nati ſunt ei filij, nec opinanti. Reddidit epus ea, quæ donauerat. In poteſtate habebat epus non reddere, ſed iure fori, non iure poli.* Hactenus Aug. Cum aũt ait. *in poteſtate habebat epus non reddere iure fori*, intelligitur, quo ad incrementũ vltra legitimas, vt cum Bart.& alijs, paulò antea diximus: legitimas nãque nullus eſt, qui dubitet in exteriori foro fuiſſe reddendas l.ſi totas. C.de inoffic.donat. vt diſputatione ſequenti dicetur. Qñ verò ſubiungit; *non iure poli*; non intelligit, quaſi de iuſtitia, aut ſub lethali culpa in conſcientiæ foro teneretur incrementum reddere: ſed ſolum ex quadam æquitate morali, & quia id erat magis gratum Deo, cedebatque in populi ędificationem, vt exponunt glo. ibi. Panorm. Couar.& alij, locis citatis.

Vnde Auguſtinus in eodem ſermone ait, factũ illud impleuiſſe laudibus Dei eos, oẽs, qui audierunt. Ac ſane, qñ donatio eſſet omnium bonorũ, qualis illa erat, q̃ Aurelius in totum reuocauit, recta, atq; adeo ius poli, efflagitat, vt non quo ad ſolas legitimas, ſed integrè a miniſtris Eccleſiæ reuocetur, vt donans habeat vnde libere poſſit teſtari, liberosque ſuos ex ſuo patrimonio augere. Qđ dictum eſt de donatione facta Eccleſiæ, intelligẽdum eſt de donatione facta in quamuis aliã piam cauſam. Ant. Gome. nu.11.citato id extẽdere vult ad donationem factam aſcendentibus; ſed cum aſcendentes non reputentur loco filiorum, vt eccleſia reputatur, non auderem id extendere ad donationem factam aſcendentibus.

Dubium poſtremò eſt, ſi donatio ſit remuneratoria, aut aliter ob cauſam, poſteaque donanti naſcant̃ liberi, an reuocetur donatio in totũ, iuxta l.ſi vnquã, aut ſaltẽ vſq; ad legitimas filiorum. Dubiũ.

11 Diſtinguũt † optimè Greg. Lopez l.8.tit.4.par. 5.verb.*dieſe*, & Guter.c.9.citato, nu.7.cum Tiraquello, & plerique alijs, quos citat. Decis.

Quòd aut donatio non eſt merè liberalis comparatione donantis, ſed habet cauſam, ex qua ipſe teneatur id efficere, ſiue ex gratitudine ipſius, ſiue ex alia ſimili cauſa; & tunc donatio neque in totum, neque in partẽ reuocatur. Atque in hoc conſentiunt Iulius Clarus, q.23.citata, nu.3. & communis opinio, quam citat.

Ratio

Ratio eſt,quoniam, cum id ſit debitum, vtique ad competentem bonorum adminiſtrationem perti net illud dare, ſiue donans liberos habeat, ſiue non:neq; tenetur donãs id accipere in tertio ſuorum bonorum in Luſitania, neque in quinto in Caſtella. Si autẽ donatio ita liberalis ſit ex parte donantis,vt nulla ſit cauſa,ex qua ipſe id dare teneatur; tunc, eſto cauſa ſit ex parte alicuius accipientis,ob quod fiat,reuocabitur donatio,ſaltẽ vſque ad legitimas filiorum. Vt ſi quis donet in dotẽ alicui extraneæ, poſteaque donanti naſcantur filij, tunc quamuis ea donatio ſit ob cauſam onerosã comparatione mariti eius,cui ita dotatur; quia tñ donans ex nullo debito tenebatur id in dotẽ largiri, ſed ex mera ſua liberalitate id effecit; vtique reuocabitur ea donatio, ſaltem quatenus inofficioſa ſuis proprijs fuerit liberis. Confirmatur, quoniam ſi quis propriã dotet filiam, ſi tñ ea dos inofficioſa ſit alijs filijs, vel iam natis, vel qui poſtea naſcentur, reuocatur, quatenus inofficioſa fuerit alijs filijs,vt ſupra in materia de partitione bonorum oſtenſum eſt,idque, eſto pater dotare teneatur propriam filiã, & eſto dos ſit donatio ob cauſam onerosãm comparatione generis: ergo multo magis reuocabitur,ſi dos collata ſit mulieri extraneæ:neque enim pater, in præiudicium ſuorũ filiorum, donare id extraneæ ex ſua mera liberalitate potuit. Dixi,eiuſmodi donationem factam in dotem reuocari ſaltem quouſque inofficioſa non ſit proprijs filijs:quoniam,cum ex cauſa onerosa data ſit comparatione mariti eius, cui donatur,certè incrementum non reuocabitur, ſed cenſebitur pater ſumere id in tertio ſuorum bonorũ Luſitania,& quinto in Caſtella.

Niſi tamen dos in hoc Caſtellæ regno collata ſit nepti:nam tunc; quamuis auus alios filios habeat ſuperſteſque ſit pater talis neptis, cenſebitur melioraſſe eam neptam in tertio, & quinto ſuorum bonorum, quo ad tale incrementum vltra legitimas filiorum.

De reuocatione donationis factæ vni filiorum,quando alij poſtea naſcuntur. Et de facta extraneo ab habente filios. Et num detur inofficioſa donatio comparatione aſcendentium.

DISPVTATIO CCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta vni filiorum, ſi alijs filijs poſtea naſcantur, reuocetur tanquam inofficioſa, vſque ad debitam legitimæ quantitatem.*
Idem quoque etiam ſi nati eſſent alij filij.nu.2.
Immo etiam ſi talis donatio eſſet re,& conſilio inofficioſa,nu.3.
Et etiam ſi fuiſſet iuramento confirmata.nu.4.
Et quid de iure Caſtellæ dicendum? copioſe,nu.5.
6 *Donatio facta per partem nepoti ex filio meliorando eum in tertio ſuorum bonorum, non poteſt per filium tanquam inofficioſa reſcindi.*
7 *Donatio ne tantum inofficioſa, facta extraneo, reuocatur vſque ad legitimam filij.*
8 *Donatio re,& conſilio inofficioſa, facta extraneo, quando reuocetur in totum per filius.*
Et idem dicendum de aſcendentibus, prout de filijs.num.9.

DIſputatione præcedente ſolum diximus de reuocatione donationis factæ a non habente filio,ſiue is coniugatus ſit,ſiue non,quando poſtea ei filij naſcuntur. Nunc verò tria, quæ propoſita ſunt,ſuperſunt diſputanda.

1 Quod ad primum attinet, quãn † aliquis, filios habens,vni,aut pluribus,aliqua donat, quæ legitimas minuunt eorum portiones, qui poſt factas eas donationes naſcuntur, tunc donationes reuocantur vſque ad debitum bonorum ſubſidium,id eſt, quatenus legitimis aliorum ſunt inofficioſæ: non verò in totum,ſeu quod ad incrementum.

Ita habetur l.ſi totas. C.de inofficioſ.donationibus,& conſentiunt,l.8.tit.4.par.5. & l.3.tit.8.
2 lib.5. nouæ collection. idemque † omnino eſt, ſi quis,habens multos filios iam natos,vni, aut aliquibus eorum,aliqua donet, quæ legitimas aliorum minuant: reuocantur enim donationes quatenus cæteris inofficioſæ fuerint repertæ, vt conſtat ex authentico de immenſis donationibus,ex. l.prima,ſecunda, tertia, l.cum donationibus l.ſi mater,& l.vlt.C.de inoffi.donationibus,atque ex duobus iuribus Caſtellæ citatis, quæ vniuerſim loquuntur,& ex lib.4.Luſit.ord.tit.77.§.4.

3 Habet autem † vtrumque verum, etiam ſi donationes illæ inofficioſæ fuerint re, & conſilio, id eſt, etiam ſi factæ fuerint animo defraudandi portiones legitimas aliorum filiorum, vt habetur expreſſe, l.ſi liqueat. C.de inofficioſ. donationibus.

Hæc verò omnia affirmant Bart. l.Titia,§.imperator.ff.de legat.ſecundo,Panormit.capit.vltimo,de donat.nu.5. & communis doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Couarru.primo variar.reſol.cap.19.numero 1.& 12. Anton. Gom.ſecundo tomo,variar.reſolut.capitu. quarto,num.vndecimo,& 13.Iulius Clarus 4.lib.ſent.§.donatio.q.22.num.3. & quæſt.24.nume. 1. & ſecundo, & Guter. de iuramento confirm. part.1.cap.9.num.11. Quamuis autem Emman. Acoſta capit.ſi pater par.tertia verb.priuare non poſſit, a numero tertio, fateatur hanc eſſe communem opinionem, ab eaque ex parte diſſentire velit, poſtea tamen illi omnino annuit, ductus authentic. de immenſ. donation. tanquam iure nouiſſimo,quod ſtatuit, vt eiuſmodi donationes ſolum reuocentur vſque ad legitimas alijs filijs debitas.

4 Habent præterea,quę † dicta ſunt,verum et ſi parens iuramento confirmaſſet donationem, eodemque iuramento ſe aſtrinxiſſet illam nõ reuocare. Quoniam,vt diſputatione pręcedente dictum eſt, pater ſuo iuramento pręiudicare non potuit filijs quo ad legitimas ipſorum portiones.

Et quoniam peccat inofficioſe donando: iuſum autem vinculum non eſt iniquitatis: Ita Iul. Clarus q. 24. citata. nume. 3. & doctores, quos præcedente diſputatione citauimus. Memento autem, vt diſputatione præcedente dictum eſt, habendam non eſſe rationem donationum quas pater, pro quantitate ſuorum bonorum, legitimaq; eorum adminiſtratione, recte facit, ad iudicandum vtrum inofficioſe donauerit, ſed ſolius incrementi ſupra eiuſmodi donationes ritè factas.

Dubium eſt, ſi pater, vnicum filium habēs, copioſam ei donationē faciat, poſteaque naſcantur
5 illi alij filij, vtrū in hoc regno † Caſtellæ donatio reuocetur vſq; ad legitimas aliorum filiorum, detracto tertio, & quinto, in quibus prior ille filius cenſeatur melioratus, iuxta l. 26. Tauri, quæ hodie eſt. 10. tit. 6. l. 5. nouæ collect. an vero reuocetur vſq; ad legitimas portiones, tertio bonorum minimè detracto, ſed ſolo quinto: vel etiā reuocetur vſque ad legitimas portiones, nec tertio, nec quinto ab eis detracto, ſed diuiſo toto patrimonio donantis inæquales, ſeu viriles, portiones.

Non defuerunt, qui neque quintum bonorum cenſuerint in hoc euentu detrahendum, ducti ea rōne, quod forte, ſi pater de filijs naſcituris cogitaſſet nihil illi donaſſet, iuxta l. ſi vnquā. C. de reuocat. donat. ſed æqualitatem potius circa illos ſeruaſſet, iuxta l. illud. C. de collatio. & alia iura.

Eſt verò opinio improbabilis, atq; apertè contra l. ſi totas. C. de inofficioſ. donat. quæ ſtatuit, in hoc euentu, ſolū vſque ad legitimas debitas alijs filijs reuocari donationem, non vero quo ad incrementum, vt paulo antea dictum eſt; quare, cū quintum bonorum donantis ad legitimas filijs debitas in hoc regno non pertineat, ſicut neque in Luſitania ad eas tertium ſpectat, vtiq; eiuſmodi portiones ſunt in eis regnis trahendæ, in quibus is filius cenſeretur melioratus, cui talis donatio eſſet facta, vt alibi dictum eſt. Neq; in hoc euētu ius præſumit, nihil patrem fuiſſe donaturum, ſi de filijs naſcituris cogitaſſet. Neq; itē præſumit voluiſſe patrem æqualitatē omnimodā inter liberos ſeruare, præſertim cum primogenitus ſit is, cui facta eſſet donatio, qui præ cæteris ſolet eſſe dilectus, & quē ſolent parētes præferre alijs in bonis, vt familiæ memoria in eo præcipuè conſeruetur.

Bernardus Diaz Calagurritanus Epiſcopus, quem Gregor. Lopez. l. 8. titul. 4. part. 5. verb. *a otro*, refert ac ſequitur, arbitratur, donationem reuocandam eſſe vſque ad legitimas, detracto ſolo quinto, ita vt legitimæ filiorum in eo euentu ſint, reliquum patrimonij donantis diuiſum in partes æquales minimè ab eo detracto tertio, quod præcipuum ſit eius, cui facta eſt donatio. Præter rationē ei ſimilem, quæ de tertio ſimul, & quinto paulo antea facta eſt, & quæ ſimili modo eſt diſſoluenda, ducuntur hi autores potiſſimum ſequenti ratione.

Quoniam in hoc regno omnia, præter quintū, ſunt legitima portio comparatione deſcendētiū: eo quòd de ſolo quinto poſſit diſponere parens inter extraneos: quare cum tempore illius donationis, pater nullum alium deſcendentem habere, præter filium illum, omnia, præter quintum, erant legitima illius ipſi omnino debita.

Neque pater in tertio illorū bonorum potuit tunc imponere grauamen aliquod illi filio; quoniam grauamen imponi nō poteſt in tertio bonorum, iuxta l. 26. Tauri, quæ eſt, 11. titul. 6. nouæ collectio. niſi quando aliquis deſcendentium in eo melioratur: in euentu autem de quo diſputamus, locum non habebat melioratio in tertio. Quemadmodum enim eſſe non poteſt electio niſi aſſumēdo vnum è pluribus, eumque præferendo alijs, vt multis iuribus probatur: ſic melioratio non eſt, niſi quando è multis vnus in eo præfertur alijs, in quo meliorari dicitur.

Quia ergo totum patrimonium donantis, præter quintū, erat legitima comparatione eius filij, cui facta eſt donatio, vtiq; natis alijs filijs, id totum diuidendum eſt in partes æquales, ad conſtituendas legitimas filiorum, reuocandaque. Proinde eſt donatio vſque ad partes æquales illius totius, quæ legitimæ ſint aliorum filiorū, tertio minime inde ei reſeruato, cui donatio fuit facta. Vnde ad l. 26. Tauri, quæ eſt, decimo, tit. 6. lib. 5. nouæ collectio. quæque ſtatuit, ſi parentum aliquis donauerit aliqua cuipiam deſcendentium, intelligi eo ipſo melioratum in tertio, & quinto, eſto parentes id non exprimant, idque ad effectum, vt, detracto tertio, & quinto bonorum talis parētis, reliquoq; patrimonio diuiſo in portiones legitimas, ſi ea donatio excedat legitimam eius, cui facta eſt, cenſeatur ex tertio, & quinto melioratus in eo exceſſu, ad hanc, inquam, legem reſpōdent prædicti autores, intelligendam ſolum eſſe comparatione filiorum, ſeu deſcendentium, qui nati erant tempore, quo facta fuit donatio: non verò quando tempore donationis nullus alius erat deſcendens, niſi is cui facta eſt donatio: propterea quòd in eo euentu locum non habeat melioratio in tertio, vt probatum eſt.

Couar. 1. variar. reſolut. capit. 19. numero tertio, Guterrius capitul. 9. citato e numero decimoquarto, & alij, quos refert, confitentur; quando vnus tantum erat deſcendens, cui exceſſiua donatio facta ſit, non cenſeri factam meliorationem in tertio, neque vllum in tertio potuiſſe a donante grauamen ei imponi, idque propter rationem proximè factam.

Nihilominus cum Caſtillo ad l. 12. Tauri, Antom. Gom. 2. tom. variar. reſolut. cap. quarto, numero vndecimo, Baeca, & Palat. Rubr. meritò cenſent, donationem illam ſolum eſſe reuocandam vſque ad legitimas, detracto de patrimonio donantis, nō ſolum quintò, ſed etiam tertiò, quæ præcipua habeat is filius, cui facta eſt donatio, ſi id omne neceſſarium ſit, vt donatio tota integra illi maneat.

Potiſſimum ducuntur, quoniā l. ſi totas, C. de inoff. don. ſtatuit, eam donationem ſolum eſſe reuocandā quo ad legitimas filijs poſtea natis omnino a parente debitas: at verò eo ipſo, quòd alij filij nati ſunt, nihil in hoc regno illis debet pater in legitimas de quinto & tertio: quoniam, niſi tertium, & quintum integre ratione donationis

tis ad priorem filium pertineant, poteſt pater de eis diſponere, conferendo reliquum quinti extraneis, & tertium priori filio, aut cuicunque alteri deſcendentium voluerit, etiam ſi nepos, aut pro nepos, ſit, cui legitima in bonis ipſius non ſit debita, iuxta l. 17. & 18. Tauri, quæ ſunt 1. & 2. tit. 6. in noua collect. quo fit, vt ſolum ea donatio reuocanda ſit vſque ad legitimas, detracto tertio, & quinto, quæ præcipua habeat filius, cui facta fuerat donatio, ſi id totum, vltra ſuam legitimam, ea donatio, comprehendat: neque plus natis de nouo filijs in legitimas debeatur, quam æqualis portio ex patrimonio patris cum priori filio, detracto prius à tali patrimonio tertio, & quinto.

Ant. opin. Forte dilucidius, conſentaneéque ad horum doctorũ mentem, poſſumus dicere. Parentem habentem vnicum deſcendentem, ſiue illi donet, ſiue aliter de ſuis bonis erga eũ diſponat, abſolutè quidem, neque meliorationem in tertio habere locum, neque in eo tertio poſſe illi imponi vllum grauamen: eo quòd, vt ratio ſupra facta probat, interim dum eum ſolum habet deſcendentem, totum talis parentis patrimonium detracto ab eo ſolo quinto, ſit legitima eiuſmodi deſcendentis. Veruntamen ſub conditione, ſi alius naſcatur deſcendens, & habere locum meliorationem in eo tertio, & poſſe in eo grauamen ſub eadẽ cōditione imponi: quod vtique grauamẽ locum habebit, ſi cōditio impleatur, nato in poſterũ alio deſcendente. Si tñ ſine conditione facta eſſet donatio, aut diſpoſitio irreuocabilis, circa talẽ deſcendentem; tunc, eſto poſtea alius naſceretur deſcendens, non poſſet grauamen imponi circa id, quod irreuocabiliter illi eſſet conceſſum; eo qđ donationi ſemel pfectæ, neq; conditio, neq; grauamẽ, poſſit imponi, vt diſputatione 265. dictum eſt.

6 Obiter hoc loco cum Couar. capit. 19. citato, num. quarto, inquirendum † eſt, vtrum, ſi pater vnicum filium habeat, & ex eo duos nepotes tantum, poſſit abſolutè, hoc eſt, abſque vlla cōditione, meliorare vnum nepotem, quem voluerit, in tertio ſuorum bonorum. Quamuis aũt quidam, quos ibi Couar. refert, contrarium ſenſerint, cum eodem tamẽ Couar. & alijs, quos citat, eſt dicendum, id iure optimo poſſe efficere: quoniam leges Tauri citatæ comparatione cuiuſcunque deſcendentis concedunt parenti facere meliorationem in tertio ſuorum bonorum, eſto illi debita non ſit legitima portio in bonis meliorantis.

Dubiũ.

Deciſ.

Vnde dico, eſto parens vnicum haberet filiũ, & ex tali filio vnum tantum nepotem, ſi de tertio nihil erga filium irreuocabiliter diſpoſuiſſet, poſſet in eo toto meliorare nepotem, præferendo eum filio. Ad rationem, cui Bernard. Diaz, & Greg. Lopez nituntur, dicendum eſt. Quamuis, interim dum pater nullum alium habet deſcendentem, id totum ſit legitima filij illius, neque eo tempore poſſit pater abſolutè imponere grauamen tertio illi, aut in eo abſolutè meliorare eundem filium; poſſe tamen ſub conditione, ſi alius deſcendens naſcatur, & grauamen imponere, & in eo tertio meliorare, & talem filium, vt dictum eſt: atque ex diſpoſitione legis. 26. Tauri, dux eſt. decimo tit. 6. lib. quinto, nouæ collection. eo ipſo, qđ talem donationem exceſſiuam vnico illi deſcendenti fecit, cenſeri melioraſſe illũ in tertio, & quinto potiori modo, quo potuit, atque adeo ſub cōditione, ſi alius deſcendens naſceretur, eſto id non expreſſerit, vt lex ipſa diſponit.

Eſt autem violentia eidem legi expoſitio, quã intendunt. Tum quia lex vniuerſim loquitur. Tum etiam quia ſimiliter habet vim comparatione hæredum, qui poſt donationem naſcuntur, atque comparatione eorum, qui eo tempore erant nati, quando tempore donationis erant nati plures. Tum denique, quia fundamentum cui, vt ita exponant, innituntur, eſt falſum.

Quare negandum eſt, ex eo, quòd, antequam alij deſcendentes naſcerentur, totum patrimonium (dempto ſolo quinto) eſſet legitima illius vnici deſcendẽtis, ſequi, natis alijs fratribus, legitimas eis debitas eſſe æquales portiones eiuſdẽ totius patrimonij: contrariũ namque eſſe verum à nobis eſt oſtenſum. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis propoſita ſunt.

7 Quod † verò attinet ad ſecundum, nẽpe, quando exceſſiua donatio facta eſt alicui extraneo ab eo, qui filium, aut filios, tempore donationis habebat, dicendum eſt. Si res tantum comperiatur inofficioſa filijs, quia videlicet, quãuis legitimas ipſis debitas minuat; non tamen facta eſt animo eas legitimas defraudandi; aut minuendi, reuocari ſolum vſque ad debitum bonorum ſubſidium, id eſt, quouſque legitimæ filiorum integræ maneant: incrementum vero pertinere ad donatarium. Ita colligitur, ex l. prima, & vltima, C. de inofficioſ. donation. & ex l. 8. titul. quarto, part. quinta, idque quod de donationibus inofficioſis factis vni filiorum hactenus explicatum eſt, multo magis locum habet, ſi inofficioſa donatio facta ſit alicui extraneo, vt videlicet reuocetur quouſque filijs inofficioſa non ſit, conſentiuntque Bartol §. imperator citato. Pan. ca. vltimo, de donat. numero quinto, & communis ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couar. primo, variar. reſolutio. cap. 19. numero duodecimo, Ant. Gõm. 2. tom. variar. reſol. cap. quarto, numero 13. & Iul. Clarus, quæſtio. 24. citata. num. 2. Habetque hoc verum, etiam ſi parens, qui eam feciſſet donationem, iuramento illam confirmaſſet, propter ea, quæ ſupra dicta ſunt, quando talis inofficioſa donatio facta eſſet vni filiorum. Vniuerſim autem actio, ad reuocandam donationem inofficioſam, durat ſolum quinquennio, vt conſtat ex l. vlt. iuncta gl. penult. ibi, C. de inofficioſ. donatio. Emmanuel tamen Acoſta. c. ſi pater. 3. par. verb. priuare non poſſit. nu 8. notat. poſt authenticum de immenſ. donationib. competere actionem perſonalem, quæ durat triginta annorum ſpatio, iuxta l. ſicut in rem. C. de præſcrip. trig. aut quadr. anno. Quæſt. dubia.

8 Si autem † donatio facta extraneo comperiatur ex certo conſilio inofficioſa filijs, tunc non modica controuerſia eſt inter doctores. Azone & alijs aſſerentibus, reuocari ſolum vſque ad legitimas filiorum, vt refert glo. magna, l. 1. C. de inofficio. donationibus.

Atque opinionem hanc ſtatuere videtur l.8.titu. par.5.vt ibi Greg.Lopez gloſ.vlt.aſſeuerat, conſentitque Emmanuel Acoſta loco citato, nu.16. Alij verò cenſuerunt reuocari in totum, de quorum numero ſunt Bart.§.imperator,citato,& Panormit.nu.5 citato, argumẽto.l.ſi libertus.ff.de iurepatronatus, quæ ſtatuit, alienata in fraudem legis,eſſe ipſo iure nulla, atque hanc Emmanuel Acoſta nu.citato ait,communem eſſe opinionẽ. Id verò vniuerſim affirmãt Ant.Gom. & Iulius Clarus locis proximè citatis. Bart.iñ & Panormitan.excipiunt, qñ ita donatum eſſet in fraudem filiorum, vt nihilominus filijs aliquid eſſet relictum: tunc.n.volunt, non reuocari donationem, ẽt conſilio inofficioſam, niſi vſque ad legitimas filiorũ,iuxta l.omnimodo.C.de inoffic.teſt. Atq; hanc ſententiam communem eſſe oſtẽdit, eamq; ſequitur Emman.Acoſta. ca.ſi pater,3.par.verb. priuare non poſſit.nu.14.vbi hac de re latè diſpu. Eum legito. Hac ratione Couar.nu.12.citato dixit,tandem ferè eo rem iſtam ſic a iuris vtriuſque doctoribus diſtinctam,tendere, ꝙ donatio inofficioſa, etiam facta extraneo, quo ad legitimam tantum reuocetur. Elige,quod malperis. Sanè in tanta opinionem varietate ac incertitudine, melior videtur iudicanda conditio donatarij poſſidentis, vt non cogatur reſtituere, niſi quouſque integras filijs ſuas legitimas relinquat: id quod, nulla expectata ſententia,facere tenetur.

Et cum reliquum ſolum in pœnam,ob prauũ donantis ac donatarij conſilium, reſtituere teneatur,ſanè,eſto amplectenda eſſet eorum ſententia, qui aſſeuerant,donationem re & conſilio inofficioſam,reuocandam eſſe in totum, id locum non haberet,niſi poſt latam ſententiam.

9 Quod † deniq; ad tertiũ attinet,dicendum eſt, dari donationẽ inofficioſam comparatione aſcendentium, ſicut datur comparatione deſcendentium; eodemq; modo reuocari vſq; ad portionẽ aſcẽdentib. debitã in bonis deſcendentiũ, vt parẽtibus in bonis filiorum, qñ filij deſcendentes nõ habent.Ita colligitur,apertè ex l.ſi filius.C.de inoffic.donationib.& affirmant glo.in auth.de immenſis donationibus verb.filios,Bar.in l.non vſque adeo.ff.ſi a parente quis fuerit manu. & Emman.Acoſta.c.ſi pater,3.par.ver.priuare non poſſit.num.1.& 2.Etenim cum parentibus non minus,q̃ liberis, querela competat inofficioſi teſtamenti,l.nam & ſi parentibus.ff.de inof.teſt.querela autem inofficioſæ donationis inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti introducta ſit, hr̃ l.vlt. C. de inoffi.don.vtique non minus fœda, quam prima,parentibus circa filiorum bona concedetur.

Donatio, ſtipulatio, ſeu promiſſio, quotuplex ſit. Et de pura, atque in diem.

DISPVTATIO CCLXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio,ſtipulatio,& promiſſio,quando puræ dicantur.*

2 *Promiſſio in diem certum parit obligationem,licet incertum ſit,quando ſit futurus, & tranſit ad hæredes.*

3 *Promiſſio, & ſtipulatio in diem in quo differat a legato in diem.*

4 *Donatio conditionalis, quo caſu intelligatur pura, & ſtatim ſit ſoluenda.*

5 *Dies & tempus quo caſu faciant conditionem propriè,& quando non.*

6 *Verbum,ſtatim,quomodo intelligatur.*

7 *Promiſſio facta ad certum diem, cuius ſint multi eiuſdem nominis,de quo intelligatur.*

8 *Promiſſio de aliquid ſoluendo tali anno vel ſingulis annis,quando intelligatur in principio, aut in fine temporis facta.*

Sicut diſp.205. legatum diuiſimus,in purum, in diem,ſub conditione,ſub modo, cum demonſtratione, & ob cauſam: ſic etiam diuidi in totidem membra donatio,ſtipulatio, ſeu promiſſio poteſt. Quare,quæ ad illa diſputatione de legatis illis omnibus modis dicta ſunt,magno nos onere hoc loco leuabunt. Ne.n.eadem inutiliter, repetãtur,neceſſe erit lectorẽ ad ea recurrere,quæ circa legata ibi dicta ſunt, quatenus donationib. ſtipulationibus ſeu promiſſionibus, communia cum legatis erunt.

1 Stipulatio, † donatio,aut promiſſio, tunc pura dicitur, quando, neque dies,aut tempus futurum,apponitur,in quo ſit adimplenda,neque apponitur conditio,modus,demonſtratio, aut cauſa. Tametſi interdum latius ſumatur, vt comprehendit ẽt,tam eas ſtipulationes,& promiſſiones, quæ in diem fiũt,quam illas, quæ fiũt ſub ea conditione,quæ in futurum non pendet,ac proinde, quæ obligationẽ ſtipulationis, aut promiſſionis, non ſuſpendit, vt diſputatio citata delegato puro dictum eſt. Et conſtat ex l.ſi pupillus. §.qui ſub conditione.ff.de nouationibus,& l.quodcunque. §.non ſolum.ff.de verborum obligationibus. Diſputatione citata etiam diximus, quando certum non eſt, legatũ eſſe non purum: cenſendum eſſe purum:idemque de ſtipulatione,& promiſſione, eſt affirmandum. Lege,quæ ibi dicta ſunt.

2 Quando aliquid † promiſſum eſt in diem certum,ſaltem quia certum eſt diem illum eſſe futurum,eſto ignoretur,incertumq; ſit quando ſit futurus,eo ipſo ex ſtipulatione,aut promiſſione,oritur obligatio,tranſitq. obligatio ad hęredes eius, cui facta eſt promiſſio,& aduerſus hæredes eius,

3 qui promiſit. In quo † ſanè multum ſtipulatio, aut promiſſio,in diem,differt a legato in diem.

Si namque legatarius ante teſtatorem moriatur,expirat legatum in diem, neque legatarius illud tranſmittit ad ſuos hæredes, vt diſputatione 205.oſtenſum eſt. Is verò,cui promiſſio eſt facta, eſto è vita ante promittentem diſcedat, tranſmittit obligationem ad ſuos hæredes, vt res promiſſa eis ſoluatur. Vnde,ſi quis dicat, promitto tibi centum in diem mortis meæ, aut ſoluenda decem,vel viginti annis,poſt mortem meã, quia is dies certò eſt futurus, eſto incertum ſit, quando futurus ſit, valida eſt promiſſio, etiam ſi is, cui facta

facta eſt,moriatur ante promittētem, tenenturq; hæredes promittentis ea ſoluere, vel ei, cui facta eſt promiſsio, vel hæredibus illius. Idēeſt,ſi quis dicat, promitto tibi centum in diem mortis tuæ, aut decem annis poſt mortem tuam: debentur namque hęredibus huius, cui facta eſt promiſsio. Licèt autem ex eiuſmodi promiſsionibus ſtatim, ac fiunt, obligatio oriatur, non tamen oritur, vt res promiſſa ſtatim ſoluatur, ſed vt ſoluatur in diem promiſsione ſtatutum.

Quare,ſi ante eum diem res promiſſa petatur, promittenti, aut hæredibus ipſius, exceptio competit, ꝙ nondū dies ſolutioni deſtinatus aduenerit. Hæc oīa patent ex §.omnis ſtipulatio, verſic. in diem, Inſtit.de verb.oblig. ex l.cedere diem.ff. de verb.ſign.ex l.certi condictio,in princ.ver.cæterum,iuncta gl.ibi,ff.ſi cert.petatur,& iuncto,§. præterea debitor Inſtit.de exceptionibus ex l.vnica,iuncta gloſſ.ibi in verb.poſt mortem alterius, C.vt actiones ab hæredes & contra hæredem incip.ex l.ſcrupuloſam, C.de contrahenda ſtipulatio.ex §.poſt mortem. Inſtit. de inutilib. ſtipulationib.& ex l.12.& 14.ti.11.par.5.

Illud obſerua,longè diuerſa eſſet,ſi quis dicat, promitto tibi centum cū moriar, & ſi dicat, pro-
4 mitto † tibi centū,ſi moriar,aut ſi ſol hinc ad ſex menſes orietur. Licèt.n.ſicut in primo euentu ſtatim,ac promiſsio fit,oritur obligatio, vt proximè oſtenſum eſt,ſic ēt oriatur in ſecundo, eo ꝙ conditio illa de futuro determinata ſit ad vnum, atque adeo promiſsionem, ſeu obligationem ex ea oriri natam,non ſuſpendat, quod in cauſa eſt, tū vt in vtroque euentu promiſsio inter puras computetur,ſumpta pura promiſsione latè, vt contra eam diſtinguitur, quæ ſub conditione ſit pendente in futurum,tum etiam vt l.quocunque.§.non ſolum.ff.de verb.oblig.pro eodem,quo ad eū effectum,vtrumque promiſsionis genus reputetur licet, inquam, duo hæc promiſsionum genera in hoc conueniant,differunt tamen.

Quòd in primo res promiſſa non debetur, niſi in diē mortis promittentis,eo ꝙ verè ſit ꝓmiſsio facta in eū diē:quare,ſi antea petatur, atq; intentetur actio, eliditur exceptione, ꝙ nondum dies adimpletioni præfixus aduenerit. In ſecundo verò genere,res promiſſa ſtatim debetur, eſtque ſtatim ſoluenda,neq; vlla cōpetit exceptio, qua illidatur actio,ſi res petatur,actioque intentetur; eo ꝙ non ſit promiſsio in diē mortis, autē in diē qñ ſol poſt ſex menſes oriretur,ſed ſit promiſsio ſub conditione,ſi mors promittentis ſit futura, aut ſi ſol poſt ſex menſes orietur; cum verò vtrumque ſit certò futurum, conditioni eiuſmodi non ſuſpēdunt obligationem, ſed perinde habent, ac ſi res promiſſa eſſet ſub condōne de præſenti,aut pręterito,neceſſaria, quæ nihil omnino ſuſpendit obligationem promiſsionis ſub ea factæ, aut ſi res purè omnino eſſet promiſſa, vt habetur l.ſi pupillus,§.qui ſub cōditione, ff.de donationib.l.quod ſi ſub ea, ff de condict.indeb. l.cum ad præſens, & duabus ſequentibus,ff.ſi certum petatur,§.cōditiones.Inſtit.de verb.oblig.l.12.& 17.titu.11. par.5.& multis alijs iuribus, quæ diſp.206. citauimus Gregorius autem Lopez l.12.citata verb. *el dia que yo finare*, non videtur attendiſſe ad hoc apertum diſcrimen inter duo hæc promiſsionū genera, ſicut neque attendiſſe videtur gloſſ.§.qui ſub conditione citato.

5 Qñ † aliquid promiſſum eſt in diē,aut in tempus incertum an futurū ſit,tunc dies,aut tempus, appoſitum,vim habent conditionis pendentis in futurum,ac proinde efficiunt ſtipulationem, aut promiſsionē,conditionalem preſsè ac propriè, vt diſp.205.circa legata in diē incertum dictum eſt, ſpectatq; proinde agere de eiuſmodi ſtipulationibus ac promiſsionib. ad ſequentē diſputationē.

Exempla ſunt, promittis mihi cētum in diem qua creatus fueris epiſcopus? in diem, qua naues ex India venerint?cum ad pubertatē peruenerò? in diem,qua matrimonium contraxero?& his ſimiles promiſsiones. Quemadmodum enim incertum eſt,an creandus ſis epiſcopus, an naues ex India ſint venturæ,an,qui pubes non eſt, ad pubertatem perueniet, & an,qui nondum matrimonium contraxit, illud ſit contracturus: ita incertū omnino eſt,an dies,aut tempus, in quo hæc euenienti futura ſint.

Hinc eſt,quod pro eodem reputētur eiuſmodi promiſsiones,aut ſtipulationes ſiue ſub præcedēti forma in diem incertum fiant, ſiue fiāt ſub conditione ſub hac alia forma; promittis mihi centū ſi creatus fueris epiſcopus? ſi naues ex India venerint? ſi ad pubertatem peruenero? &c. Ita hr̄ l. qui promiſit,ff.de condictio.indeb.& l.quodcunque,§.non ſolum.ff.de verb.oblig.

Ab hac tota regula excipiendum eſt, qñ aliqd promiſſum eſſet in diē incertum, is tñ dies appoſitus eſſet ſolum in fauorem eius, cui id promitteretur,iuxta ea quæ diſp.205.de legatis ſimili modo factis dicta ſunt. Vt ſi quis conſobrinę promitteret ducentos aureos ea ſola,aut præcipua,ratione dandos,qñ nuberet,ne illos conſumeret, & ſine dote remaneret. Aut qñ quis ob exhibita obſequia,tanto,aut paulò minori,pretio, digna promitteret alicui quadringenta in diem quo matrimonium contraheret, neque aliter obſequia ſibi præſtita compenſaſſet;tunc enim,cum credēdum non ſit,promittentem intendere,vt in euentu, ꝙ ille matrimonium non contraheret, obſequia ſibi præſtita non ſoluta manerent, cenſendum eſt, appoſuiſſe diem illum incertum ſolum in eius fauorem, cui promiſit. Quare ſi is,cui ea de cauſa promiſsio facta ſit,moriatur, certè ad ſuos hæredes tranſmittit,quod eo pacto ſibi fuit promiſſū, eſtque ſtatim eis ſoluendum. Si item incertum ſit,illum contracturum non eſſe matrimonium, vel quia religionem ingreditur, vel quia ſacros ordines ſuſcipit,vel quia ſenex iam eſt,aut alia ratione ad matrimonium ineptus,vel quia certa tuta, ſpes eſt eum velle celibatum perpetuum ſeruare,tradenda illi ſunt quadringenta promiſſa,pręſertim accidente prælati authoritate: tradenda verò illi ſunt,vel ab eo,qui illa promiſit, vel ab hæredibus illius,aut ab alio,cui id exequutioni mandare,in euentu, quo matrimonium hic alius contrahere vellet, incumberet.

Quia promiſſio, de qua toto hoc §. loquimur, facta in diē incertū, nō tā ſubit rōnem ꝓmiſſionis cōditionalis, q̄ promiſſionis ſub modo, lateq; de ea egimus diſp. 208. Lege, quæ ibi fuſe dicta ſūt.

Qn̄ aliquid in diē certum, modo ſupra explicato, promiſſum fuit, q̄a eo ipſo ex tali promiſſione conſurgit obligatio, eſtque id re vera debitum, tametſi non vt ſoluatur ſtatim, ſed tpe promiſſione ipſa præfixo, vt ſupra ēt dictum eſt; inde proficiſcitur, q̄, ſi ante diem præfixū ſoluatur, nō cōcederetur, ſi in diē incertum, aut aliter ſub conditione in futurum pendente, eſſet promiſſum, nec conditio eſſet impleta: eo q̄ conditione nondum impleta, ſimpliciter non eſſet debitum: ſi tñ conditio impleta eſſet: quia iam tunc ſimpliciter eſſet debitum, non concederetur repetitio. Hæc oīa habentur l. ſub ea cōditione, & l. qui promiſit. ff. de cond. indeb. De qua re ſermo redibit d. 567.

Quando ſtipulatio, aut promiſſio, eſt pura, ita vt neque conditio, neque tps addatur, in quo res ſit ſoluenda, tunc ſoluenda eſt ſtatim. l. cum qui calendis. §. quotiens. ff. de verb. oblig. §. omnis ſtipulatio, inſtitu. eod. titu. In obligatione tamen ex conſtituta pecunia, de diſpu. 270. aliquid dictum eſt, decem dierum ſpatium ad ſoluendum conceditur, quando dies certus inter contrahentes non eſt præfixus l. promiſſor. §. 1. de conſtit. pecu. Qn̄ autem duobus iuribus primo loco citatis ſtatuitur, rem ſtatim eſſe ſoluēdam, intelligendū eſt id, *moraliter, hoc eſt, cum aliquo temporis attemperamento, quia non continuo accedere debet creditor*
6 *cum ſacco ad debitum recipiēdum.* Hiſce † verbis, à me proximè ſcriptis, exponit verbum, ſtatim, in re ipſa, de qua agimus. l. q̄ dicimus. ff. de ſolutionibus. libuit vero de verbo ad verbum ex ea lege tranſcribere eiuſmodi expoſitionem. Vnde merito id iudicis arbitrio relinquitur. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de verb. oblig. & l. 12. titu. 11. part. 5. concinuntque. §. vlt. inſtit. de inutilib. ſtipula. Præterea ex re ipſa, quæ promittitur iudicandum eſt, quando ſolui debeat, vt ſi fructus futuri promiſſi ſint, aut ſi domus promiſſa ſit ædificari, vel aliq̄d ſoluendū in loco diſtanti, aut promiſſum ſit aliquid exiſtens in loco diſtanti, & ſic de alijs rebus. Ita habetur l. interdum. l. continuus. § cum ita, & ſequentibus. ff. de verb. oblig. §. loca, inſt. eod. tit. & l. 2. §. ſi quis ita. ff. de eo quod certo loco.

7 Qn̄ † ſtipulatio, aut promiſſio, fit ad diem certum, & ſunt multi tales dies, neque exprimitur ad quē eorum, vt qn̄ dicitur, calendis, aut idibus, vel in paſchate, ſoluam, aut tale quid faciā, intelligitur de die tali proximè futuro, vt calendis, idibus, aut paſchate, proxime venturis. Si autem calēdis ipſis contractus fiat, in quo dicatur, calendis hoc ſoluam, vel faciam, intelligitur, non de calendis ipſis, in quibus contractus fit, ſed de proximè futuris. Hæc habentur l. eum qui calendis, in princ. ff. de verb. oblig. & l. 15. tit. 11. par. 5.

Si aūt dicatur ad talem diem tibi ſoluā, verbi gratia, ad diem Sancti Ioannis, promittens, ſi velit ſoluere poteſt ſtatim, creditoremque poteſt cogere, vt id recipiat: qm̄ mora illa temporis in fauorem ſolum debitoris poſita eſt: Ita habetur l. quod in diem. ff. de ſolutionibus. Qn̄ tñ in gratiā creditoris dies eſſet præfixus, cogi creditor non poſſet ante eum diem accipere debitum, vt habetur l. ſi ita relictum. §. Pegaſius. ff. de leg. 2. & alijs iuribus quæ citat gloſ. l. quod in diem, citata. Præterea, qn̄ dicitur ad talem diē ſoluam, promittens non cogitur ſoluere eo ipſo die, ſed ſequenti: eo quod totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debet, neque prius certum ſit eo die non ſoluiſſe, quàm totus ſit elapſus. Ita habetur §. omnis ſtipulatio, ad finem, inſti. de verb. oblig. Si tñ dicatur, die Sancti Ioannis, verbi gratia, tibi ſoluam, tunc cogi poteſt die Sancti Ioannis ſoluere: quoniā ea verborum forma ſignificare videtur, ante illum elapſum rem eſſe ſoluendam. Sic habetur l. liber homo. 2. §. decem hodie. ff. de verb. oblig.

8 Qn̄ quis † promiſit, ſe daturum alicui tali anno, aut ſingulis annis, certum quid (idē intellige de menſibus, aut alio tempore) tunc id ſoluendū eſt in fine anni. l. qui hoc anno. ff. de verbo. oblig. & alijs iuribus. Quando vero promiſit annuam quantitatem, vt eleemoſynam annuam centum aureorum, ſoluenda ſunt in principio cuiuſq; anni, vt habetur l. 1. C. qn̄ dies leg. ced. l. nec ſemel. ff. eodem titu. & l. in ſingulos. ff. de annuis legat. Idem affirmat Accurſius iuribus citatis, & §. at ſi ita inſtitut. de verborum obligatio. gloſſa 1. atque definit l. 15. tit. 11. part. 5. Res tamen eſt controuerſa ſtando in ſolo iure communi. Lege quæ. l. 15. citata Greg. Lopez hac de re refert.

Qn̄ quis promiſit aliquid ſub certa pœna, vel certo ſtatuto die, vel nullo tali termino adimpletionis præfixo, legito, q̄ diſponuntur l. 15. citata, & ſequentibus, & iuribus, quæ Greg. Lop. ibi citat.

De donatione, & ſtipulatione, ſeu promiſſione conditionali.

DISPVTATIO CCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Conditio non impoſſibilis determinata ad vnum quomodo non ſuſpendat diſpoſitionem.*
Declara, vt nu. 5.

2 *Conditio impoſſibilis quando non habeatur pro non appoſita.*

3 *Conditio, an modus ſit, id quod apponitur in maioratu, eſt valde attendendum.*

4 *Conditio impoſſibilis appoſita donationi cauſa mortis, habetur pro non appoſita.*

5 *Conditio de futuro non determinata ad vnum, appoſita in donatione, ſtipulatione, aut promiſſione, quando ſuſpendat, & quando non.*

6 *Conditio non tranſitoria ad hæredes, vt impleatur, quænam ſit.*

7 *Conditiones omnes ſemper implendæ ſunt, iuxta formam expreſſam, nec ſufficit æquipollens.*

8 *Donatio, ſtipulatio, aut promiſſio, ſub conditione factæ reuocari non poſſunt, vel eis aliquod grauamen addi, licet adhuc conditio non ſit impleta.*

Con-

*Conditio poteſtatiua negatiua ſub qua forma pro-
miſſionis intelligatur.*

10 *Conditio in alterius commodum appoſita, in con-
tractibus non habetur pro impleta, licet ſecus
in vltimis voluntatibus.*

Declara tamen, & intellige, vt ibi.

11 *Conditio, vt qui nunquam matrimonium contra-
xit, in poſterum etiam non contrahat, vitiat
contractum, cui appoſita eſt.*

QVid, & quotuplex ſit conditio, diſp. 206 fu-
sè eſt explicatum. Subijciendæ autē ſunt
ſequentes concluſiones.

1 Prima cōcluſio. Condōnes † nō impoſſibiles,
quæ de pn̄ti, aut de præterito ſunt, vel ēt de futu-
ro determinato ad vnum, appoſitæ dōni, ſtipula-
tioni, aut promiſsioni, eas non ſuſpendunt: ſed, ſi
tales condōnes ita ſe hn̄t, quāuis ignoretur eo pa-
cto ſe habere, validæ ſunt diſpōnes ſub eis factæ:
ſi vero condōnes aliter ſe habent in re, inualidæ
eo ipſo ſunt diſpoſitiones ſub eis factæ. Conclu-
ſio hæc conſtat ex dictis diſputatione præceden-
te, lataque oſtenſa eſt diſput. 206. eaque de cauſa
neceſſe non erit amplius in ea immorari.

2 Scda concluſio. Conditio † impoſsibilis non
hr̄ pro non appoſita in donationib. ſtipulationi-
bus aut promiſsionibus modo irreuocabiles ſint:
quin potius, ſi non ita ſe hn̄t cōditiones, ſunt in-
ualidæ ſtipulationes dōnes, & promiſsiones, irre
uocabiles. Ita probant, §. ſi impoſsibilis. Inſtit. de
inutilib. ſtipul. §. loca etiam, inſtit. de verb. obl. L.
non ſolum. ff. de act. & oblig. quæ ait, concluſio-
nem noſtram locum habere, nō ſolum in ſtipula-
tionib. ſed ēt in cæteris contractibus vt in vendi-
tionib. locationib. &c. Item l. impoſsibiles. ff. de
verb. oblig. Quod aūt eadem lege, & ſequenti, in
fine ſubijcitur, nempe, ſtipulationem validā eſſe
ſub hac conditione, ſi digito cœlum non tetige-
ris, ſanè neque pugnat cum præcedenti doctrina,
neque eam limitat: eo quod eiuſmodi conditio
non ſit impoſsibilis, ſed neceſſaria. Idem probāt,
l. continuus, §. cum quis. ff. eod. tit. l. cum hęres, §.
non eſt, ff. de ſtatutib. l. ſi ſub impoſsibili. ff. de fi-
deiuſſoribus & alia iura. Atque affirmant Accur
ſius, Bart. & communis doctorum ſententia, quā
referunt, ac ſequuntur Emmanuel Acoſta l. cum
tale. §. ſi arbitratu, limit. 2. nu. 1. & ſeqq. ff. de con-
di. & demonſt. & Molina, lib. 2. de primog. c. 12.
3 a n. 36. & 49. Qui rectè † obſeruat, in maioratib.
irreuocabili donatione, aut contractu inſtitutis,
attendendū eſſe, an id, ꝙ tanquā conditio impoſ-
ſibilis apponitur, verè ſit condō, an potius modus
vt plerunq. eſſe ſolet. Si namque ſit modus, non
vitiat inſtōnem maioratus, neq; eſt obligās eum
modum implendi, vt dictum eſt diſp. 208.

In concluſione diximus, modo irreuocabiles
4 ſint: quoniā, ſi donationi † cauſa mortis conditio
impoſſibilis apponatur, habetur pro non appoſi-
ta, non ſecus, ac ſi alijs vltimis voluntatibus ap-
ponatur, ac proinde eſt valida talis donatio, vt di
ſput. 209. dictum eſt, propterea quod reuocabilis
ſit eaque de cauſa cum vltimis voluntatibus ad
eum effectum computetur. Ita probat l. quæ ſub
cōditione. §. & in mortis. ff. de cōditionib. inſtit.
affirmat cōis doctorum ſnīa, quam referunt, ac
ſequuntur Emman. Acoſta lib. 1. ſelecta. interpr.
c. 8. nume. 2. & l. cum tale. §. ſi arbitratu, ampliat.
2. num. 1. & ſequentib. ff. de conditionib. & demō
ſtrat. Anton. Gom. 2. tom. var. reſo. c. 4. num. 18.
& Molin. lib. 2. de primog. c. 12. num. 4. idemque
eſſe ait Molina in alijs donationibus reuocabili-
bus, atque adeo in maioratibus ex eiuſmodi reuo
cabilibus donationibus, ſeu contractibus, inſtitu-
tis. Cæterum cum non ſint vltimæ voluntates, vt
eſt donatio cauſa mortis, & conditio impoſsibi-
lis ex natura rei, ſtandoque in ſolo iure naturali,
vitiet diſpoſitionem, cui apponitur: quod verò
non vitiet vltimam voluntatem, eſt ex diſpoſitio
ne iuris humani, vt vtrumque diſput. 208. concl.
1. & 2. oſtendimus; atque quòd conditio impoſ-
ſibilis vitiet cōtractum, reſpiciat initium, & crea-
tionem illius non verò exitum: non ſum omnino
certus de hac opinione. Niſi dicas, ob reuocabili-
tatem vltimarum diſpoſitionum, & quod non
confirmentur niſi morte diſponentis, conceſſum
illis fuiſſe hoc priuilegium: cum vero vtrumque
conueniat eiuſmodi contractibus reuocabilibus
merito idem priuilegium ad illos extendi.

5 Tertia concluſio. Si donatio, † ſtipulatio, aut
promiſsio, ſub conditione, de futuro ad vnum mi
nimè determinata fiat, tunc ſuſpenditur quidem
obligatio, ac debitum, in re, vt non prius oriatur,
quam conditio impleatur, neque aliter, quam ſi
conditio impleatur: attamen ſtatim ex tali ſtipu-
latione, aut promiſsione, oritur ſpes debiti in re
futuri, atque adeo obligatio, & debitum ſecundū
quid, nempe ſub conditione, ſi conditio implea-
tur: eiuſmodique ſpem, ſeu obligationem, ac debi
tum ſecundum quid, tranſmittit ad ſuos hæredes
is, cui talis promiſsio eſt facta, ſi diſcedat e vita
antequam conditio impleatur. In quo multum
ſanè differt donatio, ſtipulatio, aut promiſsio, ſub
conditione, a legato ſimiliter facto: neque. n. lega-
tarius traſmittit ſpē legati ad ſuos hæredes, ſi an-
te impletam conditionem è vita diſcedat, ſed con
tinuo expirat omnino legatum, vt diſput. 205. &
206. dictum eſt, & vtrumque affirmat, ac probat
Couarr. de pract. quæſtionib. c. 38. nume. 4. Quæ
in hac concluſione continentur, habentur expreſ-
ſe §. ſub conditione, & §. ex conditionali. Inſti. de
verb. oblig. ſuntque abſque vlla controuerſia ab
omnibus recepta.

Quamuis doctores conueniant, ſtipulationē, Quæſt.
promiſsionem, & vniuerſim contractum ſub cō-
dōne factum tranſmitti ad hæredes, & aduerſus
hæredes, promittentis, interim dum condō; mo-
do explicato, pendet iuxta §. citatum: quamuis
itēm conueniant, ſi conditio caſualis ſit, aut mix-
ta, ius, vt eam impleant, tranſire ad hæredes eius,
cui ſub ea aliquid promiſſum eſt, vt etiam ab hæ-
redibus eius, qui promiſit, impleatur: concertatio
6 † tamen magna eſt, vtrum, qn̄ eſt poteſtatiua, ne-
que perſonalis eſt, aut perſonæ adhæret, quaſi ſit
de aliquo, quod neceſſario fieri debeat per eum,
cui res eſt promiſſa; cōcertatio, inquam, eſt vtrū,
tunc ius implendi eam conditionem tranſeat ad
hære-

hæredes eius qui illam implere tenebatur, quaſi ſatis ſit p hæredes impleri, atque ẽt impleri poſſit hæredib. eius,cui implere debat. Bart.& cõior ſnĩa, quam Couarr.de pract.qq.c.58.refert,cenſent,ius implendi eiuſmodi ptãtiuam conditionem,neq; ad hæredes eius, qui illam implere tenebatur,tranſire,neq, ſatis eſſe,ſi impleatur hæredibus illius,cui implenda erat;ſed eo ipſo,ꝙ alter eorum è vita diſcedit, cenſeri defeciſſe conditionem,ac proinde euanere contractum aut promiſſionem,ſub ea conditione factam. Mihi verò,longè plus placet cum Coua.ibidem, & duabus gloſſis,quas citat,ius implendi eam conditionem, & tranſire ad hæredes eius, qui illam implere debebat,& eſſe ſatis ſi hæredibus impleatur illius, cui erat implenda. Id namque tum poſtulat æquitas, ratioque ipſa naturalis docet: tum ẽt præter alia iura,quæ Couar.citat, probat l.2. C.de pactis inter emp.& vend. cum qua conuenit l.42.titul.5. par.5.vbi ius ĩplẽdi cõditionẽ poteſtatiuã tranſire dr̃ ad hæredes venditoris, & poſſe hæredibus emptoris adimpleri. Et quamuis ibi cautum fuerit,vt hæredes venditoris adimplere eam cõditionem poſſent,gl.tñ 2.ibi,idem eſſe ait,quamuis nihil tale eſſet cautũ. Præterea, nihil de hæredibus emptoris erat ibi cautũ. Idẽ probat à ſimili l.veteris. C.de contrahen.ſtip.cuius hæc ſunt verba. *Veteris iuris altercationes decidentes,generaliter ſancimus,omnem ſtipulationem,ſiue in dando, ſiue in faciendo,ſiue mixta ex dando & faciendo,inueniatur,& ad hæredes,& contra hæredes, trãſmitti,ſiue ſpecialis hæredum fiat mentio,ſiue non.Cur enim,quod in principalib. perſonis iuſtũ eſt, non ad hæredas,& aduerſus eos tranſmittatur? Et ſic exiſtimentur eiuſmodi ſtipulationes, quaſi tantummodo in dando fuerint conceptæ,cũ nihil minus & hæredes factũ poſſint adimplere:illa ſubtili & ſuperuacua ſcrupuloſitate exploſa, per quam putabant non eſſe poſſibile factum ab alio impleri, quod alij impoſitum eſt. Et quare,cum pene ſimilis oĩum hominũ naturæ eſt,non ẽt facta oẽs,vel plus, vel paulo minus,adimplere poßunt, ne ex eiuſmodi ſubtilitate cadunt hominum voluntates.* Hactenus lex illa. Lege apud Couarr.loco citato longam hac de re diſputationem, & quomodo ſatisfaciat iuribus,quibus Bart.& alij nitebantur.

7 Simul † obſerua, condõnes, ſiue ptãtiuæ ſint, ſiue caſuales, aut mixtæ, ſemper implendas eſſe iuxta formam expreſſam, ſiue ab ijs impleantur, quib. iniunctæ ſunt, ſiue ab ipſorũ hæredib. aut ab alijs, neq; ſatis eſſe ſi æq̃polléter adimpleãtur, vt probant l.qui hæredi.in princ.& l.Mæuius.ff. de cond.& dem.atq; affirmant Bar.& cõis opin. quem Couar.vbi ſupra refert ac ſequitur.

8 Quarta cõcluſio. Donatio,† ſtipulatio,aut promiſſio, ex eo, ꝙ ſub conditione in futurum pendente factæ ſint, nec ſit adhuc conditio impleta, nõ magis poſſent reuocari, aut non magis poteſt eis addi grauamen,vel reſtrictio,quam ſi purè eſſent factæ,iuxta ea quæ diſpu.265.dicta ſunt. Ita Syluest.ver.donatio.1.quæſt.15.nu.19.nemine refragante, & colligitur ex l potior, in prin.ver. videamus. ff.qui potio.in pig. Confirmari etiam poteſt, qm̃ ex eiuſmodi ſtipulationibus, & promiſſionibus ſub conditione factis, eo ipſo,ꝙ acceptatæ ſunt,atque in ſuo ordine & gradu ſunt perfectæ, non minus oritur obligatio & debitum in ſpe, q̃ ex eiſdem factis purè oriatur obligatio & debitũ in re, neque minus promittens tenetur ex promiſſione facta ſub cõditione,in euẽtu,ꝙ conditio impleatur,quam ſi purè eſſet facta: ergo eo ipſo,quod ſtipulatio,aut promiſſio, ſub conditione facta,perfecta eſt in ſuo ordine & gradu, neq; grauamen,neque limitatio apponi ei poteſt.

9 Qñ † ſtipulatio,aut promiſſio,ſub poteſtatiua conditione negatiua eſſet facta,quæ nõ,niſi morte eius,cui facta eſſet promiſſio,cenſeretur impleta,vt promitto tibi centũ, ſi capitoliũ non aſcenderis;ſi vidua permanſeris;hr̃ §.ſi quis ita, Inſtit. de verb.oblig. perinde id eſſe,ac ſi ſub hac forma promiſsio fieret; centum cum morieris tibi promitto;vbi gloſſa merito affirmat, non quo ad oĩa ſimiles eſſe eas promiſsiones: qm̃ hæc ſecũda eſt promiſsio in diem, vt diſputatione præcedente viſum eſt:prima verò eſt mere conditionalis,quę deſineret vim habere, ſic capitolium aſcenderet, aut matrimonium contraheret. Eatenus aũt ſcdæ eſſet ſimilis quatenus res promiſſa non deberetur ſimpliciter, niſi ſeruata conditione vſque ad tp̃s mortis. Ait aũt Emman. Acoſt.lib.2.ſelect.interpret.c.5.nu.4.& l.cũ tale. §.ſi arbitratu. ampliat. 2.nume.5. in ſtipulationibus,promiſsionibus,& contractibus ſub eiuſmodi negatiuis conditionibus factis,eſſe cõiter receptum,iuxta §.ſi quis ita, citatum, locum non habere cautionẽ Mutianam, quemadmodum locum habet in vltimis voluntatibus ſub eiſdem cõditionib. factis, vt diſp.209. oſtẽſum eſt. Idẽ ẽt affirmat Molina lib.2. de primog.c.12 à nu.16 cum Bar. & cõi opinione,quã refert. Eadẽ Mutiana cautio locũ habet in donatione cauſa mortis ſub eadem poteſtatiua conditione facta,vt expreſſe habetur in authent.de nuptijs.§.quæ vero nunc,ver.præfatæ: id quod aſſeuerant Emman. Acoſta.§.ſi arbitratu,ampliatione 2.nu.4. Anton.Gom.2.tom.variar.reſ.c.4.nu. 18.Molina loco citato nu.27.& pleriq;alij,quos citant. Quod planè confirmat,donationem cauſa mortis,ẽt in conditionibus impoſsibilibus, ſequi regulam vltimarum voluntatum, non verò ſtipulationum,promiſsionum, & aliorum cõtractuũ, vt ſupra dictũ eſt. Molina in cæteris quoq; reuocabilibus donationib. locũ habere exiſtimat cautionem Mutianam:eo quod regulam vltimarum voluntatum,quo ad hactenus dicta ſequantur.

Illud addendum eſt. Quamuis in vltimis volũtatibus,ſi aliquid relictum ſit ſub conditione,quę in cuiuſdam alterius cõmodum vergit, & per eũ, in cuius commodum cedit,ſtet,quominus imple
10 retur,habeatur † talis conditio pro impleta, validumque proinde ſit, quod ſub ea conditione relictum eſt,vt,exemplis adhibitis, diſputat.206. eſt oſtenſum;in ſtipulationibus tamen promiſsionibus, & contractibus, rem contra habere: nempe, inualidam eſſe promiſsionem, aut contractum,ſi conditio, etiam ea de cauſa, non impleatur. Ita affirmat communis doctorum ſententia, quã cũ

Greg.

Greg. Lopez l. 14. tit. 4. par. 7. & Emman. Acoſt. §. ſi quis arbitratu, limitatio. 3. refert, ac ſequitur Molina lib. 2. de primogen. c. 13. num. 16. Cæterum in maioratibus, ex contractu irreuocabili inſtitutis, meritò ait, obſeruandum eſſe, an, quod ita in modum conditionis diſpoſitum eſt, verè ſit cõditio, vel potius modus. Si namque ſit modus, neque per ſucceſſorem in maioratu ſtetit, quominus id impleret, priuandus ea de cauſa nõ eſt maioratu. Limitandam præterea regulam traditam non immeritò cenſet, quã ſunt coniecturæ, voluntatem inſtitutoris maioratus eſſe, vt, quando conditio, abſque culpa vocati ad maioratum, non impleretur, ea de cauſa is ab eo non excluderetur. Si n. vocauit aliquem ad maioratum ſub conditione, vt duceret aliquam in vxorem, & per vocatũ id non ſtetit, qui libenter eam duxiſſet, ſed vel per illam, vel per aliquem tertium, vel per naturæ curſum ſtetit, quia illa mortua eſt, ſanè credendum non eſt, velle hunc excludi a maioratu in tali euẽtu: præſertim cum proximiorem in gradu, comparatione ipſius inſtitutoris, vocare ſoleat ad maioratum; iſque, qui excluditur, proximior, quam is, qui in ipſius defectum ſuccedere debet, neque credendum ſit in eo euentu excludere abſque vlla culpa voluiſſe proximiorem, vt remotior ſuccederet. Lege Molinam loco citato, qui doctè rẽ hanc proſequitur.

11 Illud † poſtremo addendum eſt, conditionem illam, vt, qui nunquam matrimonium cõtraxit, coniugem in poſterum non accipiat, quę vltimis voluntatibus addita, habetur pro non appoſita, illaſque proinde non vitiat, vt diſput. 207. dictũ eſt, ſi ſtipulationi promiſſioni, aut contractui addatur, non haberi pro non appoſita, quin potius illa vitiare, niſi talis conditio impleatur, vt ex hactenus dictis conſtat. Connumeratur. n. inter conditiones de iure impoſſibiles, quæ promiſſiones, & contractus, vitiat, vt dictum eſt. Quæ vero in eadem diſput. donationib. ſtipulationib. promiſſionib. atque alijs contractibus cõia cum vltimis voluntatibus dicta ſunt, neceſſe non erit hoc loco repetere. Simul præterea elegantur, quæ diſput. 208. addita ſunt, ex quibus plenior eorum, quæ dicta ſunt, intelligentia pendet.

De donatione ſub modo. Et num donata ad inducendum mulierem ad prauum aſſenſum, aut ad alios fines reſtitutioni ſint obnoxia, ſi finis non ſequatur. Atque de eleemoſynis, & alijs donationibus, ob cauſas, ementitas, & in quibus interuenit falſa demonſtratio.

DISPVT. CCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Data animo trahendi ad aliquem finem, non poſſit repeti, licet finis non ſequatur. Declara tamen, & intellige, vt ibi.*

De donatione ſub modo diſput. 208. dictum eſt copioſè, explicando vltimas voluntates ſub modo factas. Nunc verò ſolum reliquum, quod in titulo propoſuimus, eſt explanandum, tanquam exempla quædam, quæ diſputatione citata reſeruauimus, ita in hunc locum commodius explicanda.

1 Breuiter † autem dicendum eſt, tam donata eo pacto mulieribus, eſto non donatentur, ſi donans ſciret, mulierem ea via non eſſe flectendam, & eſto mulier ſciat eo prauo animo ad ſe mitti, eaq; accipiat animo non conſentiendi, quam donata animo alliciendi aliquem ad mutuandum, aut ad aliquid ſimile, eſto non donatentur, ſi donans ſciret donatarium ad eum finẽ non eſſe adducendum, obnoxia non eſſe reſtitutioni, eſto finis, ad quem dantur, non ſequatur, qñ data non ſunt ſub conditione, aut pacto, eius finis, ſeu modi, ſed ſolum ſpe & animo ad eum finem adducendi donatarium, vt regulariter dari ſolent. Ita colligitur aperte ex l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſam. Vbi, cum quidam vxori alterius donaſſet animo eis donationibus flectendi illum, vt ſecum proficiſceretur, neq; eum finem eſſet aſſequutus, velletque idcirco repetere a repetitione excluditur, quando non expreſſit, ſub conditione illius finis id donare. Quo loco obſerua, quando donatarius bona fide rem accepiſſet, & conſumpſiſſet, quia non exiſtimauit id ſub conditione eius finis eſſe ſibi datum, ad nullam teneri reſtitutionem quando inde nõ eſſet factus locupletior: eo, quòd, neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, ad id teneatur. Obſerua deinde, eum, qui prauo fine mulieri dona miſit, quando ſe videt fine fruſtratum, aſſerere, non miſiſſe ea munera, niſi ſub conditione praui conſenſus, non eſſe cauſam ſufficientem, vt mulier illa reſtituere teneatur, etiam id, quod nondum conſumpſit, aut in quo facta eſt locupletior. Ratio eſt, quoniam ſimiles donationes non conſueuerunt eo animo fieri, præſumereque mulier poteſt, eum mentiri, in vindictamque, quod illa conſentire noluerit, id aſſerere, atque vt eam ad conſenſum adducat, vt reſtituendi onere ſe liberet. Suffragatur præterea l. citata, quæ donanti aſſerenti, ſe ſub conditione tacita eius finis dediſſe denegat repetitionem: eo quod id non ſit præſumendum, quando tempore donationis illud non expreſſit. Lege quo ad hæc omnia, quæ in calce diſput. 570. dicimus.

Diſput. 209. & duabus ſequentib. copioſè dictum eſt de eleemoſynis ob confictam paupertatem, aut ſanctitatem, & de alijs donationibus & peculiariter de ijs, quæ a regib. conferuntur, propter obſequiæ, & alias cauſas ementitas, quouſq; hæc omnia reſtitutioni ſint obnoxia. Et de donationibus, in quibus falſa interuenit demõſtratio. Quæ omnia ſimul explicauimus cum vltimis voluntatibus ſimiliter factis: quare opus non erit ea repetere.

De

De donatione cauſa mortis.

DISPVTATIO CCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis quid.*
2 *Donatario, quando res donata cauſa mortis traditur, dominium tot modis fit reuocabile, quot modis donatio cauſa mortis reuocatur.*
3 *Dominium rei donatæ cauſa mortis penes donatarium, quomodo intelligatur ſtare.*
4 *Donatio cauſa mortis, ſubſecuta traditione, eſt titulus habilis ad dominium transferendum, licet reuocabiliter.*
5 *Donatio cauſa mortis, fieri poteſt etiam inter abſentes per epiſtolam, vel internuncium, ſed requiritur donatarij acceptatio.*
6 *Donatio cauſa mortis non acceptata, ſi haberet ſolemnitatem requiſitam in codicillo, aut in teſtamento, valeret in vim legati.*
7 *Donatio cauſa mortis duobus modis perfecta iudicatur.*
8 *Donatio cauſa mortis fieri poteſt duobus modis, ſeu conditionibus.*
9 *Donatio ſub conditione mortis abſolute, quænam ſit.*
10 *Donatio cauſa mortis donatarij mortui ante donantem, reuocata cenſetur.*
11 *Donans cauſa mortis, poteſt quandocunque ante eius mortem, donationem reuocare.*
12 *Donatio inter viuos ſi ob ingratitudinem reuocetur, non repetuntur fructus percepti ante litem conteſtatam.*
14 *Donatio cauſa mortis, quando reuocata non cenſeatur.*
15 *Donatio cauſa mortis, quando tranſeat in donationem inter viuos.*
16 *Promiſſio, ſeu clauſula non reuocandi donationem cauſa mortis, in qua parte inſtrumenti adiungi poſſit, vt donatio irreuocabilis fiat.*
17 *Iuramentum appoſitum in donatione cauſa mortis, quo caſu non faciat donationem irreuocabilem.*
18 *Donatio cauſa mortis iuramento confirmata, quo caſu non tranſeat in donationem inter viuos, & quando ſic. & nu. 20.*
Et quid de iure Luſitan. nu. 19.

DOnatio rurſus in genere (vt Inſtit. de don. §.1. habetur) diuiditur, in donationem, quam vocant inter viuos, & in donationem cauſa mortis. Explicato autẽ diſcrimine inter vtranque, iunctisque ijs, quæ de donationib. hactenus dicta ſunt, & in ſequentibus dicentur, ſatis explanata relinquetur donatio inter viuos: quare ſolum hoc loco de donatione cauſa mortis erit dicendum.

1 Donatio † cauſa mortis eſt, quando gratis aliquid traditur, aut promittitur, vt donantis mortis abſolutè, aut ea ſola morte, quæ de proximo, q̃n donatio fit, timetur, ſequuta ante donatarij mortem res irreuocabiliter donatarij fiat, cũ de ambulatoria donantis vſque ad ipſius mortem facultate reuocandi omnino eandem in donationẽ. Hinc l.1. & l. ſenatus. ff. de mortis cauſa donationib. & inſt. de donat. in prin. hoc diſcrimen inter donationem cauſa mortis, & donationẽ inter viuos conſtituitur. Quòd in dõne cauſa mortis, donans mauult habere rem, quã donatariũ, & donatariũ, q̃ ſuum hæredẽ; in dõne verò inter viuos, donans mauult donatariũ habere rem, quam ſe.

In explicatione propoſita dictũ in primis eſt, q̃n gratis aliquid, &c. Q̃m donatio cauſa mortis verè eſt donatio, atque adeo gratis fieri debet, qđ rationem donationis cauſa mortis debet ſortiri iuxta ea, quæ diſp. 273. dicta ſunt.

Additũ eſt: traditur, aut promittitur quõdam ſicut dõnes aliæ interdũ a promiſſione ſola incipiunt, interdũ verò a tradõne, & q̃n traditio rei donatæ interuenit, donatarius cõparat dñium rei donatæ, ita res hẽt in dõne cauſa mortis. Verum-
2 tamen, q̃n † res cauſa mortis donata traditur donatario, comparat dñium reuocabile tot modis, quot inferius explicabitur, dõnem cã mortis poſſe reuocari. Ita hr̃ l.2. l. ſi mortis cauſa res. §. ſi vero, & l. qui mortis atque affirmant gloſſ. ibi. ff. de mor. cau. don. aſſeruntq; Cou. in rub. de teſt. p.3. nu.16. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c.4. nu.16. Molina lib.1. de primog. c.12. n.15. & doctores cõiter.
3 Q̃n † aũt audis; facta traditione donatarium cõparare dñium rei cauſa mortis ſibi donatæ; intellige, ſi traditio fiat, vt ſit ſtatim donatarij, vt hr̃ expreſsè l. ſi mortis cã res, paulò antea citata, & l. dotis fructus §. vlt. ff. de iure dot. Id verò ſemper præſumitur, q̃n aliud nõ exprimitr̃, vt hr̃ l. ſed niſi. ff. de iure dot. & affirmat glo. l. ſi mortis cauſa, res, ver. Iã nunc. Q̃n aũt res traderetur exprimendo, vt eſſet donatarij, q̃n mors donantis ſequeretur, tunc dñium rei ita traditæ, perſeueraret apud donantem vſque ad ipſius mortem, vt habetur l. mortis cauſa res, & l. dotis fructus, citatis.

Quòd ſi aduerſus doctrinã traditã obijcias l. nunq̃ nuda. ff. de acq. rerum dom. quæ hẽt, ex nuda traditione rei nõ tranſire dñiũ in accipiẽtem, niſi præcedat titulus, & cauſa habilis ad illud cõ- Obiectio
4 parandum. Dicendũ eſt, dõnem † ipſam cã mortis, ſubſequuta traditione, eſſe titulum habilẽ ad dñium transferendum reuocabiliter tamen, ſicut ẽt traditio marito rerum in dotem ex pacto nuptiarũ, vt ſtatim ante nuptias res ſic traditæ fiant mariti, eſt titulus habilis, vt cõparet illarum dominium, tametſi illud amittat eo ipſo, quod nuptiæ effectum nõ fuerint ſortitæ, vt habetur l. dotis fructus, & l. ſequenti. ff. de iure dotium. Diluitur
5 Q̃n † donatio cauſa mortis a promiſſione incipit, neq; traditio accedit, quæ rem efficiat donatarij modo explicato, quondã ſolum fieri poterat inter pñtes, & p ſtipulationem, vt ſequuta morte donãtis, poſſet ex tali dõne agi ad obtinendam rẽ donatam. Ita, iuxta l. inter mortis. ff. de mor. cau. don. cõis ſnĩa, q̃ referunt ac ſequuntur Anto. Gome. 2. tom. var. reſ. c.4. n.16. Couar. in rub. de teſt. p.3. nu.13. & Iulius Clarus lib.4. ſen. §. donatio. quæſt.5. nu.3. Hodie verò, quemadmodum donatio

natio inter viuos pōt fieri validè pacto nudo, nō ſolū inter pñtes, donatario, ſaltem tacitè, acceptāte, quia tacuit, ſed etiam inter abſentes per epiſtolam, aut internuncium ad id deputatum, valetq. acceptata, etiam a perſonis, quæ non ſint donatarius, dummodo de numero earum ſint, quæ ad id ſunt a iure deſtinatæ, iuxta ea, quæ copioſe diſpu. 264. dicta ſunt, iunctis, quæ diſput. 254. 255. & 263. ſunt explanata: ſic quoque donatio cauſa mortis fieri ſimili modo poteſt, obtinebitq; vim, ſi morte donantis confirmetur. Ita cū gl. in l. cum pater. §. Meuio. ff. de leg. 2. & cum gl. vlt. in fi. l. 2. C. de iure dot. Bar. & cōis ſnīa, q̄ referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. nu. 16. citato, & Cou. vbi ſupra nu. 14. Habetq; id verum, ēt ſi aliquo ex prædictis modis in teſtō, aut codicillo, fiat: eo ꝙ pacta, & contractus validè fieri poſſint teſtamēto, aut codicillo, vt cum Bart. & communi Doctorū ſententia affirmat Couar. ibidem num. 17.

6 Qñ † aūt, nemine id acceptante fieret donatio cauſa mortis, vel in teſtō, vel in codicillo, vel etiā in epiſtola, aut verbo tenus, ita ꝙ neque rationem contractus, neque item pacti nudi obtineret, tūc, ſi quidem teſtium ſolemnitas, de qua infra erit ſermo, ſeruata eſſet, valeret diſpoſitio, non tanquā donatio cauſa mortis, ſed tanquam legatum, ſeu (quod idem eſt) tanquam fideicommiſſum particulare, iuxta l. miles ad ſororem, in princ. iuncta gl. 1. & l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. 2. & l. ſi donatio. C. de don. iuncta l. 2. C. communia de leg. Ita Ant. Gom. vbi ſupra nu. 18. in fine, cōſentit Couar. in rub. de teſt. par. 3. nu. 17. & affirmāt Bar. & cōis Doctorum ſententia, quam Iul. Clarus q. 5. citata num. vlt. refert, ac ſequitur. Eam tamen meritò limitandam cenſet, quando fit ab eo, qui teſtamentum condere poteſt. Cum. n. tunc legati rationem habeat, non verò donationis cauſa mortis, vtique inualida erit, ſi ab eo fiat, qui teſtari non poſſit, eſto cauſa mortis poſſit donare, vt de filio familias mox dicetur.

In eadem explicatione dōnis cauſa mortis addidimus verba illa; vt donantis morte abſolutè, aut ea ſola morte, quæ de proximo, qñ donatio fit, timetur, ſequuta ante donatarij mortem, res irreuocabiliter donatarij fiat. Quæ verba vt intelligas, obſerua. Vt Molina libr. 1. de primog. cap. 12. nu. 15. cum glo. 1. l. non videtur, ff. de mor. cau. donatio. quam doctores cōiter ſequuntur, rectè

7 † adnotauit, donationem cauſa mortis duobus modis cenſeri poſſe perfectam. Vno, vt rationem dōnis cauſa mortis ſortiatur. Atque hanc perfectionem hēt eo ipſo, ꝙ integrè facta eſt, antequā mors donantis ſequatur. Ea verò perfectio ſufficit, vt donatarius talis donationis conſequatur, non ſolum ius ad rem ſibi donatam, ſed etiam dominium, ſi res donante illi tradatur, vt ſupra oſtenſum eſt. Vtrumque tamen conſequitur reuocabiliter, interim dum perſeuerante donatione, mors donantis non accedit. Altero modo donatio cauſa mortis cenſeri poteſt perfecta, ita vt iam reuocari non poſſit. Atque hanc perfectionem nō conſequitur, niſi quando, perſeuerante donatione, mors donantis accedit. De hac verò perfectione lex, non vr. ff. de mor. cauſa don. ſic habet. *Non videtur perfecta donatio mortis cauſa facta, antequam mors inſequatur.* Intellige donantis.

8 Obſerua deinde, dōnem † cauſa mortis fieri duob. modis. Vno, ſub conditione, ſi mors, quę de proximo timetur, ſequatur. Et tunc ſi donās proximum illud mortis periculum, aut timorem, euadat, ſaltem quia aggredi deſtitit rē illam periculoſam, continuo reuocata cenſetur donatio. Sic fieri conſueuit ab eo, qui morbo, ex quo mori timet, laborans, cauſa mortis don. Itemque ab eo, qui, vel in bellum proficiſcens, vel periculoſum, aut longam nauigationem, aut peregrinationem, aggrediēs, mortis cauſa donat, & in alijs ſimilib. euentibus qui explicantur l. 3. 4. 5. & 6. ff. de mor. cau. donat. Imo verò ſic tunc donare cenſentur, niſi aliud exprimant, vt patet l. 2. & 3. l. ſi mortis cauſa res, & l. ſenatus. §. mortis cauſa. ff. de mor. cau. don. Inſtit. de don. in princ. ver. mortis cauſa l. non omnis in princ. ff. ſi cert. pet. & l. vlt. tit. 4. par. 5. conſentiunt Couar. in rubr. de teſt. nu. 23. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 4. nu. 19. & cōis opi-

9 nio, q̄ referunt. Altero † modo fit donatio cauſa mortis ſub condōne mortis donantis abſolutè. Talis eſſe cenſetur, quę ab eo fit, qui nullo mortis proximæ periculo, aut metu, ductus, mortis cauſa don. Talis ēt eſt, quæ fit ab eo, qui licet ductus periculo mortis proximè donet ſufficienter tñ exprimit, ſe cauſa mortis cuiuſcunque, ſiue proximæ, ſiue diſtantis donare. Ita habetur l. 2. & l. ſenatus. §. mortis cauſa. ff. de mortis cauſa donat.

10 Tertio † obſerua, donationem cauſa mortis eo ipſo cēſeri reuocatam, ſi donatarius ante donantem è vita diſcedat, vt habetur l. non oīs in princ. ff. ſi cert. pet. l. ſi mortis cauſa res, in fin. & l. ſenatus. §. mortis cauſa, prope finem. ff. de mort. cauſ. donat. Inſt. de don. in prin. ver. mortis cauſa, & l. vltim. tit. 3. par. 5. Atque in hoc conuenit donatio cauſa mortis cum legato, quod eo ipſo nullū redditur, quòd legatarius ante teſtatorem è vita diſcedat, vt ſuo loco dictum eſt. Ex ijs omnibus iā facilè intelliges illa verba in explicatione donationis cauſa mortis appoſita, quorum occaſione hæc omnia dicta ſunt.

Poſtremò in eadem explicatione addidimus;

11 cum † deambulatoria donantis vſque ad ipſius mortē facultate reuocandi oīno eandem dōnem: qm̄, ſicut in alijs vltimis volūtatibus ſemper integrum teſtatori eſt, interim dum viuit, eas reuocare, ita etiam donanti cauſa mortis integrum, dum viuit, ſemper eſt, donationem reuocare l. qui mortis. ff. de mor. cauſ. & l. vlt. tit. 4. par. 5. verumque, cum Oldra. & alijs, Gama deciſi. 258. num. 2. verum eſſe affirmat, etiam ſi donatio à duobus ſit facta poteſt enim quiuis eorum illam reuocare, etiam altero iam defuncto. Atque in hoc etiā donatio cauſa mortis cum legatis conuenit, eaque de cauſa cum vltimis voluntatibus ſuo modo annumeratur, tanquam quæ cum legatis magis conuenit, quàm cum donatione inter viuos, vt habetur Inſtit. loco citato. ver. hæc mortis, & l. Marcellus. §. Paulus. ff. de mort. cauſa donatio. Aluar. Valaſ. conſult. 61. nu. 7. ait, quando donatio

tio cauſa mortis facta eſt teſtamento reciſo teſtaméto, cenſeri reuocatã. Inter multos tñ doctores, quos eius ſententiæ citat, vnus eſt Couarr. in rub. de teſta. nu. 22. qui tamen id non affirmat.

Couar. in rub. de teſt. nu. 19. & Ant. Gom. c. 4.
12 citato nu. 18. cum cõi † doctorũ ſententia, quam referunt, affirmant; illis modis, quibus nos diſpu. 194. §. ſi tñ quis, diximus tacitè cenſeri reuocatũ legatum, ſi teſtator, modis quibuſdam ibi explicatis, rem legatam alienet, cenſerit etiam reuocatã donationem cauſa mortis, ſi donator illis eiſdem modis rem cauſa mortis donatam alienet, idque confirmat Couarr. ex l. illud. ff. de mort. cauſ. donationibus, placetque communis hæc doctorum ſnĩa. Legas verò, quæ loco citato dicta ſunt, ne inutiliter circa donationem cauſa mortis hoc loco repetantur. Illud etiam placet, quod Couarr. ſubiungit. Nempe, ex eo, quòd is, qui cauſa mortis donauit, generaliter de ſuis bonis diſponat, vt qđ aliquem ſuorum bonorum conſtituat hæredem, non cenſeri reuocaſſe donationem cauſa mortis boni alicuius particularis, quam ante eam vniuerſalem diſpoſitionem alicui alteri fecerat.

Quæ tñ diſputatione citata diximus de fructibus, incremento, & decremento, rei legatæ, & cui pereat, ſimiliter intelligéda cenſemus de re mortis cauſa donata, qñ donantis morte cõfirmatur.

Item, quæ diſp. 212. diximus de tacita reuocatione legati ob capitales grauesve inimicitias obortas inter teſtatorem, & legatarium, & ob grauẽ iniuriam à legatario teſtatoris illatam, etiam poſt teſtatoris mortem, ſimiliter intelligenda exiſtimamus in donatione cauſa mortis, ſi inter donatarium, & donantem, ſimilia interuenerint. Lege quæ locis citatis dicta ſunt.

In quibus euentibus diſpu. 9. dictum eſt, & latius intra diſp. 481. explicatur, de iure communi, Caſtellæ, aut Luſitaniæ, damnatum ob aliquod crimen, teſtari non poſſe, nullumq; proinde reddi teſtamentum, ſi quod ante eam damnationem cõfecerat, in eiſdem donatio cauſa mortis ab eodẽ delinquente facta, eo ipſo reuocata ac nulla cenſetur, vt conſtat ex l. ſi aliquis. ff. de mort. cauſa donat. Lege inter alios Molinam libr. 4. de primog. c. 11. à 9. vſque ad 22.

Idcirco autem in explicatione donationis cauſa mortis dictum eſt, cũ facultate reuocandi omnino eandem donationem: quoniam licèt traditio rei donatæ facta eſſet, donatariuſque dñium rei illius, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, comparaſſet, nihilominus eo ipſo, quòd donatio reuocaretur, vel ex capite pœnitentiæ, vel ex quocunque alio ex ijs, quæ explicata ſunt, reſtituenda eſſet res donata, non ſolum cum omnibus illius fructibus ex ea pendẽtibus, ſed etiam cum omnibus ex illa perceptis, atque æſtimatione conſumptorum, à die, qua donatio & traditio rei illius facta fuit. Ita hẽr l. cum quis. ff. cauſa data cauſ. non ſequut. cuius hæc ſub verba *Cum quis mortis cauſa donationem feciſſet, cum conualuiſſet donator, condicit fructus quoque donatarum rerum, & partus, & quod accreuit rei donatæ, repetere poteſt*. Et l. videamus, 2. verſ. idemque eſt, iunctis antecedẽtib. verbis. ff. de vſuris. & conſentiunt alia iura, atque affirmant Bar. & communis doctorum ſentẽtia, quam referunt ac ſequuntur Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 4. nu. 21. & Aries Pinel. l. 2. par. 2. n. 11. C. de reſcin. vend. Ratio autem eſt, quoniam tam res ipſa, quam fructus illius, data ſunt ſub conditione, ſi donantis morte donatio cõfirmetur: quare eo ipſo, quòd non confirmatur, ſed reuocatur, reſtitui res debet cum omnibus fructibus ex ea perceptis; donatariuſque ſibi imputet, ſi quos conſumpſit. Si tñ donator verbis aliquibus expreſſiſſet, mentem ſuam non eſſe, repetere fructus perceptos, tunc ſatis eſſet reſtituere rem cum fructibus ex ea pendentibus. Vt ſi donator dixiſſet, vtere in tuam ſuſtentationem tali prædio meo, illudque tibi poſt mortem meam dono.

13 Quando † aũt donatio eſt inter viuos, & reuocatur ob ingratitudinem, non repetuntur fructus percepti ante litem conteſtatam, vt diſputatione 281. dictum eſt. Qm̃ donatio fuit abſoluta, ſolũque in pœnam res donata repetitur. Idem cenſet eſſe Ant. Gom. nu. 21. citato, ſi iuxta ea quę diſputatione 282. & 283. dicta ſunt, donatio reuocetur ob filiorum natiuitatem, videlicet non reuocari quo ad fructus ante talem natiuitatem perceptos: qm̃ donatio fuit abſoluta, tametſi ex iuris diſpoſitione natiuitate filiorum reuocetur. Hanc verò opinionem indubitatam eſſe cenſeo, quo ad fructus bona fide perceptos & conſumptos, ex quib. donatarius non ſit factus locupletior. Quo ad reliquos verò, licet probabilis mihi videatur, non caret tñ difficultate. Tũ quia reuocatio illius donationis fundamentum habet in præſumpta voluntate donantis, ꝙ non cenſetur velle donare in euentu, quòd filij naſcantur, & ſimul ẽt in iuris diſpoſitione, vt diſpu. 281. explicatum eſt, atque adeo facta videtur ſub conditione pendente in futurum, ſi filij non naſcantur. Tum etiam, qm̃ donatio illa, etiam quo ad fructus, inofficioſa eſſe poteſt filijs poſtea natis, & quatenus illis inofficioſa fuerit, ius videntur habere illam reuocandi, etiam quo ad fructus perceptos, ſi extant, aut donatarius factus ex illis fuerit locupletior.

14 Quando † quis ita cauſa mortis donaret, vt in nullo alio euentu res donata redderetur, niſi donantem pęniteret, donationemque propria ſua voluntate reuocaret, tunc neque per conualeſcentiam ex morbo, aut euaſionem periculi, neque, ſi donatarius ante donantem è vita diſcederet, cenſeretur reuocata. Quando item ſic donaret, vt in nullo alio euentu reuocari poſſet, niſi donatarius ante donantẽ è vita diſcederet; tunc neq; per pęnitentiam donantis, neque per euaſionẽ ex morbo, aut periculo, poſſet reuocari. Item quando ita donaret, vt in nullo alio euentu res donata reſtitueretur, quàm ſi ex eo morbo, aut periculo, donans euaderet, tunc neque per pęnitentiam, neq; per mortem donatarij ante donantem, poſſe reuocari. Ita habetur l. ſenatus. § mortis cauſa, & l. ſi alienam. §. Marcellus. ff. de mort. cau. donationibus conſentit Couar. in rubr. de teſt. par. 3. nu. 23. in fine, & par. 2. nu. 1. in fine, & 12. ac. 13.

15 Si autem † in tali donatione conuentum ſit, vt nun-

nunquam reuocari poſſit, aut donans promittat, ſe numquam illam reuocaturum, tunc tranſit in donationé inter viuos, efficiturque irreuocabilis. Ita habetur expreſſe l.vbi ita donatur, conſentiũt præterea l.ſi alienam,§.Marcellus in fine, & l.ſenatus, §.mortis cauſa in fine, ff.de mortis cauſa dona. atque aduerſus gloſſam cõiter reprobatam in l.vbi ita donatur, affirmant Bar.& cõis doctorum ſnĩa,quam referunt, ac ſequũtur Ant.Gom. 2.tom.var.reſo.c.4.nu.22. Molina libr.4.de primog.c.2.num.40.& 45.Iulius Clarus §.donatio. quæſt.4.nu.vlt.& Couar.in rub.de teſt.par.2. nume.11. Vt aũt l.vbi ita donatur, citata,habetur, in eo euentu mentio mortis,potius ſignificat cauſam impulſiuam ad donandum eſſe mortem, aut ſuſpenſioné exequutionis donationis eſſe morté donantis, vt ſcilicet donatarius ſolum à tempore mortis donantis incipiat rem donatam poſſidere, quam donationé cauſa mortis,quaſi donans non prius velit donationem eſſe firmam, & irreuocabilé, quã ſi mors ipſius ante reuocationem ſequatur. Cũ ergo ex benigna iuris interpretatione, qa credendũ eſt donantem non intendiſſe irritũ, & inané ſuũ actũ efficere, eo pacto intelligenda ſit talis donatio,vtiq; dicendum erit, illam non eſſe donationem cauſa mortis, adiecto actu ſubſtãtiæ ipſius repugnãte, ſed eſſe donationé inter viuos.

Ant.Gome.loco citato.Couarr.in rub.de teſt. part.2.nu.13.& 14.cum communiori doctorum ſententia, quam referunt merito ſubiungunt.

16 Promiſſioné non † reuocandi eam donationé, quæ in ſe ſpectata apertè donationem cauſa mortis ſonat,poſſe adiungi, vel in ea parte inſtrumenti,in qua fit donatio ipſa, hoc eſt,in verbis inſtrumenti diſpoſitiuis,in quibus ſubſtantia cõtractus continetur;vel poſtea in parte inſtrumẽti, in qua exequutio,& confirmatio contractus continetur. Quod ſi in parte illa priori inſtrumenti apponatur, dicunt tranſire in donationem inter viuos, iuxta ea, quæ hactenus dicta ſunt. Si verò apponatur in poſteriori, cenſent nõ trãſire in donationé inter viuos, ſed manere donationé cauſa mortis, perindeq; promiſſionem illam eſſe reputandã,ac ſi adiecta non eſſet. Tum quia,quæ in exequutione apponũtur,diſpoſitioné non augent,vt habetur in clemen.1.de præbend. Tum vel maximè,qm̃ credendum eſt,eiuſmodi verba potius ex tabellionum voluntate,ac conſuetudine,quam ex contrahentium beneplacito, ac conſenſu, fuiſſe appoſita:quippe arbitrandum non ſit,illos in exequutione aduerſari voluiſſe diſpoſitioni. Molina lib.4.de primog.c.2.à numer.46.ab hac doctrina diſſentit.Quod tñ dictum eſt,nobis placet. Tametſi fateamur, ſi conſtaret prædictam clauſulã in exequutione de mente donantis fuiſſe appoſitam,ſufficientem eſſe,vt donationem cauſa mortis tranſire faceret in donationem inter viuos.Vt .n.Molina rectè affirmat,Clementina citata intelligenda eſt, de verbis in exequutione incidenter poſitis,& quæ non tam manifeſtè diſpoſitionem reſtringerent,interpretantur,aut augent.

Iure tamen optimo Couarr.præcedentem doctrinam limitandam cenſet, niſi ea promiſſio in exequutioné oppoſita,confirmata eſſet iuramento.Cum enim iurũ,neque præſumendum ſit temere fuiſſe appoſitum,neq; apponi conſueuerit, aut poſſit, niſi contrahentiũ conſenſu & voluntate,tũnc iudicandũ eſſet, talem promiſſioné emanaſſe à donante,ac proinde eum effeciſſe,vt prior donatio in donationem tranſiret inter viuos.

17 Quando † quis non ſolum promiſiſſet, non reuocare donationem factam ſub forma donationis cauſa mortis, ſed etiam id iuro confirmaſſet, longe magis dicendum eſſet, eiuſmodi donationem tranſire in donationem inter viuos, vt Cou. à num.11.citato, cum communi doctorum ſnĩa, quam refert, & Molina vbi ſupra num.46. affirmat. In calce autem nu.14. merito addit Couarr. Si quis donaret cauſa mortis,eamque donationé iuramento confirmaret,ſolum ſub iuramento affirmans verè ſe ita donare, tunc integrum illi eſſe, donationem reuocare, neque eiuſmodi donationem tranſire in donationem, inter viuos. In primis, quia tale iuramentum potius eſſet aſſertorium,quam confirmatorium. Deinde,quoniam iuramentum intelligitur,iuxta naturam actus,ſuper quem cadit, ea vero donatio reuocabilis eſt ex ſe.Conſentiunt,quæ diſput.151.in reſponſ.ad 4.dicta à nobis ſunt circa teſtamentum ſimili modo iuramento confirmatum.

Molina num.46.citato,& ſequenti, contẽdit, Dubiũ
18 ſi donans † iuramento promitteret,ſe numquam cõtrauenturum donationi à ſe factæ in forma donationis cauſa mortis,eam donationem non tranſire in donationem inter viuos, ſed manere cauſa Deciſ.
mortis,poſſeque, nihil tali promiſſione, & iuramento impedientibus,illam reuocare. Ducitur, quoniã id non eſt contrauenire eiuſmodi donationi,quæ ſuapte natura eſt reuocabilis. Arbitror tñ, doctrinam hanc falſam eſſe, non ſolum quia in communi loquentium vſu promiſſioni nõ cõtrauenienndi tali donationi,ſignificat eam non reuocare;ſed etiã quoniam per reuocationem ea donatio deſtruitur,nullaque redditur, vt eſt notiſſimum, atque adeo ſatis illi contrauenire eſt cenſendus,qui eam reuocat,eritque proinde reputandus fractor promiſſionis,& periurus.

19 Memento † aũt circa hactenus de dicta confirmatione donationis cauſa mortis iuro facta, in Ius Luſitanũ.
Luſitania tantũ abeſſe, vt illam irreuocabilé reddat,vt ſit eo ipſo donatio nulla,niſi de expreſſa regis facultate appoſitum ſit tale iuramentum,iuxta ea,quæ diſput.149.dicta ſunt. In hoc verò regno, valida eſſet talis confirmatio : quoniã fas in eo eſt donationes iuramento confirmare, itemq; in omnia,quæ,ſecluſo iuramento, valida non eſſent,vt diſputatione citata,& alibi dictum eſt.

20 Illud † poſtremo circa hanc diſputationem eſt obſeruandum, quando verba donantis ſufficienter exprimunt ipſius intentionem, intenderit ne cauſa mortis donare,aut potius inter viuos, tunc intentioni,& verbis illius eſſe ſtandum, vt eſt notiſſimum. Obſeruandum tamen eſt,quando alioquin verba,& circunſtantiæ,ſuadent, donare intendiſſe inter viuos,vtique, quòd exequutionem talis donationis in tempus poſt morté ſuã differat

rat, vt quod tunc dicat, ſe donare ea bona in tempus poſt vitam ſuam, aut quod non prius donatarius illa obtineat, quam donans ipſe è vita diſcedat, aut aliud ſimile, non efficere donationem illam cauſa mortis, ſed manere inter viuos. Vnde ſi quis tempore contractus matrimonij conſobrinæ cum alio dicat, in dotem illi poſt mortem meam talia prædia do no, aut in dotem illi dono talia prædia, quæ poſt mortem meam obtineat, vtique donatio eſt inter viuos, ſolaque exequutio donationis, & traditio eorum bonorum, differtur poſt mortem donantis. Ita cum alijs, quos citat, Gama deciſ.103.nu.3.& 4.& deciſio.143. Quando donatio facta eſt abſolute abſque mortis vlla mentione, non ſolùm, ſi à ſano ſit facta, ab eoque, qui nullum aggreditur mortis periculum, ſed etiam ſi facta ſit ab homine grauiter ægrotante, aut qui mortis aliud periculum timet, & de quo veriſimiliter ſit credendum, metu mortis fuiſſe adductum ad tūc donandum, cenſenda eſt donatio inter viuos. Ita probat l. Seia. §.vlt.in fi. ff.de mor.cauſ.donat. cuius hæc ſunt verba *Eum qui abſolute donaret, nō tam mortis cauſa, quam morientem donare.* Conſentit l.Seia, iuncta gl.ibi, ff.de dote præleg. & affirmāt glo. l.apud Celſum.§. Iulianus, ver.ſpopondiſſet ff.de doli mali excep. Bart.& communis doctorū ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iuli.Clarus.§.donat.q.4.nu.2.& 3. Ant.Gom.2.tom.variar.reſ.c.4 num 15 Greg Lopez l.vlt.tit.4.par.5.ver.*de la muerte*, & Gutier. de iuramento confirmatorio, c.11.nu.18. Hanc tamen doctrinam meritò Iulius Clarus num.3. citato limitandam cenſet, niſi donatio facta fuiſſet in teſtamēto aut codicillo, neque donatario illam acceptante, neq; alio, ex ijs, qui a iure definiti ſunt vt nomine alio rum ſtipulari atque acceptare poſſent: tunc enim talis donatio vim legati obtineret, ac proinde reuocari poſſet. Quando autem in donatione mentio facta eſt mortis, quia ſcilicet donās dixit, poſt mortem meam, aut cum moriar, dono tibi hoc, vel illud, aut ſi ex hoc morbo, aut in hoc bello, vel itinere, è vita diſceſſero, dono tibi hoc, vel illud, aut aliud ſimile, tunc eſt donatio cauſa mortis. Ita Doctores citati. Atque in dubio, quando mortis facta eſt mentio inclinandum eſt, donationē eſſe cauſa mortis, & non inter viuos. Emmanuel Acoſta lib.1.ſelect.interpr.cap.18. numero 1. cum Alexandro, & pleriſque alijs, quos citat, ait, ſi talis donatio coram duobus tantum teſtibus facta eſſet, cenſendam eſſe donationem inter viuos, ſolamque exequutionem ad tempus mortis eſſe dilatam: quoniam cum, vt donatio cauſa mortis valida ſit, neceſſe ſit fieri coram quinque teſtibus, vt diſputatione ſequenti dicetur, ne dicamus inualidam eſſe, præſumendum in eo euentu eſt, mortis tempus non fuiſſe appoſitum ad ſuſpendendam confirmationem talis donationis ad tempus mortis, ſed ſolum ad ſuſpendendam exequutionem. Quo ad dicta toto hoc §. lege Couar. in rubr. de teſt. par.3. num.23.

Donatio cauſa mortis quouſque cum contractibus, & quouſque cum vltimis voluntatibus conueniant.

DISPVT. CCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis, quo ad ſui initium cum contractibus conuenit, ſed quo ad effectum, cum vltimis voluntatibus.*
2 *Donatio cauſa mortis, vt valida ſit, quinque teſtes requiruntur: ſecus tamen de iure Caſtellæ.*
3 *Donatio cauſa mortis non indiget inſinuatione. Declaratur tamen quo ad donationes parentum erga filios, & vnius coniugis ad alterum. nu.4.*
5 *Falcidia in donatione cauſa mortis habet locum, ſicut in legatis. Idem in donatione inter virum, & vxorem, & alijs, quæ morte confirmantur, nu.6.*
7 *Ius accreſcendi habet locum in donatione cauſa mortis, ſicut in legatis.*
8 *Condō impoſſibilis in dōne cā mortis, & alijs, quæ morte confirmantur, habetur pro non appoſita.*
9 *Cautio Mutiana in dōne cauſa mortis, & alijs, quæ morte confirmantur, quando habeat locum.*
10 *Donatarij capacitas, vel incapacitas, attenditur tempore mortis donantis, nō autem donationis. Idem in donante dicendum.*
11 *Donationes cauſa mortis in quibus ſimiles ſunt legatis, & in quibus non, & nu. 13. Et quid de iure Caſtellæ.*
12 *Donatio cauſa mortis valida eſt, licet hæreditas non adeatur.*
14 *Donatio cauſa mortis, quam actionem pariat.*
15 *Donatio cauſa mortis omnium bonorū valida eſt.*
16 *Vxor de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ non poteſt etiā donare cauſa mortis.*
17 *Donatio cauſa mortis quando valida ſit inter coniuges, & quando non. Et quid de ſocero ibid.*
18 *Donatio cauſa mortis deportatione donantis expirat, quando bona veniunt applicanda fiſco. Secus tamen in dōne inter coniuges, nu. 19 & 21. Item ſecus de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ: num. 20.*
22 *Donatio cauſa mortis in alterius voluntatem collata valida eſt, & quare. nu. ſeq.*
23 *Filiusfamilias cur non poſſit teſtari de bonis aduentitijs, cum conſenſu patris, etiam ſi vſumfructum habeat, & tamen cauſa mortis ſi pater conſentiat, poteſt donare.*
24 *Filiusfamilias quouſque donare poſſit cauſa mortis, etiam de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.*
25 *Conſenſus patris in donatione filij cauſam mortis, ob quam cauſam ſit neceſſarium.*
26 *Conſenſus ſolus patris non ſufficit in donatione cauſa mortis facta per filium patri.*
27 *Filius familias in teſtō an poſſit donare cauſa mortis ex conſenſu patris, licet non ſit clauſula*

quòd

quòd ſit non valet vt teſtamentum, valeat vt codicillus, aut donatio cauſa mortis.

28 *Minores quouſque cauſa mortis donare poſſint, aut non.*

29 *Minores iuramento validam donationem alias inualidam.*

Fallit de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ. nu. 30.

31 *Donatio cauſa mortis publici uſurarij in caſu cap. quanquam. de uſur. in 6. nulla eſt.*

QVondam (referente Iulio Claro li. 4. ſententiarum. §. donatio, q. 5.) magna concertatio fuit inter doctores, accederet ne magis donatio cauſa mortis ad contractus, quam ad vltimas voluntates: quibuſdam abſolutè contendentibus, magis accedere ad contractus, alijs verò ad vltimas voluntates.

1 Cōis † verò hodie cōcluſio eſt. Si donatio cauſa mortis ſpectetur quoad ſui initium, ordinationē, ſeu productionē, plus accedere ad contractus, q̄ ad vltimas voluntates: ſi verò quo ad effectum & ſtabilitatē, ita vt amplius reuocari non poſſit, accedere magis ad vltimas voluntates, q̄ ad contractus. Atque hinc volunt doctores, quo ad ſui initiū & ꝓductionē cenſendū eſſe de mortis cauſa donationes, iuxta leges contractuum: quo ad effectum verò & ſtabilitatem, iuxta ea leges vltimarum voluntatum: vbi tñ quo ad vtrumque peculiare aliquid circa eā nō fuerit iure ſtatutū. Ita cōis doctorum ſententia, quā referunt ac ſequuntur Couar. in rub. de teſt. par. 3. num. 1. & 15. Anto. Gom. 1. tom. var. reſ. c. 4. num 16. Iuli. Clarus. q. 5. citata, & Molina libr. 1. de primog. c. 12. a nu. 8. & præſertim. nu. 16.

Dictum eſt; vbi tñ quo ad vtrumque peculiare aliquid circa eā non fuerit ſtatutum: qm̄, iuxta priorem partē regulæ propoſitæ, quæ ſolemnitas ſufficit, vt alij contractus validi ſint, ſufficere debebat, vt valida eſſet donatio cauſa mortis: at † verò contra res habet: qm̄, vt hr̄ l. vlt. C. de donatio nib. cauſ. mort. & l. vlt. tit. 4. par. 5. ſi ea valida eſſe debet, neceſſe eſt, vt fiat coram quinq; teſtibus; quæ eſt ſolemnitas de iure cōi neceſſaria in codicillis: non tñ neceſſe eſt, vt ſint rogati, aut maſculi, vt diſp. 131. dictum eſt. Illi tñ quibus permiſſum eſt coram paucioribus teſtibus, quā quinque condere teſtamentorū, eo ipſo cēſetur permiſsū, donare cauſa mortis coram paucioribus teſtibus qm̄ quæ ſolemnitas remittitur in teſtō, remiſſa ēē cenſetur in donatione cauſa mortis, & codicillo, vt hr̄ l. Marcellus in princ. ff. de mortis cauſa donatio. Obſeruat tñ Couar. in rub. de teſt. par. 3. num. 21. cum Bar. & alijs, ex eo, ꝙ lege aliqua remiſſum aliquid ſit in teſtamento quo ad numerū teſtium, non proinde in donatione cauſa mortis cenſeri remiſſum tātundem in proportione, quaſi, ſi in aliquo euentu alicui de numero teſtiū neceſſariorum ad teſtm̄ remitterentur duo, poſſet is donare cauſa mortis coram tribus; ſed ſolum, qn̄ fas eſt alicui teſtari coram teſtib. paucioib. quā quinque, fas eidem eſſe conficere codicillum, aut donare cauſa mortis, cum eodē numero teſtium.

Ex eo autem, quòd numerus teſtium, aut alia ſolemnitas, in teſtamento augeatur non proinde quicquam auctum cenſetur in donatione cauſa mortis, vt ibidem Couar. ait. Ex doctrina tradita inferunt Cou. loco citato, & Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 4. num. 16. hodie in hoc regno ſi ſimul tabellio interueniat, ſufficere ad donationem cauſa mortis tres teſtes vicinos loci, in quo donatio fit, quia ea ſolemnitas hodie in hoc regno ſufficit, tā in codicillo, quam in teſtamento nuncupatiuo, iuxta ea, quæ diſp. 127. & 131. dicta ſunt. Ius Caſtellæ.

Molina li. 1. de primog. c. 12. nu. 17. rectè obſeruat, quamuis in donatione cauſa mortis poſt l. vlt. C. de donationib cau. mort. quinq; teſtes neceſſarij ſint, nō proinde totidē neceſſarios eſſe ad donationes alias, quæ morte donantiū confirmātur, ac proinde neq; vt validi ſint maioratus huiuſcemodi donationib. inſtituti, ſed ſufficere teſtes ad validitatē aliorum contractuū requiſitos. Ratio eſt, qm̄, licet eiuſmodi omnes donationes, quo ad effectū & ſtabilitatē cū vltimis volūtatibus cōputentur, quo ad earum tñ initiū & productionē regulā ſequuntur contractuum: ex eo, aūt, ꝙ l. vlt. citata peculiariter neceſſarij ſint quinque teſtes, non ſequitur, extendendū id eſſe ad cęteras donationes, quæ morte confirmantur, niſi peculiariter de eis idē ſtatuatur, a regulaq; ea in parte cæterorum contractuum ſimiliter excipiantur.

3 Deinde circa donationem cauſa mortis peculiariter l. vlt. C. de donat. cauſ. mort. ſancitum eſt, vt in ea neceſſaria non ſit inſinuatio, eſto excedat ſummam quingentorū ſolidorum, perinde atque in legatis inſinuatio non requiritur. Cum autem inſinuatio in ipſamet donationis productione neceſſaria ſit, vt ſit valida quo ad exceſſum, vtique idē dicendū foret de dōne cauſa mortis ſi peculiariter de ea contrarium eſſet ſtatutum pp ſimilitudinem, quam cum legatis habet. Confirmat, eſſe hoc exceptionem in donatione cauſa mortis, qđ in alijs donationib. quæ non niſi morte donātis, confirmantur, inſinuatio regulariter requiritur. Vnde l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxor. manifeſtè † habetur, in ijs donationib. parentum erga liberos, & vnius coniugis 4 circa alterum, quæ non, niſi donantis morte, confirmantur, neceſſariam eſſe inſinuationē quo ad exceſſum vltra quingentos ſolidos: ſi tñ in vlt. voluntate à donantib. confirmentur, valere, quidèm quo ad exceſſum, ſed in ratione legati, idéq; affirmat cōis doctorum ſnīa, quam Ant. Gom. 2. tom. var. reſo. c. 4. nu. 18. refert, ac ſequitur, quicquid pauci, quos idem Ant. Gom. ibid. refert, contra ius illud citatum, in contrarium dicant.

Hinc primò intelliges, non rectè Anto. Gom. loco citato ex eo intuliſſe, in dōne cauſa mortis neceſſariam non eſſe inſinuationem, quod donatio cauſa mortis quo ad confirmationem, & effectum comparetur vltimæ voluntati. Non. n. illa eſt origo, & ratio eius rei, ſed quòd peculiari priuilegio a iure fuerit ea in parte excepta a reliquis donationibus, vt dictum eſt. Quia ergo in hac origine errauit, mirandum non eſt, hallucinatus etiam fuerit in reddenda ratione, cur in donatione parentis ad filium, aut viri ad vxorem, neceſſa-

neceſſaria ſit inſinuatio; in donatione verò cauſa mortis non item.

Intelliges ſecundò, non rectè Molinam 2.lib. de primog.c.8.nu.21.ex eo in maioratu, reuocabili contractu inſtituto, aſſeruiſſe neceſſariam nō eſſe inſinuationem, ꝙ vltimæ voluntati comparetur. Neq.n.aliter comparatur, quā donationes parentum ad liberos, aut vnius coniugum ad alterum vlt.voluntatibus comparentur, in quibus tñ oſtenſum eſt, neceſſariam eſſe inſinuationem. Legitimæ ergo rationes, cur in illis inſinuatio neceſſaria non ſit, ſunt illæ aliæ, ob quas cum eodē autore diſput.279. diximus, maioratus irreuocabili contractu inſtitutos, inſinuatione non indigere. Quæ.n.cauſæ perſuadent, maioratum irreuocabili contractu inſtitutum, non egere inſinuatione, longè maiori cum ratione idem conuincunt de maioratu contractu reuocabili ſtatuto.

5 In † dōne cauſa mortis locum habet Falcidia, ſicut in legatis l.cum pater.§.eorum, ff.de lega.2. l.1.§.ſi quis ex mortis.ff.quor.leg.l.vbi ita, in fi. ff.de mor.cau.don.l.ſi mortis, & l.pen. C.ad leg. Fal.& l.2.C.de don.cau.mor. & affirmant Bart. & cōis ſnīa quam refert, ac ſequitur Anto.Gom. 2.tom.var.reſol.c.4.nu.17.Cou.verò in rubr.de teſt.par.3.nu.20.id cum Iuan.Anibali, limitandum cenſet, qñ donatio cauſa mortis fit teſtō, aut codicillo, ſecus autem, qñ fieret extra teſtamentum, & codicillum. Iura tñ, & alij Doctores, vniuerſim loquuntur: quapropter reijciendam arbi-
6 tror eam limitationē. Simili † modo de donatione inter virum, & vxorem, quæ donantis morte confirmatur, detrahitur Falcidia, vt habetur l.in dōnib.C.ad l.Falc. Idem autem eſt de cæteris donationib. quæ morte confirmantur, vt ſatis conſtat ex ratione, q̄ reddit l. in donationibus citata, & affirmant gl.in auth.ex teſtō.C.de collat.ver. donatorum, & aliæ alijs in locis, atque Bar.& cōmunis Doctorum ſententia, quam Molina libro 1.de primog.c.12.num.10.refert, ac ſequitur.

7 In † donatione præterea cauſa mortis, qñ aliquid donatum eſt duobus locum habet ius accreſcendi, ſicut quando aliquid ſimiliter duobus eſt legatum, habet locum ius accreſcendi. Vtrumq; habetur l.vnica.§.vbi autem legatarij, iuncto §. hæc autem omnia. C.de caduc.tollen. & cū Baldo. Affirmat Ant.Gom.num.17.citato.

8 Itē in dōne † cā mortis, & ī cęteris reuocabilibus donationib. conditio impoſſibilis hr̄ pro nō appoſita, ſicut in vlt.voluntatib. vt diſp.285.con-
9 cluſ.2.§.in concluſione, oſtenſum eſt. Hēt † præterea locū cautio Mutiana, qñ donatio cā mortis, & cæteræ reuocabiles donationes, ſub poteſtatiua conditione negatiua factæ ſunt, vt ibidem cōclu. 4.§.quando ſtipulatio, comprobatum eſt.

10 Præterea in † donatione cauſa mortis attenditur capacitas, aut incapacitas donatarij, tempore mortis donātis, non verò tpe donationis, vt habetur l.in mortis cauſa. ff.de cauſ.mort.don. affirmatque gloſ.ibi. Idem autem eſt in legatis, vt patet l.non intelligitur, §.quando. ff.de iur.fiſci.l. interuenit. ff.de legat. præſtan. l.ſi deportati. in princ.ff.de leg.3.& alijs iuribus. Eodem modo, adhibitas ad donandum cauſa mortis, & ad legādum, ex parte donantis, aut legantis, expectatur tempore mortis ita donantis, aut legantis, modo tamen legatum fiat codicillo, & non teſtamento, vt patet quo ad legata l.1.§.ſed ſi filius. ff.de leg. 3.idemque eſt de donatione cauſa mortis, vt ait glo.citata argumento.§.citati.

Quia ergo ferè in oībus, quæ hactenus cōmemorata ſunt, & in quibuſdam alijs donatio cauſa mortis peculiari iuris diſpoſitione legatis ſimilis eſt effecta non immeritò l.vlt.C.de donationibus cauſ.mort. & inſtit. de donationib. in princ.ver.
11 hæc mortis cauſa, dictum eſt, donationes † cauſa mortis ad exemplum legatorum ferè per omnia redactas eſſe, atq; adeo iuris diſpoſitione plus ad legata, q̄ ad contractus, accederet, tametſi mediū quid teneant inter legata, & donationes inter viuos. Quare, ſi autores, de quibus in principio huius diſputationis mentio facta eſt, in eo ſenſu voluerunt, donationes cauſa mortis plus accedere ad vltimas voluntates, quam ad contractus, quòd peculiaribus iuris diſpoſitionibus in longe pluribus rebus ſint ſimiles illis effectæ, quam cōtractibus, veriſſima eſt eorum opinio, duoque iura citata apertè illis ſuffragantur.

Qđ ēt ad ſcdam partem regulæ ſupra propoſitæ attinet, iure ēt peculiariter conſtitutū eſt hoc diſcrimē inter donationem cauſa mortis, & legata, ꝙ legata non prius confirmantur, quam hæres teſtamento relictus hæreditatem adeat, adeo vt, ſi nullus hæredū teſtamento inſtitutorum hæreditatē adeat, pereant legata, vt diſpu.181 oſtenſum eſt, exceptis nonnullis euentibus ibi explicatis, excepto ēt de iure Caſtellæ, vbi id non eſt neceſſa-
12 rium, vt ibidem dictum eſt: at † verò donatio cā mortis, ſtatim morte donātis, cenſetur oīno confirmata, adeo vt, eſto nullus hæreditatem adeat, poſſit donatarius petere, vt curator bonis defuncti adhibeatur, & ab illo exigere rem ſibi donatā, qñ donans, dū viueret, eā illi nō tradidit. Si verò hæredes ab inteſtato occupent ea bona, illi tenentur rē donatā ei ſoluere. Ita glo.l.poſt legatū.§. q̄ mortis verb.legatario, iuxta textū ibi. ff.de his q̄bus vt indig. Bar.& cōis doctorum ſnīa q̄ referūt ac ſequuntur Couar.in rubr.de teſt. par.3.nu.22. Iul.Clarus q.5.citata, nu.2. Molina li.1.de primo gen.c.12.nu.14. Ant.Gom.2.tom.var.reſ. c.4.n. 16.§.tertio infero. Hoc tñ diſcrimen intelligendū eſt, qñ donatio acceptata fuit, ſaltē p aliquē, q̄ loco legatarij potuit illam acceptare: ſecus autem eſt, ſi ſine tali acceptione teſtamento, aut codicillo, facta fuit: nam tunc vim oīno, ac rationē ſortitur legati, vt præcedente diſputatione dictum eſt.

13 Cum † diſcrimine inter donationē cauſa mortis, & legatum, proximè conſtituto, coniunctum eſt hoc aliud, quòd, ſi donata fuit res deſignata in ſingulari, neq; fuit facta illius traditio viuente donatore, ita vt dominium rei illius viuente donatore tranſierit in donatarium, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, tunc ſtatim, ac donator è vita diſcedit, tranſit dominium rei illius in donatarium abſque vlla dependentia ab aditione hæreditatis, vt colligitur ex l.2. iuncta.

l.1.

l.1.in fine.ff.de publiciana, atq; affirmat communis doctorum ſententia, quam referũt ac ſequuntur Ant.Gom.2.tomo var.reſ.c.4.nu.17. in prin. & Couar.in rub.de teſt.part.3.nu. 15. Dominiũ autem legati, tranſit quidem ſed dependenter ab aditione hæreditatis, atque adeo hæreditate adita, iuris fictione tranſijſſe fingitur a morte teſtatoris,vt diſp.181.& alibi,explicatum eſt.

Hinc facilius explicabitur, quæ actio cõpetat
14 † ex donatione cã mortis.Si namq; in vita donãtis facta fuit traditio rei donatæ in legatariũ, ita vt in eum dominium, & poſſeſſio rei illius tráſierit,cõſtat nullam actioné eſſe illi neceſſariã,vt bene Ant.Gom.2.tom.uar.reſ.c.4.nu.16.ait. Si uerò nõ fuit facta illi traditio,res tñ deſignata in ſingulari fuit illi donata,tũc,cum,ut proximè dictũ eſt,dominium rei illius tranſeat in donatariũ ſtatim a morte donantis, ſane illi cõpetit rei uendicatio,unà cũ actionibus,de quib. ſtatim dicem⁹. Si uerò donata illi fuit res,deſignata quidé in ſpecie,aut genere, ſed indeterminata in indiuiduo, tunc,ſi ſtipulatio interuenit,ét ſi teſtamento,aut codicillo, facta fuerit talis donatio cõpetit actio ex ſtipulatu,atq; condictio ex l.ſi qu s argẽtum. C.de donationib. Si aũt nõ interuenit ſtipulatio, ſed ad pactũ nudum, conuenit ei ſolum cõdictio ex l.ſi quis argentũ. In his tñ euentibus non conuenit actio hypothecaria,q̃ pro legatis conceditur: qm̃,ut Couarr.loco ſtatim citando ait, nullibi in iure id conſtitutum eſt. Quòd ſi donatio facta ſit teſtamento,aut codicillo,ſine ſtipulatione,ac pacto nudo,tunc,quia rationem habet legati,actiones competunt legatis propriæ, Lege quo ad hæc Couar.in rub.de teſt.par.3.num.16.& 17.

Ne verò ad hanc ſecũdam propoſitæ regulæ par
15 té regrediamur,dicẽdũ eſt. Donationé † cã mortis oíum bonorũ præſentium, & futurorũ ualidã eſſe: eo ꝙ cum eiuſmodi donatio reuocari ad libitum donantis poſſit, facultaté teſtandi ſibi per eã non adimat,ut cum cõi Doctorum ſnĩa diſputa. 280.§.dubium etiam eſt,præcipuè oſtendimus.

Vt uerò ad primam regulæ propoſitæ partem regrediamur,ex illa colliguntur nõnulla. Primũ
16 † eſt, quamuis de iure cõi uxores celebrare poſſent contractus circa bona paraphernalia, quorũ adminiſtratio ad ipſas pertinebat; quia tñ in his Luſitaniæ,& Caſtellæ regnis nullam habent adminiſtrationem bonorum,niſi fortè quorundam peculiari pacto ſibi reſeruaſſent dominiũ, & adminiſtrationé (quod raro accidit) ſed adminiſtratio, tota ad uiros ſpectat; utique ſicut uxores in his regnis,celebrare nõ poſſunt cõtractus,niſi de facultate uiri,ut patet l.54. & 55.Tauri, quæ ſunt 1.& 2.ti.3.lib.5.nouæ collect. & ſupponunt Luſitanæ ord.lib.4.tit.6. obſeruatq; conſuetudo, ſic ét donare nõ poſſunt cã mortis: eo ꝙ donatio cã mortis,quo ad ipſius productioné,& initium, regulas contractuum ſequatur,nõ uerò ultimarũ uoluntatum.Ita cum Panor. & cõi doctorũ ſnĩa, in locis ubi uxores ſine uiri facultate prohibitæ ſunt celebrare contractus,affirmant Couar.in rubri.de teſt.par.3.nu.12.Ant.Gom.2.tom. uar.reſol.c.4.nu.16.§.quarto infertur. Molina lib.2.de primog.ca.9 nu.4. & Guter de iura.confir.c.13. nu.4 7.8.& 9. Quicquid in contrarium aſſeruerit non rectè Nau.lib.3.conſ.tit.24 conſi.3.

17 Dubium eſt,utrum † donatio cã mortis ualida ſit inter cõiuges. Hac de re obſcurè loquitur Couar. in rub.de teſt.par.3.a nu.2 Paucis uerò dicẽdum arbitror cum Emma. Acoſta c.ſi pater patr. 1.uerb.legauit,a n.1. Imprimis,donationem inter uiuos factã inter coniuges, ante morté donantis regulariter nõ confirmari,ut diſputat one ſequẽti uidebitur. Tunc aũt morte donantis cõfirmari,ac ualidã effici, qñ præceſſit traditio rei donatæ,ſi namq; nulla præceſſit traditio,nullam oĩno eſſe, ac proinde nec donantis morte confirmari, iux.l.Papin.ff.de donationib. inter uirum & uxorem,& l.2.iuncta gl.ult.ibi. C.de dote cauta nõnumerata,ut diſputatione ſequenti dicet̃. At uerò donationé cã mortis factã inter coniuges, ſiue p̃ceſſerit traditio,ſiue non,ſed ſola promiſſione ſit facta ualidã eſſe,morteq; donantis cõfirmari: eo pacto, quo de cæteris dõnibus cã mortis inter alios factis,hactenus dictum eſt, ut patet l.eũ ſeruum.§.ult.l.ſed interim. §.ſed q̃d ff.de donationib.inter uir.& uxo.& alijs iurib. Atq; affirmãt Ant.Gom.ad l.50. Tauri nu.66 Emma.Acoſta ubi ſup.& cõis Doctorũ ſnĩa. Quare,ſi unus cõiugũ ré in ſingulari determinatã cã mortis alteri donauit, dñium rei illius tranſit in donatariũ eo ipſo,ꝙ donantis morte cõfirmata eſt ea donatio, ut de ſimili donatione inter alios facta, ſupra dictũ eſt.Lege doctores quos Emma. Acoſta ꝓ hac ſnĩa citat. Quãuis aũt unus coniugũ alteri tradat rem, q̃ mortis cã illi donat, dñium tñ illius non tranſit in donatarium, ſed remanet apud donanté interim dũ uiuit,ut hr̃ l.interim citata,in prin. & affirmant Emman. Acoſta loco citato nu.5.& Couar.ubi ſupra nu.4. Qñ aũt l.ubi ita donatur. ff.de mor.caut.donationib. aſſeritur, donationé, quæ formã habet cã mortis donationis, ſi ab uno coniugũ fiat alteri cum pacto, ꝙ nullo mõ poſſit reuocari eſſe inualidam; cum tñ, ut eadem l hr̃, rationem ſortiatur donationis inter uiuos, ſi inter alios fiat;uel erit dicendum, legé illam latam fuiſſe quo tpe donatio inter uiuos ab uno cõiuge alteri facta, neque morte donantis confirmabat̃, iuxta ea quæ in principio, ſequentis diſputationis dicemus, uel certè id intelligendum eſt, quo ad pactum appoſitum: cum.n.ſit contra ſubſtantiam donationis inter coniuges, ſiue illa inter uiuos ſit,ſiue cauſa mortis, nullum abſq; dubio eſt tale pactum,ut patet l.cum precario. ff.de precario:quare hr̃ pro non appoſito. Quòd ſi quis nobis obijciat l.mortis,in princ. ff.de don.inter uir. & uxo.ibi pronunciatur, inualidam eſſe donationé cauſa mortis factam a ſocero genero, aut nurui; eo ꝙ, eſto ſocer moriatur, adhuc perſeueret mr̃imonium inter donatarium, & filiũ,aut filiã, donantis. Rñdendum eſt,textũ ipſum reddidiſſe rationé, cur noluerit ualere eiuſmodi donationẽ cum.n.ſocer tanq̃ filius,aut filia,reputetur, cuius intuitu nurui,aut genero donat,noluit ius, perſeuerante matrimonio,eiuſmodi donationem morte donantis confirmari: longè verò alia ratio eſt

 de

Dubiũ

Deciſ.

de vno coniugum donantis alteri: cum per ipſius mortem mr̃imoniũ diſſoluať. Hoc ſolũ voluiſſe gloſſam celebrẽ l.2.in prin.verb.legatũ. ff.de dote prælegata,affirmat Emma. Acoſta lo.cit.nu.8.

18 Donatio † cauſa mortis facta cuicunq; alteri, eo ipſo ꝙ donans deportatur, aut grauiori pœna afficitur,ita vt bona ipſius fiſco addicantur, nulla redditur,vt patet l.ſi aliquis.ff.de mor.cau.donationib. affirmatq; inter alios,Molina lib.4.de primog.c.11.nu.22.Qui tñ rectè ſubiungit, maioratus ex donatione inter viuos reuocabili inſtitutos,deportatione donantis non expirare. Licèt aũt donationes cã mortis alijs factæ deportatione,aut grauiori pęna donantis expirent,in fauorẽ

19 † tñ vxoris conſtitutum in primis eſt,vt deportatione,aut grauiori pęna viri, donatio inter viuos a viro facta vxori;ſi traditio præceſſerat, neq; donatio,aut traditio ſuſpicione pęnæ facta fuit, ſit valida,bonaq; proinde eo pacto donata ptineant ad vxorẽ,& nõ ad fiſcum cũ facultate tñ remanẽte in viro,vt,interim dum naturaliter viuit,poſſit eã donationẽ reuocare, ſicut poterat, ſi ea pœna non fuiſſet dãnatus.Ita hr̃ l.res vxoris.C.de donationib.inter vir.& vxo. Conſtitutũ deinde eſt,vt donatio cã mortis ſimiliter eidẽ vxori ſine pœnæ ſuſpicione facta,valida ſit,neq; deportatione,aut grauiori pęna,reuocetur,integrum manente viro interim dum naturaliter viuit, eam reuocare, vt de donatione inter viuos dictum eſt. Sic habetur l.ſed ſi mors.in prin.ff.de donationib. inter virũ, & vxo.Emman. Acoſta loco citato.nu.6.arbitratur, vt donatio cauſa mortis facta vxori deportatione viri non expiret, neceſſe eſſe, vt præcedat traditio.Credo tñ id non eſſe neceſſarium, qm̃ l. ſed ſi mors,vniuerſim de donatione cauſa mortis facta vxori loquitur, & vbi lex nõ reſtringit,nec nos debemus reſtringere donatio aũt cauſa mortis inter cõiuges valida eſt abſq; traditione. Hoc loco obſerua,legẽ citatã dicere, deportatione viri confirmari donationem cauſa mortis, vbi lex innuit,affirmatq; Couarr.loco citato. nu.4.dñium rei donatæ tranſire eo ipſo in vxorem,tametſi reuocabile ſit tale dominium, eo ꝙ vir,interim dũ naturaliter viuit,poſſit ea donationem reuocare, vnde ſubiungit lex pleniſſimam confirmationẽ talis donationis eſſe per mortem naturalem hominis ita deportati, verba legis illius hæc ſunt. *Humanũ eſt,donationem, quæ mortis cauſa ab initio facta eſt, talis auxilio ſubſequuto confirmari, tanquam ſi mortuo marito rata habeatur: ita tamen, vt non adimatur licentia marito eam reuocare; quia mors eius expectanda eſt, vt tunc pleniſſimam habeat firmitatem,quando ab hac luce fuerit ſubtractus, ſiue reuerſus fuerit, ſiue adhuc in pœna conſtitutus.* Hactenus lex illa. Duo obſer-

20 ua.Vnum eſt,in † euentibus, in quibus diſp.9.dictum eſt hodie, præſertim de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ,bona ſic damnatorum fiſco non addici, poſſeq; ſic damnatos teſtari, donationem cauſa mortis factam extraneo non expirare per deportationem,aut grauiorem aliam pœnam. Alterum

21 † verò eſt, qñ vnus coniugum alteri donauerat, ac tradiderat rem donatam,ſiue donatio eſſet inter viuos,ſiue cauſa mortis, tunc, ſequuta morte donantis,donationem retrotrahi ad tempus traditionis,non quidem quo ad dominium, eo ꝙ hoc ſolum pertineat ad coniugem donatarium a tpe mortis donantis, vt dictum eſt: ſed quo ad fructus,qui ad donatariũ pertinẽt à puncto traditionis.Ita habetur l.donationes quas parentes,iũcta gloſ.ibi,verb.referatur. C.de donationibus inter vir.& vxo.& l.cũ pater. §.pater filiæ,in fi.ff.de l. 2.& affirmat cõis doctorum ſententia, quã,præter alios, quos diſputatione ſequenti citabimus, Couar.in rub.de teſt.nu.5.refert ac ſequitur.

22 Ex eadẽ † prima regulæ propoſitæ parte colligitur,ſecundo,validã eſſe donationem cauſa mortis collatam in alterius voluntatem; vt, ſi Petrus voluerit, dono tibi poſt mortem meam centum. Etenim,cum contractus, relati in alterius voluntatem per modum conditionis,validi ſint: donatio verò quo ad ſui productionem, & diſpoſitionem,regulam, & leges contractuum inter viuos ſequatur,quando nihil in cõtrarium iure aliquo eſt diſpoſitũ; ſane valida erit donatio,talis,quæ, quo ad ſui productionẽ, ſub ea conditione facta fuerit. Ita Emmanuel Acoſta lib.1. ſelect.interpre.c.21.nu.vlt.argumento l.tam is.§.vlt.& quæ ibi notantur. ff.de mort.cauſ.donationib.

23 Ex † prima regulæ parte voluerũt multi reddere rõnem cur filiusfamilias, licèt teſtari nõ poſſit de bonis aduentitijs,etiã quorum vſusfructus, & adminiſtratio ad ipſum ſpectat, poſſit tñ de patris conſenſu donare cauſa mortis, vt habetur l.tã is.§ vlt.ff.de mort.cauſ.don. & l.vlt.ti.4.part.5. Meritò tñ Couar.in rub.de teſt.par.3.a nu.6. & alij,id reijciũt. Qm̃,vt d.261.oſtenſum eſt,filiusfamilias ſine patris conſenſu celebrare põt cõtractus de eiuſmodi bonis, quando vſusfructus, & adminiſtratio ad ipſum pertinet. Quouſque aũt requiratur conſenſus patris,qñ vſusfructus ad patrem ſpectat,& vniuerſim quouſque illius familias celebrare poſſit contractus, & quouſq; ex eis teneatur,diſputatione citata explicatum eſt.Quare, ꝙ ex ſolo patris conſenſu donare poſſit cauſa mortis, cum tñ neque de eodem conſenſu teſtari poſſit, ſtando in iure communi, vtique ex peculiari iuris diſpoſitione proficiſcitur, non verò ex doctrina,quam regula propoſita continet.

24 Quid de hac re † dicẽdum ſit, paucis ſubijciã. Diſp.138.diximus,filiumfamilias,ſi pubes ſit,de peculio caſtrenſi,aut quaſi caſtrenſi, teſtari poſſe ſine vllo patris conſenſu,ac proinde donare cauſa mortis de eiſdẽ peculijs libere poterit:qm̃,vt initio d.16.oſtenſum eſt,qui teſtari põt, donare ẽt cã mortis põt,vt habetur l.Marcellus in princ.ff. de mort.cauſ.don. Quare cũ hodie de iure huius Caſtellæ regni filiusfamilias, ſi pubes ſit, teſtari de tertio bonorum ſuorum aduentitiorum libere poſſit,vt d.138.viſum eſt,poterit ſimiliter de eodẽ tertio donare in hoc regno cã mortis abſq; vllo patris conſenſu:id ꝙ Molina lib.2.de primog. c.9.nu.19.cum alijs,quos citat,rectè affirmat.

Quamuis de iure communi,atq; in Luſitania, filiusfamilias pubes, neq; de patris cõſenſu teſtari, poſſit de bonis ſuis aduentitijs, etiã ſi vſusfructus

ctus, & eorum adminiſtratio ad ipſum pertineat, vt diſp. 138 citata probauimus; de patris tñ conſenſu expreſſo, donare de quibuſcunq; bonis ſuis aduentitijs poterit, vt ex duob. iurib. ſup. citatis conſtat, dictumq, eſt diſp. proximè citata, atque initio diſp. 136. & affirmat cõis doctorum ſnia, quam referunt, ac ſequuntur Couarr. a nu. 6. citato, & Iul. Clarus libr. 4. ſent. §. donatio. q. 6. nu. 3. & 4. Non tñ ſine expreſſo conſenſu patris, vt cõmunior doctorum ſententia aſſerit, quam ijdem autores ibidem referunt, ac ſequuntur.

25 Dubiũ Dubiũ eſt, vtrũ † conſenſu patris in dõne filij cauſa mortis neceſſarius ſit, quia agitur de præiudicio patris, ad quem pertinet vſusfructus, eaque ratione exigitur ipſius conſenſus; an verò quia ex iuris diſpõne, tanq̃ ſolemnitas neceſſaria, patris autoritas, atq; adeo conſenſus, requiritur. Quamuis aũt quidam ex priori illa cauſa neceſſarium illum affirmarint, cõior tñ, ac verior ſnia, cum gl. l. 1. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. quam Cou. n. 6. & 7. citatis, & Iul. Clar. vbi ſup. nu. 5. referunt, ac ſequuntur, aſſeuerat ex poſteriori cã eſſe neceſſarium. Id ꝙ vel ex eo confirmari põt, ꝙ qñ vſusfructus, & adminiſtratio eorum bonorũ ad filiũ ſpectant, non minus neceſſarius eſt patris conſenſus: cũ tñ tũc de tali præiudicio patris nõ agatur. Deciſ.

26 Hinc † autores citati, vterq. nu. 7. colligunt cũ gl. vlt. l. 1. in princip. ff. de autor. & conſenſ. tut. & cõior doctorũ ſnĩa, q̃ referunt, inualidam eſſe donationem cauſa mortis, quam filius patri fecerit de ſolo conſenſu patris: eo ꝙ nullus, in ſuũ propriũ commodum, poſſit autoritatem præſtare, vt hr̃ l. 1. in prin. & l. pupillus. in prin. ff. de autor. & conſen. tut. Quare, vt valida ſit talis donatio, neceſſe eſt iudicis interueniat autoritas.

Ex eodem fundaméto Iul. Clarus vbi ſup. nu. 6. cum alijs, quos citat, colligit, vt donatio cauſa mortis filijfamilias valida ſit, neceſſarium eſſe expreſſum conſenſum patris, neque ſufficere tacitum: eo quòd, qñ conſenſus alicuius, tanquam ſolemnitas neceſſaria, exigitur, eſſe is debeat expreſſus, neque ſufficiat tacitus.

27 Dubium eſt, quid ſi † filius familias in teſtõ donet cauſa mortis ex conſenſu patris, addatque clauſulam ꝙ ſi nõ valuerit, vt teſtm̃, valeat vt codicillus, aut vt donatio cauſa mortis. Iulius Clarus q. 5. citata. num. 8. a quo non videtur diſſentire Couar. vbi ſupra nume. 10. & alij, quos referunt, optimè diſtinguunt. Quòd aut talis donatio cauſa mortis facta fuit interueniente ſtipulatione donatarij, aut certè acceptatione, ſaltem per alium, qui nomine ipſius potuit acceptare, ita vt tranſierit in pactum nudum, ſaltem per tacitum conſenſum donatarij, qui præſens erat, & à donante audiuit donationem, ac tacuit; aut neque ſtipulatio, neque acceptatio interuenit. In priori euentu inquiunt, validam eſſe talem donationẽ, adhibita clauſula illa, quæ expreſſe mentionem fecit donationis cauſa mortis. Idem eſſe affirmãt, ſi hanc clauſulam adhibuiſſet, quòd ſi non valuerit vt teſtamentum, valeat vt quæcunque vltima voluntas: eo quòd, vt actus ſuſtineatur, verba ſint amplè intelligenda, donatioque cauſa mortis ſub vltima voluntate, latè ſumpta, comprehendatur. Ego dicerem, eſto nulla clauſula eſſet appoſita, validam eſſe talem donationem: quoniam eſt verus contractus teſtamento inſertus, legitimeq, celebratus: quare, licet teſtamentum nihil valeat, eo quod filiusfamilias, neque de patris conſenſu, teſtari poſſit; valet tamen contractus ille legitimè celebratus, atque teſtamento null ı inſertus. In poſteriori autem euentu, cum reuera id non ſit donatio cauſa mortis, ſed merum legatum inutilis teſtamento, inſertum, credo, etiam ſi clauſulæ illæ adhibeantur, nullam omnino ſortiri firmitatem: eo quòd filiusfamilias, neque de conſenſu patris, teſtari, aut legare poſſit.

28 Ex eadem † prima regulæ parte ſequitur, quãuis pubes minor viginti quinq; annis, q filius familias non eſt, ſi curatorem habeat, teſtari etiã eo inuito, poſſit, donationẽ tñ cauſa mortis ſine curatoris autoritate ab eo factam, eſſe nullã. Imò, ſi de re immobili ſit, aut alia, q̃ ſine iudicis decreto, iuxta ea, quæ diſp. 224. dicta ſunt, alienare non poſſit, inualidam eſſe, niſi ſimul iudicis decretum accedat. Quod ſi curatore careat, aut veniam ætatis habeat, donatioq; cauſa mortis ſit de re mobilis, valida erit talis donatio, ſicut & quicunque alius contractus factus ab eodẽ minore de eadem re validus eſt, iuxta ea, quæ diſpu. 224. dicta ſunt. Prioreẽ partẽ huius aſſerti aſſeuerat cõior doctorum ſnĩa, quam Guter. de iur. confirmat. par. 1. c. 13. & Molina lib. 2. de primog. c. 9. nu. 9. late referunt ac ſequuntur. Eã verò non aliter cõfirmãt, q̃ quod donatio cauſa mortis, quo ad ſui productionẽ ac validitatem, ſequitur naturam contractuum: quare, qui ſine curatoris autoritate nõ poteſt valide celebrare contractus, neq; poterit valide donare cauſa mortis ſine eiuſdem curatoris autoritate. Quo fit, vt regula illa, qui poteſt teſtari donare poterit cauſa mortis, intelligenda ſit, niſi inhabilis redditus ſit ad celebrandos contractus, aut omnino, aut niſi certam adhibeat ſolennitatẽ. In teſtamento autem, aut codicillo, dubitandum nõ eſt, ſine ſtipulatione & acceptione donatarij, donare eiuſmodi minorẽ poſſe cauſa mortis ſine curatoris autoritate, iudicisq; decreto: eo quòd eiuſmodi donatio legatum potius ſit, quam donatio cauſa mortis, vt ſupra dictum eſt. Quin & per epicheiam cẽſeo, donationem cum ſtipulatione, aut acceptatione, teſtamẽto, aut codicillo, factã, abſque nulla rei donatæ traditione, validam eſſe. Qm̃ ſi ea de re legiſlatores interrogarentur, dum leges condiderunt, facultatemque teſtandi eiuſmodi minoribus conceſſerunt, non dubito affir-

29 manter reſpondiſſent. Illud † etiam obſeruandũ eſt, ſi eiuſmodi minores extra teſtamentum cauſa mortis donent, aut etiam tradant rem, donationemque iuramento confirment, ſpondentes ſe ratam ac firmam eam ſemper habituros, nunquamque eſſe illam reuocaturos, non ſolum donare valide, ſed etiam eiuſmodi donationem tranſire in donationem validam inter viuos, iuxta ea quæ præcedente diſputatione dicta ſunt: eo quòd contractus minorum, inualidi alioquin propter ſolemnitatis defectum, validi reddantur,

ſi iuramentũ confirmetur, vt diſp. 149. oſtenſum
30 eſt. Excipe, niſi in † Luſitania iurum ſine regis facultate adhiberetur, iuxta ea, quæ ibidem dicta ſunt. Idẽ dic de donatione cã mortis facta in Luſitaniæ, & Caſtellæ regnis ab vxore ſine facultate viri, iuramentoq; ſimiliter confirmata. Hoc tantum excepto ꝙ ſi donaretur res, cuius adminiſtratio conſtante matrimonio ad virum pertineret, tradi non poſſet donatario perſeuerante matrimonio abſque viri conſenſu; eo ꝙ in viri detrimẽtum, atque iniuriam, id cederet.

31 Vtrũ validæ ſint † donationes cã mortis publici vſurarij in euẽtu, in quo c. quamq̃, de vſur. li. 6. teſtamẽta eiuſdẽ nulla pronũciantur, nos d. 137. partẽ negantẽ, tanq̃ magis piã, & q̃ per epicheiã dubitandũ nõ eſt, ex mente Greg. 10. & Concilij Lugdunenſis c. quanq̃ citato, fuiſſe cõprehẽſam, amplexati ſumus, cũ glo. ad idẽ caput, & cum cõmuniori doctorum ſnĩa. Lege quæ ibi dicta ſunt.

De donatione inter coniuges.

DISPVTATIO CCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges regulariter de iure antiquo, inualida erat: hodie verò ſi non reuocatur morte donantis confirmatur.*

2 *Donatio facta inter coniuges poſt matrimonium contractum, ante tamen quàm conſumetur, indiget confirmatione morte donantis.*

Secus tamen de iure Caſtellæ nu. 3.

4 *Donatio inter coniuges, ut morte donantis confirmetur, quid requiratur.*

5 *Donatio inter coniuges, vt morte donantis confirmetur, ſatis eſt, vt res donata tradita ſit per clauſulam conſtituti, vel alium fictum actum, per quem ciuilis poſſeſſio acquiritur.*

6 *Donatio inter coniuges morte etiam ciuili donantis, confirmatur, excluſo fiſco: conditionaliter tamen, niſi ante mortem naturalem reuocetur.*

7 *Donatio inter coniuges ſine inſinuatione, morte donantis confirmatur intra ſummam tantum a iure ſine inſinuatione permiſſam.*

Fallit, niſi in teſtamento, vel codicillo a donante ſit confirmata.

8 *Donatio inter coniuges morte confirmata, retrotrahitur ad tempus quo ad fructus, in quo traditio rei donatæ facta eſt.*

9 *Donatio inter coniuges ſtatim a morte donantis, nulla expectata aditione hæreditatis, transfert dominium in donatarium, iuxta, inſinuationem factam, vel non.*

10 *Falcidia ex donatione inter uirum, & vxorem detrahitur, ſicut ex legatis.*

11 *Donatio cauſa mortis inter coniuges, duobus caſibus morte donantis non confirmatur.*

12 *Donatio inter coniuges, quot modis tacitè cenſeatur reuocata, & num. 13.*

Et quid de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ. nu. 14.

15 *Donatio inter uirum, & uxorem quibus caſibus ſtatim ualida eſt.*

16 *Donans quando dicatur fieri pauperior, uel non.*

17 *Renunciatio facta per uxorem uiro conſtante matrimonio, qua renunciat lucra ex bonis utriuſque, an ſtatim ualida ſit.*

18 *Donatarius, quibus caſibus non fit ditior, etiam ſi donans fiat pauperior.*

19 *Donatio inter coniuges, quæ morte confirmatur, an irreuocabilis fiat, ſi iuramento confirmetur.*

DIcendum eſt deinde de aliquib. donationibus, circa quas peculiaria aliqua iura ſunt ſtatuta: ordiendumq; erit a donatione inter coniuges. Diſputatione autem præcedente explicatũ eſt, quouſque donatio cauſa mortis vim habeat inter illos. Nunc verò de ſola donatione inter viuos eſt diſſerendum.

Cũ de iure cõi vxores dñium, atq; adminiſtrationẽ bonorũ paraphernaliũ haberent, frequentior quondã eſſe ſolebat donatio inter coniuges, q̃ ſit hodie in his Caſtellæ, & Luſitaniæ regnis, in quibus adminiſtratio omnium bonorum vxoris eſſe ſolet penes virũ: & vel bona vtriuſque coniugis cõia efficiũtur, vt in Luſitaniæ, vel dos ęſtimata conſueuit viro tradi, ita vt dñium illius trãſeat in virum. Prius aũt explanabimus, in quib. euentibus morte donãtis eiuſmodi donatio confirmetur: poſterior verò, in q̃bus firma ſtatim maneat, neque neceſſe ſit expectare mortem donantis.

Quo loco obſeruandum eſt, quondã donatio-
1 nem † inter cõiuges fuiſſe regulariter nullã; idq; ne cõiuges mutuo amore ſe ſpoliarent bonis ſuis, atq; ob alias cauſas. Ita hr̃ l. 1. 2. 3. & 4. ff. de don. inter uir. & uxo. Poſteà verò, vt hr̃ l. cum hic ſtatus. ff. eod. tit. Antoninus Imperator, oratione ea de re habita in ſenatu, obtinuit, vt integrũ quidẽ eſſet coniugi donanti reuocari donationem, interim dum viueret; attamen, ſi illam dũ viueret, nõ reuocaret, morte illius confirmaretur, neq; hæredes poſſent eam reuocare. Hoc. n. parũ a legato, & donatione cauſa mortis, differt: quare, ſicut hęc duo cõcedũtur vnicuiq; coniugatorum cõparatione alterius, ita illud aliud denegari eidẽ non debuit. Atq; hoc ius viget hodie, vt patet. l. cũ hic ſtatus, citata l. 1. 3. & l. 3. & l. donationes quas parentes. C. de don. inter uir. & uxo. c. vlt. eo. tit. l. 4. ti. 11. par. 4. & li. 4. Luſitanarũ ord. tit. 9. in princ. atq; affirmat cõis doctorum ſnĩa, quã, inter alios, referunt, ac ſequuntur Anto. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 64. & 65. Iul. Clar. li. 4. ſent. q. 9. nu. 1. & 6. & Gũter. de iuramen. confir. part. 1. cap. 3. Lege etiã Couar. in rub. de teſt. par. 3. a nu 2.

Quamuis aũt Azo, & quidam alij, quos Ant. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 66. in fine, refert, ab hac
2 regula excipere voluerint † donationem ab vno coniuge alteri factam, poſt matrimonium quidem per verba de præſenti celebratum, ſed antequàm per copulam conſummaretur, quaſi ea donatio ſtatim eſſet valida omnino, neque indigeret confirmationem per mortem donantis; contrarium tamen ſatis apertè diſponitur l. pen. ff. de donationibus inter uirum, & uxorem, nempe eo ipſo quòd donatio poſt matrimonium per conſenſum, verbaque de præſenti, celebratum, fa-

cta

ﬅa eſt, ſubire regulam proximè traditam, habeturque expreſsè lib.4. Luſit. ord. tit. 9. in princ. & conſentit l.4. tit. 11. par.4 atq; affirmant Nau. in Man. c. 17. n. 149. & alij, quos Ant. Gom. vbi ſup. refert ac ſequitur. Idē ait eſſe Nau. ſi donatio facta ſit ante matrimoniū per verba de præſenti celebratū ſed in tempus, quo erit celebratum, & hr̄ expreſse l. cum hic ſtatus. § ſi ſponſus. ff. de donationibus inter virum, & vxorem, & l. quod ſponſæ. C. de donationib. ante nuptias. Obſerua † tñ hodie de iure Caſtellæ. l. 52. Tauri. donationes factas ſponſæ de præſenti ante matrimonium conſummatū, ſtatim eſſe validas, eo modo, quo ſponſalitiæ largitatis factæ ante contractū matrimonium inter ſponſos de futuro ſtatim ſunt validæ, eo pacto quo diſputatione ſequenti explicabitur.

3 Ius Caſtellæ.

4 Illud obſerua, vt donatio † inter coniuges morte donantis confirmetur, neceſſe eſſe, vt res donata tradita ſit donatario, ſaltē ficta traditione, ante mortem donantis: alioquin eſt nulla omnino. Ita hr̄ l. Papinian. ff. de donationib. inter vir. & vxo. quæ ſanè, cum mentionem faciat orationis Diui Seueri, poſterior eſt deciſione legis cum hic ſtatus. Conſentit. l. res vxores. C. eod. tit. illis verbis; *vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure peruenerāt*. Et infra *donatio maritalis ante tēpus criminis, ac reatus collata in vxorē*, quæ ſanè verbā traditionē ſignificāt. Idē probat l.2. C. ſi quis alteri, vel ſibi, quæ traditionem requirit, vt donatio patris facta filio: morte patris confirmetur: eſt autem eadem ratio de donatione ab vno coniugū alteri facta. Atque id cum Bar. affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequūtur Ant. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 65. & 2. tom. variar. reſol. c. 4. nu. 23. in fine, Iulius Clarus q. 9. citata nu. 6. Couar. in rub. de teſt. par. 3. nume. 3. & Greg. Lopez. l. 4. citata verb. *en ſu vida*. Quicquid Azo in contrarium dixerit.

7 Idcirco † aūt dictum eſt; ſaltem ficta traditione: qm̄, vt donatio morte donantis confirmetur, ſatis erit, ſi res donata tradita ſit per clauſulā conſtituti, vel per alium actum fictum, per quem ciuilis poſſeſſio acquiritur. Ita cōis doctorū ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus, & Grego. Lopez locis citatis, iuxta gloſſam vlt. l. 2. C. de dote cauta non numerata. Ex qua lege, vt eadem gloſſa, doctores citati, & communis ſententia, quam Couar. lib. 1. var. reſ. c. 7. nu. 4. refert ac ſequitur, affirmant, perſpicuè colligitur, traditionem fictam, ſeu virtualem, cenſeri, ſi maritus, animo donandi incrementum (quod in dubio præſumitur) confeſſus eſt, ſe maiorem dotē recepiſſe, quam reuera receperit. Cum. n. maritus dotem poſſideat toto tempore, quo matrimonium perſeuerat, tanquam ſibi ab vxore traditā, ſimili modo cenſetur poſſidere incrementum illud, tanquam acceptum ab vxore, atq; adeo virtute vxore traditum, & de vxoris manu receptum: atque inde proficiſcitur, vt, niſi maritus, dū viuit, eiuſmodi donationem reuocet, morte ipſius confirmetur, vxorque repetere tale incrementum poſſit ab hæredibus viri, l. 2. citata expreſsè habetur.

6 Diſputatione † præcedente dictū eſt, donationē inter viuos a viro factā vxori, morte ciuili viri confirmari, nec rē illam pertinere ad fiſcū, ſed ad vxorē: ita tñ confirmari, vt ſi vir tunc naturaliter non moriatur, integrum illi ſit donationē reuocare: atq; vtrumque hr̄ expreſsè. l. res vxoris. C. de donationib. inter virum, & vxor. Greg. Lopez glo. citata cum alijs quos refert, ait, ſi poſt confiſcationem bonorum viri, adiudicatamq; rem donatam vxori, maritus donationem reuocet, rem illam non pertinere ad fiſcum: eo ꝙ, tpe confiſcationis, ius ad illam non habuerit fiſcus. Addere aūt Greg. Lop. vr̄, ēt donationem ab vxore factā viro, morte ciuili vxoris confirmari, neq; rē donatā pertinere ad fiſcum, ſed ad virū. Ea tñ de re multum dubito: qm̄ id ſolum in fauorem vxorū vr̄ introductum, de quibus ſolis loquitur. l. vxoris citata. Neque ēt ratio eius conſtitutionis, quā textus ille reddit, locum habet in viris: ſic. n. hēt ille textus. *Et donatio maritalis ante tempus criminis, ac reatus collata in vxorem, quia pudicitiæ præmio ceſſit, obſeruanda ſit, tanquam ſi maritum eius natura, non pœna, ſubduxerit*. Hæc ibi: His accedit, donationē cauſa mortis viro factā, morte ciuili vxoris expirare, ſicut morte donantis expirant cæteræ donationes cauſa mortis, ab alijs factæ, ſolamque donationem cauſa mortis, a viro vxori factam, morte ciuili viri non expirare, tanq̄ priuilegium proprium vxorum, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Quare idē videtur dicendū de donatione inter viros ab vxore facta viro.

7 Qñ † non præceſſit inſinuatio, donatio inter viuos, ab vno coniuge alteri facta, confirmatur morte donantis ſolum quo ad ſummā, quam ſine inſinuatione fas eſt donare, nō vero quo ad incrementum, vt diſputatione præcedente dictum eſt, & hr̄ expreſsè lib. 4. Luſit. ord. tit. 9. § 1. & l. donationes quas parentes. C. de donationib. inter uir. & uxor. affirmantq; Iulius Clarus. 4 libr. ſent. q. 37. nu. 3. & cōis doctorum ſententia. Si tñ in ultima uoluntate, ut in teſtamento, aut codicillo, a donante confirmata ſit, tunc ualet quidē quo ad exceſſum, ſed non in rōne donationis, ſed legati, atque ultimæ uoluntatis, quæ inſinuatione nō indiget, ac proinde ad effectum, quem proximè ſubiūgemus, & ad alios ſimiles, non retrotrahitur ea donatio, quo ad exceſſum, ad tempus traditionis, ſed ſolum vim habet a tpe, quo morte eſt confirmata, ut expreſsè habetur l. donationes quas parentes citata, & affirmat glo. ibi uerb. referatur.

8 Vt diſputatione † præcedente dictum eſt, qñ donatio inter uiuos, ab uno coniugum alteri facta, morte donātis confirmatur, tūc retrotrahitur ad tps, in quo traditio rei ita donatæ facta eſt, nō quidem quo ad dominium, eo ꝙ licēt traditio ſit facta, dominium nunquā in donatarium trāſeat quouſq; donatio morte donātis ſit cōfirmata, ut patet. l. ēt, & l. a marito. C. de do. inter uir. & uxo. ſed ſolum quo ad fructus, ut cum gl. l. donationes quas parentes, uer. referatur. C. de don. inter uir. & uxor. affirmat Bar. & cōis doctorum ſnīa, quā referunt ac ſequuntur Anto. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 65. & 2. to. uar. reſ. c. 4. nu. 23 Iul. Clarus q. 9. citata. nume. 7. Gregor. Lopez gloſ. citata, & Couar. in

uar. in rub. de teſt. par. 3. nu. 5. Quo fit, vt res ita donata, non antea vſucapi incipiat, quàm donantis morte confirmata ſit donatio, vt Greg. Lopez loco citato rectè obſeruat. Vt autẽ §. præcedente dictum fuit, quã donatio non eſſet inſinuata, confirmata tamen eſſet vltima voluntate donantis, vtique, quo ad incrementum, vltra ſummam, q̃ ſine inſinuatione fas eſt donare, non retrotraheretur talis donatio quo ad fructus ad tempus, in quo facta fuit traditio, ſed eiuſmodi fructus ſolũ pertinerent ad donatarium a morte donantis.

9 Illud ẽt † obſeruãdũ eſt, in eiuſmodi donationibus inter viuos ab vno coniugũ alteri factis, ſi vel inſinuatæ ſint, vel ſummã non excedãt, q̃ ſine inſinuatione fas eſt donare, ſtatim a morte donãtis tranſire dominiũ rei donatæ in donatariũ nul la expectata aditione hæreditatis, quę ab hærede fieri debeat: in quo eiuſmodi donationes multũ a legatis differunt, vt de donatione cã mortis præcedẽtib. diſputationib. dictũ eſt, & affirmat Bart. & cõis Doctorum ſnĩa, quam Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 4. n. 23. refert, ac ſequitur. Si verò aliqua eiuſmodi donatio inſinuata non ſit, ſummaque excedat, q̃ abſq; inſinuatione fas ſit donare, tunc quo ad exceſſum non tranſit dominiũ in donatarium, niſi prius per hæredẽ ſit adita hæreditas: eo ꝙ talis donatio, quo ad exceſſum, vim habeat legati. Si tñ exceſſus eſſet modicus, tunc per concomitantiã (iuxta ea quæ diſp. 57. dicta ſunt) dominium exceſſus tranſiret in donatarium, vna cum reliquo rei donatæ: eo ꝙ permixta ſint, neq; deſignare liceat, quid in re donata rationem habeat exceſſus, quid non item. Contra autem, ſi valor quingentorum ſolidorum modicum quid eſſet in re donata comparatione exceſſus, tunc vtique ante hæreditatem per hæredem aditam, donatarius non compararet dominium rei illius.

10 Ex † donatione inter virum, & vxorẽ detrahitur falcidia, ſicut ex legatis, vt conſtat ex l. in donationibus. C. ad leg. falcidiam; & ex l. cum hic ſtatus. in prin. ff. de donationib. inter vir. & vxor. affirmatque communis doctorum ſententia, vt diſputatione præcedente dictum eſt.

11 Donatio † cã mortis inter coniuges in duobus euentib. morte donãtis non confirmatur. Primus eſt, ſi donatarius ante donantẽ è vita diſcedat: eo namque ipſo donatio redditur nulla, vt patet l. cũ hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de donationib. inter vir. & vxor. l. ẽt, & a marito. C. eo. tit. c. vlt. eo. tit. & l. 4. titu. 11. par. 4. Quòd ſi ambo ex eodẽ naufragio, ruina domus, incẽdio, aut alio ſimili euẽtu, è vita diſcedant, neq; cõſtet apertè, quis prior efflauerit animã, tunc donatio confirmatur: ſi aũt reciprocè tales coniuges ſibi donaſſent, vtriuſque donatio maneret confirmata, & valida. Ita hr̃ expreſſe l. cũ hic ſtatus. §. ſi ambo, citato; & l. cum inter virum. ff. de reb. dubijs, conſentit cõis doctorum ſententia, q̃ ſequuntur Ant. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 65. Emma. Acoſta, §. ſi quis in bello, verb. cũ filio. nu. 15. & verb. patrem prius moriturum, nu. 15. & Couar. 2. var. reſ. c. 7. nu. 4. & 5. Ratio autẽ eſt, qm̃, cum donatio iam eſſet facta, & res donatario eſſet tradita, qui illam poſſidebat, morteque donantis cõfirmetur, neq; conſtet donatariũ ante donantẽ obijſſe, vtiq; donatio in donatarij poſſidẽtis fauorẽ, cẽſetur valida: pſertim cũ ex oratione Imperatoris Antonini, ſolũ, ne id impediatur, requiratur, ꝙ donans eã nõ reuocauit; & ꝙ donatarius mortuus nõ fuerit ante donantẽ, de quo in re propoſita nõ cõſtat. Vnde merito Couar. in calce, nu. 5. citati, cũ Bar. & alijs affirmat, eſto vterq; cõiux in locis diſtinctis ex varijs cauſis è vita diſceſſiſſent, interim dũ non conſtaret, donatarium mortuũ fuiſſe ante donantẽ, validã eſſe cenſendã donationẽ, ad hæredeſq; donãtis ſpectare probare, donatarium è vita diſceſſiſſe ante donantem. Emma. Acoſta locis citatis rectè ait, ſi coniuges ſibi mutuò donaſſent, ſub conditione, vt q poſterior è vita diſcederet, bona donata obtineret, tũc, ſi vterque cõiux ſimul naufragio, rouina aut alio ſimili euẽtu interijſſet, neq; cõſtaret, qs poſterior obijſſet donationẽ reddi omnino inualidã: eo qđ ſub poſitiua conditione, ſi alter ipſorũ ſuperuixerit, facta fuerit donatio: quæ tamẽ conditio in eo euentu purificata non fuit, ſed potius defecit.

12 Secũdus euẽtus, in quo donatio inter cõiuges morte donãtis nõ cõfirmat, eſt, ſi donãs † ipſe tacitè, vel expreſsè, donationẽ reuocet, qđ integrum illi eſt, liciteq; põt efficere. Ita hr̃ l. cũ hic ſtatus. §. ait oratio, & §. pęnitẽtia, ff. de donationib. inter vir. & vxor. c. vlt. eo. ti. l. 4. ti. 11. p. 4. & li. 4. Luſit. ord. tit. 9. in prin. Neq; eſt neceſſe, vt traditionẽ, ſeu poſſeſſionem, ẽt reuocet, vt Bar. voluit, ſed ſatis eſt, ſi de pęnitẽtia donantis cõſtet, in qua vſq; ad vitæ terminũ perſeuerauerit, non cõfirmando de nouo donationẽ, vt ſatis patet §. pęnitentia citato, & Ant. Gom. ad l. 50. Tau. nu. 65. aſſeuerat.

13 Tacitè † cenſetur donatio reuocata, ſi diuortiũ inter cõiuges ſequatur l. ſed interim. §. ſi maritus, & l. cũ hic ſtatus. §. ſi diuortiũ. ff. de donationib. inter vir. & vxor. & l. a marito. C. eo. ti. niſi ex mutuo cõſenſu, & beneplacito factũ eſſet diuortium, aut aliũde cõſtaret donantẽ velle, vt nihilominus perſeueret donatio, vt hr̃ §. ſi diuortiũ, citato, & no. glo. l. a marito citata. Itẽ tacite cẽſetur reuocata donatio, ſi donãs vẽdat, permutet, leget, aut donet eãdẽ rẽ alteri, imò ſi pignori illã alteri tradat, aut ſpeciali hypothecæ ſubijciat, niſi de volũtate donãtis cõſtet, intẽdere, vt donatio pſeueret. l. cũ hic ſtatus. §. ſi maritus & §. q quaſdã res. ff. de do. inter vir. & vx. l. ſi maritus. 2. C. eo. tit. c. vlt. eo. ti. & l. 4. ti. 11. par. 4. lib. 4. ord. ti. 9. in prin. ſtatuitur, ſi vnus cõiugũ tẽpore, quo filios nõ habebat, donet alteri cõiugũ rẽ aliq̃ poſteaq; donãti naſcantur filij, eo ipſo reuocari donationẽ, diſſolutoque matrimonio p mortẽ alterius cõiugũ, eã rẽ diuidendã eſſe inter ſuperſtitẽ, & hæredes defuncti. Idẽ ſubiũgitur eſſe, ſi ante cõtractũ matrimoniũ facta fuit ea donatio: ſi nãq; filij donãti naſcãtur, bonaque, iuxta cõſuetudinẽ eiuſdẽ regni efficiuntur cõia, tũc diſſoluto matrimonio, res ita donata diuidenda eſt æqualiter inter ſuperſtitẽ, & hæredes defuncti. Idẽ fieri pcipitur in ſimilib. euẽtib. Cũ verò hęc oĩa unico ſermonis ductu ſint diſpoſita; primaq; huius diſpoſitionis pars irrõnabilis uñr, ſi ĩtelligatur, qñ matrimoniũ celebratũ eſſet

Ius Luſitanũ.

con-

contractu arrharum,& dotis,eo ꝙ nulla æquitas patiatur,vt ſi vxor de dote ſua,aut bonis ſuis para phernalibus aliquid donaſſet marito,aut maritus vxori de bonis proprijs mariti,natis filijs , res ita donata æqualiter diuideretur inter coniugem ſuperſtitem,& hæredes defuncti; ſanè primam huius diſpōnis partē ſolū intelligo,qñ mrīmonium fuit celebratum contractu medietatis, de quo ſolo loquitur reliquum eiuſdem diſpoſitionis. Qñ aūt matrimonium celebratum eſſet contractu arrharum,& dotis, ſtandum eſſet diſpoſitioni iuris cōis l. ſi vnquā. C.de reuoc.don.de qua diſp.282. dictum eſt, ac proinde totum pertineret ad hæredes defuncti,ſi donans ab inteſtato diſcederet : ſi aūt condidiſſet teſtm̄ , diſponere ad libitū potuit de tertio rei illius, ſicut de tertio rei quorum bonorum ad ſe pertinentium Guterrius de iuram. confir.part.1 c.3.nu.16. refert l.3.tit.12.libro 3. fori,quæ ſic habet. *Si el marido quiſiere dar algo a muger, o la muger a el marido , no auiendo hijos , puedelo hazer deſpues que fuere el anno paſado deſque caſaren y no ante . E ſi deſpus deſta donacion ouiere hijo,no vala la donacion, fuer a quanto en ſu quinto.*

Ius Caſtellæ. Vbi in primis vides , corrigi ius cōe, vt valeat ſtatim donatio inter cōiuges, nec confirmatione p mortē donantis indigeat;modo tñ fiat poſt annum a matrimonio contracto & liberos non habeant . Corrigi deinde,quatenus natiuitate filiorum non reuocatur donatio in totum , ſed firma manet quo ad quintum bonorum donātis . Licet autem Ant.Gom.ad l.5.Taur.in calce nume.66. ſingularem eam,cum Pala.Ruuias,reputet, ſolūque in regno Caſtellæ arbitretur habere locū ius cōe quo ad primum annum à contracto mrīmonio dōnesq; intra primum annum factas confirmare reputet eo ipſo ꝙ annus elabitur, non ſecus atque de iure cōi morte donantis confirmantur; attamen idem Guter.loco cit.nu.25. cum Roderico Suarez,Greg.Lopez,& alijs ait, iudicādum non eſſe iuxta leges fori, niſi quatenus probatum fuerit vſu receptas eſſe; at verò non conſtare legē citatam vſu eſſe receptam,quin potius contrariū videri verum: præſertim cum in noua collectione legum eiuſmodi lex inſerta non fuerit .

Ius Luſitanū. Vt ad Luſitanum ius reuertamur,titul.9.citato,§.primo,ſtatuitur , quando donatio morte donantis confirmatur, ſi eiuſmodi donans hęredes aſcendentes,aut deſcendentes relinquat,eaque donatio legitimas illorum portiones contingat, poſſe hæredes illam reuocare,quatenus ipſorum portiones attigerit , computando donationem ipſam inter bona,de quibus legitima portio eſt deducēda: reliquum vero pertinebit ad legatarium . Id quod confirmat,donationes, non ſolum comparatione deſcendentium, ſed etiam aſcendentium, poſſe eſſe inofficioſas, vt diſputatione 283. dictū eſt. In eodem §.iuncto , §.2.ſubiungitur,ſi donās de tertio ſuorum bonorum,vltra eiuſmodi donationem,in totum,aut in partem , diſpoſuit, tunc, computatis rebus ita donatis cum reliquis defuncti bonis , ex toto aceruo deducendas eſſe legitimas portiones,& donationem quaſi legatum eſſe reputandam,vt pro rata inter illam, & cætera legata,tertium bonorum defuncti diuidatur:atque ita fiet,vt pro rata a donatione, & reliquis legatis detractum ſit,quantum neceſſe ſit,vt hæredū portiones legitimæ integræ remaneant . Hoc totum fieri ſimiliter debet in hoc Caſtellæ regno , ſi donans aſcendentes dumtaxat relinquit. Si verò relinquit deſcēdentes, idem fieri debet, ſed comparatione quinti bonorum , de quo ſolo in hoc regno diſponere is pōt,qui deſcendentes relinquit.

Diſpoſitio namque tota Luſitana,quæ §.1.& 2.citatis continetur , conſona eſt iuri communi , poſito,quòd in Luſitania fas ſit diſponere de tertio bonorum,ſiue is,qui teſtatur,aſcendentes , ſiue deſcendentes,habeat. Ius Caſtellæ.

Obſeruat Ant.Gome.ad l.50. Tauri,nu.67.in euentibus,in quibus donatio inter coniuges reuocatur, ſi donatarius rem donatam conſumpſerat, ſolum teneri , quantum ex illa factus ſit locupletior. Id tñ ſolum arbitror eſſe verum , ſi vel res abſq; culpa donatarij perijt, vel vtiliter conſumpta fuit,in expenſis, quas alioquin facere tenebatur maritus,aut cenſebatur contentus,vt eas faceret vxor: ſecus aūt ſi donatarius eiuſmodi rem donauit, aut inutiliter conſumpſit. Interim namq; dum videbat, dōnem confirmatam non eſſe morte donantis,fas illi non erat inutiliter eam expendere,atq; prodigere. Neque plus probant,l.quod aūt.§.ſi maritus,& l.ſed ſi vir.§.non vī.ff.de donat.inter virum , & vxor. l.ſi eum ſeruum, & l.ſi & me,& tibi.ff.ſi certū pet.quæ iura Ant.Gome. citat. Eodemq; modo intelligo , l.quod de bonis. §.ex donationibus,ff.ad l.Fal.

In euentibus,qui ſequuntur, valida ſtatim eſt
15 donatio inter virū,& vxorē. Primus,† ſi ab imperatore,rege,aut alio principe , qui ſuperiorem nō recognoſcit , fiat imperatrici, reginæ , aut ſimili vxori,vel econtra, ab eiuſmodi vxorib. viris ſuis. Ita habetur l.penult. C.de donation. inter vir. & vxor.

Secundus,ſi vir donat vxori, aut vxor viro,ad refectionem ædium igne combuſtarum , ſolum quantum poſtulat ædificij conſtructio.l.quod ſi vir.ff.de donat.inter vir.& vxor.

Tertius,ſi fiat cōpenſationis,aut remunerationis gratia. Vt ſi vir,& vxor mutuo ſibi aliqua donent: tunc.n. quamuis alter conſumat rē ſibi donatam,alter verò illam ſeruet, valet ſtatim donatio.l.quod autem.§.ſi vir & vxor.ff.de don.inter vir.& vxor.& affirmat Gama deciſ.231.num.2. Hac rōne, ſi vir ſenex aut ignobilis , donet vxori iuueni, aut nobili, in remunerationem nobilitatis,aut iuuētutis,vel cōtra vxor ſenex,aut ignobilis,donet viro iuueni,aut nobili, ſimiliter in recōpenſationem nobilitatis,aut iuuentutis,valet ſtatim donatio. Ita cum Bart. Pan.c.vlt.de donationib.inter vir.& vxor.num.7. Couarr.in epito.p.2.c.3.§.3.nu.2. Anto.Gom.l.50.Taur.nu.66.& 2.tom.var.reſ.c.4.nu.23. & communis doctorū ſententia,quam citant.

Tametſi Iulius Clarus q.9.citata.numer.5.limitandam illam cenſeat, vt ſolum vim habeat, quando fit in ipſo actu dotis conſtituendæ , non

verò

verò poſt dotẽ cõſtitutã,contractumq; matrimoniũ: cæterũ contrariũ affirmant doctores cõiter.

Quartus, qñ vnus cõiugum donat alteri, vt dignitatem aliquã aſſequatur: valida quippe eſt ſtatim donatio quoad ſummam ad id alteri coniugi neceſſariam l. quod adipiſcendæ, & duabus ſequentibus, ff. de don. inter vir. & vxor.

Quintus, quando donans non fit donãdo pauperior, eſto donatarius ditior inde fiat. Itemque quando donatarius non fit inde ditior, licet donans fiat pauperior. Ita habetur capit. vlt. de donationibus, inter virum, & vxor. l. 4. 5. & 6. ti. 11. par. 4. lib 4. Luſit. ordin. tit. 9. §. 2. & iuribus ſtatim citandis.

Quo loco obſerua, in re propoſita, donantem
16 † non dici pauperiorem ex eo, quod nõ acquirat id, ad ꝙ habeat ius dependenter ab ipſius acceptatione, ac proinde non dici fieri pauperiorem, ſi id in fauorem donatarij renunciet. Cenſeretur autẽ fieri pauperior, ſi poſt acceptationem id donaret alteri coniugi, ac proinde talis donatio non valeret, niſi prius morte confirmaretur. Vnde ſi quid donetur viro, & de mandato viri detur vxori, qa vxor id non accepit, niſi acceptatum a viro, non confirmatur ea donatio, niſi morte viri, vt habetur l. 3. §. vlt. ff. de don. inter vir. & vxo.

Exemplum, qñ donans non fit donando pauperior, eſt, quando quis hæredem conſtitueret vnum coniugatorum, aut illi relinqueret legatum, eidemque ſubſtitueret alterum coniugatorum: ſi .n. in fauorem ſubſtituti in modum donationis renunciaret hæreditatem, aut legatum, ea non acceptando, valida eſſet donatio, quia in ſenſu explicato, donans non fieret inde pauperior, eſto donatarius fieret ditior. Ita habetur l. ſi ſponſus §. ſi maritus 2. & §. ſi quis, ff. de donatio. inter virum & vxor. & l. 5. titul. 11. part. 4. Aliud exemplum eſt, ſi vnus coniugatorum alteri donaret rem alienã: quia namque donans non fieret inde pauperior, eo quod non det ſuum, valida eſt donatio ad effectum, vt vſucapi incipiat à puncto traditionis: Ita habetur l. ſed etſi conſtante, iuncta l. præcedente. ff. de donationibus inter vir. & vxor. & l. 5. citata.

Ex hac doctrina, & exemplis, inferũt Ant. Gomez ad l. 50. Taur. nu. 66. & 2. tom. variar. reſol. c. 4. num. 24. Roder. Suar. l. 1. tit. *de las ganãcias*,
17 lib. 3. fori, & alij, validam † ſtatim eſſe renũciationem, qua vxor, cõſtante matrimonio, viro renunciat lucra ex bonis vtriuſque. Credo tamen cum Greg. Lopez l. 5. citata glo. vlt. falſum id eſſe. Quoniam eo ipſo, quòd in hoc regno (aut in Luſitania, ſuppoſita cõſuetudine eius regni quo ad contractum arrharum, & dotis) matrimoniũ eſt celebratum, debitum eſt vxori dimidium lucrorum, vi ſolius contractus, idque independenter à noua acceptatione: vnde ius hoc ad quoſcunque ſuos hæredes tranſmittit: quarè, cum donatio, etiam remiſſionis debiti, inter coniuges inualida ſit, niſi morte confirmetur, vt patet l. ſi ſponſus §. circa venditionem. ff. de donationibus inter virum & vxorem, & affirmat Nauar. in Man. capit. 17. nu. 149. conſequens profectò eſt, vt inualida ſit talis renunciatio, niſi morte confirmetur, & niſi inſinuetur, ſi excedat ſummã, quã ſine inſinuatione fas eſt donare. Lege plura alia, quibus Greg. Lop loco citato hoc ipſum confirmat.

18 Exempla, qñ † donatarius non fit ditior, ẽt ſi donans fiat pauperior, ſunt. Si ex rebus à viro donatis vxor vnguenta ad ornatum emat l. ꝙ aũt. §. ſi maritus, & l. ſed ſi vir. §. non videtur. ff. de donationib. inter virum & vxorem. Item, ſi alter coniugum alteri donet ſepulturam, aut aliquid, ꝙ donatarius monaſterio, aut Eccleſiæ, vel in diuinũ cultum tradat. Qm̃ præterquam quòd hæc, vt religioſa fiant, aut in cultum Dei cedant, donãtur, non fit ex illis ditior donatarius, dum viuit, quãuis fortaſſe, niſi donata fuiſſent, expendiſſet in illis faciendis, pauperiorque fieret.

Ita habetur l. ſi ſponſus. §. conceſſa. ff. de donationib. inter vir. & vxor. & l. 6. tit. 11. par. 4. Præterea, ſi vxor viro donet, vt filiæ vtriuſque in dotẽ det; aut ſi poſtq̃ donauit conceſſit, vt id in dotem filiæ daretur, valet ex eodem capite donatio, vt habetur l. ſiue vxor. ff. de donationib. inter virũ, & vxorem, & notat Greg. Lop. l. 6. citata.

Illud obſerua, in euentibus, in quibus donatio inter coniuges ſtatim valet, ſi computata eiuſmodi donationes, deſcendentes, aut aſcendentes, non habeant ſuas integras portiones legitimas, quod deeſt ad complementum, tribuendum illis eſt de tertio donantis, non verò de donatione coniugi facta: quòd ſi tertium non ſufficiat, tunc, quod deeſt, ſupplendum eſt de donatione. Ita habetur lib. 4. Luſit. ordin. titu. 9. §. 3. Idemque dicẽdum arbitror ſtando in iure communi, atque ex natura rei: habetque id verum, eſto donatio, iuxta ea, quæ ſubiungemus, iuramento eſſet confirmata: quoniam iuramentum præiudicare non poteſt legitimis deſcendentibus, aut aſcendentibus, in bonis donantis debitis, iuxta ea quæ diſput. 283. dicta ſunt.

19 Dubium † poſtremo in hac diſputatione eſt, vtrum ea donatio ab vno cõiuge alteri facta, quæ non, niſi donantis morte, confirmatur, irreuocabilis fiat, ſi iuramento confirmetur, ſitq; proinde eo ipſo valida. Ad quod, cum Panorm. Bar. & cõmuni doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. in rub. de teſt. par. 2. nu. 2. Iulius Clarus lib. 4. ſentent. §. donatio q. 9. nu. 3. Anto. Gome. ad l. 50. Taur. nu. 66. Syluest. verb. donat. 2. q. 4. & Guter. c. 3. citato, dicendum eſt, proculdubio confirmari, & validam eſſe, non minus, quam alienatio facta à minori, aut alienatio fundi dotalis, validæ ſunt, ſi iuramento confirmẽtur, nihil impediente, quòd, ſecluſo iuramento, ſint irritæ, ipſoque iure nullæ: id quòd ſatis eſt perſpicuum ex ijs, quæ diſpu. 149. & duabus ſequentibus, dicta ſunt. Dubiũ Deciſ.

Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi donatio non eſt contra bonos mores naturales, neq; item eſt prohibita iure poſitiuo, imò neque nulla reddita, ſed ſolum iure humano facta eſt dependes è morte donantis ante donatarij mortem, conceſſa donanti facultate eam libere reuocandi, interim dum viuit: quæ duo ceſſant eo ipſo, quòd iuramento

mento eſt confirmata, non ſolum, quia iuramentum de re non illicita ſeruandum eſt ſub reatu culpæ lethalis, ſed etiam quia quando eſt de re licita, neque res iniquè accipitur à donatario, transfert in illum verum ius, quo illi deinceps eſt debita, immo transfert in illum dominium, ſi accedat traditio: quæ omnia in re, de qua agimus, reperiuntur. Quo fit, vt non ſolum valida ſit, atque irreuocabilis, talis donatio, ſi traditio accedat, ſed etiam ſi interueniat ſola promiſſio iuramento confirmata ſine traditione.

Illud tamen obſeruandum eſt, de iure Luſitano, tantum abeſſe, vt iuramento irreuocabilis fiat ea donatio, vt ſit eo ipſo nulla, niſi de licentia regis tale iuramentum ſit, adhibitum, iuxta ea quæ diſput. 149. dicta ſunt.

De ſponſalitia largitate, & donationibus ante nuptias, aut propter nuptias.

DISPVTATIO CCXC.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalitia largitas quid.*

2 *Spōſalitia largitas ſi aliud nō exprimatur, ſemper intelligitur ſub conditione matrimonij futuri.*

3 *Sponſalitia largitas quibus caſibus valida ſit, etiā ſi matrimonium non ſequatur.*

Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. nu. 4. 5.

6 *Donata per ſponſalitiam largitatem quando cenſeantur ea, quæ a ſponſo ſponſæ mittuntur.*

7 *Sponſalitia largitas inſinuatione non indiget, in quacunque ſit ſumma.*

8 *Donatio ante nuptias, & propter nuptias de iure commune quid.*

9 *Donatio ad nuptias in Hiſpanijs quid.*

1 QVod † vnus ſponſus de futuro alteri donat ante matrimonium per verba de præſenti contractum, appellatur ſponſalitia largitas. Quāuis autē quondā ante Cōſtantini tēpora, qđ vnus alteri ita donabat, niſi exprimeret, ſe ſub cōditione matrimonij futuri donare, fieret ſtatim abſolutè donatarij, ita vt eſto matrimonium poſtea non ſequeretur, neque donatarius, neque hæredes illius, tenerentur id reſtituere, vt patet l. ſi filiæ C. de donationib. ante nuptias, & alijs iuribus; a tēpore † tamen Conſtantini ſancitum fuit, vt eiuſmodi donatio, quando aliud non exprimitur, ſemper facta intelligatur ſub conditione matrimonij futuri. Quòd ſi matrimonium perficiatur, res tota eo pacto donata, fit integre donatarij.

3 Si † verò non perficiatur, diſtinguendum eſt. Quoniam, aut culpa donantis non perficitur; & tūc ſimiliter res tota efficitur donatarij. Quod ſi is, cuius culpa matrimonium non perficitur, viciſſim aliquid dono ab altero ſponſo acceperat, nihilominus id integrū reſtituit dāti. Si verò culpa donatarij matrimonium non perficitur, tunc id totum, quod dono acceperat, reſtituit donanti. Hæc omnia ſtatuta ſunt l. cum veterum, C. de donationib. ante nuptias, & l. 3. tit. 11. par. 4. Lege hac de re. Ant. Gom. ad l. 52. Tauri, num. 1. & ſequentibus.

Quando autem matrimonium ſine vlla ſpōſorum culpa non perficitur, vt morte alterius donantium, aut quia religionem, ante illud contractum, aut conſummatū, ingreditur, vel alia ſimili ratione, tunc diſtinguendum eſt. Quoniam ſi donatio ab ſponſo facta fuit ſponſæ, & neque copula, neque oſculum interuenit, tunc ſponſus, aut hæredes ipſius, recuperant totum, quod donatum fuit. Si verò interuenit oſculum, ſolum recuperant dimidium: alterum verò dimidium pertinet ad ſponſam, aut hæredes ſponſæ.

Qđ ſi interuenit copula, ante diſpoſitionē Cōcilij Tridentini, totum quidē pertinebat ad ſponſam, aut hæredes illius propterea qđ eo ipſo matrimonium celebratum ac conſummatum reputabatur. Hodie verò cum per copulam præcedentibus tantū ſponſalibus, nec conſummatum, nec celebratum, cenſeatur matrimonium nō plus conſequitur ſponſa per copulam, q̄ per ſolum oſculū. Quando verò donatio facta fuit ſponſo ab ſponſa, tunc ſiue interueniat oſculum, aut copula, ſiue non totum quod fuerat donatum, recuperat ſponſa, aut hæredes ſponſæ. Hæc oīa habentur l. ſi ab ſponſo C. de donat. ante nup. & l. 3. tit. 11. par. 4.

Habent vero locum, ēt qñ matrimonium, vel non perficitur, vel non conſummatur per ingreſſum alterius ſponſorum in religionē. Cum enim ſine vlla ſua culpa id efficiat, non ſecus ſponſa per oſculum dimidium rerum ſibi donatatum lucraretur, q̄ ſi per alterius mortem ſponſalia diſſoluerentur, vt affirmat glo. c. decreta legalia. 27. q. 2. verb. dāno, & conſentit, l. Deo nobis C. de epiſc. & cler. atq; affirmāt doctores communiter quos Anto. Gom. ad l. 52. Tau. nu. 8. refert ac ſequitur.

4 Nonnulla † circa hactenus dicta obſerua Primum eſt, de iure regni Caſtellæ poſt l. 52. Taur. inter ſponſalitias largitates cōputari, ēt quæ ſpōſi per verba de præſenti vnus alteri donant, anteq̄ matrimonium per copulam conſummetur; neq; habere in hoc regno rationem donationum inter virum, & vxorē, ſicut habent de iure cōi, atq; in Luſitania, vt diſputatione precedente dictum eſt. Quare, quæ de lucro dimidij harum donationū, quando interuenit oſculum, & ſponſalia diſſoluuntur per mortē, aut ingreſſum, alterius ſponſorum in religionum, paulo ante dicta ſunt locum ſimiliter habent in hoc regno, qñ matrimonium per verba de præſenti, antequam per copulā conſummetur aliquo illorum modorum diſſoluitur. Ius Caſtellæ.

Secundum eſt, de iure Caſtellæ quando, diſſoluto matrimonio, vxor lucratur arrhas, præceſſeruntque aliqua, aut aliquæ ſponſalitiæ largitates ab ſponſo factæ ſpōſæ, tunc vxorem non vtrumque, ſed alterum dumtaxat, lucrari: eique aut hæredibus illius, ſi ipſa defuncta ſit, concedi, vt intra viginti dies a diſſoluto matrimonio eligant, vel arrhas, vel ſponſalitiam, aut ſponſalitias largitates: quod ſi intra id tempus non elegerint, tunc ad maritum, aut ad hæredes mariti, ſpectat, vt debet, quod illorum ipſi maluerint, nempe, aut ſolas arrhas, aut ſolam ſponſalitiā, vel ſponſalitias Ius Caſtellæ.

ſalitias

ſalitias largitates. Ita ſancitum eſt l.52.Tauri.

Ius Luſitanū. 5 Tertium † eſt, in Luſitania, qñ matrimonium contractu medietatis bonorum eſt celebratū, quæ de ſponſalitia largitate dicta ſunt, ſolum habere locum antequam matrimonium conſumetur per copulam: eo.n. vſque bona ita contrahentium nõ ſunt cõia. Conſummato verò matrimonio per copulam, cum bona contrahentiū efficiantur cõia, vt lib.2.ord.tit.47. liquet, conſequens profectò eſt, vt bona per ſponſalitiam largitatem ab vno ſponſorum alteri collata, imò, & a quocunq; tertio communia vtriuſq; cõiugum fiant, ſintq; inter vtrumque, diſſoluto matrimonio, diuidenda, niſi peculiariter tempore talis donationis ea lege donentur, vt diſſoluto matrimonio peculiaria donatarij remaneant: quod rarò, aut nunquam, fit. Quin, & in hoc euentu lib.4.ordin.tit.9. in princip. ſtatui videtur, vt ſi filios tempore diſſoluti matrimonij habeant, diuidatur ea res inter vtrūque coniugem.

Dubiū 6 Quartum eſt, dubium † non leue eſſe, vtrum, quæ ſponſus mittit ſponſæ ante contractum matrimoniū per verba de præſenti, aut in hoc regno ante illud conſummatum per copulam, cenſenda

Deciſ. ſint donata p ſponſalitiam largitatem, ita vt efficiantur vxoris: an verò ſolū cenſenda ſint miſſa, vt ornatior ſponſa ad virū accedat, atque ad eam honorandā, aſque affectū illi oſtendendū, qualiter tpe matrimonij ſit ab eo tractanda, non autē quaſi dñium earum rerum in eam pertranſeat.

Ad hoc dubiū, quicquid in contrariū dixerit Ant.Gom. ad l.52.Taur.nu.4.& ſequentib. proculdubio dicendum eſt, niſi apertè conſtet, ſponſum aĩo donandi ea illi miſiſſe; iudicandū eſſe, ſolum ad fines poſteriori loco a nobis explicatos ea fuiſſe miſſa, ac proinde, neque dñium illorum ad eam pertranſiſſe, neq; tpe diſſoluti matrimonij hr̄e illa præcipua, neq; itē per oſculum dimidium illorum lucrari, ſi ante contractum matrimoniū ſponſalium diſſoluantur, aut in hoc regno matrimoniū ante, q̃ per copulam ſit conſummatū, dirimatur. Ita cum Bar. cõis doctorum ſnĩa, quā referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. libr.4. ſent.§.donat. q.10.& Gama deciſ.71.nu.1. iuxta quam ſententiam iudicatum in ea deciſione fuit in Luſitania. Vt enim agit gl. l.cum quid, ff. ſi cert.pet. nunquā cenſeri debet donatio, quando coniectura aliqua eſt, ex alia cauſa, quam donationis, fuiſſe aliquid collatum.

7 Quintum eſt, in † eiuſmodi ſponſalitia largitate, qñ eſt vera donatio, vt valeat, & per eā dñium transferatur, non videri neceſſariam inſinuationem eſto excedat valorem quingentorum ſolidorum: ſicut neque in arrharū collatione neceſſaria eſt inſinuatio. Ita apertè innuitur l.52.Taur. dū totū, abſque vlla d ſtõne, dr̄ pertinere ad ſponsā, aut dimidium, ſi ſolum interuenit oſculum. Atque ita audio eſſe vſu receptum in Luſit. cõſentit auth. vt ſponſalitia largitas in prin. Tametſi glo. ibidem meritò dicat, in longè diuerſa acceptione eo loco accipi ſponſalitiam largitatem.

8 Donatio † ante nuptias, aut propter nuptias, de qua iure loquuntur, erat donatio, quædam, quā maritus, vel mariti pater, aut alius loco mariti, faciebat vxori pp matrimonium in dotis recompēſationē, atq, ad maiorē dotis ſecuritatem, & cautelam. Erat verò vxoris conſtante matrimonio, tametſi adminiſtrō, & fructus illius pertinerent ad maritum. Diſſoluto verò matrimonio, eiuſmodi donō regrediebatur ad maritū, fiebatq; mariti.

Et quoniam, donatio hæc quondam ſolum fiebat ante nuptias, dicta eſt donatio ante nuptias. Poſtea verò, quoniam permiſſum fuit, vt tam ipſam, quam dos, fieri, conſtitui, augerique, poſſent poſt nuptias celebratas, dicta fuit donatio ꝓpter nuptias, vt habetur. Inſtit. de donationib.§. eſt, & aliud. Hæc omnia præter ius proximè citatum, patent, ex l. vlt. & authen. dos data, ac per totum titulum, C. de donationibus, ante nuptias, & ex l. 1, tit. 11. par.4.

Hodie tamen donatio propter nuptias in ea ſignificatione non eſt in vſu, præſertim in Hiſpanijs. Loco vero illius in Hiſpanijs ſucceſſerūt arrhæ in ea ſignificatione, qua a maritis dari conſueuerunt vxoribus. Tametſi donatio propter nuptias, de qua Cæſareo iure eſt ſermo, multum differat ab arrhis in hac ſignificatione, vt alio loco dicetur. Conſentiunt in his Anto. Gome. ad l.52. Taur. a numer.9. Iul. Clar. §. donat. q.10.& 11. Greg. Lop. l.1. citata ver. *En Eſpanna*, & ſeq. Aluar. Valaſ. conſult.2. à num.5. & Coua. in Epito. par.2.c.3.§.7. num. vlt.

9 At † aliquibus hodie, imo & a legibus Taur. vt diſp.238 dictum eſt, donatio propter nuptias id dicitur, quod a parentibus, aut ab alijs, maſculo donatur, vt vxorem ducat. Hæc tamē acceptio longè diuerſa eſt ab ea, de qua Cæſareo iure eſt ſermo: commodiuſque ea donatio appellabitur donatio ad nuptias: præſertim, quia ea ratione tolletur æquiuocatio, diſtingueturque hæc donatio a donatione nuptias, quæ antiquitus erat in vſu, de qua iure loquuntur.

De donatione patris ad filium.

DISPVTATIO CCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio patris facta filio cum traditione, ſi nõ reuocetur, confirmatur morte, & quo ad fructus trahitur retro ad tēpus, quo fuit facta traditio.*
Intelligendo tamen regulam debere, ſecundum inſinuationem.

2 *Donatio. facta a patre filio in poteſtate, quibus caſibus ſtatim ualeat.*
Et quid de iure Caſtellæ. nu.3.

De Donatione ob cauſam patris ad filium, quod valida ſit, & quouſque ad portionem cum fratribus ſit adducenda, dictum eſt. diſputa. 238.& ſequentibus.

De donatione item ſimplici patris ad filium, diſput.243. dicta ferè omnia ſunt, quæ dici hoc

1 loco poterat. Nempe, de † iure communi, ſi a patre

tre & filio, vtriuſque ſexus, ſit facta, qui ſub ipſius eſt ptāte, inualidam eſſe, niſi a patre facta ſit traditio. Præterea ēt ſi traditio ei ſit facta, integrum eſſe patri, interim dum viuit, illā reuocare. Si verò eam non reuocet, morte patris confirmari, fierique oīno validam, atq; retrotrahi ad tempus, in quo fuit facta traditio, vt, vna cum re donata, fructus inde percepti ad filium pertineant. Modo tñ, ſi facta ſine inſinuatione fuit, quantitatē non excedat, q̄ ſine inſinuatione pmiſſum eſt donare.

Alioquin per ſolā mortē patris non confirmatur quoad exceſſum; niſi mortis tpe expreſsè eam pater confirmet. Et tunc, valebit quidem quo ad exceſſum, non tñ vi dōnis, ſed legati, quod inſinuatione non indiget. Neque retrotrahetur tunc quo ad exceſſum, vt fructus a tpe traditionis vſque ad patris mortem percepti, ſpectent ad filium donatarium: vt hęc oīa ſimiliter locum habent in donatione inter coniuges, atque diſput. 289. ſunt explicata. Conſtant præterea ex l. donationes quas parentes, iuncta glo. ibi in verb. referatur. C. de don. inter virum, & vxorem, ex l. 2. iuncta gl. ibi in ver. familię. C. de inoffic. dona. ex l. cum rebus. C. de donationib. ex l. 4. tit. 15 par. 6. iuncta l. 3. tit. 4 par. 5 & ex alijs iurib. eaque affirmat Anto G m. 2 tom. var. reſolut. c. 4. in fi. ad l. 17. Taur. nu. 8 & ad l. 29 num. 26 Couar. c. Raynaldus de teſt § 2. nu 6 Greg. Lopez ad l. 4. citatam, Nauar. in Manu. c. 17. nu. 146. iuncto, nu. 149. & alij doctores communiter.

2 Excipiuntur ſequentes † caſus, in quibus eiuſmodi donatio facta à patre filio, qui ſub eius eſt poteſtate, ſtatim valet.

Primus eſt, ſi confirmetur iurō, vt diſput. 243. citata dictum eſt. Id quod eodem modo probatur, quo idem de dōne ab vno coniugum alteri facta diſp. 289. oſtendimus, & affirmat cōis doctorum ſnīa, quam referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus 4. lib. ſent. §. donatio. q 8. Couar. ca. quamuis pactum par. 3. §. 1. nu. 5. & Guter. de iuram. confirm. c. 4. nu. 4. Excipe in Luſitania, niſi de expreſſa regis facultate adhibitum ſit iuramentum, vt diſp. 149. 243. & 289. dictum eſt.

Secundus, ſi pater donet filio, qui ſub ipſius poteſtate eſt conſtitutus, vſumfructum, quem in bonis illius aduentitijs habet, iuxta ea, quæ diſputatione 8. dicta ſunt.

Tertius, ſi filio ſub ipſius poteſtate conſtituto proficiſcenti in bellum, aut in aulam regis, bona mobilia donet: ſtatim. n. valet donatio, fiuntque bona caſtrenſia, vt diſp. 230. dictum eſt. Tametſi in Luſitania reſtituere teneatur patri, ſi quid ſibi redeunti ſuperfuerit. Donatio item librorum facta a patre ei filio ſub ipſius poteſtate conſtituto, qui in procinctu eſt, vt facultatem, quam didicit, exerceat, ſtatim cōfirmatur. Idemque eſt ſi quoduis aliud ei donet ad exercitium eiuſdem facultas conducens, vt diſp. 231. dictum eſt. Ratio autem eſt, quoniam eo ipſo hæc omnia bona quaſi caſtrenſia talis filij efficiuntur, vt ibidem oſtenſum eſt. Tametſi eiuſmodi omnes donationes, de quibus in hoc tertio caſu loquuti ſumus, potius ad donationes ob cauſam, quam ad ſimplices donationes ſpectent.

Quartum addunt multi, quando donatio patris ad filium ſub ſua poteſtate conſtitutum, eſt remuneratoria pro obſequijs ſibi præſtitis. Cęterum donatio hæc potius eſſet ob cauſam, quam ſimplex donatio, de qua nunc agimus. Præterea, vtrum hæc ſtatim valeat, conferendaque ſit, diximus copioſe diſp. 244.

Nauar. in Manu. loco citato, cū Azone, addit, vniuerſim in omnibus euentibus, in quibus diſp. 289. dictum eſt, donationes inter coniuges valere ſtatim, valere etiam, ſi fiant à patre filio ſub ſua poteſtate conſtituto: quoniam hæc duo genera donationum ęquiparantur. Atque ita vult, ſi quid pater filiofamilias donet ad conſequendam dignitatem aliquam, & in alijs euentibus diſputatione citata explicatis, validam ſtatim eſſe donationem. Maiori tamen teſtimonio, quam Azonis id eſſet confirmandum. Cum enim hæc à diſpoſitione poſitiui iuris pendeant, oporteret afferre textum, vnde conſtaret, diſpoſita omnia ea in parte quo ad vnum ex his duobus generibus donationum, intelligenda ſimiliter eſſe quo ad alterum.

Diſputatione præterea 243. dictum eſt, de eodem iure communi, donationem ſimplicē factam à patre filio vtriuſque ſexus emancipato, aut à matre, vel ab auis maternis, aut ab auia materna (idem hodie eſt in Luſitania ab auo paterno) filio tam emancipato, quàm non emancipato, valere ſtatim, etiamſi non ſit ei facta traditio.

Quo fit, vt valeat ēt in Luſitania, facta à patre filio coniugato; eo qd eo ipſo cenſeatur emancipatus. Hæc habentur l. cū de bonis, & l. cū res. C. de donationibus, idem probāt, l. donationes quas parentes. C. de donationib. inter virū, & vxor. & l. 2. C. de inofficioſ. donationib. & affirmāt Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 4. in fine l. 17. Taur. nu. 8. & l. 29. nu. 26. doctoreſque alij communiter.

3 Dictum † item eſt, hodie de iure Caſtellæ poſt l. 17. Tau. quæ l. 1. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. iuncta l. 26. Tau. quæ eſt l. 10. tit. citato, donationem omnem ſimplicem factam filio, ſiue conſtituto in poteſtate patris, ſiue ſui iuris, & ſiue à patre ſit facta, ſiue à matre, aut ab alijs aſcendentibus, validam eſſe, etſi non interuenerit traditio. Ius Caſtellæ.

Attamē reuocari ꝑ libito poſſe vſq; ad mortē parētis, q illā fecit ſi non fuit facta traditio. Si verò traditio fuit facta, ēt per ſolam clauſulam conſtituti, eſſe omnino firmam, atque irreuocabilem.

Vnde ius cōe corrigitur. Primò, quia donatio facta à patre filiofamilias ſine traditione, eſt valida, & confirmatur morte patris: cuius cōtrarium iure cōmuni erat diſpoſitum. Secundò, quoniam donatio facta eidem filio, ſi cum traditione ſit coniuncta, ſtatim eſt firma, & irreuocabilis, cuius contrarium iure communi erat ſancitum.

Tertiò, quoniam donatio facta à patre filio emancipato aut a matre, vel ab aſcendentibus filio, etiam familias, ſine traditione, de iure communi erat ſtatim firma, & irreuocabilis: de iure vero Caſtellę ſemper eſt reuocabilis uſq; ad mortem donantis, interim dum non eſt facta traditio. In his, quæ hoc toto. §. dicta ſunt, conueniunt

Greg.

Greg. Lope. ad l. 3. tit. 4. par. 5. verb. *Novaldria*, & Ciſuentes, ac Pala. Ruuia, ab Ant. Gom. l. 17. Taur. nu 9. citati. Quorum ſniam præpoſuimus Antonij Gomezij opi. Lege, quæ ibi dicta ſunt.

Quouſque aũt eiuſmodi oẽs donationes, vel de iure communi, vel de iure Luſitano, aut Caſtellæ conferendæ ſint, aut non diſputatione citata dictum eſt. Illud verò vniuerſim eſt affirmã dum, ſi inofficioſæ competientur alijs deſcendentibus reuocari quo ad exceſſum, vt ibidem, & diſputationibus antecedentibus dictum eſt.

De donatione remuneratoria, & vniuerſum de donatione ob cauſam.

DISPVTATIO CCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio remuneratoria triplicis generis.*

POſtremo donatio in genere diuidi poteſt, in donationem ob cauſam, & in donationem ſimplicem, ſeu non ob cauſam. Quid verò vtrũque dõnis genus ſit diſp. 238. & 243. fuit explicatum. Ruiſus donatio ob cauſam diuidi poteſt, in donatione remuneratoriam, qualis eſt, quæ propter obſequia, aut beneficium acceptum, fit, & in donationem, quæ ob quaſcunque alias fit cauſas. Tam multa autem de donatione, tum remuneratoria, tum ob alias cauſas, varijs in locis hactenus dicta ſunt, vt non immeritò ſuperflua hæc diſputatio iudicari debeat. Dignum tamen duximus ſub peculiari titulo, ac diſputatione de eis mẽtionem facere, pauca quædam circa remuneratoriã donationem adijciendo.

Triplex donationis remuneratoriæ genus, meo iudicio, diſtingui põt. Vnum, quo ita obſequia accepta ad æqualitatem compenſantur, vt, niſi id fieret, non ſolum ingens ingratitudo committeretur, ſed & actio, vel negociorum geſtorũ, vel alia ſimilis intentari poſſe, quia non merè gratis cenſentur exhibita. De eiuſmodi donationib. ſermo eſt l. Aquilius regulus l. hoc iure, §. vlt. iunctis præcedentib. & l. ſi pater. §. vlt. ff. de don. atque de eiſdem donationibus diſput. 279. cum cõi doctorum ſententia dictum eſt, inſinuatione non indigere, & diſputa. 281. propter ingratitudinem non reuocari.

Verum præterea de eiſdem donationibus eſt, donare prohibitũ, ſi alioquin adminiſtrationem habeat bonorũ, non cenſeri prohibitum facere remuneratorias donationes, vt cum Bar. notant Panor. in rub. de donat. & c. per tuas, nu. 6. eo. tit. Syl ueſt. verb. donatio. 1. q. 3. & alij doctores, colligiturque ex iuribus citatis, eo ꝙ id ſimpliciter non ſit, donare, & ex ca. ſi quos, 12. q. 2. vbi definitur, prælatum, qui ſine ſolemnitate non põt alienare, poſſe nihilominus abſq; ſolemnitate facere competentes eiuſmodi remunerationes.

Alterum genus eſt, quo ex gratitudine quidẽ ad æqualitate beneficium, aut obſequium, exhibitum compenſatur, ſine vitio tñ prætermitti id poſſet: quia potius gratitudo & liberalitatis, in tali compenſatione cernitur, quam debitũ. Vt qñ famulo, qui ſtrenuè pro ſuo ſtipendio ſeruiuit, aliquid inſuper ex gratitudine donatur: quia dignus ea remuneratione eſt: tametſi abſque vitio prætermitti poſſet, atque in alijs ſimilibus euentib. Eiuſmodi aũt remunerationes poſſunt facere, prę latus, qui monaſterij bona adminiſtrat, quin & tutor de bonis pupilli, & alij ſimiles.

Longè verò plus facere eas poſſunt epiſcopus ſecularis de bonis epiſcopatus, & paterfamilias de ſuis bonis. Neq; credo patrẽfamilias in Luſitania teneri eas accipere in tertio ſuorum bonorũ, aut in Caſtella in quinto, ſi, interim dũ viueret, eas efficeret: qm̃ ad competentem adminiſtrationẽ bonorum eiuſmodi donationes, ſpectant, etiã ſi, pro quantitate obſequiorũ, aut beneficiorum, quæ accepiſſent, non leuis quantitatis illæ eſſent.

Dixi; ſi interim dum viueret eas efficeret: qm̃, cum adminiſtratio bonorum prælati conuentus, epiſcopi ſecularis, & patrisfamilias, cũ vita ipſorũ finiatur, conſtat, neq; prælatũ per vltimã volũtatem, imò neq; epiſcopũ ſecularem de bonis epiſcopatus, de quibus teſtari non põt, poſſe valide præcipere, vt poſt mortẽ ipſorum eiuſmodi remuneratoriæ donationes fiant; tametſi (etiã prælatus conuentus) admonere poſſent, ac tenerẽtur, vt remunerationes primi generis, tanquam vera debita, æs ve alienum, à ſucceſſoribus ſoluerẽtur.

Arbitrator etiam patremfamilias, ſi per vltimam voluntatẽ præcipiat, vt eiuſmodi remunerationes ſecundi generis fiant, teneri illas ſumere in tertium, aut quintum, ſuorũ bonorum, de quo liberè pro tempore poteſt diſponere: neque eſſe mandandas exequutioni de communi bonorum aceruo: eo quòd id rationem nõ ſubeat æris alieni, ac vere debiti, neque adminiſtratio bonorum pro eo tempore ad eum pertineat.

Tertiũ donationis remuneratoriæ genus eſt, quo debita & obſequia, de quibus in ſecundo genere loquuti ſumus, pluſquam ad æqualitatem, moderatè, tamen compenſatur; quatenus ad verè gratum animum ſpectat, non eſſe contentum æqualitate, ſed aliquid amplius compenſare, idque totum fines virtutis gratitudinis non egreditur. Hoc genus gratitudinis patribus familias de ſuis proprijs bonis competit.

Atque, ſi intra limites rectè rationis donatione inter viuos fiat, ſpectatis facultatibus ſuis, indigentia filiorum, ac reliquis circunſtantijs concurrentibus, arbitror non teneri id ſumere in tertio: aut quinto, ſuorum bonorum; ſecus autem ſi per vltimam voluntatem fiat, vt circa ſecundum genus donationis dictum eſt.

Hoc ipſum donationis genus merito tribuit Nauar. nõ ſolũ alijs beneficiarijs, & epiſcopis ſecularib. (quos immeritò dominos eſſe negat redituum ſuorũ beneficiorum) ſed etiã epiſcopis, & beneficiarijs regularibus, vt cum de teſtamentis Eccleſiaſticorum ageretur, relatũ eſt: quoniã ad licitam ac competentem adminiſtrationẽ eorum bonorum ſpectat, atq; ad ſuos competentes

ſumptus

ſumptus de bonis beneficiorum. Hoc idem remunerationis genus ſpectat (moderatius tamen multo) ad prælatos monaſteriorum de bonis monaſterij quæ adminiſtrant.

Ad tutores verò, & curatores, parum ſanè aut nihil, niſi diues valde eſſet minor, ſpectatiſque circunſtantijs concurrentib. expedire, ac decere, iudicaretur tale remunerationis genus: præſertim ſi congruentis eleemoſynæ potius, quam alterius prophanæ donationis id rationem haberet.

Dolus, culpa iuridica, & caſus fortuitus, quid: quotuplex item ſit iuridica culpa.

DISPVTATIO CCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Commodatum, & precarium inter lucratiuos contractus connumerari.*
2 *Dolus latè quid.*
3 *Dolus bonus quid.*
4 *Dolus malus quid. & nu. 9.*
5 *Calliditas quid.*
6 *Fallacia quid.*
7 *Fraus in quibus conſiſtat.*
8 *Machinatio, quid, & quæ comprehendat ſub ſe.*
10 *Culpa theologicè quid.*
11 *Culpa iuridica quot modis ſumatur.*
12 *Culpa iuridica latè quid.*
13 *Caſus fortuitus quid dicatur.*
14 *Culpæ latæ ſpecies quot. & nu. 20.*
15 *Culpa quando dicatur dolus.*
16 *Culpa à dolo diſtinguitur, quid.*
17 *Dolus verus quid, & quid præſumptus.*
18 *Culpa lata quid, & nu. 21.*
Quid leuis, & quid leuiſſima.
19 *Dolus quid requirit, vt diſtinguitur a culpa.*
22 *Equus commodatus ad aliquem vſum, quando periculo commodatarij, & quando commodantis perire dicatur.*
23 *Commodatarius ſi non adhibeat exactiſſimam diligentiam in re commodata cuſtodienda, de leuiſſima tenetur culpa.*
Secus in depoſito, locato, & ſimilibus, in quib. ſufficit illa diligentia, quæ communiter adhiberi ſolet num. 24.
25 *Caſus fortuitus quot modis ſumatur.*

1 LEgimus hucuſque de donationib. Dicendũ deinde eſt de † cõmodato, & præcario, quæ inter lucratiuos contractus computantur, vt diſput. 259. dictum eſt, atque adeo plus ad donationem, quam alij contractus, accedunt.

Vt verò circa hos, & alios contractus, atq; circa alia multa, commodius in ſequentib. explicetur, ex quanta iuridica culpa teneatur quis, aut non teneatur, prius, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita, erunt explananda. Dolus,
2 latè † ſumptus, eſt exequutio ſolertiæ, ſeu aſtutię, dicendo, faciendo, aut omittendo aliquid, quo rectè, aut non rectè, alius decipiatur in aliquo, idque ſiue in damnum id fit illius ſiue non. Quo fit, vt dolus interdum in bonam interdum in malam, ſummatur partem, vt cum Labeone Vlpianus l. 1. §. 1. ff. de dolo, ait: atque vt, in malam partem ſumptus, dolus malus nuncupetur, vt §. ſequenti idem Vlpianus ſubiungit, idque ad differentiam doli in bonam partem ſumpti.

3 Si † namque ſolertiæ exequutio, dicendo, faciendo, aut omittendo aliquid, quo alius decipiatur, fiat rectè, hoc eſt, conſentaneè ad rectam rationem, eſt dolus in bonam partem ſumptus: quo Paulus 2. ad Corint. 12. profitetur, ſe cum Corinthijs fuiſſe vſum, dicens; *cum eſſem aſtutus dolo vos cepi.* Eodem genere doli vſus eſt Salomon 3. Reg. 3. quando contendentibus coram ſe mulieribus circa infantem, cuiuſnam eorum filius eſſet, iuſſit diuidi puerum medium, vt veritas ab ipſiſmet manifeſtaretur. Eodem doli genere vtuntur ſæpe duces in bello iuſto, multa ſimulando; quibus decipiunt, ac capiunt hoſtes.

4 Quando † verò ſolertiæ exequutio peruerſe fit ad quempiam decipiẽdum, tunc eſt dolus malus: qui cũ Labeone ab Vlpia. §. 1. citato definitur. *Eſt calliditas oĩs, fallacia, ac machinatio, ad circumueniendũ, fallendum, ac decipiẽdum alterũ adhibita.*

5 Vbi † gloſ. calliditatis nomine intelligit, quando quis mente circumuenit, omittendo, exterius, quod facere aut detegere tenebatur: vt quando vendit rem, ſubticendo vitium, quod detegere tenebatur, lateatque ementem.

6 Nomine verò † fallaciæ, intelligit, qñ verbis decipit. Fallacia nãque autore D. Thom. 2. q. 118. artic. 8. a fraude differt, quod fallacia in verbis,
7 fraus † verò in factis, conſiſtat. Machinatio † aũt
8 videtur eſſe, verbis, aut factis, attentare decipere, aut circumuenire aliquem. Quo fit, vt machinatio fallaciam, & fraudem, ſub ſe cõprehendat: dolus verò latius adhuc pateat. Poſſumus verò dilucidius, ac breuius definire in hunc modũ dolum
9 malũ. Eſt † peruerſa exequutio ſolertiæ, dicendo, faciẽdo, aut omittẽdo aliqd, quo alius decipiatur.

Culpa autẽ longè aliter ſumitur a Theologis,
10 atq; a Iuriſperitis. Apud † Theologos namq; eſt deuiatio voluntaria a recta ratione, & lege Dei. Quo circa ſemper eſt Dei offenſa pœna digna: diuiditur verò in lethalem, & venialem.

11 Apud † iuriſperitos aũt duob. modis ſumitur. Vno, latè, vt ſuo ambitu comprehendit dolũ malum, tam verum, quã præſumptum, atq; alias iuridicæ culpæ ſpecies. Altero verò preſsè, vt reliquas culpæ ſpecies, præter dolum, comprehendit.

Dolus namq; vera culpa iuridica eſt. Hinc Bartol. l. quod Nerua. ff. depoſiti, ait; qui recipienti aliquem in famulum promiſit, ſe illum ſeruaturũ indemnem, ſi famuli culpa damnum aliquod ei adueniret, tunc illi teneri, ſi dolo famuli damnum ei adueniat; vt ſi famulus quippiam furto ab eo auferat: eo quod dolus vere ſit culpa.

12 Iuridicã † culpam, latè ſumptam, definit Bart. l. quod Nerua citata, numero 7. Eſſe deuiationem ab eo, quod bonum eſt, quodque per hominis potuit diligentiam prouideri.

Quod

Quod.n.tam inopinatè, ac præter ſpem euenit, vt neq; diligentiſſimi id præuiderent, ac vi-
13 tarent, † dr̃ caſus fortuitus. Quia verò deuiatio à bono, in qua deuiatione culpa iuridica eſt poſita, interdum conſiſtit in faciendo, & interdum in omittendo, inde efficitur, vt iuridica culpa, aliqñ in commiſſione, & aliqñ in omiſſione conſiſtat. Si nãq; rẽ tibi cõmodatam duxiſti ꝑ loca periculoſa, neque tibi commodata fuit, vt illis periculis eam exponeres, tunc, ſi ea occaſione pereat, culpa tua perire dicitur, quæ in cõmiſſione fuit poſita.

Quòd ſi negligens fuiſti circa conſeruationẽ illius, q̃a nõ adhibuiſti cuſtodiã, q̃ diligẽtiſſimus quiſq; adhibere potuit, atq; ea occaſione perijt, culpa ẽt tua perire dr̃, q̃ in omiſſione fuit poſita. Si aũt (ſpectato eo, ad quod res tibi fuit commodata) nihil commiſiſti, aut omiſiſti, quod diligẽtibus quiſq; non ſimiliter faceret, tunc ſi rapina, aut alia rõne pereat, dr̃, tui comparatione, caſu fortuito, abſque tua culpa, perijſſe. Explicationem hanc culpæ latè ſumptæ, & caſus fortuiti, amplectuntur cõĩter poſt Bar. tam iuriſperiti, quã theologi, de quorum numero ſunt, Pan. c. vnic. de cõ. nu. 13. Sylu. ver. culpa in prin. Naua. in Manu. c. 17. nu. 177. & 178. Adria. de reſt. q. quæ incipit, vtrum in foro animæ, quodli. 4. ad finem artic. 1. Gab. in 4. d. 15. ad finem, & alij.

14 Bar. l. citata (cum quo Pan. & multi † ex autoribus citatis conſentiunt) quinque ſpecies culpæ latiſſimè ſumptæ diſtinguit. Nempe leuiſſimam,
15 leuem latam, latiorem, & latiſſimã. Si † namq;, inquiunt, culpa ſcienter atq; de induſtria fit commiſſa, tunc eſt dolus Si verò non de induſtria, ac
16 ſcienter, ſed † ex incõſideratione, eſt culpa preſsè ſumpta, quæ a dolo diſtinguitur. Quia verò non aliter exterius ſcire poteſt, an quis ſcienter atque de induſtria inciderit in culpam, niſi vel per ipſis peccantis confeſſionem, vel per indicia; inde
17 efficitur, vt qñ dolus per peccantis confeſſionem, aut per manifeſta indicia conſtat, appelletur dolus verus, iuxta l. dolum. C. de dol. & glo. c. 2. de renunc. li. 6. ver. coniecturas. Atq; hic eſt, q̃ a Bar. appellatur culpa latiſſimam. Quando verò ſigna doli, vrgent quidem, ſed non ſunt adeò manifeſta, dicitur dolus præſumptus, quem Bart. la-
18 tiorem culpam appellat. Quòd ſi † culpa ſit ex conſideratione, tunc, ſi eſt, quia fecit, aut omiſit, quod vt plurimum homines ea in parte non facerent, aut non omitterent, dicitur culpa lata. Vt ſi librum quem commodatum, quis habebat, reliquit in ſcamno extra domum, vbi patebit volentibus eum ſurripere perijſſe dicitur culpa lata talis commodatarij. Sit verò culpa ſit, quia fecit, aut omiſit, quod diligentes ea in re non facerent, aut non omitterent, appellatur culpa leuis: vt ſi eundem librum reliquit commodatarius intra cubiculum, ſed aperto oſtio, vnde ſurripi poterat. Si denique culpa ſit, quia fecit, aut omiſit, quod ſoli diligentiſſimi non facerent, aut non omitterent, dicitur culpa leuiſſima. Nauarr. vbi ſupra exemplum adhibet in eo, qui eundem librum reliquit in cubiculo, claue quidem obſerato, attamen non tentauit manu, aut digito, num obſeratum maneret. Verumtamen condemnare non auderẽ leuiſſimæ culpæ eum, qui id digito, aut manu, nõ tentaret, niſi quando fuerat expertus, clauẽ fidelẽ non eſſe, ſed potius inter euentus fortuitos hunc computarem. Neque enim ad exceſſiuas, ſcrupuloſasque diligentias, aſtringendi ſunt homines in humano commercio, moralibusq; rebus.

Quarè arbitrio prudentis, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, ſunt hæc iudicanda. Exẽpla ẽt culpæ latæ, leuis, & læuiſſimæ, adhiberi poſsũt in artificibus, & in cæteris, qui munus aliquod exercent. Si enim eorum aliquis, in attinentib. ad ſuum munus, omittat, ꝙ vt plurimum alij omittere non ſolent, eaque de cauſa erret, dicetur ex culpa lata errare. Si verò omittat, ꝙ ſoli diligẽtes ſolent non omittere, dicetur errare ex culpa leui. Quòd ſi omittat, quod ſoli diligentiſſimi ſolent non omittere, dicetur errare ex culpa leuiſſima.

Sunt tamen circa hæc omnia nonnulla obſeruanda. Primum eſt, placere mihi, quod Syluestr. ver. culpa. qu. 1. ait. Videlicet, non rectè culpam preſſe ſumptam, diſtingui a dolo, ꝙ culpa ſit ex conſideratione, dolus verò qñ adeſt ſcientia. Ad
19 † dolum namq; plus requiritur, quam ſciã, nempe animus damnum ea via inferẽdi. Vnde ſi adſit conſideratio, & ſciã ſine animo damnũ inferendi, erit culpa, & non dolus. Vt ſi quis conſideret quidem ex eo, quod non adhibeat talem, vel talem, diligentiam, vel quod tale quippiam aggrediatur, periculo obijci rem alienam ſibi commodatam, & nihilominus pigritia, & ignauia non curet adhibere diligentiã, vel temeritate rem periculoſam aggrediatur, non intendendo proximi damnum, profectò non dicitur committere dolum, ſed latã, leuẽ, aut leuiſſimã culpã, prout fuerit id, quod omittit, periculum, cui rem alienam, domino inuito, exponit quippiam aggrediendo.
20 Præterea † magis placet diuidamus culpam latè ſumptam, in dolum, & in culpam preſſe ſumptam: atque hanc in latam, leuem, & leuiſſimam, quod conſonátius eſt iurib. Dolus autẽ præſumptus, ſi in re ſit qualis præſumitur, erit in ſe verus dolus: ſi verò in re non ſit qualis præſumitur, erit culpa, falſo dolus præſumpta.
21 Secundum eſt, ſic † fortè poſſe melius definiri culpam latè ſumptam. Eſt deuiatio, committendo, aut omittendo, ab eo, ad quod aliquo modo quis tenetur, & ſaltem per diligentiſſimos potuit præuideri. Dixi; eſt deuiatio ab eo, ad quod aliquo modo quis tenetur: qm̃ deuiatio ab eo, ad quod nullo modo quis tenetur, ſanè non eſt culpa. Quarè quia is, qui commodatum accepit equum ad bellum, aut ad iter per loca, quæ cõmodans ipſe intelligebat eſſe periculoſa, non tenetur vitare pericula, quæ bellum, aut tranſitus per ea,
22 loca, habet; conſequens profectò eſt, vt, ſi equus ex eo pereat, quod commodatarius illum periculis illis expoſuerit, non dicatur perire culpa commodatarij, neque ipſi, ſed commodanti, pereat, vt habetur l. ſi vt certo. §. planè. leg. eum qui rem, in princ. & l. vlt. ff. commodati, atque l. arboribus. §. nauis. ff. de vſufructu.

Secus autem, ſi maioribus periculis, quam ijs, ad

ad quæ commodatus eſt, eum exponat, aut in eis ipſis excedat, vt ex eiſdem iuribus conſtat.

Verbum aút, tenetur, in ea definitionis parte appoſitū, non ſignificat obligationem ſub culpa theologica, ſed teneri rationi contractus, quia aliàs periculum rei ad ipſum pertinebit, vel quia aliàs amittet aliquid, aut detrimentū aliquod incurret, eo modo, quo dicimus, teneri aliquem ſcire ius, ſin minus, ſi per iuris ignorantiā ſoluat legata nō detracta ex eis falcidia, illam amittit; neque poteſt eam repetere, vt ſuo loco dictum eſt.

Addidi in definitione; & ſaltem per diligētiſſimos potuit præuideri; & non dixi; per ipſum: q̄m licet, vt aliquis incurrat, qđ propriè in pœnā eſt ſtatutum, aut vt teneatur reſtituere ratione iniuſtæ acceptionis, neceſſe ſit, vt id præuideri, ac fieri potuerit per ipſummet, aut per interpoſitam ab eo perſonam, qđ facere tenebatur, & non fecit, aut quod vitare tenebatur, & nō vitauit: eò quòd, ſine voluntario ex parte peccantis, dari non poſſit culpa theologica; nihilominus, qñ ex cōtractu tenetur quis ad aliq̄ diligentiam, ita vt, ſi illam non adhibeat, res ipſi pereat & non domino rei illius, certè tunc, nō tam curatur de ea diligentia, q̄ ipſe poſſit re ipſa adhibere, q̄ de diligentia, quā homines (interdum diligentiſſimi) in ſimili re attentis circumſtantijs concurrentibus, ſolent adhibere.

23 Iuſ † namque humanum, conſentaneè ad naturalem æquitatem, atque vt homines promptiores eſſent ad eos contractus celebrandos, qui ad commercium & ſocietatem humanam conducunt, vt ſunt commodatum, depoſitum, locatum, & alij ſimiles, atque vt lites, difficultateſque circa euentus occurrentes de medio tollerentur, ſtatuit, vt in contractibus, qui in commodum ſolius accipientis fiunt, vt eſt commodatum, regulariter teneretur accipiens ad eam diligentiā circa conſeruationem rei alienæ, quam diligentiſſimi ſolent adhibere: is autem, qui commodato illā accipit, videat, num tantum onus ſubire velit, & num ad illud ſubeundem ſit aptus; ex eius quippe ineptitudine æquum non eſt, vt, qui commodato rem tribuit detrimentum patiatur: id quod ſatis conſtat ex l. 1. §. is verò ff. de actionib. & obliga. & ex §. item is, ver. at is, quib. mod. re contrahi. oblig. teneri autem cōmodatarium ad diligentiā, quam adhibere diligentiſſimi ſolent, eſt teneri de culpa

24 leuiſſima. In † alijs, autem contractibus, qui non ita ſunt in commodum ſolius accipiētis, vt ſunt, depoſitum, locatum, & ſimiles, noluit ius, vt accipiens ad tantam diligentiam teneretur, ſed vt regulariter, ſi contractus eſſet in commodum dantis, & accipiētis, teneretur ſolum ad diligentiam; quam adhibere ſolent diligentes, atq; adeo teneretur ſolum de leui culpa: ſi verò eſſet ſolum in commodum dantis teneretur ad diligentiā, quā homines ſolent communiter adhibere, ac proinde de ſola lata culpa, vt in progreſſu videbitur. Ex dictis conſtat id, quod Maior. in 4. d. 15. q. 45. Couar. reg. poſſeſſor, par. 2. § 7. n. 7. Adr. de reſt. q. citata, & alij adnotarunt; culpam videlicet iuridicè ſumptam, non ſemper habere coniunctā culpam theologicam, quin potius aliqū eſſe ſine vllo peccato lethali, aut veniali: præſertim, qñ aliqs tenetur ad diligentiam aliq̄, ſi conſequi, aut nō amittere, vult aliquod emolumentū, & qñ ex cōtractu aliquo ad diligentiam aliq̄, modo explicato, tenetur. Quare, ſi quis rem commodato accipiat, & qđ ſuapte ingenio ſit obliuioſus, illam in loco furib. peruio relinquat, eaque occaſione pereat, dr̄ culpa ipſius perire, teneturque, tam in exteriori, quam in conſcientiæ foro, reſtituere domino valorem illius, eſto, quando illam ita relinquit, in poteſtate ipſius, eo quòd eſſet obliuioſus, non fuerit, aliud facere, atque adeo eſto nullam theologicam culpam ea in re commiſerit.

Aduerſus primam definitionis partē ſic fortè obijcies. Depoſitarius, q in nullum ſuum cōmodū, ſed ſolius deponētis, rem aliq̄ accipit, nō tenetur de culpa leui, aut leuiſſima, ſed ſolum de lata culpa, aut dolo, vt ſuo loco videbitur: ergo non omnis culpa exigit, vt qui in illam incidit, teneatur aliquo modo ad oppoſitum, alioquin culpa leuis, & leuiſſima locum non haberent comparatione depoſitarij, ac proinde non rectè diceretur de illa non teneri: qui namque dicit depoſitarium de illa non teneri, ſupponit, incidere in illam, neque propter illam teneri reſtituere rem, quæ ex ea culpa perijt. Obiect.

Ad hoc argm̄, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Vt enim depoſitarius verè dicatur non teneri de culpa leui, aut leuiſſima, non eſt neceſſe, vt in illas incidat, & poſtq̄ incidit, ex illis, non teneatur; ſed ſatis eſt, ſi in illas nō poſſit incidere, eo quòd cōparatione illius, non adhibere diligentiam, q̄ homines diligētiſſimi, aut diligentes, ſolent adhibere, non poſſit hr̄e rōnem culpæ, ppea, q vi contractus depoſiti, ad eas diligentias non tenetur: quare depoſitarius, qui non adhibuit diligentiam, quàm ſoli diligentes, aut diligentiſſimi, adhibere in reb. ſibi traditis ſolent, ſi idcirco res depoſita pereat, rectè, vereque, dicere pōt, nulla ſua culpa rem apud ſe depoſitam perijſſe: quoniam ad eam diligentiam non tenebatur. Quo fit, vt falſum ſit, eum, qui dicit, depoſitariū non teneri de culpa leui, aut leuiſſima, ſupponere, depoſitarium in eas culpas incidere, neque propter illas reſtituere teneri rem depoſitā, ac proinde corruunt omnia quæ in probationem conſequentiæ adducuntur in argumento propoſito. Poſſumus etiam dicere, quando iura, & doctores inquiunt, depoſitarium non teneri de culpa leui, & leuiſſima, hoc ſolum intendere, non teneri de negligentia, quæ comparatione commodatarij, verbi gratia, eſſet culpa leuis, aut leuiſſima. Satiſfit.

25 Tertium † eſt, quamuis id propriè caſu fortuito euenire dicatur, quod præter ſpem, & abſque culpa euenit, in re tamen, de qua agimus, poſſe, ac debere latius ſumi. Nempe pro eo, quod abſque culpa euenit, eſto non præter ſpem eueniat, ſed potius euenturum credatur.

Hoc modo dicere poſſumus, equum commodatum ad bellum, aut ad iter per loca periculoſa, caſu fortuito perijſſe, id eſt, abſque commodatarij culpa, quando bello perijt, aut a graſſatoribus fuit captus.

H De

De commodato, & diſcrimine illius a precario, & quando res commodata repeti poſſit.

DISPVTATIO CCXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Commodati definitio, & etymologia.*
2 *Commodati materia quæ.*
3 *Commodatum quot modis inſumatur.*
4 *Commodatum vt a precario diſtinguitur, quid.*
5 *Precarium quid.*
6 *Commodatum proprie repeti non poteſt ante tempus completum tacite vel expreſſe, pro quo fuit conceſſum.*
7 *Commodans quando teneatur ad damna commodatario ſubſequuta.*
8 *Commodatum quando reuocari poſſit ante tempus ad vſum conceſſum.*
9 *Commodanti ſuperueniens detrimentum in re commodata, eſt ſufficiens cauſa ad reuocandum cõmodatum.*
10 *Commodatum, & donatio in quibus differat.*

1 COmmodatum, † vt Inſtit. quib. mod. recontrah. oblig. §. item hř, *eſt rei alicuius quo ad ſolum vſum gratuita conceſſio.* Dř verò commodatum, quaſi vtentis commodo datum, ſeu conceſſum, vt gl. 1. c. vnic. de commod. ait. Is aũt, qui rẽ commodato accipit commodatarius appellatur.

In definitione dictum eſt, quo ad ſolum vſum, qm̃ quando equus veſtis, aut aliquid aliud, commodatur, non conceditur res quo ad dominium: imò neque quo ad poſſeſſionem, ſed commodãs poſſidere dř, etiam naturaliter, per commodatarium, vt hř l. rei commodatæ, & l. ſequenti. ff. cõmodati. Quia ergo ſolum conceditur quo ad vſũ, dominium verò remanet penes commodantem, eadem numero eſt reſtituenda: atque, ſi abſq; vlla commodatarij culpa pereat, non ipſi, ſed commodanti, cuius eſt, perijt, vt habetur Inſtit. quib. mod. recontrah. oblig. §. itẽ is, & § at is, & alijs iuribus. Additum in definitione eſt; gratuita conceſſio: quoniam ſi res concedatur ad vſum pro aliquo intereſſe, non erit commodatum, ſed vel locatio, ſi intereſſe, pro quo conceditur, ſi pecunia vel contractus innominatus, ſi ſit aliquid aliud.

2 Materia † cõmodati ſunt res, tam mobiles, q̃ immobiles, vt hř l. 1. §. inter commodatum. ff. cõmodat. Illæ præſertim, quæ vſu non conſumuntur: quę namque conſumuntur vſu, vt pecunia & aliæ ſimiles, commodari nó poſſunt, niſi ac pompum, & oſtentationem, vt hř l. 3. §. vltimo, & l. ſequenti. ff commodati. Syl. verb. commodatum q. 1. nomine, Pompæ, omnẽ vſum intelligit, qui non eſt rei conſumptio. Ego dicerem, quãdo iura diſcrimen tradunt inter commodatum, & mutuum, ꝙ mutui materia ſint res, quæ in pondere, numero & menſura conſiſtunt, vt pecunia, triticum, vinũ, oleum, &c. commodati verò res, quæ vſu non conſumũtur; intelligendum id eſſe, quia regulariter, & vt plurimum ita euenit, atque ad effectum, vt in dubio, an contractus aliquis ſit cõmodati, aut mutui, ſi materia ſit res, quæ vſu conſumitur, iudicemus eſſe mutuum, alioquin cenſeamus eſſe commodatum.

Illud eſt obſeruandum, qui ius habet vtẽdi re aliqua, vt quia illam conduxit, aut alia ratione, eſto res illa aliena ſit, poſſe illam commodare, atque hoc eſt, quod aſſeritur, l. 1. §. inter commodatum. ff. commod. illis verbis; *Iulianus amplius, ẽt habitationem commodari poſſe ait.*

Si pupillo aliquid cõmodato detur ad certum tp̃s, aut ad aliquẽ certũ vſum, obligat contractus commodantem, ita vt ante id tempus, vel ante eũ vſum cõpletum, reuocari ab eo nõ poſſit. Si verò ipſe aliquid cõmodato det ſine tutoris autoritate non obligat eum contractus, ſed poteſt reuocari. Quia licet pupillus obligare ſibi poſſit alium ſine tutoris autoritate, non tamen ſine eadẽ autoritate põt alteri obligari. Ita habetur l. Iulianus. §. antepen. ff. de actionib. empt. & alijs iuribus.

Neq; pupillus, qñ ei aliquid cõmodatũ eſt, tenetur, niſi de dolo. Quòd ſi dolus nõ interueniat, reſque commodata pereat, aut deterior facta ſit, ſolum tenetur quatenus ex illa factus fuerit locupletior. l. 1. §. vlt. & l. 2. & 3. ff. commodat. iuncta l. 1. §. an in pupillũ. ff. depoſiti. Hæc oĩa ſimiliter hẽnt locũ in prodigo, & in eodem pupillo pubere iã facto, ſi minor ſit viginti quinq; annis, & curatorẽ habeat. Lege quæ copioſè circa hæc omnia diſput. 224. a §. vt ad minorũ cãs, &c. dicta ſunt.

3 Commodatũ † interdũ ſumitur latè, vt cõprehendis ẽt precariũ: interdum verò preſſe, vt a precario diſtinguitur. Atq; hoc ſecundo modo conſueuit accipi in iure.

4 Qñ † namq; aliquid cõmodatur ad certum tp̃s, aut ad certum vſum, ita vt tacitè ad certum tp̃s, prudentis taxandũ arbitrio, cenſeatur commodatum, dř commodatum preſſe. Tale eſt, ſi quis cõmodet al qd ad mẽſem, aut ad decem dies, vel ad aliud tempus determinatũ.

Tale itẽ eſt, ſi cõmodet librum, vt tranſcribatur, aut equũ ad iter agendum ab Hiſpali Olyſſiponẽ: eo. n. ipſo cenſetur cõmodaſſe librũ in tm̃ tempus, quantum iudicatum fuerit neceſſarium, vt tranſcribatur, niſi aliud in contractu fuerit expreſſum; & equum in tm̃ tempus, quãtum fuerit neceſſarium ad eundum Olyſſiponẽ ad redeundũ; niſi aliud ſimiliter fuerit expreſſum.

5 Qñ † vero aliquid commodatur vſq; ad beneplacitũ cõmodantis, quia videlicet ita expreſſum fuit in contractu, vel quia neq; expreſſum fuit tempus, neq; talis vſus fuit expreſſus, vnde tacitè intelligatur ad certum tp̃s, prudentis arbitrio iudicandum, fuiſſe commodatum, tunc dicitur precarium Nomine impoſito, quia ad preces eius, qui id petit, ſoleat concedi. Diſcrimen hoc inter commodatũ, & precarium, habetur l. 1. ff. de precario, & colligitur apertè ex c. vlt. de precarijs, iuncto ca. vnic. de commodat. conſentiuntque doctores cõiter: in hac autem diſputatione, & ſequentibus, ſolũ erit nobis ſermo de commodato preſſe ſumpto, in diſput. verò 298. de precario.

In

6 In cõmodato † preſſe ſumpto repeti non põt, ꝙ commodatum eſt, ante completum tps tacitũ, vel expreſſum, pro quo fuit conceſſum. Id namq; iniuſtitia eſſet, neque commodatarius teneretur id reſtituere ante tale tempus elapſum, eſto a cõmodante exigeretur: quin potius, ſi a commodatario ſine libero ipſius conſenſus auferretur, accipiens, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro, teneretur ad intereſſe, damnorumque reſtitutionem, vt hr̃ l. in commodato. §. ſicut. ff. cõmod. & c. vnic. eodem tit. Sicut enim donatio liberalitas ac beneficium eſt dum fit, aut res promittitur, obligat tamen donantem poſtquam facta eſt, neque ſine iniuſtitia poteſt res donata repeti: ita cõmodatum (quod donatio quædam eſt quo ad vſum rei quæ commodatur) liberalitas, ac beneficium eſt, dum fit, aut promittitur, poſtquam autem ad certum tps, aut vſum, eſt conceſſum, repeti ſine iniuſtitia nõ poteſt ante tale tps, aut vſum expletum. His accedit, ex beneficio oportere eũ, in quem confertur, non decipi, ſed adiuuari: ſi autem rem commodatam, ad certum vſum, aut tps, repeteret commodans ante talem vſum, aut tps, expletum, deciperetur commodatarius, damnũque ex commodato reportaret: qui, ſi ſciret rem intempeſtiue repetendam, vel non fuiſſet id aggreſſus, ad ꝙ rẽ cõmodatam accepit, vel aliunde ſibi prouidiſſet, vitaſſetq; damnum, ꝙ ex ea intẽpeſtiua repetitione ipſi ſequitur. Atque hãc rationem conficiunt, ac reddunt duo iura citata.

Hic, antequã dubium circa proximè dicta excitem, obſerua. Ex hoc † eodem fundo eum, qui
7 ſciens, & prudens, commodauit rem inutilẽ, aut nociuam ad vſum, ad quem petebatur, vnde detrimentũ commodatario obuenit, teneri ad damna cõmodatario ſubſequuta, vt ſi vitioſa vaſa ad vinum in eis fundendũ commodauit, ſecus autẽ, ſi ignorans id fecit. Ita hr̃ §. ſicut citato, l. in reb. §. item qui ſciens, & l. pen. ff. commodat.

Quæſ. 8 Dubium † circa doctrinam paulo ante traditã eſt, vtrũ, ſi commodanti inopinatò ſequatur tpis proceſſu æquale, aut maius, detrimentum ex eo, quod commodatum non reuocet, ei, quod cõmodatario ex reuocatione ſequeretur, poſſit ante tẽpus, aut vſum, expletum, licitè illud reuocare. Dictum eſt, ſi inopinato ſequeretur, quoniam, ſi cõdans, quando rem commodauit, aut commodare promiſit, præuidebat, aut timebat, detrimentum illud futurum, & nihilominus commodauit, aut commodare promiſit, tunc nulli poteſt eſſe dubium, neque in conſcientiæ, neque in exteriori foro, poſſe reuocare commodatum inuito commodatario. Quoniam eo ipſo cenſetur voluiſſe ex liberalitate, non ſolum commodare, ſed etiam incommodum illud in dõnatatij gratiam ſubire.

Angelus ver. commodatum. nu. 4. & Syluest. ibid. q. 4. cenſent, quando commodatarius nõ potuit aliunde ſibi prouidere, quam accipiendo ita rem illam ab eo commodatè, poſſe commodantẽ in conſcientiæ foro reuocare commodatum ante vſum, aut tempus, expletum. Quoniam commodans ex re ſua ſibi potius debet prouidere, quam commodatario. Neque in eo euentu commodatarius iuſtè de commodante poteſt quæri, vel qđ damnum ex illius beneficio reportauerit, vel qđ fuerit, ab eo deceptus: quandoquidem præter cõmodantis intentionem euenit, neque quãdo commodauit, intendit ſe obligare, ad commodatum in eo euentu, non reuocandum.

Nauar. in Man. c. 17. nu. 182 affirmat, eandem prorſus eſſe rõnem in conſcĩæ, & in exteriori foro. Eaque de cauſa, neque in conſciẽtiæ foro poſſe tunc reuocare commodatum. Ad id vero, vnde Angelus, & Syluester ducuntur, rñdet. Quamuis commodans, antequam ex ſua liberalitate concederet commodatario vſum rei ſuę, debuiſſet prouidere ſibi potius ex ea re, quam alteri, non tamẽ poſt illum conceſſum: eo quod comparatum ſit iam alteri ius ad eum vſum, imò in eum vſum, & commodans teneatur ſeruare illi fidem. Deciſ.

Paucis, quid hac de re ſentiã, ſubijciã. In primis placet cũ Nauar. non aliter hac de re cenſendum eſſe in conſcĩæ, & in exteriori foro. Niſi qñ veriſimiles eſſent coniecturæ in foro exteriori, vnum fuiſſe animum commodãtis (ſaltem quaſi habitualem) aliumque re ipſa fuiſſe interius.

Si namq; commodans in ea erat diſpõne, qñ commodauit, aut commodare promiſit, qđ eſto intelligeret detrimentum illud ſibi obuẽturum, nihilominus commmodaret, aut cõmodare promitteret ad eundem vſum, aut in idem tps, ſanè tunc in conſcĩæ foro implere teneretur promiſſionem nondum impletam, reuocareq; non poſſet commodatum, quicquid iuxta ea, quæ ſubijciemus, in foro exteriori eſſet dicendum. Rõ eſt, quoniam tunc animum habuit commodandi, ẽt, cum tanto ſuo detrimento, ac proinde, poſt quã ſemel ſe ad id aſtringit, non põt in foro conſcĩæ, reuocare commodatum ante vſum, aut tempus, expletum, aut non implere promiſſionem.

Deinde, qñ promittens in ea erat quaſi habituali diſpõne, ꝙ, ſi præuideret æquale, aut maius, ſuum detrimentum, non ſolum commodare non promitteret, ſed ẽt rñderet, non intendere obligare ſe ad cõmodandum in eo euentu, tunc ſi nõdũ ꝓmiſſionẽ impleuit, atq; æquale, aut maius, detrimentum ſibi obueniat, ſi commodet, vtique neq; in conſcĩæ, neque in exteriori foro commodare tenetur. Quin, ſi nondum aduenit detrimentum, ſed ſuperuenturum timet, non tenetur adimplere promiſſionem, niſi alter contentus ſit, vt ſuperueniente detrimento, reuocetur commodatum. Doctrina hæc patet ex ijs, quæ diſp. 272. copioſè dicta sũt. Neq; enim liberalis, atque gratuita promiſſio, antequã traditione impleatur, plus obligat promittentem, quam ſe intenderit obligare: promittẽs autem, de quo modo nobis eſt ſermo, non intendit in eo euentu, variatiſque ita circumſtantijs rerum, ſe obligare. Neq; refert, ſi alius tunc idem commodatario promiſiſſet, niſi hic ſubuenire illi promiſiſſet, ac proinde ſi aliunde commodatarius ſibi prouidiſſet, elapſaq; ſit ea opportunitas: qm̃ id in cauſa non eſt, vt hic alius plus gratuita ſua promiſſione ſe aſtrinxerit, quam ſe obligare intenderit.

Præſertim cum impedimento non fuerit cõmodatario, vt promiſſionem exigeret ab alio: & cũ ſimile quid cum alio potuerit ei cõtingere. Illud addendum eſt, etiam ſi iureiurãdo ſe aſtrinxiſſet commodare, ſi tamen in prædicta fuit quaſi habituali diſpoſitione, non teneri commodare, vt diſputatione citata oſtenſum eſt: quoniam promiſſio iuramento confirmata eam habet tacitã conditionem, niſi ita mutentur rerum circunſtãtiæ, & commodatum nociuum commodati reddat: iuramentum autem ſuperadditum non excludit eandem conditionem. Lege quæ ibi dicta ſunt.

Obiec. 9 Quñ † aũt, poſt traditam rem commodato, ſuperuenit detrimentũ commodanti, niſi cõmodatũ reuocet, pro Nauarro hæc vrgens pugnat rõ. Quod cũ cõmodatarius per traditionem rei cõmodatæ comparauerit ius in re, vſus illius toto tempore pro quo eſt commodata, conſequẽs eſt, vt quemadmodum in gratuita donatione eo ipſo, ꝙ eſt facta traditio, translatumq; eſt dñiũ, nõ reuocatur ex indigentia illius, quæ ſuperuenit donanti, ſed ſolum ex cauſis expreſſis a iure quæ diſput. 281. & ſequentibus, explicatæ ſunt: ita reuocari non poſſit commodatum ex indigentia commodati, ac detrimento, quod ei obuenit, ſi commodatum ante tempus expletum non reuocet.

Refellitur. Cõtrarium nihilominus mihi vř probabilius, idque non ſolum in conſcientiæ, ſed ẽt in exteriori foro. In primis, propter voluntatẽ præſumptã commodãtis, ꝙ non intenderit ſe aſtringere ad non reuocandum commodatum in eo euentu ante vſum aut tẽpus, expletum, vt de ſingulis eſſe præſumendum, rei ipſius natura docet: in contractibus autẽ gratuitis, quale eſt commodatum, non plus commodans aſtringitur non reuocare contractum, q̃ ſe obligare intenderit illũ non reuocare, vt ex ſe eſt manifeſtum. Quare iura ſupra citata, quæ docent, cõmodantem ante vſum, ante tempus, expletum, non poſſe reuocare commodatum, per epicheiam intelligenda ſunt, regulariter, ſecluſaque circunſtantia, qua exiſtente, ex rei ipſius natura ſit præſumendum, non intendiſſe in eo euentu ſe obligare non reuocare contractum.

10 Deinde, qm̃ † longè diuerſa rõ eſt in donatione & in cõmodato. Cum.n. in donatione cõparet donatarius facta rei traditione, integrũ illius dominiũ, neque illa deinceps ad donantem pertineat, mirum non eſt, ſi ex eo, ꝙ donans temporis progreſſu ea grauiter indigeat, reuocare non poſſit donationem. At vero in commodato, dñium permaneat apud cõmodantem, eique res illa debetur, quo ad vſum: quare, cum præſumendũ nõ ſit, voluiſſe eam ita cõmodare, vt, ſi graue inopinatum detrimentũ inde ipſi proueniret, non poſſet commodatum reuocare, manifeſtum eſt, non eſſe parem vtrobique rõnem. Atque ex hac, & præcedente ratione ſatis apertè conſtat, infidelẽ nõ eſſe ex eo, ꝙ in eo euentu commodatum reuocet; qñ quidem non intendit ad id ſe obligare.

Tertio, qm̃ ſi filij naſcantur, reuocatur in totũ donatio facta extraneo, vt diſp. 282. dictum eſt, idque propter voluntatem præſumptam donantis, ꝙ in eo euentu non intenderit donare; multò ergo magis in commodato, vbi non transfertur dominium, fas erit reuocare commodatum, qñ inde notabile detrimentum commodanti conſtat, non intendiſſe in eo euentu commodare, in quo ſolo caſu nos dicimus, reuocari poſſe commodatum ante vſum, aut tempus, expletum.

Obiectio. Quarto, quia ſi ei, qui domum locauit, ſuperueniat neceſſitas habitandi in ſua propria domo, poteſt inde expellere inquilinũ, reuocareq; proinde contractũ oneroſum locationis, nihil impediente moleſtia, & detrimento inquilini, iuxta l. ædẽ C. de locato. & alia iura, vt ſuo loco videbimus: ergo multo magis, non ſolum in conſciẽtiæ, ſed etiam in exteriori foro, licebit reuocare contractum merè gratuitum commodati, qñ ex eo, ꝙ non reuocetur, æquale, aut grauius, damnũ antea inopinatum commodanti imminet.

Diluit. Habet autem hæc opinio verum, etiam ſi commodatarius tempore celebrationis cõtractus haberet, qui ipſi commodaret, eoque poſtea careret: qm̃ is, qui commodato dedit, liberum commodatario reliquit, exigere commodatum a quocunq; alio; neque ex eo, quod illi commodatũ exhibuit, intendit demere ſibi ipſi libertatem commodatũ reuocandi, ſi ipſe re ſua grauiter indigeret. Idemque contingere poterat commodatario; ſi ab alio commodatum acciperet, nempe vt, ſi alius grauiter re ſua indigeret, reuocaret ſimiliter commodatum, quod nõ reuocaret, qui re ipſa dedit, ſi re ſua grauiter non indiguiſſet.

Quod ſi quis aduerſus hanc noſtram ſententiã obijciat regũ. mutare, de regul. iur. lib. 6. quæ eſt 33. & ſic habet: *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.* Dicendum eſt intelligendam eſſe ſine rationabili cauſa, atque per ſe in alterius detrimentum, illud videlicet intẽdendo, ſecus autem ex cauſa rationabili, & per accidens in alterius detrimentum, illud minimè intẽdendo, ſed ſolũ per ſe intendendo vtilitate propriũ detrimentũ, vnde per accidens ſequitur alterius detrimentũ: quæ omnia in re propoſita cernunt.

Obiectio. Si rurſus quis nobis obijciat regulam 61 quæ habet. *Quod in gratiam alicuius conceditur, nõ eſt in eius diſpendium retorquendum.* Similiter dicẽdũ eſt, intelligendũ id eſſe abſque rationabili cauſa, & per ſe diſpendium alterius intendendo. Soluit.

Commodatarius. Quouſque teneatur, ſi res pereat, aut deterior fiat.

DISPVTATIO CCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Commodatarius quando teneatur etiam de leuiſſima culpa.*

Quando item de leui, lata, & de dolo. nu. 2.

Fallit in precario, in quo tantum venit dolus, aut lata culpa.

2 *Commodatarius regulariter non tenetur de caſu fortuito.*

Fallit

Fallit tamen.ut ibid

5 *Commodatarius quo caſu non teneatur rem reſtituere, ſed tantum æſtimationem uſus, & nu.8.*

Item quo caſu eam retinendo, neque peccaße dicatur.num.6.

7 *Commodatarius utendo re commodata ad aliud quã commodata eſt, contra domini uoluntatem, uel fines uſus excedendo, furtum committit.*

8 *Pactum, ne quis teneatur de dolo, eſt ipſo iure nullum.*

9 *Aeſtimatio rei quid operetur.*

10 *Commodatarius de qua culpa teneatur, ad reſtitutionem totius rei acceptæ.*

1 QVando † aliquid commodatum fuit in gratiam, ſeu commodũ, ſolius commodatarij, vt regulariter fieri ſolet, tũc, ſi res pereat, aut deterior reddatur, tenetur cõmodatarius, ẽt de culpa leuiſſima. Ita hẽ cap.vnic.de cõmodat.l.3.§.ſi reddita.l.ſi vt certò.§.nunc videndũ, & l.in reb. in prin.ff.commodat.l.1.§.is quoq;, & §.is verò.ff.de act.& oblig.§.itẽ is,ver.at is, Inſt.qb.mod.re contrah.oblig.li.2.tit.2.par.5.& alijs iuribus.

2 Qñ † verò aliquid commodatum eſt, tã in gratiam commodatarij, quam commodantis, vt ſi vaſa, aut aliquid aliud commodentur ad hoſpitio recipiendum communem amicum, quem commodans ſimul, in domo commodatarij, hoſpitio recipit, tunc commodatarius ſolum tenetur de leui culpa, & quacunque alia maiori, non verò de leuiſſima, vt hẽ l.in rebus, in princip.verſ.hoc itaque.ff.commod.

Quod ſi datum ſit gratia ſolius commodãtis, tunc cõmodatarius tenetur ſolum de dolo, vt hẽ l.ſi vt certo.§.interdum.ff.commodat. Adde. & de lata culpa, quæ, quo ad obligatione ex contractu, dolo æquiparatur, vt patet l. Nerua.ff.depoſiti, & l.prima, C.eo.tit.iuncta glo.ibi.

Exempla, quando res in gratiam ſolius commodantis cedat, traduntur, §.interdum citato, ſi vir ornamenta ſponſæ accommodet, vt ornatior ad ipſum accedat, vel ſi quis populo exhibiturus ludos, ſcænicis, quos ad id aſſumit, res ad repræſentandum neceſſarias tradat. Intelligerem verò id, qñ ſcænici nullum ſtipendium, vt repræſentarent, acciperent: vel qñ ſtipendium acciperent ſolum, vt repręſentarent, & is, qui ludos exhibet, ad apponendum omnia ſuis ſumptibus teneretur. Nam tunc neceſſaria ad repræſentandum in cõmodum ſolius, qui ludos exhibet, cederent.

Hæc eadem regula ſeruatur regulariter in contractibus, vt, qñ quod datur, cedit in commodum ſolius accipientis, teneatur accipiens, ẽt de leuiſſima culpa: qñ verò in commodum vtriuſque, teneatur de leui, non autem de leuiſſima, vt in pignore, & locato: & quãdo in commodum ſolius dantis, vt eſſe ſolet in depoſito preſſe ſumpto, accipiens ſolum teneatur de dolo, & lata culpa. Et colligitur hæc regula ex l.contractus.ff.de regulis iuris, iunctis, quæ ibi tradit Decius: conſentiuntque alia iura, atque eſt cõis doctorũ ſententia, cum Panorm.cap.de commoda.num.4.

3 Idcirco † autem in ea dictum eſt, regulariter: quoniam fallit regula propoſita in precario: licèt enim res in eo detur in ſolum commodũ accipiẽtis, quia tamen integrum eſt concedenti repetere, quod ita dedit, quando voluerint, ſtatuerunt iura, vt accipiens ſolum teneretur de dolo, aut lata culpa. Ita habetur l.quæſitum eſt.§.eum quoque, ff.de precario, & l.contractus.ff.de regu.iur. Fallit etiam aliquando in alijs contractibus, vt in progreſſu huius operis videbitur.

4 De caſu † fortuito regulariter non tenetur cõmodatarius, vt patet, c.vnic.de commoda.§.item is, ver.at is, Iuſti.quib.mod.re contr.oblig. l.ſi vt certo, §.nunc videndum ver.quod verò l.in rebus in princip.ff.commodati.l.1. C.eo.tit.l.1.§.is verò.ff.de actionib.& obligat.& l.2.tit.2.par.5. Dictum eſt, regulariter: in primis, quia de caſu fortuito tenetur, ſi id in pactum deductum ſit, vt hẽ, c.vnic.de commodat.l.1. C.eod.tit.& l.3.titu.2.par.5. Deinde quia, ſi commodatarius aliter, aut ad aliud, vſus eſt re commodata, quam ad id, ad quod fuit conceſſa, aut fuit in mora reſtituendi, atq; horum quicquam occaſio fuit, quod res periret, aut deterior redderetur (quod iura appellãt, commodatariũ in culpa fuiſſe caſus fortuiti) tenetur de caſu fortuito. Ita hẽ, c.vni.de commodat.§.item is, verſ.at is, Inſti.quib.modis.re cont.oblig.l.ſi vt certò, §.nunc videndum, ver.ꝙ verò, l.in rebus in princ.ff.commodat.l.1.§.is verò.ff.de actio.& oblig.& l.3.ti.2.par.5. Exẽpla ſunt. Vt ſi tibi equum in vnum locum commodaui, & tu eum duxiſti in alium, eaque ratione in latrones incidiſti, aut aliud infortunium ei accidit: aut ſi tibi commodaui vaſa, vt in domo tua faceres conuiuium, & tu ea longius aſportaſti, vel p mare, eaq; occaſione furto naufragio, aut alio infortunio, perierunt, vel ſi, quia in mora fuiſti, rem tibi commodatam reſtituendi, illa perijt.

5 Obſeruandum † tñ eſt, ſi res cõmodata eodem modo peritura fuiſſet apud dominum, eſto commodatarius non fuiſſet in mora illam reſtituẽdi, aut eſto non eſſet ea vſus aliter, aut ad alium, quã ad id, ad quod commodata fuit, tũc commodatarium non teneri illam reſtituere, ſed ſolum æſtimationem vſus, vltra id, ad quod accommodata fuit, aut lucri ceſſantis, ſi forte id lucrũ plus æſtimabitur, q̃ valor vſus illius. Ita Ang.ver.cõmodatum.nu.14.Syl.ibi.q.9.& ver.locatio, ad finẽ.q.17.Nauar.in Man.c.17.nu.179.& 183.& Couar.regu.peccatum part.2.§.6.nu.1.& Io.Medina de reſt.q.6.tametſi contrariũ aſſerat glo.c.vnico de cõmodato, ver.de leuiſſima, in fine. Ratio tñ noſtræ, atq; prædictorum doctorũ ſententiæ, eſt, qm̃ commodatarius non plus in eo euentu tenetur dño rei illius, quã illi fuerit cauſa, aut occaſio damni, ratione illius moræ, aut vſus extra id, ad quod fuit res conceſſa: quando autem res eodem modo peritura erat proprio domino, ſanè, neque cauſa, neque occaſio illi fuit, vt periret.

6 Obſeruandum † etiã eſt, ſi commodatarius putauit, dominum rei illius contentum fore, vt ipſe rem illã detineret, aut aliter, vel ad aliud ea vteretur, quã ad quod fuit petita, & reuera ita erat: tũc neque peccaſſe illam retinendo, aut eo pacto

ea vtendo,neq; ad vllam reſtitutionẽ in conſcientiæ foro illi teneri, eſto id occaſio fuerit, ꝙ res illa periret,imò neque in exteriori, ſi de tali commodantis animo in eo foro conſtaret. Ratio eſt, qm̃ re vera non eſt tranſgreſſus domini voluntatem.

Si tñ conſtaret commodatarium fuiſſe deceptum,eamque moram,atq; vſum rei cõmodatæ, fuiſſe contra dñi voluntatem, tunc, ſi id occaſio fuit,vt res periret,licèt non peccauerit, excuſante illum bona ſua fide, in foro tñ exteriori, & conſcientiæ,reſtituere teneretur valorem illius: eo ꝙ nefas illi fuerit,tranſgredi illo modo contractum commodati,niſi ſub conditione, quod,ſi contentus non eſſet,teneretur illi ad intereſſe.

7 Illud prætereà † eſt obſeruandum,qñ commodatarius re commodata vtitur contra commodãtis voluntatẽ ad aliud, quam ad ꝙ fuit commodata,vel certi, ac præſcripti ſibi vſus fines excedit,tunc dici committere furtum,dariq; commodanti furti actionem aduerſus illum,l.qui iumenta.ff.de furt.§.furtum eſt, & §.furtum autem fit, Inſtitut.de obligationibus, quæ ex delict.& alijs iuribus,quæ Couar.tertio,var.reſ.c.15. nu.8.citat. Meritò tamen cũ alijs, quos citat,ait,quando certum non eſſe,talem vſum credendum eſſe contra domini voluntatem, commodatarium ea de cauſa damnandum non eſſe,vt furem.

Qñ verò conſtaret,contra dñi eſſe voluntatẽ, ea de cã cẽſendum illum non eſſe infamem, qui ita damnaretur, neq; à iudice in hoc Caſtellæ regno imponi regulariter debere ſeptupli pœnam.

Hęc omnia, quæ de caſu fortuito circa contractum commodati dicta ſunt,ſimiliter ſunt intelligenda,in precario,depoſito,pignore,locato,& in alijs ſimilibus contractibus.

8 Illud † ẽt circa commodatum, & alios cõtractus,de quibus proximè mentionẽ feci, obſerua, ſi in pactum deductum ſit,vt accipiens non teneatur de lata culpa,aut de alia minori, tunc,eſto res ex tali accipientis culpa pereat, non teneri illam reſtituere: quoniã volenti,& conſentienti nõ eſt facta iniuria. Pactũ aũt,vt accipiens de dolo non teneatur,eſt ipſo iure nullum, vt pote contra bonos mores,vt habetur l.in commodato. ff.cõmodati,& l.1.§.illud non eſt.ff.depoſit. Lege quæ diſput.271.a §.non ſolum,& c.dicta ſunt.

Quæſ. Bart.& quidem alij, quos Anton.Gom.2.tomo var.reſol.cap.ſeptimo, numero primo refert, ac ſequitur,affirmant,quando

9 † in eiuſmodi cõtractibus res traditur æſtimata æſtimationem operari, vt, ſi ex contractu accipiens tenebatur de leuiſſima culpa,vt in commodato,teneatur etiam de caſu fortuito; ſi verò tenebatur ſolum de leui culpa,vt in pignore,& locato, teneatur etiam de leuiſſima,non autem de caſu fortuito, ita vt ſemper æſtimatio operetur, accipientem teneri amplius ex vno gradu, quam alioquin vi contractus teneretur.

Ducuntur, ex l.ſi vt certo, §.nunc videndum, verſicu.commodatum. ff.commodat.vbi ſic ſcriptum legimus. *Et ſi forte res æſtimata data ſit,omne periculum ab eo præſtandum,qui æſtimationem ſe præſtaturum recipit.* Vbi gloſ.iuxta Bartol.opinionem id exponit,ſimilisque alia gloſ.habetur l.ſed,& ſi.§.quæſitum verb.ſpecialiter,in fine,ff. ſi quis cautionib.

Item ducuntur ex l.1.§.vltimo,ff.de æſtimat. actione,vbi habetur,ſi res vendẽda tradatur æſtimata,ea lege, vt vel æſtimatio, vel res ipſa reddatur ab eo,cui vendenda traditur, tunc periculum pertinere ad eum,cui traditur.

Contrariam ſententiam aſſeuerant Ioan.And. & Pan.cap.de commodat, Syluest.verb.commodatum. quæſt.10.7.& alij. Nempe,æſtimationem ſolum operari,vt ſit certum, quid reddendũ ſit, in euentu,quod non res ipſa, ſed æſtimatio illius ſit reſtituenda,eo quòd perierit, aut deterior reddita ſit,culpa accipientis, iuxta naturam contractus. Ac ſanè mihi diſplacet opinio glo.Bartol.& eorum,qui illos ſequuntur. Decis.

Neque enim video ius, vnde colligatur, æſtimationem in vnoquoque contractu operari additionem vnius tantum gradus vltra eos,ex quib. alioquin vi contractus accipiens teneretur, neque id cum recta ratione, naturaque ipſa rei, conſentit. Quarè arbitror eſſe dicendum,iura,quibus autores contrariæ ſententiæ nituntur, intelligenda eſſe quando ex modo tradendi rem æſtimatam, obligandique accipientem,vt in omnem euentũ, vel eam æſtimationem, vel rem ipſam reſtituat, ſufficienter intelligitur, periculum totum reijci in accipientem; tunc verò non vnus tantum periculi gradus,vltra eos, ex quibus alioquin teneretur, reijcitur in accipientem, ſed omninò totum periculum. Quando ergo id ſufficienter non exprimitur, aut ex patriæ conſuetudine non ſatis intelligitur,ęſtimatio ſolum operabitur id,quod Panor.& alij affirmant.

Ex dictis,tum tota hac diſputatione, tum etiã diſputatione 28; ſatis perſpicuum eſt,falſum, & contra capit.vnicum,de commodato, & alia iura citata; itemque contra communem doctorũ ſententiam eſſe opinionem Soti 4.de Iuſti.quæſtio. 7.articul ſecundo, ante ſolutionem argumento-

10 rum,aſſerentis, in commodato, & in alijs contractibus,quibus dominium non transfertur, cõmodatarium,depoſitarium, conductorẽ,&c.non teneri de leuiori culpa,quam lethali, ad reſtitutionem totius rei acceptæ:ex leuioribus verò culpis teneri ſolum ad reſtitutionem partis rei pro culpæ quantitate.

Eidẽ opinioni ex parte ſubſcribit Ledeſmius 2.4.quæſt.18.artic.ſexto,§.ſed dubites,dicens,in conſcientiæ foro eiuſmodi accipientes obligãdos non eſſe ad tantam pœnam ex leuiori culpa, quã lethali.

In hac verò ſuam ſententiam idcirco incidiſſe videntur,quòd fuerint arbitrati, eiuſmodi accipientes ex parte iniuſtæ acceptionis, damnive iniuſtè illati,aut in pœnam, ad reſtitutionẽ obligari, neque attenderint, obligationem hanc ex natura ipſa contractus, poſita ciuilis iuris, ac canonici, diſpoſitione, non ſolum in exteriori, ſed etiam in conſcientiæ foro,conſurgere, vt Nauar. in Manu.cap.17. num.184. rectè aduerſus Sotũ adnotauit.

Præfer-

Præferendæne ſint res commodatæ proprijs, quando vtræque ſaluari non poſſunt, & cui pereant, ſi per tertiam mittantur perſonam.

DISPVTATIO CCXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Commodatarius tenetur de dolo, ſi in cōi periculo res ſuas omnes ſaluet, & commodatas omittat. Idem in precario, & commodato ad vtilitatem ſolius commodantis.*
2 *Commodatarius tenetur præferre rem commodatam pretioſiorem ſuæ propriæ viliori.*
3 *Cōmodatarius quibus caſibus teneatur rē ſuā, viliorē cōpenſare cum re commodata pretioſiori.*
4 *Precario rē cōmodatā pretioſiorem accipiēs, quando cum ea compenſare poſſit rem ſuam viliorē.*
5 *Commodatarius poteſt præferre res ſuas pretioſiores, rebus ſibi commodatis uilioribus.*
6 *Commodatarius tenetur præferre res commodatas ſuis proprijs, ſi æquè pretioſæ ſint.*
7 *Commodata res tradita nuncio ad eam deputato, periculo perit creditoris: alias ſecus.*
8 *Commodata res ſi ſit tradita nūcio, antequam per creditorem debitori ſignificetur, ut eidē tradantur, periculo perit debitoris.*
9 *Commodata res, quando mittitur ad commodantē per aliam perſonam, quam ab eo deſignatam, cuius periculo pereat.*
10 *Creditor ſi cum debitore conueniat, ut ei debitum mittat per eum qui tale ſignum attulerit, & alijs ueniat afferens tale ſignum, cuius periculo debitum pereat.*

DVo ſuperſunt dubia, quod attinet ad commodatæ rei cuſtodiam. Primum vtrum ſi commodatarius in naufragio, incendio, aut alio ſimili euentu ſaluare ſimul non poſſit res ſuas, & res commodato acceptas, teneatur ad aliquā reſtitutionem, ſi res ſuas ſaluet, & omittat commodato acceptas.

1 In primis † autē reſpondeo, ſi ſuas res omnes ſaluet, & commodatam, aut depoſitā, relinquat, præſumi in exteriori foro dolum, niſi cōtrarium aliunde conſtet, cogeturq; proinde illam reſtituere, vt patet. c. bona fides, de depoſit. l. quod Nerua. ff. eo. tit. iuncta l. ſi vt certo §. nunc videndum, ver. quod verò. ff. commod. Hoc autē verum habet, etiam in precario, & in commodato ad vtilitatem ſolius commodantis: quandoquidē hi omnes non ad minorem cuſtodiā rei acceptæ tenentur, quam depoſitarius, de quo iura priori loco citata loquuntur.

2 Deinde † reſpondeo, ſi res commodata pretioſior ſit, quā propria commodatarij, tenetur commodatarius præferre rem commodatam ſuæ propriæ, etiam ſi in commodū vtriuſque, aut ſolius commodantis, accepta ſit. Vtrum autem tunc compenſare poſſit ex re commodata iacturam ſuæ propriæ vilioris, quam reliquit, vt ſaluam faceret alienam pretioſiorem, mox ſubijciam.

Illam verò aliud in hunc modum probatur. Qm̄ etiam quando res accipitur in vtilitatem ſolius cōmodantis, tenetur cōmodatarius adhibere cuſtodiam adhibere ea, quæ quiuis hominū efficeret ad ſuas res proprias cuſtodiendas: quiuis autē, ſi ex duabus ſuis rebus vnā tantū poſſet ſaluā facere, omitteret viliorem, & ſaluam faceret pretioſiorem, ergo etiam commodatarius, de quo loquuntur, poſtponere debet rem ſuam viliorem, vt ſaluam faciat pretioſiorem commodantis.

3 Vtrum † autem compenſare poſſit rem ſuam viliorē? Diſtinguendum eſt. Qm̄ ſi commodatū fuit in gratiam, atq; vtilitatem ſolius commodatarij, compenſare eam non poteſt. Probatur qm̄ vi contractus, atq; beneficij accepti, tenetur ſuis ſumptib. ad eam cuſtodiam rei commodatæ qui diligentiſſimis quiſque in ſuis rebus proprijs adhiberet; ergo, non ſolum rem ſuam viliorem, ſed neque æquè pretioſam, quā amitteret, vt alienam commodatam ſaluam faceret, poſſet compenſare. Neque refert, ꝙ, vt infra dicetur commodans teneatur ad expenſas extraordinarias factas cum re commodata: qm̄ id non intelligitur de ijs, ad quas tenetur ratione contractus, & quæ ad cuſtodiam illius ſpectant, ſed de alijs extraordinarijs, vt ſi mancipium cōmodatum in morbum incideret, aut fugam ſua culpa arriperet, neceſſeq; eſſet aliquid expendere, vt illi ſubueniret, aut illud a fuga reuocaret. Si tñ res, quæ incendio, naufragio, aut alio ſimili infortunio, erat peritura, niſi induſtria commodatarij aſſeruaretur, ſimili modo peritura erat apud dominum, tunc probabile exiſtimo, poſſe commodatarium compenſare rē ſuam viliorem: qm̄ tunc cōe rerum vtriuſque cenſetur eſſe periculum, neq; occaſione commodati adueniſſet rei alienæ: in eo aūt euentu plus quiſq; ſubuenire debet ſuis proprijs rebus quā alienis. Itē, ſi poſtquam res aliena ex naufragio, aut incendio, eſſet erepta, neceſſe eſſet ſumptos aliquos ad illius conſeruationem efficere, quia detrimentum aliquod ex aqua, aut igne, perpeſſa fuerit, neceſſeque fuit ſubuenire illa aliquib. ſumptib. aut appoſita aliqua induſtria tunc hos ſumptus, valoreq; induſtriæ appoſitæ teneretur ſoluere dñs rei illius: eo quod id nō ſpectet iam ad cuſtodiā rei illius, ad q̄ commodatarius vi contractus tenetur.

Si aūt res fuit cōmodata in vtilitatē vtriuſq;, aut ſolius commodantis, tunc compenſare poteſt rem ſuam viliorem, neq; tradere tenetur commodanti pretioſiorem, quouſque ſoluat valorem iacturæ factæ in illius conſeruationem. Ducor ad hoc ita aſſerendū. Tum quia nullus cum iactura ſua videtur obligari ad rem alterius conſeruandam, qñ cōtractus in vtriuſque, & multo minus qñ in ſolam vtilitatem alterius celebratus eſt: eo ꝙ plus ſe, quam alterum, diligere debeat. Tum etiam, qm̄ pati iacturam in bonis proprijs ad ſaluandum aliena, eſt ſumptus cum rebus alienis facere, qñ autem contractus in vtriuſque, aut in ſolius dantis, vtilitatem celebratur, cer̄e is, qui dat, ſoluere tenetur expenſas neceſſarias ad rei acceptæ conſeruationem, vt deponens, locans, & tra-

deos in pignus, atque eadem ratione accommodans in vtriuſque, aut ſolius danus, vtilitatem.

4 De eo † autem, qui precario accepit, dubium eſſe poteſt, num compenſare poſſit rem ſuā viliorem. Cum enim ſolum teneatur de lata culpa, vr poſſe eam cōpenſare, non ſolum ſicut, qui cōmodato accepit in gratiā vtriuſque, & ſicut qui rem conduxit, aut in pignus eam accepit, ſed etiā ſicut depoſitarius, & qui commodato accepit in ſolius dantis vtilitatem. Exiſtimo tamen, qđ precarium non cedit in dantis vtilitatem, vt regulariter cedere non ſolet, ſed ſolum eſt beneficium accipientis, locum non habere eam compenſationem.

Ratio eſt, qm̄ quando contractus eſt in ſolius accipientis vtilitatem, ſuis ſumptibus tenetur ad illius cuſtodiam rōne beneficij accepti, idque poſtulat recta ratio, reiq; ipſius natura, ꝙ autem ius humanum in hoc contractu habenas laxauerit, vt, qui precario accipit, teneatur ſolum de lata culpa; id ſanè liberum eidem non facit, vt compenſare poſſit, quod ad cuſtodiam, intra limites eius culpæ vitandæ, neceſſarium fuerit inſumere, aut de rebus proprijs amittere.

Tertio reſpondeo, ſi commodatæ res ſint vilio
5 res, poſſe † commodatariū illis præferre res ſuas pretioſiores: quoniam æquitas nō patitur, vt quis longè maiorem iacturam in ſuis proprijs rebus patiatur, vt euitet minorem alienam, & quoniam commodatarius non tenetur, niſi ad exactiſſimā diligentiam, quam vnuſquiſque rebus ſuis adhiberet: nullus autem, vt conſeruaret res ſuas viliores, perire ſineret pretioſiores.

Cæterum, ſi cōmodatum fuit in ſolius cōmodatarij vtilitatem factum, ēt ſi precario eſſet conceſſum, tenetur commodatarius reſtituere commodanti valorem rerum commodatarū, quæ, vt ſaluaret ſuas, perierunt. Probatur, qm̄, vt ſupra dictum eſt, eiuſmodi commodatarius, etiam cum æquali ſuarum rerum iactura, tenetur adhibere eam diligentiam circa conſeruandas res commodatas, ad quam vi contractus aſtringitur: quarè, ſi in re propoſita illi permittitur præferre res ſuas pretioſiores vilioribus, ſibi commodatis, id non eſt, vt commodans iacturam rerum ſuarū patiatur, ſed ſolum, ne commodatarius iacturā patiatur maioris valoris, quem res propriæ, ſupra res commodatas, habent: ſi ergo conſeruare potius vult res ſuas pretioſiores, id eſſe debet cum onere, atque ea lege, vt commodantem indemnē ſeruet, valorē rerum commodatarium illi reſtituēdo. Si verò commodatū factum fuiſſet in vtriuſque, aut ſolius commodantis, vtilitatem, tunc cōmodatarius ad nullā reſtitutionem illi teneretur, ſicut neque conducens locāti, aut, qui in pignus accepiſſet, pignus danti, vel depoſitarius ei, q depoſuit; eo ꝙ, vt ſupra dictum eſt, ſi quæ expenſæ in eiuſmodi rebus conſeruandis factæ ſint ſoluere illas teneantur, qui dominium earum rerum retinent.

6 Poſtremò † reſpondeo, ſi cōmodatum, aut precarium, in ſolius commodatarij vtilitatem ſit factum, reſq; ita commodatæ æquè pretioſæ ſint cū reb. cōmodatarij, teneri cōmodatarium præponere res commodatas ſuis proprijs. Quòd ſi id non faciat reſtituere teneri earū æſtimationem. Probatur ex dictis, qm̄ eiuſmodi cōmodatarius, ēt cum æquali ſua iactura tenetur conſeruare res ſibi cōmodatas. Si verò commodatū in vtriuſq;, aut in ſolius commodantis, vtilitatem ſit factum, tunc commodatarius præponere poteſt res ſuas, æquè pretioſas, rebus commodatis, neq; ad vllam reſtitutionē commodati tenetur. Idē eſt in pignore, re cōducta, & in depoſito, qñ in vtilitatem deponentis, aut vtriuſque, eſt factum, idq; propter eandem rationem Pan. c. bona fides citato, nu. 2. Ang. Syl. & Armilla verb. commodatum, & ver. depoſitum, Gabriel. in 4. diſt. 15. qu 10. dub. vlt. & quidā alij, hæc aliter definiūt: ſed, quæ a nobis dicta ſunt, vt rōni longè conſonantiora, ſolidioribusq; fundamentis innixa, ſeſe nobis offerunt.

Secundū dubium eſt, vtrum, ſi cōmodatarius Quæſ. mittat ad commodantem per famulum, aut aliū internuncium, rem commodatam, & illa pereat, aut diſpareat, vel quia cum illa nuncius aufugit, vel quia caſu fortuito, aut quacunq; alia ratione, perijt, commodanti pereat, an potius commodatario, ita vt teneatur iterum eam reſtituere.

7 Ad hoc in † primis eſt dicendū, ſi cōmodās, aut Deciſ. quicumq; alius, cui ex quocunq; alio contractu, aut titulo, res, vel certa in ſingulari, vel in ſingulari incerta, ſed determinata in ſpecie, & quātitate deberetur, deſignaret aliquē, per quē ad ſe mitteretur, tunc vniuerſim, ſi poſtq̄ tradita eſſet perſonæ ab eo deſignatæ, res illa culpa nuncij periret, aut quacunq; alia rōne, vtique periret creditori, & non debitori, idque eſto obligatio reſtituendi ortum habuiſſet ex iniuſta debitoris acceptione, aut retentione. Ratio eſt, qm̄ eo ipſo, quod perſonam, cui traderetur, deſignauit, ratam habuit ſolutionem. Imò verò eo ipſo cēſetur per eam perſonam facta ei traditio, perſolutumq; ei debitū. Hæc patent ex l. cum qui. § vlt. l. ſi mei, ver. ſi dominus. ff. commod. & ex l. 4. ti. 2. par. 5. & conſentit. l. vlt. in princ. ff. nautæ caupones ſtabul. atque affirmant doctores citandi, & alij communiter.

8 Obſerua † tamen, ſi creditor nunciū mitteret ad debitorē, vt ad ſe mitteret rem cōmodatā, aut quocunque alio modo debitam, non tñ creditori illi ſignificaret, vt per eum nuncium illam ad ſe mitteret, tunc, ſi illam ei traderet, & ad creditorē non perueniret, nō cenſeretur facta ei ſolutio, neque magis creditori periret, quam ſi per alium eā mitteret, iuxta ea quæ dicenda ſunt. Ratio eſt, quoniam nuncius ille ſolum fuit deſtinatus, vt debitorem de ſolutione admoneret, non verò, vt illi ſolutio traderetur. Ita habet l. ſi mei. § cōmodatam. ff. commod. & l. 4. citata, atque affirmant doctores communiter.

9 Deinde † eſt dicendum quando quippiā in ſolam commodatarij vtilitatem fuit commodatū, & mittitur per perſonā a commodante minimè deſignatam, ſi commodatarius non fuit in mora id reſtituendi, neque in culpa, etiam leuiſſima, tradendo id tali perſonæ, vel ſe ad caſum fortuitum obligauit, aut iniuſta mora ipſius occaſionē præbuit, vt periret, quia, niſi fuiſſet in mora fortaſſe non perijſſet, tunc periret commodatario.

Exem.

Exemplũ prioris partis eſt, qñ id miſiſti p̃ ſeruũ, quem ſæpè expertus fueras fidelẽ, & ille cum eo aufugit, aut alia ratione periſit: tunc enim ſi nihil eorum interuenit, quæ in poſteriori aſſerti parte commemorantur, perit cõmodanti, cuius id erat, ac proinde ad nullã reſtitutionem teneris: quia, cum prudentiſſimus qu ſque nullã maiorem diligentiam, moraliter loquendo adhibuiſſet, certè neq; in leuiſſima culpa fuiſti. Poſterior verò pars ex ſe, & ex ſuperius dictis, eſt manifeſta. Vtraque verò conſtat ex l. eũ qui. §. vlt. ex duabus legibus ſequentibus, & ex l. argentum. ff. cõmodati, & ex l. 4. tit. 2. par. 5. atque vtramque affirmant Naua. in Man. c. 17. nu. 185. Angel. verb. commodatum. nu. 15. Syluester ibidem q 10 Pano. c. ſignificante de pig. num. 8. Bart. & cõ s ſnia, quam Anton. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 7. nu. 3. refert ac ſequitur.

Idem eſt dicendum, qñ commodatum fuit in vtriuſque, aut in ſolius commodantis, vtilitatẽ, in pignore, re conducta, re depoſita, & in precario, itemq; regulariter qñ res in indiuiduo determinata debetur, atq; ad creditorem mittitur, eſto dominium illius nondum ad eum pertineat: niſi .n. interueniat culpa, ex qua pro cuiuſq; contractus qualitatè, debitor tenetur, & niſi fuerit in mora rẽ illam reſtituẽdi, ita vt id occaſionẽ præbuerit, vt periret, itemque niſi ex leuiori culpa, aut ex caſu fortuito, ſe obligauerit, vtique perit creditori, nõ vero debitori, qui illã miſit. Quare, ſi is, q in vtriuſq; vtilitatẽ aliqd cõmodato accepit, id, vel pignus, aut rẽ conductã, miſit ad creditorem p cum, qui vir bonus habebatur, ſed cuius fidelitatẽ ipſe ſemel, aut nunq̃, fuerat expertus, atque internuncius cum ea fugiat, vtique res perit creditori, cuius erat; qm̃ in debitore nõ fuit leuis culpa, eam ita mittendo, neque ex minori culpa vi contractuum, ex quibus rem illam debebat, tenetur. Si verò, qui rem precario accepit, cõmodato in ſolius cõmodantis vtilitatẽ, vel qui depoſitam illam habet, ad creditorem eam mittat, per eum quidem, quẽ nunquam antea nouit, attamen, qui ei ſignificauit, creditorẽ dicere, vt eã ad ſe mitteret, & de quo debitor nullã ſiniſtram ſuſpicionẽ habebat, ſanè, quamuis illi mentitus fuerit ſe eſſe nuncium, ſi cũ ea re fugiat, perit creditori: qm̃ debitor non fuit in lata culpa tradendo rem eiuſmodi nuncio, ſed ſolum in leui, neque vi illorũ contractuum ex leuiori culpa, quàm ſit lata, aut dolus, tenetur. Quæ in hoc §. dicta ſunt, patent ex iuribus §. præcedente citatis, iuncta l. apud Labeonem. §. vlt. ff. de præſcr ip. verb. & conſentiunt doctores. §. præcedente citati.

Quando autem id, quod debebatur, incertum erat in indiuiduo, ſed certum in ſpecie, & quãtitate, quale eſt, quod ex mutuo debetur, & ex varijs alijs titulis, tunc, niſi mittatur per perſonam à creditore ad id deſignatam, vtique ſi pereat, antequàm creditori tradatur, vniuerſim perit debitori, eſto nulla oĩno illius culpa, ſed deferẽtis, aut caſu fortuito, pereat. Ratio eſt, quia res domino perit, quando ex parte alterius, qui illius non eſt dominus, nulla interuenit culpa, aut pactũ vt ipſi periret, neq; illi in ſingulari erat debita: in re aũt propoſita, dñium rei, quę ita debetur, pertinet ad debitorem, nullaq; interuenit culpa, aut pactum, ex parte creditoris, vt ipſi pereat, neq; illi in ſingulari erat debita. Præterea, quia qñ debetur res indeterminata in indiuiduo, non prius liberatur debitor ab obligatione illam ſoluendi, quam eam creditori tradat, aut ratam ille habeat ſolutionẽ, vel debitum remittat: nihil autem horũ in re propoſita cernitur. Hæc omnia colliguntur apertè ex c. ſignificante de pignorib. & ex l. incendium. C. ſi cert. pet. eaque affirmant doctores citati, cõſentiunt Nauar. ibid. nu. 67. & Io. Med. de reſt. q. 2. §. ad id quod. 4. loco, &c.

10 Dubium † eſt, quid, ſi creditor & debitor conueniant vt debitum tradatur ei, qui tale, vel tale ſignum attulerit, & tertius quidam, id ſciens, ſignum illud aſſumpſit, petiuitq; debitum, & cum eo fugit, peribit ne tunc creditori, an potius debitori? Et quidem dicendum eſt, ſi res debita erat in ſingulari determinata, abſque dubio perire creditori, iuxta ea, quæ dicta ſunt. Atque in hoc omnes conueniunt. Qñ autem debita erat in indiuiduo indeterminato, cenſent Ant. Gom. nu. 3 citato perire debitori. Arbitror tñ eſſe diſtinguendũ. Qm̃, ſi debitor id manifeſtauit, atq; inde ortum fuit, vt alius vtrumq: deciperet, tunc debitori perit. Si verò creditor id manifeſtauit, vel dum conuenirent ambo alius præteriens, vel ibi aſſiſtens, id audiuit, & ill ſignũ aſſumpſit, vel alteri id manifeſtauit, qui ſignũ aſſumpſit, tunc perit creditori: qm̃ per tale pactum ipſe conſenſit, atq; in cauſa fuit, vt afferenti illud ſignum, daretur. Atque hoc ipſum ſatis perſpicuè affirmant Bart. & alij, quos Ant Gom. loco citato refert, & contra eorũ mentem illorum dicta interpretatur. Dubiũ Deciſ.

Commodatarius quouſq; teneatur, ſi in mora ſit reſtituendi rem commodatam. Et de expenſis cum ea factis. Et an in ea fieri poſſit compenſatio.

DISPVTATIO CCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Commodatarius, quando cenſeatur eſſe, non reſtituendo rem commodatam.*

2 *Commodatarius conſtitutus in mora non ſolum tenetur rem reſtituere, ſed ẽt ad ualorem illius.*

3 *Commodatarius etiam ex leuiſſima culpa in mora conſtitutus, tenetur ad omnia damna etiam lucri ceſſantis.*

4 *Commodatarius ex impotentia implendi contractum in mora conſtitutus, quibus caſibus ad intereſſe teneatur.*

5 *Commodatarius ad quas expenſas rei commodatæ teneatur.*

6 *Compenſatio quib. in reb. locum habere dicatur.*

7 *Compenſatio in commodato, quando locum habere poſſit.*

8 *Commodatæ ſi res ſit duobus, quando quilibet teneatur inſolidum.*

Quod

QVod ad primum attinet, ponendum eſt, ſi
1 tempus † fuit præfinitum, pro quo res commodata fuit, eo ipſo, ꝙ expletur, commodatarium eſſe in mora, niſi rem reſtituat, qñ de contraria commodantis voluntate non conſtat. Neque neceſſe eſſe, vt expleto tempore, commodans prius rem ſuam petat, quàm cõmodatarius in mora eſſe dicatur. Etenim *dies ſtatuta pro domino, creditoreve, interpellat*; vt habetur c. vlt. de locato l. magnam. C. de contrah. ſtipul. & l. 2. C. de iure emphyt. Itẽ ſi ad certum vſum res ſit commodata, illo expleto, aut tempore elapſo, in quo potuit cõmode expleri, commodatarius ſimiliter eſt in mora, niſi de contraria cõmodantis volũtate, ſaltẽ præſumpta, conſtet. Qñ verò aliquid ad vſum indefinite eſſet commodatũ, neq; tempore, neque particulari aliquo vſu expreſſo, tunc, interim dũ de contraria commodãtis voluntate non conſtat, commodatarius cenſendus non eſt eſſe in mora.

2 Hoc † ita conſtituto in primis dicẽdum eſt, ſi cõmodatarius (idem intellige de illo, qui rẽ conductam accepit) illam pertinaciter retineat, quouſque condemnatoria ſententia aduerſus eum feratur, tunc non ſolum teneri illam reſtituere, ſed etiam valorem inſuper illius, in contumaciæ pœnam. Ita hr̃ l. non abs re. C. vnde vi. l 12. titu. 10. par. 7. lib. 4. Luſit. ord. tit. 59. in princ. & alijs iuribus, quæ diſp. 498. citabimus, vbi rem hanc circa conductionem latius oſtendimus.

3 Dicendum † eſt deinde, ſi commodatarius, ſaltem ex leuiſſima ſua culpa, fuit in mora reſtituendi rem commodatam, tenetur cõmodanti ad omnia damna ſubſequuta, etiam lucri ceſſantis. In hoc omnes conueniunt. Qm̃, cum contractus hic in gratiam ſolius commodatarij fuerit celebratus, certè ſi vel culpa leuiſſima, eũ nõ ad impleat, tenetur ad omnia damna, ſeu intereſſe & commodanti. Præſertim cum contractus hic bonæ fidei ſit, vt diſp 259. viſum eſt, in quo plus habet locũ iudicis arbitrium, quam in contractibus ſtricti iuris, vt etiam ſi hæc in pactum non ſint deducta, poſſit illa arbitrari, atque de bono, & æquo ſentẽtiam ferre, prout natura ipſa rei poſtulat.

4 Tota verò † difficultas eſt, vtrum quando omnino ex impotentia fuit in mora implẽdi contractum, quia neque ex culpa leuiſſima in illam incidit, teneatur ad intereſſe cõmodanti. Paucisque dicendum in primis eſt. Si commodãs in pactum deduxit, vt ſibi cõmodatarius ad intereſſe teneretur, ſi in mora eſſet, teneri; idque, eſto non expreſſerit, etiam ſi abſque ſua culpa, aut caſu fortuito ea mora eueniret: quoniam ita intelligitur eò ipſo, quòd tale pactum appoſitum eſt. Tum quia ex natura rei, ſecluſo eo pacto, tenebatur ad intereſſe; ſi ex ſua culpa in mora incidiſſet: pactum vero ad aliquid operandum fuit appoſitum. Tum præcipuè, quoniam eo ipſo nullum damnum, etiam lucri ceſſantis, voluit ſuſtinere ex cõmodato, atq; id ſignificare intendit commodatario. Quemadmodum aũt validum eſt pactũ, quo periculum rei commodatæ ex caſu fortuito reijcitur in commodatariũ, vt diſp 295. viſum fuit: ita validũ eſt pactũ, quo periculum damni emergentis, aut lucri ceſſantis, ex mora caſu fortuito eueniente in eundẽ reijcitur. Integrum quippe cõmodanti eſt, non aliter commodare velle, niſi indemnis oĩno reddatur, ẽt à lucro ceſſante ſi ex tali beneficio, ẽt ſine commodatarij culpa, ſibi obueniat.

Dicendũ deinde eſt, ſi commodans id non deduxit in pactũ, cõmodatarium nõ teneri ad intereſſe lucri ceſſantis & damni emergẽtis, quod ex mora, in quã, abſq; vlla ſua culpa, incidit, cõmodanti euenit. Probatur, quoniã, ſi contrarium nõ deducatur in pactũ, commodatarius non tenetur de rei ipſius detrimẽto, ꝙ caſu fortuito, & abſque ſua culpa euenit, ẽt ſi commodatũ occaſionẽ detrimento præbuerit, quia videlicet, niſi fuiſſet res cõmodata, non ſimiliter perijſſet, vt diſp. 295. dictũ eſt: ergo multo minus tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis & damni emergẽtis, ꝙ ex mora reſtitutionis rei, commodanti prouenit, qñ cõmodatarius in nulla culpa fuit talis moræ. Eo. n. ipſo, ꝙ quis commodato aliquid dat, ſi contrarũ in pactum non deducit, cenſetur ſe exponere periculo rei ſuæ, quod abſque culpa commodatarij prouenerit, & per conſequens periculo intereſſe, ꝙ ex illa ſperabat. Obſerua tñ ſi commodatarius, dum fuit in mora, vſus fuit re commodata, teneri reſtituere cõmodanti valorẽ eius vſus, ſi valorẽ velit; qm̃ ceſſauit vſus, & tẽpus commodati, ac ꝑinde valor vſus ſequentis, ad dñ um rei illius ſpectat.

Illud addendum eſt, qñ commodatum eſſet in vtilitatẽ vtriuſque, & impotentia reſtituẽdi rem cõmodatam tẽpore ſtatuto proueniret ſolum ex culpa leuiſſima commodatarij, non teneretur ad intereſſe commodanti, niſi contrarium deductũ eſſet in pactum. Idem dicendum eſt de re pignori accepta, & conducta. Ratio eſt, quoniã in eiuſmodi contractibus, accipiẽs ſolũ tenetur de leui culpa, & de quacunque alia maiori. Hac eadẽ ratione, ſi commodatum eſſet in ſolã commodãtis vtilitatẽ, & mora proueniret ſolũ ex leui, aut leuiſſima, culpa commodatarij, non teneretur ad intereſſe commodanti. Idẽ dicendum eſt in precario, & depoſito. Ratio eſt, qm̃ in his contractibus ſolũ tenetur accipiẽs, de dolo, & lata culpa. Conſentit quo ad hæc l. 1. l. qđ te m hi. ff. de reb. cred. & ſuffragatur l. Celius § 1. ff. de recep. arbit. Hæc ꝙ attinet ad primum eorum, quæ propoſita ſunt.

5 Quod verò † attinet ad ſecundum, breuiter diſtinguendum eſt. Si namque expenſæ factæ cũ re commodata, ordinariæ ſint, vt circa cibum, vel hoſpitium, mancipij, aut iumenti commodati, ad eas tenetur commodatarius, ac proinde non poteſt illas exigere à commodante. Si verò ſint extraordinariæ, vt circa valetudinem, aut fugã, mancipij, exigere illas poteſt à commodante: niſi leues ſint, & exiguæ: nam ad has etiam commodatarius tenetur. Hæc omnia habentur l. in rebus. §. poſſunt. ff. commod.

Quod ad tertium attinet, obſerua. Compenſa-
6 tionem, † vt diſputat. 560. copioſius dicetur, propriè locum non habere, niſi qñ res ſunt eiuſdem rationis, & ſpeciei, & conſiſtunt in pondere, numero, aut menſura; vt qñ debitum eſt pecunia, & res, in qua fieri debet compẽſatio, eſt ſimiliter

pecunia;

pecunia; aut qñ debitum eſt triticũ, vinum, oleũ, aut aliud ſimile, & res, in qua fieri debet compenſatio, eſt eiuſdem ſpeciei. Quando vero ſunt diuerſarum ſpecierum, vt quando vnum eſt pecunia, aliud vero equus, vinum, aut oleum, aut quãdo vnum eſt triticum, & aliud vinum, aut oleũ, non eſt propriè compenſatio. Neque itẽ eſt proprie compenſatio, quando ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed non conſiſtunt in pondere, numero & menſura, vt quando debetur vnum mancipium, & compenſatio intenderetur in alio, aut quando deberetur vnus equus, & compenſatio intenderetur in alio equo. Ita Pano. c. ad noſtram 1. de iureiurand. num. 2. & notatur. c. vltim. de depoſit. affirmant ordinationes Luſitanæ lib. 4. tit. 56. in prin. In euentibus autem, in quibus alioquin haberet locum compenſatio, ſed impeditur, eo q debitũ, & res, in qua fieri deberet, non ſunt eiuſdem rationis, & ſpeciei, loco cõpenſationis, ſuccedit detentio rei illius, quouſque debitum ſoluatur, qd a Panor. c. bona fides. num. vltim. de depoſ. appellatur compenſatio indirecta.

Quæſ. 7 Hoc iacto fundamento, dubium † eſt, vtrũ in commodato locum habeat compenſatio. Panor. num. vltim. citato ait, communem doctorum opinionem l. vlti. C. de commodato, eſſe in commodato locum habere compenſationem, atque adeo retineri poſſe rem commodatã pro debito, ſi tale debitum ſit liquidum. Idem affirmant, atq; amplectuntur, Syluest. verb. commodatum. qu. 3. & Nauar. in Manu. c. 17. num. 186. Id vero confirmant ex l. vlt. C. de compen. & ex c. vltim. de depoſito. vbi in alijs cõtractibus admittitur cõpẽſatio, ſolũ vero excipitur depoſitũ, & conſentiunt ordinationes Luſitanæ titul. 56. citato; exceptio aũt in vno ſolo contractu, argumento, contrario ſenſu, firmat regulam in cæteris contractibus.

Multorũ opinio.

Eorum argum.

Deciſ. Cõtrarium tñ habetur expreſſe. l. vltim. C. de commod. vbi prohibetur cõpenſatio, aut retẽtio rei cõmodato acceptæ, pro alio debito. Neq; video autores contrariæ ſñiæ huic textui congruenter poſſe ſatisfacere: idemq; oĩno, diſponit apertiſſimè. l. 6. tit. 2. par. 5. quæ ex l. vlti. citata fuit deprompta. Idem etiam affirmant gloſ. l. vlt. citata, Greg. Lop. ad l. nonã citatam. & alij, quos refert.

Gloſſa citata excipit, qñ duo ſimul concurrũt. Vnum eſt, quod res commodata reſtituenda non ſit in ſeipſa, ſed in pecunia, eo quod commodatario perijſſet, aut alia ratione. Alterum verò, quod debitum compenſandum, ſit liquidum. Quia. n. tunc non venit reſtituenda res commodata, ſed debitum aliud loco illius, mirum non eſt, ſi locũ habeat compenſatio debiti pecuniarij, ex commodato reſultantis, cum pecuniario alio debito, aut quòd retineri poſſit, quouſque debitum quodcũque aliud ſoluatur.

Eadem glo. & l. 9. citata, atque Luſitanæ ordinationes titul. 59. §. 1. excipiunt ſecundo, quando debitum, pro quo res commodata retineretur, ortum haberet ex expenſis cum re commodata factis: pro huiuſmodi nãque debito retineri poteſt res commodata, atque id eſt, quod diſponit. l. in rebus. §. quod autem, iuncta gl. ibi. ff. commodat. Id vero lex 9. citata limitat, dummodo expenſæ factæ ſint cum res commodata fuit: ſi namq; antea fuiſſent factæ, pro illis retineri non poſſet.

Ad id vero, vnde autores contrariæ ſñiæ ducebantur, dicendum eſt. Tunc argumentum a contrario ſenſu habere locum, aut exceptionẽ in vno, firmare regulam in contrarium, qñ nõ eſt textus expreſſus, qui aliud excipiat, vt eſt in re, de qua diſputamus. Quia vero materia cõpẽſationis propriæ, regulariter non habet locũ in commodato, ſicut habet in depoſito: eo quod pecuniæ, & res, quæ in põdere, numero, aut menſura conſiſtunt, ſoleãt deponi, nõ verò commodari, ſed mutuari; & præterea, qa in cõmodato excipitur euentus ille expenſarum cum re cõmodata, in quo res commodata retineri non põt, idcirco, neque cap. vlt. l. de depoſ. neque l. vltim. C. de compenſ. curarunt excipere cõmodatum, ſicut depoſitum excipere. Ad alio rũ argumentũ.

Dubiũ eſt, qd ſi res aliqua indiuidua, vt plauſtrũ, iumẽtum, aut aliud ſimile, duobus † fuit cõmodata, tenebitur ne vterq; in ſolidũ, an vero ſolum quo ad medietatẽ? Idẽ eſt in locato, & depoſito. Dicendum eſt, ſi in pactũ non fuit deductũ, vt ſinguli in ſolidum tenerẽtur, & res ſine culpa accipientiũ pereat, ſolũ teneri ſingulos ad medietatem mercedis, ſi res fuit conducta ad medietatẽ valoris rei, ſi in pactum fuit deductum, vt de caſu fortuito tenerentur, aut ſi nondũ rem reſtituerũt, qa in aliũ locũ deducta ſit. Ita affirmat. l. 5. tit. 2. par. 5. & cõſentit. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. cõmod. atq; ibidẽ habet Bartoli ſummarium. Qñ vero culpa perijt, tunc ſinguli in hoc ſenſu tenẽtur in ſolidum, quod ſi vtriuſque culpa perijt, ſinguli tenentur dño rei illius in ſolidum, verumtamen, ſi vnus reſtituat totum, alter tenetur reſarcire huic medietatem: atque hoc ſanè habetur perſpicuè. §. ſi duobus vehiculum citato, & l. 1. §. ſi apud duos. ff. depoſiti. Si verò res, vnius tantum illorum culpa, pereat, tunc is ſolus tenetur in ſolidum domino rei illius, alter vero nihil illi debet, vt hr̃ apertè. §. ſi apud duos citato. Atq; iuxta hoc exponi debet l. 5. Caſtellæ citata, quæ obſcurè, & conciſè loquitur, neque id videtur intendere, quod Greg. Lopez ibi aſſeuerat.

8 Dubiũ

Deciſ.

De Precario.

DISPVTATIO CCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Precarium quid, & in quo differat a commodato.*

2 *Precarium ſtatim reuocari non poteſt, niſi ex aliqua rationabili cauſa.*

3 *Precario ad certum tempus aliquid cõcedi poteſt.*

4 *Precario aliquid concedi non poteſt cum pacto, vt non repetatur, niſi finito toto tempore, pro quo conceditur.*

5 *Precario rem accipiens dicitur illam naturaliter poſſidere: ſecus tamen in commodatario.*

6 *Precario concedi poſſunt ſeruitutes ex iura.*

7 *Precario rem habens tenetur ſolum de dolo, & lata culpa.*

8 *Preca-*

8 *Precarium quot modis finitur.*

9 *Precarium vt cenſeatur reuocatum, quibus caſibus ſit actus cõtrarius neceſſarius,& quib.nõ.*

10 *Gratia,& priuilegium ſub qua forma morte non expirat cõcedentis,ſed reuocatio requiratur,& ſub qua ſic.*

Et quid in Luſitania ſeruatur.

11 *Gratia, aut priuilegium conceſſum vſque ad ſedis Apoſtolicæ beneplacitum, non expirat morte concedentis.*

12 *Gratia conceſſa vſque ad Papæ,vel Regis beneplacitum, an expiret morte eius, qui eam conceſſit,vel non.*

13 *Precaria,quid ſint,& quot modis fiant.& nu.14.*

15 *Precaria ad quid de quinquennio in quinquenniũ innouentur.*

AVtore Vlpiano l.1.ff.de preca.& conſentit. c.vlt.de præcar. *Precarium* † *eſt,quod pre-*
1 *cibus petenti vtendum conceditur, quãdiu is, qui conceſſit,patitur hoc eſt, non reuocauerit.* Diſcrimen verò inter precarium, & commodatũ preſſè, diſp.294.fuit traditum.

Quamuis,ꝙ precario conceſſum eſt, pro concedentis arbitrio,iuxta definitionẽ traditã, reuocari, repetiq; poſſit,id ꝙ affirmat l.2.ff.de prec. conſentitque c.vltim. de precarijs; nihilominus obſeruant Pan c.vlt.citato,Nauar.in Man.c.17. nu.182. Angel & Sylueſt.verb.precarium,Cou.
2 3.var.reſ.c.17.nu.6.& alij,quos citãt,non † poſſe reuocari ſtatim ac conceſſum eſt,niſi ſuperueniat rationabilis aliqua cauſa, cur ſtatim reuocetur. Ratio eſt, qm̃ ex eiuſmodi reuocatione præſumitur dolus in cõcedẽte, nẽpe voluiſſe nocere accipiẽti cõceſſione, repentinaq; ſtatim reuocatione: conceſſio autem beneficium eſt,quo adiuuari,nõ decipi,accipientem oportet, vt habetur l.in commodato.§.ſicut autem,in fi. ff.commod. Quare, doli exceptione repelletur concedens,qui ſine rationabili cauſa ſuperueniente, ita voluerit reuocare precarium, arbitrioq; prudentis iudicis tempus aliquod accipienti concedetur,quo re,precarie accepta,vti poſſit.

Dubiũ Dubiũ eſt,vtrũ precario aliqd peti,ac concedi poſſit ad certum tp̃s,vt ad menſem, aut ad aliud
3 tp̃s certũ. Dicẽdumq; † proculdubio eſt, peti, ac

Deciſ. concedi poſſe,vt expreſſe hr̃ l.in reb. §.vlt.iuncta l.ſeq.& l.cum precario.ff.de precario. Cæterum tũc ſenſus eſt,finito eo tp̃e,finiri precarium,remque debere reſtitui, niſi precarium ante aduentũ eius termini ſit prorogatum, & præterea intra id tp̃s certum repeti, reuocariq; poſſe pro concedentis arbitrio,vt ex iurib.citatis liquet. Atque ita dicere conſueuimus, accommoda mihi tuum lib. per menſem,& ſi antea eum volueris, reſtituam.

Dubiũ 4 Dubiũ item eſt,vtrum † poſſit aliquid cõcedi precario cum pacto, vt non repetatur, niſi finito toto tp̃e,pro quo cõceditur. Negãterque eſt rñdendũ.

Deciſ. Eſt namq; eo ipſo tale pactũ nullũ,vtpote contra naturã cõtractus precarij. Ita affirmant Pan.c.vlt.de precar.n.3.& 4. Cou.3. var.reſol.c. 15.nu.1. Aluar. Valaſ. de iure emphyt.quæſt.34. nu.1. Anto.Gom.2. tom.var.reſo.cap.7.nume.1. Bar.& alij, quos citant, iuxta l.cũ precario.ff.de precar.cuius verba ſunt; *Sed nulla vis eſt huius cõuentionis, vt rem alienam domino inuito poſſidere licet.* Et eſt ſermo, qñ aliquid ad certũ tp̃s,modo §.præcedenti explicato,precario fuerat cõceſſum. Sylu. & Ange.ver.precarium affirmant, ſi eiuſmodi pactum apponeretur, tanquam pars cõtractus precarij,nempe quod res ita precario acciperetur in tm̃ tp̃s, vt toto eo tempore reuocari non poſſit, contractum precarij eſſe nullum, vtpote continentem conditionem deſtruentem naturã contractus. Neque refragatur l.cum precario citata. Ibi.n.quæritur, num qñ aliquid ad certum tp̃s conceſſum fuit precario, ſi concedens id petat ante tp̃s elapſum,poſſit repelli exceptione, quod nondum tempus,pro quo fuit conceſſum, elapſũ ſit:reſpondens vtiq; verba illa, quæ ſupra retulimus, quibus ſignificatur, quia pactum illud, ſi fuiſſet appoſitum,eſſet nullum,contractum, precarij ad certum tempus conceſſum, non ita accipiendum eſſe, quaſi intra id tempus res precario conceſſa repeti non poſſit,ſed ita,vt, finito eo tẽpore,contractus ceſſet,reſque, nulla reuocatione expectata,ſit reſtituenda.

5 Quamuis † commodatarius, neq; ciuiliter,neque naturaliter poſſideat rem commodatam, ſed commodans ſit,qui naturaliter per commodatarium dicitur illã poſſidere, vt diſpu.294.dictum eſt;is tñ. qui rem precario accepit, dicitur poſſidere illam naturaliter. Ita habetur l.cum precario in princip. & l. & habet §.cum qui precario. ff.de precar.& affirmant gl.in c.vlt.de precarijs, Anto. Gom.2.tom.var.reſ.c.7 nu.1.& alij.

6 Seruitutes † & iura, precario concedi poſſunt. Vt concedi poteſt ius tranſeundi per agrum alienũ vſque ad concedentis beneplacitum, & habere immiſſum lignum in parietẽ alienum cõcedi ſimiliter põt vſq; ad cõcedentis beneplacitum. Ita hr̃ l.& hẽt.§.precario habere.ff.de prec. Quin,qñ ad preces alicuius quid ſimile ei conceditur, precario conceſſum cenſetur, vt reuocari per concedentem poſſit,vt habetur l.1.§.vlt.ff.de precar.

7 Qui rem † precario habet, ſolũ tenetur de dolo,& lata culpa,vt habetur l.quæſitum eſt.§ eum quoque.ff.de precar.& l.contractus, ff.de reg.iuris,dictumque eſt diſp.295. Si tamen aliud deductum eſſet in pactum, ſtandum eſſet pacto, iuxta ea,quæ eadem diſputatione dicta ſunt.

8 Precariũ † finitur morte eius,cui fuerat cõceſſum. Perſonale namq; priuilegiũ cenſetur ex parte eius,cui conceditur, quod proinde cum vita illius expirat. Ita habetur l.cum precario. §.vlt.ff. de precar.& c.vlt.de precarijs. Non tamẽ finitur morte cõcedẽtis,ſed perſeuerat comparatione hæredum illius,quouſque ab eis reuocetur. Ita habetur expreſsè duobus iuribus citatis,& l.quæſitum eſt. § quod à Titio.ff.de precar. & affirmat cõis doctorum ſnĩa,quam referunt,ac ſequuntur Couar.3.var.reſ.c.15.n.1.3.& ſequẽtibus,& Aluar. Valaſ.de iure Emphy.q.34.nu.1.& 3. Quicquid gloſſ.§.quod à Titio,citato in cõtrarium dixerit.

9 Illud † vero hoc loco eſt magnopere obſeruandum,precarium, quando abſque tẽporis præfinitione

tione conceditur, reputari conceſſum, quouſque reuocetur, aut quouſque peniteat concedentẽ, vt hẽ l. 2. §. 1. de precar. quare, vt ex parte concedentis ceſſet, ac finiatur, neceſſe eſt per contrarium actum concedentis, aut hæredum illius reuocari. Quando autẽ ad tẽpus certum aliquid conceſſum eſt precario, idẽ contrarius actus eſt neceſſarius vt ante id tempus ſimiliter ceſſet. Atque de eiuſmodi precario diximus proximè, non finiri morte concedentis, quouſque per hæredes reuocetur.

Longè verò diuerſum quid eſt, qñ aliquis concedit aliquid vſque ad ſuum beneplacitũ, aut interim dum ea fuerit ipſius voluntas, ſeu, qd idem eſt, interim dum voluerit, aut interim dũ ei placuerit, vel ad libitum ſuæ voluntatis. In his nãq; euentibus, quia ſermo eſt de voluntate, aut beneplacito, ſuppoſiti, quod in hoc ſeculo viuit: eiuſmodi autem voluntas, ſeu beneplacitum, morte ceſſat; conſequens eſt, vt cum vita eius, qui id cõceſſit, expiret talis conceſſio, ſeu precarium, neque neceſſarius ſit actus contrarius quo reuocetur. Ita habetur expreſſe l. 4. ff. locati, & c. ſi gratioſe, de reſcriptis lib. 6. atque affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Molin. lib. 1. de primog. c. 25. num. 4 Aluar. Valaſ. de iure Emphyt. q. 34. nu. 3. Couar. 3. var. reſ. c. 15. nume. 2. & ſequen. Bart. & alij, quos citant.

10. Quare ſi gratia, † aut priuilegium, à Summo Põtifice, aut ſupremo temporali principe, abſolutè concedatur, vel ſub hac forma, quouſque reuocetur, vel interim dũ non reuocabitur, aut interim dum ea non reuocauerimus, non expirat morte concedentis, eo quòd, vt ceſſet, reuocatione indigeat vt, præter l. cum precario. §. vlt. l. quæſitum eſt. §. quod à Titio ff. de precar. & c. vlt. de precarijs, traditur apertè c. ſi delegatus. §. 1. ff. de officio deleg. lib. 6. Si verò ſub hac alia forma concedatur; interim dũ hæc fuerit noſtra voluntas, vſque ad noſtrum beneplacitum, vel ad noſtrũ libitum, aut dum ita voluerimus; expirat morte concedentis, vt conſtat ex l. 4 ff. locati, & ex c. ſi gratioſe de reſcrip. lib. 6. doctoreſque citati affirmant.

Hinc ad praxim colligit Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 6. quando princeps donationes, aut priuilegia, concedit ſub hac clauſula; *em quanto fornoſſa merce;* expirare morte concedentis. Si tñ vlterius addatur; *e nan mandar o contrario;* vt de ſtylo Luſitaniæ dicit ſolere addi regijs prouiſionibus officiorũ, iuriſdictionũ, & ſimiliũ, tunc nõ finiri morte concedentis, eò quod ratione eius, quod ita additur, noua reuocatio voluntatis requiratur.

11 Illud † hoc loco eſt obſeruandum, qñ aliquid cõceditur vſque ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ, aut interim dũ apoſtolica ſedes voluerit, tunc morte concedentis non expirare, quod conceditur, ſed, vt expiret, indigere reuocatione per actũ contrarium. Ita habetur expreſſe c. ſi gratioſe. de reſcrip. l. b. 6. ibi ſic ſcriptum legimus *Si vſque ad apoſtolicæ ſedis beneplacitum gratia concedatur, tunc, quia ſedes ipſa non moritur, durabit perpetuò, niſi a ſucceſſore fuerit reuocata.* Hęc ibi. Conſentitque communis doctorum ſententia.

Quæſ. 12. Illud † verò controuertunt doctores, ſi aliquid cõcedatur vſque ad Papæ, aut Summi Pontificis, vel Regis beneplacitum, an morte eius Summi Pontificis, aut Regis, qui, qñ fuit conceſſum, viuebat, expiret. Multi non expirare aſſeuerant: eo quòd dignitas non expiret: neque apoſtolica ſedes diuerſum, quid ſit à Summi Pontificis dignitatem. Item quia, qñ aliquis deputatur iudex, aut exequutor, facta mentione, non perſonæ, ſed dignitatis, tunc ſanè, niſi aliud de mente concedentis conſtet, tam, qui viuebat tempore conceſſionis, quàm ſucceſſores in eadem dignitate, cenſentur deputati, vt tract. 5. videbimus. Quorundã opi.

Alij, in quorum ſniam inclinant Couar. c. 15. citato nu. 2. & Aluar. Valaſ. q. 34. citata, nu. 7. cõtrarium affirmant, ducti c. ſi gratioſe citato, cuius verba ſunt. *Si gratioſe tibi a Romano Pontefice cõcedatur, vt beneficia, quæ tempore tuę promotionis obtinebis, poſſes vſq; ad ſuæ voluntatis beneplacitũ retinere; huiuſmodi gratia per obitum (per quẽ ipſius beneplacitũ omnino extinguitur) eo ipſo expirat.* Ad hæc tñ verba autores contrariæ ſentẽtiæ reſpondere optimè poſſent, ibi eſſe ſermonem de perſona Romanum Pontificatum obtinente, quę gratioſe conceſſerat, vt vſque ad ſuum beneplacitum beneficia illa retineri poſſent: qui planè eſt germanus ſenſus illorum verborum. Aliorũ opin.

Mihi hac de re duo placent. Primum eſt, cum Couar. ibid. coniecturis, ex circunſtantijs cõcurrentib. eſſe expendendum, num in beneplacitum perſonæ in tali dignitate conſtitutæ id ſit reſeruatum, an potius in beneplacitum dignitatis hoc eſt, obtinentis in genere eam dignitatem. Atq; in priori euentu expirare conceſſionem cum perſona quæ id conceſſit, in poſteriori verò non item. Præterea, in dubio potius inclinandũ eſſe, conceſſionẽ eſſe factã in priori, quã in poſteriori, ſenſu, ac proinde expirare: id qd Couar. & Alu. Valaſ. affirmant: tunc quia fauet c. ſi gratioſe citatum: tum etiam quia hæc non videntur extendenda.

Secundum verò eſt, eiuſmodi conceſſiones ita vt prædictæ ambiguitati ſit locus, raro fieri, niſi à tertia perſona, quæ facultatem habet concedendi aliqua nomine principum, vt a proregib. & præfectis alijs prouinciarum, vt qñ Indiarum proreges ſub hac forma officium, aut quid aliquid, cõcedunt, *em quanto for merce del Roy, ou ſu alteza o ouuer por bem.* In hoc autem euentu cenſet Aluar. Valaſ. q. 34. citata, num. 7. expirare conceſſionem cum Rege, cuius tempore facta fuit. Quoniam, qui id conceſſit non cenſetur cogitaſſe de Regibus, a quibus poteſtatem non accepit, ſed de eo, a quo illam habet, & cuius nomine eum actum exercet: generaliſque nuncupatio reſtringitur ad perſonam, in qua ſola verificatur l. 2. ff. de libe. & poſth. Præterea quia verba nõ tantum debent valere, vt meliora exiſtant l. 3. C. de liber. præter. Exiſtimo tamen, etiam in eiuſmodi conceſſionibus à proregibus factis, expendenda eſſe verba & circumſtantias, an concedere intenderint ad beneplacitum Regis pro tempore exiſtentis. Neque iura, quæ Aluar. Valaſ. citat, probant, quod intendit, ſi expendantur. Quando autẽ diceretur; concedo hoc ad beneplacitũ Regũ Luſitaniæ, Deciſ.

taniæ, aut Regis pro tempore exiſtẽtis, tunc nõ expiraret cõceſſio morte primi regis, ſed eſſet perpetua, quouſque pactum contrariũ reuocaretur.

Sunt vero circa hactenus dicta nõnulla obſeruanda. Primũ eſt, quamuis voluntas, ac beneplacitum aliquid concedẽtis, morte ipſius ceſſare iudicetur; non tñ ſomno, ebrietate, furia, aut amentia, vt colligitur apertè ex ca. maiores. §. vlti. de bapt. & eius effectu, ex l. ſi is qui animo ff. de acquiren. poſſeſ. & l. nunq̃ §. ſi ſeruus. ff. de vſucapi. In his enim euentibus adhuc perſeuerat ſuppoſitũ potens ſuapte natura velle in hac vita. Quin in eadem reputatur eſſe voluntate in qua erat, anteq̃ vſu rationis priuaretur, vt ex iurib. citatis conſtat, & affirmat Couar. loco citato. num. 4. & 5.

Secundũ, hoc eſſe diſcrimen inter iuriſdictionem ordinariam, & delegatam, vt tracta. 5. videbimus; qđ ordinaria, morte concedentis non expirat, etiam ſi res ſit integra: delegata verò, ſi res ſit integra, tam morte concedentis, quàm ceſſante iuriſdictione ex quacunque aliá cauſa in concedente, expirat continuo in delegato, ſecus autem ſi res non ſit integra: nam tunc non expirat, niſi conceſſa eſſet vſque ad beneplacitum concedentis. Atque hinc intelliges ca. ſi delegatus. §. 1. de offic. deleg. lib. 6. vbi ſtatuitur, ſi delegatus à ſede Apoſtolica ſubdelegauit, quouſque ipſe iudicaret reuocandum: tunc, ſi, re non integra, delegatus è vita diſceſſit, iuriſdictionem non expirare in ſubdelegato, vt expiraret, ſi ſubdelegaſſet vſque ad ſuum beneplacitum; eo quòd beneplacitum cum vita, eo pacto ſubdelegantis, expiraſſet.

Tertium eſt, quæ hoc loco dixi poterant de iuriſdictionibus, aut gratijs, tam a ſupremo principe, quàm ab inferioribus conceſſis, quando morte concedentis expirent, & quando non, tractatu quinto commodiorem habere locũ, eaque de cauſa illuc vſque deferri. Interim lege, ſi placet, Molinam lib. 1. de primog. c. 25.

Si quis pignori rem ſuam alicui tradidit, & precario illam vt ea vteretur, ab eo obtinuit, cui in pignus eam dedit tunc eo ipſo, quod illi ſoluit debitum, finitur precarium, vt eſt notiſſimum, & habetur l. ſi debitor. ff. de precario.

Si is, qui rẽ aliq̃ precario conceſſit, illã vendat, aut aliter alienet, tunc is, qui eã emit, aut alio titulo ad eum pertranſit, poteſt reuocare precarium, qñ ſibi placuerit. Ita habetur. l. quæſitum eſt. §. illud tamen ff. de precar. & ca. vlti. de precar. atque affirmant Aluar. Valaſ. q. 24. citata. num. 8.

Illud eſt poſtremo, in hac diſputatione obſeruandum. Aliud eſſe precarium neutrius generis, de quo hactenus loquuti ſumus, & aliud precaria precariæ, generis fœminini, & in plurali precariæ precariarum, de quibus iure canonico titulo de precarijs, & alijs locis ſtatim citandis, ſermo habetur.
13 Etenim precariæ ſunt, † qñ aliquid conceditur in perpetuum, vel in vitam accipientis, aut ad tps certũ modicum, aut magnũ, neque, ante id tempus elapſum, põt reuocari contractus Excipe, niſi ſit bonum Eccleſię, quod a miniſtro Eccleſię irrationabiliter concedatur: tunc enim ſucceſſor ſtare non tenetur contractui prædeceſſoris, ſed poteſt, ac debet, repetere Eccleſiæ rem ita malè alienatam, vt c. 2. de precarijs habetur.

14 Fiunt verò † eiuſmodi precariæ multipliciter. Interdum quippe aliquid pro certa annua penſione conceditur alicui in perpetuũ, vel ad vitã, aut ad aliud tps, & tunc ab Emphyteuſi non differt, niſi tps, pro quo ſit conceſſum ad decennium non perueniat; nam tũc eſſet locatio, iuxta ea quæ alibi dicenda ſunt. Interdum verò cõceditur aliquid quo ad vſumfructum, pro poſſeſſione, aut poſſeſſionibus alijs, quas accipiens det, dareve poſt mortẽ ſuam paciſcatur Eccleſiæ. Interdum autẽ aliquid gratis conceditur, vel propter benemerita, vel pauperi, aut peregrino, idq; in vel tempus certũ, vel ad vitam, aut vitas aliquor. Impoſitum verò eſt huic contractui nomẽ precariariũ. ꝓpterea quòd hæc omnia ad accipientium preces concedi ſoleant. Patent verò hactenus dicta ex c. 1. 2. & 3. de precarijs, ex 10. q. 2. c. 2. §. ſi œconomus, & ex c. precariæ, & ſequentibus, eadem cauſa & quęſt. ex 16. q. 1. c. poſſeſſiones, & ex q. 3. c. clerici. Lege Pan. c. 1. 2. & 3 de precar. Aluar. Valaſ. q. 34. citata a n. 9 & ſummarũ autores. verb. precariũ.

15 Ca. 1. de precar. ſancitum eſt, vt † precariæ de quinquennio in quinquennium innouentur. Non quidem, vt de nouo initiatur, contractus, quaſi, finito quinquennio, contractus finiatur, vt Aluar. Valaſ. aduerſus gloſſam ad c. 1. c itatum, & aduerſus alios, rectè vbi ſup. n. 10. obſeruat, ſed ne eiuſmodi res per obliuionem pereat Eccleſiæ. Solent verò eiuſmodi contractus fieri cum clauſula expreſſa, vt accipiens de quinquennio in quinquẽnium teneatur innouare contractus, alioqn amittat precariam. Atque vbi ea conſuetudo vigeret, iuſque canonicum citatum in viridi eſſet obſeruantia, clauſula ea omiſſa, haberetur pro expreſſa, vt Alua. Valaſ. nu. 9. citato, cum alijs, affirmat, eo qđ contractus iuxta loci conſuetudinem, iurſq. diſpoſitionem, initus cenſeatur. Pan. autem ad c. 1. citatum ait, eiuſmodi innouationem neceſſariam non eſſe, vbi conſuetudine eſt abolita, id quod ex ſe notiſſimum, nulluſq; diffiteri poteſt.

De Mutuo.

DISPVTATIO CCXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum quid.*
2 *Mutuum cum commodato in quibus conueniat, & in quibus non.*
3 *Mutuatarius ad quid teneatur, etiam ſi non exprimatur, & ad quid non.*
4 *Mutui materia, quæ res ſint.*
5 *Mutuum dare quis poteſt.*
6 *Mutuum, quando ſit reſtituendum.*
Et quid in regno Caſtellæ. nu. 8.
7 *Intereſſe extrinſecum, quando veniat in mutuo.*

Cum diſputatione de commodato, & precario, coniuncta eſt tractatio de mutuo. Tum vt in quo hi contractus differant, ac conueniant, intelligatur. Tum etiam, quoniam mutuũ eatenus ad lucratiuos contractus accedit, quatenus ex liberalitate procedit, vt quis per mutuum alteri

ri ſubuenire velit, ſeipſum re ſua priuando: tamet ſi, vt tantundem poſtea ab altero recipiat.

1 Mutuũ † eſt traditio rei ad vſũ, vt ſtatim fiat accipientis, & reſtituat poſteà tantumdē eiuſdem rationis, ac qualitatis. *Inde verò dictum eſt mutuum, qui ita à me tibi datur, vt ex meo tuũ fiat*, vt habetur inſtit. quib. mod. re contrah. obliga. in prin. & l. 2. §. appellata eſt. ff. ſi cert. pet.

Dictũ in definitione eſt; mutuum eſſe traditionem rei: qm̃ mutuum, ſicut & commodatum, de numero ſunt contractuum, qui re traditioneve ipſa, perficiuntur, vt diſput. 254. dictum eſt. Cum

2 † cõmodato ẽt conuenit in eo, ꝙ proximè ſubiungitur in definitione, nempe, ad vſum. Differt verò ab illo in eo, ꝙ additur, vt ſtatim fiat accipientis. Res quippe mutuata in dñium tranſit mutuatarij, hoc eſt, eius cui mutuo datur, vt hr̃ Inſt. quib. mod. re contra oblig. in prin. & §. itẽ is, & l. 1. tit. 1. p. 5. Atq; ea de cã, ẽtſi fortuito caſu, & ſine vlla mutuatarij culpa pereat, ipſi perit, non verò mutuãti, vt hr̃ Inſti. quib. mod. re cõtr. obl. §. item is. l. incendium. C. ſi cer. pet. & l. vlt. tit. 1. par. 5.

In definitione additur, vt reſtituat poſtea tantumdem: qm̃ de rõne mutui eſt, vt reſtõ non fiat ſtatim, alioquin eſſet permutatio. Idcirco autem ſubiungitur; eiuſdẽ rationis, & qualitatis: qm̃ id poſtulat natura contractus mutui. Quo fit, vt, eſto, dum contractus fit, non exprimatur, teneatur

3 † mutuatarius reſtituere tantumdem eiuſdẽ ſpeciei ac qualitatis, ſeu bonitatis, vt habetur expreſſe l. 3. ff. ſi cert. pet. & l. 2. titu. 1. par. 5. Quare ſi, qui vinum vetus mutuo accepit, reſtituat nouum, non ſatisfacit, vt hr̃ l. 3. citata: qm̃ non reſtituit vinum æquè bonum cũ eo, ꝙ acceperat. Hoc loco obſerua, de ratione mutui non eſſe, quod nõ reſtituatur idem numero, ꝙ mutuo acceptum eſt, ſed ꝙ mutuatarius nõ teneatur reſtituere idẽ numero, ꝙ mutuo acceptum eſt, atq; id ſolum eſt, ꝙ voluit l. 2. in prin. ff. ſi cert. pet. Cum. n. mutuatarius ſolum reſtituere teneatur æquiualens rationis eiuſdem, vtiq; ſatisfacit plenè id ipſum reddẽdo, quod accepit, modo deterius factum non ſit. Atq; hoc innuitur apertè Inſti. qb. mod. re cont. obl. his verbis; *Et quandoque nobis nõ eadem res, ſed alia eiuſdem naturæ & qualitatis, redduntur*.

4 Iura † l. 2. ff. ſi cer. pet. Inſt. quib. mod. re cont. obli, in prin. l. 1. & ſeqq. tit. 1. par. 5. ac alibi; mutui materiam eſſe volunt res, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, quæque vſu conſumũtur, vt ſunt pecunia, triticum, vinum, oleum, & id genus alia. Nomine verò cõſumptionis, rei quoque alienationem per vſum illius cõprǽhendunt, quo pacto pecunia, dum ea aliquid ſoluitur, aut cum alia permutatur, vel dum donatur, aut mutuo datur, conſumi dicitur comparatione dantis, quatenus eiuſmodi vſu dominium illius in alium transfertur. Quo loco obiter attende, cũ in pecuniæ mutuo potiſſimum habeatur ratio valoris, quem, vt pecunia, habet; ſanè eiuſdem rationis, ac qualitatis, ſeu bonitatis, reddi cenſetur, ſi pecunia eiuſdem valoris reſtituatur, quamuis nõ ſit eiuſdem materiei. Vt, ſi ducentos nummos aureos, quis mutuo accipiat, mutuũ ſolutio, ſi æqualem valorem pecuniæ argenteæ, aut æris, reſtituat, vel è contrario. Niſi in pactum fuerit deductum, vt perſolueretur pecunia eiuſdẽ materiei. Aut niſi lex, aut conſuetudo eſſet, vt pars aliqua debitorum in argento, aut auro, ſolueretur, vt in Luſitania. Qñ autem iura citata, illud eſſe mutui materiam, affirmant, intelligendum id arbitror (vt diſp. 254. dicebamus) regulariter, & vt plurimum, atque ad diſcernendum, num contractus mutui ſit, aut commodati, qñ res poteſt eſſe dubia. Etenim, qñ res datur, vt ſtatim fiat accipientis, & reſtituatur poſtea alia eiuſdem rationis, & bonitatis, ſanè mutuum eſt, eſto, quod datur, vſu non conſumatur, neque in pondere, numero, aut menſura propriè conſiſtat. Vt ſi quis petat bouẽ, aut arietem, ab amico, reſtituturus ei poſtea aliũ ſimilem, eſt mutuum: idemq; eſt, ſi aurifex petat ab amico tot pondera auri, aut argenti, ad conficiendum arefactum, reſtiturus æqualia pondera eiuſdem materiæ: aut ſi quis petat lapides, vel ligna, quibus indiget ad conſtruendam domum, reſtituturus poſtea æqualem quantitatem eiuſdẽ materiæ, atque æqualis bonitatis.

5 Mutuum † dare poteſt dominus rei, quæ mutuo datur. Dare item poteſt alius nomine illius, & tunc is, cuius nomine datur, comparat actionẽ. l. certi condictio. §. ſi nummos, & l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. & l. 2. tit. 1. par. 5.

6 Si certus terminus † pfixus fuit, in quo mutuatarius teneretur ſoluere mutuũ, intra eum (& nõ antea, eſto mutuans id petat) tenetur illud reddere alioquin tenebitur ad dãna oĩa, ẽt lucri ceſſantis, quæ ex mora ſequuta fuerint mutuãti. Si quid ẽt mutuans in repetitione talis debiti inſumpſerit, id quoq; tenetur mutuatarius illi ſoluere. Rõ eſt, qm̃ mutuatarius p iniuſtã dilationẽ ſolutionis, cã eſt mutuanti horum oĩum dãnorum: viq, contractus ad ea oĩa illi tenetur: quo fit, vt in cõſciæ foro, nulla expectata ſententia, reſarcire ea oĩa teneatur, vt conſtat, l. nõ vtiq; §. nunc de officio, & §. in hanc, & l. ꝙ ſi Epheſi, in princ. ff. de eo quod certo loco l. nummis, iuncta glo. ibi, ff. de in litem iuran. & l. vlt. tit. 1. par. 1. Vbi Gregor. Lop. gl. vlt. ait, ſi mutuum ſit alterius rei, quã pecuniæ, ſolum venire intereſſe intrinſecum rei ſoluendæ, non verò extrinſecum lucri quod negotiando re illa comparare poterat, iuxta l. ſi ſterilis. §. cũ per venditorem. ff. de act. empt. Cæterum l. ſi ſterilis ſolum loquitur in venditione. Præterea id limitat Greg. Lop. ibi cum Bar. §. non vtique citato, ſi commodatarius erat mercator: nam tũc debetur

7 etiam intereſſe extrinſecum. Quare ex † mora cuiuſcunq; mutui debetur etiam intereſſe extrinſecum, ſi comparatione mutuantis tale intereſſe verè futurum fuiſſet. Illud tñ obiter admonuerim, limitationem illam Greg. Lop. & Bar. nullã profectò eſſe, ſi lex, ſi ſterilis, extendenda eſſet ad mutuum. Etenim in ea intereſſe extrinſecum, ẽt ſi ſit mercatoris, qui re empta negotiari, & lucrari debebat, apertè excluditur.

Quãdo ſolutioni mutui terminus nõ fuit præfixus, tunc mutuatarius tenetur illud ſoluere, qñ mutuans repetierit. Modo tñ non ſtatim repetat, ac mu-

ac mutuum dedit, niſi fortè ſuperueniat ſufficiẽs cauſa, quæ cogat ſtatim repetere: ſi enim ſine ſuperueniente iuſta cauſa ſtatim illud repeteret, præſumeretur dolo dediſſe mutuum, vt deciperet mutuatarium, damnumque illi inferret, vt de precario diſputatione præcedente dictum eſt, ac proin-
8 de doli exceptione repelleretur. In Caſtellæ † regno l. 2. tit. 1. part. 5. taxatum eſt, vt in eo euentu mutuatarius non teneatur reſtituere mutuũ, niſi poſt decem dies à puncto, quo id accepit. Grego. aũt Lopez ibi glo. antepe. cum Baldo, & Salicet. ait, ſi ex re, ad q̃ mutuo dedit, & ex circunſtantijs cõcurrentibus, intelligatur tacitè illud dediſſe in longius tp̃s, tunc ante illud elapſum, nõ eſſe obligationẽ reſtituendi, eſto expreſſe nullus præfixus fuerit terminus. Vbi vero lex nõ eſt, quę ſtatuat, quãto tpe mutuũ retineri poſſit, ſane, qñ nec tacite terminus fuit præfixus ſolutioni, iudicis arbitrio ſtatuẽdũ eſt, quãto tempore retineri valeat.

De Mutuo facto Eccleſiæ, ciuitati, aut minori.

DISPVTATIO CCC.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis nomine ẽt oppida intelliguntur venire.*
2 *Eccleſia, & ciuitas vt teneantur de mutuo, quid per mutuantem probari debeat, & quibus caſibus, & quare, nu. 7.*
3 *Mutuum quando dicatur verſum in vtilitatem Eccleſiæ, vel Ciuitatis, vt ad id teneantur.*
4 *Eccleſia vel Ciuitas quando cenſeatur fieri locupletior, vt de mutuo teneatur.*
5 *Eccleſiæ adminiſtratori quando competat aduerſus Eccleſiam actio negociorum geſtorum.*
6 *Mutuanti quando concedatur actio aduerſus Eccleſiam, vt ſibi mutuum ſoluat.*
7 *Mutuans quare probare teneatur, mutuum fuiſſe cõuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, vel ciuitatis.*
8 *Minor in mutuo eodẽ gaudet priuilegio Eccleſiæ & Ciuitatis, vt mutuans teneatur probare conuerſum eſſe mutuum in eius vtilitatem.*

NOmine Eccleſiæ hoc loco, pia ẽt loca vt hoſpitalia intelliguntur. Nomine † verò ciui-
1 tatis, intelliguntur etiam oppida alia, vt l. 3. t. t. 1. par. 5. habetur, & affirmat gl. prima l. ciuitas. ff. ſi cert. petat. Eadem lex computat etiam Reges, qñ ab eorum miniſtris nomine Regum, ſed abſque ſpeciali eorum mandato, mutum accipitur. V t. n. Greg. Lop. ibidem verb. *del Roy*, adnotauit, cum Regis bona per adminiſtros regãtur, gaudet Rex priuilegio minorum, iuxta l. vlt. tit. vlt. par. 6. vbi videas, quæ idem Greg. de Regibus, & alijs oppidis, quæ ciuitates non ſunt, hanc in parte tradit.
2 Quando † Eccleſia, aut ciuitas, aliquid mutuò acceperunt, vt illud teneantur ſoluere, mutuans prius debet probare, quod ita acceptum fuit, in Eccleſiæ aut ciuitatis, vtilitatem fuiſſe conuerſum, vt de ciuitate habet, l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. iuncta l. 1. C. de ſolutionib. & liberationib. debit. ciu. lib. 11. & l. 3. tit. 1. par. 5. de Eccleſia verò in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. 10. q. 2. c. 2. §. hoc ius porrectum, & l. 3. citata, à q; affirmat communis doctorum ſententia, quam Couarr. var. reſ. c. 17. nu. 3. refert, ac ſequitur: alioquin neque ciuitas, neque Eccleſia, tenentur id ſoluere, ſed is, qui Eccleſiæ, aut ciuitatis, nomine id accepit, aduerſus quem, hæredesque illius, actio à creditore eſt intendenda quo ad ea, quæ non conſtiterit in Eccleſiæ vtilitatem fuiſſe conuerſa.

Circa hoc aũt placet, quod cum Innoc. tradit Pan. c. 1. de depoſ. nu. 9. & fuſius, c. q quibuſdam de fideiuſſ. à nu. 4 Iunctis quæ Bart. l. ciuitas, citata docet. Aut enim prælatus ſimul, & capitulũ acceperunt mutuum Eccleſiæ, aut ſolus prælatus, aut ſolus aliquis alius adminiſtrationi Eccleſiæ deputatus. In primo euentu ſub diſtinguẽdũ eſt. Qm̃, vel ad debiti ſolutionẽ neceſſaria eſt alienatio bonorum immobiliũ Eccleſiæ aut eorum mobiliũ, quę p̃tioſa ſunt, & ſeruando pñt ſeruari, vel ſufficiũt redditus, & alia mobilia bona Eccleſiæ.

Si neceſſaria ſit alienatio bonorum prioris generis, tũc, cum vniuerſim hæc à prælato, & capitulo abſq; euidenti Eccleſia vtilitate, ſeu neceſſitate, alienari non poſſint, aliterq; facta alienatio nõ valeat, vt cũ de emphyteutico cõtractu infra erit ſermo, dicetur, cõſequẽs profectò eſt, vt indirectè, occaſione mutui ſuſcepti, alienari etiã nequeant abſq; manifeſta Eccleſiæ vtilitate, ſeu neceſſitate. Quare, qñ nõ conſtat mutuum in Eccleſiæ vtilitatẽ fuiſſe ſuſceptũ, & conſumptũ, vtiq; q̃uis autoritas ſimul prælati, & capituli interuenerit ad illud ſuſcipiendũ, alienari non poterunt ſimilia bona; vt inde tale mutuũ ſoluatur. Atque in hoc euentu authentica hoc ius porrectum ſtatuit, vt creditor probare teneatur in Eccleſiæ vtilitatem id fuiſſe conuerſum, q Eccleſiæ dedit, vt Eccleſia illud ſoluere teneatur, vt authenticam illã expendẽti erit manifeſtũ, inde verò cætera iura deriuata ſunt, quę idem circa eccleſiam ſtatuunt.

Hæc aũt ratio locum non hẽt in concilio ciuitatis: eo q alienatio bonorũ immobiliũ ciuitatis, facta ab eo abſque euidenti ciuitatis vtilitate, valida ſit. Atq; hinc Bar. loco citato. cui Pan. vbi ſupra conſentit, merito affirmat, ſi eiuſmodi concilium mutuo aliquid ciuitati accipiat, mutuantem non teneri probare conuerſum id fuiſſe in ciuitatis vtilitatẽ, vt ciuitas id illi perſoluere teneatur, eſto ad id ſoluendũ opus eſſet ciuitati alienare bona ſua immobilia. Quin addit Bar. ſi aliquis aliꝰ de mandato conuentus, ſeu ciuitatis aliquid mutuo ciuitati acciperet, nõ teneri mutuantẽ ꝓbare id in ciuitatis vtilitatẽ fuiſſe conuerſum, vt ciuitas id ſoluere illi teneretur: eo q ciuitas ipſa, ſeu conuentus, mutuo illud ſuſcepiſſe videretur.

Qñ verò ad ſolutionẽ mutui, a prælato ſimul, & à capitulo ſuſcepti, neceſſe non eſt alienare bona prioris generis, ſed ſatis ad id ſunt redditus, & bona alia mobilia, tunc, qui mutuo dedit, non tenetur probare conuerſum id eſſe in Eccleſiæ vtilitatem. Ratio eſt, quoniã prælato, & capitulo competit libera eorum bonorum adminiſtratio, ad illorumque alienationem neceſſe non eſt conſtare,

ſtare,id in euidentẽ Eccleſiæ vtilitatẽ fieri. Confirmari hæc doctrina põt ex c.quod quibuſdam, de fideiuſſ.vbi,argũ à contrario ſenſu, manifeſtè colligitur, qñ particularis religioſus de conſenſu prælati, & maioris partis capituli pecuniam mutuo accepit perſoluendã eſſe a monaſterio,eſto in illius vtilitatem non ſit conuerſa:lõgè ergo maiori cum ratione,qñ accepta fuerit à prælato ſimul, & a capitulo,ſoluenda ſimiliter erit.

Eodem modo ait Pano. qñ ſolus prælatus aliquid mutuo accepit,quod de bonis poſterioris generis perſolui põt,neceſſarium non eſſe mutuantem probare conuerſum id fuiſſe in vtilitatem Eccleſiæ, vt in vita talis prælati perſoluatur. Qm̃ prælatus habet liberam adminiſtrationem eorũ bonorum mobilium,vt loco ſupra citato oſtendimus,cõſonat etiam c.quod quibuſdam citatum.

Secus ait eſſe Panor. de adminiſtratore ciuitatis:qm̃ non hẽt tam liberam adminiſtrationẽ bonorũ ciuitatis. Quare,inquit,conuentus ciuitatis impedire poſſet ſolutionem talis mutui,niſi probaretur,cõuerſum in ciuitatis vtilitatẽ id fuiſſe,ꝙ adminiſtrator nomine ciuitatis mutuo accepiſſet,atque id planè docet l.ciuitas.ff.ſi cert.pet.

Poſt mortem verò prælati, qm̃ prælatus obligare non potuit Eccleſiam in tps poſt ſuam vitã, niſi ex neceſſitate,atque in vtilitatem talis Eccleſiæ,vt patet c.1.de ſolutionib. eſt maior probabilitas,teneri tunc mutuantem probare conuerſum id fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem. Nihilominus Panor.loco citato cũ Hoſt.affirmat,ſatis in eo euentu eſſe probare, qñ ipſe mutuo prælato dedit Eccleſiam fuiſſe in manifeſta indigentia eius pecuniæ,quam ipſe ad eam neceſſitatem ſub leuãdam dedit,neque opus eſſe probare, conuerſam re ipſa fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem:quoniam id eſſet graue onus imponere mutuo dantibus prælatis, qđ in Eccleſiæ detrimentum redundaret,quæ nõ inuenirent,qui mutuum illius indigentijs ſubuenirent.Conſentit.c.1.de ſol.dum,vt ſucceſſor prælatus ſoluere teneatur debita ſui prædeceſſoris, ſolum exigit,illa pro Eccleſiæ neceſſitate fuiſſe cõtracta. Conſentit præterea cap.quod quibuſdam de fideiuſſor.vt Panorm.illud inducit. Ad authẽticam verò hoc ius porrectum, quæ exigit probationem per conditionem,quod Eccleſiæ dedit,cõuerſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem, reſpondet: eſſe intelligendam, quando ad debiti ſolutionem neceſſe eſſet alienare bona immobilia, aut mobilia pretioſa Eccleſiæ; non autem quando ſufficerent redditus, & alia bona mobilia. Eodemque modo (quod ad Eccleſiam in hoc euentu attinet) intelligenda eſt l.3.tit.1.par.5.quæ ſimul exit,creditorem probare, Eccleſiam ea re tunc indiguiſſe, & conuerſam fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatẽ. In eo tñ mutuo, quod rector ciuitatis nomine illius accepiſſet,non ſatis eſſet probare, datũ fuiſſe ad ciuitatis neceſſitatem ſubleuandam, ſed ſimul probare oporteret, conuerſum fuiſſe in ciuitatis vtilitatem,vt ex l.ciuitas. ff.ſi cert.pet.iuncta l.1. C.de ſol.& lib.debit.ciuit.conſtat,concinitque l.3.tit.1.par.6.

Denique qñ particularis aliquis, deputatus Eccleſiæ adminiſtrationi, mutuo aliquid Eccleſiæ noĩe acciperet,diſtinguendum eſt.Qm̃,vel taxata illi ab Eccleſia erat certa ſumma,quam mutuo poſſet accipere,vel non.In primo euentu,ſi is vltra eam ſummam non accipit,tenetur Eccleſia id ſoluere,eſto in ipſius vtilitatem non ſit conuerſum,vt apertè colligitur ex c.quod quibuſdam de fideiuſ. Hoc tñ intelligo,qñ ad id ſoluendum neceſſe non eſſet alienare bona immobilia Eccleſiæ, vel mobilia pretioſa:qm̃ tunc,eſto Eccleſia ipſa, hoc eſt,prælatus,& capitulum, id mutuo immediatè accepiſſent,teneretur creditor probare mutuum fuiſſe conuerſum in Eccleſiæ vtilitatem, vt ſupra dictum eſt, nedum qñ interuentu adminiſtratoris id accepiſſet.Qñ autem nihil illi erat taxatum,vel ſummam taxatam exceſſit,tunc Eccleſia non tenetur quo ad exceſſum, niſi quatenus id in ipſius vtilitatem cõperiatur conuerſum, vt eod. c.quibuſdam ſancitum eſt: ad creditoremq; probare ſpectat,id in Eccleſiæ vtilitatẽ fuiſſe cõuerſum. Idem omnino dicendum eſt de particulari,cui cura aliqua ciuitatis eſſet demandata.

3 In re † aũt propoſita, id dr̃ conuerſum in Eccleſiæ,aut ciuitatis vtilitatem, ꝙ inſumptũ in eo eſt,quod Eccleſia,aut ciuitas, facere tenebat', aut in eo,in quo ciuitas,aut Eccleſia, tantumdem de
4 ſuis bonis erat inſumptura. Etenim † tunc Eccleſia,aut ciuitas in ea tota quantitate facta cenſetur locupletior: qñquidem tantumdem de alijs ſuis bonis erat inſumptura, id ꝙ apertè colligitur ex l.in pupillo.ff.de ſol. Qñ aũt, quod mutuo acceptum eſt,in eo eſſet inſumptum, in quo ciuitas, aut Eccleſia,nihil fuiſſet inſumptura, diſtinguendum eſt. Qm̃ ſi rationabiliter ac prudenter fuit ita inſumptum, eſto ex inopinata aliqua circunſtãtia,aut euentu non ceſſerit in ciuitatis,aut Eccleſiæ commodum,tunc ciuitas,aut Eccleſia, tenetur totũ ſoluere,præſertim ſi,qui id ita accepit, & inſumpſit, facultatẽ mutuo accipiẽdi habebat, ſed non taxatã. Ita colligitur apertè ex l.ꝙ ſi vltro §.is autem.ff.de neg.geſt. conſentitque gl.l.ſi pu-
5 pilli.eo.tit.Confirmari † autem põt,qm̃ adminiſtratori Eccleſiæ in eo euentu competit actio negotiorum geſtorum aduerſus Eccleſiam, vt ſibi perſoluatur, quod prudenter ea in re inſumpſit;
6 ergo † eadem ratione mutuanti concedetur actio aduerſus Eccleſiam,vt ſibi mutuum ſoluat,quod Eccleſiæ nomine prudenter miniſter eius accepit. Si vero,quod mutuo acceptum fuit, imprudẽter, atque irrationabiliter fuit inſumptum, tunc ſolũ tenetur ciuitas,aut Eccleſia ſoluere,quãtum inde facta fuit locupletior. Quod ſi plus vtilitatis inde Eccleſia,aut ciuitas, percepit, quam fuerit quantitas mutui,ſolam mutui quantitatem tenetur perſoluere. Lege quo ad hæc omnia Panor.locis citatis,aliquid etiam tradunt Couar. nu.3.citato,& Greg.Lop.l.3.citata.

Cur Inn.obſeruat optimè Pan.c.1. de depoſi. numer.9.In mutuo peculiariter iura ſtatuere, vt
7 † mutuans probare teneatur, quod mutuo dedit, in eccleſiæ, aũt ciuitatis vtilitatem fuiſſe conuerſum; non vero in alijs contractibus ciuitatis, aut eccleſiæ nomine, ab habentibus ad id faculta-

tem,celebratis. Rō aūt eſt,qm̄,cum prælati,& re
ctores,& alij,qui bona Eccleſiarum, ac ciuitatū ,
adminiſtrant,faciles eſſe ſoleant ad mutuum acci
piendum,& fæneratores ad illud dandū,niſi mo
do explicato,conſultū eſſet Eccleſijs , & ciuitati-
bus,circa mutuum, facile earum bona alienaren-
tur ac perirent. In cęteris ergo contractibus illi,q
cum Eccleſia,aut ciuitate , contrahunt , probare
non tenentur,quod ex ſua parte dederunt, in Ec-
cleſiæ,aut ciuitatis, vtilitatem fuiſſe conuerſum ,
vt ex parte Eccleſiæ, aut ciuitatis , obligatio ſit a-
dimplere contractum .

2 Minor,† tutorē, aut curatorem ,habēs,gaudet
Eccleſiæ,& ciuitatis,priuilegio,nēpe,vt ſi tutor,
aut curator , aliqd minoris nomine accipiat mu-
tuo, non teneatur id ſoluere,niſi creditor probet,
conuerſum id fuiſſe in minoris vtilitatē. Ita colli
gitur apertè ex l.3. C.qñ ex facto tutoris, & hī l.
3.tit.1.par.5.atque affirmat Bar.l.ciuitas.nu.14.
ff.ſi certum petatur,& doctores communiter.

Qñ minor ipſe ſine tutoris,aut curatoris,auto
ritate aliquid mutuo accepit,atque inde læſus in-
uenitur,quia ſua facilitate,aut culpa,perdita, aut
conſumpta fuit pecunia , cōceditur illi reſtitutio
in integrum , vt eatenus reſtituere non teneatur ,
quatenus inuenitur lęſus,ſed ſolum quatenus in-
de inuenitur locupletior. Quod ſi is,qui mutuo
dedit,fænerator erat, qui mutuo id ad vſuras de-
dit,in odium illius, ſancitum eſt , vt ipſi probare
incumbat , minorem locupletiorem eſſe effectū ,
& quouſque locupletior factus ſit,atque de eiuſ.
modi mutuantibus intelligunt l.1 & 2 C.ſe ad-
uerſ.credito gloſſ. Bar.ibi,ac doctores cōiter. Qñ
verò,qui mutuo dedit.fænerator non erat,ſed mi-
norem,qui reſtitutionem in integrum petit,pro-
bare ſpectat,ex eiuſmodi mutuo fuiſſe læſum , a-
lioquin ſoluere cogetur integrum mutuum,vt cū
Bart.& cōi doctorum ſententia quam refert , af-
firmat Ant.Gom.2.tom.var.reſ.c.14.nu.2.Quo
loco obſerua,in conſcientiæ foro, minorem teneri
ſoluere quantum ex mutuo fœneratoris factus
fuerit locupletior , eſto fænerator probare id non
poſſit. Lege quæ circa contractus minorum diſp.
224.dicta ſunt .

De Mutuo filiofamilias facto.

DISPVTATIO CCCI.

SVMMARIVM.

1 *Filiofamilias competit exceptio Macedoniani ad-*
uerſus ſibi mutuantem.
Etiam ſi ſit in dignitate , ex qua patriam egrede-
retur poteſtatem. nu.6.
2 *Macedoniani exceptio competit filiofamilias etiā*
in conſcientiæ foro,& quare.
Et quid in Caſtella,& Luſitania.
3 *Macedoniani exceptio,& priuilegium, ad quas ēt*
perſonas extendatur .
4 *Macedoniani exceptioni , ſeu priuilegio renūciari*
non poteſt,ex communi.
5 *Macedoniani exceptio opponi poteſt etiam poſt*
ſententiam, ante tamen ſolutionem .
7 *Filiofamilias habenti bona caſtrenſia , hodie non*
competit exceptio Maced.
8 *Filiofamilias ſoluenti debitum ex cauſa mutui con*
tractum,non competit repetitio .
Intellige tamen,& declara,vt ibidem .
9 *Macedoniani exceptio quibus caſibus locum non*
habeat .

SI mutuum filiofamilias ſit factum,eſto is vi-
geſimum quintum ſuæ ætatis annū tunc ex-
cederet,in effectu non tenetur illud ſoluere. Licet
enim ex eo,& alijs contractibus, obligetur , tam
ciuiliter, quam naturaliter,iuxta ea,quæ diſputa.
261. dicta ſunt ; iure tñ ciuili conceditur ei exce-
ptio,ſeu oppoſitio,ſolutionē,tā priuatim,q̄ in iu-
dicio exigenti, ſe non teneri id ſoluere priuilegio
1 † Senatuſconſulti Macedoniani; quo conceſſum
id fuit ad tolenda mala , quæ ex eiuſmodi mutuis
oriri conſueuerant: inter quæ erant mortes paren
tum , vt filij haberent vnde ſoluerent debita ex
eiuſmodi mutuis cōtracta. Et qm̄ fænerator qui-
dā Macedo nomine , cuius mutuis mortes pluri-
morum parentum Romæ fuerant ſubſequutæ ,
occaſio fuit, vt hoc priuilegiū concederetur. Ma-
cedonianum fuit nuncupatum. Priuilegium hoc
conſtat ex l.1. ſequentibus . ff.& C.ad Macedo-
nianum,ex §.pen.inſt.quod cum eo qui in aliena
eſt poteſtate,& ex l.4.tit.1.par.5.
2 Habet † vero locum,non ſolū in exteriori , ſed
ēt in conſcientiæ foro,vt Innoc.& cum eo Panb.
c.plerique,de immunita. Eccleſ.nume.26.& 27.
Bart.in extrauag. ad reprimen. ver.denunciatio-
nem.nu.12. Ant.Gom.2.tom.var.reſo.c.6.nu.2.
Greg Lop.ad l.4 citatam,& doctores communi-
ter affirmant. Ratio eſt,quoniam poteſtas publi-
ca introducere id potuit in commune bonū : lex
autem iuſta vim habet in foro conſcientiæ. Pan.
ait,cū inter Chriſtianos eiuſmodi periculū mor-
tis parentum ex mutui filijsfamilias factis non
immineat,debere tolli eam legem. Non tamē ne-
gat,interim dum non tollitur,vim habere. Præte
rea,ſi tolleretur,fortaſſe experientia doceret mul-
ta mala,& nonnunquam mortes parentum . Cū
vero in Caſtella,& Luſitan. filij eo ipſo,quod ſūt
coniugati,patriam egrediantur poteſtatem,atque
adeo locum in eis filijs non habeat Senatuſcon-
ſultum Macedonianum,bonum eſt, vt circa reli-
quos eiuſmodi priuilegium cum limitationibus
iure ciuilis adhibitis, atque inferius explicandis ,
perſeueret. Simile aliud,latius ad hoc extenſum ,
conceſſum eſt in Caſtella filijsfamilias,& mino-
rib: qui ſine conſenſu parentum,tutorum, aut cu
ratorum,aliquid per ſe, vel per interpoſitā perſo
nam,credito emunt,de quo diſp. 261. dictum eſt.
Neque minora incommoda ex mutuis filiorum-
familias , quam ex emptionibus credito , nata in
his regni ſunt ſequi .

3 Priuilegium † hoc extenditur,non ſolū ad fi-
lios poſt mortē parentum,vt.ſc.nec tunc,quando
filijfamilias eſſe deſierunt, ſoluere teneantur mu
tuum,quod,dum filij erant familias,acceperunt,
ſed etiā ad parentes , ēt ſi peculium filiorum ha-
beant,vt patet l.pen. C.ad Maced.& ad fideiuſſo-

res ,

res, qui niſi, quando vt fideiuſſores ſe aſtrinxerunt, animum habuerunt id donandi eiuſmodi filijsfamilias, nō tenentur ſoluere eorum loco mutuum, vt habetur l. ſed ſi pater. §. non ſolum. ff. ad Maced. Atq; hæc omnia habentur l. 4. tit. 1. par. 5.

4 Præterea, eſto † filij, ipſorūq; fideiuſſores, huic priuilegio renuncient, inualida eſt talis renunciatio: quia non tam in ipſorū, quàm in parētū fauorem, atq; in odium dantium mutuo, introductū eſt hoc priuilegium. Ita affirmant gl. vlt. l. vlt. C. ad Maced. gl. 1. l. tametſi. ff. eo. tit. Anto. Gom. vbi

5 ſupra, & doctores cōiter. Imò ſi pro † eiuſmodi debito conueniatur aliquis in iudicio, nec opponat exceptionem Macedoniani, & condemnetur, poſt latam ſniam, antequā ſoluat, pōt eā opponere, & abſoluetur, vt habetur expreſſe l. tametſi ci-

6 tata. Item † obtinere filiū dignitatē, ex qua patriā egreditur ptātem, iuxta ea quæ diſput. 229. dicta ſunt in 6. & 8. euentib. qbus à patria ptāte quis liberatur, nō tollit, qn vti poſſit exceptione Mace-

7 do. vt hr l. 1. §. vlt. ff. ad Maced. Hodie † tū cū horū bona caſtrenſia ſint, regulariter vti eo priuilegio nō pñt, iuxta ea, q̄ §. vlt. citato ſubiunguntur.

8 Si filiusfamilias † ſoluat eiuſmodi debitū, aut pr loco illius (idē itellige de fideiuſſore) ſolutio eſt valida, neq; pōt repeti, ꝙ ita per ſolutū eſt. Rō eſt, qm̄ reuera erat debitum, eſto, dum exigebatr, locum haberet exceptio. Quod diximus, qn̄ filius ſoluit, intelligendum eſt, ſi ſolutio fiat de re de qua poteſt diſponere. Atque tunc pater prohibere non poteſt filium ſoluere tale debitum. Si vero filius de pecunia patris, nō cōſentiente patre, ſoluat, tunc pr repetere pōt, ꝙ ita ſolutum eſt: niſi, q id accepit, bona fide id conſumpſit, neq; inde eſt factus locupletior: nam tunc non tenetur patri de re bona fide conſumpta. Hæc oīa patent ex l. ſi filiusf. ff. ſi cert. pet. iuncta l. ſed & ſi §. ſi ab alio. ff. ad Maced. & habentur l. 4. & 6. tit. 1. part. 5.

In ſequentib. euentib. locum non habet Senatuſconſultum Macedonianū. Primus, qn̄ filiusfamilias credebatur eſſe ſui iuris; aut ſe eſſe ſui iuris affirmauit, neque mutuans leui, vanaque perſuaſione, fuit deceptus. Ita hr l. ſi quis patrem, & l. pen. ff. ad Maced. l. 1. & 2. C. eod. tit. & l. 4. tit. 1. part. 5. Ad hunc euentum ſpectant exempla quæ l. ſi quis patrem, & l. 4 Caſtellæ, citatis, adhibentur. Nempe, quando quis officium publicum, aut miniſterium aliud, vel mercaturam, tanquam paterfamilias exercebat. Præterquam. n. quod mutuo eis dantes, facilè decipi poterant, credentes eos eſſe ſui iuris, ſanè hodie poſt iura Codicis, vel bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia, habent, certè aduentitia, quorum vſusfructus, & adminiſtratio, ſaltem ex tacito patris conſenſu, ad ipſos ſpectant: eiuſmodi autem homines ſoluere de eis bonis tenentur, quæ eis mutuo dantur, vt mox ſubiungemus.

Secundus eſt, ſi filiusfamilias, quando mutuo accipit, bona habeat caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia: tunc enim ſoluere tenetur mutuum, vt habetur l. prima. §. vlt. & l. 2. ff. ad Maced. Idem credo eſſe, quando habet aduentitia bona, quorum vſusfructus, & adminiſtratio ad ipſum ſaltē ex tacito patris conſenſu, pertineant. Cum enim poſt iura Codicis non minus liberam horum bonorum habeat adminiſtrationem, quàm caſtrenſium, vtique ex illis ſoluere tenebitur mutuum, acceptum, poſtquàm illorum habuit adminiſtrationem. Senatus quippe conſultum Macedonianum introductum eſt ad impediendum mutuum, quando filiusfamilias non habet propria bona, vnde illud ſoluat, idque propter mala, quæ ex talis mutui ſuſceptione ſequebantur.

Tertius, ſi filiusfamilias miles ſit quando mutuum ſuſcipit. Ita habetur l. vlt. C. ad Macedo. & l. 4. tit. 1. par. 5. Tunc enim non ſolum præſumptio eſt iuris, & de iure, ad ſumptus in bello id ſuſcipere; ſed etiam in belli fauorem ſancitum eſt, vtſ ſoluatur, quo facilius milites mutuum belli tempore inueniant.

Quartus, qn̄ mutuum non erat in pecunia, ſed in aliqua alia re, vt in tritico, vino, oleo, &c. Senatus namq; conſultum de ſola pecunia mutuo data loquitur. Excipitur, qn̄, in fraudem, mutuū datum eſt in re, quæ non eſt pecunia, vt re illa vendita pecunia inde cōparetur: tunc. n. locū hēt Senatuſconſultum Macedonianum. Vtrumq; habetur expreſſe l. ſed Iulianus, §. mutui. ff. ad Maced.

Quintus, ſi pecunia alio titulo à filiofamilias erat debita, vt exemptione, aut conductione, & cum creditore conuenit filiusfamilias, vt mutuo deinceps eam habeat. Excipitur, niſi in fraudem Senatuſconſulti, primò præceſſerit venditio, aut alius titulus, & poſtea ſequutum ſit mutuum. Vtrumque habetur l. 4. ff. ad Maced.

Sextus, ſi filius familias fideiuſſor ſit eius pecuniæ, quā alius ſui iuris accepit mutuo: tunc enim, ſi alius mutuum non ſoluat, cogitur filius familias illud ſoluere. Excipitur, niſi, in fraudē Senatuſconſulti, id ſit effectum, vt eo colore pecunia ad filiumfamilias deueniret, alio ſe obligante tanquam principali. Si autem mutuans conſcius eius fraudis fuit, cōpetit aduerſus illum exceptio. Ita habetur l. ſed Iulianus in prin. ff. ad Maced.

Septimus, ſi filiusfamilias iuſſu, vel conſenſu patris, aut conſcio patre, nec contradicente, mutuum accepit, vel ſi pater ſolitus erat ſoluere mutuum filij, vel pater, poſt contractum celebratū, illud approbauit, vel ſoluit partem mutui, vel filius ipſe poſtquam ſui iuris eſt effectus, approbauit, vel confirmauit contractum, vel ſoluere cœpit partem mutui. In his nanque oībus euentibus pater dū viuit, aut filius poſtquàm ſui iuris eſt effectus, ſoluere tenetur integrū mutuū, neque Macedoniani opponere poſſunt exceptionem. Ita hr. l. 2. l. ſi permittente. l. Maced. & l. vlt. C. ad Maced. l. ſi tamen, & alijs. ff. eo. ti. & l. 6. tit. 1. par. 5.

Octauus, ſi filiusfamilias in ſtudio, aut in alio loco procul à patre degens, mutuum ad ea accepe rit, quæ incumbebant patri cum eo inſumere, vel ad quæ paterna pietas non recuſaret ſumptus cū eo facere, ſoluendum abſque vlla exceptione eſt tale mutuum: modo non excedat, quod pater cū eo filio erat inſumpturus. Ita habet l. 2. & l. Macedoniani. C. ad Maced. l. ſed Iulianus, §. quod dicitur, & §. ſequenti. ff. eodem titul. & l. 6. citata.

Panor.c.quod quibuſdã de fideiuſ.nu.3. ait eodẽ modo,ꝙ religioſus, miſſus a monaſterio in ſtudiũ aut ad aliud, mutuo ibi accepit ad competentes ſumptus,teneri monaſterium id perſoluere.

Nonus,qñ quod filius familias mutuo accepit in patris vtilitatẽ comperitur cõuerſum: tunc.n. pater ſoluere tenetur, quod in ipſius vtilitatẽ eſt cõuerſum,l.ſed Iulianus.§.proinde.ff.ad Maced.

Decimus, ſi filiusfamilias præpoſitus a patre erat alicui negotiationi,& cauſa talis negotiationis mutuum accepit, tenetur pater illud ſoluere. Idem ſi ab alio ſit præpoſitus: is namque,qui illũ præpoſuit tenetur mutuum ſoluere, niſi ſumere mutuum prohibuiſſet. Ita habetur l.ſed Iulianus. §.interdum.ff.ad Maced. Lege,quæ Anto.Gom. 2.tom.var reſ.c.6.nu.2.ver.nono, & Greg.Lop. l.7.tit.1.par.6.glo.2.docent.

De exceptione non numeratæ pecuniæ circa mutuum.

DISPVTATIO CCCII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra biennium,& duobus modis opponi poteſt.*
Fallit de iure Luſitano,in quo tantũ ſexaginta dies conceduntur,nu. 2.

3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in quacunque re mutuo promiſſa.*

4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in alijs contractibus, præterquàm in dote.*

5 *Exceptio rei non traditæ competit intra triginta dies confitenti ſe recepiſſe ſpe traditionis: alias probare tenetur rem non fuiſſe traditam.*

6 *Mutuatarius renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ,ad quem effectum non poteſt excipere pecuniam non fuiſſe numeratam.*

7 *Renũciatio nõ numeratæ pecuniæ,vt ſit valida,an ſatis ſit fieri in eodem inſtrumento confeſſionis mutui,an verò aliud requiratur inſtrumẽtum.*
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitano,& qua pœna notarij,& miniſtri publici puniuntur.nu.8.

8 *Notarij,& alij miniſtri publici, conficientes inſtrumenta renunciationis non numeratæ pecuniæ, qua pœna puniantur de iure Luſitano.*

9 *Mutuans ſi probat numeratam pecuniam, ad quid cogatur mutuatarius,qui excepit:& ſi nõ probat,quid cogatur reddere mutuatario.*

10 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ quo caſu nõ admittatur,ét ſi intra biennium opponatur,& nu.13.*

11 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ extraiudicialis operatur,ut exceptio ꝑpetuata cenſeatur, onuſq; probandi contrarium in creditorem ſit reiectũ.*

12 *Exceptio non numeratæ pecuniæ competens debitori,tranſit ad eius hæredes,& fideiuſſores actiuè,& paſſiuè.*

14 *Exceptio non numeratæ pecuniæ etiã de iure Luſitano,an competat debitori ex alia cauſa, in mutuum tamen nouata.*

15 *Exceptio non numeratæ pecuniæ de iure Luſitano admittitur ét poſt tempus ſtatutum, ad effectũ, vt onus probandi debitor in ſe ſuſcipiat.*

16 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an opponi poſſit a debitore per inſtrumentum guarentigiatum.*

17 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt a debitore non obſtante iuramento, etiam in conſcientiæ foro.*

18 *Obligatio ciuilis tantum ex confeſſione mutui ſub ſpe futuræ numerationis,oritur.*

IN mutuo ſtatutum eſt,ſi quis ſpe.v.g.numerationis pecuniæ,ſibi mutuo promiſſæ,chirographo,aut alio inſtrumento publico, vel coram teſtibus confeſſus ſit, ſe tantam pecuniam mutuo ſibi datam debere, poſſe intra biennium a die talis confeſſionis factæ,excipere, ſeu opponere, pecuniam non fuiſſe numeratam. Et tunc creditori incumbit onus probandi numeratã fuiſſe. Quòd ſi creditor id non probet,abſoluitur is,qui id inſtrumento, aut coram teſtibus fuerat confeſſus.
1 Opponere † autem poteſt exceptionem, vel litẽ
intrà biennium illud intentando aduerſus creditorem, vt reddat inſtrumentum eiuſmodi confeſſionis,quandoquidem pecunia non fuit numerata, aut confiteatur pecuniã numeratam non fuiſſe,ſi confeſſio coram teſtibus fuit facta; vel,creditore exigente debitum intra biennium,opponendo pecuniam non fuiſſe numeratam. Quòd ſi neutro modo intra biẽnium excipiat,cogitur ſoluere mutuum,niſi ipſe probet, pecuniã non fuiſſe numeratam. Hæc patent Inſt.de literar.oblig. §.vnico.l.ſi ex cautione.l.ſi intra. l.aſſeueratio.l. contractib. C.de nõ nu.pec.& l.9.tit.1.par.5. De
2 iure † verò Luſitano ſolum conceduntur ſexaginta dies ad excipiendum a die confeſſionis factæ, vt patet 4.lib.ord.tit.47. in prin.& §§.ſeq.

Dixi ſupra; ſpe verbi gratia numerationis pe- Ius Luſitanũ.
3 cuniæ: quoniam † licèt exceptio hæc in iure nõ-
numeratæ pecuniæ appelletur, locum tamen habet in quacunque re mutuo promiſſa, quam, ſpe traditionis, ſit aliquis confeſſus ſe debere, vt patet l.in contractib.in princ.C.de non num.pec.l. 9.tit 1.par.5.& libr.4. Luſit.ord.tit.47.in princ. Vtrum autem ea exceptio locum etiam habeat in
4 alijs contractibus. Neganter † eſt reſpondendũ
cum gl.l.in contractib.in princ.C.de non nume. pec.Baldo,& alijs, quos Greg. Lop.l.9.citata gl. 1.refert, ac ſequitur, modo tamen confeſſionem dotis receptæ excipias, de qua ſuo loco erit ſermo. In alijs namq; contractibus cõfeſſio rei acceptæ,ſtatim præiudicat cõfitẽti ad effectũ, vt licèt excipiat ſpe traditionis fuiſſe id cõfeſſum,niſi ſufficienter probet,ſe eã non recepiſſe,reputetur illã recepiſſe, neq; onus id probãdi ad alterũ ſpectet,
5 iuxta l.generaliter,C.de nõ num.pec. Si † tñ ſpe
traditionis confiteat quis ſe recepiſſe, quod alius ei debebat,ita vt confeſſio ſit ad liberandum aliũ a debito, tunc confitenti conceditur excipere intra triginta dies a tali confeſſione, rem non fuiſſe traditam, factaq; intra id tempus ea exceptione, ad debitorẽ probare ſpectat,ſe illam tradidiſſe,ꝙ ſi creditor intra id tempus nõ excipiat, ad ipſum probare attinet,rem non fuiſſe traditam. Ita habetur l.in contractib.§.ſuper cæteris. C.de non numerata pecunia, & cum Paul.Caſtrenſ. & Bald. affir-

affirmant Greg. Lop. vbi ſupra, & Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 6. nu. vlt.

6 Vtrum, ſi † mutuatarius, qui cõfeſſus eſt ſe mutuum recepiſſe, renunciauit exceptioni nõ numeratæ pecuniæ, poſſit nihilominus excipere, pecuniam non fuiſſe numeratam. De iure cõi, & Caſtellæ, dicendum eſt, excipere non poſſe ad effectum, vt in mutuantem reijciat onus probãdi pecuniam fuiſſe numeratã. Ita gloſ. l. ſi ex cautione. C. de non num. pec. & cõis doctorum ſententia, ſancitumque eſt l. 9. titu. 1. part. 5. Admittetur tñ exceptio ad effectum, vt, ſi ipſe probet numeratã non fuiſſe, liberetur a ſolutione. Ita Greg. Lope. l. 9. citata glo. pen. & vlt. & alij, quos citat. Vtrum 7 † autem, vt renunciatio ſit valida, prædictumq; effectum habeat, ſatis ſit fieri in eodem inſtrumẽto, in quo fuit facta confeſſio. Greg. Lop. gloſ. vlt. citata, & Ant. Gom. l. 30. Tauri. nume. 52. aiunt, communem opinionem eſſe, non ſufficere, ſed oportere fieri in alio: quia, qua facilitate, ſpe, & deſiderio mutui, adduceretur ad confitendum mutuum, adduceretur quoque ad renunciandũ eiuſmodi exceptioni. Lex tñ Caſtellæ citata ſtatuit, ſatis eſſe in eodem inſtrumento fiat, eademque fuit opinio Fabri, & aliorum, quos Greg. Lop. ibidem refert, & quos Emman. Acoſta l. ſi ex cautione verb. compellitur, copioſius refert ac ſequi-
8 tur. Meritò † tamen iure Luſitano titu. citato in prin. ſtatutũ fuit, vt, ſi renunciatio eiuſmodi exceptionis fiat, ſit ipſo iure nulla; pœnaque amiſſionis officiorum decernitur tabellionibus, & alijs miniſtris publicis, qui inſtrumenta confecerint, in quibus ea renunciatio apponatur. Alua. Valaſ. tamen conſult. 5. nu. 12. & 13. eam ordinationem intelligit, qñ renunciatio fit tempore contractus in inſtrumento, quo celebratur contractus; ſecus ſi fiat poſtea ex interuallo: vr̃ enim cenſere, tunc validam eſſe in Luſitania, ſicut de iure cõi eſt valida ex omnium ſentẽtia, ſi ex interuallo fiat: neque caret probabilitate eã ſententia, propter verba illa ordinationis; *que ao tempo do contracto*.

9 Qñ † mutuatarius tempore congruo excepit pecuniam numeratam non fuiſſe, onusq; probandi fuiſſe numeratam, iuxta hactenus dictã, incumbit creditori, tunc, ſi creditor ſufficienter probet fuiſſe numeratam, cogitur mutuatarius, non ſolũ ſoluere integrũ debitum, ſed ẽt expenſas omnes in triplo, neque deinceps aliud teſtimonium aduerſus eam requiritur, quàm præterita ipſius confeſſio. Si vero creditor nõ probet numeratã fuiſſe pecuniam, cogitur reddere debitori inſtrũm confeſſionis, liberumque illum ab ea confeſſione reddere. Hæc habentur lib 4. ord. Luſitan. tit. 47 §. 1. Idem dicendum eſt ſtando in ſolo iure communi, excepta pœna illa triplici expenſarum, quam de iure communi ſtatim non inuenio.

10 Quando † inſtrumento confeſſionis debiti ex mutuo, tabellio fidem facit, in ſua præſentia, & teſtium, numeratam fuiſſe pecuniam, tunc non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ ad effectum, vt creditor probare teneatur fuiſſe numeratam, ſed ex ſola ea tabellionis fide cogitur debitor mutuum ſoluere. Ita habetur. §. 1. citato, & conſentiunt glo. pen. l. ſi ex cautione, & glo. 2. l. in contractibus, in princip. C. de non numerata pecun. & authen. ſi verò moriantur de inſtr. cautel. & fid.

In Luſitanis ordinationibus. § 2. ſequenti hr̃,
11 ſi is, qui debitum, ſpe pecuniæ † numerãdæ, fuit confeſſus, intra tempus iure præſcriptum coram creditore extra iudicium excepit dicens, ſe nõ recepiſſe, quod debere fuit confeſſus, vel non tantã ſummam recepiſſe, id ſatis eſſe, vt exceptio perpetuata cenſeatur, onusque probandi contrarium in creditorem ſit reiectum. Conſentit l. in cõtractib. §. in omni. C. de non num. pecun. & gloſ. l. ſi intra verb. querimoniam. C. eod. tit. Grego. Lop. & alij, quos citat, l. 9. tit. 1. par. 5. verb *o alguno de los otros*. Quamuis autem exigere videantur, vt reſcripto mandetur: lex tamen Luſitana, ſolũ id conſulit, vt ritè probari in poſterum poſſit. Quando creditor eſt abſens, aut copia illius haberi non poteſt, ſatis eſt, ſi exceptio coram iudice fiat. Ita hr̃ l. in contractibus. §. in omni. C. de non num. pec. & tit. 47. citato §. 2.

12 Si debitor, † ante tempus ad excipiendũ a iure præſcriptum, è vita diſcedat, hæredes illius intra idem tempus poſſunt excipere, etiam aduerſus hæredes creditoris, ſi creditor etiam ante id tempus elapſum mortuus ſit elapſo, tamẽ eo tempore, hæredes, etiam ſi minores ſint, excipere non poſſunt, neque eis reſtitutio, quo ad hoc, in integrum conceditur. Et ſicut hæredes, ſic etiam fideiuſſores excipere poſſunt, l. ſi intra. C. de nõ num. pec. & tit. 47. citato, §. 3.

13 Quòd ſi debitor, poſt † cõfeſſionem factã, partem debiti ſoluat, aut debitum recognoſcat, non conceditur illi deinceps exceptio non numeratæ pecuniæ, ita habetur tit. 47. citato §. 4.

14 Qñ debitor † ante ſuam confeſſionẽ obligatus erat creditori ex aliquo alio titulo puta venditi, locati, aut alio ſimili, &, pacto inito cum creditore, confeſſus eſt, ſe illud idem deinceps debere ex mutuo, vtrum tunc illi competat exceptio non numeratæ pecuniæ. Ant. Gom 2 tom var. reſ. c. 6. n. 4. affirmat ei cõpetere. Alij verò, quos ipſe refert, merito negant: idq; definitũ eſt, 4. lib. ord. Luſit. tit. 47. §. 5. & conſentit. l. generaliter. C. de nõ numerata pecunia. Idem autem eſt, ſi confeſſio ſit, ſe id debere ex mutuo antiquo, quod ante eam confeſſionẽ accepit. Tunc. n. non mutuum in ſpe, ſed pecuniã in re, numeratam confitetur. Si quis itẽ per vltimam voluntatem confiteatur ſe recepiſſe tantum, vel tantum, mutuo ab alio, tunc hæredibus non cõpetit exceptio nõ numeratæ pecuniæ, vt rectè Ant. Gom. & al j, quos refert, probant. Deciſ. Quæſ.

Eadẽ Luſitana lege. §. penult. & vltimo ſancitur, eſto debitor, intra tẽpus iure ad excipiendum Ius Luſitanũ.
15 conceſſo, nõ † exceperit pecuniã numeratam nõ fuiſſe, admittitr̃ ad excipiendũ; dummodo onus probandi, numeratam non fuiſſe, in ſe ſuſcipiat: & dummodo in euentibus, in quibus in eo regno probato non admittitur, niſi per ſcripturam publicam, iuxta ea quæ diſput. 260. dicta ſunt, ſcriptura publica id probet. Quando autem creditor probare debet, debitoris confeſſionem,

verã eſſe, tunc ſatis eſt, ſi id teſtibus, aut quacunq; alia ratione probet, vt ibidem habetur.

Quæſ. 16 Dubium eſt, vtrum, ſi debitor † cõfeſſus eſt recepiſſe pecuniam, eamq; ſoluere promiſit inſtrumento guarentigio, quod nulla expectata ſententia paratam habet exequutionem, opponere nihilominus poſſit exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, vel intra bienniũ, antequam cõueniatur, vel poſtq̃ iuxta inſtrumenti formã conuenitur, intra decem dies eodem biennio comprehenſos, datosque ſolum in hoc regno Caſtellæ ad excipiendũ, poſtquam debitor exequutioni ſe opponit, quę vi talis inſtrumenti contra eum fit, iuxta l.1.2.& 3. tit.21.lib.4 nouæ collect. Præſertim cum in hoc regno, iuribus citatis, non quæcunque exceptiones debitoribus intra decem illos dies permittantur, ſed certæ tibi præſcriptæ, de quarum numero hæc non eſt. Baldus negauit, opponere eam exceptionẽ poſſe. Anto. vero Gom.2.tom.var.reſol.c.6.num.3 cum multis alijs, quos refert, merito affirmauit, poſſe eam intra illud tempus opponere, eoque ipſo reijcere in creditorem onus probandi pecuniam fuiſſe numeratam. Primò, qm̃ confeſſio illa pecuniæ receptæ, & obligatio eam ſoluendi, ſemper habet illã tacitã conditionem, ſi numeretur, atq; ex iuris diſpoſitione præſcriptum eſt tp̃s, intra quod poſſit debitor excipere conditionem non fuiſſe impletam, eoq; ipſo reijcere onus id probãdi in creditorem: ergo exceptio aduerſus debitorẽ, quibuſcunq; clauſulis inſtrumenti guarẽtigij vallata ſit, ſemper habet eandẽ tacitã conditionem, niſi debitor intra tp̃s datum a iure excipiat, pecuniam non eſſe numeratã. Confirmatur hæc ratio, qm̃ non maiores vires habent clauſulę inſtr̃i guarentigij ad impediendam hanc exceptionem, quam habeat iuramẽtum, quo debitor, qui eam confeſſionẽ feciſſet, ſe aſtrinxiſſet ſoluere pecuniam, q̃ recepiſſe confitebatur: ſed, nihil 17 impediente † iur̃o, poteſt in conſcientiæ, & in exteriori foro, debitor excipere, pecuniam non fuiſſe numeratam, vt hr̃ l.vlt. C.de non num.pec. eo ꝙ iur̃m natura ſequatur promiſſionis, ſuper quã cadit: promiſſio autem illa, cũ facta fuerit ſpe numerationis, eam hẽt tacitam conditionẽ, ſi pecunia numeretur: ergo nihil impedientib. clauſulis inſtr̃i guarentigij quib. debitor conceſſit liberã exequutionem nulla iudicis expectata ſn̄ia, excipere poteſt, non numeratam fuiſſe pecuniam: qm̃ ſimiliter id conceſſit ſub ſpe numerationis, ac proinde ſub conditione, ſi pecunia numeraretur. Obiter tamen obſerua, ſi iur̃m eſſet aſſertorium, quo mutuatarius iur̃o affirmaſſet, ſe eam pecuniã mutuo accepiſſe, tunc non concederetur illi exceptio non numeratæ pecuniæ ad effectum, vt onus probandi fuiſſe numeratam, reijceretur in mutuantem, vt de exceptione non numeratæ dotis copioſius diſp.349. explicamus. Secundo, quia cum prius conſtare debeat, rem eſſe debitam, ad quam ſoluendam quis ſe guarentigio inſtr̃o obligauit, quam exequutio aduerſus eũ fiat, ſanè guarentigium inſtrumentum non impedit exceptionem, quæ ex ipſa rei natura, poſita iuris diſpoſitione, ineſt, qualis eſt, de qua nunc diſputamus: atque hoc eſt, quod voluit Inn. ab Ant. Gome. relatus. In idem aũt recidit, quod Anto. Gom. ibid. ſubiungit, nẽpe, iura Caſtellæ citata, qñ inſtr̃um eſt guarentigiũ, excludere exceptiones, præter ibi numeratas, ſi creditor ex natura contractus fundatam habeat ſuã intentionẽ: in re aũt propoſita, debitorem ex natura contractus, iuriſque diſpoſitione, habere ſuam intentionem fundatam, vt excipiat, onuſque probandi reijciat in creditorẽ, ad creditorem quo, facta ea exceptione, probare ſpectat pecuniam fuiſſe numeratam, idque ex iuris diſpoſitione, naturaq; ipſa contractus.

Decis.

18 Illud † poſtremo addiderim, qñ qs ſpe numerationis confeſſus eſt mutuũ, nec tñ pecunia fuit numerata, conſurgere obligationẽ ciuilẽ ſoluendi debitũ, ſine naturali, atq; adeo conſurgere ſolũ obligationem in exteriori foro, non verò in foro conſcientiæ. Interim tñ, dum bienniũ ad excipiẽdum conceſſum non labitur, obligatio illa nõ eſt adeo firma, qa elidi p exceptionem pt, reijciq; in creditorẽ onus probandi numeratam fuiſſe pecuniã: poſtq̃ vero elapſum eſt bienniũ, neque in eo fuit exceptũ, manet firmior; nunq̃ tñ adiunctam hẽt naturalem obligationem, quicquid iuris periti aliqui, quos Ant. Gome. 2. tom. var. reſol. c.6. num 6. refert, in contrarium voluerint, idq; eſto confeſſio illa vallata fuerit iuramento ſoluendi tale mutuum, vt ante dictum eſt, & habetur l.vlt. C.de non num.pec. Atque hæc eſt ciuilis obligatio ſine naturali, de qua eſt ſermo §.vnic. Inſti. de liter.obl. & C.de non num.pec.

Vſura, quid, & quotuplex ſit.

DISPVTATIO CCCIII.

SVMMARIVM.

1 *Vſura vnde dicta, & quot eius ſignificationes. & num.3. & 4.*
2 *Vſura pro obiecto vitij, & pro ipſo vitio ſumitur.*
3 *Vſura licita quæ.*
4 *Fœnus vnde dictum, & quot modis ſumatur.*
5 *Vſura pro obiecto vitij quid.*
6 *Mutuum virtute, quid.*
7 *Vſura extra mutuum non dicitur, licet lucrum ex alio contractu proueniens, iniuſtum ſit.*
8 *Contractus quilibet, an vſurarius ſit, vel ne, quomodo cognoſcatur, regula traditur.*
9 *Sors quid.*
10 *Vſura pro vitio quid.*
11 *Vſura realis, quid.*
12 *Vſura mentalis quid.*
13 *Vſura aperta, quid, & quid palliata.*

CVm mutuũ (vt patebit) quaſi ſedes, ac fundm̃ vſuræ ſit, ordo ipſæ diſciplinæ poſtulat, vt de vſura hoc loco diſſeramus. Vt vero a nomine ordiamur, vſura † primũ vr̃ ſignaſſe vſum.
1 Vñ Tullius in Verrẽ, *Cur, piratis lucis vſurã* (.i. vſum) *tã diuturnã dediſti.* Et 1. Tuſc. quæſt. *Natura dedit vſurã vitæ* (id eſt, vſum) *ſicut pecuniæ.*

Quem

Quemadmodum autem a cultu dicta eſt cultura, ſic ab vſu dicta eſt vſura. Inde verò trãſlatum eſt nomē ad ſignificandum,quod vſu rei alicuius tãquã fructus,accreſcit, iuxta illud Ciceronis in li. de Senectute, *Terra nunquam ſine vſura reddit, quod accipit.* Vbi incremētũ fructus ſupra ſemē, & quaſi lucrum,qđ terra ex ſemine ſibi mandato reddit,vſura ex ſemine a Cicerone nuncupatur.

Iuxta has verbi, Vſura,ſignificationes,non eſt peculiare nomen vitij,materiæque, & obiecti vi-
2 tij. Ex † accommodatione tñ vſus ſumptus eſt ad ſignificandũ lucrum ex mutuo,hoc eſt, incremētum,quod vi mutui intēditur,aut accipitur,ſupra id,quod mutuo eſt datũ:cum autē,vt videbimus, incremētũ hoc ex ipſa rei natura malũ ſit malitia obiectiua,cõſequens profectò eſt,vt obiectũ ſit vitij,atq; peccati. Quia verò nomē obiecti interdũ trahitur,& extenditur,ad ſignificandũ actum, aut habitũ;ſicut è cõtrario nomē actus, aut habitus trahi,& extendi;nõnunquam ſolet ad ſignificandũ obiectũ,inde effectum eſt,vt nomē, vſura, ſumptũ ẽt ſit ad ſignificandum vitium, & peccatum,quo lucrũ ex mutuo intēditur,aut accipitur. Quo fit,vt ſicut hæreſis æquiuocũ eſt, ad hæreſis crimē & ad obiectũ,& furtũ,ad crimen, & ad rē, q̃ furto aufertur:ſic ẽt vſura,in re propoſita,ęquiuocũ ſit ad lucrũ ex mutuo,& ad vitium, quod id pro materia,atq; obiecto habet. Atq; in his duab. ſignificationib.nobis eſt ſermo de vſura hoc loco.

Illud nomen eſt obſeruandum:doctores ſume-
3 re † aliqñ nomen hoc latius,dũ,minus propriè de hac re loquentes, vſuram aliq̃ appellant licitam, dum ſcilicet, commodũ pretio æſtimabile, quod mutuatarius,vltra rem mutuatã,quandoque accipit licitè,non quidem vi mutui,ſed ex aliquo alio capite vſurã licitam appellant. Hoc modo iuxta cõlorem,ac veriorem ſenſum,accepit Ambroſius vſurã. 14 q.4.c.vlt.dum dixit; *Ab illo exige vſuram,cui meritò nocere deſideras. Cui merito inferuntur arma,huic legitimè auferuntur vſuræ. Quē bello vincere non potes,ab hoc vſuram exige, quē nõ ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat,qui vſuras flagitat. Sine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exequutor inimici. Ergo vbi ius eſt belli,ibi ius vſuræ.* Hactenus Ambroſius. Quibus verbis vult, quãdo iure belli licitè poſſumus aliquem interficere, bonaque illius occupare,tũc licitè etiã poſſe aliquid vltra rem mutuatam ab illo accipere, nõ quidem quaſi vi mutui debitũ,ſed ex alio capite, ex quo bello iuſto poſſumus bona omnia illius occupare. Intelligendus tamen eſt Ambroſius, quãdo ſine ſcandalo id accipi poteſt.

4 Vſura † fœnus etiam nuncupatur,a fętus quaſi ſit partus,& fructus pecuniæ,aut rei alterius mutuo datæ: cum autem res mutuo data infęcunda ex ſe ſit,& ſterilis,vt, ratione illius, plus ſit debitum, quàm ſit ipſa; conſequens eſt, vt talis fœtus & fructus illicitus ſit. Interdum tamen fœnus,& fœnerari ſumuntur latius,vt eſt idem, quod mutuo dare, & communicare: quo pacto ſumitur, non ſolum in ſacris literis, vt videbimus, ſed etiã apud autores profanos. Plinius namque lib. 2. c. 6. ſic ait, *Fęnerat ſol lumen ſuum cæteris ſyderibus*, id eſt, impertitur, ac communicat. Quod vero vſura in Luſitania *Onzena*; nuncupetur, inde videtur habuiſſe ortum, quòd vſurarij vnum pro decem,quæ mutuo dant, accipere ſoleant, atque adeo vndecim pro decem, iuxta exemplum Concilij Agathenſis 14.q.3.c.vlt.

5 Vſura,pro † obiecto,materiaque vitij,licèt alij plura addant,ſic ſufficienter a Caietano definitur in ſumma verb.vſura,& ab alijs. Eſt lucrum ex mutuo. Conſentiunt Auguſt. Hieronymus, & Ambroſius 14.q.3.c.1.& ſequentibus. Nomine autē,lucri,hoc loco,intelligitur pecunia,vel quęcunq; alia res temporalis pretiò æſtimabilis, vt tres illi patres, & Cõcilium Agathenſe capitibus citatis,doctoresque cõiter, affirmant, ſiue ſit obſequium, aut quoduis aliud onus pretio æſtimabile iniunctum,ſiue aliquid aliud. Gratia tñ, & gloria,quæ a Deo obtinendæ vi mutui intendantur, non comprehenduntur nomine lucri hoc loco. Tum quia non ſunt temporalia bona pretio æſtimabilia. Tum etiã quia Deus ipſe ſua ſponte, plenaque libertate, meritis Chriſti, tanquã præmium mutui,amore ipſius facti, aliorumque noſtrorum meritorum, ea nobis vt commerita impertitur. Amicitia item,ac beneuolentia interior eius,cui mutuo datur, aut alicuius alterius, eſto intendatur mutuo, non intelligitur nomine lucri ex mutuo,vt D. Tho. 2.2.q 78.art.2.& Doctores cõiter adnotarunt. In primis, quia per mutuum intenditur tanq̃ per cauſam,& obiectũ vnde mutuatarius ex ſua gratitudine, atque honeſtate morali, merè ſpontanea, ac liberaliter, ad id moueatur. Deinde,quia fas eſt quocunque opere bono intendere beneuolentiã, atque amicitiam proximi,neq; in eo vlla fit ei iniuria. Præterea,q̃a licèt beneuolentia, & amicitia, alicuius merito interdum plus ęſtimetur ab aliquo,q̃ pecunia;ex ſe tamen non eſt de numero earum rerum,quæ pretio æſtimantur,ac venduntur,& quarum cõparatione oriri poſſit ciuilis obligatio; eo quòd interius lateat, ſponteque, ac libere impendatur, aut non impendatur:in re autem propoſita,id pretio æſtimabile appellamus, quod vendi,aut permutari, in commercio humano pro re alia poteſt, & circa quod oriri poteſt ciuilis obligatio. Adde,mutuo poſſe licitè intendi, & accipi pecuniam, aut rem aliam pretio æſtimabilem, modo ex gratitudine, & liberalitate mutuatarij detur, vt videbimus,nedum intendi amicitiam,& beneuolentiã. Vſura namque eatenus illicita eſt, atque iniuſta, quatenus, cum propter mutuum debita eſſe non poſſit, tanquam debita, aut non plenè voluntariè data,accipitur: in effectu autem gratitudinis, & liberalitatis, eſto ex mutuo, tanquam ex cauſa motiua, oriatur, id non cernitur; eo quòd merè liber, ac voluntarius ſit, atque ea de cauſa licitè poteſt mutuo intendi, & accipi, quando a mutuatario ea ratione datur. Denique, vt aliquid lucrum ex mutuo dicatur, opus eſt, vt, & ſit intereſſe ſupra id, quod mutuo eſt datum, & alioquin non ſit debitum, nec ius ſit aliunde mutuo danti ad illud accipiendum. Si namque ex alio capite, quàm ex mutuo, licitè accipi poſſit, vt in re-

recõpenſatiõnẽ pro damno emergente, aut lucro
ceſſante, vel ex alio quocunq;, non dicetur lucrũ
ex mutuo, ſed intereſſe ex alio capite comparatũ.
Quod attinet ad illã aliã partem definitionis,
ex mutuo, obſeruandum eſt, ſumi ibi latè, vt com
prehẽdit, non ſolũ verum, ac formale mutuũ, ſed
6 ẽt mutuũ virtute. Si † namq; quis carius iuſto p̃-
tio rigoroſo vendat credito, incrementumque il-
lud accipiat pp expectatã ſolutionem (vt ſemper
ea de cauſa accipi præſumitur) cõtractus eſt vſu-
rarius: qm̃ credito vendere, eſt virtute mutuo em
ptori relinquere pretium, quod ſtatim erat ſolu-
turus, quocirca, accipere ea de cauſa incremẽtum
vltrá pretium iuſtum, eſt accipere lucrum ex mu-
tuo virtute, atque adeo eſt vſura. Similiter, ſi quis
propter anticipatam ſolutionem, emat vilius in-
fimo pretio iuſto, committit vſuram; qm̃ antici-
pare ſolutionem, eſt virtute eam mutuo dare vſq;
ad tempus traditionis mercis; & idcirco detrahe-
re aliquid de pretio iuſto ea de cauſa, eſt reporta-
re lucrum ex mutuo virtute quod eſt vſura.
Per hanc ſecundã definitionis partem a rõne
7 vſuræ † reijcitur quodcunq; lucrum, quod nõ ſit
ex mutuo, ſiue illud iuſtum ſit, ſiue iniuſtũ. Qua-
re, ſi quis pecunia numerata plus iuſto pretio ri-
goroſo aliquid vendat, licet id pretij incrementũ
iniuſtum ſit, & reſtitutioni in conſcientiæ foro
obnoxium; quia tñ neq; ex formali neque ex vir-
tuali mutuo proficiſcitur, ſed ex nuda iniuſta vẽ
ditione, vtique ad vſuram non ſpectat. Si quis itẽ
locet pecuniam ſuam auream, vel ad oſtentatio-
nem, ac recreationem, vel vt cibi cum ea conco-
quantur ægroto, aut ad aliũ vſum, accipiatq; mo
deratum pretium pro eo vſu, eiuſmodi pretiũ, ac
lucrum vſura nõ eſt, ſed eſt iuſtum lucrum, vt D.
Thom. q. 78. citata art. 1. ad 6. & doctores cõiter
affirmãt. Neq; enim lucrum illud eſt ex mutuo,
ſed ex locatione pecuniæ, perſeuerante dominio
eius pecuniæ apud locante, quare, ſi tunc pereat,
abſque culpa leuiſſima conductoris, perit locato-
ri, non vero conducenti; cum tñ, ſi eſſet mutuum,
periret mutuatario, & non ei, qui mutuo dedit.
8 Ad † iudicandum ergo de vnoquoque cõtractu,
num vſurarius ſit, hac regula, quæ nullã exceptio
nem patitur, eſt vtendum. Attendendum eſt, nũ
in eo contractu mutuum formaliter, aut virtute
interueniat; & quidem, ſi interueniat, lucrumque
ex illo intendatur, contractus eſt vſurarius, & ta-
le lucrum eſt vſura. Sin minus, vſurarius eſſe non
poteſt, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus, alioquin ſit.
9 Illud † eſt obſeruãdum, id quod mutuo datur,
ſeu æquale, quod rõne mutui debetur, appellari
ſortem. Vt vero Sotus 6. de iuſt. q. 1. art. 1. probè
ait, nomen hoc ex ſocietatis contractu vr̃ ad alios
deriuatum. In cõtractu namque ſocietatis vnuſ-
quiſq; ſociorum ſortem ſuam hoc eſt, portionẽ,
mittit in communem aceruum, eamque tempore
partitionis extrahit primum, ſi integra perſeue-
rat, deinde vero accipit partem lucri, quæ, vltra
ſortem, ipſum contingit. In hac ſignificatione
Ambroſ. cap. plerique. 14. q. 3. mutuum, æquale-
ve, quod mutui rõne debetur, appellat ſortem, lu-
crum vero, quod inſuper ratione mutui accipitur
vſuram nuncupat, dũ ait; *Quodcunque accedit ſor
ti, vſura eſt.* Eodẽ modo ſumitur frequẽter in iu-
re, & a doctoribus. Sors appellatur ẽt capitale, &
principale tã in ſocietatis contractu, q̃ in re pro-
poſita, qñ vſuram diſtinguimus a ſorte, capitali,
& principali, quod mutui ratione debetur.
10 Vſura, pro † vitio, & peccato, non eſt aliud, q̃
acceptio, aut voluntas accipiendi lucrum ex mu-
tuo. Ab ea vero tam hoc, quam præcedente modo
vſurpata, contractus, quo illa intenditur, aut in
quo interuenit, vſurarius dicitur. Dum autẽ vſu-
ra in priori acceptione eſt in pacto, nondumque
eſt accepta, pactionibus ab aliquibus nuncupa-
tur, neque adhuc ex illa obligatio conſurgit reſti-
tuendi. Quando vero iam eſt recepta, exactiona-
lis ab eiſdem dicitur, quaſi exacta, ac recepta. Et
tunc obligatio conſurgit eam reſtituendi.
Diuiditur vſura ẽt recepta, & obnoxia iã reſti
tutioni, in mẽtalem, & realem, Et rurſus, in aper-
11 tam, & palliatã. Realis † eſt, qñ interuenit pactũ
tacitũ vel expreſſum, de lucro ex mutuo. Eſt quip
pe realis vſura non ſolum quando quis apertè pa
ciſcitur de lucro ex mutuo, ſed etiã qñ id innuit,
dum mutuo dat. Vt ſi mutuatario dicat, noſti con
ſuetudinem, aut, confido pecuniam hanc non re-
uerſam ad me vacuam; aut memineris me priua-
ri vſu meæ pecuniæ, & habere filios, aut aliud ſi-
12 mile. Mentalis † vero vſura eſt, neque tacitũ, ne-
que expreſſum, interueni pactum de lucro ex mu
tuo: attamen, qui mutuo dat, ea intentione ac ſpe
dat, vt lucrũ ex mutuo recipiat, quia ſcit mutua-
tarium id daturum, non quidem ex liberalitate,
& gratitudine, ſed timore, ne alia die mutuum ei
denegetur, vel aliqua alia ratione. Qui autem hac
intentione mutuo dat, peccat vſuræ peccato, acci-
piendoque poſtea tale lucrum, non ſolũ peccat,
ſed ẽt reſtituere id tenetur. De vſura tamen men-
tali peculiaris taxetur diſputatio.
Hinc iã facilè intelliges, mentalem vſurã non
diſtingui a reali eo modo, quo peccatum mentis
diſtinguitur a peccato externo. Etenim, tam in v-
ſura mentali, quã in reali, datur peccatum mentis
& in vtraque datur peccatum externum. Si enim
quis voluntatẽ habeat mutuandi propter lucrũ,
& deducendi tale in pactum externum, nihil tñ
mandauit adhuc exequutioni, neque exterius ex-
preſſit, peccauit quidem ſolo peccato mentis vſu-
ræ realis; qñ vero id poſtea mandat exequutioni,
peccat externo peccato vſuræ realis. Simili mo-
do, ſi quis voluntatem habeat mutuandi alicui
pp lucrum, nullo adhibito pacto externo, ẽt taci-
to, quia ſcit, illum lucrum ex mutuo ſoluturũ, ne
mutuum ei alia die denegetur, tunc, ſi nondum
voluntas illa in actum prodiuit externum, eſt pec
catum mentis vſuræ mentalis; quando vero pro-
dit iam in actũ externum, quia mutuo dat ea in-
tentione, eſt peccatum externum vſuræ mentalis.
13 Vſura † aperta eſt, quãdo mutuum eſt forma-
le, lucrumque ex eo accipitur, aut intenditur. Pal
liata vero eſt, quando mutuum eſt virtute, vt in
eo, qui credito vendit, aut emit anticipata pecu-
nia, & lucrum inde intenditur, aut accipitur. In-
terdũ ab aliquibus palliata vſura dicitur, tã men-
talis

talis,quā eā realis, in qua tacitum pactū interuenit. Nos verò,cum cōi vſu loquentium, eam ſolā palliatam vſuram appellabimus, qua ex virtuali mutuo lucrum intenditur,aut accipitur.

Illicitane ſit Vſura.

DISPVTATIO CCCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vſura an ſit licita,vel ne & per totam diſput.*
2 *Vſura naturali,diuino,& humano iure illicita, & num. 7.*
3 *Vſura non eſt,quod ſoluitur a mutuatario pro mercede,& labore operantium, ſed ſtipendium. Item quod ſoluitur pro actione mutuo dandi,& numer. 4.*
5 *Actionis ad actionem permittitur compenſatio, ſicut obiecti ad obiectum.*
6 *Iniuria volenti, & conſentienti quo caſu fiat.*
7 *Vſura ex natura rei eſt illicita contra iuſtitiā commutatiuam.*
8 *Vſura ex veteri teſtamento illicita. Item ex nouo & iure canonico.nu.9. 10.*
11 *Vſuræ quæ iure Cæſareo concedebantur.*
12 *Vſuræ uſurarum prohibitæ Cæſareo iure.*
13 *Leges Cæſareæ permittentes uſuras abrogatæ ſunt iure canonico.*
14 *Actio ad repetendas vſuras ſolutas hodie pmittitur,etiam de iure Luſitano,& Caſtellæ.*
15 *Vſuræ ſecundum ſe etiam in Deuteronomio eſt illicita,licet ibi contra extraneos permiſſa.*
16 *Mutuum an poſſit dari debitum ex alio contractu, ut inde ex eo aliquid percipiatur.*
17 *Fœnus quid ſignificare poteſt.*
18 *Vſuræ permitti poſſunt ad uitanda maiora mala.*

1 PArs,quæ negat,ſuadetur pō. Primo,qm̄ † vſura Deuteron.23.pmittitur filijs Iſrael circa extraneos. Sic enim habet ille textus; *Non fœnerabéris fratri tuo ſed alieno.* Et c 28. ſequenti inter pmia,quæ populo illi proponūtur, ſi legē ſeruauerit, vnum eſt, *Fœneraberis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.* Et Chriſtus Luc. 19. Seruo nequā qui pecuniā in ſudario ſeruauit, dictum ſe ait, *Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam,& ego cum uſuris exegiſſem illam?* ergo vſura,in ſe ſpectata, illicita non eſt alioquin, neq; à Deo permitteretur, aut promitteretur in præmium,neque Chriſtus verba illa protuliſſet.

Secūdo,ciuiles leges permittunt vſuras,vt conſtat.ff.& C.de vſur.cum ergo eiuſmodi leges condemnandæ non videantur tanquam iniquæ; conſequens eſt,vt vſura illicita in ſe non ſit.

2 Vſuram † tamen illicitam eſſe, adeo vt certū, vt contrarium cū catholica fide, vt videbimus, apertiſſimè pugnet. Quia verò oſtendendum eſt, vſuram naturali,diuino,& humano,iure eſſe illicitam,à natura ipſa rei ordiendum eſſe duxi.

Illud in primis admonuerim, inſufficientem rationem eſſe ad probandum, vſuram ex natura rei eſſe illicitam, ſi quis argumentetur. Contra mutui naturam eſt, accipere aliquid vltra ſortē: ergo vſura eſt illicita.

Qm̄ cōtra naturā cōmodati eſt accipere aliqd pro uſu rei commodatæ, & tn̄ inde non ſequitur, eſſe illicitum id accipere,ſed ſolum ſequitur, deſtrui naturā cōmodati, & tranſire in contractum iuſtum locati,ſi ꝙ accipitur, ſit pretium moderatum: aut tranſire in contractum iuſtum innominatum,ſi,ꝙ accipitur,pretium non ſit. Illud item admonuerim,non quemadmodum accipere pretium pro recōmodata,deſtruit naturā cōmodati, & facit contractum tranſire in aliam ſpeciem, ſic in mutuo, accipere aliquid ultra ſortē, deſtruere mutui naturā. Ratio eſt, qm̄ mutuum in hoc eſt poſitum, ut detur aliquid ad uſum, ꝙ fiat ſtatim accipientis,reſtituat poſtea tantumdem in ſpecie, & bonitate: quod uerò fiat pactum,ut aliquid inſuper reddatur, non deſtruit illud aliud, in quo mutui natura conſiſtit; at vero,cū cōmodatum in eo ſit poſitum,quod gratis concedatur aliquid ad vſum,perſeuerante dn̄io rei apud dantē, vtique ſi pactum interueniat, vt pro eo vſu aliquid reddatur,natura cōmodati eo ipſo deſtruitur, & cōtractus tranſit in diſtinctam ſpeciem. Apertius ergo oſtendendum reſtat, vnde vſura ex rei natura ſit illicita: id quod ſanè ſequenti ratione fit.

Ex natura rei eſt illicitum, & contra iuſtitiam cōmutatiuā, in rei vnius commutatione pro alia, plus exigere, aut accipere,quā valeat res, quæ datur, niſi aliquid aliud interueniat,ratione cuius illud amplius iuſtè accipiatur: ſed accipere aliquid vltra ſortē pro mutuo,eſt pro commutatione rei mutuo datæ accipere plus,quā valeat, niſi interueniat aliud, ratione cuius illud iuſtè accipiatur: ergo,vi ſolius mutui,nefas ex natura rei,& cōtra iuſtitiam commutatiuam eſt, aliquid vltra ſortē accipere,ac proinde vſura illicita eſt contra commutatiuam iuſtitiam,reſtitutionique obnoxia.

Conſequentia euidens eſt, & maior perſpicua ex natura ipſa cōmutatiuę iuſtitiæ,cuius eſt ęqualitatem in commutationib. conſtituere. Eſt prætereà eadem maior receptiſſima in cęteris cōmutationib. vt in venditione, in qua non plus pretij licet accipere,quam merces valeat, & in locatione, in qua nefas ſimiliter eſt plus pretij accipere, quam vſus rei,quæ locatur, valeat, & in permutationibus,& alijs contractibus innominatis,qui ad æqualitatem fieri debent,vt iuſti ſint.

Minor verò,vel ex ipſis terminis eſt manifeſta: accipere nāq; vltra ſortē,non eſt aliud,quā accipere vltra valorē rei mutuo datæ. Sp n. licitū eſt accipere integrū rei valorē,quæ mutuo datur, eſto plus in q̄titate ſit accipiendū,neque in eo vlla interueniit vſura. Vt,ſi tpe,quo triticum plus valet, mutuo dés mēſuras aliquot, reſtituēdas tpe meſſis,qn̄ vilius ſperatur valiturum, fas tibi eſt paciſci,vt tot plures mutuatarius tunc reſtituat, quot ſufficiāt,vt ptia tritici tp̄s vtriuſq; adæquentur: eo ꝙ nihil tunc accipere paciſcaris vltra ſortem.

Cæterum hoc potius eſt vēdere credito triticū pretio currenti, & emere triticum proximi pretio, quo tpe traditionis eſt valiturū, q̄ mutuum dare.

dare. Circa cadē minorē obſerua, ſi ſecludas, q̃n rōne diuerſi valoris, quē eadem res ſpecie, qualitate, ac bonitate, interdum diuerſis tp̃ib. habitura ſperatur, addendum, aut detrahendū eſt de quantitate rei reſtituendæ, vt æqualitas in valore, modo explicato, fiat inter mutuo datū, & id, ꝙ reſtituendum eſt; ſanè, cum in mutuo, vt diſp. 299. dictū eſt, reddendum intelligatur æquale, non ſolū in ſpecie, & in pondere, numero, aut menſura, ſed etiam in qualitate, ac bonitate, conſequens eſt, vt æquale quod inter rē, quæ mutuo datur, & eā, q̃ pro ea redditur, cernitur, in indiuiſibili conſiſtat, præſertim q̃n mutuum fit in pecunia, cuius valor lege eſt taxatus, conſiſtitq; in indiuiſibili, tam in pecunijs, quæ mutuo dantur, quā in ijs, quę in recōpenſatione redduntur. Quo fit, vt æqualitas mutuo regulariter nō ſe habeat eodem modo, atque æqualitas in alijs commutationibus, in quibus vna res cōmutatur pro alia ſpecie diſtincta.

Etenim, q̃n res ſunt ſpecie diſtinctæ, nec lege ſunt taxatæ, non ſolum cuiuſq; valor non cōſiſtit in indiuiſibili, ſed neq; commenſuratio earū inter ſe quo ad valorē, atque adeo neque æqualitas inter vtramque in indiuiſibili conſiſtit, ſed habet latitudinem quandam. Vt ſi triticum cum vino, oleum cū melle, equum cū boue, aut linum, cum lana, cōmenſurare, quo ad valorē, velis, certè latitudinem quandam habet iuſtum, & æquale, quoad valorem, in commutatione eiuſmodi rerum.

At verò, quando res ſunt eiuſdē ſpeciei, & in pōdere, numero, aut menſura conſiſtunt, certè ſi eiuſdem qualitatis, ac bonitatis ſint, vt eſſe ſolet triticum, aut oleum, eſto valor cuiuſq; modij tritici, aut cuiuſque cadi olei, in indiuiſibili, non cōſiſtat, æqualitas tamen in valore vnius modij tritici cum alio, aut vnius cadi olei cum alio, quæ in mutuo permittantur in indiuiſibili cōſiſtit, & multo magis in indiuiſibili cōſiſtit, quo ad valorem, æqualitas inter centum aureos, qui mutuo dentur, cum totidem, quæ pro illis reddantur.

Vt vires rationis propoſitæ plus eniteant, aliqua, quæ aduerſus illā obijci poſſunt, diluamus. Primo obijcies. Licet ratio probet, pro re, quæ mutuo datur nihil vltra ſortem poſſe licitè accipi; nōn tamen probat, pro illius vſu, qui pecunia eſt æſtimabilis, & quo mutuans ad tempus priuatur, non poſſe aliquid licitè accipi.

[Obiect.] Vt hanc obiectionem diluamus, obſeruādum eſt. Duplicem vſum rei, quæ mutuo datur, poſſe diſtingui. Vnus eſt, ad negationem, & lucrum, illā lucri cauſa vendendo, permutando, vel transferendo in alium locum, vel reſeruando in tēpus, in quo plus valeat, aut ſi ſit pecunia, illam eodem fine emendo, transferendo in alium locum, aut in cambium dando.

Alter vſus eſt, q non eſt negatio: ſed conſumptio nuda rei mutuo acceptæ. Vt ſi ſit pecunia, ea emendo neceſſaria, aut ēt curioſa, & ſuperflua, ſoluendo debitū, donando illam, aut vanè cum meretricib. & in alijs ſimilib. reb. eā inſumēdo. Si verò ſit triticū, vinum, aut oleum, eā in quotidiano vſu inſumendo, aut quouis alio modo.

Hoc ita explicato, ad obiectionem dico in primis. Si is, qui mutuo dat, mutui occaſione priuetur lucro aliquo, ꝙ vſu rei illius erat percepturus, aut damnum aliquod incurrat, nos non negare, ratione talis lucri ceſſantis aut damni emergentis, licitè poſſe accipere, vltra ſortem, condignam recompenſationem. Imò propter hoc, & alia, quæ cū mutuo coniuncta eſſe poſſunt, in maiori propoſitione rationis propoſitæ adiecimus verba illa; niſi aliquid aliud interueniat, ratione cuius illud amplius iuſtè accipiatur: & ſimilibus verbis coarctauimus etiam minorem.

Deinde ad obiectionē dico, pro re, quæ mutuo datur, perſolui æquale, nō ſolum quo ad proprietatē, ſed ēt quo ad vſum: quippe res eiuſdem vſus pſoluatur pro re, quæ ab eo erat conſumenda, qui illā mutuo dedit, ſi ea vti, ante retributionis tp̃s, vellet: quo fit, vt, niſi occaſione mutui interueniat lucrum ceſſans, aut damnū emergens, æquale ei perſoluatur, ēt quo ad vſum, quo ad tp̃s, in quo mutuās priuatur; eaq; de cauſa ſi vltra ſortē quippiā accipiat, contra iuſtitiā cōmutatiuam peccet.

Adde, q̃n lucrum ceſſans, aut damnum emergens, non interuenit, mutuum cedere in commodum illud dantis: eo ꝙ, ſi res furto, corruptione, aut infortunio alio peritura, nō ei qui mutuo dedit, ſed mutuatario pereat. De lucro autem ceſſante, & damno emergēte inferius ſuo loco dicetur.

Obijcies ſecundo. Quāuis propoſita ratio probet, pro re, quæ mutuo datur, non poſſe accipi vltra ſortem; non tñ probat, pro labore numerandi pecuniam, tam quando datur, quam quando recipitur, aut metiendi, vel ponderandi, ac tradendi, & recipiendi res alias, quæ mutuo dantur, & reſtituuntur, item pro ſumptibus in ſcripturis conficiendis, & pro periculo, cui res mutuo data exponitur, ne fortè non reſtituatur, aut non ſine difficultate, & labore illam exigendi, non poſſe aliqd iuſtè accipi vltra ſortem. [Obiec.]

Reſpondendum eſt, neminē negare ex priori
3 capite licitè poſſe accipi cōpetentem † recompenſationem; ſumptusq; ſcripturarum, ſi qui fiāt, ſoluendos eſſe a mutuatario, in cuius commodū fit mutuum: quin potius id cōfitentur Nau. in Manu. c. 17. nu. 209. & in repet. c. 1. 14. q. 3. num. 25. Maior. in 4 diſt. 15. q. 31. caſu 11. Syluest. verb. vſura. 1. q. 32. Io. Med. de camb. q. 2. & alij. [Satis-fit.]

Hæc quippe omnia pretio æſtimari poſſunt, atque adeo, ſi pro eis merces iuſta accipiatur, non eſt lucrum ex mutuo, ac proinde neque vſura, ſed eſt ſtipendium iuſtum ex alijs capitibus. Nemo item negat, ſi quod datur, periculo exponatur, vel quod non ſoluetur, vel non ſine labore, & moleſtijs mutuantis, fas eſſe pretium accipere pro periculo illo, & moleſtijs, quibus mutuans ſe exponit.

Res enim mutuo data, dum morali, aut uerſimili, eiuſmodi periculo ſubeſt, tāto minus ualet, quanto maius, aut uerſimilius, eſt tale periculum. Neque ea de cauſa accipere pretium, eſt lucrum ex mutuo, ſed ex alio licito capite, cum tali mutuo coniuncto. Ius tñ humanum prohibere optimè poſſet, ne his de cauſis quicquam acciperetur. Inde enim homines facilè anſam poſſent

ſent

ſent arripere eo quaſi velo palliandi, atque exercendi vſuras.

Obiec. 4 Tertio obijcies. Et ſi † eadem rõ probet, nihil poſſe accipi vltra ſortẽ pro re, quæ mutuo datur, non tñ probat, pro actione mutuo dandi, non poſſe aliquid iuſtè accipi. Vt.n.diſp.93.oſtendimus, pro actione bona, ad q̃ quis non tenetur, põt accipere pretium: talis autem eſt mutui actio: quarè pro ea põt aliquid licitè accipi, vltra valorem rei mutuo datæ. Præſertim cum id non ſit lucrum ex mutuo, hoc eſt, ex re mutuo data, ſed ex alio capite, nempè ex actione, quæ digna ex ſe pretio.

Fortè aliquis, hac rõne ductus, concedere tentaret, quod ex ea infertur, r̃nderetq;, inde non ſequi, vſuram eſſe licitam: q̃n quidem quod pro actione accipitur, non eſt vſura, neq; pretium illicitum, modo tñ ſit moderatum, ſpectato valore actionis. Adderet, ius nihilominus humanũ merito prohibere poſſe, ne pro ea actione pretium accipiatur, vt ea via vſuræ non introducerẽtur, plus accipiendo, quam ea actione ſit dignum. Cæterũ non dubito contrarium eſſe affirmandum, idque velle ſcripturas ſacras, & canonicum ius atq; habere rei ipſius naturam. Eſt quippe vſura quodcunq, lucrum ex mutuo, nõ ſolum ſi mutui noĩe intelligas obiectum actionis, remve, quæ mutuo datur, ſed etiam, ſi intelligas actionem ipſam.

Ad obiect. Ad obiectionem ergo dicendum eſt, q̃n actio bona fide ſit in cõmutationem, pro æquali, atque eſt id, ꝙ ea datur, ſufficienter intra limites commutatiuæ iuſtitiæ cõpenſari p actionem, qua tantumdẽ redditur. ſicut †.n. tunc ſit recompenſatio
5 ad æqualitatem obiecti ad obiectum, ita ſit compenſatio actionis ad actionem: quare, ſicut vſura, atq; iniuſtitia eſſet, accipere amplius aliquid pro obiecto, ita eẽt accipere id ꝓ actione, atq; vtrũq; probat noſtra principalis rõ, ſi rectè attendatur.

Exemplum accommodatum habemus in venditione, locatione, & alijs commutationib. Quãuis.n. venditio ſit bona actio, nihil tñ pro ea põt accipi pretij, vltra pretium, quod pro re, quæ venditur, debetur, & vltra actionem, qua tale pretiũ redditur. Idemque eſt in cæteris ſimilibus commutatiuæ iuſtitiæ actionib. Dixi, actionẽ mutui ſufficienter, intra limites commutatiuæ iuſtitiæ, compenſari per actionem, qua tantumdem redditur: quoniã, cum mutuans commodum reſpexerit mutuatarius (tametſi reſeruando ſeipſum, indemnem repoſcendo æquale) certè, quamuis mutuatarius ex iuſtitia ad nihil amplius illi teneat, ex honeſtate tamen morali, ac gratitudine tenetur ille ſimilem vicem reddere, aut aliquo alio modo gratitudinem erga illum oſtendere. Hoc tamen neque obligationem iuſtitiæ, induit, neq; vllam actionem mutuanti tribuit. Quæ ergo diſput.93. citata dicta ſunt, intelligi debẽt, de actionibus bonis, quæ non fiunt in commutationem pro alia æquali.

Obiec. Quartò obijcies, volenti, & conſentienti non fit iniuria: licet ergo mutuum non plus valeat, q̃ æquiualens, q̃n tamen aliquis paciſcitur, ſe daturum aliquid vltra ſortem pro mutuo, atque illud dat, nulla fit illi iniuria, ſi accipiatur, atque adeo accipiens non tenetur id illi reſtituere.

Dicendũ eſt, quamuis volenti & conſentienti plena libertate, nulla fiat iniuria, atq; adeo, ſi mutuatarius ex merè ſua liberalitate, & gratitudine pro beneficio accepto aliquid daret vltra ſortem, transferret dominium, neque mutuans teneretur quicquã ei reſtituere, eo ꝙ id vera eſſet donatio; Refellitur.
6 nihilominus † volenti, & conſentienti non plena libertate, ſed mixta inuoluntario fieri iniuriam ſi aliquid ab eo accipiatur, q̃n nullus alius eſt titulus, unde id debeatur; eo quod eiuſmodi uolũtas, & conſenſus, inefficax ſine alio titulo ſit ad trãsferendum dñium, aut ius in rem, quę ita datur: in re autem propoſita, mutuatarius nollet dare ultra ſortem, ſi mutuans abſque eo incremento mutua re vellet, ac proinde inuolũtariè mixtè id dat. Ita D.Thom.q.13.de Malo art.4.

Quintò obijcies, aliq̃n mutuatarius reportat longè maius commodum ex mutuo, quam ſit id, quod dare paciſcitur ultra ſortem: ego fas tunc erit mutuanti uendere illi commoditatem eã magnam, quam ex mutuata pecunia reportat, accipiendo aliquid ab eo ultra ſortem.

Ad hanc obiectionem, conceſſo antecedente, negãda eſt conſequentia. Primò, quia commodum illud non eſt ex pecunia, niſi ut ſubeſt induſtriæ, & periculo mutuatarij: nefas autem eſt mutuanti accipere pretium pro fructu induſtriæ alterius. Secundo (atque hęc reſponſio confirmat prędentem) q̃m per mutuũ transfertur dominium pecuniæ mutuo datæ in mutuatarium, atq; adeo iam tunc non fructificat, ut pecunia mutuantis, ſed ut pecunia mutuatarij, neque ut expoſita periculo mutuantis, ſed mutuatarij: nefas autem eſt quemquam pro commodo, & fructu rei, quæ eſt iam alterius, & fructificat ut præciſe ſubeſt induſtriæ, atq; ut expoſita periculo alterius, pretium accipere: ſicut nefas eſt venditori pro fructu rei, q̃ vendidit, & quæ eſt iam emptoris, pretium accipere, vltra pretium rei in ſe. Quod ſi pecuniæ dominium perſeueraret apud mutuantem, & concederetur ad vſum, ſeu negociationẽ, ac fructum, expoſita periculo mutuantis, tunc, eſto fructificaret vt res mutuantis, locare poſſet eum vſum pro aliquo competenti pretio. Poſſet etiam paciſci cum accipiente, vt fructus, & lucrum inter vtrumque diuiderentur in proportione aliqua competenti, vt accidere ſolet in contractu ſocietatis, qualis ille tunc eſſet, & non mutui, vt ſuo loco videbim⁹. Obiec. Diluit.

Principalis ratio a nobis propoſita, atque harũ obiectionum ſolutionibus explanata, ſufficiẽter,
7 meo iudicio, probat vſuram ex † ipſa rei natura, atque adeo ſtando in iure ſolo naturali eſſe illicitam, contra iuſtitiam commutatiuam, reſtitutioniq; obnoxam. Quaſdam verò alias rationes conficiunt Conrad.de contract.q.22.& 23. Couarr. 3.var.reſ.c.1.nu.5.Gab.in 4.diſtin.15.q.11.Maior.q.29. Scotus q.2. & alij quæ certè non tam efficaciter rem videntur perſuadere.

Confirmare autem poſſumus, vſuram iure naturali eſſe illicitam; quoniam, ſi naturali iure illicita nõ eſſent, vtiq; prohibitiones apertiſſimè, quæ de illa in veteri ſunt teſtamento, vt mox referemus,

fecemus, iam hodie nullam vim haberent, eo ꝙ non pertinerent ad præcepta moralia, ſed ad iudicialia, aut ceremonialia, veteris legis, quæ Chriſti morte ceſſarunt, vt 1.2. dum de veteri lege nobis eſſet ſermo, latè oſtendimus: quarè, cum in noua lege non ſint tam aperta teſtimonia, quæ vſuram prohibeant, profectò nunquam patres definiuiſſent, de fide eſſe, vſuram illicitam hodie eſſe, ſi talis ex ipſa rei natura non eſſet. Loca vero ipſa veteris teſtamenti ſatis apertè innuunt, vſuram ex ipſa rei natura malam, atque illicitam eſſe; neque enim effigiem vllam, vel iudicialium, vel ceremonialium præceptorum habent.

Obiec. Confirmare ét poſſumus, vſuram ex natura rei eſſe illicitã: qm̃ Ariſtoteles, lumine ductus naturali, eã vt illicitã improbat. 4. nanque Ethicor. ad finem c. 1. vitij cõdemnat fœneratores, eoſq; qui parua dant pro magnis, appellatq; id turpem lucri comparationem. Primo ét li. polit. c. 7. fœnus videtur condemnare. Tullius præterea ad finem. 2. de officijs ait, dare ſub vſuris eſſe hominem interficere. Alios etiam refert Couarr. loco citato, qui, ſequuti naturæ lumen, vſuram damnant.

Satisfit.

8 Ex † ueteri teſtõ luce clarius conſtat uſurã illicitã eſſe Ezech. 18. inter lethalia peccata, quibus iuſtitia, & gratia amittitur, ter cõputatur, ad uſurã dare, & amplius accipere. Pſal. 14. inter neceſſaria ad habitandum in tabernaculo dñi, & requieſcendum in monte ſancto eius, annumerat', *qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram*. Pſal. 54. iter alia uitia commemorantur, *non defecit de plateis eius vſura & dolus*. Pſal. 71. de Meſſia dr̃, *Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum*.

9 Ex † nouo teſtõ citatur illud Luc. 6. *Mutuum date nihil inde ſperantes*. Quod teſtimoniũ adducit Vrbanus 3. c. conſuluit extra de uſuris, quaſi eo in loco prohibita ſit uſura. Atque idẽ uidetur innuere Alex. 3. c. quia in omnibus, & c. ſuper eo, eod. tit. dum ait, *vſuras vtriuſque teſtamenti pagina condemnari*. cum tñ nõ appareat locus alius noui teſtamenti, in quo ita apertè uſura dãnetur. In contrarium uero obijcitur, ꝙ eo in loco Chriſtus tradere uideatur conſilium ut mutuum fiat abſque intuitu ſimilis retributionis, ut ea ratione ſit magis gratum, & meritorium apud Deum, ut ex ipſamet ſerie contextus uidetur manifeſtũ. Sotus 6. de iuſti. q. 1. artic. 1. arbitratur, illis Chriſti uerbis, ſolum contineri conſilium. Subiungit uerò, ſatis ſacra pagina noui teſtamenti uſurã prohiberi, dum in ea furtum, latè ſumptum, ſub quo uſura comprehenditur, eſt prohibitum.

Addit etiam, argumento a fortiori ratione, inde colligi uſuras eſſe illicitas. Si enim Chriſtianus ab intuitu retributionis ſimilis beneficij abſtinere eo loco imbuitur, quanto magis cenſendũ eſt prohibitas eſſe uſuras. Dicerem, quanuis locus ille ſolus non omnino conuinceret, fauere tñ dubitandumque non eſſe Chriſtum utrumq; eo loco intendiſſe, poſtquam eo teſtimonio in eo ſenſu uſus eſt. Vrbanus tertius. Tametſi nõ arbitrer, ſummos illos Pontifices definire intendiſſe, cum eſſe literalem ſenſum illius loci.

Neque ex illo ſolo loco credo definiuiſſent, uſuras eſſe illicitas. Quando tamen aliunde conſtat naturali atque diuino iure eſſe illicitas, non immeritò eo ét loco ad idem definiendum vtuntur. Licet enim definitiones ſummorum Pontificum atq; Eccleſiæ, certiſſimæ ſint, neceſſe tñ non eſt, vt oĩa, quibus confirmantur, certiſſima ſint, vt in materia de fide diximus. atq; a multis traditur. Nauarrus in comment. de vſu. 14 quæſt. 3. c. 1. nu. 10. citat bullam Leonis X in concil. Lateran. quaſi in ea, ſacro approbãte concilio, idem Lucæ 6. teſtimonium citetur, tanq̃ in quo præceptũ contineatur de non mutuando ſub vſuris. Cæterum ibi non adducitur id tanq̃ concilij, aut Leonis X. aſſertio, ſed tanquam id, vnde quidam ducebantur, vt montem pietatis, de quo ibi eſt ſermo, damnarent. Inferius verò in eadẽ bulla reijcitur illorum ſnĩa, & cõtraria definitur. Quo fit, vt ex ea bulla nõ colligatur, illum eſſe indubitatũ ſenſum literalem eius teſtimonij.

10 Iã † vero vſuram iure humano, id eſt, ſacris canonibus, eſſe illicitã atq; ſub grauibus pœnis prohibitam, conſtat extra de vſuris per totum titulũ, & li. 6. eo. tit. itemq; diſtinct. 47. & 14. q. 3. & q. 4. per multa capita. Inter quæ iura, c. qm̃ multi. 47. diſt. eſt Concilij Nicæni c. ſi quis. 14. q. 4. eſt concilij Martini Papæ, c. quia in omnib. de vſuris, eſt Cõcilij Lateranenſis c. vſurarum de vſur. li. 6 eſt Cõcilij Lugdunenſis, eaq; oĩa cõcilia generalia ſunt. Nouiſſimè aũt in Clementina vnica, de vſu. §. vlt. ſic definitũ eſt, *Si quis in illũ errorẽ inciderit, vt ptinaciter affirmare pſumat, exercere vſuras, nõ eſſe peccatũ, decernimus eũ ueluti hæreticũ puniẽdũ. Locorũ nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inqſitoribus, diſtrictius iniũgẽtes, vel cõtra eos, quos de errore hmõi diffamatos inuenerint, aut ſuſpectos, tanquã cõtra diffamatos, uel ſuſpectos, de hæreſi, procedere non omittãt.*

11 Qd † ad ius Cæſareũ attinet, non ſolũ vſuras in hoc ſenſu permittebat, ꝙ crimen illud non puniebat (eo pacto, quo inter Chriſtianos meretriciũ ad maiora mala vitanda permittitur) ſed ẽt in hoc, ꝙ quarundam vſurarum, ſemel ſolutarũ, repetitionem non concedebat, atq; ſe item in hoc, quod, ad exigendas vſuras quaſdam leges conceſſas, actionem concedebat, vt conſtat. ff & C. de vſur. Quo fit, vt reijcienda ſit opinio Soti 6 de iuſti. q. 1. artic. 1. contrarium affirmantis. Dixi; Cæſareum ius conceſſione actionem ad vſuras quaſdam lege conceſſas: qm̃ ciuiles leges non concedebãt vſuras in quacunque quantitate, vt præter alia iura, liquet. l. eos, & duab. ſeqq. C. de vſuris. Maxima namque vſura, quam ciuile ius cõcedebat, erat centeſima, hoc eſt, vt ſingulis menſibus ſolueretur centeſima pars, ita vt ei, qui mutuo daret centum aureos, ſingulis menſibus ſolueretur vnus aureus vltra ſortem, & ſingulis annis ſoluerentur duodecim aurei. Atq; hanc vſuram concedebant ſolum in pecunia traiectitia, hoc eſt, quæ mutuo dabatur, vt a mutuatario mari deferretur, & periculũ illius ad mutuantem pertineret, non vero ad mutuatarium, vt patet l. eos citata, & C. de nautico fœnor, per totum in alijs euentibus ſi nobilis eſſet, qui ad fœnus daret, ſolum concedebatur

cedebatur

cedebatur ei accipere tertiã partem centeſimæ id eſt, tertiam vnius aurei partem ſingulis menſib. pro centũ, quos mutuo dediſſet, ſeu (qđ idẽ eſt) quatuor aureos ſingulis annis. Si vero mercator eſſet, permittebatur ei accipere duas centeſimæ partes, id eſt, duas aurei partes ſingulis menſibus pro eiſdem centũ mutuo datis, atque adeo pmittebatur ei accipere octo aureos ſingulis annis. Reliquis vero hoibus fas tm̃ erat, accipere dimidiũ centeſimæ, ideſt, dimidium aurei, ſingulis menſibus, aut ſex aureos quotannis, pro centum mutuo datis. Reliquæ verò vſuræ erant prohibitæ. Hęc
12 hñt. l. eos citata, eaq; melius, quã alij, explicat Sotus vbi ſup. Præterea † vſuræ vſurarum iure Cæſareo erant prohibitæ. Vt, ſi pro centum aureis quotannis deberẽtur ſex, nefas erat ſumere in poſterum vſuras illorum ſex, eſto pactum interueniret, quod, ſi non ſoluerentur, cederent capitali, & ex illis ſolueretur. Ita hr̃ l. vlt. C. de vſur. Hinc intelliges, grauiores, & nequiores vſuras palliatas, aut occultas, interdum exigi, ac ſolui noſtris temporibus, quam eſſent, quæ ciuilibus legibus, quodam erant conceſſæ.

13 Erant verò † iniquæ eiuſmodi leges verã vſurã pmittentes cõtra naturale ius, vt oſtenſum eſt. Quo circa, præter alia canonica iura, merito, vna cũ multis alijs, abrogatæ ſunt. clem. vnic. de vſur. in Conc. Vienenſi, ſimulq; ſancitũ eſt, vt ſi q ptãs publica iudicare præſumpſerit, vt ſoluantur vſuræ, aut vt ſolutæ cũ repetuntur, non reſtituantur, ſit ipſo iure excõicata. Atq; hac in parte canonicum ius præualet ciuili: eo ꝙ in Summo Põtifice plena ſit poteſtas ſuper laicas ptãtes ad ea, quæ in ſalutem aĩarum, ſinemq; ſupernaturalem, concernunt, vt diſpu. 29. oſtenſum eſt. Quo fit, vt hodie
14 † actio in ſeculari foro concedatur ad repetendas vſuras iam ſolutas, atque ita conceditur de iure Luſit. vt conſtat li. 4. Ordi. tit. 14. Lege ẽt, quæ diſponuntur tit. 27. §. pen. & vlt. & libr. 1. tit. 67. §. 19. Idem conceditur iure Caſtellæ li. 8 nouæ collect. tit. 6 per totum. De pœnis vero vſurariorum inferius ſuo loco dicetur.

Doctores controuertunt, vtrum Iuſtinianus imperator leges Cæſareas abrogauerit, quæ vſuras concedebant Gl. in auth. ad hæc. C. de vſur. & quædam aliæ canonici iuris affirmant. Id verò ſibi perſuadent, qm̃ idem imperator fidẽ admiſit concilij Nicæni, eamq; ſeruari præcepit: in concilio autem Nicæno vſuræ damnatæ ſunt. Atque hæc vr̃ eſſe cõior iuris peritorum ſnĩa. Contrariũ tamen, meo iudicio, probant ſufficienter Conrad. de contract. q. 22. a concl. 10. & Couar. vari. reſ. c. 1. nu. 6. atque in eadem ſententia fuit Panorm. a Couar. citatus.

Satisfaciendũ ſupereſt argumentis initio hu-
15 ius diſputationis propoſitis. Ad † teſtimoniũ ex Deuter. 23. in 1. argũ relatum dicendũ eſt. Ex illo ſufficienter colligi, vſuram ſecundum ſe illicitã; eã quippe de cauſa prohibita fuit circa fratres, hoc eſt, filios Iſrael, idemq; confirmant cætera teſtimonia ex veteri teſtamento a nobis relata. Illud vero verbum; *ſed alieno* intelligunt D. Tho. q. 12. de malo, art. vlt. & 2. 2. q. 78. artic. 1. Caiet. ibi, Sotus 6. de iuſt. it. q. 1. art. 1. ad 2. Alphonſ. a Caſt. aduerſus hæreſ. ver. vſura, Alex. Aleſ. & alij, quos Couar. 3. var. reſo. c. 1. nu. 7. refert, ꝙ non quaſi filijs Iſrael vſura permiſſa ibi fuerit erga extraneos, tanq̃ licita, ſed ſolum tanq̃ impunita ad maiora mala vitanda, ne videlicet ex auaritia, ad quã populus ille multum erat propenſus, fratres ſuo vſuris opprimeret. Sicut ẽt ex eorumdem doctorum ſentẽtia, libellus repudij erat illis permiſſus ob duritiã cordis eorũ, iuxta Chriſti verbum. Et ſicut inter nos permittitur meretricium, quod cum iure naturæ pugnat, ad maiora mala vitanda. Imò eo modo, quo illo eod. capite paulo ante dicitur; *non erit meretix de filiab. Iſrael*: neque. n. permiſſio illa meretricum alienigenarum, quæ argumento a cõtrario ſenſu inde colligitur, tanquam licita: ſed tanquam impunita ad maiora mala vitanda, eſt intelligenda. Alij aliter intelligunt teſtimonium in argumento citatũ, nempe vſuram, tanq̃ licitam fuiſſe pmiſſam filijs Iſrael circa alienos, ideſt, hoſtes ipſorum, qui terram habitabant promiſſionis, quã Deus illis cõceſſerat, & circa quouſq; alios, cum quibus bellum iuſtũ tp̃is progreſſu gererent. Eo namq; ipſo, quod fas eſt ſpoliare veros hoſtes bonis ſuis, licitum quoque eſt mutuo illis dare cum pacto, vt aliquid vl-
16 tra ſortẽ reddant. Qñ † . n. aliquid aliũde eſt debitũ licitum, ex doctorum ſnĩa, eſt mutuum dare cum pacto, vt inſuper illud ẽt reddatur; cõſentitque aperte Alex. 3. c. 1. de vſur. in concil. Turonẽſi, & gl. vlt. ibi, qm̃ id non eſt accipere lucrum ex mutuo, ſed mutui occaſione recuperare aliunde debitum, in quo vſura propriè non inuenitur. Ita intelligunt locum illum Conr. de contract. q. 24. Ioan. Medina de reb. per vſuram acquiſ. q. 2. Ad idem accedunt Gab. in 4. diſtin. 15. q. 11. ad finẽ primi art. Maior. ibid. q. 29. ad 2. & alij, quos Couarr. vbi ſupra citat, neutram reprobans ſententiam. In eadẽ ſnĩa fuit apertè Ambroſius, c. vlti. 14. q. 4. cuius verba diſputatione præcedente retulimus, euidentiuſque adhuc eſt apud eundem Ambroſium in lib. de Tobia c. 8. vnde textus ille fuit deſumptus quo in loco eam ſententiam præmittit, in illiuſque confirmationem ſubiũgit verba illius textus. Quo fit, vt glo. 1. ad eundẽ textũ, quaſi Ambroſius voluerit, ſicut nulli eſt nocẽdũ, ſic a nemine vſuras eſſe exigẽdas, ſanè, quicquid Sotus vbi ſupra dicat, pugnat cum textu, & Ambroſij mente. Neque vero Conradi, & aliorũ ſententia, tam parum probabilitatis habet, quam Sotus ibidem affirmat; modo tñ intelligatur, ceſſante ſcandalo. Quod profecto non maius eo tẽpore erat in eo, quod filij Iſrael vſuras, modo explicato, ab eis acciperent, quam ꝙ terras, & eorum bona, vſurparent. Præſertim cum vſuras ex ipſa rei natura illicitas eſſe, non ſit adeo perſpicuum, antequam diligenter in indagetur, legitimaq; eius rei ratio inueniatur, vt ignorari ab omnibus ferè populis non poſſit. Quod vel ex eo cõfirmari poteſt, quòd id ſapientiſſimos Cæſarei iuris cõditores latuerit. Quo fit, vt res hæc incognita videretur gentibus, a quibus filijs Iſrael eo capite vſuras accipere permittebatur. Modo item intelligatur, fas

tur, fas eſſe accipere vſuras ab hoſtibus & diripere eorum bona, qñ adeſt expreſſa, aut præſumpta voluntas publicæ eorũ ptãtis, quibus id permittitur: ſine tali.n. præſumpta ſaltem, facultate, neq; bellum aduerſus hoſtes poteſt exerceri, neque diripi, & occupari, poſſunt eorum bona, vt ſupra, dum de bello nobis eſſet ſermo, dictum eſt.

Ad ſecundum teſtimonium in eodẽ primo argumẽto
17 adductum, dicendum eſt; Fœnerari eo † in loco idem ſignificare, quod dare mutuo, iuxta ea, quæ diſputatione præcedente de huius vocabuli ſignificatione dicta ſunt. Illis enim verbis in præmiũ promittitur tanta bonorum abundantia, vt ipſi mutuo dare poſſint cæteris gentibus, & accipere ab eis non indigeant. Quod autem in ea ſignificatione vocabulum ibi vſurpetur, confirmari poteſt ex illis alijs verbis eiuſdem capitis; *Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram*. vbi apertè patet, idem ſignificare, quod mutuo dare: alioquin non ſolum ſuperfluè, ſed etiam ineptè, adderetur, *ad vſuram*. Idem confirmat illud Iſaiæ 29. *Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius*. Eodem etiam modo diſputatione præcedente oſtendimus vſurpari apud autores prophanos.

Ad tertium teſtimoniũ ex Luca, dicendum eſt. Sermonem eſſe metaphoricũ. Vult.n. Chriſtus, vt naturalib. & ſupernaturalib. bonis nobis collatis cooperemur, adiuuante nos ipſius auxilio, & gratia, eaque ratione multiplicemus merita, quæ ita in gloriam ipſius cedant, vt noſtra ſit vtilitas, tam meritorum, quam præmij.

Adde, exponi poſſe metaphoram, de dare ad menſam, quo ad legitimam negociationem, ita vt pecunia, quo ad dñium, perſeueret illam exponẽtis, ipſiuſq; periculo expoſita lucretur: nomine verò vſuræ, legitimum ex ea lucrũ intelligatur, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt.

Ad ſecundũ argumentũ ex dictis patet ſolutio.

Illud in calce huius diſputationis addendum eſt, cum vſuræ iure naturali ſint prohibitæ, cedantque in reipublicæ, & partium eius detrimentum, publicas poteſtates teneri pro ſuo munere illas prohibere, non ſolum Chriſtianis, ſed etiam infidelib. ſibi ſubditis, lethaliterque peccare, permittendo illas Iudæis, aut alijs infidelibus, ſuæ reipublicæ pro tributis, quæ eis ſoluunt, aut pro quouis alio commodo.

Eodem modo lethaliter peccant, admittendo Iudæos, aut alios infideles, ad habitandum in ipſorum terris, cum pacto, vt illis vſuras exercere permittatur, eſto pro eiuſmodi habitatione pinguia tributa promittant. Poteſt vero Summus Pontifex, pro plenitudine poteſtatis, quam ad ſalutem animarum, finemque ſpiritualem, ſuper omnes Principes Chriſtianos habet, cenſuris, & quibuſcunque alijs vijs expedire iudicauerit, id prohibere atque impedire.

In hoc autẽ regno lib. 8. nouæ collectionis tit. 6. l. 1. 2. & 3. ſub grauibus pœnis ſunt prohibitæ vſuræ Iudæis, & Saracenis, cæteriſque infidelibus. Illud obſerua, quamuis ex ſuo genere ſemper ſit lethalis culpa cooperari, vt vſuræ ſoluantur, approbareque vſuras, aut in illis directè conſentire, ad illas circa alios exercendas præbendo beneplacitum, neque in his diſpenſatio, etiam per Summum Pontificem, cadat, vt Alexand. 3. c. ſuper eos, de vſuris, affirmat, & ſuffragatur manifeſta ratio, eo quod vſuræ contra ius ſint naturale, in quo Summus Pontifex diſpenſare non valet;
18 nihilominus † permittere vſuras, non ſolum infidelibus, ſed etiam fidelib. ad vitanda maiora mala, & ſcandala, quæ orirentur, ſi poteſtas publica, in raro aliquo euentu, eas impedire tentaret, non eſſet peccatum, ſed licitum. propterea quod id nõ eſſe conſentire in peccatum vſuræ, ſed illud permittere ad vitanda maiora mala, aut pro maiori aliquo publico bono: qua etiam ratione tolerari poſſent hæretici in particulari aliquo euentu.

Pęnas aduerſus poteſtates publicas ſtatutas, quę leges, aut ſtatuta, condunt, quibus vſuras exigi concedunt, aut eas perſolui iubent, vel ſolutas repeti prohibent, itemque iudicibus, qui ſententiam tulerint, vt vſuræ ſoluantur, aut vt non reſtituantur, quando mutuatarij illas repetunt, videbimus inferius dum de vſurariorum pęnis ſermo fuerit.

His de rebus diſputant latè Conrad. de contractib. quæſt. 25. & trib. ſequentib. & alij, quos Couar. 3. variar. reſol. c. 1. n. 8. refert. Driedonem etiam legas de libert. Chriſt. lib. 2. ca. 1. & Caiet. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 2.

De Vſura mentali.

DISPVTATIO CCCV.

SVMMARIVM.

1 *Vſuram mentalem an conſtituat omnis ſpes, & intentio obtinendi lucrum aliquod ex mutuo.*

2 *Vſuram mentalem quæ ſpes, & intentio conſtituant, & nu. ſeq.*

3 *Vſurarius mentalis efficitur, qui vltra ſortem aliquid conſequi intendit principaliter.*

4 *Confeſſariorum interrogationes circa vſuras, iuxta quas regulas fiendæ. & nu. ſeq.*

5 *Vſurario intentio in mutuante, an ſit, vel ne, quomodo diſcerni poſſit.*

6 *Vſurarius, an ſit mutuans, ſi excitet mutuatarium ad mutui beneficium remunerandum.*

7 *Capitulum conſuluit, de vſuris, de qua ſpe lucri intelligendum.*

VT a mentali vſura primo nos expediamus. Poſitis ijs, quæ in calce diſp. 303. de ea di-
1 cta ſunt, quæritur. Vtrum ſpes † omnis, atque intentio obtinendi lucrum aliquod ex mutuo vſuram mentalem conſtituat.

Multi diſtinguunt, duplicẽ eſſe intentionẽ lucri ex mutuo. Quæſ. Primariã, ac principalẽ vnã, & minus principalẽ, ac ſecũdariã alterã. Principalẽ appellant, qñ qs, vel ſolũ mouetur ad mutuo dandũ pp lucrum, quod ex mutuo ſperat, vel, eſto ſimul pp aliud moueatur, vt pp mutuatarij beneuolentiã, aut ut neceſſitati illius ſubueniat, præcipuè tñ mouetur ob lucrũ, ita uidelicet qđ, ſi lucrum non

ſperaret,

ſperaret, mutuo non daret. Minus principalẽ verò, ac ſecundam appellant, quando, licet quis lucrum ex mutuo ſperet, atque intendat, præcipue tamen mutuo dat propter beneuolentiam, aut alium finem, ita quod, eſto lucrum non ſperaret, nihilominus mutuo daret.

Hac poſita diſtõne docent, principalẽ ſpẽ, atque intentionẽ, lucri ex mutuo efficere, mentalẽ vſurã: ſecus aũt minus principalẽ ac ſecũdariam. Hinc vſuram eſſe definiũt, lucrum ex mutuo, expreſſo, aut tacito, pacto interueniente, vel principali lucri intentione. Ita interpretes canonici iuris cõiter c. cõſuluit, de vſuris, cõſentaneè ad glo. in verb. ſperantes, Sylu. ver. vſu. 1. in prin. & al j.

Conrad. aũt de contractib. q. 19 concluſ. 2 ait, quamuis, intendere ex mutuo beneuolentiam alicuius, vſurarium non efficiat eum, qui ea intẽtione mutuo dat; ſi tñ ibi non ſiſtat, ſed beneuolentiam referat vlterius ad temporalia, ita quod ex mutuatarij beneuolentia retributionem vltra ſortem intendat, in vſuram incidere mentalem.

Parum ab hac ſententia diſtat Ioan. Medin. de rebus per vſur. acquiſ. quæſt. 1. affirmans, quãdo mutuo intenditur lucrum, temporaleve commodum, tanquam finis, ſiue is finis præcipuus ſit, ſiue minus præcipuus, & ſiue intendatur, vt eueniat mediante beneuolẽtia ac liberalitate donatarij, ſiue non, eiuſmodi intentionem efficere mutuantem vſurarium mentalem. Si tamen, inquit, lucrum non intendatur tanquam finis mutui, ſed ſolum ſe habeat tanquam motiua, ac impulſiua, cauſa ad mutuandũ, quia videlicet, cernens quis, mutuatarium futurũ gratum, allicitur ac inuitatur ad mutuandum ob beneuolentiam, aut alium honeſtum finem, ſi autem cerneret, illum futurũ ingratũ, retraheretur à mutuo dando; tunc, eſto tale lucrum cauſa ſit motiua ſine qua mutuo nõ daret, ſpem tamen tale lucrum obtinendi, non efficere vſurarium mentalem.

Hinc ait, ſpem atq; intuitum lucri, ac commodi, tanquam finis mutui, ſiue ſit totus finis, ſiue pars, & ſiue ſit principalis, ſiue minus principalis finis, atq; ſiue intendatur immediatè, ſiue interuentu beneuolentiæ mutuatarij, efficere mutuantem vſurarium mentalem. Hanc vero ſpem affirmat eſſe, q̃ doctores, iuxta c. conſuluit, principalẽ appellant. Spem aũt lucri, ac commodi, non tanq̃ finis, ſed tanquam motiuæ ac impulſiuæ cauſæ, ait, non efficere mutuantem vſurarium mentalẽ, eſto talis ſit, ſine qua non mutuaret, eamq; vocari à doctoribus dicit minus principalem.

Decis. Duabus nihilominus concluſionibus ſatis faciendum arbitror huic diſputationi. Prima eſt.

2 Spes, ac intentio, † comparandi per mutuum lucrum aliquod, aut commodum, vltra ſortẽ, quod ex beneuolentia, gratitudine, ac liberalitate mutuatarij proueniat, non efficit mutuantem vſurarium mentalem, eſto intendatur tanquam principalis finis, ad quem mutuum ordinetur, & eſto mutuans non fuiſſet mutuaturus, niſi ſperaret tale lucrum, aut commodum. Quo circa, quod ea via accipitur, obnoxium non eſt reſtitutioni.

Hanc affirmant Sotus 6. de iuſti. queſt. 1. ar. 2. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1. ad 4. & in ſum. Verbo. vſura. c. de vſura mẽtali, & tom. 2. opus. tract. 8. c. 2. & 3. Almai. in 4. diſt. 15. q. 2. Nauar. in Man. ca. 17. nu. 209. & in comment. de vſura 14. q. 3. c. 1. nu. 20. & vt expreſſa à D. Th. q. 13. de malo, art. 4. ad 13 concinitque, 2. 2. q. 78. art. 2. Probari aũt poteſt. Primò, q̃m, vt omnes concedunt, vſura nõ eſt poſita in eo, quòd accipiatur aliquid ex gratitudine ac liberalitate mutuatarij gratificare volẽtis mutui beneficium, quod non ſolum facere licitè poteſt, ſed etiam facere tenetur ex quadam morali honeſtate, ſed ſolum in eo eſt poſita, quòd p̃ mutuo aliquid quaſi in pretium accipiatur, idq; ſignificant verba illa in definitione vſuræ, lucrũ ex mutuo; vt duabus diſputationibus præcedentibus dictum eſt: ergo intentio mutui interuentu, lucri, aut commodi, quod ex beneuolentia, gratitudine, ac liberalitate mutuatarij proueniat, non eſt vſura.

Conſequentia ex eo manifeſta, quoniam intẽtio, ſumit ſpeciem ac naturam à fine per eam intento. Secundò, fas eſt quocunque alio beneficio intendere beneuolentiam alicuius vt is beneficijs permotus, gratus ac liberalis ſit in collatorem, ſaltem intendendo id alijs beneficijs, neque interuenit peccatum contra iuſtitiam, neque vlla iniuria fit ei, cui conferuntur; ergo fas ſim iliter erit idem beneficio mutui intendere; & ſaltem, qui id fecerit, neque cõtra iuſtitiam peccat, neque iniuriam mutuatario efficit, vt facit vſurarios.

Tertiò, vſura idcirco illicita eſt, quia inuolũtaria mixtè ex parte illam ſoluentis, vt præcedente diſputatione fuit explanatũ: ſed, qui per mutuum lucrum aliquod, aut commodum, ex gratitudine & liberalitate mutuatarij intendit, nihil intẽdit inuoluntarium mixtè: ergo non intẽdit vſuram, atque adeo nec vſurarius eſt mentalis.

Hinc colligo, ſi quis, cernẽs Regẽ pecunia indigere, ſperansq; eum gratum ac liberalẽ in illũ futurum, qui p̃ mutuum ei ſubuenerit, illi offerat mutuo copiam pecuniæ, Regis liberalitatẽ ea via ſperans, ac intendens, alioquin illi non mutuaturus, neq; eſſe vſurarium, neque reſtituere teneri, ſi quid ei vltra ſortem, Rex contulerit. Siue id ſit officium, commenda, aut dignitas, ſiue pecunia, aut aliquid aliud: modo tñ ſufficienter præſumatur, Regẽ ex gratitudine, animoq; liberali id conferre, vt de Regibus regulariter eſt præſumendum: & modo is, qui mutuo dedit, ex Regis gratitudine ac liberalitate id ſperet, atq; intẽdat.

Secunda cõcluſio. Intẽdere † aliquid vltra ſortẽ, non ex mutuatarij liberalitate, ſed tanquã pretiũ, & recõpenſatione nõ gratuitã, & liberalẽ pro mutuo, efficit mutuantem vſurariũ mentalẽ, ſiue ea intentio principalis ſit, ſiue minus principalis, ita quod nihilominus ſine illa mutuaret, vel p̃p amicitiam, quam cum mutuatario habet, vel p̃p aliquid aliud. In hac conſentiunt doctores, quos pro concluſione præcedente citauimus. 3

Et quamuis Nauarrus locis citatis eam reprehendat, ſi tamen legatur attentè, comperietur, parum ibidem ſibi conſtare. Probari autem concluſio poteſt, quoniam vſura in eo eſt poſita, quod

ſit

ſit lucrũ ex mutuo, hoc eſt, in recōpenſationē pro mutuo, non ex gratitudine, & liberalitate, ſed ꝗ ſi in pretium: ergo intentio eiuſmodi lucri, ſiue ſit principalis, ſiue minus principalis, ſemper ſumit ſpeciē peccati vſuræ ex tali obiecto: eo ꝙ morales actus ab obiecto ſpeciem, & malitiā ſumant. Cōfirmatur, qm̄ qn̄ obiectum eſt de ſe, atq; intrinſecè malum, vt eſt vſura, intentionem eſſe principalem, aut minus principalem illius, facit quidē, vt ſit maius, aut minus peccatũ, non verò, vt non ſit peccatũ: nō ſecus ac furtũ, ſiue principaliter, ſiue minus principaliter intendatur, ſemper inficit intentionem, efficitq; ea intentio, vt ſit peccatum: quandoquidē furti intentionem cōiunctā eſſe cũ principaliori alia intentione nō tollit, quin furti intentio peccatum ſit. Si ergo Nauarrus contendit aliter lucrum poſſe eſſe licitè intentũ per mutuum quam ex gratitudine, & liberalitate mutuatarij, quaſi ſimul poſſit minus principaliter eſſe intentũ, vt pretium mutui, vtiq; falſa eſt eius opinio, vt proximè dicta pſpicue conuincunt. Si aũt vult, minus principaliter poſſe licitè eſſe intentũ, ex liberalitate quidē mutuatarij, ſed tanquā finis, ad quem mutuum ordinetur, vt, eo mutuatarius permotus liberaliter det, eo modo, quo in prima concluſione eſt explicatum, tunc, non ſolum minus principaliter; ſed etiam principaliter licitè poteſt eſſe intentum, vt ibidem fuit oſtenſum.

Neque aliud planè Nauarrus probat: neq; videtur intendere (tametſi non ſatis ſeipſum explicet) quam lucrum poſſe licitè eſſe intentum partialiter ex liberalitate mutuatarij. Quare potius deberet reprehendere Medinam, & Conradum, qui id negant quam Sotum, qui concedit, ſaltē abſque vſuræ peccato, poſſe eo modo eſſe intentum, tanquam finem principalem.

4 Iuxta † doctrinā harũ duarũ concluſionũ examinare dēnt cōfeſſarij, & q de eiuſmodi reb. conſuluntur, tā dantis pro mutuo, ꝗ accipientis intētionem. Et quidem nullus melius ſcire pōt intentionē ſuam in ſperādo, ac accipiendo, a mutuatario, quam mutuans ipſe, qui vltra ſortē accepit.

Si itaque ex gratitudine, & liberalitate ſolum mutuatarij ſperauit, & accepit, ſibique, ſe moto dubio perſuadet, mutuatarium eodem animo dediſſe, tunc, neque eſt peccati vſuræ eſt damnādus, neque reſtituere eſt cogendus, niſi poſtea conſtet, mutuatarium, quaſi in pretium, inuoluntarieque mixtè, vltra ſortem reddidiſſe. Si verò tanquam pretium pro mutuo aliquid intendit, aut accepit, peccati vſuræ eſt condemnandus. Quod ſi de mutuatarij animo dubitans, num ex gratitudine, & liberalitate, ac proinde plenè voluntariè dederit, an potius inuoluntariè mixtè ex verecundia, aut timens, quod alia die mutuum denegaret tūc peccati vſuræ eſt condemnandus; quia vel iniuſtitiā exercere voluit vel periculo eam exercendi ſe expoſuit, ita intendendo accipere, aut accipiendo aliquid vltra ſortem animo id retinendi. Quando autem de animo dantis non conſtat, qualis fuerit, tunc ex qualitate illius, ſi diues ſit, aut pauper, ſi liberalis, aut parcus, vel auarus, & ex cæteris circunſtantijs, eſt reijciendus, & ſæpe melius id coijcere ſciet confeſſarius, aut quiuis alius prudens vir, quam pænitens ipſe, qui interrogat, ſi vel ſcrupuloſus ſit, vel non tanto polleat iudicio, aut non adeo expertus in rebus agendis ſit. Perſeuerante aũt dubio in accipiente, num plenè voluntariè, datum id ſit, aut nō, offerendum illi erit, a quo fuit acceptum, quouſque de plena libertate, ac liberalitate dantis conſtet, aut liberaliter id remittat, idq; ſiue cum dubio, & peccato fuerit acceptũ ſiue bona fide, poſteaq; dubium inſurgat.

Accommodatum exemplum, ad diſcernēdam

5 in mutuāte † vſurariā intētione a nō vſuraria, ad hibetur in eo Canonico qui intendēdo quotidiana diſtributiones, ad diuinum accedit officium. Sicut enim, ſi eiuſmodi Canonici diſtributiones illas intēdat tanꝗ ptiũ ꝓ diuino offō, eſt ſimoniacus; ſi verò nō illas intendat tanꝗ pretiũ, ſed tanquam debitum in ſuſtentationem miniſtris Eccleſiæ ordinatum que ab eadē eccleſia, vt ex ijs, ꝗ populus tribuit, id detur ſolis intereſſentib. diuino officio, ſitque eo ipſo eis debitum, ſimoniacus non eſt, eſto principalis intentio ipſius ſit, ea via efficere illas ſibi debitas: ita, ſi qui mutuo dat, intendat aliquid vltra ſortem tanquam pretiũ pro mutuo eſt vſurarius: ſi verò id ex alio capite intēdat, nempe ex liberalitate mutuatarij, & tanquā debitum ex gratitudine, & honeſtate morali, eodemque animo detur, non eſt vſurarius, eſto, niſi id ita futurum ſperaret, non daret mutuo.

6 Interrogabis, vtrum ſi † mutuans excitet mutuatariũ ad mutui beneficiũ remunerandũ, vt ſi dicat, æquum eſſe, vt illud remuneret, aut ſe id ab eo ſperare, & mutuatarius, ita excitatus aliquid vltra ſortē mittat, accipiēs vſurarius ſit, reſtituereque acceptũ teneatur. Dicendum eſt, ſi mutuās ea via ſolũ intēdat dari lucrũ illud ex liberalitate, Dubiũ & gratitudine mutuatarij, veriſimiliterq; ſibi oīno pſuadeat, mutuatariũ eo modo excitatum ex Deciſ. liberalitate, atq; plene voluntariè daturum vltra ſortē neq; vſurarium eſſe, neque teneri reſtituere, quod ita acceperit. Ita Caiet. 2.2. q. 78. art. 1.

Neq; arbitror euentũ hunc moraliter impoſſibilem, ſi mutuatarius liberalis, ac generoſus ſit, aliæque interueniant circunſtantiæ. Et quanuis periculoſum ſit eo modo excitare mutuatarium, reprehendereque id debeant confeſſarij, inſtruendi tñ confeſſarij ſunt hac noſtra, & Caiet. doctrina, vt prudentes ſint, idque reſtituere non præcipiant, quod reſtitutioni non eſt obnoxium.

Quod obijcias illud Lucæ 6. *Mutuum date, nihil inde ſperantes.* Vrbanumque. III. c. conſuluit, de vſuris, ex eo teſtimonio definiuiſſe quando lucri ſpe datum fuit mutuo, aliquidque fuit acceptum, mutuātem cenſendum vſurarium, atque in Obiec. foro animæ cogendum eſſe reſtituere, ꝙ accepit.

7 Dicendum † eſt, teſtimonium illud ſi, vt præcepti vim continet, accipiatur, intelligendum eſſe de ſepulchri, de qua ſecunda noſtra concluſio Satisfit. loquitur: non vero de qua loquitur prima, nempe ex liberalitate, & gratitudine mutuatarij. Eodem ēt modo intellexit Vrbanus III. De ea quippè ſpe interrogatus fuerat in principio capitis, atque ad interrogata reſpondet in fine.

Accepta-

Accepta per vſuram mentalem, quouſque reſtituenda ſint.

DISPVTATIO CCCVI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans quando reſtituere teneatur per uſurã accepta.*

2 *Mutuans,& mutuatarius quot modis dicuntur dare,& accipere aliquid ultra ſortem.*

3 *Vſurarius mentalis an reſtituere teneatur lucrum ex mutuo, ſicut realis.*

4 *Capituli, conſuluit, de uſuris, alius intellectus.*

1 RES hæc quamuis multis ab alijs diſputetur, paucis a nobis eſt expedienda. In † titulo idcirco dictum eſt, accepta per vſuram mentalẽ: quoniam licet intentio accipiendi vſuram, ſatis ſit ad vſuræ peccatum; interim tamen dum effectus non ſequitur, obligatio non conſurgit reſtituendi, vt eſt notiſſimum. Id quod commune eſt cuicunq; alij intentioni iniuſtè aliquid accipiendi, aut damnum dandi. Quin, in re propoſita, ſi præceſſit intentio vſuram accipiendi, tempore q; acceptionis mutetur, quia dari creditur ex mera liberalitate mutuatarij, & tanquam ita datũ accipitur, vtique, ſi poſtea comperiatur, datum fuiſſe inuoluntariè mixtè, non conſurgit obligatio reſtituendi ex parte iniuſtæ acceptionis, ſed ſolum ex parte rei acceptæ; eo quod iam tunc acceptio iniuſta non fuit.

Quod ad rem propoſitam attinet, vno è quatuor modis euenire poteſt; vt detur & accipiatur
2 aliquid vltra ſortem. Primus † eſt, qñ mutuatarius ex mera gratitudine ac liberalitate dat, & mutuans accipit, vt eo modo datum. Et in hoc euentu perſpicuum eſt, neque vſuræ peccatum interuenire, neque vllam conſurgere obligationem reſtituendi.

Secundus, quando mutuatarius tanquam mutui pretium id inuoluntariè dat, & mutuans eodẽ modo accipit. Atque in hoc etiam euentu cõſtat, & peccatum vſuræ interuenire ex parte mutuãs, & reſtituere teneri ita accipientem.

Tertius, qñ mutuatarius, vt mutui pretium, inuoluntariè id dat, ſed mutuans bona fide illud accipit, credens ex gratitudine, ac merè liberaliter dari. Tunc verò, cum eiuſmodi collatio inuoluntaria mixtè ſit, atque ea de cauſa inſufficiens ad transferendum dominium via donationis, neque alius titulus interueniat vnde accipiens dominium illius, aut ius ad eam rem, compararet, vtique tenetur eam reſtituere ſtatim, ac eo pacto fuiſſe datam attenderit ac nouerit. Quod ſi perſeuerante bona fide illam conſumpſit, ſolum tenebitur reſtituere, ſi qd ex ea remanſit, aut ſi in aliquo factus ex illa fuerit locupletior; eo ꝙ obligatio reſtituendi tũc nõ proueniat ex parte iniuſtæ acceptionis, bona fide excuſante accipientem a peccato vſuræ, ſed ſolum ex parte rei acceptæ.

Quæſ.

Quartus eſt, qñ mutuatarius ex gratitudine ac liberaliter dat, ſed mutuans vſuraria intentione accipit, tanquam pretium mutui. Richardus in 4. diſt. 15. art. 5. q. 5. & Scotus ibidem q. 2. docent, quando vſurarius non manifeſtauit mutuatario intentionem ſuam pacto aliquo externo, aut alia ratione, lucrum ex mutuo ab illo exigendo, peccare quidem ea intentione accipiendo lucrum, non tamen teneri illud reſtituere. Secus autem quando intentionem ſuam prædicto modo illi manifeſtauit. Quamuis autem non ſatis ſeipſos explicent, videntur inde duci ad hoc aſſerendum; quoniam, quando nõ manifeſtauit ſuã intentionem, præſumendum eſt mutuatariũ merè liberaliter id dare.

3 Eſt † tamen opinio falſa, & contra cap. conſuluit de vſuris, vt Sotus 6. de iuſtitia, quæſt. 1. ar. 4. & Ioan. Med. de rebus per vſur. acquiſ. q. 4. ad 2. rectè adnotarunt. Refellitur. Ea quippe opinione nata, affirmandum eſſet, vſurarium mentalem nunquam reſtituere teneri; quando enim præceſſit expreſſio vſurario intentionis pacto aliquo, aut quouis alio modo, & ſequitur poſtea acceptio lucri ex mutuo, tunc vtique vſura eſt realis, vt ex dictis diſputat. 303. & præcedente, conſtat, caput autem conſuluit, definiuit, mentalem vſurariũ reſtituere teneri.

Præterea irrationabile, atque contra id, quod re ipſa ſæpe continget, eſt, tradere tanq̃ generalẽ regulam, quoties mutuans non expreſſit vſurariã ſuam intentionem, mutuatarium merè liberaliter dare, ſi quid tribuat vltra ſortem; præſertim cum vſurarij decipi non ſoleant in ſua vſuraria intentione, ſed eo animo mutuatarius regulariter det, quo vſurarij dare præſumunt.

Imol. Pan. & alij c. conſuluit, citato, Almai. in 4. diſt. 15. q. 2. & multi alij, quos Cou. reg. peccat. part. 2. in initio. num. 4. citat, in extrema alia ſunt ſnĩa, nempe, quoties vſurarius intentione vſuraria, quicquã accipit, teneri id reſtituere, eſto mutuatarius liberaliter id dederit, & eſto ea de re poſtea vſurario conſtet. Id verò ſibi perſuadent.

Primò, ex c. conſuluit, citato, vbi habetur, accepta vſuraria intentione, obnoxia eſſe reſtitutioni in conſcientiæ foro.

Secundò, qm ſola iniuſta acceptio ſufficiens eſt, vt accipiens reſtituere teneatur: quare, cum is, qui vſuraria intentione accipit, iniuſtè accipiat; conſequens eſt, vt reſtituere teneatur.

Tertiò, qm donatio, nec perficitur, neque per eam transfertur dominium rei datæ, ante acceptationem donatarij, vt ſuo loco explicatũ eſt: ſed, qui vſuraria intentione aliquid accipit, non acceptat, quod ita accipit, tanquam donatum, ſed tanquam lucrum ex mutuo: ergo non acquirit dominium illius, ac proinde tenetur id reſtituere.

Huius verò ſententiæ autores non conueniũt, cui facienda ſit reſtitutio. Almai. & quidam alij, cenſent, faciendã eſſe pauperibus; atque in hanc ſententiam conſentit Caietã. 2. 2. quæſtio. 78. articul. primo, poſito, quod obligatio ſit reſtituendi id, quod ita accipitur. Ducuntur ij autores, quoniam mutuatarius eo ipſo, quod liberaliter id dedit, abdicauit dominium illius a ſe, id quod fieri

poteſt ſola voluntate dantis, vt patet in eo, qui, ꝙ ſuum erat, relinquit pro derelicto: quare, ſi accipiens non comparauit dominium illius, ſed reſtituere id tenetur, conſequens eſt, vt, nō ei, qui dedit, ſed pauperibus ſit reſtituendū. Alij verò exiſtimant, reſtit. ei eſſe faciendam, qui illud dedit.

Decis. Duab. verò cōcluſionib. noſtram aperiā ſententiam. Prima eſt. Interim dum eiuſmodi vſurarius ignorat, mutuatarium liberaliter dediſſe, illi tenetur reſtitutionem facere, ſi non ex ipſa rei natura, certè pp conſcientiā. In hac oēs conueniūt. Probari autem poteſt, qm̄ exiſtimat ſe iniuſtè accepiſſe, & mutuatarium inuoluntariè dediſſe, neque abdicaſſe a ſe dominium: ergo ſub lethali culpa tenetur id reſtituere mutuatario, ſi materia tāta ſit, quæ ad culpam lethalem ſufficiat.

Scda concluſio. Eo ipſo, ꝙ ſcit, mutuatarium liberaliter dediſſe, licitè retinere poteſt, quod vſuraria intentione accepit, eſtque legitimus dn̄s illius, eſto accipiendo peccauerit. In hac conueniūt Sotus 6. de iuſt. q. 1. ar. 4. Io. Med. q. 4. citata, Caiet. 2. 2. loco citato, & ver. vſura, c. de vſura mētali, & tomo 2. opuſc. tract. 8. c. 3. Coua. reg. peccat. part. 2. in initio, nu. 4. & plerique alij, quos citat. Probari autem poteſt, quoniam collatio liberalis mutuatarij ſufficiens fuit ad transferendū dominium, ſaltem accedente acceptatione eius, cui id collatum eſt: eam autem videtur ſufficienter habuiſſe, ſi non formaliter, certè virtute, eo ipſo, qd id accepit: quando quidem comparare intendit dominium illius meliori modo, quo potuit. Adde, eſto virtualis illa acceptatio inſufficiens eſſet ad comparandum dominium rei ita acceptæ, formalis tamē acceptio, quam eliceret eo ipſo, quod intelligeret, collatam ſibi eſſe liberaliter, eſſet ſatis ad conſtituendum eum dominum rei illius: eo quod nondum reuocata eſſet prior donatio ei facta: quare liberaret eum a reſtituendi onere, vt probè Caiet. adnotauit. Rationes alias lege, ſi placet, apud Sotum, & alios.

4 Ad primum contrariæ opinionis argumētum † dicendum eſt, cap. conſuluit, loqui, quando poſtea vſuratio non conſtat, mutuatarij collationē fuiſſe liberalem.

Ad ſecundū dicendum, iniuſtam acceptionem tunc ſolum obligare ad reſtitutionem, qn̄ ex ea damnum re vera datum eſt, atque adeo qn̄ ſimul iniuſta eſt materialiter: nō verò qn̄ ſolum eſt iniuſta formaliter, hoc eſt, ex intentione & exiſtimatione accipientis: tunc enim ex ea non conſurgit obligatio reſtituēdi, niſi per accidens, hoc eſt, propter conſcientiā, interim dum erronea conſcientia perſeuerat. Exemplum accommodatum eſt in eo, qui, credens ſe accipere, aut deſtruere alienum, accepit, aut deſtruxit, quod ſuum erat.

Ad tertium dicēdum, ibi formaliter interuenire acceptationem rei, q̄ putat vſurariè ſe accipere, eamq; virtute eſſe acceptationem eiuſdem rei vt ſibi donatæ, vt explanatum eſt. Dicendum eſt deinde, ſaltem poſtquam conſtat, rem liberaliter fuiſſe ei datum, interuenire formalem acceptationem eiuſdem rei donatæ idque eſſe ſatis.

Illud in hac diſputatione aduerſus Almainū, & alios, addendum eſt. Si vſuraria intentio ſufficeret, vt accipiens reſtituere teneretur, tunc reſtitutionem faciendam eſſe ei, qui dedit, non verò pauperibus. Ratio eſt, quoniam mutuatarius præſumptam, & quaſi habitualem voluntatē habet, quod, ſi dominium in accipientem non transferat, maneat apud ſe. Quod ſi abdicaſſet a ſe dominium, vt aduerſarij exiſtimant, inſtar eorum, qui rem habent pro derelicto, vtique tunc fieret primo eam occupantis, ac proinde eiuſmodi mentalis vſurarius licitè ſibi eam poſſet retinere. Adde, pauperes non ſuccedere, niſi indefectum veri domini, cui res reſtitui non poteſt. Aut niſi ius humanum id in aliquo euentu ſtatuat: nullam autē ſcimus iuris humani diſpoſitionē, quæ præcipiat, eo pacto acceptum, pauperibus reſtitui.

Vſura ne ſit in mutuo cum pacto, vt mutuatarius committetur vxorem mutuantis, vt mulier copiam ſui faciat, aut vt mutuatarius remittat iniuriam.

DISPVTATIO CCCVII.

SVMMARIVM.

1 *Obſequium pro mutuo præſtitum quando veniat in reſtitutionem.*

2 *Mutuans accipiens a muliere copiam ſui pro mutuo, reſtituere tenetur.*
Cum declaratione tamen, vt ibi.

3 *Mutuans ad hoc, vt mutuatarius remittat iniuriā, quando dicatur committere vſuram.*

EX definitione vſurę, & hactenus de ea dictis, multa deinceps ſunt examinanda. Quod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet.

1 Non ſolum † mutuum cum pacto, vt mutuatarius vxorem mutuantis ad Eccleſiā comitetur, vel quoduis aliud obſequium præſtet ſed etiā id oneris ac commodi tanquam pretium mutui intendere, nullo expreſſo pacto, eſt vſuræ peccatum cum onere reſtituendi æſtimationem obſequij, ꝙ fuerit ea ratione præſtitum: quandoquidem pretio eſt æſtimabile.

Qn̄ aūt eiuſmodi obſequia exhibita quidem eſſent inuoluntariè mixtè in recompenſationem pro mutuo, attamē, poſtq̄ eſſent præſtita, is, qui illa exhibuit, recompenſationem nō vellet æſtimationis illorum, ceſſaret reſtituendi obligatio, ob tacitè, aut præſumptam, mutuatarij remiſſionē. Obſequia verò ex gratitudine ac liberalitate exhibita in recompenſationem pro mutuo, obnoxia reſtitutioni nō ſunt, quin potius licitè accipiunt.

2 Quod † ad ſecundum attinet. Si quaſi in pretium pro mutuo copia mulieris accipiatur, cum id ſit pretio æſtimabile, vtique conſurgit obligatio reſtituendi: niſi intelligatur, quamuis illa inuoluntariè mixtè, vt mutuum obtineret, id ſit paſſa, non tamen ſperare, neque velle pretium: quod non rarò in eo euentu continget.

Illud

Illud ẽt admonuerim, ſi mutuans id ab illa nõ peteret tanq̃ pretium & recompenſationem pro mutuo, ſed vt rem mutuanti gratam, & tanquam beneficium (tametſi turpe) gratis ſibi alioquin concedendum, quaſi mutuans concedere ei non vellet beneficium mutui, niſi illa viciſſim in ea re turpi morẽ illi gereret, fortè ad nullam reſtitutionẽ teneretur, eſto illa inuoluntariè mixtè conſentiret ob mutuum obtinendum, & eſto talis eſſet, quæ libenter acciperet reſtitutionẽ æſtimationis, ſi offerretur, aut ſibi eſſet debita. Ducor, q̃m id non poſtulatur, vt pretium pro mutuo, neq; vt quid pretio æſtimabile, ſed vt gratum, & beneficium in re inhoneſta ac turpi. Qui aũt arbitraretur in hoc euentu vſuram interuenire, præcipere teneretur reſtituere æſtimationem copiæ illius.

3 Quod † ad tertium attinet, dicẽdum eſt. Si ſolum ſit ſermo de pacto, quod mutuatarius deſiſtat ab inimicitia quatenus indebitè illam exercet, volens priuata ſua authoritate ſumere vindictam, atq; vt vitẽtur damna & ſumptus, quos is, qui iniuriã intulit, facit, vt ſe ab eo defendat, homines ſecũ habẽdo, qui ipſius incolumitati proſpiciant tũc nullam interuenire vſuram: eo quod non ſit pactum de lucro ex mutuo obtinendo, ſed de vitando peccato mutuatarij, & de impediendis malis, quæ mutuans ſubire non tenetur.

Solum ergo eſt difficultas, ſi ſermo ſit de pacto remiſſionis iniuriæ, ceſſando ab actione iuſta, q̃ mutuatarius, ob iniuriam ſibi illatam, aduerſus mutuantem habebat.

Quæſ. Sotus 6. de Iuſtit. q. 1. a. 2. arbitratur, nõ interuenire vſurã in eiuſmodi pacto, eſto, qui iniuriã eſt paſſus, ea actione recompenſationem exigeret in pecunia læſionis honoris. Quoniã, inquit, licet iactura honoris & famæ pecunia cõpẽſari poſſit, ſolet tñ ea iactura per amicitiam condonari. Citat vero pro eadem ſententia Syluest. verb. vſur. 1. q. 11. Sylueſter tamen id non clarè affirmat.

Nauar. in Man. c. 17. nu. 237. diſtinguit. Si pactum ſit de remiſſione iniuriæ quoad pœnã, quã mutuatarius iuſtè poteſt exigere, id non eſſe vſuram: quoniam pœna ante latam ſententiam non debetur. Si autem ſit de remiſſione iniuriæ quoad recompenſationem damni dati committi vſuram: eo quòd recompenſatio illa, nulla expectata ſententia debeatur.

Deciſ. Dicendum tamen arbitror, ſemper indiſtinctè committi vſuram, q̃n tanquam pretium mutui accipitur. Id quod affirmant Conra. de contract. q. 37. Ang ver. vſur. 1. n. 3. Med. de reb. per vſur. acquiſ. q. 1. §. lucrum, & alij. Ratio eſt, quoniam licet pœna ante latam ſnĩam non debeatur, ius tñ ad illam exigendam eſt pretio æſtimabile, atque adeo pretio æſtimabilis eſt remiſſio illius: quare ſi tanquã pretiũ mutui accipiatur, vſura committatur. Quod aũt iniuria ſoleat interdum per beneuolentiam condonari, impertinens eſt, vt, quãdo in pretiũ mutui eiuſmodi condonatio accipitur, vſura non ſit. Etenim pecunia, & res aliæ pretio æſtimabiles, ſolent aliq̃n per beneuolentiam condonari, & tñ id non impedit, quin, q̃n in pretiũ pro mutuo accipiuntur, vſura committatur.

Vtrum vſura ſit mutuo dare cum pacto, vt mutuatarius tantundem mutuo det.

DISPVTATIO CCCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mutuatarius mutuanti eſt naturaliter obligatus ea obligatione, quæ dicitur ad antidora.*

2 *Obligatio ad antidora vnde.*

3 *Mutuatarius mutuanti obligatur ciuiliter duobus concurrentibus.*

4 *Mutuans cum pacto, vt mutuatarius eidem teneatur tantundem mutuare, vſuram committit.*

5 *Mutuans cum conditione ſine qua non, an poſſit illud exigere quod ſub ea intendit.*

6 *Mutui obligationem in futurum exigere, vt conceẽdatur mutuum in præſenti, & exigere, tanquã conditionem ſine qua non, ſunt diuerſa.*

7 *Obligatio ad mutuũ in futurum eſt pretio æſtimabilis, & ob id vſura, ex communiori.*

8 *Mutuans aliquid intra certum tempus nõ poteſt mutuatarium grauare, vt intra illud uel breuius tempus, ſibi tantundem mutuet.*

9 *Mutuum quando ſufficienter compenſetur per uenditionem tantundem.*

Quæſ. QVod in hoc euentu non interueniat vſura, etiam q̃n onus imponitur mutuãdi tantũ-
1 dem in futurum, ſuaderi poteſt. Primò † quoniã mutuatarius ex gratitudine atque honeſtate morali tenetur naturaliter viciſſim mutuo dare, ut beneficium ſuſceptum recompenſet, quæ obligatio a iure, & doctoribus appellatur ad antidora, aut ad antidota, hoc eſt, ad dona, ſeu beneficia cõ-
2 penſanda beneficijs: & † dicitur ab anti, quod eſt contra, & dorum, quod eſt donum, ſeu munus, quaſi ad contraponendum munera muneribus, & beneficijs compenſandum: ergo fas erit ciuili obligatione illum eundem, pacto adhibito, ad idẽ obligare.

Secundò, pro re, quæ mutuo datur, licet accipere tantundem, & ad id mutuatarium obligare; ergo pro beneficio dandi mutuum, licitum erit obligare ad beneficium æquale reddendum.

Angel. verb. vſur. 1. nu. 4. Maior. in 4. d. 15. q. 29. ad 2. Almai. ibidem q. 2. Adr. de reſtit. in materia de vſur. q. ſeu potius, §. incipiente, ſed cõtra,
3 aſſeuerãt fas † eſſe obligare ciuiliter mutuatariũ ad ſimiliter in futurum mutuo dãdum: modo tñ duo hæc in futurum eueniant, videlicet æqualis indigentia eius, qui modo dat mutuo, & quod mutuatarius æquè bene poſſit tunc dare mutuo, atque is poteſt, qui in præſenti dat. Adrianus alijs verbis vtitur, nempe poſſe obligari ciuiliter in euentu, in quo, ſi, ea obligatione ciuili ſecluſa, non daret mutuo, male faceret, atque eſſet ingratus.

D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 2. & ad 4. Caietan. ibidem: Conrad. de contract. quæſt. 36. exẽplo, 7. Sylueſter verb. vſura, 1. quæſtio. 2. Ioan. Med. de reb. per vſur. acquiſ. q. 1. & latius, quæſtio. 4. ad 1. Deciſ.

principale, Sotus.6.de iuſt. q.1.ar.2.ad primum,
Gab.in 4.d.15.q.11.ar.1. Couar.3.var.reſo.c.2.
nu.5.Nauar.in Man.c.17.nu.223. Pan.& docto
res communiter, in contraria ſunt ſententia, vſu-
4 rã † ſcilicet eſſe eo adhibito pacto, mutuare, eaq;
eſt nobis amplectenda. Ratio eſt, quoniam gra-
uamen illud, vt in futurum, velit nolit, ciuiliter
teneatur mutuo, dare, eſt quid pretio æſtimabile,
eaque de cauſa, exigere obligationem illam pro
mutuo, eſt exigere vltra ſortem quippiam pretio
æſtimabile, atque adeo eſt vſura. Eiuſmodi ergo
pactum, neque in conſcientiæ, neque in exteriori
foro obligat, eo quod vſura ſit. Quare, ſi vi illius
mutuo eſſet acceptum in recompenſationẽ præ-
cedentis mutui, teneretur accipiens ad reſtitutio-
nem danti, quantum arbitrio prudentis æſtima-
retur, conſtrictum illum habuiſſe ad mutuandũ,
eaque via mutuum accepiſſe.

Ex deciſione hac rectè obſeruat Sotus loco ci-
tato, pecunia eſſe æſtimabile, quẽpiam obligatũ
eſſe mutuo dare alijs. Vnde vlterius colligit, poſ-
ſe quenq̃ in Republica certam mercedem licitè
accipere, vel a Republica ipſa, vel a mutuatarij,
vt ſe aſtringeret ad mutuo dandum quibuſcũque
qui mutuum accipere vellet, præſtita cautione
debita, quod mutuũ reſtituerent. Illud ẽt obſer-
ua, aſtringere quempiam alium ad ſibi in futurũ
mutuandum decem, verbi gratia, menſuras triti-
ci, vt viciſſim ipſe alteri obligetur ad mutuãdum
ei tantumdem in vino, aut oleo, neque eſſe vſurã,
neque iniuſtitiã, modo onera ſint æqualia: quo-
niam eſt æqualis contractus vtrinque.

Ad primum ergo argumentum in cõtrarium,
conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia,
quoniam ciuilis obligatio longe maior eſt, quam
ſola naturalis, quæ ex natura ſuſcepti beneficij o-
ritur, arctiuſq; multo in conſcientia obligat: eo
quod naturalis illa obligatio conſiſtat ſolum in
quadam decentia ex gratitudinis virtute, ſæpeq;
abſque vlla culpa, ẽt veniali, prætermitti ad im-
pletio illius poſſit: ciuilis vero obligatio ſemper
ſub reatu culpæ obligat. Præterea, ciuilis obliga-
tio etiam in exteriori foro aſtringit: ſubire verò
hoc tantum obligationis incrementum, ſupra na-
turalem, quæ ex natura beneficij oritur, vtiq; pre
tio eſt æſtimabile, præſertim cum ſit circa obie-
ctum difficile ac moleſtum.

Ad ſcd̃m conceſſo ſimiliter antecedente, negã
da eſt conſequentia. Qm̃ beneficium illud intra
iuſtitiæ limites ſufficienter compenſatur ſolutio-
ne mutui, vt d.304.explanatum eſt: quatenus ve-
rò eſt beneficium natum non eſt inducere ciuilẽ
obligationem, ſed ſolam naturalem ex gratitudi-
nis virtute: quare, ſi ciuilis ob illud exigatur, peti-
tur quid pretio æſtimabile vltra ſortem.

Fas nihilominus eſſe arbitror admonere mu-
tuatarium, dum ei mutuũ conceditur, ea ſpe mu-
tuum illi dari, quòd ſimile beneficium, vt par eſt,
præſtabit. Quòd ſi intelligatur mutuatarium nõ
habere animũ mutuandi viciſſim, vt ex naturali
ac morali honeſtate tenetur, fas eſt, mutuum ei,
tanquam indigno denegare.

Dubiũ Dubium eſt, vtrum fas ſit non alia ratione vel-
le mutuo dare pecuniam, aut quoduis aliud, niſi
mutuatarius in præſenti mutuo ẽt det triticũ, vel Deciſ.
5 quippiam aliud. Arbitror † eſſe dicendum, ſi id
exigatur tanq̃ conditio ſine qua mutuãs nõ vult
mutuare, quia indigens eſt mutuatarius, qui in
præſenti nõ vult viciſſim cõcedere mutuũ aliud,
quod ab eo exigitur, cui concedatur, quod ipſe
petit, nullam interuenire vſuram. Sicut ẽt paulo
antea dictum eſt, licitum tibi eſſe deſiſtere a mu-
tuo illi concedendo, quem intelligeres animũ ha-
bere non mutuandi viciſſim in futurum. Quo lo
6 co obſerua, longe diuerſum eſſe, exigere † obliga-
tionem mutui in futurum, vt cõcedatur mutuum
in præſenti, & exigere mutuum in præſenti tanq̃
conditionem ſine qua non vult quis concedere
mutuum, quod ab eo exigitur. In illo.n.primo, ci
uilis obligatio pretio æſtimabilis poſtulatur, ta-
metſi mutuũ, cuius obligatio poſtulator, commu
tari licitè non poſſit pro aliquo vltra ſortem: qñ
autem mutuum in præſenti exigitur, nulla exigi-
tur obligatio, ſed ſolum exigitur mutuum, pro
quo mutuans nihil poteſt vltra ſortem accipere.

Adde, eſto mutuantes ſibi inuicẽ hoc modo de
præſenti, onus aliquod pecunia æſtimabile ad in-
uicem ſibi imponerent (quod eſt falſum) qa tñ
ea onera eſſent æqualia, fieret compenſatio vnius
oneris cũ alio, ac proinde neq; vlla in eo cerneret
iniuſtitia, neq; vlla inde conſurgeret obligatio re
ſtituendi: maximè ſi onera illa æqualia eſſent.

Hinc colligo, qñ alicui duo mille aurei debe-
bantur, ſoluendi poſt duos annos, nullam inter-
uenire vſurã, ſi debitor in fine primi anni cum cre
ditore paciſcat, ſoluã tibi mille vno anno ante ter
minũ præfixũ, dũmodo concedas, vt mille alij ſol
uantur vno anno poſt eundẽ terminũ, aut ſi è con
trario, creditor idem petat, & obtineat a debitore.
Ratio eſt, qm̃ id ſolum eſt conceſſio de præſenti
mutui vnius virtualis, pro alio etiam virtuali de
præſenti, ſine vlla obligatione mutuandi iniũcta
in futurũ. Etenim ſoluere debitorẽ mille aureos
anno vno ante terminum præfixũ, eſt virtute mu
tuo illos dare creditori in totum eum annum: è
contra verò, creditorem concedere in præſenti di
lationem ſolutionis reliquorum mille aureorum
per annum, vltra tempus præfixum, eſt ex nunc
mutuo illos concedere ac dare in totum eum an-
nũ; atq; adeo ſunt beneficia mutui viciſſim vtrin
que de præſenti exhibita, vnum ſub conditione,
aut non ſine conditione, alterius, quod licet.

Nõ defuerunt, qui ex noſtra, D.Th.& cõiore
doctorum ſententia, qua affirmamus, obligatio-
7 nẽ † ad mutuum in futurum eſſe pretio æſtimabi
lem, eaque ratione vſuram eſſe, ſiquis mutuo det
cũ pacto, vt mutuatarius teneatur in futurum mu
tuo dare, non, inquam defuerunt qui ex hac do-
8 ctrina vlterius aſſerere fuerint auſi, eum qui † mu
tuo dat centum per annum, ita vt intra id tp̃s re-
petere nõ poſſit mutuum, poſſe iniungere graua-
men, vt mutuatarius in futurum teneatur ad an-
num, aut ad breuius tp̃s, tantundem mutuare. Itẽ-
que eum, qui formaliter, aut virtute, mutuat cen-
tum per annum, vt ſi iuſto pretio, credita tamen
pecunia per annum, aliquid vendat, poſſe aliquid
exigere

exigere vltra pecuniã illam, ratione talis mutui per annum ſine facultate intra id tempus exigendi ſuam pecuniam.

Ducuntur, quoniam obligatio illa non petendi in futurum pecuniam intra annum, eſt pretio æſtimabilis; ſicut obligatio mutuandi in futurũ intra annũ pretio eſt æſtimabilis: ergo ſicut pro hac ſecũda obligatione licet exigere, & accipere, modicum aliquod pretium, quantum ea obligatio æſtimabitur, ita etiam licebit pro illa prima obligatione idem pretium accipere.

Refellitur. Eſt tñ opinio hæc non ſolum noua & inaudita, ſed etiam periculoſa ſatis, & quæ viam aperit vſuris. Quid.n.precor, id aliud eſt, quã pro omni mutuo, quod precario non conceditur, vt ſcilicet ad concedentis libitum poſſit quocunq; tempore reuocari, docere, poſſe licitè aliquid accipi vltra ſortem, atque adeo poſſe licitè accipi vſuram, ſiue tale mutuum formale ſit, ſiue virtute.

Quid itẽ id aliud eſt, quã pro extenſione maiori, vel minori, temporis, quo eiuſmodi mutuũ conceditur, etiam ſi indeſinuiſſent lucrum mutuãti ceſſet, nullumq; damnũ emergat, docere, poſſe licitè accipi plus, vel minus, vltra ſortem, prout fuerit maius, vel minus tempus, ad quod conceditur; Id verò quid aliud eſt, quam docere, licitam eſſe vſuram pro quocunq; mutuo, quod non conceditur precario; quod tamen ſcripturæ, concilia, definitiones Pontificum, & communis doctorum ſententia, damnat. Eſt igitur eiuſmodi opinio periculoſa valde in fide, ne quid amplius dicatur.

Eſt aũt apertè falſum fundamentũ, cui innititur, nẽpe mutuare ad annũ, verbi gratia, eſſe mutuantẽ inducere ſuper ſe obligationẽ in futurum, quæ durat a puncto mutui, vſq; ad annũ expletũ. Neq;.n. eſt hoc inducere ſuper ſe obligationem aliquam, ſed ſolum ex ſua liberalitate concedere beneficium mutui in totum id tempore: ſicut.n. qui eo donationis genere, quæ à traditione incipit, quicq̃ donat, nullã in ſe inducit obligationẽ in futurum, eſto traditione eius rei a ſe abdicet poteſtatem ea re deinceps vtendi; aut fruendi; ita, q mutuũ dat ad annum, nullam in ſe inducit obligationẽ; ſed ſolũ exercet liberalitatẽ conceſſione beneficij mutui in totum id tps, eſto inde ſequatur, toto eo tpe, neque vti poſſe re, quam mutuo concedit, neque poſſe illam repetere.

6 Vt † autem d.304.oſtendimus, mutuum intra iuſtitiæ limites, ſiue ad maius, ſiue ad minus tempus, ſit conceſſum, ſufficienter compenſatur redditione tantundem, ac mutuo fuit datum, actioq; ipſa mutui, actione ſolutionis rei mutuo acceptæ ſimiliter compenſatur: eaque de cauſa, ſi quid amplius accipiatur tanquam pretium, committitur iniuſtitia.

Præterea, cum mutuo transferatur dominium rei mutuo datæ in mutuatarium, eãque de cauſa mutuatarius ſoluere non teneatur eandem rẽ numero, ſed ſpecie, & æqualis bonitatis; ſane ex mutuo nulla obligatio conſurgit ex parte mutuãtis, ſed ſolum ex parte mutuatarij.

In commodato vero, qm̃ non transfertur dominium rei commodatæ in commodatariũ, ſed manet apud commodantem, vtique pro vſu rei illius, quo accõmodans ſe priuat, & quẽ concedit cõmodatario, accipere poteſt cõpetens pretium: ſed tũc contractus trãſiret in locatũ, deſineretque eſſe commodatum, vt ſupra ſuo loco dictum eſt.

Vſurane ſit, mutuare cum pacto, vt mutuatarius faciat, aut ſoluat quod alioquin facere tenetur, aut vt pretio iuſto curare, patrocinari, metere ſegetes, colere agros, molere in molendino, vel emere ex officina mutuantis, teneatur.

DISPVTATIO CCCIX.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans cum pacto, vt mutuatarius aliquod debitum ſoluat, de quo debito intelligatur.*

2 *Mutuum dare medicis, aduocatis & alijs, qui ex caritate operas præſtare tenentur, an ſit vſura, & quando.*

3 *Mutuatarium obligare ciuiliter ad id quod naturaliter, & ex charitate tenetur, eſt pretio æſtimabile, & ob id vſura.*

4 *Mutuans quando tenetur reſtituere pro grauamine, tenetur etiam ad omnes circunſtantias augentes grauamen.*

5 *Vſura non eſt, ſi quiſquam credito uendat, quo plures emptores ad ſe trahat, contra Syl.*

6 *Mutuans tenetur liberare mutuatarium ab onere ei iniuncto ratione mutui.*

7 *Mutuans cum pacto, ut mutuatarius teneatur ad aliqua, quando uſuram committat, & quando intelligatur locare.*

8 *Onus appoſitum in mutuo quando ſit pecunia æſtimabile, & ob id uſura.*

9 *Mutuans cũ pacto, ut mutuatarius tempore meſſis uendat ei triticum pretio communi, dicitur facere emptionem.*
Sed in Luſitania eſt prohibitum.

10 *Mutuans cum pacto, ut mutuatarius teneatur frequentare gymnoſium, ſeu molendinũ mutuantis, quando uſuram dicatur committere.*

QVod ad primum horum attinet, quanuis diſput.303.& 304.in reſponſione ad primũ dictum ſit, licitum eſſe dare mutuum cum pacto, vt alius vltra ſortem ſoluat, quod aliunde nobis eſt debitum: quoniam id non accipimus tanquam pretium mutui, ſed tanquã aliud de nobis debitum; idque arctauerimus, modo ſcandalum ceſſet; addenda tamen hoc loco ſunt, quæ ſequuntur.

1 Primum eſt, id † intelligendũ eſſe, de liquido debito. Si.n.dubium ſit, vſura proculdubio eſt, mutuo dare cum pacto, vt ſoluatur tale debitum: quoniam verum lucrum, tanquam mutui pretium, acciperetur, hoc eſt, condonatio iuris, quod

mutuatarius circa id debitum prætendere poſſet.

Secundum eſt, intelligendum eſſe de debito ex iuſtitia: ſecus ex gratitudine & ſola honeſtate morali: vſura quippe eſſet exigere vltra ſortem eiuſmodi debitum.

2 Dubiū eſt, qñ † medicus ſub reatu lethalis culpæ ex caritate tenetur mederi: eo quod ægrotus grauiter opera eius indigeat, neq; ſit alius, qui ei ſubueniat; aut aduocatus patrocinari, & ſic de alijs, vtrum tunc vſura ſit, mutuo illis dare cum pacto, vt pro iuſta mercede id efficiant, quod ſub peccati reatu facere tenentur, ſed non gratis. Ioā. Medin. de reb. per vſur. acquiſ. q. 4. ait, quamuis illi ex ſola caritate facere id teneantur, & non ex iuſtitia, nullam interuenire vſuram in mutuo cū tali pacto, ſed licitè adhiberi: mihique hæc ſententia probatur.

Quō ad id ſolum obligantur, ad quod abſolutè ac ſimpliciter ipſi alioquin tenentur, & non ſecundum quid dumtaxat, prout tenentur, qui ex gratitudine ac ſola morali honeſtate ſunt aſtricti. Cōfirmatur hæc ſententia, quoniam publicæ poteſtates ad id poſſunt illos cogere eſto ex iuſtitia non teneantur id efficere: quod ſi ex ſola gratitudine ac morali honeſtate tenerentur, publicæ poteſtates non poſſent eos ad id obligare.

Quæſ. Quod ad reliqua, quæ propoſita ſunt, attinet, Adrianus de reſtit. in materia de vſur. a quæſtio. ſeu. § iuxta prædicta, Ang. verb. vſur. 1. n. 5. & q-dā alij, affirmāt, in illis oib. nō interuenire vſurā aut peccatum, dūmodo adſint duæ conditiones.

Prima, quod pretium, quod datur pro patrocinio, medicatione, &c. aut accipitur pro tritico, aut oleis molendis, vel pro mercibus, quæ vēdūtur, ſit iuſtum. Secūda, quòd is, cum quo eiuſmodi contractus ineuntur, non grauetur ea de cauſa in aliquo alio: vt eſſet, ſi multū a mutuantis molendino diſtaret, & ratione contractus, relicto proximiori, accedere teneretur ad id, quod lōgius diſtat. Tum. n. ait Adrianus, mutuans adiūcto eo pacto, reſtituere teneretur mutuatario, quantū hoc aliud grauamen æſtimaretur.

Deciſ. Communis tamen doctorum ſententia affirmat, contractus illos omnes eſſe vſurarios, eſto in

3 nullo alio mutuatarius grauetur: quoniam † obligari mutuatarium ciuiliter ad quoduis illorum, eſt pretio æſtimabile, vt de obligatione ciuili, ad dandum mutuum in futurum, diſp. præcedente dictum eſt: quare, ſi id, vltra ſortem, pro mutuo exigatur, aut accipiatur, vſura committitur. Ita Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. conſentaneè ad doctrinam D. Thom. ibidem, & in ſumma verb. vſur. c. 2. a caſu, 7. Med. de reb. per vſur. acquiſ. q. 4. in reſp. ad 1. principale, Conrad. de contract. q. 36. Sotus 6. de iuſti. q. 1. ar. 2. Sylu. verb. vſura. 1. q. 7. Naua. in Man. c. 17. nu. 220. Pan. & multi alij, quos hi doctores citant.

Circa illud de medico, & aduocato, obſerua, ſi quis mutuo eos aſtringeret ad curandum, aut patrocinādum, gratis, reſtituere illis teneretur, & pretium iuſtum pro operibus illis, & inſuper aliquid pro grauamine ad id illos adſtrictos habendi. Quod ſi ſolum illos adſtrinxiſſet ad curandū pretio iuſto, quando illi ſub reatu peccati ad id nō tenerentur, ſolum teneretur reſtituere quantum, ſpectatis circunſtantijs concurrentib. æſtimaretur grauamen illud. Quando autem re ipſa id nullum eſſet grauamen, quia illi libenter ſuam operam pro eo pretio impendiſſent, tunc ad nullam teneretur reſtitutionem. Idem intellige in reliquis euentibus in titulo propoſitis.

Circa oēs euentus propoſitos obſerua. Quamuis, vt Caiet. in ſum. Couar. Med. & alij rectè af-

4 firmant, qñ † pretium iuſtum perſoluitur pro operib. ad quæ mutuo quis aſtringitur, ſolum debeatur reſtitutio pro grauamine, eo q opera iuſto pretio compenſentur; nihilominus, cum iuſtum pretium latitudinem habeat, ſanè, ſi ea via mutuatarius impeditus eſt accedere ad alios, quibus carius locaſſet operas ſuas, aut a quibus vilius emiſſet, aut qui illi triticum, aut oleas, viliori pretio molerent, circunſtantiæ hæ, & aliæ ſimiles, quantitatem augent grauaminis, atque adeo obligationem plus reſtituendi pro maiori grauamine. Quod ſi in pretio iniuſtitia etiam interueniret quia mutuatarius vilius infinito cogeretur locare operas ſuas, aut carius pretio iuſto, emere merces, aut molere triticum, aut oleas, id quoque eſſet reſtituendum, vt eſt perſpicuum.

Illud aduerſus quoſdam obſerua, in eiuſmodi reſtitutionib. iniungendis, non eſſe attendēdum ad emolumentum, quod mutuanti ex hiſce contractib. euenit, ſed ad damnum, quod mutuatarijs inde ſequitur, & ad quantitatem grauaminis, quod, vi mutui, eis imponitur: obligatio quippe reſtituendi non conſurgit ex lucro mutuantis ex parte, qua lucrum illius eſt, ſed ex damno mutuatario iniuſtè illato.

Quo fit, vt, ſi mutuo dando aliquibus cum pacto, vt gymnaſium frequentent mutuantis, aut vt emant ex ipſius officina, multum emolumenti prouenit mutuanti quoad famam & opes, cum modico mutuatariorum detrimento, non plus mutuans reſtituere mutuatarijs teneatur, quam detrimentum, & grauamen, quod ratione mutui illos ſubire aſtrinxit; quia in eo ſolo iniuſtitiam aduerſus illos commiſit.

Quare audiendi non ſunt, qui affirmant, hunc reſtituere teneri pauperib. quicquid emolumenti inde percepit. Neque. n. eſt, vnde pauperes ius ſibi ad eiuſmodi emolumentum acquirant.

Hinc facile etiam intelliges, Syluestrum verb.

5 vſur. 1. q. 7. falſo aſſerere, vſuram † eſſe, quempiā credito vendere, quo plures emptores ad ſe trahat. Licet enim vendendo credito virtute det mutuo pretium vſque ad terminum ſolutioni præfixum; ſi tamen nullam in emptores exerceat iniuſtitiam, vt quia limites pretij iuſti non egreditur, vtique, neque vſuram exercet, neque ad vllam reſtitutionem tenetur: quin potius ſuo vtitur iure, via iuſta, beneficio videlicet expectandi pretium, attrahendo ad ſe emptores.

Caiet. Medin. Couar. & alij locis citatis, rectè

6 docent, in his † omnibus pactis, in quib. dictum eſt interuenire vſuram, quando nihil ex parte

te mutuatarij exequutioni eſt mandatum, teneri mutuantem liberare illum ab onere, ratione mutui,ei iniuncto,reſcindendo quoad id contractū: neque ad aliam tunc reſtitutionem teneri; ad idemque in exteriori foro eſſe cogendum. Si vero mutuatarius ex parte onus exequutioni mandauit,& adhuc aliquid oneris ſubeundum ſuperſit,liberandum eſſe a parte illa,reſtituendumque eidem eſſe,quantum onus,quod ſubiuit, æſtimabitur.

7 Circa † mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur metere fruges mutuantis pretio iuſto, aut colere agros illius, vel quippiam aliud facere,obſerua. Poſſe ſine vlla vſuræ,aut alterius iniuſtitiæ,labe conſuli vtrique contrahentium, ſi is,a quo mutuum petitur,& qui opera mutuum petētis indiget,reſpondeat.

Nolo mutuum tibi dare: attamen conducam ſtatim pecunia anticipata operas tuas, quibus in tale,vel in tale tempus indigeo. Si enim pretium iuſtum illi conſtituat, ſiue paciſcendo tantum illi dare, quantum alijs eo tempore communiter tribuetur, ſiue ad præſens conueniendo illi dare, quantum, plus minus, ſperatur operas illas tempore, quo præſtandæ ſunt, valituras; vtique neque vſura committitur, neque iniuſtitia aliqua, ſed celebratur contractus locationis ac conductionis iuſtus,quicquid Sotus 6.de iuſtit.quæſtio.prima,articul.ſecundo,in contrarium dicat, idque eſto infimo pretio iuſto operæ illæ conducantur.

Quod enim cōtractus ille fauorabilis,intra limites iuſti,atque vtilis ſit conducenti, occaſione indigentiæ alterius,certè non magis vſurarium, aut iniuſtum,illum efficit,quàm ſit, emere pecunia anticipata ab eo,qui pecunia indiget,rem infimo pretio iuſto,quod nullus damnat.

Idem dicendum eſt de ſequentibus contractibus. Si quis enim det pecuniam ſoluendam ad certum tempus, ſed cum pacto, vt mutuatarius vendere ei teneatur triticum ſuum tempore meſſis pretio tunc communi, vel det mutuum modium,aut modios,tritici cum pacto, vt mutuatarius teneatur ei vendere caſeos ſui gregis, aut vinum ſuum pretio tempore vindemiæ communi; vtique eiuſmodi contractus vſurarij ſunt, pro-

8 pter onus † illud celebrandi in futurum illos contractus ratione mutui impoſitum, quod pecunia eſt æſtimabile.

Si tamen, abſque aliquo mutuo, ſtatim pecunia anticipata ab eo emat triticum tēpore meſſis tradendum, vel pretio, quo traditionis tempore valebit,vel pretio.quo nunc plus minus ſperatur tunc valiturum,nulla committitur vſura, aut iniuſtitia:eo quod acceptio illa,& venditio,intra limites pretij iuſti fiat: quod autem pecunia anticipetur,non vitiat contractum alioquin iuſtum; quin potius beneficium eſt mutui virtualis,quod tunc fit venditori, eſto contractus in vtilitatem etiam cedat emptoris, qui ea via ſe lucraturū ſperat. Idem eſt,ſi eodē modo caſei gregis, lana,aut vinum,tradenda tempore, quo percipientur, pecunia anticipata emantur.

Hic etiam contractus damnandus non eſt; do tibi viginti aureos ſoluendos mihi in tritico tem-

9 pore meſſis pretio tunc communi. Neque † enim id eſt mutuum cum grauamine, vt tempore meſſis vendat triticum mutuanti pretio cōmuni: ſed eſt emptio tritici nunc pecunia anticipata pretio, quo tempore traditionis valuerit: in quo nulla eſt iniuſtitia.

Et quemadmodū venditor diſcedere non poteſt a contractu,ſed tenetur tradere tantam tritici quantitatem tempore nouorum,quæ pretio tunc communi ſummam expleat viginti aureorū: ita emptor diſcedere non poteſt a contractu, inuito venditore, ſed tenetur accipere triticum loco ſuæ pecuniæ,neque poteſt pecuniam repetere,& nolle triticum.

Obſerua tamen, in Luſitania, quart. part.leg. extra tit.9.l.8.ſub grauibus pœnis eſſe prohibitū, emere frumentum pecunia anticipata, niſi emptor talis ſit,qui ad ſuam, familiæque ſuæ ſuſtentationem,illud velit. Similes leges aliæ eſſe ſolēt in alijs locis.

10 Circa † mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur molere in molendino mutuantis,interrogabis, num vſura ſit mutuare, non quidem cū eo pacto, ſed cum limitatione hac, mutuo tibi do, interim dum meum frequentaberis gymnaſium, aut interim dum in meo molueris molendino.

Dicendum eſt,ſi animus dantis mutuo, nō ſit accipere illud tanquam pretium mutui, ſed ſolū non velle perſeuerare in beneficio mutui cū eo, qui rependere non vellet illud aliud beneficium, eo quod ingratus eo ipſo is eſſet, quo cum ipſe mutui beneficio vteretur, nullam videri cerni vſuram ex parte mutuantis. Vt tamen Caiet.ſecunda ſecundæ q.78.art.ſecundo, ait, periculoſa eſt appoſitio limitationis illius, quippe qua intendi videatur ex mutuo grauamen illud ac commodum,atque adeo erit diſſuadenda. Dubiū Deciſ.

Quod ſi mutuans intelligat, mutuatarium nō ex gratitudine atq; liberalitate continuare gymnaſium, aut molendinum, ſed tanquam onus, & pretium ob mutuum, tunc vſura erit id vi mutui recipere,cum onere reſtituendi quantum id æſtimabitur:ſicut vſura eſt accipere a mutuatario quippiam aliud pretio æſtimabile vi mutui.

Quod ſi bona fide mutans recepiſſet illum in ſuo gymnaſio ac molendino, putans grato ac liberali animo id efficere; tunc eſto poſtea conſtaret de illiberali animo illius, ad nullam reſtitutionem teneretur illi mutuans: quia non ad reſtitutionem pretij, quod iuſtè pro tritico molendo accepiſſet: neque ad reſtitutionem grauaminis; quandoquidem, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, neque ex parte rei acceptæ, quæ apud ipſum non perſeueraret, ad id teneretur.

Vſura ne ſit mutuare cum pacto, vt teneatur mutuatarius conducere, aut emere, vel vendere aliquid, accipere partem mutui in mercibus, aut in debito, aut ſoluere in alio loco, aut præſtare munus à lingua, ab obſequio, vel à manu, aut liberare à tributis, vel alio onere, aut conferre officium, vel beneficium.

DISPVTATIO CCCX.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut uendere aliquid, quando uſuram committat, & quando non.*

2 *Mutuans mille cum pacto, ut mutuatarius accipiat quingenta in mercibus, quando uſurã committat, & quando non.*

Et quid de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ, nu. 3. & 4.

5 *Mutuans cum onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem in debito, quod non facile exigi poteſt, uſuram committit.*

Cum declaratione tamen, ut ibi.

6 *Mutuans aliquid in uno loco cum pacto, ut mutuatarius ſoluat in alio, uſuram committit.*

Declaratur tamen, ut ibid.

7 *Munus triplex, a lingua, ab obſequio, & a manu, & quid unumquodque eorum.*

8 *Mutuum dare cum pacto tanto uel expreſſo cuiuſcunque muneris uſura eſt.*

9 *Mutuans Reipublicæ, ut eximatur a ſoluendis tributis, uſuram committit.*

10 *Vſura uel ſimonia quando cõmittit dicatur in conceſſione officij, uel beneficij.*

QVod apud primum eorum, quæ propoſita ſunt attinet, nempe ad mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut vendere aliquid, dicendum eſt.

1 Vſuram † interuenire, nõ ſolum ſi imponatur illi onus celebrandi eos contractus in futurum, ſed etiam ſi de præſenti, vna cum mutuo, inuoluntariè mixtè celebrare eos arctetur. Ratio eſt, quoniam onus id efficiendi pretio eſt æſtimabile, rationeq; mutui exigitur ac accipitur. Quare obligatio conſurgit reſtituendi, non ſolum ſi vltra pretium iuſtum aliquid ei locatum, aut vẽditum eſt, vel infra iuſtum conductum, aut emptũ quippiam ab eo eſt, ſed etiam æſtimationem grauaminis illius, quod eo maius eſt, maiorique cõpẽſatione dignum, quo minori pretio ab alio emiſſet, aut conduxiſſet, vel maiori alteri vendidiſſet, aut locaſſet, aut quo magis inutile, aut nociuum, ei ſit celebrare eiuſmodi contractum. Quo loco obſerua, reſtitutionem hanc non prouenire ex cõmodo, quod mutuanti ex hiſce contractib. prouenit, ſed ex damno, aut grauamine, quod mutuatario ex eiſdẽ ſequitur, vt diſputatione præcedente dictum eſt; quare, cum mutuans, id a mutuatario vi mutui exigendo, cauſa iniuſta ſit horum dãnorum, ad integram eorum reſtitutionẽ ei tenetur, eſto vel minus, vel nihil, cõmodi ipſe inde reportaret, qm̃, dum totius huius damni cauſa iniuſta fuit totum cenſetur iniuſtè accepiſſe ad effectũ, vt, ex parte iniuſtæ acceptionis, ad totius reſtitutionem teneatur: eo pacto quo, qui ſegetes alienas iniuſtè exuſit, reſtituere ex parte iniuſtę acceptionis tenetur totum damnum datum, vt cum de radice hac reſtitutionis ſermo erit, explicabitur.

Finge.n. quempia mutuare cum pacto, vt mutuatarius ſuam propriam exurat domum, aut ſegetes, qui dubitat, quãuis ex eiuſmodi mutuatarij iactura nihil commodi eueniat mutuanti, teneri mutuantem illam reſtituere, tanquam vi mutui, & quaſi in illius pretium, datam?

Obſerua tñ, ſi colonus re vera cõducere vellet agros, quia tñ id opere præſtare non poſſet, niſi mutuum eidẽ daretur ad ſumptus in illis colẽdis neceſſarios, vt ad ſemina, vel boues emendos, aut ad ſe, & ſuos alendos: tunc vſura non eſſet, mutuo illi dare, vt mutuantis agros conduceret; qm̃ tunc conductio non eſſet quaſi in pretium pro mutuo, ſed potius mutuum eſſet medium ordinatum, vt ille conducere poſſet agros, vt optat.

Quare, ſi tunc pretium locationis non excederet iuſtum rigoroſum, vtiq; neq; vſura, neq; iniuſtitia alia, interueniret. Quòd ergo præcedente doctrina, tanq̃ vſurarium, damnamus, eſt, eũ, qui pecuniæ, tritici, aut alterius rei, indigentia, premitur, nullaq; ratione conducere agros, aut aliquid aliud mutuantis, vellet, inducere mutuo, vt illos inuoluntariè mixtè conducat. in eoq; euentu dicimus, mutuantem, non ſolum reſtituere teneri, ſi in pretio locationis excedat, ſed etiam quantum æſtimabitur grauamen, quod miſer ille ſubit, conducendo ita inuitè eam rem.

2 Quod ad ſcd̃m † attinet, vſura eſt, ſiquis mutuo det mille cum pacto, vt mutuatarius accipiat quingenta in mercib. quib. non indiget, aut quas alioquin tanto pretio non accepiſſet, aut cum pacto, vt totum ſimiliter accipiat in mercib. atque reſtituere mutuãs tenetur, tum ſi carius iuſto pretio rigoroſo illas vendat, tum etiam æſtimationẽ grauaminis, ac damnorũ ea de cauſa mutuatario ſequutorum, iuxta ea, quæ paulo ante dicta ſunt. Hinc Sotus 6. de iuſt. q. 1. art. 2. affirmat, vſurarios eſſe mercatores, qui mutuo dant Regibus ad ſoluenda ſtipẽdia militib. ea lege, vt milites, partem quandam ſuſcipiant in mercib. & partem in pecunia. Tum quia, vi mutui, grauant Regem, acmilites eas merces accipere, quibus non indigẽt, & quas vilius multo vendituri ſunt milites alijs, vt ſibi comparent neceſſaria. Tum etiam quoniã carius multo eas vendunt Regi ac militib. quam ſi numerata pecunia eas alijs venderent.

Obſerua tamen, condemnandos vſuræ nõ eſſe eos mercatores, immo neque alterius iniuſtitiæ, qui, ſcientes aliquem credito ab eis merces emere, vt illas viliori pretio ſtatim pecunia numerata

alijs

alijs vendat, vt ea rõne cõparet pecunias, eas illi vendunt intra latitudinẽ pretij iuſti. Rõ eſt, q̃m eiuſmodi cõtractus nõ eſt mutui, ſed venditionis iuſtæ. Ita Caiet. verb. vſur. c. de vſura implicitè caſu 10. Ang. verb. vſu. 1. nu. 60. & Nau. in Man. c. 17. nu. 244. Qui tñ rectè addunt, ſi mercator illas ita credito vendat, animo iterũ pecunia numerata eaſdẽ viliori ꝑtio ab illo emẽdi, cõmittere vſurã palliatã: q̃m eo ipſo animus illius eſſet mutuũ pecuniæ ea via palliare, ex quo incrementũ illud vltra ſortẽ accipere. Subiungunt vero, ſi ſyncerè vendidiſſet credito, abſq; animo iterũ illas emendi ab eodẽ pecunia numerata, neq; peccaret, neque ad vllam reſtitutionẽ teneretur, ſi iterũ illas ab eo emeret pecunia numerata intra latitudinẽ pretij iuſti, eo pacto, quo quiuis alius licitè poſſet illas ab eo mere modo tamen ceſſaret ſcandalum. Eiuſmodi emptiones credito, vt iterum merces pecunia numerata vendantur, ſiue venditoribus ſiue perſonis alijs, *Mohatras* Hiſpano ſermo

Mohatras. Ius Luſitanũ.

3 ne appellant. Quarta † aũt par. leg. extra. Luſitaniæ tit. 10. l. 2. merito ſancitum eſt, vt quicunque credito eis vendiderit merces, quas conſtat eas nõ velit ad negotiandum, neq; ad illas cõſumendum in ſua familia, ſed ad eas iterum pecunia numerata viliori pretio vendendas, amittat eo ipſo actionem, quam ex eo contractu comparare poterat ad eiuſmodi debitum recuperandum, tam a debitore principali, quam a fideiuſſore, & inſup mittatur in exilium per duos annos ad loca Africæ, & ſoluat quinquaginta aureos dimidium in captiuorum redemptionẽ, & dimidium accuſanti. Rõ autẽ huius ſanctionis eſt. Tum, ꝙ in hiſce venditionib. credito interuenire ſoleat vſura, vendendo vltra iuſtum pretiũ rigoroſum, vt ſolutio expectetur, & poſtea, cum debitores in termino cõſtituto ſoluẽdo nõ ſint, initi ſoleãt contractus alij vſurarij vt ſolutio iterũ expectetur. Tum ẽt, ꝙ eiuſmodi vẽditiones cedere ſoleant in publicã ciuium perniciem, præſertim nobiliũ, qui ea via perdere ſecum ſolent multos fideiuſſores. Atque poſtrema hæc rõ, vel ſola, ſufficiens eſt, vt merito ea lex in publicam vtilitatem condita fuerit.

Ius Caſtellæ.

4 In regno † autem Caſtellæ inuenio l. 29. tit. 4. lib. 5. nouæ collectionis præcipi iudicib. quos *alcaldes maiores* vocãt, vt puniant eiuſmodi cõtractus, quatenus eos illicitos inuenerint, aut in vſurarũ fraudem celebratos, ſub cõminatione, ꝙ ni ſi eos punierint, ipſi ea de cauſa punientur. Item l. 22. tit. 11. lib. 5. prohibitum eſt, vendere credito filijs familias, aut ijs minorib. qui ſub tutore, aut curatore, ſunt, ſine facultate parentum, tutorum, aut curatorum, vt d. 261. retulimus. Lege quæ ibi dicta ſunt. Item prohibetur, eos emere pecunia numerata, quæ credito maiori pretio vendiderũt idemq; prohibetur alijs, qui mediatores in eiuſmodi contractibus fuerũt, ſub pęna, vt illud amittant, & inſuper amittant officia, & ſoluant quinquaginta mille marauedinos.

5 Quod ad † tertium attinet, vſura ſimiliter eſt, mutuo dare cũ onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem indebito, quod non facile poteſt recuperari: atque iuxta cõem doctorũ ſnĩam, tenetur mutuans reſtituere, quantum grauamen illud æſtimabitur. Obſerua tñ, ſi mutuatarius nõ inuoluntariè mixte, ſed ſua ſponte, ſuſciperet mutuum in eiuſmodi debito, vel quia ipſe facile illud recuperabit, vel quia ex liberalitate & gratitudine vult onus illud ſuſcipere ob mutui beneficium, tunc neque vſuram eſſe, neque iniuſtitiam, mutuo eo modo dare, eſto mutuans offerat genus tale mutui, cedatq; in ipſius commodũ. In dubio autem, an plena libertate acceptetur, peccatum eſt eo pacto mutuare, cum onere reſtituendi grauamẽ illud, interim dum de libera mutuatarij voluntate non conſtat.

6 Quòd † attinet ad quartum, vſura eſt, mutuo dare triticum, aut quoduis aliud, quod mutuans habet in alio loco, cum pacto, vt mutuatarius id ſoluat in hoc loco, niſi aliunde fiat compenſatio. Item vſura eſt mutuare triticum, aut quoduis aliud in hoc loco, cum pacto vt ſoluatur in loco diſtanti, in quo plus valet, aut cũ mutuatarij maiori aliquo grauamine. Ratio eſt, q̃m grauamen hoc, aut valoris incrementum, accipitur vltra ſortem vi mutui. Quare obligatio inſurgit reſtituendi, quantum id æſtimabitur. Obſerua tñ, ſi mutuatarius indigeret tritico in alio loco, quod facile hic perſolueret, neque eſſet incrementũ in maiori valore in hoc loco, quam in illo alio, tunc vſura non eſſet, mutuare in alio loco cum pacto, vt ſolueretur in hoc, eſto contractus incommodum mutuantis cederet: quoniam id re vera, non tam eſſet mutuum, quam commutatio iuſta tritici in vno loco, pro tritico in alio, cum beneficio expectandi ſolutionem. Cederet nanq; contractus ille in commodum vtriuſq;, & quãuis cederet ſolum in cõmodum mutuantis, ſi non redundaret in detrimẽtum & grauamen mutuatarij, ſatis id eſſet, ut neq; cõtractus iniuſtitiã contineret, neq; proinde obligaret ad reſtitutionẽ. De mutuo tritici uno tempore, ut ſoluatur in alio, in quo plus ualebit, diſputatione ſequenti dicetur.

7 Quod ad † quintũ attinet, munus a lingua eſt, alloqui Principem, uel quãuis alium in mutuatarij fauorẽ, pſalere, & his ſimilia, quæ lingua pręſtantur. Munus uerò ab obſequio eſt, comitari mutuatarium, aut uxorem, negotia illius gerere, & ſimilia. Munus autem a manu eſt aliquid elargiri, ſiue ſit pecunia, ſiue triticum, ſiue quoduis

8 aliud. Vniuerſim † autem uſura eſt, mutuũ dare cum pacto tacito, uel expreſſo, cuiuſcunque muneris, ſiue a lingua ſit, ſiue ab obſequio, ſiue a manu, cum onere reſtituendi, quantum eiuſmodi munus æſtimabitur, ut ex hactenus dictis ſatis conſtat. Quando autem mutuatarius ex mera liberalitate ac gratitudine, ob mutui beneficiũ, hæc præſtaret, nullum peccatum eſſet ea accipere, nullaq; reſtituendi obligatio cõſurgeret, ut ex dictis eſt manifeſtum.

9 Quod † attinet ad ſextum, conueniunt doctores, eſtque ex dictis ſatis perſpicuum, uſurã eſſe, mutuo dare Reipublicæ, Principi, aut cuicunque alteri, cum pacto tacito, aut expreſſo, quòd mutuans ad tempus, uel in perpetuum, eximatur, a ſoluendis tributis, aut a quocunque alio onere,

cui

cui iuſte ſubiacet:conſurgitq; obligatio, non gaudendi deinceps eo priuilegio,& inſuper reſtituendi tributa,quæ non ſoluit, aut quantum æſtimabitur quoduis alius onus,a quo fuerit liberatus.

10 Quod ad vltimũ † attinet, qñ cõceſſio officij publici,aut beneficij Eccleſiaſtici, procederet ex gratitudine ac plena libertate illud cõferentis ob mutui beneficium,tunc nulla eſſet vſura, aut etiã ſimonia,id accipere. Quin,qñ accipiẽs dignus eo eſſet,licitũ eſſet mutuo dare animo alliciendi collatoẽ,vt ex gratitudine mutui vellet, cæteris parib. præferre mutuantem,aut eius filium, vel conſobrinum,alijs. ſicut etiam licitum eſt, huc eodẽ intuitu inſeruire Principibus,aut Epiſcopis.

Qñ verò collatio officij publici eſt inuoluntaria mixtè ob mutuum,vſura eſt illud in mutui recõpenſationẽ accipere. Qñ,ſi officiũ illud eſt vẽdibile,ſaltẽ quia vendi conſueuit,aut quia collator, vel qui in alterius fauorẽ ob mutuũ illud reſignat,facile impetraſſet facultatem illud vẽdendi,conſtat grauamen,non leui pretio æſtimabile, mutuatario imponi ob mutuũ, ac proinde committi vſurã. Qñ aũt nulla ratione vendi permitteretur,tunc,ſi mutuatarius ob mutuum reſignaret officium in fauorem mutuantis,conſtat ſimiliter vſuram interuenire:eo ꝙ, ob mutuum, priuetur mutuatarius emolumento maximo, ꝙ non leui pretio eſt æſtimabile. Solum aũt eſt difficultas, qñ officium eſt publicum,& vacauit, neque vlla rõne vẽdi permittit, & collator in recõpenſatione mutui,ſine vllo ſuo detrimento, illud mutuãti tribuit,an vſura id ſit ex parte mutuantis. Dicendũq; in primis eſt,cũ collatio inuolũtaria ſit,neque ſufficiẽs ad dñij,aut iuris,talis officij translationẽ, videri teneri accipientem illud ſtatim reſignare. Dicendum deinde eſt,vſurã cõmitti: eo ꝙ obligare mutuatarium vi mutui,vt illud mutuanti,aut filio mutuantis,conferat, & vt conſequenter ſe priuet libertate conferendi illud cuicunque alteri digno,cui voluerit,pecunia eſt æſtimabile, eo maiori,quo officium melius ſit pinguioreſque reditus habeat:quare tenebitur mutuans reſtituere mutuatario,quantum grauamen illud arbitrio prudentis æſtimabitur. Si tñ mutuatarius dignus eo officio ſit,non tenebitur reſtituere reditus, ſeu fructus competentes,quibus pro adminiſtratione talis officij fuerit dignus: ſicut qui mutuo dat cũ pacto,vt mutuatarius teneatur emere ex ſua officina,aut molere in ſuo molendino, vel alium iuſtum contractum ſecum celebrare, non tenetur reſtituere pretium iuſtum, quod pro mercib. aut alijs reb. accipit, ſed ſolum valorem grauaminis celebrandi eos contractus,vt ſupra explicatũ eſt. Ita Caiet.verb.vſura c.2.caſu 8.Nau.in Man.ca. 17.nu.213.& alij. Qñ aũt mutuatarius indignus eſſet eo officio, teneretur quidem reſtituere Reipublicæ,aut partib. cum quib. agit adminiſtrando tale officium,damno omnia,quæ ex ipſius inſufficientia illis proueniunt: nihil verò collatori, qui ſolum eſt diſpenſator,ſeu diſtributor,publici illius muneris. Vtrum aũt vſura & ſimonia ſit in recompenſam mutui accipere beneficium Eccleſiaſticum,in materia de ſimonia dicetur.

Vtrum vſura ſit, mutuo dare triticũ,aut aliquid aliud, vt tantundem reddatur,quando plus valebit: aut dare, quando plus valet, vt reddatur in tritico æqualis valor, vel dare vetus,vt reddatur nouum.

DISPVTATIO CCCXI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuo aliquid dare,vt tantundem reddatur,quando plus valebit,an vſura dicatur,& quando. Et quid de iure Luſitano, nu.2.*

3 *Mutuo triticum dare quando plus valet, vt ei in tritico æqualis ualor reddatur,dicitur uẽditio, & non mutuum.*

4 *Mutuo dare triticum uetus, ut ei in nouo reddatur quantum ualebit nulla uſura committitur. Declaratur tamen,ut ibi.*

QVod attinet ad primum, diſtinguendum
1 eſt. Quoniam,aut † eſt dubium,num res, quæ mutuo datur,tempore ſolutionis ſit plus valitura:aut moraliter eſt certum,plus eſſe valiturã: aut eſt moraliter certum, non eſſe minus valituram,& dubium,num plus ſit valitura.

Si dubium ſit,vtrum res plus,aut minus, valitura ſit tempore ſolutionis,æqualeq; ſit periculũ aſcenſus & deſcenſus valoris illius rei, ita quod tantum deſcendere poterit in valore, quantum aſcendere,tunc,propter æquale, tum periculum, tum etiam commodum,cui vterq; contrahentiũ ſe exponit, licitus eſt talis contractus, neque vlla in eo vſura interuenit, quicquid poſtea tempore ſolutionis eueniat,concinitq; aperte c.nauiganti, de vſur. Exemplum eſt,ſi in anno, in quo pretiũ frumenti eſt mediocre,mutuet quis in menſe Nouembri decem tritici modios, vt totidem menſe Maij,aut tempore meſſis,ſoluantur: tunc.n. eſto in termino ſolutionis præfixo, longe plus valeãt, tenetur mutuatarius ſoluere decem integros, & eſto longè minus valeant, ſatisfacit etiam ſoluendo ſolos decem modios. Quoniam cum,tam incrementum,quam decrementum, valoris tritici in menſibus intermedijs inter celebrationem contractus, & terminum ſolutionis, pendeat a ſucceſſu temporum, æqualis eſt contractus ille vtrique contrahentium.

Qñ autẽ moraliter eſt certum, rem, quæ mutuo datur,plus eſſe valituram tẽpore ſolutionis, aut certum eſt,non minus eſſe valiturã,& dubiũ, nũ plus ſit valitura, aut maius eſt periculum incrementi pretij quàm decrementi, vt ſi ſimus in anno,in quo,propter magnam abundantiam viliſſimo pretio valet triticum in menſe Nouẽbri; tunc ſubdiſtinguunt doctores. Quoniam, ſi tũc aliquis det mutuo aliquot tritici modios,vt totidem reddantur,nullo præfixo ſolutioni termino, ſed indifferenter quando mutuans petat, vel mutuatarius reddat, neque mutuans vi aliqua fraude aut modo,impediat ſolutionem, quando mutuatarius ſoluere voluerit: tunc, eſto mutuans expe-

expectet tempus, in quo triticum plus valeat, vel tunc illud petat; neq; vſurã, neque iniuſtitiã aliã cõmittet, ſed ſolum in eo inuiſitur cupiditas nimia, prauaq; in proximum caritas, ſi de induſtria ita factum ſit. Quo fit, vt neque contra iuſtitiam peccet, neque ad vllam reſtitutionem teneatur: ſibique mutuatarius imputare debet, quod ſibi non conſuluerit ſoluendo, qñ triticum minus valebat. Conſentit. l. vinum. ff. ſi cert. pet.

Si verò terminus fuit præfixus, in quo modij illi eſſent ſoluẽdi, iterum ſubdiſtinguũt. Qm̃ vel mutuans ſeruaturus in id tp̃s erat triticum illud, vel non. In primo euentu, nulla interueniet vſura: modo tñ, ſi triticum eo tpe in poteſtate ipſius alicui periculo ſubiacuiſſet, aut cum eo ſumptus aliquos erat facturus in eo aſſeruando, tantum de quantitate tritici ſibi reſtituendi detrahat, quantũ vtrumq;, prudentis arbitrio, æſtimabitur, id ve mutuatario ſoluat. Rõ horum omniũ eſt, qm̃ tũc mutuas rõne lucri ceſſantis accipere põt ſolutionem illam in eo maiore valore tritici; eo quod in tp̃s ſeruaturus erat ſuum triticum: quare cum, ſi ſumptus aliquos cum eo erat facturus, vel in poteſtate ipſius periculo corruptionis, aut alterius infortunij, ſubiacebat, tm̃ minus lucri illi ceſſet, quantũ hæc duo prudentis arbitrio æſtimabuntur conſequens eſt, vt valorẽ horum duorum detrahere debeat de quantitate tritici ſibi reddẽda, vel id aliunde compenſare debeat mutuatario: alioquin vſurã aduerſus eum committet, valorem illũ ratione mutui accipiendo ab eo vltra ſortẽ.

Qñ verò ſeruaturus illud non erat, ſed ſtatim erat diſtracturus. tũc uſura interuenit, quoniam rõne mutui paciſcit, vt reddatur ſibi, res qñ plus eſt valitura: ad examinãdũ quippe nũ in mutuo vſura interueniat, potius habenda eſt rõ valoris rei, quæ datur, & redditur, q̃ ſpeciei, & quantitatis illius, qñ quo ad valorem vterq; contrahentium non ſubiacet æqualiter periculo incrementi, ac decrementi quo ad valorem. Hoc idem dic, qñ, vel nullus præfixus erat terminus ſolutioni, & impediuit, aut dolo fecit, ne ſolueretur quãdo triticum minus valebat; vel præfixus quidẽ erat terminus, attamen ſimili modo impediuit, aut dolo fecit, ne adueniente termino ſolueretur.

Illud verò obſeruandum eſt, quando periculũ incrementi & decrementi pretij non eſt æquale, ſed longè minus eſt, ne decreſcat; quam ne accreſcat, tunc mutuantem, eſto ad reſtitutionẽ teneatur, ſi res, quæ ei eſt reddita tempore ſolutionis accreuerat in valore, non tamen reſtituere teneri totum incrementum valoris, ſed partem. Etenim partem incrementi poteſt licitè retinere ratione periculi decrimenti, cui ſe expoſuit, quantum cũ æquali probabilitate potuit moraliter decreſcere, aut ſi non erat æqualis probabilitas, ſed longè minor æqualis decrementi, quantum prudens arbitrabitur, ſpectatis circunſtantiis concurrentib.

In his ferè oĩb. conueniunt Ang. verb. vſur. 1. nu. 36. Syl. ib. q. 14. Nau. in Man. c. 17. nu. 219. & 225. Gab. in 4. d. 15. q. 11. ar. 2. lit. I. Med. de reſt. q. vlt. Sotus 6. de Iuſt. q. 1. ar. 2. & alij: & q̃uis Sotus ibi arbitretur, ſe melius cæteris huic difficultati ſatisfacere, certè melius alij vt eam enodare.

2 Illud hoc † loco admonuerim, in Luſitania Ioãnẽ Tertiũ p. 3. l. extrauag. t. 1. l. 5. ſtatuiſſe qñ aliqs daret mutuo frumentũ, nullo ad ſolutionẽ præfixo termino, vel ſoluẽdũ poſt aliquot annos, mutuatarios non teneri ſoluere mutuũ in frumẽto, niſi vſq; ad proximũ feſtum aſſumptionis Dominæ noſtræ, eſto aliud expreſſum eſſet in cõtractu. Tranſacto verò eo proximo feſto, ſi mutuũ idcirco ſolutũ non eſſet, quia non fuit petita ſolutio, tũc in optione mutuatarij eſt, vel ſoluere frumentum in pecunia maiori pretio, quo frumentũ vſq; ad feſtũ illud pecunia ſtatim numerata fuit venditum, vel ſoluere in frumento, prout maluerit. Hæc de primo eorum quæ propoſita ſunt. Ius Luſitanũ.

Quod ad ſcdm attinet, affirmanter eſt reſpon-
3 dendum. Qm̃ † illud potius eſt venditio tritici pretio iuſto, quo tpe traditionis valet, & emptio ſimiliter tritici pretio etiam iuſto, quo tpe traditionis valebit, quam mutuum: quod autem ſolutio pretij primæ venditionis vſque ad tp̃s traditionis alterius tritici differatur, beneficium eſt, ꝙ ei qui primo triticum pretio currente emit, impẽditur. Conſentiunt Conrad. de contractib. q. 38. concl. 5. Syluester verb. vſur. 1. q. 16. Nau. in Manu. c. 17. nu. 225. Med. de reſt. q. vlt. & alij.

4 Quod ad tertium † attinet, ſi tempore, quo vetus traditur, tantum valeat, quantum nouũ valebit, aut valiturũ ſperatur, nulla vſura interuenit eſto id cedat in mutuãtis commodũ, qui melius nouum, quã vetus, vt intendit, conſeruabit. Ratio huius aſſertionis eſt, qm̃ contractus æqualis eſt quoad valorem, atq; ex mutuo fas eſt reportare commodũ ſinè detrimẽto & iniuria mutuatarij. Si vero triticum vetus minus valeat tpe traditionis, q̃ valiturũ ſit aliud, eo ꝙ vetus ſemicorruptũ ſit, mutuatariusque pp neceſſitatem quã patitur, aut alia ſimili ratione, illud cũ eo pacto accipiat, vtique tunc vſura committitur, teneturque mutuans reſtituere mutuatario maiorem illum valorem tritici noui: niſi mutuatorius ex mera ſua liberalitate vellet beneficium illud mutuanti rependere, quod non eſt præſumẽdum. Ita Syluest. vbi ſupra q. 7. & Nauar. loco citato. nu. 224.

Si valor pecuniæ Pragmatica accreſcat, vſura ne ſit, totidem, quot mutuo datæ ſunt, pecunias accipere; & vniuerſim quid de incremento, aut decremento, monetarum, ac menſurarum, ſit cenſendum.

DISPVTATIO CCCXII.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ valor ſoluẽdus eſt, qui tpe cõtractus, aut legis currebat, niſi actũ ſit, vt in ſpẽ reddatur.*

2 *Pecunia attenditur ſecundum eius valorem, niſi aliud actum ſit.*

3 *Pecu-*

3 *Pecunia mutuo ſimpliciter data, cenſetur quo ad valorem, non autem quoad ſpeciem data.*

4 *Pecuniæ incrementum, vel decrementũ in mutuo, attenditur tempore tranſlationis dominij in mutuatarium.*

5 *Pecunia debita in certa materia & forma regulãda eſt ad eius valorem currentem: niſi aliud actum ſit.*

6 *Pecuniam mutuans cum onere, ut rarior, & melior in hominum æſtimatione reddatur, quando uſuram committat, & quando non.*

EXempla ſunt: Finge tempore, quo regalis argenteus Luſitania valebat triginta ſex nummos æreos, quos *reais* vocant, Petrum mutuò dediſſe Paulo mille regales argenteos, &, ante ſolutionem, regalem excreuiſſe ad valorem quadraginta eorundem nummorum, vt tempore Regis Sebaſtiano ſubito creuit: aut in hoc Caſtellæ Regno, Petrum mutuo dediſſe Paulo centum ſcuta aurea tempore, quo ſingula valebant trecentos quinquaginta marauedinos; ante ſolutionem verò, ſingula accreuiſſe ad valorem quadringentorum eorundem æreorum nummorum, vt hodie lege Regis Philippi valent. Quæſtio noſtra eſt, num totidem regales argentei, totidemque ſcuta aurea, ſint ſoluenda; an verò detrahendum de illis ſit, quantum in valorem excreuerunt, ita vt ſolus valor, quo ad æqualitatem, ſit reddendus. Prætermiſſis verò varijs iuriſperitorũ ſententijs, quas legere, inter alios, poteris apud Cou. de collatione numiſmatum. c. 7. §. vlt. & apud Pano. c. qñ de iur. iur. a num. 12. ſequentibus concluſionibus huic diſputationi eſt ſatisfaciendum.

Prima concl.

1 Prima eſt. Non † ſolũ in mutuo, atque in alijs contractibus, ſed ẽt in pęnis pecuniarijs lege, aut alia rõne ſtatutis, qñ expreſſum nõ fuit, vt perſolueretur pecunia talis materiæ ac formæ, ſoluendus eſt valor, quem pecunia tpe contractus, legis, aut latæ ſñiæ, habebat idq; ſiue pecuniæ quibus talis valor fuit expreſſus, aut mutuo datus, accreuerint poſtea vt in duobus propoſitis exemplis accreuerunt, ſiue decreuerint. Concluſio hæc eſt Soti 6. de Iuſt. q. 1. ar. 2. Ioan. Medi. de reſt. q. vlt. Pan. loco citato. Cou. vbi ſupra nu. 3. & aliorum, quos citant. Tametſi Bar. in contraria fuerit ſententia l. Paulus. ff. de ſolutionibus, quem iuriſperiti cõiter ſequuntur, & quem in materia mutui aduerſus Sotum ſequitur Nau. in Man. c. 17. nu. 294. & in commen. de Cambijs a nu. 48.

2 Noſtra † concluſio probatur, qm̃ pecunia, qñ expreſſum aliud non eſt in mutuo, cenſu, tributo, aut quouis alio contractu ſñia, vel lege pęnali, attenditur ac conſideratur ſecũdum valorem: ergo tantus valor eſt reddendus, quantus tẽpore contractus, legis, aut ſñiæ, fuit conſtitutus, iuxta valorem, quem tunc pecunia habebat, qua fuit expreſſus, aut conſtitutus, ſiue poſtea pecunia illa accreſcat, ſiue decreſcat, in valore: vtrumque. n. æquè cedere poteſt in detrimentum, aut commodum, tam debitoris, quam creditoris, atque adeò æqua ex natura rei eſt vtriuſque conditio. Neque obſtat, quod quidam dicunt, nempe qñ obligatio prolata fuit in certa monetæ ſpecie, vt ſi dictum fuit, ſoluet tot aureos, non teneri creditorem recipere aliam monetæ ſpeciem. Non, inquam, id obſtat. Primo, qm̃ id colligunt ex l. 2. §. mutui. ff. ſi cert. pet. Vbi ſcriptum legitur; *aliud pro alio, inuito creditore, non ſoluitur*. Si tñ antecedẽtia in eo §. attendãtur, contrarium profecto inde colligit. Præmiſerat. n. Iuriſconſultus, mutuum non eſſe, niſi in ijs, quæ in pondere, numero, aut menſura, conſiſtunt, in quibus vnũ ſpecie, hoc eſt, indiuiduo, reddi poteſt pro alio: ſubiungit verò in alijs, quia, creditore inuito, ſolui non poteſt vnum pro alio, vt in equis, & in alijs ſimilibus rebus, mutuum eſſe non poſſe. Ex hac aũt. §. illius doctrina, contrariũ potius, quam propoſitum, colligitur: quippe cũ materia potiſſima mutui ſit pecunia. Scđo id non obſtat, qm̃ doctores (ẽt ij, aduerſus quos diſputamus) cõiter affirmant, contrarium conſuetudine ſeruari, &, vt Pan. loco citato, num. 15. ait, ſtandum eſt tali conſuetudini: id quod ex eo probat efficaciter, qm̃ contractus celebrari cenſentur iuxta conſuetudinem loci, in quo fiũt. Cõſtat aũt in Hiſpanijs hanc conſuetudinẽ vigere, non ſolum quia ſoluitur quæcunq; pecunia pro ea, quæ exprimitur in contractu (ærea excepta in Luſitania, quam, ꝓp ſui vtilitatem & abundãtiã, non tenentur creditores recipere, niſi quo ad certam partem debiti, vt hr̃ ti. 8. par. 5. leg. extrauag. Ea aũt lex lata fuit, antequã tpe Regis Sebaſtiani ærei nummi, decem, quinque, & trium *reais*, duplo, aut ferè duplo, deprimerentur quo ad valorẽ) ſed etiam quia frequentiſſimum eſt in contractibus, ingentes pecuniæ ſummas exprimi nummis æris, vt cum dr̃, *vn quento ſeis cientas mil marauedis, &c.* perſpicuum aũt eſt, intentum proferentium, aut ſcribentium, eiuſmodi verba, non eſſe, obligare, vt ſumma illa ſoluat pecunia ærea, ſed
3 ſolũ exprimere valorẽ ſoluendũ. Tertio id † non obſtat, qm̃, eſto pecunia ſoluenda eſſet in eadem materia & forma, in qua fuit data mutuo, quia, tñ potiſſimum data eſt mutuo quo ad valorem, potius habenda eſt ratio in ſolutione valoris mutuo dati, quam numeri pecuniarum, quæ mutuo datę ſunt quo fit, vt, ſi pecunia in valore accreſcat, tot numero pecuniæ illius materiæ & formæ detrahendæ ſint in ſolutione quot detrahere oporteat, vt valor ſolutionis, valori mutui, æquetur: ſicut è contrario, ſi in valore decreſcat, tot ſint addendæ, quot ad valorem æquandum ſint neceſſariæ.

Atque hinc ſumitur ſecũdum principale argumentum ad comprobandam noſtram concluſionem.
4 Et enim, ſi valor † pecuniæ mutuo acceptæ decreuiſſet, non ideo minus valoris eſſet ſoluendum mutuanti: quandoquidem valor ille non perijt, quo tempore pecunia illa erat mutuantis, ſed quo tempore erat mutuatarij valor autem rei domino perit, non verò illi, qui dominus illius non eſt: ergo pari rõne, ſi pecuniæ valor accreuerit, accreſcet mutuatario, & non mutuanti, ac proinde non plus valoris eſt mutuanti reddendum, quam fuerit is, quem mutuo dedit. Dices, ſaltem quando mutuans ſeruaturus erat pecuniam, ſi mutuo illam non dediſſet, reddenda illi erit in maiori Obiect.

valore quem poſteà in manu mutuatarij habuit, alioquin mutuans damnum ex beneficio prꝗſtito reportaret, quod rationi non videtur conſentaneum. Dicendum eſt, neque in eo euentu illi debe-
Satiſfit. ri incrementum id valoris. Sicut enim, ſi decreſceret, vitaret ratione mutui damnum illius decrementi, ita ſubire debet iacturam illius incrementi, quæ per accidens ratione mutui ei aduenit. Vt enim infra dicemus, nihil pro lucro ceſſante, aut damno emergente, accipi poteſt, niſi id formaliter, aut virtute, deductum ſit in pactum.

Cùm hac noſtra concluſione conſentiunt. c. cũ olim, & c. cum Canonici de cẽſib. In quorũ priori, cũ, antea ſolui eſſet conſueta quædam moneta, poſteaque ſucceſſiſſet alia minoris valoris, q̃ per aliquot annos quidam Eps ab eis ſuſceperat, qui priorem debebant, neque tñ anni illi tot eſſent, quot ad perſcribendũ aduerſus eum Epm erant neceſſarij; decernit. Summus Pontifex, ſoluendã eſſe priorem, aut tot ex poſterioribus, quæ valorẽ priori, adęquent. In poſteriori verò capite, cum antea penſio ſolueretur certæ pecuniæ, & poſteà ſuccederet alia maioris valoris, contenderentque quidã Canonici, quibus ea penſio debebatur, ſoluendã eſſe in quantitate æquali quo ad numerum earum pecuniarũ, quæ priorib. ſucceſſerant, definit Summus Pontifex, ſoluendã eſſe, vel in priori viliori pecunia, vel ſi illa in vſu non ſit, ſoluendã eſſe quo ad æſtimationẽ tantum prioris pecuniæ.

Noſtrã, præterea concluſionem cõfirmat vniuerſalis Hiſpaniarum vſus. Et. n. neque in Luſitania, neq; in Caſtella, neq; in aliquo alio Hiſpaniarum regno, quod ſciam, vlla eſt hodie moneta, q̃ ducatum valeat, hoc eſt, vndecim regales argenteos & vnum marauedinũ in Caſtella, aut quadringentos *reais* in Luſitania: eo qđ aureus ducatus antiquus accreuerit in Hiſpanijs quo ad valorem, vt in materia de cambijs explanabitur, & tñ debita antiqua tot, vel tot, ducatorum, ſiue ſint cenſus, aut quicunque alij annui redditus, ſiue quæcunq; alia ſoluuntur in valore antiquo ducatorum, quo ad antiquum valorem, cum tñ hodie nullus nummus ſit, qui eũ valorem habeat, quo fit, vt in cõtractibus, & vniuerſim in debitis perſoluendis, ſolum habeatur ratio valoris antiqui monetarum vt ad æqualitatem eius valoris debita perſoluantur, non verò numeri ipſarum monetarum atque incrementi, aut decrementi, qđ temporis ſucceſſu, quo ad valorem, habẽt. Eandẽ concluſionem confirmant quæ d. 278 dicta ſunt.

Hoc eodẽ modo, ſi ex mutuo, aut ex quocũque alio contractu, vel titulo debitus ſit modus tritici v.g. & poſteà menſuræ varientur, ſiue quo ad incrementum, ſiue quo ad decrementum, ſoluẽdus eſt modius tritici eius quantitatis, cuius erat antequã menſuræ variationem acciperent. Atque in hoc conueniunt Nauar. & doctores oẽs. Qm̃ nec maior, nec minor, quantitas erat, q̃ ante eam variationẽ debebatur, illaq; ſolui debet. Sic prætetitis annis in Luſitania fuit obſeruatũ, legeq; publica fuit ſancitum. Cum. n. Sebaſtianus Rex meritò ſtatuerit, vt menſurę tritici, vini, olei, &c. quę in diuerſis partibus eius regni inæquales erant quo ad quantitatem, ad æqualitatẽ redigerentur, ita vt regnũ totum æqualibus, eiſdemque menſuris, vteretur, ſimul eadẽ lege pronunciauit, antiquiora debita, ac redditus, frumenti, vini, olei cæterarumque eiuſmodi rerũ, neque in minori, neque in maiori, quantitate eſſe ſoluenda, quã ante eam variationem ſoluerentur, ſed in vno quoque loco eſſe ſtatuẽdum, quid tritici modio antiquo (v.g.) ex nouis menſuris reſponderet, vt ad æqualitatẽ perſolueretur, & ita de menſuris aliarum rerum.

5 Secũda cõcluſio. Eſto † in mutui cõtractu, aut in quouis alio, exprimeretur, vt debitum in pecunijs certæ materiæ, & figuræ, ſolueretur, vt v.g. mutuum in nummis eiuſdem rõnis cum eis, qui dati ſunt, redderetur, credo, ſi accreſcerent, aut decreſcerent, quo ad ualorem, ſoluendum ad æqualitatem eſſe ualorem antiquum in nummis illius rõnis, detracto, aut addito, ex eis, quantum neceſſe eſſet, ut ualor ad æqualitatem perſolueretur. Excipe, qñ ex uerbis contractus, aut diſpoſitionis, contrarium intelligeretur, nẽpe in quemcunque uariationis euentum, numerum illum monetarum illius rõnis eſſe ſoluendũ, neq; plus, neque minus. Quod interdum fieri ſolet timore uariationis monetarum quo ad ualorem. Atque iuxta hanc poſteriorẽ partem noſtræ huius concluſionis intelligo, quę tradũt Pan. n. 15. citato, & Cou. §. citato. num. 5. Priorem uero partem ex eo mihi perſuadeo, quod in mutuis, & in alijs contractibus, ac diſpoſitionibus, potiſſimum habetur ratio quantitatis ualoris appoſitio autẽ illa, ut pecunia talis qualitatis ſoluatur, fieri ſolet, ne in uiliori moneta ſoluatur debitũ, & quæ multum onerat.

6 Duo obſerua. Vnum eſt. Quamuis † uſura non ſit mutuo dare cum onere, ut pecunia eiuſdẽ rõnis ſoluatur cum ea, quę mutuo datur; eſſe tñ uſuram dare mutuo cum onere, ut mutuatarius reddere teneatur pecuniã rationem, & meliorem in hominum æſtimatione, ut mutuare æream, qñ illius eſt magna abundantia, cum onere, ut reddatur aurea, aut argentea. Eo quod grauamen illud iniuſtè ultra ſortẽ apponatur. Qñ uerò libenter a mutuatario id fieret, ingratitudinẽ beneficij mutui, aut qa facilè id põt efficere, ſeruando ex ſuis reditib. pecuniã aureã, & argẽteam, quę temporis progreſſu ei ſoluitur, & inſumendo æneã mutuatam: nulla interueniret uſura. Qñ aũt fieret inuoluntariè mixtè, peccatum uſurę eſſet ex parte mutuantis cum eo onere mutuo dare tenereturque ante ſolutionem id remittere. Poſt ſolutionem uerò ſolum reſtituendũ eſſet mutuatario, ſi quos ſumptus fecit, in ea pecunia conquirenda, aut detrimentum aliud incurrit, quando uerò nullum damnum inde reportaſſet, non uideo reſtitutionem eſſe illi faciendã: quia grauamen illud, ſi qđ ei fuit, potius habere uidetur rationem iniuriæ, q̃ damni dati, ob ſolam autem iniuriam ſine damno dato, reſtitutio non debetur, vt inferius cum de reſtitutione ſermo fuerit, oſtendetur.

Alterum eſt, ſi ex eo, ꝙ mutuatarius, aut quicunque alius debitor, in mora ſit ſoluendi debitum, creditor detrimentum aliquod incurrat, uel propter uariationem ualoris pecuniæ, aut alia

ſimili

ſimili de cauſa, tunc debitoré teneri ſatisfacere illi tale detrimentum; eo quod debitoris culpa id creditori aduenerit. Conſentiunt Pano. Bartol. & Couar. locis citatis, & doctores communiter.

Vtrum autem, qui ſcit pecuniæ valoré de proximo eſſe minuendum, licitè poſſit mutuo illam dare id ignorantibus, in materia de emptione, & venditione dicetur.

De miniſtris Regis, qui vt expectent debitores, vel vt ſoluant creditorib. aliquid accipiunt. Et de conducentibus reditus Regis cum pacto, vt aliquot millia aureorum pretij ſumat Rex in debitis, quæ Rex debet.

DISPVTATIO CCCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri publici munus accipientes à debitoribus, vt eos expectent, vſuram committunt.*
Et quot modis vſuram committant per totum.
2 *Solutionem expectare, mutuum virtute dicitur.*
3 *Solutio anticipata, mutuum eſt virtute; & ob id in ea vſura committitur.*

DE muneribus, quæ miniſtri publici accipiũt, & quouſque peccent, reſtituereque illa teneantur, dictum eſt a d. 83. præſertim diſput. 86. Illa ergo ſupponentes, ſolum dicemus hoc loco, quæ ad vſuram ſpectant.

1 Qui tributa, reditus alios, & vniuerſim debita Regi, recipiunt, ſolent interdum, vt debitores expectent, aliquid accipere. Id verò aperte eſt vſura, reſtitutioni obnoxia ipſi danti. Etenim † expectare ſolutioné, mutuũ eſt virtute: quare vſura eſt ea de cauſa quippiam accipere. Id etiam cedere ſolet in detrimentum eorum, quibus Rex debitor exiſtit, quibuſque ſolutio ab eiſdé miniſtris publicis de illis bonis fieri debet: tenenturq; proinde illis ad reſtitutionem damnorum, quæ ea de cauſa incurrunt.

Multis ét alijs modis iniuſti eſſe ſolent in creditores Regis, quibus ex Regis præſcripto de eiſdé bonis tenentur ſoluere debita. Interdum .n. vt anticipatam eis faciant ſolutionem, aliquid recipiunt. In quo manifeſtè interuenit vſura, vt Nau. in Man. c. 17. nu. 245. & doctores cõiter affirmant, idq; ſiue, ꝙ accipiunt, ſit remiſſio partis debiti, quam creditores ipſis relinquãt, ſiue quippiã aliud. Etenim † anticipata ea ſolutio mutuũ eſt virtute quo circa accipere aliquid ea de cauſa pretio æſtimabile, vſura eſt, cum onere id reſtituendi danti. Interdũ vero, ne retardent ſolutionem iã debitã, aut vt in ſolutione, hos creditores præferant alijs, partem debiti, aut aliquid aliud, accipiunt, quod creditores ipſi ſolet libenter offerre, vt re ipſi debita perfruantur, neque ſolutio eius retardetur. Et in vtroq; iniuſtitiã cõmittunt cum onere reſtituendi, qđ ita accipiunt. Neque .n. in poteſtate ipſorum eſt, ſolutioné retardare, ſi habent bona Regis vnde ſoluãt, aut per ipſos ſtat quominus ea habeant: neque iuſtus titulus, vt aliquid accipiant, eſt, ne iniuſtè ſolutioné retardent. Item, ſi non ſint bona, vnde oĩb. ſtatim ſoluatur, iniuſtitia eſt, efficere venale, quem cui debeant proponere in ſolutione, neque ad id ius habent, ce ditque in detrimentum publicum, atq; in grauamen & præiudicium aliorum, qui, ꝙ non condonent tantundem, aut plus, poſtponuntur alijs. Sicut aũt Rex ipſe non põt ea de cauſa accipere remiſſioné partis debiti, teneturq; id reſtituere, ſi ea de cã illud accipiat: ita ipſi, qui vice Regis ſoluunt, nõ poſſunt id ſibi accipere: ſi aũt accipiant, reſtituere id tenentur. Qñ ergo nõ ſunt bona ſufficiétia, vnde oĩb. ſoluatur ſtatim, hi ꝑferẽdi ſunt qui ius prælationis habent, vel pp hypothecam, vel quacunq; alia rõne. Quòd ſi nullus ius prælationis habeat, diuidantur bona proportione quadam inter creditores, fiatq; ita oĩb. ſolutiõ p partes, vt nullus grauetur. Solent prætereà eiuſmodi miniſtri (tametſi rarò) conuentionem facere cũ quodam tertio, vt is emat eiuſmodi debita pecunia ſtatim numerata a creditorib. Regis minori ꝑtio, q̃ ſit id, ꝙ eis debetur, obtendentes id licitè poſſe fieri: eo quod debita illa minus valeant creditoribus ipſis, pp difficultatem & moleſtiam ea recuperandi; & qm̃, ſi mercator alius eodem pretio illa emeret, non condemnaretur iniuſtitiæ, eo ꝙ, ſpectatis circumſtantijs debiti illius comparatione creditoris, nõ plus valeat: cum aũt his temporibus multi ſint in Olyſiponẽſi ciuitate q̃ libẽter eiuſmodi, debita vendant tertia parte minus, quam ſit id, ꝙ eis debetur, facilè venditores inueniuntur; & cum tertius hic ſciat, continuo ſibi eſſe ſoluenda, eo ꝙ miniſter Regis eligere ſoleat, cui primo ſoluat, emit ea, quandoque pecunia ipſa Regis, ſoluiturq, illi poſteà incrementũ a miniſtro Regis, cum eodem ipſo miniſtro, iuxta pactũ inter eos initum, diuidendum, ſicque mirum in modum accreſcit capitale ad eiuſmodi iniuſtam negociationem, ſoluente Rege integra debita, meritoque conquerentibus creditoribus, quod, ob difficiles & retardatas ſolutiones, defraudentur reb. illis debitis, atq; miniſtris publicis, eiuſmodiq; intermedijs hominibus, contra iuſtitiam ea arte ac fraude illa ſibi vſurpantibus nullus aũt ſanæ mentis dubitare põt, hæc omnia reſtitutioni eſſe obnoxia creditoribus ipſis, neq; vllum ius habere miniſtros publicos, aut eiuſmodi intermedios, ad ea ſibi retinendum. Item ſolent eiuſmodi miniſtri habere occupatam Regis pecuniam in ſuis negotiationibus, eaq; de cauſa differre ſolutiones: id quod in cauſa etiam eſſe ſolet, vt creditores ea debita longè minori pretio alijs vendant vt pecunia ſua fruantur. Sanè, qui eo pacto cauſa ſunt, vt ſolutiones differantur, reſtituere creditoribus tenentur damna, quæ ea de cauſa eis obueniunt. Quin & Regi reſtituere tenentur damna, quæ ex eo illi ſequuntur, dum quia ſolutiones nõ fiunt tempore congruo, carius ei omnia venduntur & locantur. Iuſſu autem Regis, per fideles, atque idoneos ad id miniſtros, hæc omnia diligenter inquiri deberent, atque ſeuerè puniri, cogendiq; eiuſmodi miniſtri eſſent reſtituere omnia,

nia, quæ iniuſtè modis explicatis vſurpaſſent.

Ex eiuſmodi abuſibus alius a paucis annis, ſurgente eum auaritia, in Luſitania introduci cæpit. Conducunt mercatores a Rege partem commercij nauium Indiarũ, aut aliud ſimile, magna copia millium aureorum; ea tñ lege, vt in partem pretij accipiat quingenta, aut centum, mille aureos, in ſolutionem totidem mille aureorum quæ Rex ipſe alijs debet. Tunc verò, cum multa a Rege debeantur, neque omnibus tempore conſtituto, his præſertim calamitoſis temporibus, ſolui poſſint, emunt a multis eiuſmodi debita tertia, & interdum maiori parte minus, quàm ſit debitũ, eaq; arte, ſoluente Rege debita integra, lucrantur ipſi partem magnam eiuſmodi debitorum, quòd in cauſa eſt, vt multi mobiles in paupertatem ea via redigantur. Item ne retardent ſolutionem debitorũ, quæ Rex præcipit ab eis ſolui de reliquo pretio Regi debito, accipere ſolent condonationẽ partis alicuius: hæc aũt omnia iniquiſſima ſunt, & quibus Rex ſubuenire deberet, præcipiendo, vt quæ hac arte iniquè vſurparunt, redderentur quibus erant debita, lato publico edicto, vt ea repeterent illi, quibus debebantur, in poſterumq; prohibendo, ne locationes ſuorum redituũ fiant, perſoluendo ita partem pretij in debitis, quæ Rex ipſe alijs debet. Quæ a me hac diſputatione dicta ſunt, non ita accipiantur, quaſi exiſtimem, vel omnes miniſtros Regis, vel conductores omnes redituum regalium, prædicta flagitia committere: ſcio enim multos timoratos eſſe, abſtinereque ab eiuſmodi iniquis ac ſordidis lucrandi modis.

Verum autem fas aliquando ſit, emere minori pretio ea debita, quorum ſolutionem difficilè creditor obtinebit, in materia de emptione & venditione dicetur.

Damnum emergens & lucrum ceſſans quid. Et num vſura ſit aliquid vltra ſortem accipere ratione damni emergentis. Aut eum, qui ſub vſuris mutuo accepit, partem alteri ſub eiſdem vſuris mutuo dare.

DISPVTATIO CCCXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Damnum emergens quid.*
2 *Lucrum ceßans quid.*
3 *Damnum emergens duplex.*
4 *Pactum de competenti pretio ſoluendo vltra ſortem pro damno emergente licitum eſt.*
5 *Damnum emergens pecunia eſt æſtimabile, & ob id aliquid vltra ſortem abſq; vſura exigi poteſt.*
6 *Mutuatarius non tenetur ſoluere ante tempus mutuanti, ratione damni ſibi ex mutuo obuenti.*
7 *Mutuo accipiens ſub vſuris an poßit totum quod accepit, aut partem, alteri ſub eiſdem vſuris mutui dare.*

INtereſſe licitum, cuius quis iacturam patitur, vt alteri mutuum, vel aliquid aliud concedat, aut vt aliquid faciat, vel omittat damnum emer-
1 gens aut lucrum ceſſans, dicitur. Si † enim iactura intereſſe ſit in bonis acquiſitis, ſaltẽ quia in futurum de bonis, quæ tunc habuerit, cogetur ea de cauſa aliquid plus inſumere quã alioquin inſumpſiſſet, aut aliquid ſuorum bonorũ deterius reddi, aut deſtrui oĩno, appellatur damnũ emergens.
2 Si † verò iactura ſit intereſſe ꝙ ea rõne acquirere omittet, dicitur lucrum ceſſans. Id quippe, quod de nouo quis ſua induſtria acquirit, lucrum nuncupatur: qñ autem ab eo acquirendo deſiſtit, ceſſare dicitur. Exemplis, tam damnum emergens, ꝙ̃ lucrum ceſſans, illuſtremus. Si quis pecunias habeat ad reficiendas domos, & ꝙ mutuo illas det, paſſurus eſt ruinam aut detrimentũ aliud domorum, iactura hæc domorũ emergẽs damnũ in bonis ipſius nuncupatur. Si itẽ pecunias habeat ad triticum meſſi tẽpore in familiæ ſuſtentationem emendum, & quòd illas mutuo det empturus eſt illud poſteà longè maiori pretio, incrementũ illud ꝙ poſteà de bonis ſuis inſumet, damnum ex mutuo emergens appellatur. Si verò pecunias habeat ad eis negotiandũ, & ꝙ det illas mutuo, impediatur ab acquirendo incremento, ꝙ ea negotiatione ſperabat, neque aliunde ſua induſtria id compenſet, eiuſmodi incrementum dicitur lucrũ ceſſans: quia non eſt iactura in bonis acquiſitis, ſed lucri, quod ſperabat, & a quo ratione mutui
3 deſiſtit. Quo † loco obſerua lucrum ceſſans poſſe etiam dici damnũ emergens, latè ſumpto vocabulo damni, prout, non cõparare lucrũ, ꝙ quis licitè poterat, & a quo deſiſtit, damnum in bonis, quæ alioquin habiturus erat, iure optimo dici poteſt. Hac autẽ diſputatione ſolum dicemus de damno emergente preſsè ſumpto: duabus verò ſequentibus de lucro ceſſante, vt ſermo ſit dilucidior.

Qñ damnum ex eo emergit, ꝙ mutuatarius in mora ſit ſoluendi, quia videlicet tranſgreditur terminum ad mutuum ſoluendum conſtitutum, dicetur diſputatione ſequenti, dum idem de lucro ceſſante examinabimus: nunc ſolum eſt ſermo de damno emergente ex mutuo, vſque ad terminum ſolutioni deſtinatum, vt v.g. de damno, quod quis ex eo patitur, quòd ad annum mutuo det pecuniam, quam ad triticum in familiæ ſuſtentationem emendum, aut ad reficiendas domos, vel aliud ſimile, habebat paratam.

Conſtituenda aũt eſt hæc concluſio. Licitum Concl.
4 † eſt pactum de competendi pretio vltra ſortem pro eiuſmodi damno emergente. In concluſione hac conſentit Sotus 6. de Iuſtitia. q. 1. artic. 3. tametſi immeritò dicat, non eſſe in ea tantum certitudinis, quantum eſt in alijs de quibus diſputatione ſequenti erit ſermo. Eſt verò expreſſa D. Thom. 2.2. q. 78. art. 2. ad primum, & communis Doctorum. Probari autem poteſt, quoniam eiuſ-
5 modi damnum † emergens pecunia eſt æſtimabile, neque æquitas patitur, vt mutuans, vltra mutui beneficium, quo ſe vſu pecuniæ ſuæ ad tempus priuat, alteri illam concedendo, patiatur gratis diſpendium illud aliud in bonis ſuis: quare exige-

re

re, accipereque, vltra ſortem mutui, licitè poteſt competentem pro illo compenſationem abſque vlla vſuræ, aut alterius vitij, labe. Confirmatur, quoniam vt D. Thom. loco citato rectè obſeruat, euenire poterit, vt longè maius damnum ſit, quod proximus ea pecunia euitat, aut longè maius lucrū, quod illa ſperat, quam ſit damnum, quod mutuās, eam mutuādo, incurreret: ergo caritas tunc, atque æquitas, poſtulant, vt & qui illam ad dāna ſua vitāda habet paratam, mutuo eam concedat, plus illa indigenti, & vt viciſſim mutuatarius damnū reſarciat, quod mutuans idcirco incurrit; quo ſit, vt licitum ſit pactum de pretio competenti pro damno ex mutuo emergente. Sententia hæc noſtra ex ijs, quæ circa lucrum ceſſans diſputatione ſequenti dicentur, amplius corroborabitur.

Quæſ. 6 Interrogabis. Quid † ſi mutuanti damnū aliquod ex mutuo emergat, antequam mutuatarius in mora ſit ſoluendi, quod tamen mutuans non deduxit in pactum, vt ſibi ſolueretur, tenetur ne mutuatarius id ſoluere. Maior. in 4. diſtin. 15. q. 30. videtur affirmare, dicens. Quamuis in exteriori foro cogi non poſſit id ſoluere, in conſcientiæ tamen foro ſoluere id teneri; eo quòd gratia ipſius id incurrerit mutuans, occaſioq; illius fuerit mutuum exigendo & accipiendo. Deciſ. Contrariū tamen eſt proculdubio affirmandum cū Diuus Thom. q. 13. de malo ar. 4. ad 14. Soto ar. 3. citato. concluſione 3. Nauar. in Coment. de vſur. 14. q. 4. nu. 46. conſentitque in Man. c. 17. num. 211. & cum alijs. Ratio eſt, quoniam licet mutuatarius tacitè ex mutui contractu teneatur ad damnum, quod ex mora ipſius in ſoluendo tempore præfixo mutuanti obuenerit, vt diſputatione ſequenti dicetur; non tamen tenetur ad damnum, quod intra terminum præfixum, atque adeò nulla interueniente ipſius mora, eidem mutuāti obuenit; ſibique mutuans imputet, quòd de eo non cauerit, idque in pactum non deduxerit. Poteſt idem ex eo confirmari, quòd fortaſſe mutuatarius nollet cum eo onere mutuum accipere, neque id fortè illi expediret; quare, ſi mutuans intendebat, vt mutuatarius de damno, ſi quod fortè emergeret, teneretur, debebat ea de re illum admonere, deducereque id in pactum. Idem longè maiori cum ratione dicendum eſt de lucro ratione mutui ceſſante, quod in pactum non ſit deductum.

Cum damno ratione mutui emergente, coniunctum eſt examinemus, quod vltimo loco in titulo huius diſputationis fuit propoſitum. Quæſ. 7 Videlicet, ſi quis † mutuo accipit ſub vſuris, aliusque ab eo mutuo petat, num licitè poſſit illi concedere totum, aut partem mutui, cum eodem onere, cum quo illud accepit, nempe vt pro rata ſoluat vſurario vltra ſortem, quod ipſe eidem erat ſoluturus. Almain. in 4. diſt. 15. q. 2. negare videtur. Angel. aūt verb. vſur. 1. nu. 22. & Sylu. ibidē q. 20. cū Ancarano affirmāt. Hac ipſa de re diſputa. Conrad. de contract. q. 41. & quanuis aliter rem diffiniat, diſtinguendum arbitror. Quoniam ſi perſeuerat adhuc cauſa, ob quam is, a quo mutuum exigitur, ſub vſuris mutuū acceperat, ita quod nondū ipſum pœnitet accepiſſe ea de cauſa ſub vſuris, reſpōderi licitè poterit exigenti, ſi vis cū eodē onere, vt videlicet pro rata vſurario ſoluere tenearis vltra ſortē, quod ego ei ſum ſoluturus, cōcedam.

Neq; enim in eo vſura cernitur ex parte huius mutuantis, ſed ſolum ſeruare ſe indemnē, admittendo oneris, comparticipem comparatione vſurarij, atq; ſeipſum priuando mutuo, aut parte mutui, non obſtante cauſa, obquam illud accepit quæ adhuc perſeuerat: quare eſt quaſi vendere damnū ſibi ex eo emergens, quod mutuo det. Quòd ſi cauſa ſolum ex parte perſeueret, vel minus vtilem illam comperiat, ita vt ipſum pæniteat ſub vſuris ſumpſiſſe mutuum, tunc pro quātitate cauſæ perſeuerantis, & emolumenti, aut lucri, quo ſe mutuando illam pecuniam priuat, poterit reijcere partem oneris ſoluendi pro rata vſuram, non verò totum, iuxta ea, quæ de lucro ceſſante diſputatione ſequenti dicentur.

Si denique cauſa omnino ceſſauit, quia omnino non indiget ea pecuniā, aut quia ad rem vanā mutuo illam accepit, pænitetque eum ad id illam accepiſſe, tunc vſura eſt cum eo onere mutuo illā dare. Hoc, & præcedens aſſertum, probantur ſimul: quoniam pecunia illa non eſt iam vſurarij, ſed eius, qui mutuo illam ab eo accepit, neque ex parte huius eſt iam cauſa vlla, ob quam iuſtè imponere poſſit onus illud humeris alterius, & quā licitè illi, quaſi vendat, onus id in eum reijciēdo, vt in primo euentu eſt priuare ſe mutuo ad finem adhuc integrè perſeuerantem, ad quē tale mutuū ſuſceperat; & in ſecundo, priuare ſe eodem mutuo ad eundem finem adhuc ex parte perſeuerantem, ratione cuius ex parte ſolum, & nō integrè, poteſt reijcere onus illud in nouum mutuatariū, vt in euentu dictum eſt: ergo nefas, vſuraque eſt, in tertio euentu quicquam oneris illius reijcere in nouum mutuatarium, & in ſecundo plus oneris in eum reijcere, quam pro quantitate cauſæ, quæ adhuc perſeuerat, aut lucri, quod ex tali ſecundo mutuo ipſi ceſſat.

Vtrum vſura ſit ratione lucri, quod ob mutuum ceſſat, aliquid vltra ſortem accipere.

DISPVT. CCCXV.

SVMMARIVM.

1 *Mutuo dans inuitus, exigere licitè poteſt intereſſe lucri ea de cauſa ipſi ceſſantis ante terminum ſolutioni deſtinatum & de eo paciſci.*

2 *Mutuo ſponte ad certum terminum dans, licitè poteſt paciſci tam de damno emergente, quàm de lucro ceſſante.*

3 *Solutioni terminus præfixus operatur tacitum pactum, quod mutuatarius ad intereſſe teneatur, quo mutuans defectu ſolutionis, in eo termino priuatur.*

Declara tamen, & intellige, vt nu. ſeq.

5 *Mutuo ſpōte dans poteſt intra terminū mutui paciſci*

ciſci de lucro ceſſante, ſicut de damnò emergente quantum prudentis arbitrio videbitur.
6 *Lucrum ceſſans vendi poteſt a mutuante, tanquam quid pretio æſtimabile.*
7 *Pecunia, quæ ſubeſt mercatoris induſtriæ, plus valet, quam ſi eſſet in manu alterius.*
8 *Furto ſubripiens pecuniam a mercatore, tenetur illi de lucro ceſſante.*
9 *Operarius requiſitus ab aliquo, vt eum comitetur, poteſt ab eo petere pretium lucri ceſſantis.*
10 *Mutuo petens ab opifice iſtrumenta artis tenetur, ad valorem vſus iſtrumentorum, & de lucro ceſſante.*
11 *Mercator mutuans deſtinatam pecuniam ad negotiandum, poteſt rectè exigere æſtimationem lucri ceſſantis.*
12 *Mercator, ſicut & piſcator, poteſt rectè vendere intereſſe, quod pecunia ſperat.*
13 *Lucrum in ſpe, ſiue lucrum ceſſans duplex.*

DOctores, quos infra citabimus, & alij cõiter, conueniunt in ſequentibus concluſio-
1 nibus. Prima eſt. Qñ † quis mutuo dat inuitus, ex gete licitè poteſt intereſſe lucri ea de cã ipſi ceſſantis ante terminum ſolutioni deſtinatum, atque de eo paciſci. Imò verò, ſi ad tale mutuum cogatur, eſto nullũ interueniat pactum, tenetur cogens integrum illud lucrum ei ſoluere. Exempla ſunt, ſi quis mortem, aut graue aliud malum, mercatori, qui pecuniã ad negotiandum habet paratam, minetur, niſi eam mutuo det: aut ſi vaſſallus ideo Regi, aut alteri dño temporali, mutuũ det, quia merito timet fore ab eo vexandum, aut graues moleſtias ab eo paſſurum, niſi mutuũ illi det. Probatur, quoniam, qui eo pacto mutuo dat inuitus, re vera damnũ patitur iniuſtè talis lucri: ergo non ſolum licite poteſt de eo paciſci, ſed ẽt is qui iniuſte illius eſt cã, tenetur id illi reſtituere, eſto deductum non fuerit in pactum, idque non ſecus atque is, qui a mercatore furatur pecuniam, quã mercator paratam habebat ad negotiandum, non ſolum reſtituere illi tenetur pecuniam ipſam, ſed etiã lucrum, quo furto pecuniæ iniuſtè eum priuauit. Conſentit D. Thom. 2.2.q.62.ar.4. in corpore, & ad primum, ac ſecundum. Sotus 6. de iuſt. qu. 1. art. 3. concluſ. 3. merito addit, id habere verum, non ſolum, qñ iuſtè cogitur quis mutuo dare, ſed etiã, qñ cogitur iuſtè, vt ſi Rex, ingruente bello, omninoque id poſtulante bono publico, ſumeret mutuo pecunias a mercatoribus inuitis, quia aliter ſubuenire non poſſet reipublicæ: tunc enim, & mercatores paciſci poſſent de lucro ceſſante, & damno emergente, & Rex ipſe, eſto pactum nullum interueniſſet, teneretur id illis reſtituere, vltra ſuam pecuniam: quin ſi Rex ſoluendo non eſſet, cogere teneretur reliquas reipublicæ partes, vt contribuerent ad ſoluendum: quandoquidem in reipublicæ bonum, cui partes omnes æquè, proportione quadam, ſubuenire tenentur, fuerit pecunia illa ſumpta a mercatoribus, propterea quòd vrgens reipublicæ neceſſitas locum nõ dederit, vt ab omnibus partibus tunc exigeretur, ac ſumeretur. Si namque neceſſitas ad id locum daret, ſane iniquitas eſſet, plus quaſdam reipublicæ partes grauare, quàm alias, ſumendo ab illis ſolis totam pecuniam, non obſtante, quod animo eam illis reſtituendi, ſumeretur.

2 Secunda concluſio. Qui † ſua ſponte mutuo ad certum terminum, aut diẽ dat, licitè põt paciſci, non ſolum de damno emergente, ſed ẽt de lucro ceſſante, ſi quod ei ex eo ceſſet, ꝙ mutuatarius in termino præfixo mutuum non ſoluat. In hac conſentit Sotus cum cæteris doctoribus art. 3. citato; redditq; rõnem, qm̃ mutuans ſignificare poteſt mutuatario, ſe inuitum eſſe, ꝙ mutuum vltra eũ terminum retineat, quare, cum vltra eum terminum patiatur inuitus detrimentum damni emergentis, aut lucri ceſſantis, licitè poterit illud exigere. Vr̃ aũt innuere, neceſſarium eſſe pactum antecedens, vt mutuanti damnum emergens, aut lucrum ceſſans, ex tali mora debeatur. Dicendũ tñ eſt, eo ipſo, ꝙ aliquid mutuo datur ad certum terminum, teneri mutuatarium ad damnum emergens, atque ad lucrum ex eo mutuanti ceſſans, qđ in termino præfixo ſolutio non fiat: idque eſto abſque mutuatarij culpa ſolutio tunc nõ fiat, vel ꝙ ſoluendo non fuerit, vel alia ſimili de cauſa, q̃ tñ ex parte mutuantis non proueniat. Ratio eſt,
3 qm̃ eo ipſo, ꝙ † terminus ſolutioni mutui præfigitur, tacite, ac virtute cenſer interuenire pactum, ꝙ mutuatarius teneatur ad intereſſe, quo mutuãs, defectu ſolutionis, in eo termino priuatur, vt diſp. 299. dum de mutuo eſſet ſermo, dictum, apertiſque iuribus eſt comprobatum, quare cum obligatio illa ex contractu oriatur, conſequens eſt, vt, eſto abſque culpa etiam iuridica, mutuatarij ſolutio ſit omiſſa, teneatur ad eiuſmodi intereſſe nulla expectata ſententia, vt ibidem dictum eſt. Conſentiunt Ioan. Med. de reb. per vſur. acquiſ. qu. 3. & vlt. Adrian. de reſt. q. quia tactum eſt de intereſſe, D. Tho. q. 13. de malo, art. 4. ad 14. & 2.2. q. 62. art. 4. ad 2. glo. cap. conqueſtus, de vſur. Panormit. ibidem, & cap. 1. de vſur. numer. 6. ac, præter alia iura, quæ gloſſ. Panorm. Sylu. verb. vſur. 1. q. 26. & alij citant. Confirmatur ex ca. peruenit, de fideiuſſoribus, vbi, quando fideiuſſor creditori ſoluit, quia principalis debitor in termino præfixo non ſoluit, præcipitur, vt principalis debitor ſeruet eum omnino indemnem ſatisfaciendo illi, non ſolum, quod pro eo ſoluit, ſed etiam intereſſe totum, cuius detrimentum ob eam ſolutionem ſubiuit, ratio autem, quæ ibi redditur (videlicet, *ne detrimentum patiatur, vnde videtur præmiũ meruiſſe*) militat etiam, quando quis mutuauit ad terminum, incurritque detrimẽtum damni emergentis, aut lucri ceſſantis, quòd facta non ſit ſolutio in termino præfixo. Neque refert, ſi quis objiciat l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem, ff de actionibus empti, quæ ſtatuit, quando venditor fuit in mora tradendi rem venditam, teneri quidem ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, ſi intrinſeca ſint rei venditæ, ſecus autem ſi tali rei ſint extrinſeca.

Non, inquam, id refert, quoniam, vt diſputatione citata dictum eſt, lex illa ſolum id ſtatuit in

contractu venditionis frequentiſſimò in hominũ commercio: ſunt verò iura aperta, ac contrarium in mutuo ſtatuunt, vt diſputatione citata viſum eſt.

4 Illud † eſt obſeruandum, quando mutuans idcirco ſub vſuris ab aliquo alio mutuo accipit, qđ mutuum ipſi in termino præfixo non fuit ſolutũ, teneri mutuatarium ſoluere illi damnum illud vſurarum, quod propter moram ſolutionis ſibi faciendæ incurrit. Quod intellige, non ſolum, quãdo neceſſitate compulſus ad ſoluenda alia debita, aut ad prouidendum ſibi de rebus omnino neceſſarijs, ſub vſuris mutuo ſumpſit, ſed etiã, quando ad negotiationem ſibi expedientem, quàm facturus erat pecunia ſibi ſoluenda, ſub vſuris accepit; id tamen regulariter minus erit, quàm lucrum, quod ſibi ceſſaret ex pecunia non ſoluta tempore præfixo, ſi eam negociationem nõ aggrederetur, quam alioquin foret aggreſſurus, ad quod totum illi tenetur mutuatarius propter moram, vt dictũ eſt: quare ſumere id ſub vſuris ad eam negotiationem, in mutuatarij cedit commodum, qui in mora fuit ſoluendi mutuum. Quando verò ſub vſuris ſumeret ad rem non neceſſariam, vel ex qua minus lucrum erat ſperandum, quàm eſſet quantitas vſurarum, tunc mutuatarius reſtituere non tenetur, niſi quod rationabiliter ſub vſuris fuit ſumptum, aut lucrum ceſsãs ex mora ſolutionis, prout mutuatarius maluerit. Quando item credendum erat, mutuatarium, admonitum, minori cum ſuo ſumptu ſoluturum illi pecuniam, tenetur illum admonere, ſe velle ſumere mutuũ ſub vſuris, niſi mutuum ſibi ſoluat; modo tamẽ commodè poſſet illum admonere. Item, quando mutuans minori cum diſpendio mutuatarij poteſt ſubuenire ſibi, quàm ſumendo ſub vſuris, tenetur id efficere: neque tunc mutuatarius tenebitur illi ſoluere incrementum, quod plus inſumpſit ſumẽdo ſub vſuris. Hæc eadem intelligenda ſimiliter ſunt de fideiuſſore, qui vel coactus fuit ſumere ſub vſuris ad ſoluendum pro principali debitore, vel poſteà ſumpſit ſub vſuris: eo quòd debitor in mora fuerit ſibi ſoluẽdi, quod loco illius ipſe coactus eſt ſoluere. In his omnibus conueniunt Caiet. 2.2. q. 78. art. 2. ad 1. Angel. verb. vſura. 1. nu. 19. & 20 Sylu. ibidem quæſt. 26 Gabr. in 4. diſt. 15. q. 11. art. 1. notab. ſecundò, & doctores cõmuniter.

Quæſ. Quod potiſſimũ Doctores in hac materia de lucro ceſſante controuertunt, eſt: Vtrum, quia nemine cogitur, ſed ſponte ſua mutuo alicui dat ad preces illius, licitè poſſit cum eo paciſci de lucro, quod ea de cauſa ſibi ceſsat intra terminum, ad quem mutuũ exigitur, & conceditur, & antequã mutuatarius in mora ſit illud ſoluendi. Vt ſiquis deſtinatam habeat certam pecuniæ copiam ad negotiandum hoc anno, ex qua ſperat lucrum centum aureorum, & alius mutuo illam ab eo petat ſoluendam poſt annum, vtrum mutuans paciſci tunc poſſit, vt mutuatarius, vltra ſortem, ei reddat, quantum lucrum illud æſtimabitur, dum adhuc eſt in ſpe, iuxta ea, quæ diſputatione ſequenti dicenda ſunt. Simile exemplum eſt, ſiquis pecuniam habeat paratam ad emendum annos redditus, & alius eam petat mutuo, impedimentoque ſit, ne eos emat, vtrum paciſci cum eo poſſit de lucro eorum annuorum redditũum, quod ſibi ob mutuum ceſsat, quantum æſtimabuntur, iuxta probabilitatem, quæ eſt, vt illos inueniat, & iuxta alias circunſtantias concurrentes.

Innocentius capit. vlt. de vſur. negat fas eſse in his euentibus paciſci de lucro ceſsante, vſuramq; eſse affirmat, aliquid vltra ſortem ratione illius accipere. Eandem ſentẽtiam innuere videtur D. Tho. q. 13. de malo. art. 4. ad 14. & 2.2. q. 78. art. 2. ad 1. dum, concedens mutuantem paciſci licitè poſſe de damno ob mutuum emergente, ſubiungit, paciſci non poſſe de lucro ceſſante: redditque rationem, quia nondum illud habet, & pòt multipliciter impediri: quod autem, inquit tale eſt, vendi non poteſt. In ſententiam Innocentij valde inclinat Sotus 6. de iuſtit. q. 1. art. 3. concluſ. 4. tametſi contrariam, quæ communior eſt doctorum, reprobare non audeat.

Ducitur primo: Quia ceſſat lucrum, non eſt aliud, quàm mutuantem à lucro cohiberi: quando autem quis ſua ſponte dat mutuò, dici non poteſt cohiberi à lucro: ergo nihil poterit accipere pro lucro, quod propriè, ac verè ei non ceſſat.

Secundo, quoniam ex contraria ſuia oſtium magnum vſuris aperitur: quiuis enim facilè finget, lucrum ſibi ceſſare ex mutuo, eoq; veluti pallio, aliquid vltra ſortem accipiet. Atque hoc ſecũdum argumentum Innocentium permouit, vt eã amplecteretur ſententiam.

5 Contraria † in communis eſt doctorum, nobiſque procul dubio amplectẽda, nempe in ſimilibus euentibus, licitè poſſe mutuantẽ paciſci de lucro ceſſante, ſicut & de damno emergente, accipereq; vltra ſortem, quantum id prudentis arbitrio æſtimabitur, iuxta ea, quæ diſputatione ſequenti dicenda ſunt. Ita affirmant Conrad. de cõtract. q. 30. Caieta. 2.2. q. 78. ar. 2. ad 1. Maior. in 4. diſt. 15. q. 30. Gab. ibid q. 11. ar. 1. notab. 2. Almai. ibi. q. 2. Ioan. Medin. de reb. per vſur. acquiſ. q. 3. cauſa 2. Adrian. de reſt. q. quia tactum eſt de intereſſe. Angel. verb. vſur. 1. a nu. 15 Syl. ibidem q. 19. Nauar. in Manu. capit. 17. nume. 211. & in Com. de vſur. 14. quæſt. 4. a num 47. Coua. 3. variar. reſol. cap 4. nume. 5. Scotus in 4. diſt inct. 15. quæſtio. 2. Panormitan. & alij, quos Couarru. & alij citant. Probari autem poteſt. Primo, quoniam lucrum ratione mutui ceſſans, non minus eſt pecunia æſtimabile, quàm damnum ex mutuo emergens: neque enim prudens mercator, qui ad negotiandum paratam habet aliquam pecuniã, ex qua ſperat lucrari centum, minus æſtimabit lucrum illud ita in ſpe, quàm pati iacturã viginti cum æquali probabilitate, imò longè plus: ergo ſicut fas illi eſt paciſci de damno illo emergente, ratioeque illius accipere aliquid vltra ſortem, ita erit licitum eidem paciſci ſimili modo de lucro ceſſante. Decis.

Neque ſatisfacit reſponſio Soti, lucrũ videlicet ceſſans pẽdere ex mutuantis induſtria, damnũ verò emergens eſſe meram paſſionem. In primis, quo-

qm̄ ex mutuantis induſtria pendet vitare damnū emergens, reficiendo domos ea pecunia, quā mutuo dat, aut triticum ea emendo, quod poſtea carius eſt empturus, ſicut ex eiuſdem induſtria pendet lucrum ex mutuo ceſſans. Deinde, qm̄ tam voluntariè ſubit damnum emergens, quā voluntariè amittit lucrū ceſſans; contrarium autem ſupponit reſponſio Soti, tanquā fundamentum, cui nititur, vt expendenti verba Soti erit manifeſtū. Secundo probatur noſtra aſſertio, qm̄ qñ inuitus quis mutuo dat, eaq; de cā lucrum illi ceſſat, vel pōt licitè paciſci de lucro ceſſante, accipereque aliquid vltra ſortem, rōne ſolius iniuriæ, q̄ in eo fit illi, ꝙ mutuo dare cogatur, & conſequenter ꝙ priuari cogatur lucro; vel ſimul etiā, quia lucrum ceſſans eſt quid pecunia æſtimabile, ideoq; licitè pōt aliquid accipere rōne illius. Si Sotus det primum: ergo male addit, ſi Rex, inſurgente bello, poſtulanteq; id bono publico, licitè accipiat mutuum a mercatoribus inuitis, mercatores licitè poſſe tunc paciſci de lucro ceſſante, accipereque competentem æſtimationem vltra ſortē: etenim
6 tunc nulla in eo fit illis iniuria. Si † verò det ſecūdum: ergo lucrum ceſſans vendi pōt a mutuante, tanq̄ quid pretio æſtimabile, eſto non cogatˀ mu-
7 tuare. Tertiò, licet † pecunia in ſe nō plus valeat, quā tātundem, vt tn̄ ſubeſt induſtriæ mercatoris, qui illā negotiationi deſtinauit, ex eaq; ſperat lucrum, plus illi valet: atq; hac ratione, ſi quis illā
8 † furto accipiat a mercatore, tenetur illi de lucro ceſſante, vt D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 4. ad 2. aſſerit, qa non ſolū damnum illi intulit in pecunia ipſa, ſed ēt in lucro, quod ex ipſa ſperabat: ergo mutuans licitè pōt accipere vltra ſortem pretiū pro lucro ceſſante. Patet conſequentia. Tum quia iacturam facit vltra ſortem lucri illius in bonū mutuantis, vt per mutuum illi ſubueniat. Tū ēt, qm̄ omnes concedunt, qñ id, quod venditur, valebat plus vēdenti, q̄ cæteris, poſſe venditorem accipere pro eo vltra cōe pretium, quātum plus ipſi valebat, eſto
9 minus valeat ementi. Quarto, ſi quis † ab operario petat, vt non locet operas ſuas alijs, ſed ipſum comitetur ad recreationem aliquam, poteſt licitè operarius ille exigere ab eo pretium lucri ex eo ceſſantis, quod operas ſuas locare omittat, ſi quis
10 item † mutuo petat ab opifice inſtrumenta artis, idq; in cauſa ſit, vt ille laborare omittat, & vt lucrum illi ex ſuo labore, & induſtria ceſſet, ſanè licite poterit exigere, non ſolum quantū valet vſus inſtrumentorum, ſed etiam inſuper quantum ſuo
11 labore, & induſtria erat lucraturus, ergo † pari ratione mercator, qui deſtinatam habebat pecuniam ad negotiandum, ex eaque, tanquam ex inſtrumento ſuæ induſtriæ ſubiecto, ſperabat certū lucrum, poterit licitè exigere æſtimationem lucri ſibi ex eo ceſſantis, quòd mutuo illam det petenti. Quinto, piſcator licite poteſt vendere piſces, quos actus retis capere ſperat, vt conſtat ex l. ſi
12 iactum. ff. de actionibus empti, ergo † eadem ratione mercator vendere poterit mutuatario intereſſe, quod ſperat pecunia, quam negotiationi deſtinaue rat; eſtque eiuſmodi contractus innominatus, faciam, ſeu potius deſiſtam ab hac mea negotiatione in tuum commodum, ſi mihi tantum, vt deſiſtam, des. Sicut etiam piſcator non ſolum poteſt vendere piſces incertos, quos iacturetis capere ſperat, ſed etiam vt deſiſtat a iaciendo rete in gratiam alicuius, qui id ab eo exigeret. Alias rationes non contemnendas legere licebit apud Nauar. in commentario citato a nu. 49.

Ad primum Soti argm̄ negandum eſt antecedens. Neque.n. de ratione lucri ceſſantis eſt, vt ſit inuoluntariū ex parte eius, cui ceſſat, quaſi, vt pretiū licitè pro eo exigi, atq; accipi poſſit, neceſſe ſit cogi mutuantē illud pati: eſto.n. ſua ſponte illud patiaſ, vel mutuādo ad pces mutuatarij, vel ēt ex caritate interdū id illi offerendo: eo ꝙ videat longè maius commodū ex eo mutuo prouenire mutuatario, q̄ ſit lucrum, quod ipſi ceſſat, & q̄ ſit pretium, quod mutuatarius pro eo ſoluet; nō proptereà deſinet rationem lucri ceſſantis retinere, pretioque eſſe æſtimabile, vt late oſtenſum eſt.

Ad ſecundum dicendum in primis eſt, nō ꝓpptereà veritatem eſſe celandam, ꝙ ſua culpa aliqui eo quaſi pallio ſua ſcelera occultare velint, fingentes lucrum ipſis ceſſare, quando nullum re vera eis ceſſat. Dicendum eſt deinde, ſolum eo argumento probari, cautos eſſe debere confeſſarios, & qui de rebus conſcientiæ conſoluntur, vt iuxta ea, quæ diſputatione ſequenti dicentur, diligenter examineot, num verè lucrum ceſſauerit, an nō & quouſque ceſſauerit, aut non ceſſauerit, ne eiuſmodi veluti pallio, vſuræ exerceantur. Item probare, cautas eſſe debere poteſtates publicas, vt, vbi lucrum non ceſſare intellexerint, aut non tātum, quantum obtendunt ij, qui vltra ſortē accipiunt, non propterea pronunciare omittant contractus eſſe vſurarios, punireque, vt vſurarios, eos homines, qui illos celebrauerint, quod dicant, ratione lucri ceſſantis id accepiſſe. Probare etiam quando aperte non conſtat de lucro ceſſante, aut nō de tanto, quantū obtenditur, diſſuadendos eſse eiuſmodi contractus antequam fiant. Hæc tamen nō tollunt, expedientiſſimum eſſe ſcire, ac manifeſtari veritatem hac in re. Tum ne condemnentur peccati, & ne reſtituere iubeantur, qui licite illos celebrarunt, iuſteq; pretium veri lucri ceſsantis acceperunt. Tum etiam, vt iuſti, atque vtrique contrahentium expedientes contractus, neq; prohibeantur, neque damnentur.

D. Thomas verò, duob. locis antea ea argumēta citatis, noſtræ huic communiq; doctorum ſen-
13 tentiæ, nō aduerſaſ. Lucrū † namq; in ſpe duplex eſt. Quoddam in potentia propinqua, quia videlicet pecunia, aut aliud, ꝙ mutuo datur, deſtinatum erat negotiationi, & ob mutuum impeditur negotiatio, neq; aliunde compenſatur, ꝙ illa lucrari ſperabatur. Aliud verò in potentia remota, qñ. ſ. pecunia, aut aliud, quod mutuo datur, non erat deſtinatum negotiationi, poterat tamen deſtinari, & tunc, ſi mutuo eſset datum, ex tali mutuo euenire, ut lucrum, quod prouenire ex tali negotiatione poterat, impediretur. Illis ergo duobus locis citatis loquitur D. Thom. de lucro ceſſante, quod erat in ſpe hoc poſteriori modo, ac proinde, quod poterat multipliciter impediri, ſeu

non euenire; de eoque veriſſimè dixit non poſſe ratione illius accipi aliquid vltra ſortem; in quo cæteri autores conueniunt. De lucro verò ceſſante, quod erat in ſpe priori modo, de quo ſolo autores cõis ſnīæ loquuntur, nunquam D. Th. intendit, non poſſe pro eo accipi aliquid vltra ſortem: quin potius contrariũ colligitur ex ijs, quæ præmiſerat illis eiſdẽ locis, & quæ docuit 2.2. q. 62. art. 4 in corpore, & ad primum, ac ſecundum.

Lucrum quando, & quouſque ceſſare ſit cenſendum.

DISPVT. CCCXVI.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum vt ceßare cenſeatur quæ requirantur.*
2 *Lucrum ſolum in potentia non cenſetur ceßare, niſi ad actum deueniat.*
3 *Lucrum ex mutuo non ceßat, ſi pecunia mutuata, deſtinata erat negociationi.*
4 *Lucrum ceſſans quod quis licite vẽdere poteſt mutuatario, quid.*
5 *Lucrum ceſſans poteſt ex mutuo peti, etiam ex pecunia ex cumulo aliarum extracta, & negociationi deſtinata.*
6 *Lucrum ceſſans qualiter æſtimandum vſque ad limites iuſti.*
7 *Lucrũ in ſpe nõ debet ita æſtimari, ſicut lucrũ ĩ re.*
8 *Lucrum ceſſans duob. modis deduci põt in pactũ.*
9 *Damna rerum eodem modo æſtimantur, ſicut lucrũ ceſſans.*
10 *Preciũ vt pro lucro ceſſante ſine vſura accipi poſſit, quæ conditiones attendendæ.*

1 VT † lucrum, rõne mutui, ceſsare dicatur, ac proinde, vt iuſtum pretium rõne illius accipi poſſit, in primis requiritur, vt verè ratione mutui impediatur, neq; aliunde compenſetur; quatenus.n. aliunde compenſaretur, non cenſeretur ceſſare, ac proinde nec pretium poſset licitè accipi proportione quæ ita ceſsare non cenſeretur.

2 Hinc fit, vt ſi † lucrum ſit ſolum in ſpe, & potentia remota, mõ in calce diſput. præcedentis explicato q̃a videlicet pecunia, aut res alia, quæ mutuo datur, deſtinata, ſeu decreta non erat negotiationi, nullum cenſeatur ceſsare lucrum, eſto deſtinari in futurum poſset, & fortaſse foret negotiationi applicanda, niſi mutuo fuiſset data: eiuſmodi.n. lucri adeò incerti, atque in potentia, & ſpe tã remota, non hr̃ rõ, vt pro eo pretium licitè poſſit accipi, vt optimè D. Tho. locis diſpu. præcedente citatis docuit, conſentiuntq; cæteri Doctores. Si item pecunia, quæ mutuo datur, deſtinata quidẽ erat negotiationi, non tñ adeò firmiter, ac certo, q̃n fortaſse contrariũ eueniret, aliquid detrahendũ eſt de valore lucri ceſsanti, prout plus, vel minus euenire poſset, vt negotiationi non applicaretur, vel quia poterit nõ occurrere occaſio negotiationis, q̃ intendebat, vel quia varijs alijs modis poterit à negotiatione impediri: quò enim lucrum magis incertum eſt, eo minus valet, vndecunque ea incertitudo proueniat.

3 Inde etiam fit, vt † ſi pecunia deſtinata quidẽ erat negotiationi, attñ, eſto illam mutuo det non proinde minuetur negotiatio, & lucrum, quia vel applicabit aliã q̃ reſeruare decreuerat, uel mutuo pecuniã ab alijs accipiet, aut aliunde ſibi ſubueniet, ita ut nihilominus habeat lucri in termino ad ſolutionẽ mutui deſtinato, q̃ eſset habiturus, ſi nõ mutuaſset, nihil lucri illi ceſset, ac proinde ſit, vt nullũ pretiũ licitè pro eo poſſit accipere. Qđ ſi pars ſolum lucri illi ceſset ob mutuum, reliq̃ verò aliunde, modis explicatis, cõpenſet, licitè quidẽ poterit accipere pretiũ partis, quæ verè ob mutuũ ipſi ceſsat, nõ verò alterius q̃ verè ei non ceſſat. Si verò pp mutuũ negotiari quidem oĩno deſinat, attñ, vel totũ lucrum, quod ea negotiatione ſperabat, vel partẽ illius, opificio, aut alia ſua induſtria cõpenſet, q̃ tñ appoſiturus non fuiſset, ſi negotiationi illi inſiſteret; tunc ſanè tantũ minus lucri illi ex mutuo ceſsat, quantũ aliũde ſua induſtria cõpenſat, ac proinde nefas illi erat accipere pretiũ partis, q̃ ita aliunde compenſat. Si tñ hæc alia induſtria moleſtior eſt, ac laborioſior, tunc aliquod pretij incrementum poterit licitè accipere, vt, in mutuatarij gratiã, negotiationem minus laborioſam, & moleſtam omittat, & in hac potius alia ſe exerceat. Iuxta hæc examinandi ſunt diligenter mercatores, qui ob mutuum affirmant lucrum eis ceſſare, eaq; de cauſa paciſcuntur, accipere aliquid vltra ſortem: ſæpe namq; comperietur, vel nullũ lucrum eis ceſſare, vel non tantum, quantum obtendebant, atque affirmabant, ſi eis proponatur, iuxta hactenus dicta eſſe iudicandũ, quantum lucrum ob mutuum illis ceſſet.

Illud ẽt eſt obſeruandum circa eos, qui mutuo virtute dãt, vendendo credito, ſæpèq; obtendunt, ſe licitè vendidiſſe credito vltra pretium rigoroſum, quẽ eadem res valet pecunia ſtatim numerata, dicẽtes, ſe eſſe mercatores, lucrariq; ſua pecunia, quã ſemper negotiationi expoſitam habent, multoq; plus lucri ipſis ex eo ceſſare, quod nõ ſtatim eis ſoluatur pecunia earundem, rerum non ſolum pretio iuſto rigoroſo, ſed ẽt mediocri, quam ſit id, quod vltra pretium rigoroſum ipſi exigũt, & accipiũt, vẽdẽdo credito: neq; deſunt, q immeritò, ea rõne ducti, id illis permittant: cum tñ verè ſit vſura, eo q nullũ lucrum vere illis ceſſet, ac proinde nullũ iuſtum titulum habeant, vñ incrementũ illud exigere, atque accipere poſſint, ſi res attentè expendatur. Etenim, ſi hi hoĩes ſolum vẽderẽt pecunia ſtatim numerata, certè in fine anni non tot merces vendidiſſent, quot vendunt, vendẽdo ſimul credito; q̃a longè pauciores emptores inuenirent: neq; ex eo q credito multis vendant, deſinũt uendere pecunia ſtatim numerata oĩb. q pecunia numerata emere ab ipſis volunt: quo fit, vt ex eo, quod credito multis vendant, nullum lucrum eis ceſset, quem habuiſſent, ſi ſolum negotiari vellẽt pecunia ſtatim numerata: quin potius eis lucrum accreſcat, ſi intra limites iuſti pretij credito vendant ijs, q̃ non hñt pecuniam præſentem, qua emant: q̃m, vltra alios, his etiã vendunt, quibus non vendidiſſent, niſi credito vellent

4 eis vendere. Quo † loco obſerua, lucrum ceſſans,
ꝙ licitè poteſt quis vendere mutuatario, eſſe, qđ
cum alijs idcirco ipſi ceſſat, ꝙ mutuo formaliter,
aut virtute, dare velit mutuatario: nó verò quod
idcirco ei ceſſat cũ mutuatario, ꝙ ſi pecunia ſta-
tim numerata vellet emere, commodius vendẽti
eſſet, vt haberet maiorem copiã pecuniæ, qua cũ
alijs poſſet negotiari, ac lucrari: hoc.n. non eſt, ceſ
ſare illi lucrum, ꝙ alioquin haberet, niſi mutuo
daret, & propter mutuum omittit, ſed eſt non ha
bere ex mutuatario ipſo tantum lucrum, & tale,
quantum, & quale ipſe vellet, ſi idẽ mutuatarius
emere id vellet pecunia numerata, quod non vult
emere niſi creditò. Itaq; non poteſt licitè vende-
re mutuatario, ꝙ mutuatarius non debet ei lucrũ,
aut ꝙ non dat ei ſtatim pecuniam pro mercibus
ſuis, qua cum alijs poſſet lucrari: ſed ſolum poteſt
ei vendere lucrũ, quod ex rebus ſuis idcirco mu-
tuanti ceſſat, cum alijs, quos paratos haberet ad il
las emendas, quod credito velit eas illi dare, præ-
termiſſis illis alijs, eosq; poſtponendo huic.

Dubiũ eſt, quid ſi aliquis, multa millia aureo-
rum habẽs, ſolũ quatuor millia deſtinauerat ne-
gotiationi, ex quib. quingẽtos lucri aureos ſpera-
bat, & alius ab eo mutuo petat, vel partem illorũ,
vel integros quatuor mille aureos, poteritne mu-
tuans ille accipere æſtimationem lucri illius ceſ-
ſantis, ſi modo negotiationem illam reſarcire nó
velit alijs ſuis aureis, ſed illam propter mutuum
illud omittat, neque aliunde lucrum illud com-
5 penſet. Reſpondendumq; † eſt cum Nau. in Ma-
nu. c. 17. nu. 212. affirmanter. Qm̃ verè illi ceſſat
lucrum illud propter tale mutuum, prudenterq;
reſeruare poteſt illam aliam pecuniam alijs ne-
ceſſitatib. aut non velle exponere illam negotia-
tioni, vt antea licitè eã non exponere decreuerat.
Et quamuis ex auaritia, aut puſillanimitate, id fa-
ciat, intra limites tñ iuſtitiæ, eo ipſo, quod expo-
nere aliã pecuniã negotiationi non vult, verè illi
ceſſat lucrũ illud ob tale mutuum, liciteq; proin-
de petere, & accipere poteſt cópenſationẽ illius.

6 Pro lucro † ceſſante nefas eſt plus accipere, q̃,
arbitrio prudentum, ſpectatis oĩb. circũſtantijs
concurrentib. illud valeat, vt eſt notiſſimũ. Quod
ſi vltra iuſtũ pretiũ rigoroſum aliquid accipiat,
ſi quidem ad mutuum, ratione cuius accipitur,
ſpectes, eſt vſura; ſi verò ad intereſſe lucri, ceſſan-
tis, qđ venditur, licet ex eo capite vſura non ſit,
ſed iniuſta venditio, ac pretiũ exceſſiuum, & iniu
ſtum, ex vtroq; tñ capite reſtitutioni in conſcien
tiæ foro ſimili modo eſt obnoxium. Si mutuãs in
negotiatione, aut occaſione negotiationis, a qua
ob mutuum deſiſtit, facturus erat maiores expen
ſas, quã faciat ab ea negotiatione deſiſtens, incre-
mentũ illud expenſarũ deducendum eſt de lucro
ceſſante. Imò expenſæ oẽs, quæ in negotiatione il
la erãt faciendæ, cóputandæ ſunt cum capitali, &
reliquum ſolũ, quod vltra illas & capitale remã-
ſerit, appellatur lucrum. Præterea, ſi capitale in
ea negotiatione alicui periculo ſubiacebat, vt na-
uigationis, vel alteri ſimili, aut quia euenire pote
rat, vt, lucrari intendendo, non ſolum nullum có
pararetur lucrum, ſed etiam aliquid de capita-
li amitteret, tunc detrahendũ aliquid eſt de æſti-
matione lucri, quod ſperabatur, & qđ ob mutuũ
ceſſat, plus, vel minus prout maius, vel minus eſ-
ſet tale periculũ, quicquid Sot. ar. 3. citato in cótra-
rium dicat. Pro labore etiã, quem mutuans nego-
tiando erat ſubiturus, dñt doctores, aliquid eſſe
detrahendũ de æſtimatione lucri ceſſantis. Bene
tñ Sotus vbi ſup. obſeruat, non eſſe id vniuerſim
verum. Meritò quippe poſſet aliqs, pſertim ſi aliũ-
de nó haberet, vñ victũ quæreret, velle potius la-
borem ſuum impendere, quã pp otium amittere
aliqđ de lucro, ꝙ ſperabat. Quo fit, vt mercena-
rius, q rogat ceſſare a labore ad comitandum ali-
quẽ ad honeſtatem recreationem, poſſit iuſtè exi
gere pĩum integrum, ꝙ laborando compararet,
vt morem id poſtulanti gerat, qm̃ integrũ illi eſt,
velle potius cum labore totum pretiũ acquirere,
quam ceſſando a labore aliquid illius amittere.

Hinc iam patet, veram eſſe doctrinam Caiet.
2.2. q. 78. art. 2. ad 1. q̃ alij cõiter probant. Nefas
7 † videlicet eſſe accipere tantundem pretij pro lu-
cro ceſſante, quantum erat lucrũ, ꝙ probabiliter
ſperabatur. Præterea. n. ex quib. dictũ eſt minuẽ-
dum eſſe de pretio, hac ẽt alia rõne de eo eſt de-
trahendum aliquid, quod lucrum ipſum eſt ſolũ
in ſpe, tanto aũt minus valet aliquid in ſpe, q̃ ſi iã
eſſet in re, quantum ſpes illa poteſt fruſtrari, mi-
nuiq; poteſt tale lucrum: quare arbitrio pruden-
tis, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, iudi-
candum eſt, quantũ valeat, neq; iuſtum illius pre
tium in indiuiſibili conſiſtet, ſed latitudinẽ quan
dam habebit, ſicut pretia cæterarum rerum habe-
re ſolent. Et ſicut, quando qui ſata alterius de-
ſtruit, nó tenetur reſtituere illi, quantũ inde ſpe-
rabat, deductis expenſis, ſed quantum prudentis
arbitrio ſata illa æſtimabuntur, penſata maiori,
vel minori, elongatione fructuum a re, & penſa-
tis periculis, quibus ſubiacent, cum cæteris circun
ſtantijs concurrentibus: ſic res habet in valore lu
cri ceſſantis.

Ioã. Med. de reb. per vſur. acq. q. 3. & vlt. rectè
8 obſeruat, duob. † modis lucrum ceſſans poſſe de-
duci in pactum. Vno ita, vt quemadmodũ lucrũ
eſt incertum, quantum ſit futurum, ita pretium
incertum ſit, ac dependens ab eo, quod rei proba-
bit euentus in alia re ſimili, deductis expenſis, &
alijs, ſi quæ, iuxta hactenus dicta, deducenda ſint:
vt ſi quis habeat mille aureos negotiationi deſti-
natos, & ex eis det quingentos mutuo cum pa-
cto, vt quantum alijs quingentis fuerit lucratus,
tantum illi mutuatarius tribuat ratione lucri ceſ-
ſantis, deductis expenſis, ſi quas maiores erat
fructus negotiando cum mille aureis, quam cum
ſolis quingentis, & detrahendo aliquid ratione
periculi capitalis, ſi alicui periculo negotiationi
expoſitum ſubiacebat, aut deducendo in pactum,
quod; ſi nihil fuerit lucratus alijs quingentis au-
reis, ſed de illis aliquid amiſerit, nihil lucri reſti-
tuat, & inſuper ſibi de quingentis aureis tantun-
dem retineat; Vel; ſi mille aureos integros mu-
tuo illi det cum pacto; vt quantum compertum
fuerit quendam alium in ſimili negotiatione cũ
mille alijs eſſe lucratum, tantum, deductis expen-

ſis, reſtituat, aut retineat, de capitali, ſi de capitali aliquid ille alius amiſerit. Contractus hic licitus eſt, q̃m ſeruatur æqualitas, & quanta incertitudo eſt in lucro ceſſante tanta eſt in pretio, cumq; ap probant Ang. verb. vſura. 1. nu. 17. & Gabriel. in 4. d. 15. q. 11. ar. 3. dub. 2. Neq; diſſimilis eſt con tractui, quo is, qui ſata alterius deſtruxit, cum eo paciſceretur, ſe reſtituturũ illi, quantũ cõpertum fuerit, vicinũ, ex alio agro ſimiliter ſato, colligere, deductis expẽſis. Alio mõ lucrũ ceſſans deduci poteſt, in pactũ, vt tãtũ pro illo reſtituatur, quã tũ æſtimatur modo, dum adhuc eſt in ſpe, ſiue rei euentus poſteà in re ſimili probet, ꝙ plus aut minus, vel nihil, mutuãs eſſet lucraturus. Atq; de lu cro ceſſante hoc modo æſtimato, verum eſt, ꝙ di cit Cai. de eoq; loquuntur doctores cõiter. Eodẽ

9 † ẽt modo æſtimari conſueuerunt damna rerum, quæ adhuc erãt in ſpe, vt q̃n ſata deſtruuntur, aut pecunia furto a mercatore aufertur.

Prætermiſſis verò conditionibus alijs, quas, vt

10 † pretiũ pro lucro ceſſante ſinè vſura accipi poſſint, Conr. & alij exigunt, quasq; neceſſarias nõ eſſe, ex dictis in ſuperioribus facile conſtat, hanc etiam addunt, quã Io. Med. loco citato admittit. Nẽpe, vt pretium lucri ceſſantis non ſtatim tpe, quo mutuũ traditur, accipiatur, ſed poſtea, quãdo mutuum erit ſoluendum. Vt tñ vera ſit, intelligẽda eſt, q̃n, exceptione ſtatim talis pretij, lucrum ceſſans minuitur, & non minuitur de pretio, q̃tũ ea de cauſa minus ceſſat lucri; quo dato plus acciperetur pro lucro, quã eſſet lucrum ceſſans, v. g. ſi ex mille aureis, quos negotiationi expoſitos habebas, mutuo mihi des quingentos, & lucrũ ceſſans æſtimetur triginta, atque q̃n mutuo illos mi hi das, accipias triginta, ſolũ mihi tradis quadrin gẽtos, & ſeptuaginta, ex quib. minus lucri tibi ceſ ſat, q̃ triginta, quo fit, vt accipere non debeas inte gros 30. ſed detrahere rõne eorũ, qb. tu negotiaris, & quos non accipio mutuo, aliquid debeas.

Vtrum Pactum, vt mutuatarius, ſi tempore præfixo non ſoluerit, certam ſoluat pęnam, vſurarium ſit.

DISPVTATIO CCCXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quotuplex.*

2 *Pœnas poſſunt contrahentes ſtatuere, & ſe ad illas obligare.*

3 *Pœna conuentionalis in quo differat a legali, & iudiciali.*

4 *Pœna moderata ſtatui poteſt mutuatario, ſi in termino præfixo non ſoluerit.*

5 *Pœna ut iuſtè in contractu mutui ſtatui, & exigi poſſit, quæ conditiones obſeruandæ.*

Cum examine, an mutuans licitè aliquid accipere poſſit a mutuatario ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, coniunctum eſt, expendamus, an paciſci licitè cum eo poſſit, vt, ſi in termino præfixo mutuum non reſtituat, aliquid inſuper in pœnam ſoluat.

1 Pœna, ꝙ † ad rem propoſitam attinet, triplex diſtingui ſolet, legalis, iudicialis, & conuentionalis. Legalis eſt, quæ lege, ſtatutove, imponitur. Vt ſi lex, vel ſtatutũ, in ciuitate aliqua ſit, tutorẽ de minoris pecunijs, quę ad ipſum peruenerint: emere teneri poſſeſſiones, vel exponere illas negotiationi licitæ, ex qua lucrũ ſperetur, alioquin teneri ſoluere minori quinque pro cẽtum; eiuſmodi. n. pęna, quam tutor ſoluere cogetur, ſi id ſua culpa prætermittat, legalis dr̃, vtpote lege ſtatuta, iudicialis dr̃, quam iudex imponit, ſi intra certũ tps aliquid non fiat, aut non ſoluatur. Vt ſi, adueniente tpe, in quo mutuatarius ſoluere tenebatur, corã iudice citetur mutuatarioq; confitente debitum, aut de eo ſufficienter conuicto, iudex præcipiat, vt intra tantum tps ſub certa pœna illud ſoluat. Conuentionalis eſt, quæ pacto, conuentioneve, de partium conſenſu, ponitur, ſi aliquis cõtractui non ſtet, aut intra certum tempus non ſoluat.

Hoc ita conſtituto, nullus dubitat, fas eſſe ſtatuere, non ſolũ legalẽ, aut iudicialẽ, pęnam aduerſus moroſũ debitorẽ, qui culpa ſua contra creditoris voluntatẽ tpe præfixo debitum nõ ſoluerit, ſed ẽt cõuentionalẽ; mõ tñ rationabilis, ac moderata, pro quantitate, tñ rei reſtituendæ, tum etiam culpæ, q̃ interuenerit, ac pęna ſit: ſi. n. immoderata, aut irrationabilis, eſſet, tunc eo ipſo eſſet iniuſta, nec obligaret. Quãuis aũt contrahẽtes publicæ poteſtates non ſint, q̃ autoritate publica iuſtas pęnas, perinde atq; legũ latores, ac iudices, conſtituere poſſint: quia tñ res de ſe æqua eſt & vtilis,

2 iuris diſpoſitione eſt illis conceſſum, vt † contractib. poſſint de cõi conſenſu eas ſtatuere, atq; ad illas ſe obligare, non ſecus atq; ad reliqua, eiuſdẽ contractib. contenta, vt conſtat ex l. magnum. C. de contrab. & committ. ſtip. l. traiectitiæ. ff. de actionib. & oblig. l. ſi pacta. C. de pactis, atque ex alijs iuribus, ſerua tamen conſuetudo.

Quia verò conuentionalis pœna ex contractu debetur, inde hoc conſtituitur diſcrimẽ inter eã,

3 & legalem, ac iudicialem. Quod † legalis, & iudicialis; regulariter non debentur ante latam ſentẽtiam: conuentionalis verò, ſpectata ſola rei natura, debetur nulla expectata ſententia, vt diſpu. 97. cum Cou. & Nauarro dictum eſt.

Circa legales, & iudiciales pęnas, quod ad rem præſentem attinet, ſolum eſt quod admoneã, circa exẽplũ illud de tutorib. propoſitũ. Nefas eſſe tradere ad vſurã pecuniã pupillorũ. Cum. n. vſura naturali iure ſit illicita, ob nullam cãm, quantumuis piam, licitũ eſt, ea exercere. Quouſq; autẽ tutores, & curatores de iure cõi, & Luſitaniæ, teneantur, pecunia minoris emere poſſeſſiones, aut annuos redditus, vel ad negotiationem eã tradere, diſp. 224. dictum eſt. Quæ de pœnis conuẽtionalib. dici hoc loco poterant, diſpu. 97. magna ex parte ſunt explanata. Quod ad proprias huic diſputationi attinet, cõueniũt Doctores, ſtatui poſ-

4 ſe † mutuatario pęnã moderatã, ſi in termino pręfixo non ſoluerit. Ita Scotus in 4. d. 15. q. 2. Gab. ibi. q. 11. ar. 1. notab. 2. Maior. q. 31. Alm. q. 2. Cõ rad. de contract. q. 31. Io. Med. de reb. per vſu. acqui. q. 3. Nau. in Man. c. 17. num. 215. Ang. ver.

vſura

vſura.1.nu.31.Syl.ibid.q.28.& alij. Non nullas
5 † tamen conditiones ſtatuunt,vt iuſtè, abſque vſuræ vitio,ea pęna imponi,atque exigi poſſit.

Prima, vt non imponatur in vſuræ fraudẽ ita videlicet,vt pp illam,tanquam pp lucrum, qđ ex mutuo ſperatur,mutuum detur, ſed imponatur, vel quia intereſt mutuanti,vt in tempore pręfixo mutuum ſoluatur, vel quia in eo termino habere vult,quod ſibi debetur, ſiue interſit illud tunc habere, ſiue non: eo.n.ipſo, ꝙ mutuatarius contra mutuantis voluntatẽ id vltra terminum præfixũ detinet,iniuriã illi facit,inciditque in culpam, ac proinde ſtatui pót,de illius conſenſu,pęna moderata,quam ob eam culpam ſoluat. Atque in conſcīæ foro iuxta hanc doctrinã examinãdũ eſt, nũ in vſuræ fraudem fuerit impoſita,an non:non vero,vt Nau.Conrad,& quidã alij,locis citatis volunt,ex eo,ꝙ mutuo quis dederit ei, quẽ ſciebat, non ſoluturum,ſua culpa in termino præfixo;vel quod mutuans optet potius mutuatariũ tranſgredi terminum, & teneri ad pęnam, quam ſoluere tempore præfixo. Licèt.n.concedendum ſit,hæc eſſe indicia non leuia, pęnam in vſuræ fraudem fuiſſe impoſitam, vt lucrum ex mutuo ea via reportaretur, coniunctaq; eſſe cum auaritiæ peccato mutuantis,& cũ peccato contra proximi charitatem; quippe licitum non ſit exoptare culpã proximi,vt cõmodum pęnæ nobis proueniat, præſertim cũ tale noſtrũ cõmodum cum incõmodo, ac detrimento temporali proximi ſit coniunctum; nihilominus nullã continent iuſtitiam, ac proinde neq; vſuræ peccatũ efficiũt, neq; ad reſtitutionem eius,ꝙ in pęnam eſſet acceptum,obligãt. Iuſta tñ,ac ſancta eſſet lex, quæ, ad hæc, & ad alia mala vitanda,omnino prohiberet accipi a mutuatario talem pœnam. De lege Luſitana hac in parte,diximus diſp.97.eamq; in vſuræ præſumptione fundari cenſuimus, nequè in foro conſcientiæ vim habere,quando verè non interueniret vſura.

Secundã conditionẽ addunt, vt ex impoſitione,& exactione talis pęnæ, ſcandalum non oriatur. Hæc tñ non ad vitandum vſuræ, atq; iniuſtitiæ peccatum,ſpectat,ſed ad declinandum, cõtra proximorum charitatem,ſcandali peccatum.

Tertiã, ꝙ verè interueniat culpa ex parte mutuatarij. Si enim,abſq; vlla ſua culpa, in termino præfixo non ſoluit,vel qa nõ potuit, vel aliã iuſtã de cã,tunc nihil pót licitè accipi ab eo in pænam: eo ꝙ pęna culpã ſupponat,ac prærequirat. Cõſentiunt,c. ſignificante.de pign.c.2.de conſt.& l. traiectitiæ.ff.de actionib.& obliga.atque affirmant Conr.Med.Nau.& alij,locis citatis. Lõge autem aliter res habet,qñ rõne lucri ceſſantis, aut damnis emergẽtis,vi contractus aliqd debet, vt diſp. 314.dictum eſt. Hoc loco obſerua, meo iudicio, quicquid aliquid dicant,ſi mutuatarius ſua culpa impotentẽ ſe reddidit ad ſoluendũ in termino pfixo,vel dilapidando bona,vel aliqua alia rõne,q̃ vitare poterat,attendereque debebat, ea ſe reddi impotentem ad ſoluendũ,vere eſſe in culpa, ꝙ in termino non ſoluat, ac proinde ſubiacere pœnæ.

Quartam, quod ſi partem debiti ſoluit, non exigatur ab eo tota pœna, ſed pars, iuxta proportionem partis,quæ remanet ſoluenda. Niſi obligatio eſſet indiuidua,ad ſenſum diſp.97.explicatũ:nam tũc tota pœna deberetur,vt ibi dictũ eſt. Conſentit cum hac conditione c.ſuam de pœnis.

Vſurane ſit ratione periculi rei mutuo datæ,quod mutuans ſubeat, aliquid vltra ſortem accipere.

DISPVTATIO CCCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mutuo dare nolle, niſi penes ſe periculum rei maneat,vt vltra ſortem aliquid a mutuatario mutuans accipiat,vſura eſt.*

Limita tamen,vt nu.2.

3 *Contractus aſſecurationis ſi non exigatur, tanquã conditio, ſine qua mutuans non vult mutuare, ſed mutuatarius ſua ſponte illum iuit, nulla interuenit in eo vſura.*

4 *Mutuans ſi pro periculo, quod in ſe ſuſcepit, non plus accepit,quàm iuſtum pretium,nihil de pretio reſtituere tenetur.*

5 *Intellectus verus, & communior cap.nauiganti. de vſuris.*

EXemplum quæſtionis propoſitæ eſt, ſi quis formaliter,aut virtute,mutuo det alicui centum mari aſportãda, aut per loca alia periculoſa, ſuſcipiatq; periculũ pecuniæ illius,quouſq; in Indiã,aut ad aliũ locum,quò mittitur,perueniat,vtrum vſura ſit aliquid vltra ſortẽ exigere,& accipere ratione periculi,ꝙ ſuſcipit,quia videlicet, ſi pereat,antequam ad locum,quò mittitur, perueniat,perit ipſi,& nõ mutuatario: qui contractus frequens eſt Olyſſipone,& in alijs ſimilib. locis. Hac de re ſit prima concluſio. Regulariter illici-
1 tũ,vſuraq; eſt,nolle † mutuo dare,niſi ea lege, ac cõditione,vt penes ſe maneat periculum rei, quã mutuo dat,eaq; de cauſa aliqd vltra ſortem a mutuatario accipiat, ẽt ſi ſolum ſit iuſtum pretium, ꝙ prudentis arbitrio æquum iudicetur pro ſuſceptione talis periculi:In hac conueniunt Doctores cõiter,Conr.de contractib.q.39.Caiet.2.2.q.78. ar.2.in prin.& in ſumm.verb.vſura c.2.caſu.12. Ioan.Med.de reb.p vſur.acq.q.4. ad 1.principale,Cou.3.var.reſ.c.2.nu.5.Nau.in Man.c.17.n. 284.& in comm.de Camb.in ca.vlt. de vſura,in prin.Sot.6.de Iuſt.q.7.art.1.ad 1.Maior.in 4.d. 15.q.31.caſ.15.Gab.ibi.q.11.ar.1.notab.2.Ang. verb.vſura.1.nu.38.Syl.ibi.q.56.& alij. Rõ eſt, qm̃ grauamen illud, ꝙ mutuatarius celebrare teneat contractũ aſſecurationis cum mutuãte circa rem,q̃ mutuo accipit,tradereq; illi pretiũ,tametſi iuſtum,pp periculum, quod in ſe ſuſcipit, ſanè eſt pecunia ęſtimabile,non minus,quã grauamẽ, vt teneatur qs molere in molẽdino mutuãtis, & alia,de quib.diſp.309.& 310. dictum eſt.Imò lõgè eſt maius: ſi quidem in quibuſdam ex illis ſolum imponitur onus,vt, quod mutuatarius alioquin erat facturus,faciat eodem pretio in molen-

 dino

dino mutuantis, in re autem, de qua diſputamus, onus imponitur, vt omnino celebret aſſecurationis contractum, rōneq; illius pretium reddat, qđ poterat oīno non facere, tam cũ hoc, quã cũ quocunque alio, ergo ſicut imponere mutuatario illa alia onera, eſt vſura, vt diſputationibus citatis oſtenſum eſt, ita etiam illicitum, vſuraque erit, imponere illi hoc aliud grauamen. Vt aũt circa illos alios euentus diximus Adrianum eſſe ſingularẽ, ſic in materia de reſtitutione q. quę incipit, occurrunt circa prius, &c. ſingularis eſt circa hunc, affirmans mutuantẽ, neq; vſurã, neq; illicitũ, in eo exercere, eo ꝙ non plus petat rōne periculi, ꝙ in ſe ſuſcipit, q̃ iuſtũ pretiũ. Neque tñ attendit, q̃uis contractus ille aſſecurationis iuſtus in ſe ſit, iniuſtum tñ eſſe ratione mutui obligare mutuatariũ ad illum celebrandũ; qm̃ eſt onus pretio æſtimabile ratione mutui, id mutuatarium in ſe ſuſcipere, vt de illis alijs euentibus locis citatis diximus.

Dixi in concluſione; regulariter id illicitum,
2 vſuramq; eſſe, qm̃, † qñ lucrum mutuanti ceſſaret, niſi alius ſimul contractum illũ aſſecurationis cum eo celebraret, neq; illicitum neque vſura eſſet, non aliter velle mutuo dare pecuniam traiectitiam, q̃ ſi ſimul contractus ille alius celebraretur. Vt ſi eſſet mercator, qui non vult pecuniam ſuam otioſam eſſe, ſed vult illam mittere in Indiã ſuo periculo expoſitam, ad ea ibi negotiandũ, neque priuare vellet lucro illo magno in ſpe, tametſi cum coniuncto cum probabili periculo capitalis: tunc. n. ſi alius mutuo, formaliter, aut virtute, eam ab illo exigeret ad negotiandum ea in India, atq; ad aſportandum inde merces ea pecunia emptas, poſſet non aliter velle mutuo illam dare, q̃ ſi ipſi ſoluat, quantũ æſtimaretur lucrũ ei ceſſans, & ſimul ſecum celebraret contractum aſſecurationis, ita vt nõ minus lucri ex ea pecunia reciperet, q̃ ſi ipſe ea negotiaretur. Vidimus ſanè, & approbauimus, Olyſſipone eiuſmodi contractum, tametſi, qui pecuniã mutuo accipiebat, nihil omnino recuſaret contractum aſſecurationis, quin potius ſine illo nullatenus pecuniam accepiſſet: & cum de numero eſſet eorum, qui redditus nauium Indicarum conductos a Rege habebat; expediebat illi contractus hic totus cum ipſo eodem mutuante ac concedente traiectitiam eam pecuniam, quæ multorum millium erat aureorum.

3 Secunda concluſio. Qñ † contractus aſſecurationis non exigit tanq̃ conditio ſine qua mutuãs nõ vult mutuare, ſed mutuatarius ſua ſponte illũ init cum mutuante, tunc nulla interuenit in eo vſura, ꝙ mutuans aliquid vltra ſortẽ accipiat ratione periculi, eſto ſe ad eum contractũ inuitet, modo præciſè id accipiat ratione periculi, quod in ſe ſuſcipit, & non ratione mutui. Imò in eo nullum interuenit peccatum, ſi pretium moderatum ſit, neq; adſit ſcandalum, vt regulariter non aderit. Hanc affirmant Doctores citati, & multi alij pro. bari autem poteſt, qm̃ ſuſcipere in ſe illud periculum, eſt pretio æſtimabile; poſſetque quicunque tertius, qui eundem aſſecurationis contractum cum mutuatario celebraret, accipere competens pretium pro periculo illo ſubeundo: cũ ergo mutuans ex eo, quod cum mutuatario vtatur beneficio mutui, nõ ſit deterioris conditionis erga illũ, quam eſſet quicunq; extraneus; conſequens eſt, vt, ſi ſimul cũ eo ineat cõtractum aſſecurationis, poſſit rōne periculi, quod in ſe ſuſcipit, accipere competens pretium vltra ſortem. Ibi ergo duo interuenient contractus. Alter mutui, rōne cuius nihil vltra ſortẽ põt licitè accipere. Alter verò innominatus; faciam, ſeu ſuſcipiam in me periculum pecuniæ, q̃ tibi mutuo do, vt des, ſeu ſi des, mihi tantum, vel tantum; qui eſt iuſtus contractus, ratione cuius iniuſtè accipitur aliquid vltra ſortẽ. Huic verò contractui ab effectu, quia videlicet ſecurum a periculo eum reddit, qui ea de cauſa pretium dat, vſus nomen peculiare accommodauit, aſſecurationisq; contractum eum appellauit. Exerceri autem conſueuit, non ſolũ circa mutui materiam, ſed frequentius circa multas alias. De his verò ſermo nobis erit inferius ſuo loco.

Tertia concluſio. Qui iuxta primam concluſionẽ eſt vſurarius, ſi non plus accepit pro periculo, quod in ſe ſuſcepit, quam moderatum, ac iuſtũ pretiũ; nihil de pretio reſtituere tenetur, ſed ſolũ quantum prudentis arbitrio æſtimabitur grauamen, quod mutuatario impoſuit, celebrandi eum aſſecurationis contractum. Si verò aliquid vltra pretium iuſtum accepit, id etiam reſtituere tenetur. Denīq; ea omnia circa hanc rẽ dicenda ſunt, quæ diſpu. 309. in ſimilibus alijs euentibus diximus, eodemq; modo ſunt confirmanda, eaque de cauſa non plus circa hanc concluſione immoror.

Præcipuè in hac materia circa ſcdam concluſionem propoſitã difficultatẽ facit, c. nauiganti,
5 de vſuris, quod ſic hẽt. *Nauigãti, vel eunti ad nũdinas, certã mutuans pecuniæ quãtitatem, eo quod ſuſcipit in ſe periculũ, recepturus aliquid vltra ſortẽ, vſurarius eſt cẽſendus.* Huius textus variæ sũt expoſitiones. Gloſ. ibi, & quidam alij, eum intelligũt, quaſi vſura re vera ſit, mutuantẽ accipere aliquid vltra ſortẽ rōne periculi. Hæc tñ expoſitio meritò fere ab oīb. reijcitur. Cōior doctorũ expoſitio eſt, textum illum intelligendum eſſe, in caſu primæ concluſionis, quando. ſ. mutuans ea conditione mutuo dat, vt mutuatarius ſecum ineat aſſecurationis contractum. Ita intelligunt eum textum fere oẽs doctores, quos circa prima concluſionem citauimus, & multi alij. Neq; eſt improbabilis hæc expoſitio, quicquid Nau. locis citatis in contrarium dicat. Adria. verò & Nau. locis citatis, cum textum exponunt, qđ Greg. IX. ex præſumptione in eo procedat, atq; adeò intelligẽdus ſit in exteriori, non verò in conſcientiæ foro. Cũ . n. inquiunt, multi eo modo vſuras palliarent, ſolum ijs mutuando, qui pecuniã traiectitiam petebant cum contractu aſſecurationis, atq; inter illos quidam re vera nõ vellẽt eã alio perducere, ab ijs verò, qui alio eã perducere volebant, plus pro aſſecuratione exigerent, q̃ eſſet iuſtum pretium, vt ita mutui rōne aliqđ acciperent, Grego. IX. ad tollendas has fraudes, & iniuſtitias, inducere eo capite voluit præſumptionẽ iuris, & de iure aduerſus accipientes aliquid vltra ſortẽ ratione periculis traiectitiæ pecuniæ, decreuitque, eo ipſo

vſu-

vſurarios eſſe cenſendos in exteriori foro; atque hac ratione, ait Nauarrus, non dixiſſe, eum, qui ita accipit vltra ſortem, eſſe vſurarium, ſed vſurarium eſſe cēſendum, hoc eſt, iudicandum in exteriori foro. Fortè Gregorius IX. eo in capite declarare voluit, nauticum fœnus, vt ciuil. lib. legib. concedebatur, eſſe vſuram; nihil impediēte, quod mutuans ſuſciperet in ſe periculum pecuniæ mutuo eo datæ; leges quippe ciuiles, vt diſp. 304. dictum eſt, concedebant in nautico fœnore vſuram centeſimę ratione periculi, quod mutuans in ſe ſuſcipiebat, neque tñ ratione ſolius periculi eam concedebant, ſed etiam ratione mutui: quia ergo vſura illa, mutui etiam ratione, accipiebatur, meritò Gregorius IX. eo in capite declarauit, vſurarios eſſe cenſendos, qui illam reciperēt, nihil impediente, quod ſimul ratione periculi eandem acciperent.

Hic intelliges ciuiles leges, quę dē fęnore nautico latę ſunt. C. & ff. de naut. fęnor. abrogatas eſſe hodie, non quidē quatenus rōne periculi concedebant aliquid accipere, ſe quatenus, ratione etiā mutui, incrementum aliquod concedebant. Ex his tribus expoſitionibus elige, quam malueris.

Vſurane ſit, fideiuſſorem aliquid accipere, vt fideiuſſor alterius exiſtat.

DISPVTATIO CCCXIX.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor poteſt licitè aliquid accipere, vt pro alio fideiubeat, ratione periculi, atque obligationis, ex communi.*

2 *Mutuo dare alicui cum pacto, vt teneatur fideiuſſor eſſe pro mutuante, vſura committitur.*

3 *Creditor accipere poteſt a fideiuſſore moderatum pretium, vt fideiuſſorem ab ea obligatione liberet.*

4 *Obligatio ſoluendi pro aliquo, pretio æſtimabilis eſt.*

5 *Pretium iuſtum, vt dicatur, quando quis fideiuſſor exiſtit, quid attendendum.*

CVm in diſputatione, an licitum ſit mutuantem aliquid vltra ſortem ratione periculi accipere, coniunctum eſt: examinemus, an licitum ſit fideiuſſorem aliquid accipere, vt pro alio fideiuſſor ſit, ratione periculi atque obligationis, quam in ſe inducit, vt ſi principalis debitor non ſoluat, ipſe loco illius ſatisfaciat.

1 Communis † doctorum ſententia affirmat, licitè poſſe aliquid accipere, de quorum numero ſunt Caie. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 4. Sotus 6. de iuſti. q. 1. ar. 2. ante reſponſionem ad 6. D. Thomas, Conrad. de contractib. q. 40. Nauar. in Manuali, c. 17. nu. 285. & in Com. de cambijs in prin. Ioan. Medina de reb. per vſur. acquiſ. q. 4. ad 1. prin. Couar. 3. var. reſol. c 2. n. 6. & alij, quos citat, conſentitque l. hoc iure §. 1. l. 1. ff. de don.

Ratio verò eſt, quoniam obligatio illa, quam in ſe ſuſcipit, pretio eſt ęſtimabilis, non ſolū quādo veriſimiliter timet, cogendū ſore ſoluere pro debitore, ſed ēt qñ nihil tale timet: non ſecus atque obligatio molendi in mutuantis molendino mercede conſueta, ac iuſta, eſt pretio æſtimabilis, eſto mutuarius in molēdino aliquo moliturus eadem mercede ſit, neque difficilius ei ſit accedere ad mutuantis molendinum, quam ad alia. Hinc
2 intelliges † mutuo dare alicui cum pacto, vt teneatur fideiuſſor eſſe pro mutuante vſuram eſſe, non ſecus, ac mutuo dare cum pacto, vt mutuatarius molere teneatur in mutuantis molendino.

Tametſi illicitum non ſit, non velle mutuo ei dare, qui rogatus, vt fideiuſſor extiterit aut exiſtat, non voluit beneficium illud viciſſim conferre. Illud obſerua, nō idcirco licitum eſſe moderatum pretium, vt quis fideiuſſor exiſtat, quaſi id compenſatio iuſta ſit vltra ſortem pro pecunia, q̄ ſi loco debitoris fideiuſſor ſoluerit, veluti mutuo illi dabit, vt quidam voluerunt: id namq; manifeſtè eſſet vſura, vt potè lucrum, ex mutuo: ſed quia id eſt iuſta compenſatio pro obligatione, quam fideiuſſor in ſe ſuſcipit, ſoluendi eam pecuniam in euentu, quod debitor non ſoluat.

Licèt enim pecunia, quæ mutuo, aut quaſi mutuo datur, non plus valeat, quam tantundem; obligatio tamen illam quaſi mutuo dandi in euentu, quod debitor principalis non ſoluat, præſertim cum danda ſit debitori ipſi fidem circa principale debitum prius fregerit pecunia eſt æſtimabilis: eaque de cauſa vendere fideiuſſor poteſt ſuſceptionem eius oneris in gratiam debitoris. Eadem
3 † etiam de cauſa creditor accipere à fideiuſſore poteſt moderatum pretium, vt fideiuſſorem ab ea obligatione liberet.

Couar. loco citato ait, quando veriſimile eſt, fideiuſſorem nihil pro debitore ſoluturum, nefas eſſe quicquam accipere, vt fideiuſſor illius exiſtat: ſed ſolum id eſſe licitum, quando periculum eſt, quod pro eo ſoluet. Eodemq; modo affirmat, nefas eſſe, creditorem aliquid accipere, vt fideiuſſorem ab obligatione liberet, quando periculum non eſt, quod pro debitore ſoluet.

Placet tñ cōis ſententia, quæ vniuerſim, quod dictum eſt, affirmat: tametſi parum admodū licitum ſit accipere, qñ nullum timetur periculum.

4 Etenim † obligatio ſoluendi pro aliquo, ēt ſi p̄ter ſpē euenire poſſit, vt ſoluat, pretio eſt æſtimabilis, eo minori, quo periculū minus eſt timendū.

5 In † arbitrando autem pretio, quod in rigore fas eſt accipere, vt quis fideiuſſor exiſtat, attendenda eſt quantitas debiti, & maius aut minus, periculum, quod fideiuſſor pro debitore ſoluet, maiorque, aut minor ſpes, quod debitor in euentu, quod fideiuſſor pro eo ſoluat, reſarciet, quod pro eo fuerit ſolutum, vt in conſcientiæ, & exteriori foro, tenetur, & cogetur. Quòd ſi aliquid amplius fuerit acceptum, vt quis fideiuſſor exiſtat, reſtituendum erit incrementum.

Illud etiam eſt obſeruandum, ſi quid in vſurarum fraudem fuerit acceptum, vt quis fideiuſſor exiſtat, obnoxium id eſſe reſtitutioni. Vt ſi pecunię dominus illam det alteri, qui mutuo eam det, ſed non alteri, niſi ipſe pecuniæ dominus fideiuſſor exiſtat: ſi enim pecuniæ dominus tūc aliquid acci-

accipiat, vt fideiuſſor exiſtat, tenetur id reſtituere mutuatario, eo quod reuera nullum onus ſoluendi pro eo in ſe ſuſceperit, atque in vſurarum fraudem id ſit acceptum.

Vſurane ſit, accipere fructus pignoris vltra ſortem. Et num vitetur emendo potius eandem rem cum pacto de retrouendendo.

DISPVT. CCCXX.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pignoris quibus caſibus quis accipere poteſt, vltra ſortem, & quibus non.*
2 *Creditor tenetur etiam de leui culpa, ne fructus ex pignore percipiantur.*
3 *Fructus rei emptæ cum pacto de retrouendendo eodem pretio, non computantur in ſortem.*
4 *Empta res cum pacto de retrouendendo ſi pereat, emptori perit, & non venditori.*

DVbitandum non eſt, creditorem teneri computare in ſortem, aut reddere debitori fructus pignoris ab eo accepti, deductis expẽſis, quę in illis colligendis fecerit. Si.n. vltra ſortem illos accipiat, & non ratione lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis, vel ex libera debitoris donatione, uel in pænam iuſtam, aut aliqua alia iuſta de cauſa, vſurã committit, apertam quidem ſi ob mutuum illos accipiat, & palliatam, ſi, vt ſolutionẽ ex quo cunque alio titulo expectet, eos recipiat. Ita hr̃ ca. 1. & 2. de vſur. & c. ſignificante de pignoribus, & colligitur apertè ex vſuræ definitione.

Sotus 6. de iuſti. q. 1. art. 2. ait. Si debitor ſterilem agrum, quẽ colore non intendebat, creditori dederit in pignus, & creditor ſua induſtria, & labore ex eo colligat modicos fructus, tunc fortè creditorem nõ teneri computare illos in ſortem. Quoniam, inquit, ſine creditoris detrimẽto illos percepit: neque tenetur computare in ſortem fructus ſuæ induſtriæ. Addit tamen, ſi fructus alicuius ſint momenti, perceptique eſſent ex agro, qui non reputabatur ſterilis, ſed domini ignauia non colebatur, computandos eſſe in ſortem Nauar. in Man. c. 17. nu. 216. hoc Soti aſſertum meritò improbat, dicens, tam modicos, quam magnos fructus eſſe computandos in ſortem, quando expenſas excedunt, computãdo in eis valorẽ laboris, & induſtriæ cultoris. Cum.n. verè ſint fructus agri illius, ad dominum agri ſpectant, deductis expẽſis, niſi intelligatur, voluntatem liberam domini agri eſſe, vt cultor illos ſibi retineat.

2 Obſerua, quando † pignus eſt fructiferum, & creditoris culpa, etiam leui, fructus non perciperẽtur ex illo, teneri creditorem computare intereſſe eorum fructuum in ſortem. Vt, ſi pignus eſſet domus, & eam ſua negligentia non locaret, aut eſſet ager ſeminari conſuetus, negligentiaque creditoris ſemina ei non mandarentur. Dixi, etiam leui: quoniam ſi pignoris contractus in vtriuſq; commodum ſit celebratus, vt regulariter celebrari cõſueuit, tenetur etiam de culpa leui; ſed non de leuiſſima, iuxta ea quæ diſp. 293. & alijs ſequentib. dicta ſunt, & inferius ſuo loco, dum de pignore ſermo erit, dicentur. Hac de re inter alios lege Conradum de contractib. q. 32.

3 Illud etiam † obſerua, qñ aliquid acciperetur, non in pignus, ſed emptum pro pecunia, quã offerens pignus poſtulabat, attamen emptum cum pacto de retrouendendo, hoc eſt, quod quando is, cuius res illa erat, pretium reſtitueret, acciperet eam emptam pro eodem pretio, atque adeo prior venditio finiretur, vel cum pacto, quod, ſi intra certum aliquod tempus pretium reſtitueret, diſſolueretur prior venditio, alioquin res illa omnino irredimibilis efficeretur; tunc, abſque vſuræ vitio, prior emptor reciperet fructus non computandos in ſortem.

Ratio eſt, quoniã iã tunc fructus illi nõ perciperentur ex re aliena, ſed ex propria, interim dum
4 non reſtitueretur ei pretium. Quarè, ſi res † illa eo tempore periret, vtique periret ipſi, & non ei, cuius antea erat. Ita affirment ordinationes Luſitanæ lib. 4. tit. 14. § 2. & conſentit communis doctorum ſententia. Hinc Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. circa reſponſionem ad 6. rectè admonet, eos qui a principibus accipiunt ciuitates aliquas in pignus pro pecunia, qua principes indigẽt, & eis tradũt, ſi abſque vſuræ vitio, reſtitutioniſque onere, efficere volunt fructus illarum ſuos, non computando illos in ſortem, emere debere eas ciuitates pro eadem pecunia cum pacto de retrouendendo, eaque via licitè efficient eos fructus ſuos. Obſerua tamen, pretium debere eſſe æquale rei, ita vt ſaltẽ infimum, pretium iuſtum attingat, attento, quod ea res empta cum illo onere retro eandem vẽdendi, longe minus valet, quam ſi libera ab onere, venderetur.

Quod ſi pretium multum deficiat ab infimo iuſto, in exteriori foro contractus præſumetur vſurarius palliata vſura, ac proinde nullus emptor que vſurariorum pęnis ſubiacebit, vt ordinationes Luſitanæ loco citato ſtatuunt. In conſcientiæ verò foro, ſi animus vſurarius abfuit, ſiue parum, ſiue multum, pretiũ ab infimo iuſto deficiat, contractus ſolum erit iniuſtus, cum onere reſtituẽdi, quod vſque ad infimum pretium iuſtum defuit.

Vtrum immunis ab vſura ſit gener, qui interim dum dos ei non perſoluitur, pignus fruendum accipit, non computando fructus in ſortem.

DISPVTATIO CCCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pignorum non tenetur gener computare in ſortem, quæ pro dote promiſſa, interim dum ei non ſolueretur, accepit.*

Capi-

Capituli, ſalubriter, de vſuris, expoſitiones variæ, & intellectus, cum vera auctoris ſententia, & num. 3.

4 *Matrimonium contrahentes ſolent duos celebrare contractus.*

5 *Capituli, ſalubriter, de vſuris, diſpoſitio, habet locum in genero non ſolum comparatione ſoceri, ſed etiam alterius, qui vxorem duxerit.*

Immo etiam in Luſitania, quando aliqui contractu medietatis bonorum celebrant matrimonium. num. 6.

7 *Gener ex capite lucri ceſſantis, põt accipere iuſtum recompenſationem, ob dilationẽ ſolutionis dotis.*

8 *Gener an vſurarius dicatur, ſi poſſeſſione ſoceri fruatur, donec ei reſiduum dotis ſoluatur, cum ex dilatione ſolutionis dotis nullum lucrum ei ceſſet.*

9 *Gener an poſſit paciſci cum ſocero, vt quotannis, donec ei dos ſoluatur, certam pecuniæ quantitatem ipſi ſoluat.*

10 *Statutum an valeat, quod ſocer teneatur ſoluere genero certam pecuniæ quantitatem ad onere matrimonij ſuſtinenda, donec ei dos ſoluatur.*

HAc de re primis referenda eſt definitio Innocentij III. c. ſalubriter, de vſuris, quæ ſic habet. *Sanè generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi a ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem non credimus compellendum: cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſopportanda.*

Hæc Summus ille Põtifex. Quibus apertè de-
1 finit, generum † nõ teneri computare in ſortẽ fructus pignorũ, quæ pro dote promiſſa, interim dũ ei non ſolueretur, accepit. Qua de re variæ admodum ſunt doctorum ſniæ, quas legere ex parte poteris apud Cou. 3. variar. reſol. c. 1. nu. 3. & apud Nau. in Comment. de vſuris, 14. q. 4. nu. 71.

2 Quidã † ex iuris peritis aſſeruerunt, id genero in priuilegium, fauore matrimonij, ad onera illius portanda, fuiſſe conceſſum quaſi ex iuris conceſſione licitũ genero ſit, quod in ſe, ſecluſo priuilegio, verè eſt vſura, & illicitum. Opinionem hanc ſequuti videntur, qui ordinationes Luſitanas condiderunt, dum 4. libro tit. 14. §. 1. ſic loquuntur. *E poſto que as vſuras ſeiam geralmente reprouadas e defeſas, como dito, he, em alguns caſos porem aſſi por dereito canonico, como ciuel hêa vſura permiſſa e licita*, & continuo ſubiungitur exemplum generi iuxta caput ſalubriter.

Refellitur. Eſt tñ opinio omnino improbabilis, vt Theologi communiter obſeruant. Cum enim vſura ex ſe, naturalique ac diuino iure ſit illicita, ſanè humanum ius concedere non poteſt priuilegium, vt licita alicui ſit. Quo fit, vt Innocẽtius III. c. ſalubriter, non condat nouum ius, ſed ſolum declaret, quid natura ipſa rei in hoc euentu habeat.

Communior doctorum ſententia affirmat, id licere genero rõne lucri ceſſantis, & dãni emergentis, idque ſolum declaraſſe Innocentium tertium, cap. ſalubriter. Ita cenſent Adria. de reſtitu. in materia de vſura q. reſtat breuiter ſoluere, in re, in reſp. ad 3. & q. ſequenti, Cou. de contractib. q. 95. Maior. in 4. d. 15. q. 31. caſu 3. & multi alij, quos Cou. 3. var. reſol. c. 1. nu. 3. refert, ex parteq; eandem ſententiam ſequuntur Couar. ibidem, & Ioan. Medin. de reb. per vſur. acquiſ. q. 2. verſ. ad cap. ſalubriter. Hæc tamen ſententia, vt multis alijs diſplicet, ſic mihi non probatur.

In primis, qm̃ textus ille non eam rõnem reddit, ſed longè diuerſam, nẽpe licitè id accipi vltra ſortẽ pro ſuſtinẽdis onerib. matrimonij: ad quæ ſuſtinenda, ait textus, fructus dotis ſtatim ſolutæ ſæpe nõ ſufficiunt: quare, qñ dos differtur (quaſi diceret Summus Pontifex) licitè accipiuntur fructus pignoris pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, qui excedere non ſolent fructus dotis ſtatim perſolutæ. Deinde, qm̃ Summus Pontifex eo in capite peculiare aliquid declarare voluit circa generum ratione onerum matrimonij, nõ verò tradere radicẽ aliam communem genero cũ cæteris omnibus licitè accipiendi aliquid vltra ſortem propter lucrum ceſſans, aut damnum emergens.

Tertiò, qm̃, ſi ſolum ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, licitum eſſet genero accipere fructus pignoris vltra ſortem, tunc, ſi dos ſoluenda eſſet in pecunia, & gener negotiaturus non eſſet cum ea, ſed ſe, vxoremque ſuam, ſuſtentaturus eſſet ex redditibus ſui patrimonij, nihil accipere poſſet vltra ſortem; quippe ex dilata dote nullum lucrum ei ceſſaret, aut damnum emergeret. Neque referret, ſi plus tunc inſumeret cum vxore, quam eſſent fructus pignoris, vt autores quidam contrariæ ſententiæ reſpondent: quando enim ex redditibus dotis ſtatim ſolutæ id non erat compenſaturus, ſanè nullum damnum ei emergeret, aut lucrum ceſſaret, ex dotis dilatione, ac proinde tunc, ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, non poſſet accipere fructus pignoris.

Quartò, quoniã ſi ſolum ratione lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis, fas eſſet genero accipere fructus pignoris, tunc, ſi illi exederent lucrũ ceſſans, aut damnum emergẽs, nefas profectò ei eſſet accipere integros fructus, vt autores contrariæ opinionis confitentur: quarè Summus Pontifex dicturus non fuiſſet abſolutè, fas genero eſſe accipere illos vltra ſortem, ſed additurus eſſet, modo lucrum ceſſans, damnumque emergens, non excedant: quo fit, vt aliquid aliud ea definitione Summus ille Pontifex intenderit.

Quintò, ſi gener ille vir eſſet induſtrius, qui ex dote ſtatim ſoluta longè maiores fructus ſperaret quã qui ad onera matrimonij ſuſtinẽda illi eſſent neceſſarij, tunc ſanè, ratione lucri ceſſantis, licitè poſſet accipere maiores fructus, ꝗ̃ quibus indigeret ad matrimonij onera ſuſtinenda: non ergo Sũmus Pontifex ibi ex capite lucri ceſſantis, aut dãni emergentis, fuit permotus ad id definiendũ: alioquin declaraſſet, interdũ plus, interdum minus, ꝗ̃ eſſent fructus illi, fas eſſe genero accipere.

Ioannes Medina loco citato, communi opinione minimè repudiata, inclinat potius, Innocẽtium tertium, cap. ſalubriter præſumptioni niti, ſocerum intendiſſe donare genero fructus pignoris, interim dum dos illi non perſolueretur, ad matrimonij onera ſuſtinenda.

Hoc idẽ ſentire videtur Nauarrus in Manuali cap.

li,c.17 num.213.in editione nouiſſima. At profe ctò nihil Summus ille Pontifex eo in capite de præſumptione donationis cogitauit, vt intuenti verba illius textus,& rõnem definitionis illius q̃ reddidit, ſatis eſt manifeſtum. Imò verò temeraria ea definitio videretur, ſi præſumptioni illi niteretur, neque Summus Pontifex ſatis tutò ea in re hominum ſedaſſet conſcientias. Præterea deciſio illa locum non haberet: qñ alius a patre ſponſam dotaret; vſus verò vniuerſim textũ illũ intelligit; quo fit, vt reijcienda ſit Medinæ ſententia.

Cou. vbi ſupra, poſt longã diſputationẽ, Fortu nij ſnĩam amplectitur, aſſerentis, caput ſalubriter, ſolum habere locum in genero comparatione Soceri; non verò cõparatione alterius, qui ipſius vxorem dotaſſet. Id ſibi perſuadet: quoniam pater dotare, aut alere tenetur filiam: eaque de cauſa gener, interim dum pater dotem ei non perſoluit, licitè ab eo accipere poteſt fructus pignoris, in ſortem non computandos, ad filiæ pro eo tpe ſuſtentationem: hancque ait eſſe rationem, quæ, ca. ſalubriter redditur: generum quippe accipere fructus pignoris in ſuſtentationẽ propriæ vxoris loco patris, eſt accipere eoſdẽ fructus ad matrimo nij onera ſuſtinenda. Snĩa hæc mihi non probat. Tum quia, vt ex dicendis conſtabit, rei punctum non attingit. Tum ẽt quoniam, vt Nau. loco cita to, nu.72. rectè ait, immeritò reſtringit caput ſalu briter ad generum comparatione ſolius Soceri: ꝙ tñ cõis doctorum ſententia intelligit compara tione cuiuſcunque, qui dotem promiſerit.

Sotus 6. de iuſtit. q.1. artic.2. in reſpon. ad vlt. ait, idcirco generũ accipere poſſe fructus pignoris non computãdos in ſortem, quia in hoc ſenſu ſuſtinere tenetur matrimonij onera, quod ſalua dote, q̃ reſtituere tenetur diſſoluto matrimonio integram vxori, aut hæredibus illius, alere tenet vxorem; eaque de cauſa lex præſumit, empturum illum fuiſſe ex dote aliquid, vnde dote ea ſalua, vxorem aleret. Hæc etiam ſententia non placet.

Primò, quoniam, vt rectè Nau. loco citato ait, ſequeretur in Luſitania, in qua homines regulariter contrahunt contractu medietatis bonorum, neque conſeruare tenentur vxori dotem ſuã integram, non habere locum c. ſalubriter: contrarium autem habet conſuetudo, & ſtatuunt ordinationes lib.4. loco citato.

Secundò, quia ſi, vt Sotus affirmat, id in præſumptione illa fundaretur, vtique fundaretur in præſumptione lucri ceſſantis, ac proinde relabitur Sotus in communem opinionem, quã impugnat. Tertiò, quoniã qñ conſtaret gño, ſe nihil ta le eſſe empturum, neq; negotiaturum ea pecunia, ſanè accipere non poſſet fructus pignoris non cõputandos in ſortem: quippe cum lex, quæ, in præſumptione fundatur, vim non habeat in foro con ſcientiæ, quando de oppoſito præſumptionis con ſtat: præſertim quando, quod lex ſtatuit, iniquũ, atque iniuſtum eſt, ſecluſa ea præſumptione.

Caieta. 2.2. q.78. art.2. ad 6. ait, ratione onerũ matrimonij poſſe generum accipere fructus pignorum non computandos in ſortem, per accidensque eſſe, quod gener dote eſſet lucraturus, vel non, eaque rõne ait, curandum non eſſe de eo, quod eſt per accidens, cum per ſe deputati ſint ꝓ matrimonij oneribus ſuſtinendis doctrina hæc maiori indiget explicatione, vt ſatisfaciat.

3 Vt legitimã † huius rei cãm, Innocentij q; intẽ tum, c. ſalubriter, ſubijciamus, obſeruandum eſt. Deciſionẽ capitis illius eſſe in conſuetiſſimo euẽ tu, quo aliquis conſtituit ſe daturum genero certã dotis quantitatẽ, & quia non põt eam ſoluere ſtatim, in ea ſaltẽ materia, in qua eã ſoluere inten dit, ac promittit, interim illi in pignus tradit poſ ſeſſiones aliquas fruẽdas, quouſq; dos ei perſoluatur: idque ſiue ſocer certum cõſtituat terminũ, in quo dotẽ ſit ſoluturus, recepturusq; ſua pignora, ſiue non, ſed dicat, ſe dote eſſe ſoluturũ, interimque dum non ſoluerit, fruatur pignoribus illis.

In hoc ergo euentus cõſultus Innocẽtius Tertius, an gener vſurarius eſſet, non computando fructus eiuſmodi pignorum in ſortem, atq; adeo an compellendus eſſet, eos in ſortem computare neganter reſpõdit, innixus huic rationi, quod fru ctus illi non accipiantur in recompenſationẽ pro expectatione ſolutionis dotis: id quippe vſura eſſet palliata: ſed in recompenſationẽ onerum matrimonij interim dum dos non ſoluitur, quæ one ra illos valent. Atque hoc eſt, quod conciſè probat ratio, quam Innocentius in fine capitis reddi dit, dicens; *Cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda*: quaſi diceret, onera matrimonij valent fructus integræ dotis ſtatim ſolutæ, eſto in poſſeſſionib. fructiferis perſoluatur, quippe cum, pro ſuſtinendis onerib. illis, detur meritò dos integra fruenda tempo re toto, quo matrimonium perſeuerat: ſed fructus pignorum maiores non ſunt, quam fructus integræ dotis ſi in poſſeſſionib. ſolueretur, aut gener ex pecunia dotis poſſeſſiones emeret: ergo matrimonij onera, quæ gener vſque ad dotis ſolutionem ſuſtinet, valent fructus pignorum: ac proinde non tenetur computare illos in ſortem.

4 Vt † verò hæc melius intelligas, obſerua. Duos contractus ſolere interuenire, qñ aliqui matrimo niũ celebrant. Vnus eſt, quo coniuges mutuã poteſtatẽ corporum ad inuicẽ tradunt. Atq; in hoc conſiſtit rõ matrimonij. Alter verò, quo maritus onus in ſe ſuſcepit vxorem ſuſtentandi pro dote. Atq; hic eſt cõtractus innominatus, faciã, ſi des: & de iure cõi (iuxta ꝙ apud ſalubriter loquitur) dabatur viro pro matrimonij oneribus ſubeũdis dos fruenda toto tpe, quo matrimonium perſeueraret, quam diſſoluto matrimonio integrã redderet. Sicut autem matrimonij onera toto tpe quo matrimonium durat, valent vſumfructum dotis toto eo tẽpore: ita onera medietatis temporis, valent vſum fructum medietatis tpis, & onera quartæ partis temporis, valent vſumfructum quartæ partis temporis, & ita conſequenter. Hinc fit, ſi ſocer dare non velit dotem fruendam, niſi elapſo certo tempore, quo gener prius onera matrimonij ſuſtineat, licitè, ac iuſtè generũ exigere poſse in recompenſationem, fruitionem boni æqualis doti in valore, pro oneribus illius temporis: quoniam id non accipit in recompenſationẽ pro dilatione

latione ſolutionis dotis, ſed pro oneribus, quę tẽpore illo dilationis ſuſtinet. Atque hæc eſt ratio, cur computare non teneatur in ſortem fructus pignoris, non ſolum qñ id expreſsè fuit deductum in pactum, ſed etiam quando pignora fructifera ſimpliciter ſunt ei tradita, interim dum dos non perſolueretur: quia tunc cenſentur ei data iuxta diſpoſitionem ac declarationem iuris. ca. ſalubriter, præſertim, cum adſit cauſa ſufficientiſſima eos accipiendi, nec computandi in ſortem. Soluit.

Hinc primò colligo, diſpoſitionẽ. c. ſalubriter,
5 habere † vim in genero, nõ ſolũ cõparatione ſoceri, ſed ẽt cõparatione cuiuſuis alterius, qui vxorẽ dotauerit. Neque. n. gener minus a quocunq; extraneo, quam a ſocero, licitè poteſt accipere competens pretium pro ſuſtinendis matrimonij oneribus, interim dum dotem ei non perſoluit.

6 Colligò † ſcdò, diſpoſitionem eiuſdem capitis habere locum, etiam qñ aliqui contractu medietatis bonorũ celebrant mr̃imoniũ, vt in Luſitania. Licẽt. n. maritus non teneaẗ conſeruare integrã dotem vxoris, id tñ nõ tollit, quod mr̃imonij onera ſuſtineat, & ꝙ patrimonium ſuum, fructusue illius, ac ſuæ induſtriæ, inſumat in vxore ſuſtẽtanda, interim dum dos eis non perſoluitur: quare in recõpenſationẽ huius, & cæterorum onerũ mr̃imonij, accipere licitè poterit fructus pignoris, ꝙ tantum quotannis reddat, quantum reddere poſſet dos ſtatim in poſſeſſionibus perſoluta.

Tertiò colligo, impertinẽs in re propoſita eſſe, ꝙ genero lucrum aliqđ ceſſet, aut non ceſſet, ex eo, qđ dos nõ perſoluaẗ ei ſtatim, vt licitè accipere poſſit fructus pignoris nõ cõputandos in ſortẽ, interim dum dos eis non perſoluitur. Cum. n. illos recipiat in recõpenſationẽ iuſtã pro oneribus, quæ eo tpe ſuſtinet, non verò in recompenſationẽ pro expectatione ſolutionis dotis; ſanè, eſto nullum lucrum ei ceſſet ex dilatione ſolutionis dotis (vt ſi ſoluenda erat in pecunia, q̃ in arca erat repoſiturus) iuſtè ex illo alio capite põt illos
7 recipere. Quo loco † obſerua, nos non negare, generum, ẽt ex capite lucri ceſſantis, poſſe accipere iuſtam recompenſationẽ ob dilationẽ ſolutionis dotis, qualẽ quicunq; alius, cui ob dilationẽ ſolutionis lucrum æqualis quantitatis ceſſaret, iuſte poſſet accipere. Quare, ſi gener, valde eſſet induſtrius, cui plus lucri ceſſaret ex dilatione ſolutionis dotis ĩ pecunia ſoluẽdæ, q̃ eſſẽt fructus pignorum, q̃ ei traduntͭ, licitè exigere vltra eos fructus poſſet incrementum lucri, quod plus ei ceſſaret.

Quartò colligo, ſi gener mr̃imonij onera non ſuſtineret, interim dũ dos ei non ſolueretur, quia videlicet vxor poſt mr̃imonium celebratũ in domo patris perſeueraret, a patreq; aleretur, ita vt pp illam nullum maius onus gener ſuſtineret, q̃ alioquin eſſet habiturus; tunc vtique accipere ex eo capite non poſſet fructus pignorum, non computandos in ſortem, interim dum dos ei nõ perſolueretur: quoniam ceſſat titulus ille iuſtus.

Quintò colligo, ſi ſocer cũ genero cõueniſſet in tanta dota, non ſtatim, ſed ad certum tp̃s ſoluẽda; ſolũq. in ſecuritatẽ ſolutionis in termino præfixo, ſocer illi traderet pignora, tunc, eſto gener ante terminũ illũ ſuſtineret mr̃imonij onera, accipere non poſſet fructus pignorum non cõputandos in ſortem. Ratio eſt, quia pro onerib. tpe toto, quo mr̃imonium conſtaret, conuenit cũ ſocero pro dote in eo termino perſoluenda: quo fit, vt in dote tunc perſoluenda recõpenſationem accipiat, ẽt onerum, q̃ ante ſolutionem ſuſtinet, idque ex conuentione inter vtrumque: atque ea cauſa, accipere non poteſt pro illis aliud pretium.

8 Fortè interrogabis. Quid † ſi ſocer a principio conſtituit; ſe daturũ genero in dotẽ filiæ duo millia aureorum poſt celebratum vero mr̃imoniũ, videns ſe non poſſe ſtatim ſoluere, ab eo petat dilationem ſolutionis vſq; ad annum cũ pacto, vt interim gener poſſeſſione ſoceri fruaẗ, erit ne tunc gener vſurarius, poſito, ꝙ ex dilatione talis ſolutionis nullũ lucrum ei ceſſet? Pars, quæ affirmat, ſuaderi põt. Qm̃ generum concedere tunc ſocero dilationem ſolutionis, eſt virtute dare illi mutuo duo illa millia aureorũ: accipere autẽ pro mutuo aliquid vltra ſortem, eſt vſura. Confirmatur, qm̃ ſi gener accepiſſet iam pecuniã illam a ſocero, & ſocer mutuo illã ab eo peteret, ſoluendam poſt annũ vſura eſſet accipere fructus poſſeſſionis illius vltra ſortẽ, vt illã cõcederet: ergo vſura ẽt eſt, accipere illos pro dilatione ſolutionis pecuniæ, ſibi iã ex pacto præcedenti debitæ. Dicendũ arbitror, vſurã re vera eſſe, ſi pro dilatione ſolutionis, aut pro mutuo illorũ aureorũ, accipiat gener a ſocero fructus poſſeſſionis illius, nihil impediẽte, quod mr̃imonij onera ſuſtineat. Si tñ dicat ſocero, qñ petis, quæ mihi promiſiſti, aut dediſti pro ſuſtinẽdis matrimonij oneribus, habeamus vt nullum, diſſoluamusve, procedentem contractum; atque hunc alium iuſtum de nouo ineamus, vt pro ſuſtinendis matrimonij oneribus, interim dum mihi non tradis iſtam pecuniã, des mihi fructus huius poſſeſſionis: qñ verò eam tradideris, ſit illa deinceps in pretium onerum ſequentium matrimonij: tunc hunc cõtractum iuſtum, minimeq; vſurarium, eſſe arbitror, eſto genero nullum lucrum ceſſet ex dilatione ſolutionis talis pecuniæ. Dubiũ Deciſ.

Obijcies pari ergo rõne, ſi extraneus petat ab illo pecuniã illã, q̃ pro ſuſtinendis mr̃imonij onerib. accipit, poterit celebrare cum eo ſimilem contractum, acciperetq; ab eo aliqd vltra ſortem pro matrimonij onerib. ſuſtinendis, interim dũ pecuniã illã nõ ſoluit, eſto ex dilatione ſolutionis talis pecuniæ nullum lucrum ei ceſſet. Neganda eſt tñ conſequentia: qm̃ non ſpectat ad extraneum compenſare onera matrimonij, quemadmodũ pertinet ad Socerũ, aut ad alium, qui dotem dat ſponſæ: eaque de cã comparatione eius, qui ſponſam non dotat, non habet alium titulum quã mutui, ratione cuius nihil accipere poteſt vltra ſortem. Obiec.

Hinc intelliges, ſi gener, poſtquam licitè accepit a Socero poſſeſſionem aliq̃ fruenda loco dotis non ſtatim ſolutæ, indigeat tanta pecunia, quanta eſt dos, illamque mutuo petat ab aliquo extraneo nefas eſſe tali extraneo accipere fructus poſſeſſionis illius pro pecunia, quã dat mutuo genero illi, eſto inter eos pactũ interueniat, ꝙ mutuans accipit a Socero ſolutionẽ in dote, quam genero debet.

bet. Ratio eſt,q̄m poſito, ꝙ extraneo illi nullum lucrum ex mutuo ceſſet, non habet alium titulū accipiendi fructus poſſeſſionis illius vltra ſortē; niſi mutui:eaq; de cauſa vſuram committit, ſi eos accipiat:at verò gener, qui habet alium iuſtū titulum,nullam vſuram committit.

Quæſ. 9 Dubium eſt, vtrum † quemadmodum gn̄r paciſci pōt cum Socero,vt interim, dū non perſoluitur ei dos,accipiat fructus poſſeſſionis non computandos in ſortem: ſic ēt paciſci poſſit,vt quotānis certā pecuniæ quantitatē ipſi ſoluat. Io. And. & quidā alij,quos Couar.loco citato, & alij referunt,negant. Quoniā inquiunt,c. ſalubriter,ſolū id conceſſit in fructib. pignoris, qui a fortuna pēdent. Meritò tn̄ ſententia hæc communiter a doctoribus improbatur. Cū.n.fructus illi, dum adhuc a fortuna pendent, vendi poſſint pro aliquo determinato pretio quotannis ſoluendo, nulla profectò eſt rō cur, ſicut gener paciſci licite pt de fructib. illis, non poſſit ēt paciſci de tanta quantitate pecuniæ quanta eſt illud pretiū. Præterea, cum gener in recompenſationem iuſtam pro oneribus matrimonij,quæ ſuſtinet,licitè accipiat fructus poſſeſſionis alicuius,nulla profecto eſt ratio, cur ſimiliter non poſſit iuſtè paciſci,vt ſibi quotannis tanta pecuniæ quantitas perſoluatur,quātum æſtimabuntur onera,quæ ſuſtinet:at iuſtum eorum pretium erit,quantum dos ipſa, in poſſeſſionibus tradita,reddere deberet.

Deciſ.

Dubiū 10 Controuertunt † doctores, an eſſet licitum ſtatutum,quo ſanciretur,vt interim, dū dos non ſolueretur gn̄o, teneretur ſocer ſoluere ei quotannis certam pecuniæ quantitatem ad ſuſtinenda onera mr̄imonij ad rōnē vnius v.g. pro quatuordecim æſtimationis dotis,quę illi eſſet promiſſa. Ex dictis verò facilè conſtat licitum eſſe tale ſtatutū, non ſolum ratione lucri ceſſantis (præſertim in locis vbi pecunia facilè emuntur annui redditus, vt vult Couar.loco citato coro.8.) ſed etiā quia, ideſt pretium iuſtum pro matrimonij oneribus ſuſtinendis,vt ex dictis ſatis eſt perſpicuum.

Deciſ.

An,diſſoluto matrimonio,poſſit adhuc gener accipere fructus pignoris, non computandos in ſortem. Et quid de filijs vxoris defunctæ. Quid item de vxore, defuncto viro:& de vxore, & hæredibus, non deſcendentibus vxoris comparatione viri,aut hæredum viri.

DISPVTATIO CCCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Gener an poſſit ſoluto matrimonio tanquam tutor filiorum accipere fructus pignoris non computandos in ſortem,donec ei dos ſoluatur.*

2 *Hæredes viri quomodo reſtituere teneantur dotem vxori,vel eius hæredibus.*
Et quid in Luſitania ſeruatur.

3 *Fructus rerum dotalium quomodo pertineant ad vxorem ſoluto matrimonio,& quid de vſu.*

4 *Vxor interim donec ei dos ſoluatur, quomodo alimentari debeat de bonis mariti.*
Et quid de iure Luſitaniæ & Caſtellæ,nu.5.

6 *Hæredes viri ſi ſint in mora ſoluendi dotem,teneantur ſolum ad lucrum ceſſans.*

7 *Statutum an ſit licitum, quod hæredes uiri teneantur ſoluere vxori certam pecuniæ quantitatem, donec ei dotem perſoluant.*

1 DVbium eſt, ſi † gener fructus pignoris accipiebat interim, dum dos ei non perſoluebatur, vxorque,relicto filio,moriatur, anteq̄ dos ſoluatur,vtrum maritus (qui tutor,aut curator, eſt filij, atque vſusfructuarius in bonis illius) pſeuerare licitè poſſit in accipiendis eiſdem fructibus non computando illos in ſortem, interim dū dos,cum vſura promiſſa,non ſoluitur. Ordinationes Luſitanæ lib.4.tit.14.§ 1.negant abſque vſuræ vitio poſſe accipi. Atq; ita proculdubio eſt dicendū. Quoniam ceſſat iuſtus ille titulus, eos accipiendi vltra ſortem,ad onera matrimonij ſuſtinenda,vxorem alendo. Dubiū Deciſ.

Obſerua tn̄ poſſe tunc virū petere a patre defunctæ,aut ab alio,qui eā dotauit,aut dotē debet, vt ſoluat ſtatim dotem, in quo filius defunctę ſuccedit. Si verò non ſoluatur ſtatim,exigere poterit totum lucrum ceſſans, non ſolum quantum dos reddere poſſet, ſi ſoluenda eſſet in poſſeſſionibus ſed ēt quantum æſtimaretur lucrum, quod ex illa,ſua induſtria ſperaret:quippe cum vſufructuarius loco filij ſit eorum omnium bonorum. Idē lucrum ceſſans petere poterit filius, defuncto patre,aut tutor,vel curator filij. Mortuo autem gn̄o & ſuperſtite vxore, ad quam dos promiſſa expectat,cū ceſſent matrimonij onera, vtique ea mulier petere non poterit a patre,aut ab alio,qui dotem promiſit,aut debitor illius exiſtat,quicquam vltra ſortem,niſi ſolum lucrum ex eo ipſi ceſsās, quod dos ſtatim non perſoluatur.

2 Quod ad † vxorem attinet,defuncto viro, qui dotē iam receperat, & ad hæredes vxoris defunctæ ſine liberis,quib. vir,aut hæredes viri, ſoluere tenentur dotem,obſeruandum eſt. De iure cōmuni,non ſolum quando matrimonium diſſoluitur per mortem vxoris, manere virū in poſſeſſione omnium bonorum, tanquam familiæ caput, ab eoq; recipere debere hæredes vxoris dotem, & cætera bona,quæ ad ipſam ſpectabant, ſed etiam qn̄ diſſoluitur matrimonium per mortem viri, manere hæredes viri tanquam familiæ caput, ab eiſque vxorem recipere debere, quæ ad ipſam ſpectant. Tametſi interim, dum dos ei non reſtituitur,poſſit vxor retinere domum, in qua ſimul cū viro habitabat, & bona omnia intra illam reperta. In Luſitania verò, quando matrimonium contractu medietatis bonorum celebratum eſt vxor, tanquam familiæ caput, manet in poſſeſſione bonorum omnium communium, aut quæ ei aliquo modo ſunt obligata,ab eaque hæredes viri accipere debent medietatem omnium bonorum, retinente ipſa medietatem alteram. Ius Luſitanū.

Quando

Quando verò contractu arrhatum & dotis matrimoniũ fuit celebratum,licèt bona, quæ erant peculiaria viri, ſtatim ad hæredes viri ſpectent, neq; vxor in poſſeſſione eorũ maneat;in reliquis tñ,q̃ vel propria ſunt vxoris, vel inter ipſam & hæredes viri diuidenda ſunt, manet vxor in poſſeſſione, ab eaq; hæredes viri accipere debẽt,quæ ad ipſos ſpectant. Hæc hñr 4.l.ord.tit.7.§.1. & trib. ſequentib. Interdũ ẽt in Luſitania, quando mr̃imoniũ cõtractu arrharũ & dotis celebratur, ſolet in inſtrumentis deduci in pactũ,ꝙ,ſi matrimoniũ per mortem viri diſſoluatur, vxor maneat caput familiæ,& ab ea hæredes viri accipiāt,quæ ad virum ſpectāt: ſtandumq; eſt eiuſmodi pacto iuxta ea,quæ tit.7.citato in prin.traduntur.

Deinde eſt obſeruandum,in euentib. in quib. de iure cõi,aut Luſitaniæ, vxor, aut hæredes ipſius,accipere debent dotem, & alia bona vxoris, de manu viri, aut de manu hæredum viri, quondam de iure cõi fuiſſe ſtatutũ,vt vir, aut hæredes viri,reſtituere tenerẽtur dotẽ vxoris annua,bima, trima,hoc eſt,intra tres annos,reſtituendo ſingulis annis tertiam partem totius dotis. Nouiſſimè verò ſancitum fuit,quod, qñ dos conſiſtit in bonis aliquib. immobilibus inæſtimatis reſtituatur ſtatim abſque vlla mora quo ad hæc bona.

Si verò conſiſtat in rebus mobilib. aut ſe mouentibus,vel in iurib. incorporal b. inæſtimatis, aut deniq; reddenda ſit tota ſumma quo ad ſolã æſtimationem, tunc quo ad hæc omnia reſtituatur dos intra annum a die ſoluti matrimonij. Ita habetur expreſſe l. vnica.§.exactio.C.de rei vxor. act.& l.pen.tit.11.p.4. Ait verò Anto.Gom.ad l. 50.Taur.num.46. in hoc regno iam hodie ſolere inſtrumentis dotalibus deduci in pactum, vt ſoluatur intra triginta dies, ſeruandumq; tunc eſſe pactum.Similiq; modo in Luſitania, ſi quod interueniat in inſtrumentis dotalibus hac de re pactum,illi eſt ſtandum.

3 A die diſſoluti matrimonij,fructus † rerũ dotalium immobilium, ſi traditæ fuerunt inæſtimatæ,pertinent ad vxorem, aut ad hæredes vxoris, & ſimiliter fructus rerum mobilium inæſtimatarum,vt ſunt fructus pecorum,merces nauis locatæ,iumentorum,aut mancipiorum locatorũ. Vſus,tamẽ iſtorum omnium,& vſus dotis, quę in ſumma conſiſtit,quam maritus debeat,& non in aliquib. determinatis rebus in indiuiduo, pertinet ad virum, aut ad hæredes viri, toto tempore ad reſtitutionem dotis eis conceſſo. Hæc habentur l.vnica.§.exactio,citatis, & affirmant Anto. Gom.a nu.46.citato, Couar.in Epitom.ad 4.decret.p.2.c.3.§.9.Et alij,quos referunt.

4 Interim † dum vxori,intra tempus a iure permiſſum,dos non traditur,ali debet de mariti bonis,vt affirmant Pan.c. Salubriter de vſuris,Bar. & alij,quos referunt ac ſequuntur. Ant.Gom.l. 50.Taur.nu.48.& Cou.4 var.reſ.c.1.num.3.col.6.& in Epitom.loco citato.nu.9.& 10.Intelligendum tamen eſt, dummodo alimenta petat, neque aliunde habeat a quo ſuſtentetur. Quarè,ſi ab alio alimenta ei præbeantur, non tenentur hæredes mariti ea ſoluere:niſi idcirco illi ſint collata,quia,cum ab hæredibus ea petiuiſſet,noluiſsēt ea illi miniſtrare, eaque de cauſa coacta eſſet petere ea ab alijs;tunc.n.ſoluere tenẽtur hæredes quę ita expendiſſet; Ait verò Cou.nu.10.citato,ſi intra id tempus ad ſecundas tranſiſset nuptias, pauperq; eſset, neque dos illi traderetur, præbenda eſse illi alimenta:ſecus autem,cum alijs, quos refert,eſse ait ſi diues eſset,virque eam aleret.

Præterea, ſi iuxta hactenus dicta, fructus aliq; bonorum dotalium, aut aliorum ſuorum bonorum,intra id tempus ad eam pertineant,de eis eſt alenda, & ſolum, ſi quid deeſset ad integram ſuſtentationem, ſoluendum eſt illi de bonis mariti defuncti. Porrò,inter alimenta ei præſtāda,computat Couar.num.10.citato,veſtes lugubres. Tenetur præterea mulier illa eo tempore laborare iuxta conſuetudinem patriæ, & qualitatem perſonæ. Statim verò,ac dos illi ſoluitur, non debẽtur ei alimenta,etiam ſi continuo poſt mortem mariti ei ſoluatur.

Quia verò ius hoc alimentorum ortum ex eo habet, quod pro dote debita ſint alimenta vxori interim dum, iuxta iuris diſpoſitionem,dos ei nõ ſoluitur priuilegiũ hoc eſt perſonale vxoris, quo fit,vt mortua vxore, vel diſſoluto matrimonio p̃ mortem vxoris,alimenta non debeantur hæredibus illius,interim dum dos ei non ſoluitur.

5 Credo † tamen in his Luſitaniæ & Caſtellæ regnis, in quibus vel bona omnia ſunt cõmunia, vel certè bona ſuperlucrata cõia eis ſunt,conſuetudinem habere, vt de communibus bonis vxor ſuſtentetur, interim dum partitio bonorum non abſoluitur,& non traditur ei dos.

Illud ẽt obſerua, ſi vxor maneat p̃gnans alimẽta eſſe ei præbenda de bonis cõib. ẽt ſi dos ſtatim ei tradatur,iuxta l.1.§.mulier. ff.de ventre in poſſeſſ.mittend.lege Ant.Gom.vbi ſupra.

His ita conſtitutis,dicendum eſt cum Cou.co
6 rol.6.citato,Cai.2.2.q.78.a.2.ad 6.& alij.A † tẽpore,in quo,iuxta hactenus dicta,hæredes viri in mora ſunt ſoluendi dotem vxori, aut vir, vel ipſius hæredes, in mora ſunt ſoluendi dotem hæredib. vxoris,vxorem,hæredesve illius, ſolum poſſe exigere lucrum ceſſans ex eo,quod dos non ſoluatur,non verò aliquid aliud vltra ſortem,quicquid aliqui in contrarium dicant, vt ſatis perſpicuum eſt ex hactenus dictis:eo quòd nullum aliũ iuſtum titulum habeant, vnde plus exigere poſſint. Antequam aũt vlla ſit mora ſoluẽdi dotem, ſolum petere poterunt fructus dotis,ſi qui, iuxta hactenus dicta,a die ſoluti matrimonij ad vxorẽ pertineant,& inſuper exigere poterit vxor, quod ſuperfuerit ad competentia ſua alimenta eo tempore,iuxta ea quæ dicta ſunt.

7 Controuertunt † doctores, an eſſet licitum ſtatutum, quo ſanciretur, vt interim,dũ viduis dos non perſolueretur, tenerẽtur hæredes mariti ſoluere eis quotannis certam pecuniæ quantitatem ad rationem, verbi gratia, vnius pro quatuordecim æſtimationis dotis,vt in calce præcedentis diſputationis definitũ eſt, licitũ eſſe tale ſtatutum comparatione generi, interim dum dos promiſſa ei non ſolueretur. Dubiũ

Multi

Multi, quos Couar. 3. var. reſ. c. 1. nu. 3. coroll. 7. refert, affirmant eſſe illicitum, & contra clemẽtin. 1. de vſuris. Ratio eorum eſt, quoniam vſuras introduceret. Mihi certè opinio hæc nõ diſplicet: qm̃, vt ex dictis conſtat, viduis in primo anno ſolũ debẽtur fructus aliqui dotis, & inſuper, ſi quid deſit ad cõpetentia alimenta, quæ aliunde non habeant: deinceps verò ſolum ei debetur lucrum ceſſans: & ſi quid amplius accipiãt, vſurã cõmittũt. Vñ iniquũ eſſet ſtatutũ, ꝙ plus eis concederet. Imò, qñ ſtatutũ id taxaret, arbitrando quãtum ex capitib. commemoratis quotannis ei eſſet ſoluendum, vim non haberet in conſcię foro, niſi qñ vel fructus illi dotis, & alimẽta, vel lucrũ ceſſans, re vera id totũ valerent, ſpectatis circunſtantijs oĩbus, quæ circa vnamquamque viduam contingerent: quare non conſulerem condi tale ſtatutum.

Niſi fortè in pœnam iuſtam hæredibus mariti id ſanciretur, quando, contra viduæ voluntatem, dos detineretur vltra tempus lege taxatum, interuenienteq; vera culpa ex parte detinentium, vt Caiet. in reſp. ad 6. citata, vult: deficiente. n. culpa, aut vidua non renitente, nihil accipi poſſet in pœnam: quoniam, vbi culpa deeſt, pœna locum non habet. Quo fit, vt neq; in pœnam prudens, ac tutũ eſſet tale ſtatutum.

Vſurane ſit, proprietarium in ſortem non computare fructus pignoris pro mutuo a feudatario, aut emphyteuta, acceptos.

DISPVTATIO CCCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius quomodo non teneatur cõputare fructus pignoris in ſortẽ, pro mutuo a feudatario, aut emphyteutica acceptos, & quare, nu. 3.*

2 *Cap. 1. de feudis, & cap. conqueſtus, de vſu. quomodo intelligantur.*

4 *Contractus feudi, & emphyteuſis quibus conditionibus inſtitui poſſint.*

1 CAp. 1. de feudis, & c. conqueſtus, de vſur. habetur, qñ feudatarius † dat proprietario ꝓ mutuo rem in pignus, quam in feudum habebat, non teneri eiuſmodi proprietarium computare in ſortem fructus, quos ex ea re perceperit: modo tamen interim, dum pignus retinet, fructusq; ex illo percepit, immunem feudatarium efficiat a ſeruitio, quod pro vtili dominio talis rei ei debebat. Quod ſi, vel ſeruitium exigat, vel oblatum recipiat, nulla facta proteſtatione, quod recipere illud non velit tanquam debitum pro vſufructu, dominiove vtili rei illius, tunc computare tenetur fructus pignoris illius in ſortem, aut reddere illos feudatario.

2 Doctores † addunt, doctrinam illorum capitũ intelligendam eſſe, quando feudatarius meliorationes non fecerat in re feudali: ſi. n. res illa maiores fructus ratione meliorationum reddat, tunc proprietarius computare tenetur exceſſum illum in ſortem, aut reddere illum feudatario. Item addunt, intelligendam eſſe, quando feudatarius nihil pretij dedit pro feudo (adde tu, neq; in recompenſationem pro aliquibus obſequijs, aut meritis, eſt illi traditum) ſed ſolum pro ſeruitio, aut penſione, in poſterum exhibendis.

Si enim ratione pretij, aut meritorum antecedentium, minor penſio, aut minus ſeruitium ſubſequens, illi a principio fuit impoſitum, ita quod partem fructuum recipiat ob pretium, aut merita antecedentia, & partem aliam ob penſionem, aut ſeruitium ſubſequens, tunc vſura erit, portionem fructuum, quæ pretio, aut meritis antecedentibus reſpondet, non cõputare in ſortem, aut non tradere illam feudatario. Conſentiunt Nau. in Man. c. 17. num. 218. & alij, quos citat. Idem ſub eiſdem conditionib. ait Nau. vbi ſupra nu. 217. eſſe de re emphyteutica, comparatione proprietarij, & conſentiunt alij, quos citat. Imò id ſancitum eſt 4. li. Luſitanarum ord. tit. 14. §. 4.

3 Difficultas verò † non parua eſt, quænam ſit ratio, cur in eiuſmodi cõtractu vſura non interueniat. Gl. c. conqueſtus, ait id in priuilegium Eccleſiæ eſſe conceſſũ. Merito tñ reijcitur cõiter. Qm̃, ſi ex natura rei in eo vſura interuenit, ſanè priuilegium efficere non poteſt, vt liceat, vt diſp. 321. dictum eſt. Quare communis doctorum ſententia affirmat, id licere, etiam quando proprietarius non eſt Eccleſia, ſed quiuis laicus.

Sotus 6. de iuſti. q. 1. ar. 2. in reſponſ. ad vlt. Io. Medina de reb. per vſuram acquiſ. q. 2. verſ. ad c. conqueſtus, Conrad. de contract. b. q. 32. & quidam alij, aſſerunt, id ex feudi natura prouenire, ad quam pertinet, quod, quando proprietario in pignus id datur, ꝙ ſuum eſt quo ad proprietatẽ, poſſit accipere, fructus illius non computandos in ſortem, interim tamen remittendo feudatario onus, quod ratione dominij vtilis debebat.

Hoc tñ, niſi aliud addatur, ſanè non ſatisfacit. Etenim feudatarium concedere ita ad tẽps dominium vtile, priuarive fructib. quos interim proprietarius recipiat, eſt quippiam pretio æſtimabile: quo fit, vt, mutuantẽ accipere illos non computandos in ſortẽ, grauamenve illud mutuatario vi mutui imponere, nempe vt pignus tradat cuius fructib. ſit eo ipſo priuandus, vſuræ vitiũ ex ipſa rei natura continere videatur. Cou. 3. var. reſ. c. 1. nu. 4. poſt Adrian. de teſt. in materia de vſur. q. reſtat breuiter ſoluere, &c. in reſp. ad 2. ait duo illa capita intelligenda eſſe, qñ fructus non excedunt ſeruitium, ꝙ feudatario remittitur. Verũtñ neq; hoc plane ſatisfacit. Qm̃ ergo feudatarium ob mutuum commutare fructus illos pro remiſſione ſeruitij, eſt grauamen pecunia æſtimabile; atq; adeo neque ea via vſuræ labes vitatur.

Idcirco in hac re difficili, non mihi occurrit q̃d aliud commodius dici poſſit quam quod dicunt Maior. in 4. diſt. 15. quæſt. 31. caſ. 1. Gabriel ibidem, quæſt. 11. ar. 2. concluſ. 4. caſ. 2. Almai. ibidem. quæſt. 2. & quidã alij. Nempe, quemadmodum, quando † contractus feudi, & emphyteuſis,

4 primò

primò fuerunt inſtituti, fuiſſe inſtitutos cũ quibuſdã conditionib. quib. violatis,amitteretur dominium vtile,& rediret ad proprietarium; ſic ẽẽ inſtitui potuiſſe cum ea conditione, quod,ſi proprietario res feudalis,aut emphyteutica, traderetur in pignus, pertinerent ad eum fructus illius, nec teneretur computare illos in ſortem, modo ſeruitium,ſeu penſionem, remitteret; videtique ita re ipſa fuiſſe inſtitutos, vt ex vſu, & declaratione illa duorum illorum iurium conſtat.

Quo fit,vt neq; neceſſe ſit id deduci in pactũ, qñ celebratur contractus feudi, aut emphyteuſis, vt Gabriel,& Almainus locis citatis velle videntur,neque item quando res feudalis, aut emphyteutica,traditur in pignus proprietario.

Dicendum itaque eſt, proprietarium, non vi mutui accipere fructus non computandos in ſortem,id enim vſura eſſet: ſed vi naturæ contractus feudi,atque emphyteuſis. Et fortè Sotus, & Medina,non aliud voluerunt.

Vtrum Pactum legis commiſſoriæ locum habeat in pignoribus, & num ſit vſurarius.

DISPVTATIO CCCXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ in venditionibus,quid: Et quid in pignoribus.nu.2.*
3 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus prohibitum,& irritum eſt.*
4 *Pactum,quod debitore intra terminum non ſoluente,pignus ſit venditum iuſto pretio arbitrio boni viri,validum eſt, etiam de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.*
5 *Vſura an ſit,mutuare cum pacto, quod ſi debitum intra certum tempus non ſoluatur, pignus maneat venditum iuſto pretio.*
6 *Fideiuſſor an licitè paciſcatur cum debitore, quod ſi intra terminum præfixum debitum non ſoluat,maneat pignus ſibi venditum certo aliquo pretio.*

PActum legis commiſſoriæ in venditionibus eſt,qñ aliquid venditur cum pacto, ſeu conditione, quod ſi emptor pretium non dederit intra terminum conſtitutum,vt intra menſem, aut annum, vel alium, quem contrahentes præfixerint,res ſit non vendita.

Et tunc,ſi emptor intra eum terminũ pretium non dederit, in poteſtate venditoris, tranſacto termino,eſt,vel retinere,aut repetere, rem quam vendidit,diſſoluereque venditionem, vel cogere emptorem ad pretij ſolutionem:eo quod pactum illud in fauorem ſolius venditoris ſit appoſitum; vnde in venditionibus validum eſt eiuſmodi pactum.

Ita habetur l.prima,& per totum titulum, ff. de lege commiſſoria,& conſentiunt Doctor.omnes. Inde verò pactum legis commiſſoriæ fuit nuncupatum,quod ea lege ac conditione res vendatur, vt, ſi pretium intra præſcriptum tempus nõ ſoluatur,emptor incidat in commiſſum, amittatque ea de cauſa rem, quaſi ſibi non venditam, eo modo,quo emphyteuta incidere dicitur in cõmiſſum amittendi emphyteuſim, quando aliqua non ſeruat,vt ſuo loco dicetur.

2 In pignoribus † verò pactum legis commiſſoriæ eſt,qñ aliquis pignus pro mutuo, aut quocunq; alio debito,accipit,ea lege, & conditione, quod, ſi debitor intra certum tempus debitũ nõ ſoluerit, pignus efficiatur creditoris pro eo debito,aut emptum certo alio,& determinato pretio, quaſi debitor eo ipſo, quod intra præfixum tempus non ſoluit,incidat in commiſſum, amittendi eo modo pignus.

3 Pactum † hoc reprobatum, irritumq; eſt redditum in pignoribus,l.vltim.& l.prim. C.de pacts pignor.c.ſignificante de pignorib.l.41.tit.5. & l.12.tit.13.p.5.& lib.4 Luſitanarum ordinationum,titu 26.in princip. Et quidem, ſi pignus plus valeret quam pretium illud, & tamquam lucrum ex mutuo, aut ex dilatione ſolutionis, pactum illud apponeretur,vſura id eſſet,ſecluſa quacunque poſitiua lege,qua eiuſmodi pactum prohiberetur.

Ad hoc autem, & alia mala vitãda, merito iuribus citatis prohibitum,irritumque eſt effectum eiuſmodi pactũ in pignorib. quo fit, vt eſto debitor terminum præfixum tranſgrediatur, repetere poſſit pignus ſuum,ſoluto debito. Si tamen propter moram in cauſa fuit creditori alicuius lucri ceſſantis, aut damni emergentis, tenetur ei id reſarcire,vt diſp.315.& 299.dictum eſt.

Obſeruat verò Pan. capite ſignificante citato,
4 nu.6.ſi † pactum ſit, quod debitore intra terminum non ſoluente,pignus ſit venditum,non certo aliquo & determinato pretio, ſed pretio iuſto arbitrio boni viri, validum eſſe tale pactum.

Eſtque id iam hodie definitum legib. Caſtellæ citatis,& in ordinat.Luſit.titu.citato. §.primo pignus a duob. probis viris ęſtimetur,quomodo, in quo ſtatuitur, quod tranſacto termino horum vnum eligat creditor, alterum debitor, adhibito eis iureiurando, quod pretium ſyncere æſtimabunt. Ibidem §.ſecundo, ſubiungitur, ſi pactum ſit, quod pignus ſit vẽditum pro iuſto pretio creditoris arbitrio æſtimando,ſit eo ipſo nullum tale pactum,eſto conuenerint,vt adhibito prius iureiurando,pretium æſtimarent. Bar.a Panor.ibidem,& ab alijs relatus,ait, ſi pactum eſſet, quod pignus,termino tranſacto,maneret venditum,eſſe validum:qm̃ ſenſus eſſet,quod maneret venditum iuſto pretio arbitrio boni viri æſtimandum. Placet verò hæc ſententia, quæ communis eſt, & quam,inter alios,approbat Couar.3.variar.reſ.c. 2.ad finem,nu.7.

Non defuit, qui in hunc modum aduerſus ha-
5 ctenus dicta argumentaretur. Vſura † eſt ob mutuum,aut ob dilationem ſolutionis, obligare debitorem ad vendendum pignus, etiam pretio iuſto, non ſecus atque vſura eſt obligare ad ineun-

dum contractum aſſecurationis, vt diſp. 318. oſtē ſum eſt: ergo vſura eſt mutuare cum pacto, quod, ſi debitum intra certum tempus non ſoluatur, pignus maneat venditum iuſto pretio.

Ad hoc reſpondet Couar. loco citato, ſi id fieret tanquam grauamen pro mutuo, atque iniunctum tanquam lucrum ex mutuo, vtique eſſe vſuram. Si tamen fiat, vt creditor ſe indemnem ſeruet, eaque via in termino recompenſationem accipiat rei ſibi debitæ, nullam eſſe vſuram. Adde, poſſe etiam grauamen illud licitè iniungi debitori in pœnam iuſtam, ſi in termino conſtituto debitum non ſoluat, vt bene Nau. in Man. c. 17. num. 203. & 217. adnotauit.

Dubiū 6 Dubium eſt, vtrum † ſaltem fideiuſſor licitè paciſci cum debitore poſſit, quod, ſi intra terminū præfixum debitum non ſoluat, maneat pignus certo aliquo pretio ſibi venditum. Quicquid autem Couar. loco citato dicat, ſanè eiuſmodi contractus improbatus non eſt, ſed potius permiſſus, atque approbatus iure ciuili. l. vlt. ff. de contrahenda emptio. quare, ſi vel pretium in ſe eſſet iuſtū, vel in pœnam iuſtam debitori eſſet iniunctum, vt pignus viliori illo pretio eſſet venditum, vel fideiuſſio ea compenſatione eſſet digna, improbare non auderem tale pactum, iuxta ea, quæ præcedentib. diſputationib. dicta ſunt: tametſi ſemper ſit conſulendum, vt homines ab eiuſmodi pactis abſtineant. De pignoris contractu inferius ſuo loco dicetur.

Satisfit.

Vtrum in Monte pietatis vſura interueniat.

DISPVTATIO CCCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Pietatis mons quid: & quæ leges illius.*
2 *Pietatis mons an licitè poſſit aliquid accipere vltra ſortem.*
3 *Pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſtatuta à Leone X. contra eos, qui diſputant, aut prædicāt contra montes pietatis.*

POſtremò de monte pietatis eſt diſputandum, vſurariuſne ſit, an potius licitus, & ſanctus. Mons pietatis præſertim apud Italos eſt in vſu. Cum enim pecunia indigentes, Hebræorum vſuris opprimerentur: alij item, vt ſuis neceſſitatib. ad breue tempus ſubuenirent, cogerentur veſtes, & alia, quæ magno pretio emerunt, vili vendere: ad hæc, & ad alia multa vitāda, concionatorum, aliorumque piorum virorum ſuaſu, erecti ſunt

1 montes pietatis, quos vocant. Sunt † verò non aliud, quam ſumma quædam pecuniæ publicè deputata ad ſubueniendum per mutuum illa indigētibus vt ea ratione maiora mala, atque diſpendia vitarentur.

Ea autem pecunia vt plurimum cōgregari ſolebat, contribuentib. priuatis hominib. vnoquoque eorum pro ſua deuotione, ſiue donatione inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem, interdū etiam reſpublica de communib. bonis ad id illam deputabat.

Leges horum mentium erant, vt ex ea pecunia ſingulis indigentib. mutuo daretur vſque ad certam quandam ſummam, ſoluendam ad annum, aut duos annos, relictis pignoribus, quæ illam valerent.

Quòd ſi intra terminum præſcriptum pecuniam non reddebant, vendebantur continuo pignora, atque ex pretio ſoluebatur mutuum, reponebaturq; in monte: incrementum verò pretij, dominis pignorum reddebatur.

Quia tamen neceſſarij erant miniſtri, qui curā huius pecuniæ haberent, quique mutuo illam darent, acciperentque, & cuſtodirent pignora, ea redderent dominis, aut venderent, & reciperent mutui ſolutionem, qui ſanè ſtipendio competenti indigebant: quia item neceſſarij erant ſumptus ad conducendam domum, in qua pecunia, & pignora, ſeruarentur, & ad quam accederent, qui mutuo indigebant: itemq; ad emendos libros rationum, arcam pecuniæ aſſeruandæ, & cætera inſtrumenta ad eam negotiationem exercendam; ne pecunia montis paulatim in his omnib. ſumptib. decreſceret, ac tandem conſumeretur, ſancitum erat, vt ſinguli mutuatarij menſib. ſingulis modicum quid contribuerent vltra ſortem pro quantitate ſummæ, quam mutuo acciperent, præciſè quantum, prudentis arbitrio, ſufficeret ad eos omnes ſumptus, ita vt neq; pecunia montis ex mutuo accreſceret, neq; item decreſceret, ſed perpetuo in eodem ſtatu ad indigentium vtilitatem conſeruaretur.

2 Atq; de hac † ſola vltima lege, & fuit quondam controuerſia, eſſet ne licita eiuſmodi receptio modicæ illius quantitatis vltra ſortem ad sūptus illos, ac fines, an verò illicita eſſet, & vſuraria, & ad noſtra vſque tempora apud quoſdam perſeuerauit, nihil impediente, quod Leo X. in Lateranenſi Concilio, approbante eodem ſacro Concilio, definierit, ac declarauerit, licitos eſſe montes pietatis ſub forma explicata erectos, ac inſtitutos.

Caietan. itaque ſecundo tomo, opuſ. tract. 6. & Sotus ſexto, de iuſtitia quæſt. 1. art. 6. contendunt, vſuram interuenire in receptione illa vltra ſortem ad ſumptus illos, eoſque ſumptus, ſaltem quatenus ad conſeruationem pecuniæ illius ordinantur (vt Caiet. & Soti ſententia præcipuè ordinantur,) ex monte ipſo, aut aliunde, eſſe faciendos, non verò contribuentibus ad id mutuatarijs, eo quod vſura ſit incrementum illud ea de cauſa accipere.

Id autem probāt, quoniam, ſi diues aliquis eo modo pecuniam aliquam per aliquot annos ad id deputaſſet, retento dominio illius, vſurarius ſanè eſſet, ſi ad eos ſumptus incrementum aliquod a mutuatarijs acciperet; quandoquidem ſumptus ad ſuam pecuniam conſeruandam, non ad mutuatarios, ſed ad ipſum ſpectant, eſto ad mutuum, in illorum gratiam, deputatam eam habeat; ergo quamuis dominium illius à ſe abdicauerit

uerit, illudque in rempublicam tranſtulerit, qui ad illum præciſè vſum eã conceſſit: vt iq; ad rẽpublicã ipſam ex ipſamet pecunia, aut aliunde, pertinebit eos ſumptus facere, non verò ad mutuatarios, eaq; de cã, ſi ab illis aliquid vltra ſortem acciplat, vſuram committet. Quod ſi, ait Sotus pecunia illa nullius remaneat, ad ipſam ſpectabit ſe ipſam conſeruare, atque adeo ad adminiſtratores illius attinebit ſumptus ad id neceſſarios ex ea facere, nihil impediente, quod, dum id exercetur, ad quod fuit relicta, paulatim conſumatur.

Contrariam ſententiam affirmant Io. Med. de rebus per vſur. acquiſ. q. 10. & Nau. in comment. de vſur. a nu. 64. quam tangit etiam in Manuali, c. 17. nu. 213. eſtque proculdubio amplectenda. Sicut enim licitum eſt aliquid accipere a mutuatarijs ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, vt diſputationibus præcedentibus oſtenſum eſt, neque in eo vlla cernitur vſura, quia non accipitur pro mutuo, ſed mutui occaſione ex longè alio titulo, eo ꝙ fas ſit mutuanti, non alia ratione velle mutuare, quam deducendo in pactum tacitum, aut expreſſum, vt a mutuatarijs indemnis ſeruetur, eaq; de cauſa licitè poteſt accipere ab eis damnum, quod ei emergit, aut lucrum, quod ei ceſſat, ob mutuum: ita fas eſt accipere a mutuatarijs expenſas omnes, quæ, vt mutuum in eorum gratiam præparatum ſemper habeatur, eiſque, quando voluerint, detur, fiunt: neque enim ſubire eas tenetur, qui beneficium mutui præſtat, ſed fas ipſi eſt, deducere illas mutuatarijs in pactum; vt, ſi mutuum, in ipſorum ſolum commodum ex charitate præparatum, accipere velint, eas ſoluant, alioquin ab accipiendo eo mutuo ſe contineant: quo fit, vt ex commutatiua iuſtitia in eo euentu teneantur mutuatarij eas ſoluere, non quidem vi mutui, quaſi, ſecluſo quocunque alio contractu, ex ſolo mutuo ad illas tenerentur, ſed vi alterius contractus iuſti, quo ea lege datur illis mutuum in ipſorum commodum præparatum, ſi ad expenſas in eorundem commodum factas contribuere pro rata velint, de quibus non minus licitum eſt paciſci, quam de lucro ceſſante, aut damno ratione mutui emergente.

Quo loco obſerua, ſicut, qui maiori tempore mutuum detinet, plus ſoluere ſolet pro lucro ceſſante, eo quod maiori tempore maius lucrũ mutuanti ceſſare ſoleat: ſic etiam poſtulare æquitatem, vt, qui pluribus menſibus æqualem pecuniæ quantitatem ex monte pietatis mutuo detinet, plus contribuat, pro temporis rata, ad eaſdẽ communes montis expenſas, quatenus impedimento eſt, ne alij illis menſibus eam accipiant, qui ad eaſdem expenſas contribuerent, ſi illis menſibus mutuo eis illa daretur.

Atque hinc ceſſat obiectio aduerſariorũ, qua dicunt, iniungendum non eſſe, vt qui longiori tempore mutuo pecuniam detinerent, plus contribuerent.

Adde, cum in his, propter circunſtantiarum varietatem, attingi non poſſit omnimoda æqualitas, ſatis eſſe ſtatuere rationabiles leges, quæ, quantum natura rei patiatur, ſeruent æqualitatem.

Neque eſt cur de illis mutuatarij conquerantur, præſertim cum nullos eorum cogatur inire eiuſmodi contractum, & cum ea omnia ordinentur, vt mutuatarij ipſi ea ratione a longè maioribus grauaminibus, ac diſpendijs liberentur.

In confirmationem huius ſnīæ accedit, approbante ſacro Lateranenſi Conc. definitam fuiſſe a
3 Leone X. ſeſſ. 10. ſtatuta † excõ cationis latæ ſententiæ pœna ijs, qui in contrarium aliquid prædicare, aut diſputare, verbo, vel ſcripto, auderent, ibidemque Leonem Decimum, affirmare, a ſuis prædeceſſoribus, Paulo Secundo, Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro IV. & Iulio II. approbatos fuiſſe montes pietatis, indulgentijs in eorum fauorem conceſſis.

Ac ſanè Caie. & Sotus (quod pace doctiſſimorum virorum, ac de Theologia, Chriſtianaq; religione, benemeritorum, dixerim) parum reuerenter, nimiſq; audacter, circa Summi Pontif. ac generalis Concil. definitionem, ad mores pertinentem, loquuntur, & plus iuſto poteſtatem, quæ in Eccleſia eſt ad definiẽdum, & declarandum quæ ad fidẽ, & mores ſpectant, coarctãt, neq; eſt tuta eorũ opinio. Id præterea friuolũ eſt, ꝙ Sotus ait, multa videlicet illius Concilij recepta non eſſe.

Licèt. n. ſtatuta, quæ iuris ſunt humani, vim habere deſinant, ſi non recipiantur; definitiones tamen, & declarationes eorum, quæ ad fidem, & mores ſpectant, ſi Concilij, & Summi Pontificis ſint, ab acceptione non pendent, vt in ſe ſint certiſſimæ.

Aliæ præterea Caietani, & Soti tergiuerſationes, quod ſ. mens Summi Pontificis, & Concilij, non fuerit approbare leges, & capitula montis pietatis, niſi cum ea limitatione, quatenus ſacris canonibus non fuerint contraria, nullius ſanè ſunt momenti.

Etenim in ea ſeſſione expreſſe diſputatur controuerſia pro vtraque parte, fas ne ſit accipere a mutuatarijs aliquid vltra ſortẽ ad eas expenſas, & definitur pars, quæ affirmat. Adde tamen, melius eſſe, ſi, qui in eiuſmodi montes pietatis erigerent, redditus aliquos relinquerent ad ſumptus illos perſoluendos.

Illud denique, quod ex dictis ſatis liquet, eſt obſeruandum, licitum non eſſe paciſci, atque exigere aliquid vltra ſortem ad montem pietatis augendum, aut ad aliquid aliud, quam præciſe ad expenſas neceſſarias: in eo enim, quod inſuper acciperetur, vſura interueniret manifeſta.

Ad argumentum in contrarium, licèt aliqui negare renuat antecedens, ex ratione tamen a nobis confecta ſatis eſt perſpicuum, intrepidè eſſe negandum.

Etenim quamuis ad pecuniæ dominum ſpectet facere ſumptus ad ſuæ pecuniæ conſeruationem neceſſarios, neque poſſit deducere illos in pactum, vt a mutuatarius ſoluantur, quando ad mutuum, commodumque mutuatariorum eos non ordinauit, quando tamen præciſè ſunt fa-

M 2 cti,

cti, vt ea pecunia ad mutuum in aliorum commodum deſeruiret, ad mutuatariorum maius damnum vitandum, licitum eſt deducere mutuatarijs in pactum, vt ad illos contribuant, ſi mutuum accipere velint; non minus, quam ſit licitum, deducere eiſdem in pactum lucrum ceſſans, aut damnum mutuanti ex mutuo emergens.

Ex dictis patet, licitum eſſe communitatibus, aut etiam priuatis hominibus, eiuſmodi montes pietatis erigere, retinendo dominium pecuniæ ad mutuum eo modo deputatæ, & cum poteſtate reuocandi eiuſmodi montes, & conuertendi pecuniam illam ad alios vſus, quando ſine mutuatariorum detrimento voluerint.

Ac ſanè Sotus, & Caietanus nullum diſcrimen faciunt, ſiue dominium permaneat apud deputantem pecuniam ad mutuum, ſiue illud a ſe abdicet, vt ex argumento, cui innituntur, conſtat.

Reliqua, quæ hoc loco examinari poterant, nũ in eis vſura interueniret, an non: dicentur commodius in materia de emptione, & venditione, & in alijs ſuis proprijs ſedibus.

Vtrum vſurarius dominium eorum comparet, quæ per vſuram acquirit.

DISPVTATIO CCCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius an comparet dominium eorum, quæ per vſuram acquirit.*
2 *Dominium quare per traditionem comparetur.*
3 *Donans aliquid, aut tradens (etiam metu cadente in conſtantem virum) transfert dominium in accipientem.*
Limita tamen, vt ibid.
4 *Vſurarius non comparat dominium rei per vſurã immediate acquiſitæ.*
5 *Vſurarius comparans per vſuram rem aliquam fructiferam, quare etiam fructus reſtituere teneatur.*
6 *Vſurarius interdum per accidẽs efficitur dominus pecuniæ, quam per vſuram acquiſiuit.*
7 *Dominium de iure ciuili quomodo transferatur, quando per vim aliquid eſt traditum.*
Et quid in conſcientiæ foro, nu 8.
9 *Contractum quibus caſibus vitiat inuoluntarium mixtè.*
10 *Ius naturale duobus modis reſiſtit alicui actioni, aut acceptioni.*
11 *Matrimonium contractum poſt votum ſimplex caſtitatis irritum factum fuit a Gregorio decimotertio.*

1 Conſequenter eſt examinandum, num † vſurarius dominium eorum comparet, quæ per vſuram acquirit. Gloſſ. capit. ſi quis vſuram. 14. quæſtion. quarta, Scotus in quarta diſtinction. decimaquinta, quæſtione ſecunda, artic. tertio, Palud. eadem diſtinctio. & quæſtio, articulo quinto, Adrian. de reſtitutio. in materia de vſura quæſt. ex his alia oritur quæſt. &c. Henric. quodlib. quarto, quæſtio. 27. Nauarr. in Manuali, cap. 17. nu. 265. & plerique alij ex iuris canonici interpretibus, dominium comparare affirmant.

Suaderi autem id poteſt. Primò, quoniam, vt Inſtit. de rerum diuiſione, §. per traditionem,
2 hũ, per † traditionem comparatur rei dominium, redditurque ibi hæc ratio; *quoniam nihil tam conueniens eſt naturali æquitati, quam voluntatem domini nolentis rem ſuam in alium transferre, ratam habere*: cum ergo mutuatarius voluntate ſua mutuanti tradit lucrum vſurarium, quod erat mutuatarij, conſequens eſt, vt mutuans dominiũ illius comparet.

Neque obſtat, quod traditio illa ſit inuoluntaria mixtè: quoniam, vt Ariſtotel. tertio libr. Ethicorum capitulo primo, ait, ſimpliciter eſt voluntaria, & ſecundum quid ſolum inuoluntaria: non ſecus, ac voluntas eius, qui tempeſtate coactus, merces ſuas proijcit in mare, ſimpliciter eſt voluntaria.

3 Secundò, qui † metu, etiam cadente in virum conſtantem, donat, aut tradit rem aliquam, transfert dominium illius in accipientem, vt colligitur ex capitul. Abbas, de ijs, quæ vi, metuſve cauſa fiunt, atque ibi notant gloſſ. & Doctores communiter: ait enim textus; *quæ vi, metuſue cauſa fiunt, de iure debent in irritum reuocari*; quaſi ipſo iure irrita non ſint, & nulla, ſed iudicis authoritate veniant irritanda, & reuocanda. Excipit tamen ibi gloſſ. euentus aliquos, in quibus, quæ per vim, aut metum facta ſunt, ipſo iure ſunt nulla.

Hinc ita conficitur argumentum. Non minus inuoluntarij, atque iniuriæ cernitur, quando per metum aliquid extorquetur, quam quando accipitur aliquid ob mutuum: ſed eius, quod per mutuum extorquetur, comparatur dominium, nihil impediente, quod reſtitutioni ſit obnoxium: ergo & eius, quod ob mutuum accipitur.

Tertiò, ſi propter inuoluntarium mixtè, quod in vſuræ ſolutione cernitur, non transferretur dominium in accipientem, ſequeretur, nec transferri, quando aliquid inuoluntariè mixtè venderetur, vt quando quis, pecuniæ neceſſitate preſſus, venderet rem, quam alioquin nullo modo vendidiſſet: conſequens autem eſt manifeſtè falſum, & contra communem vſum, communemq; doctorum ſententiã: ergo & antecedens. Sequela probatur, quoniam non eſt maior ratio, cur inuoluntarium mixtè mediãs in vno translationem dominij, quam in alio.

Quartò, ſi vſurarius non compararet dominium vſuræ, eſſet, quoniam naturalis, ac diuina

na lex prohibet illam accipere, atque adeo reſiſtit acceptioni: ſed legem prohibere rem aliquam, eique reſiſtere, non impedit dominij translationē, eſto re ipſa contra legem res illa tradatur, vt patet, quoniam qui ſimplici voto caſtitatem vouit, licèt cōtra legem diuinam peccet matrimonium contrahendo, matrimonium tamen tenet, comparatque alter coniux poteſtatem in corpus illius: patet etiam, quoniam, ſi quis vendat alicui rem aliquam, quam ei nondum tradat, licet peccet contra naturalem legem eandem rem vendendo, atque tradendo alteri, emptor tamen ſecūdus per eam traditionem comparat dominium illius, vt diſputatione 2. dictum eſt: ergo vſurarius dominium comparat rei per vſuram acquiſitæ.

Quintò, ſi vſurarius non compararet dominiū rerum, quas per vſuram acquirit, ſequeretur, irritos, ac nullos eſſe contractus omnes quos poſtea circa res illas cum alijs celebraret, atque adeo, q vſurario panem, ac vinum venderet pro pecunia, quam per vſuram acquiſiuit, teneretur eam reſtituere illi, a quo vſurarius eam acceperat; quandoquidem dominium illius apud illum perſeueraret: non ſecus ac dominium rei furto ablatæ, ad cuiuſcunque manus, quocunque titulo deueniat, perſeuerat apud eum, cuius erat, eique proinde eſt reſtituenda: conſequens autem abſurdum, falſumque videtur.

4 Contraria † ſententia, vſurarium videlicet nō comparare dominium rei per vſuram acquiſitæ, ſed perſeuerare apud dantem, eſt Diuus Thomas 2.2.q.78 art.3. vbi ait: idcirco vſurariū reſtituere teneri fructus rei per vſuram acquiſitæ, quæ vſu non conſumitur, quia ſunt fructus rei, cuius dominium apud eum perſeuerat, a quo per vſuram illam accepit.

Eadem verò prorſus eſt ratio de dominio rerum, quæ vſu conſumuntur, vt ſunt pecunia, triticum, vinum, oleum, &c. & per vſuram ſunt acquiſitæ: id quod innuit etiam Diuus Thom. ibidem in reſpon. ad tertio. Et quamuis in quarta diſtinct. 15. quæſt. 2. artic. 4. quæſtiuncula prima, dicere videatur, vſurarium comparare dominiū rerum, quas per vſuram acquirit; non tamen loquitur ex propria ſententia, vt conſtat, quoniam ſubiungit, vt quidam dicunt: poſtea verò. ſecundo ſecund. loco citato, propriam expreſſit ſententiam.

In eadem ſententia ſunt Alexand. Alenſ. tertia part. qu. 66. membro quarto, Altiſiodorenſis, tertia part. tractat. 21. q. 1. Caieta. ſecundo tomo opuſcul. tractat. octauo, capitulo primo, Sotus ſexto, de iuſtit. quæſtione prima, articulo quarto, Ioan. Medin. de rebus per vſur. acquiſit. quæſtio. quarta, ad 5. principale, Couar. 3. vari. reſol. capitul. tertio, numero ſexto, Gabri. in quarta diſtinctio decimaquinta, quæſtio. vndecima, articulo primo, Maior ibidem, quæſtio. trigeſimaoctaua, Almain quæſtio. ſecunda, Angel. verb. vſura, ſecund. numero decimooctauo. Syluest. verb. vſura ſexta quæſt. 1. & multi alij.

Ad hanc eandem ſententiam accedere videntur, D. Bonau. in quarta diſtinctio. decimaquinta, artic. 2. quæſtio. 1. & Richardus ibidem artic. 2. quæſt. 5. Eademque proculdubio nobis eſt amplectenda.

Probari autem poteſt. Primo, quoniam, vt habetur l. nunquam. ff. de acquiren. rerum domin. *Numquam nuda traditio transfert dominium, niſi præceſſerit uenditio, aut iuſta alia cauſa*, hoc eſt, iuſtus alius titulus: ſed titulus, quo aliquid ob mutuum, pactum ve vſurarium, accipitur, eſt iniuſtus, ac nullus naturali, diuina, atque humana lege, tam pontificia, quam ciuili particulari Chriſtianorum Regnorum, vt diſputatione 304. viſum eſt: ergo vſurarius non comparat dominium rei per vſuram acquiſitæ. Scio gloſſam & Bartol. l. citata, eam exponere, de cauſa iuſta vera, vel tali exiſtimata: quia, inquiunt, quando ſoluitur indebitum, transfertur dominium, eſto nō interuenerit vera cauſa iuſta, ſed quæ talis credebatur.

Cæterum in re propoſita, iam hodie conſtat titulum vſurarium eſſe iniuſtum, ac nullum, ac proinde in acceptione vſuraria interuenire non poſſe cauſam exiſtimatam iuſtam: quo fit, vt doctrina illa gloſſæ, & Bartoli, cum noſtra ſentētia non pugnet.

Præterea, mihi improbabile eſt, ex natura rei, atque in conſcientiæ foro, quando quis ſoluit alicui indebitum, credens ſe id illi debere dominiū transferri in accipientem, quicquid ſit de foro exteriori: quo fit, vt ante præſcriptionem dominiū non comparet is, cui indebitum eſt ſolutum credendo illi deberi.

Secundò, ſi vſurarius comparet per uſuram rem aliquam fructiferam, vt agrum reſtituere tenetur, non ſolum agrum ipſum, ſed etiam fructus ex illo perceptos, deductis expenſis, vt contrariæ opinionis authores confitentur, ſed, quod

5 † fructus etiam reſtituere teneatur, non alia eſt ratio, niſi illa, quam Diuus Thomas reddit articulo tertio citato, quia videlicet dominium agri non pertinet ad uſurarium, ſed ad eum, qui ob mutuum illum ei dedit: eo quod fructus rei ad dominium illius ſpectent: ergo vſurarius non comparat dominium rei, quam per vſuram acquirit.

Quod ſi dicas, vſurarium reſtituere teneri fructus illos ratione moræ reſtituendi rem, cuius ſunt fructus, eo quod mutuatarium impediat percipere ex eo fructus.

Tunc ſequeretur, quando mutuatarius culturus non erat agrum illum, aut percepturus ex eo non erat tot fructus, vſurarium non plures teneri ei reſtituere, quam fuiſſet percepturus; etenim mora reſtituendi rem, cuius dominium ad eum ſpectat, qui illam tenetur reſtituere, ſolum inducit obligationem reſtituendi damnum ex ea mora ſubſequutum ei, cui res illa erat reſtituenda.

Tertiò, non minus requiritur ad transferendum dominium rei alicuius in alterum, quam ad abdicandum a ſe ius, & concedendum illud alteri ad eam rem; quandoquidem dominium

plus eſt q̃ ius, vt ex dictis diſputationibus, 2. & 3. conſtat: ſed ſolutio vſuræ nõ ſufficit, vt mutuatarius cenſeatur abdicaſſe a ſe ius in rem, quã ſoluit, & vt illud tranſtuliſſe cenſeatur in vſurariũ; alioquin vſurarius non teneretur reſtituere eam rem mutuatario: ergo multo minus ſufficiet ad transferendum dominium in illum.

Adde, quod ſi vſurarius dominium cõpararet rei per vſuram acquiſitæ, illudque amitteret mutuatarius, non teneretur reſtituere eandem numero rem, quam ob mutuum accepit, ſed ſolum valorem illius: quod nullus concedet.

Poſtremo, ſi vſurarius dominus eſſet pecuniæ, aut rei alterius q̃ per vſurã acquiſiſſet, ſanè ſi haberet creditores aliquos priuilegiatos, vel qui hy-

Dubiũ pothecam vniuerſalem haberent in bonis ipſius, illi præferendi eſſent, vt ex pecunia, aut ex alijs bonis per vſuram acquiſitis, præferentur in ſolutione mutuatarijs quorum erat ea bona per vſuram acquiſita, quod tamen nullus concedet.

Satisfit. Sequela probat, q̃m, vt diſpu 586 videbimus, ex bonis, quorum dñium ad debitorem ſpectat, creditores priuilegiati, aut qui hypothecã habẽt, præferendi ſunt cæteris: ſi aũt illi, qui vſuram ſoluerunt, dominium non retinent rerũ, quas ita ſoluerunt, ſanè nullum priuilegium ſcimus illis a iure eſſe conceſſum, quarè ipſi, in ſolutione de illis bonis, cæteris creditoribus ſint præferendi.

6 Illud tñ hoc loco eſt obſeruandum, interdum † vſurarium per accidens effici dñm pecuniæ, q̃ per vſuram acquiſiuit, propter commixtionem pecuniæ illius cum alia vſuraria pecunia. Si enim illi erant debita centum, quæ dederat mutuo cũ pacto, vt centum & decem ei reſtituerentur, mutuatariusque ad illum mittat centum & decem, non deſignando, quæ illorum ſint in mutui, & quæ in vſuræ ſolutionẽ, tunc receptione efficitur dominus, tam capitalis, quam vſuræ: eo quod diſtingui nequeat vnum ab alio, maiorque copia in tanto exceſſu prævaleat, in cauſaque ſit, vt dominum totius ad eum pertineat, qui dominium maioris illius partis comparat.

Idem eſſet ſi paruam pecuniæ vſurariæ quantitatem permiſceret vſurarius cum magna alia ſua pecunia, ita vt diſtingui non poſſet, quænam eſſet, quam per vſuram acquiſiuit, vt colligitur ex §. præterea quod per alluuionem, & ſequentibus, Inſtit. de rerum diuiſionem. Et diſputatione 57. dictum eſt.

Credo tñ, ſi pecuniæ aceruus perſeueret, mutuatarium tũc habere ius in re, vt ſibi, ante omnes alios creditores, reddatur inde, quod vltra ſortẽ ſoluit, tanquam quid cum re aliena ibi commixtum, & ſeparabile a toto iudicis deputatione ſine totius acerui detrimento. Quo loco obſerua quãdo duo de cõi conſenſu miſcent pecuniam, vel aliquid aliud, tunc vtrumq; manere dominum totius acerui reſultantis, vt inter vtrumque ſuo tpe diuidatur, atque ad vtrumque ſpectare tunc detrimentum illius, ſi quod ei adueniat. Hæc omnia colliguntur ex §. quod ſi frumentum, iunctis antecedentibus, & ſequentibus, Inſtit. de rerũ diuiſ. Lege quæ diſp. citata dicta ſunt.

Hinc patet, ſi de toto aceruo pecuniæ, in quo vſuraria pecunia eſt permixta, & cuius dominiũ ad vſurarium ſpectat, vſurarius diſpendat, emendo, donando, aut alia ſimili ratione, transferre dominium pecuniæ, quam ita expendit, in accipientes: eo quod tribuat, quod ſuum erat. Arbitror tamen, interim dum aceruus pecuniæ, ex quo ita in ſumit, manet idem numero, qui erat, quando vſuraria pecunia fuit illi permixta, eſto aliquãtulum variatus additione, & detractione pecuniæ (eo modo quo ignis, qui continuo generatur ex lignis, dicitur idem numero, nihil impediẽte, quod ſucceſſiuè partes quædam corrumpantur, & aliæ generentur) mutuatarium retinere ius in recompenſatione illius acerui, vbicunque aceruus ille ſit, & ad cuiuſcunque poteſtatem deueniat, vt inde, ante omnes aliqs creditores, ſibi reddatur vſura, quam ſoluit.

Secus eſſet, ſi aceruus ille paulatim conſumeretur, ita vt apud nullum eſſet idem numero aceruus, qui erat quando permixta illi fuit vſuraria pecunia: tunc enim ceſſaret ius in re, ſolumque mutuatario competeret perſonalis actio aduerſus vſurarium, hæredeſque illius, vt ſibi reſtitueretur, quod tanquam vſuram ſoluit, neque ius vllam prælationis haberet, vt ante alios creditores ſibi ſolueretur de vſurarij bonis. Hęc non parum conducunt, vt intelligatur, quando celebrantes contractus, ſiue onerosos, ſiue lucratiuos, cum vſurarijs reſtituere teneantur mutuatarijs, quæ ab vſurarijs acceperunt.

Ad primum argumentum contrariæ opinionis, negandum eſt, ſufficere traditionem ad tranſlationem dominij, niſi ſimul adſit titulus iuſtus, vt oſtenſum eſt. Ad teſtimonium vero citatum, dicendum eſt, in eo eſſe ſermonem de voluntate domini tradentis rem ſuam iuſto, ſufficienteve titulo ad dominij tranſlationem: ſi enim quis rẽ ſuam tradat in pretium pro re, quæ pretio non eſt digna, ſanè ea voluntas non habetur rata, neque authores contrariæ opinionis ratam aſſerere poſſunt in re de qua diſputamus, mutuatarij voluntatem: quippe qui concedunt, debitam nihilominus mutuatario eſſe vſuram, quam ſoluit, poſſeque illam repetere ab vſurario; quod non aliunde proficiſcitur, niſi quia voluntas, qua illam ſoluit, rata, & ſufficiens non fuit ad abdicandũ a ſe ius in eam rem, illudque transferendum in mutuantem.

Ad id verò, quod de inuoluntario mixtè ſubiungitur, dicendum eſt, quamuis ſecundum quid ſit inuoluntarium, ſi tamen ſit iniuſtè extortum, quia per metum quis donare cogitur, aut quia in pretium dat pro re, quæ pretio nõ eſt digna, quia aliter obtinere illam non poteſt, tale inuoluntarium ſufficiens non eſſe ad transferendum dominium, eſto ſimul voluntarium ſit ſimpliciter. Ratio eſt, quia efficere non poteſt titulum iuſtum, Quo loco obſerua, ſi titulus aliquis partim ſit iuſtus, & partim iniuſtus, tunc traditione transferri dominium, cum obligatione ex parte accipientis reſtituendi, quãtum ſit ſatis, vt titulus iuſtus omnino reddatur.

Vt

Vt ſi quis emat aliquid infra pretium iuſtum, tam pretij, quam rei emptæ, transfertur dñium: ſed, in conſcientiæ foro, emẽs tenetur augere pretium uſque ad iuſtum infimum.

Si uerò aliquid uenderetur ultra pretiũ iuſtũ, nummiq; ſucceſſiuè ſoluerentur, ita ut prius deueniretur ad complementũ pretij iuſti rigoroſi, & poſtea traderetur incrementum, tunc ſanè dominiũ incrementi, non magis tranſiret in uenditorem, q̃ uſuræ dominium tranſeat in uſurariũ.

Ratio eſt, qm̃ poſtquam ad ultimum pretiũ iuſtum eſt deuentum, nullus adeſt iudex titulus, ẽt ex parte, ad recipiendum incrementum. Qñ autẽ ſimul totum pretium ſolueretur, ita ut diſtingui nõ poſſet, quid in pretium iuſtum, & quid in incrementum ultra pretium iuſtum ſolueretur, tũc idem dicendum eſſet, quod diximus ſupra, quando ſimul uſurario ſoluitur mutuum, & uſura.

Ad ſecundum negandum eſt, donatorum, ac traditorum, per metum iniuſtè illatum, transferri dominium. Ad caput uerò Abbas, dicendũ eſt, uerba illius ſic habere; *quæ metu, & ui fiunt, de iure debent in irritum* (expone, ideſt, tanquam in ſe irrita) *reuocare*, non quidem inualidum reddendo contractum, quaſi, ſecluſa iudicis authoritate, eſſet ualidus, ſed irrita illa pronunciando præcipiendoque poſſidenti, ut ſtatim illa reſtituat, ut continuo in eodem textu ſubiungitur: quo fit, ut ex illo textu non colligatur, dominiũ in eo euentu fuiſſe translatum.

Mirumque ſanè eſſet, ui in iuſta interueniente dominiũ transferri, contrariumq; apertè docet, l. metum, §. uolenti, & multo apertius, §. licet, ff. quod metus cauſa, ubi docetur, rem per uim datam, eſſe in bonis eius, qui uim eſt paſſus, eaq; de cauſa aduerſus poſſidentem conceditur ei, non ſolum perſonalis, ſed etiam realis actio ad rem, tanquam ſuam propriam uendicandam. Aliter dici poteſt, & fortè ad iura accommodatius.

7 De † iure ciuili, eiuſdem iuris fictione, translatum cenſeri dominium rei donatæ, ac traditæ per uim, aut metum, eaque de cauſa ciuili iure non concedi realem actionem, ſed perſonalem, neque contractum illum eſſe inualidum, ſed iudicis ſedtentia annullandum, cognita prius qualitate, ac quantitate metus: eo quod non quicunq; metus ſufficiens ſit ad inualidum pronunciandum contractum, & maior requiratur ad pronunciandum unum inualidum, quam alium, præſertim ad pronunciandum inualidum matrimoniũ quod ſuaptè natura eſt irreuocabile, ac indiſſolubile, adeo ut multi affirment, ex rei ipſius natura, ſtandoq; in ſolo naturali iure, nullum metum reddere matrimonium nullum, ſed ius poſitiuum fuiſse, qđ inualidum ipſo facto illud reddidit, quando per metum cadentem in conſtantem uirum celebraretur: de qua re ſuo loco eſt diſputandum.

Licet autem de iure ciuili dominiũ modo explicato, transferatur, quando per uim aliquid eſt traditum, contractusq; per uim, aut metum, celebratus, non ſit ipſo iure nullus, ſed iudicis authoritate ſit reuocandus, poſtea tñ de iure prætorio, conſentaneè ad ipſam rei naturam, atque æquitatem, fuit introductum, ut contractus per uim, aut metũ ſufficientem, celebratus, ipſo iure eſſet nullus, pronunciatumq; fuit dominium rei ita donatæ, ac traditæ, perſeuerare apud dantem, conceſſaq; fuit realis actio ad eam uendicandam, ut patet, ff. quod metus cauſa duob. §§. citatis, iuncto. §. ſed quod prætor ait. Ita Bart. l. metus, §. uolenti, ff. quod metus cauſa, & poſt eũ Pan. c. ad audiẽtiam nu. 1. de his quæ ui met. ve cauſ. fiunt, cõſentaneè ad textum ibi. Atq; iuxta hæc ait Pan. intelligenda, ac limitanda eſſe, quæ cap. Abbas citato tradi conſueuerunt.

Arbitror autem Summum Pontificem, capit. Abbas, non aliud voluiſſe, quam quod paulò antea expoſuimus: eo quod locutus fuerit poſt introductum ius prætoriũ, ad illudq; conſentaneè.

8 Ex † natura ergo rei, atque in conſcientiæ foro, quin & in exteriori de iure prætorio, non cẽſetur translatum dominium, quando aliquid per vim aut metum ſufficientem, donatum, traditumque eſt, ſed ſolum, iuris ciuilis fictione, quondam cenſebatur translatum, vt Archidiac. c. ſi quis vſurã. 14. q. 4. adnotauit, quem Angelus & Syluester locis citatis referunt ac ſequuntur.

Immeritò ergo Sotus in 4. diſt. 29. q. 1. art. 3. diſceſſit a noſtra ac opinione, quam. 6. de iuſtit. q. 1. art. 4. fuerat ſequutus, affirmans in 4. donationem, & alios contractus celebratos per metũ cadentẽ in conſtantem virum eſſe validos, ſed per iudicis ſententiam eſſe annullandos, iuxta, capit. Abbas, citatum.

Hanc autem ſnĩam affirmauit, vt defenderet, matrimonium, per metum cadentem in conſtantem virum celebratum, validum eſſe ſtando in ſolo iure naturali, & iure tantum poſitiuo eſſe inualidum: in quam ſententiam, tametſi non omnino firmus, inclinauit. Mihi vero, cũ multis alijs, ſemper placuit contraria ſententia: id quod in materia de matrimonio erit examinandum.

Eſto aũt in matrimonio, pp ipſius indiſſolubilitatem, aliaq; ex natura rei ſupra oẽs alios cõtractus priuilegia illius, probaretur ſnĩa, in quam Sotus inclinauit, numquam eam cenſerem: præſertim in donatione, quæ, vt ſit valida, plus libertatis, ac voluntarij exigit, quam cæteri contractus: eo quod ſit contractus merè lucratiuus, actusque liberalitatis omnino abſque admixtione aliqua iuſtitiæ inter donantem ad donatarium.

9 Ad tertium dicendũ eſt, non † quodcunq; inuoluntarium mixtè vitiare contractũ. Sicut. n. inuoluntarium, quod in eo cernitur, qui donat, vt alliciat aliquem ad id, quod intendit, vt mulierẽ ad fornicandum, aut diuitem ad mutuandum, non donaturus, ſi ſciret ea via permouendos illos non eſſe, neque donationem vitiat, neque ſubinde translationem dominij impedit, vt diſp. 286. dictum eſt; quia ille ſimpliciter vult donare ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrẽtibus, neque decipitur in aliquo, cui ad donandum innititur, & quod, ſi adeſſe cognoſceret, voluntas ſua quaſi habitualis non eſt donare (ex quo capite vitiari donatio re ipſa poteſt, vt diſp. 209. & duab. ſequentib. & diſp. 286. dictum eſt) neq; item ad

donandum inducitur per vim, aut metum iniuſtè ad eum finé illata, vnde et vitiari poſſet donatio; ſic inuoluntariú, quod in eo cernitur, qui preſſus neceſſitate, rem aliq̃ vendit, q̃ alioquin non eſſet venditurus, non vitiat venditionem: quia ſimpliciter, penſatis omnib. circumſtantijs, quæ re ipſa concurrunt, vendere vult, neque ex parte obiecti quicquam ignorat, cuius oppoſito venditio nitatur, neque item extrinſecus per metum, aut vim, iniuſtè illata, ad vendendú inducitur, quæ cótractum poſſent vitiare; & præterea cernitur ex parte obiecti æqualitas inter mercedem, & pretium.

Ad argm̃ ergo in forma neganda eſt ſequela, ſi cóſequés intelligat de inuolútario in eo expreſſo. Vt verò melius intelligas ſeqlá eſſe nullá, obſerua. Solutioné vſurariá idcirco dñiú non trans ferre, quia, ꝙ in vſurá ſoluit, datur tamq̃ pretium pro re, quæ nullo pretio eſt digna eaque de cá acceptio eſt iniuſta quo ad totam latitudinem eius, quod ita datur, quantumuis voluntarij interueniat ex parte dantis illo modo illove intuitu.

Quod ſi vſurarius contendat, ibi interuenire donationé: qñquidé mutuatarius volúntariè id dat, quod videt non eſſe debitum: tunc dicimus, vſuræ promiſſionem, ac ſolutionem eſſe inuolun tariam in ratione donationis, iniuſtèq; eſſe extortam tamq̃ pretium, & recompéſationem mutui, eſto ab vſurario ſub donationis noie exigatur, & ſub eodem noie a mutuatario concedatur: modo tñ res ipſa non procedat ex gratitudine, meraque liberalitate mutuatarij. Atque eiuſmodi inuolun tarium mixtè, quod iniuſtè eſt extorquetum, & ab vſurario acceptum, dicimus eſſe ineptum ad dominij translationem. ſumptoq; in eo ſenſu antecedente, ſi argumétum propoſitum vim haberet, eodem probari poſſe, vſuram non eſſe illicitam, & quod vſurariè eſſet acceptum obnoxium non eſſe reſtitutioni, argumentando quod ſi propter inuolútarium mixtè vſura eſſet, illicita eſſet emptio illa alia, & quod ea acciperetur, eſſet obnoxium reſtitutioni: cum ergo doctores contrariæ opinionis concedere teneantur, argm̃ vim nó habere ad hæc duo poſteriora probanda, fateantur neceſſe eſt, neque vim ad probandum, ſolutione vſuræ transferri dominium: &, quod illi reſponderint ad argumentum poſteriori modo confectum, reſponderi poterit dum conficitur ad probandum, ſolutione vſuræ transferri dominium.

10 Ad quartum † dicendum eſt, duob. modis ius naturale reſiſtere alicui actioni, aut acceptioni. Vno, quia actio illa de ſe iure naturali eſt nulla ad transferendum dominium. Altero, quia licet de ſe apta ſit ad ius, & dominium in alterú transferendum, nihilominus cedit in iniuriá alterius, aut aliqua alia ratione efficitur mala. Solutioni autem vſuræ illiusq; receptioni reſiſtit ius naturali priori modo, vt ex dictis conſtat, eaq; de cauſa dominium non transfertur.

Poſteriori verò modo reſiſtit ius naturale in duob. illis alijs euentibus in argumento propoſitis, qua de cauſa mirum non eſt, quod illis ius, ac dominium tráſferatur. Per venditioné quippe rei alicuius, niſi traditio accedat, vel res hypothecæ emptori ſubijciatur, ſolum comparat emptor ius ad rem, non verò ius in re, vt diſp. 2. oſtenſum; & idcirco res ipſa non manet obligata emptori ſed ſolum perſona venditoris ad eam illi tradédum, transferendumq; in illum dominium illius interim dum id in poteſtate fuerit venditoris. Quia ergo res manet venditoris, & libera in ſe; véditio verò rei liberæ in ſe, facta per dñm, accedenteque traditione, apta eſt ad transferendum dominium; inde proficiſcitur, vt quamuis venditor peccet có tra ius naturale; vendendo illam ſecundo emptori, transferat nihilominus in eum dominium; có quod ius naturale, & poſitiuum ſecundæ venditioni non reſiſtant, auferendo ab illa vim iuris, & dominij, translatiuam, quam ſuapte natura habet, ſed ſolum per culpæ reſultantiam quatenus cú iniuria prioris emptoris fit: perinde atque præceptú de non vendendo in loco ſacro, aut in die feſto, non ita reſiſtit venditioni in loco ſacro, aut in die feſto, quaſi dominij impediat translationem, ſed ſolum, vt in ea véditione culpa reſultet.

Eodé modo, q̃a per votú caſtitatis ſimplex nó fit traditio Deo, vt fit per votú ſolenne, eo ꝙ votú caſtitatis ſimplex nódum ab Eccleſia ſit acceptatum, vt eſt acceptatum ſolenne, inde ortum hẽt, ꝙ votum caſtitatis ſimplex non reddat irritum matrimonij contractú, per quem fit mutua traditio corporú inter coniuges, ſicut irritum illud reddit votum caſtitatis ſolemne, vt ſuo loco dicetur.

11 Obſerua tñ, poteſtatem † eſſe in Summo Pontifice, irritum faciendi matrimonium poſt votú aliquod ſimplex caſtitatis, vt Greg. 13. irritum illud fecit poſt caſtitatis votum ſimplex, quod a nó profeſſis, poſt duos probationis annos, emittitur in ſocietate Ieſu. Sicut. n. quia id expediens erat in Eccleſia ad euitanda grauia mala, quæ ex clandeſtinis matrimonijs oriebantur, Conciliú Tridentinum irrita matrimonia clandeſtina fecit: ſic quia id utile iudicatum fuit Eccleſię, Greg XIII. irritum fecit matrimonium, quod poſt eiuſmodi ſimplex caſtitatis uotum in ſocietate Ieſu emiſſú celebrari attentaretur.

Quid dicendú ſit circa quintum argumétum, ex ſequentib. diſputationib. erit manifeſtum.

Vtrum vſurarius comparet dominium eius, quod re vſuraria vlterius acquirit, illudve reſtituere teneatur. Et quid de acquiſitis a Latrone, aut Depoſitario, re furtiua, aut depoſita.

DISPVTATIO CCCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius quicquid acquirit pecunia vſuraria, an reſtituere teneatur.*
2 *Pretium loco rei ſuccedit.*
3 *Vſurariæ res in duplici ſunt differentia.*
4 *Vſurarius non comparat dominium fructuum earũ rerum*

rerum per vſuram acquiſitarum, quæ vſu non conſumuntur.

5 *Vſurarius ſi negociando rebus vſu conſumptibilibus vſurariò acquiſitis, aliquid vlterius acquirat, comparat dominium illius: ſed reſtituere tenetur mutuatario damnum omne emergens, & lucrum ceſſans, quod vſuram non reſtituerit.*

Idem in depoſitario dicendum. nu. 6.

Imò idem etiam in fure. nu. 7.

8 *Fur vendens rem furto ſublatam acquirit pretium ſibi, licet non trasferat in emptorem dominium, & contractus valet.*

Fallit, ſi tempore contractus tam emptor quam venditor ſciant rem furtiuam. nu. 9.

Idque etiam verum de iure Luſitano, & Caſtellæ.

ALtiſiodorenſis, & poſt eum pauci alij ex Theologis & Iuriſperitis, cenſent quicquid
1 † vſurarius pecunia vſuraria, aut quauis alia re per vſuram acquiſita vlterius lucratur, obnoxium eſſe reſtitutioni. Id vero probant.

Primò, quoniam, vt ad Rom. 11. habetur, *ſi radix ſancta, & rami*: ergo è contrario, ſi radix infecta, ac mortifera, & rami: ſed res vſuraria iniuſtè eſt acquiſita, obnoxiaque eſt reſtitutioni: ergo etiam id, quod illa vlterius acquiritur.

Secundò, quia fraus, & dolus nulli debent patrocinari, nulluſque ex iniquitate commodū dēt reportare: ergo ſicut fur reſtituere tenetur, non ſolū pecuniam, quàm furto abſtulit, ſed ēt quicquid ea pecunia vlterius conſequitur: ita vſurarius reſtituere tenetur quicquid pecunia, aut re alia per vſuram acquiſita, & iniuſtè detenta, lucratur vlterius: id quod, inquiunt, ſi vſurarius ad cor redeat, conſcientiamque ſuam conſulat, inueniet illam ei præſcribere: facere autem contra id, quod conſcientia præſcribit, peccatum vtique eſt.

Tertiò, quoniam res pecunia vſuraria empta, loco pecuniæ ſuccedit, ſicut è contrario, pretium ex re vſuraria acquiſitum loco rei ſuccedit: axio-
2 ma † quippe eſt iuriſperitorum, pretium ſuccedere loco rei, quod colligitur ex l. ſi rem & pretium. ff. de petitione hæreditatis, & ex l. imperator, §. vltimo, ff. de legat. ſecundo, ergo vſurarius non plus iuris habet ad id, quod re vſuraria acquirit, quam ad rem ipſam, ex qua acquiritur, ac proinde tenetur ad reſtituere.

D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 3. & doctores cōiter ob-
3 ſeruant, rerum † per vſuram acquiſitarum, quaſdam eſſe, quæ vſu conſumuntur, vt ſunt pecunia, triticum, vinum, oleum, & ſimilia, quæ a iuriſcōſulto, l. 2. §. mutui, ff. ſi certum petatur, idcirco functionem ſuſcipere dicuntur in genere ſuo, id eſt, in ſua ſpecie, quia in ſolutione eiuſmodi rerum ſolet vna fungi vice alterius eiuſdem ſpeciei: quippe cum ſufficienter vna ſoluatur, reddendo aliam ſpeciei eiuſdem: eo quod eſſe ſoleant eiuſdem naturæ, bonitatis, & qualitatis: atque hac ratione ſunt peculiaris, ac propria materia mutui, vt diſp. 299. dictum eſt.

Alias verò eſſe, quæ vſu non conſumūtur quęque à iuriſconſulto ibidem dicuntur, non ſuſcipere functionem in genere ſuo: eo quod in ſolutionibus eędem numero ſint ſoluendæ, pp diſparitatem valore, bonitate, & alijs qualitatibus, quæ in eiuſmodi rebus eſſe ſolet, vt ſunt prædia, mancipia, equi, & ſimilia: eaque de cauſa, nō mutui, ſed commodati, atque aliorum contractuum, materia eſſe ſolent, vt diſp. 294. & diſp. 299 dictum eſt.

4 Hoc ita conſtituto, prima † concluſio eſt, Vſurarius nō comparat dn̄ium fructuum earum rerū per vſurā acquiſitarum, quæ vſu non conſumuntur, quæque propriè fructus habere dn̄r; ſed dominium eorum ad mutuatarium pertinet, perinde atq; dominiū rei immediatè per vſurā acquiſitæ, quo fit, vt vſurarius eos ēt reſtituere mutuatario teneatur, deductis expenſis. Imò, ſi per vſurarij negligentiā res non habuit fructus, quos in poteſtate mutuatarij habuiſſet, eos ēt reſtituere illi tenetur. Prima pars, quod. ſ. dominium eorum fructuum pertineat ad mutuatariū, eſt D. Thom. loco citato, & omnium, quos diſputatione præcedente diximus affirmare, vſurarium non comparare dominium vſuræ, quin ex veritate illius opinionis, hæc alia pendet: quippe dominiū fructuū ad eum ſpectet, qui dominium vtile rei, quæ illos parit, habet, qn̄ peculiari aliquo titulo, vt locationis, donationis, aut alio ſimili, fructus ſeorſim ad alium non ſpectant: quare non eſt, quòd amplius circa eam partē immoremur. Secunda verò pars, videlicet quòd vſurarius illos reſtituere teneatur mutuatario deductis expenſis, communis eſt omnium, ēt eorum, qui aſſerunt, vſurarium comparare dominiū rei per vſuram acquiſitæ, & ſubinde fructuum; qm̄, ſicut iniuſtè detinet vſuram, ita iniuſtè percipit, ac retinet fructus ex ea, ideoque vtrumque tenetur reſtituere mutuatario. Vltima verò ex eo probatur, qm̄ detinendo vſuram, iniuſtè mutuatarium impedit, ne eos fructus percipiat, quos, ſi in ſua eſſet poteſtate, percepiſſet, eaque de cauſa reſtituere tenetur totum id damnum illatum. Si verò mutuatarius fructus non erat percepturus ex ea, tunc reſtituere non tenetur fructus, quos per negligentiam vſurarius ipſe non percepit. Ratio eſt, quoniam ex parte rei acceptæ non tenetur, eo quod ipſe nullos ex ea percepe rit, neque item ex parte iniuſtæ acceptionis, damnive ex iniuſta retentione illati, quandoquidem mutuatarius ipſe nullos erat percepturus.

5 Secunda concluſio. Si vſurarius, † negotiando rebus vſu conſumptibilibus vſurariè acquiſitis, aliquid vlterius acquirat, comparat dominium illius, neque illud tenetur reſtituere. Nihilominus reſtituere tenetur mutuatario, non ſolum qđ per vſuram ab eo accepit, ſed etiam totū lucrum ceſſans, aut damnum illi ex eo emergens, qđ vſurariæ res non fuerint illi reſtitutæ. Concluſio hæc eſt D. Thom. loco citato, Soti 6. de iuſtitia, q. 1. artic. 4. concluſ. 2. Ioan. Medi. de rebus per vſu. acquiſ. q. 4. ad 4. principale, Adr. de reſt. in materia de vſu q. Occurrunt circa prius dicta, in reſp. ad 3. Cou. 3. variar. reſolutio. capitul. 3. numero 6. Panormit. c. nauiganti de vſur. num. ult. Gabr. in 4. diſt. 15. quæſt. 11. art. 2. concluſ. 6. Maioris, quęſt. 38. Almai. q. 2. Ang. uerb. uſura 1. num. 15. Sylueſt. uerb. uſura. 6. q. 2. & multorum aliorum. Ratio

Ratio aũt eſt, qm̃ eiuſmodi res non ſunt in ſe fructiferæ, ſed ſolum vt ſubſunt induſtriæ negotiantis, atq; adeo, quod eis negotiando acquiritur, eſt fructus induſtriæ, pertinetq; proinde ad negotiãtem, ad quem etiam ſpectat illarum periculum, & inſuper reſtituere tenetur mutuatario quodcũque damnum emergens, aut lucrum ei ceſſans, ex iniuſta earundem rerum detentione. Idẽ propter
6 † eandem rationẽ, dicendũ eſt de depoſitario, qui rebus alienis, quas depoſitas habet, aliquid ſimi-
7 liter lucratur. Imò † idem ẽt, pp eandem rõnem, dicendum eſt de fure, qui negotiando re furtiua aliquid lucratur, vt affirmant Sotus, Medina; & Maior, locis citatis, & doctores cõiter. Conſonat l. ſi pecunia. C. de rei vendicatione, quæ habet, ſi depoſitarius emat poſſeſſiones pecunia alterius, quam depoſitam habebat, eique tradantur, effici poſſeſſiones illas depoſitarij, neq; teneri illas dare domino pecuniæ, etiam in pecuniæ recompenſationem; ſed ſatis eſſe, ſi illi ſoluat ſuã pecuniã, & inſuper, ſi quæ damna, etiam lucri ceſſantis, pp moram ſoluendi eam, fuerint deponenti ſubſequuta. Conſentit etiã l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi, q̃ habet. Si vxor ex pecunia viri defuncti, quæ ad filium pertinebat, aliquid emit ſibi, & non filio, matrem cõparare dominium illius, filiumq; ſolum poſſe agere aduerſus matrem, vt ſibi pecuniam reſtituat. Lex item pen. C. eod. tit. ſic habet. *Qui aliena pecunia comparat, non ei, cuius nummi fuerunt, ſed ſibi, tam actionem empti, quam dominium, ſi ei fuerit tradita poſſeſſio, quærit.* Idẽ confirmant alia iura, quæ gloſſæ tribus prædictis iuribus citant. Item l. 49. tit. 5. part. 5. quæ idem ſtatuit, quod iura citata. Denique idem confirmat l.
8 qui vas, §. vlt. ff. de furtis, quæ habet. Si fur † rem, quam furto abſtulit, vendat, verbi gratia, equum, pretium ad furem pertinere, & non ad dominum equi, furemque dominium illius cõparaſſe: eaque de cã, ſi dominus equi a fure vi auferat pretium, committere furtum, aut rapinam. Ratio eſt, quoniam contractus, quo venditur, permutatur, aut alio modo res aliena diſtrahitur, validus eſt, vt conſtat ex l. rem alienam, ff. de contrah. emptio. Tametſi venditor per eiuſmodi contractum non transferat dominium rei venditæ in emptorem, vt habetur l. ex empto. ff. de actionib. empti: cum enim non eſſet dominus rei illius, transferre, inuito vero domino, non potuit per venditionem dominium illius in emptorem, ſed perſeuerat apud antiquum dominum, qui, vbicunque rem illam repererit poterit eam vendicare, & quicumq; illam habuerit, tenetur eam illi tradere. Nihilominus contractus valet: qm̃ venditor emptori tenetur de euictione, atque adeo de valore illius rei, quem habebat iam apud emptorem, & de omnibus damnis, quæ ex euictione emptori ſubſequuntur, non verò de pretio, quod pro illa emptor dedit, conſentitque in his l. 19. tit. 5. part. 5. quare, cũ contractus validus fuerit, atque emptor eſſe dominus pretij quod pro illa dedit, vtrique venditor, nihil impediente, quòd in recompenſationẽ pro re aliena datum ſit, comparauit dominium illius. Vnde ſequitur, quòd ſi fur pretio illo aliqd vlterius emat, & cõparet ipſe dominium rei emptæ, & dominium transferat pretij illius in venditorem. Neque eiuſmodi venditor tenetur reſtituere pretium illud ei, a quo fur illud pro re furtiua acceperat: qm̃ emptori rei furtiuæ ſolum competit perſonalis actio aduerſus furem, vt ſibi rem euictam perſoluat, & damna omnia ea de cauſa ſequuta: non verò competit ei realis actio ad pretium, quod pro ea dedit, quaſi pretium illud, ad quemcunq; deueniat, ſit ipſi obligatum pro re furtiua, quam ex fure eo pretio emit, quæ vel euicta eſt, vel eſt reſtituẽda proprio domino. In his omnibus, q̃ de venditione rei alienæ dicta ſunt, conſentit Conr. de contract. q. 70.

9 Obſeruandum † tamen eſt, ſi res, quæ vẽditur, furtiua ſit, & id tempore contractus ſciant, tam emptor, quàm venditor, inualidum eſſe contractum, ac proinde venditorem non comparare dominium pretij. Similiter, ſi id ſciat ſolus emptor, qui illã, verbi gratia, ab eo emit, cui fur illam vendiderat, tunc venditor non tenetur ſtare contractui, neque tenetur emptori de euictione. Quæ ergo hactenus dicta ſunt, intelligenda ſunt, quãdo ſolus venditor ſciebat rem eſſe furtiuam, atque ẽt qñ, tam emptor, quàm venditor, id ignorabant. Hæc omnia habentur l. ſi in emptione. §. item ſi emptor. ff. de contrahen. emption. & conſentiunt Luſitanæ ord. lib. 3. ti. 50 §. 4. quæ vlterius diſponunt, quando venditor ẽt ſciebat rem eſſe aliena, pretium in captiuorum redemptionẽ eſſe applicandum; neque reddendum eſſe emptori. Ordinatio illa rem hanc videtur extendere, ẽt quando res non erat furtiua, & emptor alienam eſſe ſciebat. Glo. tamen §. item ſi emptor citato, ſolum affirmat, inualidum eſſe contractum, qñ res erat furtiua, & emptor id ſciebat, idq; eſt affirmandũ ſtando in ſolo iure cõi: eo quod in ea lege ſolum fiat exceptio, quando res erat furtiua, &, præter iura ſupra citata, vniuerſim loquatur l. rem alienã. ff. de contrah. emptio. affirmans, venditionem rei alienæ validam eſſe in ſenſu a nobis ſupra explicato. Conſentitque Greg. Lop. l. 19. titul. 5. par. 5. gloſſ. 1. Obſerua tamen, vniuerſim ſtando etiam in ſolo iure communi, & Caſtellæ, ſi emptor ſciebat rem eſſe alienam, venditorem non teneri reddere illi pretium, neque proinde illi teneri de euictione, niſi contrarium fuit deductum expreſſe pactum. Ita l. 19. citata, & l. ſi fundum. C. de euictionibus. Attamen in vtroque euentu, nempe quando ei, qui ſcienter rem emit pretium non eſt reddendum, vel eſt reddendum, applicatur fiſco in pœnam delicti, iuxta probabiliorem ſententiã, cum quibuſdam gloſis, quam Greg. Lop. l. 19. citata refert, ac ſequitur. In Luſitania verò applicatur in redemptionem captiuorum, vt dictum eſt. Cum autem hoc ſit in pœnam, requiritur, vt feratur ſententia. De hac tamen re in calce diſputa. 340. redibit ſermo.

Ex dictis facilè intelligetur, quãuis vſurarius Ius Luſitanũ.
dominium non comparet eius rei per vſuram acquiſitæ, quæ vſu nõ conſumitur, neque item fructuũ, quos ex illa receperit, nihilominus, ſi illam, aut fructus uendat, comparare dominium pretij,

&

& rerum, quas vlterius eo pretio acquiſierit, eſto ipſe dominium non tranſtulerit in emptores rei vſu non conſumptibilis, vſurariè acquiſitæ, neque item fructuum illius.

Ad primum argumentum in contrarium dicendum eſt, rem per vſuram acquiſitam, non tam ſe habere ſicut radicem, a qua efficienter procedit ramus, quàm ſicut materiam qua vſurarius ad negotiandum vtitur, quę, vt ſubeſt induſtriæ ipſius, parit lucrum: aut ſicut inſtrumentum alienum, quo artifex ad proprium conficiendum artefactum operatur: vnde ſicut artifex dominium comparat eius artefacti, quod alieno confecit inſtrumento, nihil impediente, quòd ea vtatur domino inuito, eaque de cauſa peccet, & reſtituere teneatur valorem vſus illius, & inſuper ſi quod aliud damnum domino inſtrumenti ob illius abſentiam aduenit: ita vſurarius comparat ius plenum, ac dominium lucri, quod ſua induſtria, re vſuraria vtendo, percipit, etiam ſi peccet vtendo ea inuito domino, teneaturque illi reſtituere, non quidem pretium vſus, ſed pretium illius, eo quòd, quando res vſu conſumitur, non debeatur pretium diſtinctum pro tali vſu, à pretio ipſius rei, quæ eo vſu conſumitur, & inſuper reſtituere illi teneatur, ſi quod aliud damnum ea de cauſa illi obuenit, aut ſi quod lucrum illi ceſſauit.

Ad ſecundum dicendum, nullum eſſe abſurdum, ſi ex prauo aliquo actu temporale lucrum interdum aliquis conſequatur: meretrix enim iuſtè accipit pretium fornicarij actus, quo lethaliter peccat: in re autem propoſita, ex ſua induſtria propria, tametſi interuentu rei alienæ iniuſtè detentæ, conſequitur vſurarius lucrum. Ad id verò, quod in eodem argumento additur, dicendum eſt, ſi conſcientia, falſa rerum apparentia, vanoque timore, non erret, nihil tale dictare. Interim autem, dum conſcientia errans id dictaret, peccatum eſſet agere contra eam conſcientiam: attamen peccatum non proueniret ex natura rei, quam, ſic errans, efficeret, ſed ex eo, quòd contra conſcientiam, etiam ſic errantem, operaretur.

Ad tertium negandum eſt antecedens. Ad axioma verò illud iuriſperitorum, quod ex illis iuribus colligitur, dicendum eſt cum Bartol. l. qui vas, & l. ſi rem, & pretium, ſupra citatis, intelligendum eſſe, in vniuerſalibus, quæ iuriſperiti vocant, qualia ſunt hæreditas, fideicommiſſum vniuerſale, & dos. Si enim quis bona, aut mala fide, hæreditatem accepit ad alium pertinentem, vendiditque ex illa aliquid, pretium, quod pro illa accepit, ita accedit hæreditati loco rei venditæ, quòd eſto, antequàm ab eo petatur hæreditas, emerit iterum eandem numero rem viliori pretio, illud incrementum pretij accreſcat hæreditati, pertineatque, vna cum illa, ad legitimum hæredem: atque hoc eſt, quod diſponunt iura, ex quibus axioma illud colligitur.

Alienata in fraudem creditorum quæ dicantur, & quouſque reſcindi ea alienatio poſſit, obnoxiumque, quod ita alienatum eſt, reſtitutioni ab accipiente ſit.

DISPVTATIO CCCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio in fraudem creditorum quando cenſeatur facta.*

2 *Alienatum in fraudem creditorum quot modis dicatur, & qua actione reuocetur.*

3 *Socer ſi in fraudem creditorum alienat dotem, inſcio genero, non datur actio aduerſus generum, ſed aduerſus filiam poſt mortem mariti: niſi liberi ſuperſint.*

Idem in donatione ad nuptias facta filio. nu. 4.

5 *Alienatũ per vltimã voluntatem in fraudẽ creditorũ, reuocatur, etiam ſi bona fide ſit alienatum.*

6 *Alienatio ſi non reddit alienantem impotentem ad ſoluenda debita, quocumque titulo facta valet, etiam in foro conſcientiæ.*

7 *Alienatione facta quocumque titulo, transfertur dominium in accipientem, etiam in foro conſcientiæ, ſi conſcius non fuit, alienationem factam fuiſſe in fraudem creditorum.*

Declara tamen, vt ibi.

8 *Alienationem accipiens, ſi ſciat, rem ſibi alienatam fuiſſe alienam, & alienans ſimiliter, tenetur eam reſtituere, aut illius valorem, etiam in foro conſcientiæ.*

9 *Alienationem accipiens, etiam in foro conſcientiæ, reſtituere non tenetur quod in fraudem creditorum eſt ſibi alienatum, ſi a creditoribus non petatur, vel petatur elapſo anno, a die ſcientiæ talis alienationis.*

10 *Alienationẽ ſcienter accipiens in fraudem creditorũ, an peccet contra iuſtitiam, ſicut alienans.*

11 *Emptor ſecundus ſcienter rẽ emens alteri venditam, venditoremq; incitans, vt eã ſibi vendat, tenetur etiam in foro conſcientiæ, eam reſtituere priori emptori, etiam ſi ab eo non petatur.*

VT, quę duab. diſputat. præcedẽtib. examinare cępimus cõmodius proſequamur, inſerẽda hoc loco eſt propoſita diſputatio, quæ multis alijs in progreſſu huius operis lucem afferet.

Vt Codice & ff. quæ in fraudẽ creditorũ. inſt. q̃b. ex cauſ. manumit nõ liceat, ĩ prin. & §. in fraudẽ, atq; inſt. de actio. §. itẽ ſi q̃s in fraudẽ, conſtat, 1 tunc † aliq̃d in fraudẽ creditorũ cenſetur alienatũ, q̃n debitor aliquid alienat, vidẽs per eam alienationẽ non remanere ſibi ſufficientia bona adſoluẽda debita: talis q̃ppe alienatio quo ad quãtitatẽ, quo ad q̃ impotens manet ad ſoluenda debita, cenſeť facta in fraudẽ creditorũ. Ab hac regula excipiť, q̃n alicui libertas cõcediť: in fauorẽ. n. libertatis vſus obtinuit, vt eſto mancipij dñs per eã alienationẽ impotẽs efficiaťad debita ſoluenda, nõ cẽſeatur facta in fraudẽ creditorũ; modo tñ nõ adfuerit animus, & intentio ea via fraudandi creditores;

ditores: nam tunc computaretur inter alienationes in fraudem creditorũ effectas, vt habetur §. in fraudem inſt. quib. ex cauſ. manum. non liceat. Ex hac exceptione conſtat, vt alienatio facta cenſeatur in fraudem creditorũ, regulariter neceſſariam non eſſe intentionem & animũ defraudandi ea via creditores, ſed ſufficere ſolam ſcientiam, vt colligitur ex §. citato, & ex alijs iurib. eiuſmodi quippe ſcientiam appellant iura conſiliũ fraudandi creditores, atq; adeo fraudem, vt iuriſconſultus ſatis innuit l. ſiquis cum haberet. ff. quæ in fraud. credit. atque hoc eſt, quod voluiſſe eo loco videtur Bar. & poſt eum Iaſo. quos Greg. Lop. l. 7. tit. 15. p. 5. gl. pen. refert.

2 Qñ † quippiam in creditorum fraudem, modo explicato, eſt alienatũ, diſtinguunt iura. Qm̃, vel eſt alienatum titulo oneroſo, vel lucratiuo. Si oneroſo, tunc, ſi, qui id accepit, conſcius fuit alienantẽ in creditorũ fraudem alienare, datur actio creditorib. aduerſus illum reſciſſoria, vt iura appellant, ad cogendum illũ reddere, quod ita accepit, vt inde ſatisfiat debitis, nullo ei reſtituto pretio, niſi quatenus in debitoris bonis fuerit repertũ in ſe, aut in aliquo alio, in quo debitor factus ex eo pretio ſit locupletior. Atq; eiuſmodi actio ſolũ conceditur creditorib. intra annum a die, quo ſciuerint talẽ alienationem in ipſorum fraudẽ fuiſſe effectam. Hæc oĩa hñt l. pen. C. quæ in fraudẽ credit. l. 1. l. ſi debitor, cum ſequenti. l. vlt. ff. eod. tit. atq; alijs iurib. Vt aũt aliquis conſcius fuiſſe dicatur, alienationem fieri in creditorum fraudem, nõ ſatis eſt, ſi ſciat, alienantem habere creditores, ſed vlterius requiritur, vt intelligat, bona illius non ſufficere ad ſatisfaciendum debitis. Quod ſiquis a creditorib. admoneatur, ne emat rem alicuius, eo ꝙ alienatio ſit in ipſorum fraudem, & nihilominus illam emat, cenſetur emere conſcius fraudis creditorũ, daturq; creditorib. actio aduerſus illũ. Hæc conſtant ex l. ait prætor. §. quod ait, & §. ſi quis. ff. eo. tit. Si alienatio aliqua facta ſit in fraudem priorum creditorum, & poſtea accedant alia debita tunc non datur actio creditoribus ſuperuenientibus ad eam alienationem reſcindendam, niſi ex ipſorum bonis ſit ſatisfactũ priorib. creditoribus vt hr̃ l. ait prætor. §. ita demum, & l. niſi priores. ff. eo. tit. Si is, aduerſus quem actio datur creditoribus ad alienationem reſcindendam, alienauit iam rem illam, eamq; in alterum trãſtulit, qui eam bona fide accepit, tunc aduerſus hunc nõ datur actio, ſed ſolum aduerſus priorem, vt reſtituat valorem rei illius: eundemque valorem cogi poteſt reſtituere, ſi rem illam cõſumpſit, aut alia ratione effecit, vt non exiſteret. Ita habetur l. qui a debitore. ff. quæ in fraud. cred.

Qñ autẽ aliquid titulo lucratiuo, vt donatione, aut alio ſimili, in fraudem creditorum alienatum eſt, tunc ſiue, qui accipit fuerit conſcius fraudis, ſiue non, ſed bona fide acceperit, datur ſimiliter creditoribus actio aduerſus illum, vt id reddat ad ſatisfaciendum inde debitis. Eſt tñ hoc diſcrimen, ꝙ ſi conſcius fraudis fuit, tenetur illud reddere, aut valorem illius, ſi id alienauit, aut cõſumpſit: ſi verò non fuit conſcius fraudis, ſolum tenetur illud reddere, ſi apud ſe ſit, alioquin nihil tenetur reddere, niſi quantum inde factus ſit locupletior. Ita habetur l. qui autem. §. ſimili modo. ff. quæ in frau. cred. & conſentit l. pen. C. eod. tit.

Hinc prouenit, quod, cum dos titulo oneroſo tranſeat ad generum, ad filiam verò titulo lucratiuo, vt hr̃. l. vlt. §. ſi a ſocero. ff. quæ in fraudẽ cre-
3 ditor. ſi gener † conſcius non fuit alienationem in fraudem fuiſſe creditorum, non detur actio aduerſus generum, eſto ſocer in creditorum fraudẽ eam dotem alienauerit, detur verò aduerſus filiã poſt mortem viri ſui, vt hr̃ §. ſi a ſocero citato, & notant ibi Bart. & alij. Excipere, niſi filia illa liberos haberet ſuperſtites ex tali viro defuncto: interim. n. dum illi viuerent, reuocare dotem, quaſi factam in fraudem creditorum, redundaret in detrimentum eorum, atque adeo viri defuncti qui eã
4 dotem titulo oneroſo accepit. Quod † de dote dictum eſt, intellige ſimiliter de donatione ad nuptias facta filio: cenſetur. n. titulo oneroſo facta comparatione vxoris illius.

Qñ eiuſmodi reſciſſoria actione aliq̃d idcirco reddendum eſt, ꝙ in creditorum fraudem fuerit alienatum, reddendum eſt cũ fructibus quos, qñ alienatũ eſt, habebat pendentes, eſto maturi tunc non eſſent: is. n. cui alienatum fuit, fructus ẽt illos cenſetur accepiſſe ab alienante. Reddendũ præterea eſt cum fructibus quos a puncto conteſtatæ litis, qua actione reſciſſoria id repetitur, habuerit. Fructus verò, reliquo medio tpe percepti, reſtituendi non ſunt, ſed pertinent ad poſſeſſorem rei illius eo medio tempore. Ita hr̃ l. vlt. §. ſi procurator. ver. non ſolum. ff. quæ in fraud. cred.

5 Obſeruandum verò eſt, qñ † aliquid ꝑ vltimã voluntatem, ẽt per legatum, aut donationem cauſa mortis, fuit alienatum, ſi ea alienatio in creditorum cedat detrimentum, dari creditorib actionem ad id reuocandum, etiam ſi bona fide, tam ex parte alienantis, quam accipientium, ſit ita alienatum: imò verò teneri accipientes in conſciẽtiæ foro id reſtituere, eſto non petatur, quãdo vident neceſſarium id eſſe ad ſoluenda debita defuncti. Ratio eſt, qm̃ defuncti bona ipſum repræſentant, ab illisq; ante omnia detrahendum eſt totum æs alienum, vt, dum de partitione bonorum defuncti ſermo erat, dictum eſt ſupra. Neq; defunctus potuit aliter de his bonis diſponere in tẽpus poſt mortem ſuam, in quo non manebat in ſtatu acqrendi alia bona, quibus ſolueret debita. Quo fit, vt creditoribus detur primo actio aduerſus hæredes defuncti, qui perſonam illius repræſentant. Quod ſi hæreditas ad id non ſufficiat, detur etiã actio aduerſus legatarios, & donatarios cã mortis. Hæc omnia patent ex l. ſcimus, §. ſi verò creditores, C. de iure delib. & ex l. qui autem verſ. pen. ff. quæ in fraud. credit.

His ita conſtitutis, ſequẽtes concluſiones ſunt ſubijciendæ, quæ ſolum habent locum, qñ bona alienantis ſubiecta non erant creditoribus titulo hypothecæ, neq; onus habebant reale quo eis eſſent debita, ſed ſolum aduerſus alienantem competebat creditoribus actio perſonalis.

6 Prima concluſio. Quando † alienatio tẽpore,

quo

quo facta eſt, impotentē non reddidit alienantem ad ſoluendum debita, quæ tunc habebat, quocũque titulo ea alienatio facta ſit, ſiue oneroſo, ſiue lucratiuo, & ſiue concedendo filiæ in dotem, ſiue quouis alio modo, non ſolũ accipiens comparauit dominiũ eorum, quæ ita accepit, ſed ẽt, ſi poſteà, qui ita alienauit, impotens fiat ad ſoluenda debita, etiam ante eam alienationem contracta, ad nullam reſtitutionem tenetur creditoribus, neque in conſcientiæ, neque in exteriori foro. In hac omnes conueniunt, eſtque ex ſe notiſſima.

7 Secunda concluſio. Si is, qui † accepit, conſcius nõ fuit alienationē eſſe in fraudē creditorũ, tunc quocumq; titulo rem acceperit, ſiue oneroſo, ſiue lucratiuo, non ſolum cõparauit dominium rei ita acceptæ, ſed etiam, nec in conſcientiæ, nec in exteriori foro, tenetur ad reſtitutionem creditoribus. Excipitur, niſi alienatio facta fuerit titulo lucratiuo, & alienans conſcius fuerit fraudis creditorum, tunc enim accipiens tenetur in exteriori, & conſcientiæ foro, reſtituere rem acceptam, aut quod ex ea factus fuerit locupletior; modo tamẽ a creditoribus petatur intra annum a die ſcientiæ alienationis in ipſorum fraudem effectæ, ſecus autem, ſi vel res non petatur, vel poſt elapſum annum petatur, tunc enim neq; in exteriori, neq; in conſcientiæ foro, ad vllam reſtitutionem tenetur.

Prima pars, ꝙ ſcilicet cõparauerit dominium rei ita acceptę, ex dictis eſt manifeſta. Probari autem poteſt. Primo, quoniam res illa, neq; erat creditorum, neq; illorum cõparatione vllum onus reale habebat, quaſi haberent ius in re; vt in his omnibus concluſionibus ſupponimus, eratq; alienantis, vt ẽt ſupponimus, cum ergo titulus, quo is eã alienauit, ſufficiens fuerit ad dominium transferendum in accipientem, conſequens profectò eſt, vt accipiens comparauerit dominium illius. Secundò, quoniam ſi quis vendat rem aliquam vni, & neq; illam ei tradat, neque ſubijciat hypothecæ, & poſtea eandem rem vendat, & tradat alteri, ſecundus emptor comparat dominium illius, eò quòd primus ſolum habuerit perſonalem actionem, ac ius ad rem, & titulus ſecundus, vna cum traditione ſufficientia fuerint ad dominiũ transferendum in ſecundum emptorem, vt diſp. 2. explanatum fuit, cum ergo ſimilia in re propoſita cernantur, conſequens eſt, vt accipiens cõparauerit dominium illius. Pars hæc dilucidior reddetur, quoniam inferius oſtenderimus, etiam ſi accipiens fuiſſet conſcius alienationem fuiſſe in fraudem creditorum, comparaturum dominium illius.

Secũda verò pars, quod ſcilicet, nec in cõſcientiæ, nec in exteriori foro, teneretur ad reſtitutionem creditoribus, perſpicua eſt quo ad forum externum ex iuribus ſupra citatis, quæ in eo euentu actionem non concedunt, niſi in exceptione in tertia parte eiuſdem concluſionis ſubiuncta, quo ad forum vero conſcientiæ probatur. Quoniam in primis non tenetur ex parte iniuſtæ acceptionis, eo quod acceperit bona fide, ignorãs alienantem fieri impotentẽ ad debita ſoluenda, neq; qui aliquid ab alijs accipiunt, tenentur inquirere, an alienantes habeant debita, & an eis remaneāt ſufficientia bona ad illa ſoluendum: id quippe eſſet iugum grauiſſimũ imponere ceruicibus celebrantium contractus. Deinde neque tenet ex parte rei acceptæ, eo quòd illa, vt ſupponimus, neq; eſſet creditorũ, neq; illorũ cõparatione haberet onus reale, ſed erat alienantis, & per titulum, ſiue is oneroſus, ſiue lucratiuus fuerit, tranſierit dñium illius in accipientem, vt in prima parte cõcluſionis probatum eſt: ergo in cõſcientię foro ad reſtitutionẽ nõ tenet: præſertim cum ius poſitiuum, nõ ſolum non refragetur, ſed ſuffragetur potius. Poſſumus hoc confirmare, quoniam is, qui bona fide accipit, & emit domũ, q̃ prius alteri erat vendita, neq; in cõſciæ, neq; in exteriori foro, tenet eã tradere priori emptori, vt oẽs cõfitentur alioqn iniquiſſimæ eſſent leges, q̃ approbant ſecundã emptionem, quippe quę approbarẽt ac defenderẽt peccata: ſed magis ius hẽt ad rem illam creditor, qui primo illã emit: eo ꝙ habeat ius ad rem illam in ſingulari, quę ipſi erat debita, quam habeant alij creditores ad res ipſis non debitas in ſingulari, quæ in ipſorum fraudem alienantur: ergo, quando bona fide fuerunt acceptæ de eorum manu, qui illas alienarunt, obnoxiæ non ſunt reſtitutioni.

Tertia autem pars, quod. ſ. q̃n, qui alienauit titulo lucratiuo, conſcius erat alienationem eſſe in fraudem creditorũ, accipiẽs teneat in exteriori, & conſcientiæ foro, reſtituere rẽ acceptam, aut quod ex ea factus fuerit locupletior; modo a creditoribus petatur intra annum a ſcientia alienationis in ipſorum fraudem effectæ: ſecus autem, ſi vel rẽs non petatur, vel poſt annũ elapſum petatur: probatur. Quoniã, vt ex dictis ſupra cõſtat, iura in eo euentu concedunt actionem reſciſſoriam, cum ea tñ limitatione, quod res intra annum a die ſcientiæ petatur, cum ergo lex ſit iuſta, publicoq; bono expediens, ne creditores debitis ſui fraudentur, æquitatiq; innitatur, conſequens eſt, vt vim in cõſcientiæ foro habeat: verumtamen, cũ, ſecluſa ea poſitiua lege, nulla eſſet reſtituendi obligatio in eo euentu, vt ex probatione b. duarum præcedentium partium liquet, lexque illa alienationem non reddat nullam, ſed ſolum concedat actionem, vt reſcindatur (id quod ſtatim amplius explanabitur) conſequens profectò eſt, vt ſi, vel res non petatur, vel poſt annum a die ſcientię elapſum petatur, nulla conſurgat reſtituendi obligatio, non ſolum in exteriori, ſed etiam in conſcientiæ foro. Nobiſcum conſentiunt in hac concluſione Couar. var. reſ. c. 3. ad finem numeri 6. vbi ſententiam Caietani, de qua diſputatione ſequenti erit ſermo, reijcit, ſi eam Caieta. intelligat, quando accipiens aliquid ab vſurario, ignorabat non manere illi ſufficientia bona ad debita ſoluenda.

8 Tertia concluſio. Quando is, cui † facta eſt alienatio, conſcius erat, alienationem eſſe in fraudem creditorum, & alienans ſimiliter, atque, quod ita alienatum eſt, a creditoribus petitur intra annum a die ſcientiæ, accipiens tenetur illud reſtituere, aut illius valorem, ſi non exiſtat, aut penes ſe iam non ſit, idque tum in exteriori, tum etiam in conſcientiæ foro. Hæc conſtant ex dictis

ante

ante has omnes concluſiones. Iura enim in eo euentu actionem reſciſſoriam concedunt, vt, quod ita acceptum eſt, integre reſtituatur, niſi aliquid pretij, eiuſve, quod in recompenſationem datum eſt, in bonis principalis debitoris reperiatur: quare, cum iuſta ea iura ſint, vtique in foro etiam conſcientiæ vim habent.

9 Quarta concl. In euentu † præcedentis concluſionis, accipiens, neque in exteriori, neq; in conſcientiæ foro, tenetur reſtituere, quod in fraudem creditorum accepit, ſi vel a creditoribus non petatur, vel petatur elapſo anno, a die ſcientiæ talis alienationis. Quod ad forum externum attinet, perſpicua eſt hæc concluſio: quandoquidem iura in eo euentu ſolum concedunt reſciſſoriam actionē intra annum a die ſcientiæ talis alienationis: quare, ſi vel res non petatur, vel petatur elapſo iā anno a die ſcientiæ, is, qui rem ita accepit, non cogetur illam in foro exteriori reſtituere.

Qđ verò ad conſcientiæ forū attinet, probatur. Primò, qm̄ alienatio illa fuit in ſe valida, accipiēſque cōparauit dn̄ium rei ita acceptæ, vt ſufficienter probant duæ illæ rōnes, quibus primā partē ſecundæ concluſionis confirmauimus; cū ergo ius poſitiuū ſolū intra annū a die ſcientiæ concedat reſciſſoriā actionem creditorib. aduerſus accipiētem, conſequens profectò eſt, vt ſi, vel creditores rem non petent, vel illam petant elapſo iam anno a die ſcientiæ, accipiens reddere illam non teneatur, ſed ſit tutus, etiam in conſcientiæ foro. Secūdò, qm̄ vt habetur Inſt. de actionib. §. item ſi quis in fraudem, in eo euentu actio conceditur reſciſſoria, hoc eſt, ad reſcindendam alienationem: ergo iura ſentiunt, alienationem fuiſſe validam in ſe, translatumq; per eam fuiſſe dominium in accipientem: alioquin non diceretur alienatio illa reſcindi, ſed iudicaretur fuiſſe nullam ipſo iure. Vnde gloſ. pen. eo in loco affirmat, translatū eſſe dominium. Quin ea de re eſt textus expreſſus L. ſi ſciens. ff. de contrahen. empt. vbi habetur. Ementem a debitore cum ſcientia, quòd creditor ea alienatione defraudaretur, fieri dominum rei ita emptæ. Gloſſa tamen rectè ibi ſubiungit, dari actionem reſciſſoriam aduerſus eam emptionem. Et gloſ. illa alia inſt. de actionib. ait actionem illam eſſe perſonalem aduerſus perſonam eius, qui ita rem illam emit atque accepit in fraudem creditoris, non verò eſſe realem in rem acceptam, conſentiuntque Doctores communiter. Tertiò, quoniam, vt habetur l. vlt. §. ſi procurator, ver. non ſolum, ff. quæ in fraud. creditoris accipiens reſciſſoria actione cogitur reſtituere rem, tenetur illam reſtituere cum fructib. tam quos habebat tēpore, quo illam accepit, quàm quos ex ea percepit a lite conteſtata, nō verò cum fructib. medij temporis; ergo cenſent iura, alienationem illam validam fuiſſe, translatumq; per eam fuiſſe dominiū: neq; enim alio titulo conceduntur illi fructus medij tpis, quàm quòd alienatio valida reuera fuerit, & ꝙ ille dominus rei illius toto eo tempore fuerit. Iubetur autem reſtituere fructus, quos res habebat, qn̄ alienatio fuit facta: quia, cum iam exiſterent, vnumq; cum re illa reputarentur, tam illos, quàm rem ipſam, cenſetur accepiſſe in fraudem creditorum. Iubetur etiam reſtituere fructus a lite conteſtata perceptos: quoniam ab ea die fuit in culpa, & mora reſtituendi rem, eaque ratione priuauit iniuſtè creditoris fructibus illis. Ac ſane iura citata hac in parte naturis rerum nituntur, vt illa expendēti eſt manifeſtum, ſolumque ex quadam æquitate actionem concedunt reſciſſoriam, quæ ex ſolo poſitiuo iure vim habet: quo fit, vt eiuſmodi iurib. in conſcientiæ foro ſit ſtandum.

Verū aduerſus hāc concluſionē objcies. Qui, Obiect.
ſciens, & prudens, in creditorum fraudē alienat, peccat contra iuſtitiam aduerſus eoſdem creditores, quatenus per eam alienationem impotente ſe reddit ad ſoluendum debita, quæ ex iuſtitia eis debet: ergo q id ſciens, aliquid ab eo accipit, peccat ēt contra iuſtitiā aduerſus eoſdem creditores, cooperando peccato alienationis, atque adeo ad reſtitutionem illis tenetur, ſi non ex parte rei acceptæ, certè ex parte iniuſtæ acceptionis.

10 Ad † hoc argumentum, conceſſo antecedente, Reſp.
de peccato iniuſtitiæ per accidens, id eſt, non ratione operis in ſe, quod facit, ſed quatenus per accidens eo opere impotentem ſe reddit ad ſoluendum, neganda eſt conſequentia: quia accipiēs iure ſuo vtitur intra iuſtitiæ limites, accipiēdo, atq; ſuam efficiendo rem in ſe liberā, hoc eſt nulli alteri obligatam; vtendoque peccato dantis in ſuū propriū commodū: non ſecus atq; qui licitè accipit ſub vſuris, vtitur peccato dantis in ſuū ꝑpriū cōmodū. Et fortaſſe, qui acciperet titulo lucratiuo ab alienante in fraudē creditorum, neque contra charitatem aduerſus creditores peccaret: eo ꝙ charitatis ordo non poſtulet, vt poſtponat tantū ſuum commodū, vt creditoris ab æquali damno ſeruet indemnes. Aduerſus alienantem verò non peccat contra charitatem, qn̄ ipſe donum offert: eo quòd per eam oblationem peccatum eius conſumetur, & acceptio ſolum ſit vſus peccati alterius iam conſumati, in ſuum commodū propriū, vt ſupra in materia de eleemoſyna q. 32. art. 7 de eo paupere dicebamus, qui ab eiuſmodi debitore acciperet pecuniam ſibi in eleemoſynam oblatā. Contraria verò Caietani opinio locum haberet, qn̄ accipiens, ſciens & prudens, incitaret debitorem ad alienandum in fraudem creditorum: quia tunc cauſa eſſet peccati iniuſtitiæ illius in creditores, atque adeo ad reſtitutionem illis teneretur; non ſecus atq; is ad reſtitutionem teneretur, qui debitori ſuaderet, ne creditoribus ſatisfaceret, eaque rōne cauſa eſſet damni cōtra iuſtitiam, quod eis inde ſequeretur. Cæterum ſi quis debitorem ad alienandum incitaret, ignorans alienationem eſſe in fraudem creditorum, aut, ſine peccato, ad id non attendens, ad nullam ſane reſtitutionem teneretur, eſto debitor ſciret, ſe in creditorū fraudem alienare. Ratio eſt, qm̄, ita illum incitando, nō peccaret contra iuſtitiā, ignorantia illum excuſante ab ea culpa, atque adeo non teneretur ad reſtitutionem ex parte iniuſtæ acceptionis, neque ex parte rei acceptæ, vt ſupra oſtenſum eſt.

11 Hinc infero, ſi ſecundus † emptor ſciat rem, q̄ emit, eſſe alteri venditam, vēditoremque incitet,

vt ſibi eam vendat, ac tradat, tunc non ſolum in exteriori foro dari priori emptori actionem aduerſus illum intra annum a die ſcientiæ ad venditionem in ipſius fraudem factam reſcindendã, vt Bald. in rub. C. quæ in frau. credit. notat, ſed ẽt in conſciẽ foro eum teneri reſtituere eam rem priori emptori, eſto nõ petatur: eo ꝙ cauſa fuerit iniuſtitiæ aduerſus illum commiſſæ. Quin arbitror, etiam in exteriori foro, ex hoc capite concedendã eſſe actionem extra annum: iura enim, quę ſolum intra annum concedunt actionem aduerſus ementem, aut alio titulo accipientem rem, quam ſciebat in creditorum fraudem alienari, loquuntur ſolum, qñ accipiens non fuit cauſa iniuſta talis alienationis: ad puniendum quippe eiuſmodi delictum, & cogendum reſarcire iniuſtitiã, quã accipiens aduerſus creditores eo pacto commiſit, nũquam iura actionem denegarunt, neque, vt actio competeret, neceſſarium erat ius poſitiuum, vt neceſſarium fuit, qñ accipiens non fuit cauſa iniuſta talis alienationis, ſed ſolum fuit conſcius alienationem eſſe in fraudem creditorum.

Obiec. Rurſus fortè contra eandem concluſionẽ obijcies. Creditores, in quorum fraudem alienatio facta eſt, fuerunt priores tempore: ergo priores in iure: nam qui creditor prior eſt tempore potior eſt iure: ergo, qui ſciens alienationem fuiſſe factã in fraudem creditorum, illam accepit, tenetur in foro conſcientiæ eam creditoribus reſtituere.

Diluit. Argm̃ hoc, ſi vim vllam haberet, ẽt conuinceret, in foro exteriori eſſe rem reſtituendam creditoribus, in quorum fraudem eſſet alienata. Ad argumentum ergo dicendum eſt, regulam illã; *creditor prior tempore, potior eſt iure*; intelligendam eſſe de creditoribus habentibus ius reale: ſecus autem de ijs, quibus ſolum cõpetit perſonalis actio, quales ſunt, de quibus in concluſionibus propoſitis ſolum eſt nobis ſermo. Id verò ita eſſe intelligendum, diſp. 536. perſpicuum fiet.

Vtrum bona vſurarij hypothecata ipſo iure ſint pro vſuris ſoluendis, & bona furis pro furtis ſoluendis.

DISPVTATIO CCCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij bona an tacitè ſint hypothecata pro vſuris ſoluendis, & n. 3. decidit, & nu. 6. vſq; in fi. Et quid de bonis furis, nu. 2. cum ſeq.*
4 *Cap. cum tu. de vſur. vera expoſitio, & intellectus.*
5 *Intellectus ad l. ſi & me, & Titium. ff. ſi cert. pet. nouiter datus.*

EX dictis diſputatione præcedente dilucidius hæc diffinietur Gloſſæ quædã c. cum tu, & c. tua nos. de vſuris, & c. quanquam, de vſur. libr.
1 6. innuunt, vſurarij bona † tacite eſſe hypothecata pro vſuris ſoluendis, ita vt quouis titulo ad quẽcunque pertranſeant, tranſeant cum eo onere, vt ex illis vſuræ ſint ſoluendæ. Atque hanc affirmat Panor. duobus capitibus primo loco citatis, fuiſſe communem opinionem antiquorum iuris canonici interpretum.

Panor. verò cũ Ioan. And. Hoſtien. Federico, & recentioribus contrariã amplectitur opinionẽ, eaq; hodie eſt cõis, Caiet. 2. to. opuſculorũ tracta. 8. c. 4. Soti. 6. de iuſti. q. 1. ar. 4. ad 3. Coua. 3. var. reſ. c. 3. nu. 6. Nauar. in Man. c. 17. nu. 265. Sylu. ver. vſura 6. nu. 5. & plurimum aliorum. Quare, inquiũt Caiet. & Sotus, licèt mutuatarius actionem habet realem ad bona, quę vltra ſortem perſoluit, ſi illa perſeuerent eadem numero, eiq; ſint debita, ad cuiuſcunque manus deueniant, non tñ eam habere comparatione aliorum bonorum vſurarij, ẽt ſi empta ſint ex pecunia vſuraria, ſed habere ſolum actionẽ perſonalem cõparatione vſurarij, vt reſtituat, quod vltra ſortem accepit, & ratione perſonæ, habere ẽt actionem ad bona illius, interim dum perſeuerant vſurarij: illis verò bonis alienatis, non tranſit actio ad perſonam, ad q̃ bona illa deueniunt, niſi per vltimam vſurarij voluntatem ad eum perueniant, iuxta ea, quæ diſputatione præcedente, ac alibi dicta ſunt.

Hanc ſñiam probant. Tum quia ex ipſa rei natura non oritur talis hypotheca, & obligatio in bonis vſurarij. Tum ẽt, quia nullibi in iure inuenitur id ſtatutum. Tum denique qm̃ id eſſet illaqueare conſcientias hominum celebrantium contractus cũ vſurarijs, eſto vſurarij ex ſuo patrimonio eſſent ditiſſimi, & eſto bona fide cũ eis cõtractus celebrarent: etenim quæcunque ab eis acciperent, ſiue lucratiuo, ſiue oneroſo, contractu, obligata manerent pro ſoluendis vſuris, ad quorum-
2 cũque manus deuenirent. Hæc † eadem omnia locum habere affirmant in bonis furis: neque enim hypothecata ſunt pro furtis ſoluendis, eſto empta ſint pecunia furto ablata.

Ioan. Medina de rebus per vſur. acq. q. 4. inter reſpondendum ad quartum principale propè finem, & quidam, quos Cou. loco citato, & alij referunt, aſſeuerant, quamuis bona alia vſurarij hypothecata non ſint pro vſuris ſoluendis, nihilominus poſſeſſiones pecunia vſuraria emptas, hypothecatas eſſe pro illis ſoluendis, atq; adeò cum eo onere tranſire ad quorumcumque dominium perueniant, ſaltem quando lucratiuo titulo ad eũ deueniunt. Ducuntur ex capit. cum tu. de vſuris, vbi ſtatuitur, eiuſmodi poſſeſſiones vendendas eſſe, & de illarum pretio ſatisfaciendum eſſe mutuatarijs: quibus verbis ſimul innuitur, ſiquid ſuperſit, pertinere id ad vſurarium.

Panor. locis citatis, & multi alij, quamuis affirment, eiuſmodi poſſeſſiones hypothecatas nõ eſſe pro vſuris ſoluẽdis, qm̃, ſi hypothecatæ eſſent, quocũq; titulo alienarẽtur, trãſirent cum eo onere aſſeuerant tñ, ſi titulo lucratiuo alienentur, accipiendas eas eſſe de eorum poteſtate, ad quos deuenerunt, vendendaſq; eſſe, atque ex illarum pretio ſoluendas eſſe vſuras, qñ aliunde non eſt, vnde ſoluantur, ſiquid verò de pretio ſuperſit, relinquendum ei eſſe, ad quem eo titulo tranſierunt. Atque hoc dicunt, ſtatutum eſſe capit. cum tu. citato, dum in eo præcipitur, vendi poſſeſſiones,

ſiones, vſuraria pecunia emptas; atq, ex prætio vſuras ſolui addũt verò, id ex quadã æquitate fuiſſe ſtatutũ, eo ꝙ poſſeſſiones eiuſmodi ſuccedant loco vſurariæ pecuniæ, qua fuerunt emptæ, argumento l. ſi & me, & Titium, ff. ſi cert. pet. vbi ex quadã æquitate conſtituitur, ex quo res mea, vel mihi debita; ad te peruenit, vt illã tenearis mihi reſtituere. Cum Pan. conſentit Nau. in Man. c. 17. nu. 266. tametſi ſubiungat, intelligendũ eſſe, qñ id acceptum fuit cum ſcientia, aut veriſimilitudine, quòd in creditorem fraudem alienaretur.

Caiet. loco citato, & multi alij, cenſent, conſtituendũ non eſſe diſcrimen hac in parte inter res emptas pecunia vſuraria, & quaſcunq; alias vſurarij res: neq; itẽ eſſe diſtinguendum, num tranſierint ad aliũ titulo oneroſo, an lucratiuo; ſed ſolum eſſe diſtinguẽdum de tpe, ſeu vſurarij ſtatu, qñ res alienauit. Si. n. inquit Caieta. quo tempore vſurarius bona alienauit, remanebant illi ſufficiẽtia bona, vnde vſuras reſtitueret, tunc quocunq; titulo alienata fuerint, non tenetur accipiens ad vllã reſtitutionem, eſto poſtea impotens effectus ſit ad illas reſtituẽdas. Si verò vſurario non remanebãt ſufficientia bona, ſed impotens, per eam alienationem, fiebat ad vſuras reſtituendas, tunc, quocumq; titulo alienatio ſit facta, accipiens manet obligatus reſtituere tantam vſurarum portionem ad quantam reſtituendam per eã alienationem vſurarius fuit impotens effectus; ſibique accipiens imputet, ꝙ ab eo emerit, aut in dotem cũ vxore, vel quocunq; alio titulo, acceperit, qui tot debitis erat aſtrictus, vt debita æquarent, aut excederent, illius bona. Idem, diceret Caietan. de accipiente a fure, aut a quocunque alio debitore. Sententiã hanc multi alij amplectuntur, tametſi merito plurimi eam reſtringant, qñ accipiẽs cõſcius erat, aut attendere debebat, per eam alienationem vſurarium impotentem fieri ad vſuras reſtituendas, & quidam illorum eam inſuper reſtringant, qñ alienatio facta fuit titulo lucratiuo, inter alios eam amplectuntur Adria. de reſtit. in materia, de vſura, q. vltima, quæ incipit, hoc igitur, Sotus 6. de iuſt. q. 1. ar. 4. ad 3. Gab. in 4. d. 11. q. 21. art. 3. dub. 16. Palud. ibid. q. 2. ar. 5. nu. 27. Nau. in Manu. c. 17. nu. 266. Ange. verb. reſt. 1. dum de vſura agit a nu. 17. Syl. verb. vſura 8. nu. 1. Coua. 3. var. reſo. c. 3. nu. 6. ad finem, & Medin. in reſp. citata, tametſi non admodum firmus ſit. Miror tñ nihil hos Doctores meminiſſe de diſpoſitionib. iuris, diſputatione præcedente a nobis explicatis, circa alienationem in fraudem creditorum, iuxta quas tamen, vt dicemus, res hæc erat definienda.

Vt paucis ſubiungam, quod ſentio imprimis

Deciſ. 3 † nõ probo Medinæ opinionem: qm̃ præter alia, vt bene Pan. ait, ſi bona empta pecunia vſuris acquiſita l hypothecata eſſent, aut onus reale haberent, vt ex eis vſuræ ſoluerentur, tunc ad quemcumque, quouis titulo deuenirent, tranſirẽt cum eo onere: Medina aũt, & qui eandem ſententiam amplectũtur, id negãt, qñ tranſiſſent titulo oneroſo. Præterea, nihil tale colligitur ex ca. cum tu, de vſuris, vt mox ſubiũgam, cui tñ capiti ipſi innituntur. Vnde D. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 3. ad 1. nullum hac in parte conſtituit diſcrimen inter bona pecunia vſuraria empta, & inter alia vſurarij bona. Deinde a Medina petam, num, ſi is, qui titulo lucratiuo bona illa ab vſurario accepit, ea titulo oneroſo alienet, tranſeant ad hunc vltimum poſſeſſorem cum eo onere reali, maneantque reſtitutioni pro vſuris obnoxia, an non? Si dicat manere. Contra, quia quantum ius vſurarius habebat, tranſtulit in eum, cui bona illa alienauit: ſed ſi vſurarius ipſe titulo oneroſo illa alienaſſet vltimo poſſeſſori, non manerent reſtitutioni obnoxia, vt ipſe affirmat, ergo neque reſtitutioni obnoxia manent alienata ſimili modo ab eo, qui titulo lucratiuo immediatè ea ab vſurario accepit. Quòd ſi dicat, non tranſire ad vltimum poſſeſſorem cum onere reali, tunc ſequitur, nec illud habuiſſe in manu eius, qui illa titulo lucratiuo immediatè accepit ab vſurario, etenim, ſi illud iam habebant, quocumque titulo poſteà ad aliũ tranſirent, retinerent illud ſemel in ſe ſuſceptum.

4 Deinde, nec Panormitani † opinio probatur. Qm̃ nihil tale eo textu conſtituitur, neque in eo textu vlla diſtinctio fit, num ea bona lucratiuo, an oneroſo titulo, ſint alienata, vt conſulẽti eum textum, eſt perſpicuum. Quin nec textus ille loquitur de eis bonis poſtq̃ ab vſurario ſunt alienata, ſed dum adhuc in ipſius ſunt dominio ac poteſtate, vt patet; qm̃ ſtatuit, vendenda eſſe ea bona, ex illiſque ſoluendas eſſe vſuras, vt vſurarius à pœna, & a peccato, quod in eis accipiendis commiſit, abſoluatur; manifeſtum autem eſt, remiſſionẽ peccati vſurarij, non pendere ex eo, quòd res vſuraria pecunia emptæ, quando iam in alterius ſũt poteſtate, vendantur, vt ex eis vſuræ ſoluãtur, ſed dum in ipſius poteſtate ſunt: niſi enim tunc reſtituat, vel aliunde, vel eas vendẽdo, cum poſſit, peccatum continuat, ac proinde dimitti ei nõ poteſt. Merito autem Summus Pontifex ibi præcipit, vt exequutio reſtitutionis vſurarum iudicis autoritate, incipiat potius è venditione rerum, quas vſurarius pecunia vſuraria emit, quàm a venditione aliorum bonorum eiuſdem vſurarij.

5 Textus † ẽt in l. ſi & me & Titium, quẽ Pan. & Nau. pro eadem ſententia adducunt, nihil ad rẽ facit. Caſus. n. legis illius hic erat. Rogauit quis me, & Titiũ, vt mutuo illi daremus pecuniã: iuſſi ego debitori meo, vt eam illi promitteret: is promiſit, ac dedit, mutuatario arbitrante, eum non eſſe debitorem meum, ſed Titij. Quæſitũ eſt, an ille maneret mihi obligatus. Reſpondetq; iuriſcõſultus, licèt res dubia ſit, propterea qđ ille nullum mecum iniuit contractum, ſed cũ meo debitore: nihilominus conſonantius rationi eſſe, manere ex æquitate quadã mihi obligatũ, quatenus pecunia mea, mihi ve debita, ad illũ peruenit. Ecce, caſus legis illius lõgè eſt diuerſus a re, de qua diſputamus. Etenim, qui pecuniam mutuo accepit, reſtituere illam tenetur, eo ꝙ nullũ titulũ habeat ad eã ſibi retinenda, vt gloſ. ibidẽ nota, ſolũque erat dubium, an mihi teneretur illã reſtituere: reſpõdetq; iuriſconſultus, teneri mihi ex quadam æquitate, quatenus pecuniam accepit mihi debitam, interuenienteque meo mandato. In re

autem,

autem, quam diſputamus, qui ab vſurario accipit rem pecunia vſuraria emptam, re vera dñium illius comparat, habetq; iuſtum titulum eam ſibi retinendi, neque res illa ad ipſum tranſiuit cum onere vllo reali, vt Panorm. ipſe affirmat: quo fit: vt longè diuerſa ſit ratio in vtroque euentu.

Quia ergo bona propria vſurarij, & furis, etiã ſi pecunia vſuraria, aut furto ablata, empta ſint, hypothecam non habent, aut onus reale, vt ex illis vſuræ, aut furta, ſoluantur, ſane quouſque, ſi ab vſurario, aut fure alienata ſint, reſtitutioni ſint obnoxia pro vſuris, & rebus furto ablatis, ex dictis diſputatione præcedente eſt definiendum: neque res hæc aliunde eſt iudicanda, quam ex iuribus, quæ de alienatione in fraudem creditorum conſtituta ſunt: ſunt enim creditores mutuatarius, & is, a quo res furto eſt ablata, comparatione vſurarij, ac furis.

6 Dicendum † itaq; in primis eſt, ſi eiuſmodi bona ab vſurario, aut fure, per vltimam volũtatem, etiam legato, aut donatione cauſa mortis, alienata ſint, obnoxia omnino eſſe reſtitutioni, quouſq; integrè vſuræ, & res furto ablatæ ſoluantur.

Dicendum deinde eſt, ſi eiuſmodi bona alio titulo alienata ſunt, quo tempore per eam alienationem vſurarius, aut fur, impotentes non reddebantur ad vſuras, aut res furto ablatas ſoluendas, obnoxia omnino non eſſe reſtitutioni.

Tertio dicendum eſt, ſi accipiens conſcius nõ fuit, alienationem fieri in fraudem creditorum, tunc quocunq; titulo bona illa acceperit, obnoxia nõ eſſe reſtitutioni. Excipitur, niſi vſurarius, aut fur, conſcij alienationem fieri in fraudem creditorum, bona illa alienauerint titulo lucratiuo, tunc. n. accipiens teneretur in exteriori, & conſciẽtiæ foro reſtituere rem acceptam, aut, quod ex ea factus fuerit locupletior, modo tamen a creditoribus petatur intra annum a die ſcientiæ alienationis in ipſorum fraudem factæ: ſecus verò, ſi vel non petatur, vel petatur poſt annum elapſum; nã tunc, neque in conſcientiæ foro, ad vllam reſtitutionem tenetur.

Quarto dicendum eſt, ſi accipiens conſcius erat eiuſmodi bona in creditorum fraudem alienari, obnoxia ſunt reſtitutioni vſurarum, rerumque furto ablatarum: ꝙ ſi apud accipientem non exiſtant, tenetur reſtituere valorem eorum: modo tamen a creditoribus bona illa, aut illorum valor, petantur intra annum a die ſcientiæ alienationis in ipſorum fraudem effectæ: ſecus autem ſi intra annum non petantur, aut petantur elapſo iam anno: nam tunc, neque in conſcientiæ foro, ad vllã reſtitutionem tenetur.

Poſtremo dicendum eſt, ſi, qui conſcius erat eiuſmodi alienationem in creditorum fraudem fieri, alienantem mouit ad eam alienationem, tũc creditoribus, etiam anno elapſo, reſtituere tenetur, quod, ex valore rerum ita acceptarum, neceſſarium fuerit ad vſuras, aut res furto ablatas reſtituendas, idque eſto id non petatur. Hæc omnia diſputatione præcedente oſtenſa ſunt.

Celebrantes contractus cum vſurarijs, furibus, & alijs eiuſmodi, quouſque ad reſtitutionem teneantur.

DISPVTATIO CCCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij furis, & aliorum ſimilium bono, in dupli ci ſunt differentia.*

2 *Dominiũ rerum per vſurarium, & furem venditarum, remanet ſemper penes antiquos dominos.*

3 *Contrahens cum uſurarijs, & alijs ſimilibus, & ab eis ſcienter rẽ alienam accipiens, tenetur eã reſtituere proprijs dominis, ſi debitor eam nõ reſtituerit: ſi verò ignoranter, tenetur, ſi eã habeat, alias quantũ ex illa fuerit locupletior effectus.*

4 *Emens rẽ propriam ab uſurario, uel fure, & alijs ſimilib. uel alio titulo accipiẽs, quando reſtituere eam teneatur, & nu. 12. vſque in finem.*

5 *Vendentes uſurarijs, & alijs ſimilib. attinentia ad cibum, & ueſtitum, an reſtituere teneantur ea, quæ in recompenſationem ab illis accipiunt.*

6 *Vſurarijs, & alijs ſimilib. miniſteria exhibentes, tenẽtur reſtituere, quæ ab eis pro mercede munerum acceperunt.*

7 *Famulis ſeruientes debitorib. impotentibus ad ſoluenda debita, an teneantur reſtituere quod pro eorum mercede acceperunt.*

8 *Vxor debitoris impotentis, an teneatur reſtituere quicquid inſumit.*

Et quid de filijs nu. 9.

Et quid etiam de genero, & filia dotata, num. 10.

11 *Mutuans debitori impotenti an teneatur creditori reſtituere, quicquid lucri ex mutuo accepit.*

Diſputatio hæc magna ex parte pendet ex dictis quatuor præcedẽtib. diſputationib. Meminiſſe vero oportet, bonorũ † vſurarij, furis, aut cuiuſcunq; alterius ſimilis debitoris, quædã eſſe, quorũ dñium ad ipſos ſpectat, & quædã, quorum dñium pertinet ad alios: atq; horũ, quædam eſſe cõſumptibilia vſu, q̃ve functionem in ſuo gñe recipiunt, & q̃dam, q̃ vſu nõ conſumũtur, neq; functionem in ſuo gñe recipiunt. Vt a rebus, quarum dñium ad ipſos nõ ſpectat, ordiamur. Med. de reſtit. q. 10. & de reb. per vſuram acquiſ. q. 4. ad 3. princ. ſingularis hac in parte eſt, Affirmat. n. qñ vſurario, furi, aut alteri ſimili debitori, manent ſufficientia bona ad debita reſtituenda, ſi quis cũ eorũ aliquo contractum celebret circa rem, quæ vſu conſumitur, cuius dñium ad alterũ pertinere ſciat, non ſolũ cõtractum eſſe validum, ſed ẽt cõparare dñium rei illius, neque teneri illã reſtituere dño, cuius antea erat, etiam ſi debitor eam non reſtituat. Ducitur, q̃m cum eiuſmodi res functionem in ſuo genere recipiat, hoc eſt, ſufficienter reſtituatur, ſi alia eiuſdem ſpeciei, & bonitatis reddatur, conſequens eſt, vt cum debitor potens ad reſtituendum maneat, dñium illius in eum transferat, qui illam accipit, ac proinde, vt accipiens, nec ratione rei acceptæ, reſtituere teneatur.

Contrarium tñ eſt proculdubio aſſerendũ. Ratio eſt, qm̃ † traditione eiuſmodi rerum facta per furem vſurarium, aut alium ſimilem debitorem, ſanè veri illarum dñi non amittunt ipſarum dominiũ: quare ad cuiuſcunq; manus, quouis titulo pertranſeant, ſemper illarum dominium perſeuerat apud antiquos dños, vt ex ſe eſt notiſſimum, & colligitur apertè ex l. rogaſti. § vlt. & l. nã etſi fur, ff. ſi cert. peta. quo fit, vt accipientes reſtituere teneantur ſemper rõne rei acceptæ, & ſimul rõne iniuſtæ acceptionis, ſi, vel qñ res acceperunt, vel qñ res conſumpſerunt, conſcij erant illas alienas eſſe. Lege inter alios Couar. reg peccatum part. 3. in initio num. 2. Obſerua tñ, quia eiuſmodi res in ſuo genere functionem accipiunt, ſufficienterque reſtituuntur traditis alijs eiuſdem ſpeciei, & bonitatis, non ſolum contractus circa eas celebratos eſſe validos, ſed ēt licitè poſſe eas accipi de manu vſurariorum, furium, aut depoſitariorum, qñ nõ dubitatur eiuſmodi homines reſtituturos eas veris dñis, eo tñ animo, & cum eo onere, accipi tunc dẽt, vt, ſi ab illis hoĩbus non perſoluantur, accipientes ipſi eas reſtituant, alioquin peccabũt eas accipiendo. Quo fit, vt, qui ſcientes eas alienas eſſe, illas accipiunt, ſemper teneantur ad earum reſtitutionem, non ſolum ex parte rerum acceptarum, ſed ēt ex parte exceptionis, quatenus, vel iniuſtè eas accipiunt, vel, ſi iuſtè ſuſcipiunt illas, id fiat animo, atque eo onere, & lege, vt, in defectum principalium debitorum, ipſi eas ſoluant. Illa eadem ratione, nempè quia eiuſmodi res perſoluuntur ſufficienter alijs eiuſdem ſpeciei, & bonitatis, dicendum eſt, qñ nullum ex mora damnum, nullaq; moleſtia, dñis earundem rerũ ſequitur, retinentes illas poſſe expectare, vt principales debitores eas ſoluant: imò æquitas poſtulat, vt tũc earundem dñi, petant ſolutionem potius a principalib. debitorib. quam ab eas retinentibus: præſertim, qñ illas retinendo, in nulla fuerunt culpa. Eadem ratione depoſitarij, vſurarij, quin & fures, qñ certi ſunt, ſe eiuſmodi res tempore opportuno reſtituturos, diſtrahere illas poſſunt eleemoſynis, atque alijs titulis, vt Medi. q. 4. citata ad tertium principale, & alij affirmant: ſaltem non peccant lethaliter, ſi certi, quod abſque detrimento vllo dominorum eas reſtituent, ipſa alienent.

Hanc ergo generalem concluſionẽ ſtatuamus circa res, tam vſu conſumptibiles, q̃ non conſumptibiles vſu, quorum dñium non pertinet ad vſurarios, fures, depoſitarios & quoſcunq; alios de-

3 bitores. Qui † titulo quocunque res eiuſmodi ab his acceperit, ſi, ſciens alienas eſſe, illas accipiat, vel id illi conſtet, anteq̃ eas alienet, vel conſumat, tenetur reſtituere eas proprijs dñis in euentu, qđ præcipuus debitor eas non reſtituat: ſi verò, ignorans eas alienas eſſe, illas accipiat, alienet, vel conſumat, ad illarum reſtitutionem tenetur, ſi eas habeat; alioquin ſolum, quantũ ex illis fuerit locupletior effectus. Hæc eſt cõs doctorũ. Ratio verò prioris partis eſt, qm̃, qui ſciens accipit, alienat, vel cõſumit eiuſmodi res, tenetur nõ ſolũ ex parte rei acceptæ, ſed ēt ex parte acceptionis, aut damni illati, conſumendo, aut alienando ſcienter eas res; ergo ſiue adhuc eas habebat, ſiue non, tenetur ad earum integram reſtitutionem, qñ præcipuus debitor eas non reſtituerit; qui tamen aſtrictus manebit ei ſatisfacere, quod illius loco reſtituerit. Ratio verò poſterioris partis eſt, quia is ſolũ tenetur ex parte rei acceptæ: quare ſolum tenetur illas reſtituere, ſi eas habeat, aut quantum ex illis locupletior fuerit effectus.

4 Qđ † attinet ad res vſurarij, aliorumq; debitorum, quarum dñium ad ipſos ſpectat, doctores, quos cum Caiet. diſputatione præcedente cõſentire diximus, vt plurimum affirmant, qñ is debitor impotens ad eas reſtituendũ contractu, quem circa illas celebrat, non redditur, quia vel remanent illi ſufficientia bona ad reſtituendũ, vel per eum contractum tantum bonis ipſius accreſcit, quantum de eiſdem bonis alienat, vt ſi pretio iuſto prædium emat, aut prædium vendat, vt pecuniam ad negotiationem vtilem accipiat, contractũ cũ eo celebratum ita eſſe validum, ac licitum, vt ea via aliquid ab eo accipiens ad nullã reſtitutionẽ in exteriori, & conſciæ foro, teneatur. Si verò, inquiunt, impotens ad reſtituendũ reddatur, aut impotentior, quam iam antea eſſet, teneri accipientem ad reſtituendũ, quantum ille impotentior per eum contractum fuerit effectus, ſiue lucratiuus is fuerit, ſiue oneroſus. Eorum tñ quidã hoc intelligunt, ꝙ ſi ſciens id acceperit, teneatur illud integrum reſtituere: ſi verò ignorans, ſolũ reſtituere teneatur, quantum poſt ſcientiam fuerit apud eum repertum rei, quã per eum cõtractũ accepit, aut quantum ex re illa factus fuerit locupletior. Ita Syl. verb. vſura. 8. q. 1. Ang. verb. reſti. 1. dum de vſura agit, a nu. 17. & alij. Atque iuxta hæc definiunt multas quæſtiones.

5 Prima eſt, an † qui eiuſmodi debitorib. vẽdũt attinentia ad cibum, veſtitum, & alios quotidianos vſus, reſtituere teneantur ea, quæ in recõpenſationem ab illis accipiunt. Reſpondent verò, ſi illis ea vendant, ſine quib. non poſſunt vitã conſeruare, reſtituere non teneri, quod in recompenſationem accipiunt; ſi aũt eis vendant, quæ excuſare ad id poſſunt, reſtituere teneri. Ita docere vidétur Syl. vbi ſupra q 9. Gab. in 4. d. 15. q. 11. ar. 3. dub. 16. corol. 4. Ang. verb. vſur. 1. nu. 21. Sotus 6. de iuſti. q. 1. art. 4. ad 3. & al.j. Similiter † affir-

6 mant tonſores, præceptores filiorum, atque alios ſimiles reſtituere teneri, quæ ab eis in mercedem munerum, quæ eis exhibent, accipiunt. Medin. tñ loco citato, Adr. q. vlt. de vſura, & alij cenſent, in his, & in alijs ſimilib. euẽtibus eum, q bona fide operas ſuas vſurario, alijve debitori locauit, quẽ non ſciebat impotentem ad debita ſoluenda, licitè poſtã accipere poſſe ab eo mercedem ſuorum laborum, etſi iam tunc intelligat, illum impotentem eſſe ad ſoluenda debita. Ratio verò egregia huius aſſerti hæc eſt, qm̃ ille iam tunc perinde eſt conſtitutus debitor huic, atque alijs creditoribus: quare accipere, & exigere poterit pretiũ ipſi debitum, perinde atque alij creditores exigere, & accipere poſſunt, quæ ipſis debentur.

7 Quod ad famulos attinet, qui † debitoribus ad ſoluenda debita impotentibus miniſtrant, diſtinguunt.

guunt. Qm̃,aut tales ſunt,vt ſuis miniſterijs tãtũ vtilitatis afferant bonis debitorũ, quantũ cũ ipſis in victu,veſtitu,& ſtipendijs,debitores inſumũt: vel tales nõ ſunt. In priori euentu famuli ad nullã reſtitutionẽ tenentur:qm̃ debitores non redduntur impotentes pp ipſos ad debita ſoluenda, neq; debitores peccant eos habendo, & cũ ipſis prædicta inſumendo. In poſteriori verò,& debitores peccant eos habendo, & famuli ipſi reſtituere tenentur creditoribus, quantum debitores redditi fuerint ea de cauſa impotentes ad ſoluenda debita. Ita Syl.vbi ſup.q.6. Ang.nu.21. citato,Gabr. vbi ſup.corol.1. Sotus loco citato, & Nauar. in Man.c.17.nu.270.

8 De vxore † eiuſmodi debitoris ait Syl.vbi ſup. reſtituere teneri quicquid inſumit. Melius tñ Nau. vbi ſup.nu.268.conſentaneè ad ea, quæ ex Med. & Adriano paulò ante retulimus affirmat,cũ maritus nõ minus debitor illi exiſtat cõgruẽ ſuſtentationis,iuxta pſonæ qualitatẽ,& q̃titatẽ dotis,q̃ ſit debitor cæteris creditorib. ad nullã reſtitutionẽ eam teneri, dummodo conſumat ſolum de ijs rebus quarum dñium ad maritum ſpectat,neque plus inſumat,q̃ ipſi a marito ſit debitum. Obſerua tñ,hæc tm̃ habere locũ, qñ matrimonium contractu arrharum,& dotis fuit celebratum. Qñ.n. celebratũ eſſet contractu medietatis bonorum,vt in Luſitania,tunc, cum debita oĩa contracta poſt celebratum,ac conſummatum matrimonium,ad vtrumq; coniungẽ æquè ſpectent,vxor,diſſoluto matrimonio, tenebitur ad medietatem debitorũ tunc remanentium,præſertim qñ ipſa ad cõſumptionem eorum bonorum concurrit, vnde debita reſultarunt,idq; nõ obſtante, quod eiuſmodi debitis ſolus maritus cauſam dederit per ſuum delictum,puta per furtum,quod ſolus maritus,vxore nõ cõſentiẽte,cõmiſerit. Præterea obſerua,quocunque modo matrimonium fuerit celebratum, ſi vxor ſciẽs cõſumpſit aliquid cuius dominiũ ad maritum nõ pertinebat, teneretur reſtituere dño totum,quod ipſa inde conſumpſit,qñ maritus id non reſtitueret. Ratio eſt,quoniã tunc teneretur ratione rei acceptæ,atq; acceptionis,ſeu conſumptionis quatenus vel iniuſtè illã conſumpſit, vel ſi,abſque peccato,ac proinde non iniuſtè,quia id excuſare non potuit, tenebatur illam conſumere animo illam reſtituendi,qñ poſſet,iuxta ea, quæ in principio huius diſputationis dicta ſunt.

9 Quod † ad filios attinet,ſi ſuo labore, & induſtria tantũ parenti acquirunt,quantum inſumũt, ad nullam reſtitutionem tenentur. Si verò non tantum illi acquirunt,ait vbi ſup.Syl.(cum quo, tam in hoc,quam in præcedentibus,conſentit Armilla verb.reſtitutio.nu.35.& verb.vſur.nu.39.) reſtituere tenetur quantum ea de cauſa parẽs impotens eſt redditus ad debita ſoluenda. Nau.verò vbi ſup.nu.269.ſic diſtinguit. Si huiuſmodi filij labore proprio,aut alijs ſeruiendo,vel aliqua alia ratione, poterant ſe ſuſtentare, reſtituere teneri: quoniam in eo euentu parens non tenebatur alimenta eis præbere: ſi verò non poterant ſe ſuſtentare,ad nullam reſtitutionem teneri: quoniã parens in eo euentu ſuſtentare illos tenebat, ac proinde creditores reputantur comparatione talis parentis. Si tamen plus inſumãt, quam a parente ipſis in ſuſtentationem eſſet debitum, tunc reſtituere tenerentur incrementum.

10 De dote,q̃ † gener,aut filia ab eiuſmodi debitoribus accipit,rñdent Sylu.vbi ſup.q.4. Ang.loco citato.n.19.Nau.in Man.c.17.n.271.& alij, teneri generum,ac filiã,reſtituere creditorib. quãtum,qui eam dedit,impotens ea de cauſa eſt effectus ad debita illis ſoluenda. Addunt,ſi qui eam dedit, habere ſufficientia alia bona ad ſoluenda debita certa, dosq; ſolum eſſet neceſſaria ad incerta debita ſoluenda, quæ proinde pauperibus eſſẽt reſtituenda; exigere poſſe ab Epiſcopo, vt ipſis, tanquam pauperib. eam applicaret ad vitã tranſigendam,ſuſtinendaque matrimonij onera.

11 De eo,qui † mutuo eiuſmodi debitorib.dedit, rñdent Syl.loco citato,q.7.& Ang.vbi ſupra nu. 12. Si ſciebat,aut veriſimiliter præſumebat, illos mutuum velle ad inutiliter illud expendendũ, in ludis,delitijs,aut alijs inutilib. rebus accipere ab eis nõ poſſe ſolutionem: ſi verò illam accipiat,reſtituere teneri illorum creditoribus quantum illi mutui occaſione,eiusque ſolutionis, impotentes effecti ſunt ad debita ſoluenda. Secus aũt quando mutuo eis dedit bona fide non credens impotentes illos ea occaſione reddendos ad debita ſoluenda. Idem reſpondent hi autores, quando aliquis ab eis aliquid emit ſciens,aut præſumẽs, eos velle pretium ad inutilia;& quando ſimili modo cũ eis celebrauit quemuis alium contractum. Hæc & his ſimilia ſunt,quæ circa res,de quibus diſputamus,dici conſueuerunt.

12 Quæ † tñ ſequuntur,addenda a nobis ſunt,cõſentaneè ad ea,quæ duabus præcedentibus diſputationibus dicta ſunt. Imprimis,qui bona fide,& abſq; peccato, quicquam ab eiuſmodi debitorib. accepit de bonis, quorũ dñium ad eos ſpectabat, quia ignorabat,alienationem in fraudem eſſe creditorum,ad nullam reſtitutionem tenetur,nõ ſolum qñ conſumptum eſt,ſed et̃ ſi illud adhuc poſſideat. Excipitur,ſi titulo lucratiuo id accepit,iſq; qui id ei dedit,in fraudem creditorum illud alienauit; nam tunc,ſi a creditoribus petatur intra annum a die ſcientiæ alienationis in ipſorũ fraudẽ effectæ,tenetur illud reſtituere in exteriori, & in conſciæ foro;ſecus aũt,ſi vel non petatur,vel petatur elapſo iam anno a tali ſcientia; tunc.n.ad nullam reſtitutionem tenetur. Hæc ex duabus præcedentibus diſputationibus ſunt perſpicua. Ex eis autem conſtat verum eſſe, quod ex Med.& Adr. ſupra retulimus. Nempè,qñ quis,ignorans reddi aliquem impotentem ad ſoluenda debita, operas ſuas illi locauit, aut oneroſum alium contractum cum eo celebrauit,ex quo conſtituit illũ ſibi debitorem, poſſe ab illo exigere, & accipere tale debitum,perinde atq; alij creditores,nihil impediente,quod ante ſolutionem intelligat impotentiam ad ſoluenda alia debita, quam ante talem contractum habebat, redditumq; fuiſſe impotentiorem occaſione contractus,quem ſecum iniuit.

Deinde, quod tam debitores eiuſmodi, quam celebrantes cum eis contractus, ſiue oneroſos,

ſine lucratiuos, aliquidve ab illis accipientes, cõſcij erant alienationem eſſe in fraudem creditorum quia eiuſmodi debitores impotentes reddebantur ad debita ſoluenda, ad nullam reſtitutionem tenentur, neq; in exteriori, neq; in conſcientiæ foro, ſi vel ea bona non petantur a creditoribus, vel petantur, poſt elapſum annum a die ſcientiæ, ꝙ ea alienatio in ipſorũ fraudem ſit effecta: ſi aũt intra eum annum petantur reſtituere illa tenentur, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro, quatenus illi per talem alienationem impotẽtes effecti ſunt ad debita ſoluenda. Ad eandem ẽt reſtitutionem tenentur, ẽt ſi a creditoribus reſtitutio non petatur, qñ, ſcientes, eam alienationem in fraudem eſſe creditorum, debitores incitarunt ad eos contractus celebrandos, easq; alienationes efficiendas. Hæc omnia patent ex dictis duabus præcedentibus diſputationibus.

Iuxta hæc dicendum eſt, qñ famuli al quorum nobilium, qui tanto alieno ære preſſi ſunt, vt impotentes ſint ad illud ſoluendum, bona fide ill s ſeruire incæperunt, aut, heris inuitant b. in illorũ ſeruitium ſunt recepti, non ſolum iubendos non eſſe reſtituere, quæ in victu, veſtitu, & ſtipendijs, ab eis acceperunt eſto eiuſmodi famuli attẽderent eam alienationem eſſe in fraudem creditorũ, ſed neque cogendos eſſe egredi ſeruitium illorũ: præſertim qñ ſi illi egrediantur, non deerunt alij, qui ſimiliter eiſdem heris inſeruiant: præterquam enim, ꝙ lege charitatis fortè vitare non tenẽtur creditorum damnum cum tanto ſuo incommodo, ꝑ eum tamen egreſſum, illorum damnũ non vitãt. Cauere autem debent confeſſarij, ne, admonendo eiuſmodi homines (qui regulariter bonã habent fidem) & præcipiendo illis, vt egrediantur ſeruitium dominorum, in cauſa ſint, quòd mala fide, & cum peccato, illis deinceps inſeruiant.

Duo admonuerim. Vnum eſt, id quod dictum eſt ſupra de muliere, quæ matrimonium contractu medietatis celebrauit, & inſumpſit in detrimentũ creditorum, locum habere, nihil impedientibus, & quæ a nobis modo addita ſunt. Alterum eſt, in dote filiæ, & donatione filio ad nuptias, plus eſſe difficultatis, nihil impedientibus, quæ a nobis dicta ſunt, q̃ in alijs alienationib. Rõ eſt, qm̃ de bonis paternis deducendum prius eſt totũ æs alienum, ſiue dotem, aut donationem ad nuptias adducere velit ad collationem in morte parentum, qui eam accepit, ſiue non: computanda quippe ſunt bona, quæ parens habebat, quando illam dedit deductoq; toto ære alieno quod is parens habuerit tempore, quod filius aut filia, elegerit, inde eſt deducenda dos, aut donatio ad nuptias, vt ſuo loco in materia de collatione bonorũ dictum eſt: quo fit, vt in conſcientiæ foro is filius, aut filia, ſoluere teneatur inde debita, quæ parens habebat, quando dotem, aut donationem, dedit, ſi parenti tunc ſufficientia bona non remanebãt ad ea debita ſoluenda. Et ſaltem hæc locum habent, quando alij etiam ſunt cohæredes eiuſdem parentis, inofficioſaque eſſet ipſis ea dos, aut donatio, pro eo tempore, niſi inde contributio fieret ad ea debita ſoluenda.

De cooperantibus ad vſuram, an peccent & ad reſtitutionem teneantur.

DISPVTATIO CCCXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ cooperari quot modis quis dicatur.*
2 *Cooperans parti accipienti ad vſuram, ad nullam reſtitutionem tenetur.*
3 *Vſurarijs ſuadentes, vt dent ad vſuram, ad reſtitutionem tenentur.*
4 *Deponens pecuniam apud vſurarium, quo caſu ad reſtitutionem teneatur.*
5 *Principes, & alij vſurarios iuuantes ad reſtitutionem tenentur.*
6 *Notarij conficiẽtes inſtrumenta contractus uſurarij, quibus caſibus ad reſtitutionem teneantur. Idem de teſtibus dicendum, nu 7.*
8 *Negociorũ geſtores, ſeu factores, & alij, qui aliorum nomine dant ad vſuras, ſeu exigunt, quo caſu ad reſtitutionem teneantur.*
9 *Vſurariorum famuli quando ad reſtitutionem teneantur.*
10 *Proxenetæ vſurariorum an, & quando ad reſtitutionem teneantur.*

1 Duobus † modis cooperari q̃s põt ad vſurã. Vno, partes agendo vſurarij: altero, agẽdo partes eius, qui ad vſuram accipit. Quod ad hunc ſcdm cooperandi modum attinet, ſequens regula
2 eſt ſtatuenda. Qui ita † cooperatur, ad nullam reſtitutionem tenetur, eſto perſuadeat vſurario, vt mutuum ad vſuram concedat, & eſto perſuadeat mutuatarium, vt ſoluat vſuram, ne alia dies vſurarius mutuum deneget, atque eſto, de cõſenſu mutuatarij, inſtrm̃ cõficiat, quo poſtea mutuatarius vſuram ſoluere cogatur. Ratio eſt, qm̃ ſicut mutuatarius petendo ad vſuram non committit iniuſtitiam: ita neque, qui partes illius cum vſurario agit, vt illam concedat, iniuſtitiam aduerſus mutuatarium committit, tametſi incurrere poſſit lethale peccatum ſcandali vſuram ſuadendo, ad eãque vſurarium incitando: quemadmodũ mutuatarius ipſe incurrere põt lethale peccatũ ſcandali, incitando vſurarium ad concedendam vſurã. In eo etiã, ꝙ quis abſque fraude & dolo mutuatario ſuadeat, vt perſoluat vſuram partes ipſius agẽdo, & non vſurarij, nulla ſit ei iniuria, neque.i.cõcare peccato dantis ad vſuram, ſed tenere ſe ex parte accipientis. In his omnibus conueniunt doctores cõiter: quare ſolum dicamus de cooperantibus ad vſurã primo modo. Quod ad eos attinet, qui vſurarijs ſuadent, vt debeat ad vſurã, & qui pecunias illis dant, vt eis vſurã exerceant, Gabr. in 4.d. 15. q. 11. ar. 2. cõcl. 3. Io. Med. de reb. p vſur. acquiſ. q. 4. Syl. verb. vſu 7. q. 2. & alij, quos citat, cẽſent. Si hi nihil amplius faciãt, hoc eſt, neq; exigãt, neque recipiãt poſtea vſurã, ſed vſurarij ipſi eam exigãt, atq; recipiãt ad nullã reſtitutionẽ teneri, eſto lethaliter peccauerint, id ſuadendo, aut pecuniã, vt id ita fieret, conferẽdo. Ducũtur, qm̃ neutrũ illorum Quæſ.

rum duorũ efficax occaſio, aut cã, eſt damni mutuatariorum: q̃nquidem, ét vſurarij ipſi, eſto progrediantur vlterius & mutuo dent ad vſuras, cauſam efficacem damni eiuſdem non dant, quouſq; vſuras exigunt, ac recipiunt; præſertim cum mutuatarij ipſi poſſint ſe ipſos defendere aduerſus vſurarium pactum, neque vſuras ſoluere.

3 Contrariũ † tñ eſt omnino amplectendo cum Soto. 6. de iuſt. q. 1. ar. 4. ad finem, Nau. in Manu. c. 17. nu. 265. Palud. ac alijs. Ratio eſt, q̃m, vt qs reſtituere tenetur tanq̃ cooperans ad iniuſtitiam, ſatis eſt, ſi inde effectus ſequatur cauſæ partialitate, eſto effectus ab alijs cauſis liberis intermedijs pendeat, quæ ad eum cooperentur, vt de eo eſt manifeſtum, qui furtum, aut homicidium conſuluit. Quanti ergo effectus iniuſti, ac vſurarij cã partiales fuerint prædicti vſuram conſulentes, aut ad illam exercendam pecuniam dantes, tantum tenentur integrè reſtituere, in defectum tñ eorum, ad quos vſurarium commodum deuenit, qui ipſis reſarcire tenentur, ſiquid loco eorum reſtituant.

4 De eo, qui † apud vſurariũ pecuniã depoſuit, non quidẽ vt ea vſuras exerceret, attamen exiſtimans vſurũ ea pecunia ad eum finem, diſtinguũt doctores. Quod, ſi is depoſitarius habebat, facileve habiturus erat, alias pecunias, quib. eodem modo exercuiſſet vſuras, tũc, qui depoſuit, nec ad reſtitutionẽ tenetur, nec peccauit: q̃m ſolum vſus eſt homine peccatore ad depoſitum, ac cuſtodiã ſuæ pecuniæ, illi offerendo, quod ex malitia illius futurum illi erat materia peccati, cum tñ defutura illi nõ eſſet aliunde ſimilis alia materia. Si aũt is depoſitarius habiturus non erat aliunde pecunias ad vſuras exercẽdas, aut ad illas in tãta quantitate exercendas, tunc peccatum fuit, abſq; vrgẽti neceſſitate, deponere apud illum pecunias: eo quod vitare tenebatur peccatum illius, & proximorum damna. Ita D. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 4. ad vltim. & alij. Credo tñ in eo euentu, deponentẽ reſtituere non teneri vſuras, quas depoſitarius ea pecunia acquiſiuit; quoniam ſolum ex charitate, & non ex iuſtitia, tenebatur deponens vitare peccatum depoſitarij illius, & damna aliorum proximorum; quæ tñ omnia in ipſorum omnium poteſtate erat vitare, ſi vellent. Idem omnino eſſet, ſi mutuo, aut quocunque alio iuſto contractu, eandem pecuniam eidem vſurario dediſſet, nõ intendendo, quod ea ratione vſuras exerceret.

5 Dñi † tpales, iudices, aduocati, & quicunque alij, q ſtatuto, præcepto, patrocinio, aut quouis alio modo, vſurarios iuuant, in vſuris a mutuatarijs exigẽdis, & in eis ad illarum ſolutionẽ cõpellendis, non ſolum peccant lethaliter, ſed etiã reſtituere tenentur, vnuſquiſq; eas oẽs vſuras, quarũ ſolutionis fuit cõcauſa, modo tñ illi, ad quos deuenerunt, eas non reſtituant: ſi. n. in horum defectum, quicq̃ reſtituerint, reſarcire id eis iſti tenentur, ad quos vſuræ deuenerunt. Iudices ét, ac dñi temporales, quibus ius dicere ex officio incũbit, reſtituere mutuatarijs tenentur vſuras, quas ſoluerunt, ſi coram ipſis ab vſurarijs eas repetant, neq; tamen iubeant, ac compellant eas ſoluere, vt ex officio tenentur: non ſecus ac reſtituere eas tenentur, quicumq; impedierint earum reſtitutionẽ. Ita Syl. ver. vſur. 7. a q. 10. Nau. in Manu. c. 17. a nu. 275. Sotus, & Med. locis citatis, & doctores communiter: quoniam hi omnes verè ſunt cauſa iniuſtitiæ, ac damni mutuatarius ſequuti.

6 De † tabellione verò ac notario, conficiẽte inſtrm contractus vſurarij, diſtinguunt cõter doctores. Si. n. conficiant ſimulatum inſtrm, in quo vſura non appareat, & quo mutuatarius ſoluere vſuras cogatur, tunc in vſurarij defectum, reſtituere tenetur vnuſquiſque eorum, ſi quas vſuras mutuatarius vi illius ſoluere cogatur, nihil impediente, q̃ mutuatarius confectioni illius inſtri cõſenſerit. Niſi ad petitionem mutuatarij, & quaſi partes illius agens, illud confecerit: licèt. n. in hoc poſteriori euentu peccet illud conficiendo, nõ tñ reſtituere tenetur, vt in principio huius diſputationis dictum eſt. Quocumque autem modo inſtrumentum conficiat, accipere poteſt competẽs ſtipendium, quod reſtituere poſtea non teneatur; non ſecus atque homicida reſtituere non tenetur pretium, quod, vt interficeret iniuſtè aliquẽ, accepit, q̃n id opere impleuit, vt ſuo loco dictum eſt. Quod ſi inſtrm palliatum non fuit, reſtituere nõ tenetur tabellio vſuras, quas mutuatarius ſoluerit: quoniam, vi illius, cogi non poteſt eas ſoluere, quin potius vi illius poterit ſe defendere, ex ipſomet inſtrumento, oſtendendo, id, quod petitur, vſuram eſſe, nec teneri eam ſoluere. Excipe, niſi inſtrumentum conficiat, vbi iniuſtè præciperentur ſolui vſuræ: tunc enim, quia mutuatarius vi talis inſtrumenti cogetur ſoluere vſuras, teneretur tabellio, qui illud conficeret, eas reſtituere. Hæc Sylu. in loco citato. q. 7. Naua. & Med. vbi ſupra, ac doctores communiter.

7 De teſtibus, inſtro † conficiendo intereſſentibus perinde, atque de tabellione illud conficiente, eſt iudicandum, nempe teneri, q̃n tabellio tenetur: ita affirmant doctores citati. Circa hos tñ, & quoſcunque alios cooperatores, qui ſolum ratione iniuſtæ acceptionis, damnive illati, tenentur, obſerua. Si bona fide ad contractum, aut actum concurrant, quem probabiliter, ac inuincibiliter vſurarium, ac iniuſtum ignorant, ad nullam reſtitutionem teneri: quoniam non ratione rei acceptæ, quam ſuppono ad ipſos nõ perueniſſe, neque ratione iniuſtæ acceptionis, eo quod non peccauerint concurrendo eo pacto, excuſante illos ignorantia inuincibili. Ita Sotus & Nau. locis citatis. Adde, ſæpe præſumendum eſſe de mutuatarijs, non velle hos ad reſtitutionem teneri, ſed ſolos vſurarios, quibus vſuras ſoluerunt.

8 Negotiorum † geſtores, ſeu factores, quos vocãt, tutores, ac curatores, & vniuerſim quicunque aliorũ noĩe dãt ad vſuras, eaſque exigunt, ac recipiunt, ad reſtitutionẽ tenentur, in defectũ eorum, quorũ negotia geſſerunt, & ad quos vſuræ deuenerunt. Ita Syl. vbi ſupra q. 4. Nau n. 267. Sot. &

9 Med. locis citatis. De † alijs vſurariorũ famulis, qui ſolum deferunt mutuum, ſcientes eſſe ad vſuram, vel ſolum vſuras recipiunt, a proprijs dominis miſſi, quas mutuatarij nihilominus eſſent ſoluturi, volunt Scotus, & Sylueſt. locis citatis,

& al j,quos Sylueſt.refert,ad reſtitutionem non teneri. Nau. tñ & Med. vbi ſup. contrarium affirmant,quorum opinio tutior, & probabilior vr. qm̃ verè ſunt concauſæ vſurarij effectus, ſaltẽ ij, q vſuras recipiũt. Is verò,q neq; vſurã exigeret, neq; ad vſurã daret,ſed ſolum ſcriberet ad dantis memoriã,quantũ cuiq; ad vſurã eſſet datum, nõ vñr teneri reſtituere: qm̃ parũ,aut nihil,cooperãtur. Proxenetæ,quos † Caſtellani *corredores*, Luſitani *corretores* vocant, ſi vſurariorum partes agant quærendo qui ad vſuram accipiant,atque id illis ſuadendo,ad reſtitutionem tenentur,vt Sot. & Naua. locis citatis affirmant: qm̃ cooperantur ad iniuſtum effectum. Contrariũ contendit Sylueſt. vbi ſup. q.3. cum alijs, quos citat,qñ ſolum cooperantur, vt mutuo eis detur ad vſuram, non verò vt poſtea vſura exigatur,ac ſoluatur. Hæc tñ opinio ſupra eſt reprobata,cum de ijs agebamus, qui dare ad vſuram ſuadent. Illud vniuerſim de cooperatoribus,vt de teſtibus paulo antea diceba mus,obſeruandum eſt, ſi de aliquo veriſimiliter credatur,mutuatarium non velle illum ad reſtitutionem obligare, vt de famulis, qui mutuum ad vſurã aſportant,aut vſuras, miſſi a dñis,recipiũt, credendum eſt, talem a reſtitutionis onere excuſari. Et regulariter multi ex cooperatorib. de quibus in hac diſputatione eſt ſermo, facilè veniam obligationis reſtituendi a mutuatarijs obtinebũt, ſi eam petant: eo quod ratio in re propoſita id poſtulet, neque ad ipſos quicquam vſuratum deuenerit,vſurarijque ipſi ad integram reſtitutionem teneantur, quam mutuatarij exigere ab illis in foro exteriori poſſunt.

Hæredes vſurariorum quouſque reſtituere teneantur vſuras.

DISPVTATIO CCCXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vſurariorum hæredes reſtituere tenentur vſuras, & ad id cogi poßunt.*
2 *Vſurariorum hæredes ſi confecerint inuentarium, non tenentur in exteriori foro vltra uires hæreditarias, ſecus autem in foro conſcientiæ.*
3 *Vſurariorum plures ſi ſint hæredes, an pro parte non reſtituentis teneantur.*

QVouſq; vſurarij,& cum eis cooperantes,reſtituere vſuras teneantur, diſputationibus præcedentibus explicatum eſt: ſimul vero reſtituere mutuatarijs tenentur lucra ceſſantia,ac damna emergentia ex eo, ꝙ vſuras ab eis acceperint, vel acceptas reſtituere diſtulerint. Quòd ſi mutuatarij ſuperſtites non ſint,reſtituenda hæc ſunt ipſorum hæredibus: ſi verò eis careant,pauperib. ſunt reſtituenda,vt c.cum tu de vſur. habetur. Intellige,aut in alijs pijs operibus, pro mutuatariorum animis,ſunt inſumenda.

1 Si aũt † vſurarij,dũ viuerẽt,eas nõ reſtituerint, eorũ hæredes reſtituere illas tenentur,atque ad id cogi in exteriori foro poſſunt,perinde atq; vſurarij ipſi,ſi viuerent, vt c.cum tu citato,hr. Neque. l.peculiare in debito ex vſuris, ſed locũ ſimiliter hẽt in oĩ dãno in tpalib. iniuſtè proximis illato, & vniuerſim in debito oĩ defuncti: actiones quippe defuncti,ſicut actiuæ ad hæredes tranſeunt,ita & paſſiue aduerſus eos tranſeunt: tametſi non ad ſoluendum pœnam pro delicto defuncti, qñ delictum morte defuncti expirauit, vt tracta.3. dicet, interim lege Coua.3.var.reſ.c.3. nu.7.

2 Verum † aũt hęredes vltra vires hæreditatis teneant. Conſentiunt oẽs,non teneri,qñ inuẽtariũ cõfecerunt. Qñ verò illud non confecerunt, licèt cõior ſnĩa ſit, in foro conſciẽ non teneri hæredes ad debita defuncti vltra vires hæreditatis, tametſi in exteriori teneantur, nos tñ diſp.217. cũ Coua. oſtendimus,teneri ẽt in conſciæ foro. Coua. tñ 3. var. reſ.c.3. num.8. excipit hæredes vſurarij circa vſuras ſoluẽdas. Ducitur ex c.q̃q̃. de vſur. lib.6. ꝙ pcipit,ſatisfactionẽ vſurarũ fieri, prout vires hæreditatis patiunt. Hæc tñ verba,meo iudicio,non ſufficiẽter probant exceptionẽ hãc. Tum qm̃ tex. non loquitur in euentu, ꝙ hæredes inuẽtarium non cõfeciſſent,q rariſſimus eſt. Tũ ẽt qm̃,ſi textus ille excipere intendiſſet hæredes vſurariorũ, cẽſendi proculdubio eſſent excepti, ita vt neq; in exteriori foro cogerentur reſtituere integras vſuras,qñ inuentariũ non confeciſſent; quippe cũ de exteriori foro ibi ſit ſermo: incredibile aũt eſt, ẽt in exteriori foro intendiſſe textũ illum concedere eis id priuilegiũ cõparatione dũtaxat debiti vſurarij, non verò reliquorũ debitorũ cõparatione.

Hæredes,ſi multi ſint,reſtituere vſuras, vt & quęcunq; alia debita,tenentur, vnuſquiſque pro rata,iuxta portionẽ partis hæreditatis, quæ ipſum Quæſ.
3 contingit. Dubiũ † verò eſt,ſi vnus eorũ impotẽs ad ſoluendum ſit effectus,aut ratione alia non reſtituat, an reliqui reſtituere id teneantur; ſaltem quouſq; portiones ſuas exhauriant. Antiquiores iuris canonici interpretes,arbitrantes bona oĩa vſurarij hypothecæ eſſe ſubiecta pro vſuris ſoluendis,affirmanter reſponderunt. Recentiores verò, de quorum numero ſunt Pan.c.tua nos citato, & alij affirmant,eandem opinionem ſequendã,atq; practicandam,vt defuncti anima, integrè ſatisfactione effecta,citius a pęnis liberetur; tametſi addant, hæredes reliquos de iuris rigore ad id non teneri,eo ꝙ defuncti bona hypothecata ad id non ſint,& paſſiuæ actiones,quę aduerſus defunctum erant,hæreditariaq; onere,pro rata inter hæredes iuris diſpoſitione diuidantur,vt conſtat ex l.2.C. de hæreditar. actionib. & ex l.pacto ſucceſſorum. C. de pactis,atque diſpu.155. & alibi dictum eſt. Nau. in Manu.c.17.num.278. omnino affirmat, reliquos teneri reſtituere loco illius, neque aliud ad id affert fundamentum,quam ca.tua nos,de vſur. Contrarium tñ eſt aſſerendum cum Caiet.2. Deciſ.
to.op 1.tract 8.c.5. Med. de reb per vſur.acq.q.4. ad quintum princ. Soto 6.de iuſt.q.1.art.4.ad 3. nempè,ſimpliciter non teneri,ad quam ſententiã Sylu.etiam accedit verb. vſur.6.qu.10. Ratio autem eſt illa,quam cum Panorm.& alijs,reddidimus, cur de iuris rigore non teneantur: Neque contrarium colligitur ex ca.tua nos de vſur. dum

in eo

In eo dicitur; *hæredes ea eſſe diſtrictione cogendos uſuras ſoluere, qua defunctus cogeretur, ſi uiueret*: id. n. ſolum ſignificat, oẽs ſimul ſumptos, vnũ quéq; videlicet pro rata portionis, q̃ ipſum contingit, in qua ſola defunctum repræſentat, cogendos eſſe ea diſtrictione, qua defunctus cogeretur. Atq; hinc intelliges, ſi hæreditas, ſolutis ex ea legatis, & donationibus cauſa mortis, ſufficiẽs erat ad vſuras ſoluendas, ita vt ſolutio vſurarũ, ac reliquorum debitorum defuncti, legitimas hæredib. debitas non contingeret, neq; neceſſe eſſet contribuere legatarios ad quartam falcidiã, legatarios, & donatarios cauſa mortis, non teneri vſuras ſoluere, in defectum hæredum, qui impotẽtes ad eas ſoluendas ſint effecti, aut alia ratione eas non ſoluant. Qñ tñ res aliqua vſuraria ad aliquem hæredũ, legatariorum, aut donatariorũ, deueniſſet, illa obnoxia ſemper eſſet reſtitutioni mutuatario, qui illam dedit, aut hæredibus illius, vt ex dictis diſputationibus præcedentibus eſt manifeſtum.

Cognoſcere de crimine vſurariorum, ad quod tribunal ſpectet: & qui vſurarij notorij, ſeu manifeſti dicantur.

DISPVTATIO CCCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vſurariorũ punitio ad iudicẽ ſpectat ſecularẽ, ſed uſurarũ cognitio, & declaratio ad eccleſiaſticũ.*
2 *Vſurarij notorij, & manifeſti quot modis dicãtur.*
3 *Teſtes duo, aut tres ſingulares omni exceptione maiores in Hiſpanijs admittuntur, ad probandã uſuram palliatam.*
4 *Vſurarius ut notorius dicatur, an ſufficiat per indicia, & argumenta probari.*

VT de pœnis vſurariorũ dicamus, duo, q̃ propoſita ſunt paucis erunt prius expedienda. Qđ ad primũ attinet, prętermiſſis alijs opinionibus placet, crimen † hoc ſcđm ſe eſſe ſeculare, ac proinde cognoſcere de illo, ad ſecularem iudicem ſpectare. Eſt quippe ſolũ contra naturę ius, atque iuſtitiã, non ſecus atq; homicidium, adulterium, & ſimilia alia crimina, quorũ cognitio ad ſeculares iudices ptinet, Ita Cou. 3. var. reſo. c. 3. num. 1. Syl. ver. vſu. 9. in prin. cum Pan. & pleriſq; alijs, quos citant. Declarare verò, num vſura peccatũ ſit, & num in contractu aliquo vſuræ peccatum interueniat, ad Eccleſiæ iudicium ſpectat, illiuſq. definitionibus ea in parte eſt ſtandum. Cohibere etiam vſuræ vitium eccleſiaſticis pœnis, quin & aliquibus temporalibus, ſi animarum ſaluti expedire fuerit iudicatum, ad Eccleſiam attinet. Præterea, vt bene Cou. loco citato obſeruat, cũ quondam ciuiles leges non omnes vſuras prohiberẽt, eccleſia fuit, quæ vniuerſim ſuis legibus hoc vitium cohibere, ac punire cæpit, ſaluti animarum proſpiciens: atque inde ortum habuere canones vſuras inhibentes, illiuſq; punitionem, varijs ſtatutis pęnis, iudicib. eccleſiaſticis committentes. Quin, cũ a multis ſeculis, in defectũ ciuiliũ legũ, atque ad ſeculariũ principũ negligentiã ſupplendã, conſueuerit eccleſia cognoſcere de hoc crimine, illudq; punire, eatenus iudices eccleſiaſtici in vnaquaq; prouincia poſſunt, ac dẽnt ſe intromittere in punitione, ac prohibitione huius criminis, quatenus cõſuetudine fuerit in ea receptum, nihil impedientes, ꝙ crimen ſcđm ſe ad tribunal ſeculare ſpectet. Quo loco memineris, cohibitionẽ peccatorum oĩum paterna, ac paſtorali correctione ad platos eccleſię ſpectare, iuxta ea, quę de fraterna correctione, q. 33. dicta ſunt, & centies, addentur, idq; tũ ad eruendos delinquentes ipſos a peccatis, eoſque deinceps in officio continẽdos: tum etiam ad reſarciendum aliorum ſcandalum.

2 Quod verò ad ſcđm † attinet, dicendum eſt. Illos in primis dici notorios, ſeu manifeſtos vſurarios, q̃ tales ſunt notorietate facti, quales ſunt, qui in conſpectu populi vſuras exercẽt, tot id cõſpicientib. vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, iuxta ea q̃ alio in loco explicanda ſunt. Ad ꝙ neceſſe non eſt, vt multos vſurarios actus exerceant, vt quidã ſunt arbitrati, ſed ſatis eſt, ſi vnũ publicè eo mõ exerceant, vt Nau. in Man. c. 17. n. 280. cũ Pan. & alijs affirmat. Neq; item eſt neceſſe, vt mutuo formali vſurã exerceant, ſed ſatis eſt, ſi eam virtuali mutuo exequantur, vẽdendo rẽ carius iuſto p̃tio rigoroſo ob dilatã ſolutionẽ, vt Nau. ibidẽ & Sy. verb. vſura. 9. q 2. cũ Pan. c. ad noſtrã, de empt. & vend. ac alijs, cõſentaneè ad textũ ibi, affirmant. Deinde notorij, ſeu manifeſti vſurarij, ducunt̃ q̃ tales ſunt iuris notorietate. Nẽpe illi, qui manifeſta iudicis ſñia de eo crimine condẽnati ſunt, vel q̃ recto iuris ordine id crimẽ de ſeipſis coram iudice ſunt confeſſi, vel de ipſis idoneis teſtibus coram iudice plenè eſt probatum, vt alibi oſtendendũ eſt, & cũ Pan. c. quia in oĩb. de vſur. n. vlt. affirmant Cou. 3. var. reſ. c. 3. n. 4. Syl. ver. vſura 9. q. 1. Nauar. vbi ſup. & doctores cõiter. Eſto autẽ quis laboret infamia, ꝙ ſit vſurarius, quia apud multos, & probos viros ea eſt opinio de illo, non dr̃ notorius, ſeu manifeſtus vſurarius, vt modo loquimur, niſi ſimul notorius ſit aliquot ex modis a nobis explicatis. Quin, eſto infamia coram iudice probetur, & ſimul cũ ea adſit teſtis vnus, aut multi, qui omni exceptione maiores non ſint, & qui cũ infamia plenã non efficiant probationẽ, notorius vſurarius non dr̃. Imò verò, eſto ea de cauſa a iudice damnetur pæna aliqua extraordinaria, ac arbitraria, non dicetur notorius vſurarius, iuxta ea q̃ alibi dicenda ſunt, conſentitq; Cou. vbi ſup. Multi ẽt teſtes ſingulares, id eſt, qui conteſtes nõ ſunt circa eundem numero actum vſurarium, ſed quorum vnus teſtificatur de vno actu, & alius de alio, non cenſentur plena probatio, vt quis notorius vſurarius dicatur, pęnaq; ordinaria puniatr̃, niſi tot eſſent, vt iudicis prudentis arbitrio plenæ probationi æquipollerent, præſertim concurrente infamia, attentiſque alijs circunſtantijs cõcurrentib. Interim de hac re lege inter alios Cou. vbi ſup. & Ang. ver. vſur. 2. nu. 19. In hoc aũt regno,
3 l. 4. tit. 6. l. 8. nouæ collect. admittuntur † duo, aut tres teſtes ſingulares, oĩ exceptione maiores ad

probandam vſuram palliatam.

Rogabis fortè, num argumenta, aut indicia, quòd quis vſuras exerceat, vna cum infamia eiuſdem, ſufficiant, vt manifeſtus, ſeu notorius, vſurarius
4 dicatur; Dicendum † eſt non alia ſufficere, quàm quæ euidenter oſtendunt illum vſuras exercere. Atq; de eiuſmodi iudicijs loquitur c. cum in diœceſi, de vſuris, vbi ſermo eſt de notorio vſurario, notorietate facti, vt patet caput illud intuenti, quicquid Syl. & Ang. locis citatis, atq; alij, in contrarium dicant. Lege tamen Caſtellæ citata probatio per indicia manifeſta admittitur in crimine vſuræ.

Glo. c.2. de vſur. l.6. ait, eũ, qui corã ſacerdote, & teſtib. cõfeſſus eſt ſe vſurarium eſſe, reſtituiq; vſuras præcepit, tradendo libros rationũ, cenſendũ eſſe manifeſtum vſurariũ ad effectum, vt pœnis ſubiaceat manifeſtis vſurarijs a iure ſtatutis, atq; eã gloſſam approbant multi, quos Sylu. loco citato, & alij referunt, ac ſequuntur. Ego verò nõ alios modos notorij vſurarij in iure comperio, quàm qui explicati paulò antea ſunt: neq; credo confeſſionem aliquam extra iudicium efficere confitentem notorium peccatorem, nobiſcunque vr̃ conſentire Nau. loco citato, non connumerans, inter reliquos, hunc notorij vſurarij modum.

De pœnis vſurariorum, ac quorundam illis fauentium.

DISPVTATIO CCCXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij notorij, etiam ante latam ſententiam, de iure ciuili communi ſunt infames.*

2 *Pœna infamiæ, contra vſurarios de iure ciuili communi ſtatuta, an hodie locum habeat etiam in exercentes vſuras, iure illo permiſſas.*

3 *Pœna infamiæ de iure ciuili communis ſtatuta, extenditur de iure Caſtellæ ad omnes vſurarios.*

4 *Pœna contra vſurarios ſtatuta in regno Hyſpaniarum, quæ ſit, & quæ de iure Luſitano.*

5 *Clericus vſurarius etiã iure canonico eſt infamis. Immò deponendus ab officio, & beneficio, & repellendus ad obtinendo.*

6 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum clerico vſurario poſt pœnitentiam peractam, vt habilis reddatur ad eccleſiaſtica beneficia.*

7 *Pœna Lateranẽſis cõcilij contra vſurarios ſtatuta.*

8 *Pœna Clem.* 1. *de ſepult. &* c. *quamquam. de vſur. li.6. contra vſurarios.*

9 *Cautio idonea quæ dicatur.*

10 *Cautio iuratoria quando danda.*

11 *Iudices ordinarij eccleſiaſtici qui ſint.*

12 *Notarius de mandato ordinarij poteſt ſtipulari reſtitutionem vſurarum, nomine eorum, quibus eſt reſtitutio facienda, ſecus autem ferie ordinarij mandato, ex communi.*

13 *Vſurarius, vt incidat in pœnam cap. quamquam. de vſur. lib.6. quid requiratur.*

14 *Teſtamentum notorij vſurarij eſt ipſo iure nullũ, & quæcunque alia illius vltima voluntas.*

15 *Teſtamentũ notorij vſurarij infidelis ſubiecti Chriſtiano principi, eſt nullum.*

16 *Teſtamentum eius, qui alias fuit notorius vſurarius, nullum eſt, ſi ante mortem non reſtituat, vel idoneam cautionem non præſtet.*

17 *Teſtamentum a notorio vſurario ante præſtitam cautionẽ confectum, an vires aſſumat, ſi vſurarius ante mortem idoneam præſtet cautionem.*

18 *Teſtamentum vſurarij notorij, qui cauit idoneè, ſed ſecretè, poſt cautionem vſuras exercet, an validum cenſendum ſit.*

19 *Teſtamentũ eius, qui uſurarius non erat, ſed poſtea eſt notorius uſurarius effectꝰ, an nullũ reddatur.*

20 *Pœna c.1. de uſur. libr.6. cõtra quoſcumq; locantes domos uſurarijs, ut uſuras in illis exerceant.*

21 *Pœna Clem. unicæ, de uſur. contra quoſcumq; ſtatuta facientes, quibus permittantur uſuræ.*

22 *Vſurarius ad uſuram accipiens, non poteſt repetere quod per vſuram ſoluit, niſi ipſe prius reſtituat uſuras ab alijs acceptas.*

VSurarij iure ciuili eo ipſo ſunt infames, etiã ante latam ſententiam. Intelligẽdum tñ eſt
1 id de notorijs vſurarijs: † quia n. crimẽ notorium non eſſet, infamia non incurreretur ante latã ſententiã, qua de crimine condemnaretur, iuxta probabiliorem ſñiam, quam refert, ac ſequitur Cou. 3. var. reſ. c.3. nu.2. Pœna hæc hr̃ l. improbum fœnus. C. quib. ex cauſ. infam. irrog & 3. q 7. c. infames, conſentit c. inter dilectos, de exceſſ. prælat. reſertq; Bar. quendam reipſa nullum reddidiſſe teſtamentum fratris, in quo ipſum prætenbat, hæredemq; inſtituebat quendam vſurarium, idque ea de cauſa, quod, ipſo præterito, perſonam inſtituiſſet infamem, iuxta ea, quæ in calce diſputationis 159. dicta ſunt. Lege Sylueſt. verb. vſu.8. q.4.
2 Quia † verò hæc pœna iure ciuili cõi eſt ſtatuta, quod, vt diſp.304. dictum eſt, vſuras aliquas permittebat, dubitant Doctores, vtrum hodie ea pœna locum habeat, etiam in exercentes vſuras iure illo permiſſas. Communior, ac vera opinio, quã Couar. loco citato refert, ac ſequitur, eſt, etiam in illos habere locum. Etenim eo ipſo, quòd vſuræ vniuerſi ſunt prohibitæ, extenditur pœna illa ad exercentes quaſcunq; vſuras: præſertim cum ſtatuta ſit, non exercentibus has, vel illas vſuras, ſed
3 vſuras prohibitas. Atque † lex Caſtellæ vlt. tit.6. lib.8. nouæ collect. hanc pœnam ad omnes vniuerſim vſurarios extendit. Ius Caſtellæ.
4 In hoc † eodẽ regno in pœnam vſurarijs ſtatuitur, vt amittant formali, aut virtuali mutuatario, quòd ad vſuram ei dederint, & inſuper tantũdem, dimidium quidem fiſco Regis, & dimidium alterius dimidij accuſanti, & reliquum in refectionẽ murorum, aut, ſi locus muris careat, in refectionem publicorum ædificiorum. Quòd ſi, poſt hanc condẽnationem, iterum labantur in idem crimẽ, amittãt dimidium oĩum ſuorum bonorum, ſimili modo diuidendorum: ſi verò, poſt hanc pœnam, labantur iterum, amittant omnia ſua bona diuidenda ſimiliter. Ita habetur l.4. iuncta. 5. ſequenti, tit.6. l.8. nouæ collect. In Luſitania verò l.4. ord. titu.14. in princip. vſurarius amittit fiſco Ius Luſitanũ.

Regis

Regis duplum eius, quod ad vſurã dedit, & inſuper duplum vſuræ, ſi eam, quando condemnatur, receperat, mittiturque in exilium duob. annis ad loca Africæ, idq; pro prima vice. Pro ſecunda verò, vtraq; pęna illi duplicatur, & ꝑ tertia, triplicatur. Is aũt, qui ad vſurã accipit, pro ſingulis vicibus punitur amiſſione fiſco regis tantumdem, ac fuit, quod ad vſurã accepit: ſiquid verò vſuræ ſoluit, illud cõputatur in partẽ eius, quod fiſco ſoluere cogitur. Et §. vltimo ſtatuitur, vt quicunque eorum, qui contractum vſurariũ celebrarunt, detexerit alterum, anteq̃ ipſe accuſetur, & antequã Rex alicui conceſſerit pęnã, quam ea de cã incurrit, non ſubiaceat pęnis prædictis, & eſto probare non poſſit plenè, quod detexit, propria confeſſio ei non noceat ad ſubeundam pęnam ordinatione illa celebrantibus contractum vſurarium ſtatutam. Simul lege, quæ eodem lib. tit. 27. §. penultimo & vlt. diſponuntur, & lib. 1. tit. 67. §. 19.

5 Clericus † vſurarius iure ẽt canonico eſt infamis c. inter dilectos citato, eſtq; ſuſpendendus ab officio, & beneficio pp actum vſurarium, vt patet c. præterea, de vſur. Imò eſt ẽt deponendus ab officio, & beneficio iam adepto, vt conſtat. cap. 1. de vſur. & c. ſi quis oblitus, ac c. quoniã multi. 14. q. 1. & c. 1. 47. diſt. Quin & repellendus eſt ab obtinendo. c. inter dilectos citato, & c. de Petro. 47. d. Et regula infamibus de reg. iur. lib. 6. quæ ſic habet. *Infamibus portæ non pateant dignitatum.* Couar. 3. var. reſ. c. 3. nu. 3. cum Hoſtienſi ait, clericũ vſurarium primò ſuſpendendum eſſe, deinde, ſi contumax ſit, & perſeueret, eſſe deponendum. Panormitanus vero c. præterea, citato innuere videtur, poſſe vtramq; pęnã indifferenter imponi; cũ vtraq; in iure ſtatuta inueniatur, ac ſanè iura non ſonant, vt prius ſuſpenſio imponatur, & poſtea depoſitio; tametſi ęquum ſit, vt ordo ille ſeruetur; q̃nquidem vtraque pęna imponi poteſt Gloſ. ca. 6 præterea, de vſur. ait, Epiſcopũ † diſpenſare, poſt pęnitentiã, & ſatisfactionẽ, poſſe cũ clerico vſurario, vt habilis ad eccleſiaſtica beneficia ſit, eamq. Couar. loco citato affirmat eſſe communiter receptam. Poſtea verò, cum quadam alia gloſ. c. inter dilectos, id reſtringit, vt intelligatur, ad beneficia obtenta, non autẽ ad obtinenda. Arbitror tamen gloſſam. c. inter dilectos, non negare, poſſe epiſcopum poſt pęnitentiam, & ſatisfactionem reddere habilem clericum vſurarium ad obtinenda beneficia, quæ de nouo vacent, & ad quę de nouo poſt talem pęnitentiam acquirat ius, quo pacto intelligenda eſt gloſ. c. præterea, ſed ſolum aſſerere, ad ea beneficia obtinenda, ad quæ ante pęnitentiam, & ſatisfactionem erat electus, & habebat ius, non poſſe reddi habilem per Epiſcopum, ſed eſſe omnino ab eis repellendum, conferendaque eſſe alteri: poſſe tamen diſpenſare, vt maneat in iam obtentis: quia licẽt poſſit eam deponere ab illis, poteſt etiam eum non deponere, ſed ſuſpendere illum ad tempus, vt c. præterea citato habetur, & poſt pęnitentiam, & ſatisfactionem poteſt relinquere eum in proprio beneficio iam obtento.

Capite, quia in omnibus de vſur. quod eſt Cõ-
7 cilij. Lateranenſis, ſtatutum † eſt, vt manifeſti vſurarij ad cõionẽ alterius non admittantur. Quod licẽt Pan. ibi, Ang. verb. vſura. 2. nu. 5. & alij, intellexerint, qđ ſacrificio altaris, vt erubeſcerent, intereſſe non ſinerentur, eo pacto quo excõicati intereſſe non permittuntur, textus tñ id non ſonat, ſed ꝙ ad Eucharistiæ perceptionem non admittantur, vt Syl. q. 4. citata, & alijs affirmãt. Inſuper ſancitũ eſt, vt oblationes in Eccleſia ab his non recipiantur: de qua re diximus. q. 32. artic. 7. Conſtitutũ præterea eſt, vt ſi in eo peccato ex hac vita deceſſerint, eccleſiaſtica ſepultura eis nõ tradatur. Et inſuper, vt ſi quis ab eis oblationẽ acceperit, aut eos eccleſiaſticæ ſepulturæ tradiderit, reddere compellatur, quod accepit, & donec, Epiſcopi arbitrio, ſatisfecerit, ſit ſuſpenſus, quod intelligunt doctores ipſo facto. Conſtitutionem hãc præcepit Greg. X. in Concilio Lugdunenſi Clementina 1. de vſuris, ſub interminatione diuinæ maledictionis inuiolabiliter obſeruari. Poſtea
8 † Clem. 1. de ſepulturis, ſancitum eſt, vt qui manifeſtos vſurarios ſcienter ſepelire præſumpſerit, ſit ipſo facto excommunicatus, neque abſoluatur, quouſque Epiſcopi arbitrio ſatisfecerit.

Capite quamquã de vſur. lib. 6. fuit etiã decretum, vt quamuis manifeſti vſurarij in ſuo teſtamento, aut quacunq. alia vltima volũtate, reſtitui præcipiant vſuras, quas acceperãt, ſiue exprimendo earũ quantitatẽ, ſiue nõ, eis nõ tradatur eccleſiaſtica ſepultura, donec de vſuris, prout eorũ patientur facultates, plenariè fuerit ſatisfactum, aut ſufficiens pręſtetur cautio cum pignoribus, vel fideiuſſoribus, idq. vel ijs, qb. facienda eſt reſtitutio, ſi pręſẽtes ſint, vel alijs, q̃ de iure poſſunt illis acquirere, vt ſunt filij, & ꝑſonæ aliæ, a iure ad id expreſſæ, vel his oĩbus abſentibus, ordinario loci, aut eius Vicario, vel Rectori Parochię, in qua defunctus habitabat, coram aliquibus fide dignis de ipſa Parochia, aut tabellione, vel notario publico, de mandato ordinarij. Inſuper præcipitur ſi de vſurarũ quãtitate conſtet, vt ea ipſa quantitas in cautione exprimatr. Si verò non conſtet, exprimatr verisimilis quantitas arbitrio cautionẽ recipientis: q, ſi ſcienter minorẽ veriſimili appoſuerit, ad reſtitutionẽ teneatr vſq. ad veriſimilẽ quantitatẽ. Ibi ſubiungitur, ſi religioſus aliquis manifeſtos vſurarios aliter ad eccleſiaſticam admiſerit ſepulturam incurrat pęnam ſuſpẽſionis c. quia in oĩb. citato ſtatutam. Præcipitur quoq. ut nullus oĩno interſit illorum teſtamentis conficiendis. Itẽ, ut nullus eos ad confeſſionem admittat, aut illos abſoluat, antequam, uel reſtituant, uel prædicto modo cautionem præſtent. Inſuper ſtatuitur, ut teſtamenta manifeſtorum uſurariorũ aliter confecta (quã. ſ. ſatisfactis uſuris, aut cautione modo explicato præſtita) irrita, ac nulla ſint ipſo iure.

Circa prędicta nonnulla obſerua. Primum eſt, ea ſolum habere locum in uſurarijs notorijs, non uerò in alijs, quibus deneganda non eſt ſepultura, neq. eucharistia, ſi publicè illam petant, ſed in conſcientiæ foro abſoluendi non ſunt, niſi ſatiſfecerint, aut ſatisfacere ſint parati: ſicut furibus occultis, & alijs debitoribus fieri conſueuit.

Secundum eſt, cap. quanquam citato, expreſſe non

non dici, præſtandã eſſe cautionem cum pignoribus, aut fideiuſſoribus, ſed ſolũ dici, præſtandam
9 idoneã cautionem: nomine†tñ idoneæ cautionis, vt ibi notat gloſ. & cõſentiunt doctores, non alia intelligitur, quam cum pignorib. aut fideiuſſoribus, iuxta l. ſi mãdato Titij. §. vltimo, ff. mandati.

10 Quod † ſi quis, nec pignora, nec fideiuſſores, dare potuerit, is iurare debet, ſe ea dare non poſſe, & etiam ſe impleturum, quantum in ſe erit, quod cauet, atque id erit ſatis, vt notant ea ipſa gloſſa, Ang. verb. vſur. 2. nu. 8. Syl. q. 4. citata, Nauar. in Manua. c. 17. nu. 279. iuxta cap. Alma mater, §. illis, de ſent. excommun. lib. 6. Si quis in periculo mortis ſit, velitque ea omnia præſtare, nec poſſit quia vel eſt in deſerto, aut in mari, vel trãſfixus eſt gladio, aut alia ratione ita affectus, vt tam celeris mors timeatur, quòd locus non ſit ad ea præſtanda, abſoluendus a quocumque ſacerdote eſt, dummodo, ſi tempus ad id ſuppetat, iuret ſe ex prædictis præſtaturum, quæ potuerit. Si autem adſunt aliqui coram illis proteſtetur, ſe illa debere, ac præcipiat, vt de bonis ſuis reſtituantur, confeſſariuſque obtineat ab eo facultatem prædicta omnia manifeſtandi ordinario, vt, ſi conualuerit, curam habeat ordinarius illum cogendi ea omnia implere; ſi verò non conualuerit, cogat hęredes illa implere. Ita Nauar. loco citato, nu. 280. cum Syl. verb. reſtit. 6. q. 1.

11 Tertium, nomine † ordinarij, intelligi quemcumque, qui iuriſdictionem epiſcopalem habet, vt capitulum ſede vacante, illiuſque Vicarium, & Abbates, & alij ſuperiores, aliquibus in locis, eorum que Vicarios.

12 Quartum, ſi † notarius publicus in hoc euentu, de mandato ordinarij, nomine eorum ſtipuletur, quibus reſtitutio vſurarum debetur, acquirere illis ius in foro exteriori: ſecus autem ſi id de mandato ordinarij non efficiat, vt notant gl. citata, & doctores communiter.

Quintum, ſepelientes eum notorium vſurarium, qui vſuras reſtitui iuſſit, antequam exequutioni mandentur ea, quæ cap. quamquam, citato exequutioni mandari præcipiuntur, antequam ei ſepultura concedatur, eſſe ipſo facto excommunicatos, iuxta Clemen. 1. de ſepulturis citatam, quę poſt caput illud condita fuit.

Couar. 3. variat. reſol. c. 3. nu. 5. ait quamuis, vt aliquis incurrat pęnas c. quia in omnibus, ſatis ſit eũ vſurarium eſſe notorium aliquo ex modis di-
13 ſputatione præcedẽte explicatis, vt † tamen in pęnas incidat capitis quamquam, & præſertim, vt teſtamentum illius ſit nullum, requiri, vt ſit notorius vſurarius notorietate facti: videturque velle non ſatis eſſe vnum eius actum eſſe eo pacto notorium, ſed requiri vt pluris ea notorietate exercuerit. Sententia hæc mihi nõ probatur. Tum qa ex eo textu id non colligitur: & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Tum etiã qm̃ cæteri doctores id non affirmant. Tum denique quoniam textus ille etiam loquitur de pęnis capitis, qa in omnibus, vt de prohibitione eccleſiaſticæ ſepulturę, ſupponitque illud aliud caput.

Illud libenter darem, teſtamentum eius vſurarij eſſe validum, qui ante mortem non erat notorius, eſto poſt mortem ſufficienter probetur, illũ vſuras exercuiſſe, eaque de cauſa damnetur, illiuſque hæredes præcipiantur illas reſtituere, atque adeo crimen fiat notorium. Ratio eſt, quoniam, cum teſtamentum morte teſtatoris confirmetur, teſtatorque ille ante mortem, mortiſque tempore, nullum habuerit impedimentum, cur teſtamentum illud validum non eſſet, ſanè poſt mortem ſemper erit validum. Si tamen teſtator ille ante mortem fuiſſet damnatus, & abſque ſatisfactione, aut cautione idonea, moreretur, tunc teſtamentum ipſo iure eſſet nullum.

14 Sicut teſtamentum † notorij vſurarij eſt ipſo iure nullũ, ſic & codicillus, atq; alia quæcunq; vltima illius voluntas. Ita gloſ. vltima, c. quamquã, citato cõiter recepta, vt Couar. c. 3. citato num. 9. Syl. verb. vſur. 9. q. 7. & Ang. uerb. uſur. 2. nu. 11. referunt, ac ſequuntur. Ratio eſt, quoniam ea eſt mens legis illius: alioquin facilè poſſet deludi. Quod ad legata ad pias cauſas in eis relicta, conueniunt doctores non ualere, quando a notorio uſurario, qui impęnitens diſceſſit, relicta ſunt.

Quando uerò ſigna pœnitentiæ apparuerunt, quidam, quos Sylu. & Cou. locis citatis referunt, ac ſequuntur, ualere affirmant, tametſi eadem ultima diſpoſitio quo ad reliqua non ualeat, ſi ante mortem non reſtituit, aut idoneam cautionem non præſtitit.

15 De † teſtamento notorij uſurarij infidelis, legibus, ac iuriſdictioni Principis Chriſtianis ſubiecti, q̃uis nõnulli ualidum eſſe cenſeant, placet tñ cum Cou. loco citato, & alijs, quos refert, ut dicamus, inualidum eſſe Qm̃ licet in eos infideles locum nõ habeat pœna ſpiritualis, ut de eccleſiaſtica ſepultura, Summus tamen Pontifex annullare eorũ teſtamentum põt, quatenus Chriſtianis Rebuſpublicis ſunt ſubiecti; & per epicheiã eſt cenſendum, eam fuiſſe mentẽ ipſius c. quamquã, citati, licet nihil de eis tunc cogitauerit: qm̃ credendum eſt, ſi tunc interrogaretur, an uellet ea lege illos comprærhendere quo ad pœnam nullitatis teſtamenti affirmanter eum reſponſurum.

16 Teſtamentum † eius notorij uſurarij, qui quondam talis fuit, ab eoque exercitio deſtitit, nullum eſt, ſi ante mortem non reſtituit, uel idoneam cautionem non præſtitit. Ita Felinus, & alij, quos Couar. loco citato refert, ac ſequitur.

17 Vtrum † aũt teſtamentum a notorio uſurario ante præſtitam cautionem confectum, uires aſſumat, ac conualeſcat, ſi uſurarius ante mortem idoneam cautionem adhibeat, affirmanter eſt reſpõdendum cum gloſ. c. quamquam, citato Bart. & alijs, quos Syl. ubi ſupra q. 6. & Cou. nu. 9. citato referunt, ac ſequuntur. Ratio eſt, quoniam teſtamentum morte teſtatoris firmatur: eiuſmodi autem teſtamentum ante teſtatoris mortem habuit omnia neceſſaria, ut eſſet ualidum. Præterea quia in teſtamentorum fauorem eſt inclinandum.

18 Vtrum † autem, ſi notorius uſurarius, poſt teſtamentum confectum, cauit quidem idoneè, ſed poſt cautionem ſecretè uſuras exercuit, ualidum cẽſendum ſit tale teſtamentum. Neganter eſt reſpon-

ſpondendum : qm̄ præſumendum eſt, pœnitentiam, & cautionem fictam fuiſſe. Ita Cou. loco citato, & alij Pan. tn̄, c. ſi quia in omnib. nu. 10. validum eſſe innuit. Quod verum eſſe arbitror in foro conſcientiæ, quando veriſimiliter creditur, abſque fictione, reſtituendi animo præſtitiſſe cautionem: etenim ſecretè vſuras poſtea exercere, inualidum illud non reddit.

19 An vero, ſi aliquis, qui † vſurarius non erat, teſtamentum cōdidit, ſed poſtea notorius vſurarius eſt effectus, teſtamentum illud reddatur nullum. Affirmanter eſt reſpondendum : qm̄ teſtamentū morte teſtatoris confirmatur. Illud verò tempore mortis non habuit, quæ neceſſaria erant, vt eſſet validum. Ita Cou. vbi ſupra & alij, quos citat.

20 Cap. 1. de vſur. l. 9. ſancitum † eſt, vt neq; collegium neque vniuerſitas, aut perſona alia ſingularis, cuiuſcunque ſtatus, aut dignitatis ſit, alienigenis, & quibuſcunque ex eadē republica non oriūdis, qui publicè vſuras exercent, aut exercere volunt, domos conducant, vt in illis vſuris exerceāt, vel conductas habere ſinant, aut habitare in ipſorum terris, ſed intra tres menſes eos expellāt, nūquam de cætero eos admiſſuro, & inſuper, vt nullo alio titulo eis concedant domos. Contrarium autem facientes, ſi Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ſint, ipſo facto pœnam ſuſpenſionis incurrant: ſi verò ſint minores ſingulares perſonæ eccleſiaſticæ, pœnam excommunicationis ipſo facto incurrant: quod ſi collegium, aut alia vniuerſitas eccleſiaſtica ſit, interdicti pœnam eo ipſo incurrat, quam ſi obdurato animo per menſem ſuſtinuerit, ex tunc terræ ipſius eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto, donec prædictos vſurarios expellant. Hæ pœnæ ſolis eccleſiaſticis ſunt impoſitæ. De laicis verò præcipitur, vt, priuilegio omni nihil impediente, ab ordinarijs eccleſiaſticis cenſuris compeſcantur. Quo fit, vt, vi huius capitis excommunicationem ipſo facto non incurrant.

21 Clement. vnica, de vſur. ſanctū † eſt, vt cōmunitates, earum poteſtates, iudices, aut quicumque alij officiales, qui condiderint, ſcripſerint, vel dictauerit, ſtatuta, quibus vſuræ permittantur, aut ſolui compellantur, vel repeti prohibeantur poſtq̄ fuerint ſolutæ, ſint eo ipſo excōicati, ſimulq; pœnæ ſubiaceant, qui ſcienter iudicare præſumpſerint, vt vſuræ ſoluantur, aut vt non reſtituantur, quando, poſtquam ſolutæ fuerint, repetuntur.

Itemq; vt, niſi prædicta ſtatuta intra tres menſes ab ijs deleantur, qui ea delere poſſunt, ſint eo ipſo excommunicati, atque vt ij, qui vel ea, vel ſimilem conſuetudinem ſeruauerint, eandem pœnā incurrant. Ibidem decretum etiam eſt, vt quando aliquis vſuram commiſiſſe præſumetur, cenſuris oſtendere compellatur codices ſuarum rationū, vt inde res melius agnoſcatur.

22 Illud poſtremo eſt † obſeruandū, ſi vſurarius ad vſuram aliquid accepit, & uſurā ſoluit, neque ei, neq; hęredib. illius cōcedi repetitionē, donec ipſi uſuras, ab alijs acceptas, ſoluant. Ita hr̄ c. Michael. de uſur. Si tn̄ aliquis Eccleſiæ, aut alicuius alterius nomine ad uſuras accepit, atq; eas ſoluit conceditur repetitio, eſto, qui nomine alterius eas ſoluit, uſurarius ſit, reſtituendasq; vſuras habeat. Ita Pan. ibi, & *Syl.* verb. vſur. 9. q. 4.

Vtrum licitum ſit accipere mutuum ad vſuram: ſuadereque minus malum ad maius vitandum.

DISPVTATIO CCCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum accipere ad uſuram quibus caſib, licitum ſit, ſuaderiq; poſſit ad maius malum uitandum.*

2 *Mutuo accipere pecuniam ad uſuram, ut eam expēdat in torneamentis, & ludis, an licitum ſit.*

3 *Mutuantem an liceat alicui inducere ſibi mutuare, ut malum euitet maius: & ſic generaliter, an liceat inducere aliquem ad minus malum, ut uitet maius.*

Finis tractationi huic totæ de uſura, propoſita diſputatione eſt imponēdus. Quia uerò, quę hoc loco copioſè dici poterant, ſupra q. 42. diſputando de ſcandalo ſunt explanata, paucis rē hanc abſoluam.

1 Prima † ergo concluſio ſit. Accipiendo ad uſuram iniuſtitia aduerſus vſurarium non committitur. Hæc eſt notiſſima, quoniam in eo nulla illi fit iniuria, ſed potius mutuatarius eſt, qui ab uſurario iniuriam patitur.

Secunda cōcluſio. Poteſt mutuatarius iniuſtitiam committere aduerſus uxorem, filios, & creditores ad uſuram accipiendo. Vt ſi in eorū præiudicium æs multum alienum contrahat, præſertim, *mohatras*, quas uocāt, exercendo, & bona ſua diſſipando. Hæc ex ſe etiam eſt perſpicua, eamq; affirmant Sotus 6. de iuſt. q. 1. art. 5. & Nauar. in Man. c. 17 nu. 263.

Tertia concluſio. Numq̄ licet inducere uſurarium ad mutuandum ad uſuram. Patet, qm̄ cum id ille abſque peccato exercere non poſſit, eſſet inducere illum ad peccandum, quod non licet.

Quarta concluſio. Nefas eſt abſque neceſſitate aliqua, offerre alicui occaſionē nouæ lethalis culpæ, mutuum ab eo exigendo, quem ſcis uſura petiturum, eſto ille paratus habitualiter ſit ad eo pacto, mutuandum. Ratio eſt, qm̄ ſub reatu lethalis culpæ lege charitatis teneris uitare lethale illius peccatum, ſi ſine tuo incommodo, ac graui moleſtia, id poſſis, eſto ex parte illius ſcandalum nō ſit puſillorum, ſed phariſæorum.

Quinta concluſio. Si quis, uel mediocriter, pecunia indigeat, aut propter lucrū notabile, quod ſperat, aut ut negotiatione uitam ſuſtentet, aut ꝙ in neceſſitate, preſſuraue ſit aliqua, neque facile poſſit pecuniam habere aliunde, licitè poterit mutuo petere, nihil impediente, quod intelligat, eū, a quo mutuo petit, exigiturum uſuras.

Quin ſi intelligat, illum aliter non eſſe daturū mutuo, niſi ipſe illi uſuram offerat, poterit illi dicere, da mihi mutuo centum, & reſtituā tibi centum, & decem, aut da mihi mutuo centum, & uide

de quantum uis tibi inſuper reſtituam. Ratio hó rum eſt, qm̃ hoc non eſt cooperari peccato illius in utilitatẽ propriã, offerreq; illi ex cauſa rõnabili, ꝙ ex malitia illius ſcit futurũ illi occaſionẽ peccati, ſcandaliq; phariſæorum, quę oĩa licita ſunt. In eo uerò, quod dicat, da mihi mutuò centum, & reſtituam tibi centum, & decem, aut uide, quantũ uis tibi inſuper reſtituam non petit, ad uſuram mutuet, ſed ſolum ei offert occaſionem illius peccati; oſtenditque ſe paratum ad ita accipiendum, ſi aliter dare noluerit. Hæ oẽs concluſiones loco citato, præſertim ar. 7. latè sũt explicatè, eaque de cauſa in illis modo non amplius immoror.

2 Vtrũ † aũt in eo, qui ad finẽ uenialẽ, ad ſuperuacaneaq; aliqua, vult pecuniam, ut ad torneaméta, aut alios ludos, uel ſpectacula, locũ habeat quinta noſtra concluſio Nau. in Man. c. 17. num. 262. Cai. uerb. uſura, c. ult. Sotus 6. de iuſt. q. 1. art. 5. & alij, affirmant dicentes, in eo euentu ad ſummũ peccare uenialiter. Ego id damnare non auderé, qñ alij eiuſdem ſtatus ad illa eadem exhibenda concurrerent, indecorumque quodammodo, pecuniam ad uſuram exigenti, eſſet, illos non ſequi. Cæterum quando commodè id uitare poſſet, ad quod vult eam pecuniam, rationabiliuſque eſſet, ut id uitaret dicere non auderem, illum non peccare lethaliter, Conradusq; de contractibus q. 47. eum lethaliter peccare affirmat.

Occaſione quintæ cõcluſionis quæri ſolet hoc

3 loco, an † liceat inducere aliquẽ ad minus malũ, ut uitet maius. Vt, utrũ liceat inducere eũ, q ſubuenire non vult extremè indigenti, ut ſaltẽ dãdo ei mutuo ad uſuras, ꝙ minus malum eſt, illi ſubueniat: uel an liceat inducere eũ, qui ſumere uindictam de aliquo, illum interficiendo, decreuit, ut mitiorem aliqui de illo uindictam ſumat, qñ aliter dimoueri non põt: aut eũ, qui cõmittere uult adulterium, uel furtum grauius, ut potius ſimplicem fornicationem, aut leuius furtum cõmittat.

Pars negans ſuaderi poteſt. Primò, qm̃ *nõ ſunt facienda mala, ut eueniant bona*, ut Pau. ad Rom. 3. ait: ſed conſulere minus malum, eſt cooperari ad illud, ac proinde illud efficere: ergo illicitum eſt, etiam ſi id fiat intuitu tanti boni, quãtum eſt euitare maius aliquod malum.

Secundò, nefas illi eſt facere minus malum, ut maius uitet, cui id ſoluitur: ergo nefas etiam erit id illi conſulere.

Tertiò, conſulere minus malum ad maius vitandum, eſt conſulere malum, ad illudq; inducere: quod ſanè nemini licet.

Quartò, nefas eſt ab aliquo petere, aut ei conſulere, quod ille abſque peccato efficere non poteſt: ſed ſi is, cui id conſulitur, efficiat minus malũ ad uitandum maius, peccat: ergo nefas eſt id ab illo petere, aut illi conſulere.

Hac tamen concluſione huic poſteriori diſputationis parti eſt ſatisfaciendum. Quamuis nefas ſit ſuadere minus malum ei, quem alia ratione arcere poſſumus a maiori: quamuis itẽ nefas ſit, ſolum vt præueniamus exequutionem praui habitus alicuius ad maius aliquod malum, ut ad ſodomiam, ſuadere ei, ut exercere incipiat minus aliquod malum, puta fornicationem ſimplicem, fas tamen eſt, quando dimouere aliter nõ poſſumus aliquem ab exequutione maioris mali ſuadere illi, ut potius mandet exequutioni minus aliud malum modo id non vergat in detrimentum cuiuſdam alterius tertij in particulari.

Exempla adhibuimus in principio poſterioris partis huius diſputationis. In concluſione hac cõueniunt Sot. 6. de iuſt. q. 1. ar. 5. Angel. uerb. uſur. 2. num. 2. Syl. uerb. uſur. 7. q. 1. Nau. in Man. cap. 17. nu. 263. Innoc. cap. ſuper eo. de vſur. Caier. in ſumma, verb. tyrannis, & 2. tomo opuſ. tract. 31. c. 13. in ſolutione dub. 3. quo in loco conciliat, q̃ dixerat 2. 2. q. 78. art. 4. cum ijs, quæ eadem. 2. 2. q. 95. art. 9. docuit, vbi in hãc etiam ſententiã inclinauit; quare non eſt, quod Sotus de Caier. ſententia hac in parte dubitet.

Poſtrema huius concluſionis pars, in qua ſola eſſe põt difficultas, probari põt, intellecta cum limitatione, q̃ ei adhibuimus. Qm̃, qui ei, quẽ aliter a maiori malo patrando non põt retrahere, cõſulit, ut minus potius exſequatur, aut id ab eo petit, non conſulit, aut petit, vt faciat id quod minus malum eſt, ſed petit commutationẽ minoris pro maiori, præelectionem ve minoris, poſito, ꝙ ſua nequitia alterum facturus ſit: hoc aũt obiectum malum non eſt, ſed bonum, iuxta regulã illam topicam: *ex duobus malis, minus eſt eligendũ*, q̃ ẽt in re, de qua nobis eſt ſermo, approbat, ac ſuadet D. Greg. c. nerui. 13. diſt. ergo conſilium, ac petitio illa non eſt mala, ſed bona ex obiecto.

Secundò, qui ignorantia inuincibili perplexus eſt inter duo, quorum alterũ neceſſariò eſt facturus, & vtrumq; arbitratur eſſe peccatum, vtique non peccat id eligendo, quod ſibi vr̃ minus, gratia euitandi maius, vt oẽs concedunt, conſonatq; Greg. c. nerui, citato: peccaret aũt, ſi eligeret, ꝙ ſibi vr̃ maius: ergo electio minoris mali, ad euitandum maius, non eſt in ſe mala, ſed potius bona, poſito, quod malum ſit futurum, atque adeo conſilium, ac petitio eiuſce electionis erit bona, poſito, quod malitia illius cui conſilium datur, alterũ illorum malorum ſit futurum.

Tertiò, ſi eiuſmodi conſilium malum eſſet, id propterea eſſet, quod proximus induceretur ad peccatum: conſequens aũt eſt falſum, quia, cum illa peccare decreuerit, eo conſilio non inducitur ad peccandum, ſed vt culpam minuat, quod deſiſtere eſt a parte culpæ, ac proinde eſt bonum: ergo conſilium illud bonum eſt. In hac eadem ſententia eſt apertè Auguſt. c. ſi quod verius. 33. q. 2. vbi ait, *Si facturus eſt, quod non licèt puta, uel uxorem occidere, uel dimittere, iam faciat adulteriũ, ut non faciat homicidium*.

Ad primum ergo argumentum in contrarium neganda eſt minor: non enim eſt cooperari ad illud, vt eſt in ſe malũ, ſed fas eſt cooperari ad præelectionem minoris mali poſito quod is, cui id conſulitur, non vult deſiſtere a malo: ea autem præelectio bona eſt.

Ad ſecundum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Qm̃ in eius poteſtate, cui datur conſilium, eſt vitare etiam minus malum, atque

atque idcirco peccat illud faciendo, tametſi minus, q̃ ſi faceret maius malũ: at verò in poteſtate eius, q conſiliũ dat, non eſt arceri eũ oĩno a pecca to, cui conſulit, eaque de cã fas illi eſt, præbere ei conſilium, vt ſaltem culpæ partem ea rõne vitet.

Ad tertium negandum eſt antecedens: oſtenſum quippe eſt, eſſe conſulere bonum, inducereque ad bonum.

Ad quartum, neganda eſt maior, quando id non petitur abſolutè, ſed poſito, quod is, a quo petitur, deſiſtere non vult a peccato, poſtulaturque tamquam prælectio minoris peccati, diminutioque culpæ, quam decreuerat.

Circa excuſationem Loth a culpa, dum Geneſ. 19. Sodomitis filias proſtituit, de qua re Caiet. & Sotus, vbi ſupra longã diſputationẽ texunt, longè ſanè plus, q̃ quod illi locis citatis affirmãt, nobis placet, qđ idẽ Caiet. in cõmentarijs ad eundẽ locũ ait. Népe, proſtitutionem illã fuiſſe hyperbolicam, non animo, vt res ita fieret, ſed ad oſtendendum, q̃ moleſtũ, ac durũ ipſi eſſet, eã iniuriam hoſpitibus, quos receperat, irrogari: eo ſenſu, quo quis, ad oſtendendum, quã egrè ferat aliquid effici, dicere conſueuit, potius me interficias, quã hoc facias. Ac certe, quãuis Loth non peccaret ſuadẽdo minus illud malum, ſi ſolum ad ſodomitarum culpam attendas, peccaret tñ contra iuſtitiam, ac pietatem paternam, aduerſus proprias filias illas, etiam ad vitandum maius ſodomitarum peccatum, eis proſtituendo, iuxta limitationem, quam poſtremæ parti noſtræ concluſionis adiecimus.

Emptio, & venditio, quid.

DISPVTATIO CCCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Permutationis contractus antiquius emptione, & venditione.*
2 *Pecunia ad quid introducta.*
3 *Emptionis, & venditionis contractus ſimul cum pecunia originem habuit.*
4 *Emptio, & venditio, contractus diſtinctus a permutatione, locatione, & emphyteuſi.*
5 *Venditio propriè quæ dicatur, & in quibus conſiſtat rebus.*
6 *Venditionis nomine quæ res veniant, & nu. 9.*
7 *Venditio quid.*
8 *Emptio, & venditio an ſit, ſi pro re aliqua detur pretium, & res alia.*
9 *Venditio quando potius cenſenda ſit, quam permutatio.*
10 *Alcauala, ſeu Siſa, in Luſitania, & Caſtella quę ſit.*
11 *Emptio, & venditio quomodo cognoſcatur diſtincta a locatione, & conductione.*

EGimus haſtenus de contractibus lucratiuis, & de eis qui ad lucratiuos accedunt: atque occaſione mutui, de vſura latè diſputauimus. Nunc reliquos contractus proſequamur, initium ſumentes ab eorum frequentiſſimo, ac præſtantiſſimo, hoc, eſt, ab emptione, & venditione.

Quo loco obſeruandum eſt, vt Iuriſconſultus, l. 1. ff. de contrah. empt. ait, atque Inſti. de empt. & vendit. ſcriptum legimus, a principio ſolum
1 inter homines fuiſſe vſum † permutationis, qua vinum pro tritico, oleum pro melle, bouem pro equo, calceum pro domo, & ita de cæteris rebus commutabant, vnoquoque rem, qua non ita indigebat, pro alia, qua egebat, permutante. In ea autem permutatione res vna non magis habebat rationem pretij, aut mercis, quàm alia, eaque de cauſa contractus eiuſdem rationis erat ex vtraque parte, neque contrahentes diuerſa ſortiebantur nomina. Poſtea verò, propter rerum inæqualitatem, vt calceorum ad domum, bouis ad equum, &c. & quia ſæpe multi non indigebant, quo facilius fierent commutationes, ad vitæ ſuſtentationem, atque ad ſocietatem humanam, neceſſariæ, eo quod nemo ſibi ſit ſufficiens, ſed rebus, operaque, aliorum indigeat, adinuenta, introductaque fuit moneta, quæ publica authoritate certum valorem haberet, eſſetque pretium ac veluti menſura cæterarum, rerum, &, vt Ariſt. 5. Ethic. c. 5. ait, quaſi fideiuſſor pro commutationibus futuris, quibus quiſque indigeret, quatenus videlicet, dum quis in futurum eam pecuniam obtulerit, quam pro re, qua non egebat, accepit, eas res pro illa accipiat, quibus eguerit.

2 Quia † verò moneta authoritate, ac lege publica ad rerũ cõmercia eſt introducta, nummus dicta eſt Græcè, a nomu. i. lege, vt Ariſt. c. 5. citato ait. Pecunia ẽt eſt nuncupata latinè, a pecude: qm̃ autore Plin. li. 33. c. 3. quondã apud Rom. pecu-
3 dis ſignabatur nota. Hinc † etiam facilè (vt Iuriſconſultus locis citatis ait) de origine contractus emptionis, ac venditionis liquet: ſimul n. cum pecunia cœpit. Etenim eo ipſo, quod pecunia fuit introducta, & ipſa aliarum rerum comparatione pretij, & res aliæ comparatione illius, mercium habere rationem cæperunt, ſimul reſultauit contractus coaleſcens ex duabus partibus diuerſarum rationum, ac appellationum, quarum vna eſt commutatio, ſeu pactio mercis pro pretio, diciturque venditio, & commutans venditor nuncupatur; altera verò eſt commutatio, ſeu pactio pretij pro merce, appellaturque emptio, & commutans emptor. Atque hic contractus, autore Iuriſconſulto locis citatis, ſpecie eſt diſtinctus a permutatione, tametſi quondam ea de re fuerit dubitatum, quod idẽ l. 1. ff. de rer. permut. explicatur.

4 Ex dictis † conſtat, neque cõmutationẽ rei, quæ non eſt pretiũ, pro re, q̃ non eſt pretium vt bouis pro equo, neq; cõmutationem rei, quæ eſt pretiũ, pro re, quæ eſt pretium, vt pecuniæ aureæ, pro pecunijs argẽteis, dici emptionem, & venditionem, ſed contractus illos eſſe diſtinctos, primuſq; appellatur permutatio, ſecundus verò cambium, de quibus ſuis locis erit ſermo. Illud obſerua, non quãcumq, cõmutationẽ, ſeu pactum, eius, quod non eſt pretiũ, pro p̃tio, eſſe venditionẽ. Si. n. res ſolũ concedatur quoad vſum, aut quo ad fructus ex ea percipiendos, pro pretio, non dr̃ venditio, ſed locatio. Si ẽt ſolũ concedatur, quo ad vſumfructum, & dominium vtile pro certa annua, aut menſtrua penſione, appellatur emphyteuſis.

Quando

5 Qñ † ergo res conceditur quo ad directum dominium pro pretio, ſiue ſimul concedatur quo ad vtile, ſiue non, dr̃ propriè venditio rei, ēt ſi ſolum concedatur quo ad partē, vt qñ venditur dimidiū agri, aut domus. Qñ ēt aliquis habet, ius aliquod in re alterius, ſi illud concedat alteri pro pretio, dr̃ venditio, vt ſi emphyteuta concedat pro pretio ius emphyteuticum, quod habet, dicitur illud vendere, ſiue illud concedat proprietario, ſiue alicui
6 alteri. Seruitus † etiam vendi poteſt, vt vendere tibi poſſum ius tranſeundi per agrum meum in agrum tuum, & ius mittendi tignum in parietem meum, & ſeruitutem altius non tollendi parietem, aut domum meam. Similiter vēdi poteſt ſuperficies ſoli, in qua domum ędifices l. 1. §. 1. ff. de ſuperficiebus. Cenſetur aūt venditio, ſi pro vnico pretio ſuperficies concedatur, vt colligitur ex glo. ibi ver. agendo. Si verò concedatur pro annuo, aut menſtruo pretio, cenſetur locatio, aut ſuperficiarius contractus. Vendi etiam poteſt ius recipiendi ex me, aut ex agro meo, annuos redditus, atque is contractus cenſualis dicitur, eſtque pars quædam emptionis, & venditionis. Hęc, & his ſimilia vendi poſſunt. Si ergo Sotus 6. de iuſt. q. 2 art. 1. nomine, rei, ea omnia, & ſola intelligat, quæ explicata ſunt, admitti poteſt definitio illa emptionis, & venditionis, q̄ tradit. Nempe, venditio eſt diſtractio rei pro pretio, ideſt, contractus, quo res pro pretio alienatur. Et emptio, eſt rei pro pretio contractio, id eſt, contractus quo comparatur dñium, aut quaſi dominium (modis explicatis) pro pretio. Vt tamen verum fatear, contractus emptionis, & venditionis facilius intelligitur, ac explicatur, quā plenè, atque exactè definiatur. Illud ēt circa illā Soti definitionem eſt obſeruandum. De rōne venditionis non eſſe, quod res verè alienetur, dominiumque transferatur. Etenim, ſi res vendentis non ſit licet venditio, iuxta ea quæ diſp. 327. copioſe dicta ſunt, valida ſit, dominium tamen non transfertur, etiam accedente traditione, vt ibidem oſtenſum eſt. De rōne ergo venditionis ſolum eſt, quod, quantū eſt ex ſe, dominij, aut quaſi dominij, ſit translatiua pro pretio, accedente traditione, eſto aliunde id impediatur. Atque hoc ſolum eſt, quod colligitur ex l. cū manu ſata. §. vlt. ff. de contrah. empt. cuius hęc ſunt verba. *Nemo pōt videri eā rem vēdidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorē tranſeat: ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus.* Hæc ibi. Quorum verborum hic eſt ſenſus. De rōne vēditionis eſſe, vt dominium eius, quod vēditur, quantū eſt ex vi contractus, transferri intendatur. Lege inter alios Alu. Val. de iure emphyt. q. 19. n. 2. Pinel. in Rubrica. C. de reſcind. venditio. part. 2. c. 3. nu. 15. & Laſſarte de decima venditionis. c. 1. nu. 2.

Fortaſſe ſic melius poſſumus venditionē defi-
7 nire. Eſt † contractus, qui cōſenſu perficitur, mercis pro pretio. Pro genere ponitur contractus, parte illa, qui ſolo conſenſu perficitur, reijciuntur contractus, qui non perficiuntur conſenſu, vt cōmodatum, mutuum, permutatio, & alij ſimiles. Per partem illam, mercis pro pretio, reijcitur locatio, & cōductio, qui licet conſenſu ēt perficiantur, pretiumque in eis interueniat; in eis tñ merx nō reperitur: nomine quippe mercis ea ſolum intelliguntur, quę paulò antea explicata ſunt, materiam eſſe venditionis. Emptio verò erit contractus, qui conſenſu perficitur, pretij pro merce.

8 Dubium eſt qñ † pro re aliqua, vt pro domo, datur pretiū, & res alia, vt equus, & certa pecunię quantitas, aut dantur operæ certa pecuniæ quantitas, vtrum id ſit emptio, & vēditio, an potius permutatio, vel innominatus contractus. Et quidem cōis doctorum ſnīa, cum Bart. & Pan. q̄ referunt, ac ſequuntur Anto. Gom. 2. to. var. reſ. c. 4. nu. 9. Aries Pinel. in Rub. C. de reſcin. ven. par. 2. c. 2. & Laſſarte de decima vend. c. 17. nu. 21. eſt, qñ non eſt multus exceſſus, quo ad valorē, inter pręcium, & rem, quæ cum eo datur pro alia re, attendendum eſſe ad verba contrahentium, iuxta l. ſemper in ſtipulationibus. ff. reg. iur. & quidē, ſi emptionem, & venditionē ſonent, contractum eſſe cenſendum emptionem, & venditionem, nec ſolum pretium, ſed ēt equum cum eo promiſſum, exigi actione ex vendito. iuxta l. tenetur. §. ſi vendidi, & l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de actionibus emp. Si verò ſonent permutationē, aut contractum innominatum, cenſendam permutationem, vel innominatū cōtractum, & tunc, ēt pretium, exigi actione præſcriptis verbis. Dictum eſt qñ non eſt multus exceſſus, quo ad valorem, inter pretium, & rem, quæ cum eo datur pro alia: qm̄ ſi ſit multus exceſſus pretij, tunc, quicquid contrahentium verba ſonant, cenſetur emptio, & venditio: ſi verò ſit multus exceſſus rei, erit permutatio, aut contractus innominatus, eſto contrahentium verba emptionem, & venditionem ſonent. Ita Ant. Gom. Cou. & Laſſarte, locis citatis, conſentiunt Pan. c. conſtitutus de relig. domib. Bart. & alij, quos doctores citati referunt. Ratio eſt, qm̄ tam notabilis exceſſus, pretij aut rei, q̄ cum eo datur, efficit, vt ex natura rei vnum habeat quaſi annexum, ac minus principale aliud, atque adeò, vt contractus ex natura rei ſit venditio, aut permutatio, prout fuerit id, qđ in valore multum exceſſerit: qñ autē conſtat de natura contractus, iudicandus non eſt ex verbis, atque ex contrahentium animo.

Laſſarte vbi ſup. n. 22 cum Tiraquello, & cōi
9 ſnīa, ait. Qđ a principio † ex cōi ſnīa eſt dictum, intelligendum eſſe, qñ non agitur de præiudicio fiſci, aut alicuius tertij. Si enim ex ſola vēditione debeat gabella, & nō ex permutatione, aut è contra, vel in vēditione hēat locum retractus, & non in permutatione, vt in hoc regno hēt, & inf. ſuo loco dicetur; tunc, ſi excedat valor pretij, quāuis non multum, contractus iudicabitur venditio, & non permutatio, e contra verò, ſi excedat valor rei, q̄ cum pretio datur, cenſebitur permutatio, & non venditio, quicqđ in cōtrariū cōtrahentes verbis expreſſerint. Quo loco obſeruatum in hoc re-
10 gno, iuxta l. 1. & 2. ti. 17. li. 9. nouę collec. q̄ † in Luſitania, tributum, qđ *Alcauala*, ſeu *Siſa* dr̃, atque eſt decima pars pretij, deberi tantū ex venditione, itemque ex permutatione. Atñ in hoc regno, ſolum uenditorem teneri illam integram ſoluere iuxta pretij quantitatem, ut habetur, l. 1. citata,

Exci-

Excipe, qñ oleum venditur Hiſpali, tunc. n. dimidium ſoluit venditor, & dimidium emptor, vt hr̃ ti. 17. citato l. 3. & tit. 18. l. 2. Si tñ oleum Regis vendatur, quia Rex exemptus eſt a ſolutione eius tributi, ſolus emptor ſoluit dimidiũ Alcaualæ, vt ibidem l. 4. ſubiungitur, & hr̃ tit. 18. l. 3. In Luſitania verò dimidium ſpectare ſoluere ad venditorem, & alterum dimidium ad emptorem.

In vtroque tñ regno ex permutatione duplex tributum illud ſoluitur, eo quod, iuxta l. ſciendũ. §. ſed ſi quis permutauerit. ff. de ædil. edict. & l. 2. C. de rerum permutatione, vnuſquiſque permutantium, & vẽditoris, & emptoris, comparatione alterius, ſubeat vicem, eaque de cã in vnaquaque permutatione duplex emptio, ac venditio eſſe cẽſeatur. In hoc aũt regno. l. 2. citata expreſsè eſt ſancitum, vt q̃uis in permutatione vnius rei pro alia interueniat pretiũ, quodcunque illud ſit, ſiue maius quo ad valorẽ, ſiue minus, q̃ res, quæ cum illo permutatur pro alia, ſoluatur Alcauala ex vtraque re, quæ ita permutatur. Quo fit, vt in hoc regno, qui pro domo accipit centum aureos, & bouem ſoluere debeat decimam partem pretij, hoc eſt, decem aureos, & inſuper decimam partẽ valoris bouis, prout taxabitur: is verò, qui domũ accipit, ſoluere teneatur, non quidem decimam partem valoris domus, quoniam ex domo, quatenus reſpondet pretio centum aureorum, quos pro ea dedit, nihil tenetur ſoluere, ſed ſolum decimam partem valoris eius portionis domus, quæ prudentis arbitrio boui reſpondent. Ita Laſſarte. c. 17. citato, a nu. 1. iuxta l. 2. citatã atque alia iura.

Secus autẽ eſſet ſecluſa ea particulari diſpoſitione illius legis, eſto in hoc regno ex venditione & permutatione ſoluenda eſſet alcauala. Etenim, cum centum aurei, qui ſimul cum boue pro domo ſoluuntur, longè; quo ad valorẽ, ſuperent bouem, contractus ille totus cenſetur ſolum emptio, & vẽditio, ex qua vnica alcauala, deberetur iuxta valorẽ bouis, & centum aureorum ſimul, vt idem Laſſarte rectè iuxta communem opinionẽ principiaque iuris communis adnotauit. Fortaſſe idem, quod in hoc regno, dicendum erit in Luſitania: quamuis, cum ab ea nunc diſtem, neque articulos ſiſę illius regni apud me habeam, praximque ignorẽ, nihil certi poſſim hac de re definire.

Ad rem, vnde digreſſi ſumus, vt egrediamur. Quando ex verbis contrahentium non conſtat, quem contractum intenderint, tunc, ſi pretium manifeſtè excedat valorem rei, quæ ſimul cum eo pro alia datur, contractus iudicatur emptio, & venditio: ſi verò valor rei, quæ cum pretio datur, excedat pretium, cenſetur permutatio, argumento textus in l. quicquid. §. vlt. ff. de acquir. rerum dom. iunctis gloſſis ibi.

Denique, qñ res, & pretium eiuſdem ſunt valoris, neque ex contrahentium verbis conſtat, quem contractum celebrare intenderint, Baldus, & quidam alij arbitrati ſunt, contractum cenſendum eſſe emptionis, & venditionis. Communior tamen ſentẽtia Bar. Tiraquelli, & aliorum, quos Ant. Gom. vbi ſupra refert, ac ſequitur, affirmat eſſe permutationem, argumento textus in l. 1. in princip. ff. de æſtimatoria actione. Placet tamen magis dicamus cum Alciato, Couar. & Pinel. locis citatis, ac Laſſarte cap. 17. nu. 22. eſſe quo ad vnam partem venditionem & quo ad aliam permutationem, præſertim quando de præiudicio tertij, vt de retractu, agitur, aut de ſoluendo ex eo contractu duplici, aut ſimplici tributo.

11 Vt item diſcernere ſcias, qñ † celebratur emptio, & venditio, & qñ locatio, & conductio obſerua. Si quis opus pretio alteri conficiat ex materia, q̃ hic alius illi tribuit, vt regulas ex materia, quàm illi præſtet, aut anulos ex auro, aut argento, quod illi exhibeat, eſſe locationem, & conductionem non verò emptionem, ac venditionem: quo fit, vt in his euentibus gabella, q̃ alcaualam, vel ſiſam vocant, in Caſtella, & Luſitania non debeat.

Ita definitur l. conuenit. ff. de contrah. empt. l. 2. § adeo ff. locati, & §. item quæritur Inſti. de locatione. Si autem pretio opus conficiat ex materia quam artifex ipſe apponat, eſt emptio, ac venditio, debeturque proinde prædictum tributum, vt ſi tegulas quis pretio alteri conficiat, aut calceos, vel anulos, ex materia, quam artifex ipſe apponat. Ita expreſſe habetur tribus iuribus citatis, & l. Sabinus ff. de contrahend. empt. atque confirmat Laſſarte vbi ſupra c. 2. a nu. 1.

Obſerua tñ, in Caſtellæ regno ex auro, & argẽto non tantã alcaualam, quantã ex alijs reb. ſolui, vt l. 18. tit. 17. lib. 9. nouę collectionis diſponitur.

Obſerua præterea, a poſteriori parte regulæ propoſitæ excipi, ſi quis pretio alicui domũ conficiat in ſolo ſoluẽtis pretium: eſt. n. conuẽtio ſic, vt artifex materiam domus, atque operas pro eo pretio exhibeat, contractus eſt locationis, ac conductionis, non verò venditionis, & emptionis, ac proinde ex eo contractu alcauala non debetur.

Ratio eſt, qm̃ eo ipſo; quod materiam apponit fabricando domum, dominium illius tranſit in dominium ſoli, atq; adeo materia eſt quaſi quid acceſſorium fabricationi pro eo pretio, eſtq; contractus locationis, & conductionis, vt expreſsè habetur l. Sabinus, in fine. ff. de contrahen. empt. & l. Item §. cum inſulam. ff. locati, atq; affirmat Laſſarte c. 2. citato, vbi multa his ſimilia diſputat.

Venditionis, & emptionis contractus quando cenſeatur perfectus.

DISPVTATIO CCCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis, & venditionis contractus quando eſt perfectus, non poteſt alter contrahentium ab eo diſcedere altero inuito.*

2 *Venditor ſi ſoluto pretio non tradat emptori rem, tenetur ei ad intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis.*

3 *Emptio, & venditio quando eſt perfecta poteſt alter contrahentium alterum compellere, vt fiat publicum inſtrumentum.*

4 *Emptio & venditio quomodo in Hiſpanijs celebretur.*

Emptio

5 *Emptio & venditio ſolo conſenſu,& ſine ſcriptura perficitur,niſi aliter ſentiant contrahentes.*

6 *Æmptio,& venditio quando ſuſpenditur, vt ſcriptura perficiatur,quid debeatur in Hiſpanijs.*

7 *Emptio, & venditio vt valida ſit, neceſſe eſt, vt pretium conſtituatur.*

8 *Emptio,& uenditio quo ad pretium collata in arbitrium certæ perſonæ,valida eſt.*

Declara tamen,& intellige,vt nu.9.14.15.16.

10 *Venditio,quando eſt conditionalis, ante impletam conditionem,nec tributum debetur: ſecus ſi ſit modalis.*

Declara,vt nu 13 & 19.

11 *Contractus conditionalis cōditione impleta,retrotrahitur ad tempus quo fuit celebratus.*

Limita tamen & declara,ut nu.12.

14 *Venditio facta in pignorib. ſi vſque ad talē diem, debitor non ſoluerit, pignus ſit venditum iuſto pretio,arbitrio certæ perſonæ iudicandum,ualida eſt.*

15 *Emptio,& uenditio non eſt nulla, ſi res uendatur ea conditione, ſi emptori placuerit, licet alias non ualeat quando pretium eſt poſitum in arbitrio alterius contrahentium.*

16 *Emptio & uēditio ualida eſt, quādo ſtatuitur certum pretium relatione facta ad aliquid aliud.*

17 *Locatio,& conductio quot modis valida ſit.*

18 *Venditio facta per abſentem cum cautione de rato quando cenſeatur perfecta, cum poſtea rata fuerit habita.*

19 *Alcauala nō debetur, ſi uenditio nō ſit ratificata.*

20 *Ratihabitio retrotrahitur ad tempus,quo celebratus fuit contractus.*

EMptio, & venditio, cum de numero eorum contractuum ſit, qui ſolo conſenſu inuicem expreſſo perficiuntur, vt diſput.254. explanatū eſt,abſque ſcriptura perfici eo ipſo poteſt, quod contrahentes circa rem, & pretium conſentiant. Quin perfici poteſt, non ſolum in præſentia rei, ſed etiam inter abſentes per epiſtolas, aut internuncium,vt diſputatione citata oſtenſum eſt. Sta
1 tim † autem, ac contractus fuerit eo modo perfectus, neutri contrahentium fas eſt inuito altero, ab eo diſcedere. Hæc omnia conſtant inſtit.de obligat.ex conſenſu.in princ. inſtit. de emptione, & venditio.in princ.inſtitu. de donationibus. §. aliæ autē,verſic.perficiuntur, uncto verſic.ſequēti.l.2.ff.de contrahen.emptio.l.1.ff.de rerum permut.l.6.& 8.tit.5.p.5.& 4.l.Luſi.ord.titu.23.in prin.& 24.in prin.vbi additur,ſi venditor,perſo-
2 luto † pretio, in termino conſtituto rem non tradat,teneri emptori ad intereſſe, tam lucri ceſſantis, q̄ damni emergentis: quod intelligendū eſt, de lucro,& damno intrinſeco rei, nō vero de extrinſeco,iuxta l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem. ff.de actionib.emp.vt diſp.299.dictū eſt. Quan-
3 do aūt emptio, † & vēditio p̄dicto mō eſt p̄fecta, poterit vterius contrahentiū cōpellere alterū, vt ad maiorē firmitatē, faciliorēmq; probationem, contractus mandetur ſcriptis:quia,quod ſibi nō nocet, & alteri prodeſt, cogitur quiſque facere. Ita Ant.Gom. 2.tom.variar.reſol.ca.27. tametſi gloſſæ,quas citat,parum ad id conferant. Fauent quadam ex parte Luſitanæ ord.l.4.tit.36. §.pen. Illud tamen admonuerim, ſi vera eſt Antonij Gomez.opinio,ſumptibus eius,qui alterum ad id cogit,conficiendum eſſe inſtrumentum publicū, quando ex interuallo, poſt contractum celebratum,poſtulat,vt ſcriptis mandetur.

Quia ergo emptio,& venditio ſolo conſenſu, abſq; vlla vel pretij,vel mercis,traditione, perfi-
4 citur, cenſet † optimè Laſarte de decim. vend.c. 3.a nu.1.cum alijs, quos citat, alcaualam in hoc regno deberi a puncto perfecti contractus modo explicato,eſto neque res,nec pretium, ſint tradita:id quod probant l.1.illis verbis,*De todo el precio porque vendieren*,& l.10.illis, *Por no ſer acabada la paga*,titu.17.& l.31.illis verbis,*Deſpues del otorgamiento y hecha la uenta*,tit.19.li.9.nouæ collectionis. Ratio aūt eſt,qm̄ tributū illud in ipſomet contractu emptionis quo ad illius ſubſtantiam,tanq̄ onus,eſt cōſtitutum. Caſtillo aūt & Mōtaluo, qui alcaualam ante traditionē mercis,& pretij non deberi aſſeruerunt,eo falſo innixi ſunt fundamēto, quod contractus ille ante traditionem perfectus non ſit. Baldus etiam, qui ante traditionē affirmauit gabellam ex re vendita non deberi, loquutus eſt de ſtatuto, ex cuius verbis,ac diſpoſitione colligebatur, eam non impoſiti, niſi venditioni conſummatæ per traditionē.

Ex hac definitione ſequitur, quinque dies in Caſtella datos ad manifeſtandam, aut ſoluēdam alcaualam miniſtro publico ſub pœna ſolutionis dupli, cōputandos eſſe,non a puncto traditionis mercis,& pretij,ſed a pūcto conſummatæ, modo explicato,venditionis, vt perſpicue hr̄ l.31.citata. Quod idem intelligendum ſimiliter eſt de tp̄e in eodem regno dato ad retractum rei venditæ iure ſanguinis. Vtrumque affirmat Laſarte vbi ſupra nume.4.atque in hoc ſecundo conſentiunt Montaluo,& Matientius,quos Laſarte refert.

Ex eadem definitione ſequitur, non ſolum gabellariū agere poſſe ad alcaualā obtinendā a puncto vēditionis,prædicto modo conſūmatæ,ſed ēt eſto merces nunq̄ tradatur,imò eſto partes a contractu ante traditionē pœniteant,deberi,agereque poſſe ad illam obtinendā. Sequitur ēt,ſi dn̄s loci, in quo venditio fuit,celebrata, gabellas habebat, mortuusq; ſit ante traditionē mercis, & pretij in eodē loco,alcaualam deberi hæredibus defuncti, non vero ſucceſſori in maioratu,cuius tp̄e merx, & pretium tradita ſunt,niſi ipſe hæres ſit. Eadem præterea ratione, ſi vnus gabellarius conductas habebat gabellas tempore celebrati contractus, & alius tp̄e traditionis, alcauala debetur priori gabellario,non vero poſteriori, conſentit lib.12.titu.17.libr.9 nouæ collection. Sequitur præterea, ſi in loco, ac tempore, in quo tributum debetur, venditio fiat,& merx,ac pretiū in loco, ac tempore a tributo immuni tradatur, deberi alcaualam. E contra verò non deberi, ſi venditio celebretur in loco,ac tempore a tributo immuni, & traditio fiat tp̄e a tributo inibi non immuni. Similiter ſequitur, ſi quis venditionem celebrauit tempore, quo ipſe immunis non erat a tributo, atque rem

tradidit tpe, quo immunis eſt effectus, alcaualam debere. Econtra verò illam non debere, ſi quo tempore vendidit, erat immunis, & traditionis tẽpore ceſſaret immunitas. Hæc omnia tradit Laſſarte vbi ſupra nu. 9. & trib. ſequentibus.

Quæ dicta ſunt, emptionẽ. ſ. & venditionẽ ſolo cõſenſu vtriuſq; cõtrahentiũ ad inuicẽ expreſſo
5 perfici abſq; ſcripturã, intelligẽda † ſunt, niſi cõtrahentes cõueniant, aut intendant, vt contractus ſcriptura fiat, ac perficiatur: tunc. n. ante ſcripturã integrè confectã, aut p ipſoſmet cõtrahentes, aut per tertium aliquem, ſiue is miniſter publ cus ſit, ſiue aliqs alius, & p cõtrahentes conſignatam, nõ cenſetur perfectus cõtractus, eſto mutuus conſenſus circa rem, & pretiũ verbis expreſſus præceſſerit, ſed integrũ cuiq; illorum eſt ab eo contractu recedere. Ita hr̃. inſt. de emp. & vẽd. §. 1. l. contractus. C. de fide inſtr. l. 2. ff. de contrah. emp. l. 6. ti. 5. p. 5. & lib. 4. Luſit. ord. ti. 36. in prin. & §. 1. Qñ aũt contrahentes, vel ante contractum, vel tpe ipſius cõtractus, ſcripturæ ea de re conficiendæ meminerunt, ſuſpendiſſe cẽſentur contractũ, vt ſcriptura perficeretur. Ita ſancitum eſt l. 6. tit. 5. p. 5. eademq; fuit opinio Azonis, & gloſſarum duob. iurib. primo loco citatis, & quorundam aliorũ: tametſi Bar. Bald. & pleriq; alij, contrarium aſſeruerunt, nẽpe id ſatis non eſſe, vt cõtractus ſuſpenſus cenſeretur, quouſq. ſcriptura fieret, niſi id aliter cõtrahentes exprimerent. Luſitanæ aũt ord. §. 1. citato, vel expreſſam voluntatẽ exigunt, qđ aliter contractus non valeat, vel certè, ꝙ ex mõ contrahendi aliquo modo id intelligatur, id qđ duobus adhibitis exemplis explicatur: quare mediam quandã viam eligere videntur, aut certè Bar. opinionẽ paulò amplius explicatam. Oẽs autem conueniunt, qñ poſt emptionem, & vẽditionem mutuo conſenſu celebratã, partes de ſcriptura ea de re conficienda agunt, aut conueniunt, id non ſuſpendere contractum, ſed ſolum ad maiorem firmitatem, faciliorem q; probationem, de ſcriptura agere: quo fit, vt ante talẽ ſcripturã neutri fas ſit recedere a cõtractu illo mutuo cõſenſu perfecto.

Licèt autẽ lex illa 6. in praxi recepta ſit in hoc regno, atq; iuxta eam ſit in ibi iudicandum, vt pꝛter Cou. c. relatum 1. de teſt. nu. 9. Hiſpani doctores affirmant, illam tamen Greg. Lopez ibidem, Laſſarte vbi ſupra nu. 14. & multi alij, quos referunt, limitandam cenſent, quando ex circunſtantijs intelligitur, de ſcriptura ſolum eſſe factã mentionem ad probationem, maioremq; ſecuritatẽ, neque intendiſſe ſuſpendere contractũ, vt ſi traditio pretij, aut rei venditæ, in ipſamet celebratione contractus ſit facta, nulla expectata ſcriptura; in quo euentu refert Laſſarte ſe ita iudicaſſe in cã quadam, confirmatamq; fuiſſe ſnĩam p ſuperiores iudices, eãdẽq; rẽ nonnullis iuribus cõfirmat.

6 Qñ, iuxta † doctrinã traditam emptio, & venditio ſuſpenditur, vt ſcriptura perficiat̃, nõ prius alcauala ex tali contractu debetur, neq; dies ad manifeſtandũ contractum, aut ad tributum ſoluendũ dati currunt, q̃ ſcriptura ſit confecta, & perfecta. Quo fit, vt tributũ hoc ei gabellario debeat̃, aut dño, qui fuerit tpe ſcripturæ pfectæ, non verò ei, qui fuerit tpe conuentionis, mutuiq́ue conſenſus, vt cum Ant. Gom. 6. to. var. reſ. c. 1. nu. 17. Laſſarte vbi ſup. nu. 13. affirmat. Fit etiam, vt ſi tempore ſcripturæ confectæ venditor immunis erat ab eo tributo, illud non debeat, eſto tempore conuentionis immunis non fuerit.

7 Vt † emptio, & vẽditio valida ſit, atq; adeò pfecta cẽſeatur, neceſſe eſt certũ pretium cõſtituatur, alioquin nulla erit. Ita hr̃. §. pretium inſt. de emp. & vend. l. 1. & 9. ti. 5. p. 5. & §. 1. ti. 23. l. 4. Luſit. ord. Hinc efficitur, ſi contractus in hunc modum celebretur, vẽdo tibi hanc rẽ quanto pretio nolueris, aut fueris arbitratus eam valere, vel emo a te hanc rem quanto pretio nolueris, aut arbitratus fueris, inualidus ſit talis contractus, vt hr̃. l. 9. ſæpe. §. illud. ff. de contrahenda emptione, l. in vẽdẽtis. C. de contrah. emp. l. 9. & §. 1. citatis. Idem eſt ſi dicatur, vẽdo tibi hãc rem, aut emo eã a te, pretio iuſto, prout eã valere fuerit arbitratũ. Si tamẽ
8 † determinetur certa perſona, atq. dicat̃, quãtum talis fuerit arbitratus, validus eſt contractus, vt habetur, l. vlt. C. de contrah. emp. §. pretium. inſt. de emp. & vẽd. & l. 9. & §. 1. citatis. Qđ ſi pſona illa pretium non fuerit arbitrata, vel quia mortua fuerit, aut aliter impedita, vel quia noluerit, redditur vẽditio nulla: neq. opus eſt recurrere ad alterius arbitrium, vt quatuor illis iurib. hr̃: eo autẽ ipſo, quod pretium fuerit arbitrata, perficitur contractus. Si tñ arbitrata ſit pretium, vel excedens, vel deficiens, valde, ad iudicẽ recurritur, vt prudentes ſuo arbitrio ad æqualitatem illud reducant, vt hr̃, l. 9. & §. 1. citatis, conſentiuntque l. ſocietatẽ. §. arbitrorum, & l. vnde ſi Neruæ, ff. pro ſocio, atque affirmat glo. 1. l vlt. C. de contrah. emptio. In ord. Luſitanis. §. 1. citato additur, ſi duo arbitri a iudice electi conueniant, illorum arbitrio eſſe ſtãdum: ſi verò diſcordent, iudexque cum illorum altero conſentiat, id eſſe ſequendum.

Sũt verò circa hæc nõnulla obſeruanda. Primũ
9 † eſt, venditionẽ, in qua pretiũ in arbitriũ tertiæ pſonæ deſignatæ reijcitur, nõ eſſe propriè cõditionalẽ quaſi pfectus ſit contractus ab adimpletione tñ conditionis dependens; ſed eſſe ſimpliciter contractum abſolutum, nondũ completum, atq; perfectum: eò ꝙ nullum ſit pretium quouſq; a tertia illa perſona definiatur. Hinc ſequitur, non ſolum non deberi alcaualam, antequam pretium conſtituatur, ſed etiam, conſtituto pretio, non retrotrahi debitum tributi illius ad tempus, in quo facta fuit conuentio, ſed ſolum incipere a tempore pretij conſtituti. Quare, ſi tempore pretij conſtituti, erat iam gabellarius, alius, aut dominus alius tributi poſteriori gabellario, aut domino, debetur tributum illud, non verò priori. Si item tempore conſtituti pretij non debebatur tributum, vel ratione priuilegij venditoris, vel aliqua alia rõne, immunis eſt vẽditio illa a tali tributo, eſto tempore conuẽtionis illo modo factæ, venditio illa obnoxia eſſet eidem tributo. Itaque attendendum eſt ad tempus contractus conſummati conſtitutione pretij, non verò ad tempus conuentionis eo modo factæ. Ita Laſſarte, cap. 3. citato a num. 19. vbi fusè, & doctè rem hanc proſequitur.

10 ¶ Qñ † aũt venditio eſt conditionalis, in primis tributum hoc ante impletam conditionẽ non debetur, vt doctores cõiter affirmãt, quos Ant. Go. 2. to. var. reſ. c. 11. nu. 30. & Laſſarte vbi ſupr. c. 5. a nu. 1. referunt, ac ſequuntur; eo ꝙ cõtractus adhuc pendeat, conditioneque deficiente poſſit reddi nullus. Deinde, q̃uis, pendente cõditione, neutri contrahentium fas ſit, altero inuito, ab eo contractu diſcedere, vt Laſſarte c. 5. citato nu. 1. cum varijs glo. & cõi ſnĩa, affirmat, itaq; eo ipſo ius in ſpe fiſco quæſitũ ad id tributum; nihilominus, ſi ante conditionẽ impletam contrahentes mutuo conſenſu diſſoluant contractum, id tributum nõ debetur, vt rectè Laſſarte ibidem nu. 6. affirmat. Rõ qm̃ in Hiſpanijs neq; conceſſum eſt neq; debetur tributum illud, niſi ex pura, atque perfecta vẽditione, aut permutatione venditio aũt, q̃ mutuo conſenſu contrahentiũ, pendente adhuc conditione, eſt diſſoluta, numq̃ fuit pura, & perfecta. Quo fit, vt eſto traditio rei venditæ facta eſſet pẽdente adhuc conditione, atque adeò translatum eſſet dñium in emptorem, vt tradit Bar. ex l. dotis fructus §. vlt. iuncta l. ſeq. ff. de iure dot. ſi tñ, eadem conditione pendente, contractus mutuo ſit diſſolutus conſenſus, tributum illud ex eo contractu non debeatur pp illam eandem rationẽ, quia ſ. venditio illa numquam fuit pura, & pfecta. Nõ verò hoc idem locum habet in vẽditione ſub modo, vt Laſſarte ibidem n. 9. rectè obſeruat: qm̃ modus non ſuſpendit venditionem, ſed ſtatim cenſetur integra, & perfecta, vt ex ijs, quæ de mõ ſuo loco in ſuperioribus diximus conſtat, atque adeò ſtatim ex illa debetur hoc tributum. Q̃uis quo ad venditionẽ conditionalem hæc ita ſe habeant;

11 quia † tñ ea eſt contractus conditionalis natura, vt, conditione impleta, retrotrahatur illius vis ad tempus, quo fuit celebratus, quaſi tunc pure fuerit initus, vt colligitur ex l. qui balneum. §. amplius, ex l. q potior in prin. ff. qui potiores in pig. hab. ex l neceſſario. §. 1. iuncta glo. ibi, ver. in præteritum. ff. de peri. & commod. rei vend. ex l. ſi filiusfamilias. ff. de verbo. oblig. & ex alijs iuribus. conſequens profectò eſt, vt ſi, contractu minimè diſſoluto, cõditio impleatur, tributum deberi cenſeatur a puncto, quo venditio ſub ea conditione fuit celebrata, & non a puncto cõditionis impletæ, atq; adeo, vt debeatur dño, ac gabellario, qui erant tpe celebrationis contractus; non verò, qui fuerint tpe conditionis impletæ, vt cum cõi doctorum ſnĩa affirmant Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 12. nu. 30. & Laſſarte. c. 5. citato. nu. 10. Vbi cum Bald. rectè addit; ſi tempore, quo celebratus fuit contractus ſub conditione, tributum non debebatur, vel quia in nundinis ab eo tributo immunibus fuit initus, vel aliqua alia ratione, q̃uis conditio impleta fuerit tpe, quo iam non erat ea exemptio, tributum illud non deberi; qm̃ attendendũ eſt ad tempus celebrationis, non verò ad tempus

12 impletæ conditionis. Doctrinam † traditam de retrotractione contractus conditionalis limitant Bart. & cõis Doctorum ſententia, quam Ant. Gome. nu. 30. citato, & Cou. de pract. q. c. 39 num. 2. verſ. tertio eſt, referunt, ac ſequuntur, vt intelligatur, qñ conditio eſt cauſalis, aut mixta, ſecus autẽ qñ eſt poteſtatiua: nam hæc non retrotrahit contractum, ac proinde, ſi venditio ſub poteſtatiua conditione celebrata ſit, tributum debebitur gabellario, ac dño, qui fuerit tempore conditionis impletæ. Hanc tñ limitationem reſtringit Coua. vbi ſupra, vt intelligatur, qñ conditio ita eſt poteſtatiua, vt impleri non poſſit inuito altero cõtrahentium; hanc. n. ſolam excipit l. qui balneum. §. amplius. ff. qui potio. in p. g. hab. quare argumento a contrario ſenſu, qñ conditio poteſtatiua impleri poteſt inuito altero contrahentiũ, retrahet cõtractum ad tempus celebrationis. Laſſarte vbi ſupra nu. 13. cõem doctorum limitationem, etiã reſtrictam, vt Cou. illam coarctat, reijcit. Et quãuis ſatisfacere nitatur l. quidam cum filium. §. vltimo. ff. de verb. obli. cui Bart. & reliquos innititur affirmant; non tñ ſufficienter ſatisfacit. §. amplius citato, vnde ea limitatio, vt illam Cou. reſtringit apertè colligitur. ¶ Admonuerim tñ, qñ conditio eſt talis, quæ, ſi adeſſet tpe celebrationis contractus, efficeret vendentem immunem a tributo, illum quoque immunem reddere, eſto tpe vẽditionis immunis nõ eſſet. Vt ſi quis ita celebraret contractum; vendo tibi hanc rem mille aureis, ſi ſacros ordines ſuſcepero; certè, impleta conditione, tributum alcaualæ non debet. Ratio eſt, qm̃ licèt attendendum ſit, nõ ad tps conditionis impletæ, ſed ad tps venditionis celebratæ: quia tñ impleta conditione retrotrahitur contractus ad tps, quo fuit initus, quaſi tunc purè, præſenteque ea conditione, fuerit celebratus, eadem conditio retrotrahi cenſetur ad id tps, quaſi tunc fuerit præſens, eaq; de cauſa immunem illum tunc reddita a tributo illo, quaſi iã tũc ordinib. ſacris eſſet initiatus. Ita probat. l. vlt. ff. de ſtipul. ſeruor. & alia iura, q̃ Laſſarte vbi ſupra nume. 32. citat, & doctè expendit.

12 Hoc † tñ intelligẽdum eſt, dummodo eiuſmodi conditio appoſita non ſit in fraudem, ne tributũ illud ſoluatur, vt eadem l. vlt. probat, atque idem doctor ibidem rectè affirmat. Quaetiã ratione, ſiquis vendat fructus ſuos futuros alicuius prædij, cum venditio conditionalis ſit, ſi hi fructus naſcantur, impleta conditione, retrotrahitur contractus ad tps, quo fuit celebratus, debeturque tributum gabellario, & domino, qui tunc erant, niſi id effectum ſit in fraudem poſterioris gabellarij, ac domini, conuentione facta cum priori, vt minori tributo ſit contentus. Ita Laſſarte vbi ſupra nu. 19. allegataque l. 104. quaterni gabell. & l. 12. titu. 17. lib. 9. nouæ collectionis. Hæc de primo eorum, quæ obſeruanda dicebamus.

14 Scdm † eſt, in pignoribus validã eſſe venditionẽ, ſi hoc modo fiat, ſi vſque ad talem diẽ debitũ non ſolueris, pignus maneat venditũ iuſto ptio, videlicet prout arbitrio prudentium fuerit iudicatum. Ita habetur. l. ſi fundus §. vlt. ff. de pignorib. lib. 4. Luſit. ord. tit. 26. § 1. l. 41. ti. 5. & l. 12. titul. 13. p. 5. de qua re diſp. 324. dictum eſt.

15 Tertium, quamuis † nullus ſit contractus, in quo pretium arbitrio, ac voluntati alterius contrahentium relinquitur, validus tamen eſt, ſi res vendita ea lege, ac conditione vendatur,

datur,

datur,ſi emptori placuerit. Si tñ certum tempus
ſit illi præſcriptum,intra quod,ſi dixerit ſibi non
placere,poſſit a contractu diſcedere, tūc ſi,eo ter-
mino adueniente,non ſignificauerit venditori,ſi-
bi diſplicere,nolleque eam emere,firmabitur con
tractus,neque fas illi deinceps erit ab illo diſcede
re. Ita habetur.4.l. Luſitan.ord.tit.23.§.vlt.& §.
emptio.inſt. de emp.& vend. affirmatque Anto.
Gom.2.to.var.reſ.c.2.nu.19.

16 Quartum † eſt,validā eſſe emptionē,& vendi
tionē, qñ ſtatuitur certum pretiū relatione facta
ad aliquid aliud, vt ſi dicatur,emo a te hanc rem,
quanti eā emiſti,aut quanti illā emit, qui eā tibi
vendidit, vel donauit, aut pecunia quā habeo in
marſupio,vel in tali loco. Tunc.n.valida eſt ven-
ditio, mō a venditore,aut ab eo,a quo venditor il
lam emit,vel qui eā illi donauit,empta fuerit,aut
mō emptor pecuniā habeat in marſupio, vel in il
lo alio loco: ſi.n.hæc non extitiſſent, contractus
eſſet nullus: eo quod tunc nullum fuiſſet ſtatutū
pretium. Ita hr̄.l.hæc venditio.§.huiuſmodi,& l.
ſi quis fundum.ff.de cōtrah.empt.& l.10.tit.5.p.
5.atq; alijs iurib. q̄ Ant.Gom.2.to.var.reſo.c.2.
n.9 cit. Atque hinc colligit,validam eſſe vēditio-
nē,ſi quis dicat,vendo tibi,aut emo a te, rem hāc
pretio, quo cōiter in foro venditur, aut quo tali,
vel tali tpe vendetur aut pretio q̄ tunc lege publi
ca fuerit taxatum. Eodem modo,qñ rem vēdi in-
telligeretur pretio certo,vtpote lege taxato,aut cō
muni tunc,valida eſſet venditio,eſto nulla de pre
17 tio facta eſſet mentio. Eodem † etiam modo eſſet
valida locatio,qua aliquid,ꝫ nulla de pretio men-
tione facta,locaretur, qñ certo pretio locari con-
ſueuerat:qm̄ eo pretio locari intelligeretur. Vali-
da prætereaeſt locatio nullo conſtituto pretio in
locis,vbi,poſt domos locatas, taxari pretium per
miniſtros publicos ſolet, vt fit Salmanticæ,in do
mibus quæ ſcholaſticis locantur. ſint. Gome.loco
citato,& c.3.nu 4.cum Azone, & alijs obſeruat,
in euntibus in quibus contractus emptionis, &
venditionis, aut locationis, & conductionis, eſt
inualidus,eo quod pretium certum non ſit conſti
tutum,ſi res ita venditas,aut locatas,tradi contin
gat,& conſumi,aut percipi ex eis fructus, vel illis
vti ad id,ad quod locantur,venditorem,aut loca-
torem,agere tunc poſſe ad rem, fructus, atque v-
ſum,quantum hæc æſtimabuntur, non quidē ex
vendito,aut locato, eo quod contractus illi nulli
fuerint, ſed actione præſcriptis verbis, ſeu in fa-
ctum,iuxta l.quoties.ff.de præſ.verb. In hactenus
dictis conſentiunt Alu. Val.de iure emph.q. 11.a
nu.5.quem videas, & Pinel.l.2. C.de reſc.vend.
in Rub.p.2.ca.1. a nu.1. Cæterum circa hoc vlti-
mum bene ibidem Alua. Val.aduerſus Pinellum
vbi ſupr.a nu 19.ait,quando res,quæ traditæ fue
rant,exiſtunt,competere ei, qui illas tradidit, rei
vendicationem earum,eo quod contractus fuerit
nullus,& non actionem, vt pretium taxetur, &
venditio perficiatur. In quo non diſcordat Anto.
Gom.ab Alu.Val.tametſi Alu.Val. Pro contra-
rio ſententia eum citet:neque item diſcordāt,quæ
proximè a nobis dicta ſunt.

Dubium eſt,ſi quis, credens amicū ſuum ven-
dere velle rem aliquam, oblataq; occaſione,noīe
18 illius,atq; † negotium eius agendo,illū vendat,
cauens,ſeu ſe aſtringens, amicum ratum id habi-
turum,poſteaq; amicus id ratum habeat, qñ cen-
ſeatur perfecta venditio. Atq; eſt dicendum, non
prius venditionē cenſeri perfectam,q̄ ratihabitio
accedat,eo q̄ ab illa pendeat, attamen eam eſſe ra
tihabitionis naturam,vt retrotrahat, iuris fictio-
ne,quod ratum hr̄,ad tempus in quo factum eſt,
quaſi tunc fuerit perfectum, vt conſtat ex l.licet.
ff.de iudicij l.ſi fundus. §.1. ff.de pign.l.donatio-
nes quas parentes §.vlt. C.de donat.inter vir. &
vxo.l.vlt.C.ad Maced.& ex alijs iuribus.

19 Hinc,q̄ † ad alcaualā attinet,oritur quæſtio,ſi
tpe ratihabitionis dn̄s rei illius immunis ſit a tri-
buto, cum tamen immunis non eſſet tpe celebra-
tionis contractus,an debeat tributum hoc. Itēq,
ſi tpe ratihabitionis erat iam alius gabellarius,
aut dn̄s,cui gabellario, aut dn̄o,tributum debea-
tur huic ne,an illi, qui erat tpe celebrationis con-
tractus. Laſſarte vbi ſupra c.3.a nu.24.in primis
rectè ait, tributum ante ratihabitionem ſequutā
non deberi, eo q̄ venditio non ſit perfecta, ſed a
ratihabitione dependens. Itemque dies datos ad
tributum ſoluendum, vel contractum gabellario
manifeſtandum currere a puncto ratihabitionis,
non verò a puncto pacti initi. Deinde ad quæſtio
nes propoſitas reſpondet. Si ratam habens vendi
tionem,nomine ipſius factam,immunis non ſit a
tributo tpe ratihabitionis, tunc tributum deberi
poſteriori gabellario,& nō priori. Ratio,inquit,
eſt,qm̄ fictio præiudicium afferre non poteſt po-
ſteriori gabellario,cui,ceſſante fictione,inſpecta-
que rei veritate,gabella deberetur,citatq; pro hac
ſententia Baldum, Tiraquellum,& Aretinum. Si
verò,inquit, tempore ratihabitionis erat immu-
nis a tributo, gabellam deberi priori gabellario.
Rationem reddit,qm̄ tunc tributum nō debebat
poſteriori gabellario, eo q̄ immunis iam tunc eſ-
ſet a tributo: ſua autem ratihabitione inferre ſibi
ipſi potuit præiudicium retrotrahendo cōtractū
ad tp̄s,in quo nomine ipſius fuit celebratus, quo
tempore debebatur tributum priori, gabellario,
quia tunc ipſe immunis non erat a tributo. Do-
20 ctrina hæc mihi certè nō probatur. Etenim † ra-
tihabitio, ex iuris ciuilis diſpoſitione, conſenta-
neè ad rectam rationem,atque ad naturalē æqui-
tatem,retrotrahit,quod ratum hr̄ ad tp̄s, quo fa-
ctum eſt,vt tunc perfectum cenſeatur,atque adeò
ius ipſum ciuile eſt,quod hac ſua diſpoſitione,an
te talem ratihabitionem, atque ante talem cōtra-
ctum ſancita, quemadmodum præiudicium attu
lit ei ipſi, qui ratum habet præteritū cōtractum,
vt nihil impediente, quod tempore ratihabitio-
nis immunis ſit a tributo,ratione retrotractionis
illud debeat: ſic etiam præiudicium afferre po-
tuit,neque ipſa attulit poſteriori gabellario,vt ra-
tione retrotractionis deberetur priori, eſto tem-
pore retrotractionis immunitas non eſſet a tribu
to. Neque video, quanam ratione, adimpletio
conditionis,rōne retrotractionis, fictione, atque
diſpoſitione iuris, præiudicium poſteriori ga-
bellario in vno euentu afferat, vt non ipſi,

ſed priori gabellario tributū ex contractu conditionali debeat, & ratihabitio, rōne ſimilis retrotractionis, nō idē præiudiciū iuris diſpoſitione in altero euentu eidē poſteriori gabellario afferat. Neq; cōſpicio ius aliqd, aut ſolidum fundm̄, cui ſnīa cōtraria nitatur. Immò uerò dico, ſi rei dn̄s immunis erat a tributo tpe uenditionis celebratæ, eſto tpe ratihabitionis immunis non eſſet, alcaualam non debere, pp eandem retrotractionem iuris fictione ad tempus celebrati contractus.

Arrha quid operetur in contractu emptionis, & venditionis. Et quando comparetur dominium rei venditæ. Atque de alia eiuſdem contractus perfectione.

DISPVTATIO CCCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Arrha quid.*

2 *Arrhæ noīe datū ante emptionē pfectā amittit emptor, ſi ab eā diſcedat: & ſi uenditor, & arrham reſtituit, & tātumdē de bonis ſuis dare tenetur. Idem & poſt emptionem perfectam de iure Luſitano, & Caſtellæ cum duabus limitationib. nu. 4.*

3 *Emptione perfecta, de iure cōi. neuter contrahentium poteſt diſcedere a cōtractu, alias & arrha amittitur, & ad totale intereſſe tenetur.*

5 *Arrhæ ius ſtatutum in emptione, & venditione, habet locum etiam in locatione, & conductione.*

6 *Alcauala an debeatur, quando amiſſa arrha receditur a contractu.*

7 *Emptor vt rei emptæ dominium comparet, quid fieri neceſſarium ſit, etiam de iure Luſitano.*

1 Arrha † in contractu emptionis, & vēditionis eſt id ꝙ datur in ſignum, & argumentum contractus celebrati, & quaſi pignus, ꝙ ſtabitur contractui. Vnde Caius iuriſconſultus l. qđ ſæpe in princ. ff. de contr. emp. ſic ait. *Quod ſæpe arrhæ nomine pro emptione datur, nō eo pertinet, quaſi ſine arrha cōuentio nihil faciat, ſed vt euidentius probari poſſit, conueniſſe de pretio.*

2 Obſerua tn̄ ſi ante † pfectā, modo præcedente diſputatione explicato, emptionē, qppiam arrhæ noīe datum ſit, promittente emptore rē tanto pretio empturū, atq. ad id arrhā dāte, aut ſuſpendentib. emptore, & venditore contractū, vt ſcriptura pficiat, emptoreq. poſt mutuū conſenſum, ac conuentionē circa rem, & pretiū, arrham dante, tūc arrhā eam firmitatē efficere, ꝙ ſi emptor, vt pōt, eo ꝙ contractus nondū ſit perfectus, a contractu diſcedat, amittit arrham venditori: ſi aūt vēditor diſcedat, amittit duplum emptori, hoc eſt, arrhā quam ab eo acceperat & tantumdē de bonis ſuis, idque eſto nihil horum ſit dictū, dum arrha fuit tradita. Ita habetur inſt. de emp. & vend. §. 1. ver. ita tamen, & l. contractus, §. vlt. C. de fide inſtr.

Qn̄ verò, perfecto iam contractu modo præcedente diſputat. explicato, arrha ab emptore data

3 eſt venditori, opinio communior, ſtando † in iure communi eſt, neutri cōtrahentiū fas eſſe diſcedere a contractu, quibuſdam aſſerentibus diſcedētem, vltra arrham, teneri ad totale intereſſe, Bartolo verò, & alijs multis, affirmantibus arrham detrahendam eſſe a totali intereſſe, vt referunt gloſſæ duob. iuribus citatis, Ant. Gom. 2. to. var. reſo. c. 2. nu. 18. Villalobos in Antinomia lit. v. num. 8. & Greg. Lopez gl. 1. l. 7. tit. 5 p. 5. Cæterum de iure Luſitano lib. 4. ord. titu. 4. §. 1. & de iure Caſtellæ, l. 7. citata, approbata eſt opinio Azonis, C. de contrah. empt. quam Salycetus fuit ſequu-

4 tus, affirmant † communem eſſe in praxi, nempe fas eſſe vtriq; coutrahentium diſcedere a contractu amittendo arrhā, aut duplum illius, modo explicato. Quo fit, vt arrha in his regnis, atque iuxta Azonis, & Salyceti opinionē, infirmiorem reddat contractum iam perfectum, ac conſummatū: qn̄quidem interim, dum rei venditæ facta nō eſt traditio, fas ſub ea pœna vtriq; contrahentium ſit diſcedere a contractu. Duo tn̄ euentus in Luſitania excipiuntur, in quibus etiam ſi arrha data ſit, neutri contrahentium fas eſt diſcedere a contractu. Primus eſt, qn̄ contractus celebratus eſt per proxenetas, ſeu *Corretores*, quos vocant, circa merces aliquas inter mercatores, ſiue illi naturales, ſiue alienigenæ, Regni Luſitaniæ ſint: tunc enim neutri contrahentium, altero inuito, fas eſt diſcedere a contractu, etiam amittendo arrham, aut duplum illius. Rationem reddunt ordinationes, quoniam id ſemper conſuetudine conſeruatum in eo Regno fuit. Secundus eſt, qn̄ exprimitur, arrham ſolum dari, aut recipi in partem pretij, vel ſimul in partem pretij, & ſignum contractus. l. a hī titu. 24. citato. §. 2. & 3. In hoc autem regno l. 7. citata excipitur, quando arrha data eſt ſimul in partem pretij, aut, *por otorgamiento*, i. nō tanquam arrha, ſed ſolum in ſignum perfecti contractus: in his. n. euentibus neuter, altero inuito, poteſt diſcedere a contractu, etiam amittendo arrham, aut duplum illius. Atque hoc vltimū, nempe qn̄ exprimitur non dari tamquam arrhā, ſed ſolum in ſignum perfecti contractus, credo habere locum in Luſitania. Prædicta omnia locum in conſcientiæ foro habere cenſenda ſunt: quando quidem leges iuſtæ ſunt, & æquales omnib. contrahentibus, neque in præſumptione fundantur.

5 Sunt † verò ſimiliter intelligenda in contractu locationis. Quo loco obſerua, cum arrhæ amiſſio quaſi in pœnam ſit ſtatuta, etiam in Luſitania, & Caſtella, dum cum eo incommodo contrahentib. ſit permiſſum a contractu, alioquin perfecto, recedere, non deberi antequam exigatur.

6 Dubium eſt, vtrum † in euentu, in quo ab emptione, & venditione perfecta fas eſt vtrique contrahentiū, amiſſa arrha, recedere, debeatur alcauala quando, amiſſa arrha, receditur a cōtractu. Laſſarte de decima vendit. cap. 3 nu. 18. deberi affirmat: qm̄ vere perfecta fuit venditio, & ius tributi illius quæſitum fuit fiſco, neque, receſſu a contractu, diſſoluitur venditio in præteritum, ſed ſolum, vt non valeat in futurum: quod ſignificat l. 7. Caſtellæ cita. quæ ait; *e no valdra deſpues la vendida*, & lex Luſitana § 1. citato, quæ ſic hēt, *Eſta pena he dada no dito cōprador e uendedor*, ꝑ

que

que nan quiſeram cõfiar da perfeciam do dito contrato e quiſerã uſar doutra noua prouiſam, conuen a ſaber, de dar e receber o dito ſinal, come dito he. Hæc ſnĩa mihi ſanè nõ probatur. Qm̃ eo ipſo, ꝙ tradita arrha, iuris diſpoſitione permiſſum eſt a contractu recedere, ſuſpenſa videtur venditio, vt perfecta non cenſeatur, quouſque traditio ſit facta, ſed fas vtrique contrahentium ſit, illi non ſtare, amittẽdo arrhæ valorẽ. Neq; id ſanè eſt reſcindere, & reuocare contractũ, ſed illi nõ ſtare, tanq̃ infirmo adhuc ad obligandũ; id quod apertè ſonãt verba illa Luſitaniarum ordinationũ relata. Adde, inuito venditore, poſſe emptorẽ nolle ſtare contractui, & è contrario, emptore inuito, poſſe venditorem illi nõ ſtare. Adde etiam, de iure huius regni venditorem teneri ſoluere integrum alcaualæ tributum: durum autem eſt, emptore non ſtante contractui, iure id illi permittente contra venditoris voluntatem, teneri nihilominus venditorem ſoluere tributum integrũ, quod eſſe poterit longè plus, quàm arrha, quam emptor amittit. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod ad ſcd̃m attinet, obſeruandum eſt, vt
7 † emptor rei emptæ dñium cõparet, nõ ſatis eſſe, emptionẽ perfectã eſſe modo p̃cedente diſputatione explicato, ſed vlterius neceſſariã eſſe traditionẽ illius, iuxta ea quæ diſpu. 2. & 3. dicta ſunt, & repetentur in ſequentib. Neque id ſufficere, ſed requiri inſuper, vt emptor pretiũ ſoluat, vel illud offerat, vel fideiuſſores, aut pignora, pro illo ſoluendo exhibeat, vel certè, vt vẽditor pro ſoluto illud habeat, fidens illud de emptore. Quòd ſi nihil horũ fiat, eſto res vendatur, ac tradať emptori pro certo pretio ſtatim, vel tali, aut tali die ſoluendo, dñium rei ita emptæ nõ tranſit in emptorem, ſed manet apud venditorem: quo fit, vt eſto emptor illa alteri vendat, ac tradant, accepto pro ea p̃tio, aut quouis titulo eã in alterũ transferat poſſit venditor primus tanq̃ dñs illius, eã vendicare, ac repetere, vbicunq; illa reperta fuerit, niſi pretiũ ipſi perſoluať. Ita hr̃ expreſſe. §. vẽditæ inſt. de rerum diuiſ. l. procuratoris, §. planè ver. ſed & ſi. ff. de trib act. 4. li. ord. Luſit. ti. 37. §. 1. & 2. atq; alijs iuribus. De qua re diſpu. 536. redibit ſermo. Imò verò, ſi pretiũ non perſoluatur intra terminũ ſolutioni præfixũ poterit venditor, vel exigere pretium, vel ſi pretium noluerit, exigere potius rem ſuam, eſto ei pretium offeratur. Ita hr̃ in ord. Luſita. §. 2. citato. Si res fiſci ſit, minoris aut Eccleſię, atque per miniſtrũ vendita ſit, non prius cenſetur translatum dñium in emptorem, quã pretium ſit ſolutũ. Ita colligitur ex l. ſi procurator. §. vlt. & affirmat ibi glo. vlt. ff. de iure fiſci, & notat Bart. l. a diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. conſentaneè ad textũ ibi, conſentiuntque Pan. c. cũ olim. 1. de offic. deleg. & Ang. verb. emptio. n. 4. Obſeruant præterea Luſit. ord. §. 1. citato, prius venditorẽ teneri tradere rem, quàm emptor pretium reddat. Si aũt neuter contrahentium de altero confidat, tunc res & pretium collocanda erunt in manu cuiuſdã tertij, de cuius manu emptor rem accipiat, & venditor pretium. Illud poſtremo obſeruã, interdum emptionem, & venditionem duobus alijs modis a iure, & doctoribus dici perfectam, de qua re ſermo erit. Diſp. 366.

Emptio, & venditio triplex. Quæ earum peculiariter negotiatio dicatur. Et num licita ſit.

DISPVTATIO CCCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Negocium vnde dictum, & quotuplex.*
2 *Inſtitores, ſeu factores qui.*
3 *Emptio, & venditio triplex.*
4 *Negociatio propriiſſimè quæ.*
5 *Negociatio propriiſſimè ſumpta, non eſt opus virtutis, neque vitij, ſed indifferens.*
6 *Negociatio, an & quando licita ſit.*
7 *Negociatio ex quib. capitibus mala, & illicita redditur.*
8 *Negotiationẽ nomine litteraturæ de qua in Pſal. 70. ſignificari.*

1 NEgotiũ, autore † Iſidoro in li. Etymo. & refertur c. forus de verb. ſig. dictum eſt, i. ſine otio: quare generaliter ſignificat quemcunque actum circa ag bilia, & externa otium impediẽtẽ. Atque ex negotijs, ſic generaliter ſumptis, quędã publicam, & quædam priuata, vocantur. Preſsè aũt negotium, vt ibi. Iſidorus ait, duobus modis vſurpatur. Vno, pro cauſa, ſeu lite. Altero pro cõmutatione ad lucrum comparandũ, emẽdo. ſ. aut alio permutationis genere acquirendo rem aliq̃, illamq; non mutatã, carius vendẽdo, aut aliquo alio modo cum lucro permutando. Inde autẽ duplex hæc peculiaris negotij vſurpatio ortũ habuiſſe vr̃, ꝙ ex negotijs hæc, ſint, quæ pręcipuè otium impediunt, & quæ plus occupant, maioribusq; ſolicitudinibus aĩum implet. Harum verò, hæc poſterior vſurpatio eſt, quæ noſtro inſeruit inſtituto. Quamuis aũt Aug. c. qm̃ 88. diſt. vocabulo negocium ad rem hanc ſignificandam vtatur, Iſidorus tñ loco citato potius litẽ, & cãm appellãdam negotiũ, cõmutationẽ verò ad lucrum, de qua loquimur, negotiationẽ eſſe nuncupandã, arbitrať, a qua qui eam exercent, negotiatores peculiari nomine dñr, ſolent ẽt mercatores vocari. Illi verò, q eiuſmodi negotiationis ab alijs p̃ficiũtur, quos
2 *fauaores.* Hiſpanè dicimus, inſtitores † appellantur, ꝙ negotijs inſtent, vt Vlpi. l. inſtitor, ff. de inſtitoria actione ait. Tametſi vocabulum hoc, etiã præcipuis mercatorib. in ſacris literis accõmodetur, iuxta illud. Prouer. 31. *Facta eſt velut nauis inſtitoris de lõge portans panem ſuum.* Neq; diſſonat origo, & deriuatio vocabuli, q̃ tradit Vlpian.
3 His explanatis, triplex † emptionis, & venditionis genus diſtingui conſueuit. Idẽ intellige de cõmutatione latè ſumpta. Quædã. n. emptio, atq; venditio eſt, qua ab vnoquoq; ea emũtur, quę ad ſuã, familięque ſuſtentationem neceſſaria ſunt, ſuperflua verò venduntur. Atq; hæc quaſi naturalis eſt, & de ſe bona, ac licita, vt D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. & doctores cõiter, cum Ariſtotele 1. Politico-

ticorum, affirmant. Ordinatur quippe, non ad lucrum, ſed ad congruã ſuſtentationem, atq; ad œconomos, & Politicos, non verò ad negotiatores preſsè ſumptos, ſpectat. Alia eſt, qua emit aliqd, vt, p induſtriã cõmutatum, vendatur. Hæc aũt, vt Chryſoſt. c. eijciens 88. diſt. ait, nõ eſt mera negotiatio: eo ꝙ res ſic empta, p induſtriã, ac artem melior reddatur: qua e cũ artefactorum venditione, quæ a proprijs ipſorum artificib. primo vẽditionis genere diſtrahuntur; cõputari põt, eamq; D. Tho. ſub primo emptionis, ac venditionis genere cõprehendiſſe vr. Ad hoc emptionis, & venditionis genus ptinet, nõ ſolum ſi quis lanam emat, vt inde pannũ, quẽ vendat, conficiat, vel ferrum, vt gladios, quos ex illo efficiat, vendat ſed etiam ſi aues, aut equos emat, vt, poſtq̃ eos educauerit, & ad aliquid aſſuefecerit, illos vendat. Alia denique emptio, & venditio eſt, qua emitur aliquid, vt, immutatum, carius ad lucrum comparandum ven-
4 datur. Atque † hæc dicitur propriiſſimè negotiatio de eaq; eſt dubium, num licita ſit. Chryſoſtomus enim c. eijciens, citato, eam videtur dãnare.

De hac re ſtatuenda eſt hæc prima concluſio.

5 Negotiatio † hęc preſsè, & propriiſſimè sũpta, de ſe, neq; virtutis, neq; vitij eſt opus, ſed indifferẽs ad vtrũque. Qd ſi debitè fiat, ad bonũq; finẽ ordinetur, licita eſt, ac moraliter bona, eſtque. Rebus
6 publicis vtilis, ac neceſſaria. Prima † pars, ꝙ. ſ. indifferens ſit, vt virtutis, aut vitij, ſit opus, eſt Aug. c. fornicari, & c. qm̃ 88. diſt. in quorum priori ait; *Fornicari hominibus ſemper non licet: negotiari verò aliquando non licet*. In poſteriori verò docet, *vitia, quæ negotiando interueniunt, negotiantium eſſe, non verò artis, atque negotij, quaſi ſine vitio exerceri non poſſit*. Pars eadẽ ex ijs, quæ ſubiungã, corroborabitur, magisque perſpicua fiet.

Scda verò pars, videlicet, ſi debitè fiat ad bonumq; finẽ ordinetur, licitã eſſe, ac bonã moraliter, ſatis pſpicua eſt, ſi in ſenſu cõditionali, in quo eſt prolata, accipiatur. Cæterũ cõditionẽ poſſe ad actũ redigi, probatur. Primò ex parte finis: qm̃ lucrum intendi ex negotiatione põt ad ſuſtentandã propriã, familiæque vitã: hic aũt finis bonus eſt moraliter charitatis propriæ, ac ſuorũ. Lẽ intẽdi põt ad diuitijs exercendum opera miſericordię, liberalitatis, aliorumque virtutum, tam in ſtatu, in quo quis eſt, q̃ in altiori, ſi, multiplicatis diuitijs, conſcendere ad illũ contingat: ergo negotiatio, ad lucrum ex illa, referri ad finẽ bonũ moraliter poſſunt. Deinde verò, negotiationẽ poſſe debitè fieri, eſto ex ea lucrũ intendatur carius vendendo, q̃ ſit emptũ, probatur. Qm̃ mendacia, periuria, deceptiones, et ſi quæ ſunt alia eiuſmodi vitia, q̃ emendo, & vẽdendo ſolẽt interuenire, vitia negotiantium ſunt, non verò negotiationis, vt Aug. c. qm̃ 88. d. ait, & de ſe eſt manifeſtum: quare vitari negotiando poſſunt. Lucrũ verò ex eiuſmodi negotiatione, atq; pretij incrementum, ex multis capitib. põt eſſe licitum, ac iuſtum. Primò, in præmiũ laboris, induſtriæ, ac periculi, emendo in loco diſtãti: atq; aſportãdo Reip. quæ illi neceſſaria sũt, cum periculo iacturę propriorum bonorũ. Scdo, ob tpm diuerſitatem, in quibus pretia iuſta rerũ varietatem ſuſcipiunt, pp rerum abundantiã, aut penuriam, multitudinem, aut paucitatem emptorum, & pp alias circumſtantias: quo fit, vt ſi ipſe abundãtiæ, abſq; aliorũ præiudicio, emat quis copiã rerum, q̃ in tps penuriæ ſeruet, licitè, ac iuſtè poſſit carius eã vendere quam ſit empta, ob pretij iuſti varietatem. Tertio, qm̃ pretium iuſtum non conſiſtit in indiuiſibili, quare licitè, ac iuſtè poterit quis intra latitudinem iuſti pretij vendere carius, q̃ emerit, nihil impediente, ꝙ nec loca, nec tpa, nec aliæ rerũ circumſtantiæ varietatem ſuſceperint, ob quã pretium iuſtum accreuerit. Hæc, atque his ſimilia, capita ſunt, ex quibus licitè ac iuſtè poterit quis vendere carius, quã emerit. Quo fit, vt explanatum, oſtenſumq; ſit, negotiationem, non ſolum nõ eſſe opus malum ex ſe, ſed etiam poſſe exerceri bene moraliter.

Tertia verò pars, negotiationẽ videlicet vtilẽ, ac neceſſariã Rebuſpublicis eſſe probatur. Qm̃, cum nulla prouincia reb. omnib. abundet, ſed ex vna neceſſariũ ſit multa in alia aſportari, imò ex vnius prouinciæ parte neceſſariũ ſæpe ſit in alias eiuſdẽ prouinciæ multa deferri: neque ſinguli id efficere poſſint, tũ ob paupertatẽ, tum ꝙ intenti ſint alijs reb. tum ẽt ꝙ non oẽs ad id ſint idonei, tũ denique ꝙ ſi vnuſquiſque ſibi ſoli aſportare neceſſaria, longè maiores ſumptus ad ea comparanda faceret, quàm faciũt rebus neceſſarijs a varijs hominibus adductis: ſanè vtile, neceſſariumq; eſt Rebuſpublicis, vt ſint negotiatores, qui illa aſportent, parataque ad vendendum habeant, quoties quiſque illis indiguerit. Præterea, qm̃ quãdo exteri mari, aut terra, illa vehunt, vtile ac neceſſariũ eſt, vt in magna copia illa afferant, vt Reipublicę ſufficiãt, viliuſque illa vendere poſſint: cum ergo expectare non poſſint, vt ſinguli ab ipſis emant, quæ temporis ſucceſſu eis erunt neceſſaria, vtile ſanè, ac neceſſarium Rebuſpublicis eſt mercatores eſſe, qui illa vilius tunc emant, ſeruentque carius illa vendenda ſingulis, quando eis eguerint. Item tempore abundantiæ agricolæ, atque alijs qui rebus abundant, indigent ſæpe pecunia ad fructus colligendos, & ad alia neceſſaria, neque poſſunt ſeruare merces ſuas in tempus penuriæ: non eſt ergo inutile Rebuſpublicis, mercatores eſſe, qui tunc eiuſmodi merces emant, eaſque in penuriæ tempus carius vendendas aſſeruent. Modo tamen iuſto pretio tempore abundantiæ illas emant, neque impedimento ſingulis de Republica ſint, quominus tunc ex illis ſibi emant neceſſaria: neque item fraudibus, atque artibus poſtea vtantur ad pretia rerum augenda, Rempublicamque vexandam.

7 Scda concluſio. Negotiatio, non † ſolũ ex periurijs, mẽdacijs, exceſſu in pretio, atq; ex alijs circunſtantijs ex nequitia euenientib. negotiantiũ, reddi põt mala, ſed etiam ex multis alijs, vt ex circumſtantia perſonæ, ſi is, qui negotiatur, clericus, aut religioſus ſit, quos negotiatio dedecet, ex circunſtantia temporis, loci, perſonæ, cui aliquid venditur, & ex alijs, vt diſputationib. ſeq. fiet manifeſtum. Deniq; negotiatio, propter lucri cupiditatem, res eſt de ſe, attenta hominum fragilitate, pra-

prauaque inclinatione, multis conſciæ periculis expoſita. Imò verò ex ſe, ſi proximũ ipſius finẽ, ſępe lucrari emẽdo vili, careq; vẽdendo, ſpectes, ſimulq; aduertas, multũ occupare animum, illũque a ſpiritualib. reb. auocare, turpitudinẽ quandam, hoc eſt, indecentiã dicit, tum comparatione plurium perſonarum, tum ẽt, vt in loco, ſpeque, ſacro fiat. Atq. hac de cauſa Chriſtus ementes ac vẽdentes flagello eiecit de templo. Et † Chryſ. in Matth. alijque patres in illud Pſ. 70. *Quoniam nõ cognoui literaturã*, vbi 70. interpretes loco, literaturæ, negociationes tráſferũt, eã vituperant, partĩ vt rẽ minus decentẽ, ac periculis plenam, partim verò vt illicitã, ſi vel exerceatur a clericis, vel circũſtãtiæ aliæ admiſceant, quibus illicita reddat, quas facile eſſe admiſceri, probat illud Eccleſ. 26. *Duæ ſpẽs difficiles, & periculoſæ mihi apparuerũt, difficilè exuitur negotiãs a negligẽtia* (in vitandis videlicet peccatis) *& nõ iuſtificabitur caupo a peccatis labiorũ*. Et c. ſeq. *Qui q̃rit locupletari, auertit oculũ ſuũ. Sicut in medio cõpaginis lapidũ palus figitur: ſic & in medio uẽditionis anguſtiabitur peccator*. Quib. cõcinit illud 1. ad Ti. 6. *Qui uolũt diuites fieri, incidũt ĩ tẽtationẽ, & in laqueũ diaboli.*

Quæ res vendi poſſint, aut non poſſint, quarumq; proinde rerum venditio ſit illicita.

DISPVTATIO CCCXL.

SVMMARIVM.

1 *Vendi quæ res poſſint, & quæ non, cum num. ſeq. & per totum.*
2 *Venditio oĩum bonorũ magis valida, quã donatio facta filiæ ad contrahendum matrimonium.*
3 *Venditione omnium bonorum facta intelligitur tãtum de præſentibus, niſi aliud exprimatur.*
4 *Vendi poteſt tota hæreditas, aut illius pars, quando venditori eſt delata.*
Declara, vt nu. 7.
5 *Vendita hæreditate tranſeunt in emptorẽ ante ceſſionem factam omnes actiones vtiles actiuæ, & poſt ceſſionem etia directæ: ſed paſſiuæ remanẽt penes hæredem, & quare.*
6 *Vendita hæreditate, & non tradita, dominiũ illius nõ trãſit in emptorẽ, ſed in ſc̃dm, cui eſt tradita.*
7 *Hæreditas nõdũ delata ſi uẽdatur, nulla eſt uẽditio.*
Idem ſi donetur, nu. 8.
Etiam ſi uenditor, aut donator, eſſet ſubſtitutus pupillaris. nu. 9.
Immo etiam talis priuatur hæreditate, eũ ad ipſũ delata fuerit, fiſcoque addicitur. nu. 10.
11 *Hæreditatis pars pro indiuiſo, & quota, & ſeruitus etiam vendi poteſt.*
12 *Debitum, & actio vendi poſſunt, & tranſeunt in emptorem actiones vtiles, & directæ.*
Itemque donari, & dari in dotem, legari, permutari, & alijs titulis concedi. nu. 13.
Intellige tamen, & declara, ut nu. 14.
15 *Actionis ceſſio ſi fiat in potentiorem ratione dignitatis, aut alterius qualitatis, an cedens incidat in pœnam amiſſionis iuris.*
Et quid de iure Luſitano.
16 *Litigioſa res quæ dicatur de iure Luſitano, & quæ ſit eius pœna eam vendenti, ſeu cedenti.*
17 *Vendi etiam poſſunt res in ſpe exiſtentes.*
18 *Partus, aut fructus quãdo uenduntur, dicitur uenditio cõditionalis ſi naſcantur, aut percipiãtur.*
19 *Venditor rei in ſpe, ſi ipſa non exiſtat, tenetur emptori ad æſtimationem.*
20 *Piſcator vendens iactum retis, ſi noluerit iacere rete, tenetur ad æſtimationem, prout erat in ſpe.*
21 *Venditio nulla quot modis reddatur, & quot modis ratione erroris, cum nu ſeq vſque ad fin.*
22 *Venditio quot modis reddatur nulla, ſi res uendita deſtructa erat, aut perierat.*
23 *Error in ſubſtantia quot modis contractum uitiet venditionis.*
24 *Venditio liberi hominis nulla eſt, etiam ſi fiat in tempus, dum liber eſt, qui fuerit ſeruus.*
25 *Venditio rei ſacræ, & publicæ ſine Principis ſupremi conſenſu nulla eſt, etiam ſi conferatur in tẽpus, quo talis eſſe deſierit.*
Declara tamen ut nu. 26.
Et quid de iure Luſitano. nu. 27.
28 *Aedificium vt deſtruatur, vendi non poteſt, niſi ruinam minetur.*
29 *Emens alueària ad interficiẽdas apes, ceramque, ac mel extrahendum, qua pœna puniatur.*
30 *Officia publica quouſque emi ac vendi poſſint, & quouſque non.*
31 *Vẽdi res aliena quomodo, ſeu quo ſenſu probibita.*
Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ.
32 *Venditio rei propriæ ementis nulla eſt.*
33 *Venditio eius quod vẽdibile nõ eſt nulla redditur.*
34 *Venditio eius, quod abſque peccato vendi non poteſt, quo caſu ſit nulla.*
35 *Venditio veneni, & aliorum ad malum incitantium, ſeu noxalium, quando probibita.*

NVnc percurrẽda ſunt aliquot capita, ex qb. vẽditio illicita, aut ẽt nulla, reddi põt. Atq. ab obiecto, rebuſque ipſis ordiendo, ſimul eſt explanandũ, quæ res vendi poſſint, aut non poſſint.

1 In † primis aũt vẽdi poſſunt bona oĩa collectim ſumpta, ẽt futura, modo tñ noĩe rerũ futurarum, non intelligatur pretium, ꝙ ea emptione datur, prout in futurũ manebit, idque, ꝙ illo cõparabit, ita vt venditor inteſtabilis ea venditione maneat: ſic. n. contractus eſſet nullus. Qñ aũt pretium, ꝙ loco cæterarũ rerũ accipitur, ſeruatur, idque, ꝙ in poſterũ illo cõparabitur, nõ efficitur venditor eo contractu inteſtabilis, ſicut efficitur is, qui donat ſua bona oĩa pręſentia, & futura, ac proinde iura, q̃ diſp. 280. & 151. citauimus, quib. donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum nullã redditur, locum non habent in re propoſita. Ad-
2 de, cum diſp. 280. dictum ſit, donationem † omnium bonorũ factã titulo oneroſo, vt filiæ ad contrahendũ matrimoniũ, valida ſit, longè magis validam eſſe venditionẽ, de qua loquimur, quæ contractus eſt oneroſus, in quo pretium loco mercis ſuccedit. Hoc ipſum confirmat L. mulierem. ff. de iure dotium, atque affirmant Bart. & communis doctorum ſententia, quam Anto. Gom. 2. to. var.

3 reſol.n.4.refert,ac ſequit. Obſerua tñ,qñ † vendi dicerentur oĩa bona, neque aliud exprimeretur, neq; aliunde aliud conſtaret,intelligi,vendi præſentia,non verò ẽt futura,vt de donatione omniũ bonorum diſp.280. oſtendimus, confirmantq; l. vlt.C.q res pig.oblig.poſ.l.ſi ita.ff.de aur.& arg. leg.& l.oẽs.§.Lucius.ff.q in fraud.cred.atq; præter doctores,quos diſpu.280.citauimus,cum Bar. & cõi doctorum ſententia, aſſeuerat Anto.Gom. vbi ſupra,varijſque alijs iuribus confirmat.

4 Vendi etiã † poteſt ab hærede tota hæreditas, aut pars illius;modo tñ ſit iam delata morte eius, cui venditor hæres exiſtit. l.1. argumento a contrario ſenſu, & apertius legib. ſequentibus. ff.de hæreditate vel actione vendita, idem colligitur ex l.1 & ſequentibus.C.eo.tit. Vendita † aũt hæreditate, tranſeunt in emptorem actiones omnes vtiles actiuæ,& iura oĩa,ac cõmoda q̃ ad hæredẽ rõne illius pertinebant, idq; nulla facta ceſſione: facta verò ceſſione,tranſeunt ẽt actiones directæ. Ita hr̃ expreſſe.l.emptor hæreditatis.C.de hæred. vel act.ven.& affirmant gl.ibi.Bar.& communis doctorum ſñia quam Ant.Gom.vbi ſup.num.5. refert,ac ſequitur. Obſeruat verò gl.vlt.lege citata,ſi qui emit hæreditatem,alteri illam vendat,actiones, vtiles ante ceſſionem hæredis competere vltimo emptori,nõ verò primo. Actiones autem paſſiuæ, quibus defunctus tenebatur, atque adeo hæres rõne illius,non tranſeunt contra emptorẽ, ſed competunt creditoribus defuncti aduerſus hæredem,nihil impediente,quod hæreditatem vendiderit:ſi tamen hæres ſoluat eiuſmodi debita, ea repetit actione negotiorum geſtorum ab emptore:nomine quippe,hæreditatis, intelliguntur ſolum bona defuncti, deductis legatis, & toto ære alieno,idq; ſolũ venditum intelligitur emptori. Hæc oĩa habentur colliguntur que apertè ex l.2. C.de hæred.vel action.vend.& affirmant ea Bar. & cõis doctorum ſententia,quam Anto.Gom.n. 5.citato refert,ac ſequitur. Ratio aũt,cur paſſiuæ actiones competant aduerſus hæredem, neq; eas transferre poſſit in emptorem hæreditatis, cum tñ transferre poſſit actiuas,hæc eſt. Quoniã actiuæ ſunt ipſius,poteſtq; proinde eas cedere,ac conferre alteri:paſſiuæ verò non ſunt ipſius, ſed ſunt creditorũ defuncti aduerſus ipſum,ac proinde,illis non conſentientibus non poteſt transferre eas in alium;quin, niſi ille alius conſentiat expreſſe, illas ſuſcipere non intelligitur,vt ex.l.2.citata colligitur. Hæc tamen doctrina fallit qñ fiſcus hæreditate,alicui delatam,vendidit tale alteri: tunc.n. fiſci priuilegio paſſiuæ actiones,quæ erant aduerſus hæredẽ tranſeunt in emptorem hæreditatis,vt hr̃ l.1.C.de hæred.act.vend. Illud etiam obſerua, in fideicommiſſarium,ſiue is primus, ſiue ſecundus,aut alius vlterior ſit,tranſire actiones, non ſolum actiuas,ſed etiam paſſiuas,eo ipſo,quod ad illum hæreditas deuenit,aut diuidi inter ipſum, & hæredẽ anteceſſorem,pro rata bonorum, hæreditatis,ſi non integra hæreditas ad fideicõmiſſariũ deueniat,vt d ſp.186.dictum,& oſtenſum eſt. Id tñ inde proficiſcitur,quod hęreditas ad fideicommiſſarium non tranſit authoritate hæredis, contractuve inter viuos ab hęrede cum fideicommiſſario inito, ſed tranſit per vltimam voluntatẽ teſtatoris,qui vnũ hæredẽ, alterum verò ſubſtitutũ fideicõmiſſarium reliquit:eo aũt ipſo, quod hæreditas ad ſubſtitutum ex teſtatoris præſcripto tranſit,ipſe eſt hæres defunctum repræſentãs, ad quẽ proinde actiones,quæ aduerſus defunctum erant, pro rata portionis hæreditatis,quæ ad ipſum ſpectat,deſcendunt,ceſſantq; aduerſus priorem hæredem. Ita cum Bal.& alijs Anto.Gom.n.5.citato.

6 Illud † præterea obſerua,ſi hæres vendat hæreditatẽ,neq; illã tradat,dñium illius non tranſire in emptorẽ,ſicut tranſiuit in hæredẽ eo ipſo,ꝙ hæreditatem adiuit,eſto illi tradita non fuerit,nec poſſeſſionem illius acceperit,quarè, ſi hæres,poſt eã primam venditionem,eandem hæreditatem alteri vendat,ac tradat,dñium rerũ hæreditatis tranſit in ſcdm emptorem, qui proinde præfertur primo,ſolũq; primo emptori cõpetit aduerſus hæredem actio ad intereſſe. Hęc oĩa hñr.l.qui tibi.C. de hæred.vel act.ven.& affirmat Ant.Gom.n.5. 7 citato. Dictum eſt ſup.vẽdi ab hærede † poſſe hæreditatem,modo iam delata ſit:qm̃ ſi,dum adhuc is,cui eſt ſuccedendum,viuit, vendatur, nulla eſt venditio,vtpote contra bonos mores, pp periculum,quod inde illi,cui eſt ſuccedendum,imminere poſſet. Ita hr̃.l.1.ff.de hæred.vel ac.ven.& l.13. 8 t.ſ p.5. Idem † aũt eſt,ſi hæreditas nondum delata donetur,aut alio titulo concedatur, vel pacta inter hæredes circa illam fiant,inſcio nec conſentiente domino illorum bonorum:ſi.n.conſcius eſſet & conſentiret, atque eo pacto perſeueraret toto tpe vitæ ſuæ,valida eſſet talis venditio,aut cõceſſio,& hr̃.l.vlt.C.de pactis,& l ex eo. C.de inu 9 til.ſtipul.& l.13.citata. Habet † autem,quod dictum eſt,verum,etiam ſi,qui hæreditatem venderet,eſſet ſubſtitutus pupillaris, qui poſt mortem patris pupilli,venderet ſpem, quam ad hæreditatem pupilli iam tunc haberet. Ita hr̃.l.2.§.illud. 10 ff.de hæred. vel act.vend. Nec † ſolum venditio, aut conceſſio,eſt nulla, ſed ẽt,qui vendit,aut concedit,priuatur hæreditate, ſi ad ipſum delata fuerit,fiſcoque addicitur.l.2.in fine.ff.de his quib.vt indign.l.quidam in iure.§.vlt.& l.ſequenti.ff.de donationib. Quod ſi quis obijciat text.in l.3.§.cũ ſpecialiter,& §.illo,& l.ſi ſocietatem vniuerſalẽ. ff.pro ſocio,vbi hr̃,iniri poſſe ſocietatem, ẽt circa hæreditates ſocijs deferendas. Dicendum eſt, id intelligendum eſſe, de contractu circa hæreditates incertas,atque in genere, ſi quæ ſocijs deferantur:id quod l. 13. citata hr̃ expreſſe: non vero de contractu circa hęreditatem alicuius certæ,ac determinatæ perſonæ viuentis, talis.n. contractus inualidus eſſet In his omnibus conſentit communis doctorum ſententia,quam Anto.Gom.nu.5. citato refert,ac ſequitur.

11 Vendere † ẽt quis poteſt, non ſolum rem aliquam totam,aut partem certam,ac deſignatam illius,ſed etiam quotam illius pro indiuiſo,itemq; ius ſeruitutis,vt diſp.336.dictum eſt, conſentiũt l.ſi in emptione.§.omnium.ff.de contrab.empt. & leg.quoties.2.ff.de ſeruitutibus atque affirmat Ant.Gom.vbi ſup.nu.4.

Vendi

12 Vendi ēt poteſt debitum,actioque,†q̃ quis habet aduerſus alium,idq; ſiue debitum ſit purum, ſiue in diē,aut ſub conditione, & ſiue debitor vēdi ſciat,ſiue id ignoret: eoque ipſo,ſine ceſſione, tranſit actio vtilis in emptorem : accedente verò ceſſione,trāſit ēt directa actio. Neque ſolū tranſit actio in rem debitam,ſed etiam in pignus,aut hypothecam, atq; in fideiuſſorem, ſi in debiti ſecuritatem aliquid horum erat præſtitum. Quin potius, eſto, poſt eiuſmodi venditionē celebratam, venditori pignus,hypotheca,aut fideiuſſor,debiti illius tradatur, competit emptori actio ad hæc ipſa,vt hr̃.l.emptori nominis.ff.de hæred.vel act. vend. Hæc omnia, præter ius citatum, conſtant ex l.qui filijfamilias.l.nomina, & ex l. venditor actionis.ff.eod.tit.atq; ex l.nominis venditio.C. eod. tit. Qn̄ autem quis vendidit,debitum alicuius, ad nihil tenetur, eſto debitor ſoluendo non ſit,ſed ſolum tenetur verum efficere, illum debitorem eſſe. Quando autē certam debiti ſummam vendidit,verum efficere tenetur,totius illius ſummæ illum debitorem extitiſſe. Ita habetur.l.ſi nomen,iuncta l.ſequenti.ff.de hæred.vel act.vend.

13 Debitum†poteſt ſimiliter donari, eodemq; modo tranſeunt actiones in donatarium, ac ſi debitum fuiſſet ei venditum l.2.C. de donat. Poteſt etiam dari in dotem. l. nominibus. C. de act. & oblig.& in ſolutum.l.ſi in ſolutum.C.eod.ti.atq; in pignus. l. ſi conuenerit.2.ff.de pignor.act.& l. nomen.C.quæ res pigno.oblig. Poteſt item legari.l.ex legato nominis.C. de legat. Eadem ratione poteſt permutatione, & alijs titulis, concedi. Conſentit in his Ant.Gom.vbi ſupra, nu.6.

14 Quę†tn̄ intelligenda ſunt,qn̄ actio non venditur,ceditur ſeu transfertur in alium, qui potentior ſit: tunc enim ceſſio, aut trāslatio,non ſolū eſt inualida,ſed ēt, qui illam transfert, amittit in pęnam ius, quod ad tale debitum habebat, vt habetur l.2.C.ne liceat potentiori. Quod gloſ. ibi, Ant. Gom.nu.6.citato,verum eſſe affirmant,qn̄ is,in quem transfertur,potentior eſt ratione officij:idque diſponunt Luſitanæ ord.lib.3.tit.34.in prin. non relinquendo cedenti, neq; itē ei,in quē ceditur,ius vllum in eo euentu,quin potius comminando inſuper pęnam eiuſmodi miniſtro publico. Hoc idem ſtatuitur ibidem.§.1.quādo,qui rem aliquam poſſidebat,timens actionem intentandam circa illam, eam transfert in potentiorem aliquem ratione officij, qui melius eam defendet: eo enim ipſo amittit totum ius, quod in eam rem habebat, pertinetque ad aduerſarium.

15 Vtrum†aūt,ſi ceſſio actionis fiat in potentiorē, non rōne officij,ſed dignitatis,aut alterius qualitatis,cedens in eandē incidat pęnam. Sanè lex.2. citatā de potentiori indiſtinctè loquit̄,nō reſtringendo ad eum,q eſt talis rōne officij:quare,ſtando in iure cōi, qn̄ conſtaret ceſſionem factam eſſe animo, vt reus potentiorem haberet aduerſarium, teneretur iudex mulctare cedentem pœna illa. Luſitanæ tn̄ ordinationes loco citato.§.2.ſolum in eo euentu ſtatuunt in pęnam, vt ceſſio ſit nulla,& vt cedens per nullum alium ēt tanquam per procuratorem,ſed per ſeipſum ſolum. Quando autē res,circa q̃ litigium timetur, cederetur in potentiorem non ratione officij,qui illam defenderet, ſolum ſtatuitur ibidem, vt ceſſio ſit nulla, iſque qui rem ceſſit,teneatur illam defendere.

Quarto aūt li earumdem ordinationū, ti. 45.
16 in primis explanatur,qn̄ aliquid in†varijs euentibus cenſeatur factum litigioſum. Deinde verò prohibetur,huiuſmodi rem, pendente litigio ante ſnīam definitiuam, quæ in rē iudicatam tranſeat, a reo vendi, permutari,aut concedi alteri,& ſimiliter actorē transferre actionem in aliū. Qd̄ ſi reus vendat, aut permutet, eiuſmodi rem, conſcio emptore,aut conſcio eo, cum quo fit permutatio, eſſe litigioſam, contractus eſt nullus iſque tenetur reſtituere illā reo, & amittit fiſco pretiū, aut ſi quid aliud in commutationē dedit: & reus ſoluit etiam tantumdem fiſco. Si autem emptor conſcius non erat rem eſſe litigioſam, contractus eſt ſimiliter nullus, ſed emptor recuperat pretiū, & inſuper tertiam partem valoris illius. Venditor ſoluit fiſco tantum,quantum erat pretium.

Qn̄ aūt res ita litigioſa venditur, permutatur, aut datur potentiori ratione dignitatis, aut officij,ſoluit reus actori duplum eius, qd̄ in cōmutationem pro illa accepit,fiſco vero tantumdem. In eandemque pęnam incidit actor rei litigioſæ, ſi actionem potentiori vendat,permutet,aut det.

Quod ſi res litigioſa donetur, conſcio donatario litigioſam eſſe,donatio eſt nulla, reſtituendaque eſt res donanti, & inſuper donatarius ſoluit fiſco æſtimationem illius, tantumdemque ſoluit donator fiſco. Quando autem donatarius inſcius erat,rem eſſe litigioſam,eadem ſunt dicēda niſi quòd donatarius nihil ſoluit fiſco,& donator ſoluit donatario tertiam partem valoris rei illius.

In has oēs pęnas incidit actor,q potētiori vendit,permutat,aut donat,actionem rei litigioſæ.

Quòd,ſi poſt venditionē,permutationem,aut donationem rei litigioſæ, lata fuerit ſententia in fauorem actoris,vt eiuſdem ſententię ſit executio in eum,qui aliquo ex dictis titulis illam accepit. Nec citari eſt neceſſe,quando conſcius erat litigioſam eſſe: ſecus autem ſi id ignorabat: nam tunc citari debet,& ſummariè audiri.

Prædicta tamen locum non habent in donatione cauſa dotis,aut ad nuptias,neque in contractu inter litigantes circa rem ipſam litigioſam, neque etiam in contractu partitionis inter hæredes circa bona, de quibus inter eos erat litigium, neque item in nominatione circa ſucceſſionem in re,de qua erat litigum, neque denique in legato rei litigioſæ. In quo euentu hæres tenetur proſequi litem,& tradere eam rem legatario, ſi viceris. Legatarius tamen poteſt ſe apponere liti,eamque proſequi, ſi ita expedire iudicauerit, ne machinatio aduerſus ipſum fiat. Hæc omnia habentur tit.45.citato.

17 Quamuis ſine re, quæ†vendatur,ſit nulla venditio,nihilominus,ſi res ſit in ſpe,vēdi poteſt,antequam exiſtat. Hac ratione ancillæ, & pecorum partus,atque agrorum fructus, dum in ſpe ſunt, vendi poſſunt, itemque iactus retis,aut quod venatione aliqua die capietur, miſſilia ſi q ad ma-

nus

nus alicuius deuenerint,dũ mittentur,& his ſimi
lia.l.nec emptio.ff.de cõtr.emp.l.interdũ,in prin.
ff. de verb.obl.& l.11.ti.5.p.5. Eſt tñ hoc diſcri-
18 men, ꝙ qñ partus,aut † fructus,dũ adhuc in ſpe
ſunt, venduntur, venditio eſt conditionis, ſi na-
ſcãtur,aut percipiantur.l.nec emp.citata.l.1.verſ.
vlt.ff.de conditionib.& demon. & l.11.tit.5.p.5.
19 Si tñ † venditor deciperet emptoré,quia vẽderet,
qđ neq. in ſpe erat, aut venditor in cã eſſet, ꝙ id
non naſceretur,aut nõ pciperet, teneretur illi, q̃-
tum id ita in ſpe æſtimaretur, iuxta l.ſi iactum.ff.
de act.empti, atq. ad damna inde emptori ſubſe-
quuta.l.nec emptio, citata,& l.12.tit.5.p.5. Qñ
aũt venditur iactus retis,aut qđ venatione aliqua
die capietur, vel aliud ſimile, cenſetur vendi ſola
ſpes,eaque de cauſa ſiue aliquid capiatur,ſiue nõ,
debetur pretium conſtitutum l.nec emptio,citata
l. emptorem. §. vlt. ff. de ac. emp. & l.11.citata.
20 Quod ſi piſcator,iacere † noluerit rete,aut vena-
tor ea die venari noluerit,tenetur emptori, quan-
tum id æſtimabitur,prout ita erat in ſpe,atque ad
damna ſubſequuta. l. ſi iactum.ff.de ac.emp.& l.
12. citata. Si autem aliquid captum fuerit, neque
illud emptori tradiderit,tenebitur emptori,quan-
tum illud iam captum æſtimabatur, vt prædicta
l.ſi iactum,habetur. Diſcrimen hoc inter partus,
ac fructus ex vna parte, & iactum retis, & quod
venatione capietur ex alia, intelligendum eſt, qñ
aliud non conſtat ex verbis contrahentium. Si.n.
quis ſignificaret,ſe emere ſpem partus ancillę,nõ
eſſet venditio ſub conditione, ſed pura, atq; adeò
teneretur ad intereſſe, eſto nihil ederetur in lucẽ.
Si item quis iacenti rete diceret, pro vnaquaque
libra piſcium,quos ceperis tantum tibi dabo, aut
venatori diceret,pro re,quam primo ceperis,tan-
tum tibi dabo, perſpicuum eſt, conditionales eſſe
has emptiones,ſi aliquid fuerit captum. Ita hr̃.l.
11.ti.5.p.5. Illud vltimo obſerua,ſi miſſilia ven-
dãtur,modo ſupra explicato, aliquidq; acceptum
ſit,quod poſtea conſtet non fuiſſe mittentis, atq;
euincatur,venditorem non teneri in eo euentu de
actione: vt habetur l. nec emptio.ff. de act. empt.
Ratio eſt,quoniam ſpes eſt vendita,ſiquid capie-
tur,qualecunque id fuerit quod capietur.
21 Si emptor,& venditor † nõ cõueniãt in p̃tio,ſed
venditor dicat fuiſſe maius, emptor verò minus,
vẽditio eſt nulla, niſi aliũde de p̃tio, inter vtrũq;
cõſtituto,cõſtet.l.in venditionibus.ff.de contrah.
empt.& l.20.ti.5.p.5. Si tñ vẽditor aſſereret, fuiſ
ſe minus, & emptor maius,valida eſſet venditio,
ſtandumq; eſſet minoris p̃tio,idemq; eſt in loca-
to l.ſi decẽ.ff.locati,& l.20.ti.5.p.5. Si item em-
ptor,& venditor nõ conueniãt in re vendita,quia
in celebratione contractus vnus intelligebat de
p̃dio vno,vel ſeruo,aut quacunq; alia re, & alius
de re diuerſa,inualidus ſimiliter eſt contractus,tã
in exteriori, q̃ in conſcientiæ foro,niſi aperta in-
dicia ſint, vtrumque de eadem re intellexiſſe.l.in
venditionibus.ff.de contrahen.emp.& l.20.tit.5.
p.5. Idem eſt,ſi error fuit in ſubſtantia rei vendi-
tæ,eſto circa rem conueniant,vt ſi venditum fuit
hoc numero auricalcum pro auro,aut ſtannũ pro
argento.l.in venditionibus,ff.de contrahen.emp.
& l. 21. ti.5.p.5. Qñ acetum pro vino venditur, ait Vlpianus l.in venditionibus citata,validã eſſe venditionem: quia, inquit,eadem prope eſt vna, hoc eſt,eſſentia,vtriuſque. Tametſi id cõtinuò reſtringat,ſi ex vino factum fuit acetũ;ſecus autẽ,ſi a principio fuit acetum: in hoc.n.ſecundo euentu arbitratur,validã non eſſe venditionẽ. Hoc autẽ dupliciter gloſſa interpretatur ibidẽ. Primo,qđ, Vlpiani ſententia, venditio ſolũ ſit inualida, qñ acetum illud non fuit generatum ex vino, ſed a prima origine fuit factum acetum,venditumque fuit pro vino. Atq; hoc potius videtur ſonare verba Vlpiani,q̃ qđ ſubiungam. Secundò,qđ venditio ſit inualida, qñ a principio, tpe videlicet celebrationis contractus,fuit acetum: ſecus autẽ qñ, poſt celebratum contractũ,vinum acuit,conuerſumq; eſt acetum. Atque hoc ſecundum mihi videtur verum,quicquid Vlpianus ſenſerit. Etenim acetum, ſi verè acetum ſit, eiuſdẽ ſpeciei eſt, ſiue ex vino, ſiue non ex vino,fuerit a principio genitum: quare,ſi,qñ fuit venditum,erat acetum,impertinens eſt,vt venditio ſit inualida,qđ eius origo fuerit ex vino,aut non. Item eſſentiæ rerum in indiuiſibili conſiſtunt, vt ex Metaphyſica conſtat: quare,qđ affinis ſit eſſentia, non tollit,quominus diuerſa eſſentia ſit. Adde,neq; humano cõmercio eſſe expediens,venditionem illam eſſe validam, neque cum recta ratione id conſentire, quare propendendum eſt,inualidam eſſe. Præſertim cum lex illa non ſit poſitiuum ius,intendens id ſtatuere ſeruandum, quicquid de natura ipſa rei ſit, ſed ſit ſolum placitum Vlpiani proferẽtis, quid de natura ipſa rei ſentiat,quidve natura ipſa rei habeat,in quo facilè decipi potuit.

Quamuis infra de errore in qualitate ſit dicendũ, qñ de vitio rei venditæ fuerit ſermo, obſerua tñ. Siquis vendat mancipium,qđ mas putabatur, poſtaq; comperiatur eſſe fęminam, venditionẽ eſſe nullã, eſto venditor ignorauerit. l. alioquin. ff de contr.emp.& l.21.ti.5.p.5. Si tñ vendat tãquam virginem, quæ comperitur corrupta,valet venditio,vt iurib.citatis additur. Excipitur,niſi venditor, ſciens eſſe corruptam, illam ei vendat, qui arbitratur virginem eſſe, quiq; alioquin eam non emeret: tunc.n.actio emptori conceditur ad reſcindendam vẽditionem,l.exẽpto.§ ſiquis virginem.ff.de act.emp.& l.21.ti.5.p.5. Itẽ qñ de re, quę emitur,& venditur,inter cõtrahentes cõſtat, licèt error in nomine inualidam non reddat vẽditionem,vt l in venditionib ff.de contrah.emp. habetur;ſi tñ quis,habens duos ſeruos diuerſi officij,in illorum abſentia vẽdat vnum,exprimendo nomen vnius,& miniſterium alterius,tunc,ſi venditor nomina ſeruorum non ignorabat,cenſetur vendidiſſe,quẽ nominauit, eſto non ſit officij,quod expreſſit: ſi verò ignorabat quis quo eorum vocaretur nomine,cenſetur vendidiſſe eum, qui erat miniſterij,quod expreſſit. Ita gl.l.in venditionib. verb. abſentem, iuxta textum ibi ff. de contr.emp.ſancitumque eſt l.21.citata.

22 Qñ † res,quæ venditur, deſtructa erat,aut perierat,tempore venditionis,diſtinguendum arbitror. Quoniam, vel erat prædium,quod ęmeba-

tur rõne ædificij, vt rõne domus, molendini, alteriusve ſimilis ędificij, aut ratione plantarum, quę in eo erant, vt eſt oliuetum, aut vinea, vel erat aliquid aliud, qđ vnico pretio totũ emebat. In priori euentu, ſi ignorante emptore, & venditore, ędificium totum, aut plantæ oẽs perierant, venditio redditur nulla, eſto area remaneat. Si verò perierat pars maior ædificij aut plantarum, poteſt emptor non ſtare contractui, & repetere pretium, ſi quod dederat, aut velle ſtare contractui, petendo, vt de pretio minuatur pro ratione partis deſtructæ. Qđ ſi pars dimidia ædificij aut plantarũ, vel alia minor perierat, valet contractus, ſed emptori minuitur de pretio, quantũ prædiũ minus valet rõne partis deſtructæ. Hæc hñt l. domũ, & l. arborib. ff. de contr. emp. & l. 14. ti. 5. p. 5. Si verò, conſcio venditore, ſed ignorante emptore, ędificium, aut plantæ oẽs perierant, venditio eſt nulla, vt hř iurib. citatis: qm̃ ſine re inualida eſt venditio: lex tñ 14. citata meritò addit, emptorem tunc poſſe agere ad intereſſe, quantum ſua intererat, validã eſſe venditionem. Si autem pars aliqua ædificij, aut plantarum, remanebat, quantacunque ea eſſet, validus eſt contractus, ſed venditor tenetur emptori ad intereſſe, quantum ſua intererat nihil eſſe deſtructum vt habetur iuribus citatis: additq; lex 14. citata, concedi illi iurare in litem, id quod ex principijs iuris cõis eſt deductum, ac ſancitũ. Qđ ſi, conſcio emptore, ſed ignorante venditore, pars ædificij, aut plantarum, erat deſtructa, tunc validus eſt cõtractus, cogiturque emptor ſoluere integrum pretium: qm̃ volenti, & conſentienti nulla facta eſt iniuria in celebratione illius contractus. Ita habetur iuribus citatis. Si autem tempore contractus conſcius erat venditor, ſed id ſignificauit emptori, qui nihilominus celebrauit contractum, valet contractus, & ſoluit integrum pretium conſtitutum. Ita habetur l. 14. citata. Quando autẽ ſcientia erat vtrinque, quanta pars perierat, ſed venditor emptoris ſcientiam ignorabat, tunc valet contractus, fitque doli compenſatio, ſed detrahitur de pretio, ſiquid minus, quam pretium conſtitutum, ratione partis, quæ perierat, valeat. Ita habetur iuribus citatis.

Hęc eadem dicenda ſunt ſimiliter in poſteriori euentu, qñ videlicet, qđ fuit venditum, non erat prædium, qđ rõne ædificij, aut plantarum, emeretur, ſed aliquid aliud, quod ſimul vnico pretio emeretur. Hoc duntaxat excepto, quod qñ, inſcio emptore, & venditore, perierat dimidium, redditur inualida venditio, vt probat textus in l. ſi duo. ff. de contrah. emp. cuius verba ſunt. *Si duos quis ſeruos emerit pariter vno pretio, quorum alter ante venditionẽ mortuus eſt, neq; in viuo conſtat emptio*. Rõ autẽ diſcriminis in poſteriori, & priori euentu, a iure conſtituti hæc eſt. Qm̃ in priori, remanet area prædij, quæ præcipua pars eſt ædificij, oliueti, aut vineæ, & idcirco ſatis eſt, dimidium ędificij, aut plãtarum, inſuper ſupereſſet, vt valeat venditio, quia reuera remanet maior pars prædij, reive emptæ: in poſteriori vero, cum hoc non cernatur, ſemper, vt valida ſit venditio, neceſſe eſt remanere partem maiorem rei emptæ.

Hoc idẽ ſeruatur, qñ error eſt in ſubſtãtia rei,
23 quæ venditur. Si † enim error ſit in minori parte, valet venditio, ſed minuitur de pretio; quantũ minus res idcirco valet, qđ in ea minori parte ſit alia ſubſtantia: ſi verò ſit error in maiori, aut dimidia parte, eſt inualida vẽditio. Ita affirmat Iulian⁹. l. cũ ab eo. §. vlt. ff. de cõtr. emp. cuius verba ſũt. *Menſam; argento coopertam, mihi ignoranti, pro ſolida vendidiſti imprudẽs: nulla eſt emptio, pecuniaq; eo nomine data cõdicitur*. Hæc ibi. Quare reijcienda eſt deciſio contraria Vlpiani. l. quid tñ ff. eod. tit. vbi apertè definit, eſto in maiori parte ſit error, ſi tñ in parte aliqua error non ſit, validã eſſe venditionẽ. Scio, inter alias gloſſarũ expoſitione, vnã eſſe, id intelligendũ eſſe in vẽditione rei hæreditariæ, facta vni hæredũ ab alijs cohæredib. in partitione. Vlpianus tñ vniuerſim loquitur, licèt exẽplum in venditione, facta hæredi adhibeat: neque vlla eſt ratio, cur id in venditione facta hæredi peculiariter ſit admittendum. Neque illud videtur eſſe ius poſitiuum, ſed Vlpiani placitum, quid, ſpectata rei natura, ſit affirmandum. in quo ſententia potius Iuliani, tum naturæ ipſi rei, tum etiam alijs iuribus, conſentanea, præſertim Marcelli ſententiæ. l. ſi duos, citata, eſt amplectenda.

24 Homo liber vendi non põt: ſi † aũt vendat, eſt nulla venditio, ẽt ſi fiat, dum liber eſt, in tempus, quo fuerit ſeruus. l. ſi in emptione. §. oĩum rerũ. verſ. liberũ. ff. de cõtr. emp. §. 1. inſt. de inutil. ſtip. & l. 15. ti. 5. p. 5. Locumq; hoc ſolũ hẽt vbi Romanorum leges vigent, de qua re legas, quæ diximus diſp. 33. n. 3: quo qs in ſeruitutem redigi poteſt. Qñ autem l. & liberi hominis. ff. de cõtrah. emp. aſſeritur, valere emptionem liberi hominis factã ab ignorante illum eſſe liberum, intelligendum eſt ad affectum, quod venditor, qui liberum eſſe ſciebat, & pro ſeruo illum vendidit tenetur emptori ad intereſſe. Ita habetur. §. vlt. inſt. de emp. & vendi. Si autem venditor ignoranter vendidit, repetit emptor pretium. Ita Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 50. Lege q̃ diximus in calce diſp. 268.

Item res ſacræ vt Eccleſia, & publicæ, vt platea, via publica, & res omnes ciuitatis, aut oppidi, vſui videlicet eorũ qui de ea ſunt cõitate, deputatæ, vendi nequeunt ſine conſenſu ſupremi Prin-
25 cipis: ſi † autẽ vendantur, eſt nulla venditio, ẽt ſi huiuſmodi res vendantur in tẽpus, quo tales non fuerint. l. ſi in emptione. §. oĩum rerum. ff. de cõtr. emp. §. 1. inſt. de inutilib. ſtipu. §. vlt. inſt. de emp. & vend. & l. 15. ti. 5. p. 5. Qñ aũt l. liberi hominis. ff. de contrah. emp. valere talẽ emptionẽ affirmatur, intelligendũ eſt ad effectum, qđ venditor, qui ſciebat ſacras, aut publicas eſſe, id emptore ignorãte, teneatur illi ad intereſſe, vt §. vlt. in. inſt. de empt. & uend. hř. Si autem uenditor id ignorabat, aut emptor res ſacras, aut religioſas, eſſe ſciebat, ſolum repetit emptor pretium. §. ult. inſt. de emp. & uend. iuncta l. emptorẽ § ult. ff. de actionib. empti, atq; cũ Bar. affirmat Ant. Gom. n. 50. citato. Lege, q̃ latius circa hęc ad finem diſp. 268.
26 diximus. Atq; nõnulla obſerua. Primũ † eſt. Licet res ſacræ per ſe uendi non poſſint, uendi tamen poſſe coniunctim cum loco, cuius ſunt partes, &

cui

cui ſunt annexæ: vt ſi locus vendatur cum oĩbus q̃ illi ſunt annexa. Ita hr̃ c. cum ſeculũ, & c. ex literis de iure patr. & l. 15. citata, & l. 8. tit. 15. p. 1. rectèque. Greg. Lop. l. 15. citata admonet, neceſſe non eſſe exprimi in venditione, locum vendi cũ annexis, & pertinentibus ad illum, ſed ſatis eſſe vendi locum: eo. n. ipſo cum illo tranſeunt ſacra illa annexa. Secundum eſt. Licèt ſimonia non ſit vendi vaſa, & veſtimenta ſacra ratione materiæ, qua conſtant, vt diſputatione citata dictũ eſt; vendi tñ non poſſe niſi vrgente neceſſitate, vel ad ſoluenda debita (adderem, vel vt fierent ex pretio meliora eidem Eccleſiæ) & tunc ſi integra vendantur, vendi debent alteri Eccleſiæ, hoc eſt ad eundem vſum in altera Eccleſia, capella, vel altari: conflata vero, aut deſtructa, ita vt ſacra iã non ſint, vendi poſſunt laicis. Ita hr̃ l. ſancimus. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & 10. q. 2. c. 2.

Ius Luſitanũ. 27. Lege ea de re Syl. verb. emptio. q. 4. In † Luſitania autem res eiuſmodi, & alia aurea argentea, & quæ *ioias* Eccleſiarum, aut monaſteriorum vocant, neque emi a quoquam poſſunt, neque accipi in pignus, aut aliqua alia ratione, etiã in caſib⁹ a iure permiſſis, niſi res ſit prius Regi manifeſtata, atque de illius facultate: alioquin accipiens cogitur reſtituere gratis eiuſmodi res Eccleſijs, & inſuper ſoluit nouies valorem earum, partem accuſanti, & partem in captiuorum redemptionem. Ita habetur l. 3. ord. tit. 13.

28 Domus, aut † quoduis aliud ædificium, vendi non poteſt, vt deſtruatur, & lapides, ac ligna uẽdantur, aut alio lucratiuo contractu alienentur; neq; itẽ ex ædificio illa erui poſſunt, ut uẽdantur (niſi ędificium ruinam minetur, vt cum Bal. affirmat Greg. Lopez l. 16. citanda) aut niſi in publicum aliquod ędificium: qđ ſi cõtrariũ fiat emptor amittit pretium fiſco, & uenditor tantumdẽ fiſco ſoluit l. ſenatus, ff. de contr. emp. iuncta gl. ibi. l. ultima, ff. de dam. infecto. l. 2. C. de ędific. priuatis, l. cętera in prin. & §§. ſequentib. ff. de leg. 1. l. 16. ti. 5. p. 6. & l. 2. ord. Luſi. ti. 15. Neq; itẽ eiuſmodi lapides, & ligna legari poſſunt, dũ ædificijs ſunt affixa, niſi ad publicum ędificium. l. cętera citata.

Poſſunt tñ transferri ab una domo in aliã a proprijs dñis, modo tñ publicus aſpectus domus, a qua auferuntur, ea de cauſa non deformetur l. 2. C. de ædif. priu. Lib. etiam. 5. ord. Luſit. ti. 97. gra

29 uis † pęna ei ſtatuitur, qui aluearia emerit ad interficiendas apes, ceráq; ac mel extrahendum.

30 Officia † publica quouſq. emi, ac uendi ſit prohibitum, diſp. 91. dictum eſt.

31 Res † aliena in hoc ſenſu prohibita eſt uendi, quod ſi emptor tempore contractus ſciebat furtiuam eſſe, inualidus eſt contractus. Et quamuis in alijs euentibus in hoc ſenſu ſit ualidus, quod uenditor comparat dominium pretij, ſed tenetur emptori ad totum intereſſe, non tamen per eum contractum transfertur dominium rei uenditæ in emptorem. Lege, quę hac de re diſp. 327. tum de iure Luſitano, tum de iure cõi, & Caſtellę, a ſecunda concluſione copioſè dicta ſunt. Eis uero adde, iure Luſitano l. 3. ord. ti. 30. §. 4. & l. 5. ti. 37. §. 5. & ſequẽtib. & ti. 65. §. 2. & 3. graues pęnas ſtatutas eſſe, non ſolum ei, qui, ſciens rem eſſe alienam, illam emit, ſed etiam ei, qui, cum pręſumere ueriſimiliter deberet, rem aliená eſſe, uel ex qualitate rei, q̃ uenditur, uel perſonę uendentis, eam emit: modo tñ poſtea comperiatur rem furto fuiſſe ablatam. Is etiam ibidem punitur, q in Olyſſiponenſi ciuitate, vel in loco, ubi Rex cõmoratur, aliquid emit, ꝙ excedat ualorem quinquaginta eorum nummorũ æreorum, quos *reais* vocant, ab alio, quam a miniſtris utriuſque ſexus ad res publicè uendendas deputatis, aut ab artificibus, qui ea conficiunt, ac vendunt, modo ſimiliter poſtea comperiatur, id furto fuiſſe ablatum.

In Caſtellæ ẽt regno lib. 6. nouæ collect. ti. 22. hæc l. 5. ſancita ſunt. *Mãdamos, que ninguna pſona ſea oſada de cõprar, ni cõpre, de criada, o criado, q̃ ſiruiere a otro, coſas de uiãda y comer, ni ceuada, ni paja, ni leña, ni otras coſas de ſeruicio y alhajas de caſa: y q̃ el q̃ las cõprare en qualquier manera, que ſea hauido por encubridor de hurto, y q̃ como contra tal ſe proceda: y mãdamos a las nueſtras iuſticias que lo caſtiguẽ con toda diligencia, y rigor.*

32 Venditio † rei propriæ ementis, eſt etiam nulla: ſi tamen vendens habebat aliquid in ea, etiam ſi ſit ius quodcumque quo ad id ualida eſt uenditio. l. ſuæ rei, iuncta. l. ſi in emptione. §. rei ſuæ. ff. de contrah. emptio. l. nemo rem ſuam. 1. & 2. ff. de verb. obl. & l. 8. ti. 5. p. 5.

33 Venditio † præterea eius, quod in ſe uendibile non eſt, non ſolum eſt illicita, ſed etiam nulla. Eiuſmodi ſunt ea omnia, in quorum uenditione ſimonia interuenit, qualia ſunt beneficium eccleſiaſticum, ſacramentum, & alia, de quibus in materia de ſimonia erit ſermo. Eiuſmodi etiam ſunt ea, ad quæ quis tenetur nullo poſtulato pretio, iuxta ea quæ latè diſp. 93. explanata ſunt.

34 Qñ aliquid uendibile quidẽ eſt in ſe, † attamẽ uendi abſque peccato non poteſt, neque poſt celebratum contractum, adimpleri poteſt abſque peccato, tunc contractus uenditionis non obligat ſed ab eo, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro, eſt diſcedendum: ſi tamen vtrinque ſit impletus, ualidus eſt ex natura rei, modo iure poſitiuo non ſit effectus irritus. V. g. ſi quis infideli uendat, quæ ad actum infidelitatis præ ſe ſeruiũt, ut idolum, aut aliud ſimile, uenditio eſt peccatũ, & ſimiliter adimpletio contractus iam celebrati, tradendo emptori rem uenditam, eaque de cauſa contractus ille non obligat ad ſui impletionem: cæterum poſtquam utrinque eſt impletus, uendens non tenetur reſtituere pretium. Immo uero, ſi uendens tradidit rem, quam recuperare nõ poſſit, exigere poteſt pretium. Simile exemplum adhiberi poteſt in eo, qui uenenum, aut enſem, uendidit, quo aliquis iniuſtam interficeretur. Hęc cõſtant ex ijs, quæ diſput. 94. dicta ſunt, & idcirco non amplius in eis immoror.

35 Quouſque licitum, aut † illicitum, ſit uẽdere, conficere, aut tradere ea, quibus infideles ad ſuos ritus utuntur; itemque ea, quibus multis abutuntur, ut uenenum, arma, cartas luſorias, fucos, & his ſimilia, fusè in hac 2. 2. q. 43. artico. 7. explicatum eſt. Pręter ea autem, quę ibi circa uenenum

dicta

dicta ſunt, obſerua, de iure cõi. l. quod ſæpe. §. veneni. ff. de contrah. empt. & l. 17. ti. 1. p. 5. prohibitam eſſe emptionem, & venditionem eius veneni, quod, neq; per rei alterius admixtionem, inſeruire vſui, atque vtilitati humanæ põt, eſſeque adeo prohibitam, vt contractus ſit nullus; quod intelligo, quia non obligat ad ſui impletionem: poſtq̃ tñ eſſet vtrinque adimpletus, vendens non tenetur ad reſtitutionem pretij, niſi condemnetur: præſertim ſi res vendita iam non exiſtat, vel exiſtat abſque periculo mali alicuius apud poſſidentem: ſi .n. malum timeretur, reſcindere teneretur venditionem, & venenum recuperare. Obſerua etiam, ſi venenũ inſeruiat ad venandum, aut ad colores aliquos conficiẽdos, aut ad alios ſimiles vſus Reipublicæ neceſſarios, vendi quidem poteſt, ſed ijs tñ, de quibus ex officio, aut ex alijs circumſtantijs, conſtet, eos illud velle ad eiuſmodi vſus.

Nonnulla etiam de iure communi prohibita erant vendi. C. quæ res vend. non poſſ. & C. quæ res aſportari non debeant. Multa etiam priuatis legibus vendi prohibentur, quæ in vnoquoque loco ſunt addiſcenda.

An poſſit cogi aliquis rem ſuam vendere.

DISPVTATIO CCCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Vendere rem ſuam nemo regulariter cogi poteſt. Fallit tamen multis modis, nu. 2.*

3 *Separatio inter coniuges quo ad torum, & habitationem fienda, ob nimiam viri ſæuitiam.*

Diſputatio hæc ex parte coniuncta eſt cũ præcedente atque idcirco eam illi annectimus.

1 Licet † aũt cogendus ſit nullus regulariter quippiam emere, vel rem ſuam vendere, l. inuitum. C. de contr. vend. l. nec emere. C. de iure delib. l. 3. ti. 5. p. 5. & alijs iuribus, quæ citant Pan. c. 1. de empt. & vend. Cou. 3. var. reſ. c. 14. nu. 1. Alu. Valaſ. conſul. 21. num. 1. & Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 51. quia tamen, & ſubditi ipſi, & ipſorum bona poteſtatibus publicis ſubiacent, quantum, ſeruata æquitate, bonum commune efflagitat, in primis eædem poteſtates taxare poſſunt pretium iuſtum exponentibus aliqua ad vendendum, aut locandum, præſertim quando res ad quotidianum vſum, vitæque conſeruationem ſunt neceſſariæ.

2 Deinde † compellere poſſunt aliquem vendere domũ, aut quouis aliud ſuum prædium, iuſto pretio, ſi id poſtulet bonum publicum, vt ſi cedat in fauorẽ religionis, publicæve vtilitatis, quia videlicet neceſſariũ eſt, vt via ad publicum aliquẽ locum, vel religioſum ſternatur, argumento tex. in l. ſi locus §. vlt. ff. quemadmodum ſer. amit. & in l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſump. fune.

Quo fit, vt pro monaſterio Eccleſia, vel hoſpitali ampliando, quando ita expedit, vel de nouo erigendo, aut ædificando, cogi poſſit quis vendere propriam domum, vel aliud prædium, & ſimiliter pro ſcholis publicis, aut palatio Regis, vel alia re ſimili amplianda, aut ædificanda. Ita Ant. Gom. vbi ſupra, Grego. Lopez l. 3. citata glo. 1. & cõis ſnĩa, quam refert, fuſeq; confirmat Cou. loco citato a nu. 7. atque examinat, tandemque in capitis calce concludit quamuis ſupremus Princeps ad id poſſit cogere pro ea cõi vtilitate, quæ neceſſitas nõ ſit, nihilominus priuatas alias poteſtates publicas regulariter cogere ad id non poſſet, niſi ſimul adſit quodammodo neceſſitas, (quin Alu. Val. conſultat. citata ait, in Luſitania in his omnibus ſemper ad ſupremum Principem recurri) fatetur tamen Coua. contrarium huius poſterioris partis eſſe cõem opinionem. Numero 8. ex Salyceto, & alijs, iuxta doctrinam traditam, refert q̃uis cuique fas ſit tollere altius ædificium ſuũ, id tamen prohiberi poſſe, qñ inde ſequeretur, religioſos, aut religioſas, videri intra ꝓprias domos habitantes, eademque ratione prohiberi, poſſe aperiri de nouo feneſtras aliquas, vnde ſimiliter viderentur, in hancque inclinat paulò inferius ſententiam, quando de nouo fieret ædificium, vnde inconueniens illud ſequeretur.

Præterea, ſi duo habeant cõem aliquẽ ſeruum, & vnus uelit eum libertati donare, cogitur alter uendere partem ſuam ſi ſit qui pretium offerat, idque in fauorem libertatis. Ita hr̃ l. 1. C. de cõi ſer. man. & l. 3. tit. 5. p. 5. Et lib. 4. ord. Luſit. titu. 25. §. vlt. ſancitum eſt, ſi quis habeat maurũ maſculum aut fœminam captiuum, iſque neceſſarius ſit, ad loco illius redimendum Chriſtianum captiuum, cogendum eſſe eum vendere, facta æſtimatione illius modo ibi præſcripto.

Item careſtiæ, ac neceſſitatis tpe, poteſt, ac dẽt, poteſtas publica, etiam ſi iudex ordinarius ſit, cõpellere ſubditos, vt vendent frumentum, & alia neceſſaria, iuſto pretio. Eadem etiam ratione prohibere poteſt, ne quis aliorum plus emat, quam ſibi, & ſuis ſit neceſſarium, vt annona alijs ſufficiat, conſentiunt l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfecti verb. & gl. iuncto textu cap. ſicut. 47. diſtin. ac alia iura, & doctores, quos referunt, ac ſequuntur Panor. Anton. Gom. Cou. locis citatis, & Syl ueſt. verb. emptio. quæſt. 4. Ius Luſitanũ.

Quando item dominus cum duritia, ac ſæuitia magna tractat mancipium, cogendus eſt publica iudicis authoritate illud vendere. Idemque eſt, ſi ad turpitudinem, atque illicita illud cogat. Hæc habentur §. ultimo. Inſtitu. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur. l. 2. ff. eo. tit. & l. 3. tit. 5. par. 5.

Hinc Anton. Gom. loco citato cum Baldo, & alijs colligit, ſi dominus aliquis temporalis ſæuiret, & cum nimia auſteritate ſubditos tractaret, priuari poſſe illorum iuriſdictione, aut compelli eam uendere, quando aliter non ſufficienter cenſeretur ſubditis eſſe conſultum.

Quòd ſi iuriſdictio ad maioratum pertineret, alienatiue eſſet prohibita, priuandus ſaltem eſſet uſu illius ad tempus uitæ ipſius, aut aſtringendus eſſet uendere alteri eum uſum.

Hæc omnia probantur argumento l. unicę, C. ſi quacunque præditus poteſtate, & ca. literas, in fine, de reſtitutione ſpoliatorũ, ubi † habetur, ob 3 maximam uiri ſæuitiam ſeparationem fieri inter-

con-

coniuges quo ad torum, & habitationem, ſi per cautionem, & ſatiſdationem, non poteſt vxori plene eſſe cautum.

Emptio, & venditio quouſq; clericis, & religioſis licita, aut illicita ſit.

DISPVTATIO CCCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Negotiatio mere lucratiua, qua aliquid emitur, vt carius vendatur, eſt clericis prohibita, per ſe ip ſos illam exercentibus, non tamen eſt nulla, & num. 6.*

2 *Pœna contra clericos negotiationem exercentes, quotuplex ſit.*

Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ, nu. 3.

4 *Clericus, vel eccleſiaſticus, vt ob negociationẽ priuilegium amittat, quot ſint neceſſaria.*

5 *Clerici negociantes non ſunt exempti a tributo.*

6 *Alcauala ab eccleſiaſticis exigitur ſine præuia trina monitione, de rebus, quas negociando vẽdunt.*

7 *Negotiationes clericis prohibitæ, quæ dicantur, & quæ non.*

8 *Negociatio quib. clericis permiſſa, ut neque debeatur tributum, & quæ.*

9 *Clericus in quib. officijs vilioribus, ſi ea exerceat, amittit priuilegium, & in quibus non.*

10 *Clerici, & religioſi, an negocia mere lucratiua poſſint per alios exercere.*

11 *Clerici emere poßunt neceſſaria, & vẽdere ſuperflua ex redditibus eorum.*

Immo licet aliquid vilius emerint, non animo reuendendi carius, poßunt accreſcente pretio uendere carius, & lucrari.

12 *Negotiatio politica clericis non eſt licita.*

13 *Clerici artificio aliquo vti poſſunt, vt inde vitam eorum ſuſtentent: niſi artificium turpe, ac ſordidum, & indecens ſit.*

14 *Clerici, ſiue eccleſiaſtici, emere licitè poſſũt aliqua quæ in aliud commutent, ac carius uendant.*

15 *Clerici conducere poſſunt prædia, ad eorum ſuſtentationem, non autem, ut lucrum faciant.*

CONſequenter examinandum eſt: quouſque ratione vendentis, aut eius, cui aliquid venditur, emptio. & venditio. illicita, aut nulla ſit; eſt que nobis ab Eccleſiaſticis ordiendum.

1 De qua re prima cõcluſio eſt. Negotiatio † merè lucratiua, qua aliqd emitur, vt, immutatum carius vẽdatur, eſt clericis illicita atque interdicta, ſi p ſe ipſos illã exerceant: non tñ eſt inualida. Rõ verò prohibitionis eſt, indecentia maxima rõne ſtatus pp ea, quæ diſp. 339. dicta ſunt. Propoſita concluſio eſt Aug. c. fornicari, 88. diſt. Gelaſij ca. conſequẽs, & Hier. c. negotiationem, ead. diſt. & habetur c. vlt. de vita & honeſt. cler. clem. 1. eo. ti. & c. 1. ne cler. vel mona. atque alijs iuribus.

2 Pœna autem, ſtatuta † clericis eiuſmodi negotiationem exercentibus, eſt excõicationis, vt conſtat. cap. ſecundum extra ne cler. vel mon. tametſi non ſit latæ ſententiæ, ſed ferendæ. Eſt item pœna ſuſpenſionis, ac depoſitionis, vt patet. c. conſequens 88. diſt. c. penult. 91. diſtinct. & c. ſed nec, extra ne cler. vel mona. Vbi additur, religioſos grauius adhuc eſſe puniendos. Cæterum neque hæ pœnæ ſunt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt tex. illos conſulenti, erit manifeſtum. Cum aũt eiuſmodi pœnæ non imponantur, niſi pro culpa lethali, conueniunt doctores communiter, peccatum lethale eſſe, clericos, vel monachos, per ſeipſos, eiuſmodi negotiationem exercere. Ita Conrad. de contract. q. 52. concluſ. 4. Io. Medin. de reſtitut. q. 30. ad finem ar. 2. Nau. in Man. c. 25. num. 111. §. 34. Syl. verb. clerici 3. q. 3. Ang. verb. clerici. 9. nume. 3. & alij, quicquid Caiet. in ſumma verb. clericus in contrarium ſcripſerit.

Quo loco obſerua, hodie Concilium Tridentinũ Seſſ. 22 c. 1. de refor. innouaſſe hac in re pœnas, & iura antiqua, præcipiendo Ep̃s, vt pœnis illorũ, atq; alijs additis, clericos ea in parte compeſcant. Prædicta tñ intelliguntur, de clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, vt aſſerunt Conrad. q. citata concluſ. 6. Med. Syl. & Ang. locis citatis, ac alij. Clerici. n. in minoribus, conſtituti lethaliter non peccant. De beneficiarijs, qui in ſacris nõ ſunt cõſtituti, anceps eſt Syl. loco citato, inclinareque videntur doctores alij citati, illos non peccare lethaliter. De religioſis cenſent Ang. Conr. & Sylu. lethaliter peccare, etiam ſi in ſacris non ſint conſtituti, nec diſplicet eorum ſententia.

Clericis itẽ negotiantibus in pænam eſt ſtatutũ, vt ſi ter admoniti ab Ep̃o, aut ab alio, qui iuriſdictionem quaſi ep̃alem in eos habeat, non abſtinuerint, amittant clericale priuilegium, non quidem canonis, quaſi, qui eos percuſſerit excommunicationẽ non incurrat; neque item fori, quaſi puniri, aut conueniri, coram iudice ſeculari poſſint: ſed quo tam ipſi, q̃ ipſorũ bona, tributis, & alijs oneribus, non ſubijciũtur. Si poſtea tñ reſipiſcãt, ac emendentur, iterũ gaudere eodẽ priuilegio incipiunt. Ita habetur c. vlt. de vita & hon. cler.

Quartò item Luſit. ordin. lib. titu. 32. in princ.

3 iudicibus † ſecularibus præcipitur, vt neque clericos, neque beneficiarios, neque item equites calcariorum aureorum, aut *Fidalgos de ſolar*, quos vocant, qui vt tales vixerint, ſinant eiuſmodi negotiationem exercere, vtpote iure ipſis prohibitam. Concinit. l. vlt. C. de reſcin. vendit. quæ palatinis id prohibet. Et par. 5. leges extrauag. titu. 3. l. 12. quamuis eccleſiaſtici immunes pronuncientur a ſolutione vectigalium, tum earum rerum, quibus ad propriam, ſuorumque ſuſtentationem, atque habitationem, eguerint, tum etiam, quas ex proprijs redditibus, aut tanquam ſibi non neceſſarias, vendiderint; ſoluere tamen iubentur de ijs, quas negotiando emerint, ac vendiderint. Ius Luſitanũ.

In Regno item Caſtellæ quamuis l. 6. tit. decimooctauo lib. 9. nouæ collection. Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici, immunes pronuncientur ab alcaualæ ſolutione rerum, quas vendiderit, l. ı̃n. 7 additur. Ius Caſtellæ.
Lo contenido en la ley ante deſta, mandamos que no aya lugar, en lo que los clerigos y Igleſias vendieren por uia de mercaduria, trato y negociacion,

ca de

ca de lo tal mādamos, que pague ı alcauala, como ſi fueſen legos. Sunt verò nonnulla hoc loco obſeruanda. Primum eſt,† vt eccleſiaſticus ob negotia-
4 tionem amittat priuilegium illud eccleſiaſticum, quo tam ipſe, quàm ipſius bona, oneribus & tributis non ſubiacent, neceſſariam quidem eſſe trinam monitionē, vt ex c. vlt. de vita & honeſt. cleric. conſtat: vt verò ex re, quam negotiando vendit, ac permutat, tributum debeat, eam admonitionem non eſſe neceſſariam, vt rectè Greg. Lop. ad l. 49. ti. 6 p. 1. adnotauit, & conſentiunt alij.

5 Etenim † neque Eccleſia, neque Principes ſeculares, illos eximere a tributo intēderunt in negotiatione ipſis iure canonico prohibita, atque adeo numquam immunes ab hoc tributo fuerunt, neque eos Eccleſia ea in parte protegit, vt conſtat tum, ex ipſamet rei natura: tum ētiam ex clementina præſenti, de cenſibus vbi, cum compeſci excōicationibus iubeantur, qui tributa ab Eccleſiaſticis exigunt, limitatur id ad res, *quas non negotiandi cauſa deferunt, aut deferri faciunt:* quibus verbis argumento a contrario ſenſu, vt glo. ibidem adnotauit, apertè ſignificatur, ex rebus, quas negotiandi cauſa deferunt, poſſe tributum ab eis exigi abſque alia monitione: tum denique quoniam c. vlt. de vita & honeſt. cler. non ſolum non defenduntur a ſolutione tributi rerum, quas negotiando alienant, ſed inſuper in pœnam eis iniungitur, vt ſi, ter ab ordinario admoniti, negotiari non deſiſtant, vniuerſim amittant priuilegium clericale quo ad tributa, & onera cæterorum ſuorum bonorum, ac perſonarum, id quod non ſatis attendiſſe videtur Laſſarte de dec. vend. c. 19 nu. 79. vbi arbitratur, conſuetudine præſcripta aduerſus. c. vlt.
6 de vita, & honeſt. cler. exigi † alcaualam ab Eccleſiaſticis ſine præuia trina monitione de rebus quas negotiando vendunt, aut permutant, quaſi iuxta caput illud neceſſaria eſſet monitio illa.

Secundum eſt, quamuis quando aliquid emitur, vt commutatum vendatur, non ad tertium genus emptionis & venditionis diſp. 339. explicatū, de quo hoc loco nobis eſt ſermo, ſimpliciter pertineat, ſed ad ſecundum, quod Eccleſiaſticis, vt dicemus, regulariter non eſt prohibitum, neque; propriè dicitur negotiatio; nihilominus quædam ad ſecundum illud genus ſpectantia eſſe, quę multum ad tertiū genus accedunt, quæque ea de cauſa minimè Eccleſiaſticos decent, ac proinde per epicheiam cenſenda ſunt ei, tamquàm negotiationes, prohibita.

7 Eiuſmodi ſunt, ſi Eccleſiaſticus vuas † emat, vt per famulos, aut miniſtros ad id conductos, vinū ex illis conficiat, quod poſtea vendat. Si item lanam emat, vt per operarios, atque artifices conductos, pannos ex illis conficiat, quos vendat. Idem dicerem, ſi Eccleſiaſticus ex lana de redditib. ſui beneficij, aut ſuorum gregū, pannos ſimiliter, quos vendat, per operarios, atque artifices conductos, efficeret. Quo fit, vt ex his rebus, quæ vēduntur, gabella debeatur, non ſecus, ac ſi laici illas venderent, vt Laſſarte. c. 19. citato a nu. 53. cum Sylu. Nau. & multis alijs, quos refert, affirmat. tametſi negotiationes hæ ſimpliciter, ad ſecundum emptionis, & vēditionis genus, diſp. 339. explicatū, pertineāt, & ſolū per epicheiā cēſendę ſint Eccleſiaſticis prohibitæ, quod ipſe non ſatis attendit.

Idem dicerem, ſi Eccleſiaſticus agros alienos conduceret, quos per operarios coleret, vt fructus inde perceptos venderet: ex fructib. quippe venditis gabellam deberet. Licet. n. fructus ex ſemine ipſius naſcantur, atque eo ipſo, quod recipiuntur, ad ipſum, & non ad dn̄um agri pertineant quo ad dn̄ium; quia tn̄ clericum nō decet, agros alienos conducere, & per operarios eos colere, fructuſque colligere, vt eos uendat, ac lucretur, quin potius id inhibitum illi eſt inter alia. 21. q. 3. c. 1. & 3. & c. 1. ne cle. uel mona. ſanè inter negotiationes illi prohibitas eſt hæc computanda, ac proinde ex venditione, aut permutatione, eiuſmodi fructuum gabellam debet; non ſecus ac quando conducit redditus alieni beneficij, ut illos uendat, ac lucretur; quod ſimiliter eſt illi prohibitum.

Non tamen eſſet negotiatio, ſi proprios agros coleret per famulos, aut miniſtros, ad id conductos, & fructus uenderet, aut ſi uuas ſuarū uinearum uenderet, uel ex eis conficeret uinum, quod uēderet; aut ſi fructus ſui beneficij uenderet: quare ex reb. ita uēditis tributum non deberet. Conſentit in his Laſſarte ubi ſupra a nu. *62.* & *66.*

Simili modo dicēdum eſt, ſi ſalinas alienas cōduceret, ut ſal inde confectum uenderet, negotiationem eſſe, debereque proinde gabellam. Si uerò ex proprijs ſalinis illud per miniſtros conficeret, ac uenderet, negotiationem non eſſe, ſed uenditionem fructuum, aut quaſi fructuum, prædij ſui, ex quibus Eccleſiaſticus tributum non debet. Eodem modo, ſi greges alienos conduceret, & fructus hoc eſt, partus, lac, caſeum, & lanam, uenderet, negotiatio eſſet: ſecus ſi ex proprijs gregibus hæc eadem uenderet: quoniam eſſet uenditio fructuum rerum ſuarum. Ita Laſſarte ubi ſupra.

Sylu. uerb. excōicatio. 9. excōicatione 21. uerſ. Secundò, nota, poſt Ancha. quos Nau. in Man. c. 27. nu. 128. Laſſarte ubi ſupra, & alij ſequuntur, affirmant. Si monaſterium uenā ferri habeat, atque ex materia ferrum per miniſtros conductos conficiat, illudq; uendat, non debere. Idē dicunt, ſi eandē uenam emat, ſed per monachos ex materia ferrum conficiat, quod uendat: quoniam ſimiliter id non eſt negotiari ſed emere materiā, ut, miniſterio Eccleſiaſticorū in aliud tranſmutatam, artefactum ab ipſis Eccleſiaſticis confectū, uendāt.

Addunt uerò, ſi monaſterium uenam emat, ut per adminiſtros laicos ferrum inde conficiat, quod uendat, eſſe negotiationē, ac deberi gabellam ex ferro ita uendito. Meritò tamen Nau. ubi ſupra cautè loquitur, dicēs; ſi emat ſolam uenam. Quaſi diceret, ſecus eſſe, ſi emeret prædium, in quo eſt uena. Etenim, ſi emeret ſolam uenam, materiam ſolam cenſeretur, emere, unde ferrum per miniſtros conductos faceret, quod uenderet: id autem eſſet negotiari; non ſecus, ac negotiari eſt emere uuas, ex quibus ſimiliter uinum conficiat, ac uendat. Si uerò prædium emeret, materia uenæ computaretur in fructibus eiuſmodi prædij cuius dominium emptione eſſet comparatum, & ferrum ſimiliter inde, aliorum miniſterio, confectum, ac

proinde

proinde id non magis eſſet negotiatio, neque magis tributum inde deberetur, quam ſi idem prædium, ac vena, non eſſent empta, ſed propria monaſterij, in quo euentu authores ipſi, cum quibus diſputamus, aſſeuerant non eſſe negotiationem, neque ité deberi tributum: id quod ante eos aſſeuerauerat Federicus de Senis, quem ipſi citant.

Ac ſanè, cum nomine venæ, non ſola materia ſoleat intelligi, ſed id vnde illa extrahitur, & cuius eſt fructus, aut quaſi fructus, ſimpliciter arbitror aſſerédum cum Federico de Senis, ex ferro inde confecto, non magis deberi tributum, quam deberetur ex materia ipſa, ſi venderetur, vt inde alij ferrum conficerent, & q̃ deberetur ex ſale eius ſalinæ, q̃ nudam emeret monaſterium, vt ex aqua illius ſal, miniſterio laicorũ conficeret, extraheret, ac véderet, in quo euentu nemo affirmabit, negotiationé interuenire, aut tributũ deberi.

Illud ét Laſſarti aſſertum diſplicet, quo vbi ſupra, nu. 60. aſſeuerat, ſi monaſterium, aut Eccleſiaſticus, emat prædium plenum fructibus maturis, ſibiq; ſuperfluos poſtea vendat, debere tributum ex fructib. quos ita véderit. Ducitur, qm̃ fructus illi partes ſunt rei emptæ, ac proinde, ſi prædium emat animo ſibi ſuperfluos vendendi, interuenire ait negotiationem, debereq; tributum ex fructibus ita venditis. Contrarium profectò arbitror eſſe dicendum. Etenim, qui tale emit prædiũ, per ſe emit prædium, vt & fructibus illius anni, & ſequentium potiatur, ſuperfluoſq; vendat: per accidens autem eſt, quod fructus maturi ſunt, aut nõ, neque illos poſtea vendit tamquam partes rei empt æ quam emeret, vt reuenderet, ſed tanquam fructus perceptos, & collectos ex agro effecto iã ſuo: quare appellari illud non poteſt negotiatio, ac proinde tributum non debet eccleſiaſticus ex fructibus ita venditis. Confirmatur hoc validiſſimè argumento ad hominem. Qm̃ idem author ſæpe eodem capite recte affirmat, eccleſiaſticũ ex negotiatione ſibi canonico iure non inhibita, tributũ non debere: quis autem non videat, inhibitũ non eſſe eccleſiaſticis, emere prædia cum fructib. maturis, idque animo vendendi ſibi ſuperfluos, tam ex illis, qui tunc pendent, maturique ſunt, quã ex eis, quos ſequentibus annis collegerit: non ergo ex illis debetur tributum.

8 Tertiò obſeruandum † eſt, ſicut per epicheiam quædam ex ſecundo genere emptionis, & venditionis diſp. 339. explicato, computantur inter negotiationes eccleſiaſticis prohibitas: ſic etiã quædam, quæ alioquin ad negotiationé eiſdem eccleſiaſticis prohibitas ſpectarent, a numero earũ negotiationum excipi, propter circumſtantiam aliquam ſuperuenientem, ex qua eiſdem eccleſiaſticis licent. Exemplum primum ſit, quod Laſſarte vbi ſup. nu. 78. iuxta c. dilecti, iuncta gl. ibi, de decimis, & gl. c. peruenit verb. conductiones 86. diſtinct. adducit, Si. n. ſit aliquis clericus tam paup, vt aliter commodè non poſſit ſuſtentari, quam conducendo alienum agrum, de cuius fructibus, partim veſcendo, & partim vendendo, ſuſtétetur, eiuſmodi conductio non computatur inter negotiationes eccleſiaſticis illicitas: quoniam ex circumſtantia illa, quod clericus ille aliter non poſſit ſuſtentari, id ei non eſt illicitum.

Caput dilecti citatum, & duæ gloſſæ illæ, de monaſterio loquuntur, ꝙ idcirco haberet conductos agros alienos, qm̃ alioquin commodè ſuſtétari non poterat. In quo euentu recte loco citato aut Laſſarte, non deberi tributum ex fructib. venditis: qm̃ eo ipſo, quod negotiatio aliqua canonibus ſacris prohibita non eſt eccleſiaſtico, ex illa non debet tributum. Scdm exemplũ ſit. Sunt religioſi in Braſilica regione, & in India Orientali, qui dilatationi, & conſeruationi Eccleſiæ diligenter operam nauant, quiq; ad ſuã congruam ſuſtétationem multis reb. indiget ex Hiſpanis ad eos mittendis, neque in Hiſpanis pecunias habent, & cum in Braſilica regione magna pecuniarum ſit penuria, & in India Orientali pecunia multum valeat, indigent mittere nonnullas merces, quæ inibi vili emuntur, & in Luſitania longè plus valent vt traditæ mercatoribus Luſitanis, ex pretio neceſſaria illis mittantur, ſicque ingétes ſumptus euitant in aſportandis ſibi neceſſarijs ex Luſitania idq; nulla cum occupatione, & diſtractione, eaq; rõne ſit, vt ſi non tot, quot ad ſaluté aĩarum ſunt neceſſarij, ibi ſuſtententur, certè plures, quã alioquin fierent, ſuſtententur: ſanè nullus eſt, qui rõné hanc prudenté atque œconomicã, ſibi in tm̃ Eccleſiæ bonũ prouidédi de neceſſarijs, iure damnare poſſit, ſacriſve canonib. aſſerere contrariam dummodo nihil plus mercium, quam ad emenda in Luſitania neceſſaria, mittatur: quare, cum ex negociatione eccleſiaſticis non illicita, tributum non debeatur, vtiq; neque ex mercib. ita miſſis, neque ex illarum pretio, tributum vllum debet. Alia ſimilia exempla poſſent adduci, quæ facile ex his duobus intelligentur. Nunc, his obſeruatis, ad id vnde digreſſi ſumus, reuertamur.

Clementina 1. de vita, & honeſt. cleric. ſancitum eſt, vt ſi clericus, ſiue in ſacris ſit cõſtitutus.
9 ſiue non publicè, ac † per ſuam propriam perſonam exerceat officium carnificis, aut marcellarij vel tabernarij, nominatim admoneatur ter a diœceſano, vt intra terminum, eiuſdem arbitrio præfigendum, ab eo officio deſiſtat, & numquã amplius illud aſſumat, ſi verò intra eum terminum non deſtiterit, vel poſtea tempore aliquo idé officium aſſumpſerit, ipſo facto, ſi clericus ſit coniugatus, omnino amittat clericale priuilegium omnibus modis ſupra explicatis: ſi verò coniugatus non ſit, amittat ſolum priuilegium in bonis ſuis in ſenſu, iuxta cap. vlt. de vita, & honeſt. cler. ſup. explicato, idq; ſi non incedat in habitu omnino, vt laicus: quod ſi omnino vt laicus incedat, amittat omnib. modis priuilegium clericale, interim dum non reſipuerit. Cum autem lex hæc pœnalis ſit neceſſe eſt prædicta omnia concurrant, vt prædictam pœnam incurrant. Præterea, cſſo clericus viliora alia exerceat officia, non incidet in eam pœnam. Lege inter alios Sylu. verb. clericus 3. q. 5. & Ang. verb. cler. 9 nu. 7.

10 Vtrum autem fas ſit † clericis & religioſis, negotiari per alios negotia merè lucratiua, tradendo pecunias cõſanguineo, vt ipſorum loco negotietur,

tietur, aut ineundo ſocietatem cum alio, aut alijs, vel locãdo redditus beneficij, aut aliqd aliud cum alijs, ita vt ipſi totã operã, & induſtriã adhibeãt. Io. Med. de reſt. q. 20. art. 2. illos excuſat. Tũ quia ceſſat rõ prohibitionis, quippe cũ negotiatio per alium, neque diſtrahat, neque clerici animũ occu pet; &, modo pecunia ad licitã tradatur negociationem, peccata, quæ cõmiſerit is, per quẽ fit negociatio, clerico non imputentur. Tũ ẽt quoniã iura ſolum videntur prohibere eccleſiaſtico negotiationem per propriã perſonam, vt patet clem. 1. de vita & honeſt. cler. quæ ſolum punit, qñ clericus per ſeipſum exercet officium macellarij, aut tabernarij. Et c. ſignificante. de app. tanq̃ de re licita dr̃ canonicos habuiſſe ſtalos publicos, in quibus carnes incidebant. Et cle. 1. de ſtatu monac. licet monachi prohibeantur per ſe ipſos venari, nõ tñ prohibentur id per alios exercere. Ego, quãuis non exiſtimem culpam lethalem eſſe ita per alios negotiari, aliquid tamen fœditatis, atque indecentiæ in ea negotiatione interuenire arbitror ratione ſtatus, quando circumſtantia non adeſſet, quę illam excuſaret: quo circa improbanda, quantum eſt ex ſe, illam eſſe arbitror. Illud obſerua, fas eſſe clericis, & religioſis, habere domos publica, quas alijs locent vel ad carnes vendendas, vel ad alia negotia in illis exercenda, atque vnde redditus habeant: tales autem erant ſtali, de quibus. c. ſignificante citato eſt ſermo.

Deciſ.

11 Secunda concluſio. Fas eſt † clericis emere neceſſaria ad proprium, ſuorumq; vſum, & vẽdere ſuperflua, vel ex fructib. ſuorum agrorum, vel ex redditib. proprij beneficij, aut vndecumq. illa habuerint. Imò, eſto aliquid vilius emerint, non aĩo reuendendi carius, fas illis eſt, accreſcente poſtea pretio, vẽdere illud carius, & lucrari, neque inde tributum vllũ debẽt. Ita cõis omnium ſnĩa, neq; in eo vlla eſt difficultas, eſto pretij magnitudine attrahatur eccleſiaſticus ad vendendũ, intelligẽs ſe poſtea vilius poſſe emere res ſimiles. Cõfirmař concluſio, q̃a hæc ad œconomicã gubernationẽ ſpectant, quæ in clericis, atq; Epis elucere debet, iuxta Pau. 1. ad Timo. 3. & 5. Si quæ tamẽ ad eccleſiaſticum deuenirent, ex diſſoluta ſocietate inita cum alio, aut ex quacumque alia negotiatione, quam per alium exerceret, eaque venderet, ex illis deberet tributum, non ſecus ac ſi eſſet laicus.

12 Tertia concluſio. Politica † negotiatio emẽdo neceſſaria exercitui, & ciuibus nõ decet clericos: quia gubernatione, & negotijs ſecularib. eſſe debẽt alieni, iuxta illud 2. ad Tim. 2. *Nemo, militãs Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus*. Concinit. c. Eps 88. d. q̃ ex canonib. apoſtolorum eſt deſũptum, in quo præcipitur, vt neq; Epi, neque ſacerdotes, aut diaconi, ſeculares ſuſcipiãt curas, alioquin deijciant. Concinunt p̃terea, c. 1. & ſequentia. 21. q. 3. Aliqñ tñ intereſſe tm̃ poſſet reipublicæ, ac cõi bono, eccleſiaſticũ aliquẽ ſimilib. rebus vacare, vt charitas efflagitaret, ea in re cũ illo eſſe diſpenſandum. Curare verò, vt famis tpe miſerabilibus ſubueniať perſonis, eaq; in re clericũ, aut religioſum, nauare operã, curando, vt aliunde res emantur, aſportenturq; neceſſaria, & iura permittunt, & charitas poſtulat: præſertim quando hæc per ſolos laicos ſufficienter non fierent.

13 Quarta concluſio. Fas eſt † clericis artificio aliquo vti, vnde aliquid lucrentur, ac vitam ſuſtentent; modo ea de cauſa præſtare non omittant ea, ad quæ ex officio clericali tenentur: & mõ artificium turpe non ſit, ac ſordidum, clericiſque indecens. Concluſio hæc multis iuribus eſt expreſſa. c. clericus 1. & 2. 91. diſt. vbi hř. *Clericus uictũ, & veſtitum ſibi artificiolo, uel agricultura, abſque officij ſui duntaxat detrimẽto, paret.* Et rurſus. *Oẽs clerici ualidi, & artificiola, & literas diſcant.* Cõſonat. c. presbyteri, ea. diſt. c. primum, de celebr. miſſa. vbi rurale opus clericis permittitur. Confirmatur præterea concluſio exemplo Pauli, qui cũ Eps eſſet, operabatur manibus ſuis artemq; ſcenofactoriam exercebat, vt Actu. 18. conſtat. Et Hieron. c. numquam de conſecr. diſt. 5. exẽplo Apoſtolorum conſuluit, monachos fiſcellam, vel caniſtrum texere, hortos colere, fabricare apũ aluearia, texere retia, & ſcribere libros, idque ad cõparandum cibum, otiumque fugandum. Dictũ eſt; modo artificium turpe non ſit, ac ſordidum: q̃m ſicut clerici prohibentur exercere officium tabernarij, ac lanij, pp indecentiam, ac vilitatem officij: ſic prohibita eiſdem cẽſentur ſimilia artificia vilia, ac ſordida, vt coriarij, hoc eſt, eius, qui pelles in corium aptat, atq; alias eiuſmodi. Similiter exercere prohibentur officia clericis indecẽtia, vt conficere cartas luſorias, taxillos, atque arma bellica. Item in artificijs exercendis procul abeſſe debet auaritia: tametſi hæc culpa lethalis non ſit, niſi cum proximorum iniuria ſit coniuncta.

14 Quinta concl. Eccleſiaſticis † emere licitè poſſunt aliqua, quæ in aliud cõmutent, ac carius vendant. Vt materiã, ex qua artefacta ipſi conficiant quæ vendant. Itẽ aĩalia, quæ in proprijs agris nutriant, vt, cum creuerint, aut partus ediderint, illa eorumq; fructus, vendant. Item mulam, aut aliud iumẽtum, vt cum creuerit, ac ſimul inſeruierit, carius illud vẽdant. Præterea, locare poſſunt ꝓpria prædia, ac iumenta. Emere tñ iumẽta ſolũ, ut ea locent, genus eſſet negotiationis, atq; adeo ipſis il

15 licitum. Conducere † ẽt poſſunt prædia ad ſuã, ſuorumq;, ſuſtentationem, quæ colant, ſoluendo certam fructuum, aut pecuniæ portionem. Lucri aũt gratia, maiora prædia conducere, vt fructus vẽdant, ac lucrentur, ipſis eſt inhibitũ. 21. q. 3. ca. 1. & 3. & c. 1. ext. ne cle. vel mon. vt ſup. dictũ eſt.

Euentus alij, in quibus ex parte emẽtis, aut vendentis, illicita, aut nulla, redditur emptio, & venditio.

DISPVTATIO CCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, & alij miniſtri publici temporalẽ iuriſdictionẽ habentes non poſſunt aliquid emere, præter neceſſaria ad uictum, nec alium contractum facere, neque acceptare: alias puniuntur.*

P *Et qua*

Et qua pęna de iure Luſitano, & Caſtellę puniãtur.

2 *Tutores, & curatores, & in Luſitania iudices orphanorum non poſſunt emere res minorum, quorum curam gerunt.*

3 *Exequutores teſtamentorum quibus pœnis puniantur, etiam de iure Luſitano, ementes aliquid de rebus defuncti.*

4 *Vxor non poteſt aliquid emere, vel vendere de bonis quorum adminiſtratio de iure Luſitano, & Caſtellæ pertinet ad maritum, etiam ſi iuraméto viri firmetur.*

5 *Vxor & maritus ſi contractum cum aliquo tertio celebrent, quid præſumendum ex parte mariti.*

6 *Venditio rei immobilis, aut quæ cum immobili cõputatur, facta a viro ſine conſenſu vxoris, inualida eſt de iure Luſitano.*

7 *Vendere non poteſt, aut permutare de iure Luſitano pater, aut alius aſcendens quicquam alicui deſcendentium.*

8 *Emptio & venditio non poteſt eſſe inter patrem, & filium in poteſtate, niſi circa bona caſtrenſia aut quaſi.*

9 *Vendere Saracenis, & Turcis quid prohibitũ ſit Chriſtianis de iure cõi, & qd de iure Luſitano.*

1 IVdices, eorumque † officiales, ac miniſtri, q̃n & domeſtici, de iure communi, neque ædificare de nouo poſſunt domos, neque conficere naues, neque quicquam emere, præter neceſſaria ad victum, & veſtitum, etiam per interpoſitam perſonam, ad vſum ve quotidianum in loco, in quo iuriſdictionem exercent, n ſi perpetuam illam in eo loco exerceãt, quin neque permutare poſſunt, aut mutuo accipere a ſubditis, neque vllas donationes accipere neque quicquam horum eſt validum, etiam ſi, poſt finitam adminiſtrationẽ, accedat conſenſus eorum, qui donarunt, aut vendiderunt. Ita habetur l. vnic. C. de contract. iud. iuncta l. principalibus, & l. præſidis. ff. ſi cert. peta. l. non licet, ac l. qui in officij. ff. de contrah. empt. & l. aufertur. §. quod a præſide. ff. de iure fiſci. Vbi habetur, *rem emptam uendicari*, a venditore ſcilicet. *atque emptorem cogi ſoluere fiſco æſtimationem illius*, immo verò, l. non licet citata, emptor punitur pœna quadrupli. Hęc eadẽ, & alia his ſimilia, ſub grauibus pœnis inhibita ſunt ordin. Luſit. lib. 4. tit. 38. & 39.

Ius Caſtellæ.

In Regno etiam Caſtellæ libr. 3. nouæ collect. tit. 6. l. 2. interdictum eſt aſſiſtentibus, gubernatoribus, correctoribus, atque horum miniſtris, in quibus *Alcaldes mayores*, quos vocant, & cæteri inferiores miniſtri comprehenduntur, per ſe, aut per interpoſitam perſonam, durante officio, domum in loco ſuæ iuriſdictionis ædificare, negociationem exercere, aut animalia ibi paſcere, ſub pœna amiſſionis fiſco eius, quod ita ædificatum, emptum, pactumque fuerit.

Et l. 33. ti. 4. ijs, quos *Alcaldes mayores*, vocant præcipitur, vt non permittant eos miniſtros ipſorum, quos *Alguaziles* vocant, emere per ſe, aut per interpoſitam perſonam, quæ, dũ exequutiones ſententiarum fiunt, venduntur, idque ſub pęna quadrupli. Lege itẽ 1. c. 47. titu. 2 lib. 9 eiuſdem collectionis, ijs miniſtris, quos *Contadores* vocant, atque officialibus *de la contaduria* inhibetur, directè, aut indirectè, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, emere *juros*, ac ſituationes, & conſignationes, vllumvè contractum circa hæc facere, aut *aſſiento*, ſub pœna, vt hæc omnia fiſco Regis amittantur.

2 Tutores, & † curatores, perſonasque ipſis ſubiectas, itemque in Luſitania iudices orphanorum, tabelliones eorũdem iudicum, & *contadores dos reſiduos*, emere non poſſe res minorum, quorum curam gerunt, & quas pœnas incurrant, tam de iure communi, quam Caſtellæ, & Luſitaniæ, diſp. 224. §. res minoris, & c explanatum eſt.

3 Exequutoribus † ẽt teſtamentorum, ſub quibus pœnis in Luſitania ſit interdictum quicquam emere ſibi, vel aliis, ẽt per interpoſitam perſonam, de rebus defuncti, diſp. 248. dictum eſt. Conſentit vero ius commune l. in emptione. §. vltimo, & l. non licet. ff. de contrah. empt. quibus in iuribus vniuerſim prohibetur eos, qui aliena negotia gerunt, emere de rebus, circa quas negotia gerunt, etiam per interpoſitam perſonam, idque ſub pœna quadrupli, vt patet l. non licet, citata.

Diſput. 261. diximus in genere, qui celebrare poſſint contractus, aut non: inde verò facilè intelligetur, quorum hominum celebrata emptio, aut venditio, valida ex eo capite ſit, vel non, quod celebrare poſſit, aut non poſſit, contractus.

De vxore diſp. 275. explanatũ eſt, quouſq; bonorũ adminiſtratio ad ſolũ maritum de iure cõi, Caſtellæ, & Luſitaniæ ſpectet, & in quibus a conſenſu vxoris pendeat. dictumq; eſt, de iure horũ Regnorum, vxorem nullam bonorũ habere adminiſtrationem, niſi fortè, dum contraxerunt, aliqua ſibi excepit, quod rarò in his Regnis euenit.

4 Si ergo † vxor celebret emptionem, aut venditionem, vel quemcunque alium contractum ſine cõſenſu, ſaltem tacito, viri circa bona, quorũ adminiſtratio tali vxori non incumbit, aut poſtquã contractus per vxorem ſine viri conſenſu fuerit celebratus, non accedat ratihabitio viri, proculdubio id totum irritum eſt & inane, etiam ſi iuramento firmetur, vt bene notant Cou. in Epith. p. 2. c. 7. §. 1. nu. 3. & Ant. Gom. loco ſtatim citando nu. 8. quoniã id cedit in viri præiudiciũ, eaque de cauſa prohibitum eſt vxori. Hæc confirmãt, l. 54. Tauri, & quinq; ſequẽtes, quæ ſunt hodie, 1. & quinq; ſequentes, ti. 3. li. 5. nouæ colle. In quarum prima diſponitur, vxoré, cõſtante matrimonio, abſq; viri facultate repudiare nõ poſſe hæreditatem ex teſtõ, aut ab inteſtato, ad ſe delatã: poſſe tñ ſine illius facultate illam adire cũ beneficio inuentarij. In ſecunda diſponitur. Eandem vxorem ſine viri facultate celebrare non poſſe cõtractum, neque deſiſtere a contractu ad ſe attinente, neque quemq̃ ab illo liberare, neque poſſe facere quaſi contractũ, neq; agere, aut defendere in iudicio, & eſto id attentet per ſe, aut per procuratorẽ eſſe irritum, & inane. In tertia, maritum poſſe illi concedere gñalem facultatem ad ea oĩa, quæ ſine eiuſdẽ facultate non põt facere, ac valere illa, q̃ ex eiuſmodi facultate egerit. In quarta iudicem ex legitima, & neceſſaria cã compellere poſſe maritum

ritum, vt vxori facultatẽ ad ea oĩa concedat, quæ ſine ea facultate facere non poterat, & vt, ſi maritus compulſus eam illi non dederit, iudex eãdem illi cõcedat. In quinta, maritum poſſe rata habere ea omnia, quę vxor ſine illius facultate fecerit, ſufficereq; ratihabitionem generalem. In ſexta, q̃n maritus fuerit abſens, neq; eius aduentus proximè expectetur, ſi ſit periculũ in mora, iudicẽ, cognita cã legitima, neceſſaria, aut vtili vxori, poſſe illi concedere facultatem ad ea, ad quę maritus illã conceſſiſſet, validãq; eſſe eiuſmodi facultatem.

Hæc oĩa vim etiam habẽt in Luſitania, q̃m eſt eadem ratio, & contractus arrharum, & dotis, q̃n aliud non exprimitur, de conſuetudine eius Regni eodẽ modo intelligitur, quo in Caſtella. Multo verò magis habent vim, q̃n contractus eſt medietatis bonorum: eò quod bona omnia communia fiant vtriuſque coniugis, & adminiſtratio ad ſolum virum ſpectet, tametſi dependenter in aliquibus a conſenſu vxoris. De iure verò communi celebrare poteſt vxor contractus, atque agere, & defendere in iudicio, ſaltem per procuratorem, circa bona, quorum adminiſtratio de eodem iure ad ipſam ſpectat. Idem dicerem in his Regnis, ſiquid ſibi vxor reſeruaſſet, cuius adminiſtratio ad ipſam ſolam attineret.

5 Si vxor, & maritus † contractum cum aliquo tertio celebrent, eo ipſo cenſetur maritus facultatem illi præſtare ad eum celebrandum, vt ex ſe eſt notiſſimum, & probat. l. Titius, in princ. ff. quib. modis pign. vel hypo. atque affirmat Ant. Gom. ad l. 54. Taur. nu. 4 cum alijs, quos citat.

Tradere ẽt illi cenſetur facultatem, ſi eam alicui exponat negotiationi, aut adminiſtrationi, vel in viri preſentia contractum ineat, & vir taceat. Ita Ant. Gom. vbi ſupra, nu. 5. & 7. & probant. l. 1. §. magiſtrum. 2. verſicu. cæterum. ff. de exercit. actio. l. cuicunque. §. idem Labeo ait. ff. de inſtito. actio. & l. prima. ff. de tribut. act. Conſentit etiam l. quam Tuberonis. § ſunt quidam. ff. de pecu. Anto. Gom. ibidem, nu. 2. ait.

Si contractus vxoris ſine viri facultate vtilis ſit vxori, atque idcirco mariti ratihabitio non ſequatur, ꝙ defunctus ſit, aut abſens, validus eſt: nõ ſecus atque contractus minoris factus ſine tutoris, aut curatoris authoritate, valet ad ſibi obligandum alterum in ſuam vtilitatem, licet nõ valeat, quando non cedit in minoris vtilitatem, vt diſp. 224. ac alibi oſtenſum eſt, placetque hæc ſententia: præſertim cum veriſimile ſit, maritum, ſi poſſet, ratum illum fuiſſe habiturum.

6 De iure † præterea Luſitano venditio rei immobilis, aut quę cũ immobili cõputatur, facta a viro ſine conſenſu vxoris, inualida eſt, vt infra, dũ de cõtractu ſocietatis inter coniuges ſermo fuerit, dicetur. Tametſi vendere, aut renunciare poſſit vir officium ſine vxoris cõſenſu, vt ibidem addetur.

7 De † eodem iure Luſitano pater, aut quiuis alius aſcendens, vendere non poteſt quicquam alicui deſcendentium, aut cum eo aliquid permutare, abſque cohæredum facultate, aut, illis concedere eam nolentibus, abſque conſenſu.

Quòd ſi aliquid abſque vtrauis facultate vendant, aut permutent, inualidus eſt contractus, eſtque res illa adducenda ad partitionem, & qui eã emit, aut pro ea aliquid permutauit, amittit, quod pro ea dedit. Ita hr̃ 4. l. ordin. titu. 82. Obſerua tamen, cum lex hæc, quo ad pretij amiſſionem, pœnalis ſit, & pœna non debeatur ante latam ſententiam, ſi deſcendens iuſto pretio eam rem obtinuiſſet, non tenetur adducere eam ad partitionem, niſi id exigeretur: ſi vero iniuſto pretio eam compa raſſet, ſatis eſſet adducere ad partitionem vſque ad competens pretium.

Præterea, ſi quis inuincibili legis ignorantia aliquid ita emeret, non teneretur in conſcientiæ foro ad pęnæ ſolutionem: eo quod pęna non habeat locum, vbi nulla eſt culpa: ſi autem cohæredes illam tunc exigerent, poſſet emptor clam cõpenſationem facere, ſi ſine ſcãdalo id efficere poſſet: idque eſto cohæredes arbitrarentur culpã adfuiſſet, quæ re vera non adfuit.

8 Inter † patrem, & filium, dum ſub illius eſt poteſtate, eſſe non põt emptio, & venditio, niſi circa bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia. l. 2. ff. de cõtrah. emp. Circa bona vero aduentitia, cum pater adminiſtrator ſit eorũ bonorũ, inualidus eſt contractus, ſicut & tutoris, ac curatoris cum minore circa bona, quæ adminiſtrat, iuxta iura circa tutores, & curatores citata. Deinde † prohibitum eſt 9 vendere ſaracenis, turcis, & alijs Chriſtiani noĩs inimicis, equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtãnum, chalybem, oĩaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrũa, ligamina, canapem, funes, tã ex ipſo canape, quam ex quacunque alia materia, & ipſam materiam, atque alia huiuſmodi, & longe maiori cum ratione triremes, & naues. Ita hr̃ in Bullæ cœnæ excomm. 7. c. ita quorundam, c. ſignificauit, c. quod olim, & c. ad liberandã de Iudæis, & in extrau. multa, eo. tit. atque in quadã alia Nicolai IV. quæ incipit, olim tã in generali, &c. Quibus in capitibus prohibetur ẽt deferre, aut vendere ſaracenis tpe belli, aut etiam treguæ, victũ alia, & quæcunque alia mercimonia. De his tñ omnibus, & de pœnis ob hæc ſtatutis alio loco eſt dicendum. Quædam etiam iure Luſitano l. 5. ord. tit. 8. 1 prohibita ſunt vendi, aut aſportari ad ſarracenos, & hoſtes, idque ſub grauibus pœnis, conſentaneè ad ius canonicum, & ad legem ſecundã. C. quæ res aſportari non debeant.

Ex circumſtantia loci, ac temporis, quando emptio, & venditio illicita reddatur.

DISPVTATIO CCCXLIV.

SVMMARIVM.

1 *Emptio, & venditio ratione loci ſacri illicita.*
2 *Sacrilegium lethale eſt, res ad ſacrum locum aſportare, & ibidem vendere.*
3 *Contractus fieri in eccleſiis quomodo licitum.*
4 *Culpa lethalis non facile iudicanda.*

QVod ad loci circumſtantiã attinet, dubitandum non eſt, emptionem, & venditionem, ex parte loci ſacri, reddi poſſe illicitã. Dedecet.n.rem ita prophanam, quæ a diuinis tantopere diſtrahit, & quæ tot conſciæ, atq; offenſæ Dei periculis occaſionem præbet, in loco peragi ſacro. Præſertim ſi res ipſæ venales ad eũ locum aſportentur, inibiq; tamquam in foro publico, vendantur. Quo fit, vt contra virtutẽ id ſit religionis, cuius eſt cultum, & honorem Deo præſtare, atque vt ſacrilegij vitium ſit.

Conueniunt doctores cõiter, ſacrilegiũ videri
2 lethale, res † ad locum ſacrũ aſportare, ibiq; tanq̃ in foro publico eas vendere. Tum quia id ſuadet exemplum Chriſti Matthæi 21. qui flagello de funiculis confecto, ementes, & vendentes de tẽplo eiecit, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit: quod mitiſſimus Dñs pro ſola culpa veniali nequaquam feciſſet. Tum ẽt, q̃m eſt contra præceptum Eccleſiæ. Etenim c. decet, de immun. Eccle. li. 6. ſic hr̃. *Ceſſent in Eccleſiis, atque earum cæmiterijs negotiationes & præcipuè nundinarum.* Et c. relinqui, de cuſtodia Euchariſtiæ, cum quidam clerici ita ponerent in Eccleſijs ſupellectilia, & concederent poni aliena, vt Eccleſiæ potius domus laicæ, quam Dei baſilicæ viderentur, ſubiungit Summus Põtifex, *Firmiter prohibemus, ne huiuſmodi ſupellectilia in Eccleſiis admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repẽtina ſeu alias vrgentes neceſſitates ad eas oporteat habere refugium: ſic tamen, vt neceſſitate ceſſante, res in loca priſtina reportentur.* Concilium ẽt Trid. Seſſ. 22. in decreto de ſeruandis in celebratione miſſarũ, præcipit inter alia prælatis, vt ſeculares oẽs actiones, vana, atque adeo profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, & clamores arceant, vt domus Dei verè domus orationis eſſet videatur, ac dici poſſit.

3 Qñ † aũt in Eccleſia ſolum fierẽt pacta emptionis, & venditionis, aut alterius contractus, exiſtẽtibus rebus vendendis alijs in locis, id non eſſet lethale peccatũ, vt affirmant Conr. de contract. q. 51. conc. 2. Io. Med. de reſt. q. 30. ar. 4. Sotus 6. de iuſt. q. 2. ar. 2. Ang verb. negotiatio. nu. 2. & Syl. ibi. q. 2. Idem eſſet qñ aliquis in Eccleſia emeret rẽ caſu ibi repertam, q̃ alius ad vendendum per ciuitatẽ deferret. Tum quia res eſt modica. Tum etiam q̃m eccleſia per ſe non fieret locus rerum venalium. Hæc tñ omnia culpa non carent veniali. Vendi aũt in eccleſijs cãdelas, & modica alia, ad cultum diuinum, ſine ſtrepitu, & ferè cũ nulla negotiatione, etiam veniali culpa poſſet vacare, ſi diuini cultus intuitu id fieret, melius tamen eſt, vt hæc extra eccleſiam habeantur. Ita Syluest. & alij verb. negotiatio. Nec refert, quod Chriſtus dominus eos de templo eiecerit, qui vendebant, quæ diuino inſeruiebant cultui. Illi enim veluti forum efficiebant templum multitudine rerum, quæ vẽdebantur, atque eorũ, qui illas vendebant: quod non erat ſine ſtrepitu maximo, & perturbatione. Præterea ſimul aderant menſæ nummulariorũ, qui cãbia in tẽplo exercebant, non ſolum permutando, ſed ẽt dando credito ſub vſura: quare verè efficiebant domum Dei ſpeluncam latronum pp iniuſtitias, quas in ea exercebant, vt Chriſtus ſubiunxit. Adde, longè alterius rõnis fuiſſet, quæ tũc diuino cultui inſeruiebant, nempe animalia, ac ſunt, quæ in Chriſtiana eccleſia inſeruiunt.

Nonnulla inſuper admonuerim. Primum eſt. In ijs, quæ ad Dei cultum ſpectant, in quibus fidei, ac religionis internæ, velut ſpecimen quoddam, non ſolum in Dei honorem, fideliumque ędificationem, ſed etiam in exemplum infidelium, exterius exhibetur, multò minora peccata ferenda non eſſe, quam in alijs rebus, quæ ad fidem, & religionem non ſpectant.

Secundum, non quæcumque Summi Pontifices prohibent, aut præcipiunt, prohibere, aut præcipere, ea ſub reatu lethalis culpæ, eſto præcepta condant, quæ ad culpam obligent, & eſto ex diuini honoris affectu dicant, ſe firmiter ea prohibere. Quo fit, vt ad diſcernendũ, an præceptum ſub lethali, aut veniali culpa obliget, attendendum ſit ad materiam, quæ præcipitur, & ad pœnam lege ſtatutam. Neque enim Summi Pontifices ea ſolũ præcipere debent, quæ obſeruari ſub lethali culpa volunt, ſed etiam ea, quæ volunt ſeruari ſub culpa veniali: neque charitas poſtulat, vt omnia ſub lethali culpa præcipiantur, & vt leges multiplicẽtur, quæ ad eiuſmodi culpam obligent. Hinc colligo, non facilè † ex eo eſſe iudicandam culpam 4
lethalem, quod indecens aliquid circa negotiationem in eccleſia fiat, vel ex eo, quod ſupellectilia aliqua indecenter in ea apponatur: præſertim cũ circumſtantia, quod lethale aliquod peccatum in eccleſia fiat, regulariter, iuxta communem doctorum ſententiam, non ſit neceſſario confitenda, eò quòd ad limites circumſtantiæ lethalis nõ attingat: neſcio autem quid ex ipſa rei natura indecentius, ſecluſo proximorum ſcandalo, in eccleſia fiat quam culpa lethalis. Neceſſitas præterea eorum, & quæ alioquin indecenter fierent in eccleſia, nõ parum excuſat a culpa, ſi in eccleſia fiant, vt ex c. relinqui de cuſt. Euchar. liquet.

Tertium, quando fieri indecenter aliquid in loco ſacro culpa eſt lethalis, prælatos, eoſque, quibus ex officio cura Eccleſiæ incumbit, lethaliter peccare, ſi id non prohibeant, ac impediant, dummodo poſſint.

De circumſtantia tpis ſacri dicemus commodius, qñ de feſtorum obſeruatione ſermo fuerit.

Monopolijs quouſque emptio, & venditio illicita, aut iniuſta, reddatur: & de recondentibus, ac aſſeruãtibus merces in tempus caritatis.

DISPVTATIO CCCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Monopolium vnde dictum.*
2 *Monopolium quid.*
3 *Monopolia quæ licita, & quæ non.*

Merca-

4 *Mercatores ſi inter ſe conueniant, ne quiſquã ipſorum intra certum pretium vendãt, aut vltra certum pretium emat, an reſtituere teneantur damna priuatis, ea de cauſa ſubſequuta.*

5 *Ementes tempore meſſis, aut alio tantam rerum copiam, & ſeruantes, vt caritas in ciuitate inducatur, & alij cogantur multo carius emere de manu illorum, an ad reſtitutionem teneantur. Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ.*

1 MOnopolium dr † a monos, quod eſt vnus, & polium, quod eſt venditio, quaſi vnius dumtaxat in prouincia aliqua, ciuitate, aut oppido, venditio. Qui verò monopolium exercet, monopola nuncupatur, ideſt, vnus venditor: pola.n. græcè, latinè venditor appellatur.

2 Eſt † autem monopolium propriè, qñ aliquis, aut aliqui, obtinẽt, ipſos tm̃ merces aliquas vendere, quod regulariter eſt iniquum, Reipublicæque iniurioſum: eo quod ciues emere cogantur carius merces de eorum manu; cæteri verò de Republica impediantur iuſtè, & cõmodè negociari, benigniores q; eſſe in pretio alijs ciuib. quod in detrimentum cedit ciuium, eſto monopolæ iuſto pretio vendant. Quo circa meritò id de iure cõi. l. vnica. C. de monopolijs inhibitum eſt ſub pœna amiſſionis omnium bonorum, atq; exilij ppetui.

Eadem lege prohibetur, ne mercatores inter ſe conueniant de non vendenda merce aliqua infra certum pretium, aut de non emendo vltra certũ pretium. Itẽ ne artifices conueniant, opus ab vno eorum inceptum, ab alio non continuari, aut perfici, & ne ſimilia alia pacta fiãt: q̃ oĩa cõſtat regulariter eſſe iniqua, atq; in Reipublicæ detrimentum. Quãuis aũt hæc ẽt pacta a pleriſq; monopolia nuncupentur, in ea tñ lege prohibentur tanq̃ pacta diſtincta vt ex rubrica, & ex textu, quin & ex pœna ibi ſtatuta, liquet, quæ diſtincta eſt a pœna monopolis decreta. Exercentes quippe hæc alia pacta, ſolum puniuntur ſolutione quadraginta librarum auri: & iudices, qui diſſimulauerint, vel remiſſi fuerint in puniendis tã his criminib. q̃ monopolijs, afficiuntur pœna quinquaginta librarum. Quia tñ loquendum eſt, vt plures, hæc etiã monopoliorum nomine compræhendemus.

3 Dixi, monopolia † regulariter eſſe iniqua, & Reipublicæ iniurioſa: qm̃ aliquando iniqua non ſunt, quando videlicet publica authoritate fiunt, bono communi id efflagitante. Si enim Reſpublica mercibus aliquibus indigeat, nec ſit, qui illas aſportare velit (quia fortè cum labore maximo, & periculo amittendi, ea negotiatio fieret) niſi priuilegium concederetur, quod nullus alius eas merces aſportare, aut vendere poſſet, ſanè tunc licitum erit concedere eiuſmodi priuilegiũ, taxato moderato pretio, attentis circũſtantijs oib. concurrentib. ne, qui eo priuilegio vſuri ſunt, plus iuſto Republicam grauẽt. Si item deſit, qui officiũ aliquod Reipublicæ expediens ſuſcipere velit, vt vendendi merces aliquas, aut aſportandi peregrinos poterit tunc concedi alicui, vel aliquib. vt ipſi ſoli tale munus exerceant, conſtituto eis moderato pretio, ſi iuſtior ſit, ſine excedãt pretiũ iuſtũ. Quia item cõi expediens eſt, libros cõponi, ac cudi, neq; facile inuenietur, q eos cudere velit, niſi priuilegiũ concedatur, ne quiſq̃ alius intra certũ tps illos cudat, aut alibi cuſos ad vendendũ aſportet, videmus quotidie iuſtè concedi eiuſmodi priuilegium, taxato pretio, ne rationabile, ac iuſtũ, in Reipubl. detrimentum excedat. Simili modo, quia Luſitaniæ Rex ſuis expenſis nauigationẽ in Indiã aperuit, locaq; illarũ regionum ſubegit, ſta tuere in ſuum potuit cõmodũ, ꝙ in Reipubl. etiã cõmodum redundat, dum id occaſio eſt, vt, vnde eã defendat, habeat, neq; nouis tributis illam grauet, vt nullus, præter ipſum, aut præter eos, quibus certo pretio eam negotiationẽ conceſſerit, aſportare ex India certas merces poſſit, aut illas ex Luſitania in Indiã deferre, aut inibi eas vendere Io. Med. de reſt. q. 40. §. pen. addit, damnandum non eſſe, ſi Rex, in publica aliqua neceſſitate conſtitutus, pro certa aliqua pecuniæ ſumma concedat aliquib. mercatorib. vel opificibus vt ipſi ſoli vẽdere poſſint aliqd in ſuo Regno, cõſtituto eis moderato ptio, ne Rempublicã plus iuſto grauent. Regẽ quippe tunc a peccato excuſat publica neceſſitas, in qua eſt, & mercatores priuilegium iuſta illa de cauſa a Rege ipſis conceſſum. Sicut.n. Rex exigere a ſubditis poterat, vt contribuerent ad publicæ illi neceſſitati ſubueniendũ: ita ſubijcere illos põt illi grauamini, modo tñ moderatũ ſit, & cum minori ipſorum moleſtia, ac detrimento.

Quo loco obſerua, hac de re commodiorem aliam trudi non poſſe regulam, quam tunc licere eiuſmodi priuilegia concedere, qñ id poſtulat recta ratio, ac cõe bonum, attentis, atque expẽſis circumſtantijs omnibus tam ex parte ſubditorum, quam ex parte Regis, atque illorum, quibus conceduntur, ſimulque attento, vt ſubueniendo cõi bono, quo ad fieri poſſit, non magis grauentur q̃dam Reipublicæ partes, quam aliæ, qñ ad omnes æqualiter ſubuenire illi ſpectat. Qñ autem irrationabiliter, atque in ſubditorum præiudiciũ concederentur eiuſmodi priuilegia, & peccaret lethaliter Rex, aut Reſpublica, quæ illa concederet, & ſimul, qui ea impetrarent, aut illis vterentur, tenerenturque hi omnes ad reſtitutionẽ ſubditis damnorum omnium, quæ contra ipſorum voluntatẽ inde ipſis ſequeretur.

4 Dubiũ eſt, num † mercatores, qui inter ſe conueniunt, ne quiſquam ipſorũ infra certũ pretiũ vendat, aut vltra certũ pretiũ emat, & vniuerſim, qui in Reipublicæ, ac proximorũ, præiudiciũ ſimiles conuẽtiones, ac monopolia inique exercent, reſtituere teneãtur dãna priuatis de Repub. ea de cauſa ſubſequuta. Sotus 6. de iuſt. q. 2. art. 3. Io. Med. de reſt. q. 36. §. ſed an tales, affirmãter rñdet. Conſentire ẽt vr̃ Conr. de contr. q. 51. concl. 2. cum dicat, eos cõtra iuſtitiã peccare. Nau. verò ĩ Man. c. 23. n. 92. Syl. ver. emp. q. 18. Maior. in 4. d. 15. q. 40. ad finẽ primi argumẽti, ſolũ affirmãt, eos peccare lethaliter nec diſputãt, an reſtituere teneant. Quæſ.

Noſtra autem prima concluſio eſt. Quando id in cauſa eſſet, quod priuati emerent vltra iuſtum pretium rigoroſum, quod alioquin eſſet futurum, aut quod infra iuſtum pretium infimũ ven- Deciſ.

detent, non eſt dubium, teneri eos reſtituere, ſaltē vſque ad limites iuſti pretij. Probatur, quoniam peccant contra iuſtitiam, ſuntque proinde cauſa iniuſta huius damni priuatis ſubſequuti.

Secunda concluſio. Quando mercatores conuenirent inter ſe de pretio, quod, ea conuentione ſecluſa, eſſet iuſtum, ſed rigoroſum, peccarent quidem contra proximorum charitatem, dignique eſſent, qui a poteſtatibus publicis grauiſſima pœna mulctarentur, tanquam homines Reipublicæ præiudiciales, non tamen video peccare illos contra iuſtitiam ac proinde neque ad reſtitutionem teneri modo nullus eorum fraudibus, vi, aut metu, prohiberet alios mitius vendere.

Concluſio hęc probatur, qm̃ qui ſine vi, metu, aut fraude perſuaderet alicui, qui mitius vendere vellet, vt pretio venderet rigoroſo, ſed iuſto, vtiq; non peccaret contra iuſtitiam: ſicut neque qui cōſilio ſimili modo auerteret aliquem a donatione aliqua, aut legato, quod vellet facere: ergo pari ratione, neque mercatores illi, quando eo modo cōuenirent inter ſe peccarent contra iuſtitiam.

Si tñ fraudibus, vi, aut metu, alios inducerent ad eo mō vendendum, peccarent vtique cōtra iuſtitiam aduerſus emptores, non ſecus atq. is contra iuſtitiā aduerſus donatarium, aut legatarium peccat; q vi, metu, aut fraudibus, quenquā donare, aut legare prohibet aliquid alicui: quippe id contra ius fit, quod vnuſquiſque habet accipiēdi a quocumq; quod ſua ſpōte voluerit ei dare; cui iuri præiudicatur iniuſtè, qñ donans vi metu, aut fraudibus, a donando, aut legando arcetur. Hinc cōſtat, ſi Princeps ſine rōnabili cā monopolij priuilegium concedat, peccare contra iuſtitiam, tam ipſum, quā qui monopolium obtinet, nihil impediente, quod monopolæ taxaretur pretium iuſtū. Quia enim contra iuſtitiam eſt, prohibere tunc alios vendere, qm̃ id cedit in emptorum iniuriā, qui poſſent initiori pretio ab eis emere, & qm̃ cedit in iniuriam eorum qui eſſent vendituri; vtiq; quantum iacturæ inde reſultaret, tam ijs, qui empturi eſſent, quam ijs, qui eſſent vendituri, tātum tenerentur illis reſtituere. Princeps, & ij, qui priuilegium obtinerent, illoque vterentur. In prædictis autem euentibus reſtitutio facienda eſſet priuatis, ſi conſtaret, qui illi ſint, & quantum detrimenti eis euenerit; ſin minus aliquid erit faciendum, quod plus minus, cedat æqualiter in eorundem particularium commodum, vendendo in ea communitate aliquid tanto vilius, quantum ſatis ſit, vt damnum particularium compenſetur, aut aliud ſimile efficiendo. Quod ſi nullo horum modorum poſſet id illis ſatisfieri, reſtituendum eſſet pauperib. aut inſumendum eſſet in alijs operib. pijs, pro animabus eorum quibus id debebatur.

5 Vtrum † aūt, qui tpe meſſis, aut vindemiæ, vel quocunque alio, in quo ſit abundantia aliquarū rerum, tantam illarum copiam emunt animo eas ſeruandi in tempus, quo carius vendentur, vt ea rōne in cā ſint, ꝙ caritas in Republica inducatur, videlicet quia vel impedimento ſunt ciuibus, ne tunc emant totum, ꝙ vnuſquiſque neceſſariū hēt in ſuæ familiæ ſuſtētationem, & ꝙ verè eſſet empturus, niſi eiuſmodi reconditores anteuerterent, & ideo coguntur poſt ea multo carius ea emere de manu illorū, vel quia emendo tantā copiā in cā ſunt, vt tunc pretia rerum accreſcant, & ciues rarius emant; vtrum, inquam, qui ſic emunt, lethaliter peccent, reſtituereque teneantur damnū Reipublicæ, ac ciuibus, ea ratione illatum.

In primis doctores cōſentiunt, illos lethaliter peccare. Ita Nau. in Man. c. 23. nu. 91. Ioan. Med. de reſtit. q. 36. §. antepenult. & penult. Maior. in 4. diſt. 15. q. 41. in 4. argumento, Gab. ead. diſt. q. 10. ar. 3. dub. 2. Syl. verb. emptio. q. 10. Ang. ver. negotiatio nu. 3. Sotus 6. de iuſt. q. 2. ar. 2. & alij. Quod vero ad reſtitutionem attinet, qui ex doctoribus citatis id in controuerſiam vocant, communiter aſſerunt, illos teneri ad reſtitutionem damni Reipublicæ, & priuatis ita illati: reſtitutionem vero eo mō eſſe faciendā, quo paulo antea explanatū eſt, monopolas eam facere debere. Ita affirmant Maior. Med. Gab. Syl. & Ang. locis citatis.

Quid de hac re ſentiā, ſequentes concluſiones aperient. Prima cōcluſio. Hoīes emendo, quæ in penuriæ tpˢ aſſeruent, animo carius vendendi, & lucrandi, ſi iuſto pretio currenti tunc emant, & vendant poſtea iuſto pretio etiam currenti, neque Deciſ.
impedimento ſingulis de Republica ſint tēpore abundantiæ emere neceſſaria, neq; copia magna eorum, quę emunt, augeat tunc pretia rerum, non peccant emendo eo modo, quin potius vtiles Reipublicæ ſunt. In hac omnes conſentiunt, manifeſteque ex ijs, quæ diſp. 339 dicta ſunt.

Secunda concluſio. Si pernicioſi Reipublicæ ſint inducendo rerum caritatem, augendoque illarum pretia, & impediendo, ne ciues congruo tempore ſibi emant neceſſaria, peccant ita emendo, & prohibendi, ac puniendi a Republica ſunt tamquam ipſi pernicioſi: imò verò cogi tempore caritatis in pœnam poſſunt, vendere vilius, quæ ita in Reipublicæ præiudicium emerunt. In hac etiam concluſione omnes conueniunt.

Atq; idem dicendum eſt de ijs, quos *regatones* Ius Lu
vocant, ſi priuatis impedimento ſint, neceſſaria ſitanū.
ab ijs emere, qui illa aſportant. Prohibitiones Luſitaniæ, ne ematur triticū, ordeum, farina, milliū, ſecale, (*centeno* Hiſpani vocant) & oleū, ad hæc ipſa reuendenda, & pænas hac de re ſtatuta, habes 4 libro ord. ti. 32. a §. primo, & fuſius 4. parte legum extra tit. 9. per totum. Inhibitionem verò huius Regni, ne triticum, ordeum, auena, aut ſecale, ſimiliter ematur, & pœnæ ſtatutæ, habentur l. 19. tit. 11. lib. 5. nouæ collectionis.

Tertia concluſio. Non video, vnde hoīes, indu Ius Ca
cēdo modo explicato caritatem rerum emendo, ſtellæ.
reſtituere Reipublicæ teneantur damnum illatū. Ducor, qm̃ non video illos contra iuſtitiā peccare in Rempublicam, & in partes eius, inducendo ita per accidens caritatem rerum, ſed ſolū peccare contra proximorum dilectionem: vtūtur quippe iure ſuo intra iuſtitiæ limites, emendo res tempore abundantiæ pecunia ſua pretio iuſto, neq. res, quas emunt, debitæ ex iuſtitia ſunt alijs de Rep. vt eis potius vendantur: alioquin etiam vendentes eas eiuſmodi reconditoribus, & ſeruatoribus

earum

earum,peccarent contra iuſtitiam, reſtituereque Reipublicæ tenerentur damnum ei illatū, quod nullus ſanè mentis affirmare audebit. Imò ſecluſa lege poſitiua,qua ſub grauibus pœnis eiuſmodi emptio ꝓhibetur,ſanè,qñ damnū, ꝙ per accidẽs inde Reipublicæ ſequeretur,non eſſet admodum notabile, non facilè condemnarẽ eiuſmodi hoĩes culpæ lethalis. Qui contrariā ſñiam æquè probabilẽ iudicauerit,illā amplectatur, q̃ & ego,ſi,ſalua conſcĩa,poſſem,complecterer. Tum ꝙ videam doctores in eam inclinare. Tum etiam in horum hominum odiū,qui Reipublicæ ſunt pernicioſi.

Venditio num illicita ex eo reddatur,quod res carius alienigenis vendantur,atque ex periurijs, & mendacijs,& affectu ad lucrum.

DISPVTATIO CCCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Venditio illicita redditur, ſi res carius extraneis vendantur,quam naturalibus.*
Intellige tamen,& declara,vt nu.2.
3 *Venditio illicita ex parte contrahentium quibus caſibus reddatur.*
4 *Emptio,& venditio ex inordinato affectu, quando eſt culpa lethalis.*

1 VEnditio illicita † etiã redditur, ſi res carius extraneis, & peregrinis vendantur, quam naturalibus,vt colligit ex c.1.de emp.& ven. Qđ intelligunt Conr.de contract.q.5 ū. ad finem,Io. Med.de reſt.q.30.art.4.& alij,quando limites iuſti pretij exceduntur.

2 Obſerua,ſi ad locum † aliquem accedant multi extranei,præſertim diuities, auidique ad emendum,tunc,cum, multiplicatis eiuſmodi emptoribus,accreſcant pretia rerum,nefas non eſſe carius illis vendere,quam antea venderetur naturalibus & quam,recedentibus eiſdem extraneis,vẽdatur in eo loco,quin neq; damno,ſi tunc, cum merces ſint in eo loco ſufficiẽtes extraneis, & indigenis, carius vendantur alienigenis auidis ad emẽdum, quam naturalib. qui dare nolunt niſi pretiū conſuetum. Exempla ſunt,ſi Rex in trãſitu cum ſuis ad locum aliquem accedat diſceſſurus die ſequenti,aut poſt paucos dies Qñ item claſſis Hiſpanica ex nouo orbe ad Inſulas,quas *terceras* vocant, applicat,ſubito accreſcit multum pretium rerum oĩum,quas emere volunt,tum vt ibi,atq; in itinere conſumant,tunc ẽt vt Hiſpalim, atque in alias partes aſportẽt:cum tñ pretia comparatione indigenarum maneant,vt antea erant: eo quod merces loci omnibus ſufficiant, neque indigenæ dare velint,niſi pretium conſuetum. Hoc aũt conſuetudine eſt receptū,neque damnare audeo: res q̃ppe illæ comparatione plurimorum emptorū, qui ſuperueniũt ditiſſimi ex nouo orbe, auidiſſimiq; emẽdi,plus valent, q̃ comparatione indigenarū. Quod ſi res non ſufficerent etiam indigenis,ſanè comparatione omnium accreſceret pretiū;neque venditores prætermitterent lucrari cum aduenis, vt venderent indigenis vilius.

3 Periurijs † ẽt,mendacijs & alijs ſimilib. criminib. quæ ex ementiū,ac venditium nequitia,non verò ex emptione ipſa, & venditione prouẽniũt, redditur illicita emptio,& venditio, vt ſatis conſtat. Illud ſolum circa mendacia, quin & circa periuria,admonuerim,ſi fiant animo fallendi ita emptorem,vt vltra pretium iuſtum emat, eſſe lethalia peccata iniuſtitiæ,ſi exceſſus vltra iuſtum pretium ſit tantus,vt ad culpam ſufficiat lethalem: ꝙ enim ad finem lethalem ordinatur, lethale peccatum eſt:tametſi non diſtinctum numero a fine ipſo,ſed efficiens cum illo vnum peccatum numero,quando non datur interrũptio ſufficiens ad diſtinctionem numericam peccatorum in genere moris. Itaque mendacium illud ex ſe culpa eſt venialis in genere mendacij, & periurium lethalis vtrumque tamen eſt culpa lethalis iniuſtitiæ ex relatione ad finem lethalem accipiendi a proximo quantitatem notabilem vltra pretium iuſtum;idem tñ numero cum intentione ipſa finis.

4 Emptio & † venditio ex inordinato affectu ad lucrum, tunc eſt culpa lethalis, quando quis ob lucrum tranſgreditur præceptum aliquod obligans ſub culpa lethali, aut paratus actu eſt illud tranſgredi. Neque ſunt duo peccata lethalia ſpecie diſtincta, appetitus lucri & tranſgreſſio talis præcepti,aut voluntas illud tranſgrediendi: eo ꝙ inordinatus appetitus lucri, ex ſe ſolum ſit culpa venialis. Quo fit,vt ſatis ſit confiteri tranſgreſſionem præcepti,aut voluntatem illud tranſgrediendi,nec neceſſe ſit confiteri inordinatum lucri appetitum,vnde tranſgreſſio ortum habet.

De pretio iuſto rei in ſe,& de lege taxato. Itemque de pretio rigoroſo, medio, & infimo.

DISPVTATIO CCCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei iuſtum quotuplex.*
2 *Pretium naturale quod.*
3 *Pretium naturale iuſtum triplex.*
4 *Pretiũ legitimũ ex natura rei, poſterius naturali.*

EMptionem,ac venditionem iuſtam, vel iniuſtam eſſe,potiſſimum attenditur ex parte pretij. Quocirca examinandum in hac diſputatione eſt, quotuplex ſit pretium: & in ſequenti ea ſunt tradenda, vnde facilius iudicetur, an pretium iuſtum,vel iniuſtum,ſit.

1 Pretium rei † iuſtum,quoddã eſt lege, publicove decreto,per publicam poteſtatẽ taxatum. Vt ꝙ talis menſura tritici tanto pretio vendatur qđ tm̃ carnium pondus, vel talis vini menſura,tãto, vel tanto pretio vendatur. Atque eiuſmodi pretium ab Ariſtotel.5. Ethico.capit.7. & a doctoribus communiter,appellatur legitimum, hoc eſt,

lege poſitum. Conſiſtit verò in indiuiſibili, adeo vt, ſi pro merce aliquid amplius accipiatur, venditio ſit iniuſta, & exceſſus reſtitutioni obnoxius: modo tamē lex, qua eſt poſitum, iuſta ſit, & æqua: quę omnia in ſequentibus dilucidiora fiet.

Quoddam aliud eſt, quod res ipſa, ſecluſa quacunque lege humana, ac publico decreto, habet.
2 Atque † hoc ab Ariſtotele loco citato, & ab alijs pretium naturale nuncupatur: non qđ non multum ab hominum æſtimatione pendeat, qua res plus, vel minus, æſtimare volunt, vt Gemmam plus interdum, quam viginti millia aureorum, & quā multas res alias ex ſua natura excellētiores atque ad vſus humanos vtiliores; non item quod eiuſmodi pretium valde inconſtans non ſit, ac variū, vt patebit, ſed naturale dicitur, q̄m ex ipſiſmet rebus, ſecluſa quacunque humana lege, ac decreto, conſurgit, dependenter tñ a multis circunſtantijs, quibus variatur, atq. ab hoium affectu, ac ęſtimatione, comparatione diuerſorum vſuum, interdum pro ſolo hominum beneplacito, & arbitrio.

Quia ergo eiuſmodi pretium non merè ex naturis rerum conſurgit, ſed a circumſtātijs, quibus variatur, pendet, & quod plus eſt, ab hominum affectu, & æſtimatione rerum pro ſuo beneplacito, inde proficiſcitur, vt non conſiſtat in indiuiſibili, ſed habeat certam latitudinem iuſti, ac commenſurati mercei, et ſpectatis circūſtantijs oib. q̄ re ipſa hic, & nunc in commercio humano côcurrunt. Hoc autē non intelligas ex eo ſolum prouenire, qđ humanum iudicium incertū ſit in ſe, ac variū in diuerſis hominibus quaſi ex ipſa quidē rei natura pretiū re vera in indiuiſibili conſiſtat, humanum tñ iudicium neſciat illud attingere, ſed etiam, quod rerū æſtimationes, atq. affectus ad res vnde pretij variatio pendet, variæ ſunt.

Cum minimum autem confitendum eſt, dari ex natura rei certam latitudinem pretij iuſti, intra quam non violatur iuſtitia, eſto forte intra eā latitudinem detur indiuiſibile aliquod, in quo ſolo iuſtitia perfectiſſime ſeruetur ex parte obiecti, pretij ve, mercis comparatione.

3 Hinc † iam facile conſtat merito diſtingui a doctorib. triplex rerum pretium iuſtum. Supremū videlicet, ſeu rigoroſum, medium, ſeu moderatum, & infimum, ſeu pium. Quæ diſtinctio ſolū habet locum in pretio naturali, non vero in legitimo. Porro latitudo pretij iuſti naturalis interdum eſt maior, & interdū minor. Quo enim res pretioſior eſt, maioris ve æſtimationis, eo regulariter in pretio iuſto maior eſt latitudo.

Vt ſi pretium medium rei alicuius ſit centum, rigoroſum erit v.g. centum & quinque, pium verò nonaginta quinque, ita vt latitudo tota pretij iuſti ſit in eo euentu decem, & aliquando erit longe maior, & aliquando minor, pro qualitate rerum, quæ venduntur, atque vt cōmunis vſus circa eas res habuerit. Si autem pretium mediū rei alicuius ſit decem, rigoroſum erit vndecim, aut vndecim cum dimidio, & pium nouem, aut octo cū dimidio, & interdū plus, aut minus, pro qualitate rerum, quæ vendentur, & communi earum æſtimatione. Quo fit, vt tria illa pretia, quæ ſunt intra latitudinem iuſti, ſuas etiam habeant latitudines. Quod enim pretium a medio totius latitudinis diſtat, tam verſus pretium rigoroſum, quam verſus pium computatur cum medio, diciturque pretium medium, ſeu moderatum, reliqua verò conficiunt latitudines extremorum.

Cum aūt, interim dum tota latitudo iuſti pretij non exceditur, cōmutatiua iuſtitia non violetur, colligunt doctores ſine violatione iuſtitię cōmutatiuæ, poſſe aliquem vno, atque eodem tempore vendere carius eandem rem vni, quam alteri: neq; ſine vſuræ vitio, poſſe vendere carius credito, quam pecunia numerata; vt ſi vni vendat p̄tio rigoroſo, & alteri medio, aut infimo; id quod nos ſępè in materia de vſura diximus. Ita affirmāt Caie. 2.2.q.77.ar.1.ad finē, Ioan. Med. de reſt. q. 31. Sotus 6. de iuſt. q.2.ar.3. Cou.2.var.reſ.c.3. ad finem numeri 4. & doctores communiter.

4 Legitimū † pretiū ex natura rei poſterius eſt naturali, illudq; quodāmodo pręſupponit. Lex q̄ppe humana, pro poteſtate, q̄ in Principe, aut Rectore eſt ſtatuendi, q̄ Reipublicæ expedire iudicauerit, ad idq; cogendi ciues, determinat certum p̄tiū intra latitudinē iuſti naturalis, quod vendētes non excedant, vt ea ratione Reipublicę bono conſulatur, vitenturq. alia mala. Quia ergo legitimum pretium ſupponit naturale, eſtque eo poſterius, expediemus prius, quæ ad naturale pretiū ſpectant, dicemuſque poſtea de pretio legitimo.

Naturale pretium vnde iuſtum, aut iniuſtum, iudicandum.

DISPVTATIO CCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pretium naturale duplex.*
2 *Pretium iuſtum non ex natura rerum, ſed ex vſu hominum pendere, & æſtimatione.*
3 *Pretium augentes, & minuentes circumſtantiæ plurimæ, cum nu. ſeq. vſque ad finem.*
4 *Pretium iuſtum, variari, ex modo vendendi.*
5 *Pretium iuſtum, variari non debet propter indigentiam emptoris, ſeu venditoris.*
6 *Pretium iuſtum, ex quibus accreſcat.*
7 *Pretia rerum ex quibus metienda.*

PRetiū naturale duplex adhuc eſt. Quoddā.n. eſt rei vendi cōſuetæ in aliqua prouincia, ſed cuius pretium iuſtū variatur mutatis circumſtantijs, vt eſt pretiū tritici, panni, vini, calceorum, & ſimiliū rerū. Aliud vero eſt rei, q̄ de nouo in prouinciā aliquā, in qua vendi non conſueuerat, aſportatur. Tale erat pretiū, quo primò vendi cępit lignū illud, quo res tinguntur, q̄n primò ex Braſilica regione in Hiſpanias fuit allatū. Tale itē eſt pretiū, quo vendi in Luſitania cęperunt multa ex India cōportata, q̄ antea in Luſitania cōſueta non erāt vēdi. Prius ergo tradere tētabimus, vnde iudicandum ſit, an primū illud p̄tiū iuſtum ſit, vel iniuſtū: deinde uerò dicemus de ſecundo pretio.

Illud

2 Illud in primis †obſeruandũ eſt, iuſtũ pretium non ex naturis rerum ſecundum ſe, quo ad earum nobilitatem, ac perfectionem eſſe iudicãdum, ſed quatenus ad humanos vſus inſeruiunt: eatenus.n. ab hominibus æſtimantur, atque in cõmercijs, & cõmutationibus hominũ inter ſe pretiũ habent. Imò verò ad id hominib. a Deo tributæ ſunt, atque ad eos vſus diuiſerunt hoĩes inter ſe earũ dominia, cum prima ſui conſtitutione oĩbus eſſent cões. Hinc prouenit, ꝙ quamuis mures nobiliores ſecundum ſuam naturam ſint, quàm frumẽta, nullius tñ pretij ſint inter homines, eo ꝙ inutiles ad humanos vſus ſint. Inde etiam prouenit, quòd domus iuſtè maiori pretio vendi ſoleant, quam equus, immo & quàm mancipium, eſto equus, & mancipium, longè excellentioris ſint naturæ.

Obſeruandũ eſt deinde, pretium iuſtum rerũ non ẽt attendi ſolum penes res ipſas quatenus veniunt in vſus hominum, quaſi ex natura, & neceſſitate vſus, cui res inſeruiunt, abſolutè ſumatur quantitas pretij, ſi cætera paria ſint, ſed pretij quantitatẽ pendere plurimũ ex æſtimatione qua homines plus, vel minus, æſtimare volunt rẽ aliq̃ ad eius vſum. Atq; hinc eſt, ꝙ iuſtũ gemmę pretium, ad ſolum ornatum, maius ſit, q̃ iuſtum pretium ingentis copiæ frumenti, vini, carnium, pãni, & equorũ, cum tñ harum rerum uſus ex natura rei vtilior, meliorq; ſit, q̃ gemmæ vſus. Itaque quantitas illa pretij iuſti gemmæ ex eo pendet, ꝙ ſic homines eam ad vſum illum æſtimare voluerunt. Inde ẽt eſt, ꝙ iuſtum accipitris pretium ad aucupium, maius ſit nobilium comparatione, qui ad eã animi voluptatẽ multum voluerunt accipitres ęſtimare, q̃ ſit rerum aliarum, q́ longè vtiliores ſunt. Inde præterea eſt, quòd apud Iaponẽſes, quædam res ferreæ, & teſtacæ, vetuſtate corroſæ, atque nullius inter nos ęſtimationis, ingentis cuiuſdam pretij ſint, propter earũ antiquitatem: perſpicuum aũt eſt pretium illud apud eos iuſtum, non prouenire ex rerum naturis, neq; ex commoditate illarum ad vſum, ſed ex eo, ꝙ ſic affici ad illas voluerunt, & ꝙ tm̃ voluerunt eas æſtimare. Inde deniq. eſt, ꝙ iocalia, & vilia, inter nos, q̃ ad Aethyopes deferuntur, ſint longè maioris pretij apud illos, q̃ aurum, qđ pro illis cõmutant: cum è contra, aurum apud nos longè maioris ſit pretij. Hæc verò oĩa, & multa alia eis ſimilia, efficit ſola æſtimatio, qua homines varijs in locis hoc, vel illud, æſtimare multum voluerunt, nec videntur damnandæ cõiones, quæ inter illos, iuxta cõmunem inibi rerum ęſtimationem, eis in regionibus fiunt: tametſi quædam ſint ridendæ ob ingenij ruditatem, atque hominum mores, apud quos fiunt, de qua re multa diximus, dum de mancipijs nobis erat ſermo. Iuſtum itaque pretium rerum multum pendet a communi hominum æſtimatione in vnaquaque regione: quare qñ abſque fraude, monopolijs, atque alijs verſutijs, communiter res aliqua vendi conſueuit pretio aliquo in aliqua regione, aut loco, id habendum eſt pro menſura, & regula iudicandi pretium iuſtum rei illius in ea regione, aut loco interim dũ circumſtantiæ non variantur, quibus merito pretium accreſcat, vel decreſcat. Conſentit. l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. & conſentiunt doctores communiter.

Tertio eſt obſeruandum, plurimas circumſtãtias eſſe, quæ pretia rerũ augent, aut minuunt. Et rerum penuria propter ſterilitatem, aut aliud ſimile accreſcere facit pretium iuſtum: abundantia verò facit illud decreſcere. Multitudo emptorum concurrentium plus vno tempore, quam alio, & maiori auiditate, facit pretium accreſcere: emptorum verò raritas facit illud decreſcere. Itẽ indigentia maior apud multos rerum aliquarum ad aliquẽ vſum plus vno tempore, q̃ alio, poſita eadem rerum quantitate, facit pretium accreſcere; vt equi plus valent bello imminente, quàm tẽpore pacis. Defectus item pecuniæ in aliquo loco, facit pretium aliarum rerum decreſcere, & abundantia accreſcere. Quò.n. minor eſt pecuniæ copia in aliquo loco, eo valor illius plus accreſcit, æqualiq. proinde copia pecuniæ multo plura, cęteris paribus, emuntur. Vt ſi terræ fructus æquales in ſua proportione ſint in duab. prouincijs, & vna maiorem pecuniæ copiam habeat, quã alia, minori pretio venduntur fructus illi in ea prouincia, quæ minorem copiam pecuniæ habet, minorique pretio locantur operarij, quam in alia.

4 Quartò †obſeruandum eſt, modũ vẽdendi res, variare ẽt iuſtũ earum pretiũ. Vt ſi ſub haſta aliquid vendat, aut proxenetis, ꝑconibus, vel mulieribus quę alicui munus vendendi aliena habent, aliquid vendendũ tradatur, aut ſcholaſticus vendat libros, aut in ſui deceſſu vẽdat mobilia, quę ad ſuum vſum emerat, vendi hęc omnia ſolent multo vilius, q̃ a mercatoribus vendantur: ſi aũt vendantur pretio conſueto in illo vendendi mõ, iudicandum non eſt pretium eſſe iniuſtum. Rõ eſt, tum qm̃ res, vt illo mõ venduntur, eo mõ æſtimari conſueuerunt, vt cõis uſus teſtatur: tum ẽt qm̃, dum eo mõ uẽdantur, cenſetur eſſe defectus emptorũ, quod non cenſetur, qñ ſunt in manu mercatorum, qui emptores expectant, pecuniamque ſuam habent in mercibus eiſdem emptis, ut eis lucrentur. Hac de cauſa dici conſueuit, vltroneas merces, quales ſunt, quibus emptor quæritur uileſcere pro tertia pretij parte. Quo fit, ut in his, & ſimilibus euentibus, dum a conſueto pretio in eo emendi, ac uendendi modo non receditur, eſto recedatur a pretio, quo res communiter eodem tempore de manu mercatorum emuntur, & quo alio tempore, aut ſub alio uendendi modo, emerentur, pretium iudicandum non ſit iniuſtum, ut rectè tradunt Caiet. 2.2. q. 77. art. 1. Med. de reſt. q. 31. *Sotus* 6. de iuſt. q. 2. artic. 3. Nau. in Manu. c. 23. nu. 78. Cou. 2. uar. reſ. c. 3. nu. 5. & alij.

5 Obſerua †tamen, uendendi modum penes hoc, quod emptor re, quæ uenditur, indigeat, quando illius non eſt communis aliorum indulgẽtia, aut penes hoc, quod res uendatur ei, qui ex illa magnum emolumentum, aut lucrum ſperat, non augere pretium commune rei illius: ſicut neque pretium minuit, quod uenditor re, quam uendit, non indigeat. Alioquin fas eſſet, uendere carius pauperi, quam diuiti, & cõſtituto in extrema neceſſitate rei alicuius, quam non exiſtenti in ea neceſſitate.

ceſſitate. Quod aũt rõne commodi, aut lucri, emptoris, nõ poſſit accipi plus pretij, probatur. Qm̃ cõmodum illud nõ eſt aliquid vẽdẽtis, ſed emẽtis: ergo pro illo vendens non põt accipere pretiũ alioquin venderet, quod non eſt ſuum. Ita Diuus Thom. 2.2.q.77.ar.1.& cum eo doctores cõiter. Cõfirmareq; id poſſumus, qm̃ alioquin mutuãs, ſi mutuatarius magnũ lucrũ ſperaret ex mutuo, vendere id lucrum poſſet mutuatario, atque adeo rõne illius accipere poſſet ab eo aliquid vltra ſortem, quod oẽs negant, atque in materia de vſura oſtenſum eſt vſurarium eſſe. Si tñ venditor pateretur detrimentum ex venditione rei alicuius, vel lucri ceſſantis, vel damni emergẽtis, vel quod res illa valde commoda illi eſſet ad ædificandũ, vel ad aliquid aliud, vel multum ad illam eſſet affectus, ægreq; pateretur illam vendere, tunc vẽdere poſſet tale detrimentũ, quin & priuationem voluptatis, q̃ in ea poſſidenda habet, accipiendo aliqd vltra cõe pretium ratione horum, quantum hæc prudentis arbitrio æſtimarentur. Ratio eſt, qm̃ hæc omnia ſunt ipſius vendentis, neque tenetur pati grauis detrimentum ac iacturam illorũ: quare poterit illa vendere ementi, vna cum re ipſa, q̃ vendit, vt rectè affirmant D.Tho. vbi ſupra, Scotus in 4. diſt. 15.q.2.art.2. Nau vbi ſupra, nu.81. & doctores cõiter. Obſerua tñ, vt pro his accipi iuſtum pretium poſſit, neceſſe eſſe, vt in pactum id deducatur, ita vt emens ſciens, ac prudens illa emat: forte enim emens nollet pretium pro illis dare, ſed ſolum pro re, qua indiget, vt inter alios, Sotus 6. de iuſt. q.3. art.1. rectè affirmat.

6 Translatio † mercis de loco, vbi eſt maior illius abundantia, ad locum, vbi eſt penuria, in cã eſt, vt pretium iuſtum illius accreſcat. Melioratio ſimiliter rei, ſiue p humanam induſtriã, ſiue per naturã, vt ſi animal creuit, atque ad iuſtã ætatẽ in manu emptoris deuenit, facit pretium illius accreſcere. Itẽ vendere res minutim, ac p partes, eo modo, quo ij, quos *regatones* vocamus, vẽdere conſueuerunt, efficit accreſcere pretiũ earum: vilius quippe regulariter venduntur res, qñ ingens aliqua multitudo earũ venditur ſimul, q̃ qñ eædem res venduntur per partes. Hæ, & aliæ, ſunt circumſtãtiæ, quibus cõe rerum pretium variatur. De eis lege inter alios Conr. de contract. q.56. & Io. Med. q.31. citata. Quantum autem accreſcere, aut decreſcere debeat pretium, variata aliqua circumſtantia prudentis arbitrio eſt iudicandum.

Ex dictis hactenus liquido conſtat, falſam eſſe illã Scoti regulã in 4 diſt.15.q.2. ad finẽ art.2. quã ſequitur Maior. ead. diſt. q.41 Aiunt. n. iuſtũ rerũ pretium in manu mercatorem eſſe hoc. Computare debent expenſas oẽs, quas emendo, aſportando, aut conſeruando, tales res fecerunt, & inſuper iuſtam mercedem, quam pro induſtria, laboribus appoſitis, & periculis, quib. ſe expoſuerunt, merentur, non ſecus ac ſi mercede conducti ea in reſeruiſſent Reipublicæ, & quidem, ſi res vendãt pretio corriſpondenti, plus minus his omnibus, erit pretium iuſtum: ſi verò notabiliter excedat, erit iniuſtum quo ad exceſſum. Hinc inferunt, ſi mercatori caſu aliquo nauis ſit ſubmerſa, aut capta ab hoſtibus, in qua merces deferebat, aut domus ſit exuſta, in qua merces aſſeruabat, poſſe id cõpenſare, vendendo carius merces alias in Republica.

7 Regulam † hanc, cum ſuo corollario, falsã eſſe, ex hactenus dictis cõſtat perſpicuè, atque ita cõiter reprobatur a doctoribus, de quorum numero ſunt Sotus 6. de iuſtit. q 2. art.3. Io. Med. de reſtit. q.31. Cou. 2. var. reſ. c.3. nu.4. Conr. de contract. q.56. Etenim rerum pretia, nõ ex lucro mercatorum ac damno, metienda ſunt, ſed ex cõi earũ æſtimatione in loco vbi venduntur, attentis, circumſtantijs omnibus præſentibus, idq; ſiue mercatores, aflante fortuna, aut non ſatis dexterè negotiantibus parum lucrẽtur, aut ẽt iacturã patiantur, ſiue fortuna eiſdem fauente, aut etiã ſtrenuè ipſis negotiantibus, multum lucrentur. Merces quippe eis, quorum ſunt, pereunt, aut vileſcũt, vel accreſcunt in pretio non verò Reipublicæ, cui vendendæ aſportantur, aut aſſeruantur.

8 Qñ de nouo aliquid in prouinciã aliq̃ aſportatur, pretium iuſtum prudentium arbitrio eſt cõſtituendũ ac iudicandũ, attenta qualitate, vtilitate, multitudine, aut paucitate rei, quæ aſportatur, attentisq; expenſis, & periculis, ac difficultatibus in ea afferenda, res etiam nouitas pretioſiorem illam efficit. His itaque, & alijs circumſtantijs expenſis pretium iuſtum eius rei eſt conſtituendum vel per Reipublicę moderatores, vel per ipſoſmet emptores, ac venditores. Neque idcirco pretium tanquam iniuſtum eſt damnandum, quod lucrũ ſit multum, ſi res ſui raritate, ac nouitate pretioſa habeatur, plurimoſque emptores habeat: neque certa alia regula hac de re poteſt ſtatui.

De emptione, & venditione infra, vel vltra dimidium iuſti pretij.

DISPVTATIO CCCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Vendens vltra dimidium iuſti pretij, vel emẽs infra dimidium iuſti peccat, & tenetur ad reſtitutionem, etiam in foro exteriori.*

2 *Emptio infra dimidium iuſti pretij ſeu venditio vltra dimidium quomodo conſideretur.*

3 *Pretium iuſtum rei venditæ, quo tempore attẽdendum.*

4 *Venditori actio ex re vendita datur contra primũ emptorẽ, non autem contra tertium poſſeſſorem. Fallit tamen, vt ibidem.*

5 *Venditor rei vltra dimidium iuſti pretij ad quid teneatur, etiam in foro conſcientiæ.*

6 *Vendita res ſi caſu fortuito pereat, nec emptori, nec venditori competit actio.*

7 *Venditio ſi reſcindatur remedio l.2. C. de reſcind. vend. an gabella debeatur.*

Et quid in Luſitania ſeruetur, num.8.

9 *Venditor ſi læſus ſit, & emptor eligat reſtituere rem, & accipere pretium, quid agendum*

10 *Empta res quando venit reſtituenda ex capite læſionis, an reſtituenda ſit cum fructibus, ex ea perceptis.*

Et an ſit idem in publica ſubhaſtatione, nu.11.

Idem

Idem an dicendum in locationib. permutationib. cābijs, & reliquis bonæ fidei contractib. nu. 12.
Et quid de iure Caſtellæ. ibid.
13 *Actio competens ex l. 2. C. de reſcin vend. an ualida ſit, etiam cum iuramento, & num. 15.*
Et quid de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ.

VT conſequenter examinemus, an vendi aliquid poſſit maiori pretio, vel emi minori, q̃ valeat, a diſputatione propoſita eſt ordiēdū, in qua forū exterius cum interiori conſcīæ cōuenit.

1 Conueniunt † doctores, ſi quis vltra dimidium iuſti pretij vēdat, vel infra dimidium iuſti emat, peccare, & non ſolum in conſcīæ, ſed etiā in exteriori foro, teneri ad ſatisfactionem. Si. n. dolus in eo contractu non interuenit, eſto quis ſciens & prudēs emptionem infra dimidij iuſti pretij eſſe emerit, vel ſciens eſſe vltra dimidium iuſti pretij vendiderit, datur parti læſæ in exteriori foro actio ad alterum duorum ſub diſiunctione, nempe ad cogendum alterum, vt pretium ad iuſtum reducat, vel, reſcindat contractum, prout is, qui læſit, maluerit. Itaque qñ quis emit infra dimidium iuſti pretij, cogitur, vel augere pretium vſque ad iuſtum, vel reſcindere contractum, reddēdo mercem, & accipiendo pretium. Qñ vero quis vendidit vltra dimidium iuſti pretij, cogitur, vel reſtituere exceſſum vltra pretium iuſtum, vel reddere integrum pretium, & accipere mercem, vt ipſe maluerit. Ita hř. l. 2. C. de reſcin. vend. c. cum dilecti, & c. cum cauſa de emp. & vend. l. 56. ti. 5. p. 5. & l. 4. Luſi. ord. ti. 30. in prin. & § 1. Quòd autē, eſto cum ſcientia vera, rei valoris facta ſit emptio & venditio, detur p̄dicta actio, probat Aries Pinel. l. 2 C. de reſcind. vend. p. 1. c. 2. num. 10. & ſequitur Cou. 2. var. reſ. c. 4. num. 1. retractans contrariam ſnīam quam prius fuerat ſequutus. Qd̃ vero ad hæc eadem obligatio ſit in foro conſcientiæ, ex dicendis diſputatione ſequenti erit manifeſtum. Dixi ſi dolus in eo contractu non interuenit: qm̃ ſi dolus ex parte lædentis interueniſſet, non eſſet tanta libertas ex parte illius quo ad ſatisfactionis modum, vt diſp. 352. perſpicuū fiet.

2 Qd̃ † ad emptionē infra dimidium iuſti pretij attinet, conueniūt doctores, ſi res iuſto pretio valeat ſolum decem, & ematur quatuor, aut quatuor cum dimidio, emptionem eſſe infra dimidiū iuſti pretij: quia eſt infra quinque, quæ ſunt dimidium decem. Quo ad venditionē verò vltra dimidium iuſti pretij, voluerunt aliqui, tunc ſolum eſſe, quando aliquid venditur vltra duplū: vt ſi res pretio iuſto rigoroſo valeat decem, non eſſe venditionem vltra dimidium iuſti pretij, niſi vendat plus quā viginti. Contraria tñ ſententia eſt cōis, & amplectenda, ſatis videlicet eſſe, ſi vendatur vltra ſex qui alterum, hoc eſt, vltra dimidium ſupra iuſtum, vt in exemplo propoſito vltra quindecim, puta quindecim cum dimidio, aut alio maiori pretio. Ita affirmant glo. l. 2. C. de reſc. vend. & gl. c. cum cauſa de emp. & vend. quam ibi Panor. approbat, tametſi, c. cum dilecti eo. tit. in contrariam inclinauerit ſententiam. Eandem gloſſarū ſententiam amplectunť Sotus 6. de iuſti. q. 3. art. 1. Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 21. Cou. 2. vari. reſ. c. 3. n. 8. Gutier. de pract. qq. l. 2. q. 133. & pleriq; alij, quos referūt, eſtq; hodie definita in hoc Caſtellæ Regno l. 56. citata, & l. 1. ti. 11. l. 5. nouę collect. & in Luſitania ti. citato in pri. Eadē ſnīa corroborari poteſt qm̃ vt glo. l. 2. C. de reſc. vend. recte ait, iuxta contrariā ſnīam, venditio nō eſſet vltra dimidium iuſti pretij, ſed vltra duplum.

3 Pretium † autem iuſtum rei venditæ attendēdum eſt tpe, quo celebratus fuit contractus, non verò antea, aut poſt. Ita probant l. ſi voluntate in fine. C. de reſcind. vendit. & c. cum cauſa de emp. & vend. l. 56. & Luſit. ord. loco citato, de ſeq; eſt ſatis perſpicuum. Quia verò pretium iuſtū in indiuiſibili non conſiſtit, conſequens profecto eſt vt ad probandū aliquid emptum eſſe infra dimidiū iuſti pretij, ſatis non ſit, teſtes affirmare pñū iuſtum tpe contractus fuiſſe aliqd, comparatione cuius pretium datum ſit infra dimidium, ſed neceſſe eſſe teſtificari pretium illud fuiſſe infimum iuſtum rei illius tpe contractus, aut id ex illorum teſtimonio ſufficienter colligi: neq; . n. emptor tenebatur emere pretio rigoroſo, aut medio, ſed ſatis erat, ſi infimo iuſto emeret. Similiter ad probandū aliquid fuiſſe venditum vltra dimidiū iuſti pretij, neceſſe eſt, teſtes affirmare, pretiū rigoroſum rei illius, tpe contractus, fuiſſe tm̃, vt illius comparatione, pretium acceptum latitudinem dimidij excedat. Lege Cou. 2. var. reſo. c. 3. nu. 3.

4 Si res † infra dimidiū iuſti pretij empta ſit, emptorq. illam quocunq; titulo alienauit, datur vēditori actio aduerſus primum emptorē, vt, ſi rem non reſtituat, quia non poteſt, aut quia non vult eā recuperare, aut reſtituere, ſaltē augeat pretium vſq; ad latitudinē iuſti: non verò datur actio tunc aduerſus tertiū poſſeſſorē. Ita gl. l. 2. C. de reſcin. venditio. argumento quorundam iurium, quæ citat, conſentit Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 22. definitumq; eſt in Luſitanis ord. ti. citato. §. antepen. Idem exiſtimo habere locum, qñ emptor ſua ſponte conſumpſit, aut deſtruxit rem emptā: qm̃, vt in caſu alienationis gloſſa citata recte ait, per ipſum ſtetit, quominus res non exiſteret penes ſe, vt reddendo illam, reſcinderetur contractus, eaque de cauſa tenetur augere pretium vſque ad latitudinem iuſti: eadem verò ratio militat, quando ſua ſponte rem conſumpſit, aut deſtruxit. Vtrum aūt, in defectum emptoris, qui ſoluere non poſſit, detur actio aduerſus tertium poſſeſſorem. Coua. 2. var. reſ. c. 3. nu. 10. cum multis alijs, dari affirmat, qñ tertius ille titulo lucratiuo illam acquiſiuit: dari verò, vt vel rem reſtituat, vel pretium vſq; ad latitudinem iuſti augeat, vel ſi bona fide illam conſumpſit, aut alienauit, ignorans venditorem defraudatum fuiſſe, reddat quantum ex illa factus fuit locupletior. Dari item actionē aduerſus tertium poſſeſſorem affirmat, tum quando is infra dimidium iuſti pretij illam etiā emit, tum etiam quando titulo, ſiue lucratiuo, ſiue oneroſo, illam acquiſiuit, ſed cum ſcientia, quòd infra dimidium iuſti pretij fuerit empta: conſentitque hoc cum ijs, quæ diſpu. 328. de alienatis in fraudem creditorum dicta ſunt: tametſi Couarr. funda-

fundamenti huius non meminerit, quod tamen hac in re eſt præcipuum.

5 Quando res † vltra dimidium iuſti pretij fuit vendita, ſi emptor ita illam alienauit, vt habere eam non poſſit, aut eam conſumpſit, non conceditur ipſi in foro exteriori actio aduerſus venditorem. Rō eſt, quoniā venditor non tenetur niſi, vel ad reſcindēdum contractū, vel ad reſtituendū pretij exceſſum, prout ipſe maluerit: contractus autem reſcindi non poteſt, eò quod emptor reſtituere non poſſit rem emptam. Ita communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. nu. 22. citato & Gutier. 2. de pract. qq. q. 137. referunt, ac ſequuntur. Et cui patrocinatur l. 56. ti. 5. par. 5. tametſi, contrariū velint Cou. 2. var. reſ. c. 4. in calce numeri 14. & Aries Pinel. l. 2. C. de reſcindend. vend p. 2. & 1. nu. 39. In foro tamen conſcientiæ venditor reſtituere tenetur exceſſum pretij vſque ad altitudinem tantum ſupremi, aut rigoroſi.

6 Qñ † caſu fortuito res perijt, aut notabiliter deterior eſt reddita, ſiue empta fuerit infra dimidium iuſti pretij, ſiue vendita vltra dimidium iuſti, neq; emptori, neq; venditori, defraudato datur actio ꝑp eandem rationem, quia videlicet res abſque aduerſarij culpa perijt, & ꝙ perierit, reſcindi non poteſt contractus, quod eligere poteſt aduerſarius. Ita gl. l. 2. C. de reſcind. vend. & cōis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. vbi ſupra, & Cou. 2. var. reſ. c. 4. n. 14. Ariel Pinel. l. 2. C. de reſc. vend. p. 2. c. 1 nu. 36. & 37. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 137. eſtq; definita. l. 56. huius Regni citata. Quo fit, vt curandum non ſit, Pan. c. cum dilecti de emp. & vend. num. vltimo contrariam aſſeruiſſe ſententiam, aſſeueraſſeque eam communem eſſe interpretum canonici iuris. Cou. loco citato ait, ſi emptor qui infra dimidium iuſti pretij rem emerat, iuſto pretio illam vendidiſſet, tunc, re perempta dari actionem aduerſus primum emptorem, vt reſtitueret incrementum pretij vſq; ad infimum iuſtū, aut quantum ex eo pretio factus eſſet locupletior. Ratio, inquit, eſt, quoniam res illa manet apud primum emptorem quo ad pretiū, ꝙ pro illa accepit: quare exceſſu, quod pro illa accepit, cogetur iuſtum pretium complere: placetq; nobis hæc ſnīa, quæ eſt etiam quorumdam aliorum, quos refert Cou. præterea addit, ēt aduerſus eum, qui vltra dimidium iuſti pretij rem vendidit, dari actionem, nihil impediente, ꝙ res vendita perierit: quoniam, inquit, manet apud eum exceſſus pretij iniuſti, ꝙ pro ea accepit. Contrarium tñ ſonant iura apertè, præſertim l. 56. citata, affirmatque cōis doctorū ſententia: quare in exteriori foro non concedetur actio: in conſcientiæ tamen foro reſtituere tenebitur exceſſum pretij, tam ipſe quam, qui defraudauerit alium, emendo infra dimidium iuſti pretij, nihil impediente, quod res perierit.

7 Dubium eſt ſi uenditio † reſcindatur remedio legis 2. C. de reſcind. uendit. an gabella debeatur, & quis eam ſoluere debeat. Et quidē conueniunt omnes, illam deberi: quoniam venditio non fuit conditionalis, ſed pura, neque item fuit nulla ipſo iure, ſed valida, reſcinditurque poſtea perſonali actione læſi: quare, cum per illā ius ſemel quæſitum fuerit fiſco ad gabellam, reſciſſio in fauorem læſi adimere non poteſt ius illud antea quæſitū. Ita Aries Pinel. l. 2. C. de reſcin. vend. p. 2. c. 3. nu. 35. & Laſſarte de dec. vend. c. 14 nu. 13.

Quod verò ad id attinet, quis, & quantam gabellam ſoluere teneatur, prætermiſſis alijs opinionibus, quas Laſſarte vbi ſupra nu. 14. refert, dicendum cum eodem autore arbitror. Si venditor læſus ſit, emptorque reducere contractum eligat ad æqualitatem, perſoluendo, quod vſque ad infimū pretium iuſtum deerat; tunc, cum pretium venditionis accreſcat, accreſcere etiam gabellam fiſco ſoluendam. Et quia id non eſt noua venditio niſi ad æqualitatem, incrementum gabellæ debetur domino, & gabellario, qui erant tempore prioris venditionis, non vero ijs, qui fuerint, quādo venditio ad æqualitatem reducitur. Quia item emptor, ſi quam culpam priori illo modo cōmiſit, ſolum fuit defraudādo parté pretij iuſti, eamque iam modo reſtituit, in hoc Regno totam gabellam ſoluet venditor, iuxta leges huius regni: in
8 Luſitania † vero, ſicut emptor dimidium gabellæ ſoluerat, & aliud dimidium venditor, ſic quoque vnus eorum ſoluet dimidium incrementi, & alter aliud dimidium.

Si aūt emptor fuit læſus, quia vltra dimidium iuſti pretij rem emit, & venditor velit reducere ad æqualitatē contractum, reſtituendo exceſſum pretij vltra ſupremum iuſtū rigoroſum, ait Laſſarte vbi ſup. nu. 17. obtinere fiſcum debere integrā gabellā iuxta pretiū iniuſtū in primo contractu conſtitutū, ꝑp l. 1. ti. 17. l. 9. nouæ collect. quæ ſtatuit, vt decima totius pretij, pro quo res fuit vendita, ſoluatur, eo ꝙ venditio illa prima perfecta fuerit, & per eā fiſcus ius ad id totū cōparauerit. Arbitror tñ id eſſe falſum, neq. adhærendum ita eſſe verbis legis, qñ rem duram, diſſonamq. à recta rōne diſponerent, ſi, vt primo aſpectu ſonare videntur, intelligerét, præſertim qñ congruā habent interpretationem: ipſe autem Laſſarte confitetur, legem illā, vt ipſe eā intelligit, durum quid continere. Quia ergo lex nō exprimit, ēt ſi pretiū publica iudicis ſnīa pronunciatum ſit iniuſtū, ex illo toto ſoluendā eſſe gabellā, neq. verſimiliter præſumendū eſt, legiſlatores id intendiſſe ſed intendiſſe ſolum de pretio, de quo non conſtaret eſſe iniuſtum, eò ꝙ alioquin duram profectò & iniquam legem conſtituiſſent, quod de illis non eſt præſumendum; dicendum proculdubio eſt, per epicheiam, non intelligendam eam legem de pretio, quod ſnīa iudicis pronunciatum ſit iniuſtū, ac proinde de parte illa iniuſte accepta vltra pretium rigoroſum, reſtituendam eſſe gabellam, ſi illam gabellarius acceperat, idque non ſolū quando contractus ad æqualitatem reducitur, reddita ea parte pretij emptori, ſed etiam quando diſſoluitur contractus, reſtituente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam. Atque ita audio ſeruari in practica in Luſitania.

9 Si venditor † læſus ſit, emptorq; eligat reſtituere rem, & accipere pretium, diſtinguendum eſt. Quoniam, vel ſciens rem plus valere, eam amittam

tam

tam exiguo pretio, vel eam emit id ignorans. In hoc poſteriori euentu, cum neq; emendo, neq. reſcindendo poſtea contractum iuxta legis præſcriptum, fuerit in culpa, vtiq. in hoc regno venditor ſubiacebit damno gabellæ, quam perſoluit, in Luſitano verò, cũ dimidium ſoluerit emptor, & dimidium venditor, vnuſquiſq; eorum ſubiacebit damno partis, quam ſoluit. In priori verò euẽtu, quia emptor in culpa fuit emendo tã vili pretio, ſuumq; fratrem defraudando, ipſe, vltra pretium, perſoluet venditori gabellam, quã venditor ſoluerat, argumento l. debet, in fi. ff. de ædilitio edicto, quæ diſponit, qñ contractus reſcinditur, quia vẽditor, ſciens, rem vitioſam eſſe, illam vendidit, teneri, vltra pretium reſtituere emptori, ſi quam gabellam propter eam emptionem emptor ſoluerat, eadem verò ratio eſt in re de qua diſputamus.

Quęſt. Si verò emptor fuit læſus, & vẽditor eligat reſtituere pretiũ, & accipere rẽ, ſi, ſciens rẽ minus valere, eã vẽdidit, ipſe ſolus ſubiacere dẽt gabellę damno, pp ea, quæ proximè dicta ſunt. Si verò, id ignorans, illã vendidit, in Caſtellæ Regno ipſe ſolus ſubiacebit damno integræ gabellæ; quia iuxta iura eius regni ipſe ſolus eã ſoluit, ipſeque elegit contractus reſciſſionẽ, neq; emptor fuit ei in culpa. In Luſitania verò vnuſquiſq; eorum ſubiacebit damno partis, quam ſoluit; venditor quidem pp ea, quę proximè iuxta Caſtellæ ius dicta ſunt; emptor verò qm̃ venditor in nulla fuit illi culpa, vt loco illius ſoluere teneretur partem gabellæ.

10 Vtrum † autẽ, qñ reſtituenda eſt res infra, aut vltra dimidium iuſti pretij empta, reſtituenda ſit cum fructibus ex ea perceptis. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 2. nu. 24. Gutier 2. de pract. qq. q. 134. & pleriq; alij quos idẽ Gutier. & Cou. 2. var. reſ. c. 3. nu. 9. referunt, neganter reſpondent, atq. hãc opinionem fatetur Cou. loco citato in praxi eſſe receptam. Ratio eſt, qm̃ emptor dñium comparauit rei ita emptæ; & ſi ante contractus reſciſſionem perijſſet, vtiq. ipſi perijſſet: ergo interim dũ contractus non eſt reſciſſus, facit fructus ſuos.

Prętere a, qm̃ venditor toto eo tempore potitus eſt pretio, neque iam hodie cum vſuris tenetur illud reſtituere, vt Cou. ipſe confitetur: ergo æquitas in recompenſationẽ poſtulat, vt emptor fructus ex re ita empta perceptos ſibi retineat. Cou. tamen cum quibuſdam alijs, & Gre. Lopez ad l. 56. citatam verb. *deſamparar la coſa*, inclinat, fructus etiam eſſe reſtituendos. Mihi tamen plus Antonij Gomez & Gutier. opinio probatur, præſertim quando res vendita fuiſſet vltra dimidium iuſti pretij, & contractus, eligente id venditore, eſſet reſcindendus: vltra rationes quippe propoſitas, ſane æquitas non patitur, vt emptor potitus ſit toto eo tempore pretio tam exceſſiuo, neq. vſuras illius reddere teneatur, & nihilominus recipiat rem cum fructibus omnibus ex ea perceptis, aut ex pretio detrahere debeat æſtimationem illorum. Eſt etiam mihi probabilis valde eadem opinio, quando res empta fuit infra dimidium iuſti pretij, contractuſque reſcindendus eſt, eligente id emptore, ſaltem vt non omnes fructus reſtituere teneatur, ſed ad ſummum pro rata, iuxta quantitatem defectus pretij vſq; ad latitudinem iuſti, Neque enim plus æquitas poſtulat, neque humanum ius quicquam in contrarium ſtatuit. Accedit in confirmationem eiuſdem ſententiæ: tum quòd in praxi ſit recepta, vt Cou. fatetur, neque vſurę pretij ſint hodie in recompenſationem reſtituendæ: tum etiam, ꝙ in dubio melior ſit conditio eos fructus poſſidẽtis. Atque hoc mihi plus placet, quàm emptori eſſe reſtituendum intereſſe pretij, ſeu lucrum ex illo ceſſans, vt vult Gutier. vbi ſupra. q. 135. Vtrum autem, ſi contractus reſcindatur, & expenſæ factæ ſint ab emptore, ac melioramenta, in re empta, ſoluenda illi ſint, & num ex illis deducendi ſint fructus ab emptore ex re empta ꝑcepti, cõmodius diſp. 463. dicetur.

11 Etiam † ſi res aliqua in publica ſubhaſtatione uendita ſit infra dimidium iuſti pretij, locum habent, quæ hactenus dicta ſunt. Ita Ant. Gom. ubi ſupra, nu. 23. & doctores cõiter, conſonatque l. ſi quos. C. de reſcin. uend. & eſt definitũ in hoc Regno. l. 1. ti. 11. l. 5. nouę collect. & l. 4 Luſit. ord. ti. 30. §. ult. Vbi additur, ſi poſtquã de mandato iudicis res aliqua ſub haſta toto tempore ordinationibus conſtituto proclamata eſt, de iudicis mandato ſignificetur dño rei pretium, quod pro ea inuenitur, & ut uideat, an uelit debitum ſoluere, tunc ſi, expectatis octo alijs diebus, dominus rei debitum non ſoluerit, reſque uendita fuerit, neque domino rei, neque emptori, concedi poſtcà actionem ex eo, quòd res empta, aut uendita, fuerit infra, uel ultra dimidium iuſti pretij. Memento autem, iuſtum pretium rei in publica ſubhaſtatione uenditæ, æſtimandum eo pacto eſſe, quo diſputatione præcedente explanatum eſt. Ius Luſitanũ.

12 Prædicta locum † habent, nõ ſolum in emptione, & uenditione, ſed ẽt in locationibus, permutationibus, cambijs, & in reliquis bonæ fidei contractibus. Ita probat l. maioribus. C. cõia utriuſque iud. & affirmat cõis opinio q̃ Ant. Gom. ubi ſupra num. 22. refert, & Aries Pinel. l. 2. C. de reſcin. uend. p. 1. c. 3. nu. 17. eſtque definitum in hoc Regno l. 1. ti. 11. lib. 5. nouę collect. & in Luſitano ti. 30. citato. § 2. Ab hac doctrina in hoc Regno excipiuntur locationes, & conductiones redditurum Regis: in his. n. contractibus ſancitũ eſt, vt neq. ex parte miniſtrorum Regis locantium, neq; ex parte conducentium, eiuſmodi redditus locum habeat remedium legis. 2. C. de reſcind. uend. ita hr̃ l. 14. & 15. tit. 9. lib. nouæ collect. Excipitur etiã, qñ opifex aliquis ſeipſum locauit ad aliquid ædificandum, aut conficiẽdum, certo aliquo pretio: hic enim poſtcà non auditur, eſto dicat ſe eſſe deceptum infra dimidium iuſti pretij. Ita habetur l. 3. titu. 11. lib. 5. nouæ collect. Dubium uero eſt, utrum tranſacto locationis tempore, fructibuſq; iam non exiſtentibus apud conductorem, locum habeat remedium hoc. Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 28. cum quibuſdam alijs negat: quoniam, inquit, iam non eſt locus reo, ut eligat reſciſſionem contractus: ei uero optio datur, ut id eligat, uel reducat contractum ad æqualitatem: Atque ita ait uidiſſe non ſemel iudicatũ: tametſi addant, communiter iudicari in contrarium. Ius Caſtellæ.

Deciſ.

tium . Aries verò Pinel. l. 2. C.de reſcin.vend. p.1.c.5.num.10.Gutier.2.de pract.qq q.138.& alij:locũ habere affirmant,magiſq; id eſſe in praxi receptũ. Atq; in hanc ſententiã inclino,tanquã in æquiorẽ, & magis piam: & quoniã id credendum ſit reſponſuros legiſlatores, ſi interrogati fuiſſent, idque poſtulat natura illius contractus; alioquin inutilis ferè eſſet extenſio remedij illius legis ad contractum locationis, præſertim quando fructus rei locatæ eſt ſolus vſus illius.

13 Actio de † qua hactenus loquuti ſumus,de iure communi, iuxta Pan. c.cum cauſa.de emptio. & vend.& communem doctorum ſententiã, quàm Ant.Gom.nu.22.citato refert,ac ſequitur,conceditur triginta annis a die contractus celebrati.Lege etiam Couar. 1. var. reſ.c.2.nu.13.& lib.2.c. 3.§.vlt. De iure verò Luſitano ſolum conceditur intra quindecim annos,ſiue per partem læſam,ſiue per hæredes illius,intentetur.Ita habetur titu. 30.citato §.3.De iure autem Caſtellæ ſolum conceditur quadriennio, vt habetur.l.1.tit.11.lib.5. nouæ collect. Atque in Gallia decennio,vt ex Carolo Molin.Couar.nu.13.citato refert.

In Luſitania, eſto quis renũciet beneficio agẽdi hactenus explicato, & eſto in contractu dicat, ſe donare exceſſum, aut defectum iuſti pretij, atque eſto dicat ſe ſcire rem plus,aut minus valere, probarique ei poſſit contractus tempore, verum rei valorem agnouiſſe, poteſt nihilominus agere perinde ac ſi nihil horum interueniſſet.Hæc omnia habentur 4. lib.ord.ti.30.§.penult. Quod ad ius Caſtellæ attinet, res hæc non eſt adeo perſpicua: idem verò ſuadere videtur l.56. tit.5. par.5. dum ſtatuit,ſi interueniat iuramentum factum ab emptore,aut venditore, qui quatuordecim ætatis ſuæ annos excedat,quo ſe aſtringat, eſto plus, vel minus,res valeat,ſe nunquam intentaturum prædictam actionem,validum id eſſe,nec poſſe intẽtari : quibus verbis innuitur,minorem firmitatẽ, quàm iuramenti,ad id non ſufficere. Quod attinet ad iuscõe, Ant.Gom.c.2.citato,nu.26 idem, quod de iure Luſitano, vim habere affirmat. In

Ius Caſtellæ.

14 † primis, qm̃, qua facilitate adduceretur quis ad vendendum infra dimidium iuſti pretij, aut ad emendum vltra dimidium iuſti pretij,eadem adduceretur ad renunciandum beneficio legis 2. C. de reſc.vend.& ad dicendum,ſe donare incremẽtum,aut decrementum, vſq; ad iuſtum,quare inſufficienter eſſet prouiſum l.2. citata. Atque argumento a ſimili confirmatur hoc ipſum, ex l. ſi mulier.2.C.ad Veleia. & ex l.doli.§.diuerſum.ff. de nouationibus. Deinde,qm̃ l.vlt.§.item quæſitum.ff.de condict. indebiti,ſic ait Sceuola. *Item quæſitum eſt,an pactum,quod in pactionibus ſcribi ſolet in hunc modum, ex hoc contractu nullã inter ſe cõtrouerſiam amplius eſſe,impediat repetitionẽ. Reſpon. Nihil proponitur impedire.* Ex quibus verbis conſtat, eiuſmodi renunciationes nihil impedire, quominus intentari poſſit actio, non ſecus ac ſi factæ non eſſent. Atq; idem, aduerſus cõem opinionẽ,cẽſet Aries Pinel. ad l.2.C.de reſcind. vend.p.1.c. 2.a nu.10. Cou.verò 2.var.reſol.c.4.a nu.1.rẽ latè diſput. Atq. in primis cenſet,renunciatione in genere: non impediri actionem ex l. 2.C.de reſcind.vend.eaque eſt vna ex interpretationibus,quas.§.quæſitum eſt,adhibet,quòd.ſ.loquitur de renunciationibus in genere,ſecus in particulari. Deinde verò cenſet,renunciatione in particulari legi ſecundæ. C.de reſcind.vend.aut etiã donationes exceſſus, aut defectus, pretij vſque ad iuſtum, impediri actionem, hancque oſtendit eſſe cõem Bart. & aliorum opinionem, id quod non diffitetur Aries Pinel. loco citato. Quin & conditores Luſitanarum ordinationum hoc ipſum aſſeuerandum cenſuerunt ſtando in iure cõi, dum.§.penultimo, poſt diſpoſitionem relatam, addunt, eſto in his euentibus aliud de iure communi ſit diſpoſitum Cou. hanc opinionem cẽſet limitandum, vt quando exceſſus ſit notabilis,aut enormis, infra,aut vltra,dimidium iuſti pretij,renunciatio in particulari, aut donatio, non impediat actionem ex l. 2. C.de reſcin.vend.refertque ita in hoc Regno, atque alibi, in praxi fuiſſe iudicatum. Elige quod malueris. Illud admonuerim, in conſcientiæ foro,etiam in Luſitania,ſi de verò animo donandi exceſſum, aut defectum, pretij conſtet,locum non habere actionem: in exteriori verò foro,quoniam præſumitur eiuſmodi renunciationes,aut donationes,non eſſe liberas, ſed inuoluntarias mixtè,nullæ pronunciantur in Luſitania, & de iure communi res eſt controuerſa, vt relatum eſt,& quando coniecturæ ſunt, donationem eſſe inuoluntariam,conceditur actio,etiam a Cou. & ab alijs autoribus communis opinionis, ſtando in ſolo iure communi.

Ius cõmune.

15 Qñ quis † iuraſſet non intentare actionem ex l. 2 aut non contrariari contractui:ſiquidem animo verè donandi id feciſſet, ſtare teneretur omnino iuramento, neque poſſet illi relaxari, vtpote ritè factum. Excipe in Luſitania, vbi eo ipſo eſſet irritum, niſi ex Regis facultate eſſet factum, vt alibi dictum eſt. Si verò non animo verò donãdi eſſet adhibitum,ſeruandum ẽt eſſet,interim dum relaxatio illius non obtineretur, eò ꝙ eſſet de re licita ex parte iurantis: attamen peti poſſet relaxatio: non ſecus ac quando quis iurauit ſe ſoluturum vſuras. Excipe in hoc Caſtellæ Regno,ſi iuramentum præſtitum ſi a maiori quatuordecim annis, iuxta l.56 citatam:quia tunc actio non datur in exteriori foro,eò ꝙ cenſeatur renunciatum cum iuramento remedio legis 2. C. de reſcind. vend.eaque ratione denegatur actio. Atque idem eſt de iure communi,iuxta gloſſam. l. 2.C.de reſcind.vend.Bar.& communem doctorum ſententiam, quam referunt ac ſequuntur Cou. c.4.citato,nu.5.c.quamuis pactum p.3.§.4.num.4. Aries Pinel.l.2.C.de reſcind vend.p.3.c.1.a nu.1.Gutier. in authentica ſacramenta puberum, numero 89. Molina lib 2 de primog cap 3. nume 18. & alij excipiunt hi doctores, Greg. Lopez l.56.citata gloſſa vlt. & pleriquealij, quos citant, niſi læſio ſit enormiſſimas: tametſi Aries Pinel. vbi ſupra nu. 7. & 8. non approbet diſtinctionem de læſione enormiſſima, & non enormiſſima, vltra dimidium iuſti pretij. De hac tamen re ſermo redibit diſp.374.

Lici-

Licitene poſſit aliquid vendi maiori pretio, quàm valeat, aut emi minori, quando non eſt vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij.

DISPVTATIO CCCL.

SVMMARIVM.

1 *Vēdens rem maiori pretio, quam valeat, aut emēs minori, an peccet ita quod teneatur in foro cō ſcientiæ reſtituere, vel ſupplere vſq; ad iuſtum pretium.*

Quod ſic, nu. 3. ex communi.

2 *Ementes, & vendentes licitè poſſunt ſe circumuenire.*

4 *Emptio, & venditio, & ſimiles contract[illegible] pro cō muni vtilitate introducti.*

5 *Vendens bona fide cum ignorantia probabili rem vltra iuſtum pretium, licèt non peccet, tenetur tamen reſtituere quamprimum ſcierit.*

Declara tamen, & intellige, vt ibi.

6 *Ementes, & vendentes, ſeipſos decipientes infra, vel vltra iuſtum pretium, quare ius ciuile, & canonicum permittat.*

7 *Minori, & Eccleſiæ læſis vltra, vel citra iuſtū pretium, datur reſtitutio in integrum.*

CIrca diſputationem propoſitam conueniunt doctores, qñ dolus in contractu nō interuenit, in exteriori foro, tam ſeculari, quā eccleſiaſtico, non dari actionem, iuxta iura canonica & ciuilia ā diſputatione præcedente citata, quæ ſolū illā concedunt, qñ læſio eſt vltra, aut infra dimidium
Quæſt. 1 iuſti pretij. Controuertunt † tñ, an nihilominus interueniat peccatum cum reſtituendi onere in foro conſcientiæ vſque ad limites iuſti pretij.

Dur. ordinis minorum, vt Conra. de contract. q. 57. & D. Anto. 2. par. tit. 1. c. 16. §. vlt. referunt, aſſeuerauit, ementes, aut vendentes, illo modo, neque peccare, neque ad reſtitutionem teneri: in eademque ſententia fuere quidam iuriſperiti, quos Couar. 2. var. reſ. c. 4. nu. 11. citat.

Suadere autem poſſumus hanc ſententiā. Primo, quoniam tam iure ciuili, quam canonico, id permittitur, vt conſtat l. 2. & l. ſi voluntate, C. de reſc. vend. & c. cum dilecti, & c. cum cauſa, de emptio. & vend. vſque adeo verò permittitur, quod ſi ita defraudans conueniatur in iudicio abſoluetur: cum ergo, quod legis autoritate fit, iuſtè ac licitè fiat, conſequens eſt, vt in eo nullum interueniat peccatum, neque inde vlla reſtituendi obligatio conſurgat.

Confirmatur hæc ratio, quoniam lex humana potuit iuſtè in pœnam, atque ad vitandas lites, & pericula animarum, ſtatuere, vt qui eo mō quempiam defraudaret, reſtituere non teneretur: quēadmodum ſtatuit legem præſcriptionis, quæ vim habet in foro conſcientiæ.

Secundo, qm̄ l. in cauſæ. §. idē Pōponius, ff. de minorib. & l. item ſi pretio, §. quēadmodū, ff. lo-
2 cati, hř, licere naturaliter † ementes, & vendentes ſe circumuenire: & quod plus eſt, minoris emere, & quod minoris eſt, pluris vendere: ergo, qui emēdo, aut vendendo, egreditur latitudinē iuſti pretij, neq; peccat, neq; ad reſtitutionem tenetur.

Confirmatur ex illo cō: iuriſperitorum prologuio, tm̄ valet res quantum vendi pōt, quod doctores notant ex l. pretia rerum, ff. ad l. Falcidiam, tum ibi, tum alibi ſæpe, itemq; ex l. in re. C. mandati, quæ habet, *In re ſua vnuſquiſque eſt moderator, & arbiter*: ergo pro re ſua licite petere, & accipere poterit exceſſiuum pretium.

Gerſon de contractib. & in ſuis floribus aſſeruit, ita ementem, aut vendētē, peccare quidē, ſed reſtituere non teneri. Id ſibi perſuaſit, qm̄ nō peccat contra iuſtitiā; eo ꝙ volenti, ac conſentienti iniuria non fiat. Præterea, quoniā eiuſmodi contractus irritus non eſt ciuili, aut canonico, iure, ſicut eſt, qñ aliquid emitur infra dimidiū iuſti pretij, aut venditur vltra dimidium iuſti pretij.

Communis tñ theologorum, ac iuriſperitorū ſententia meritò aſſeuerat contrarium. Nempe,
3 † egredientem limites iuſti pretij, aut valoris rei, Deciſ.
emendo, vendendo, locando, permutando, aut quencunque alium contractū celebrando, peccare, reſtituereq; teneri vſque ad latitudinem iuſti pretij, aut valoris, rei eſto egreſſus non ſit infra, aut vltra dimidium iuſti pretij. Erit aūt lethale, aut veniale peccatum, pro quantitate egreſſus a iuſto pretio. Ita D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. Caiet. in opuſ. 17. reſponſ. c. 12. dub. 3. Conra. de contract. quæſt. 57. & 58. & latius ac melius in ſumma totius operis, in additione poſt ſummam quæſt. 57. Io. Med. de reſt. quæſt. 32. Sotus 9. de iuſt. quæſt. 3. ar. 1. Nau. c. nouit. de iud. Notab. 6. a nu. 47. & in Manu. c. 23. a nu. 77. Cou. 2. var. reſ. c. 4. n. 11. & plurimi alij, quos Couarr. & Nauar. citant. Poteſt autem probari primo, ratione D. Tho. Quo-
4 niā † emptio, & venditio, cæteriq; cōtractus, ſimiles, pro cōi vtilitate ſunt introducti, vt Ariſtot. 1. Polit. eſt autor, quatenus videlicet vnus indiget re alterius, & è contrario: quod autem pro communi vtilitate eſt introductum, eſſe non debet in grauamen vnius potius, quam alterius, iure naturali id efflagitante, quod præſcribit, vt, quod tibi rationabiliter non vis fieri, alteri non facias: eſſet autem in grauamen vnius potius, quam alterius, niſi æqualitas ſeruaretur inter rem, & pretiū, aut inter quaſcunque res alias, quæ commutarentur, quod vtique contra iuſtitiam eſſet commutatiuā, cuius eſt conſtituere æqualitatem in commutationibus quo fit, vt egreſſus quicunque a latitudine tota iuſti pretij, ſit peccatum contra iuſtitiam cōmutatiuam, atque adeò vt, quod ita defraudatum eſt, reſtitutioni ſit obnoxium. Secundo probatur ex illo 1. ad Theſſalon. 4. *Ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem ſuum, quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus.* Supergreditur, ait Paulus, vendendo ſcilicet rem plus, quam valeat, aut quouis alio modo inæqualiter per exceſſum rem cum illo commutando. Et Auguſt. 13. de Trinit. c. 3. *Minus*, inquit, *vel ſeipſum intuendo, vel alios quoque experiendo, uili emere*,

& care

& care vendere, omnibus credit eſſe commune. Sed quoniam re vera vitium eſt, poteſt quiſque adipiſci eiuſmodi iuſtitiam, qua ei reſiſtat. Ecce Auguſtin. tamquam vitium iuſtitiæ contrariũ id condemnat. Subiungit autem, ſe ſcire hominem, qui multo maius pretium dedit pro quodam codice, quàm venditor, pretij ignarus, ab eo poſtulaſſet: multi autem arbitrantur, hominem hunc fuiſſe ipſummet Auguſtinum. Tertio idem probatur, quoniam, vt autores contrariæ ſententiæ confitẽtur, habetque ciuilis, ac canonici iuris diſpoſitio, ſiquis id, quod pretio rigoroſo ad ſummum valebat decem, vendat pro ſexdecim, reſtituere tenetur latitudinem totam, quæ eſt vltra decem; eò quòd vendiderit vltra dimidium iuſti pretij: ergo quo ad totam eam latitudinem peccauit contra iuſtitiam; alioquin, ſi non quo ad eam totam latitudinem peccaſſet contra iuſtitiam, ſed ſolum quo ad exceſſum vltra dimidium iuſti pretij, ſolum teneretur reſtituere vnum: quicquid ergo pro ea re accipitur, vltra decem, totum accipitur contra iuſtitiam, obnoxiumque eſt reſtitutioni: mirum quippe eſſet, ſiquis, pro re valente ſolum decem, acciperet ſexdecim, teneri eum reſtituere ſex: ſi verò ſolum acciperet quindecim, ad nullã reſtitutionem teneri.

5 Illud † meritò admonent doctores communis ſententiæ, ſiquis bona fide, cum probabili ignorantia, egreſſus eſſet latitudinem iuſti pretij, quãuis non peccaſſet, excuſante illum ignorantia; teneri tamen poſteà, quando id comperiret, reſtituere, quod ita eſſet egreſſus. Ita Conr. Couar. Nauar. & Medin. locis citatis. Obſerua tamen, ſi exceſſum bona fide conſumpſiſſet, ſolum teneri, quantum ex illo eſſet factus locupletior: eo quòd non teneretur ex parte iniuſtæ acceptionis, ſed ex parte ſolum rei acceptæ. Illud addunt, ſiquis in dubio, an limites iuſti pretij egrediatur, aliquid accipiat, peccare ita accipiendo, tenerique poſtea reſtituere, niſi comperiat ſe non fuiſſe egreſſum. Dicerem tamen non peccare, ſi firmo, ac certo animo, tum examinandi poſtea, an id egreſſio ſit limitum iuſti pretij, tum etiam reſtituẽdi, ſiquid compererit fuiſſe egreſſum, illud accipiat.

6 Ad primum † argumentum pro contraria ſententia dicendum eſt, neque canonicum, neque ciuile ius, id permittere tamquam licitum, ſed ſolũ ad vitandas lites, & maiora mala, id non impedire, nec concedere ad id reſarciendum actionem, eo modo, quo lupanaria permittuntur, non tamquam licita, ſed ad maiora mala vitanda. quo fit, vt aſſeuerari non poſſit, id legis autoritate fieri; quippe cum lex id non approbet, ſed ſolum iuſta de cauſa, nec puniat, nec impediat. In eodem etiã ſenſu, qui defraudauit, ſed non vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij abſoluitur in iudicio; quia, ad vitanda maiora mala, neque punitur, neque cogitur, vel reſcindere contractum, vel ſatisfacere vſque ad limites iuſti pretij; non tamen quaſi factum illius in iudicio approbetur, iuſtumve, aut licitum, pronuncietur.

Ad confirmationem negandum eſt antecedẽs quando defraudatio eſſet cum mala fide. Tunc enim lex foueret peccata, & eſſet iniqua: ſicut iniquæ iudicatæ ſunt leges ciuiles quæ cum mala fidẽ præſcriptionem concedebant, iureque canonico ſunt abrogatæ. Deniq; quicquid ſit, vtrum lex humana id poſſet concedere, quando defraudatio eſſet cum bona fide, quod rarò contingeret. neque ſufficienter poſſet conſtare; nihil tamen ea de re comperitur ad hanc vſque diem ſtatutum; quo circa ſtandum eſt iuri naturali paulo ante explanato.

Ad ſecundum reſpondent Cou. 2. vari. reſ. c. 3. nu. 2. iuriſconſultus eis in iuribus loqui de circũuentione intra limites iuſti pretij. Id tamen ineptè appellatur circumuentio, vt ex ſe liquet; neque credo eum eſſe ſenſum illorum verborum, tametſi multi eo modo iura illa interpretentur, quare magis placet dicamus, ſumi ibi naturaliter, vt eſt idem quod gentium iure: in eo verò ſenſu dici licere, quia permittitur, & relinquitur impunitum: neque enim vlla vnquã fuit natio, quæ pro quacunque pretij aut valoris defraudatione actionẽ concederet. Atque hanc expoſitionem nõ reſpuit ibidem Cou. in poſtrema editione. Quòd ſi iuriſconſulti illi cenſuerunt, id licitum eſſe iure naturali preſſe, ac propriè ſumpto, ſanè errauerunt turpiter, neque ſtandum eſt illorum ſententiæ, ſicut etiam errauerunt admittentes præſcriptionem cum mala fide tamquam licitam.

Ad primam partem confirmationis dicẽdum eſt verum eſſe proloquium illud, ſi intelligatur, quantum res vendi poteſt intra latitudinem pretij iuſti; ſolum enim eo intendunt pretium iuſtũ non conſiſtere in indiuiſibili. Ad ſecundam partem dicendum eſt in ea lege ſolum haberi, dominum ſuæ propriæ rei in eo ſenſu eſſe moderatorẽ, & arbitrium, quod poteſt de illa diſponere in ſuũ præiudicium prout voluerit; mandatarius verò non item, ſed tenetur de culpa: inde verò perperã colligitur, dominum vendere poſſe licitè, ac iuſtè rem ſuam vltra pretium iuſtum.

Ad primum, vnde Gerſon fuit ductus, dicendum eſt, quamuis volenti, & conſentienti iniuria non fiat, quando vult omnino voluntariè, fieri tamen quando vult voluntariè mixtè, agiturque de exceſſu, quẽ in eo modo inuoluntariè det gratis, vt ex ijs, quæ in materia de vſura ſæpe dicta ſunt, liquet.

Ad ſecundum dicendum eſt, neq; cõtractum, in quo quis decipitur vltra, aut infra dimidiũ iuſti pretij, irritum eſſe in iure, ſed concedi actionẽ, vt, qui læſit, vel illud reſcindat, vel reducat ad æqualitatem. Præterea, quòd contractus iniuſtus in ſe irritus ſit, vel non, impertinens eſt, vt reſtituendi obligatio conſurgat, aut non cõſurgat, maximè in conſcientiæ foro.

7 Illud † obſerua, minori, ac Eccleſiæ, defraudatis, non vltra, neque infra dimidium iuſti pretij, quamuis non concedatur beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. de quo diſputatione præcedente dictum eſt, concedi tamen beneficium reſtitutionis in integrum, ſi notabiliter læſi ſint.

Eu-

Euentus, in quibus, ſine iuſtitia & reſtituendi onere, tranſgreſſio fit pretij, alioquin iuſti. Et num mercator, qui infimo pretio vendidit, & partem mercis nō reddidit, quę deerat vſque ad pretium rigoroſum, reſtituere illam teneatur.

DISPVTATIO CCCLI.

SVMMARIVM.

1 *Emptio & conductio quibus caſibus minori pretio quàm iuſtum eſt, licita ſit.*
2 *Venditio & locatio quando licita ſit vltra iuſtum pretium.*
3 *Venditor an ratione affectionis particularis quam habet ad rem poſſit aliquid vltra iuſtum pretiū accipere.*
4 *Donatio exceſſus, aut defectus in emptione & venditione, & alijs ſimilibus contractibus quando præſumatur.*
5 *Mercator vendens infimo pretio eius merces, & partem mercis retinens vſque ad pretium rigoroſum, an peccet, & reſtituere teneatur.*

QVando emptio, aut cōductio, vtilis eſſet venditori, vel locatori, emptori verò, vel conductori, minus vtilis, aut moleſta, caritate autē ductus, aut precibus vēditoris, vel locatoris, emeret,
1 aut cōduceret; tūc † fas illi eſſet minori pretio, q̄ alioqn iuſto, emere, aut conducere, ꝙ tn̄ iuſtū eſſet cōparatione ipſius, ſpectatis circūſtātijs oībus concurrētib. iuxta quas, arbitrio prudentis, eſt iudicādū, quantū minuere liceat de pretio alioquin iuſto. Exemplum eſt in eo, qui, rogatus conducit operas pauperis pro ſuſtentatione illius, aut modico alio pretio, vt ille habeat vnde ſuſtentetur. Ita Med. de reſt. q. 32. verſus fi. §. circa ſecundū, Cōrad. de contract. q. 57. & 58. Syl. verb. emptio. q. 7. Na. ī Man. c. 23. n. 84. & Sot. 6. de iuſt. q. 3. ar. 1.

Ratio autem eſt, tum quoniam decreſcit pretium, alioquin iuſtum, ex eo, ꝙ emptor, aut conductor, ea re non indigeat, aut moleſtum illi ſit emere tunc, vel conducere, vt priores quatuor autores citati affirmant. Tum etiam, quoniam, abundante tunc copia venditorum, aut ſe locantium, illiſque ſe offerentibus ad vendendum, aut ſe locandum, neque exiſtentibus alijs, qui emere velint, aut conducere, vileſcit pretium vt Sotus ait. Malè tamen negat, ex illo alio capite decreſcere etiā pretium, vt illi alij doctores affirmant.

2 E contrario, ſi res, quæ † venditur, aut locatur, plus valeat venditori, aut locatori, quam pretium commune iuſtum, quia videlicet, ſi eam a ſe abdicet, lucrum ipſi ceſſet, aut damnum ſibi emergit, accreſcere poteſt in pretio, quan tum hæc æſtimabuntur: modo tamen id emptori, aut conductori, ſignificet, gratia videlicet lucri ceſſantis, aut damni ſibi emergentis, incrementum illud pretij poſtulare: emptorq; aut conductor conſentiat: forſitan. n. emptor, aut conductor, ſolam rem, aut vſum illius, vult emere, non verò lucrum illud ceſſans, aut damnum emergens, ex quo nullū emolumentum ipſi aduenit, quodque emere non tenetur, eſto rem emere, aut conducere, intēdat. Pręterea, vt pretium ea de cauſa augeri atque accipi poſſit, neceſſe eſt, vt venditio, aut locatio, fiat in emptoris, aut conductoris, gratiam, vt illi ſubueniatur, aut, vt mos ei geratur: ſi enim venditor, aut locator, rem exponeret venditioni, aut locationi, quia ipſe indigere pretio, tunc quia gratia ſui vendit, non poteſt accipere pretium propter lucrum, ꝙ inde ipſi ceſſat, aut damnū, quod emerget. Lege quæ a diſp. 315. hac de re dicta ſunt.

3 Vtrum autem † ratione affectionis particularis, quam venditor ad rem, quæ venditur, habet, poſſit accipere aliquid vltra iuſtum alioquin pretium. Naua. nu. 84. citato, quem multi poſtea ſequuti ſunt, affirmat: quia pretio eſt æſtimabile priuare ſe re, ad quam tantopere afficitur. Sententia hæc intelligenda eſt, qn̄ venditor non leuiter eſt affectus ad rem, quam vendit; & præterea non æquè, ſed longè minus, afficitur ad pretium iuſtū rigoroſum illius. Si. n. æquè ad pretium afficeretur, compenſatio fieret priuationis rei, ad quam afficiebatur cum voluptate ęquali ex pretio commenſurato ac iuſto. Item intelligenda eſt, qn̄ ipſe non exponeret rem illam venditioni, oblataq. ſibi emptione iuſto pretio rigoroſo, nollet vēdere, rogatuſq; in emptoris gratiam conſentiret venditioni. Præterea intelligenda eſt, modo emptor intelligat, ſe, vltra rem pretio rigoroſo emere etiam affectum venditoris ad rem illam: forſan. n. emere id non vult, ſed ſolam rem, neque iuſtè vendi poteſt ignoranti ſe illud emere. Quia ergo hæc omnia rarò contingent conſulendum eſt, ne vltra pretium rigoroſum ea de cauſa aſcendatur, præſertim cum id iniuſtitiæ habeat ſpeciem, generareq; poſſit ſcandalum.

4 Illud eſt † obſeruandum, quanuis regulariter in emptionibus & venditionibus, locationibus, & reliquis oneroſis contractibus, præſumēda nō ſit donatio exceſſus, aut defectus a latitudine iuſti pretij; nihilominus, ſi contrahentes ſciant valorē rerum, & neuter neceſſitate aliqua cum altero cōtrahat, neq. interueniat vis, metus fraus aut aliud ſimile, præſumi tunc poteſt donatio, ſi aliquis defectus, aut exceſſus, a latitudine iuſti pretij interueniat. Ita Nau. c. nouit. de iud. notab. 6. num. 61. poſt Conr. de contract. q. 57. & 58. & Med. de reſtit. ad finem, q. 31. quicquid aliqui dixerint, quos Nau. cit. Secus autē eſſet, ſi quis, neceſſitate preſſus, venderet, eſto alius emeret, venditore ad id inſtigante atq; eſto emens illi diceret, rē plus valere, ſed ſe nolle emere maiori pretio, niſi fortè res ſub illo vendēdi modo nō plus valeret pretio infimo, vel eſſent apertè cōiecturæ veri animi donandi, ꝙ res aut valeret, q̄ pretium, quod pro ea dat.

Quod ad id attinet, quod in poſteriori diſputationis parte eſt propoſitū. Nō defuit, qui propēderet, in eo euētu nō interuenire peccatum contra iuſtitiam ſed ſolum contra fidelitatem, neq; con-
5 ſurgere obligationem reſtituendi. Propono † au-

Q tem

tem caſum in eo, qui, cũ vlna pãni pretio infimo venderet viginti quatuor argenteis, medio verò viginti quinque,& rigoroſo viginti ſex vendidiſſetq; ſex vlnas vigintiquatuor argenteis, meritus eſt ſolũ quinq; cum dimidia, aut aliunde occultã cõpenſationem fecit duodecim regaliũ. Ducitur, vt in hanc ſniam propendeat. Primo,qm̃ doctores cõuerdunt,licitum eſſe carius vendere intra latitudinem iuſti pretij,ſiquidem ſeruatur æqualitas & iuſtum pretiũ. Qđ aũt conuentio expreſſa minoris vendendi præceſſerit,ſolũ probat,peccaſſe aduerſus fidelitatem ob dolum, non tñ contra iuſtitiã,Neq; emptor eſt rationabiliter inuitus de exceſſu pretij quia, ex quo vult emere, non fit ei iniuria,quod res illi iuſto pretio vendatur. Decif.

Sc̃do,quoniã ſi quis, iuſtũ pretium ignorans, daret viginti ſex regales pro vlna,nõ tenetur venditor aliquid ei reſtituere, idq; non alia de cauſa, niſi quia vendidiſſet pretio iuſto,tametſi ſupremo.

Tertio,quoniã ſi quis neceſſitate coactus,ſciẽs prudẽs,daret viginti ſex regales pro vlna,tutus eſſet venditor in conſcientia: at,ſi iuſtum non eſſet pretiũ,nõ excuſaretur venditor ex eo, ꝙ alter ſciens & volẽs daret,eo quod neceſſitate coactus det. Si igitur,addit hic autor,in his euentib. venditor eſt a reſtitutione immunis, quia non iniuſto pretio vẽdit;ergo ſimiliter qñ pactum præceſſit ſi quidem tantundem,& non plus,accipit. Quod n.pactum expreſſum præceſſerit,non facit ad iuſtitiam dati & accepti,ſed ſolum ad fidelitatem & veracitatẽ, qua ratione venditor peccat frangendo fidelitatem,& verba ſolida non faciendo. Poſt hæc autẽ omnia idem autor addit. Cogita.

Non dubito, falſam eſſe hanc ſententiam, & quæ peccatis,atque iniuſtitijs, viam ſternat. Ne ergo confeſſarios,ac pœnitentes, decipiat, libuit ad longum illam referre, atque ad ſingula reſpondere. In primis hic autor non attendit, emptionẽ ac vẽditionẽ mutuo conſenſu ementis ac vendentis perfici;neque tunc fieri,qñ merces traditur & recipitur pretium;ſed antea mutuo conſenſu contractum illum fuiſſe conſummatum:ea autem eſt natura contractus, vt,poſtquam ritè eſt conſummatus, ex iuſtitia vtrunque contrahentium obliget, id ꝙ non ſolum conuenit oneroſis cõtractibus,ſed ẽt lucratiuis:eo enim ipſo,quod quis ex liberalitate,obligare ſe intendens,promiſit,ſi donatarius acceptauit,ex iuſtitia tenetur promittẽs implere contractum,vt in materia de promiſſionib. & donationibus oſtẽſum eſt:quare eo ipſo, quod vlna panni viginti quatuor argenteis eſt vẽdita, quẽadmodũ emptor de iuſtitia tenetur ſtare contractui, viginti quatuor argenteos pro vlna reddendo: ita de iuſtitia tenetur venditor ſtare contractui,reddendo vlnam pro illis duntaxat argenteis,eſto infimũ pretium iuſtũ vlnæ ſint: quare, ſiquid defraudet,vel de merce conſtituta, vel occultè de bonis ementis accipiendo,contra iuſtitiã commutatiuam peccat,reſtituereq; tenetur, neq; vllus,vnquam fuit, qui contrarium aſſeruerit,verève potuerit affirmare.Deinde hic autor non attendit,quando quis non ſtat pacto,ſeu cõtractui, ex iuſtitia obliganti,qualis eſt emptio & vẽditio, dupliciter peccare,vt diſp.262.explanatũ eſt,contra iuſtitiam videlicet, dum non implet contractum, vt ex iuſtitia tenetur illud ve tranſgreditur, quod ex ſuo genere eſt culpa lethalis, vt ibi dictũ eſt & contra fidem,ſeu fidelitatem datã, quæ fundamentum eſt iuſtitiæ,& latius,quam iuſtitia,patet. Imò vero Caiet.arbitratus eſt, quando fides tali contractu datur, diſtinctam non eſſe a iuſtitia,qua ex eo contractu quis tenetur, infidelitatẽque diſtinctam ſimiliter non ab iniuſtitia,qua eidem contractui non ſtatur. Præterea non aduertit idem autor,aliud eſſe, interim dum contractus celebratur, integrum eſſe vtrique contrahentium non velle cum altero conuenire, niſi in quo pretio ipſe maluerit intra latitudinem iuſti: aliud verò,poſtquam contractus eſt celebratus, mutuoq; conſenſu in pretio certo intra latitudinẽ iuſti conuenerunt, iuſtitiam non pati aliquid inſuper pro merce occultè accipi: id.n.proculdubio iniuſtitia,quin & furtum eſt. Si.n.taxatio pretij per publicam poteſtatem,tantum vim habet,vt acceptio maioris pretij pro merce, iniuſtitia ſit,cum reſtituendi onere, quanto magis id efficiet contractus emptionis & venditionis mutuo vtriuſque conſenſu in aliquo certo ac determinato pretio intra latitudinem iuſti conſummatus, ac perfectus.

Deinde ſic licet argumentari. Vnuſquiſque habet ius nollẽdi emere a priuato,niſi quo pretio voluerit ipſa intra latitudinẽ iuſti: ergo,q illũ cogeret emere pretio medio,aut rigoroſo, non efflagitante id bono cõi,vtiq; iniuriã illi faceret, & contra iuſtitiã peccaret,cũ reſtituendi onere,quãtum ſua intererat,non ita emere;multò ergo magis iniuriam illi faciet,contra iuſtitiãq; peccabit,atque ad reſtitutionẽ tenebitur, qui, poſtq̃ emptor ſuo iure eſt vſus,mutuoq. cõſenſu p̃tio infimo emit, occultè ab eo accipit vſq. ad pretium rigoroſum. Adde,data ea opinione, aut potius errore pernicioſo,concedẽdum eſſe,qs domũ, equũ, aut q̃uis aliã rẽ vendidit,ſi cõperiat rigoroſum pretiũ non accepiſſe,poſſe,ſine vitio ſaltẽ iniuſtitiæ,onereq. reſtituẽdi, occultè cõpẽſare vſq; ad pretiũ rigoroſum:hoc aũt qui non videat,q̃ falſum ſit,& quot malis oſtium in Republica,atq. Eccleſia,aperiat.

Ad primum ergo contrariæ ſniæ argumẽtum, conceſſa maiori,ſi intelligatur, interim dum celebratur contractus, non verò poſtquam iam celebratus eſt mutuo conſenſu pro infimo pretio,neganda eſt minor, nempe ex conuentione expreſſa præcedente vendendi minori pretio,ſeu potius ex contractu venditionis minori pretio conſummato mutuo conſenſu, ſolum concludi peccatũ contra fidelitatem,& nõ contra iuſtitiam: oſtenſum quippe eſt,contrarium eſſe verum.

Id vero ꝙ ſubiungit, emptorem.ſ.rationabiliter nõ eſſe inuitum de exceſſu pretij,&c. falſum proculdubio eſt,non ſolũ,ſi intelligatur poſt perfectum contractum minori pretio, ſed ẽt ſi,abſq; ipſius conſenſu, occultè efficeretur emere maiori pretio: non verò ſi venditor non aliter celebrare cum eo vellet contractum,niſi maiori pretio.

Ad ſecundum dicendum eſt,totum,ꝙ aſſumitur,eſſe, verum, dũ contractus celebratur: conſequen-

quentia autem eſt nulla, ſi inde infertur, idem eſſe, ſi occulte accipiatur maius pretium poſt cõtractum minori pretio celebratum.

Ad tertium ſimiliter dicendum eſt, totũ, quod aſſumit, eſſe verum, quia ſermo eſt, dum contractus celebratur: conſequentia verò eſt nulla, qua infert, idem eſſe, ſi poſt celebratum contractum occulte accipiatur maius pretium intra limites iuſti: oſtenſumque eſt, præceſſiſſe contractum, in cauſa eſſe, vt iniuſtitia in eo committatur.

Validane ſit emptio & venditio, in qua dolus interuenit.

DISPVTATIO CCCLII.

SVMMARIVM.

1 *Deceptio multiplex.*
2 *Dolo deceptus quando quis dicatur.*
3 *Dolus quot modis in contractu interuenire poſſit.*
4 *Dolus quando dare cauſam contractui dicatur.*
5 *Dolus quando in contractu incidere dicatur.*
6 *Dolus quot modis interuenire dicitur in cõtractu.*
7 *Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, reddit contractum ipſo iure nullum, ex parte decepti, non decipientis.*
Limita in matrimonio, nu. 9.
Declara & intellige, vt nu. 11.
8 *Deceptus ſi velit ſtare contractui, decipiens quoque tenetur illi ſtare, non è conuerſo, licet contractus ſit nullus.*
10 *Dolus quando dat cauſam contractui decipiens tenetur decepto ad damna omnia tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis.*
11 *Dolus dans cauſam contractui adhibitus a quodã tertio, non reddit contractum nullum, ſed datur decepto actio aduerſus tertium.*
Intellige vt nu. ſeq.
12 *Inuoluntarium ex errore quo caſu non vitiet contractum ex natura rei.*
13 *Dolus incidens in contractu non reddit contractũ nullum, ſed datur actio decepto ad repetendum quod plus dedit.*
14 *Dolus quando incidit in contractu, an detur optio decipienti, vel illum reducere ad æqualitatem.*
15 *Venditor ſi ſciat valorem rei, eamque pluris uendat quam valeat an ad reſtitutionem teneatur.*
16 *Dolus dãs cauſam cõtractui ſtricti iuris, reſcindit contractũ ope exceptionis, vel actione dolo: ſecus in foro conſciẽtiæ, in quo eſt ipſo iure nullus.*
17 *Dolus quando incidit in contractu ſtricti iuris, in foro conſcientiæ ad quid teneatur doloſus, & ad quid in foro exteriori.*
18 *Praxis quæ ſeruanda in foro conſcientiæ, circa contractus dolo initos.*

QVæ diſpu. 349. & 350 ſunt dicta, intelligenda ſunt, quando fraus propter dicta, ſeu dolus, non interuenit in contractu. Nunc verò examinandum eſt, validane ſit emptio & venditio,
1 in qua dolus interuenit. Obſeruandum † aũt eſt, vt doctè, inter alios, notat Conr. de contractibus in ſummario totius operis, in additione poſt ſũmarium q. 57. deceptionem poſſe multis modis prouenire. Vno, cum ignorantia decipientis. Vt ſiquis, exiſtimans ſe vendere rem iuſto pretio, illam vendat plus, quàm valet. Atque deceptio hęc dicitur re ipſa interuenire, & non a propoſito. Alio modo cum ſcientia, quod alius decipiatur: quæ deceptio dicitur eſſe a propoſito. Vt ſiquis ſciens rem minus valere, eam vendat plus, quam valet. Hoc autem multis modis poteſt euenire. Aut
2 † enim interueniente dolo; vt ſi, propoſitis aliquibus falſis, quis ad aliquid emendum adducatur, aut adducatur ad emendum id plus, quã valeat; vel ſi aliquid fiat vt emptor decipiatur, quale eſſet, mittere argentum viuum in aures iumenti vẽdendi, vt ea ratione minus ſegne appareat, vel re aliqua contegere defectus illius vt ab emente non cognoſcantur; vel denique, ſi facto, aut verbis, deceptionis occaſio, ementi præbeatur, aut non detegatur ei aliquid, quod venditor quaſi ex officio detegere ei tenetur, iuxta ea, quæ diſputatione ſequenti dicenda sũt. Si aũt nihil horũ interueniat, ſed ſolum cũ ſcientia, quod res minus valeat, vendatur plus, quam valeat, affirmante venditore, ſe non minori pretio illam daturum, tunc dicitur quidem vendi a propoſito plus, quam valeat, nõ tamen cum dolo iuxta ea, quæ diſputa. 293. dicta
3 ſunt, & paulo inferius ſubijciemus. Doloſus † pterea duobus modis interuenire poteſt in contractu, Vno, ita vt det cauſam contractui. Altero, ita vt cauſam non det contractui, ſed in contractu
4 incidat. Tunc † dolus dare cauſam dicitur cõtractui, emptionis, v.g. quando emens non erat rem empturus, niſi dolo ad illam emendam fuiſſet inductus. Vt ſi rem aliquam emat, quia falſo dictũ ei fuit, vtilem eſſe ad id, ad quod vtilis non erat, quam tamen non emiſſet, ſi id dictum ei nõ fuiſſet. Vel ſi vinum emat, quia mentitum illi fuit, eſſe plurium annorum, aut ex aliquo loco; quod tamen non emiſſet, ſi ſciret non tot eſſe annorũ,
5 vel eſſe ex alio loco. Tunc † verò dolus incidere dicitur in contractu, quando emptor erat quidem empturus eandem rem, ſed non tanto pretio, niſi dolo fuiſſet ita inductus.

6 Dolus itẽ † duobus modis interuenire dicit in contractu emptionis, verbi gratia. Vno, per ipsũmet venditorẽ, participanteve venditore in illo. Altero, per tertiũ aliquẽ, vt per proxenetã, aut aliquem alium, venditore in illo non cõmunicante.

7 His ita cõſtitutis prima concluſio eſt. Qñ † dolus cãm dat emptioni, aut venditioni, aut cuicunque alteri contractui bonæ fidei, altero contrahẽte in dolo cõicante, contractus, neque in conſciẽtiæ, neque in exteriori foro valet, ſed, in decepti fauorem, eſto ipſo iure nullus, eſto deceptus non ſit vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij, imò verò eſto contractus alioquin ſit vtrinque æqualis. Quòd ſi deceptus velit nihilominus ſtare contractui, decipiens diſſoluere illum non poteſt, ſed cogitur illi ſtare. Concluſionem hanc de omni vniuerſim contractu bonæ fidei ſtatuimus ſup. diſp. 259. eáq; probauimus ex l. ſi dolo. C. de reſcind.

vend.l.3.§.vlt.ff.pro ſocio l.dolo vel metu. C.de inutilib.ſtip. iunctis gloſſis eiſdē in iurib. & ex l. 57.iūcta 63.ti.5.p.5.Eamq; affirmāt gl.& Bart. l.& eleganter in pr.ff.de dolo, gl.l.2.C.de reſcin. vend.gl.& Pan.c.cum dilecti.n.6.& ſeq.de empt.& vend.Conr.de cōtract.in ſummar.ad q.57. dicto 14.vna cum 1.& 2.ibi ſub iūctis. Cou.reg. poſſeſſor.p.2.§.6.nu.6.Io.Med.de reſt.q.33.Aluar.Valaſ.de iure emph.q.5.nu.9. Syl.verb.culpa.q 7.Aug.verb.dolus nu.9.& doctores cōiter: quare reijcienda eſt ſententia Petri a bella pertica,& Ioan. Andreæ,quos Pan.Cou.& Conr.referunt,aſſerentium,contractum in hoc euentu non eſſe ipſo iure nullum, ſed reſcindendum eſſe doli exceptione, non ſecus ac ſi eſſet contractus ſtricti iuris. Prior concluſionis pars,ꝙ ad conſciētiæ forum attinet.Probatur. Qm̄ ſic deceptus conſenſurus non erat in cōtractum, vt ſupponimus,ſed per errorē conſenſit,illo eodem,cui ſe obligauit, conſenſum extrahente per dolum atq; iniuſtitiā: cum ergo error inuolūtarium in re propoſita cauſet, aſſenſuq; extortus ſit per dolum ac iniuſtitiā eius,cui conſentiens intendebat ſe per eum obligare: conſequens eſt, vt non magis efficax ſit ad obligandū, ſtādo in foro conſciæ ac iure naturali,q̄ cōſenſus extortus p vim & metū, de quo diſp.326.ad 2.oſtendimus non obligare. Qd ad forum verò exterius attinet,ex iuribus citatis liquet pars eadē concluſionis, conſentitque hac in parte forū exterius cum conſciæ foro ac iure naturali.

Ex probatione proximè facta colligunt Med. & Conr.locis citatis, contractū illū,ſtando in iure naturali ac in conſciæ foro, ſicut nullus eſt ad obligandum deceptum, ſic nullum eſſe ad obligandum decipientem:qm̄,inquiunt,cum contractus ſit vltro citroq; obligatio,qn̄ ex parte vnius contrahentiū non conſurgit ex illo obligatio,nō conſurgit ex parte alterius. Fatentur tn̄, ſi decipiens aīum habuit ſe obligādi in euētu, quod deceptus vellet eū obligare,ſtareq; ex ſua parte contractui, tunc decipientem manere ex ſua parte obligatū. Admonent,præterea, adminiculo humani iuris, quod,vt l.2.§.verba. ff.ad Velleia.& c.cū vniuerſorum,de rerum permut.ac alijs iuribus habetur, deceptis,non verò decipientib. ſubuenit,cogi decipientem in foro exteriori ſtare contractui,ſi deceptus ſtare velit;ac tunc, iudice præcipiente teneri decipientem in conſcientia ſtare contractui, iure humano præbente efficaciam,vt etiam in foro conſcientiæ maneat obligatus. Atque hinc vim habere exiſtimant poſteriorem partem concluſionis,ſufficienterque manere comprobatam.

8 Ego † probabilius multò arbitror, abſolutè,qn̄ quis per dolū,cauſā dantē cōtractui, cum aliquo celebrauit contractum manere obligatum in conſciæ foro ad ſtandum illi, etiam ante vllā iudicis ſnīam,aut cōpulſionē,modo deceptus velit, idq. nihil impediente, ꝙ ex parte decepti, nec in conſcientiæ,nec in exteriori foro, conſurgat obligatio.Ducor,qm̄ conſenſus abſolutus ex parte decipientis,ſufficiens re vera eſt ad ipſum ex ſua parte obligandum,modo deceptus, ex parte ſua contractui ſtare velit: ꝙ aūt is, qui dolum ac iniuriā eſt paſſus,non teneatur,ſi velit,per accidens ſanè eſt ad hoc,vt ille alius ex parte ſua non maneat obligatus. Neque verum eſt, ſemper ex contractu naſci vltro citroque obligationem, vt ipſimet cōcedunt, qn̄ decipiens intenderet ſe obligare in euentu,ꝙ deceptus ſtare vellet contractui: tunc.n. deceptus non magis maneret obligatus,q̄ ſi decipiens abſolutè iniuiſſet eundem contractū, quare eſſet tunc obligatio ex parte decipientis adiſtandū contractui, dependenter ex eo quod deceptus illi ſtare vellet,ſine obligatione ex parte decepti ad id ita volendum,ad ſtandumve contractui. Ac ſane, qn̄ alter contrahentium ſua culpa eſt per accidēs, cauſa quod ex parte alterius nulla obligatio oriatur;nullum omnino eſt abſurdum,ꝙ ex cōtractu, ex quo alioquin vtrinque obligatio oriretur, naſcatur ex altera tantum parte. His accedit,ius humanum videri intendiſſe tribuere vim conſenſui doloſi ad eum obligandum ante latam ſnīam, iudicisve compulſionem, non ſolum in pęnā doli, ſed ēt ex naturali æquitate, & qm̄ ita bono cōi erat expediens:ij aūt, cum quibus diſputamus,admittunt,humanum ius efficere poſſe,vt ea obligatio ex altera tantum parte conſurgat, mō ea fuerit legum latorum mens. Quare non arbitror neceſſariam eſſe iudicis ſententiam,aut compulſionem,vt doloſus teneatur ſtare contractui, ſi deceptus ſtare illi velit,nec poſſe ex ſua parte illū diſſoluere, vt iura ſonant apertè. Qn̄ autem aliquis interius non conſentiret in contractu, ſed ſimulatè verbis ſolis externis illū iniret aīo decipiēdi eum,quocum contraheret, tunc ſanè in foro conſcientiæ non teneretur illi ſtare, niſi fortè ratione iniuriæ,quā decepto intuliſſet:pręſertim ſi ea via aliquid ab eo obtinuiſſet,vt ſi, pp ſpōſalia eo modo conficta,mulier copiam ſui feciſſet,aut niſi ratione ſcandali: in foro tamē exteriori regulariter præſumeretur conſenſus internus, cogereturque ſtare contractui verbis exterius celebrato.

Illud eſt obſeruandum, quamuis cōcluſio propoſita locū habeat in bonæ fidei contract.b. onero-
9 ſis,in † mrīmonio tn̄ locū nō habere,vt d.259. citata dictū eſt. Si.n.quis p dolū,qui cām det cōtractui,cum aliqua contrahat,affirmans ſe habere diuitias,aut eſſe nobilē,vel habere alias qualitates,quas non habeat,ſanè, interim dum dolus errorē non cauſet in perſonam,aut in conditionem libertatis,validū eſt mrīmoniū pp natura indiſſolubilitatem,ac priuilegia eius contractus. Quare miror Io.Med.q.33.citata ex concluſione propoſita inferre, quando dolus cauſam dat contractui matrimonij, inualidum eſſe in foro conſcientiæ.

10 Secunda concluſio. Quando dolus † dat cauſā contractui,non ſolum eſt ipſo iure nullus in fauorem decepti,ſed etiā decipiens tenetur decepto ad damna omnia, tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis, ex eo contractu decepto ſubſequuta. Ita Conrad.loco citato, & doctores communiter,conſentit.l.26.titu.5.p.5.Et poteſt facilè probari. Quoniam decipiens cauſa eſt iniuſta omnium illorum damnorum ob ſuum dolum ac culpam: ergo tenetur ad reſtitutionem illorum omnium,iuxta. c.ſi culpa,& de iniurijs,& dam.dat.

11 Tertia concluſio. Qñ † dolus cãm quidem dat contractui, ſed adhibetur a quodam tertio, nõ cõſcante altero contrahente in dolo, validus eſt contractus, datur tñ decepto actio aduerſus tertium, qui dolum adhibuit, vt hr̃ expreſſe l. 2. ff. de proxenetis. Hæc eſt glo. l. & eleganter citatæ, conſentaneè ad textum ibi, & gloſſæ c. cum dilecti. de empti. & vend. conueniuntque in ea Conr. in addit. citata dicto 3. & 4. & Med. q. 33. citata, vt ſit vera ſaltem in foro exteriori. In conſcientiæ autẽ foro cenſent, ſtando in ſolo iure naturali, contractum eſſe nullum. Id vero ſibi perſuadent, qm̃ cũ error tollat voluntarium, deceptuſque præbiturus re vera non fuiſſet conſenſum, niſi dolo ad conſentiendum fuiſſet adductus, vtique conſenſus ille non habet tantum uoluntarij, quantum eſt neceſſarium ad obligandum contrahentem. Præterea cenſent, humanum ius in cõe bonum potuiſſe tribuere vim illi cõtractui, vt eſſet validus, nihil impediente, ꝙ deeſſet id voluntarij. Quare, inquiũt, num contractus ille vim reipſa habeat in foro cõſcientiæ ita, vt alter contrahentium tuta conſcientia agere poſſit aduerſus deceptũ, nihil impediente, quod de dolo tertij ipſi conſtet, pendens eſt ex mente humani iuris ea in re. Si n. inquiunt, meus legum latorum fuit, denegare ſolum actionem vtrique contrahentium ad eum contractum diſſoluendum, permittereq; actionem aduerſus deceptum ad illi ſtandum, eo modo quo actio permittitur aduerſus deceptum, non vltra, nec infra, dimidium iuſti pretij, tunc, aiunt, alterum cõtrahentium non poſſe tuta conſcientia agere ac cogere deceptum ſtare contractui: eo quod contractus ille ſit reipſa nullus in conſcientiæ foro. Si verò, inquiunt, mens legum latorum fuit, tribuere vim contractui illi, vt validus eſſet omnino, tunc agere tuta conſcientia poſſe, & cogere deceptum ſtare contractui: quia validus re ipſa eſt in foro conſcientiæ. Conradus loco citato definire nõ audet, quæ fuerit mens iuris humani hac de re. Medina uerò arbitratur, mentem fuiſſe, tribuere illi uim; vt validus eſſet in foro conſcientiæ, atque adeo tuto cogi poſſe deceptum illi ſtare.

Vt, quod ſentio, proferam. Arbitror, cõtractũ 12 illum, ſtando † in ſolo iure naturali, eſſe ualidũ, falſumque eſſe fundm̃, cui Conr. & Med. nituntur. Nempe inuoluntarium illud ſufficiẽs eſſe, vt cõtractus ille ex natura rei, ſtandoque in ſolo iure naturali, ſit nullus. Atq; hac de cauſa nos in probatione primæ cõcluſionis innixi nõ fuimus ſoli inuoluntario, vt Conr. & Med. nitunt̃, ſed potiſſimum iniuriæ ac dolo, quo contrahens ipſe, comparatione cuius reſultare obligatio debet, conſenſum extrahit. Quo loco obſerua, q̃uis inuoluntarium, ꝙ oritur ex errore, nõ quocunq;, ſed cauſæ, cui donãs nititur ad donandũ, inualidam reddat donationẽ, vt diſp. 209. latè explanatũ eſt, in contractibus tñ onerofis, inuoluntariũ, quod ex errore oritur penes motiuũ vnde quis inducit̃ ad contrahendũ cum aliquo, vt ad emendum, permutandũ, cõducendum, &c. non vitiat contractũ ex rei ipſius natura, & multo minus eum vitiat inuoluntarium, quod oritur ex ignorantia aliarum, circũſtantiarum, quas ſi ſciret, non celebraret talẽ contractum. Rõ eſt, qm̃ nullus contrahentiũ admitteret eam legem, ſi illam proponeret alter cõtrahentium, neque ea lex cõi expedit bono: quare cõtractus ex ipſa rei natura non cenſentur ſub ea lege celebrari. Quo circa arbitror, humanas leges in re, de qua diſputauimus, id ſtatuiſſe, ac explicaſſe, quod natura ipſa rei habet. Quando ergo in commercijs: & contractibus humanis ex errore inæqualitas non reſultat, non ſolum arbitror ex errore in motiuis non reddi contractus inualidos, ſed neq; obligationem eſſe illos alterandi ac moderandi. Atque hinc ceſſant dubia alia, q̃ Ioã. Med. q. citata excitat, num videlicet validus ſit cõtractus, qñ emptor ſe ipſum ex vincibili, aut inuincibili, ignorantia decepit, credens rem, quam emebat, ad id conducere, ad quod verè non cõducebat. Dicẽdum quippe eſt, validum eſſe. Si tamẽ ex errore inæqualitas reſultaret, quia datum eſſet vltra pretium iuſtum rigoroſum, tunc reducẽdus eſſet contractus ad æqualitatem. De ignorantia vitij rei vẽditæ, num reddat contractum inualidum, & vtrum venditor teneatur illud detegere diſputatione ſequenti dicetur.

Petes, vtrũ ex contractibus, q̃ modo explicato ſunt nulli ex parte ementiũ, debeatur gabella, qñ nulli pronunciantur, ita vt, ſi gabellarius illã accepit, reſtituere eam teneatur venditori. Rñdẽdum arbitror, deberi: qm̃ ex parte vẽdẽtis validi ſunt, illumque obligãt, vt dictum eſt, quod ſatis eſt, vt fiſcus ius comparauerit, quod ſemel quęſitum nõ amittit. In eo vero euentu, ſolus venditor, qui in culpa fuit tenetur illam integram ſoluere, etiã in Luſitania iuxta l. debet, in fine. ff. de ędil. edict. & ea, quæ diſp. 349. dicta ſunt. Conſentire videtur Laſſarte de decim. vend. c. 14. nu. 10.

13 Quarta concl. Qñ † dolus fuit q̃dẽ a cõtrahẽte cõmiſſus, ſed ſolũ incidit in contractu, quia alter empturus, v. g. erat rẽ, ſed non tãto pretio, tũc tam in conſciæ quam in exteriori foro, validus eſt contractus, ſed datur actio decepto, ẽt ſi non vltra dimidium iuſti pretij ſit deceptus, ad repetendum, quod ratione doli plus dedit. Hæc etiam diſputa. 259. aſſerta fuit, atque eſt gl. l. eleganter. in princ. ff. de dolo, & glo. c. cum dilecti. de empt. & vend. iuxta text. in l. Iulianus, §. ſi venditor, ff. de actionib. emp. & l. ſi quis affirmauerit, ff. de dolo, & hr̃ l. 57. tit. 5. p. 5. In eaque conueniunt Conr. in additione citata dicto 5. 6. & 7. Medin. q. 33. citata, Ang. verb. dolus, nu. 9. Syl. verb. culpa q. 7. & doctores communiter. Ratio autẽ, quare contractus validus in vtroque foro ſit, eſt: quoniã dolus non fuit cauſa contractus, quippe cum contractus futurus erat, eſto dolus non interueniſset; fuit tamen cauſa exceſsus pretij, & idcirco ſolum eſt inualidus quoad id, cuius dolus fuit cauſa: vtile enim non vitiatur per inutile, vt habetur reg. vtile, de reg. iur. lib. 6. Circa ſecundam concluſionis partẽ obſerua, quando dolus incidit in contractu, reſtituendum eſse, non ſolum, quod vltra pretium rigoroſum acceptum eſt, ſed etiam quicquid per dolũ acceptum eſt ſupra pretium, quod emptor re ipſa erat iuſtè accepturus: totũ quippe eiuſmodi

incrementum iniuſtè per dolum fuit extortum.
Petes, vtrum in euentu quartæ huius concluſionis, gabellarius remittere, reſtituereque teneatur de gabella debita ratione primi cõtractus. Neganterque eſt reſpondendum: puniendus quippe eſt venditor propter dolum in ſolutione integræ illius, iuxta l. debet. ff. de ædil. edict. & in Luſitania reſtituere tenetur emptori vna cum parte pretij, quod plus accepit partem gabellæ, quam, quo ad eam partem pretij, emptor ſoluit.

Dubiũ 14 Dubiũ eſt, vtrum † qñ dolus incidit in contractu, detur optio decipienti, vt reſcindere poſſit cõtractum, vel reducere illum ad æqualitatem, vt ipſe maluerit, ſicut datur qñ aliquis ſine dolo aliũ defraudauit vltra, aut infra, dimidiũ iuſti pretij. Angelus & Syl. locis citatis, affirmanter reſpondent.
Deciſ. Cõtraria tñ ſnĩa placet cum Conr. & Medi. locis citatis, & Cou. 2. var. reſ. 4. nu. 11 quæ iurib. eſt conſonantior. Iura. n. nihil ſtatuunt in fauorẽ doloſi: id verò magnus eſſet fauor, quo non leue commodum ex ſuo dolo reportaret: quare dicendum eſt, qñ dolus incidit in contractu, ſicut deceptus reſcindere illum non poteſt, non conſentiente decipiente, ſic nec decipientem poſſe eũ reſcindere, decepto non conſentiente, ſed teneri ad pretij exceſſum, quem dolo accepit.
Cou. 2. var. reſ. c. 4. nu. 11. aſſeruit, quãdo quis,
15 ſciens † rẽ minus valere, pluris illã vendidit, cẽſeri dolo eã vendidiſſe eſto mendacio, aut alia ſuaſione,
Deciſ. vſus non fuerit, ſed ſolum ratione ſcientiæ a propoſito illã vendiderit: quo circa, ait, in exteriori foro actio dabitur aduerſus eum, eſto neque vltra, neq; infra, dimidiũ iuſti pretij defraudauerit. Contrariã ſnĩam affirmat Conr. in additione citata & eſt cõis, iuribuſque conſonantior, ac amplectenda. Nau. verò c. nouit. de iudi. notab. 6. coroll. 9. nu. 79. Pan. & alij, quos Cou. ibi citat, non id volunt, quod Cou. eos affirmare cenſet, ſed ſolum aiunt, per denunciationẽ euangelicã, ac correctionem mediam inter fraternã & iudicialem, de qua ſermo erit tractatu. 5. & fuit ſup. in materia de correctione fraterna, prælatum cogere illũ poſſe, qui ita defraudauit, vt ſatisfaciat, ſiue ſciẽs defraudauerit, ſiue ignorans, vt a peccato ceſſet. Idẽ tñ Nauar. alibi affirmat; eiuſmodi proceſſum per correctionem illam mediam cõiter non permitti Eccleſiaſticis hodie a principibus ſecularibus. At certè, vel principibus ſecularibus inuitis, vti eo proceſſu ac poteſtate poſſent, vtpotè prælatis ex officio incumbentem, atque a diuino iure deſcendentem; modo neque per ſe, neque per ſuos miniſtros, illa abuterentur, extendendo illã plus, quã oporteret, ſed ſyncerè illa vterentur.

16 Quinta concluſio. Qñ † dolus cãm dedit contractui ſtricti iuris, validus eſt contractus in foro exteriori: cõceditur tñ decepto exceptio, quod dolus cauſam dederit contractui, vt, ope talis exceptionis, non cogatur implere, ſiquid contractus reſtat adhuc implendum. Item, ſi poſt contractũ impletum, deceptus in aliquo ſit damno, conceditur ei actio de dolo aduerſus decipientẽ, vt damnum reſarciat. Ita gloſſ. l. & eleganter, in princip. ff. de dolo. & gloſſa. c. cum dilecti, de empt. & vẽdit. Conr. in additione citata dicto. 14. & duobus ſequentibus, Angel. & Syl. locis citatis, iuxta l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & l. cum poſteà, C. de pact. Hanc etiam concluſionem ex parte ſtabiliuimus diſp. 259. citata. Vbi cum Conr. Cou. & alijs diximus, in foro conſcientiæ contractum eſſe ipſo iure nullũ, tenerique doloſum ad reſciſſionem illius, ſi deceptus ita velit, eò quod cõſenſus, per dolum & iniuriam extractus, ſufficiẽs nõ ſit ad obligandum deceptum, expeditque vt idẽ in exteriori foro ſanciretur.

17 Sexta concluſio. Qñ † dolus incidit in contractu ſtricti iuris, validus eſt in conſciæ ac exteriori foro, iuxta ea, quæ concluſione quarta de cõtractu bonæ fidei ſimiliter dicta ſunt. Cæterum quãuis in conſciæ foro teneatur doloſus reducere contractum ad æqualitatem: in foro tñ exteriori ad id non cogetur, ſed ſolum admittetur exceptio de dolo, ſi contractus ex parte decepti: nondum ſit integrè impletus: ſi verò impletus ſit, concedetur deceptio aduerſus decipientem actio de dolo, vt reſarciat damnum illatum, iuxta ea, quæ præcedente concluſione dicta, oſtenſaque ſunt. Lege Conr. loco citato, & iura, q̃ citat. Quod ad gabellã attinet, idẽ circa hanc & præcedentem concluſionem dicendum eſt, quod circa quartam eſt dictum.

18 Vt hactenus dicta † ad praxim magis aptem⁹, diſtingue, Quod aut quis decipitur ignorante id altero contrahente; & tunc, ſi nulla inæqualitas in contractu oriatur, quia nulla facta fuit tranſgreſſio limitũ iuſti valoris, contractus in vtroq. foro eſt validus, ac firmus, in quo nullã mutationẽ fieri eſt neceſſe. Si verò inæqualitas oriatur, vel acceptũ fuit vltra pretiũ iuſtũ rigoroſum, vel datũ eſt infra pĩum ac infimũ, tunc reduci in foro conſciæ debet ad æqualitatẽ, ſolum vſque ad limites iuſti, atq; ẽt in exteriori, ſi tranſgreſſio fuit infra, aut vltra, dimidium iuſti pretij. Si autẽ deceptio ſit, ſciente quidem in altero contrahente, ſed ſine dolo, nec ſubiicente, quæ, iuxta dicenda diſputatione ſequẽte, manifeſtare tenebatur, tunc eadem prorſus dicenda ſunt, quæ diximus proximè, qñ, ignorante altero contrahente, quis fuit deceptus. Quod ſi mendacia aut dolus, interuenire, diſtinguendum eſt. Qm̃ vel eis eſt inductus alius ad cõtrahendum, aut ad augendum pretium, ſeu recõpenſationem; vel non, quia fidem non adhibuit, ſciens id eſſe conſuetudinem celebrantium ſimiles contractus: aut, eſto illa non adhiberentur, ſimiliter contraxiſſet; & tunc idem prorſus dicendum eſt, quod in duobus ſuperioribus euentibus: eò quod dolus adhibitus, neque fuerit cauſa contractus, neque augendi recompenſationem, aut minuendi de illa. Atque hinc ſæpe mercatores mentientes, ac iuramento affirmantes, vel rẽ plus valere, vel carius illam emiſſe, multaq; alia cõfingentes, tã vt vendant, aut carius vendãt, quam ut emant, aut vilius emant excuſabuntur, tũ ab onere reſcindendi eiuſmodi contractus, tum ẽt a reſtitutione partis eius, quod ita acceperunt. Quando mẽdacijs, aut alijs dolis, inductus quis fuit ad cõtrahendum, aut ad augendum pretium, vel recompenſationem, dicitur dolus interuenire in contra-

ctu

ctu in ſenſu, in quo hactenus in hac diſputatione ſumus loquuti. Quòd ſi tunc dolus cauſam dedit contractui, inualidus eſt in foro conſcientiæ, ſi ita velit deceptus, atq; etiam in foro exteriori, ſi contractus fuit bonæ fidei, eſto nulla ex illo ſit orta inæqualitas, vt concluſione primum dictum eſt. Obſerua tñ, qñ nulla eſt inæqualitas, regulariter non eſſe culpam lethalem, eum contractum non reſcindere, id ve decepto non offerre, reque nõ integra, vt contractus poſſit diſſolui, regulariter nõ conſurgere obligationem aliquid reſtituendi ſub culpa lethali. Atque hinc a lethali culpa, & a reſtituendi onere ſub culpa lethali, excuſabũtur, qui, mentientes vinum eſſe plurium annorum, aut eſſe vnius loci, illud vendiderunt ei, qui, ſi ſciret nõ eſſe tot annorum, aut non eſſe eius loci, illud oĩno non emiſſet, aut non tanto pretium, qñ vinum in ſe, cõputatis oĩbus circunſtantijs, erat ęquè bonũ, & æqualis valoris. Itemque, qñ non tanti illud emiſſet, prætijq; incrementum non eſſet tm̃, quantum ad lethalem culpam requiritur. Semper tñ, re integra, obligatio tunc eſt ſub culpa veniali reſcindendi contractũ, id ve offerendi decepto, aut illi reſtituendi, quod minus erat daturus, ſaltẽ qñ ab alio emiſſet minori pretio, niſi ita ab hoc fuiſſet deceptus, eſto intra limites pretij iuſti rigoroſi emerit ab hoc: qñ.n. a nullo alio emiſſet melius vinum, aut vilior, pretio, tunç, licet iniuria fuerit illi facta, ita illi vendendo, quia tñ nullum damnum, etiam lucri ceſſantis, inde fuiſſet ei ſequutũ, nulla conſurgeret reſtituendi obligatio. Dixi, regulariter non interuenire culpam lethalem, non reſcindendo ſimiles contractus, aut nõn reſtituendo; qm̃, ſi reus eſſet magni valoris, & præſertim ſi ęquè bonam minori pretio alioquin ille erat empturus, ita vt decrementum hoc in pretio ad culpam ſufficeret lethalem, vtique culpa eſſet lethalem, & inire eum contractum interueniẽte dolo, & re integra, illum non reſcindere, & denique, etiam non integra, omittere reſtitutionem damni ex eo contractu illi ſic decepto ſubſequuti.

Venditor quouſque vitium rei, quam vendit, manifeſtare teneatur. Et vniuerſim, quando ob vitium in re empta repertum diſſoluatur venditio, aut de pretio ſit minuendum.

DISPVTATIO CCCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Vitium in re quot modis conſideretur.*

2 *Venditor non reuelans vitium abſconditũ rei venditæ, tenetur emptori ad omnia damna inde ſequuta.*

3 *Venditor rei vitia non manifeſtans, doloſus cenſetur.*

4 *Emptor ſi cognito vitio rem non erat empturus, aut ſaltem minori pretio, quando contractus ſit nullus, vel validus.*

5 *Actio redhibitoria & quanto minoris quanto tẽpore præſcribantur, & nu. ſeq.*

Et quid de iure Luſitano nu. 7.

6 *Reſciſſio quandoque datur ad reuocãdum factum.*

8 *Venditor tenentur de vitio rei venditæ emptori, et ſi ignorabat vitium, ſicut emptor.*

Fallit tamen in duobus euentibus, vt ibi.

9 *Vendita res ſi eſt ager ad paſtum, qui herbas pecoribus nociuas haberet, datur redhibitoria, etiã ſi vitium venditor ignorauerit.*

10 *Venditor de vitio animi rei venditæ, non tenetur emptori.*

Et quid de iure Caſtellæ.

11 *Gabellarius quando teneatur in actione quãto minoris, gabellæ partem remittere.*

12 *Emptor quando teneatur augere pretiũ rei venditæ minori pretio per errorem venditoris, putantis rem vel fuiſſe vitioſam, vel non tãti valere.*

13 *Herbæ ſi vendantur in pabulum iumentorum, & pharmacopola comperiat aliquã earum magni pretij, an teneatur in conſciẽtia denegare illius valorem, & ad reſtitutionem.*

14 *Actio redhibitoria, & quanto minoris quo caſu non detur, ita quod etiam in foro conſcientiæ contractus ſit ualidus.*

15 *Vẽditor quando non teneatur de uitio rei occulto.*

16 *Vitium rei uenditæ ſi eſt patens nulla datur actio aduerſus uenditorem, niſi emptor ſit deceptus ultra dimidium.*

Et quid in foro conſcientiæ.

17 *Venditori an licitum ſit non manifeſtare uitiũ rei, modo minuat in pretio, quantum res illa minus cum eo uitio ualet.*

18 *Vitium rei uenditæ quando occultum dicatur.*

19 *Inuoluntarium ob ignorantiam non concedi ad annullandum contractum.*

20 *Venditor quando non teneatur uitia rei manifeſtare.*

21 *Venditor ſcienter non manifeſtans uitiũ rei, quod manifeſtare tenetur, aut emptor non mouẽs uenditorem de maiore rei ualore, lethaliter poſsũt.*

22 *Vitium unius rei uenditæ quando annullet contractum quoad omnes.*

23 *Emptor etiam ſi agnoſcat uitiũ rei emptæ quo caſu poſſit habere actionem aduerſus uenditorem.*

24 *Piſtores detrahendo de panib. certi põderis publica auctoritate ſtatuti pro certo pretio, quantum ſit pro ſatisfactione eorũ mercedis, non peccant.*

25 *Venditores quando poſſint aliquid detrahere de rebus uenditis, quarum pretium non eſt lege taxatum, quod ſit pro eorum mercede, & labore.*

1 VItium, ſeu † defectus, rei, aliqñ eſt in ſubſtãtia, vt ſi auricalcum pro auro vendatur, vel vinũ aqua dilutum, pro puro. Aliqñ in quãtitate; vt ſi menſura, aut põdus imminuta ſint. Aliqñ in qualitate; vt ſi equus, aut mancipium, morbo aliquo, aut vitio alio, laboret, quo notabiliter inutile ad id reddatur, ad quod emitur; aut ſi herba, vel medicina, tanq̃ vtilis ad id vendatur, ad qđ vim non habeat. Item ſiue vitium ſit in ſubſtantia, aut in quantitate, ſiue notabile, in qualitate, comparatione vſus, ad quem res emitur, ita vt minus

vtilis notabiliter res ad id ſit,ad ꝙ emitur, diſtin guendum eſt. Q̄m vel vitiũ eſt patens,vt ſi equus ſit monoculus,hoc eſt, vnius occuli, aut domus,q̄ venditur,diruta ſita:vel eſt occultũ. His ita cõſtitutis poſitisque ijs, q̄ de vitio,quo ad ſubſtãtiam pſertim,diſp.340.dicta ſunt:itemq; ijs, q̄ď ſputatione pcedente ſunt dicta,ſequent ib. concluſionib. diſputationi propoſitæ eſt ſatisfaciendum.

2 Prima concl. Si vitiũ † patens non erat,eméſq; illud ignorabat,& vẽditor illud ſciebat,nec reuelauit,cũ eſſet notabile, venditor tenetur emptori ad oĩa damna inde ei ſubſequuta. Vt ſi vendidit ouẽ morbidã,q̄ alias infecit,aut mancipiũ, ꝙ furẽ eſſe ſciebat,tenetur ad furta, & alia damna ſequuta ẽt lucri ceſſantis. Ita hr̄ expreſsè.l.Iulianus in prin ff. de action b.emp.l.ſi vina.2.ver.planè, ff. de peri & commod.rei vend.l.1.C.de ædilitijs actionib.& l.63. & 64.tit.5.p.5.idemq; affirmãt D.Th.2.2.q 77.ar.3.& doctores cõiter. Rõ autẽ eſt,q̄ ibidem D. Th. reddit,& quã fuſius ac dilucidius proponit Io.Med.de reſt.q.34. Venditorẽ eſſe ipſo,quod rem ſuam exponit vendendam,teneri quaſi ex officio vitia rei notabilia manifeſtare,ne emptor decipiatur. Cum.n.venditor maiorem rei ſuæ notitiam habeat pp vſum illius,quã emptor, atque ipſe eam venundandam exponat, vt iuſtum pretium pro illa accipiat,vtrique ad eũ ſpectant quæ ex parte rei venditæ ſe tenent,vt vẽditio ſyncerè ac ſine deceptione fiat: ſicut ad emptorem pertinent,quæ ſe tenent ex parte pretij: quo fit,vt ad venditorẽ quaſi ex officio pertineat tradere competentem rei notitiam, detegendo notabiles defectus illius occultos,ne emptor decipiatur, præſertim poſtquam humano iure id iniunctum, vt inter alia iura.l.1.in prin. ff. de ædil.edicto iniungitur. Vnde Ambroſ.lib. 1.de officijs, *In contractibus*, inquit, *vitia eorum,quæ veneunt, prodi iubentur,ac niſi intimauerit venditor,quamuis in ius emptoris tranſierint, doli actione euacuantur*.

7 Quia † ergo venditor quaſi ex officio tenetur vitia manifeſtare,doloſus cenſetur,nõ ſolum, ſi poſitiuè vitia occultet,aliquid efficiendo, quo emptorem lateant, ſed etiam, ſi negatiuè ſe habeat,ea non prodendo,ac manifeſtando, vt quaſi ex officio,atque ex iuſtitia,tenetur, ſi ea ſciat;eaque de cauſa qui vitia,ſciens illa,non manifeſtat, l.1. C.de ædilitijs actionibus dolo vendere dicitur,idemq; Ambr. verbis citatis innuit. Hinc liquet,venditorem non manifeſtantem emptori vitia occulta rei,quam vendit,contra iuſtitiam, & contra id ad quod quaſi ex officio tenetur, peccare,ac proinde ad reſtitutionem teneri damnorum omnium,quæ ea de cauſa illi fuerint ſubſequuta: non ſecus atque, qui ex officio impedire tenetur damna,quæ ciuibus inferuntur,reſtituere ea omnia tenetur,quæ impedire potuit,ſuaq; negligentia non impediuit. Ex dictis colliges, qui ſcienter rem litigioſam vendit ignoranti tale vitiũ illius, teneri reſtituere damna omnia, etiam lucri ceſſantis,illi ſubſequuta.

4 Secunda concluſio. In euentu † prioris concluſionis,ſi emptor cognitio vitio, rem nõ erat empturus,contractus eſt nullus in foro conſcientiæ. In exteriori aũt datur ei actio redhibitoria,vt vocant,hoc eſt,ad rehabendũ ſuũ pretiũ & reſtituẽdũ rẽ. Si verò rẽ erat empturus, ſed pretio minori,contractus in vtroq; foro eſt validus, ſed venditor reſtituere tenetur emptori,quantũ rem minus erat empturus, daturq; proinde emptori in exteriori foro actio,q̄ iura quanto minoris vocant,ad repetendum a venditore quantum minus rem illam erat empturus. Prima pars ex dictis diſputatione pcedente concluſione prima eſt perſpicua. Qui.n.ſciens vendit rẽ vitioſam,ignoranti vitiũ illius,cenſetur cõmittere dolũ aduerſus emptorẽ, peccatque contra iuſtitiam, vt ex doli explicatione initio diſputationis præcedentis tradita, & ex proximè dictis,conſtat: quare, ſi eiuſmodi dolus cauſam dedit contractui,quia emptor nõ erat empturus rem,ſi vitium fuiſſet ei detectum, contractus eſt nullus in conſcĩa,& in exteriori foro, vt ibidem concluſione prima oſtenſum eſt. Si verò empturus erat rem,ſed minori pretio, atque adeo dolus incidit in contractu,contractus in vtroque foro eſt validus,ſed vẽditor reſtituere tenetur emptori tantum,quanto rem minus erat empturus, vt eadem diſputatione concluſione quarta viſum eſt. Atque ita tertia pars,vna cum prima, propter earum affinitatem, probatæ manent.

Secunda verò,& quarta pars, nempe in euẽtu partis primæ,dari emptori in foro exteriori actionem redhibitoriam,quæ de iure cõi,&. Caſtellæ,

5 durat † p ſex menſes a die celebrati contractus;& in euẽtu tertiæ dari actionẽ quanto minoris,quæ a die celebrati contractus durat per annum, conſtant ex l.1.& l.ſciendum.§.vlt.l.ſi tñ,§.non nocebit.ff.de ædil.edict.ex l.cum proponas,C.de ædil.action.& ex l.65.iunctis duab.præcedẽtibus, ti.5.par.5. Porrò ex eo,ꝙ ius ciuile concedat redhibitoriã actionẽ,reſcinditq; iubeat contractum, nõ colligas (vt Conr. dicto 14.colligit) cõtractũ validũ eſſe in foro exteriori,ſed eſſe reſcindendũ.

6 Reſciſſio † quippè,vt optimè not.gl.l.& elegãter in prin.ff.de dolo, non ſp eſt ad annullandũ contractũ,quaſi de iure validus ſit ante reſciſſionem, ſed aliqñ eſt ad reuocandũ factũ,hoc eſt,ad venditorem cogendũ vt reſtituat pretiũ,ꝙ accepit,accipiendo rem q̄ pro dedit, eò ꝙ contractus de iure eſſet nullus. Atque hoc eſt magnopere obſeruandum, ne ſemper eo, ꝙ in iure contractus reſcindi præcipiatur, colligatur, contractũ ipſo iure ante reſciſſionem ſui validum. Vt aũt notat glo.l. cum proponas. C.de ædil.act.ſi adſit ignorantia ex parte emptoris, currere incipit ipſi vtriuſque actionis a die ſcientiæ,iuxta l. cum ſex menſes, ff. de ædil edict. Et affirmant Greg. Lop.ad l.65.citatam,glo.vlt.& Ant. Gom.2.tom.var.reſ.c.2.n. 48.& alij,quos citat. Eiuſmodi aũt actiones idcirco ædilitiæ dñr,quia ab ædilib.introductę sũt. Tranſactis verò ſex menſib.ad redhibitoriã actionẽ conceſſis qui illa vſus non fuerit, poterit p ſex alios menſes ſequentes intentare actionem quanto minoris, vt patet.l.ſi tamen. §.non nocebit. ff. de ædil.edict.& l.65.tit.5. par.5. quibus tranſactis nulla prædictarum actionum locũ habet, eò quod tempore illo præſcribantur,nec vlterius intenta-

tentari permittantur, vt l. cum proponas. C. de ædil. act. expreſſe habetur. Optimè aũt Cou. reg. poſſeſſor. p. 2. §. 11. nu. 5. cum multis alijs, quos citat, obſeruat, eiuſmodi actiones præſcribi, ẽt cũ mala venditoris fide. Cuius rei ea eſt ratio, ꝙ non longiori tempore a iure ſint conceſſæ. In foro tñ conſcientiæ, tenetur venditor, etiam poſt actionem præſcriptam, ad reddendum pretium, quãdo dolus cauſam dedit contractui, & ad illud minuẽdum, quando dolus incidit in contractu: qm̃ ad hæc in conſcientiæ foro, atq; ex natura ipſa rei tenetur eaque præſcribi cum mala fide nõ poſſunt; immo neq; cum bona fide poſſunt tam breui tempore pręſcribi, iuxta ea, quę in materia de pręſcriptione dicta ſunt. Gloſ. l. Iulianus in princip. & Bart. ff. de act. empt. & gloſ. l. cum proponas. C. de ædil. act. affirmant, q̃uis prædictæ actiones, q̃ de iure ſunt prætorio, intra dictum tps præſcribantur, manere tñ actionem ex vendito, quæ eſt de iure ciuili, & perpetua. Cou. etiã loco citato cum Pan. & alijs aſſeuerat, manere ẽt actionem de dolo: hæc tñ diligentius iuriſperiti examinent. Hęc omnia, quæ dicta ſunt de contractu emptionis, & venditionis, non manifeſtato vitio, & quæ ſubijcientur, ſimiliter intelligenda ſunt in permutatione, & in alijs contractib. Vt patet l. ſciendum, §. pen. ff. de ædil. edict. vbi additur, vtrumq; permutantium locũ emptoris, & venditoris, habere.

Ius Luſitanũ. 7 De iure † Luſitano, qñ aliquis emerit, vel permutatione, aut alio onerofo contractu, comparauerit mancipium ex Guinea, de manu eorum, qui illa inde aſportant, vel qui negotiationem illam habent, aut qui ab his omnib. ea ad reuendendũ emerunt, ſolum conceditur ei actio intra menſem numeratũ a die traditionis mancipij, qñ de morbo agitur, quem mancipium tempore celebrationis contractus haberet, vel de claudicatione, aut ſimili brachiorum vitio, vel manuũ. Si tñ, qui illud diſtraxit, non ſit in eodem loco, dummodo, qui mancipium comparauit, proteſtetur coram iudice prædicta vitia intra eum menſem, mancipiumque ſimul oſtendat duobus medicis, qui fidem de pdictis mancipij vitijs faciant, cõceditur ei alius menſis, intra quem poſſit etiam agere.

Quòd ſi is, qui mancipiũ diſtraxit, ſit extra regnum, conceditur menſis ad agendum aduerſus eum, numerandus a die, quo diſtractor ad regnũ peruenerit. Idẽ diſponitur circa quęcumq; iumẽta q̃ emptione, permutatione, aut contractu alio ſimili, comparantur. Circa alia mancipia, & quæſcunque alias res, quin & circa mancipia ex Guinea, qñ non comparantur de manu alicuius eorum, qui commemorati ſunt, vel qñ circa ea, aut iumenta, agitur de quocunque alio vitio, quam morbi, claudicationis, aut ſimili brachorum, vel manuum, ſtatur in Luſitania iuri communi. Hęc omnia ſancita ſunt 4. l. ord. tit. 16.

Quod ad gabellam attinet, qñ in euentibus pręcedentis concluſionis datur actio redhibitoria, & quanto minoris, idem dicendum eſt, quod diſp. præcedente in calce tertiæ concluſionis, & poſt quartam, dictum eſt, conſentiuntque Laſſarte de dec. vend. c. 14. nu. 10. & alij, quos citat. Atque in euentibus huius concluſionis loquitur. l. debet. ff. de ædil. edict.

8 Tertia concluſio. Quæ duabus † præcedentib. concluſionibus dicta ſunt, locum etiam habent, qñ venditor vitium rei ignorabat, ſicut & emptor: duobus exceptis. Vnum quod venditor ad damna non tenetur; eo quod non fuerit illorum cauſa, ignorantia illum excuſante. Alterum, quod contractus valet, ſolumque aduerſus venditorem datur actio quanto minoris. Ita habetur expreſſe. l. Iulianus in prin. ff. de actionib. emp. & l. 64. tit. 5. p. 5. Conſentit. l. tenetur in prin. iuxta gl. ibi. ff. de action. emptio. atque affirmant D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. Cou. reg. poſſeſſor. p. 2. §. 11. n. 5. Ioã. Med. de reſt. q. 34. Pan. c. iniuſtum de rerum permut. Sotus. 6. de iuſt. q. 3. artic. 2. Conr. de contract. in ſummar. q. 57 dicto 14. & rurſus q. 54. & 55. Syl. verb. empt. q. 19. Nauar. in Manua. c. 23. num. 89. & doctores communiter. Ratio autem eſt, imprimis natura ipſa rei, quoniam nefas eſt pro re habente vitium occultum, tantum accipere pretium, quantum ſi vitio careret; quandoquidem ex natura rei non tantum valet. Deinde lex poſitiua meritò id ſtatuens.

9 Si tñ † res vendita eſſet ager ad paſtum, q herbas pecorib. nociuas haberet, tunc datur redhibitoria, etiã ſi vitium venditor ignorauerit, vt hr̃ l. pen. C. de ædil. act. & l. 63. ti. 5. p. 5. Additur l. Iulianus. §. 1. ff. de act. empt. ſi quis, ignorans ſeruum ſuum fugitiuum, aut furem eſſe, illum vendidit, licet in neutro euentu ad damna ſequuta teneatur, qñ tamen ille erat fugitiuus, teneri reddere quantum minus valebat ſeruus, ille cum eo vitio: quando verò erat fur, ad nihil teneri.

Reddit rationem textus, quoniam, licèt vtrũque vitium animi ſit, & non corporis, nihilominus retinere apud nos poſſumus ſeruum furem, fugitiuum verò non item, eaque de cauſa venditor in fugitiuo quaſi de euictione reddere tenetur, quod minus cum eo vitio valet. Si tamen, inquit textus, ignorans quis ſeruum eſſe furem, illum vendidit aſſeuerans fidelem eſſe, tunc reddere tenetur, quantum minus valet cum eo vitio, quoniam non debuit ex leuitate affirmare, quod ignorabat, ſuaque affirmatione emptorem decipere. Quòd loco obſerua, vt l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edict. habetur, hoc eſſe diſcrimen inter vitia animi, & corporis.

10 Quod † venditor emptori tenetur de vitio corporis: de vitio verò animi non tenetur, niſi id in pactum deducatur, venditorque promittat, ſi iumentum, aut ſeruus, tale, vel tale animi vitium habere comperiatur, reſcindet venditionem, aut reſtituat, quãtum minus ea de cauſa iudicatum fuerit valere. Vitia autem animi ſunt, ſi equus ſit timidus ſi iumentum ſit malitioſum, recalcitret, & his ſimilia. Eadem tamen, l. hæc duo vitia animi ſeruorum excipiuntur, de quibus venditor tenetur, ſi fur ſit, aut fugitiuus. Et l. Iulianus explicatur, ſi venditor ea vitia ſciebat teneri eum, nõ ſolum de illis, ſed etiam de omnibus damnis inde ſubſequutus, non ſecus ac ſi vitia eſſent corporis: ſi autem illa ignorabat, teneri actione quanto minoris

noris de vitio fugitiui: de vitio verò furis non teneri, niſi aſſeuerit illum fidelem eſſe. Lex tñ Caſtellæ 64.ti.5.p.5. paria videtur efficere, venditorem, ignorantem ſeruum eſſe furem, id non detegere, & non detegere vitium fugitiui, atque vtrobique concedere vt̃ actionẽ quanto minoris. Niſi dicas exponendam eſſe iuxta ius commune.

11 Quod ad † gabellam circa euentus in hac conclusione explicatos attinet, dicerem. Qñ ſine culpa vtriuſq; partis actio quanto minoris datur, gabellarium remittere, reſtituereq; debere gabellæ partem propter ea, quæ diſput. 399. dicta ſunt, qñ abſque culpa contrahentium ad æqualitatem reducitur emptio, & venditio, qñ autem redhibitoria datur abſque culpa venditor in Caſtella ſubiacebit toti damno gabellæ, in Luſitania verò æqualiter vterque contrahentium ſubiacebit. Qñ aũt datur, quia venditor reſciſſionem promiſit, ſi res vendita vitium habere, tunc ſolus vẽditor ſubiacebit toti damno gabellæ, etiam in Luſitania; quoniam virtute ad id ſe aſtrinxit.

12 Quarta concluſio. Simili † modo, ſi quis, putãs rem eſſe vitioſam, eam vendat minori pretio, quã valeat, vt ſi vendat mancipium ſanum, credẽs habere morbum, vel gemmã pretioſam, arbitratus eſſe vitrũ, vel aliud vile, tenetur emens, ſiue ſciẽs, ſiue id ignorans, rem emerit, augere pretiũ vſque ad limites infimi iuſti, idq; pp rationẽ illi ſimilem, q̃ in præcedente concluſione reddidimus. Ita D. Tho. art. 2. citato, Conra. de contract. q. 54. Med. Sotus, Syl. Nau. & doctores communiter.

Quando tamen ſolũ eſſet error in valore rei, & non in ſubſtantia, quantitate, aut qualitate aliqua occulta, non daretur actio in foro exteriori, niſi venditor defraudatus eſſet infra dimidiũ iuſti pretij, iuxta ea quę diſp. 349. & 350. dicta sũt, & tunc accreſceret gabella ſoluenda, iuxta ea, quę diſp. 349. dicta ſunt.

Caietanus in ſumma verb. emptio. 2. ait, ſi qs ſciens valorem gemmæ, illam emat a ruſtico, qui valorem illius ignoraret, ruſticum monendo, ſe velle eam habere tuta conſcientia, ac ſine ſcrupulo, ac proinde, vt videat, num ipſi condonare velit, ſi quid amplius ea res valeat: poſſe tunc, ſana conſcientia, illam ab eo emere longè minori pretio, quam valeat, non explicãdo illi valorẽ illius, ſi ruſticus reſpondeat, ſed id condonare; Eſt tamẽ improbabilis ea ſententia: quare proculdubio dicendum eſt, emptorem illum teneri ad reſtitutionem ruſtico vſque ad integrum rei valorem infimum. Ea quippe palliata obtentio condonationis eius, quod res plus valet, non habet tantũ voluntarij, propter ruſtici ignorantiam, quantũ eſt neceſſarium, vt donatio ſit valida.

Refellitur.

Id tamen placet, quod Caie. ibidem docet, Nẽpe, ſi tam emptor, quam venditor, ignorent valorem rei, & quaſi fortunæ ſe committentes, ita paciſcantur de pretio ꝙ ſiue res plus, ſiue minus, valeat, firma, validaq; nihilominus ſit venditio, validam tunc eſſe venditionem, neutrumq; eorum ad vllam reſtitutionem teneri, ſiue poſtea res cõperiatur longe plus, ſiue longe minus valere. Ratio eſt, pp periculũ, cui ſe vterque expoſuit. Obſerua tñ, ſi emptor eſſet ſagax, & venditor rudis, emptorq. rem emeret viliſſimo pretio, attendens prope nulli periculo amittendi ſe exponere, cum veriſimilitudine ingentis lucri, tunc nõ eſſe hunc tutum in conſcientia, ſed reſtituere teneri, ſaltem quantum æſtimaretur tanta illa lucrãdi ſpes, quã adeo vili pretio a rudi illo emeret.

Præterea, ſi emptio & vẽditio ex parte vtriuſque re ipſa non eſſet committendo ſe, modo explicato, fortunæ, ſed ruſticus venderet rem, credens non plus valere, iniuſta ſanè eſſet ea emptio eſto alter tacens ex parte ſua voluiſſet ſe exponere aliquali periculo. Longè verò maiori cum ratione eſſet iniuſta, ſi emptor eo modo rem emere intenderet, quo aliæ communiter emuntur, nempe ꝙ, ſi ſe uitio rei defraudatum inueniret, intenderet reducere contractum ad æqualitatem.

Illud obſerua, qui emeret agrum, in quo ſciret eſſe theſaurum, aut venã metalli, vel lapidis pretioſi, vt iaſpidis, aut alterius ſimilis, is neque id detegere teneretur venditori, neque plus pretij pro eo agro dare, quam valeret, ſi intus non haberet theſaurum, aut venam illam. Ratio eſt, vel qm̃, vt Sotus 6. de iuſtit. q. 3. art. 2. ait, ſolum æſtimat̃ ac venditur ſuperficies agri: vel quia, vt nos diſ. 56. diximus, quamuis dominus agri prohibere poſſet in eo fodere, ſicut & venari, nihilominus ſtando in ſolo iure gentium, theſaurus, non eſt dñi agri, ſed inuentoris. Ratio aũt hæc, vt ex dictis diſput. 54. conſtat, vim non habet in metallorum venis, quarum dominium ad agrorũ dominos ſpectat. Idem tñ de illis dicendum eſt pp rationem illam Soti, & pp ea, quæ ſubiungemus. Quouſque autẽ theſauri & metallorum venæ de iure Caſtellæ, & Luſitano, ad regem ſpectent, diſputationib. citatis dictum eſt. Doctrinam traditam confirmat, ꝙ gentium iure ſit receptum, eiuſmodi agrum, pretio alioquin iuſto emptum, cenſeri eſſe iuſtè emptũ: concinitq. illud Chriſti Matt. 13. *Simile eſt regnũ cælorum theſauro abſcõdito in agro, quẽ qui inuenit homo, uadit, & uẽdit oĩa, quæ hẽt, & emit agrum illum*. Aliam quoque rationem, & fortè præſtantiorem, ſubiungemus dubio ſequenti.

13 Dubium eſt, ſi herbæ † vendendæ in pabulũ iumentorũ afferant̃, & pharmacopola, vel poſtq̃ ad id illa emit, vel antequam emeret, comperit inter illas aliquam, aut aliquas, magni pretij ad pharmaca conficienda, tutus ne ſit in conſciẽtia emendo illas pretio, quo ad pabulum beſtiarum herbæ communiter venduntur, non detegendo venditori valorem quarundam illarum, an verò reſtituere illi teneatur vſque ad iuſtum ualorem infimum earum, quo uenderentur, ſi intelligeretur ad quid deſeruirent. Et quamuis, iuxta hactenus dicta, dicendum uideri poſſet, non eſſe in conſcientia tutum, ſed reſtituere teneri, arbitror tamen contrarium eſſe dicendum.

Dubiũ

Deciſ.

Tum, quia intellectus ad id, tanquam ad verum propendere uidetur, contrariumque tanquam durum ſe illi offert. Tum etiam, quoniam herbæ illæ in illo vendendi modo, hoc eſt, ad pabulum iumentorum, nec plus valent, nec plus in eo loco communiter a quoquam æſtimantur cõſumen-

ſumendæq; erant in iumentorum pabulum: qua rè, cum pharmacopola eas emat cōi pretio currenti; pretiaque ipſius, quod ad alium ēt vſum in ſua arte, ac miniſterio inſeruiant, fructus ſit ſuæ peritiæ atque artis; ſanè non magis tenetur reſtituere incrementum pretij, quod plus valent ad hunc alium vſum, quam venditor ipſe, qui eaſdē, tamquam inutiles, ac nociuas ſegetibus, illas de med o ſegetum alicuius eſſet meſſus, teneretur reſtituere pret um dño agri, ad quem, antea quam colligerentur, ſpectabant, quo ad dominium; aut quam idem pharmacopola reſtituere teneretur, ſi ipſe, quærendo herbas per agros, illas comperiſſet inter ſegetes alicuius, aut in agro alicuius ad animalium paſtū deputato, indeque illas collegiſſet.

Hoc idē fundamentum confirmat, ſciente theſaurum, aut venā auri, vel argenti, latere in agro alicuius, non teneri id detegere, ſed poſſe emere agrū ꝑtio cōi, quo æſtimatur ad vſum, ad quē vēdi cōiter conſueuit. Eiuſmodi.n valor eſt per ſe, valor agri illius: valor autem ratione theſauri, aut venæ, latentis, eſt valor per accidens eiuſdē agri, quem detegere non tenetur, qui emere eum agrū vult ratione communis ac per ſe valoris agrorū.

14 Quinta concluſio. Si vitium, occultum † alioquin, tpe contractus agnitū fuit ab emente, quia vel venditor illud ei manifeſtauit, vel aliqua alia rōne ipſe illud agnouit, tunc neque redhibitoria, neq; aliqua alia actio ei conceditur in foro exteriori, niſi vltra dimidium iuſti p̄tij ſit deceptus; in quo euentu conceditur illi remedium legis 2. C. de reſcind. vend. In foro item conſcientiȩ contractus eſt validus, ſed, ſi pretium ȩquale rei non ſit, tenetur venditor reducere cōtractum ad ȩqualitatem, reſtituendo exceſſum, quem vltra pretium rigoroſum accepit. Hæc concluſionis cōis eſt doctorū. Quo ad primā verò partē eſt expreſſa l. 1. §. ſi intelligatur. l. ſi tn̄ § ei qui. ff. de ædil. edict. l. 66. ti. 5. p. 5. & alijs iuribus, quæ Ant. Go. 2. tom. var. reſol. c. 2. nu. 48. citat. Reliqua ex dictis diſp. 349. & ſequentibus perſpicua ſunt.

15 Sexta concluſio. Si † venditor in celebratione contractus dicat, ſe nolle teneri de vitio occulto, ſed emptorem ſuo periculo debere emere rem, & venditor re vera vitium ignorabat, tunc nō tenetur de vitio occulto. Imo, ſi pretium tēpore contractus æquale eſſet, ſpectatis circunſtātis, & apparentia rei, habitaque ratione, ꝙ venditor periculum vitij occulti a ſe reijceret, tunc eſto poſtea comperiretur habuiſſe vitium, cum quo pretium erat exceſſiuum ad nihil teneretur venditor, tam in exteriori, quam in conſcientiæ foro: quandoquidem emptor pretio iuſto emit eam rem, attentis circunſtantijs quæ erant tempore contractus, atque in ſe ſuſcepit periculum vitij occulti.

Meritò in hac concluſione dixi, & venditor re vera vitiū ignorabat: qm̄, ſi aliquod agnoſcebat, eſto in genere diceret, ſe non velle teneri de vitijs occultis rei, nihilominus, tam in conſcientiæ, quā in exteriori foro, non ſecus tenebitur, quàm ſi nihil tale dixiſſet, vt conſtat ex l. quæro. ff. de actionibus empt. vbi habetur ſi quis vendidit agrum ac dixit, vendo tibi hunc agrum, & ſi quas habet ſeruitutes, teneberis ad illas tunc, ſi venditor ignorabat, agrum habere ſeruitutes, & poſtea aliquæ comperiantur, venditorem ad nihil teneri: ſi verò ſciebat habere ſeruitutem aliquam in particulari, illamque nō expreſſit, dari aduerſus illum actionem ratione talis vitij occulti, quod non expreſſit, nihil impediente, quod in genere dixerit, ſe nolle teneri de ſeruitutibus, ſi quas haberet. Eodem modo, ſi quis dicat, ſe vendere rem aliquam cum vitio aliquo in particulari, ſed illud quaſi occultet proferendo alia vitia, quæ conſtat eam rem non habere, perinde eſt, ac ſi vitium non manifeſtaret, conceditur que aduerſus illum actio redhibitoria, aut quanto minoris. Vt ſi quis, habens equum occultè claudum, dicat; vendo tibi hunc equum pro claudo, cæco ſurdo, & pro equo habente omnia alia vitia; eiuſmodi manifeſtatio non valet. Hæc omnia habentur l. 66. titu. 5. p. 5. conſentiuntque Pal. Sotus Nau. Ant. Gom. locis citatis, & doctores communiter.

16 Septima concluſio. Si vitiū † patens ſit ac manifeſtum, in foro exteriori nulla datur actio aduerſus venditorem, niſi emptor vltra dimidium iuſti pretij ſit defraudatus. Hæc eſt communis, liquetque ex l. 1. §. ſi intelligatur, & ex l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edict. atq. ex alijs iuribus quæ Ant. Gom. 2. tom. variar. reſol. c. 2. nu. 48. cit. In foro etiam conſcientiæ contractus eſt validus, &, ſi æqualis ſit, ad nihil tenetur venditor. Intelligitur tamen, niſi tempore contractus aperte venditori conſtaret, emptorem ignorare vitium notabile rei ex ſe patens: tunc enim in foro conſcientiæ teneretur admonere illum, ſi res cum eo vitio notabiliter inutilis eſſet ad id, ad quod illam emit, vt doctores communiter affirmant.

17 Dubium eſt, vtrum † vniuerſim fas venditori ſit non manifeſtare vitium rei, modo minuat in pretio, quātum res illa minus cum eo vitio valet. Dubium. Conueniunt doctores cōiter cum D. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3 fas illud eſſe, qn̄ vitium ex ſe eſt manifeſtum. Deciſ. Tunc.n. ſi mentionem de vitio faciat, facilè ſibi poterit præiudicare, occaſionem emptori dādo, vt minuat de pretio iuſto, quo fit, vt quando vitium ex ſe eſt manifeſtum, ad id non teneatur.

Quando eſt occultum, D. Tho. ibidem, & qd̄ Quæſt.
18 l. 2. ar. 10. affirmare videtur, qn̄ ex † uitio nullum periculum emptori imminet, habita rōne eius, ad quod rem emit, poſſe uenditorem non manifeſtare illi uitium, modo tantū in pretio decreſcat, quantum ſat ſit, ut pretium ualorem rei nō excedat. Nititur D. Tho. qm̄, cum ex uitio nullum dānum emptori ſequitur, & contractus æqualis ſit, utitur iure ſuo uenditor, non manifeſtando uitium rei occultum, quod ſi manifeſtaret, præiudicare ſibi poſſet, occaſionem præbendo, ut aliquid de pretio iuſto detraheretur. In hac eadem ſententia fuit Gerſon, atque ſunt Caie. 2. 2. art. 3. citato, & Sotus 6. de iuſti. q. 3. art. 2. Addunt tamen, ſi emptor talis ſit, de quo ſit præſumendum, uenditurum eandem rem, teneri uenditorem, poſt rem traditam, admonere illum de uitio occulto, ne ipſe decipiat alium emptorē quantū ipſe detraxit.

Conr. de contractibus q. 54. Ioan. Medin. de reſtit.

re ſtit.q.34. Pan.cap. iniuſtum de rerum permut. Gab.in 4.diſt.15.q.10.ar.3.dub.1. Syl.uerb.em ptio.q.20.& Nau.in Manu.c.23.nu.89.cenſent, quando de emptore ueriſimiliter præſumitur, ſi ſciret uitium rei,nihilominus illam eſſe empturũ tametſi non ita libenter, fas eſſe non manifeſtare ei uitium occultum,detrahendo de pretio quantũ minus ualet cum eo uitio. At uero,inquiunt, qñ ueriſimiliter crederetur,non eſſe illam empturũ, ſi uitium ſciret,peccatum eſſe illud ei non manifeſtare,& contractum eſſe nullum. Idem ait eſſe Med.quando eſſet dubium,an,manifeſto uitio,rẽ eſſet empturus. Ducuntur,quoniam eiuſmodi cõtractus eſt inuoluntarius ex parte ementis, ignorantia cauſante conſenſum inuoluntarium eaque ratione contractus eſt nullus.

Decis. Media aũt uia arbitror incedendum. Obſeruãdũque in primis eſt,nõ quodcunque uitio rei occultum reddere in foro exteriori contractũ inualidum,aut efficere,ut cõcedatur redhibitoria actio, aut quanto minoris,ſed illud dumtaxat,ꝙ notabiliter minus utilem rem ad eum uſum reddit, ad ꝙ emi conſueuit,ut conſtat,l.1. a § .proinde, l.ob quæ uitia,& ſequentib.ff.de ædi.edict.ubi late explicatur,q̃ uitia in cõſiderationẽ ueniant, ut emptori redhibitoria,aut actione q̃to minoris, ſubueniatur, & quæ nõ idemq. obſeruat Greg.Lop. ad l.65.tit.5.p.5.uer. *Mala enfemedad*, iuxta textum ibi. Atque hac de cauſa in principio huius diſputationis, dum de uitio in qualitate mẽtionem fecimus,cõſulto ſic diximus, ſiue notabile in qualitate comparatione uſus,ad quem res emitur, ita ut minus utilis notabiliter ad id ſit.

19 Deinde obſeruandũ eſt, falſum eſſe fundamentum † illud de inuoluntario ob ignorantiam,cui Conr.& alij nituntur, ut diſput.præcedente concluſ 3.ex parte diximus. Si.n.fundamẽtum illud uniuerſim eſſet uerũ,tunc quãcunque qualitatem leuem ignoraret emptor, q̃ ſi ſciret,rem non emeret,redderet utique contractũ ipſo iure nullũ ſiue eam ſimul uenditor ignoraret,ſiue non,ac proinde ſtatim,ac emptor, poſt celebratũ contractum, eã ſciret,diſſoluere illũ poſſet,imò uerò eſſet nullus in foro conſciẽ ob defectum uoluntarij,quod nullus concedet: neque.n.quiſquam eam legẽ in contrahendo cum aliquo admitteret,neque ea bono expedit communi, ut concluſione citata dicebamus:quo fit, ut contractus non ea lege ſint cenſendi celebrari, etiam ſtando in ſolo conſcientiæ foro. Præterea,ut bene Sotus argumentatur, emptor ſicut põt eſſe inuoluntarius circa emptionẽ, ignorato uitio rei occulto: ſic etiam eſſe poteſt circa quantitatem pretij, quod dat intra latitudinẽ iuſti.ſi enim ſciret uitium,emere nollet tãto pretio,ſed minori:ergo ſi fundamentum horum doctorum eſt verum,illicitum eſt, non manifeſtare vitium rei illi,de quo eſt præſumptio, quod ſi illud agnouerit, emet quidem rem, ſed non tanto pretio intra latitudinem iuſti:imò vero tenebitur venditor reſtituere id,quod plus accepit intra latitudinem iuſti, quam emptor daturus eſſet ſi agnouiſſet vitium: contrarium autem horum affirmant autores,quorum fundamẽtum euertimus.

His ita conſtitutus,dicendum arbitror. Quando † vitia non reddunt notabiliter minus rem ad id,ad quod emitur,non teneri venditorẽ illa manifeſtare,eſto præſumat, ſi emptor ea agnoſceret, empturum non eſſe talem rem.

20

Tenetur tñ detrahere tantũ de pretio,vt nõ excedat iuſtũ rigoroſum, ſpectatis oĩb. circũſtãt js concurrentib. Si aũt vitia notabiliter reddãt minus vtilem rem ad id, ꝙ vendi conſueuit,tenetur illa manifeſtare,eſto præſumat,empturũ quidem rẽ illã,ſed nõ tanto pretio. V.g ſi vendat quis ſeruum,qui ſanus eſt,& neque fugitiuus,neque fur, neque ebrius, neque alio notabili uitio affectus, non tenetur manifeſtare, eſse duræ conditionis, aut ſegnem ad laborem,aut vini amicum,aut habere aliud ſimile vitium ex conſuetis ſeruorum.

Præterea,ſi ſutor calceos cõficiat ex parte debiliori corij, ſanè non tenetur ea de re admonere emptorem. Tum ꝙ vitium ſit manifeſtũ. Tum ẽt quoniã res ſuo modo vtilis eſt ad vſum pro corij qualitate: neque.n.calcei ẽs eſſet poſsunt ex corio firmo:ſatis ergo erit, ſi moderetur pretiũ pro calceorũ qualitate. Si tñ coriũ eſset aduſtum,eaq; de cauſa calcei citò eſsent rumpendi, vitiumque lateret emptorẽ,cuius non eſt adeo corij qualitatem agnoſcere, teneretur,non ſolũ admetiri pretium cum calceorum qualitatem,ſed ẽt admonere emptorem,calceos quidem plus alioquin valere,ſed,quod corium aduſtum ſit aliquantulũ,minuſque durabit,ſe remittere ita de pretio.

Rõ aũt eſt,quoniam ea qualitas ſi calcei citius multo ob eã ſint rumpendi, reddit illos minus vtiles notabiliter ad vſum, ad quem emũtur, ſupra id,quod calcei ex natura rei ſolent habere. Eodẽ modo mercator, qui pannum multum aduſtum vendit,citoq; rumpendum,nõ ſolum tenetur minuere de pretio,pro panni qualitate, ſed etiam tenetur admonere emptorem,eſse aduſtum,eaq; de cauſa ſe tantum detrahere de pretio conſueto. Galeri item non omnes adeo contexti euadunt, vt æqualiter vtiles ad vſum ſint. Qñ ergo defectus ad modum notabilis non eſset, quia galerus ſe vtra durabit,ſed non quantum alij,aut non tanto tempore ſplendorem retinebit,quantum alij, non tenetur artifex detegere vitium,ſed ſolum moderari pretium,iuxta vitij quantitatem.

Si autem vitium eſſet notabile admodũ, quod valde inutilem redderet galerum ad vſum,teneretur,non ſolum admetiri pretium ad rei qualitatem,ſed etiam dicere,ſe tam vili eum vendere, ꝙ non tantum durabit,&c. Atque iuxta hãc doctrinam intelligendæ ſunt concluſiones hac diſpoſitione propoſitæ.

Ducor autem ad hæc ita aſſerendum. Primo, quoniã res hæc moraliter eſt accipienda. Et quoniam,ſi artifices quoſcũq; defectus rerum, quas vendendas exponunt,manifeſtare tenerentur, id ſanè eſſet in notabile ipſorum detrimentum, quibus multum de pretio iuſto detraheretur, deterritis emptoribus vitiorum manifeſtatione: eſſetque imponere graue admodum iugum commercijs hominum, quod, neque timorati, ferre poſſent, immo verò ipſis eſſet valde nociuum, qui,

dete-

detegendo vitia, pauciſſimos haberent emptores, multumque illis de pretio detraheretur, cum tamen è contra, parum timorati, vitia ſilēdo, multos haberent emptores.

Secundò, q̄m licet obligatio detegēdi vitia, ipſis rerū naturis nitatur; id tñ ſuauiter eſt accipiendum, & prout cōmercia hominum, ipſorumque fragilitas, poſtulat, multūq; pendet a diſpoſitione ac moderatione humani iuris: ius aūt ciuile non tantū onus ceruicib. hoīum imponere intēdit, vt oīa vniuerſim rei vitia manifeſtare teneant, ſed ſolum grauia, quæ rē minus vtilē notabiliter efficiunt, vt ex toto titulo. ff. de ædil. edict. conſtat.

Illud admonuerim, tā in exteriori, q̄ in cōſciæ foro, non eſſe attendendum eſſe, an res inutilis illi ſit ad vſum, qui illam emit, q̄ num in ſe vtilis, aut inutilis, ſit ad vſum, ad quem emi ſolet. Vnde, ſi equus ſubmancus medico ſeni vendatur, non detecto vitio, ſanè, eſto illi non multū ſit inutilis ad vſum, ad quē eum emit, quia tñ minus vtilis in ſe eſt notabiliter ad equi vſum, actio redhibitoria, aut quanto minoris, illi concedetur in foro exteriori, eademque eſt obligatio in foro conſciētiæ, quicquid Sotus, & pauci alij, in contrariū dicāt.

Quando res minus vtilis notabiliter comperitur propter vitium occultum, contractusque eſt reſcindendus, tunc venditor reddit pretium, ſed accipit rem cum fructibus ex ea perceptis, deductis ſumptibus, atque induſtria appoſita.

Quando emptor vitia rei interrogat, tenetur venditor illa detegere, eſto non reddant eam minus vtilē notabiliter. Quod ſi non detegātur, erit verus dolus vēditoris, ac proinde, ſi emptor, cognitis illis, empturus nō fuiſſet, dolus dat causā contractui, eſtq; proinde nullus in conſciæ & in exteriori foro; ſi aūt eſſet empturus, ſed minori pretio, incidit dolus in contractu, reſtituendumq; eſt in conſcientia, & in exteriori foro, tantū, quāto minus ille erat empturus. Quod ſi eodē pretio erat empturus, quia venditor minori non erat illā daturus; & emptor acceſſurus non erat ad aliū, qui minori pretio eam venderet, tunc, quia mēdaciū ſolum fuit in causa, vt citius ac ſuauius perficeretur contractus, ad nullam venditor reſtitutionem tenetur. Atque in hoc euentu mendacium non eſt perniciosum. In alijs vero mendacium eſt perniciosum, ac, ſi materia grauis ſit, eſt culpa lethalis, quicquid in contrarium Sotus vbi ſupra dicat.

13 Quando, iuxta † hactenus dicta, venditor rei vitium manifeſtare tenetur, aut emptor admonere venditorem de maiori rei valore, ſi ſcienter id non fiat, iudicari debet lethalis, aut venialis, culpa, pro quantitate damni, cui exponit alterum, cum quo contractum init. Quia verò damnum notabile imminet ei, qui emit ab hæretico, aut alio qui ob crimen bona ſua ipſo iura amiſit, q̄n periculum eſt, quod crimen ad iudicium deferatur, ac damnetur amiſſione bonorum, quorum fuit dominus a puncto cōmiſſi delicti, eaque bona huic diſcrimini eſſe ſubiecta magnum vitium eorum eſt, dum venduntur, conſequens profectò eſt, vt culpa lethalis ſit, eiuſmodi criminoſum vēdere tunc, aut alio oneroſo contractu diſtrahere bona ſua notabilis valoris, non manifeſtato illorum vitio, vt Nauar. num. 89. citato infert, & nos diximus diſp. 93.

Q̄n autem aliquis per vincibilem ignorantiā non manifeſtaret id vitium, quod manifeſtare tenebatur, tūc peccatum interuenire poſſet lethale, ſi inde notabile nocumentum proximo eueniret, præſertim ſi res, quæ venditur, nociua eſſet, teneretur que venditor, non ſolum ad reſtitutionem eius, quod ea res ob tale vitium minus valebat, aut ad contractus diſſolutionem, ſed etiam ad reſtitutionem damnorum inde ſubſequutorū: quādoquidē ipſius culpa ſequuta ſunt, vincibili ignorantia minimè eum a culpa excuſante.

Illud etiā eſt obſeruandum, q̄n contractus eſt nullus, quod vitium occultum non ſit detectum, ſi res empta pereat, vel venditori perire, & nihilominus reddere teneri, quod pro illa accepit, ſolumque accipiet, ſi quid ex illa ſuperſit, vna cum emolumentis, quæ emptor ex ea percepit, deductis expenſis & valore appoſitæ induſtriæ. Ratio autem eſt, quoniam res perijt regulariter domino illius: per contractum aūt ipſo iure nullū, dominium rei emptæ non tranſiuit in emptorem.

22 Obſeruandum † præterea eſt, ſi multæ res ſimul emantur, & vna tantū vitioſa ſi, ita vt redhibēda ſit, contractuſq; quo ad illā, iuxta hactenus dicta, ſit nullus, tunc, ſi reliquæ adeò cum ea ſint cōnexæ, vt dura ſit ſeparatio vnius ab alijs, vt ſi multi ſerui ad miniſterium aliquod ſimul ſint empti, & reliqui, ſine vno illorum præſtare illud nō poſſint, tunc diſſoluitur cōtractus quo ad omnes, eſto ſingulæ illæ res diſtinctis pretijs emptæ ſint. Si verò non habeant talem connexionem, tunc illa tantum eſt redhibenda, quæ reperitur vitioſa, reſtituto pretio, quo illa vendita fuit, ſi peculiari pretio fuit vendita, aut facta æſtimatione illius demandato iudicis, quando partes non conuenerint. Ita Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 48. iuxta varia iura, & doctores, quæ citat.

Circa id, q̄ concluſione. 5. & 7. dictum eſt, nēpe, q̄n † emptor vitiū agnoſcit, nullam illi concedi actionē, & c. obſerua. Si vitiū ſit in quantitate, putà in pōdere, aut mēſura, & res autoritate publica taxata ſit, vt panis certi ponderis, aut vinū certæ menſuræ pro tanto, vel tanto, pretio, tunc, eſto emens defectum agnoſcat, & eſto cōſentiat, quia aliter ad emendum non inuenit, conſurgere nihilominus obligationem vendenti in foro conſciæ ad reſtituendum quantum deerat ponderis, aut mēſuræ, ad idque dari actionē in foro exteriori.

23

Ratio eſt, quoniam in ijs, quæ publica authoritate ſunt taxata, pretium iuſtum comparatione rei certi ponderis, aut menſuræ conſiſtit in indiuiſibili, eaque de cauſa, quantum de ſubſtātia rei detrahitur quo ad pondus, aut menſuram, ab accipiente pro illa pretium integrum lege taxatum, tantum violatur iuſtitia, obnoxiumque eſt reſtitutioni. Neque hanc obligationem impedit, quod emptor defectū agnouerit, & nihilominus emerit: quoniā conſenſus ille tacitus in defraudatione partis mercis, non fuit plene voluntarius, ſed mixtè inuoluntarius: ad hoc autem, vt donatio illa

la partis mercis, aut exceſſus pretij, valida eſſet, conſenſus voluntarius plenè erat neceſſarius.

24 Obſerua, ſi pretium † authoritate publica ſtatutum pro pane certi ponderis, verbi gratia, iniuſtū eſſet per defectū quia re vera, attento valore, quo triticum cōiter ab ijs emitur, qui eiuſmodi panes conficiunt ac vendunt, attentoque labore, & expenſis appoſitis in panibus conficiendis, nō remanet illis iuſtum moderatū ſtipendium ſui laboris ac pecuniarum, quibus ea iure negotiātur cum periculo amittendi, tunc neque peccant, neque ad reſtitutionem tenētur, detrahendo deponderc in panibus, quantum neceſſarium ſit, vt iuſtum ac moderatum ſtipendium illis remaneat.

Ratio eſt, qm̄ non tenentur deſerere eiuſmodi officia Reipublicæ neceſſaria, & quoniā pretiū authoritate publica taxatum, re ipſa comperitur iniuſtum, eaque de cauſa lex publica in conſcīa non obligat, eo quod iniuſta comperiatur, ſaltem materialiter. Quod in panibus eſt dictum, ſimili modo eſt intelligendum in reliquis rebus, quarū pretia publica authoritate taxata ſunt. Onerandę tñ ſunt in confeſſionibus conſcientiæ eorum, qui cauſantur, pretium, ob ſui paruitatem, eſſe iniuſtum, diligenterque examinandum eſt, an res ita ſe habeat, interrogato pretio, quo, verbi gratia, menſurā tritici emunt, & interrogatis expenſis, quas inſuper efficiunt, labore, quem apponunt, numero panum, quos inde ad vendendum conficiunt, valore furfurum, ac farinæ minoris momētis, quæ remanent, & denique, omnibus computatis, expendendum eſt, an res ita ſe habeat; neq; plus ſinendi ſunt detrahere de pondere, quam ad ſtipendium moderatum ſit neceſſarium, quod ad infimum potius, quam ad rigoroſum, accedat.

25 Quando † pretium non eſt lege taxatum, aliquidque admiſcetur rebus, quę venduntur, vt vino aqua, medicamentis aliqua inconſueta diſtinguendum eſt. Quoniam ſi mixturæ nocumētum afferre poſſunt, tunc vendentes res mixtas eo modo, tenentur ad damna omnia ſubſequuta, itemque ad reſtitutionem eius, quod res illæ minus emcnti valent, quam ſit id, quod pro eis dedit. Si verò nocumentum non afferant res tamē minus vtiles ad id ſint, ad quod emuntur, tunc vendentes reſtituere tenentur quod minus emptoribus ad id valent, ad quod emuntur; quarè, ſi nihil ad id conducant, reſtituere tenentur integrum pretium; vt ſi medicamentum propter mixturā inutile reddatur, ad quod emitur.

Qđ ſi res eo modo mixtè vtiles ad id ſint, ad quod emuntur, tantumq; de pretio detrahatur, quantum par ſit pp mixturam, tunc vendētes ad reſtitutionem non tenentur, eo ꝙ pretium iuſtum non exceſſerint: peccant tamen niſi neceſſitate cōpulſi id efficiant, vt quia aliter extrahere non poſſunt iuſtum pretium rei, vt verbi gratia, vini, niſi parum aquæ illi admiſceant, vel niſi res cum ea mixtura re vera valeat, quod pro ea datur, nec emptor pro eo pretio empturus eſſet meliorem.

Accendi tamen ſunt venditores ab eiuſmodi fallacijs ac deceptionibus. In his conueniūt Cōrad. de contractibus q. 54. & 55. Ioan. Medin. de reſtit. quæſt. 34. §. penult. Sylu. verb. empt. quæſt. 19. & alij, ad idemque accedit Sotus 6. de iuſtit. q. 3. art. 2.

Iuſtane ſit venditio pretio currenti, facta ab eo, qui ſciebat, merces eiuſdem generis breui, in magna abundantia ſuperuenturas: aut pragmaticam, qua minueretur pretium, breui promulgandam.

DISPVTATIO CCCLIV.

SVMMARIVM.

1 *Vendens merces pretio currenti, ſciens alias eiuſdem generis breui in magna copia ſuperuenturas, non peccat contra iuſtitiam, nec ad reſtitutionem tenetur.*

Quinimo nec peccat contra caritatem, nu. 2.

Peccat tamen, ſi ſciat pragmaticam, ſeu legem publicandam ſuper diminutione pretij. nu. 3.

4 *Princeps peccat contra iuſtitiam, cum onere reſtituendi damna, ſi quamprimum leges publicari non curet, quæ de diminutione pretij rerum diſponunt.*

5 *Venditor ſi ſciat legem fore publicandam ſuper rerum valore, an poſſit eius in magna quantitate exponere vendendas, cum maximè ſciat, emptores, legem ignorantes, tantumdem eodē pretio ab alijs empturis.*

6 *Mercator ſciens obſidionem parari ciuitati, in qua merces habebat, & citò eas vendens, an teneatur emptoribus reſtituere pretium, ſi illæ ab hoſtibus ſint direptæ, vel alia ratione iacturā propter illas paſſi ſint.*

7 *Domum habens in curia, quam inde breui ſciebat diſceſſuram, & locans pretio tunc currenti, an peccet, & ad reſtitutionem teneatur.*

Conrad. de contractib. quæſtio. 62. & 63. Io. Medin. de reſtit. quæſt. 35. poſt Ciceronem, cum Antipatron. 3. de officijs, aſſeuerant, eum,
1 qui merces † ſuas vendit pretio currenti, ſciens breui alias eiuſdem generis in magna copia ſuperuenturas, emptoribus id ignorantibus, contra iuſtitiam peccare, atque ad reſtitutionem teneri.

Ducuntur primo, quoniam abundantia illa breui ſuperuentura, re vera minuit pretium; eo quod perinde ſe habeat, ac ſi eſſet præſens: & quoniam, ſi ſciretur, re ipſa decreſceret ſtatim pretiū antequam merces illæ ſuperuenirent, ergo, qui ſciens, tunc vendit pretio currenti, vendit vltra iuſtum pretium, atque adeo contra iuſtitiā peccat, reſtituereque tenetur.

Secūdo, quoniam communis exiſtimatio, pretium tunc currens eſſe iuſtum, fundatur in errore ac ignorantia, quod tot merces accedant: ergo pretium iuſtum attendi non debet tunc ſecūdum illam communem exiſtimationem, ſed ſecūdum

rei

rei veritatẽ, ac proinde iuſtũ pretiũ erit tunc, qđ eſſet, ſi adeſſet ſcientia, ignorantiæ illi appoſita.

Tertiò, qm̃ venditor manifeſtare tenetur emptori vitium occultum rei, quod eã vileſcere facit, vt ex dictis diſputatione præcedente l quet: ſed non minus facit rem vileſcere, breui ſuperuenturas eſſe merces eiuſdẽ generis in magna abundantia: ergo ſimili mõ tenetur id manifeſtare emptori, nec pretium maius accipere, quam acciperet, ſi apud emptores eſſet ſcientia, quam ipſe habet.

1 Contrariã † ſententiã amplectuntur, D. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3. ad 4. Caie ibidem. Sotus 6. de iuſt. q. 3. ar. 2 ad 3. Gab. in 4. diſt. 15. q. 10. ar. 3. dub. 3. Syl. verb. emptio. q. 15 Cou. reg. peccatum, p. 2. §. 4. nu 6. Arias Pinel. l. 2. C. de reſcindeo. vend. p. 3. c. 2. nu. 24. & alij, quos referunt, in eademque ſententia fuit Diogenes, quem Tullius pro illa refert eſtque nobis complectenda. Nempe, qui, ita merces vendit, neque peccare contra iuſtitiam neque ad vllam reſtitutionem teneri. Tametſi addant, cumulatioris virtutis eſſe, ſi rem detegat, vel de pretio minuat. Deciſ.

Probatur primò, qm̃, ſi hic contra iuſtitiam peccaret, ad reſtitutionemq; teneretur, ſanè, qui, ignorantes breui ſuperuenturas merces, ſuas venderent pretio currenti, quanuis non peccarent, excuſante illos ignorantia inuincibili, tenerẽtur nihilominus ad reſtitutionem, ſicut ille, qui cum oppoſita ſcientia illas vendit: quandoquidẽ venderent res pretio exceſſiuo: conſequens autem nullus admittit, immo verò authores contrariæ ſententiæ illud negant: ergo ille alius, neque contra iuſtitiam peccat, neque ad reſtitutionem tenetur, Sequela probatur, quoniam re ipſa merces illæ non plus valent in manu ignorantium, quam in manu ſcientis ſuperuenturas breui alias merces: quarè, ſi hic ad reſtitutionem tenetur ratione exceſſus pretij iuſti, tenebuntur etiam illi alij.

Secundò, pretium iuſtũ rei eſt, quod res illius ſpeciei, illive ſimiles, hic & nunc valent ſecundũ communem æſtimationem in eo loco, ſiue ſciantur communiter, ſiue communiter ignorẽtur, circunſtantiæ aliquæ, quæ non efficiant rem vitioſam in ſe: cum ergo ſcientia quorundam particularium, non tollat communem æſtimationem, neq; rem vitioſam in ſe efficiat; conſequens profectò eſt, vt nec pretium rerum minuat.

Tertiò quoniam ſi eiuſmodi circunſtantię cõmuniter ignoratę minuerent pretium rei, ſequeretur eum, qui, dum pluuia deſideratur venderet triticum magno pretio tunc currente, reſtituere teneri de pretio, ſi ſubito per cauſas naturales pluuia ſuperueniat; quod nullus dicet. Sequela patet, quoniam circunſtantia illa, quod breui per cauſas naturales pluuia eſſet ſuperuentura, talis eſt, vt minuere faceret de pretio, ſi ab emptoribus, & venditoribus cognoſceretur.

Quartò, quoniã, ſi ſcientia particularis alicuius, quod futura eſſet abundantia, minueret pretium iuſtum rerum, quas vendit, etiam ſcientia particularis egeſtatis futuræ, augeret pretium rerum, quas idem ſeruandas in tempus egeſtatis emeret; cum ſit par ratio: quarè peccaſſet Ioſeph, Geneſ. 41. iniuſtuſque fuiſſet, cum reſtituẽdi onere, emens, & recondens tempore abundantiæ pretio currenti, ſciens, ſcientia priuata, futurã paulò poſt tam ingentem egeſtatem; quam ſi Aegyptij ſimili modo perſpectam habuiſſent, nequaq̃ tã vili pretio vendidiſſent frumentũ, ſed ſeruaſſent potius ſinguli in tp̃s egeſtatis, ne ſua oĩa poſtea diuiderẽt, ad ſe ipſos alendos, vt fecerunt Aegyptij. Dubiũ.

Dubium eſt, vtrum, eſto hic contra iuſtitiã nõ peccet nec reſtituere teneatur, peccet nihilominus lethaliter contra charitatem. Sunt qui affirment. Deciſ.

2 Contrarium † tñ innuit apertè. D. Tho. dum ſolũ ait, cumulatioris eſſe virtutis manifeſtare abundantiam futurã mercium, aut minuere de pretio: quibus verbis apertè docet, eſſe id ſolum opus ſupererogationis, ac proinde contrariũ nõ eſſe peccatũ. Atq; ita proculdubio eſt affirmandũ: quippe cum is ſuo iure vtatur, vendatq; merces ſuas pretio iuſto. In hoc † tñ euentu exiſtimo interuenire peccatũ contra iuſtitiã cum reſtituendi onere. Si quis ſciens conditam eſſe legem, qua pretium frumenti, aut pecuniarum valor ſint minuenda (vt in Luſitania valor æreorum nummorum ſuperioribus annis ferè in ſub duplo lege publica meritò fuit imminutus) pp ſcientiã eiuſmodi legis nondum promulgatæ, plus vendat frumẽti cum aliorum iactura, qui illam ignorabãt, quàm alioquin erat vediturus, aut plures earum pecuniarum, cum aliorum ſimiliter iactura, expendat, quam, ſecluſa ea ſcientia erat diſtracturus. Ducor ad hoc ita aſſerendum, qm̃ lex publica æqualis ac cõis eſſet ſubditis omnibus, peccaretque contra iuſtitiam princeps, ſi, antequam omnibus promulgaretur, quibuſdam illã manifeſtaret, qui, promulgationem præuenientes, cum aliorum iactura illius occaſione ditarentur: eademque ratione, qui in aliorum præiudicium ſcientia illius vteretur, quocunque modo ad ipſum ea ſcientia perueniſſet, peccaret contra iuſtitiam, cum onere reſtituendi damna, quæ ea via proximis euenirent.

4 Quo † fit, vt princeps contra iuſtitiam peccet, cum onere reſtituendi damna, niſi diligenter curet, vt eiuſmodi leges, quam maxime fieri poſſit, & occultæ ſint, & ſimul in toto regno promulgẽtur, ne aliqui cum aliorum iniuria ac detrimento, occaſione ſcientiæ talium legum, ditentur. Cum hac noſtra ſententia conſentit apertè Bart. l quęro. ff. de act. empt a Couar relatus reg peccatum, p. 2. §. 4. nu. 6. innuitque Couar. ita ſeruari in foro exteriori: tametſi, non attendens, non eſſe eandem rationem in hoc euentu, & quando ſciens ſuperuenturas merces, vendit ſuas pretio currenti, addit, in foro conſcientiæ contrarium eſſe aſſerendum cum D. Tho. Apertius multo conſentit nobiſcum Aries Pinel. l. 2 C. de reſcin. vend. p. 3. c. 2. nu. 22. tradens diſcrimen inter vtrunque euentum.

Quòd, qui vtitur ſcientia legis, antequam promulgetur, ad ſeipſum ditandum cum aliorum iactura, vtitur ſcientia rei, quæ omnibus debet eſſe communis, in aliorum detrimentum, ac proinde iniuriam illis facit: qui verò ad eundem effectum vtitur ſcientia, quod ſuperueniant merces, non

vtitur

vtitur ſciẽtia rei,q̃ omnibus debeat eſſe cõix,quin
potius id ſpectat ad induſtriam,artem,atq; euen-
tum fortunæ mercatorum . Conſentitittereà
cum hac noſtra ſententia Aluar. Val. conſul.64.
in calce nu.8.quoſdam etiam alios referens.

Cautè aũt paulò antea dixi;pp ſcientiam eiuſ-
modi legis nõdum promulgatæ, plus vendat fru-
menti,q̃ alioquin erat venditurus,aut plus pecu-
niarum expendat, q̃ alioquin erat diſtracturus :
qm̃ propter eam ſcientiam, non manet deterioris
conditionis,quam alij,& quam ipſe erat futurus,
ſi eam ſcientiam non haberet. Quare efficere ea
omnia tuta cõſcientia poteſt,quæ,ſecluſa ea ſcien-
tia, erat facturus,nihil impediente,quod per acci-
dens damnum aliorum ſequatur : quandoqui-
dem,ſicut cæteri, vendit frumentum, & diſtrahit
pecunias pretio currenti, quod tunc verè habent.

Dubiũ. 5 Petes,poteſt†ne vti ea ſcientia ad vendendum
plus frumenti, quã alioquin erat venditurus,ſi id
non cedat in damnum ementium? vt ſi tantundẽ
erant empturi ab alijs eodem pretio, qui legem
ignorarent. Et ſimiliter,poteſt ne vti ea ſcientia
ad expendendas plures pecunias, quam alioquin
erat expenſurus, ſi id non cedat in detrimentum
accipientium? vt ſi emat ea pecunia ab ijs,qui con
tinuo illam inſument, aut mutuo det eam pecu-
niam ei,qui continuo illam expendet, Neganter-
Deciſ. que eſt reſpondendum. Qm̃,quamuis id non ce-
dat in detrimentum accipientium immediatè,ce-
dit tamen in detrimentum aliorum ciuium, in
quorũ manibus erunt pecuniæ illæ tempore pro-
mulgationis legis:& quoniam cedit in detrimen-
tum aliorum ciuium,qui venderent alias merces
pretio currenti, niſi is, propter ſcientiam legis,
qua minuendum erat pretium,tot vendidiſſet.

Sunt verò nonnulla obſeruanda circa D.Tho.
cõioremq; ſnĩam,quam complectimur. Primum
eſt,q̃uis fas ſit,ſcientẽ ſuperuenturã mercium co-
piam ingentem, non ſolum vendere merces ſuas
pretio currenti,ſed ẽt plures earum exponere ven
dendas, reque ipſa vendere, quàm alioquin foret
venditurus, nefas tamẽ eſſe, cũ reſtituendi onere,
fraudibus,mẽdacijs,ac dolis,adducere eos ad illas
emendum,qui inde detrimentum patientur,quia
videlicet nõ tot emiſſent ante aliũ aduentum,niſi
ita fraude ad id fuiſſent adducti. Etenim,licèt fas
ſit exponere ſuas merces vendẽdas,nihil impediẽ
te ea ſcientia, permittereq; aliorũ iacturã ob pro-
priũ lucrũ ac cõmodũ, vendendo p̃tio iuſto tunc
currenti, nefas tñ,ac contra iuſtitiam,eſt,menda-
cijs, fraudibus, ac dolis, quenquam inducere ad
iacturam illo modo ſubeundã:neque contrarium
aſſerent D.Th.cæteriq; eiuſdem opinionis auto-
res neque id eſt,quod in controuerſiam vocant.

Queſt. Secundum eſt. Sicut in alijs rebus moralibus,
variata vna circunſtãtia,facilè variatur caſus, vn-
de euenit ſæpe, vt,qui ad illam non attendit con-
trarium reſpondeat,ac foret reſponſurus: ſic in re
propoſita idem poſſe facilè euenire. Rem exem-
plo quodam aperiã, vnde multa alia facilè intel-
ligi poterunt. Cum fama eſſet,eos,qui in hac ciui-
tate Conchenſi facultatem a Rege obtinuerant
cudendi nummos æreos, multum eã facultatem,

aut facultates exceſſiſſe, reſq; ad Regẽ eſſet dela-
ta, præcepiſſetque ſecreto correctori ciuitatis, vt
monetę domum ſubito clauderet,nec ſineret am-
plius cudi monetas, aut quicquam ex ea domo
extrahi, idque anteq̃ exequutioni mandaretur,ad
cuiuſdã notitiã deueniſſet, qui in ea domo ingẽtẽ
maſſam æris,argento permixti, atque in laminas
iã redacti (*rieles* vocant)'vt monetæ inde conficẽ-
retur, habebat, is maſſam illã ſex millib. aureorũ
cuidã vendidit, qui rem prorſus ignorabat, multa
(vt emptor dicebat)cauſatus,cur venderent,q̃bus
emptorẽ ad emendum adduxerat. Clauſa aũt ſu-
bito paulo poſt monetæ domo, dubitari cæpit, an
contractus iuſtus, validuſque fuiſſet, teneretur q;
emptor periculũ illud ſubire,& ſoluere pretium,
quo maſſam illã emerat. Multi affirmanter reſpõ
derunt,ducti ſnĩa D.Th:hactenus explicata. Ego Deciſ.
tñ ſemper conſtanter dixi,contractũ fuiſſe nullũ,
neq. emptorẽ teneri ſoluere pretiũ:qua in re ven-
ditorem ſatis timoratum ſum ſępe expertus, om-
ninoq. paratũ ad ſuã exonerandã conſcientiam,
ſtandumq; meo iudicio, quicquid alij in contra-
rium affirmarent. Ducebat ego. In primis, qm̃ vẽ
ditor vſus fuerat ad vendendũ, reijciendumq. in
emptorẽ damnum ac periculum propriũ,ſcientia
decreti principis occulti anteq̃ exequutioni mã-
daretur: id quod non tantam vim in re propoſita
hẽt, quantã in lege publica taxationis mercium,
aut valoris monetæ, q̃ omnib. debet eſſe æqualis
ac cõis. Deinde verò,qm̃,vt emptor rẽ propone-
bat,venditor non adduxit emptorẽ ad emendum
ſola mercis expoſitione ad vendendũ, ſed confi-
ctis multis,quibus illum ad emendum adduxit,vt
rõne damnum ac periculum, qđ ſibi imminebat,
reijceret in emptorem : id aũt non licere,ad frau-
demq. ac dolum & ſpectare, paulo ante explana-
tum eſt. Tertiò,& præcipue,qm̃ eo ipſo, quod tã
ingens tranſgreſſio facultatum Regis fuerat fa-
cta, & quod materia illa, vltra facultatem obten-
tatam,parata erat in domo publica ad monetas ex
illa conficiendas,vitioſa erat,utpotè obnoxia,quę
in pęnam Regi adiudicaretur, ut & factum fuit
poſteà ſententia iudicis: quare ſicut bona hæreti-
corum, ac cæterorum, qui in pęnam amittendi
bona ſua ipſo iure inciderunt, uitioſa cenſetur,
tenetur que uenditor uitium manifeſtare empto-
ri alioquin dolus dat cauſam contractui, ſi em-
ptor,cognito uitio,ẹmpturus illa non erat, vt di-
ſputatione præcedente dictum eſt,ſic materia illa
ſub illis circunſtantijs uitioſa erat, ac proinde,
cum uendita fuerit uitio,periculoque, cui iam ſu-
biacet,non detecto,emptorque, ſi illud ſciret, ne-
quaquam illam emeret, contractus utique fuit
nullus dolo cauſam illi dante, iuxta ea, quæ præ-
cedente diſputatione dicta ſunt.

Ex hactenus dicti facilè intelligentur, quid in Dubiũ.
6 ſequenti euentu ſit dicendum. Quidam † merca-
tor ſciebat obſidionẽ parari ciuitati, in qua mer-
ces habebat, alijs id communiter ignorantibus:
is cito illas uendidit, extraxitque inde pre-
tium: quæritur, num reſtituere teneatur empto-
ribus, ſi uel illæ poſteà ab hoſtibus ſint direptæ,
uel alia ratione propter illas iacturam paſſi ſunt.

Reſpon-

Reſpondendumq. eſt, ſi ſolum mercator ille venditioni eas expoſuit, vendiditq; pretio curren ti, ſiue mendacijs, & alijs fraudibus, ac dolis, nec ad reſtitutionem teneri, nec peccaſſe, ſed vſum fuiſſe iure ſuo. Neque enim, quod obſidio paratetur, vitium eſt reputandum, perinde ac, quod ob delictum vendentis obnoxiæ ſint eteptioni in pœnam iuſtam, cenſetur vitium mercium: illud .n. aliud eſt periculum, quod imminet a cauſa extrinſeca, nec eſt affectio vlla rei in ſe etiā per comparationem ad cauſam extrinſecam: quare ſicut, quod vinum, aut triticum, a cauſa extrinſeca ſit corrumpendum, quādo in ſe non habet affectionem, quæ illud facilè corruptioni obnoxium faciat, non cenſetur vitium tritici, aut vini, ſicut cēſetur affectio, quæ illud facilè corruptioni reddetet obnoxium: ita, quod ciuitati obſidio paretur, non cenſetur vitium rerum, quæ in ea ſunt.

Dubiū 7 In ſequenti ēt euentu, neque † obligatio reſtituendi, neque peccatum interuenit. Qui domum in curia habebat, ſciebat curiam breui inde diſceſſuram, domumq. ſuam locauit, pretio tunc currēti, recedente vero curia, imminutum valde fuit pretium conductionis, tam illius, quam cæterarū domum, ſane iure ſuo ille fuit vſus, locando tunc domum pretio currenti, ſine mendacijs, fraudibus, aut dolo, nihil impediente, quod ſi conducēs ſcires curiam diſceſſuram, neque tanto pretio, neque omnino domum conduxiſſet.

Deciſ.

Ad primum argumentum pro opinione Conrad. & Medin. negandum eſt antecedens: qm̄: vt dictum eſt, pretium iuſtum attenditur ſecundum cōem æſtimationem hominum, nihil impedientibus circunſtantijs, quæ ignorantur. Quare negandum eſt, abundantiam, quæ ignoratur, perinde ſe habere ad pretium minuendum, ac ſi eſſet præſens, aut ſciretur. Quin eſto, merces aduenisſent, interim dum res communiter non ſciretur, pretium iuſtum mercium eſſet, quos communiter æſtimarentur a communiter ignorantib. aduentum aliarum.

Ad ſecundum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Exiſtimationem quippe communem in ignorantia fundari, non impedit, quo minus pretium, communiter exiſtimatum, iuſtū re vera ſit.

Ad tertium, conceſſa maiori, neganda eſt minor, interim dū id ignoratur, vt ex dictis conſtat.

An liceat rem carius vendere expectata ſolutione, aut vilius anticipata emere, præſertim ob lucrum ceſſans, aut damnum emergens.

DISPVTATIO CCCLV.

SVMMARIVM.

1 *Vendere rem ad creditum carius expectata ſolutione, & emere vilius anticipata ſolutione quādo liceat.*

2 *Vendens rem ad tempus vltra pretium iuſtum rigoroſum, & emens infra pretium infimum iuſtum, anticipata ſolutione, vſuram committit. Declara tamen & intellige, vt nu. 4.*

3 *Vſurā committant mercatores, qui in nūdinarum diſſolutione, in qua pretiū mercium ſolet decreſcere, vendūt merces ſuas ad creditum pro pretio quod a principio nundinarum currebat.*

5 *Vendens merces ſuas ad creditum maiori pretio quam tempore contractus valeant, quando ab vſura excuſetur, & quando non.*

6 *Pretium lucri ceſſantis quomodo taxandum.*

7 *Venditor ſi ſuas merces ſtatim ſit venditurus, ſed creditur, illas poſt tres menſes plus eſſe valituras, an poſſit illas ad creditum vendere, ſoluendas in id tempus pretio, quo plus minusve ſperaretur tunc eſſe valituras.*

8 *Merces in futurum plus ualituræ non plus valent, quam tempore præſenti, ei, qui eas vendere cogitur.*

RES hæc magna ex parte liquet ex dictis in materia de vſura. In complementum tamē, tam illius, quam huius materiæ, aliqua hoc loco ſubijcienda ſunt.

1 Conueniunt † oēs, cum iuſtum rei pretium, qn̄ lege nō eſt taxatum, in indiuiſibili nō cōſiſtat, licitū eſſe vendere rē credito carius, q̄ pecunia ſtatim numerata, intra latitudinē tn̄ pretij iuſti, hoc eſt, vſq; ad rigoroſum iuſtum. Similiter licitū eſſe emere rem vilius pecunia anticipata intra latitudinem iuſti. i. vſq; ad infimum pretium iuſtū.

Ratio eſt manifeſta, qm̄ in his nulla fit tranſgreſſio limitū pretij iuſti. Quo fit, vt ad iudicandū, iniuſtitia ne, palliataque vſura, interueniat in emptionib. aut vēditionib. quib. aliquid carius venditur expectato pretio, vel emitur vilius anticipata ſolutione, quā emeretur, aut venderetur, ſimul ſoluto pretio & tradita merce, attendendum ſit, an pretium excedat iuſtum rigoroſum, aut nō pertingat ad infimum iuſtum: quod ſi comperiatur, non egredi hos limites, iudicandum eſt neq; iniuſtitiam, neque vſuram interuenire.

2 Conueniunt † præterea oēs, iniuſtitiam committi, interuenireq; vſuram, ſi venditor pretium iuſtū rigoroſum, quod res pecunia ſtatim numerata valet, ea præciſa rōne excedat, vt ſolutionem differat in futurum: ſimiliterq;, ſi emptor ea præciſa ratione infra pretium infimū iuſtum emat, quia anticipat ſolutionem. Ita D. Tho 2.2. q.78. art.2. ad 7. & doctores cōiter, concinitque c. conſuluit, de vſur. Ratio autem eſt perſpicua, quoniā in vtroque euētu cernitur lucrum ex mutuo virtute, quod vſura eſt palliata, vt diſpu.303. explanatum fuit. In primo quippe euentu perinde eſt, ac ſi pretium iuſtum, quod emptor ſoluturus erat ſtatim, mutuo illi a venditore vſq. ad tempus ſolutionis relinquatur, eaque de cauſa incrementum illud pretij tempore ſolutionis ab eo accipiat: in poſteriori verò, non ſecus res habet, ac ſi pretium anticipatum mutuo daretur venditori vſque ad tempus traditionis mercis, cum pacto, vt tunc ea de cauſa inſuper redderet, quod plus tunc va-

lent merces,quàm pretium;quę duo lucrum ſunt ex mutuo virtute,atque adeo vſura palliata.

Hinc Sotus.6.de iuſt.q.2.art.3.ante quartam
3 concluſ.& q.4.ar.1.infert,vſurā† cōmittere,atq; ad reſtitutionē teneri mercatores, qui in nundinarum diſſolutione, qn̄,in emptorum defectum, decreſcere aliqn̄ ſolet pretium mercium, eſſeque longè minus,quā a principio,atq; in medio,merces ſuas credito vendunt pretio, quod à principio nundinatum valebant. Quo eodem modo vſurā committunt cum reſtituendi onere, quid, decreſcente pretio tritici pp ſuperuentum ingentis copiæ mari aſportatæ,aut pp ſuperuentum pluuiæ, a qua anni fertilitas pendebat, vendunt credito pretio,quo immediatè antea vendebatur, quodque maior erat pretio rigoroſo præſenti, quo pecunia numerata cōiter venditur. Idemq; eſt dicēdum de quibuſcunq; alijs mercibus in ſimilibus euentibus, nihil impediente, qđ mercatores ipſi maiori pretio eas emerint,atq; amittent, niſi tm̄ in pretio aſcendant,vt diſp.348.dictum eſt.

Quamuis neque ex præciſa ſolutionis expectatione, neque ex præciſa anticipata ſolutione, fas ſit accipere vltra pretium iuſtum rigoroſum, aut emere infra pretium infimum iuſtum: nihilomi-
4 nus † ex parte lucri ceſſantis,aut dāni emergētis, fas eſt accreſcere, aut decreſcere, extra limites iuſti pretij, quantum hæc prudentis arbitrio æſtimabuntur,vt diſpu.314.& duabus ſequentibus, fuſe eſt oſtenſum:quo in loco,quæ hic dici poterant,ſunt legenda. Obſerua tn̄,opus eſſe emptori ſignificare,ratione lucri ceſsātis, aut damni emergentis fieri egreſſum illum a limitibus pretij alioquin iuſti,qn̄ non conſtat illum,vna cum merce, emere ēt velle lucrum ceſſans,aut damnum emergens. Si.n.ſolum emere intēderet rem pretio iuſto,nec ſimul emere vellet lucrū ceſſans, aut damnum emergens ſanè iniuria illi irrogaretur, cum reſtituendi onere,ſi ipſo ignorante, ſimul ei venderetur lucrum ceſſans, aut damnum emergens. Quando autem lucrum ceſſare ſit cenſendū, aut damnum emergere, & quando non, diſputationibus citatis,pręſertim.316.latè eſt explanatum.

Ex capite lucri ceſſantis, licitus eſt caſus vltimus,de quo c.nauiganti.de vſur.eſt ſermo. Quo in loco Greg.IX.definit,a peccato,vitioq; vſuræ,
5 excuſari eū,qui † merces ſuas credito vendit,maiori quidem pretio, quā tpe contractus,valeāt,attamen tali,de quo veriſimiliter dubitatur, an res vendita tempore ſolutionis ſit plus,minusve, valitura, dummodo venditor eas merces venditurus non eſſet tempore contractus, ſed ſeruaturus illas eſſet vendendas tempore ſolutioni deſtinato. Verbi gratia,ſi tritici menſura menſe Decembri octo regularibus argenteis vendatur, ſperetur tamen vendenda in principio Maij longè maiori pretio,tunc, qui firmus deſtinauit vendere ſuum triticum menſe Maij,abſq. peccato,& abſq. vſuræ vitio,requiſitus menſe Decembri, poterit credito illud vendere pretio,quo,plus minus valiturum ſperabatur menſe Maij. Ratio eſt,qm̄ quando moraliter eſt certū valiturū plus menſe Maij, atq; ignoratur quantum tunc in pretio aſcendet ſanè iuſtum pretiū lucri ceſſantis, tpe contractus taxatum erit, ſi aſcēdatur in pretio quouſque perueniatur ad medium inter ſummum & infimū, quo mēſe Maij valiturum ſperatur:ea quippe ratione,& taxatur,perſoluiturq; ſufficienter venditori lucrum ex eo ipſi ceſſans, ꝙ ſuum triticū in id tps non ſeruet,quo plus valiturum ſperabat,& tam emens quam vendens,æquali ſe periculo exponunt,quod eſto triticum menſe Maij plus valeat,contentus ſit venditor pretio illo,& eſto minus valeat,ſoluat nihilominus emptor idem pretium. Atque hoc eſt,quod Grego.IX.eo in capite definire intendit. Obſerua tn̄,ſi venditor ſeruaturus non erat ſuum triticum vſque ad diem ſolutioni deſtinatum,ſed ad breuius tempus, in quo valiturum quidem erat plus,quā tpe contractus, ſed minus, quam in termino ſolutioni præfixo, tunc paciſci non poterit de pretio,quo, plus minus;eſt valiturum tpe ſolutionis: quandoquidem non tantum lucri ipſi ex eo ceſſat,quod in pręſenti vendat, ſed poterit ſolum paciſci de pretij,quo, plus minus,eſt valiturum tpe,quo vendere illud decreuerat. Simili modo ſi illud vendere decreuerat tpe, in quo plus valiturum ſperabatur, quam in termino ad ſolutionem dato,tunc paciſci poterit de pretio,quo plus minus,erat valiturum tempore,quo illud vendere decreuerat, idq. ſiue terminus datus ad ſolutionem ſit ante id tempus,ſiue poſt. Ratio autem eſt, quoniam totū id lucrū ipſi ex eo ceſſat, quod in præſenti vendat. Obſerua tn̄;ſemper detrahendum eſſe de pretio, quantum venditor erat inſumpturus in eo tritico ſeruando. Item,ſi triticum,aut quæuis alia merx,paſſura erat detrimentum aliquod ob ariditatē, aut quacunque alia de cauſa, detrahendum eſt etiam de pretio,quātum id æſtimabitur. Adde,ſi moraliter non erat certum, venditorem ſeruaturū mercem in tempus, quo plus erat valitura, accipere non poſſe totum pretij incrementum, quod licitè potuiſſet accipere, ſi moraliter id fuiſſet certū. Denique, decreſcere venditor tenetur in pretio, quantum,computatis omnibus circūſtantijs,minus lucri ex eo poteſt illi ceſſare quod vendat ad terminum ſolutioni præfixum, iuxta ea quæ diſpu.316.dicta ſunt. Ita Maior.in 4.diſt.15.q.32. Syl.verb.vſura.2.q.2. Sotus 6.de iuſti.q.4.art.2. Cou.2.var.reſ.c.3.nu.6.& doctores cōiter.

6 Licet tpe † cōtractus taxari poſſit pretium lucri ceſſantis modo explicato,iuxta,cap.nauiganti.de vſur.poteſt etiam aliter fieri venditio Nempe,vt tantum pretij reddatur, quantum merx valuerit cōiter tempore, quo venditor illam vendere decreuerat. Ratio eſt,qm̄ re vera tm̄ lucri venditori ceſſat,exponitque ſe hoc modo periculo,quod, ſi aliqua de cauſa minus tunc valuerit,minus ei detur. Semper tamen detrahere de pretio tenetur, ſi minus lucri ipſi ceſſat propter ſumptus in ea merce ſeruanda & propter alia, quæ proximè commemorata ſunt. Si quis autem triticum, aut quāuis aliam mercem,vendat cum pacto, vt ei ſupremū pretium detur,quo valuerit a die celebrati cōtractus vſque ad tempus, in quod illam ſeruare decreuerat contractus eſt vſurarius.

Imò

Imò,eſto menſem determinet, aut hebdomadam, apponés pactum, vt ſibi ſummum pretium ſoluatur, quod in tali menſe, aut hebdomada, valuerit, contractus eſt vſurarius. Ratio autem eſt q̄m ipſe vnum tantum diem, immo horam, erat electurus, in qua venderet, nec plus pretij erat accepturus, quam merx tunc valeret; ex eo autem, quod ſupremum pretium eligat temporis totius menſis, aut hebdomadæ, exponit emptorem periculo, quod, ſi in aliqua parte totius illius temporis plus valeat, teneatur id ſoluere, ſimulque ſe in tuto conſtituit, quod nihilominus accipiet, quam ſit id, ꝗ valitura erat tempore, quod ad vendendum eligeret: apponere autem hoc grauamen (ꝗ proculdubio pretio eſt æſtimabile) pro expectatione ſolutionis, quis non videat vſuram eſſe palliatam? Si tamen paciſceretur, quod nec emptor ſupremum ſolueret pretium, nec infimū, quo intra id tempus venderetur, ſed medium inter vtrūque, tunc nulla eſſet vſura: eo quod contractus eſſet æqualis, periculumq; amoueret æqualiter ab emptore & venditore. In his conſentiunt Scotus in 4.diſt.15.q.2.verſus finem ar.2.Gabr.ibid.q.11.art.1.Couar.num.6.citato, Io.Medin.vbi ſupra, & doctores communiter.

7 Dubium eſt, ſi venditor † ſuas merces ſit ſtatim venditurus, ſed creditur veriſimiliter illas poſt tres menſes plus eſſe valituras, an poſſit licitè eas vendere creditò ſoluendas in id tempus, ſed pretio, quo, plus minus, ſperaretur tunc eſſe valituras Caiet.2.2.q 78.ar.2 ad 7.affirmanter reſpondent. Quoniam, inquit, ſolutionis expectatio poteſt duobus modis conſiderari. Vno, vt actio diſtincta ab emptione & venditione; atque hoc modo ex eo, quod ſolutio differatur, nihil amplius accipi poteſt, quam quod res in præſenti valet: q̄a vſura eſſet plus accipere.

Altero, tanquam actio complatiua contractus emptionis & venditionis: completur quippe contractus, non ſola conuentione, ſed traditione mercis ex parte venditoris, & pretij ex parte emptoris. Quia ergo, inquit, tēpore, quo traditione pretij complendus eſt contractus, merx plus eſt valitura, licitus eſt talis contractus, nihil impediente, quod tempore, quo merx traditur, minus valeat, & quod venditor ſeruaturus illam non eſſet vſq; ad id tempus.

Ad eandem ſnīam videtur accedere Conr. de contractib.q.61. Suam vero ſententiam confirmat Caiet. ex c.in ciuitate de vſur. vbi Alex. III. nulla mentione facta, an venditor ſeruaturus eſſet merces vendendas in tempus futurum, reſpondet, piper, aut cinamomum, quod præſenti pecunia ſolum venditur quinque, poſſe abſque peccato vendi creditò ſex, modo credatur tempore ſolutionis, plus minus id eſſe valiturum.

Reprehendit verò Caiet.gloſſ.c.in ciuitate, & c.nauiganti, quæ affirmant, eundem eſſe caſum vtriuſque capitis, ac proinde in caſu capitis in ciuitate, intelligendum eſſe, quando venditor ſeruaturus erat ſuas merces in tempus ſolutioni præfixum, iuxta id, quod c.nauiganti habetur.

Contrarium tamen eſt proculdubio aſſerēdū, videlicet, contractum illum illicitum eſſe ac vſurarium: id quod Greg IX. manifeſtè expreſſit, c. nauiganti: quo circa dicendum eſt, eundem eſſe caſum vtriuſque capitis Gregoriumque IX. explicaſſe amplius, quæ Alex.III. dixerat. Ita affirmant, præter gloſſas vtroque capite, doctores cōmuniter, Ioā.Med.de reſt.q.38.cauſa 5.Sotus 6. de iuſt.q.4.art.2.Cou.2.var.reſ.c.3.n.6.& plerique alij, quos citat, atque conſentiunt Maior. in 4.diſt.15.q.32.Gab.ibidem q.11.art.1.& art. 3.dub.9.& Syl.verb.vſura.2.q.2.

Poteſt autem hæc noſtra ſententia confirmari. Primò, quoniam contractus emptionis & venditionis conſenſu perficitur, vt diſpu.254 336.& 337.oſtenſum eſt, & valor rei attendi debet iuxta id, quod tempore traditionis illius valet, vt ex ſe eſt perſpicuum, eo quod tunc tradatur ad vſum, & conſumptionem, colligiturque apertè ex c.nauiganti, caſu 2.neque pretij ſolutio eſt completio contractus, niſi quo ad obligationem, quæ orta fuerat ex contractu ipſo iam antea perfecto: quo fit, vt pretium iuſtum rei credito venditæ, attendēdum non ſit penes tempus ſolutionis, ſed penes tempus venditionis, ac traditionis mercis.

8 Secundo, q̄m † res, quæ in futurum plus eſt valitura, non plus valet ei, qui eam venditurus ac traditurus eſt ſtatim, quam valeat in præſenti; eo quod dominium illius non perſeueret cum ipſo, poſſitq; conſumi ſtatim ab emptore: ergo, ſi in præſenti eam vendit ac tradit, non maiori pretio poteſt illam ex eo vendere, quod ſolutionem differat in tempus, quo plus eſt valitura, quam ſi ipſam pecunia ſtatim numerata venderet.

Tertiò, quoniam, ſi ſtatim conſumatur accreſcere non poteſt in valore: ergo ſolutionis tempore non debetur pro ea pretium, quod tunc valeret, ſi apud vendentem eſſet vſque ad id tempus conſeruata. Rationes alias legito apud Medin. ac Sotum locis citatis. Ex proximè autem factis rationibus tam perſpicuè euerſa ſunt Caiet. fundamenta, vt opus non ſit ad illa reſpondere.

Vtrum ratione periculi amittendi capitale, difficileque & cum moleſtia illud recuperandi, liceat vendere credito vltra pretium iuſtum rigoroſum, aut emere anticipata ſolutione infra pretium infimum iuſtum.

DISPVTATIO CCCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Vendere credito ad tempus vltra pretium iuſtū, vel emere infra infimum pretium anticipata ſolutione, an liceat, ratione periculi amittendi capitale, vel cum difficultate illud recuperandi ratione loci, vel perſonarum qualitate.*

2 *Pretio æſtimabilia ſunt periculum amittendi capitale, qualitas loci, & perſonæ, timor expenſarū, & laboris in debito recuperando.*

IOan. Med. de reſt. q. 38. cauſa. 3. & 4. cenſet, ra
1 tione periculi † amittendi capitale, aut partem illius, qñ pro qualitate perſonæ, & circunſtantiarum concurrentium, eſt veriſimile aliquod tale periculũ moraliter loquendo, licitum eſſe aſcendere vltra pretium iuſtum, quantum periculum illud prudentis arbitrio, æſtimabitur, & deſcendere de infimo pretio iuſto, qñ emitur anticipata ſolutione. Itemq; ratione expenſarum, laboris, & anxietatis ſubeundæ, in recuperando eo debito. Quamuis aũt alia non contemnenda argumenta ad hoc probandum conficiat, potiſſimũ eſt. Qm̃
2 hæc † omnia pretio ſunt ęſtimabilia, neq; quis tenetur illa ſubire, eis vel ſe, & res ſuas, ſubijcere gratis: ſicut etiam diſput. 319. cum cõi doctorum ſententia dicebamus poſſe fideiuſſorem pro obligatione, quam in ſe ſuſcipit, ſoluendi pro debitore, ſi ille non ſoluat, accipere competens aliquod pretium pro quantitate obligationis, & periculi, cui, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus ſe ſubijcit. Quare, ait Medina, modo venditor nõ indifferenter aſcendat in pretio omnibus, quib. credito vendit, ſed ſolum illis, in quibus veriſimiliter, quæ cõmemorata ſunt, timentur, neque his oĩbus aſcendat æqualiter, ſed pro quantitate periculi ac veriſimilitudinis, & nũ ſcandalũ nõ otiatur, de rigore aſcendere poterit in pretio, quãtum illa prudentis arbitrio, æſtimabuntur. Quod ſi cũ emptore tempore contractu certum ac moderatũ pretium ſtatuat pro ratione periculi, quod tunc timetur; quicquid poſtea eueniat, nec reſtituere tenebitur incrementum illud, nec põt plus accipere: qm̃ id tanq̃ iuſtũ pretiũ conuentione vtriuſq; partis fuit ſtatutum pro periculo, cui ſe ſubijciebat, quicquid poſtea rei probaret euentus.

Sotus 6. de Iuſt. q. 4. ar. 1. ad 2. quamuis admittat, circa expenſas ac laborem, quæ veriſimiliter timentur, poſſe quempiam paciſci cum emptore, ac mutuatario de iuſto aliquo ac moderato pretio, ita vt, quicquid poſtea in vtramis partem eueniat, neque amplius poſſit accipere, neque id reſtituere teneatur, nihilominus pro alijs negat poſſe quicquam accipi abſque vſuræ vitio, ſtomachaturque aduerſus Medinam, quod talem inueheat opinionem. Rationes, quibus Sotus nititur, legere apud iſtum licebit. In hoc ſecundo conuenit cum Soto Nau. in Man. c. 23. nu. 81.

Conr. de Contract. q. 59. corol. 1. & 2. poſt tertiam concluſionẽ, & argumento. 2. poſt 4. negat pro periculo amittendi capitale, aut partẽ illius, poſſe in pretio aſcendi. Pro expenſis vero ait, poſſe quidem in eo aſcendit, ea tamen lege, vt ſi nullæ poſtea fiant, accipiatur ſolum iuſtum rei pretium. Atque in hoc ſecundo cum eo conueniunt Syl. in Roſa aurea caſu. 6. Maior. in 4. d. 15. q. 40. arg. 7. Nau. in Manu. c. 23. nu. 84. tametſi addãt, eſſe id periculoſum; quia poterit venditor tpe ſolutionis mutare voluntatem, aut obliuiſci, atque ita accipere totum pretium. Poterit itẽ mori ante ſolutionem, & tunc hæredes recipient totum pretium. Adhiberi tñ poſſe, ait Nauar. cautelam tradendo ſchedulam debitori, quod, ſi tempore conſtituto integrè ſoluerit, diminuet id de pretio. Conrad. ait, poſſe nihilominus aſcendi in pretio pro timore expenſarum, & ſimilium rerum. Si vero pro timoris perpeſſione, in pretio aſcendatur, nihil teneri creditorem reſtituere, eſto nihil eorum, quæ timebat, poſtea eueniat.

Duabus concluſionibus, quid de hac re ſentia, dicam. Prima. Præterquam ꝙ ex cauſis ꝓpoſitis aſcendere in pretio res ſit plena in ſe periculis, aptaq; ad generandum ſcandalum, eaq; ratione nullo modo conſulenda, credo eſſe ẽt in ſe illicitã, obligationemq; inducere reſtituendi exceſsũ pretij, niſi, contractus tpe, emptori manifeſtetur, eis de cauſis aſcendi vltra pretium alioquin iuſtũ atque emptor in eiuſmodi pacto conſentiat, præſertim qñ non conſtat ſimul cum re, velle emere pericula illa & damna, quibus venditor in ea vẽditione ſe ſubijcit. Probatur, quoniã vt diſputat. præced. & 314. iunctis duab. ſequentibus, de lucro ceſſante ac damno emergente dicebamus, ſi emptor ſolum intenderet emere rem pretio iuſto, & non pericula, quibus venditor ſe ſubijci arbitratur, ſanè iniuria illi fieret, ſi, ipſo id ignorante, eiuſmodi pericula ac dãna ei venderentur, pro eiſq. acciperet ab eo pretium: quare interueniret peccatũ ab obligatio reſtituẽdi illi tale pretium.

Secunda cõcluſio. Quamuis nemini videatur conſulendũ, vt illis de cauſis in pretio aſcendat, pp periculum palliãdi ea ratione, atque introducendi vſura, & pp ſcandalum, ac damna Reipublicæ, præſertim cum venditor, poſſit nolle vendere ſine fideiuſſore ſecuro, poſſit etiã apponere pęnã conuentionalẽ, ſi culpa ementis aliquid eorum, quæ timet, eueniat, vt diſp. 317. dictũ eſt, & poſſit de expenſis & labore paciſci, ſi quæ ea de cã ipſum ſubire contigerit, nihilominus, ſi incrementum illud pretij in pactum deducatur, ita ꝙ, contractus tempore, emptori manifeſtetur, rõne expenſarum periculorum, ac laboris, quibus venditor ſe ſubijcit, accipi, ſitq. moderatũ pro quantitate illorum, attenta emptoris qualitate, ita qđ metus ex natura rei proueniat, & non ex auaritia & puſillanimitate venditoris, qui timore trepidet vbi non eſt timor, non video cur contractus licitus non ſit. Probatur, quoniam, præterquam ꝙ illa omnia pretio ſunt æſtimabilia, atque adeo iuſte poſſunt vendi, & præter argumenta alia, q̃ videre licebit apud Med. & quoſdam alios, ſanè ius recipiendi centum tali die, quod venditor ex eo capite acquirit, ꝙ merces ſuas vendit pro centum, ſoluenda eo die, eo minus in ſe valet, vt Sotus ibid. in reſp. ad tertium admittit, ꝙ illa centũ maiori ſubiacent periculo, & maiori indigent labore, pluribuſq. expenſis, vt recuperentur, adeo vt aliqñ ius ad recuperandum centũ, ematur iuſtè pro nonaginta, aut octoginta, vt diſp. 361. dicetur: ergo tm̃ poterit venditor in pretio aſcendere, quouſque proportione quadam ius ad recuperandum plura, q̃ alioquin eſſet pretium iuſtum, reddatur æquale in valore cũ pretio iuſto, ſi tpe contractus ſolueretur, augendo in pretio ad certũ diem, quantum ius ad illud minus valet propter pericula, laborem, & expenſa, quæ meritò timentur, quam ſi pretium ſolueretur ſtatim.

Obijcies,

Obiec. Obijcies, ſi argumentum quidquam probat, etiam probat, rem poſſe vendi maiori pretio illis eiſdem de cauſis, non deducendo in pactũ incrementum illud pro eis cauſis. Etenim ius ad illud pretium, quod tpe contractus, qñ res credito venditur, comparatur, re vera non excedit valorem mercis. Negandum tñ eſt id ſequi. Qñ enim res credito venditur, pretium, quo emitur, non eſt ius, quod in præſenti cõparat venditor, ſed pecunia ab emptore reddenda in termino conſtituto, comparatione cuius venditor acquirit ius: aſcendendo verò in pretio, emptore inſcio cogitur eme re periculum pretij, laborẽ, & expenſas, quas venditor timet, faciendo illum conſentire ea de cauſa in maiori pretio, ac ſubinde in iure ad maius pretium; quod non licet inſcio emptore.

Superuacaneum duxi referre, ac ſoluere, argumenta Soti & Nauarri, quæ ex dictis facilè intelligetur, quam modicam vim habeant.

An modus vendendi res creditò, faciat accreſcere pretium illarum iuſtum. Et quid de rebus, quæ in ingenti quantitate ad nundinas deferuntur, aut mari aſportantur.

DISPVTATIO CCCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Vendendi modus res ad creditum, an faciat creſcere pretium illarum iuſſum.*

2 *Mercatores merces in nundinis pecunia credita vendi conſuetas, carius credito vendentes, quã pecunia numerata, an peccent, & ad reſtitutionem teneantur.*

3 *Dilatio ſolutionis pretij, quando poſſit eſſe circunſtantia, vt pretius iuſtum mercis accreſcat.*

QVidam ex eo capite aſſeruerunt, res creditò poſſe iuſte ac licite vendi vltra iuſtum, rigorosum alioquin earundem rerum, pretium, quod res ſub illo vendendi modo plus valeant, quã venditæ pecunia ſtatim numerata; quaſi maius illud pretium ſit proprium ac peculiare iuſtum earum rerum pretium ſub illo vendendi modo: non ſecus, ac quando res ſubhaſta venduntur, habẽt ſuũ peculiarem iuſtum valorem, ac vltroneæ merces vileſcunt, decreſcuntq; in pretio, alioquin ipſarummet iuſto, dum ſuo illo vendendi modo, vt diſp. 348. explanatum eſt. Id verò cõfirmant, qm̃ abundantia emptorum facit pretium accreſcere, vt eadem diſputatione oſtenſum eſt: quando autem res credito venduntur, plures ſunt emptores.

1 Hæc † cauſa meritò ab omnib. rejcitur, qua de re, inter alios, legendus eſt Io. Med. de reſt. q. 38. cauſa 6. Ratio in primis eſt, qm̃ iura contrarium apertè ſonant, dũ docent non licere carius credito vẽdere, q̃ pecunia numerata, niſi ex cauſa peculiari, vt lucri ceſſantis, aut alia ſimili: ſi autem cauſa tradita legitima eſſet, fas vniuerſim eſſet carius vẽdere credito, quam pecunia numerata. Deinde, qm̃ incrementum illud pretij vendendo illo modo, inde ortum habet, quod expectetur ꝓ pretio, atq; adeo ortum habet ex virtuali mutuo, quod eſt palliata vſura, iure diuino ac naturali illicita: quare, cum abundantia illa emptorum creſcere non faciat ſimul pretium pecunia numerata, ſed ſolum ſit occaſio, quod venditores ex ipſa natura rei illicitè vendant carius; conſequens eſt, vt hæc cauſa non ſit de numero earum, quę ex natura rei creſcere faciunt rerum pretia: qualis eſſet abundantia emptorum pecunia numerata. Temperamento aliquo doctrinam hanc, per ſe veram paulo poſt condiemus.

Quæſt. Quidam, quos Cou. 2. var. reſo. c. 3. num. 6. refert, aſſeruerunt, eos † mercatores, qui merces in
2 nundinis pecunia credita frequentius vendi conſuetas carius credito vendunt, quam pecunia numerata, non peccare, neque ad reſtitutionem teneri: quoniam conuictus humanus, ac publicum bonum, efflagitat modum illum vendendi: quia nõ facile reperiri poſſunt tot emptores pecunia ſtatim numerata, quot tam ingens mercium copia exigit. Sotus etiam 6. de iuſt. q. 4. art. 1. ad 4. idem affirmat, non quidem de prædictis mercibus, ſed de ijs, quæ mari in ingenti copia aſportãtur, quæ non poſſunt vẽdi ſimul pecunia ſtatim numerata: cenſet enim pretium earum tunc non eſſe, qđ valent pecunia ſtatim numerata, ſed quod valẽt, conceſſo in futurum termino ſolutionis. In contrarium prioris ſententiæ propendet Couar. loco citato. Poſteriorem vero reprehendit, ac impugnat Nau. in Man. c. 23. nu. 82.

Deciſ. Arbitror tamen eſſe diſtinguendum. Quoniã ſi merces ad nũdinas, aut mari vt in Indicis nauibus ingenti copia aſportatæ, attenta multitudine emptorum, qui concurrunt, vt illas emant, alioq; reuendendas deferãt, aut vt in eadem ciuitate, vel comarca, paulatim eas reuendãt re vera pretium illud valeant, ſed, quod emptores careant tam ingenti copia pecuniæ quam ſtatim ſoluãt, pro tanta mercium copia viſibus cõibus neceſſaria credito venduntur, tunc nullã cenſeo interuenire iniuſtitiam, carius illas vendendo credito, quam venderentur nu. pec. ſi exponerentur vendendæ tantum pecunia numerata: quoniam propter multitudinem earum, & pecuniæ paucitatem, neceſſe eſſet decreſcere multum in pretio iuſto: cũ tamen neque emptores deſint, neque illarum indigẽtia, ſed ſolum facultas ad emendum pecunia numerata tantam copiam, quantam emi expediret.

Quod ſi pecunia tantum numerata venderentur ſanè fieret, vt ementes merces illas, multum ditẽſceret: ingenſque lucrum aſportarent: quandoquidem vili admodum emerent, propter multitudinem mercium, & tenuem multorum facultatẽ ad emendum pecunia num. & venderent magno pretio, propter paucitatem earum mercium, quæ ad ſingula loca deferrentur. De eiuſmodi ergo mercibus veriſſimè affirmat Sotus, non aſportari, vt pecunia ſtatim numerata vendantur, ſed earum pretium iuſtum eſſe, quod pro illis, credito venditis, dari conſueuit.

Quod ſi prædictæ merces, attenta emptorum
quantitate, & attentis alijs circunſtantijs, nõ tñ
valeant; quia re vera minori pretio eodẽ tpe ven-
duntur ab ipſiſmet mercatoribus, aut ab alijs, nul
la eos cogente neceſſitate pecuniæ præſentis, quæ
eos decreſcere faciat de pretio, quo alioquin vẽdi-
turi eſſent pecunia numerata; tunc, cum merces
vendi ſimul, circunſtantia ſit faciens potius de-
creſcere, quam accreſcere pretium iuſtũ, vt diſpu.
348. explanatum eſt: conſequens profectò eſt, vt,
ſi ſimul, aut ẽt per partes, vendantur creditò ma-
iori pretio, quã per partes pecunia numerata, ven
duntur, vſura interueniat, cum obligatione reſti-
tuendi incrementum illud pretij tanq̃ iniuſtum.

Quo loco obſerua, doctrinam priori loco cum
Soto, & alijs, quos Cou. refert, traditam, locũ re-
gulariter non habere, niſi qñ mercatores illo mo
do emunt creditò ad reuendendas aſportandasq;
merces illas in alia loca pro communi hominum
indigentia. Multi. n. mercatores ſunt qui niſi cre-
dito emant, pretiumq; expectetur quouſque tales
merces, aut omnino, aut ex parte, reuendant, ne-
gotiari non poſſunt, aut non niſi admodum te-
nuiter: alij autem ſunt, qui, licet diuites ſint, non
poſſunt ingentem copiam mercium accipere a-
ſportandam, ac vendendam in varia loca, niſi di-
latio aliqua ad ſolutionem eis concedatur: accur-
rente autem ad emendum copia vtriuſque gene-
ris horum mercatorum, perſpicuum eſt, ex ipſa
rei natura, accreſcere pretium mercium ſic credi-
to emptarum vltra id, quod valerent, ſi pecunia
tantum numerata eædem merces venderentur.
Atq; in hoc ſenſu, & ratione huius, ac ſimiliũ euẽ
tum, verum eſt, merces creditò venditas, ſub eo
modo vendendi plus aliquando valere, quam ſi
ſolum eædem merces pecunia numerata vendan
tur: tametſi contrarium per ſe ac regulariter ſit aſ
ſerendum. Idque eſt temperamentum, quo do-
ctrinam hanc, per ſe, ac regulariter loquendo, ve-
ram, condiendam paulo ante promiſimus.

Vt verò hæc magis corroborentur, meliusque
intelligantur, obſerua. Quamuis dilatio ſolutio-
nis pretij mutuum ſit virtute, quia tñ pretiũ, qñ
lege non eſt taxatum, non conſiſtit in indiuiſibi-
li, accreſcereq; poteſt ex varijs circunſtantijs, vt
3 diſp. 338. explicatum eſt; inde † proficiſcitur, qđ
conceſſio dilationis ſolutionis pretij, poſſit aliqñ
eſſe occaſio & circunſtantia, vt pretium iuſtum
mercis accreſcat, multiplicatis ea ratione empto-
ribus, qui in longè maiori quantitate emere ve-
lint, quam vellent, aut emere poſſent, niſi ea dila-
tio eis concederetur.

Qñ ergo pretium non eſt lege taxatum, duo-
bus modis accreſcere poteſt ratione dilationis ſo-
lutionis. Vno, quaſi retributio ac compenſatio di
lationis. Et hoc modo eſt vſura: eo quod ſit lu-
crum ex mutuo virtute. Altero, quaſi incremen-
tum pretij iuſti mercis occaſione dilationis, quæ
in cã fuit, vt emptores multiplicarentur, atq; ita
pretium iuſtum accreſceret, aut potius non de-
creſceret, pp eum vendendi modum. Atque hoc
modo, cum non ſit lucrum ex mutuo formaliter
aut virtute, vſura non eſt, ſed pars pretij iuſti. Di-
xi, quando pretium lege nõ eſt taxatum: quoniã,
ſi lege ſit taxatum, cum retributio pro merce in
indiuiſibili quo ad valorem conſiſtat, non ſecus
ac retributio pro mutuo formali, ſanè tunc dila-
tio ſolutionis eſſe non poteſt occaſio maioris va-
loris eius rei, quæ eſt compenſanda, ac proinde
neque maioris compenſationis iuſtæ.

In emptione anticipata ſolutione, quando vſura interueniat, quando non item.

DISPVTATIO CCCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vſura quando interueniat in emptione anticipata*
ſolutione, & quando non.
2 *Pretium rei attendendum eſt tempore quo tradi-*
tur res, & non tempore contractus.
3 *Pecunia anticipata duobus modis emi poteſt, quod*
tempore traditionis minus creditur valiturũ.
Imo etiam ſine pecunia anticipata, ſola arrha, aut
contractu interueniente. nu. 4.
5 *Emptor anticipata ſolutione an poſſit licite emere*
domum, ſibi poſt certum tempus, vel poſt mortẽ
vendentis tradẽdam, quæ tunc credebatur eodẽ
pretio valere, quo nunc tempore contractus.

1 DIcendum iam † nunc eſt de emptione pre-
2 tio anticipato. Et † qm̃ rei pretium tempo
re traditionis illius, & non tpe, quo contractus ce
lebratur, eſt attendendum, inde ſequitur, ſi res e-
matur nunc tradenda poſt duos menſes, qñ veri-
ſimiliter multò minus valebit, iuſtè emi nũc pre-
tio, quo creditur, plus minus, tunc valitura. Vt ſi
triticum duobus menſibus ante meſſem duode-
cim argenteis vendatur, credatur verò tpe meſſis
valiturum octo argenteis, emi poterit duob. men
ſib. ante meſſem anticipata ſolutione, tradendũ-
que tempore meſſis, octo argenteis.

Idem dicẽdum eſt de oleo, vino, & cæteris re-
bus, quæ nouorum tempore ſolent minus valere.
Atq; hic eſt ſecūdus caſus, qui definitur à Gregor.
IX. c. nauiganti, de vſur. E contrario verò, ſi res
nunc valeat octo argenteos, ſed credatur valitura
poſt tres menſes duodecim argenteos, atque nũc
anticipata ſolutione ematur octo argenteis, tra-
denda poſt tres menſes, committitur vſura pallia
ta, cum onere reſtituendi, quod res plus veriſimi-
liter creditur valitura tempore traditionis.

3 Obſerua † optimè Med. de reſt. q. 38. poſt cau
ſam quintam duob. modis poſſe id emi pecunia
anticipata, quod tempore traditionis minus cre-
ditur valiturum. Vno, determinando pretium tẽ-
pore celebrationis contractus iuxta id, quod tem
pore traditionis creditur valiturum: atque de eiuſ
modi pretio loquitur caput nauiganti de vſu. Vt
ſi triticum, quod tempore nouorum creditur va-
liturum, plus minus, octo argenteis, tribus men-
ſibus antea ematur pecunia anticipata eiſdem o-
cto argenteis.

Ac

Ac tunc, ſiue caſu aliquo contingat plus valere, & vltra dimidiũ iuſti pretij, ſiue minus, & infra dimidiũ iuſti pretij, nihilominus contractus eſt iuſtus, illiq; eſt ſtandum, neque eſt ꝙ obijciat interueniſſe defraudationẽ vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij. Cuius rei hæc eſt ratio. Qm̃ id non fuit pretium rei, ſe effectus, vt erat iam in re, ſed vt erat ſub illa ſpe, & vt in vtranuis partẽ euenire proſperè, aut aduerſe, poterat: rei autẽ illius, vt erat in illa ſpe, id fuit pretium iuſtum ſecundũ communem æſtimationem, quicquid poſtea in effectu ſequatur. Sicut quando iactus retis emitur pretio, quod ante eum iactum æſtimatum eſt iuſtum, contractus eſt iuſtus, illiq; eſt ſtandum, quicquid poſtea eueniat: eo quod non fuerit id pretium euentus in ſe, ſed vt erat ſub ea ſpe.

Idem dicendum eſt, quando anticipata ſolutione emitur pretio determinato, quod credebat, plus minus, valiturum tempore traditionis. Itẽq; quando pretio determinato venditur creditò, qđ venditor erat ſeruaturus vendendum tempore ſolutioni præfixo, iuxta ea, quæ diſp. 355. dicta sũt. Alio modo poteſt aliquid emi pecunia anticipata, non quidem determinando pretium tempore contractus, ſed emendo pretio, quo tempore traditionis communiter res valuerit. Ac tunc illi pretio eſt ſtandum, omniaq; ſunt intelligenda iuxta ea, quæ de venditione creditò ſimili modo diſputatione citata dicta ſunt.

Obſeruat optimè Sotus 6. de iuſtit. q. 4. art. 2.
4 concluſione prima, omnia, quæ † de emptione pecunia anticipata dicta ſunt, ſimili modo habere locum, eſto ſolutio non anticipetur, ſed ſolum celebretur contractus ante tempus traditionis, data, aut accepta arrha inter contrahentes, aut etiam arrha non interueniente.

Dubiũ Dubium eſt, quid, ſi quis deſiderio teneat rei
5 alterius † fructiferæ, quam dominus nõ aliter vẽdere velit, niſi prius illa fruatur per decẽ annos, aut per totam vitam, licitus ne erit contractus, quo ſolutione anticipata vendatur pretio, quod tempore traditionis probabiliter valebit? vt, ſit ager, aut domus, de qua veriſimiliter credatur, idẽ
Decis. valituram tunc, quod valet in præſenti. Dicendũ eſt, ſi venditor in ſe non ſuſcipiat periculum rei venditæ vſque ad tempus traditionis, ita vt, ſi caſu aliquo fortuito pereat, aut damnificetur, ipſi pereat, aut damnificetur, iniuſtus eſt is cõtractus: cum enim, ſicut periculum rei emptæ, ſic etiam fructus ad emptorem pertineant, ſanè, quãdo venditor ſibi reſeruat ius fruendi re vendita per aliquod tempus, tantumdem detrahere debet de pretio rei, ſaltem rigoroſo quantum æſtimatur ius illud, quod ſibi reſeruat, aut periculum, quod in alterum reijcit, vel certe in ſe debet ſuſcipere periculum ac damnum rei eo tempore. Atque iuxta hãc doctrinam intelligo Conradum de contractib. q. 59. ad finem 3. concluſionis. Quod ſi venditor in totum id tempus ſuſcipiat in ſe periculum rei venditæ, perinde id eſt, ac ſi anticipata pecunia triticum, aut quæuis alia res, emeretur pretio, quo tẽpore traditionis æſtimaretur, quem ſane contractum nemo eſt, qui damnet.

Praxis circa lanarum emptionem ac venditionem in aliquibus Caſtellæ locis.

DISPVTATIO CCCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Emptio lanarum pecunia anticipata, vt fieri ſolet in aliquibus Caſtellæ locis, an licita ſit.*
2 *Lanæ in regno Caſtellæ inter præcipua eius naturales diuitias connumerantur.*
3 *Lanarum in regno Caſtellæ tria ſunt genera.*
4 *Lanarum pretia in regno Caſtellæ, multum pendere a commiſſionibus a Genua miſſis.*
5 *Lanarum emptio in Caſtella anticipata ſolutione, cur fiat.*
6 *Lanarum vẽditiones in Caſtella quo tempore anticipata ſolutione fiant.*
7 *Lanarum pretium augentes, vel diminuentes, circunſtantiæ quæ.*

1 QVæſtio, an lanarum † emptio pecunia anticipata, vt in aliquibus Caſtellæ locis fit, licita ſit, valde eſt controuerſa, atque, vt exactè definiatur, per neceſſaria.

Quoniã verò accurrata illius deciſio multum pendet a notitia modi, quo negotiatio hæc peragi conſueuit, & circunſtantiarum, ob quas neceſſe eſt magna ex parte pecunia anticipata fiat, hoc primum hac diſputatione elucidabimus: deinde ad quæſtionem ſequẽti diſputatione accedemus. Dicemus verò quo pacto in hac ciuitate Cõchenſi, & in finitimis oppidis, fiat, vbi id diligenti inquiſitione facta, indagare potuimus: ſi quæ autẽ circunſtantiæ alibi fuerint, vt fortaſſe in Segouienſi ciuitate, quo audio Genuenſes, & alios exteros, ad emendas lanas non accedere, ſed inibi ex lanis ciuitatis illius, ac finitimorum oppidorum, confici ingentem pannorum multi valoris copiam, qui ad Hiſpanias omnes, variaque alia loca, deferuntur: ſi quæ, inquam, aliæ circunſtantiæ in ea ciuitate, aut alibi fuerint, eorum erit, iuxta illas, quæſtionem hanc definire, qui eas nouerint: noſtrum verò, iuxta notitiam nobis traditã, de hac re loqui.

Inter præcipuas Caſtellæ naturales diuitias,
2 non immeritò lanæ † computantur, pecoraque, quorum illæ ſunt fructus. Cum enim, ob lanarũ præſtãtiam, multa earum millia ponderum quotannis, tum in Italiam, indeq; Cõſtantinopolim atque in alias partes, tum in Flandriam, atque in alia loca, deferantur; inde effectum eſt, vt quam plurimi in Caſtella oues, & arietes plurimos, nutriant, ob lucrum, quod ex lana, caſeo, & carnibus, reportant.

Vnde vlterius eſt effectum, vt Caſtellæ regnũ arietinis carnibus multum abundet: quæ eo ſuauiores, ſalubriores, ac meliores ſunt, quo lana eſt præſtantior. Neque enim tenuis, ac optima lana oritur, niſi ex delicatis carnibus, quæ cæteris ſuauiores, ac ſalubriores ſunt.

Tametſi interdũ ex paſtu terræ ſalitroſæ, atq; in qua aquæ ſalſæ ſunt, carnes pecorum, quorum lanæ minus pretioſæ ac minus delicatæ ſunt, ſuauiores, ſalubriores, ac meliores eſſe ſoleant. Sal quippe in illũ confert, vt carnes arietum æque meliores ſint, quod ſuperfluas arietum humiditates conſumit, eoſque a morbis præſeruat. Atq; hinc proficiſcitur, vt vbi loca ſalitroſa magis & ſalſa ſunt, plures ſint oues & arietes lanæ nigræ: color.n. ille ex caliditate & aduſtione arietis prouenit. Inde ẽt proficiſcit, vt arietes nigri robuſtiores, magiſq. laboris patiẽtes, ſint, q̃ albi, & eorũ carnes ſuauiores, ſalubriores, ac meliores ſunt. Itaque carniũ ac lanæ qualitas, ex paſtu, & aquis, maxima ex parte pendet. Sunt vero, ẽt in eadem regione, trium la-
5 narum genera. Infimum † videlicet, medium, ac ſummum, quoad præſtantiam. Hæc aũt diuerſas partim prouenire dr̃ ex paſtu, q̃a pecora quo melior, ac abundãtiori paſtu toto anni tpe nutriuntur, eo plus ac melioris carnis habent, abundãtioremq. ac meliorem lanam producunt: partim verò ex cura, vt in gregib. ſolũ ſint oues, & arietes, optimi tũ carnium ac lanæ, ex quib. ſimilia pecora procreãtur. Porrò quo vnuſquiſq. plura pecora ad hanc negotiationẽ nutrit, eo meliorẽ lanam ſolet habere: qm̃ & de optimo paſtu in alijs regionib. tp. hyberno eis ſolet prouidere, & maiorem ſolet curam habere, vt arietes & oues ſelecta, atq. optimè, ſint. Accedit, eiuſmodi pecora, quo meliori, abundantiorique paſtu, nutriuntur, eo ſolere habere lanã longiorem minuſq. ſcabie illa ſor roſam, quã roña nr̃i vocãt, q̃ duo ad lanæ præſtantiã nõ parũ cõducunt. Eſt aũt longè maior copia lanæ mediæ ac ſummæ, q̃ infimũ, quæ aliarum cõparatione, eſt modica. Exteri verò emere ſolẽt ex ſuprema & media, licet aliqñ aliquid ex infima emant, præſertim ad explendas ſuas commiſſiones, quas vocant, de quibus mox dicemus.

Non ſolum ſingulorum horum trium generũ lanarum pretium in indiuiſibili non cõſiſtit, ſuã habẽs latitudinem, infimi, medij, ac rigoroſi, pretij iuſti, ẽſtq. inconſtans ac narium diuerſitate circunſtantiarum concurrẽtium, vt ſubijciemus, ſed etiam omnia vno atque eodem temporis momento, non idem pretium habent, ſed lõgè diuerſum, trium, aut quatuor regalium argenteorum exceſſu pro vno quoque pondere. Si enim põdus lanæ infimi generis pecunia anticipata vendatur vndecim, aut duodecim argenteis, pondus lanæ mediæ venditur quatuordecim, quindecim, aut ſedecim argenteis, pro ſoli diuerſitate, vnde melior eſt vna, quam alia, & prout venditor ſelectiora pecora habet, aut plures oues, quam arietes: lana quippe ouium præſtantior eſt, quam arietum, cæteris paribus, eo quod minus immunda ſit, eaque de cauſa plus ponderis lota reddat, quam arietum & quod ſit tenuior. Et pondus ſupremæ venditur ſeptendecim, octodecim, aut nouendecim argenteis, in eademq. proportione accreſcere, aut decreſcere, ſolent pretia eorundem trium lanarum generum.

Genuenſes, & interdum Florentini, licet aliquando plus, aliquando minus, emant, emere tamen ſolent quotãnis in hac Conchenſi ciuitate, & in oppidis finitimis, in mõtanis præſertim (*de la ſierra* vocant) quæ hinc ſeptentrionem verſus incipiunt, & in quibus lana melior eſt, ſexaginta, aut octoginta mille eorũ lanarum ponderũ, quæ *arrobas* vocamus, ſingula viginti quinque librarum. In eis aũt emendis, aſportandis in hanc ciuitatẽ ad loca, in quibus ſeliguntur, non ſolum, quæ ad diuerſa ſpectant genera, ſed ẽt ex eodem velere, q̃ eſt in eo præcipuũ, & in quibus abluuntur, ac cõponuntur in ſaccis, in eiſdem itẽ ad maritimos portus currib. vehendis, in tributis, q̃ ex eis ſoluũt, & in varijs miniſtris ad hæc omnia neceſſarijs, inſumunt Genuenſes quotannis circiter ducenta aureorum millia. Idẽ ab eiſdem Genuẽſib. fit in quibuſdã alijs Caſtellæ locis, ex quib. lanæ ad mediterraneum mare apte deferuntur, vt inde in Italiam perducantur: & fit a varijs alijs mercatorib. in alijs locis vnde aptius ad oceanum commportantur, vt inde in Flandriam tranſmittãtur. Quod Genuenſes plura lanarũ pondera vno anno emant, quã alio, pendet ex cõmiſſionib. quę ex Genua a pcipuis negotiatorib. ad eos mittũtur. Qui.n. in hac Cõchenſi ciuitate degunt, negotiorum geſtores eſſe ſolent eorũ qui Genuæ cõmorant, interdũq. cõmiſſiones ad ciues aliquos huius ciuitatis mittuntur, q negotia Genuæ cõmorantium gerant. Quod aũt cõmiſſiones vno anno plures, aut maiores ſint, quam alio, euenire ſolet ex maiori, vel minori, expeditione lanarum in Italia, & in locis, ad quæ inde aſportantur, anno antecedenti, itemq. ex naufragijs nauigiorũ, quibus deferuntur, & ex varijs alijs circunſtantijs. Quia verò longè maior eſt lanarum copia, quę ex ciuitate hac, & ex alijs Caſtellæ locis ad exteras nationes defertur, q̃ q in pannis in eiſdem conficiendis inſumitur, inde proficiſcitur, quod lana-
rũ pretia † in hac ciuitate multũ a commiſſionib. 4
a Genua miſſis pendeant. Si.n. multæ atque ſint, multum accreſcit lanarum pretiũ, ſi vero ſint paucæ, minuſq; amplæ, decreſcit pretiũ deficientibus præcipuis emptoribus merceque abundante.

Atque hæc eſt præcipua cauſa incrementi, ac detrimenti, pretij lanarum in hac ciuitate. Vnde hoc anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo experientia fuit compertum, lanas tertij generis, q̃ alijs annis vendi conſueuerant viginti vno, aut viginti duobus, regalibus, venditas fuiſſe poſt pecora tonſa ſedecim regalibus: eo q̃ paucæ commiſſiones ex Genua ſint miſſæ; ſolum.n. fertur attigiſſe ad triginta ſex millia, aut quadraginta millia ponderum. Vnde vlterius eſt effectum, vt, qui, ſpe commiſſionem, multa pondera pecunia anticipata emerant, neque pretium integrum reperiant, quod pro illis dederant.

Ex eodem capite proficiſcitur, vt lanarum pretium multum in hac ciuitate pendeat a Genuenſium voluntatem. Cum.n. niſi ipſi emãt, vileſcat hæc merx, & ad tres, aut quatuor, commiſſiones mittantur, & ad ſummum ad quinque, ſex, aut ſeptem, ferè in ipſorum poteſtate eſt pretium conſtituere. Quoniam, ſi accreſcere non velint in pretio, lanarũ domini coguntur eo vendere: præ-
ſertim

ſertim cum conuentiones lanarum longo tpe ante tonſionē, pecuniaq; anticipata, magna ex parte fiant, nullusq; aliorum maiori pretio; conuentione, & pecunia anticipata, emere audeat, ſed Genuenſes ea in parte ſequantur. Verum nihilominus eſt, Genuenſes, qñ penuria eſt harum lanarū apud exteras nationes, commiſſioneſque multæ ac magnæ ſunt, accreſcere ſolere in pretio, vt ſe inuicem in emptione præueniant, citiuſq; ſuum negotium peragant; præſertim lanarum dominis renuentibus vili pretio vendere. Quia item illi, ad quos commiſſiones mittuntur, pauci ſunt, facilius inter ſe conueniunt, vt nullus emendo certū pretium excedat, quam venditores, qui multi ſunt, & quorum multi egeſtate premũtur, vt nullus infra certum pretium vendat, tametſi quidam interdum ad id alios ſuadeant.

5 Ratio † autem, cur plus lanarum venditio, quā aliarum mercium, conuentionib. ac pecunia anticipata magna ex parte, & fieri conſueuit, & peragi neceſſe ſit, ꝑter lucri ex parte ementiū cupiditatem, eſt in primis. Quòd, cum ad tam ingentem lanarū copiam tot pecora à tam multis educari neceſſe ſit, in tantum propriū & regni totius bonum, magnique ſumptus ad id ſint neceſſarij, ad alimenta atq. ſtipendia famulorum ad perſoluendum pecorum paſtum, præſertim hyberno tēpore in locis valde diſtantibus, & ad multa alia; ſane, niſi multi pecunia aliqua anticipata ſubueniretur, id ferre nō poſſent, & cum iactura communis, ac proprij boni, nec tot pecora nutrient, nec tantum lucrum reportarent, quantum vendēdo ita pecunia anticipata reportant. Accedunt variæ aliæ multorum neceſſitates, quæ vna cū præcedentibus, eos cogunt, vel partem, vel totā ſuam lanam vendere pecunia anticipata, ſi non vt totū pretium anticipatè ſoluatur, certè vt pars aliqua, aut partes varijs temporibus, quibus pecunia magis indigent, vel admittenda pecora ad loca diſtātia, vel ad illa reducenda, vel ad alios ſumptu, in rebus alijs faciendis, perſoluatur: quod in cauſa eſſe ſolet, vt frumentum ſeruent, & multa alia, neque anticipatè illi vendant.

Eſt & alia cauſa ex parte dñorum pecorum ac lanarum, cur conuentiones lanarum anticipatæ fieri ſit neceſſe. Quòd, niſi tpe tonſionis lana eſſet vendita, ſimulque adeſſent, qui illam reciperent, dñi lanarum grauarētur multùm, iacturamq. paterentur. Cum. n. lana plurima ſit, multumque locum occuperet, & qui plurimos greges nutriūt, eos tondeant extra ſuas domos, in finitimis oppidis; niſi continuo lanæ reciperetur, neceſſe illis eſſet multos ſumptus facere in illa aſportanda, aut ſeruanda extra proprias domos. Quòd ſi in ſaccis ſeruari deberet, ſumptus eſſent faciendi in ſaccis emendis, & in lana in illis componenda. Si verò extra ſaccos aſſeruādæ eſſet, ingenti, egeret domo, aut domibus cum periculo, vt ex ſoli, parietū, ac tegularum humiditate, lana computreſceret, ac corrumperetur. Hæc, & alia, ex parte vendētium ſunt, quæ cogūnt conuentiones eſſe anticipatas.

Deinde rō ex parte Genuenſiū eſt, ꝙ cum pecora in huc regione, ob illius frigiditatē non tondeantur, niſi menſe Iunij, ſanè, ſi conuentiones anticipatè non fierent, ſed tonſione prius facta, eſſent celebrandæ, tp̄s non haberent ad tam multas tot in locis efficiendas, ad lanas recipiēdas, ac aſferendas in hāc ciuitatē, & ad cætera peragenda, q̄ neceſſaria ſunt, vt lanæ tpe congruo ſint in portubus, eodēq. anno tranſportentur in Italiam, vnde iacturā maximam paterentur dilationis vnius anni in ea negotiatione, quo tpe toto neceſſe eſſet habere pecuniam ſuam occupatam, impedirenturq. ab ingenti alio lucro. Imò verò ſæpè, conuētionibus anticipatè factis, tempus non habent ad oēs lanas abluendas ante hyemis aduentum, ſed quædam in ſequentem annum reſeruantur.

Dices. Fiant quidem conuentiones anticipatæ, pretium tñ non determinetur, ſed ſtatuatur, vt ſit, quod cōiter tempore traditionis lanarū cucurrerit. Præter alia, quæ ex dicendis patebunt, id locū non habet in re propoſita. Cum. n. Genuenſes ipſi ſint, a quibus conſtitutio pretij pendet, eò quod paucitatem ingentem lanarum copiam emant, cæteriq; ipſos in pretio ſequantur, vt paulo ante dictum eſt, ſanè, niſi ex conuentione ipſorū cum lanarum dñis, conſtare non poteſt, quod pretium currat tpe traditionis lanarum. Equidem, qñ plurimi ſunt, qui minutim tempore traditionis mercis eam emant, vt in tritico, vino, & oleo, tempore nouorum fieri ſolet, tunc, ſi aliqui pecunia anticipata emant, conſtare ipſis, ex communi aliorum emptione, pretio ſoluto tempore traditionis mercis, optimè poterit, quod pretium eodē traditionis tempore communiter currat: at verò, quando pauci admodum ſunt, qui, parua copia relicta alijs minutim emenda, ferè mercem totam regionis emunt, eaq; de cauſa ipſi ſunt, qui cōuentione ſua vileſcere mercem, aut accreſcere in pretio, efficiunt quique proinde pretium conſtituūt, locum ſanè non habet, vt anticipatæ horum conuentiones fiant relatione ad pretium quod traditionis tempore curret.

His igitur de cauſis emptiones ac venditiones lanarum magna ex parte fieri conſueuerunt pecunia anticipata, dñis pecorum vendentib. interdū ſolum partem quandam ſuarum lanarum eo modo, reſeruantibuſq; reliquam vēdendam in aliud tp̄s: interdum verò vendentibus totam. Atque aliqñ partem ſolum pecuniæ recipiunt anticipatam vno, aut pluribus temporibus & reliquam tēpore traditionis: aliqñ verò totam anticipatam recipiunt, pro cuiuſque indigentia, & vt emptores ac venditores interſe conueniunt. Qui autē non ita premũtur neceſſitate, ſeruare ſolent ſuas lanas in tp̄s venditioni magis opportunum, quale eſſe ſolet tempus tonſionis, aut circa. Fertur ēt quando pecunia anticipata ſoluitur, ſolere frequentius ſolui ſex, aut octo, regales pro vnoquoque pondere, & ex reliquo pretio dimidium aliquibus tradi tempore reductionis pecorum initio veris, & dimidium aliud tempore traditionis lanæ.

6 Anticipatæ hæ † vēditiones toto tempore anni fiunt, a tonſione anni vnius vſque ad tonſionē ſequentis, regulariterq; menſe Iulio incipiunt. Fiunt verò frequētiores prope feſtum ſancti Michaelis,

chaelis, quo tpe dñi gregũ ſe præparant admittendum illos ad hyemandum; & circa carnis priuium, quo tempore iterum ſe præparant ad reducendum eoſdem greges, ſoluendaq; pretia herbarum interdum ẽt, qñ recipitur lana vnius anni, fiunt hæ conuentiones in annum ſequentem. Si enim contingat hoc anno dñum lanæ plura pondera vendidiſſe, q̃ habeat, neque ſoluat, emendo aliunde, q́ deſunt, aut aliqua alia rõne, ſolet ex reliquo pretio emi ab illo lana anni ſequentis, minori adhuc pretio, q̃ antecedenti anno empta fuerat pecunia anticipata; contendente Genuenſi, ſe longe plus lucri ex eo amittere, quòd non ſoluatur lana tempore hoc anno conſtituto, & ꝙ tanto tpe pretium illud habere cogatur extra cambiũ, quã ſit decrementũ illud ꝑtij, quo emit lanã anni ſequentis. A Iulio itaque anni vnius incipere ſolent conuentiones lanarum anni ſequentis, interdum venditoribus inuitantib. emptores ad cõtractus, interdum e contrario, emptoribus inuitantibus venditores, prout venditores in maiori, minori, aut in nulla neceſſitate pecuniæ anticipatæ ſeipſos reperiunt, & prout plures ac ampliores, vel pauciores, ſunt cõmiſſiones. Fiunt autem in feſto ſancti Bartholomęi, & in feſto sãcti Michalei Meſtæ quas vocant, q́ velut nundinæ quædã ſunt pecorum, ac lanarum quędamq. alia ad pecora attinentia in eis peraguntur. Eo confluunt Genuenſes per ſuos negotiorum geſtores, alijq; lanarum mercatores, ac dñi pecorum & lanarum, celebrarique ſolent in eis emptiones multæ & venditiones lanarum. Cum aũt pręcipua circumſtantia, q́ pretium lanarum variat, ſint vt ſupra dictum eſt, commiſſiones lanarũ, q́ iam ſunt, aut in futurum ſperantur, iuxta illas, attentis ſimul alijs circũſtãtijs, conſtituuntur lanarum pretia, accreſcuntque aut decreſcunt, a tempore, quo conuentiones incipiunt, quouſque greges ſunt tonſi, lanæque ſunt receptæ; ſemper emptoribus emere curantibus quanto minori pretio poſſunt, & venditoribus conantibus vendere quanto maiori poſſunt.

Genuẽſes, exiſtentib. eiſdẽ circunſtantijs, q̃to citius emunt pecunia anticipata, tanto decreſcere curant in pretio, dicentes, ſe ſemper habere pecuniã ſuã in cambio, aut in alia negotiatione, eaque rõne, quanto citius eam ſoluunt, tm̃ lucri illis ceſſare, quantum in pretio lanarũ ob anticipationẽ decreſcunt. Signũ aũt rẽ ita ſe habere eſt, ꝙ Genuenſes ipſi libẽter in pretio aſcendũt vnum, aut duos regales in vnoquoq. pondere, dũmodo pretium totũ ſoluant tpe receptionis lanarũ præſertim ſi poſt receptionem tribus menſib. eis expectetur, ſaltem pro medietate pretij. Præterq̃ enim ꝙ eo tempore ſua pecunia tantumdem, aut plus, lucratur, magis tutam illam habent, quam ſi anticipatè illa emant. Augere itẽ ſolent ꝑtium dimidij, aut regalis vnius, in vnoquoq. pondere, ſi cũ eo contrahant anticipata pecunia, a quo ſperant lanarum ſolutionem optimam, ſynceramque futuram, quia videlicet non puluere conſperſam, neque aliter immundam, eam tradet aut plus lanæ ouium, quam alij, tradet. Fertur etiam Genuenſes, quò venditor plus habet lanę, eò plus ſolere aſcendere in pretio lanæ illius, eſto melior non ſit. Ducuntur, qm̃ quo quis plus habet lanæ, eo melius ſtare ſolet contractui tradẽdo totam, q́ ex ipſo eſt empta, & eo minori cũ ſumptu miniſtrorũ qui illã recipiãt, atq. aſportari faciãt, id fit: qđ nõ ita euenit dũ à multis lana emit̃, a ſingulis in parua quantitate. Quare in hoc genere contra deficit circunſtantia illa, qđ quo plus mercis alicuius ſimul ab aliquo emitur, eo ſolet vilius emi.

Secluſis alijs circunſtãtijs, quæ accreſcere, aut decreſcere, faciãt lanarum pretia, a tẽpore, quo anticipatæ emptiones fieri incipiunt, vſque ad lanarum traditionẽ, incrementum paulatim ꝑtij eſſe ſolet vnius argenti, in vnoquoq. pondere. Ex circunſtantia verò cõmiſſionum, quia ſuperueniunt aliæ de nouo, aut deficere incipit lana ad cõplendas iam antea acceptas, vel deficiunt, q́ ſperabantur, aut reſtringuntur, vel auferuntur, antea cõceſſæ, qđ rarius accidit, ſuſcipere ſolet pretium lanæ incrementum multum, aut decrementum, adeò, vt q́ valitura ſperabatur decẽ & octo regales, pertingat aliqñ ad viginti vnum, aut viginti duos: & eo amplius, & aliqñ decreſcat ad ſedecim regales, vt hoc anno nonageſimo ſecundo euenit: id quod in cauſa eſt, vt qui pecùnia anticipata emerunt, ſi poſteà lanã ſuã vendere velint Genuenſibus, aut alijs naturalibus, pecunia tẽpore traditionis numerata, vix, aut ne vix quidem, pretiũ, quod pro ea dederunt, reperiant. Quo in euentu, qui parum ſunt timorati, confugiunt ad illam vẽdendã creditò, vel ijs, qui ad *Mohatras* emunt, vel ijs, qui pannos ex illa conficere volunt, neque pecunias ad id habent: atque quo indemnes ſe ipſos cuſtodiant, aliquidque lucrentur, pretium iuſtum rigoroſum excedunt, id quod manifeſta eſt vſura.

In his lanarum emptionibus pecunia anticipata, multi ex hominib. naturalibus huius regionis ſequuntur Genuenſes, emendo pretio, quo Genuenſes emunt, licèt ipſi non tanta quantitate, in quanta Genuenſes, emant. Qui ẽt ceſſare ipſis lucrum affirmãt ex eiuſmodi anticipatis ſolutionibus: eò ꝙ rarus ſit, q pecunia ſua non negotietur. Niſi.n. ex illa emãt lanas, ement triticũ, aut oleũ, vel aliq̃d, aliud, aut in cõficiendis pannis illã inſumẽt, vel prædia emẽt, aut annuum cenſum, vnde aliqd ſemper lucrẽtur, fãmiliamq. ſuſtentẽt. Porrò eorum qdã lanas illo mõ emunt, vt ex illis pãnos conficiant: alij vt illas reuẽdant, vel Genuẽſibus, ſi eis indigeant, vel alijs ad pannos conficiẽdos, alij denique indifferenter, vt illas reuendant, ſi commodum occurrerit pretium, vel ex illis pãnos conficiant, prout, ipſis vtilius ac melius eſſe temporis progreſſu iudicauerint. Erat verò a multis temporibus lex in hoc Regno, vt naturales ius retractus haberent, comparatione lanarum, quas exteri emerent. E q̃ s vſus loquentium dicat, *a terciar la lana del Ginoues* ie vera ius erat ad dimidium lanæ, quã extráneus emerat, accipiẽdum eodem pretio, etiam ſi aſportatam iam illam haberet ad locum vbi abluitur, modo tamẽ, & pretiumq́, quo fuit empta, ſolueretur, & vecturæ impenſa: neque enim alia ratione exteri ad emẽdum lanas in hoc Regno admittebantur, niſi cum hoc

graua-

grauamine, Accipiebant verò naturales eas lanas eodẽ pretio, quo fuerant emptæ, eſto anticipata ſolutione illo pretio emptæ fuiſſent. Ab hinc autem duob. annis Genuenſes obtinuerũt, vt perſeueraret quidẽ idẽ ius retractus, ſed ſolũ duraret nouẽ dies, non ſolũ ab emptione facta p exterũ, ſed ẽt a proclamatione in foro publico, quod is cõtractus eſſet celebratus, vt vnuſquiſq; videret, num intra id tempus vellet eam lanam eodem pretio accipere. Hæc quod attinet ad huius rei praxim in hac Conchenſi ciuitate, & infinitimis oppidis.

Licita ne ſit lanarum emptio prædicto modo pecunia anticipata, cum regulariter accreſcere ſoleat pretiũ tempore traditionis, & paulo ante.

DISPVTATIO CCCLX.

SVMMARIVM.

1. *Lanarum in regno Caſtellæ emptio pecunia anticipata, quomodo licita ſit.*
2. *Pretium rei iuſtum quo tempore ſpectandum.*
3. *Lanarum emptio in Caſtella anticipata ſolutione, ex quibus circunſtantijs permiſſa, & nu. 5.*
4. *Venditiones anticipata pecunia factæ, cur valide dici poſſint.*
5. *Circunſtãtiæ, ex quib. contractus iuſtus iudicatur, ſecundum quem ſtatum attendendæ.*
6. *Pretium lege non taxatum, duobus modis decreſcere ratione anticipatæ ſolutionis.*

IOan. Medin. de reſtit. q. 38. dub. penult. Nau. in Man. cap. 23. num. 82. & alij, nihil † referentes de peculiari huius contractus praxi, illum damnant vitij vſuræ, cum onere reſtituendi incrementum pretij vltra ſupremum rigoroſum iuſtum tempore traditionis. Hos doctores ſequuntur non pauci ex ijs, qui poſt illos ſcripſerunt. Sunt vero pro hac ſententia valida quędam argumenta. 1

Primo ſiquidem ac potiſſimum ſic poſſumus
2 argumentari. Pretium † iuſtum rei eſt, non quod valet tempore conuentionis, ſed tempore traditionis; quòd ſi ignoretur quantum ſit tunc valitura, iuſteque conſtituendum ſit pretium tempore conuentionis in traditionis tempus; altero duorum modorum debet conſtitui: nempe, aut relatione ad pretium, quod tempore traditionis communiter valere comperietur, ſtatuendo ſcilicet, vt id tunc reddatur; aut ſtatuendo medium pretium inter ſupremum & infimum iuſtum, quo ſperatur tunc valitura, ita vt æquale ſubeãt periculum venditor & emptor; vt hæc omnia ex dictis diſputationibus præcedẽtibus liquent, & confirmãtur ex c. in ciuitate, & ex c. nauiganti, in ſecundo, & tertio caſu, extra de vſuris: cum ergo in hac lanarum emptione pecunia anticipata, neque pretiũ ſtatuatur relatione facta ad id, quod tempore traditionis lanæ valuerint, neque mediũ pretium cõſtituatur inter ſupremũ & infimum, quo valituras tunc creditur, ſed ſtatuatur pretium non pertingens ad infimum iuſtum, quod tunc valituras exiſtimatur, idque propter ſolutionem totius aut partis pretij, anticipata pecunia; conſequens profecto eſt, vt contractus iniuſtus ſit, ac vſurarius palliata vſura, cum onere reſtituendi vſque ad infimum pretium iuſtum, quod tempore traditionis lanæ habebunt.

Secundo (atque vires huius in præcedenti continentur) emere lanas decem & ſeptem argẽteis, anticipando partem ſolutionis menſe Septẽbri, aut Ianuario, quæ tamen tempore traditionis valituræ creduntur viginti aut viginti vnum, argenteos, idem virtute eſt, ac, ob anticipatam ſolutionem, dare decem & ſeptem, vt reddantur viginti tempore ſolutionis lanarum: ſed hoc manifeſtè eſt vſura, cũ onere reſtituẽdi exceſſum: ergo contractus ille vſurarius eſt cum reſtituendi onere.

Tertio, eiuſmodi lanæ non emuntur anticipata ſolutione, vt ſunt in potentia atque in ſtatu imperfecto, eo modo, quo emendo ſata, emuntur fruges, quæ in eis ſunt in potentia, atque in ſtatu imperfecto; aut quo, emendo iactum retis, emuntur piſces, prout in eo ſunt in potentia, & ſtatu imperfecto, id quod vel ex eo liquet, quod eiuſmodi lanarum emptores non ſubeunt illarum periculũ, vt, qui ſata, aut retis iactum, emunt, periculum frugum, aut piſcium, ſubeunt: quare emunt illas ſecundum ſtatum perfectum, quem habebunt tẽpore traditionis, dependenterq; ab eo, quod illum habeant, vnde, ſi caſu fortuito ante traditionem pereant, reſtituetur emptoribus pretium: ſicut ergo ſecundum ſtatum perfectum emuntur, atque in tempus, in quod illud habebunt, ita pretium illarum iuſtum eſt, quod eo tempore habebũt; quo fit, vt ſi, propter anticipatam conuentionem, ac pecuniæ traditionem, aliquid de infimo iuſto pretio tunc futuro detrahatur, committatur palliata vſura, cum onere id reſtituendi. Sotus 6. de iuſt. q. 4. art. 1. in poſteriori parte reſponſionis ad vltimum, non condemnat eiuſmodi lanarum emptiones pecunia anticipata minori pretio, quam lana tempore traditionis valeat, ac vendatur; dũmodo, inquit, ſolum fiant duobus, vel tribus, menſibus ante tonſionem lanarum, tempore, quo domini gregum pecunia indigent ad paſtum ſoluẽdum, gregeſq; reducendos, aut certè dummodo ſolum fiant intra annum ante traditionem. Ducitur, quoniam negotiatio hæc indiget, vt pecunia anticipata fiat; atque illud eſt iuſtum lanarũ pretium, prout ita anticipatè, iuxtam rei indigentiã, venduntur. Fertur etiam ſapientiſſimum ac prudentiſſimum Victoriam cõtractum approbaſſe, Burgenſeſq; mercatores conſuluiſſe doctores Pariſienſes, eundemq; contractum ab illos fuiſſe approbatum. Quidam etiam, qui poſt Sotum ſcripſere, eundem defendunt contractum, atque inter alios Corduba in ſumma Hiſpana q. 85. vbi huius negotiationis praxim præmittit.

De hac re, ſub aliorum iudicio, ſubiungam, quod ſentio. In primis, quãdo lanæ non ſunt eius generis, vt ad exteras deferantur nationes, vt

multis in locis in Hiſpanijs non ſunt,idem oīno cēſendum eſt de emptionib.earum pecunia anticipata minori pretio,q̄ futurum tpe earum traditionis ſperaretur,quòd de cęteris ſimilib. emptionib. circa triticum,& alias merces,nempe vſurarias eſſe: niſi particularis aliqua , ex capite lucri ceſſantis, aut ex aliquo alio,eo modo, quo in ſuperioribus explicatum eſt,aliqn̄ excuſetur . Idem affirmando cēſeo de lanis,quæ ſunt quidē eiuſdē generis cū eis,quę ex hoc regno extrahuntur,attn̄ emuntur in locis, vbi nō ſunt mercatores, qui ad illas extrahēdas emant, ſed ad pannos in hoc Regno,aut ad galeros conficiendos,etiam ſi in Luſitaniam, aut ad alia loca,quæ tranſmarina nō sūt, ad conficiendos galeros deferantur,& eſto in exigua quātitate ad tranſmarinam aliquam prouinciā deferrētur. Niſi fortè alicubi,vt in Segouienſi ciuitate, & in finitimis oppidis, ſit circunſtantia aliqua, vnde contractus illi damnandi non ſint : qualis fortaſſe erit, ſi nullæ lanæ ibi anticipatè emerentur, non maiori pretio lanas ibidem emēdas tpe tonſionis, q̄ anticipatè emantur,de qua re melius indicabunt experti,docti,ac timorati, qui mihi commorantur,quam ego : ſemper.n.audiēdi ſunt mercatores , expendendaque ſunt, ſi quæ propoſuerint,ad iudicandum,num ex illis capitibus condēnandus nō ſit cōtractus, alioquin, q̄tū ex ſe eſt , iniuſtus & vſurarius , qualis eſt de quo modo diſputamus Ducor ad doctrinā paulo ante traditam aſſerendum, qm̄ re vera tria argumenta propoſita , euidenter concludunt, eiuſmodi contractus,quantum eſt ex ſe, vſurarios eſſe, niſi circunſtantia aliqua; aut circunſtantiæ adſint, quæ illos excuſent. Sola aūt indigentia pecuniæ dn̄orum gregum , ac lanarum, ad ſua pecora mittenda ad hyemandum , illaq; reducenda, ac proinde exigentia ex hoc capite , vt conuentiones multæ lanarum anticipatè fiant pecunia , aut oīno , aut aliqua ex parte,tunc numerata,ſatis profectò non eſt,vt contractus,quantum ex ſe eſt alioquin vſurarios,licitos, atque ab vſura immunes reddat,vt Sotus innuere videtur : quo fit,vt ſatis debili nitatur fundamento in ſua ſtabilienda opinione.

Quia verò in moralib.mutatio circunſtātię alicuius,aut circunſtantiarū,ſæpe in cauſa eſſe ſolēt, vt caſus varietur, & qd̄ alioquin ex ſe eſt tale, ex circunſtantia,aut circunſtantijs,tale nō ſit, dicēdū arbitror. Vbi circūſtātię adſunt q̄ diſputatione pcedente in hac Conchenſi ciuitate,& in finitimis oppidis,adeſſe explanatę ſunt eiuſmodi cōtractus,neque vt vſurarios,neque vt iniuſtos, eſſe damnandos; imò tn̄, pro circunſtantijs concurrētibus non minuatur in pretio anticipata pecunia infra iuſtū infimū, qd̄ tunc currit in illo vendēdi mō, & modo indigentia proximorū non efficiat, ſanguinē eorū plus ſugi monopolijs , aut iniquis conuentionibus q̄ recta ratio tunc præſcripſerit.

3 Circunſtantiæ †aūt ſunt in primis lanarū conuentiones determinato p̄tio,tum in vendentium, tum ēt in exterorum emētium bonum,anticipatè fieri oportere,neque locum habere relationem ad pretium, qd̄ cōiter tēpore traditionis habuerint ; eo quod hoc a conuentione ipſorummet exterorum ementiū tpe traditionis multum penderet, plus quidem q̄ ab ipſis vendentibus & lōgè plus, q̄ a cæteris ementib. ppea quod longè maiorem lanarum copiā pauci exteri emant,quàm naturales omnes eius prouinciæ,ac proinde in ipſorum ferè poteſtate ſit conſtituere illius pretium , tam conuentionis , quam etiam traditionis tempore. vt diſputatione præcedente explanatum eſt.

Deinde,pretium futurum tempore traditionis pendere multum a quantitate lanarum anticipatè emptarum,adeo vt multi prudentes,atq. in negotiando experti , ſibi perſuadeant , ſi anticipatæ emptiones ab exteris non fierēt,lōgè minus valituras lanas tpe tonſionis , initiove traditionis , q̄ nunc anticipata pecunia emantur, eò qd̄,cum nullæ lanæ eſſent venditæ,q̄ plurimi,qui,neceſſitate preſſi,ad vendendum,atq. ad pretium inhiarent, multo vilius traditionis tempore venderēt,quam nunc pecunia ex parte anticipata vendant.

Inter alios,quos conſului,reperi vnum,qui iudicio,atq. experiētia, pollebat,& quamuis literatus non eſſet,ſuo tn̄ iudicio propēdebat, negotiationem hanc vſurariam,atq. iniuſtam eſſe. Hunc cum interrogaſſem, num,ſi nullæ anticipatę emptiones fierent, ſed lege publica inhibitum oībus eſſet , conuentionem facere ante tp̄s traditionis , maiori pretio venderentur tunc lanę,q̄ nūc pecunia anticipata emātur,primo rn̄dit . Si facultates dn̄orum pecorum ac lanarum tantæ eſſent , vt , nulla anticipata pecunia accepta , expectare omnes poſſent, vt conuentiones tempore traditionis lanarum efficerent,non dubito,inquit, carius illos venditurus, quam nunc anticipata pecunia vendant : neceſſitas enim ait, eſt, quæ illos cogit vilius anticipata pecunia vendere. Cum verò vlterius interrogando progrederer,ac dicerē. Finge, pecorum ac lanarum dominos eaſdem prorſus facultates habere,quas nunc habent , legemque cōdi, qua prohibeatur, lanas anticipatè emi ac vendi. Tunc peto,quærentibus aliunde lanarum dn̄is vnde vſque ad id tempus neceſſitatibus ſuis ſubuenirent,venderentur ne tunc carius lanæ tonſionis ac traditionis tempore,quam nunc anticipata emptione vendantur,an non ; Reſpondit,q. vendendas tunc vilius tempore traditionis , q̄ nunc anticipatè vendantur, vt homines multis, grauiſſimiſque neceſſitatibus cito ſubuenirent : nec , ſi emptiones & venditiones eo modo fierent, poſſe tunc alitot pecora,quot modo aluntur.

4 Hinc †ego eliciebā,vēditiones,quę nunc fiunt pecunia anticipata,neq. iniuſtas,nec proinde vſu-

5 rarias eſſe. Etenim †circūſtantiæ,ex quibus iuſtū rei pretium eſt expendendum,atque ex quibus iudicandū eſt,nū contractus iuſtus ſit,vel iniuſtus, attendendæ ſunt ſecundū præſentē rerum ſtatū , nō verò ſecundū eum,qui pōt fingi:ſed exiſtentibus,neceſſitatibus dominorum pecorum ac lanarum,& cęteris rebus,vt nunc ſunt,vilius aut certe non maiori pretio iuſto, vēderentur lanæ tempore tonſionis,q̄ nunc pecunia anticipata emantur, ſi vſq. ad id tempus nullæ lanarum venditiones fierent,vel publica legē eas prohibēte,vel emptoribus nolentibus vſque ad id tempus emere: ergo

antici-

anticipatæ emptiones, quæ nunc fiũt, vſuratię & iniuſtæ nõ ſunt eo ꝙ non fiãt minori ꝑtio q̃ eſſet iuſtum, ꝙ tpe tonſionis lanæ haberẽt, ſi eiuſmodi anticipatæ emptiones non ꝑceſſiſſent. Qđ ſi nũc regulariter minori pretio fiũt, q̃ ſit iuſtũ, ꝙ lanæ habent tpe traditionis, id ſanè propterea eſt, qđ extinctis ex parte ipſiſmet anticipatis emptionibus, dñorum lanarum ac pecorum neceſſitatibus imminutaq. eiſdem emptionib. lanarũ multitudine, quæ alioquin tpe traditionis ſimul fuerat vendenda, ipſæmet in cauſa ſunt, vt accreſcat pretium reliquæ lanæ tpe traditionis vendẽdæ. Itaq; multitudo lanarum quæ vendenda exponeretur multitudo venditorum, ac multæ, grauiſſimæq. illorũ neceſſitates eſſent circũſtantiæ, quæ, ſimul ſumptæ, efficerent, vt longe minus valerent lanæ tpe traditiones, ſi nullæ anticipatæ emptiones ꝓcederent quàm nunc valeant tempore traditionis, & quàm nunc pecunia anticipata emantur.

Vt verò res hæc melius intelligatur, finge, lanas prope feſtum diui Michaelis tõderi, neq. ablui, & mitti in Italiam, aut Flandriam, poſſe niſi a menſe Iunio. Tunc ſanè, neque ex parte dñorum lanarũ neceſſe eſſet fieri venditiones pecunia anticipata: qñquidẽ incipiẽdo vendere lanas ſuas a tpe tonſionis, mittere ex pretio poſſent greges ad hyemandum, illoſq. reducere, neque itẽ ex parte exterorum qui a fine Septemb. vſq. ad Iuniũ, aut Iulium tp̃s ſufficientiſſimum haberent ad lanas emendas, atq. aſportandas ad locum vbi abluuntur. Quis aũt dubitet, cum exteri tãtum tẽpus ad lanas tunc emendas haberent, totq. lanæ, a tot lanarum dñis a fine Septembris vendendæ exponerentur, qui non minus neceſſitatibus premerent', ſuſtentatione pecorum toto antecedenti anno, atque neceſſitate præſenti ad pecora mittendum ad hyemandum, vendendas tunc lanas tẽpore traditionis, tam vili pretio, quam vili eodem tempore venduntur modo pecunia anticipata? Quis item dubitat poſtea ſucceſſu temporis, quo minor eſſet copia lanæ, quæ vendenda ſupereſſet, & quo ea eſſet in poteſtate venditorum, qui maiores haberent facultates, nec tanta neceſſitate præmerẽtur, atque quo plus neceſſaria eſſet ad explendas commiſſiones exterorum eo anno, eo maius incremẽtum ſumpturum pretium? vt in tritico, vino, & oleo, regulariter euenit, quæ minus valent tempore nouorum, propter illorum abundantiam, copiam venditorum, atque eorum egeſtates, quam poſtea tẽporis progreſſu. Non ergo in emptione lanarum, quæ modo anticipata pecunia fit, cauſa, quod lanæ viliori pretio emantur, tam eſt anticipatio partis pretij, quàm eſſe initium venditionis lanarum, pluresq; tunc eſſe venditores, maiori neceſſitate preſſos, minoremq. eſſe tunc neceſſitatem emendi ex parte exterorum, quam poſtea temporis progreſſu, ad ſuas commiſſiones tempore congruo explendas, quæ omnia vileſcere faciunt merces, easq. proinde decreſcere in pretio iuſto. Idem comperies, ſi fingas, lanas quidẽ tonderi tempore, quo nunc tundentur, ſed non ſupereſſe tempus in ea æſtate, & autũno ad illas præparandas, ac tranſmittendas in Italiam, aut Flandriã expectandamq; eſſe æſtatẽ futuram; vel certè, ſi fingas exteros nõ velle emere lanas vnius anni, niſi tranſmittendas in ſequenti: tũc. n. emptiones non fierent pecunia anticipata, nec fierent maiori pretio tpe traditionis; q̃ modo anticipata pecunia fiant pp ea, quæ proximè dicta ſunt.

Alia quoque circunſtantia eſt, commiſſiones, quæ ex Italia, & Flandria, a præcipuis mercatoribus, capitibusve ſocietatum, ad ſuos negotiorum geſtores hic commorantes, mittuntur, ſolere mitti ſub limitatione certi pretij pro vnoquoq. pondere lanæ, ita vt illud non excedant, neque. n. illi emere tenentur pretio, quo Hiſpani, ſed quo ipſi voluerint. Cum autem eiuſmodi negotiorum geſtores præcipue ſint, qui pretium conſtituunt idque dependenter a cõmiſſionibus, quas accipiũt, neque in eo aſcendant, niſi conſulti prius annuẽtibusque præcipuis mercatorib. quorum ipſi negotia agunt: limitatio vero pretij in commiſſionibus tantam vim habeat ad efficiendum, vt pretium non accreſcat, ſi conuentio tpe traditionis fiat, quantam, ſi fiat anticipata emptione, conſequens eſt, vt, ꝙ modo viliori pretio regulariter pecunia anticipata ematur, quam conuentione facta tpe, traditionis, non tam proueniat ex pretij anticipatione, quam ex eo, quod illæ ſint priores emptiones, quando plures ſunt venditores, maioribusque neceſſitatibus preſſis, maiorque eſt copia lanæ vendendæ, vnde cõmiſſiones compleantur, quæ omnia vileſcere, efficiunt mercem.

His accedit, quod de incremento pretij, quando res credito venditur, in calce diſpu. 357. dictũ eſt, poſſe huic, rei, quo ad decrementum pretij pecunia anticipata, aptari. Nempe quanuis anticipatio ſolutionis mutuũ ſit virtute, quia tamen pretium, qñ lege non eſt taxatum, in indiuiſibili nõ cõſiſtit, decreſcereq. põt ex varijs circunſtantijs: inde proficiſci, anticipationẽ ſolutionis pretij eſſe poſſe aliqñ occaſionẽ ac circunſtantiã, vt pretium iuſtum mercis decreſcat, multiplicatis ea ratione venditoribus, neceſſitate preſſis, multamq.
6 offerentibus mercem. Quo circa, qñ † pretium lege non eſt taxatum, duobus modis decreſcere põt rõne anticipatæ ſolutionis. Vno, quaſi, qđ minus pretij accipiatur, retributio ac cõpenſatio ſit anticipatæ ſolutionis. Et hoc modo eſt vſura: eò ꝙ ſit lucrum ex mutuo virtute. Altero, quaſi occaſione anticipatæ ſolutionis decreſcat pretiũ, aut potius non accreſcat, eò ꝙ anticipata ſolutio in cã fuerit, vt venditores multiplicarentur, atque ita pretium iuſtum decreſceret, aut potius non excederet illud, quod futurũ fuiſſet, ſi non antecederent eiuſmodi anticipatæ emptiones. Atq. hoc modo, cum non ſit lucrum ex mutuo, vſura non eſt.

Illud denique circa eiuſmodi emptores externos eſt obſeruandum. Cum pretium iuſtum lanarum anticipata ſolutione in indiuiſibili non conſiſtat, ſed certam latitudinem intra limites iuſti habeat, ſemper eſſe attendendum, an quod minus pretij datur anticipata emptione, quam ſit, quod ſperatur lanas valituras tempore traditionis, minus ſit, tamen eo, quod lanæ illæ pretio infimo iuſto communiter valent ſub illo vendendi

modo

modo,tum etiam decremento,ꝙ ob lucrũ ſibi vere ceſſans,fas eſt emptori inde detrahere : quod ſi minus non ſit vtroque decremento, non eſt , cur contractus tanꝗ iniuſtus damnetur:tametſi ſemper ſuadendum eiuſmodi emptoribus ſit, vt crudeles non ſint aduerſus proximos ſuos venditores,quos neceſſitate,preſſos intuẽtur, minuerintque iuſti iudicij Dei, ſi verò minus ſit vtroq. decremento,vtique contractus eſt iniuſtus,ac vſurarius,cum onere reſtituendi,ꝙ ita minus fuerit.

Quod ad reliquos emptores naturales loci attinet,ſi ſimiliter emant pretio iuſto ſub illo emendi modo ab exteris iam conſtituto , aut veriſimiliter conſtituendo,non eſt cur damnentur: eo qđ pretio iuſto currenti emant,neque peioris conditionis ea in parte ſint, quam exteri , eſto ea negotiatione lucrentur, lanaſq; ita pecunia anticipata iuſte emptas,exteris ipſis,aut quibuſcunque alijs emptoribus progreſſu tempores,intra limites iuſti pretij currentis, reuendant.

Illud admonuerim,tam hos quã exteros, ante oculos habere debere,ſe in hac negotiatione pecunia anticipata lucrati , ac proinde nefas illis eſſe ob lucrum ipſis ceſſans ratione pecuniæ,quã anticipatè ſoluunt accipere tm̃ , quantum ea pecunia lucrarentur,niſi anticipatè illam ſoluerent:detrahere quippe debent,quantum,ita anticipatè emẽdo,lucrantur: qm̃ tantum minus eis lucri ceſſat : quare , ſi nõ plus illis lucri ceſſet,quam,quod,ita anticipando emptionem,lucrantur,ſanè nullum lucrum illis ceſſat, ac proinde nihil de pretio,alioquin ſub illo modo emendi iuſto, detrahere poſſunt ratione lucri ceſſantis:ſi verò aliquid plus ipſis ceſſat, ſolum detrahere poſſunt incrementum illud:quoniam tantum id lucri illis ceſſat.

Illud poſtremò admonuerim, ob anticipatam lanarum emptione duobus,aut tribus,annis ante tonſionem,nefas eſſe decreſcere de pretio plus, ꝗ intra primum annum, vt Sotus rectè dixit, niſi ratione lucri ceſſantis, deducendoq; id in pactũ : alioquin vſura committitur cum reſtituendi onere . Etenim, quod attinet ad augendum pretium tpe traditionis lanarum, occaſione emptionum , quæ anticipatè factæ ſunt, nõ plus facit lanas emptas eſſe duob. annis antea, quam trib.menſib.

Supereſt reſpondeamus ad argumenta cõtrariæ opinionis. Ad primum dicendum eſt,maiorẽ eſſe verã regulariter ac perſe loquendo:non verò quando per accidens ratione circunſtantiarũ concurrentium anticipatæ ipſe emptiones quas dentium , atque ementium ,bonum neceſſe eſt fieri, in cauſa ſunt, vt accreſcat pretium partis mercis , quæ vendenda reſtat,& q̃ñ pretium, quod merx tempore traditionis eſt habitura,magna ex parte pendet a paucis emptoribus,ſiue anticipatè , ſiue pecunia tempore traditionis mercis ſoluta,emãt, & denique quando concurrunt circumſtantiæ explicatæ. Ad minorem vero dicendum eſt,quãuis ſtatuatur pretium, quod regulariter non pertingit ad infimum, quod lanæ habebunt tempore traditionis ſuppoſitis anticipatis ipſis emptionibus,conſtitui tamen pretium,quod pertingeret ad infimum,quod lanæ haberent,ſi nullæ anticipatæ emptiones præceſſiſſent : quare negandum eſt,ob anticipatam ſolutionem minus ſolui, quã ſolueretur tempore traditionis,ſi nullæ anticipatæ emptiones præceſſiſſent,quod ſatis eſt,vt contractus,nec iniuſtus,nec vſurarius ſit.

Ad ſecundum dicendum eſt, maiorem eſſe veram,ſi illæ ipſæ lanæ,æſto nullæ præceſſiſſent anticipatæ emptiones , tantũm eſſent valituræ tpe traditionis,ſecus autem ſi, præexiſtentib. tot anticipatis emptionibus,non ipſæ,ſed lanæ,quæ ſuperſunt, occaſione aliarum anticipatarũ emptionum,tantum creſcant in pretio . Denique dicendum eſt,maiorem eſſe veram regulariter , & non interuenientibus circunſtantijs , quæ explanatæ ſunt : ſecus autem illis interuenientibus : quare, admiſſa minori,neganda eſt conſequentia.

Ad tertium,conceſſo antecedente,concedenda eſſet conſequentia , ſi in conſequenti ſermo eſſet de pretio,ꝙ habuiſſent,ſi nullæ præceſſiſſent anticipatæ emptiones: neganda verò eſt, de pretio , quod,occaſione anticipatarũ emptionum, habebunt lanæ,quæ tpe traditionis ſuperſunt vendendæ . Neganda item eſt conſequentia,q̃ñ interueniunt circunſtantiæ explicatæ. Deniq; ad tres rõnes propoſitas dicendum eſt,firmiſſimas quidem illas eſſe,ac velut demõſtrationes in materia morali,ſi per ſe,ſecluſiſque circunſtantijs,intelligantur. Si verò intelligantur,nihil impedientib. quibuſcunque circunſtantijs per accidẽs interuenientibus reddi ſyllogiſmos pſeudographos.

Vtrum debitum in tempus futurum iuſtè ematur minori pretio anticipato,quam ſit,quod debetur.

DISPVTATIO CCCLXI.

SVMMARIVM.

1 *Debitum ſeu ius , quod creditor habet , vt ſibi in tempus futurum aliquid ſoluatur,duobus intelligi modis.*

2 *Debitum in tempus futurum,quando iuſte debitor emere poſſit a creditore minori pretio anticipata ſolutione.*

Et quid,quando tertius emit a creditore,anticipata ſolutione,an iuſtus ſit contractus nu 3.

Et an idem ſit in debito de præſenti, vel de præterito,nondum tamen ſoluto, nu. 5.

4 *Debitum ſine labore,& expenſis exigibile, quãdo emi poſſit minori pretio,anticipata ſolutione.*

HAec quoque diſputatio ad emptiones minori pretio pecunia anticipata ſpectat:quo circa hoc loco eſt examinanda.

1 Debitum,† ſeu ius, quod creditor habet , vt aliquid ſibi in tempus futurum ſoluatur, duobus modis intelligi poteſt emi . Vno,ab ipſomet debitore. Vt ſi is, qui centum debet ſolenda hinc ad annum, emat nunc a creditore ius , quod habet ad recipienda illa centum in fine anni, pro nonagintaquinque ſtatim ſolutis, aut pro aliquo Queſt.

alio

alio pretio infra centum. Altero, a quodam tertio. Vt ſi Petrus, pro nonaginta ſtatim ſolutis, emat a Paulo centum, quæ Ioannes debet Paulo ſoluenda ad annum. Nau. in Man. c. 17. nu. 232.
2 affirmat etiam in priori caſu propoſito, licitum † eſſe contractum illum, eſto nullum ceſſet lucrum, aut damnum debitori emergat ex anticipata ſolutione, & eſto debitum ſit certum, moraliterque credatur ſoluendum ſuo tempore abſque labore & expenſis creditoris.

Ducitur, q̃m in eo contractu nõ interuenit mutuum, ſed emptio, non quidem pecuniæ, quæ debetur, ſed iuris ad illam accipiendam, quod ius ad debitum in futurum minus valet, q̃ res ipſa, quæ debetur, ſi præſens eſſet, eo ꝙ tale ius ſit ſterile pro toto eo tempore: quare, inquit, dummodo id in fraudem vſuræ non fiat, neque, quod plus debebatur, remittatur tanquã pretium anticipatæ ſolutionis, ſed ꝓ nonaginta quinq; v.g. præſentib. ematur ius ad centũ poſt annum ſoluenda, licitus eſt contractus, pretiumq; æquale eſt iuri, qđ emitur. Reprehendit verò Caie. eo ꝙ concedat, licitũ eſſe contractũ in poſteriori caſu ꝓpoſito, vt mox ſubijciemus, neget verò licitum eſſe in priori.

Sentẽtia hæc Nauarri ſingularis eſt, ac, meo iudicio, omnino improbabilis. Vnde aduerſus eam hanc primam ſtatuimus cõcluſionem. Secluſo lucro ceſſante, aut damno ex eo emergente, quòd debitor ſolutionem anticipet minoris illius pretij, quàm ſit, quod debetur, illicitus atque vſurarius eſt ille cõtractus, niſi creditor ex ſua mera liberalitate, abſq; inuoluntario mixtè, debitori remittat reliquum debiti. Quod intelligo eſto veriſimile ſit creditorem difficilè, ac cum expenſis & labore recuperaturum debitum, & eſto quidam tertius illo eodem pretio, aut etiam minori iuſtè emeret idem debitum propter eaſdem moleſtias, expenſas, ac difficultates in eo recuperando, iuxta ea q̃ in poſteriori caſu propoſito ſubijciemus.

Dixi ſecluſo lucro ceſſante, aut damno emergente: q̃m eſto debitum contractum eſſet ex mutuo, ac beneficio creditori, non teneretur debitor anticipare ſolutionem: ſi verò creditor exigeret, vt illam anticiparet, indeque lucrum creditori ceſſaret, poſſet id illi vendere iuſto pretio, ſtando in ſolo iuſtitiæ rigore, quicquid Angel. verb. vſura 1. num. 36. in contrarium dixerit. Addidi niſi creditor ex ſua mera liberalitate, &c. Q̃m quãdo conſtat creditorem ex ſua mera liberalitate remittere partem debiti, quamuis id efficiat, vt ea ratione debitorem alliciat ad anticipandam ſolutionem, nemini dubium eſſe poteſt, cõtractum eſſe licitum, remiſſionemque validam eſſe.

Reliquum concluſionis probatur ex diſcrimine, quod eſt inter debitorem ementem debitum, & tertium, qui idem emeret debitũ. Etenim cõparatione tertij, non plus valet debitum illud, q̃ ius creditoris, attẽta praua debitoris diſpoſitione ad ſoluendum, quamuis id ex illius nequitia proueniat: quare quò debitum difficilius recuperandum iri ſperatur, maiorique cũ labore, ac expenſis, eſto id ex debitoris nequitia proueniat, eo id debitum, ac ius, minus valet comparatione tertij emptoris. At verò debitor ipſe integrè tenetur illud ſoluere, implereq; integrè obligationẽ, q̃ in ſe habet, amouendo oẽm nequitiã, totumque, qđ in ſe eſt, efficiendo: ꝙ ſi faciẽdo totũ, qđ in ſe eſt, non poſſit ſoluere debitum, plenè tenetur ſoluere totũ, qđ põt, maneatq; obligatus implere in futurũ reliquũ, q̃to melius, ac citius, potuerit: quo fit vt quicquid anticipata ſolutione dederit, ſi minus ſit q̃ debitum integrum, adhuc plus comparatione ipſius valeat ius creditoris, obligatioque, qua ipſe creditori tenetur, atq; adeo, vt illã pretio iuſto non emat. Imò verò, cũ anticipata ipſius ſolutio mutuum ſit virtute comparatione creditoris, vt ex dictis diſputationibus præcedentib. liquet; conſequens profectò eſt, vt, ſi propter illam, in minori quantitate factam, integrum remittatur debitum, non ex liberalitate, ſed inuoluntariè mixtè, ſit lucrum ex mutuo, vſuraque palliata. Atq; in hoc conueniunt Doctores communiter, tametſi diſcrimen inter debitorem ipſum, & tertium emptorẽ, a nobis traditum, non plene attigerint. Hæc perſpicua magis ex ſequentib. fient, vbi etiam Nauarri fundamento ſatiſfaciemus.

3 Quod ad † poſteriorem caſum propoſitum attinet, Caie. in ſumma verb. vſura, licet c. de vſura implicitè ſeu palliata caſu 3. nobiſcum in priori caſu propoſito conueniat: eodem tñ verb. c. vlt. poſt Inno. c. in ciuitate, de vſur. & Ioan. a Ripa, quem Caiet. citat in ea eſt ſententia, vt affirmet, q̃n tertius quidam debitum emit pecunia anticipata, licitum eſſe contractũ eſto nullum lucrum ceſſet aut damnũ ementi ex ea anticipata ſolutione emergat, & eſto debitum tale ſit quod abſque expenſis, & labore, ſuo tpe recuperabitur: atque in eadem ſententia eſt Nauar. loco citato. Queſt.

Probat id Caiet. q̃m creditor in re propoſita, non vendit, quod ſibi debetur, ſed ius, quod ad id habet, vt conſtat: quoniam creditor, inito eo contractu, non tenetur ad debitum, ſed ſolum pro eo pretio concedit emptori ius, quod comparatione debitoris habebat: vnde, ſi poſtea debitor, vel ob inopiam, vel alia ratione, debitum non ſoluat, ad nihil tenetur creditor, liciteq; retinere poteſt pretium, quod pro iure, quod in emptorem tranſtulit, accepit. Iam verò in eiuſmodi contractu nullũ mutuum cernitur, ſed mera emptio & venditio iuris illius: vbi.n. cernitur mutuum, ſaltẽ virtute, vſuraq; ratione illius, ſane accipiens id mutuum ad aliquid tenetur in futurum ratione illius: quod tamen locum non habet in propoſito, eo quòd creditor, qui debitum pecunia anticipata vendidit, ad nihil in futurum teneatur: quo fit, vt in eiuſmodi contractu vſura non interueniat. Quòd verò neque iniuſtitia, probat Caiet. Quoniam ius, quod in eo venditur, minus valet, quam res, ad quam eſt ius, ſi ea res præſens eſſet: quippe ius illud ſterile ſit vſque ad tempus ſolutionis debiti: terra autem per aliquot annos ſterilis, minus valet, minorique pretio emitur, quam ſi ſtatim eſſet fructifera: quo fit, vt ius illud iuſtè pecunia præſenti ematur minori pretio, quam ſit id, ad quod eſt tale ius. Imò, inquit Caiet. iuſtum pretium illius eſt, quod pro eo iure communiter

inue-

inuenitur, ſi venditioni exponatur.

Hoc loco obſerua, eiuſmodi debitorum ſolutione (quas *pagas* vocant) dum longius ſunt a tpe, pro quo debentur, appellari virides, ſeu aceruas, aduenıente verò tempore, pro quo debentur, maturas nuncupari, metaphora ſumpta a fructibus qui, dum a tpe perceptionis diſtant, dicuntur virides, ac acerbi; qñ verò percipiūtur maturi ſunt. Atq; hinc autores citati hoc aliud conficiunt argumentum. Quod ſicut fructus, quo plus a tempore perceptionis diſtāt, eo minus valet, viliuſq; emuntur: ita eiuſmodi ſolutiones, aut potius iura ad illas dum longius a tempore diſtant, pro quo debentur, minus valent, & vilius venduntur, quā præſente iam tempore ſolutionis.

Deciſ. Contraria ſententia, nempe eiuſmodi contractum iniuſtum eſſe, obligationemque reſtituendi inducere vſque ad complementum latitudinis, q̃ debebatur, & quæ ita anticipata pecunia emitur, cōis eſt doctorū, Conr. de contract. q 67. & duabus ſequentib. Io. Med. de reſt. q. 38. dub. vlt. Soti. 6. de iuſt. q. 4. art. 1. ad 3. Maior. in 4. diſt. 15. q. 40. arg. 7. Gabr. ibid. q. 11. ar. 3. dub. 4. Ang. verb. vſur. 1. nu. 63. & 64. Syl. ver. vſura 2. q. 14. & plurium aliorum. Vnde aduerſus Caietanum, Naua. Inn. & Ioan. a Ripa, ſtatuitur ſecunda concluſio.

4 Qñ † debitum, moraliter loquendo, abſque labore & expenſis, integre ſuo tpe perſoluetur, illicitus eſt contractus, reſtitutionisq. obligationem inducit, quo tale debitum pecunia anticipata minori pretio a quodam tertio emitur, quam ſit, qđ debitor ſoluere in futurum tenetur: modo tamen ex tali anticipata ſolutione non tantum lucri emptori ceſſet, aut damnum emergat, quātus eſt exceſſus debiti ſupra eam anticipatam ſolutionem. Quando vero periculum eſt, ne debitum integrè ſoluatur, aut ne ſoluatur ſine labore & expenſis tunc emi poteſt minori pretio, quam ſit id, quod debetur, quantum prudentis arbitrio minus valere iudicabitur ob laborem & expenſas, quæ iuſte timentur, aut quoduis aliud periculum.

Prima ac præcipua huius cōcluſionis pars, probatur. Primo, quoniam ius ad recipiendum centū hinc ad annum, aut ad duos annos re vera nō minus valet in ſe, quam centum, quando moraliter eſt certum integre, ac ſine labore, & expenſis, eſſe tunc ſoluenda: alioquin nulla profectò in mutuo cerneretur ex eo iniquitas, quod iniungeretur ſolui aliquid vltra ſortem, eo quod minoris valoris eſſet in ſe ius ad ſolutionem, quod apud mutuantem manet, quam ſit res, quæ mutuo datur: conſequens autem hæreticum eſt, vt ex dictis in materia de vſura liquet, ſit ergo, vt inæqualis ſit contractus in caſu, de quo diſputamus, ſi pro centum, quam eo modo in futurum debentur, aliquid minus ſolutione anticipata reddatur. Nobiſcū conſentiunt Bar. l. per diuerſas. C. mandati, & Bald. l. 2. C. ne lite pendente, docentes, tātū valere actionem ad rem aliquam, quātum res ipſa valet, deductis laboribus & expenſis. Intellige, atque adeò deducto aliquo ratione periculi, ſi, antequam expenſæ vllæ fiant, ac labor ſuſcipiatur, periculum ſit, quod res non ſoluatur, aut quod non integrè ſoluatur. Secundo eadem pars probatur, quoniā ſi ius ad recipiendum centum hinc ad annum, nō valeret modo centum, ſequeretur, me abſque iniuſtitia dicere poſſe exigenti a me mutuo centum hinc ad annum, nolo mutuare, ſed emā a te actionem, vt tenearis mihi ſoluere centum hinc ad annum, meq; poſſe licitè illam emere nonaginta, aut nonaginta quinq; ſolutis ſtatim: quādoquidem non plus valet ea actio: conſequens verò manifeſta eſt vſura. Tertiò, ſi obligatio ad centū ſoluenda poſt annum, non valeret nunc centum, ſequeretur, ſi quis mutuo dediſſet vni cētum ſoluenda poſt annum, nō poſſe iuſtè accipere ab illo cētū in pſenti pro obligatione, qua ille alius tenet ipſi ex mutuo, quo nihil poteſt dici abſurdius. Quarto, ſi obligatio ad ſoluendū centū poſt annū non valeret centū in præſenti, qñ debitum moraliter ſoluetur ſine labore & expenſis atq; integrè ſuo tpe, ſequeretur licere vendere carius credito, q̃ pecunia numerata, etiā qñ venditor ſeruaturus non erat mercem, & qñ nullum lucrum ex eo illi ceſſaret, aut dānum emergeret, ꝙ venderet credito: conſequens aūt eſt contra c. in ciuitate, & c. nauiganti de vſur. ergo & antecedens. Sequela vero probatur, qm̄ ius & obligatio, quæ in præſenti ex eo reſultat, ꝙ quis credito vendat, non valet tātū, quantum debitum ipſum in præſenti, ſolutum, vt autores ſententiæ, quā impugnamus, affirmant.

Secunda vero cōcluſionis pars, videlicet, ſi tm̄ lucri emptori ceſſat, aut dāni emergit, ex anticipata ſolutione, quātus eſt exceſſus debiti ſup. eam anticipatā ſolutionē, licitū eſſe contractū, præſertim: ſi creditori ſignificetur pp id lucrum ceſsās, aut damnū emergens, accipi incremētum illud, ea inq̃, pars ab oībus conceditur, ſatiſq. perſpicua eſt ex dictis diſputationibus præcedentibus.

Tertia verò, qñ. ſ. periculum eſt ne debitū integrè ſoluatur, aut ne ſoluatur ſine labore & expenſis, licitè emi poſſe minori pretio quantū minus ea de cā prudentis arbitrio valere id iudicabitur, ab oībus ēt conceditur. Ideq; eſt, ſi debitū litigioſum, aut nō oīno ſit certum. Neq; ea pars concluſionis alia indiget probatione. Quo loco obſerua, centū ita debita, aliqñ valere nonaginta, plus minus, aliquando octoginta, aliqñ ſeptuaginta, ſexaginta, aut quinquaginta, & aliquando multo minus, quo quantitate eorum, quæ timentur.

Illud etiam obſerua, ſi creditori parum valeat debitum, vt ſi quippiam debitum illi ſit a Rege, de quo parua ſpes ſit fore recuperandum, & aliquis ſua induſtria, aut fauore, quæ apud Regem, aut miniſtros illius, habeat, ſperet ſe facilè illud recuperaturum, tunc, ſi pro eo debito creditori det, quantum re ipſa, eidem creditori valet cōtractus ex natura rei erit validus, ac iuſtus, ſine vllo reſtituendi onere, eſto emptor facilè totum debitum reciperet, magnumq; commodum reportet. Ratio eſt, quoniā pretium iuſtum rei emptæ, non eſt, quantum illa valet emptori, præſertim ob ſuam induſtriam, aut fauorē, apud aliquem, ſed quantum res ipſa valet in ſe, atque venditori ipſi, vt ex dictis in ſuperioribus conſtat.

Diſput. 313. dictum eſt, eos, quibus incumbit ſolue-

ſoluere debita Regis, aut cuiuſuis alterius, eſto penes ipſos ſit ſoluere vni potius, quàm alteri, qñ omnibus ſimul non poteſt ſolius, nihil poſſe accipere, vt hunc potius, quàm illum eligant. Neque poſſe per ſe, aut per interpoſitam perſonam, emere minori pretio debita, quæ Regis loco ſoluere debet, quàm ſit id, quod debetur: ſicut neque Rex ipſe poteſt id efficere, vt in priori huius diſputationis parte oſtenſum eſt. Multa alia hac de re diſputatione citata dicta ſunt.

5 Illud † poſtremo obſerua, non ſolum debita in futurum emi poſſe a quodam tertio minori pretio ex cauſis explicatis, ſed etiam debita, quæ ſoluenda eſſent in præſenti, & quæ ſoluenda erant in præteritum, nec tamen ſunt ſoluta.

Pro ſolutione eorũ, quib. Caiet. & Nau, nituntur, obſerua. Multos admittere, in contractu concluſione ſcda a nobis improbato, quo debitũ minori pretio emitur a quodam tertio, non interuenire vſurã, conuictos rõnib. illis: quare cõſequenter affirmant, ementes illo modo debita pecunia anticipata, celebrare quidem contractum iniuſtũ ob inæqualitatẽ, teneriq; ad reſtitutionem, nõ tñ incurrere pænas vſurariorum. Mihi longè magis probatur opinio Medi. loco citato, contractũ eſſe vſurarium; eo ꝙ in eo mutuum virtute cernatur.

Vnde ad fundamentum Caiet. & Nau. dicẽdũ eſt, eo contractu non ſolũ vendi ius ad debitũ alterius, ſed ſimul et debitum ipſum; ita tñ, vt periculo ſtet, ementis: quemadmodum, qui vendit iactũ retis, vendere etiã dr̃ piſces, quos cœperit, ita vt cõmodo, aut periculo, ſtent ementis. Deinde eſt dicendum, q̃uis formaliter in eo contractu ſolũ cernatur emptio, & venditio, virtute tñ cerni mutuum, atq; obligationem ad aliquid vltra ſortem pro pretio anticipato. Ad probationẽ vero in contrarium dicendum eſt, vt cernatur mutuum virtute, ſatis eſſe eum, qui vicem mutuatarij ſubit, teneri ad aliquid in futurum per ſe, vel per quẽdam alium, quem loco ſui conſtituit, creditor autẽ, qui debitum minori pretio anticipata pecunia vẽdit, loco ſui conſtituit ſuum debitorem, qui ad aliq̃d vltra ſortem teneatur emptori in futurum. Ad id verò, quo Caiet. probare nititur, neq. iniuſtitiam in eo contractu interuenire, iam perſpicuè eſt oſtenſum, ius ad centum, qñ moraliter eſt certum ſine labore, & expenſis integre eſſe ſoluenda, valere centum, ac proinde iniuſtitiam in eo contractũ interuenire. Ad exemplum, quod de terra ſterili ad tps adducit Caieta. dicendum eſt, terram ex ſe eſſe fructiferam, valoremq; illius ex fructu, quẽ, culta ferre poteſt, æſtimari: pecuniam verò, & ius ad illam eſſe ex ſe omnino infructifera, eaque de cauſa valorem non habere ex eo, quod potẽtia remota fructum lucri parere poſſit, vt ſubeſt vſui, & induſtriæ alterius, qui ea negotiari põt, vt diſput. 304 fusè eſt oſtenſum: quo fit, vt ex eo capite non aliud eſſe poſſit pretio æſtimabile, niſi ſolum lucrum ceſſans, aut damnum emergens.

Ad argumentũ verò, quod ex metaphora fructuum, dum virides, & maturi ſunt, conficit Caiet. dicẽdum eſt. Idcirco fructus plus valere dum ſunt maturi, q̃ dum virides ſunt, qm̃ effecti ſunt meliores: pecunia autem, ſiue ad longius, ſiue ad breuius tempus debeatur, non fit melior in ſe, ac proinde neque habet maiorem valorem. Adde, fructus virides minus valere ob pericula, quibus vſque ad maturitatem ſubiacent, & ob laborem, & expenſas circa eos faciendas: quod ſi ſimilibus periculis ſubiaceat debitum, inde etiam decreſcit valor illius, vt dictum eſt.

De emptione ouium reijciendo periculum, & cuſtodiam vſq; ad certũ tempus in venditorem. Et rei tempore, quo minus valet, tradendæ quando plus valebit. Et de emptione boum, quos venditor non habet, eos illi locando.

DISPVTATIO CCCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio ouiũ pretio communi, cum pacto, ut uſque ad certum tẽpus ſeruentur a uenditore eius periculo, & fructus earum ſit emptoris, eſt cõtractus iniuſtus, cum onere reſtituendi.*

2 *Emens rem aliquam communi pretio tempore contractus, ſed tradendã tẽpore quo ſperatur plus ualituram, an reſtituere teneatur incremẽtum, quod ſperabatur tempore traditionis futurum, licet non euenerit.*

3 *Emẽs boues, quos uẽditor non habet, eoſdemq; locet uẽditori, quomodo ad reſtitutionẽ teneatur.*

HAc, & diſputatione ſequẽti, nonnulli caſus ſunt dirimendi, antequàm ad pretium lege taxatum tranſitum faciamus.

1 Primus † eſt, ſi qs in autumno emat mille oues, v.g. pretio quidem tunc cõi, ſed cũ pacto, vt vſq. ad Iunium ſeruentur a venditore, & fructus, nempe lac caſei, lana, & fætus, ad emptorẽ pertineant, periculũ verò ouium ad vẽditorẽ ſpectet, contractus eſt iniuſtus cũ onere reſtituendi, quantũ æſtimabitur periculum, & inſup q̃tum æſtimabũtur cuſtodia, & alijs ſumptus cum eiſdem ouib. a vẽditore vſq. ad id tps facti. Eſt itẽ vſurarius, ſi ſpectetur, quatenus rõne anticipatæ ſolutionis, emolumenta illa oĩa accipiũtur, & grauamina illa reijciunt in venditorẽ. Qđ ſi in contractu illo adderetur pactũ, vt, fructib. perceptis, teneretur venditor oues illas emere eodẽ pretio, quo illas vendidit, contractus eſſet apertè vſurarius: qm̃ perinde eſſet, ac ſi emptor mutuo venditori daret pretium illud, & vltra ſortem exigeret fructus ouiũ toto eo tempore. Quare contractus ipſo iure eſſet nullus, neque venditor teneretur aliud emptori ſoluere, quàm pretium, quod pro ouibus in autumno accepit. Tantumque de illo pretio detrahere deberet, quantum æſtimarentur fructus, ſi quos emptor percepiſſet. Item ſi quis tempore, quo oues, agni, & arietes minus valent, emat mille indefinitè, non deſignando quos in ſingulari, pretio tunc communi, ſed tradendos tpe, quo

plus valebunt, contractus eſt iniuſtus, ac vſurarius; q̃m periculum reijcitur in venditoré, & pro anticipata ſolutione accipitur, qđ plus valebunt, valiturosve ſperatur, tpe traditionis: quare totum id incrementum, id ve qđ tale incrementũ æſtimabatur tpe, quo facta fuit venditio, eſt reſtituendũ, quicquid poſtea rei probet euentus. Hæc omnia perſpicua ſunt ex dictis diſputationibus præcedẽtibus, neque alia indigent probatione.

2 Secundus caſus, junctus † cum poſtrema parte præcedentis, huiuſmodi eſt. Siquis vẽdat triticũ, aut quoduis aliud, pretio quidem cõi tpe, quo celebratur contractus, ſed tradendũ tpe, quo moraliter ſperatur plus valiturum, tunc eſto tpe traditionis non plus valeat, quam tpe celebrati cõtractus, emptor reſtituere tenetur, quantũ incrementum illud, quod tempore traditionis ſperabatur futurum, æſtimaretur tempore celebrationis contractus, prout ita erat in ſpe: quia re verà emptor id totum emit tempore, quo celebratur contractus, minori pretio, quam tunc valeret. Ita Sylu. cum alijs, verb. vſura. 2. q. 8. Idem q. 9. ſubiungit eſſe, ſiquis vendat quippiam viginti, tradendum in futurum, qñ ſperaretur valiturum ſolum quindecim: quamuis enim tempore traditionis caſu aliquo valeat viginti, aut plus, tenetur nihilominus venditor, ob eãdem rationem, reſtituere emptori, quod inſuper accepit, quam, plus minus, cõtractus tempore, exiſtimabatur traditionis tempore valiturum: eò quòd tempore celebrati contractus non plus in tempus traditionis valebat.

3 Tertius † eſt, ſiquis emat ab aliquo boues, quos venditor nõ habet, eoſdemq; venditori locet, diſtinguunt cõiter doctores. Quod ſi emptor ſciebat, aut præſumebat, venditoré eos non hẽre, tunc contractus eſt in fraudem vſurarum reſtituereq; emptor tenetur mercedem locationis, tamquam ex re, quæ non erat, argumento. ff. de condictione ſine cã per totum. Si vero emptor bona fide emit, credens venditorem habere boues, tunc, modo pretium pro bobus, & pro illorum locatione, eſſet alioquin iuſtum, reſtituere non tenetur penſionem, quam accepiſſet, bonaq; fide conſumpſiſſet, niſi quatenus inde eſſet factus locupletior. Imò neq. id, in quo factus eſſet locupletior, teneretur reſtituere, ſed recuperare poſſet, ſiquid ex ea penſione ſoluendum ſupereſſet, quando ex eo, quod ita boues emiſſet, ac locaſſet, tantundem lucri emptori ceſſaſſet. Ita Sylu. verb. vſura. 2. q. 7. Nau. in Man. c. 17. num. 230. & alij, quos citant, quibus conſentit Sotus. 6. de iuſt. q. 4. art. 2. ad 3. idemq; intelligendum eſt de cæteris ſimilibus rebus.

Sunt tamen nonnulla obſeruanda. Primũ eſt, Siquis emiſſet boues duos, aut plures, indefinitè ita ꝙ idcirco, quod nulli in ſingulari eſſent empti periculum eorum non pertineret ad emptoré, ſed ad venditorem, tunc nefas eſſet pretium ex illorum locatione accipere: quoniam neque locatori perirent, neque eſſent aliqui boues in ſingulari, qui ad ipſum attinerent, ac proinde ex quib. fructum locationis poſſet iuſtè accipere.

Secundum eſt, ſi bona fide emiſſet ab aliquo duos boues in ſingulari, quos credebat illum habere, eoſdemque illi locaſſet, tunc, eſto venditor eos boues non haberet, & eſto emptor ea pecunia non eſſet negociaturus poſſet nihilominus accipere licitè mercedẽ locationis. Rõ eſt, q̃m ex parte ementis, & locãtis, cõtractus fuiſſet validus, effectumq; eſſet ſortitus pretij ſolutione pro bob. dolus verò patrocinari nõ debet vẽditori, ac conductori; quare in conſciã, & in exteriori foro tenet ſoluere emptori, & locatori q̃tum ſua intererat, boues illos fuiſſe venditoris. Aduerte tñ, ſi emptor boues non vidit, contractũ eſſe ſuſpectũ, q2 nullus emere ſolet certo pretio boues, quos per ſe, aut p aliũ, non videt, quales ſint: quare contractus in fraudẽ vſurarum cenſeretur eo modo celebratus. Si verò illos vidit, ſed venditor mentitus eſt eſſe ſuos, cum eſſent alterius, tunc, ſi dum contractus locationis bona fide initus perſeuerabat, boues abſq; cuiuſquã culpa pereant, pereunt emptori, & locatori: ſolumq. venditor illi tenebitur, tum ad conductionis pretium, quouſq; perierẽt, tum etiã quantum emptori intererat, boues illos fuiſſe venditoris. Poſſe autem licitè vendi rem cũ pacto, vt venditori locetur, probant Gom. deciſi. 39. Alu. Valaſ. de iure emph. q. 11. nu. 18.

Quando intermedius, qui aliquid alterius vendit, aut aliquid nomine alterius emit, poſſit, aut non poſſit, accipere ſibi incrementum pretij.

DISPVTATIO CCCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta, vel alius intermedius, vendens rem maiori pretio quàm ei impoſitum fuerat, vt venderet, an poſſit ſibi illud incrementum retinere.*

2 *Mediator inueniens ab uno rẽ emendam certo quodam pretio, & ab alio emens minori pretio, an poſſit ſibi retinere incrementum, quo potuit carius emere.*

3 *Sartorum aſtutiæ, & ſagacitates, qui emunt pannos, vt veſtes alicui conficiant, quomodo explicandæ, & diluendæ.*

CAſus hi frequenter ſunt in confeſſionib. Qđ vero primo loco q̃ritur, eſt.
1 Siquis † proxenetæ, aut alicui alteri, quippiã vendendũ tradat pro decem, v. g. & ille id pro duodecim vẽdat, an mediator ille tradere teneatur dño rei integra duodecim, an vero poſſit retinere ſibi incrementum illud pretij ſupra decem. Quicquid autem Angel. verb. empt. nu. 28. dixerit, diſtinguendũ ſane eſt. Si. n. illa duo, quæ ſupra decem accepit, ſint vltra rei pretium rigoroſum, aut lege taxatum reſtituẽda ſunt emptori: eò ꝙ iniuſtè ex illo fuerint accepta vltra pretium iuſtum. Si verò accepta nõ ſint vltra pretium iuſtum, ſubdiſtinguendũ eſt. Quoniam, ſi interuenit pactum tacitum, vel expreſſum, vt ſolum redderet domino rei decem, & ſi quid vltra mediator inueniret, id ſibi vſurparet, tunc perſpicuum eſt, illa duo ad mediatoré pertinere,

tinere Si verò nō interuenit tale pactū, reſtituenda ſane ſunt dño rei. Tum qm̄ ſunt pretiū rei, ac proinde ad dñm rei ſpectant, cuius voluntas pręſumpta erat, vt, ſi plura, q̄ decem, inueniret, plura acciperet, ac ſibi traderet. Tum ēt, qm̄ mediator ille negotium, ac partes dñi rei agebat, ac proinde ad rei dñm emolumentum, aut detrimentum, ſpectare debet. Habentq. hæc verum, ſiue mediator ille ſtipendium acciperet a dño rei, vt illam venderet, ſiue gratis, atque ex amicitia, ab illo rogatus, eā venderet. Neque refert ſi mediator dicat, potuiſſe rē vendere decem cuidam, qui decē ipſi offerebat, noluiſſeq. eam rē illi dare, ſed quęſiuiſſe alium emptorem. Non, inquam, id refert, qm̄ q̄cunq; moralem diligentiam apponat, lucrum, ob rationes redditas, ad dñm rei ſpectat. Solent eiuſmodi mediatores, qui nullo ſtipendio eis tradito, res alicuius vendunt, obtendere, ſe id ſecreto ſibi vſurpaſſe, in pretium ſui laboris, quem non tenebantur apponere gratis. Quibus id non eſt facile permittendum. Primo, quoniam dñi fortaſſe exiſtimarunt gratis, & tamquam beneficium, id fieri, neque vellent opera illorū vti pro ſtipēdio, quia vel aliū inuenirent, q gratis id faceret, vel p ſeipſos potius rem venderent; ęquitas aūt non poſtulat, vt ille ſoluere in eo euentu cogatur ſtipendium, & multo minus, vt vendens ſecreto accipiat, quantū ſibi ipſi fuerit viſum. Secundò, quoniam, dum id ſecrete accipitur, dñs rei exiſtimat ſe beneficium a mediatore accepiſſe, ꝙ ex gratitudine tenetur compenſare, vel obſequijs, vel alijs beneficijs: æquitas autem non patitur, vt mediator vtrumq; cōmodum, dño rei inſcio, accipiat. Tertio, quoniam occulta compenſatio locum nō habet, niſi quando debitum alia via obtineri non poteſt: hic autem actione negotiorum geſtorum petere poteſt a rei domino iuſtum ſtipendium, ſi non intendit gratis operam ſuam apponere: neque verecundia id petendi, licitum ei efficit compenſationem occultam efficere, cum tanto diſpendio domini rei, qui iuſtè ſcire vult, an pro pretio ſit appoſita opera, & an illud ipſe ſoluerit, & quātum, an potius beneficium acceperit. Illud tamen eſt obſeruandum, ſi mediator iuſſus eſſet vendere in aliquo loco, vt in hac ciuitate: neque hic, morali adhibita diligentia, inuenire poſſet vltra decem, tunc, ſi rem ad alium locum valde diſtātem deferret, vbi plus pro ea inueniret, accipere poſſet ſibi incremētum illud: quoniam eſſet fructus ſuæ induſtriæ. In his ferè conueniunt Sylu. verb. emptio. q 25. Gab. in 4. diſt. 15. q. 11. ar. 3. dub. 4. Nauar. in Man. c. 23. nu. 97.

Dubiū Quod poſteriori loco quærimus, eſt. Si quis rogauit aliquem, vt ſibi rē aliquam emeret, & cum, ita rogatus, emere poſſet rem illam a quodā duodecim, quæſiuit aliū, qui illam ei vēdidit decem, dubiū eſt, an mediator hic retinere ſibi poſſit incrementū illud, quo rem illam potuit carius emeret.

Deciſ. Reſpondendumq. eſt, non poſſit id retinere. Tum quia id totum continetur in induſtria, quā ille alius ab eo rogauit. Tū ēt quia negotium alterius egit: & ſicut, ſi poſtea non inueniret, q maiori illo pretio rem illam venderet, detrimentū pertineret ad illum, cuius negotium egit: ita commodum ad eundem debet ſpectare. Si tn̄, facta morali diligentia in loco, in quo emere eſt rogatus, nō inueniret rem niſi certo infimo pretio, accedendo vero ad locū valde diſtantem, illā minori pretio emeret; retinere tunc incrementum ſibi poſſet, tamquam fructum ſuæ induſtriæ, ac laboris.

3 Solent † ſartores, dum illis cōmittitur, vt pānū, aut ſericum, emant, vñ veſtes alicui conficiāt, vltra lucra in principio poſterioris huius dubij explicata, q̄ ferenda illis nō eſſe diximus, accipere a mercatorib. partem pretij, vel mercatorib. dicentib. ſe nulli alteri mercem illā fuiſſe daturos, niſi viginti argenteis, v.g. pro vlna, ſed in ipſorū gratiam, remittere velle de vnaquaq; vlna dimidiū argenti ꝙ ſartores ipſi ſibi accipiant, eo ꝙ ad ipſos potius, q̄ ad alios mercatores, ad emendū acceſſerint, vel conſtituto pretio, viginti v.g. argenteorum pro vnaquaq; vlna, eoq; mercatoribus ſoluto, elargientibus ipſis mercatorib. ſartori duos, aut tres argenteos, quò eos alliciant, ad ſimilia ex ipſorum domibus in poſterum emenda. Cauſant præterea ſartores, id accipere ēt poſſe in prēmium laboris, & induſtriæ ſuæ, atque ad compenſandū, ꝙ operari ad lucrum poterant, dum ad illa emenda in aliorum domos accedunt. Hæc ſcrupulis ſunt plena, diſſuadendiq; ſunt, antequā fiāt. Propter lucrum n. illud, non agunt fideliter negotia eorum, quibus pannum, aut ſericum emunt, ſed plus pretij dant, quā darent, ſi ſuum propriū negotiū agerēt, neque experiuntur, an ab alijs mercatorib. vilius idē emere poſſint. Diligenter etiā, poſtq̄ id factum eſt, examinandi eiuſmodi ſartores ſunt, num infideliter id egerint, quia videlicet alibi, aut plus inſiſtendo, poſſent eam mercem vilius emere, & pp id lucrum, ac præmium, quod a mercatorib. ſperant, neq. plus inſtiterunt, neque ad alios acceſſerunt, ꝙ ſi infidelitas comperiatur, propenderem, reſtituendi onus eſſe iniugēdum, neq. peruerſos hos, atq. occultos lucrandi modos eſſe ferendos, inuitis ijs, quorum negotium agūt.

De pretio legitimo, hoc eſt, lege publicave autoritate taxato, circa frumentum præſertim.

DISPVTATIO CCCLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pretium legitimum rerū taxare, ad publicas pertinet poteſtates, & principatus.*
2 *Pretij taxati quæcunque tranſgreſſio contra iuſtitiam eſt.*
3 *Pretij taxati tranſgreſſor incidit in culpā lethalē.*
4 *Pretij taxati incrementum reſtitutioni obnoxium.*
5 *Tranſgreſſor legis ultra ſolutionem pœnæ, tenetur etiam ad reſtitutionem damnum paſſo.*
6 *Lex pretium taxans, ut in foro conſcientiæ obliget, quid requiratur.*
7 *Pretium tempore abundantiæ taxatum, non præſumitur tempore cariſtiæ perdurare.*

8 *Lex rationabilis, & iuſta in foro fori, an præſumendum ſit eandem eſſe iuſtam in foro Poli.*

9 *Legislator non abrogans legem aliàs iuſtam a ſe latam, ſed modo iniuſtam, tenetur omnia damna ſubditis reſtituere.*

Declara tamen, vt ibi.

10 *Lex taxationis frumēti ex qbus iniuſta reddatur.*

11 *Frumentū ſi detur melius, quàm conſueuit vendi, an poſſit accipi vltra pretium lege taxatū: vel ſi peius, teneatur venditor de pretio deſcendere.*

12 *Frumentum alienigenæ aſportantes de loco, vbi eſt taxa, ad locum, vbi eis non imponitur taxa, & illud pluris vendentes, an peccent, & ad reſtitutionem teneantur.*

Et quid ſi incolæ ſint, qui illud aſportent. nu. 13.

14 *Clerici an vendere frumentum teneantur pretio lege taxato.*

15 *Frumentum an licitum ſit vendere vltra pretium lege taxatum, aſportandum tamen ad locū vbi carius venditur, ſumptibus vendentis.*

Dicendum eſt conſequenter de pretio legitimo. Conueniunt † omnes, ad publicas poteſtates, ſpectare, quemadmodum condemnare leges iuſtas circa alia, prout communi bono expedire iudicauerint; ſed etiam ſtatuere, ac definire pretia rerum, vt intra limites æquitatis eidem bono communi viderint conuenire. Si enim pretium limites æquitatis ſpectatis circunſtantijs oīb. concurrētib. egrederetur lex eſſet iniuſta, atque adeo vim obligandi in foro ſaltem conſcientiæ, nō haberet. Eiuſmodi aūt poteſtas in ſupremo principe reſidet potiſſimum: in reliquis verò reipublicæ moderatoribus ab eo deriuatis, ac dependētibus, quantum legibus, conſuetudine aut peculiari ad id facultate, fuerit conceſſum. In Luſitaniæ autē Regno, *os uereadores, e offiçaes das camaras*, prohibiti ſunt taxare pretium frumenti, vini, & olei, vt habetur l. 8. tit. 1. p. 6. legum extrauag.

Pretium legitimum, ſeu taxatum, cum per determinationem publicæ poteſtatis ad aliquid certum intra limites æquitatis, attentis circūſtantijs oīb. concurrentibus, ſit limitatum, ac coarctatū, vt ꝙ tritici menſura, v. g. tantū pretium non excedat, conſequens profectò eſt vt in indiuiſibili cōſiſtat, publica poteſtate pro vi, q̃ ad obligandum ſuos ſubditos in ordine ad cōe bonum habet, coarctante latitudinem pretij, alioquin iuſti naturalis eiuſdem rei, ad illud determinatum, ac indiuiſibi-

2 le. Hinc † efficitur, vt quæcumq. tranſgreſſio pretij ita taxati, ſit contra iuſtitiā, vt pote latitudinē iuſti excedens, ac proinde vt in eo exceſſu venditor ſupergredi dicatur fratrem ſuum, contra illud Pauli 1. ad Theſſal. 4. *Nequis ſupergrediatur, aut circumueniat in negotio fratrem ſuum*, teneaturq. proinde id reſtituere, iuxta cōem doctorum ſententiam. Ita Io. Med. de reſtit. q. 31. & fuſius. 36. Sotus 1. de iuſt. q. 6. ar. 6. ad 5. & li. 6. q. 2. ar. 3. cōcluſi. 3. Caſtrus. 1. de leg. pænal. c. 12. prope finē, Cou. 3. var. reſ. c. 14. nu. 3. Nau. in Man. c. 23. nu. 88. quicquid antea in Hiſpano, nu. 86. dixerit, &

3 alij. Quare, inquiunt, qñ † lege ita definit̄ pretiū rei alicuius, vt frumenti, ſimulq. pęna apponitur tranſgredientib. eā legē, eſto pæna adeo ſit leuis, vt ex illa in tranſgreſſione aliarum legum culpā nō iudicaremus lethalē, in hac tñ, ſi tranſgrediēs tm̄ pretij, vltra lege taxatum, accipiat, ꝙ in materia furti ad culpam ſufficeret lethalem, iudicādus ſit in culpā incidiſſe lethalē, nō quidem ob pænā impoſitam, ſed ꝙ notabiliter iuſtitiā violauerit, quare ſimiliter ea tranſgreſſione peccaſſet lethaliter, eſto nulla pæna ea lege fuiſſet ſtatuta. Hinc

4 † iam facilè intelligetur, incrementū pretij, vltra lege taxatum, reſtitutioni eſſe obnoxium, nulla expectata ſnīa, eò ꝙ ſit iniuſtè acceptum: pęnam vero ea lege ſtatutā ante latam ſententiā nō deberi. Intelligetur præterea, eſto tranſgrediēs legem

5 † condemnetur a iudice ad ſolutionem pęnę, quę longè maior ſit, quam quod vltra pretiū lege taxatum ſit acceptum, non proinde immunem reddi ab obligatione reſtituendi emptori, ꝙ vltra pretium lege taxatum prō merce dedit: hoc. n. non in pęnam, ſed tanq̃ iniuſtè acceptum ex emptore, eſt illi reſtituendum, nihil impediente, quod longè maius in pœnam delicti, quo fuit acceptum, ſit iam ſolutum. Admonet optimè Cou. loco citato, iudices, quando ſimiles tranſgreſſiones puniunt, præcipere debere, vt tranſgreſſores ēt reſtituant, quod vltra pretium lege taxatum acceperūt, eſto id non ſit vltra dimidium iuſti pretij, quoniam in ijs, quæ lege ſunt taxata, locum non habet l. 2. C. de reſcind. vend. ſed pro quocumque exceſſu, vltra lege taxatum, datur actio in exteriori foro. Et quando iudices id non præciperent reſtituere, maneret nihilominus obligatio reſtituendi in conſcientiæ foro. Neque refert, ſi venditor dicat, emptorem libenter totum id pretium pro merce obtuliſſe, quoniam præſumendum non eſt, voluiſſe donare, ſed obtuliſſe illud inuolūtariè mixtè, quia non inueniebat minori pretio mercem.

6 Conueniunt † doctores citati, vt lex pretiū taxās in conſciæ foro obliget, neceſſe eſſe, vt rōnabilis ſit, & æqua, non egrediens limites iuſti pretij. Etenim quamuis in principe poteſtas ſit ad coercendā hoīum auaritiā, atque ad moderanda pretia rerū quantū intra limites æquitatis, bonū cōe efflagitat, non tñ eſt ad irrationabiliter, atque extra æquitatis limites, attentis circūſtantijs, quæ reipſa concurrunt, quæq. ex natura rei pretiū re ipſa augent, illa minuēda, neq; . n. poteſtas principis ad irrationabilia atque iniuſta ſeſe extendit. Quo ſit vt ſi ſuperueniente ingēte ſterilitate princeps vellet, vt triticū eodem pretio venderet̄, quo rōnabiliter tpe abundantiæ vendebatur, lex eſſet irrationabilis & iniuſta. Neque ſanè ſatisfacit, ſiquis dicat, bono cōi expedire, triticū eodē pretio tpe ſterilitatis vendi, vt pauperes non grauentur, poſſintque commode illud emere. Non, inquam, hoc ſatisfacit. Primò, qm̄, ſi ęquitas, & iuſtitia ex ipſamet natura rei poſtulat, vt pretium aſcendat, ne dñi tritici iniuriam patiantur, curandum non eſt ſi per accidens pauperes, quib. per eleemoſynā potius. q̃ venditione, eſt ſubueniēdum difficultatem aliquam in tritico emendo patiantur. Secundò, quoniam propter ſolos pauperes non eſt cum iniuria venditorum ſtatuēdum, vt omnib. æquali pre-

li pretio triticum vendatur: præſertim, cum tpe ſterilitatis, & famis, quam rariſſimè emant pauperes pretio lege taxato, ſed ſoli potentes, & miniſtri publici, quibus dñi tritici non poſſunt reſiſtere. Tertio, qm̃ ad ſubueniendũ aliquib. de Repub. in cõe bonum, æquitas non patitur, vt quidã præ cæteris grauentur, ſed oẽs de republica, iuxta facultates, ac ordinem cuiuſque, grauãdi proportione quadam ſunt, vt contribuant, quantum poſtulat æquitas: quare iniquum eſt grauare ſolos dominos tritici, eos cogendo, vt ſuũ triticum vendant infra pretium infimum, ꝙ ex natura ipſa rei poſtulat æquitas. Quartò, qm̃ plurimi eorũ, qui triticum poſſident, ſunt agricolæ, quibus in ſterilitatis anno aliqñ menſura tritici, computatis ſũptibus oĩbus quos fecerũt, laboreq; & induſtria, quam appoſuere, longè maiori pretio ſtat, quã ſit id, quod vendi præcipitur: id verò nulla æquitas patitur. Adde, iniuriam agricolis fieri, ꝙ reliquæ merces tpe raritatis earum, & abundantiæ emptorum, in pretio accreſcant pro illarum raritate, & emptorum abundantia; frumentum verò, ꝙ tãto labore, & ſumptibus in tantam Reip. vtilitatem parant, non ſinatur vendi eo pretio, quod ex ipſa rei natura raritas illius, emptorumq; abundãtia, exigit. Hæc vt confirmant, quæ diſputatione ſequenti dicenda ſunt: ita ex dicendis in ea multũ corroborabuntur, vbi euertemus quorundam iuriſperitorum, qui in Bartoli verba, prauè intellecta, iuraſſe videntur, contrarium aſſertum.

Ex dictis autem colligo, ſi frumentum antea lege erat taxatum pretio rationabili, ac moderato, ac menſe Martio, aut Aprili, ſterilitas magna in annum ſequentem comperiatur ob pluuiæ defectum, aut aliqua alia ratione, non teneri homines deinceps vendere triticum ſuum pretio tempore
7 abundantiæ taxato. Qm̃ † præſumendum eſt, voluntatem principis non eſſe, vt, tanta ſuperueniẽte ſterilitate, lex, quæ tpe abundãtiæ lata erat, vim adhuc retineret, neque, ſi id princeps vellet, lex iam tunc eſſet rationabilis, ac iuſta, ac proinde in conſciæ foro non obligaret. Atque hoc voluiſſe vr̃ Nau. dum in calce numeri 88. citati dixit, ſuperueniente maxima neceſſitate, tollitur omnino taxa. Concinit Io. Med. q. 36. citata ad 2. in fin. & multo apertius. q. 31. §. prædictis tñ. Qñ aũt ſterilitas non eſſet tanta, quæ manifeſtè irrationabilem, ac iniuſtam redderet legem, ſi adhuc perſeueraret, ſtandum eſſet legi interim dum non reuocaretur, recurrendumq; eſſet ad principem, ac petendum, vt illam tolleret, aut mutaret. Conueniunt
8 ẽt doctores, in dubio, an lex † rationabilis, & iuſta ſit, pręſumendum eſſe, rationabilem eſſe, ac iuſtam, illiq; in conſciæ foro eſſe ſtandum. Superioribus quippe in dubio eſt parendum, illorumque prudentiæ, ac iudicio potius eſt ſtandũ, ac innitẽdum, q̃ propriæ ſubditorum prudẽtiæ, ac iudicio. Qñ aũt iniuſtitia eſſet manifeſta, ſiue id proueniret ex corruptione, ac nequitia eorum, qui ſunt a conſilio Regis, ſiue ex imperitia, aut negligentia attendendi obligationem eſſe abrogãdi, moderandi, aut mutandi legẽ ob circunſtantias, quę ſuperuenerunt, ſiue ꝙ nõ ſatis attenderint, ac expenderint, q̃ in taxãdo pretio iuſto erãt attendenda, qđ non eſt difficile euenire præſertim, cum multum aliqñ diſtent a loco, in quo triticum eſt vendẽdũ, ſæpeq; aliorum ſuggeſtionib. ac iudicio illos ſtare neceſſe ſit, tũc emẽtes iuxta eam legẽ infra pretiũ infimũ iuſtũ rei illius, tenẽtur reſtituere vſq; ad latitudinẽ pretij iuſti, vt ex ſe liqt, conſentitq; Medi. q. 36. citata ad 6. Quod intellige, ẽt ſi bona fide emiſſent, q̃uis tunc, ſi eadẽ bona fide rẽ cõſumpſiſſent, ſolũ reſtituere tenerentur, quantũ in
9 de locupletiores eſſent effecti. Illi † vero, qui eam legẽ tuliſſent, aut poſtq̃ iniuſta eſſe incæpit, eã nõ abrogaſſent, aut mutaſſent, reſtituere tenerentur dãna oĩa ſubditis ex ea lege ſubſequuta, niſi ignorãtia excuſent a culpa in ea lege ferenda, aut non abroganda, vel mutanda, poſtq̃ iniuſta eſſe cæpit. Dixi, niſi ignorantia excuſarentur a culpa: qm̃, cũ hi ad reſtitutionẽ non teneantur ex parte rei acceptæ, niſi de numero ſint etiã emptorum, vtique ſi ignorantia eos a culpa excuſet, liberi omnino manent ab onere reſtituendi. Simili modo peccant, atq; ad reſtitutionem tenentur, iudices, q poſtea inquirunt eos, qui vltra pretium lege irrationabili, atq; apertè iniuſta, taxatum vendiderunt, eoſque puniunt. Reſtituere. n. tenentur pœnas, quas hac de cauſa accipiunt, atque damna omnia, quæ ea de cauſa illos vexando, eis intulerunt. Exemplum vnum proferam. Quo tpe in Euorenſi academia, regnante Sebaſtiano, hæc ex ſuggeſto exponebã, accidit, vt cũ taxa menſuræ tritici, quæ eo in Regno *Alqueire* vocatur, iuſtè anno tunc præterito ſex vigenorum fuerit conſtituta, ſuperueniente maxima ſterilitate accreuerit pretium in foro publico ad quindecim, aut ſedecim, vigenos, quo ab exteris, quibus taxa in eo Regno non erat conſtituta, vendebatur. Superuenit autẽ iudex qui more ſolito, ad inquirendum de aliquib. criminib. fuit miſſus, cæpitq; punire eos naturales tranſtaganæ regionis, qui triticũ ęquè bonum vltra ſex vigenos vẽdiderãt. Sanè id erat iniquũ, cum reſtituendi onere, tum pænas, tum ẽt quęcũque alia damna iudex ea de cauſa intuliſſet. Admonitus autem, continuo, vt tenebatur deſtitit.

10 Dubium eſt, vtrum lex † taxationis frumenti iniuſta ex eo ſit, ꝙ reliqua non taxentur, quibus agricolæ indigent, vt calcei, vinũ, oleum, ſtipendia operariorum, &c. Dubiũ
Eſtq; neganter rñdendum modo pretium, quo frumentum taxatur rationabile ſit, ac proportionatum, attenta multitudine, aut paucitate illius, multitudine emptorũ, & cæteris circumſtantijs, ex quibus rerũ valor eſt æſtimandus, iuxta ea, quæ diſp. 348. dicta ſunt. Decis.
Ratio aũt eſt, qm̃ frumentum pendet per accidens ex alijs reb. quib. agricola indiget. Et quoniam plus Reipublicæ expedit, frumentum taxari, quàm cætera, difficileque admodum eſſet taxare omnia alia. Præterea quoniam, cum iuſtum pretium ſtatuatur frumento, attentis circumſtantijs omnibus præſentibus nulla iniuria fit dominis illius, ſi, in Reipublicæ bonum, id ſolum taxetur. Si autem taxarentur calcei, non taxato corio, ex quo illi conficiuntur, idque in cauſa eſſet, quòd ſutores, attento pretio, quo corium emunt, extra-

here non poſſent iuſtum, ac moderatum pretium ſui laboris, tunc lex eſſet iniqua, neque in conſciẽtia obligaret. Idem etiam eſſet, ſi taxaretur panis coctus, non taxato tritico, atque id in cauſa eſſet, quod piſtrices non extraherent iuſtum, ac moderatum ſtipendiũ. Idem dic de cæteris rebus, quæ per ſe pendent ex alijs, quæ non taxantur, atque ſimul lege, quæ in calce diſput. 355. dicta ſunt.

Poſito, taxationis legem iuſtam eſſe, quęritur, ubiũ D
11 num, ſi † detur triticũ melius, q̃ quod cõiter conſueuit vendi, poſſit licitè pro eo accipi vltra pretium lege taxatũ: aut, ſi detur aliquod peius, teneatur venditor deſcendere de pretio lege taxato. Decis. Reſpondendumq; eſt negãter, ſi exceſſus, aut defectus, in bonitate ſit modicus: qm̃ pro nihilo talis exceſſus, aut defectus eſt reputandus: alioquin nullum ferè eſſet frumentum, quod vendi pretio lege conſtituto poſſe; quippe cum ex ijs, quę communiter vendunt, nullum ſit, quod, cõparatione alterius, non inueniatur melius aliquantulũ, aut peius: arbitrorque raro, ob exceſſum in bonitate, licitè poſſe aſcendi vltra pretium lege taxatum. Ob defectum vero in bonitate, vt ſi triticum putridum ſit, aut corroſum vermibus, ita vt notabiliter deterius ſit tritico vendi conſueto, deſcendere tenetur venditor in pretio, quantum, proportione quadam, minus valet; qm̃ lex tritico cõi eſt accommodanda. Quod ſi in Luſitania diſtincta pretia tritico *Galego, & ana fil*, quæ vocant, conſtituta non ſint, credo deſcendendum eſſe in pretio tritici *Galego*. Vt enim audio; ſolet cõiter minus æſtimari in quarta parte pretij: eo quod pauciores, longeque inferiores panes in valore, ex æquali menſura, illius tritici conficiantur, quam ex illo alio: quo fit, vt iniqua eſſet lex, quæ pretium ęquale tritico vtrique conſtitueret.

Si triticum taxatum ſit, eo ipſo taxata cenſetur farina ex illo confecta, vt carius vendi non poſſit. Eſt enim in fraudem legis, contra mentem ve legiſlatoris, propterea quod, dum triticum taxatũ fuit, mentio de farina non ſit facta, triticum redigere in farinam, illamque pro libito vendere, vt enim.l.contra legem, ff. de legibus, hr̃, *in fraudem legis facit, qui, ſaluis legis verbis, ſnĩam eius circumuenit*: quare vendentes ad reſtitutionem tenerentur exceſſus pretij. Eadẽ rõne, ſi quis piſtoribꝰ, aut piſtricibus, ſub eo pacto ſuũ triticum daret, vt pro vnaquaque menſura pretium ei redderent vltra lege taxatum, reliquumque ſibi aſſumerent in ſui laboris præmium, faceret in fraudem legis, reſtituereque illis teneretur exceſſum pretij, ſi periculũ totum in piſtrices reijceret: quoniã perinde eſſet, ac ſi venderet illis ſuum triticum majori illo pretio. Si tamen in ſe ſuſciperet periculum tritici, farinæ, & panum, ita vt, ſi perirent, aut minus pecuniæ ex illis conficeretur, quam ſit pretiũ cõſtitutum, id totũ ad ipſum ſpectaret, ſi verò plus conficeretur, acciperent piſtrices incrementum in ſui laboris ſtipendium, non video contractum ex natura rei eſſe illicitum; modo lucrum, quod piſtrices inde ſperarent, commenſuratum eſſet laboribus, ſumptibus, & induſtriæ, quæ apponunt. Dixi, ex natura rei: quoniam in hoc Regno, id videtur prohibitum, eo quòd eſſet ipſos re vera eſſe piſtores, miniſterio tamen publicarum piſtricum; quod lege eſt prohibitum.

Qui triticum pretio quidem lege taxato venderet, cæterum cum pacto, vt emptor ſolueret in oleo, vino, aut in quacunq; alia merce, quam traderet minori pretio, quam ſit, quo vendi conſueuit, ſane in fraudem legis faceret, reſtituereque teneretur, quantum plus ea merx valet. Imò, ſi emptor iam apponere grauamen pretio æſtimabile, vt quod ſimul ab eo emeret vinum, oleum, aut quoduis aliud, quodam alio pretio maiori, quam is alioquin fuiſſet empturus reſtituere teneretur, quantum grauamen illud æſtimaretur: eo quod æſtimationem illam accepiſſe cenſetur vltra pretium tritico lege taxatum. Ita Med.q.36. citata. Nau. in Manua.c.23. nu.88. reſque ex ſe ſatis eſt perſpicua.

12 Dubium eſt, num † alienigenæ aſportantes in Luſitaniam triticum ex Caſtella, aut aliũde, quibus in Luſitania taxa non imponitur, vt ea ratione alliciantur ad illud adducendum, peccent, reſtituereq; teneantur, ſi triticum ſuum vendant vltra pretium incolis illius Regni taxatum. Dubiũ Ratio dubitãdi eſt, quoniam, vel pretium inibi lege incolis taxatum ex natura rei eſt verum pretium iuſtũ frumenti in eo Regno, vel non. Si eſt pretium iuſtum, ſequitur id, quod alienigenæ inſuper accipiunt, eſſe vltra pretium ex natura rei iuſtum, ac proinde reſtitutioni eſſe obnoxium. Si vero non ſit iuſtum, ſequitur, legem id pretium incolis taxantem, eſſe iniuſtã, ac proinde incolas poſſe tantundẽ accipere pro ſuo tritico æquè bono, quale eſt, quod in trãſtagna regione cõiter Luſitani vẽdunt. Sunt qui ad dubium hoc reſpondeãt, Rempublicam, ac Regẽ concedere poſſe exteris incrementum illud pretij in præmium laboris, & expenſarum, vt ea ratione inuitentur ad triticum in eius Regni vtilitatẽ aſportandum, atq; ex conceſſione hac licitè illos accipere ad incrementũ, nec teneri illud reſtituere. Neque in hoc, inquiunt, vlla iniuria fit emptoribus, quippe qui emere nõ cogantur; volenti aũt, ac conſentiẽti nulla fit iniuria. Ego ſanè ex hoc capite non auderem tutas reddere vendentium conſcientias. Rex quippe nihil forſan de donatione cogitauit, ſed ſolum, vt alliceretur ad triticum afferendum, illis permiſit vendere pretio, quo vellent, ac poſſent, illos a legis taxa excipiens. Itẽ, quod ementes illis vltra pretium lege taxatum tribuunt, ſanè inuoluntariè mixtè exhibent, neque propter expenſas, quas exteri in illo aſportando faciunt, laboreſque quos ſuſcipiunt, plus valet triticum ipſorum, quam cõmune aliud triticum æquè bonum loci, in quo venditur, vt ex dictis diſput. 348. conſtat: quare, cum Rex nihil de ſuo, aut de communib. bonis, illis in præmium proponat, ſanè non video qua rõne ex illo capite tutæ reddi poſſint eorum conſciæ. Ex hoc aũt ſolo credo eas tutas reddi: quia, cũ a lege eximantur taxationis, poſſunt tuto vendere intra latitudinem iuſti pretij, quod frumentum ex natura rei, ſecluſa lege taxationis, attentis circumſtantijs concurrentibus, in eo loco habet:

habet: quò aũt maior eſt pecunia tritici, ꝙ vendatur, pluresque emptores ad eos accedunt, eo plus ex natura rei accreſcit valor tritici ipſorum: quo fit, vt quò plus incolæ lege taxationis premũtur, vilioriq; pretio vendere præcipiuntur, eo plus ex natura rei accreſcat valor tritici exterorum, dum ipſi ſoli ſunt vẽditores, nolẽtib. incolis vẽdere tã vili pretio, q̃ lege eſt ipſis taxatum. Quòd ſi nulla eſſet taxa, certè nullũ eſſet incrementũ pretij, qđ exteri vltra naturales acciperent: q̃n quidẽ amens eſſet, qui cariori pretio emere vellet ab exteris, q̃ a naturalib. triticũ æquè bonũ. Imò verò decreſceret pretium tritici exterorum, ſi nulla eſſet taxa, Decis. naturalib & exteris cõtẽdentib. præponi ab emptoribus in venditione. Dico ergo, ſiue taxationis lex poſita ſit naturalib. ſiue nõ, ſi exteri vẽdant vltra pretiũ iuſtum rigoroſum, ꝙ frumentum in eo loco tunc ex natura rei hẽt, attentis circunſtãtijs oĩb. concurrentib. & cõtra iuſtitiã ipſos peccare, & reſtituere teneri exceſſum. Cũ verò nõ ſit, cur exteri in conſciæ foro damnari debeant, videant, qui in tranſtagna Luſitana regione eo anno, quo hæc ibi expoſui, taxam ſex vigenorũ anni antecedentis perſeuerare fecerunt, num tantus exceſſus, q̃tus fuit triticum ab exteris ſedecim vigenis vendi in publico foro, ſufficienter arguat, plus iuſto benignã fuiſſe, ne dicã apertè iniuſtã, & num æquum fuerit, accedere poſteà iudicem, qui inquireret, ac puniret eos, qui vltra ſex vigenis triticũ eo anno vendiderunt. Iam verò paulo antea retuli, iudicem a viris religioſis, ac doctis admonitũ, tandem ab inquiſitione perſequenda deſtitiſſe.

Dubiũ 13 Petes, vtrum, ſi Luſitani † aſportent triticũ ex alio regno, poſſint illud vendere vltra pretiũ lege taxatum, ſicut exteri illud vendũt. Rñdendumq; eſt affirmanter, ſaltem in foro conſciæ, mõ ſcan-
Decis. dalũ abſit. Idem eſt in exteriori foro, ſi in eo conſtet, triticum ex alio regno fuiſſe allatum. Neque .n. mens legislatoris eſt, facere hac in parte peioris cõditionis naturales, q̃ exteros: præſertim cũ æqualis Regni vtilitas ſit, triticũ ex alio Regno ab homine Luſitano, & ab extero afferri. Quin hoc ipſum apertè conceditur. l. 5. §. vlt. tit. 9. p. 4. leg. extrau. q̃n triticum ex Regno Caſtellæ aſportatur; modo in primo oppido Luſitaniæ fidem a iudice eius oppidi ſignatam, qui illud aſportant, accipiant, ex Caſtella eſſe aſportatum.

Dubiũ 14 Dubium eſt, nũ † clerici vendere teneãtur pretio lege taxato, ita vt, ſi illud excedant, reſtituere teneantur exceſſũ, perinde ac laici. Rõ dubitandi eſt, q̃m cum non ſubijciantur legib. ac iuriſdictioni principum ſecularium, ac proinde neque ab eis puniri poſſint, eſto vltra pretium lege ipſorum taxatum vendant, neque peccare vñr, neq; ad reſtitutionem teneri, modo pretium iuſtum
Decis. naturale, eo modo, quo de exteris in Luſitania dictum eſt, non excedant. Affirmandum tamen eſt cum communi doctorum ſententia, eos, ſi quid vltra pretium lege iuſta taxatum accipiant, teneri id reſtituere. Et quamuis Nauar. in Man. Hiſpano. c. 23. numer. 84. ſub dubio excepcerit in locis, vbi exteri a lege taxationis eximuntur, vt in Luſitania, ductus ea ratione, quòd, cum clerici nõ magis ſubdantur illi legi, q̃ exteri, poſſint ſuũ triticũ æquè bonũ vendere eodẽ pretio, quo exteri ſuũ vendunt; meritò tñ in Latino. nu. 88. ſententiã mutauit. Ad rõnem verò dubitandi Med. q. 36. citata, & Nau. vbi ſupra reſpondent. Quãuis vi legis taxationis non teneantur, quaſi illi ſubijciantur; teneri tñ quatenus, ſuppoſita lege, pretium cõe in eo loco eſt, ꝙ lege eſt taxatum: lege quippe diuina, ac naturali, tã ipſi, q̃ exteri, accipere non poſſunt in loco, in quo vendunt, plus pretij pro ſuo tritico, quam cõe eius loci; eo ꝙ id ſolum ſit iuſtum, ſiue cõe ſit quia ſecluſa lege, ſiue quia poſita lege, oẽs ita vendunt. Eſt verò ſatis infirmum hoc eorum fundm̃, vt ex ijs, quæ de exteris in Luſitania paulò antea diximus, ſatis perſpicuè liquet. Etenim, ſi a lege ſunt exempti, ſanè ipſorum comparatione ſolum manet latitudo pretij naturalis, quæ in indiuiſibili, non conſiſtit, ꝙ ſi pretium taxatũ ſit vile, eaq; de cã deficiant venditores, accreſcit pretium naturale tritici, ipſorũ comparatione, vt de exteris in Luſitania dictum eſt: quare in tota ea latitudine pretij licitè poſsẽt vendere. Dicendum itaque eſt, vt cũ Victoria, Soto, Syl. & alijs, diſp. 31. concluſione vltima dicebamus, clericos ſubiectos eſſe eiuſmodi legi, ac cæteris principũ ſeculariũ eius Reipublicæ cuius ſunt partes, q̃ cum ipſorũ libertate non pugnant, quales ſunt, q̃ ibi cõmemoratæ ſunt: tametſi nec iudicari iuxta illas, nec puniri poſſent, niſi coram iudicibus eccleſiaſticis, atque ab eccleſiaſticis iudicibus, vt ibidem dictum eſt: quo fit, vt ſicut laici peccant, reſtituereq; tenentur, ſi vltra pretium iuſtum lege taxatum vendant; ſic etiam peccent, reſtituereq; teneantur eccleſiaſtici. Exteri quoque tenentur legibus Reipublicæ, in qua cõmercium exercent, quo ad ea, quæ ad commercia illa ſpectant: ſicut etiam tenentur ad tributa, iuſtè legibus eius loci impoſita. Ea .n. conditione ad cõmercia admittuntur, vt eis omnibus legibus teneantur: quare ſicut, ſi Regi non ſoluant tributa iuſtis legibus impoſita, tenentur ea illi reſtituere: ſic etiam reſtituere tenentur, ſi quid, vltra pretiũ lege taxatum accipiant. Quo fit, vt priuilegium in Luſitania ſit, exteros non teneri lege taxationis frumenti, lege ipſa Luſitana expreſſum.

15 Dubiũ † vlterius eſt, ſi pro diuerſis Regni par- Dubiũ
tibus taxata ſint diuerſa pretia frumẽti, vt ſi Euoræ minori pretio ſit taxatum, quàm Vlyſſipone, aut Euoræ taxatum ſit, & non Vlyſſipone, ſed carius ibi vendatur, an fas ſit vendere Euoræ triti-
cũ pretio, quo Vlyſſipone venditur, ſed tranſpor- Decis.
tandum Vlyſſiponem vendentis ſumptibus. Reſpondendum verò eſt, ſi triticum, quod vẽditur, non ſit deſignatum aliquod in ſingulari, ſed ſint tot, vel tot menſuræ tradendæ Vlyſſipone, ita vt totum periculum tritici, quouſq. Vlyſſipone tradatur, ad vẽditorẽ pertineat, & ſimul pertineant tranſportatio, & ſumptus, tũc dubiũ non eſſe, validũ, licitumq. eſſe contractum. Q̃m licet Euoræ conuentio fiat, ſuſpenditur tñ ac perficitur contractus Vlyſſipone. Idem eſſet, q̃uis aliquod numero triticum in ſingulari deſignatum Euoræ venderetur, ſed venditor in ſe ſuſciperet ſumptus,

ac periculum,quouſq. illud traderet Vlyſſipone: qm̃ p eam periculi ſuſceptionem, q̃ alioquin ad emptoré pertineret,vt in ſequẽtibus videbimus, virtute ſuſpenditur contractus in Vlyſſiponé, & perinde eſt,ac ſi triticum Vlyſſipone venderetur. Si aũt venditor periculum nõ ſuſcipiat, ſed pertineat ſtatim ad emptorem,tunc vendi non poteſt, niſi pretio Euoræ taxato: eo ꝙ Euoræ contractus perficiatur: quare tũc reſtituendũ eſſet incrementum vltra pretium Euoræ taxatum, deductis expenſis,quas vẽditor in aſportando tritico faceret: q̃,ſi æquales,eſſent cũ incremento, ad nullã teneret reſtitutioné. Illud obſerua,ſi venditor firmus erat transferre ſuũ triticum vendendum Vlyſſipone,atque ad emptoris petitioné, qui illud ſuis ſumptib. trãsferre volebat,ab ea deſiſteret vecturã,illudq; emptori traderet ſtatim, tunc in conſcientiæ foro,ſcandalo non interueniente, tãtum accipere poſſet,vltra pretiũ Euoræ taxatũ, quantũ prudentis arbitrio æſtimaretur lucrum ex eo ipſi ceſſans,quod non deferret ſuum triticũ Vlyſſipone vendendum: id.n.incrementum non eſſet in pretium tritici, ſed lucri ceſſantis,quod licitè tunc vendere potuit. Circa hæc oĩa,inter alios,lege Med.q. 36.citata à §.aliud dubium.

Quòd taxatio in vna parte regni fiat, & non in alia,q̃ illa non ita indigere vr̃, non reddit iniquam. Si tñ in eadem Regni parte, quibuſdam concederetur vendere vltra pretium taxatũ, alijs, verò non item,idq; abſque peculiari cauſa (qualis eſſet,ſi qui carius vendere permitterentur triticum ꝙ ex alio regno aſportarent,aut ex eodem, ſed rõne tranſportationis id eis pmitteretur, aut eſſet alia cauſa cõi bono expediens) excuſanda non eſſet ea lex iniuſtitiæ ob eam inæqualitatem, vimq; obligandi amitteret. Ex eo verò, ꝙ miniſtri publici cum quibuſdã circa pœnæ exequutionem diſſimulent,cum alijs non item,lex nõ deſinit retinere vim obligandi:quare & miniſtri peccant,& tranſgreſſores ſimiliter,reſtituereque tenentur,quod,vltra pretium lege taxatũ,accipiũt. Si autem legiſlatore conſcio, vel omnes, vel pro maiori parte,impunè venderent vltra pretium lege taxatum præſumendum tunc eſſet, legem voluntate principis vim obligandi amiſiſſe. Hæc Med.q.citata in reſponſione ad 3.& ad 4.

Vtrum expediat,in Luſitano præſertim Regno, taxari frumentum eo, quo conſueuit modo.

DISPVTATIO CCCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Frumenti pretium quando taxatur, duo ſunt tempora conſideranda.*

2 *Vendere rẽ ſuam minus iuſto pretio,quo caſu quis cogatur.*

3 *Rectores locorum efficere debent, vt neceſſaria iuſto vendantur pretio.*

4 *Bonum commune quando præferendũ particulari.*

5 *Lex,taxans infra iuſtũ infimum pretiũ, quod res ex eius natura habet,dicitur iniqua,& iniuſta.*

6 *Lex taxæ,quæ ſolet infimum iuſtũ pretium rei conſtituere potius,quã ſummum,aut medium, iuſta dicitur:iniuſta verò,cum infra infimum taxat.*

7 *Princeps ſi taxat infra infimũ iuſtum pretium rei, quod ex eius natura habet, peccat, & tenetur reſtituere damna dominis rerum inde ſequuta.*

8 *Conſuetudo taxandi pretium rei certo tẽpore, quæ approbanda,& quæ non.*

9 *Frumentum quomodo, & quando taxandum, & quid obſeruandum,vt taxa iuſta dicatur.*

10 *Frumenti pretiũ rariſſimè taxandum, propter magnas difficultates.*

11 *Vendere,quo pretio volunt,mercatores ſuas merces promittendi non ſunt.*

12 *Frumenti taxatio quare neceſſaria.*

13 *Frumenti taxatores quid cauere debeant.*

DVm hæc Euoræ exponerem,caſu euenit,vt, me inſcio,neſcio q rationes Cardinali Hẽrico,nondũ Regi,offerret, ob quas contendebat, taxas frumenti in eo Regno non expedire: q̃n potius ex illis multa oriri mala. Rationes nec vidi, nec ſcire potui,quæ aut cuius, illæ eſſent. Cæterũ cum Cardinalis Hẽricus illas ad ſenatores ſupremos miſiſſet, caſu ad manus meas reſpõſa deuenere. Et,cum longa multorum annorum experiẽtia,ego quoq; minime eas taxas expedire iudicarẽ,ductus potius grauiſſimis aĩarum periculis, q̃ deprehendebam, q̃ commodis, aut incommodis tpalibus eis rationibus reſpondere curaui,ſi fortè lucem aliquam regimini,bonoq. publico,afferre poſſem,opemq. ferre, vt taxæ illæ deinceps non fierent,prout vſq.ad meũ ex Luſitania dſceſſũ, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoprimo factæ non ſunt,neque,vt exiſtimo, adhãc vſque diem. Quæ ergo tunc ex ſuggeſto dictaui, nunc ẽt eiſdem de cauſis ſubijciam. In illis itaq; reſponſis,vt occurrerent obiectioni, qua dictum erat pretiũ frumento anno proxime tunc elapſo taxatum notoriè fuiſſe iniuctum,ſic habebatur.

Circa taxandũ frumentũ duo tpa cõſideranda ſunt. Vnũ,q̃n abũdãtia eſt frumẽti, aut certè mediocris copia. Alterum,q̃n eſt ſterilitas, ac raritas illius. Priori illo tpe,taxandum eſt iuſtum pretiũ frumenti,attenta quantitate illius, & attẽtis reliquis circunſtantijs rerũ,vnde ſumit iuſtũ pretiũ, vt iura diſponũt. Cæterum in poſteriori tpe, neque eſt attendendũ ad quantitaté frumenti, neq. ad alias circumſtantias concurrentes, quæ efflagitarent,vt pretium illius accreſceret:ſed mediocre quoddam pretium eſt taxandum, quo emptores commodè poſſint pertingere. Hæc ibi.

Operepretium aũt eſt examinemus, verumne ſit hoc vltimum,vnde iudicium pendet,an taxa, quæ iuxta eam doctrinam tempore ſterilitatis,ac raritatis frumenti lata fuerit,iuſta ſit,vel iniuſta, & quòd in cauſa eſſe poteſt, vt cum multorum iniuria pretia iniuſta eo tempore conſtituantur. Vnde vlterius euenire ſolet, dominos frumenti cernentes adeo imminuta pretia conſtituta eſſe, legem tranſgredi cum grauiſſimo ſuarum

rum animarum periculo arbitrãtes ſe lethaliter peccare, & confeſſarijs reſtituere iubentibus: eo quod difficile admodum priuatis ſit, iniuſtitiæ condemnare legem publicam, illique in dubio in conſcientiæ foro ſit ſtandum.

In primis autem miror pro ea ſententia citari Cou. 2. var. reſ. c. 3. nu. 5. qui aperiſſimè eam ibi refellit, ac impugnat, contrariumq; amplectitur, quam varijs iuribus confirmat. Miror etiã citari pro eadem ſnĩa Ang. ver. emptio. n. 7. & Syluest. q. 9. qui nihil tale dicunt: ſed ſolum, quando aliquis, neceſſitate preſſus, cogitur emere rẽ plus, quam valet, committi iniuſtitiam cum onere reſtituendi exceſſum. Vt ſi ei, qui in neceſſitate eſt medicamenti ad vitam tuendam, vendatur pluris, quam valet, reſtituendum eſſe exceſſum.

Et Syl. ibidem. q. 5. expreſſe ait, tempore neceſſitatis cogi eos poſſe, qui abundant mercibus ſibi nõ neceſſarijs ad propriam vitam tuendam, vendere illas alijs iuſto pretio, vt vitam ſuſtentent, atque ita, ait, ſeruatur tempore careſtiæ: quæ omnia tranſcripſit ex Pan. c. 1. de empt. & vend. nu. 6. in quib. vides, nullam mentionem fieri de imminutione a pretio iuſto, quod res tunc ex natura rei habeat. Ac ſane theologorũ nullus, qui de pretio lege taxato loquatur, affirmat opinionem, quam impugnamus: quin potius Io. Med. qui fuſius, & accuratius, q̃ alij, rẽ hanc diſputauit, ſi attente legatur, q. 31. & 36. citatus, ſolũ cõcedit poteſtatibus publicis facultatẽ moderandi pretium, & cõprimendi auaritiam vendentium, intra limites iuſti pretij, qđ triticum ex natura rei, tũc ſpectatis circunſtantijs oĩb. concurrentibus habeat.

Et Caſtrus, Sotus, Nau. & Cou. locis diſputatione p̃cedente citatis dum affirmant, vendentes vltra pretium lege taxatũ, reſtituere teneri exceſſum, addũtq; mõ pretium lege taxatum iuſtũ ſit, q̃m lex alioquin iniuſta eſſet, nec obligaret in cõſcientiæ foro, ſanè idem oĩno cenſent. Vt. n. mox oſtendam, eſto opinio, q̃ impugnamus, vera eſſet, princepsq; in Reipublicæ bonum præcipere poſſet, vt tempore ſterilitatis frumentum venderetur infra id, quod ex ipſa rei natura tunc valeret, vtique, qui tranſgrederetur legem, quamuis peccaret, non tamen teneretur ad reſtitutionem.

Bart. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. p̃fect. vrb. anſam quibuſdã ex iuriſperitis p̃buit, illã inhibendi opinionem, q̃ non dubito falſam oĩno eſſe. Is
2 nãque, q̃rens ibi, num † aliq̃n cogatur quis vendere rem ſuam minus iuſto pretio, reſpondet. Cogi tempore ſterilitatis, & careſtiæ, iuxta l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rodiam de iactu maris: neque aliud affert fundamentum. Idem tñ Barto. poſtea eadem l. 2. §. cũ in eadem (ad quẽ locum §. cura carnis, ſe remittit) ſufficienter ſe ipſum explicat.

Nempe, quod id intelligatur, qñ neceſſitas eſt extrema: tunc. n. ſicut gratis eſſet ſubueniendum patienti extremam neceſſitatem, ſi nullum is haberet pretium: ita ſubueniendum eidem erit pro minori pretio, q̃ res valeat, ſi non plus pretij ſoluere poſſit. Ac ſanè ridiculus eſſet Bart. ridiculique eſſent, qui illum ſequuntur, ſi aliud ex ea lege colligere vellent. Caſus. n. legis illius hic eſt: Cum multi nauigarent in eam aliena naui, deferrentq; in ea merces ſuas, tempeſtate cõpulſi ſunt proijcere multas ex mercibus in mare, vt ea ratione, & vitam propriam, & reliquas merces conſeruarent. Quæſitum eſt, an qui vitam, & merces, ea ratione ſeruarunt contribuere tenerentur ad merces ſoluendas, q̃ in ipſorum vtilitatem, ac bonum, proiectæ ſunt. Reſpondet verò iuriſconſultus, dños mercium, q̃ ea rõne ſeruatæ ſunt, cõtribuere teneri iuxta valorem mercium, q̃ vnicuique ſunt ſeruatæ: perſonas verò ea via conſeruatas, non teneri contribuere. Hinc Bart. & quidam alij colligunt, tpe neceſſitatis oĩa diuino iure, & humano, eſſe cõia. Qđ ſi de alia neceſſitate, quam extrema, id intelligant, ridiculi profectò ſunt, & contra cõmunem doctorum ſententiam loquuntur, vt ex ijs, q̃ in materia de eleemoſyna copioſè diximus, ſatis apertè conſtat. Neque textus ille de alia neceſſitate loquitur, quàm ad ſeruãdas vitas. Imò, vt in eadem materia q. 32. art. 5. latè oſtendimus, neque id, quod Bart. inde collegit, probat ille textus, tempore neceſſitatis videlicet, poſſe quempiam conſumere gratis rem alienam. Etenim, qui nauigabant in ea naui, diuites erant, vt conſtat, q̃m merces in ea aſportabant & pro ratione mercium cuiq; aſſeruatarum, contribuere iubentur ad ſolutionem mercium, quæ proiectę fuerãt: cõis autem doctorum, ac veriſſima, ſententia eſt, ſi diues in extrema neceſſitate rem alienã conſumat, teneri illam ſoluere iuſto pretio, vt loco citato oſtendimus. Non ergo deciſio illius textus in eo fundatur, quod tempore neceſſitatis oĩa ſint cõia, faſque ſit conſumere gratis res alienas, ſed ex quadam æquitate ſancitum eſt, quod textus ille definit; eo quod hoĩes in tẽpeſtate adiumento eſſe ſoleant, tum adiuuando ad nauis exonerationẽ tum ad alia miniſteria, vt nauis, & cæteræ merces conſeruentur: quare non eſt cur, ſicut dominus nauis, iuxta valorem, vt eadẽ lege, & p̃cedente ſancitur, & cæteri, quorum merces conſeruatæ ſunt, contribuere iubentur ad ſolutionẽ mercium proiectarum, ſic etiã hoĩes contribuere iubeantur. Plures aliæ rõnes legiſlatores permouere potuerunt ad id ex æquitate ſtatuendum.

Expende quæſo prudens lector, quam à remotis, & per quam debiles, ne ineptas dicam, conſequentias, ex illo textu probetur, fas eſſe tempore ſterilitatis, & raritatis frumenti taxare illud infra iuſtum pretium, quod tunc ex natura rei habeat. Ex illo textu, ſiquid colligitur, ſolum eſt, in extrema neceſſitate poſſe aliquem cogi vendere id, quo alius indiget ad euadendam illam, neceſſitatem, minori pretio, quam res in ſe valeat, ſi is non poſſet ſoluere plus. & neque id probat ille textus, vt oſtenſum eſt. Colligere verò inde vlterius, poſſe principem ſterilitatis frumenti, ac raritatis tempore, taxare illud infra id, quod in ſe valet, ſanè nulla eſt conſequentia, niſi eorum comparatione, qui in extrema eſſent neceſſitate, perituriqne eſſent, niſi ita ipſis ſubueniretur, quod quam rariſſimè contingit, & pauciſſimorum comparatione euenit tempore ſterilitatis. Niſi ergo fundamẽtũ aliud afferatur, certe non probatur, iuſtam eſſe le-

gem

gem aliorum comparatione, qui, vendito ſaltem patrimonio, vt fecerūt Aegyptij tpe Ioſeph, reddere poſſunt iuſtū pretiū: & multo minus probatur, iuſtā eſſe ad effectū, vt pauperes agricolæ vendere cōpellantur triticum ſuū eo pretio diuitibus ac potentib. Quid ergo clamāt doctores huius ſententiæ, vt iuſtitiam huius legis teneatur tpe ſterilitatis omnia eſſe cōia, & abſq; furto accipi tunc alienum; Quaſi verò eo ipſo, quod ſit ſterilitas, continuo ſit extrema neceſſitas omnium comparatione, & nō potius contrariū doceat experiētia. Eadem ſententia probari ſolet ex l. ſi pendentes. ff. de vſufruct. Qui tñ textus nihil omnino ꝓbat. Caſus. n. illius hic eſt. Si vſusfructus agri alicuius legatus alicui ſit, ad eum pertinent onera omnia agri illius. Vt, ſi ſoluēdum aliquid ſit ex agro illo ad cloacas publicas reficiendas, vel ob aquæductum per eum agrum tranſeuntem, vel ob tranſitum exercitus, vel ſi pars aliqua fructuum ſit municipio applicanda pretio aliquo viliori q̃ cōmuni, ea onera omnia ad vſufructuarium ſpectant. Hæc ibi. Ex hoc aūt vltimo volunt autores, quib. cum diſputamus, ſuam confirmari ſententiā. Cæterum textus, vt luce clarius conſtat, nō loquitur de tempore neceſſitatis, ſed de tēpore quocunque, propter onus, quod ager ille habeat. Et quamuis de tempore neceſſitatis loqueretur propter onus, quod pro ſolo eo tempore ager ille haberet, nihil inde colligeretur, quod ad confirmandam ſententiam, quam intendunt, vim vllam haberet.

Hoc loco obſerua, qñ ex loco aliquo merces multæ extrahuntur, tūc quēadmodum populus, vnde extrahūtur, rectorve illius ꝓhibere poſſet, ne extraherentur, vt populus haberet copioſè neceſſaria: ſic permittere poſſet ea lege extractionē, vt pars quædam populo minori pretio venderet, quæ eidem populo ſufficeret. Simili modo, quando emptores ex alio eſſent regno, ſicut princeps prohibere exteris poſſet, extrahere ex ſuo regno merces illas, ne in eo deficerent, aut carius venderentur: ita cōcedere poſſet extrahi ea lege, vt pars quædam ſumeretur quæ minori pretio incolis vēderetur, vt meritò circa ſal his annis in hoc Luſitaniæ Regno fit. Atq; hoc eſt, qđ velle videt lex, ſi pendētes, citata. Multo apertiora iura ſunt pro
3 noſtra ſnīa q̄ indiſtinctè ſtatuunt, rectores † efficere debere, vt neceſſaria iuſto vendantur pretio. De quorum numero eſt lex prima. §. cura carnium. ff. de offic. præfect. vrb. & ſunt multa alia, q̄ Cou. vbi ſupra citat: iuſtum aūt pretium idē eſt, qđ æquale, accommenſuratum rei quo ad valorem. Et Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, q. 77. æqualitatem ait in emptione, & venditione eſſe ſeruandam inter rem, & pretium, vt iuſtitia ſeruetur; alioquin: vel miſericordia, aut liberalitas, admiſcebitur ex parte alterius cōtrahentium, vel iniuſtitia in contractu interueniet.

Illud verò admonuerim, rem hanc iudicandā non eſſe ex iuris humani diſpoſitione: qm̄ hoc ipſum eſt, qđ in controuerſiā vocatur, an in principe poteſtas ſit ad ſtatuendum, vt ſterilitatis tpe, res vendantur minori pretio, q̄ ex ipſa rei natura tunc valeant: ſed ex naturis ipſis rerum eſſe iudicandam. Quo fit, vt examen, ac deciſio rei huius, ad theologos potius, philoſophoſque morales, ſpectet, quam ad iuriſperitos.

Dices. Ex naturis ipſis rerum, naturalive iure, ſufficiēter probatur, æquam eſſe legem, q̄ tpe ſterilitatis minuat de infimo pretio tunc, alioquin ex natura rei iuſto, atque adeo poteſtatem eſſe in principe ad eam legem condendam. Etenim cōe Reipublicæ bonū pferendum eſt particulari ſingulorum: quare, cum bonum cōe Reipublicæ id efflagitet, licite ſtatui poteſt, nihil impediente, quod id in aliquorum detrimentum cedat.

4 Ad hoc † tñ dicendum eſt, ſi aliquid ita eſſet Satis fit.
neceſſarium ad commune Reipublicæ bonū, qđ ſine illo Reſpublica, in eſſe Reipublicæ, hoc eſt, quo ad corpus ipſum ſpectatum ſecundum ſe totum, pateretur notabile detrimentum, tunc bonum cōe præferendum eſſet particulari. Atque in hoc ſenſu Cou. num. 5. citato meritò concedit, ſiquid ita neceſſarium eſſet ad publicum bonum, quod non ſolum Reſpublica ea re indigeret, ſed ēt egeret, vt ipſi daretur minori pretio, quam ex ipſa rei natura valeat, tunc poſſet cogere ſubditū, vt illam minori pretio vendat, quam valeat. Hoc tamen rariſſimè euenit: eo quod, ſaltem per contributionem partium aliarū Reipublicæ, poteſt Reſpublica ipſa reddere iuſtum pretium.

Neque, ad ſubueniendum bono cōi, æquum eſt, vt pars vna Reipub. grauetur plus, q̄ aliæ, q̄ in ſuo gradu, ac proportione cōtribuere ēt poſſunt. Cæterum, qñ ſine re aliqua pōt Reſpublica in eſſe Reipublicæ, ſalua conſiſtere, ſolumq; defectu rei illius fit variatio in partib. Reipu. penes hoc, quod qdā fiunt ditiores, & potentiores, aliæ uero in diuitijs, & potentia decreſcunt, cum tamen partes omnes, in eſſe membrorū Reipubl. ſaluæ maneant, tunc res illa neceſſaria non dicitur ad cōe Reipublicæ bonum: qm̄ bonum Reipublicæ integrum manet quo ad omnes ſuas partes: tametſi partes uariationem aliquam patiantur quo ad diuitias, & potentiam: Reipublicæ autem bono parum refert, quod partes, quæ antea ditiores erant, pauperiores reddantur, modo aliæ in eadem Republica creſcant in diuitijs, & potentia. Immo uero hoc ad fortunæ aleam ſpectat: omneſq; Reipublicæ partes ius habent conſcendendi ad gradum ſuperiorem, ſi cuiuſque ſors id tulerit, neque cuiquam certus quidam gradus debetur, quin deſcendere, & conſcendere poſſit.

Quo fit, ut quemadmodū princeps auferre nō poteſt a ditioribus, ut pauperibus largiatur (qui extremam, aut pene extremam, neceſſitatem non patiantur) vt ea ratione mendici, aut notabiliter pauperes, in ſuo Regno non ſint: & quemadmodum auferre non poteſt a ditiſſimis mercatorib. qui iuſto titulo ſuas compararunt diuitias, vt illas pauperibus tribuant: ſic etiam neque cogere poſſit, vt res minori pretio vendantur, quam ex natura rei, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, valeant, eo quod cogere, vt id, quod reuera hic, & nunc infimo pretio iuſto valet ſex, ſolū vēdatur quatuor, perinde ſit, ac cogere, vt quis de bonis ſuis gratis alteri tribuat duo.

In

In pragmatica autem, qua frumentũ tpe ſterilitate taxaretur minori,quam valeat non ſolum diuites cogerentur de ſuo gratis dare pauperibus, ſed etiam multi pauperes, & qui magnis laboribus,& ſumptibus triticum collegerunt, cogerentur dare gratis diuitibus. Præſertim cum Rex in hoc Luſitaniæ Regno vſurpare ſibi illo pretio ſoleat triticum ad claſſes præparandas & ad pleraque alia,& concedere ſoleat magnatibus, & potẽtibus facultates,vt, dominis tritici etiam inuitis, magnatibus pretio taxato vendatur. Et præſertim cum iudices,cæteriq́; miniſtri publici,qui non ſolent eſſe adeo pauperes non ſolum ſibi, ſed & conſanguineis,atq; amicis,quin & alijs,qui illud ad lucrum alio tranſportent, inita cum illis ſocietate, accipere ſoleant triticum pretio taxato,inuitis illius dñis,vt interim abuſus alios,ac vexationes, quæ tritici dominis fiunt omittam. Vt vero ſummatim dicam, ſolum in eo euentu poteſt Reſpublica cogere diuites, vt pauperibus vendant frumentum minori pretio, quam ex rei natura valeat, in quo poſſent illos cogere, vt facerent illis eleemoſynam in illa eadem quantitate: quod vt cum Soto, & Cou. in materia de eleemoſyna, q. 32.ar.5. diximus,ſolum eſt, qñ illi eſſent in extrema neceſſitate eius ſubuentionis, aut iuſte extrema neceſſitas timeretur,niſi illis ſubueniretur.

Neque tunc ſoli domini tritici eſſent cogendi ſubuenire pauperibus,ſed cogẽdi ſimul eſſent alij diuites contribuere eleemoſynam, vt Reſpublica tota æquè proportione quadã grauaretur. In alijs autem euentibus, vt diuites cogi non poſſunt facere eleemoſynam,ſic nec cogi poſſunt vendere illis res ſuas minori pretio quàm valeant: quoniã perinde eſſet,ac ſi cogerentur facere illis eleemoſynã decrementi illius a pretio iuſto. Pauperes autem, vt nunquã tenentur facere diuitibus eleemoſynã: ita nunquam cogi poſſunt vendere illis res minori pretio, q̃ valeant: ſi aũt diuites minori pretio illas emant, etiam principis autoritate interuenien te,tenentur illis reſtituere pretij decrementum.

Ex his, & ex quinque alijs rationibus quas ad idem comprobandum diſputatione præcedente confecimus, ſufficienter arbitror oſtenſum eſſe,
5 iniquam † eſſe legem, q̃ pretium frumẽti aut cuiuſuis alterius mercis,taxat infra iuſtum infimũ, qđ ex natura rei ea merx habeat, ſpectatis oĩbus circunſtantijs tunc concurrentibus ac proinde in conſciẽ foro eam legem non obligare. Illud addam, quod ſuperius me explicaturum promiſi.

Nempe,eſto in principe eſſet poteſtas ad condendam eam legem in publicum bonum, lexque illa vim obligandi haberet;nihilominus trãſgreſſores illius,quamuis peccarent, ad nullam tamen reſtitutionem tenerentur. Ratio autem eſt, quoniam ea lex non conſtitueret iuſtum commutatiuum,qđ in æqualitate quo ad valorem inter rem, & pretium conſiſtit, ſed ſolum licite pciperet frumentum eo pretio vendi in commune bonũ, quare tranſgredientes eam legem, peccarent quidem contra obedientiã principis, & fortè contra charitatem patriæ,ac proximorum, poſita præſertim ea lege,non tamen contra iuſtitiam, & idcirco ad reſtitutionem non tenerentur. Sicut enim ſi princeps diuitibus præciperet facere eleemoſynã pauperib. in euentibus in quib. paulo antea diximus id poſſe præcipere,nullus affirmaret,diuites ad reſtitutionem teneri, ſi eiuſmodi principis trãſgrederentur præceptum:eo quod non peccarent contra iuſtitiam, ſed ſolum contra obedientiam principis,& contra charitatem patriæ,ac proximorũ, ſic etiam res haberet in caſu propoſito.

Ex dictis hactenus ſequitur aperte, quãuis lex taxæ frumenti iuſte lata ſit, vt ſi nõ ſtatuat pretiũ iuſtum infimum,quod tunc ex natura rei,ſpectatis circũſtantijs omnib. cõcurrentib. frumentũ habeat,teneri principem abrogare, vel mutare eam legẽ, mutatis notabiliter circũſtantijs, q̃ notabiliter accreſcere pretiũ naturale frumenti efficiãt.

6 Cum † n. eiuſmodi leges cõſtituere ſoleant infimum potius iuſtum pretium frumenti, q̃ ſummum,aut medium,atque iniuſta ſit lex, quæ pretium ſtatuit infra iuſtum infimum naturale, vt
7 oſtenſum eſt,conſequens † profecto eſt,vt variatis notabiliter circumſtantijs, quæ ad incrementum pretij naturalis efficiant, teneantur Rex, & qui a conſilio illi ſunt, ſub reatu lethalis culpæ onereq; reſtituendi damna dominis frumenti ea de cauſa ſubſequuta (niſi Rex,& qui a conſilio illi ſunt probabili excuſentur ignorãtia)abrogare,vel mutare legem,augendo frumenti pretium.

8 Hinc † intelliges, probandam non eſſe conſuetudinem taxandi frumentum Septembri in Septembrem,niſi vigiles ſint legumlatores ad tollẽdam, vel mutandam legem,ſi in decurſu anni notabiliter mutentur circunſtantiæ rerum, quod difficile præſtare poſſunt quo ad remotas regni partes,niſi id iudicibus committant, cum tñ id nõ videatur expedire. Intelliges præterea,multo minus probandam eſſe illorum ſententiam, qui,ea ratione ducti,quod frequens mutatio legum non expediat,aſſerunt,perſeuerare debere taxam,quæ tẽpore abundantiæ,aut mediocris copiæ frumenti lata fuit,tempore ſterilitatis.

Licet.n. in alijs legibus frequẽs mutatio noxia ſit,in taxa tñ frumẽti, qm̃ pretiũ æquale eſſe dẽt merci, vt lex iniuſta non ſit, toties ſub reatu culpæ lethalis, onerisque reſtituendi mutari dẽt lex, quoties mutatio circunſtãtiarũ, q̃ frequentiſſima eſſe ſolet,id poſtulauerit, aut taxa nõ erit ponenda,ſed relinquendũ erit hoĩbus vt vendant prout circunſtantiæ,reiq; ipſius natura, poſtulauerint.

9 Vt vero poſt † hæc omnia iudicium noſtrum proferamus,an expediat taxari frumentum, nonnulla adijciam. Primum eſt,quamuis nulla iniuria fiat conductorib. redditũum eccleſiaſticorum, aliorumque potentium atque eccleſiaſticis ipſis, ac potentibus ſi frumentum taxetur intra limites iuſti pretij naturalis, qđ habet, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus fieri tamen eiſdem iniuriam, ſi taxetur infra pretium infimum iuſtum;cõductorib. quidem, quatenus dominiũ frumenti ad ipſos iam ſpectat, coguntur que illud vendere infra id, quod valet: Eccleſiaſticis vero, & potentib. quatenus,cõductores ſcientes vexandos, ipſos eſſe illo modo lege taxationis, minori

ri pretio conducunt ab Eccleſiaſticis, & potentibus, eorum redditus.

Secundum eſt, ad legislatoré (præſertim Chriſtianum) ſpectare, attendere, non ſolum ad commoda, aut incómoda, tpalia, q̃ ex lege ſua ſequuntur, ſed ét ad ſpiritualia ſubditorũ. Cum.n. finis ipſius politicus ordinetur vlterius ad ſupernaturalem finem vitæ æternæ; ſanè attendere dēt ad ſpirituale bonum, ſalutemque animarum, ſuorũ ſubditorum in legibus condendis, neque ſiſtere debet in ſolo temporali commodo Reipublicæ.

Atque ea de cauſa, ſi ex aliqua lege ſua videat graue detrimentum ſpirituale multorũ oriri, vel fragilitate, vel ét malitia ſubditorũ, tenetur charitatis præcepto ab ea lege ferenda abſtinere; præſertim ſi alia via æquè bene conſequi poſſit intentum, ac finẽ eius legis. In re autem propoſita, maxima eſt illorum copia, qui cum grauiſſimo ſuarũ animarum periculo legẽ taxationis, etiã iuſtam, tranſgrediuntur, dum non ſolum lethaliter peccant, ſed ét ad reſtitutionẽ ſub pœna æterni interitus tenentur, a quo vinculo ſemel cõtracto, multi ſunt, qui reſtituendi difficultate, & quod non multum Deum timeant, nunquã liberantur. Atque hoc eſt, quod me maxime mouet ad diſſuadendã legẽ taxationis frumenti. Cum.n. frumentum non ſit res, q̃ ab vno, aut ab altero ſolum vendatur, ſed a q̃plurimis in vnoquoq; oppido, atq; ab oĩb. ferè agricolis in magna, aut parua quantitate; & inſuper non ſit res, q̃ in publico foro vendatur, ſed occultè in domibus priuatis, ac ſine teſtib. qua rõne liberius, lucri cupiditate lex violatur; & præterea conſtitui ſoleant imminuta pretia, ab exteriſque publicè in longè maiori pretio vendatur, atq; in hoc Luſitaniæ Regno taxa conſtitui non ſoleat, neque expediat, in Vlyſſiponenſi ciuitate, ad quem locum confluere ſolet triticũ ex reliquis Regni partibus ex tranſtagana præſertim regione quod in cauſa eſt, vt mercatores vltro offerant pretium vltra lege taxatum pp maius lucrum quod conſequuntur, deferendo, ac vendẽdo illud Vlyſſipone, certè res eſt, quæ in hoc Luſitaniæ Regno multorum conſcientias illaqueat cũ reſtituendi onere, à quo pauci ſe expediunt.

Neq; dicãt ſenatores, ſolos cõductores redditnum eccleſiaſticorum, ac potentium, tranſgredi legẽ taxationis, ducti ex eo, qđ ferè illi ſoli ſint, qui ad eos accedant ad petendam veniam pœnæ, aut qui apud ipſos ſe defendere in iudicio ſoleãt, contendentes non debere pœnã. Non, inquã, hoc dicant ſenatores, ſed potius credant confeſſarijs, theologiæq; profeſſoribus qui quotidie hac de re conſuluntur. Si.n. ſoli illi hoĩes ea de cã ad ipſos accedunt, id ppea eſt ꝙ agricolæ cõprehenſi, ſtatim ſoluant pęnam, & qđ cum potentib. diſſimulatur, & ꝙ neq; decima illorũ pars, qui legẽ trãſgrediuntur, ad eorũ notitiã deueniat, qui ea de re ad puniendũ inquirũt. Quãplurimi aũt ſunt, qui facile ſe exponunt periculo ſoluẽdi quadraginta aureos, ſi deprehendantᷣ, certi ꝙ conſequẽtur ducẽtos, ſi vltra p̄tiũ lege taxatũ, vẽdãt. Vt interim periuria omittã, q̃ quotidiè fiunt, dũ ea de re inquiritᷣ, partim malitia, & partim ruditate, falſaq. miſericordia eorum, qui ea de re interrogatur.

Ex his facilè erit intelligere noſtrum hac de re iudicium. Nauarrus quidem in Man.c. 23. n.88.
10 cenſuit, rariſſimè taxandum † eſſe frumenti p̄tiũ pp varias rationes, quas adducit, & quod id occaſio eſſe ſoleat multorum peccatorum. Ego in eadem ſum ſententia, præſertim in Luſitaniæ Regno. Primo, qm̃ pretium taxari nõ debet, neq; licitè, iuſtè, ac validè poteſt, niſi intra latitudinem iuſti naturalis, vt copiosè, & ni fallor, efficaciter oſtenſum eſt: difficile autẽ eſt illud attingere ſtatim perceptis frugibus, & nondum re cõprobata experientia tẽporis ſucceſſu. Atq, hoc eo magis, quo plus in commune bonum contenditur, vt nõ excedat infimum iuſtum. Secundo, qm̃ cum tam variæ ſint partes Luſitaniæ Regni in copia, aut penuria frumenti, in quãtitate pecuniæ, & in pleriſq; alijs circumſtantijs, difficile valde eſt in ſingulis iuſtum ſtatuere, p̄tium, & cum minimũ in earũ, confinijs difficile ſeruabitur æqualitas. Tertiò, qm̃, vt probatur eſt, neceſſe eſt variari legem mutatis circumſtãtijs in decurſu anni: id aũt difficile fit, ſenatorib. circa alia occupatis, neque id attendentibus multique prius iniuſtitia legis opprimuntur, & quod deterius eſt, iniuſte poſtea puniuntur q̃ id fiat, vt experiẽtia ipſa teſtatur. Quarto, qm̃ alienigenis taxa non imponitur: taxa vero naturalibus ſolis impoſita in cã eſt, vt exteri multo magis in pretio aſcendant, ſpolientq; Luſitaniam pecunia, vt ſupra explanatum fuit. Adde vſte timeri, quin & affirmari, exteros ſæpe emere triticum a naturalibus vltra pretium lege taxatũ, illudque reuendere vltra pretium, quo illud emeruut. Quinto, qđ cum Vlyſſiponenſibus, & exteris non ſit pretiũ lege taxatum, id in cã eſt, quod cæteri non ſe contineant, ſed vendant vltra pretium lege taxatũ. p̄ſertim mercatoribus Vlyſſiponenſib. offerentib. vltra pretium lege taxatum, vt dictum eſt. Adde, difficile eſſe, in tãta inæqualitate, quãta eſt inter p̄tium, quo exteri vendunt, & quo naturales vendere p̄cipiuntur, defendere legẽ eſſe iuſtã. Qđ idem intellige, qñ in Caſtellæ Regno taxa eſt quatuordecim regaliũ argẽteorũ ꝑ vnaquaq. mẽſura, tantaq. eſt raritas frumenti, & tã a longe neceſſe eſt illud aſportare, vt computatis ſumptibus vecturæ, vendi ab aſportantib. cõcedatur vigintiquinq. aut triginta argẽteis. Sexto, vt omittãt q̃ de publicis miniſtris timentᷣ, ac dicuntur potiſſimum moueor pp maximum animarum periculum, qđ paulo antea explicaui.

11 Dices. Quid ergo? Permittẽdine † ſunt omnes vẽdere quo pretio noluerint? Inde ſanè Reipublicæ ſequeretur pernicies. Cum enim ex decem partibus frumenti, qđ in Luſitania venditur, nouem ad cõductores redditnum eccleſiaſticorũ, ac nobilium pertineant: hi autẽ, quantum poſſunt, conentur aſcendere in pretio quib. vijs poſſunt, ſanè, ſi vendere permittantur pro velint, pretio, vltra iuſtũ vendent, ſanguineq. pauperum ſugẽt, vnde fiet, vt breui omnia bona, ac prædia aliorũ
12 comparent. Hãc video † eſſe rõnem potiſſimam, qua ſenatores affirmãt, neceſſariam omnino eſſe vt Luſitaniæ Regno taxam frumẽti. Ad quam dicendum

cendum eſt, malum hoc (ſi per hyperbolē non ſit dictum) nullo modo eſſe ferendum. Facile tamen poſſe illi occurri ſine taxationis lege quæ totum regnum inuoluat, & quæ tot pariat mala, quot ſupra commemorauimus.

Cum.n. eiuſmodi homines, ſi id efficiũt, iniuſti ſint, Reipublicæq. pernicioſi, compelli vtique poſſunt, ratione reddere frumenti, quod in vnoquoque oppido ex commendis, redditibuſq. alijs eccleſiaſticis, ac nobilium, habent: quod ſciri non eſt difficile in vnoquoque oppido. At tunc cogi poſſunt illud vendere moderato pretio, vt natura rei, ſpectatis circumſtantijs concurrentibus poſtulat, atque vt cõitet ab alijs in eodem loco venditur. Imò autoritate publica vendi poſſet, ac diſtribui, vt commune bonum eius populi efflagitaret, reddito illis pretio iuſto, relictoque eiſdem frumento toto, quod cõi bono, ac neceſſitatibus populi, in quo illud habent neceſſarium nõ eſſet.

Atque ea ratione, ſine taxationis lege, fieret in Luſitania, vt oẽs iuſto, ac moderato pretio frumentum venderent, & vt exteris occaſio non p̃beretur aſcendendi in p̃tio, obuiareturque malis ſupra cõmemoratis. Eodemq; modo cõpellendi eſſent vendere in vnoquoq. oppido cæteri naturales qui frumento abundarent, neq. moderato pretio vendere illud vellent, qñ populus eo indigeret, vt inter oẽs ſeruaretur æqualitas. Efficacius autem multo eſt hoc medium, vt populi frumentum pretio iuſto emant, quam condere legem taxationis, omiſſaq hac diligentia, q̃ ſola ſufficit, permittere, vt vnuſquiſq; quo libuerit, pretio vẽdat, & poſtea tranſgreſſores inquirere, vt puniantur: q facilè: vt acquirant ducenta, vendẽdo vltra pretiũ lege taxatum, ſe exponent periculo ſoluendi longè minorem pœnam legis. Præſertim cum iudices ſolũ curent exigere pœnam, nihilq. ſoliciti ſint, vt emptoribus exceſſus pretij reddatur.

13 Illud admonuerim, cauendum † ſumma cura eſſe, ne illi, quib. frumenti diſtributio cõmitteretur, ſibi illud aſſumerent amicis, alijsq. miniſtris publicis, ſed potius id diſtribuerent pauperibus agricolis ad ſeminãdum, & piſtricibus ad publice panes coctos vendẽdos iuſti põderis, ac moderati pretij, iuxta illud, quo frumentum ement. Cauendum itẽ eſſe, ne pauperes plus inſumãt in obtinenda tritici menſura ab ijs, quibus diſtributio illius ſit cõmiſſa q̃ ſit id, quod dñi tritici ab eis poſſent inſup pro illa exigere. Cauendum p̃terea eſſe, ne dñi tritici iniuſte vexẽtur, detinẽdo plus iuſto frumentũ ipſorum aut illius pretiũ, & muneerib. ac ſumptibus itinerum, obtinendo, vt ipſorum frumentum vendatur, vel minori pretio, q̃ par ſit, illud vendendo, vel illis non relinquendo totum qđ par eſt, aut ad familiæ propriæ ſuſtẽtationem, aut ad alia, vel ſumptibus eorũ efficiendo inſtrumenta publica, aut ad id illos cogendo. Inter alios iudicantium abuſus hoc interuenire conſueuit. Solent ab oĩb. accipere totum frumentum diſtribuendum, neq. ſingulis relinquunt neceſſarium ad propriæ familiæ ſuſtentationẽ, aut ad alia: & tunc, petitionibus in ſcriptis à ſuis famulis, aut miniſtris, non paruo pretio confectis, ipſiuſque oblatis, ac largitionibus vel ipſis, vel famulis, ac miniſtris ipſorum, oblatis, vt intercedant, concedere illis ſolent partem ſui tritici, miriſque alijs modis illos (agricolas præſertim) vexant, aſcenditque clamor miſerorum in aures Domini Sabaoth. Sunt autem peccata hæc contra iuſtitiam, cum reſtituendi onere.

Curare quippe iudices ex munere ſuo, atq. ex iuſtitia tenẽtur, vt hæc ſine ſumptib. non neceſſarijs fiãt, & vt populi, ac miſeri, aduentu ipſorum non vexentur. Qđ ſi abuſus oẽs, qui hac in re cõmittuntur, ad aures ſenatorum deuenirent, vna cum quantitate frumenti, q̃ in ſuis reſponſionib. iuxta pretium lege taxatum, referunt diſtributã, fortè nõ tanti facerent eam diſtributionẽ. Optarem quoq;, vt loco inquiſitioni, q̃ quotannis circa eos fit, qui frumentum vltra pretiũ lege taxatũ vendiderunt, inquireretur, qui frumẽtum, & res cæteras, credito vltra iuſtum pretium rigoroſum vendidere, atq. vt ea inquiſitio fieret, nõ ſolum a laicis poteſtatibus, ſed ẽ ab eccleſiaſticis tpe viſitationis, & vbi palliata vſura deprehenderetur, cõpellerentur vẽditores reſtituere, qđ vltra pretium iuſtum acceperunt, in illoſq. exequerentur vſurariorum pœnas, tam ciuiles, quam eccleſiaſticas. Ita enim fieret, vt magna ſpiritualia incommoda vitarentur, & vt emptores vſuris pauperes non opprimerentur. Hæc ſub aliorum iudicio, zelo honoris Dei, ac boni communis, dicta ſint.

Si res empta pereat, aut deterior ante traditionẽ reddatur, an pereat, deteriorve reddať, emptori, an vẽditori.

DISPVTATIO CCCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Empta res, ſi pereat ante traditionem, vel deterioretur, cuius periculo pereat, & nume. 4. & 8. cum ſequent.*

2 *Empta res ſi poſt traditionem pereat, emptoris periculo perit.*

3 *Venditio rei duobus fit modis.*

5 *Genus quare perire non poſſit.*

6 *Speciei indiuiduũ indefinite ſi debeatur, obligatio permanet in omnib illius ſpeciei indiuiduis.*

7 *Pretium ſi varietur illius rei, quæ in genere, vel indefinite debetur, commodum eius, & incommodum ſpectat ad emptorem.*

8 *Periculum rei venditæ quando ad venditorem, & quando ad emptorem ſpectat, & nu ſeq.*

9 *Venditio quando dicatur fieri ad corpus, & quando ad menſuram.*

10 *Venditio nulla redditur ob defectum tacitæ conditionis, quæ ei ſemper ineſſe dicitur.*

11 *Vendendæ res, quæ pondere, numero, aut menſura conſiſtunt, in duplici ſunt differentia.*

12 *Venditio ſi fiat ad corpus, & non ad menſuram, quando periculum ſpectet ad emptorem.*

13 *Periculum rei venditæ quibus caſibus ad ſolum pertineat venditorem.*

Ven-

14 *Venditor quo caſu rem venditã poſſit inuito empto*
re,proijcere,vel expellere,aut alteri vendere.
15 *Periculum rei venditæ ad menſuram quando ad*
ſolum venditorem pertineat.
16 *Emptio,& venditio trib. modis perfecta dicitur.*

1 Conſequenter examinandum eſt,ſi res † em-
pta ante traditionẽ pereat , aut deterior red-
datur,vtrũ pereat, deteriorq. reddatur emptori,
an potius venditori. Dixi, ſi pereat aut deterior
reddatur,ante traditionem : quoniam ſi poſt tra-
ditionem veram vel fictã, iuxta ea quæ diſp. 13.
dicta ſunt , emptori factã,res pereat, aut deterior
2 reddatur, perſpicuum † eſt, perire, deterioremve
reddi,emptori. Non ſolum quia per traditionem
transfertur dominium in emptorem , ſi pretium
ſit ſolutum , aut pro ſoluto habitum , & quia res
domino regulariter perit : ſed etiam quia per eã
traditionem venditor ſoluit, adimpleuitque om-
nino contractum ex ſua parte.
Præterea qm̃ traditio non eſt niſi rei ſingula-
ris determinatæ in indiuiduo: qñ autẽ res aliqua
determinata in indiuiduo vendita eſt , continuo
periculum illius ad emptorẽ ſpectat, eſto nondũ
ſit tradita,vt ſtatim videbimus : quo fit,vt longè
maiori cum rõne eidem pereat,aut deterior red-
datur,ſi tradita illi ſit. Conſentiunt.l. lectos. & l.
ꝙ ſi neque.ff.de periculo,& commod.rei vend.
Ante traditionem autẽ, ſi contractus emptio-
nis,& venditionis perfectus ſit modo diſp. 337.
& 338.explicato, ita vt non liceat contrahenti-
bus a cõtractu diſcedere,diſtinguẽdũ eſt . Quia,
3 vel eſt† venditum aliquid determinatum in indi
uiduo, vt hoc peculiare mancipium hæc domus,
&c. (quod iuriſperiti venditam eſſe ſpeciem ap-
pellant) vel venditum eſt aliquid indeterminatũ
in indiuiduo,vt tot menſuræ tritici, vel vini non
determinando quas in ſingulari,decem oues non
deſignando quas,quod iuriſperiti vocant, vendi-
tum eſſe aliquid in genere. Hoc autem duobus
modis poteſt euenire:vel deſignando vnde, vt ea
tali dolio,ex tali aceruo tritici,ex fructibus, quos
hoc anno colligam , ex meo grege, aut ex alia re
ſimili:vel nihil omnino deſignando.
4 Hoc†ita conſtituto,dicendum eſt. Si id,quod
eſt venditum , ita ſit indeterminatum in indiui-
duo,quod venditores ſolũ tenentur tradere indi-
uiduum, aut indiuidua alicuius ſpeciei , ſed non
magis de ijs,quæ ſunt in vno loco,ꝙ de alijs,ne-
que magis de ijs,quæ poſſidet, quam de alijs , vt
ſi vendidit decem oues , aut decem menſuras tri-
tici,nõ deſignando ex quibus ; tunc ſi pereant il-
læ , ex quibus ſoluere decreuerat, aut deteriores
reddantur,ita vt non maneant eius qualitatis, cu
ius emi intelligebãtur,pereunt,deterioreſque red
duntur,non emptori,ſed ipſi venditori . Rõ autẽ
eſt , qm̃ emptor ex illo contractu ad nullam rem
in ſingulari comparauit ius, ſed ſolum ius cõpa-
rauit,vt traderetur ſibi res tales ſpeciei , & quali-
tatis; venditorq. nullam in particulari tenetur il-
li tradere,ſed indefinitè aliquam, vnde fit vt quæ
cunq. res illius ſpeciei, & qualitatis, pereat apud
venditorem,cuius eſt, ipſi pereat,& non empto-
5 ri. Atque†hoc eſt,quod iuriſperiti intendunt, dũ
dicunt,genus perire non poſſe,argumento textus
in l.in ratione ſecund.§. diligenter verſ. incertæ.
ff.ad leg. Falc.& l.incendiũ. C. ſi certum petatur.
6 Dicere † enim volunt,qñ indiuiduum ſpeciei
alicuius indefinitè debetur, ſemper obligationẽ
permanere,quibuſcunq. indiuiduis apud credito
rẽ deſtructis:quia ſpecies perire non põt, & obli
gatio ſolum erat ad aliquid indefinitè illius ſpe-
ciei. Ita cum Bald. Greg. Lopez l.24. tit.5.par.5.
glo.1.& Ant.Gom.to.2.var.reſ.c.2.nu.32.
7 Obſerua tamen,ſi id, quod ita† in genere, ſeu
indefinitè,debetur, varietur quo ad valorem , cõ-
modum id,vel incommodum , pertinere ad em-
ptorem , vt ex ſe eſt manifeſtum , & colligitur ex
c.nauiganti,de vſur.atque expreſſe habetur l. 24.
in fine tit. 5. part.5. Vt ſi emi ſex modios tritici
poſt quatuor menſes ſoluendos, incrementum ,
aut decrementum, quod ad valorem ; quod tunc
habuerint,ad me ſanè ſpectat.
8 Obſerua†præterea, qñ venditio prædicto mo
do fuit celebrata , ex eo , quod venditori pereant
ea omnia,vnde intendebat mercẽ ſoluere, adim-
plereque contractum,non liberari ab ad implen-
do contractu, ſed teneri emere, aut alia ratione
quærere mercem , quam ſoluat,niſi emptor con-
tentus eſſe velit pretio ,diſcedereq. a contractu .
Ratio eſt , qm̃ merx vendita indeterminata om-
nino fuit intra latitudinem illius ſpeciei ex par-
tium conuentione,ac proinde , eſto pereant oĩa il
lius ſpeciei,quæ venditor tunc habebat,& ex qui
bus ſoluere intendebat, non liberatur ab adim-
plendo contractu quo ad traditionem mercis. Si
aũt determinatio formaliter, aut virtute,ex par-
tium conuentione,ſeu intentione, eſſe ex aliqui-
bus certis rebus,vt inde res indeterminata in in-
diuiduo traderetur, vt ſiquis vẽderet decem oues
ex ſuo grege,non determinando quas,aut tot põ-
dera lanæ ex ſuo grege , vel tot modios tritici ex
tali aceruo , vel ex ſuis ſegetibus , vel tot ampho-
ras vini ex tali dolio;tunc,ſi illa omnia perijſſent
abſque venditoris culpa vnde id vendidit, libera
tus eſſet ab adimplendo contractu , reddereque
teneretur pretium,ſi quod accepiſſet .
Dicẽdum deinde eſt,ſi ex aliqua,aut ex aliqui-
bus rebus determinatis , aliquid determinatum
vendatur, vt ex grege mille ouium vendantur vi
ginti ex tritici aceruo decem modij , ex dolio ali-
quo quatuor amphoræ vini,&c.vel res aliqua to
ta determinata in indiuiduo vendatur ad menſu
ram;vt ſi dicatur vendo tibi hoc dolium vini qua
tuor argẽteis pro vnaquaque amphora, vendo ti-
bi hunc tritici aceruum tanto pretio pro vnaqua
que menſura , vendo tib. hunc agrum tanto pre-
tio pro vnoquoque iugere, vendo tibi gregem
meum tanto pretio pro unoquoque pecore, aut
armento,tunc periculum rei emptæ,antequã tra-
datur, ponderetur , numeretur, aut menſuretur,
pertinet ad uenditorem , facta autem traditione,
aut ponderata, numerata , uel dimenſa re uendi-
ta,pertinere incipit periculum ad emptorẽ. Tex-
tus eſt capitalis,& expreſſus,qui id ita docet.l.qđ
ſæpe,§.in ijs ,iũcto uerſic. ſed & ſi ex dolario. ff.
de

de contrahē. empt. Prior quidem pars totius huius aſſerti habetur verſic. ſed etſi ex dolario, vbi Caius iuriſconſultus ait, quando ex re determinata aliquid indeterminatum venditur, vt ex dolario pars. v. g. metretæ centum, periculum, antequam ſint admenſæ, pertinere ad venditorem, idque ſiue ſingulæ determinato pretio ſint venditę, ſiue omnes ſimul vnico pretio.

Poſterior verò pars toto. §. citato hr̄, vbi idem Caius diſcrimen conſtituit; qn̄ res aliqua determinata, q̄ in pondere, numero, aut menſura cōſiſtit, venditur tota vnico pretio (quod vendi ad corpus appellatur, fuſiorque ea de re ſermo erit diſputatione ſequenti) & qn̄ venditur determinato pretio pro vnoquoque pondere, menſura, aut re numeranda (quod vocant vendi ad menſurā.) Quod quando ad corpus venditur periculum totum pertinet continuo ad emptorē, vt paulo poſt ſubijciemus: quando autem venditur ad menſuram, non prius periculum ad emptorem ſpectat, quam res dimenſa, ponderata, aut numerata ſit.

Cuius rei hanc elegantem reddit rationem, q qn̄ res ad menſuram venditur, emptæ cenſentur ſingulæ amphoræ, ſingula pondera, aut ſingula iugera; vel ſingula pecora, ſub tacita conditione, ſi dimenſio, ponderatio, aut numeratio fiat: qn̄ autē res ſub tacita conditione, pendente in futurum venditur, eſto, quod vendicur, res determinata omnino in indiuiduo ſit, non prius periculum ad emptorem ſpectat, quam conditio impleatur, vt infra dicemus. Hæc eadem hn̄t l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. vbi exprimitur, idem eſſe, qn̄ res determinata illo modo venditur. Item l. 24. & 25. ti. 5. p. 5. & l. 4. Luſit. ord. ti. 31. §. 5. & 6. Conſentiunt Coua. de pract. qq. c. 3. num. 5. 6. & 7. & communis ſententia, quam refert.

Dubiū 9 Vtrum aūt, qn̄ † dolium aliquod (v. g.) vendit̄ totum ad rōnem tanti pretij pro vnaquaq. menſura, venditio dicenda ſit ad corpus, an vero ad menſuram, vt nos paulo antea diximus. Bald. & Paulus Caſtrēſis cenſuere, eſſe ad corpus, ac proinde periculum ante dimenſionē ſpectare ad emptorem, ſolumq. venditionem dici ad menſurā, quando amphoræ aliquæ, & non totum vinum, venduntur illo modo. Contrarium tamen meritò affirmant, cum Salyc. & alijs, Cou. vbi ſupra, & Laſſarte de dec. vendi. c. 5. a nu. 21. & in eandē ſententiam propendet Greg. Lop. l. 24. & 25. citatis: habetur. n. expreſſe iuribus citatis, adeo vt nulla ratione ea de re ſit dubitandum.

Decis. Quia ergo in venditione, tam quando ex aliqua, aut ex aliquibus rebus determinatis, venditur aliquid indeterminatum, quam quando aliquid totum determinatum venditur ad menſurā, ineſt † tacita conditio pendens in futurum, ſi res

10 tradatur, vel menſuretur, ponderetur, aut numeretur: deficiente vero conditione contractus redditur nullus, conſequens profecto eſt, vt ſi ea res tota pereat antequam conditio impleatur, contractus reddatur nullus, ac proinde ex illo alcauala non debeatur, teneaturq; venditor reſtituere emptori pretium, ſi illud receperat. Si vero conditio impleatur, in primis commodum, aut incommodum, maioris pretij rei venditæ tempore traditionis, ad emptorem ſpectat, vt ex ſe eſt notiſſimum, colligiturque ex c. nauiganti, de vſur. & hr̄ expreſſe l. 24. ti. 5. p. 5. in fin. Deinde, cum, impleta conditione, contractus retrotrahatur, vt purus cenſeatur celebratus tempore quo fuit initus; conſequens eſt, vt gabella debeatur domino, & gabellario, qui erant, quando contractus fuit celebratus; non vero, qui ſunt, quando impletur conditio, ſi diuerſi tunc ſint. Ita Laſſarte vbi ſupra.

11 Inter res, quæ † in pondere, numero, aut menſura conſiſtunt, quædam ſunt, quæ guſtari cōſueuerunt, vt ſunt vinum, mel, cinamomū, &c. quædam vero, quæ guſtari non aſſeuerunt, vt frumentum maſſa auri, aut argenti, &c. In his, quæ guſtari conſueuerunt, vt periculum ad emptorem ſpectet, ſatis eſſe ait lex 24. tit. 5. vt ſub diſiunctione, vel guſtentur, vel ponderentur, aut menſurentur, quæ fuit Azonis opinio, vt notat ibidem Gregor. Lop. gl. 2. & in eadem ſententia eſt Anto. Gom. nu. 32 citato, atque ita vr̄ aſſerendum in Regno Caſtellæ propter legem illam.

Contrarium tamen affirmant gl. l. quod ſæpe in ijs. ff. de contrah. empt. & quædam aliæ gloſſę, in cuius confirmationem citant l. ſi quis vina, §. ſi aduerſione, de peric. & commod. rei vend. Nempe, qn̄ aliquid tale venditū eſt ad corpus, atque de deguſtatione fuit mentio facta formaliter, aut virtute, quia ſub illa conditione, ſi guſtatum placeret, fuit tacite, vel expreſſe emptum, non prius periculum ad emptorem pertinere quā ſit deguſtatum ſit: qn̄ autem venditum eſt ad menſurā ſub eadē guſtationis conditione tacita, vel expreſſa, vt periculum ad emptorē pertineat, requiri vtrūque copulatiue, deguſtationē ſ. & ponderationē, aut menſuram. Atque hanc fatetur Gregor. Lop. gloſſa citata, eſſe communem doctorum ſententiam, cui ſanè eſt ſtādum extra Caſtellæ, Regnū, eſtque definita in Luſitanis ord. loco citato §. 5.

Obſerua, ſi inter emptorem, & venditorē conſtitutus fuit aliquis terminus, in quo res vendita menſuranda, ponderanda, aut numeranda, vel ēt deguſtanda, eſſet, & per emptorem ſtaret, quo minus id opere impleretur, tunc periculum deinceps ad emptorē pertinere, neque venditorē teneri deinceps, niſi de dolo, aut lata culpa. Si autē nullus terminus fuit conſtitutus, tunc, ſi venditor coram teſtib. emptorē admoneat, vt intra certū ips accedat ad id exequutioni mandandum, emptorq. intra id non accedat, ſimili mō pertinere deinceps periculum ad emptorem. Ita hr̄ l. ſiquis vina. §. vltim. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 2. C. eo. ti. l. 24. ti. 5. p. 5. & in ord. Luſit. loco citato. §. pen.

Obſerua deinde, ſiquis ſub diſiunctione vendat Stichum aut Pamphilum ſeruos, tunc quicūque illorū fuerit prius ante traditionē mortuus, venditori perijt, vltimus vero, ſi ante traditionē, pereat, emptori perijt, idem eſt, ſi vterque ſimul pereat, atque in vtroque euentu ſoluit emptor pretium. Ita habetur l. ſi in emptione. §. ſi emptio, ff. de contrah. emp. & vend. & affirmat gl. §. cum autem. Inſtit. de empt. & vend.

Idemque eſt in quibuſcumq. alijs rebus ſimili modo

modo ſub diſiunctione vēditis:ſola enim vltima
perit emptori, reliquæ vero venditori pereunt:
optioq. eſt venditori, quando emptor optionem
ſibi non elegit, ac deduxit in pactum, ſoluere, quā
voluerit, vt habetur. §. ſi emptio citato.

Tertio loco dicendum eſt, qn̄ aliquid, aut ali-
qua determinata in indiuiduo venduntur, vt hoc
mancipiū, hęc domus, hi duo boues; hoc dolium,
aūt hęc dolia vini, hic ager, &c. & non vendūtur
12 ad menſuram, ſed † ad corpus, neq; ſub conditio-
ne alia pendente in futurum, tunc eo ipſo, ꝙ ce-
lebrata eſt venditio, periculum totum pertinet ad
emptorem, quare, ſi res vendita deterioretur, aut
omnino pereat ante traditionē, abſq; venditoris
culpa, perit emptori, & nihilominus ſoluere tene
tur integrum pretium, ſi nondum illud ſoluerat:
Ita hr̄. §. cū aūt. iuncta gl. ibi, inſt. de emp. & vēd.
l. qđ ſæpe. §. in ijs. ff. de contrah. empt. l. r. & ſeq.
C. de peri. & commo. rei vend. l. 1. & ſeq. ff. eo. ti.
l. 23. ti. 5. p. 5. & li. 4. Luſit. ord. ti. 31. in prin. iun-
cto. §. 1. & antep. Atq. affirmant Cou. Laſſarte,
Ant. Gom. & cōis doctorum ſententia, quā locis
citatis referunt, Cou. præſertim. Huius autē rei
nō ea eſt ratio, quod per talem emptionē dn̄ium
rei venditæ trāſeat ante traditionē in emptorē, at
que ita pereat ei tanq̄ dn̄o, vt innuere vr̄ Syl. ver.
emptio, q. 2. pronunciato. 4. & innuūt quidā alij.
Contrarium. n. conſtat ex §. cum aūt, in fine, inſt.
de emp. & vend. vbi id hr̄ expreſsè, ex l. traditio-
nib. C. de pactis, & ex alijs iurib. atq; ex ijs, q̄ di-
ſput. 2. & 3. ac alibi in ſuperioribus dicta ſunt, &
affirmat cōis doctorum ſententia. Legitima ergo
ratio eſt quia ita, conſentaneè ad rectam rōnem,
iura diſpoſuerunt. Cum. n. venditor, profecto eo
contractu, ſolum conſtituatur debitor rei deter-
minatæ, ac ſingularis, ad eamq. ſolā ius acquirat
emptor pro pretio, merito eſt ſancitū, vt ſi illa ca-
ſu aliquo deterior reddatur, aut oīno pereat, peri-
culum totum ſit emptoris, venditorq; liber a de-
bito maneat. Sicut autem periculum, & damnū
ad emptorem tunc ſpectat, ita & cōmodum. Vn̄,
ſi alluuione aliquid ei ante traditionē accreſcat,
aut quacumque alia ratione melior reddatur, id
totum cedit in emptoris commodum. Ita hr̄. §.
cum aūt inſt. de emp. & vend. l. id quod, in princ.
ff. de peri. & commod. rei vend. & l. 23. tit. 5. p. 5.

In ſequentib. tamen euentib. periculum perti-
13 net ad venditorem. Primus † eſt, ſi res culpa ven-
ditoris pereat, aut deterior, reddatˋ, quia nō adhi-
buit debitam diligentiam circa illius cuſtodiam,
& conſeruationem. Eſt. n. venditor, iuris diſpoſi-
tione, tamquā rei cuſtos, ac procurator: quocirca
tenetur de dolo, lata culpa, & leui; eo ꝙ contra-
ctus in commodum emptoris, & venditoris ſit
celebratus; non verò de leuiſſima. Ita habetur. l.
quod ſępe. §. ſi res. ff. de cont. empt. §. cum autem.
ver. qđ ſi fugerit, iuncta gl. ibi verb. culpa inſt. de
empt. & vend. l. ſi vendita. ff. de peri. & commo.
rei vend. & l. vēditor domus. ff. de actionib. emp.
Nec refert, quod l. cuſtodiam. ff. de peri. & com-
modo. rei vend. dicatur, venditorē teneri ad eam
diligentiam, ad quam commodatarius circa rem
commodatam tenetur; commodatarius vero, vt
diſp. 295. dictū eſt; tenetur ēt de leuiſſima culpa.
Nō, inq̄, id refert: qm̄, vt ibidem gl. conſentaneè
ad iura citata exponit, vel lex illa itelligitˋ qn̄ res
fuit cōmodata in cōmodū, tā cōmodātis, q̄ com-
modatarij, in quo euētu cōmodatarius ſolū tene-
tur de culpa leui, vt diſputatione citata viſum eſt,
vel intelligitˋ, teneri ad ſimilē diligētiā ei, ad q̄ cō
modatarius tenetˋ, licèt nō ad tantam. Conuenire
hac in re videntur Ant. Go. 2. to. var. reſ. c. 2. nu.
32. & Syl. verb. empt. q. 2. pronunciato. 7. & 8.

Secundus, qn̄ uēditor in mora fuit tradendi rē
uenditā; tunc. n. ēt ſi caſu fortuito periret, aut de-
terior fieret, venditori periret, aut fieret deterior,
ut colligitur ex. l. illud. ff. de peri. & commod. rei
uend. Syl. tn̄ uerb. empt. q. 2. pronunciata. 9. ait, ſi
res eodē mō peritura erat apud emptorē perire in
foro conſcientiæ emptori, & non uenditori, eſto
in mora fuerit eā tradendi, & conſentiunt, q̄ diſp.
295 diximus, doctoreſq. quos ibi citauimus, qn̄
ſimili mō res cōmodata poſt morā cōmodatarij
apud ipſum perijt. Addit Sylue. in foro exteriori,
eſto res eodē modo peritura eſſet apud emptorē,
iudicabitˋ periſſe uēditori, citatq. in eius ſniç cō-
firmationē, l. ſi cū reſ. §. vlt. ff. de leg. 1. gloſ. uero.
§. cū aūt, inſt. de emp. & uend. hanc, atq. contra-
riam, ſniam refert, videturq. propendere, neq. in
exteriori foro cenſeri tunc perire venditori, con-
cipitq. l. itē ſi uerberatū. §. vlt. ff. de rei uend. neq.
refragatur, ſed ſuffragatˋ potius textus, quē Sylu.
citat. In eo. n. ſolum hr̄, ſi fundus legatus pereat,
anteq̄ legatario tradatur, interueniēte mora illū
tradendi, perire hæredi. Reddit uerò textus rō-
nem, qm̄ poterat legatarius illum uendere, anteq̄
perijret, ſi ſibi fuiſſet traditū. Ex quib. uerbis, a cō-
trario ſenſu, colligo, qn̄ omnino conſtaret, rem
eodē mō perituram apud legatariū, aut emptorem,
cenſeri in exteriori foro periſſe ipſis: in dubio tn̄
cenſebitur periſſe uenditori, aut hæredi: atq. hæc
eſt noſtra ſententia. Hoc loco obſerua, ſi poſt uē-
ditoris morā emptor in mora eſſet recipiendi rē
emptam, quia uenditor illam ei obtulit, neq. em-
ptor eam accepit, tunc emptori periret: quia ſem-
per res ei perit, qui ultimo eſt in mora culpabili,
ut habetur. l. illud. ff. de peric. & cōmod. rei uend.
& l. ſi per emptorem. ff. de actionib. empt.

Tertius, qn̄ in contractu expreſſum fuit, ut pe-
riculum ad uenditorem pertineret: eo. n. ipſo ad
eum ſpectat, quantū in contractu fuit expreſſum.
Ita habetur. §. cum aūt inſt. de emp. & uend. l. in
uenditione, ff. de peric. & commod. rei uen. l. 39.
ti. 5. p. 5. & lib. 4. ord. Luſit. ti. 31. § ult. & alibi ſę
pe. Idem è contrario intellige, quando periculū,
quod alioquin ad uēditorem ſpectaret, reiectum
in contractum fuiſſet in emptorem: tūc enim res
periret emptori, ut ex iuribus citatis conſtat.

Quartus, qn̄ res uendita, anteq̄ tradatur, con-
fiſcatˋ ob delictū uenditoris: tūc. n. non perit em-
ptori, ſed reſtituēdum illi pretiū, ſi illud iā ſolue-
rat. Ita habetur. l. ſi fundus. ff. locat. & in ord. Lu
ſit. ti. 31. §. 4. Vbi additˋ, idē eſſe, ſi res uēdita, ante-
quā tradatˋ, accipiatur a Rege neceſſitate aliqua.

Quintus, ſi uēditor aliq̄d affirmauit de bonita
te uini, quo emptor ſibi pſuaſit, plus duraturum
in bo-

in bonitate, & ante traditionem mutetur, ac deterioretur, perit venditori. Idem eſt, ſi venditor ſciebat vinum non duraturum, nec admonuit emptorem, ad quem periculum illius iam pertinebat: ſi enim ante traditionem deterius fiat, perit venditori. Ita habetur l. ſi vina. 2. ff. de pericul. & commod. rei vend. & l. 39. tit. 5. p. 5.

Deinde obſerua, ſi vinum, aut aliud eiuſmodi venditum, ſiue ad corpus, ſiue ad menſurã & non dum traditũ, contineatur in vaſe, aut in loco, quo venditor indigeat ad aliud ibi reponendũ, tunc, ſi trãſacto termino, in quo emptor illud inde ex-
14 trahere tenebatur, a venditore † coram teſtib. admoneatur, vt illud inde deferat, ſin minus, proijciet id in via publica, emptorq. vlterius fuerit in mora, poterit venditor impunè proijcere illud in via publica. Si autẽ maluerit, poterit id vendere cuidã tertio, ne primus emptor tantã patiatur iacturã, ſed recipiat ſaltẽ pretium, ꝙ bona fide pro eo fuerit repertum. Poterit ẽt conducere alia vaſa, aut locum, ſumptib. emptoris, vbi id reponat.

Poterit item relinquere id vbi erat, & accipere iuſtam mercedem locationis, modo tñ locaturus eſſet ea vaſa, aut locum, alteri, aut in eis aſſeruaturus eſſet alias res ſuas. Et quamuis melius faciat, ſi non proijciat rem venditam in via publica, ſed eligat aliquid eorum, quæ commemorata ſunt, lex tamen in pęnam moroſi emptoris, illi pmittit, omiſſis alijs, proijcere illam in via publica. Quando vaſa ſunt vini, ſi nullus terminus præfixus ſit, in quo vinum inde aſportari debeat, ſemper ſunt relinquenda vacua ante vindemiã: aut, ſi vẽditor mercator ſit, qui citius reponere ibi aliud vinum conſueuit, antequam eis ad aliud vinum in eis reponendum indigeat. Hæc habentur l. 1. verſic. licet, & l. 2. ac l. ſi quis vina. §. vlt. ff. de pericu. & commod. rei vend. & l. 24. tit. 5. p. 5.

Quarto loco dicendum eſt, ſi venditio fiat ſub conditione in futurum pendente, in euentibus, in quibus dictum eſt periculum pertinere ad emptorem, ſi res empta omnino pereat, perit venditori: ſi verò deterior, aut melior reddatur, & conditio impleatur, redditur deterior, aut melior, emptori.
15 Excipitur, quando † venditio eſt ad menſuram, atque adeo ſub conditione, ſi menſuretur, & res deterior redditur antequam menſuretur, ponderetur, aut numeretur, tunc enim venditori deterior redditur.

Duæ priores huius concluſionis partes habentur l. neceſſario, ff. de peric. & commod. rei vend. l. 26. tit. 5. p. 5. & 4. libro Luſitan. ordin. tit. 31. §. primo, & ſecundo. Hoc poſteriori loco non immeritò additur, ſi res deterior eſſet facta, eo quod venditor in mora fuiſſet tradendi illam, periculũ pertinere ad venditorem. Duobus verò prioribus, additur, ſi conditio deficiat, venditionẽ reddi omnino nullam, ſi verò conditio poſt mortem emptoris, & venditoris perficiatur, contractum eſſe validum, & tranſire ad hæredes emptoris, & venditoris.

Exceptio verò concluſioni adhibita, perſpicua eſt ex ijs, q̃ ſupra diximus, qñ aliquid ad menſurã venditur, ſub tacita ve conditione, ſi ea res tradita fuerit, dimenſa ponderata, aut numerata: tunc.n. periculum, etiam deteriorationis, ante conditionem impletam ſpectat ad venditorem, vt ex iuribus citatis ibi conſtat. Cuius rei hanc rationẽ reddit gl. l. quod ſæpe. §. in ijs, verb. adnumeraueris. ff. de contrah. empt. Quod cum ea tacita conditio poteſtatiua ſit, pendens a venditoris voluntate, facileq; illam implere potuerit, mirum non eſt, ſi periculum deteriorationis rei venditæ ante eam impletam in ipſum reijciatur.

Illud poſtremò in hac diſput. eſt obſeruãdum cum gl. 1. l. 1. C. de peric. & cõmodo rei vend. Tri
16 bus † modis in iure, & a doctorib. emptionẽ, & venditionẽ dici perfectam. Primò ita, vt cõtrahẽtes diſcedere iam non poſſint a contractu. Quib. autem modis ſic perficiatur, diſp. 337. & 338. explanatum eſt. Secundò, ita vt periculum rei emptæ ſpectet ad emptorem. Atque de hoc perfectionis modo dictum eſt tota hac diſputatione, & loquuntur varia iura in ea citata. Tertia ita vt dominium rei emptæ translatum ſit in emptorem, & pretij in venditorem, & denique vt contractus vtrinque traditione ſit impletus.

De qua re ex parte diximus in poſteriori parte diſpu. 338. Vt autem ſupra, non ſemel, me dixiſſe memini, qñ pęna aliqua ſtatuitur vendentib. aliquid, intelligitur de venditione hoc tertio modo perfecta, ſaltem eo pacto, quo in fine diſpu. 338. explicatum eſt, niſi aliud lege exprimatur. Ratio autem eſt, quoniam pœnæ ſunt reſtringendæ.

De venditione, & vniuerſim de alienatione ad corpus, & ad menſuram.

DISPVTATIO CCCLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Venditio, vel alienatio fit aut ad corpus, aut ad menſuram.*
2 *Vẽditio, uel alienatio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad menſuram.*
3 *Quantitas in contractu tribus modis exprimi põt.*
4 *Venditio ad corpus eſt, cum incipitur a corpore, & additur menſura ſeu quantitas: venditio uerò ad menſuram, cum incipitur a menſura, & additur res.*
5 *Venditio ſi ſit facta ad corpus, tota res uẽdita cenſetur, etiam quo ad incrementũ in ea repertum, & num. ſeq.*
6 *Pretiũ ratione incrementi, uel decrementi rei uenditæ ad corpus, quando debeat augeri, uel minui.*
7 *Venditio ad menſurã dicitur, quando eſt facta certo pretio pro unoquoque iugere.*
8 *Venditio quando eſt facta ad menſuram, quod alluuione accreſcit, antequam menſuretur, ad uenditorem ſpectat.*
9 *Venditor ſi falſam dicat in qualitate rei, uel quantitate, tenetur actione empti.*
10 *Venditio ſi eſt facta ad quantitatem, quãdo addẽdum ſit, uel minuendum de pretio.*

QVando in venditione, aut genere alio alienationis rei alicuius, ſimul mentio fit de re, q̃ venditur, aut alienatur, & de quantitate illius, di-
1 ſtinguunt particulariter doctores, duob. † modis fieri poſſe venditionem, aut alienationem. Vno, ad corpus: & altero, ad menſuram. Inter quas alienationes non leuia conſtituunt diſcrimina.

2 Tunc † aũt dñt fieri alienationẽ ad corpus, qñ in ea ſimul mentio fit de re, q̃ alienatur, & de q̃titate illius, ſed tanq̃ de demonſtratione, ſeu ſigno, & nota, aut accidente illius, in ſenſu diſpu[t]a. 211. explicato, vbi dictum eſt, quid nõie demonſtrationis iuriſperiti intelligãt. Exemplũ eſt, vt ſi quis dicat, lego tibi, aut vẽdo, tale prædium meũ, qđ eſt decem iugerum. Quãtitas q ppe illa apponitur tanq̃ accidens, nota ac demõſtratio rei, quę legat̃, aut venditur: nõ verò tamq̃ reſtrictio legati, aut contractus, quaſi appetitione illius q̃titatis, cenſeatur legatũ reſtrictum quo ad eam quantitatẽ, ita vt ſi res legata inueniatur maioris quantitatis, incrementũ non ptineat ad legatarium, ſed ad hæredes: & è contra ſi res inuenta fuerit minoris q̃titatis, hæredes ſupplere illã teneantur vſque ad totam eam quantitatem. Tunc verò dicunt alienationẽ fieri ad menſuram, qñ quantitas non exprimit̃ tamq̃ nota, & demonſtratio, ſed tanquam reſtrictio alienationis, ita vt alienatio ſolũ intelligatur quo ad illã quantitatem. Vt ſi dicatur, lego, aut vẽdo, tibi ex tali meo agro, aut talis mei agri, decem iugera. Si.n. tunc ager inueniatur maioris quantitatis, nec legatum, nec venditum, cenſetur incrementum, ſed ſola quantitas expreſſa.

Qm̃ verò mirum in modum iuriſperiti hac in re variant, vt inter alios, videre licet apud Cou. de pract. quæſtionib. c. 3. & apud Aries Pin. l. 2. C. de reſcind. vend. p. 3. c. 2, vt, præſertim de onerosis contractib. de quorum numero eſt emptio, & venditio, dicam quod ſentio, prænotandum eſt. Ad vnum è trib. effectib. expendi, ac diſputari poſſe, vtrum alienatio (v.g. venditio) ſit ad corpus, an potius ad menſuram. Primus eſt, vt res tota, cuius eſt expreſſa aliqua quãtitas vendita cenſeatur aut non tota, ita videlicet, vt ſi res fuerit reperta maioris q̃titatis, & venditio fuerit ad corpus, cenſeatur vendita tota, neque in poteſtate ſit vẽditoris ſeruare ſibi incremẽtũ illud: ſi verò fuerit ad menſuram, nõ cenſeatur vẽdita tota, ſed ſolũ quo ad quãtitatẽ expreſſam, integrumq; venditori ſit reſeruare ſibi, aut vendere alicui alteri, incrementum, nihil impediente, quod emptor offerat pro illo pretiũ in eadẽ proportione, in qua reliquam quantitatem emit. Secundus eſt, vt expendatur, num res tota vendita cenſeatur pro ſolo pretio a principio cõſtituto, an nõ, ita videlicet, vt ſi venditio ſit ad corpus, reſq; poſtea comperiatur maioris, aut minoris, q̃titatis, ſpectet tota pro eodem pretio ad emptorem, vt quidã volunt, neque rõne incrementi teneatur pretium augere, neque rõne decremẽti poſſit quicq̃ minuere: ſi verò venditio facta ſit ad menſuram, & inuenta fuerit maioris quantitatis, teneatur, vel pretium augere, vel relinquere incrementum venditori: ſi aũt minoris q̃titatis fuerit reperta, detrahere poſſit de pretio iuxta decrementũ. Tertius eſt, vt expendatur, an periculũ rei vẽditæ ptineat ad emptorẽ, vel non, ita vt ſi res mobilis, aut immobilis, deſignata in ſingulari vendita ſit ad corpus, piculũ ſtatim ad emptorẽ ſpectet: ſi verò ad mẽſurã ſit vendita, nõ prius ad emptorem pertineat, q̃ ſit illi dimenſa.

3 Prænotandum † deinde eſt, expreſſionem quantitatis ĩ cõtractu vẽditionis, aut in quocũq; alio, trib. modis adhiberi poſſe, ꝙ non ſatis iuriſperiti attendũt. Primò, præciſè tamq̃ demonſtrationẽ rei, q̃ alienatur, hoc eſt, tamq̃ notam, & accidens rei illius impertinens ad contractũ. Quãuis autẽ poſſit aliqñ eo modo adhiberi: niſi tñ apertis cõiecturis conſtet fuiſſe ita adhibitam, eiq; expreſſioni innixum non fuiſſe eum, cui ea oneroſa alienatio eſt facta, ad tm̃ pretium pro re illa tribuendum, accipiendum non eſt in eo ſenſu fuiſſe adhibitam, ſed in tertio ſubiungendo. In legatis verò, & donationib. q̃ pendent ex ſola liberalitate cõferentis, neq. cõferẽs inniti elargiendo ſolet eiuſmodi expreſſionib. quantitatũ, aut qualitatũ rei, quã tribuit, quaſi velit, ſi res eã quantitatem excedat, aut eam qualitatẽ nõ habeat inualidam eſſe donationẽ, aut legatum, quia itẽ donatarij, ac legatarij, eiſdẽ expreſſionib. nõ innitunt̃ ad recompenſandum valorẽ rei, quæ donatur, aut legat̃, ſiquidem ibi nulla eſt cõpenſatio; ij verò, q̃ cũ exprimentib. eiuſmodi demonſtrationes cõtractus ineũt oneroſos, inniti ſolent: meritò ius ciuile ſtatuit, vt in legatis, & donationib. qñ aliud de volũtate teſtatoris, aut donantis, apertè non conſtat, eiuſmodi falſæ demõſtrationes pro nõ appoſitis habeant̃, vt diſp. 211. & 286. oſtenſum eſt. Perperam ergo iuriſperiti inde argm̃ ſumunt, idem eſſe in cõtractib. oneroſis, vt rectè Aries Pin. loco citato nu. 15. adnotauit. Scđo poteſt exhiberi expreſſio q̃titatis, tanq̃ reſtrictio alienationis, nempe ꝙ res ſolũ vendi cenſeatur quo ad eam quãtitatem. Vt ſi dicatur, vendo tibi decẽ iugera talis agri mei. Tertiò, tamq̃ modus rei, quæ alienatur, de quo venditor formaliter, aut virtute certum facit emptorem, ad eum modum ſe aſtringendo formaliter, aut virtute. Si.n. q̃s dicat, vendo tibi talẽ meum agrum, certumq; tibi facio, tot eſſe iugerũ, aut ad id me aſtringo, formaliter certum illi facit, agrum illũ eum habere modũ quo ad quãtitatẽ, atque ad id ſe emptori aſtringit. Si verò dicat, vendo tibi talẽ meũ agrum decem iugerũ: virtute certũ emptori facit, eſſe decem iugerũ, ad idque illi ſe aſtringit, ſi id cãm aliquo mõ dedit contractui, q̃a ſ. emptor, ei aſſertioni innixus, agrũ illũ emit, alias, vel nõ empturus, vel non tãto pretio.

Hoc mõ ſumere vr̃ modum agri iuriſc. l. ſi ſeruus, §. ſi modus. ff. de actionib. empt. dum ait: *Si modus agri minor inueniatur pro numero iugerũ, autor*, i. venditor, *eſt obligatus*. Ac certe iuriſperitos non diſtinguere tertium hunc modum exprimendi quantitatem rei, quæ venditur, ab illis alijs duob. mod. neq; attendiſſe diuerſam eſſe conſiderationẽ venditionis ad corpus, & ad menſurã, comparatione primi effectus, & comparatione ſecundi, quos ſupra explicauimus, in cauſa fuiſſe vr̃, vt non plene rei huius deciſionem attigerint.

His

His prænotatis, iuriſperiti cõiter duas tradunt
4 regulas. Prima eſt. Qñ † in venditione a corpore incipitur, & poſtea additur menſura, ſeu quantitas illius, venditio eſt ad corpus. Vt ſi dicatur, vẽdo tibi tale prædium, quod eſt quinquaginta iugerũ. Hoc aũt intellige, ſiue cõfinia prædij explicentur, ac dicatur, ꝙ clauditur talibus confinijs, ſiue non explicentur, dummodo conſtet de quo prędio ſit ſermo, & ſiue confinia proximè poſt prædium exprimantur, ſiue poſt quantitatẽ illius oppoſitã. Quidã hanc regulam reſtringunt, ꝙ intelligatur, ꝙ res vnico pretio vẽditor pro tota quantitate: ſecus aũt qñ pro vnaquaque menſura exprimitur pretium. Si enim, inquiunt, dicatur, vendo tibi tale prædium, quod eſt quinquaginta iugerum, tanto pretio pro vnoquoque iugere, venditio eſt ad menſuram, & non ad corpus.

Scda regula eſt. Qñ a certa menſura & quantitate rei incipitur, & poſtea additur res, vẽditio eſt ad menſuram. Vt ſi dicatur, vendo tibi triginta iugera talis agri mei, aut ex tali meo. Tunc.n.ſi res inueniatur maioris quantitatis, non cenſetur tota vendita, ſed ſolum quo ad menſurã expreſſam. In re autẽ acceſſoriè vendita, ſi incipiatur a quantitate illius, cenſetur venditio ad mẽſuram: Vt ſi dicatur, vendo tibi tale prædium meum cũ octoginta dolijs, aut cũ dolijs octoginta ibi exiſtentibus vẽditio doliorum eſt ad menſuram, ita vt ſi plura ibi reperiantur, ſolum octoginta (quæ tamen ſana ſint) tradenda ſint emptori, reliqua verò ad venditorem pertineant. Ita hr̃ expreſſe, l. pen. §. ſi dolia. ff. de actionib. empt.

Si autẽ a re acceſſorie vendita incipiatur, cenſetur venditio ad corpus. Vt ſi dicatur, vendo tibi tale prædium, cum dolijs ibi exiſtentibus, quæ ſunt octoginta. Tunc.n.ſi plura reperiantur, oĩa cenſentur vendita. Et qm̃ verborum tranſpoſitio curanda non eſt, qñ ſenſum nõ mutat, conſequẽs eſt, vt quando verba quocunque modo collocata ſenſum primæ regulæ ſonant, venditio cenſenda ſit facta ad corpus: quando verò ſenſum ſonant regulæ ſecundæ, iudicanda ſit facta ad mẽſuram. Quare, ſi ita dicatur, ex tali prędio meo vendo tibi decem iugera, venditio eſt ad menſuram. Qñ autem verba ita eſſent collocata, vt de ſenſu dubitaretur, coniecturis eſſet iudicandum, quem ſenſum contrahentes intenderint.

Quo ad has autem regulas dico. Si loquimur de venditione ad corpus, & ad menſuram, comparatione primi effectus ſupra explicati, vt ſcilicet res tota vendita cenſeatur, etiam quo ad incrementum in ea repertũ, ſi venditio ſit ad corpus; non verò cenſeatur vendita quo ad incremẽtum, ſi venditio facta ſit ad menſuram, ſed vẽditor reſeruare ſibi poſſit incrementum; veriſſimæ ſunt. Prima tamen regula non indiget reſtrictione illa, quam quidam illi adhibent.

5 Quoniam † re vera in illo euentu totum prædium cenſetur venditum, etiam ſi maioris quantitatis reperiatur, quam quinquaginta iugerum; verumtamen tunc pro incremẽto reperto, ex omnium ſententia, tenetur emptor augere pretium, iuxta conſtitutum pro vnoquoque iugerum. Atque hoc totum, quod dicimus circa reſtrictionẽ propoſitam, habetur apertè. l. qui fundum, §. qui agrum. ff. de contr. empt.

Tota autẽ prima regula confirmatur ex l. qui fundum. ff. de euictionib. vbi hr̃, ſi quis vendidit fundum, dicens, eſſe centum iugerum, poſteaque inuẽtus ſit maior, ſi poſt traditionem euincatur pars aliqua fundi, eſto id, quod remanſit, ſit centum iugerum, nihilominus venditorem teneri de euictione partis illius, iuxta eiuſdẽ partis bonitatem. Rõ verò huius deciſionis eſt, qm̃, cum venditio fuerit ad corpus, totus fundus venditus fuiſſe cenſetur, ac proinde venditor tenetur de euictione cuiuſcunque partis illius. Atque hic planè eſt ſenſus illius textus. Ex dictis colligo, ſi quis ita vendat dolium vini, vendo tibi hoc dolium, quod eſt amphorarum centum, tanto pretio pro vnaquaq; amphora, ſi poſtea plures amphoræ in eo inueniãt, nõ eſſe in poteſtate venditoris, non tradere emptori incrementum eodem pretio.

Si tamen ita vendat, ex hoc dolio vendo tibi centum amphoras tanto pretio pro vnaquaque earum, non tenetur tradere incrementum. Hæc omnia intelligenda ſunt, quando dubium eſt de mente contrahentium. Si.n. coniecturis conſtet, vel emptorem non intendiſſe emere, niſi centum menſuras, vel venditorem ſolas centum mẽſuras intendiſſe vendere, tunc neque emptor tenebitur plures accipere, neq; venditor plures dare. Hæc quod attinet ad primum effectum.

6 Qd. verò attinet † ad ſecundum, vt. ſ. qñ venditio eſt ad corpus, tota res cenſeatur vendita pro eodem pretio a principio conſtituto, ita vt neque ratione incrementi reperti in rę aliquid ſit addẽdum in pretio, neque ratione decrementi ſit aliquid de pretio detrahendum, conueniunt omnes in euentu reſtitutionis primæ regulæ, qñ videlicet pro vnaquaque menſura exprimitur peculiare pretiũ, augendum eſſe in pretio iuxta incremẽtum repertum, & detrahendũ eſſe de pretio iuxta decrementum repertum, vt ſi dicatur, vendo tibi tale prædium quinquaginta iugerum tãto pretio pro vnoquoque iugerum, & poſtea inueniãt plurium iugerum, teneri emptorem augere in pretio in eadem proportione: ſi verò inueniatur pauciorum, teneri venditorem minuere in pretio in eadem proportione, iuxta l. qui fundum. § qui agrũ ff. de contr. empt. Multi tamen eam venditionem appellant ad menſuram, & non ad corpus; & ita proculdubio appellanda eſt, vt diſputatione præcedente, iuxta l. quod ſæpe, §. in ijs, & alia iura, dictum eſt, ad hunc effectum, & vt non prius periculum rei, ita venditæ, ſpectet ad emptorem, quã ea res dimenſa, ponderata, aut numerata ſit.

Qñ aũt venditio eſt ad corpus, & res venditur vnico pretio pro tota quantitate, variant mirũ Quæſt.
in modum iuriſperiti, non ſolum antiqui, ſed et recentiores, num pro incremento, aut decremento, in re poſtea reperto, augendum, aut minuendum ſit in pretio, vel nõ. Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 16. & multi alij aſſeuerant, nec augẽdum, nec minuendum eſſe in pretio. Ratio eorum eſt, qm̃ contrahentes videntur ſe retuliſſe in conſti-

tuendo pretio ad corpus, ſeu ad rem ipſam vẽdi-
tam, non vero ad quantitatem expreſſam, p ven-
ditorẽ, Cou. vero de practicis, q.c.3.nu.9.conclu.
11.& pleriq; alij cenſent, pro incremento quidẽ
reperto, non teneri emptorem addere in pretio,
ſed rem totam pertinere ad emptorem pro pretio
initio conſtituto: cæterum pro decremento teneri
venditorem minuere pretium iuxta decrementi
quantitatem. Ducuntur, quoniam ad vẽditorem
pertinet ſcire quantitatem rei, quam diſtrahit,
eaque de cauſa illi non ſubuenit ius ciuile, ſi plus
quantitatis in re vendita reperiatur: ad emptorẽ
vero id non ſpectat, & idcirco illi ſubuenit ius ci
uile, ſi minor quantitas poſtea reperiatur. Aries
autem Pinel. l 2. C. de reſc. vend. p.3.c.2.nu.9. &
pauci alij, in ea ſunt ſententia, vt ſi incrementum,
aut decremẽtum, poſtea repertum, paruum ſit, ne-
que augendum, neque minuendum ſit pretium:
ſi verò notabile ſit, & magnum, tunc emptorem
teneri augere pretium pro incrementi quantita-
te, ſicut etiam venditor tenetur minuere pretium
pro decrementi quantitate. Tametſi æquitas po-
ſtulet, ut plus quodammodo ſubueniatur empto
ri, quam venditori, eò quòd in minori culpa ſit,
pp rationem circa Couar. opinionem redditam.

Noſtra aũt prima concluſio eſt. Quando con-
trahentes innixi non fuiſſent quantitati expreſ-
ſæ, ad pretium contractus tẽpore conſtituendum,
ſed ſe retuliſſent ad rẽ, quantitaſque expreſſa eſ-
ſet præcisè tamquam demonſtratio rei, & vt acci
dens impertinens ad contractum, tunc vera eſſet
opinio Ant. Gom. Neque aliud probant iura, quę
citat. Falſum tamen eſt, ſemper qñ pro tota re cõ
ſtituitur vnicum pretium, exprimi quantitatem
præcisè tamquam demonſtrationem, & accidens
impertinens ad contractum, quin potius raro in
eo ſenſu exprimitur: & qñ coniecturis non con-
ſtaret apertè, in eo ſenſu fuiſſe expreſſam, eique
quantitati innixum non fuiſſe emptorẽ ad pretiũ
conſtituendum, cenſendum eſſet fuiſſe expreſſam
tamquam modum rei venditæ, de quo formali-
ter, vel virtute, venditor certum fecit emptorem,
& ad quem formaliter, aut virtute, venditor ſe a-
ſtrinxit, eo modo, quo ſupra dictum eſt.

Secunda concluſio. Qñ quantitas exprimitur
tamq̃ modus rei venditæ, emptorve quãtitati illi
fuit innixus ad emendum, ita ꝙ, ſi ſciret non eſſe
tantæ quãtitatis, vel non emeret, vel fortè nõ tan-
to pretio, tunc vt minimum tenetur venditor mi-
nuere in pretio pro quantitate decrementi: idque
non ſolũ qñ, ſciens rem eſſe minoris quantitatis,
eã quantitatem expreſſit, ſed ẽt qñ bona fide illã
expreſſit, credens rẽ eſſe tantæ quantitatis. Con-
cluſio hæc nemini poteſt eſſe dubia, non ſolum in
conſcientiæ, ſed ẽt in exteriori foro, quando ven-
ditor ſciebat rem non eſſe tantæ quantitatis. Tũc
enim dolus dediſſet cauſam cõtractui, qñ emptor
rẽ non erat empturus, ſi quantitatem illius ſciret,
ac proinde contractus eſſet nullus in fauorem ſo-
lius decepti: vel certè dolus incidiſſet in cõtractũ,
ſi rem erat empturus, ſed minori pretio, ac proin-
de, iuxta quantitatem decrementi poſtea reperti,
teneretur venditor deſcendere in pretio, vt diſpu.
352. latè eſt oſtenſum, habeturque apertè l. Iulia-
nus, §. ſi Titius. ff. de acti. empt. quicquid aliqui,
peruertendo, quod textus aperte ſonat, exponant.
Verba autem § illius ſtatim ſubijcientur.

Quod verò, etiam qñ venditor bona fide quã-
titatẽ rei expreſſit, idem ſit dicendum, conſtat in
primis ex dictis diſp. 353. præſertim cõcluſione
5. Illud. n. perinde eſt, atq; bona fide, & cũ igno-
rantia, non detegere vitiũ rei in quantitate: immò
verò eſt aliquid amplius, cum ſit affirmare cõtra-
rium vitij: diſputatione autem citata oſtẽdimus,
quando venditor ignoranter vitium rei non dete
git, dari emptori actionem aduerſus venditorem
quanto minoris. Deinde idem confirmatur ex l.
Iulianus. §. ſi Titius, citato, qui ſic habet. *Si Ti-
tius fundum, in quo nonaginta iugera erant, ven-
didit, & in lege* (id eſt, in contractu) *emptionis di
ctum eſt, in fundo centum eſſe iugera, & antequã
modus manifeſtaretur, decẽ iugera aluuione accre
uerint, placet mihi Neratij ſnĩa exiſtimantis, vt ſi
quidem ſciens vendidit, ex empto actio competat
aduerſus eum, quãuis decem iugera accreuerint:
quia dolo fecit, neque dolus purgatur. Si verò igno
rans vendidit, ex vendito actio non competat.*
Hactenus iuriſconſultus. Hinc argumento a con
trario ſenſu in hunc modum colligo noſtrũ inſti
tutum. Iuriſconſultus ex quadã æquitate ſtatuit,
quod ſi venditor ignorans expreſſit maiorẽ quan
titatem tamq̃ modũ rei venditæ, & ante dimẽſio
nẽ rei, tantundem aluuione accreuit, non daretur
actio ex empto aduerſus illum ad pretiũ minuen-
dum, vel rei quantitatẽ ſupplendã: cenſet ergo, ſi
aluuione q̃titas non accreuiſſet, dandã eã actio-
nem: hoc aũt eſt noſtrum inſtitutum. Scio † gloſ
7 ſam, & Bart. ibi, intelligere textum illum, qñ ven
ditio eſt facta certo pretio pro vnoquoque iuge-
re, quod appellant venditionem ad menſurã, iux-
ta limitationem primæ regulæ ſupra traditæ, &
iuxta dicta diſputatione præcedente. Apertè tñ
verba textus non ſonant venditionem illo modo
fuiſſe factã. Præterea, eo dato, falſum eſſet, vendi-
torem ex eo, ꝙ alluuione accreuit, non poſſe com
penſare, ꝙ deerat quantitati in contractu expreſ-
ſæ, eſto, ſciens fundum eſſe tantæ quantitatis, illã
8 expreſſerit: qñ † enim venditio facta eſt illo mo-
do ad mẽſuram, vtique, quod aluuione accreſcit,
antequã dimenſio rei venditæ fiat, ad venditorẽ
ſpectat, vt Bart. ibi ipſe confitetur, diſputationeque
præcedente eſt oſtenſum: vnde neque Couarru-
uiæ, neque Pinello locis citatis placet expoſitio
gloſſæ, & Bartoli. Præterea idem confirmatur ex
l. ſi ſeruum, §. ſi modus agri, l. ſi in qualitate, &
l. ſi duorum, ff. de actionibus emption. Quibus in
iuribus † habetur, ſi venditor falſum affirmet in
9 qualitate rei, teneri actione empti: & idem lon-
gè maiori cum ratione eſt, ſi falſum affirmet in
modo, hoc eſt, in quantitate rei. Reddit verò iu-
riſconſultus rationem optimam, qm quo ad id,
in quo res minor inuenitur, non poteſt æſtimari
bonitas illius, quippe cum in eo, quod non exi-
ſtit, bonitas eſſe nõ poſſit: quare cũ, ſi falsũ, affir-
maſſet quo ad qualitatem partis illius, quæ deeſt
daretur actio ex empto aduerſus eũ, lõgè maiori
cum

cum rõne dabitur, qñ affirmauit falſum in quantitate. Idẽ, ait iuriſconſultus, eſt, ſi affirmet ſexaginta iugera eſſe vineæ, & quadraginta prati, quę ſimul vendat, & è contrario res ſe habeat, eſto p̃dij vtriuſq; inueniantur centum iugera: datur.n. actio aduerſus vẽditorẽ. Concinũt p̃terea. l. ſi qs cũ fundũ. l. & ſi vno, & l. ſi fundo. ff. eo. ti. Sanè tã aperta sũt iura citata, vt vehementer mirer, tam multos ex iuriſperitis in cõtrariam iuiſſe ſnĩam.

10 Tertia concluſio. Qñ † venditor quantitatem rei expreſſit, & res poſtea maioris quantitatis inuenitur, ſi ex ea maiori quantitate conſurgat ex rei natura inęqualitas inter rẽ, & p̃tiũ, ita vt revera res plus valeat, tenetur emptor in conſcię foro reducere contractum ad æqualitatem, vel reſcindere venditionem. Imò arbitror in conſcĩæ, & in exteriori foro, ſi exceſſus repertus notabilis ſit, teneri reducere contractum ad æqualitatem, addendo ad pretiũ conſtitutũ pro quantitate exceſſus, vel relinquendo emptori incrementum quantitatis, vel reſcindere contractũ, niſi quantitas p̃ciſe eſſet expreſſa tamquã demonſtratio, & accidens impertinens ad contractum. Prior pars ex ſe eſt manifeſta, comprobataq; fuit diſp. 350. Poſteriorem verò affirmat cum Decio, & Paulo Caſtrẽſi Pinell. loco citato. nu. 9. conſentaneè ad naturalẽ æquitatẽ, q̃ efflagitat, vt ſicut emptori ſubuenit͛, qñ res comperitur minoris quantitatis, q̃ fuerat expreſſa: ſic ẽt venditori ſubueniatur, qñ inuenit͛ maioris notabiliter quantitatis. Et quamuis non inueniantur tã expreſſa iura in fauorem venditoris, eo ꝙ rarò eueniat, venditorẽ decipi in quantitate, frequenter verò, vt emptorẽ decipiat, patrocinatur tñ l. ſi venditor, ff. de acti. empt. quæ habet. Si quis ſeruũ vendidit cum peculio, ꝙ ſeruus habebat, & affirmauit decem illum habere in peculio, neq; quicq̃ detracturũ de peculio illius, tunc, ſi poſtea inueniatur ſeruum plus habere peculij, pertinere totum ad emptorem. Hinc a contrario ſenſu colligo, ſi non affirmaſſet nihil detracturũ de peculio illius pertineret incrementũ ad vẽditorẽ. Obſerua circa dicta in hac concluſione, ſi venditor in hunc modũ quantitatem exprimeret, certum tibi facio prædium, ꝙ tibi vendo, cum minimum eſſe tantæ quantitatis, tunc, ſi maior quãtitas inueniretur, nõ teneretur emptor augere pretiũ, niſi tantus eſſet exceſſus, vt ex natura rei inæqualitas conſurgeret in valore inter rem & pretium: illis.n. verbis pro eo ſolo pretio venditor alienaſſe vr̃ remſcum incremento, ſi quod haberet: atque hoc vr̃ intendere l. ſi venditor citata.

Hæc ſunt, quæ de venditione ad corpus, & ad menſurã dicenda occurrerũt cõparatione ſecũdi effectus. Ex quibus conſtat falſam eſſe regulam illam a multis traditam, nempe in venditione ad corpus nihil pretij eſſe addendum pro incremẽto reperto, in venditione verò ad menſuram addendum eſſe. Si.n. venditio ad menſurã ſumatur iuxta ſecundam regulam ſupra relatam, tunc incrementum in re non cenſetur venditum. Si autem ſumatur iuxta limitationem primæ regulæ, ut ſępe a iuriſperitis, & in iure ſumitur, & a nobis diſput. præcedente vſurpata eſt, falſa eſt ea regula: oſtenſum quippe eſt, in alijs venditionib. ad corpus addendũ eſſe pretio pro incremento reperto.

Denique, quod ad tertium effectum attinet, vt .ſ. periculum rei venditæ pertineat, aut non pertineat ad venditorem, ſufficienter diſp. præcedente eſt explicatum, quid ſit dicendum.

Fructus rei venditæ ad quem pertineant.

DISPVTATIO CCCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei venditæ quando ſpectent ad emptorẽ, & quando ad venditorem.*

2 *Vſus domus venditæ ante perfectam venditionem ad venditorẽ, poſt perfectam ad emptorem pertinet.*

3 *Opera ſerui venditi, & pretium pro operibus illis, cui debeantur.*

4 *Sumptus facti in re vendita per venditorẽ ante vẽditionem perfectam, gratia fructuũ colligendorũ, ad venditorẽ ſpectant, ſicut & fructus rei.*

5 *Penſio rei vẽditæ quæ antea erat locata, quãdo ad venditorem, & quãdo ad emptorem pertineat. Et quid ſi emptor erat fiſcus. nu. 6.*

7 *Emptor quando ſtare teneatur colono, vel inquilino.*

8 *Emptio, & venditio quando perfecta cenſeatur ad effectum, vt fructus rei venditæ ad emptorem pertineat, ſi aliud inter contrahentes non ſit cõuentum.*

9 *Emptor quando teneatur venditori ad vſuras p̃p retardationem ſolutionis pretij, & ad quas.*

10 *Venditor quando vltra fructus omnes, teneatur ẽt ad omne intereſſe intrinſecum rei venditæ.*

11 *Vſuræ pretij non ſoluti quomodo æſtimandæ.*

12 *Emptor quando ad nullas vſuras venditori teneatur ob retardationem ſolutionis pretij.*

13 *Emptæ rei dominiũ quando continuare præſumatur apud venditorem.*

14 *Vſuræ pretij quãdo non debeantur venditori iuxta fructuum valorem.*

15 *Venditio quando non dicatur vſuraria, neque illicita, dum pretium eſt in depoſito, ſub aliqua conditione.*

16 *Emptor offerens pretium venditori, qui ſit in mora tradendi rem venditam, poteſt agere ad fructus omnes, quos venditor ab ea die percepit, uel percipere potuerit.*

17 *Venditor quo caſu agere poſſit cõtra emptorem, ad intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis.*

18 *Fructus ex re empta pendentes tẽpore cõtractus, ſiue maturi, ſiue non, pertinent ſemper ad emptorem quo ad ualorem, quo tempore cõtractus æſtimarentur.*

1 QVando inter contrahentes dictum, conſtitutumq. eſt, ad † quem fructus rei vẽditæ ſpectare debeant, conuentioni hac de re inter eos factæ, eſt ſtandũ. Ita Cou. 1. var. reſ. c. 15. n. 1. Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. n. 11. & Doct. cõiter, reſq. ſatis ex ſe eſt perſpicua, & colligitur apertè ex l.

qui fundum.§.qui agrum.ver.fundi. ff.de contr. emp.& ex l.Iulianus.§.ſi fructib. ff.de act.emp.

Qñ verò circa fructus nihil in contractu fuit expreſsũ tunc,perfecta venditione (in ſenſu infe- rius explicando)fructus oẽs ex re vendita nondũ percepti,pertinent ad emptorẽ;illi verò, qui vſq. ad venditionẽ perfectam eſſent percepti , ſpectarent ad venditorẽ. Vt,ſi vinea paulò ante vindemiã ematur,fructus oẽs , qui perfecta venditione fuerint in ea reperti,eſto ſint iã maturi, & apti vt colligantur,oẽs ptinẽt ad emptorẽ , & nihil eorũ ad venditorem. Quo fit,vt plus valeat vinea proximè ante vindemiam ratione fructuũ ex ea pendentium,quam valeat proxime poſt vindemiam.

2 In † domo verò,& in alijs ſimilibus rebus, qñ fructus non ſunt aliud,quam vſus rei illius , ſanè vſus domus venditæ vſq. ad perfectam venditionem,& pretium pro eo vſu,pertinent ad vẽditorẽ:vſus verò poſt perfectã venditionem,& pretiũ pro eo vſu,ad emptorem ſpectant. Eodẽ modo, 3 opera † ſerui,& pretiũ pro operib. illis, vſque ad ſerui perfectam venditionem,pertinent ad venditorem:opera autem, & pretium pro illis,poſt venditionem perfectam,attinent ad emptorem .

Hæc omnia conſtant ex l. Iulianus.§.ſi fructibus , §.ſi quid ſeruo , & §.ex vendito.ff.de actionib.empt. ex l.ſecunda l.fructus , ac l.poſt perfectam.C.eod.tit.& affirmant Ant.Gom. & Cou. locis citatis.Confirmatur,quoniã fructus pẽdentes cenſentur partes fundi,vt habetur l.fructus.ff. de rei vend.ita tamen,vt bene Coua.nu. 1.citato, & alij,quos refert,affirmant, vt ſine illis fundus integer cenſeatur,quaſi nulla ei pars deſit : quare venditi cenſentur cum fundo,ac proinde poſt vẽditionem perfectam ſpectant ad emptorem,ſicut & fundus ipſe nihil impediente, quod emptor ante traditionem , neque fundi , neque fructuum comparauerit dominium.

4 Obſerua † tñ,ſi venditor poſt contractum mutuo conſenſu celebratum , ſed ante perfectionem neceſſariam,vt fructus ad emptorẽ ſpectent,ſumptus aliquos rationabiliter feciſſet in fundo colendo,fructibusque ad eum ſtatum perducendis, ſoluendos illi eſſe eos ſumptus, induſtriamq. ſi quã appoſuiſſent. Idem eſt de quibuſcunque alijs ſumptibus rationabiliter factis circa rem venditam , quando aliud deductum non fuit in pactũ. l.poſt perfectam.C.de action.empt.& l.Iulian. §.præterea. ff.eodẽ tit. De fructibus autem, qui pendẽtes in fundo erant tempore quo mutuo cõſenſu fuit celebratus contractus,ad quem pertineãt,ſi percepti ſint ante perfectam venditionem , dicetur in calce huius diſputationis.

5 Quod † vero ad penſiones attinet, vt ſi ager venditus locatus antea erat pro certa annua penſiones, Vlpian.l.Iulianus.§.ſi fructib. ff.de actionib.empt.ait, pertinere illas ad eum , qui locauerat,atque adeo ad venditorem. Quod glo. Accurſij ibi, & Bart.quos Coua.loco citato refert,ac ſequitur, affirmans eam eſſe communem doctorũ opinionem , intelligendum docent ad effectum , vt venditor emptori tribuat partem penſionis illius,aut totam,iuxta tempus , pro quo fructus ad emptorẽ pertinẽt , aut certè emptori cedat actionem ad eam penſionem,loco ſui petendã, ac recipiendam. Vult itaque Vlpianus,actionem perſonalem ad exigendam,ac recipiendam penſionem a colono,vel inquilino,pertinere ad locatorẽ, qui rem vendidit, non verò ad emptorem , eaque de cauſa, vel locatorem ipſum debere exigere,ac recipere penſionem,vt totam,vel partem,emptori tribuat,vel certè cedere debere emptori actionem , vt locatoris nomine eam exigat,ac recipiat.

Tradit verò Cou.loco citato cum Bart.& multis alijs,quos citat,regulam egregiam ad diſcernẽdum,ad quem penſio attineat,vtrum.ſ.ad emptorem,an potius ad venditorem,qui rem venditam locauerat. Quando.n.penſio eſt pro fructibus rei locatæ,vt eſſe ſolet in locationibus attendendum eſt , an tpe venditionis factæ percepti oĩno eſſent fructus,an verò nihil eorum eſſet perceptum , vel an partim eſſent percepti,partim non item .

Et quidem , ſi tempore perfectæ venditionis, fructus oẽs erant percepti,vt ſi vinea erat vẽdita , perfectaq; fuit venditio poſt vindemiam , tunc penſio integra ſpectat ad venditorem , idque ſiue penſio eſſet iam ſoluta, ſiue nondum adueniſſet dies,in quo cum conductore erat conuentum, vt eam ſolueret . Rõ eſt,qñ penſio debetur ratione fructuum : fructus autem tunc, vt oſtenſum eſt, ad venditorem ſpectant. Atq; cum hac definitione conſentit omnino l.defuncta, ff.de vſufructu . Si verò tempore perfectæ venditionis nihil fructuum erat perceptum,tunc penſio integra pertinet ad emptorem , idq; ſiue nondum aduenifſet dies conductori ad ſolutionem præſcriptus , ſiue aduenifſet, ſoluiſſetq; iam penſionem venditori: tenetur.n.tunc venditor illam reſtituere emptori. Ratio eſt eadem,quoniam ſcilicet penſio ratione fructuum eſt debita : fructus autem omnes in eo euentu ad emptorem,vt viſum eſt,ſpectant.

Quando autem tempore perfectæ venditionis pars fructuũ erat percepta, & pars reſtabat percipienda,penſio pro rata,non quidem temporis anni,quod perfectam uenditionem anteceſſit, ad tẽpus,quod ſequitur,ſed fructuum perceptorũ ante uenditionem perfectam , ad reliquos fructus, ſpectat ad uenditorem, & reliquum ad emptorẽ , propter eandem rationem .

Quo fit, ut qñ res uendita erat domus , aut aliud ſimile, cuius fructus in quotidiano conſiſtit uſu,penſio ſit diuidenda pro rata temporis anni, quod anteceſſit perfectam uenditionem, ad tempus quod ſequitur;qñ eo ipſo diuiſio fit pro rata fructuum ante perfectam uenditionem perceptorum,ad fructus,qui percipientur,aut percipi poſt perfectam uenditionem poterunt.

5 Ab hac † nihilominus regula Bar.l.ult. §.ult.ff. de iure fiſci,Cou.loco cita.nu.4.& 5. & plerique alij,quos citat,excipitur, qñ aliquid fiſci,quod alicui iã erat locatũ,uenditur, & tpe perfectæ uenditionis pars fructuũ erat percepta , & par percipienda reſtabat:tunc.n.inquiunt, ſi tempus penſionem ſoluendi nondum aduenerat, tota penſio ſpectat ad emptorem , ut in eo. §.expreſſe habet. Id ꝙ emptori conceſſum eſſe affirmant in recompenſa-

penſationem ſequentis grauaminis, quod habet.

7 Etenim † emptores alij ſtare non tenentur colonis, & inquilinis, contractui locationis ad minus tempus, quam ad decennium, per venditoré cum eis celebrato, ſed priuare illos poſſunt re locata, duobus euentibus exceptis.

Vnus, quando ſub ea conditione res eſt vendita, vt emptor ſtare teneatur illi cótractui, aut poſt venditionem celebratam emptor conſentit, vt có ductor perſeueret in contractu. Alter quando res illa generali, aut ſpeciali hypotheca conductori fuit obligata pro obſeruatione contractus. Ita habetur. l. 4. Luſit. ord. tit. 29. iuxta l. emptorem. C. locati, & alia iura, affirmatq. communis opinio, quam Ant. Gom. ſecund. tom. var. reſo. c. 3. nu. 9. refert: ac ſequitur: de qua ie in contractu locationis, & conductionis dicendum eſt. Si tamen conductor ſoluere velit emptori intereſſe totum lucri ceſſantis, ac damni emergentis, quod emptori ex eo aduenit, quod conductor in contractu perſeueret, cogitur emptor conſentire, vt in Luſit. ordin. loco citato habetur. Quando autem emptor ſtare non vult contractui locationis, vt non tenetur extra euentus connumeratos, cóductori competit actio ad intereſſe aduerſus venditorem, & locatorem, vt iuribus citatis habetur, & dicetur ſuo loco. Licet hæc ita ſe habeant in cæteris emptoribus, quando tamen quis emit a fiſco, ſtare omnino tenetur contractui locationis facto circa rem a fiſco venditam, idque in fiſci priuilegium, ne conductores poſtea agant ad intereſſe aduerſus fiſcum. quare ſub ea citata conditione cenſentur emere a fiſco.

Qui ergo emptores a fiſco, hoc habent grauamen, in illius recompenſationem, conceſſum eis eſt, vt, q̄n pars fructuum tpe perfectæ véditionis erat iá collecta, & pars colligenda reſtabat, nondumque aduenerat tempus penſionis ſoluendæ, integra penſio ad emptorem pertineret. Atque in hunc modum doctores citati conciliant. §. citatum, cum regula tradita, quicquid pauci in contrarium dixerint. Quia ergo §. citatus exceptio eſt, extendi non dēt vltra caſum in eo cótentum.

Quæſt. 8 Examinandum verò iam nunc eſt, q̄n † emptio, & venditio perfecta cenſeatur ad effectum, vt, ſi aliud inter contrahentes non ſit conuentū, fructus rei venditæ ad emptoré pertineant. Cou. 1. var. reſo. c. 15. nu. 2. affirmat, per ſolum conſenſum contrahentium perfectam cenſeri venditionem antequā res emptori tradatur, & antequam emptor pretium ſoluat, imò & antequam venditor fidem habeat de pretio, iuxta l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo. ff. de act. emptio. Loqui vero Cou. videtur, non de quibuſcunque fructibus ſed ſolum de pendentibus ex re vendita tempore cótractus, vt ſi vinea proxime ante vindemiam ematur. Ang. autem verb. emptio. ad finem numeri 11. & Syl. ibidem. q. 3. aiunt, tum venditionem cenſeri perfectam, vt fructus ad emptorem pertineant, quando pretium eſt iam ſolutum, aut per venditorem eſt habita fides de pretio.

Poſita tamen diſtinctione fructuum, qui tempore contractus ex re empta pendebant, qui cum iam exiſterent, reiq; emptæ eſſent affixi, céſebantur quaſi partes illius, vt dictū eſt; & fructuū, qui nondum actu erant in re empta, poterant t̄ṗis progreſſu ex ea percipi, ſequentes concluſiones ſtatuendæ ſunt, quibus quæſtio hæc dirimetur.

Prima concluſio. Loquendo de fructibus qui tpe contractus nondum ex re empta pendebant, & q̄n aliud conſtitutum inter contrahentes non fuit, non prius pertinent ad emptorem, quam emptor pretium offerat, vel venditor fidem de illo habeat, ac proinde non prius ad emptorem ſpectant, q̄ venditor rem venditam tradat fidem habendo de pretio, vel quam ſit in mora eam tradēdi emptori pretium offerenti. Atq; ita intelligenda eſt l. Iulianus. §. ſi q̄d ſeruo. ff. de act. emp. Quo fit, vt, ſi poſt contractum celebratū aliquos eiuſmodi fructus venditor ex re vendita percipiat, antequam pretium ei offeratur, ad ipſum ſpectēt & non ad emptorem, vt ſi mercedem aliquā acci piat pro operibus ſerui, quem vendidit, antequā pretium pro eo illi tradatur, aut pro locatione iumenti, quod vendidit. In hac concluſione tota có ueniunt Ant. Gom. 2. var. reſ. c. 2. num. 11. & Couar. 1. var. reſ. c. 15. nu. 2. & fuſius 3. lib. c. 4. per totum, præſertim coroll. 14. iuxta l. curabit. C. de actio. emp. & iuxta alia iura, vt ex ſequentibus concluſionibus liquebit. Neque enim æquitas patitur, vt prius venditor rem emptori tradat, aut vt res prius emptori fructificet, quam emptor pretium venditori ſoluat, vt is illo vtatur, poſſitque ei fructus parere, vt ipſius ſobeſt induſtriæ.

Secunda concluſio. Si venditor rē venditā emptori tradat, emptorq; in mora ſit tradendi p̄tiū, aut partē ſolum pretij ſoluat, atq; in mora ſit ſoluendi reliquum, tenetur venditori, non ſolum ad pretium, aut partem pretij non ſolutam, ſed ēt ad vſuras illius. Ita habetur l. curabit. C. de actio. emp. & l. vlt. ff. de peric. & commod. rei vend.

9 Hoc † iure vlt. additur, teneri ſolum ad vſuras, non verò ad lucrum idcirco venditori ceſſans, ꝙ tpe debito non ſit ei ſolutum pretium. Vt ſi venditor mercator erat, & quia pretium ſolutum ei non fuit tpe debito, plus lucri illi ceſſauit, quam ſint vſuræ pretij, non tenetur ei emptor ad lucrū ceſſans, ſed ſolū ad vſuras pretij. Cum autē vſurę naturali ac canonico iure ſint prohibitæ, quidā de æquitate diſpónis huius ciuilis iuris dubitāt. Prętermiſſis verò alijs opinionib. quas licebit legere apud Cou. c. citato, dicendum eſt, cū eodem Cou. Ang. ver. emptio. nu. 5. & alijs, quos citāt, vſuras illas concedi in recompenſationem fructuū, qui ad venditorem pertinent interim, dum emptor in mora eſt ſoluendi pretium, iuxta ea, quæ concluſione prima dicta ſunt. Quo fit, vt tot vſuras ſoluere emptor teneatur pretij non ſoluti pro re empta, quam accepit, vt fructus æquent, quos ex eadem re toto moræ tempore percepit, quouſque percipere potuit, & ſua negligentia non percepit, neq. maiores vſuras recipere poſſit venditor. Q̄d ſi partem ſoluit pretij, in moraque fuit ſoluendi partem reliquam, tenetur ſoluere vſuras, quæ valoré æquent partis proportionalis fructuū, quos percepit, aut p̄cipere toto tempore moræ potuit.

Vt,ſi dimidiũ pretij ſoluat,tenetur ſoluere valoré dimidij fructuum : ſi verò ſoluit quartã p̃tij partem,ſoluere tenetur valorẽ trium partium fructuum,& ita de reliquis partibus,quas nõ ſoluit. Quia ergo eiuſmodi vſuræ lucratoriæ non ſunt, ſed cõpenſatoriæ,vt vocant,fructuum, quos ęquitas non patitur,vt ſint emptoris,interim dum in mora eſt ſoluendi pretium ; conſequens profectò eſt,vt nõ ſint de earum vſurarũ numero, quas naturale,& canonicũ ius damnant,atq; adeo, vt diſpoſitio hac de re ciuilis iuris, nihil iniquitatis cõtineat. Luſitanæ ord.4.lib.tit.14. §.tertio,non ſolũ cum ſecunda concluſione propoſita conſentiunt,ſed etiã aperriſſimè modo, a nobis proximè explicato exponunt diſpoſitionem iuris cõis.

Cum.n.in eo titulo de vſuris ſermo ſit, expliceturq. euẽtus,in q̃b.vſuræ,impropriè tñ dictę, licitæ ſint.§.tertio, inter alia hr̃. Si emptor,accepta re empta,pretiũ illius, vt tenetur,non ſoluat, poſſe venditoré ab eo exigere, non ſolum pretiũ, ſed ſimul valorem etiam fructuum omniũ, quos ex re empta percepit,aut percipere potuit toto tẽpore,quo in mora fuit ſoluendi pretium. Quibus verbis cum iure communi, modo a nobis explicato,apertiſſimè Luſitanæ ord.conſentiunt.

Tertia concluſio. Si emptor pretium tradat,& venditor in mora ſit tradendi rem venditam, ad emptorem pertinent,non ſolum fructus oẽs a tpe moræ percepti, ſed etiam omnes, qui toto eo tpe percipi potuerunt,& venditoris negligentia per-
10 cepti non ſunt. Denique tenetur † véditor ad omne intereſſe intrinſecum rei illius. Vt ſi tpe, quo res erat tradenda,plus valuit,& poſtea, vel deterior eſt reddita,vel decreuit in pretio:eaque de cã emptor ratione moræ venditoris intereſſe illo intrinſeco rei eſt priuatus, ad illud tenetur ei venditor: non verò ad intereſſe extrinſecum quale eſt lucrum ceſſans, aut damnum per accidens inde emptori emergens, vt ſi emptor negotiaturus re illa erat, & quia res empta non fuit ei tpe debito tradita,ceſſauit illi lucrũ aliquod, quod ex tranſportatione rei illius,aut fructuum eiuſdem, in aliquem locum erat habiturus,non tenetur ei venditor ad eiuſmodi lucrum ceſſans:ſimiliter,ſi ex eo quod res tradita illi non fuit, periuit fame mancipium aliquod emptoris, nõ tenetur ei vẽditor ad eiuſmodi damnum per accidens emergens.

Hæc omnia expreſſe habẽtur l. ſi ſterilis. §.cũ per venditorem.ff.de actio.empt. Priorem etiam concluſiones partem probant.l.fructus. & l.poſt perfectam.C.de actio.empt. In tota verò concluſione conſentiunt Luſit.ordin. §.3. citato, dum, in euentu propoſito,ad nihil aliud concedunt emptori actióné, q̃ ad oẽs fructus, quos venditor ex re empta percepit,aut percipere toto tẽpore morę potuit,ſuaque negligentia non percepit.

Ex his concluſionibus præſertim ex ſecunda, infert Cou.3.var.reſ.c.4.nonnulla corollaria. Primum eſt. Deciſionem ciuilis iuris in ſecunda concluſione propoſitam, non fundari in lucro ceſſante,vt ſatis ex dictis conſtat. Eſto enim venditor nihil pretio eſſet lucraturus, accipere poteſt vſuras pretij ſibi non ſoluti iuxta quantitatem fructuum, qui tempore toto,quo emptor in mora eſt ſoluendi pretium,ad eum ſpectant. Gloſſ. tamen c.conqueſtus de vſuris,Panorm.ibi, & alij,latius ſumpto vocabulo, affirmant, licitè accipi vſuras illas ratione lucri ceſſantis ob fructus, qui interim,dum pretium non eſt ſolutum,ad vẽditorem pertinere debebant.

11 Secundũ. Vſuras † pretij non ſoluti æſtimandas eſſe ſcdm valorẽ fructuum, quos venditor ex ea re percepiſſet;non verò ſecundum valorem fructuum,quos re ipſa emptor percepit. Quare, inquit,ſi maiores fructus emptor percepit,q̃ venditor percepiſſet, ſoluendæ vſuræ ſunt ſolum iuxta valorem fructuum, quos venditor ipſe percepiſſet. Licet autem Coua quoſdam alios pro ſua hac ſnĩa citet;certè mihi contraria eſt veriſimilior.

Etenim fructus,quos emptor percepit,fructus ſunt ipſiuſmet rei:res autem, ex iuris diſpoſitione,venditori fructificat, interim dum emptor in mora eſt ſoluendi pretium:quare,deductis expẽſis,& præmio laboris,& induſtriæ, reliquum ad venditorem ſpectat. Confirmatur ex ord. Luſit.§. 3.citato, quæ actionem venditori concedunt ad valorem omnium fructuum, quos emptor toto eo tempore ex re illa percepit, & quos percipere potuit,ſuaque negligentia non percepit. Refellitur.

Tertium. Emptorem ſoluere teneri vſuras pretij iuxta valorem fructuum,eſto ob tempore diuturnitatem valorem excedant pretij conuẽti. Ratio eſt, quoniam revera toto eo tempore res illa venditori fructificat.

12 Quartum. Dicendum eſſe aduerſus Bald. Paulum Caſtren. ſem,& quoſdam † alios,emptorem ad nullas vſuras ſoluẽda teneri,quando neq. emptor fructus ex re vendita percepit, neque percepturus eſſet venditor, ſi illam apud ſe habuiſſet. Ratio eſt perſpicua,qm̃ vſuræ ſolum debentur ratione fructuum,& iuxta illorum valorem:quare, nullæ vſuræ debẽtur,quando nec emptor fructus percepit,neque venditor fuiſſet percepturus.

Quoniam vt in poſteriori parte diſpu.338.viſum eſt, vt dominium rei emptæ in emptorem tranſeat,non ſatis eſt contractum mutuo conſenſu eſſe celebratum ; traditionemque rei emptæ acceſſiſſe,ſed vlterius requiritur,emptorem ſoluere pretium,vel illud offerre,vel venditorem illud habere pro ſoluto;idcirco multi affirmant, diſpoſitionem l.curabit,& cæterorum iurium, quæ p̱ ſecunda concluſione citauimus, vim ex eo habere, quod in euentu ſecundæ concluſionis dominium rei emptæ in emptorem non tranſeat per traditionem, ſed maneat apud venditorem, eaque de cauſa res venditori, tamquam proprio illius domino,fructificet. Quare,inquiunt,qñ dominium rei venditæ in emptorem tranſiret, vendiore illud concedente, pretiumque expectante vſque ad certum diem, ceſſaret diſpoſitio l.curabit;immo eſſet vſurarios contractus, quo venditor vſuras pretij iuxta valorem fructuũ paciſceretur pro tempore ad ſolutionem dato, aut pro aliquo tempore, ſi emptor in mora eſset deinceps ſoluendi pretium. Ita Panor. & multi alij,quod Cou.cap.quarto, citato corrolar. quinto, refert.

Quare,

Quare,inquiunt,qn̄ l.ſicut emptio, & l. ſequẽti. ff. locati, approbatur hic contractus; vendo tibi hanc domum mille aureis, & interim dū pretiū nō ſolueris,eā tibi loco tanto pretio;per eū cōtractum, & traditionē domus, non eſt translatum dn̄ium;eo ꝙ neq; pretiū ſit ſolutū,neq. pro ſoluto ſit habitu;ſed ſolū conceſſa eſt tentio domus. Vnde,quia domus manſit uenditoris,eique dum pretiū non ſoluitur,fructificat,potuit ſimul locare illam emptori,quouſque pretium ſolueretur.

Cou.verò corollario.5.citato ait,fundamentū legis curabit,& aliorum iurium, nō eſſe, dn̄ium rei emptæ pertinere ad vẽditorem,ſed eſſe, quod ſupra tetigimus, nempe æquitatē non pati, rem prius emptori fructificare,q̄ pretium, vel tradat, vel offerat venditori,vt poſſit ipſi ẽc fructificare, vt ſubeſt ipſius induſtriæ,aut quàm venditor ha
13 beat illud pro ſoluto. Vnde† in euentu tertiæ cōcluſionis propoſitæ,dn̄ium rei emptæ perſeuerat apud venditorem,interim dum illam non tradit, & nihilominus emptori fructificat, eodemq. modo fructificaret emptori, eſto abſque uenditoris culpa apud ipſum perſeueraret, vt quia emptor ſoluit pretium,& diſtulit petere,& accipere rem. Atque hæc ſententia Cou.placet.

In eodem corollario,& ſequẽte,concedit qui-
14 dem Cou. qn̄ † uenditor abſq; aliquo alio pacto tranſtulit dn̄ium rei in emptorē, habens pretium pro ſoluto,concedenſq. terminum ad ſolutionē, non deberi ei uſuras pretij iuxta fructuum ualorem,etiam ſi emptor poſt terminū datum in mora ſit ſoluendi pretium. Ratio eſt, quoniam ipſe ſua ſponte renunciaſſe uidetur priuilegio legis, curabit. Quare ſolum poterit exigere lucrum ex eo ipſi ceſſans,quòd mutuum illud virtute,tẽpore debito ipſi non ſoluatur; non ſecus,ac mutuās formaliter, exigere poteſt lucrum ideo ipſi ceſſans, quòd mutuum in termino præſcripto ipſi non ſoluatur,vt,dum de vſura ſermo eſſet, dictū eſt.Quamuis autem Cou.id concedat,nihilominus cum multis alijs,quos citat,aſſeuerat,ſi uenditor,quando ita dominium transfert, & terminum ad ſolutionem cōcedit,deducat in pactum, vt emptor toto tempore,quo pretium ita non ſoluit,uſuras pretij iuxta ualorem fructuum ſoluat, ualidū,ac licitum eſſe cōtractū. Ducitur primo, quia ex eo,ꝙ uenditor dn̄ium transferat, & dilationē ad pretium ſoluendum concedat, nihil oneris reijcit in emptorem: eo ꝙ periculum rei emptæ ſtatim celebrata uenditione pertineat ad emptorem,anteq̄ dn̄ium in eum transferat, ut diſp. 366.dictum eſt:quare,per translationē dominij, & conceſſionem dilationis ad pretium ſoluendū, meliores facit uenditor partes emptoris:ergo ſicut, tradita re, & non translato dominio, iuſte accipit venditor vſuras pretij non ſoluti:ita ea lege poterit velle transferre dominium in emptorem,ſpatiumque illi ad ſoluendum pretium concedere, vt nihilominus ipſe gaudeat eodem mō vſuris iuxta fructuum valorē. Secundo qm̄ transferendo dn̄ium, concedendoque ſpatium ad ſolutionem pretij,priuat ſe venditor vſuris pretij, quas poterat iuſte accipere iuxta valorem fructuum,vt ex ſecunda concluſione liquet: cum ergo hoc pretio ſit æſtimabile,poterit nō aliter velle transferre eo modo dominium, & concedere ſpatiū ad ṗtij ſolutionē,niſi cū pacto, vt intereſſe valoris fructuum ſimili modo ipſi perſoluatur. Ego ſanè in hanc Cou.opinionem tanq̄ in probabiliorē inclino q̄uis videam Syl.verb.vſura 2.q. 11.Pan.& multos alios,qui non ſatis calluiſſe videntur fundamentum legis, curabit, & aliorum iurium, quæ pro ſecunda cōcluſione citauimus, non omnino in hactenus dictis conſentire.

Illud cum Cou.loco citato corol.7.admonuerim. Fas eſſe tpe contractus arbitrari valorē fructuum,ac ſtatuere,vt ſiue eorum valor comperiatur poſtea maior ſiue minor, certum quoddā pretiū ꝓ eorū valore ſoluatur, qd plus minus, creditur fructus eſſe valituros,vt ſatis eſt ꝑſpicuū ex dictis ſępe ĩ ſuperiorib. ꝑſertim dum de lucro ceſſante rōne mutui,& venditionis,habitus eſt ſermo.

15 Ex† dictis infero,neq; vſurarium neq; illicitū eſſe contractū,ſiquis vineam vendat, in gratiáq. emptoris dn̄ium illius ſtatim in eum transferat, ea tn̄ lege,vt ṗtium ſit in depoſito, aut apud emptorē, quouſq. poſſeſſio aliqua inueniatur ęqualis bonitatis,quæ ex eo pretio ematur, & cum pacto,vt quouſq. illa ematur, emptor teneatur uenditori reddere annuam penſionē, iuxta fructuum vineæ valorē. Atq.hunc contractū vidi celebrari, dubitabaturq. de iuſtitia illius. Ducor ad aſſerendum hunc contractum vſurarium non eſſe. Quoniam licitus eſt hic contractus,vendo tibi hāc vineam ducentis aureis,non prius tradendā, quam inueniatur poſſeſſio alia emenda de ṗtio, ex qua æquales fructus in valore percipiãtur,vnde commodè ſuſtentari queam: quia nolo vti pretio ad aliud,q̄ ad talem poſſeſſionē emendā, interimq. dū illa non inuenitr̃,volo frui fructib. vineæ meę. Rurſus, poſt celebratum huiuſmodi contractū, validus eſt hic alius,quo in emptoris gratiam,illi concedam fructus, in eumq. transferam plenum dn̄ium vineæ pro annua penſione iuxta valorem fructuum,interim dum illa alia poſſeſſio nō ematur de pretio; qn̄quidem ius quod mihi reſeruaui ad fructus meæ vineæ, valet totam eam annuā penſionem:quare,ſi coniunctim fiant hi duo cōtractus, vt in caſu propoſito fiunt, neque vſura cernitur, neque quicquam iniuſtum committitur. Corollaria lege,ſi placet apud Cou.

16 Quarta cōcluſio in ordine eſt. Si†emptor pretiū uenditori offerat, & venditor in mora ſit tradendi rem venditam iuxta contractus forma, ita quod neque rem tradere velit, neq. recipere pretium, tunc emptor agere poterit ad fructus oẽs, quos venditor ab ea die ex re empta perceperit, aut percipere potuit, ſuaque negligentia nō percepit. Probatur,quoniam venditor ab ea die iniuſtè emptorem priuauit perceptione omnium illorum fructuum:ergo tenetur in conſcientiæ, atq. in exteriori foro, eos oẽs illi reſtituere. Præterea venditio, quantum eſt ex parte emptoris, iam tunc erat conſumata,defectuſq. ſolum fuit ex nequitia,& culpa venditoris:cum ergo fructus,perfecta venditione,ad emptorē ſpectent, cōſequens eſt,

eſt, vt ab eo die fructus illi emptori debeantur. Apertè etiam colligitur concluſio ex l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. Cõcinunt etiam l. fructus, & l. poſt perfectam, C. eo. tit.

Cou. loco citato Corol. 14. ait, forſitã emptorem, in caſu huius concluſionis, teneri ſoluere vẽditori, non ſolum pretium rei emptæ, ſed etiam lucrum, ſi aliquod percepiſſet ex eo pretio, eſto venditor ex eodẽ pretio nihil lucri eſſet percepturus. Eſt tñ improbabilis omnino ea ſnĩa. Eiuſmo di. n. lucrum non eſt fructus rei, ſed induſtriæ, vt ex dictis in materia de vſura cõſtat: quare ad emptorem ſpectat. Confirmatur, qm̃, ſi depoſitarius contra domini voluntatem negotietur, ac lucretur pecunia, quam depoſitam habet, & fur pecunia, quam furto accepit, ac vſurarius pecunia, q̃ vſurarie acquiſiuit, lucrum totum ad ipſos ſpectat, ſolumq. reſtituere tenentur dominis pecuniæ ipſam pecuniã, & ſi quod lucrum inde eis ceſſauit, aut damnum emerſit, vt diſp. 317. latè oſtẽſum eſt: ergo longè maiori cum rõne pertinet ad emptorem lucrum pretij, quando venditor nihil eo pretio erat lucraturus. Imò, eſto lucraturus eſſet, pertinet totum lucrum ad emptorem: eo ꝙ vẽditor ipſe ſua culpa ſe ipſum priuaſſet vſu eius pretij, neque emptor impedimento illi fuiſſet, quominus ego negotiaretur, ſi vellet.

Cou. eod. corol. 14. hanc quintam ſtatuit cõcl.

17 Qñ† venditor rem venditam emptori obtulit, & emptor fuit in mora, qa neq. accipere eã voluit, neq. pretium ſoluere iuxta cõtractus formã, tunc venditorem offerre illi poſſe, ſi velit, rem, & fructus perceptos, aut valorem illorum, & agere ad intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis, ob pretium tpe debito nõ ſolutum, qñ eiuſmodi intereſſe excederet valorem fructuum. Licet autẽ, ſtando in ſolo iure naturali, concluſio hæc veriſſima meo iudicio eſſet; poſita tñ diſpoſitione iuris humani l. vltimæ. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem. ff. de actionib. emp. quæ iura pro ſecunda, & tertia concluſione citauimus, & cum quibus conſentiunt ord. Luſit. §. 3. citato, certè eſt omnino falſa. Si. n. quando venditor rem tradidit, & pretium culpa emptoris non accepit, iura non concedunt venditori actionem ad intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, extrinſecum rei emptæ, ſed ſolum ad valorem fructuum, vt iura citata docent, & cõcluſ. 2. & 3. oſtenſum eſt, certè multo minus cenſenda ſunt actionem illam concedere, quando vẽditor non tradidit rem venditam. Angel. verb. vſura. 1. nume. 5. citans duo illa iura, arbitratur, in conſcientiæ foro emptorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, & quemcumque alium promiſſorem rei alicuius, quando lucrum, ex eo ceſſauit, quòd ſtatum non fuerit promiſſis, eaque de cauſa is, cui promiſſum fuit, non ſibi prouidit aliunde. Arbitror tamen id falſum eſſe in contractu emptionis, & venditionis propter diſpoſitionem illam humani iuris in eo contractu. Iura quippe ciuilia non facilè ſunt damnanda tãquam iniuſta in conſcientiæ foro. Quare, cum in principe poteſtas ſit ad id diſponẽdum circa frequentiſſimum, ac valde neceſſarium contractum emptionis, & venditionis ad tollẽda iurgia, & difficultates, diſpoſitioneque illa æqualiter gaudeant ciues omnes, & contractus celebrari cenſeantur iuxta leges ciuiles, & canonicas, circa eos latas: conſequens profecto eſt, vt diſpoſitiones illæ non minus vim habeant in conſcientiæ, quàm in exteriori foro.

18 Poſtremo concl. Qñ aliud† conuentũ non fuit inter contrahẽtes, fructus ex re empta pendentes tpe contractus, ſiue maturi iam eſſent, ſiue non, ſemper pertinent ad emptorem quo ad valorem, quo tpe contractus, æſtimarentur. Ita Cou. 1. var. reſ. c. 15. nu. 2. Molina lib. 3. de primog. c. 11. n. 8. Ant. Go. 2. to. var. reſ. c. 2. n. 11. & alij. Ratio eſt, qm̃ fructus pendentes, actuq. exiſtentes tpe contractus, cenſentur tamq̃ partes rei emptæ, vt in principio huius diſputationis dictum eſt, ac proinde empti ſunt pro pecunia data vna cum re, cuius iam tunc actu erant fructus. Hinc colligo, ſi vinea empta ſit poſt fructus productos, atque ante vindemiam, & neque venditore illam offerente, ac exigente pretium, neque emptore eam poſtulante, & offerente pretium, a venditore percipiantur, & poſtea menſe Ianuario, vel emptor illam petat, & offerat pretium, vel venditor eam offerat, & exigat pretium, detrahendum eſſe de pretio conſtituto, quantũ fructus illi pendentes tempore contractus celebrati æſtimarentur: quia illi empti cenſentur pro parte pretij, neque emptor illos percepit, ſed venditor. Quòd ſi traditio fieret anno ſequenti, qñ iam æquales fructus iterum de vinea penderent, nihil detrahendum eſſet de pretio, neq. item emptor ſoluere teneretur impenſas in vinea vſq. ad id tẽmpus colẽda.

Quando res aliqua diuerſis tẽporibus vẽditur multis, vnicuiq. ĩ ſolidũ, qs emptorum cæteris ſit prę ferendus.

DISPVTATIO CCCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Emptores ſi ſint plures eiuſdem rei, nondum alicui traditæ, ille eſt præferendus, qui eſt prior in tempore.*
2 *Regula iuris, qui prior in tempore, potior in iure, quo modo intelligatur.*
3 *Emptor ille eſt cæteris præferendus in re uendita, cui primo eſt tradita, licèt alij ſint in tpe priores. Declara tamen, vt nu 7.*
4 *Dominiũ regulariter non transfertur per nudum contractum venditionis, niſi traditio ſequatur.*
5 *Emptores eiuſdẽ rei, quib. non fuit tradita, habent actionẽ pſonalẽ aduerſus vẽditorẽ ad intereſſe.*
6 *Vendens eandẽ rem duobus, incidit in pœnã falſi.*
8 *Emptor poſterior, qui ſoluit pretium, & res fuit ei tradita, præfertur cæteris emptoribus, qui non ſoluerunt pretium, licèt res fuit eis tradita.*
9 *Traditionis nomine venit etiã ea, quæ fit per actũ fictum.*

10 *Traditio eiuſdem rei facta pluribus emptoribus, in dubio præſumitnr facta priori emptori.*

11 *Dominium qui prius cōparat alicuius rei per traditionem, aut ius in re per hypothecā, præfertur in quocumque contractu omnibus alijs, qui neq. dominium, neque ius in re ſunt conſequuti.*

12 *Dominium rei eccleſiis, aut pijs locis ſtatim acquiritur ſine alia traditione tempore contractus.*

13 *Dominium an ſtatim Princeps trāsferat, ſine alia traditione, in contractibus ab eo celebratis.*

14 *Hypothecam habens in re præfertur omnibus alijs, quibus res fuit tradita.*

15 *Emptor prior quo caſu poterit euincere a poſteriore emptore rem ab eo emptam.*

16 *Emptor poſterior præfertur anteriori, etiam ſi venditio prior fuit iuramento firmata.*

COnſequenter examinemus oportet, qđ pro-
1 poſitum eſt. Et quidē† conſtat, qñ nulli em-
ptorum res eſt tradita, neque priuilegium habet
vt ſine traditione (iuxta ea quæ ſubijciemus) do-
minium comparet, neque item ius in re acquiſi-
uit, propterea quod, in ſecuritatem contractus
vēditionis, hypothecæ illi eſſet ſubiecta, eum eſ-
ſe præferendum cæteris, cui prius ea res fuit ven-
2 dita. Tunc † enim locum habet regula illa iuris,
qui prior eſt tempore, potior eſt iure, de reg. iur.
lib. 6. & id diſponitur expreſsè. l. 7. tit. 7. p. 7. iux-
ta l. in operis. ff. locati, quæ idem in contractu lo-
cationis diſponit; idē vero habere locum in con-
tractu locationis affirmant cum Rotæ deciſioni-
bus Cou. 2. var. reſ. c. 19. nu. 8. & Ant. Gom. 2. to.
var. reſ. c. 2. nu. 20. extenſione. 2. Hoc aũt intelli-
ge, qñ res determinata in ſingulari multis eſſet
vēdita, cuique in ſolidum: eo ꝙ, qui prior compa
raſſet ius ad illā in ſingulari, cæteris eſſet prȩferē-
dus in traditione illius, ac conſumatione contra-
ctus. Quando autem res indeterminatæ in indi-
uiduo eſſent diuerſis venditæ, ſequendum eſſet,
quod diſp. 536. de reſtitutionis ordine dicetur.
3 Qñ† multis ita eſſet res vendita, vt nullus alio
rum dñium, aut ius in re comparaſſet, tunc is, cui
eſſet tradita, & per traditionē dñium comparaſ-
ſet, præferendus erit cæteris, eſto cum alijs prius
eſſet celebratus contractus venditionis. Ita hr̃ l.
quoties. C. de rei vend. l. qui tibi. C. de hæred. vel
act. ven. l. ſi ancillam. C. de act. emp. l. q tibi. C. de
his q a non domi, manu. l. multũ intereſt, in fine,
C. ſi quis alteri vel ſibi. l. 50. ti. 5. p. 5. & li. 4. Luſit.
ord. ti. 28. in princ. atq; affirmant cōis doctorum
ſnīa, quam referunt ac ſequuntur Cou. 2. var. reſ.
c. 19. nu. 1. & Ant. Gom. 2. tot. var. reſ. c. 2. nu. 20.
Ratio autem eſt illa, q̃ diſp. 2. tradidimus. Nem-
4 pe† per nudum cōtractum venditionis, aut quem
cumq. alium regulariter non transferri dñium,
niſi accedat traditio, vt præter iura citata, conſtat
ex l. traditionibus, C. de pactis, & ex §. per tradi-
tionē, iunctis quatuor ſequentibus, inſt. de rerũ
diuiſ. Neq; item comparatur ius in re, niſi ſimul
res ipſa hypothecæ ſubijciatur ad cōtractus aſſe-
curationē, vt ex eiſdem iuribus cōſtat: quare cum
emptor ex ſolo emptionis contractu, neq; domi-
nium, neque ius in re comparet, ſed ſolum ius ad
rem, neq. itē ex eo cōtractu competat realis actio
ad rē ipſam ad cuiuſcunq, manus deuenerit, ſed
ſolum perſonalis aduerſus venditoris perſonā, vt
diſp. citata explanatũ eſt, conſequens eſt, vt ſi ea-
dē res poſtea vendatur, & tradatur alteri, præfe-
rendus hic alius ſit in contractu venditionis cæ-
teris emptoribus iſque rem obtinere debeat, eò ꝙ
per vēditionem, ſubſequuta traditione, ius in re,
integrumque dñium, cōparauit, nihil impedien-
5 tibus priorib. venditionibus. Remanet tñ† cæte-
ris emptorib. perſonalis actio aduerſus vēditorē
ad intereſſe, hoc eſt, vt non ſolum reſtituat ꝑtiũ,
ſi quod receperat, ſed ēt quantum ſua cuiuſq. em
ptorum intererat rem, ſibi tradi, dominumq. il-
lius congruo tempore conſtitui. Ita hr̃ l. qui tibi.
C. de hæred. vel act. vend. l. qui ancillā. C. de acti.
emp. l. 50. ti. 5. p. 5. & lib. 4. Luſit. ord. ti. 28. §. vlt.
6 Qui † vnam, & eādem rem vendit duobus, inci-
dit in pœnā falſi, quæ eſt deportationis, vt habe-
tur l. qui duobus, iuncta. l. 1. §. vlt. ff. ad l. Cornel.
de falſis. Idem diſponitur l. 7. tit. 7. p. 7. quæ ta-
men exigere videtur, vt ab vtroque ementium vē
dens acceperit pretium. Quas autem pœnas in
Luſitania incurrat, habetur lib. 5. tit. 65. §. 3.
7 Sunt† tñ circa prædicta nōnulla hoc loco ob-
ſeruāda. Primũ eſt. Cũ in cōtractu emptionis, &
venditionis, vt emptor dñium rei emptæ acqui-
rat, non ſatis ſit præceſſiſſe cōtractũ, ſequutamq.
eſſe traditionē rei vēditæ, ſed vlterius neceſſe ſit,
emptorē ſoluere pretium, aut illud offerre, vel vē
ditorem habere illud pro ſoluto, vt in poſteriori
parte diſp. 338. & diſp. præcedente oſtendimus,
conſequens eſſe, vt eſto res vendita vni emptorũ
tradita ſit, ſi tñ neq. ſoluit, neq. obtulit pretium,
neq. venditor illud habuit pro ſoluto, nō ſit em-
ptoris præferēdus priorib. eiuſdem rei emptori-
bus, eò ꝙ non comparauerit dñium illius, aut ius
in illa, ſed priores emptores ſint illi præferendi,
eſto iam eam rem venditione, aut quouis alio ti-
tulo, alienauerit, eamq. tradiderit: ſemper enim
dominium perſeuerat apud primum venditorē.
Ita innuitur apertè. l. quoties. C. de rei ven. §. ven
ditæ, inſt. de rer. diuiſ. l. 50. titu. 5. p. 5. & habetur
expreſsè lib. 4. ord. Luſit. ti. 28. in prin. & §. 1. Vbi
8 † additur, ſi alicui poſteriori emptori res ſit tradi
ta, atque ſoluit pretium, eum eſſe præferendum
anterioribus emptoribus, ſi pretium non ſolue-
runt, eſto res illis eſſet tradita, conſentiuntq. cæ-
tera iura citata, & affirmat communis doctorum
ſentētia: eò ꝙ poſterior emptor dominium illius
rei comparauerit, anteriores verò non item.
9 Secundũ Traditionis† noīe in re ꝓpoſita intel
ligi, ēt eam q̃ per actũ fictũ ſit facta. Quibus aũt
fictis actib. cenſeat̃ facta traditio, & cōparet̃ poſ-
ſeſſio, diſp. 13. dictum eſt. Quare, ſi poſteriori em
ptori res vēdita p actũ fictũ tradita ſit, iſq. ꝑtiũ
ſoluit, præfertur priorib. emptoribus, quib. tra-
ditio non ſit facta, aut qui pretium ſoluerunt, ēt
ſi traditio vera facta eis fuerit. Rō eſt, qm̃ tradi-
tio p actum fictum ſufficit ad cōparandũ dñium
ad poſſeſſionem, vt diſputatione citata dictum
eſt. Ita cum Bartolo, & alijs Ant. Go. vbi ſupra.
10 Tertium. In dubio, cui ex † emptorib. traditio
ſit

ſit prius effecta, pſumi prius factã priori emptori. Ita Cou. cũ alijs, quos cit. 2. var. reſ. c. 19. nu 6.

11 Quartum. Quæ † dicta ſunt, nõ ſolũ habere locum in cõtractu venditionis, ſed ẽt in quocumq. alio, ſiue is oneroſus ſit permutatio, ſiue lucratiuus, vt donatio: ſemper enim, qui prius comparat dñium per traditionem, aut ius in re per hypothecã, præfertur cæteris, qui neq. dñium, neq. ius in re ſunt conſequuti, ſiue prius comparauerint ius ad rem p ſimilẽ contractum, ſiue p diſſimilem. Ita colligitur ex l. quoties. §. vlt. C. de rei vendi. ex l. ſi ancillam. ff. de actionibus emp. & ex alijs iuribus, affirmatq. Ant. Gom. cum cõi doctorum ſententia, quam refert. nu. 20. citato. Vt tamen res à prioribus creditoribus, tamquam in ipſorum fraudem alienata, repeti poſſit, multum refert poſteriorem comparaſſe dominium illius titulo oneroſo, aut lucratiuo, vt mox dicemus.

12 Quintum. Cum, qñ † aliquid donatur, aut venditur Eccleſijs, monaſterijs, ciuitatibus, in redẽptionem captiuorum, hoſpitalibus, vel alijs pijs locis, ſtatim comparent dñium illius, eiſq. competat realis actio vt peculiari priuilegio conceſſum eis eſt l. vlt. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cõſequẽs eſt, vt, ſi aliquid donatum, aut venditum, eis ſit, præferantur cuicunq. alteri emptori, cui poſt eã donationem, aut emptionem, ſit facta traditio, idq. ſiue prius, ſiue poſterius, cum eo celebratus fuerit contractus. Rõ eſt perſpicua, qm̃ prius Eccleſia, ciuitas, aut aliud de gaudentibus eo priuilegio, cõparaſſet dominium, iusq. in re. Ita Cou. 2. var. reſ. c. 19. nu. 1. Ant. Go. vbi ſupra, & doctores cõiter. Obſeruat tamen, per ſolam promiſſionem, aut votum donandi in poſterum Eccleſiæ, aut alijs commemoratis, non comparare Eccleſiam dominium, neq. ius in re, ſed ſolum ius ad rem: eo ꝙ id non eſſet donatio, ſed promiſſio donandi: eaque de cauſa, ſi eadem res voto promiſſa alienetur poſtea, & tradatur alteri, Eccleſia nõ præferretur huic. Obſerua etiam, Eccleſiaſticos non gaudere eo priuilegio, ſed Eccleſias, quare, ſi Eccleſiaſticis donetur, aut vendatur aliquid, non præferrentur illo modo alijs. Præterea, quando Eccleſia donat, aut vendit, emens non gaudet eo priuilegio, ſed perinde hẽt, ac ſi a laico emiſſet. Ita Cou. vbi ſupra nu. 4. Ant. Gom. vbi ſupra extenſione 6. & alij, quos citant, quicquid Hoſtienſis, & quidam alij, abſque ratione legitima

13 in contrarium dixerint. De † alienatis a principe titulo oneroſo, aut lucratiuo, vtrum ante traditionem cõparetur dominium, ac proinde is, cui alienantur, præferendus ſit cæteris, quibus facta non ſit traditio, lege quæ diſp. 3. dicta ſunt.

Sextum. Cum eo ipſo, ꝙ res hypothecæ ſubijciatur alicui, comparet is ius in ea re, conſequens eſt, vt, qui prior fuerit in hypotheca ad contractus impletionem, is præferendus ſit cæteris, qui

14 bus poſterius res tradita ſit. Quo † fit, vt, ſi res vendatur vni, ſimulque ei ſubijciatur hypothecæ in cõtractus ſecuritatem, eſto poſtea vẽdatur, & tradatur alteri, atque is pretium ſoluat, præferendus ſit prior ille emptor, cui res ſubiecta hypothecæ fuit. Ita Couar. vbi ſupra nu. 7. Ant. Gom. nu. 20. citato, & doctores communiter, argu. tex. in l. ſi creditor. §. vlt. ff. de diſtrah. pign.

15 Septimum. Qñ † poſterior emptor conſcius fuit prioris vẽditionis, tunc, eſto ei ſit facta traditio, & ſoluerit pretiũ, poterit prior emptor euincere eã rem ab eo, tamq̃ in fraudem ipſius alienatam: ſecus autem, ſi poſterior emptor bona fide illam emit priorem ignorans venditionem. Idem omnino eſt dicendum ſi poſterior creditor quocumq. alio titulo oneroſo rem acquiſiuit. Quòd ſi lucratiuo titulo rem comparauit, vt per donationem, aut quia filię res data fuit in dotem, mortuusq. iam eſt vir eius, neq. liberi ex eo matrimonio ſuperſtites ſunt, vel filiæ aliquid ad nuptias donatum fuit, & neq. vxor, neq. liberi ex eo matrimonio, ſuperſtites ſunt, tunc is, cui res prius vendita fuerat, euincere illã poterit, tamq̃ in ipſius fraudem alienatã, eſto is, cui tradita fuit, bona fide eam acceperit, ignorans fuiſſe antea venditam. Numq̃ tñ, qui rem in creditorum fraudẽ poſterius prædictis modis accepit, tenetur in conſcientiæ, ac in exteriori foro rẽ tradere, niſi creditores priores intra annuum a ſcientia, ꝙ ea alienatio in ipſorum fraudem ſit facta, illam petant. Si enim vel nunquam eam exigant, vel poſt anni lapſum a tali ſcientia illam petant, tã in conſcientię, q̃ in exteriori foro, ad eum ſpectat, qui in eorum fraudem eam accepit. Hæc omnia conſtant ex ijs, quæ diſp. 328. fuſe dicta ſunt. Lege etiam Couar. vbi ſup. nu. 5. Ant. Gom. nu. 20. citato limitatione 2. & doctores, quos citant.

16 Octauum. Hactenus † dicta intelligenda eſſe, ẽt ſi prior vẽditio iure eſſet cõfirmata, poſterior verò q̃ coniunctam habeat traditionem, ac ſolutionẽ pretij, non item. Cum. n. iurñ non efficiat, vt prior emptor dñium comparet, aut ius in re, neq. item impedimento ſit, vt p venditionẽ poſteriorem, traditione, ac ſolutione pretij ſubſequutis, emptor poſterior dñium comparet: conſequens pfecto eſt, vt q̃uis venditor grauius peccet, vendendo eandem rem ſecũdo, inhabilemq. ſe reddendo ad implendum iurñ, nihilominus dicta hactenus non ſecus vim habeant, q̃ ſi iuro prior venditio confirmata non fuiſſet. Ita cum alijs, quos citant, Couar. in Epitome p. 1. c. 5. nu. 9. & Ant. Gom. nu. 20. citato. lim. 7.

De retractu rerum emptarum, & vẽditarum iure propinquitatis.

DISPVTATIO CCCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Retractus quid, & quibus contractibus locum habeat.*

2 *Retractus vt concedatur de iure Caſtellæ, cum nu. ſeq.*

3 *Retractus vt concedatur, quid neceſſario requiratur.*

4 *Naturales filij & deſcendentes habent ius retractus in bonis aſcendentium, ex communi.*

Imò

Imò in Hiſpanijs ſuccedunt in nobilitate patris. Fallit in ſpurijs, niſi reſcripto principis ſint legitimati.

5 *Exhæredati ius retractus habent, etiam ſi renunciauerint cum iuramento ſucceſſioni in bonis parentum.*

6 *Eccleſiaſtici habent priuilegium retractus actiuè, & paſſiuè.*

7 *Retractus ius an habeat extraneus hæres, loco defuncti, cui competebat.*

8 *Monaſterium, bonorum capax, an habeat ius retractus, loco religio.*

9 *Monaſteriū ſi vēdat ingreſſi prædiū, an proximiori cōſanguineo talis ingreſſi, cōpetat ius retractus.*

10 *Conſanguineus proximior hæres exiſtens venditori prædij ſuorum maiorum, intra terminum a iure conceſſum, an habeat ius retractus.*

11 *Retractus ius an concedatun perſonis aliquo reſpectu emere prohibitis.*

12 *Conſanguineus proximior an poſſit retrahere rem venditam remotiori propinquo.*

13 *Retractus ius pro parte an competat in eodem gradu propinquo.*

14 *Conſanguineus propinquior, an poſſit ante terminum elapſum compelli, vt reſpondeat, num velit retrahere.*

15 *Conſanguineus propinquior non pōt vnam rem retrahere ſine alijs, quādo vnico pretio vendūtur.*

16 *Conſanguineus an poſſit retrahere rem patrimonialem, ſimul venditam cum alijs non patrimonialibus vnico pretio.*

17 *Venditio quando iudicanda ſit, vt habeat locum retractus, ſi quis vendat certam rem patrimonialem pro certo pretio, & pro re alia ſimul.*

18 *Retractus an locum habeat, ſi res patrimonialis detur in ſolutum pro aliquo debito.*

19 *Retractus etiam habet locum intra terminum ſtatutum, quando patrimoniale prædium creditoris venditur: ſed retrahens non tenetur ſoluere pretium, niſi in termino emptori conceſſo.*

20 *Retrahenti tempus conceſſum ad reerahendum, an incipiat à tempore venditionis, an verò a tempore traditionis.*

21 *Venditio ſi ſuſpendatur, vt ſcriptura perficiatur, an tempus retrahendi currat a die ſcripturæ, an verò a die mutui conſenſus.*

22 *Retrahenti tempus conceſſum ad retrahendum, an computandum ſit de momento ad momentū, vel quomodo.*

23 *Retrahenti tempus ad retrahendum conceſſum, quando incipiat currere in venditione ſub conditione in futurum pendente.*

24 *Retrahens poteſt retrahere offerendo pretiū ſub eadem conditione, ſub qua fuit facta venditio.*

25 *Retrahens, & venditor ſi concurrant ad redimendum, quis præferendus.*

26 *Retrahens an teneatur rem retractam iterum venditori dare eam redimere volenti.*

27 *Retrahenti tempus conceſſum ad retrahendum an ſimiliter habeat locum in venditione facta ad publicam ſubhaſtationem.*

Et quid ſit de iure communi diſpoſitum, & Luſitano ſeruatur.

DIſputandum deinde eſt de retractu rerum
1 emptarū, ac venerarū. Retractum † appellāt iuriſperiti, qñ qs priuilegio, lege, aut alia rōne ritè cōceſſo, extrahit rem alteri venditā eodē pretio, quo illā emerat, quia extrahēs ius hēt vt ꝓ eodem ꝓtio in emptione rei illius præferatur, nihil impediente, q alteri ſit iam vendita, & tradita ac ſoluerit is iam pretiū. Simili etiam modo eſſe pōt retractus in locationis, ac cōductionis contractu, & in alijs ſimilib. qñ aliquis ius habet, vt illo eodem modo præferatur cæteris in conductione in rei alicuius, aut in eo, q illam accipiat in emphyteuſim pro eadem penſione, vel in alia ſimili re.

2 De iure † Caſtellę, l. 13. ti. 10. li. 3. fori, & l. 6. & 7. lib. 5. ord. & l. 70. Tauri, & quinq. ſequentib. q oīa iura ſunt hodie, l. 7. & ſequentes vſq. ad l. 15. tit. 11. li. 5. nouæ collect. conceſſum eſt cōſanguineis vſq. ad quartū gradū, vt intra nouem dies, a puncto celebratæ ac perfectæ venditionis, retrahere pro eodē pretio poſſint *heredad*, hoc eſt, prædium, venditum ab aliquo cōſanguineorum, qđ ad patrimonium vendētis pertineret, i. quod traditū aut relictū, ſibi eſſet a patre, aut a matre, vel ex aliquo auorū, aut proauorū, ad ipſum peruenisset. Verba legis 7. in noua collectione hęc ſunt *Todo hōbre, que heredad de patrimonio o abolengo quiſiere uender, y alguno de aquel abolēgo la aquiſiere cōprar tanto por tanto, &c.* Atq. exponendo hoc ipſum lege 15. ſequenti additur. *Ni puadar ſacar tāto por tanto los bienes que anſi fueron vendidos, ſaluo quando los tales bienes fuerō vēdidos por perſonas que los huuieron heredado de ſu abolengo, o de ſu patrimonio y los uendieſen los que los anſi huuieſen heredado.* Ecce in qbꝰ bonis tm̄ locū hēat retractus iure ſanguinis in hoc Regno. Eſſe n. debet *heredad*, hoc eſt, prædium, comparatū ex patre, aut ex matre, vendentis, aut alicuius anteriorum aſcendentium, non titulo oneroſo, vt emptionis, aut ꝑmutationis, ſed ſucceſſionis in illo.

Sunt vero hęc fuſius explanāda. Atq. in primis obſerua, nō quēcūq. cōſanguineū vendentis vſq. ad quartum gradum habere ius retractus, ſed eos ſolos, q deſcendunt ex aſcendente, a quo primū tale ꝓdium fuit deriuatum. Vñ ſiqs emit ꝓdium, illudq; relinquit filio ſuo, qui id cuidā extraneo vendidit, tunc frater, cæteriq. collaterales primi poſſeſſoris, non habent ius retractus, ſed ſoli deſcendentes ex primo poſſeſſore, cōſanguinei vſque ad quartum gradum venditoris, ſiue ij filij, aut nepotes, ſiue pronepotes, aut abnepotes ſint primi poſſeſſoris. Ita Ant. Gom. l. 7. Tauri nu. 2. Et id perſpicuè conſtat ex verbis illorum duorū iurium paulo antea relatis: qui enim ius retractus habere debet, eſſe debet *de aquel abolengo* primi poſſeſſoris, hoc eſt, ab illo deſcendens.

3 Nō tñ ad ius retractus † eſt neceſſe, vt fuerit patris, & aui, venditoris, ſed ſatis eſt a patre, vel ab auo, deſcēdiſſe in vēditorē, vel virtute diuiſionis inter filios, aut nepotes, in bonis patris, aut aui, vel tanq̄ melioratio, aut ꝑlegatū, vel ſibi alio tit. Ita Ant. Gom. loco citato. nu. 3. Gut. 2. de pract. qq. q. 148. & alij, quos citat. Exigere vero vr̄ Ant. Gom. vt res vſq; ad mortē ꝑſeuerauerit cū auo,

aut

aut patre. Arbitror tamen, ſi filio, aut nepoti illam dediſſet, dũ adhuc viueret, ad ſacros ordines ſuſcipiendos, aut donatione ad nuptias, vel in dotem filiæ, aut nepti, vel alia ſimili donatione, atq. eiuſmodi deſcendens, ét viuente adhuc primo poſſeſſore, illam vẽderet, cõſanguineos deſcendentes ex eodem primo poſſeſſore: habere ius retractus, qm̃ id in patrimonio ex tali aſcendente eſt computandum. Et quoniam regulariter id tpe mortis talis aſcendentis, vel ad collationem eſt adducendum, vel accipiẽdum eſt tanq̃ legitima & melioratio, & ſaltem tamquam melioratio, legatum, aut prælegatum, in partitione bonorum talis defuncti, eſt reputandum. Et denique qm̃ ea eſt mens illorum iurium, cui potius, quam verbis, eſt ſtãdum. Si tamen primus poſſeſſor ante mortem ſuam id venderet, aut donaret alicui, qui de numero non eſſet deſcendentium, iſque poſtea id venderet, locum non haberet retractus, vt aperte conſtat ex verbis duarum illarum legum relatis, iũcto principio legis 15. & affirmãt doctores citati: tametſi quondam in Cancellaria Pinciana ea de re fuerit non parua controuerſia. Si tamen res patrimonialis ſemel vendita alicui extraneo, proximiore conſanguineo illam non retrotrahente, aut illi pmutata, vel donata, iterum reuerteretur ad poſſeſſorem, comparatione cuius ante talem alienationem erat patrimonialis, quãdo poſtea reuertitur non efficitur patrimonialis: qm̃ eo ipſo, quod deſinit eſſe patrimonialis in extraneo, non reddit eadem qualitas amiſſa. Ita Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 24. iuxta varia iura, quæ citat.

Ant. Gom. loco citato nume. 4. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 155. ac communior ſententia, quam
4 Gutier. refert, plurib. † contẽdunt naturales deſcendentes habere ius retractus. Placetq; illorum ſententia: præſertim cum in hoc regno ſuccedant in nobilitate patris, vt diſpu. 170. viſum fuit. Spurij verò ius retractus non hẽt, vt ijdẽ, & plerique alij affirmant. Si tñ reſcripto principis legitimati ſint, ius nãſcicuntur retractus, vt cum Coua. & alijs, quos citat, in calce diſputationis 173. dictũ eſt, idemq; affirmat Gutier. q. citata. Secus aũt, ſi eſſet diſpenſatus, & non ad hoc in particulari, vt ex dictis diſputatione proximè citata conſtat.

5 Exhæredati † ét ius habent retractus, & qui renunciauerunt cum iuro ſucceſſioni in bonis parentum: qm̃ renunciaſſe non cenſentur priuilegio retractus, qd ſanguinis iure ex quadam æquitate competit. Ita Ant. Gom. ibid. nu. 5. & 6.

6 Eccleſiaſtici † quoq; priuilegio retractus actiuè, & paſſiuè gaudent, id eſt, retrahere poſſunt: non ſecus, ac ſi eſſent laici; & retrahi poteſt, quod ipſi ſuorum maiorum vendiderint. Ratio potiſſima eſt, quoniam leges ciuiles, quæ cum exceptione clericorum non pugnant, communes ſunt Eccleſiaſticis cum laicis, vt diſp. 31. concl. vltim. & diſp. 364. dictum eſt. Conſentiunt Ant. Gom. vbi ſupra nume. 7. Gutier. loco citato q. 156. vbi fusè rẽ pertractat, & multa alia fundamenta adducit, noſtrum autem potiſſimum eſt, & latè patet, & plerique alij, quos citant.

Quamuis lex 13. titu. 10. lib. 3. fori, quæ eſt. 7. ti. 11. lib. 5. nouæ collect. ſolum concederet retractum propinquiori in gradu, illoq; retrahere nolente, aut non potente, denegaret retractum cæteris conſanguineis venditoris, lex tñ 75. Tauri, q̃ eſt 12. nouæ collect. retractum poſtea ita cõceſſit conſanguineis vſq; ad quartũ gradum, vt ſi priores in gradu retrahere nollent, aut non poſſent, retraherent poſteriores; intra idem tñ tempus nouẽ dierum a celebrato contractu venditionis. Quando autem duo, ant plures, æquales in gradu ad retractum accedunt, tunc res diuidenda eſt inter illos, neque ſenior præfertur iuniori. Ita hẽ l. 7. nouæ collectio. citata. Quando tamen quis vendidit prædium paternum, ſi venditor filium habeat, atque etiam fratrem, filium primi poſſeſſoris, & ad retractum vterque accedat, præfertur filius venditoris, fratri eiuſdem venditoris, patruo talis filij. Ita habetur l. 8. in fine tit. 11. nouæ collect.

7 Dubiũ eſt, ſi propinquior venditori in gradu, è vita venditione facta decedat, † antequã nouẽ dies ad retractum cõceſſi elabantur, relictoq; hærede extraneo, cui ius retractus alioquin non habeat, an tali hæredi ius retractus nomine, ac loco defuncti conueniat. Neganterq; eſt rñdendum: qm̃ priuilegium illud eſt mere perſonale iure ſanguinis conueniens, expiratq; cum perſona defuncti, neq; ad hæredes trãſit. Ita An. Go. l. 70. Taur. nu. 8. Addit tñ, ſi defunctus ante mortẽ eum retractũ intentauerat tranſire ius, & actionem ad hęredem, argũ textus in l. poſthumus, §. vlt. & l. ſequẽti. ff. de inoffi. teſt. vbi hẽ, ſiquis nondum pręparata querela inofficioſi teſtamenti à vita decedat, non tranſmittere illam ad hæredem: ſi verò decedat querela præparata per litis conteſtationem, tranſmittere illam. Argumento item l. vnicæ. C. ex delictis defunctorũ, vbi hẽ, ſi delinquens è vita diſceſſit lite aduerſus eum conteſtata, competere in ſolidũ actionem aduerſus hæredes illius. Conſentiunt Faber. & Bar. ab Ant. Gom. citati. Eadẽ ẽt rõne conſanguineus propinquior cedere non poteſt ius retractus cuidam tertio, ut Ant. Gome. cum multis alijs ibidem ſubiungit. Id quod apertè confirmat l. 7. ti. 11. lib. 5. nouæ collect. quæ ſtatuit, ſi conſanguineus propinquior retractum intentet, iurare compellatur, an ſibi ipſi rem velit, & ꝙ nulla alia vtitur fraude: quòd ſi retractum intentare non põt, vt rem alteri vẽdat, aut tradat, multò minus cedere alteri poterit ius ſuum.

Dubiũ

Deciſ.

8 Dubium † deinde eſt, ſi propinquior ingrediatur monaſterium bonorum capax, atq. in eo profiteatur, num monaſterium loco religioſi, poſſit retrahere. Negãterque eſt reſpondendum, pp eandem rationem: quoniam ius perſonale religioſi, non tranſit in monaſterium. Et qm̃ religioſus ille iam non nollet prædium illud ſibi, ſed monaſterio. quod l. 7. citata denegat propinquiori conſanguineo. Ita Ant. Gom. vbi ſupra nu. 9. Obſerua tamen ſi adhuc ille eſſet nouitius, competere illi ius retractus, vt rem ſuorum maiorum ſibi ipſi acquirat interim dum illius eſt capax, eſto intẽdat relinquere illã poſtea monaſterio, aut cuicunque alteri. Hac eadẽ ratione ius retractus competit noſtris poſt nouitiatum, emiſſaque tria vota con-

Dubiũ

Deciſ.

conſueta, interim dum profeſſi, aut coadiutores
nō ſunt: quoniam ſunt ſucceſſionis, ac bonorum
capaces, iuxta ea q̄ diſp. 139. latè explicata ſunt.
Poſtquā verò profeſſi, aut coadiutores ſunt, cum
neque ipſi capaces ſint bonorum, neq. monaſte-
rium, aut aliquis alius loco ipſorum, conſtat ius
retractus eis non poſſe competere.

Dub. 9 Dubium item eſt, ſi † monaſterium vendat prę
dium ingreſſi, quod fuit ſuorū maiorū, an proxi-
miori conſanguineo talis religioſi conueniat ius
Decis. retractus. Eſtq. neganter rn̄dendum cum eodem
Ant. Gom. vbi ſupra nu. 10. Qm̄ res illa non eſt
iam religioſi illius, ſed monaſterij, ad quod tran-
ſiuit: qn̄ autem res tranſiuit ad alienum, isq. illā
vendit, locum non habet retractus, vt expreſsè ha
betur. l. 15. tit. 11. l. 5. nouæ collect. Quod ſi ven-
derentur res nouitij, aut in noſtra ſocietate eius,
qui nondum profeſſus, aut coadiutor eſſet, tunc
locum haberet retractus; niſi prius talis nouitius,
aut religioſus de noſtra ſocietate, eā alicui donaſ-
ſet, aut cum alio eam permutaſſet, iſq. illā vende-
ret: in permutatione enim, & donatione locum
non habet retractus, vt patet. l. 7. & 15. citatis.

Quæſ. 10 Dubium † præterea eſt, ſi conſanguineus pro-
ximior in gradu, hæres exiſtat venditori prædij
ſuorum maiorum, atq. venditor intra nouē dies
retractus è vita diſcedat, nū eiuſmodi hæres re-
trahere poſſit tale prædium. Pars, quæ negat, ſua-
deri pōt. Primò, qm̄ hæres venire non pōt contra
factum defuncti, ēt ſi defunctus res proprias hæ-
redis legauerit, aut alienauerit, vt diſput. 196. ex
parte dictum eſt; quare retrahere non pōt præ-
dium a defuncto venditum. Secundo, qm̄ talis hę
res de euictione tenetur emptori p̄dij illius loco
defuncti: eò q̧ actiones, q̄ erant aduerſus defun-
ctum, tranſeant aduerſus hæredem: quem aūt de
euictione rei alicuius tenet actio, eundem, agen-
tem ad illam obtinendam, repellit exceptio, vt ex
l. vendicantem. ff. de exceptionib. & ex alijs iuri-
bus conſtat. Contrarium tn̄ eſt affirmādum cum
Ant. Gom. nu. 10. citato, Gutier. 2. de pract. qq. q.
149. Aries Pinel. l. 1. C. de bonis mater. p. 3. n. 79.
& alijs quos citant. Ratio eſt, qm̄ retrahendo rē
à defuncto venditam, non venitur contra factū,
& alienationem defuncti, factum, aut alienatio-
nem improbando, quin potius confirmatur, le-
gis priuilegio efflagitando, vt hæres ipſe loco pri
mi venditoris ſubſtituatur ad perficiendū cōtra-
ctum. Vn̄ ceſſat primū argm̄ in contrarium. Et ſi
mul ſecundū: neq. n. in retractu locum habet eui-
ctio, cum res non euincatur, quaſi venditor non
potuerit illā vendere, ſed legis priuilegio ſubro-
gandus ſit ſecundus emptor: quare neganda eſt
maior ſecundi argumēti. Et ſimiliter p̄batio il-
lius: neq. n. ſi venditor viueret, actio illa cōpete-
ret primo emptori aduerſus illum, quæ aduerſus
hæredem poſſet tranſire. Meritò Gutier. loco ci-
tato hanc ſententiam limitat, quando venditor
promiſiſſet rem tutam a retractu: tūc enim, cum
venditor teneretur ad intereſſe in euentu, quòd
res retraheretur, hæres ad idem onus teneretur,
ac proinde retrahere illam non poſſet.

11 Dubium † vlterius eſt, an iudex, qui emere non
pōt, neq. alios contractus in loco ſuæ iuriſdictio-
nis celebrare, tutor, & curator, qui emere nō poſ-
ſunt res minoris ipſis cōmiſſi, atq. alij ſimiles re-
trahere nihilominus poſſint. Affirmāterq. eſt re- Decis.
ſpondendum cum Ant. Gom. vbi ſup. nu. 12. Qm̄
hi nō ſunt principales emptores, ſed ſolū ſubro-
gātur loco emptorū principaliū, conſtituto prius
p̄tio ab ijs, de q̄b. nulla eſt ſiniſtra ſuſpicio: qua-
re alij cōtraxerunt, & hi ſolū ſubſtituūtur ad ſol-
uendum pretium, nullo de nouo inito contractu.

12 Dubium deinde eſt, ſi quis † vendat eiuſmodi Dub.
rē propinquo remotiori in gradu, an retrahere il-
lam poſſit proximiori in gradu. Quamuis autem Decis.
non defuerint, qui neganter reſponderint, cōior
tamē, ac vera ſententia eſt, retrahere poſſe in hoc
Caſtellæ Regno. Ita Ant. Go. vbi ſup. nu. 13. Gu-
tier. 2. de prac. qq. q. 150. & alij, quos referunt.
Lex quippe. 7. tit. 11. l. 5. nouæ collect. ait, *Todo
hombre que heredad de patrimonio o abolengo qui
ſiere vender* (nihil diſtinguēdo, num propinquo,
vel extraneo) & ſtatim concedit ius retractus ſoli
propinquiori, denegando illum remotiori, etiā ſi
propinquior retrahere non velit. Quamuis po-
ſtea l. 12. retractum extendant ad remotiores in
euentum, qd̄ propinquiores non poſſint, aut nō ve-
lint, retrahere. Quare intentū illarū legum non
fuit ſolum, vt prædium de familia primi poſſeſſo
ris non egrederetur, ſed ēt, vt deueniret ad ſolum
propinquiorē, ſi is poſſet, ac vellet illud emere.

13 Dubium † quoq. eſt, ſiquis vendidit vni pro- Dub.
pinquorum in aliquo gradu, vtrum partē retra-
here poſſit propinquus in eodem gradu, iuxta le-
gem. 7. citatam, q̄ habet. *Y ſi dos, o mas, la quiſie-
ren, ſi ſon en igual grado de prenteſco, portanlo en-* Decis.
tre ſi. Reſpondentq. affirmanter Ant. Go. nu. 13.
citato, & quidam, quos Gutier. vbi ſup. q. 151. re-
fert, ac ſequitur, aitq. Ant. Gom. ita cōſuluiſſe in
quæſtione de facto. Ab hac ſententia nō videtur
recedendum, tametſi dura ſeſe nobis offerat.

14 Vtrū † aūt ſi propinquior in gradu interroge-
tur, num velit retrahere, aut non poſſit compelli
ante terminum nouem dierum elapſum, vt reſpō
deat, partēq. alterā eligat. Reſpondet bene Anto.
Gom. vbi ſupra nu. 14. neganter, qm̄ lex illi tri-
buit totum id tp̄s ad deliberandum ac retrahen-
dum, qd̄ iudex non pōt ei coarctare. Addit tn̄, ſi
ſemel reſpondeat, ſe retrahere non velle, nō poſ-
ſe poſtea retrahere: quoniā iuri ſuo ceſſiſſet repu-
tatur. Ita probat l. vltim. §. ſed ne hac. C. de iur.
emphyt. & affirmant Bar. & communis ſentētia
quam Ant. Gom. ibidem refert. Numer. 21. rectè
Ant. Gom. addit, ſi propinquiores in gradu ante
terminum elapſum declarare non velint, an retra
here intendant, vel non poſſe remotiores retrahe
re tunc in euentum, ac ſub conditione, ſi propin-
quiores non retrahant, argumento l. vlt. C. qui
admitti. Numero item. 26. addit, etiam ſi in præ-
ſentia proximiori: conſanguinei retrahat remo-
tior, proximiore tacente, poſſe nihilominus pro-
ximiorem retrahere: quia per eam taciturnitatem
non cenſetur ceſſiſſe iuri ſuo.

15 Qn̄ † plures eiuſmodi res venduntur vnico p̄-
tio, tunc retrahere non pōt proximo conſangui-
neus

neus vnam ſine alijs: qñ tamen diſtinctis pretijs venduntur, ita vt intelligatur, quanto pretio vnaquæque earum vendatur, retrahere poteſt vnam ſine alia, aut alijs. Vtrumq. habetur. l.71. Taur. quæ eſt 10.tit.11.l.5.nouæ collect.

Dub. 16 Dubium † tñ eſt, ſi ſimul vēdantur res vna patrimonialis, cũ alia non patrimoniali vnico pretio, an patrimonialis retrahi poſſit. Rñdendumque eſt

Decis. affirmanter cum Ant.Go. vbi ſupra. nu. 15. Gutier. 2. de pract.qq.q.162. Tiraquello, & multis alijs, quos Gutier. citat, non ſolũ qñ vtraque res ſimul illo modo eſſet vēdita in fraudem, ne patrimonialis retrahi poſſet, in quo oēs conueniunt, ſed ēt qñ abſq. fraude id eſſet effectum: qđ cum Tiraquello probat Gutier. ex c. conſtitutus de in integrum reſtitutione, vbi retractus admittitur pro vna duntaxat parte, qđ totum quoddam venditum erat vnico pretio, & Ant.Gom. ex multis alijs iurib. q̃ citat. Cum aũt, qñ multæ res patrimoniales venditæ ſimul ſunt vnico pretio, integrum ſit proximior conſanguineo oēs retrahere, mirum non eſt, ꝙ lex Caſtellæ citata retractum in eo euentu non permiſerit rei vnius ſine alijs. Qñ verò res vna patrimonialis cum alijs, in quibus retractus locum nõ habet, ſimul venditur vnico pretio, quia in poteſtate conſanguinei non eſt oēs retrahere, liberum relinqui debuit retrahere poſſet ſolam patrimonialē, conſentaneè ad varia iura Cæſarea, & canonica. Tunc verò iudicis arbitrio æſtimari debet, quantum pretij illius correſpondere debeat rei patrimoniali, eoq. pretio retrahi dēt. Qđ ſi intra nouē dies ad retractũ conceſſos, abſolui nequeat æſtimatio, ait Gutier. ſatis eſſe offerre, qđ retrahens pro illa ſoluendum iudicauerit, offerendo ſimul idoneos fideiuſſores, quòd ſi plus æſtimabitur, id incontinenti ſoluet.

Dub. 17 Cum dubio † p̃cedente hoc aliud eſt annexum, vtrum ſi quis vendat rem patrimonialē pro certo pretio, & pro re alia ſimul, vt domũ patrimo-

Decis. nialem pro octoginta aureis, & equo, qñ iudicanda ſit venditio, vt locum habeat retractus, æſtimãdusq. ſit valor rei inſuper datæ, & qñ permutatio, locumque non habeat retractus, iuxta l.7. tit.11.l.5. nouæ collect. Dicendumq. eſt, vt diſp. 336. dicebamus, in re propoſita, vbi de præiudicio tertij agitur, ſi pretium valorem alterius rei excedat, eſto exceſſus ſit modicus, cenſendã eſſe venditionem: ſi vero valor rei excedat, reputandam eſſe permutationem. Qñ autem nullus deprehenderetur exceſſus, ſtandum eſſet verbis cõtrahentium, vt diſputatione citata dictum eſt, neque contradicit Ant.Gom.nu.15. citato.

Dub. 18 Dubiũ † eſt, ſi res patrimonialis detur inſolutum, hoc eſt, in recompenſationē pro aliquo debito, an locum habeat retractus. Gutier. vbi ſu-

Decis. pra.q.357. rem copioſè diſputat, citatis doctoribus pro vtraque parte. Paucis autem dicendum arbitror, ſi debitum ſi pecuniarium, & res detur in ſolutum, ſiue a domino ipſo (quod iuriſperiti dationem voluntariam appellant) ſiue iudicis autoritate, facta exequutioni in bonis debitoris, vēditaque tali re in publica ſubhaſtatione (quod appellant dationem neceſſariam) locum habere retractum: quia eſt vera venditio pro pecunia debita. Ita Greg. Lopez. l.55. tit.5. p.5. verb. vendere, Anto.Gom. l.70. Taur. nu.20. Gutier. vbi ſupra, & plerique alij, quos citant. Rõ eſt, qm̃ illa eſt vera venditio rei pro pecunia, q̃ erat ſoluenda. Concinit. l. ſi prædium. C. de euictionibus illis verbis. *Non eiuſmodi contractus* (quo. ſ. aliquid in ſolutum datur) *uicem uenditionis obtinet*. Eſto aũt debitum non ſit pecuniarium, ſi tñ eiuſmodi patrimoniale prædium vendatur, ēt iudicis autoritate in publica ſubhaſtatione facta exequutione in bonis debitoris, vt ex pretio ſatisfiat pro debito iuxta æſtimationē rei, q̃ alioquin erat præſtanda, habet locum retractus, ēt ſi is, qui emit, ſi creditor ipſe, q licitauit, &, ꝙ nõ fuerit alius, qui plus pretij dare vellet, ei ſit eo modo vendita. Ita hr̃ expreſsè l.70. Tauri, q̃ eſt 9. ti.11. lib.5. nouæ collect. q̃ ſic habet. *La ley del fuero, que habla cerca del ſacar el pariente mas propinquo la coſa uendida de patrimonio por el tanto, aya tambien lugar, quando ſe uendiere en el almoneda publica, aunque ſea por mandamiento de Iuez*. Rõ aũt eſt perſpicua, qm̃ ibi duo contractus interueniunt, vnus eſt formalis venditio rei pro pretio, in quo non eſt cur locum non habeat retractus: alter verò ſolutio ex eo pretio debiti præteriti; qui eſt cõtractus diſtinctus; longeque diuerſus. Qñ autem res patrimonialis daretur in ſolutum pro re, quæ non erat pretium, vt pro equo debito pro alio prædio debito, pro aliquibus tritici modis debitis, non facta prius venditione talis prædij patrimonialis, tunc locum non haberet retractus: qa eſſet vera permutatio, in qua, vt hr̃. l.7. ti.11. li.5. nouæ collect. locum non habet retractus. Idem dicerem, qñ patrimonialis res daretur pro re, q̃ non eſt pretium, ita vt eſſet cõtractus innominatus a permutatione diſtinctus, vt ſi patrimoniale prædium daretur pro ſeruitijs præſtitis pro quibus pretium nõ erat taxatum, aut pro alia ſimili re. Rõ eſt, qm̃ retractus ſolum habet locum in vēditione. Neq. verum eſt, qđ Gutier. q. citata ait nempe lege 7. tit.11. ſolam permutationem excipi a retractu inter contractus. Imò verò in ſola venditione iuribus omnibus Caſtellæ cõceditur retractus, vt pſpicuè leges illas conſulenti liquet: cum aũt retractus iure cõi, vt videbimus, denegetur non plus eſt extendendus in Caſtella, q̃ legibus illius comperiatur conceſſus. Illud aũt, qđ de pmutatione l.7. citata eſt additũ, pſpicuè non eſt exceptio, ſiquidē nihil fuerat antea dictum, qđ permutationē comprehenderet, ſed eſt exemplum, atque explanatio; quòd, quando contractus non eſt vēditio locum non habeat retractus.

19 Qñ † patrimoniale prędium credito venditur, locum habet retractus intra nouem dies a celebrato contractu, retrahens tamen non tenetur ſoluere pretium intra nouem illos dies, ſed ſatis eſt, ſi illud ſoluat in termino priori emptori conceſſo. Tenetur tamen intra nouem illos dies præſtare coram iudice idoneos fideiuſſores, quòd in eo termino pretium ſoluet. Ita habetur l.72. Tau. quæ eſt. 11. tit. 11. l.5. nouæ collect. De hac re Ant.Gom. vbi ſupra nu. 22.

Ita

Ita nouem dies ad retrahendum conceſſi ſunt in hoc Regno, vt ſi minor, et ſi pupillus ſit; vel abſens, intra illos non retrahat, poſtea, nec beneficiũ reſtitutionis in integrum, nec reſecatio, ſeu detractio tpis illius ei concedatur. Poteſt vero tutor, aut curator, noĩe minoris intra nouem illos dies id retrahere. Hæc expreſſe habentur l. 8. tit. 11. lib. 5. nouæ collec. Quamuis aũt non defuerit, qui minori ex alio capite beneficium reſtitutionis in integrum concedendũ cenſuerit: id tñ copioſè, & rectè refellit Gutier. vbi ſupra q. 159. eſtque apertè contra l. 8. citatam. Ceſſante vero diſpoſitione huius legis locum haberet reſtitutio in integrum vt ex c. conſtitutus de integr. reſt. conſtat.

Quęſt. 20 Dubium eſt, an † nouem dies ad retrahendum conceſſi incipiant a tempore cõtractus venditionis celebrati, ac perfecti, an verò à tpe traditionis rei venditæ. Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 16. & 17. incipere arbitratur, non a tpe contractus celebrati, ſed a tempore traditionis, non per actũ fictum, ſed per actum verum, ac naturalem traditionis. Excipit, niſi venditio in publica ſubhaſtatione fiat: nam tunc fatetur incipere a tpe *del remate*, venditioniſve perfectæ, neque expectandum eſſe tẽpus traditionis, vt expreſsè habetur l. 70. Taur. quæ eſt 9. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. Vbi, cum ſermo eſſet de venditione in publica ſubhaſtatione iudicis autoritate, poſt verba, quæ ex eadem lege paulò ante retulimus, additur. *Y los nueue dias, que diſpone la ley del fuero, ſe cuente en eſte caſo deſde el dia del remate.* In hac eadem ſnia, quatenus affirmatur dies numerandos eſſe a tempore traditionis conſentiunt alij, quos idẽ Ant. Gom. & copioſius Gutier. 2. de præc. qq. q. 152. citant. Ducuntur primo, quia idcirco retractus eis legibus conceditur, ne res exeat de genere, ſeu de familia vendentis: ſed ante traditionem res non dicitur alienata, nec proinde exire de familia, vt cõſtat ex l. alienatum. ff. de verb. ſignific. cuius verba ſunt *Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum rectè dicitur*. Confirmatur, quoniam non à tpe venditionis, ſed traditionis, tranſit dñium rei venditæ in emptorem, vt patet l. traditionibus. C. de pact. & alijs iuribus ſæpèque in præcedentib. dictum eſt. Secundò, quia, ſi non a tpe traditionis, inciperent dies illi facilè venditionis notitia non deueniret ad conſanguineum qui retrahere deberet: quin potius fieret ſecretè venditio ſolo verbo, idque dolo ne deueniret notitia ad conſanguineum contractuſque manifeſtaretur poſt nouem dies elapſos: & cum ſcientia propinqui neceſſaria nõ ſit vt aduerſus illum nouem illi dies præſcribantur; facilè deluderentur propinqui, ne retrahere poſſent, quod præſumendum non eſt conditores legum retractus intendiſſe.

Contraria ſententia cõmunior eſt, atq; in praxi recepta, quod Ant. Gom. non diffitetur. Eam amplectuntur Couar. 3. var. reſ. c. 11. nu. 2. Laſſarte de decim. vend. c. 3. nu. 4. Gutier. q. 152. citata, & plurimi alibi quos referunt, eademque nobis probatur. Quoniam Hiſpana iura, quæ retractũ intra nouem dies concedunt, illos computandos eſſe a venditione conſummata ſæpe affirmant, & numquam a traditione: venditio autem mutuo conſenſu perficitur ante traditionem, vt diſput. 337. copioſè oſtenſum eſt. Legere apud Gutier. vbi ſupra licebit varia iura Hiſpana, quorum verba expendit, quæ perſpicuè hanc ſonant ſnĩam.

21 Dubium † eſt, quando contractus venditionis, iuxta ea quæ diſputatione citata dicta ſunt, ſuſpenditur vt ſcriptura perficiatur, an ante ſcripturam confectam incipere cenſendi ſint nouem illi dies a tempore mutui conſenſus. Gutier. vbi ſupra affirmat. Mihi verò contrarium videtur verum: quoniam, cum vſque ad ſcripturam confectam contractus non ſit perfectus, immò verò ſit ſuſpenſus vt ſcriptura perficiatur, integrumque vtrique contrahentium ſit ab illo diſcedere, nõ video, cur dies illi ante ſcripturam confectam incipere ſint cenſendi. Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 2. nu. 27. a ſcriptura confecta incipere affirmat; tametſi remittat ſe ad ea, quæ l. 7. Taur. de retractu dixit; in quo parum ſibi conſtare videtur: niſi dicas, & illum etiam euentum excipere: eò quòd quando publica ſcriptura confecta eſt, ſatis potuit deuenire ad notitiam propinquorum: ſicut quando venditio in publica ſubhaſtatione perficitur.

Primum argumentum pro opinione Antonij Gomezij ſi vllas haberet vires, concedere deberet illius autor, etiam a traditione per actum fictum incipere eos dies: eo quod actus fictus ad alienationem ſufficiat, immò & ad comparandam poſſeſſionem vna cum dominio. Item cùm, quando venditio in publica ſubhaſtatione perficitur, alienatio ante traditionem facta non ſit, perſpicuè conſtat, intentum conditorum legum Caſtellæ non fuiſſe, vt dies illi non inciperent ante alienationem prædij patrimonialis conſummatam. Dicendum ergo eſt, licet intentum illorum legumlatorum fuerit concedere retractum, vt ſi propinqui vellent, res in familia retineretur, non tamen illum conceſſiſſe, niſi intra nouem dies a venditione conſummata.

Ad ſecundum dicendum eſt, nouem illos dies incipere a venditione palã conſummata, aut manifeſtata, ita vt quantũ eſt ex cõſummationis modo, ad aliorum notitiam deueniat: quare ſi inter ſolos contrahentes venditio fiat, cæteris id ignorantibus, dies currere nõ incipient, & multò minus currere incipient, quando fraude contrahentium ita venditio fuit conſummata, vt ad propinquorum aures deuenire non poſſet, vt cũ Tiraqu. & alijs, rectè Gutier. ait. Atque hinc ſolutum argumentum, quod ex verbis legis 9. ſupra relatis confici poteſt, mirorque ab autoribus contrariæ opinionis non fuiſſe confectum. Cum enim l. dicat. *Y los nueue dias, que diſpone la ley del fuero ſe cuenten en eſte caſo deſde el dia del remate*, innuitur, argumento a contrario ſenſu, in alijs euentibus non computandos a conſummata venditione, ſed a traditione. Dicendum tamen eſt, quod quia in eo euentu non poterat celebrari contractus ita, vt ex celebrandi modo deueniret notitia ad propinquos, idcirco fuiſſe addi-

ſe addita verba illa,ad innuendum in alijs venditionibus, niſi palam conſummarentur, aut poſt conſummationem palam manifeſtarentur, non incipere dies,niſi a tempore manifeſtationis.

22 Dubium † deinde eſt,an nouem dies,ad retractum conceſſi cõputandi ſint de momẽto in momentum, ita vt ſi venditio perfecta fuit die Lunæ hora tertia pomeridiana, nouem dies finiantur die Mercurij hebdomadæ ſequentis eadem hora: an verò cõputandi ſint dies a media nocte in mediam noctem: id quod duobus modis põt intelligi; vel computãdo incluſiuè terminum a quo, ita vt in exemplo propoſito dies finiantur die Martis in confinio mediæ noctis diuidentis diẽ Martis a die Mercurij, iuxta morem Romanorũ ſupputando dies, vt habetur l.more Romanorum.ff. de ferijs, vel computando excluſiuè à termino a quo, ita vt in exemplo propoſito excludatur dies Lunæ,& dies finiantur die Mercurij in confinio Mediæ noctis diuidentis eum diem a die Iouis.

Gl.c.ſtatutum verb.numerandũ de præb.libr. 6.quam multi amplectũtur,quos Tiraq.de vtroque retract.tit.1.§.1 gl.11.num.16.& ſeqq.refert ac ſequitur cenſet.Qñ apponuntur eiuſmodi prę poſitiones. A. Ab. Ex.denotantes terminũ, a quo fieri dẽt ſupputatio,& dr̃,intra nouẽ dies, v.g. a die venditionis,ex die venditionis, ab emptionis die,excludendum eſſe diem termini a quo, & cõputandos eſſe nouem dies ſequentes,ita vt in exẽplo propoſito dies finiantur in confinio mediæ noctis diuidentis diem Mercurij a die Iouis. Ducuntur hi autores, quoniam præpoſitiones illę ex proprietate ſermonis excluſionem termini a quo ſignificant, perindeq; eſt,ac ſi diceretur,intra nouem dies poſt diem venditionis.

Iuxta hanc doct.Gutier 2.de prac.qq. q.154. cenſet, nouem dies ad retractum in hoc Regno conceſſos,ſupputandos eſſe a die emptionis excluſiuè,hancq; affirmat eſſe cõmunem ſententiã. Neque alio ducitur fundamento,quã traditæ doctrinæ,& quia l.70.Taur.quæ eſt 9.tit.11.lib 5.nouę collect.agens de venditione in publica ſubhaſtatione ait, *Y los nueue dias, que diſpone la ley del fuero, ſe cuente en eſte caſo deſde el dia del remate.* Ecce, inquit,a die perfectæ venditionis dixit, ac proinde excludendus eſt dies ille a ſupputatione nouem dierum. Ea aũt lege arbitratur exponi ea in parte antecedentes leges, ex quibus contrariũ,vt referemus,colligi videbatur. Citare ẽt potuiſſet antiquiorẽ.l.15.eiuſdẽ tituli,quæ eſt Hẽrici ſecundi,& habet. *Que los demanden deſde el dia que la uenta fuere hecha haſta nueue dias.*

Ant.verò Gom.l.70.Taur.n.25.ſupponẽs tãquam indubitatum,ſupputandũ eſſe diẽ perfectę emptionis,aut factæ traditionis,ſolũ q̃rit, an ſermo ſit de diebus naturalibus, ita vt,in exẽplo pro poſito nouem dies finiantur in confinio mediæ noctis diuidentis diem Martis a die Mercurij,an vero ſermo ſit de diebus ſupputatis a puncto in punctum, ita vt finiãtur die Mercurij hora tertia pomeridiana. Amplectitur verò ſcdam hanc partem,cũ multis alijs,quos Gutier. vbi ſupra citat. Atq; hæc ſnĩa placet. Primo,qm̃ oẽ tp̃s regulariter,ſeu vbi ex iure aliud non colligitur,& oĩs terminus,atq; dilatio legalis,ſupputatur a momento in momentũ, ita vt noĩe cuiuſq; diei p̃ſcripti, aut conceſſi, intelligantur 24.horæ integræ a die termini a quo incluſiuè, iuxta initiũ ſupputationis in eo die p̃ſcripti,vt ſi dicatur, a die emptionis,a die electionis, latæ ſnĩæ,&c. Ita probãt l.3. §.minorẽ.ff.de minorib.l.pater.ff.ad l.Iuliam de adult.l.eos qui.§.ſin aũt. C.de appellat.& l.2. §. dies.ff.qñ appellandum ſit, & affirmãt doct.ibi, idq; hẽt proprietas ſermonis, mosq; ſupputandi conſuetus: neque terminus a quo excluditur, qñ eſt quippiam diuiſibile,vt dies menſis,annus,aut res alia,in cuius parte cernitur id, cuius in ſupputando hr̃ ratio, Vt natiuitas, appellatio,electio, emptio,&c. Vnde dicimus febrim tertianam, & quartanã,quæ a tertio in tertium diẽ, aut a quarto in quartum,reuertitur. In re aũt,de qua diſputamus,eſt efficaciſsimum hoc aliud argumentũ, a quo ſane nõ expediunt autores contrariæ ſniæ. Concedunt.n.ſi lex dicat,intra nouem dies a venditione cõſummata,dies ſupputandos eſſe a puncto emptionis conſummatę;eo q̃ terminus a quo qui excludendus in ſupputando eſt, non ſit dies emptionis,ſed emptio ipſa, a cuius conſummationis puncto incipit decurrere tempus nouem dierum: at verò l.7.tit.11.lib.5.nouæ collec. quę eſt prima,quæ de retractu lata fuit, ſic habet; *Si deſpues que fuere vendida haſta nueue dias viniere, y diere el precio porque es vendida,ayala.* Ecce,dixit, vſque ad nouem dies poſt venditionem conſummatam, & non poſt diem venditionis, aut a die venditionis. Et l.8.ſequenti, quæ ab Henrico II.anno 1473.lata fuit,atq; lex *de Nieua* idcirco appellatur,q̃ in eo oppido lata fuerit habetur. *Porende declaramos, y ordenamos y mandamos, que los nueue dias contenidas en la dicha ley del fuero, para que el mas propinquo ſaque la heredad vendida,corran contra los menores de veinte y cienco años,&c.* Et infra. *Y que aya lugar cõtra ellos eſta preſcripcion de los dichos nueue dias, y que a la letra ſe guarde la dicha ley.* Reſpondet Gutier. eas leges declaratas fuiſſe poſtea leg.70. Tauri,quæ eſt 9. in eo.titu. At certè lex illa effigiem nullam habet declarationis, ac reſtrictionis præcedentium: neque aliud ius ea in parte fuit poſt eam legem,& ante eam legem. Præterquàm autem,quòd lex ipſa ad eum ſolum euentum reſtringit eam diſpoſitionem, dicens; *Y los nueue dias,que diſpone la ley del fuero ſe cuenten en eſte caſo deſde el dia del remarte*,certè; Hiſpana phraſi,quin & latina, idem eſt *del dia del remarte,* ac *deſde del remarte*, & id concipit, qui eam legem audit. Adde,iuxta opinionem doctorum,quos impugnamus, plus quàm nouem dies concedi in hoc Regno ad retractum: cuius contrarium ſonant leges ipſæ, & habet vſus loquentium.

Decis. Illud tamen obſerua, ſi ob autoritatem gloſſæ citatæ,& ob multitudinem doctorum, qui illam ſequuntur, videris alicubi conſuetudine præſcripta eſſe receptũ, vt in aliquo euentũ dies termini a quo excludatur, ſtandum eſſe cõſuetudini, quę

interpres

interpres eſt legum, vimque legis habet. In re autem, de qua diſputamus, cum doctores noſtri temporis contrariè ſentiant, ipſeque Gutier. difficilè fateatur rei huius definitionem, nihilq; in ea eſſet certum, cenſendum omnino eſt, non eſſe conſuetudinem præſcriptam, quæ diem illum excludendum eſſe habeat.

23 Dubiũ † præterea eſt, nouẽ dies ad retrahendum conceſſi, qñ incipiant in venditione ſub cõditione in futurum pendente, verũ à puncto celebrati contractus, an verò à puncto cõditionis impletæ.

Suaderi aũt põt, incipere ante conditionẽ impletam, ſtatim a celebrato contractu. Primo, quoniã qñ ſnĩa lata eſt ſub conditione, ſtatim à lata ſententia incipiunt dies ad appellandum cõceſſi, & non à puncto conditionis impletæ, vt conſtat l.1.§.biduum.ff.quand.appell.fit, & c.biduum.2.q.6. ergo idem erit diebus ad retrahendum conceſſis, ſit venditio ſub conditione ſit facta.

Secundò, quia in contractibus conditionalib. attenditur tempus, quo celebrati ſunt, non verò conditionis impletæ, vt hr̃ leg. ſi filiusfamilias in prin.ff.de verb.obl. & alijs iurib. Eſt verò cõtractus conditionali ſtatim perfectus, vt patet. l.neceſſario.§.ſi ita res.ff de peric.& comm.rei vend. vbi gl.ait, non licere alteri contrahentium inuito altero a contractu diſcedere: ergo in eo dies retractus à tempore celebrationis computandi ſunt.

Tertiò, quia, ſi poſtea impleatur conditio, retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, vt diſp.337. varijs iuribus oſtendimus: ergo retrotrahetur effectus omnis illius contractus, ac proinde conſanguineus retrahere iam non poterit: eò qđ, in conſequentiam fictionis, tranſactum ſit iam tempus nouem dierum ad retrahendum conceſſum. His rationibus Guido Papæ, & quidã alij, hanc partem ſunt amplexati.

Contrarium tñ, nempe dies illos non incipere, niſi à puncto conditionis impletæ, affirmat cõmunis doctorum ſnĩa, quam referunt, ac ſequuntur Couar.3.var.reſ.c.11. nu.1. Ant.Gom.l.70. Taur.nu.21.& Gutier.de pract.qq.q.153. idque nobis eſt amplectendum. Ratio aũt eſt, quoniam vt diſpu.337. dictum eſt, quamuis ex venditione conditionataria in ſpe oriatur & obligatio, vt neuter contrahentium pendente conditione diſcedere poſſit à contractu inuito altero; nõ eſt tamẽ perfectus contractus ante conditionem impletã, vt habetur l.hæc venditio. ff.de contrah.emptio. cum ergo dies retractus non incipiant, niſi a venditione perfecta; conſequẽs profectò eſt, vt à puncto conditionis impletæ ſint computandi, & non antea.

Ad primum argumentum in contrarium, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia: quoniam eo ipſo, ꝙ ſnĩa ſub conditione eſt lata, incipit iudex grauare partem, aduerſus quam fertur, eaq; de cauſa incipit tp̃s ad appellandum cõceſſum, vt ait glo.l.3. §.1.verbo.experitur. ff.quod quiſq; iuris, & affirmant doctores cõiter, non verò reperitur quid ſimile in venditione conditionali prædij patrimonialis.

Prior pars antecedentis ſecundi argumẽti vera eſt, ſed impleta prius conditione, quæ retrotrahitur iuris fictione ad tps celebrati cõtractus. Vnde, ſi filius ſub conditione contrax t, qñ acquirebat patri, conditioq; impleatur, poſtquam eſt ſui iuris, ex eo contractu acquiritur patri: quoniam, impleta iam conditione, ſpectatur tempus celebrati contractus, & non conditionis impletæ, vt habetur illa l.filiusfamilias in princ. Poſterior antecedentis pars neganda eſt, qñ conditio pendet in futurum, venditioq; propriè, ac expreſsè eſt conditionalis: at vero l.neceſſario.§.ſi ita res, ſermo eſt de venditione mãcipij, ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue non, quòd diſiunctum non eſt conditio pendens in futurum, ſed neceſſaria. Quod autem glo.ibi ait, verum eſt, etiam in conditione pendente in futurum.

Ad tertium, conceſſo primo antecedente, concedenda ẽt erit prima conſequentia, ſi ſermo in conſequente ſit de omni effectu, qui eſt proprius effectus contractus: tp̃s autem ad retrahendũ poſt venditionẽ perfectam non eſt effectus venditionis, ſed beneficium, ac priuilegium legis, ꝙ conceſſiſſe cenſetur, venditione iam verè in re perfecta, non verò fictione iuris per retrotractionem conditionis ad tempus celebrati contractus: quare neganda eſt tacita vlterior conſequentia.

Tiraquellus de vtroq, retractu cenſuit doctrinã traditam limitandam eſſe, niſi ante impletam conditionem venditor rem tradiderit emptori, ita vt ad conſanguinei notitiam ea traditio potuerit deuenire nam tunc cenſet tempus ad retrahendum conceſſum, incipere à traditione ante impletam conditionem; eò quòd, vt diſputatione citata ex Bar.iuxta l.dotis fructus, §.vlt.iuncta l. ſequenti, ff.de iure dotium, dictum eſt, per traditionem illam transferatur dñium. Atq; hæc limitatio confirmari poteſt ex cap. per tuas de conditionibus appoſ. vbi ſponſalia conditionalia pronunciantur, ſubſequuta copula, atque adeò corporũ traditione tranſijſſe in matrimonium, eò qđ per copulam illam receſſiſſe cenſeantur ſponſi a conditione, quæ adhuc in futurum pendebat. Cõtrarium tamen dicendum eſt cum Cou.3.var.reſol.c.11.nu.1.& 2.& cum Gutier.q.citata. Etenim traditio, in re propoſita, cenſenda eſt fuiſſe ſub eadem conditione, ſub qua venditio fuerat effecta, niſi aliud fuerit expreſſum, velle videlicet recedere à conditione, pureque velle contractum perficere: quare, cum per eam traditionem perfectus contractus non ſit, pendente adhuc conditione, conſequens profectò eſt, vt dies ad retrahendum conceſſi nondum incipiant ante conditionem impletam. Neque quod de ſponſalibus ante Cõcilium Tridentinum copula ſubſequuta adducitur, quicquam cogit. Etenim, cum copula illa abſq; fornicationis peccato eſſe non potuerit, niſi recedendo à conditione, & celebrando matrimonium, præſumitur, iuris & de iure præſumptione, illos intendiſſe tunc recedere, à conditione, celebrareq; matrimonij contractum: in re autem propoſita, cum traditio abſque vlla culpa eſſe potuerit ſub eadem conditione, ſub qua venditio fuit celebrata, non eſt quòd

præſumatur recedere intendiſſe à conditione.

Dub. 24 Petes, vtrū † ſi conſanguineus, celebrato contractu ſub conditione, pendentq; adhuc conditione, retrahere velit offerendo pretium, an efficere id poſſit ſub eadem conditione. Affirmanterque
Deciſ. eſt rñdendū, atque Tiraquellus ita in Gallia eſſe conſuetudine receptum, & Matien. in Hiſpanijs, vt Gutier. vbi ſupra refert. Quòd ſi in iudicio id fecit, ſeruatis oībus ad id requiſitis, neceſſaria nō erit ratificatio retractionis intra nouem dies a cōditione impleta; alioquin neceſſaria erit.

25 Dubium † ēt eſt, ſiquis vendat, ac tradat rē cū pacto, vt redimere illam poſſit pro eodem pretio intra tm̄, vel tm̄ tps; & proximior conſanguineus velit illā retrahere intra nouem dies a celebrato contractu, iuxta leges retractus, & ſimul intra id tps concurrat venditor ad illam redimendā, quis eorum ſit præferendus. Faber. §. 1. Inſti. de empt. & vend. aſſeruit, præferendum eſſe cōſanguineū: qm̄, inquit, eo ipſo, ꝙ venditio fuit perfecta, fuit proximiori conſanguineo acquiſitum ius ad re-
Deciſ. tractum. Contrariū meritò affirmāt Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 18. Tiraqu. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 161. ad primū. Tum quia venditor prius ſibi ius reſeruauit eam rem redimendi. Tum etiam quoniam iura non aliter proximiori conſanguineo ius retractus concedunt, quam ſine præiudicio pacti inter venditorem, & primum emptorē. Immo verò retrahens ſubit vicem primi emptoris, teneturq; ad omnia, ad quæ ille vi contractus tenebatur, vt ſupra dictū eſt: eo ꝙ retractus nō ſit diſtincta emptio à priori, quaſi prior reſcindatꝰ, vt Ant. Gom. vbi ſupra nu. 35. rectè ait.

26 Cum † præcedenti dubio hoc aliud eſt cōiunctum, nū ſi proximior conſanguineus rem iā retraxit, & venditor poſtea velit illam redimere, teneatur proximior cōſanguineus eam illi dare accepto pretio, pro quo fuit vendita. Pars, quæ negat, ſuaderi poteſt, qm̄, vt dum de venditione cū pacto de retrouendendo inferius erit ſermo, videbimus, ſiquis rem illo pacto vendat, & emptor illam iterum vendat, & tradat alteri, nullo iniūcto ei onere, non tenetur ſecundus emptor illam tradere volenti eam redimere, niſi aliquid eorū interueniat, quæ ibidem explicanda ſunt, ſed ſolum agit primus venditor ad intereſſe aduerſus primū emptorem: ergo idem dicendum erit in re propoſita. Contrarium tamen eſt omnino dicendum cum Anto. Gom. nu. 18. citato, & Gutier. in reſp. ad primum citati. Ratio eſt, quoniam retrahens vicem ſubit primi emptoris remq; priuilegio legis retrahit eo modo, quo vendita fuit, atque cum oneribus oībus, ad quæ emptor tenebatur: quare ſtare tenetur pacto de retrouendendo eo modo, quo primus emptor ſtare tenebatur.

Gutier. 2. de pract. qq. q. 160. Cum Tiraquello, & Burgo de Pazait. Qn̄ res vendita fuit pecunia numerata, non ſatis eſſe ei, qui retrahere vult, ſi pretium coram iudice deponat, & deinde requirat, ac citet emptorem, vt tradat rem, ſed opus eſſe intra nouem dies offerre pretium ipſum emptori, & in defectum, quod recipere illud nolit, adire iudicem, & narrare factum, ac deponere pretium de mandato illius, citareq; intra eoſdem nouem dies emptorem, vt rem reſtituat. Lege apud illum ea, quibus ad hoc aſſerendum ducitur, & formam praxis, quam tradit.

Cou. 2. var. reſ. c. 11. n. 3. Gutier. 2. de pract. qq. q. 161. & alij, quos referunt, affirmant. De ſtylo huius Regni, qn̄ facta exequutione in bonis alicuius de iudicis mandato ea in publica ſubhaſtatione venduntur, a die *del remate*, hoc eſt venditionis perfectæ, concedi debitori, cuius ea erāt bona, retractū, in bonis quidem mobilib. intra tres dies, in immobilibus verò intra nouem dies. Præterea, ſi ab exequutione, ac venditione ſit appellatū, & præſertim ſi, interpoſito licitatore bona illa in poteſtatē creditoris deuenerunt, aut vili vendita ſint, ſolere a ſupremis iudicibus concedi, vt intra certum tps, ipſorum arbitrio præfixum, poſſit reus illa trahere, at tn̄ ſine fructibus, eò qd retractus ille ex gratia concedatur, ſolutiſque expenſis exequutionis. Item, ſi probetur infra dimidiū iuſti pretij bona illa fuiſſe vendita, intra quadrienniū poteſt reus vti remedio, l. 2. C. de reſcin. vēd.

Hinc iam oritur dubiū, vtrū qn̄ lex 9. titu. 11. Dub.
27 lib. 5. nouæ collec. diſponit, vt vendita † re in publica ſubhaſtatione, nouē dies, q proximiori conſanguineo ad retractum conceduntur, ſupputentur a die *del remate*, intelligenda ſit, expectatis prius inſuper trib. illis, aut nouē diebus, quid de ſtylo conceduntur reo ad retractum, an non? Caſtillo, & Matien. quos Gut. vbi ſupra refert, partē amplectuntur, quæ affirmat. Contrarium tn̄ meritò Gutier. ibidē affirmat. Tum ob verba expreſſa legis illius. Tum ēt quoniā id nihil oīno impedit, quominus idē reus intra tps ſibi conceſſum, Deciſ.
poſſit rem retrahere, ſicut ab alio, cui in publica ſubhaſtatione ſit vendita, ſic ēt a proximiori conſanguineo, qui illam retraxiſſet. Etenim, cum ad conſanguineum tranſeat cum onere, cui apud primū emptorē ſubiacebat, vt paulo antea dictū eſt, ſane reus ius ſimiliter habebit ad illā retrahendū ex conſanguineo, ſicut ex primo emptore.

Retractum, de quo hac diſputatione loquuti ſumus, & de quo ſequenti erit ſermo, qui peculiares ſunt huius Caſtellæ Regni, & quarundā aliarum regionū, non reprobat, ſed potius approbat, ius canonicū, c. conſtitutus de in integ. reſt. In lege etiā veteri, vt Leuit. 25. conſtat, retractus poſſeſſionum venditarum iure propinquitatis concedebatur, vt ſcilicet propinqui venditoris extrahere illas ab emptoribus poſſent pro eodem pretio iuxta annorum numerum, qui vſq; ad Iubilei annum ſupereſſent, quo tpe poſſeſſiones ad priſtinos dn̄os reuertebantur. Quamuis autem quondam de iure cōi retractus concederetur conſanguineis, & ſocijs, hodie tamen non conceditur, vt patet l. dudum. C. de contrahen. emption. & l. 1. C. communi diuidundo. Atque idem eſt de iure Luſitano libr. 4. ordin. tit. 25. Quare de iure communi, & Luſitano, fas eſt cuique ſociorum, & cōſanguineorum eligere emptorem, quem voluerit, neque cæteri ius retractus habent. Additur, in ordin. Luſitan. conſentaneè ad leg. dudum citatam, & ad l. vlt. C. de rebus alien. non alienandi, ſi ni-

ſi nihilominus teſtator aliquis relinquat hæreditatem, aut legatū alicui, vel aliquis donet, aut vēdat aliquis alicui ea lege, & cōditione, vt alienare illud non poſſit, niſi fratri, aut propinquiori conſanguineo, vel alicui alteri, alienationem eſſe ipſo iure nullā, niſi iuxta legē, ſeu cōditionē præſcriptam fiat. Qn̄ etiam res ad multos ſpectat ſocios, atq; eſt talis, vt ſine diſpēdio in partes diuidi nequeat, vt eſt mancipium, equus molendinū domus, & ſimilia, ſi ſociorum vnus vēdat extraneo partem ſuam, validam quidem eſſe vēditionem, nec habere locum retractum: nihilominus ſocios alios contendere poſſe, vel cum ſocio, antequam vendat, vel cum emptore poſt celebratam venditionem, iudicio communi diuidundo, vt res illi concedatur, ſiue ſocius ſit, ſiue extraneus, qui plus iuſti pretij pro re tota pollicitus fuerit meliorēve conditionem cæteris ſocijs obtulerit. Ita hr̄ l. 1. C. com. diuid. & cōſentiunt Luſit. ord. lib. 4. tit. 77. §. 19. vbi ſtatuunt, vt ſi nihil horum fiat res locetur, ac ſocijs inter ſe diuidant redditus. Idē diſponitur de hæredibus, qui rem ſimilem diuidendam inter ipſos habent. Quę de ſocijs hoc loco dicta ſunt, ad ſequētem diſputationem ſpectabant: propter connexionem tamen doctrinæ hoc loco inſerta ſunt. Quędam etiam, ad hanc diſputationem attinentia ſubijciemus diſputatione ſequēti, eò quod vtrique retractui communia ſint.

De retractu ratione communionis in re cum venditore. Et cōmunia quędam huic, & præcedenti retractui.

DISPVTATIO CCCLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Socius habet ius retractus in partē vēditam ab altero ſocio pro indiuiſo: ſecus ſi partes eſſēt diuiſæ.*

2 *Retractus, & ius prælationis differunt.*

3 *Retractus iure ſanguinis, ſi concurrat cum retractu iure communitatis, proprietario, & ſuperficiario, quis præferendus.*

Et quid in emphyteuta, & feudatario. nu. 4

5 *Superficiarius ſi vendat vtile dominium, proprietarius in iure retractus præfertur conſorti, & conſanguineis.*

6 *Superficiarius concurrens cum conſorte, & conſanguineis proprietarij vendentis in retractu præfertur eiſdem.*

7 *Cōſors, ſeu cōparticeps ſi cōcurrat cū conſanguineo conſortis uendentis in retractu, præfertur illi. Declarat tamen, & intellige, vt ibi.*

8 *Conſortis nomine, ſeu habentis rem cum aliquo pro indiuiſo, qui intelligantur venire.*

9 *Conſanguineus proprietarij qui rem vendidit vſufructuario, præfertur eidem in iure retractus.*

10 *Vir ſi conſtāte matrimonio iure propinquitatis retrahat rem a propinquo ſuo venditam, an vxor, vel hęredes eius, ſoluto matrimonio, cōſequi debeant medietatē illius, an ſolū pretij medietatē.*

11 *Vir ſi cōſtante matrimonio uendat fundū de bonis ſuperlucratis, cuius dominium ſpectat ad uxorem an uxor poſſit illum retrahere, tanquam partem habens in eo fundo.*

12 *Emptor ſi prędiū emit cū fructibus pēdētibus, & a die emptionis pfectæ vſq; ad retractū fructus aliquos percepit, an reſtituere teneatur prędium vna cū fructib pceptis, aut illorū æſtimatione.*

13 *Actio, per quam fit retractus, perſonalis eſt, aut in rem ſcripta, & ſtricti iuris.*

14 *Reſtitutio rei plena intelligitur cum fructibus ex reſtituenda perceptis.*

15 *Alcauala eo ipſo, quod emptor rem emit, quæ poſtea retrahitur, debetur.*

16 *Gabellæ an debeātur ex intermedijs uēditionibus a primo emptore uſq; ad retrahētem celebratis.*

IN hoc Caſtellæ Regno l. 55. tit. 5 p. 5. ſancitū eſt, ſi aliqui rē habeant ipſis cōem pro indiuiſo, vt iuriſperiti vocant, hoc eſt, ita vt tota ad omnes pertineat, & pars vna non magis ad vnū, quā ad aliū, ſpectet, tunc vnumquemq; eorū, antequā res diuidatur, poſſe quidem vēdere partem ſuam, tam alijs ſocijs, quam cuicunq; extraneo (modo vn̄ iudicium cōi diuidundo, iuxta ea quæ in calce diſputationis præcedentis dicta ſunt, intentatū non ſit, antequam extraneo vendatur) ſi tamē extraneo vendatur, poſſe † ſocios pro eodem pretio
1 illam ſibi aſſumere, quod eſt habere ius retractus. Quod autem lex illa intelligitur, quando res cōis eſt pro indiuiſo modo explicato; ſecus āt qn̄ res ita inter ſocios eſſet diuiſa, vt vnuſquiſq; ſciret, quę pars ad ipſum ſpectaret, præterq̄, quod ex verbis legis illius conſtāt, affirmant id Greg. Lopez ibid. gl. 2. & Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 27. Confirmat āt id Ant. Gom. ex l. magis puto. §. vlt. ff. de reb. eo. curiu. verba ſunt; *Cōia prædia accipere debemus, ſi pro indiuiſo cōia ſint:* & ex multis alijs iurib. quæ citat. Idem autor ibidē ait, fortè lex illa. 55. intelligenda erat, qn̄ † tempore contractus
2 concurrebant ſocius, & extraneus, quaſi ſocius tunc eſſet præferendus: ſecus āt, ſi iam res eſſet vēdita extraneo, quaſi lex illa non concederet retractum, ſed ius prælationis. Ac ſane id ſolnm vr̄ ſonare lex illa. Tametſi poſtea l. 74. & 75. Tauri, vt mox referremus, verum concedant retractum.

Cum autem l. 55. citata de re in genere loquatur, nulla reſtrictione facta ad rem immobilem cenſent Gregor. Lopez ibidem, & Gutier. 2. de practi. qq. q. 165. & alij, quos citant, diſpoſitionem illius legis habere locum in rebus mobilibus, vt in mancipio, aut beſtia, cōi, item in vſufructu multis cōi, ſi aliquis eorum vendat partem ſuam quoad commoditatem, iuxta ea quæ diſp.
3 7. dicta ſunt, & in actione, aut in quacunq; alia rē incorporali multis cōmuni, ſi quis vendat partē, quæ ad ipſum ſpectat, tn̄ ſi Greg. Lopez & Gutier. fateantur, ſe numquam vidiſſe intentatum retractum circa rem mobilem multis communem. Mihi ſane placet hæc ſententia. Quia tamen leges Tauri, quas ſtatim referemus, quæq; verum retractum concedunt, de ſolis rebus immobilibus loquuntur, neque integram diſpoſitionem legis 55. citatæ extendunt ad retractum

inſtar eius, qui iure ſanguinis conceditur: certè in
rebus mobilibus, ac iurib. ſeruitutũ, actionum, &
ſimilibus ſolum iudicarem admittendum ius prę
lationis, vt tempore venditionis ſocius præferre-
tur extraneo pro eodem pretio, iuxta id, quod lex
illa 55. ſonat: non autem verum retractum poſt
venditionem eiuſdem rerum perfectam.

L. 74. Tauri, q̃ eſt 13. tit. 11. lib. 5. nouæ collec.
3 concurrens † retractum iure ſanguinis, de quo prę
cedentibus. Tauri legibus habitus fuerat ſermo,
cum retractu iure cõitatis, vt explanaret, qñ di-
uerſi ad retractum eiuſdem rei concurrerent, quis
cui eſſet præferendus, ſtatuit, vt concurrentibus
proprietario, ſuperficiario, habente partem inte-
granté pro indiuiſo, & conſanguineo proximiori
venditoris, ante omnes præferatur proprietarius,
poſt proprietarium ſuperficiarius, poſt ſuperfi-
ciarium pręferatur, qui habet partẽ integrantem
pro indiuiſo, vltimumque locum obtineat cõſan-
guineus venditoris, qñ. ſ. nullus aliorum ſimul cõ
currerit. Lex verò 75. Tauri, quæ eſt 14. tit. 11. ci-
tato, inſuper addit, quæ de retractu iure propin-
quitatis quo ad oblationem pretij intra nouem
dies a perfecta venditione, & quo ad alia, legibus
præcedentibus in eodem tit. à l. 7. dicta ſunt, atque
a nobis diſputatione præcedente ſunt explanata,
ſimiliter habere locum debere, ſeruandaque eſſe,
in retractu prædij iure communitatis.

Ex doctrina harũ duarũ legũ colliguntur, atq;
intelliguntur multa, ex quib. via pandit̃ ad mul-
tas, valdeque difficiles, ac controuerſas qõnes di-
4 luendas. Primũ eſt, q̃ † de ſuperficiario dicuntur,
longè maiori cum rõne eſſe ſimiliter intelligenda
de emphyteuta, & feudatario, qui non ſolũ ſuper
ficiei hẽnt vtile dñium vt ſuperficiarius, ſed etiã
ſoli, vt vtrumque diſp. 10. explanatũ fuit. Itemq;
quodcunq; minus ius, q̃ ſuperficiarij, non ſuffice
re ad retractũ Caſtellæ legibus. Ea. n. rõne lex il-
la ſuperficiarij meminit, & non emphyteutæ, aut
feudatarij, neque minoris iuris, q̃ ſuperficiarij, vt
intelligeretur, quodcumque maius ius, argumen-
to a minori ad maius cõprehendi, & quodcumq;
minus excludi: eo ꝙ, qui minus ius, q̃ perpetui
ſuperficiarij, aut emphyteutæ, hẽt, partẽ dñij ha-
bere non dicatur, ſaltem ita vt ad proprietarium
vi contractus nõ ſit reuerſurus: quod dico pp vſu-
fructuarium qui, vt q. 3. dictũ eſt, dñium vtile hẽt
rei, qua fruitur, ſed qđ cum ipſius morte ſit finiẽ-
dum, conſolidãdumq; cũ proprietate, deficiatque
multũ ab vtili dñio ſimpliciter, quale eſt emphy-
teutæ, feudatarij, aut ſuperficiarij. Hinc ſequitur,
nullum ius, cui ſeruitus in p̃dio alieno rñdeat ẽt
ſi vſusfructus id ſit ſufficere ad retractum, ſi præ-
dium illud vendatur: neq; item ſi tale ius, aut cõ-
moditas ex eo iure vendatur, dñm prædij poſſe
illud retrahere, vt de vſufructu, de quo plus vide-
batur, affirmant Ant. Gomez l. 70. Tau. nu. 32. &
duobus ſequẽtibus, Couar. 3. var. reſ. c. 11. nu. 4.
Gutier. 2. de pract. qq. q. 157. & q. 166. & alij,
quos referunt. Atq; hinc eſt, ꝙ qui vſumfructum
prædij alicuius hẽt, nõ dicatur ſimpliciter habere
partem dñij prædij illius, ſed dominium totum
ad ſolum proprietariũ dicatur ſimpliciter perti-
nere, vt conſtat ex l. rectè dicimus. ff. de verb. ſign.
cuius verba ſunt: *Rectè dicimus eũ fundũ totũ no-
ſtrũ eſſe ẽt, cuius vſusfructus alienus eſt: quia vſuſ-
fructus non dominij pars, ſed ſeruitutis* (intellige,
pars ſubiectiua,) *vt via, & iter. Nec falſo dicitur
meũ eſſe, cuius non põt vlla pars dici alterius eſſe.*
Hæc ibi. Idem cõfirmat Ant. Gom. nu. 32. citato
varijs alijs iuribus. Quando ergo, lex 4. ff. de vſu-
fructu, & alia iura dñt vſumfructum in multis ca
ſibus eſſe partem dominij, intelligenda ſunt, qñ
vſusfructus eſt ꝑpetuus, vt in ꝑpetuo ſuperficia-
rio, emphyteuta, & feudatario, eſtq; ſermo in eis
iurib. de parte integrante dñium rei plenum, vna
cum dñio proprietatis, vt diſp. 3. explicatum fuit:
vſusfructus verò non perpetuus, non dr̃ ſimplici-
ter pars dñi, ſed ſm quid. Ex dictis ſequitur, ſu-
perficiarios, feudatarios, & emphyteutas, perpe-
tuos dici ſimpliciter dños prædiorũ, quo ad vtile
dominium, in quibus id ius habent; ac proinde,
qñ vendunt ſua iura, verè, ac propriè dici vende-
re prædia illa, quo ad vtile tñ dominium: ſicut ẽt
proprietarius vendere illa ſimpliciter diceretur,
ſi ſolam proprietatẽ vẽderet: fructuarius tñ, aut
qui aliam ſeruitutẽ haberet, eſto ius ſuum, aut cõ-
moditatem venderet, non diceretur vendere præ-
dium: id quod ex cõmuni loquentium vſu cõſtat.
Quare, cum ius retractus in hoc Regno ſolũ ha-
beat locũ in prædijs venditis, conſequens eſt, vt
qui ſolum hẽt vſumfructum, aut minus ius, eſto
illud vendat locus non ſit retractui. Sequitur prę-
terea, omnino probandam in hoc Regno eſſe Co-
uãr. opinionem 3. var. reſ. c. 11. nu. 3. cum Ferro-
no, & alijs, quos Gutier. 2. de pract. qq. q. 145. re-
fert, & cum qua conſentiunt Anton. Gom. l. 70.
Taur. n. 31. & ſequentibus, & Aluar. Valaſ. de iu-
re emphy. q. 17. nu. 13. nihil impediente, ꝙ cõior
ſnĩa ſit in contrarium, quã immerito in hoc Re-
gno amplectitur Gutier. q. 145. citata, nempe lo-
cum eſſe retractui in emphyteuſi ꝑpetua, ſi vẽda-
tur, eſto Eccleſiaſtica illa ſit. Cum. n. l. 74. Tauri,
q̃ eſt 13. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. retractum cõ-
cedat ſuperficiario, ſi ꝓprietarius p̃dium vendat,
p̃feratq; ſuperficiarium conſanguineo ꝓpinquio
ri proprietarij, itemq; concedat retractum pro-
prietario, & in defectum illius cõparticipi in vti-
li dñio ſuperficiei, atque, in huius defectum, con-
ſanguineo ꝓpinquiori ſuperficiarij ſi ſuperficia-
rius dñium ſuum vtile vendat, vt ex ea lege per-
ſpicuè conſtat; vtiq; longè maiori cum rõne hæc
eadem ex præſcripto eiuſdem legis cenſenda ſunt
locum habere in emphyteuta, & feudatario per-
petuis: quippe cum lõgè maius ſit ius emphyteu-
tæ, & feudatarij, in prædio quam ſuperficiarij.
5 Secundum eſt, ſi † ſuperficiarius vendat vtile
dominium, quod in ſolo alieno habet, dominum
directum eiuſdem ſoli poſſe id retrahere intra no
uem dies, præferrimque in retractu habenti par-
tem in eadem ſuperficie, & conſanguineis proxi-
mioribus talis ſuperficiarij, vt ex l. 13. citata con-
ſtat. Obſeruat tamen optimè Anto. Gom. nu. 31.
citato, id intelligendum eſſe, quãdo ſuperficiarius
non ſoluebat annuam penſionem, ſed ſuperfi-
ciem ſine onere penſionis a proprietario accepe-
rat

rat titulo emptionis,donationis, permutationis, aut alio ſimili. Si.n.annuam péſionem,ſoluebat, emphyteutæ æquiparatur,vt cum Bar. & cói doctorum ſnia, Ant.Gom.ibidem affirmat, atque à nobis diſp. 10 dictum eſt. Quare,ſicut emphyteuta vendere non poteſt dñium ſuum vtile irrequiſito proprietario;& proprietarius tunc longè maius ius habet ad deliberandum, an velit dominiū illud vtile pro eodem pretio, quod emphyteutæ offertur,vt ſuo loco dicemus; ita idem prorſus in eo euentu eſt de ſuperficiario dicendum. Peracta tamen omnino venditione ſuperficiei, emphyteuſis,aut feudi, ſi proprietarius eam non vellet pro eodem pretio, tunc retrahere illam poſſunt primo loco comparticipes, ſi qui eſſent in illa, & ſecundo propinqui venditoris.

6 Tertium eſt,† ſi proprietarius vendat ſuum directum dominium,ſuperficiarium poſſe illud retrahere,pferturque,non ſolum propinquiori vendentis directum dominium, ſed ēt habenti partē in directo dñio prædij, cuius ipſe eſt ſuperficiarius,ſi ad retrahendum concurrant. Ita diſponit apertè l.13.citata, & affirmat Ant.Gom. nu.31. citato. Idemq; omnino eſt dicendum de emphyteuta,& feudatario,ſi proprietarius ſuum directū dominium vendat,vt ex eadem lege, argumento a minori ad maius,apertè colligitur.

7 Quartum,ſi vnus † habentium partem in re p indiuiſo illam vendat,comparticipem habere retractū,& preferri conſanguineo,vendentis:quod intelligendū eſt,ēt ſi pars ſuperficiei,aut emphyteuſis,vendatur;retrahit.n.qui habet aliā partē;ei tñ præfertur proprietarius,vt dictum eſt. Vt autē aliquis comparticeps dicatur, retrahereq; poſſit, ſatis eſt,ſi quamcunque partem, etiam minimā, habeat,vt cum Baldo notant Anton.Gom. l.70. Taur.nu.27.Greg.Lop.l.55.tit.5. par.5.ver.*que han en ella parte*,& alijs,iuxta l.vni.§.his itaque. C.de communi ſer. manum.

8 Duo hoc loco obſerua. Vnū † eſt pprietariū, & emphyteutā, aut feudatariū, vel ſuperficiariū, in hoc ſenſu dici poſſe rei eiuſdem dños, ſeu condominos,pro indiuiſo,ꝙ vnuſquiſque eorum eſt dñs totius rei,totalitate rei,cuius habent dñium, ſed partialitate dominij, quia aliter ac aliter vnuſquiſq. eorum eſt dñs totius illius rei, videlicet vnus dñio directo, & aliter vtili, quæ duæ partes ita integrant vnum plenū dñium,vt ſingulæ ſint comparatione totius rei. Alio ēt modo dicuntur aliqui domini eiuſdem rei pro indiuiſo,quia.ſ.vnuſquiſque eodem dñij genere eſt totius rei dñs, ſed ſimul cum alio, ita vt res quæ ad partes integrantes,aut æſtimationem,ſit inter vtrumq; diuidenda,quo pacto cohæredes, & ſocij domini ſūt bonorum hæreditatis, aut quæ in ſocietate poſſident,anteq̄ inter eos diuidantur. Quia ergo, qui rei pro indiuiſo ſunt dñi, totius rei domini ſunt, tametſi non totaliter dominij totalitate, non immerito iuriſconſulti dubitarunt, an appellandi eſſent dñi totius,an partis. Vnde l.rectè.§.vlt.ff. de verb ſig. Paulus iuriſconſultus controuerſiam hanc refert inter Quintum Mutium, & Seruiū, dicens:*Et eſt verius,quod Q. Mutius ait,partis appellatione rem pro indiuiſo ſignificari:nam ꝙ pro indiuiſo noſtrū ſit,id non partē,ſed totum eſſe;Seruius nō eleganter partis appellatione vtrūq. ſignificari.* Quia itaq. in vtroq. gñe explicato ceruitur rei dñium pro indiuiſo, iura Caſtellæ retractum in vtroque gñe ſtatuerunt. Cæterum quia pars magis præcipua eſt dñium directum,quam vtile, ius prælationis tribuerunt dño proprietatis comparatione eius, qui ſolum dominium vtile haberet:poſt dñm verò proprietatis, tribuerunt prælationem ei,qui partem in dominio vtili haberet, comparatione propinqui venditoris.

9 Alterum obſeruandum eiuſmodi eſt. Si † dñs proprietatis rem ei vendat,qui in ea hēt vſumfructū, ita vt vſuſfructus cū proprietate in emptore cōſolidetur, cōcedi qdē propinquiori cōſanguineo venditoris ius retractus,ſolū tñ quo ad id, quod fuit vēditū,vt ex ſe eſt notiſſimū: quare vſuſfructus manebit apud emptorem, vt antea erat. Ita An.Go.l.70 Tau.n.34.& Co.3.va.reſ.c.11.n.7.

10 Dubium eſt,ſi vir conſtante † matrimonio,iure propinquitatis retrahat rē a propinquo ſuo vēditā,an vxor,vel hæredes illius, diſſoluto matrimonio,obtinere debeant medietatem illius,an ſolum pretij medietatē,ſi ad bona ſuperlucrata id pertineat inter vtrumque coniugum diuidenda. Ant. Gom. l.70.Taur.nu.28.merito ait,poſſe virum, aut hæredes illius,rē totā ſibi retinere. Qm̄ retractus in eo euentu conceſſus eſt, vt apud virū tanquā de familia venditoris,aut progenitorū illius, permaneret: atq. ita p epicheiā non dubito leges retractus eſſe intelligendas. Lege alia,quib. Ant. Gom.id confirmat. Verumtamē tunc licet Anto. Gom. dicat, ſolā pretij medietatem elargiendam eſſe vxori:fortaſſe tñ commodius diceretur, elargiendā eſſe medietatē æſtimationis rei illius tpe diſſoluti matrimonij: qm̄ id ad medietatē lucrorum tunc repertorum attineret. Si aūt iure retractus intuitu vxoris aliquid ſimiliter eſſet extractū cōſtāte matrimonio: vt qa vxor propinquior erat venditoris,aut partem in re vendita habebat quo ad ſua bona dotalia,aut paraphernalia: tunc ſimiliter res tota ſpectaret ad vxorem, hæredeſve ipſius,& maritus,aut hęredes mariti,accipere deberent medietatem æſtimationis illius. Lege quę hac de re diſp.433.adduntur.

Dub. Decis.

11 Dubiū † pcedenti annexū eſt. Si vir cōſtāte matrimonio vendat fundum de bonis ſuperlucratis, cuius dñium eo ipſo ſpectat ad vxorem, aut vxor poſſit illum retrahere tamq̄ partem hñs in eo fundo. Dicendumq. eſt cum Grego. Lope.l.55. tit.5. par.5.verb.*comunalmente*, Gutier.2.de prac.qq. q.163.& alijs,quos citant,quāuis vxor dñiū, & poſſeſſionem ſimul cum viro habeat in eo fundo tamq̄ vere ſocia in lucris,quicquid in contrarium alij dixerint:nihilominus, quia adminiſtratio tota,& libera alienatio eorū bonorū, vt cōia vtriq. cōiugium ſunt,ad ſolum maritum in hoc Regno conſtante mr̄imonio ſpectat, vxorē nō hr̄e retractum,ēt ſi fundus conſtante mr̄imonio ſit venditus,& dū diſſoluitur mr̄imonium nō ſit traditū: qm̄ ad æs alienū,conſtante mr̄imonio,contractū tunc,ſpectaret,quod ante omnia eſſet ſoluēdum,

Dub. Decis.

& ſolum,quod ſupereſſet,ſolutis debitis omnib. conſtante matrimonio contractis, ad bona pertineret ſuperlucrata. Adde,fundum illum nomine, atque in damnum,& vtilitatem vtriuſq; côiugis ex legis diſpoſitione fuiſſe venditum , ac proinde vxorem , tamquam côparticipem in venditione, retractum non habere. Si tamen diſſoluto matrimonio,ſine conſenſu vxoris,aut hæredum illius, à viro,aut ab hæredib. viri,vẽderetur, credo vxorem,aut hæredes illius,retractũ habere : qm̃ iam tunc libera illius alienatio ad virũ nõ pertineret.

12 Dubium deinde eſt, ſi emptor † prædiũ emit cum fructibus pendentibus, atque, a puncto emptionis perfectæ vſque ad retractum , fructus aliquos percepit aut redditus , an reſtituere teneatur prædiũ vna cum fructib. perceptis,aut cum illorum æſtimatione. Quidam, quos Ant.Gom.l. 70. Taur.nu.29. & copioſius Gutier. 2.de pract. qq.q.158.referunt , aſſerunt, fructus medio illo tempore perceptos,reſtituendos non eſſe,ſed pertinere ad primum emptorem.

Suadetur verò id. Primo,quoniam is emptor medio illo tempore habuit titulum, dominium , ac bonam fidem,pretiumq; ſoluit, quo venditor toto eo tempore potius eſt:ergo iuſtè illos fructus percepit,ſuos effecit,ac conſumpſit: quare reſtituere illos non tenetur.

Secundò,quoniã licèt fructus,dum pendentes ſunt,pars prædij reputentur, poſſitque retrahens prædiũ cum fructibus , quos pendentes inuenit, retrahère, poſtquam tñ percepti ſeparatique ſunt à prædio,non dicũtur, nec ſunt partes prædij,ſed res mobiles, in quibus iam locum non habet retractus:ergo pertinent ad primum emptorem.

Quæſ. 13 Tertiò,quia † actio,per quam fit retractus, eſt perſonalis,aut in rẽ ſcripta,& ſtricti iuris,in qua fructus ſolũ veniunt à tpe litis conteſtatæ aut ſaltem à tpe moræ , argumento textus in l.hac. ff.de triticaria,& in l.pen.ff.quæ in fraud.cred.

Quæſ. Contrarium,nempe fructus illos, aut illorum æſtimationem,reſtituendos eſſe,aſſeuerat côis doctorum ſnĩa,quam referunt,ac ſequuntur Anto. Gome.& Gutier.locis citatis . Primò, ac potiſſimum,qñ retractus reponit retrahẽtem in pleno , eodemq; iure rei venditæ, in quo erat primus emptor tpe,quo perfecta fuit venditio,locoque illius retrahentem ſubſtituit,vt diſputatione præcedente dictum eſt:eaq; de cauſa , ſicut primus emptor in nullo damno remanere debet, quia illi ſolui debent expenſæ omnes,ſi quas fecit,& gabella,ſi eã ſoluit,vt habetur l.70.Taur.quæ eſt 9.tit.11.libr. 5.nouæ collect. ita neque commodum ex emptione,req; empta reportare dẽt: ergo reſtituere tenet̃ fructus,quos ex re empta percepit . Secundo,quia fructus,pendentes tempore emptionis , partes erant rei emptæ,ſimulq; cum illa,tanquam partes illius,empti ſunt, & plus res empta ob illos pendentes valebat, quam antequam penderent, aut poſtquam ex illa percepti ſunt, vt hæc omnia in præcedentibus oſtenſa ſunt:ergo ſimul cũ re empta reſtituendi ſunt retrahenti : alioquin non totũ,quod fuit emptum , retraheret,ſed ſolum partem,quod eſt contra ius retractus . Tertio,qm̃ in retractu fieri debet reſtitutio plena rei emptæ: ple-
14 na † autem reſtitutio,ex iuris diſpoſitione, intelligitur cum fructibus ex re reſtituenda perceptis, arg.tex.in l.reſtituere.ff.de verb.ſig. l.videamus. 2.§. in Fauiana.ff.de vſur.& aliorum iurium .

Ad primum in contrariũ,conceſſo antecedente,& prima conſequentia , neganda eſt ſecunda : qm̃,cum ſciret,ſcireve deberet , ex præſcripto legum rem poſſe retrahi , nulla eo ipſo reddita emptione ipſius,alioq; ſubſtituto, qui ipſius loco cõuentionem eandem ſubiret,ſane vel percipere nõ debuit fructus ante elapſum tempus ad retractũ conceſſum,vel ea lege,& animo percipere eos debuit,vt ſi alius prædium retraheret, illos ita perceptos,aut illorũ æſtimationem eidem reſtitueret .

Ad ſecundum dicendum eſt,quamuis fructus, dum iã percepti ſunt,partes non ſint prædij , nec proinde locum in eis haberet retractus , ſi empti fuiſſent poſtquã ſeparati erant à prædio , quia tamen empti fuerunt, dum pendebant , partesque erant prędij,locum in eis habere retractum,nihil impediente,quod tempore retractus ſeparati iam ſint à prædio: quoniam retractus ſubſtituit retrahentem loco emptoris, quaſi emptor , nomine & loco retrahentis rem emerit.

Hinc patet,veram non eſſe Coua.opinionem: 1.var.reſ.c.15.nu.8.aſſerentis,abſq; vlla alia probatione , fructus pendentes à tempore emptiõnis vſque ad tempus retractus , diuidendos eſſe inter retrahentem & primum emptorem,pro rata temporis,in quo primus emptor fuit dñs: quam etiã cum Matienc.merito Gutier.q.citata nõ probat. Etenim , præterquam quod euidenter oſtenſum eſt,oẽs illos fructus pertinere ad retrahentem,nõ facilè intelligitur rata temporis , in quo primus emptor fuit dñs,cum quo alio tempore retrahentis conferenda,accipiendaq. ſit.

Ad tertium argumentum dicendum,non probare de fructibus, qui tpe emptionis pendebant: hi.n.vna cum re empta, debentur integri retrahẽti.Quoad fructus aũt, qui non pendebant , atque ab emptore recepti ſunt,qui non ſtatim,atq; pretium fuit ei oblatum,voluit reſtituere, retractũq. admittere, ſed interueniente litem rem reſtituit . Multi,quos referunt,& ſequuntur Couarr.nu. 8. citato & Gutier.q.citata,dicunt,in ratione quidẽ fructus ſolum illos deberi,qui à lite conteſt.recepti ſunt,cæterum in ratione intereſſe , quo retrahens priuatus eſt;deberi à tpe oblati pretij per retrahentem: quia ab eo tpe emptor fuit in mora reſtituendi rem,iniuſtèq; priuauit retrahentem re, & fructib. Addit tñ Gutier. ſi emptor ignorantia excuſetur,quia non credidit retrahentem eſſe conſanguineum,aũt habere partem in re illa,vel rem fuiſſe ſuorum progenitorum , tunc ſolũ teneri ad fructus perceptos à teſtium publicatione. Cũ Anto.Gom.nu.29.citato,ẽt addit, retrahentẽ teneri emptori ad intereſſe,ꝙ pretio fuiſſet lucraturus,à die,qua rem emit,& ſoluit,vſque ad diem, à quo oblato ei pretio,per retrac.ab eo fuit res petita.

15 Eo † ipſo,ꝙ emptor rẽ emit,quæ poſtea retrahitur,gabella,quæ alcauala dicitur,debetur: quia cum perfecta fuerit venditio , fiſcus ius ad illã eo ipſo

ipſo comparauit: quando verò poſtea retrahitur, quia non eſt noua emptio, ſed retrahens ſuccedit in eodé cótractu primo emptori, cui ſubrogatur, nó debetur noua gabella, ſed retrahens tenetur pteritam ſoluere (ſi emptor ex pacto aliquo particulari illã ſoluerat) vna cũ cæteris expẽſis ab emptore factis, illũq; omnino indemnẽ ſeruare. Ita habetur l. 70. Taur. quæ eſt 9. titu. 11. lib. 5. nouæ collec. & affirmat Ant. Gom. vbi ſupra n. 30. Laſſarte de decim. vẽd. c. 13. n. 22. & alij, quos citant.

Quæſ. 16 Laſſarte vbi ſupra. num. 24. in controuerſiam vocat, ſi, intra tempus ad retrahendum datũ, primus emptor eandem rem vendat cuidã alteri, & hic alicui, poſteaq; intentetur retractus, num ex intermedijs venditionib. diſtinctę gabellæ debeãtur: arbitraturq; deberi. Quoniam, inquit, illæ perfectæ, diſtinctæque fuerunt venditiones: ex vnaquaque autem venditione perfecta ſua ppria, diſtinctaque gabella debetur. Ego verò contrariũ probabilius iudico. Etenim intermediæ illæ venditiones tacitam illam habent conditionem, dummodo retractus non fiat, ac proinde, dummodo retrahens aliquis: in venditione prima non ſubrogetur primo emptori, atque adeo intermediæ venditiones nullæ, atque inualidæ reddentur, facto retractu comparatione primę; neque. n. fit, aut fieri poteſt, ratione ſequentium: cum ſequentes venditores rem illam non habuerint à conſanguineo retrahentis, id quod Laſſarte ipſe fatetur: ex venditione aũt ſub conditione facta, conditione non ſubſiſtente, nullaque ex iuris ipſius diſpoſitione reddita, profectò gabella non debetur, vt alibi idẽ Laſſarte affirmat, & diſp. 337. eſt dictum.

Decis.

Quòd autem intermediæ venditiones, vt validæ eſſent, penderent ex eo, quod retractus comparatione primæ non fieret, atque adeò q ſub prædicta tacita conditione, ex iuris diſpoſitione retractum introducentis, cenſeantur factæ, ſuadetur. Primò qm, cum retrahens ante retractum ſolum habeat ius ad rem, quæ prima vẽditione fuit vendita: ſecundi autem emptores per contractum emptionis, traditione ſubſequuta, pretioque ſoluto, comparauerint dominium, ſanè præferendi eſſẽt retrahenti in petitione rei illius, niſi ex iuris diſpoſitione intermediæ venditiones ſub tacita conditione eſſent factæ, ac proinde niſi dñiũ ipſum ex eadẽ conditione eſſet reuocabile: quemadmodũ ſecundus emptor, cui, venditione abſoluta, facta eſt traditio pretiumq; ſoluit, præfertur primo emptori, vt diſp. 369. dictum eſt: cum ergo retrahens illis præferatur, exigereq; ab illis rem illam poſſit perſonali actione, vt Laſſarte ipſe confitet, & omnes affirmant; conſequens profectò eſt, vt ſub illa conditione ſint factæ nullæque omnino reddantur eo ipſo, quod retractus intentantur, cótinuoq; dominium translatum reuocetur.

Secũdò, quoniam primus emptor, qui eam rẽ ſecundò vendidit, cæterique deinceps venditores non tenẽtur de euictione, facto retractu, ſequentibus emptoribus: quemadmodũ fur, qui rẽ alienã abſoluta venditione, validaque, vendidit, eſto in emptorem dominium non tranſtulerit, eò qđ aliena eſſet, tenetur emptori de euictione: id autẽ non aliunde prouenit, niſi quia ſequentes venditiones, ex iuris diſpoſitione primæ innitebãtur, tacitamq; habebant conditione, modo retractus cóparatione primæ non fieret, atque ea de cauſa, ſubſequuto retractu, inualidæ omnino ſunt redditæ: non ergo ex illis debetur gabella, quin potius, ſi miniſtro publico fuit ſoluta, reſtituenda ipſis eſt retractu ſubſequuto.

Idem Laſſarte ibidem à nu. 28. rectè ait, ſi primus emptor, poſt trãſactos nouem dies retractus, rẽ vendat illi, qui retractũ intra nouem dies habebat, deberi, nouam gabellam: quoniam id iã non eſt retractus, ſed noua atque diſtincta venditio. Si vero intra nouem dies illam vẽdat variatione aliqua facta in pretio, aut in aliqua alia circũſtantia contractus, deberi ẽt diſtinctam gabellã: quia cenſetur diſtinctus contractus emptionis, & venditionis. Si autẽ nulla facta variatione in pretio, & in alijs circunſtantijs, venditio fiat, non deberi diſtinctam gabellam: quia cenſetur retractus, nihil impediente, q nó vtantur verbis retractus, ſed emptionis & venditionis, vt contra Carolum Molinæum rectè affirmat; eo quòd in contractibus potius ſit attendendũ ad id, quod fit, quam ad verba, quibus contrahentes vtuntur.

Vtrum in cenſus venditione locum habeat retractus.

DISPVTATIO CCCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Cenſualis contractus multiplex.*
2 *Cenſus reſeruatiuus quid.*
3 *Retractus ius conceditur etiam ad contractũ cenſualem mixtum, & emphyteuſim.*
4 *Cenſus communis quid.*
5 *Retractus ius non conceditur conſanguineis cenſũ communem vendentis.*
6 *Cenſus in prædio aliquo ſi vendantur, an deduci poſſit in pactum, vt ſi prædium vendatur, dominus cenſus pro eodem pretio præferatur cęteris emptoribus, ſi velit.*
7 *Retractui an ſit locus proximiori conſanguineo alienantis prædium cenſuale, & quando.*

1 Contractus cenſualis † multiplex eſt, vt infra ſuo loco dicetur. Quidã eſt † reſeruatiuus, de quo ſermo eſt. cap. conſtitutus, de religio. domibus. Nempe, quando aliquid conceditur alicui quoad totum, quod in eo concedens habebat, reſeruata annua, menſtrua, vel alia ſimili penſione, quã accipiens ſoluere teneat vel ex fructibus, vel in aliquo æquiualẽti, vt in pecunia, vel in alia re. Quia verò per eiuſmodi cótractũ tribuit concedens ius totum, q in ea re habebat, conſequens eſt, vt per eũ, non ſolum vtile dominiũ, ſed ẽt directum, transferatur qñ vtrunque erat apud concedentem, ac proinde, vt ſit valde diſtinctus a contractu emphyteutico, & à cenſuali, de quo cómuniter ſolet eſſe ſermo, & de quo ſtatim dicetur.
2

Cum

Cum autem in cóceſſione eiuſmodi cenſus reſeruatiui nulla venditio cernatur, perſpicue conſtat, nullū locū habere retractū, quando cóceditur. Si tñ, qui ré ita in cenſum accepit, illam poſtea vendat, tunc locus erit retractus conſanguineo proximiori vendentis: non verò ei, qui cenſum conceſſit, aut ſucceſſori illius, cui annua, aut menſtrua penſio ex eo prædio debeѐtur.

Quoniā ius illud in re leuandi ex eo prædio illam penſioné, neque prædium, neq. pars prædij eſt, neq. dominiū vtile, aut directū illius, ſed ius quoddā in re ſimile illi, cui ſeruitus in prædio reſpondet; de quo diſputatione præcedente dictū eſt, minimè ad retractum ſufficere. Si tñ quis cócederet in cenſum prædium aliquod pro ſumma aliqua pecuniæ, & annua, aut menſtrua penſione ſimul; tunc, ſi æſtimatio valoris annuæ, aut menſtruæ péſionis excederet valoré pecuniæ, locus non eſſet retractui in cóceſſione talis cenſus, iuxta ea quæ diſputa. 370. dicta ſunt: eo q̃ talis cóceſſio céſus, nó eſſet véditio, ſed ſimpliciter eſſet contractus cenſualis reſeruatiuus, habens permixtū aliquid venditionis: ſi verò valor pecuniẹ excederet valorem æſtimationis annuẹ péſionis, locus eſſet retractui propinquiori vendentis; quia eſſet ſimpliciter venditio habens permixtum aliquid contractus cenſualis reſeruatiui, vt ex dictis eadem diſputatione liquet.

Illud admonuerim ad meas manus deueniſſe præteritis diebus eiuſmodi controuerſiā. Quondā monaſteriū quoddā dominiū directum habebat quorundā prædiorū, quorū alius erat emphyteuta, ſoluebatque monaſterio certā annuā penſioné. Decurſu aūt tépori is tota ea péſio redépta fuerat pro certa quadā pecuniæ quantitate, quam qui in emphyteuſim ea pdia habebat, ſoluit monaſterio; attamé monaſterium ea lege, & conditione penſioné redimi pro ea pecunia cóſenſit, vt nihilominus directū dominium eorundé prædiorum ſibi remaneret, ſoluta deinceps modica ad modum, & prope nulla penſione tritici in recognitionem directi dominij monaſterio remanentis. Is verò, ad cuius poteſtatem ea prædia emptionis contractu, poſtea deuenerunt, neque requiſito monaſterio an pro eodé ptio emere illa vellet, neque laudemio ex ea venditione monaſterio ſoluto, poſtea de nouo iterū illa cuidā alteri védidit, ſimiliter nó requiſito monaſterio, neque laudemio illi ſoluto. Oppoſuit verò ſe monaſteriū, non quaſi véditor in cómiſſum incidiſſet, qd védiderit non requiſito monaſterio, neque quaſi laudemiū ex ea véditione ſibi deberetur: ſed iure retractus, volés intra nouē dies à lege huius Regni ſibi datos, accipere pdia illa pro eodem pretio; eo q̃ directū dominiū in illis haberet. Quidā cótédebāt, ius monaſterij antiquum tranſijſſe in céſum reſeruatiuū, vt vltimi cótractus ab emphyteuta p ſumma illa pecuniæ celebrati, ac proinde directū ét dominium tranſijſſe in antiquū illum emphyteutā, iuxta ea, quæ à doctoribus, c. conſtitutus, citato, communiter notantur, ac proinde locum non eſſet retractui. Clauſulam autem illam in ſcriptura illius contractus, qua monaſterium ſibi reſeruabat dominium directum, exiſtimabāt à tabellione ex ſuo capite fuiſſe additā vt addi cóſueuit in cótractibus cómunib. cenſualibus, qua emptor. céſus directū dñium pdij cenſualis tribuunt, cū tñ in re nihil tale fiat, ac proinde curandum non eſſe dicebant de clauſula illa.

Alij verò ex eo capite locū eſſe retractui exiſtimabant, quod contractus ille trāſijſſet in cenſualem. Et quod vniuerſim, q céſum in pdio aliquo habent, ſiue perpetuus, ſiue redimibilis is ſit, ius retractus habeant, quando prædiū venditur: eo q̃ dñiū directū talis pdij obtineāt, vt teſtant inſtrumenta, q̃ cóiter ea de re confici aſſueuerunt.

3 Dicendū † verò arbitror monaſteriū illud ius retractus habuiſſe, nó qd dñi cenſuum cómuni illud habeant, vt mox dicemus: ſed quia céſus ille mixtus erat ex emphyteuſi, cuius fuit prima origo, & ex reſeruatiuo cenſu quare nunquā dñium directū trāſiuit in antiquū emphyteutā: quando quidem cótrarium in redemptione penſionis expreſsè fuit deductum in pactum, ſed ſemper penes monaſteriū māſit: in ſignumq. eius rei, reſeruāta fuit modica illa penſio, nó verò in memoriā beneficij collati in redéptione antiquæ péſionis. Decis.

4 Alius eſt † contractus cenſualis, de quo frequétiſſimus eſt vſus, pſertim in hoc Caſtellę Regno, quo, pro certa pecuniæ ſumma, emitur ius leuandi, ſeu accipiendi, certā annuam, aut menſtruam penſioné in pecuniā, tritico, aut in alia re, ex prædio, aut ex prædijs alicuius, ſi cenſus realis ſit, remanentibus prædijs eius cuius antea erant, tam quo ad vtile, quā quo ad directum eorum dominium, cum onere ſolùm reali in ipſis præd js, vt ſoluatur penſio illa.

5 De † hoc itaque cenſu dicendum eſt, neq. quando vendit, cópetere ius retractus conſanguineis illum vendentis, neq. quādo is, qui illū emit iterum cuidam tertio eum vendit, compętere ius retractus dño pdij, ſi is cenſus ppetuus, atque irredimibilis erat, neque cóſanguineo vendentis. Ita Cou. 3. var. reſol. c. 11. nu. 5. Guter. 2. de pract. qq. 146. & 166. & alij, quos citant, Ratio eſt, qm licet cenſus ille cum rebus immobilibus computetur; attamen neque eſt prædium, neque pars prædij, aut pars dñij prædij, ſed ius quoddā in re cóparatione eius pdij, p ſimile iuribus, quib. ſeruitutes rñdent in prędijs: huiuſmodi autem iura ad retractum legib. huius regni non ſufficere, diſputatione præcedente copioſè dictum eſt. Neq. refert, q̃ quādo eiuſmodi cenſus in prædio aliquo véduntur, apponi ſoleat in inſtrumétis clauſula, qua dr, venditorem cenſus concedere, ac trāsferre in cenſus emptoré directum dominium illius prædij: vt enim probè Couar. n. 5. citato ait, tabelliones ex ſuo capite eā apponunt præter id, quod natura contractus habet, & quod inter contrahétes fit, ac proinde de ea clauſula nihil eſt curandum.

6 Vtrum † autem, quando eiuſmodi cenſus in prædio aliquo venduntur, deduci poſſit in pactum, vt ſi prædium vendatur, dominus cenſus pro eodem pretio præferatur cæteris emptoribus, ſi illud velit. Guter. 2. de pract. q̃ſtionibus quęſtio. 167. meritò partem affirmātem tuetur.

Quin

Quin hodie a Pio Quinto in bulla de creãdis cẽſibus, irritis oĩno redditis clauſulis alijs, quibus p̃dij dñs illud alienare, cui vellet, prohiberetur, quaſi in recompenſationem ſancitum fuit, nõ ſolum, vt ſi dñs cenſus ꝓ eodẽ p̃tio vellet prędium, is cæteris emptoribus p̃ferretur, ſed ẽt vt p̃dij dñs pretium, qđ pro illo inueniret, cæteraſque venditionis conditiones, teneret̃ illi ſignificare, anteq̃ prædium venderet, & per menſem integrum expectare, dum cẽſus dñs pro eodẽ p̃tio, & cum eiſdem conditionibus, id potius vellet. An aũt id in Hiſpanijs vſu ſit receptum, mihi nõ eſt cõpertũ. Laſſarte de decim. vend. c. 10. in calce nu. 20. qđ ad Caſtellæ Regnum attinet, refert, ſupplicatum fuiſſe a Rege Philippo circa bullã Pij Quinti, vt hr̃ in comitijs anno 1585. Madrili habitis petitione 2. Idem refert Gutier. 2. de pract. qq. in calce. q. 177. his verbis In comitijs de Madrid. ann. 1587. Rex noſter Philippus 2 inuictiſſimus, a ꝓcuratorib. horum Regnorum conſultus ſup hoc, Regia lege rñdit, non eſſe apud nos motib. receptum illum motum propriũ, & ad ſanctiſs. Põtificem ab eo, Regio noĩe, eſſe ſupplicatum. Quare inquit nouiſſimè Ignatius Salzedo in addit. ad pract. Bernardi Diaz c. 88. qđ illa extrauagans iã in actionib. forenſibus, ſupplicatione pendente, adducenda non eſt. Hæc Gutier. qui certè cõputat finẽ comitiorum, & tp̃s rñſionis datæ; Laſſarte verò comitiorum initium, quãdo procuratores ſunt vocati. Ac ſane arbitror, principes ſeculares iuſta cõſcientia poſſe non velle admittere, vt ipſorum ſubditi in contractu merè ſeculari, qualis eſt cenſualis, tanto ſubiaceant grauamini, vt antequã ſua prędia cenſui ſubiecta vendant, teneantur admonere dominum cenſus de pretio, quod pro illis inueniunt, expectateque per integrum mẽſem deliberationem domini cenſus, cum ex ipſa rei natura is contractus nihil tale habeat.

Qñ ãt id deductum eſſet in pactum aut vi bullæ Pij Quinti conſuetudine alicubi eſſet receptũ, dubium eſt, vtrum, ſi dñs p̃dij nihilominus illud vendat, ac tradat cuidã tertio, non requiſito dño cenſus, valida, irreuocabiliſq; ſit venditio: quemadmodum qñ aliqđ vni erat venditum, ſed non traditum, ſi vendatur, ac tradatur poſtea alteri, valida eſt ſecunda venditio, ſed venditor tenetur priori emptori ad intereſſe, vt diſp. 369. dictum eſt; an vero non ita res ſe habeat, ſed poſſit dñs cenſus pro eodem pretio retrahere, atque eripere prędium illud de poteſtate emptoris. Certè vi ſolius clauſulæ bullæ Pij Quinti, dicere nõ auderẽ locum eſſe retractui in eo euentu: qm̃ id ſolum ſtatuit, ac fieri præcipit, nõ vero prædium hypothecæ ſubijcit in ſecuritatẽ eius ſanctionis atque obligationis, cui venditorem cenſus ſubijcit. Niſi dicas, vi legis nõ dubium C. de legib. irritã cenſeri redditã talem alienationem, quatenus in poſtrema parte clauſulæ, vbi id Pius V. ſtatuit, nullã apponit pœnã, ſed ſolum prohibet venditionẽ fieri ſine illa ſolemnitate: lex aũt non dubium ſtatuit, qñ aliqđ lege prohibetur cenſeri eadem lege id factum irritum, ſi fiat, eſto in lege nihil aliud addatur: qđ doctores intelligunt, qñ lex ibi ſiſtit, vt in hac Pij V. fit, nec vlterius progreditur ad addendã pęnam, aut ad aliud ſimile, vt alibi dictum eſt, & in progreſſu huius operis dicetur. Auendanius & Matien. a Gutier. q. 167. citata relati, voluerunt, qñ pactum ea de re interuenerat inter dñm prædij & emptorem cenſus, & nihilominus venditor cenſus rem vendidit, ac tradidit, validã eſſe ſecundã vẽditionem. Gutier. tñ ibi contrariũ aſſeuerat: qm̃, inqt, ſicut p̃diũ hypothecæ eſt ſubiectũ ꝓ ſolutione cenſus, & obſeruatione contractus cẽſualis, ita ẽt eſt hypothecę ſubiectũ ꝓ obſeruatione illius pacti additi cõtractui cẽſuali: qñ aũt res ſubiecta eſt hypothecę ꝓ obſeruatione alicuius pacti, ſane, qđ res eadem vendatur, ac tradatur cuidã tertio, nõ impedit obligationẽ illã priorẽ vt eadẽ diſp. 369. dictum eſt. Mihi verò dicendum vr̃, inſpiciendum eſſe inſtrm̃ cõtractus cenſualis, & quidem, ſi ex eo appareat iẽ hypothecæ fuiſſe ſubiectã, etiã pro obſeruatione pacti illius de re nõ alienãda, niſi requiſito prius dño cenſus, illoq; præferendo pro eodẽ pretio cæteris emptoribus, amplectẽda erit Gutierri opinio: ſi vero ex eo id non appareat, reijcienda erit: qm̃ ex eo quod cenſus aliqs in prædio aliquo ematur, ſeqtur quidem ius reale eſſe in eo prędio, vt inde cenſus ſoluatur, ſteturq; contractui cenſuali; non verò ſeqtur, ſi apponatur illud aliud pactum, quod accidentarium oĩno eſt contractui cenſuali, & peregrinum comparatione illius, ius in re eſſe etiam in eo prædio, ſeu hypothecam, ad obſeruationem eius pacti, niſi id apertè in inſtrumento, celebrationeve cõtractus exprimatur. Memento autem, quæ in calce diſputationis 369. dicta ſunt, habere etiam locum in re, de qua diſputamus.

7 Circa ſequentem† contractum eſt potiſſimum controuerſia, an locus ſit retractui ꝓximiori conſanguineo alienãtis prædium, & qñ retractus cõpetat. Cum Petrus haberet prædium, illud vendidit Paulo centum aureis, pactione hac adiecta, qđ interim dum eos nõ ſolueret, redderet quotannis decẽ aureos cenſus conſtituti in eodem prædio, ac redimibilis eiſdem centum aureis, reſeruauitq; ſibi Petrus dñium directum interim, dũ illi centum aurei non ſoluerentur, ſolumq; Paulo pro eodẽ tempore dominium vtile conceſſit. Elapſo aũt vno, aut duob. annis, Paulus ſoluit cẽtum illos aureos, cenſumq, ꝓinde redemit, atque integrum p̃dij dñium cõparauit. Quæritur verò, qñ incipiant ꝓximiori cõſanguineo Petri nouẽ dies retractus prædij illius, num à die ſoluti p̃tij, ac cenſus redempti: an a principio celebrati illius contractus, an vero potius numquam, ſed tempore redemptionis cenſus comparatique dominij directi, Paulus præferendus ſit proximiori conſanguineo Petri, tanquam habens antea dominium vtile, comparticepſq; cum Petro in dominio eiuſdem rei, iuxta l. 74. Tauri, quæ eſt 13. titu. 11. lib. 5. nouæ collec. Idem dubium eſt, ſi Petrus prædium concedat Paulo incenſum annum decem aureorum, redimibilem centum aureis. Quæſt.

Rem hãc latè in vtramq; partem diſputat Couar. 3. var. reſol. c. 11. Et quidem quod attinet ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, placet illius ſenten- Deciſ.

ſententia quã a nu.5.tradit, & ſequitur Guter.2.de ſpiãt.qq.quæſt.145.nu.6.cum alijs,quos citat.

Nempe, venditionem illam, & dñij directi, a principio celebrati contractus, fuiſſe puram pro centum aureis, habita fide de pretio; quouſque Paulus vellet illud ſoluere, atque interim dum nõ ſolueretur, conſtituto cenſu decem aureorum: quare, quia venditio illa pura fuit a principio contractus, ſanè ad eodem contractus principio currere incipiunt conſanguineis Petri nouem dies ad retractum: nõ verò a puncto redemptionis cẽſus, atq; ſolutionis centũ aureorum, retrahetque totum prædiũ, & quoad cenſum, & vtiledñium, vt rectè Coua. ibidem n.7. affirmat. Neq; refert, quod Paulus non ſtatim a principio celebrati contractus conſequutus ſit dñium directũ, ſed a puncto ſolum redemptionis cenſus, ac ſolutionis centum illorum aureorum. Non, inquam, id refert, quoniam, vt diſput.338.367.368. dictum eſt, neque in cæteris venditionibus abſolutis tranſit dñium rei venditæ in emptorem, & ſi illa tradita ſit, anteq̃ pretium ſoluat, aut venditor illud debeat pro ſoluto, neque hoc efficit venditionem conditionalem, videlicet ſi pretium ſoluetur; neque impedit perfectam eſſe venditionem ad effectum, vt dies retractus ſtatim currere incipiãt, vt ex dictis duabus diſputationibus præcedentibus conſtat. Multis alijs rationibus hanc eandem ſententiam confirmat Couar. vbi ſupra, illum legito.

Quod verò attinet ad ſecundũ nempe quando Petrus tradidit prædium in cenſum annuum decem aureorum redimibilem centum aureis. Couar. Guter. locis citatis, & alij, quos referunt, affirmant, ſi vno & eodem cõtractu in cenſum prędiũ tradat, ac concedat redimi cenſum centũ aureis; aut certè paulò poſt diuerſo cõtractu redemptio illa cõcedatur; tunc ſtatim celebrato contractu, agnitaque redemptionis facultate illo pretio, competere conſanguineis Petri ius retractus: quoniam illa eſt virtualis venditio illius, prædij cẽtum aureis, idq; factum cenſetur in fraudem propinquorum Petri, vt ius retractus ab eis auferatur. Si verò, inquit Guter. a principio ſolũ concedatur prædium in cenſum, & poſtea ex interuallo facultas cenſum redimendi, contractu diſtincto concedatur, ita vt nulla ſit fraudis præſumptio; tunc non competere conſanguineis Petri ius retractus a principio primi contractus; eo quod ob contractum cenſualem retractus vt dictum eſt, non competat; quod credo non negaret Couar. attamen a puncto factę poteſtatis cenſum redimendi, atque manifeſtatæ, ita vt in notitiam conſanguineorũ Petri deuenire potuerit, competere eis ius retractus.

Decis. Dicendum tñ arbitror, ſi cenſus reſeruatiuus ſit, ſiue ex interuallo, ſiue ſimul, facultas redimẽdi cenſum concedatur, numquam competere ius retractus conſanguineis, niſi quando ex circunſtantijs intelligeretur, id factum eſſe in fraudem, intentione vendendi prædium pretio redemptionis, idq; palliandi illo modo, ne conſanguinei ius retractus haberent. Ratio eſt, quoniam, cum primus contractus venditio non fuerit, locũ vt illius non habet retractus, vt ſupra dictum eſt: & cum ſecundus contractus, neque fuerit venditio domi nij vtilis neq; directi, ſed ſolum iuris leuandi decem aureos quotannis, quod ius ſolum in prædio illo remanebat Petro; locum etiam non haberet retractus vi ſecundi contractus. Hæc autem dilucidiora reddentur ex dicendis diſput.382.

Vtrum contrario partium conſenſu emptio, & venditio diſſoluatur.

DISPVTATIO CCCLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio, & venditio quomodo contrario ementis, & vendentis cõſenſu diſſoluatur.*

2 *Et quid de locatione, & cæteris contractibus ſimilibus num.2.*

3 *Gabella, quæ alcauala dicitur, an debeatur ex diſſolutione contractus per contrarium conſenſum: an vero ex priori contractu.*

4 *Venditio facta animo donandi rem æſtimatã, quando dicatur donatio, vt gabella non debeatur.*

5 *Emptio, & venditio quando per mutuum conſenſum diſſoluatur in exteriori foro.*

6 *Alcauala an duplex debeatur, quãdo cõtractus per mutuum contrarium conſenſum reſcinditur.*

Dicendum conſequenter eſt quibus modis contractus emptionis, & venditionis iam
1 celebratus, diſſoluatur. Et † primò, vtrum contrario ementis, ac vendentis conſenſu. Breuiter autem dicendum eſt ſi res ſit integra hoc eſt, ſi neutra ex parte facta ſit traditio rei, aut pretij, eſto arrha ex altera parte data ſit, diſſolui contractum, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro, contrario ementis, atque vendentis conſenſu, quo volunt rem non eſſe venditam.

2 Idẽ † dicendũ eſt de locatione, & cæteris contractibus, q̃ ſolo cõſenſu mutuo exterius expreſſo perficiuntur. Ita habetur l.1.& 2.C.quãdo liceat ab emptione diſced. l. iuriſgentium. §.adeo, & l. ab emptione.ff.de pact.& §.vltimo. Inſtitut. q.b. mod. toll. oblig. atque affirmat cõis docto. ſnia, q̃ inter alios refert, ac ſequitur Anto. Gom. 2.tomo variar. reſol. c.2. Ratio aũt eſt, quoniam quod ad cõtractum ſufficit, ſufficere etiam debet ad diſtractum, diſſolutionemve contractus, ſi in contrarium fiat: quare, quando contractus ſolo conſenſu exterius expreſſo perficitur quo ad vim obligandi, & in exteriori foro, ſanè æquitas poſtulabat, vt, ſi res adhuc integra eſſet, vlteriùſve progreſſum non eſſet ad traditionẽ, atq; exequutionem contractus, ſufficeret quoque ad illius, etiam in exteriori foro, diſſolutionem, receſſus eorundem contrahentium per mutuum conſenſum expreſſum exterius ab eodem contractu.

Quod de arrha dictum eſt, habetur expreſſe l. 2.C.quando liceat ab empt.diſced. Ratio vero illius eſt, quoniam arrha non eſt exequutio, neque in totum, neque in partem, contractus emptionis & venditionis mutuo conſenſu celebratæ, ſed quippiam datum ad ſecuritatem, quod illi ſtabitur.

Idem

Idem eſt, ſi fideiuſſor datus ſit, etiam interueniẽte ſtipulatione, aut ſi emptio, & venditio, mutuo ratum conſenſu celebrata, ſtipulatione valletur; quoniam hæc etiam non ſunt exequutio contractus, ſed firmitas contractui adhibita, vt vtrumque habetur expreſſe. l. 3. ff. de reſcind. vend. Si autem arrha non ad ſolam ſecuritatem data ſit, ſed in partem pretij tunc ad diſſolutionem contractus non ſufficeret in exteriori foro mutuus in id conſenſus, vt mox dicemus, & habetur l. 2. iuncta glo. ibi. C. quando liceat ab emp. diſced.

Dubiũ. 3 Dubium eſt, vtrum † quando contractus modo explicato diſſoluitur, debeatur ex eo contractu gabella, quæ alcauala dicitur, an non; & vtrum duplex debeatur; vna ex priori contractu, qui diſſoluitur, & alia ex poſteriori, quo diſſoluitur, quę videtur quaſi ſecunda venditio ab eo facta, qui prius fuit emptor.

Deciſ. Quando contractus prædicto modo diſſoluitur, conueniunt omnes, non deberi duplicem gabellam, quam alcaualam vocant: quoniã, ante perfectum contractum traditione mercis, & ſolutione pretij, diſſenſus ac reuocatio eorum, quæ facta fuerant, non cenſetur noua venditio, ſed extinctio, ac diſſolutio prioris. Ita cum Carolo Moli. Laſſarte de decim. vend. c. 14. nu. 9. & Ant. Gom. 2. tomo var. reſol. c. 2. nu. 31. conſentaneè ad varia iura, atque ad rei ipſius naturam.

Dubiũ. Dubium tñ eſt, num ex priori cõtractu gabella debeatur, an non, ſed, ſi illam gabellarius recipit, reſtituere eandem teneatur. Ad quod dicendum eſt cum Paulo Caſtrenſi, & cum cõi docto.

Deciſ. ſnĩa, quam Ant. Gom. numero citato refert, ac ſequitur, ſi contractus incontinenti diſſoluatur, antequam videlicet contrahentes ad alia diuertant, gabellam non deberi; eò quod contractus reputetur, ac ſi non fuiſſet celebratus, ac perfectus. Lege glo. penult. & vlt. l. pacta conuen. in prin. ff. de contrahen. empt. Si verò diſſoluatur ex interuallo, debetur gabella ex contractu emptionis, & venditionis, qui diſſoluitur. Ratio eſt, quoniam ius iam plenè, & perfectè quæſitũ fiſco ex emptione, & venditione celebrata, non poteſt tolli ex pacto, aut diſtractu poſtea celebrato, qui præiudicare poteſt contrahentibus ipſis, non verò tertio, qui ius ex contractu, qui diſſoluitur, comparaſſet.

Ita cõis ſnĩa, quam referunt, ac ſequuntur Anto. Gom. nu. 31. citato, & Laſſarte vbi ſupra, nu. 70. argu. l. ſi poſt mortem. §. vlt. ff. de bono. poſſ. contra tabul. l. vlt. ff. de pact. & aliorum iurium, quæ citant. Quod ſi contractus ille non diſſoluatur oĩno, ſed vel pretium mutuo conſenſu augeatur, aut minuatur, vel merx pro eodem pretio augeatur, receſſum quidẽ cenſetur a priori emptione, & facta noua. quatenus hæc poſterior a priori diuerſa eſt; id quod licitum eſt, eo quòd res adhuc integra eſſet, neutraque ex parte traditio vlla eſſet facta; attamen contractus aliquo modo eſt idem variatus ex parte in ſubſtantialibus, qualia ſunt merx, pretium, ac mutuus conſenſus, vt hæc omnia conſtat ex l. 2. ff. de reſcinden. vendit. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. & pleuius ex l. ius gentium. §. adeo. ff. de pactis.

Vbi additur, ſi duo prius celebraſſent inter ſe emptionem, & venditionem, reque integra, alter eorum obiret relictis duobus hæredibus, quorum vnus, re ſimiliter adhuc integra, conueniret cum altero contrahente ſuperſtite, vt variatio aliqua fieret circa mercem, & pretium, renuente altero cohærede, validam eſſe variationem illam pro parte, quæ hæredem conſentientem contingeret. Quo loco obſerua, quando, modo explicato, pretium minueretur, aut merx augeretur pro eodem pretio, licet noua gabella non deberetur, eo quòd contractus eſſet idem aliquantulum variatus; gabellarius tñ nihil reſtituere, aut remittere, teneretur de gabella prioris contractus, ad quam totam a principio ius plenum acquiſierat, cui præiudicare non potuit variatio in contractu ex interuallo effecta. Si tamen argumentum aliquod factum eſſet in pretio, variatione facta in contractu, tunc deberetur gabellario augmentum gabellæ iuxta proportionem augmenti in pretio. Ratio autem eſt, quoniam eo ipſo vendita de nouo eſſet res maiori pretio. Et quamuis doctores citati nihil de hac re loquantur, nullus tamen eorum noſtræ huic doctrinæ refragaretur, quæ ex iuribus citatis perſpicuè deducitur, cæteriſque eorum doctorum dictis eſt conſentanea.

4 Obiter † hoc loco addiderim, ſi venditio fiat animo donandi rem æſtimatam idq; vt accipiens ſciat, quantum valoris in ea ipſi donetur, non verò vt pretium vllum ab eo accipiatur, id non eſſe venditionem, ſed donationem, ac proinde nullã inde deberi gabellam: atque hoc eſt, quod habetur l. cum in venditione. ff. de contrahend. empt. Si verò venditio fiat, animo quidem vendendi, ſed non accipiendi pretium, quin illud remittendi, ac donandi emptori, quia fortè vult ius retractus relinquere conſanguineis in eadem re, aut aliqua alia ratione, tunc eſſe veram venditionem, iuxta l. ſi tibi habitationem. ff. locati atq; vtrumque confirmat Laſſarte vbi ſupra, num. 6. ex l. ſi ſponſus, ver. circa venditionem. ff. de donationi. inter virum, & vxorem: vnde vlterius, cum Carolo Molinæo, affirmat, in hoc poſteriori euentu gabellam deberi.

5 Quando † emptio, & venditio non ſolo mutuo conſenſu exterius expreſſo eſt celebrata, ſed vlterius eſt proceſſum ad traditionem aliquam, atq. impletionem contractus ex altera parte, vt quia venditor tradidit mercem aut partem illius, vel emptor ſoluit pretium, aut illius partem, ita quod res integra non ſit, vt erat antequam ad traditionem fuiſſet proceſſum: tunc licet in conſcientiæ foro diſſoluatur talis contractus per mutuũ contrarium conſenſum exterius expreſſum, ita quod omnino tollitur obligatio naturalis, quæ erat ad ſtandum illi contractui, propter nouam naturalem, quæ oritur ex eo pacto nudo, quo inuicem conſenſerunt, vt a priori contractu recederetur, teneaturque in conſcientiæ foro, qui mercem, aut partem mercis vel pretium, aut pretij partem accepit, id reddere alteri; nihilominus in exteriori foro non diſſoluitur: eo quòd ex pacto nudo non oriatur ciuilis obligatio, vt a diſputatione 252. potiſſi-

potiſſimum diſputatio. 255. & 257. dictum eſt. Vnde ei, qui tradiderat, atq; ex parte ſua contractum impleuerat, non concedetur actio ex pacto nudo poſtea ſubſequuto ad repetendum, quod tradidit, ſed ſolum ex præcedente contractu concedet ei actio ad cogendum alterum, vt ex parte ſua emptionis, aut venditionis contractum impleat, vt ex dictis locis citatis conſtat, & habetur l. 1. & 2. C. qñ ab empt. diſced. liceat. Quod ſi is, qui ex ſua parte contractum nondum impleuit, velit vt iuxta pactum nudum ſubſequutũ, diſſoluta ſit emptio, & venditio, alterque id non velit, ſed iudicio cum eo contendat, vt adimpleat primum contractum, tunc ei, qui nondum impleuit exceptio in foro exteriori admittitur, quod ad id non teneatur ob pactum nudum in contrarium ſubſequutum, quod licet nec ciuilem obligationem, nec actionem pariat, parit tñ obligationem naturalem, conceditur que ex eo exceptio in exteriori foro, vt diſp. 255. explanatum fuit. Quod ſi mutuus ille conſenſus, vt a contractu diſcederetur, ſtipulatione veſtiretur, tunc ex illo ciuilis obligatio oriretur, concederetur q; actio in exteriori foro ad illi ſtandum, vt locis citatis oſtenſum eſt. De iure etiam Canonico, atq; in hoc Caſtellæ Regno, ex eodem pacto nudo conceditur ciuilis actio, eſto ſtipulatione non veſtiatur, vt diſpu. 257. oſtendimus affirmatque Ant. Gom. vbi ſup. nu. 21. quare, quę dicta ſunt, ſolum habent locum de iure ciuili cõi, & vbi aliud non eſt ſancitum, vt in Luſitania ſancitum non eſt. De eodem tñ iure cõi, qñ ex altera parte ad traditionem, contractuſq; impletionem, eſt proceſſum, diſſoluitur contractus etiam in exteriori foro, ſi non ſolum accedat mutuus conſenſus, ſed etiam reſtitutio eius, quod traditum fuerat. Ita habetur l. 1. C. qñ ab empt. diſced. liceat, & l. ab emptione, ff. de pact. atque affirmat communis doct. ſnĩa quã Anto. Gom. nu. 21. citato refert, ac ſequitur.

Dubiũ. Dubium eſt, vtrum quãdo hoc poſteriori modo reſcinditur contractus, vna, aut potius duplex, alcauala debeatur. Ad hoc reſpondet Laſſarte vbi

Deciſ. ſupra nu. 8. deberi vnicam ſi nihil innouando in contractu ex parte mercis, aut pretij, reſtituatur, quod acceptum eſt; per actum in contrarium ſimilem oĩno præcedenti: quoniã tunc nõ ſit noua emptio, & venditio, ſed reſciſſio ſolum, & extinctio præcedentis, vt iura citata docent. Si autem aliquid innouetur, vt ſi de pretio reddendo augeatur aut minuatur, vel de merce reddenda ſimile quid fiat cenſeri diſtinctam venditionem, ac proinde deberi gabellam aliam diſtinctam gabellario ac dño qui tunc fuerint. Atq; ita intelligit Tiraq. Pinel. l. 2. C. de reſcin. vend. par. 2. c. 3. nu. 36. & Ludouicum Pegueta, quos citat.

Illud cum eodem autore ibi nu. 9. & cum Carolo Moli. eſt addendum. Si venditio vtrunque traditione perfecta ſit, ac conſummata, quia. ſ. merx, & pretium vtrinq; ſint tradita, tunc locum non habere diſſolutionem prioris contractus omnino perfecti, & conſummati, ſed eſto eadem numero merx, atque idem numero pretium, de cõi conſenſu reddatur, non cenſetur extingui, ac diſſolui prior emptio, & venditio, ſe celebrari noua, vt colligitur ex l. 2. ff. de reſcind. vend. neque in hoc euentu loquuntur iura hactenus citata, vt illa expendenti erat manifeſtum: quare diſtincta gabella erit ſoluenda gabellario, ac domino, qui fuerint tempore ſecundi contractus.

De diſſolutione contractus emptionis, & venditionis pacto de retrouendendo in eo appoſito.

DISPVTATIO CCCLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo quid.*

2 *Cenſus redimibilis quid.*

3 *Pactum de retrouendendo quot modis in fauorem venditoris apponatur.*

4 *Fructus rei emptę cũ pacto de retrouẽdendo, quãdo ad emptorẽ, & quãdo ad venditorem pertineãt. Et quomodo intelligendum, quando ſpectant ad venditorem. nu. 5*

6 *Fructus rei conſiſtentes in vſu, cum pacto de retrouendendo, quando ad emptorem pertineant, & quando ad venditorem.*

7 *Intellectus nouis ad l. 2. C. de pact. inter emp. et uẽd.*

8 *Pacti de retrouendendo effectus, & natura quæ.*

9 *Pactum de retrouendendo in contractu appoſitum ſub hac forma, vt quandocunque venditor vellet poſſet rem venditam redimere, nullo præfixo termino, quomodo intelligendum.*

10 *Pactum de retrouendendo an habent effectum, & ſe extendat contra tertium, cui a primo emptore res fuit vendita.*

11 *Pactum de retrouendendo parit tantum actionem perſonalem, non autem realem.*

12 *Alcauala an debeatur quando fit venditio cum pacto de retrouendendo. Et quid quãdo fit diſtractus an alia debeãtur. n. 13.*

14 *Alcauala diſtricta an debeatur, et in prorogatione pacti de retrouendendo, ad tempus celebrati.*

DE emptione cum pacto de retrouẽdẽdo aliquid dictum eſt diſp. 320. quando res illa de vſura poſtulabat: nunc in ſuo ꝓprio loco de eodẽ

1 contractu eſt copioſius dicendum. Fit † autẽ emptio, & venditio cum pacto de retrouendendo, quando res aliqua emitur, aut vẽditur, adiecto in fauorem venditoris pacto, vt quando reſtituerit emptori pretium, qđ pro ea dedit, cõtractus diſſoluatur, ac proinde emptor teneatur illam pro eodẽ pretio vẽditori reſtituere. Atq; hac de cauſa quatenus, qui rem emit, eam pro eodem pretio reddit, quo illam emerat, exequutio pacti adiecti dicitur retrouenditio: quatenus verò, qui illam vendidit, iterum eam accepit pro eodem pretio, dicitur re-

2 demptio rei illius. Hinc † euenit, vt quando cenſus, hoc eſt, ius accipiendi ab aliquo certam annuam penſionem, emitur pro aliqua pecunia cum pacto de retrouendendo, id eſt, vt quandocunque venditor eandem reddiderit pecuniæ quan-

quantitatem,liber maneat ab onere ſoluendi eam penſionem,cenſum dicatur redimibilis,ad differentiā cenſus ſiue tali pacto celebrati, qui idcirco perpetuus,atque irredimibilis nuncupatur,vt ſuo loco videbimus. Si tñ ꝓpriè eſſet loquendũ, exequutio pacti illius appoſiti dicēda potius eſſet diſſolutio prioris contractus q̃ redēptio,aut retrouēditio : eo ꝙ ibi non ſit iterata,ſeu ſcđa emptio,& venditio,vt videbimus, ſed prioris diſſolutio.

3 Pactum † verò de retrouendendo varijs modis in fauorem vēditoris apponitur. Primò,abſq; vlla temporis determinatione,in quo fas ſit rē venditā redimere, ſed quocunque tempore, vel ipſe, vel hæredes ipſius,redimere eam voluerint,id efficere poſſint. Secundò,cũ tēporis determinatione,idq; dupliciter. Nēpe,vt vſque ad certũ tēpus, verbi gratia vſque ad tres,aut quatuor annos, fas venditori ſit rem venditam redimere,& deinceps non. Vel vt vſque ad certũ tempus rem nō poſſit redimere, vt ad duos, aut ad tres annos, & deinceps poſſit ad certum vſque tempus,aut in perpetuum,prout inter contrahentes ipſos conuenerit.

Apponi ēt poteſt ei limitatio, vt quandocunque rem voluerit redimere, id ſit ſex menſibus ante fructuum perceptionem aut alia ſimilis, ad lites tollendas.& vt contractus in præiudiciũ emptoris non vergat, dum rei emptæ periculum interim,dum non redimitur, ad ipſum ſpectat,&,ſi ante fructus perceptos redimatur, fieri poterit vt parum,aut nihil,emolumenti percipiat.

4 Fructus rei † cũ pacto, de retrouendendo emptæ,ad emptorē interim,dũ non redimitur, pertinent:eo ꝙ toto eo tempore dñs ſit illius. Statim verò ac redimitur, vel pretium pro ea offertur, emptorque in mora eſt illam reddendi, ad venditorem,cuius antea erat, ſpectant. Ita habetur l.2. C. de pactis inter empt. & vendit. & lib.4. Luſitan.ordin.tit.14.§.2.& tit.27.in prin.ex quib.iuribus dictà tota hac diſputatione confirmantur.

5 Dubitant † tamen doctores, quomodo id ſit intelligendũ. Num ita,vt fructus omnes, tempore redemptionis pendentes, ad venditorem, qui eam redemit, ſpectent,& ſoli fructus vſque ad id tempus ex illa percepti ad emptorē, cuius fuerat illucuſque, pertineant: an potius ita, vt pro rata temporis illius anni, quo res fuit emptoris, & quod reſtat, eſtque iam venditoris,ſint inter eos diuidendi. Quamuis autem multi quos Couar.1. variar. reſolut. c.15. nu.6.refert,primum horum duorum aſſeruerint, Couar. tamen ibidem cum multis alijs magis probat ſecundum,pro rata ſcilicet temporis inter eos eſſe diuidendos: eo quod id magis æquitati ſit conſentaneum. In primis, quia cum res produxerit, procreaueritq; fructus, dum illius dominium erat emptoris,æquitas poſtulat,vt partem in eis habeat, illique pro eo tempore fructificauerit;ſicut poſt id tempus venditori,cuius eſt,fructificat.

Deinde quoniam, cum venditor rei illius potitus fuerit pretio, commodoq; illius toto tēpore, quo res vendita fuit apud emptorem, æquum ſanè eſt,vt emptor potiatur fructibus,quos ea res ſub dñio ipſius produxit, ac procreauit, habendo partem in eis iuxta tempus & ſtatum,quo fructus illi ſub dñio ipſius fuerunt; præſertim cum periculum eius rei toto eo tempore ad emptorem attinuerit. Quare iure optimo vult ibidem Couar. cũ alijs,quos citat,ſi fructus tempore redemptionis erant iā maturi, atq; apti, vt colligerentur, integros pertinere ad emptorem: eo qđ nihil incrementi,ac bonitatis acceperint,poſtq̃ redempta ea res fuit,iterumq; ad dñium vēditoris deuenit. Sēntentia hæc Coua: quā ēt ex Alexand. & Cumano Aluar. Valaſ.conſult.37.nu.vlt.refert, nec improbat, mihi ſanè probatur; modo intelligatur, non pro rata temporis anni, in quo res fuit ſub emptoris dominio, ad tēpus, in quo poſtea fuit ſub dñio venditoris, fructus eſſe diuidendos,ſed pro rata temporis, à quo res fructus producere cœpit ſub emptore, & pro illorum æſtimatione vſque ad ſtatum, in quo res illius eſſe deſinit, ad reliquum tempus, in quo fructus ad maturitatē perduxit, aut etiam partem eorum de nouo produxit,eſſe inter eos,prudentis arbitrio, diuidendos.

Atque eodem modo,in eademq; proportione, eſt penſio inter eos diuidenda,ſi res eadem locata erat alicui tertio. Quo fit vt ſi res,antequā fructificare incipiat,redimatur, integri fructus ad venditorē,qui illam redemit, ſpectent. Soluendæ tñ emptori tunc eſſent expenſæ, & induſtria,ſi quas eo anno feciſſet, aut appoſuiſſet, in ea re colenda, ac aptanda. Præterea,quando fructus,modo paulò antea explicato, inter emptorem, & venditorem ſunt diuidendi,tam emptor,quam venditor, accipere ante omnia ex fructibus debent expenſas, atque valorem induſtriæ appoſitæ, vſque ad fructus perceptos, reliquumque inter vtrumque modo explicato eſt diuidendum.

6 Quando † fructus rei cũ pacto de retrouendendo emptæ, in quotidiano eiuſdem rei vſu conſiſtunt,vt ſunt fructus domus,equi,mancipij,& ſimiliũ tunc vſus vſque ad redemptionē ſpectat ad emptorem;poſt redemptionem verò ad venditorem pertinet. Quare,ſi res cuidā tertio erat locata,penſio diuidenda erit inter emptorem,& venditorē pro rata tēporis locationis, in quo res fuit emptoris,ad tempus in quo fuit venditoris. Quādo autem res,quæ redimitur,erat cenſus,ſuo loco dicetur quouſque penſio cenſuario ſit ſoluenda.

Ad legem ergo 2.C.de pactis inter emp.& vē-
7 dit.dicendum † eſt,non affirmare,fructus omnes pendentes ſpectare ad venditorē à tēpore redemptionis,aut à tēpore moræ, quo, offerente venditore pretium,emptor reſtituere non vult rem,ſed ſolum affirmare, venditorem poſſe deinceps agere ad fructus à tēpore moræ perceptos: intelligitur tamen, non ad omnes a tempore moræ pendentes in re,ſed ad fructus quoad eā illorum partem, quæ ad ipſum, modo explicato, attineret, ſi emptor in mora non fuiſſet tradendi eam rem.

Hoc loco eſt obſeruandũ,cum gloſſa à doctoribus cōmuniter approbata.l.2. C. de pact. inter empt. & vendi. eſto in pacto de retrouendendo
8 † non explicetur, hæredes venditoris redimere poſſe rem venditam, eamque poſſe redimere ab hæredibus emptoris, ex natura tamen ipſa pacti

id intel-

id intelligi: quia ex ſe hẽt, vt vtrinque ad hæredes tranſeat: quare, niſi contrahentes expreſſe conueniant, vt pactũ ad hæredes nõ tráſeat, ſane vtrinque ad illos ſeſe extendit. Si ergo pactũ ſit appoſitũ; vt intra certũ tẽpus res vendita redimi poſſit, & deinceps non; tunc, eſto venditor intra id tẽpus moriatur, hæredes ipſius redimere eam intra idẽ tempus poſſunt: eo verò tranſacto, locus nõ erit redẽptioni, et ſi hæres minor ſit, qui neq; per tutorẽ, aut curatorẽ, eã redemerit: neque enim tunc beneficiũ reſtitutionis in integrũ illi concedetur. Ratio eſt, quia id tempus ex contractu, partiumque cõuentione erat cõſtitutũ, eaq; de cauſa ſucceſſoribus currit, etiã ſi minores ſint, idemq; erit in pacto legis commiſſoriæ, quo ad tẽpus datũ, intra qđ pretiũ erat ſoluendũ. Ita colligit ex l. Aemilius. ff. de minor. & cum Bart. & cõi doctorum ſententia, quã refert, affirmat Anto. Gom. 2. tomo variar. reſol. c. 2. nu. 27. Si tamen hæres, ſiue minor, ſiue maior, pactum ignoraſſet, eaque de cauſa rem non redemiſſet, conceditur ei reſtitutio in integrum, vt eam redimere poſſit. Ita Anton. Gom. ibidem cum multis alijs quos citat, argumẽto textus in l. 1. in fi. ff. ex quibus cauſ. minor. iũcta l. 1. §. ſi qs ꝓpter ff. de itiner. actuq; priuat.

Quæſ. 9 Quando † in contractu emptionis cum pacto de retrouendendo dictum eſt, vt quandocunque venditor vellet, poſſet rem venditam redimere, nullo ꝑfixo termino, voluerunt multi, quos Ant. Gom. vbi ſupra nu. 28 & Greg. Lopez l. 42. titu. 5. par. 5. gloſ. 1. referunt, niſi res tunc intra annos triginta (alij quadraginta dixere) redimeretur, irredimibilem deinceps effici. Ducebantur, quia ex eiuſmodi pacto reſultat actio perſonalis aduerſus emptorem ad rem redimendam: actio aũt perſonalis, tã de iure cõi, quàm Luſitano, præſcribitur triginta annis, & de iure Caſtellæ viginti, vt diſputatione 71. viſũ eſt. Placet tñ opinio Ant. Gom. & Greg. Lopez locis citatis (tametſi hic immeritò ob ius Caſtellæ dubitet) nempe in perpetuum rẽ poſſe tunc redimi, tã a venditore, quàm ab hæredibus illius. Ratio eſt, quia ex partiũ conuentione actio, & obligatio extendi poſſunt in infinitũ: in re aũtem propoſita, cùm in pacto expreſſè apponatur, vt quandocunque venditor velit, poſſit rem venditam redimere, cenſetur inter contrahentes cõueniſſe, vt quocunque tempore in perpetuũ emptor velit, poſſit rem redimere. Decis.

Atq; hæc opinio, præter alia iura, quæ Anton. Gom. citat, probatur apertè ex l. quod ſi nolit. §. ſiquid ita. ff. de ædilit. edict. Vbi habetur, ſi inter emptorem, & venditorem pactum fiat, vt quandocunque res emptori diſplicêret, redhiberetur, poſſe redhiberi in perpetuum. Præterea in bulla de cẽſuum creatione ſtatuit Pius Quintus, nunquam præſcribi poſſe ius, quod venditor cenſus cum pacto de retrouendendo habet ad eum redimendũ. Adde, in pacto de retrouẽdẽdo ſibi emptorem reſeruare facultatem, vt quandocunque ipſe, aut hæredes ipſius, velint, poſſint rem venditam redimere: ad actionem aũt aduerſus emptorem, prius neceſſe eſt eligant venditor, aut hæredes ipſius, redemptionem, pretiumque emptori offerant, & ille renuat, quàm competat actio, quæ intra tempus à iure ſtatutũ ꝑſcribi debeat: actio autẽ, & illud aliud prærequiſitum, vt actio in potentia propinqua reſultet; longè diuerſa ſunt.

10 Dubiũ † eſt, ſiquis rem emat cũ pacto de retrouendendo, & interim dum venditor ius hẽt illam redimendi, emptor eam vendat, ac tradat cuidam tertio, an venditor primus ius, & actionẽ habeat ad eã extrahẽdum de poteſtate illius tertij Ioannes Med. q. vltim. de vſuris affirmãter reſpõdet: exiſtimat. n. per pactũ de retrouendendo manere ius in re in primo venditore, eaque de cauſa actionẽ realem illi competere ad illam extrahendum de poteſtate cuiuſcũque, ad quẽ deuenerit. Eandem ſñiam amplectitur Couar. 3. var. reſ. c. 8. n. 3. cũ Pau. Caſtr. & multis alijs, quos citat. Ductus, l. ſi cum venderet. ff. de pig. act. quæ habet, ſi creditor cuidam tertio vendidit pignus, quod habebat ſui debitoris, cũ pacto, qđ quandocunque debitor redderet ei pretium, reſtitueret illi ſuum pignus, tunc creditorem teneri cedere eam actionem aduerſus illum emptorem, debitoremque agere aduerſus eundem emptorem, vel rei vendicatione, quæ eſt actio realis, & ſupponit ius in re, vel actione in factum, ſeu præſcriptis verbis quæ eſt perſonalis. Hinc Couar. & alij colligunt, ex pacto de retrouendendo reſultare ius in re, & actionem realem, eaque de cauſa extrahi poſſe de poteſtate tertij emptoris, cui ſit tradita.

Cõtraria tñ opinio eſt cõior, & amplectenda, Decis. quam referunt, ac ſequitur Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 3. n. 29. & Greg. Lopez l. 42. tit. 5. par. 5. Nempe,

11 ex † pacto de retrouendendo non competere venditori ius in re, & actionẽ realem, ſed ſolum perſonalẽ, aduerſus primum emptorem ad venditionem primã diſſoluendam, remque emptam reddendã, ſi adhuc in ipſius, aut ſuorũ vniuerſaliũ ſucceſſorum, dñio perſeuerer, alioquin ad intereſſe, ſi in alterius dñio ſit tranſlata. Opinionẽ hanc cõtinet apertè l. 42. tit. 5. p. 5. ſic. n. habet. *El cõprador es tenido de tornar la coſa en todas guiſas ſi es en ſu poder. Y ſi en ſu poder no es, deue pechara el vendedor todos los dannos, y los menoſcabos, que le vinieron porque no torno aquella coſa, que an ſi auia vendido.* Ecce, quando res iã nõ eſt in poteſtate emptoris, ſolũ primo venditori conceditur actio ad intereſſe aduerſus emptorem, & nulla realis aduerſus poſſidentem. Ratio verò huius ſententiæ eſt manifeſta. Quia pactum de retrouendendo minus quid eſt, quã venditio actualis: eſt enim ſolum obligatio ad vendendam rem, ſeu diſſoluendam priorem venditionem; ſi primus venditor eam redimere voluerit; quare, cum ex actuali vẽditione, non ſubſequuta traditione, ſolum competat actio perſonalis, vt diſput. 369. cõprobatum eſt, conſequens profectò eſt, vt ex pacto de retrouendendo ſolum competat perſonalis actio. Id quod confirmat apertè l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. quæ venditori ſolum perſonalem actionẽ ex pacto de retrouẽdendo concedit. Niſi ergo aliquid eorũ interueniat, ratione quorũ diſp. 369. diximus, priorẽ credi torẽ præferri poſteriori, nihil impediente, quòd poſteriori ſit facta tra-

ta traditio, & non priori, vtique non dabitur primo venditori actio, vt propter pactum de retrouendendo in ipſius fauorem in prima venditione appoſitum, extrahere rē poſſit ab eo, cui ab emptore vendita ac tradita ſit. Obſerua tamen, ſi in prima venditione ſimul cum pacto de retrouendendo expreſsè appoſita fuit conditio, quod emens, interim dum venditor facultatem haberet redimendi rem, non poſſet alteri eam alienare, quam primo venditori, tunc primus venditor extrahere poſſet rem illam de eius poteſtate, cui ab emptore vendita, ac tradita fuiſſet: quia iuxta ea, quę in calce diſput. 370. de iure communi, ac Luſitano relata ſunt, ea venditio ipſo iure eſt nulla.

Ad id, vnde Couar. & alij ducti ſunt, dicēdum eſt. Textum illum intelligi debere, vēditori competere rei vendicationem, ſi creditor vendidit pignus non ſeruatis omnibus requiſitis, vt vēderet: tunc. n. per eam venditionem, factam præſertim cum pacto illo, non amiſit debitor dominium pignoris, eaque de cauſa agere poteſt rei vendicatione: eſſet quippe ea venditio quaſi ſecunda impignoratio: ſi verò illam vendidit ſeruatis omnibus requiſitis, aget ſolum actione in factum perſonali. Mitto, gl. & Bart. ibi aſſerere, additionem illam in eo textu, vel actione in factum: correctionem eſſe illorum verborum, rei vendicatione. Adde, vt Bar. ibidem ex eodem textu notat, id eſſe priuilegium debitoris comparatione ſui pignoris: quare extendere illud non licet ad venditorē cum pacto de retrouendendo.

Dubiū 12 Dubium eſt, qn̄ † aliquid venditur cum pacto de retrouendendo, vtrum alcauala debeatur, præſertim ſequuta poſtea reſolutione primæ venditionis, adimpletione pacti adiecti. Doct. communiter conſentiunt, ex priori illa venditione alcaualam deberi.

Deciſ. Ratio eſt, quoniam uenditio illa fuit pura, & perfecta, nihil impediente pacto de retrouendēdo appoſito. quare ius ſemel ex ea uenditione fiſco quæſitum, non amittitur reſolutione poſtea contractus vi pacti de retrouendendo adiecti. Ita Anto. Gom. tom. 2. uar. reſ. c. 2. nu. 31. & l. 70. Taur. num. 30. Pinell. 2. C. de reſcinden. vendit. par. 2. c. 3. num. 36. Laſſarte de decim. vendit. c. 14. num. 36. & plerique alij, quos citant. Et idem diſponitur in Luſitania *en os artigos das ſiſas* pag. 2. §. 1. ubi eiuſmodi contractus purè cenſetur factus, nihil impediente, quod forma uerborum factus aliquando uideatur ſub conditione: præcipiturq. gabellam ſolui gabellario, qui fuerit eius anni, in quo contractus ſit celebratus, nihil impediente, quod conditio, ſub qua primo aſpectu contractus uidetur celebratus, alio anno impleatur.

13 Maius † dubium eſt, utrum ex diſtractu, ac reuenditione, alia gabella debeatur. Dicendum autem eſt cum prædictis autoribus, non deberi. Ratio legitima eſt, quoniam illa non eſt ſecūda uenditio, ſed reſolutio primæ; idque ui exequutionis pacti de illa diſſoluenda appoſiti in prima uenditione, antequam illa perficeretur: uenditio autem ut diſſolui poteſt pacto appoſito, antequam utrinq. impleatur, ac retrotraditione eius, quod ex altera parte datum ſit, vt diſputatione præcedente viſum eſt; ita etiam diſſolui poteſt ſimili pacto tunc appoſito, etiam ſi exequutio illius fiat poſt venditionem completam: ex reſolutione verò venditionis non debetur noua gabella, vt diſputatione præcedente dictum eſt.

Quod ſi poſt venditionem ſemel vtrinq; perfectam mercis, ac pretij traditione, nullo appoſito pacto de retrouendendo, conuenirent poſtea contrahentes, vt res pro eodem pretio redimeretur, tunc illa cenſeretur noua omnino venditio, debereturq. noua, ac diſtincta gabella ei gabellario, qui eſſet tempore talis ſecundæ conuētionis: eò quod reſolutio contractus emptionis, & venditionis locum non habeat poſt illum ſemel adimpletione vtrinque perfectum, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Quin ſi tempore primæ conuentionis pactum de retrouendendo apponeretur, vt res pro maiori, aut minori pretio redimeretur, aut pars mercis redimeretur pro toto pretio, cenſetur ſecunda venditio, diſtinctaq. gabella ex illa deberetur, vt Laſſarte vbi ſupra nu. 41. rectè ait, atque ex dictis diſputatione præcedente facilè patet. Etenim, poſtquam proceſſum ad traditionem ex altera parte eſt, locum non habet variatio in contractu ita, vt vnus, & idem, variatus aliquantulum, cenſeatur, vt habet, quando res eſt integra, aliquidque circa mercem, aut pretium, auctum, diminutum ve eſt, vt diſputatione præcedente dictum eſt: & multò minus reputari poteſt idem contractus, quando, poſt primum integrè vtrinque adimpletum, in ſecundo, illuſque adimpletione, variatione, variatio ex partium conſenſu interueniret. Obſeruat etiam bene Laſſarte vbi ſupra num. 2. cum Carolo Molinæo, ſi venditio a principio fieret, non quidem cum pacto de retrouendendo, ſed cum pacto, quod, ſi emptor eam rē vendere vellet, teneretur præferre primum venditorem cæteris emptoribus, tunc, eſto poſtea, vi illius pacti, reuenderetur primo venditori pro eodem pretio, quo primò vendita fuit, deberi gabellam diſtinctam ei gabellario, qui tempore talis reuenditionis fuerit: quoniam id non eſſet reſolutio primi contractus, ſed noua venditio, vi antiqui illius pacti appoſiti.

14 Dubium † eſt, vtrum, ſi venditio facta ſit cum pacto de retrouendendo vſque ad ſex annos verbi gratia, & antequam illi compleantur, prorogatio temporis de conſenſu partium fiat, vt vſque ad ſex alios annos res poſſit redimi tranſactiſque prioribus ſex annis, intra alios ſex redemptio fiat, an debeatur diſtincta Alcauala. Reſpondet meritò Laſſarte vbi ſupra nume. 43. cum Carolo Molinæo, & Tiraquello, deberi: quoniam, cum redemptio illa non fiat vi primi pacti, ſed poſt completam omnino venditionem quo ad primū pactum, vi ſecundi fiat, non cenſetur id reſolutio primæ venditionis, ſed noua, ac diſtincta venditio, quod ad ius fiſci attinet, ac proinde debetur gabella diſtincta.

Vtrum emptio cum pacto de retrouendendo licita ſit.

DISPVTATIO CCCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Emptio cum pacto de retrouendendo an licita ſit.*
2 *Pactum de retrouendendo nulla lege prohibitum.*
3 *Pactum de retrouendendo nulli contrahentiũ iniurioſum, nec præiudiciale ei, qui emit.*
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ, nu. 4.
5 *Emptio cum pacto de retrouendendo, quare licita.*
6 *Pactum de retrouendendo an faciat rẽ minus valere, ita quod emptor teneatur de pretio rei deſcendere & quantum nu. 8.*
7 *Emptio facta cũ pacto de retrouẽdendo, cũ diminutione pretij, reprobatur, & vſuraria iudicatur.*
9 *Pretij diminutio, quæ fit ex pacto de retrouendendo, de quo pretio iuſto ſit intelligenda.*
10 *Reſtitutio in conſcientiæ foro, eo caſu, quando res empta fuit diminuto pretio cum pacto, de retrouendendo, quomodo ſit facienda.*

RE ſeruata interim emptione cenſus cum pacto de retrouendendo in ſuum locum, quęritur, an † emptio, de qua præcedente diſputatione habitus eſt ſermo, licita ſit. Pars, quę negat, ſuaderi poteſt. Quoniam, vt Leuitic. 25. habetur, poſſeſſiones omnes, quas filij Iſrael emebant ab inuicem, illas emebant cum pacto de retrouendendo, ementesq; computare tenebantur in partem pretij fructus perceptos vſque ad tempus redemptionis, ita videlicet, vt ſi quis emeret poſſeſſionem aliquam quadraginta aureis, & fructus percepti vſque ad tempus redemptionis æſtimarentur decem aureis, venditor ſolum teneretur reſtituere triginta aureos, ſuamq; accipiebat poſſeſſionem: cum ergo lex illa iuſta fuerit, vtpote a Deo data; conſequens eſt, vt contrarium ſit iniuſtum, ac proinde vt emptio cum pacto de retrouendendo, non computando fructus perceptos in parte pretij, iniuſta ſit. (Queſt. 1)

Cõ s tamen, ac vera ſnĩa eſt, licitam eſſe, quã amplectuntur Conra. de contract. q. 83. Couar. 3. var. reſ. c. 8. nu. 4. & alij, quos copioſè referemus, dum idem de cenſu cum pacto de retrouendendo examinabimus. Probari autem poteſt. (Deciſ.)

Primò, q̃m emptio licita eſt ſine pacto de retrouendendo, vt ex ſe liquet: ſed † pactum de retrouendendo non eſt lege aliqua prohibitũ, nec alicui contrahentium eſt iniurioſum, aut præiudicium affert: ergo licitè apponitur, ac proinde licita eſt emptio cum pacto de retrouendendo. Minor quo ad priorem partem, quod. ſ. pactum de retrouendendo nulla lege ſit prohibitum, perſpicua erit ex ijs, quæ tam de iure diuino, quã humano, inferius citabimus. Quo ad poſteriorem verò, nempe nulli contrahentium eſſe iniurioſum, aut præiudicium afferre, probatur. (2)

Quoniam non ei, qui cum eo vẽdit: ſiquidem in fauorem illius apponitur: emensq. ſit, qui eo pacto grauatur, quippe qui diſtrahere vi eius pacti rem non poſſit interim dũ is, qui vendidit, ius habet illã redimendi, teneturq. eidem illam vendere qñcunq. iuxta pactum appoſitum, voluerit eam redimere. Quod † verò neq. iniurioſum ſit, aut præiudiciũ afferat ei, qui emit, probatur. Non ſolum quia ſciens, & volens, nullaque neceſſitate adductus, in eo pacto conſentit: ſed ẽt quia, cum grauamen illud pretio ſit æſtimabile, vtique, ſi in rei venditione cum pacto de retrouendendo tantum deſcendatur in pretio, quantum prudentis arbitrio grauamen id æſtimabitur, emens nullam patietur iniuriam, aut præiudicium, eam rẽ cum eo grauamine pro illo pretio emendo. (3)

Secundò, ſi emptio cum pacto de retrouẽdendo ex ſe eſſet illicita, id maximè ex eo eſſet, quia vĩ vſuraria, dum emens, qñ res vendita redimit, capitale integrum recipit, non ſecus ac ſi mutuo illud dediſſet, & nihilominus lucratur fructus medij temporis: ſed in eiuſmodi contractu nulla cernitur vſura. In primis, quia ad vſuram requiritur mutuũ, ſaltẽ virtute, vt in materia de vſura, & alias ſępe viſum eſt: ad mutuum aũt neceſſaria eſt facultas in mutuante repetendi pro aliquo tẽpore ſortem: quod in re propoſita non cernitur: ſupponimus. n. nullam eſſe poteſtatem in emente ad pretium repetendum, ſed ſolum in vendendo ad rẽ pro pretio redimendã, ſi velit. Deinde, quia emens cũ pacto de retrouendendo, dñium comparat rei ita emptæ: ac, ſi interim, dum non redimitur, pereat, ipſi perit, neque venditor tenetur reſtituere ei pretium: in quo nullum mutuum cernit, etiam virtute, ſed mera emptio, ac proinde neque vſura interuenire in eo poteſt, quod fructus eius rei percipiat, quæ eo tempore eſt ſua. Quare ſequitur, eiuſmodi contractum licitum eſſe.

4 His † accedit, præter iura cõia, Caſtellæ, & Luſitaniæ, quæ approbant emptionem cum pacto de retrouendendo, Martinum Quintũ in extrauaganti 1. & Calixtum III. in extrau. 2. inter cões de emptione, & venditione, & Pium V. in bulla de creatione cenſuum, approbare cenſum cum pacto de retrouendendo, in quo primo aſpectu videbatur eſſe maior difficultas, quã in emptione aliarum rerum cum pacto de retrouendendo, vt ſuo loco videbimus. Accedit etiam c. ad noſtrã de emp. & vend. vbi, cum damnetur emptio cum pacto de retrouendendo, quando pretium datum pro re eſt nimium modicum, argumento a contrario ſenſu, approbatur, quando pretium cõmenſuratur rei, quæ cum eo pacto emitur. Denique res hæc confirmatur ex Leuitic. 25. vbi dominus præcepit vendi poſſeſſiones cum pacto de retrouendendo, domus præſertim eas, quæ nec intra muros, nec leuitarum erant.

5 Quod verò emptio † cum pacto de retrouendendo licita ſit, variato pacto quocunq. illorum modorum, qui diſputatione præcedente propoſiti ſunt, probatur. Q̃m integrum emptori eſt emere rem pretio iuſto nullo admiſſo pacto, ſed pactum, quocunq. illorum modorum varietur, cedit in fauorem venditoris, tametſi plus cedat, ſi facultas redimendi concedatur in perpetuũ, quã ſi ſolum ad tempus concedatur, emptorque prohibeatur

hibeatur redimere rem maiori tpe: cũ ergo, quo-
cunque modo pactum varietur, remittat emptor
aliquid de eo, ꝙ ad emptionis iuſtitiam neceſſa-
rium non erat remittere, pactumque in fauorem
venditoris cedat; cõſequens profecto eſt, vt, appo-
ſitione pacti quocunque illorum modorũ, nulla
iniuria fiat venditori, ſed potius grã, propriè qui-
dem dicta, ſi emptor pp tale pactũ nihil de pre-
tio iuſto diminuat: impropriè verò dicta, ſi pp pa
ctum in pretio deſcendat, ita vt æqualitas in eo
contractu cernatur inter pretium, & rem cum eo
pacto emptam. Vnde fit, vt neque emptori vlla
iniuria fiat in appoſitione huiuſcemodi pacti.

Non defuit quidã Henricus Otta, à Conrad.
q. citata, & à Medina q. vlt. de vſuris relatus, qui
6 † aſſereret, rem cum pacto de retrouendendo nõ
minus valere, q̃ ſine eo pacto, eaq; de cauſa em-
ptorem cum pacto de retrouendendo, non poſſe
licitè deſcendere in pretio, quo res abſque eo pa-
cto emeretur. Ducebatur, quoniam res cũ eo pa-
cto eandem naturam, ac proinde eundem valorẽ
retinet: quare nefas eſt propter id pactum quic-
quam de pretio, alioquin iuſto, minuere. Alia le-
uiora illius argumenta, eorumque ſolutiones, le-
gere apud doctores citatos licebit.

Communis doctorum ſnĩa meritò cõtrarium
affirmat. Liquet. n. onus id, non alienandi rẽ inte
rim, dum venditor redimere illã poteſt, teneriq;
emptorem illã vendere qñcunque venditor intra
id tps redimere eam voluerit, eſſe onus pecunia
æſtimabile, nõ minus q̃ alia remota onera, vt mo
lendi in mutuantis molendino, & ſimilia alia, q̃
in materia de vſura dictũ eſt, pretio eſſe æſtimabi
lia: quare onus aliud, cum re, quæ emitur, coniun
ctum, illam ſanè efficit minoris valoris, licetque
põt emẽs, ut illud ſubeat, exigere competentem
cõpenſationẽ, nempe ut, iuxta illius æſtimatio-
nem, minuatur de pretio rei in ſe ſpectatæ. Adde,
quando res emitur cum eo pacto, emptorem non
cõparare plenum illius dñium quo ad iura oĩa, q̃
dñium plenum nata ſunt ſequi: quippe cum uen
ditor ius aliquod ſibi reſeruet comparatione il-
lius; quare ſicut quando res habet ſeruitutem, aut
uenditur quoad ſolum dominium directum, aut
utile, minus ualet, quàm quando quoad plenum
dominium uenditur: ita quando uenditur cum
pacto de retrouendẽdo, minus ualet propter ius,
quod ſibi uenditor reſeruat, quam ualeret, ſi libe-
ra ab eo pacto uenderetur.

Ad id, unde autor ille ducebatur, dicendũ eſt,
rei ualorem non æſtimari quo ad naturam illius,
ſed quo ad uſum, & commoditatem ex illa, ut dũ
de pretio rerum agebamus, explanatum, oſtẽſum
que fuit, eaq. de cauſa, quamuis res cum eo pacto
eandem retineat naturã, quia tñ non tantam com
moditatem habet ad uſus ex dominio emanare
conſuetos, non eſſe tanti ualoris, quanti eſſet, ſi
cum eo pactò non uenderetur.

Quod ad argm̃ initio huius diſputationis, in
partem negantem propoſitum attinet, ſciendum
eſt Deum, in gratiam populi illius, ut poſſeſſio-
nes non egrederentur cognationes, inter quas
fuerunt diuiſæ, atq; ne quidam poſſeſſiones mul
tas haberent, cæteris vacuis remanentibus, præce
piſſe eo loco, vt poſſeſſiones vendi non poſſẽt in
longius tp̃s, q̃ vſque ad annũ Iubilei, ita vt in an-
no Iubilei liberæ, atq; abſq; vllo pretio, ad anti-
quos dños redirent; quare tantum valebat poſſeſ-
ſio vendita illo modo, quantũ æſtimari poterat
vſus, & commoditas illius vſq; ad annũ Iubilei:
eaq; de cã, ſi Iubilei annus multum diſtabat, plu-
ris æſtimabantur poſſeſſiones illæ: ſi verò parum
diſtabat: vilius æſtimabantur. Itẽ pcipiebat De⁹,
vt ea quoque lege poſſeſſiones emerentur, vt ſi vẽ
ditor redimere vellet poſſeſſionem ante annũ Iu-
bilei, id efficere poſſet pro pretio, quo illam ven-
didit: emptor tñ tunc compenſare teneretur in
partem pretij, valorem fructuum perceptorum.

Ab hac lege ſolum excipiebantur domus, quæ
intra muros erant alicuius ciuitatis, aut oppidi,
neq. erant alicuius leuitarũ. Concurrentib. n. his
duabus conditionibus, nempe ꝙ eſſent intra mu-
ros, & non eſſent leuitarum, cenſebantur vendi
in perpetuum, & cum pacto de retrouendendo ſo
lum intra annum. Domus autem, quæ vel leuita-
rum erant, vel non erant intra muros, eandem ſu
bibant legem cæterarum poſſeſſionum, quæ non
erant domus. Hæc omnia Leuitici 25. habentur.

Ad argumentum verò propoſitũ, cõceſſa ma-
iori, & minori, in hoc ſenſu, quod lex illa nullam
iniuſtitiam continebat, neganda eſt conſequen-
tia, inde videlicet ſequi contrarium iniuſtitiam
continere. Fieri. n. optimè poteſt, vt ex duob. con
tradictoriis neutrum iniuſtitiam contineat. Ne-
que enim quia Deus, creando mundum, nullam
fecit iniuſtitiam ſequitur, ſi mundum non creaſ-
ſet, facturum fuiſſe iniuſtitiam.

Hoc loco obſerua. c. ad noſtrã. de emp. & vẽd.
& in Luſitanis ord. lib. 4. tit. 14. § 2. & titu. 27. §.
7 1. qñ aliquid † emitur cũ pacto de retrouenden-
do, & pretium eſt diminutum, reprobari contra-
ctũ, vſurariumq. iudicari. Vt vero hæc iura intel-
ligantur, obſeruandum eſt. Si contrahentes cũ pa
cto de retrouendendo reuera emere, ac vendere
intendant, vſurã in conſciæ foro nõ interuenire,
ẽt ſi pretium valde ſit diminutum: qm̃ in eo con
tractu, nec virtute, cernitur mutuum ſine quo vſu
ra eſſe non poteſt: erit tñ emptio iniuſta pp pretij
inęqualitatem. Vnde emens illo modo pretio val
de diminuto, peccat quidem contra iuſtitiam, at-
que ad reſtitutionem tenetur, non tñ incurrit in
conſcientiæ foro vſurariorum pœnas. Atque in
hoc conueniunt doctores cõiter, de qua re lege
inter alios Nauar. in Manu. c. 17. nu. 248. In foro
tñ exteriori, ſi res cum pacto de retrouendendo
ematur, & pretium ſit valde diminutum, cẽſetur
ementis animum non fuiſſe emere, ſed mutuo da
re accipiendo rem ita emptam in pignus, atq; lu-
crando fructus illius interim, dum mutuum non
ſoluit, neq; illos in ſortẽ computando, ac proinde
is cõtractus in foro exteriori vſurarius cenſetur.

Sententiam hanc colligunt quãplurimi, quos
inter alios referunt Couar. tertio tomo variarum
reſolution. cap 8. num. 3. & quarto, & Aluar. Va-
laſ. conſultat. 70. ex capit. ad noſtram de emptio-
ne & venditione, eáq; ordinationes Luſitanæ lo-

cis citalis lege ſeruãdam ſancierũt, addẽtes, ſi pretium diminutum eſſet in quarta parte pretij iuſti, contractum iudicandum eſſe vſurarium, atque ementem incurrere pœnas vſurariorum.

Quo fit, vt de iure Luſitano præſumptio ſit iuris, & de iure eũ cõtractum vſurariũ eſſe, ac proinde fit, vt illo modo emens pronunciari dẽat pœnas vſurariorum incurriſſe, nulla admiſſa probatione in contrarium. Cũ autem vſurarius cõtractus nullus ſit ipſo iure, neq; per illũ dñium rei, in pignus reputatæ, acceptæ, tranſeat in accipientem; conſequens profectò eſt, vt aduerſus ita emẽtem, etiam ſi rem alienauerit, & aduerſus quemcunque alium eiuſdem rei poſſeſſorem, venditori cõcedatur rei vendicatio, ac proinde realis actio, neque aduerſus eum præſcribatur tempore, quo perſonales actiones præſcribuntur, vt rectè Aluar. Valaſ. loco citato. num. 5. affirmat.

Quamuis aũt maior fortaſſe doctorũ pars doctrinã illã ex c. ad nřam colligat, ſeruãdaq; cẽſeo, in Luſitania ſit, Panor. tñ ad idem caput, Couar. vbi ſupra, & multi alij, non immeritò obſeruãt, id non ſufficienter ex eo. c. colligi. Etenim in eo, qui in illo textu vſurarius pſumptione cenſet, nõ cõcurrerunt duæ illæ ſolæ circũſtantiæ, ſed ſimul cũ illis concurrerunt hæ duæ aliæ. Prima ementẽ illo mõ, aſſueuiſſe dare ad vſuram, cum aũt timeret, ne vſurariorum pœna dãnaretur, noluit mutuo dare, ſed emit illo mõ: vñ multi, quos idem Cou. ibidem, Aluar. Valaſ. conſultatione citata. nu. 3. & Gama deciſ. 138. referũt, tertiã hanc circumſtantiam addendam cenſuerunt. Secunda verò, appoſuiſſe in cõtractu pactum, vt emens redimere non poſſet rem illam ante ſeptẽnium, neq; poſt nouẽniũ: vnde lucrari vt minimum volebat fructus ſeptem annorum; cum tamẽ, ob pretij exiguitatem, ſciret rem poſt ſeptennium omnino redimendam fore. Atq; hinc iure optimo Couar. loco citato cenſet, ſtando in ſolo iure canonico. arbitrio prudentis iudicis eſſe definiendum, an, quãdo non omnes illæ quatuor circũſtãtiæ interueniunt, ſed ſolum quædam earum contractus ille iuris præſumptione habendus ſit vſurarius.

8 Rem † venditam cum pacto de retrouendendo minus valere, quam ſi abſq; eo pacto vẽderetur, ſupra dictũ eſt, atq; id varijs iuribus confirmant, præter Nauar. in Manua. c. 17. nu. 248. Cou. 3. variar. reſolut. c. 10. nu. 1. Aluar. Valaſ. conſult. citata. nu. 4. & Gama deciſ. 138. num. 2. relata cõi doctorum opinione, quæ idem affirmat. Quidam, quos ijdem doctores referunt, voluerunt, rem cũ pacto de retrouendẽdo valere minus fere tertiam partem, quam ſine eo pacto, ita vt, ſi alioquin valebat centum aureos, cum eo pacto valeat, plus minus, ſeptuaginta. Alij dixere, ob eiuſmodi pactum numquam detrahendum eſſe pretio, alioquin iuſto, vltra tertiam partẽ. Doctores verò citati meritò cum alijs aſſeruerunt, rem hanc prudentis arbitrio eſſe in vnaquaque regione definiẽdam, ſpectata conſuetudine eius regionis, communiq; hominum in illa exiſtimatione, q̃ multũ facit, vt pretium in vnaquaq. regione iuſtũ ſi cenſendũ, vt, quãdo de pretio iuſto ſupra ſermo fuit habitus, dictum eſt. Illud iure optimo addunt, minus valere rem cũ pacto de retrouẽdendo in ppetuũ, aut ſine vlla tpis præfinitione, q̃ cũ limitatione tpis, & valere plus, ſi fiat cum pacto de retrouẽdendo ad breuius tempus, quam ad longius.

Dubium verò eſt, qñ c. ad noſtram, de emp. & vendit. cenſetur vſurarius contractus cum pacto de retrouendendo, qñ pretium, pro quo res cum eo pacto fuit empta, valde fuit diminutum, concurrentibus illis alijs circunſtantijs, & in Luſitanis ordinationibus vſurarius reputatur, quando

9 pretiũ deficit à iuſto in quarta parte; num † intelligendum id ſit, de pretio iuſto rei illius, ſi venderetur ſine pacto de retrouendendo: an potius de pretio iuſto illius cum eodem pacto de retrouendendo: quandoquidem dictum eſt, pretium iuſtũ eiuſdem rei poſteriori modo ſpectatæ, longè minus eſſe, quam ſi priori modo attendatur. Aluar. Valaſ. conſult. citata. nu. 10. & 11. arbitratus cum Pinel. l. 2. de reſc. vend. par. 3. c. vlt. nu. 19. intelligendum id eſſe, de pretio iuſto rei ſpectatæ ſine vllo pacto de retrouendendo. Non dubito tamen id eſſe falſum, intelq; illa intelligenda eſſe de pretio iuſto rei ſpectatæ ſub eodem pacto de retrouẽdendo, vt affirmant Gama dec. 138. nu. 2. & dec. 178. & cæteris doctores cõter. eſtq; magis in praxi receptum, vt Pin. & Aluar. Valaſ. confitentur, æquitasq; ipſa põſtulat. Præterea alia. n. cum doctores cum quibus diſputamus, concedant, pactũ de retrouendendo interdum de valore iuſto rei minuere tertiam partem, aut ferè, vtique concedere tenerentur, Luſitanam ordinationem, quæ vſurariam reputat emptionem cum pacto de retrouendendo, in qua de pretio alioquin iuſto minuitur quarta pars, reputare vſurariam ob pretij defectũ à limitib. iuſti eam emptionem, de qua conſtaret iuſtam eſſe, ſpectata re cum pacto de retrouẽdendo, cum quo emitur; quo nihil põt dici abſurdius.

10 Dubium † deinde eſt, qñ res empta fuit diminutio pretio cum pacto de retrouendendo, obligatioque eſt reſtituendi in conſcientiæ foro, quonam pacto facienda ſit reſtitutio. Vtrum. ſ. augendum ſit pretium vſque ad latitudinem iuſti tpe, quo celebratus fuit contractus, & ſimul reſtituendum venditori ſit intereſſe lucri ex eo ipſi ceſſantis, quod portio illa pretij, quæ ad complementũ iuſti defuit, ſoluta ei non fuerit; an potius reſtituẽda illi ſit pars fructuum ex re empta ſingulis annis perceptorum, quæ eandem proportionem ad fructus integros habeat, quam pars pretij dicta habet ad integrum pretium iuſtum. Dicendumque eſt cum Ioan. Medin. quæſtio. vltima de vſuris priori illo modo faciendam eſſe reſtitutionẽ, ad idque teneri emptorem, ſiue id plus ſit, quam pars fructuum, ſiue non. Ratio eſt, quoniam emptor per eam iniuſtam emptionem comparuit dominium totius rei emptæ, atque, ſi periret, emptori ipſi periret, & non venditori: eaque de cauſa, fructus illos omnes fecit ſuos, ſolumque tenetur reducere contractum ad æqualitatem, ſoluendo damna, etiam lucri ceſſantis, ex quo venditori ſequuta, quod pretium à principio iuſtum non fuerit:

Vtrum

Vtrum licita ſit emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio. Et num res interim, dum non redimitur, locari licitè poſſit venditori.

DISPVTATIO CCCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Empta res cum pacto de retrouendendo quō licitè, dum non redimitur, locari poſſit venditori.*

2 *Emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio, quam in prima venditione factum fuit, quomodo licita.*

Cum duabus declarationibus. nu. 3.

DVo propoſita dubia ſuperſunt explananda. Atque vt a poſteriori, in quo minus eſt ne-
1 gotij, ordiamur, dicendum eſt. Si † contrahentes reuera intendant celebrare duos illos contractus ſimul, vt emptionem domus certo aliquo pretio cum pacto de retrouendendo, & locationem, qua emptor vẽditori illã locatam relinquat, pretiũq. vtriuſque contractus cõmenſuratũ ſit rei ꝑ qua datur, licitos eſſe, nihil impediente, ꝙ ſimul celebrarentur. Ita Nau. in Man. c. 17. n. 248. Syl. ver. vſura. 2. q. 15. pronunciat. 2. Conr. de contract. q. 83. ad 12. & Caie. 2. 2. q. 77. artic. 1. Ratio eſt quia vnus eſt iuſta emptio, alter verò iuſta locatio: ex eo verò, ꝙ ſimul fiant, nulla conſurgit iniuſtitia, aut alia iniquitas. Si aũt primus contractus non eſſet vera emptio, ſed pecuniæ mutuatario, emptionis ſimulatione palliata, ita ꝙ ſi res tpe locationis periret, non tunc vterque contractus eſſet uera uſuraria mutuatio, ſimulata noĩe fictæ emptionis, ac locationis, & tales illi duo contractus in foro exteriori præſumuntur, ſi ab eo fiant, qui dare conſueuit ad vſuram, vt Pan. c. illos vos, de pig. n. 5. ait. Si aũt vterque contractus eſſet quidẽ vera emptio, & locatio, pretium tñ emptionis eſſet diminutum, aut locationis excedens, tunc contractus eſſet iniuſtus, ſed non vſurarius, tenereturq. emptor, ac locator ad reſtitutionem exceſſus, aut defectus pretij. Quod ſi emens aſſuetus eſſet tradere ad vſuram, aut ex alijs circũſtantijs vehemens præſumptio eſſet, in eis contractibus interuenire vſuram ſimulatam, damnari in foro exteriori poſſet tanquam vſurarius, iuxta ea, quæ paulo antea, & diſputatione præcedente dicta ſunt, peccaretq. peccato ſcandali, ſi quando eos contractus celebrauit, attendit, aut attendere debuit, alios inde ſcandalum poſſe ſumere.

2 Quod † ad ſecundum dubium attinet, nũ ſcilicet emptio cum pacto, ut retrouenditio maiori pretio fiat, quam prima uenditio facta ſit, ſit licita. Conr. de contract. quæſt. 84. concl. 4. aſſerere cum quibuſdam alijs uidetur, talem contractum illicitum eſse. Quoniam tunc non eſset ęqualis conditio utriuſque contrahentium. Et quoniã, ſi pretium datum pro re in prima emptione fuit iuſtum pretium maius, quod in pactum redẽptionis eiuſdem rei deducitur, erit iniuſtum.

Med. q. vlt. de vſur. quem Cou. 3. var. reſo. c. 9. n. 1. ſequitur, in contraria eſt ſententia. Videlicet non ſemper illicitum eſſe deducere in pactũ, vt ſi res vendita redimat, maiori ꝑtio fiat redẽptio. Cũ. n. inquiunt, in emptione cũ pacto de retrouẽdendo, duo cernantur contractus emptionis, & venditionis: vnus, quo primò res emitur: & alter, quo poſtea redimitur: vtiq; ſi vterque iuſto ꝑtio celebretur, iuxta valorẽ rei tempore exequutionis vtriuſque contractus, liciti ambo erunt. Quare, cũ euenire aliquando poſſit, vt ſperetur rem tempore exequutionis ſecundi contractus plus eſſe valituram, quam tempore primi valeat, nulla erit iniuſtitia, ſi emptio tũc celebretur cũ pacto, vt in reuenditione tantum in pretio aſcendatur, quantũ, plus minus, exiſtimatur rem tunc valituram, aut vt reuenditio aſcendat tunc in pretio, aut deſcendat, quantum eo tpe valore comperietur. Exemplum eſt, ſi quis emat pullum equi cum pacto de retrouendendo intra duos annos, quo tpe, moraliter loquendo, erit longè maioris pretij; nulla. n. tunc erit iniuſtitia, ſi in pactum deducatur, vt vẽditor accreſcere teneatur in pretio, quantum, plus minus, exiſtimatur tunc valiturus, aut quantum tpe redemptionis valere comperietur. Imò verò, ſi pactum de retrouendendo fieret, vt venditor ſolũ ſolueret pretium, ꝙ pro illo dedit, ſanè contractus eſſet iniuſtus in damnũ primi emptoris, qui, cũ rẽ iuſto pretio emerit, obligaretur illam reuendere infra pretiũ infimũ iuſtũ. Neq; quicq̃ refert, ꝙ toto tpe intermedio feciſſet ſuos fructus illius pulli, vt ſi illũ locaſſet, aut ipſe eo eſſet vſus. Qñquidem, non ſolum ſumptus cum eo feciſſet, ac, ſi periſſet medio illo tpe, ipſi periſſet, ſed etiã quia creuiſſet in bonitate, & valore, dum ſub ipſius erat dñio, quia valor ad ipſum vtiq; ſpectat. Aliud exemplum eſt, ſi mercator tpe nouorũ emat menſuras aliquot tritici, quas ſeruare intendat in tempus, in quo ſperat plus valituras, petatq. ab eo vẽditor vt emptio ſit cum pacto de retrouendendo illo tempore, in quod mercator ſeruare illas intẽdit: tunc. n. emptor iuſtè exigere poterit, vt redemptio ſit pretio, quod plus minus, ſperatur tunc valituras, iuxta ca. nauiganti, de vſur. aut vt ſit pretio, quod tunc valituras comperietur.

Placet mihi ſanè hæc ſententia præſertim, ſi intelligatur, quod, ſi in prima emptione propter onus de retrouendendo, quod emptor in ſe ſuſcipit, aliqui imminutum ſit de pretio rei alioquin iuſto, in redemptione non petatur tantum incrementum pretij, quantum res, plus vel minus, ſperatur tunc valitura ſup. pretiũ, ꝙ pro ea datũ eſt, ſed quãtũ ſperatur, plus minus, valitura ſup. pretium, quo res eadem in prima venditione ſine pacto de retrouendendo emeretur. Neque enim iniungendum eſt venditori, vt in redemptione perſoluat illam pretij portionem, quam ipſemet emptori detraxit propter onus de retrouendendo, quod in ſe ſuſcipiebat. Medina vult damnãdum non eſſe contractum, etiam ſi in pactum deducatur incrementum totum, quod res habuerit ſupra pretium, quod pro illa datum ſit. Quamuis

autem ea ſententia de rigore ſcolaſtico non videatur damnanda, non tamen videtur intrepidè aſſerenda, & propter ea dixi, præſertim ſi modo proximè explicato ſententia Medinæ, & Couartuuiæ intelligeretur.

2 Duo † circa eandem ſententiã admonuerim. Vnum eſt. Quando emptor ex ſuo munere emeret ad reuendendum maiori pretio, vt bibliopola, qui ſcholaſticorum libros emit ad eos reuendendum, atque in eis lucrandũ, licitus eſſet contractus de retrouendendo pro illo maiori pretio, quo idem bibliopola eoſdem libros iuſtè venditurus eſſet cuicumque alteri. Quia illa eadẽ res, ſub illis duobus modis vendendi, plus valet in ſecunda venditione, q̃ in prima, iuxta ea, quæ de pretio rerũ ſupra dicta ſunt, &, quod vtraque cũ eadem perſona diuerſis temporib. fiat, nihil iniquitatis continet, modo tñ duo illi contractus veri ſint, & non conficti ad vſuram ſimulãdam, mutuo dando ſub illo velamine pro aliquo vltra ſortem.

Hinc excuſari ab vſura, & iniuſtitia poſſunt, q̃ Olyſſipone, & alibi, vbi milites ſunt, munus habent emendi ad reuendendũ enſes, veſtes, & alia eiuſmodi noſtri (*ropauegeros*, Luſitani *aljababes* vocant) ſæpèq. milites ad illos accedũt, & neceſſitate preſſi, aut vt habeant vnde ludant, illis vendunt enſes, veſtes, & alia eiuſmodi, rogantes, vt ſibi illa eadẽ reſeruent quouſq; ſtipendia ſua recipiant, & tunc ea ipſis certo quodã maiori pretio, tpe primæ venditionis inter eos conſtituto, vendant: ſi.n. maius hoc p̃tiũ non excedat, qđ ab alijs iuſtè accipere poterant, damnandus in rigore nõ eſt talis cõtractus; conſulẽdũ tñ eiuſmodi hoĩbus eſt, vt mitius ſe gerãt cũ miſeris militibus, & cõtenti ſint valde moderato lucro, atque attendant, vt animus ſyncerus ſit, nõ dãdi mutuo ſub illo velamine, & vt ſcãdalũ ea de re in alijs nõ generetur.

Alterum eſt. Alicui fortaſſe videri poſſe, cũ rerũ pretia in indiuiſibili nõ conſiſtant, ſed habeãt certã latitudinẽ intra limites iuſti, emptorq; poſſit iuſtè emere infimo pretio, & nolle vẽdere, niſi medio, aut rigoroſo, poſſe licitè aliquem emere aliquid infimo pretio, cũ pacto de retrouendẽdo medio, aut rigoroſo pretio, eſto res nihil plus valeat tempore exequutionis redemptionis quã tpe primæ emptionis. Hoc tñ nullatenus in foro exteriori eſt ferendum, ſed damnandum tamquam vſura, niſi, vt proximè dictum eſt, emptor ex ſuo proprio munere ad reuendendum alijs emeret, rogatuſq; à venditore, rem illi reſeruet, ipſum p̱ eodem pretio præferendo alijs: quod beneficium quoddam eſt. Neq; rem in conſciẽ foro eſt ferendum, niſi in prædicto euentu, aut in alio ſimili: q̃m, licet id iuſtum ſit, q̃n pacto ſeorſum fierent; non tñ eſt iuſtum q̃n fiunt ſimul, licèt exequutio pacti ſecundi de retrouendendo poſtea fiat, niſi veriſimile ſit, rem plus valituram tpe exequutionis ſecundi pacti, quam valeat tpe primi: neque .n. eſt iuſtus titulus, cur vno, & eodem tpe, cum vna, & eadem perſona, poſſit quis, antequam res effecta ſit ſua, vt eadem res ſibi vẽdatur certo pretio, & maiori ab eodem venditori redimatur, niſi adſit aliqua ex circumſtantijs explicatis ob quam accipere poſſit incrementum illud lucri, aut alia ſimilis, quæ alicui fortaſſe poterit occurrere.

Supereſt reſpondeamus ad illa duo, vnde Cõrad. & alij ducebantur, vt vniuerſim damnarent emptionẽ cum pacto de retrouendendo maiori pretio. Atque ad primum dicendum eſt, inæqualitatem illam duorum illorum contrahentiũ non eſſe in vno, & eodem pacto, ſed in diuerſis, conſurgereque ex mutatione rei in valore tempore exequutionis ſecundi, aut ex eo, quod res plus valeat ſub modo ſecundæ venditionis, quam ſub modo primæ, vt explicatum eſt: eiuſmodi autem inæqualitas nõ eſt iniuſta, vt eſſet iniuſta inęqualitas in vno, & eodem pacto inter pretiũ, & rem.

Adde, meliorem illam conditionem ex parte primi emptoris, compenſari ex parte in eo, quod ſi res tempore intermedio inter primum pactũ, & exequutionem ſcđi, pereat, perit primo emptori, nec ſecundus tenetur reſtituere illi pretium.

Ad ſecundũ neganda eſt conſequentia. Maius quippe, & minus pretiũ cõmenſurata eſſe poſsũt vni, & eidem rei, non ſolum ſi res pro diuerſis tẽporibus varietatem ſuſcipiat quo ad valorem, ſed etiam ſi ſub diuerſis vendendi modis plus ſub vno modo valeat, quam ſub alio, vt dictum eſt.

Vtrum licita ſit emptio cum pacto de retrouendendo in emptoris fauorem. Et vniuerſim, quando contractus diſſoluitur, ad quem pertineant fructus ex re vendita medio tempore percepti.

DISPVTATIO CCCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, vt. ſ. vẽditor rẽ redimere nõ teneat, niſi q̃n emptor voluerit, an licita ſit, & nu. 8. & 9.*

2 *Reſolutio contractus venditionis poteſt in volũtatem conferri tam emptoris, quam venditoris.*

3 *Reſolutio contractus quando in voluntatem emptoris confertur, fructus medio tempore percepti ad quem ſpectant. & nu. 8.*

4 *Venditio, quando re tradita, & ſoluto pretio, quocunque modo diſſoluitur, ad quem pertineant fructus medio tempore percepti tã in foro conſcientiæ, quam in exteriori.*

5 *Venditionis contractus quot modis diſſoluatur.*

6 *Cap. illo vos. de pig. quomodo intelligendum.*

7 *Fructus medio tempore percepti circa caſum c. illo vos, de pign. ad quem ſpectent, an ad emptorem, an vero ad venditorem.*

8 *Emptio cum pacto, quod emptor quando voluerit, teneatur venditor redimere rem per eum uenditam, non computatis fructibus medij temporis in partem pretij, ſed emptori reſeruatis, quibus modis licita ſit, & quibus non.*

9 *Emptionis, & venditionis cõtractus cum pacto de retrouendendo, in fauorẽ ſolius emptoris appoſito, tamquam ſuſpecti, ſunt penitus reijciendi.*

Hactenus

HActenus loquuti ſumus de emptione cum pacto de retrouendendo in fauorem venditoris, vt ſcilicet poſſet ipſe illam redimere, quãdo vellet intra terminum ad id datum. Examinan-
1 dum † vero eſt, vtrum licita ſit etiam emptio cũ pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, vt ſcilicet venditor redimere rem teneatur quando emptor voluerit.

Sotus 6. de iuſtit. q. 5. art. 3. concl. 1. aſſeuerat, illicitum, vſurariumq; eſſe eiuſmodi cõtractum, niſi emptor fructus oẽs ex ea re perceptos computet in partem pretij. Qm̃, inquit, ſi vltra pretiũ accipere vellet aliquid fructuum, vſura eſſet, vel aperta, vel palliata: eo quod ſemper per eum contractum ſecutũ haberet ſuum capitale, poſſetq; illud, quando vellet, repetere, quod proprium eſt mutui, licet contractus nomine emptionis nuncupetur. In eadem ſententia ſunt quidam alij.

Hoc loco examinandum ante oĩa eſt, num qñ reſolutio, diſſolutiove contractus in voluntatem emptoris confertur, fructus medio tpe percepti ad emptorem ex natura contractus pertineant; an verò ad venditorem. Et vniuerſim, qñ cõtractus reſoluitur, ad quem ſpectent fructus medij temporis, vtrum ad emptorem, an venditorem.

Quod ad primum attinet, conueniũt quidem
2 oẽs in eo, quod quæſtio ſupponit, nempe † diſſolutionem contractus non minus conferri poſſe in voluntatem emptoris, quam venditoris, vt ex ſe eſt perſpicuum: cum nihil ſit, quod magis vnum impediat, quam aliud. Præterea id apertè colligitur ex l. ſi res ita. ff. de contrah. empt. & ex l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edict. vbi habetur. Si quid vendatur cum pacto, vt, ſi res empta diſplicuerit emptori, redhibeatur, validum eſſe tale pactum. Si autem non limitetur tempus, in quo emptor dicere debeat rẽ ſibi diſplicere, & in quo diſſoluere poſſit contractum, neque item ſit dictum, quod, quandocunq; diſplicuerit, poſſit diſſoluere contractum, tunc tẽpus cenſeatur illi præſcriptũ ſexaginta dierum. Si vero dictum fuiſſet, poſſe, quandocunque, res diſpliceret, diſſoluere contractum, tunc in perpetuum poſſet illũ diſſoluere, vt ibi habetur. Idem colligitur ex c. illo vos de pign. idque ibidem num. 2. colligit, & affirmat Panor. aſſeuerant Medin. quæſt. vltima. de vſur. Cou. 3. var. reſ. c. 9. nu. 3. & alij.

In quæſtione tñ ipſa, quæ id ſupponit, nõ omnes conſentiunt. Panormit. n. loco citato. nu. vlt.
3 & quidam † alij cenſent, qñ reſolutio cõtractus in voluntatem emptoris confertur, fructus medio tempore ab eo perceptos, non ad ipſum ſpectare, ſed ex natura contractus reſtituendos eſſe venditori. Quare in re, occaſione cuius id diſputamus, conſequenter affirmant, emptorem teneri computare in partem pretij fructus ex re empta perceptos. Alij, de quorum numero ſunt Medina, & Couar. locis citatis, aſſeuerant, reſolutionem contractus in voluntatem conferri emptoris, nihil impedire, quod fructus medio tempore percepti ad emptorem ſpectent: atque adeo arbitrantur, in re, de qua diſputamus, fructus medij temporis ad emptorem pertinere, tamquam fructus rei ſuæ pro illo tempore.

Quod verò ad ſecundum attinet, ad quem. ſ.
4 † vniuerſim attineat fructus medio tpe percepti, qñ re tradita, & perſoluto pretio, contractus diſ- Quæſt.
ſoluitur, quocumq. modo is diſſoluatur, multum variant iuriſperiti, quorum ſententias legere, inter alios, licebit apud Cou. c. 9. citato. nu. 1.

Prætermiſſis verò alijs opinionibus, diſtinguẽ-
dum arbitror non ſolum in conſciẽ, ſed ẽt in ex- Deciſ.
teriori foro, eo ꝙ id ſonent iura, doceatq; naturæ lumen, vnde iura ſunt profecta, partim cum Couar. nu. 1. citato, & partim cum Medina q. vlt. ci-
5 tata. §. eſſet dubium. Quod aut † contractus diſſoluitur ex cã de præterito, aut ex pacto appoſito, vt in futurum poſſit diſſolui. Si ex cauſa de præterito diſſoluatur; vt quia res poſt celebratum contractum comperitur tpe celebrati contractus fuiſſe vitioſam, in quo euentu diſput. 353. oſtenſum eſt, dari actionem redhibitoriam ad diſſoluendũ contractum, quando emptor rem non emiſſet, ſi agnouiſſet vitium illius, tunc fructus medio tempore percepti ad venditorem ſpectant: eo ꝙ contractus à principio vitioſus fuerit, reputeturque proinde a principio fuiſſe inualidus. Atq. in hoc euentu diſponit. l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edict. idemque affirmant Couar. vbi ſupra num. 1. & alij, quos citat.

Si verò contractus diſſoluatur ex pacto appoſito, vt in futurum poſſit diſſolui, tunc ſubdiſtinguendum eſt cum Medina loco citato. Qm̃ duobus modis apponi poteſt tale pactum in cõtractu emptionis, & venditionis. Vno, vt ſuperueniente re aliqua, res habeatur pro non vendita cõtractuſve cenſeatur non celebratus. Altero verò, nõ quidem vt res habeatur pro non vendita, & contractus pro non celebrato, ſed vt res illa redimatur, redimive poſſit.

In priori euentu, quia contractus eo ipſo, ex ipſorummet contrahentium pacto, cenſetur nunquam factus, fructus medij temporis pertinẽt ad venditorem, nihil impediente, quod res toto eo tẽpore fuerit emptoris, ſi illi erat tradita. Atque hac ratione in pacto adiectionis in diem, ut iura uocant, & de quo diſputatione ſequenti erit ſermo, vt qñ aliquid ſub hac forma venditur, uendo tibi rem hanc centum aureis ea lege, ut ſi intra duos menſes inuenero meliorem emptionem, res ſit tibi inempta, ſi contractus ex eo diſſoluatur, quod melior emptio ſuperuenit, fructus medio tẽpore percepti pertinent ad venditorem, nihil impediente, quod res eo tempore fuerit emptoris, ſi illi erat tradita, & ſoluerat pretium. Ita diſponitur. l. item quod dictum eſt, iuncta l. quoties. ff. de in diem adiect. Similiter in pacto legis commiſſoriæ, de quo diſputa. 324. dictum eſt, redibitque ſermo diſputatione ſequenti, vt quando ſic dicitur, vendo tibi hanc rem centum aureis ea lege, vt ſi intra duos menſes illos non ſolueris, res ſit tibi minimè vendita, ſi idcirco contractus diſſoluatur, quod emptor intra præfixum tempus pretium non ſoluerit, fructus medio tempore percepti pertinent ad venditorem. Ita habetur l. fundo, ff. de leg. commiſſ. & l. 38. ti. 5. par. 5.

Alia præterea eſt peculiaris rō, quare, qñ contractus hoc poſteriori modo diſſoluitur, fructus medij temporis pertinere nō debeant ad emptorem. Quia videlicet, vt iuriſconſultus l. citata ſubiungit, *Nihil penes emptorem reſidere oportet ex re, in quam is fidē fefelleretur.* Obſerua tñ, ſi emptor arrham dederat, aut partem pretij ſoluerat, in pactumq; erat deductum, vt, ſi intra certum tē pus reliquum pretij non ſolueret, res eſſet inempta, tunc eo ipſo amittere arrham, & partem pretij quam ſoluerat, vt conſtat ex l. ſi fundus, & ex l. de lege. ff. de leg. commiſſ. & ex l. 38. tit. 5. part. 5. Attamen in recompenſationem arrhæ, aut partis pretij, quam amittit, voluerunt iura iuxta benigniorem Neratij interpretationem, vt emptor ſuos faceret fructus medio tempore perceptos.

Atque hoc eſt, quod diſponit, l. ſi fundus, ff. de leg. commiſſ. & poſt eā l. 38. Caſtellæ citata, & nō id, quod Couar. nu. 1. citato ex eis iurib. refert, vt liquidò conſtat iura illa legenti. Quod ſi tunc vēditor noluerit arrham, aut partem pretij, ſed fructus medij temporis, poterit illos ſibi eligere.

In poſteriori verò euentu, qñ ſcilicet pactū non habet, vt res habeatur pro non vendita, & contractus pro non celebrato, ſed vt res illa redimatur, redimive poſſit tunc, ſi iuxta eum pactum diſſoluatur contractus, fructus medio tempore percepti ad emptorem pertinent, cuius tota eo tempore res illa fuit; idq; ſiue reſolutio contractus à voluntate venditoris, ſiue ab emptoris voluntate pēdeat, vt euenit in re, de qua diſputamus, & cuius occaſione hæc omnia dicta ſunt.

Illud hoc loco admonuerim, contractus oēs, de quibus a diſputatione 374. loquuti ſumus, appellari in iure, vereq; eſſe, puros, hoc eſt, non cōditionales. Quáuis. n. in quibuſdam eorū pactum conditionale apponatur, conditio tñ non eſt ad hoc, vt vēditio ſit, ſed vt, poſtquā fuit, reſoluatur, ac deſinat eſſe, vel ita, vt cenſeatur nunquā facta, vel ita, vt vlterius non progrediatur, vt explicatū eſt. Si autem in hac forma cōtractus celebrarentur; vendo tibi hanc rem, vel ſit tibi vendita, ſi tñ pretium ſolueris intra tm̄ tempus, vel niſi alius intra tm̄ tempus maius obtulerit pretium, at condō alia apponatur, quæ ſuſpendat, vt ex aliquo euentu futuro venditio ſit, aut non ſit: tunc contractus erit conditionalis, deficienteque conditione, non diſſoluitur venditio quia nunquam fuit, ſed potius contractus non ſortietur effectū, vt ſit, eo ꝙ deſit conditio, à qua pendebat contractus, vt eſſet, ac perficeretur: ſi autem cōditio impleatur, dicetur contractus perfici, ac ſortiri effectum. Ita habetur l. 2. & 4. ff. de in diem adiec. l. 1. ff. de leg. commiſſ. atq; alijs iurib. Neque refert parū, contractum aliquem conditionalem eſſe ad varios effectus, qui ex parte in præcedentibus toto hoc opere explicati ſunt, & ex parte dicentur in ſequētibus præſertim diſputatione ſequenti.

Ex dictis facile erit intelligere, quid cēſendum Quęſt. ſit circa caſum capitis, illo vos, de pignor. Vtrum
6 † ſcilicet in eo ex natura contractus emptionis, & venditionis teneatur emptor computare fructus perceptos ante diſſolutionem contractus in partē pretij, quaſi ad venditorem pertinerent: an non, quaſi ad emptorem ſpectarent. Caſus hic erat. Petrus emerat a Paulo quandam poſſeſſionem certo pretio ea lege, vt, ſi, Petro intra duos annos diſpliceret emptio, Paulus inde vſque ad annum teneretur illi reddere maius quoddam pretium; fructus autem medij tpis computarentur in partem pretij. Definit verò Summus Pontifex, quamuis contractus, quoad formam externam, videatur emptionis puræ cum pacto, vt, modo explicato, diſſolui poſſit; nihilominus ex his duobus, quę in pacto fuerunt expreſſa, nempe quod fructus percepti in partem pretij deberent computari, & ꝙ venditor reddere teneretur maius pretium, quam pro eadem poſſeſſione acceperat, contractū præſumi vſurariū, talemq; eſſe iudicandū præſertim cū emptor vſuras exercere conſueuerit; pręſumendum quippe eſt, intendiſſe ſub eo pallio mutuare, acciperecq; poſſeſſionem illam in pignus cum pacto, vt aliquid vltra ſortem ſibi redderetur.

Dubitant verò doctores, nam iuxta formam illius contractus emptionis, in quo reſolutio in emptoris voluntatem conferebatur, fructus medij tēporis pertinerent ad emptorem, an verò ad vendi
7 torem: varijq; varia loquuntur. Iuxta † ea autē, Deciſ. quæ proximè definiuimus dicendum arbitror. Si conditio appoſita hæc fuit, vt emptione Petro diſplicente, contractus pro nō confecto haberetur, fructus ad venditorem pertinuiſſe: ſed tūc illum alium contractum, vt venditor redderet maius pretium, fuiſſe apertè vſurarium: quoniam eo dato, nullus alius titulus ad incrementum illud pretij manebat, quam mutui.

Si verò cōditio appoſita hæc erat, vt, emptione diſplicente, contractus ceſſaret, ac diſſolueretur, tunc fructus medij temporis ad emptorem pertinuiſſe. Atque hoc vr̄ intentum formæ illius contractus. Cæterū, vt vſurarius, iuris præſumptione damnatur, ex illis duobus alijs, aut tribus capitibus, commemoratis, ſimulque ſumptis: quia præſumptionem vſuræ in illo contractu efficit, non ſolum emptorem conſueuiſſe exercere vſuras, atque exigere in eo vltra pretium datum, ſed etiam remittere fructus, vt computarentur in partē pretij: ſi enim ad ipſum pertinerent, quia reuera intēderet celebrare emptionem, non ita facilè illos remitteret, vt computarentur in ſortem: quare, ex omnibus illis ſimul ſumptis: ſufficienter contractus ille præſumitur vſurarius.

Nūc ad id, vnde digreſſi ſumus, regrediamur. Conr. de contract. q. 84. Med. q. citata, Maior, in 4. d. 15. q. 43. in epilogo quæſtionis. Cou. 3. vari. reſ. c. 9. nu. 3. in contraria ſunt Soti opinione. Ex natura videlicet rei, atque de rigore ſcholaſtico,
8 contractū † emptionis cum pacto quod, quando emptor voluerit, teneatur venditor redimere, qđ vendidit, licitum eſſe, non computatis fructibus medij temporis in partem pretij, ſed reſeruante ſibi illos emptore, modo tamen ſequentes ad ſint conditiones. Prima, quod pretium redemptionis ſit iuſtum. Secunda, quod praua intentio abſit occultandi ea via vſuras, mutuum celebrādo ſub conficto emptionis nomine.

Tertia,

Tertia, quod abſit ſcãdalũ, atq; infamia celebrãtis eum contractũ. Addunt, diſſuadendos oĩno eſſe eos contractus, anteq̃ fiant, pp periculũ, quod ex eis plus, q̃ ex aliis, imminet palliandi ea via vſuras, & quia ſpeciẽ mali hñt, ſuſpectique in ſe ſunt: tametſi nõ condemnentur vt vſuræ in pſumptione iuris, & de iure, niſi adſint circumſtantiæ aliæ, quæ præſumptionẽ augeãt, vt apertè colligitur ex c. illo vos citato. Excipit Couar. contractum cenſualẽ, quem illicitum cum illo pacto arbitratur.

Probant verò hi autores ſuam ſniam. Primo, quoniam, ſi concurrentibus conditionibus commemoratis, contractus ille eſſet illicitus, vel ideo id eſſet, quia eſſet vſurarius, vel quia alia rõne eſſet iniuſtus. Non quia vſurarius: quandoquidem in eo nõ interuenit mutuum, ſed vera emptio, & venditio: quod ex eo liquet, quoniam in eo interuenit merx, & pretium: præterea, quoniam, ſi res, anteq̃ redimatur, pereat, perit emptori, neque debet illi pretium, quod pro ea dedit: id quod longè alienum eſt a mutuo; eo quòd ſemper, quacunq; re pereunte, capitale debeatur mutuanti: ergo in eo contractu non interuenit vſura, quæ eſſe nequit ſine mutuo. Atq; ex eodem fundamento probatur, contractũ illum non eſſe pignoris, perceptis ex eo fructibus non computatis in ſortem. Quoniam ſi pignus pereat, non ei perit, qui pecuniam ſub eo pignore dedit: res aũt illo modo empta, ſi, anteq̃ redimatur, pereat, emptori perit. Quòd verò idem contractus alia ratione non ſit iniuſtus, probatur. Quoniam ſupponimus pretium æquale eſſe rei venditæ, tam in prima emptione, q̃ in redemptione, attentis grauaminibus, quæ ex vna, aut ex altera parte apponũtur. De qua re dicetur ſtatim. Secundo eandem ſniam probant, quia licitus eſt hic contractus, emo a te talem domum modo tu, quandocunque ego voluero, emere tenearis a me, quandam aliam illi ſimilem, quam habeo in alio loco, interueniente in vtraque venditione pretio iuſto, attentis grauaminibus, quæ ex vna, aut ex altera parte apponũtur: ergo pari ratione licitus erit hic contractus; emam a te hanc domum, modo tu redimere eandem tenearis, quando ego voluero pretio iuſto, attentis grauaminibus ex vna, & ex altera parte appoſitis: neque enim efficit contractum illicitum, quòd te aſtringam ad emendum potius eandem rem, quam aliam illi ſimilem. Tertio, quoniam licita eſt permutatio vnius prædij pro alio prædio cum pacto quòd quando vnus voluerit, teneatur alter reſcindere contractum fructibus medij temporis non computatis in ſortem modo, iuxta onus alteri impoſitum, fiat debita compenſatio ex maiore valore prædij vnius, quam alterius: ergo pari ratione licita erit ſimilis emptio prædij cum pacto, quòd, quando emptor voluerit, reſcindatur emptio, facta compenſatione debita in pretio iuxta grauamen alteri impoſitum.

Obſeruant Conr. & Medina locis citatis, ſi res ematur cum pacto de retrouendendo appoſito in fauorem ſolius emptoris, pretium iuſtum primæ emptionis debere eſſe maius, non ſolum q̃ ſi pactum apponeretur ſolum in fauorem venditoris, ſed etiam, quàm ſi res abſolutè venderetur ſine vllo pacto de retrouendendo: quare, ſi pretium rei cum pacto de retrouendendo in fauorem venditoris, eſſet ſeptuaginta, & pretium eiuſdem rei ſine vllo pacto, eſſet centum, pretium illius cũ pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, eſſe deberet pluſquã centum, quantum grauamẽ illud pretio æſtimabile, quod quis emere teneatur rem aliquam certo pretio, quando alius voluerit, prudentis arbitrio æſtimabit. Hæc oĩa facile conſtant. Quoniam emptio rei illius cum pacto in fauorẽ ſolius emptoris, eſt emptio eiuſdem rei irredimibiliter ex parte venditoris: ergo pretium illius cum eodem pacto erit, quantũ eſt pretiũ rei eiuſdem ſine vllo pacto. Deinde, pactum appoſitum, quod venditor redimere illam teneatur, quandocunque emptor voluerit, eſt grauamen venditoris: ergo auget pretium eiuſdem rei, nihil aliunde diminuendo.

Obſeruant ẽt prædicti autores, iniquũ eſſe pactum redemptionis, ſi venditor redimere cogatur pro eodem pretio, quo iuſtè vendidit. Rõ eſt, quoniam quando vendidit, non ſolum vendidit rem ex parte ſua ſine vlla facultate illam redimendi, ſed etiam vendidit grauamen, quod in ſe ſuſcepit redimẽdi illã quandocunque emptor vellet, ac pro eo grauamine accepit incrementum pretij, ſi prima emptio iuſta fuit: ſed quando illam redimit, nudam eam emit a quocunque grauamine: ergo iniuſtum eſt, quòd pro ea tantum pretium reddat, quantum pro illa accepit cum grauamine, quòd illam redimere teneretur, quandocunque emptor vellet.

9 Quia † ergo contractus cũ pacto de retrouendendo in fauorẽ ſolius emptoris, celebrari nõ ſolent ſeruata æqualitate pretij explicata, tam in prima, quàm in ſecunda vẽditione, regulariter celebrantur iniuſtè, iureque optimo de illis ſiniſtra ſuſpicio habetur, neque vlla ratione ſunt permittendi in quacunque benè inſtituta republica.

Quando autẽ res aliqua venderetur cum pacto de retrouendendo in fauorẽ ſimul emptoris & venditoris (quod Conr. & Medina referunt aliquibus in regionibus eſſe conſuetum) ita quod, quouis illorũ prius id volente, teneatur alter diſſoluere contractum; tunc, quia per pactum ſimul in fauorem emptoris appoſitum, plus grauatur venditor, q̃ grauetur emptor per pactum in fauorẽ venditoris appoſitum: pretium iuſtum eſſe debebit vltra id, quo res iuſtè emeretur, ſi cum ſolo pacto de retrouendendo in fauorem ſolius venditoris emeretur, & infra id, quo emeretur, ſi irredimibiliter omnino emeretur, taxando, arbitrio prudentis, quantum ęquum ſit, vt in pretio iuſto aſcendatur pro maiori grauamine venditoris, quam empt.

De diſſolutione venditionis pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem.

DISPVTATIO CCCLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ quid.*
2 *Pactum adiectionis in diem quid.*
3 *Pacta legis commiſſoriæ, et adiectionis in diem, in quibus*

quibus conueniant.

4 *Venditio pacto adiectionis in diem, & legis commiſſoriæ, quot modis diſſolui poſſit, vel non.*

5 *Venditor an reacquirat dominiũ rei, quã vendidit, abſq; traditione, ſi ſine pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diẽ, vendidit ſub hac forma, vẽdo tibi hãc rẽ tãto pretio, ea lege, vt, ſi intra annum reſtituero tibi pretium, res ſit inempta.*

6 *Dominiũ rei transferri nõ põt ſine traditione, neq; per contractum, neq; per diſſolutionem ipſius. Limita tamen in pacto legis commiſſoriæ, & etiam adiectionis in diem. nu 7.*

8 *Alcauala an debeatur, reſoluto cõtractu uẽditionis ex pacto legis cõmiſſoriæ, & adiectionis in diẽ.*

9 *Pactum legis commiſſoriæ in cõtractu verbis directis appoſitum, an non exiſtente cõditione, diſſoluat contractum, perinde ac ſi numquam fuerit celebratus, ita quòd in gabella non debeatur.*

1 PActum † legis commiſſoriæ, vt diſp. 324. & diſputatione præcedente dictum eſt, interuenit, quando aliquid venditur alicui appoſito pacto, ſeu lege, vt ſi is intra tantum, vel tantum, tempus pretium non ſoluerit, res ſit non vendita. Pa-

2 ctum † verò adiectionis in diem, vt præcedente diſputatione dicebamus, eſt, quando aliquid venditur appoſito eo pacto, ac lege, vt, ſi alius intra tantum, vel tantum, tempus maius pretium offerat, vel meliorem emptionem, res ſit non vendita, vt habetur l. 1. ff. de in diem adiectione.

3 Conueniunt hæc pacta † primo, ꝙ, cum in ſolius venditoris fauorem ſint appoſita, non impleto pacto, in poteſtate venditoris ſit, vel diſſoluere contractum, vel eum non diſſoluere, ſed cogere emptorem, vt pretium ſoluat, prout venditor maluerit. Si tamen ſemel dicat, ſe velle diſſoluere contractum, deinceps cogere non poteſt emptorem ſoluere pretium. Si item ſemel pretium petat, aut partem illius, non poterit deinceps contractum diſſoluere. Poterit verò emptor ſtatim, pacto non impleto, non impletave lege contractui appoſita, cogere venditorem, vt dicat, quid eorũ potius eligat. Præterea, ſi res pereat, antequàm venditor diſſoluat contractum, perit emptori, & non venditor. Hęc habenť, qđ ad pactũ legis cõmiſſoriæ attinet l. 2. 3. & 4. §. eleganter, & l. 6. & 7. ff. de leg. cõmiſſor. l. 38. tit. 5. par. 5. & lib. 4. Luſitan. ord. ti. 37. §. vlt. Quod verò attinet ad pactũ adiectionis in diem, habentur l. 2. & 3. & l. eum qui, in prin. & l. Sabinus. ff. in diem adiectione.

4 Illud obſerua, ſi adhibito † pacto adiectionis in diem ſupponatur emptor fictus, qui maius offerat pretium, aut meliorem emptionem, id non ſatis eſſe ad diſſoluendum contractum. Ita habetur. l. eum, qui. §. cum igitur. ff. de in diem adiectione. Eſto autem emptor verus pretium nõ augeat, ſi tamen quacunque ratione offerat emptionem, quæ melior ſit venditori, ob quaſcunq. circunſtãtias interuenientes, diſcedere poterit venditor a contractu, ſi ſub pacto melioris emptionis celebratus fuit. Ita habetur ibid. §. vlt. iuncta l. ſequenti. Quando ancilla ſub pacto adiectionis in diem fuiſſet vendita, & poſt venditionem pareret, meliorque emptio ob partum, aut quoſcunq; fructus rei ita venditæ offerretur, diſſolui non poſſet contractus: qa melior illa emptio, quę offerretur, nõ eſſet circa rem ipſam venditã, ſed circa rẽ diuerſam, tametſi à re vẽdita profectã. Ita habetur l. ſi res. ff. de in diẽ adiectioni. Si tñ, venditis duabus rebus, vt duob. mancipijs, vnum periret, meliorq; emptio circa alterum offerretur, ꝗ vtrumque venditum ſit, diſſolui poſſet contractus, vt habetur l. ſi ex duobus. ff. de in diem adiect.

In lege cõmiſſoria, vt emptor dicať non impleuiſſe pactum, ſatis eſt, ſi intra pſcriptum tps non obtulerit venditori pretiũ: neque. n. eſt neceſſe, vt venditor illud petat. Si tñ emptor intra pſcriptũ tempus pretium adduceret, neq; inueniret, cui illud traderet, non diceretur tranſgreſſus pactum. Ita hř l. ſi fundus. §. vlt. & l. vlt. ff. de leg. commiſ. Solet etiã in l. cõmiſſoria adhiberi aliqñ pactum, ꝙ, ſi emptor intra certum tempus pretiũ non ſoluat, nõ ſolum res ſit nõ empta, ſed etiam vẽditor poſſit illam alteri vendere, & quòd, ſi eam minori pretio vendat, primus emptor ſupplere teneatur, quod defuerit ad pretium cum ipſo conuentum; validumque eſt eiuſmodi pactum. Ita habetur l. ſi fundus citata. §. in commiſſoria.

In pacto adiectionis in diem, ſi expreſſum fuerit, ꝙ ſicut venditor, offerente alio meliorem cõditionem, poteſt diſſoluere contractum, ita emptor non teneatur illi ſtare, tunc, offerente alio intra præſcriptum tempus meliorem emptionẽ, non poterit venditor eligere priorem venditionem cogendo priorem emptorem, vt illi ſtet. Ita habetur l. Sabinus, ff. de in diem adiect.

Qñ aliqd pacto adiectionis in diem venditum eſt, venditorque ante tempus præſcriptũ eſt mortuus, caruitq; hærede, qui intra id tps hæreditatẽ adiret, tunc, eſto aliquis meliorem intra id tẽpus offerat emptionẽ, quia tñ pactum intelligitur de emptione, quæ intra id tempus placeat venditori, atque intra tale tempus neque venditori, neque hæredi illius, qui tunc non ſunt, poteſt placere, vtique res vendita manet priori emptori. Ita habetur l. ſi predio. ff. de in diem adiect.

Cõueniũt deinde pactum legis cõmiſſoriæ; & adiectionis in diẽ, quia ſi contractus ex eiuſmodi pacti diſſoluať, fructus medio tpe percepti pertinent ad venditorem, vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt. Tenetur præterea emptor, ſi res illa culpa ipſius deterior eſt reddita, ſoluere venditori æſtimationem dãni talis rei. Ita habeť l. ſi fundus in prin. ff. leg. commiſ. & l. 38. tit. 5. par. 5.

In pacto verò adiectionis in diẽ, qñ res primo emptori concediť, nõ ꝙ venditor priorẽ emptionem eligat, ſed ꝙ, offerente alio meliorem emptionẽ, primus emptor auget ſupra pretiũ ab hoc alio oblatũ, neq; eſt, q plus deinceps offerat, fructus medij temporis pertinent ad venditorẽ, niſi aliud fuerit expreſſum in contractu. Ita hř l. item qđ §. vlt. iunctis duab. legib. ſeqq. ff. de in diem adiect. Ratio eſt, qm̃ eo ipſo, ꝙ alius plus obtulit, ſignificatumque eſt primo emptore (vt ſignificari debere iuribus citatis præſcribitur) reſciſſa fuit prima emptio, ab eaque fuit receſſum.

Tertiò

Tertiò conueniunt pactum legis cõmiſſoriæ, & adiectionis in diem, qd,ſequuta conditione,ex qua venditio reſcinditur, eo ipſo abſq; alia traditione dñium rei illius tranſit in primum vẽditorem, competitq; ei rei vẽdicatio ad cuiuſcunque poteſtatẽ res illa deuenerit. Ita, qd ad pactũ adiectionis in diẽ attinet, colligitur apertè ex l.ſi quis hac,in prin.ff.de rei vend.vbi hr̃. Si quis rem aliquam emit pacto adiectionis in diem, quamuis, anteqũ conditio aduenîat, ſub qua res cenſetur nõ empta poſſit emptor agere rei vendicatione: non tñ poſtq̃ aduenit: qm̃ eo ipſo dñium pertinet ad venditorem. Idem colligitur ex l.ſi ex duobus (alias incipit,idem Iulianus.)§.ſed & Marcellus. ff.de in diem adiect. Vbi hr̃. Si,qui rem emptã habeat pacto adiectionis in diem,illã tradidit cuidã tertio in pignus,ſubſequutaq; ſit reſciſſio contractus ob meliorem emptionẽ vẽd tori oblatã,continuò deſinere rẽ habere onus pignoris. Vnde colligit ibi iuriſconſultus,vſq; ad oblatam venditori meliorem emptionem,primum emptorem dñm fuiſſe rei illius, & ob id pignori potuiſſe illã obligare, illique conueniſſe conditiones omnes veri domini,quarum multas eidem medio illo tẽpore conuenire commemorantur.l.2.in fi ff.de in diẽ adiect. ſed ſicut dñium illi competebat reuocabiliter,& dependenter ex eo, quòd venditori nõ offerretur melior emptio,ita cætera ſimili modo illi competebant.Idem,quoad pactum legis commiſſoriæ,colligitur ex l. commiſſoriæ.C.de pact.inter empt.& vend. illis verbis; *non uendicationem rei eligere*, & ex l.vlt.ff.de leg.cõmiſſ.illis verbis, *à uenditrice uendicari debeãt*,& affirmat cõis ſententia doct.quos Cou 3.var.reſ.c.8.n.1.Ant.Gom. 2.tom.var.reſ.c.2 nu.30. referunt,ac ſequuntur.

Quæſ. 5 Vtrũ autem † quando res ſub hac forma vẽditur,vendo tibi hanc rem tanto pretio ea lege,vt ſi intra annum reſtituero tibi pretium,res ſit inempta(qui caſus habetur l.ſi a te C.de pact.inter empto.& vendi.) reſtituto pretio intra annum, venditor comparet dñium illius abſque traditione, quemadmodum comparatur qñ ex pacto adiectionis in diem,aut legis cõmiſſoriæ,venditio reſcinditur.Quidam,quos Couar.num.2.citato,& Greg. Lopez l.38.citata verb.*que ſea deshecha*; referunt,ac ſequuntur,affirmanter rñdent. Placet

Deciſ. tñ contraria ſentẽtia,quam cum Bar.& alijs,amplectitur Ant.Gom.nu.30.citato, & quã Couar. vbi ſupra cõem confitetur. Ratio eſt,qm̃ regula

6 † eſt generalis, quam varia iura ſtatuunt,abſque traditione, neq; per contractum, neq; per diſſolutionem contractus, transferri dominium,vt diſput.2.3.366.& 373.oſtenſum eſt, a qua ſolum ſunt excipienda, quæ in iure excepta comperiuntur:non reperitur aũt ius, in quo expreſſum ſit,in eo euentu abſque traditione dñium transferri, ſicut exprimunt iura transferri, qñ ex pacto adiectionis in diem,aut legis commiſſoriæ, venditio diſſoluitur.Text.autem l.voluntate.ff.quib.mod. pig.vel hypoth.quem Couar.in confirmationem ſuæ ſententiæ citat, ſanè eam non probat. In eo enim habetur, ſi creditor legitimè pignus vẽdat, aut alius de facultate dñi rem alienã vendat, venditioq; partium conſenſu diſſoluatur, redire dominiũ pignoris ad debitorẽ, cuius erat ante eam venditionẽ,non verò ad creditorem: & ſimiliter dñium rei alienæ de facultate dñi venditæ,redire, non ad venditorem, ſed ad eum,cuius erat: qm̃, inquit tex.diſſoluta venditione,redit res in ſtatu, in quo antea erat. Perſpicuum autem eſt,textum non loqui de quacunq; diſſolutione, qua iterum traditio ſit rei emptæ: in eo quippe textu ſermo eſt de diſſolutione per mutuum partium conſenſum: omnes verò concedunt, in eo diſſolutionis genere, non prius emptorem amittere dominiũ, quam iterum rem tradat. Obſerua tñ, in re propoſita, fructus perceptos medio tẽpore ante reſolutionem contractus, ad venditorem pertinere, iuxta ea,quæ diſputatione præcedente dicta ſunt. Rõ eſt,qm̃ in eo contractu non interuenit pactũ de retrouendendo, ſed pactũ reſolutionis contractus,ita vt cenſeatur non celebratus a principio.

7 Doctores conueniunt,et † pacto legis cõmiſſoriæ transferri in venditorem dominiũ abſq; traditione,qñ verbis fit directis: ſecundo qñ fit verbis obliquis Verba directa, in re propoſita,appellant iuriſperiti,quæ ſignificant diſſolutionẽ contractus quaſi ab initio non fuerit celebratus, qualia ſunt,res ſit inempta, cõtractus pro infecto habeatur,& ſimilia. Verba autẽ obliqua appellant, quæ vel ſignificant interruptionem contractus, ita vt a termino præſcripto ad ſoluendũ pretium, diſſoluatur contractus, vel certè ſunt indifferẽtia verba,quę æquè poſſunt ad id aptari,& ad hoc vt contractus cenſeatur numq̃ factus. Vt ſunt hæc. Si intra tantũ tempus non ſolueris, res ad me redeat diſſoluatur contractus,ſit ex tunc diſſolutus, & his ſimilia. Quod autem,quando pactum legis commiſſoriæ non fit verbis directis,non tranſeat dñium abſq; traditione in venditorem,hr̃ apertè l.3.C.de pact.inter empt.& vẽdi. idq; affirmant gl.l.1.verb.mortis cauſa ff.de dona. Bar.& doct. cõiter,quos Couar.& Ant. Gom.locis citatis referunt,ac ſequuntur. Vtrũ autẽ dicendũ ſit in pacto adiectionis in diẽ, quod.ſ.qñ venditio ex illo diſſoluitur,non tranſeat dñium ſine traditione in venditorem.Cõis doct.ſnĩa,vt Couar.loco citato refert,eſt non tranſire. Meritò tamen ipſe in contrariam propendet, ductus.l.ſi quis hac. ff.de rei vendit. Vbi proponitur pactum adiectionis in diem verbo obliquo,& quicquid Bart.ibi textum deſtruẽdo,exponat, dicitur transferri dominium abſq; traditione in venditorem. Illud admonuerim,quando prędicta pacta verbis fiunt obliquis, fructus medio tempore perceptos ad emptorem ſpectare,& non ad venditorem, iuxta ea quę precedente diſputatione tradita ſunt: quandoquidem non ita diſſoluitur contractus, vt cenſeatur non factus a principio.

Præterea obſeruãt doctores,ſi pacta legis commiſſoriæ,aut adiectionis in diem,non apponantur incontinenti,qñ celebratur contractus venditionis, ſed poſtea ex interuallo, tunc,quãuis fiant verbis directis, non tranſire dominium abſque traditione in venditorem. Ita gloſ.pen.l.ab emptione, ff.de pactis, & cum ea doctores communiter

niter, quos Couar. & Ant. Gom. locis citatis referunt, ac ſequuntur.

8 Dubium eſt, vtrum, reſoluto † contractu venditionis ex pacto legis commiſſoriæ, aut adiectionis in diem, debeatur nihilominus alcauala. Conueniunt doct. ex reſolutione non deberi, iuxta ea, quæ diſputationibus præcedentibus dicta ſunt. Item communiter conueniunt, quando pactum verbis obliquis fuit factum, eſto reſoluatur, deberi gabellam: quoniã non reſoluitur, quaſi numquam fuerit factus, ſed ſolum diſſoluitur, ne vlterius progrediatur, atque adeo, cum ſemel omnino obtinuerit, ex illoque fuerit ius quæſitũ fiſco, ex eo, ꝙ poſtea ceſſet, etiam vi pacti præcedentis, non definit deberi gabella. Idem propter eandem rationem dicendum eſt, quando pactum ex interuallo fuit appoſitum: quoniam cum in prima contractus celebratione ius fiſco fuerit perfectè quęſitum independenter ab aliquo, quod tunc contractui ineſſet, atque vnde contractus diſſolueretur, vtique, quòd poſtea pactum reſolutiuum apponatur, nullum præiudicium fiſco afferre potuit in iure iam ſibi plenè quæſito.

Quęſt. Tota autem difficultas eſt, qñ pactum verbis directis in ipſamet contractus celebratione fuit appoſitum; quod ſane, ſi conditio, aut lex pacti, poſtea non exiſtat, perinde contractum diſſoluit, ac ſi nunquam fuerit celebratus. Et idem eſt in caſu l. ſi a te C. de pact. inter empt. & vendi. & in quocunq; alio ſimili, in quo in ipſa celebratione contractus pactũ adhibetur reſolutionis illius perinde, ac ſi a principio non fuerit celebratus.

Cõis ſententia, quam Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. refert, & quam Laſſarte de decim. vend. c. 14. n. 19. refert, ac ſequitur, eſt, gabellam in eo euentu non deberi ex contractu illo: ſi autem ſoluta fuerat, repetendam ex gabellario eſſe.

Ant. tamen Gom. ibidem deberi arbitratur. Ducitur. Primo, quoniam contractus fuit purus, & non conditionalis, vt ex dictis hac, & præcedente diſputatione conſtat: quare, cum ex illo ius a principio fiſco fuerit quæſitum, diſſolutio, quæ fit poſtea, præiudicium fiſco afferre non poteſt, etiamſi vi pacti præcedentis fiat.

Secundo ducitur Bar. doct. l. vlti. §. fin autẽ. C. cõia de leg. vbi ait, Si grauatus ſub conditione reſtituere aliquam rem pendente conditione, eam vendat, valere alienationem, ac deberi gabellam, eſto poſtea, adueniente conditione, reſoluatur contractus, & alienatio ex d. §. fin autem.

Decif. Recedendum tñ non eſt a cõi ſnĩa. Licèt enim venditio pura fuerit, ac proinde ius, & fiſco, & alteri contrahenti, fuerit quæſitum, pp modum tñ appoſitum, ſeu legem, in ipſamet celebratione contractus, quòd, ſi pretium non ſolueretur intra tãtum tempus, vel alius intra id meliorem offerret emptionem, venditio haberetur tamq̃ numquam contracta, ius fuit ſolum quæſitum vtriq; dependenter ex eo, ꝙ id non ſequeretur, & quòd venditor, illo ſubſequuto, diſſoluere non vellet contractum; qm̃, in ipſamet celebratione contractus, vendens id ſibi reſeruauit, neque aliter vendere voluit: quare, non ſoluto pretio, vel occurrente meliore emptione, volenteque venditore ea de cauſa reſoluere contractum, vtique vi pacti appoſiti retrotrahitur effectus, vt venditio reputetur quaſi numquam facta, ac proinde quaſi numquam fiſcus, aut emens, ius aliquod comparauerit, atque adeo perinde quoad hoc ſe habet venditio illa, ac ſi ſub conditione celebratus fuiſſet contractus. Lege Laſſarte vbi ſupra fuſius hæc explanantem.

Ad primum ergo argumentum Ant. Gom. cõceſſa maiori in ſenſu explicato, ad minorẽ dicendũ eſt. Fuiſſe quidẽ ius quæſitũ fiſco ex illo contractũ, dependenter tñ ex eo, ꝙ ſuo ſequuto modo vendens diſſoluere non vellet contractum, vt explanatum eſt: quare conſequentia eſt nulla.

Ad ſecundum dicendum eſt, doct. Bar. eſſe veriſſimam, eo ꝙ venditio de re aliena facta, valida ſit, venditorq; teneatur emptori de euictione, atque adeo ad intereſſe, vt diſp. 327. oſtenſum fuit, ac proinde ex illa gabella debetur: alienationem verò illam fuiſſe reſolutam, non quidem quo ad contractum venditionis, quaſi redditus fuerit nullus, ſed quo ad dominij translationem, quæ facta cenſetur ſub conditione, ſub qua hæres ille grauatus, qui illam vendidit, tunc dominus illius erat: impleta enim conditione, ſub qua res illa fuerat legata, ſicut venditor dominium illius amiſiſſet, tranſijſſetque in legatarium, ſit etiam illud amittit emptor, tranſitque eo ipſo in legatarium.

Illud obſerua, quando venditio ob pactũ adiectionis in diẽ diſſoluitur, & res traditur offerenti meliorem emptionem, traditionem hanc eſſe diſtinctã venditionem a priori, vt Laſſarte vbi ſup. num. 31. aduerſus Menchacam probat: ex illaque deberi gabellam domino, ac gabellario, qui tunc fuerint: nõ vero antiquis, qui tẽpore prioris venditionis cum pacto adiectionis in diem fuerunt.

De venditione conditionali.

DISPVTATIO CCCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Venditio conditionalis quid.*
2 *Venditio conditionalis quos pariat effectus.*
3 *Pactum quodcunque, & quæuis conditio apponi poſſunt in contractu emptionis, & venditionis, niſi iuri, ac bonis moribus repugnent.*
4 *Pacta contra bonos mores quæ ſint.*
5 *Periculum rei venditæ, quando contractus eſt conditionalis, ad quem ſpectet.*
6 *Fructus medio tempore percepti ad quem pertineant, quando res ſub conditione venditur.*

QVamuis poſt ea, quæ diſput. 337. ac alias ſæpe in ſuperioribus de venditione conditionali ſparſim dicta ſunt, ſuperflua hæc diſputatio videri poſſet, placuit tamen illam ſubiungere, vt quaſi ad epilogum illa reducamus, & ſi quid omiſſum fuit, id in ea addamus.

1 Venditio † conditionalis eſt, quãdo conditio in ea apponitur, non quidem vt contractus diſſolui

ui poſſit poſtq̃ iam factus eſt, ſed vt ſuſpendatur, vt ſit, ac vim habeat, dependenter ab ea conditione, quę proinde de futuro, eoque in vtramuis partem contingenti, eſſe debet: alioquin contractus non erit conditionalis, vt nunc de eo loquimur. Vt ſi quis dicat, vendo tibi hanc rem tanto pretio, ſi id mihi intra tantum tempus ſolueris, aut ſi intra tantum tempus alius non obtulerit meliorem venditionem: talis quippe contractus cōditionales ſunt, & non cum pacto adiectionis in diem, aut legis commiſſorię, vt duabus diſputationibus præcedentibus dictum eſt, & habetur l. 2. ff. de in diē adiect. & alijs iuribus: quoniam in ea forma conditio non apponitur, vt contractus diſſoluatur, poſtquam iam fuit, ac vim habuit, ſed vt dependenter ab ea conditione perficiatur, ſit, ac vim habeat. Quo fit, vt conditione impleta, cōtractus purificari, ac perfici dicatur: illa verò deficiente, ita reddi nullus, vt numq̃ vim habuerit. Quare
2 ex † contractu conditionali, interim dum conditio pendet, neutramque in partem determinata eſt, neq; oritur obligatio, neq; datur actio, neq; dicitur quis propriè debitor, niſi ſecūdū quid, hoc eſt, ſub cōditione, dependenterve, ſi conditio impleatur: quo fit, vt ſolū ſpes ad hæc omnia ex illo oriatur, vt habetur §. ex conditionali Inſti. de verb. oblig.

Ex obligatione tñ illa, ac debito ſecundū quid, & in ſpe, quæ ex contractu conditionali, pendente adhuc conditione, proficiſcuntur, varij emanant effectus, quos Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 11. nu. 29. refert. Atque inter alios, quòd contractus ad hæredes vtriuſq; contrahentium tranſit, ita quòd, ſi, conditione pendente, alter contrahentium è vita decedat, hæredes illius teneantur ſtare contractui. Ita habetur §. ex conditionali citato. Item, quòd neuter contrahentium, altero inuito, recedere poſſit à contractu.

3 In contractu † emptionis & vēditionis quæcūque conditio, & quoduis pactū, apponi poſſunt, modo tñ bonis moribus, aut iuri non repugnent. Ita habetur l. 38. tit. 5. par. 5. & lib. 4. Luſit. ord.
4 tit. 27. in prin. Quæ † aūt pacta contra bonos mores cenſeantur, habetur l. ſi vnus. §. illud, & §. pacta ff. de pact. & copioſè diſp. 271. explanatum eſt.

5 Quando † contractus eſt conditionalis, quouſque periculum rei venditæ ad venditorem ſpectet, in calce diſp. 366. dictum eſt.

6 Si res ſub † cōditione vendatur fructus medio tempore percepti, pertinent ad venditorem, vt hr̃ l. 2. & 4 ff. de in diem adiec. & notat Couar. 3. var. reſ. c. 9. ad finem numeri primi. Hoc autē ita intelligo; ꝙ, eſto res ſit tradita, receptumque pro ea ſit pretium, ſi poſtea conditio deficiat, fructus medio tempore percepti, ad venditorem pertinent: eo, ꝙ nullus ſit iuſtus titulus, quoad emptorem poſſit ſpectare. In primis enim, non titulus emptionis: quoniam emptio numquam vim habuit: eo ꝙ conditio appoſita, non fuerit reſolutiua, ſed ſuſpenſiua contractus, atque ab illius euentu contractus pendebat, vt perficeretur. Deinde, non titulus recompenſationis pro pretio dato, quo venditor fruitus eſt toto eo tempore; cum enim pretium illud, conditione deficiente, integrum reſtituendum fuiſſet emptori; vtique, ſi pactum interueniſſet, quòd fructus medij temporis ad emptorem pro pretio dato ſpectarent, contractus eſſet vſurarius, quo, pro retentione pretij toto illo tempore, aliquid exigeretur vltra ſortem. Quando tamen ex eo lucrum ceſſaret, aut damnum emergeret emptori, quòd pretium ſtatim ſolueret, poſſet ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, deducere in pactum, vt fructus medij temporis ad ipſum ſpectarent: modo tamen valor eorum non excederet æſtimationem lucri illius ceſſantis, aut damni emergentis. Intelligo præterea fructus ad venditorem pertinere, ſi neque emptor tradidiſſet pretium, neque venditor rem: tunc enim, eſto conditio impleatur, contractuſque purificetur, ac perficiatur, fructus medio tempore percepti ad venditorem ſpectant: quoniam, quando aliud deductum non fuit in pactū, fructus ante pretij ſolutionem percepti, ad venditorem pertinent, vt diſputatione 368. dictum eſt. Præterea, quando contrahentes celebrant emptionem, & venditionem ſub conditione, neque aliud exprimunt, remittere ſe videntur ad tempus, quando, conditione impleta, exequutio contractus fiet, vt ſcilicet exequutio tunc fiat ſecundum ſtatum, quem res tunc habuerit. Quod ſi res tradita eſſet ſtatim, & pretium eſſet ſolutum, conditioque, ſub qua celebratus eſſet contractus, adimpleretur, tunc fructus medio tempore percepti ad emptorem pertinerent. Quoniam regula eſt, purificata conditione, retrotrahi contractum ad tempus, in quo fuit celebratus, perinde ac ſi tunc pure, & ſine vlla conditione, celebratus fuiſſet, vt diſp. 337. viſum eſt.

De gabella qualiter ex contractu conditionali debeatur, aut, non debeatur, diſput. 337. citata copioſe dictum eſt.

Vtrum, euicta re vendita, teneatur venditor de euictione.

DISPVTATIO CCCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur de euictione euicta re vendita.*
Amplia in permutatione, & alijs modis, vt nu. 2.
Item in tranſactione quandoque nu. 3.
Idem in parte rei venditæ euicta nu. 4.
Et quot modis in ſeruitutibus nu. 5.
Idem etiam ſi ignorauit rem alienam vendidiſſe, vt poſt latam vltimam ſententiam teneatur, etiam in conſcientiæ foro nu. 7.
Fallit tamen, & limitatur in multis euentibus, vt nu. 12. vſque in finem.
6 *Venditor ſcienter uendens rem alienam ignoranti tenetur emptori ad ualorem rei, & intereſſe, ex communi.*
Quinimmo etiā in foro conſcientiæ tenetur nō ſolū ad pretium, ſed etiam ad intereſſe amiſſum ibid.
8 *Venditor ut de euictione teneatur, quæ neceſſario requirantur.*
9 *Denunciatio quando neceſſaria non ſit, ad effectū ut*

ut uenditor de euictione teneatur.

10 *Vẽditor, lite mota ſupere re uẽdita, uel denũciata, quid facere teneatur de iure cõi & Luſitano.*

11 *Clericus ſi rem uendidit laico, tenetur corã iudice ſeculari eum defendere, corã quo fuit lis mota.*

13 *Venditor quando re euicta teneatur ad duplum eius rei.*

14 *Venditor quãdo teneatur ad expẽſas in lite factas.*

1 POſtremo circa contractum emptionis, & venditionis examinandum eſt, qñ † res vendita euincitur, atque de poteſtate emptoris eripitur, quia alius probat ſuam eſſe, ad ipſum ve pertinere, & non ad venditorem, an venditor emptori de euictione teneatur. Atque reſpondendum eſt, regulariter teneri, competereque emptori aduerſus illum non ſolum actionem ad pretium, quantum res æſtimabitur tempore, quo euincitur, ſed etiam ad intereſſe, vt ei ſoluat, quantum ſua intererat eam rem non eſſe euictam, atque ad damna ſubſequuta. Ita habetur l. libera C. de ſententia, & interloquutionibus l. ſi cum quæſtio. C. de euic. l. euicta. re. ff. eo. tit. c. vlt. de emp. & vend. l. 32. & ſeqq. tit. 5. part. 5. & lib. 3. Luſit. ord. tit. 30. §. 12. vbi additur, poſſe emptorem agere, vel ad rem, & intereſſe illius, hoc eſt, quantum æſtimabitur tempore, quo fuerit euicta, & quantum ſua intererat euictam non eſſe, vel ad pretium, quod pro illa dedit, vt emptor ipſe maluerit, concinit. l. 1. §. vlt. C. de rerum permut.

2 Non † ſolũ, qui rem vendidit, de euictione tenetur, ſi illa euincatur, ſed ẽt, qui permutauit, vt hr l. ſi permutationes. C. de euictio. & l. 1. C. de rerum permut. aut qui quouis alio oneroſo contractu rem in alterum tranſtulit, vt qñ rem dedit, in ſolutum, hoc eſt, in debiti ſolutionẽ, vt habetur l. libera. C. de ſentẽ. & interlocutionibus, & l. prædium C. de euictionib. aut qñ hæredes diuidunt inter ſe hæreditatẽ, aut ſocij rem ipſis communẽ: ſi enim aliquid eorum, quæ vnus accepit, euincatur, alij ſocij aut hæredes, tenẽtur ei de euictione. l. ſi familię C. familiæ erciſcun. l. ſi fratres. C. communia vtriuſque iudi. & alijs iuribus, quæ citauimus in calce diſp. 245. vbi explicauimus, quando cohæredes de euictione non teneantur. Atque de hac re latè diſputat Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 2. num. 33. & 34. Si quid etiam genero promiſſum in dotem ſit, de euictione tenetur promittẽs, vt habetur l. 1. C. de iure dotium. Quando autem contractu lucratiuo, vt donationis, aliquid datum eſt, quouſque donans de euictione teneatur, aut non teneatur. diſputatio 252. dictum eſt.

3 In † contractu verò tranſactionis, qñ. ſ. datur aliquid alicui, vt à lite diſcedat, concedatq; alteri, ſi quid iuris habebat comparatione rei, de qua lis erat, tunc, ſi poſt eam tranſactionem id a quodã tertio euincatur, de quo erat contentio, is qui cum eo, ex cuius poteſtate euincitur, tranſegit, neque de euictione tenetur, neq; reddere, quod vt a lite diſcederet, accepit. Ratio eſt, qm̃ non accepit id pro re, quæ euincitur, ſed vt a lite diſcederet, atque pro obſcuro iure, quod ſe ad eam rem habere credebat, ſiue reuera illud haberet, ſiue non. Quin potius, ſi quod ipſi eſt datum, euincatur ab aliquo alio, tenetur ipſi, qui id ei dedit, de euictione. Vtrumq; habetur expreſſè. l. ſi pro fundo. C. de tranſactionibus atque aſſeuerant Bart. & alij, quos Ant. Gom. vbi ſup. nu. 18. refert, ac ſequitur. Si tñ litigantes in hunc modum litem componerent, vt vnus acciperet partem vnam eius, aut eorum, de quibus eſſet controuerſia, & alius aliam; tunc, quacunque earum euinceretur, non teneretur alter de euictione. Ratio eſt, qm̃, pro iure obſcuro, quod vnuſquiſque eorum credidit ſe habere in totum, alter illi concedit ius, quod credit ſe habere in partem, quam ei pleno iure relinquit, eo modo, quo credit ſe id iuris habere.

4 Si pars † dũtaxat ei vẽditæ euincatur, tenetur venditor de illius euictione. Quod ſi pars certa ea ſit, tenetur iuxta æſtimationẽ illius in particulari, atq; etiam ad intereſſe. l. 1. ff. de euict. & l. 33. tit. 5. par. 5. Si vſuſfructus rei alicuius euincatur, tenebitur venditor illius, quantum is æſtimabitur. l. ſed ſi quid. §. 1. l. vacca & l. ſi ab emptore. ff. de euict. vſuſfructus enim quaſi pars prædij æſtimatur, vt habetur l. 4. ff. de vſufructu, & alijs iuribus, quæ Ant. Gom. vbi ſupra, nu. 45. citat.

5 Si verò ſeruitus alia, ſiue ruſtica, ſiue vrbana euincatũ, ita videlicet, qd poſtq̃ res eſt empta aliquis euincat in ea ſeruitutẽ, vt itineris, altius tollendi, aut aliã: tunc ſi is qui pdiũ vendidit, affirmauit illud non habere ſeruitutẽ, ſaltẽ quia dixit eſſe optimũ hoc eſt, carere vitio, vel ſciens habere ſeruitutẽ, id non ſignificauit emptori, poteſt venditor agere de euictione, etiam ad intereſſe, & ad dãna ſubſequuta, ſaltem empti actione. Ita habetur l. 1. §. vẽditor. l. Iulianus in prin. & l. qto ff. de actionib. emp. & l. pen. ff. de euict. Additur verò illa l. quarto, eſto vẽditor in pactum deduxiſſet, ſe nolle teneri de ſeruitute, ſi quã id prædiũ haberet: ſi tñ ſciebat, illud habere aliquã, idq; non expreſſit, non ſecus teneri actione empti, q̃ ſi id in pactũ non deduxiſſet. Atq; hæc omnia diſp. 353. præſertim concl. 6. dicta ſunt, vbi etiam oſtẽſum eſt, emptorem agere poſſe actione quanto minoris, aut ẽt redhibitoria, ſi rem non erat empturus cognito eo defectu. Ratio eſt; qm̃ ſeruitus, aut defectus in quantitate, vitia ſunt ob quæ competunt actiones illæ. Qñ nihil dictum eſt ab emptore, & venditore de ſeruitutibus, quia venditor ignorabat prædium ſeruitutem habere, tunc non poterit emptor agere de euictione, eſto ſeruitus poſtea euincatur, vt habetur l. pen. ff. de euict. Quod glo. ibi intelligit, quo ad intereſſe, & damna ſubſequuta. Poteſt etiam intelligi quo ad duplam, quę interdum in contractu oneroſo promittitur, ſi res euincatur. Nihilominus emptor agere poterit actione quanto minoris, vt ſcilicet reddatur illi, quantum res illa minus valet cum hac ſeruitute, non tamen redhibitoria, vt apertè diſponitur l. quoties, ff. de ædil. edict. l. ſed ſi quid. ff. de euictio. & multis alijs iuribus quæ, vna cum communi ſententia. diſput. 353. concluſione tertia citauimus, agentes de vitio rei occulto in genere. Neque verum eſt, legem 63. titulo 5. part. 5. concedere redhibitoriam actionem in re, de

de qua diſputamus, vt Ant. Gom. num. 45. citato autumat; lex. n. illa, q̃ ex l. pen. C. de ædil. act. deſumpta eſt, loquitur in quodã alio euentu particu ri vitij occulti, vt concl. 3. citata dictum eſt.

4 Illud poſtremo circa ſeruitutes euictas obſerua, ſi qs vẽdat prædiũ cũ ſeruitute, quæ illi in altero p̃dio debetur, poſteaq; ſeruitus illa euincatur à dño alterius prædij, vẽditorem prædij cum illa ſeruitute, teneri emptori de euictione illius. Ita habetur l. pen. ff. de euiction. & l. tenetur. §. ſi tibi ff. de act. emp. atq; affirmat Ant. Go. loco citato.

6 Quando † venditor ſciens, & prudẽs vendidit rem alienam alicui id ignoranti, poteſt emptor, anteq̃ res ex ipſo euincatur, immò eſto lis aduerſus eum non intentetur, agere contra venditorem ad valorem rei, & intereſſe, quantum ſcilicet emptori intererat eam rem ſuam eſſe effectã. Ita habetur expreſſe l. ſeruus. §. ſciens. ff. de actionibus emp. & affirmat cõis doct. ſnĩa, q̃ Ant. Gom. 2. to mo var. reſ. c. 2. n. 39. refert ac ſequtur. Immo in foro conſcientiæ, eſto emptor ignoret rem eſſe alienam, tenetur venditor ſoluere illi pretium illius, atque intereſſe idcirco amiſſum, quòd ab eo auferatur, & tradere illam vero dño. Quin, eſto venditor, ignorans rem eſſe alienam, illam vendiderit, ſtatim ac nouerit alienam eſſe tenetur tradere emptori pretium, ac reſtituere illã proprio dño, nulla expectata lite. Non tñ credo in conſcientiæ foro teneri tunc emptori ad intereſſe, aut ad damna ſubſequuta: quia neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis ad ea tenetur; cum non peccauerit rem illo modo vendendo. Conſentiunt, quæ diximus diſput. 153. concl. 3. Tametſi hoc ſolum arbitror eſſe verum, quando res non euincitur à quodã tertio, vt a verò dño, ſed emptor ipſe, anteq̃ res petatur, conatur reddere rem illi, ad quem ſpectat: alioquin vi contractus præteriti teneretur de euictione: qm ea lege contractus onerosi ex iuris diſpoſitione cenſentur celebrati, vt, ſi res euincatur, intereſſe ſit ſoluendum eſto nulla culpa ex parte venditoris interuenerit. Quòd ſi res aliena bona fide fuiſſet vendita cum probabili ignorantia, ꝙ aliena eſſet, neque iam exiſteret, ſatisfacere venditor ex parte ſua, ſi domino reſtitueret, quantum ex illa, aut ex pretio pro illa accepto, comperiretur factus locupletior: quia ad nihil aliud tenetur, neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis. Emptor ſimiliter, ſi in aliquo ex re illa factus eſſet locupletior, deducto pretio quod pro illa dedit, & deductis expenſis, & valore induſtriæ appoſitæ, illud teneretur reſtituere domino rei, & non amplius, propter eandem rationem.

7 Quando † non conſtat, venditorem, ſcientem rem eſſe alienam, illã vendidiſſe, non prius tenetur de euictione in foro exteriori (immo neque in conſcientiæ foro quando vẽditori ipſi aperte non conſtat ad alium pertinuiſſe) quàm lata ſit vltima ſententia, qua res ex emptore euincatur, vt conſtat ex l. 3. & l. ſi cũ quæſt. C. de euict. & l. ſi plus. ver. mota. ff. eod. tit. Imò neceſſe eſt, ꝙ emptor rẽ iam tradiderit, vt de euictione agere poſſit, vt patet l. habere. ff. eod. tit. Quin neq; ante id tempus tenetur venditor tradere fideiuſſores, eſto petantur: quòd, ſi res euicta fuerit, ſatisfaciet emptori, vt liquet l. illud. ff. eod. tit. In principio tñ, ſi poſt celebratũ contractum, tradita re, nondumque ſoluto, pretio, aut parte aliqua illius, quæſtio, aut dubiũ oriatur, ꝙ res vẽdita ad venditorẽ nõ pertineat, non tenetur emptor ſoluere, qđ de pretio reſtat ſoluendũ, niſi prius vẽditor ſufficientes pręſtet fideiuſſores, ꝙ, res euicta, ſatisfaciet ei de euictione. Ita habetur l. ſi poſt perfectã C. de euict. & l. pen. §. vlt. ff. de peri. & cõmod. rei vendi. & li. 4. Luſit. ord. tit. 37. in prin. Vt tñ ibidem ſubiungitur, de Luſitano in iure, quando conſtat venditorem ſufficiẽtia bona immobilia habere libera ab alijs debitis, vnde emptori ſufficiẽter poſſit ſatiſfacere, non tenetur tradere fideiuſſores emptori. Ius Luſitanũ. Illud obſerua, ad maiorem cautelam, ne lis, aut dubium, ad ſolutionem pretij differendam moueatur, conſtringi poſſe, tam emptorem, quàm q̃ litem, aut dubium mouet, vt iuret, ſyncerè, & abſque vlla fraude litem, aut dubium mouere, argumento iurium, quæ Ant. Gom. vbi ſupra nu. 39. citat, apud quem lege communem doctorum ſententiam, q̃ circa hæc omnia refert, ac ſequitur.

8 Deinde, vt † vẽditor de euictione teneatur, neceſſe eſt, vt, mota lite, emptor illi denunciet motã eſſe, ab eoq; requirat, nũ defendere illam velit, vt conſtat l. emptor, & l. empti actio. C. de euict. l. 1. C. de peri. & commod. rei vend. c. vlt. de empt. & vend. l. 32. & 36. tit. 5. par. 5. lib. 3. Luſitan. ordin. ti. 30. §. 2. & alijs iuribus. Quamuis aũt cõior opinio affirmet, neceſſe eſſe, emptorem mittere ad venditorẽ libellum litis propoſitũ; vſu tñ eſt receptum, id non eſſe neceſſarium, ſaltẽ quando, interueniente iudicis autoritate, fit emptori denunciatio. Cõis præterea opinio cum Bart. & cũ Panor. c. vlt. de empt. & vend. n. 9. affirmat, nihil impediente, ꝙ venditor aliunde ſciat, litem eſſe motam, teneri emptorem, illam ei denunciare: atque id hodie definitum eſt lib. 3. Luſit. ord. tit. 3. §. 2. Ratio eſt, quia licèt quando denunciatio ad ſolam ſcientiam requiritur, ceſſet obligatio denunciandi, quando de ſcientia illius conſtat, cui denunciatio fieri debet; quando tamen denunciatio ordinatur, vt is, cui fit, aliquid, ad quod tenetur, efficiat, vt in re propoſita accidit, tunc, ꝙ is, cui fieri debet, id iam ſciat, non excuſat ab obligatione denunciationis illi faciendę. Exiſtimo ẽt, cum cõi doctorũ ſententia, non ſufficere nudã denunciationẽ, ſed ſimul neceſſarium eſſe, vt requiratur venditor, nũ accedere velit ad defendendam cauſam, q̃cquid Coua. 3. var. reſ. c. 17. n. 3. in contrarium dicat. Denunciatio aũt fieri debet, anteq̃ teſtiũ publicatio fiat, alioquin venditor de euictione nõ tenebitur, vt cũ gl. vlt. l. ſi rẽ q̃ ff. de euictionibus & cũ cõi doctorũ ſentẽtia l. 32. & 36. tit. 5. par. 5. & lib. 3. Luſit. ord. tit. 30. §. 2. in Caſtella, & in Luſitania ſancitum eſt. Couar. 3. var. reſol. c. 17. n. 8. Ant. Gom. nu. 39. citato, Greg. Lopez ad l. 32. citatam, cum Bar. & alijs, affirmant, eſto ante primam ſententiam facta non ſit denunciatio, ſi tamen fiat tempore appellationis, id ſufficere, modò tamẽ iura defenſionis, & probationis, integra

gia tunc venditor ſint. Debet præterea fieri ipſimet vẽditori in præſentia, ſi inueniri poſſit: alioquin ſatis eſt, ſi in domo illius fiat, quę ſit illo ibi prius, præſentibuſque vicinis. Quod ſi probari poſſet, venditorẽ cauiſſe, ne ſibi denunciatio fieret, id ſufficeret, nec neceſſaria eſſet alia denunciatio, vt patet l. ſi dictum, verſic. ſimili modo ff. de euictionib. Si autẽ venditor defunctus ſit, debet tunc fieri denunciatio omnibus hæredibus: neque ſatis eſt, ſi fiat vni tantum: q̃m vnuſquiſq; eorum ſolum tenetur pro rata l. ſi rem, verſic. viti. ff. de euict. & conſtat ex dictis in materia de teſtamentis. Obligatio, vt venditori denunciatio fiat, vt euictione teneatur, remitti permitti per venditorem poteſt in ipſo venditionis contractu: ſi autem remittatur, eſto emptor illã prætermittat, tenetur vẽditor de euictione, vt patet l. Herennius, ff. de euict. Atque ea ratione ſolent tabelliones in inſtrumentis emptionis apponere clauſulas, quibus ea remiſſio continetur. Quia ergo emptor denunciare tenetur litem venditori, vt ſi velit, cauſam defendat, ſtatuunt ordi. Luſit. lib. 3. tit. 30. in princ. quando lis aduerſus emptorem, aut alium rei poſſeſſorem, intentatur, ſi is autorem nominauerit, à quo rem eam accepit, atque ad quem ſpectat defendere cauſam, concedendum ei eſſe tantum tp̃s, quantum, pro loci diſtantia, ſatis ſit, vt is adducatur, ſi ad cauſam defendendam accedere velit, interimq; procedendum vlterius in lite non eſſe. Iurare tñ is poſſeſſor debet, antequàm terminus ei concedatur, ſyncerè procedere, neq; animo procraſtinandi litem, fingere illum eſſe autorem. Quod ſi is autor in iudicio comparens alium nominet autorem, ſimili modo concedi illi debet tp̃s ad eũ adducendũ, & ita conſequenter de alijs, donec ad primũ autorẽ deueniatur. Circa hæc omnia lege iura & doct. quæ Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 2. n. 39. & Couar. 3. var. reſ. c. 7. nu. 3. citant.

9 Obſeruandum eſt, ſi adeò † perſpicuum ſit, rẽ non fuiſſe venditoris, ſed eius, qui illam petit, vt venditor nulla tergiuerſatione id poſſit celare, tunc neceſſarium non eſſe fieri venditori denunciationẽ, vt is de euictione teneatur: immò neq; neceſſarium tunc eſſe, vt emptor litẽ defendat. Ita apertè colligitur ex l. emptorẽ in prin. ff. de act. empt. & affirmant glo. 2. l. ſi cũ queſt. C. de euict. & multi alij, quos Anto. Gom. nu. 39. citato refert ac ſequitur. Quin Couar. vbi ſupra nu. 6. cum cõi ſententia, quam refert, aſſeuerat, eſto emptor non denunciet litem eſſe motam, vel facta denunciatione, rem tradat aduerſario ante ſententiam, ſi tñ apertè probet, rem ad illum attinuiſſe, venditorem ei teneri de euictione. Ad quid autem in conſcientiæ foro teneatur venditor, quando ipſi conſtat rem fuiſſe alterius, ſupra dictum eſt.

Quando emptor eſt minor, ſatis eſt, ſi vẽditor ſciat motam illi eſſe litem circa rẽ emptam, vt teneatur ei de euictione, eſto nulla denunciatio facta ſit vẽditori. Ratio eſt q̃m, vt hr̃ l. in minorum. C. in quib. cauſ. in integrum reſt. neceſ. nõ ſit minor abſq; interpellatione, ſeu requiſitione, conſtituit debitorem in mora. Cum autem Eccleſia priuilegio minoris gaudeat, idem eſt dicendum, quando Eccleſia aliud emit, ipſiq; lis aduerſus rem emptam mouetur, vt Coua. vbi ſupra nu. 4 cum cõi doctorum ſnĩa, rectè aduerſus quoſdã probat, qui contrarium aſſeruerunt. Idem addit Couar. ibidem num. 5. eſſe, quando venditor iuramento affirmauit, ſe emptori ſubuẽturũ in quacunq; litẽ, quæ ei moueretur. Atque idem credo eſſe, ſi id ſine iuramento promiſit: iuramẽtũ. n. licèt arctius aſtringat, non tñ ad aliud obligat, q̃ ad id ad q̃d pmiſſio ipſa iuramento confirmata obligat. Rõ autẽ vtriuſq; aſſerti eſt, q̃m q̃n non promittitur defenſio, non tenetur venditor ad illã determinatè, ſed tenetur vel defendere, vel ſi id noluerit, ſoluere poſtea, ſimul cum valore rei expenſas litis: modo tñ, lite mota, emptor ipſum requirat; quia fortè melius quam emptor, ſciet rem defendere, poteritq; maiorẽ adhibere diligentiam, eò quòd plus ſua, quam emptoris, interſit, rem euinci. Q̃n autem emptor defenſionem promiſit, tenetur ad eam determinatè, vi talis promiſſionis, ſiue iuramento confirmata ſit ſiue non: eaq; de cauſa, q̃n cõſcius tunc eſt litẽ eſſe motam, eo ipſo cenſetur eſſe in mora, ſi non accedat ad emptorem defendendum, vt tenetur. Q̃n vero ſolus cõtractus vẽditionis iuramento eſſet confirmatus, non aliter teneretur venditor ad defenſionem, quàm ſi iuramentum cõtractui non eſſet appoſitum q̃m iuramentum circa venditionem, non ſe extẽdit ad defenſionẽ, ſi lis aduerſus rẽ venditam moueatur.

Quando vẽditor, ſi res euincatur, de euictione teneretur, ſtatim ac lis fuerit mota, ſiue ei fuerit denunciata, atq; ad id ſit requiſitus, ſiue non, & ſiue emptori defenſionẽ promiſerit, ſiue non, po-

10 teſt † autoritate ꝓpria accedere, ac ſe opponere liti pro ſuo intereſſe, eamq; defendere, et inuito eo, qui litem mouet: modò tñ id velit efficere tamquam emptoris procurator in ſua cauſa propria, litemq; aſſumat in ſtatu, in quo eſt. De iure Luſitano additur, teneri tunc pręſtare pignora, aut cõpetentes fideiuſſores, q̃, ſi ſnĩa aduerſus eum fuerit lata, abſq; impedimento mandabitur exequutioni, & ſatis fiet ei, qui litẽ mouit. Additur præterea, ſi in principio, q̃n venditor vult litem ſuſcipere, is, qui illam mouet, id recuſet, veriſimiliter oſtendendo, ſua referre contendere potius cum emptore, eò q̃ veracior, at fidelior ſit, tunc teneri emptorem proſequi litem. Hæc omnia habentur l. ſi parentes. C. de euic. c. 2. vt lite penden. l. 33. tit. 5. par. 5. & lib. 3. Luſit. ord. tit. 30. § 5. 6. 7. & 8. conſtatque ex varijs iuribus, quæ Ant. Gom. vbi ſupra nu. 39. citat.

Q̃n venditor, modo explicato, litem in ſe ſuſcipit, coram eo iudice contendere tenetur, coram quo cepta fuit, eſto ipſe ſit reus, atq; alias ab eo iu-

11 dice exẽptus. Vnde, ſi † clericus rem vendidit laico, contendere tenetur coram iudice ſeculari, coram quo exigi aduerſus emptorem cępit. E contra verò, ſi laicus rem vẽdidit clerico, contẽdere tenetur corã iudice Eccleſiaſtico, coram quo peti aduerſus clericum cępit. Ita habetur l. venditor, ff. de iudic. l. 57. tit. 6. par. 1. & lib. 3. Luſit. ord. tit. 30. §. 1. atq; affirmant Panor. c. vlt. de emp. & vẽdi. & cõis ſnĩa, quam Ant. Gom. nu. 39. citato refert, ac

ſert, ac ſequitur. De iure Luſitano §. 1. citato exciptur, quando res data eſſet á Rege, ad eumq; pertineret eam defendere; nam tunc res tota remittitur ad iudicem *dos feitos del Roy*.

Ius Caſtellæ. 12 In ſequentib. † euentibus non tenetur de euictione, qui rē vendidit; aut alio titulo alienauit. Primus eſt, ſi mota lite, non fiat ei denunciatio, vt dictum eſt. Excipitur, niſi in contractu expreſſe emptor, aut qui alio titulo eā accepit, exemptus fuit ab ea denunciatione. Cou. 3. var. reſ. c. 17. nū. 7. cum gl. l. cū pęna. ff. de arb. & cum cōi ſnīa, quā citat, ait. Qn̄ in contractu appoſita fuit clauſula generalis, quod quocunque modo res euincatur, teneatur venditor de euictione, intelligendū eſſe, modò culpa ex parte emptoris non interueniat: eaq; de cauſa ait, ſi res euincatur, vel per ſententiā iudicis, vel per iudices arbitros, id ſciente venditore, ſed non vocato ad cauſæ defenſionem teneri illum de euictione: ſecus ſi eo, ignorante, id eueniat, quia emptor tenebatur admonere venditorem. Idem ait eſſe, ſi non per arbitros, ſed per arbitratores, amicabilesve compoſitores, de conſenſu emptoris res adiudicata alteri ſit, taltē vt, quāuis in his duobus euentibus de euictione teneatur, ſolum quidem teneatur ad pretium rei, nō verò ad pænam, ſi quæ in contractu appoſita erat in euentū, quod res euinceretur.

Secundus, qn̄ in contractu expreſſum fuit, vt de euictione non teneretur: tunc. n. euicta re, in hoc ſenſu de euictione non tenetur, quod neq; ad intereſſe, neq, ad dāna emptori ſubſequuta tenetur, tenetur tn̄ ad pretium acceptum niſi in particulari fuiſſet expreſſum, q̄ neq; ad pretiū teneretur. Hæc tn̄ intelligenda ſunt, qn̄ venditor bona fide, ignorans rē eſſe alienā, illam vēdidit, tunc. n. vendendo illa eo modo, perinde ſe hēt, atque is, qui vendidit iactum retis, ſiue piſces eo caperentur, ſiue non. Si tn̄ venditor, ſciens rem eſſe alienam, illam eo modo vendidit; tunc in vtroque caſu tenetur empti actione, tam ad pretium, quam ad damna ſubſequuta, idq; ob dolum in cōtractu interuenientē. Prædicta oīa habentur apertè l. emptorē. §. vlt. ff. de actio. empt. Atque idē intelligo, qn̄ vēditor expreſſit in particulari, ſe neq; ad pretiū velle teneri ex aliquo caſu in particulari expreſſo, aut ſi res ab aliqua determinata perſona euinceretur. Si. n. ſciebat rē ad ſe ex eo capite non pertinere, aut eſſe alius particularis, vtique ad pretiū, & ad damna tenetur, niſi ſciam ſuam aperuerit quia cenſeretur, dolū dediſſe cām contractui, eſtq; ridicula Ant. Gom. ſententia n. 39. citato, & quorundā aliorum quos refert, aſſerentium, venditorē in eo caſu, neque ad pretiū acceptum teneri. Vt tn̄. Couar. c. 17. citato. nu. 2. ſufficiēter probat, nullus iuſtus titulus eſt vnde is vēditor ſuum efficere poſſit pretium illud. Quin addo, qn̄ venditor ſciret rē ex aliquo capite, aut comparatione alicuius perſonæ periclitari, tunc ſi eā rem venderet, non detecto illo periculo, conueniretq; cū emptore, q̄ neque ad pretiū de euictione teneret, ſanē teneretur, nō ſolū ad ptiū, ſed ēt ad damna oīa ſubſequuta, ſi, vnde ipſe timebat, res euinceretur. Immò verò contractus in conſciæ, & in exteriori foro, eſſet nullus: eò q̄ dolus dediſſet illi cauſam iuxta ea quæ diſp. 352. & 353. dicta ſunt.

Tertius, qn̄ emptor, lata ſnīa, venditoreque ā iudicio abſente, nō appellauit ab ea. Ita hr̄ l. Herēnius. §. quia. ff. de euict. & l. 36. tit. 5. par. 5. Intelligendū tn̄ eſt, niſi manifeſtū ſit, ſnīam eſſe iuſtā, remq. ad eum ſpectare, qui illā euicit. Si. n. qn̄ res adeò eſt pſpicua, fas eſt deſiſtere a lite, longè maiori cū rōne erit integrum non appellare a ſnīa. Qn̄ aūt ea in re pōt eſſe aliquod dubiū quia fortè venditor adhuc habet probationē aliquā aut defenſionem tenetur emptor vniuerſim appellare, & pſeq litē vſq. ad vltimā ſnīam, a qua appellare nō liceat. Ita Cou. loco citato. nu. 9. id q̄ ſancitū eſt in Luſit. ord. tit. 30 citato. §. 2. Vbi additur, emptorē non teneri *agrauar da vltima ſentencia*, qd̄ Caſtellani vocant *ſupplicar*. Quare nobis non probantur ea, in quib. Antō. Gom. nu. 39. citato, cum quibuſdam alijs, diſcrepat ab hac doctrina.

Quartus, qn̄ ſnīa eſt iniuſta apertè, ſiue talis lata ſit p iudicis imperitiā, ſiue p nequitiā, aut in poſſeſſoris odiū, vel q̄a iniuſtè fauere voluit actori. Ita hr̄ l. ſi per imprudentiam. ff. de euic. c. vlt. de emp. & vend. l. 36. titu. 5. par 5. & alijs iurib. Rō eſt, qm̄ tunc perinde cenſetur res extrahi de poteſtate emptoris, ac ſi per furtum, aut vim, iniuſtè eſſet ablata, vel perijſſet caſu fortuito; in quibus euētib. cōſtat, perire emptori, ad cuius dn̄ū ſpectat. Quare in eo euentu ſolum cōpetit poſſeſſori actio aduerſus iudicē. De hac re lege Couar. loco citato. nu. vlt. Obſerua tn̄ de iure Luſitano, ēt in hoc quarto euentu, teneri venditorem de euictione, illiq. cōpetere actionē aduerſus iudicem, vt apertè diſponitur tit. 20. citato §. 2. Neque vr̄ immeritò id ſancitū, qn̄quidē eo intuitu ab emptore aufert, qd̄ res nō fuerit vēditoris, qn̄ illā vendidit, ad vēditoremq. potius, quā ad emptorē, pertinere videatur contendere eā de re coram iudice. Ius Luſitanū.

Quintus, qn̄ emptor litē motā definiri conſentit p iudicē arbitrum, aut per alium, ad quem cauſæ illius cognitio non ſpectabat l. ſi dictū. §. ſi cōpromiſero. ff. de euic. & l. 36. tit. 5. par. 5.

Sextus, qn̄ emptor tpe emptionis ſciebat rem eſſe alienā: tunc. n. de iure cōi, neque ad intereſſe, datur ei actio, niſi expreſsè conuentio facta ſit, q̄ venditor de euictione teneretur: tunc. n. agere poterit ſolum ad pretium. Hæc omnia colliguntur ex l. ſi fundum. C. de euic. De iure verò Luſitano. 3. lib. ord. tit. 30. §. 4. is emptor, neque ad pretium agere poteſt, ſed illud amittit, captiuis quidem, ſi venditor conſcius tempore venditionis erat rem eſſe alienam: alioquin videtur ordinationes illud adiudicare vēditori. Quo loco obſerua, cum eiuſmodi leges pænales ſint, quādo vēditor conſcius non fuit rem eſſe alienam, poſſe legis autoritate pretium ſibi retinere: ſi autem ab emptore petatur, poterit cum eo contendere quouſque ſibi adiudicetur. Si verò venditor illud tradat emptori, ignorans licitè ſe poſſe id retinere, emptor poterit ſibi illud reſeruare, quouſq. iudicis ſnīa alteri adiudicetur: quoniam exequi non tenetur pęnam aduerſum ſe ante latam ſnīam. Quando verò cōſcius fuit venditor rem eſſe alienam; non poteſt Ius Luſitanū.

retinere ſibi pretium, ſed vel admonere dēt miniſtrum depoſitarium bonorum captiuorum, quē in Luſitania *Man poſtero* vocant, vt petant adiudicari pretium captiuis, atq; id tutius, & melius erit, vel illud emptori reddat, cuius adhuc eſt, & qui licitè retinere illud poteſt ante latam ſententiam. Neque condemnandus venditor eſt, ſi hoc poſterius eligat; eo quod ex officio non teneat̃ curare, vt pœna legis exequutioni mandetur. Quòd ſi emptor meliorationes aliquas fecerat in re ita mala fide empta, & poſſeſſa, exigere ab eo, qui rē euicit poteſt æſtimationem illarum, vt Couar. c. 17, citato rectè affirmat; neque enim video legē, quæ amiſsione earum illum puniat.

Septimus, quando emptor præſcribere rē emptam potuit; tunc. n. non tenetur ei venditor de euictione; eo quòd emptoris culpa, aut inertia, res ſit ab ipſo ablata l. ſi dictum. §. ſi cum poſſet. ff. de euict. & l. 36. tit. 5. par. 5.

Octauus, qñ emptor ſua culpa amiſit rei poſſeſsionē, atq; inde effectum eſt, vt de reo fieret actor: id. n. eſſe poteſt in cauſa, vt litem amittat. l. ſi rem quam. ff. de euic. & l. 36. ti. 5. par. 5. Idem intell gẽ de quacunque alia re, quæ ſimili modo eſſe poſsit in cauſa, vt emptor litem amittat.

Nonus, qñ emptor hæreditatē vendidit: tunc. n. ſi res aliqua particularis de hæreditate euincatur, non tenetur hæres de euictione: quia id non erat de bonis hæreditatis. Secus aũt eſſet, ſi hæreditas tota euinceretur, probando illum non eſſe legitimum hæredē, ſed hæreditatem ad aliũ pertinere l. 1. C. de euic. & l. 34. titu. 5. par. 5. Quæ addit, idem eſſe, ſiquis emiſſet redditus alicuius territorij, aut prædij; ſi. n. euinceretur aliquid, quod probaretur non pertinere ad redditus illius territorij, aut prædij, non teneretur venditor de euictione. Obſeruat ibidem Greg. Lope. & cum illo Laſſarte de decim. vend. c. 18. nu. 86. ſecus eſſe, ſi euicta pars territorij, aut prædij, in conſequentiã pars redditũum euinceretur; nam tunc, ſicut, ſi territorium, aut prædium eſſet venditum, teneretur de euictione, qui prædium vendidiſſet, vt ſupra dictum eſt: ita etiam, qui locaſſet, aut vendidiſſet, redditus illius, verbi gratia, gabellas ex illo territorio, teneretur emptori, aut conductori de euictione partis reddituum ita euictæ. Lege circa dicta hoc §. Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 43.

13 Vtrũ † venditor re euicta, teneatur ad duplum eius rei. Reſpondetur, tunc ſolum teneri, qñ in pactum id eſt deductum, vt expreſſe hr̃ 3. lib. Luſit. ord. tit. 30. §. 1. & conſentiunt l. 2. & l. emptori. ff. de euict. & alia iura. Quando tamen ageretur ad duplam, non poſſet ſimul agi ad intereſſe, & ad damna ſubſequuta, ſed eligere debet emptor, ad ꝙ illorum duorum velit potius agere. l. emptorē, §. Caſsius. ff. de act. empt.

14 Vtrum † autem venditor emptori teneatur ad expenſas in lite factas. Reſpondetur, qñ res euincitur, & venditor de euictione tenetur, nemini eſſe dubium, teneri ad expenſas litis: expenſæ. n. pars ſunt intereſſe, ad quod venditor tenetur. Qñ verò res non euincitur, ſed in emptoris fauorem ſentētia fertur, quamuis gloſſæ quædam aſſeruerint, venditorem tunc ad expenſas nõ teneri Bar. ibi, & poſt eum Pan. c. vlt. de emp. & vend. n. 11. Sylu. verb. empt. q. 25. & cõis doct. ſnĩa, quã Ant. Gom. 2. to. var. reſo. c. 2. nu. 47. refert, ac ſequitur, teneri affirmant; modo emptor denunciauerit illi litem motam, & modo aduerſarius condemnatus non fuerit ad litis expenſas. Rō eſt, qm̃ licet venditor admonitus non teneatur aſſumere in ſe litem, tenetur tñ ſub diſiunctione, vel defendere emptorem, eaq; de cauſa ad id admonetur, vel, ſi noluerit, teneri ei ſoluere expenſas omnes.

Cenſus quid, & de reſeruatiuo cenſu.

DISPVTATIO CCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus vnde dictus.*
2 *Cenſus reſeruatiuus quid.*
3 *Cēſualis cõtractus in quib. differat ab emphyteuſi.*
4 *Cēſus ſoluitur de re propria, penſio verò de aliena.*
5 *Pactũ, ſeu conditio appoſita in contractu cenſuali, quod debitore non ſoluente intra certum tēpus, incidat in commiſſum, quo caſu valeat.*
6 *Cenſualis contractus in dubio an iudicandus ſit potius, quam emphyteuticus.*
7 *Cenſualis contractus circa res temporales rarus.*
8 *Cenſualis contractus reſeruatiuus, quo indicãdus.*

QVoniam contractus cenſualis maxima ex parte eſt velut pars quædam emptioni, & venditioni ſubiecta, vt ex dicendis patebit, poſt tractationem de emptione, & venditione in genere de contractu cenſuali eſt differendum.

1 Vt † verò a nomine ordiamur, a cenſendo, hoc eſt, æſtimando, dictus eſt cenſus. Aeſtimatio quippe bonorum cuiuſque, quæ fiebat, vt iuxta illorũ quantitatem, ac valorem tributum imponeretur, cenſus dicta eſt, vt habetur l. forma, l. vitia. l. per diſcurſum. ff. de cenſibus l. 2. & 3. C. de cēſib. lib. 11. & alijs iuribus quæ, inter alios, citant Couar. 3. var. reſ. c. 7. nu. 1. & Alua. Valaſ. de iure emphyteutico q. 32. nu. 1. Inde nomen accommodatum eſt ad ſignificandum, tunc facultates, ac bona cuiuſque eo ꝙ cenſeri, ac æſtimari conſueuerint, vt intelligeretur, quantum quiſque ſubuenire in bello Reipublicæ poſſet, vel etiam ad tributum imponendum: tum etiam ad ſignificandum tributum ipſum, quod ex eis ſoluebatur. Atque in hac vltima ſignificatione ſumitur cenſus l. 2. C. ſine cenſu, vel reliquis, &c. Inde verò extenſum eſt nomen ad ea etiam tributa ſignificanda, quę per capita imponebantur, præſertim in ſubiectionis, ac dominij iuriſdictionis recognitionē: quo pacto ſumitur Matthæi 22. quando interrogatus fuit Chriſtus; *licet cenſum dare Cæſari, an non?* Sumitur ēt latius cenſus iure canonico pro eo, quod annuatim præſtatur alicui, etiã inferiori a principe, ratione ſubiectionis, fundationis, aut alterius iuſtæ cauſæ, vt Aluar. Valaſ. ubi ſupr. nu. 6. ait, atque ex toto tit. extra de cenſibus & ex

alijs

Alijs iuribus confirmat. Vbi cũ Panor. alijs, ſubiungit, cum eiuſmodi cenſus ex varijs cauſis ſolui poſſit, eſto q́s probet ſibi deberi, atque præſtari ſemp fuiſſe ſolutũ, niſi cauſam, in particulari probet, vnde fuerit debitũ, non cõuincere, ſibi in ſubiectionis ſignũ, aut ex alia particulari cã deberi. Addit cũ Otalora, ſumi ẽt cẽſum generaliſſimè, pro quocunque onere alicui impoſito. In nulla tñ harum ſignificationum eſt nobis hoc loco ſermo de cenſibus: tametſi à penultima ortũ habuerint acceptiones cenſus de quibus dicemus.

2 Vt diſp. 372. dicebamus, & † colligitur ex cap. conſtitutus, de relig. domibus, atq; affirmant glo. pen. ibi, & cũ ea Panor. a n. 18. Cou. 3. var. reſ. ca. 7. n. 1. Ant. Gom. ad l. 68. Taur. nu. 2. Conr. de cõtrac. q. 72. Ioan. Med. de vſur. q. 1. de cenſibus, Sotus 6. de iuſtitia. q. 5. art. 1. Aluar. Valaſ. q. 32. cita. n. 7. Laſſarte de decim. vend. c. 10. n. 3. & num. 45. & plerique alij, quos citant, contractus cenſualis de iure canonico eſt, quando aliquid conceditur alicui quo ad id omne, quod conferens poterat concedere, reſeruata ſibi annua, aut mẽſtrua, vel alia ſimili penſione quam accipiens ſoluere teneatur, vel ex fructibus, vel in aliquo æquiualenti, vt in pecunia, aut in alia re. Atque eiuſmodi cõtractus frequens eſt in ſpiritualibus, vt cum beneficium, reſeruata penſione annua, conceditur, de eoq; eſt ſermo c. conſtitutus citato. Celebrari etiam poteſt in rebus tpalibus, vt in prædij cõceſſione ſub annua, aut menſtrua penſione. Solet verò in eiuſmodi contractu reſeruari modica penſio in memoriam antiqui dñij, ac beneficij collati, atque in alios fines; tametſi minor reſeruari ſoleat, qñ conceditur ſpirituale, quam qñ tpals aliquod cõfertur, niſi ſimul in recompenſatione ꝑ obſequijs præſtitis, aut in aliud ſimile, prædiũ aliquod concedatur. Quia ergo per eũ contractum conceditur ius omne, qđ conferens poteſt concedere, penſione illa dũtaxat reſeruata; conſequens eſt, vt per illum, non ſolũ vtile dñiũ, vt in contractu emphyteutico, ſed etiã directum, conferatur. Quia verò penſio ſoluenda, cẽſus iure canonico, iuxta penultimã cenſus ſignificationẽ paulò antea explicatã, nũcupatur, inde effectum eſt, vt ius illam quotannis, aut ſingulis menſibus, accipiendi, quod in re conceſſa reſeruatur, cenſus dicatur atque ab eo contractus, quo res conceditur, & pẽſio reſeruatur, cenſualis appelletur. Eiuſmodi aũt cenſus, cenſualiſque contractus, reſeruatiuus dicitur, ad differentiam alterius, qui conſignatiuus appellatur, de quo diſputationibus ſequentibus erit ſermo. Dicitur verò reſeruatiuus, quia ex re ipſa, quæ confertur, reſeruat concedens ſibi, vel alteri, cum cenſum, nihil accipiendo in recompenſationem eius, quod ex ea re concedit, eaq; de cauſa hic contractus locum habet in ſpiritualibus abſque ſimoniæ vitio, vt Panor. notat c. conſtitutus citat. nu. 12. atque ex ipſomet textu eſt manifeſtum.

3 Differt † cõtractus hic cenſualis ab emphyteuſi, vt notant glo. Panor. & alij doctores citati. Primo, quia per contractũ emphyteuticum transfertur ſolum vtile dñium, & directum manet apud concedentem, vt diſpu. 10. ex parte dictum eſt, & copioſius infra ſuo loco dicetur: per hũc vero cenſualẽ contractũ, ẽt directũ dñiũ transfert̃. Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 32. n. 27. diſcrimẽ ẽt conſtituat, ꝙ emphyteuta ſolum poſſideat naturaliter, & proprietarius ciuiliter: qui verò ex cenſuali contractu, de quo loquimur, rem poſſideat, ciuiliter, ac naturaliter rem poſſideat. Nos aũt diſpu. 12. diximus, quoad proprietatem, dñum directũ poſſidere ciuiliter per ſe ipſum, & naturaliter per emphyteutã, atque adeò emphyteutã ſolũ naturaliter poſsidere proprietatem nomine directi dominij: cæterum dominij vtilis emphyteutam habere ſimul poſſeſsionem ciuilem, & naturalem.

Iuxta diſcrimen traditũ (vt cum Euerardo docent Aluar. Valaſ. n. citato, & Iulius Clar. 4. li. ſent. §. emphyteuſis qõ. 1.) dicitur conſueuit, nos
4 † cenſum ſoluere de re noſtra, penſionem verò de aliena, quia. ſ. res, vnde emphyteuta penſionẽ ſoluit, ad alium quod ad proprietatem ſpectat. Cum Pan. verò c. conſtitutus citato admonent ijdẽ autores quamuis, quod ex re cenſuali ſoluitur, conſueuerit appellari, & quod ex re emphyteutica, penſio, ac canon, interdum tñ confundi vocabula; imò aliqñ contractum cẽſualem appellari emphyteuſim, & emphyteuticum cenſualem, cũ tñ hi duo contractus longè diuerſi in ſe ſint. Vnde Aluar. Valaſ. ibi. n. 28. poſt Pan. c. conſtitutus citato, Bar. & cõem doctorem ſnĩam, quam refert ſubiungit, licet in inueſtitura, ac celebratione contractus dicatur, concedi aliquid in emphyteuſim cum tranſlatione iuris omnis, quod concedens in ea re habet, atque vocabulum emphyteuſis ſæpe in inſtr̃o contractus repetatur, numquamque de cenſu fiat mentio, contractum iudicandum eſſe cenſualem, & non emphyteuticum, eò ꝙ in contractibus potius attendi debeat ad id, ꝙ fit, quam ad nõia, quibus contrahentes vtuntur. E cõtra verò, ſi in celebratione contractus dicatur, concedi rẽ ad cenſum perpetuum cum reſeruatione dñij directi contractum ꝑ eandem rationẽ iudicandum eſſe emphyteuticum, & non cenſualem.

Secundò differunt, quod in emphyteuſi, ſi pẽſio ab emphyteuta biennio, aut triennio, non ſoluatur, incidit in commiſſum, id eſt, amittit vtile dominium proprietario, vt infra ſuo loco dicetur: in contractu verò cenſuali, eſto, qui cenſum tenetur ſoluere, per multos annos eum non ſoluat; nõ propterea incidit in commiſſum, ſed ſolum tenet̃ ſoluere penſiones non ſolutas. Ita colligitur apertè ex c. conſtitutus, de reli. dom. & affirmant gloſ. ibi, Panor. & cõis doctorum ſententia, quam doctores hactenus citati referunt, ac ſequuntur. Ratio, iuxta Panor. & alios eſt, qm̃ in contractu emphyteutico res manet quo ad dominiũ directum apud illam concedentem in emphyteuſim, & ex præſcripto iuris cenſetur eam concedere quo ad dominium vtile quaſi ſub cõditione, dummodo emphyteuta intra id tempus non omittat penſionem ſoluere: in contractu verò cẽſuali res plenè, ac perfectè eius efficitur, cui in cenſum concedit̃, eaq́ue de cauſa voluit ius, vt ſi cenſuarius penſiones ſoluere omitteret, non incideret in commiſſum, ſed ſolum cogeretur eas ſoluere.

Dubiũ 5 Dubium eſt, vtrũ ſi in cõtractu cenſuali lex pactam, ſeu † condõ apponatur, quod cenſus debitore, illum non ſoluente intra certum tp̃s, incidat in cõmiſſum, valida ſit talis conditio, ſeu pactum.

Deciſ. Dicendumq; eſt, ſi cenſus reſeruatiuus ſit, de quo nunc loquimur, validã eſſe non minus, q̃ in emphyteuſi. Atque in hoc euentu amplectenda eſt l. 68. Taur, quæ hodie eſt l. 1, tit. 15. lib. 5. nouæ collect. & id ſtatuit. Neque refragat̃ motus proprius Pij Quinti circa creationem cenſuum: qm̃ in eo ſolum eſt ſermo de cenſibus conſignatiuis. Idẽ ẽt affirmant Couar, 3. var. reſ. c. 7. num. 1. Gutier. de iura, confirm. par, 5. c, 31. nu. 10 & lib. 2. de pract. qq. q. 268. nu. 10. Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 32. nu. 31. & alij, quos citant. Rõ eſt, qm̃, cum in hoc contractu res concedatur quo ad dñium, & proprietatem reſeruato cenſu, põt iuſtè, qui rem ita concedit non aliter velle iã concedere quo ad vtrumq; dñium, q̃ ſub eo pacto, & condõne, ꝙ, ſi cenſus intra tm̃ tempus ei non ſoluatur, res quo ad vtrumque dñium ad ipſum redeat; non ſecus ac, qui rem in emphyteuſim tradit, põt iuſtè non aliter velle illam concedere quo ad dñium vtile, q̃ ſub ſimili condõne. Meritò aũt Gutier. vbi ſupra aduerſus Couar. affirmat, hr̃e hoc locum, etiã ſi res ſub cenſu reſeruatiuo redimibili tradita ſit; quoniã militat eadem ratio Aluar. Valaſ. n. citato refert ex Roland. cõem opinionẽ affirmare, idem dicendum eſſe, ſi debitor cenſus ſub iureiurando promiſit, ſe ſoluturum cenſum intra tm̃ tempus, neque ſtet promiſſis. Addit verò Aluar. Valaſ. id non procedere ſine dubio, Ego ſane arbitror falſum eſſe: iurm̃ quippe efficit, vt periurus ſit, qui non ſtat promiſſis, non verò, vt in cõmiſſum incidat, qñ, ſecluſo iur̃o, promiſſis non ſtando, in id non incideret. Vtrum autem hæc eadem locum etiam habeant in cenſu cõſignatiuo, inferius ſuo loco, exponendo bullam Pij V. dicetur.

Tertiò differunt ijdem contractus, quoniã emphyteuta non poteſt vendere rem emphyteuticã irrequiſito dño, alioquin cadet in commiſſum, & præterea ex pretio tenetur ſoluere proprietario laudemium, vt vtrumque ſuo loco patebit: debitor verò eiuſmodi cenſus vendere rem cenſuralẽ poteſt irrequiſito domino, cui cenſus debetur, neque ex pretio tenetur illi ſoluere laudemium. Ita communi ſententia, quam inter alios, Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 31. refert, ac ſequitur.

Dubiũ 6 Dubium eſt, ſi de † cõtractu aliquo dubitetur, num emphyteuticus ſit, an cenſualis, qa ex clauſulis illius nõ colligitur vnũ potius, quam aliud, aut qa cõſtat ſolutã ſemꝑ fuiſſe penſionẽ, & ignoratur, ex qua cã, aut titulo, vtrum iudicandus potius ſit cenſualis, an emphyteuticus.

Deciſ. Ad hoc dicẽdum eſt, ex circumſtantijs alijs concurrentibus, vt ſi emphyteuſis conſueta ſit in ea regione, & nõ reſeruatiuus cenſus, atque ex alijs eiuſmodi arbitrandum eſſe, quis potius contractus illi ſit præſumendus, & talis erit iudicandus, qualem potius eiuſmodi circumſtantiæ perſuaſerint. Ita Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 35. Qñ aũt neque circũſtantiæ propendere effecerint in vnam potius, quam in alteram partem, Iulius Clar. §. emphyteuſis. q. 1. ait, cõem opinionem eſſe, iudicandum potius eſſe in emphyteuſim, in concedentis fauorem, q̃ cenſum Couar. verò 3. var. reſ. c. 7. nu. 1. & Alua. Valaſ. affirmant communem ſententiam eſſe, potius in fauorem poſſidentis iudicandum eſſe cenſum, q̃ ẽt ſñiam ipſi amplectũtur, atq; amplectit̃ Nauar. in commen. c. 14. q. 3. nu. 109. eaq; nobis probatur. Qm̃ in dubio melior eſt conditio poſſidentis, neque plus grauaminis eſt illi iniungendum, quam veriſimiliter eum habere cõſtet. Conueniunt vero tres doctores citati, idem dicendum eſſe, ſiue, qui rem tradidit, Eccleſia ſit, ſiue priuatus: idque aduerſus quoſdam, qui cenſuerunt in Eccleſiæ fauorem eſſe in eo euentu iudicandum.

7 Contractus † cenſualis hactenus explicatus, neque frequens hodie eſt circa res tẽporales, ſed admodum rarus, neque eſt, de quo potiſſimum agere hoc loco intendimus, neque denique pars eſt emptionis, & venditionis. Quando. n. prædiũ aliquod pleno iure alicui conceditur, reſeruata in eo ſolum annua, aut menſtrua penſione, perſpicuum eſt non interuenire penſionis emptionem, ſed donationem rei quo ad reliqua, ſi valor penſionis non ſit tantus, quantus eſt valor totius prædij, coniuncta cum iure, quod donans in eo prędio ſibi reſeruat: aut eſt contractus innominatus, do vt des, vel certè, vt diſputatione ſequenti explanabitur, eſt contractus, quo confertur vnum, & reſeruatur aliud vnius, & eiuſdem rei. Quòd ſiquis tradat alicui prædium pro copia aliqua pecuniæ, & ſimul pro annua penſione ex eo prædio reddẽdã, non erit etiã penſionis emptio, ſed contractus mixtus ex venditione prædij pro ea pecunia, & ex contractu innominato, do idem prædium quo ad id, qđ plus valet, quã pretiũ pecuniæ, vt mihi ex illo des tantam annuam penſionem. Si quis
8 † item emeret, aut permutatione ab aliquo cõpararet prædium quod poſtea eidem pleno iure pro annua penſione concederet, vt Gene. 47. fecit Ioſeph cum Aegyptijs, qñ in permutatione pro tritico comparauit prædia omnia Aegyptiorũ Pharaoni, q̃ poſtea eiſdem Aegyptijs pro annua penſione conceſſit, non eſſet tunc emptio annuæ penſionis, ſed interuenirent ibi duo contractus: vnus emptionis, aut permutationis rei pro prædio: & alter, cõceſſionis eiuſdẽ prædij reſeruãdo ex illo annuã penſionẽ, atque adeo reſeruatiuus cenſus.

Vtrum ex cenſu reſeruatiuo alcaualæ Gabella debeatur.

DISPVTATIO CCCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Alcauala, ſeu gabella quando debeatur ex cõtractui cenſuali reſeruatiuo.*
Item quando, & cui gabellario ſit ſoluenda, quando prædium daretur, pro annuo cenſu decem aureorum, cum facultate illum redimendi certo aliquo pretio. num. 2.
3 *Gabella an debeatur de cẽſu redimibili, & quando, & cui gabellario.*

4 *Pactum*

4 *Pactum nudū de retrouendendo in fauorē vēditoris, veſtitū cohærentia cōtractus, parit actionē pſcriptis verbis cōtra emptorē, vt ſtet illi pacto.*

QVando in contractu cenſus reſeruatiui nullus alius admiſcetur contractus, vt ſi prædium tradatur quoad vtile, & directū dominiū pro annuo cenſu decem, v.g. aureorum, dubium 1 eſt, vtrū † ex illo alcauala debeat. Suaderi aút poteſt, non ſolum deberi, ſed et duplam illam deberi. Qm̄ de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ dupla debetur ex permutatione, contractuve, do vt des, vt patet l. 1. titu. 17. lib. 9. nouæ collect. & ex articulis ſiſæ in Luſitania: at verò contractus cenſus reſeruatiui vr̄ eſſe permutatio prædij, v.g. quod in cenſum datur, pro cenſu ipſo, hoc eſt, pro iure accipiēdi ex eo prædio annuam penſionem. Dicendum tñ eſt cum Laſſart. de decim. vend. c. 20 à nu. 52. ex illo contractu nullā gabellam deberi. Rō eſt, qm̄ non eſt permutatio, contractuſve, do vt des, ad quem contractū duæ diſtinctæ res neceſſariæ ſunt, quæ à contrahentibus tradantur adinuicē, vna in commutationem pro alia, ꝙ in contractu, de quo diſputamus, non cernitur. Etenim qñ Petrus in cenſum reſeruatiuum decem aureorū quotannis, prædium ſuum tradit Ioanni, ſolum ibi innotitur prædium, quod Petrus tradit, & nihil ꝙ ex parte Ioannis retribuatur, ſed Petrus ſibi ex eo prædio reſeruat ius accipiendi de fructibus illius decem aureos, quod ius velut pars quædam eſt integri iuris, ac pleni dñij eiuſdem prædij, aut reique illi tamq̄ aliquid prædij, ab illo videlicet formaliter, aut virtute dimanans; accipiuntur, relicto ſolū Ioanni onere colendi, atq. adminiſtrandi prædium, ſoluendiq. ex illo decem annuos aureos. Neque Ioannes, poſt acceptū prædium quoad integrum, ac plenum dñium, tribuit Petro ius illud, ſed Petrus ipſe eſt, qui, dum prædiū tribuit quoad reliqua, ſibi reſeruat ius illud, ita vt numquam tradiderit id Ioāni, in quo planè nulla cernitur permutatio, contractuſve, do vt des: ſed, vt expreſſe hr̄ l. vlt. C. de rerum permut. quæ de hoc ipſo contractu agit, eſt, tribuentem prædium legem in re ſua propria præſcribere, dum illam tribuit, eamq; quoad reliqua accipientis efficit: quare, vt ibidem hr̄. eſt pactū quoddam nudum, mutuo vtriuſq; contrahentiū conſenſu celebratum, collationis rei quoad reliqua, ac reſeruationis iuris illius, cum onere ex parte illam accipientis, ac obligatione illud implendi, veſtitumq. eiuſdem rei traditione; ex quo pacto traditione veſtito, actio præſcriptis verbis aduerſus accipientem, ſucceſſoreſq; illius in eadē re, cōpetit ad eam obligationem implendam, vt eadem lege expreſſe hr̄.

Quando in cenſuali contractu reſeruatiuo venditio admiſceretur, vt quia traderetur prædiū pro certa quadam pecunia cum reſeruatione annuæ penſionis, tunc ex pecunia ita in pretium accepta, alcauala à venditore deberetur in hoc Caſtellæ Regno; in Luſitania verò dimidium deberetur à venditore, & alterū dimidiū ab emptore. Qñ verò permutatio admiſceretur, vt quia traderetur prædiū pro re alia, quæ, non eſſet pretium, & pro annua penſione, tunc ex valore rei, quæ ſimul cū annua penſione daretur pro prædio, deberetur vna alcauala, & ex valore prædij, quatenus præciſè reſpondet, nō quidem penſioni, ſed rei illi, quę vna cum penſione daretur in commutationē pro prædio, deberetur alcauala alia. Conſentit Laſſarte vbi ſupra à nu. 73.

2 Præcipua † verò difficultas eſt, qñ prædiū datur, v.g. pro annuo cenſu decem aureorum, cū facultate illum redimendi certo aliquo pretio, an tunc alcauala deberetur, & quando, & cui gabellatio ſit ſoluenda. Quo loco examinandi ad hunc effectum ſunt duo illi contractus, de quib. in calce diſp. 372. dictum eſt. Queſt.

Primus eſt, qñ pdium venditur centū aureis, cum pacto vt, interim dum non ſoluuntur, perſoluatur annuus cenſus decē aureorū in eodem prædio conſtitutus, atq; eiſdem centū aureis redimibilis. Ex hoc autem contractu proculdubio dicendum eſt duplicem gabellam deberi. Vnam, ex primo illo contractu vendōnis prædij illius pro illis centū aureis, q̄ eſt vera venditio ſtatim mutuo cōtrahentiū cōſenſu perfecta: ac proinde gabella illa ſtatim debetur, in hoc quidē Regno à ſolo prædij venditore, in Luſitania verò dimidium ab emptore, & dimidium à venditore. Debetur verò gabellario, ac dño, qui tunc fuerint tpe celebrati contractus. Alia verò gabella debetur ex cenſus venditione centum illis aureis, & debetur, non tpe redemptionis, neque ex redemptione, qm̄ illa eſt diſſolutio prioris contractus ex pacto de retrouendendo in eo appoſito; ſed debetur ex venditione ipſa cenſus centum illis aureis a principio facta, atque adeo debetur gabellario, qui tūc erat, in hoc quidem Regno debetur à ſolo venditore cenſus, q̄ proximè fuerat emptor prædij, in Luſitaniā verò dimidiū debetur ab vno, & dimidium ab alio. Ratio horum eſt, qm̄ conſtitutio illa annui cēſus decē aureorū interim dū centū aurei, pro quib. pdium fuit venditum, nō ſoluerentur, fuit vera emptio, & venditio cenſus illius, diſtincta à prædij venditione, ex qua cenſus venditione, ſua peculiaris gabella debetur, iuxta ea quæ diſputationibus ſequentibus dicenda ſunt. Atque in his conſentit Laſſar. de decim. vend. c. 10. a nu. 47. Deciſi.

Nonnulla tñ obſerua. Primū eſt. Tunc cēſum non eſſe reſeruatiuū, de quo diſputatione præcedente habitus eſt ſermo, ſed conſignatiuū, de quo ſequentib. diſputationib. dicetur. Qui n. prædiū centum aureis vendidit, integrū pro centum aureis illud vendidit, nihil ſibi reſeruando: quia tñ aurei illi non erant ſoluendi ſtatim illis, interim dum non ſoluerentur, ac redimeretur cenſus, venditor prædij emit in eodē prædio cenſum illum, atq; ita eſt cenſus a prædij emptore illi cōceſſus, & conſignatus in eodem prædio centum aureis empto, interim dum eos illi non ſolueret.

Secundum. Pretium huius cenſus, in exemplo propoſito, ad rationem decem pro vno, eſſe iniuſtum in hoc Regno, vtpotè non attingens ad pretium cenſus conſignatiui redimibilis in eo. l. 6. tit. 15. nouæ collect. taxatum, ut cum minimum ſit ad rationem quatuordecim pro vno.

Tertium. Eundem cenſum hodie eſſe ipſo iure nullum, præſumiq; vſurarium, vbicunque ea in parte recepta fuerit bulla Pij V. quæ ſtatuit, cenſus conſignatiuos redimibiles aliter emptos, quã pecunia numerata, atque coram tabellione ſoluta nullos ipſo iure eſſe, reputandoſq. præſumptione iuris, & de iure, vſurarios.

Secundus contractus eſt, qñ prædiũ datur in reſeruatiuum annuum cenſum decem aureorum, redimibilem centum quinquaginta aureis, verbi gratia. Quo loco in primis obſerua, reſeruatiuum hunc cenſum, neq; eſſe de numero eorũ, de quibus Pius V. in ſua Bulla loquitur, vtpote de quo nunquam fuit dubitatũ, an illicitus ſit, quippe in quo nulla ſit effigies vſuræ: neq; itẽ eſſe de numero eorum, quibus l. 6. Caſtellæ, citata taxatũ eſt pretiũ emptionis, aut redemptionis, vt cũ minimum ſit ad rõnem quatuordecim pro vno. Eiuſmodi n. cẽſus (niſi maior à principio conſtituatur pp̃ facultatẽ illã redimendi, quæ in ipſa prima cenſus conſtitutione concedatur) certè longè plus valet, q̃ ad rõnem quatuordecim pro vno; eſt. n. ex ſe perpetuus, atque irredimibilis, ac proinde, ſi ex interuallo, poſt celebratum primum reſeruatiui cẽſus contractum, de redemptione illius agatur, longè maius pretium eſſe debet illius, quam ad rationẽ quatuordecim pro vno. Quo fit, vt in hoc Regno, vt pretium redemptionis huiuſce cenſus nullum ſit, excedere debeat pretium ad rationẽ quatuordecim pro vno, niſi à principio tantus conſtitutus ſit pp̃ facultatem illum redimendi, quę ſimul concedebatur, vt ad rationem quatuordecim pro vno conſtitutus cenſeretur, ac tunc redẽptio non minor in hoc Regno, vt iuſta ſit eſſe poterit, quã ad rationem quatuordecim pro vno.

3 De hoc ergo † cenſu ita redimibili eſt nõ parua difficultas, an gabella debeatur, & qñ & cui gabellario ea debeatur. Cou. 3. var. reſ. c. 11. quamuis de gabella, quæ ex contractu propoſito debeatur, non diſputet, ſed de retractu, cõ q̃ in eo contractu locum habet, cenſet tñ duas emptiones, & venditiones in eo contractu cerni. Vnam, prædij illius pro pretio, quo cenſus redimi conceditur, hoc eſt, pro centum quinquaginta aureis, vt in exemplo à nobis propoſito, licet ipſe alio vtatur. Alteram, cenſus illius pro eiſdem centum quinquaginta aureis, quibus redimi conceditur. Hinc meritò Laſſar. de decim. vend. c. 10. num. 46. infert, iuxta hanc ſniam, duplicem gabellam deberi. Vnam à venditore prædij in hoc Regno ex ipſa prædij vẽditione: & alteram ab emptore prædij ex vẽditione cenſus illo eodem pretio, quo prædiũ fuit venditum ex redemptione verò cenſus, quoniã eſt diſtractus ſecundæ venditionis, nulla alia debetur.

Laſſar, loco citato, nu. 50. refert Auendanij ſententiam aſſerentis, ex contractu propoſito vnam duntaxat gabellam deberi ex facultate cenſus redimendi, in qua ſola venditionem agnoſcit: eam verò gabellam deberi à venditore prædij ſtatim, ac contractus fuit celebratus, ac deberi gabellario, qui tunc erat: ex redemptione autem cenſus, quæ poſtea fit, nullam gabellam deberi.

Idem Laſſarte ibidem, num. 51. refert, praxim quotidianam, in multis huius Regni locis ſeruatam, eſſe, vt ex eo contractu vnica gabella debeat, ſoluenda a prædij venditore, non quidem tpe celebrati contractus, neque gabellario, qui tũc erat, ſed ſoluenda tempore redemptionis cenſus, & gabellario, ac domino, qui tunc fuerint. Quæ planè conſuetudo, non ſolum tamquam legitima legũ interpres cum eodem Laſſarte eſt amplectenda, ſed tamquam ipſiſſima rei veritas.

Quod vt intelligatur obſeruandum eſt. Ex cõtractu, traditioneq; prædij in reſeruatiuum annuum cenſum decem aureorũ nullã gabellã deberi, vt ſupra oſtenſum eſt: eo q̃ contractus ille, neque emptio, aut vẽditio ſit, neque permutatio, aut contractus, do vt des, vt ſufficienter eſt comprobatum. Tota autem difficultas eſt, de facultate illa redimendi cũ cenſum aureis centum quinquaginta eidem contractui adiecta, ſeu pacto qđ; quandocunque accipiens prædium in eum reſeruatiuum cenſum, tradiderit centum quinquaginta illos aureos, redimatur atque extinguatur cenſus, vtrum ex illo gabella debeatur, an potius ex ipſa redemptione, quaſi redemptio illa emptio ſit cenſus illius, non verò pactum illud. Auẽdanius, & alij exiſtimarunt, pactum illud eſſe emptionem, & venditionem: & cum contractus emptionis, & venditionis mutuo conſenſu perficiatur ad effectum, vt gabella debeatur, non verò traditione pretij, & acceptione mercis: conſequenter Auendanius aſſerere, gabellam, non tempore redẽptionis cenſus, & gabellario, qui tunc eſſet, deberi, ſed ſtatim à principio initi illius pacti deberi, & gabellario, qui tunc fuit. Prætermiſſa verò longa diſputatione Laſſarti vbi ſupra, quæ planè rei punctum attingere non videtur, breuiter dicendum eſt. Facultatem illam ac pactum nõ eſſe contractum, neque purum, neque conditionalẽ, emptionis, & venditionis cenſus illius centum quinquaginta illis aureis, ſed eſſe pactum nudũ adiectum contractui cenſuali in fauorem accipientis prædiũ in cenſum, veſtitumq; cohærentia eiuſdẽ cenſualis contractus, ac proinde ex illo oritur actionem præſcriptis verbis ad cogendum eum, qui in cenſum tradidit prædium, vt quandocunque traditi ei fuerint centum illi quinquaginta aurei,
2 cenſus redimatur: ſicut † quando venditioni pactum, alioquin nudum de retrouendendo in fauorem venditoris apponitur, veſtitum cohærentia eiuſdem contractus conced. tur vẽditori actio præſcriptis verbis ad cogendũ emptorẽ, vt ſtet illi pacto, vt expſsè hr̃ l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorẽ, perſpicuũq; eſt ex dictis diſputatione, 255. Conceditur ẽt illi. 2. actio ex vendito: quoniam cum pactum illud de retrouendendo cohærentia venditionis ſit veſtitum, reſq; illa fuerit vendita cũ grauamine illius pacti in fauorẽ venditoris, actio etiã ex vendito cum eodem grauamine venditori competit, vt diſſoluatur contractus. Atque ex his intelliges diſpenſionẽ hac in parte illius legis, quæ multis eſt ſubobſcura. Qua tamen in re propoſita nulla præceſſerat emptio cenſus illius vt redemptio eiuſdem cenſus, quæ vi pacti illius poſtea ſequitur, reſolutio eſſet

prioris

prioris contractus venditionis, vt in pacto de retrouendendo cernitur: conſequens eſt, vt redemptio, quæ in re propoſita fit, vera ſit emptio cenſus illius centum illis quinquaginta aureis, vt extinguatur in eo, cui antea debebatur, & conſolidetur cũ prædio, atque id ſit, ad ꝙ per id pactum ſe aſtrinxit, qui prædium in cenſum tradidit. Quia ergo redēptio hæc eſt vera emptio, & venditio, & non reſolutio prioris alicuius venditionis, conſequens eſt, vt ex illa gabellario, qui tunc fuerit, debeatur gabella, vt praxis recepta habet, etſi ex reſolutione venditionis, quæ ex pacto de retrouendendo fit, nulla gabella debeatur.

Ex dictis patet, ſi cenſus reſeruatiuus ſine pacto redēptionis conſtituatur, & poſtea ex partiũ cõuentione redimatur, deberi gabellam ex tali redemptione gabellario, qui tunc fuerit: eo quòd ſit vera emptio, & venditio cenſus illius. Si itē poſtq̃ in prædiũ in cenſum reſeruatiuum, ac redimibilē acceptum eſt, conueniat inter contrahentes, vt res ad priſtinum ſtatum redeat, nullam deberi gabellam: qm̃ id, neq; permutatio, neq; emptio, aut venditio eſt. Si tñ poſſidens prædium vendat illud, aut permutet, debetur gabella, ſimplex quidem ex venditione, & bina ex permutatione. Idē dic, ſi cenſus vendatur, aut permutetur.

Cenſus conſignatiuus quid, & quotuplex ſit.

DISPVTATIO CCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus conſignationis quid, & nu. ſeq. per totum.*
2 *Cenſualis contractus quando dicatur emptio.*
3 *Penſio, redditus, & cenſus duobus modis accipitur.*
4 *Cenſui reali quid correſpondeat, & quid perſonali.*
5 *Cenſus perſonalis duplex.*
6 *Cenſus realis quid, & in quo differat a perſonali cum hypotheca.*
7 *Cenſus realis ſi collocatur in aliquibus prædijs determinatis, an prædijs peremptis, dicatur etiam cenſus peremptus.*
8 *Cenſus conſtitutus in certis prædijs determinatis, habet ſe ad inſtar ſeruitutis.*
9 *Cenſus integrè poteſt exigi à quocunque poſſidente partem rerum cenſui ſubiectarum.*
10 *Cenſus, penſio, ac redditus inter bona immobilia computantur.*
11 *Cenſus ſi in pecunia ſoluatur, poteſt vendi, alias erit permutatio, aut alius contractus innominatus. Et quid in Caſtella, & Luſitania ſeruatur.*
12 *Cenſuiſta quid, & quid cenſuarius.*
13 *Cenſus tam realis, quam perſonalis quotuplex.*
14 *Cenſus vitalitius quid.*

1 ALter † cenſus eſt, qui idcirco conſignatiuus dr̃, ꝙ conſignetur, cõſtituatur, ac exhibeat in rebus eius, qui illum concedit, manente dñio earundem rerum, tam vtili, q̃ directo, ipſomet concedente. Si aũt pro pretio (vt regulariter fieri ſolet) concedatur, eſt vera emptio, & venditio, vt videbimus. Atq; hoc modo ſpectatus contractus cenſualis, eſt veluti pars emptioni, & venditioni ſubiecta: eſtq; potiſſimum de eo nobis hoc loco ſermo. Dixi, ſi pretio cõcedatur: qm̃ pōt cõcedi varijs alijs titulis, vt pmutatione donatione in recōpenſationem pro opere, aut obſequijs, varijſq; alijs modis, & tunc cõceſſio, ꝑ tituli ſorte, variã naturã ſortietur. Potiſſimũ aũt dicemus de emptione, & venditione cenſus, non ſolum quia hic titulus frequentiſſimus eſt, ſed et qm̃, explicato hoc contractu, facilè intelligetur, quid dicendum ſit de cenſibus alijs titulis cõparatis.

2 Contractus † cenſualis hoc modo ſumptus eſt emptio, qua quis ſuper bona, aut perſonam, certa pecunia emit ius accipiendi annuum, mẽſtruum, aut alium ſimilem reditum, ſiue in pecunia, ſiue in quacunque alia re, manente venditore reditus dño ſuorum bonorum, vt antea erat: id quod Gutier. 2. de prac. qq. q. 168. cum alijs, quos citat, & doct. cõiter affirmant: iam. n. diſp. 372. cum Couar. & alijs, diximus, curandum non eſſe, quod tabelliones in hoc Regno ex imperitia, & cõtra naturam contractus, dicant, venditorem cenſus cōcedere dñium directum rei, ſuper quã cenſus collocatur, emptori, illudque in eum transferre. Dr verò contractus hic cenſualis à reditu, qui illo emitur, & qui ſtatutis temporibus eſt ſoluēdus: is .n. reditus dicitur cenſus in penultima vocabuli cenſus ſignificatione diſp. 381. explicata.

Hoc loco eſt obſeruandum, reditum emptum ſoluendum eſſe in pecunia, nihil oĩno impedire, ꝙ cenſualis contractus vera ſit emptio, & vendi-

3 tio. Id † ꝙ facile intelliges, ſi attendas, reditũ, penſionem, cenſum, & ſimilia, duobus modis vſurpari. Vno, materialiter pro rebus, quæ quotãnis, aut alijs ſtatutis tpib. ſoluuntur. Hoc modo reditus penſio, & cenſus, ſunt pecunia, triticũ, & alia, quę tpibus illis perſoluuntur. Dñr verò reditus à redeundo, quia. ſ. a tempore in tempus ſoluenda redeunt. Altero modo vſurpantur, nõ materialiter pro rebus, quæ ſoluũtur, ſed formaliter pro iure, vt a tpe in tempus ſoluantur. Atque in hac ſignificatione dicere conſueuimus, Petrus habet cẽſum in tali prædio Ioannis, i. ius vt ex illo tantũ pecuniæ, aut fructuum ei perſoluantur, quaſi prædiũ illud ad id ſit obligatum. Dicere ẽt conſueuimus, Petrus habet tantã penſionem in beneficio Ioannis, hoc eſt, ius vt ex illo tantum quotãnis ei perſoluatur. In hac ſignificatione, cenſus, penſio, & reditus, dñr res incorporales. Ius quippe illud, quod ea vocabula formaliter ſignificãt, nõ aliud eſt, quam reſpectus quidã rationis in eo, cui penſio, reditus, aut cenſus, debetur, qui proinde reſpectus cum rebus incorporalibus annumeratur: eò quod non ſit res quæ palpari, manibuſq. tractari poſſit, vt palpantur, ac tractantur res corporales. Lege, quæ diſputat. 2. & ſequentibus, dicta ſunt. Portò eiuſmodi iuri, tamquam correlatiuum, reſpondet obligatio, ac debitum: ius enim eſt ad aliquid, quod aliquo modo eo iure debetur. Ex parte autem eius, qui illud debet, reſpondet obligatio illius ad tale debitum. Quod, ſi ita ex aliqua re debeatur, quod res illa ad id ſit obligata, reſpondet etiam obligatio realis ex parte ta-

 lis rei,

4 lis rei. Quo † fit, vt cenſuali reali, hoc eſt, iuri ad
annuã aut menſtruã, penſionẽ ex re alicuius, qui
eum cenſum in illa vendidit, triplex partiale cor
relatiuum reſpondeat. Primum eſt, res ipſa, quæ
debetur, quatenus ita debetur; vt pecunia, vel tri-
ticum quotannis ſoluendum. Secundum eſt, obli
gatio rei, vnde id debetur, quæ pro eo debito eſt
aſtricta: eaq; obligatio realis dr, eo, quod ſit obli-
gatio ipſiuſmet rei ad quemcunque pertranſeat:
& ius comparatione illius dr ius reale: q̃a eſt ius
in re, hoc eſt, habens correſpondentem ſibi obli-
gationem rei ad id, ꝙ ex ipſa debetur. Tertium
verò partiale correlatiuum eſt, obligatio homi-
nis, qui cenſum ex tali re debet. Atque hæc obli-
gatio eſt perſonalis; ſemper.n. cum obligatione
reali coniuncta eſt obligatio perſonalis eius, cu-
ius eſt res illa, quæ obligationem habet realem: te-
netur.n. vt minimum tradere rem ad ſolutionẽ,
ſaltem in defectum alterius, qui debitum ſoluat.
Quando autem cenſus eſt merè perſonalis, hoc
eſt ius vt alius annuam, aut menſtruam, penſio-
nem ſoluat, nulla alia re ad id obligata: tunc iuri
illi ſolum reſpondet duplex partiale correlatiuũ.
Videlicet res, quæ debetur, quatenus ita debetur,
puta pecunia, triticum, aut aliquid ſimile, ſtatu-
tis temporibus ſoluendum: & perſonalis obliga-
tio eius, qui illam debet.

5 Dixi, qñ cenſus eſt merè perſonalis; qm̃ † cen
ſus, ſimpliciter, & abſolutè perſonalis, duplex eſt.
Quidam merè perſonalis, quia videlicet nulla ei
correſpondet obligatio realis: eo ꝙ nulla alia res
ſit ei obligata, quàm perſona. Et quidam non me
rè pſonalis, qñ.ſ. pro eo cenſu, vltra perſonam, eſt
aliquid obligatum, non quidẽ tanquã res, in qua,
& ex qua debeatur, ſed tamq̃ hypotheca ad cen-
ſus, illiuſq. ſolutionis aſſecurationẽ. Talis.n. cen-
ſus ſimpliciter eſt perſonalis: illi tñ rñdet obliga
tio ad ipſum realis, ita videlicet, vt in euẽtu, quod
debitor cenſus illum non ſoluat, neque ſint alia
bona illius, vnde ſoluatur, res hypothecata obno-
xia maneat, vt ex ipſa ſoluatur, ad cuiuſcunque
manus, aut dominium illa deuenerit.

6 Ex his † conſtat, cenſum realem ſolũ eũ eſſe,
qui ita eſt collocatus in aliqua re, vt in illa, atque
ex illa debeatur. Neque eſt paruũ diſcrimẽ inter
cenſum realem, & perſonalẽ cenſum cum hypo-
theca ad illius aſſecurationẽ. Qñ.n. cenſus eſt rea
lis, pereunte re, in qua erat collocatus, perit cen-
ſus: quia ſolum in illa, & ex illa debebatur, quaſi
emptor cenſus, emendo ita illum, emerit in re illa
partem iuris ad fructus ex maiori iure, quod in re
illa dñs illius habebat. At verò qñ cenſus eſt per-
ſonalis cũ hypotheca pereunte hypotheca, nõ pe-
rit cenſus: quia cenſus collocatus non erat in hy-
potheca, ſed in pſona eius, à quo cenſus erat em-
ptus, eaq; de cauſa ſolũ perit aſſecuratio illa tradi
ta, ex qua cenſus erat ſoluendus, ad cuiuſcunque
manus res illa deueniret, in euentu, ꝙ debitor cen
ſus non hẽret alia bona, vñ poſſet ſoluere cẽſum.

Cum hoc diſcrimine coniunctũ eſt hoc aliud.
Quòd, qñ cenſus eſt realis, ille eſt debitor cenſus
ad quem tranſit res, in qua cenſus eſt collocatus:
quia in illa, & ex illa debetur. Qñ verò cẽſus eſt
perſonalis cum hypotheca, tranſeunte hypotheca
ad alium, is, ad quem tranſit, non eſt debitor cen
ſus, ſed debitor eſt perſona, in qua cenſus fuit col-
locatus, & hæredes illius: hypotheca verò ſolum
manet obnoxia ſolutioni eius cenſus in euentu,
ꝙ perſona, quæ cenſum debet, impotens effecta
ſit ad cenſus ſolutionem, ita ꝙ bona non habeat,
vnde ſoluatur; interim.n. dum bona habet, vnde
ſolui poſſit, prius fieri debet exequutio in bonis il
lius, quàm in hypotheca, iuxta auth. hoc ſi debi-
tor. C. de pignor.

Ex his liquet, quãuis cenſui reali, & cenſui p-
ſonali cum hypotheca, rñdeat obligatio realis: di
uerſimode tñ rñdere. Cenſui.n. reali rñdet ex na-
tura ipſiuſmet cenſus, & contractus cenſualis, at-
que ita rñdet, vt ex re in qua collocatus eſt cẽſus,
ſit ſoluenda penſio, ad quemcunq; ea res deue-
niat. Cenſui verò perſonali cum hypotheca, non
rñdet obligatio realis vi cenſus, ac vi cẽſualis con
tractus, ſed vi alterius contractus ſuperadditi ad
maiorem cenſus ſecuritatem, quo bona aliqua in
contractus cenſualis ſecuritatem hypothecantur.
Præterea non rñdet obligatio realis, quaſi in re,
& ex re hypothecata penſio debeatur; ſed q̃a res
hypothecata manet obligata in defectum, tam
eius, qui cenſum debet, quam aliorũ bonorũ eiuſ-
dem, vt penſio ex ipſa ſoluatur. Atque hac de cã,
cum dixiſſem ſupra: ſemper cũ obligatione reali
eſſe coniunctã obligationem perſonalẽ eius, cu-
ius eſt res, q̃ obligationem hẽt realẽ: addidi, quia
cũ minimũ tenetur tradere rem ad ſolutionẽ, ſal-
tem in defectum alterius, qui debitum ſoluat.

Couar. 3. var. reſol. c. 7. in aliquibus à doctrina
hactenus à nobis tradita diſcrepat. In primis in
7 calce num. 5. & num. 6. aſſeuerat, qñ † realis cen
ſus collocatur in aliquo, aut in aliquibus prædijs
determinatis, niſi expreſſe in contractu dicat, ita
in illis collocari, vt, pereuntibus prædijs, cenſus
pereat, non perire cenſum, ſed venditorẽ cenſus,
hæredeſq; illius, teneri ad cenſus ſolutionem. Ni
titur cuidam fundamento, in quo a doctrina tradi
ta etiam diſcrepat. Affirmat.n. quando realis cen
ſus in aliquo, aut in aliquibus prædijs determina
tis, collocatur, prædia illa ſolum habere rationẽ
hypothecæ: verumtamen irregularis, ac magis ar
ctæ, quæ proinde nõ ſequatur omnino leges alio-
rum pignorum, & hypothecarum.

Hinc primo vult, ſi res, in quibus cenſus realis
eſt collocatus, tranſeant ad tertium poſſeſſorem,
qui hæres venditoris cenſus non ſit, competere
ei, cui cenſus debetur, actionem aduerſus illum,
vt inde cenſum ſoluat, ſeque debitorem cenſus
ex eo prædio, aut prædijs recognoſcat, nihil prius
exigendo a cenſus venditore, aut ab hæredibus il-
lius. Atq; in hoc, inquit, hypotheca hæc arctior
eſt, nec ſequitur leges aliarum hypothecarum.
Eſto enim res aliæ communiter hypothecatæ ad
tertium poſſeſſorem pertranſeant, nulla aduer-
ſus tertium poſſeſſorem competit actio, vt ex il-
lis debitum ſoluat, niſi prius exequutio fiat in
bonis principalis debitoris, & fideiuſſorum il-
lius: & quando nulla bona illorum reperta fue-
rint, ex quibus debitum ſoluatur, tunc exequu-

tio fieri poteſt in hypothecis, & non antea, vt ex authentica, hoc ſi debitor. C. de pig. dictum eſt.

Secundo ibidem n. 7. vult. Si cenſus centũ aureorum collocatus ſit in tribus prędijs, verbi gratia, quæ ad tres diſtinctos poſſeſſores tranſeant, nõ poſſe ſingulos poſſeſſores conueniri pro integro cenſo, neque cogi, vt ſinguli debitum integri cenſus recognoſcant, ſed ſolum poſſe conueniri pro parte cenſus, iuxta proportionem valoris cuiuſque prædij ad aliqua prædia. In quo ẽt inquit, hypotheca rerum, in quibus collocatus eſt cenſus, non ſequitur leges aliarum cõmunium hypothecarum. Quando.n. hypothecæ erant ſubiectæ pro aliquo debito neque debitor, & fideiuſſores illius habent, vnde ſoluant, ex ſingulis rebus hypothecę ſubiectis exigi poteſt integrum debitum, nihil exigendo a poſſeſſoribus aliarum, vt iuxta l. Moſchis. ff. de iure fiſci, tradunt Bart. & communis doct. ſententia: tametſi quidam reclament.

Tertiò n. 6. citato vult. Quando cenſus collocatus fuit, in aliquibus determinatis prædijs illaque ad alios poſſeſſores tranſierunt, poſſe eum, cui cenſus debetur, prætermiſſis poſſeſſoribus, agere ad ſolutionem cẽſus aduerſus primum vẽditorem, & hæredes illius. Arbitratur enim, quãdo cenſus eſt realis, non ſolũ ex illo oriri obligationẽ realem, ratione cuius actio detur aduerſus perſonam poſſidentem res, in quibus cenſus eſt collocatus, ſed ẽt oriri ſimul ex illo obligationem perſonalem ex parte venditoris cenſus ad eum ſoluendum, quæ alienatis prædijs, manet in ipſo, & tranſit in hæredes ipſius. Atque in hoc ait conuenire hypothecam rerum, in quibus cenſus realis eſt collocatus, cum cæteris cõibus hypothecis. Ex eo quippe, qđ cõmunes hypothecæ in tertium poſſeſſorem tranſeant, non deſinit principalis, ac primus debitor manere obligatus ad debitum.

Deciſ. Contrarium his omnibus meritò affirmat Aluar. Valaſ. de iure emphyteut. co. q. 32. nu. 13. & Laſſar. de decima vend. c. 10. à n. 14. Atque in primis falſum, ac commentitium, eſt fundamentum illud, cui Couarru. nititur, nempe res, in quibus cẽſus realis collocatur, habere rationẽ hypothecę. Neque n. id ſonat forma cõtractus, neque vllum fundamentum habet in iure, quod id hypothecæ extraordinaria ſit, qualẽ Couar. & alij confingũt.

8 Quin † potius cenſus illo modo cõſtitutus, habet ſe inſtar ſeruitutis prædio affixæ, in quo cenſus eſt collocatus, vt rectè Aluar. Valaſ. vbi ſupra ait. Sicut autem, pereunte prædio, in quo eſt ſeruitus, perit ſeruitus, quæ illi erat quaſi affixa trãſeunteque prędio in tertium poſſeſſorem, ſeruitus comitatur prędium, neq; vlla actio ob ſeruitutem competit aduerſus primum, qui illam conceſſit, aut hæredes illius niſi fortè prædium euincatur, ſed actio ſolum competit aduerſus poſſeſſorem: ita res omnino habet in cenſu reali. Atq; in hoc, vltra doctores citatos, conueniunt Conra. de contractibus q. 83. concluſione 12. ac alibi ſępe, Med. quæſt. vlt. de vſur. Gab. in 4. diſt in. 15. q. 12. Nauar. in comment. cap. 1. 14. quæſt. 3. nu. 76. & 77. & alij communiter.

Cur autem cenſus realis ſeruitus dici nequeat, diſput. 11. dictum eſt: negandum tamen non eſt, eſſe inſtar ſeruitutis perſonalis. Quemadmodum autem cenſualis contractus de quo loquimur, agnitus non fuit iure ciuili Digeſtorũ, aut Codicis: ita mirum nõ eſt de hac quaſi ſeruitute mentionem iure ciuili factã non fuiſſe. Poteſt aũt cõfirmari, pereunte re, in qua cenſus eſt collocatus, petere cenſum, neq; deinceps deberi. Qm venditio cenſus merè realis non aliud eſt, quam venditio partis iuris prædij, in quo collocat', vt explicatum eſt: pereunte autẽ re, perit pars iuris in ea.

Hinc conſtat falſum eſſe, quod Cou. ait, videlicet vt, pereuntibus rebus in quibus cenſus realis eſt collatus, cenſus eo ipſo pereat, neceſſe eſſe, id exprimi in contractu. Cum enim cenſus realis id ex natura, rei habeat ſanè neceſſe non eſt exprimi in contractu. Id quod apertè conſtat ex extrauaganti Martini V. verſi. ſed ad hoc, & Calixti III. verſic. ſed ijdem ementes, quæ inter communes ſub titulo de empt. & vẽdit. habentur, vbi cum de eiuſmodi cenſu ſermo haberetur, dicitur; pereuntibus poſſeſſionibus, in quibus cenſus erat cõſtitutus, nullã cõpetere actionẽ emptoribus cenſus ad recuperationẽ pecuniæ; q a videlicet ipſis peribat cenſus emptus vna cum prædijs, in qbus erat collocatus. Idem apertius ſtatuit Pius V. in bulla creationis cenſuũ, vbi conſtituit, pereunte re, ſuper q̃ cẽſus collocaretur, aut infructuoſa reddita, in totũ, aut in parte, cẽſum quoq; pro rata petire.

9 Conſtat † deinde, licet verum ſit, trãſeuntibus rebus, ſuper quas cenſus realis eſt collocatus, ad alios poſſeſſores, competere cenſuario actionem aduerſus illos, vt cenſum ſoluant, ac recognoſcãt; falſum tamen eſſe, non poſſe exigere integrum cenſum à quocunque poſſidente partem illarum rerum. Contrarium quippe eſſe verum, vſuque in Hiſpanijs eſſe receptum, affirmant Aluar. Valaſ. & Laſſarte vbi ſupra, & ſequitur Nauar. in comment. cap. 1. 14. quæſt. 3. nu. 114. Couar. quæ ipſe fatetur vſu eſſe receptum.

Ratio autem eſt qm̃ ea videtur fuiſſe mens celebrantium cõtractum cẽſus realis, vt ſcilicet vnaquęque earum rerum obligata eſſet pro toto cenſu more hypothecarum: & quoniam emptor cẽſus non aliter vellet celebrare contractum, exponendo ſe diſcrimini, vt ſi res illæ ad diuerſos trãſirent poſſeſſores, cogeretur a ſingulis exigere partem cenſus cum magno ſuo labore, & detrimento: cum autem contractus celebrari cenſeantur iuxta loci conſuetudinem; ſanè, eſto in contractu nihil ſit expreſſum, iudicandum eſt eam in Hiſpanijs fuiſſe contrahentium mentem.

Illud ẽt conſtat eſſe falſum, nempe, tranſeuntibus rebus, ſuper quas cenſus eſt collocatus, ad alios poſſeſſores, actionem competere emptori cenſus aduerſus venditorem cenſus, & hæredes illius, vt ex dictis conſtat. Excipitur, niſi res euincatur: tunc. n. ſicut poſſeſſoribus tenerentur primus venditor, & hæredes illius, de euictione; vnuſquiſque hæredum pro rata partis, in qua hęres venditoris exiſteret: ſic quoq; poſſeſſori cenſus tenerentur de cenſu vna cũ reb. illis euicto, vt doctores citati, & Nauar. n. 77. citato affirmant.

Regredia.

Regrediamur nunc ad id, qđ explanabamus,
10 atque poſtremò obſerua. Cenſum, † penſionem, ac reditum, pro iure ad rem ſtatutis temporibus ſoluendum, cõputari inter immobilia bona, eſto res, quæ ſoluuntur, mobiles ſint. Ita habetur in Clem. exiui de paradiſo. §. cumq; annui reditus, de verborũ ſignific. cuius verba ſunt: *Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur a iure.* Quo loco, annũi reditus, nõ ſumuntur pro rebus, quæ ſoluuntur; cõſtat. n. illas res mobiles eſſe; ſed pro iure vt ſoluantur. Porrò annui reditus commune quippiam eſt ad cenſum, ac penſionem: omnis. quippe cenſus, ac penſio reditus ſunt.

Ex dictis facilè iam intelligitur, contractũ cẽſualẽ, de quo loquimur, eſſe veram emptionem,
11 † & venditionem, nihil impediente, quod cenſus emptus, in pecunia ſit ſoluendus. In eo. n. contractu cernitur inprimis pretiũ, hoc eſt, pecunia, quę pro cenſu datur. Deinde cernitur merx, vt a pecunia, ac pretio diſtinguitur. Quod, enim immediatè, ac proximè emitur, non eſt pecunia aut quæcunque alia res mobilis ſoluenda ſtatutis temporibus, ſed eſt ius vt illa ſoluatur, cum obligatione ex parte perſonę vendentis cenſum, aut ſimul rei, in qua cenſum vendit, vt ſoluatur: vt enim concedat tale ius ſuſcipiatq; in ſe, atq; in re ſua, eã obligationẽ, datur illi pretiũ, idq; eſt, qđ ab eo emit.

Qđ ſi pro cenſu non detur pecunia, ſed equus, prædium, obſequia præſtanda, aut aliud ſimile, tunc contractus non erit emptio, ac venditio, ſed permutatio rei pro cenſu, aut contractus alius innominatus, do vt facias, vel facio vt des. Põt etiã cẽſus conſtituit donatione, vt in principio huius diſputationis dicebamus. Vt ſi res in poſſeſſione aliqua, vel in iuribus, quæ in ciuitate aliqua ſibi debentur, concedat alicui aliquem cenſum. Si verò illum concedat pro obſequijs præſtitis, potius eſt contractus, do vt facias, aut quia feciſti, q̃ donatio. Quod ſi plus princeps tribuat, quam mererentur obſequia, erit contractus mixtus ex donatione, & innominato contractu, do quia feciſti.

Ius Caſtellæ. In hoc Regno quãdo Rex, vel dono, vel in recompenſationẽ pro obſequijs, & ſeruitij, vel pro pretio, concedit alicui annuum reditum in iuribus, ac reditibus ſibi debitis in ſalinis, ciuitate, oppido, vel re alia ſimili, reditus ita conceſſi ſiue perpetui, atque irredimibiles ſint ſiue redimibiles, aut ad vitam, vel ad vitas alicuius conceſſi, peculiari nomine appellantur *juros*. Cæteri autem ſimiles reditus cenſus dicuntur, vt conſtat ex l. 6. tit. 15. & l. 9. 17. & 20. ti. 10. lib. 5. nouę collect. & cõi vſu loquentiũ. Atque hæc omnia hoc loco, & in ſequentibus diſputationibus, nomine cenſus compræhendimus. In Luſitania verò, qui à Rege, aut a magnatibus, emunt ſimiles reditus in annuis illorum reditibus, emere dicuntur *juros*, etiã ſi cum pacto de retrouendendo illos emant.

Ius Luſitanũ. Quando aũt Rex aliquid dono dat, vel in ſuis proprijs reditibus, vel quia donat oppidum, aut titulũ Marchionatus, Comitis, Ducis, aut alium ſimilem; ſi in perpetuum id alicui donet ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, dicit id donare *de juro*. Si verò id donet ad vitam alicuius, aut aliquorum, aut tẽpore alio limitato, non dicitur cõcedere id *de juro*, ſed *de merce*. Qñ itẽ donat reditus aliquos ad vitã alicuius, aut aliquorũ, aut pro obſequijs, vel pretio aliquo illos concedit, dicitur cõferre *tẽca*.

Illud circa priorem partem in titulo huius diſputationis propoſitam, quo ad modum loquen-
12 di doctorũ poſtremò obſerua. Quoſdã † appellare cenſuiſtam illum, cui cenſus debetur: eum verò, qui illum debet, appellare cenſuarium.

Quod attinet ad poſteriorum partem in titulo
13 diſputationis propoſitam. Cenſus † diuiditur primo, ex parte rei, in qua collocatur, in realem, & perſonalem. Perſonale poſſumus ſubdiuidere, in mere perſonalẽ qualis eſt, qui neque hypothecæ ad ipſius ſecuritatem innititur; & in non mere pſonalẽ, qualis eſt, qui ſolũ quidem in perſona eſt collocatus, innixus tamẽ eſt hypothecæ ad ipſius maiorẽ ſecuritatẽ. Mere autẽ perſonalis rarò, aut numquã, emitur, ob modicam illius ſecuritatem.

Ex parte verò rei ſoluendæ diuiditur, in fructuarium, qui ſcilicet in fructibus, vt à pecunia diſtinguuntur, ſoluitur, vt in tritico, oleo, vino, &c. & in pecuniariũ, qui in pecunia ſoluitur. In hoc autem Caſtellæ Regno l. 4. tit. 15. lib. 5. nouę collect. prohibitus eſt cenſus redimibilis, qui in re alia ſit ſoluendus, quam in pecunia; ſimulq; ſancitum eſt, vt cenſus redimibiles ante illam legem conſtituti in alijs rebus ſoluendi, redigerentur ad pecuniarios ad rationem vnius pro quatuordecim, ita videlicet vt, iuxta pretium datum, ſoluerentur deinceps in pecunia ad rationem vnius pro quatuordecim. In Luſitania verò ſatis frequentes ſunt cenſus redimibiles non pecuniarij, qui in tritico ſoluantur: ſolentque emi pretio viliſſimo, attento pretio maximo tritici in eo Regno his noſtris temporibus, adeo, vt neque ad rationem nouem pro vno emantur: dignumq; profectò eſſet, vt vel prohiberentur, vel moderamen aliquod adhiberetur, ne agricolæ, qui, neceſſitate preſſi, pecunias in eum cenſum accipiunt, iniuſtè opprimerentur.

Deinde ex parte rei ſoluendæ diuiditur etiã in eum, qui ſoluendus eſt in quantitate certa quo ad latitudinẽ, vt qñ ſoluẽdi quotannis ſunt tot modij tritici, tot menſuræ vini tanta pecuniæ quãtitas; & in eũ, q ſoluendus eſt in quota aliqua certa, incerta autẽ quo ad latitudinem, vt qñ ſoluenda eſt quarta, aut quinta, pars fructuum alicuius prædij, vel alia ſimilis: talis autem erat cenſus à Ioſepho inſtitutus vt ſcilicet quintã partẽ fructuũ ſoluerent Aegyptij Pharaoni. Hęc tamen diuiſio locum habet in cenſu reſeruatiuo, de quo duabus diſputationibus pcedentibus habitus eſt ſermo: non vero in cõſignatiuo de quo nunc loquimur.

Præterea cenſus ex parte temporis diuiditur primò, in eum, qui ſoluendus eſt quotannis, & in eum qui ſoluendus eſt ſingulis menſibus, aut alijs ſtatutis temporibus.

Deinde ex parte durationis diuiditur in perpetuum, & temporalem. Perpetuus ſecatur, in irredimibilem, q ſimpliciter eſt perpetuus, eoq; nomine vulgariter ab Hiſpanis vocatur: & in redimibilem, qui ſcilicet ſit cum pacto de retrouendendo

dendo

dendo, quem Hiſpani *cenſo al quitar* appellant. Temporalis diuiditur, in eum, qui certo annorũ numero durat, vt ad decem, viginti, aut triginta annos: & in eum, qui durat numero annorum incerto, qualis eſt, qui in totam vitam ementis, aut vendentis, vel cuiuſdam tertij emitur.

14 Atque hic vitalitium nuncupatur; vel a vita, quia in vitam alicuius durat; vel a victu, quia illo emi ſolent reditus in annuũ victum. Temporalis etiã cenſus fieri põt cum pacto de retrouendẽdo, aut ſine eo. Omnes diuiſiones a principio huius ſecundę partis diſputationis, præter primam, accommodari etiam poſſunt cenſui reſeruatiuo.

An ex contractu cenſus conſignatiui alcaualæ gabella debeatur.

DISPVTATIO CCCLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Gabella alcaualæ an debeatur ex contractu cenſus conſignatiui, & quando.*
2 *Gabella duplex quo caſu debeatur, & nu. ſeq.*
3 *Gabella nõ debetur ex retrouẽditione facta uirtute pacti de retrouẽdẽdo appoſiti in prima uẽditione.*
4 *Gabella an debeatur ex tota ſumma rei venditæ cum onere cenſus, an vero eo detracto.*
5 *Gabellarius an teneatur reſtituere gabellam ei ſolutam ex venditione rei tamquam liberæ, quæ tamen onus cenſus habebat.*
6 *Gabella ex vitality venditione debetur.*

CVm diſputatione præcedente oſtenſum ſit, quñ pecunia pro cenſu conſignatiuo datur, veram interuenire emptionem & venditionẽ cẽ-
1 ſus, conſequens † profecto eſt, vt ex illo gabella alcaualæ debeatur ſtatim ac perfectus, celebratuſq; fuerit contractus, etiam anteq̃ pretium tradatur.

Niſi dicas, poſt bullã Pij V. vbi illa recepta ea in parte fuerit, non prius cenſeri celebratum contractum cenſualem cum pacto de retrouendẽdo, quã pecunia coram tabellione numerata ſit. Debetur verò gabellario, qui tunc fuerit. Et debetur in hoc Regno a ſolo venditore cenſus, vt hęc omnia cum alijs, quos refert, affirmat Laſſarte de decim. vendit. capit. 10. a num. 4. in Luſitania verò dimidium debetur ab emptore, & dimidium a venditore. Ad venditorem præterea ſpectat ſoluere pretium inſtrumenti, quod ea de re conficitur: eo quòd, vt Tiraquel. ait, ad eum, qui ſe obligat, pertinet, ſoluere inſtrumentum, quod conficitur. Ita cum Picarto affirmat Laſſarte vbi ſuprà in calce nume. 7. Fortaſſe autem cum contractus incommodum vtriuſque celebretur, ſpectabit ſoluere dimidium ad emptorem. Et fortè id vſu eſt receptum.

Quòd ſi is, qui cenſum iam ſemel emptũ poſſidet, alicui alteri eum vendat, iterum ex vẽditione debetur gabella, ſoluenda tota in hoc Regno a ſecundo hoc venditore: in Luſitania verò partim ab emptore, & partim a venditore. Soluenda tñ eſt gabellario, qui fuerit eius loci, in quo fuerint res cenſui ſuppoſitæ: cui ẽt ſoluitur gabella primæ venditionis cenſus, vt mox dicemus. Ita Laſſarte vbi ſupra nu. 8. cum alijs quos refert.

2 Quod † ſi cenſus ſemel conſtitutus, a poſſeſſore permutetur pro alia re, vt pro tritico, mancipio, domo, aut alia ſimili re, quæ pretiũ non ſit, debebitur duplex gabella, iuxta ea quę de permutationib. dicta ſunt. Ita Laſſarte vbi ſup. nu. 9. Idẽ erit de prima cõſtitutione cẽſus, ſi permutatione fiat, & hodie cẽſus cũ pacto de retrouẽdẽdo poſt bullã Pij V. ꝑmutatione cõſtitui poſſit, & nõ ſola pecunia ſtatim corã tabellione numerata. Porrò gabella vna debebit gabellario, q fuerit loci, in quo fuerint res, q̃ cenſui ſubijciũtur: alia verò gabellario loci, vbi fuerint res, quæ ꝑ cenſu ꝑmutantur.

3 Si aũt † cenſus emptus à principio fuit cũ pacto de retrouẽdẽdo eodẽ ꝑtio, quo fuit emptus, vt cõiter fit, & poſtea pretio illo redimatur, non debetur ex redẽptione noua gabella: eo qđ, vt ſupra, qñ de vẽditione cũ pacto de retrouẽdendo habitus eſt ſermo, dictũ eſt, id nõ ſit nouus cõtractus, ſed reſolutio prioris ex pacto appoſito priori.

Si verò ſine pacto de retrouẽdendo fuit a principio emptus, poſtea autem ex conuentione partium redimatur eodem pretio, quo fuit emptus, debetur noua gabella: quia id non eſt reſolutio prioris contractus ex pacto in eo appoſito, ſed contractus nouus emptionis, & venditionis, vt ex dictis loco citato conſtat.

Si autem a principio emptus fuit pecunia, appoſitumque fuit pactum, vt redimeretur prædio aliquo eiuſdem valoris cum pretio illo, aut pretio diuerſo, ſiue maiori, ſiue minori, tunc noua gabella debetur, eaq; dupla, ſi redemptio fieret prædio, aut re alia, quæ non eſſet pecunia: quoniam eſſet tunc permutatio. Idem intelligo ſi a principio interueniſſet pactum, vt cenſus redimeretur pretio, quo fuit emptus, & poſteà, ex partium conuentione, redimeretur re, quæ non eſſet pecunia; nam tunc non eſſet reſolutio prioris contractus, ſed nouus contractus permutationis.

In his conſentiunt Laſſar. de decim. vẽd. c. 10. nu. 10. & duob. ſeqq. & alij, quos citat. Laſſarte ibid. nu. 13. ſubiungit, ſecus rem habere, ſi venditor cenſum redimat ceſſione alicuius ex rebus, in quibus locis collocatus fuerat cenſus, ex conuentione inter ipſum, & emptorem temporis progreſſu factam, ſicque res alias, in quibus cenſus fuerat collocatus, a cenſu liberet: arbitrãtur enim nullam tunc deberi gabellam. Idem velle videtur, etiam ſi cenſum redimat ceſſione alicuius rei, quæ hypothecæ erat ſubiecta in cenſus ſecuritatem. An verò vtraque doctrina vera ſit, mihi non eſt omnino exploratum, illum legito, potiuſque in contrarium propendeo.

Quando cẽſus realis emitur ſup res in diuerſis locis collocatas, in quibus ſunt diuerſi gabellarij, tunc gabella cenſus debetur diuerſis illis gabellarijs pro rata valoris rei, quæ eſt in vnoquoque illorum locorum, ad valorem cęterarum rerum. Vt ſi cenſus ematur mille quadringentis aureis, & collocetur ſuper bona exiſtentia in diuerſis lo-

cis

cis, quæ omnia quatuor mille aureis æſtimentur, prædiumque exiſtens in vno loco æſtimetur mille aureis, quarta pars gabellæ ex illo cenſu ſoluenda erit gabellario loci illius, & ita de reliquis partibus iuxta proportionem valoris prędiorum. Quo fit, vt venditor illius cenſus conueniri propter gabellam poſſit coram diuerſis iudicibus eorum locorum, in quibus res illæ ſint collocatæ. Ita Laſſar. de decim. vend. c. 4. nu. 31. & c. 10. nu. 14. cum alijs, quos citat, affirmatque in Caſtella ita eſſe receptum.

Dubiū 4 Dubium eſt ſi quis † centum quadraginta aureis vendidit cěſum in aliquo ſuo prędio, poſteaque prædium cuidam tertio vendat trecentis aureis ea lege, vt ſibi perſoluat centum ſexaginta aureos, & loco aliorum centum quadraginta, agnoſcat, ac ſoluat cenſum ſuper id prædium collocatum, num gabella debeatur ex omnibus trecentis aureis, an ſolum ex centum ſexaginta.

Decis. Ad quod dicendum eſt cum Laſſarte c. 10. citato, nu. 16. & alijs, quos citat, deberi ex ſolis centum ſexaginta; quoniam in rei veritate ſolum venditur prædium cum illo grauamine cenſus, quod in ſe habet, centum illis ſexaginta aureis, transferturq; grauamen cenſus, vna cum prędio, in quo eſt, in emptorem prædij: ex translatione autem prædij cum illo grauamine, æſtimato reliqua parte pretij, gabella non debetur.

Quod ſi cenſus eſſet perſonalis, prædiumq; ſuppoſitum eſſet ſpeciali hypothecæ in ſecuritatem illius cenſus, tunc, ſi prædium illud trecentis aureis venderetur, deberetur gabella ex toto eo pretio, vt idem Laſſarte recte ibidem addit. Qui etiam cum Fabro bene addit, ſi quis vendat prædium mille aureis, quingentis ſibi ſoluendis, & alijs quingentis ſoluendis creditoribus ſuis, ex vtriſque gabellam deberi.

Dubiū 5 Dubium † deinde eſt, ſi venditor rem, ſuper quam cenſus erat collocatus, vendat tamquam liberam, poſteaque emptor comperiat habere onus cenſus, agatque actione quanto minoris aduerſus venditorem, cogaturque venditor iudicis ſententia partem pretij reſtituere: eo quod res cum eo onere non tantum valeret, num ex parte pretij quam reſtituit, gabellam debeat, vel non: ſed, ſi illam ſoluerat, teneatur gabellarius eam ipſi reſtituere.

Decis. Laſſarte vbi ſup. nu. 37. deberi affirmat. Contrarium tamen arbitror eſſe verum, iuxta ea quæ in ſimili quodam alio euentu diſputatione 349. aduerſus eundem autorem diximus. Neque enim gabella debetur, niſi ex pretio rei iuſto, vt ibi dictum eſt. Erit verò tunc maximè hæc noſtra ſententia amplectenda, quando venditor bona fide rem tamquam liberam vendidit, ignorans illam cenſui eſſe ſubiectam.

Dubiū 6 An verò ex † vitalitij venditione gabella debeatur, reuocari in dubium poteſt propter illuſtriſſimum pręſulem D. Franciſcum Sarmiento, qui libro 7. ſelect. interpr. c. 1. nu. 40. cenſet, eum contractum non eſſe venditionem, ſed aleatorium quendam contractum, vt aſſecurationis, ſortium aut ludi, ex quo conſtat gabellam non deberi;

Decis. eo quod neq; venditio, neque permutatio ſit. Proculdubio tamen dicendum eſt cum Laſſarte vbi ſupra, num. 38. & cum alijs, quos citat, venditionem eſſe, vt ex dictis diſputatione pręcedente ſatis eſt perſpicuum, ac proinde ex illo gabellam deberi.

Illud poſtremò cum Laſſarte vbi ſupra. n. 76. obſerua, praxim in hoc Regno obtinuiſſe, vt ex venditione, aut permutatione cenſuum, qui in hoc Regno, iuxta ea quæ in calce diſputationis præcedentis dicta ſunt, *juros* appellantur gabella non debeatur. Et quamuis nulla ſufficiens ratio reddi poſſe videatur, cur de rigore iuris, quando poſſeſſor illum vendit, aut pro alia re permutat, gabellam non debeat, fortaſſe in fauorem donationum regiarum, & vt homines plus afficiantur ad ſeruiendum Regi, atque ad emendum eiuſmodi cenſus ſeu iura, quando illa vendit, id introductum eſt.

Vtrum cęnſus realis, tam redimibilis, quàm irredimibilis, licitus ſit.

DISPVTATIO CCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Cenſualis contractus realis cum pacto de retrouendendo ſimilis contractui vſurario.*
Et quomodo intelligatur. nu. 14.
2 *Emptio cum pacto de retrouendendo, & pretio diminuto vſuraria iudicatur.*
3 *Cenſus ſi in pecunia ſoluatur, non videtur differre a mutuo, quo vltra ſortē aliqd pecunia ſoluitur.*
Intellige tamen, vt nu. 17.
4 *Aequalitas in contractu cenſuali non inuenitur, & ob id iniuſtus.*
Et quomodo id intelligatur. nu. 18.
5 *Cenſualis contractus, an pariat mala, & nu. 19.*
6 *Cenſus realis quomodo licitus.*
7 *Emptio, & venditio verè in contractu cenſuali interuenit.*
8 *Emptio cenſus realis licita, quando pretium pro loci conſuetudine eſt commenſuratum.*
9 *Emptio ſeruitutis quomodo licita.*
10 *Cenſus realis quid, & an idem ſit cum ſeruitute.*
11 *Emptio, venditio cenſus realis quibus circumſtantijs licita.*
12 *Cenſualis contractus an licitus, quando eſt in pecunia ſoluenda, vel fructibus, qui non percipiuntur ex agro.*
13 *Cenſus realis ſi ematur ſoluendus quotannis, ſiue prædium, in quo eſt collocatus, fructus eo anno ferat, ſiue non: quot modis licitus ſit.*
15 *Pretium iuſtum cenſus realis irredimibilis, quale cenſendum.*
16 *Pretium iuſtum cenſus realis redimibilis, quomodo taxandum.*

PArs, quæ negat, ſuaderi poteſt. Primò, q̄m
1 datur † contractus vſurarius ſimilis oīno contractui cenſuali reali cum pacto de retrouendendo: ergo contractus cenſus realis cum pacto de retro-

retrouẽdẽdo eſt vſurarius, ac ꝑinde illicitus. Antecedens ꝓbatꝛ, qa, ſi Petrus mutuo det Ioan. centũ aureos ea lege, vt interim dum eos non ſoluerit, Petrus accipiat de fructib. alicuius ꝑdij Ioãnis certã annuã quantitatẽ, pꝛędiumq; obligatum ſit Petro capitali, contractus eſt vſurarius, teneturq; mutuans cõputare quantitatẽ illam annuã pceptã in ſortem, vt oẽs confitentur, & conſtat ex dictis diſput. 320. Huic aũt contractui ſimilis eſt cõtractus cenſualis, quo Petrus dat cẽtum aureos Ioãni in pretiũ ęqualis annuę pẽſionis, q̃ ex prædio aliquo teneatꝛ ei ſoluere, ita vt ad quemcũque tranſeat ꝑdiũ, deferat ſecũ illud onus, vt ex ipſo penſio ſoluatꝛ, adhibitoq; pacto de retrouendendo, qd.ſ. qñ redditi fuerint illi centum aurei, aboleatur ea obligatio, & nihilominus penſiones acceptæ coputandæ non ſint in ſortẽ: ergo antecedẽs propoſitũ eſt verum, nullũ.n. diſcrimen inter vnũ, & alterum contractũ, tradi põt, pſertim cum perſonę cõtrahentes ſint eędem, pecunia data eadem, & pẽſio ſoluenda, quo vſq; ſors principalis reddatur ęqualis, ideq; ſit vtrobique ꝑdiũ obligatum, ex quo penſio ſit ſoluẽda, neque in re vlla videatur eſſe diuerſitas, ſed ſolum in vocabulis, quatenus in primo contractu pecunia dr̃ mutuo dari, in ſecundo vero dr̃ dari in pretium cenſus cũ pacto de retrouendẽdo, in quo nõ vr̃ interueni re vera emptio, & venditio, ſed mutuum pro certa annua penſione, nomine emptionis palliatum, atque adeò videtur interuenire vera vſura.

Secundò, aliquib. in locis cẽſus irredimibilis emitur ad rationem triginta, vigintiquinque, aut viginti, pro vno: eiſdem verò in locis cenſus redimibilis, hoc eſt cũ pacto de retrouendendo, emitur ad rõnem quatuordecim, vel duodecim, etiam decem, pro vno quotannis ſoluendo, in quo venditor defraudari vr̃ infra dimidium iuſti pretij:
2 ſed † qñ aliquid emitur cum pacto de retrouendendo, & pretium eſt diminutũ, reprobatur contractus, vſurariuſq; iudicatur, vt conſtat ex c. ad noſtrã, de emp. & vend. & de Luſit. ord. lib. 4. tit. 14. § 2. & titu. 27. §. 1. ergo contractus cenſualis redimibilis illo modo celebratus eſt illicitus.

3 Tertiò, qm̃ in cõtractu cẽſuali, pſertim † ſi cenſus in pecunia ſit ſoluendus, non vr̃ interuenire alius contractus, quã mutui, quo datur ſimul pecunia aliqua, vt per partes à tpe in tempus ſoluatur cum incremento vltra ſortem: id autẽ eſt vſura, vt ex vſuræ definitione, & ex ijs, quæ in materia de vſura dicta ſunt, liquet; ergo cenſualis contractus eſt illicitus. Maior probatur. Tum qa extrema illius contractus non aliud ſunt, quam pecunia p partes ſoluenda cũ incremento. Tum etiã qm̃, ſi contractus ille eſſet emptio, & venditio, vel, quod venderetur, eſſet fundus, ſuper quem collocatur cenſus, vel pecunia ſoluenda quotannis, vel ius vt illa ſoluatur. Non fundus: quia manet eius, qui cẽſum vendit tam quo ad directum, quam quo ad vtile dñium. Neque item pecunia: qa pecunia, qua talis, vendi non poteſt; eò qd pretium, & menſura quo ad valorem, ſit rerum venalium, neq; mercis rõnem habeat: ad emptionẽ autem, & venditionẽ neceſſe eſt interueniant ſimul pretiũ, & merx, vt in materia de emptione, & vẽdõne dictũ eſt. Neq; deniq; vẽditꝛ ius, vt pecunia ſoluatur: qm̃, cũ ius illud ſit ens rõnis, atq; adeò nullius in ſe valoris, contractus eſſet iniuſtus, ſi pro eo tantum pecuniæ acciperetur.

4 Quartò, vt cõtractus ſit iuſtus, requiritꝛ æqualitas inter id, qd datur, & id, quod pro eo accipitur: hęc † aũt in cenſuali contractu non inuenitur, ergo eſt illicitus. Maior pſpicua eſt. Minor verò ꝓbatur. Qm̃ pecunia in pretium cẽſus data, finita, ac limitata eſt, puta centum quadraginta pro decem quotannis, ad rationem quatuordecim ꝓ vno, ſi cenſus ſit redimibilis; aut centũ quinquaginta pro qnq; quotannis, ad rõnem triginta pro vno, ſi cenſus irredimibilis ſit; vel aliquid minus, ſi irredimibilis cenſus minori pretio ematur: id autẽ, qd pro eo pretio in cenſu redimibili eſt reddendum, eſt longè plus intra ſexdecim annos, & inſuper debetur integra ſors, aut progrediendum eſt ad pẽſiones ſoluendas in perpetuum: qd verò in cẽſu irredimibili intra quadraginta annos reddendũ eſt pro pretio, longè maius eſt, q̃ pretium acceptum, & inſuper ſoluendæ reſtant penſiones in perpetuum pro eodẽ pretio, ergo in contractu cenſuali non cernitur æqualitas inter id, qd datur, & id, quod pro eo accipitur, ac proinde, eſto admittatur eſſe contractum emptionis, & venditionis, iniuſtus erit talis cõtractus. Quòd ſi dicas, in eo nõ emi pẽſiones materialiter ſumptas, quæ ſunt maiores toto eo tpe, q̃ pretium datum, ſed emi ius ad illas accipiendas. Contra, quia ius ad accipiendũ aliqd in futurum, non minus valet, q̃ res ipſa accipienda ad q̃ eſt tale ius, vt diſput. 361. oſtenſum eſt: ergo, ſi inter pt̃iũ, & penſiones illas materialiter ſũptas, cernitꝛ inęqualitas, ĩ valore, cernetꝛ ẽt inter idẽ pretiũ, & ius ad penſiones.

Quinto, ſi contractus cenſus redimibilis, & irredimibilis iuſti eſſent, in eiſq; ſeruaretur æqualitas inter pretium, & mercem, deberet eſſe eadem proportio pretij cenſus tẽporalis ad pretium cenſus perpetui (poſito quòd in vtroq; æqualis penſio quotannis ſit ſoluenda) quæ eſt cenſus perpetui, ad temporalem, quo ad durationem, & quæ eſt aggregati penſionum ſoluendarũ in vno cenſu, ad penſiones ſoluendas in alio, aut iuris ad pẽſiones ſoluendas in vno in perpetuum, ad ius ad penſiones ſoluendas ad tẽpus in alio, pro iuribus quippe ad penſiones, & pro ipſis penſionibus ſoluitur in vnoquoque eorum pretium: ſed nulla eſt proportio quo ad durationem cenſus perpetui ad cenſum temporalẽ, neque itẽ eſt proportio inter penſiones ſoluendas in cenſu perpetuo ad penſiones ſoluendas in tẽporali, eo quòd illę ſint infinitæ, & hæ finitæ: eademq; rõne nulla eſt proportio iuris ad penſiones infinitas, ad ius ad penſiones finitas, q̃ iura cenſibus illis emuntur. Cũ ergo cenſus finitus tẽporalis iuſtè pretio finito ematur, conſequens eſt, vt cenſus perpetuus infinitus, nullo finito pretio iuſtè emi poſſit: alioquin daretur proportio iuſti pretij cenſus tẽporalis, ad pretium iuſtum cenſus perpetui, cum tñ inter ipſos cenſus ſeu merces emptas, nulla eſſet proportio.

5 Poſtremò, ex † cenſuali contractu multa mala ſequun-

ſequuntur ergo illicitus eſt is contractus. Antece dens probatur, qm̃ in primis, qui eos cẽſus emũt, viuere volunt de alieno ſudore, cum ſuo proprio otio: vnde vlterius ſequitur, quod terras nõ colãt, neque exerceant negotiationes alias Reipublicæ vtiles. Deinde via præcluditur exercendæ charitati in mutuis, dum poſcenti mutuum, protinus, q̃ pecunias habet, offerat, vt cenſum vendat. Præterea, qui cenſus vendunt, depauperãtur valde, grauando bona ſua annuis redditib. quos ſoluunt.

c. Henricus Gand: quodlib: 8. q. 24. legendus etiã eſt quodlib. 1. q. 39. Salyc. in auth. ad hæc. C. de vſur. & Greg. Ariminenſis a Salyceto relatus, illicitam, atque vſurariam eſſe cenſent emptionem annuorũ redditũum, qui de nouo conſtituantur, etſi in prædio aliquo conſtituantur, ex quo ſoluẽdi ſint; modo tamẽ ſperentur tales redditus, etiam per temporum interualla recipiendos, tandẽ excesſuros pecuniam pro eis datã. Quoniã, inquiũt, in emptione eorum redditũum virtute datur mutuo pecunia, vt cum incremento per partes reſtituatur: conſtitutio verò eorum in prædio, ad nihil aliud inſeruiat, quam vt prædium ſe habeat vt pignus, aut hypotheca. Quo fit, vt lõgè maiori cũ rõne ex horũ autorũ ſnĩa vſurarius contractus ſit, ſi redditus pecuniarij emantur, nec conſtituãtur in aliquo prædio, ſed cenſus ſit perſonalis.

Si tñ, inquiunt, eiuſmodi redditus iam antea eſſent licitè conſtituti, vt donatione dñi prædij, qui alicui ex eo prædio annuum redditũ donaſſet, aut licitè conſtituti eſſent redditus a ſubditis Regi debiti, vel aliqua alia ratione, tunc dicunt, licitè quendã tertiũ emere poſſe eiuſmodi redditus: eo quod tunc re uera inueniatur verũ ius, emptioni præexiſtens, q̃ tanquam merx pretio ematur; ac proinde uſura non interueniat. Ad eãdem ſnĩam uidentur accedere Innoc. & Ioann. Andr. c. in ciuitate de uſur. Tametſi non perſpicuè contrariam reprobent opinionem.

9 Sententia contraria, uerè ſcilicet † interuenire emptionem, & uenditionem in contractu cenſuali, licitumq. eſſe, qñ eſt cenſus realis, modo pretiũ commenſuratum ſit cenſui iuxta loci conſuetudinem, quia videlicet ita cõiter cenſus inibi emi conſueuerunt, eſt cõis doct. & amplectenda. Eã affirmant Conrad. de contract. a q. 73. præſertim 79. & 82. Io. Medin. de vſur. in qq. de cenſibus. q. 2. & q. vlt. quæ eſt de cenſu redimibili. Sotus 6. de iuſti. q. 5. art. 1. & 3. Couar. 3. variar. reſol. c. 7. Gab. in 4. diſt. 15. q. 12. Maior ibid. q. 43. & 44. Panorm. cap. in ciuitate de vſur. & alij interpretes iuris canonici ibidem cõiter, idem Panorm. in ſuis qq. q. 5. Nauar. in c. 14. q. 3. a n. 69. Alua. Valaſ. de iure emphy. q. 32. nu. 8. & 9. Ant. Gom. in l. 68. Taur. n. 2. Greg. Lopez l. 28. tit. 8. par. 5. verb. *a cenſo*. Syluest. verb. vſur. 2. q. 12. & alij, quos referunt.

7 In primis † autem, quod in eo contractu verè interueniat emptio, & venditio, diſpu. 383 oſtẽſum eſt: quippe cum in eo vera merx reperiatur, nempe ius, quod pro pretio venditor cenſus tribuit, atq; obligatio, quam in ſuis rebus ſuſcipit ad annuam penſionem, quæ ſunt immediatum obiectum, quod emitur, ac reperiatur pretium, pecunia videlicet, quæ pro eo cenſu datur. Quamuis autem obiectum immediatum emptionis cenſus non eſſet ius, & obligatio illa ad pẽſiones materialiter ſumptas, ſed penſiones ipſæ, negari non poſſet, qñ cenſus eſſet fructuarius, cerni in eo cenſuali contractu verã emptionem, & venditionẽ, eo quod fructus illi penſionum verè haberent rationem mercis. Neque id impediret, quod nondum exiſterent: quandoquidem, quod eſt in ſpe: vt fructus vineæ, piſces, qui ex iactu retis ſperantur, partus futurus, & alia huiuſmodi, vendi poſſunt, vt diſp. 340. oſtenſum eſt.

8 Deinde licitã † eſſe emptionem cenſus realis qñ pretium, pro loci conſuetudine, eſt commenſuratum, probatur. Primò, qm̃ licitum eſt alio titulo conſtituere cenſum realem, vt ij, cum quibus diſputamus, affirmant, nempe donatione, qua quis in agro ſuo concedat puellæ, vt nubat, vel alicui alteri, annuos redditus, aut lata lege iuſta, vt ex vnoquoque agro tantũ ſoluatur, vel in tributum, vel pro expenſis faciendis in aquæductu, vnde agri illi rigentur: ergo licitum etiã erit conſtituere illum titulo emptionis: quippe cũ is cenſus pretio ſit æſtimabilis, neque minus ſit virtute in agro illo, atque in dñio illius vt titulo emptionis conſtituatur, quam vt conſtituatur quocunq; alio, neq; plus valeat, poſt quam eſt iã conſtitutus alio titulo, quam valeat, ut de nouo titulo emptionis conſtituatur: quare ſicut doctores, cũ quibus diſputamus, concedunt, poſt quam ſemel conſtitutus eſt alio titulo, poſſe licitè emi: ita concedere tenẽtur illo eodem pretio poſſe licitè emi, vt de nouo conſtituatur, præſertim quia, ut dictũ eſt, neceſſe non ſit ad emptionem, quod merx emptioni præexiſtat.

Secũdo, ut ex ſe eſt perſpicuum, communiſq;
9 uſus teſtatur, licita eſt † emptio ſeruitutis, quæ de nouo in prædio aliquo cõſtituatur, ut itineris per agrũ alienũ, ſtillicidij, altius non tollendi, & ſimilium, de quibus a diſput. 11. explanatum eſt, eſſe iura realia in rebus, quib. conceduntur, cum obligatione reali in prædijs, in quib. conceduntur. Item, ut hr̃ l. neceſſario. §. ult. ff. de peric. & commod. rei uend. licita eſt emptio uſusfructus agri alicuius, qui de nouo cõcedatur: is uerò uſusfructus de nouo cõceſſus, nõ eſt aliud, q̃ ius percipiendi fructus illius agri, manẽte in alio proprietate: poſt quam autẽ eſt conceſſus, dr̃ uſusfructus formalis, ad differentiam eius, qui antea erat in proprietario cum dominio directo coniunctus, qui dicitur uſusfructus cauſalis, ut diſp. 7. uiſum eſt: ergo licita ſimili modo eſt emptio alicuius cẽſus
10 realis, qui de nouo conſtituatur: quippe † cum nihil aliud ſit, quam ius accipiendi ex agro, in quo conſtituitur, certam partem fructuum.

Conſequentia patet, quoniã eiuſmodi cenſus non eſt aliud, quã pars quædã iuris in eo agro ex iure maiori, quod proprietarius in eo habebat, ſicut etiam uſusfructus, & aliæ ſeruitutes, nõ ſunt aliud, quam partes, quædam iuris, quod proprietarius habebat, quas a ſe abdicat, & transfert in eum, cui uſumfructum, aut aliam ſeruitutem cõcedit,

cedit. Et quamuis in his o͠ibus non transferatur idem numero ius, quod erat in veditore; eo quod accidens migrare non poſſit à ſubiecto in ſubiectum; conceditur tamen emptori ius ad idem obiectum, cum obligatione rei iuri illi correſpondente, pereunte in venditore iure ad illud idem, quod antea in ipſo erat, ſimulque pereunte in re obligatione, quæ iuri illi reſpondebat.

Tertiò (atq; argumētum hoc probat, licitā eſſe emptionē cenſus realis perpetui pretio finito) vt ex ſe liquet, vſuſq; cõis vbique teſtatur, licita eſt emptio pretio finito prædij alicuius quo ad plenum dominium, atque integrum ius illo, nihil impediente, quod fructus, ex eo prædio percipiendi, in perpetuum eo ipſo attineant ad emptorem: ratio autem eſt, q͠m valor eorum, vt ſunt ita in potentia prædij, non efficit prædium valoris infiniti; ſed emptio cenſus realis perpetui in aliquo prędio, non eſt aliud, quam emptio partis iuris ad fructus, quod proprietarius habebat, vt in præcedente argumento explanatū, probatumq; eſt: ergo iuſtè fit minori pretio, quam emeretur idē prędiū pleno iure, atque adeo iuſtè fit pretio finito.

Quartò hoc ipſum probar ex definitione Martini V, in extrauag. 1. & Calixti III. in extrauag. 2. inter cões de empt. & vend. quib. definierunt, 11 contractum † emptionis, & vendõnis cenſus realis, adhibitis q̃buſdam circumſtantijs ibi expreſſis, iuſtum, ac licitū eſſe. Quãuis aũt ibi ſolũ fiat mentio de contractu cenſus realis cum pacto de retrouendendo, de quo ſolo interrogati fuerunt Summi illi Pontifices, & de quo multi tunc dubitabant, an eſſet licitus; argumentò tñ à maiori ad minus, inde colligitur, licitum ēt eſſe contractum emptionis cenſus realis irredimibilis, modo pretium pro eo ſolutum ſit cenſui commenſuratum: quandoquidem plus ſemper fuerit dubitatum de contractu cenſuali redimibili, an eſſet licitus, quam de irredimibili; eo quod maiorem effigiem contractus vſurarij habeat emptio cenſus redimibilis, quam irredimibilis. Idem confirmatur ex bulla Pij V, circa formam creandi cenſus, vbi etiam approbatur cenſus realis redimibilis.

Quinto idem probatur definitionib. iuris ciuilis. Lege enim vltima. C. de rerum permutatio approbatur contractus, quo quis bona ſua concedit alicui cum pacto, vt accipiens teneatur ſingulis menſibus, aut annis, ſoluere certum quid concedenti bona illa. Ea tamen in lege potius videtur approbari cenſus reſeruatiuus, quam conſignatiuus, de quo nunc loquimur.

Præterea in authen. ſi qui obligata. §. ſi autem, verſic. licebit, tutoribus, & curatoribus præcipitur vt de pecunia minorũ illis emant annuos reddi- tus: in quo præcepto approbari v͞r contractus cēſualis: nullus verò cenſualis cõtractus magis licitus apparet, q̃ is, de quo loquimur. Quandam aliã Cæſarum nouellam conſtitutionem referunt Couar. 3. var. reſ. c. 7. nu. 2. & alij, quæ in communibus codicibus non habetur, atque enim qua apertius cõtractus cenſualis approbatur. Cæterum in antiquo iure, non ſolum digeſtorum, ſed ēt Codicis, nulla mentio de cenſu reſeruatiuo habetur.

Hactenus dicta vt minimum probant, licitum eſſe realem contractum cenſualē, q͠n eſt fructuarius, hoc eſt, ſoluendus, in eiſdem fructib. quorũ prædium, in quo eſt collocatus, ferax eſt. Dubiũ 12 † verò eſt, num ſimiliter licitus ſit, q͠n eſt pecuniarius, quatenus videlicet, licet immediatè ferax non ſit pecuniæ, eſt tñ ferax aliorum fructuum, qui pecunia æſtimantur, & ex q̃bus confici poteſt pecunia, ideoque iniungitur, vt cenſus in pecunia ſoluatur. Item dubiũ eſt, vtrum licitus ſit cenſus realis q͠n eſt quidem ſoluendus in fructibus, ſed quorum prædium non eſt ferax. Vt ſi ſuper oliuetum conſtituatur cenſus tot menſurarum vini, aut ſuper vineam, tot menſurarum tritici. Dubiũ

Quicquid autem pauci dixerint, proculdubio eſt dicendum, eum contractum ex natura rei eſſe licitum. Ita affirmant doctores cõmuniter, Conr. de contractib. q. 75. & 79. Io. Medi. de vſur. q. 1. de cenſib. & fuſius q. 2. C. var. 3. variar. reſol. c. 7. nu. 2. Sotus 6. de iuſtit. q. 5. art. 1. concluſ. 3. Maior in 4. diſt. 15. q. 42. Gab. ibidem. q. 12. concluſ. prima, & ſequentib. Aluar. Valaſ. iure emphy. q. 32. nu. 9. Panormit. c. in ciuitate de vſur. & q. 5. citata num. vltimo Syluest. vſur. 2. q. 12. pronunciat 4. & alij. Probari autem poteſt. Deciſ.

Primò, q͠m poſtq̃ cenſus fructuarius licitè eſt emptus, & collocatus in aliquo prædio, licitus eſt contractus permutationis, quo debitor illius cenſus velit potius ſe aſtringere ad ſoluendum valorem illius in pecunia, aut in aliquib. alijs fructibus, quorum prædium ferax non ſit, & qui, plus minus ſperentur quotannis eundem valorem habituri; ergo licitus fuit à principio cõtractus, quo cenſus in eodem prædio emeretur in pecunia, aut in fructibus, quorum prædium non eſſet ferax. Conſequentia perſpicua eſt: q͠m ex coniunctione duorum illorum contractuum, ſeu potius ex eo, quod permutatio illa ſolum virtute interueniat à principio in contractu, quo pecuniarius cenſus emitur, aut ſoluendus in fructibus, quorũ prædiũ non ſit ferax, nullum ſequitur abſurdũ. Antecedens verò ſimiliter eſt manifeſtum, q͠m cõmutatio æquiualentis pro æquiualenti ex ſe eſt licita, q͠n res tales nõ ſunt, quæ ꝓhibitę ſint cõmutari.

Secundò, æqualis eſt valor cenſus pecuniarij, & cenſus fructuarij, q͠n penſiones æquales ſunt in valore, eodemq; modo ſubiacent periculo ſolutionis: ergo ſicut iuſta eſt emptio cenſus fructuarij in prædio aliquo pro aliquo pretio: ita iuſta erit emptio æqualis pecuniæ penſionis quoad valorem in eodem prædio pro eodem pretio. Conſequentia eſt notiſſima. Et antecedens ſimiliter, quoniam valor cenſus attenditur penes valorem penſionis, poſita æqualitate periculi, & poſito cætera eſſe paria.

Tertiò idem apertiſſimè probatur, adeo vt locus dubitandi non relinquatur, quoniam cenſus qui extrauagantibus Martini V, & Calixti III, approbantur, pecuniarij erant, vt legenti eas extrauagantes liquido conſtabit.

Præterea, multi eorum conſtituti erant ſuper domos, vt ex vtraque extrauaganti liquet: in domo autē non alius cenſus conſtitui poteſt, quam pecu-

pecuniarius, aut in alijs fructibus; quorum domus non ſit ferax.

Quartò qm̃ pecuniaria pẽſio certa eſt, & inuariabilis, quo ad valorem, atq; adeo aptior, vt iuxta illam valor, ac pretiũ cenſus melius conſtituatur abſq; iniuſtitiæ, & deceptionis periculo: penſiones verò in fructibus inconſtantes admodum ſunt quo ad valore, cùm tritici menſura vno anno valeat quatuor, & alio viginti, & ita de alijs fructibus, prout vno tẽpore fuerit maior eorũ abundantia vel penuria, quàm alio, atque adeo ineptior eſt, vt iuxtà illam valor, ac pretium cenſus conſtituatur: id quod in cauſa fuit, vt merito in hoc Caſtellæ regno. l. 4. tit. 15. lib. 5. nouæ collect. prohiberentur cenſus omnes fructuarij cum pacto de retrouendendo ſolique pecuniarij permitterentur, vt diſputatione 383. viſum eſt: ergo licitus eſt cenſus pecuniarius.

Poſtremò cõfirmatur, qm̃, vt ij cum qb. diſputamus, confitentur, ſi pecuniarius cenſus licitè à principio ſit cõſtitutus in aliquo prædio tit. donationis, aut aliquo alio, poteſt poſtea licitè emi, & vendi pro pecunia: ergo pari rõne potuit à principio ꝓ pecunia in eodem prædio licitè conſtitui.

Dubium deinde eſt, licitus ne ſit cẽſualis con-
33 tractu, quo † cenſus realis ematur ſoluendus quotãnis, ſiue prędiũ, in quo eſt collocatus, fructus eo anno ferat, ſiue non. Reſpõdendum autem eſt, licitum ex natura rei eſſe eum contractũ, ſaltem qñ prædium adeo eſt fructiferum, vt ex fructibus vnius anni compenſari poſſit penſio ſoluenda in alio anno, in quo fructum nõ fert, ita vt collectio penſionum plurium annorum, non excedat collectionem omnium fructuum, qui illis omnibus annis percipiuntur. Intelligo autem reſponſionẽ hanc, quando pretium pro penſione ita collocata in aliquo prædio eſt iuſtum, & commenſuratum iuri ad eam penſionem recipiendam.

Atque in primis, qui arbitrantur licitum eſſe cenſum perſonalẽ, atq; adeo licitum eſſe cenſum mixtũ ex perſonali, & reali, ita vt, pereunte re, in qua collocatus eſt cenſus, adhuc perſona ad cenſum teneatur (de qua re diſputatione ſequenti erit ſermo) facile admittent noſtram rñſionem, & ſine reſtrictione ſub formidine in ea appoſita: cenſus. n. in eo euẽtu cũ minimũ erit mixtus ex reali, & perſonali licitis. Probatur nihilominus, etiam apud eos, q negant pſonalem cenſum licitũ eſſe.

Primò, qm̃ licitus eſt hic contractus, emo à te tantam annuam penſionem ex agro tuo tanto pretio, ea lege, vt, ſi aliquo anno fructus non tulerit, aut non tulerit ſufficientes ad integram penſionem, in ſequentibus annis, ex fructibus, quos tulerit teneatis mihi reſarcire, quantum defuit in præcedentibus ad illam annuam penſionem, ergo licitus eſt contractus, quo emitur annua penſio, quamdiu prædium fuerit ſaluum, ſiue fructus in vnoquoque anno ferat, ſiue non.

Antecedens probatur, qm̃ eo contractu nihil aliud emitur, q̃ cenſus mere realis hoc eſt, ius ad partem fructuum illius prædij, tametſi plus iuris ematur pro vno anno, quam pro alio: quare, ſi pretium iuſtum ſit, hoc eſt, commenſuratum toti iuri, quod emitur, contractus eſt iuſtus. Conſequentia verò ex eo probatur, qm̃, celebrato contractu, de quo ſermo eſt in antecedente, licita eſt commutatio, qua vendens ita cenſum, potius eligat, ſoluere quotannis de alijs fructibus integram penſionem, quàm teneri in ſequentibus ad incrementum penſionis ex fructibus eiuſdem agri: quare licitus erit à principio contractus, de quo ſermo eſt in conſequente, qui virtute ſupponit illam commutationem licitam, vt circa cenſum pecuniarium ſupra argumentabamur.

Secundò licitus eſt hic contractus, emo à te tantam annuam penſionem ex hoc agro, qui longe maiores fructus conſueuit ferre, ea lege, vt teneatis quotãnis eum integrum ſeminare, & ſtercora in eum mittere, vt fructus ſufficientes, & ſuperabundantes, ad penſionẽ quotannis reddat, nihil impediente, qđ annus ſterilis ſit: ergo licitus eſt is contractus, emo à te tantam annuã penſionem ex hoc agro, ſiue illam quotãnis reddat, ſiue non.

Antecedẽs liquet: cõſequentia verò probatur, qm̃ poſt celebratum contractum, de quo in antecedente eſt ſermo, poterit debitor cenſus el gere, vt ſibi liceat ceſſare aliqñ à ſeminando eo agro, vt ea ratione vberiores fructus ferat; ea tamen lege, vt nihilominus aliunde penſionem ſoluat: neque enim emptor cenſus tenetur id gratis ei concedere, ſed licitè poterit exigere pretium pro penſione, quàm eo anno ex prædio illo erat accepturus.

Tertiò, ex natura rei licitus eſt contractus, quo qs locat agrum ſuum pro certa annua penſione, deducendo in pactum, ꝙ ſi caſu fortuito, aut alia rõne, ager non ferat aliquo anno fructus, nihilominus teneatur conductor integram penſionem ſoluere, modo tñ adeo moderata ſit penſio, vt cõpenſetur periculum, quod conductor in ſe ſuſcipit: ergo pari ratione licitus ex natura rei erit contractus cenſus realis, quo vendens cenſum teneatur quotannis ad annuam penſionem, ſiue prædium in quo cenſus collocatur, fructus ferat, ſiue non, modo pretium, quod pro eo cenſu datur, cõpetens ſit, attento periculo, quod is in ſe ſuſcipit, qui vendit cenſum. Quod loco obſerua, eo minus valere cenſu ex natura rei, quo penſio ſoluenda minus ſecura fuerit; ac proinde pretium competens pro penſione ſecuriſſima, attenta qualitate, & quantitate prædij, in quo cenſus collocatur, eſſet commenſuratum pretium pro æquali penſione in prǽmio minus ſecuro, ſuſcipiente in ſe venditore cenſus periculum penſionis.

Quartò, licitum eſt coniungere contractum aſſecurationis penſionis à caſibus fortuitis, & à qbuſcunq; alijs euentibus, cum contractu cẽſuali reali, ergo, ſi pretium, attento periculo, quòd venditor cenſus in ſe ſuſcipit, iuſtum ſit, licitum erit emere cenſum realem cum onere, quod penſio ſoluenda ſit, ſiue prædium, in quo cenſus collocatur, fructus ſufficientes quotannis ferat, ſiue non. Conſequentia eſt manifeſta, qm̃ in hoc contractu ad ſummum interuenit ſolum contractus iuſtus aſſecurationis penſionis, coniunctus cum contractu, etiam iuſto, emptionis cenſus realis. Et cum quo ſolutio quotannis penſionis plu-

ribus

tibus ſubiacet periculis, eo cenſus minus valeat, & quo ſecurior eſt, eo plus valeat; certè, quo pretio emeretur iuſtè modica penſio in re valde fructifera, in qua moraliter nullum eſſet periculũ, ꝙ integra quotãnis ſolueretur, eodem emeret̃ iuſte æqualis penſio in re, in qua aliquod eſſet periculũ, ꝙ aliqñ fructus ſufficientes non redderet, vnde ſolueretur, cum pacto, quod venditor cenſus aliunde teneretur ſoluere integram penſionẽ, vt in calce præcedentis argumenti dictum eſt.

Quintò idẽ confirmatur ex cõi vſu, quo cẽſus reales ea lege emi conſueuerunt, quod interim dum res, in qua cenſus eſt collocatus, ſalua manet, penſio ſolueretur, ſiue ꝑdiũ eos fructus redderet, ſiue non. Vtrum aũt quo ad hæc oĩa aliquid hodie à Pio Quinto, innouatum ſit quo ad cẽſus, qui poſt eius bulla editionem creantur, patebit inferius, quando eam bullam exponemus.

14 Ad primum † argumentũ in partem negantẽ, initio huius diſputationis propoſitum, negãdum eſt antecedens. Ad probationẽ verò, cũ Conrad. de contract. q. 83. in reſponſione ad primum, & ad duo argumenta ſequentia, diſtinguendum eſt circa contractum illum, qui ſimilis eſſe dr̃ cõtractui cenſuali. In primis, qm̃, vel Petrus dat centũ illos aureos Ioanni, auferendo a ſe facultatem illos repetendi, ac relinquendo Ioanni facultatem illos reddendi, quando voluerit, ita quod ſtatim, ac illos reddiderit, extinguatur ius accipiendi annuam penſionem de fructibus prædij Ioãnis: vel Petrus reſeruat ſibi poteſtatem repetendi cẽtum eos aureos, quando voluerit, aut in aliquo certo termino, ita vt interim annuam illam penſionem recipiat, non computandam in ſortem.

Deinde diſtinguendum eſt circa eundem contractum, qm̃ pereunte prædio, in quo Petrus habet ius illud, & ſimul cum prædio pereũte eodem iure, vel Ioannes tenetur nihilominus ſoluere Petro centum illos aureos, quos ab eo accepit, vel non, ſed remanent Ioannis. His duab. diſtinctionibus poſitis, ſi in contractu illo Petrus ſibi non reſeruet facultatem repetendi centũ illos aureos, ſed ſolum in Ioanne ſit facultas illos reddendi, vt extinguatur ius recipiendi annuam penſionẽ; & præterea, pereunte prædio, extinguatur ius recipiendi penſionem, ita quod Ioannes nõ teneatur reſtituere centum aureos, quos accepit, quaſi accepti ſint in pretiũ iuris, quod extinguitur, & quod perit emptori illius, tunc concedendũ eſt contractũ illũ ſimilem omnino eſſe contractui cẽſuali, immo verò dicendum eſt, eſſe reuera contractum cenſualem cum pacto de retrouendendo: quare negãdum eſt, interuenire in eo mutuum, eſto mutuum à contrahentibus appelletur.

In contractibus enim potius attendendum eſt ad id, qđ in re celebratur, quam ad verba, quibus contrahentes vtuntur, vt habetur l. 3. C. plus valere quod agitur, & per totum titulum. Quòd autem in eo contractu, ita intellecto, mutuum non interueniat, facilè patet. Qm̃ mutuum in ſua ratione includit ius repetendi, quod mutuo datur, vel in termino aliquo certo, vel qñ mutuans voluerit. Præterea, q̃a ſors nõ perit mutuanti, quocunque alio pereunte: contrarium verò cernitur in illo contractu eo modo intellecto. Si autem in eo contractu Petrus ſibi reſeruet facultatem repetendi cẽtum illos aureos, pereunteq; prædio, Ioannes non maneat liber, tam à cenſu, quã à reſtitutione centum illorum aureorum, quos accepit, concedendum eſt, contractum illum eſſe vſurarium, Petrumq; computare teneri in ſortem penſiones acceptas: negandum tñ eſt contractũ illũ ſimilem omnino eſſe cenſuali contractui.

In contractu. n. cenſuali, etiam ſi cũ pacto fiat de retrouendendo, remanere non ſolet facultas repetendi pretium in eo, qui cenſum emit, ſed in vendẽte cenſum ſolet remanere facultas redimendi illum. Præterea, ſi pereat res, in qua cenſus eſt collocatus, perit cenſus emptori, neque venditor tenetur deinceps reſtituere pretium, neque item ſoluere penſiones cenſus.

Secundum argumentũ, vt dilucidus ſoluatur, efflagitat explicetur, poſito quod in hoc Caſtellæ Regno lege publica cenſus cum pacto de retrouẽdẽdo taxatus eſt ad rationem quatuordecim pro vno, quantum in eo æſtimari debeat pretium iu-

15 ſtum cenſus realis irredimibilis. De † qua re nihil certum conſtitui poteſt, multumq; doctores ea in re variant: quibuſdam dicentibus iuſtũ pretium irredimibilis cenſus eſſe duplum ad redimibilem, aut aliquid amplius, ita vt ſit ad rationem triginta pro vno; alijs aſſerentibus, debere eſſe maius ſolum in ſexquialtera ferè proportione, ita videlicet, vt ſi pretium redimibilis cenſus ſit ad rationẽ quatuordecim pro vno, pretium irredimibilis ſit, ad rationẽ viginti pro vno, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt de emptione aliarum rerum pacto de retrouendendo: ſi enim pretium irredimibilis cenſus eſſet ad rationẽ viginti vnum pro vno excederet in ſexquialtera proportione pretiũ redimibilis cenſus ad rationem quatuordecim ꝓ vno, quare ad rationem viginti pro vno ferè excedit in ſexquialtera proportione, alijs denique aſſerentibus pretium irredimibilis cenſus eò conſtitui debere maius, quo in ſolidioribus ac vberioribus prædijs, aut iuribus collocaretur.

Et quamuis nihil, quod vſu hac in parte ſit receptum, facile in vnoquoque loco ſit improbandum, certe æquum mihi videtur, vt quando ſolũ emeretur cenſus perpetuus, ac irredimibilis pretium illius ſolum excederet pretium redimibilis in ſexquialtero, modo in vtroque cenſu æqua eſſet ſtabilitas, ac ſecuritas, Quando autẽ quis ita venderet prædium ſuum, vt transferret directum dominium illius in emptorem, venditorque maneret emphyteuta emptoris, cui non ſolum ſoluere deberet annuam penſionem, ſed etiam laudemium, ſi alienet prędium, ſubijciendo ſe ſimul cæteris legibus emphyteutæ, tunc longe maius pretium deberet iudicari iuſtum, vt ad rationem triginta pro vno, quod in annuam penſionẽ quotannis eſſet ſoluendum: quare, ſi proprietarius ius totum, quod in prædium, & in emphyteutam habet, venderet alteri, accipere iuſte poſſet ad rationem triginta pro vno eorum, quæ ſoluuntur in penſionem.

Au dio in hoc Caſtellæ Regno, quãdo cenſus eſt irredimibilis omnino, atque in re valde ſolida emi ad rationem triginta pro vno, eſto dominium directum in re, in qua collocatur, aut debetur, ad emptorem non tranſeat: neque id, vt dixi, eſt improbandum; quoniam propter raritatem, ac ſecuritatem eiuſmodi cenſuum, & emptorum copiam ita ad nonnulla æſtimantur.

16 Hoc ita † conſtituto, ad ſcdm argumentũ negandum eſt, vt vendentem cenſum illo modo cũ pacto de retrouendendo, defraudari, non ſolum in dimidio iuſti pretij, ſed ẽt in aliqua parte pretij iuſti: cenſus.n. cum pacto de retrouendendo totum id minus valet, quam cenſus irredimibilis, propter grauamẽ pacti illius appoſiti in fauorem venditoris, vt ſupra, dum de venditione cum pacto de retrouendendo erat ſermo, circa res alias, quæ cum ſimili pacto venduntur, eſt explanatũ.

Ad tertium neganda eſt minor. Ad primã verò illius probationẽ, negandum † eſt extremum 17 immediatũ contractus cenſualis pecuniarij eſſe pecuniã ipſam quotannis ſoluendã. Eſt.n. ius ad illam quotannis exigendam ac accipiendam cũ obligatione alicuius pdij, aut rei alterius, quæ cũ immobilibus coputetur, vt inde ſoluatur, ꝙ proinde ius pendet a permanentia prædij, tamquam pars iuris totalis in id prædium, vt dictum eſt.

Quo circa, ſicut nullum eſt abſurdum, ex prædio aliquo iuſtè empto percipi tpis ſucceſſu per partes fructus plures in valore, quam fuerit pretium datum pro prædio: ſic nullum eſt abſurdũ, ſi ex illo cenſus iure in eo prædio ſucceſſu temporis percipiantur tot penſiones, quæ in valore exuperent pretium pro eo datum.

Ad ſecundam vero dicendum eſt, vendi ius, vt pecunia quotãnis ſoluatur: ius autem illud, nihil impediente, quod ens rõnis in ſe ſit, valere pretiũ illud, non quidem ratione ſui entitatiuè, ſed ratione pecuniæ quotannis accipiendæ, ad quam eſt ius: rerum.n. valor non attenditur penes entitates, ſed penes vtilitates, & commoditates, quas afferunt, vt diſp. 348. explanatum eſt.

Ad quartum conceſſa maiori, neganda eſt mi-18 nor. Ad † probationem verò dicendum eſt, neq; penſiones ipſas, vt ſunt in potentia prędij, in quo cẽſus eſt collocatus, ac dependentes a prædij permanentia, neq; item ius ad eas percipiendas, vt pendens eſt ab eodem prædio, maioris eſſe valoris, quàm id pretium, quo emuntur, nihil impediente, quod fieri poſſit, vt temporis ſucceſſu penſiones in maiori quantitate ſint perceptæ, quam fuerit pretium datum, perſeuerante ſorte integra, aut perſeuerante iure integro ad penſiones deinceps percipiendas.

Sicut etiam fructus ſucceſſiue ex prædio aliquo percipiendi, vt ſunt in potentia prædij dependentesq; a conſiſtentia illius, non plus valent, q̃ pretium iuſtum dari conſuetum pro eo prædio, nihil impediente, quod temporis ſucceſſu poſſint eſſe percepti in maiore quantitate, ac valore, quã fuerit pretium datum pro prædio, & quod prædium maneat deinceps æquè potens ad fructus abſq; termino aliquo producendos. Quare ſicut quod fructus prædij alicuius percipi in infinitũ poſſint, non infert valorem eorum infinitum, vt in potentia ſunt prædij: neque item infert valorẽ prædij infinitum vt potens eſt illos producere; ita, quod penſiones cenſus percipi in infinitum poſſint, non infert infinitum earum valorem, vt ſunt virtute ac potentia in cenſu, neque itẽ infert valorem infinitum cenſus in ſe, vt pendens eſt a prædio, in quo eſt collocatus.

Quo fit, vt in cenſu reali nullam vim habeat argumentũ propoſitum. Quam autem habeat in perſonali diſputatione ſequenti dicetur. Admonent verò Ioannes Med. q. 2. citata, & alij, nõ eſſe legitimam regulam ad iudicandum, an pretiũ datum pro cenſu ſit iuſtum, quod eodem pretio emi poſſit prædium, quod, deductis expenſis, tantum quotannis reddat, quanta eſt penſio cenſus. Prædia.n. non reddunt fructus iuxta ipſorum valorem. Ea quippe domus, quæ iuſtè emitur mille aureis, aliquando non reddit penſionem triginta aureorum; & tamen alicubi vinea, quæ iuſtè emitur mille aureis, iuſtè locatur quinquaginta. Quo fit, vt ſicut, ad iudicandum iuſtum pretium aliarum rerum, ſtandum eſt communi cuiuſque regionis conſuetudini; ita ad iudicandum, an pretium cenſus iuſtum in vnaquaque regione ſit, attendendum ſit ad communem conſuetudinem, qua in ea cenſus emi & vendi conſueuerunt. Modo tamen non ſuperueniat lex humana, quæ pretium taxet: nã tunc, niſi de illius iniquitate apertè conſtaret, illi eſſet ſtandum.

Ad quintum negãda eſt maior. Cum.n. homines non adeo dej ſucceſſorib. curent præſertim ſi valde diſtantes ſint, vt de ſe ipſis; præterea cum penſiones præſentes magis æſtimentur, quã quæ poſt longiſſimum tempus ſunt futuræ: tum quod hæ pluribus ſubiacent periculis: tum ẽt quod eis de proximo frui, ac negotiari non poſſint: tũ denique alijs de cauſis, vtique ius ad penſiones in infinitum, paulo plus valebit, quam ius ad pẽſiones ad centum annos. Quo fit, vt in taxando pretio iuſto pro iure ad penſiones in infinitum ſine pacto de retrouendendo, locum habeat communis æſtimatio: ſicut etiam in taxando pretio iuſto prædiorum, quæ fructus in perpetuum afferre poſſunt, eadem cõis æſtimatio locum habet.

19 Ad ſextum dicendum eſt, ea † omnia, quæ in argumento mala, atque abſurda, reputantur, non minus immo plus, ex eo ſequi, quod prædia emi iuſto pretio poſſint ex ijs, qui pecunia indigent, Qui enim pluribus abundant prædijs, viuere æque poſſunt in otio ſudore, ac labore aliorum, ea illis locando, atque illi in otio viuunt, qui multos habent cenſus emptos.

Hi etiam, qui prædia vendunt, facilius in paupertatem rediguntur, quam qui cenſus in eis vendunt præſertim ſi redimibiles ſint. Quare ſicut ob hæc non ſequitur, emptionem prædiorum iuſto pretio illicitam eſſe: ita nec ſequitur, illicitam eſſe cenſuum emptionem.

Cætera, quæ de cenſu redimibili dici in hac diſputatione poterant, commodius dicentur exponendo inferius bullam Pij V.

CEN-

Cenſus ad certum annorum numerũ, tã realis,quã perſonalis,an licitus ſit.

DISPVTATIO CCCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ad certum numerũ annorum minori pretio, an licitus,& quando,cum nu.ſeq. per totum.*
3 *Cenſus realis perpetuus pro minori pretio,quam latitudo penſionum licitus.*
4 *Cenſus perſonalis ſi pereat cum perſona, & bonis ſoluentis,quomodo pereat etiam emptori.*
5 *Pretium rei ex quibus iudicandum.*

QVoniam ex ijs,quæ de cenſu ad certũ annorum numerũ dicemus, ſumenda argumenta ſunt ad probandum,cenſum perpetuum perſonalem illicitũ eſſe,idcirco, antequã examinemus
1 hoc ſecundum, expendendum eſt,num † cenſus ad certum numerũ annorũ,vt ad decem, viginti, aut triginta annos licitus minori pretio ſit,quam ſit quantitas latitudinis totæ penſionum, quæ ex
Quæſ. eo ſoluendæ ſunt. V.g.ematurne licitè annua penſio viginti aureorum ad decẽ annos, minori pretio,quam ducentis aureis, puta centum octoginta, aut centum nonaginta,idque non interueniente lucro ceſſante, aut damno emergente, ex parte emptoris,neque exiſtentes iuſto timore, probabilitateve,penſiones male eſſe ſoluendas.

Conradus de contractibus,quæſt. 80.affirmat, de rigore ſcolaſtico poſſe licitę emi: tametſi ſubiungat,contractum habere ſpeciem mali, diſſuadendumque eſſe,antequam fiat. Ad eandem ſententiam accedit Couar.3.variar. reſolutio. capit. 7.nu.4 ſubiungens,omninò prohibẽdum,explodendumq; eſſe eum contractum a Reipublica. In eadem ſententia eſt Nauar. in comment. capit.1. 14.quæſt.3.num.71. Id ſuadet Conradus.

Primò,qm̃,ſi is contractus eſſet in iniuſtus,ſequeretur plus valere cenſum temporalem, quam perpetuum æqualis penſionis non ſolum redimibilem,ſed etiã irredimibilem, maioriq; pretio eſſe emendum,vt iuſtè ematur:quod tñ conſtat eſſe falſum. Sequela probatur, quoniam demus iuſtum pretium cenſus perpetui irredimibilis eſſe ad rationem triginta pro vno. Tunc,ſi cenſus ad certum annorum numerum non poſſet iuſte emi minori pretio,quam ſit quantitas totius latitudinis penſionum,quæ ex eo percipiuntur, vtique cẽſus ad trigintaquatuor annos,non poſſe iuſte emi ad rationẽ triginta pro vno,ſed in ſuper addẽdus eſſet valor quatuor pẽſionũ,quæ vltra recipiẽtur.

Secundò,qm̃,ad commoditatẽ,atq; vſum humanum,plus valent centũ aurei in promptu, atq; præſentes,quã centũ ſoluendi per partes ad decẽ, aut triginta annos:ergo centũ aurei, ſoluendi per annuas pẽſiones,iuſtè emuntur minori pretio ſtatim ſoluto, quã ſit quantitas centum aureorum.

Tertiò,qm̃ in alijs cenſibus valor eorum non æſtimatur ſecundum quantitatem percipiendarum penſionum: alioquin, qui cenſum emit, recipere non poſſet plures penſiones, quam quæ pretium datum æquarent: quod tamen conſtat eſſe falſum: ſit ergo, vt neque in cenſu ad certum annorum numerum, valor cenſus æſtimari debeat ad æqualitatem cum percipiendarum penſionum quantitate.

In contrarium ſententia eſt Gab.in 4.diſt.15. quæſtio.12.conclu.3. Cenſum videlicet ad certũ annorum numerum, non poſſe iuſtè emi pretio minori,quam ſit latitudo collectionis pẽſionum, niſi ratione periculi,cui cenſus ſubiaceat, aut ratione alterius ſimilis rei quę valeat decrementum illud in pretio.in eadem ſententiam ſunt Ioã.Medin.de vſur.quæſt.tertia,de cenſibus, & Sotus 6. de iuſtit.quæſtio.quinta,articu.ſecundo,ad ſecundum;tametſi hi duo autores aliquantulum trepident propter argumenta Conradi, maximè propter primum.

Illud admonuerim, tã hos autores,quam Cõradum, & Couarr.indiſtinctè loqui de cenſu ad certum numerum annorum,ſiue perſonalis ſit,ſiue realis, eandem de vtroq; exiſtimantes eſſe rationem. Vtrumque etiam improbat Panormit. in ſuis quæſtionibus, quæſt.5.colum.penult. Nauar.verò, & alij qui negant licitum eſſe cenſum perſonalem perpetuum longè magis negare debebant,licitum eſſe eundem cenſum ad certum annorum numerum minori pretio, quam ſit latitudo penſionum. vt tamen dictum eſt, Nauar.licitum eum eſſe conceditur.

2 Noſtra† vero prima concluſio eſt. Illicitus:atque iniuſtus eſt cẽſus perſonalis ad certum annorum numerum pretio minori, quam ſit latitudo quantitatis penſionum, niſi adſit lucrum ceſſans, aut damnum emergens, vel cenſus periculo ſolutionis ſubiaceat,vel ex alio ſimili capite iuſtè minuatur de pretio.

Neque tunc poteſt iuſtè plus minui,quam mereatur caput,ex quo minuitur. Neque item minui poteſt ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, vel etiam ratione periculi, niſi deducendo id in pactum, hoc eſt, exprimendo,quod ea de cauſa minuatur de pretio alioquin iuſto, aut niſi intelligatur, vendentem cenſum ea de re eſſe contentum.

Concluſio hęc quo ad limitationes omnes,quibus arctata eſt liquet ex dictis diſpu. 361. & alias ſæpe in materia de vſura, & de emptione,& venditione. Quoad id vero,quod percipuè continet, & de quo eſt modo controuerſia, quamuis ſatis perſpicua etiam ſit ex dictis eadem diſputatione, vbi efficaciter oſtendimus, ius & obligationem perſonalem ad rem aliquam in futurum ſoluendam,non minus valere, quam res ipſa tempore, quo ſoluetur valeat,eaque de cauſa obligationem reſtituendi conſurgere, ſi minori pretio ematur. Probari etiam poteſt.

Primò,quoniam ſi emptio iuris percipiendi viginti aureos ſingulis annis vſq; ad decẽ iuſtè fieret centum octoginta, aut centum nonaginta aureis,licitus etiam eſſet hic contractus,accipe nunc centũ octoginta,aut centum nonaginta aureos,& in fine decennij reſtitues mihi ducentos ſimul:cõ

ſequens autem continet apertam vſuram, ergo & antecedens.

Sequela manifeſta eſt. Tum qui ad rationem mutui, atque vſuræ ex illo, nihil refert, quod mutuatario iniungatur ſolutionem mutui cum incremento fieri ſimul, aut ſucceſſiuè per partes. Tum etiam quia in eo, quod annuæ penſiones ſolui concedantur ſimul in fine decennij gratia eſt, quę mutuatario fit, non grauamen: quandoquidem illi quaſi mutuo conceduntur vſq; ad finem decennij: ergo, ſi in conſequenti vſura cernitur, etiam cernetur in antecedente. Idē argumentū confici poteſt, ſi cēſus ematur ad viginti triginta aut quadraginta annos, pretio minori, quam ſit latitudo omniū penſionum. Atq; ex eodem argumento conſtat quamuis, dum talis cenſus emitur, ius ematur ad annuas penſiones, interuenire tamē vſuram: quia virtute pretiū datur pro mutuo, vt per partes reddatur cum incremento ratione expectationis ſolutionis. Non ſecus ac quando aliquid certo vēditur maiori pretio, quam res pecunia ſtatim numerata valeat, vſura interuenit; quia perinde eſt, ac ſi pretium quod ſoluendum erat ſtatim, relinqueretur mutuo emptori, vt in futurum cum incremēto reſtitueretur. Secundo ſiquis id, quod ad ſummum valet centum octoginta pecunia ſtatim numerata, vendat credito ducentis ſoluendis per partes intra decennium, cōmittit vſuram, vt ex ſe liquet, niſi contractus ex lucro ceſſante, aut ex alio ſimili capite, iuſtificetur: ergo pari ratione, ſi dēt pecuniam, vt illam per partes cum eodem incremento recipiat, vſuram committet. Tertiò, ſi tibi idem ducentos aureos, interimq; dum illos non ſoluis, accipiam à te pignus reddens quotānis viginti aureos fructuum, qui computandi non ſint in ſortē, contractus eſt vſurarius perceptiſq; inde ducentis aureis decennio, debeo illis eſſe contentus pro toto debito, neque vlterius poſſum quicquam, vel fructuum, vel capitalis, accipere abſq; vitio vſurę, vt habetur c. 1. & 2. de vſur. c. cum contra, & c. ſignificaſti, de pigno. & diſp. 320. explanatum eſt ſed perinde eſt deducere in pactum, vt producentis aureis mihi quotannis vſque ad decennium ſoluas viginti aureos, ac deducere in pactum, vt percipiam illos ex fructib. pignoris: ergo cenſus perſonalis pro minori pretio quam ſit latitudo penſionum, illicitus eſt ac vſurarius.

3 Secunda concluſio. Sicut † licitus eſt cenſus realis perpetuus pro minori pretio, qui ſit latitudo penſionum quæ percipi ſperantur, nihil impediēte, quod res, in qua cenſus collocatur ſecuriſſima ſit, vt ingens ſylua ad paſtum, aut aliud ſimile, quodam multum quotannis ſecurè reddat: ita licitus ex natura rei eſt cēſus realis ad certum numerum annorum pro minori pretio, quam ſit latitudo penſionum, quæ percipi ſperantur.

Si tñ cenſus eſſet ad paucos annos, vt ad quinque, octo, aut decem, prohibendus eſſet ob pericula ea via palliandi vſuras, aut emendi eos cenſus multo minori pretio, quam valeant: præſertim quando cenſus eſſet pecuniarius, in quo valor penſionum in indiuiſibili cōſiſtit. Prior pars probatur ex diſcretione, quod eſt inter cenſum realem ad certum numerum annorum, & cenſum perſonalem.

In cenſu. n. perſonali immediatè emitur ius, & debitum perſonale ad penſiones materialiter ſumptas in futurum ſoluendas quod in valore æquatur quantitati penſionum, vt hac, & diſputa. 361. oſtenſum eſt: in cenſu verò reali emitur pars iuris in re, ſeu dominij pleniſſimi rei, dependenter ab ipſamet re: quare non emuntur penſiones, niſi vt ſunt in potentia rei, dependenterq; ab ipſa re, ita quod periculum earum, vt ſic, ad emptorem cenſus ſpectat: eaque ratione minus valent, vt ſunt ſic in potentia, quam valeant in ſe tempore, quo percipiūtur. Sicut enim integrum rei dominium minus valet, quam omnes fructus iā collecti, qui, deductis expēſis, ex ea re in perpetuum ſperantur: & ſicut pars iuris ad percipiendam ex ea re in perpetuum certam annuam penſionem minus valet quam penſiones in ſe iam perceptæ; quę tamen tēpore emptionis percipi in futurum ſperantur, vt diſputatione præcedente comprobatū eſt: ita pars minor eius iuris, videlicet ad percipiendas ſolum penſiones ad certum annorum numerum, minus valet, quam penſiones ipſæ in ſe, quæ ex ea re, dependenterque ab illa, percipi ſperantur.

Dices. Sicut penſiones cenſus realis pendent a
4 periculo rei, in qua cenſus collocatur: ita † penſiones cenſus perſonalis pendent à periculo perſonæ, in qua cenſus eſt collocatus, & bonorū illius: ſi enim pereat a perſona, in qua cenſus eſt collocatus, & ſimul pereant bona illius, perit etiam cenſu emptori. Primò reſpondetur, non ex eo ſolum cenſum realem minus valere, cæteris paribus, quā perſonalem, quod penſiones cenſus realis pendeant à periculo rei, ſed quod, vt ſunt in potentia illius, & vt dependenter ab illa ſunt percipiendæ, minus ſecundum cōmunem æſtimationem valeant, quā ipſemet in ſe. Secundo reſpondetur, minus eſſe periculum penſionum, quando ſolum pendent à periculo vnius rei, in qua cenſus eſt collocatus quā quando pendent a perſona, & ab omnimoda de fructibus bonorum illius, quæ poſt mortem perſonę obligata manēt ad ſolutionē debitorū illius.

Adde, in cenſu reali, ſi res, in qua cenſus eſt collocatus, caſu fortuito vno, aut pluribus annis fructus non ferat, non deberi eo anno, aut annis, cenſum, quantum eſt ex natura contractus, niſi peculiare aliud pactum ei addatur, vt ex hactenus dictis de cenſu reali conſtat, diceturq; infra explanādo bullā Pij V. huic aūt periculo non ſubiacet cēſus perſonalis. Tertio reſpondetur, debitum perſonale dependere a cōſeruatione perſonæ, aut bonorū illius, nihil efficere ad hoc, vt minus valeat debitum, quam latitudo eius in ſe, quod debetur, niſi ſolum pro quantitate periculi, ne eiuſmodi debitum pereat: alioquin licite per mutuo peti aliquid poſſet vltra ſortē: quādem mutui debitū a cōſeruatione perſonę, & bonorū debitoris pēdet: vnde ſequeretur licitam eſſe vſuram, quod eſt hęreticū.

Deinde eadem pars concluſionis probatur argumento primo, quo Conradi opinio eſt confirmata, quod in cenſu reali ad certum annorum numerum, comparatione cenſus realis perpetui, omnino

omnino conuincit: vimq; illius ſatis agnouerũt, ac confitentur Medina, Sotus, & Couar. locis citatis. Poſterior vero pars concluſionis ſatis ex ſe liquet, communiſq; eſt inter doctores.

Ad primum argumentum contrariæ opinionis dicendum eſt, ſufficienter probare inſtitutum de cenſu reali ad certum annorum numerum, vt dictum eſt: non verò de cenſu perſonali. Qm̃, vt diſpu. ſequenti dicetur, nec cenſus perſonalis perpetuus licitus eſt pretio finito, niſi id iuſtificetur ex aliquo è capitibus, ex quibus cenſum perſonalem ad certum numerum annorum diximus iuſtificari poſſe pro minori pretio, quam ſit latitudo penſionum, quæ percipi ſperantur, argumentum autem ſupponit contrarium eſſe verum.

Ad ſecundum dicendum eſt, quãuis cẽtum aurei præſentes plus valeant vtenti illis ad negotiandum, quam totidem futuri; non tñ valere plus in ſe, neque itemq; in ſe eſſe fructiferos: dans autẽ centum aureos in præſenti, vendere non põtest, qui illos accipit, induſtriam, quam accipiens eſt appoſiturus, ac proinde neque vendere illi poteſt fructum ſeu lucrum, quod illis poreſt comparare, vt diſp. 304. & alias ſæpe, dictum eſt.

5 Adde, pretium † rei iudicandum eſſe ex valore rei in ſe, non verò ex commoditate, quam res ementi in particulari eſt allatura, vt in materia de empt. & vend. viſum eſt. Licitè tñ is, qui vendit, accipere poteſt pretium pro commoditate, quam res ſibi erat allatura, & qua ſe priuat, vt eã alteri tradat; modo tamen in gratiam accipientis ſe ea priuet, deducatq. in pactum valorem commoditatis illius.

Atque ea de cauſa, ſi dans centum in præſenti, priuet ſe idcirco lucro aliquo, deducere in pactũ poteſt tale lucrum ceſſans, aliquidq. poteſt pro illo accipere. Quo loco obſerua, ſi Conradi argumentum vllam vim haberet, probare etiam, licitã eſſe vſuram. Qm̃ plus valerent centum, quæ mutuo dantur in præſenti, quam totidem ſoluẽda in futurum, eaq; de cauſa licite poſſet accipi pro mutuo aliquid vltra ſortem.

Ad tertium dicendum eſt, antecedens eſſe verum de cenſu reali perpetuo: non verò de perſonali, vt dictum eſt, & diſputatione ſeq. oſtẽdetur: quare conſequentia eius argumenti eſt optima ſi in conſequenti ſermo ſit de cenſu reali ad certum numerum annorum: non vero ſi ſit ſermo de ſimili cenſu perſonali.

Licitane ſit emptio cenſus perſonalis perpetui.

DISPVTATIO CCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio cenſus perſonalis perpetui, quomodo licita cum nu. 6. 7 & ſeq.*

2 *Cenſus perſonalis poteſt licite lege ſtatui, & n. 12.*

3 *Decimæ, perſonales ſunt de iure, licet de conſuetudine non ſoluantur, niſi in aliquibus locis.*

4 *Cenſus realis quando in aliquo prædio conſtituitur, ſimul reſultat obligatio mere perſonalis ad eum ſoluendum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis.*

5 *Perſona libera in pignus dari non poteſt, cõſtituẽdo in illa ius reale, ita vt vendi, aut in ſeruitutẽ redigi ob debitum poſſit.*

6 *Cenſus merè perſonalis ex natura rei conſtitui poteſt ſuper perſonam.*

7 *Cenſus perſonalis perpetuus pro minori pretio quã ſit quantitas penſionum, ex quibus capitibus iuſtificari poſſit; vt ſit licitus.*

8 *Cenſu reali in aliquo prædio cõſtituto, ad quos effectus põt adhiberi hypotheca aliorum bonorum.*

9 *Cõtractus mixtus ex cenſu reali, & perſonali, quis dicatur.*

10 *Cenſus venditio an iuſta ſit, quid attendendum.*

11 *Cẽſus obligatio vna cũ re expirat, ipſa re perẽpta.*

13 *Cenſus perſonalis quando emptori perire dicatur.*

SErmo eſt de cenſu perpetuo, ſiue merè perſonalis ſit, ſiue adiunctam habeat hypothecam ad cenſus ſolutioniſq. illius, ſecuritatem, & ſiue redimibilis ſit, ſiue irredimibilis.

1 Partem † affirmantem, etiam qñ cenſus eſt pecuniarius, ac merè perſonalis, amplectũtur Conrad. de contract. q. 74 75. & 79. Ioan. Medin. de vſur. q. 1. de cenſib. Sotus de iuſti. q. 5. art. 1. concl. 4. Couar. 3. var. reſ. c. 7. nu. 5. Maior in 4. diſt. 15. q. 44. in vltimis verbis quæſtionis. Gabr. ibidem, q. 12. cõcl. 1. & quidam alij. Immò ex doctoribus, qui a Nauar. pro contraria ſententia afferuntur, multi non negant licitum eſſe cenſum perſonalẽ in ſenſu, in quo autores proxime citati licitũ eſſe affirmant.

Autores quippe citati, non in eo ſenſu affirmant licitum eſſe, conſtituique poſſe in perſona, quaſi emptor cenſus comparet ius in re ſuper perſonam, quæ cenſum vendit, eo modo quo emptor cenſus realis comparat ius in re, comparatione prædij, in quo is cenſus collocatur, quaſi deficientibus bonis, vnde perſona, quæ cenſum perſonalem vendidit, annuam penſionem ſoluat, poſſit venditor redigere in ſeruitutem perſonam illam, aut eam cogere, vt pro valore annuæ penſionis ad tempus ſeruiat, ſed in eo ſenſu arbitrantur poſſe licitè conſtitui in perſona, quod perſona pro pecunia, quam in pretium accipiat, poſſit ſe obligare ad annuam penſionem; eo modo quo, qui rem aliquam creditò emit, manet obligatus ad pretij ſolutionem, & quo alijs contractibus aſſueuerunt homines ſe obligare ad aliqua, ordo inde iure ad id, ad quod ſe obligant, in eo, cui ſe obligant, ratione cuius iuris competit creditori perſonalis actio; non realis.

Quia verò eiuſmodi actiones, & obligationes tranſeunt, tã actiue, quã paſſiue, ad hæredes eo ipſo, ꝙ hæreditatẽ adeunt; conſequens eſt, vt perſonalis cenſus ea rõne durare in perpetuũ poſſit. Si tñ extingueretur perſona, quæ cenſum debet, nec relinqueret ſufficientia bona, eaq; de cauſa nullus cum tanto onere eſſe vellet hæres illius, tunc eo ipſo expiraret cenſus, ſolumque ad eum manerent obligata, ſi quæ bona defunctus relinqueret:

ret: ſicut & ad reliqua eiuſdem defuncti debita.

Porrò ex ijs, quos Nauar. pro ſua ſententia citat. Panor, in ſuis qq. q. 5 col. pen. verſic, aut quærimus, & verſ. ſeq, apertè affirmat, licitum eſſe cẽſum perſonalem perpetuum in ſenſu proximè explicato, & forte alij ex ijs, quos Nauar. & Cou. pro eadem ſententia citant, id non negant, ſi attẽte legantur.

Hi doctores ſuam ſnĩam probant. Primo, qm̃ homo capax eſt obligationis perſonalis in ſenſu explicato, eo modo quo poteſt ſe obligare perſonaliter ad pretium pro re, quam credito emit, & ad ſimilia alia, vt ex ſe eſt notiſſimum, & ſicut poteſt titulo donationis ſe eo modo ad cenſum obligare, promittendo annuam penſionem in dotem orphanæ mulieris, aut in ſubſidium hoſpitalis; atque ſicut is cui promittitur poteſt ius illud, titulo donationis comparatum, iuſto pretio vendere: ita is qui ſe obligauit, potuit a principio inducere in ſe obligationem illam pro pretio iuſto quod eſt vendere cẽſum perſonalem.

2 Secundò, licite perſonalis † cenſus poteſt lege ſtatui. Lege quippe eccleſiaſtica decimæ, ẽt perſonales, quas iura vocant, perſoluuntur vt ex cõparatis artificio, aut negotiatione, militia, & alijs rebus ſimilibus, vt patet. c. 10. 16. q. 1. c. apoſtolicæ, c. non eſt, & c. paſtoralis, de decim. quæ † conſue-
3 tudo ex parte perſeuerat in aliquibus Eccleſijs. Immo famuli ex ſtipendio, quod pro ſuo ſeruitio, quotannis accipiunt, decimas in aliquibus Eccleſijs ſoluunt, idque hodie ſeruatur in aliquibus oppidis huius Conchenſis Epiſcopatus. In lege etiam veteri perſonales decimæ ſolui videbãtur, vt Deuter. 12. innuitur. Item 2. Eſdræ c. 10. fideles conſtituerunt annuum redditum tertiæ partis ſicli per ſingula capita ad miniſteria templi, qui erat cenſus perſonalis. Principes etiam ſeculares iuſta de cauſa inducere poſſunt perſonale tributũ quotannis ſoluendum, quod erit perſonalis cenſus. Atque hunc cenſum aiunt doct. Cæſarẽ Auguſtum induxiſſe Lucæ 2. ergo pari ratione poterit quis vendere ſimilem cenſum perſonalẽ quotannis ſoluendum ex ijs, quæ ſuis operibus, atq; induſtria comparauerit, aut ex alijs bonis, quæ ad ipſum quoquo modo peruenerint. Couarr. & Sotus locis citatis idem vlterius confirmant. Quo-
4 niam, inquiunt, quando realis † cenſus in prędio aliquo deſignato conſtituitur, ſimul reſultat obligatio merè perſonalis pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in perſona vendentis cenſum ad eum ſoluẽdum, eſto omnino pereat res, in qua cenſus eſt collocatus: ergo potuit emptor cenſus a principio emere ſolum obligationem illam abſque obligatione reali prædij in quo cenſus fuit conſtitutus: cum ergo obligatio illa, ac ius ad ita exigendũ a perſona annuũ reditũ, ſit cẽſus pſonalis: cõſequens eſt, vt perſonalis cenſus licite emi, conſtituiq; poſſit.

Primum antecedens probant hi autores ex extrauagantib. Martini V. & Calixti III. dũ in eis dr̃ vendentes cenſus reales ſuper aliqua prędia cũ pacto de retrouendendo, numquam cogi poſſe ad redimendum cenſum, etiam ſi pereant prædia, ſuper quæ cenſus erant collocati.

Hinc colligunt, deſtructis prædijs, in quibus cenſus erant collocati, adhuc remanere obligationem in perſonis, quæ cenſus vendiderunt, ad illos ſoluendos: alioquin opus non erat dici, cogi non poſſe ad redemptionem cenſuum, qui omnino iam eſſent extincti. Item, ſi deſtructis prædijs non remaneret obligatio ad ſoluendum cenſum, id explicaſſent extrauagantes illæ: ſicut explicarunt, non poſſe cogi venditorem cenſus ad illius redemptionem.

Hinc Sotus & Couar. cũ Carolo Molinæo volunt, qñ cenſus in aliquo pdio collocatur, prædiũ illud ſe habere ſolũ vt hypothecam ad cenſus ſecuritatem, ita ꝙ cenſus a prædio non pẽdeat, ſed reſultet obligatio perſonalis in vendente cenſum ad illius ſolutionem deſtructo prædio, eſto id in contractu non exprimatur: modo tamẽ cõtrariũ non exprimatur, ac deducatur in pactum. Volũt tamen Couar. & alij, hypothecam hanc eſſe irregularem, & extraordinariam.

Quia verò ea omnia copioſe a nobis diſp. 383. relata, atque impugnata ſunt, opus non erit hoc loco plura adijcere. Solum admonuerim, Sotum q. citata art. 2. ad primum aſſerere, obligationem perſonalem, quæ ex cenſu reali in perſona eũ vendentis reſultat ad cenſum ſoluẽdum, eſto prędiũ deſtruatur, non tranſire ad hæredes vendentis, eaque de cauſa cenſum expirare, ſi prædium poſt mortem vendentis cenſum pereat.

Non tñ video rõnem cur, ſi ea obligatio perſonalis in perſona vendentis cenſum reſultauit, ad hæredes non tranſeat, ſicut tranſeũt cæteræ, quæ ex alijs contractus reſultant: quarè parum ſibi ea in re conſtat Sotus, contrariumque affirmãt Couar. & alij, qui in eadem ſunt opinione.

Communior tamen doctorum ſententia eſt, cenſum perſonalem illicitum eſſe etiam ſi mere perſonalis non ſit, ſed ſubnixus hypothecæ ad ipſius ſecuritatem. Eã amplectuntur plurimi, quos referunt, ac ſequuntur, Nauar. in com. c. r. 14. q. 3. nu. 81. in poſtrema editione Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 32. nu. 10. Greg. Lop. l. 28. tit. 8. par. 5. Laſſarte de decim. vendit. c. 10. a num. 15. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 177.

Id vero probant. Primo, qm̃ Martin. V. & Calixtus III. ſolum approbant cenſus, qui collocantur in prædijs, aut alijs rebus fructiferis, ita quod eis pereuntibus, pereat cenſus, neque vẽditor cenſus maneat deinceps ad eum obligatus; ergo illicitus eſt perſonalis cenſus.

Secundo, quoniam ciuili lege cautum eſt, vt
5 † perſona libera in pignus dari non poſſit, conſtituendo in illa ius reale, ita vt vendi ob debitum poſſit, aut in ſeruitutem redigi, aut cogi ea de cauſa ſeruire, quin potius, ſi quis liberam perſonam in pignus accipiat, amittit debitum, ac incidit in alias pœnas pecuniarias, & corporis, vt conſtat. l. ob æs alienum, iuncta authentica ſequenti. C. de action. & obligation. l. qui filios. C. quæ res pign. oblig. l. vlt. ff. eod. tit. & authen. vt nulli iudicum. §. quia verò, iuncto. cap. 2. de pig. ergo longe maiori cum ratione conſtitui non poterit cenſus in perſona libera.

Tertiò

Tertiò, de natura emptionis eſt, vt, perfecto contractu, periculum rei emptæ ad emptorẽ ſpectent, vt diſput. 366. viſum eſt: ſi autem cenſus in perſona conſtituatur, & non in bonis aliquibus determinatis, periculum cenſus numquã ad emptorem ſpectabit; quia ſemper perſona vendẽtis, atque hæredum ipſius, obligata manebit cenſus ſolutionem: ergo iniqua eſt emptio cenſus perſonalis, vtpote cum emptionis natura repugnans.

Quid de hac re ſentiam, paucis explanabo. In
6 primis † cenſeo, dubitandum non eſſe, hominem capacẽ eſſe cenſus omnino perſonalis, atq; adeo cenſum mere perſonalem ex natura ipſa rei conſtitui poſſe ſuper perſonã, ita quod ad eũ cenſum ſola perſonalis actio competat. Quod ſi ita ex natura rei conſtitui poteſt, conſtitui, etiã poterit ſub nixus hypothecæ quorundã, aut omniũ bonorũ eiuſdem perſonæ, aut alterius. Atque hoc ſufficiẽter probant argumenta pro priori ſnia propoſita.

Quòd verò difficultatem continet, eſt, an licitè emi poſſit minori pretio, quã ſit latitudo penſionum omnium, quæ ex illo percipi ſperãtur, & ad quas ius eo comparatur, quando non interuenit lucrum ceſſans, aut damnum emergens, ementi cenſum, neque periculum timetur, qđ penſiones non ſoluantur ſine ſumptibus, & difficultatibus, neque aliud ſimile, vnde licitè minui poſſet de pretio alioquin iuſto; quemadmodum cenſus realis, nullo eorum capitum interueniente, licite emitur minori pretio, quam ſit latitudo penſionum, quæ ex ipſo percipiendæ ſperantur, vt duabus diſputationibus præcedentibus oſtenſum eſt. Ac ſane mihi nullam difficultatem ingerũt rationes pro opinione poſteriori adductæ, quæ, vt videbimus, minimo negotio ſoluuntur.

Quòd autem difficultatem mihi facit, eſt, emptione perſonalis cenſus non aliud emi, quam perſonale debitum ſoluendi aliquid ſucceſſiuè in futurum, & perſonale ius ad id exigendum, ac recipiendum: vt autem diſput. 361. ac diſputatione præcedente oſtenſum eſt, debitum perſonalem in futurum, iusve ad illud recipiendum, non minus valet, ſi nullum timeatur periculum, quam res ipſa in ſe, quæ debetur; vt ius ad recipiendum hinc ad annum, vel ad duos, aut tres, vel plures annos, quinquaginta, valet quinquaginta: quare ſicut cenſus perſonalis recipiendi ad paucos annos certam annuam penſionem, non poteſt emi iuſtè minori pretio, quam ſit latitudo omnium penſionum, vt diſputatione præcedente ſatis dilucide oſtendimus: ita perſonalis cenſus perpetuus, ſiue is redimibilis, ſiue irredimibilis ſit, numquam iuſte emi poterit pretio finito; eo quod ſemper eo minus debitum perſonale ematur, quam ſit pretium, quod pro eo datur: quæ tamen non habent ſimiliter locum in cenſu reali, vt duabus diſputationibus præcedentibus explanatum, comprobatumque eſt.

Cum autem hoc ſit præcipuum fundamẽtum, vnde cenſus perſonalis condemnandus ſit tamq̃ illicitus, & vſurarius, ſiue perpetuus ſit ſiue ad certum numerũ annorum, pro minori pretio, quam ſit latitudo penſionum, Nauar. verò, vt diſp. 361. viſum eſt, affirmet, debitum in futurũ licite emi poſſe minori pretio ſtatim ſoluto, quam ſit quantitas debiti, idque eſto nullum inde lucrũ ementi ceſſet, aut damnũ emergat, & eſto nullum periculũ, aut moleſtia, in ſolutione timeatur, ſanè nõ video qua rõne defendere valeat, cenſum mere perſonalẽ, ẽt ad certũ numerum annorũ, pro minori pretio, quam ſit latitudo penſionum, illicitũ, iniuſtumque eſſe, aut qua ratione ſibi ipſi conſtat.

Hanc ergo ſtatuamus concluſionem. Cenſus
7 † perſonalis perpetuus pro minori pretio, quam ſit quantitas penſionum, quæ in infinitum percipi ſperantur, non ex alijs capitibus iuſtificari poteſt, quam ex ijs, ex quibus diſputatione præcedẽte dictum eſt, iuſtificari poſſe ſimilem perſonalẽ cenſum ad certum numerum annorum. Nempe ex periculis, quibus penſiones in infinitum recipiendæ ſubiacent, ex lucro ementi ceſſante, aut damno emergente, & ex alijs ſimilibus eo addito, quod is, qui cenſum emit, non eſt potiturus illis in infinitum, ſed ſucceſſores in bonis ipſius. Quare eiuſmodi perſonalis cenſus perpetuus, quantum eſt ex ſe, & ex pretio, etiam cum hypothecis, quibus ad ſecuritatem emi conſueuit, ex natura rei mihi videtur iniuſtus, ac vſurarius eaque de cauſa numquã antea definitus iuſtus à Sũmis Pontificibus, immo merito hodie à Pio V. in bulla de creandis cẽſibus prohibitus. Tales tñ interuenire poſſent circumſtantiæ, vt propter illas, quantum eſt ex natura rei reddi poſſet licitus.

Si enim quis emere vellet poſſeſſiones, quæ in perpetuũ ei parerent annuos reditus æquè ſecuros aut emere vellet cenſum realem perpetuum in magna, ac ſecurã poſſeſſionẽ alterius, atq; alius ab eo peteret, vt potius in gratiã ipſius ab eo emere annuum cenſum perſonalẽ ſimiliter perpetuũ; credo tunc ex natura rei licitè id ex capite lucri ceſſantis poſſe fieri: qm̃ tantundem ipſi valerent poſſeſſiones, aut cenſus realis, & emere volebat, & tantundẽ, ac tam ſecurè, illi quotannis redderent, quantum ex eo cenſu perſonali ſperat: vnuſquiſque autem licitè poteſt alteri vendere cõmoditatẽ ſuã, q̃ in eiuſdẽ gratiã amittit, emendo ab illo pp eam cõmoditatem, quã amittit, rem minori pretio, quam alioqui ipſe valeat, vt ex dictis in materia de emptione, & venditione liquet.

Itẽ tantum eſſe poſſet pretiũ finitum pro cenſu perſonali perpetuo, vt, habita ratione lucri ex eo ceſſantis quod æqualis quantitas longiſſimo tpe non perueniet ex penſionibus ad manus ementis, qua in diſcurſu temporis veriſimiliter empturus erat prædia, aut negotiaturus, ſi eum cenſum non emiſſet, tantumq; extenuari poteſt valor penſionum, quæ ex eodem cenſu poſt longiſſimum tps ſperantur, tum ꝙ illius non potietur, emptor cenſus, ſed ſucceſſores remoti ipſius, tum etiã ꝙ tpe longiſſimo multis ſubiacent periculis, vt emptio perpetui cenſus perſonalis iuſta eſſet pretio finito, attenta conditione mentis cenſum, & attentis cæteris circumſtantijs concurrentibus.

Verum tñ tunc dico, licitum quoque eſſe mutuũ æqualis quantitatis pecuniæ ſoluẽdæ per partes in futurum cum toto eo exceſſu: quoniam ex-

ceſſus ille, ſyncategorematicè infinitus, iuſte acciperetur tunc ꝓ lucro ex eo ceſſante, qđ pecunia illa mutuo eo modo daretur,& pro periculis, q̄bus ſubiaceret ſoluenda ita per partes in infinitum. Quia tñ perſonales cenſus non ſolent ita iuſtificari, iure optimo eorum emptio prohibita, irritaque facta eſt à Pio V. vſurariuſque eſt pronũciatus is contractus. Atque, vt ſummatim dicam, non ſecus iudicandum eſt de emptione cẽſus perſonalis quàm ſi pretium mutuo daretur, ſoluendum eo modo per partes, quo in cenſu ſoluitur.

Præcipuum, quod in hac cõcluſione aſſeritur, eiſdem ferè rõnibus probari poteſt, q̄bus ſimilis concluſio de cenſu pſonali ad certum numerum annorum diſputatione p̄cedente probata eſt. Primo, qm̄ reuera, qđ in eo cenſu emitur, eſt ius, ac debitum perſonale ad certam pecuniæ, aut fructuum quantitatem ſucceſſiuè in futurum ſoluendam: debitum aũt perſonale ſoluendum in futurum, tm̄ valet, quantum res ipſa tempore, quo eſt ſoluenda, niſi ex periculis, lucro ceſſante, aut ex alio ſimili capite, minuatur illius valor, vt diſput. 361. probatum eſt. Secundo, qm̄ ſi licitus eſſet cenſus perſonalis perpetuus ad rationem triginta pro vno, licitus etiam eſſet hic contractus, accipe mutuo triginta ea lege, vt in fine triginta annorum ea mihi integra reſtituas,& inſuper tenearis mihi ſoluere in perpetuum vnum quotannis in quo tñ manifeſtè cernitur vſura, niſi ex capite lucri ceſſantis, aut ex alio, contractus excuſetur. Sequela probatur, quoniã ad rationem mutui nihil refert, quod triginta, quæ nunc dantur, ſoluenda iniungantur per partes vſque ad triginta annos, aut quod iniungantur ſoluenda ſimul in fine triginta annorum. Et qm̄ gratia in eo fit, quod penſiones, quæ ſingulis annis erant ſoluendæ, ſolui concedantur in fine triginta annorum.

Tertiò, qm̄ ſi cenſus, de quo diſputamus, licitus eſſet, licitum quoq; eſſet vẽdere credito, quod valet ſolũ triginta pecunia numerata, pro triginta ſoluendis hinc ad triginta annos,& inſuper pro vno ſoluendo deinceps in perpetuum, vt diſput. præcedente in pſonali cenſu ad certum numerum annorum fuſius deductum eſt. Item qm̄ nefas eſt, pro triginta datis, accipere plures fructus ex pignore intra triginta, aut quadraginta annos, quã qui adęquent valorẽ triginta: ergo nefas eſt paciſci, vt plures ſoluantur penſiones, q̄ quę in valore adęquẽt triginta, vt ibidem latius deductum eſt. Quarto, qm̄, ſi licitus eſſet cenſus perſonalis perpetuus, ſequeretur, vel eſſe licitum cenſum perſonalẽ ad certum annorum numerũ pro minori p̄tio, q̄ ſit quantitas penſionũ, q̄ ex illo percipientur, vel æqualiter, immo plus, valere cenſum perſonalẽ ad certum numerũ annorum, q̄ perſonalẽ cenſum perpetuum æqualis penſionis, vt euidenter demonſtrat primum argumẽtum pro opinione Conradi diſputatione præcedente propoſitũ, quod meritò tantopere Medinam, ac Sotum mouit ad trepidandum, an licita eſſet emptio cenſus perſonalis ad certum numerum annorũ pro minori pretio, q̄ eſſet quantitas penſionum,& quod Conradum,& Couar. aſſerere coegit, licitam in rigore, atque ex natura rei eſſe, poſita eorundem autorum ſnĩa, quod perſonalis cenſus ꝑpetuus licitus eſſet: cum ergo oſtenſum ſit, illicitã eſſe eam cenſus perſonalis ad certum numerum annorum emptionem, cõſequens profectò eſt, vt concedendum ẽt ſit, illicitã eſſe emptionẽ perſonalis cenſus perpetui pro finito pretio eo modo, quo fieri conſueuit. Fauent præterea huic noſtræ ſnĩæ extrauagantes Martini V.& Calixti III. Quamuis enim in illis non definiatur, illicitum eſſe cẽſum perſonalem perpetuum, niſi tñ cenſum perpetuũ collocari in poſſeſſione aliqua, ſeu prædio, quo pereunte, cenſus emptori periret, faceret maximè ad eum iuſtificandum, ſed ęquè iuſtus eſſet cenſus perſonalis perpetuus, certè non tam accuratè in illis extrauagantibus fieret mentio, cenſum, de quo erat illa controuerſia, collocari in certo prædio, neq; ſapiẽtiſſimi illi Pontifices adeò condõni illi inſiſterẽt. Extrauagans aũt Pij V. noſtram ſnĩam apertè ſtatuit, pronuncians cenſus omnes perſonales fœnerationes, ac nullos, deinceps eſſe habendos: propter illoſq; appoſuiſſe vr̄ verba illa initio illius extrauagantis. *Cum onus apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe,& in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedũ non continentur intra limites à noſtris anteceſſorib. eiſdẽ contractib. ſtatutos, verũ ẽt, quod deterius eſt, contrarijs oĩno pactionibus, propter ardentẽ auaritiæ ſti mulũ, legum ẽt diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt,&c.*

Illud obſerua, ẽt hodie in locis, in q̄bus Bulla

8 Pij V. ſit recepta, conſtituto † cẽſu reali in aliquo prædio, aut prædijs determinatis, poſſe adhiberi hypotheca aliorum bonorum, ad duos effectus. Vnus eſt, qđ ſi prędiũ, in quo cenſus eſt collocatus, euincatur, vel dum eſt poteſtate venditoris cẽſus, vel poſtq̄ trãſierit ad alium poſſeſſorẽ, venditor ſoluat intereſſe, hoc eſt, valorẽ cẽſus:& intereſſe lucri ceſſantis, ac damna ſequuta. Ita Nauar. in comment. c. 1. 14. q. 3. nu. 77. Alter, quod, interim dum cenſus non fuerit extinctus, ſaltẽ deſtructo prædio, in quo ſit collocatus, penſio ſoluatur.

Cum autem prędium ipſum, in quo cenſus eſt collocatus, ſufficiens hypotheca ſit ob ſolam penſionem ſoluendam, ſanè ſuperflua eſt quęcunque alia ad hunc ſecundum effectum.

9 Illud deinde obſerua, ſi in emptione † cenſus realis in aliquo prędio deducatur ſimul in pactũ, quod prædio deſtructo, venditor cenſus teneatur adhuc ad ſolutionẽ penſionis, tũc contractus erit mixtus ex cenſu reali,& perſonali, aut potius ex contractu realis cenſus,& ex contractu aſſecurationis. Quatenus autẽ is contractus eſſet cenſus realis, onus cẽſus tranſiret in tertium poſſeſſorem vna cum re, in qua collocatus eſt cẽſus, illumque ſolum poſſet cogere dn̄s cenſus ad ſolutionem penſionum, interim dum prædium integrũ perſeueraret, atque ad recognoſcendum cenſum.

Quatenus verò in eo contractu admiſceretur illa alia perſonalis obligatio aſſecurationis cẽſus in euentu, quod deſtrueretur prædium, poſſet, deſtructo prædio, cogere venditorem cenſus, hæredeſque illius, vt ſoluerent penſionem,& non

non in alio euentu: atque huic oneri ſubiectæ eſſent hypothecæ, ſi quę, vltra pdiū, datæ fuiſſent à venditore cenſus in aſſecurationem contractus. Semper aūt conſulēdæ eſſent clauſulę appoſitę in cōtractu, vt ex eis intelligat, quātū onus ſup ſe induxerit vēditor cenſus, vltra cenſum realē, neque plus ex illis cēſendus eſt obligatus, q̃ illæ ſonant.

10 Vt verò intelligat, an† contractus cū eo onere ex natura rei ſit iuſtus, attēdendum eſt, vtrū pretium pro cenſu datū cōmenſuratū ſit cū cēſu ipſo reali præcisè ſpectato, & cum eo aſſecurationis onere. Hodie verò, vbi Bulla Pij V. ea in parte recepta erit, nullæ ſunt eiuſmodi oēs clauſulæ, q̃n potius contractus præſumptione iuris, & de iure, v ſurarius cēſetur, ſi poſt eā bullam ſit eo modo celebratus. Quòd ſi contractus celebratus eſſet cum onere, ꝙ in quocunq; euentu, ēt perſeuerante integro prædio, in quo cēſus eſt collocatus, venditor cenſus ad ſolutionē penſionum teneretur, tunc contractus eſſet mixtus ex cenſu reali, & ex perſonali ſimul, ac proinde, quatenus cenſum perſonalē haberet admixtū, cogere emptor cenſus indifferenter poſſet ad ſoluēdas penſiones, tunc cēſus venditorem, & hęredes illius, tum ēt tertium poſſeſſorem, vt Couar. Carolus Molinęus, & Sotus dicebant. Hæc tñ hodie non hēnt locum vbi Bulla Pij V. recepta fuerit. Vbi verò recepta nō fuerit, videndū eſt, vtrum pretium pro illo cēſu reali datum, æquale ſit comparatione, tum cenſus realis, tum ēt oneris illius perſonalis ſimul impoſiti vēditori cenſus. Quòd ſi æqualę prudentis arbitrio cōperiatur, non vř damnandus cōtractus ex natura rei: eo ꝙ principaliter ſit cēſus realis, cū ſubſidio illius alterius oneris, in maiorem ſecuritatem ementis: quod ſane ſubſidium, cum non ſit, vt vēditor de ſuo teneatur ſoluere penſiones vltra reditus prędij, eueniet que rarò, vt de ſuo inſuper illas ſoluat, modico pretio erit æſtimabile, ac proinde contractus cum eo onere poterit ex natura rei eſſe iuſtus. Autores proximè citati arbitrati ſunt, contractus omnes cenſus realis cenſeri emi, ac vendi cum eo onere, eſto id non exprimatur in contractu; modo tñ contrarium expreſsè non ſtatuatur. Id tñ falſum eſt, ac liberè, ſine vllo ſolido fundamento, affirmatum; quippe cōtrariū ex ſe habeat contractus cenſus realis, vt hac, & diſputationibus pręcedentibus explanatum, cōprobatumque eſt, affirmatque communis doctorum ſententia.

Ex hactenus dictis intelligetur facilè, immeritò Sotū vbi ſupra arguere Ioann. Medinā inconſtantię, ꝙ, cū q̄ōne 1. de cenſib. aſſeruerit, cenſum cōſtitui non poſſe, niſi in re fructifera, cuius fructus annuā excedāt penſionem, aſſeruerit, poſtea, licitum eſſe cenſum pſonalem. Si.n. ait Sotus, licitus eſt cenſus merè perſonalis, licitè ēt conſtitui poterit cenſus in re, cuius fructus non attingant valorem annuæ penſionis, manente in venditore cenſus obligatione ad reliquum annuæ penſionis. Dicendum tñ eſt, Medinam ſolum negare, conſtitui poſſe cenſum merè realem in re infructifera, aut cuius fructus minores ſint, q̃ penſio ſoluenda. Cōfitetur tñ, poſſe in ea re cōſtitui cenſum mixtū ex reali, & perſonali, vt illa eadē q̄ōne polliceturſe explanaturum poſtea, teque ipſa explanauit in fine quæſtionis vltimæ de cenſibus.

Supereſt reſpondeamus ad argumenta vtriuſque opinionis ſupra propoſitæ, quatenus cum noſtra pugnare videri alicui poterunt.

Ad primum, & ſecundum pro opinione Conradi, & aliorum, dicendum eſt, probare quidem hominem capacem eſſe obligationis cenſus pſonalis: non verò probare, iuſtè poſſe emi perſonalem cenſum perpetuum pro pretio finito, niſi cōtractus ex aliquo è capitibus explicatis licitus reddatur, contra id, quod ex ſua natura habet.

Ad tertium Couar. & Soti, negandū eſt antecedens, vt ex dictis hac, & duab. præcedentib. diſputationib. iunctis ijs, q̃ diſp. 383. dicta ſunt ſatis liquet. Ad probationē dicendum eſt, verba illa haberi in narratione ante definitionem, appoſitaq; eſſe tamq̃ alleuiantia onus ex parte venditorū cenſus, atq; iuſtificatiua contractus, in eoq; ſenſu dictū eſſe, vendentē cenſum realē non poſſe cogi illum redimere, ēt deſtructa re, in qua eſt collocatus, q̃m ea deſtructa, perit cenſus, expiratque obligatio, quę antea erat: quare ex illis verbis ſequitur contrarium eius, qd Cou. & Sotus inferunt.

11 Ex ipſis† verò extrauagantibus ſatis perſpicuum eſt, pereunte re, in qua cēſus realis eſt collocatus, nō remanere obligationē ad ſoluendum cēſum, idēq; dilucidius definiuit poſtea Pius V. Cū verò cenſus, de q̃b. ſermo eſt in illis extrauagantib. in Germania celebrarentur, vt ex eiſdem extrauagantib. conſtat, ſanè, ſi tales eſſent, quales Sotus, Cou. & Carolus Molinęus, eſſe affirmant, id non latuiſſet Conradū Germanū: qui tñ, tamquā rem à nemine in dubium vocatā, affirmat, eos cum re, in qua ſunt collocati, expirare.

Ad primum verò Nauarri, & aliorum, dicendum eſt, nullam vim habere. Quoniam licèt in illis extrauagantibus non approbentur cenſus perſonales, neque etiam illis reprobantur.

Ad ſecundum dicendū eſt, ſolum probare, ex

12 † diſpōne iuris humani non poſſe ita cōſtitui cēſum in pſona libera, quaſi emens cenſum comparet ius in re perſona libera, vt poſſit illam vendere aut in ſeruitutem redigere pro ſolutione cenſus, & quaſi cenſus ſit realis, eo mō collocatus in pſona, quo in pſona mancipij comparari pōt ius reale, & dñium: non verò probare, in eo ſenſu poſſe eſſe cenſum perſonalem, ꝙ perſona eum vendens, maneat ad illum obligata perſonali ſolum obligatione, ſiue ſimul ſubijciat hypothecæ, in ſecuritatem eiuſdē cenſus, alia ſua bona, ſiue non. Adde, in aliquibus euentibus, poſſe hominem redigere ſe in ſeruitutem, vt in materia de mancipijs ſupra explicatum eſt: in eiſdē vero euentibus affirmant gloſſæ, & doctores, poſſe in perſonam conſtitui obligationē realē ad aliqd ſoluendum.

Ad tertium dici primo pōt, periculum rei em-

13 ptæ numquam pertinere ad emptorem, niſi † q̃ñ res empta perit: cenſum autem perſonalē numquam, quo ad obligationem perſonalem vendentis, perire, niſi vendens pereat, & omnia bona illius, quæ defuncti loco, ſubiacent obligationibus omnibus pſonalibus defuncti: eaq; de cauſa non

prius

prius cenſum perſonalem perire emptori, quàm prędicta omnia pereant. Dici ſecundo pôt quamuis id ſit de natura emptionis tamquam concomitans conſequens, ac conſentaneum naturæ illius non tamē eſſe de eſſentia illius, aut proprietatem ab eo inſeparabilem: quæ autem talia ſunt, remitti poſſe pacto aliquo, quin ea de cauſa contractus reddatur inualidus: præſertim ſi ea de cauſa fiat iuſta compenſatio in pretio, neque poſitiuo iure irritus ſit factus talis contractus.

Vtrum emptio vitalitij, ſeu cenſus ad incertum annorum numerum licita ſit.

DISPVTATIO CCCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio vitalitij, ſeu cenſus incertum annorum numerum, quomodo licita.*
2 *Vitalitiū legari poteſt aut donari, & ita etiā emi.*
3 *Precariarū cōtractus licitus iure canonico, et ciuili.*
4 *Vitalitium qua ratione licitum reddatur.*
5 *Vitalitij pretium iuſtum quomodo taxandum.*
6 *Vitalitium quando eſt cenſus realis, collocatus in aliquo prædio, aut redditibus regijs, pretium illius taxandum eſt prudentis arbitrio.*

HEnricus Gandauenſis quodl. 1. q. 39. aſſeuerat, emptionē annuæ penſionis ad ementis, aut vendentis, vitam, aut ad alium annorum numerum incertum, iniuſtam, ac vſurariam eſſet ſi eueniat recipi plures in quantitate penſiones, quam fuerit quātitas pretij pro eis dati. Vt ſi pro centum aureis percipi eueniat vndecim annis centum, & decem, percipiendo decem aureos ſingulis annis. Neque refert, inquit, ſi tempore contractus dubium fuerit, an emptor cenſus tot penſiones eſſet accepturus. Argumenta quibus hæc ſententia confirmatur, quoniam facilè ex dicendis intelligetur nullam continere difficultatem, legi poterunt apud Conradum de contract. quęſt. 81, apud Med. q. penul. de cenſib. & apud alios.

Dubiū Contraria ſententia cōis eſt doctorum. Nem-
1 pè † licitam eſſe eam emptionem, modo pretium commenſuratum ſit iuxta ſpem, quę eſt, cenſum, plus minus eſſe duraturum, attentiſque alijs circumſtantijs interuenientibus. Neque obſtat, euenire poſſe, ꝙ plures penſiones recipiantur, quàm ſit quātitas pretij pro illis recipiendis dati, quandoquidem euenire ēt poteſt, vt longè pauciores quam ſit pretium, recipiantur, ac proinde periculum eſt pro vtraque parte. Neque item obſtat, eum, qui emit, ſpe lucrandi, accipiendique plures penſiones emere: quoniā cæteri etiam contractus emptionis, & venditionis ſpe lucri non vitiātur; lucrique ſpe negotiatores ordinariè illos exercent. Ita Conr. de contract. & Io. Med. locis citatis, Sotus 6. de iuſt. q. 5. ad finem art. 2. Couar. 3. var. reſ. c. 7. nu. 4. Gab. in 4 diſt. 15. q. 12. concluſ. 3. & art. 3. dub. 2. Maior ibid. q. 44. Nauar. in cōmen. c. 1 14 q. 3. nu. 71. Panorm. in ſuis qq. q. 5. colum. penult. & multi alij.

2 Probari autem poteſt. Primo, quoniam † poteſt vitalitium legari, aut dono concedi, vt omnes admittunt: & poſtq̄ ita conceſſum eſt, poteſt licitè emi; eò quòd ſit alicuius valoris, & non infiniti: ergo potuit ēt à principio licitè conſtitui pro pretio cōmenſurato: præſertim cū in eo contractu, tam emens, quam vendens, periculo amittendi ſe exponant, ſicut & probabilitati lucrandi, propter incertitudinem durationis eius cenſus, finitoq; cenſu, nihil de capitali ſit reſtituendum, ſed integrum illud amittat emens. Secundò, licitus
3 † eſt contractus precariarum, quo Eccleſia aliquam, aut aliquas poſſeſſiones alicui concedit quo ad vſumfructū ad vitam eius, cui conceduntur, pro aliqua eiuſdem poſſeſſione, quā inſuper Eccleſię per mortem ſuam reddat, vt conſtat; qm̄ approbatus eſt is contractus iure canonico, & ciuili. 10. q. 2. c. 2. §. ſi œconomus, & c. precariæ, & in authentico de non alienandis. § ſi quis autem & alijs iuribus, quæ citauimus ſupra diſput. 298. eiuſmodi aūt contractus nō eſt aliud, quā conceſſio vitalitij pro aliquo prædio. Obſerua tamen, in eiuſmodi precarijs, quas Eccleſiæ eo mō concedunt, ſæpe interuenire donationem ex parte eius, qui illas accipit, & quaſi illo mō emit qua, ex Eccleſiæ deuotione, atque in eleemoſynā pro anima ſua, longè plus vult relinquere Eccleſiæ poſt mortem ſuam, quam ſit ſubſidium ad ipſius ſuſtentationem, quod ab Eccleſia in tempus vitæ ſuæ ea via accipit: quare in eiuſmodi precarijs, quæ ſine vllo inuoluntario mixto ab eo fiunt, qui illas accipit, vt licitæ ſint, neceſſe non eſt, vt quod redditur, commenſuratum vitalitio ſit: eo ꝙ non ſit merus contractus vitalitij, ſed admixtam habeat donationem, ac eleemoſinam poſt vitā accipientis. Tertiò, Clementina 1. de reb. Eccl. non alienand. hr̄, ꝑlatum, exigente id neceſſitate, aut vtilitate, monaſterij, poſſe pro pecunia concedere alicui poſſeſſionem aliq̄, aut annuum reditū monaſterij, ad vitam illius, ſeruatis ſolemnitatibus, de quibus ibi eſt ſermo, & de quibus in materia de emphyteuſi dicetur: id aūt eſt cōcedere vitalitiū pro pretio: ergo licitus eſt contractus vitalitij.

Illud eſt obſeruandum, q̄uis vitalitium non concedatur in prædio aliquo aut in re alia, quæ pro immobili hr̄, ita vt ſit cenſus realis, ſed conſtituatur in perſona cum hypotheca bonorum, aut ſine illa ſitque proinde perſonalis, licitum ex
4 natura rei eſſe contractum: modo tn̄ † pretium in hoc ſenſu æquale ſit penſionibus, quæ percipi ſperantur, quod, plus minus, ęquale ſit periculum vtriuſque contrahentium amittendi, atque ſpes lucrandi. Ratione quippe periculi partis vtriuſque licitus eſt hic contractus. Quando autem longè maior eſſet probabilitas, penſiones recipiendas eſſe quantitatem pretij dati, tunc, ſi cenſus eſſet perſonalis, neque iuſtificaretur ex capite lucri ceſſantis, aut ex alio ſimili, iniuſtus, ac vſurarius eſſet contractus, iuxta ea, quæ duabus præcedentibus diſputationibus de cenſu perſonali dicta ſunt. Quare rarò erit licitus contractus vitalitij, ſi ſit cenſus perſonalis.

5 Difficultas † tota huius diſputationis eſt, quomodo taxandū ſit pretium iuſtū vitalitij, vtrum

ſcilicet

ſcilicet attendẽdo ad vltimum terminum, ad quẽ moraliter, ac naturaliter peruenire pòt vita eius, in quam conceditur, & ſumẽdo dimidium annorum, qui ſunt à die, à qua vitalitium incipit vſque ad terminum illum, ita vt pretiũ iuſtum ſit, quod in quantitate adæquet penſiones illorum omniũ annorum. Vt, ſi vitalitium ſit decem ducatorum quotannis, & is, in cuius vitam conceditur, ſit ſexagenarius ſperetùrque viuere poſſe vſque ad annos octoginta, pretium iuſtum eius vitalitij ſint, centum aurei, qui penſiones æquant decem annorum, atq; adeò dimidij latitudinis, quæ eſt à ſexaginta vſque ad octoginta. Et ſi is, in cuius vitam conceditur, ſit quadragenarius, & ſperetur viuere poſſe vſque ad annos octoginta, pretium iuſtum ſint ducenti aurei, & ita conſequenter.

Atque in partem affirmantem poſſumus ita argumentari. Quemadmodũ ſexagenarius peruenire poteſt ad octogeſimum annum, ſic poteſt mori primo anno; & ſicut poteſt peruenire ad ſeptuageſimũ quintũ annũ, ita poteſt mori ſexageſimo quinto anno, & ita conſequenter: ergo æqua eſt conditio, tam ementis, q̃ vendentis, medio illo pretio, ac proinde illud eſt iuſtum pretium vitalitij illius; & ita de reliquis, ſi pretium ſit æquale penſionibus dimidij illorum omnium annorum.

In partem verò negantem poſſum argumentari. Qm̃, ſi eo modo eſſet taxandum pretium iuſtum, ſequeretur aliquando tantum, aut plus, debere eſſe pretium iuſtum cenſus temporalis, qui cum vita alicuius ita ſit finiendus, vt neque capitale reſtituatur, quantum cenſus omnino perpetui: quod conſtat eſſe abſurdum. Sequela probat', qm̃ ſi, qui emit tale vitalitium, ſit viginti annorum, victuruſq; ſperetur vſque ad octoginta, pretium erit trecentorum ducatorum, atque adeo ad rationẽ triginta pro vno, quo pretio, quin & minori, iuſtè emitur cenſus perpetuus irredimibilis. Qđ ſi pater filio decennario emat idẽ vitalitiũ, p̃tium iuſtum erit trecentorũ quinquaginta ducatorũ, ad rationẽ triginta quinque pro vno: cũ tñ longè minori p̃tio ematur cenſus oĩno ppetuus.

Propter hoc ſ'm argumentum Medi. q. pen. citata, Couar. 3. var. reſol. cap. 9. nu. 7. & multi alij, reijciunt regulã illam, quæ certè omnino eſt reijcienda, ſi cenſus ſit realis: ſecus autem ſi ſit perſonalis, ẽt cum hypotheca, niſi ex capite lucri ceſſãtis ei, qui cenſum emit, aut ex aliquo alio, iuſtificetur iuxta ea, quæ duabus diſputationibus præcedentibus dicta ſunt. Quare regulariter non arbitror eſſe licitum, ſed potius vſurarium, vitalitium cenſus perſonalis, niſi iuxta eã regulam fiat, eaque de cauſa non eſſe permittendum; arbitrorque comprehenſum eſſe, in Bulla Pij V. vt in prima illius clauſula diſputatione ſequenti videbimus: tametſi non arbitrer Pium V. in ea bulla loquutum fuiſſe de vitalitio cenſus realis, quod non erat cur prohiberet, vt ſuo loco dicemus.

6 Quando autẽ vitalitium † eſt cenſus realis collocatus in aliquo prædio, aut in redditibus regijs, vel in alia ſimili re, tũc pretium iuſtũ illius taxãdum nõ eſt iuxta illam regulam, ſed prudentis arbitrio eſt conſtituendum, attenta ætate, complexione, & periculis vitæ eius, pro qua vitalitium emitur, deſcendendoque de pretio quo in eadem regione iuſtè emeretur cenſus realis perpetuus æqualis penſionis, quãtum par eſt, vt deſcẽdatur, nõ ſolum attentis illis circumſtantijs, ſed ẽt attẽto, q̃ vitalitium ita ſit finiendum, vt capitale omnino amittatur, ac maneat ementis illud: quare non ſolum de pretio cẽſus realis irredimibilis eſt deſcendendum, ſed ẽt de pretio redimibilis. Illud verò nõ probo, vitalitium pro æquali pretio emi, aut vendi, ſiue is, ad cuius vitã emitur, adoleſcens ſit, ſiue ſenex, & ſiue ſit valetudinarius, ſiue ſanus & robuſtus? q̃m eo minus valet, quò mors illius citius merito timeri poteſt. Standum autẽ erit, in iudicando pretio iuſto vitalitij realis, cõſuetudinis regionis quo ad p̃tium, quo cõ'ter emi, ac vendi cõſueuit non ſecus atque ſtate conſueuimus in iudicãdo pretio iuſto cæterarum rerum; modo tñ nõ conſtet cõiter emi pretio valde diminuto, aut valde exceſſiuo. Gutier. de pract. qq. lib. 2. in calce. q. 17 ait, pragmatica huius Caſtellæ Regni eſſe taxatũ, vt ad rõnem ſeptẽ pro vno vitalitiũ æſtimetur, ac vendatur. Illud admonuerim, in emptione vitalitij locum non habere pactum de retrouendendo, ſaltẽ æquali pretio, quo fuit venditum: q̃m quò plus eſt tranſactum de vita, ad quã fuit emptum, pluresque ſolutæ ſunt penſiones, eo minus valet: niſi ergo pactum eſſet, quòd proportione aliqua, prudentis arbitrio ſtatuenda, minueretur temporis progreſſu, quo cenſus eſſet redimendus, iniquus eſſet talis contractus.

Ex eo autem, quòd euenire poſſit, debitorem cenſus mortem ei deſiderare, ad cuius vitam eſt conceſſus, ſane non eſt, quòd improbetur contractus, non ſolum tanquam iniuſtus, vt eſt notiſſimum, ſed neque tanquam illicitus. Tale quippe vitium, non contractus, ſed contrahentium eſſet. Quemadmodum autem ex eo, quòd filij deſiderare poſſint mortem parentibus, vt eis ſuccedant in bonis, non improbatur lex, quæ ſtatuit, vt filij ſuccederent parentibus: ſic ex eo capite improbari non debet vitalitij contractus.

De conditionibus vt cenſus perpetuus cum pacto de retrouendendo ſit licitus. Bulla etiam Pij V. quo ad primam clauſulam exponitur.

DISPVTATIO CCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus perpetuus cum pacto de retrouendendo, vt ſit licitus, quæ conditiones requirantur.*

2 *Conditiones requiſitæ in contractu cenſus redimibilis in extrauagantibus Martini V. & Calixti III. reperiuntur.*

3 *Clauſula prima, ſeu conditio bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*

Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ, nu. 4.

5 *Hypotheca in cẽſu reali an hẽat locũ poſt bul. Pij V.*

6 *Cenſus ante bullã Pij V. creati quo iudicandi liciti.*

Cenſum

CEnſum perpetuum redimibilē,ſeu cū pacto de retrouendendo, licitum eſſe,ſi ſit realis, pretiumque ſit commenſuratum, diſputatione 385. eſt oſtenſum. Perſonalē verò illicitum ex natura rei eſſe,ac vſurarium,eo modo, quo celebrari conſueuit, atque ex quibus capitibus ex natura rei, ſecluſo iure humano, reddi poſſit licitus, di-
1 ſput.387. eſt dictum. Nunc † examinandæ ſunt conditiones,quæ ab aliquibus traduntur, vt cenſus cum pacto de retrouendendo ſit licitus. Et ſimul exponenda erit Bulla Pij V. vt intelligatur, in locis, vbi illa fuerit recepta, quæ conditiones ſint inſuper hodie neceſſariæ, vt is contractus licitus ſit,ac validus. Ex eius verò bullæ expoſitione res hæc tota de cenſibus dilucidior reddetur.

Miranda in ſua conciliorum ſumma,proximè poſt concilium Florentinum, prius cōpendio relatis extrauagantibus Martini V. & Calixti III. ex ſuo ſubiecit conditiones,ſine quibus, ait tolerandā nullo modo eſſe emptione cenſus cū pacto de retrouēdendo:affirmatq; omiſſionem quarūdam earum, reddere contractum ex natura rei vſurarium. In eadē ſententia eſt Nauar. in cōm. c.1.14.q.3. à nu.72.vſque ad 79. Vterque autem loquutus eſt ante bullam Pij V.colligeruntq; cōditiones illas ex extrauagantibus Martini V. & Calixti III. Tametſi Nauar.poſtea auxerit commentarios illos,ſubieceritque expoſitionem bullæ Pij V. Conditiones verò ſunt,quæ ſequuntur.

Prima,quòd cenſu collocetur in aliqua, aut in aliquibus rebus determinatis quæ ſolæ cenſus ſolutioni maneant obligatę,& non perſona,niſi ratione rei,neque alia bona perſonæ.

Secunda,quod cenſus iuſto,commenſuratove, pretio ematur.

Tertia,quòd pretium integrè ſoluatur tempore,quo contractus celebratur.

Quarta,ꝙ venditori cenſus facultas in contractu cōcedatur cēſum in totū,aut in partē, quādocunque voluerit,pro eodem pretio redimendi.

Quinta, quòd venditor non obligetur ad cenſum aliquando redimendum, ſed liber ſemper maneat ab obligatione illum redimendi.

Sexta,quod, pereunte re in qua cenſus eſt collocatus, cenſus pereat omnino emptori ita quòd venditori deinceps, nec cenſum ſoluere teneatur, nec reddere pretium.

Septima, quod res, in qua cenſus collocatur, tantum vt minimum reddat quantus eſt cenſus ſoluendus: eò quod, cenſum collocari in aliqua re, ſit emere ius recipiendi de fructibus illius in ipſomet, aut in aliquo illius quo ad valorem æquiualenti,tantum vel tantum,penſionis.

Parū autē refert, qđ Miranda conditiones has redegerit ad ſex: Nauar.verò diuiſerit in octo.

Hæ conditiones,præter vltimam,continentur quidem in extrauagantibus Martini V.& Calixti III. non tamen quaſi ab eis Summis Pōtificibus reprobentur cenſuales contractus, de quibus in eis extrauagantibus conſulti narrantur, & quos in eiſdem approbarunt propoſiti referuntur celebrati cum illius conditionibus: quo fit,vt ex illis extrauagantibus minimè colligatur, cenſuales contractus,qui eis caruerint conditionibus,illicitos eſſe,vt Nauar.vbi ſup.num.78.confitetur,dictumque à nobis eſt diſputationib. precedentib. Quare examinandū reſtat,an ex natura rei omiſſio earum reddat contractum illicitum, vel non.

Quia verò poſteà Pius V. in bulla de creādis cēſibus, ad iniuſtitias, vſurarūque palliationes tollēdas,atque ad conſulendū animarū ſaluti,irritos reddidit contractus cenſuum redimibilium, qui ſine illis,ac alijs, conditionibus poſt eam bullam celebrarentur,pœnaſq; nō leues ſtatuit,nō ſeruantibus, ſimulq; contractus ſine eis conditionibus ante eā bullā celebratos ſuis naturis reliquit,illos non damnans;idcirco,exponendo cōditiones eius bullæ,examinabimus, quæ earum reddant ex natura rei contractum illicitū, vt ſimul notū fiat,ex cōtractib. ante eā bullā ſine eis cōditionibus celebratis,itéque ex ijs,qui poſt eā bullā, vbi illa non eſt recepta,celebrantur,qui iuſti ſint,& qui iniuſti.

CLAVSVLA PRIMA. Bullæ Pij V.

PRima clauſula ſeu conditio bullæ Pij V. ſic habet. *Hac noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum ſeu annuum reditum creari,conſtituive nullo modo poſſe,niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur,de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.*

3 Per hanc † aūt clauſulam coadiuuantibus,quæ in eadē bulla ſequuntur, excludit cenſum perſonalē,& approbat ſolū realem. Et quamuis inſtitutū huius bullę potiſſimum ſit loqui de cenſu cū pacto de retrouendendo, vt videbimus, atque ex bulla ipſa 1 quę, de quo etiam ſolo ſermo eſt in extrauagantibus Martini V.& Calixti III.quiq; magis, quam cæteri, effigiem vſuræ habet; eò ꝙ quādo redimitur, integrū capitale ſeu pretium, quo fuit emptus, reſtituatur, emptorque cenſus ob pretium,quo venditor medio illo tempore potitus eſt, lucrum penſionum receptarum conſequatur nihilominus cenſendum eſt,omnem omnino perſonalē cenſum per hāc clauſulam eſſe excluſum, ſiue irredimibilis ſit, ſiue ad certum annorum numerum:eò ꝙ omnes ex natura rei illiciti, atq; vſurarij ſint, vt diſputationibus præcedētibus eſt oſtenſum;raroque ex circūſtantijs adiūctis iuſtificentur; aptique ſint ad conſcientias grauandas,variaque mala inducenda; atque clauſula ipſa,vt ſonat,omnes compræhendat.

Quare etiā vitalitium, quando cenſus eſt perſonalis, arbitror eſſe cōpræhēſum: niſi in eo pretium ita conſtitueretur, vt æquaret medietatem penſionū omniū, quæ pcipi ſperant, ita vt æquales ſpes lucrandi eſſent ex parte ementis, & vendētis, iuxta ea, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt:quo pacto celebrato eo contractu,nullum eſſet periculum vſuræ,aut iniuſtitiæ. Cæterum nō ita conſueuit celebrari, atque adeò prohibitus eſt cenſendus eo modo,quo celebrari,conſueuit.

Quatenus autem in ea clauſula dictum eſt,*aut quæ pro immobili habeatur*; expreſsè approbauit Pius V. realē cenſum,qui in iuribus,& reditibus annuis,aut menſtruis collocat,vt in iure gabellarum,

rum,& in alijs reditibus perpetuis in aliqua ciuitate,oppido,ſylua,piſcatione,macello,aut alia ſimili re,ſitis,& in quibuſcunq; alijs: pro rebus.n. immobilibus habentur,& cum eis computantur, vt conſtat ex clementina, exiui de paradiſo. §. cumq; annui reditus,de verb. ſignific. & ex alijs iuribus,affirmetque cōis doctorum ſententia.

Vtrum aūt cenſus vnus collocari poſſit in alio reali maiori cenſu. Rñdendum eſt cum Nauarr. vbi ſupra nu.87. non ſolum in maiori, ſed etiam in æquali,poſſe conſtitui. Admonuerim tñ, cenſum,in quo alius pōt collocari,debere eſſe irredimibilem: alioquin,cenſu redempto, periret cenſus in eo collocatus, aut tranſiret in perſonalem, ſi venditor ſecundi cenſus teneretur adhuc illum ſoluere:quod tñ Pius V.hac clauſula,& ſequentibus,prohibet. Poſtquā verò cenſus vnus collocatus eſſet in alio reali irredimibili, vendi primus non poſſet ſine onere alterius cenſus ſimiliter realis in eo collocati:quare nec redimi poſſet,& aboleri a prędio,in quo eſſet collocatus: quia ſemper retinere dēt onus alterius cēſus,interim dū res, in qua primus cēſus fuit collocatus,ſalua perſtiterit.

Quia verò cenſus, de quo in hac bulla eſt ſermo,perpetuus eſt,tametſi redimibilis, inde meritò effectum eſt,vt a numero rerū,in quibus collocari poſſit, excluſæ ſint res oēs mobiles: eo quòd perpetuæ non ſint. Et quāuis aliquæ longiſſimæ ſint durationis,maximiq; valoris,& quaſi perpetuæ,vt gēmæ:quia tñ reditus non habent,ac proinde dñium earum non continet, ius percipiendi ex illis annuum reditum,cuius quaſi q̄dā pars eſſe deberet cenſus realis,q in eis collocaretur: inde ēt effectum eſt,vt hę quoq; res mobiles,quātumuis pretioſæ, & diuturnæ a numero rerū, in quibus cenſus perpetuus collocaretur,ſint excluſæ.

Quatenus verò in eadē clauſula additur: *de ſui natura fructifera:* excluſit cenſus,qui in re quidē immobili collocarentur,ſed quę ex ſui natura eſſet infructifera, hoc eſt, quæ,etiā culta,vel nullos fructus ferret,vel tam modicos,vt ꝓ rōne cenſus, qui in ea collocaretur,penſionisve ſoluēdæ,ſufficientes non eſſent ad cenſum ex ea ſoluendū, deductis laboribus,& expenſis in fructibus colligēdis. Eiuſmodi quippe cenſus ſimul crearentur cū hypotheca aliorū bonorum,atq; obligatione perſonali,eſſentq; proinde mixti ex reali & pſonali: qđ iure optimo Summus Pōtifex excludit. Atque hic ſane eſt legitimus ſenſus horum verborū, vt rectè Nauar.in com.c.1.14.q.3.nu.79.& 85.ait. Neque.n.q̄ſquā emeret cenſum merè realem in re,quæ,culta, non tm̄ redderet quanta eſſet penſio: qm̄ ceſſione eius rei, liber maneret debitor cenſus a ſolutione cenſus: atq; id ſupponit Summus Pontifex. Ne ergo cenſus perſonales admiſcerentur, quos oīno excludere intendit tamquā vſurarios,& iniquos,appoſuit verba illa, quæ ſane eum habent ſenſum,quem tradidimus.

Nō definit,q arbitraretur, eis verbis Pium V. intendiſſe excludere cenſum eius penſionis,cuius non eſſet ferax res, in qua cenſus collocaretur, vt cenſum tot menſurarum vini in oliueto, tot modiorū tritici in vinea. Cæterū cum ea verba non ſignificent, rē debere eſſe fructiferā eorundē fructuū in ſpecie,qui ſoluendi ſint,ſed ſolum debere in genere eſſe ex ſua natura fructiferam;& cenſus realis in fructibus alterius ſpeciei ab eis, quo res, in qua collocatur,immediatè fert,licitus ex natura rei ſit, & approbatus extrauagantibus Martini V. & Calixti III. vt diſput.385. oſtendimus: dicendum proculdubio eſt, eiuſmodi cēſus ea extrauaganti non excludi. Accedit,conſtitutionem a iure cōi,& a naturis rerum, exorbitantē, extendendam non eſſe, ſed coarctandā potius, quantū ſenſus ipſius id patitur; explanatumq; eſſe longè alium fuiſſe intētum Pij V.illis verbis. Illud ob-
5 ſerua, quāuis † Luſitanæ Ordinationes lib.4.tit. Ius Luſitanū.
65.§.vlt.prohibeant dari.domos,aut ſolum earū, in emphyteuſim ſub penſione tritici, vini, olei, aut alterius fructus, ſolumq; permittāt penſionē pecuniariam,aut ſimul etiam aliquarum auium, irritumq; reddant contractum emphyteuſis aliter circa domos,aut illarum ſolum, celebratum, non proinde cenſeri prohibere collocationem cēſus, panis, vini, aut alterius ſimilis rei, in domibus,aut in earum ſolis. Quoniam diſpoſitio illa exorbitans eſt a iure cōi,neque extendenda eſt ad alium caſum:ordinationes verò ibi,ſolum loquūtur de contractu emphyteutico,non verò de cenſuali. Memineris hoc loco,diſput.385.dictum eſſe, in hoc Caſtellæ Regno non admitti contractum cenſualem cum pacto de retrouendendo, niſi qui pecuniarius ſit, hoc eſt, cuius penſio in nulla alia re ſolui poſſit,niſi in pecunia. Ius Caſtellæ.

Vltima illa clauſulæ pars; *& quæ nominatim certis finibus deſignata ſit:* fuit addita ad excludēdum cenſus, qui ſup oīa bona, tā pſentia, quā futura,eius,qui vendit cenſum,collocant. Tunc.n. bona ſolum videntur ſubire rōnem hypothecæ, cenſuſque vr̄ eſſe perſonalis, atque cenſus periculum reijcitur in venditorem. Ne ergo locus eſſet eiuſmodi cenſibus,periculumq; illius ad emptorem ſpectaret,ſi pars bonorum,in qua ſola cenſus collocaretur, periret (vt inferius in quadam alia clauſula ſubijcitur) voluit Pius V. vt non aliter cenſus collocari poſſet, q̄ in re certa, & determinata a cuius periculo penderet etiam emptori periculum cenſus. Hoc loco obſerua,neq; poſſe cōſtitui cenſum ſuper aliqua re deſignata,addendo, & ſuper cæteris rebus vendentis cenſum, etiam futuris:qm̄ ſimiliter eſſet reijcere periculum cenſus in venditorem,vt Nauar. in com. citato, nu. 129.& 130.ait. Inde verò cenſus conſtitutus ante eam bullam non redderetur inualidus, vt Nauar.nu.130. citato ſubiungit. Ratio eſt, qm̄ cum verè eſſet realis ſuper re illa particulari collocatus,additio collocationis ſuper cæteras res, non eſſet aliud, q̄ admixtio contractus aſſecurationis cēſus realis in re illa cōſtituti, q licitus eſt ſecluſa bulla Pij V.vt ſupra dictū eſt: modo tñ pretium ſit æquale,& cōmenſuratum,attenta ea aſſecuratione. Cum āt audis,certā,& determinatam rem, intellige, vnā, vel plures,vt bene Nauar.in cō.c. 1.14.q.3.nu.113.ait. Intentum quippe Summi Pontificis non fuit prohibere,cenſum vnum collocari ſuper plures res immobiles certas,& determinatas,

minatas, quæ ſolæ eſſent obligatæ ſolutioni cenſus,& a quibus ſolis cenſus penderet, ſed ſolum
5 id quod expoſitum eſt. Vtrū † aūt poſt hanc Bullam Pij V. locum habeat hypotheca in cenſu reali. Gutier. 2. de prac. qq. q. 177. affirmanter reſpōdet. Quod intellige, ad effectum, vt euicta re, in qua collocatus eſt cenſus, dn̄s cenſus agat ad intereſſe aduerſus venditorem cenſus, ſecuriuſque id obtineat: ad penſiones verò obtinendas, interim dum res cenſui ſubiecta ſalua perſeuerat, licèt illicitum non ſit exigere aliam hypothecam ſuperfluum tamen eſt, & nullius emolumenti, cum ſufficiat res ipſa in qua cenſus eſt collocatus.

6 Quod † attinet ad cenſus ante bullā Pij V. ſine cōditionibus huius primæ clauſulæ creatos; cum ea ſolum reprobentur cenſus perſonales, ſiue cum hypotheca, ſiue ſine illa, ſint celebrati, & ſiue merè perſonales ſint, ſiue admixti cum realibus collocatis in rebus, quarum reditus ad ſolutionem cenſus non ſufficiant; iudicandum de illis eſt, liceitne, an illiciti ſint, ex ijs, quæ à diſput. 386. de cenſibus perſonalibus dicta ſunt.

Exponuntur quinque clauſulę in eadem bulla ſequentes.

DISPVTATIO CCCXC.

SECVNDA CLAVSVLA. Bullæ Pij V.

Secunda clauſula, ſeu conditio ſic hēt. *Rurſum, non niſi verè in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autē prius, recepto integro iuſto pretio.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſecunda, ſeu conditio bullæ Pij V. quid operetur, cum eius declarationibus.*
2 *Cenſualis contractus quomodo nullus iudicatur ex clauſula ſecunda bullæ Pij V.*
3 *Cenſus ante bullā Pij V. aut vbi recepta nō eſt, quo modo validi iudicandi. & nu. 5. 7 9. & 11.*
4 *Clauſula tertia bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
Item clauſula quarta, quinta, & ſexta, cum earum effectibus, & declarationibus. nu 6. 8. 10.
Et quid circa clauſulā ſextā de iure Caſtellæ. n. 12.

1 Clauſula † hæc appoſita eſt ad tollendas iniuſtitias quę ſæpe fiunt in contractibus cēſualibus, dum ementes cenſus, quando conſpiciun t vendentes neceſſitate pecuniæ preſſos, eos cogunt, interdum ſumere partem pretij in pecunia, & partem in mercibus, quibus non indigent, & quas immoderato pretio eis vendunt: interdu m verò ſumere in præſenti quandam pretij partem, poſtea verò eis ſoluunt reliquū per partes temporis decurſu. Quæ ſane duo iniquiſſima ſunt, cum reſtituendi onere: in primo quidē euentu, dāna omnia, quæ vēditoribus cenſus ex eo ſequuntur, qđ maiorem cenſum ea via illos vendere cogant, quā alioquin pecunia numerata eſſent venditu ri, & quod maiori illo, atq; immoderato pretio cogant eoſdem merces illas emere, quas vili reuendant: in ſecundo verò cum reſtituēdi onere id penſionis, quod accipiunt, pro parte pecunię nondum traditæ: neq; enim vlla patitur æquitas, vt ex cenſu vlla penſio accipiatur, niſi a tempore, quo pretium fuerit pro illa parte cenſus ſolutum: neq; venditor cenſus illā deberi, ac ſolui conſentit, niſi inuoluntariè mixtè eo modo, quo vſuræ ſoluuntur; eò ꝙ non aliter is, qui cenſum ita vendit pecuniam, qua indiget, inueniat niſi vendito cenſu pretio partim credito, vt inter alios rectè Nauar. in comm. c. 1. 14. q. 3. nu 78. ait. Appoſita etiā vr̄ eadem clauſula in reipublicæ bonum, ne propter debita antiqua cogerentur debitores ſumere illa ad cenſum a creditoribus, illiſque ſoluere annuos redditus interim dum non ſoluitur, atque ad ſimilia alia dāna vitanda, quæ nimiū grauare ſolent bona aliorū oneribus cenſuum, atque in paupertatem illos redigere. Quia ergo clauſula hæc appoſita eſt tanq̃ ſolemnitas, ac forma requiſita, ita vt ſi non ſeruetur, contractus ſit ipſo iure nullus, nihil impediēte, qđ alioquin iuſtè ex natura fiat, vt ex ijs l. quet, quæ Summus Pōtifex poſt has oēs clauſulas, ac conditiones in eadem bulla ſubiungit, ſanè vbi hæc bulla, etiam quo ad hanc clauſulā, fuerit vſu recepta, nullus erit contractus tā in exteriori quam in conſcientiæ foro, ſi ſolemnitas in ea præſcripta omiſſa fuerit, vt quo ad clauſulam hanc in particulari inter alios affirmat Laſſarte de decim. vend. c. 10. nu. 49.

2 Ex hac † clauſula conſtat, vbi hęc bulla vſu quo ad eam clauſulam fuerit recepta, illicitum, nullumq; eſſe contractum cenſualē, quo qs emat annuū cenſum realē a ſuo debitore cum pacto de retrouendendo pro pecunia, quā iam ei debet, atque eſt in mora ſoluendi eſto pretium alioquin ſit iuſtum. Hunc tn̄ cenſum ex natura rei, ſecluſo poſitiuo iure, non arbitror eſſe damnandum. Conſtat deinde illicitū, nullumq; eſſe contractū, quo quis rem iuſtè æſtimatā mille, v. g quadringentis aureis, tradat alicui pro cenſu reali cum pacto de retrouendendo centū aureorū quotannis ad rōnem quatuordecim pro vno: aut quo prędiū iuſtè vendat mille quadringentis aureis, acceptoq; pretio ſexcentorum aureorū, reliqua parte emat ab emptore eiuſdem prędij cenſum in eo, aut ad alio p̄dio, quinquaginta aureorū quotannis ad rōnem ſimiliter quatuordecim pro vno, cū pacto de retrouendendo: eo ꝙ emptor prędij nō habeat integrum pretium, quod ſtatim ſoluat. Hic tn̄ cōtractus non eſt etiā cur dānetur ex natura rei ſecluſo poſitiuo iure. Conſtat item nullū eſſe cōtractum, niſi in p̄ſentia tabellionis, & teſtium pretium integrum verè in pecunia numeratum tradatur ipſi venditori cenſus in actu celebrationis, ſeu confectionis inſtrumenti contractus, & non prius, vt continent verba clauſulæ, quam explanamus.

Tutum autem erit, vt pecunia corā tabellione, & teſtibus numeretur, & tradatur: quamuis ſi vere numerata antea ſit, atque integra in præſentia tabel-

tabellionis, & teſtiũ tradatur, non auderem condẽnare cõtractum, non ſolum in conſcientiæ, ſed ẽt in exteriori foro. Qñ aũt ſolũ pars pretij oſtẽderetur, ac traderetur corã tabellione, & teſtibus cõfitente venditore cenſus, ſe integrũ pretium recipere, retinenteque emptore partẽ aliam, q̃ venditor cenſus ei debebat, id non ſufficeret, vt ait Nauar. in comment. citato nu. 88. Si verò integrum pretium traderet, attamen conuentione facta cum venditore cenſus, vt continuò ex illo ſolueret partem, quam illi debebat, certè non auderẽ id damnare; qm̃ verè emptor cẽſus ſolueret in pecunia numerata integrum valorem cenſus coram tabellione, & teſtibus: ꝙ autem ea intẽtione, & pacto ſoluat, vt inde, quod verè debet, eidem emptori cenſu ſoluatur, vt venditor reuerà tenetur, certè nihil mali, aut fraudis continet.

Illud admonuerim, quamuis ſolemnitas huius clauſulę ex zelo ſancto ſtatuta, ac ſanctiſſimo Põtifici Pio V. fuerit ſuggeſta, fortaſſe expedire, vt aboleretur. Pauciſſimi enim ſunt, q̃ illam ſeruẽt, etiã vbi bulla illa in multis alijs recipitur, ac ſeruatur: partim quia ea ſolemnitas à contrahentib. neceſſaria eſſe ignoratur vt validus ſit cõtractus; partim verò, q̃a moleſtiſſimum illis eſt, neque ſine ſumptib. fieri poteſt, vt pecunia ſex, aut octo, mille aureorũ, corã tabellione, & teſtibus numeretur, aut etiam illis tota in ipſa confectione inſtrumenti tradatur. Neque ea omnia ſtatuenda ſunt, quæ, in ſe ſpectata, ad aliquem bonum finẽ iudicantur expedire quando, ſpectata fragilitate humana, difficilè, & a paucis implebuntur, occaſioque eſſe poſſunt illaqueandi cõſcientias, & dubitandi, an cõtractus, alioq̃n iuſti in ſe, irriti ſint, & nulli, cum onere reſtituendi, aut cõputandi in pretiũ penſiones acceptas. Præſertim cum experientia ſit cõpertum occaſione ſolemnitatũ eius bullæ; plurimas ortas eſſe lites, tam in ſeculari, q̃ in Eccleſiaſtico foro, circa multos cenſus bona fide poſt eam bullã celebratos, atq; in ſe iuſtos, vnde ſequitur, plurimos, ob ignorantiã tot ſolemnitatũ, detrimentũ non modicũ in ſuis bonis pati.

Illud poſtremò admonuerim; Naua. in cõmẽ. citato n. 88. & dilucidius nu. 121. aſſeuerare, emptorẽ cenſus iuſto pretio, tutũ eſſe in conſcientia, ẽt ſi neque corã tabellione, aut teſtibus illud ſoluerit, neque in pecunia numerata, ſed in mercibus, quæ id valebant, aut in recompenſationem antiqui debiti. Quod ſanè mihi videtur durum: quia non videtur id ſonare bulla ipſa, quæ irritũ reddit, ac nullũ contractũ, neque videtur fundari in præſumptione, vt Nauar. n. 88. citato velle videtur. Niſi dicas, ea omnia ſtatuta eſſe in pęnam, atque adeò locũ nõ habere ante latã ſententiam. Aut omiſſionẽ eã eſſe leuem, ac proinde, eſto ad formã datam pertineat, non vitiare actum, iuxta ea, quæ cum Aluar. Valaſ. Bar. & alijs, diſputatione 218. dicta ſunt. Attamen reuera non videtur hæc appellanda, neque in foro exteriori vitiaret contractum: cuius contrarium Nauar. affirmat.

3 Quod † attinet ad cẽſuales contractus ante eã bullã celebratos, aut poſt illam, vbi non eſt recepta, aut vbi quo ad eã ſolẽnitatem nõ eſt recepta, cõſtat validos eſſe, ſi non aliũ defectum patiãtur, quã omiſſionis earũ ſolemnitatum. Quando aũt pretium non eſſet iuſtum, quia non attingeret limites infimi pretij iuſti, arbitror in re propoſita teneri emptorem ad moderandum cenſum, ita vt minor pẽſio deinceps ſoluatur, hoc eſt, quę ęqualis iudicetur pro quantitate pretij dati pro cenſu; & ſimul teneri emptorem reſtituere incrementũ maius penſionum, qđ vſq; ad id tempus accepit. Neq; eſt eadẽ ratio hac in parte in cenſu empto cum pacto de retrouendendo, quæ eſt in prædijs ſimiliter emptis, vt non eodem modo reſtitutio fiat exceſſus pretij, iuxta ea, quæ in calce diſputationis 375. dicta ſunt. Etenim ſi prędium, & cenſus in eo collocatus, pereant, in nullo releuatur venditor quo ad partem illam maiori penſionis q̃ illucuſq; ſoluit. Pręterea fructus omnes prędij, præter ius ad partẽ, quod emptor iuſtè emerit, ad venditorẽ ſolũ, qui eſt prædij dominus, toto tempore pręterito ſpectabant: longè aũt aliter res habet in prędio empto cũ pacto de retrouendendo.

TERTIA CLAVSVLA.

Tertia ſic habet. *Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactam deduci, prohibemus.*

4 Vt hæc † clauſula intelligatur obſeruandũ eſt: Quamuis aliud ſit de rebus alijs, quæ cum pacto de retrouendẽdo emuntur, quo ad fructus earũ à tempore emptionis vſque ad tempus redemptionis, vt diſp. 374. explanatũ eſt; in contractu tamẽ cenſuali, niſi aliud peculiare deductum ſit in pactũ, hanc regulam generalem eſſe ſeruandã. Si pẽſio annua verbi gratia, conſtituta ſit tot modiorũ tritici, tot menſurarum vini, aut olei, tantæ quãtitatis pecuniæ, aut cuiuſuis alterius rei, ſoluendæ talis die penſionem deberi ſolum pro rata tẽporis anni elapſi. Vt, ſi cenſus ſit duodecim modiorum tritici ſoluẽdorum in fine Auguſti, emptuſq; fuit cenſus, ac ſolutum pretiũ illius, quatuor menſib. ante finẽ Auguſti adueniente primo fine Auguſti, debẽtur ſolũ quatuor modij, ſi aũt fuit emptꝰ duob. menſib. ante finem Auguſti, debebũtur duo modij, & ita in eadẽ ꝓportione tp̃is elapſi, modij debebunt. Qđ ſi cõtractus celebratus ſit cũ pacto de retrouẽdẽdo, ac redimatur mẽſe vno poſt finẽ Auguſti, debebitur ſolũ vnus modius, ſi duobus menſibus poſt finẽ Auguſti, debebuntur duo modij, & ita conſequenter pro rata tẽporis elapſi. Ita affirmant Couar. 1. var. reſ. c. 15. nu. 10. & 11. & multi alijs, quos citat. Ratio eſt, quoniam, cũ annua pẽſio empta ſit ſoluenda erit pro rata tẽporis anni, in quo cenſus durat: præſertim cũ non maiori tempore vẽditor cenſus potitus fuerit p̃tio. Legalia, quibus Couar. eo. in loco idem confirmat.

Hoc ità conſtituto, quãuis multi dubitauerint q̃d hac clauſula Pius V. intẽderit, varijq; varia aſſeruerint, nõ dubito, appoſitã fuiſſe ad ꝓhibẽdũ, ne aliq̃d amplius pẽſionis accipiatur, aut deducatur in pactũ, quã ſit id, qđ ex natura cõtractus debeatur, ſi abſolutè abſq; vllo alio pacto celebretur, at-

que

que adeò, quã ſit, id qđ ꝓ ratione tpris elapſi debetur: quicquid.n. penſionis ſoluendum inſuper deduceretur in pactũ, vtiq; id anticipata ſolutio penſionis, aut partis penſionis eſſet. Iuxta hęc ergo, anticipata ſolutio eſſet, non ſolum, ſi deducatur in pactum, vt in principio emptionis cenſus penſio vna integra ſoluatur, & deinceps annuæ penſiones integræ ſoluantur, ſed etiam, ſi cenſus ematur quatuor menſibus ante terminum ſolutioni præfixum, & deducatur in pactum, vt in primo termino integra penſio ſoluatur. Deniq; ſolutio anticipata erit, ſi quicquam ſoli ſtatuatur, antequã pro rata temporis elapſi ſit debitum: qm̃ propriè dicetur ſolutio anticipata ſi ad naturam ipſam contractus, & ad id, quod in eo ſeruari cõſueuit, ſpectes.

5 Contractus ante † hanc bullã celebrati aut vbi ea non eſt recepta, ex defectu huius conditionis iudicandi non ſunt iniuſti, & multo minus nulli, qñ pretium datum pro cenſu cum eo grauamine latitudinem iuſti non egreditur. Cum.n. inter pretium, & mercem inæqualitas non cernatur, ſane nõ eſt cur talis contractus ex natura rei iudicetur iniuſtus. Si aũt egrederetur latitudinem iuſti quo ad ſolũ grauamen additum, remittendũ eſſet grauamen, aut reſtituendum, ſi iam eſſet acceptum.

QVARTA CLAVSVLA.

QVarta habet. *Conuentiones directè, aut indirectè, obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus.*

6 Voluerunt † aliqui clauſulã hanc intelligendã eſſe de re, in qua cenſus eſt collocatus, quaſi Summus Põtifex ea annullare intendat pacta appoſita; ꝙ ſi res, in qua cenſus eſt collocatus, pereat teneatur nihilominus venditor ſoluere cenſum; nõ verò eſſe intelligendam de caſu fortuito circa fructus eius rei, quaſi intenderit annullare pacta, qđ ſi fructus aliquo anno caſu fortuito pereant, teneatur nihilominus ſoluere penſionem cenſus. Ducuntur, qm̃, inquiunt, ſicut ĩ emphyteuta, interim dũ res emphyteutica ſalua manet, ex natura contractus ſoluere tenetur penſionem, nihil impediẽtem, quod fructus illius caſu fortuito pereant: ita venditor cenſus ſoluere tenetur penſionem interim dum res, in qua eſt collocatus ſalua manet, eſto fructus illius caſu fortuito pereant.

Cõtrariũ tñ eſt proculdubio affirmãdũ. Tũ q̃a inferius ſubijcit Summus Põtifex peculiarẽ clau-
Deciſ. ſulã, qua annullat pacta, quib. debitor cenſus obligatur ad caſus fortuitos circa rem, in qua cenſus collocatur, ad ꝙ ſane nõ apponeret hanc etiã aliã peculiarem clauſulam. Tum etiã qm̃ falſum eſt de natura realis cenſus, quem ſolum Pius V. in hac bulla approbat, eſſe, pereuntib. fructib. caſu fortuito aliquo anno, teneri nihilominus cenſus debitorem ad pẽſionis ſolutionem. Cum.n. emptio cenſus merè realis, nõ aliud ſit, quam emptio iuris ad recipiendum partem fructuum, quos res cenſui ſubiecta quotannis reddiderit, idq;, vel in ipſiſmet fructibus; vel in aliquo æquiualenti; vtiq; pereunte re caſu fortuito, debitor cenſus ex natura contractus deinceps non tenetur ad ſolutionem cenſus: ita, pereuntibus fructib. caſu fortuito aliquo anno, non tenetur ex natura contractus ad ſolutionem penſionis eo anno, ſed ſatis erit, ſi emptori cenſus relinquat, ſi quos fructus eo anno res tulerit, deductis inde expenſis, & induſtria: eo qđ hæ non ſint fructus, ſed expenſæ domini prædij. Quare, ſi cenſus in domo aliqua ſit collocatus: eaq; ob peſtem, aut bellũ, habitari non poſſit aliquo anno, nulla penſio eo anno debitur ex tali cenſu. Duo hoc loco obſerua. Vnum eſt. In fructib. rei, in qua cenſus eſt collocatus, emptorem cẽſus ex natura cenſualis contractus eſſe pręferendum dño rei illius, ita qđ primum ꝙ ex fructib. eſt detrahendum, eſt penſio, & ſolum, ꝙ remanſerit, pertinet ad dñium rei, quæ eos fructus affert. Scdm eſt. Eo ipſo, ꝙ Pius V. circa fructuum defectum ſolum irritauit pactum, qñ fructus ob caſum fortuitum deficiunt, tacitè approbaſſe pacta, qñ ex alijs capitibus deficiunt, nempè ex negligentia debitoris cenſus, vel quia melius ipſi erat ceſſare vno anno a cultura agri, in quo cenſus eſt collocatus, vt alio vberiores fructus redderet, vel alia ſimili de cã. Immò vero eiuſmodi pacta ex natura contractus cẽſualis intelligunt̃, eſto ĩ eo nõ exprimãtur.

7 Quod † attinet ad cenſus ante hanc bullam creatos cum pactis in hac clauſula redditis nullis, aut poſt hanc bullam, vbi non eſt recepta, dicendum eſt. Si pretium datum non egrediatur limites iuſti comparatione cenſus cum eo onere, non eſſe cur ex natura rei damnetur, vt diſputatione 385. oſtenſum eſt, ac proinde licitos eſſe iudicandos. Si verò pretium datum limites iuſti ob defectum egrediatur, habita ratione eius oneris, tunc tenebitur emptor cenſus reſtituere, quod de pretio vſque ad latitudinem iuſti, ob id onus, deeſt.

QVINTA CLAVSVLA.

QVinta clauſula ita habet. *Quemadmodũ nec volumus valere pactũ auferens, aut reſtringens facultatẽ alienãdi rẽ cenſui ſuppoſitã. Quia volumus rẽ ipſam ſemper, & liberè, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quã in ultima uoluntate alienari. Vbi autẽ uendenda ſit, uolumus dominũ cẽſus alijs omnibus præferri, eiq; denũciari cõditiones; quibus uendenda ſit, & per menſem expectari.*

8 Clauſula † hæc appoſita fuit, qm̃, cum ex cenſuali cõtractu, nec vtile, nec directum dominium rei in qua cenſus collocatur, ad emptorem cenſus ſpectet, vt ex dictis præcedentibus diſputationibus liquido conſtat, ſed ſolum ius accipiendi de fructibus illius penſionem, ſane, ex natura contractus cenſualis, integrum debitori cenſus eſt, alienare quocumq; titulo, cuicumque, & quandocumq; voluerit, rem in qua cenſus eſt collocatus ſicut integrum cuicunq; alteri eſt, alienare ſuum prædium, cui libuerit, nihil impediente, qđ quidam alius ſeruitutis in eo habeat; quoniam

integrum

integrum tertio illi ſuum ius manet. Longe verò maiori cum rōne integrū eſt debitori cenſus alienare rem eandē, quin ex pretio ſoluere teneatur laudemium dño cenſus, vt ſoluere illum tenetur emphyteuta proprietario in recognitionem dñij directi, ſi ius ſuum emphyteuticum, quod in re proprietarij habēt, alteri vendat, vt ſuo loco inferius dicetur. Quia ergo ementes cenſus, cernētes venditores eorum neceſſitate pecuniæ preſſos, ſæpe, non ſolum extra id, quod natura cenſualis cōtractus habet, ſed etiam aliqñ iniuſtè, habita ratione pretij, eis iniungebant onus, non alienandi rem, in qua cenſus collocabatur, ſine ipſorū ementium facultate, & quod, ſi de ipſorum facultate eā alienarent, tenerētur ſoluere eis laudemium, hoc eſt, partem pretij aliquotam, puta quinquageſimam, trigeſimam, aut aliā ſimilē, eo modo, quo emphyteuta laudemium ſoluere tenetur, ad cēſualem contractum intra ſuos limites continēdum, atq; ad occurrendum conſcientiarum periculis, hac clauſula Pius V. irritum reddit omne pactū auferens, aut reſtringens, prætem, quocumq; titulo alienandi rem cenſui ſubiectam, aut obligationem imponens ſoluendi laudemiū ex pretio pro ea accepto. Tametſi, qñ res, ſecluſo cenſuali contractu, obnoxia erat, vt, ſi venderetur, ſolueretur ex pretio laudemium, id non prohibeat hoc loco Pius V. vt Naua. in comm. cit. o. nu. 93. notauit, atque ex ſe erat notiſsimum. Cæterum Pius V. in recompenſationem annullationis horum pactorum, & vt citius cenſus extinguerentur, vēditori cenſus iniunxit onus, quod, ſi rem cenſui ſubiectā vendere vellet, teneretur denunciare id dño cenſus, vt, ſi is pretio eodem, atque cum eiſdem conditionibus emere eā velit, præferatur cæteris emptoribus. Præterea venditori cenſus iniunxit, vt à die denunciationis, atque ſignificationis pretij, & conditionum, cum quibus rem vendebat, factę dño cenſus, teneretur expectare per menſem, an illam vellet. Quòd ſi debitor cenſus rē alteri vendat non admonito dño cenſus, arbitror non incidere in commiſſum, quaſi rem amittat dño cenſus; quemadmodum emphyteuta in commiſſum incidit, ſi rem emphyteuticam vendat, nō admonito proprietario. Ratio diſcriminis eſt, q̄m, neq; in bulla hac, neque alibi, apponitur ea pœna venditori cenſus, ſicut in iure appoſita eſt emphyteutæ: pœnæ autem extendendæ non ſunt extra caſum, in quo a iure ſunt impoſitæ. Vtrum autem, ſi debitor cenſus rem cenſui ſubiectā poſt hanc bullam vendat, ac tradat alicui, non requiſito prius dño cenſus, venditō valida ſit, diſp. 371. diſcuſſum hoc fuit, dictumq; eſt, grauamen, vt debitor cēſus admonere, præferreq; teneatur dominum cenſus cæteris emptoribus, illumq; expectare per menſem a puncto admonitionis eſſe maximum, neq; teneri principes ſeculares illud admittere in ſuis Regnis, eo quod natura contractus cenſualis, qui merè ſecularis eſt, id non efflagitet, neque illo periculis animarum obuietur. Nauar. in comm. c. 1. 14. q. 3. nu. 92. ait, iuſtè potuiſſe omitti, introducereque illud, eſſe efficere, de contractu cenſuali, contractum emphyteuticum.

Non defuit, q affirmaret, nihil impedīete hac quinta clauſula, licitū eſſe apponere pactū, quod res vendi non poſsit alicui potentiori. Ducitur, qñ emphyteuta vendere nō pōt ius ſuum emphyteuticum alicui potentiori, vel ex priuilegijs, vt ſunt monaſteria, & eccleſiaſtici, vel ex alijs capitibus vt ſunt potentiores ſeculares, à quibus difficilius recuperabitur pēſio, vt ſuo loco dicetur. Contrarium tñ arbitror eſſe dicendum. Qm ius cēſuale, neque ex natura rei, neque ex diſpōne iuris humani, hēt, q res cenſui ſuppoſita non poſsit vēdi, aut quouis alio titulo tranſire in potentiorem ſine conſenſu dñi cenſus: ſicut neque quodcunque aliud ius in re, vt ſeruitutis, aut quoduis aliud, habet, quod res, in qua eſt collocatum, tranſire non poſsit in potentiorem ſine conſenſu habentis id ius. Quòd ſi proprietarius ex diſpōne iuris humani comparatione rei, in qua alius habet ius emphyteuticum, id habet, ſane idcirco eſt, qm̄ proprietas eſt præcipuum, quod eſt in ea re: ſi autem ius emphyteuticum in potentiorem tranſiret, periclitaretur, non ſola penſio, ſed etiam proprietas, quę longe præſtantior eſt. Porrò, ſi cenſuale ius, neq. ex ipſa rei natura, neque ex iuris diſpoſitione, habet, q res cenſui ſuppoſita tranſire non poſsit in potentiorem ſine conſenſu dñi cenſus, certè negari non poteſt, tale pactum appoſitum reſtringere facultatem alienandi eam rem, ac proinde prohibitum eſſe hac quinta clauſula.

9 Quod ad cenſus † attinet creatos ante hāc bullā, aut vbi illa non eſt recepta, cū pactis hac clauſula irritis, Ioan. Med. q. vlt. de vſur. merito affirmat, improbandos non eſſe, mō pretium ſit commenſuratum cenſui cum eiuſmodi grauaminib. Rectè verò obſeruat eo plus valere cenſum, quò vel ex poſſeſsionibus, in quibus collocatur, vel ex grauaminibus appoſitis, tutior redditur. Item in ſpem recipiēdi laudemium, eo maiori pretio eſſe dignam, quò maius laudemium, & pluries, ſperatur recipiendum, iuxta maiorem valorem rei, & maiorem aptitudinem, ac veriſimilitudinem, vt pluries vendatur. Atque ad hæc oīa, & ad alias ſimiles circumſtantias eſt attendendum, ac iudicādum, an contractus ex parte pretij iuſtus ſit, vel iniuſtus, atque adeo adiudicandū, an emptor cenſus reſtituere teneatur, quod de pretio defuerit vſque ad limites iuſti, vel remittere grauamina. *Sotus* 6. de iuſt. q. 5. art. 2. ad ſcdm, in re non vr̄ diſſentire à Io. Med. ait tamen grauamina hæc vide riniqua: intellige, niſi pretio iuſto compēſentur, vt frequenter compenſari non ſolent.

SEXTA CLAVSVLA.

Sexta hēc. *Pacta cōtinētia, moroſū cēſus debitorē teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cābiū, ſeu certas expēſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas, medio iuro creditoris liquidandas aut rē cenſui ſubiectā, ſiue aliquā eius partē, amittere, aut aliud ius ex eodē contractu, ſiue aliū de acquiſitū, perdere, aut in aliquā pœnā cadere, ex toto irrita ſint, & nulla. Immò & cenſū augeri, et nouū creari ſuper eadē, vel alia re, in fauorē eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro cenſibus tēporis, vel pręteriti, vel futuri, oīno prohibemus.*

Nam quemadmodũ, ſi emphyteuta per duos, aut tres annos non ſoluat penſione, incidit in cõmiſſum, amittitq; rem emphyteuticã proprietario, vt ſuo loco dicetur, ſi debitor cenſus, ſi penſiones non ſoluat, in cõmiſſum incidit: & nihilominus extra id, quod natura cenſualis cõtractus poſtulat, emptores cenſuum grauamen incidẽdi in commiſſum, ſi penſiones non ſoluerent, & quędã alia imponebant emptoribus cenſuum, idq; ſæpe
10 iniuſtè. Hac † ergo clauſula Pius V, irrita reddit pacta, quibus ob non ſolutam penſionẽ, vẽditor cenſus obligabatur ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium pro illa penſione non ſoluta, vel ad certas expenſas, aut ad certa ſalaria pro recuperãda penſione, vel ad ſalaria, aut expenſas, quas creditor in ea recuperanda feciſſe iurauerit, vel ad amiſſionem rei, in qua cenſus collocatur, aut partis illius, vel ad amiſſionẽ alicuius iuris vñcumq; acquiſiti, vel deniq; ad quãcumq; aliam pęnam.

Circa hæc obſerua, Summum Pontificem nõ prohibere exigere expenſas rationabiles, ac moderatas, quas dñs cenſus ob moram debitoris fecerit in exigenda, & recuperanda penſione. Atque, vt ſummatim dicam, non prohibere exigere ab illo quid, ſecluſo quocunque pacto, licitè exigere poterat; ſed ſolum vetare exigere quippiam aliud virtute pacti contractui cenſuali additi.

Circa intereſſe lucri ceſſantis obſerua, nõ prohibere intereſſe lucri ceſſantis intrinſecum ex nõ ſoluta penſione, vt ſi penſio ſoluenda erat in tritico tpe, quo mẽſura valebat duos aureos, & dñs cenſus venditurus illã erat ſtatim, aut ſi illa excuſare debebat emptionẽ alterius illo eodẽ pretio, poſteaq; ſoluatur penſio tpe, quo ſolũ valet dimidium aurei, non prohibet exigere lucrũ illud ceſſans: qm̃ illud ex natura rei debetur ſecluſo quocunque alio pacto addito cenſuali cõtractui. Solum ergo prohibet accipere lucrũ ceſſans extrinſecum rei ſoluendæ, vt ſi dñs cenſus mercator erat, & quod penſio tpe debito non fuerit ſoluta, lucrũ ei ceſſauit ex mercatura: tale quippe lucrũ extrinſecum dr̃ rei illi, vt diſput. 368. concl. 3. & 5. explanatum eſt, Itaque cum cenſualis contractus pars ſubiecta emptioni, & venditioni ſit: ſolutio verò penſionis ſit quaſi partialis quædã traditio mercis emptæ, atque ex eo, ꝙ venditor in mora ſoluendi mercẽ ſit, ſolũ teneat̃ ad intereſſe intrinſecũ merci, & non ad extrinſecũ, diſponente id ita iure ciuili. l, ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actionib. emp. & alijs iuribus, quæ diſputatione citata retulimus; conſequens profectò eſt, vt ex natura cenſualis contractus, non debeat̃ lucrum ceſſans extrinſecum, atque adeò, vt debeatur, neceſſe eſſe adhiberi peculiare aliud pactum; quod Pius V, hoc loco nullum reddit.

In ſecunda parte eiuſdem clauſulæ Sũmus Põtifex prohibet cenſum creari ſup eandẽ rem, aut ſuper quamcumq; aliam, tam in fauorem dñi cenſu, quam cuiuſcumq; alterius, ex penſionibus nõ ſolutis in p̃teritũ, aut ẽt ex ſoluendis in futurum. Ne videlicet, per cenſuum incrementa ex penſionibus cenſualibus, in paupertatem redigãtur cenſuum debitores, bonaq; ſua amittãt, ſicut ex vſurarum vſuris, atq; ex recambijs, conſueuerũt redigi in paupertatem, Hæc tamen pars clauſulæ in ſecunda clauſula ſupra propoſita continetur: neque. n. emptio talis cenſus eſſet in pecunia numerata coram teſtibus & tabellione ſoluta.

11 Quod † attinet ad cõtractus cẽſuales ante hãc bullã celebratos, aut poſt illã, vbi nõ eſt recepta, dicendũ eſt, Nõ eſſe cur dãnetur, apponi in eis pacta, quæ conuentionales pęnas cõtineãt, ſi penſiones tpe conſtituto non ſoluant̃: mõ tñ pęnæ moderatæ, pro qualitate culpæ, ſint, nec exigantur, ſi nulla culpa interueniat: & modo reliqua ſeruentur, q̃ diſp. 317. iuncta diſp. 97. dicta ſunt debere ſeruari, vt pęna conuentionalis licitè, ac iuſtè exigi poſſit. Neque. n. vlla eſt ratio, cur potius hęc pacta ex natura rei apponi non poſſint moroſo debitori penſionis cenſus, q̃ cuicunq; alteri debitori ex quouis alio contractu: conſentiuntque Cõrad. de contract. q. 85. Ioã. Med. de vſur. q. vlt. de cenſib. Sotus 6. de iuſt. q. 5. art. 2. ad 2. Nauarr. in commen. c. 1. 14 q. 3. nu. 110. & doctores cõiter, Meritò tñ à Pio V. prohibita eiuſmodi pacta in hoc cõtractu ſunt pp exceſſiuas pœnas, q̃ à multis in eo imponebantur, & iniuſtitias, quæ fiebant. Ac ſanè imponere pœnã amiſſionis rei cenſui ſubiectæ, ſi penſio biennio, aut triẽnio nõ ſoluatur, exceſſiua, atq; iniuſta pœna eſt, qñ res cenſui ſubiecta multo maioris valoris eſt, q̃ cenſus, nihil
12 † impediente, ꝙ in hoc Regno l. 68. Tau. ea pœna approbetur, adiudicariq. in exteriori foro dño cenſus, præcipiatur, quam proinde legem Med. loco citato, & alij, iniuſtã merito cenſent, minimèque in conſciæ foro ſeruandam. Et Cou. 3. var. reſol. c. 7. nu. 1. Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 32. nu. 31. Gutier. de iurũ confir. part. 1. c. 31. nu. 10. & lib. 2, de pract. qq. q. 168. & alij, quos citant, aſſeuerant, legem illam in praxi quo ad eam pœnã non eſſe receptã, niſi qñ cenſus eſt reſeruatiuus; Sicut. n. in emphyteuſi ea pœna idcirco locum habet, quod cum proprietarius rem emphyteutę tradat quo ad dñium vtile, licitè poteſt non aliter velle illud ei concedere, niſi ſub conditione, ꝙ, ſi intra biennium, aut triennium, penſionẽ non ſoluat, incidat in cõmiſſum, dñiumq, illud vtile ad proprietarium reuertatur; ita cum in cenſu reſeruatiuo, qui rẽ alteri in cenſum tradit, eam illi cõcedat quo ad vtile, & directum dñium ſimul, licitè poterit non aliter illi vtrumq; dñiũ velle concedere quam ſub conditione, quod ſi intra biennium aut trienniũ, poſſeſſionẽ non ſoluat, vtrũq; dñium ad ipſum reuertatur; In cenſu autem conſignatiuo, de quo loquimur, & de quo l. 68. Tau. eſt ſermo, non eadem eſt ratio, vt Nau. nu. 110. citato etiam ait. Qm̃ qui cenſum alteri cõcedit, neque vtile, neque directum dñium accipit ab emptore cenſus, ſed ſolum pro pretio cõcedit emptori cenſum, hoc eſt, ius accipiendi quotannis certã annuam penſionem ex ea re, non eſt aũt æquum, tantam pœnam illi ſtatui, quanta eſt, quod ſi penſionem intra biennium, aut triennium, nõ ſoluat amittat vtile, & directum dominium rei ſuę propriè, quæ longè plus valeat, quam cenſus. Ius Caſtellæ.

Qđ attinet ad alia pacta hac clauſula 6. nulla

reddi-

reddita, nempè, quod ex penſionibus, tamquam ex pretio, augeatur cenſus, aut creetur alius de nouo, aut quod, non ſoluens cenſum, teneatur ad lucrum ceſſans, non video illa ex natura rei eſſe iniuſta, ſi inter pretium, & cenſum cum his grauaminibus, æqualitas cernatur. Quare condemnare non auderem cenſum ante eam bullam creatum cum his grauaminibus, aut creatum poſt illã, vbi ea non ſit recepta. Tametſi meritò ea grauamina nulla ſint reddita, ob incommoda, & mala, quæ ex illis nata ſunt ſequi.

Quinque ſequentes clauſulæ exponuntur. Et num cenſus reales ſine pacto de retrouendendo, in ea comprehendantur.

DISPVTATIO CCCXCI.

CLAVSVLA SEPTIMA.

SEptima clauſula ſic habet. *Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de iure ex natura contractus non expectarent.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſeptima, ſeu conditio bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
Item octaua, & nona. nu. 3. & 5.
2 *Cenſus creati ante clauſulam ſeptimã bullæ Pij V. vel vbi non eſt recepta, quo validi, & n. 4. 6. 8.*
Et quid de iure Caſtellæ, nu. 7.
9 *Cenſus omnes reales irredimibiles an cenſeantur ſublati per clauſulam nouam bullæ Pij V. & ſolum redimibiles ſint admiſſi.*
10 *Cenſus reales irredimibiles quare ſemper in Eccleſia iuſti ſunt iudicati à viris doctis.*
11 *Clauſula ſeu conditio decima, & eius effectus, & declarationes bullæ Pij V.*
Item clauſula vndecima nu. 13.
12 *Cenſus debitor ad quid cenſeatur teneri per clauſulam decimam bullæ Pij V.*

NAuar. in com. c. 1. 14. q. 3. nu. 94. exemplum ponit, vt ſi emptor cenſus in pactum deducat, ꝙ venditor recipere teneatur hoſpitio familiares emptoris cenſus. Obſerua † tamen, ſoluere ex
1 re, in qua cenſus collocatur, ea tributa quæ imponuntur pro ratione bonorum cuiuſque, aut pro quantitate redituum prædiorum, ex quibus tributa exiguntur, partim ſpectare ad dominum prædij, & partim ad dñm cenſus, pro quantitate iuris, ꝙ ad fructus eius prædij hêt. In hac ergo clauſula Pius V. irrita reddit pacta, quibus hęc, & his ſimilia onera, quæ ex parte ad dñm cẽſus ſpectãt, reijciuntur in cenſus debitorem. Non tamen hac clauſula prohibuit accipere fideiuſſores, ꝙ res, in qua cenſus collocatur, ſit venditoris cenſus, aut ꝙ penſio debito ſoluetur ips, vt quidem ſunt arbitrati. Neque. n. id inualidum, aut illicitũ eſt poſt hanc bullam, vt ſupra dictum eſt. Tametſi illicitum, atque irritum ſit, fideiuſſores accipere, quod ſi res cenſui ſubiecta perierit, ſolueretur cenſus: ſicut ẽt illicitum, atque irritum eſt id exigere à venditore cenſus.

2 Quod ad † cenſus attinet ante hanc bullã, aut vbi illa nõ eſt recepta, creatos cũ pactis hac clauſula redditis nullis, dicendum eſt. Si pretium limites iuſti non egrediatur, comparatione cenſus cũ his grauaminibus, non eſſe cur damnentur. Si autem pretium ad limites iuſti non pertingat, obligationem eſſe reducendi pretium vſque ad limites iuſti, vel remittendi grauamina.

CLAVSVLA OCTAVA.

OCtaua habet. *Poſtremè cenſus in futurum creandos, re in totum, vel pro parte perẽpta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte, effecta, volumus ad ratam perire.*

3 Hac † clauſula Pius V. ſtatuit, in cenſibus poſt hanc bullã creandis, pereunte re tota, in qua cenſus eſt collocatus, aut infructuoſa in totum reddita, perire totum cenſum: pereunte verò eadem re parte, aut reddita omnino infructuoſa in parte, vt quia dimidiũ, tertia, quarta aut alia pars, periuit, aut omnino infructuoſa reddita eſt, perire cẽſum in eadem proportionali parte, hoc eſt, in dimidio, tertia, quarta, aut in alia ſimili etiam parte. Quo loco obſerua, non ex eo rem dici redditam infructuoſam, quod duobus, tribus, aut plurib. annis, fructus non ferat; ſed ex eo, quod impotens facta ſit ad fructus in futurum reddendos: vt quia prædium, non ad tps vi tempeſtatis, ſed ſimpliciter, atque abſque ſpe remedij, a mari occupatum eſt, aut q̃a fluuius curſum ſuũ mutauit, alueumq; per eũ aliũ locum fecit: vel quia domus, in qua cẽſus erat collocatus, corruit, tota, aut exuſta eſt. Obſerua deinde, longè diuerſa eſſe, rem, in qua cenſus eſt collocatus, pp ſterilitatem, aut alium caſum fortuitum, non producere fructus conſuetos, ſed longè pauciores, & eandem rẽ in parte perire, aut infructuoſam reddi. In priori. n. euentu, integra penſio debetur ex ijs fructibus, ſi ad id ſufficiant, etiam ſi nihil domino prædij remaneat, vt diſpu. precedente in quarta clauſula dictum eſt: in poſteriori verò, ſolũ debetur penſio pro rata eius, quod ex re, in qua cenſus eſt collocatus, remanet, vt in hac clauſula habetur, eſtq; hoc verum, eſto quod remanet ex re cẽſui ſubiecta, longè plures fructus ferat, quam qui ad penſionem integram ſoluendam ſufficiant. Ratio diuerſitatis eſt, qm̃ cenſus eſt ius in re cenſui ſubiecta, atq; realis obligationis totius illius rei ad penſionẽ eruendam primo ex fructibus, quos tulerit ſiue tota colatur, ac fructificet, ſiue pars: q̃a tñ obligatio illa extenſa eſt in tota, ita qđ tota eſt in re tota, & pars in parte, inde efficitur, ꝙ pereunte parte rei illius, aut omnino infructuoſa reddita, pereat ẽt pars obligationis illius, atque adeò iuris ad penſionem, vna cũ ſubiecto, in quo obligatio illa erat: quamdiu verò res integra manet, penſio integra debetur, ſiue res ſecundum ſe totam fructificet, ſiue ſecundum partem, & ſiue debilior ad fructificandum ſit reddita, ſiue potentior, ſiue in eodem ſtatu permaneat. Itaque, quia cenſus extenſus eſt in re in qua cenſus eſt collocatus, pereunte parte rei, perit pars cẽſus: interim verò dum integra manet,

totus perſiſtit,ac debetur. Hinc conſtat,quantum eſt ex natura rei diuiſa re cenſuali in plures hæredes,aut emptores, ſingulos ſolum debere cēſum, contribuereq́;, teneri ad ſolutionem illius,pro rata partis rei,quam poſſident: quod aūt dn̄s cēſus agere poſſit ad integrū cenſum aduerſus ſingulos eorum,ortū habuit,qm̄ nullus emere cenſum vellet,niſi cū eo grauamine, vſuſq; obtinuit (nullo iure hactenus refragante) vt contractus cū eo grauamine,& priuilegio ementis cenſum, cenſeretur celebrari,vt diſp. 383. dictum eſt.

4 Quod † attinet ad cenſus creatos ante hāc bullam,aut vbi illa non eſt recepta,dicendum eſt. Si ſimpliciter collocati ſint in aliqua re,nullo addito pacto,ꝙ pereunte re,aut parte illius, teneatur, nihilominus debitor cenſus ad integram penſionem,habere locū,q̄ in hac clauſula diſponuntur, ſiue cenſus redimibilis ſit,ſiue irredimibilis. Rō eſt, qm̄ diſpoſitio huius clauſulæ naturæ cenſus realis innititur, vt explanatū eſt, q̄n nullū aliud pactū illi additur. Quo ad cenſus aūt,qui in poſterum creabuntur,irrita cenſetur Pius V. hac clauſula reddere pacta, quæ aliquid in contrariū addiderint. Si autem cenſus ita collocati ſint, in aliqua re,vt additum ſit pactum, quod pereunte re, adhuc debitor cenſus ad integram penſionem teneatur;ſanè,cum eiuſmodi pactum non aliud ſit, quam contractus aſſecurationis rei,permixtus cū contractu cenſuali, qui aſſecurationis contractus ex natura rei validus eſt,& licitus,modo pretiū, quod pro cenſu cum eo grauamine eſt datum, æquale,ac commenſuratum vtrique rei ſit, dicendum eſt,iuſtum eſſe contractum, ſi pretium ad limites iuſti peruenit,vt diſp 389. in prima clauſula dictum,oſtenſumq; eſt; iniuſtum verò eſſe, cū onere augendi pretium vſque ad limites iuſti,aut remittendi grauamen,ſi ad limites iuſti non peruenit. Atque eſſe poſſe validū,& iuſtū ex natura rei,aperte innuit Pius V. dū clauſulā hāc expreſſe arctauit ad cenſus poſt hanc bullam creandos.

CLAVSVLA NONA.

NAm habet *Volumus etiam poſſe pro eodem pretio extingui,non obſtante longiſſimi etiā temporis,ac immemorabilis,immò centum,& plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directè,aut indirectè,talem facultatem auferentibus, quibuſcunque uerbis, aut clauſulis concepta ſint.*

5 Hac † clauſula,iuncta ſequēti, ſtatuit Pius V. cenſum redimi ſemper poſſe pro eodē pretio. Neque præſcriptionem cuiuſcunq; tpis in quo cēſus non ſit redēptus,poſſe id impedire. Neq; itē poſſe impediri quocunq; pacto quibuſcunq; verbis contractui cenſuali appoſito. Prima pars appoſita eſt ad irritum reddendum pactū, quod cenſus maiori redimatur pretio,quā fuerit emptus. Scda ad excludendam eorum ſniam,qui aſſerebant,ius ad redimendum, quod ex pacto de retrouendēdo oritur, præſcribi triginta annorum ſpatio, cuius contrarium diſputa. 374. oſtendimus eſſe verum, atque affirmat Cou. 1. var. reſ. c. 9. peculiariter in cenſu, vbi rem hanc latè diſput. Tertia verò pars appoſita eſt ad reddenda irrita pacta, quibus tollitur,vel reſtringitur facultas redimendi cenſum. Quo fit,vt cenſus poſt hanc bullam creati,vbi illa recepta ſit, redimi quocumque tempore poſſint, abſque vlla reſtrictione.

6 Quod ad † contractus attinet ante hāc bullam aut poſt illam,vbi recepta non eſt, creatus cū pacto quod vltra tm̄ tps redimi non poſſint,vt vltra quadrienniū,aut ſeptennium, vel ꝙ intra tm̄ tps redimi nō poſſint,& poſtea poſſint. Quidā, quos Couar. 3. vari. reſol. c. 8. nu. 7. & 8. refert,ac ſequitur, peculiariter improbant in cenſu omne aliud pactū de retrouendendo prer illud,quo vendenti cenſum plena,ac perfecta facultas relinquit redimēdi cēſū,qn̄cūq; voluerit abſq; vlla reſtrictione,tam a parte ante,quā à parte poſt. Addit Couar. in Granatenſi prætorio ſæpius pronūciatam eſſe ſententiam, omnem talem reſtrictionem in eo contractu adhibitam, pro non appoſita eſſe habendam, manereque venditori cenſus liberam facultatem redimendi ſemper cenſum,non ſecus ac ſi ea reſtrictio appoſita non fuiſſet.

Ducūtur hi autores. Primò,quoniam emptio cenſuum de ſe eſt odioſa, maioremq; ſimilitudinem habet cum mutuo vſurario, quam emptio cuiuſcunque alterius rei.

Scdo,qm̄ Martinus V. in extrauag. 1. & Calixtus III. in extraua. 2. de empt. & vend. inter cōes, quibus cenſum cum pacto de retrouendendo approbarunt,ſolum faciunt mentionem, ſolumque approbant cenſus, cum libero pacto eos redimendi quandocunque libuerit ſine vlla reſtrictione.

Arbitror tamen dicendum eſſe cum Conr. de contract. q. 83. & 84. Med. de vſur. q. vlt. & Soto 6. de iuſt. q. 5. art. 3. ea pacta ex natura rei nō eſſe Dubiū
illicita ſi cenſui apponantur; modo tñ, quo plus reſtringitur libertas redemptionis, eo plus emptor cēſus accreſcat in pretio: quatenus, quo plus periculi imminet,ne cenſus in irredimibilem euadat, eo plus valet cenſus: quandoquidem cenſus irredimibilis longè maioris eſt pretij, quam redimibilis. Neq; hoc alia indiget probatione,quàm quod in eo nulla inæqualitas cernitur inter pretium,& id,quod emitur cum eiuſmodi onere, cū quo emitur. Merito tamen, propter pericula palliandi ea via vſuras,committendique iniuſtitiā, irrita reddi poſſunt,ac debent,eiuſmodi pacta poſitiuo iure.

Ad primum ergo contrariæ opinionis dicēdū eſt,quāuis materia odioſa, & periculoſa ſit, ſi tñ debitæ ſeruent circūſtantiæ in appoſitione earū reſtrictionum pacto de retrouendendo,nullā eſſe rationem cur ex ſola natura rei damnentur.

Ad ſcdm dicendū eſt, quamuis in eis extrauagantib. ſolum fiat mētio de cenſib. cum oīmoda libertate eos redimendi qn̄cunque libuerit, non propterea damnari cæteros cenſus, de quibus in eis mentio non fit,neq; illos approbando, neque damnando. Neque Pius V. in hac bulla eiuſmodi cenſus,ante eam celebratos,damnat.

7 Illud † obſerua, cū in hoc Regno cenſus redimibiles ſine illa reſtrictione nō poſſint iuſtè emi

minori

minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno, iniuſtam in eo eſſe emptionem eorundē cenſuum, cum reſtrictione facultatis ad redimendum pro eodem pretio, ac proinde merito in tribunalibus huius Regni pronunciari nulla pacta reſtringentia facultatem eos redimendi, ſi cenſus ſolum ſint empti ad rationem quatuordecim pro vno, vt emi regulariter conſueuerunt.

8 Quoad † contractus ante hanc bullam, aut vbi illa non eſt recepta, celebratos cum pacto, vt cenſus maiori pretio redimatur, quam fuerit emptus, dicendū eſt. Quamuis pretium cenſus redimibilis in indiuiſibili non conſiſtat, vbi lege non eſt taxatum, ac proinde facile damnanda non ſint pretia cenſuum in diuerſis regionibus, aut in eadem diuerſis temporibus, quando taxa lege publica nō eſt poſita, ſi ſint ad rationem quatuordecim, ſexdecim, duodecim, aut decē, pro vno, aut alijs intermedijs pretijs; modo tñ commune pretiū id tunc ſit in ea regione: id quod vel inde confirmari poteſt, ꝙ Martinus V. commemorantis in extrauagāti citata maioribus alijs pretijs, non damnat tamquam iniuſtum, immo verò vt iuſtū approbare videtur pretium ad rationem decem pro vno in regione aliqua conſuetum: quamuis itē negādū non ſit cum Medi. q. citata de rigore ſcholaſtico non minus in cenſu licitum ex natura rei pactum de illo redimēdo maiori pretio, quādo veriſimile eſt tpe redemptionis plus valiturum, quā ſit licitum in alijs rebus, in quibus d. 376. licitū eſſe oſtendimus, qñ tpe redemptionis ſperantur plus valituræ; nihilominus, quia rariſſimè ſperādū eſt, cenſum plus valiturum in eadē regione, tempore redemptionis, quā tpe emptionis, atq; res ex ſe ſpeciem mali & vſuræ habet, regulariterq; in ea vſura interueniet, proculdubio ſimpliciter eſt id damnandū, meritoq; irritum redditū fuit à Pio V. tale pactum; ſecluſaque bulla Pij V. tamquam vſurarium eſſet condemnandū, tam ab eccleſiaſticis, q̄ à ſecularibus iudicibus. Non tam ergo ex extrauaganti Martini V. damnādum eſt tale pactum, vt Couar. 3. var. reſ. c. 9. ad finē nū. 4. vult, q̄ ex natura ipſa rei, ac diſpoſitione huius clauſulæ Pij V.

9 Dubiū † eſt hoc loco, vtrū Pius V. hac clauſula auferre à Rebuſpublicis Chriſtianis intenderit cenſus omnes reales irredimibiles, ſtatuereque, vt in poſterum ſoli redimibiles crearentur.

Pars quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Tum quia de cenſu indiſtinctè, atque vniuerſim, loquutus eſt tota hac bulla: quare diſpoſitio huius clauſulæ, & totius bullæ, ēt ad irredimibiles ſeſe extendit. Tū vel maxime, qm̄ hæc, & præcedens clauſula, vno orationis ductu prolatæ ſunt, adeò vt potius vna clauſula, quā duę videatur: ſi ad cōnexionē verborum in bulla Pij V. attendas: nos vero, vt dilucidiorē doctrinā traderemus, eā diuiſimus in duas, auferentes à prima clauſula verba hæc; *non ſolum*; & in principio ſecundæ loco dictionis, *ſed*, repetentes verbum, *volumus*. Vnde verba Pij V. ſic habent. *Poſtremo cenſus omnę in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel in parte, perempta, &c. ſed ēt poſſe pro eodē pretio extingui, &c.* Vbi vides de omnibus vniuerſim cenſibus in futurū creandis voluiſſe, & perire cum re, in qua collocarentur, & poſſe redimi pro eodem pretio, quo emerentur ac proinde creari in poſterum, non poſſe cenſum irredimibilem.

Pars tñ, quæ negat, eſt proculdubio aſſerenda, Decis. quam etiā per epicheiā amplectitur Nauar. in cō. c. 1. 14. q. 3. n. 98. nempe cenſum irredimibilē, qui iuſto pretio emi conſueuit, non comprehendi hac clauſula, neque illum intendiſſe Pium V. auferre a Rebuſpublicis Chriſtianis. Idē intelligo de vitalitio cenſu reali, immo & de reali cenſu ad certū numerum annorum, qui redimibiles non ſunt, ſed oīno, expirant finito numero annorum cōſtituto, ſiue certo, ſiue incerto, pendēterq; à fortuna. Neq; enim erat vlla cauſa, cur vitalitium, & cenſus omnino perpetui, à Rebuſpublicis ablegarentur.

Atque vitalitium admittere vr̄ Nauar. licitum eſſe poſt bullā Pij V. in cō. c. 1. 14. q. 3. nu. 128 tamē tñ de illo loquatur, vt de contractu celebrato in modum mutuæ donationis pretij, & penſionum.

Ducor primo qm̄ cenſus reales irredimibiles
10 † ſemper in Eccleſia iuſti ſunt iudicati à viris doctis, abſq; vllo ſcrupulo, aut dubio, neque eam habent vſuræ effigiem, q̄ habent redimibiles. Ratio aūt eſt, qm̄ cū in eis non reſtituatur pretium, qđ pro iure leuādi annuas pēſiones ex prędio, in quo cenſus eſt conſtitutus, fuit datum, nulla eſt in eis effigies mutui cum lucro ob tempus, in quo emptor pretio caruit, atque adeo neq; vſuræ, ſicut eſt in cenſibus redimibilib. Quod ergo contractus cenſus realis irredimibilis, ſemper in Eccleſia iuſtus, ac licitus eſt iudicatus, abſque periculo, aut vmbra peccati, non ſecus ac contractus emptionis aliarum rerum locationis, ac ſimiliū; ſane cenſendum nō eſt, Pium V. intēdiſſe illos cōpræhēdere hac clauſula, priuareq; abſq; vlla legitima cauſa ſeculares Chriſtianas Reſpublicas contractu vtili, ac iuſto. Neque ad id iuriſdictio ipſius ſe extendit: quippe quæ in tēporalibus, cōparatione rerū publicarū principum ſecularium ipſi ſubditarū, ſolū ſe extendat, quantum poſtulat ſolus animarum finisq; ſpiritualis, vt diſput. 29. oſtenſum eſt.

Secundo, qm̄, vt cōſtat ex initio ipſiuſmet bullæ, Pius V. in ea ſolum intendit loqui de cenſibus, de quibus Martinus V. & Calixtus III. fuerant loquuti, maiorią; vi incūbere ad tollendos, ac impediēdos abuſus, qui circa illos fuerant oborti, & augebātur: vt autem ex ipſorum extrauagantib. conſtat, Martinus V. & Calixtus III. ſolum loquuti ſunt de cēſibus redimibilibus, qui vſuræ effigiem habent, et in quibus facile palliari vſura poteſt; nō verò de irredimibilibus. Huic tōni accedit, Piū V. ſolum fuiſſe loquutū de cēſibus, de quibus aliqui apud ipſum fuerant cōqueſti, & quorum pijs petitionibus aſt ſe in ea bulla ſatisfacere, nullus autē vnquā fuit corā eo conqueſtus de cenſibus realibus irredimibilibus, ſed ſolū de cenſibus cū pacto de retrouendendo ſine conditionibus, cum quibus Martinus V. & Calixtus III. eos approbarūt. Accedit etiam, odioſas ſanctiones, atq; exorbitantes, quales eſſent quæ cōtractus euidenter iuſtos, ac ſine periculo aut ſpecie peccati, prohiberent, non eſſe extendendas, ſed arctandas, attenden-

Aa 3 do

do potius in eis,ac ſequendo mentem, quam verba legislatoris:perſuaſum autẽ mihi oĩno habeo, ſi Pius V.conſuleretur,num hac clauſula comprehendere intenderet cẽſus reales irredimibiles, eosq; abolere à reb,publicis,negãter reſpõſurum.

Tertiò, qm̃ emere cenſum realem irredimibilem,non eſt aliud,quã emere ius quoddam perpetuum & obligationem ex parte rei,quæ cenſui ſubijcitur, quod non eſt aliud, quam emere quaſi partem quãdã dñij rei illius, non ſecus ac quando ſeruitus emitur in prædio alieno, vt hæc omnia diſp.383.ac ſequentibus,explanata ſunt: quis autem ſibi perſuadeat,legislatorem mẽte prædiu, nedum Sanctiſſimum Pium V. prohibere intendiſſe,ne ſeruitus,ac ius,qd̃ quaſi pars rei eſſet, emi poſſet,ſine pacto de retrouẽdendo? idque propter effigiem,& periculum vſuræ,cum tamẽ in ea emptione nulla omnino ſit effigies vſuræ, aut alterius iniuſtitiæ:in ea verò,quę cum pacto fieret de retrouendendo,facilè vſura palliari poſſet.

Quartò, qm̃ Rex concedere poteſt alicui annuum reditum in perpetuũ in prædio aliquo, aut in reditibus alicuius ciuitatis, vel propter obſequia, & merita illius, vel donatione liberali omnino,vt frequenter fit: quis autẽ dicat Piũ V. ſuo motu proprio prohibere intendiſſe, ne hic,etiam de licentia regis,vendere poſſet irremedibiliter eũ annuum reditũ,ſi vel emigrare alio vellet,vel alia iuſta, ac legitima de cauſa expediẽs illi eſſet id ita vendere? Pius autem V. quos cenſus de nouo creari prohibet,eoſdem etiam,poſtquam fuerint creati,ſimiliter vendi,ac emi inhibet.

His tñ nihil impedientibus,ſimul arbitror,quę in hac bulla Pius V.de cenſibus redimibilib.potiſſimum ſtatuit, de quib. præcipuè in ea eſt ſermo, ſi ad hoc præcisè ſtatuta ſint,vt merè reales ſint, & vt legitimo prætio,ac ſine admixtione alia iniuſtitię fiant,etiã ad irredimibiles cenſus eſſe per epicheiam extendenda: qm̃ ſi ea de re conſuleretur, dubitandum non eſt,cum affirmanter, reſponſurum,& ſermo in ſua bulla vniuerſalis eſt, ac ſine reſtrictione. in legibus autem interpretandis, ad mentem legislatoris eſt præcipuè attendendum. Eiuſmodi autem ſunt, quod cenſus collocari debeat in re certa,quod non exigantur ſolutiones anticipatæ,quod debitor cenſus non obligetur ad caſus fortuitos circa fructus, quod alienare poſſit rẽ cenſui ſubiectam,quandocumque voluerit, ac ſine ſolutione laudemij quod non obligetur ad pęnam,nec cenſus augeri poſſit ob penſiones non ſolutas,aut in poſterum ſoluendas, & qd̃ pereunte, aut infructuoſa reddita recẽſui ſubiecta in totum, aut in parte,in eadem proportione cenſus pereat.

CLAVSVLA DECIMA.

Decima ſic habet. *Cũ vero traditione pretij reditus extinguendus erit,volumus per bimeſtre ante iam denunciari ei, cui pretium dandũ erit, & poſt denunciam, intra annum, etiam ab inuito, pretium repeti poſſe. Et vbi pretium,neque volens intra bimeſtre ſoluat, neque ab inuito intra annum exigatur,volumus nihilominus quandocunque reditum extingui poſſe,præuia tamen ſemper denunciatione de qua ſupra, & non obſtantibus his,de quibus ſupra. Idque obſeruari mandamus, etiam quod pluries,ac pluries denunciatum fuiſſet,neque vnquam effectus ſequutus eſſet.*

11 Hæc † clauſula Pius V. ſtatuit,quando cenſus erit redimendus,per bimeſtre ante redemptionem debere cenſus debitorem id denunciare domino cenſus:ea vero denunciatione facta, poſſe dominum cenſus,ſi velit,cogere debitorem intra annũ à die denunciationis cenſum redimere. Si autem neque debitor cenſus intra duos menſes cenſum redemerit, neq; in reliquo anni illum redimere cogatur,ſtatuit,redire rem ad priſtinum ſtatũ, ita qd̃ integrum ei ſit, illum redimere eodem pretio quandocumq; voluerit facta ſimili denunciatione, maneteq; ſimili modo facultate dño cenſus cogẽdi illum redimere cenſum intra annum à denunciatione,quoties in poſterum fuerit facta.

12 Dubium † circa hoc eſſe poteſt, num Pius V. diſpoſitione hac intenderit,debitorẽ cenſus teneri perſeuerare in cenſu per duos menſes à die denunciationis factæ, ita qd̃ ante illos elapſos redimere eũ non poſſit, ſi ita dñs cenſus velit. Negan- Dubiũ. terque arbitror reſpondendum. Solum quippe in- Deciſ. tendere vr̃ concedere duos anni menſes à die denũciationis,in quibus fas debitori cenſus ſit redimere illum in quacumque parte eorum voluerit, id quod apertè ſonant verba illa,quæ ſubiungit, *& vbi pretium neque volens intra bimeſtre ſoluat*, & reliquum anni relinquere dño cenſus, vt cogere debitorem poſſit eum redimere, quandoquidẽ dixit ſe velle illum redimere. Arbitror autẽ,principes ſeculares nõ teneri admittere in ſuis Rebuſpublicis grauamen hoc debitoribus cenſuum impoſitum; ſed poſſe ſimpliciter liberos illos relinquere, vt quando voluerint,cenſum redimant,aut non redimant, vt ante hanc bullam conſuetum in Hiſpanijs erat. Atque ita Nauar. in comment. c. 1.14 q.3.nu.106.affirmat,neq; hoc,neque illud, quod ſcilicet is,cui cenſus debetur,debeat præferri cæteris emptoribus rei, in qua cenſus eſt collocatus, ligare eos,qui extra temporalem iuriſdictionem ſunt Pontificis Summi,ac proinde extra terras dominij temporalis Eccleſiæ neceſſe non eſſe fieri tales denunciationes.

CLAVSVLA VNDECIMA.

Vndecima habet. *Pacta etiam continentia, pretium cenſus, extra caſum prædictum ab inuito,aut ob pœnã,aut ob aliam cauſam,repeti poſſe,omnino prohibemus.*

Cum aliarum rerũ emptio cum pacto de retrouẽdẽdo in fauorem emptoris,ſ.vẽditor rẽ redimere teneatur,qñcunq; emptor voluerit,illicita ſit,ſi pactũ ſit,vt res pro eodem pretio, quo fuit empta, redimatur,vt diſp.377.viſum eſt, raroq; admodũ,aut nũquam ita in praxi fiat,vt ſit licita,vt ex ijs,quæ ibidem dicta ſunt,conſtat, ſane longè maiori cum ratione idem in cenſu erit dicendum,nihil impediente, quod, ſi res cenſui ſuppoſita pereat, interim dum cenſus emptor non poſtulat, vt cenſus redimatur,cenſus ex natura rei emptori

pereat,

pereat,qn̄ aliud deductum non fuit in pactū. Hac igitur de cauſa,ad palliationes vſurarū, ac iniuſtitias tollendas,merito Pius V. in hac clauſula ſtatuit, vt cenſus non ſolum ſimpliciter creari non poſſet cum pacto,vt venditor cogi poſſet eum redimere quandocunq; emptor vellet,ſed etiam cū pacto,vt in pœnam, ſi venditor penſiones nō ſolueret,aut ex quacunque alia cauſa,cogi poſſet illū redimere. Med.de vſur.q.vlt.de cenſibus,& Olanus,a Gutier. 2.de practic.qq.q.175.relatus,non reputant ex natura rei illicitum pactū, quo onus redimendi cenſum venditori an iungitur in euentu, quod penſiones non ſoluat: quod neque ego condemnare audeo,tametſi ſanctiſſimè, ac prudenter à Pio V.id ſit prohibitum. Illud propter Couar.3.varia.reſol.c.9.& Gutier.vbi ſupra admonuerim,ex extrauagantibus Martini V.& Calixti III.non colligi,cenſum cum pacto de retrouendēdo in fauorem emptoris illicitum eſſe: qm̄ licèt cenſus,qui in eis extrauagantibus approbantur non crearentur cum huiuſmodi pacto, inde non ſequitur, cenſus, qui aliter celebrantur, ibi reprobari,vt ſæpe in ſuperioribus dictum eſt.

Reliquum bullæ exponitur,præter clauſulam vltimam.

DISPVTATIO CCCXCII.

CLAVSVLA DVODECIMA.

DVodecima habet. *Contractus ſub alia forma poſt hac celebrandos, fœneratitios iudicamus. Et ita,illis prætereà nō obſtātibus, quicquid, uel expreſsè,uel tacitè, contra hæc noſtra mandata dari,remitti,aut dimitti cōtingat, à fiſco uolumus poſſe uendicari.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſeu conditio duodecima bullæ Pij V. cū eius declarationibus,& effectibus.*

2 *Cenſualis contractus contra aliquid eorum,quæ in bulla Pij V. ſunt diſpoſita,celebratus, an iudicādus ſit in totum nullus,an verò ſolum in id, quod contra dictam bullam reperitur.*

3 *Clauſula decimatertia,& decimaquarta, cum earum diſpoſitionibus,declarationibus, & effectibus,& nu.4.*

5 *Cenſus creati ante bullam Pij V. quo ad clauſulam 13.& 14. quomodo ualidi iudicandi etiam in Caſtellæ regno.*

1 HAc clauſula Pius V.ſtatuit † pœnas celebrātib. contractus cenſuales ſub alia forma, q̄ quæ hac bulla hactenus eſt tradita. Atque in primis pronunciat eos cōtractus vſurarios eſſe iudicandos, ac proinde pœnis vſurariorum ſubijcit celebrantes eos. Deinde contrahētes condemnat ad amiſſionē ipſo facto fiſco omnium quæ cōtra formam traditam tacitè,vel expreſsè, fuerint data,remiſſa, aut dimiſſa, conceditq; fiſco rei vendicationem illorum omnium, ad cuiuſcumque manus,aut poteſtatem, deuenerint. Cum autem hos contractus vſurarios iudicat intellige,præſūptione iuris,& de iure, ſeu potius poſitiua vſura ad effectum, vt perinde vſurariorum pœnæ incurrātur,ac ſi in ſe vſurarij ex natura rei eſsēt. Sicut .n.duplex ſimonia diſtinguitur, vna ex natura rei,ſtandoq; intra ſolos limites iuris naturalis,ac diuini,& alia poſitiua,ad effectum incurrendi pœnas ſimoniacis impoſitas: ſic etiam duplex vſura eſt poſt hanc bullā diſtinguenda, vna ex natura rei,ſtando intra limites iuris naturalis,ac diuini: altera poſitiua introducta à Pio V. ad effectū incurrēdi pœnas vſurariorū. Vt.n.ex ipſamet bulla, & ex hactenus dictis conſtat, non oēs contractus celebrandos in futurum, quos hoc loco fœneratitios eſſe iudicat, tales ex ſola natura rei eſſe arbitratur,alioquin,q̄ ante hanc bullā ſimiliter eſſent celebrati, tales quoq; ex eadē definitione eſſent: cuius contrarium ipſemet Summus Pontifex in eadem bulla apertè vult. Quæ ex diſpoſitis in hac bulla de iure ſint naturali, & quæ nō itē, à nobis eſt explicatū. Ea aūt ſola tenentur ex hac bulla admittere principes ſeculares in ſuis regnis, quorū oppoſita cōtra ius ſūt naturale,vel periculoſa valde ſaluti aīarum. Qđ autē cenſus creari nō poſſit niſi in pecunia numerata corā tabellione, & teſtibus, & q̄ creari non poſſit ex ꝑmutatione rei, vt mancipij,equi prædij,aut alterius rei,pro cenſu, nōn arbitror teneri recipere. De hac re copioſè diſput. Nauar.in comm.c.1. 14.q.3. à nu.105.

2 Dubiū eſt, vtrū ſi contractus cenſualis † celebratus ſit contra aliquid eorum,quæ in hac bulla diſpoſita ſunt cōtractus ipſe cenſualis ſit iudicandus fœneratitius, ac proinde ipſo iure nullus; an verò ſolū id,q̄ in eo contractu cōtra diſpoſitionē huius bullæ comperitur Gutier.2.de pract. qq.q.176.cenſet,ſolum id eſſe iudicandum fœneratitiū ac nullū, q̄ in contractu cenſuali repertū fuerit contrariū diſpoſitioni,ac formæ huius bullæ, nō verò contractū ipſum in ſe. Excipit.n.4.& 6.niſi pactū aliquod,contra diſpoſitionem huius bullæ adiunctū ad petitionē emptoris, ſeu dn̄i cenſus, mandatū eſſet exequutioni:nam tunc,inquit,coc rueret totus cōtractus. Itē,ſi pretiū cenſus ſolutū non eſſet in pecunia numerata corā tabellione, & teſtibus:quia tunc ſimiliter cenſet contractum ipſum cenſualem eſſe nullum. Arbitror tamen, vbi hæc bulla recepta ſit, quodcumque contra diſpoſitionem illius appoſitum, vitiare contractū cenſualem,illumque fœneratitiū iuris præſumptione efficere,ac nullum: idque ſentire videtur Nauar.in commentario citato,num 98.tametſi meritò addat, in hac bulla ſolum eſſe ſermonem de contractibus oneroſis emptionis, & permutationis cenſus pro pretio,aut aliqua alia re, ſolumque approbari contractum emptionis cum conditionibus in hac bulla traditis. Non verò eſſe in illa ſermonem de cenſu teſtamento, donatione, in dotem,aut in donationem ad nuptias, inſtitutum, ac proinde neceſſe in eo non eſſe ſeruari conditiones in hac bulla præſcriptas. Confirmari autem poteſt, hac bulla ſolum cenſeri fœneratitium, ac nullum pactum, quod contractui cenſuali fuerit appoſitum contra ipſius diſpoſitionem ſed etiā contractum ipſum cenſualem.

Queſt.

Deciſ.

Tum quia id apertè ſonat bulla ipſa. Tum

etiam, quoniam, nomine, contractus fęneratitij, in re propoſita, non intelligitur pactum appoſitum, ſed integer cenſualis contractus illo modo celebratus. Tum denique, qm̃ in hac clauſula nomine *dati, remiſſi, aut dimiſſi, cõtra hæc noſtra mãdata*, hoc eſt, contra diſpoſitionem huius bullæ, ſane non aliud intelligitur, quam datum pro cenſu, & quam penſiones cenſus ſolutæ, aut dimiſſę, quæ omnia fiſco adiudicantur. Ac ſane irrationabile, ac liberè dictum videtur eſſe, ſi pactum mandatum ſit exequutioni, etiam cenſum fœneratitium, ac nullum eſſe iudicandum; ſecus autem, ſi pactum ſit appoſitum, & non mandatũ exequutioni ad petitionem domini cenſus. Illud admonuerim, cum ea, quæ in hac duodecima clauſula continentur, in pœnam ſtatuta eſſe videantur, ſanè qñ contractus cenſualis ex ipſamet rei natura non eſſet vſurarius, habendus in foro conſciẽtiæ non eſſet vſurarius, ac nullus ante latam ſñiam, ac proinde licitè in eo poſſet perſeuerari, retinerique licitè poſſent penſiones non computandæ in ſortem: id quod ſentire videtur Nauarr. loco citato num. 88. Lege quæ de ſimilibus pœnis ipſo iure latis diſp. 96. dicta ſunt.

CLAVSVLA DECIMATERTIA.

DEcimatertia habet. *Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, nedum in cenſu nouiter creãdo, verum etiam in creato quocũque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo, & in omnibus ſeruari volumus.*

3 Hæc † clauſula Pius V. ſtatuit, dummodo cenſus a principio creatus ſit poſt huius bullæ publicationem, in eo alienando titulis oneroſis, de quibus cum Nauar. clauſula præcedente dictum eſt, ſeruari debere, quæ hactenus dicta ſunt, debere ſeruari in eo de nouo conſtituendo.

CLAVSVLA DECIMAQVARTA.

DEcimaquarta habet. *Declaranter pretiũ ſemel cenſui conſtitutũ numquam poſſe ob temporum, aut contrahentiũ qualitatem, ſeu aliud accidens, neque quo ad vltimo contrahentes, minui, vel augeri.*

4 Hac † clauſula ſtatuit. Pius V. pretium ſemel alicui cenſui conſtitutum, non ſolum non poſſe minui, vel augeri, ex temporum, aut aliorum accidentiũ varietate, ex quibus pretia rerum ſolẽt variari, ſed ẽt dominum cenſus non poſſe cenſum vno pretio emptum vendere cuidam tertio maiori pretio, etiam ſi tempora, aut aliæ circũſtantiæ, varientur: neque etiam tertium poſſe illum ab eo emere minori pretio. Atque in hac clauſula finit Pius V. formam creandi cenſus in futurum.

5 Quod attinet † ad cenſus ante hanc bullã creatos, aut qui creabuntur, vbi illa recepta non fuerit, dicendum eſt. Si taxa pretijs cenſuum eo in loco non fuerit ſtatuta, cum pretia cenſuum in indiuiſibili non conſiſtant, illicitum non eſſe, cenſum minori pretio emptum, vendi pretio maiori cuidam tertio; neque item emi, aut redimi, minori pretio ex partium conuentione, qñ pretia latitudinem iuſti non egrediuntur, habentq; locũ circa cenſus, vbi pretia eis lege non ſunt taxata, ſicut circa res alias, circumſtantiæ illæ vnde naturale rerum pretium variatur, de quibus diſpu. 348. dictum eſt, vt quod vltroneæ merces vileſcunt, & aliæ ibi explanatæ. Ad tollendas aũt iniuſtitias, atque oppreſſiones, quas cenſuum emptores facere ſolent, emendo cenſus vili ab ijs, quos preſſos pecuniæ neceſſitate conſpiciunt, eoſdemq; reuendẽdo maiori pretio, vr̃ hæc clauſula ſtatuta. Vtrũ aũt ea Pius V. impedire intenderit, ne cenſus minori pretio emi poſſit, ac vendi, ẽt qñ ex ſe minoris valoris efficitur, vt quia res periclitari incipit, in qua cenſus eſt collocatus, vel quia difficilè, & cum laboribus, ac expenſis ſoluitur penſio, ob potentiam debitoris, aut alia ſimili de cauſa. Arbitror neganter eſſe reſpondendum. Qm̃ hic euẽtus per epicheiam excipiendus vr̃, de quo ſi legislator fuiſſet interrogatus, an eum comprehendere ea lege intenderet, dubitandum non eſt, negãter fuiſſe reſponſurum. Atque ita doctores cõiter affirmant, vbi pretiũ cenſus lege eſt taxatum, vt in hoc Caſtellæ regno pretiũ redimibile cenſuũ ſtatutũ eſt, minus eſſe non poſſe, quam ad rationem quatuordecim pro vno, licitum nihilominus eſſe ex capite, de quo modo loquimur, emere cenſum minori pretio, q̃ ad rationẽ quatuordecim pro vno, nihil impediente lege, quæ pretiũ id taxauit.

Vtrum cenſus (præſertim in hoc Caſtellæ Regno,) redimi, aut emi ex prioribus emptoribus, poſſint minori pretio, quam fuerint empti. Et num conditio, quod redimi non poſſint per partes, licita ſit. Additur etiam vltima clauſula bullæ.

DISPVTATIO CCCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Cẽſus redimibilis ĩ regno Caſtellæ, an emi poſſit minori pretio, q̃ ad rationẽ quatuordecim pro vno.*

2 *Cenſus perpetuus, & irredimibilis plus valet, quã redimibilis.*

3 *Cenſus redimibilis ſemel cõſtitutus, an poſſit licitè emi minori pretio, quã ad rationẽ 14. pro uno.*

4 *Cenſus irredimibiles non ſunt in bulla Pij V. comprehenſi.*

5 *Clauſula, ſeu conditio, ut cenſus per partes redimi poſſit, an ſit neceſſario addendam ad bullam Pij V. ut cenſus redimibilis uſurarius, aut iniuſtus non ſit.*

6 *Cenſus ut redimi poſſit per partes, ita grauamẽ eſt, ſicut cum per totum.*

7 *Cenſus ut redimi poſſit per partes, non uenit ex natura pacti de retrouendendo, ſed eſt ſpecialiter in pactum deducendum.*

8 *Cenſus redimibiles, ut poſſint per partes etiã magnas redimi, in Hiſpanijs non ſeruatur.*

Sunt

SVnt verò occaſione clauſulæ pcedentis nonnulla hoc loco examinanda. Primũ, ꝙ ad cæteram aditũ aperiet, eſt.
1 Vtrum † in hoc Regno fas ſit emere cenſum redimibilem minor pretio, q̃ ad rõnẽ quatuordecim pro vno. Rem diſputat Couar. 3. var. reſ. c. 10. nu. 2. & 3. qñ ſolũ in hoc Regno erant tres ſanctiones, quæ referuntur, ac ſtatuunt lib. 5. nouæ collect. tit. 15. l. 4. Et q̃uis non admodum firmus, propondere vr̃ cum Ioã. Med. licitum id eſſe, nihil ea lege impediente, quæ ſolũ loquitur de cenſib quorũ penſiones non erãt pecuniariæ, ſed tritici, olei, aut aliarum rerum præcipitque ea lex penſiones reduci ad pecuniarias ad rõnẽ quatuordecim pro vno cõparatione pretij, quo a principio cenſus fuit emptus. Atq; Ioann. Med. & Cou. arbitrantur, diſpoſitionem illius legis extendendam non eſſe ad cenſus a principio emptos pecuniariæ penſionis, conſuetoſq; eo tẽpore in multis locis diſtricti Granatenſis prætorij ad rõnẽ duodecim, aut etiã decem, pro vno, referrq; latas fuiſſe in Granatẽſi prætorio ſentẽtias, quibus hi cenſus, nihil ea lege impediente approbati ſunt. Quia tñ Rex Philippus poſtea anno 1563 legem 6. ti. 15. lib. 5. nouæ collect. tulit, quæ omnia caſtellæ loca complectitur, & qua ſanciuit, nullos cenſus redimibiles vendi deinceps, aut imponi, vel conſtitui poſſe, minori pretio, quàm ad rõnẽ quatuordecim pro vno, & ꝙ aliter venditi, aut conſtituti, nulli ſint quo ad exceſſum maioris penſionis, pœna addita tabellioni, q inſtrumentũ talis cenſus confecerit, aut fidem de illo dederit, amiſſionis officijs: & inſuper ſtatuit, vt cenſus, ante eã legem creati minori pretio, reducerentur ad rationem quatuordecim pro vno, eoſq; eo ipſo ad id pretiũ reduxit, addens, nihil impediente, ꝙ antiqui ſint, & a longo tpe impoſiti, & ꝙ celebrati fuerint in loco, aut prouincia, in qua fuerit conſuetum minori pretio vendi: qa, inquam hoc ita a Rege Philippo ſancitum eſt, neque ad hanc vſq; diem eſt, aut eſſe potuit, conſuetudo in contrarium, quæ legi illi præiudiciũ attulerit, ſanè dicendũ eſt, illicitũ id hodie eſſe, cũ reſtituendi onere penſionum exceſſum, qui acceptus fuerit. Atq; hoc ipſum poſt tertiam editionem additur in Couar. nu. 3. citato in Cæſaraugustana editione, minorque quoſdam ex ſcribentibus id ita hodie in dubiũ reuocare, quaſi res hodie dubia eſſe poſſit.

Decis.

Quod ſi in hoc Regno prædiũ tradatur æſtimatum centum quadraginta (v.g.) aureis, & quia emptor pretium ſtatim nõ habet, conſtituatur, in eo, aut ſimul ẽt in qbuſdã alijs bonis emptionis cenſus annuus redimibilis plus, q̃ decem aureorum, ita vt pẽſio maior ſit, q̃ ad rõnẽ quatuordecim pro vno, contractus eſt nullus quo ad exceſſum pp legẽ 6. citatã: id. n. eſt emere cenſum minus, q̃ ad rõnem quatuordecim pro quo. Ita Gutier. 2. de prac. qq q. 71. Si verò prædium in emphyteuſim tradatur, aut in cenſum reſeruatiuum, conſtituta certa annua penſione, & cum pacto, ꝙ redimi poſſit minus, quam ad rationẽ quatuordecim pro vno, non erit pactum hoc contra eam l. 6. vt rectè cum alijs Gutier. ibidem affirmat.

Sicut enim ꝙ in contractu emphyteutico, aut cenſuali reſeruatiuo, penſio in fructib. vt tritico, vino, aut oleo, conſtituatur, non eſt contra legem 4. eiuſdem tituli, neque neceſſe eſt eam penſionẽ reducere ad pecuniariam ad rõnem quatuordecim pro vno: qm̃ in ea lege, ſicut ẽt in motu proprio Pij V. ſolum eſt ſermo de cenſu redimibili conſignatiuo: ita ꝙ penſio illa alia redimi poſſit minus q̃ ad rationẽ quatuordecim pro vno, nõ eſt cõtra l. 6. citatam, in qua ſimiliter non eſt ſermo de contractu emphyteutico, aut cenſuali reſeruatiuo, ſed ſolum de conſignatiuo pecuniario, ac redimibili. Niſi forte contractus initus eſſet in fraudem eius legis, animo quidem vendendi prædium centum, v.g. quadraginta aureis, tradendique illos ad cenſum emptori prædij pro maiori penſione, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, atque ad id palliandum, celebratus eſſet contractus emphyteuticus, aut cenſus reſeruatiui, annuæ illius penſionis cum pacto facultatis illam redimendi centum quadraginta aureis: in quo euentu penſio eſſet nulla quo ad exceſſum eius penſionis plus, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, cum onere reſtituendi exceſſum talis penſionis acceptum.

2 Quo loco † obſerua, ſi contractus emphyteuticus, aut cenſus reſeruatiui, iuſtè eſſet celebratus pro certa annua penſione ſine facultate illam redimendi, tunc eam penſionem longe plus valere, q̃ rationẽ quatuordecim pro vno: eo ꝙ ſit perpetua, cenſuſque perpetuus, atq; irredimibilis, plus valeat, quã ad rationem quatuordecim pro vno. Adde, in contractu emphyteutico eo ipſo, ꝙ penſio redimi pro aliquo pretio concedatur, non ſolum vendi ius ad illã pro eo pretio, ſed etiã directum dominium, ꝙ cum iure ad illam perſeuerabat apud venditorem, redemptaque penſione extinguitur; quare plus valet penſio illa, q̃ ſi eſſet cenſus conſignatiui irredimibilis. Hinc iã facilè intelliges, in redemptione talis penſionis pro minori pretio, quam ad rationẽ quatuordecim pro vno, nullum imminere periculum iniuſtitiæ contra ementem, ſeu redimentem eam penſionem pro eo ptio, ſicut qñ cenſus redimibilis emit̃ minori pretio, quã ad rationem quatuordecim pro vno eſt periculum iniuſtitiæ aduerſus cenſus venditorem, eaque de cauſa inhibitum in hoc Regno eſt, quod non minori pretio, quem ad rationem quatuordecim pro vno ematur.

3 Dubium eſt, vtrum in hoc Regno, nihil impediente l. 6. citata, cenſus poſtq̃ † ſemel eſt conſtitutus poſſit licitè emi minori pretio quam ad rationẽ quatuordecim pro vno. Quidã, quos Gut. 2. de prac. qq. q. 173. refert, affirmanter rñdent. Arbitrantur. n. eam legem ſolum eſſe intelligendam de prima cenſus redimibilis emptione. Dubiũ

Vt verò noſtram ſubijciamus ſnĩam, obſeruãdum eſt, Quamuis cenſus redimibilis in hoc Regno poſt eam lege licite non poſſit emi minori pretio, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, poſſe tamen licite vendi maiori pretio, & ſæpe vſu euenire, vt maiori pretio vendatur, nempe ad rationem quindecim, aut ſexdecim, pro vno. Ratio eſt, quoniã lex illa in ſolius venditoris fauorem eſt lata, vt non poſſit emi ex illo minori pretio, quam

quam ad rationem quatuordecim pro vno, ipſe verò vendere poſſit maiori pretio, ſi emptorem inueniat: aliqñ autem euenit, vt maius pretium inueniat, quia ſunt multi emptores cenſuum, & pauci venditores, aut quia cenſus, qui venditur eſt valde ſecurus, & in loco emptori magis accommodato, & ꝙ ematur maiori pretio cum minori periculo, quod cito, & facile redimatur.

Deciſ. Hoc ita conſtituto, dicendum eſt. Quamuis, ſi redimibilis cenſus emptus fuit maiori pretio, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, licitè poſſit poſtea emi ad rationem quatuordecim pro vno, eo quòd egreſſio non fiat a pretio lege illa 6. conſtituto, nefas tamen in hoc Regno eſſe, emere ſecundo, aut tertio, cenſum redimibilem minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno: quin potius contractum eſſe nullum quo ad exceſſum penſionis, cum onere eum reſtituendi, ſi accipiatur. Ita multi, quos refert, ac tandem ſequitur Gutier. loco citato.

Probari autē põt. Primo, qm̃ l. illa 6. (vt ſupra retulimus) habet, non poſſe vendi cenſum minori pretio, quam ad ratiōnē quatuordecim pro vno: venditio autem cenſus, quæ ſecundo, aut tertio, fit, verè eſt venditio cenſus: ergo neque ſecundo, neque tertio, fieri poteſt minori pretio, quam ad rõnem quatuordecim pro vno. Secundo, quoniā cenſus minori pretio antea venditos præcipit lex illa reduci ad rationem quatuordecim pro vno: ergo non permittit vllum cenſum deinceps vendi, etiam ſi iam antea conſtitutus ſit, minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno.

Tertiò, qm̃ eo ipſo, ꝙ frumenti, aut cuiuſuis alterius rei, pretium eſt taxatum, nefas eſt eam rē ſecundo, aut tertio, vendere maiori pretio: ergo idem erit in cenſu redimibili. Neque eſt dubitādum, ſi legiſlator dum eam legem condidit, interrogaretur, an liberum relinqueret, poſtq̃ ſemel cenſus eo pretio eſſet conſtitutus, minori pretio illum emere, negantur fuiſſe reſponſurum: præſertim, cū cenſus nō minorē valorem habeat, quādo ſecundo, aut tertio, venditur quam qñ venditur primo. Hoc ipſum confirmat clauſula Pij V. circa quam hæc examinamus, quæ ſtatuit, pretium ſemel cenſui conſtitutum, nec augeri, nec minui poſſe, etiā ab vltimo contrahentibus quare ſi hæc bulla in hoc Regno fuiſſet recepta, nefas in eo, pp hanc clauſulam, eſſet, emere ad rationem quatuordecim pro vno cenſum redimibilem iam antea venditum ad rationem quindecim, aut ſexdecim, pro vno. Non eſt tamen in eo recepta.

4 Quod verò attinet † ad cenſus irredimibiles in hoc Regno emptos ad rationē triginta pro vno, aut quouis alio pretio dicendum eſt, licitè poſſe emi poſtea minori pretio, dummodo, attentis circūſtantijs concurrentib. & modo vēdendi, limites iuſti non egrediatur. Rō eſt, qm̃ huic cenſui nullū pretiū in hoc Regno eſt lege taxatū, neque de hoc cenſu loquitur motus proprius Pij V. diſput. 390. oſtenſum eſt. Lege hac de re Nauar. in comment. cap. 1. 14. quæſt. 3. nu. 112.

Quæſt. 5 Cum Pius V. in tota hac bulla non meminerit conditionis illius, vt † cenſus pro partes redimi poſſit, dubium eſt, an illa neceſſaria ſit, vt cenſus redimibilis vſurarius, aut certe iniuſtus, non ſit. Conueniunt oēs, ſi in pretio cenſus tantū augeatur, vt compenſetur grauamen illud, ꝙ cenſus redimi nō poſſit per partes, ſed totus ſimul contractum neque vſurarium eſſe, neque iniuſtū. Ita Sot. 6. de iuſt. q. 5. art. 3. Nauar. in comment. c. 1. 14. q. 3. nu. 78. in 5 conditione, & alij, quos Gutier. 2. de pract. qq. q. 174. refert ac ſequitur. Cenſet verò Gutier. in hoc Regno iniuſtū eſſe cōtractum cēſus redimibilis ad ratiōnē quatuordecim pro vno, cum pacto, vt cenſus redimi non poſſit per partes, ſed cenſum cum eo pacto emi debere ad rationem quindecim, aut ſexdecim, pro vno.

Vtrum autē, ſi pactum illud, apponatur, neq; in pretio augeatur, contractus dicendus ſit vſurarius, an iniuſtus, quia inæqualis, ſine vitio tamen vſuræ Nauar. vbi ſupra, vſurarium arbitrat̃ eſſe appellandum Sotus verò, quē Gutier. & alij ſequuntur, vitio vſuræ carere exiſtimant, ſolumque eſſe iniuſtum, quia eſt inæqualis.

Ego cum dño Franciſco Sarmiento 7. ſelectarū interpr. c. 1. nu. 27. & alijs, dicendū arbitror. Cenſui redimibili nō magis ex natura rei eſſe, vt redimi per partes poſſit, q̃ cæteris rebus quæ cum pacto de retrouendēdo enumerentur, de quib. oēs confitentur, niſi in pactum deducatur, vt redimi poſſint per partes, non poſſe redimi, niſi ſimul. Deciſ.

6 Fateor † quidē cenſum aptiorem ex natura rei eſſe, vt per partes redimatur, quā res cæteras, ſed, quòd nego, eſt, ineſſe ex natura rei cenſuali contractui, ſi cum pacto de retrouendendo celebretur, quod in facultate eum vendentis ſit, redimere illum per partes, ſecluſa conſuetudine loci, quæ vnum, aut alterum habeat: quin potius arbitror, ſecluſa conſuetudine in contrarium, non eſſe in poteſtate illum vendentis, redimere eum per partes, niſi in pactum deducatur.

7 Quare ſicut † grauamen eſſet emptoris aliarū rerū cū pacto de retrouēdendo, ſi in pactū deduceretur, ꝙ redimi poſſint per partes, minuſq; valerent appoſito eo pacto, quā ſi abſolutè venderētur ſolum cum pacto de retrouendendo; eaque de cauſa minuendum, eſſet de pretio, alioquin iuſto, quo venderentur cū pacto, q̄dē de retrouendēdo, ſed ſine eo grauamine: ſic ēt, ꝙ cēſui redimi poſſit per partes, grauamen eſt ementis illū, licet minus, q̃ ꝙ reliquæ res redimi per partes poſſint; ac proinde minus aliquid valet cenſus cum eo grauamine, q̃ ſi abſolute vendatur cū ſolo pacto de retrouendendo. Noſtra hæc ſnīa confirmari põt. In primis qm̃ nulla legitima põt reddi ratio, cur vna venditione cum pacto de retrouendendo habeat ex natura rei ſecluſa alio pacto, aut conſuetudine loci, vnum illorum, q̃ alia. Deinde, quoniā qñ venditur cenſus cum pacto de retrouendendo, quod venditur, non ſunt penſiones ipſæ materialiter hoc eſt, pecunia ſoluenda quotannis, ſed ius ad illam accipiendam ex re, in qua cenſus collocatur: eiuſmodi autem ius totum quoddam eſt minus habens partes comparatione latitudinis ſoluendæ penſionis, quam reſpicit, quam habeant prædia, & res aliæ, quæ cum

pacto

pacto de retrouendendo emuntur: ergo non magis cenſui cum pacto de retrouendendo empto, ex natura rei ineſt, ſecluſo alio pacto, & conſuetudine, quod in facultate illum vendentis ſit redimere eum per partes, quam inſit cæteris rebus ſimiliter venditis.

Tertiò, quoniã ſicut grauamen eſt emptoris, quod cenſus ei vendatur cum pacto de retrouendendo, eaque de cauſa minus valet cenſus cum pacto de retrouendendo, quam ſine illo: ita grauamen eiuſdem emptoris eſt, quod inſuper redimi poſſit per partes, minuſq; adhuc valet cum eo grauamine, quam cum ſolo pacto de retrouendendo, difficilius quippe emet quis ius ad annuam penſionem cum pacto, quod redimi poſſit per partes, etiam magnas, quales ſunt dimidium, tertia, quarta, aut quinta pars, quam ſine eo grauamine: eo quod pecunia ad ipſum per partes reuerſa, minus vtilis ei ſit ad prædia, aut ad alios reditus, emenda, faciliuſque inſumatur, quam tota ſimul accepta: & qm̃ reditus exigui, atque cã diuerſis exigendi, minus vtilis, valdeque moleſti ſint: cum pacto verò, quod cenſus redimi per quaſcunque partes poſſit, etiã minimas, vt redimendo ſigillatim ſingulos aureos pẽſionis, eſt lõge maius grauamen, qđ multum de pretio minuet, vixque venditor cenſus reperiet, qui cum eo grauamine velit cenſum emere; doctoreſq; cum quibus diſputamus affirmant, non eſſe in facultate vendentis cẽſum cum pacto de retrouendendo illum redimere per partes adeo exiguas ſed ſolum per magnas, vt per tertias, aut quartas partes, ac proinde confitebuntur, non ineſſe ex natura rei cõtractui cenſuali vendito cum pacto de retrouẽdendo, quod redimi per partes exiguas poſſit, ſed ad eam facultatem neceſſarium eſſe pactum expreſſum ſuperadditum.

Quod ſi contractus cenſualis venditus cum pacto de retrouendendo ex natura rei non habet, qđ ſecluſo pacto, & conſuetudine redimi poſſit per partes exiguas, ſanè neq; ex natura rei habet, quod redimi poſſit per partes maiores, ſed ad id neceſſaria eſt conſuetudo, iuxta quã celebratus cenſeatur contractus, vel pactum expreſſum. Adde, cum oſtẽſum ſit, quemadmodum pactum de retrouendendo in cenſuali contractu grauamen eſt emptoris, ſic etiã, ꝙ poſsit redimi per partes, eſſe grauamen aliud eiuſdẽ emptori ſuperadditũ; grauamina verò, quæ ex natura rei emptioni, & vẽditioni nõ inſunt, nõ cẽſeantur debita, niſi in pactũ deducãtur, aut conſuetudine ſint recepta, ac proinde niſi tacitè in pactum deducta cenſeatur; ſanè ſicut, qđ cenſus redimi poſſit, non ineſt ex natura rei cõtractui cenſuali, ſed, vt facultas cenſum redimendi ſit, neceſſe eſt id in cẽſuali cõtractu in pactũ deduci: ita, quod per partes, ſiue magnas, ſiue paruas, redimi poſſit, eidem contractui non ineſt, ſed neceſſe eſt, vt tacitè, vel expreſſe, in pactum deducatur.

8 In † Hiſpanijs verò conſuetudo nõ eſt, vt cẽſus redimibiles per partes, etiam magnas, redimantur, ſed ſimul. Quod ſi aliquando, rarò, per partes eſt redemptus, ſine pacto expreſſo, quod eo modo redimi poſſet, illud ſane eſt, libero conſentiente domino cenſus aut certe conſulentibus doctorib. contrariæ opinionis, eum teneri conſentire. Ea autem opinio ortum habuiſſe videtur ex extrauagantibus Martini V. & Calixti III. quatenus in eis proponitur, cenſus cum pacto de retrouendendo, de quibus in eis eſt ſermo, & qui ibi approbantur, celebratos fuiſſe cum conditione, inter alias, vt redimi per partes poſſent.

Ex eo autem, quod illi ita celebrarentur, non rectè colligitur, omnes ita deberi celebrari, & alioquin eſſe iniuſtos, eam ve eſſe neceſſariam conditionem, vt contractus cum pacto de retrouendendo licitè poſſint celebrari, vt Miranda, & Nauar. colligunt. Vt.n. ſæpe dictum eſt, ex eo, ꝙ in illis extrauagantibus contractus in eis propoſiti celebrati cum illis conditionibus, & pactis approbentur, non ſequitur reliquos, aliter celebratos in eiſdẽ extrauagantibus reprobari. Atq; in re propoſita, nõ ſequitur, omnes illas conditiones ineſſe ex natura rei contractui cum pacto de retrouendendo, aut vbique eſſe conſuetudinem, vt eodem modo celebrentur. Ac ſane Pium V. eius conditionis nõ meminiſſe, ſignum eſt manifeſtum, eam neceſſariam non eſſe, vt iuſtus ſit contractus.

Ex dictis infero, falſum eſſe, quod Gutier. affirmat, nẽpe iniuſtum hoc Regno eſſe cenſum cũ pacto de retrouendendo ad rationem quatuordecim pro vno, ſi exprimatur, quod cenſus redimi nõ poſſit per partes. Etenim, cum cõtractus id habeat ex natura rei, quod id exprimatur, pretium cenſus nõ auget, neque, ſi augeret, tantum eſſe grauamen, vt augere deberet vnum ſupra quatuordecim, nedũ duo. Imò verò, quod deducatur in pactum redimi poſſe per partes, minuere deberet de pretio ad rationem quatuordecim pro vno lege taxato: eo ꝙ vt oſtenſum eſt, id ſit grauamen emptoris, quod de pretio cenſus, alioquin iuſto, ex natura rei minuit, ſicut minuit etiam pactũ de retrouendendo.

CLAVSVLA VLTIMA.

POſtremo clauſula habet. *Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma cenſus peruenerunt, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorũ ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ anno* 1568. 14. *Kalen. Februarij.* Hæc clauſula ſatis eſt perſpicua, neq; expoſitione indiget.

Deciſio quorundam dubiorum.

DISPVTATIO CCCXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad certam pecuniæ ſummam ſoluendam an ſi ſtatim eam non ſoluit, teneatur ad annum cenſum, donec eam ſoluat, non obſtante bulla Pij V.*

2 *Cenſum vendens, an poſſit dare partem pretij cuidã tertio, vt ſoluat partem penſionis, quæ ei parti pretij reſpondet.*

3 *Cenſus an debeatur ex domo de nouo cõſtructa ſuper fun-*

fundo, in quo erat domus vetus dirupta, ſubiecta cenſui.

4 *Cenſus ſi ematur in re non libera, an penſiones licitè recipiantur.*

Et quid de iure Caſtellæ nu. 5.

6 *Emptor rei, in qua eo ignorante, erat cenſus legitimus, an poſſit ſe aggrauare, & ſic venditionem reſcindere.*

7 *Cenſus an poſſit redimi, & extingui etiam in alijs rebus loco pecuniæ quibus dominus cõtentus ſit.*

8 *Cenſus dominus in venditione rei, an præferatur etiam habentibus ius retractus.*

9 *Cenſus quando imponi poſſit in re aliena.*

1 DVbium primum eſt. Vtrum, nihil impediẽte bulla ac Pij V. qñ † aliqs cõdemnatur ad ſolutionẽ ſummæ alicuius pecuniæ, neq; illam põt ſtatim ſoluere, dãnari ſub diſiunctione poſſit, ad illã ſoluendã, vel ad annuũ cẽſum, interim dum eam non ſoluit: qđ Nauar. in cõm. c. 1. 14. q. 3. n. 99. aut conſuetũ eſſe in hoc Caſtellæ Regno Nauar. ibid. n. 10. affirmanter rñdet, modo tñ in intereſſe lucri ceſſãtis ex eo creditori, quod pecunia illa nõ ſoluatur ſtatim, atq; in pœnam iuſtã contumaciæ debitoris, ea ſñia feratur. Ducitur, qm̃ bulla Pij V. ſolũ intelligatur de cenſibus ex cõtractu, & cõuentione partium creatis; nõ verò de creatis iuſtis alijs titulis: de quorum numero eſt iuſta ſententia iudicis. Excipit, niſi debitũ eſſet ex rebus in pondere, numero, aut mẽſura, conſiſtentibus. Quęſt.

Arbitror tñ impertinens eſſe, vnde ſumma pecuniæ debeatur, modo verè debeatur, eſſetq; fraus, ac dolus. Licet. n. pœna conuentionalis tẽpore cõtractus ſtatuta, magis ſuſpecta ſit, qñ aliquid eſt debitum ex rebus in pondere, numero, aut menſura, conſiſtẽtibus, quam qñ ex alijs rebus eſt debitum; hæc tñ, de qua loquimur, nõ eſt pœna cõuentionalis, ſed iudicialis, ortũ habens ex pecunia vere iã debita, nec ſuo tempore ſoluta: poſtquam autem pecunia iã eſt debita, & in pœnam contumaciæ, quod non ſoluatur, atq; ob intereſſe, qđ ex dilatione ſolutionis creditori ceſſat, a iudice ſub diſiunctione iniungitur, vt ſoluatur, vel annuus cenſus ex illa reddatur, impertinens eſt vnde debitum habuerit ortum. Curare tñ debet iudex, ne ſimulatio aliqua interueniat, ad ea vt a ex partium conuentione cenſum perſonalem, aut ſine conditionibus, vt ſit licitus neceſſarijs, creandum. Adde, in hoc regno receptam non eſſe bullam Pij V. Deciſ.

2 Secundum eſt, vtrum, qui † cenſum vendidit, poſſit dare partem pretij cuidam tertio ea lege, vt ſoluat partem penſionis, quæ ei parti pretij reſpondet. Nauar. loco citato, nu. 113. Negãter reſpondet. Credo tamẽ affirmanter eſſe reſpondendum. Præſertim in Nauarri opinione, qui cẽſet, redimi poſſe cenſum quo ad partem. Cum. n. vẽditor cenſus ea parte pretij, quam alteri tradit, redimere poſſet partem cenſus, vtique beneficium illi impendit, concedendo illi eam pretij partem cum onere, cum quo ipſe illam accepit, relinquendo cenſum collocatum in bonis ſuis. Quęſt. Deciſ.

Adde ratione damni ex eo ipſi emergentis, q ea parte pretij non redimat partẽ cenſus, licitum id eſſe: præſertim cum vẽditor cenſus, nullum lucrum inde reportet. A principio ẽt, quando cenſum vendebat, poterat dimidium vendere, vt ipſe eum ſolueret, & alterum dimidium, vt ſolueret illum is, qui ea pecunia indigebat, collocando totũ cenſum in re aliqua ſua: quod eſt beneficium cõferre illi alteri, ſine vllo proprio lucro: in quo neque vſura, neq; alia iniuſtitia, cernitur. Qñ autẽ, qui cenſum vendidit, partem pecuniæ hẽret otioſam, neq; ea fas illi eſſet redimere partem cenſus, tunc vſura vtique eſſet tradere illam alteri ea indigenti, cum onere, vt partem cenſus ſoluere, & forte in hoc ſolo euentu loquitur Nauarrus.

3 Tertium, ſi res, in qua cenſus † erat collocatus, erat, verbi gratia, domus, atque illa oĩno corruat, aut exurat, iterumq; in eadẽ area alia ſimilis erigatur, an debeatur cenſus. Reſpondendum eſt cũ Nauar. loco citato, nu. 118. non deberi. Quoniam pereunte re, in qua cenſus eſt collocatus, perit omnino cenſus: eſto autem area domus maneat, ſimpliciter verum eſt dicere, periiſſe domũ. Quando autem res in qua cẽſus erat collocatus, culpa debitoris cẽſus periret, teneretur collocare illum in re alia, in qua cẽſus æqualis eſſet valoris, aut ſoluere teneretur valorem cenſus. Ita Nauar. ibidem. Dubiũ Deciſ.

4 Quartum eſt, ſi cenſus † ematur in re non libera, ſeu in qua cenſus collocari non poterat, quia alligata erat vinculo maioratus, aut erat aliena, vel alia ſimili rõne, an penſiones licitè recipiantur. Ad hoc diſtinguendum eſt cum Naua. vbi ſupra, nu. 118. Qm̃, vel emptor cenſus ſciebat rem eſſe talem, in qua cenſus non poterat collocari, vel id ignorabat. In poſteriori euentu, licitè recepit penſiones, interim dum ea ignorantia perſeuerabat, neque tenetur computare illas in partem pretij; idque ſiue venditor cenſus ſciuerit, rem illam eſſe incapacem cenſus illius, ſiue nõn. Ratio eſt, qm̃ emptor cenſus bona fide illas recepit, ſibique erant debitæ vi contractus emptionis cenſus. Quod ſi venditor conſcius fuit rem incapacem fuiſſe illius cenſus, dolus interuenit in contractu, iuxta ea quæ diſputat. 352. & 353. dicta ſunt, tenebiturque vitium detegere, neque dolus patrocinari illi debet, vt eo tempore immunis ſit a penſionibus ſoluendis. Dubiũ Deciſ.

5 Quin † in hoc Regno, eſto res vinculata non ſit, ac ſit propria vendentis cenſum, ſi tamen onerata erat alijs prioribus cenſibus, aut tributis, neque venditor cenſus id emptori detexit, punitur amiſſione dupli eius pretij, quod pro cenſu acceperat, & cogitur iterum collocare cenſum in re ſecura, vt cenſus ex illa ſoluatur. Ita habetur l. 2 titul. 15. lib. 5. nouæ collect. Atque l. 3. ſequenti, ad lites vitandas, quæ ex occultatione onerum rerum, in quibus cenſus collocantur, ſæpe oriuntur, ſtatutum eſt, vt in vnoquoq; loco, in quo caput ſit iuriſdictionis, deputata ſit perſona, quæ librum habeat, in quo in catalogum redigantur contractus omnes quibus onus hypothecæ, cenſus, aut tributi, rebus imponitur, & vt celebrantes eiuſmodi contractus teneantur, intra ſex dies a contractu celebrato, eos in hoc libro ſcribi curare, ſub pœna, vt aliter confecti, fidem non faciant, Ius Caſtellæ.

neque

neque iuxta illos iudicetur, neque tertius earum rerũ poſſeſſor ad aliquod pp tale onus teneatur. Præcipitur verò eum librum non oſtendi, ſed eũ, cui incumbet in catalogum redigere eos contractus, debere fidem facere, num aliquod onus habeat res quæ vendenda; aut in qua onus eſt conſtituendũ, qñ, ad petitionem vendentis rem, aut collocantis in ea onus, id ab eo exigetur. Gutier. tñ 2. de pract. qq.q. 169. ait, diſpoſitionem huius legis tertiæ numquam mandatã fuiſſe exequutioni: quare, interim dum perſona non deputatur, quæ id muneris habeat, ea lex non obligat.

Eſto autem venditor cenſus tempore vẽditionis illius ignorauerit rem, in qua collocabatur, incapacem eſſe illius, iuſte tñ emptor cenſus accepit pẽſiones non cõputandas in partẽ pretij toto eo tempore, quo ipſe id ẽt ignorabat: qm̃ venditor cenſus tenet de euictione illius eo ipſo, quod compẽritur rem non fuiſſe capacem illius, atque adeo tenetur ad intereſſe emptori cenſus, iuxta ea, quæ diſput. 380. dicta ſunt. Quando autem cenſus eſſet redimibilis, quoniam in poteſtate venditoris eſt, illum redimere, quandocunq; voluerit, totum intereſſe ſufficienter ſoluitur, ſi vltra omnes penſiones illucuſque ex cenſu debitas, integrum pretium reſtituatur, vel cenſus iterum collocetur in re æquè bona, ac ſecura.

Quando verò cenſus eſſet irredimibilis, vltra penſiones illucuſque debitas, cogendus eſſet venditor cẽſus collocare illum in re alia æquè bona, ac ſecura, ſi illam haberet, atque id emptor cenſus eligeret, vel ſi id fieri non poſſet, cogendus eſſet ſoluere integrum, ac iuſtum pretium talis cenſus: quoniam id etiam eſſet integrum intereſſe illius. In priori autem euentu, quando ſcilicet emptor cenſus ſciebat rem eſſe talem, in qua cenſus non poterat collocari, dicendum eſt, non poſſe accipere eas penſiones: ſi autem illas accipiat, tenetur eas computare in partem pretij.

Ratio eſt, qm̃ in eo euentu locum non habet euictio, vt diſput. 380. oſtendimus; qm̃ talis cenſus res vera nõ exiſtit: eius autem qd non exiſtit, non poſſunt eſſe reditus, ac proinde nec percipi iuſte ab illo poſſunt, qui conſcius erat cenſum nõ exiſtere. Quod ſi accipiantur, obnoxij reſtitutioni erunt. Immo verò, ſi in exteriori foro conſtet eo modo eſſe perceptos, pœnis vſurariorum in eo plectetur, qui illos acceperit, vt Nauar. vbi ſupra nu. 119. affirmat: quandoquidẽ tunc nullus alius titulus erit, quo accipiantur, quam vi mutui.

Queſt. 6 Econtrario † ſi res, in qua cenſus legitimè erat collocatus, alicui vendatur, non manifeſtato illi, eam rem tale reale onus habere, dubium eſt, an emptor, comperto illam id oneris habere, reſcindere poſſit venditionẽ. Pars, quæ affirmat ſuaderi poteſt, quoniã res cum eo onere vitioſa cenſetur, non ſecus ac ſi in ſe haberet ſeruitutem: qui autem, conſcius rem, quam vendit, habere ſeruitutem, eam vendit, ſeruitute non detecta, cenſetur conſcius vendere rem vitioſam, vitio minimè detecto, ac proinde emptor, detecta ſeruitute, reſcindere poteſt contractum: ꝙ ſi venditor, ſeruitutẽ ignorãs, rẽ vendat, datur emptori actio quanto minoris aduerſus illum, vt diſp. 353. oſtenſum eſt: ergo idem erit in re propoſita.

Dicendum tñ eſt cũ Gutier. 2. de pract. qq.q. 169. In primis venditorem rei illius nõ incidere in pœnam legis ſecundæ titu. 15. lib 5. nouæ collect. Qm̃ illa ſolũ ſtatuit pœnam venditori cẽſus in re grauata alio cenſu, aut tributo, grauamine non detecto: pœnæ autem extendendæ non ſunt ad caſum diuerſum, etiam ſi conſonantius rationi eſſet, vt potius in illo alio caſu ſtatueretur. Deciſ.

Deinde dicẽdum eſt, ſi cenſus redimibilis ſit, non poſſe agere ad diſſolutionem contractus, neque etiam actione quanto minoris, ſed ſolum vt cenſus redimatur, ſoluanturque penſiones ex illo debitæ: eo enim facto, quod in poteſtate venditoris eſt, res manebit libera à tali cenſu, ac proinde à vitio; quando autem vitium tale eſt, quod in poteſtate vendẽtis eſt illud tollere, non procedunt, quæ diſputatione cita à dicta ſunt, ſed cogi debet venditor vitium, ſeu defectum tollere: interim tamen dum cenſus non tollitur, retinere emptor poterit pretium, ſi illum non ſoluit.

Hæc omnia confirmantur, quoniã quando res venditur, quæ hypothecæ ſpecialiter erat ſubiecta, comperto poſtea onere illo reali, agi non poteſt ad reſciſſionem venditionis, ſed vt res ab eo onere à venditore liberetur, ſi id in ipſius ſit poteſtate. Ita colligitur apertè ex l. ex prædijs C. de euict. & ibi notant gloſ. Bart. & alij, quos Gutier. vbi ſupra refert. Quando autem cenſus eſſet irredimibilis, locum haberent, quæ argumentum in partem affirmantem confectum probat.

7 Quintum dubium eſt, vtrũ † vbi bulla Pij V. eſt recepta, quamuis nefas ſit emere cenſum, niſi in pecunia numerata, fas tñ ſit eũ redimere, atque extinguere, non in pecunia numerata, ſed in alijs rebus, quibus dñs cenſus contentus ſit loco pretij. Dubiũ

Reſpondendum eſt cum Nauar. in cõment. c. 1. 14. q. 3. nu. 123. licitum id eſſe. Quoniam bulla illa ſolum loquitur in emptione cenſus, eſtque exorbitans à iure, neque extendenda eſt ad redemptionem. Neque ſanè ea fuit mens Pij V. Deciſ.

Tum quia in extinctione cenſus non erat periculum ea via palliandi vſuras, atque iniuſtitiã cõmittendi, ſicut in illius emptione. Tũ etiã qm̃ ea bulla minui, atque extingui, cenſus curauit. Addit ibidẽ Nauar. Extingui etiam poſſe compenſatione æqualis debiti liquidi quod dñs cenſus debeat cenſus debitori: idque non ſolũ ex conſenſu mutuo vtriuſque, ſed ẽt dño cenſus renuente, debitoreq; cenſus id corã iudice petente, aut ẽt proteſtante coram teſtibus, ſe velle æquali eo debito redimere cenſum, neque deinceps teneri ad penſionẽ ſoluendã. Ex eo autẽ, quod æquale cum pretio cenſus illo modo debeatur, non cenſetur cenſus redẽptus, niſi id petat, aut proteſtetur, debitor cenſus, vt ibid. nu. 125. rectè ſubiungit Nauar.

8 Sextum, vtrum ſi bulla Pij V. recipiatur alicubi, etiam † quo ad eam clauſulam, quod in venditione rei cenſui ſubiectæ præferatur dominus cẽſus cæteris, ſit præferendus, etiam habentibus ius Dubiũ retractus ratione communionis in eadem re, aut ratione conſanguinitatis, vt eſt ius retractus in hoc

hoc Regno. Reſpondet optimè Nauar. vbi ſupra nu. 127. neganter.

Quoniã gratia, ac priuilegium dño cenſus in hac bulla conceſſa, neque tollit, neque impedit, priores gratias, ac priuilegia ritè antea conceſſa. Quare dominus cenſus ſolum præferretur cæteris communibus eiuſdem rei emptoribus, non verò habentibus priuilegium prælationis.

Dubiũ 9 Septimum, vtrum † cenſus imponi poſſit in re aliena. Reſpondet bene Nau. vbi ſup. n. 131 affirmanter,
Deciſ. ſi conſentiat dñs talis rei. Quoniam illa eſt, quæ deuincta manet tali cenſui, licet is, in cuius cõmodum cẽſus conſtituitur, teneatur ſoluere penſiones interim dum ea res ſalua mãſerit: eſtq; conſuetum in Hiſpanijs ita imponi reales cenſus.

De cenſibus multis menſibus, poſt Bullam Pij V. Romæ editam, celebratis ſine conditionibus in ea contentis in diœceſibus, vbi publicata non fuit, & communiter ignorabatur, quid cenſendum.

DISPVTATIO CCCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Leges, & canones ligant omnes etiam ignorantes in omni prouincia poſt duos menſes a die eorum publicationis.*

2 *Immo ẽt vim haberet poſt duos mẽſes a publicatione facta, etiã ad contractus inualidos reddẽdos. Declara tamen plenè, & intellige, vt nu. 4.*

3 *Cenſus contractus poſt publicationem Bullæ Pij V. multos menſes ab ignorantibus celebrati, quando validi ſunt.*

5 *Contractus celebratus ante duos menſes a legis publicatione, irritãtis contractũ, ab habẽte notitiã illius, quando ſit nullus, etiam in foro cõſcientię. Et quid de iure Luſitano. nu. 6.*

POſt multos menſes, quin & poſt aliquot annos, a die publicationis bullæ Pij V. Romæ factæ, celebrati in quadam Luſitaniæ dięceſi fuerunt contractus multi cenſuales cum pacto de retrouendẽdo ſine conditionibus in ea bulla pręſcriptis, vt liciti, ac validi eſſent: cum tamen in ea dięceſi, non ſolum publicata non eſſet ea bulla, ſed etiam communiter ignoraretur, neque vllus eſſet, qui ſcrupulum circa eos contractus moueret.

Contractus tñ tales erant, quod, ſecluſa bulla Pij V. ſtandoque in ſola natura rei, validi erant, eſto in aliquibus in conſcientiæ foro eſſet neceſſe remittere onus aliquod venditori cenſus, aut augere aliquid in pretio, quo cenſus fuerant empti. Lites circa eos contractus moueri in tribunali Eccleſiaſtico cœperunt, contendentibus cenſuum debitoribus, contractus fuiſſe nullos, vtpote contra bullam Pij V. celebratos penſioneſque receptas, reſtituendas, ac computandas eſſe in partem pretij pro eis cenſibus dati.

Conſulti ea de re fuere varij docti viri, multique affirmarunt, contractus celebratos poſt duos menſes a publicatione Romæ facta, fuiſſe nullos, nihil impediente communi ignorantia eius bullæ in ea diœceſi, & quod bona fide eſſent celebrati, ac proinde penſiones ex eis cenſibus acceptas reſtituendas eſſe, aut computandas in partem pretij dati.

Id verò ſuaderi poteſt. Quoniam, licet de iure
1 cõi, vt † leges Imperatorum, ac Regũ ita vim habeant, vt non præſumatur illatum ignorantia, & vt, nihil impediente contrahentium ignorantia nulli ſint contractus, quos inualidos reddunt, requiratur in Curia quidem, & Metropoli Regni, vt tranſeant duo menſes a die publicationis in ea factæ, in reliquis verò prouincijs eidem Regno, ac Metropoli ſubiectis, vt tranſeant duo menſes a publicatione in vnaquaque earum facta, vt habetur in authentico, vt factæ conſtitutiones collat. 5. conſentitq; communis doctorum ſententia; nihilominus, vt Summi Pontificis leges eam vim in tota Eccleſia habeant, inualidoſque reddant contractus, nihil impediente inuincibili contrahentium ignorantia, ſatis eſt, ſi tranſeant duo menſes a publicatione Romæ facta, vt multi affirmant, neque eſt neceſſaria peculiaris publicatio in vnaquaq; Metropoli, aut diœceſi. Id quod ſuadent.

Primò, ex diſcrimine, quod eſt inter Eccleſiã, & Regnum habens multas prouincias, ſeu regna, ſibi ſubiecta. Etenim Eccleſia eſt vnica Reſpublica ſpiritualis: multa autem regna eidem Regi ſubiecta, ſunt multæ reſpublicæ dependentes ab vna præcipua, cui ſubijciuntur: quare, cum in diſtinctis prouincijs requirantur diuerſæ publicationes, eo quod Reſpublicæ diuerſæ ſint: & in vnaquaque earum ſufficiat vna publicatio comparatione omnium, qui de ea prouincia ſunt, eſto ad diſtincta oppida, aut ciuitates, eius prouinciæ ſpectent: ita in Eccleſia, vt pontificiæ leges poſt duos menſes vim habeant, ſatis erit vna ſolemnis publicatio in Curia Romana effecta.

Secundò, quoniam fortè nulla cõſtitutio Summi Pontificis, eam ex ijs, quæ in corpore iuris ſunt inſertæ, publicata eſt in ſingulis prouincijs ſeu dięceſibus: quare ſi, vt vnaquęque earum ſingulas prouincias ligaret, neceſſaria eſſet publicatio illius in ſingulis prouincijs, nulla earum ligaret vniuerſam Eccleſiam: quod nulla ratione eſt affirmandum.

Tertiò, qm̃ Pius Quartus, in bulla ſuper declaratione tẽporis ad obſeruãda decreta Cõcilij Tridentini, referens de iure communi ſancitũ eſſe, vt conſtitutiones nouæ vim non obtineant, niſi poſt certum tẽpus, ait. *Prout rationi, iuri, & æquitati cõuenire cẽſuimus, duximus declarandũ, quod decreta ad reformationem, & ius poſitiuũ pertinentia, omnes cœperint obligare a Kalendis Maij: neq; poſt eam diem excuſationem cuiuſquam, quod ea ignorauerit, admittendam;* cum tñ publicata Romæ fuerint, cœperintq; Romæ obſeruari in fine Ianuarij: ſubiungitque, *quod ſi in contrarium aliquid fuerit iudicatum, totum ſit irritum, & inane.* Ecce, ſolos tres menſes deſignat poſt publicationem

cationem

cationẽ Romæ factam, nullam aliã publicationẽ exigens in particularibus diœceſibus, incrementum verò illud, vltra duos menſes deſignare videtur, propter moram factam in typis mandando, ac mittendo Concilio ad prouincias, cuius moræ in eadem bulla mentionem facit.

Ex his eruitur hoc argumentum. Leges Sum-
2 mi † Pontificis vim habens, etiam ad contractus inualidos reddendos poſt duos mẽſes à publicatione Romæ facta, nihil impediente, quod in particularibus diœceſib. publicatæ non ſint, & quod contrahentes inuincibili ignorantia laborent earum legum: ergo licet ignorãtia inuincibilis bullæ Pij V. excuſet eos à culpa, & a pœnis eiuſdẽ bullæ, qui contra formam illius celebrauerunt cẽſuales contractus poſt duos menſes a publicatione facta Romæ: nihilominus contractus ſunt ipſo iure nulli, ac proinde emptores cẽſuũ reſtituere tenentur pẽſiones, quas vi eorundẽ contractuũ acceperunt: tamquam acceptas titulo ipſo iure nullo.

Quo loco obſerua, quòd dr̃, neceſſarios videlicet eſſe duos menſes a die publicationis, vt leges Summi Pontificis, aut aliorum principũ, vim habeãt ad inualidãdos contractus, irritaque reddenda alia, nihil impediente ignorantia cõtrahentiũ, aut quoduis aliud efficientium, aut obtinentium contra legis diſpoſitionem, limitari a doctoribus cõiter, vt intelligatur, modo aliud in particulari eiſdem legibus nõ diſponatur, ſed abſque alia declaratione hac in parte proponantur. Si.n. in illis plus temporis concedatur a die publicationis, vel tempus minuatur, aut etiam dicatur, qđ ex tunc, quando publicantur, valere incipiant, ſtandum eſt ipſarum diſpoſitioni. Ita Pan. & Fel. c. 2. de cõſtitut. & doct. communiter.

3 Arbitror tñ, contrariũ † eſſe affirmandũ, ẽt vbi bulla Pij V. plenè reciperet. Nẽpè, contractus illos, in ea diœceſi celebratos ab ignorantibus validos eſſe, neque emptores cenſuũ reſtituere teneri pẽſiones, aut eas cõputare in partẽ pretij. Ducor,

Primò, ac potiſſimũ, qm̃, quicquid ſit de diſpoſitionib. Summi Pontif. circa ea, quorum adminiſtratio ac diſpõ ad eũ abſq; cuiuſquã iniuria ſpectat, vt circa collationem beneficiorum, in alijs tñ diſpoſitionibus, in quib. ad cõe quidẽ bonum aliquid reddit nullũ, verumtñ annullatio cederet in iniuriã efficientiũ, quod annullatur, niſi prius ipſi lex cõpetẽter promulgaretur, concederetur q, tempus ſufficiẽs, in quo ad omniũ notitiã poſſet peruenire, certè non benefaceret Sum. Pontifex, ſi cum iniuria ſibi ſubditorum ea lege vellet aliquid reddere nullum, antequã illis in ſuis prouincijs, & diœceſibus, promulgaretur, cõceſſo inſup eis tpe competenti, in quo regulariter ad omniũ notitiam poſſet deuenire: cum ergo annullatio cõtractuum, de quib. modo diſputamus, in iniuriã cedat eos celebrantium, niſi prius illa ad ipſorum notitiam ſufficienter potuerit deuenire, vt mox oſtendam: præſumendumq. non ſit mentẽ Sũmi Pontificis eſſe, leges ipſius aliquid irrationabile continere velle ve vt cum iniuria ſuorum ſubditorum obligent; ſanè dicendum eſt, mentem Pij V. fuiſſe, bullã a ſe latã, non prius cõtractus, alioquin ex natura rei licitos, irritos comparatione ignoranter eos celebrantiũ reddere, quam in vnaquaq; diœceſi eſſet ſufficienter promulgata aut alia via ad oĩum cognitionem potuerit peruenire.

Nobiſcum conſentit Sotus 1. de iuſt. q. 1. art. 4. aſſeuerans, ſimiles Summi Pontificis leges non debere in vnaquaque prouincia obligare antequã in ea promulgẽtur: quia alias eſſent periculis plenæ, eaque de cauſa ait, cẽſendum eſſe eam eſſe Summi Pontif. mentem.

Idem cõſtanter meritò affirmat de legib. quæ priuilegia abſoluendi auferunt, neque enim credendum eſt, mentem Summi Pontificis eſſe irritas reddere ſacramentales abſolutiones iuxta ea priuilegia factas, antequam eiuſmodi leges in vnaquaque diœceſi ſint ſufficienter promulgatæ: quoniam id eſſet irrationabile, & cum maximo fidelium grauamine. Concipit prętęrea Trident. ſynod. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. dum irritũ reddens matrimonium clandeſtinum, cernenſq; id cedere poſſe in grauem eorum iniuriam, qui ignorantes redditum eſſe nullum, illud celebrarẽt noluit legem illam in vnaquaque parœcia habere vim, niſi poſt triginta dies a publicatione eius decreti in eadem parœcia. Quòd autem annullatio contractuum, de quibus loquimur, in iniuriam cederet illos celebrantium, niſi prius illa ſufficienter potuerit in ipſorũ notitiam deuenire, ſatis eſt perſpicuum.

Celebrarent.n. contractum ex natura rei licitum, traderentq; pretium, aliqñ cum maiori lucro ceſſante, aut damno emergenti, quam eſſent penſiones receptæ; & nihilominus cogerẽtur reſtituere penſiones, licitè alioquin acceptas, nudũque accipere pretium, quo cenſuum venditores toto eo tempore eſſent potiti: quod cõſtat in eorum iniuriam cedere.

Neque.n. cenſuum venditores illis tenerentur ad lucrum ceſſans, aut damnum emergens, quaſi expenſionibus illud poſſent cõpenſare: qñquidẽ neque ex parte rei acceptæ ad id tenerentur quippe cum lucrum eorum ceſſans, aut damnũ emergens, non ſit res, quæ ad cenſuum venditores deuenerit: neque item illis tenerentur ex parte iniuſtæ acceptionis: ſiquidem non peccaſſent bona fide cum eis celebrando eos contractus.

4 Secundò † ducor, qm̃ opinio illa qđ Põtificiæ leges ſtatim poſt duos menſes a publicatione Romæ facta totam obligent Eccleſiam, neque neceſſaria ſit publicatio earum in ſingulis prouincijs, aut diœceſibus, ad effectum, quod nullus prǽſumatur inuincibiliter illas ignorare, & quod inualida ſint, quæ eis annullantur; profecto non eſt tã certa quam certa ſupponitur, quin potius contraria, meo iudicio, eſt probabilior.

Vt.n. Panor. Fel. c. 3. de conſt. & alij argumentatur, cum ciuile ius ſtatuat duos menſes a publicatione facta in vnaquaq; prouincia, ut inualida iudicẽtur in ea, quæ lex principis annullat, ut ex authentico vt factæ nouæ conſtit. conſtat qđ loquitur expreſſe de lege annullante teſtamentum ob defectum ſolemnitatis, verò canonicum nihil in contrarium ſtatuerit, ſtandum ſane in iure cano-

nico

nico erit illi diſpoſitioni iuris ciuilis: eo quod, quando ius canonicum nihil ſtatuit, recurrendum ſit ad diſpoſitionem iuris ciuilis in Eccleſiaſtico foro, illiq; ſit ſtandum, vt conſtat ex c. 1. de noui oper. nunc. & ex alijs iuribus. Neq; valet quicquam diſcrimen illud quod Eccleſia tota eſt vnica Reſpublica, diuerſæ vero prouinciæ eidē Regno principali ſubiectæ, ſint diuerſæ Reſpublicæ.

Etenim rō quare in authētico citato duo menſes a publicatione ſufficientes ſunt iudicati, vt regulariter nullus obtendere poſſit ignorantiam legis, atq; adeo, vt lex, abſq; cuiuſquā iniuria, poſt id tps teſtamenta annullet ob ſolemnitatis defectum, & contractus ea, aut alia de cauſa, eſt, quoniam lex publicanda erat per ſingulas prouincias, & id tps cōpetens iudicabatur, vt, poſt publicationem in vnaquaque earum, notitia legis regulariter ad omnes poſſet deuenire: quod ſi totum Romanū imperium, tunc per Orbem terrarum latè diffuſum, vnica eſſet temporalis Reſpublica eo modo, quo eſt tota Eccleſia, certè non præſcriberetur tēpus duorum ſolum menſium a die publicationis in curia imperiali factæ, vt totus Orbis tunc cenſeretur habere ignorantiam eius legis, & vt teſtamenta, aut contractus, ob defectum ſolemnitatis, aut ob alias cauſas, quæ ad id legislatores permouerent, nulla cenſerentur: quoniam eſſet irrationabile, eo quod in tam exiguo tpe notitia legis deuenire non poſſet ad totum imperium, ſingulaq; illius oppidas ac perſonas: vnde hæredes in minus ſolēni teſtō inſtituti meritò ad imperialē curiā recurrerent, ac proponerent, teſtatorē iuxta legis ignorantia ita eos inſtituiſſe hrēdes, indignumq; eſſe teſtatoris volūtatē: abſque ipſius culpa, quaſſari, vt multi ante conditū illud authenticum recurrebant, ac obtinebāt hæreditatem, nihil impediēte lege irritāte teſtm̄, eaq; de cā conſtitutum fuit illud authenticū, vt ex ipſomet conſtat: quare cum Eccleſia tā late per Orbē terrarū ſit diffuſa, quā latè diffuſum tunc erat Rom. imperium, diuiſaq; ſit per Metropoles, & diœceſes, ſicut imperiū per prouincias erat diuiſum, legesq; pontificiæ deriuari a curia Romana conſueuerint, ad Patriarchatus, Metropoles ac diœceſes, vt ita ordine quodam per Patriarchas Archiepiſcopos, & Epos, iuſſu Summi Pontificis promulgentur, vt ex ipſiſmet bullis, quib. ea continentur, liquet: conſequens profectò eſt, vt quando ius canonicum, conſentaneè ad ciuile, de duobus menſibus circa pontificias leges loquitur intelligendi illi ſint, a publicatione in vnaquaque diœceſi facta: alioquin irrationabile eſſet tam modicum tempus, tū vt ignorantia in vniuerſa Eccleſia non præſumeretur, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, tum etiā vt in tota Eccleſia irriti eſſent actus, alioquin ex ſe liciti: qui eis nulli redderentur, quod eſſe non poſſet ſine multorum iniuria: cum autem hæc præſumenda non ſint de voluntate Sūmi Pontificis, ordineq; ac diſpoſitione Eccleſiæ: dicendum proculdubio erit, duos illos menſes intelligendos eſſe, a die promulgationis in vnaquaque diœceſi, Atque ita intelligo verbū illud in hac bulla Pij V. *Modo poſt publicationem huius bullæ creatus ſit.*

Citati pro hac ſnīa pñt, gl. c. 2. de conſt. & alia. c. 1. de poſt. plat. atq; alia. c. nouerit, de ſent. excō. quæ dum affirmant, leges pōtificias obligare poſt duos menſes a publicatione iuxta authenticum vt factæ nouæ conſti. & nihil amplius addunt, apertè intendunt, eo modo obligare poſt duos mēſes, quo in prædicto authentico ſancitur: in eo autem diſponitur, obligare in vnaquaq; prouincia poſt duos menſes à publicatione in ea facta. In eadem ſnīa ſunt Pan. Feli. Card. Zabarella, Henricus, & Dec. in lect. 2. c. 2. de conſti. citato, idem Pan. c. 1. de poſtu. prał. Ang. ver. lex nu. 13. & quidā alij.

Ioannes tñ Andr. in gl. vlt. lib. 6. decretaliū, ſuper da'ā illius libri, innuere vr pontificias leges, quæ in eo. lib 6. compilatæ ſunt, obligare omnes de eccleſia poſt duos menſes a publicatione eiuſdem libri, etſi in prouincijs non ſint publicatæ, & poſt illum multi vniuerſim aſſeruerunt, conſtitutiones Summi Pontificis obligare vniuerſam Eccleſiam poſt duos menſes a publicatione Romæ facta, atq; vſq; adeo hæc opīo viguit, vt cōior videatur appellanda. Quin Syluester, qui eādem amplectitur, verb lex q. 6. pronunciat. 3. & multi alij affirmant, ſeruari in practica. Et Pan. c. nouerit, de ſent. excom parum ſibi conſtans, in eandē videtur inclinare, tametſi addat, potiſſimum eam eſſe veram de conſtitutionibus in corpore iuris inſertis, de quib. Io. And. loquitur. Permotus aūt videtur argumēto illo ſupra propoſito, quod Io. Andr. & pleroſque alios eius opinionis autores mouit, nempe, quod alioquin multæ ex conſtitutionibus in corpore iuris canonici inſertis, non obligarent vniuerſam Eccleſiam; eo quod promulgatæ non ſint in ſingulis prouincijs.

Verumtamen argm̄ hoc mouere illos non debuit, vt diſcederent ab illa alia opinione authoritate iuris, firmiſſimisq. rationibus, comprobata: ſed ſolum ad eam limitandam, vt intelligeretur, niſi conſtitutio in corpore iuris eſſet inſerta, quo prouinciæ vtūtur, & in vniuerſitatib. addiſcitur, atq. inter literatos viros practicatur: id. n. in vnaquaq. prouincia pro promulgatione ſufficit, neq. neceſſaria eſt alia promulgatio, ſiue ius ad illud canonicum ſit, ſiue ciuile. Atque hoc modo eam opinionem limitat Fel. loco citato, idque eſt, quod velle videtur Pan. c. nouerit citato.

Admonuerim tamen, ſi corpus aliquod iuris de nouo Romæ ederetur, in quo eſſent nouæ aliquæ conſtitutiones atque ſufficiens earum notitia ad aliquam prouinciā intra duos menſes non deueniret, neque in eā publicarentur, tunc illa nō obligare ipſas ignorantes in ea prouincia, antequam de eis communiter in ea haberetur notitia, idque propter ea, quæ dicta ſunt.

Vnde, quod ad bullam, de quo modo diſputamus, attinet, dico. Si in prouincia aliqua publicata nō ſit, neque ea inter viros doctos practicetur, tabellionesque, & contrahentes, cōiter de illa nō ſint admoniti, non prius irritos reddere contractus, contra formam ipſius ab ignorantibus celebratos, quam de illa in eo populo cōmuniter notitia habeatur.

Vnum in complementum eorū, quæ dicta ſunt, Dubiū examin-

5 examinemus oportet. Nempe, ſi † aliqui, ante lapſos duos menſes à publicatione legis irritantis contractum, notitiam ſufficientem illius habeãt, ac celebrent contractum, vtrum in conſcientiæ, atque in exteriori foro is contractus irritus ſit, & nullus, quaſi lex ĩtra eos duos mẽſes obliget ſcientes, non verò ignorantes. Quidã aſſeruerunt, eiuſmodi leges intra duos illos menſes, neque obligare ſcientes, neq; ignorantes, eaque de cauſa validũ eſſe eum contractum. Communior tñ ſententia doctorum eſt, quando lex non exprimit intra quãtum tempus valere, atque obligare incipiat, obligare ſtatim ſcientes, eorumq; comparatione reddere nullos contractus, quos irritat. Duos verò menſes, qui de iure communi conceduntur, ad id ſolum concedi, vt intra id tempus ignorantia præſumatur, qñ contrarium ſufficienter non probatur, atque vt contractus nulli non ſint comparatione ignorantium: quare affirmant, non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in exteriori, obligare intra eos duos menſes ſcientes: attamen in exteriori foro exigi, vt aduerſus illos probetur, eos habuiſſe ſcientiam. Huius ſententiæ, inter alios, ſũt gl. c. 2. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. Pan. & Fel. c. 2. de conſtit. idem Pano. c. 1. de poſt. præl. Sylu. verb. lex q. 6. pronunc. 4. Ang. ibid. nu. 12. & multi alij, quos citant, atque ad eandem ſententiam accedit Bar. in authenticum citatum. nu. 6. idque confirmat ex c. 1. de conceſſ. præben. lib. 6. verbo, neque obſtaret, vbi clarè eam innuit textus, eſtq; textus ille quaſi expoſitio authẽtici citati, eidem etiam textui innititur gl. citata. Conſentit præterea bulla Pij IV. circa declarationem temporis, in quo decreta Concilij Tridentini obligare cœperunt, dum ait, à publicatione Concilij factę Romæ cœpiſſe ibi decreta ſeruari, nulla facta mẽtione de lapſu prius duorum menſium.

Decis.

Obſeruant vero doctores, quãuis, poſt lapſum duorũ menſium à publicatione legis inualidi ſint contractus, qui ea irritantur, eſto ab habente inuincibilem ignorantiã eius legis celebrẽtur, cuius rei, ea eſt ratio, qm̃ ad contractus in cõe bonũ annullandos, ſatis eſt, ſi concedatur tp̃s, in quo præſumitur, non futuram poſt illud ignorantiam legis, neque eſt neceſſe habere rationem paucorum in quibus per accidens eſſe poterit ignorantia illius inuincibilis; nihilominus, vt aliquis poſt eos duos menſes ad pœnam lege ſtatutam teneatur, requiritur, vt eã tunc non ignoret inuincibiliter.

Ratio eſt, qm̃ pęna culpam ſupponit: vbi verò datur ignorantia inuincibilis legis, eſſe nõ poteſt culpa in trãſgreſſione illius. Hinc prouenit quod quamuis, poſt duos menſes a promulgatione legis; nullus præſumatur illam ignorare inuincibiliter, atque adeo ꝙ, niſi de ignorantia inuincibili cõſtet tranſgreſſor omnis eius legis puniendus ſit pœna illius, nihilominus admittenda in foro exteriori ſit probatio ignorantię inuincibilis, eaq; ſufficienter probata, puniendus non ſit tranſgreſſor legis. Qualis autem probatio requiratur, & num aliquando ſufficiat iuramentum tranſgreſſoris, lege Panor. & Felinum locis citatis.

Ex proximè dictis intelligetur facilè, ſi quæ in bulla Pij V. circa inualiditatem contractuũ cenſualium ſtatuta ſunt, in pęnã ſint ſancita, vim nõ habere aduerſus ignorantes inuincibiliter eam legem, quales illi ſunt, propter quos hæc omnia dicta ſunt.

Ius Luſitanũ.

6 Illud † obſeruandum eſt, de Luſitano iure, leges Regias poſt dies octo à publicatione earũ in Cancellaria Regis, aut in domo ſupplicationis facta, habere vim in loco, vbi reſidet Rex. In reliquo verò Regni, habere vim poſt tres menſes ab eadem publicatione in Cancellaria, aut in domo ſupplicationis facta, idque ſiue in reliquis partibus Regni, quas *comarcas* vocant, publicẽtur ſiue non, atque eſt in eiſdemmet legib. pręcipiatur vt publicentur *po la comarcas*. Eiuſmodi quippe præceptum nõ apponitur, quaſi ea publicatio neceſſaria ſit, vt lex in toto Regno vim habeat, ſed vt lex melius ad omnium notitiã perueniat. Hæc omnia habentur lib. 1. Luſit. ord. tit. 2. §. 9. Ille tamen §. intelligendus eſt; quando aliud non exprimitur in lege circa tempus, in quo obligare dẽat. Præterea arbitror de Luſitano iure regias leges non prius obligare ſcientes, quam in Curia tranſeant octo dies, & tres menſes in reliquo Regni. Ratio eſt, quoniam §. citato aperte conſtituitur, vt non prius leges habeant vigorem, quam tẽpus illud labatur.

Ad argumentum, quo ſententiam contrariam ſuadebamus primamq. illius probationem, dicendum eſt. Satis perſpicuè eſſe oſtenſum diſcrimen illud nihil efficere, neque illam eſſe rationem, cur in legibus imperialibus publicatio requiratur in vnaquaque prouincia.

Quòd ſi diſcrimen illud aliquid operatur, ſolũ erit quoad hoc, quod eo ipſo, quod aliquibus de aliqua diœceſi plene conſtat, legẽ aliquã à Summo Pontifice eſſe latam, neque videant talem eã eſſe, de qua ſupplicandũ Pontifici ſummo ſit, eos obliget antequam in ipſorum diœceſi promulgetur; eò quod vniuerſa Eccleſia ſit quaſi vna Reſpublica, quæ eiſdem legib. gubernatur. At verò, quando multæ prouinciæ eidem Regno ſunt ſubiectæ, quarum quæuis ſuis peculiaribus legibus gubernatur, vt ſunt hodie Luſitaniæ, & Aragoniæ Regna, itemq. Belgia, & Neapolitanum Regnum comparatione Regni Caſtellæ, non ſatis erit ſcire Regem Caſtellæ legem promulgaſſe in Caſtella, quam communem eſſe vult cæteris Regnis, quæ ipſi parent, vt in eis obligent ſcientes, antequã in ipſiſmet eorum Regnis, promulget.

Ad ſcđam iam dictum eſt, ſufficere conſtitutionem aliquam inſertam eſſe in corpore iuris, quo prouincia cõiter regitur, quodque in ea practicatur, vt cenſeatur eſſe in ea promulgata.

Ad tertiam dicendum eſt, attenta notitia, quæ de Concilio Tridentino, iam antea abſoluto, per prouincias omnes habebatur, & quod per partes ante illius confirmationem ad prouincias omnes typis mandatum deuenerat, attenta item notitia confirmationis, & publicationis illius Romæ factæ, quæ ad prouincias omnes Europæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectas intra breue tempus peruenit, vtpote rei adeo inſignis, & tan-

ſopere vbiq; deſideratæ, inſuper attenta celeri illius publicatione, quæ vbique facta eſt (ſi enim rectè memini, in Luſitaniæ prouincia, quæ adeo à Romana Curia diſtat, per duos mēſes integros ante Kalendas Maij fuit promulgatū) iure optimo Pius IV. declarauit, omnes obligare cæpiſſe à Kalendis Maij per epicheiam autem, legū interpretem, eſt iudicandum, non intellexiſſe de ijs, qui Indiã, & qui in remotiſſimis noui Orbis partibus commorantur, ad quos notitia confirmationis Concilij tam breui tẽpe deuenire non potuit, Si.n. hi Summo Pontifici occurriſſent, propoſitiue, dum eam declarationem edidit, illi fuiſſent, vtique eos excepiſſet, iudicaſſetque, inuincibili ignorantia confirmationis, ac publicationis Concilij eos laboraſſe, etiam poſt menſes multos ab eis Kalendis Maij. Confirmat verò, noſtram ſententiam fuiſſe mentem Pij IV, in ea bulla, non verò id, quod argumentum intendit.

Quoniam declaratio, quæ in ea bulla continetur, facta fuit poſt elapſas Kalendas Maij, cum tamen à principio Concilium abſolutè promulgatum fuiſſet Romæ, nullo præfixo tempore, à quo decreta obligare inciperent: ſi autem leges pontificiæ ſtatim, elapſis duobus menſibus à publicatione Romæ facta, vniuerſam obligarent Eccleſiam, ſane Pius IV. non declararet, conſentaneè ad ius commune, poſt tres menſes obligare cępiſſe, ſed ſtatim poſt duos menſes ita cœpiſſe obligare, vt quicquid contra ea decreta poſtea fuiſſet effectum, irritum eſſet, & inane.

Potius ergo noſtra ſententia ex ea declaratione confirmatur, quam impugnetur.

Permutatio, & cambium, quot modis vſurpentur. Et de permutatione preſſe ſumpta.

DISPVTATIO CCCXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Cambium, & permutatio idem illata eorum ſignificatione.*

2 *Cambiū & permutatio tribus modis ſumitur in eorum ſignificatione.*

3 *Permutatio propriè quid.*

4 *Cambium proprie quid.*

5 *Permutatio ꝑprie, ſimilis eſt ẽptioni, et vēditioni.*

6 *Permutari res poſſunt dum non exiſtunt, in tēpus, quo exiſtent.*

7 *Cambium poteſt fieri de re nondum exiſtēte ad tēpus quo exiſtet.*

8 *Dñium in permutatione & cãbio an transferatur ꝑ traditionē ex vna parte, ſi ex alia non ſit trāslatum, aut res oblata, aut habita pro tradita.*

Et quid de iure Luſitano. nu. 9.

QVoniam permutatio, & cambium, vt habetur l. 1 ff. de rer. perm. emptioni, & venditioni valde affinia, & ſimilia ſunt, de eis conſequenter eſt diſputandum.

1 Cambium, vi ſuæ † ſignificationis, idē, quod permutatio, ſignificat. Cambire enim, & permutare, latè ſumpta, idē prorſus ſunt, de qua re lege inter alios Couar. in tractatu numiſmatū, c. 7. nu. 5. Vtrūq; aūt vocabulū tribus modis vſurpatur.

2 Primò † ſumuntur latiſſimè, pro quacumque commutatione. Atque hoc modo ſumpta, ſuo ambitu complectuntur oēs non gratuitos, ſeu reſpectiuos contractus, vt emptionem, locationē, mutuum, & cæteros, tã noĩatos, quã innominatos: ideo quippe non gratuiti contractus dicuntur, ꝙ in eorū vnoquoque fiat, detur, aut promittatur aliquid in recompenſationem pro alio. Significatio, ac vſurpatio hæc fuit prima horum vocabulorum: reliquæ verò, quæ minus latè patent, vim ex vſus accommodatione habent. Id quod in cauſa eſt, vt contractus, qui in eis vſurpationibus ſignificantur, non dicantur nominati. Vt.n. cum quadam gloſſa Bartolo, & alijs, diſpu. 253. dictū eſt, vt contractus aliquis nominatus dicatur, nō ſatis eſt, ſi ex vſus accommodatione retineat nomen commune generis, ſed neceſſe eſt, vt proprium, ac peculiare nomen ſibi vendicet. Cum autem modo de contractibus in particulari diſſeramus, nō eſt ſermo nobis hoc loco de permutatione, & cambio in tam ampla ſignificatione.

Secundò vſurpantur minus latè, pro cōtractu illo innominato, qui dicitur, do vt des, hoc eſt, quo vna res, vt cōtra facere diſtinguitur, pro alia commutatur: ſiue res vna incerta in indiuiduo, certa verò in ſpecie, aut genere, commutetur pro alia, ſiue res vna certa in indiuiduo commutetur pro alia certa ēt in indiuiduo, vt diſp. 253. cū Padilla, Pinello, & alijs, quos citant, & cū quib. conſenſit Laſſarte de decim. vend. c. 17. nu. 7. dictum eſt. Is.n. contractus ex vſus accommodatione eſt, qui peculiariter permutatio, & cambium nuncupatur, diſtinguiturq. à reliquis contractibus, tam nominatis, quam innominatis, atque duas partes ſibi ſubiectas complectitur. Vna, qua res, quæ nō eſt pretium, commutatur pro re, quæ etiã non eſt pretium, vt equus pro boue, triticum pro oleo, equus pro equo &c. Alteram, qua res, quæ eſt pretium, commutatur pro re, quæ etiam eſt pretium, vt aurea pecunia pro pluribus argenteis, aut pecunia in vno loco, pro alia ſoluenda in alio.

Contractus enim rei, quæ non eſt pretiū, pro pretio, eſt contractus nominatus, emptio uidelicet, & venditio. Quatenus aūt in explicatione permutationis, & cambij in hac ſecunda vſurpatione dictū eſt, eſſe contractū innominatū, à ratione illius excluduntur contractus omnes nominati, vt emptio, locatio, & cæteri. Quatenus verò eſt additū, eſſe contractum, quo res, vt contra facere diſtinguitur, pro alia re commutatur, excludūtur a ratione illius tres alij contractus innominati, videlicet, do vt facias, facio vt des, & facio ut facias, in quib. ſaltē ex parte alterius extremi, commutatur facere. Hoc autem loco agere intēdimus de permutatione in ſecunda hac vſurpatione, & de partibus illi ſubiectis. Neq; erit neceſſe addere peculiares diſputationes de alijs contractibus innoĩatis, in quib. nulla peculiaris eſt difficultas ſed ſufficienter intelligentur tum ex ijs, quæ de permutatione, & alijs contractib. diſputamus, tū etiam ex ijs, quæ de illis à diſpu. 253. dicta ſunt.

Tertiò

Tertiò, ex vſus accommodatione, vſurpantur permutatione, & cambium, adhuc preſſius. Videlicet,
3 permutatio † pro ea tm̃ parte ſubiecta, qua res, quæ non eſt pretium, permutatur pro re, quæ etiam non eſt pretium, vt equus pro boue: cam-
4 bium † verò pro ea parte ſubiecta, qua res, quæ eſt pretium, permutatur pro re, quæ etiam eſt pretium, vt vna pecunia pro alia. Atque in hac tertia acceptione cambiũ pars eſt contra diuiſa permutationi, ab eaq; diſtincta, in eaq; vſurpatione de eis, cum communi hominũ vſu, deinceps loquemur.
5 Permutatio hoc tertio † mõ ſumpta, valde ſimilis eſt emptioni, & venditioni; eaq; de cauſa, quæ de emptione, & venditione dicuntur, illi ſunt accommodanda, quatenus conuenire ei poſſunt, modo tamẽ cõtrarium non ſit in iure expreſſum. Ita colligitur apertè ex l. 2. ff. de rerum permutatio. & ex l. 2. C. eodem tit. dictumq; eſt diſputatione 253. Vnde in ea locum habent euictio, actio redhibitoria, & quanto minoris, in euentibus, in quibus hæc locum habere in emptione, & venditione ſuis locis explanatum eſt, vt ibidem dictum eſt locum habere in permutatione. Permu-
6 tari etiam † poſſunt res, dum nondum exiſtunt, in tempus in quo exiſtent, vt Nauar. in Manu. ca. 17. nu. 187. aduerſus Sotum, & Syluestrum recte affirmat: quoniam emi, & vendi in id tempus poſſunt, vt diſp. 340. oſtendimus, nihilq; in contrarium de permutatione inuenitur diſpoſitum.
7 Hæc † eadem locum etiam habent in cambio preſſe ſumpto. Immò verò eo ipſo, quod res aliqua vẽdi prohibetur, cenſetur etiam permutari prohibita, atque ita de alijs, quæ emptioni, & venditioni accommodantur.

8 Dubium eſt, num † ſicut in vendõne non trãſfertur dñium rei venditæ per traditionem, niſi ſoluatũr pretium, aut offeratur, vel habeatur pro ſoluto, vt diſp. 338. dictum eſt; ita in permutatione, & cambio, per traditionem ex vna parte non trãſfertur dominium, quouſque ex altera parte ſit etiã facta traditio, aut res ſit oblata, vel habita ſit pro tradita. Gloſſa l. 2. C. de rer. permuta. & alia l. 1. ff. eod. tit. atq; alia l. traditionib. C. de pactis affirmant, id peculiare eſſe in contractu emptionis, & venditionis ex priuilegio contractus illius: at verò in permutatione, & alijs contractib. dominij translatitijs, traditione dominium transferri, antequam ex altera parte contractus perficiatur, & conſentiunt valde. §. per traditionem, & §. venditæ, Inſtit. de rerum diuiſ. vbi hr̃, traditione transferri dominiũ, ſolumq; excipitur venditio, in qua dñij translationem vlterius requiritur ſolutio pretij. Bar. autem l. 2. C. de rerum permutatio. & cum eo additio quædam ad gloſſam eius legis paulò antea à nobis citatam, idem Bart. l. ſi ſeruus. §. locaui. ff. de fur. conſentaneè ad quaſdam alias gloſſas, in contraria eſt ſententia. Nempe in permutatione, & in reliquis contractibus, non trãsferri dominiũ ſola traditione, ſed vlterius requiri, vt contractus ex alia parte impleatur, citatque in eius rei confirmationem. l. 3. ff. de pignor. actione.

Deciſ. Mihi verò prior ſnĩa longè plus probatur, quæ ſatis apertè colligitur ex duobus illis. §§. citatis. Neque. n. quicquam excipiẽdum eſt à regula illa; traditione comparatur dñium præcedente titulo; niſi quod excipi fuerit in iure expreſſum. Præterea, in permutatione traditione dñium transferri, antequam ex altera parte contractus impleatur, adeo expreſſe hr̃ l. cum precib. C. de rer. permu. vt mirandum ſit, Bar. ad eam legem non attendiſſe. Neq; lex, quam Bar. pro ſua ſententia citat, quicquam, vel apparenter probat. In ea, enim ſolũ hr̃, ſi debitor ad ſuum creditorem accederet, ab illoque exigeret pignus, qd̃ in debiti aſſecurationem ei dedit dicens, ſe velle ſoluere debitum: pignuſq; acceptum mittere per feneſtrã alteri, quem ad id paratum haberet, nec debitum ſolueret, creditorẽ, tunc retinere ius pignoris in re illa dolo eo modo de ipſius ptãte erepta, quouſq; ſibi debitum ſoluatur. Hinc verò non video, qua conſequentia poſſit Bar. ſuam ſententiam inferre. Circa permutatione hoc tertio modo acceptam eſt obſeruandũ. Ius Luſitanũ.
9 De † iure Luſitano li. 2. Luſit. ord. tit. vlt. ad vitãda mala, quæ inde oriebantur, prohibitũ eſſe permutare triticum, vinum, oleũ, aut quoduis aliud, quod ad annonam ſpectet, cum re alia in futurum ſoluenda, quamuis, cũ quo permutatio fit, nõ hẽat ex ſuo, ſed ſit eam empturus, aut titulo alio comparatus ab alio, vt eam ſoluat. Atq; ei, qui ita permutauerit, imponitur pœna amiſſionis ipſo facto rei, quam eo modo dederit, applicaturq; ei, cui illam dederit, ita vt numquam facere teneatur recompenſationem aliquam illius. Neque valida eſt renunciatio priuilegij huius legis, quam accipiens efficiat. De permutatione autem beneficiorum, cum de beneficijs ſermo erit dicetur.

Vtrum ex permutatione, & cambio alcauala debeatur.

DISPVTATIO CCCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Alcauala de iure Caſtellæ ex permutatione duplex debetur. Idem in Luſitania ſub nu. 2.*
2 *Venditio duplex in vnaquaque permutatione interuenire cenſetur.*
3 *Gabella, quæ ex permutatione debetur, quando deberi incipiat.*
4 *Permutatio de numero eſt contractuum qui operè, & facto perficiuntur, non autem conſenſu, aut ſtipulatione.*
5 *Gabella cui potius gabellario ex duobus debeatur, quando ſub vno fuit tantum pactum nudũ de permutando, & ſub altero fuit traditione veſtitum.*
6 *Traditio rei eſt ſolum conditio pacti, ſine qua ex pacto non oritur obligatio.*
7 *Traditio rei eſt complementum contractuum, & ſic pars integralis.*
8 *Contractus de iure Caſtellæ, quando cenſeatur ſuſpẽſus vt ſcriptura perficiatur.*
9 *Permutatio an cenſeatur, vt debeatur gabella, quã do datur indiuiduum aliquod vnius ſpeciei pro alio eiuſdem ſpeciei ſimili, etiam in valore.*
10 *Taxatio rerum, quæ permutantur, vt ſciatur quanta gabella debeatur, ad iudicem ſpectat.*
11 *Venditio duplex cenſetur, ſi a principio res aliqua certo*

certo pretio vendatur, & poſtea partes conueniāt, vt loco pretij res alia æſtimata accipiatur.

12 *Alcauala ex quibus rebus non debeatur.*

13 *Alcauala à quo contrahentium ſolui debeat.*

14 *Alcauala ex donatione remuneratoria non debetur in Caſtella, & Luſitania.*

15 *Permutatio quando ex donatione cenſeatur.*

16 *Alcauala ex cambio propriè ſumpto nō debetur.*

1 DE iure huius † Caſtellæ Regni, non ſolum debetur alcauala ex permutatione, ſed etiā duplex ea debetur. Vna ex vna re, quæ cum alia permutatur: & alia ex altera, quæ viciſſim permu-
2 tatur. In † vnaquaque. n. permutatione duplex venditio interuenire cenſetur, iuxta l. ſciendū, §. ſed ſi quis permutauerit. ff. de ædil. edicto: vna rei vnius, quæ permutatur: & alia rei alterius, quę cū hac permutatur, ac proinde in hoc Regno, vterq; permutantium, ſoluere integram alcaualam tenetur, iuxta rei valorem, quam in commutationem pro re, quam tribuit, accipit: qm̄, quod accipit in recompenſationem rei, quam permutat, ſubit rationem pretij: venditor autem in hoc Regno ſoluere tenetur integram alcaualam ex pretio rei, q̃ vendit. Hæc omnia colliguntur apertè ex l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ collect. dictaq. ſunt in materia de emptione, & venditione. In Luſitania autem duplex ſimiliter, pp eandem rationem, eiuſmodi gabella debetur, quam ibi *ſiſa* vocant, vt ex articulis *da ſiſa* conſtant: dimidium tn̄ vtriuſque ſoluit vnus permutātium, & dimidium alter: qm̄ in eo Regno dimidium ſoluit emptor, & dimidiū venditor, vt in materia de emptione, & venditione dictum eſt. De hac re, quod ad ius huius regni attinet, lege Laſſart. de decim. vend. in ſcholijs ad l. 2. citatam, ante c. 1. & c. 17. a nu. 1.

Dubium eſt hoc loco. Cum permutatio non prius perfecta eſſe cenſeatur, atque in eſſe producta, quam vtrinq; ſit facta traditio, neq; ad id ſufficiat eſſe ex altera tantum parte factam traditionem, vt ex dictis à diſp. 253. apertè conſtat, & cū Fortunio Garcia confitetur Laſſart. c. 17. citato nu. 3. expreſſeq. habetur l. 1. ff. de rerum permut.
3 vtrum † gabella, aut gabellæ, quæ ex ea debētur, tunc ſolum deberi incipiant, qn̄ vtrinq; eſt facta traditio, ita vt ſi numquam fiat, numquā debeat, & ſi poſt factam ex altera tantum parte traditionem, eum pœniteat, qui rem tradidit, vt de iure cōi pœnitere ei permittitur, vt diſp. 258. viſū eſt, aut mutuo conſenſu vtriuſque contrahentiū à contractu diſcedatur, gabella numquam debeatur.

Stādo in ſolo iure cōi, quod vim in Luſitania habet, eò ꝙ ea de re nihil in Luſitania in contrarium ſit ſancitum confitetur Laſſarte c. 17. citato nu. 25. cum Bertachino Firmio de gabellis, part. 3. partis 8. nu. 48. non prius deberi hanc gabellā, quam permutatio mutua vtriuſque partis traditione ſit perfecta. Idem in hoc Regno cenſent eſſe Menchaca. lib. 1. controu. c. 11. nu. 21. & Parladorius à Laſſar. ibid. nu. 35. relatus. eò quod, quāuis in hoc Regno ex pacto nudo permutationis detur actio, nec fas ſit pœnitere, non ſolum qn̄ ex altera parte eſt facta traditio, ſed ēt qn̄ neutra ex parte ad traditionem eſt deuentum, vt diſp. 257, & 258. viſum eſt, attn̄ diuerſum quid eſt cōuentio, & pactū de permutatione exequēda, ac perficienda, & permutatio ipſa, quæ nec perfecta cēſetur, neq; in eſſe ꝓducta, anteq̃ vtrinque ſit facta traditio: in hoc autē Regno l. 2. citata, tributū alcaualæ, aut duarum alcaualarum, non eſt impoſitum pacto permutandi, ſed permutationi ipſi.

Laſſarte à nu. 25. citato in contraria eſt ſententia, nempe gabellā hanc deberi in hoc Regno ex ſolo pacto permutationis perfecto, & conſummato, eſto numquam ad traditionem deueniatur, & eſto contrahentes ante traditionem mutuo cōſenſu a contractu diſcedant. Ducitur, quoniam cum in hoc Regno ex pacto nudo ciuilis obligatio oriatur, & detur actio, nec pœnitentia, inuito altero contrahentium, locum in eo habeat, ſiue ex altera tātum parte, ſiue ex neutra, ſit facta traditio; vtique non minus in eo permutatio mutuo conſenſu perficitur, quam emptio, & vēditio mutuo cōſenſu perficiatur, ac proinde ſicut ex mutuo cōſenſu emptionis, & venditionis comparat fiſcus perfectè ius gabellæ, cui præiudicium afferre non poteſt diſceſſus a contractu ante traditionem mutuo contrahentium conſenſu, gabellaq. debetur dño, & gabellario, qui erāt tempore mutui illius conſenſus, non verò domino, & gabellario, q fuerint tempore traditionis, vt hæc omnia in materia de emptione oſtenſa ſunt: ita idem prorſus dicendum eſt in permutatione. Alioquin cōtrahentes, in fraudem gabellæ, quæ ex permutatione debetur, celebrato contractu mutuo conſenſu, differrent exequutionem, ac progreſſum ad traditionem, quouſque rebus ipſis permutandis omnino indigerent, ſuperuenienteq; circumſtantia, qua permutationem excuſare poſſent, mutuo conſenſu à contractu diſcederent.

Mihi verò longè plus contraria aliorū doctorum ſnīa probatur, pp illud eorum fundamentū, Decis.
qm̄ permutatio non ſignificat pactum permutandi, ſed permutationem ipſam opere, mutuaq. traditione conſummatam, ſicut mutuum non ſignificat pactū de mutuando, ſed actualē ipſam mutuandi exequutionem, vnde ſicut mutuum de numero in eorū contractuum nominatorū, qui opere, ac facto perficiuntur, non verò mutuo conſenſu, aut verbis, vt diſpu. 254. viſum eſt, ita permuta-
4 tio † de numero eſt contractuum, qui opere, & facto perficiuntur, idq; ſignificat vocabulū permutatio, & non mutuum conſenſum, neq; ſtipulationem de permutando, vt expreſsè hr̄ l. 1. ff. de retū permut. cum ergo gabella, de qua loquimur, permutationi ſit impoſita, conſequens profectò eſt, vt ante illā conſummatam mutua traditione, nō debeatur, neq; fiſco ſit ius perfectè quæſitū. Neq; refert, ꝙ facientes conuentione de permutatione conficienda, differre exequutionem poſſint, & a pacto diſcedere: qm̄ iure ſuo vtentur, neque vllā iniuriā facient fiſco. Quo loco obſerua, ſicut, ſtando in ſolo iure cōi, quamuis ex pacto nudo mutui faciendi non detur actio, ſi tn̄ ſtipulatio adhibeatur, aut pactum illud cum altero contractu cohæreat, datur actio, vt a diſput. 253. dictum eſt, cum tn̄ nondum ſit contractus mutui, ſed ſtipulatio-

nis

nis de mutuo faciẽda, aut pactũ alioquin nudum, veſtitum cohærentia alterius cõtractus; vñ, ſi mutui contractui gabella eſſet impoſita, nondum gabella deberetur, ſtãdo in ſolo iure cõi, quia id nõdum eſſet mutuum: ita, ſtando in ſolo iure cõi, aut in Luſitania, vbi ſolum ius cõe hac in parte viget, gabellaq; permutationi eſt impoſita, ſi pacto de permutando ſtipulatio adhibeatur, aut pactum illud cum altero cohæreat contractu, dabitur quidem ex tali pacto actio; quia tñ nondum erit permutatio, ſed pactum de permutando, veſtitum formula ſtipulationis, aut cohærentia alterius contractus, non debebitur ex illo gabella, quæ ſoli cõtractu permutationis, aut emptionis, & venditionis, eſt impoſita. Quo fit, vt impertinens ſit de iure huius Regni ex pacto nudo permutationis (vt & ex quouis alio nudo pacto) concedi actionem, neq; locum habere pœnitentiam, vt ex eo fundamento aſſeratur, deberi ex illo eam gabellam, quę contractui permutationis eſt impoſita.

De cõtractu verò emptionis, & venditionis longè diuerſa eſt rõ; quod ex eo debeatur gabella, perfecteq; ius ad illam fiſco acquiratur eo ipſo, quod mutuo cõſenſu perficiatur. Qm̃ emptio, & venditio ſolo conſenſu perficitur, vt diſp. 254. & alias ſæpe explicatum eſt, vocabulumq; emptio, & venditio eum contractum eo modo perfectum ſignificat, ac proinde ex illo debetur ea gabella, quæ venditionis contractui eſt impoſita.

Ex dictis facilè erit intelligere, ſi in hoc Regno, aut in Luſitano, tpe vnius dñi, ac gabellarij celebratum fuit pactum de re vna cum altera permutanda, & tpe alterius permutatio traditione conſummetur, gabellam deberi poſteriori domino, & gabellario, cuius tpe permutatio perfecta, & conſummata eſt, nõ verò priori domino, et gabellario, cuius tempore pactum nudum fuit celebratum, etiam ſi tunc pactum illud ſtipulatione, aut cohærentia cum alio contractu, eſſet veſtitum.

Ratio eſt, qm̃ gabella non debetur ex pacto permutationis, ét ſi ex illo ciuilis obligatio ad cõſummandam permutationem oritur, ſed permutatione ipſa cõſummata, ſeu in eſſe exiſtẽtiæ producta, vt dictũ eſt: conſummata autẽ eſt, non tpe prioris domini, & gabellarij, ſed tempore poſterioris.

Queſt. Laſſarte vbi ſupra à nu. 43. quia arbitratur, gabellam ex permutatione deberi eo ipſo, quod ex pacto de permutando oritur ciuilis obligatio in
5 controuerſiam vocat, num, qñ † tpe vnius gabellarij præceſſit pactum nudum de permutando, ex quo iure cõi non oritur ciuilis obligatio, niſi vel adhibeatur ſtipulatio, vel cohæreat cum alio contractu, vel accedat traditio, aut aliud ſimile, & tẽpore alterius gabellarij veſtitur traditione, num, inquam, orta iam tunc ciuili obligatione, debeatur gabella prioris gabellario, an potius poſteriori. Refert verò ſnĩam Antonij Gom. 2. to. var. reſol. ca. 8. num. 2. quem ſequitur Paladorius in libro rerum quotidianarum. c. 3. §. 3. nu. 35. aſſerentium, deberi priori gabellario. Ducuntur, qm̃ obligatio illa non oritur ex impletione pacti illius, atq; ex tradõne, ſed ex ipſo pacto ſequuta traditio
6 ne, traditione quę ſolum † eſt conditio, ſine qua ex pacto non oritur obligatio, vt colligitur ex l. ex placito. C. de rerũ permut. illis verbis. *Ex placito permutationis, nulla re ſequuta, conſtat nemini actionem competere*; vnde argumento à cõtrario ſenſu ſequitur, ex ipſa pactione, & contractu, re ſequuta, oriri ac competere actionem: quare, inquiunt, cum pactum, vnde actio oritur, celebratum fuerit tempore prioris gabellarij, conſequẽs eſt, vt illa gabella debeatur, eſto conditio ſine qua ea actio ex eo pacto non oritur, aduenerit tempore poſterioris gabellarij. Atq; videntur conſentire gloſſa eadem l. ex placito, & alia. §. actionum, verb. ex permutatione, Inſtit. de actionib. Longè tamen magis placet ſententia Laſſarti ibidem, nẽpe affirmandum potius eſſe, deberi poſteriori gabellario, & nõ priori. In primis quoniam vtrinq; oritur ciuilis obligatio, tamquam ex duabus partibus integrantibus, ac perficientib. contractum illum, ita vt ex illo ciuilis obligatio oriatur, à quarum quauis quemmadmodum pẽdent integrum, ac perfectum eſſe illum cõtractum, ita pendet oriri ex illo ciuilem obligationem.

7 Id † quod non obſcure colligitur ex l. 1. ff. de rer. permu. illis verbis. *Permutatio autem ex re tradita initium obligationis prabet*; intellige, tamquã ex complemento contractum illum perficiente. Verba autem ex l. ex placito relata, ſi quid, argumento à contrario ſenſu, probant, ſolum eſt, inde colligi, oriri partialiter ex pacto, quod nos non negamus: non verò non oriri ſimul ex traditione ipſa tamquã ex parte, & cõplemento eiuſdem cõtractus. Deinde, qm̃, eſto dicamus oriri ex ſolo pacto, accedente tñ traditione tamquã conditione, ſine qua ex illo non oritur, negari non poteſt, contractum perfectum, & conſummatũ non eſſe ante eam traditionem, atq; adeo obligationem ex illo non oriri ante eandem traditionem, ac proinde negari non poteſt contractum conſummari, oririq; ex illo obligationem ciuilem tempore poſterioris gabellarij, & idcirco poſteriori gabellario, & non priori, tributum ex illo deberi. Quemadmodum quando contractus venditionis ſuſpẽdit, vt ſcriptura perficiatur, nõ prius ex illo debetur gabella, quam ſcriptura fiat, quia nondum eſt perfectus, ac proinde gabella debetur gabellario, qui fuerit tempore, quo ſcriptura pficitur, vt ipſemet Anto. Gom. 2. tom. variar. reſolut. cap. 7. nu. 17. confitetur, dictumque eſt in materia de empt. & vend.

Sicut quando partes intendunt, vt emptio, & venditio ſcriptura perficiatur ſuſpenditur contractus mutuo conſenſu celebratus, vt perfectus non cenſeatur ante ſcripturam integrè confectam: ita res habet in permutatione, vt diſponitur aperte, l. contractus. C. de fide inſtr. & affirmant Laſſarte vbi ſupra à num. 47. & Doct. cõiter. Atque in Ca- Ius Caſtel.
8 ſtella, ſi vel ante celebrationem † contractus, vel in ipſamet celebratione, mentio de ſcriptura conficienda facta ſit, cenſetur contractus ſuſpenſus, vt ſcriptura perficiatur, iuxta ea quæ diſp. 337. de cõtractu emptionis dicta ſunt, niſi aliud aperte ex circumſtantijs concurrẽtib. intelligatur fuiſſe mẽtem contrahentium, nempe vt ſcriptura ſolum fieret ad probationem, ac maiorem ſecuritatem.

Admonet verò Laſſarte vbi ſupra,cũ permutatio traditione perficiatur, nõ eſſe ſufficientẽ coniecturam,quod ad traditionẽ,ẽt vtrinque,ſit proceſſum, vt ſi mentio in celebratione contractus , aut antea,de ſcriptura conficienda ſit facta, cenſtatur eam mentionem ſolum fuiſſe factam ad probationem,& non ad conſummationẽ contractus: quẽadmodum diſputatione citata, de mente eiuſdem autoris, ac Greg. Lopez dictum eſt, ſufficientem eſſe ad id coniecturam in contractu emptionis, & venditionis,fuiſſe proceſſum ad traditionẽ mercis , & pretij; eo qđ emptio,& venditio ſolo conſenſu perficiatur. Subiungit verò,ſi ad traditionẽ vtrinque ſit proceſſum,ſolutaq; ſit alcauala gabellario, qui tunc erat,eam eſſe ſufficientem coniecturam , vt intelligatur, mentione ſcripturæ conficiendæ , eos non intendiſſe ſuſpendere contractum,ſed ſolum,vt ad probationem,maioremq; ſecuritatem , ſcriptura fieret:refertq; ſe ita in quadam non leui cauſa iudicaſſe , confirmatamq; fuiſſe ſententiam à iudicibus ſuperioribus.

Quando aũt ſuſpenſus fuiſſet cõtractus permutationis,vt ſcriptura perficeretur , tunc ante illam integrè confectam,nõ ſolum de iure cõi,ſed etiam Caſtellæ,integrũ eſſet vtriuis contrahentium pœnitere,a contractuq; diſcedere, interim dũ illa integre non eſſet confecta , etiamſi ad traditionẽ ex altera, aut ex vtraq; parte fuiſſet proceſſum:eo ꝙ, ante conſummatum contractum , integrum vtrique contrahentium ſit,ab illo diſcedere. Præterea, gabella ex eo contractu deberetur gabellario , qui eſſet tempore,quo ſcriptura conficeretur;eo quod tunc perficeretur contractus:non verò gabellario, qui eſſet tempore conuentionis , & mutuæ traditionis,ſi gabellarij illi eſſent diuerſi. Ita Laſſarte vbi ſupra,eſtq; ex dictis ſatis perſpicuum .

Ex his contractibus, do tibi talem rem,vt eam poſt tm̃ tẽpus des Petro,aut do tibi centum, vt ex illis quinquaginta tribuas Ioanni,vel do tibi tale prædium meum , vt quotannis tantam pẽſionem mihi,aut alteri ſoluas,rectè Laſſarte ca. 17.citato. num.7.ait non deberi gabellam;qm̃ vt ex contractu,do vt des,gabella debeatur, neceſſe eſt,vt quæ vtrinq; dantur,ſint res diuerſæ, & non vna incluſa in alia,aut fructus,vel ius,reſeruata in illa.Quãuis aũt Laſſarte cenſeat , cõtractus hos omnes cõprehendi ſub innominato contractu,do vt des;potius tñ dicerem eſſe donationes ſub mõ: ex donatione autem, modoq; illius,alcauala non debetur: eo quod neq; venditio,neq; permutatio preſſe,de qua loquimur, ſit, ſed ſit contractus longè diuerſus. Lege,quæ diſput. 382. de cenſu reſeruatiuo, num ex illo alcauala debeatur,dicta ſunt.

Quęſt. Conueniunt oẽs,qñ res vnius ſpeciei datur pro alio alterius ſpeciei,vt equus pro boue, triticũ pro oleo , &c. aut indiuiduum vnius ſpeciei , pro alio eiuſdem ſpeciei diſſimili in valore,vt vnus equus pro alio, permutationem eſſe , ac proinde deberi
9 gabellam duplicem.Dubitant † verò,vtrũ quãdo datur indiuiduum aliquod vnius ſpeciei pro alio eiuſdem ſpeciei ſimili,ẽt in valore, vt mẽſura vna tritici pro alia æquali tritici, aut menſura vna vini,aut olei,pro alia ſimili, ſit permutatio, debeaturq; gabella,an non. Parladorius vbi ſup.nu.35. cum Bar.& alijs,ait, eſſe mutuum , ac proinde ex eo contractu gabellam non deberi. Melius tamen Laſſarte vbi ſupra nu.9. & cõſonantius ad l.2.tit. 17.lib.9.nouæ collect.q̃ habet , *de los trueques que ſe fizieren de vnas coſas a otras ſemejantes o deſemejantes* , ait attendendũ eſſe, vtrum ex circumſtantijs contrahentes mutuum intendant,vt ſæpe intendere ſolent ex mõ ipſo contrahẽdi , & ex circumſtantijs cõcurrentibus, & tunc gabellam non deberi, vt qñ aliquis mutuo petit triticum,panes , vinum,oleum,quin & arietem interdũ, aut aliud ſimile,ſoluendum poſtea in indiuiduo eiuſdẽ ſpeciei,& valoris, plus minus ; aut vtrum intendant alium cõtractum,qui permutatio non ſit,vt depoſitũ,ſiue reddẽdum ſit idem numero,ſiue non,vel dotis conſignatio,vt tantumdem diſſoluto matrimonio reddatur,& neq; tũc gabella debetur,eſto, poſtquam res à depoſitario conſumpta eſt , illam de partium conſenſu ſoluat in alia ſimili alio in loco,vt triticum, qđ in depoſitum habebat , ac propria autoritate conſumpſit ſoluat in alio loco: an verò ex circumſtantijs, & mõ celebrandi contractum,permutationem intendãt, & tunc gabellam deberi, eſto contrahẽtes ſub noĩe mutui palliare , ac fingere velint contractũ eſſe mutuum. Non eſt autem certa regula ad iudicandum eſſe permutationem,ꝙ vtriq; contrahentium commodum ſit, quod fit.Si enim,quis habens triticũ in alio loco, hic ad vſum quotidianum mutuo petat ab amico, hic etiam triticum habẽte , menſuras aliquot tritici ſoluturus illas cum ad eum locũ deuenerint; tunc , eſto commodatarius plus optet illas in illo alio loco, non eſt cenſenda permutatio,ſed verum mutuum. Si itẽ,quis mutuo petat nunc triticũ,ſoluturus tantundem ex ſuis frugibus , eſto id commodum ſit mutuanti,nõ eſt cẽſendũ permutatio, ſed mutuum. Si tñ quis det triticũ hic, vt tantũdẽ ipſi ſoluatur in alio loco,vbi carius id vendet,cenſenda erit pmutatio,ẽt ſi noĩe mutui pallietur, niſi adſint circumſtantiæ,quæ ſuadeant, accipiẽtem hic triticũ,muto illud petere,& accipere . Si item duo in diſtinctis locis habitent, vnuſq; triticum habeat in loco alterius,& alter in loco prioris,permutatio erit vnius tritici pro alio, eſto mutui nomine pallietur. Quare hæc arbitrio prudentis ſint cõmittenda,vt iudicetur,num, attentis circũſtantijs omnibus concurrentibus iudicandum ſit mutuum interuenire,an potius permutationem .

10 Quando † duæ res permutãtur,taxatio vtriuſq; vt intelligatur quanta gabella debeatur , ad iudicem ſpectat,aut ad aliũ , quem iudex ad id taxandum deputauerit,vt hr̃ l.2.tit.17.lib.9. nouæ collect.vñ ſtandum non erit taxationi partium, eſto in cõtractu permutationis valorẽ cuiuſq; rei,quæ permutatur,expreſſerint.Si tñ a principio res aliqua certo pretio vendatur,& poſtea partes conueniant,vt loco pretij res alia ex cõuẽtione vtriuſq;
11 partis æſtimata accipiatur,tunc † non eſt permutatio,ſed duplex venditio, ſoluendaq; erit gabella iuxta pretium à contrahentib.in vtroq; contractu ſtatutũ. Ita Pinel.in Rub. C.de reſcind.vend.par. 2.c.1.nu.16.& Laſſarte.c.17.citato nu.17.

Quando

Quando res aliqua eſt inæſtimabilis,atq; adeo non vendibilis,vt eſt ius ſepulchri,& ſunt alia,de quibus diſputa. 340.ac alibi dictum eſt,ſi permutatio illius fiat cum re alia æſtimabili, alcauala,
12 † ex neutra re debetur: eo quod ex re ſacra, quia inæſtimabilis,gabella non debeatur,neq; in illam locum habeat lex tit. 17.libr.9.nouæ collect. quæ æſtimationem rerum, quæ permutantur, exigit. Quin ſicut venditio talis rei eſt nulla, eo quod ſimoniaca: ita & permutatio illius pro re profana, nulla eſt: ex venditione autem, aut permutatione nulla,alcauala non debetur. Eiſdem rationibus,neque ex permutatione rei profanæ, pro re inæſtimabili,debetur alcauala; præſertim cum alcauala ſolui deberet iuxta æſtimationem rei inæſtimabilis, quæ in a permutatione vicem pretij ſubiret. Quamuis autem ſpiritualia inuicem permutari queant vt hř c.ad quæſtiones,iuncta glo.ibi de rerum permutat.& affirmat gl.c.ſuper eo de tranſa. eſto tñ laici ea permutent, vt ius vnum ſepulchri pro alio,aut capellam vnam pro alia, gabella non debetur: eo quod eiſmodi res inæſtimabiles ſint. Hæc omnia Laſſarte c.17.citato,nu.18.

In hoc Regno multæ res ſunt ab alcauala immunes.quæ continentur l.34.titu.18.lib.9. nouæ collect. vt libri, equus ſella, & fręno ornatus, & alia:qñ autem horum aliquid pro re alia commutatur, vt libri pro cinamomo, qui libros permutat,immunis eſt a gabella ſoluenda.quoniam eiuſmodi res priuilegiatæ cēſentur, quatenus ſubeunt rationem mercis,vt ex pretio pro illis accepto,aut ex re alio loco pretij pro eiſdem accepta, alcauala non debeatur.

Qui tñ cinamomum pro libris permutat,alcaualam,iuxta librorum æſtimationem, debet, qm̄ libri non cenſentur priuilegiati, quatenus ſubeūt rationem pretij, quaſi efficiat immunem ab alcauala rem, quæ pro illis quaſi venditur vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Facile verò ex eo probatur: qm̄ illa eadem lege pecunia immunis ab alcauala efficitur, quatenus videlicet rationem mercis ſubit, eaq; de cauſa ex cambio preſſe ſumpto alcauala non debetur: & tamen quando pecunia rationem pretij habet, non efficit rem,quæ pro ea pecunia venditur, immunem ab alcauala,ſed iuxta pretij quantitatem,ſoluit venditor alcaualam. Hæc Laſſarte vbi ſupra num.19.

Quando res aliqua venditur pro pretio aliquo, & ſimul pro alia re, eſto hæc alia res longè minoris valoris ſit,quam pretium, diſput.336. dictum eſt,in hoc Regno iuxta l.2.tit.17.lib.9.nouæ col-
13 lect.rem † vtraque taxādam eſſe a iudice, aut ab alio,quem iudex deſignauerit,& quidem vendentem rem maioris valoris, ſoluturum eſſe alcaualā ex tota latitudine valoris ptij, & rei cū illo datæ; iuxta taxationem illius,quæ fuerit facta: dantem verò pretium,& rem,ſoluturum ſolum alcaualam iuxta æſtimationem, quā pro re ſua accipit. V.g. ſi Petrus vendat Ioanni prædiū pro mille aureis, & mulo,ſi mulus æſtimetur cētum aureis, Petrus ſoluet alcaualam ex mille centum aureis.

Quod ſi prædiū mille cētum aurei æſtimetur, Ioannes ſolum ſoluet alcaualam ex centū aureis, quos pro mulo accipere cenſetur, ſi verò prædiū plus æſtimetur,aut minus,quam mille centum aureis, Ioannes ſoluet alcaualam ex vndecima parte ſummæ in qua prędium fuerit æſtimatum:qm̄ decem aliæ partes reſpondent pretio mille aureorū, ex quib. alcaualam non debet, & ſola reliqua vndecima pars reſpondet mulo, ex quo ſolo alcaualam debet. Ita Laſſarte vbi ſupra a num. 20.

14 Ex † donatione ramuneratoria alcaualā in Caſtella,& Luſitania non deberi,ſatis perſpicuū eſt: qm̄ non eſt permutatio, eſto retributio ſit pro re, quæ non fuit facere. Etenim donatio remuneratoria non eſt compenſatio ex iuſtitia,vt fit in permutatione,ſed ſolum ex liberalitate,ac gratitudine.

Neque refert,quod l.ſed & ſi §.conſuluit. ff.de petit. hær.dicatur eſſe velut genus quoddā permutationis: qm̄ non dr̄ eſſe permutatione, ſed cerni in ea ſimilitudinem permutationis, quatenus in ea compenſatur beneficium prius acceptum, vt recte Laſſarte c.17.citato,nu.53.adnotauit.

15 Si res † aliquæ mutuo donentur, ita vt vnus donet ſub modo,vt alter redonet, cenſenda erit permutatio,& debebitur alcauala. Si verò nō ſub modo,ſed abſolute,ex mutuo amore, atque ex liberalitate ſibi inuicem aliqui incontinenti donent,cēſenda erit donatio,ſi circumſtantiæ perſuadēt animum vtrinque fuiſſe donare:ſecus autem ſi circūſtantiæ id non perſuadeant: quoniam tunc exiſtimabitur permutatio nomine donationis palliata, debebiturq; duplex gabella.

16 Cum in † cambio preſſe ſumpto pecunia vtrinque commutetur: pecunia autem priuilegiata ſit, vt ex illa alcauala non debeatur, vt ſupra dictum eſt; conſtat ex cambio preſſe ſumpto alcaualam non deberi.

Cambium preſſe quid. Vſus campſoriæ artis an ſit licitus. Ex quotuplex ſit cambium.

DISPVTATIO CCCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Cambium proprie quid.*
2 *Cambium ex quibus rebus proprie conſiſtat.*
3 *Campſor quis dicatur.*
4 *Campſoria ars quomodo licita.*
5 *Cambium quotuplex.*
6 *Tempus,& locus in cambio præcipue attendenda.*
7 *Cambium reale,& ſiccum quid.*
8 *Cambium ſiccum cur,& vnde dictum.*

1 CAmbium preſſe,vt † ex dictis diſpu. 396. liquet, non eſt aliud,quā cōmutatio pecuniæ pro pecunia. Neq; ad cābij rōnem eſt neceſſariū, vt pecunia,quæ commutatur,diuerſa ab ea,ſit pro qua commutatur,vel in materia,vel in forma,ſub publico ſigno illi impreſſo, quicquid Ioānes Medin.q.1.de cambijs,in contrarium aſſeruerit.

2 Cambium † quippe pecuniæ datæ in vno loco, pro pecunia reddenda in alio, verè eſt cambium, eſto pecunia reddenda,neque in materia, neque

in ſigno, ſit diuerſa, vt Sotus 6. de iuſt. q. 8. arti. 1. rectè adnotauit.

Obſeruandum eſt, quamuis concreta ſeu extrema, inter quæ cernitur permutatio in acceptionibus diſp. 379. explanatis, eiuſdem ſint appellationis, vt l. 1. ff. de rerũ permut. habetur, vterq; enim eorũ, inter quos permutatio fit, permutator, aut permutans, nuncupatur, nihilominus concreta, ſeu extrema, inter quæ cambiũ cernitur non ſunt eiuſdem appellationis, neq; omnino eiuſdem rationis, ac naturæ. Etenim is, a quo cãbiũ petitur, locare põt operas ſuas, ac induſtriã, quam ad alterius petitionem apponit, eaq; de cã poteſt iuſte aliquid accipere vltra ſortem, vt in ſequentibus perſpicuum fiet. Atq; hinc, ad ipſorũ diſtinctionem, extrema huius contractus ſortiuntur diuerſa nomina, isq; a quo cambium petitur, quique ad alterius petitionem ſuam operam, ac induſtria apponit, dr̃ campſor, præſertim ſi publicum cambiendi minus habebat: dicitur etiã nummularius, trapezita, collybiſta, & argentarius, tametſi quædam horum nominum latius aliqñ pateãt, de qua re legendus eſt Couar. de colla. veter. nummiſmatum. c. 7. in prin. ad finem num. 4. Hiſpane autem *vanquero dicitur:* is autem, qui cambiũ petit, a Conr. de contract. q. 99 a Med. q. 1. de camb. & ab alijs, campſarius appellatur: ſicut is, qui mutuum accipit, dicitur mutuatarius, qui donum, donatarius, & qui legatum, legatarius appellatur.

4 Vtrum † autem campſoria ars, quatenus ex lucrum vltra ſortem intenditur, licita quoad ipſius exercitium ſit. Dicendum eſt quãuis ex ſe periculoſa ſit, plus adhuc, quam ea negociatoria ars, quæ emendo & permutando lucrũ intendit, quamuis itẽ perſonas aliquas, vt Eccleſiaſticas, dedeceat, eiſque prohibita ſit, nihilominus, ſi modo in ſequentib. explicando exerceatur, neque vt iniuſta, neq; vt illicita, eſt damnanda, quin potius meritoriè exerceri valet, vt de arte negociatoria circa emptione, & commutationis diſp. 339. dictum oſtenſumq; eſt. Eſſe verò vtilem Reipublicæ, ſicut & illam aliam, ex ſequentibus erit manifeſtum.

Prætermiſſo verò cambio, in quo nullum lucrũ intenditur, vt qñ in eodem loco pecunia maioris valoris commutatur, pro alijs minoris, quæ ſimul ſumptæ æqualem valorem habent iuxta legẽ, communemque hominum æſtimationem, in quo cõtractu nulla eſt dubitatio. Cambiũ, in quo lucrũ intenditur, & in quo diuerſitas cernitur quo ad latitudinem valoris inter pecuniam, quæ commu-
5 tatur, & eam pro quã commutatur, diuiditur † in tres ſpecies, ſeu modus, interim abſtrahendos a cãbio licito, & illicito. Cum enim cambium nõ fiat, niſi ob diuerſitatem aliquam in pecunijs: hæc autem attẽdatur, vel quo ad pecunias ipſas in ſe, quia videlicet ſunt diuerſæ materiæ, aut ſigni, aut diuerſi ſimul ſigni, & materiæ, vel quo ad locum, quia ſcilicet vna datur in vno loco, vt Oliſypone, vt reddatur in alio, puta Hiſpali, aut Romæ, vel quo ad tempus, quia vna datur vno tempore, vt reddatur alio, conſequens eſt, vt tres cambij ſpecies diſtinguantur. Vna, qua pecuniæ commutantur ob earum diuerſitatem in ſe. Quia verò ea commutari ſolent pecuniæ maioris valoris pro minutis, conſueuit appellari cambiũ minutũ. Appellari ẽt põt cãbiũ manuale, vt a quibuſdam nuncupatur: eo qd de manu ad manũ in eodẽ loco fiat. Alia, qua pecuniæ ob loci diuerſitatẽ cõmutãtur. Et quia hæc fieri ſolet frequenter datis literis, vt pecuniæ in loco diſtanti ſoluantur, dici conſueuit cãbium per literas. Atq; alia, qua commutãtur pecuniæ ob temporis diuerſitatem, nuncupari autem poteſt cambium ob temporis diuerſitatem.

Impropriè tñ cambium dicitur: quippe, ſi rectè attendatur, in ea ſolum inuenitur mutuum, ac proinde, ſi quid vltra ſortẽ in huiuſmodi cambijs accipiatur, vſura cõmittitur, niſi contractus ex capite lucri ceſſantis, aut damni emergentis, aut ex aliquo alio, iuſtus reddatur. Atque hac de cauſam diuiſione propoſita dixi abſtrahi a cambio licito, & illicito, vt ſpecies hæc ſub cambio comprehenderetur, de qua miſcendus erit ſermo, vt improbe-
6 tur, & agnoſcatur. Vniuerſim † autem in cãbijs ſemper eſt attendendum, nam ratione temporis aliquid vltra ſortem accipiatur, quoniam quicquid ratione temporis accipitur, niſi ex capite lucri ceſſantis, aut ex aliquo alio, excuſetur, iniuſte accipitur, vſuraq; in eo acceptione interuenit, eo quod ratione mutui formaliter, aut virtute, interuenientis accipiatur. Illud vero eſt obſeruandũ prędictas tres ſpecies, ſeu modos cambij permiſceri interdum. Fieri enim poteſt, vt in pecunijs ipſis in ſe diuerſorum locorum diuerſitas reperiatur, atque ita in cambio, quo permutantur, erit ſimul commutatio ob locorum diuerſitatem, cũ diuerſitate pecuniarum in ſe. Item cum diuerſitate locorum coniuncta eſſe ſolet diuerſitas in tempore in quo pecunia in loco diſtanti eſt reddenda.

Sotus 6. de iuſt. q. 8. ar. 2. diſtinguit quartã ſpeciem, ſeu modũ, cambij, ob diuerſitatem valoris, quem eadem pecunia in diuerſis locis habet. Vna enim, & eadem pecunia, v.g. ducatus, licet totidẽ nummi argentei pro ea darẽtur in Flandria, quot in Hiſpanijs, aut in nouo orbe plus tamẽ valet in Flãdria, quam in Hiſpanijs, & in Hiſpanijs, quã in nouo orbe: eo quòd minor nummorum copia ſit multoque plures merces ea emantur in Flandria, quã in Hiſpanijs, & in Hiſpanijs, quã in nouo orbe. Arbitror tamen neceſſarium non eſſe diſtinguere quartam hanc ſpeciem, quandoquidem diuerſitas hæc ex circumſtantijs locorum diſtantium conſurgit, ſed inter explicãdũ capita, ex quibus in cambio ob loci diſtantiam licitum eſt accipere aliquid vltra id, quod campſor dat ſufficienter ad caput explicabitur. Nauar. verò in Manu. c. 17. nu. 286. ex comment. c. vltim. de vſura. nu. 10. ſeptem ſpecies cambij diſtinguit, quarũ quædam ſolum continẽt aliquot capita, ex quibus licitum eſt campſori accipere aliquid vltra ſortem. Cæterum neceſſe non erit multiplicari tot cambij ſpecies, ſed ſatis erit, inter explanandas ſpecies propoſitas, examinare capita, ex quibus licet, aut non licet accipere aliquid vltra ſortem. Item verò ſatis erit explanare cambium minutum, et cambiũ ob loci diuerſitatem, ſimulque examinare capite alia, ex quibus licet, aut non licet, incremen-

tum

tum aliquod accipere.

Diuidunt prætereà doctores cambium, in reale, & ſiccum. Reale † appellant, quia verè eſt cambiũ,
7 legitimumq; ſuapte natura eſt, vt licitè poſſit eo accipi aliquid vltra ſortem. Siccũ verò appellant, quod verè nõ eſt cambium, ſed eſt mutuum, eaq; de cauſa legitimũ non eſt, vt eo aliquid vltra ſortem accipiatur. Nempe, quia in cambio ſolũ accipitur incrementũ ob dilationem temporis, expectatam ve ſolutionẽ, quod eſt vſura. Dicitur autẽ ſiccum, quaſi humore carẽs, ſterileq; ad fructificandum, lucrum ve afferendũ. Atque in hac ſignificatione vſurpãtur hæc vocabula in bulla Pij V. de cambijs. Quidã nomine, cambij ſicci, intelligunt cambiũ, quo campſor prius dat, vt cũ incremẽto poſtea recipiat, eſto receptio futura ſit in lo-
8 co diſtãti. Exiſtimo † aũt ex eadem radice habuiſſe ortũ acceptionẽ hanc: eo quòd eiuſmodi cambium vſurariũ ex ſui natura ſit exiſtimatũ, & ſterile ad licitè aliquid vltra ſortẽ accipiendum, vt multi doctores affirmant, definiuntq; Luſitanæ ord. li. 4. ti. 14. §. antepen. Res tñ hęc in ſeq. eſt examinãda, oſtẽdemuſq; immeritò id fuiſſe definitũ. Nau. nu. citato ait, appellari ab his doctoribus ſiccũ, proptereà quia campſor in eo prius det, quã accipiat. Cęterũ, qd proximè dixi, mihi magis placet.

Med. q. 2. de cambijs cum Conr. de cõtract. q. 99 ſuppoſitione 5. diuidit etiam cambium, in impurum, & purum. Purum appellant, in quo non admiſcetur alius contractus. Impurum verò in quo admiſcetur alius contractus vt mutui, vel locationis operarum, ac induſtrię campſoris aut alterius ſimilis. Sotus verò art. 2. citato ait, ſignificantius cambium iuſtum appellari purum, & iniuſtum impurum. Hæc dicta ſint, vt doctores variè in hac materia loquentes intelligantur.

Vtrum pro cambio minuto licitum campſori ſit incrementum accipere vltra pretia monetarũ lege taxata.

DISPVTATIO CCCXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Cambium minutum ad quid vtile.*
2 *Cambium quid requirat, vt iuſtum appellari poſſit.*
3 *Campſores quid accipere poſſint pro eorum munere, & obſequio.*
Et quid in Caſtella, & Luſitania ſeruatur. nu. 4.
Intellige tamen, & declara, vt nu. 6.
5 *Campſores priuati an accipere aliquid poſſint pro eorũ muneribus, ſicut faciunt campſores publici.*
7 *Campſor ſi pro eius munere iuſtè aliquid ſibi retineat quod alias à lege ei ſit inhibitum, an peccet, & ad reſtitutionem teneatur.*
8 *Campſor priuatus quo licitè poſſit accipere lucrum.*

1 CAmbium minutum † vtile Reipublicæ eſſe, ex eo liquet, quia homines ſępè pecunijs minutis indigẽt ad res quotidianas pretij vilioris emẽdas, atq; ad minores eleemoſynas faciendas, & ad alia eiuſmodi, ad quæ pecuniæ magni pretij non inſeruiunt. Recondituri verò magnam pecuniæ ſummã, aut eã in alium locum tranſportaturi, cõmutatione indigent pecuniarum minoris pretij pro alijs longè maioris. Migraturis etiã in locum, in quo pecuniæ loci, a quo migrare volunt, valorem non habent, neceſſe eſt commutare pecunias pro alijs, quæ valorem in loco habeant, ad quem eſt migrãdum. Ad hæc ergo, & ad alia, vtile Reipublicæ eſt, eſſe campſores aliquos, qui in promptu paratas ad cambium habeant pecunias diuerſi generis, prout quiſque eis pro alij indiguerit.

Hoc ita conſtituto, id cum cõi doctorum ſententia tamquã fundamentum in hac materia eſt ſtatuendum. Quemadmodũ in emptione, & venditione, cæteriſq; cõmutationibus, vt contractus iuſtus ſit, nec ex illo reſtituendi obligatio conſurgat neceſſe eſt interueniat æqualitas, ac cõmenſuratio inter id, quod datur, & id, pro quo datur; ſic
2 † etiam neceſſe eſt interueniat in cambio, quo pecunia pro pecunia commutetur: id quippe cõe eſt contractibus omnibus commutatiuæ iuſtitiæ, de quorum numero eſt cambium. Cum verò pecuniæ valorem habeant autoritate publica, ac lege taxatum, qui proinde, ea ratione ſpectatus in indiuiſibili ex parte vtriuſque extremi cambij conſiſtit; quod potiſſimũ in hac materia inquirimus, eſt quænam ſint capita, ex quibus campſor accipere iuſtè aliquid poſſit vltra ęquale ei, quod ipſe dat, attento valore vtriuſque monetæ lege taxato.

Atque in primis cum cõi doctorum ſententia eſt dicendum. Licitum campſoribus eſſe, pro munere, ac obſequio qd in cambio in eorũ vtilitatẽ præſtant qui ab eis cambium exigunt, accipere pretiũ iuſtum, vel à Republica, vel ab ijs ipſis, qui cambium ab eis petunt, ſi à Republica ſtipendiũ non accipiant; modo tamen pretium quod acceperint incommenſuratum, ac excedens, non ſit habita ratione obſequij, quod præſtant. Si enim excederet, tunc quo ad exceſſum, vltra pretium rigoroſum pro obſequio, eſſet iniuſtum, & reſtitutioni obnoxium. Obſequia autem campſoris ſunt, congregare, parataſque habere pecunias diuerſi generis cuicumque cambire volenti; incumbere in domo publica per ſe vel per famulos ad id deſtinatos, ei muneri, expectando eos, qui cambire velint; numerare tunc pecuniam, quam dat, tum illam, quam accipit; & ſi quæ alia ſint his ſimilia: quæ omnia digna profectò ſunt iuſto ſti-
4 pendio. In hoc † Caſtellæ Regno liberum, atque immune à quocumque grauamine, eſt omnibus obire munus publici campſoris: eſſe tamẽ debent electi in regia Curia ab ipſomet Rege: in alijs verò locis à iudicibus, & rectorib. (*regidores* vocãt) ciuitatis aut oppidi, in quo munus exercere debẽt, vt habetur l. 1. tit. 18. lib. 5. nouæ collect. Lege autem 4. eiuſdem tituli, eis permittitur pro cambio vnius Caſtellani accipere quatuor marauedinos, pro cambio verò ducati, aut doblæ, tres marauedinos, & pro cambio vnius florini, duos marauedinos; atque idem de ducato repetitur l. 62. tit. 21. eiuſdem tituli. Nauar. in comment. c. fina. de vſuris refert, Salmanticæ publicum campſorẽ, quo tempore ipſe in inſigni illa academia docebat,

cebat, ſolitum fuiſſe accipere pro cambio vnius ducati, vnum marauedinum. In Luſitania autem 4.par.legum extrau.tit.11.l.4 §.9. inhibitum eſt, tam pro dandis, q̃ pro accipiendis monetis aureis, quæ in eo Regno valorem habeant, ſiue cuſæ in eo Regno ſint, ſiue in alio, quicquam incrementi vltra iuſtum earum valorem accipere, ſub pœna amiſſionis valoris earum, dimidium accuſanti, & dimidium alterum in captiuorum redemptioné, & inſuper ſub pœna duorum annorum exilij ad loca Africæ. Excipitur, niſi ſit aliquis conſtitutus à Rege publicus campſor in aliquo loco, præſcripto illi à Rege certo aliquo incremẽto: tunc enim licitè poterit illud accipere. Si autem præſcriptũ ei non ſit certum incrementum, nihil ſub eiſdem pœnis poteſt accipere, eſto conceſſum ei à Rege ſit, vt publici campſoris munus exerceat. Cum autẽ incrementum quod cãpſor hoc modo iuſtè accipit, non accipiat pro moneta, quam dat, ſed pro obſequio, qđ pręſtat; cõſequens profectò eſt, vt in huiuſmodi cambio duo contractus iuſti inueniantur coniuncti. Vnus, cambij pecuniæ pro pecunia æquali in valore. Alter verò, locationis operarum campſoris pro iuſto illo incremento. Sicut enim diſp.304. cum Med. Nauar. Maiori, & alijs dictum eſt quamuis mutuans nihil accipere poſſit vltra ſortem pro mutuo, poſſe tamen ex ipſa rei natura accipere moderatum ſtipendium pro numeranda pecunia, & pro alijs obſequijs, quæ mutuando in commodum mutuatarij præſtat: ita campſor pro obſequijs commemoratis accipere poterit moderatum ſtipendium.

Ius Luſitanũ.

Quæſt. Dubium eſt, vtrum etiam priuati cãpſores, qui ex officio nõ habent ſeruire Reipublicæ in eo mu-

5 nere, licitè † accipere poſſint incrementũ aliquod pro operis, quas in gratiam cambium exigentis impẽdunt, pecuniam numerãdo, aut ſi quid aliud efficiunt. Caietanus in opuſculo de cambijs.2.to. tract.7.c.1.& 6. neganter reſpondet.

Q̃m inquit numerare pecuniam, non eſt mercede dignũ, ſed fieri conſueuit gratis. Et q̃m plus aliq̃n numeratis, qui cambiũ petit quã numeret campſor. Item q̃m actui numerandi ex parte campſoris, in recõpenſationem reſpondet numerandi actus ex parte cambium petentis. Cõis tamen doctorum ſententia contrarium affirmat, nempe priuatis etiam campſoribus licitum ex natura rei eſſe accipere modicum incrementũ, pro numerandi actu, aut quouis alio ſimili obſequio, quod impendant, ſicut de priuato mutuante loco citato dictum eſt. Minus tamen licere eis accipere, quam publicis campſoribus ad id ex officio à Republica conſtitutis: q̃m hi longè pluribus, ac ſumptibus ſubijciuntur, quæ ſupra commemorata ſunt.

Decis.

Ita affirmant Med. q.2.de cambijs, tametſi.§. penul. q.1. præcedentis contrarium primo aſpectu innuere videatur, Sotus 6.de iuſt.q.9.art.vnico, Nauar.in Manu.c 17.nu.288.& in comm. de vſur.num.19. Contra.de contract.q.99.conclu.5. Gabriel. in 4. diſt. 15.q. 11. art.3.dub.12. Maior ibidem q.37. Couar.in opuſ.de colla.veter.num. c.7.in princ.num.4.atque ad eandem ſententiam accedit Sylu.verb.vſura.4.q.7.pronunc.3.& accedũt alij. Ratio autẽ eſt, q̃m illud obſequium reuera eſt pretio ęſtimabile, tametſi admodum exiguo. Quare negandum eſt primum eorum, vnde Caiet. fuit permotus. Ad 2m dicẽdum eſt, quamuis campſor, tam eam pecuniã, quã dat, quam illam quã recipit, numeret, vtrumque tñ efficere ad petitionem eius, qui cambium exigit, eaq; de cauſa vtrumq; numerandi actum eſſe pretio dignũ, ſicut mutuans pretio eſt dignus, tam pro numerãdi onere quando mutuo dat, quam quando ſolutionem recipit: eò quòd vtrumque onus ob mutuatariũ ſubeat, & ab vtroque eſſet liber, ſi beneficium mutui non vellet impendere. Vnde ad tertium negandũ eſt, cerni ibi compenſationem laboris pro labore: ſicut etiam in mutuo ea cõpenſatio non cernitur: quippe cum in vtroq; contractu quicquid laboris ſuſcipitur, ortum habeat, vt mos geratur petenti mutuum, aut cambium.

6 Quæ † dicta ſunt, intelligi debent, quantum eſt ex natura rei. Reſpublica enim prohibere poteſt, ne quis pro cambio quicquam accipiat vltra valorem monetæ, quam cambij, idque in ipſiuſmet Reipublicæ bonum.

Tum ne monetarum pretia accreſcant. Tũ ẽt ne externi, offerẽdo plus pretij pro aureis aut argenteis monetis, illas in Reipublicæ præiudicium extrahant. Sotus vbi ſupra concluſio.3. ait, latam iamdudum eſſe legem in hoc Regno, nullus pro cambio minuto accipere poſſit incrementum pręter publicos cãpſores ad id à Republica deputatos, affirmatq; eam legẽ ex ſuo gñe obligare ſub culpa lethali, tranſgreſſoreſque reſtituere teneri incrementum. Et contra Naua. nu.19. citato ait, quãuis in hoc Regno prohibitũ ſit quemq̃ ſuſcipere munus campſoris publici propria autoritate, non tñ prohibitum eſſe priuatis cãbire, & pro cãbio iuſtum accipere ſtipendiũ, citatq; pragmaticas, quę id tantũ ſtatuunt Sotumq; repræhendit, q legẽ pro ſua ſententia nõ citet. Couar. opuſ. citato, Soti opinionẽ amplectitur, & pro ea citat l.1. tit.8.l.5. ordina. quæ hodie eſt l.1.tit.18.l.5. nouæ collect. In ea tñ ſolũ prohibetur, quemq̃ munus cãpſoris publici ſuſcipere, niſi in Curia à Rege eligatur, & in alijs oppidis à Iudice, & rectoribus, vt ſup.relatum eſt, id verò nõ prohibet alios cambiũ priuatim exercere. Ex legibus verò, quibus hodie monetæ aureæ taxatæ ſunt, quas in ſequentibus referemus, & q̃bus prohibitũ eſt vlla rõne plus accipi, fortè inhibitũ priuatis eſt cenſendũ, accipere incremẽtũ pro cãbio minuto, vt Gut.2.de pract. qq.q.178.cõcedit. In Luſitania quid ſancitũ ſit, ſup.relatum eſt. Arbitror verò in neutro Regno eſſe in more poſitũ, vt priuati pro cãbio minuto quicquam ex capite, de quo diſputamus accipiat.

Illud admonuerim id quod Sotus, & Cou. af-

7 firmant, nẽpe † data lege quæ pro cambio minuto quicquam accipi inhibeat, ſi aliquid accipiatur, eſſe reſtitutioni obnoxium, nõ carere ſcrupulo, ſi ſermo ſit de pretio alioquin pro cambiendi actu ex ipſorummet ſententia iuſto. Etenim licèt princeps in Reipublicę commune bonum poſſit in eo euentu efficere accipiẽtem incapacem incrementi illius, & l. non dubium. C. de leg. dicatur, ſatis

eſſe

eſſe prohiberi al.qd lege,vt,ſi fiat,caſſum, ac nullum eſſe cenſeatur;nihilominus, cum in re ꝓpoſita iuſta ſit compenſatio ex natura rei inter id, qđ accipitur, & id pro quo accipitur, atq; eiuſmodi leges pęnales eſſe ſoleant,in quibus locum nõ habet l. non dubium,vt præter multa alia,quę circa eam legem diximus,conſtat ex dictis diſp.88.pręſertim ad confirmationẽ primi argumẽti ibi propoſiti;neque tales leges incapaces efficere ſoleant iuſti ſtipendij eos,qui illud accipiunt,arbitror in tali legum tranſgreſſione ſolũ interuenire peccatum inobedientiæ principi, ex ſuo genere nequaquam lethale; neq; ante latam ſentẽtiam obligationẽ eſſe reſtituendi iuſtum ex natura rei ſtipendium acceptũ. Quòd ſi,quod acciperetur,ex natura rei limites iuſti ſtipẽdij excederet,tũc lethale peccatũ ex ſuo genere eſſet, accipere incremẽtum vltra limites iuſti, cum onere illud reſtituendi.

8 Ex alio † capite campſor,etiam priuatus,licitè põt accipere lucrum. Dando videlicet in loco,in quo cambiũ exercet, minus pro pecunia aliqua, non quidem,q̃ in eo loco valeat,ſed quam valeat in alio,trãsferendoq; illam ad illum alium locũ, aut commutando illam cum tranſeuntibus in illum alium locum pro valore, quem in eo habet, ſi ſine vllo eorum incommodo,voluerint id beneficium ei præſtare. Hac rõne,qui in cõfinijs ſunt Regnorum, lucrari ſolent, cambiendo pecunias aſportatas ex alio Regno, quæ in loco, in quo fit cambium, valorem non habent, pro minori pretio,quã valeant, vnde ſunt aſportatæ, id qđ licitè fit,eò ꝙ,vbi fit cambium,valorem non habeat,illaſq; aſportando in locum, vbi valorẽ lege taxatum habeant, aut pro eo valore eas commutando cũ tranſeuntibus in eum locũ. Conſentiunt Med. q.5.de camb.§.vlt. Caie. in opuſ.de cambijs, c.6. & alij. Obſerua tñ, tam modicum poſſe eſſe aliqñ pretium, habita rõne materiæ monetæ, vt ſi eſſet argentea Luſitaniæ, vt contractus eſſet iniuſtus, cum reſtituendi onere vſq; ad infimum pretium iuſtum. Si enim pretium pro æquali fruſto argẽti eſſet infra infimum iuſtum, quo argentum in maſſa in ſimili vendendi modo emi conſueuit, ſane contractus eſſet iniuſtus, cum onere reſtituendi vſque ad infimum pretium iuſtum.

De varijs aureis, atq; argenteis monetis in Caſtella, & in Luſitania temporis progreſſu cuſis, deque earum valore tunc, & modo, atque de valore maſſę auri, & argenti in eiſdem regnis diuerſis temporibus.

DISPVTATIO CCCC.

SVMMARIVM.

1 *Selibra auri,quæ,& cuius ponderis.*
2 *Drachma,quæ,& quot faciant vnciam.*
Quid in Caſtella ſeruatur.
3 *Granum auri eſt ſeptuageſima ſecũda pars octauæ.*
4 *Caractum quid.*
5 *Aurum obrizum quid,& vnde dictum.*
6 *Granum argenti quid.*
7 *Ducatus antiquus cuius erat ponderis,& valoris.*
8 *Drachma euangelij cuius erat ponderis.*
9 *Didrachma quid & cuius valoris.*
10 *Granum auri cuius valoris.*
11 *Scutum quid, & cuius valoris, etiam in Caſtellæ regno,& nu. 12.*
13 *Regalis argenteus quid,& eius valor.*
14 *Cruzados in Luſitania antiqui cuius valoris.*
15 *Cruzados in Luſitania, hodie quomodo eorum lingua appellentur.*
16 *Emptio opificij auri, vel argenti pretio ad æquale pondus maſſæ,nulla habita ratione opificij,quando iniuſta ſit cum onere reſtituendi.*
17 *Emptio argenti, vel auri cum pacto de retrouendendo intra certũ tempus quodã maiori pretio, quã fuerit, an ſit licita,an verò vſura palliata.*

IN lucem eorum,quæ dicenda ſunt,operæpretium erit expendamus,quæ ſunt propoſita,de quibus maiorem notitiam habemus, quã de monetis aliorum Regnorum. Ex ijs tñ,q̃ de eiuſmodi monetis dicemus, facilè intelligetur, quid in alijs Regnis ſit cenſendũ, habita prius notitia legũ,ac qualitatis monetarum eorum Regnorum.

Vt verò dilucidius progrediamur,obſeruandũ
1 eſt Selibrã † auri,aut argenti (*Marco* Hiſpane dr̃, & in quibuſdã alijs regionibus *marca*)eſſe ponderis octo vnciarũ. Vnciam verò diuidi in octo octa
2 uas,quas † Hebræi adharcon, Græci drachmi,latini drachmas, appellant Hiſpani verò corrupto, tam nomine græco & latino,quam hebraico,*drama*,& *adarame* alij *adarme* nuncupant. Suſpicor tñ vocabulum *adarame* a Sarracenis, qui Hiſpanias occuparunt, & quorum lingua cum hebræa valde eſt cõiuncta, in Hiſpanos dimanaſſe vt pleraq; alia Hiſpana vocabula. In hoc aũt Regno dimidiũ octauæ,hoc eſt,decimam ſextã vnciæ partẽ, *drama* ſeu *adarame* appellant. Hinc iã facilè cõſtat,ſelibram ſexaginta quatuor octauas vncię cõtinere. Octo.n. vnciæ,ex quibus ſelibra cõſtat, multiplicatę per octo octauas ex q̄bus cõſtat vnaquæq; vncia, cõficiũt ſexaginta quatuor octauas.
3 Octaua † verò auri cõtinet ſeptuaginta duo grana.
Obſeruandũ deinde eſt, ad melius dijudicandã,atq; exprimendam auri puritatẽ aut impuritatem aurifices ſelibram,aut quodcumq; aliud auri
4 pondus,diuidere in viginti † quatuor partes, quas caracta appellãt. Hiſpane *quilates* dicimus. Rurſus vnumquodq; caractũ ſubdiuidere in quartas caracti,in octauas, & in alias ſimiles ꝓportionales partes,maiores ac minores. Qñ aũt aurum eſt puriſſimũ, nihil habens admixtũ alterius metalli,dr̃ vigintiquatuor caractorũ, Hiſpane verò *de veinte y quatro quilates*,quia videlicet ſelibra,aut quodcunq; aliud pondus, eiuſmodi auri, oẽs vigintiquatuor partes habet auri, & nihil alterius
5 metalli. Atq; † eiuſmodi aurũ eſt,qđ obryzum appellatur,qđ Græcè ſyncerũ,ac delicatũ ſignificat. Alij ab Ophir dictũ autumant. Cæterũ dura admodum eſt ea etymologia. Quando verò ſelibra auri, vna cum viginti tribus partibus auri, ha-

bet

bet permixtam partem vnam alterius metalli, ſiue id argentum ſit, ſiue æs, aut quoduis aliud, dr aurum vigintitrium caractorum. Quando autem vigintiduæ partes auri, permixtas habēt duas partes alterius metalli, dicitur aurum vigintiduorū caractorum, & ita conſequenter.

Simili modo ad melius diiudicandam, ac exprimendam puritatem, aut impuritatem, argēti, diuidunt ſe libram aut quodcumq; aliud pondus argenti, in duodecim partes, quas denarios appellant. Quando autem ſe libra argēti nihil alterius metalli habet admixtum, ſed eſt argentum purū, nuncupatur argentum duodecim denariorum. Quando verò vndecim partibus argenti permiſcetur vna alterius metalli, dicitur argentum vndecim denariorum, & habere denarium vnum ligæ, quam Hiſpani vocant. Atque ita conſequēter dicitur argentum pauciorum denariorū, prout plures alterius metalli, habuerit permixtos. De
6 narium † rurſus diuidunt in vigintiquatuor partes, quarum ſingulas appellant grana argenti. Quo fit, vt longè plus ponderis habeat granum argenti, quàm auri.

Obſeruandum præterea eſt, in hoc Caſtellæ Regno a Ferdinando, eiuſq; vxore Eliſabetha, referente Couarr. de collat. veter. numiſm. cap. 3. in prin. nu. 2. & §. 1. nu. 4. & habetur l. 1. tit. 21. lib.
7 5. nouę collec. cudi fuiſſe iuſſos † ducatos ex auro vigintitrium caractorum cum tribus quartis, ita ꝙ ſolum illi auro deerat quarta pars caracti, vt eſſet puriſſimum. Et fortè portio illa parua alterius metalli, illi permiſcebatur ad aliquantā maiorem firmitatem: eo quòd puriſſimum aurum non adeo durum ſit, ſed facile flectatur. Cudebantur verò ex ſelibra auri ſexagintaquinque ducati, & tertia pars alterius. Atque ita vnuſquiſque ducatus habebat vnam octauam vnciæ auri, demptis ab vnoquoque ſexagintaquatuor ducatorum tot granis pro expenſis in cudenda moneta, quot ſufficerent ad conficiendum vnum alium ducatum, & tertiam partem alterius. Quo fit, vt vnuſquiſque ducatus habuerit minus, quam octauam vnciæ auri, fere granum cum dimidio. Illi ijdem Reges cudi præterea ex eodem auro iuſſere monetam aliam duplam ad hanc: quæ dobla in eo Regno nuncupabatur, & aliam quintuplam, quinque. ſ. aureorum, aliam decuplam, aliam viginti, & aliam quinquaginta, aureorum. Cum autem ducatus in hoc Regno valeat vndecim regales argenteos, & vnum marauedinum, regalis verò argenteus valet trigintaquatuor marauedinos, ducatus valebat trecentos ſeptuaginta quinque marauedinos. Atque hæc omnia habentur l. 4. tit. 21. lib. 5. nouæ collec. Quo fit, vt ſelibra illius auri in maſſa æſtimaretur tunc pretio viginti quatuor mille marauedinorum. Etenim ſexaginta quatuor ducati, ad rationem trecentorum ſeptuagintaquinque marauedinorum, conficiunt viginti quatuor mille marauedinos. Ducatus autem cū tertia parte alterius, qui inſuper ex ſelibra auri cōficiebantur, erant pro expenſis cudendi ex maſſa illa eas monetas. Quo fit, vt maſſa ponderis ſelibræ illius auri æſtimaretur vigintiquatuor mille marauedinis, ad rationem trecentorum ſeptuaginta quinque marauedinorum pro octaua vnciæ. Ducati verò confecti ex ſelibra vna, habebāt valorem viginti quatuor mille quingentorū marauedinorum: eo quòd ducatus cum tertia parte alterius, qui pro expenſis extrahebantur ex ſexaginta quatuor octauis vnciæ, ex quibus reliqui ſexaginta quatuor ducati conficiebantur, valebāt quingentos marauedinos.

Ex dictis facilè intelligetur, in primis cur ducato in hoc Regno impoſitū fuerit pretiū vnius marauedini vltra vndecim regales argenteos. Vt enim ſelibræ auri illius imponeretur pretium viginti quatuor mille marauedinorum, ſingulique ducati drachmam auri haberent, demptis, ex ſexaginta quatuor, tot granis pro expenſis quæ ſufficerēt ad ducatum vnum cum tertia parte alterius conficiendos, id effectum eſt.

8 Deinde intelligetur, drachmas † illas euangelij, ponderis fuiſſe ducatorū huius Regni, ſeu regalium argenteorum, vt ex dicendis cōſtabit. Modo tñ argenteis, & aureis addas, quod ab vnaquaque drachma, ex qua vnuſquiſque conficitur, pro expenſis extrahitur. A pondere, n. nummi illi drachmæ dicti ſunt. Erant tamen argentei, & nō au
9 rei. Et † didrachma, aut didrachmum quod in tributum ſoluebatur, & de quo mentio etiam fit in euangelio, duas drachmas appendebat, reſpondebatq; duobus regalibus argenteis.

Tertio intelligetur, tēpore, quo ducati illi cuſi
10 ſunt, granū † auri fuiſſe valoris quinq; marauedinorū, & ferè quartæ partis vnius marauedini. Etenim ſeptuaginta duo grana, quæ appēdit octaua vnciæ auri, ad rationem quinque marauedinorum pro vnoquoque grano, reddunt valorem trecentorum ſexaginta marauedinorū. Quindecim verò marauedini, qui vſq; ad trecentos ſeptuaginta quinq; marauedinos ſuperſunt, ſexaginta quartas vnius marauedini habent. Quo fit, vt duodecim tm̄ quartę vnius marauedini deſint, vt grana auri eo tempore eſſent valoris quinque marauedinorum & quartæ partis vnius marauedini.

Temporis progreſſu, quia puriſſimum illud aurum multum in alijs prouincijs æſtimabatur, extrahebaturq; ex Hiſpanijs, Carolus V. vt habetur l. 10. declarationum tit. 21. lib. 5. nouæ collec. refertque Couar. de collat. veter. nummis. c. 3. in prin. nu. 2. & §. 1. nu. 4. cudi iuſſit monetas ex au
11 ro vigintiduorum † caractorum, quas tum *coronas*, tum etiam ſcuta voluit nuncupari. Sexaginta octo ex illis, habent pondus ſelibræ. Valor verò cuiuſque earum, erat decem regalium, & decē marauedinorum, ſeu (quod idem eſt) trecentorum quinquaginta marauedinorū. Quare ſelibra harum monetarum, valorem habebat viginti trium millium & octingentorum marauedinorū. Si aūt hinc demas ſcutum vnū, ꝙ in tributum Regi ex vnaquaque ſelibra horum ſcutorum ſoluebatur, & inſuper unum *temin* auri, & tres quartas alterius, qui ad expenſas in cudendis illis monetis ſoluebantur, vt habetur l. 46. titu. 21. libr. 5. nouæ collect. inuenies, tunc ſelibram maſſæ illius auri uigintiduorum caractorū, ualorem habuiſſe vi-

ſe viginti trium millium trecentorũ triginta vnũ marauedinorum. *Temin*.n.duodecim grana auri hêt, & valet duos regales argẽteos, temin verò, & tres quartæ, habent grana viginti vnum, & valẽt tres regales argenteos cum dimidio, hoc eſt, centum decẽ, & nouẽ marauedinos, qui cũ ſcuto, qđ eo tpe valebat tercentum quinquaginta marauedinos, conficiunt quadringentos ſexaginta nouẽ marauedinos. Hos ſi demas a viginti tribus milli bus octingentis marauedinis, cõperies, ſe libram maſſæ illius auri valuiſſe tunc viginti tres mille tercẽtos triginta vnũ marauedinos. Cũ autẽ ſe libra auri viginti triũ caractorũ haberet nonaginta quinq; quartas caracti auri, & vnã ligæ aliorum metallorum: ſelibra verò auri viginti duorum caractorum ſolum hẽat octoginta octo quartas caracti auri, & octo quartas ligæ aliorũ metallorũ; atque viginti tres mille trecenti triginta vnũ marauedini, diuiſi in octoginta octo quartas caracti, efficiãt ſingulas valoris ducentorũ ſexaginta quinque marauedinorũ, & vndecimę ptis vnius marauedini: cõſequens eſt, vt ſelibra maſſæ auri viginti triũ caractorum, & triũ quartarum caracti, quę ſeptem quartas caracti auri plus hẽt, valeat, poſt ſcuta eius valoris, viginti quinque mille centum octoginta ſex marauedinos, & ſeptem vndecimas marauedini partes. Cũ ãt ſelibra auri viginti duorum caractorum, duo caracta hẽat ligæ: duæ verò partes huius ligę ſint argẽti, & tertia pars ſit æris, conſequens eſt, vt ſelibra auri viginti duorum caractorũ, habeat caractum vnum argẽti cum tertio alterius caracti: æris verò hẽat duos tertios caracti. Quare, cum ſelibra argẽti in hoc Regno valoris ſit ſexaginta quinq; regaliũ argenteorũ, vt hř l.5.tit.21.lib.5.nouæ collect. conſequẽs eſt, vt caracter argẽti valoris ſit nonaginta duorum marauedinorum, cũ 11. parte vnius marauedini; atq; adeo vt caracter vnus, cum tertio alterius, valoris ſint centum viginti trium ferè marauedinorum. Quos ſi demas à viginti quinq; mille centũ octoginta ſex marauedinis, inuenies, poſt ſecuta eius valoris cuſa, ſelibrã auri viginti trium caractorũ, & trium quartarũ, valere viginti mille ſexaginta ſex marauedinos. Atq; adeo octauam vncię illius maſſæ auri, valere tercentum nonaginta vnum marauedinos, cum triginta nouem ex ſexaginta quatuor partib. vnius marauedini. Ideq; erat eo tpe valor cuiuſq; ducati, ſi adiungas quingentos marauedinos expenſarum in illis cudendis.

Philippus II. Rex nř anno 1566. vt hř l.13.declarat.tit.21.lib.5.nouæ collec. nihil in pondere, & caractis horum ſcut. mutando, valorẽ ſingulorum ad quadringentos marauedinos euexit, ita vt ſelibra horum ſcut. viginti ſeptẽ mille ducentos marauedinos valeret, vt hodie valet. Quòd ſi inde demas ſcut. vnum, iam nunc quadringentorum marauedinorum, in tributum Regi, & centum quadraginta vnum marauedinos in expenſas, q hodie Hiſpali ſoluunt, loco, centum decẽ & nouem marauedinorum, q quondã ſoluebantur, vt vř, q̃a, euecto ſcuto ad valorẽ quadringentorũ marauedinorum, temin & tres quartæ, id hodie plus valent, atque adeo à tota illa ſumma demas quingẽtos quadraginta vnum marauedinos, cõperies ſelibrã eiuſmodi maſſæ auri valere hodie viginti ſex mille ſexcẽtos quinquaginta nouẽ marauedinos. Hos ſi diuidas in octoginta octo quartas caracti auri puriſſimi, quas ea ſelibra hẽt (nam reliquas octo hẽt ligæ) inuenies ſingulas quartas caracti auri puriſſimi valere hodie ferè tercentos & tres marauedinos. Septẽ verò quartas caracti puriſſimi, quas inſup hẽt ſelibra maſſę auri viginti trium caractorum, & trium quartarum, valere hodie ferè mille ducẽtos viginti duos marauedinos. Quare ſelibra maſſæ auri ducatorũ (interim non deducendo, qđ rõne ligæ eſt detrahendũ) valet hodie circiter viginti ſeptem mille nongentos marauedinos. Hodie verò ferè nihil ratione ligæ eſt detrahendum; eo quòd tota ſit ærea, nihil argenti habens, vt ex Hiſpali eſt mihi relatum.

Octaua verò vnciæ huius maſſæ valet circiter quadringẽtos triginta quinq; marauedinos, hoc eſt, duodecim regales argenteos, & viginti ſeptẽ marauedinos. Et tantundem valet hodie ducatus ille, ſi adiungas quingentos quadraginta vnum marauedinos expenſarum in illis cudendis, quibus compenſatur, quod ſingulis deeſt auri ad integram octauam vnciæ. Lex tamen 13. citata illis taxam impoſuit quadringentorum viginti nouem marauedinorum, illique potius erit ſtandum. Fortaſſe enim aliquid me latet, vnde decrementum illud proueniat, aut vtendo opera alterius ad has ſupputationes faciendas, eo quòd arithmeticæ ſim ignarus, aliquid non rite eſt ſupputatum. Quæ tamen dicta ſunt, non modicam lucem dicendis afferent.

12 Tria † quædam admonuerim. Primum, Caſtellanos aurifices, ac miniſtros domorum monetæ, praxim caractorum, non in ſelibra auri exercere, ſed in eo aureo nummo Caſtellano nuncupato, qui, ſi viginti duorum ſit caractorum, valoris eſt hodie decem, & ſex regalium argenteorum, ſeu quingentorum quadraginta quatuor marauedinorum, vt habetur l.13. citata. Dicunt verò caractum puriſſimum Caſtellani eſſe hodie valoris viginti quatuor marauedinorum, cum partibus aliquibus alterius marauedini. Quia verò quinquaginta horum nummorum ſelibram appendunt, aptum eum nummum reperiunt ad in eo, tamquam in menſura cæterorum ponderum, exercendam caractorum praxim.

Secundum, quamuis in hoc Regno maſſæ argenteæ ſit pretium taxatum, vt. ſ. aſcendere ſelibra non poſſit valorem ſexaginta quinque regalium argenteorum, vt mox dicemus, & ſupra citatum eſt; maſſæ tamen auri impoſitum non eſſe pretium, ſed ſolis nummis ex illa confectis. Si tamen maſſa hodie ſit viginti duorum caractorum, numquam aſcendet valorem, quem ſupra diximus habere iuxta nummos, qui ex illa confici poſſunt, demptis ſumptibus in illis cudendis, & tributo, quod Regi ſoluitur.

Tertium l.4. tit.24.lib.5.nouæ collec. inhibitum aurificibus eſſe conficere ex auro artefacta, niſi q̃ ſint auri vigintiquatuor caractorum, dempta vna octaua caracti, aut viginti duorum vel

viginti

viginti caractorum. In eademq; lege pęnæ ſubijciunt vendentib. atteſactum: qd minus aliqd auri habeat, pro aliquo ex illis trium qualitatũ auri.
13 In hoc † eodem Regno à Ferdinãdo, & Eliſabetha, & argento vndecim den. & quatuor granorum, iuſſi ſunt cudi regales argentei ſexaginta ſeptem ex vnaquaque ſelibra, qui proinde viginti granos ligæ habeant alterius metalli, æris nempe. Ita hr l. 2. ti. 21. lib. 5. nouæ collec. Valor horũ erat triginta quatuor marauedinorum, vt hr l. 4. eiuſdem tit. Selibra ãt maſſæ huius argenti taxata eſt, vt nõ maiori ptio vendi poſſet, q̃ ſexaginta quinque regalibus argenteis, vt l. 5. eiuſdem tituli hr. Cum autẽ ex ea ſexaginta ſeptem regales cudant, vt eadem l. & l. 2. citata hr, conſequens eſt, vt regales ſolum habeant triginta duos marauedinos argẽti. Et cum pro expenſis ſolũ ex ſelibra eorum regalium ſoluatur vnus regalis, vt hr l. 46. eiuſdem tituli, & inſuper vnus marauedinus, vt mihi miniſter publicus domus monetæ affirmat, conſequens eſt, vt reliqui triginta tres marauedini in lucrum illius cedant, qui argentum tradit, vt ex illo regales fiant: id quod apertè ſignificat l. 5. eiuſdem tituli. Circa regales argenteos nihil, quoad hæc omnia, ad hodiernum vſque diem mutatum eſt, vt conſtat tex. l. 13. declarat. eiuſdem tit. hoc vno excepto, quod ſchedula Regis miſſa ad domus monetę Hiſpaniarum, impoſitum eſt tributum quinquaginta marauedinorũ ſoluendorũ Regi ex quacunque ſelibra argenti, quę in eis cuditur, atque id tributum *ſeñorage* nuncupatur. Itaq; hodie, cudenti ſelibrã argenti, ſolũ redduntur ſexaginta quatuor regales argẽti cũ dimidio.

Ferè quo tpe Ferdinandus, & Eliſabetha cudi iuſſerunt ducatos, de quib. dictum eſt, in Luſita-
14 nia † ex auro puriſſimo viginti quatuor caractorũ, cuſæ ſunt ſimiles aliæ monetæ, quas in eo Regno *cruzados* appellãt. Simpl. excruciatus, ſeu ducatus, habebat octauã vnciæ auri, demptis tribus quartis vnius grani pro expenſis, vt. n. hr 4. p. legum extrauag. l. 4. § 4 habebat ſeptuaginta vnũ grana cum 4. parte alterius grani. Cruciatus verò decem ducat. qui in eo Regno *Portugues* dicitur, habebat vnciã vnã, & vnã octauam, ac ſexaginta quatuor grana cum dimidio, ſolumq; illi deerant ad decẽ octauas, ſeptẽ grana cum dimidio, vt hr l. 4. cita. §. 3. Cum verò ducatus in eo Regno ſit valoris quadringentorum *reais*, cõſequens eſt, vt in eo Regno ſelibra maſſæ illius auri ęſtimaretur tunc viginti quinque millib. ſexcẽtis *reais*. Sexaginta. n. quatuor octauæ vnciæ illius auri, ad rõnẽ quadringentorum *reais* pro vnaquaq; octaua, numerum illum reddunt viginti qnq; millũ ſexcẽtorũ *reais*. Selibra verò auri redacta in eos nũmos valoris erat viginti quinq; millium octingẽtorum *reais* cum incremento aliquo, pp quadraginta octo grana, q̃ ex ſexaginta quatuor ducatis extrahebantur pro expenſis, conficiebantq; pluſquã dimidium alterius ducati. Granum verò auri eo tpe valebat, quinq; *reais* cum dimidio, & partẽ quandã de vn *ſeptil*. Septuaginta. n. duo grana ad rationem quinque *reais* pro vno quoque grano, trecentos ſexaginta *reais* conficiunt. Si verò diuidas in duas medietates ſingulos ex quadraginta *reais*, qui ad cõplementum quadringẽtorũ remanent, efficies octoginta medietates. Inde verò, ſi pro ſeptuaginta duobus granis, detrahas ſeptuaginta duas medietates, cõperies, vnumquodque granũ valuiſſe qnq; *reais* cum dimidio, & inſuper ſeptuageſimã ſecundam partem ex quatuor *reais*, qui viginti quatuor *ſeptiles* continent.

Tpe Caroli V. Ioannes tertius, eiſdẽ rõnibus, qb. Carolus V. permotus, cudi in Luſitania fecit
15 † ducatos, quos vocãt *cruzados de cruz piquena*. Hodie verò *cruzados do meio* nuncupantur: eo ꝙ inter illos primos auri puriſſimi, & inter alios inferioris adhuc auri, ſint cuſi. Aurum eorum erat viginti duorum caractorum, & qnq; octauarum vnius caracti, ſolumq; habebant permixtũ alterius metalli caractum vnum, & tres octauas alterius. Appendebant verò ſinguli eorũ ſeptuaginta vnum grana, & quartã alterius partem, ſicut ducati auri puriſſimi, vt hæc oĩa hr l. 4. citata. §. 5. Quare, cum eiuſmodi ducati pretium retinerent quadringentorum *reais*, ſelibra huius impurioris auri valere cœpit pretio, quo antea valebat ſelibra illius alterius auri puriſſimi. Poſtea idem Ioannes Tertius cudi iuſſit ducatos alios, quos vocant *cruzados de cruz de monte caluario*, ex auro viginti duorum caractorum, & octauæ alterius caracti, appendebantq; ſeptuaginta vnũ grana, cum dimidio, & trib. octauis grani, vnde ſolũ illi deerat, ad octauam unciæ auri, octaua vna vnius grani, vt ibid. §. 6. hr. Quare, cũ hi ẽt ducati pretium retinerent quadringẽtorum *reais*, ex inde ſelibra huius impurioris auri valere cępit pretio, quo æſtimabatur quondam ſelibra auri puriſſimi.

Nouiſſimè ab eodem Ioanne tertio iuſſæ ſunt cudi monetæ, quę frequentiſſimæ erant in Luſitania, qñ hæc ibi docebam, ex auro viginti duorũ caractorum, & octauę caracti; Earum quędã eius erant ponderis, vt triginta appenderent ſelibram, valorq; ſingularum erat mille *reais*, vnde à valore dictæ ſunt *monedas de mil reais*. Aliæ verò ſub duplum pondus ad has habebant, & ſexaginta appendebant ſelibram auri, ſingulæq; valebãt quingentos *reais*, & ſimiliter à valore dictæ ſunt *monedas de quinentos reais*, vt ex l. 4. citata. §. 8. & 9. liquet. Quo fit, vt cum quõdã ſelibra auri puriſſimi vigintiquatuor caractorum valorem haberet viginti quinque milium ſexcẽtorum *reais*, vt dictum eſt, à tempore harum monetarum ſelibra maſſæ auri longè impurioris, nẽpe viginti duorũ caractorum & vnius octauæ, valere cæperit triginta mille *reais*. Atq; ad rõnem huius valoris accreſcit valor aliarum puriorum monetarum, non ſolum vt ponderi æquali rñdeat pretium æquale monetis mille *reais*, ad rõnem triginta millium *reais* pro ſelibra ponderis, ſed etiam vt maiori quantitati auri puriſſimi rñdeat maius pretium in eadem proportione, in qua quantitas puriſſimi auri antiquiorum monetarum excedit quantitatẽ pecuniarum mille *reais*, dempto aliquo pro valore ligæ permixtæ, vt in monetis Caſtellæ deductum eſt. Id quod extrauagantes leges Luſitanæ. l. 4 citata decernunt, vt poſtea dicetur.

Licèt

Licet aūt l. 4. citata id pretij impoſitum fuerit eiuſmodi nōminiſmis aureis monetis,& § 11. eiuſdem legis prohibitum eſſet lucrū aliquod accipere pro earum commutatione ſub pœna amiſſionis valoris earū,& duorum annorū exilij ad loca Africæ, atque illud eſſet cōe earum pretium: exteri tñ mercatores pro monetis mille *reais* offerre cœperunt mille centum, & pro monetis quingentorum *reais* quingentos,& quinquaginta. Et ſubito,quo tempore hæc docebam,ſcientibus nec contradicentibus ſenatu, & cæteris miniſtris publicis, à multis magna earum copia eo pretio data eſt, etiā ab ijs,qui regimini,& qui bonis Regis erant præpoſiti. Fortaſſe vt id ita fieret adiumento non modico fuit,quod ſubiungam.

Argentum monetatū Luſitanarum eſt vndecim denariorum,tñ,habentq, proinde denarium integrum alterius metalli permixtum, vt conſtat l.1.tit.8.p.5 leg. extra. Qd in cā eſt, vt in Flādria, Germania, & apud alias nationes, non valeant, niſi iuxta quantitatē maſſæ argenti,q̃ habēt,rōne inſuper habita impuritatis illius. Sebaſtianus autem Rex l. citata cudi iuſſit ex ſelibra huius argenti viginti quatuor *toſtões* ſingulos valoris centum *reais*: qua rōne ſelibra illorum, valoris erat duo mille quadringentorum *reais*, ſeu (ꝙ idē eſt) ſex cruciatorum. Cum aūt,qui argentum ad illos fabricādos exhibebant,ſolum ſoluerent ſexaginta *reais* pro expenſis,vt eadē l. habet, cōſequens eſt, vt ſelibra maſſæ illius argēti,valeret tūc duo mille tercētos quadraginta *reais*. Auus autem illius Ioannes tertius, cudi iuſſerat ex ſelibra eiuſdem argenti viginti ſex *toſtões*, atq; adeo tpe Ioannis tertij valebat ſelibra horum toſtonum mille ſexcentus *reais*,ſeu cruciatos ſex cum dimidio vt eadem l. habetur. Ante tpa verò Ioannes tertij erant *toſtões* maioris ponderis. Omnes vero *reais*,cōmemorati ſemper fuerunt valoris centum *reais*, nihil impediente,ꝙ quidam illorum plus haberēt argenti, & alij minus: quin Sebaſtianus Rex tit. citato,l. 2. præcepit,vt *toſtões* à Ioanne tertio cudi iuſſi,eundē valorē retinerent neque quiſquā reijcere illos poſſet, qn̄ in ſolutionē pro mercib. aut debito traderentur. Regalis verò argenteus toto hoc tpe valoris erat in Luſitania triginta ſex *reais*,& duorū ſeptijs,ita vt vndecim quadringentos *reais*,ſeu cruciatū vnum,valerent: Rexq; Sebaſtianus tit. citat. l. 3. anno 1588. ſtatuit, vt hoc eſſet illorū pretiū nulluſq; ſub certis pœnis, plus ꝓ illis acciperet. Cum aūt eo tpe valerēt in Oriētali India ſexaginta *reais*, in Africa quadraginta marauedinos, & apud oēs nationes apparerētur, atque vbiq; eis homines negotiarentur, non verò pecunia argentea Luſitana, in eaq; regione, quæ *Mina* in Aethyopia dr̃,vnde ingens auri copia in Luſitaniā aſportatur, multum auri in commutationem horum argumentorum detur, multi toto hoc tempore,nihil lege relata impediente illos in Luſitania emebāt maiori pretio, ēt Rex ipſe,miniſtrive illius, vt ingentem illorum copiā quotānis in Orientalem Indiam,atq; ad alia loca,mitterent, plenaque erant omnia ſcrupulis, num in Luſitania licitè maiori pretio emerentur.

Cum hæc ita haberēt,ſubito,dū rē hanc docebā, Rexq; Sebaſtianus traijcere parabat in Africā, accreuit in tota Luſitania ptiū regalis argentei ad quadraginta *reais*, ita vt decē illorū valere cœperint quadringētos *reais*, ſeu cruciatum vnū, idq; nulla lege lata,ſed Rege ita ſoluēte ſtipēdia, ac ptia rerū, & miniſtris publicis cogētib. priuatos hoīes, vt in eo ptio acciperent regales argenteos. Atq; ex tunc cudi cœperunt *toſtões* ponderis duorū regaliū cū dimidio,& ex vna ſelibra cudūtur viginti octo *toſtões* valoris eiuſdē centū *reais*. Quis aūt expenſas ſoluat, & q̃tum in expēſas ſumatur,cum ab eo regno modo diſſem,ignoro.

Hoc itaq; incrementū valoris argenti in eo regno,nō paruo adiumēto fuit, vt tāto ptio tūc emerentur pecuniæ illæ aureæ mille, atque quingentorum *reais*, & vt ſubito ſpoliaretur regnū illud abundantia maxima earū,q̃ tunc in eo erat breuique diſparerent dilatæ ad alia regna. Audio autē mercatores in hoc caſtellæ regnum ingentē copiā comportaſſe, vendidiſſeq; ſingulas monetas mille *reais* triginta trib. regalib. argenteis, q cōportati in Luſitaniā,valebant mille trecentos viginti *reais*. Admoneri verò tūc feci regē Sebaſtianū,expedire,vt auri ptiū augeretur, idq; ex ſuggeſto docui,& tñ nihil profeci. Sed vſque in hodiernum diem *toſtões* tā antiqui,q̃ hodierni,adeo exigui ponderis, pretio eodem centum *reais* cōmutantur, paulatimq; antiqui diſparent, vel delati ad exteras nationes,vel aurificib. eos in maſſam argenteam reducentibus, eamque vendentibus longè maiori pretio,quod nunc in Luſitania valet. Similiter etiam monetæ illæ aureæ, licet raræ hodie ſint, à multis pretio mille *reais* commutantur, aut certè ad meum vſque diſceſſum ex eo Regno commutabantur.

Hoc loco illud admonuerim, q̃uis nummus æreus, q *real* in Luſitania dr̃,eundem valorē retineat,ſiue monetæ aureæ,aut argenteæ, euehātur, ſiue deprimātur,in valore,ad effectū, vt eo ſoluātur ſummæ aureorū,aut aliorū nūmorū, q̃ debebātur,aut in tributū, vel in pœnā, erant lege impoſitæ,vt diſp 312. oſtēſum eſt, nihilominus ad cābiū de loco ad locū,nō eundē valorē habere, vt mercatorū praxis perpetuò ſeruauit, & hodie ſeruat, ſuoque loco inferius dicetur, neq; enim pro decē regalib. q hodie in Luſitania valēt quadringentos *reais*, ſoluētur in Caſtella vndecim regales, eſto in Caſtella vndecim regales ſolū valeant trecentos ſeptuaginta quatuor marauedinos, ſed ſolum ſoluentur decem regales, facta commutatione ad æqualitatē,nihil interim loquēdo de incremēto ob cābium. In eiuſmodi quippe commutationib. potius habetur rō q̃titatis argenti, collatione facta cum æquali q̃titate argēti, aut quātitatis auri, collatione ſimiliter facta cum æquali quantitate auri eiuſdem bonitatis, quam quantitatum æris,valoriſque illius in diuerſis locis.

Quare maraued. Caſtellæ, qn̄ regalis argenteus in Luſitania valebat triginta ſex *reais* cum duob. *ſeptijs* maioris valoris erat inter mercatores, quam æreus *real* Luſitanus in ea, proportione, qua triginta ſex *reais* & duo *ſeptijs* excedunt

triginta

triginta quatuor marauedinos, ac proinde regalis
argẽteus ꝓ regali argenteo cõmutabatur ad æquali-
tatem à Luſitania ad Caſtellã, & è contra, & ſimi
liter ducatus ꝓ ducato, eſto in Luſitania eſſet va-
loris quadringentorum *reais*, & in Caſtella trecẽ
torum ſeptuaginta quinq; maraued. Quare, eue-
cto regali argenteo in Luſitania ad quadraginta
reais, minoris valoris eſt hodie, quã maraued. in
ea proportione, qua quadraginta *reais* excedunt
quoad numerũ triginta quatuor maraued. Quia
ergo, euecto regali argenteo ad quadrag. *reais*, &
minimè teſtone argenteo Luſitano quoad põ-
dus, decreuit eo modo in Luſitania valor ærei
real Luſitani, conſequens eſt, vt collatione facta
cum eodem nummo æreo, accreuerit apud mer-
catores valor aurearum monetarum Luſitanarum,
eodemque modo accreſcere debuerit in commu-
tationibus aliarum rerum pro illis, ſitque irratio-
nabilis lex, quę eo ipſo pretiũ illarũ nõ auget cõ-
paratione eiuſdem nummi ęrei. Quis n. niſi ſtul-
tus, det hodie in Luſitania nummum aureum, q
antea valebat 27. regales argenteos cum dimidio,
pro 25. ea ſola ratione, quòd regalis argenteus eue-
ctus ſit in Luſitania ad pretium 40 *reais*; præ-
ſertim cum eadem moneta longè plus valeat de-
lata ad hoc Caſtellæ Regnum, & ad quamcunq;
aliam nationem: & cum non plus mercium ema-
tur hodie in Luſitania quadraginta *reais*, quàm
antea 36. ſed continuo pretia omnium rerum ac-
creuerint in Luſitania collatione facta ad eum
nummum æreum. Hac ergo occaſione, euecto re-
gali argenteo ad quadraginta *reais*, meritò conti-
nuo accreſcere cępit valor monetarum aurearum
collatione facta ad eundem nummum æreum.
Atque hinc intelliges, hodie in Luſitania longè
plus valere ſelibram auri caractorum 22. & vnius
octauæ quam 30. mille *reais*, in eadem proportio
ne, in qua 40. *reais*, excedunt 36. & duos *ſeptijs*.
Atque vt hoc elucidaremus, ac oſtenderemus,
tam multa de pretio argentearum monetarum in
Luſitania, dicta ſunt, quę nõ modicã lucem dicen
dis in tota hac materia de cambijs afferent.

Cũ in Caſtella, & in Luſitania maſſæ auri pre
tium nõ ſit lege taxatum, neq; item argenteę, niſi
illi Caſtella, quæ vndecim eſt den. ac 4. granorũ,
vt ſelibra illius vendi non poſſit vltra ſexaginta
quinque regale cum tñ prohibitum non ſit illam
Dubiũ minori pretio emi, quotidieq; vel illo pretio, vel
minori, ematur, ac vendatur, pro vt quiſque põt,
facilis erit reſpõſio ad dubium, num ſequens em-
ptio argenti iniuſta ſit, cum reſtituendi onere.
Multi, qñ pecunia indigent, vendere coguntur
artefacta argenti, quæ habẽt Dum verò illa auri-
ficibus, aut mercatoribus, emenda offerunt, non
plus pretij pro illis reperiunt, quam ſi argentum
illud fabrefactum non eſſet; cum tamẽ opificium
multum aliqñ valeat. Interdum etiam non plus
pro eo argento reperiunt, quam ad rõnem ſexa-
ginta quatuor regalium pro ſelibra, ita vt, præter
valorem opificij, deſcendere cogantur in valo-
Deciſ. rem maſſæ regale vnum in vnaquaque ſelibra;
16 Quæritur ergo, vtrum † eiuſmodi emptio, iniu-
ſta ſit cum reſtituẽdi onere. Rñdendum arbitror,
cum ea in re nulla tranſgreſſio humanarum le-
gum fiat, vt dictũ eſt: atq; in ea merce aurifices,
aut alij mercatores, q eã emunt, multum pecuniæ
collocent, vt illã mundando atq; aptando, iterũ
maiori pretio reuendant, damnandam non eſſe
negotiationẽ vt iniuſtam, modo tñ, ſpectato illo
emptionis modo (qui aurificib. ex ſuo officio nõ
ſecus incumbit, quam bibliopolis emere minori
pretio eos libros, qui ipſis emendos offeruntur, vt
maiori pretio illos reuendant) pretium, qđ pro il-
lis dant, attentis circumſtantijs oĩb. concurrenti-
bus, atq; inter eas, quod vltroneæ merces minus
valent, prudentis arbitrio non iudicetur in eo
emendi modo non attingere ad infimum iuſtum.
Tanti. n. valoris eſſe põt opificium, & tanta poſ-
ſet eſſe ſpes breui eam mercem reuendendam eſ-
ſe longè maiori pretio vt merito iniuſta pruden-
tis arbitrio iudicari poſſet ea emptio, cum reſti-
tuendi onere, quantum ad infimum pretiũ iuſtũ
deeſſet, ẽt ſi ſelibra ſexaginta quinque regalibus
emeret, idq; nihil impediente qđ pretia eiuſmodi
rerum in indiuiſibili nõ cõſiſtant, ſed magnã lati
tudinem inter ſupremũ, & infimũ habeãt. Nõ tñ
damnes, q̃ conſuetudine hac in parte recepta eſſe
cõperies: qm̃ ea conſuetudo multum facit, vt pre-
tium, in eo emptionis mõ, iniuſtum non ſit cen- Dubiũ
ſendum. Solent aliqñ, qui eiuſmodi argentũ ven-
dunt, paciſci cum emptoribus vt intra certũ tp̃s
illud alteri non reuendant, ſed fas ipſis intra idem
tp̃s ſit, illud redimere certo quodã pretio maiori,
quam fuerit, quod pro illo acceperunt. Dubitant
17 † verò aliq, vtrum hoc licitum ſit, an verò vſura
palliata interueniat. Rñdendum arbitror. Si vera
interuenit venditio, ita qđ, ſi argentum illud me-
dio illo tpe pereat, emptori pereat: & contractus Deciſ.
primus, iuxta ea q̃ dicta ſunt, iuſtus fuit, atque in
ſecundo non conſtituatur maius pretium, quam
illud, quod primus emptor iuſtè accipere poterat
a quocunque alio emptore pro eodem argento,
neque vſuram, neque iniuſtitiam, in eo contractu
interuenire, ſed potius gratiam, quam primus
emptor venditori primo facit, ſeipſum inhabilẽ
reddendo ad eam mercem cuiquam alteri intra
id tempus vendendum, vt diſput. 376. adhibitis
alijs exemplis, oſtenſum etiam eſt.

Illud poſtremò ex tota hac diſput. facilè intel-
liges. Quamuis, & quondam, qñ erant in hoc Ca
ſtellæ Regno ducati illi valoris trecentorum ſe-
ptuaginta quinque maraued. atq; in Luſitania ij-
dem ducati, ſeu cruciati, erant valoris quadrin-
gentorum *reais*, cambia pecuniarum de loco ad
locum ad cõtractus fierent, multaque alia conſti-
tuerẽtur mentione facta de ducatis non ſolum in
his Regnis, ſed ẽt ex eis ad prouincias alias, atque
ex prouincijs alijs ad ipſa, & hodie ſimiliter cam-
bia, atque contractus ſub noĩe ducati fiat, multa-
que alia cõſtituantur, à multis tñ tẽporibus, facta
variatione in auri valore, nullum nummũ in his
Regnis eſſe, qui eius ſit valoris; ſed valorem illũ,
qui ducati nomine quondam intelligebatur, at-
que hodie etiam intelligitur, ſolui facta compen-
ſatione ad æqualitatem cum eo valore in alijs
monetis, vt quotidianus vſus teſtatur.

Vtrum pro pecunia, cur valor certus, dum cuſſa eſt, autoritate publica eſt conſtitutus, liceat amplius accipere.

DISPVTATIO CCCCI.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ valor publica auctoritate taxatur, ratione lucri ceſſante, poteſt aliquod intrementum pati.*

2 *Monetas deſtruere argenteas etiam alterius regni in Luſitania prohibitum eſt, cum graui pœna.*

Idem in Caſtella, nu. 3.

4 *Pecunia quando licitum ſit augeri, etiam ſi eius valor ſit publica auctoritate taxatus.*

5 *Luſitanæ leges, & Caſtellæ, quæ pretium impoſuere monetis aureis, non obligant hodie in conſcientia.*

QVæ diſputatione præced. dicta ſunt, lucem huic afferent. Obſeruãdum autẽ eſt, conſuetudinem eſſe receptã in aliquibus prouincijs, maxime in Italia, & Flandria, vt quamuis monetæ aliquę commune aliquod pretium in eis habeant, non tamen ſit adeo fixum, quin inſtar aliarũ mercium, quæ lege non ſunt taxatæ, pro earum multitudine, aut paucitate, aut pro earũ multitudine eas quærentium, earum pretium accreſcat, & decreſcat. Atque ita audio quamuis Romæ communis valor ſcuti aurei ſint vndecim Iulij cũ dimidio, nihilominus valorem eorũ ſubito (interdum bis etiam in mẽſe) accreſcere aliquot æreos nummos, atque iterum decreſcere. Accreſcere verò, aut decreſcere, plures, aut pauciores, eos æreos nũmos, iuxta exigentiam ac raritatem eorum ſcutorum, & iuxta circunſtantias alias cõcurrentes. Vbi autem talis conſuetudo viget, nemini poteſt eſſe dubium, licitum eſſe accipere id incrementum.

1 Tota † ergo difficultas eſt, vbi pretia monetarũ publica autoritate ac lege taxata ſunt, vt ſint fixa, quo pacto in Hiſpanijs taxari conſueuerunt, & regulariter in alijs prouincijs, preſertim quãdo monetæ propriæ ſunt earum prouinciarũ. Et quidem dicendũ eſt, etiã tunc, rõne lucri ceſſantis, licitum eſſe accipere aliquid vltra pretium lege taxatum, quantum id lucri æſtimabitur. Vt ſi quis paratam habeat monetam aliquã ad eam tranſportandã in locum, vbi plus valet, aut ad emendum ea merces in loco, vbi moneta Regni, in quo reſidet, non emuntur, aut non niſi amiſſa parte valoris illius, tunc accipere poteſt pro commutatione talis monetæ pro alia, quantum æſtimaretur lucrum, quod reipſa ex ea commutatione ipſi ceſſaret. Ita cum alijs affirmat Ioan. Med. q. 3. de camb. §. antepen. Atque in ſimili euẽtu diximus in calce diſp. 364. pro lucro ceſſante in tritico lege taxato, quod dominus tranſportare volebat in locum, vbi plus valeret, poſſe aliquid accipi vltra pretium lege taxatum ſi ſcandalũ ceſſet. Ex hoc eodem capite, ſi aurifex pecunias habeat paratas ad deaurandum, aut ad conficiendum ex illis artefactum, in quo, ratione materiæ puriſſimæ lucrabitur, atq; vt eas concedat afflagitanti, priuet ſe eo lucro, accipere poterit, vltra pretium commune earum, æſtimationem lucri illius, quo te ipſa ea de cauſa ſe priuat.

In Luſitania lib. 5. ord. tit. 6. §. vlt. prohibitum

2 eſt, deſtruere † monetas argenteas, aut eas deſtrui præciperet, vt ex eis fiat artefactum, aut quacunq; alia rõne, etſi alterius ſint Regni pęnaq; ſtatuitur exilij decem annorũ ad loca Africæ, atq; amiſſionis dimidiæ partis bonorum, diuidendę æqualiter inter accuſantem, & fiſcum Regis. Atque ſub eiſdẽ pęnis inhibetur, ſeligere monetas maioris ponderis, eaſq; vẽdere ad pondus. Qui autem aliquid horum fecerit, ſi de numero eorũ miniſtrorum Regis ſit, quib. incumbit recipere pecunias Regis, pœnam mortis incurrit, atq; amiſſionis omnium ſuorum bonorum. Neſcio tñ an ea lex tanto rigore exequutioni mandetur, vt lethalis culpæ condemnandus ſit aurifex, vel perſona alia priuata, quæ pecunias aliquas argenteas deſtruxerit, vt ex illis artefactum conficiat. Præſertim poſtquam, euecto regali argenteo ad pretium quadraginta *reais*, & imminuta quantitate toſtonis, quantum diſputatione præced. relatum eſt. Quod ſi lex illa in ſuo robore permaneret, perſeuerantibus circunſtantijs, quæ erant, qñ lata fuit, pleneq; exequutioni mandaretur, non dubitarem obligare ſub culpa lethali, attenta pœnæ acerbitate, & damno, quod Reipublicę ex eo euenit, quod monetę ęqualis valoris, ac maioris ponderis, deſtruantur, vt regulariter euenire ſolet, qñ monetę aliquę deſtruuntur. Ea tamen lex non intelligitur de monetis argenteis, quæ in Luſitania valorem non habent, vt liquido conſtat. l. 3. tit. 11. p. 4. legum extrau.

3 In hoc † Regno etiam l. 67. tit. 21. lib. 5. nouæ collect. iuncta l. 6. tit. 17. li. 8. ſub pęna capitis amiſſionisq; oĩum bonorum, prohibetur deſtruere moneta aureas, argenteas, vel ęreas, aut illas ex hoc Regno extrahere. Hanc tñ legem, quæ a Regibus Catholicis lata eſt, non intelligo de monetis illis antiquis, quæ hodie rariſſimæ ſunt, & quarũ loco aliæ ſucceſſerunt, ſi quæ ad deaurandum deſtruantur. Qm̃, & eſt modicum quid, & mutatio temporum ac circumſtantiarum, licitum id reddit. Ius Caſtellæ.

Licèt cambium monetarum fieri in eodem loco debeat ad æqualitatem valoris; ſi tñ timor probabilis eſſet, breui monetã aliquã publica autoritate minuenda in valore, licitè emi poſſet minori pretio, quã lege eſſet taxata. Qm̃ timor ille, ac probabilitas, qđ minuenda ſit in valore, efficit illã minoris valoris: non ſecus, ac pecunia: quæ collocata eſt in tẽpeſtate, aut a periculo maris pendet, iuſtè emitur minori pretio, quam ſit lexe taxatum. Ita Med. loco citato. §. vlt. Interim tñ, dum pecunia illa publica autoritate imminuta eſt non quo ad valorem, licite datur pretio texato, qm̃ re vera adhuc retinet antiquum valorem ad effectum, vt licitè dari ac expendi poſſit in eos vſus, in quibus expendenda foret, ſi non eſſet talis timor.

Med. q. citata contendit, interim dum lex publica taxationis monetæ vim hẽt, nefas eſſe accipere Queſt.

4 † pro pecunia maius pretiũ, quam lege taxatũ, et ſi materia cõmoditates multas hẽat, vt quia aurũ eſt plurium caractorũ, vt eſſe ſolet antiquarũ monetarum, pluſq; inſeruit ad deaurandum, ad orna-

tum,ad ſanitatē,& ad ſimilia alia. Ratio Medinæ eſt,q̃m q̃n moneta taxatur, ratio hr̃ puritatis materiæ,& commoditatum illius, eiſq; oīb. penſatis conſtituitur valor materiæ affectæ ſigno, per qđ in eſſe monetæ conſtituitur. Quo fit, inquit,vt quemadmodum pro frumento lege taxato, nefas eſt accipere plus pretij quam lege taxatum ſit, eo qđ pretium iuſtum lege taxatū in indiuiſibili cōſiſtat; ita pro eiuſmodi monetis nefas ſit accipere pretium vltra lege taxatum: ſi autē accipiatur,obnoxium ſit reſtitutioni. Addit vero,ſi conſuetudo vigere incipiat, vt pro pecunia aliqua accipiatur aliquid vltra pretium lege taxatum, & princeps, illiusve ſenatus,id ſciat,nec puniat, aut contradicat, tunc cenſendum eſſe, voluntatem illius non eſſe, vt lex ea in parte obliget atq; adeo tuto tunc poſſe accipi incrementū illud. Ego etiam adderē, ex tunc incrementū illud limites ingredi pretij naturalis iuſti, liciteq; deinceps poſſe extendi intra limites iuſti pretij naturalis, qđ in indiuiſibili nō cōſiſtit,neq; eſt fixum, vt eſt pretium lege taxatum. Atq; hac rōne Med. immunem defendit a culpa,& a reſtituendi onere,conſuetudinem accipiendi incrementum pretij pro quibuſdā pecunijs aureis antiquis. Iuxta eā vero ſententiam,dicendum eſſet, eos,qui primo accipere incrementum illud cœperunt, ante tacitum illum, ac præſumptum, conſenſum principis, non ſolum peccaſſe,ſed etiā reſtituere id eſſe aſtrictos illis, a quib. illud acceperunt,vt pote adhuc vim lege retinente.

Sotus vero 6.de iuſt.q.9.ar.vnico,Nau.in Ma. c.17.n.288.& in Com.c.vlt.de vſur. nu.20.Cou. de collat. veter.numiſm.c.7.in prin.n 3. Syl.ver. vſura.4.q.3.quib.conſentit Gai. in opuſc. de Cābijs cap.6.aſſeuerant, duob. modis ſpectari poſſe numiſma aliquod. Vno, quatenus eſt talis moneta,in eſſe monetæ. Altero,quo ad materiam, nēpe quatenus eſt talis auri, purioris, aut minus puri, maioris,aut minoris,ponderis,&c. Tunc vero dicunt,rōne materiæ, ſi.ſ. ſpectatis circūſtantijs cōcurrentib.id valeat,fas eſſe accipere incrementum vltra pretium lege taxatum:eo quod numiſma,ſolum in eſſe numiſmatis,taxetur, & vt eſt pretium ad res emendas,eſto,dum taxatur, habeatur ratio valoris,accommodatum materiæ, ex qua tale numiſma conficitur,ad valorem illi, in eſſe monetę, conſtituendum. Multi vero eorum addunt,neminem cogi poſſe, plus pretij dare pro illo,aut accipere illud minori æſtimatione,quā ſit valor illius lege taxatus, eaq; de cauſa licitā eſſe emptionem illius pretio lege taxato, & commutationem poſtea eiuſdē numiſmatis pro pretio vltra lege taxatum.

Hac de re paucis dicam,quod ſentio. Atq; in primis obſeruandum,ſtatuendumq; arbitror. Nūquam,q̃n cuduntur monetę,pretiumq; illis ſtatuitur,valere plus materiam illarum, ſpectatam quo ad cōmoditates oēs,quæ ex ea percipi poſſunt,quā ſit pretium,quod monetis imponitur,imò minus: quādoquidē ex materia,vnde monetæ cuduntur, extrahuntur expenſæ quæ in eis cudendis fiunt, ſoluiturque tributum, ſi quod inde principi ſit ſoluendū: valdeque ſtultus eſſet princeps, qui minus pretium imponeret monetæ,quam cudi iuberet, quam eſſet valor tunc materiæ,ex qua fieret. Iuxta copiam ergo materiæ,quæ tunc eſt,commoditates omnes illius,cæteraſq; omnes circumſtantias concurrentes, imponitur pretium monetis, neq; quiſquam tunc pro illis plus pretij inueniret ratione materiæ,aut cuiuſuis alterius circumſtantiæ. Atque in hoc verum dicit Medina.

Dicēdum deinde eſt,eo ipſo,quod moneta inferior in auro quo ad caracta,vel quo ad pondus,cuditur, eiq; pretium imponitur æquale præcedenti monetæ, aut maior ceſſare cenſetur lex, quæ præcedenti monetæ, pretium impoſuerat, poſſuntq; homines aſcendere in pretio illius pręcedentis intra limites iuſti naturalis,quod in ſe habet,ſpectatis circumſtantijs omnib. cōcurrentibus, niſi princeps rationabili ex cauſa contrarium præcipiat, eritq; irrationabilis atque iniuſta lex, qua id ſtatuet, niſi rationabili ex cauſa id fiat: quandoquidem irrationabile, atque iniurioſum ſubditis eſt, ſine rationabili cauſa æqualia pretia rebus in valore inæqualib. ſtatuere. Cum hac noſtra doctrina,ex ſe perſpicua, ac manifeſta,conſentiunt leges Caſtellæ & Luſitanæ circa monetas aureas. Et enim Philipus l.13.declarationum,tit.21.l.5.nouæ collect. poſtquam taxauit ſcuta,vt deinceps eſſent valoris quadringentorum marauidenorum, præcepiſsetq; vt nullus quacunq; ratione poſſet plus pretij accipere pro illis, declarauit,valorem illorum ducatorum purioris auri,quos Ferdinandus & Eliſabetha cudi fecerāt, eſſe maioris valoris, quam fuerint, quando iuſſi ſunt cudi, iuxta maius pondus,& maiorem copiam auri,quam habent, præcepitq;, vt valerent quadringentos viginti nouem marauedinos,vt diſputatione præcedente explanatum eſt. Neq; ſane quiſquam merito ante eam euectionem ſcutorum quo ad pretiū, damnare poterat accipere pro ducatis pretiū proportionale ſcutis habita ratione, non ſolum maioris ponderis,ſed etiam maioris copię auri puriſſimi,quam habēt. Similiter Luſitana lege 4.tit. 11.par.4.leg.extraua.a §.3. vſq; ad 9. explanatur maior valor grani auri cruciato cum viginti quatuor caractorum ſupra valorem grani auri monetarum viginti duorum earū ractorū & vnius octauæ caracti; diciturq;, granum auri harum poſteriorum monetarum,eſſe valoris ſex *reais* cum dimidio,granum verò illarū priorū,eſſe valoris ſeptē *reais* cum tertia parte vnius *ſeptil*,& ita ordine quodam declaratur valor grani intermediarū monetarū. Tertio dicendum eſt,cum,quādo monetæ auri cuduntur,eiſq; pretium primo imponitur,eſſe ſoleat copia magna eius auri, atq;, iuxta eam magnā copiam,& cæteras circunſtantias tunc cōcurrentes, eis pretiū imponatur; ſane, ſi temporis progreſſu, circunſtantiæ varientur, extractiſque de Regno monetis illis auri purioris,conſumptiſque in deaurando, & alijs miniſterijs, magna ſit earum raritas atq; penuria,multumq; appetantur vel ad deaurandum, vel ad ornatum & pompam, vel ad ſimilia alia, eaq; ratione valor earum materiale multum accreſcat,credendum non eſt, legiſlatores velle,vt lex taxæ antiquæ perſeueret,neq;, ſi vellent, iuſtum id eſſet, ac æquum: quare tunc

abſque

abſq; peccato,& reſtituendi onere, vendi poſſunt pro iuſto ipſarũ naturali, non ſolum tanq̃ pretium in cõmutationẽ pro aliјs rebus: qm̃ ſemper eadẽ eſt rõ de moneta vtroque modo ſpectata, vt rectè Io. Med. affirmat. Atq; tunc merito nõ contradicunt, nec puniunt probi miniſtri publici, qui iuribus non vtuntur ad ſubditos dure atq. inique vexandos, ſed per epycheiam ſimiles leges interpretantur, locum iam non habere variatis tñ circũſtantijs, quę erãt qñ leges illæ latæ ſunt. Licet ergo leges Ferdinandi & Eliſabethæ, inſertæ ſint in tit. 21. citato lib. 5. nouæ collect. pp multa alia in eis contenta, quæ hodie vim habent; quemadmodum tñ, quod de valore ducatorum taxato in eis continetur, hodie vim non habet, declarante id Rege Philippo l. 13. citata, neq. ante eã declarationem vim habebat, vt dictum eſt: ita neq. verba, qb. ea taxa ſeruari præcipitur, vim hodie habent. Philippus autem, licèt præceperit, nę vlla ratione plus acciperetur pro ſcutis, q̃ pretium ab ipſo taxatum, eo q, & qñ ea lex lata fuit, & modo, maxima ſit eorum copia: dum tñ ad ducatos antiquos deuenit, ſolũ definiuit, quem valorẽ hodie haberent, collatione facta cum valore ſcutis impoſito, neq. addidit verba illa, vt nulla rõne liceret accipere plus pretij: qm̃, ob earum raritatem, neceſſitatem, atque vtilitatem ad aliqua, integrũ eſt accipere totum valorem naturalem, quẽ, ſpectatis omnibus circunſtantijs concurrentibus, habent. Atque, vt ſummatim dicam, in quocunque tpe, licitum eſt accipere pro vnaquaque moneta, quantum eo tempore licitè acciperetur pro ęquali fruſto auri eiuſdem ponderis ac puritatis. Qm̃ ea auri quantitas, non eſt ex eo inferioris conditionis ac valoris q in monetam ſit redacta, quàm ſi in monetam non eſſet redacta, quin potius melioris conditionis, maioriſque valoris eſt redacta in monetam: quare ex eo capite aliquid amplius poſſet accipi, quam pro æquali fruſto auri.

Ex dictis, tam hac, q̃ præcedente diſputatione
5 facilè liquet Luſitanas † leges, quę monetis aureis pretia impoſuere, nõ obligare hodie in cõſciẽtia; ſed poſſe, ẽt pro monetis impurioris auri, quibus pretium mille, aut quingentorum, *reais* eſt cõſtitutũ, accipi plus pretij intra limites valoris earũ naturalis, pp ea, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt. Lex verò, quę regales argenteos taxauerat, vim amiſit eo ipſo, q regalis argenteus ad valorem quadraginta *reais* fuit euectus, ſimulq. ceſſarunt ſcrupuli, & difficultates, num pro eis accipi poſſet vltra pretium rege taxatum, ad tranſportandum illos in alia loca: neque enim eſt, qui pro illis hodie offerat vltra quadraginta *reais*.

Cum legibus, tam Caſtellæ, quàm Luſitaniæ, declaratum hodie ſit, quantum monetæ aureę antiquæ in pretio aſcenderint, quantumque hodie valeant, cõſtat, ſi quis hodie ſoluere creditori ſuo velit in eis monetis, cogendum creditorem eſſe, illas accipere in pretio legibus illis declarato: neque iuſtè accipi poſſe pro minori pretio: eo quòd illud ſit infimum iuſtum, quod hodie habent; nullusque minori pretio illas dabit, niſi qui hodie illarum valorem ignorauerit. Quod verò attinet ad pretium maius, quod hodie pro monetis aliquib. inuenitur iuſteque, iuxta ea quæ dicta ſunt, accipitur vltra id, quod legibus declaratum eſt, vt de monetis mille, aut quingentorum, *reais* Luſitanis dictum eſt: nullus ſane creditorũ cogi poteſt accipere illas maiori illo pretio, qm̃ incremẽtum illud, qđ pro eis inuenitur, ſpectat ad pretium illarum, non legitimum, ſed naturale, qđ in indiuiſibili non conſiſtit, q̃ plurimiq; ſunt, qui illas dãt pretio quondam legibus taxato, quod interim, dum aliud non ſtatuitur ac declaratur, cenſendum non eſt egredi limites infimi pretij iuſti. Debitor autem ipſe quærat, qui maius pretium pro illis det, & tunc ſoluat in alijs pecunijs.

Miniſter deferens ſolutionem in pecunijs aureis, illaſq; in itinere iuſtè commutans pro maiori pretio, an ſibi retinere poſſit incrementum.

DISPVTATIO CCCCII.

SVMMARIVM.

1 *Miniſter ſeu depoſitarius quando incremrntum poſſit pro ſe retinere eius pecuniæ, quam deferebat creditori, ex qua tale incrementum lucratus fuit.*
2 *Lucrum, & fructus rei differunt.*
3 *Fructus rei quid.*
4 *Depoſitarius quo caſu reddere non teneatur incrementum, ex depoſito factum.*

QVod in hac diſput. proponitur, frequẽs erat in Luſitania, qñ hæc exponebam. Cum. n. multæ eſſent monetę mille, atque quingentorum *reais*, & in eis debita ſoluerentur, aut aliquib. traderentur, vt illis ipſarum dñis merces emerentur: iuxta ea autem, quæ dicta ſunt, iuſtè permutari poſſent cum incremento vltra taxatum qñ cuſſæ ſunt; dubium erat, vtrum, ſi miniſter, cui tradebantur, vt illas ad creditorem deferret aut vt illis aliqd emeret, prius eas cambiret cum incremẽto aliquo, qm̃ ſciebat, qs cum incremento vellet illas accipere, aut cum ad id quęſiuit, vtrum, inquã tunc poſſet ſibi retinere incrementum illud: atq; ex reliquo ſoluere integrè debitum, aut, perinde emere merces, ac foret eas empturus pro aureis, illis pecunijs, an verò teneretur illud reſtituere, & cui facienda eſſet reſtitutio. Idem dubium eſt de miniſtris Regis, q reditus, atq; alia debita illius, recipiunt, & de alijs ſimilib. aliorum miniſtris, q idem munus exercent, atq; vniuerſim de depoſitarijs, dum cum recipiunt multa debita in eiuſmodi pecunijs, quas non tenentur maiori valore recipere, aut in depoſitum, & poſtea ex pręſcripto Regis, aut alterius, cuius ſint miniſtri, ſoluant ſtipendia, aut debita, alioſq; ſumptus faciant, num, inquã, ſi medio illo tpe cõmutent pecunias illas pro alijs cum incremento retinere ſibi poſſint id incrementum, an reſtituere illud teneantur.

Satisfaciẽdũ arbitror diſputationi huic ſequẽ-

tib.concluſionib. Prima. in oīb. euentib. propoſitis, ſi is miniſter, aut depoſitarius, poſtquã eas pecunias aureas cambiuit cum incremento, iterum ex pecunia cum eo incremento accepta compararet minori pretio ſimiles alias pecunias aureas, eiſq; exequutioni mãdet, quæ illis alijs pecunijs ex eorum præſcripto, quorũ negotia agit, erat exequuturus, licitè retinere poteſt incrementum tanquã fructum ſuæ induſtriæ, eſto, ad illud comparandum, vſus tãquã inſtr̃o fuerit pecunia aliena. Probatur, qm̃ hic nullum intulit damnum, tam ei cuius negotium agebat, quã illi, cui pecuniam erat traditurus: quippe cum congruo tpe, vt ſupponimus pecuniam dedit eiuſdem prorſus rationis ac valoris cum ea, quam ad id acceperat: ergo ſufficienter ſatisfecit reddendo eam pecuniam, retinereq; ſibi poterit incrementum ac lucrum. Concluſio hæc corroborabitur ex dicendis in tertia.

Secunda concl. Si dñi voluntas, ſaltem quaſi habitualis, fuit, vt debitum in illa eadem pecunia ſolueretur, quia bonũ eius, ad quẽ illam mittebat, optabat magis quã internuncij, iſq; ad quẽ mittebatur, diſtracturus illam erit cũ eodem, aut maiori, incremẽto, tenetur internuncius (niſi pecuniam eiuſdẽ prorſus qualitatis tradiderit) reſtituere illi lucrum totum ea de cauſa eidẽ ceſſans. Probatur, qm̃ contra voluntatẽ, tã mittẽtis, quamuis eius, ad quem mittitur, ac proinde iniuſtè, hunc priuat pecunia eius qualitatis, & conſequenter lucro iuſto, quod ex illa erat percepturus: quare iniuriam illi facit, teneturque illud ei reſtituere.

Tertia cõcl. Si vel is, ad quẽ mittebatur, nullũ lucrum ex pecunia eius qualitatis erat habiturus, quia diſtracturus illã erat, in infimo, cõq; pretio, vel qui eã mittebat, erat quaſi habitualiter contentus, vt internuncius potius eo lucro gauderet, quã is, ad quem eam mittebat, aut ea de re nihil curabat, arbitror internuncium licitè ſibi poſſe retinere lucrum illud, nihil impediente, quod, qui eam mittebat, ita eſſet affectus vt vellet potius ſibi lucrum illud quam famulo. In probationem huius concluſionis recolenda ſunt, quæ diſp.327. oſtendimus, nempe quicquid vſurarius fur, aut depoſitarius, comparat negotiando cum re aliena vſu cõſumptibili, quã vſuratiè, aut furto acquiſiuit, vel habet in depoſitum, acquirere illud ſibi, neq; reſtituere id teneri, ſed ſolum res ipſas alienas, aut alias illis æquiualentes, & inſuper, ſi quid lucri ex eo illarum dñis ceſſauit, quod ipſe in mora fuerit eas reſtituendi, ſiue id ſit multum, ſiue parum, aut etiã nihil. Hinc enim tale poſſemus conficere argumẽtum ad probandam primam partẽ concluſionis. In eo euentu nõ plus pertinet lucrum illud ad eũ, ad quem pecunia illa mittebatur, aut ad eum, qui illam mittebat, quam pertineret, ſi internuncius ille furatus ab eis eſſet eam pecuniam, aut per vſuram ab eiſdem illam extorſiſſet: ſed tunc, neq; fur, neque vſurarius teneretur reſtituere lucrum illud, ſed ſolum ſeruare vtrunque indemnem, vt diſputatione citata perſpicuè oſtẽdimus: ergo neq; internuncius ille tenetur reſtituere lucrum illud, ſed ſolum ſeruare illos indemnes, vt re vera eos ſeruat conferendo ei ad quem pecunia illa mittebatur q̃uũ illa in manu ipſius erat valitura. Deinde poſſumus ita argumentari. Si inter nuncius ille nihil ea pecunia eſſet lucratus, ſed cõſumpſiſſet illam in ludo, aut aliquid ea emendo in valore infimo illius, in quo diſtrahi conſueuit, ſanè, ſi is, ad quem mittebatur, diſtracturus eam nõ erat in maiori aliquo valore, nullus cõfeſſariorũ præciperet eã reſtitui, niſi in eo valore, in quo alioquin foret diſtrahẽda: ergo neq; in re propoſita, internũcius ad aliã reſtitutionẽ teneretur. Obijcies. Lucrũ illud, ſiue a fure, ſiue ab vſurario, aut internũcio, cõparetur, eſt ex re aliena, ex meroq; valore illius, quẽ in ſe habet, qñ a fure, vſurario, aut internũcio, diſtrahitur: ergo non pertinet ad ipſos ſed ad dominũ illius, aut ad eũ ad quem mittebatur, tanquã fructus rei illius, & non induſtriæ rem illam cambientis: idq; eſto dñs illius, aut is, ad quem mittebatur, nõ eſſent eum fructum percepturi, ſicut fructus agri, aut equi, pertinent ad dñm agri, aut equi, eſto dñs eos non eſſet percepturus. Ad hoc argumentum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia.

2 Licèt enim † lucrũ illud ex re illa pcipiatur, ex valoreq; illius, nõ tamẽ eſt fructus rei, ſed induſtriæ illa negotiantis diſtrahẽtiſq; illã ſuo damno, ac cõmodo, neq; dño rei perit ea res per illã diſtractionem, quouſq; illi ſufficienter fuerit ſatisfactum, tenetur q; de euictione diſtrahens ei, cui illam cambit, aut vẽdit, ſi a dño rei euincatur. Fructus † au-

3 tem rei, vt equi aut agri, non ſunt res ipſa, & valor ipſius, ſed vſus illius, aut aliquid ex illa emans, vel pretium pro eiuſmodi fructibus acceptum, ꝙ eſt vlterior fructus rei, pceptus ex ipſomet fructu, puta ex vſu equi, aut ex pomis ex agro perceptis. Quod autẽ negotiando re aliqua acquiritur periculo eius duntaxat, qui negotiatur, fructus eſt induſtriæ ac proinde lucrum, de quo agimus, tanquã fructus induſtriæ, pertinet ad internuncium periculo ſuo ac cõmodo eam cambientem pecuniam.

Secũda pars cõcluſionis, nẽpe ſi is, qui pecuniã mittebat erat quaſi habitualiter contentus, vt internũcius potius eo lucro gauderet, quã is, ad quẽ mittebatur, aut ea de re nihil curabat, licite internunciũ retinere ſibi lucrum eſto is, ad quem mittebatur, tñdẽ, aut plus, ea eſſet lucraturus, probatur. Qm̃, ſiue pecunia dono mittatur, ſiue in ſolutionẽ pro debito, ſiue in commutationem pro alia re, nõ prius ea pecunia ad illũ ſpectat, ad quẽ mittitur, q̃ ab eo acceptetur, quin potius ante acceptionem dominiũ illius pertinet ad mittentẽ, põtq; reuocare donationẽ aut mandatum, vt diſp.263. & alias, ſepe, dictũ eſt: ergo quicquid mandatarius, aut internũcius, facit circa pecuniã illã ex præſumpta voluntate dñi (ſaltẽ qđ ei nõ diſplicebit factum) antequã is, ad quẽ mittitur, illã acceptet, nullam facit illi iniuriã, ac pinde ex eo, ꝙ facto illo eũ defraudet lucro, qđ illa erat percepturus, neq; iniuriã illi facit, neq; tenetur illi reſtituere lucrũ, qđ ea rõne ei ceſſauit. Si tñ qui eã pecuniã deferet, eſſet famulus eius, cui mittitur, aut aliquis alius, qui ex pſcripto, atq; nomine eius, ad quẽ mittitur, illam recepiſſet; tunc cũ eo ipſo is, ad quem mittitur, comparaſſet dominiũ illius iuxta ea, q̃ diſputatione citata, ac alibi, dicta ſunt, vtiq; iniuriam ei faceret, priuando

uando illũ lucro illo, ac proinde teneretur reſtitue-re illi totum lucrum, qđ ex ea pecunia eſſet perce-pturus, eſto inter nuncius ex diſtractione, & cam-bio illius, minus, aut nullum lucrum reportaſſet.

Tertia pars cóclusionis, videlicet, id eſſe verũ, nihil impedire qđ is, q eam mitteret, ita eſſet affe-ctus, vt potius ſibi lucrum vellet, q̃ inter nuncio, probatur. Qm̃, ſi inter nuncius eã pecuniã eſſet fu-ratus ab eo, qui illã mittit, tale lucrum nõ pertine-ret ad dñm eius pecuniæ, nihil impediente, quod eſſet ita affectus, vt potius ſibi, quã furi id lucrum vellet, ſed ſolum teneretur internũcius ſeruare il-lum indemnem, et a lucro ea de cauſa ei ceſſante: ergo neque in re propoſita lucrum pertinet ad do-minum pecuniæ, ſed ad famulum, nihil impediẽ-te affectu illo domini pecuniæ.

4 Illud † obſerua, qñ depoſitari⁹ eſt talis, vt dñiũ depoſiti ad ipſum ſpectet, & nõ ad deponentem, qa ſuo periculo ſuſcipit depoſita, neque reddere tenetur id potius numero, qđ recipit, q̃ aliud, vt eſſe ſolent publici depoſitarij pecuniarum, & re-ceptores, quos *Almoxarifes*, aut *teſoreros* Regis appellant, atq; alij ſimiles, tunc magis habere lo-cũ, quæ dicta ſunt. Licet. n. pecuniam auream re-cipiãt cõi ptio, ſatisfaciũt tñ reddendo, quæ apud ipſos ſunt depoſita, in quacunque pecunia, ſoluẽ-doq; Regi, aut alijs, quorum ſunt miniſtri, atque ex eorum præſcripto quibuſcunque alijs, in qua-cunque moneta: quare, ſi quid, cambiendo ſimiles monetas aureas, lucrentur, ad ipſos ſpectat lucrũ. Atque hoc eſt vnum ex commodis, ac velut ſti-pendijs, quæ ex ſuo munere reportant.

Vtilitas cambij pecuniæ de loco ad locum. Atque de eiuſmodi cambio, quando campſor anticipatam accipit ſolutionem.

DISPVT. CCCCIII.

SVMMARIVM.

1 *Cambium de loco ad locũ quare utile, et neceſſariũ.*
2 *Campſorib. quomodo licitum ſit, pro commutatione pecuniæ de loco ad locum, lucrum aliquod uel incrementum accipere, & nu. 4.*
3 *Cambium de loco ad locum duobus fit modis.*
5 *Pecuniæ traſportatio de loco ad locum incommodũ eius qui cambium petit, eſt pretio æſtimabilis.*
6 *Pretium iuſtũ campſori dandum pro cãbio de loco ad locum prudẽtis arbitrio taxãdũ relinquitur. Immò ſolet augeri & minui ſcđm uaria accidẽtia.*
7 *Cõtractus duplex ĩ cãbio de loco ad locũ ĩteruenit.*
8 *Campſor in cambio de loco ad locum quomodo com mittere iniuſtitiam, & vſuram poteſt.*

EXplanato hucuſq; cambio minuto, dicẽdum eſt conſequenter de cambio de loco ad locũ, 1 ſeu per literas. Cambium hoc † multis rationibus vtile, neceſſariumq; eſt hominibus. Frequenter .n. indigent in vno loco pecunia, quam habent in alio, vel ad merces ex eo loco aſportandas, in quo illa indigent, vel ad ibi commorandum, vel ad quoſcunq; alios ſumptus ibi faciendos, nec tñ poſ ſunt eã aſportare ex alio loco, aut quia ſub grauibus pœnis inhibitũ eſt illa extrahere ex eo regno, aut quia transferri non poſſet ſine magno periculo maris, latronũ, aut alio ſimili, aut non ſine magnis ſũptib. laborib. ac moleſtia, aut nõ tã cito q̃ cito in alio loco illa eſt neceſſaria, vel, eſto nihil horũ interueniat, pecunia illa nõ valet in loco, in quo illa egent, vel non tm̃ q̃tũ in loco, in quo illã hñt. His igr̃, alijsq; de cauſis, ſępe eſt vtile hoĩb. tã in priuatũ, q̃ in cõe rerum publicarũ, bonũ cõmutare pro pecunia ĩ vno loco, pecuniã ĩ alio. Qđ 2 aũt † examinare intẽdimus, eſt, nũ licitum cãpſorib. ſit, pro eiuſmodi cõmutatione pecuniæ de loco in locũ lucrũ, incrementumq; aliqđ accipere.

3 Quia † vero pecuniæ varijs de cauſis hẽre pñt diuerſũ valorẽ in diſtinctis locis, atq. in progreſſu eſt expẽdendũ, q̃tũ rõne diuerſitatis valoris liceat aſcẽdere, aut deſcẽdere oporteat, in eiuſmodi cãbio, vt contractus licitus ſit, ac iuſtus, hoc loco ante oĩa eſt examinandum vtrũ, poſita æqualitate valoris pecuniæ ĩ vtroq. loco, liceat cãpſori rõne formalis, aut virtualis, trãſportationis pecunię de loco in locũ in gratiã illius, qui cambiũ ab eo petit, accipere incrementũ aliqđ tanq̃ iuſtũ eius 4 tranſportationis ſtipendiũ. Quia † verò eiuſmodi cãbiũ duob. modis fieri põt: vno, accipiente prius cãpſore pecuniã in vno loco, vt poſtea det illã per ſe, vel per ſuum correſpõdentem, in alio loco, in quo nulla effigies mutui, atq. adeo neq. vſuræ, ex parte cãpſoris cernit, vt ſi profecturus qui Romam, det hic cãpſori cẽtũ, vt cũ Romã peruenerit, accipiat ibi ab eo, aut a ſuo corrñdente, nonaginta, altero, tradente prius campſore pecuniam, ut cũ incremento per ſe, vel per ſuum correſpondentẽ, eã accipiat in alio loco, in quo permiſceri vr̃ mutuũ, nec doctores eodem modo de vtroque cãbio loquuntur, dicemus prius in hac diſput. de cambio priori diſp. vero ſeq. de cambio poſteriori.

5 Cõſentiunt † doctores, licitũ eſſe cambiũ priori mõ cum incremẽto aliquo, mõ tñ id incrementũ prudẽtis arbitrio, non excedat valorem illius formalis, aut uirtualis, tranſportationis pecuniæ de loco in locũ, habita rõne diſtãtiæ, periculorũ, ac cæterarũ circumſtantiarũ concurrentiũ. Ita Cõr. de contr. q. 99. conc. 4. & conc. 11. reg. 3. & conc. 12. iũctis coro. 3. & 5. & ſeq. pleni. 12. Io. Medi. de vſur. q. 4 de cambijs, Sot. 6. de iuſt. q. 10. art. 1. Cai. in opuſc. de camb. c. 1. & 6 Nau. in Ma. c. 17. nu. 289. & in com. c. fin. de vſu. nu 21. Gab. in 4. diſt. 15. q. 11. ar. 3. dub. 12. Maior. ibi. q. 37. & alij. Conſentiunt et Luſit. ord. l. 4. ti. 14. §. 5. Neq, Sebaſt. Rex hoc cambiũ prohibuit lege q̃ tulit anno 1570. quin potius illud approbauit, vt liquet eam legenti. Conſentit pterea Pius V. in bul. quam de cãbijs edidit. Rõ vero huius aſſertionis hæc eſt. 6 Qm̃ † tranſportatio illa in cõmodum eius qui cãbiũ petit, eſt ptio æſtimabilis: agaſo. n. & nauta, p traſportatione pecuniæ a loco in locũ, licite accipiunt cõpetens ſtipẽdium, eo maius, quo loca magis diſtant, & quo itinera plurib. ſubiacẽt periculis, & pecunia eſt maior, atq. ita de cæteris circunſtantijs, quę ualorẽ tráſportationis poſſunt auge-

re: ergo cāpſor licitè ēt accipit cōpetens; ſtipendiū pro huiuſmodi tranſportatione. Neque refert, ꝙ vt plurimum campſor non transferat formaliter pecuniā, ſed famulos, aut correſpondentes, in locis diſtantibus habeat, q̃ pecuniā eis ſoluant. Quō, vt doctores cōiter rectè obſeruant, eandē cōmoditatē eundēq; effectum, pſtat ijs, q̃ cambiū ad ea loca petunt, ac ſi formaliter illis pecunias transferret: ꝙ autē facilius id poſſit efficere, q̃ alij, & pauciſſimis, ac prope nullis sūptib. atq; ſine periculo & labore, id ad ipſius induſtriā fęlicemq; in ea parte cōditionē ſpectat, neq; impedit quin pro effectu, quē alijs in ipſorū cōmodū pſtat, accipere poſſint competētes ſtipendiū. Obſeruandū eſt, tñ, facilitatē, q̃ in plurimis locis hēt, vt ad ea, & inde ad alia, pecunias trāſportet, nō vnius tm̄, ſed plurimorum, poſſeq; ſimul vacare alijs negotiationib. ac lucris, minuere de valore tranſportationis illius, nec poſſe campſorem tm̄ iuſtè pro ſingulis accipere, quantum, ſi formaliter eius tantum aut

6 paucorū, nummos tranſportaret. Pretium † autē iuſtum pro eiuſmodi cambio, ſi lege non ſit taxatum, vt regulariter taxatum eſſe nō ſolet, nō cōſiſtit in indiuiſibili, ſed hēt certam latitudinē, prudentis arbitrio, eo mō definiēdam, quo diſp. 348. diximus, definiendā eſſe latitudinē ptij iuſti naturalis cęterarum rerum. Confertque non parum ad cenſendum pretiū aliqđ eſſe hac in re iuſtum, conſuetudo, vt id accipiatur, mō per tyrannidem monopolijs, aut ſiti inſatiabili, pretia rerum plus augendi, q̃ natura rei poſtulat, non ſit introducta. Multitudo verò petentium cambium, & campſorum paucitas, auget eiuſmodi pretium: ſicut ècontrario campſorum multitudo, & paucitas cambiū petentium, illud minuit: non ſecus atque in alijs rebus multitudo ementium, & paucitas venditorū, auget ptium, contra verò paucitas ementium, & multitudo venditorum, illud minuit, id qđ de cambiorum pretio Med. Nau. & Maior, locis citatis adnotarūt. Tametſi Med. non videatur penetraſſe rōnem illam virtualis tranſportationis.

In cambio, de quo hac, & ſeq. diſp. eſt ſermo,

7 duplex † contractus admiſcet̄. Vnus permutationis pecuniæ pro pecunia. Atque hic fieri debet ad æqualitatē. Alter, locationis operarū, atque induſtriæ, in pecunia, virtualiter ſaltem, transferenda de loco ad locū, & rōne huius accipitur incremētū. Tam aūt in pmutatione pecuniæ transfertur dñium, q̃ in ſolutione incrementi pro induſtria appoſita aut apponenda, vt ex ſe eſt perſpicuum.

8 In cābio, de quo † in hac diſp. loquimur, interuenire pōt iniuſtitia ex parte campſoris, cū onere reſtituendi, ſi maius incrementū accipiatur, quā ſit dignū p induſtria & obſequio præſtito. Vſura verò interuenire non pōt: qm̄ ipſe, neq; formaliter, neq. virtute, mutuo dat. Quia verò is, q̃ cum eo contractū cambij init, virtute dat illi mutuo, quatenus prius ei ſoluit in vno loco, vt ille reſtituat poſtea in altero, poterit cōmittere vſurā cum reſtituendi onere. Vt ſi, cernēs illum indigere hic pecunia, det illi cum onere, vt tātundē reſtituat in loco diſtanti: tunc. n. petit vltra ſortem onus tranſportandi pecuniam in locum diſtantem, quod onus pecunia eſt æſtimabile, ac pinde vſurā cōmittit; cum onere reſtituendi, q̃tum id onus æſtimabit̄. Ita Nau. locis citatis, & alij. Ad longe verò maiorē reſtitutionē teneret̄, ſi conueniret, ę qualem pecuniæ quantitatem in eo loco dari, in quo plus valeret ex capitib. in ſequētib. explicandis: qa virtute acciperet longè maius incrementū pro anticipata illa pecuniæ traditione. Qñ aūt pecunia vtrobiq; æqualiter valeret, neq; locorum diſtantia eſſet magna; cum tunc pretiū tranſportationis eſſet modicū, pręſumi ſępe poſſet, campſorē remittere velle ex liberalitate, atque in recompenſationē beneficij, ꝙ ſuſcepit, modicum illud incrementū. Qñ verò incrementū eſſet magnū, nō leues cōiecturæ ſufficerent, vt tuto quis ſibi pſuadere poſſet, ex liberalitate ac gratitudine fieri eam remiſſionem. Quòd ſi duo viciſſim egerent tranſportatione pecuniæ, vnus, v. g. ab Olyſſipone Toletum, & alter à Toleto Olyſſiponem, tunc eſto vnus ex officio eſſet cāpſor & alter nō, licitū eſſet vni dare pecuniā in vno loco, vt alter tantūdē redderet in alio: qm̄, vt duab. diſputationibus ſeq. dicetur, licitū eſt cuiq; eorum virtualē tranſportationē pecuniæ, qua alter indiget, illi vendere, & longe maiori cum ratione licitum erit mutuam compenſationem tranſportationem facere.

Licitum ne ſit cambium cum incremento, quando campſor prius dat pecuniam in vno loco, quàm recipiat in alio.

DISPVTATIO CCCCIV.

SVMMARIVM.

1 *Cambium cum incremento quomodo licitum, quando campſor prius dat pecuniam in vno loco, quam recipiat in alio.*

2 *Emptor rei abſentis, & longè diſtantis, quando eam minori pretio emere poſſit, quam valeat in loco vbi eſt.*

3 *Permutatio quo caſu fieri poſſit cum re minori pretio quam valeat.*

4 *Pecunia in vno loco, cum onere totidem in alio exigendi, quando incrementum recipiat.*

5 *Cambium de loco ad locum, quando recipere poſſit incrementum, ratione expectatæ ſolutionis.*

6 *Cambium ad proximas nundinas quando licitum ſit, vt recipiat incrementum, iuxta bullam Pij V. & quando illicitum & vſurarium.*

7 *Campſor an iuſte poſſit accipere incrementum cambij, quod bona fide dedit ad aliquem locum, & tamen compertum fuit, non fuiſſe verum, ita quod ſolutio neceſſe fuit fieri in loco, in quo cambium datum fuit.*

POſterius hoc genus cambij arbitrati ſunt quidam illicitum ac vſurarium, cum onere reſtituendi incrementum.

Ratio eorum eſt, quoniam tunc campſor non videtur trāſportare pecuniam, quam non dat, ſed potius accipit in loco diſtanti: qua de cauſa non poteſt

pôt rône obſequij, qd̄ nõ præſtat, accipere incre-
mentũ illud. Neq; vr̃ eſſe alius titulus, quo id in-
crementi accipiat, q̄ ob expectatã ſolutionẽ, in qua
formaliter, aut virtute, cernit' rõ mutui, ac proin-
de ea incrementi acceptio eſt vſuraria. Opinionẽ
hãc amplectunt' ac definiũt Luſitanæ ord. li. 4. ti.
14. §. 6. dũ eũ cõtractũ tanq̃ vſurariũ dãnat, eiuſ-
modiq; cãpſorem pęnis vſurariorum ſubijciunt.
Deciſ. 1 Contraria † tñ ſnĩa vr̃ cõior doctorum, eiuſmo
di videlicet contractum vſurarium non eſſe, mo-
do incrementum non accipiatur ob expectatam
ſolutionem, ſed pp obſequium, virtualemve pecu
nię tranſportationem. Ita Cont. de contrac. q. 99.
locis diſput. præcedente citatis, Caiet. in tract. de
cambijs. c. 9. Sot. 6. de Iuſti. q. 10. ar. 1. Nau. in cõ-
men. c. fi. de vſur. nu. 25. & in Man. c. 17. nu. 289.
290. & 294 Io. Med. q. 4. & 5. de camb. & pleriq;
alij. Conſentit lex, quam Sebaſtianus Luſitaniæ
Rex anno 1577. die 5. Nouembris tulit, in qua
nundinas quatuor in Luſitania inſtituit, quę nun
quam fuerunt exequutioni mandatæ. Ea aũt lege
permiſit accipere cambium Hiſpali ſoluendum
poſtea cum incremento in Luſitania, non ſolũ in
nundinis, ſed ẽt extra nundinas, in alijs eiuſdem
Regni locis. Eandem ſnĩam non ſolũ non impro
bat, ſe approbat Pius V. in bulla de cambijs. Pro-
bari aũt pôt, qm̃ pecunia in loco diſtanti, nõ tm̃
valet in recompenſationem pro his, quę in hoc lo
co dantur, quantum, ſi eſſet indiſtans: eo ꝙ vt di-
ſtans, per ſe habeat annexam tranſportationẽ, in-
duſtria, ac ſumptibus, eius faciendam qui recõpẽ
ſationem facere debet, quæ ſanè tranſportatio pę-
cunia eſt ęſtimabilis: ergo, qñ campſor pecuniam
dat in vno loco, ſi is, qui eam accipit, leuandus eſt
onere tranſportandi pecuniam, q̃ habet in alio,
qua compenſet, q̃ accipit, idq; ex eo, quod cãpſor
eam accipiat in illo alio loco, accipere pôt is cam-
pſor pretium iuſtum tranſportationis illius, quã-
tum alius campſor poſſet ab eodem accipere, vt
accepta ea pecunia in loco, in quo eſt, daret aliã in
loco diſtanti, vbi cambium cũ eo priori campſo-
re celebretur. Neque refert, quod prior hic cãpſor
correſpondentem hẽat in loco, in quo eſt illa alia
pecunia, atque ita nullo ſuo labore, nullisque ſuis
ſumptibus leuare eo onere poſſit illum, qui cam-
bium ab ipſo accipit: qm̃ id per accidens eſt, ſpe-
ctatq; ad fœlicem ipſius conditionem, atque effe
ctus, quem ea via præſtat, id valet. Hæc eſt ratio,
q̃ Caiet. loco citato intendit, & quã pluribꝰ tradit
Nau. in comment. citato nu. 62. & 63. Non item
refert quod campſor prius det pecuniam, quã ac-
cipiat recompenſationem pro illa, & pro leuami-
ne ab onere tranſportandi aliam, qua vtrumq; ſi-
bi debet compenſari, qm̃, quod recompenſationẽ
expectet, tum pecuniæ, tũ ẽt pretij leuandi a trã-
portatione, gratia eſt quam præſtat modo, vt ex-
pectet nihil accipiat (niſi forte lucrum aliqd̄ ea
de cauſa ei ceſſet) ſed ſolum pro illis alijs duob.
Cõfirmatur eadem ratio, qm̃ non plus, neq; maio-
ribus ſumptibus aut induſtria, facit campſor qui
prius hic accipit pecuniam, vt aliam det Romæ
neceſſariam ad bullas expediendas, quã faciat cã-
pſor Romæ, qui ad eũdem effectum dat prius ibi

pecuniam, quã poſtea hic recipiat, imò facit maio
rem gratiam, quatenus dat prius, quam recompẽ-
ſationẽ accipiat, expectatq; ſolutionẽ: ergo, quan
tum incrementi prior ille campſor pôt licite acci
pere pro priori illo cambio, poterit etiã accipere
hic poſterior pro cambio poſteriori: quandoqui-
dem nihil accipit intuitu expectatæ ſolutionis.

Ad rõnẽ cõtrariæ opinionis dicendũ eſt, eũ cã
pſorẽ, ſaltẽ æquiualẽter transferre pecuniã, quate
nus liberat eũ, qui cãbium accipit, ab onere illam
trãsferendi, vt explanatum eſt: huncq; eſſe iuſtũ
titulũ accipiẽdi id incremẽtũ, vt oſtẽſum eſt. Ad
Luſitanã verò ordinationẽ dicendũ eſt, cũ decer-
nat cõtractum illũ ex natura rei eſſe illicitum ac
vſurarium, eaq; de cã illũ prohibeat, ac pœnis vſu
rariorum cãpſorẽ ſubijciat; oſtenſum aũt ſit, con-
tractũ nõ eſſe talẽ ex natura rei, qualẽ conditores
eius ordinationis illum exiſtimarunt; vim nõ ha-
bere eã legẽ, ẽt in foro exteriori. Accedit, Regem
Sebaſtianum lege, q̃ poſtea tulit, eum cõtractum
2 approbaſſe. Ex dictis intelliget', licitum † eſſe em
ptorẽ rei abſentis, ac lõgè diſtãtis, eã minori pre-
tio emere, q̃ valeat in loco vbi eſt, qñ emit' ex illo,
qui, pp loci diſtantiam, non poteſt illã diſtrahe-
re vbi eſt, neq; pôt illã aſportare ſine magnis ſum
ptibus, nihil impediente, qd̄, q ipſam emit, poſſit
ſine ſumptib. ea frui, vbi illa eſt, aũt eã facile ꝑtio
iuſto diſtrahere. Rõ eſt, qm̃ tunc res illa re vera
minus valet venditori, & quod ita ematur, leuat'
venditor magno onere & ſumptibus, vt hæc oĩa
pluribus docent Caiet. & Nau. locis citatis.

Hinc colligo, nõ eſſe ex natura rei illicitũ, qd̄
quondã Genuenſes in hoc Caſtellæ Regno facie
bant, Cum. n. multi, qui in diſtantibus locis dege
bant, haberent Hiſpali annuos redditus ex pecu-
nia ipſorum, q̃ Rex ad cenſum ſumebat, qñ claſ-
ſis ex nouo orbe Hiſpalim deueniebat, Genuẽſes
tradebant illis minores annuos, reditus in locis,
vbi degebant, pro ijs, quos Hiſpali habebãt. Hãc
3 † itaque permutationem, non damno, ſi exceſſus
erat moderatus rõne habita onerũ, qb. leuabant
dños talium cenſuũ, & forte ſimul ẽt rõne habita
difficultatis in eis recuperãdis a miniſtris Regis.

Ex dictis etiam colligo, illicitum nõ eſſe id, de
quo ſæpe conſultus fui Olyſſipone. Multæ mu-
lieres nobiles Olyſſiponenſes hẽnt annuos redi-
tus in Caſtella, q ipſis a miniſtris Regis certis an
ni tpibus, vt aſſolet, perſoluuntur. Certam illorũ
partẽ mercatori perſoluunt, vt illos exigat, ac reci
piat, a miniſtris Regis, & transferat Olyſſiponẽ
ac tradat eiuſmodi mulieribus. Quin & aliquæ
cõcedunt, vt munus miniſtro Regis tradatur, re-
linquendo illi partem debiti, vt, qñ mercator ad
illud nomine ipſius recipiendum accedit, non re-
tardetur ſolutio. Qua in re prouidere dẽret Rex
facta inqſitione erga eiuſmodi miniſtros ipſius,
ne ea munera iniuſtè acciperent, venalesq; ſolu-
tiones debitas facerent, atque illos puniendo, &
cogendo reſtituere ſimilia munera confeſſarij ẽt
examinare hac ĩ re miniſtros hos dẽnt, ac reſtitue
re cogere talia munera ĩuolũtariè mixiè eis obla-
4 ta ad vexationes creditorũ redimẽdas. Hac † de re
ſępe me cõſuluerũt mercatores qdã timorati, di-

gentes, ſe accedere ad illa eadē loca, indigereq; ibi ea pecunia ad ſuas negotiationes, quā Olyſſipone ſoluunt ex pecunia, q̄ Olyſſipone hēnt: Rndi, Quòd ipſis id vtile ſit, & ꝙ fere nullo ſuo labore ſuper addito id efficiant, non impedire quin licitè poſſint accipere, quantū mulierib. eiuſmodi valet agi in loco adeo diſtanti negotium illud ipſarū, & quātum valet tranſportatio illa virtualis pecuniæ illius, id ꝙ magis perſpicuū fiet ex dicēdis diſput. ſeq. Stipendium verò, ꝙ accipere ſolēt, eſt, ꝙ numerum quidem aureorū integrum eiuſmodi fæminis perſoluant, quorū ſinguli valoris sūt in Luſitania quadringentorum *reais*, cum in Caſtella ſolum valeant trecentos ſeptuaginta quatuor marauedinos; attamen ex ſingulis recipiunt in Caſtella vndecim regales argenteos, & in Luſitania ſolum reddunt decē, atq; ita in vno quoque aureo, ſeu ducato, vnum regalem argenteum lucrantur: quod ſane non vr̄ immoderatum ſtipēdium pro recuperandis illis in Caſtella, & tranſportandis in Luſitaniā. Tametſi hęc arbitrio prudentis relinquunt, ſemperq; conſulendū mercatoribus ſit, vt moderatè ſe gerant in eiuſmodi ſtipēdijs ac lucris: præſertim cum parū laboris ac moleſtiæ, nihilq; periculi hac in re habeant.

Circa cambiū, de quo nobis hac diſputatione eſt ſermo, vniuerſim eſt obſeruandū, vt † nihil accipiat rōne expectatæ ſolutionis: quicquid.n. vltra pretiū rigoroſum ex alijs capitibus iuſtum, idcirco accipitur, ꝙ ſolutio expectetur, totum eſt vſurarium, reſtitutioniq; obnoxiū: Quare non plus licitè pōt accipi, qn̄ poſtea eſt facienda ſolutio in alio loco, q̄ poſſet licitè accipi, ſi in eodē tēpis momento futura eſſet ſolutio, aut quā accipi poſſet, ſi prius in alio loco ſoluta eſſet pecunia, quę in hoc loco eſſet tradenda, idq; ſtatuit Pius V. in ſua bulla de cambijs. Intelligendum tn̄ eſt, niſi rōne veri lucri ceſſantis ex expectata ſolutione, ſaltem in foro conſciæ, vt Nau. in Manu. c. 17 nu. 301. ait, Quamuis.n. Pius V. in ſua bulla prohibeat cāpſorē, ſiue a principio, ſiue aliàs, certum & determinatum intereſſe paciſci, ēt in caſu non ſolutionis; vt tn̄ Nau. nu. citato, exponendo hæc ipſa verba; ait, id in præſumptione fundatur, qđ non ratione lucri ceſſantis, ſed palliandi ſub eo noīe vſuram, ſumatur ob dilationem ſolutionis: qn̄ aūt ratione veri lucri ceſſantis acciperetur, iuſtè ac licitè in foro conſcientiæ ſumeretur, ac proinde obnoxiū non eſſet reſtitutioni: eo quod lex, quæ in pręſumptione fundatur, vim non habeat in foro cōſcientiæ, quando de contrario eius præſumptionis in eodem conſcientiæ foro conſtat.

Ad occaſiones ēt vſuræ ob dilatam ſolutionē tollendas, prohibuit in eadē bulla Pius V. ne cambia ad longiorē terminum darentur, q̄ ad proximas nundinas ſi ad locum darentur, in quo nūdinæ celebrantur; ſi verò in loco, ad quē darentur, non celebrarentur nundinæ, ne darentur, niſi ad proximum terminū, iuxta morē conſuetum concedendi cambia ad eum locum. Obſerua tamen, ſi proximæ nundinæ tam parum diſtarent a tpe, in quo cambiū ſumitur, vt litæ cambij puenire non poſſent ad eas proximas nundinas, vt in illis ſolutio fieret, tunc in hac bulla, non illæ intelligerent proximæ nundinæ, ſed q̄ poſt illas ſequerent: qm̄ ſermo eſt de proximis nūdinis, in quib. fieri poſſit ſolutio. Nau. nu. 301. citato, exponendo hęc eadem verba ait, non prohiberi concedi ſolutionem ad ſecundas, tertias, aut quartas nundinas, qn̄, ob ea maiorem dilationē ſolutionis, nihil augeretur in cambio plus, q̄ ſi ad proximas nundinas concederetur. Qm̄ beneficium ac caritas eſſet concedere longius illud maius tp̄s ſine vllo incremento, quod Summus Pontifex prohibere non intendit.

Timoratus qdā mercator nō cōcedebat cābia, niſi ad proximas nundinas, iuxta p̄ſcriptū bullæ Pij V. in hunc tn̄ modū Olyſſipone me cōſuluit. Scias, inqt, inſtr̄m, quo mercatores negotiamur, ac lucramur, eſſe pecuniam, & quò plus pecuniæ habemus, eo nos plus negotiari ac lucrari. Hinc, ait, efficit, vt quo plus diſtāt proximè nūdinæ ad aliquē locū, eo plures mercatores, & maiori cum incremēto, accipiāt cābia ad nūdinas eius loci, & vt quò minus diſtāt, eo pauciores mercatores, minoriq; cū incremento cambia ad eū locū velint: quare, ſi nundinæ Metinenſes (v. g.) a principio diſtēt ꝑ quatuor mēſes, tūc regulariter forū cābij ad eas nundinas auctius eſt, q̄ elapſo vno menſe, & auctius elapſo ſolo vno menſe, q̄ ſi duo ſint iā elapſi, & ita quo minus eſt tp̄s ad eas nūdinas, eo regulariter minori cum incremento datur, & accipitur, cambiū in cōi eorū foro, qđ nō aliūde hēt ortum, niſi quia, quò plus differtur ſolutio cābij, eo plus incrementi datur, & accipitur, pro cābio, pp maius mercatorum lucrum ex ea dilatione, & quo minus differtur ſolutio, eo minus datur, pp
6 minus mercatorū lucrū. Erit † nefas mihi, quādo plus diſtant proximæ nundinæ, accipere totū id incrementū, quod tunc habet cōe forum cābij? an vero abſtinendum mihi erit a tanto illo incremēto, tanquā ab vſura, ſeu incremento accepto pro longiori dilatione ſolutionis? Quòd ſi ab illo ſit abſtinendū, ſane, cum mercatores pecunijs negotiemur lucremur, nullus erit, qui concedere tunc velit cambium. Si aūt timorati ab eo cābio concedendo abſtineamus, tunc ſoli parum timorati ea via lucrabunt. Et cū eo plus accreſcat cābij incrementum, quo pauciores ſint, qui ad cambiū dēt, & plures, qui cambiū exigant, id nō ſolum cedet in timoratum detrimentum, ſed etiam in damnū Reipublicę, eorumq;, qui ad cambiū petunt, Rn̄di, abſtinendum non eſſe à cambio illo iuxta cōe tūc pretiū in foro cābij ad eū locum. Copia .n. tūc petentium cambium auget pretium illud, ſi non p̄ſe rōne tranſportationis, certè ſimul ex alio, aut alijs capitib. de quibus in ſequentibus erit ſermo eſſeq; illud tunc cōe pretium in foro publico cambiorum, multū facit, vt cenſendū ſit iuſtum. Adde, cōem indigentiam mercatorum, tam dantium, q̄ accipientium, ad cambium pecuniæ ad negotiandum, lucrumq;, quod ex negotiatione cum pecunia reportatur, circunſtantiā eſſe, q̄ pretium cambij auget, ēt illorum comparatione, qui accipiunt cambium, non ad negotiandum & lucrandum pecunia quam accipiunt, ſed ad alia.

Doctores conueniunt, eſſe cambiū vſurarium

cum onere reſtituendi totum, quod vltra ſortem fuerit acceptum, quando aliquis concedit alicui pecuniam ſoluendam in alio loco cum incremento, in quo tamen intelligit accipientem, neq; pecuniam habere, neq; alium, qui loco ipſius eam ſoluat, ſed præſumit, ſoluendam cum eo incremento in loco, in quo ad cambium accipiatur. Eiuſmodi ſolent eſſe cambia, quæ nobiles accipiunt in Hiſpanijs v.g. ſoluenda in Flandria, aut in Gallia, cũ incremento quod ſolui ſolet in cambijs ad ea loca; in quibus tñ, neq; pecunias habent neq; qui loco ipſorum eas ibi ſoluat. Cum autem in eiuſmodi cambio nulla ſit formalis, aut virtualis, trãſmiſſio pecuniæ de loco ad locum, neque vera releuatio eius, qui ibi pecuniam habeat, a transmiſſione pecuniæ illius in locum in quo cambium accipitur, immo neque ſit commutatio pecuniæ vnius loci pro pecunia in alio, ſed ſit commutatio pecuniæ in hoc loco pro alia cum augmento in eodem loco, ratione dilationis ſolutionis, vtique in eo cãbio non aliud cernitur, quam mutuum cum incremento pro expectata ſolutione, quod eſt vſurariũ, cambium vel ſiccum. Multo autem iniquius eſt, quando ita eiuſmodi hominib. conceditur hic pecunia ſoluenda cum incremento in loco vbi non habent vnde ſoluant, vt, ſi ibi tempore præfixo nõ ſoluatur, recambientur literæ, ex illo loco in hunc, cum nouo incremento.

In tali n. contractu duplex cambium iniquum cernitur cũ onere reſtituendi vtrumq; incrementum. Neq; cãpſores excuſantur, ſi literas mittant ad loca, ad quæ primum cãbium fuit ſumptum, ac dicant, per eos ſtetiſſe, qui cambium accederunt, ꝙ ibi non ſoluerint; ipſosq; paratos fuiſſe ad eam pecuniam in eo loco recipiendum. Ita inter alios, Caiet. in opuſc. de cambijs, ca. 1. Sotus 6. de iuſt. q. 10. artic. 1. Nau. in comment. c. vlt. de vſur. nu 25. & in Man. c. 17. nu. 290. Syl. verb. de vſura. 4. q. 9. pronunc. 5. Eſtq; hodie definitum a Pio V. in bulla de cambijs in princ. Celebranti eiuſmodi cambium in Luſitania ſtatuit Rex Sebaſt. l. quã tulit anno 1570. in pœnam, vt dans ita cambium, amitteret totum, quod ſic daret, accipienti illud ad cambium, idq; ſtatim ante vllam ſentẽtiam, neq; accipiens renunciare poſſet huic legi, & eſto id ſolueret, poſſent, tam ipſe, quam hęredes ipſius, illud repetere. Ei verò, qui eiuſmodi cambium acciperet, graues pœnas ſtatuit, ſi aliquid eius, quod ita acciperet, reſtitueret in ſe, aut in aliquo æquiualenti, campſori neq; lex, quam poſtea anno 1577. tulit, circa eiuſmodi cambium, quicquam mutauit. Nauar. in Comment. citato. nu. 14. cum Syl. q. citata pronunc. 7. ait, vt cambium vſurarium ac ſiccum non ſit, ſatis eſſe, ſi, eſto is, qui cambium ad aliquẽ locum accipit, neq; pecuniam, neq; reſpondentẽ, in eo loco, quando cambium recipit, habeat, veriſimiliter tamen ſi habiturus tempore ſolutioni ꝑfixo, eamque ibi ſoluet, ſiue habiturus eam ibi ſit mutuo, ſiue ſumendo ibi illam cum intereſſe ad alium locum, aut aliqua alia ratione. Hoc tamen intelligendum cenſeo, quando eam pecuniam eſt habiturus ab aliquo alio, non vero ab eo, aut a reſpondente eius, cui eſt illam ſoluturus ibi.

7 Dubium eſt. Quid † ſi campſor bona fide cambium ad aliquem locum dedit ei, quem credebat ſoluturum in eo loco, poſtea verò compertum eſt neq; pecunias, neq; reſpondentem, habere in eo loco, ſed ſoluturum eſſe in loco, in quo cambium accepit; poteritne tunc campſor accipere iuſte incrementũ illud in loco, in quo pecuniam dedit. Quicquid aliqui dicant, arbitror tunc campſorẽ accipere poſſe, non ſolũ dãna ex eo ſubſequuta, q̃d ſuam pecuniam illi dederit, quia fortè daturus fuiſſet illam alteri ad cãbiũ, aut expoſiturus fuiſſet illã honeſte alteri negociationi, ſed etiam, ſi ea damna minora ſint poſſe accipere, quantum ſua intererat, dari ſibi pecuniam cum incremento in loco conſtituto in contractu, poſſeq; cogere eum, qui cambium accepit, vt ſuis ſumptib. ponat pecuniam illam cũ eo incremento illo in loco, ſi id fieri poſſit. Dubiũ Decis.

Ducor q̃m contractus licitus in ſe erat, ac bona fide ex parte campſoris celebratus, atq; adimpletus: cum ergo ſit contractus innominatus, conſequens eſt, vt cogere eum poſſit, qui ſecum contraxit, vt etiam is ex ſua parte eum adimpleat, ſi id fieri poſſit, vel vt in loco, in quo ſunt, ſoluat q̃tum campſori intererat, eum impleuiſſe contractum in illo alio loco, iuxta ea, quæ ex iuris diſpoſitione a diſp. 253. & præſertim diſp. 355. dicta ſunt.

Neq; hęc ſolũ habent locum in conſcientię, ſed etiã in exteriori foro. Tametſi in foro exteriori, ſi cõiecturis pręſumatur, cãpſorẽ ſciuiſſe, ſcireve debuiſſe, eum, cum quo contrahebat, nec pecuniam, nec reſpondentem, in illo alio loco habere, condẽnabitur is cõtractus tanquam vſurarius, ſubijciq; campſor poterit vſurariorum pęnis. Confirmari autem poteſt, quod dictum eſt. Tum quia fraus, & dolus nemini debẽt patrocinari. Tum etiam, q̃m venditio rei alienæ a fure celebrata, eſt contractus validus, iuxta ea quæ diſp. 317. & 380. dicta ſunt, non quidem, vt emptor compararet dominium rei alienæ emptæ, ſed vt fur de euictione teneatur, quantum emptori intererat, ipſum effici dominũ rei emptæ. Conſentiunt, quæ diſput. 352. diximus de eo, qui bona fide boues ab eo emit, quos illum habere credebat, eoſdemque illi locauit.

Deciſio quorundam dubiorum circa duas præcedentes diſputationes. Et ſimul de eis, qui mercede reportant iumẽta, quę erant conducturi. Et nũ licitum ſit cãbium cum incremẽto ab vno loco ad aliũ eiuſdem Regni.

DISPVTATIO CCCCV.

SVMMARIVM.

1 *Cambium licita cum incremento publicis campſorib. ſunt etiam licita priuatis.*

2 *Cambij incrementum, quod venit, quando fit cambium de vno loco ad alium, venit etiam eodem modo, quando interuenit permutatio eorundem locorum, ratione indigentiæ.*

Loca-

3 *Locatio equi,quæ fit de vno loco ad alium,poteſt per eundem conductorem econuerſo fieri de illo loco ad quem,ad locum a quo regreſſionis ratione.*

4 *Cambium,in quo per accidens ſequatur tranſportatio pecuniæ de vno loco ad alium, ad commodum indigentis partis, cum incremento licitum eſt.*

5 *Cambium cum incremento,quando licitum ſit de uno loco ad alium eiuſdem regni.*
Et quid de iure Caſtellæ & Luſitaniæ.

6 *Cambium cum incremento de uno loco ad aliũ eiuſdem regni,alias ante leges prohibitiuas licitum, an reſtitutioni ſit obnoxium, nulla expectata ſententia.*

Dubiũ DVbium eſt, vtrum duo genera cambij liciti cum incremento, quæ duabus præcedentibus diſputationib. explanata ſunt,nõ ſolum campſorib.publicis, qui id habent ex officio, liceant, Deciſ. 1 ſed etiã alijs priuatis hominib. Affirmanterq;†eſt reſpondendum. Quoniam effectus qui in gratiam petentis cambium præſtatur, valet incrementum illud,a quocunque is effectus præſtetur: neque eſt lex aliqua, quæ tale cambium priuatis hominibus prohibeat.

Dubiũ Dubium deinde eſt,ſi aliquis pecuniam habeat Olyſſipone.v.g.quam indigeat transferre in Flãdriam,quia ibi illa indiget ad merces emendas,vel ad ſoluendum debitum, vel ad aliquid aliud, traditurusq; erat illam alicui campſori, vt in minore quantitate eam ipſe in Flandria reciperet; accedatq; ad eum alius, qui Olyſſipone egeat pecunia quã in Flãdria habet,ac petat ab eo cambium pecuniæ Olyſſipone,quam cum incremento reddat in 2 Flandria,vtrum licitè,qui † eam pecuniam habet Olyſſipone,poſſit accipere incrementũ illud,præſertim cũ tñ ſua referat alterum tranſportare ipſi eam pecuniam in Flandriam quantum alteri accipere Olyſſipone pecuniam, quam habet in Flan- Deciſ. dria. Ad hoc dubium affirmanter eſt reſpondendum. Ratio eſt,q̃m effectus,ac miniſterium,quod alteri præſtat,valet reuera incrementum illud:per accidens autem eſt, quod alia via id etiam redundet in commodum ipſius: atque in contractibus, quod attendi debet ad expendendum, an ſint iuſti,eſt, num, quod ex vna parte fit æquiualens ei ſit,pro quo fit. Ita in re propoſita affirmant Sotus 6.de iuſt.q.10.art.1.& Med.q.5.de cambijs.

Simile quid cernitur, quando aliquis detulit conductum equum in aliquem locum, facturuſq; erat expenſas in illo reducendo ad locatorem: ſi enim conductorem inueniat,qui illum in eum locum aſportet, licite poteſt eum iuſto pretio illi locare, nihil impediente, quod inſuper lucretur expenſas, quas in eo reducendo erat facturus. Cum enim cernatur æqualitas inter vſum equi, quem concedit,& pretium, quod pro eo accepit, iuſtus eſt contractus,quem celebrat, etiam ſi aliunde reportet per accidens commodum ex illo.

3 Simili modo dico. Eſto † quis cõducturus eſſet equum in aliquem locum, ſi inueniat, qui ipſum velit locare ad aſportandum equum in illum eundem locum poterit licite ſe illi locare, accipiendo iuſtum ſtipendium pro eo labore & induſtria reducendi equum,nihil impediente,quod ipſe ſumptib.alienis eques in eum locum eat,in quẽ ire decreuerat,excuſetq; ſumptus, quos futurus erat in conducendo alio equo. Ratio eſt eadem, videlicet, quia obſequium,quod in alterius bonum præſtat, dignum eſt ſtipẽdio illo,quod ille traditurus erat cuidam alteri: per accidens autem eſt, quod qui illud accipit, maius aliud commodum ex eodem miniſterio reportet.

Hinc dico,ſi ſimul, qui equi aſportatorẽ quærit, ſciat de alterius neceſſitate equi eiuſdem in illum locum;& qui equo indiget, de neceſſitate illius alterius, vt equus aſportetur; poterunt inuicem ſibi remittere, vel pretium totum, quod viciſſim vnus intendit accipere ab alio pro eo, quod illi locare conatur,vel partem, vel nihil; & quicquid inter eos ea in re conuenerit, erit iuſtũ: quia nullus eorum celebrare tenetur contractum, qui in alterius commodum cedit,ſed poterit ſolũ velle celebrare contractum,qui in ipſius commodum cedat,neq; illum coniugere cum altero contractu; ſi autem ob ſuam neceſſitatem velit remittere aliquid, id in ſua eſt optione. Idem dicendum eſt de mercatorib. quorum vterq; de mutua neceſſitate tranſportationis pecuniæ ſciret. Hæc de rigore ſcolaſtico,ac de iuſtitia,ſint dicta. Decentia quippe moralis,ac fraterna caritas poſtulat, vt de eiuſmodi rigore fiat remiſſio. Eum tamen,qui remitteret nollet, non damnes culpæ ſaltem lethalis. Ioannes Med.q.citata affirmat, vſuram committi,ſi indigens mille ducatis in Flandria, illos tradat mercatori, qui quærat alium, qui eos velit ad cambium in Hiſpanijs, vt cum incremento illos ſoluat in Flandria, vnde fiet, vt ille primus cũ ſuo proprio lucro reponat pecuniã ſuã in Flãdria. Nõ 4 † tñ video,cur ſit cenſendum interuenire vſuram. Queſt. Deciſ.

Quoniam re vera ille vtitur iure ſuo, tradendo eam pecuniam ad cambium illud, in quo quiuis alius, qui non egeret pecunia in Flandria, poſſet licitè lucrari, ex eo autem, quod per accidens ſequatur tranſportatio ſuæ pecuniæ in Flandriam, vt optabat atque intendebat, non redditur cõtractus ille illicitus, vt explanatum eſt, & ipſemet Ioannes Med. conſentit, neque item ex eo redditur illicitus, quod per ſe,vel per alium, inuitet ad cambium alioquin iuſtum.

5 Qd †ad poſteriorem diſputationis partem attinet,videlicet, an licitum ſit cambium cum incremento ab vno loco ad alium eiuſdem Regni, vt ad Hiſpali in Metinam. Sotus 6 de iuſt.q.10.ar. 1.negat. Nau.verò in comment.citato num.28.& in Man.ca.17.nu.290. affirmat ex natura rei eſſe licitum,modo incrementum pro diſtantiæ quantitate ſit moderatum. Atque hæc ſententia omnino placet. Probari autem poteſt, quoniam ſicut induſtria transferrendi pecuniam a loco vnius Regni ad locum alterius pretio eſt æſtimabilis: ita induſtria transferendi ab vno loco ad alium eiuſdem Regni eſt pretio æſtimabilis tametſi minori,ſi diſtantia ſit minor, & minora ſint pericula in tranſportatione,pręſertim cum nulla ſit prohibitio extractionis pecuniæ ad locum eiuſdem Regni,ſicut eſſe ſolet ab vno Regno in aliud: vnde Queſt. Deciſ.

de

liter ſolum eam transferant, inſumendo illam in loco, in quo illam accipiunt, & reddendo aliam, vbi ſcholaſtici reſident. Neque credo Sotum intendiſſe hoc negare, ſed ſolum non eſſe dignam tanto pretio, quantum mercatores accipiunt à nobilibus pro pecunia, quam in Curia Regis illis dant, recipiendam poſtea in locis, in quibus nobiles ſuos habent reditus & domicilia: ea enim via mercatores nomine cābij palliare ſolent vſuras.

Ius Caſtellæ. Quamuis ex natura rei hoc ita ſit, in hoc tamē Regno l. 8. tit. 18. lib. 5. nouæ collect. prohibitum eſt, tñ naturalibus, quam exteris, dare pecunias ad cambium cum quocumque incremēto, aut intereſſe, ab vno loco eius Regni ad alium eiuſdē Regni, aut ad nundinas in eodem Regno celebratas, ſub pęna amiſſionis totius pecuniæ, quæ ita data ſit, accipienti illam ad cambium, & vt qui illas dedit, ſubiaceat pęnis omnibus vſurariorum.

Ius Luſitanū. In Luſitania aūt, licèt idē prohibuerit Rex Sebaſtianus l. q̃ tulit anno. 1570. poſtea tñ id pmiſit l. anno 1577. lata, q ñ pecunia acciperet̃ in aliquib. ex quatuor nundinis, quas in Luſitania ſtatuit, & q̃ nō ſunt ſortitæ effectum, vt ſolueretur in alijs ex illis nundinis, aut qñ pecunia acciperetur extra loca nūdinarū vt ſolueret̃ in ꝓximis ex eiſdē nundinis. Præterea idē Rex Sebaſtianus quadā ſua ꝓuiſio (cuius trāſumptum habeo) ante legē latam anno 1577. reuocauit priorē illam legē latā anno 1570. quo ad oīa cambia, quæ iuxta bullam Pij V. aut iuxta Luſitanas ordinationes, vel ex natura rei, licitè poſſunt exerceri. Quo fit, vt hodie illicitum non ſit in Luſitania cambium cū incremento ab vno loco eius Regni in aliū eiuſdem Regni, modo incrementum ſit moderatum.

Nau. locis citatis ait, limitari debere eiuſmodi leges, quæ cambium prohibent ad loca eiuſdem Regni, vt ſolū haberēt locum, qñ campſor prius daret pecuniam, quam poſtea acciperet cum incremento in alio loco quoniam in huiuſmodi cābio palliari poteſt vſura, vt ratione mutui, dilationisve ſolutionis, accipiatur incrementum; non verò haberent locum, quando campſos prius acciperet pecuniam, quam poſtea daret in minori aliqua quantitate in alio loco: in eiuſmodi contractu nullum eſt periculum palliandi, aut committendi, vſuram, prohibitioq; illius, impedimento eſſe pōt, ne licitè, & cum Reipublicæ, ac priuatorum, detrimento, pecunia transferatur ab vno loco in alium eiuſdē Regni, vbi ſcholaſtici, & alij, ea indigent. Arbitror autem legem Caſtellæ citatam nō comprehendere hunc ſecundum contractum, quoniam id nō eſt dare pecuniam ad cambium cum intereſſe, iūxta intentum illius legis.

Dubiū 6 Dubium eſt, quid, ſi contra† pręſcriptum eiuſmodi legum, ob cambium de loco ad locum eiuſdem Regni aliqd ſit acceptum, quod tñ ſecluſus talibus legibus, licitè ac iuſtè acciperetur, obnoxium ne erit reſtitutioni, nulla expectata ſentētia.

Deciſ. Reſpondendum arbitror negantet. Qm̃ re vera obſequium præſtitum id valet, quod pro eo acceptum eſt. Eſto autem contractus, propter eiuſmodi leges, eſſet nullus (quod tamen lex Caſtellæ citata non ſonat, ſed ſolum ſub grauibus pęnis id prohibet fieri) qui tamen id accipit, non teneretur ante latam ſententiam, qua ad id condemnaretur, illud reddere, niſi accepta prius compenſatione iuſta pro obſequio, quod non gratis exhibuit. Sicut quamuis annullatus eſſet contractus permutationis quarundam rerum pro alijs, non proinde, qui eam commutationem exequutioni mandaſſet, teneretur reddere, quod accepit, niſi ipſi exhiberetur, aut compenſaretur, quod pro eo dedit. Eſto autem id lex præciperet, pœnalis eſſet ea in parte, ac proinde locum non haberet in foro conſcientiæ ante latam ſententiam.

De duplici valore eiuſdem pecuniæ in diuiſis locis.

DISPVTATIO CCCCVI.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia plus valoris duobus modis habere poteſt in vno loco quam in alio.*

2 *Pecuniæ neceſſitas, & abundantia facit augere, & diminuere valorem illius.*

3 *Pecunia vnius loci commutanda pro pecunia in alio, quomodo ſe habeat ad inſtar mercis.*

TRibus diſputationibus præced. examinauimus caput vnum tōne cuius licitè concedi poteſt cambium ab vno loco in alium cum incremento. Vt verò duo alia examinemus, id prius eſt explicandum, quod propoſitum eſt.

1 Pecunia aliqua† duob. modis habere pōt plus valoris in vno loco, q̃ in alio. Vno, q a lege publica, aut conſuetudine recepta, diuerſum valorem cōparatione aliarum monetarum habet in locis diuerſis. Quo pacto in Luſitania ducatus valet quadringentos *reais*, & in Caſtella trecentos ſeptuaginta quinq; marauedinos, & regalis argenteus valet in Caſtella triginta quatuor marauedinos, & in Luſitania iam hodie valet quadraginta, atq; in Regno Valentię valet pauciores æreos infimos, quos ibi *dines* appellant, & in Catalania plures, varijſq; alijs in locis diuerſum valorē habet. Quo fit, vt cum vndecim regales argentei valeant in Caſtella trecentos ſeptuaginta quatuor marauedinos in Luſitania valoris ſint hodie quadringentorum quadraginta *reais*, vt interim alia loca omittam. Secutum ēt aureum, qđ quondam in Caſtella valebat decem regales argenteos & decem marauedinos ſeu trecentos quinquaginta marauedinos, Romæ valebat vndecim Iulios cum dimidio; Iulius aūt regali argenteo reſpondet: variaq; alia ꝑtia habebat in Galia, & in alijs locis, & iam hodie in Caſtella ad valorem quadringentorum marauedinorum euectum eſt.

Altero mō pōt pecunia aliqua habere maiorē valorem in vno loco, q̃ in alio, quia in vno eſt minor copia illius quam alio. Cæteris enim paribus, quo maior eſt pecuniæ copia in aliquo loco, eò minus in eo valet ad res emendas, & ad comparanda cætera, quæ pecunia non ſunt.

Quem-

Quemadmodum.n. abundantia merciū facit eas decreſcere in pretio, exiſtente æquali pecuniæ
2 ac mercatorum copia: † ſic etiā pecuniæ abundātia facit merces accreſcere in pretio, exiſtente eadem mercium ac mercatorum copia, atq; adeo in cā eſt vt pecunia ipſa in ſe vileſcat, ad res ea emēdas & cōparandas. Hinc videmus, longè minus valere hodie pecuniā in Hiſpanis ad comparandas res, pp illius abundantiā, q̄ valeret octoginta annis antea. Etenim, quod tūc duobus emebatur, emitur hodie quinque, ac ſex, & fortè amplius: in eademq; proportione creuit pretium mercenariorum, & accreuere dotes, valorque prædiorum, redituumque beneficiorum, ac cæterarum rerum.

Inde ēt videmus, multo minus valere pecuniā in nouo Orbe, præſertim in Peru, vbi eſt maior illius abundantia, quam in Hiſpanijs. Vbi autem minor eſt pecuniæ copia, quā in Hiſpanijs, plus valet: neque eſt vbique in alijs locis idem illius valor ex hoc capite, ſed diuerſus, pro quantitate copiæ illius, ſpectatis ſimul alijs circunſtantijs, neque valor hic in indiuiſibili conſiſtit, ſed ſuam habet latitudinem, perinde ac merces lege non taxatæ, arbitrio prudentium mercatorum definiendam. Neque hic idem pecuniæ valor eſt vbique æqualis in Hiſpanijs, ſed diuerſus: regulariterque minus valere ſolet pecunia Hiſpali, quo claſſes ex nouo Orbe appellant, & vbi ea ratione ſolet eſſe maior illius abundantia, quam valeat, in alijs earundem Hiſpaniarum locis.

Deinde maior pecuniæ neceſſitas in vno loco, quàm in alio, ſiue id fit ad merces ibi emendas, indeque eas tranſportandas, ſiue ad aliam negotiationem, aut ad ſumptus belli, vel Curiæ Regis in eo loco, vel ad quoduis aliud, facit pecuniam plus valere in vno loco, quam in alio. Imò hæc ipſa in cauſa eſſe ſolent, vt pecunia in vno & eodem loco plus valeat vno tempore, quam alio.

3 Pecunia quippe † vnius loci, commutanda pro pecunia in alio, ad negotiationem, lucraq; mercatorum, & ad cætera, quæ cōmemorata ſunt habet ſe inſtar mercis lege minimè taxatæ, cuius valor mō accreſcit; & modo decreſcit, prout illius eſt maior, vel minor, indigētia in vno loco, q̄ in alio: quare ſicut abundātia, aut penuria, alicuius mercis, maior, vel minor, illius neceſſitas, copia maior, vel minor, mercatorum, eā quærentiū, accreſcere, aut decreſcere, eam facit in valore in aliquo loco: ita minor, aut maior, copia pecuniæ in vno loco, q̄ in alio, maior, aut minor, indigentia illius in illo, & maior, aut minor, copia efflagitātium illā ad cambium in diuerſa loca, & maior, aut minor, eorum copia, qui illam dare ibi ad cambium poſſint, aut velint, in cā eſt, vt plus pecunia vno tpe valeat in vno loco, quam in alio, aut vt diuerſis temporibus, etiam in eiſdem nundinis, plus, aut minus, valeat in eodem loco prout in principio, medio, aut fine nundinarum, plures, aut pauciores, ſunt, qui ea indigent, aut eam velint ad cambium ad diuerſa loca, & plures, aut pauciores, qui illam ad cambiū dare poſſint, aut velint.

Quando ergo in Rebuſpublicis pecuniarū valor taxatur maiorum comparatione minorum, id ſolum fit ad commutationem in eodem loco pecuniarum pro pecunijs, & ad res in eo ipſo loco emendas, ſoluendaque pretia rerum. Nunquā tñ Reſpublicæ taxare eas intenderunt quo ad valorem, de quo loquimur, in cōmutationem p pecunijs in alijs locis: qm̄ hic valor inconſtans eſt, nihil impediente illo alio valore lege taxato; & quo etiam valor hic iuſtus eſt, ēt poſito illo alio valore lege taxato, & denique qm̄ id fieret in maximum ipſarummet Rerumpublicarum detrimentum, quæ eo ipſo mercibus neceſſarijs carerent, maximiſque alijs commoditatibus. Vnde praxis merito ſemper ſeruauit, vt, nihil impediente pretio lege taxato, hunc alium inconſtantem valorem haberent pecuniæ ad commutationem pro alijs in diuerſo loco, & Pius V. genus hoc cambiorum cum incremento in ſua bulla approbauit.

Dixi, pecuniam vnius loci, commutandam p pecunia in alio, &c. habere inſtar mercis lege minimè taxatæ, &c. Quoniam per comparationem ad locum, in quo eſt, ſemper retinet valorem lege taxatum, aut conſuetudine receptum. Quamuis enim Metinæ, aut in quouis alio loco, in quo cambium accipitur, varietur pecuniæ valor, quia ad vnum locum datur cambium carius, quam ad alium, & ad eundem locum, non ſolum diuerſis temporibus, ſed etiam vno & eodem, ab vno datur carius, & ab alio vilius; quatenus valor ille in indiuiſibili non conſiſtit, & quatenus in eiſdem nundinis ſolet pretium in principio, medio, aut fine, pro circumſtantijs ſuperuenientibus, variari, nihilominus, ipſiuſmet Metinæ comparatione, atque mercium, quæ in ea diuerſis temporib. emuntur & debitorum, quæ in ea ſoluuntur, ſemper retinet pretium lege taxatum, & in eo emuntur merces, ac ſoluuntur debita, ſiue ille alius accreſcat, ſiue decreſcat.

Immo verò in vnoquoque loco, in quo cambium eſt ſoluendum, ſumma pecuniæ ſoluenda, iuxta contractum celebratum, ſemper ſoluitur in eo valore lege taxato, quem pecunia in eo loco habet.

Vtrum, ſi pecunia aliqua lege, aut conſuetudine recepta, maiorem valorem, comparatione minutarum ærearum pecuniarum, habeat in vno loco, quam in alio, fiat ad æqualitatem, de loco ad locum earum cambium, atque adeo iuſtè.

DISPVTATIO CCCCVII.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ commutatio quando ſit ad æqualitatem, & quando non, cum pecunia, quæ in vno loco minus valet, comparatione pecuniarum in ære minutarum, commutatur pro alia ſimili reddenda in loco, vbi comparatione pecuniarum ærearum plus valeat.*

Et quid de praxi, & conſuetudine, nu. 3.

Menſu-

2 *Menſura tritici ſi plus valet in vno loco quam in alio, iniuſta fit commutatio eiuſdem menſuræ.*

QVæſtio eſt perutilis, ac ſcitu neceſſaria, circa quam aliud habet mercatorum, ac camb orum praxis, aliud verò multorum doctorum aſſertum. Quidā verò eorum debilia valde ſuffugia quærunt, atque introducere conantur, vnde praxim quorundam locorum non damnent: cum tamen, ſi præcipuum ipſorum aſſertum verum eſſet, damnanda eſſet ea praxis tanquam vſuraria; maximè, ſi campſor prius daret pecuniam, quam poſtea in alio loco acciperet.

Obſeruandum autem eſt, nos in hac diſputatione non agere de incremento, quod campſor ratione cambij poteſt licitè accipere, neq; de capi-
1 tib. vnde illud pōt licitè accipere, ſed de † cōmutatione ipſa (ſeclusis illis capitibus & ſecluſo eo incremento) inquirimus nū ſit ad æqualitatem, qn̄ pecunia, quæ in vno loco minus valet comparatione pecuniarū æ rearum minutarum, commutatur pro alia ſimili reddenda in loco, vbi comparatione pecuniarum ærearum plus valet: an vero non ſit ad æqualitatem, ſed compenſandus ſit exceſſus ille, vt contractus ſit ad æqualitatem, atq; adeo qui hanc pecuniam commutat, vbi minus valet, deſcendere debeat in cambio pro ſimilibus monetis ibi reddendis, & è contrario, qui eam commutat, vbi plus valet, aſcendere poſſit, ac debeat, in cambio incrementum illud.

Exempla ſunt. Ducatus, qn̄ primo cuſſus fuit, valebat in Caſtella trecētos ſeptuaginta quinque marauedinos, in Luſitania quadringētos *reais*, & in Flandria æſtimatio illius, in groſſis, quos in ea prouincia vocant, reſpondebat, iuxta mercatorū ſupputationem communemq; eorum cōſenſum in cambijs, cæteriſq; negotiationibus quadringētis *reais*, ſeu marauedinis. Atque cum nulla ſit hodie aurea, aut argentea moneta, quæ id præcisè valeat, vt diſp. 400. dictum eſt ad hunc vſque diem hic valor ducati perſeuerat in his trib. regionib. in quibuſcunque monetis ſit ſoluendus. Quinimò ſi in cābijs, aut in quacumq; alia negotiatione, vel conuentione mentio hodie de ducato fiat, neque aliud exprimatur, valor ille intelligitur, qui in Caſtella ſoluendus ſit in valorē trecentorū ſeptuaginta quinque marauedinorum, in Luſitania vero, & in Flandria quadringentorū *reais*, ſeu marauedinorum. Quærimus ergo, num quondā, qn̄ moneta illa aurea eum valorem habebat, & hodie, qn̄ nulla talis eſt moneta aurea, ſermoq; eſt ī cambijs de ducatis valoris explicati, fiat ad æqualitatem cōmutatio ducati in Caſtella, pro ducato in Luſitania, aut in Flandria, & è contra ducati in Luſitania, & in Flādria pro ducato ī Caſtella.

Aliud exemplum eſt de regali argenteo, qui in Caſtella valet triginta quatuor marauedinos, & in Luſitania quadraginta, & ſimiliter, q in Valentiæ Regno valet pauciores *dines* (quos ibi vocāt, ſinguliq; marauedinum cum dimidio valent) q̄ valeat in Catalania. Quærimus autem, num ad æqualitatem fiat commutatio, ſeu cambium, centum regalium in Caſtella pro totidem in Luſitania, & è contrario, centum in Luſitania pro totidem in Caſtella, & ſimiliter centum regaliū Valentiæ pro totidē in Barchinona, & è contra. Et qm̄ longe maius incrementū inde reſultat in ducato, quem, trecentorum ſeptuaginta quinq; marauedinorum, conficiunt in Caſtella vndecim regales argentei cum vno marauedino, & quē, quadringentorum *reais*, conficiunt hodie in Luſitania decem tm̄ regales argentei, quærimus, vtrum fiat ad æqualitatem cōmutatio, ſeu cambiū, centum ducatorum in Caſtella, pro totidē ducatis in Luſitania, & è contrario, centum in Luſitania p̱ totidem in Caſtella. Qđ; ſi maior valor in vno loco, q̄ in alio, monetæ alicuius cōparatione minutarum ærearum pecuniarum, inæqualitatem efficiat in commutatione, & cambio, earum monetarum de loco ad locum, inde ſane habebimus caput aliud, vnde licitè poſſit accipi incremētum in cābio a loco, in quo plus valent, ad locum, vbi minus valent, & vnde neceſſe erit deſcendere in cābio a loco, vbi minus valent, ad locū, vbi plus valent, vt contractus vtrinque ſit æqualis, ac iuſtus.

Nau. in comm. c. vlt. de vſur. num. 60. & 61. & in Man. c. 17. nu. 295. arbitratur, non eſſe cōmutationem ad æqualitatem, eſſeq; mutuū iniuſtū, atque vſurarium, ſi quis det centum ducatos in Caſtella, vt totidem in Luſitania ei reddātur, aut ſi det centum regales argenteos in Caſtella, vt totidem in Luſitania ei reddantur.

Qm̄, inquit, plus valet ducatus, & argenteus regalis in Luſitania q̄ in Caſtella. Et loquitur de tp̄e, qn̄ regalis argēteus in Luſitania valebat paulo plus, quam triginta ſex *reais*, & qn̄ ducatus valebat vndecim regales, qui conficiebant quadringentos *reais*. Idemq; diceret Nau. in reliquis exēplis a nobis propoſitis. Atque idem affirmant q̄dam, qui poſt illum ſcripſere. Licet autem Sotus 6. de iuſtit. q. 12. art. 1. idem cenſeat, qn̄ plus valet eadem moneta in vno loco, quam in alio, adhibito exemplo, ſi ducatus plures regales argēteos valeret in Italia, quam in Hiſpanijs, qui tn̄ eiuſdē eſſent in ſe valoris cum regalibus Hiſpanis, aut ſi ducatus plures groſſos valeret in vno loco, quàm in alio, neſcio tamen an idem diceret in exemplis a nobis propoſitis.

Ducitur, Nau. Quoniam æreus nummus, qui in Luſitania *real*, dr̄, eiuſdem valoris eſt cum marauedino Caſtellano. Etenim ſicut in Luſitania æreus ille nummus valet ſex *ceptis*, & dimidium illius valet tres, ita in Caſtella, quo tp̄e erant *cornados*, aut *meajas*, ſex valebant vnum marauedinum, & tres dimidium, qui *blāca* in Caſtella dr̄. Et hodie in Galaicæ Regno ſex *cornados* valent vnum marauedinum. Quare cum valor marauedini, & ærei *real* Luſitani, ſit idem ac æqualis, iniuſtitia eſt accipere in Luſitania regalem argēteū valoris triginta ſex *reais*, pro regali argenteo triginta quatuor marauedinorum accepto in Caſtella, aut accipere in Luſitania ducatum quadringētorum *reais*, pro ducato trecentorum ſeptuaginta marauedinorum accepto in Caſtella.

2 Confirmat hoc ipſum, quoniam † ſi eadem tritici menſura, plus valeat in Luſitania, quam in

Caſtel-

Caſtella, vt regulariter valere ſolet, vtiq; iniuſta eſt cõmutatio eiuſdem menſuræ tritici in Caſtella,pro alia æquali in Luſitania,etiamſi melius ſit triticum Caſtellæ,quã Luſitaniæ;eritq; vſura mutuare vnam tritici menſuram in Caſtella, ꝓ alia æquali in Luſitania: eo ꝙ maior tritici valor accipiatur in Luſitania quã ſit datũ in Caſtella: ergo eadem rõne iniuſtitia,atque vſura erit,cum reſtituẽdi onere, accipere mutuo centũ regales argenteos aut centũ ducatos in Caſtella,pro totidẽ,qui in Luſitania reddantur: eo ꝙ maior valor in Luſitania reddatur, quam fuerit acceptus in Caſtella.

Deciſ. 3 In contrarium eſt,& fuit ſemper mercatorum † praxis,qui melius norunt rerũ æſtimationes, ꝗ doctores ſcholaſtici, & quorum iudicio eſt poti⁹ ſtandũ circa rerum valorẽ: præſertim qñ illo inter ſe vtuntur in negociationibus quas inter ſe ipſos exercent,nemine eorum conquerente, aut reclamante. In re aũt propoſita, quo ad commutationem pecuniarum de loco ad locum, potius habent rationem auri,& argenti, quod extractũ de quocunque loco, retinet vbiq. ſuum valorem,ꝗ æris,quod in ratione monetæ regulariter eſt diuerſum in diuerſis regionibus,ac Regnis,&,quod valet in vno loco, in reliquis non valet, in ratione vero æris, fere nihil æſtimatur, maioresq; eſſent ſumptus in eiuſmodi pecunijs aſportandis de loco in locum,quam eſſet valor æris earum.

Hac de cauſa mercatores, ad cãbia,& ad alias negociationes,de loco in locum,non faciunt æris nummos minutos menſuram argenti,& auri,ſed è contra aurum,& argentum, menſuram faciunt valoris nummorum æreorum cuiuſque loci. Atque idcirco multis in locis exercent cambia ad diuerſa loca ſub nomine marcarum argenti (noſtri *marcos*,appellant, & latini ſelibras) quando aũt ſub nomine ducatorum,aut ſcutorum,cãbia exercent,vt ad Hiſpanis fieri conſueuit, & ab Hiſpanijs ad alia loca,qm̃ vbique regalis argenteus placet, eoq; magna ex parte cambia ſolui conſueuerunt; voluerunt regalem argenteum ad negotiationes de loco in locum eundem valorem vbique habere,eaq; de cauſa,quia varijs in locis, comparationem ærearum monetarum,diuerſum valorẽ lege taxatum, aut conſuetudine receptum habet, non eundem valorem eſſe voluerunt minutarum ærearum monetarum,quæ in diuerſis locis cõſtitutæ ſunt menſuræ regalis argentei,& cõſequenter ducati,aut ſcuti ad merces in eiſdem regionibus emendas debita ſoluẽda, & ad cambia minuta monetarum minorum pro maiorib. inibi exercenda,ſed diuerſum in eadem proportione,ĩ qua numerus ærearum monetarum ꝗ in vna regione redduntur pro regali argenteo,ſuperatur a numero monetarum quæ in alia pro eo ſoluuntur.

Atque ita ſemper inter illos conſtitutum fuit, marauedinum Caſtellæ maioris valoris eſſe, quã *real*,æreum Luſitanum, longeq; maioris valoris eſt hodie comparatione eiuſdem nummi Luſitani, qñ regalis argenteus euectus in Luſitania eſt ad valorem quadraginta *reais*,quàm eſſet antea, quando regalis argenteus ſolum valebat in Luſitania triginta ſex *reais*. Idemq; cenſent mercatores de marauedinis Caſtellæ collatione facta cum groſſis Flandriæ. Atque idem dicendum eſt de æreis denarijs Regni Valentiæ collatis cum denarijs æreis Catalaniæ.

Conſentit verò cum hac ſnĩa lex,quam Carolus V. circa cambia tulit, & quam refert Naua. in Comment. c. finalis de vſur.nu.30. vbi dr̃,trecentos ſeptuaginta quinque marauedinos Caſtellæ in Luſitania valere quadringentos *reais*. Sermo autem eſt, antequam in Luſitania regalis argenteus valeret quadraginta *reais*. Quamuis aũt Nauar.nu.60.citato dicat, ei legi non eſſe ſtandũ,certe contrarium eſt verum: eo quòd,& ratio id efflagitat, & lex illa communi mercatorũ æſtimationi,ac praxi, innitatur, quæ ad pretia iuſta rerum definienda multum ponderis habet.

Non leue aũt argm̃ eſt, minutarum ærearum monetarum pretium decreſcere, atque in ſe minus eſſe,quo plures earum pro regali argenteo,& alijs argẽteis,ac aureis, pecunijs lege publica reddi præcipiuntur, quod experientia fuerit compertum, ſtatim ac in Luſitania regalis argenteus ad 40. *reais* euectus eſt, continuò comparatione earũ ærearum monetarum pretia rerum excreuiſſe. Si autem Nauarri ſnĩa vera eſſet, dicendum eſſet,vſuram hodie committi, ſi quis in Caſtella mutuo daret mille centum regales argenteos pro mille tantũ reddendos in Luſitania, aut (qd̃ idẽ eſt) ſi mutuo daret centum ducatos vndecim regalium argenteorum pro centũ,decẽ tantũ regaliũ, recipiendis in Luſitania,cum onere ex parte eius,qui mutuum in Caſtella daret,reſtituendi viginti ſex marauedinos ex vnoquoque eorum ducatorum.

Ratio eſt,qm̃ vndecim regales vniuſcuiuſque ducati,quos mutuo daret, valent in Caſtella trecentos ſeptuaginta quatuor marauedinos,cum tñ in regalibus decem, quos in Luſitania acciperet, ei ſoluerentur quadringenti *reais*, qui ſi æquales valoris ſinguli ſint cum ſingulis marauedinis Caſtellæ,vtiq; reciperet in Luſitania exceſsũ valoris viginti ſex marauedinorum in vnoquoque ducato,vltra valorem, quem in Caſtella daret.

Quis autem ſtultus det in Caſtella vndecim regales argenteos,& viginti ſex marauedinos, ꝓ decem tantum regalibus argenteis accipiendis in Luſitania? aut in Luſitania accipiat decem tantũ regales,pro vndecim & viginti ſex marauedinis, quos in Caſtella reddat? aut quis ſibi perſuadere poterit,eum contractum æqualem, iuſtumque eſſe? nullus ſanè.

Illud tamen admonuerim, incremẽtum illud valoris monetarum argenti, aut auri, cõparatione ærearum,in ea ipſa prouincia, in qua id incrementum ſtatuitur, alicuius eſſe ponderis & momẽti,quatenus deinceps maiora debita in ea prouincia ſoluuntur eiſdem aureis, & argenteis monetis,quã antea ſoluerentur, & plus aliquid mercium eis in illa emitur,quàm emeretur antea, & quatenus id in cauſa eſt, vt plus monetarũ eiuſdem rationis argenti, aut auri,exterarum regionum ad eam prouinciam confluat, propter illarũ lucrum in ea prouincia: quare incremẽtum illud aliquid minuet in pretio permutationis, ac cam-

bij, earũ monetarum a loco, vbi illo modo minus valent, ad locum vbi plus eodẽ mõ valẽt. Nõ põt autem melior alia regula hac in parte tradi, q̃ vt attendatur ad cõe pretium fori cambiorum mercatorum inter ſe ab alijs locis ad illum, & ab eo loco ad alia, atq; ꝑtij illi tanq̃ iuſto, & in cõi ęſtimatione mercatorum inter ſe recepto, ſtetur.

Illud ẽt admonuerim, poſtq̃ in Luſitania regalis argenteus ad valorem 40. *reais* eſt euectus, & decem regales conficiunt ibi ducatum quadringentorum *reais*, vtique, ſi cãbia a Luſitania in Caſtellam, & à Caſtella in Luſitaniã, ſub noĩe ducatorum fiant, vt regulariter fieri conſueuerunt decreuiſſe cambium ab antiquo valore à Luſitania in Caſtellã ferè vndecimã partem, ſicut in Luſitania ducatus vndecimam partẽ decreuit: contra verò à Caſtella in Luſitaniã accreuiſſe fere vndecimam partem, qua ducatus Caſtellanus ſuperat ducatum in Luſitania. Sunt verò hodie Luſitani aliqui, q ab Olyſſipone in Metinam cõcedũt cãbium ad æqualitatem ducatorum expectando ſolutionem vno integro anno: in quo plane aperta eſt vſura, eaq; de re timoratus quidam Metinẽſis mercator admonuit noſtros, dum ego erã Olyſſipone, vt huic vſuræ, ac conſcientiarum malo, ſe opponerent. Etenim ſi centum ducatos illo modo concedant Olyſſipone ad cambium ſane ꝓ mille regalibus argenteis, quos Olyſſipone tradunt, volunt poſt annum ſolui Metinæ millecentum, cõfeſſarioſque & doctos alios, deludunt, dicentes, ſe ad æqualitatem ducati pro ducato cõceſſiſſe cambium, cum tñ non aperiant, ducatum in Caſtella excedere ducatum in Luſitania vndecimam partem valoris, neque id confeſſarij attendant.

Ad Nauarri argumentum negandũ eſt, æreum *real* Luſitanum eiuſdem valoris eſſe cum marauedino Caſtellano ad commutationes de loco in locum. Licet.n. vterq; quondam valeret ſex alios nummos æreos *ceptis* in Luſitania nuncupatos, & in Caſtella *cornados* aut *meajas*: quo tñ regalis argẽteus maioris valoris in Luſitania eſt effectus comparatione eorum nummorum ęreorum, eo nummi ærei in Luſitania dicti *reais*, ac *ceptis* minoris in eadem proportione valoris ſunt effecti comparatione marauedinorum, ac eorum nummorum, qui quondam in Caſtella *cornados* aut *meajas* dicebantur, vt explanatum eſt.

Ad confirmationẽ, cõceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Oſtenſum quippe eſt, ducatũ numquam fuiſſe maioris valoris in Luſitania, q̃ in Caſtella, & hodie eſſe longè minoris valoris.

Qui ad cambia de loco in locum exercenda concurrant.

DISPVTATIO CCCCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum, qui ad cambia concurrunt, tria genera, & nu. 3. & 4.*
2 *Cambiorum origo inter mercatores, & affectio.*
4 *Bancariorum officium quale.*
5 *Bancarij in quo differant à depoſitarijs.*
6 *Bancariorum duo genera.*
7 *Bancarij prioris generis quando lethaliter peccent in eorum officio, & ad reſtitutionem teneantur.*
8 *Bancarij, prioris generis, qui nihil accipiunt pro depoſito, an iuſtè ſtipendium poſſint accipere a deponentibus, & quomodo.*
Et quid de bancarijs ſecundi generis, nu. 9.

ANtequã poſtremũ caput ſubijciamus, vnde aſcendere liceat in pretio cambij de loco ad locum, oporteatque aliqñ deſcendere, remque hanc totam de cãbijs concludamus, aliqua circa cambiorum praxim erunt explananda. Atque in primis, qui ad hanc negociationem concurrant.

1 Tria † hominum genera, à ſe inuicem dependentium, varieque concurrentium ad cambia, diſtinguuntur. Quidam ſunt mercatores qui per ſe, aut per miniſtros ad id deputatos (quos *fatores* vocant) vel per correſpondentes, mercaturam varijs in locis exercent, vt Olyſſipone, Hiſpali, Metinæ, in Flandria Genuæ Florentiæ Venetijs, in Viridi promontorio, in Inſula D. Tho. varijs in locis noui Orbis in India orientali atque in alijs ſimilibus locis ex quibuſdam aſportantes, quæ plus valent in alijs, atque ad illa mittentes quæ in eis maiorem valorem habent.

Vt verò exempla aliqua quibus dilucidior res fiat, proferamus. Ex Luſitania mittunt in Flandriam oleum, ſal, vinum, piper, & reliqua quæ ex India orientali, Braſilica regione, & ex alijs commercij Luſitani terris aſportãtur. Ex Flãdria verò adducũt in Luſitaniam merces omnes, quæ in Luſitania, India orientali, Braſilica regione, & in alijs Luſitani commercij locis, neceſſarię ſunt. Similis negociatio eſt ex Luſitaniæ Regno ad varias prouincias ac ciuitates Hiſpaniarum, Galię, Italiæ, &c. Inde.n. tranſportant papirum, libros, ſerica, coccineos pannos, *rajas* quas vocant, & cęteras merces Luſitano Regno, & cæteris commercij Luſitani prouincijs neceſſarias; atque ex Luſitania in ea loca tranſmittunt, quæ ex Luſitania, commercioque Luſitano, eis in locis opportuna ſunt. Hiſpalim comportantur ex quam plurimis Europæ prouincijs, ac ciuitatibus quæ in ea, & in varijs noui Orbis locis, atq. Oceani Inſulis Caſtellæ coronæ ſubiectis, ſunt accommodata. Et rurſus ex Hiſpali tranſmittuntur in varias ꝓuincias ea, q̃bus Hiſpalis abundat, nẽpe præter pecuniæ, & maſſę auri, & argenti copiam ingentẽ, quę ex cõmercio in nouo Orbe eò confluit, innumeras alias merces, tum Beticæ regionis proprias, tũ præcipuè ex varijs tranſmarinis locis eò allatas.

Similia alia exempla adhiberi poſſunt in alijs prouincijs, ac ciuitatib. Hinc fit vt præcipui mercatores vniuſcuiuſq; prouincię varijs in locis negocientur, & vt in illis interdum ipſis pecuniæ debeantur ex mercib. quas eò tranſmiſerunt, interdum verò ipſi debeant ex mercibus, quas inde emptas afferunt, & vt interdum in eis egeant pecunia, interdum verò ea in illis abundent. Inde rurſus fit, vt in omnib. eis locis miniſtris, aut correſpondentibus, ac credito, vt vocant, indigeant, hoc

hoc eſt, vt ſint ibi, q ipſorũ literas recognoſcant, ac ſoluant, quæ eis dari pſcripſerint, atq; ab alijs recipiãt, quæ ſimilib. literis dari ipſis fuerit pſcriptũ, aliaq; ipſorũ negocia eis in locis expediant.

Cum verò ex tã multiplici ac varia diuerſis in locis negociatione eueniat, vt mercatores ſæpe varijs in locis pecunia, qua in alijs abundant, ad ſuas negociationes ac lucra indigeant, inde ortũ habuit, vt q pecunia vno in loco egebãt, eã ad cãbiũ ab ijs peterẽt, qui in eo pecunia abundabant, pro alia, quã in alio loco habebant, aut quam facilius ſoluere in alio loco poterant, & vt mercatores ea ratione cambijs ad ſua lucra, ac negociationes, varijs in locis ſe mutuo adiuuarent. Atq; hæc
2 fuit origo † cambiorum inter mercatores, qui ſoli à principio illa inter ſe exercebant.

Cæterũ quia cãbium tradi conſueuit cũ lucro in loco, vbi eſt ſoluendum, tũ quia res ipſa digna in ſe eſt, ob quã campſor lucrum accipiat, vt ſupra oſtenſum eſt, tum ẽt quia regulariter illi, quibus pecunia ita ad cambium datur, plus multo illa lucrantur negociando ac emendo merces quas ad ea loca tranſportent, in quibus plus valent, quàm ſit incrementum ac lucrum, quod campſoribus tribuunt; vnde eſt effectum, vt multi, qui pecunias habebant, lucro allecti, quod in cambio cernebãt, & ſecuritate illius ſine labore, aſſiſtere cœperint mercatoribus in præcipuis emporiis, ac locis negociationum, idque per ſe ipſos, aut per ſuos famulos vel correſpõdentes, vt pecuniam ad cambium in varia loca illis ſubminiſtrarẽt: tantumq; lucrum ex eiuſmodi negociatione eſſe cæpit, atq; ex dexteritate illam exercendi, aſportandique ingentẽ pecuniæ copiam ad loca, in quibus ob varias circunſtantias creditur plus valitura, idq; ſumendo interdum prius varijs in locis ad cambiũ cũ minori intereſſe pecunias ad ea loca quas poſtea longè cũ maiori ex eis locis ad alia tradant, vt multi mercaturã deſeruerint, atq; huic nego-
3 ciationi percipuè intenderent. Atque † hoc eſt ſecũdum hominũ genus, qui campſores dumtaxat, aut pręcipue, ex officio ſunt, & mercatorib. quaſi aſſiſtunt, ab eiſque in ſua negociatione pendent.

Eiuſmodi autẽ hoĩes non minus neceſſe eſt habeant correſpondentes in locis, vbi mercatura exercetur, & in quibus, & ad quæ, cambia accipiuntur, & vt ibi creditũ habeant, quam mercatores ipſi. Opus quippe eſt, vt in eis locis homines habeant qui, acceptis literis cambij, quas ad illos tranſmittunt, recipiant pecunias, quas ad ea loca in cambiũ dederunt, & qui nomine ipſorũ pecuniam, quã ibi habẽt, iterum ad cambium tradant, vel ad loca, in quibus præcipui ipſi campſores cõmorantur, vel ad alia, ad quæ cum maiori incremento poterit dari, vel in quibus creditur plus in futurum valituras prout præcipui ipſi campſores eis præſcripſerint, aut homines illi attentis circũſtantijs concurrentibus, expedire iudicauerint.

Itẽ cum pcipui ipſi campſores ſæpe indigeant ſumere ad cambiũ pecunias in loco, in quo ſunt, ad alia loca, vt maiori cum incremento illas tradãt ad quædam alia loca, vel vt illas per cambiũ tranſportent ad loca, vbi eis indigebunt, aut vbi credunt plus eſſe valituras, atque alijs vtilibus ex cauſis: cum item vtile ac neceſſarium ipſis ſæpe ſit ſumere ad cambium in alijs locis, vel quia in illis pecunia indigẽt ad ſoluenda cambia, q̃ ad ea loca ſumpſerunt, vel ad tranſmittendum illam de cambio in cambium ad loca, vbi illa indigebunt, aut in quibus creditur plus valitura, & ob alias cãs; vtiq; nõ minus indigent correſpondentibus, & credito, varijs in locis, quàm mercatores ipſi.

Hæc.n. cambiorum negociatio ſæpe plus credito, & correſpondentibus, atque dexteritate illis præſcribendi, vt ipſorum nomine ſuſcipiant, & dent ad cambium, ad diuerſa loca, exercetur cum ingenti lucro, quàm abundantia pecuniæ quam campſores præcipuam habeant, ac à debitis liberam: tametſi abundantia propriæ pecuniæ quam in diuerſis locis habeãt, multum ad eiuſmodi lucrum conferat. Etenim, quamuis campſor aliqs non multum habeat pecuniæ, ſi tamen creditum, & correſpondentes, habeat in diuerſis locis, dexterq; ſit in præcipiendo, vt nomine ipſius tempore, quo pecunia minus valet, ſumatur ad cambiũ in loca, ad quæ minori cum incremento datur, & in quibus melius poterit ſoluere, & vt rurſus ad cambium detur maiori cum incremento tempore, quo plus eſt valitura, & ad loca, ad quæ plus eſt valitura, aut in quibus plus valitura ſperatur; vtique, accipiendo ita à quibuſdam ad cambium, & dando alijs ad cambium, lucrabitur multum cum pecunia eo modo ad cambium accepta.

Item, ſi campſor dexteritatem habeat in conijciendo locum, & tempus, in quo pecunia ob ingentẽ illius tunc penuriam, ac neceſſitatẽ mercatorũ, aut aliorum, multũ ſit valitura; vt quia fortè princeps in eo loco parat bellũ, colligitque vndique totam pecuniam illius regionis, vnde veriſimiliter creditur, mercatores in nundinis eius regionis magnam illius indigentiam eſſe habituros vt non raro in Flandria eueniebat, quando Carolus Quintus, in ea cõmorabatur: ſimulq; dexteritatem habeat, ad cõportandã de cambio in cambium copiam magnam pecuniæ, quam eo tpe illo in loco paratam habeat: ſanè multum lucrabitur ea pecunia, quam cum ingenti incremento concedet ad cambium in loca, vnde illam traſportauit, recipietque illam poſt quatuor, aut plures menſes in eiſdem locis valde auctam.

4 Tertium † hominum genus cambiorum negociationi intendentium, ij ſunt, quos *banqueros* appellant. Horum minus in locis, vbi mercatura, & cambia, præcipuè exercentur, eſt. Recipere eorum mercatorum, & campſorum, pecunias, qui in ipſorum *bãnco* eas cõſignare volunt, eſſeque depoſitarios pecuniæ illorum. Item ſoluere illis eas pecunias, quibus præſcripſerint ij, qui illas depoſuerunt. Præterea, rationes in ſcripto habere, tam accepti, quàm dati, ex præſcripto illorum. Denique rationes illorum cum alijs expedire, ac paratas ſemper habere.

Eiuſmodi autẽ homines, prius quàm munus hoc ſuſcipiant, fideiuſſores, legitimamq; cautionẽ ij Rebuſpublicis præſtãt, in quibus id munus exercere debent. Tum quòd ſyncere illud exercebunt,

bunt. Tum etiam quod integre perſoluent, quæ in ipſorum depoſito fuerint conſignata.

Hos, ait Mercado, alterius quodammodo rationis eſſe Hiſpali, & in locis, vbi nundinæ exercentur, vt Metinæ, & in alijs ſimilibus locis. Hiſpali enim tantum eſt commodum, quod ex eiuſmodi depoſito eis prouenit, vt nihil inſuper præmij accipiant, quin potius pro non modico beneficio ducant, mercatores, & campſores, velle pecuniam ſuam in eorum *banco* deponere, operaq; eorum ea in parte vti. Idem eſſe ait Nau. in Man. c. 17. nu. 293. Romæ, & in aliquibus Galliarũ, atque Hiſpaniarum locis. Etenim eiuſmodi homines pecuniã, apud ſe depoſitã, interdũ intra tres, aut quatuor menſes, lucrantur duo aut tria millia ducatorum, tradendo illam ad cambium, interim dum varij mercatores, aut campſores, ea non indigent, atque illa negotiando, merceſque in nouum Orbem, atque ad alia loca mittendo, vnde non modicum lucrum reportant. Tametſi, reflante aliquando fortuna, euenire ſoleat, vt in extremam redigantur paupertatem, cum periculo ac detrimento fideiuſſorum quos dederunt.

Quando aũt in tantam deueniunt paupertatẽ, vt ſoluere non poſſint depoſita & alia debita, dñr *quebrar el banco*. Dum autem aduerſa valde non vtuntur fortuna, cum multorum hominum pecunias habent in ſuo depoſito, vt mercatorũ, & campſorum, Olyſſiponenſium, Genuenſium, Florentinorum, Venetorum, Metinenſium, Toletanorum, & plurium aliorum habeantq; nonnullorũ multa ducatorum millia, numquam euenit, vt depoſitores oẽs ita pecunia indigeant, quin ſemper multa duc. millia maneãt in depoſito, q̃b. bancarij negotiari ſuo cõmodo, ac detrimento poſsint.

5 Sunt † verò tam hi, q̃ cæteri bãcarij, veri dñi pecuniæ, q̃ apud ſe depoſitã habent, in quo multũ ab alijs depoſitarijs differunt, vt inferius dum ſermo de depoſito erit, dicetur: vnde, ſi pereat, ipſis perit, & non illis, qui eam depoſuerint. Etenim illam recipiunt, non vt eandem numero cuſtodiãt, ac reddant, ſed vt parati ſint æqualẽ pecuniæ quãtitatem reddere qñcunque deponentes illã poſtulauerint. Quo fit, vt quaſi precario mutuo, ac proinde ſuo periculo eam recipiant, vt vel ſimul, vel per partes, illam totam reddant, quandocunque exigetur, eoq; modo, quo exigetur.

6 Alij ſunt † bancarij, in locis præſertim, in quibus nundinæ celebrantur, qui eorũ pecunias recipiunt, qui in ipſorum banco eas conſignare volunt, ſoluuntque literas, quas pecuniarum depoſitores ad eos tranſmittunt, & iuxta eorum præſcriptũ tradunt, ac recipiunt, pecunias, rationeſq; dati & accepti apud ſe habent, & deniq; rationes eorum expediunt, qui ipſorum bancum frequentãt. Ea aũt de cauſa in nundinarũ fine ab eorum vno quoque præmium ſui laboris accipiunt, plus, aut minus prout quiſque plura, aut pauciora, negotia in ſuo *banco* expediuit, nẽpe ab vno ducatos octo, ab alio decẽ, & ab al js plus, vel minus, ꝓut plus, vel min⁹, eis faceſſerũt negotij. Refert aũt Mercado, ordinariè illis valere hæc ſalaria mille quingẽtos aut duo mille ducatos, in ſingulis nundinis.

7 Circa bancarios, præſertim † prioris generis eſt obſeruandum, illos lethaliter peccare, ſi pecuniã depoſitam in tanta quantitate ita in ſuis negotiationibus expendant, vt inhabiles reddantur ad tẽpore congruo ſoluendum, quæ depoſitores petierint, aut ſoluere iuſſerint, ex pecunia, quam in ipſorum depoſito habent. Deinde reſtituere teneri damna, & lucri ceſſantis, quæ ex eo fuerint ſequuta, ꝙ iuxta deponentium præſcriptum, eam non reddiderint. Cum enim ea lege pecuniam illã in depoſitum acceperint, vt eã ſoluerent, quo tpe eis præſcriberetur: ſanè, eã tunc non ſoluendo, cõtra iuſtitiam peccant, & contra pactum, ꝙ cum depoſitoribus inierant, tenenturque proinde ad reſtitutionẽ damnorũ, & lucri ceſſantis, quę inde emerſerunt. Item lethaliter peccant, ſi talibus negotiationibus intendant, vt periculo ſe exponant deueniẽdi ad eum ſtatum, in quo depoſita nõ poſſint ſoluere. Vt, ſi in tranſmarina loca tantum merciũ mittant, quòd, ſi nauis fecerit naufragium, aut ab hoſtibus capiatur, non poſsint, etiam vendito patrimonio, depoſita ſoluere. Nec ſolum tunc lethaliter peccant, quando res ſiniſtre ſuccedit, ſed & quando ſuccedit proſpere, idq; propter periculũ cui ſe exponunt, nocendi deponentibus, ac fideiuſſoribus, quos pro depoſito dederunt.

8 Circa † deponentes verò apud eos bancarios, qui neque pro depoſito, neq; pro alijs, quæ in deponentium commodum ſupra eos præſtare commemorauimus, ſtipendium accipiunt, dubiũ eſt an deponentes ſoluere eis competens ſtipendium teneantur, nihil impediente commodo, quod bancarij negotiando cũ pecunia depoſita reportant, alioquin vſuram committant. Nau. in Commẽt. c. vlt. de vſur. nu. 40. & in Man. c. 17. nu. 295. affirmanter reſpondet. Id quod ſequens argumẽtum ſuadet. Qm̃ eiuſmodi depoſitum re vera eſt mutuum vt dictum eſt, dominiumq; pecuniæ ita depoſitæ in bancarium tranſit atque adeo ſi pereat, bancario perit: ergo, nihil impediente quocũque lucro, & ingenti, quod bancarius ſua induſtria negotiando cum ea pecunia acquirat, deponentes nihil pecunia æſtimabile exigere, aut accipere, à bancario pro depoſito ac mutuo poſſunt, alioqn vſuram committent cum onere reſtituendi, quòd eis fuerit exhibitum: niſi ergo deponentes competens ſtipendium pro eis obſequijs illis ſoluant, lethaliter peccant, cum reſtituendi onere. Dubiũ

Cum argũ hoc probet, id non tam eſſe depoſitum, in commodum ſolius deponentis, quam verum mutuum in commodum bancarij, licet per accidens inde reſultet, ſeruari illo modo apud illũ pecunias eorũ, qui illas in banco illius conſignãt, ſicut pecuniæ cæterorum mutuantium, interim dum mutuum perſeuerat, ſeruãtur apud mutuatarium, argumentum non tantas vires habet, quantas primo aſpectu apparet. Etenim, ſicut diſputa. 405. dicebamus, qñ duo ſimul indigẽt, alter reductione equi in aliquem locum, & alter equi cõductione in eundem locũ, poteſt vnuſquiſque illorũ nõ velle celebrare contractũ, niſi eũ, qui in cõmodum alterius cedit, acciperetq; ea de cauſa competens pretiũ, eſto contractus ille coniunctum hẽat Deciſ.

ſuũ aliud cõmodũ magnũ:ita in re propoſita dicendũ;eſt poſſe in primis bancariũ non aliter vel le ſuſcipere pecunias aliorum in ſuo banco, niſi ſibi perſoluatur effectus cuſtodiæ illius pecuniæ & inſuper, niſi ſibi ſoluantur miniſteria alia, quæ in bonum illorum eſt præſtaturus, nihil impediente, quod depoſitum illud coniunctum habeat ſuũ illud commodum nempe quod ea pecunia negotiari põt ac lucrari: quare bancarius licitè poterit facere conuentionem de competenti ſtipẽdio pro illis omnibus, illudque accipere, nihil impediente alio ſuo lucro ac emolumento longè maiori. Deinde vero dicendum eſt, econtra poſſe mercatores, ac campſores, attento lucro bancarij ex negotiatione ea pecunia & indigentia illius ea pecunia ad id lucrum, non alium contractum velle cũ illo celebrare quam mutui illo modo, qui contractus in commodum illius cedit, gratiaque proinde eſt, quam illi faciunt, velle ad id miniſteriũ, ac mutuum potius illum eligere, quam alios, qui idem peroptant, nihil impediente, quod ex eo mutuo cuſtodiam ſuæ pecuniæ reporter, vt reddatur, vel tota ſimul, vel per partes quando ipſi id præſcripſerint. Quarè, ſi ſolum contractum illũ mutui celebrare intendant, vt poſſunt, & vt cenſendum eſt eum ſolum velle eos celebrare, ſanè nihil in primis bancario debent pro cuſtodia pecuniæ, quæ per accidens coniuncta eſt cum eo cõtractu, atque per accidens ex illo ſequitur: ſicut alijs mutuatarijs nihil ex ſimili pecuniæ cuſtodia debetur. Nihil deinde illi debent pro labore ac miniſterio numerandi pecuniam, tam qñ illã recipit, quam qñ illam ſoluit, vel ipſiſmet deponẽtibus, vel alijs ex ipſorum præſcripto: ſicut neq; cuicunque alij mutuatario quicquam ob ſimilia debet, quæ eo ipſo efficere debet gratis, ꝙ contractus in cõmodum illius cedit. Nihil præterea illi debent, ob rõnes dati, & accepti, et ſi ad id neceſſe; ſit conficere aliqua inſtrumenta: ſicut, qui mutuo dat alijs, nihil mutuatario debet pro inſtr̃is, quæ fiũt, tam tempore mutui ad debiti ſecuritatem, quam ſolutionis tempore ad ſecuritatem ipſiuſmet mutuatarij: quoniam, cum mutuum in gratiam mutuatarij ſit celebratum, eo omnia tenetur ipſe ſoluere, & nihil is, qui mutui beneficium præſtat.

Quod ſi maiora alia obſequia præſtet bãcarius in deponentium bonum, quã quæ per ſe cõiũcta ſunt cum eo mutui genere, in tantum ipſius bonũ cedentis, pro illis ſolum debetur ei cõmpetens ſtipendium, niſi gratis illa exhibeat in recompenſationem beneficij accepti, ꝙ in tantum ipſius bonum potius ipſe, q̃ alij, ad id depoſitum eligatur, vt par eſt eum gratis ea exhibere; & niſi ea præſtet tanquam dona ad alliciendum mercatores, & cãpſores ad cõſignandas pecunias in ſuo potius bãco, quã in alijs. Quare eiuſmodi in re, parum ſcrupuli mercatoribus, & campſoribus inijcerẽ. Præſertim cum, ſi aliquis bancarius ingratus eſſet, vel letq; ſtipendia vltra tantum ſuum commodum, & tam magnum beneficiũ ei collatum, dignus eſſet, cui munus auferretur. Et cum merito mercatores, & campſores exiſtimare debeant fieri illa gratis, atque, ſi is gratis præſtare illa non velit, multi alij ſint, qui animo libenti gratis illa exhibeant; ſane, eſto poſtea mercatores comperiant, aliquem à quo gratis præſtari exiſtimabant, non exhibuiſſe illa gratis, ad nullam reſtitutionem ei tenẽtur.

Quoniam ipſi non intendebant illa emere, ſed accipere tanquam beneficia in recompenſationẽ maioris beneficij ſuſcepti, facileque inuenirent, q tanquam beneficia illa præſtaret: quare, ſi bancarius pretium pro illis intendat, id tenetur mercatoribus, antequam illa exhibeat, ſignificare, vt mercatores actione negotiorum geſtorum ad ſtipendium illi teneantur, vt inferius, quando de negotijs geſtis ſermo erit latius dicetur.

9 Quod † ad ſcdm̃ bancariorũ genus attinet, cõueniunt doctores licitè illos accipere competens ſtipendium ab vnoquoque mercatorum, qui ipſorum banco negotia habent. Qm̃ recipere, numerare, & cuſtodire pecuniam, illam iterum numerare, qñ eſt reddenda, rationes eorũ cũ alijs conſcribere ac expedire, interdum cum periculo pro prio ne error in numerando ſurrepat, aut in examinãdis, ac finiendis rationibus, accipere literas cambij illorum, qui actu non habent pecunias in ipſorum banco, ac debitores ſe loco illorum conſtituere & alia his ſimilia pretio ſunt æſtimabilia eo maiori, quo ad hæc præſtãda homo requiritur non infimæ notæ, neque qualiſcunque ingenij, dexteritatis ac facultatum, & quo miniſteria hæc maioribus lucris ac emolumentis inſeruiunt.

Stipendium autem hoc non eſt lege taxatum, ſed arbitrarium, eaq; de cauſa, vnuſquiſque eorũ, in quorum commodum bancarius ſimilia præſtitit obſequia, conſueuit in nundinarũ fine ſoluere illi, ad arbitrium boni viri, iuxta negotia ipſius, quæ expediuit, vt ſupra dictum eſt.

Illud eſt obſeruandũ, quamuis aliquibus in locis diſtinguantur tria hominum gñã, de quib. in hac diſputatione loquuti ſumus; nihilominus in aliquib. alijs, mercatores ipſos eſſe, qui munus cãpſorum exercent, & qui bancarij nuncupantur.

Immo & in ijs ipſis locis in quibus ſunt aliq, qui cautionem Reipublicæ præſtiterunt, vt eſſent aliorum depoſitarij, & qui peculiare munus bancariorum exercerent, ſæpe mercatores ipſi, vltrà illos, ſunt, qui dant pecunias, quas apud ſe hẽnt, ad cambium.

Bancarij itẽ ipſi publici mercaturam exercent propria ſua pecunia, atque ſua propria autoritate, & in ſuum commodum, ac detrimentum concedunt ad cambium ſuam propriam pecuniam.

De varijs modis, quibus pecunia in cambio conſignatur, ac literarum cambij, & num bãcarij licitè quoddã aliud ſtipendiũ accipere poſſint.

DISPVTATIO CCCCIX.

SVMMARIVM.

1 *Bancarij duobus modis conſignantur pecuniæ.*
2 *Bancarij duobus modis pecuniæ ſoluunt.*
3 *Cambij literarum variæ formæ.*

Cam-

4 *Cambiorum praxis ad omnes nundinas, vnde originem ducat.*
5 *Emere quis credito in nundinis quando cenſeatur.*
6 *Cambij literæ ad quem regulariter mittantur.*
7 *Conſuetudo multorum locorum in materia cambij, & bancariorum partim approbata, & partim reprobata, & nu. ſeq.*
8 *Cābij & bancariorū praxis & cōſuetudines uariæ.*
9 *Bancariorum abuſus varij.*

VT quædam alia ad cambiorum praxim attinentia intelligātur, & ſimul examinemus, num licitè bancarij accipiant quoddam aliud ſtipendium, quod multi referunt, eos varijs in locis accipere, & Mercado de camb'js ca. 13. affirmat, neque Hiſpali, neque Romæ, eſſe in more poſitū, vt accipiatur, obſeruandum in primis eſt. Banca-
1 rijs † duobus modis conſignari pecunias. Vno, in numerata pecunia, quam re ipſa recipiunt. Altero, in litera cambij, aut in quacunque alia litera, quam accipiunt, & ratione cuius, nomine illā conſignantis, debetur *banco*, ab eo, qui illam eſt ſoluturus, quod in ea continetur.

2 Quemadmodū † autem duobus modis pecunia eis conſignatur; ſic ēt duobus modis eam ſoluunt. Vno, in pecunia numerata. Altero, abſque numerata pecunia, vel tranſmittendo debitum in alium, qui eandem, aut maiorem ſummam, debet *banco*, vel tradendo literam cambij ad alium locum, in quo potius is, cui debetur, illam vult, vel bancario cōſtituente ſe debitorem eius ſummæ cōparatione eius, cui debetur, qui illam conſignare vult in eo *banco*, vel comparatione aliorum, quos is, cui debetur, creditores eius ſummæ efficiat, q̄ illi conſignatam in eo *banco* eſſe velint, aut ea ſoluere debitum aliud, quod eidem *banco* debeant.

Hac rōne in nundinis Metinēſibus, aut in quibuſcunque alijs, quo multi accedunt cum literis cambij ad emendas merces ſibi neceſſarias, licet multa ſoluantur pecunia numerata, pleraque tamen chirographis peraguntur, quibuſdam ſoluētibus chirographis pecuniarum, quæ ipſis in *banco* debentur, alijſque ſolutionem acceptantibus, ac eam in eodem *banco* conſignantibus, atq; compenſatione debitorum quorundam cum alijs, & conceſſione literarum cambij ad varia loca.

3 Obſeruandum † deinde eſt, literas cambij ſub varijs formis ſcribi. In quibuſdam dicitur, eo ipſo, ꝙ hæc tibi tradita fuerit, aut eam legeris, vel ad te peruenerit, aut aliud ſimile, ſolues tot; & tūc ſtatim, abſque mora, eſt ea pecunia ſoluēda. Eiuſmodi autem ſolutiones dici conſueuerunt *altera viſta*; qm̄ eo ipſo, quod literæ inſpiciuntur ac leguntur, pecunia in eis contenta, eſt ſoluenda.

In alijs dr̄ tali die, aut intra tot dies, poſtquam has literas acceperis vel menſes, aut aliud ſimile, ſolues tot: & tunc dies, aut tempore, eis literis præſcripto, ſoluenda eſt pecunia. In quibuſdam alijs dicitur talibus nundinis, Metinenſibus videlicet, Antuerpienſibus, aut alijs ſolues tot. Ac tunc conſuetudini eſt ſtandum quoad tempus ſolutionis. Si enim conſuetudo ſit, vt ſimiles literæ in principio nundinarum ſoluantur, in principio erunt ſoluendæ: ſi vero cōſuetudo ſit, vt in medio, aut in fine, ſoluantur, eo tempore erunt ſoluendæ.

Arbitror autem regulariter eſſe in more poſitum, vt in fine nundinarum ſoluantur, præſcriptumque eſſe certum tempus finitis, aut ferè finitis nundinis, eiuſmodi ſolutionibus, atque ante id tēpus quam plurima chirographis peragi, eò quod non ſit tanta copia pecuniæ, vt tam ingens mercium multitudo, quæ eò differunt, ac venduntur, pecunia ſtatim numerata emi poſſit, atque, vt tā multa negotia pecunia vltro citroque in eis expediantur. Hoc autem tempore, in quo rationes finiuntur, numeraturque pecunia ijs, quibus, computatis omnibus, aliquid debetur, aut literæ cambij ad alia loca eis conceduntur, dicuntur à mercatoribus menſæ ſterni ſolutionibus in nundinis, atque aperiri cambia.

Iuxta hæc intelligo, quod Sotus 6. de iuſtit. q.
4 12. art. 2. circa † nundinarum & cambiorum praxim ex mercatorum relatione refert. Inquit. n. in Caſtellæ Regno quatuor præcipuas nundinas eſſe ſtatutas diuiſas per quatuor anni tpa: quib. rñdere ait totidē in Flandria, & alias in alijs locis. In his aūt nundinis cambia ſumuntur ad varias alias nundinas diuerſorū locorū, & ad varia alia loca, in quibus nundinæ non celebrātur, & ſimiliter ī alijs locis ac nūdinis cābia ſumunt ad has.

Primæ quatuor harum nundinarum celebrantur Metinæ campenſi menſe Maij, & in eis menſæ ſternuntur, atque aperiuntur cambia, quinta decima die Iulij, durantque ſolutionis vſque ad decimum Auguſti diem. His nundinis reſpōdēt aliæ in Flandria menſe Septembri, ſternunturq; menſæ, cambiave aperiuntur, decima die Nouembris, & per totum eum menſem perſeuerant ſolutiones. Secundæ nundinæ celebrantur in altera Metina, quæ appellatur *de Rueſeco*. Atque in ea cambia aperiuntur decimaquinta die Septēbris, perſeuerantque vſque ad decimam diem Octobris. His reſpondent aliæ in Flandriæ celebratæ ſub Domini natiuitatem, & cambia in eis aperiūtur decima die Februarij, ſolutioneſque durant vſq; ad finem menſis. Tertię celebrantur Metinę campenſi menſe Octobris, cambiaque aperiuntur in eis menſe Decembri, durantq; ſolutiones vſq; ad finem menſis. His in Flandria reſpondēt nundinæ Reſurrectionis, in quibus cambia aperiuntur decima die Maij, & durant per totū menſem. Quartæ celebrantur in oppido *Villallon*, quorum cambia in medio quadrageſimæ aperiūtur, & perſeuerant vſq; ad Reſurrectionem. Atque ei reſpondent in Flandria nundinæ Iunij quarū cābia menſi Auguſti aperiūtur, & perſeuerant vſq; ad finem menſis. Aliqn̄ tn̄ quatuor nūdinæ, quæ in Hiſpanijs celebrantur, illæ præſertim, quę ſiūt Metinæ Campenſi, iuſſu Regis protrahuntur, vt plus durent, vel quouſque appellant claſsis ex nouo Octobre, vel alijs de cauſis. Hanc autem cambiorum praxim à nundinis in aliquo locorū Caſtellæ celebratis, ad nundinas Flandriæ, ait Sotus eſſe vt ſolum concedantur tres menſes ad ſolutionem vſque ad proximas nundinas celebrādas in Flandria, quod tempus ſufficiens reputatur ad

tranſmiſſionē literarū à Caſtellę Regno in Flandriam. Idem ēt tēpus conceditur è contra à nundinis Flandrenſibus ad Caſtellæ nundinas. Si.n. Metinę in nundinis Maij campſor pecuniam numerat in fine Iunij, aut in principio Auguſti, ad nundinas Flandrenſes, ſoluēda eſt pecunia in Flādria in ꝑximis nundinis Septembris, qn̄ in menſe Nouēbri cambia in eis aperiuntur, atq; ita de reliquis nundinis eo mō, quo ſibi correſpondent.

Hæc Sotus. Ea autē non ita intelligo, quaſi in principio nundinarū, & reliquo anni tpe, non ſumatur pecunia numerata ad cambiū, ſi ita fuerit neceſſe, vel quaſi literæ trāſmiſſæ, vt certa die, aut ſtatim cū peruenerint, ſoluantur, ſoluendæ non ſint tpe illis præſcripto in pecunia numerata; ſed qm̄ literæ, quæ ſolutionem in nundinis præſcribunt, intelligendæ ſint, quando menſæ earum nundinarum ſternuntur, atque aperiuntur cambia.

5 Obſeruandum ēt eſt, non † cenſeri aliquem in nundinis emere credito, ſi ſoluat cōſignando pretium in bācario, eſto nō ſoluat pecunia ſtatim numerata: qm̄ bancarius, ſaltem in nundinarū fine, ſoluturus eſt pecunia numerata quicquid, cōputatis oībus, reſtauerit ſoluendū. Idem eſt, ſi merces emat cōſignando pretium in quocunq; alio, qui tandem eo modo, quo bācarius, eſt ſoluturus. Solum ergo in nundinis emere cenſetur qs creditò, ſi emat pretio ſoluendo alio tempore.

6 Poſtremò obſeruandum eſt, literas † cābij regulariter non mitti ad bancarium, ſed ad correſpondentem, qui pecuniā eis contentam ſoluat, aūt recipiat. Correſpōdens autem conſignare eas literas in *banco*, vt bancarius pecuniam tpe, literis præſcripto, ſoluat, ſi literæ contineant, vt aliquid ſoluatur eas deferenti; vel vt bancarius recipiat pecuniam eius nomine qui literas mittit, ſi literæ contineant, vt eas mittenti, aut illius reſpondenti, ea pecunia in eo loco ſoluatur.

His ita explanatis, Mercado c. 13. citato, Sotus 6. de iuſt. q. 11. art. vnico, Nauar. c. vlt. de vſur. numero 37. & ſequētibus, & in Manu. c. 17. n. 293.

7 referunt, multis † in locis eam vigere conſuetudinem vt qn̄ bācarius ſoluit literas cambij in pecunia numerata, accipiat ad rōnē quinque, aut ſex, pro mille, quæ ita ſoluit ſecus autem ſi nō ſoluat pecunia numerata, ſed eo, cui talis pecunia debetur, conſignante alijs, à quibus merces emit, aut quibus aliquid debet, pecuniam illam in *banco*, bancarioq; id acceptante aut aliquo alio modo ex ſupra explicatis, quibus pecunia non numeratur. Quando ergo aliquis ita à bancario debitū ſuum recuperat, integrum id accipit, quod in litera cambij continetur: qm̄ bancarius conſignationem totam ſummæ illius accepiat, ſoluendam tempore congruo in pecunia numerata, niſi tunc, propter compēſationem aliquam, ſoluēnda non ſit in pecunia numerata. Tandem tn̄, ſi bancarius, vel totam eam ſummam, vel partem illius, in pecunia numerata ijs ſoluat, quibus conſignata fuit, accepit ad rationem quinque aut ſex pro mille, quā ita ſoluit. Atq; hac de cauſa, qui merces vendunt ijs, qui pretium conſignaturi ſunt *in banco*, carius eas illis vēdunt: tum quia tpe ſolutionis accepturus eſt bancarius ex pretio ad rōnem quinq;, aut ſex, pro mille: tum etiam quia expectatur ſunt ſolutionem vſque ad finem nundinarum. Hinc mercatores in nundinis, quando merces vendūt, interrogare ſolent modum futuræ ſolutionis, vt iuxta illum carius, aut vilius, vendant.

Vt verò melius intelligatur, qn̄ res, de qua diſputamus, locum habeat, & ſimul abuſus alij pādantur, obſeruandum eſt. Qn̄ quis pecuniā numeratam apud bancarium depoſuit, vt deponens extrahat illam, non accipere bancarium ad rōnem quinque, aut ſex, pro mille, ſed merè gratis eam extrahere. Eadem rōne, ſi literas cambij, aut alias mittat, vt ex illa ſua pecunia aliquid alicui detur, nihil accipit bancarius, vt id in pecunia numerata ſoluat. Quia neq; iuſtum titulum ad id habet, neq; arbitror id eſſe in more poſitū in eo euentu. Quin potius fertur, bancarium aliquibus in locis, ob lucrum magnū, quod vſu pecuniæ depoſitæ reportat, ſolere tradere deponenti intereſſe aliquod putà ad rōnē quotannis quatuor, aut quinque, pro mille, & in quibuſdā alijs conſuetudine eſſe receptum, vt, ſi deponens in pecunia numerata deponat decem millia ducatorū v.g. habeat creditū apud bancariū aliorum quinq; milliū vltra illa decem millia, ita videlicet, q̄, ſi deponens cōſignet alijs in eo banco vſq; ad quindecim millia ducatorum, bācarius literas acceptet, ſeq; aſtringat ad ea oīa loco illius ſoluenda, nullo ab eo deponente accepto ſtipendio pro maiori illo credito, & obligatione, q̄ loco illius in ſe ſuſcipit. Quāuis aūt Sotus 6. de iuſt. q. 11. ad finem art. vlt. approbare videatur hoc ſm; vtrumque tn̄ ex natura rei eſt vſurarium, ſi bancarius ex pacto, & non ex aīo liberali ac gratò, illud efficiat: vt patet, quoniam eſt lucrū ex mutuo: eo qd̄ genus id depoſiti mutuum ſit, vt oſtenſum eſt. Ad hanc noſtrā ſententiam accedunt Nauar. in Comment. c. vlt. de vſur. nu. 4. & in Manu. nu. 293. citato, & Mercado vbi ſupra. Si aūt bācarius ex aīo liberali & grato id præſtaret, in recompenſationem beneficij accepti, animoque ea via alliciendi deponentem ad continuandum depoſitum, neque vſura, neq; peccatum, non interueniente ſcandalo.

Mercado cap. 13. citato ait, id, de quo diſputamus, ſolum habere locum, qn̄ is, qui literas cābij tranſmittit, nullum depoſitum habet apud eum bancarium, apud quem ſunt conſignandæ. Tunc enim, vt bancarius ſe obliget ad ſolutionem eius pecuniæ in fine nundinarū, conſuetudine aliquibus in locis eſt receptum, vt accipiat ad rationem quinque, aut ſex pro mille, quę ita in pecunia numerata ſoluerit, idque vltra ſtipendiū, quod alioquin ſolet accipere pro expediendis illorū negotijs qui ipſorum cambium frequentāt. Eum verò affirmat Mercado eſſe iuſtum titulum. Quoniam ſicut fideiuſſor accipere poteſt pretium cōpetens pro obligatione, quam in ſe ſuſcipit, fideiubendo pro alio, vt diſp. 319. viſum eſt, ſic bancarius, vt in ſe onus ſuſcipiat ſoluendi pecuniā in fine nundinarum loco eius, qui tranſmittit literas, iuſtè accipit pretium illud. Præterea mittit, literas ſub hac forma ad correſpondentem mittit.

Dabis

Dabis mille talibus nundinis, conſignando has literas in bancorum ſex pro mille, quæ ita fuerint ſoluta. Innuit verò ſenſum eſſe, vt in *banco* conſignentur mille & ſex, quæ omnia is, qui literas defert, conſignare poſſit ijs, a quibus merces emit, aut aliud debitum ſoluit, vt illi ſoluantur in *banco* in fine nundinarum. Quando autem bancarius in fine nundinarum aliquid ſummę illius ſoluerit in pecunia numerata, vel ei, qui literas detulit, vel alijs, quibus hic debitum illud conſignauit in eo *banco*, accipiet bancarius ad rationem ſex pro mille, quæ ita ſoluerit. Quo fit, vt tandem illa ſex is ſoluat, qui literas miſit, quique ea conceſſit illi vltra mille, cui literas dedit, vt eſſet contentus illo minus vtili modo ſolutionis in *banco*, vt tantundē deueniret ad bancarium, ſi illa ſolueret in pecunia numerata.

Addit, eum, qui literas mittit, vbi ipſi conſuleret concedendo ſex illa vltra mille: eo quod, cū pecuniam in eo *banco* nō hēret, ſumma illa ſumēda ibi eſſet ad cambium noīe ipſius: cambia autē, dū nundinæ durant, cara admodum ſunt, multis ſumentibus tunc pecuniam ad cambium, vt ſua per agant negotia: finitis verò nundinis, non ſolent eſſe cambia adeo cara: vt ergo finitis nundinis pecunia minori cum intereſſe ad cambium ſumatur, vt bancario ſatisfiat, debitumq; illud ſoluatur, eligit, qui literas mittit, concedere potius bancario ad rationem ſex pro mille, vt loco ipſius onus in ſe ſuſcipiat ſoluendi illa mille in fine nundinarum.

Ad hanc eandem ſententiā vr̄ accedere Sot. 6. de iuſti. q. 11. art. vnico, tametſi nō ita dilucidè illam explicet. Innuit verò legē eſſe in Regno Caſtellæ, qua ſex illa bancario ſint conceſſa, quando pecuniam numerat. Meritò tñ Nauarr. in comm. citato id repræhēdit: qm̄ ſi quid antea ea de re ſancitum à Ferdinando & Eliſabetha fuerat, ab eiſdē fuit reuocatum. l. 5. tit. 18. lib. 5. nouæ collect.

Nauar. in com. citato, nu. 37. & in Manu. c. 17. n. 293. abſolute damnat conſuetudinem accipiendi quinque, aut ſex, pro mille ab eo, cui pecunia ex illius præſcripto numeratur, qui illam conſignauit in *banco*, atque bancarium teneri reſtituere illa quinque, aut ſex, illi, cui eam enumerat. Solum excipit, quando is, cui eſt ſoluenda, vendidit merces carius ratione illius grauaminis, quod erat ſubiturus, aut quando mere gratis condemnari voluit is ea quinque, aut ſex, bancario, quod tamen non eſt præſumendum. Ducitur, qm̄ operas, quas bancarius impendit, & ſi quid aliud pretio ęſtimabile efficit, id totum facit in obſequium eius, qui præſcripſit, vt eam pecuniam ſolueret, & cuius vices ſubit: quare ſolum ab illo pōt ſtipendium petere, non verò ab eo, cui pecuniam numerat.

Supponit autem Nauar. vſum eſſe, vt in *banco* non conſignentur mille, & vlterius ſex, quæ bancarius tandem eſt accepturus, quando pecuniam numerauerit, ſed ſolum mille, quæ ei debentur, cui pecunia conſignatur. Immo refert ſibi contigiſſe, cum accepturus eſſet pecuniam a bancario ex literis cambij aliunde allatis, noluiſſe bancarium eam ei ſoluere, niſi accipiendo ex ea pecunia ad rationem ſex pro mille, neque quicquam profeciſſe admonendo bancarium, non poſſe iuſtè illa accipere.

Sequentibus verò concluſionibus dicam tandem quid de hac re ſentiam. Prima eſt. In † euentu, in quo bācarius ſuſcipit in ſe obligationem ſoluendi in fine nundinarum loco alicuius pecuniā, quam is depoſitam non habet apud bancarium, non videtur damnādum, quod bancarius accipiat ad rationem quinque, aut ſex, pro mille, quæ ita ſoluerit; præſertim vbi id more eſt poſitum. Probatur, quoniam habet ad id iuſtum titulum, nempe ſuſcipere in ſe obligationem illam, vt Sotus & Mercado rectè affirmant. 8

Secunda cōcluſio. Intereſſe illud ſoluere eis formaliter, aut virtute, debet, cuius nomine pecunia illa primò conſignatur in *banco*, non verò illi qb. pecunia eſt ſoluenda. Probatur ratione Nauarri, quoniam re vera id oneris, quod bancarius ſubit, loco illius illud ſubit, cuius nomine ea pecunia conſignatur primò in ſuo *banco*, & in cuius gratiā ſe aſtringit ad eam ſoluendam, ergo is ſoluere debet ſtipendium illud, non verò illi quib. pecunia eſt ſoluenda.

Quod ſi is, qui mille alicui debet, conſignet illi mille & ſex in *banco* propter ſtipendium, qđ tandē bancarius eſt accepturus, vt Mercado fieri affirmat, tunc re vera ipſe eſt, qui formaliter tale ſtipēdium ſoluit. Si autem ſolum cōſignet mille: id verò, propter quod ea conſignat, non plus mereatur, quam ea mille ita conſignata, ex quibus bācarius detracturus eſt, ſex in ſuum ſtipendium, idq; intelligat, aut intelligere debeat is, in cuius fauorē conſignantur: tunc re vera qui primo ea mille conſignat, virtute ſoluit bancario ſex, ex illis dum ea lege ea mille conſignat, vt tandem bancarius tempore ſolutionis ex illis accipiat ſex.

Tertia concluſio. Quando mille tantum eo modo ſoluenda conſignantur in *banco*, atque ea omnia in pecunia numerata ab eo illi debentur, cui conſignantur, neque is cui debentur, rationem habuit aliud exiſtimandi, tunc poteſt nihilominus bancarius, quando pecuniam numerat, accipere ex illis mille ſuum ſtipendium: eo quod ea lege cēſetur voluiſſe ſe obligare ad eam ſolutionem, vt ex pecunia numeranda ſolitum acciperet ſtipendium. Is tamen, cui integra debebatur, ius habet aduerſus eum, qui illam conſignauit, vt ſibi reſtituat ſtipendium, quod bancarius inde accepit, qui ſane tenetur id ſoluere.

Quarta concluſio. Qñ non præceſſit obligatio, quam bācarius in ſe ſuſciperet pro pecunia, quam nomine alterius numeraret ac ſolueret, nihil poteſt detrahere de pecunia, quam numerat ac ſoluit, ſed contentus eſſe debet ſtipendio, quod alioquin accipere ab eo debet, cuius negotia agit, & quo dignus eſt pro obſequijs, quæ in illius gratiā præſtat. Probatur, quoniam numeratio ac ſolutio illius pecuniæ ſi eam det, vt iterum in eodem loco reſtituatur, rationem habet mutui: pro mutuo autem nihil vltra ſortem poteſt licitè accipere.

9 Hoc † loco de abuſu alio, quem exercere ſolent bancarij, eſt dicendum. Qñ enim pecunia aliqua conſignata eſt in ſuo *banco*, ſoluenda in fine nundinarum,

narum,ſi is, cui primo eſt conſignata, vt ei ſoluatur, aut alij,a quibus hic merces emit,quouſq; cre ditores debiti illius loco ſui conſtituit, aliquando pecuniam illam velint ante finem nundinarum, ſolent nonnunquam bancarij eam illis dare,cæte rum ea lege, vt ſoluant intereſſe, com quo pecunia eo tempore datur ad cambium ad aliqua loca, vel quoduis aliud intereſſe.

Eſt autē,quicquid ita accipitur, vſurarium,cū obligatione id reſtituendi:qm̄,anticipata ea ſolutio,virtute eſt mutuū,atq; adeo vſura eſt quicquid ea de cauſa accipitur:niſi fortè accipiatur ob æqua le lucrum, quod re ipſa actu ex eo bancario ceſſet, quod anticipata ea ſolutio fiat:id qđ rarò eueniet. Lōge maiori cum ratione peccant reſtituereq; teneantur quando iam tempus pecuniæ numerandæ aduenit,& ne ſolutionem differant, continuoque creditorem expediant aliquid ab eo accipiunt.

Qđ.n.ita accipit̄,totū eſt inuolūtariū mixtè,iniuſteq; acceptū,niſi de liberali animo dātis cōſtet.

De cambio ob diuerſum valorem, quem in diuerſis locis habet pecunia,non comparatione minutarum pecuniarum, ſed ex circumſtantijs concurrentibus: concluditurque res tota de cambij.

DISPVT. CCCCX.

SVMMARIVM.

1 *Cambium an variandum, & regulādum ſecundum maiorem & minorem valorem pecuniæ, quem ipſa habet de loco ad locum.*

2 *Cōmutatio ęqualis pro ęquali ex natura rei licita eſt.*

3 *Pecuniæ commutatio in maiori vel minori quantitate,quando licita.*

4 *Cambium de loco ad locum,an iuſtum ſit,vel ne, ad tria capita recurrendum.*

5 *Campſor poteſt licite aliquid accipere pro vniuerſali tranſportatione pecuniæ.*

6 *Cambiorum iuſtum pretium inconſtans,& varium.*

7 *Pretium commune pecuniæ quomodo iuſtum iudicādum in diuerſis locis.*

8 *Ducati diuerſus valor quomodo intelligendus, & regulandus.*

9 *Confeſſariorum inſtructio in materia cambiorum.*

10 *Proxenetæ,& famuli campſorum,& alij cooperantes ad illicita cambia,quando peccent, & ad reſtitutionem teneantur.*

DVplex genus valoris pecuniæ diſtinximus diſp.406. Poſterius erat, quo pecunia, non hæc,vel illa,alicuius loci,ſed tota, plus valet in eo loco,quam pecunia tota alterius loci valeat in hoc alio loco, collatione facta æqualis quantitatis pecuniæ vnius loci,cum æquali alterius, nihil impe diente, quod pecunia vtrobiq; ſit eiuſdē materiæ quo ad qualitatem & quantitatem,ſeu pondus, & eiuſdem ſigni, & quod vtrobiq; ſit illi impoſitus æqualis valor comparatione cæterarum eiuſdem loci. Hunc valorem diximus non prouenire ex pecunia ipſa in ſe,ſed ex pecunia ipſa in ſe,ſed ex circumſtantijs,eſſeq; valde inconſtantem at varium mutatis circumſtantijs,neq; conſiſtere in indiuiſibili,ſed habere latitudinē iuſti,non ſecus ac mercium valor in indiuiſibili non conſiſtit interim dum lege non eſt taxatum. Quod itaq; hac diſpu-
1 tatione inquirimus eſt,nū,ob diuerſum †hunc valorem, licitum interdum ſit aſcendere in cambio pecuniæ de loco ad locum, oporteatque interdum deſcendere,iuxta maiorem,vel minorem, valorē, quē pecunia eis in locis habuerit. Cui quęſtioni affirmanter eſt rñdendum cum Soto 6. de iuſtit. q. 12.art.2.& ſeqq. Nauar.in com.c.vlt.de vſur.nu. 51.59.65.& ſeq.& in Man.c.17.n.294.& ſeqq. & cum alijs. Probari aūt poteſt, qm̄ licita ex natura rei eſt commutatio æqualis pro æquali,quo ad valorem: ergo, ſi in aliquo tempore tm̄ valent in Flandria tercentum ſexaginta marauedini,quantum Metinæ quadringenti, propter nummorum penuriam,quæ ſit in Flandria, & abundantiam Metinæ, & propter circumſtantias alias concurrentes,licitū erit,cæteris paribus,cambium tercentorum ſexaginta marauedinorum, quæ dētur in Flandria,pro quadringentis Metinæ reddendis, & è contrario,licitum erit cambium quadringentorum,quæ dentur Metinæ,pro tercentis ſexaginta,quæ in Flandria reddantur. Sicut licita eſt permutatio centum menſurarum vini,aut olei, in Hiſpanijs,pro octoginta.v.g.quæ reddantur in Flandria,& è contra,octoginta,quæ dentur in Flādria pro centum,quæ reddantur in Hiſpanijs:eo quod tm̄ valeant octoginta menſuræ vini, aut olei, in Flandria,quantum centum in Hiſpanijs,vnde,vinum,& oleum, in Flandriam deferunt, Quo fit, vt hac ratione licitum ſæpe ſit cambium maioris quantitatis pecuniæ, quæ datur vbi ex capite, de quo agimus, minus valet, pro minori quantitate reddenda vbi ex eodem capite plus valet: & è contrario, licitū ſit cambium minoris quātitatis pecuniæ in loco: vbi ex eo capite plus valet, pro maiori reddenda, vbi minus ex eodem capite valet. Ad hunc autem maiorem aut minorem, pecuniæ valorē,aiunt Sotus vbi ſupra, & Mercado in tractatu de cambijs ca.5.& ſequentibus,reſpicere potiſſimum campſores a loco in locum noſtra hac tempeſtate,ex illoque eorum cambia iuſtificari.

Aduerſus hoc potiſſimū fundamētum cambiorum,quę hodie de loco in locū fiūt,obijciet aliqs. Obiec.
Si a loco,in quo minor eſt copia,& maior neceſſitas pecuniæ, licitum eſt cambire minorem pecuniæ quātitatem pro maiori reddēda,vbi maior eſt illius abundantia,& minor neceſſitas,idq; propterea quod ex circūſtantijs illis minus valet pecunia in vno eorum locorū,quam in alio ſequeret̄, licitum etiā eſſe cambium minoris quantitatis pecuniæ tpe,quo minor eſt illius copia,& maior neceſſitas in aliquo loco,pro maiori quantitate reddenda in eodē loco tpe,quo in eo maior erit pecuniæ abundantia, & minor neceſſitas, conſequens autem nullus concedet:ergo neq; antecedens.

Sotus artic.2.citato negat id ſequi. Neq; aliam rationem reddit,niſi quia, quando pecunia reddenda eſt in eodem loco,ſed alio tēpore, cernitur

mutuum;

mutuum: rõne autem mutui nihil pôt accipi: qñ verò reddenda eſt in alio loco, cernitur camb um duarum rerum æqualium in valore, tametſi inæqualium in quantitate, quod eſt licitum. Cæterũ ſolutio hęc non ſatisfacit. Qm̃ in mutuo etiam, ſi id, quod reddẽdum eſt, æquale eſt in valore tpe, quo eſt reddendum, cum eo, quod mutuo datur, tempore quod mutuo datur, licitus eſt cõtractus, nihil impediente, ꝙ ſit reddẽdum in maiori quãtitate, q̃ fuerit acceptum. Verbi gratia, licitè quis mutuo dat duas tritici menſuras, qñ ſingulæ valent duos ducatos, pro quatuor reddend s tempore nouorum, ſi probabiliter credatur, ſingulas eo tempore, plus minus, eſſe valituras vnum ducatum: qm̃ cernitur æqualitas quo ad valorem inter datum & accipiendum, quamuis inæqualitas cernatur in quantitate, ſeu numero menſurarũ, quę dantur, & accipientur. Imo verò eſſet vſura, mutuare quatuor tritici menſuras tpe, quo ſingulæ valent vnum ducatum, pro totidem, quæ reddantur, qñ ſingulæ valerẽ ſperantur duos ducatos, vt iuxta ca. nauiganti, de vſuris, ſuo in loco dictum fuit, Sotuſq; ipſe affirmat. Quare, ſi in eodẽ loco tantum valet modò minor pecuniæ quãtitas propter illius penuriam & neceſſitatem, quãtum in eodem loco valitura eſt poſtea maior quãtitas propter abundantiam illius, quæ ſperatur, nõ eſt cur ob eam rationem negetur id ſequi.

Legitima verò ratio, quare negandum ſit id ſe
3 qui, reddita eſt in calce diſput. 406. Quia † videlicet pecunia, ſiue illius ſit magna penuria & neceſſitas, ſiue maxima copia & abundantia, numquã comparatione loci, in quo eſt, habet rationẽ mercis, ſed ſemper retinet pretiũ ſeu valorem lege taxatum, aut conſuetudine receptum (loquor de regionibus, in quib. ptia monetarum ſunt fixa, neque pendent a voluntate & pacto priuatorũ) eaque de cauſa, comparatione eius loci, non habet maiorem valorem vno tpe, quam alio, ſed ſolum vt commutetur pro pecunia in alio loco, vt ibidẽ explicatũ eſt. Obſerua tamen, ratione lucri ex eo ceſſantis, quod quis mutuo det pecuniam tempore, quo minor eſt illius copia, & maior neceſſitas; vt in eodem loco reſtituatur tempore, quo futura eſt maior illius abundantia & minor neceſſitas, licitè poteſt accipi incrementum, quantũ lucrum illud ceſſans æſtimabit. Vt ſi tpe, quo magna eſt penuria & neceſſitas pecuniæ, decreſcant ea de cauſa merces in pretio, iſq; qui pecuniam habet, empturus erat tunc merces, quibus lucraretur, aut aleret ſuam familiam, atque, quod eã alteri concedat reſtituendam in eodem loco, priuetur eo lucro, aut emergat illi damnum, quod empturus ſit poſtea maiori pretio neceſſaria ad familiam; vtique, qñ illam concedit, deducere poterit in pactũ incrementum vltra ſortem, quantum tale lucrum ceſſans, aut damnum emergens, æſtimabitur. Simili modo, ſi erat daturus eam alteri ad cambiũ in alium locum cum notabili lucro, atque, vt eã concedat reddendam in eodem loco priuetur eo lucro, ſanè tantum incrementum poterit licitè deducere in pactum, quantum æſtimabitur lucrũ quo ea de cauſa priuatur.

Vt quaſi ad ſummam redigendo rem hanc totam de cambio a loco in locum, eam in reliquo huius diſputationis concludamus; ad tria capita eſt ſimul conijciendus oculus, vt iudicetur, an cãbium iuſtũ ſit, vel nõ, quantumq; fas ſit accipere in vnoquoq; cambio incrementi, & qñ oporteat, vel nihil accipere ſummam, quam ſit data, vt cãbium iuſtum ſit. Non loquimur aũt de cãbio ſicco, de quo ſat ſint, quæ diximus diſpu 404. ſed de reliquis dumtaxat cambijs de loco ad locum. Porrò tria illa capita, non eodem ordine commemorabimus, quo explanata ſunt.

Primum caput eſt diuerſus valor, quẽ eadem pecunia habet in diuerſis locis comparatione minutarum pecuniarum. Atq; ſi cambia fiãt ſub nomine maiorum monetarum, vt ducatorum, ſcutorum, regalium argenteorum, vt fieri ſolent, diuerſuſq; ſit valor talis monetæ in loco, a quo, & ad quem, cambitur, diſpu. 407. aduerſus doctores aliquos oſtenſum eſt, quamuis aliqualis conſideratio habenda ſit maioris illius, aut minoris, valoris, inde tamen parum admodum aſcendendum eſſe in cambio, vt ſit iuſtum.

Contra autem, ſi cambium exerceretur ſub nomine minutiſſimarum monetarum (ꝙ tñ fieri non cõſueuit) vt, v. g. ſub nõie marauedinorum, vt *reais* traderentur in Luſitania, aut ẽ contrario; tunc, quia marauedini plus valent in Caſtella, q̃ *reais* in Luſitania, vt eadem diſputatione eſt oſtẽſum, rõ eſſet habenda eiuſmodi maioris, aut minoris valoris. S. n. ſecludas cætera capita, vnde aſcẽdere licet in cambio, aut decreſcere oportet, nõ eſſet cambium ad æqualitatem, ac proinde eſſet iniuſtum, cum reſtituendi onere; ſi pro tercentum ſeptuaginta quatuor *reais*, qui in Luſitania darẽtur, acciperentur in Caſtella totidem marauedini: quoniam in Luſitania ſolum darentur paulò plus, quam nouem regales argentei, & acciperentur in Caſtella vndecim integri.

Scdm caput eſt, tranſportatio pecunię formalis, aut virtute, a loco, in quo campſor illam dat, ad locũ, in quo eã recipit; ex quo capite tñ licitè campſor aſcendit in cambio, quantum prudentis arbitrio ęſtimabitur valere illam tranſportationem, attenta locorum diſtantia, ac difficultate, cęteriſq; circumſtantijs concurrentibus, vt diſput. 403. & duabus ſeqq. eſt explanatum.

Tertiũ caput eſt, diuerſus valor pecunię in diſtinctis locis hac, & diſp. 406 explicatus, ex abundantia, aut penuria, ac neceſſitate illius, atque ex alijs circunſtantijs. Ac, licet tam ex hoc capite, q̃ ex virtuali tranſportatione, liceat ſępe campſori ſimul aſcendere in cãbio, interdũ tñ ex hoc capite opus erit deſcendere, vt contractus ſit ęqualis ac iuſtus, pp minorem valorem pecunię vbi illã dat, quã in loco, in quo eam eſt recepturus, vt dictum eſt. Quòd ſi pecunia tñ minus valeat in loco, vbi datur, q̃ vbi eſt recipienda, quantum valet tranſportatio, tunc, vt contractus ęqualis ſit, ac iuſtus cambium fieri debet ad ęqualitatem quantitatis pecunię, quę datur, cum ea, quę eſt accipienda, ſitque compenſatio valoris tranſportationis, cum minore valore pecunię, vbi datur.

Si autem valor tranſportationis excedat id, qđ minus valet pecunia vbi datur, q̃ vbi eſt accipien da, tunc id exceſſus licet aſcendere in cambio quo ad quantitatem pecuniæ, quæ eſt recipienda. Cõtra verò, ſi id, ꝙ minus valet pecunia, vbi dat', excedat valorem tranſportationis, tunc tantundem opus erit accreſcere in quantitate pecuniæ, quę datur, cõparatione eius, quę eſt accipienda, vt cõtractus ſit iuſtus. Quia tñ tam valor tranſportationis pecuniæ, quam exceſſus valoris, quē pecunia ex tertio capite habet in diſtinctis locis, in indiuiſibili non conſiſtunt, ſed habent certã latitudinē intra limites iuſti, atq; vt contractus iuſtus ſit, ſatis eſt, ſi contrahentes latitudinem totã iuſti non egrediãtur, inde efficitur, ꝙ latitudo iuſti in cambijs, computatis capitibus omnibus vnde aſcēdere liceat, aut deſcēdere oporteat in cambio, in indiuiſibili non conſiſtat, ſed eo maior ſit, quo plura capita concurrunt, ex quib. ſimul ſpectatis, arbitranda eſt latitudo iuſti in cãbio a loco in locum.

Obiec. Sotus 6. de iuſtitia q. 12. art. 2. ait, quando locum habet caput tertium, quia ſcilicet accipitur incrementum, eo quod plus valeat pecunia, vbi illam dat campſor, quam vbi eam accipit, nefas eſſe accipere inſuper aliud incrementum, ratione virtualis tranſportationis, niſi forte parum.

Poſſumus verò id confirmare, qm̃ qñ tu mihi tranſportas pecuniã ex loco, vbi minus valet, in locũ, vbi plus valet, mihi, cuius ſumptib. trãſportatur, dēt plus valere, & nõ tibi, qui meis ſumptibus eã trãsfers; ergo, ſi cãpſor pretiũ accipiat pro formali, vel virtuali, tranſportatione pecuniæ ad locũ, vbi plus valet, nefas illi erit accipere ēt pretiũ pro maiori valore, quē pecunia in eo loco hēt, vel certè, ſi pro maiori hoc valore ꝑtiũ accipiat, nefas illi erit accipere ēt pretium pro tranſportatione, qñ quidem eo ipſo nihil cenſeatur transferri ei, qui pecuniam accipit ad cambium.

Deciſ. 5 Hoc tñ argō non obſtante, arbitror probabilius eſſe, poſſe † licitè aliquid accipi pro virtuali tranſportatione, ſeu potius pro leuamine, quo is, qui cambium petit, leuatur a tranſportatione eius pecuniæ. Probatur qm̃ reuera, reddendo illi æquiualens in valore in loco, in quo pecunia indiget, adhuc eum leuo onere tranſportandi, & collocandi ibi eum valorem: hic aũt effectus pecunia eſt æſtimabilis, ac vendibilis cõparatione illius: ergo licitè, pro eo effectu in illius fauorē efficiēdo, poſſum accipere iuſtũ ſtipendium, nihil impediente, ꝙ per accidens ego facilè illum efficiam, abſque meis ſumptibus propter correſpondentem quem ibi habeam, vt diſp. 403. explanatum eſt.

Confirmatur, qm̃, demus arbitrio mercatorũ prudentium, tantum, v.g. valere trecentũ ſeptuaginta in Flandria, quantum Metinæ quadringenta, & præterea, virtualem tranſportationem, ſeu potius leuamen a tranſportanda ea pecunia a Flãdria in Metinam, quæ correſpondet valori eius, quæ datur Metinæ, valere decem, tunc licitum eſt cambium quadringentorum, quæ a campſor dentur Metinæ, pro tercentis ſeptuaginta, quæ reddantur in Flandria, ita quòd centum ſexaginta, reddantur ad æqualitatem in valore pro pecunia, quæ datur Metinæ, & reliqua decem reddantur pro leuamine a trãſportatione a Flandria in Metinã: ergo pari rõne, ſi cãpſor de tercentũ ſexaginta in Flãdria, accipere poterit Metinæ aliquid vltra quadringenta, ita quod quadringenta, ſint in recompenſationem ad æqualitatem pro pecunię data in Flandria, & exceſſus ſit pro leuamine ab onere tranſportandi pecuniam à Metina in Flandriam. Conſequentia perſpicua vř, cum in neutro cambio cernatur translatio formalis pecunię, ſed ſolum leuamen ab onere eam transferendi, & in vtroque cambio, ſecluſo eo, quod accipitur pro leuaminę ab onere transferendi pecuniam, cernatur æqualitas in valore inter datum, & acceptũ, habitatione diuerſi valoris, quem ex circunſtantijs pecunia in illis locis habet.

Antecedens verò non negaret Sotus, q̃a in eo cãbio nihil accipitur pro maiori valore, quē pecunia hēt vbi cãpſor eã dat, cũ valeat minus Metinæ, vbi eã tradidit, q̃ in Flandria, eaq; de cã min⁹ pecuniæ accipiatur in Flandria, q̃ detur Metinæ, Sotusq; ipſe affirmet qñ non accipitur incremētum ex capite maioris valoris pecuniæ, quem in diſtinctis locis habeat, licitum eſſe accipere incrementũ ob virtualem pecuniæ tranſportationem.

Quo loco obſerua, cãpſorem, ſecluſo eo, quod accipit ratione virtualis tranſportationis, nũquã accipere incrementum, neque in valore, neq; in quantitate pecuniæ, in loco, vbi pecunia plus valet, ſed in loco, vbi minus valet, accipere incremētum, non quidem in valore, ſed in quantitate pecuniæ, ad recompenſandum maiorem valorem, quem ſua pecunia habet in alio loco.

Ad argumentum ergo, quod pro contraria ſententia confecimus, dicēdum eſt. In primis ſupponere falſum, nēpe cãpſorē accipere incrementum in loco, vbi pecunia plus valet. Deinde eſt dicendum, antecedens eſſe verum, qñ re ipſa eſt translatio pecunię; ſecus autem, quando, dando ęquiualens in vno loco, pro ęquiualente in alio, is, qui illud accipit, leuatur ab onere id trãnſportãdi: tũc enim, quod ab vnoquoque datur, valet, ei, vbi datur, & non alibi: & inſuper, qui, ad alterius petitionem, ipſum per eam commutationem leuat à tranſportatione pecunię, accipere poteſt iuſtum ſtipendium pro eo leuamine.

Ex proximè dictis facile patet, damnandũ nõ eſſe, quod campſor pro tercentis ſexaginta, quę dat in Flandria, plus accipiat Metinę, quam idē campſor det Metinę pro tercentis ſexaginta, quę ſibi reddantur in Flandria.

Ait enim Sotus minime variato pecunię valore in vtroq; loco, conſuetum eſſe ſuo tempore, vt cãpſor Metinę daret quadringenta & decem, pro tercentis ſexaginta accipiendis in Flãdria: ē contra vero, qñ dabat cãbium a Flandria in Metinã, pro tercentis ſexaginta, quę dabat in Flãdria, accipiebat Metinę quadringenta, & triginta.

Hoc autem damnat Sotus, quoniam, inquit, ſi primum cambium erat ęquale, ſecundum eſt inęquale. Reſponderi tamen optimè poteſt, vtrunque cambium hac ratione poſſe eſſe iuſtum. Quoniam tercentum ſexaginta in Flandria, ob varias circun-

circunſtantias, valere poterunt, quantum Metinę quadringenta & viginti. Ac tunc, ſi cambiũ petatur à Metina in Flãdriã, iuſtè detrahit campſor decẽ à quadringẽtis viginti pro onere, quo leuat eum, qui cambium petit. Si verò petatur cambiũ à Flandria in Metinã, iuſtè addit decẽ ſupra quadringẽta & viginti, quę ſibi reddãtur Metinę propter onus, quo leuat eum, qui cambium petit.

Cum, vt dictum eſt, pecuniarum iuſtus valor diſtinctis in locis, vno & eodẽ tpe, non conſiſtat in indiuiſibili, ſed latitudinem non ſecus habeat, ac merces lege minime taxatæ, & præterea pretiũ iuſtũ pro virtuali tráſportatione pecuniæ de loco in locũ in indiuiſibili ẽt non conſiſtat; cõſequens eſt, vt pretium iuſtum cãbiorũ, non ſolum ad diuerſa loca, ſed ẽt ad vnũ & eundẽ locũ, vno & eodẽ tpe, latitudinẽ habeat. Cũ itẽ facilè mutentur rerũ circumſtantiæ, ex quibus valor pecuniæ, q̃n & tráſportationis, accreſcit & decreſcit, ẽt in vno & eodẽ loco, per cõparationẽ ad alia; conſequens
6 † eſt, vt iuſtũ cãbiorũ pretium inconſtans ſit & varium, non ſolum ad diuerſa loca, ſed ẽt ad eundẽ varijs temporibus. Præſertim cum ſicut, accreſcẽte, aut decreſcente, pecunia, pretia iuſta aliarum rerum variantur: ita varientur iuſta lucra, quæ ex cãbio intenduntur, nolentibus hominibus applicare ſuas pecunias ad cãbiũ ſine maiori lucro, ſed potius illas conuertentibus ad vtiles alias negotiationes. Hinc admonuerim in exemplis, cãbiorum à loco in locum, quæ à nobis ſunt propoſita, & quæ apud doctores leguntur requirendam nõ eſſe veritatem, quaſi cãbiorum praxis ad ea loca eis reſpondere debeat: temporis.n.progreſſu, variatis circumſtantijs, mutantur, & cõperiuntur in praxi longè diuerſa. Cum autem pretium iuſtum naturale cuiuſque rei in vnoquoque loco multũ pẽdeat ex cõi æſtimatione illius rei in eo loco, vt diſput.348. & alias ſæpe, dictum eſt; conſequens
7 eſt, vt cõe † pretium, quod diuerſis temporibus in foro cambij ab vno loco in alium determinatũ comperietur, damnandum nõ ſit, quin potius ſit habendum pro iuſto & vt menſura, ad quam ſit iudicandum, eos qui per exceſſum, aut defectum, multum, ab eo deuiant, limites iuſti pretij tranſgredi. Hæc tñ doctrina intelligenda eſt, modo tale cõe pretium introductum non ſit per fraudem monopolij, aut aliã ſimilem. Si enim qui in nundinis pecuniam retinent, inuicem conueniant, vt nullus, niſi cum tanto incremento, det ad cãbiũ; atque id incrementum ſit vltra cõe pretium rigoroſum, quod, ſecluſo eo monopolio, erat futurũ; ſanè, qui in cauſa fuerunt illius exceſſus vltra pretium alioquin iuſtum, non ſolum lethaliter peccarunt, ſed etiam reſtituere tenentur id incremẽtum illis, à quibus fuerit acceptum. Simili modo, ſi ante nundinas, vel ſtatim in nundinarum principio, aliqui ad cambium accipiãt cum minori incremento ad diuerſa loca pecuniam totam, quæ in eo loco eſt, vt tempore nundinarum, aut in illarum progreſſu, illã cum longè maiori incremẽto ad ſuum libitum dent ad cambium ea indigẽtibus, eo ꝙ ipſi ſoli ſint, qui illam obtinent; vtique, ſi eam concedant vltra pretium iuſtum rigoroſum, quo alioquin in nũdinis foret cõcedenda, & quo æquitas poſtulat, vt concedatur, attenta pecuniæ quantitate, quæ apud ipſos eſt, lethaliter ſimiliter peccant, cum onere reſtituendi. Quòd ſi neque hi, neque præcedentes, pretium iuſtũ rigoroſum excedant, quod foret alioquin futurum, non cogerem illos reſtituere, iuxta ea, quæ fuſius quo ad hæc omnia diſput.34 ſ.dicta, comprobataq; ſunt: tametſi interuenire in eo poſſit peccatũ contra proximorũ, & patriæ caritatem, dignum, quod acerrimè prohibeatur, ac puniatur, vt ibidẽ dictum eſt. Qñ autem aliqui, pręſumentes multũ valiturã eſſe pecuniam in nundinis aliquibus, ante earum aduentum acciperent ad cambium ad diuerſa loca totam pecuniã, quæ in eo loco eſt, vt poſtea illã concederent ad cambium maiori p̃tio iuſto, qd æquitas tunc, iuxta circũſtantias cõcurrentes, poſtularet, nõ eſſet cur lethalis peccati dãnarentur: q̃m in his omnibus ſuo vterentur iure, neque cuiquã facerẽt iniuriam: eo ꝙ id ad artem, dexteritatemq; negotiandi, ſpectet. Intelligenda præterea eſt eadẽ doctrina, modo in pretium cõe non ſit ratione alicuius capitis, ex quo aliquid iniuſtè accipiatur. Vt ſi pro maiori temporis prorogatione pecunia maiori pretio cõmuniter daretur ad cambium, q̃ alioquin foret dãda; & accipienda: tunc.n. peccatum eſſet, cum reſtituendi onere, accipere incrementum illud, nihil impendiẽte, ꝙ cõmuniter acciperetur. Vt.n. bene notat Nauar. in cõ. cap. vlt. de vſur. n.57. emptorũ abundantia, quando res inique venditur, non facit accreſcere pretium rei: neque pretium iuſtum illius rei eſt attendendum penes eorum communem vſum.

Duo poſtremò ſunt obſeruanda. Primũ eſt, in
8 cambijs † aliquando nomine ducati, eundem valorem intelligi in loco, in quo cambium conceditur, & in quo poſtea eſt ſoluendum: & tunc incrementa, aut decrementa, exprimuntur, additione, aut detractione, ducatorum, quę in loco, ad quem cambium conceditur, ſunt ſoluenda. Vt ſi accipiantur centum & decem, aut centum & quindecim, ducati in vno loco, pro quibus concedantur literæ ad alium locum, vt ſoluantur centum ducati: tunc enim accipitur incrementum decem, aut quindecim ducatorum. Hoc autem intelligo, etiã quando ducati diuerſum valorem habent in diuerſis prouincijs lege taxatum, aut conſuetudine receptũ, vt in Luſitania valet quidem hodie quadringentos *reais*, ſed ſolum valet decem regales argenteos: contra verò, in Caſtella valet ſolum trecentes ſeptuaginta quinque marauedinos, ſed valet vndecim regales argẽteos & vnum marauedinum. Vnde quãdo hodie cambia à Caſtella in Luſitaniam ſub nomine ducatorum fiũt, intelliguntur, qui proximè explicati ſunt. Cæterũ, quia ducatus Caſtellæ excedit ducatum Luſitanię vno regali argenteo, ſi cambium datur à Caſtella in Luſitaniam cum incremento trium, aut quatuor, pro centum, accipiuntur in Caſtello cẽtum ducati, verbi gratia, & concedũtur in Luſitaniam literæ centum tredecim, aut centum quatuordecim ducatorum. Cũ enim centum ducati Caſtellæ, & centum & decem in Luſitania, æquales ſint; eo

quod

quod vtique ſint mille & centum regales argenteos: qui cambium illud cócedit à Caſtella in Luſitaniam, accepit incrementum trium, aut quatuor ducatorum Luſitanorum. Quòd ſi cum eodem incremento concederetur cambium à Luſitania in Caſtellam, acciperentur centum ducati in Luſitania, & concederentur in Caſtellam literæ nonaginta trium cum dimidio, aut nonaginta quatuor cum dimidio, paulò plus.

Et quoniam in Flandria frequés erat variatio monetarum quoad valorem, anno 1527. conſtituerunt mercatores certam æſtimationem ac valorem monetis, qui perpetuò inter eos duraret, nihil impediente, quòd in republica valor pecuniæ mutaretur. Atque ita in literis cambij, quæ in Flandriam dantur, dici conſueuit, ſolues tot ducatos, tertiam verbi gratia, partem in auro, & reliquam in argento, iuxta æſtimationem monetarum, quæ anno 1527. facta eſt. Aliquando verò in cambijs nó vtuntur mercatores nomine ducati in ea æſtimatione, in qua eſt vſus in loco, in quo aut ad quem cambium conceditur, ſed in æſtimatione, quam ipſi confingunt, & ſtatuunt in cótractu cambij, quem ineunt; tantum videlicet aſcendendo in valore ducati in loco, in quo cambium eſt ſoluendum, aut deſcendendo, quantum conueniunt, vt ſupra valorem ducati, in quo cambiũ datur, aſcendatur, aut deſcendatur, attentis circumſtantijs concurrentibus. Hoc modo accipi conſueuerunt ad cambium in Flandria centum ducati valoris, verbi gratia, trecentorum ſexaginta marauedinorum, pro totidem valoris quadringentorum marauedinorum, quę ſoluerentur Metinæ, danturque in Metina literæ cambij ſub hac forma, ſolues centum ducatos ſingulos valoris quadringentorum marauedinorum. Cum tamen Metinæ, neque quondam, neque hodie, ſint ducati eius valoris, aut confinguntur à mercatoribus ad ſua cambia, ac negotiationes. Similique etiam modo confinguntur ducati, aut ſcuta ad alia loca diuerſi valoris, prout mercatores inter ſe conueniunt. Quamuis autem Nauar. in commen. c. vlt. de vſuris nu. 53. inuehatur in hos ducatos imaginarios ac fictitios, poſtea tamen in Manua. c. 17. in calce. nu. 302. illos damnandos non cenſet, ſed admittendos potius.

Secundum eſt. Quæ in hac de cambijs materia dicta ſunt, ſecundum indulgentiam eſſe accipienda. Pro inſtructione † quippe confeſſariorum, & aliorum, qui ea de re interrogantur illam extendimus, quantum iuſtitiæ limites patiuntur, ne reſtituere præcipiant, qñ campſores non tenentur, atq; ne id damnent, quod damnandũ non eſt: nó verò, ꝙ cambia, quàm ſæpiſſimè, diſſuadenda nó ſint hominibus propter abuſus, quos ſæpe in eis committunt, & propter pericula amittendi ſempiternam beatitudinem, quibus ſe exponunt parum timorati, qui huic negotiationi incumbunt.

9

10 Quod † verò attinet ad proxenetas, famulos campſorum, & ad alios cambia illicita cooperantes, num peccent, reſtituereque teneantur, idem prorſus dicendum eſt, quod diſp. 331. de cooperantibus ad vſuram eſt dictum.

Societas quid ſit.

DISPVTATIO CCCCXI.

SVMMARIVM.

1 *Societas quid.*

2 *Societas in dubio an præſumatur, an vero locatio, dum aliquis tradit alicui animalia cuſtodienda, promittendo illi partem fructuum aliquotam.*

Et quid de inſtitore, ſeu factore, & alijs miniſtris mercatoris. nu. 3.

4 *Societas duobus modis contrahi poteſt.*

5 *Societas quare contrahi poteſt, vt unus capitale uel partem illius ponat, & alter induſtriam, quod ſecus in mutuo.*

6 *Capitale per unum ex ſocijs poſitum in ſocietate, efficitur commune omnibus ſocijs.*

7 *Dominium eorum, quæ ex capitali poſt contractam ſocietatem acquiruntur, cui ex ſocijs intelligatur acquiri.*

Explicatis cambijs, de contractu ſocietatis eſt diſſerendum. Societas, cóſentaneę ad Ciceronem, & Azonem in ſumma C. pro ſocio, quos cęteri ſequuntur, ſic poteſt definiri. Eſt † cótractus, ſeu cóuentio duorum, aut plurium, contribuendi ad commune lucrum, vel ad vſum. Qui autẽ eam inter ſe ineunt, ſocij nuncupantur. Societas autẽ ſolo contrahentium mutuo conſenſu exterius expreſſo, perficitur: eaq; de cauſa, neque traditione, neq; ſcriptura indiget, vt completus cenſeatur, niſi contrahentes ſuſpendere velint contractum, vt ſcriptura perficiatur; poteſtq; celebrari nó ſolum inter præſentes, ſed etiã inter abſentes per epiſtolam, aut internuncium; eo modo, quo hæc omnia circa emptionem & venditionẽ diſp. 337. explanata ſunt: conſtant autem ex §. vnico. Inſt. de obligationibus ex conſen. & ex l. 4. ff. pro ſocio, conſentitque communis doctorum ſententia. Quo fit, vt ſocietatis contractus in ſola conuentione contribuendi ad commune lucrum, aut vſum, conſiſtat: contributio verò, negotiatio, ac adminiſtratio, rerum contributarum, & diuiſio poſteà lucri, ad exequutionem, atque ad impletionem obligationis contractus ſocietatis ſpectent. Contributio vero in re propoſita intelligitur, ſiue, qđ cótribuitur, pecunia ſit, ſiue animalia, aut aliud ſimile, ſiue ſint operæ, aut induſtria alicuius, aut aliquorũ ex ſocijs. Vt n. ex dicẽdis liquebit, interdũ cótrahitur ſocietas, vno ſociorum pecuniã contribuẽte, & altero operam & induſtriã ad illa negotiandũ; aut vno cótribuente animalia, & altero cuſtodiã & adminiſtrationem, aut ſimul etiã paſtũ.

Dictum in definitione eſt, ad commune lucrũ. Quoniam ſi vnus alteri tradat animalia ad cuſtodiam, aut pécuniam ad negotiandum, ita vt lucrum totum ſit id tradentis, & alius certum pro operibus & induſtria accipiat ſtipendium, non erit ſocietas, ſed locatio ex parte eius, qui operas & induſtriam apponit, & cóductio ex parte eius, qui pro operibus & induſtria ſtipendium tribuit; idque, ſi ſtipendium ſit pecunia; ſi autem ſit ali-

quid

quid aliud, vt tot pulli aĩalium ſibi in cuſtodiam traditorũ, aut aliud ſimile, erit cõtractus annominatus, do: vt facias. Similimõ, ſi quis oues, aut capras, alterius accipiat, vt ex illis lac & caſeos aliquot menſib. accipiat, & pro eiuſmodi fructibus dño earum certum ſtipendiũ tribuat, non erit ſocietas, ſed conductio earum ouium, aut caprarũ, ad eos fructus ex illis pcipiendos; idque, ſi ſtipendium in pecunia ſit ſoluendũ: ſi aũt ſoluendũ ſit in re alia, vt in caſeis, aut in alia ſimili re, erit contractus innoĩatus, do vt capras, aut oues, ad eos fructus ex eis percipiendos mihi concedas: ſi autem, vnà cum pecunia, aut caſeis ſoluẽdis, qui eas oues, aut capras, ita accipit, ſe obliget ad illarũ cuſtodiam, aut paſtum, vel ad aliquid aliud, tũc, vna cum prædictis contractibus, permiſcebitur alius innominatus, faciam, vt illas ad eos fructus percipiẽdos mihi concedas. Hi tñ omnes innominati contractus ſimiles ſunt contractui locationis & conductionis, & iuxta eum eſt de illis cẽſendum, ac iudicandum, vt diſp. 253. dictum eſt.

Dubiũ 2 Dubium eſt, ſi quis † tradat alicui animalia, atque, vt illum circa eorum curã & adminiſtrationem diligentiorẽ efficiat, illi in ſtipendiũ tribuat partem fructuum aliquo tam, puta octauam, aut decimã, agnorum, lanæ, & caſeorum, partem, aut aliam ſimilem incertam quoad latitudinem futuram, cuius tñ ſpes prudentis arbitrio æquipolleat certo ac determinato iuſto ſtipendio, quod alioquin illi erat daturus, an talis contractus ſit ſocietatis, vel potius innominatus contractus, qui ad

Deciſ. locationis contractum reducatur, atque iuxta locationis leges ſit de eo cenſendum. Idem † dubiũ

3 eſt de mercatore, qui ſuæ negationi aliquem præfecit, illi conſtituendo in ſtipendium partem aliquo tam lucri, quod, deducto capitali & expenſis, remanſerit ſocietate finita. Atque hic contractus frequẽs eſt inter mercatores, & ipſorũ miniſtros, vel fatores, quos vocant. In primis autẽ dico, qñ non exprimitur, ſaltem virtute, partem illam eſſe in ſtipendium, ſed contractus ſimpliciter celebratur exprimendo, tot partes futuras eſſe apponentis capitale, & talem aliquotam futuram eius, qui negociationi præficitur, aut cui animalia committuntur, contractum eſſe ſocietatis: quia reuera eſt contractus contribuendi in ordine ad cõe lucrum poſtea diuidendum. Vnde iuxta leges ac priuilegia contractus ſocietatis erit de eo cenſendum, & non iuxta leges contractus locationis & conductionis. Si verò exprimatur, partem illam eſſe in ſtipendiũ, quatenus illa ſic in ſpe æquipollet certo ac determinato ſtipendio, quo is erat dignus, ſi operam ſuam & induſtriam ad eãm negociationẽ locaret, contractus non eſt ſocietatis, ſed locationi operæ, & induſtriæ. Etenim appoſitio tũc operæ & induſtriæ per ſe ſolum eſt in lucrũ apponentis capitale, qui pro illa ſtatuit ad ſtipendium: per accidens verò cedit in cõe lucrum, quatenus ex conuentione vtriuſque partis ſtipendium, ꝙ alioquin futurũ erat aliquid certum quoad valorẽ, cõmutatur in partem aliquotam lucri futuri incertam quoad ſui latitudinem ac quantitatem valoris, dependentemq; ex maiori vel minori quantitate lucri futuri. Quo loco obſerua, non parum referre, num talis contractus, ex intentione eum celebrantium, ſit ſocietatis, an potius locationis, & conductionis operæ & induſtriæ. Si n. ſocietas ſit, præterq̃ quod de eo eſt iudicandum iuxta leges & priuilegia contractus ſocietatis, tunc ſanè expendi debet, num in eo contractu æqualitas ac iuſtitia ſeruetur, facta collatione capitalis ad operam & induſtriam, tum inter ſe, tum etiam cõparatione lucri, vt iudicetur quantum lucri poſtulet æquitas, vt cuiq; ſociorum adueniat, attento eo, ꝙ eorum quiſque in ea ſocietate apponit. Iuxta q̃ conſiderationem ſæpe plus lucri illi debitum qui operam & induſtriã apponit, q̃ ſi quo ad eandem operam & induſtriã ſe ipſum ad eãdem negociationem ei locaret, qui capitale apponit quiq; facile inueniret famulum, qui longè minori ſtipẽdio ſeipſum ad eandem operam & induſtriã locaret. Si autem contractus ille ſit locationis, tunc, vt in eo æqualitas ac iuſtitia ſeruetur, ſatis eſt, ſi lucrũ in ſpe, ꝙ conſtituitur illi, qui operã & induſtriã apponit, æquale ſit in valore operæ & induſtriæ appoſitæ, nulla relatione facta talis operæ, & induſtriæ ad capitale, atque vtriuſque ad lucrum, ꝙ ſperatur. Ad hoc autem eſt attendendum, ne immerito damnentur mercatores, qui ſimiles cõtractus exercent, in quibus pro magnitudine lucri, quod ex capitali percipiunt, minus tribuunt eis, quos ſuis negociationibus præficiunt, quã poſtularet æquitas, vt eis tribuerent, ſi contractum ſocietatis cum eiſdem celebrarent. Neque enim tenentur inire cum eis ſocietatis contractum, ſed conducere poſſunt illorum operam & induſtria. Dum modo autem illis tribuant ſtipendium iuſtum rõne habita, tum valoris talis operæ & induſtriæ, tum ẽt periculorum, quibus ſe obijciunt, non eſt quod iniuſtitiæ condemnentur.

Circa eandem ſocietatis definitionẽ obſerua. Idcirco in ea eſſe dictum, eſſe conuentionẽ contribuendi ad cõe lucrum; qm̃ ad rationem ſocietatis ſatis eſt cõmunio in lucro futuro, neque eſt neceſſaria communio in capitali: tametſi eſſe ẽt poſſit ſocietas cum pacto cõionis in vtroque. Duobus

4 † quippe modis contrahi poteſt. Vno, cum pacto cõionis in ſolo lucro, ita vt capitalia maneant ipſis pcipua, qui illa poſuere, finitaq; ſocietate, ſint primo extrahenda illis ipſis, & ſolum lucrum ſit inter eos oẽs ſocio, diuidendum. Atque eiuſmodi ſocietatẽ qdã appellant ad ſolã cõionẽ in interuſorio, hoc eſt, in vſufructu, ſeu lucro ex capitali. Altero modo contrahitur cum pacto cõionis in vtroque. Vt ſi tres apponãt ſinguli mille aureos, & quartus apponat operã & induſtriã, q̃ in ſtipẽdiũ mille aureos mereatur, pactumq; ſit, vt, finita ſocietate, aggregatum ex capitali & ex lucro diuidatur in quatuor partes æquales, quę inter ſocios diſtribuantur: ea enim ſocietas cũ pacto erit communionis, tam in lucro, quàm in capitali.

5 In † cõtractu ſocietatis idcirco, q capitale, aut partem illius, apponit, eſto non apponat induſtriam, iuſtè lucratur, cum tñ, ſi id mutuo illi daret, qui induſtriã eſſet appoſiturus, nihil lucri poſſet iuſtè inde accipere, ſed eſſet vſura: quoniam, vt

vt D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5. rectè ait, & conſentiunt cæteri, qui in contractu ſocietatis ſolum capitale apponi, non abdicat à ſe dominiũ illius, ſicut in mutuo, eaq; de cauſa capitale illud coopetatur ad lucrum tamquam res ipſius, periculoq; ipſius, ideoq; iuſte poteſt accipere partem lucri tanquam fructum ſuæ pecuniæ ipſius periculo ei negociationi expoſitæ.

6 Illud eſt † obſeruandum, in contractu ſocietatis eo ipſo, quod aliqui ad capitale contribuũt effici cõe ſocijs, omnesq; comparare dñium illius, eſto, ꝙ contributum eſt, ſingulis non tradat, quin & abſq; ea traditione cõparare ſingulos poſſeſſionem illius: qm̃ fictione iuris ſingulis id poſſidere dicuntur, per vnum, aut per plures, qui id realiter poſſident, quaſi quiuis eorum conſtitutus ſit ad poſſidendum cõparandumq; dñium, loco & nomine omnium; habentq; hæc verum, ſiue diſſoluta ſocietate capitale ſit diuidendũ inter ſocios per partes æquales, ſiue per inæquales. Ita hr̃ l. 1. 2. & 3. ff. pro ſocio, iuncta gl. l. 1. citata, notantque, ibi Bar. & alij, idem hr̃ l. 6. tit. 10. par. 5. Quamuis autem iura illa ſolum loquantur de ſocietate omniũ vniuerſum bonorum, idem tñ eſt intelligendum de quacunque alia particulari, vt de illa quę eſt ad lucrum in peculiari aliqua negociatione, qñ capitale traditur, vt ſit cõe ſocijs, eſt. n. par ratio: iura verò illa in ea ſocietate id expreſſerunt, quoniam in eo ſocietatis genere doctrina illa eſt vniuerſim vera: quando autem ſocietas eſt ad lucrum in peculiari negociatione, non ſemper ea doctrina eſt vera: quoniam non ſemper in tali ſocietate eſt cõmunio in capitali, ſed interdum eſt ſolum in lucro ex capitali, vt quando vnus apponit pecora, quæ ſint ipſius ſolum, & alius paſtum, & induſtriam ad commune lucrum quoad fructus.

Illud addit l. 3. citata, qñ aliquid vni ſociorum erat debitum ante contractã ſocietatem, eſto tale debitum pars ſit capitalis, cæteros ſocios intédere non poſſe actionem aduerſus debitorem ad illud exigendum, niſi ſocius, cui debebatur, prius eis cedat eam actionem aduerſus illum: quare, vel ipſe ſolus intentare poterit eam actionem, vel cedere illam prius debet, vt ſocij intentare eam poſsint.

7 Eorum † verò, quæ ex capitali poſt cõtractam ſocietatem emendo & negotiando cum eodẽ capitali acquiruntur, innuit l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſocio, ſolum eum comparare dñium, qui ita negotiando ea acquirit, teneri tñ ea cõicare ac diuidere cũ alijs ſocijs. Cou. 3. var. reſ. c. 19. num. 1. cum alijs, quos citat, id intelligit, quando ſocius nomine proprio illo modo eſt negotiatus cum capitali, ſecus aũt qñ noie ſocietatis, intendẽdo agere partes ſocietatis: tunc. n. ſocij oẽs, abſque peculiari traditione facta ſingulis, comparant dñium & poſſeſsionem eorum: id quod plane ęquitas efflagitat. Quare meritò hodie in hoc Caſtellæ Regno l. 47. tit. 28. par. 3. ſancitum eſt, eſto proprio nomine vnus ſociorum negotiando cum capitali aliquid acquirat, cæteros eo ipſo comparare dominium illius. Conſentiunt Cou. loco citat. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 5. nu. 3. & cæteri doctores Hiſpani.

In definitione ſocietatis dictum eſt, eſſe cõuentionem contribuendi ad commune lucrũ, vel ad vſum: quoniam in ſocietate omnium bonorum, etiam eſt contributio ad cõem vſum, & expenſas ex bonis ita cõibus. Multæ ẽt ſunt aliæ particulares ſocietates ad communem vſum & expenſas, vt inter ſcholaſticos in eadem domo habitantes ad ordinarios ſumptus ex cõmuni marſupio, & inter milites, qui ex eadem *camarada* ab Hiſpanis appellantur, atque inter ſimiles.

Societas quotuplex.

DISPVTATIO CCCCXII.

SVMMARIVM.

1 *Societas quotuplex, & quibus modis contrahi põt, & nu. 5. 7. & 8.*

2 *Societas ſimpliciter contracta, intelligitur omniũ bonorum præſentium & futurorum, & nu. 6. Jmmo, niſi aliud exprimatur, intelligitur, vt in partes æquales omnia bona diuidantur. nu. 3.*

4 *Societas omnium bonorum poteſt contrahi etiam inter eos qui bona non habent æqualia, vt diſſoluta ſocietate in partes diuidantur æquales.*

6 *Societas abſolute contracta late intelligenda.*

1 SOcietas † interdum contrahitur inter aliquos omnium bonorum. Ac tunc, eſto id nõ ita ex-
2 primatur, intelligitur omnium † vniuerſim bonorum, tam præſentium, quam futurorum, quæ perſeuerante ſocietate acquirentur, quocunq; titulo acquirantur, ſiue ex negociatione, ſiue hæreditario iure, ſiue ex legato, aut donatione: immò eſto ea bona ad peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe, alicuius ſociorum ſpectent: omnia enim communia efficiuntur, veniuntq; diuidẽda inter ſocios diſſoluta ſocietate iuxta portiones ab initio initæ ſocietatis tacitè, vel expreſsè, conſtitutas, vt in eas diuidantur.

3 Et qñ nihil eſt conſtitutũ, intelligitur, † vt in partes æquales diuidantur. Vt autem in eum modum contracta intelligatur ſocietas, opus eſt expreſſe conueniat inter ſocios, vt ſit omnium bonorum, eſto non exprimatur, vt ſit ẽt futurorum? qm̃ id intelligitur eo ipſo, ꝙ exprimitur vt ſit vniuerſorum, aut omnium bonorum. Quod ſi dicatur, vt ſit omnium bonorum quocunque titulo quæſitorum, ſufficienter id exprimitur.

4 Poteſt † verò eiuſmodi ſocietas contrahi etiã inter eos, qui bona non habent æqualia, vt diſſoluta ſocietate in partes diuidantur æquales. Tum quia cum induſtria illius, qui pauciora habet bona, compenſari poteſt id, quòd alius plus habet in bonis. Et quoniam in futurum euenire poteſt, vt ei, qui pauciora habet bona, plura caſu, aut ſua induſtria adueniant.

Tum etiam quoniam aliunde compenſari poterunt plura alterius bona, vt ex nobilitate, pulchritudine, aut ex alijs qualitatibus, quibus aliq matrimonium contrahentes ſimul cõtrahere ſtatuant ſocietatem omnium vniuerſim bonorum; id quod in Luſitania frequenter euenire ſolet, vt

infra

infra dicetur. Tum deniq; qm̃ ſocius, qui plus habet poteſt eã gratiam titulo donationis ad liberalitatis alteri ſocio præſtare. Hæc oĩa habẽtur. l. 3. §. cũ ſpecialiter l. 5. l. ſi fratres §. idẽ Põponius, & l. ſocietatẽ vniuerſorũ. ff. pro ſocio, & Iuſti. de ſocietate in prin. Conſequunt. Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 1. 2. & 3. & communis Doctorũ ſentẽtia.

5 Interdum † verò contrahitur ſocietas ad aliqd, vel ad aliqua peculiaria, vt ad aliquam, vel ad ali-
6 quas negotiationes particulares. Si aũt † abſolutè cõtrahant aliqui ſocietatem, neq; exprimendo, vt ſit omnium bonorũ, neque item exprimendo certa ac determinata aliqua, ad quæ ſint ſocij, intelligitur, vt ſint ſocij vniuerſaliter, non omniũ bonorum ſimpliciter, ſed omniũ, quæ acquiſierint titulo oneroſo, ſiue locãdo operas ſuas, aut quodcunque aliud, ſiue emendo, aut vẽdendo, aut permutando, vel quocunq; alio oneroſo titulo. Si quid ſtãte ſocietatem alicui ſociorum debebatur, ad ipſum ſolũ id debitum ſpectat. Si quid ẽt donatũ, aut legatũ ei fuerit, vel hæreditario titulo comparauerit, ẽt ſi ſocietas occaſionẽ ad id præbuerit, qa videlicet ex negotio ad ſocietatem attinẽte aliqs ad eum eſt affectus, vt illum hæredem inſtitueret, aut ei aliquid legaret, aut donaret, id totum ad ipſum pertinet. Hæc omnia habentur l. coiri, cum ſex ſequentibus, & l. ſocium qui in eo. §. ſocius. ff. pro ſocio, vbi Bar. conſentaneè ad tex. ibi. & in tract. de duob. fratribus n. 11. notat, quod vltimo loco dictum eſt. Poſſunt verò aliquibus ex ſocietatibus ſecundo modo cõtractis, addi aliqua pacta, quibus amplientur, aut reſtringãtur, vt ſi addatur, quod ſi aliquid legatum, aut donatũ fuerit alicui ſociorum perſeuerante ſocietate; efficiatur commune: in quo euentu cõe id erit ſocijs. Atque vniuerſim valet quodcunque pactum, quod bonis moribus, ac diſpoſitioni iuris nõ repugnet. Quòd ſi pactum adhibeatur, q ſi iuſta aliqua hæreditas alicui ſociorũ aduenerit, communis ea efficiatur; tũc nomine, iuſtæ hæreditatis, ea intelligitur, quæ ab inteſtato aduenerit, nõ verò ea, quæ ex teſtamẽto defertur, vt habetur l. 3. §. de illo ff. pro ſocio.

7 Societas † alia eſt de re turpi. Atq; hæc ipſo iure eſt nulla l. nec permittendũ. ff. pro ſoc. & l. 2. tit. 10. pat. 5. Alia verò eſt de re nõ turpi, qualis intelligitur oĩs, ſiue ea ſit omnium bonorũ, ſiue quorundã, in qua non exprimitur vt rẽ turpem comprehendat. Quare, inita quacunq; eiuſmodi ſocietate, etiã ſi omnium vniuerſim bonorum ea ſit, ſi vnus ſociorũ aliquid furto, aut alio maleficio acquirat, id nõ pertinet ad ſocietatẽ, nec proinde alijs ſocij, cõe efficitur. Si tñ, qui illud acquiſiuit, id ſua ſponte in ſocietatẽ conferat, non cõceditur ei repetitio illius. Si aũt dãnetur, vt illud reſtituat, tenẽtur ſocij cõtribuere, quod ex ea re acceperũt, vt illi tradatur, cui per ſententiã eſt reſtituendum. Quòd ſi, qñ id acceperunt, cõſcij erant fuiſſe malè acquiſitũ, ad integram reſtitutionem etiã pœnæ iniunctæ, contribuere tenentur. Ita habetur l. quod autem, & tribus ſequent. ff. pro ſocio.

8 Societas † contrahi põt, vt duret per totã contrahentium vitam, vel vſq; ad certum tempus, vel vt incipiat à certo tempore. Contrahi ẽt põt ſub conditione, idq; tam vt vim habere incipiat depẽdenter ab aliqua cõditione, q̃ vt finiatur adueniẽte aliqua conditione. Non tñ poteſt contrahi, vt cum aliquo contrahẽtium perſeueret poſt ipſius vitam: eo q ſocietatis contractus ad hæredes non tranſeat, niſi in aliquibus euentibus, quos diſput. 414. ſubijciemus. Vſq; adeò autem eſt hoc verũ, q eſto expreſſe deductum eſſet in pactum, vt ſocietatis contractus ad hæredes tranſiret, pactum eſſet nullum, oporteretque hæredes inire de nouo ſocietatem eandem, vt illa continuaretur atque progrederetur vlterius. Imò verò morte vnius ſociorũ diſſoluitur ſocietas, etiam quoad reliquos ſuperſtites, niſi in pactum ſit deductum, q morte vnius aut aliquorum, ſocietas non diſſoluat quoad reliquos ſuperſtites, vt diſp. 414. dicetur. Hæc omnia habentur. l. 1. l. plane ſi ij. l. actione. §. morte, & l. nulla ſocietatis. ff. pro ſocio. l. pen. C. pro ſocio. §. ſoluitur. Inſt. de ſocie. l. 1. ti. 10. p. 5. & cõſentiũt Luſitanæ ord. li. 4. tit. 60. in prin. iunc. §. 1.

Socius ex qua culpa, & vniuerſim quouſque, etiam ſine culpa, alijs ſocijs teneatur, & quid ſit, teneri aliquem ſolum quantum commodè facere poteſt.

DISPVTATIO CCCCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Socius alteri ſocio in vtroque foro, tenetur de toto damno, quod prouenit etiam ex leui culpa.*
Fallit in leuiſſima, vel caſu fortuito nu. 2.
3 *Leuis culpæ nomine quid intelligatur uenire.*
4 *Socius ſocio non teneatur ultra quàm facere poteſt, etiam ſi ſit ſocietas unius rei contracta.*
Immo etiam habet locum in ſocietatibus ſcolaſticorum in eadem domo habitantium.
Fallit tamen in caſu, ut nu. 5. & 9.
6 *Priuilegium, quòd ſocius non teneatur ultra quam facere poſſit, quomodo intelligendum.*
7 *Alimenta competentia quomodo iudicis arbitrio taxanda.*
8 *Socius ſi habeat officium, unde alimenta ſibi poſſit comparare, uendenda ſunt reliqua omnia eius bona, pro debitis eius ſoluendis.*
9 *Socius ex ſola culpa non amittit priuilegium, ut non teneatur ultra quàm facere poteſt, niſi fuerit etiam in dolo.*
10 *Socius quando teneatur præſtare nudam cautionem, pro ſoluendo debito.*
11 *Socius ut iudicetur quãtum facere poſſit ne, egeat quid deducendum, & obſeruandum.*
Idem in alijs, qui priuilegio hoc gaudent.
12 *Donator ſi cõuenitur ex donatione facta, nõdumq; impleta, deducendũ eſt prius totum æs alienum, totque bona, eo ſoluto, ei manere debẽt, ne egeat.*
Limita tamẽ in donatione traditione impleta. n. 13
Quam ſublimita ſecus eſſe in regno Caſtellæ.
Limita etiã in donatione remuneratoria, ut nu. 14.
15 *Exceptio, ne quis conueniatur ultra quàm facere poſſit, poteſt quandocunq; opponi, etiam poſt ſententiam,*

tentiam, nondum tamen executioni mandatam.

16 *Priuilegium, quo quis gaudet, ne conueniatur ultra quā facere poſſit, an trāſeat ad eius hæredes.*

17 *Priuilegium habens, ne conueniatur ultra quā facere poſſit, qua cautela uti poſſit, ut etiam alius eius nomine, poſſit hoc priuilegio gaudere.*

18 *Socius tenetur ſocio contribuere partem ſuam, donec omnes æqualiter habeant portionem ſuam.*

1 IN ſocietatibus† vnuſquiſque ſociorum in cōſcientiæ, atq; in exteriori foro, tenetur alijs ſocijs de toto damno, quod dolo, lata, aut leui culpa, ipſius aduenerit: neque excuſatur, eſto induſtria ipſius multū cōmodi alioquin eiſdem obuenerit. Ratio eſt, q̄m iure ſocietatis participes ſunt oīs lucri, quod obuenerit: ſi autem dolo, lata aut leui culpa, damnum eis intulerit, iniuriam illis facit, aut certè, q̄n nulla theologica culpa coniuncta cum iuridica culpa interueniſſet, vi contractus teneretur illis de damno ita dato. Quòd ſi, vel ſola
2 † leuiſſima culpa alicuius ſociorum, vel caſu fortuito, damnum aliquod ſocietati eueniſſet, tunc commune eſt ſocietati inter ſingulos ſocios diuidendum. Ratio autem totius huius doctrinæ eſt, quoniam contractus ſocietatis in commodum ſociorum omnium eſt celebratus: regulare autem eſt, vt quando contractus in commodum omniū cōtrahentium eſt celebratus, nullus teneatur alijs niſi de dolo, lata culpa, aut leui, vt diſput. 295. dictum eſt. Hæc omnia conſtant ex §. vlt. Inſti. de ſociet. ex l. cum duobus. §. venit, & duobus. §§. ſequent. l. non ob eam l. & ideo, & l. ſocius. ff. pro
3 ſocio. Quo † loco obſerua, in hoc contractu iura exprimere, nomine, leuis culpæ, intelligi, ſi ſocius non adhibuit eam diligentiam, quam communiter adhiberet, aut par eſſet vt adhiberet, rebus ſuis proprijs, attenta ipſius qualitate & ingenio. Duo enim iura, primo & vltimo loco citata, id apertè tradunt, adduntque, eum, qui parum ſibi diligentem atque induſtrium ſocium aſſumit, de ſe conqueri debere. Si in pactum deduceretur, vt ſocius aliquis, etiam de culpa leuiſſima, aut de caſu fortuito, teneretur, validum eſſet pactum, dummodo æquum eſſet: vt autem eſſet æquum, neceſſe eſſet, vt nulla inæqualitas reſultaret ſed maius hoc onus, quod vnus ſociorum in ſe ſuſciperet, aliunde compenſaretur, vt ex maiori portione ei deſignanda, vel ex aliquo alio capite. Similiter, ſi in pactum deduceretur, vt ſocius aliquis, neq; de lata culpa teneretur, validum eſſet pactum, modo ſimiliter inæqualitas non reſultaret. Pactum verò, vt neque de dolo teneretur, eſſet contra bonos mores, eaque de cauſa eſſet nullum. Quæ omnia ex dictis diſputat. 295. perſpicua ſunt, ideoque ea hoc loco non corroboro. Hæc quod ad primum eorum attinet, quæ propoſita ſunt.

4 Quod † verò attinet ad ſecundum, ſocietatis contractus hoc habet priuilegium, ꝙ ſi vnus ſociorum ab alio, aut ab alijs ſocijs, conueniatur quo ad ea, quæ ad ſocietatem ſpectant atque ob paupertatem, non poſſit illa integrè ſoluere, non tenetur eis vltra id, quod facere poteſt. Ita habetur l. verum in princ. & §§. ſequen. ff. pro ſocio. l. ſunt qui in id. ff. de re iudicat. §. ſed & ſi quis, Inſtitut. de actioni. & l. 15. tit. 10. par. 5. Habetque hoc verum, non ſolum in ſocietate omnium bonorum, ſed etiam in ſocietate vnius rei, vt habetur expreſsè l. verum, citata. Vnde quando l. ſunt qui. ff. de re iudica. dicitur, *accipiendum eſſe ſocium omnium bonorum*, intelligendum eſt, maxime, vt vtrobique glo. exponit, & affirmat communis doctorum ſententia, quam, inter alios, Gutier. de iur. confir. part. 3. cap. 15. num. 1. refert ac ſequitur. Habet autem id locum, etiam in ſocietatibus ſcholaſticorum habitantium in eadem domo: vt ſi quid ratione ſocietatis ſit debitum ab vno ipſorum alijs ſocijs, non tenetur eis vltra id, quod facere poteſt, vt cum alijs, quos citant, affirmant Gutier. ibidem, & Greg. Lopez. l. 15. citata verb.
5 *A la compañia.* Hoc autem † priuilegio non gaudet ſocius, qui, conuentus circa tale debitum, negauit ſe eſſe ſocium, conuictus enim, ſocium eſſe, ideque debere, cogitur illud integrè ſoluere, nihil curando, an poſſit commodè id ſoluere. Ita habetur l. ſi vnus, §. vlti. ff. pro ſocio, & l. ſed hoc ita, §. vlti. ff. de re iudicat. atque affirmant Gutier. ibidem, & Greg. Lopez. l. 15. citata, verb. *conociere*, innuitque textus ibi.

6 Priuilegium † hoc, vt ſcilicet ſocius, aut quicunque alius, qui eo gaudet, non teneatur vltra quàm facere poſſit, intelligendum eſt, vltra id, quod commodè facere poſſit. Vnde glo. l. verum, citata. §. id quod, verb. debetur ſocio, ait, iudicis arbitrio tot bona relinquenda eſſe ſocio ita conuento, ne egeat, ſed commodè ſuſtentari poſſit, iuxta legem in condemnatione, ff. de regul. iur. cuius verba ſunt. *In condemnatione perſonarum, quæ in id quod facere poſſunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio eſt habenda ne egeant.* Atque hæc opinio gloſſæ ſancita eſt hodie. l. 15. titul. 10. par. 5.
7 In arbitrando † tamen, quantum ſit relinquendum, habenda eſt ratio ſtatus & conditionis perſonæ, cui id relinquitur: plura enim vni relinquenda ſunt in alimenta competentia, quam alteri, pro ratione conditionis & ſtatus, cæterarumque circumſtantiarum concurrentium. Vt tamen bene Gutier. vbi ſupra, nume. 8. cum Paulo Caſtrenſi ait, non tantum ei eſt relinquendum in alimenta, quantum inſumebat, dum in ſua erat proſpera fortuna & dignitate, ſed quantum par eſt, vt poſtquàm ad eam paupertatem & ſtatum cum aliorum detrimento deuenit, longè parcius viuendo, iuxta præſentes circumſtantias inſumat. Vnde hæc prudentis iudicis arbitrio, iuxta, autores citatos, committenda ſunt, vt l. 15. citata, committuntur.

Notant verò Grego. Lopez ibidem, verb. *viuir*, Gutier. vbi ſuprà nu. 10. Ant. Gom. ad l. 10. Tauri, nu. 40. Bar. & plerique alij, quos citant, ad iudicandum an ſolum alicui maneat ita vt non egeat, attendendum eſſe, qui reditus ex patrimonio percipiantur, percipive commodè poſſint, nō verò ad valorem rerum patrimonij, quantumve ex illis venditis confici pecuniæ poſſit, argumento textus in lege qui bonis. ff. de ceſſione bono-

rum

cum,& aliorum iurium,quæ Gutier. citat. Qn̄.n.
alicui alimenta debentur, eive relinquenda ſunt,
non cenſetur habere vltra competentia alimenta,
congruáve ſuſtentationem,ſi ſolum habeat bona,
quæ, appoſita induſtria pro conditione & ſtatu
eius,cui relinquitur,non plura reddant,quã neceſ
ſaria ad illius ſuſtentationẽ: ſunt.n.ei relinquen-
da competentia alimenta in totam vitam, & non
in aliquod tempus, vt cum gloſſa quadã in margi-
ne.§.itẽ ſi de dote,Inſtit.de actionib.& alijs, iux-
ta varia iura,quæ citat,rectè Gutier. vbi ſupr. nu.
3.ait. Cum Ioan.tñ Imola, & alij, optime Greg.
Lopez ibidem,& Gutier.vbi ſupra nu. 13. obſer-
uant, ſi eiuſmodi ſocius bona haberet immobilia
magni valoris,& quę modicos redderent fructus,
tunc vendenda eſſe, & ex parte pretij emenda eſ-
ſe alia minoris valoris,vel annum cenſum,aut col
locandam eſſe eam partem pretij in honeſtam ne-
gociationem, quæ competentem ſuſtentationem
tali ſocio reddat,ex reliquo verò pretij ſoluendum
eſſe alijs ſocijs debitum.
8 Illud eſt obſeruandum: Si ſocius,aut † quicun-
que alius,qui priuilegium habeat,ne cogatur ſol-
uere vltra quã facere poſſit,habeat officiũ, aut ali-
quid aliud, vnde cõpetenter,attenta qualitate ſuæ
perſonæ,appoſitaq; ſua propria induſtria, ſuſten-
tetur, tunc vendenda ſunt reliqua ipſius bona, vt
debitum ſoluatur. Quod ſi partem ſuſtentationis
competentis habeat ex officio,aut aliunde,tunc ex
bonis ſuis ea ſunt illi relinquenda, quæ ſufficiant
ad complementum ſuſtentationis competentis, &
reliqua ſunt vendenda. Ratio autem eſt,quoniam
huic ſolum ſunt relinquenda competentia alimen
ta:eo autem modo illa ei relinquitur. Ita affirmat
gl.l.ſi maritus ff. ſolut. matrimo. ſancitumque eſt
hodie l.15.titul. 10.par. 5. affirmantque Gregor.
Lopez.ibi gl.vlt.& Gutier.vbi ſupra à nu.5.
9 Quando † ſocius dolo malo in cauſa fuit,vt nõ
poſſet ſoluere debitum, tunc non gaudet priuile-
gio, vt non cogatur ſoluere niſi quantum facere
poſſet,ſecus autem,ſi ex ſola culpa, ſine dolo. Ita
habetur l.verum in princ.& §.tempus autẽ.ff.pro
ſocio,& affirmat glo.§.item ſi de dote, Inſtitut.de
actionib. Qñ item alius ſocius,ſecluſo eo,quod ſi-
bi ex ſocietate debetur, non haberet competentem
ſuſtentationem tunc ſocius, qui id deberet, non
gauderet eo priuilegio quoad id,quo alius ad com
petentem ſuſtentationem indiget. Ita cum Barto.
Paul.Caſtren.& alijs,Gregor.Lopez l. 15. citata
verb.*uiuir*,& Gutier.vbi ſupra nu.4. Item quãdo
ſocius promiſiſſet alijs ſocijs,ſe integre ſoluturũ,
nullamq; appoſiturum exceptionem iuris, aut fa-
cti, idq; iuramento confirmaſſet, non gaudebit
hoc priuilegio. Ita cum Alexandro,& alijs, Gre-
gor. Lopez ibidem verb. *A la compañia*, & Gut.
vbi ſupra,num.38.Idem cum Alexandro ait Gut.
ibidem,& in calce nume.1.eſſe,ſi præceſſiſſet nu-
da illa promiſſio ſine iuramento.
10 Quando † ſocius ex hoc priuilegio non ſoluit
integrũ debitũ,præſtare dẽt cautionẽ, hoc eſt nu-
dã promiſſionẽ,ſe integrè ſoluturũ ſi ad pinguio-
rem fortunã deuenerit, cogiturq; tẽporis progreſ-
ſu illud ſoluere eo ipſo, qđ habet vnde commodè
ſoluat. Ita habetur l. verum.§.id quod ſocius.ff.
pro ſocio,& l. 15.tit.10.part.5. quæ de nuda pro-
miſſione intelligi debet,iuxta Gregor. Lopez ibi.
glo.penult.& Gutier.vbi ſup.nu.9.
11 Illud eſt obſeruandum,vt iudicetur † quantum
ſocius,qui conuenitur,facere poſſit ita vt nõ egeat
non eſſe deducendum æs alienum,idve,quod alijs
dẽt,niſi id ex ſocietate, rõne vt ſocietatis debeat,
ſed ſolũ eſſe attendendum, vt, perſoluto debito ex
ſocietate cæteris ſocijs,non egeat ſocius, qui con-
uenitur, eſto grauatus maneat alijs debitis. Ita
habetur expreſsè.l.verum §.id quod ſocius.ff.pro
ſocio.idem autem eſt in cæteris, qui eo priuilegio
12 gaudent, excepto † ſolo donatore,qui quando cõ-
uenitur ex donatione facta, nondumq; impleta,
deducendum eſt prius totum æs alienum: totque
bona, eo perſoluto ei manere debent, ne egeat.
Vtrumq; habetur expreſsè l. inter eos. ff. de re iu-
dic. Vbi,cũ pręmittatur,id locum habere in omni
bus debitoribus,qui eo priuilegio gaudent,ne ſci-
licet æs alienũ deducatur,in §.is quoq; hæc verba
ſubiungitur. *Is quoque, qui ex cauſa donationis
conuenitur,in quantum facere poteſt condemnatur,
& quidem is ſolus deducto ære alieno.* Hæc ibi Rõ
autem,cur id ita peculiariter in donatore ſancitũ
ſit,hęc eſt. Qm̃ ex ſola ſua liberalitate conſtitutus
eſt debitor,ac proinde rõne fuit conſentaneum,vt,
conuentus,non ad maiorem paupertatem ex eo ti
tulo cogeretur deſcendere. Qñ autem, modo ex-
plicato,ei relinquuntur bona ne egeat, de reliquo
ſatisfit creditoribus. Et qñ illis ex eadem cauſa,
vt in re propoſita titulo donationis, atque ſine vl-
lo prælationis iure debetur, tunc, qui prius acci-
pit,quod ſibi debetur,potior cauſa ipſius efficitur,
vt in eodem.§.ſubiungitur. Idem etiam dictũ fue-
rat in principio eiuſdem legis,quando debita erãt
ex alio titulo ſine prælationis iure, ſiue æs alienũ
eſſet deducendum,ſiue non, quando debitoris re-
linquenda eſſent bona, ita vt non egeret: cauſa
enim eius,qui prius accipit, quod ſibi debetur,eo
ipſo efficitur melior Gutier. vbi ſupra a num. 20.
latè oſtendit,deducẽdum eſſe totum æs alienum.
etiam ſi donatio facta ſit cum hypotheca genera-
li,aut ſpeciali. Eum legito.

Meritò autem ſupra dixi, donatorem gaudere
eo priuilegio quando conuenitur ex donatione
13 facta, nondumque impleta: quoniam ſi † dona-
tio traditione ſit impleta non conceditur ex eo ca-
pite repetitio,ac proinde locum nõ habet hoc pri-
uilegium. Idemque longè,maiori cum ratione di-
cendum eſt in reliquis debitis, in quibus quis nõ
conuenitur vltra,quam facere poteſt. Ita cum Pa-
dilla Gutier.vbi ſupra num.33. Excipitur ab hac
doctrina, quando in hoc Caſtellæ Regno filius,
aut alius deſcendens, melioratus eſſet in tertio &
quinto: tunc enim, etiam ſi donatione inter vi-
uos facta eſſet ea melioratio, effectaq; eſſet tradi-
tio, ſanè tempore mortis donantis teneretur de-
ſcendens ita melioratus contribuere ad omnia de-
bita defuncti, vt habetur l. 21. Tauri, quæ eſt 5.
titu.6.lib. 5. nouæ collectionis, iuncta l.17.Tau-
ri. Cum enim tertium & quintum attẽdenda ſint
iuxta bona, quæ tempore mortis ita meliorantia
fue-

fuerint reperta:tempore autem mortis ſola ea bona cenſeantur eſſe defuncti,quæ tunc fuerit reperta deducto prius toto ære alieno;conſequens profectò eſt, vt iure optimo id in eo Regno fuerit ita ſancitum. Ita Gutier.ibidem.

14 Quando autem audis, donatorem † gaudere priuilegio explicato,excipe,niſi donatio ſit remuneratoria primi generis ex tribus diſp.292.explicatis. In eo n.genere donationis, etiam ſi traditio non ſit facta, non gaudet donator priuilegio, vt conuentus, ſolum efficiat quantum cômodè facere poſſit:eò quod verum debitum præcedat,vt ea donatio fieret,hoc eſt promitteretur.Secus autem res habent in reliquis duobus generibus donationis ibi explicatis. Simul lege,quæ in calce d. 282. dicta ſunt,& intelliges, quouſque in donationib. ob causã de quarũ nuemero ſunt remuneratoriæ, locũ hẽat,aut nô hẽat,hoc priuilegiũ. Et iuxta ea intelligẽda ſunt,quę Gut.vbi ſupra.nu.34.docet.

15 Quando † quis gaudet priuilegio, vt conuentus,ſolum efficere cogatur, quod commodè poſſit,opponere id poteſt,vt ſiue ea exceptione,toto tẽpore,quo pendet iudicium,ẽt poſt ſñiam,quæ in rem iudicatã trãſiuit, interim dum integre nô eſt exequutioni mãdata,integreq; nô eſt perſolutum debitũ. Ratio eſt, qm̃ exceptio; quę non deſtruit ſñiam, ſed inſeruit ad ipſius moderationem ad remiſſioné,qualis hęc eſt,opponi poteſt,etiam poſt ſñiam trãſeuntẽ in rem iudicatam,qñ illa exequutioni mandatˀ.iuxta.l. Neſenius.§.vl. ff.de re iud. & l.& ex diuerſo §. vlt.ff.ſol.matr. vt Gutier. vbi ſupra.nume 37.cum cõi doct ſententia affirmat.

16 Petes,vtrũ † priuilegiũ quo ſocius,aut quicũq; alius, gaudet,vt nô teneatur,niſi quantũ cômodè facere poſſit,tranſeat ad ipſius hæredes? Reſpôdẽdũ aũt eſt neganter.Neq; enim plura bona cẽſendus eſt defunctus reliquiſſe hæredibus,quam quę fuerint reperta,deducto vniuerſim toto ęre alieno defuncti. Ita habetur,l. verũ,in princ.ff.pro ſocio. l.& ſi fideiuſſor.& l.Neſenius,in prin. de re iud.

Quãuis hoc idem priuilegiũ perſonale ſit ſocij aut cuiuſuis alterius,qui eo gaudet,neq; fideiuſſori côpetat,vt habetˀtribus iuribus proximè citatis,

17 ſi † tamẽ ea vtatur cautela , quod tãquã defenſor neceſſarius principalis debitoris iudicium loco & nomine illius ſuſcipiat, quod optimè facere pôt, redundabit in ipſum id priuilegiũ, vt expreſſe habetur l.verum.in princ. ff.pro ſocio. Aliã cautelã cũ Barto.& pleriſq; alijs affert Gutier.vbi ſupra. nu.15.qđ ſcilicet,qñ fideiuſſor côuenitur,denunciet id principali debitori, qui ſe opponat , ſuſcipiatq; in ſe iudiciũ,eo qđ ſua interſit non côdemnari fideiuſſorem,qui côtinuò recurſum habebit aduerſus ſe,vt reſtituatur,quod loco eius ſoluerit; quandoquidẽ principalis debitor non gaudet eo priuilegio aduerſus fideiuſſorem,ſicut gaudet aduerſus ſuos alios creditores ; ac proinde opponere poteſt,ſe non teneri vltra quam facere poſſit,neq; vltra eã ſummã cogi poſſe ſuum fideiuſſorẽ:quoniam continuò id in ipſum redundabit,redderturque inutile priuilegium ipſi a iure conceſſum .

18 Poſtremo obſerua.Si ſint † tres,aut plures,ſocij,vnuſque eorum,qui bona ſocietatis poſſidet, ſoluat vni integram partem illi debitam,exigentibuſq; poſtea cæteris ſocijs portiones ſuas,nô habeat vnde commodè illas ſoluere poſſit, cogi ſocium illum,qui,quod ſibi debebatur, accepit, côtribuere alijs ex ea portione,ita vt omnibus æqualiter proportione quadã ſit ſatisfactum. Ita habetˀ l.verum.§. tempus autem.ff.pro ſocio, & l.15.tit. 10.par.5.vbi,iuxta Azonis ſentẽtiam,eſt vlterius definitum , ſi reliqui ſocij conſcij erant, factam fuiſſe vni illorum ſolutionem, & longo tempore (intellige prudentis iudicis arbitrio definiendo) non petierunt,vt ipſis ſolueretur,tunc illum non teneri quicquam de ea illis tribuere.

Societas quot modis diſſoluatur.

DISPVTATIO CCCCXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Societas quot modis ſoluatur, & num.* 12.13.14. 20. *& ſeq.*

2 *Socij hæres quęnam teneatur continuare,per defunctum cœpta.*

3 *Societas in dubio an ſit,an verò emphyteuſis,ſiquis tradat alicui fundum colendum, cum pacto vt reddat medietatem,tertiam,vel quartam , aut aliam aliquotam partem fructuum.*

4 *Pactum,vt ſocietas tranſeat ad hæredes,eſt nullũ, Declara tamen,vt nu.ſeq.*

6 *Societas inter ſocios tacito conſenſu continuata cenſetur.*

Imo etiam per hęredem eodem tacito conſenſu.n.7.

Ac etiam ſi hæres eſſet pupillus, modo tacitè conſentiat per ſuum tutorem.nu.8.

Et inter coniuges ẽt,vl altero eorũ defuncto,per hęredem tacito conſenſu continuata cenſeatur,n.9.

10 *Societas quibus caſibus tranſeat ad hæredes .*

11 *Societas contracta cum iuramento,vt ad hæredes tranſeat, quando obliget hæredes,vt eidem ſtare teneantur .*

15 *Pactũ,vt ſocietas nunquã diſſolui poſſit,nullũ eſt.*

16 *Cômunitates ſi habeant inter ſe terminos communes, non coguntur ſtare in communione.*

17 *Conſortes plures vnius rei pro indiuiſo, ſi reperiantur,vnus eorum,ſi uult,poteſt petere diuiſionem,alijs inuitis .*

18 *Sociorum aliquis ſi uult renunciare ſocietati,quas conditiones ſeruare debeat.*

19 *Societati renunciare ante tempus præfixum, quibus caſibus liceat .*

1 SOcietas multis modis ſoluitur ac finitur. Primò † morte naturali cuiuſuis ſociorũ. Ac tũc nô ſolũ ſoluitur quoad defuncti perſona, quia nô tranſit ſocietas ad hęredes illius,ſed etiã quoad reliquos ſuperſtites ſocios,niſi inter eos côueniſſet, vt per mortẽ vnius,aut pluriũ eorum,non diſſolueretur quoad reliquos ſupſtites,vt in calce diſp. 412.dictũ eſt.Ita hr̃ §.ſoluitur,inſti.de ſocietate. l.4.§.vlt.l.nemo 1.l.actione §.morte.ff.pro ſocio.

2 & l.10.tit.20.par.5. Ea † autẽ,quæ ante mortẽ ſocij cœpta erant,tenetur hæres loco defuncti continuare, ac perficere cum alijs ſocijs eo modo,quo defunctus tenebatur. Similiq; modo ipſe tenetur

de

de dolo,lata culpa, aut leui, ſi negligentia ipſius damnum aliquod in ijs,quæ erant cœpta, alijs ſocijs obueniat,ſicut defunctus eis teneretur. Item diuidere tenetur cũ ſocijs ea, quæ de ſocietatę defunctus habebat, & reddere de illis rationem eo modo,quo defunctus tenebatur, ac tenetur loco defuncti de dolo lata culpa, ac leui, per defunctũ ante ipſius mortem commiſſa:ſicut etiam alij ſocij ad ſimilia oĩa ipſi tenentur:eò ꝙ actiones,tam actiuæ,quàm paſſiuæ defuncti,quæ ex contractu oriuntur, tranſeant ad hæredes. Non tñ tenetur hæres continuare ſocietatem quo ad negotia & res,quæ tẽpore mortis defuncti cæpta non erant. Hæc oĩa habentur l.nam & Seruius. §.ſi vino.ff. de negotijs geſt.l.nemo.l. iuncta lege ſequenti.l. hæres ſocij.l.verum. §.in hæredem, & l.actione §.morte.ff.pro ſocio. Atq; hoc iure vltimo ſubiũgitur,ſi mortuo vno ex ſocijs,per aliquem aliorũ ſociorũ aliquid cæptum ſit,ignorando mortẽ con ſocij,tunc quo ad illud nõ eſſe intelligendam diſ ſolutam ſocietatẽ, ſed continuandam eſſe quo ad id per hæredem,quouſque finiatur: ſecus autẽ ſi, cognita morte conſocij,id fuit cæptum. Sicut &, quamuis mandatum morte mandantis expiret,ſi tamen à mandatario ignorante mandantis mortem,ſit aliquid actum,validum eſt,vt ibidem, ac alibi dicitur,& inferius ſuo loco explicabitur.

Conſentaneè ad hãc doctrinam libr.4. Luſitanarum ordinationum titu.60. ſtatuitur. Si † quis
3 tradat alicui vineam,aut alium agrum, ad colendum,cum pacto,vt reddat medietatem, tertiam, quartam,aut aliam aliquotam partem fructuum, tunc,ſi contractus ſit ad decennium, aut vltra,eſſe contractum emphyteuticum,iuxta ea quæ, dũ de emphyteuſi inferius erit ſermo,dicentur,tranſireq; ad hæredes vtriuſque contrahentiũ. Si verò ſit ad breuius tempus,eſſe contractum ſocietatis,morteq; alterius ſociorũ extingui,nec tranſire ad hæredes. Excipitur,niſi qui ad culturam eum acceperat,quando alter ſociorum mortuus eſt,culturam aliquam eius anni adhibuerat, vt ſi putauerat vineam,aut arauerat,vel ſeminauerat agrũ, aut ſimile aliquid aliud fecerat: tunc enim pro eo duntaxat anno tranſit contractus ad hæredes, eo quòd res non eſſet integra, ſed cultura eius anni eſſet cæpta,atque, in prædijs ruſticis,quando,etiã ex tacito conſenſu, continuatus eſt contractus aliquis, cenſetur continuatus pro anno integro, vt habetur l.item quæritur.§.qui impleto. ff.locati. Si autem ager: non pro parte aliquota fructuum ſed pro determinata aliqua penſione quo ad latitudinem quantitatis fuerat ab aliquo acceptus, tunc ſi contractus fuerat celebratus ad decenniũ, aut vltra, erat emphyteuticus: ſi verò ad breuius tempus,erat locationis,ac conductionis: & in vtroque euentu contractus tranſit ad hæredes.

Hæc ibi. Ibid.verò §.vlt.præcipitur. Quando quis agrum alterius accepit pro parte aliquota fructuum quotannis ſoluenda, vt non auferat ex area triticum, aut quoduis aliud granum eius agri,niſi vocato prius domino agri aut eo, qui vices illius ea in parte gerat. Quòd ſi illi abſentes ſint ab eo oppido,& confinibus,vt id nõ auferat, niſi in præſentia duorum teſtium fide dignorum. Alioquin æſtimabitur poſtea arbitrio prudentũ, quantum veriſimile ſit ipſum ex eo agro collegiſſe,ſoluetque duplum,quam fuerat alioquin ſoluturus.

Vt in calce diſputa.412.dictum eſt non ſolum
4 † ſocietas non tranſit ad hæredes, ſed & pactum, vt ad eos tranſeat, eſt nullum. Ita hr̃ l.nemo.1.l. adeò.l.verũ.§.in hæredem.l.nulla.ff.pro ſocio,& l.1.tit.10.part.5. Ratio aũt, quare eiuſmodi pacto ciuili iure eſt redditum nullum eſt. Qñ, vt hr̃ l. adeò citata,& Inſtit.de ſocietate,§.ſoluitur,in ſocietate induſtria perſonæ eligitur, ignoratur verò,qualis futura ſit perſona hæredis. Et,vt Greg. Lope.l.1. citata ait,ſi perſona hæredis,deſignaretur,ad quem ſocietas tranſiret,eo ipſo, qui ſocietatem ita contraheret,ſibi adimeret libertatẽ mu-
5 tandi hæredem. Quamuis † autem ſocietas ad hęredes non tranſeat,nullumq; ſit pactum vt ad hęredes tranſeat, ſi tamẽ defuncto ſocio hæres illius cum alijs ſocijs conueniat, vt continuetur ſocietas, cenſetur de nouo inita, eſtq; proinde valida. Ita hr̃ l.planè §.ij.ff.pro ſocio. Immo verò ſufficit ad id tacitus conſenſus, qualis cenſeretur, ſi ſocietas continuaretur eodem capitali,ac eodẽ genere negotiationis,neque hærede defuncti,neque alijs ſo-
6 cijs contradicentibus. Cum † enim eiuſmodi cõtractus ſolo conſenſu exterius expreſſo perficiatur,ſanè conſenſus tacitus ſufficit, tam in eo quã in locato,& in quocunque alio ſimili contractu, vt quaſi initus de nouo,ac continuatus habeatur: cenſetur aũt tacitus conſenſus,ſi,cum contractus eſſet finitus, cõtinuaretur exequutio illius vtraq; parte id ſciente,nec contradicente,vt conſtat ex l. item quæritur.§.qui impleto. ff.loc.& ex l.nam cum tract. verb.re ipſa,iuncta gloſſ.ibi. ff.pro ſoc. & cum alijs copioſè tradit Aluar. Valaſ. conſult. 54.& 63. Atque ex hoc fundamento cum quidã ſocietatem iniuiſſent pro certo quodam tempore,finitoque eo tempore,is,cui negotiatio erat cõmiſſa altero conſcio, cum eodem capitali continuaſſet negotiationem, ſociusque partem lucri eius temporis poſtea peteret,contenderetque,qui cum capitali negotiationem continuauit, id illi non deberi,eo quòd longè antea finita eſſet ſocietas, Aluar. Valaſc.conſultat.54.citata cenſuit,illi deberi, refertque, in fauorem ſui clientuli fuiſſe latam ſententiam.

Et cum aduerſarius obijceret;contractum illũ ſocietatis pro eo tantum tpe ſcriptura fuiſſe celebratum,iux. Luſitanas ordinationes: quando aũt ſcriptura requiritur ad contractũ,non cenſeri innouatum, niſi ſcriptura in innouatione interueniat. Rñdit optimè Aluar. Valaſ.cum Paul.Caſt. Bar.& alijs,id locum habere, quãdo ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus, vt in emphyteuſi,pręſertim eccleſiaſtica: in Regno autẽ Luſitano,ſi eiuſmodi ſcripturæ contractui ſocietatis,& alijs,iuxta ordinationes Luſitanas, adhibentur, non eſt, quòd ſcripturæ in eo Regno de ſubſtantia ſint talium contractuũ, ſed quòd neceſſariæ in eo Regno ſint ad probationẽ,quando eiuſmodi contractus certam quandam ſummam excedunt, vt ſæ-

pe à nobis in ſuperiorib.dictum eſt. Arbitrior aũt, eſto,a principio cõtrahentes ſuſpédiſſét cõtractũ, vt celebratus nõ céſeret niſi prius ſcriptura conficeretur,poſſe cõtinuari tacito,aut expreſſo cõſenſu ſine noua ſcriptura. Sicut .n. a principio ſine ſcriptura mutuo partium cõſenſu potuit incipere: ita prorogari,atque innouari potuit ſine ſcriptura.

7 Hunc tacitum †conſenſum ſufficere,vt innouata céſeat ſocietas hæredis ſocij defuncti, affirmãt cum Baldo, Alexandro, & pleriſq; alijs, Gutier. de iuramento confirma. ca.48.num.2. Greg. Lopez l.10.tit.10.p.5.verb.*por muerte*,& Aluar. Valaſ.conſult.63.citata a nu.9.etiã †qñ hæres eſt pu-
8 pillus,modo tacitè conſentiat per ſuum tutorem, vtendo eiſdem inſtitorib.idq; etiã ad effectum, vt minor teneatur ſtare contractui, & ſentire dãnũ, ſi qđ forte ex ſocietate, ac negatione caſu obuenerit,multiſq; id confirmant.Quin arbitror,vt commodum ſentiat, neceſſarium non eſſe,minoré habere tutorem,aut curatoré,iuxta ea quæ diſp.224. dicta ſunt.In quodam autẽ euentu,de quo Aluar. Valaſ.ibi diſputat & in quo aſſerit,minorib. quibuſdam hæredib.cuiuſdã ſocij defuncti nihil deberi de lucro acquiſito in quadã ſocietate poſt mortẽ patris,id ex eo defendit,qđ cum prima ſocietas cum defuncto inita fuiſſet ſub conditione, vt defunctus quotannis innouare teneretur fideiuſſores,idq, neque minores,neque tutor,etiam requiſiti,præſtitiſſent, non cenſeri innouatam eam ſocietatem,quæ,ſeruatis forma,& pactis primo ſtatutis debuit tacito,vel expreſſo, conſenſu innouari. Si tamen addit, alij ſocij communicaſſent minoribus lucra aliqua acquiſita poſt mortem patris tãquam ſocijs, tunc ceſſiſſet, videretur conditioni illi,vt fideiuſſores quotannis innouarentur, ac proinde cenſeretur innouata ſocietas iuxta doctri-
9 nam Barto.quam ſubiungit. Eundem †tacitum conſenſum ſufficere vt, defuncto altero cõiugũ, perſeuerantibuſq; bonis indiuiſis,cenſeatur renouata ſocietas inter ſuperſtitem, & hæredes defuncti, quoad communia lucra,quouſq; diuiſio bonorum fiat,cenſent cum Palatio Rubias Aluar. Valaſ.vbi ſupra nu.10.& Gutier.num.4.

Quamuis, vt dictũ eſt, ſocietas regulariter ad hæredes non tranſeat,etiã ſi pactũ appoſitum ſit,
10 vt ad eos trãſeat:excipitur tñ,qñ † ſocietas eſt inter aliquos circa vectigalia,aut res alias conductas publicas:tunc enim licet, ſi pactum non apponatur,vt ad hæredes tranſeat, idem in eiuſmodi ſocietate ſit dicendum qđ in cæteris,ſi tñ fuit appoſitũ pactum,vt ad hæredes tranſiret,ad eos vtiq; ob fauorem publ.cũ pertranſit,commodumq; aut dãnum,qđ poſt mortem alicuius ſociorum ex ſocietate aduenerit, commune eſt hæredi cum alijs ſocijs. Hoc autẽ intelligendũ eſt, dummodo hæres idoneus ſit ſocietati. Si enim defunctus ob ſuam induſtriam, ad ſocietatem fuerat admiſſus, illiq; fuerat præfectus,relinquatque hæredem ad id ineptum tunc, nihil impediente pacto, ſocietas non tranſit ad hunc: quoniã pactum illud hanc habebat tacitam conditionem,modo hæres idoneus ſocius ad id eſſet. Hæc omnia habentur l. adeo, & l. verum.§.in hæredem ff.pro ſocio. concinit l. prima tit.10. p. 5. & conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt,ac ſequuntur Aluar. Valaſ.conſult.63.citata.nu.5.& Gutier.de iura.confir.par.1.cap.48.nu.6.

11 Vtrum †autẽ,ſi ſocietas in alijs rebus ſit cõtractus cum pacto,vt ad hæredes tranſeat,adhibito iuramento ab omnib.ſocijs de illo ſeruando,contractus in hoc ſenſu ad hæredes tranſeat, quod ſocij ſuperſtites non poſſint illi cõtrauenire, ſed teneatur continuare ſocietatẽ cum hærede defuncti. Quæſt. Faber,quẽ Greg. Lopez.l.10.citata gl.1.Gut.vbi ſupra a nu.5.referunt ac ſequuntur, affirmanter reſpondet. Tametſi Greg.Lop.& Gut. limitandum id cẽſeant,niſi certus, ac determinatus hæres, ad quẽ contractus tranſeant, deſignetur: qm̃ cenſent tunc iuramentum eſſe contra bonos mores, eo qđ adimatur poteſtas inſtituẽdi aliũ hæredem,ac proinde non obligare. Aluar.autẽ Valaſ. conſult. 63. nu.14.nunquam trãſire exiſtimat. Ducitur,qm̃ iuramentũ partis non validat actum a iure interdictum, & prohibitum pp tertij præiudicium. Item quia natura actus mutari non videtur,etiã adhibito iuramento. Puto tñ Fabri opinionem,etiã ſine Greg.& Gut.reſtrictione,eſſe verã. Qm̃ pactũ illud, ſtando in ſolo natura rei, ſecluſo iure humano,quo ſit irritũ,neq; malum eſt,neq; nullũ,vt ex ſe eſt manifeſtũ:& qm̃,ſi ex ſe eſſet malum,& nullũ,neq; in ſocietate vectigalium admitteretur,aut eſſe validum, quare, ſi iuramento illud ſeruandi corroboretur, obligatio illud ſeruandi conſurgit in conſcientia,& in exteriori foro,ex tali iuramẽto,iuxta ea,quæ diſput.149.& 150.dicta ſunt.

Ad primum autem vnde Aluar. Valaſ. contrarium ſibi perſuadet, negandum eſt, pactum, aut exequutionem illius, interdicta eſſe:ſolum enim pactum eſt redditum nullum, non tamen prohibitum. Eſto autem pactum eſſet prohibitum,id non tolleret,qđ,ſi fieret,& confirmaretur iuramento, conſurgeret obligatio mandandi illud exequutioni,vt ex dictis diſp.151. eſt ſatis perſpicuum. Qđ autẽ exequutio interdicta nõ ſit iure ciuili, vel ex eo conſtat,quod integrum ſocijs, & hæredib. defuncti ſit,continuare ſocietatem,eoque ipſo cenſetur per eos innouata,vt Aluar.ipſe Valaſ.cum cõmuni doctorum ſententijs,affirmat.

Ad ſecundum dicendum eſt, quamuis natura actus,adhibito iuramento,non mutetur, quaſi iuramentum de actu malo bonum, aut de actu bono malum efficiat,iuramẽtum tamen habere vim,vt actum, aut pactum, ex ſe non malum,& iure humano irritum,quale eſt, de quo diſputamus validum,atque obligatorium reddat, vt tribus diſputationibus citatis latè eſt oſtenſum.

Gregorij autem & Gutier. limitationẽ eſſe nullã ſatis dilucidè aduerſus multorũ opinionẽ oſtendimus,diſp.151.vbi etiã explicauimus,in quo ſenſu dicatur in iure, quẽquam ſibi adimere facultatem teſtandi, eſſe contra bonos mores. Adde, ſi, qui ſocietatem init, deſcendentes, aut aſcendentes habeat, quos velit nolit teneatur hæredes, ex teſtamento, aut ab inteſtato relinquere, nullum ſibi teſtandi facultatem ex eo auferre, quòd eorum aliquem,aut aliquo,deſignet,in quem,aut in

quos,

quos, contractus ſocietatis pertranſeat.

Aliam limitationem cum Bar. Bal. & alijs addit Greg. Lop. gloſſa citata, cui conſentiũt Aluar. Valaſ. cõſul. citata. nu. vlt. & Gutier. de iur. cõfir. par. 1. c. 58. nu. 3. Népe, ſi teſtator hr̃dibus præcipiat, vt in ſocietate perſeuerent, tenent̃. n. obedire teſtoris præcepto, modo non ſit in perpetuum, ſed ad tp̃s, vt Gutier. vbi ſupra obſeruat, & liquebit ex dicendis. Hanc verò horum doctorum doctrinam intelligerem verã, quod attinet ad hæredes, vt tenerentur continuare ſocietatem inter ſe, ſi alij ſocij velint: non verò quaſi inde oriatur obligatio alijs ſocijs cõtinuãdi ſocietatẽ cũ hęredibus, eſto pactũ ea de re ſociorũ cũ defuncto præceſſiſſet. Itẽ id intelligo, qñ hr̃dib. aliquid vltra ſuas legitimas portiones relinqueret: cui. n. ſolam legitimam portionem relinqueret, non poſſet imponere tale grauamen. Item qñ tale præceptum in bonum, ac fauorem hæredũ eſſet impoſitum, poſsẽt illi mutuo conſenſu renunciare: ſecus autem, ſi eſſent minores, vt cum Oldr. Bar. & Decio. nom. citato Aluar. Valaſ. affirmat. Vbi rectè ſubiungit, hãc propriè nõ eſſe limitationẽ doctrinæ ſuperius traditæ, quod. ſ. contractus ſocietatis ad hæredes non tranſeat, eſto pactũ pcederet in contrarium.

12 Secundò diſſoluitur † ſocietas morte ciuili alicuius ſociorũ, in euentibus, in quib. diſpu. 9. dictũ eſt, finiri vſumfructum morte ciuili: vbi explanatum eſt, qñ dicatur quis mori ciuiliter. Atque vniuerſim ſocietas diſſoluitur eo ipſo, qđ alicui ſociorum confiſcantur omnia bona. Ita hr̃. §. ſoluitur, ver. publicatione, inſt. de ſocietate, l. verum §. vlt. & l. actionem, § morte ver. publicatione, ff. pro ſocio, & l. 10. tit. 10. par. 5.

13 Tertiò, ſi aliquis † ſociorum propter debita cedat bonis ſuis. Ita habetur inſt. de ſocietate. §. ſoluitur ver. item ſi quis, & l. 4. iuncta glo. ibi, ff. pro ſocio, & l. 10. tit. 10. par. 5.

14 Quartò, ſi inſtituta † erat ad aliquid pręcisè, illudq; finiatur, vt ſi inſtituta erat ad ſemel aſportandum triticũ ex aliquo loco, illudq; vendendũ in alio: illo quippe vẽdito, finitur ſocietas. Quod ſi pecunia illa vnus ſociorũ negotietur, lucrum, & dãnum non eſt cõe, ſed ad ipſum ſolũ ſpectat. Ita hr̃ inſti. de ſocietate, §. ſoluitur, ver. Itẽ ſi alicuius. Eadem rõne, ſi capitale totũ caſu fortuito, aut alia rõne pereat, finitur ſocietas, l. verũ §. vlt. ff. pro ſocio. Cui aũt pereat, dicet̃ in ſequentib. Similiter ſi res, circa q̃ erat ſocietas, pereat aut conditionẽ mutet, ita vt iã idonea ſocietati non ſit, finitur ſocietas. Vt ſi in agro, quẽ quis ad colẽdum acceperat, vt cũ dño illius fructus diuiderẽtur in parte aliquota, ædificet̃ publica autoritate Eccleſia, aut aliud ſimile fiat. Ita hr̃ l. verũ, §. vlt. ff. pro ſocio, & l. 10. tit. 10. par. 5. Itẽ ſi ſocietas erat contracta ad aliquod certum tp̃s, finito eo tp̃e, finitur etiam ſocietas. Niſi ex tacito conſenſu, vt ſupra dictum eſt, innouata, ac continuata cenſeatur. Ita habetur, l. verum, §. vlt. ff. pro ſocio.

Quemadmodum ſi conueniat, vt ſocietas intra certum tempus non diſſoluatur, ante aduentum illius, inuitis ſocijs, diſſolui nequit, vt hr̃ l. in hoc

15 iudicium, §. ſi cõueniat. ff. cõmu. diuid. ita † inualidũ eſt pactum, vt ſocietas numq̃ diſſolui poſſit, vt eo. §. hr̃, & l. nullã, ff. pro ſocio: qm̃ neq; pactũ valet, vt ad hæredes tranſeat, ac proinde, vt morte cuiuſuis ſociorum non diſſoluatur, vt ſupra viſũ eſt. Qñ ergo nullum præfinitũ eſt tempus, intra quod ſocietas diſſolui non poſſit idq; vel expreſsè, vel tacitè (vt inter coniuges ſocietas diſſolui non põt perſeuerante matrimonio: qm̃ in totum id tempus ſocietas cenſetur inter eos contracta) integrum eſt ſocijs, ijsve, qui aliquid commune habent, diuiſionem petere, ſocietatemq; diſſoluere, vt patet l. vlt. C. comm. diuidundo, & l. 11. titu 10. part. 5. atq; alijs iuribus, quæ Gut. de iuram' confir. par. 1. c. 58. num. 1. citat.

Hinc cũ Auend. Gutier. ibi. num. 6. colligit, ſi

16 † populi aliqui cões habeant terminos, non compelli perſeuerare in cõione, neque in eo hr̃e locũ præſcriptionem, ẽt tp̃is, de cuius initio non extet memoria, qđ in cõi eos poſſederint, vt num. 9. ſequenti cũ Bar. & alijs rectè affirmat, ac defendit, ſed poſſe vnumquemq, eorum populorũ petere diuiſionem, ſi cõmodè ea fieri poſsit, neq; id à facultate regia pendeat, neq; ſnĩa ſit lata de perpe-

17 tua cõione. Infert † præterea. nu. 6. qñ priuati loca habent ad paſtum cõia, quæ *deheſas* in hoc Regno vocant, id qđ in eo frequens eſt, qñ multi hęredes in ſvna earum ſuccedunt: ſolent. n. eam hr̃e cõem, ac indiuiſam, locareq; illã ad paſtũ, ac diuidere pretium locationis pro rata portioni, quam vnuſquiſque in ea hẽt: in hoc, inquam, euentu infert, nihil impediente, qđ tam, qui eas nunc poſsident, quam eorum prædeceſſores, à tp̃e de cuius initio non extet memoria illas poſſederint in cõmune, poſſe vnumquẽq; eorũ petere diuiſionem: mõ tñ cõmodè id fieri poſsit ſine cæterorum notabili præiudicio, qa videlicet vnaquæq; pars diuiſa à cęteris tm̃ cõmodum, proportione quadã, aut paulo minus, affert, quantã totũ comparatione omnium afferebat. Si. n. ex diuiſione notabile incõmodum cæteris, qui repugnarent, ſequeret̃, qa videlicet partes diuiſæ modicæ eſſent vtilitatis, eò q, ob ſui paruitatem, non eſſet, qui eas conducere vellet, vel longè minori pretio, quã ſi omnes locarentur ſimul; aut ſi partes aliquæ eſsẽt lõgè meliores cæteris ad paſtum, & ad alia abundarentq; aqua, cæterę q; aqua carerent, aut denique quacunq, alia de cauſa commodè, & ſine notabili detrimento aliquorum, fieri non poſset diuiſio, tunc ſanè concedenda non eſset, præſertim quando res illa ab antiquo ad indiuiſum vſum erat deſtinata. Refert verò Gutier. nõ ſemel fuiſse factã eiuſmodi diuiſionem de hæreditate cõmuni, vno dominorum illam petente, obtinenteq; requiſitoriam regalem, vt fieret. Ait etiam, in domibus cõibus ſæpe ſe vidiſse fieri diuiſionem, latis ea de re ſententijs & exequutorijs, quando diuiſio cõmodè fieri poteſt. Vtrum autem, quando fundus dotalis communis eſt vxori cum alijs, traditusq; eſt marito inæſtimatus, poſsit maritus petere diuiſionem, & vtrum minor, aut Eccleſia, petere poſsit diuiſionem communis prædij ſibi cũ alijs, lege Gutier. ibid. à nu. 10.

His ita explicatis, qñ ſocietas inita fuit ſine præſi-

præfinitione certi temporis, in quo duraret, fas eſt cuiq; ſociorum diſſoluere, qñ voluerit, ſocieta-
18 tem. Tunc † verò dr̄ ſocietas ex eo diſſolui, quòd ſociorum aliquis ſocietati renũciet, hoc eſt, ſignificet alijs ſocijs ſe velle ab ea diſcedere. Seruari tñ debent conditiones aliquot. Prima, vt certiores omnes ſocios faciat, ſe à ſocietate diſcedere. Si.n. abſente aliquo ſociorum renunciet ſocietati, tũc, quod, qui ita renunciat, negotiando cum capitali acquiſierit interim dum qui ignorat renunciationem, eſt abſens, cõe efficitur vtrique: ſi verò damnum aliquod obueniat, ipſe ſolus tenetur illud ſubire. E contrario autem, quod abſens, interim dũ id ignorat, acquiſiuerit, ad ipſum ſolum ſpectat; detrimentum verò cõe eſt vtrique. Ratio, iuxta Bar. eſt, quoniam integrum eſt abſenti, qñ renunciationem agnouerit, ratam illam habere, vt ipſe particeps non ſit damni; aut, ſi nullum ſit damnum, vel lucrum damnum excedat, ratam eã non habere, vt vſque ad id tempus participet lucrum cum eo qui ſocietati renunciauit. A tempore tamen ſcientiæ id ei non licet. Secunda eſt, vt non intempeſtiuè ſocietati renunciet, ita vt ea renunciatio damnoſa ſit ſocietati. Quare abſoluere tenetur cœpta negotia, concedereq; opportunũ tempus, vt abſoluantur. Vt, ſi empta habent mãcipia, aut triticum, vel quoduis aliud, tempusq; opportunum non ſit, vt cum lucro vendantur, tenetur expectare tempus opportunum. Denique tenetur ea diſſolutione nihil detrimenti ſocietati afferre. Tertia, vt non cum dolo ſocietati renunciet, vt ipſe ſolus lucro aliquo participet, quod alioquin vi contractus præcedentis erat futurum totius ſocietatis. Vt ſi contracta erat ſocietas omnium bonorum, & ꝙ videret ſibi eſſe relinquendam hæreditatẽ aliquã, ſocietati renunciaret, vt ipſe ſolus ea hæreditate potiretur, priuaretq; alios participatione illius. Tunc.n. valida quidẽ eſſet ſocietas ad effectum, vt, ſi damnum ex acceptione eius hęreditatis reſultaret, ad ipſum ſolum pertineret: non verò, vt non teneretur cõe cum alijs efficere cõmodum, ſi ꝙ ex ea acceptatione hæreditatis obueniret. Idem eſt, ſi, intuitu priuandi ſocios participatione lucri ex particulari aliqua negociatione imminente, ſocietati renunciaret. Comparatione tñ negotiorum quæ poſt renunciationem ſocietatis iniret, & quorum intuitu ſocietati non renũciaſſet, vt ſocios cõmodo illorum priuaret, valida eſſet renunciatio: qm̃ comparatione eorum nõ cenſeretur vſus fuiſſe fraude, aut dolo. Quòd, ſi quando a principio inita fuit ſocietas, pactum interuenit, vt liceret intempeſtiuè ſocietati renunciare, tunc valida eſſet intẽpeſtiua renunciatio. Hęc oĩa patẽt ex l. ſi coierit, l. ſed & ſocius. §. 1. & 2. l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio, & ex l. 11. tit. 10. par. 5.

19 Quando † ſocietas inita fuiſſet præfinito certo tpe, in quo perſeuerare deberet, tunc nefas eſt ſocijs, alijs inuitis, renunciare ſocietati. Si autẽ quis illorum renunciet, ab illo puncto incipit damnũ ad ipſum ſolum pertinere, lucrum verò efficit cõe eo modo, quo paulo ante in ſocietate, quæ ſine p̄finitione temporis inita fuit, quando renunciatio fuit facta abſente aliquo ſociorum, explicatũ eſt. Excipiuntur nõnulli euentus, in quibus fas eſt renũciare ſocietati illi ante tempus illud pręfixum impletum. Primus, ſi ei, qui renunciat, nõ ſeruentur pacta, & conditiones ſub quibus inita fuit ſocietas. Secundus, ſi ſocij ſint ei iniurioſi, & damnoſi, ita vt prudentis arbitrio ferendi nõ ſint. Tertius, ſi ſpes ceſſet id obtinendi, gratia cuius inita fuit ſocietas. Quartus, ſi vnus ſociorum idcirco ſocietati renunciet, quia Reipublicæ cauſa diu, & inuitus, ſit abſens futurus. Niſi tamen commode poſſet per alium adminiſtrare ſocietatẽ, aut ſine ſuo detrimento committere ſocietatem cæteris ſocijs: tunc.n. nefas illi eſſet renunciare ſocietati. Hæc omnia liquent ex l. coire, vnctis tr b. ſequẽtibus, & ex l. actione. §. diximus, ver. Item qui ſocietatem. ff. pro ſocio, atque ex l. 14. tit. 10. part. 5.

20 Illud † vniuerſim obſeruandum eſt, quocunq; modo inita ſit ſocietas, diſſolui mutuo ſociorum tacito conſenſu, vt ſi ſeparatim ſinguli agere cępe rint in propriũ cõmodum. Ita hr̄ expreſſe l. itaq; cũ. ff. pro ſocio. Sicut.n. ſocietas iniri, ac cõtinuari põt mutuo tacito cõſenſu, vt ſupra dictum eſt; ſic etiam mutuo tacito conſenſu poteſt diſſolui.

21 Si quis † cõpos ſui ſocietatẽ iniuit, in amentiã que incidat, curator ipſius diſſoluere poterit ſocietatem eo modo, quo is ipſe poterat illam diſſoluere, ſi ſanus mente perſeueraret. Cęteri etiam ſocij renunciare tunc poſſunt ſocietati. l. vlt. C. pro ſo-
22 cio. Poteſt ẽt † quis renunciare ſocietati, tam per ſuum procuratorem vniuerſalem, quàm per procuratorem ad id peculiariter deputatũ. Si tñ procuratori id prohibuiſſet, tunc non valeret renunciatio per eum procuratorẽ facta. Si vnus ſocius renunciationem faciat procuratori alterius, tunc integrum eſt ſocio, cuius ille eſt procurator, vel ratam habere eam renunciationem, ſi id ſibi iudicauerit expedire, vel eã non habere ratam, & participare lucro acquiſito. Quare, vt à lucro excludatur, neceſſe eſt, vt ipſimet renunciatio fiat. Ita hr̄ l. actione. §. renunciare, & §. ſeq. ff. pro ſocio.

Varij modi, quibus ſocietas ad negotiationem, & lucrum contrahitur; & vnde iudicandum, an iuſta ſit.

DISPVTATIO CCCCXV.

SVMMARIVM.

1 *Societas ad negociationem, & lucrum, quod modis contrahatur.*

2 *Societas ad negociationem, & lucrũ, an iuſta, uel iniuſta ſit, quibus regulis cognoſci poteſt.*

3 *Aeſtimatio multorũ, quæ in ſocietate interueniũt, in quibus conſiſtant.*

4 *Societas ad lucrum ſimpliciter contracta, intelligitur de æquali, & æqualiter diuidendo.*

5 *Lucrum in ſocietate æquale quomodo computetur, & intelligatur.*

6 *Societas cum pacto, ut aliquis arbitretur de quota parte tangente unicuique ſociorum, eo mortuo, eſt ipſo iure nulla.*

Com-

7 *Compromiſſum in aliquem,tamquam arbitrum,an arbitratorem,quando cenſeatur.*
8 *Societas cum parte lucri, & damni contracta inæqualiter,quando ualida.*
9 *Societas inita,ut particularia damna ad unum ſociorum tantum pertineat,quando ualida.*

HIs hactenus circa ſocietatẽ in gñe explicatis,ad varias ſocietatis ſpecies eſt deſcẽdendũ. Et primò circa ſocietatẽ ad negotiationẽ, & lucrum,quod eſt propoſitum, erit examinãdum.

1 Multis†modis eiuſmodi ſocietas contrahitur. Primò, vnoquoq; ſociorum conferente capitale, ſiue æqualiter,ſiue inæqualiter,cum alijs,ita vt inde ſoluantur expenſæ, atque induſtria, & operæ, quaſi hæ mercede ſint conductæ:deinde verò, ſocietate diſſoluta,in lucro, & damno ſubſequutis, ſolum habeatur rõ capitalis, quod vnuſquiſque ſociorum attulit. Atq; ſocietas hæc eſt, in qua facilè iuſtitia dignoſcitur. Si.n.iuxta proportionem earum capitalis partium,quas appoſuerunt,diuidant inter ſe ſocij lucra,& damna ſubſequuta,cõtractus eſt iuſtus:alioquin iniuſtus eſt,& inæqualis. Secundo cõtrahi poteſt ſocietas,contribuentibus quidem ſocijs æqualiter, aut inæqualiter capitale, cæterum aliquo, aut aliquibus eorũ apponentibus totã induſtriam, vel plus induſtriæ, ac operarum, quam cæteri, aut apponentibus nauigiũ,quo merces deferantur, vel inſtrumenta alia ad negotiationem, ac lucrum neceſſaria, vt retia ad piſcandũ,iumenta ad aſportandas merces,&c. Tertio poteſt contrahi, aliquo,aut aliquibus, cõferentib. capitale,& alio, vel alijs, apponentibus operã,& induſtriã,aut ſimul etiam inſtrumenta.

2 Quocumq;†aũt modo, & cum quibuſcunque pactis,celebrata ſit ſocietas,ad regulã ſequentem admetiendus eſt cõtractus, vt iudicetur, iuſtuſne ſit,an iniuſtus,& cõſequenter,an obligatio reſtituendi ex illo cõſurgat,vel nõ. Cõputatis oĩbus, quæ ſinguli ſocij appoſuerint, tam quo ad capitale, quã quo ad induſtriã, operas, vel inſtrumẽta, aut quoduis aliud,ſi in cõtractu cõperiatur ꝓportionalis æqualitas,ita.ſ.vt qualis fuerit proportio eius,quod quiſq; apponit, ad ea, q̃ apponũt alij, talis ſit ꝓportio lucri, qđ eſt reportaturus, ad lucra,q̃ reportaturi ſunt alij,partiſq; capitalis, quã finita ſocietate,eſt extracturus,ad partes,quas extracturi ſunt alij, atq; etiam periculi,& dãni, cui ſe exponit,ad pericula,& damna, quib. alij ſe exponunt,vel certè,ſi in horum aliquo inæqualitas aliqua cernatur,id aliunde compenſetur,ita videlicet, vt omnibus computatis, prudentis arbitrio æqualitas proportionalis inter ſocios comperiatur,contractus eſt iuſtus, alioquin iniuſtus eſt, & inæqualis,cum obligatione reſtituendi,reducendique illum ad æqualitatem.

3 Quo†loco obſerua, æſtimationem multorum ex ijs,quæ in contractu ſocietatis interueniunt, non cõſiſtere in indiuiſibili, ſed habere ſuam latitudinem, maiorem, vel minorem iuxta naturam cuiuſque eorum, attentis circumſtantijs omnibus concurrentibus, vt in cæteris etiam rebus regulariter ſolet cerni. Aeſtimatio.n.operarum,& induſtriæ,quas quis apponit,attẽto maiori,vel minori,periculo ſuæ ꝓpriæ pſonæ,cui ſe exponit,vt ſi mari,aut p alia piculoſa loca, merces ſit aſportaturus, & attẽto maiori, vel minori,labore,ac moleſtia, quã eſt ſubiturus, atq; alijs circumſtantijs concurrentibus, certè in indiuiſibili non conſiſtit,ſed magnam latitudinẽ hẽt intra limites valoris iuſti. Aeſtimatio item induſtriæ,quam quis eſt appoſiturus,ẽt ſi domi maneat, qa videlicet multum dexteritatis hẽt in tradẽdo ordine,exequutioneq; accommodata ad lucrũ, in indiuiſibili ẽt non cõſiſtit, neq; parum ea æſtimatur:eò ꝙ ex eiuſmodi dexteritate,ac peritia negotiandi multũ pendeat lucrũ,ſicut ẽt ex priori capite explicato multũ operæ, & induſtria æſtimantur. Vnde l.ſi nõ fuerit, in prin.ff.pro ſocio, ſic ſcriptum legimus. *Plerumq; tanta eſt induſtria ſocij,ut plus ſocietati cõferat,quã pecunia. Idem ſi ſolus nauiget, ſolus peregrinetur, pericula ſubeat ſolus.* Hæc ibi. Itẽ æſtimatio vſus nauigij,aut cuiuſuis alterius inſtrumẽti ad negotiationem,ac lucrũ neceſſarij,profectò in indiuiſibili nõ eſt poſita,ſed multũ latitudinis intra limites iuſti habet. Cũ aũt horum æſtimatio, multorumq; aliorum, quæ in ſocietatis contractu interueniunt,in indiuiſibili non conſiſtat,conſequens profectò eſt,vt neq; ꝓportionalis æqualitas,quã inter ſocios neceſſe eſt reperiri,vt ſocietas iuſta ſit,in indiuiſibili cõſiſtat,ſed latitudinem ſuam habeat, maiorẽ, vel minorem,intra limites iuſti,prout fuerint ea, quæ in eo contractu interuenerint. Qñ ergo,computatis oĩbus, quæ in eo interueniunt, expenſaq; latitudine tota valoris iuſti cuiuſq; eorum,nõ deprehenditur egreſſus, a proportionali æqualitate ſeruanda inter ſocios ſecundum totã latitudinem æqualitatis,quam iuſtitia patitur, contractus eſt iuſtus: qñ verò prudentis arbitrio egreſſus deprehenditur, contractus eſt iniuſtus cum reſtituendi onere,quantũ ſatis ſit,vt cõtractus ille limites iuſti pertingat. Hoc aũt intelligendum eſt,qñ is ſocius, qui inæqualitate grauatur,non cõdonat,aut nõ vult ex liberalitate eam inæqualitatem,ſed inuoluntariè mixtè eam patitur, vel qa illam ignorat, vel qa melius eſt eã pati, quã non inire cum contractum,vt frequentius euenire ſolet. Si.n.ex liberalitate pati vellet eam inæqualitatẽ, propterea quod ſocius conſanguinitate,vel amicitia,ſibi eſſet cõiunctus,vel vt ei remuneraret p̃ſtita obſequia, aut in eleemoſynã, vel alia ſimili de cauſa, tunc ſanè,quoniam volenti, ac cõſentienti libertate plena, nulla fit iniuria, vtiq; neq; iniuſtitia, neque alia iniquitas, in eo contractu cerneretur.

4 Qñ†ſocij inierunt ſocietatem ad lucrum,neq; expreſſerunt, qm̃ pacto lucrũ inter ipſos eſſet diuidendum, intelligitur, diuidendum eſſe quo ad partes æquales. Ita hr̃ inſtit. de ſocietate in prin. verſ.& quidem,& l.ſi non fuerit in prin.ff.pro ſocio,quod gloſſa vtrobique intelligit, qñ capitale æqualiter fuit contributum à ſocijs. Quaſi id

5 †tandem intelligendũ ſit,de partibus lucri æqualibus,nõ ſemper ſecundum proportionem arithmeticam ſed ſecundum proportionem geometricam, vt ſcilicet qualis fuerit proportio partis capitalis ab vno appoſiti, ad partes appoſitas ab

alijs, talis ſit proportio partis lucri ab eo accipiẽdi, ad partes, quas alij accipere debent. Additio quædam ad gloſſam Inſt. de ſocietate ver. citato, adhuc doctrinam hanc totam merito reſtringit, niſi ex tali diuiſione lucri, reſultet manifeſta inęqualitas in eo contractu, ſpectatis omnibus, quæ in eo interueniunt. Tunc enim non ſolum in foro conſcientiæ fieri non debet diuiſio per partes eo modo æquales lucri, ſed etiam in exteriori foro: ſi ſocij inter ſe non conueniant arbitrabitur iudex, qm̃ pacto diuiſio illa ſit faciẽda, vt additio illa citata rectè affirmat. Si enim duo ſocij ęqualiter cõtribuiſſent ad capitale, & vnus ſolus eorũ ĩduſtriã non exiguæ æſtimationis appoſuiſſet, æquitas nõ pateretur, vt diuiderent inter ſe lucrum per partes æquales. Qñ de damno non fuit expreſſum, q̃ partem quiuis ſociorum reportare deberet, intelligitur in eadem proportione debere ſuſtinere damnum, in qua lucrum erat participaturus: ſicut è contrario, ſi expreſſum ſit, in qua proportione ſuſtinere deberet vnuſquiſque damnum, nihilque de lucro fuit conſtitutum, intelligitur in eadem proportione eos participare debere lucrum. Vtrũque habetur expreſſe Inſt. de ſociet. §. illud. Sermo autem eſt de damno quod non accidit culpa, ſaltem leui, alicuius ſociorum: quod enim culpa obueniſſet, ad eum ſolum ſpectat totũ, qui in culpa fuiſſet, vt diſp. 413. dictum eſt.

6 Qñ † ſocietas inita fuit cum pacto, vt tertius aliquis arbitraretur quotam partẽ accepturus eſſe vnuſquiſq; ſociorum, tunc, ſi is arbitrator, anteq̃ arbitriũ ferat, & anteq̃ ſocietas exequutioni mandari incipiat, è vita diſcedat, contractus eſt ipſo iure nullus: quia rebus integris, conditio defuit, ſub qua fuerat celebratus. Ita hř l. ſi ita coita. ff. pro ſocio. Quòd ſi aliqui compromittant in aliquẽ, vt definiat quãtã partẽ quiſq; eorũ ſit habiturus, tunc, ſi ad cõponendã litẽ motã inter eos cõpromittant in illum tamq̃ in iudicẽ arbitrum in modũ tranſactionis circa litem (ſumpto trãſactionis noĩe late, vt alibi dicetur) ſtandum erit illius ſententiæ, quicquid ille definiat, niſi cõſtet dolo definiuiſſe illo modo. Si vero ſolum compromittãt in illum tamq̃ in arbitratorẽ, atque æſtimatorũ partium, quas vnuſquiſque accipere debeat, ſtãdum ẽt erit arbitrio illius, ſi in eo inæqualitas & iniuſtitia non appareat: ſi autem appareat, neque ille ſufficientem rationem talis arbitramenti reddat, cõceditur recurſus ad iudicẽ ordinarium, qui per ſe, vel per alium, faciat id iterum arbitrari. Ita hř l. ſocietatem mecum, & quatuor ſeq. ff. pro ſocio.

7 In † dubio aũt, an compromiſſum in aliquem ſit tanquam in iudicem arbitrum, an potius tamquã in arbitratorem, cenſendum eſt fuiſſe ſolum tamquam in arbitratorem, vt habetur l. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio. Quæ circa hæc oĩa addi poterãt, commodius dicentur tract. 5. dum de iudicibus arbitrijs, & de arbitratoribus, fuerit ſermo.

8 Validus, † ac licitus poterit aliqñ eſſe contractus, ꝙ ad vnum ſociorum pertineant duæ partes lucri, ac damni, quod euenerit, & ad alium tertia pars dũtaxat, aut quod partes aliæ varijs alijs modis inæquales ad ſocios diuerſos ſpectent: qm̃ id ex eo poterit cõpenſari, ꝙ vnus ſociorum plus capitalis, aut operarum, aut induſtriæ apponat quã alius. Immò aliqñ poterit eſſe licitus contractus, non ſolum, vt ad vnum ſociorum pertineant duæ partes lucri & vna damni, atque ad alterum duæ partes damni, & vna lucri ſpectent, ſed etiã vt ad vnũ nihil damni, ſi qd euenerit, attineat, & tñ obtineat tantã vel tantã partẽ lucri quoniã, vnum ſociorũ à ſe eijcere totũ periculũ, & dãnũ, ꝙ poſsit accidere, cõpenſari ſimiliter inde poterit, qd operas, & induſtriã, quæ multũ ęſtimentur, apponat. Quo fit, vt, quicquid horũ oĩum deductũ fuerit in pactum, ſtandũ ſit contractui, modo tñ de inæqualitate, atq; iniuſtitia non conſtet. Vtrũ aũt, q ſolũ apponit capitale, aut partem illius, deducere licitè in pactum poſsit, vt expers ſit periculi, ita vt quicquid dãni euenerit, ad ſociũ, vel ad ſocios, pertineat, quemadmodũ, qui operam, & induſtriam apponi, põt aliqñ id licitè in pactũ deducere, diſputa. 417. dicetur. Hæc oĩa hñr Inſt. de ſociet. in prin. ver. nec. n. & §. de illa. & l. ſi non fuerit, & l. Mutius. ff. pro ſoc. Quibus in iuribus dř, aduerſus ſnĩam Mutij obtinuiſſe ſnĩam Serui Sulpitij poſſe eſſe licitam ſocietatem, in qua cõſtitueretur, vt ad vnum plus lucri, quam damni, & è contrario ad alium plus damni, q̃ lucri, pertineret: immò vt ad vnum nihil damni, pars verò lucri, attineret. Intelligendam aũt hanc Serui Sulpitij ſnĩam eſſe, ita vt nomine lucri, ſolum id intelligeretur, qd deducto capitali, & cõpenſatis omnibus damnis, quæ in negotiatione eueniſſent, reſtaret.

9 An † aũt licita eſſe poſsit aliqñ ex natura rei ſocietas, in qua ſtatueretur, vt q̃cumq; particularia dãna in ꝓgreſſu negotiationis euenirent, ad vnũ ſolum ſociorum ſpectarent, nec compenſarentur ex lucris, & nihilominus alius ſocius partẽ quandã aliquotam haberet in oĩbus lucris. Dicendum eſt, quamuis ea ſocietas videatur regulariter iniuſta, quoniam in ea regulariter, cõputatis oĩbus, cõperietur inæqualitas: eaq; de cauſa reprobari videatur. §. illa, & l. Mutius citatis; nihilominus euenire aliqñ poſſe, vt ſit iuſta: quoniam tãtus poterit eſſe exceſſus in capitali, & in opera, & induſtria, quæ is appoſuerit, qui à ſe totum id damnũ eo modo reijcit, & tam exigua probabilitas dãni, vt id totum grauamen compenſetur, quod in ſociũ reijcitur. Atque id planè ſentit l. ſi non fuerit citata. §. vlt. quæ ſolam eam ſocietatem leoninã, ac iniuſtam appellat, qua ſtatuitur, vt ad vnum ſolum pertineat damnum, & nihil lucri.

Quando vnus apponit capitale, & alius operas, & induſtriam, an diſſoluta ſocietate, ſit ſolum lucrũ inter eos diuidẽdum, vel etiam capitale.

DISPVTATIO CCCCXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sociorum vnus ſi ponat capitale, & alter induſtriã quomodo lucrum ſolum ſit inter eos diuidendũ, & quomodo vna cum capitali, & nu. ſeq.*

Societas

2 *Societas ſimpliciter inita ſine expreſſione partium lucri, & capitalis, intelligitur regulari ſecundũ conſuetudinem loci, in quo fuit contracta.*

3 *Societas ſi ſit inita, vt unus ponat capitale, & alter operas, capitale perempto, diſſoluitur eius periculo, qui id poſuit, ſine reſtitutione operarũ ab altero non præſtitarum.*

4 *Sociorum vnus ſi pecuniã ponit, & alter operas quo modo pecuniæ lucrum æſtimandum.*

5 *Societate contracta vt unus capitale, & alter operas ponat, dominiũ capitalis quãdo efficiatur cõe.*

6 *Societatis contractus appellandus eſt etiam, quando unus ponit capitale, & alter nauigium cum operibus miniſtri.*

Quæſt. RES hæc valde controuerſa eſt inter Doctores. Exempla ſunt. Siquis artifici pecuniã tradat ad opera ſuæ artis exercenda, & lucrãdum; vel negociatori, qui terra, aut mari, dilaturus, atq; exportaturus ſit merces; aut alteri ſimili, qui ſolus ea pecunia ſit negociaturus; vtrum diſſoluta ſocietate, ſolum lucrum ſit inter eos diuidendum, & capitale integrũ ad eũ ſpectet, qui illud appoſuit, an capitale etiã ſit inter eos diuidendum. Idem dubium eſt, quãdo aliquis ad ſocietatẽ confert vſum rei alicuius, vt nauigij, aut alterius rei ſimilis, & alius, aut alij, capitale apponunt, an ſit ſolum cum eo diuidẽdum lucrum, quod, deducto capitali, fuerit repertum, an verò etiam capitale ipſum.

Caiet. ſecunda ſecundæ q.78. art. 2. ad quintũ, aſſeuerat, tam lucrum, quam capitale, eſſe diuidenda proportione quadam cum eo, qui operam, ac induſtriã, aut vſum nauigij, vel rei alterius, appoſuit. Vt ſi, v.g. vnus ad negociationẽ appoſuit bis mille ducatos, alter verò operas, & induſtriã, aut etiam nauigij vſum, quæ æſtimẽtur mille ducatis, diſſolutaq; ſocietate comperiantur quatuor mille & quinginti ducati, eum, qui ſolas operas, & induſtriam, aut etiam nauigij vſum, appoſuit, debere accipere tertiam partẽ totius illius ſummę repertæ hoc eſt, mille quingentos ducatos, & alterum accipere debere reliquas duas partes, id eſt, ter mille ducatos. Quaſi prius à tota illa ſumma reperta extrahantur ter mille ducati, tamquã capitale conflatum ex bis mille ducatis, quos vnus ſociorũ appoſuit, & ex mille ducatis, quos valebant operæ, & induſtria, atque vſus nauigij, quæ alter ſocius appoſuit, diuidanturq; inter eos, ita vt vnus accipiat duas partes integri capitalis eo modo ſupputati, quas appoſuit, & alter reliquam tertiam, quã in operis induſtria, atque vſu nauigij, quæ nõ extant etiam appoſuit, & poſtea mille quingenti ducati, qui tamquam lucrum ſuperſunt, ſimili modo inter eos diuidantur, iuxta proportionem partis capitalis, eo modo computati, quã vnus appoſuit, ad partem quam appoſuit alter. Quod ſi ſocij illi damnũ ex ea ſocietate reportẽt, quia videlicet finita ſocietate, ſolũ repeciũtur ex capitali mille quingenti ducati, tunc, qui operas, induſtriam, atq; nauigij vſum appoſuit, accipiet tertiã partem illius capitalis, quingentos videlicet ducatos, & alter reliquas duas partes, hoc eſt, mille reliquos ducatos.

Poſtea verò idem Caiet. in ſumma verb. ſocietas, mutaſſe vr̃ ſnĩam. Nempe, ſolum inter eos diuidendum eſſe lucrum, quod, capitali deducto, remanſerit, capitaleq; integrum ad eum ſolum pertinere, qui illud appoſuit. Sicut etiam, ſi capitale, vel totum, vel quo ad partem, periſſet, totum illius damnum ad eundem pertineret, et nihil illius ad eum, qui operas, induſtriam, & nauigij vſum appoſuiſſet: ſed ſolum ad hunc ſpectaret detrimentum operarum, induſtriæ, atq; vſus nauigij, quæ adpoſuiſſet. Hanc eandem ſententiam amplectuntur Sotus. 6. de iuſt. q.6. art. 1. & Nau. in Manu. c. 17. num. 251. & ſequentibus atque ad eam accedunt Sylueſt. verb. ſocietas q.6. Ang. ibid. nu. 10. & plerique alij. Tametſi multi ex his autoribus addant, licitè aliquando deduci in pactum, tum vt capitale ad omnes pertineat, tũ etiam, vt, ſi pro parte pereat, ex reliquo pars aliqua ei obuenire debeat, qui operas, & induſtriam appoſuit.

Qui hac de re ſentiam, ſequentes concluſiones

1 aperient. Prima concluſio. Qñ † operæ, induſtria, nauigij vſus, aut alterius rei, quæ vnus ſociorum apponit, ęquales ſunt in valore cum capitali, quod alter apponit, licitus eſt contractus, qđ tam lucrũ, quam capitale, diuidenda ſint æqualiter inter vtrumq; ſocium iuxta opinionem, quam Caiet. 2. 2. eſt ſequutus: immò verò pactum tunc, qđ ſolũ lucrum diuidendum æqualiter ſit inter ſocios, & capitale ad eum integrum pertineat, qui illud appoſuit, eſt iniquum, cum onere reſtituendi dimidiũ capitalis. Si ergo eiuſmodi ſocij conuenisſẽt, quod finita ſocietate, diuiſionem facerent inter ſe per partes æquales, non exprimendo, an ſolius lucri, vel totius ſummę, in dubio cenſendum eſſet intendiſſe totius ſummæ. Idem eſt dicendum, quã do operæ, & induſtria, ac nauigij vſus, æquales in valore eſſent dimidio capitalis, & pactum eſſet, quod, qui hęc apponeret, acciperet tertiam partem totius ſummæ; aut qñ æquales eſſent cuicumque alteri parti aliquotę, & pactum eſſet quod acciperet partem proportionalem totius ſummæ ei correſpondentem. In concluſione hac conueniunt Conrad. de contract. q.93. corolario 3. Maior. in 4. diſt. 15. quæſt. 47. Couar. 3. variar. reſolut. cap. 2. nu 2. & alij, quos Couar. citat. Probari autem poteſt quo ad duas priores partes, quoniã ſi in eo euentu ſumma tota diuidenda ſit æqualiter, ſeruatur inter ſocios æqualitas; quippe æqualia quo ad valorem contribuant ad ſocietatem, atque æqualia reportent finita ſocietate. Si verò ſit pactum, quod ſolum lucrum diuidatur, & capitale integrum ad eum pertineat, qui illud appoſuit, cernitur inęqualitas: quandoquidem pactum ſit, quod, cum ſocij in cæteris ſint pares, vnus eorum apponat æqualem valorem operarum induſtriæ, atque vſus nauigij, quem omnino emittat, & alter tantundem valoris in pecunia apponat, quem ſaluum, atque integrum habeat: in quo ſane inæqualitas, ac iniuſtitia cernitur, cum reſtituendi onere, quantum neceſſe ſit, vt contractus ad æqualitatem reducatur, hoc eſt dimidium capitalis in pecunia appoſiti: quo fit, vt veræ ſint duæ priores partes concluſionis propoſitę. Tertia vero pars ex eo probatur, quoniam, in dubio, præſu-

præſumendum non eſt, contrahentes voluiſſe celebrare contractũ iniuſtum. Præſertim cũ, ſi inęqualitas notabilis ſit, ac manifeſta, iudex cogere poſſit, ac debeat, vt contractus ad æqualitatem reducatur. Optimè vero doctores citati obſeruant, in propoſito euentu, ſi capitali pereat poſt operas, induſtriam, & nauigij vſum appoſita, eum, qui illa appoſuit nihil teneri reddere ſocio, qui capitale appoſuit: qm̃ capitale cõe fuit effectum, æqualiſq; valor operarum, induſtriæ, atq; vſus nauigij, quæ appoſuit, etiã periuit. Si autem, antequã hæc apponeret, capitale periret, tunc teneretur ei ſoluere dimidium capitali: qm̃ nondum ex ſua parte tantundẽ valoris appoſuit, quem apponere tenebatur, dimidiumq; æſtimationis illius, pertinet ad eũ, qui capitale in pecunia, aut mercibus contulit. Si verò capitale periret, poſtquam alter ſocius partem operarum, induſtriæ, atq; vſus nauigij, appoſuit, reſtaretq; pars quo ad valorem apponenda, tunc ſolum teneretur reddere dimidium valoris eius, quod apponendum reſtaret.

Secunda concluſio. Si operæ induſtria, atque vſus rei, quæ alter ſociorum apponit, nõ ſunt æqualia capitali quo ad valorem, arbitrio tamen prudẽtis æqualia ſunt capitali in ordine ad lucrum, hoc eſt, vt ſocius, qui ea apponit, æque participet lucro propter illa, ac alius propter capitale, vel vt participet lucro in tali, aut tali proportione, tunc licitus eſt contractus, quod finita ſocietate ęquè participent lucrum, aut in tali, vel tali proportione, & capitale ſi ſaluum maneat, ad eũ ſolum pertineat, qui illud appoſuit. Atque hoc modo credo celebrari frequenter contractum ſocietatis, quin & ita intelligi eiuſmodi contractus, quando non deducitur aliud in pactum, nempe vt operæ, induſtria, & vſus nauigij, aut alterius rei, æſtimentur ſolum per comparationem ad lucrum, quantum ſcilicet æquum ſit, vt, qui ea apponit participet lucro, ſpectato capitali, quod alius, aut alij apponunt, attentoque, quod hæc perire omnino debent ei, qui illa apponit, & quod alij ſocij accipere debẽt integras partes capitalis, quas apponunt, ſi diſſoluta ſocietate ſaluæ permãſerint, ſolumq; lucrum, quod inſuper manſerit, diuidendum ſit inter omnes ſocios. Quia † ergo contractus quando aliud nõ exprimitur, celebrati cenſentur iuxta conſuetudinem loci, in quo fiunt, vt conſtat ex l. qđ ſi nolit, §. qui aſſidua. ff. de ædil. edict. & ex l. prius, §. placuit ff. de aqua plu. arcen. ſane regulariter, ſi abſolutè aliqui celebrent contractum ſocietatis, quibuſdam ex ſocijs apponentibus capitale, & alijs operam, & induſtriam, aut vſum nauigij, vel alterius rei, paciſcanturque, quem partem quiſque ſociorum in fine ſit accepturus, neq; exprimant, an illa futura ſit totius ſummæ, vel ſolius lucri deducto capitali intelligendum eſt id de ſolo lucro, & non etiam de capitali. Quod ſi alicubi vigeret cõſuetudo, vt regulariter contractus ſocietatis, vel in quacunque negociatione, vel in aliqua certa, celebraretur ita vt lucrum, & capitale inter omnes ſocios eſſet diuidendum, tunc contractus illo modo celebratus, intelligendus eſſet quo ad capitale, & lucrum, idq; ſimiliter, vel in quacunque negociatione, vel in aliqua certa, prout conſuetudo ſvigeret. Si autem alicubi contractus ſocietatis promiſcuè celebraretur vtroque modo, tunc contractus, prædicto modo celebratus, eo modo eſſet intelligendus, quo plus haberet æquitatis: eo quod in dubio præſumendum eſt, contrahentes æquitatem voluiſſe, atque intendiſſe ſeruare.

Quod cõtractus, de quo in hac concluſione eſt ſermo, licitus ſit, ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Quoniam in eo ſeruatur æqualitas, nec video doctores circa eum diſcrepare, quin potius conſentire, ſi attente legantur. Quo loco obſerua, in ordine ad ſolum lucrum participãdum, longe plus debere ęſtimari operas, induſtriam, & vſum alicuius rei, quã ſi æſtimentur ad participandum capitale, & tamquam partes, vna cum pecunia, aut mercibus, appoſitus, integrantes totũ aliquod capitale. Etenim operæ, induſtria, & vſus nauigij, quæ in ſe ſolum valent centũ, ſi apponantur ad participandũ ſolũ lucrum, æquipollent fortè ſeptingentis, aut mille, ita quod, ſi vnus ea apponat, & alius ſeptingenta, aut mille, lucrum ſit diuidendum inter eos in partes æquales, attento, quod operæ, induſtria, & vſus ille, oĩno ei pereunt, qui illa apponit, & alter deducere ante omnia debet ſeptingenta, aut mille, quæ appoſuit, ſolumq; lucrum reſiduum ſit inter vtrumque ſocium diuidendum, & attento, quod ad eum, qui apponit operas, & induſtriam, ſpectat totum damnum, tam capitalis, quã lucri, quod culpa ſaltem leui, ipſius aduenerit: id quod ſane non eſt leue onus, quod in ſe ſuſcipit.

3 Quando † contractus iuxta hanc ſecundã concluſionem celebratur, verum eſt, qđ doctores conſueuerunt dicere, tam illi, quos ante primã concluſionẽ, quã quos pro illa citauimus; nempe, ſi capitale pereat, totum perire ei, qui illud appoſuit. Itemque, ſi is, qui operas erat appoſiturus, nondum illas appoſuit, aut nondum integras eas appoſuit, & capitale totũ periuit, nihil teneri reſtituere rõne operarum, aut vſus rei, quæ nondum appoſuit. Quomodo ea lege cẽſetur contractus celebratus, vt ad alterum ſociorum ſpectet periculum totius capitalis: eo quod ad eundem, ſi maneat ſaluum, pertineat totum: alterum verò ſolum adhibere ſpectet operas, aut vſum ius rei, quandiu capitale fuerit ſaluum: eo autẽ omnino perdito, non amplius teneatur id præſtare: quoniam ſatis eſt ad id ſolum eſſe aſtrictum: quandoquidem totum amittat, quod ex parte ſua apponit.

Duo inſuper admonuerim circa contractũ ſocietatis prædicto modo celebratum. Primum eſt. Vt bene Naua. in Manua. c. 12. nu. 251. obſeruat, falſum affirmare Sotum 6. de iuſt. q. 6. art. 1. dum
4 ait, quando † vnus ſociorum pecuniam apponit, & alter operas, non plus æſtimandam eſſe pecuniã ad arbitrandam, ac definiendam partem lucri, quam æquum eſt, vt, qui illam apponit, accipiat, quam iuxta æſtimationem periculi eam amittendi cui illam exponit. Etenim inde ſequeretur, ſi quis apponeret decem mille ducatos ad negotiationem, tutiſſimam, vnde ingens lucrum expectaretur, & quæ modica induſtria, & labore indigeret, ferè, nihil lucri poſſe accipere, ſed penè totum

tum

rum ad eum pertinere, qui modicas operas adhibuiſſet, quas pecuniæ dominus exiguo pretio ad eam negotiationem potuit conducere: quod tamen tamquam manifeſtè falſum intellectus reſpuit. Præterea cum tanta illa pecuniæ copia præcipuè ad id lucrum cooperetur, opereturque vt inſtrumentum illius perſiſtens, qui illã ad id appoſuit, atque periculo ipſius, ſanè perabſurdum eſt affirmare, qui illam appoſuit, ſolum poſſe participare de lucro, quantum æſtimabitur periculum, cui eam expoſuit, & non ſimul, quantum ille effectus ab ea pendet, atque ex illa efficitur.

Noſtram hanc ſententiam confirmat apertè. c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxo. vbi dotem cuiuſdam mulieris, quæ in poteſtate mariti periclitabatur, eo quod maritus ad nimiam vergeret paupertatem, præcipit Summus Pontifex tradi mercatori in ſocietatis contractum ad ſecuram aliquam negotiationem, vt de lucro eius pecuniæ maritus viueret, ac ſuſtentaret vxorem: quod ſi non plus de lucro illius pecuniæ poſſet iuſtè accipi, quàm iuxta periculum eam amittendi, vtique, vel dos multum vxori periclitaretur, vel admodum modicum accipere inde poſſet maritus ad ſuſtentandam vxorem; contrarium autem vtriuſque ſupponit tamquam verum in ea doctrina Summus ille Pontifex.

5 Secundum eſt. Quando † contractus ſocietatis eo modo celebratur, dominium capitalis non efficitur commune ſociorum ſed, interim dum capitale idem numero manet, quod appoſitum eſt, ad eũ ſolum ſpectare dominium illius, qui illud appoſuit. Eo tamen ipſo, quod ad lucrum eſt diſtractum, & quod ex illo emptæ ſunt merces, aut comparata eſt alia pecunia, dominium earum mercium, aut pecuniæ commune efficitur ſociorum, ita quòd ſumma illa tota, rei totalitate, eſt ſingulorum ſociorum, partialiter tamen, dominij partialitate. Ratio autem eſt, quoniam in ea ſumma permixtum eſt capitale cum lucro, ita vt non magis pars vna, quàm reliquæ, pertineant potius ad lucrum, quam ad capitale.

Cum contractu, de quo in hac concluſione eſt ſermo, computare poſſumus contractum, qui ſa-
6 tis frequens eſt in locis maritimis. Solent † quidam contribuere capitale, & alius nauigium apponit, eo inito pacto, vt ex lucro certa pars diuidatur inter nauigij dominum, & miniſtros nauigij, certa portione eius partis tribuenda cuique miniſtrorum. Tribuere ſolent aliqui mercatores pretium vnius miniſtrorum nauigij, vt ad ipſos pertineat pars lucri, quæ ad eum miniſtrum obuenerit: quod Luſitani appellant emere *vn marinagem*. Et, tunc, ſi nauigium pereat, aut nihil lucri aduenıat, amittunt mercatores pretium illud ſi autem lucrum adueniat, ad ipſos pertinet portio miniſtri vnius, & nihil de pretio, quod dederunt. Contractus hic eſt ſocietatis, quo contribuuntur operæ miniſtri vnius nauigij, pro lucro illo quod eſt in ſpe: eſtque contractus licitus. Eſſet verò illicitus ſi pretium, quod contribuitur, ſaluum in quocunque euentu manere debet.

Vtrum poſſit eſſe licitus contractus, vt periculũ totum capitalis ad eum pertineat, qui apponit operas.

DISPVT. CCCCXVII.

SVMMARIVM.

1 *Societatis cõtractus, an licitus ſit, vt periculũ totũ capitalis ad eũ pertineat, qui apponit operas, & quomodo, & quibus euentibus, & nu. 7. cũ ſeq. Et quid in alijs contractibus nu. 2.*

3 *Societatis contractus licitus, ut qui ponit operas, partem etiam periculi capitalis in ſe ſumat.*

4 *Mercator in ſe ſuſcipiẽs pecuniã dotalem ad negociandũ, cogitur ẽt in ſe periculũ illius ſuſcipere.*

5 *Societatis contractus coniunctus cum contractu aſſecurationis, quando illicitus.*

Declara, & intellige, ut nu. 10.

6 *Societatis propria natura, & conditiones quæ, & quæ dicatur Leonina ſocietas.*

7 *Pecunia cum pacto, ut totum eius ſit periculum, qui ponit operas, quot modis dari poteſt.*

9 *Pecunia tradita ad negotiandũ cum periculo eius, qui eam ſumit, quot modis reddat contractum iniuſtum cum onere reſtituendi incrementum.*

10 *Societas cum pacto aſſecurationis, quo caſu licita.*

11 *Aſſecurationis cõtractus initus cũ ſocietate, nõ facit trãſire dominium pecuniæ in alterũ ſocium.*

12 *Societatis contractus, quando licitus, ſi unus apponit capitale cum tertia parte ſolum periculi, & lucri, & alter operas cum periculo reliquarum partium capitalis, & lucri.*

FRequenter Olyſſipone, atq; alijs in locis, ſolent viduæ, & plerique alij, tradere pecunias artificibus, & alijs negotiatoribus, ad vtilẽ aliquã negotiationem cũ pacto, vt integrum ipſis ſit diſcedere à ſocietate quãdo ipſis placuerit, aut finito aliquo certo tempore, & cum pacto, vt capitale aut pars capitalis, quam apponunt, integra, & ſalua ipſis ſemper maneat, periculumq; totum in ſe ſuſcipiat negotiator, & inſuper cum pacto, vt ex lucro quotannis, vel certum quid ipſis reddatur, puta ad rationem quatuor, quinque, aut ſex, pro centum, ſiue negotiator multum, ſiue parum, aut nihil lucretur, vel eis reddatur pars aliquota lucri, ita quod, ſi nullum comparetur lucrum nihil ipſis, præter ſuum capitale, reddatur; ſi verò comparetur, reddatur eis tertia, aut quarta pars lucri: Et quoniam mercatores, quo maiori pecuniarum copia negotiantur, eo plus lucrantur, libenter hos ineunt contractus.

Atque, vt tam ſe à cura, & labore ſupputationum, atque ab ſcrupulis liberent, quam etiam ſocios cõtribuentes capitale à ſuſpitione, num plus lucri comparatum ſit, deceptique à mercatoribus ſint, libentius vtrique potius conueniunt, vt quotannis certum quid lucri potius ſoluatur, ad rationem quatuor, quinque aut ſex, pro centum,
1 quam vt ſoluatur pars aliquota lucri. De † eiuſmodi ergo, & de alijs ſimilibus contractibus, inquirimus, an licitè celebrari poſſint: an verò ſem-

per illiciti ſint, ac vſurarij: eò quòd id potius videatur mutuum cum pacto, vt aliquid inſuper reddatur, quam vera ſocietas.

Maior in 4.d.15.q.48.& 49. Nauar.in Man. c.17.à nu.253.& in com.c.1.14.q.3. à num.32. Couar.3.var.reſol.c.2.nu.3.& 4.& alij, quos citant, aſſerunt, licitum eſſe eum cõtractum. modo tamen, qui ita tradit capitale, non intendant mutuo dare eam pecuniam, ſed verè intendat celebrare eo modo contractum ſocietatis: & modò incrementum lucri, quod in pactum deducitur, commenſuratum ſit pecuniæ, attento quòd alius ſuſcipit in ſe periculum illius, ita videlicet, vt tãtum detrahatur de eo lucro quod licitè alioquin accipere poſſet, qui capitale apponit, quantum dignum eſt, vt is cuidam tertio tribuat pro aſſecuratione eiuſdem capitalis.

Hanc ſententiam probãt. Primò, qm̃, qui mille aureos tradit ad eam negotiationem, in qua parum aut nihil, capitale periclitatur, atque ex qua probabiliter ſpectat octoginta aureos in ſuam partem, licitè poteſt inire cum quodam tertio contractum aſſecurationis capitalis pro viginti aureis, aut pro parte aliquota lucri, quod ſperat, & rurſus licitè poteſt inire contractum alium cum quodam alio tertio, cui vendat reliquum lucri, quod ſperat, pro triginta, aut quadraginta aureis: ergo à principio, quando ſocietatem iniuit, licitè potuit celebrare omnes tres illos contractus, ſimul cum ſocio, qui operas, & induſtriam apponebat: nempe primum ſocietatis pro tanta parte aliquota lucri, quę, plus minus, futura credebatur octoginta aureorum; ſecundũ aſſecurationis capitalis pro viginti, aut pro quarta parte lucri obuenturi; ac tertium venditionis ſpei reliqui lucri pro triginta, aut quadraginta. Patet cõſequentia, qm̃, quando multi aliqui contractus, facti diuiſim, ſunt iuſti, ac liciti, ſanè, ex eorundem coniunctione, nulla oritur iniuſtitia, eò quòd non aliud ſint, quam coniunctum ex contractibus iuſtis.

2 Secundo, in † commodato, locato, ac depoſito, quamuis pars periculi rei commodatæ, locatæ, ac depoſitæ, pertineat ad commodantem, locantem, ac deponentem, vt in materia de commodato viſum eſt, & dicetur inferius ſuis in locis, nihilominus licitum eſt pactum, quod periculum totum, etiam caſus fortuiti, ſpectet ad commodatarium, conductorem aut depoſitarium, vt eiſdem in locis oſtenſum eſt, ac oſtendetur: ergo pari ratione in contractu ſocietatis, quamuis natura contractus habeat, vt qñ vnus apponit capitale, & alius operas, & induſtriam, periculũ capitalis aut omnino aut ex parte ad eum ſpectet, qui illud apponit, licitum nihilominus erit pactum, quo is, qui apponit operas, totum illud in ſe ſuſcipiat, compenſatione facta, ꝙ iuxta quãtitatem periculi, qđ in ſe ſuſcipit, accipiat etiã plus eius lucri, quod ex ea ſocietate ſperatur, quod alioquin erat accepturus: neq; enim eiuſmodi pactum eſt cõtra naturã ſocietatis, quaſi eſſentiam illius tollat, ac deſtruat, ſed præter naturam, tamquam pactum accidentarium illi additum, & cum ea coniunctum.

3 Confirmatur hæc ratio, quoniam † licitum eſt pactum, vt qui apponit operas, partem periculi capitalis in ſe ſumat, eò maiorem, quò plus eius lucri, quod ſperatur, illi conceditur, vt diſputationibus præcedentibus dictum eſt, conſentiuntque §.de illa, inſt.de ſocietate, l.ſi non fuerit, & l.Mutius, ff.pro ſocio: ergo eadem ratione licitum erit pactum, vt in ſe totum periculum capitalis recipiat, facta debita compenſatione in maiori parte eius lucri, quod ſperatur: id quod ſane plus, aliquando optabit, magiſque vtile erit ei, qui apponit operas, quam contrarium: eo quòd periculum ſit propè nullum, incrementumque lucri ſit longè maioris valoris.

Tertiò, idem probant prædicti autores ex ca.
4 per veſtras, de donat.inter vir.& vxo. vbi vir † cogitur tradere pecuniam dotalem mercatori ad ſecuram negotiationem, vt & dos ſalua vxori maneat, & maritus ſe, & illam, ex lucro ſuſtentet; quod eſſe nequit, niſi mercator in ſe ſuſcipiat capitalis periculum.

Panorm. vero c.per veſtras cit.nu.11. Sotus 6.
5 de iuſt.q.6.ar.2.& † alij, exiſtimant, quamuis ſocietatis contractus licitus ſit, qñ coniunctum habet contractum aſſecurationis cum quodam tertio pro parte aliqua lucri, quod ſperatur, illicitum tñ eſſe, quando illi coniungitur idem contractus cum ſocio, qui operas apponit, ſiue ſimul eidem vendatur pars aliqua lucri, quæ ſperatur, pro determinato aliquo lucro minori, ſiue non.

6 Ducitur Panorm. Quoniam † de ratione ſocietatis eſt, quòd vterq; ſocius periculo ſit expoſitus amittendi, vel operas, vel capitale: alioquin ſocietas erit Leonina, iuxta l.ſi non fuerit. ff.pro ſocio: quare licet, qui operas apponit, reijcere totũ capitalis periculũ in eũ poſſit, qui illud apponit, iuxta §.de illa.inſti.de ſocietate, idque propterea quòd ipſe opus ſuas perdat; is tamen qui capitale apponit, reijcere non poteſt in eum, qui operas apponit, periculum, tam operarum, quam capitalis, quin eo ipſo rationem iuſtæ ſocietatis deſtruat.

Sotus verò ducitur, quoniam eo ipſo, quod is, qui capitale apponit, reijcit totum periculum illius in ſocium, amittit illius dominium, trãsfertque illud in ſocium: eò quod is dominus ſit rei, cui ea res perit, vnde aperte ſequitur, eo ipſo, quòd per aſſecurationis contractum cum ſocio periculum capitalis in eum reijcitur, deſinere eſſe inter illos ſocietatem, atque incipere eſſe mutuũ eiuſdem capitalis, idq; non ſolum, ſi à principio quãdo ſocietas contrahitur, apponatur pactum illud aſſecurationis ſed etiã ſi poſteà temporis decurſu adhibeatur: quare, cum ex mutuo nihil poſſit accipi ſine vſuræ vitio, & reſtituendi onere; conſequens profectò eſt, vt illicita, atque vſuraria, ſit ſocietas ad lucrum cum pacto aſſecurationis capitalis inito cum ſocio, idque ſiue à principio, ſiue poſtea temporis progreſſu, apponatur.

Caietan. verò in opuſculo 17. reſp.11. reſponſione ait, ſi contractui ſocietatis, iam antea celebrato addatur ex interuallo pactum aſſecurationis capitalis cũ ſocio pro parte aliqua lucri, atque item pactum certi alicuius lucri pro reliqua lucri parte, quæ remanet in ſpe, nihil iniuſtum, aut illicitum

cium fieri; dummodo, quod de lucro in ſpe remittit pro aſſecuratione capitalis, ſit pretium commenſuratũ pro periculo capitalis, & dummodo certũ lucrũ, quod ſtatuitur pro reliquo in ſpe ſit illi etiam commenſuratũ. Si aũt, inquit, tres illi cõtractus ſimul celebrentur cum ſocio, aut ſecũdus, & tertius ſupponantur, ita videlicet vt a principio, qui capitale ad ſocietatem eſt traditurus prius conueniat cum artifice, aut negotiatore, vt pro capitali, quod ei eſt traditurus, ſoluat quotannis certã lucri quantitatem. & inſuper in ſe ſuſcipiat periculum totum eiuſdẽ capitalis, cõtractũ eſſe iniuſtũ, ac vſurariũ cum reſtituendi onere, quod ita fuerit acceptum.

Hoſtienſis a Panorm. relatus, & alijs, aſſeruerunt, licitum eſſe pactum lucri certi, reijciendo totum periculum capitalis in ſocium, idque propter periculum caſus fortuiti.

Conrad. verò de contract. q. 97. conuenit cum autoribus primæ ſententiæ relatæ, contractum illum poſſe licitè celebrari intra iuſtitiæ limites, ait tamen ſimpliciter, eſſe illicitum: eo quod ſpeciem habeat contractus mutui cum pacto incrementi vſurarij, eaque de cauſa aptus ſit generare ſcandalum, ac infamare contrahentem, viamq; aperiat introducendi, ac palliandi vſuras.

Decis. 7 Vt quid de hac re ſentiam dicam, obſeruãdum eſt. Multis † modis poſſe dari pecuniam cũ prædictis pactis. Vno, ei, de quo creditur non eſſe ea negotiaturum. Alio ei, de quo creditur ea negotiaturum cæterum non curando, an ea negotiaturus ſit, vel non, ſed eo, qui illam dat, abdicante dominium illius a ſe, illudque transferente in accipientem cum pacto, vt poſt certum tempus, aut quando, qui eam dedit, voluerit, illam reddat cũ incremento aliquo inter eos conſtituto.

Alio modo, dando illam præciſe ad negotiandum, ita vt accipiens in nullo alio poſsit eam inſumere, ſed in hoc ſenſu reijciendo periculum illius in accipientem, quod poſt tantum tps, aut ad arbitrium eã dãtis, teneatur integram illã reſtituere, & quaſi in pretium quod in ea in ſuum lucrũ, & commodum negotiari permittatur, teneatur aliquod moderatum incrementum ſoluere, v. g. quatuor, aut quinque, quotannis pro centum, vel partem aliquotam lucri, quod acquiſierit.

Poſtremò dare põt ad negotiationẽ vt cooperet, & pariat lucrũ, vt perſeuerat dantis, attñ dare eam non vult, niſi pro parte lucri in ſpe, quod ei rñdet debet, vel tertius quidam, vel is ipſe, qui eam accidit ſecuram ipſi eã reddat, vel quia timet illã amittere, aut ne fortè fidelis non ſit, qui eam accipit, in ſupputationib. poſtea faciendis, & tã lucrũ poſtea ei deneget, quam capitale ẽt, aut partem capitalis, cauſando capitale abſq; ſua culpa negotiando fuiſſe amiſſum, atq; ita in lites, ac moleſtias incidat. Simili ẽt de cã poterit eã non aliter velle dare, quam ſi ſimul, qui illã accipit, ineat ſecũ tertiũ contractum emptionis reliquæ partis lucri, quę eſt in ſpe, pro certo, ac determinato lucro quotannis ſibi reddẽdo. Atq; hæc oĩa ſolent ſæpe magis optare mercatores, qui ſimiles pecunias ad negotiandum accipiunt, vtilioraq; ipſi eſſe ſolent quam ſi ad ſolum contractum ſocietatis ei tradantur.

Hoc ita conſtituto, prima noſtra cõcluſio eſt.

8 Si † pecunia ſi ad negotiandũ quarto modo explicato tradatur cum eis pactis, & lucrũ certũ, ac determinatũ, cõmenſuratũ ſit rõne habita quantitatis lucri, quod eſt in ſpe, contractus eſt iuſtus, nõ ſolũ ſi pacta ex interuallo apponantur, ſed ẽt qñ a principio formaliter, aut virtute, apponuntur: virtute autẽ adhibita cenſebuntur, ſi, qui operas præſtiturus eſt, dicat; da mihi tm̃ pecuniæ ad talẽ negotiationẽ, & ego in me ſuſcipiam periculum capitalis, & inſuper tibi dabo quotannis tantũ lucri certi, mihiq; reliquũ lucri relinque: aut ſi is, qui capitale tradit, ſimile pactum offerat: in eo enim virtute tres illi contractus continentur.

Hanc concluſionem probant duo argumenta, ſimul cũ confirmatione ſecundi, quæ pro opinione maioris, Nau. & Couar. propoſita ſunt. Neq; verũ eſt, quod Sotus ait, nẽpe eo ipſo, qd contractui ſocietatis adhibetur pactum aſſecurationis capitalis cum ſocio, dñium illius tranſire in apponẽtem operas, deſinereque eſſe contractum ſocietatis, & tranſire in mutuum, vt dicemus rñdendo ad Soti fundamentum. Quin potius interim dum capitale non eſt alienatum, dñium illius pertinet ad eũ ſolũ, qui illud appoſuit, ac proinde illi cõpetit rei vendicatio illius, ſi quis illud furetur, dũ eſt in poteſtatẽ ſocij, qui operas eſt adhibiturus: itemq; ſi ſocius moriatur, atq; ea de cã, aut aliqua alia, ſocietas diſſoluatur, aut vlterius non progrediatur, competit ei, qui ipſum illi tradit, rei vendicatio: neque ſi exequutio fieri deberet ob alia debita, quæ ad ſocietatem non pertinerent, in bonis ſocij, qui operas eſt appoſiturus, fieri poſſet in eo capitali, vtpote nondum illius ſed eius, qui illud appoſuit, ac proinde in eo nullus creditorum talis debitoris præponi ei poſſet, qui capitale, illud appoſuit, etiam ſi creditores illi hypothecã vniuerſalem in bonis eius debitoris haberent: quæ omnia aliena ſanè ſunt a mutuo, cuius dominiũ eo ipſo tranſit in mutuatarium, deſinitq; eſſe in mutuante.

Immo verò, ſi negotiator ille capitale illud alienauit, atq; ex illo merces comparauit, aut pecuniam aliam acquiſiuit, id totum ad ſocietatẽ ſpectat, ac proinde quiuis ſociorum dominium illius comparat, totaliter quidem totalitate rei, ſed partialiter partialitate dominij, vt diſputationibus præcedentibus dictum eſt, eaque de cauſa vnuſquiſque ſociorum in eo, quatenus ad ipsũ ſpectat vel quo ad capitale, vel quo ad partem lucri, præferri debet creditoribus omnibus alterius ſocij. Neque quod vnus ſociorum contractum aſſecurationis cum altero inierit, plus hęc impedit, quã ſi tertius quidam eundem aſſecurationis contractum pro parte lucri cum eodem iniJſſet: in quo euentu conſtat, dominium capitalis, ac lucri, perinde ad eum ſociorum pertinere, cum quo celebratus eſt aſſecurationis contractus ac ſi talis contractus cum eo celebratus non fuiſſet.

Quia ergo pecunia illa eo modo ad negotiationem tradita, nihil impediente contractu aſſecurationis illius cum altero ſocio inito, cooperatur ad lucrum, vt illius, qui illam appoſuit, dominioque illius apud eundem perſeuerante, eſto ad alterum periculum

periculũ eiuſdẽ pecuniæ pro iuſta mercede pertineat, inde prouenit, vt verè non ſit mutuum, & vt contractus ille aſſecurationis non plus reddat iniuſtum eum contractum, aut impediat lucrũ, quã ſi idem aſſecurationis contractus, vel ex interuallo, vel cum tertio aliquo, eſſet initus.

Illud admonuerim, eſto gratis daremus, dominium capitalis eo ipſo, quòd apponitur aſſecurationis contractus cum altero ſocio, tranſire in eũ ſocium, & deſinere eſſe in eo, qui illud apponit, ſanè q̃n, qui capitale apponit, initurus erat verũ eundem ſocietatis contractum, eſto non ſubiungeretur cõtractus aſſecurationis, præſertim ſi conſideret ſociũ ſyncere rẽ peracturum, poſſet licitè pp lucrum ex eo ipſi ceſſans ꝙ à ſocietatis contractu ea via deſiſtat, totumq; lucrum, qđ inde ſperatur, ei concedat, qui operas apponit, accipere capitale ſuum ſaluum, & inſuper certũ moderatum lucrum tamq̃ pretium iuſtum lucri ceſſantis, qđ multi nõ attendunt, atq; adeo ille eſſet legitimus titulus ad iuſtificandum tunc eum contractum.

9 Secunda concluſio. Quando † pecunia cum eis pactis traderetur ad negotiationem aliquo ex tribus modis, qui primo loco explanati ſunt, contractus eſſet iniuſtus cum onere reſtituendi incremẽtum, niſi excuſaretur ex capite lucri ceſſantis, qa ea via in gratiam accipientis is, qui dat, priuaretᷣ æquali lucro, quod alioquin licitè ex ea pecunia ei erat obuenturum. Probatur concluſio, q̃m in eis euentibus reuera nõ cernitur ſocietas, ſed mutuum, ſtatimque dominium illius pecuniæ trãſit in accipientem, illudq; amittit qui eã dat. Et eſto negotiationi applicetur, nõ cooperatur ad lucrũ, vt dantis, ſed vt accipientis, eaq; negotiantis.

Duo tñ admonuerim. Vnum eſt, quando pecunia datur cum eis pactis verò negotiatori, arbitrãteque, qui eam dat, illam eum velle ad negotiandum, & lucrandum; cum vnuſquiſq; meliori modo, quo licitè poſſit, eam tradere intendat, poſſit aũt licitè eam dare poſtremo ex quatuor explicatis; numquam ſimplices, qui hæc diſtinguere neſciunt, condemnandos eſſe, ſi pecuniam ſuam cũ eiuſmodi pactis ei tradant, quem non dubitant, velle eã ad negotiandum, & lucrandum: q̃m, virtute ſaltem, eam tradere intendunt quarto modo explicato. Alterum eſt, ſi is poſtea illa non negotietur, nihilominus teneri ſoluere integrũ capitale, & incremẽtum lucri: quoniam per ipſum ſtat, quòd non negotietur, & ꝙ ſuo periculo, & damno proſequi non velit ſocietatis contractum.

10 Tertia concluſio. Quando † res aliqua ſine ipſius alienatione poteſt fructũ producere aut commodum per eiuſdem vſum, aut aliqua alia ratione præſtare, tunc licitus eſt contractu, quo res illa conceditur ad fructum, aut ad commodum, ex ea percipiendũ cum pacto aſſecurationis illius, ac ſolutionis inſuper alicuius certi intereſſe: modò cõmodum, quod ex ea ſperatur, dignum ſit, tum ea aſſecuratio, tum etiã certo eo intereſſe. Verbi gratia, licitum eſt locare alicui centum oues ad fructus ex eis percipiendos, cum pacto aſſecurationis earum, ac ſolutionis tanti, vel tanti, intereſſe in pecunia, aut in fructib. earũ, vel in aliqua alia re, modò fructus qui ex is ſperantur, digni ſint, tũ ſuſceptione illius periculi, tum etiam intereſſe illius inſuper ſoluendi.

Similiter vſus equi concedi poteſt ad tantum tempus pro tanta pecunia, & cum onere, ꝙ cóductor periculum illius in ſe ſuſcipiat modo vſus cõceſſus, vtrique rei in valore æquipolleat. Ratio eſt, quoniã eiuſmodi res nõ ſunt ſicut pecunia, & alia, quæ vſu conſumuntur, quæque non fructificant, niſi diſtrahantur, ac alienentur, transferendo in alterum ipſarum dominium, atque adeo niſi vt ſubſunt induſtriæ, ac negociationi humanæ: quare cum res, de quibus ſermo eſt in hac concluſione, manente earũ dñio apud eũ, apud quem antea erat, fructus reddant pecunia æſtimabiles, concedi poſſunt ad eos fructus ex eis percipiẽdos pro certo intereſſe, atq; ſi de illo remittatur, quantum par eſt remitti pro ſuſceptione periculi earum, licitus erit contractus, quo is, qui eas ad fructus ex eis percipiendos accipit, in ſe earum periculum ſuſcipiat, & inſuper ſoluat certum intereſſe, aut incertum, hoc eſt, partem aliquotam fructuum.

Supereſt percurramus argumẽta pro alijs opinionibus. Duo priora pro opinione Maioris, Nauar. & Couar. noſtram ſnĩam confirmant, vt dictum eſt. Circa tertium eſt obſeruandum, Ioanne And. fuiſſe arbitratum, eã conceſsionẽ factã fuiſſe peculiariter in dotis fauorem, quaſi tradere illo modo pecuniã ſit ex ſe illicitũ: ex priuilegio verò liceat in eo euentu. Meritò autem id reprẹhendũt Pan. c. nauiganter citatos, & doctores cõiter.

Si enim contractus ille ex ſe eſſet vſurarius, nulla ex cauſa, quantumcunque pia, licitũ eſſet eum exercere, eo qđ vſura iure naturali ſit prohibita, cui poſitiuũ ius prædicare non põt, vt in ſimili caſu conſeruationis bonorũ minorũ dicebamus in materia de vſura. Textus etiam ille nõ vrget pro opinione Maioris Naua. & Coua. Q̃m Summus Pontifex ſolum ſtatuit, vt pecunia illa detur ad ſecuram negotiationem, non verò ſine prope nullo periculo capitalis illius. Sicut enim in poteſtate viri relinquẽda erat, niſi experiẽtia docuiſſet multum in poteſtate illius periclitari, eſto perire poſſet caſu fortuito, aũt negotiatione prẹter ſpẽ: ita ſtatuit Summus Pontifex, vt tradatur æqualiter ſecuræ negotiationi ad lucrum; attamen non ſine omni omnino periculo, etiam caſus fortuiti, aut omiſsionis, in ſecura ex ſe negotiatione.

Ad id, vnde Panor. ducebatur, negandum eſt, de ratione iuſtæ ſocietatis eſſe, vtrumque ſociorũ expoſitum eſſe periculo. Quando enim ſufficienter compenſatur reiectio totius periculi in ſociũ, nihil iniuſtitiæ cernitur ex eo ſocietate, quod periculum totum ad ſolum alterum ſociorum ſpectet. neque eſt id, quod iura leoninam ſocietatem appellant, ſed quod ſine recompenſatione, nullove commodo, reijcitur.

Ad id verò, vnde Sotus ducitur, negandum eſt primum antecedens, cum probatione illi ſubiuncta. Quãdo enim vnus extraneus alteri aſſecurat merces, quas mari tranſportat, ſanè non acquirit dominium earum, ſed eius manẽt cuius erant ante aſſecurationem, nihil impediente, quod ſi pe-

reant,

reant,non dom ino earũ, ſed aſſecuratori pereant. Item,vt probè Nauar.in com.citato,num.36.ait, ex eo,quod in commodatarium,ac depoſitarium, vel conductorem,reijciatur periculum totum rei commodatæ, depoſitæ,aut conductæ,non tranſit in eos dominium rei illius;cum tamen, ſi pereat, ipſis,& non illius domino, pereat. Vnde conſequenter negandum eſt Soto, per contractum aſſecurationis cum ſocio celebratum, ſocietatem deſinere eſſe ſocietatem, & tranſire in mutuum.

11 Quin†potius dicimus,nihil cõtractu aſſecuratio nis impediente, eum, qui iuxta primam noſtram concluſionem pecuniã in ſocietatem tradit, manere dñm illius,& condominum aggregati ex lucro,& ex capitali,qñ illa incipiunt eſſe permixta, vt in 1.concl.dictum eſt. Conſequenter addimus, non ſolum poſſe cogere ſocium, vt ad nihil aliud vtatur capitali, quã ad negotiationem, ad quam ſocietas inita fuit,ſed etiam,ſi in aliquo alio illud conſumat,concedetur ei rei vendicatio, ad cuiuſcumque manus deueniat,tamquàm rei,cuius dominium ad eum adhuc ſpectat. Longiorem impugnationem opinionis Soti lege apud Nauar, à nu. 36.citato.

Id denique,quod Conrad.affirmat,idcirco videlicet eiuſmodi contractum, in ſe iuſtum, illicitum eſſe, quod aptus ſit generare ſcandalũ,& infamare contrahentem,falſum profectò eſt. Si.n. pacta illa ex interuallo in progreſſu negotiationis, & ſocietatis adhibeantur, nulla prorſus erit ſpecies mutui,& vſuræ. Si item à principio cum negotiationes fiant eo modo, quo licitè fieri poſſe eſt explicatum,non eſt quod vſuræ ſuſpicio eſſe debeat,aut cur ſcandalum generetur;neque vllum ea de re expertus ſum Olyſſipone, vbi contractus eſt frequentiſſimus; tametſi aliqui trepidi ſint ob doctorum, quos citauimus, opiniones in contrarium. Neque Conrad. intelligit,illicitum eſſe contra iuſtitiam cum reſtituendi onere, ſed ſolum contra charitatem.

Ex dictis facile erit intelligere, quid dicẽdum

12 ſit ad ſequens dubium. Quidã†in ſocietatẽ dedit alteri trecentos aureos,qui ſolas operas, & induſtriam erat appoſiturus;ea lege,vt ſola tertia pars periculi capitalis pertineret ad eũ,qui illud appoſuit,reliquæ verò duæ ſpectarent ad apponentem operas,& ſimiliter,vt ſola tertia pars lucri ſpectaret ad apponentem capitale,& duæ reliquæ ad apponentem operas attinerent. Dubitatum fuit,an is contractus eſſet licitus. Syl ueſt. ver. ſocietas, 1.q.5.& alij eum damnant tamquam vſurarium.

Quoniam,inquiunt,perinde eſt,ac ſi is,qui capitale apponit, mutuo daret alteri duas partes capitalis cum pacto, vt pro eo mutuo operas apponeret circa reliquam tertiam partem,cuius totum periculum,ac lucrum ad eum ſpectaret,qui illam apponit. Quare,cum appoſitio operarum circa eã tertiam partem, ſit quippiam pecunia æſtimabile, accipiaturq; in recompenſationem pro mutuo reliquarum duarum partium capitalis, conſequens eſt, vt vſura committatur cum onere reſtituendi, quantum æſtimabitur appoſitio earũ operarum.

Arbitror cum Maiore in 4. diſt.15.q.47. verſ. quarto dubitatur,eſſe dicendum. Si in ita ſit vera ſocietas totius capitalis,& operarum ad lucrum, iuxta quartum modum tradendi pecuniã ad negotiationẽ ante primam concluſionem explicatum,contractũ poſſe licitum,& iuſtũ. Cum enim pecunia tota,& non ſola tertia illius pars, cooperetur ad totũ lucrum, vt inſtrumentum, & pecunia illã apponentis,vna cũ operibus, & induſtria alterius ſocij,vt concl.1. explanatum, oſtẽſumq; eſt,dominiumq; illius apud dantẽ perſeueret, ſane,ſi lucram, quod iuſtè ſperatur fuiſſe obuenturum,apponenti capitale in euentu, quod in ſe totum illius periculum aſſumeret,eſſet tñ,vt ex eo, quod contentus eſſe velit ſola tertia parte lucri, & duas alias relinquat apponenti operas,ſufficiẽter ei compenſetur ſuſceptio periculi duarũ partium capitalis,vt regulariter ſufficienter compenſabitur,contractus eſt iuſtus. Decis.

Sicut.n. poteſt quis iuſte, ac licite reijcere in ſocium totum periculum capitalis, compẽſando id ſufficienter maiori parte lucri, quam alioquin ei erat iuſte obuentura,vt concl. 1. oſtenſum eſt: ita longe maiori cum rõne reijcere iuſtè, ac licitè in eum poterit periculum duarum tñ partium capitalis,compenſando id maiori lucri parte,quam alioquin iuſtè eidem erat obuentura. Ac ſane miror Syl ueſt. loco citato. q. 1. admittere illud primum,& poſteà q.5.negare ſecundum. Quando autem non fuiſſet verus animus ineundi ſocietatem quo ad totum capitale, ſed ſolum dandi mutuo duas partes, pro appoſitione operarum circa tertiam, tunc contractus eſſet vſurarius, cum reſtituendi onere,vt affirmat Syl ueſter.

Quãdo itẽ, relinquere ſocio duas partes lucri, non cõpenſaret ſuſceptionẽ periculi quoad duas partes capitalis,(id quod rarò eueniet)contractus eſſet iniuſtus cum reſtituendi onere,quantum ſatis eſſet,vt ad æqualitatem reduceretur. Simili verò arte iudicandum eſt in multis alijs ſimilibus euentibus,an contractus vſurarius ſit, iuſtuſque, an iniuſtus. Quando vnus ſociorum ſolum apponit capitale, alter verò partem capitalis, & inſuper operas,& induſtriam, tunc,vt contractus iuſtus ſit, huic debetur vna pars lucri proportionalis parti capitalis,quam apponit, & inſuper altera commenſurata operibus & induſtriæ, quam circa totum capitale adhibet.

Expenſæ, quas facit, qui in ſocietate operas,& induſtriam adhibet, vnde ſint ſoluendæ.

DISPVT. CCCCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ factæ per eum,qui in ſocietate operas, & induſtriam apponit, de quibus bonis extrahendæ, & num.3.*

2 *Expenſæ,quæ fiunt in ſocietate,quotuplex ſint.*

4 *Expenſæ factæ per ſocium in medicis, & farmachis,de quibus bonis extrahendæ.*

Et quid, ſi ſocius fuit à latronibus ſpoliatus, vel alio

alio modo bona ſua propria amiſerit, vel ab hoſtibus captus. num. 5.
Declara tamen, & intellige vt nu. 6.
7 *Socius quando non teneatur contribuere ſocio ad damnum ei illatum reſarciendum.*
8 *Socius pro conſeruatione merciũ, an teneatur facere ſumptus, quaſi eos mutuando alijs ſocijs.*
9 *Expenſæ omnes extrahendæ tempore diſſolutionis ſocietatis, & id quod ex ſocietate debetur, niſi debeatur ſub conditione in futurum pendente.*

1 DVbium eſt, † num expenſæ, quas is fecerit, qui operas, & induſtriam apponit, extrahẽdæ ſint de bonis ſocietatis, ita quod, eis deductis, de reliquo extrahẽdum ſit capitale, & quod ſuperfuerit, ſit lucrum inter ſocios diuidendum. Dicen-
2 dum † autem eſt, expenſarum, quaſdam eſſe circa merces ipſas, vt ſi ad eas vehendum neceſſe ſit conducere iumenta, aut nauim, vel ſi neceſſe ſit conducere domum ad eas cuſtodiendum, aut etiã vendendum, vel ſi neceſſe ſit cõducere dolia, aut alia vaſa, ad eas continendas, aſportandas, aut cuſtodiendas, vel alias expenſas facere ad illas conſeruãdum, aut perficiendum. Atq; has, & alias ſimiles expenſas, quæ non ſunt negotiantis expenſæ, ſed in ipſis, & cum ipſis mercibus, de bonis ſocietatis eſſe faciendas, niſi expreſsè aliud in pactum iuſtũ ſit deductum: aut niſi in aliquo euentu particulari contrarium habeat conſuetudo loci, quod rarò eueniet: contractus quippe, qñ aliud non fuit expreſſum, cenſetur celebratus iuxta conſuetudinem loci, in quo fit. In his omnes conueniunt, reſq; ex ſe ſatis eſt perſpicua, aperteq; confirmatur ex l. ſi fratres §. ſi quis ex ſocijs. ff. pro ſocio.

Aliæ expenſæ ſunt ipſius apponentis operas, & induſtriam, quas ſecum efficit in cibo, & potu, cũ iumento, & famulo, aut famulis pro negotiorũ, & perſonæ qualitate in pſoluẽdo hoſpitio, & in ſimilib. alijs. Atq; de his eſt dicẽdum. Si aliquid deductum ſit in pactum, aut coniecturis de contrahentiũ mente hac in parte conſtat, ſtandũ eſſe tali pacto, aut contrahentium menti. Si autẽ nihil in pactum fuit deductũ, neq; de mente contrahentium conſtat, tunc ſtandũ eſſe cõi conſuetudini loci, ſi ea in parte conſuetudo aliqua ſit cõi vſu recepta: eo quod contractus, quando aliud non exprimitur, celebratus cenſeatur iuxta communem loci conſuetudinem. Quando autem ex nullo horum capitum res hæc definiri poterit, dicendum eſt.

Si is, qui operam aliquam apponit, locũ domicilij ad ſocietatis negotium egrediatur, tunc expẽſas, quas fecerit, extrahendas eſſe de communibus ſocietatis bonis: modo tñ competentes ſint, ac rõnabiles. Si. n. aliquid irrationabiliter, & ſuperflue expenderit, vt in conuiuijs, aut rebus alijs minimè neceſſarijs, eas tunc de ſuo marſupio ſoluet. Maior. in 4. diſt. 15. q. 47. Bal. & alij, quos referunt, & ſequuntur Syluest. verb. ſocietas. 1. q. 12. & Ang. ibid. num. 12. aſſeruerunt, ſolum eſſe, extrahendas expenſas de communibus bonis quo ad id, ꝙ plus expenderit extra proprium domiciliũ, qnam expẽſurus erat in ſua propria domo: ipſumq; de ſuo teneri ſoluere reliquum. Contrarium verò cum Sylue. affirmat Nauar. in Man. c. 17. nu. 283. nempe integras eas expenſas eſſe extrahendas de communibus bonis ſocietatis, quando non eſt deductum in pactum, vt ſolum incrementum extrahatur.

Atq; hæc ſnia placet, præſertim qñ proficiſcitur ad negotiãdum ad loca remota, vt in Indiam, immo & per aliquot leucas, ita quod diebus aliquot extra proprium domiciliũ in ea negotiatione commoretur. Hæc omnia cõfirmantur ex l. cũ duob. §. quidam Sagariam l. ſi fratres. §. ſi quis ex ſocijs. l. ſecundum Iulianum. ff. pro ſoc. & ex l. 16. tit. 10. par. 5. quib. in iurib ſtatuitur, qñ aliquis ſociorum proficiſcitur ad negotium ſocietatis, expẽſas, quas fecerit, extrahendas eſſe de cõmunibus bonis ſocietatis, nulla mẽtione facta, quod ſolum quo ad incremẽtum vltra eas, quas in propria domo erat facturus. Cum autem iura ſolum loquantur, quando proficiſcitur ad negotiandũ, aperte, argumento a contrario ſenſu, innuunt, qñ negotiatur in propria domo, ſuſtentandum non eſſe de cõmunibus bonis, idemq; innuunt doctores citati. Quod tamen tunc proprijs expenſis ſe ſuſtentet, conducit, vt operæ, & induſtria, quas apponit, maiori pretio æſtimentur.

Eadem iura citata ſtatuunt, ſi profectus aliquis ſociorũ ad negotia ſocietatis, infirmet, aliquidq; rationabiliter inſumat cũ medicis, & ĩ farmachis, & alijs ſimilibus rebus, id totum extrahendum eſ-
3 ſe de communibus bonis ſocietatis. Hoc † autem intelligo de his, quæ ita expenderit extra propriũ domicilium ſecus autem poſtquam in ſuam domum deuenerit, eſto perſeueret aduerſa valetudo.
4 Item † eadem iura ſtatuunt ſi a latronibus diripiatur, aut naufragium faciat, atq; amittat aliqua bona ſua propria, quæ negotij gratia detulit, vt equum, in quo iter faciebat, enſem, pallium, mancipium, quod in famulum deferebat, ea omnia extrahenda eſſe de communibus bonis ſocietatis. Similique modo, ſi ab hoſtibus capiatur, atque in ſeruitutem redigatur, quod neceſſarium fuerit inſumere, vt redimatur, id totum extrahendum eſſe de communibus bonis.
5 Hæc † tamen omnia intellige, niſi culpa, ſaltẽ leui ipſius eueniat: quæ enim damna ex culpa ipſius euenerint, ea omnia ad ipſum ſpectant, vt diſput. 413. dictum eſt. Eadem quoque iura ſtatuũt, ſi, dum communibus ſocietatis mancipijs reſiſtit, quæ fugere volunt, ab eis vulneretur, quæ ita in medicatione impenderit, & damna, quę inde prouenerint, reſarcienda ei eſſe de communibus ſocietatis bonis. Ratio eſt, quoniam cum hæc eueniant, ipſo commune ſocietatis bonum intendente, vtique ſicut commoda, quæ inde erant prouentura, communia futura erant ſociorum: ita rationi eſt conſonum, vt damna quoque communia ſint. Idem in ſimilibus euentibus, de quo intellige. Quod ſi euentus, de quo proxime loquuti ſumus aut alius ſimilis, euenerit eidẽ exiſtenti in ſua propria domo, eodem modo tenerentur ſocij ea damna de communibus bonis illi reſarcire: eo quod ſit eadem ratio, ſiue cauſa ſocietatis illi eueniant extra proprium domicilium, ſiue in ſuo domicilio.

7 Obſerua

7 Obſerua † tamen, ſi detrimentum aliquod tali ſocio adueniat, occaſione quidé negocij ſocietatis, quod agebat, ſed nõ quia intenderet ſocietati, tunc ſocios non teneri contribuere ad reſarciendum tale damnum. Verbi gratia, ſi dum pergeret ad ſocietatis negotium, rixatus eſt cum aliquo in via, eſto occaſionem illam non fuiſſet habiturus, niſi ſocietatis cauſa iter illud fuiſſet aggreſſus, & eſto abſque vlla ſua culpa vulneratus ab alio ſit, non tenentur ſocij contribuere ad damnũ illud. Eodem modo, ſi caſu in ea via illum inuenit inimicus, eumque propter antiquum odium vulnerauit, eſto inuenturus eum non fuiſſet, ſi cauſa ſocietatis iter illud non ſuſcepiſſet, ad nihil ei tenẽtur ſocij: neq; enim ſe exponere dicitur huiuſmodi periculis propter ſocietatem, ſicut ſe exponere dicitur periculis prædonum, & captiuitatis ab hoſtibus reipublicę: longeque diuerſa ſunt, commodum, aut incommodum, ſocijs occaſioné habuiſſe ex ſocietate, & aduenïſſe pp ſocietatem, ex ipſa ve ſocietate. In primo enim horum euentuum, ſicut commodum ſocietati non eſt cõe, ita neque incommodũ, vt affirmát Bart. l. ſocium. §. ſocius. ff. pro ſocio, & doctores communiter: in ſecundo verò, quemadmodum commodum ſocietati eſt commune, ita & incõmodum commune eſſe debet, vt doctores etiam communiter aſſeuerant.

Quãdo aliquis ſociorum de ſuo marſupio eas expẽſas facit, quas de cõmunibus bonis facere illi licuit, repetere illas de cõmunibus bonis ſocietatis poterit, tamquã mutuo ſocietatis datas. Vtrũ autem, qñ ad mercium conſeruationem neceſſe eſſet facere † ſumptus aliquos, quos ſi nõ faceret, perirent merces, aut deteriores redderẽtur, teneatur eos facere quaſi eos mutuando alijs ſocijs. Dicendum eſt, in primis teneri præcepto charitatis.

Quæſt. 8

Poſtea verò cum minimum ei cõpetere actionem negotiorum geſtorum ad repetẽdum, quod ita appoſuerit, nihil impediente, quod lucrum totum, atque etiam capitale, perierint. Ratio eſt, quoniam ea in re vtiliter geſſit negotium ſociorum, eaque de cauſa, quicquid poſtea ſequatur, ſoluere illi tenentur expenſas in ipſorum commodum factas. Quòd verò ad obligationem ex iuſtitia attinet, quaſi, ſi merces ideo pereant, quod ipſe eas expenſas non fecerit, ipſi pereant teneaturque illas reſtituere ſocijs.

Quidam negant et reſpondent. Quoniam, inquiunt, vi contractus expenſæ illæ de communibus bonis erant faciẽdæ: eaque de cauſa eſto merces idcirco pereant, quod ſocius eas nõ fecerit de ſuo marſupio, ad nullam reſtitutionem tenetur alijs ſocijs. Quemadmodũ miniſtri publici, qui ex iuſtitia cuſtodire ciuitaté tenentur, ex eo, quod non euitent mala aliqua, quæ vitare poſſunt, ſi ſecum aſſumerent alium hominé præter illos, qui à Rege, aut à Republica, illis conſtituti ſunt, non peccant contra iuſtitiam: eo quòd ex iuſtitia ſolum teneantur vitare mala, quæ cum hominibus ſibi traditis, aut conſtitutis, vitare potuerint.

Decis. Quãuis ſententia hæc ſpecie probabilitatis nõ careat, fortè contraria eſt probabilior. Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi ſocius, vi contractus, tenetur ad omnia damna, quæ culpa ipſius etiam leui, proueniunt; quare ſi petendo mutuo ab aliquo tertio, vitare poſſet mercium amiſſioné, nec peteret, vtique in conſcientiæ & in exteriori foro, cogeretur ſoluere ea damna ſubſequuta: eo quòd teneretur eam adhibere diligentiã, ne merces perirent: eodemque modo ſi inſumendo aliquid de ſuo marſupio, quod abſque vllo ſuo incommodo tempore cõgruo erat recuperaturus, potuit merces ſibi commiſſas cõſeruare, neq; id inſumpſit, ſane dicerentur culpa ipſius perijſſe, ac proinde tenebitur reſtituere ſocijs damnũ inde ſubſequutum. Sub ea quippe conditione, & ſub quacunq; alia ſimili, cenſentur alij ſocij iniuiſſe cum eo cõtractum, dum voluerunt teneri illum de culpa, etiam leui, ac proinde teneri ad diligentiam, quam ipſe proprijs rebus adhiberet.

Ad ſimilitudinem autẽ de miniſtris publicis, dicendum eſt, ſi ſimiliter intelligant neceſſariũ eſſe, ad vitandum aliquod magnũ malum in particulari, adhibere hic, & nunc alium hominé, qué apponere poſſint ſibi tempore cõgruo perſoluendum, teneri ex iuſtitia eum adhibere: quod ſi adhibere illum prætermittant, teneri ad reſtitutionem damnorum ſubſequutorum, punienturque ea de cauſa à ſuperioribus poteſtatibus.

9 Illuc hoc † loco eſt obſeruandum, tempore diſſolutionis ſocietatis, ante omnia extrahendas eſſe expenſas omnes, idque quod ex ſocietate debetur: ſoluendum eſſe ſtatim. Quod ſi debeatur aliquid ſub conditione pendente in futurum quippiam ve aliud in futurum debeatur, tunc illud extrahendum non eſſe de cõmunibus bonis ante diuiſionem, ſed bona omnia eſſe diuidenda: is tñ, qui operas appoſuit, quique ſocietatis nomine ſe obligauit, accipere à ſocijs debet cautionem debitam, quod tempore debito ad ſolutionem contribuent. Ita habetur l. omne æs. ff. pro ſocio l. cum ſocijs. ff. com. diuidun. & l. 16. tit. 10. part. 5.

Qui operas apponendo ſocietatem init cum alijs, qui capitale apponunt, an ſimiles alias ſocietates poſſit inire cum alijs.

DISPVTATIO CCCCXIX.

SVMMARIVM.

1 *Societas an poſſit iuri cum alijs, per eum, qui operas tantum apponit.*

2 *Societas poſterior quando iniri poſſit per ſocium, qui operas tantum adhibet.*

3 *Socius, qui operas tantum apponit, contrahens poſteriorem ſocietatem, contra pactum in prima appoſitum, ad quid teneatur.*

Et quid, ſi non ſit appoſitum pactum, ſed poſterior ſocietas præiudicat primæ. nu. 4.

1 Circa hanc quæſtioné diſtinguendũ eſt. Qm̃, vel † in prima ſocietate deductũ fuit in pactum, vt non iniret ſocietatem aliam, neque alia aſſu-

aſſumeret negotia, quatenus ea ratione expeditior eſſet,meliuſq; ei ſocietati vacaret:id qđ multi ſolent in pactum deducere: vel nihil tale in pactū fuit deductū. Et rurſus, vel vacare poſterioribus ſocietatibus,& negotijs aſſumptis,pręiudicat primæ ſocietati; qa nō æque bene vacare poterat negot js illius: vel illi nō præiudicat; qa ſufficientiſſimè poterit ea omnia negotia adminiſtrare.

Hæc conſtituta diſtinctione, prima,concluſio
2 eſt. Qđ † poſterior ſocietas,neq; p̄iudicat priori, neq; in priori fuit deductum in pactum,ne cōtraheretur alia ſocietas,aut aliud negotium, licitum eſt inire poſteriorem, aut poſteriores ſocietates. Probatur. Qm̄ in eo nulla fit iniuria prioribus ſocijs: quandoquidem in illo defraudantur, neque tranſgreſſio fit pacti cum eis initi. Eſtque res hęc perſimilis,ac quando aliquis locat ſe in famulum alicui: ſi enim, in nullo præiudicando obſequio domini,aliquid ad petitionem alterius efficiat,licite accipere poterit iuſtam mercedem pro eo:neque propterea definit eſſe dignus ſtipendio toto, quod ab hero ſuo accipit prò famulatu, & obſequio, in quo eum non defraudat.

Obijcies. In prima ſocietate ęſtimatū eſt,quātum lucri dignum ſit,vt is accipiat pro ſua opera, eſto nulli alteri rei intendat:ergo eo ipſo,quod in alia ſocietate accipit lucrum, efficitur dignus in priori ſocietate minori lucro,quam fuerit ei taxatum. Ad hoc argumentum negandum eſt antecedens. In vnaquaque enim ſocietate ſolum æſtimatur, quanto lucro ſit dignus, vt præciſè ad eam concurrit ſocietatem. Si enim aſſumitur ad negotiandum cum mille ducatis, minus lucrum ei conſtituitur, & minori lucro eſt dignus, quam ſi aſſumatur ad negotiandum eodem negotiationis genere cum duodecim mille ducatis.

Licet n. in poſteriori hac negotiatione minor pars aliquota lucri ei conſtituatur, quam in illa priori: minor tn̄ pars aliquota lucri ex negotiatione cum 12.mille ducatis, longè maior pars eſſe pōt, teq; ipſa erit, quā maior pars aliquota lucri ex negotiatione cum mille ſolum ducatis.

Et quamuis aliqs plus aliqn̄ lucri poſtulet in priori ſocietate, quam proportione quadā peteret,ſi ſimul eā, & alias ſocietates iniret, quatenus commodum ex multis ſocietatibus ipſum inuitaret ad remittendū de lucro in ſingulis (quéadmodum ēt,qui multas merces vendit, ſimul remittit de pretio,quo eas tēporis decurſu per partes venderet) id tn̄ non impedit, quominus,poſtquā iuſte primā iniuit ſocietatem, licite poſſit accipere poſtea lucra ex al js ſocietatibus,quas ineat,& ad quas non ineundas, nec formaliter, nec virtute, primam ineundo ſocietatem,ſe aſtrinxit.

Confirmantur hæc omnia,quoniam conſuetudine eſt receptum, poſtquam aliquis ſocietatem iniuit apponendo operas ſuas, vt cum ſocietatis mercibus in Indiā, aut in nouum Orbem, vel in alia loca transfretaret, accipere merces aliorum (*encomiendas* noſtri vocant)ab vno valoris quingentorum ducatorum,ab alio ſexcentorum,& ab alijs maioris,aut minoris valoris,quas in eis locis vendat,pretiumq; earum in alijs mercibus reportet; atque ob eam induſtriam certum ei lucrum perſoluitur,vel pars lucri aliquota.

Illud admonuerim, qn̄ quis ita iniret ſocietates multas,vt de communibus bonis ſingularum, ſi vnaquęque tm̄ iniretur,ſumi deberent expenſę propriæ perſonæ, interim dum extra propriū domicilium commoraretur,tunc æquitatem poſtulare,vt non aſſumat à ſingulis integras eas expenſas,ſed ab omnibus vnas tantum,ſumendo à ſingulis partem earum proportionalem.

3 Secunda concluſio. Quādo † in prima ſocietate deductum fuit in pactum,vt qui operas apponebat,non iniret aliam ſocietatem,neq; alia aſſumeret negotia, ſi re ipſa alia ſocietas primæ non præiudicat, tunc, qui contra illud pactum aliam iniret,peccaret quidem pacti tranſgreſſione, poſſentq; alij ſocij ea de cauſa contendere cum eo in iudicio, tenereturque ſoluere eis pœnam,quæ ob tale crimen, ac infidelitatem illis adiudicaretur; cæterum nihil eis reſtituere teneretur de lucro in alia ſocietate acquiſito.

Teneretur nihilominus reſtituere primis illis ſocijs, ſi quid plus lucri cōceſſum ei fuit in prima ſocietate pro onere illo,vt non poſſet ſe immiſcere alijs ſocietatibus, ac negotijs, quā ei foret alioquin concedendum. Prima huius concluſionis pars ſatis eſt perſpicua: quoniam tranſgreſſio pacti iuſti culpa eſt, ac proinde tenetur poſt latam ſentētiam ſoluere pœnam, quæ propter eam culpam ſocijs ſit adiudicata. Secunda verò probatur,quoniam iuſtè acquiſiuit lucrum ex ſequenti ſocietate, neque re ipſa præiudicium vllum intulit alijs ſocijs: quare non tenetur reſtituere tale lucrum. Tertia autem ex eo probatur: quoniam lucri incrementum fuit ei conceſſum à prioribus ſocijs pro eo onere,quod in ſe ſuſciperet:cum ergo onus à ſe reiecerit, ob quod fuit ei conceſſum, conſequens eſt, vt reſtituere teneatur incrementum illud lucri,tamquam datum ob cauſam,cauſa non ſubſequuta.

4 Tertia concluſio. Eſto † in prima ſocietate in pactum non ſit deductum, vt ſe non miſceret alij ſocietatis,aut vt non ſuſciperet negotia alia,ſi poſterior ſocietas,aut alia negotia, impediant negotia prioris ſocietatis, reſtituere tenetur ſocijs totum damnum eis ſubſequutum, tam in capitali, quam etiam in lucro, quod acquirere potuerunt, ipſiuſque culpa, quod alijs ſe immiſcuerit negotijs,non fuit acquiſitum.

Probatur,quoniam is ſocius, vi naturæ cōtractus ſocietatis tenetur alijs ſocijs de omnibus damnis, tam circa capitale, quam circa lucrum, quod foret acquirendum, culpa, ſaltem leui, ipſius ſubſequutis,vt ſupra viſum eſt.

Hinc liquet,ſi is ſocius conſumat ſuperflue de communibus bonis ſocietatis,in conuiuijs,aut in alijs ſimilibus rebus,vel aliquid inde furetur,non ſolum teneri id reſtituere ſocietati, ſed etiam lucri incrementum, quod ea de cauſa non fuit acquiſitum.

Item,ſi negligenter ſocietatem adminiſtraret, teneri reſtituere lucrum,quod,ſi moralem appoſuiſſet diligentiam,fuiſſet comparatum.

De

De contractu ſocietatis circa animalia.

DISPVTATIO CCCCXX.

SVMMARIVM.

1 *Animalia quot modis tradi poſſunt ad lucrum, & damnum.*
2 *Societas contracta interuentione animalium, quo caſu licita.*
3 *Societas ſi ſit contracta, ut unus apponat operam, & induſtriam, alter animalia, quot modis facienda æſtimatio, ut licita dicatur.*
Idē de piſcatura, & alijs ſimilibus dicendum. n. 4.

1 ANimalia tradi † poſſunt alicui cõtractu cõductionis operarum illius, aut ſimul ẽt paſtus, ita qđ animaliũ dñs operam, & induſtriam, aut paſtũ ſimul, ab eo conducat, qui animalia ſuſcipit, atq; hæc ipſa domino animaliũ locet is, q̃ ea ſuſcipit: vel è cõtrario, tradi poſſunt contractu cõductionis animalium ex parte eius, qui illa ſuſcipit, ad fructus ex eis percipiendos, & locationis ex parte eius, cuius ſunt: ſiue ſimul interueniat cõtractus aſſecurationis animaliũ ex parte eius q̃ illa ſuſcipit ſiue nõ. Atq; circa hos cõtractus ſat ſũt quæ diſp. 411. & 417. præſertim cõcl. 3. dicta ſũt.

Alio modo tradi poſſunt animalia monaſterio, Eccleſiæ, vel cui uis alij, pro certa annua pẽſione, quæ pro ſingulis animalibus, aut omnibus ſimul, ei interim dum viuit, ſoluatur, qui illa tradit, ſiue animalia pereant, ſiue non, ita tñ, vt eo ipſo, quod traduntur, comparet in perpetuum dominium eorũ monaſterium, Eccleſia, vel quicumq; alius, qui ea illo modo accipit. Cum autem contractus hic non aliud ſit quam conſtitutio vitalitij pro animalibus illis, ex dictis diſput. 388. intelligetur facile quando iuſtus, ac licitus ſit, & quando non, æſtimato valore animaliũ, & penſionis ſoluẽdæ.

Tertio modo tradi poſſunt animalia ad veram ſocietatem, lucrumq; ex eorũ fructu, atq; ex emptione, & venditione eorũ percipiendũ. Et qui-
2 dẽ, quando † multi ſocij emerent animalia cõmunia, ſoluerentq; oẽs expenſas atq; inter ſe diuiderent fructus, & lucrũ, ita quod iuxta proportionẽ capitalis, quod vnuſquiſque apponit, ad capitale aliorũ, contribuerent ad expenſas, & diuiderent fructus, & lucrũ, ſuſciperentq; in ſe periculũ capitalis, ſanè eiuſmodi ſocietatẽ iuſtam, ac licitam eſſe, nullus eſt, qui in dubiũ id iure reuocare poſſit. Quin potius ad hãc, tamquã ad regulã, admittendæ ſunt cæteræ. Si. n. in reliquis ſocietatibus variatio quo ad aliquid, aut aliqua horum, cõperiatur, eaq; aliunde ſufficienter compenſetur ſocietas erit iuſta: alioquin erit iniuſta cũ onere reſtituendi, quantum ſit ſatis ad contractum reducendum ad æqualitatem, vt circa ſocietatem ad lucrum in genere, diſp. 415. vniuerſim eſt dictum.

3 Quando † autem vnus ſociorum apponit operam, & induſtriã in animalibus paſcendis in fructibus ex eis percipiendis, laborando cũ illis, quędã de nouo emendo, & alia vendendo, aut ẽt pactum eorũ apponẽdo, & in ſimilibus alijs rebus, duobus modis hæc æſtimari poſſunt, vt de opera, & induſtria, atq; alijs ſimilibus rebus, circa ſocietatem ad lucrũ in genere, diſp. 416. dictũ vniuerſim eſt. Vno, ſolum ad participandũ de fructibus, & lucro. Altero, ad ęqualitatẽ cum valore animalium, atq; cæterarũ expenſarum, quæ in ſocietate fiant. Si primo modo æſtimentur, tunc ſolũ pars proportionalis fructuum, ac lucri pertinent ad apponentem operas & induſtriã, & integrum capitale cũ reliqua parte fructuum, ac lucri ſpectãt ad dñm, aut dominos animalium, ad quos etiam periculum animalium attinet, niſi leui ſaltẽ culpa, eius, qui operas, & induſtriã apponit, pereant iuxta ea, quæ de ſocietate in genere diſput. 413. dicta ſunt: nam tunc ipſi pereunt, & nõ dñis animaliũ. Si verò æſtimentur ſecundo modo tunc capitale efficitur commune, immo verò æſtimatio operarum, & induſtriæ conficit integrum capitale cum animalibus, & reliquis rebus, quæ ad eã ſocietatem contributa ſunt, vt diſputatione 416. explanatum fuit, & tam capitale, quam fructus, & lucrum, quæ, finita ſocietate, fuerint reperta, diuidenda inter ſocios ſunt iuxta proportionem partis totius primi illius capitalis, cõflati etiam ex valore operarum, & induſtriæ, quam vnuſquiſque ſociorum appoſuit ad partes, quas alijs appoſuere, vt ibidem explicatum oſtenſumque fuit. Põt etiam aliquando periculum totum capitalis, aut partis illius, reijci in eum, qui operas & induſtriã apponit, quocumque è duobus modis qui explicati ſunt operæ, & induſtria æſtimentur modò tñ grauamen hoc ſufficienter compenſetur, vel conceſſione maioris partis fructuũ, ac lucri, quã alioquin eidem eſſet debita, vel aliqua alia ratione, vt diſp. 417. præſertim concl. 3. dictum eſt.

Atque, quando eo modo periculum capitalis reijcitur in apponentẽ operas, & induſtriã, tradi ei poſſunt animalia æſtimata, vt conſtet, quantũ pro vnoquoque ſoluere debeat, ſi pereant. Neque ea de cauſa dominium animalium tranſit in apponentem operas, neque in ea traditione cernitur mutuum, vt quidam perperam voluere, ſed cerni poterit vera ſocietas aut contractus locationis animalium quo ad fructus, vel innominatus contractus, qui ad locationis, & conductionis contractum reducatur, iuxta ea quę diſp. 417. dicta ſunt, iunctis quæ diſp. 411. explanata ſunt.

Superfluũ duxi plura hac de re pro digere verba, vt efficiũt multi, de quorum nume ro ſunt Cõrad. de contractibus. q. 88. Maior in 4. diſtin. 15.
4 q. 46. Syluest. & Ang. verb. ſocietas. 2. Ex † his enim, iunctis quæ diſputationibus præcedentib. dicta ſunt, eaque ad ſocietatem animalium, piſcaturæ, & ad alias ſimiles applicando, facilè intelligitur, num, omnibus computatis inæqualitas in eis cernatur, cum onere reſtituendi, quantum ſatis ſit, vt contractus ad ęqualitatem reducatur: an potius inueniatur æqualitas, ſitque proinde contractus iuſtus. Neque mihi probantur multa ex ijs, quæ doctores citati hac de re docent: facileque ex dictis intelligetur, in quo à noſtra ſententia, atque à veritate, diſcrepent.

De ſocietate omnium bonorum. Ac ſimul de ea, quæ inter eos fratres eſſe ſolet, qui paternam hæreditatem habent indiuiſam.

DISPVTATIO CCCCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Societas omniū bonorū duob. modis contrahi pōt.*
2 *Societas omnium bonorum quando tacite contracta intelligatur.*
3 *Damna & lucra, poſt contractā ſocietatem oīum bonorum aduenientia, quando cōia efficiantur. Et quid de damnis, quæ poſt matrimoniū contractum aduenerunt. nu. 4.*
5 *Socius omnium bonorum quando poſſit dotare filias de communibus bonis.*
6 *Societas inter fratres omnium bonorum quando cenſeatur contracta, & quando non.*
7 *Societas cum minore cōtracta an, & qn̄ valida ſit.*

EXplanata ſocietate ad lucrum, ad ſocietatem omnium bonorum accedamus. Ea verò hodie rara eſt, præterquam inter coniuges, maximè qn̄ de Luſitano iure, matrimonium celebrāt con tractu medietatis bonorū, vt in eo Regno vocāt. Quia verò ſequentibus diſputationibus agere intendimus de ſocietatibus in particulari bonorum inter coniuges, in hac diſputatione, ꝙ ad ſocietatem vniuerſorum bonorū in genere attinet, pauca ijs adijciemus, quæ diſputatione 412. dicta ſunt.

Primum eſt. Tam eam, quam aliā quācunq;
1 minus vniuerſalem ſocietatē duob. † modis poſſe contrahi, vt facile ex dictis diſputa. 414. liquet. Vno, expreſſe, per pactum videlicet, & conuētionem expreſſam. Altero verò tacitè, per actus ſcilicet, quibus ſocij re ipſa ſocietatē inter ſe exercent, nullo præcedente pacto. Et quidē tunc talis, ac tā vniuerſalis, iudicanda eſt ſocietas, qualis, & quā
2 vniuerſalis ex actib. ipſis colligitur. Si † enim aliqui oīa vniuerſim conſueuerant habere cōia, ita vt quicquid vnicuique eorum adueniebat, ſiue ex ſďa induſtria, ſiue aliunde, & ſiue oneroſo, ſiue lucratiuo titulo, id totū adducebat, ac cōicabat alijs, promiſcueq; ex bonis oībus ab eis fiebant ſūptus, & ſoluebantur damna, tunc tacitè inter eos contracta cenſetur ſocietas oīum vniuerſim bonorū. Si aūt ſolū inter ſe cōicabant, quæ vnuſquiſq; acquirebat ex ſua induſtria, aut ex officio, & quę negotiando lucrabatur, eaq; erant ipſis cōia ad ſūptus, & ad alia, tunc ſolū cenſetur tacitè inter eos contracta ſocietas non quidem oīum vniuerſim bonorum, ſed omnium, quæ negotiando, tituloq; oneroſo, acquirunt. Si verò ſolum cōicabant inuicē acquiſita ex aliqua, aut ex aliquib. particularibus negotiationib. eſto diuerſę à diuerſis ſocijs in cōe eorum omnium commodum exercerentur, tunc ſolum cenſetur tacitè inter eos contracta ſocietas illius, aut illarum negotiationum. Itaque, qn̄ nullū inter eos interuenit pactum expreſſum, tantā præciſe inter eos cenſetur tacitè contracta ſocietas, quanta ex actibus ipſis colligitur, & non maior. Ita Bar. & Bal. l. ſi patruus. C. cōia vtriuſque iud. idem Bar. l. Titium. §. altero. ff. de adminiſtr. tuto. Bal. in addit. ad tractatum Bar. de duobus fratribus. Syluеſt. verb. peculium. 2. Ang. eodem verb. nu. 27. & doctores communiter. Tametſi in nonnullis ex ijs accuratius loquutus fuerit Bal. quam Bartolus, facileq; ea omnia cōſtant ex diſputationibus citatis.

3 Qn̄ † ſocietas omniū bonorum, ſiue expreſſe, ſiue tacitè, eſt contracta, oīa vniuerſim dāna, debita, & lucra, quæ poſt contractā ſocietatem vndecunq; aduenerint, modo non adueniant ex delicto, aut culpa, alicuius ſociorū, cōia efficiūtur, vſque adeò, vt, ſi extraneus aliquis ſoluere quippiā condēnetur alicui ſociorum pp iniuriā perſonę illius illatam, id ēt cōe ſociorum efficiatur. Si tn̄ aliquis ex ſocijs ſoluere damnetur aliquid pro vera culpa, quā commiſit, tunc damnum illud nō erit cōe ſociorum, ſed ipſius proprium, iuxta ea quæ diſp. 413. explanata ſunt. Si verò damnaretur iniuſtè, tunc damnum cōe eſſet ſociorum: quia dānum omne quod ſine ſocij culpa euenit, cōe efficitur, ſicut & cōmodū. Simili modo, ſi aliquis ſociorum cōparere tenebatur in iudicio, ſuaq; negligentia non comparuit, indeq; ſubſequutū eſt, vt damnaretur, id damni cōe non eſt, ſed ipſius proprium: qm̄ culpa ipſius euenit. Hæc oīa habentur expreſſe. l. ſi fratres, alias incipit Papin. §. vlt. ff. ꝓ
4 ſocio. Sunt † verò hæc valde notanda: qm̄ idem dicendum eſt de damnis quæ poſt matrimonium contractum culpa alterius coniugis aduenerunt, vt ex delicto, ob quod damnatur, aut ad quod reſarciendum aliquid inſumitur, aut ex quacunq; alia ipſius culpa. Et eadem ratione idem eſt dicendum de ijs, quæ malè inſumit cū meretricib. aut ſi vxor ſit, cum adultero, vel quæ contra voluntatē alterius cōiugis inſumit in donationib. & alijs reb. quæ diſſonant à debita, ac permiſſa bonorū cōium adminiſtratione, aut conſumptione: ea. n. oīa tenetur is cōiux aſſumere in ſuam partem, vt diſpu. 275. dictū eſt. Tametſi in adminiſtratione cōium bonorum, quæ marito incumbit, non ita arctandus ſit, vt de leui culpa teneatur, iuxta ea quæ diſputatione citata dicta ſunt, ſed ſolum de lata, ac dolo. Quo etiàm loco oſtendimus, in hoc Caſtellæ Regno, maritum quo ad lucra nō teneri vxori de vlla culpa, niſi quando aliquid in vxoris fraudem alienauerit. Lege, quæ ibi copioſe dicta ſunt. Item, ſi ante contractam ſocietatem omnium bonorum, aliquis ſociorum debita habebat, quæ cæteris non manifeſtauit, neq; in pactū formaliter, aut virtute deduxit, vt ex cōibus bonis ſoluerentur, tunc illa communia non efficiūtur, ſed propria, ac peculiaria eius manent, cuius erāt debita: neque enim cæteri ſocij eo ipſo, quòd ſocietatem omnium bonorū cum eo contraxerunt, conſenſiſſe ſunt cenſendi, vt ea debita communia omnium efficerentur.

5 Vtrum † autem, quando aliqui ſocietatem omnium vniuerſim bonorū contraxere, poſſit, qui habuerit filias, eas dotare de communibus bonis, quando nihil expreſſe ea de re fuit deductum in pactum: res eſt valde controuerſa inter doctores.

Et

Et quidem lex ſocius pro filia. ff. pro ſocio, quæ ea de re loquitur, ſolum affirmat, poſſet quando tempore celebrati cõtractus fuit id deductum expreſſe in pactum: quare, argumento à contrario ſenſu, ex ea lege potius colligitur non poſſe, ſi id in pactum non fuit deductum, quam poſſe. Quicquid autem ſit, quando diuerſæ familiæ ſocietatẽ omnium vniuerſim bonorum cõtraxerunt, quod valde eſt inconſuetum; in ſequentibus dicemus, quid cenſendum ſit, quando alter coniugum dotare vult propriam filiam, aut filiam vtrique communem, num id efficere poſſit de cõibus bonis, etiam inuito altero coniuge. Hæc quod attinet ad ſocietatem omnium, vniuerſum bonorum.

6 Aliquando † fratres, defunctis parentibus, haberet ſolent bona paterũ indiuiſa in modũ ſocietatis, vel q̃a ita expedit bonis ipſis, ipſorumq; fratrum vtilitati, vel aliqua alia ratione. Atq; ita ſolent ea habere indiuiſa, vt damna, & cõmoda, ſeu lucra, ſint cõia. Et quidem, q̃n aliud non fuit expreſſe deductum in pactum, vel aliud tacite non colligitur ſufficienter ex mutua cõicatione oĩum vniuerſim bonorũ, ea ſocietas cenſenda non eſt oĩum bonorũ vniuerſim, ſed ſolum quo ad bona hæreditaria, & lucra, ac damna ex illis, aut ex aliqua particulari negotiatione, & adminiſtratione eorũ bonorũ, vel ſimul ẽt quo ad opera fratrũ, ac ſororum quæ adminiſtrationem, ac iuuamẽ familiæ concernunt. Denique quo ad hæc oĩa eo vſq; cenſenda eſt extendi ſocietas, quouſq; in pactum fuerit deductum, aut ex mutua operum, ac lucrorum cõicatione ſufficienter conſtiterit. Quo ad reliqua verò bona, ſiquid alicui eorũ aliunde aduenerit, vel donatione, vel titulo hæreditario, aut legati, vel ex quacunque alia ſua induſtria, quæ debita ſocietati non ſit, id totum efficitur ſuũ. Ita habetur l. ſi fratres in prin. ff. pro ſocio.

Sumptus ergo ordinarios, ac competentes faciet, vnuſquiſque horum ſociorum de cõibus bonis ſocietatis. Quod ſi in bonis hẽditarijs inæquales habeant portiones, q̃n conueniunt, vt ea bona indiuiſa perſeuerent, & vt illa adminiſtrẽt, ac de eis viuant, tunc, q̃n ſocietas finitur, diuidẽtur bona iuxta portiones, quas vnuſquiſq; in hæreditate habebat, niſi aliud deductum eſſet in pactum.

Neq; pro maiori induſtria, & labore in bonis adminiſtrandis, poſſit eorum aliquis plus accipere, quam alij niſi in pactum ſimiliter eſſet deductum. Quod ſi aliquis fratrum tutor, aut curator conſtitutus eſſet aliorũ, qui adminiſtraret ea oĩum bona, quæ manere expediret indiuiſa, tũc propriè non eſſet inter eos ſocietas quo ad ea bona, & frater, qui in cõe omnium bonum ea adminiſtraret, accipere poſſet præmium, quod in calce diſp. 224. dictum eſt accipere poſſe tutores, & curatores de bonis minorum, quæ adminiſtrant. Vt verò bona minorũ eo modo diuiſa maneãt, & adminiſtrentur, neceſſe eſt in Luſitania cum minimum autoritas iudicis orphanorum interueniat.

7 Illud verò † eſt obſeruandum, cum ſocietas, neque tacitè, neq; expreſſe, cũ pupillo contracta, teneat, niſi accedente conſenſu tutoris, vt habet l. in conductionibus. ff. pro ſocio, & l. qui ad certũ. ff. locati, ſed q̃n ſine autoritate tutoris contracta eſt, ex eo pendeat, q̃d pupillus poſt eam ætatem velit eam ratam habere; eo q̃d pupillus in ſuum cõmodũ, & vtilitatem poſſit alios ſibi obligare, non verò ipſe maneat alij, obligatus, vt diſp. 224. atq; alijs antecedentibus, dictum eſt. Cũ itẽ, q̃n ſocietas contracta eſt cũ quocũque minore interueniente autoritate tutoris, aut curatoris, quamuis valida ſit, poſſit nihilominus minor petere reſtitutionẽ in integrum, ac liberationem à ſocietate, & dãnis illius, q̃n ſe inuenerit notabiliter læſum: ſecus aũt ſi à principio vtilis fuit ab eo contracta, ſed poſtea, rebus aduerſa ſuccedentibus vergere cœpit in ipſius detrimentũ, neq; .n. tunc reſtitutio in integrum ei conceditur, vt locis citatis dictũ eſt, & inferius ſuo loco dicetur, cũ hæc, inquã, ita ſint, cõſequens eſt, vt ſi inter fratres, qui ſocietatẽ eiuſmodi cõtrahunt, aliqui pupilli, aut minores; ſint, niſi ſocietas cũ tutoris, aut curatoris autoritate ſit cõtracta, valida non ſit, niſi dependenter à ratihabitione poſtea ipſius: &, eſto autoritate tutoris, aut curatoris, ſit contracta, ſi minor poſtea cõperiat, ſe læſum, modo paulo antea explicato, petere poſſit reſtitutionẽ in integrum. Lege quæ Bart. Bald. Syl. & Ang. locis ſupra citatis hac de re tradunt.

De ſocietate inter coniuges contractu medietatis bonorum celebrantes matrimonium, & quouſque abinuicem in bonorum alienationibus pendeant.

DISPVTATIO CCCCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Contractus medietatis bonorum inter coniuges, & arrharum, & dotis dicuntur ſocietatis.*

2 *Contractus medietatis bonorum inter coniuges eſt proprius Luſitaniæ.*

3 *Societas inter coniuges contractu medietatis bonorum, quando contracta cenſeatur.*

4 *Societate diſſoluta inter coniuges, quomodo eorum bona diuidenda.*

Declaratur, vt num. 5.

6 *Debita poſt ſocietatem inter coniuges facta, quomodo, & per quem ſint ſoluenda.*

7 *Societatis medietatis bonorum an cenſeatur contracta in matrimonio putatiuo.*

8 *Vir quæ bona poſſit alienare ſine conſenſu vxoris, et quæ non, dum matrimonium eſt celebratum contractu medietatis bonorum.*

9 *Alienata per virum ſine conſenſu vxoris ſunt reſtitutioni obnoxia.*

10 *Pretium alienationis per virum ſine conſenſu vxoris factæ, de quibus bonis reſtituendum.*

11 *Vir ſine conſenſu vxoris ſi fideiuſſor exiſtat, quæ bona poſſit obligare, & quæ non.*

12 *Maritus iure Luſitano, quando poſſit ſine conſenſu vxoris, rem immobilem hypothecare.*

13 *Vir, & vxor quando teneantur accipere in partem bona per eos amiſſa, aut alienata.*

MAteriæ de matrimonio eum contractum relinquendo, quo coniuges poteſtatē ſuorum corporum ad generationis actum ſibi inuicem faciunt, tanquā ſacramēti illius fundamentū (de qua tñ ie diſputare ad ſequentem de iuſtitia tractatū circa bona corporis alioquin attinebat) ſanè differere de alijs contractibus circa bona externa, qui cum matrimonij cōtractu cōiuncti eſſe ſolent, ad hunc ſecundum de iuſtitia tractatum circa bona externa ſpectat. Cum autē diſp. 239. & 290. de donationibus inter coniuges, de ſpōſalitia largitate, & de donationib. ante nuptias, & pp nuptias, dictū ſit; cæteri cōtractus congruētet in hac

1 de ſocietate materia inſerentur. Etenim † contractus medietatis bonorum propriiſſimè eſt ſocietatis, nō ſolū in lucro, & damno, ſed etiā in capitali: cōtractus verò arrharū, & dotis, pſertim vt in Caſtellæ & in Luſitaniæ Regnis celebrantur, cōtractus etiā proprijſſimè eſt ſocietatis, non quidem cū communione in capitali ſed ſolum in lucro, ſi quod fuerit repertum diſſoluta ſocietate. Tametſi is contractus quoſdam alios habeat permixtos, vt dicemus.

2 De cōtractu medietatis bonorum inter † coniuges nullam mētionem in iure cōi reperio, ſed proprius eſt Luſitaniæ Regni. Licet autē fas in eo Regno coniugibus ſit contractu arrharum & dotis matrimonia celebrare; regulariter tamen, qui nobiles non ſunt, ea non celebrant, ſed contractu medietatis bonorum. Immo verò in eo Regno matrimonia omnia, in quibus aliud expreſſum non fuerit, celebrata cenſentur medietatis bonorum contractu, vt habet lib. 4. ordin. tit. 7. in principio.

3 Quando † matrimonium in Luſitania contractu medietatis bonorum celebratur, cōiugum bona non prius fiunt cōmunia, quam matrimoniū per copulam ſit conſummatū. Quo fit, vt ſi matrimonium compertum fuerit nullum per impotentiam ad copulam, vel ante copulam morte alterius coniugis, aut profeſſione religionis, diſſoluatur, vnuſquiſq; coniugum, aut hęredes illius pręcipua ſibi habeant bona, quæ ab eo coniuge fuerunt allata, eorumq; fructus, tanquā bona illius propria; ſoluereq; vnuſquiſq; coniugum teneatur expenſas, ſi quę circa ea bona fuerint factę. Matrimonio verò per copulam cōſummato, omnia vniuerſim bona, iura, & actiones, quæ ad eos tunc pertinuerint, & quæ matrimonio perſeuerante compararent, quocunqueve titulo ad eos attinuerint, communia amborum efficiuntur, ita vt vnuſquiſq; eorum partialitate dñij, & totalitate rerum, dñs ſit omnium bonorum vtriuſque: ſimilique modo ius habet, partialitate iuris, ſed totalitate rerū eorum omnium, ad quę ius hñt abſq; dominio: atq; eodē modo poſſeſſio quorumcunque ipſorum bonorum ad vnumquemque eorū pertinet partialitate poſſeſſionis, & totaliter rerum poſſeſſarum.

4 Diſſoluta verò inter † eos ſocietate morte alterius, aut quacunq; alia ratione, vt per diuortium, omnia eorum bona ac iura in duas partes ſunt diuidenda, medietaſque vna ad vnum coniugum, aut ad hæredes illius, & medietas alia ad alterum, ſpectat. Si autem vir ante vxorem moriatur, vxor manet in poſſeſſione omnium bonorum tāquam familiæ caput, ab eaq; hæredes viri accipere debēt partem, quæ ad virum pertinebat: quemadmodū, ſi vxor ante virum è vita diſcedat, vir manet in poſſeſſione omnium bonorum tanquam familiæ caput, ab eoque hæredes vxoris accipere debent partem, quę ad vxorem attinebat. Quando autem ſocietas per diuortium diſſoluitur, vxor debet accipere à viro, tanquam a familiæ capite vniuerſaliq; adminiſtratore omnium bonorum vſque ad id tempus, portionem, quæ ipſam contingit. Hæc omnia conſtant ex 4. lib. Luſitanarum ordinatio. tit. 7. §. 1. & lib. 2. tit. 47. §. 2. & 3.

5 Ab hac † doctrina excipitur, ſi inter ea bona ſint aliqua vinculata, vt maioratus, capellæ alicuius, aut feudi, vel coronæ Regni, ad aliquem coniugatorū attinentia, aut aliqua bona emphyteuticaria ex ijs, quæ ad vtrumque coniugem non ſpectāt, vt ſuo loco inferius dicemus, qualia ſunt, quæ nominationis vocant. Eiuſmodi quippe bona quo ad fructus ex eis conſtante matrimonio perceptos ſunt communia vtriuſque coniugis: diſſoluto verò matrimonio, pręcipua manent eius coniugis, cuius erant, aut hæredum illius, neque manet in eorum poſſeſſione coniux, qui fuerit ſuperſtes, defuncto eo, cuius illa erant.

Quod tñ intellige, niſi empta fuiſſent de communibus bonis, aut in eis factæ fuiſſent meliorationes: tunc. n. quia coniugi ſuperſtiti debetur dimidium pretij, quo empta fuere, aut dimidium meliorationum, quæ in eis factæ ſunt, manet in illorum poſſeſſione, quouſque ei perſoluatur, qd ea ratione ipſi debetur. Idem eſt, ſi eiuſmodi bona, quę ad alterum tm̃ pertinebant hypothecę fuerunt ſubiecta alteri ſuperſtiti, interueniente autoritate illius: cuius conſenſu aderat neceſſarius: tunc. n. ſuperſtes manet in poſſeſſione eorum quo uſque ei ſatisfiat in ijs, ad quorum ſecuritatem hypothecæ fuerunt ſubiecta. Hæc habentur quarto lib. Luſitan. Ordinat. titu. 7. §. 2.

6 Item ſi † aliquis coniugum, qui eo modo cōtraxere, aliquid debebat alicui, quando ita celebratū fuit matrimonium, eiuſmodi debita cōia nō ſunt vtrique coniugi, ſed is ſolus ea ſoluere tenetur, qui debitor illorum erat, idque de bonis, quæ adduxit, & de medietate lucrorum, quæ conſtante matrimonio fuerint acquiſita, & ad id ipſum attinuerint: atq; in his ſolum bonis pōt fieri exequutio cōſtante matrimonio, non verò in bonis, quæ ad alterum coniugem ſpectant. Et denique matrimonio diſſoluto, coniux qui illa debebat, aſſumere tenetur in partem, quæ ipſum cōtingit qd ita fuerit ſolutum. Ita hr̃ titu. 7. citato §. penult. illud adderem, qui ita debitor extitiſſet, neque illud detexiſſet ante matrimonium contractum, teneri alteri coniugi ad damna & decrementa, etiam lucri ceſſantis, quæ ea de cauſa fuerint ſubſequuta.

Quādo mulier aliqua negaſſet aliquem in maritum, eaq; via pœnam adulteræ euaſiſſet, aut aliqua alia ratione ſententiam obtinuiſſet, illum non eſſe ſuum virum; tunc poſtea admitti nequit ad probandum, illum eſſe ſuum virum, ad effectum participandi in bonis illius, quaſi cū eo matrimonium

nium contraxiſſet, illudque conſummaſſet. Ita habetur ibi. §. vlt. Idem dicerem, ſi quis obtinuiſſet ſententiam aliquam non eſſe ſuam vxorem: poſtea enim non admitteretur ad probandum fuiſſe ſuam vxorem, vt bonis illius participaret.

Dubiũ Quãdo matrimonium fuit putatiuum bona fide contractum ex parte eius, qui cõicare eligeret in bonis alterius, eademque bona fide fuit conſummatum, ſi poſtea detegatur impedimentum,
7 ac comperiatur fuiſſe nullum, dubium eſt, an † cẽſenda ſint communicata bona talium cõiugum, ita vt diuidẽda ſint in duas partes æquales; an nõ, ſed vnuſquiſque eorũ accipere debeat, qđ attulit.

Et quidem, ſi detecto impedimento cõperiantur bona aliqua ſuperlucrata, dicendum eſt, ſiue matrimonium celebratum fuiſſet contractu medietatis, ſiue arrharum & dotis, bona illa ſuperlucrata eſſe communia, & æqualiter inter vtrumq; coniugem diuidenda. Ratio eſt, qm̃ ſocietas illa bona fide contracta fuit, & perſeuerauit vſque ad id tempus, contribuente vtroque coniuge capitale, quod ad ea lucra cooperatum fuit, atque vtroque coniuge apponente adminiſtrationem, operas, & induſtriam, & quæ ad eorum vnumquemque ſpectant: quare lucrum cõe eſſe debet, non ſecus ac ſi matrimoniũ validum, verumq; fuiſſet. Ita cõis ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Gama deciſ. 89. & 204. Ant. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 77. & Couar. in epit. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 7. Quòd verò attinet ad capitalia, quãdo matrimonium celebratum fuit contractus medietatis, res eſt dubia, & de qua doctores, q Luſitani nõ ſunt, minimè loquuntur; eo quod de iure cõi nulla mẽtio fiat talis matrimonij, neque in vſu eſſe ſolet in alijs locis. Rẽ cõtrouertit Gama deciſ. 89. citata.

Et cum in quadam alia cauſa referat à ſe, fuiſſe pronunciatum communicari, in ea tamẽ deciſione propendet, probabilius eſſe non communicari: quod & mihi placet. Etenim communicatio capitalis validitatem matrimonij ſupponit, & quaſi ſub matrimonij conditione cenſetur cõtracta ſocietas quo ad eam cõmunicationẽ: quare eo ipſo, quod matrimoniũ nullũ comperitur, nullã quoque fuiſſe ſocietatem eſt cenſendũ.
Deciſ. Credo tñ tũc, ſi quæ imminutio reperiretur in capitalibus, diuidentiam eſſe proportione quadam inter eos coniuges, iuxta quantitatem capitalium vniuſcuiuſque eorum: quoniam id poſtulat ea ſocietas bona fide contracta, & illucuſque continuata.

Quando aliqui matrimonium in Luſitania cõtractu medietatis bonorum celebrarunt, adminiſtratio omnium bonorum ad virum, tamquã ad familiæ caput pertinet, ad vxorem verò non alia adminiſtratio ſpectat, quam quæ à viro fuerit illi conceſſa, ac permiſſa. Lege quæ diſp. 274. 275. & 343. dicta ſunt. Quãdo autem vxor ſibi, dum matrimoniũ celebrauit ex peculiari pacto bona aliqua reſeruauit, quorum adminiſtratio, & diſpoſitio ad ipſum ſolam attineret, tunc adminiſtrationem eorum bonorum independentem haberet à marito. Rarò tamen id euenit. In aliquibus autẽ
8 vir ab vxore pendet. Bona † quippe immobilia, & quæ cum immobilibus computantur, vt ſunt iura ad annuos reditus ad decennium, aut vltra, alienare non poteſt vir ſine expreſſo cõſenſu vxoris, aut ſine procuratione ad id vxoris. Si aũt aliter illa alienet, inualidat eſt alienatio, nihil impediente, quod fideiuſſores adhibiti fuerint, qui ex tali obligatione ad nihil tenentur; & nihil impediente, quod vir ſub certa pœna ſe aſtrinxerit afferre conſenſum vxoris expreſſum: omnia enim irrita ſunt, & nulla.

Ad probãdum autem expreſſum vxoris cõſenſum, non aliud admittitur, quam ſcriptura publica. Poteſt nihilominus vir abſque vxoris conſenſu vendere aut renunciare, quodcunque offi-
9 ciũ. De † conſenſu viri, aut viro renuente, de conſenſu Regis, aut iudicis loci, reuocare poteſt vxor rem immobilem abſque ipſius expreſſo conſenſu à viro alienatam. Idipſum poſſunt efficere hæredes vxoris defunctæ. Idem efficere poteſt vir, qui eam rẽ alienauit, efficereque poſſunt hæredes viri, de conſenſu tamen vxoris, aut hæredum vxoris, ſi illa ſit defuncta: non verò ſine eo conſenſu.
10 Quando † res alienata ſine vxoris conſenſu modis explanatis extrahitur, diſtinguendũ eſt. Quoniam, ſi pretium in bonũ, tam viri, quam vxoris ſit conuerſum, aut vxor aliquo modo illo participauit, tunc de bonis cõmunibus vxoris, ac viri reſtituẽdum eſt emptori. Si verò vxor nullo modo illo participauit, ſubdiſtinguendum eſt. Quoniã vel emptor conſcius erat, venditorem eſſe coniugatum, iuſtamve cauſam habebat id ſciendi: vel non. In priori euentu emptor pretium amittit, atque vltra rem, tenetur reſtituere fructus omnes ex illa præceptos, deductis expenſis.

In poſteriori verò, tenetur vir ſoluere pretium, quod ſi non ſit ſoluendo, detruditur in carcerem, quouſque illud ſoluat. Habent verò hactenus dicta locum, non ſolum ſi alienatio ſine cõſenſu expreſſo vxoris facta ſit poſt matrimonium cõſummatum per copulam, ſed etiam ſi ſit facta ante illud conſummatum. Hæc omnia habentur 4. lib. Ord. Luſit. tit. 6. Quo in loco conſtitutum etiam erat, vt vxor ad conſenſum præbendum corã iudice compareret, vtroque abſente ſub iureiurando interrogaretur, an libere conſentiret. Id verò 1. par. leg. extrauag. titu. 22. l. 6. reuocatum poſtea fuit, ac ſancitum, vt coram tabellione ſine iudice conſenſum præberet, inhibitumque fuit ſub iureiurando interrogari. Quatenus autem vir à conſenſu vxoris pẽdeat quo ad donationes pecuniæ, ac aliarũ rerũ mobilium, & quo ad eleemoſynas, itẽq; de his, quæ vir largitur cõcubinæ, aut cuicũque alteri, cũ qua fornicetur, diſp. 275. dictũ eſt.
11 Si vir ſine vxoris † cõſenſu fideiuſſor exiſtat alicuius ſolum poteſt obligare medietatem bonorum, quæ ad ipſum ſpectat: non verò medietatẽ bonorũ vxoris. Excipitur quando fideiuſſor exiſtit pro pretio, quo aliquis reditus aliquos regis conduxit: tunc enim mobilia omnia bona vtriuſque coniugis manent obligata, & ex immobilibus ſola medietas, quæ ad virum ſpectat. Si autem vir conducat reditus regis, aut alicuius alterius, atque ad id omnia ſua bona obliget, tunc cõmunia omnia ipſius, & vxoris, ſiue mobilia, ſiue im-

ue immobilia ſint,manent obligata. Ita habetur 4.lib. Luſit.ord.tit.13.

Hinc cōſtat, meritò Gama deciſ.108. aſſerere
12 contra quoſdā,iure † Luſitano fas eſſe merito hypothecare ſine conſenſu vxoris rem immobilem, quam ſine eiuſdem vxoris conſenſu non pôt alienare. Bene tamen ibidem obſeruat,ſi res aliqua immobilis pignori daretur aut hypothecæ ſubijceretur,pro tanta quantitate,aut ſpes non eſſet eā redimendi cenſeri tunc eam alienare, ac proinde inualidum eſſe tale pignus,aut hypothecam, ſine vxoris conſenſu. Eum legito.

Etiā pendent vir ab vxore,& vxor à viro,quatenus neuter eorum contendere poteſt in iudicio circa bona immobilia,aut quæ cum immobilibus computantur,ſine conſenſu, aut procuratione alterius:& quicquid aliter fuerit attentatum, totū eſt irritum,& inane. Eodemq; modo ſimul eſt citandus coniux eius rei,cum quo in iudicio côtenditur:alioquin in totum erit ſimiliter irritum, & inane,niſi fortè reus procurationem habuerit,aut conſenſum ſui coniugis, ad procedendum in ea lite. Si autē coniux citatus, non comparuerit in iudicio per ſe,vel per ſuum procuratorem, intra tēpus ei præſcriptum,tunc adhibita inſuper vna publica proclamatione,valent,quæ poſt eam proclamationē fuerint effecta. Graues autē pœnæ iudicibus ſtatuūtur niſi in principio litis tam de actore,quā de reo inquirant,an coniugati ſint, & niſi ea,quæ dicta ſunt,exequutioni mandari fecerint. Si autem in litis progreſſu alter contendentium vxorem ducat,eadem mandanda ſunt exequutioni circa nouam vxorem. Quòd ſi iuſta ignorātia iudicis in lite progreſſus fiat, tunc, quia fuit ritè incœpta irrita non ſunt, quæ cum ea ignorantia fuerint cōtinuata. Quando vnus coniugum litem vult intētare circa ſimilia bona ſua propria,& alter cōcedere ad id non vult ſuum conſenſum, aut procurationē,tunc iudex loci, in quo habitant, ſi proſpexerit, rē eſſe rationabilem, eumq; qui litē vult intentare,ad id eſſe idoneum,tenetur præbere illi conſenſum, ſufficitq; id iudicis conſenſus ſine conſenſu coniugis, eum exhibere renuentis. Hæc habentur 3.lib. Luſit.ord.tit.32.

13 In hoc † ſocietatis contractu,ſi quid inſumatʳ, aut amittatur, ob delictum alterius coniugis, aut notabilem culpam,vel negligentiam ipſius, quæ maior ſit,quam leuis,aut ob indebitam,ac inordinatam adminiſtrationem, id totum accipere tenetur is coniux in partem bonorum quæ ipſum contingit,vt diſp. præcedente dictum eſt conſtatq; ex l. ſi fratres.§.vlt.ff.pro ſocio,concinuntq; Luſitanæ ordinationes lib.4.tit.6.§.vlt. dum præcipiūt, virum in ſuam partem accipere donationes,quas ſine conſenſu vxoris fecerit;id vero quomodo intelligendum ſit,diſput.275.eſt explicatum;atque etiam dum tit.8. vxoribus concedunt repetitionē eorum,quæ mariti dederint concubinis,aut alijs, cum quibus copulam habent, de qua rediſputat. citata eſt etiam dictum. Confirmatur,qm̄ in illis omnibus iniuriā facit vnus coniugum,alteri coniugi,damnumque illi dat iniuſtè, dum ſua culpa eſt in cauſa, vt cōmunia bona eo modo inſumantur,aut amittantʳ: ergo tenetur illi reſtituere damnum ita ei illatum: quod cum minimum eſt dimidium eorū,quæ ita fuerint inſumpta,aut omiſſa.

Dixi,cum minimum:qm̄ ēt cernitur defraudatio in eo,quod illis bonis poſſet inſuper acquiri. Quo loco obſerua,vt cōiux, qui id ita inſumpſit. à reſtituendi onere liberetur,ſatis eſſe, ſi liberam remiſſionem ab altero coniuge obtingat: eo quòd alienatio illa valida fuiſſet,ſi de eiuſdem conſenſu fuiſſet effecta. Satis etiam eſt,ſi abſque dubio intelligat,quamuis alter coniux doleat, id ita eſſe inſumptum, nullam tñ velle reſtitutionē. In his etiam rebus locum habet compenſatio. Si.n. vnus coniugum intelligat,alterum totidem,aut plura, bona malè inſumpſiſſe, ad nullam reſtitutionem ei tenetur. Obſerua ēt coniugem,qui res male inſumptas tenetur accipere in partem ſuam non teneri eas accipere, in tertium bonorum de quo in Luſitania liberè poteſt diſponere, ſed declarare poſſet,vt de tota portione bonorum,quæ ad ipsū alioquin debebat ſpectare,id detrahatur diſponereq; ad libitum poſſe de integro tertio bonorum remanentium. Ratio eſt,qm̄ id ad æs alienū ſpectat, quod de integro aceruo ſuorum bonorū eſt ante omnia detrahendum: & de tertio remanentium poteſt in Luſitania liberè diſponere:reliquæ verò duæ partes ſunt legitimæ deſcendentiū,aut, in deſcendentium defectum, ſpectant ad aſcēdentes. Cætera,quæ circa hunc contractum dici poterant,ex ſequentibus intelligentur.

De ſocietate matrimonium celebrantiū in Caſtella, & Luſitania contractu arrharum, & dotis. Et quæ dos profectitia, quæq; aduentitia dicatur. Et de aliquib. priuilegijs dotis, etiam ex parte eius,cui promittitur.

DISPVTATIO CCCCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Dos quid.*
2 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
3 *Dotis promiſſio, & traditio tacitam habet traditionem, ſi nuptiæ ſequantur.*
4 *Tēpus ſolutionis dotis a quo pūcto currere īcipiat.*
5 *Dos de iure communi ad quid detur viro.*
6 *Societatis contractus inter virum, & uxorem de iure communi non conceditur: ſecus de iure Luſitano,& Caſtellæ.*
7 *Dos dari,aut promitti a quibus poſſit de iure cōi.*
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ nu. 8.
9 *Dotis cauſa tacitā habet ſtipulationē tam quo ad reſtitutionem,quam quo ad eius ſolutionem.*
Item tacitam hypothecam.nu. 10.
Et quid de iure Luſitano.nu. 11.

QVando coniuges matrimonium celebrant contractu arrharum, & dotis,eſt quidem, de iure huius Regni,& de cōſuetudine Luſitaniæ ſocietas inter eos quo ad communionem in ſolo lucro,ſi quod,diſſoluto matrimonio,aut diuortio facto,competiatur;non verò in capitali.

Vt

Vt verò res hæc tota melius intelligatur, conſtetque, quænam ſint communia lucra inter ipſos diuidenda, & quomodò, finita ſocietate, bona omnia inter eos ſint diuidenda, ſimulq; manifeſtum fiat, quod ſit diſcrimen inter huiuſmodi matrimonium, vt celebrabatur de iure cõmuni, & vt in his duobus Regnis celebratur, ab explanatione capitalium vtriuſque coniugis erit nobis ordiendum: & primo loco dicendum erit de præcipua parte capitalis vxoris, de dote ſcilicet.

Dos, ab Azone, conſentaneè ad varia iura, in 1 hunc modum definitur. Eſt, † quod viro dat, aut promittitur, ratione matrimonij ad onera illius ſuſtinenda, hoc eſt, ad alenandam, ac ſuſtentandã vxorem, cõmunes filios, & familiam. Quo fit, vt 2 ſine † matrimonio dos neque eſſe, neque intelligi poſſit, vt habetur l. 3. l. promittendo, ff. de iure dotium, & l. cum multæ, verſ. ſicut. C. de donat. ante nupt. conſentitq; cõis doct. ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Anto. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 25. Greg. Lopez l. 11. tit. 11. part. 4. glo. vlt. & Emmanuel Acoſta. l. cum tale, §. ſi arbitratu, limit. 6. 3 n. 30. Atq; † inde efficitur, vt dotis ꝑmiſſio, quin & traditio, tacitam habeat conditionem, ſi nuptię ſequantur, neque promiſſa dos peti poſſit ante celebratas nuptias. Ita habetur expreſsè, l. ſtipulationum, ff. de iure dot. & conſentiunt l. plerunq; §. ſi ante, l. in rebus, §. 1. & l. non enim eod. titu. Hĩ etiam expreſsè l. item quia §. fi. ff. de pact. & l. 11. 4 tit. 11. par. 4. Inde † vlterius efficitur, vt tempus cõſtitutum ſit, in quo dos ſolui debeat, vt ſi dictum ſit intra annum, tempus currere incipiat à puncto celebrationis nuptiarum, non vero à puncto initi contractus. Ita habetur l. tali facta in prin. ff. de iure dot. & l. 12. tit. 11. par. 4. atque affirmant Bar. & cõis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. ad l. 50. Tauri nu. 28. refert, ac ſequitur. Secus autem eſt, ſi expreſſum fuiſſet tempus currere debere à puncto conuentionis, aut certus, ac deſignatus dies ſolutioni eſſet præfixus, vt dies ſancti Ioãnis, ſancti Michaelis, aut natiuitatis Domini, tunc. n. nuptijs intra id tempus celebratis, tempore conſtituto, qñ facta fuit conuentio, ſoluenda eſſet dos. Si item conuẽtum fuiſſet, vt dos ante celebrationem nuptiarum ſolueretur, tunc eo tempore erit ſoluẽda. Si tamen nuptiæ effectum non habuerint, repetetur, quod datum fuerit in dotem. Ita cũ Bal. & alijs. Ant. Gom. nu. 28. citato, & Grego. Lopez l. 11. glo. vlt.

5 Eſt verò hoc loco obſeruandum, dotem † de iure cõi dari uiro, quo ad vſum, & fructus illius, pro matrimonij onerib. ſuſtinendis, ita qđ matrimonio diſſoluto, dos integra de iure cõi reuertebatur ad vxorem, aut ad hæredes vxoris, & fructus oẽs ac lucra ex illa vſq; ad matrimonium diſſolutum, integrè pertinebant ad virum. Ita habetur l. 1. & 2. & l. dotis fructus, ff. de iure dot. l. 1. ff. ſolut. matrim. l. vlt. C. eodem tit. l. aſſiduis, § oportebat. C. qui potior. in pign. hab. l. pro oneribus. C. de iure dot. & alijs iuribus. Tenebatur inſuper vxor toto tempore, quo matrimonium perſeuerabat, præſtare eam partem adminiſtrationis familiæ, quæ ad ipſum attinebat, eaſque operas in illa adminiſtranda adhibere, quas pro ipſius conditione eam 6 exercere deceret. Hinc † liquet, de iure cõmuni inter vir. & vxo. non fuiſſe contractum ſocietatis bonorum, id quod affirmant Couar. in epito. ca. 7. §. 1. nu. 5. & alij, quos refert: qm̃ nec in lucro cõicabãt. Sed inter eos fuiſſe cõtractũ innominatũ, do tibi dotem quo ad vſum, & fructus illius tempore toto matrimonij, vt ſint tui, & inſuper familiam adminiſtrabo quoad ea, quæ ad me ſpectant, præſtaboq; operas, quas in illius adminiſtratione me præſtare decebit, vt facias, ſeu ſuſtentes reliqua matrimonij onera. De iure autem Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitaniæ, additum poſtea fuit, vt non ſolum dotis, ſed & cęterorum bonorum vxoris adminiſtratio ad virum attineret, eſſetq; inter eos cõio quo ad ſola lucra oĩum bonorum vtriuſque, vndecunq; illa aduenirent. Quo fit, vt de iure Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitaniæ, cõtractus his vera ſit ſocietas quo ad cõionem ſolũ in lucris: non verò de iure cõi. Quid autem ius, aut conſuetudo, in reliquis habeat regnis, ex legibus, ac praxi cuiuſq; eorum eſt addiſcendũ. Obſerua tamen, in Caſtella, & in Luſitania contractum hunc non eſſe merum ſocietatis, ſed permixtũ habere hunc alium ex parte vxoris, hæc omnia exhibeo, atque operam meam totam, & induſtriam in te adiuuando præſtabo, quam me præſtare erit decens, vt integrè omnia onera matrimonij ſuſtentes, ſaluumque meum totum capitale ſemper conſerues; quatenus verò vlterius addit, ſi quæ autem inuenta fuerint lucra ex omnibus tuis bonis, ac meis ex tuaq; & mea induſtria, dimidium eorum ad me, & alterum dimidium ad te pertinebit: cernitur in eo contractu vera ſocietas.

Ius Caſtella, et Luſit.

7 Dos dari, conſtitui, aut promitti põt † viro à patre vxoris, aut ab alio aſcendente per lineam maſculinam, vt ab auo, vel proauo, paternis, & tũc, ſi ab eis detur, aut promittatur de ipſorũ bonis, vel ab aliquo alio nomine, aut intuitu horum, ita qđ ea bona ab his aſcendentibus cenſeantur proficiſci in dotem eius mulieris, appellatur dos profectitia. Poteſt etiam dari, conſtitui, aut promitti viro, vel ab ipſamet vxore de ſuis proprijs bonis, etiam ſi pater illa conferat viro de bonis filiæ, quę hęreditario iure acquiſiuit à matre, aut habeat aliunde, vel dari, conſtitui, aut promitti poteſt viro à matre vxoris vel à quocunque alio conſanguineo, qui non ſit de aſcendentibus per lineam maſculinam paternam vxoris, vel denique ab aliquo extraneo, & tunc appellatur dos aduentitia. Ita habetur l. profectitia, ff. de iure dotium, & l. 2. tit. 11. part. 4. Inter alia autem hoc erat diſcrimen inter aduentitiam, & profectitiam dotem. Quod quando dos erat profectitia, mortuo viro, ſi vxor non erat emancipata, dos reuertebatur ad parentem, qui eam dederat, ſi erat ſuperſtes, non verò ad vxorem: tenebatur tamen is parens reſtituere illam integram ei mulieri in euentu, quod iterum nuberet, niſi parentis bona eſſent valde imminuta: nam tunc ſolum tenebatur tradere illi ex dote, quod commode poſſet. Quando autem dos erat aduentitia, regrediebatur ad vxorem, & non ad eum, qui illã dederat: eſto, qui illam dedit,

eſſet mater, niſi fortè dos ſub eo mõ eſſet data, vt
morte viri regrederetur ad eũ, qui illã dedit. Hæc
omnia habentur l. vnica. §. accidit, & §. & hoc, cũ
authen. ibi ſubiuncta. C. de rei vxoria actione. Ho-
Ius Caſtel. die tñ in Caſtellæ, & Luſitaniæ Regnis, locũ non
habet hoc diſcrimen; eo qđ mulier eo ipſo, qđ nu-
bet, emancipata, ſuiq; iuris manet, vt diſp. 227. &
alias ſæpe in hoc tractatu dictum eſt: quo fit, vt, ẽt
qñ dos eſt profectitia, ad vxorẽ, & nõ ad parentes,
regrediatur. Hoc loco obſerua, quãdo dos a matre
collata fuit licet ad effectum proximè explanatũ
profectitia non dicatur, dici tñ ad effectũ, ꝙ, tamq̃
cõparatione matris profectitium, adducendum ſit
ad collationẽ in partitione bonorũ mr̃is, vt diſp.
233. & alijs ſeq. viſum eſt. Fructus tñ profectitiæ
dotis, tam a genero quã a filia, percepti, adducẽdi
non ſunt ad collationem, vt ibidem oſtenſum eſt.
9 Siue † dos profectitia, ſiue aduentitia ſit, cã do-
tis iuris priuilegio tacitã cenſetur habere ſtipula-
tionem, non ſolum, vt diſſoluta matrimonio illã
repetant vxor, vel parentes, aut hæredes vxoris,
ſed etiã vt vir dotẽ ſibi cum vxore promiſſam, nõ-
dumq; ſolutam exigere poſſit a quocũq, illam ei
promiſerit, ſiue ſit vxor ipſa, ſiue parentes, aut alij
conſanguinei, vel quicunq; alij. Quo fit, vt in cau
ſa dotis pactũ nudũ adminiculo legis veſtiatur, il-
li tribuentis tacitam ſtipulationẽ, ac proinde vt ex
illo nõ ſolum naturalis, ſed etiam ciuilis obligatio
oriatur, vt in calce diſp. 255. dictum eſt. Hæc ha-
bentur l. vnic. §. 1. & §. & vt plenius, ver. & nemo.
C. de rei vxo. act. & l. ad exactionem. C. de dotis
promiſ. & affirmat communis ſententia, quam
Ant. Gom. ad l. 30. Taur. nu. 29. refert, ac ſequitur.
10 Habet † præterea cauſa dotis tacitã hypothecã,
non ſolum in bonis viri, vt dos repetatur diſſolu-
to matrimonio (de qua inferius ſuo loco dicetur
plene) ſed ẽt vir habet tacitam hypothecã in bonis
promittentis ſibi dotem, tum vt illa ei ſoluatur,
tum etiam ad intereſſe, ſi aliquid dotis, poſtquam
fuerit ei ſoluta, euincatur. Ita habetur l. vnica cita-
ta § & vt plenius, & l. 23. tit. 12 par. 5.
Habentq; hæc locum, ſiue interuenerit ſcriptu
ra, ſiue nõ vt hr̃ l. vnica citata. §. & nemo. In Luſi-
11 taniæ † tñ Regno licet eadem vim habeant, non
Ius Luſit. tñ admittitur probatio circa dotẽ promiſſam, niſi
per ſcripturã publicam, aut confeſſionẽ promittẽ-
tis, vel hæredum illiuc poſt eius mortem, vt diſp.
260. oſtendimus. Obſeruant verò Greg. Lopez, l.
23. citata gl. 1. & Ant. Gom. nu. 29. citato, cũ gl. §.
& vt plenius citato, verb. ex vtroq; latere, & cõi
doct. ſnĩa, hypothecã, quam vir hẽt in bonis pro-
mittentis ſibi dotem nõ eſſe priuilegiatam, vt præ
feratur vir ea in parte anterioribus creditoribus:
quemadmodum priuilegiata eſt hypotheca, quam
vxor in bonis viri habet ad ſuam dotem recuperã-
dam, vt inferius dicetur. Ratio autem eſt, quoniã
nullibi in iure reperitur cõceſſum id priuilegium
viro, ſicut conceſſum reperitur vxori.
Hæc omnia, quæ de hypotheca viri in bonis
promittentis ſibi dotem, & de ſtipulatione tacita
dicta ſunt, locũ ſimiliter habent in dote, quæ pro-
mittitur quando aliqui matrimonium celebrant
contractu meditatis bonorum.

Parentes quouſque teneantur dotare filiam, aut donare filio ad nuptias. Promiſſio talis dotis, aut donationis, quouſque intelligatur de bonis promittentis, aut eius, pro quo promittitur. Et quouſq; facta, aut impleta a viro, contingat bona vxoris.

DISPVT. CCCCXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater compelli poteſt tradere filiam nuptui, ſi ſit vl tra 25. annum; & eam de bonis proprijs dotare.*
2 *Dos filiæ, a patre danda quanta eſſe debeat.*
3 *Mater in quibus caſibus teneatur filiam dotare.*
4 *Pater promittens filiæ cenſetur de bonis proprijs promittere non autem filiæ.*
Idem in donatione propter nuptias facta filio.
Declara, & intellige, vt nu. 5.
Et quid in Regno Caſtellæ, nu. 8.
Item fallit in matre, & alijs qui non habent filios in poteſtate num. 6.
7 *Tutor, & alius quilibet extraneus, dotem, vel donationem propter nuptias promittens, quo caſu cenſeatur de ſuis proprijs bonis promittere.*
9 *Vir poſt mortem vxoris dotans filiam, aut donationem propter nuptias filio faciens, de quibus bonis cenſeatur id facere.*
10 *Pater & mater ſimul, ſi promittant dotem filiæ, aut donationem propter nuptias filio faciant vnuſquiſque eorum tenetur pro medietate etiam de iure Caſtellæ.*
Immò etiam valere promiſſionẽ de bonis dotalibus num. 11. Et quid de iure Luſitano. nu. 12.
13 *Vir quomodo poſſit dotare filias, vel donare propter nuptias filio ex priore vxore, ſine conſenſu ſecundæ vxoris.*
14 *Dos magna traditæ a patre filię, quouſque reuocari poſſit per ſuperuenientiam liberorum.*

PAter iudicis autoritate compelli poteſt nuptui
tradere filiam, quando in ea in re eſſet negli-
1 gens. Vt † eſſet, ſi filia vigeſimumquintũ ſuæ æta-
tis annum excederet, nubereque vellet, neque pa-
ter virum illi quæreret. Simul compelli poteſt eã
dotare, etiam ſi filia ex matre, aut aliunde, habeat
alia bona ſua propria. Ita habetur l. qui liberos.
ff. de ritu nupti. & l. vlt. C. de dotis promiſ. atque
l. 8. tit. 11. part. 4. & conſentit communis doctorũ
ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Greg. Lo-
pez, ad l. 8. citatam, & Ant. Gom. ad l. 50. Tauri,
2 num. 21. Menſura † autem vſque ad quam pater
compelli poteſt dotare filiã, eſt legitima tali filiæ
debita in bonis patris. Si. n. pater commodè poſ-
ſet eam integram illi dare, compelli poteſt, vt illi
eam exhibeat, vt cum Saly. & Alex. ait Greg. Lop.
l. 8. citata verb *dotar*, & l. 8. tit. 4. p. 5. verb. *a otro*.
3 Mater † verò non tenetur filiam dotare, vt ha-
betur l. neque mater. C. de iure dotium, & l. 9. titu.
11. par. 4. Patris quippe munus propium eſt, & fi-
lias dotare & filijs tradere donatione propter nu-
ptias, ſeu ad nuptias, vt habetur l. vlt. C. de dotis
pro-

promiſſ. Excipitur, qñ vrgens aliqua adeſſet cauſa vt mater filiã dotaret, vt ſi filia eſſet inops, neq; aliunde haberet dotem. Sicut.n. propter inopiam tenetur mater illi alimenta præbere, quãdo pater præſtare ea non poteſt, vt diſp. 168 & 228. circa quintũ effectũ patriæ poteſtatis oſtendimus: ita tenetur et illam dotare. Atque id apertè innuit l. neque mater citata illis verbis; *niſi ex magna & probabili cauſa.* Excipitur præterea, ſi mater eſſet hæretica, aut aliter infidelis, & filia fidelis eſſet: tunc.n. compelli mater poſſet filiam dotare vſque ad integram portionem legitimã tali filiæ in bonis matris debitam, eſto filia à patre, aut aliunde, competentem haberet dotem. Ita habetur l. cognouimus. C. de hæreticis, & l. 9. tit. 11. par. 4. concinitque l. neque mater. C. de iure dotium.

4 Quando † pater habebat alia bona propria filij, aut filiæ vt ex parte matris defunctę, aut aliunde, ad eos ſpectantia, ſi pater tali filiæ, aut filio, mittat certam ſummam in dotem, aut donationem pp nuptias, neq; exprimat, ex quibus bonis ſit eam ſoluturus, cenſetur eam totam promittere de ſuis proprijs bonis, ac proinde eam totam tradere tenetur vltra id, quod talis filia, aut filius aliunde habent. Si autem expreſſit, ſe eam daturum de ſuis proprijs bonis & de bonis talis filiæ, aut filij, neq; expreſſit, quantum ſummę illius daturus eſſet de ſuis bonis proprijs, & quantum de bonis filiæ aut filij, tunc ſolum cenſetur promiſiſſe de bonis filiæ, aut filij, quatenus ipſe ob paupertatem ſoluendo non fuerit de ſuis bonis, quaſi cenſendus ſit promiſiſſe de bonis proprijs ſuis quatenus cõmodè fuerit ſoluendo, & ſolum complementum de bonis filiæ, aut filij. Ratio autem eſt, qm, cum proprium munus patris ſit dotare filias, & donare filijs pp nuptias in dubio præſumit ius, intendiſſe dotare, & donare de ſuis proprijs bonis iuxta ſuũ proprium munus; non verò de bonis filiorum, eſto adminiſtrator ſit bonorũ filiorum; idque ius ſtatuit in fauorẽ matrimonij, atq; vt ſufficienter ſe explicarent parentes, quando in dotem, aut in donationem propter nuptias, aliquid filijs, aut filiabus, promitterent ne primo aſpectu dotare viderentur de ſuis proprijs bonis, *tanquam ſe de ſua liberalitate iactantes*, vt ait lex mox citanda deciperentq; generos, aut nurus, ac poſteà dicerent ſe ſolum intendiſſe dotare, aut donare, de bonis filiarum, aut filiorum, non verò de ſuis proprijs, niſi quod neceſſarium eſſet ad complementum dotis, aut donationis pp nuptias ꝓmiſſæ. Qñ verò pater exprimeret, quãtũ dotaret, aut donaret, de bonis filiorum, & q̃tum de ſuis ꝓprijs, tunc ſolũ teneretur ſoluere de proprijs bonis, qđ expreſſiſſet, & reliquũ de bonis filiorum. Hæc oĩa habentur expreſsè l. vlt. C. de dotis ꝓmiſſ.

Sunt verò circa hæc nonnulla obſeruanda. Pri-
5 mum eſt. Quando † re vera pater intenderet promittere partem ſummæ de bonis filiorum, tunc in foro conſcientiæ nõ teneri ſoluere totam ſummam de ſuis bonis proprijs, ſed ſolũ vſq; ad portionem legitimã debitã filiæ, aut ſi quid vltra de proprijs bonis intẽdiſſet promittere. Niſi forte ex modo, quo promiſit, ſua culpa decepiſſet generũ, aut nurum, quibus id promiſiſſet, qui arbitrati fuerint intendiſſe promittere totum de ſuis proprijs bonis. Rñ, quæ me ad hoc aſſerẽdũ mouet, eſt. Qm, lex citata in præſumptione fundatur, ſtatutaq; eſt, vt parentes diſtinctè loquerentur, neque eos deciperent, qui cum filijs, aut filiabus, ipſorum matrimonia contraherent: in foro autem conſciẽtiæ veritati ſtatur, & non præſumptioni.

Secundum eſt. Contrarium habere locum, qñ pater habet bona aliqua filij, aut filiæ, & cõſumit aliquid in alimentis illius aut in re alia vtili filio, aut filiæ: in dubio.n. cenſetur inſumere illud de bonis filiæ, aut filij, non verò de ſuis proprijs, vt diſput. 234. & 239. viſum eſt. Conſentiuntque l. vlt. ff. de peti. hæred. & l. Neſenius. ff. de neg. geſt. Ratio autem eſt, quoniã l. vlt. C. de dotis promiſſ. in fauorem matrimonij fuit introducta, in quo proprium munus patris eſt de proprijs bonis dotare filiam, & donare filio ad nuptias.

Tertiũ eſt. Hodie in Caſtellę, & Luſitanię Regnis, nomine, donationis propter nuptias, intelligendum eſſe id, quod maſculo ad nuptias datur, quod, vt diſput. 290. dictum eſt, donatio propter nuptias in his Regnis nuncupatur, poteſtque appellari donatio ad nuptias, & eſt longè diuerſum à donatione propter nuptias, ſeu ante nuptias, de qua in iure communi eſt ſermo, illique ſucceſſit, vt diſputatione citata dictum eſt.

Quartum eſt. Quoſdam, quos Anto. Gom. ad l. 50. Tauri nu. 21. refert, ac ſequitur, voluiſſe, qñ pater, qui bona habebat filiæ (idem intellige in donatione pp nuptias promiſſa filio dixit) promitto in dotem tali filiæ meæ tantum, computando in eo id omne, quod illius habeo, teneri ſoluere ſummam totã ita promiſſam de ſuis proprijs bonis, nihil computando de bonis proprijs filiæ. Ducuntur l. vlt. C. de dot. prom. ſſ. Ego verò improbabilem reputo hanc ſententiam. Quoniã lex illa ſolum loquitur in dubio, quando pater non ſufficienter explicauit, quid de ſuo vellet dotare, & quid de bonis filiæ: in euentu autem propoſito, ſufficienter explicat pater, quid in dote, quam promittit, computari velit de bonis filiæ, & ad quid ſe aſtringere velit de bonis proprijs.

6 Quando, qui † dotem, aut donationem propter nuptias, promitteret, non eſſet pater eius, pro quo promitteret, ſed mater, aut alius conſanguineus, vel extraneus, qui haberet adminiſtrationem aliquorum bonorum illius, tunc in dubio non cenſeretur promittere de bonis proprijs, ſed de bonis, quæ adminiſtrat, vt colligitur ex l. cum poſt. ff. de adminiſt. tut. concinuntque l. vlt. ff. de petit. hæred. & alia iura. Quo fit, vt diſpoſitio l. vlt. C. de dot. promiſſ. ſolum habeat locum in patre, qui ex officio tenetur filias dotare, & donare propter nuptias filij. Quòd ſi extraneus aliquis adminiſtrationem habens bonorum alicuius, vt curator, dotem promittat, aut donationẽ propter nuptias, ad illius matrimonium vltra eiuſdem bona, tunc in dubio non cenſetur promittere incrementum de ſuis proprijs bonis, neque tenetur illud ſolue-
7 re. Excipitur, ſi ſciens † eum, cuius bona adminiſtrabat, non habere tantum in bonis, totam eam ſum-

ſummam in dotem, aut in donationem propter nuptias, illius promiſit. Tunc enim quia præſumitur intendiſſe donare, vel ſi donare non intendit, egit doloſè in præiudicium tertij, tenetur ſoluere incrementum illud de ſuis proprijs bonis. Ita habetur l. cum poſt, citata. Si autem, qui adminiſtrationem haberet, atque id promitteret, eſſet mater, aut alius aſcendens, ſub cuius poteſtate non eſſe is, pro quo dotem, aut donationem propter nuptias promitteret, tunc promittere, cenſeretur incrementum illud de ſuis bonis: quoniam cenſeretur intendiſſe id donare ex coniunctione, affectu, ac pietate naturali, argumento textus in l. Neſenius, ff. de neg. geſt. & l. alimenta C. eod. tit. Lege Ant. Gom. vbi ſup. nu. 24.

8 In hoc autem Regno, qn̄ † ſolus vir promittit aliquid in dotem filiæ, aut in donationem pp nuptias filio, matrimonio conſtāte, cenſetur id promittere de bonis ſibi cū vxore cōibus, de illiſque eſt ſoluendum, eſto non conſenſerit vxor. Si autē nulla ſint bona ſibi cum vxore cōia, vel ad id nō ſufficiant, tunc quod deerit, de bonis viri eſt ſoluendum. Ita ſancitum fuit l. 53. Tauri, quæ eſt 8. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Rō prioris partis huius aſſertionis eſt, qm̄ in cōibus lucris viro cum vxore vir hēt liberam adminiſtrationem, plenamq; poteſtatem ea alienandi mō id non faciat in fraudem vxoris, vt eam partē ſuā defraudet, vt hr̄ l. 5. tit. 9. lib. 5 nouę collectionis. Maximè autē habet plenam ptātem alienandi ex iuſta, & rōnabili cā: talis verò eſt dos filiæ, aut donatio propter nuptias filio: eaque de cauſa ad id non indiget conſenſu vxoris, vt neq; ad ea alienādū ex quacumque alia rōnabili cauſa. His accedit, debitum dotandi filiam, & donandi propter nuptias filio, ſuperuenire matrimonio iam conſtante, quare cum debita contracta matrimonio conſtante, ſoluenda ſint de cōibus bonis niſi bona cōia reperiantur, conſequens eſt, vt qn̄ ſunt cōia bona vtrique coniugi, de illis ſoluendæ ſint dotes filiarum, & donationes propter nuptias filiorum. Cōſentiunt Couar. 3. var. reſol. c. 19. nu. 3. Ant. Gom. nu. 24. citato, & alij, quos referunt.

Ius Caſtellæ.

Quæſt.

Dubitatur verò doctores, ſi diſſoluto iam matrimonio per mortem vxoris, vir dotet filiam, aut donet propter nuptias filio, non exprimendo, de

9 quibus bonis id faciat, num cenſeatur † id facere de bonis, quæ conſtante matrimonio cōia ſibi erāt cum vxore, an verò de ſuis dūtaxat proprijs bonis. Ant. Gom. num. 24. citato, & quidem alij, aſſeuerāt, cenſeri promiſiſſe de ſuis duntaxat bonis. Ducuntur, tum quia lex citata ſolum loquitur, qn̄ pater id efficit matrimonio conſtante. Tum etiam qm̄ diſſoluto matrimonio lucra, quæ antea erant cōmunia, manent quo ad medietatem propria hæredum vxoris, neque maritus habet iam tunc liberam de illis adminiſtrationem Couar. verò 3. var. reſolut. c. 19. nu. 3. cum Greg. Lopez. l. 6. tit. 10. part. 5. affirmat, potius cenſeri promiſiſſe de cōmunibus bonis, atque frequentiori iudicum calculo ſnīam hanc eſſe receptam, quam contrariam. Ducuntur, qm̄ debitum dotandi filias, & donandi filijs propter nuptias, contractū fuit poſt matrimoniū celebratū, eoq; perſeuerante: quo circa ſicut de cōmunibus bonis eſt ſoluendum, ita de eiſdem cenſendum eſt promiſſum, datumque eſſe à patre. Neutra opinio, eſt improbabilis. Atque, ſi hæc poſterior vt Couar. ait, receptior eſt, eam amplecterer. Prior tn̄ illa ex eo magnam habet probabilitatem, qm̄ eiuſmodi debitum non eſt, ſicut alia debita, ſed eſt proprium onus paternum ex diſpoſitione iuris cōis: ex quadam autem æquitate l. 35. Tauri, ſancitum fuit, vt cum de iure huius Regni lucra conſtante matrimonio acquiſita cōia ſint effecta vxori cum viro, ac vir liberam eorum habeat adminiſtrationem, cum plena facultate ad ea alienandū, poſſit quoque ea alienare ex iam rōnabili cauſa qualis eſt dos filię, & donatio propter nuptias filio vtrique coniugi cōi: quare cum lex illa 53. Tauri ſolum loquatur conſtante matrimonio, quo tempore vir plenam habet poteſtatem alienandi ea bona, ſane diſpoſitio illa non videtur extendenda ad dotem, ſeu donationem propter nuptias conſtituendam diſſoluto iam matrimonio. Adde, ſi multi filij ex eo matrimonio diſſoluto relicti ſint iam ſinguli ex bonis, ac medietate lucrorum matris, habere ſuam peculiarem portionem, cui non poteſt præiudicare pater promittendo illam in dotem, aut in donationem ad nuptias, alteri filio. Semper verò in euentu, in quo dos filiæ, aut donatio propter nuptias filio, non ſtatuta eſt de communibus vtriuſque parentis bonis, is filius, aut filia, adducere tenetur ad collationem dimidium illius per mortē illius parentū, & dimidium alterum p mortem alterius parentum, vt n. citato affirmat Ant. Gom. & d. ſp. 258. dictū à nobis eſt.

10 Quando tam † pater, quā mater, ſimul aliquid promiſerunt in dotē filiæ, aut in donationē propter nuptias filio, tunc vnuſquiſque eorum tenetur ſoluere medietatem, tam de iure communi, quam de iure Caſtellæ, argumento text. in l. reos, §. cum in tabulis, ff de duobus reis, iunctis, l. dotare, & l. generaliter, C. ad Velle. l. ſiue vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. Lucius Titius, ff. quibus modis pign. vel hyp. & l. quamuis. ff. ſoluto matrimo. In primo enim ex iuribus citatis habetur quando duo aliquid promittunt, nihilque aliud exprimunt, vnumquemque teneri ſoluere medietatem. In reliquis vero habetur, alienationem vxoris cauſa dotis, validam eſſe in euentibus, in quibus alioquin non valeret.

Quamuis autem conſentiant omnes, quando ea vxor tempore, quo id promiſit, habebat alia bona pręter dotalia, de quibus id promitteret, aliqui tn̄ negant valere eam promiſſionem quo ad id, quod de bonis dotalibus eſſet ſoluendum, niſi promiſſio iuramento eſſet confirmata. Hodie

11 † verò de iure Caſtellæ l. 53. Tauri quæ eſt, 8. tit. 9. lib. 5. nouæ collectionis, ſancitum eſt, valere ēt de bonis dotalibus. Atque eadē videtur eſſe probabilior opinio ſtando in iure communi, vt iura citata ſonant. Quare, cum de iure Luſitano nihil de hac re ſancitum ſit, diſpoſitioni iuris communis erit ſtandum in Luſitania, quando ea vxor contractus arrharum, & dotis nupſit.

Quando

Quando verò nupſit contractu medietatis bonorum,nulla ſanè eſt difficultas in eo Regno. Tunc .n.alienare ſimul cũ viro põt bona oĩa, tã immobilia,quam mobilia,eaq; obligare, non ſolum in dotem filiarum,& in donationem pp nuptias filiorum, ſed ẽt ad quæcunque alia: eo ꝙ bona oĩa communia ſint vtriuſque coniugis,alienariq; ab eis poſſint,ad quæcunque voluerint, vt diſp.422. dictum eſt. Ex diſpoſitione iuris communis citata colligit Ant.Gom.ad l.50. Tauri.nu.25. ſi pater & extraneus aliquis,vt nouerca,promittãt dotem filiæ neque exprimant,quantum quiſque eorum ſit ſoluturus, teneri vnumquenque eorũ ſoluere medietatem,refertq; in quodam euentu particulari ita fuiſſe iudicatum.

12 De † iure Luſitano, qñ pater ſolus promittere dotem filiæ,aut donationem pp nuptias filio,eaque ſolueret,ſi promiſſio,ac ſolutio eſſet de bonis mobilibus,neque inofficioſa eſſet alijs filijs,neq; vxori quo ad bona dotalia, paraphernalia, ſponſalitiam largitatem,& arrhas,qñ matrimonium contractu arrharum,& dotis fuiſſet celebratum, aut quo ad medietatem bonorum vxoris,qñ celebratum fuiſſet medietatis bonorum contractu,valida eſſet talis promiſſio,ac ſolutio facta ſine vxoris conſenſu. Probatur,qm̃ de Luſitano iure maritus,ſiue contractu arrharum,& dotis, ſiue medietatis bonorum, matrimonium celebraſſet,liberam habet adminiſtrationem bonorum mobiliũ, ac facultatem ea alienandi ex rationabili cã abſq; conſenſu vxoris,vt patet 4 lib.ordin. tit 6.§.vlt. iuncto principio illius tituli,& iunctis §§.ſeq.dictumq; ex parte eſt, diſp.422.quare cũ ex rõnabili cã dos filiæ conferatur, & donatio pp nuptias filio, quippe cum patri, vt dictum eſt, ex officio incumbat ea præſtare;conſequens eſt, vt, qñ ea pmiſsio,ac ſolutio a ſolo marito fit de bonis mobilibus,valida ſit: non ſecus ac valida ſunt cæteri contractus:de ſimilibus bonis a ſolo marito celebrati. Dixi,neq; inofficioſa eſſet alijs filijs: qm̃ ſi legitimas earũ contingeret ipſis in bonis parentũ debitas,inualida eſſet quo ad id,in quo illas cõtingeret,vt diſp.238.dictum eſt. Addidi,neq; itẽ vxori quo ad bona dotalia,& c.qm̃,vt ſupr.dictũ eſt,vxor non tenetur dotare, & multo minus donare pp nuptias, de ſuis proprijs bonis, interim dum viuit,niſi qñ deeſſent competentia bona marito ad dotandum:neque maritus, vxore inuita, põt dare quicq̃ filiæ cõi de bonis vxoris,vt expreſſè hr̃ l.neque mater. C.de iure dot.quo fit,vt ſi illa contractu arrharum,& dotis nupſiſſet,& dos, aut donatio pp nuptias,facta a ſolo marito,cõtingeret bona dotalia,paraphernalia, & cætera,quæ ad vxorem ſpectant,reclamare poſſet,& petere in vita ſua,quæ ſine ipſius conſenſu data eſſent cum præiudicio bonorum ipſius. De lucris verò cõib. contracto mr̃imonio acquiſitis, diſponere poſſet maritus dotando filias, & donando filijs pp nuptias,ſine conſenſu vxoris, pp rationes, ob quas diximus id de iure huius Regni poſſe;mõ tñ dotaret,aut donaret,de rebus mobilib. Bona quippe immobilia prohibitus oĩno eſt in Luſitania alienare ſine conſenſu vxoris, eſto contractu arrharum,& dotis matrimonium contraxerit, vt patet lib.4.ordin.tit.6. in prin.& §.ſequentib. Eodem ẽt modo ſi ea dos,aut donatio pp nuptias,facta de bonis mobilibus à marito,qui contractu medietatis bonorum vxorem dixiſſet, medietati præiudicaret vxoris,poſſet vxor pp eandem rationẽ reclamare,& repetere in vita ſua, ꝙ illi præiudicaret: eo ꝙ ipſa dotare non teneatur filiã dum viuit, ſed vir. Dos aũt facta a marito filiæ de bonis immobilibus ſine vxoris cõſenſu, aut donatio pp nuptias facta de eiſdem bonis filio, in hoc ſenſu inualida eſt in Luſitania, ꝙ ea vxor,aut maritus de vxoris conſenſu,repetere põt bonum immobile ita datũ, iuxta ea quæ diſpu.422.dicta ſunt:quæ.n.ibi hac in parte dicta ſunt,locum ſimiliter habent, quando matrimonium contractu arrharũ,& dotis fuit celebratum,& maritus ſine conſenſu vxoris alienat bona immobilia,vt lib.4.ordin.tit.6.conſtat. Quòd ſi ad filiam dotandam,iuxta quantitatem, quam pater illi poteſt conferre, aut ad donãdum pp nuptias filio, neceſſarium eſſet tradere illis bonum immobile,aut ad id illud vendere, vxorque irrationabiliter conſentire in ea alienatione non vellet,cogi autoritate iudicis poſſet præbere conſenſum,quin & iudex ſupplere illius conſenſum poſſet,facultatem viro concedendo ad eam alienationem,argumento §.vlti.tit.32.lib.3.ordin.

13 Si vir filios,† aut filias habeat alterius prioris vxoris,poterit ſine cõſenſu poſterioris vxoris dotare eas filias,& donare pp nuptias filijs,de bonis mobilibus,modo,quæ ita dederit, non cõtingant legitimas in bonis ipſius cæteris filijs debitas,& modo id nõ præiudicet bonis poſterioris vxoris. Ratio eſt, quoniam hẽt plenam adminiſtrationẽ eorum bonorum, liberamq; facultatẽ ea alienãdi rationabili ex cauſa,qualis hæc eſt,quippe nõ minus debeat dotem,ac donationem pp nuptias, filijs prioris matrimonij, q̃ poſterioris. Quare,ſi ad id neceſſe eſſet alienare bonũ immobile,neque poſterior vxor conſentiret,poſſet iudicis auctoritate cogi præbere conſenſum, aut iudicis auctoritate illud, vxore inuita alienare vt paulò ante dictum eſt. Eodẽ modo, ſi vxor dotare vellet filiam prioris matrimonij,quæ aliunde non haberet cõpetentem dotem, aut donare ſimiliter vellet filio pp nuptias,nec maritus vellet conſentire, eſto ipſa adminiſtratrix non ſit bonorũ, ſed vir, cogere poterit virũ iudicis autoritate,vt conſentiat, argũ eiuſdem §.vlt. citati. Ratio aũt eſt,qm̃ vxor tunc dotare tenetur filiam, iuxta l.neque mater. C.de iure dotium, maritusq; irrationabiliter eſt tunc inuitus,ne vxor dotet filias, tradatque donatione propter nuptias filijs prioris matrimonij.

Illud poſtremò circa hactenus dicta eſt obſer-
14 uandum,ſi pater † filiæ dotem magnam promittat,aut ẽt tradat, & poſtea alij filij eidẽ patri naſcantur,quibus ea dos inofficioſa reddatur, tunc, ſtando in ſolo iure cõi, atque adeo in Luſitania, vbi nihil in contrarium eſt ſancitũ,reuocari,inualidamve reddi, ſolum quatenus contingit legitimas filiorum non verò quo ad id,in quo pater potuit meliore talem filiam, vt quo ad tertium bonorum patris in Luſitania,vt diſp.283. oſtendimus:

mus: in hoc verò Regno poſt legem Caroli V. q̃ eſt 1. tit. 2 lib. 5. nouæ collect. reuocari, ac nullam reddi, etiã quo ad id, in quo pater poteſt meliorare deſcendentes, ſolumq; eſſe validam quo ad legitimam talis filiæ, eo quòd l. citata prohibitũ, caſſumq, fit redditum, dare filiabus in doté aliquid de tertio, aut quinto, in quo alioquin poſſunt illas meliorare. Ita cum Baeca, quam refert, Gutie. de iur. confirm. 1. p. c. 9. nu. 19.

Fideiuſſores pro dote quouſque marito obligentur, & quando de dote reſtituenda dari a marito valeant. Si dos non ſoluatur, an redditus loco illius poſſit accipere maritus. Et an ſuſtinere matrimonij onera teneatur, qui dotem promiſit, quando teneatur ſolum, quantum commode facere poſſit.

DISPVTATIO CCCCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor pro dote ſoluenda poteſt etiã mulier conſtitui, renunciareque velleiano.*
2 *Fideiuſſores maritus dare non poteſt pro dote reſtituenda.*
Immo obligatio eorum eſt nulla, neque huic priuilegio renunciari poteſt, niſi adſit iuramentum.
Fallit tamen in multis euentibus, vt nu. 3.
4 *Maritus quid facere poſſit, ſi ei dos promiſſa tempore conſtituto non ſoluatur.*
5 *Donatio propter nuptias ſi filiorum ſoluatur, quid ipſe facere poſſit.*
6 *Maritus alere uxorem quo caſu non teneatur.*
7 *Filia ſi ſine conſenſu parentum ſe nubat in facie Eccleſiæ, non poteſt exhæredari.*
8 *Socer matrimonio conſtante non tenetur ad ſolutionem dotis, niſi inquantum facere poteſt: ſecus ſoluto matrimonio per mortem uxoris.*
Fallit in hæredibus eiuſdem ſoceri. nu. 9.
Item fallit in alijs perſonis dotantibus, qui nõ ſint de aſcendentibus uxoris per lineam maſculinã. num. 10.

PRo dote marito promiſſa non ſolũ dari poſſunt fideiuſſores, q̃ marito ſoluetur, vt patet l. proiectitia, §. ſi pater, & l. cũ dotis. ff. de iur. dot.
1 ſed etiam mulier in eo † euentu eſſe poteſt fideiuſſor, neque gaudet priuilegio Velleiani. Ita hr̃ 4. libr. Luſit. ord. titu. 12. §. 2. & conſentit l. vlti. C. ad Velleia. atq; affirmant glo. vlt. ibi. Ant. Gome. ad l. 50. Tauri. nu. 26. & com. doct. ſententia.
2 A marito † vero peti non poſſunt fideiuſſores, q̃ dotem reſtituet vxori, aut hæredibus illius. Ita hr̃ l. 1. & 2. C. ne fideiuſſores dotium. Immò, iuxta probabiliorẽ, ac cõiorem ſñiam, eſto vir illos det, nulla ex parte eorum cõſurgit obligatio, neq; ei priuilegio põt renunciari, vt cũ cõi ſñia affirmant Ant. Gom. nu. 26. citato, & Gutier. de iura. confir. p. 1. c. 21. nu. 1. & 13. Si tñ iuro ſe aſtringant dotem ſoluturos in eo mariti, ſi eam nõ ſoluant, quicquid Bar. & alij, in contrarium aſſerue rint, obligati manent vi iuri, eò quòd ad rẽ illicitam non ſe aſtringant, quin potius ad rẽ ex ſe licitam. Ita Cou. c. quamuis pactum par. 2. §. 2. nu. 9. Ant. Gom. nu. 26. citato. Gutie. c. 21. citato num. 14. & communis ſententia, quam referunt.
3 Excipiuntur tñ † aliqui euentus, in quib. peti a marito poſſunt fideiuſſores, manentq; obligati ſi dẽtur. Primus, qñ dos marito traditur ante matrimonium celebratum, & ipſe fideiuſſores dat, q̃ ſi matrimonium ſortitum non fuerit effectum, reſtituere dotem. Ita colligitur aperte ex l. Titio cẽtum, §. Titio genero, ver. ſed cum ante nuptias. ff. de condit. & demonſtr. & cum cõi ſñia affirmat Anto. Gom. vbi ſupra. Secundus, qñ maritus ad inopiam vergeret, & pro ſecuritate dotis fideiuſſores daret, ne dos ab eo eriperetur, iuxta ea quæ inferius dicentur. Ita colligitur ex cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. & cum Bar. & alijs, affirmat Ant. Gom. vbi ſupra. Tertius, qñ ſoluto iã matrimonio vir fideiuſſores dat, quod reſtituet dotem. Ita cum gloſ. l. 1. C. ne fideiuſſores dot. & doctoribus communiter affirmãt Ant. Gom. vbi ſupra, & Gutier. c. 21. cita. nu. 7. colligiturque ex eo textu, argumento a ratione ceſſante.
Quartus, ſi extraneus mulierẽ dotet cũ pacto, quod matrimonio diſſoluto morte vxoris ſine liberis dos ad ipſum reuertatur: tunc enim fideiuſſores dati, q̃ in eo euentu dos extraneo illi reſtituetur, manent obligati. Ita cum Bar. & alijs. Anto. Gom. vbi ſupra, colligiturque ex iuribus citatis, quatenus in hoc etiam euẽtu ceſſat ratio, propter quam prohibitum eſt dari vxori fideiuſſores a marito, aut a patre mariti, quod maritus dotem reſtituet.
4 Qñ dos † marito promiſſa, illi nõ ſoluitur tpe conſtituto, maritusq; onera ſuſtinet matrimonij, quia vxorem ſuſtentat, agere poteſt ad intereſſe dotis non ſolutæ, aut petere, & accipere cõpetens ſtipendium pro ſuſtentatione vxoris, & oneribus matrimonij, neque in eo interuenit vſura, eſto dos ſoluenda illi eſſe in pecunia, neque ex illa vllum emolumẽtum, aut fructum, eſſet recepturus,
5 vt diſpu. 321. oſtendimus. Quando † etiam filio non ſolueretur donatio propter nuptias tempore conſtituto, arbitror agere etiam poſſe ad intereſſe. Præſertim cum intereſſe ea de cauſa amiſſum, in damnum cedat vxoris, quæ medietatem habitura erat in lucris, & quæ ſi contractu medietatis bonorum nupſit, etiam in ipſa donatione perſoluta, habitura erat medietatem.
6 Si marito dos † nõ perſoluatur cum vxore, nõ tenetur eam alere, neq; illam adducere in domũ ad eam ſuſtentandam, & ſuſtinẽda onera matrimonij. Quin potius, ſi illam iam adduxerat, põt eam expellere, ac mittere in domum parentum illius, ad effectum eam non ſuſtentãdi, nec ſuſtinẽdi onera matrimonij. Ratio eſt, quoniã dos quaſi in pretium datur pro ſuſtentanda vxore, & ſuſtinen-

ſtinendis cum illa oneribus matrimonij, eaq; de
cauſa, deficientibus, qui in pretium, aut quaſi pre-
tium, pro oneribus matrimonij ſuſtinendis dotē
promiſerant, nō tenetur maritus ſtare cōtractui,
eaq; onera ſuſtinere. Ita Panor. c. per veſtras. de
donat. inter vir. & vxor. nu. 4. Sylueſt. verb. dos, q.
10. Couar. in Epit. 4. lib. decreta. c. 7. in princ. nu.
2. Ant. Gom. ad l. 50. Tauri, nu. 31. & communis
doctorum ſententia, quā citant, conſonant. l. vlt.
C. ad Velle. c. per veſtras de don. inter vir. & vxo.
& gloſ. iuncto tex. in auth. de non eligen. ſecundo
nubēt. §. vlt. verb. vt ſuſtineat onera matrimonij.
Dixi ſupra, neq; illam adducere in domum ad eā
ſuſtentandam, & ſuſtinenda onera matrimonij:
qm̄, vt bene Couar. nu. 2. citato notat, ob non ſo-
lutam dotem, non poteſt vir negare vxori debi-
tum, ac maritale conſortium, ſed ſolum ſuſtenta-
tionem illius, quæ competentem famulatum in-
cludit. Neq; contrarium voluiſſe videntur cæte-
ri doctores, quicquid Couar. ibidem dicat. Quòd
ſi quis duceret aliquam vxorem, nulla illi promiſ-
ſa dote, tunc, ſi parentes vxoris dotare eam poſ-
ſent, cogendi eſſent id facere, iuxta ea quæ præce-
dente diſputatione dicta ſunt. Et ſiue eam dota-
rent, ſiue non, teneretur maritus in eo euentu ſu-
ſtentare illam, ipſaque præſtare ei teneretur ope-
ras ſuas, vt doctores citati, iuxta varia iura, quæ
citant, affirmant. Couar. in Epit. part. 2. citata c.
3. §. 8. num. 5. cum multis alijs ex iuriſperitis, ait.
7 Quando † filia ſine conſenſu parentum in facie
Eccleſiæ nuberet, non poſſe à parentibus exhære-
dari, eaque de cauſa poſſe tunc parentes cogi per
inde eam dotare, atque ſi de eorum conſenſu nu-
pſiſſet, atque ciuiles leges contrarium ſtatuentes,
nullam vim habere, eò quòd matrimonialis hæc
cauſa ad ius canonicum ſpectet, quod vult matri-
monium eſſe liberum, immuneq; ab ea, & a qua-
cunq; alia pœna. Contrarium verò copioſè oſten
dimus diſput. 176. circa vndecimam exhæreda-
tionis cauſam neque opus eſt illa repetere. Quò
fit, vt in eo euentu minimè teneantur parentes fi-
lias dotare.

Quòd ad vltimum eorum, quę propoſita ſunt,
attinet. Si is, qui dotem promiſit, ſocer ſit, pater
8 vxoris, aut alius aſcendentium per lineam maſcu
linam, non tenetur ante matrimonium diſſolutū
ad dotis ſolutionem, niſi in quantum facere poſ-
ſit; hoc eſt (vt diſput. 413 explanatum eſt) niſi ad
ita tribuendum ac ſoluendum, vt ipſe non egeat,
ſed maneat ei vnde ſuſtentari poſſit, attenta qua-
litate ſuæ perſonæ, neque pro reliqua dotis parte
poteſt vexari; ſi tamen ad pinguiorem fortunam
venerit, poterit ea ab illo peti. l. rei iudicatæ. §. ſo-
cero, iuncti duabus l. ſequentibus, ff. ſol. matrim.
l. ſicut, & l. ſed & hoc. ff. de re iudic. & l. pen. ff. de
iure dot. Diſſoluto verò matrimonio, ſi iuxta cō-
ſuetudinem, aut ſtatuta aliquorum locorum, vel
vi alicuius pacti, gener lucretur dotem, aut par-
tem illius, tenetur ſocer ad ſolutionem dotis ge-
nerō in ſolidum, vltra id, quod in ſenſu explicato
facere poteſt, ſicut regulariter tenetur in alijs de-
bitis. Ita habetur l. ſicut, & l. ſed & hoc ff. de re iu-
dica. Tametſi l. penult. ff. de iure dot. addatur, id
intelligendum eſſe, quando ſocer doloſè genero
promiſit dotem quam videbat ſe non poſſe com-
modè ſoluere: ſecus autem quando bona fide do-
tem promiſit, arbitratus ſe integrè eam ſoluturū,
impotenſque poſtea effectus atque inuentus eſt,
ad commodè eam integrè ſoluendum: quoniam
tunc, etiam diſſoluto matrimonio, ſolum tenetur,
quantum commodè facere poterit. Propriæ autē
filiæ, & nepotibus, poſt mortem generi, & filiæ,
ſolum tenetur inquantum commodè facere pote-
rit; idemque dicendum erit de matre, quæ dotem
filię promiſerit. Ratio eſt, non ſolum, quia cōpa-
ratione filiæ, dos non debetur ex cauſa oneroſa,
ſed titulo lucratiuo. Qui autem titulo lucratiuo
aliquid promiſit, ſolum tenetur in quantum cō-
modè facere poteſt, vt diſp. 413. copioſè oſtendi-
mus: ſed etiam quoniā parentes ſolum tenentur li
beris in quantum commodè facere poſſunt, vt ha
9 betur, § ſed & ſi, inſtitu. de actio. Hæredes † verò
patris, aut ſoceri, qui dotem filiæ, aut genero, pro-
miſit, in ſolidum tenentur ſoluere dotem de bonis
defuncti, ſi bona defuncti ad id ſufficiant, neque
dos contingat legitimas portiones, ſi quæ in eiſ-
dem bonis ipſis ſint debitæ. Atque idem eſt de hę
redibus eius, qui dono dotem promiſerat, quin &
de fideiuſſoribus; tametſi diſp. 413. diximus, qua
cautela fideiuſſores vti poſſint, vt interim, dū prin
cipalis debitor viuit, non cogantur ſoluere vltra
id, quod principalis debitor facere poſſit. Neque
enim priuilegium hoc tranſit in hæredes, aut fi-
deiuſſores, quin potius defuncto eo, qui promiſit,
non ſecus bona illius obligata huic debito ma-
nent, quam alijs eiuſdem defuncti debitis, vt di-
ſput. 413. dictum eſt, & conſtat ex l. & ſi fideiuſ-
ſor. l. ſciendum, & l. Neſenius. ff. de re iudi. Quan-
10 do † autem is, qui dotem promiſit neque erat pa-
ter vxoris, neq; aliquis aſcendentium per lineam
maſculinam tenetur marito eius pro qua dotem
promiſit, in ſolidum, etiam conſtante matrimo-
nio, idq; etiam ſi ex mera liberalitate id promiſe-
rit. Ratio eſt, quoniam comparatione mariti titu
lo oneroſo tenetur. Comparatione verò vxoris,
quoniam ſolum tenetur titulo lucratiuo, ſolum
tenetur quantum commodè facere poſſit. Quo
fit, vt ſi, diſſoluto matrimonio per mortem viri,
aut per diuortium, dos ſoluenda eſſet vxori, tunc,
qui ſolum ex liberalitate dotem promiſerat, tene-
tur illi ſolum in quātum commodè facere poſſit.
Tametſi filijs mariti, matre etiam defuncta, cre-
do teneretur in ſolidum: eò quòd in ipſos tranſiſ-
ſet ius patris, atque adeò debitum ex cauſa onero-
ſa. Hæc, præter iura citata, conſtant ex l. ſi extra-
neus, & l. pen. ff. de iure dot. De marito quouſque
teneatur quando dos reſtituenda eſt vxori, dice-
tur inferius ſuo loco. Quę verò addi hic poterant,
diſp. 413. dicta ſunt, vbi explanauimus, quæ com
munia ſint omnibus, qui priuilegio gaudent, vt
ſolum conueniantur quantum commodè facere
poſſint. Habent autem locum dicta in hac diſpu-
tatione circa dotem & donationem propter nu-
ptias, etiam quando matrimonium contractu me
dietatis bonorum celebratur.

Domi-

Dominium rerum dotalium quando ad maritum pertineat. Et cui res dotales pereant.

DISPVT. CCCCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rerum regulariter ante traditionem numquam transfertur.*
2 *Dominium rerum dotalium poſt traditionem quando trāſeat ad maritum, & quando nō, & nu.* 10. *Intellige tamen, vt nu.* 18.
3 *Dominium rerum dotalium ſoluto matrimonio ad vxorem transfertur abſque traditione.*
4 *Periculum, & commodum rerum dotalium quomodo ſpectat ad vxorem, & nu.* 7. & 18.
5 *Gregis fœtus marito in dotē dati, ad quem ſpectet.*
6 *Dominium rerum dotalium æſtimatarum, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt plenoq iure ſpectat ad maritum.*
8 *Dominium rerum dotalium æſtimatarum, quo caſu pleno iure tranſeat ad maritum.*
9 *Vir vxori ſi legat rem aliquam dotalem eſtimatā, debetur eidem legatum, & valor etiam ipſius.*
10 *Aeſtimatio rei dotalis ſimpliciter facta, præſumitur pro venditione.*
11 *Periculū rei dotalis æſtimatę, & ante matrimoniū ſubſecutum peremptæ, ad ſolam vxorē pertinet.*
12 *Aeſtimatio rei dotalis æſtimatæ, & ante matrimonium ſubſecutum peremptæ, ad ſolam vxorem pertinet.*
12 *Aeſtimatio rei dotalis extra limites iuſti pretij, ad iuſtum pretium reducitur, licèt deceptio non fuerit vltra, vel infra dimidium iuſti pretij.*
13 *Bona dotalia æſtimata ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, quando poſſint ab vxore tamquam propria vendicari.*
14 *Incrementum, ex pacto proueniens, de duplum ſoluendo marito, in caſu euictionis fundi dotalis æſtimati, cedere debet in augumentum dotis.*
15 *Gabella, ſeu alcauala, ex æſtimatione rei dotalis, quæ facit emptionem, non debetur.*
16 *Damnum rei dotalis, æſtimatæ cum pacto, vt vel ipſa, vel æſtimatio ſoluatur, ad vxoris electionem, ad ſolum pertinet virum.*
17 *Dominiū rei dotalis eſtimatę cū pacto, vt vel ipſa, uel eſtimatio ſoluatur, ad electionē uxoris, ꝑmanet apud uxorē: ſecus ſi electio ad maritū ſpectaret.*

Dominium rerū dotaliū ante traditionē ad maritū nō tranſit, vt colligitur ex l. de diuiſione, in fi. ff. ſol. mat. ex l. 1. iuncta gl. ibi verb. vniuerſale ff. de vſucap. pro dote, & ex alijs iuribus quæ Ant. Gom. ad l. 50. Taur. n. 27. citat, & affirmat com. doctorū ſententia, quā refert, ac ſeqtur.
1 Vt † enim ex alijs cōtractibus regulariter ante traditionē nō trāsfertur dñium, iuxta l. in traditionibus. C. de pac. & alia iura, ſæpeq; dictū eſt: ita neque ex hoc. Poſt traditionē verò factā diſtinguendum eſt. Qm̄, vel res dotales tradūtur oēs, aut aliquæ ęſtimatæ, vel inæſtimatę. Et rurſus, ſi inęſtimatæ tradūtur, vel cōſiſtunt in pōdere, numero, aut mēſura, vt ſunt pecunia, triticū, oleū, & ſimilia: vel nō cōſiſtunt in pōdere, numero, aut mēſura, vt sūt prædia, armēta, veſtes, & alia eiuſmodi.

Hac præmiſſa diſtinctione, eſt dicendum. Qn̄
2 † res aliquæ dotales tradunt̄ inæſtimatæ, & neq; in pōdere, neq; in numero, aut mēſura cōſiſtunt, dñium earum, iuris ſolū fictione ad effectus aliquos, trāſit in maritū, quatenus ſ. ad eū ſpectat adminiſtratio earū, & pertinēt actiones circa illas, ēt illarū vendicatio de manu eius, q illas vſurpauerit, nō verò ad vxorē: ſimpliciter tn̄ dominium earū pertinet ad vxorē; atque, ſi pereāt, aut deteriores reddātur, abſq; culpa mariti, vel accreſcāt, aut decreſcant alluuione, vel in pretio, periculū totum, aut commodū, ſpectat ad vxorē, tamquā ad verā illarū dominā. Quòd dñm harum rerū pertineat ad maritū ſolū iuris fictione, ſeu (vt iura vocant) *ſubtilitate legum*, ad effectus cōmemoratos; vxor verò ſimpliciter ſit earum domina, habetur apertè. l. in rebus. C. de iure dot. cōſentiunt. l. quāuis. ff. de iure dot. l. ſi cōſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. matri. & alia iura. Atq; iuxta hoc intelligo. l. doce ancillā. C. de rei vēdicatione, quę habet conſtante matrimonio, nō ad vxorem, ſed ad maritum pertinere vēdicare rē dotalē, quæ ab alio fuerat vſurpata, & l. ſi prædiū. C. de iure dot. quæ ait dominiū prædij dotalis acquiſitū fuiſſe uiro, & eſt ſermo, etiam qn̄ traditum eſt uiro inæſtimatū. Qn̄
3 † ergo l. in rebus citata ait, diſſoluto matrimonio, dñium rerum dotaliū transferri ad uxorē abſque traditione, intelligitur quo ad id, qđ iuris fictione trāſierat in maritū: de qua re lege inter alios Aries Pinel. l. 1. C. de bon. matern. par. 3. n. 12. & duob.
4 ſeq. Quòd aūt † periculū, ac commodū, quod circa eiuſmodi res abſq; culpa mariti eo tēpore euenerit, ad uxorem, tamquā ad ueram illarū dominam ſpectet, habetur expreſsè l. plerumq; ff. de iure dot. cuius hæc ſunt uerba. *Plerumq; intereſt uiri res non eſſe æſtimatas: idcirco quòd neq; periculū rerum ad eum pertineat: maximè ſi animalia in dotem acceperit, vel ueſtē, qua mulier utitur; eueniet enim, ſi ęſtimata ſit, & eam mulier attriuit, ut nihilominus maritus ęſtimationē earū præſtet. Quoties igitur nō æſtimatæ res in dotem dātur, & meliores, & deteriores mulieri fiūt. Si prædijs inæſtimatis aliqd acceſſit, hoc ad compendiū mulieris pertinet; ſi aliquid deceſſit, mulieris damnū eſt. Si ſerui ſobolē ediderint, mariti lucrū non eſt. Sed fętus dotaliū pecorum ad maritū pertinent, quia in fructibus computantur: ſic tamen, ut ſuppleri proprietatē prius oporteat, & ſummiſſis alijs in locum demortuorū capitum ex agnatis, reſiduū in fructibus maritus habeat: quia fructus dotis ad eū pertinēt.* Hæc Vlpianus. l. plerumq; citata. Idē habetur l. 18. & 20. tit. 11. p. 4. Dictū eſt, periculū huiuſmodi rerū, ſi abſque culpa mariti eueniat, ad vxorem pertinere: qm̄, ſi culpa mariti lata, aut leui, pereāt, maritus tenetur vxori ad æſtimationē eius, quod ita perierit deteriuſve ſit effectū, tamquā cuſtos, & adminiſtrator illarū toto eo tempore, vt hr̄ l. in rebus, in prin. & l. vlt. ff. ſol. matr. l. cū duobus. §. damna. ff. pro ſoc. & l. 18. tit. 11. p. 4. non verò tenetur, ſi pereant culpa leuiſſima; qm̄ contractus

inter

inter virum & vxorem celebratus fuit in vtriuſq; com modum; regulare autem eſt, vt q̃n cõtractus in vtriuſque commodum eſt celebratus, vnus ſolum teneatur alteri de leui culpa, non autem de leuiſſima, vt diſp.295.& 413.dictum eſt. Anton. Gom.ad l.50.Tauri.nu.43.ait, quando non conſtat res perijſſe abſque culpa mariti, ad ipſum ſpectare probare, abſque ipſius culpa perijſſe, alioqn cogi ſoluere valorem rei quæ perijt. Illum legito.

5 Quando in † dotem vxoris datus eſt grex marito inæſtimatus, ſi pereant aliquot capita talis gregis ſuppletur de fœtibus eiuſdem gregis, ſi tunc ſint, aut in futurum naſcantur, vt grex integer vxori perſeueret: reliqui autem fœtus eiuſdem gregis cõputantur in fructibus, qui de iure communi ad maritum pertinent pro matrimonij oneribus ſuſtinendis, vt ex l.plerunque. ff.de iure dot. relatũ eſt, & habetur l.21.tit.11.par.4. Lege quæ diſpu. 7.dicta, hac de re ſunt.

Quando marito in dotem dantur inæſtimatæ res, quæ in pondere, numero, aut menſura conſi-
6 ſtunt, tunc, & † dominium transferri omnino vr̃ in maritum, eo modo, quo transferri dicemus, q̃n res illi æſtimatæ dãtur æſtimatione, quæ facit vẽditionem, & earum periculum ad maritũ pertinet, non verò ad vxorem: diſſoluto autẽ matrimonio, tenetur maritus, aut hæres ipſius, reſtituere vxori, aut hæredibus vxoris, tantundem eiuſdem ſpeciei (eo modo, quo de ſpecie loquuntur logici) ac bonitatis, idque ſiue plus, ſiue minus, res valeant tempore, quo datæ fuerũt marito in dotẽ. Quo fit, vt ſi, ex partium conſenſu, pretio reſtituẽdæ ſint, ſoluendæ ſint pretio, quo valere comperiuntur tempore reſtitutionis, diſſolutive matrimonij ac mutui huius conſenſus; nõ verò pretio, quo valebant tempore celebrati matrimonij, q̃n in dotem fuerunt traditæ, vt bene Anto. Gom. ad l.50.Taur. in calce nu.43.adnotauit. Ratio horũ omnium eſt, quoniam eiuſmodi res traduntur, vt poſſit eas alienare, ac conſumere maritus: quo circa periculo ſuo eas ſumit, non ſecus ac ſi mutuo eas acciperet: atque hac de cauſa dixi ſupra, videri transferri omnino dominium earum in maritũ. Hæc omnia, vna cum ratione proximè reddita, habentur expreſsè l.res in dotem. ff.de iure dot. & l.21.tit.11.par.4. Lege Couar.de pract.qq.ca. 28.num.6. vbi multa ad hanc totã diſputationem attinentia differit.

Quando res omnes, aut aliquæ, datæ ſunt marito in dotem ęſtimatæ, diſtinguendum eſt. Quoniam, vel æſtimatio earum facta eſt ſolum, vt ſciatur ipſarum valor, idque ad effectum, vt maritus intelligat, an competens dos quo ad valorem ipſi cum vxore tradatur, aut conſtitutũ maneat, quantum pro eis redditurus ſit maritus, ſi tpe diſſoluti matrimonij comperiatur, culpa ipſius perijſſe, aut deteriores eſſe factas: vel earum æſtimatio facta eſt, vt ex tunc res dotales marito tradãtur quaſi venditæ eo pretio, ita quòd in illis tanta, ſed tanta, valoris quantitas tradatur ei in dotem.

7 In † priori huius diſtinctionis euentu, periculum, damnum, ac commodum, rerum ita in dotẽ traditurum, pertinet ad vxorem eo modo, quo de rebus, quæ in pondere, numero, & menſura, non conſiſtunt, traditis abſque æſtimatione, dictum eſt. Quò fit, vt ſi abſque mariti culpa pereant, aut deteriores reddantur, vel tpis progreſſu accreſcãt aut decreſcant in quantitate, aut in valore, damnum, ac commodum ad vxorem ſpectet. Quare ſicut, ſi in valore decreſcant, non tenetur maritus reddere valorem a principio taxatum (niſi in euentu, quòd mariti culpa pereant, ita a principio deductum eſſet in pactum) ſed ſatisfacit reddendo illas: ita, ſi accreſcant in valore non ſatisfacit, ſi reddat valorem a principio taxatum, ſed oportet vt reddat illas, & in earum defectu, valorem, quem tunc eſſent habituræ: imò vero, ſi res exiſtant, cogere vxor, aut hæredes illius poſſunt, vt ipſæmet reddantur, non permittendo, vt ſolus valor earum reddantur. Hæc omnia conſtant ex l. cum inter virum. C.eo.tit. & ex l.19 titu.11.par. 4.conſentiuntq; iura alia citanda.

8 In † poſteriore eiuſdem diſtinctionis euentu, q̃n ſcilicet æſtimatio facit emptionem (vt regulariter in his Caſtellę, & Luſitaniæ Regnis dos tradi conſueuit æſtimata) dominium rerum ita in dotem traditarum, omnino tranſit in maritũ, ad eumque ſpectat periculum totum, cõmodumq;, aut incommodum earum, neque, diſſoluto matrimonio, coguntur ipſe, aut hæredes ipſius, reddere eas res, eſto exiſtãt, ſed ſolum pretium, in quo fuerunt ęſtimatæ, non ſecus ac ſi illas emiſſet. Neque item vxor cogitur eas accipere, ſed poterit eas nolle, & velle, pretium, in quo fuerũt æſtimatæ. Hæc omnia patent ex l.quoties, & l.cum dotem. C.de iure dot. ex l.plerunque, & l.cum poſt. §.in dotẽ. ff.eod.tit. ex l.æſtimatæ. ff.ſolut.matr. & ex l.16.
9 & 18.tit.11.par.4. Hinc † efficitur, quod ſi vir vxori leget rem aliquam ex ijs, quæ æſtimatæ traditæ illi fuerant in dotem vxoris, vxori debeatur, & res ipſa tamquam legatum, & valor, in quo à principio fuit ęſtimata, vt glo. communiter recepta. l.Lucius Locuſta. ff.de leg.2. affirmat.

Sunt verò circa hęc nonnulla obſeruanda. Pri-
10 mum eſt. Quãdo † res aliqua in dotem traditur ęſtimata, nec conſtat, num ęſtimatio fuerit, vt vẽditionem efficeret, an non, pręſumendum eſſe, factum fuiſſe, vt venditionem efficeret. Ita affirmat gl. recepta l.ſi inter virum. C.de iure dot. conſentiunt l.cum fundus. ff.locati. Idem colligit Greg. Lop.ad l.18.citatam glo.2.ex ea ipſa l.8. & ex alijs iuribus, & affirmant Cou.de pract.qq.c.28. nu.1.& plerique alij.

11 Secundum. Si res † tradatur in dotem ęſtimata, ac pereat ante matrimonium ſubſequutum, periculum attinere ad vxorem, & non ad virum, nihil impediente ęſtimatione, ac traditione. Ita habetur expreſsè l.plerunque. §.ſi ante. ff.de iure dotium, & l.18.tit.11.par.4. Reddi verò Vlpianus, l.plerumque, citata hanc elegantem rationem.

Quoniam dotis traditio, & quicquid aliud in dotali contractu interuenit, intelligitur ſub conditione, ſi matrimonium ad quod ea oĩa ordinãtur, & ſine quod ratio dotis, vt diſput.413. dictũ eſt, non poteſt ſalua conſiſtere, ſequatur: qua de cauſa venditio illa, quæ fit q̃n res dotales ęſtimatę tradun-

traduntur, eſt conditionalis, ſi matrimonium ſe-
quatur: ſup. autẽ in calce diſp. 366. oſtẽſum eſt, qñ
venditio eſt conditionalis, ſi res vendita ante im-
pletam cõditionem pereat, venditori perire, nihil
impediente, quod traditio ſit facta, & quod pretiũ
ſit ſolutũ. Hinc colligo, ſi res dotales traditæ fue-
rũt æſtimatę, & permaneant, nec matrimoniũ ſit
ſequutum, reddendas eſſe ipſas, & non illarũ æſti-
mationem: eo quod non fuerit impleta venditio.
Tertium. Qñ res traditæ ſunt æſtimatæ, & cõ-
12 ſtat † æſtimationem fuiſſe extra limites iuſti pre-
tij ſiue ita fuerint æſtimatæ in detrimẽtũ vxoris,
ſiue viri, ſubueniri vtriuis eorum, reduciq; ęſtima
tionem ad limites iuſti pretij, eſto deceptio nõ fue
rit vltra, aut infra, dimidiam iuſti pretij: id quod
peculiare eſt in pacto dotali. Ita habetur l. iure ſuc
curſum, §. vlt. l. ſi res, §. ſi mulier. ff. de iure dot. &
l. ſi circumſcripta. C. ſoluto matr. dilucidiuſq; eſt
ſancitum l. 16. tit. 11. par 4.
13 Quartum. Qñ diſſoluto † matrimonio, non cõ
periuntur alia bona mariti, vnde dos vxori ſuffi-
cienter ſoluatur, tunc, eſto bona dotalia tradita
marito fuiſſent æſtimata ea æſtimatione, quæ em
ptionem efficeret, regreditur dominium taliũ bo
norum, ſi inter bona mariti ea tunc reperiãtur, ad
vxorem, non ſecus ac ſi marito abſque ęſtimatio-
ne fuiſſent tradita, poſſetq; vxor ea vendicare tan
quam ſua propria, in eiſq; præfertur quibuſcun-
que anterioribus creditoribus. Ita in ſubſidiũ, ac
fauorem vxoris, qñ non ſunt alia bona, vnde dos
ei ſoluatur, ſancitum eſt l. in rebus. C. de iur. dot.
illis verbis; *ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ ſint*, &
cum quibuſdam gloſſis, & plurimis doctoribus
quos citant, affirmant Arius Pinel. l. 1. C. de bon.
mat. par. 3. nu. 15. & Ant. Go. ad l. 50. Taur. n. 44.
14 Quintum. Qñ † aliquid traditum in dotẽ eſſet
marito æſtimatum ea æſtimatione, quæ emptio-
nem efficeret, atque euinceretur, ſi ex præcedente
pacto ſoluẽdum eſſet marito duplum loco illius,
tunc incrementum illud, quod pro re dotali eui-
cta, acciperet, cederet in augmentum dotis, diſſo-
lutoq; matrimonio, reſtituere teneretur dotem cũ
eo augmẽto. Ratio eſt, qm̃ venditio, quæ fit quan
do res dotalis traditur æſtimata, non eſt venditio
abſolutè, ſed cum hoc addito, vt ſit in dotem, eaq;
de cauſa incrementum illud accipiendum eſt, vt
ſit eodem modo in dotem. Ita habetur, l. quoties,
ff. de iure dot.
Sextum in euẽtibus, in quibus dictũ eſt, dotẽ,
aut rem dotalem, traditã æſtimatam efficere em-
15 ptionem, & venditionem, non deberi † ex eo cõ-
tractu gabellam, quæ alcauala dicitur: id. n. fauo-
re dotis ab eo tributo eſt exemptũ, l. 35. tit. 8. libr.
9. nouæ collect. Quod Laſſarte de decim. vend. c.
20. nu. 36. cum alijs quos citat, intelligit, etiam ſi
principio promiſſa eſſet certa quantitas pecunię,
quæ poſteà in rebus æſtimatis ſolueretur, vt quo-
tidie fieri ſolet: verè enim tunc res illæ in dotem
traduntur æſtimatæ, ac proinde, vi legis citatæ,
exemptæ cenſentur ab eo tributo. Si tñ ex inter-
uallo, poſt quam aliquid inæſtimatum traditum
eſſet in dotem marito, ex conuentione inter con-
iuges æſtimaretur, & commutaretur in pecunia,
quæ deinceps cenſeretur data in dotem, arbitra-
tur ibidem Laſſarte deberi alcaualam ex vẽditio-
ne, validamq; cenſet eam vẽditionem, eſto, quod
in pecuniam commutaretur, eſſet fundus dotalis,
modo id in vtilitatem vxoris cederet, iuxta leg. ſi
conſtante iuncta l. præcedente. ff. de iure dot. & l.
ſimiliter. C. de pact. dotal. in quo a Couar. diſſen-
ſit: c. 18. citato nu. vlt. qui arbitratur, inualidã eſſe
talem alienationem factam ab vxore marito poſt
conſtitutam intra dotem, & contractu matrimo-
nium, atque adeò poſt factam rem immobilẽ fun
dum dotalem, placetq; mihi hæc Couar. opinio.
Poſtquam. n. fundus factus eſt dotalis, nõ magis
poteſt vxor illum alienare marito, quam cuicun-
que alteri: immò verò, ſi alienare illo marito poſ
ſet, conuertendo illũ in æſtimationem pecuniæ fa
ctã de conſenſu vtriuſque, & quam deinceps ma-
ritus ſolus deberet, ea via alienari ſemper poſſet
fundus dotalis, de conſenſu vtriuſq; cõiugis, cui-
cunque extraneo, accipiente prius eũ marito pro
iuſto pretio. Ad iura autem quibus Laſſarte niti-
tur; dicendum eſt, loqui tempore quo de cõſenſu
vxoris prædium dotale poterat alienari: id verò
poſtea iure poſteriori Codicis reuocatum eſſe, vt
diſp. 428. obſeruamus.
16 Septimum. Qñ res † dotalis datur æſtimata,
ſed cum pacto, vt vel ipſa, vel ęſtimatio, ſoluatur,
ad electionem vxoris, aut hæredum ipſius, tunc
damnum, ſi quod contingat, pertinet ad virum,
quatenus, ſubſequuto damno, vxor poterit, elige-
17 re ęſtimationem. Atq; † in hoc euentu dominiũ
talis rei videtur permanere apud vxorem perin-
de, atque ſi tradita eſſet inęſtimata: neque poteſt
maritus eam rem alienare, ſicut alienare eam non
poſſet, ſi tradita eſſet inęſtimata, vt expreſſe hr̃, l.
ꝗ ſi fundus, ff. de fund. dot. & leg. 1. C. eo. tit. Qñ
verò electio pertineret ad maritum (quod eſset
non ſolum quando id in pacto exprimeretur, ſed
etiam quando ſolum exprimeretur, quod vel res;
vel æſtimatio ſolueretur, non exprimendo ad
quem electio deberet attinere, vt habetur l. ple-
rumque §. vlt. ff. de iure dot.) tunc periculum dete
riorationis ſpectaret ad vxorẽ: ſi tamen res omni-
no periret, teneretur maritus ſoluere æſtimatio-
nem. Hæc omnia habentur, l. plerumque citata,
iuncta l. ſequẽti, ff. de iure dot. & l. 18. tit. 11. par.
4. Porrò, quando electio ad maritum ſpectaret,
dominium rei illius omnino in ipſum tranſiret,
poſſetque maritus non ſecus eam rem alienare, ac
ſi tradita eſſet æſtimata ea æſtimatione, quæ effi-
ceret emptionem. Ita habetur. l. quod ſi fundus, ff.
de fund. dotal. & l. 1. C. eodem titu. Illud inſuper
obſerua, validum eſſe pactum, quo maritus in ſe
ſuſcipit periculum rei dotalis traditæ inæſtima-
tæ, aut æſtimatæ ea æſtimatione, quæ non fa-
ciat emptionem. Itemque validum eſt pactum,
vt periculum illius ad vxorem pertineat, eſto cul-
pa mariti adueniat, modo non adueniat dolo ma-
riti. l. Pomponius, ff. de pact. dotal. & l. 18. in fin.
tit. 11. part. 4.
18 Quæ † de dominio, commodo, aut peri-
culo rerum dotalium, dicta ſunt locum non, ha-
bent, quando aliqui in Luſitania contractu me-
dietatis

dietatis bonorũ celebrarũt matrimoniũ, ſed ſolũ qñ illud celebrarũt cõtractu arrharũ,& dotis. In contractu.n.medietatis bonorũ oĩa efficiuntur cõmunia, vtriuſq; coniugis, quo ad dominiũ, periculumq; & cõmodum cõe eſt vtriq; coniugũ. Quia tamẽ in eo cõtractu nõ prius bona efficiunt cõmunia,ꝗ̃ matrimoniũ ꝑ copulã ſit cõſummatũ, vt d. 422.& aliàs dictũ eſt,cõſequens eſt,vt periculum rerũ dotaliũ, qđ ante matrimonium cõſummatũ aduenerit,pertineat ad vxorem , modo viri culpa ſubſequutum non ſit, idq; ſiue bona tradita fuerint æſtimata ad cõplendam ſummã aliquã valoris promiſsã in dotẽ marito,ſiue non. Quo fit, vt ſi matrimoniũ ante conſummationẽ illius per copulam diſſoluatur,damna oĩa abſq; viri culpa,in bonis dotalibus ſubſequuta,ad vxorem ſpectent.

In obtinenda dote ſibi promiſſa quando negligens fuit maritus, ſi, qui eam promiſit. impotens factus ſit ad ſoluendum,quouſq; periculũ ad maritum ſpectet. Quando item aliquid datum marito in dotẽ euincitur quouſque maritus agere poſſit de euictione.

DISPVTATIO CCCCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Periculum dotis promiſſæ, & per negligentiam mariti nõ exactæ,quouſque ad maritum ſpectet.*

2 *Maritus quouſque agere poſſit de euictione rei dotalis ſibi euictæ.*

3 *Diſpoſitio l.1.C.de iu.dot.an ſit hodie correcta.*

1 QVod ad primum horum attinet, diſtinguendum eſt. Quoniam† ſi is,qui dotem promiſit,erat pater vxoris,aut alius aſcendens per lineã maſculinam,vel vxor ipſa, tunc periculum pertinet ad vxorem,neq; vir diſſoluto matrimonio tenetur id ſoluere vxori,aut hæredibus illius.

Si verò erat aliquis alius,ſubdiſtinguendũ eſt. Quoniam,vel promiſit id titulo gratuito comparatione vxoris: vel erat debitor illius titulo oneroſo. Si debitor erat titulo oneroſo, tunc, quod ita perit, viro perit,teneturq; ꝓinde id reſtituere vxori,aut hẽredib. illius,diſsoluto matrimonio. Si verò ꝓmiſit id titulo lucratiuo cõparatione vxoris, tunc,ꝙ ita perit vxori perit,& nõ viro. Si tamen defuncto eo,qui titulo lucratiuo id promiſit, aut defuncto ſocero, patre vxoris, qui id promiſerat, negligens eſſet vir in eo obtinendo ab hæredibus eorum,tunc,qđ ea rõne periret,viro periret,& nõ vxori. Hæc omnia habẽtur l.ſi extraneus.ff.de iure dot. iunctis l.ob res.§.vlt.ff.de pact.dotalib. & l.Neſenius in prin.ff.de re iud. Habent verò hæc locum,etiã qñ matrimoniũ in Luſitania celebratur contractu medietatis bonorũ ad effectum, qđ maritus diſſoluto matrimonio tenetur reſtituere vxori,aut hæredib. illius medietatẽ,quã in eis bonis erat habitura in euentibus,in quibus,ſi cõtractu arrharum, & dotis celebratum fuiſſet matrimonium,periculum eorum pertineret ad maritũ.

Quod verò ad ſecundum attinet,quando.ſ. res data marito in dotem euincitur ab aliquo tertio,
2 diſtinguunt iura. Quoniam † ſi æſtimata data ſit ea æſtimatione,quæ emptionem efficiat,iuxta ea, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, tunc ſiue dos quo ad eam rem incipiat a traditione, ſiue a promiſſione, quia videlicet prius fuit promiſſa, quam tradita, maritus agit de euictione. Si verò data ſit non æſtimata, ſaltem æſtimatione, quæ emptionem efficeret,tunc,ſi dos quo ad eam rem incipit a promiſſione,ita quod, vel dos tota, vel res illa,prius fuit promiſſa in dotem,& poſtea tradita, agitur etiam maritus de euictione. Si autem dos,ſaltem quo ad rem illam, incepit a traditione,ſubdiſtingunnt iura. Quoniam ſi ea res data fuit mala fide, hoc eſt,cum ſcientia,aut credendo, quod eſſet alterius,vel certè ea de re dubitando, tunc maritus agit etiam de euictione. Si verò data fuit bona fide,non agit de euictione, niſi in pactum fuiſſet deductum, vt dãs de euictione teneretur. Res tamen illa perit tunc vxori, cuius erat,& non marito. Hæc omnia habentur expreſsè.l.1.C.de iure dot.& l.22.tit.11.par.4. conſentiunt,quæ diſp 252.a nobis dicta ſunt.

3 Hoc loco † obſerua, quoſdam aſſeuerare, correctam iam hodie eſſe l.1.C.de iure dot. quatenus diſponit incipiente dote rei æſtimatę a traditione,interuenienteq; bona fide ex parte eam tradẽtis,nõ poſſe maritum agere de euictione. Dicunt .n.hoc correctum eſſe.l.vnica.§.& vt plenius. C. de rei vxor.act.quæ vniuerſim concedere vr̃ maritis actionem ex ſtipulatu pro rebus dotalibus euictis. Ex ea tamen lege nõ colligitur ſufficiẽter correctio prioris illius alterius legis,vt in vtraq; lege notat gloſſa,conſentitq; l.Caſtellæ 22.citata, quę poſt vtramque legem idem ea in parte ſtatuit, ꝙ l.1.C.de iur.dot.fuerat ſancitum. Obſerua tamẽ, merito legem illam corrigi ea in parte debere. Cũ enim maritus non recipiat rem dotalem titulo lucratiuo, ſed oneroſo,pro ſuſtentanda vxore, oneribuſque matrimonij ſuſtinendis,ſanè,euicta tota dote,aut parte illius,non minus concedenda eſſet marito actio de euictione,ſaltem aduerſus vxorem, aut illum, qui eam teneretur dotare, quam quando dos incipiat a traditione, traditurque res marito æſtimata. Vel certè concedendum ei eſſet, nõ teneri ſuſtentare vxorẽ neque teneri illi tradere partem lucrorũ, in ea proportione, in qua dos illo modo eſſet euicta; ſaltem quando in pactum non eſſet deductũ,quòd,eſto res euinceretur,non teneretur illi de euictione,& nihilominus teneretur ſuſtentare vxorem. Ac ſanè,quãdo vxor haberet alia bona,vnde dotem complere poſſet,aut vnde poſſet ſuſtentari,ſatis æqua eſt illorum ſententia,qui affirmant, poſſe tunc maritum denegare illi partem ſuſtentationis, iuxta quantitatem dotis,quæ eſſet euicta, niſi de illis alijs bonis compleret dotem: de qua re lege Greg. Lopez.l.22.citata. Hæc tamen in Caſtella,& Luſitania, non habẽt locum, quod ad ſuſtentationem vxoris attinet, vt ſcilicet compleri debeat dos de alijs bonis

vxoris,ſi integrè ſit ſuſtentanda:eo quod maritus
in eis Regnis non minus habeat adminiſtrationẽ
bonorũ paraphernaliũ vxoris,q̃ dotis. Quãdo au-
tẽ in Luſitania matrimoniũ contractu medieta-
tis bonorum fuiſſet celebratũ,ſi aliquid eorũ,quę
a principio attulerũt,poſteà euincatur, tenetur is,
qui illud attulit,accipere illud in ſuam portionẽ,
tamquã ſi tantundẽ debiti habuiſſet ante contra-
ctum matrimoniũ, ꝙ in cõmunibus bonis poſteà
ſolueretur,iuxta ea,quæ diſp.423.dicta ſunt. Im-
mò verò,ſi mala fide ita cõtraxiſſet,nõ manifeſtã
do id eſſe alienũ,credo teneretur ſimul alteri cõiu
gi ad intereſſe,atq; de iniuria ea in parte ei illata.

Bona dotalia quouſque alienari poſſint,aut non,pręſertim dotalis fundus, & quis is ſit. Si euincatur conſtante matrimonio, an ſit recurſus poſteà vxori.

DISPVT. CCCCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis quis dicatur.*
2 *Fundus dotalis alienari non poteſt conſtante matrimonio, etiam de vtriuſque coniugum conſenſu; & alienatio facta eſt nulla.*
Immo nec hodie ſufficit, vt vxor iterum biennio poſt alienationem conſentiat,remanentibus viro ſufficientibus bonis, vnde ſoluere poſtea vxori poſſit pretium talis fundi.nu.3.
4 *Maritus fun dũ dotalẽ a ſe alienatũ repetere poteſt.*
5 *Maritus quando teneatur de euictione etiam ad intereſſe,occaſione fundi dotalis per eũ venditi.*
Et quid de iure Luſitano.nu.6.
7 *Fundi dotalis alienatio facta conſtante matrimonio,vt valida ſit,quid requiratur.*
8 *Fundi dotalis alienatio facta per vxorem de conſenſu viri,an confirmetur,matrimonio ſoluto per mortem uiri.*
9 *Fideiuſſor datus in alienatione fundi dotalis,an teneatur de euictione.*
10 *Fundi dotalis alienatio in quibus caſibus valida ſit,& nu.12.*
11 *Fundus dotalis ſi ſit per ſententiam alteri adiudicatus,an mulier,ſoluto matrimonio,poſſit petere ut ſibi reddatur, probando eius maritum non rectè eum fundum defendiſſe.*
13 *Maritus ſeruum dotalẽ inuita uxore manumittere poteſt.ſi habeat,unde illius ſoluat ęſtimationem.*
14 *Alienatio rei dotalis mobilis quę ſeruando ſeruari poteſt,quando ualida ſit.*
15 *Maritus alienare põt inuita uxore res dotales æſtimatas,quæ in pondere,numero,& menſura conſiſtunt. Cum declaratione, ut ibi.*

EX bonis in dotem marito datis cum vxore,
bonum quodcumque immobile datum illi
non æſtimatum ea æſtimatione, quæ emptionem
efficiat,iuxta ea, quæ diſput.425. dicta ſunt, fun-
1 dus † dotalis in iure appellatur. Ita habetur l.vni-
ca.§.& cum lex ver. in fundo. C. de rei vxor. act.
l.1.C.de fund.dota. & l.quod ſi fundus ff.de fun.
dot. Atque in his poſterioribus duobus iuribus di
citur, quando ita datur prædium æſtimatum, vt
optio penes vxorem ſit,æſtimatione,an prædiũ,
reſtituatur quatenus mulier poteſt eligere hoc ſe-
cundum,cenſeri fundum dotalem, nec poſſe alie-
nari,vt dicemus.

Licèt dotalis fundus quondam alienari potue
rit a marito de conſenſu vxoris: hodie tamen,ne-
2 que † a marito de conſenſu vxoris, neque ab vxo
re de conſenſu mariti,neque ab vtroque ſimul po
teſt alienari, aut ſubijci hypothecæ (quod ſpecies
eſt alienationis, late ſumptæ, vt in materia de
Emphyteuſi dicetur) interim dum matrimoniũ
conſtat. Si verò fuerit attentatum, contractus
eſt ipſo iure nullus, poſſuntque, tam vxor,quam
hæredes ipſius, eam rem,diſſoluto matrimonio,
repetere. Ita habetur l. vnica. §. & cum lex.C. de
rei vxor.actio.& Inſtitut.quib.alien. licèt aut nõ
3 in princ.& §.1. Neque † hodie, vt alienatio va-
lida ſit, ſufficit, ſi vxor biennio poſt talem alie-
nationem iterum in eam conſentiat, remanenti-
bus viro ſufficientibus bonis vnde ſoluere poſtea
vxori poſſit pretium huiuſmodi prædij,vt glo.ca.
cum contingat, de iureiuran. & quidam alij exi-
ſtimarunt ſancitum poſtea fuiſſe in authen. ſiue a
me. C.ad Velleian. Non,inquam,id ſufficit,quo-
niam vt ſatis ex ipſamet authentica conſtat, &
affirmant.gloſ.ibi,Panormit. capit. cum contin-
gat citato.nume. 5. Bart. & communis doctorum
ſententia, quam Couarru. capit. quamuis pa-
ctum part.2.§.1.nume.10.refert,ac ſequitur, au-
thentica illa ſolum loquitur de re immobili do-
nata vxori propter nuptias a marito, aut ab alio
loco mariti,quod donationis genus hodie in Ca-
ſtella,& Luſitania non eſt in vſu, vt diſput.290.
dictum eſt: neq; idem intelligit de fundo dotali.

Dubium autem eſt, an maritus ipſe, conſtante
matrimonio repetere poſſit fundum dotalem ita
4 a ſe alienatum. Reſpondendumque† eſt affirman
ter,nihil impediente,quod ipſe fuerit,qui eũ alie-
nauit. Ita affirmant.gl.l.vnica §.& cum lex. C.de
rei vxor.act.verb.alienare,& gl.Inſti.quib.alien.
licet in princ.verb.interdicta Bar.& cõmunis do-
ctorum ſententia,quã Ant.Gom.ad l.50. Tauri.
nu.63.refert,ac ſequitur,conſentaneè ad varia iu-
ra,quę prædictę glo.citant. Ratio autem eſt, qm̃
contrauenire quis poteſt facto ſuo proprio,quãdo
id facit nomine alieno, in cuius fauorem id con-
ceſſum eſt,vt in re propoſita maritus repetit præ-
dium a ſe alienatum in vxoris fauorem.

Quando fundus dotalis ita alienatus extrahi-
tur de poteſtate emptoris,aut alterius, ad quẽ de-
5 uenerit diſtinguendum eſt. Quoniam, vel † em-
ptor ſciebat eſſe dotalem,qñ eum emit vel id igno
rabat. In hoc poſteriori euentu,maritus hęredeſq;
ipſius,tenentur emptori de euictione, non ſolum
ad pretium ſed etiam ad intereſſe, perinde atque
in alijs rebus bona fide emptis tenetur venditor
de euictione,etiã ad intereſſe,vt diſpu.380.viſum
eſt. Mulier verò & hæredes ipſius,ad nihil illi te-
nentur. In priori verò euentu, ſolum poterit agere
emptor ad pretium,arg.l.vlt.C.cõia deleg. & au-
thenticæ,

thenticæ qui res iam dictas. C. de ſacroſ.eccl. Neque refert, ꝙ vt diſput. 380. dictum eſt, qñ aliquis emit, quod ſciebat eſſe alienum, agere non pōt ad pretium, ſed illud amittit: qm̃ id intelligitur, qñ erat oĩno alienum: id quod locũ nõ habet in fundo dotali cõparatione mariti, qui dñs illius quodammodo eſt matrimonio conſtante, vt diſputa. 425. dictum eſt & multo minus habet locum, qñ vxor in illius alienatione cõſenſit. Vide iura, quæ ad hæc omnia Ant. Gom. ad l. 50. Tau. nu. 61. citat, & doctores quos refert ac ſequuntur. De iure

Ius Luſitan. 6 † tamen Luſitano, quando ſine conſenſu vxoris emeret quis fundum ab eo, quem ſciret eſſe coniugatum, amitteret pretium, niſi vxor pretio participaſſet, vt habetur lib. 4. ord. tit. 6. & diſp. 422. dictum eſt. Ordinario autem illa non ſolũ loquitur, qñ aliqui contractu medietatis bonorum matrimonium celebrarunt, ſed etiam quando cõtractu arrharum, & dotis illud celebrarunt.

Vt alienatio fundi dotalis, facta de conſenſu

7 vxoris matrimonio cõſtante, valida ſit, nõ † ſatis eſt, ſi diſſoluto matrimonio accedat ratihabitio eiuſdẽ vxoris, niſi re pe talis ratihabitionis recuperaſſet poſſeſſionẽ eius fundi: Imò vero neq; alienatio, &, venditio eius fundi facta ab eadẽ vxore cuidam tertio, anteq̃ recuperet poſſeſſionẽ illius, valida eſſet. Rō eſt, qm̃ vſque ad reſtitutionẽ dotis tali mulieri, atq; acquiſitionem illius per eam, adhuc retinet rationem, ac priuilegia dotis, neque per eã pōt alienari. Ita colligitur apertè ex l. 3. ff. de fund. dotal. cuius verba ſunt. *Toties non poteſt alienari fundus, quoties mulieri actio cõpetit, aut omnino competitura eſt.* Idem colligitur ex l. etiã, eo. tit. cuius verba ſunt. *Etiam dirempto matrimonio dotale prædium eſſe intelligitur.* Hæc oĩa alijs confirmat Ant. Gom. vbi ſupra n. 59. affirmatq; eſſe cõem doctorum ſententiam. Eo ipſo quod mulier diſſoluto matrimonio, res dotales recuperat, poteſt illas alienare ſua propria autoritate; quoniam eo ipſo deſinunt habere rationẽ, ac priuilegia dotis. Quare ſi, prius illis recuperatis, eas illi reſtituat, cui erant alienatæ, approbando alienationem conſtante matrimonio factam, valida efficitur ea alienatio. Item ſi diſſoluto matrimonio per mortem vxoris, hæredes ipſius approbauerint alienationem fundi dotalis factam conſtãte matrimonio, valida efficitur ea alienatio, eſto nondum is fundus ipſis eſſet reſtitutus: quoniam in hæredibus ceſſat prohibitio alienandi eum fundum. Ita Ant. Gom. nu. 59. citato.

Dubiũ Dubium eſt, quid ſi mulier ipſa de licentia viri alienet fundum dotalem poſteaq; matrimonium

8 per mortem viri diſſoluatur, manebit † ne confirmata ea alienatio? Ratio dubitandi eſt, quoniam, vt habetur l. cum vir. ff. de vſucap. ſi fundus dotalis conſtante matrimonio a viro aut de viri licentia, alienetur, quamuis inualida ſit alienatio, repetiq; poſſit ſi tamen matrimonium vxoris morte diſſoluatur, virq; in bonis vxoris ſuccedat, manet eo ipſo confirmata, ſiue facta fuerit ſciente eo, cui fundus alienatus eſt, eſſe dotalẽ, ſiue illo id ignorante: quare, cum diſſoluto matrimonio per mortem viri, dominium dotis pleno iure ad vxorem deueniat, pari ratione cenſenda erit manere cõfirmata, quando facta fuit ab vxore de conſenſu viri. Contrarium, propter iuris diſpoſitionem hactenus relatum eſt affirmandum. Vnde ad argumẽtum, conceſſo antecedente, neganda eſt cõſequentia. Ratio autem diuerſitatis eſt. Tum quia vir, diſſoluto matrimonio, doteq; vxoris ad ipſum perueniente alienare eam poteſt, antequam in illius poſſeſſionem mittatur: quod vxori eſt denegatum. Tum etiam, quia vir in eo euentu tenebatur ei de euictione eius fundi, cui fuerat alienatus, ſaltem quo ad pretium, & aliquãdo etiam quo ad intereſſe, vt dictum eſt. Atque his de cauſis merito ſancitum eſt, vt, in euentu legis citatæ alienatio illa maneret confirmata. Quando autem mulier fuit, quæ de licentia viri fundum alienauit, neutra harum duarum rationum locum habet: quia neque ad pretium tenetur, quando ſuum repetit fundum, niſi fortè ipſa ex pretio in aliquo, vltra ſuam dotem, & reliqua ſua bona, facta ſit locupletior, quod rarò eueniet, quando aliqui matrimonium celebrarunt contractu arrharũ & dotis, præſertim de iure communi, iuxta quod lucra reperta, vltra bona, quæ vir & vxor attulere, non erant communia vtrique coniugum, ſed vxor accipiebat ſolum ſuam dotem & bonã paraphernalia, & reliqua ad virum attinebant.

Quòd ſi petas, vtrum ſi fideiuſſor interceſsit pro Dubiũ mulie re fundum dotalẽ alienãte de facultate viri, vel pro viro alienante de conſenſu vxoris, fideiuſ

9 ſor † teneatur de euictione, ſi vxor poſtea fundũ dotalem extrahat. Reſpondent Pan. c. cum cõtingat de iure iur. nu. 2. Ant. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 60. cum Bart. & alijs. Cum fideiuſſor nõ amplius Deciſ. teneatur q̃ is, pro quo ſuam aſtrinxit fidẽ, vxorq; neque ad pretium teneatur de euictione, conſequens eſſe fideiuſſorem, quando pro vxore ſuam fidem aſtrinxit, ad nihil teneri. Quando verò fidem pro marito aſtrinxit, teneri ad ea, ad quæ maritum teneri dictum eſt: teneri autem ſolũ, quando maritus ſoluendo non fuerit. Lege multa, quibus Doctores citati, præſertim Anto. Gome. hæc confirmant.

Quando eſt datus ſponſo in dotem ante contractum matrimonium, appellatur fundus quaſi dotalis: eo quòd nihil ante matrimonium habere poſſit rationem dotis. Sicut aũt alienatio fundi dotalis eſt nulla: ſic alienatio fundi quaſi dotalis facta per ſponſum eſt nulla. Ita habetur l. lex Iulia, ff. de fund. dot.

In quibuſdam autem euentibus valida eſt alie

10 natio fundi dotali. Primus qñ † ſit ex cauſa neceſſaria, hoc eſt, independenter a voluntate viri, & vxoris. Vt ſi marito data in dotem ſit pars alicuius molendini, aut alterius prædij, quod cõmodè diuidi non poſsit in partes, & ſocius agat ad diuiſionẽ, ac petat vt vendatur ei, qui plus obtulerit pretij: tunc enim ſi ea ratione alienetur, iudice ad id cogente, valida eſt alienatio. In eo tamen euentu agere non poteſt maritus, etiam de conſenſu vxoris, ad diuiſionem petendo, vt diuidatur, ſed a ſocio prouocatus conſentire poteſt in diuiſionẽ, & alienationem. Hæc habentur lege vltim. C. de

fund.dotal. Alia exempla neceſſariæ alienationis fundi dotalis adhibentur l.1.ff.eod.tit. vbi euentus hic vniuerſim traditur.

Dubiũ

Cum hoc euentu coniuncta eſt diſcuſſio ſequẽtis difficultatis. Intentata eſt lis aduerſus fundũ dotalem, poſſidente eũ viro, adiudicatusque eſt is
11 fundus alteri. Dubiũ eſt, nũ diſſoluto † matrimonio, poſtq̃ res illa trãſiuit iam in rem iudicatam, audietur mulier, ſi extrahere voluerit fundũ illũ de manu poſſidentis, probando non rectè fuiſſe detentum, atque ad ſe pertinere. Reſpondendum verò eſt per diſtinctionem. Qm̃, vel dolo, aut culpa, mariti is fundus illi alteri eſt adiudicatus, ſaltẽ quia vir fuit negligens in adhibendis teſtibus, aut producendis inſtrumentis, quibus fundus ad vxorem pertinebat, aut alio ſimili modo; vel, abſque dolo, & culpa mariti fuit adiudicatus. In hoc poſteriori euentu non audietur mulier, ſed vim aduerſus eã habebit exceptio, ſeu obiectio rei iudicatæ. Quoniam vir in culpa non fuit, & pro eo tẽpore ſuo modo erat dominus fundi illius, vel certè legitimus erat eorum bonorũ adminiſtrator loco vxoris, eaq; de cã ſnĩa contra eum lata, nocet vxori, paritq; exceptionem rei iudicatæ, nõ ſecus ac ſi contra procuratorẽ vxoris eſſet lata, argumẽto. l. ſi mater §. in hoc iure. ff. de except. rei iudic. In priori vero euentu, neque ipſa, neque hæredes ipſius, audientur aduerſus eũ, cui prædiũ erit adiudicatũ, ſi vir habeat, vnde ſoluat intereſſe, aut reliquit bona vnde ſufficienter ſolui poſſit: audietur tñ aduerſus virum, aut hæredes viri. Si tñ vir non habeat, neq; reliquerit bona, vnde vxori ſoluatur intereſſe, qđ viri culpa ſubſequutũ ipſi eſt, audietur aduerſus eum, cui fundus adiudicatus fuit, argumento l. Titio centum. §. Titio genero. verſ. vlt. ff. de conditionib. & demonſtr. & aliorũ iurium, quæ Ant. Gom. ad l. 50. Tau. num. 32. citat, vbi cum multis alijs, hæc omnia docet.

Decis.

12 Secundus † euentus, in quo alienatio fundi dotalis eſt valida, traditus eſt diſp. 149. Nempe, qñ vxor, neque dolo, neque metu inducta, iuro confirmauit eam alienationem. Excipitur de iure Luſitano, ſi prius a Rege facultas non obtineatur ad confirmandam iuro eam alienationem. Quia verò, quæ de hac re dici hoc loco poterant copioſè diſputatione illa, & duabus ſequẽtib. dicta ſunt; eo quod multa ex ijs, quæ de teſtamento iuro confirmato ibi explanata ſunt, ſimili modo in re propoſita locum habeant; neceſſe non erit plura hoc loco dicere. Illud verò eſt obſeruandum, in euẽtu, quod valida eſſet alienatio fundi dotalis, niſi pretium conſumpſiſſet mulier in ſolam ſuam vtilitatem, ſed vt cõter fieri in Hiſpanijs ſolet, de illo diſpoſuiſſet vir tãquam bonorum, & familiæ adminiſtrator, tunc diſſoluto matrimonio deberi illi a viro, aut ab hæredibus viri, æſtimationem illam. Ita Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 57. Guti. de iur. confir. par. 1. c. 1. nu. 14. & alij quos citant.

Reliqua autem bona tradita non æſtimata marito in dotem, æſtimationem quæ emptionẽ efficiat, ſi de numero eorum non ſunt, quæ in pondere numero, aut mẽſura conſiſtũt, de conſenſu quidẽ vxoris, ſaltem præſumpto, alienari poſſunt: ſi tñ abſque ipſius conſenſu alienentur, inualida eſt ea alienatio. Prior pars hr̃ l. ita conſtante, iuncta l. ſeq. & l. ſi ex lapidicinis. ff de iur. dot. l. ſi mulier & l. cum maritus. ff. de pact. dotal. & affirmat gl. Inſtit. quib. alien. licet in prin. verb. dotale, tametſi addat, ſi maritus ſit ſoluendo. Et quamuis aliqua ex his iuribus de reb. ẽt immobilib. loquãtur, id tñ erat de iure antiquo, quod poſtea quoad immobilia bona iure Codicis reuocatum eſt. Eiſdem iuribus hr̃, poſſe de pecunia dotali emi de cõſenſu vxoris prædium, aut rem aliam, quę loco pecuniæ maneat res dotalis inæſtimata, ac propria quo ad dñium vxoris. l. res quæ. ff. de iur. dot. leg. 49. tit. 5. p. 5. Si tñ non emeretur de conſenſu vxoris, vt eſſet res dotalis inæſtimata, maneret prorſus viri, vt habetur l. ex pecunia. C. de iur. dot. In ſubſidium tñ, qñ non eſſet aliud, vnde dos integrè ſolueretur, maneret vxoris, ita quòd tãquam ſuam poſſet eam rem vendicare, eaq. de cauſa in re illa præferetur cuicunque alteri anteriori creditori, vt not. gl. l. ex pecunia, citata, iuxta l. vxor marito. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ita Ant. Gome. ad l. 50. Taur. num. 36. & Greg. Lop. l. 49. titu. 5. par. 5. glo. antepen. Poſterior verò pars a contrario ſenſu colligitur ex eiſdem iuribus, perſpicuaque eſt ex dictis hactenus in ſuperioribus: quia dominium earum rerum apud vxorẽ permanet, eaque de cauſa, ſi pereant, neque pertinent ad maritum, niſi quo ad ſolum vſum & fructus ex illis percipiendos: quare ſi illas alienet ſine vxoris cõſenſu, inualida eſt alienatio, vtpote rei alienæ non
13 conſentiente vero domino. In † fauorem tamen libertatis conceſſum eſt marito, vt manumittere poſſit ſeruum dotalem, dummodo maritus hẽat, vnde vxori ſoluere poſſit valorem illius. Ita hr̃ l. 1. & l. vlt. C. de ſeruo pig. dat. manumiſſ. Obſerua tamen gl. l. libertas omnib. ff. de reg. iur. cui conſentit alia l. vnica. §. & cum lex. verb. alienare. C. de rei vxor. act. quas ſequuntur Bar. l. 1. ff. ſol. matrim. & Gutier. de iur. confir. p. 1. c. 1. nu. 5. affir-
14 mare, ſi res ſint † immobiles, quæ ſeruando ſeruari poſſint, eſſe inualidam alienationem de cõſenſu vxoris, niſi ſeruetur ſolemnitas authenticę ſiue a me. C. ad Velle. Nempe, vt biennio poſt alienationem iterum conſentiat vxor ratamq; habeat alienationem, & marito maneant competẽtia bona, vnde ſatisfiat vxori. Id tamen perſpicuè non colligitur ex authentica citata, vnde glo. illæ non admodum firmiter id docent.

15 Res † dotales in dotem datas æſtimatas ea æſtimatione quę emptionem efficiat, ſiue mobiles, ſiue immobiles ſint, itemq; res datas æſtimatas, ſi in põdere, numero, aut mẽſura cõſiſtant, alienare põt maritus ſine conſenſu vxoris. Ratio eſt quoniã pleno iure trãſierũt in mariti dñium, vt diſp. 425 dictum eſt. Pro eis tñ, & pro cæteris bonis dotalib. hypothecata vxori manent bona omnia mariti, vt infra dicetur. Quin & res ita alienatas a marito, ſi adhuc exiſtant, vendicare illas poteſt mulier, & præfertur in eis anterioribus creditoribus. Ita in ſubſidiũ vxoris ſancitum eſt. l. in reb. C. de iure dot. & affirmant Greg. Lop. l. 7. tit. 11. par. 4. & multi alij, quos Gutier. de iur. cõfir. par. 1. c. 1.

g. c. 1. nu. 9. refert, ac ſequitur. Si aũt ei offeratur pretiũ, in quo fuerunt æſtimatæ, ceſſat rei vendicatio, qm̃ ſolum conceditur ei rei vendicatio, ſi ex bonis mariti nõ ſit vnde æſtimatio ſoluatur, atq; in ſubſidiũ præcisè, ſi æſtimatio ei nõ ſoluatur, vt cũ multis alijs ſubiungit Gutier. vbi ſup. nu. 10. Lege quæ diſp. 426. dicta ſunt. De iure tñ Luſitano nullã rem immobilẽ põt alienare maritus ſine expreſſo vxoris conſenſu, ẽt ſi data ſit ei in dotem æſtimata, q; eo eſto res ſit propria mariti; q; ſi eã ſine vxoris conſenſu alienet, inualida eſt ea alienatio, vt li. 4. ord. t. 6. habetur. Quæ n. hac de re diſp. 422. dicta ſunt, locũ ẽt habent, quando matrimoniũ fuit celebratum cõtractu arrharum, & dotis.

Ius Luſitanũ.

Vtrum vxor repetere aliquando poſſit dotem a marito conſtante adhuc matrimonio.

DISPVTATIO CCCCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vxor quo caſu repetere poteſt dotem à marito matrimonio conſtante.*

2 *Maritus diues, & male adminiſtrans, an cogi poſſit reſtituere vxori dotem.*

3 *Maritum vergere ad inopiam, non eſt neceſſaria exacta probatio.*

4 *Maritus ſi det fideiuſſores pro dote, an vxor poſſit illos reijcere, & eius petere dotem.*

5 *Maritus ſi caſu aliquo fortuito ad inopiam vergat, an mulier poſſit extrahere dotem.*

6 *Vxor an poſſit extrahere dotem de poteſtate viri, quem ſciebat eſſe pauperem, dum cum eo matrimonium contraxit, maleque adminiſtraturum.*

7 *Extraneus dotans an poſſit dotem extrahere, ſicut vxor facit.*

8 *Dos an ſit reſtituenda marito, dum efficitur diues, bonaque ſua rectè adminiſtrat.*

AD hanc quæſtionẽ dicendum eſt. Quãuis vxor regulariter repetere non poſſit ſuam dotem ante diſſolutum matrimonium, ſaltem per
1 diuortium, vt patet l. 2. ff. ſol. matri. ſi † tñ maritus ad inopiam vergat, ita q; dos vxoris apud illum periclitetur, repetere illam poteſt; non quidem vt vxor alienare eã poſſit, ſed vt vel ipſa, vel aliquis alius, illam adminiſtret, familiaq; de fructibus illius ſuſtentetur, vel vt apud mercatorem aliquem collocetur ad tutam, & honeſtam aliquam negotiationẽ, vt de lucro familia ſuſtentetur, ita q; fructus marito ad ſuſtinenda matrimonij onera tradantur, atq; dotis ſubſtãtia integra, & ſalua vxori perſeueret. Ita habetur l. ſi cum dotem. §. ſi autem ver. ſi verò dotẽ, & l. ſi conſtante in prin. ff. ſolut. matri. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. in auth. de æquali tate dotis. §. illud quoq; ver. nos aũt c. per veſtras. de dona. inter vir. & vxor. & l. 29. tit. 11. par. 4.

Dubiũ Dubiũ eſt, ſi maritus malè quidẽ adminiſtret bona, vt q; a ludo illa conſumit, vel alia rõne male illa adminiſtrat, veruntamen dos apud illum non periclitetur, q; a videlicet tot habet bona, vt prudẽtis arbitrio nullũ adhuc immineat doti periculũ,
2 vtrum tunc † cogi maritus poſſit reſtituere dotem vxori modo explicato. Ad hoc, q; cquid aliqui dicant, neganter eſt reſpondendum. Qm̃ intentum iuriũ in diſpoſitione relata, ſolũ fuit conſulere indemnitati, & periculo dotis vxoris: in eo aũt euentu nullũ imminet periculũ doti vxori, neque plus vxori cõſulitur, q̃ ſi dos maneat apud maritũ. Nõ tñ eſt expectandũ, vt maritus bona dilapidet, quo uſq; ſolũ maneat dos vxoris, ſed tunc põt, ac debet ſubueniri vxori, qñ dos periclitari incipit, hoc eſt, qñ iuſtè, ac veriſimiliter timetur, dotẽ in poteſta- Deciſ.
3 te mariti periclitari. Ad † probandũ aũt maritum ad tantam paupertatẽ deueniſſe, vt dos apud illũ periclitari incipiat, neceſſaria non eſt exacta probatio, ſed ſufficit veriſimilis ex debitis, quæ iam contraxit, ex moribus illius, & ex communi exiſtimatione, attenta qualitate, & bonis illius, vt Bar. l. ſi conſtante citata. Ant. Gom. ad l. 50. Tau. n. 33. & alij notant. Ratio eſt, quoniam agitur de fauore dotis, & modico præiudicio mariti, immo quadam ex parte de fauore, & commodo illius, cum tradendi ei ſint fructus omnes dotis.

Dubium deinde eſt. Quid ſi maritus fideiuſſo
4 res ſufficientes det pro dote: eritne optio † vxoris, Quæſt. illos reijcere, & petere, vt dos de mariti poteſtate eripiatur? Communis iuris ciuilis interpretum opinio eſt, optionem eſſe penes vxorem, reijcereque pro arbitratu poſſe fideiuſſores. Cæterum c. per veſtras citatum, & l. 29. etiam citata, contrarium apertè innuunt, qñ ſufficienter fideiuſſoribus ſubueniretur periculo vxoris. Vñ mihi probatur ſnĩa Panor. c. per veſtras citato, nu. 14. Nempe, qñ maritus fideiuſſores afferret, aut eius deficientibus, offerret ſequeſtrum in manu cuiuſdam tertij iudicis prudentis arbitrio eſſe committendum, vt videat, num ea via melius, aut ſaltẽ ſufficienter conſulatꝰ periculo vxoris: q; ſi compererit ſufficiẽter conſuli, id admittat, alioquin id oẽ efficiat, quod expedire iudicauerit, vt ſufficienter periculo vxoris conſulatur. Ratio horum eſt, qm̃ ex fine, atque intento legum, de earum ſenſu eſt iudicandum: quare, cum iura citata non aliud intendant, quam quòd ſufficienter periculo vxoris conſulatur, ſane intentum illarum non eſt, quòd contra mariti voluntatem aliud adhibeatur remedium, quam quod ad id iudicatum fuerit omnino neceſſarium, atque hoc modo c. per veſtras, & l. 29. citata, quæ ſunt iura poſteriora, interpretari videntur cæſarea iura. horumque iurium expoſitioni eſt potius ſtandum, quàm expoſitioni Bart. & aliorum iuris Cæſarei interpretum.

Dubium præterea eſt. Quid, ſi neq; culpa, neq; Dubiũ mala adminiſtratione mariti, ſed caſu aliquo ad
5 inopiam vergat, fas † ne erit tunc extrahere dotẽ de poteſtate illius? Quidam affirmanter reſpondent. Dicendum tñ arbitror, ſi dos tunc non plus Deciſ. apud maritũ periclitetur, q̃ apud alium, ſufficienterq; illam in futurum adminiſtrabit, neq; negotiãdo maioribus eam obijciet periculis, quã alij, neq; in familiæ ſuſtentatione plus, quàm reditus illius, conſumet, extrahi de poteſtate illius non poſse, neque præſtare teneri fideiuſsores pro in-

columitate illius. Atq; hoc eſt, ꝙ intendit lex Caſtellæ citata, quæ negat dotẽ extrahi in hoc euẽtu poſſe de mariti poteſtate. Immò & ꝙ intendit authenticum citatum (ꝙ, vt doctores affirmãt, maiorem poteſtatem extrahendi dotẽ tribuit, quàm cætera antiquiora ciuilia, iura) dũ ſolũ extractionẽ concedit, qñ maritus incipit malè vti bonis.

Dubiũ Dubium quoq; eſt, ſi vxor cum eo viro cõtraxit, quem pauperem eſſe ſciebat, futurumq; non fore idoneum adminiſtratorem bonorum, num
6 † poſſit tunc extrahere dotem de poteſtate illius.
Decis. Bar. & Pan. locis citatis, & doctores cõiter reſpõdent, poſſe nihilominus extrahere dotem: qm̃ mulier facere non potuit ante matrimonium contractum, quo dotis conditio fieret deterior. Placet tñ limitatio Ant. Gom. loco citato cum Salic. id ſcilicet locum non habere, quando maritus non vergit ad maiorem paupertatem, quam eſſet, qñ dos fuit illi tradita, neq; inciperet malè illam adminiſtrare, interim enim dum hæc duo perſeuerant, non eſt cur dos ab eo extrahatur.

Dubiũ Dubium item eſt, ſi extraneus dotem pro vxore dedit cum pacto, vt diſſoluto matrimonio per mortem vxoris ſine liberis, dos ad ipſum, aut ad
7 hæredes ipſius, reuerteretur, an † in euentibus, in quibus dictum eſt, vxorem extrahere poſſe dotẽ, ipſe ẽt poſſit illam extrahere. Ad hoc cõis opinio
Decis. neganter reſpondet. Qm̃ priuilegium illud ſolũ reperitur in iure conceſſum vxori: extraneus autẽ ille ſolum deduxit in pactum, ꝙ diſſoluto ſine liberis matrimonio per mortẽ vxoris, dos ad ipſũ reuerteretur. Affirmãt verò Bar. loco citato, Ant. Gom. vbi ſup. nu. 34. & cõis doctorũ ſñia, illi cõpetere nihilominus remediũ legis in oĩbus. ff. de iud. Népe, vt ſibi ad ſecuritatẽ fideiuſſores tradantur de dote integrè reſtituenda in eo euentu.

Dubiũ Dubium poſtremò eſt, ſi maritus, poſtquã dos ab eo fuit ablata, efficiatur diues, rectèq; bona ſua
8 iam adminiſtret, vtrum † ſit ei dos reſtituenda. Bar. & cõis opinio negat, q̃ ex parte ſequit̃ Anto. Gom. vbi ſup. nu. 35. Mihi tñ contrarium vr̃, longè probabilius. Etenim ex natura ipſa rei dos marito eſt debita quo ad adminiſtrationẽ, vſum, & fructus, pro ſuſtinẽdis oneribus matrimonij, quæ re ipſa ſuſtinet: ceſſauitq; impedimentum pp qđ
Decis. fuit adminiſtratione priuatus ergo dẽt ei reſtitui: ceſſante quippe cauſa, ceſſare debet effectus. Præſertim perſeuerante cauſa, pp q̃ cõtrarius effectus fuit ei conceſſus atque eſt ille debitus. Neq; maritũ priuatũ eſſe dotis adminiſtratione, eſt ſolum maior ſecuritas dotis vxoris, vt Bar. fundamentũ ſupponit, ſed ſimul habet adiunctam iniuriam, ꝙ iam abſque legitima cauſa priuetur adminiſtratione ſibi debita. Adde, eã priuationẽ iam parum, aut nihil, facere ad maiorem dotis ſecuritatem.

Quando coniuges in Luſitaniæ Regno cõtractu medietatis bonorum matrimonium celebrarunt, non video ſubueniri vxori, qñ vir propter indebitam bonorum adminiſtrationem ad inopiam vergit, niſi adeò eſſet prodigus, vt curator eſſet illi conſtituẽdus, auferendaq, ab eo eſſet ſuorum bonorum adminiſtratio, tradendaq; eſſet vxori, aut alicui alteri; iuxta ea, quæ li. 1. ord. tit. 67. diſponuntur, & ex parte diſpu. 200. & ſeqq. dicta ſunt. Si aũt in aliquo alio euẽtu ſubueniẽdũ eſſet vxori, opus eſſet id a Rege obtinere. Hæc de vxoris dote conſtante matrimonio. Vtrum autẽ per adulterium eam amittat, tract. 3. dicetur. De dote verò diſſoluto matrimonio inferius erit ſermo.

De bonis paraphernalibus vxoris, & cæteris ad capitale ipſius attinentibus.

DISPVTATIO CCCCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Paraphernalia bona quæ, & vnde dicta.*
2 *Dominium bonorum paraphernalium, an, & quando ſpectent ad maritum.*
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.
3 *Paraphernalibus bonis quænam bona connumerari etiam poſſunt.*
4 *Donata vtrique coniugum tempore nuptiarum ab extraneis, efficiuntur communia.*
Idem etiam conſtante matrimonio.
Idem ẽt in donatis a conſanguineis vtriq; eorum.
5 *Donata coniugibus a conſanguineis mariti, ſeu ſpõſi efficiuntur mariti, niſi cõtrarium probetur de voluntate.*
Idem in donatis a conſanguineis vxoris, vt efficiantur ipſius vxoris, niſi contrarium probetur.
6 *Donata ſponſo a conſanguineis ſponſi tempore ſponſalium, cuius efficiantur, etiam de iure Luſitano, & Caſtellæ.*
Et quid conuerſo ſi donetur vxori a conſanguineis mariti, nu. 7.
8 *Donata ſponſo, vel ſponſæ per patrem, aut matrem, efficiuntur ipſius.*

1 VLtra dotẽ, ad capitale vxoris ſpectant bona † omnia paraphernalia, qualia ſunt cætera oĩa ipſius bona, ſic dicta græcè, a para, ꝙ eſt iuxta, & pherna, ꝙ eſt dos, quaſi bona iuxta dotẽ, ſeu extra dotẽ. Quare quæcunque alia bona, p̃ter dotem, quæ tpe celebrati matrimonij ad vxorẽ pertinebant, aut temporis progreſſu illi obueniunt, dicuntur bona ipſius paraphernalia, ad ſuumq; capitale, vna cum dote, ſpectant. Ita habetur l. 17. titu. 11. par. 4. & conſentiunt doctores omnes.

2 Qñ † eiuſmodi bona marito traderentur æſtimata ea æſtimatione, quæ emptionem efficeret, aut eſſent bona, quæ in pondere, numero, aut mẽſura, conſiſterent, maritoq; traderentur, vt illa cõſumeret, vt tradi hodie conſueuerunt, dominium ad maritum pertineret, alioquin ad vxorem ſpectaret, vt de bonis dotalibus ſimiliter dictum eſt ſupra eſtq; vtrobique eadem ratio. Semper autẽ, quando marito quo ad adminiſtrationẽ traduntur, vt in Caſtella, & Luſitania tradi conſueuerũt, habet vxor tacitam hypothecam pro eiuſmodi bonis in omnibus bonis mariti. Ita habetur l. vlt. C. de pact. conuent. & l. 17. citata.

3 Cum † paraphernalibus bonis, & capitali vxoris, poſſumus computare, quicquid vxor acquirit per

rit per ſponſalitiam largitatem ſibi a viro factam, iuxta ea quæ diſput. 290. dicta ſunt. Atq; ea quæ poſt celebratum matrimonium ſibi a viro ſunt donata in euétibus, in quibus valet, aut confirmatur, donatio inter vir. & vxor. iuxta ea quæ diſp. 289. explanata ſunt. Dictis verò duabus diſputationibus citatis adiunge ſequentes concluſiones.

4 Prima. Quæ † tempore nuptiarum aut ſponſalium, donantur vtrique coniugum ſimul, ab amicis, & extraneis, hoc eſt, ab ijs, qui conſanguinei non ſunt coniugum, efficiuntur bona communia vtriuſque, perinde inter vtrumq; diuidenda, ac bona ſuperlucrata. Idem dic de vtriq; ſimili modo donatis conſtante matrimonio. Ita affirmat Ant. Gom. ad l. 50. Taur. nu 67. arg. l. reos §. cum in talibus. ff. de duob. reis. cóſentit l. 2. tit. 9. par. 5. Idem dicerem, ſi ab ijs donarentur, qui vtriq; cóiugum erant ſimul conſanguinei.

5 Secunda. Quę † eiuſmodi cóiug bus donantur ſimul a conſanguineis mariti, ſeu ſpóſi, efficiuntur mariti: quia ei cenſetur facta donatio, niſi contrarium conſtet de voluntate donátium. Ita Ant. Gom. ibid. Iulius Clarus lib. 4. ſenten. verb. donatio. q. 10 Gutier. de pract. qq. lib. 2 q. 120 & alij, quos citant. Simili modo exiſtimo, ſi a conſanguineis vxoris facta ſit donatio vtrique ſimul, effici ſolius vxoris. Quia ſimiliter vxori videtur facta donatio, videturq; conſentire Iulius Clarus vbi ſupra, & affirmat Gut. vbi ſupra.

6 Tertia. Si a † cóſanguineis ſpóſi aliquid donetur tpe ſponſaliũ (in Luſitania ante contractũ matrimoniũ p verba de pſenti, in Caſtella et poſt ita cótractũ, ſed anteq̃ cóſumetur p copulã. iuxta ea, quæ diſ. 290. explicata ſunt) ait Ant. Gom. vbi ſupra cenſeri donatã ab eiuſmodi cóſanguineis ſpóſo, & ab ſponſo ſpóſæ, atq; adeo ſpectare ad ſponſam eo modo, quo aliæ ſponſalitię largitates factę eidé ab ſpóſo, iuxta ea, quæ diſputatione citata dicta ſunt. Atq; in euétibus, in qdib. ibi dictum eſt, non interueniente oſculo, neq; cópleto matrimonio, alias ſponſalitias largitates factas ab ſpóſo ad ipſum reuerti, has quoque affirmat reuerti ad ſpóſum, Rectius tamen cum alijs affirmat Gutier. q. 120. citata, vniuerſim non cenſeri factas ab ſpóſo ſponſæ; eaq; de cauſa ſemper perſeuerare mariti, niſi donantes expreſſerint, ſe ſponſæ duntaxat donare, aut ſponſus ſimiliter expreſſerit, ſe velle ea ei concedere in ſponſalitiam largitatem.

7 Quarta. Quæ † a cóſanguineis mariti donanť vxori, in Luſitania quidé poſt matrimoniũ p verba de pręséti cópletũ, & in Caſtella poſt cóſũmatũ per copulã cenſentur donata marito ab ipſius cóſanguineis: ſubiungit verò Ant. Gom. vbi ſup. rurſus céſeri donata a marito vxori; eaq; de cauſa pinde de illis cenſendũ, atq; de cęteris q̃ ea donatione a marito donátur vxori, q̃ inter virũ, & vxoré nuncupatur, cófirmariq; eiuſmodi donationé, ac poſſe reuocari, proinde atq; cæteras inter virũ, & vxoré, iuxta ea quæ diſ. 289 dicta ſunt. Cótrariũ verò affirmat Gutie. q. 120. citata, népe nó pręſumi maritũ donare ea vxori, niſi id ſufficiéter exprimat, ac pinde ea bona ad ſolũ maritũ ptinere.

Quando autem coniecturis ſufficienter conſtaret, animũ donantiũ eſſe, donare vxori, vt ſi propter obſequia ab vxore præſtitã alicui eorũ in infirmitate, aut aliqua alia de cauſa donatio eſſet illi facta a conſanguineis viri, donatio pertineret præcipuè ad vxoré. Qd ſi obſequia de cómunib. bouis eſſent præſtita, aut beneficiũ collatũ céſeretur ab vtroque coniugũ, tunc, qd ita donaretur, cóe eſſet vtriq; coniugum, nihil impediente, qd vrbanitatis, atque honoris cauſa, ad vxorem mitteretur.

8 Quinta. Quæ † pater, aut mater ſponſi, donanť ſpóſę, ſiue añ cóſummatũ matrimoniũ, ſiue poſt, céſent donata ſponſo, vt concl. 3. & 4. dictum eſt. Eaq; de cauſa tenetur ſpóſus adducere ea ad collationem cum cæteris fratribus, perinde atq; reliqua bona, quæ ipſi pp nuptias ſunt donata. Ita Ant. Gom. vbi ſupra dictumq; eſt ſup. diſp. 238.

De arrhis vxoris.

DISPVTATIO CCCCXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Arrhæ matrimonij contrahendi quid, & an differant ab alijs.*
2 *Arrham quis amittat.*
3 *Arrha quare in matrimonio conceſſa, & quare pœna prohibita.*
4 *Arrha matrimonij in Caſtella, & Luſitania quid.*
5 *Arrhæ matrimonij ob quam cauſam promittatur.*
6 *Arrhæ matrimonij, & donatio ante nuptias, differunt.*
7 *Arrhæ matrimonij an conſtitui, & augeri poſſint poſt matrimonium contractum, & quando.*
8 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, an diſponere de arrhis poſſit in præiudicium filiorum primi matrimonij, & quibus caſibus.*
9 *Maritis bona an ſit æſtimanda in arrhis matrimonij a marito promiſſis, & quomodo: & quid de maioratu vxoris in dotem dato.*
10 *Dos marito promiſſa, ſi illi non ſoluatur, an teneatur ſolutò matrimonio ſoluere vxori, aut eius hæredibus arrhas.*
11 *Arrhæ matrimonij in Luſitania, an ſoluendæ ſint de toto aceruo bonorum mariti, an verò de ſolo tertio, quod ad ipſum ſpectat, ſi deſcendentes, aut aſcendentes habeat.*
12 *Arrhas matrimonij promittens vltra decimã partem ſuorum bonorum, ſecundum ius Caſtellæ, aut vltra tertiam ſecundum ius Luſitaniæ, & iuramento confirmans, an ui iuramenti teneatur promiſſionem implere.*

Arrhæ quæ iuxta conſuetudinem Regnorũ Caſtellæ, & Luſitaniæ hodie a maritis vxoribus promittuntur, diuerſum quippiam ſunt ab arrhis, quæ erant quondam in vſu, & de quibus
1 iura loquũtur. Etenim † arrhæ, de quibus iura loquuntur, erant id quod, conuentione facta de matrimonio inter aliquos futuro, tradebatur in pignus, atque in robur, & firmitatem, qd matrimonium celebraretur, vt conſtat ex l. vlt. C. de ſponſa. & ex l. vnica. C. ſi rector prouinc. & refert atque affirmat l. 1. titu. 11. part. 4. ac tradunt gloſſ.

capit. gemma de ſponſalibus, & Doctores, quos referunt, ac ſequuntur Couaru. in Epitom. capi. 3. §. 7. num. 6. Anto. Gom. ad l. 50. Taur. num. 12. & Aluar. Valaſ. conſult. 2. n. 1. Erantq; eiuſmodi arrhæ haud diſſimiles eis, quæ in contractibus emptionis, & venditionis, & in alijs ſimilibus cõtractibus, adhiberi ad firmitatem ſolent, qđ operę implebuntur, de quibus diſp. 338. dictum eſt. Quare eiuſmodi arrhæ celebrato matrimonio illi reſtituebantur, qui illas dederat. Quod ſi ſponſus, aut ſpõſa, è viuis migrabat, antequam matrimonium celebraretur, ei ſimiliter reſtituebantur, qui illas dederat, niſi in mora, & culpa fuiſſet, quod matri-
2 monium non eſſet celebratum. Semper † enim arrhã is amittit, cuius culpa matrimoniũ nõ celebratur, vt hr̃ l. arrhis & l. 1. citatis. Quod ſi p eũ ſtat, qui illas accepit, reddit eas, & tantundẽ, niſi ſit minor: nam tũc ſimplices eas reddit. Si verò, qui illas accepit, eſſet pater, aut alius aſcendens, alterius ex ſponſis, & per eum ſtetiſſet quominus matrimonium celebraretur abſq; cauſa iuſta, quę de nouo, vel emergeret, vel in ipſius notitiã deueniret, quõdã tenebatur reddere illas quadruplas; hodie verò duplas, niſi expreſſè conueniſſet, vt triplas, aut quadruplas illas redderet: nã tunc contractui eſſet ſtãdũ. Hæc conſtãt ex l. vlt. C. de ſponſalib. eaq; affirmant doct. quos Aluar. Valaſ. & Ant. Gom. vbi ſupra referunt, ac ſequunt. Ex eo autẽ, qđ ſponſus, aut ſpõſa, ad religionẽ tranſeant, eaq; de cauſa matrimoniũ non celebretur, non amittunt arrhã datam, neq; tenentur duplicatã reſtituere, quã acceperant. Ita habetur l. Deo nobis, in prin. C. de epi. & cler. & c. ex publico, de conuerſione coniugat. & affirmat gl. c. ex parte, verb. arrha, eo. tit. Quãuis pœna prohibita ſit apponi in ſponſalibus non celebranti poſtea matrimonium, atque appoſita, ſit ipſo iure nulla. l. Titia ff. ſol. matr. & c. gemma, de ſpõſalibus, conſentiuntque doctores omnes, arrham tamen interuenire, illamque amittere eum, per quẽ ſteterit quominus matrimonium celebretur, aut acceptam reſtituere duplam, neque inualidum eſt, neq; inhibitum, vt ex iuribus citatis cõſtat, & conſentiunt ſimiliter doctores omnes.

3 Circa cauſam † autẽ, cur vnũ potius, q̃ aliud, ſit permiſſum, non conſentiunt doct. Quidam, quos Couar. & Ant. Gom. vbi ſupra ſequuntur, eã reddunt, ꝙ pęna cum ſolo verbo promittatur, maiori facilitate minuſq; maturo conſilio ſoleat apponi: arrha verò, cum tradatur, non tanta facilitate, maiorīq; conſilio ſoleat adhiberi. Aluar. aũt Valaſ. hac rõnem improbat; q̃m, inquit, vtrobiq; eadem rõ non reſtringendæ libertatis matrimonij milit. Potius verò hanc aliã reddendã cenſet; q̃m arrha datur in ſignum, & ad ſecuritatem rei geſtæ; pęna aũt nõ pro ſecuritate, ſed vt nuptias aſtringant contrahentes. Arbitror tñ vtrumq; adhiberi, vt ſe curius ſtetur conuentis de matrimonio, prout eſt cõuentũ, celebrãdo, neq; minus vno, q̃ altero, adimi libertatẽ ad cõtrahendũ oĩno libere matrimoniũ, immo verò, ſi plus aliquo adimitur, potius arrhas, q̃ pœna, adimi, ſi vtrumq; ſit æqualis quantitatis. Plus quippe adducetur, quis ad celebrandas nuptias, quas alioquin non celebraret, timore admittendi arrhã iam traditam, q̃ qui accepit, neceſſe nõ habet exigere, quam adducatur timore pęnę conſtitutę, quæ fortaſſe nũquã exigetur, & quę difficilius lite de ipſius poteſtate extrahetur. Vnde dicendũ cenſeo, cum; ſtando in ſolo iure naturali, vtrumq; vim haberet, poſitiuum ius idcirco vires pœnæ, & non arrhæ, abſtuliſſe, qđ pœna facilius promittat, & in longè maiori quantitate, poſteaq; in illa exigenda maiores oriantur lites, quam hæc omnia circa arrham euenire ſoleant. Atq; hæc eſt ratio, quã intendere videntur doctores, quos Aluarus Valaſchus hac de re improbat. Arrhę in hac ſignificatione non ſunt in vſu in Hiſpanijs.

4 Quæ autem arrhæ † de conſuetudine Caſtellę, & Luſitaniæ a maritis hodie vxoribus promittuntur ſunt quædã promiſſio, quã ſpõſus ei facit, cum qua contrahit, aut cõtrahere paciſcitur, & quã mulier ſtatim, matrimonio cõtracto, & cõſumato per copulã, vt hr̃ l. 5. tit. 2. lib. 3. fori, ſibi acquirit, vna cũ dote ſoluendã, ac tradendã diſſoluto matrimonio. Ita Couar. loco citato, n. 12. Ant. Gom. n. 12. citato, & multi alij, quos Aluar. Valaſ. conſul. 2. nu. 3. refert ac ſequitur. De arris in hac ſignificatione loquuntur l. 50. Taur. & duę ſequentes, quę ſunt l. 2. 3. & 4. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. & ord. Luſit. l. 4. tit. 9. §. vlt. & tit. 7. §. 40. Quia verò eiuſmodi arrhæ regulariter nõ tradũtur vxori interim dũ matrimoniũ conſtat, ſed ſolum ipſi debẽtur de bonis mariti ſoluendæ diſſoluto matrimonio, nõ cõputantur propriè in capitali vxoris, ſed ſunt debitũ a marito, aut hæredib. mariti, ſoluendũ vxori vltra ſuũ capitale, aut hęredibus vxoris: de quo proinde debito diſponere poteſt vxor, etiã ſi moriatur ante maritum; qđ ſi de illo non diſponat, in eo ſuccedunt hæredes vxoris ab inteſtato, vt habetur l. 50. Tauri, quę eſt 3. tit. 2. lib. 5. nouæ collectionis, atq; idem ſeruatur de conſuetudine Luſitana.

5 Dubium eſt, ob quam † cauſam arrhę promittantur. Aluar. Valaſ. conſult. 2. nu. 4. ait, vulgares putare ob præmium virginitatis, & refert Couar. quaſi ſit eius ſñiæ, eo qđ vbi ſupra nu. 12. dicat, dari in præmium pudicitiæ, citans illud Iuuenalis Satira 6. *Nec illud prima pro nocte datur*. Inde Aluar. Valaſ. ait ſequeretur, viduis, ad ſecũdas nuptias tranſeuntibus, non poſſe promitti arrhas: eamq; opinionem cum Roderico Xuarez merito deridet, citatq; communem doctorum Hiſpanorum ſententiam in contrarium, de quorum numero ſunt Ant. Gom. vbi ſupra nu. 13. & Grego. Lopez l. 1. citata verb. *en Eſpaña*. Vnde Anto. Gom. nu. 12. definiens arrham, ait eſſe donationem, quę fit ab ſponſo ſpõſæ de futuro, vel de præſenti, in remunerationem dotis, vel virginitatis, vel nobilitatis, & Aluar. Valaſ. commemoratis his cauſis, cũ Anton. Gomez addit, leges permittentes arrhas ad nullam cauſam nuncupatim ſe aſtringere, ſed ſecundum mores hodiernos ſolam eam cauſam donationis arrharum attendi, vt vxor opulentior ſit, ad ſuſtinendum vidualem honeſtatem, in qua manſura præſumitur. Equidem, quamuis aſſentiar, ad nullam cauſam in particulari reſtringẽdã eſſe donationem arrharum, ſed ſatis eſſe volitionem liberam promittentis, eaque ratione in dẽ finitione

Dubiũ

Deciſ.

nitione arrharũ nullius cauſę mẽtionem fecerim, arbitror tñ immeritò tribui Couar. quaſi crediderit, arrhas promitti nõ poſſe viduæ: neq; ex verbis illius id colligitur: premium enim pudicitiæ latius patet, quam præmium virginitatis: quadratq; etiã in vidua, quæ ſe agnoſcendam à marito tradit: neque aliud videtur voluiſſe Couar.

6 Ex dictis † facilè patet, arrhas, de qb. loqmur, nõ eſſe idem, qđ donationem ante nuptias, de qua iura loquuntur, & de qua egimus in calce diſput. 290. quãq; ibi aſſeruimus, non eſſe hodie in vſu in Hiſpanijs, tametſi Rodericus Xuarez, & Ioannes Lupus idem eſſe affirmauerint, ducti l. 1. tit. 11. par. 4. q̃ id aſſerere vr: ſucceſſerunt tñ in Hiſpanijs loco donationis pp nuptias, vt ibidem dicebamus cum cõi doctorũ ſnĩa, quam retulimus. Differt verò, pręter alia, inter donationem pp nuptias, & arrhas, ꝙ donatio propter nuptias, vt loco citato dicebamus, vxoris efficiebatur quoad dñium toto tpe, quo matrimonium conſtabat, tametſi fructus, & adminiſtratio illius ad maritum pertinerẽt (inſeruiebat. n. vt ex illa, & dote matrimonij onera melius in vxoris bonum maritus ſuſtineret) diſſoluto verò matrimonio, reuertebatur integra ad maritum, aut ad hæredes mariti: arrha verò, vt dictũ eſt, toto tempore matrimonij apud maritum remanet; eo verò diſſoluto, ſoluenda eſt vxori, aut hæredibus vxoris, vt ipſorum maneat. Lege plures alias differentias, & conuenientias inter arrhas; & donationem propter nuptias, inter alios, apud Aluar. Valaſ. conſul. 2.

Queſt. 7 Dubium eſt, num † arrhæ conſtitui, & augeri poſſint poſt matrimoniũ cõtractũ. Doctores Hiſpani, quos Greg. Lopez. l. 1. tit. 11. par. 4. verb. *en Eſpaña*, & Alua. Valaſ. conſul. 4. nu. 11. referunt, & quos ſequuntur Anto. Gom. l. 50. Taur. nu. 12. & Couar. in Epit. c. 3. §. 7. nu. 12. conſtitui poſſe exiſtimant: ducti, quòd donatio pp nuptias fieri, & augeri poterat poſt matrimoniũ contractum, vt diſp. 290. dictum eſt. Atque hoc apertè affirmat l. 1. citata, dicens, arrhas eſſe donationem propter nuptias, & conſtitui, augerique poſſe, poſt matrimonium celebratum. Greg. autem Lopez meritò ibidem ſatis dubiam arbitratur hanc ſnĩam: qm̃ arrha eſt vera donatio, ſm quam ius in perpetuũ comparat ſibi vxor ad rem promiſſam, vt diſſoluto matrimonio ſua efficiatur, ſuorumq; hæredũ; donationes autem inualidæ ſunt inter virum, & vxorem, ſi poſt celebratum matrimoniũ fiat, niſi morte donantis confirmentur traditione præcedente, vt diſp. 289. viſum eſt. Aluar. verò Valaſ. in calce nu. 4. validam eſſe arbitratur in hoc Regno Caſtellæ propter l. 1. tit. 11. par. 4. citatam. Cæterum in Luſitania ibidem à nu. 2. inualidam eſſe, exiſtimat, aitq; ſe ita ſemper cõſuluiſſe, & vidiſſe in eo Regno ita eſſe iudicatum. Equidem arbitror inualidam eſſe, etiam in hoc Regno, propter rationem proximè factam, quæ vrgentiſſima. Et qm̃, l. 1. Caſtellę citata loquitur, poſito, quod arrhæ idem ſint, quod donatio propter nuptias; & fortè loquitur tempore, quo non erat aliud, quam donatio propter nuptias; non verò de arrhis, de quibus poſtea leges fori, & Tauri loquutæ ſunt,

Decis.

& quæ hac die ſunt in vſu, vt Couar. ipſe in calce num. 12. citati ait.

Rodericus Xuarez, quem Greg. Lopez, vbi ſupra refert, ac ſequitur, & cui expreſsè Alu. Valaſ. conſul. 4. nu. 5. conſentit, ait validam abſque ſcrupulo eſſe conſtitutionem arrharum poſt contractum matrimonium in euentu, quod vir præmoriatur vxori: eò ꝙ, q̃uis dicamus eſſe de numero cæterarum donationũ inter virũ, & vxorẽ, q̃ poſt cõtractum matrimoniũ efficiuntur; morte tamen mariti cõfirmatur, ac proinde valida reddit, iuxta ea, quæ diſp. 289. de donationibus inter virum, & vxorẽ dicta ſunt. Nõ tñ aućdunt viri, docti, nullam arrhæ fieri vxori traditionem ante mortem viri: vt verò donatio inter virum, & vxorẽ morte donantis confirmetur, neceſſe eſt p̃ceſſerit traditio rei donatæ vt diſp. 289. citata dictum eſt.

Simili modo p̃dicti autores validam eſſe arbitrantur conſtitutionem arrharum poſt celebratum matrimonium, qñ maritus plebeius, & ignobilis duxerat vxorem mulierem nobilem, atque ingratitudinem, & recompenſationẽ nobilitatis, aut quod dotem magnã cum vxore acceperat, vel alia ſimili de cauſa, arrhas poſt celebratum matrimonium conſtituat, vel augeat; & qñ aliqua harum cãtum pręextitit, arbitrantur multi, pręſumi ea de cauſa illas cõſtituere, aut augere, qñ id non exprimit, ſed res eſt dubia. Nos diſput. 289. citata diximus cõem doctorum ſnĩam eſſe, validam eſſe ſtatim q̃cunque donationẽ aliam factam à viro vxori ſimili de cauſa, neq; opus eſſe morte donantis confirmari; tametſi retulerimus, Iulium Clarium affirmare cõtrarium, niſi ante matrimoniũ contractum, vel tempore celebrationis illius, ea donatio fiat. Quod ſi vera eſt cõis opinio, valida quoq; erit conſtitutio arrharũ in eo euentu poſt celebratum matrimonium. Neque eſt cur Alua. Valaſ. in calce diſp. 4. citatæ cum approbãs hunc, & præcedentem euentu, intuliſſet, vnde in his caſibus teneri poſſet, etiam in Luſitano Regno validam eſſe conſtitutionẽ arrharũ poſt celebratum matrimonium; adiecerit: ſed vereor, ne, etiam in his caſibus, ſenatus Luſitanus hoc non admittat. Etenim nihil eſt in ordinationibus Luſitanis, qđ excludat duos illos euentus, ſi ſtando in ſolo iure communi, valida eſſet ſtatim donatio inter coniuges in illis euentibus facta. Idem tamen autor addit, cauſas in ſecundo euentu contentas ſufficientes eſſe, vt facultas à rege obtineretur, ad obtinendas arrhas poſt matrimonium celebratum.

8 Dubium eſt. Vtrum † mulier, quæ ad ſecundas nuptias tranſit ſuperſtitibus filijs ex priori matrimonio, diſponere de arrhis, quas ex marito priori accepit, perinde atque de alijs ſuis bonis poſſit: an verò integras eas ſeruare teneatur filij prioris matrimonij. Rodericus Xuarez, quem referũt, ac ſequuntur Molina li. 2. de primog. c. 10. nũ. 62. & Gut. de prac. qq. li. 2. q. 18. in vlt. aſſeuerat, eiuſmodi mulierem teneri illas integras ſeruare filijs prioris matrimonij, qn & diuidẽdas eẽ ęqualiter inter illos, neq; poſſe in illis, aut ex illis, meliorare aliquẽ eorũ filiorũ, aut inſtituere maioratum. Ratio ſecundum hos oẽs autores eſt, quoniam Queſt.

vxor,quę aliquid à priori marito accepit, ſiue donationē inter viuos, ſiue p vltimā voluntatem, id totū,ſi ad ſecundas nuptias tranſeat,tenetur reſeruare præcipuum filijs prioris matrimonij, vt hr̄ l.fœminę in prin.C.de ſecun.nup. & l.26.tit.13. par.5.quin & quod mariti intuitu illi donatū eſt, ſimiliter tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij,neque eorum omniū,quæ cōmemorata ſunt, remanet dñium apud vxorem, ſed ſolus vſusfructus,interim dum viuit, vt hr̄ expreſſe in authentica in donōne, C. de ſec.nupt.q̄ proximæ poſt l. fœminæ ſubiungitur,& in authentico de nup.§.ſi verò expectet.Immò verò l.hac edictali.§.oībus. C.de ſecundis nup.& l.26.citata, bona omnia talis vxoris,quæ habebat à puncto,quo id à marito, aut intuitu mariti,accepit, & quæ poſtea habebit hypothecæ ſubijciuntur pro illis bonis integre reſtituendis filijs prioris matrimonij.

Quamuis autē l.fœminæ citata permiſſum eſſet mulieri,quæ ad ſecundas nuptias tranſiret,q̄d modis explicatis ex priori marito obtinuiſſet, diuidere inter filios prioris matrimonij ad ſuū beneplacitum,aut totum vni illorū tribuere; poſtea tñ in authētica lucrū.C.de ſecund.nup.ea facultas eſt ab ea ablata,atque iniunctum,vt æqualiter inter illos id diuidat:ſic enim authentica illa habet. *Lucrum hoc æqualiter inter liberos lege diſtribuitur,non arbitrio parentis permittitur*. Idē diſpoſitum eſt in authentico de nuptijs. §. venient,cuius verba ſunt.*Non enim permittimus parentibus non rectè introductam electionem*(l.ſcilicet fœminæ citatæ)gloſſa,l. fœminæ citata verb. poſſeſſionē,hæc eadem aſſeuerat intelligenda eſſe de viro, qui ad ſecundas nuptias tranſit, teneri ſcilicet filijs prioris matrimonij reſeruare, quæ ab vxore modis explicatis obtinuit, atq; illud inter eos diuidere æqualiter: expreſſeq; eſt hodie ſancitum l.15.Tauri,quæ eſt l.4.tit.1.li.5.nouæ collect.& lib.4.Luſitaniæ ordin.tit.75.§.3.vbi, quæ de muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias diſponūtur, quo ad bona,quæ ex marito illi obuenerūt, reſeruanda, ac diſtribuenda inter filios prioris matrimonij,ſimiliter dñr eſſe intelligēda de viro ad ſecundas nuptias tranſeunte, quo ad bona, quæ ex priori vxore illi aduenerūt. Immo verò idē apertiſſimè conſtat eſſe diſpoſitum de iure cōi. l. ſi qs prioris §.in illo C.de ſecūdis nupt. vbi bona mariti hypothecæ ſubijciūtur filijs prioris matrimonij,eo mō quo ex l.hac edictali paulò antea relatum eſt bona vxoris eſſe hypothecata filijs prioris matrimonij,idemque habetur l.26.tit.13. par.5.

Neque hæc introducta ſunt in odiū ſecundarū nuptiarū, ſed in fauorē filiorum prioris matrimonij,vt rectè cum alijs Aluar. Valaſ.cōſul.16.n.3. obſeruat, ac ꝓinde abrogata non ſunt iure canonico.Lege quo ad hæc oīa,inter alios Aluar. Valaſ.conſult.citata, Anto. Gom.l.15.Tau.nu.2.& 3.Molinam vbi ſupra à nu.59.doctrināq; hāc totam adiunge ijs,quæ diximus diſp.162.& 163.

Ex hac veriſſima,ac receptiſſima doctrina volunt Roder.Suarez,Molina,& Gutier.vbi ſupra, mulierem,q̄ ad ſecundas nuptias tranſit,ſuperſtitib. filijs prioris matrimonij, teneri illis reſeruare arrhas,quas ab illorū pr̄e accepit,inter illoſque eſſe æqualiter diuidendas ex teſtō, aut ab inteſtato, neq; eam mulierē poſſe ex illis inſtituere maioratum, aut meliorare quemq̄ eorum filiorum.

Contrarium cum Io.Lupo affirmat Alua.Valaſ.conſul.16. citata nu.6. nempe eam mulierem non teneri reſeruare arrhas illas filijs prioris matrimonij, ſed perinde de eis poſſe diſponere, atq; de alijs ſuis bonis, & ſubinde poſſe de tertio earū in Luſitania, & de tertio, & quinto in Caſtella, inſtituere maioratum, & meliorare quemcunque ſuorum filiorum,aut etiam relinquere id cuicunque extraneo (excepto tertio in Caſtella) non ſecus atque idem efficere poteſt de tertio,aut de tertio,& quinto reliquorum ſuorum bonorū; atque Aluar. Valaſ.ſe ita ſemper conſuluiſſe. Ducitur. Qm̄ l.fœminæ, quæ reſeruationem illū inducit, & quam authentica citata ſupponunt, ſolūm loquitur,de acquiſitis ex priori marito titulo lucratiuo, id quod iura citata apertè ſonant, neque autores contrariæ ſnīæ id inficiantur arrhæ autem, non titulo lucratiuo: ſed oneroſo ex priori marito ſunt acquiſitæ: quia cenſentur datæ in recompenſationem dotis,virginitatis, &c. Accedit, inquit,quæ donatione remuneratoria ex marito acquiſita ſunt,non cenſeri comprehenſa.l.fœminę, vt ex quibuſdam doctoribus docet. Certè ſententia hæc mihi ſatis probabilis vr̄: præſertim, quia hodie in Hiſpanis arrhę non in modum gratuitę donationis ſolent cōſtitui, ſed deducuntur in pactum in modum oneroſi contractus, neque aliter cōuenire volunt vxor,aut qui partes illius agunt, niſi tm̄,vel tantùm, arrharum illi promittatur.

Idem dicendum cenſeo delecto quotidiano tradi in Caſtella conſueto viduis, q̄d *cama uiudal* appellant. Neque.n.dono datur,ſed ex debito ex legis præſcripto. Tametſi hoc amittat mulier tranſiens ad ſecundas nuptias. Quòd ſi circa arrhas obijcias l.52. Tauri,q̄ eſt 4.tit.2.lib.5.nouæ collect. atque ſtatuit, ſi præceſſerint ſponſalitiæ largitates, & promiſſæ etiam fuerint arrhæ,tunc, diſſoluto matrimonio poſſe vxorem aut hæredes illius,eligere intra viginti dies, poſtquam fuerint requiſiti, alterum illorum tantum, quod maluerint:tranſactis verò illis diebus,electionē deuolui ad maritum,aut ad hæredes mariti: legem autem fœminæ, & authentica citata, habere locum in ſponſalitijs largitatibus, eo quòd ſint veræ donationes profectæ ex viro in vxorem:ac proinde debere etiam habere locum in arrhis.

Si id, inquam,obijcias,conceſſa maiori,& minori, qñ ſponſalitiæ largitates non accipiuntur loco arrharum,neganda eſt conſequentia,qm̄ arrhæ non ſunt ſimpliciter donatio,vt ſunt ſponſalitiæ largitates. Qñ autem in hoc Regno relinquerentur arrhæ,& præeligeretur ſponſalitia largitas,tunc iura citata locum non haberēt in ſponſalitia largitate quo ad quantitatem valoris præciſe,qui arrhis reſponderet;quoniam quo ad eum valorem vim arrharum,in materia propoſita,haberet, & non ſponſalitiæ largitatis. Lex autem illa ea in parte ſubuenire voluit cæco amori, quo mariti ſpoliare ſolent bonis ſuis ea tribuendo

do vxorib. in arrhis, & in ſponſalitijs largitatib. ſicut ẽt leges, quibus arrhæ taxatæ in Caſtella, & in Luſitania ſunt (de qb. legib. mox erit ſermo) eidem damno ſubuenire voluere. Illud poſtremò admonuerim, Aluar. Valaſc. conſult. citata, nu. 9. affirmare, ſe accepiſſe ab antiquis ſenatoribus, & à peritiſſimis aduocatis, deciſionem l. fœminæ, de reſeruatione lucrorum filijs prioris matrimonij, non ſeruari de conſuetudine Regni Luſitani.

De arrhis, quas mulier accepit à marito, ex quo liberi ei remanſerunt, cenſet ſimiliter Rodericus Xuarez, quẽ Gomez Arias ſequitur, eam vxorẽ q̃ ad ſecundas nuptias non tranſit, ſed manet in perpetua viduitate, teneri reſeruare filijs mariti tres illarum partes, neque ex illis poſſe inſtituere maioratum, aut meliorare quamq̃ illorũ, ſed diuidendas eſſe æqualiter inter illos iuxta authentica citata: de quarta vero parte poſſe facere, quod voluerit, atq; adeo maioratum inſtituere, vel meliorare in illa quemcunq; eorum voluerit. Ducũtur hi autores, l. 1. tit. 2. lib. 3. fori, q̃ ſtatuit, huiuſmodi mulierem in hoc euentu poſſe ſolum diſponere de quarta arrharum parte pro anima ſua, tres verò arrharum partes reſeruare teneri filijs mariti: cenſentq; ijdem autores diuidendas inter illos eſſe æqualiter iuxta authentica citata.

Contrariũ verò affirmant Molina lib. 2. de primogen. c. 10. nu. 64. Aluar. Valaſ. cõſul. 16. citata. Gut. q. 18. citata, & alij: quin potius eam poſſe de arrhis, ſicut de cæteris ſuis bonis, diſponere, atq; inſtituere maioratum, vel meliorare quemcunq; filiorum voluerit. Ratio eſt qm̃ iura Codicis, & Authenticorũ, ſolũ loquuntur de vxore q̃ tranſit ad ſecundas nuptias, non verò de illa quæ in ppetua viduitate manet. Lex aũt illa fori vſu quo ad eã partẽ non eſt recepta: in Regno verò Caſtellæ leges fori vim non habent, niſi quatenus vſu repeuntur receptæ, idq; eſt probandum, vt iuxta illas iudicetur. Lege quæ diſp. 289. dicta ſunt.

Illud obſeruandum, de iure huius Caſtellę Regni arrhas excedere non debere decimam partem bonorum ſponſi, deducto prius toto ære alieno, & computatis omnibus, quæ ſponſo debentur, & quæ bona fide poſſidet, qñ arrhas promittit ſi autem excedant, inualidas eſſe quoad exceſſum habetur l. 1. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Vbi additur, virum renunciare non poſſe huic legi, & eſto renunciet, ſtandum nihilominus eſſe legi. Tabellio aũt, qui in inſtrumento aliquo fidem fecerit renũciatum fuiſſe ei legi, amittit officiũ: ſi aũt deinceps vſus eo fuerit, punitur vt falſarius. Paulò ante ẽt diximus, ſi ſponſus aliquas fecerit ſponſalitias largitates, vxorem, aut hæredes illius, in hoc Regno accipere debere, atque eligere, vel arrhas, vel ſponſalitias largitates tantum.

In Regno aũt Luſitano excedere non poſſunt tertiã partẽ valoris dotis vxoris: ſi aũt excedant, inualidæ ſunt quo ad exceſſum. Itẽ, ſi maritus habebat filios, aut alios deſcendentes prioris vxoris, illique, aut eorum aliquis, ſuperſtites ſint tempore, quo arrhæ, diſſoluto poſteriori matrimonio, veniunt ſoluendæ, eiuſmodi arrhæ excedere non poſſunt tertiam partem eorum bonorum mariti, quæ habebat qñ eas arrhas promiſit: eo ꝙ præiudicarent quo ad exceſſum filijs, aut deſcendentibus, ex tali priori matrimonio. Ita habetur lib. 4. Luſit. ordinatio. tit. 9. §. vlt.

Circa hæc quæritur. Si in hoc Regno maritus, qui arrhas promiſit, maioratum habebat, num Quęſt.
9 † bona maioratus ſint æſtimanda, & quo modo, vt intelligatur, an arrhæ promiſſæ excedant decimam partem bonorum mariti. Similiter quæritur ſi vxor in Luſitania maioratum in dotẽ adducat, an bona maioratus æſtimãda ſint, & quo modo, vt intelligatur, an arrhæ tertiam partem dotis bonorum vxoris excedant.

Et quidem conueniunt oẽs, æſtimanda eſſe, quantum reditus eorũ bonorum valere cenſebuntur pro vita poſſidentis maioratum. Atq; Aluar. Deciſ.
Valaſ. conſult. 16. nu. 10. & pleriq; alij, quos tam ipſe, q̃ doctores citandi, referunt, aſſeuerant eſſe æſtimandos iuxta regulam l. hæreditatum. ff. ad l. Falci. traditam in æſtimando vſufructu legato ad effectũ, vt ex illo detrahatur Falcidia. Et Gutier. poſt gloſſam Accurſij, & poſt Bart. ad eam legẽ, de pract. qq. libr. 2. q. 17. arbitratur, computationem, quæ in ea lege fit, ita eſſe intelligendam, vt nihilominus, ſi vſufructuarius pauciores annos comperiatur poſtea vixiſſe, reddatur de ęſtimatione Falcidiæ detracta, quod plus detractum fuit, q̃ foret detrahendum: ſi verò comperiatur plus vixiſſe, detrahatur incrementum.

Atque ita in re propoſita vult Gutier. ſi in hoc Regno vxor ante virum moriatur, computãdum eſſe valorem redituũ omnium maioratus, omnibus illis annis ab inito matrimonio perceptorũ, deductis expenſis in illis recipiendis, validaſque eſſe arrhas vſq; ad decimam partem totius illius valoris, quod ad bona maioratus mariti attinet. Meritò tñ Couar. 3. var. reſol. c. 9. à nu 7. & multi alij id improbant, arbitranturq; æſtimationem legis hæreditatum, intelligendam eſſe, quicquid poſteà rei probet euentus, Molina, li. 1. de primogen. c. 19 à nu 39. licet in re propoſita probabile exiſtimet, ſequendam eſſe æſtimationẽ leg. s hęreditatum, cum Couarr. tamen & multis alijs, quos citat ait, illam ſolùm eſſe intelligendam ad effectum detrahendi Falcidiam a legatis; non verò ad hunc, & alios ſimiles effectus.

Atq; ita cum Couar. & pleriſq; alijs cenſet valorem bonorum maioratus, in totã vitã illũ poſſidentis, prudentis arbitrio eſſe æſtimandũ attenta ætate, valetudine, & alijs circumſtantijs illũ poſſidentis, eo modo quo æſtimaretur vitalitium æqualium annuorum redituum in vitam eiuſdem; a qua ſnĩa non diſſidet ẽt Gut. vbi ſupra. Molina ait, reditus eiuſmodi maioratus æſtimandos eſſe ad rõnem octo pro vno, ita, vt ſi maioratus quotãnis reddat duo mille ducatos deductis expẽſis in fructibus colligendis, æſtimetur ſexdecim mille ducatis in totã vitã illũ poſſidẽtis, ex quib. valdè poſſet ꝓmittere arrhas mille ſexcentorũ ducatorũ, q ſunt decima pars ſexdecim mille ducatorũ.

Gut. verò ait, reditus illos æſtimãdos eſſe ad rationem ſeptem pro vno, iuxta pragmaticam Caſtellæ, quod vitalitium ita æſtimetur, ac vẽdatur.

Nos

Nos autem diſp.388.diximus, irrationabile atq; iniuſtum eſſe, æquale pretium ſtatuere vitalitijs omnib. æqualium redituum annuorum, ſed pro ætate, & valetudine eius, in cuius vitam conceditur, & pro alijs circumſtantijs concurrentibus, taxandum eſſe valorē ac pretiū illius idemq; cenſemus in taxando valore maioratus ad vitam eum poſſidentis, vt intelligatur quantū arrharū in Caſtellæ, & Luſitaniæ Regnis pmitti poſsit, quicqd rei poſteà probet euentus: arrhæ quippe in vtroque Regno iuxta valorem, vel bonorū mariti, vel dotis vxoris, tpe, quo promittuntur, ſunt conſtituendæ qcquid poſteà circa eorū bona ſuccedat, vt ex iurib. eorūdē regnorū ſupra citatis liquet.

Dubiū 10 Dubium † eſt, vtrū, ſi dos marito promiſſa, illi non ſoluatur, teneatur diſſoluto mrīmonio ſoluere vxori aut hæredib. vxoris, arrhas. Ad quod rñdent Aluar. Valaſ. conſult.3. & Gam. deciſ.370. num.2. cum alijs, quos referunt, ſolum eas teneri ſoluere in ea proportione, in qua dos fuit ſoluta, ita qđ, ſi nihil dotis ſit ſolutum, nihil arrharū ſoluere teneatur; ſi verò ſoluta ſit tertia, aut quarta pars dotis, ſoluenda ſolùm ſit tertia, aut quarta pars arrharū, & ita de alijs partibus proportionalibus arrharū, & dotis: referuntq; prædicti autores ita in Luſitania fuiſſe iudicatū. Probatur in primis, qm̄ lex Luſitana ſupra citata ſolū permittit arrhas vſq; ad tertiam partem dotis, quā vxor attulerit: id autem dotis, quod promiſſum eſt, & non ſolutum, non cenſetur allatum ab vxore.

Deinde qm̄ arrhæ in dotis recompēſationem etiam dantur. Et qm̄ æquitas non patitur, vt ei, q non ſtat promiſsioni, & pacto dotis, ſtetur promiſsioni, & pacto arrharum, quod ſuppoſita promiſsione dotis ſit. Hoc ipſum non leuiter confirmat authentica ſed quæ. C. de pact. conuen. q̄ hēt, vxoré, quæ nihil ex dote cōſcripta pręſtitit, nihil viro mortuo percipere debere ex donatione: & q̄ minus quam promiſit, dedit, pro quantitate præſtita lucrum debere ſentire. Et eſt ſermo de pacto lucrandi donationem pp nuptias defuncto marito: quamuis autem arrhæ differant a donatione pp nuptias, non tamen differunt multū à donatione propter nuptias cum pacto de illa lucranda per mortem mariti, ad effectum, vt in re propoſita valeat argumentum à paritate rationis.

Atque ita non rectè Aluar. Valaſ. eneruat argumentū ex eo textu, quo Gama, & alij, meritò vtūtur. Idem confirmat. l. pollicitationes. C. de don. ante nuptias, quæ habet, mulierem, quę virum in dote fefellit, non poſſe à viro petere donationē ea contemplatione factam: quem textū fatetur Alu. Valaſ. conuincere, ſi fallaciter mulier maiorē dotem promiſit, quam eſset ſolutura. Integras tñ arrhas deberi, qn̄ vir remiſit partem dotis, quę erat ſoluenda, meritò affirmat Gama vbi ſupra, quoniam, quod remittitur, pro ſoluto habetur. Integras etiā deberi affirmat Aluar. Valaſ. qn̄ idcirco dos ſoluta nō fuit, quia qn̄ matrimonium fuit diſſolutum, nondum aduenerat tempus præſcriptū dotis ſolutioni: atque in hoc euentu ſe obtinuiſſe in quadam cauſa integras arrhas eſſe ſoluendas.

Dubiū 11 Dubium eſt, † vtrū in Luſitania arrhę ſoluendæ ſint de toto aceruo bonorum mariti, an verò de ſolo tertio, quod ad ipſum ſpectat, ſi deſcendentes, aut aſcendentes, habeat. Gama deciſ.308. nu.14. & deciſ.370. nu. vlt. aſserit, ſoluendas eſse de ſolo tertio. Diſtinguendum tñ arbitror. Qm̄, ſi arrhæ in primo matrimonio ſint promiſsæ, ſoluēdæ ſunt de toto aceruo, ſiue excedant tertium bonorum mariti, ſiue non, vt perſpicuè cōſtat ex 4. lib. ordin. tit. 9. §. vlt. dummodo non excedant tertiam partem dotis vxoris: nam tunc inualidæ eſſent quo ad exceſsum, vt dictū eſt. Atque eiuſmodi arrhæ, comparatione bonorum mariti, cū alieno mariti ære ſunt computandæ, quo detracto, vnà cum reliquo alieno ære, reſiduū bonorum cenſentur bona illius, in quo ipſe habet tertium, de quo libere poteſt diſponere: reliquę verò duę partes ad legitimas deſcendentiū, aut aſcendentium, portiones, in bonis illius debitas, ſpectant. Deciſ.

Si verò arrhæ promiſsę ſint in poſteriori aliquo matrimonio, ſuperſtitibus tunc deſcendētibus illius viri ex priori alio mrīmonio, tunc in eo euentu Luſitanæ ordinationes §. vlt. citato voluerunt, eum virum ſolum poſse illas promittere de tertio ſuorū bonorum, qđ tpe talis promiſsionis habuerit; non verò de duabus reliquis partibus, q̄ ad deſcendentes prioris matrimonij iā tunc ſpectant: ac proinde excedere non debere tertium illud, de eoque ſolo eſse ſoluendas, non verò de toto aceruo bonorum, quæ tunc vir illi habuit. Atque hoc ſolum profectò eſt, quod Luſitanæ ordinationes intendunt, ac perſpicuè ſonant.

Dubium poſtremò eſt, ſi quis in Caſtella pro-
12 mittat † arrhas vltra decimā partem ſuorum bonorū, aut in Luſitania vltra tertiam partem dotis vxoris, promiſsionemq; iuro cōfirmet, vtrum vi iurī teneatur promiſsionem implere. Et quidem, quod ad Luſitaniam attinet, ex dictis diſpu. 149. facilè patet, tantum abeſse, vt iuri obligationē implendi exceſsum conſurgere, vt eo ipſo tota promiſsio ſit nulla, niſi iurum de Regis facultate ſit appoſitum Aluar. autem Valaſ. conſult. 16. num. penult. ait, ſe arbitrari Regem conceſsurum non eſse facultatē, vt exceſsus promittatur: quoniā eo ipſo nobiles oēs idem peterent, & niſi concedatur, arbitrantur, iniuriam cuiq; ipſorum fieri, id ipſis denegando quod alicui alteri ſit conceſsū. Quod vero attinet ad ius Caſtellæ, Palacios Rubias. Segura, & quidā alij, quos ſequitur Anto. Gome. 2. tom. variar. reſol. cap. 14. nu. 26. & l. 50. Tau. nu. 13. & l. 69. nu. 4. affirmant, ex eiuſmodi iuramento conſurgere obligationem ſoluendi exceſsū. Ratio eſt, quoniam licet ſit de re alioquin nulla, nō tamen eſt de re mala: in Regno autem Caſtellæ, vt diſp. 149. viſum eſt, licet contractus, aut promiſsio, quibus iuramētum apponitur, ſint nulla, excipitur, quādo contractus, aut promiſsio, ex iuramento redditur valida, vt in re propoſita euenit. Excipitur etiam expreſse promiſsio arrharū, & dotis, quibus fas eſt in hoc Regno apponere iuramentum, ut diſputatione citata oſtenſum eſt. Communior vero doctorum ſententia, quam inter alios referunt, ac ſequuntur Couar. c. quamuis pactum de pact. par. 2. §. 2. nume. 8. & Gutier. de iura- Quæſ.

iuramento confirm. par. 1. c. 14. nu. 2. & de pract. qq. lib. 2. q. 19 eſt, eſto iuramento confirmetur, inualidum eſſe quo ad exceſſum.

Ducitur Couar. Primò, quĩ l. 1. fori. ti. 2. lib. 3. irritam reddit promiſſionem arrharum vltra decimã partem bonorũ mariti, eſto iuramento cõfirmetur. Id tñ non comperio in ea lege, ſed ſolùm reddi in ea nullũ exceſſum, ſi detur: itemq; nullũ reddi, ſi fiat *pleito*, hoc eſt, pactum de eo dando. Ducitur ſecundo, quoniã id nõ tam ſancitum eſt in bonũ promittentis, quàm proximiorũ propinquiorũ, quibus ius ea lege cõceditur ad loco dãtis repetendum exceſſum, poſtquam fuerit ſolutum.

Arbitror tamẽ id in commodũ dantis eſſe præcipuè ſancitum, tametſi, vt vim maiorem ſanctio habeat repetitio concedatur proximioribus conſanguineis. Quidam etiam inde tertio ducuntur, quod lex illa prohibeat dari incrementum: ſic. n. habet. *No pueda dar mas arras à ſu mugier del diezmo*, iuramentum autem vim non habet, vt id fiat, quod lege etiam poſitiua humana, eſt prohibitum, vt diſp. 149. explanatum eſt. Sane non dubito, id non eſſe prohibitionem quaſi peccet qui incrementum promittit, aut ſoluit, ſed ſenſum eſſe, *no pueda dar*, ita vt validè id fiat: vnde cõtinuo ſubiũgitur. *E ſi mas le diere, ò pleito ſobre ello hiziere, no uala.* In eo. n. ſenſu dicitur *no pueda mas dar*, quo dicere conſueuimus, vxorẽ nõ poſſe alienare fundum dotalem, & minorem alienare non poſſe bona immobilia ſine decreto iudicis, quia ſcilicet, inualidè id fieret: cum tñ, ſi iuramento confirment alienationem, valida ſit, vt omnes concedunt, oſtenſumque eſt diſp. 149. citata. Vnde potius ſanè inclino in priorem ſententiam, interim dũ in hoc Regno apertius nõ redditur nulla promiſſio illius exceſſus, et ſi iuramento cõfirmetur.

Illud tamen admonuerim, legem quę permittit apponi iuramentum in promiſſione arrharũ, intelligendam eſſe, quando arrhæ promittuntur intra limites lege præſcriptos. Quin tabellio, qui fidem fecerit de renunciatione legis fori, & tauri, etiam ſi iuramento renunciatio confirmetur, in pęnas incidet l. 50. Tauri ipſi impoſitas.

Quæ de iure communi ad maritum ex bonis vxoris ſpectabant.

DISPVTATIO CCCCXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Bona quænam ſint, quæ ad virum, de bonis vxoris ſpectant.*
2 *Dotis fructus vt ad virum pertineant, quot ſint neceſſaria, & nu. 5. & 6.*
3 *Dotis fructus, & aliorum bonorum vxoris, quando cedant in eorum augmentum.*
4 *Dotis fructus an ſpectent ad maritum, ſi ipſe ante nuptias ſuſtentabat ſponſam.*
7 *Fructuum dotis appellatione, quid veniat.*
8 *Vſusfructus vxoris ſi datus ſit marito in dotem, quid cenſeatur etiam datum.*
9 *Ancillæ partus quando ſpectet ad maritum, & quando ad vxorem.*
10 *Fructus dotis maritus non poteſt vxori donare, quatenus ex illis facta eſſet locupletior.*
11 *Maritus vt lucretur fructus dotis, a quo die anni, & tempore fiat computatio.*

EXplicato capitali vxoris, conſequenter erat dicendum de capitali viri, vt vlterius explanaremus, quæ bona in his Caſtellæ, & Luſitaniæ Regnis dicantur ſuperlucrata, id eſt, vltra capitale vtrumque lucrata, atque cõmunia vtriuſq; cõiugis, quorum comparatione eſt inter eos in his Regnis bonorum ſocietas, vt diſp. 423. dictum eſt. Prius tamen erit docendum, quænam de iure communi ſpectarẽt ad maritum de bonis vxoris, vt intelligatur, tum de iure communi nõ fuiſſe ſocietatem bonorum inter coniuges, tum etiam diſcrimen, quod hac in re eſt inter commune ius, & ius Caſtellæ, conſuetudinemque Regni Luſitaniæ, vt diſputatione citata ex parte eſt traditum.

1 De † iure cõi, vt ibidem dictum eſt, ſolum pertinebant ad virum de bonis vxoris fructus dotis. Fructus verò aliorum bonorum eiuſdẽ vxoris ad ipſam ſpectabãt. Itẽ ea omnia, quæ ſua induſtria, ſuarumq; manuũ labore comparabat, poſt exhibitas eas opas, quas in familiæ adminiſtratione ad ipſam præſtare attinebat. Lex 25. tit. 11. par. 4. cũ gl. 1. l. dotis fructus. ff. de iure dot. & Azone, conſentaneè ad varia iura, definit, vt fructus † dotis ad virum illo modo pertineant, tria eſſe neceſſaria. 2

Primum vt matrimonium ſit iam contractum per verba de præſenti: alioquin fructus dotis antea percepti in augumentum cedunt dotis, neque pertinent ad maritum. Ita habetur l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. mat. & l. dotis fructus. ff. de iure dot. Vbi additur ſi in pactum ſit deductum, vt fructus tempore aliquo ante nuptias percepti ad maritum pertineant, tunc ad ipſum ſpectare.

3 Cedere † fructus dotis, & aliorum bonorum vxoris, in augmentũ eorum, atque adeo ſpectare ad capitale vxoris, ſi percepti ſint ante nuptias, locum etiam in Regnis Caſtellæ, & Luſitaniæ habet, qñ aliud non fuit deductum in pactum: ſicut etiam tunc fructus eo tpe percepti ex capitali mariti, cedunt in augmentũ eiuſdem capitalis mariti.

4 Dubium eſt. Quid † ſi maritus ante nuptias ſuſtentabat ſponſam? ſpectabuntne tunc fructus ad maritum, perinde ac ſi percepti eſſent poſt matrimonium celebratum? Gl. vlt. l. ſi ante nuptias, citata, mouet hãc quæſtionem, atque communiorem ſententiam, quam ſequitur, eſſe, de iuris rigore non ſpectare ad maritum, ſed cedere in augmẽtum dotis. Ex quadam tamen æquitate ad illum pertinere: quippe cum perinde tunc onera matrimonij ſuſtineat, ac ſi matrimonium eſſet celebratũ. Atque hoc ſecundũ ait eſſe amplectendũ, vbi lege municipali fuerit ex æquitate ſancitum, prout Bononiæ refert conſtitutum eſſe. Hoc ipſum ſancitum etiam eſt l. 28. tit. 11. par. 4. ac proinde vim in hoc regno habet, vt Greg. Lopez ad eandem legem adnotauit. Quo fit, vt hodie, ſi tradita dote, ac bonis ſponſæ, eam ſponſus alat, ab eo puncto in hoc Regno cenſeatur inter ſponſum, & ſponſam contracta ſocietas, neque fructus bono-

rum vtriuſque ad capitalia pertineant.

5 Secundum † neceſſarium, vt fructus dotis ad maritum pertineant eſt, vt dos ſit illi tradita. Eorum quippe bonorum dotalium, quæ non eſſent illi tradita, fructus, non ad ipſum, ſed ad vxorem ſpectarent, aut ad eum, qui dotē loco vxoris promiſiſſet, etiam ſi matrimonium fuiſſet celebratū, vtiq; onera illius ſuſtineret. Ita præter legem. 25. citatam, habetur l. de diuiſione ff. ſol. matr. Quod ſi pactum interueniſſet, vt fructus eius temporis ad virum pertinerent, tunc ad ipſum ſpectarent, ſicut circa primum requiſitum eſt dictū: eſt enim vtrobiq; eadem ratio. Præterea, quando tale pactum non interueniſſet, poſſet vir agere ad intereſſe, ſi tempore congruo non eſſent illi tradita bona dotalia fruenda, vt diſp. 425. dictum eſt.

6 Tertium † eſt, vt vir onera matrimonij ſuſtineat, alendo vxorem, & familiam vtriuſque communē: id quod eſſe ſolet à die, qua vxorem in domū cōmunem adducit. Fructus verò, quos, dote tradita, & matrimonio celebrato, vir perciperet interim dum matrimonij onera non ſuſtineret, cederent in dotis augmentū. Ita præter. l. 25. citatam, colligitur ex l. dotis fructus. ff. de iure dot. & ex l. pro oneribus. C. eod. tit. Si tamē pactū interueniſſet, vt fructus ad ipſum virum pertinerēt tpe aliquo, antequā matrimonij onera ſuſtinere inciperet, tali pacto eſſet ſtādū, vt circa duo alia requiſita, vt vir fructus dotis lucretur, dictū eſt: cū ſit eadē ratio.

7 Nomine fructuum dotis intelliguntur, ēt fructus bonorum maioratus vxoris, ſi maioratus in dotem datus ſit, idque etiam ſi aliqui illorum conſiſtant in pœnis, & vtilitatibus alijs ex aliqua dignitate, aut iuriſdictione talis maioratus, eſto pœnæ illæ ſint aliquando bona aliqua immobilia ex confiſcatione propter delictum alicuius. Ita cum Bar. & alijs, affirmat Ant. Gom. l. 50. Taur. n. 33. argumento quorundam iurium, quæ citat, idque ex ſe eſt ſatis perſpicuum.

8 Si vſusfructus † vxoris datus ſit marito in dotē, ius ipſum fruendi cenſetur illi datum in dotem, niſi aliud fuiſſet expreſſum, ac proinde fructus inde percepti tēpore matrimonij ad ipſum ſpectāt: ſi autem matrimonium morte viri diſſoluatur, vſusfructus ad vxorē reuertitur: ſi verò diſſoluatur morte vxoris, omnino extinguitur, cōſolidaturq; cum proprietate. l. dotis fructus. §. ſi vſufructu, & l. cū in fundo ff. de iure doti. Si in dotē datæ ſint ancillæ inæſtimatæ, & ſerui, tūc partus ancillarū, & ſiquid donatum, aut relictum fuiſſet ancillis, aut ſeruis, ex teſtamēto, ad vxorem pertinerent: quoniam hæc inter fructus non cōputantur.

Quod tamen ſua induſtria, & labore, aut eos locando, eſſent lucrati, ad maritum ſpectarent: eo quod hæc fructus ſint ex illis præcepti. Ita habetur l. 25. iuncta l. 20. tit. 11. par. 4. & l. vnica. §. cūque ex ſtipulatu, verb. itaq; partus. C. de rei vxor. act. & l. 1. C. ſolut. matrim. conſentiunt, quæ diximus diſp. 7. & 423.

9 Quando † tamen periculum totum ancillæ in ſe ſuſciperet maritus, tunc partus illius ad ipſum attinerent, vt habetur l. 20. & 25. citatis l. penult. §. mancipia. ff. ſol. matr. & l. ſi mancipia. ff. de iure dot. Greg. Lopez l. 20. citata verb. *otro ſi el marido*, obſeruat, de iure Caſtellæ (idem arbitror eſſe de conſuetudine Luſitaniæ) partus ancillarū, non ad capitale vxoris, ſed ad bona ſuperlucrata ſpectare; idemq; dicendum eſt de partubus ancillarū, quæ maritus attulit. Ratio eſt, quoniā, vt habetur l. vlt. tit. *de las ganancias* lib. 5. ordi. quæ eſt l. 5. ti. 9. lib. 5. nouæ collect. ad bona ſuper lucrata, vtriuſque coniugum cōia, non ſolum ſpectāt fructus capitalium, ſed ēt redditus oēs eorum: ſic enim habet illa lex. *Pero que los fructus y rentas dellos, y de todos otros quales quier officios, aunque ſean de los el derecho por caſi caſtrenſes, y los otros bienes que fueron, ganados o mejorados durante el matrimonio y los fructos y rentas de los tales bienes caſtrenſes, y officios, y donadios, que ambos los ayan de conſuno*: nomine autem redituum, ēt intelligūtur partus ancillarū, vt habetur l. Paulus. ff. de vſuris. Lege quæ de hac re diſputatione 188. dicta ſunt.

Hoc ipſum confirmat Greg. Lopez, quoniam ex generali conſuetudine, & legibus huius Regni oīa, vndecunque acquiſita, communicantur inter virū, & vxorem; quia in quæſitis eſt vniuerſalis inter eos ſocietas; atque ea ꝓpter debent inter eos cōicari, argumento l. 3. §. 1. ff. pro ſocio. Et qm̄ in hoc Regno quodammodo periculū ancillæ, eſto ſit vxoris, pertineat ad virum: quemadmodum, ſi ſit viri pertinet quodāmodo ad vxorem: quippe de bonis ſuperlucratis ſit reſarcienda, vt diſputatione ſequenti dicetur: vnde & emolumenta, ac redditus ex illa, cōia vtrique coniugi eſſe debent.

Qm̄ fructus dotis de iure cōi pertinent ad vi-
10 rum, inde ſequitur, quod ſi vir † conſtante matrimonio illos donaſſet vxori, poſſet, interim, dum ipſe viuit, illos repetere, neque donatio valeret quatenus vxor ex illis eſſet facta locupletior: quare, ſi vxor ex eiſdē fructibus ſe, ac familiam aluiſſet qa eatenus nō cenſeretur facta ex illis locupletior; reſtituere non teneretur, quæ ita de expreſſo, aut tacito conſenſu viri conſumpſiſſet. Ita habetur l. pro oneribus. C. de iure dotium, & alijs iuribus, quæ Anton. Gom. l. 50. Taur. nu. 33. citat.

De eodem iure communi, quando dos inæſtimata tradebatur, aut aliquid dotis, fructus illius eo anno, quo matrimonium diſſoluebatur, ſpectabant ad virum, aut ad hæredes viri, pro rata portionis eius anni, in qua onera matrimonij, vſque ad diſſolutum matrimoniū ſuſtinuit, ad reliquū eiuſdem anni tempus in quo ea non ſuſtinuit.

11 Anni † verò, ad effectum faciendi fructus ſuos, computabantur à die, quo, celebrato matrimonio & tradita dote vir ſuſtinere cœpit onera matrimonij, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt. Itaque, ſi in vltimo anno, computato ab eo die, ſolum elapſi erant tres menſes vſque ad diem diſſoluti matrimonij tātum accipiebat vir quartam partem fructuū, aut penſionis eius anni: ſi verò elapſi erant quatuor menſes, accipiebat tertiam partem, & ita de alijs partibus proportionalibus eius anni. Idem dicēdum eſt de parte primi anni, in qua vir ſuſtinuit onera matrimonij vſque ad tempus, in quo fructus colliguntur, aut penſio recipitur iuxta proportionem quippe eius partis anni, ad reliquum

quum tempus eiuſdem anni ante elapſum, diuidebantur fructus inter vir. & vxo. Contribuebãt verò pro rata temporis ad expenſas in fructibus percipiendis, aut expenſæ de ipſimet fructibus extrahebantur, ita quod fructus pro rata temporis inter vtrumque diuidendi illi erant ſolum, qui re manebant deductis expenſis.

Atq; in eadẽ proportione erãt fructus inter eos diuidendi, ſiue prædiũ bis aut ter, fructus in anno ferret, ſiue ſemel ſingulis duob. annis, vel pluribus: pro rata.n.partis totius illius tẽporis, in qua vir onera matrimonij ſuſtinuiſſet, ad reliquũ totũ id tẽpus, erant fructus inter virũ, & vxorẽ diuidẽdi. Ita habet l. diuortio. ff. ſoluto matrim. l. vnica §. cumque ex ſtipulatu verſ. ſed & nouiſſimi, iũcta glo. ibi. C. de rei vxor. act. & l. 26. ti. 11. par. 4.

Hodie verò in Regnis Caſtellæ, & Luſitaniæ eiuſmodi fructus cõmunes efficiuntur vtriuſq; cõiugis, ſi aliquid ex illis ſuperſit deducto integro vtriuſq; capitali. Rectè verò Greg. Lopez, in calce. l. 26. citatæ obſeruat, ſi vxor lucris cõib. renunciaſſet, iuxta ea quæ inferius dicenda ſunt, locũ in his Regnis habere tunc, quæ de iure cõi ſunt proxime explicata. Reliqua, quę circa hæc addi poterant, commodius dicentur in ſequentibus.

De capitali viri. Et quæ bona in Caſtella, & Luſitania dicantur ſuperlucrata, atq; vtriq; cõiugũ cõmunia.

DISPVTATIO CCCCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitale viri, quæ bona contineat, & quid ad illud ſpectet.*
2 *Sponſalitia largitas pertinet etiã ad capitale viri.*
3 *Vſusfructus alicuius rei, cuius proprietas ſpectet ad alium, quam mariti, an ſit communis tam viri, quam vxoris, an vero ſit præcipuus uiri.*
4 *Melioramenta facta per maritum in bonis maioratus, an ſucceſſor in maioratu teneatur ſoluere uxori, aut filijs eius, qui illa fecit.*
5 *Vir ſi prædium ſuum uendidit cum pacto de retrouendendo, illudque conſtante matrimonio redimat, incrementum prędij, quo plus ualet, quam pretium ad uirum præcipuum ſpectat.*
6 *Prædium per maritum retractum iure ſanguinis conſtante matrimonio, an pro dimidio ad uxorẽ ſpectet, an uero dimidium pretij.*
7 *Coniugum alter ſi aliquid in partem ſui capitalis attulit, quod bona fide poſſidere cœperat, ſed conſtante matrimonio præſcriptio illius fuit completa, an ad lucra communia ſpectet.*
8 *Prædium conſtante matrimonio per alterum coniugum propria pecunia emptum, cuius efficiatur.*
9 *Donatum pro remuneratione, an ſit pręcipuum eius cui donatur, ſicut in donatione ſimplici.*
10 *Venditum aut conſumptum de capitalibus utriuſq; coniugum, quomodo compenſandum de lucris.*
11 *Decrementum alicuius rei inæſtimatæ, per alterum coniugum in partem ſui capitalis allatæ, an reſarciendum ſit de communibus lucris.*
12 *Expenſæ factæ per alterum coniugum, quando, et ex quibus detrahendæ.*
13 *Fructus percepti ex bonis utriuſque coniugis uſque ad tempus ſoluti matrimonij, quibus caſibus efficiantur communes, & quibus non.*
14 *Vxor putatiua an acquirat medietatem lucrorũ, ſicut quando matrimonium eſt ualidum.*

AD capitale viri pertinent, quæcunq; erant illius, ad illave ius habebat, vſque ad inſtans, in quo incipit ſocietas comparatione redituum, atque lucrorum inter virum, & vxorem.

1 Pertinent † etiam omnia, quæ temporis progreſſu ei aduenerint ex teſtamento, aut ab inteſtato, vel per donationem. Ita habetur l. 1. & 2. titu. 3. lib. 3. fori, quæ ſunt l. 2. & 3. titu. 9. lib. 5. nouæ collect. Item de iure huius Regni (idem credo eſſe in Luſitania) ad capitale viri pertinent, quæ in bello comparauerit ſtipendio, aut quacunque alia ratione, ita vt bona ſint caſtrenſia, iuxta ea quę diſput. 230. dicta ſunt: modò tñ non militauerit ſumptibus cõibus ſibi cum vxore: tunc enim, eo modo bello acquiſita, ad lucra ſpectant ſibi cũ vxore cõia. Ita habetur l. 2. tit. 3. lib. 3. fori, quæ eſt l. 3. titu. 9. lib. 5. nouæ collect.

2 Ad † eundem virum etiam pertinet, ſi quid ei ab vxore donatum eſt per ſponſalitiam largitatẽ iuxta dicta diſputatione 290. & 430. de vxore. Item ſi quid ab eadem vxore donatum ei eſt poſt celebratum matrimonium ea donatione, q̃ inter vir. & vxo. appellatur in euentib. in quib. eiuſmodi donatio confirmatur, iuxta ea, quæ diſ. 289. & 430. dicta ſunt. Reliqua omnia, quæ tam à viro, q̃ ab vxore, comparantur à puncto, quo incipit inter eos ſocietas, hoc eſt, regulariter (iuxta dicta diſputatione præcedente) quo celebrato iam matrimonio, ac dote viro tradita, incipiunt cohabitare, & vir ſuſtinet onera matrimonij, dicuntur bona ſuperlucrata, ſuntq; cõmunia vtrique coniugũ, iuxta l. 1. tit. 3. lib. 3. fori, quę eſt l. 2. tit. 9. lib. 5. nouæ collec. illis verbis, *eſtando de conſuno*, (hoc eſt habitando ſimul) *ayanlo ambos de por medio*.

Habetque hoc verum, non ſolum in fructibus omnibus vtriuſque capitalis, etiã ſi plus capitalis attulerit vnus, quam alter, vt habetur l. vlt. tit. 3. lib. 3. fori, quę eſt l. 4. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. etiã ſi fructus, ac reditus ſint boni alicuius caſtrenſis, aut quaſi caſtrenſis, vel officij ad alterum eorum pertinentis, vt habetur l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. ſed etiam in quibuſcunque bonis induſtria, & labore cuiuſque coniugis acquiſitis, aut de nouo emptis, & denique in omnibus vniuerſim bonis, quæ ad capitalia non ſpectant, conſtat ex l. 2. 3. 4. & 5. tit. 9. lib. 5. nouæ collectionis citatis.

Dubium eſt, ſi maritus, verbi gratia, attulit proprietatem aliquam, cuius vſusfructus ad aliũ ſpectabat, vel quia illi fuerat legatus, vel quia illi erat emphyteuta, aut aliqua alia ratione, & matrimonio conſtante redeat ad proprietatem, cum eaque conſolidetur, vel quia mortuus eſt vſusfructuarius, vel quia tempus eſt finitum, ad quod prædiũ fuerat in emphyteuſim traditum, vel quauis de 3 cauſa, vtrum tunc † talis vſusfructus communis Quæſ.

ſit

ſit viri & vxoris, tamquam res conſtante matrimonio acquiſita, an verò ſit præcipuus viri, ita ꝙ vir, non ſolum proprietatem, ſed etiam vſumfructum, ac proinde dominium directum ſimul cũ vtili, accipere debeat, diſſoluto matrimonio tamquam ſibi præcipuũ, ad ſuumq; ſpectans capitale.

Idem dubium eſt, ſi proprietas eſſet vxoris, & conſolidaretur cum ea vſusfructus matrimonio cõſtãte; num ad eam pertinere deberet vtrumq; matrimonio diſſoluto: Faber Rodericus Xuarez, & quidam alij, quos doctores ſtatim citandi referunt aſſeuerant, vſumfructum illum, ſaltem quo ad æſtimationem, diuidendum eſſe inter virum, & vxorem diſſoluto matrimonio, tamquam lucrum, & rem conſtante matrimonio acquiſitam. Contraria tamen ſententia eſt amplectenda cum
Decis. Couar. in Epit. par. 2. ca. 7. §. 1. nu. 9. Anto. Gom. 2. tom. var. reſolut. ca. 15. num. 19. & l. 50. Taur. num. 78. Gregor. Lopez l. 18. tit. 11. par. 4. verb. *o eſtimanda* Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 16. & alijs, quos referunt.

Ratio eſt, quoniam ex cauſa præterita, iure præciſe ipſius proprietati, cum ea conſolidatur, tamquam quippiam illi deficiens, cum illaque complens integrum rei illius dominium, quare quemadmodum, quod alluuione accreſcit prædio dotis vxoris, ad ipſam ſpectat, vt diſput. 426. oſtenſum eſt, idemq; omnino eſt de quocunque alio quod alluuione accreſcit capitali vtriuſuis coniugis, videlicet ad ipſum pertinere: ita vſusfructus, qui accedit, & conſolidatur capitali cuiuſuis illorum ad ipſum ſolum ſpectat.

Confirmatur ex l. 4. ff. de iure dot. cuius verb. ſunt. *Si proprietati nudæ in dotẽ datæ vſusfructus acceſſerit incrementũ videtur dotis, non alia dos: quemadmodum ſi quid alluuione acceſſiſſet.*

Hæc ibi Lege alia, quibus doctores citati hoc ipſum confirmant. Hoc autem loco obſerua, qñ dos æſtimata traderetur viro ea æſtimatione, quæ emptionem efficeret, tunc vſusfructus, qui accederet doti vxoris, ad cõia lucra ſpectaret, ſi cum eo prædium æſtimationẽ excederet, in qua viro fuit traditum: quia tunc vſusfructus non accederet prædio, qđ eſſet proprium alterius coniugum.

In ratione paulò antea reddita conſultò dixi: quoniam ex cauſa præterita, iure præciſe proprietatis cum ea conſolidatur: quoniam ſi emptione, aut quouis alio titulo oneroſo, vſusfructus rediret ad proprietatem tunc, quod plus prędium cum eo valeret, quam valebat antea, quando ſolum erat ſpes conſolidationis, ad lucra communia ſpectaret, non ſecus ac meliorationes in eodem prædio factæ communibus ſumptibus ad communia lucra pertinerent. De fructibus verò perceptis ex prædio illo poſt conſolidatum vſumfructuum cũ proprietate, quacunque ratione cõſolidatus ſit, dubitandum non eſt, ad cõmunia lucra attinere, vt horũ vtrumq; rectè Couar. nu. 9. citato affirmat.

Ius Luſitanæ. In hoc autem Regno. l. 46. Taur. quæ eſt. l. 6. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. ſi à poſſeſſore maiora-
4 tus † melioramenta, aut ædificia fiant, in bonis maioratus, non teneri ſucceſſor in maioratu ſoluere illorum æſtimationem vxori, aut filijs eius, qui illa fecit, eſto de cõibus lucris ſibi cum vxore is illa effecerit; id quod Molina lib. 1. de primogen. cap. 26. num. 15. intelligit, non ſolum de ædificijs, & melioramentis in ea legis expreſſis, ſed etiam de quibuſcunque alijs: quod tamen non reputo verum: eo quod lex dura, & exorbitans à iure communi ſit, ac proinde nõ ſit extendẽda plus quam ſonat, ac diſponit, vt in materia de maioratibus fuſius cum alijs dicam.

Eam legem, non ſolum contra antiqua priora iura eſſe arbitratur Pal. Rub. in Rub. de dona. inter virum & vxorem, in quo ei nõ cõtradicit Couar. in calce. nu. 9. citati, ſed etiam iniquam illam cenſet, & quam credit fore mutandam Anton. vero Gom. ad eandem l. 46. nu. 2. & 4. & Molina lo cõcitato. nu. 14. iuſtam eam legem, atq; æquam eſſe defendunt: eo quod æquitas non patiatur, vt ſucceſſor in maioratu, qui per mortem ſuam relinquere illũ ei debet, qui ex inſtitutoris præſcripto ad eum vocatur, ſoluere teneatur melioramenta, quæ prædeceſſor in eo fecit; præſertim cum eadem ratione vnuſquiſque poſſeſſor qui ea ſoluiſſet, repetere ea à ſuo ſucceſſore poſſet, atque ita repetitio illa in infinitum procederet: quod eſt valde abſurdum.

Ego ſanè, licet aſſentiar, meritò fuiſſe ea lege Decis. ſtatutum, ſucceſſorem in maioratu non teneri ſoluere melioramenta à prædeceſſore facta, non video tamen, cur ſubueniri nõ debuerit miſeræ vxori, ac legitimis filiorum, ſtatuendo, vt vir inſumere illo modo non poſſet vltra quintum ſuorum bonorum, aut etiam vltra tertium, ſi ſucceſſor de numero ſuorum deſcendentium erat futurus, & vt id totum aſſumeret in quintum, aut etiam in tertium, ſuorum bonorum, ita vt vxor ſeruaretur indemnis, portioneſque legitimæ filiorum integræ ipſis permanerent: alioquin facilè poſſet ſpoliare vxorem omnibus lucris, quantũuis magnis, ex illis augendo maioratum, qui ad ipſius conſanguineos peruenire deberet. Cęterum de hac rẽ fuſius in materia de maioratibus.

Iuxta doctrinã de vſufructu, qui conſtante matrimonio cõſolidatur cum proprietate, & ad eum pertinet, cuius eſt proprietas, Greg. Lopez vbi ſupra, quem ſequitur Gutier. quęſt. 16. citata, infert,
5 ſi vir † prædium ſuum vẽdidit cum pacto de retrouendẽdo, illudq; conſtante matrimonio redimat, incremẽtũ prædij, quo plus valet, quam pretium, ſpectare præcipuum ad virum; eo quod ex cauſa præterita id incrementum aduenerit, nẽpe alienationis cum libertate illud redimendi.

Confirmatur, quoniam prædium illud minus valet cum pacto de retrouendendo venditum, quã valeat venditum abſolute ſine grauamine facultatis redemptionis, vt dum de venditione cum pacto de retrouendendo habitus fuit ſermo, viſum eſt: nulla autem æquitas patitur, vt vir amittat, communeque vxori faciat incrementum illud ſui prædij ex eo, quod forte in vxoris commodum, vt familiæ ſubueniat, illud vendat cum pacto de retrouendendo.

Vtrum autem, ſi vir iure ſanguinis matrimo Quęſt. nio conſtante retrahat prædium, quod fuit ſuo-

ſum

6 rum maiorum, ſolum dimidiū pretij, † quod pro eo dedit, pertineat ad vxorē, an verò dimidiū prędij. Auendanius arbitratus eſt, etiam dimidiū prędij ad ipſam attinere. Contrarium verò affirmant Anto. Gomez. l. 70. Tauri. nu. 28. & alij, quos Gutier. q. 16. citata. num. 3. refert, ac ſequitur. Quoniam retractus conuenit viro ratione ſuę proprię perſonæ, atque ex priuilegio legis ſibi peculiariter facto, vt ipſe potiatur re ſuorum maiorū: quare in eo prædio non communicat vxor. Idemque eſſet, ſi vxor tamquam ſuorum maiorum illud retraheret: neq; enim in illo participaret vir, ſed in ſolo pretio. Lege alia; quibus Anto. Gom. nititur, & quæ diſp. 371. de hac re dicta ſunt. Atq; obſerua, ſi conſtante matrimonio titulo oneroſo comparata fuiſſet pars alicuius præd j, competeretq; retractus ratione eius partis, tunc, ſicut pars ad communia lucra ſpectaret, ſic etiam attineret reliquum eiuſdem prædij iure retractus obtentum.

Decíſ.

Quęſt.

Dubium eſt, ſi alter coniugum aliquid in partē ſui capitalis attulit, quod bona fide poſſidere cœperat, ſed cōſtante matrimonio præſcriptio illius

7 fuit completo, num † ad lucra communia ſpectet. Palat. Rubr. a Couar. relatus proprium fieri affirmat coniugis, qui illud attulit, tamquam acquiſitum ex cauſa præterita abſque nouo actu; támetſi ſubiungat, eā de re eſſe cogitādū. Couar. verò in Epit. art. 2. cap. 7. §. 1. nume. 10. cenſet, commune fieri vtriuſq; coniugis: quoniam ex poſſeſſione cōtinuata matrimonio conſtante cōparatū eſt. Ego aūt potius inclino in ſententiam illam aliam Palatij Rubias. Non ſolum quia ex cauſa, præterita comparatur, ſed ēt quoniam tāquam capitale, ac proprium illius coniugis eſt præſcriptū, atq; adeo illius proprium, vi præſcriptionis, efficitur.

Decíſ.

Lex. 11. tit. 4. lib. 3. fori diſponit, ſi prædictum vnius coniugis permutetur pro alio, tūc licet fructus prędij ita permutatione acquiſiti, communes efficiantur vtriuſq; coniugis, prædium tñ ipſum ſuccedere loco eius, quod pro eo fuit permutatum, ac proinde fieri eius, cōiugis, cuius erat illud aliud prædium. Item diſponit, ſi prædium vnius coniugum vēdatur, & ex pecunia illa ematur aliud prædium, hoc ita emptum, ſuccedere loco prioris, fieriq; proinde eiuſdem coniugis, licèt fructus, qui ex eo fuerint pcepti, cōmunes vtriuſq; efficiātur.

Quęſt.

Hinc oritur dubiū, ſi ex pecunia, quā alter coniugum attulit tempore matrimonij prędium con-

8 ſtante matrimonio ematur, vtrum † prędiū illud efficiatur eius, cuius illa pecunia erat. Mōtaluus, Rodericus Xuarez, & alij, quos Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 117. refert, affirmant; ducti diſpoſitione. l. 11. citatę. Contrarium mihi cum eodem Gutier. q. citata probatur. Quoniam, l. 1. tit. 3. lib. 3. fori, quæ eſt l. 2. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. diſponitur, quicquid emptum fuerit conſtante matrimonio, fieri cōe vtrique cōiugum; a qua diſpoſitione nihil eſt eximendum, niſi quod peculiariter reperit exceptum: lex aūt. n. hunc euentum non excipit.

Decíſ.

Vt ſupra dictum eſt l. 3. iuncta l. 2. & 5. libr. 5. nouæ collect. diſponitur, donata alicui coniugum conſtante matrimonio, eſſe præcipua eius, cui donantur, tametſi fructus ex eis, conſtante matrimonio percepti, cōes ſint vtriq; eorū. Eſt verò q̄ſtio valde controuerſa inter Hiſpanos doctores num Quęſt.

9 † id intelligendum ēt ſit de donationibus remuneratorijs. Multi negant, quin potius cōes eas eſſe affirmant vtriq; coniugum non ſecus atq; alia titulo oneroſo conſtante matrimonio acquiſita. De horum numero ſint Rodericus Xuarez l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. Montaluus l. 2. eiuſdem tit. Couar. c. cū officijs de teſt. in calce. nu. vlt. Greg. Lopez l. 3. ti. l. 10. pat. 5. verb. *igualmente*, tametſi addat; donationem remuneratoriā, ſi merita, atq; obſequia excedant, eſſe quo ad exceſſum propriam eius cōiugis, cui facta ſit; eandem ſententiā ſequitur Gutier. de pract. qq. li. 2. q. 19. Contrarium, nempe ēt donationem remuneratoriā fieri propriam eius, cui facta eſt, affirmat Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mat. p. 3. nu. 62. Matiencius l. 3. nouæ collect. citata. & Palat. Rubias ſuæ repetitionis, qui refert ita fuiſſe iudicatum in Pinciano Prætorio in cā cuiuſdam doctoris Mōtaluo, cui Rex quoſdam annuos reditus donauerat ad vitam ob merita, & obſequia, diſſolutoq; matrimonio per mortem vxoris, iudicatū fuit, reditus quidem perceptos conſtā te matrimonio ex iure illo ad annuos reditus, cōmunes fuiſſe illi, & vxori: ius verò ipſum perſeuerare ſolius viri, tamquā ipſi donatum a Rege. Eandē ſnīam ſequitur Burgos de Paz. iunior. nu. 11. Decíſ.

Arbitror, in concordiā quoad fieri poſſit horū doctorū ſnīas reuocando, dicēdū. Si remuneratoria donatio ſit primi generis, è tribus remuneratoriarum donationum generibus diſp. 292. explicatis, q̄a videlicet ea donatione ita ad æqualitatem obſequia, aut beneficia accepta compenſantur, vt, niſi id donaretur, cōmitteretur ingratitudo, quin & actio negotiorū geſtorum, aut alia ſimilis, intētari poſſet, talem donationem fieri cōem vtrique coniugum: q̄m hæc ſimpliciter non eſt donatio, vt ibidem oſtenſum eſt; quin potius, q̄d ita donatꝰ, cōparatum cenſetur opa, & induſtria eius, cui donatur: ꝙ aūt vnuſquiq; coniugū opera, atq; induſtria ſua, conſtante matrimonio acquirit, cōe efficitur vtriuſque cōiugis, vt dictū eſt. Id ēt, ꝙ datur quaſi in recompēſationem munerum, ac obſequiorū ētſi prętermitti ex parte dantis abſq; vitio, aut oīno, aut ex parte, poſſet, arbitror fieri cōe. Excipe. niſi obſequia in bello præſtita retribuerentur, q̄ñ vir non militaret ſumptibus ſibi cum vxore cōibus. Iuxta priorem partē cenſeo, quæ medico, aduocato, tabellioni, & alijs ſimilibus, dantur, ac mittuntur, intuitu obſequiorum præſtandorū, vt promptius, & melius ea exequantur, aut intuitu iam antea præſtitorum, ētſi alioquin illis ſtipēdiū ſoluatur, aut ſolutum ſit, fieri communia vtriuſque coniugis: quoniam hæc omnia fructus, & ſtipendia cenſentur obſequiorum, ac vſus ſui muneris, atque adeò omnia acquiſita cenſentur opera, & induſtria eius, cui cōferuntur: acquiſita autem opera, & induſtria cuiuſuis cōiugum, communia efficiuntur vtrique. Poſterior verò pars ex dictis ſupra liquet. Hinc dico, ſi quis Regi ſeruiuit ſumptibus communibus ſibi cum vxore, vel in claſſe, vel in re alia, atque propter eiuſmodi obſequia donatur ei à Rege, vt ſi dux arcis alicuius in In-

Hh dia,

dia aut aliud ſimile, idq; de conſenſu Regis vendat, vt fieri interdum ſolet in Luſitania, mihi videri pretium commune fieri vtrique coniugi. Secus autẽ, ſi propter obſequia in bello, quæ vel ſtipẽdio Regis ille præſtitit, vel ſumptibus alijs, quam ſibi cũ vxore communibus: tunc enim pretiũ eius muneris, ſibi ea de cauſa donati ſuum eſſet proprium.

Poſtremò eſt dicendum, quando à principe miniſtro, qui ſibi ſeruit, vltra ſtipendium ſolitũ, aliquid interdum donatur extraordinariè, vel miniſtro ipſo id à principe petente, vel principe id illi offerente vt ſæpe euenire ſolet, tunc propriũ id illius efficitur; quãuis ſi fructus aliq́ inde matrimonio cõſtante percipiantur, cõmunes ſint vtriuſq; coniugis. Atque hoc eſt, quod diſponunt l. 2. 3. & 5. tit. 5. lib. 5. nouæ collect. Eiuſmodique erant illi annui reditus doctoris Mõtaluo collati à Rege, qui proinde meritò in Pinciano Prętorio illi adiudicati ſunt. Quando autem donata aliqua talia ſint iudicanda, aut non ſint, arbitror prudentis, ex circumſtantijs concurrentibus, eſt cenſendum.

De partubus ancillarum vtriuſque cõiugis diſputationes præcedente dictum eſt, quãuis ad fructus capitalium non pertineant, ad communia tñ lucra pertinere tamquam redditus, & emolumẽta ex capitalibus matrimonio conſtante percepta.

Quod de capitalibus vtriuſque coniugum cõſumptum, aut venditum eſt, id totum compenſan-
11 dum eſt de lucris. Ante † omnia enim detrahenda ſunt capitalia integra, & reliquum, quod remanſerit perſoluto inde, & detracto toto ære alieno, cenſetur ſolum ſpectare ad lucra cõmunia inter vtrũque coniugem æqualiter diuidenda, iuxta ea quæ in calce diſp. 415. dicta ſunt, atq; ex ſe ſatis eſt perſpicuum, & cum alijs affirmat Greg. Lopez l. 55. tit. 5. par 5. verb. *communalmente*, ver. quod autẽ. Lege etiam Ant. Gom. l. 50. Taur. num. 69. Hinc efficitur, quod ſi alter coniugum attulit mãcipiũ, aut iumentum, aut quoduis aliud, mortuumque, conſumptum, venditum, aut aliter alienatum ſit, reſarciendum ſit de communibus lucris.

Dubiũ

Interrogabis, ſi alter coniugum attulit aliquid inæſtimatum in partem ſui capitalis, & diſſoluto matrimonio manet quidem, ſed vſu deterius red-
11 ditum, num † decrementum illud reſarciendum ſit de communibus lucris? Arbitror in bonis im-

Deciſ.

mobilibus cõſuetudinem eſſe, vt accipiantur qualia fuerint reperta, incrementumque, aut decrementum, ad eum pertinere, cuius res illa erat, iuxta diſpoſitionem iuris communis in præcedentibus explicatam. Excipitur, ſi res eſſet vxoris, & culpa, negligentiaque mariti, ad quem adminiſtratio pertinebat, deterior eſſet reddita: tũc enim reſarcire teneretur detrimentum, quatenus culpa ipſius obueniſſet, iuxta ea, quæ diſput. 413. dicta ſunt. Quando res allata, eſſet mobilis, non dubito in Caſtella, & Luſitania decrementum, quod deterior ſit reddita, quia vſu attrita, atq; inueterata eſt, reſarciendum eſſe de communibus lucris, ſi quæ ſint, vnde reſarciatur, alioquin accipiendam eſſe, qualis fuerit reperta. Ratio eſt, quoniam in his Regnis inita cenſetur ſocietas inter coniuges ad ſolum lucrum; lucrum autem in ſocietate ſolum intelligitur, quod remanſerit, deductis capitalib. integris, & pſoluto toto ære alieno. Et quoniam æquitas non patitur, vt quę mobilia bona attulit vir, & cõſumpta ſunt, aut attrita, in commodum vtriuſq; coniugis, ac ſocietatis, non compenſentur de cõibus lucris, idẽq; eſt, de mobilibus ab vxore allatis inæſtimatis. Regulariter tamen mobilia, quæ vxor affert, tradi ſolent æſtimata viro: conſiliumq; eſſet, vt, quę vir affert æſtimerẽtur ẽt a principio initæ ſocietatis, vt poſtea intelligeretur melius, quantũ de cõibus lucris eſſet reſar-
12 ciendum. Expenſæ † factæ in conſeruationem rei immobilis ad alterum coniugum attinentis, non in lucris, ſed inter conſumpta in familiæ adminiſtrationes annumerãtur. Si tamen aliquid inſumptum eſſet in lite in re illa defendenda, ad eũ cõiugem pertineret id ſoluere, in cuius vtilitatem tales expenſæ eſſent factæ; vnde extrahendæ eſſent de parte, quæ, diſſoluto matrimonio, ad eum coniugẽ ſpectaret. Sicut etiã, ſi aliqua debita illius, contracta ante celebratũ matrimoniũ, perſoluerẽtur matrimonio conſtante, aut debitum aliquod ſuorum parẽtũ, aut alterius, cui is coniux ſuccederet, id totum detrahendũ eſſet de parte, quæ eum coniugẽ cõtingeret. Qñ expẽſis, & induſtria cõiugũ, aliquid melioratũ eſſet in re immobili, aut ẽt mobili, alicuius ipſorum, tunc, quod ita eſſet melioratũ, ac plus valeret ad cõia lucra ſpectaret inter vtrumq; diuidenda. Quondam de iure cõmuni, ſi in rebus dotalibus traditis inæſtimatis factæ eſsẽt expenſæ neceſſariæ, hoc eſt, ſine quib. res periret, aut deterior redderetur, tenebatur vxor ad earum ſolutionem, poteratq; vir retinere rem dotalem, quouſq; ſoluerentur. Tenebatur præterea vxor ad expenſas vtiles de cõſenſu ipſius factas, id eſt, quæ meliorem reddebant eam rem, & ſimiliter retineri poterat res dotalis, quouſq; ſoluerentur; ſi autem ſine ipſius conſenſu eſſent factæ, ſolum tenebatur actione negotiorum geſtorum. Ad voluntaria autem viri, ſeu voluptuarias, vt ſi vir ſua voluntate depinxiſſet domus vxoris, aut aliud ſimile eis feciſſet, non tenebatur vxor: poterat tamen vir auferre, quod ita in eis bonis vxoris feciſſet, ſi ſine illorũ detrimento id poſſet extrahere, aut niſi vxor ſoluere illi vellet æſtimationẽ eius, quod ita ſine detrimento poſſet extrahere. Ita habetur l. vnica. §. ſed neque ob impẽſas. C. de rei vxor. act. l. 1. & ſequentib. ff. de impenſis in reb. dotal. fact. l. dote ff. de ritu nupt. & §. item ſi de dote, iuncta gloſſa ibi verb. impẽſas, Inſt. de actionib. quę gloſſa optimè explicat, quænam impenſæ neceſſariæ, quæ vtiles, & quę voluntariæ, dicantur. Hodie tñ in Caſtellę, & Luſitaniæ Regnis, quod melioratũ in eiuſmodi rebus fuerit repertum computatur inter lucra inter vtrumque coniugem diuidenda, ſi, deductis capitalibus, ſuperſint lucra, vt paulo ante dictum eſt. Si autẽ nulla ſuperſint lucra, ſed quod ita in bonis vxoris cõperitur melioratum, neceſſarium ſit ad capitale viri, perſoluit vxor viro aut hæredibus viri æſtimationem illius.

13 Fructus † percepti ex bonis vtriuſq; coniugis vſque ad tempus diſſoluti matrimonij, cõmunes ſunt vtriq; eorum. De eis autẽ, qui nondum ſunt

percepti

percepti, diſtinguendum eſt. Quoniã, ſi appareāt iam in agris, communes ſunt vtrique coniugi, expenſiſque communibus ſunt percipiendi. Si autē nondum appareant, ad eum coniugem ſpectant, cuius erat prædium, ſed ſoluere tenetur expenſas vſque ad tempus ad eos fructus factas.

Excipitur, niſi ſint agri, quibus ſemina mãdantur: ſi enim ſemina tépore diſſoluti matrimonij terræ mandata ſint, eſto nondum appareāt ſuper terram, ſunt communes vtrique coniugi, communibuſque expenſis colligendi ſunt.

Si autem ſemina terræ non ſunt mandata tempore diſſoluti matrimonij, manent eius, cuius eſt prædium, ſed ſoluere tenetur expenſas, ſi quæ factæ ſint in terra colenda.

Hæc omnia diſponuntur. l. 10. tit. quarto, libr. 3. fori, eaq; affirmat, Ant. Gom. l. 5. Taur. nu. 71. conſentitq; Greg. Lop. l. 26. tit. 11. par. 4. glo. vlt. Tametſi ſubiungat, hoc locum non habere Cordubæ, vbi l. 11. citata non recipitur. Fœtus animalium eſt nondum ſint nati, ſi concepti ſint tépore diſſoluti matrimonij, communes efficiũtur vtrique coniugi, communibuſque expenſis colligendi ſunt. Ita affirmat glo. ordinaria ad l. 10. citatam, & Palat. Rub. qui ita practicari affirmat, atque Ant. Gom. vbi ſupra. Vtrum autem hæc locum in Luſitania ſimiliter habeant, licet conſuluerim viros doctos & in praxi verſatos, nihil certi comperire potui.

Diſſoluto matrimonio, ad vnumquemq; coniugum, aut ad hæredes illius, probare ſpectat, quæ bona attulerit, aut ad ipſum conſtante matrimonio deuenerint, alioquin cenſentur ſuperlucrata, inter vtrumque coniugem æqualiter diuidenda. Ita habetur l. 1. tit. 9. libr. 5. nouæ collect. & affirmant Pala. Rub. & Rod. Xuarez, quos Ant. Gome. vbi ſupra, nu. 70. refert, ac ſequitur.

Vnde ſanum conſiliũ eſt, vt doctores citati affirmans, à principio fieri inuentarium eorũ, quæ vnuſquiſque coniugum affert, & poſtea augeri, ſi qd hæreditario iure, aut aliqua alia rõne, alicui eorũ adueniat, facta æſtimatione rei cuiuſq; pſertim ſi ſit conſumenda, aut vſu deterior reddenda.

Vtrum autem, quando matrimonium fuit nullum propter impedimentum occultum, attamen
Dubiũ 14 † bona fide ex parte vxoris cõtractum, vxor compatet medietatem lucrorum, ſicut quando matrimonium eſt validum.

Deciſ. Reſpondendum eſt affirmanter cum cõmuni doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couar. in Epit. part. 2. cap. 7. §. 1. nu. 7. Gama deciſ. 204. nu. 1. & ſequentibus, & Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 77. Ratio autem eſt, quoniã bona fide contracta fuit ea ſocietas comparatione lucri, ac proinde, quod ita opera, & capitalibus vtriuſque ſocij comparatum eſt, inter ipſos æqualiter iuxta leges ſocietatis initæ eſt diuidendum.

Præſertim cum filij ex tali matrimonio ſuſcepti legitimi ſint, vt, dũ de ſucceſsione illegitimorum ſermo eſſet, oſtenſum fuit, vt quo ad acquiſita contractu medietatis bonorum, diſput. 422. dictum eſt.

Dominium, & poſſeſſio bonorum ſuperlucratorum, num matrimonio conſtante, etiam ad vxorem pertineat. Et quam plenè diſpoſitio ſuæ medietatis, diſſoluto matrimonio, ad eam ſpectet: & quando illam amittat. Queſt.

DISPVTATIO CCCCXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſtatim ſimul cũ maritus acquirit dominiũ, & poſſeſſionem eorundem bonorum ſuperlucratorum, quæ ipſe maritus acquirit.* Queſt.

Declara tamen, & intellige vt nu. 2.

3 *Vir, & vxor etiam ſi tranſeãt ad ſecũdas nuptias, poſſunt libere diſponere de medietate lucrorum in priori matrimonio acquiſitorum.*

4 *Dos promiſſa filiæ aut donatio ad nuptias filio matrimonio conſtante, implẽda eſt de bonis ſuperlucratis viro, & vxori communibus.*

5 *Vxor poteſt ob delictum, matrimonio conſtante, amittere bona ſua ẽt dotalia, aut ſuperlucrata.*

Immo remanens vidua, & luxurioſe viuens, amittit bona ſuperlucrata tempore matrimonij induſtria mariti defuncti, ac ſua acquiſita, & reuertuntur ad hæredes mariti nu. 6.

Et quid ſi ſemel tantum, atque iterum fornicetur an amittat ea bona ſuperlucrata nu. 7.

QVod ad primũ eorũ q̃ propoſita ſũt, attinet Caſtillo l. 60. Taur. & quidã alij, quos doctores citandi referunt, aſſeuerant, bona ſuperlucrata, conſtante mr̃imonio acquiſita, ad ſolũ maritũ pertinere quo ad dñium, & poſſeſsionem, nõ verò ad vxorẽ, tametſi vxor ius hẽat, vt diſſoluto mr̃imonio, ſibi dñium, & poſſeſsio dimidij lucrorũ, q̃ tũc repecta fuerint, tradat̃, idq; actione ex ſocietate inter eos in Caſtella, & Luſitania ad lucra oĩa, q̃ fuerint acquiſita, contracta. Ducuntur qm̃ de iure cõi, licet qñ eſt iter aliquos ſocietas oĩum bonorũ, dñium, quin & poſſeſsio, toti⁹ capitalis, & partiũ oĩum, abſq; vlla traditione fit ſingulorũ ſociorũ partialitate dñij & poſſeſsionis, immò oĩum ẽt, q̃ noĩe totius ſocietatis poſtea acquiruntur, vt diſp. 421. oſtenſũ eſt, qđ idẽ intelligendum ſimiliter eſſe in alijs particularib. ſocietatibus qñ cõio eſt in capitali, ibidẽ oſtendimus: q̃ tñ vnuſquiſq; ſociorũ poſtea acqrit bonis ſocietatis, ſe obligando ſuo ꝓprio noĩe, ad ipsũ ſolũ ptinẽt quo ad dñiũ, & poſſeſsionem, tametſi cæteris ſocijs actio cõpetat, vt ipſis pars ſua ex eo mõ acquiſitis tradat̃ quo ad dñium, & proprietatẽ, iuxta l. ſi qs ſocietatẽ. ff. pro ſoc. dictumq; eſt ibidẽ. Vnde Ancharan. in quodã conſilio idẽ ſenſit, exiſtẽte ſtatuto quodam, vt q̃ acquirerent̃, cõia fierent vxori cum viro. Quare, inquiunt doctores citati, cum leges particularium ita ſint exponendæ, vt a iure cõi quoad fieri poſsit, non diſcedant, affirmandũ erit quæ vir in hoc Regno ſua induſtria, ſeq; ipsũ ſolum obligando tamq̃ bonorum vtriuſq; cõiugis

adminiſtratoré,acquiſierit, ad ipſum ſolũ ptinere quo ad dñiũ,& poſſeſſioné, nõ verò ad vxoré; tametſi vxori,& hǣdibus illius,debeat dimidium eorum lucrorũ, q̃ diſſoluto matrimonio fuerint reperta,cuius dñium,ac poſſeſſionem conſequentur,quando eis fuerit traditum,& non antea.

1 Contraria ſnīa † eſt hodie cõis doctorũ Hiſpanorum,nempe in hoc Regno eo ipſo, ꝙ vir cõparat dñium, ac poſſeſſioné bonorũ ſuperlucrorũ, comparare ẽt vxorem dñium, & poſſeſſioné eorundem bonorũ,abſque alia traditione, quæ vxori fiat, eſſeq; proinde ſimul cum viro eorum dominam ſicut ẽt vir ſimul cũ vxore eſt dñs eorũ, q̃ vxor ſua induſtria,ac labore comparat. Ita affirmat Couar.3,var, reſ.c.19.nu.2. Ant. Gom.l.53. Tau.nu.76.& l.60.nu.1.Greg. Lop. l.55.titu.5. par.5.Gutier, de pract.qq.libr.2. q.118. & alijs, quos citant. Præter legem autem 47.tit.28.par.3, iuxta quam id in hoc Regno vr̃ dicendum, idem colligitur apertè ex l.1.& 2.& ex cæteris ſequentibus tit.9.lib.5.nouæ collect. quas inter alios latè expendunt Couar.Grego.& Gutier.locis citatis. De iure Luſitano idem ẽt apertè conſtat li.4. ordin.tit.7.§.1.vbi ſtatuitur,ſi matrimonium viri morte diſſoluatur,vxoré manere in poſſeſſione bonorum ſuperlucratorum,atque ab illa accipere debere hæredes viri partitionem, remq; perindè habere quo ad hoc, ac ſi contractu medietatis bonorum matrimonium celebraſſent; conſtat autẽ in Luſitania, qñ aliqui,contractu medietatis bonorũ matrimonio copulati ſunt, vxorem eſſe dominam omnium bonorũ,quæ vinculata nõ ſunt, atque in illorum poſſeſſione vna cum viro.

2 Quia † tñ vxor,vt videbimus, renunciare põt bonis ſuperlucratis,ac perinde ea repudiatione erga illa ſe habere,ac ſi numquam fuiſſet illorũ domina,meritò tres doctores citati affirmant, dominiũ;ꝙ in illis,anteq̃ ea occupet, habet,eſſe reuocabile,perinde atque illud, quod hæres ſuus defuncto patre,habet in bonis illius ſtatim patre defuncto,anteq̃ ipſæ hæreditatem adeat, aut repudiet, & perinde atque illud,quod legatarius cõparat in re certa ſibi legata ſtatim, ac hæres hæreditatem adit,reuocabilia ſunt,hæreditatis,aut legati,repudiatione,vt diſp.180.& 181.dictum eſt.

Quia item vxor ita eſt cum viro dña eorum,q̃ conſtante matrimonio acquiruntur,vt nihilominus libera eorum adminiſtratio,atque alienatio, etiam ſi immobilia ſint, interim dum matrimonium conſtat, viro in hoc Regno independenter ab vxoris conſenſu cõpetat, modo tamen in fraudem vxoris alienatio facta non ſit;inde efficitur, vt nõ,niſi diſſoluto matrimonio, effectus omnes dñij circa ea bona conſequatur, atque dependenter ex eo,quod vſque ad id tempus alienata à viro non ſint;quod cum Carolo Molinæo,Couar.Gutier.& alij appellant, habere vxorem ante diſſolutum matrimonium dominium illorũ quaſi in habitu & non in actu,pleno videlicet, ac non impedito,quo ad dominij effectus;inde ẽt efficitur, vt quamuis vxor condomina ſit eorum bonorũ, nõ tamen illius retractus circa illa conueniat,ſi à viro conſtante matrimonio alienata ſint,vt Grego. Lop.loco citato rectè affirmat, & cũ eo, & alijs, diſp.371.dictum à nobis eſt. Dixi paulo ante,virum in hoc Regno poſſe ea bona alienare,independenter ab vxore,etiamſi immobilia ſint: quoniã in Luſitania alienare non poteſt bona immobilia ſine conſenſu vxoris, neque tam amplam poteſtatem habet ad alienandum cætera bona, quã amplam eam habet in Caſtella:vt videbimus. Hæc de primo eorum,quæ propoſita ſunt.

Quòd ad ſcdm attinet l.14. Taur.q̃ eſt l.6.tit.

3 9.libr.5.nouæ collect. ſancitum eſt,tã † virũ,quã vxoré,diſſoluto matrimonio, ẽt ſi tranſeat ad ſecundas nuptias tertias, aut plures,poſſe liberè diſponere de medietate lucrorũ in priori matrimonio acq̃ſitorũ, perinde atq. de q̃buſcũq. alijs ſuis bonis,neq. teneri reſeruare filijs prioris matrimonij,vel ꝓprietaté,vel vſufructũ medietatis illius.

Lege itẽ 16.Taur.q̃ eſt.7.tit.citato,ſtabilitum ꝓterea eſt,ſi vir legatũ vxori relinquat, nõ eſſe cõputandum in medietate bonorũ ſuperlucratorũ, quæ ipſam contingit,ſed debere illud obtinere vltra eam ſuam medietatem,cæteraq; oĩa ſua bona: id quod dictum à nobis fuit in calce diſp.200.

4 Doté † ꝓmiſſam filiæ, aut donationem ad nuptias filio,conſtante matrimonio,etſi à ſolo viro facta ſit, implendã eſſe de bonis ſuperlucratis viro,& vxori cõibus,vt diſponitur l.53. Taur. quæ eſt.8.tit.9.citato, & dictum à nobis eſt diſp.424.

Vt ſimul ad tertiũ eorum,quæ propoſita ſunt, accedamus.l.7.Tauri,quæ eſt lex 10.tit.9. citato, pronunciatum eſt. Eſto vir, aut vxor,ob crimen hæreſeos,aut quoduis aliud, ſua bona mittat,non propterea alterũ coniugẽ amittere bona ſua, aut medietaté bonorũ matrimonio conſtante ſuperlucratorum,ſed illi eſſe relinquendam. Pronunciatũ præterea eſt,in eo euentu bona ſuperlucrata inter vtrumque coniugem diuidenda,quorũ medietas vna pertineat ad fiſcum, & alterã relinquẽda ſit coniugi innocenti, intelligenda eſſe ea oĩa, quæ ſuperlucrata fuerint vſque ad punctum latæ ſententiæ,qua coniux alter de eo crimine damnetur,eſto crimen ſit tale, vt pro eo pœna ipſo iure, aut ipſo facto,incurrenda,ſit ſtatuta.

Lege 78.Tauri,q̃ eſt l.15.tit.9.citat,ſubiũgit,

5 vxorem † matrimonio perſeuerante amittere ob delictũ poſſe,aut oĩno,aut ex parte, pro criminis qualitate,bona ſua, etiã dotalia,aut ſuperlucrata, vel quæuis alia. Licet.n.data ſint marito in doté pro ſuſtinẽdis onerib. matrimonij, aut induſtria viri acquiſita ſint, quatenus tñ ad vxoré ſpectãt, puniri in eis põt,ac dẽt,ſicut & vir in bonis, q̃ ad ipsũ ſpectãt,nihil impediente, qđ per accidens in detrimentũ vxoris: cõiumq; filiorũ vtrique id cedat; vnuſquiſque aũt videat cũ quo matrimoniũ celebret, intelligatq; ei periculo expoſita eſſe bona coniugis vtriuſque, atque id bono cõi expedire,vt delicta impunita non maneant, qđ bono,ac dãnõ priuato eſt ꝓponendum;pſertim qñ per accidens tale damnũ inde ſequitur. Poriò medietatem, quæ ad vxorem ſpectat, occupari a fiſco ob crimen vxoris ſtatim lata ſnīa, neque expectari diſſolutioné matrimonij apertè confirmat,dñam illam eſſe illius ante diſſolutum matrimonium.

Lege

6 Leges 5.tit.9.citato † ſtatuit, ſi vxor, remanẽs vidua, luxurioſe vixerit, vt amittat bona ſuperlucrata cõſtãte matrimonij induſtria mariti defuncti, ac ſua acquiſita, & vt reuertant ad hæredes mariti.

Quæſt. 7 Dubiũ aũt eſt, ſi ea vidua ſemel tantum, atque iterum fornicetur, an † id ſatis ſit, vt amittat ea bona ſuperlucrata. Couar. in Epit. par. 2. c. 7 § 6. nu. 12. ante poſtremã editionem arbitratus eſt, ſufficere vnicam fornicationem. Idem cenſet Ant. Gome. l. 50. Tau. nu. vlt. Et quamuis l. 14. nu. 17. idẽ de ea vidua affirmet, quæ luxurioſe viuit, nomine tñ eius, quæ luxurioſe viuit, comprehendere eam vr, quæ ſemel fornicatur, vt ex ijs, quæ ibidẽ ſubiungit, facilè conſtat. Meritò autem Emman. A-

Deciſ. coſta c. ſi pater, par. 1. ver. legauit, num. 33. 38. & 39. aſſeuerauit, quamuis ea lex intelligenda ſit de vidua, quæ ẽt poſt primum annum luctus luxurioſe viuit, vt tamen viuere luxurioſe cenſeatur, ac proinde, vt pœnam illam incurrat, nõ ſatis eſſe ſi ſemel, bis, aut ter, fornicata ſit, ſed opus eſſe, vt aſſueta ei vitio ſit: ea enim ſola eſt, quæ luxurioſe viuere dr, argumẽto legis, & mulieri. ff. de curat. furio. & aliorum iurium, conſentiũtque plurimi doctores, quos citat, de quorum numero eſt Aries Pinel. l. vlt. C. de bon. mater. nu. 22. Quod aũt lex 5. citata ita intelligenda ſit, probauit poſtea Cou. vbi ſupra in poſtrema Cæſarauguſtana editione. Eandem ſnĩam amplectuntur Guti. de pract. qq. li. 2. q. 122. & alij, quos citat. Illud admonuerim, legem illam pœnalem eſſe, quæ pp id crimẽ eam viduam priuat bonis, quorum dñium iuſto titulo acquiſierat, & quæ poſſidebat, ac proinde viduam illam non teneri reſtituere ea bona hæredibus mariti defuncti, niſi poſt latam ſententiam.

Quouſque vir, & vxor renunciare poſſint lucris acquiſitis, & acquirendis. Et ſi vxor renunciet, aut non renunciet lucris, quouſque debitis, & contractibus à marito celebratis teneatur.

DISPVT. CCCCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio lucris futuris, facta per vxorem, vel virum ante celebratum matrimonium, valida eſt, ſiue ſit facta in toto, ſiue in parte.*
2 *Renunciatio lucris futuris facta conſtãte matrimonio in fauorem alterius coniugis, comprehenditur ſub donatione inter virum, & vxorẽ, ſicut eſt de iam acquiſitis.*
3 *Lucra acquirenda per coniuges, quibus lucris, & contractu comparentur.*
4 *Senſus nouus, & intellectus l. 60. Taur. tit. 9. libr. 5. nouæ collect.*
5 *Diſpoſitionis reductio ad ius cõe, quando faciẽda.*
6 *Renunciatio lucris communibus facta per alterũ coniugem, an valida ſit, ſi renuncians habeat creditores.*

Dicendum eſt ſigillatim de renunciatione facta ante celebratum matrimoniũ, & cõſtante matrimonio, atque diſſoluto iam matrimonio.

1 Conueniunt doctores, renũciationẽ † lucris futuris, factam ante celebratum matrimonium, validam eſſe, ſiue ſit renunciatio omnimoda, ſiue ex parte. Solet. n. vir ditiſſimus, aut mercator diues, valdeque induſtrius, non aliter velle contrahere cum vxore paupere, niſi vel omnino lucris renunciet, contenta ſua dote, & ſuis bonis diſſoluto matrimonio, aut quãtitate certa illi ſuperaddita; vel niſi parti aliquotæ lucrorũ renunciet, contentaq; ſolum ſit parte tertia, quarta, quinta, aut alia lucrorum ſimili. Simili autem modo vxor valde diues, quæ multos habeat reditus, poterit non aliter velle contrahere cum paupere, niſi in fauorem ipſius, renunciet parti lucrorum, contentus tertia, aut quarta parte, vel alia ſimili eorũ. Cũ aũt tpe celebrationis talis contractus nondum ſint vir, & vxor, renunciatio illa nõ erit donatio inter virũ, & vxorem, q̃ reuocetur morte donatarij ante donantẽ, hoc eſt, eius, in cuius, fauorẽ renunciatum eſt, ante renunciãtem, & quam pro libito reuocare is, interim dum viuit, poſſit, qui renunciauit.

Quin potius ille cenſebitur contractus oneroſus, atq; oĩno validus, & irreuocabilis ſtatim, atq; eſt celebratus: cũ ſit integrũ cuiq; eorũ, qui cũ altero celebrare matrimoniũ diſponit, nõ aliter uel locum eo contrahere, q̃ ſub talibus, vel talib. conditionibus, & legibus, quo ad ſocietatẽ bonorũ ad lucra, q̃ ſimul inire volunt, nihilq; oĩno iniuſtitiæ in eo contractu cernatur: præſertim cũ ea inæqualitas cõpenſari poſſit, nẽpe ex parte nobilitatis, pulchritudinis, aut alterius melioris cõditionis nolentis, niſi ſub illis legibus, & conditionib. matrimonium celebrare. Lege inter alios Gut. de pract. qq. lib. 2. q. 126. in calce nu. 1. Numero autem 2. cum Pala. Rub. in Rub. ca. per veſtras. §. 6. 3. nu 2. ſubiungit, ſi eiuſmodi renunciatio lucris futuris, aut parti eorum, fiat à ſolo parte ante celebratum matrimonium in præſentia filiæ tacẽtis, eſſe inualidam, oportereq; vt validam ſit, filiam etiam conſentire. De qua re ego multum dubito, cum contractus ſit oneroſus, vt dictum eſt, videaturque ad id ſufficere tacitus illæ conſenſus filię, quæ reclamare debebat, ſi ſtare non volebat conditionibus ſine quibus alter contrahere cum illa nolebat, quique expreſſe ſub eis tantum cõditionibus cum ea contraxit.

Quod attinet ad renunciationem factam conſtante matrimonio cõior doctorũ ſnĩa eſt, validã eſſe, ac firmam, non ſolum, ſi ſit lucrorũ acquirẽdorum, ſed ẽt ſi ſit iam acquiſitorum, ſiue quorũdam eorum, ſiue oĩum, præſertim ſi ab uxore fiat. Ita affirmat Roder. Xuarez l. 1. tit. 3. *de las ganãcias*, lib. 3. fori, cum Pala. Ruui. Ioan. Lup. in Rubric. de donat. inter vir. & vxor. & cum pleriſque alijs, quos citant Couar. in Epit. par. 2. c. 7. §. 1. n. 11. Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 66. caſu 5. l. 60. nu. 1. ac 2. tom. var. reſ. c. 4. nu. 24. & Gutie. de prac. qq. lib. 2. q. 126. Quæſt.

Ducuntur primò, quoniã, vt in calce diſp. 128. oſtendimus, donatio inter virum, & vxorẽ ſtatim

eſt valida, ſi donans pp illam non efficiat' paupe-
rior; vt aût ibi multis iuribus, atq. exemplis, com
probauimus, non cenſetur in ſimilib. donationi-
bus fieri pauperior ex eo; qđ non acquirat id, ad
qđ habebat ius dependenter ab ipſius acceptatio-
ne, ac proinde ex eo, qđ id renunciet in fauoré al-
terius coniugis: cum ergo coniuges præſertim v-
xor, matrimonio conſtante ſolum habeant ius, ac
dñium medietatis lucrorum dependēter ab ipſo-
rum acceptatione, atque adeò iuris fictione, non
ſecus ac legatarius eo ipſo, quòd hæres adit hære-
ditatem, iuris fictione cenſetur comparaſſe dñiū
rei determinatæ in ſingulari ſibi legatæ a puncto
mortis teſtatoris, reuocabiliter tñ, quia depēden-
ter ab ipſius acceptatione, vt diſp. 181. viſū eſt, cō
ſequēs eſt, vt renunciatio medietatis lucrorū, non
ſolū, q̃ in futurū acquirentur, ſed ēt, q̃ iā acquiſita
ſunt, facta ab vxore conſtante matrimonio in vi-
ri fauorem valida, ac firma, irreuocabilisq; ſit.

Scdo quoniā lex 60. Taur. q̃ eſt. l. 9. tit. 9. li. 5.
nouæ collect. ſic habet. *Quando la muger renũcia-
re las ganãcias, no ſea obligada a pagar parte algu
na de las deudas, que el marito vuiere hecho durã
te el matrimonio.* Ecce, integrū vxori reliquit, re-
nunciare bonis ſuperlucratis: & cū lex nō reſtrin
gat ad tps poſt diſſolutū matrimoniū, neque nos
reſtrinxere debemus; apertèq; loquitur, ēt de iam
acquiſitis: valida eſt ergo, atque irreuocabilis ea
renunciatio, eſto conſtante matrimonio fiat.

Tertiò, quoniā per eiuſmodi renunciationem
validam ab vxore cōſtante matrimonio factam,
res hæc reducitur ad terminos iuris cōis, iuxta qđ
nulla lucra competebant vxori: in eam autem ex-
poſitionem legum particularium Regnorum eſt
potius propendendum, quæ rem ad terminos iu-
ris communis reducit, quam in contrariam.

Contrariam ſnīam amplectuntur Greg. Lop.
l. 5. tit. 11. par. 4 gl. vlt. Menchaca lib. 1. controu.
c. 13. nu. 6. & Burgos de Paz. q. 9. ciuili nu. 10. Nē
2 pe † eiuſmodi renunciationem, non ſolū lucrorū
acquiſitorum, ſed ēt acquirendorum, factā in fa-
uorem alterius coniugis, annumerandā eſſe inter
eas donationes inter virum, & vxorem, q̃ validæ
non ſunt, niſi pcedente traditione, ſequutaq; mor
te donantis ante mortem donatarij abſque reuo-
catione earum, confirmentur. Atque ſnīam hanc
diſpu. 289. ſumus amplexati, hac potiſſimū ducti
ratione. Qm̄, poſito Caſtellæ iure, & conſuetudi-
ne Luſitaniæ, eo ipſo, qđ in his Regnis matrimo-
nium contractu arrharum, & dotis eſt celebratū,
debitum eſt vxori dimidium lucrorum vi ſolius
contractus, idque independenter ab acceptatione,
quin & comparatur dñium, vt diſputatione præ-
cedente oſtenſum eſt: qua ratione vteruis coniux
tranſmittit ius hoc ad ſuos hæredes, ſi ante alterū
è vita diſcedat: quare, cum donatio, ēt remiſſio-
nis debiti facta inter coniuges ſit inualida, niſi
donantis morte modo explicato, confirmetur, vt
liquet, l. ſi ſponſus, §. circa vēditionem. ff. de don.
inter vir. & vxor. affirmatque Nau. in Man. c. 17.
num. 149. conſequens profectò eſt, vt inualida ſit
ea renunciatio, niſi donantis morte confirmetur,
& niſi inſinuetur, ſi eam ſummam excedat, quam
ſine inſinuatione fas eſt donare. Confirmat', q̃m
ex diſpoſitione iuris Caſtellæ, & cōſuetudine Lu
ſitaniæ, contractus matrimonij, de quo loqmur,
verè eſt ſocietas comparatione lucrorum, ſi quæ
reperiantur diſſoluto matrimonio, cooperantib.
tum viro & vxore, tum etiam capitali vtriuſque, 1
ad cōia lucra; tametſi cū onere ex parte viri cōſer
uandi integrum capitale vxoris, commiſſaque ſo-
li viro adminiſtratione, atque diſpoſitione bono
rum toto tpe, quo perſeuerat matrimonium: ergo
non minus comparat vxor ius ad bona ſuperlu-
crata, & dñium eorum eo ipſo, qđ acquiruntur,
nec minus vi contractus ſunt illi debita in tēpus,
quo contractus diſſoluetur, quàm ſi eundem con-
tractum celebraſſet cum quodam tertio: ſed ſi v-
xor celebratum haberet eum cōtractum cū quo-
dam tertio, atque conſtante matrimonio renun-
ciaſſet in fauorem mariti, ſiue donaſſet lucra ex
illo contractu, vel iam acquiſita, vel acquirenda,
transferendo in illum ius, vt loco ipſius illa acqui
reret, & acciperet, donatio eſſet de earum nume-
ro, quæ non aliter confirmarentur, quā præceden
te traditione, & ſequuta morte vxoris donantis
ante virum donatarium, cum libera facultate ex
parte vxoris reuocandi eam donationem, interim
dum ipſa viueret: ergo idem dicēdum eſt de renū
ciatione, de qua modò nobis eſt ſermo. Secundò
probatur noſtra ſnīa, quoniā, ſi vir in fauoré vxo-
ris renunciet, non ſolum lucris iam quæſitis, ſed
ēt quærendis erit donatio de numero earum, quæ
non niſi donantis morte confirmātur: ergo idem
dicendum erit de renunciatione, q̃ in viri fauoré
fecerit vxor. Couar. vbi ſupra arbitratur, ēt renun
ciationem lucrorum factam a viro in fauorem v-
xoris, eſſe ſtatim validam, ac firmam, neque indi
gere confirmari morte donantis. Id tamen eſt a-
pertè falſum de iam quæſitis, quorū vir integrū,
ac plenum dominium comparauit quo ad ſuam
medietatem, ſine vlla iuris fictione, aut dependen
ter a noua acceptatione, vt ex ſe eſt ſatis perſpi-
cuum, nulluſque diffitetur: quare perinde eſſet il-
la vxori donare, atque quæuis alia ſua bona, ſub
conditione, ſi tempore diſſoluti matrimonij non
comperirentur conſumpta, atque alienata. Eſt ēt
falſum de acquirendis; quoniam opera, & indu-
ſtria viri erunt acquirenda, neque aliter vi illius
donationis haberet vxor ius ad illa, quam ſi à vi-
ro acquirerentur, compararetur dominium illo-
rum. Lege alia, quibus Greg. Lop. eandem ſenten
tiam loci citato confirmat.

Accedamus verò ad argumenta alterius opi-
nionis, ex quorum ſolutione perſpicua magis fiet
noſtra ſententia. Atque ad primum, conceſſa vtra
que parte maioris, neganda eſt minor, nempè
coniuges, præſertim vxorem, ſolum habere ius, ac
dominium ad medietatem lucrorum dependēter
ab ipſorum acceptatione iuris fictione: oſtenſum
quippe eſt, ſimpliciter habere ius ad lucra, & com
parare illorum dominium, vi contractus ſocieta-
tis inter ipſos initæ, eſſeq; vxori omnino debitam
lucrorum medietatem, quę comperta fuerit rema
nere diſſoluto matrimonio, idq; abſq; vlla fictio-
ne iuris, minimeq; dependenter ab acceptatione.
Vnde

Vnde non ita ſe habet dominium, ꝙ coniuges in lucris cõparant,ſicut dñium, ꝙ legatarius rei ſibi legatæ comparaſſe fingitur a tpe mortis teſtatoris eo ipſo,quòd poſteà hæres adit hæreditatem:ſi.n. idem legatarius poſt illam aditam non acceptet legatum,cenſetur, numquam comparaſſe dñium illius,ac proinde dñium illud , ante acceptationẽ comparatum,fuit fictum a morte teſtatoris , iuris fictione,vt diſp.181.dictum eſt.Longè aũt aliter habet dñium vxoris quo ad medietatem lucrorũ: eſto.n.diſſolutum iam ſit matrimonium, vxorq; in poſſeſſionem medietatis lucrorum miſſa ſit, eiſq; ſit vſa ſi manifeſtentur debita mariti, atque ab illa exigantur,conceditur ei facultas renũciandi in ſuum fauorem medietati lucrorum, illamq; tradendi,vt ab obligatione debitorum liberetur, abdicando a ſe dñium verum eius medietatis,qđ illucuſq; habuit: quare antea nullum fuit fictum dñium:ſed verum;tametſi ad effectum,vt ad debita non teneatur, perinde poſt renunciationem habeatur,ac ſi nunq̃ fuiſſet dña, quia ex priuilegio ſibi conceſſo,nõ vult ea bona,ac proinde nõ vult continuare illorum dñium cum onere,vt ad debita mariti teneatur , id ꝙ ſequẽs ſolutio dilucidius reddet. Obiter aũt obſerua,longè aliter rẽ habere in vxore,vt renunciatione lucrum nõ teneatur ad debita mariti,& in hærede, vt renunciatione hęreditatis non teneatur ad debita defuncti. Vxor.n. renunciare poteſt lucris,etiam ſi eorum comparauerit poſſeſſionem,eiſque tãquam ſuis ſit vſa: hæres verò repudiare non põt hæreditatẽ eo ipſo, ꝙ illi ſemel ſe immiſcuit,eamq; tacitè,aut expreſsè adiuit; quamuis,ſi cum beneficio inuẽtarij illam adiuit,ſolum teneatur ad debita defuncti iuxta vires hæreditatis,vt ſuo loco dictum eſt.

Ad ſcdm concedendum eſt,legem loqui,etiam de renunciatione conſtãte matrimonio atque de renunciatione,q̃ fit comparatione creditorum,vt ipſa ſe liberet ab onere ſoluẽdi debita mariti conſtante ſocietate contractã,iuxta priuilegiũ,in ſuũ cõmodum,& vtilitatẽ, ea lege ſibi cõceſsũ aut potius explanatũ. Atque hic planè eſt ſenſus intentus,ac mẽs illius legis:nõ verò quaſi ea lex voluerit cõcedere vxori in ſuũ propriũ diſpendiũ maiorẽ facultatẽ donandi conſtante mřimonio de eis bonis p renunciationẽ marito , q̃ ſi lata nõ fuiſſet ea lex,ſicut neq; maritus vi eiuſdẽ legis maiorem facultatẽ hẽt donandi de eiſdẽ lucris vxori mřimonio conſtante,quã ſi ea lex ſancita non fuiſſet.

Hoc loco nõnulla ſunt obſeruanda. Primũ eſt. Vt in rñſione ad primum argm̃ eſt dictũ, ex eo , qđ vxor conſtante matrimonio,aut illo diſſoluto per mortem viri,continuet dñium,poſſeſſionẽ,& adminiſtrationem medietatis lucrorum, q̃ ipſam contingit,aut qđ hæredes vxoris diſſoluto matrimonio per mortẽ illius eam medietatẽ bonorum accipiant,atq; adminiſtrẽt, nullũ præiudiciũ ſibi ipſis inferre interim dum non requiruntur p creditores,aut p maritũ, vel hæredes mariti, vt plus teneantur ad debita a marito contracta ſocietate cõſtante,quã ſi ea bona,neq; adminiſtraſſent,neque occupaſſent:ſed opus eſſe,vt requirãtur a prędictis,num renũciare velint lucris, an potius illa acceptare cum onere ſoluendi medietatẽ debitorũ oĩum: debetq; eis,poſtquam ita admoniti, ac req̃ſiti ſunt , conſtitui certum tp̃s per iudicem intra quod deliberent,puta decem dierum,quib. trãſactis,ſi expreſsè non renuncient, aut acceptent lucra , cenſentur illis renunciaſſe ſi id ipſis deterius ſit,argũ.l.vlt.§.ſin aũt,& eorũ,quę ibi notant.C. de iur.delib. vt cũ alijs affirmat Gutier. de pract. qq.lib.2.q.126.nu.4. Quòd ſi lucra acceptent,tenentur ad medietatem debitorum : ſi verò ſemel illis renuncient,eſto vxor ſit, q̃ renunciauit , non admittitur poſtea contra eam renunciationem , q̃uis ſit enormiter læſa,& quãuis ſit minor, vt cũ Burgos de paz.q.9.citata nu.10.& 12. Cou.iun. & alijs,ibi.Gut.affirmat.

3 Scdm eſt Lucra, de † quib. nobis hoc loco eſt ſermo,verè habere rationem lucrorum, comparatione capitalis, atque ſocietatis initæ inter coniuges:quia acquiſita vltra capitale. Atq; in hoc ſenſu,cum omnium loquentium vſu, lucra appellantur iuribus Caſtellæ,quæ Gut.de pract.qq.lib.2. q.123.citat,& a doctoribus,quos ẽt citat,eo modo, quo acquiſita vltra capitale alijs ſocietatibus lucra earum ſocietatum dicuntur.Hoc tamẽ non impedit,quod oneroſo titulo contractus ſocietatis,capitalibus , & induſtria vtriuſque coniugis, comparata ſint,ſicut & cætera, quæ alijs ſocietatibus acquiruntur,atque adeò id non impedit,qđ non computentur in bonis,quæ,ſi alter cõiugum tranſeat ad ſecundas nuptias ſuperſtitibus filijs prioris matrimonij, reſeruare illis teneatur , vt l. 14.Taur.quæ eſt l.6.tit.9.li.5. nouæ collec.diſponitur,ac diſput. præcedente dictum eſt. Nomine .n.bonorum ex priori matrimonio lucratorũ, ad effectum,vt,ſi coniux,qui ea eſt lucratus,tranſeat ad ſecundas nuptias ſuperſtitibus liberis ex priori matrimonio,teneatur ea illis reſeruare,iuxta l. fœminæ.C.de ſecund.nupt. iuxta.l.15. Tau.quæ eſt l.4.tit.1.lib.5.nouæ collect.& iuxta alia iura, intelligitur,quod lucratiuo titulo cõiux vnus obtinuit ex altero, aut lex ſimili modo ex bonis alterius illi conceſſit,vt rectè Couar.in Epit.par.2 c. 3.§.9.nu.7.& 8.affirmat cum alijs multis, quos tam ipſe,quàm Gutier.q.123. citata, referunt ac ſequuntur. Gutier.q.citata refert Aries Pinel.l.1. C.de bon.mat.par.1.num.37.negare,bona ſuper lucrata appellanda eſſe lucra , atque inde inferentem,ea per vxorem non acceptata,non tranſmitti ad hæredes. Cæterum loquitur de lucro in poſteriori acceptione, neque perſpicuè affirmat , non transferri.Quicquid tamen ille ſenſerit,proculdubio eſt affirmandum,transferri, cum Ant.Gom. l.50.Taur.nu.79.& cum multis alijs, quos Burgos de paz.q.9.nu.21.& 22.& Gutier.q.123.citata referunt,ac ſequuntur. Cum enim bona , & actiones,tam actiuæ,quàm paſſiuæ,defuncti,trãſeant ad hæredes,vtique eiuſmodi lucra,quorum dominium,& ius,vi contractus ſocietatis inter ipſam,& maritum,vxor comparauerat,ad hęredes ipſius tranſeunt, idque cum eodem priuilegio ea repudiandi,quod ipſa habebat,vt doctores citati affirmant. De tranſmiſſione verò hæreditatis, & legatorum.diſp.180.& 181.dictum eſt.

Tertium eſt,l.60. Taur.ſen.9.tit.9.lib.5. nouę
collect.de qua nunc agimus,meo iudicio,nó con-
4 ceſsiſſe † nouum priuilegium vxori, ſed ſolũ ex-
planaſſe,quid ex natura rei vxori circa lucra lice-
ret,ſuppoſitis alijs iuribus,tam cõibus q̃ eiuſdem
Regni; id quòd in reſponſionem ad ſecundũ in-
nuimus. Etenim,cum de iure cõi,& Caſtellę capi
tale vxoris ſemper manere debeat illi integrũ, cũ
hypothecis & priuilegijs, ꝙ præferatur alijs cre-
ditoribus mariti,de quibus infra dicetur, atq; de
iure Caſtellæ,& conſuetudine Luſitaniæ, additũ
eſſet,vt ſimul inter virum, & vxoré eſſet ſocietas
ad lucra vltra capitale,ſi quæ,diſſoluto matrimo-
nio,reperientur vtique; vxor, niſi ſe aliter credi-
toribus mariti peculiariter obliget, ſolũ illis tene
tur quo ad lucra cõſtante matrimonio acquiſita,
ac proinde ſub conditione,ſi perſeuerare velit par
ticipando eis lucris, iuxta contractum inter ipsã
ſolam initum,& maritum.

Quare,ſi abſtinere velit à lucris, eis renuncian
do ad nihil omnino tenebitur creditoribus mari-
ti,qñ non aliter ſe illis obligauit:atq; hoc eſt, qđ
lex,de qua agimus ſtatuit,ac declarauit; Atq, iux
ta hæc mihi placet,ꝙ Gama, decil.366,refert,ſe-
natores ſæpe iudicaſſe,nempe vxorem non teneri
ad debita mariti ex ſua dote,& capitali; et ſi con-
tracta ſint ad vxoré,& familiam alendam, dũmo
dò cõibus lucris renunciet, idque eſto vir non ha
beat,aut relinquat,bona,vnde ea debita ſoluant.
Ratio eſt, quoniã id totum onus erat mariti pro
fructibus dotis,& capitalis vxoris. Et q̃uis Gam,
reclamet, affirmans in eo euentu de dote vxoris
eſſe ſoluenda,qñ in alimentis vxoris,& familiæ,
fuerunt inſumpta,mihi ſanè id non placet: quo-
niã nullo ſolido fundamento probat. Neq; argu-
menta, de ſumptibus factis in alijs ſocietatibus,
ꝙ de capitalib. ſint ſoluendi, qñ non ſunt lucra,
vnde ſoluantur, quicquam in hac ſocietate cõclu
dunt argumento à paritate rationis.

Quoniam hęc ſocietas ſolum eſt ad cõia lucra,
ſaluo ſemper integro capitali vxoris,vt dictũ eſt,
cũ hypotheca,& priuilegijs prælationis alijs cre-
ditoribus mariti. Neque debet mouere autoritas
Bar.l.his ſolis,ff.de cond.indeb. qui cogitandum
reliquit,an filij tenerentur ad æs alienum patris,
ꝙ in ipſorum alimentis contraxit,vt inde infera-
tur,vxorem teneri,qñ aliquid inſumptum fuit in
alenda,tam ipſa,quam cõi familia, vt nõnulli ex
recentioribus doctoribus volunt. Id quod,meo iu
dicio,non parum confirmat lex 61.Tau.q.l.9.ti.
3.lib.5.nouæ collect.& ſic habet.

*De aqui adelante la mugier noſe pueda obligar
por fiaduria de ſu marido,aun que ſe diga y alegue,
que ſe conuirtio la tal deuda en prouecho de la mu-
ger. Ya ſi miſmo mandamos,que quando ſe obliga-
ren a mancamun marido y muger en un contrato,o
en diuerſos, quela muger noſea obligada a coſa al-
guna,ſaluo ſi ſe probare,que ſe conuirtio la tal deu-
da en prouecho della, ea entonces mandamos, que
por rata del dico prouecho ſea obligada. Pero, ſi lo
que ſe conuirtio en prouecho della, fue en las coſas
que el marido le era obligado a dar, anſi como en
ueſtirla, y darle de comer y las otras coſas neceſ-
ſarias,mandamos,que por eſto ella ne ſea obligadá
a coſa alguna Lo qual todo,que dicha es, ſen entien
da, ſi no fuere la dicha fianca y obligation di man-
comun por marauedis de nueſtras rẽtas,o pechos,
o derechos dellas*. Ecce, etiam qñ vxor ſe obliga-
uit ſimul cum viro ad debita cõtracta,ſtatuit hęc
lex,non teneri vxorem quo ad ſuum capitale de-
bitis,quæ,licet contracta ſint in his,quæ in vtili-
tatem vxoris conuerſa ſunt, ſolum tamen conuer
ſa ſunt quo ad ea,quæ vir illi præſtare tenebatur;
quanto ergo magis idem eſt cenſendum, quando
ſolus vir,ſine vxore,ad ea debita ſe obligauit.

5 Ad 3.argm̃ dicẽdum eſt, reductionem ad † ter
minos iuris cois,tunc eſſe faciendã, qñ nó dat di-
ſpoſitio iuris particularis,q̃ contrariũ poſtulat,&
ex qua cõtrariũ ſequit. In re aũt propoſita de iu-
re cõi non eſt contractus ſocietatis ad cõia lucra
inter cõiuges,eſt aũt de iure Caſtellæ,& cõſuetu-
dine Luſitanię: perſeuerante aũt diſpoſitione hac
particulari horũ Regnorũ, in his,q̃ ex illa ſequun
tur,æquitas nó poſtulat,vt,cõtra illa, res reduca-
mus ad terminos iuris cõis,vt fieret ĩ re ꝓpoſita.

Ex hactenus dictis diſſoluetur facile illa q̃ſtio;
6 num † renunciatio lucris cõibus, facta p alterum
cõiugé, valida ſit,ſi renũcians creditores hẽat. Co-
uar.in Epit. p.6.c.7.§.1.n.12.& quidã alij,quos
Gut.de prac.qq.li.2,q.127.nu.1.refert, affirman
ter rñdent,ducti,l.qui aũt.ff.q̃ in frau.credit. vbi
hr̃,nó cenſeri in fraud.credit.facere,neq; proinde
creditorib. concedi actioné, ad id reuocandum,ſi
debitor hr̃ditaté, aut legatũ,ad ſe delata,nó acce-
ptauit,ſed repudiauit: Q̃m licet ſuũ patrimoniũ,
& bona vñ oluerer,ea via nó auxerit,vt poterat,
ea tñ non diminuit Gut,ibi.cum alijs,quos citat,
aſſerit,lucris iã acquiſitis, ac ſocietati incorpora-
tis,neutrũ coniugé renunciare poſſe in fraudẽ,nó
ſolũ aliorũ creditorũ,quib. aliq d iã dentur,quip- Quęſt.
pè cum debita oĩa, conſtante matrimonio cõtra-
cta ſoluenda ſint de cõibus lucris,eſto vnus cõiu-
gum in fauorem alterius illi cedat; ſed neque in
fraudem aſcendentiũ,aut deſcendentiũ, quib. le-
gitima in bonis eo modo renunciantis debet,eaq;
ratione minuetur,vel in fraudem fiſci, ſi bona ita
renunciantis ſint confiſcãda, aut ex illis ſoluenda
fiſco ſit aliqua pæna, Aiunt verò,bonis nondũ ac
quiſitis,nec ſocietati incorporatis, poſſe vtrũuis
cõiugũ renunciare validè in fauorem alterius,ni- Deciſ.
hil impediente detrimẽto,ꝙ creditorib. aſcenden
tib. vel deſcendentibus aut fiſco,inde ſequeretur.
Nó video ãt qua rõne prior huius doctrinæ pars
cohæreat cum ſnĩa eiuſdem Gut,ſupra relata,ſta-
tim validã, ac firmam eſſe renunciationé uxoris
factam de lucris iam acquiſitis in fauorem viri.

Iuxta ea autem,quæ ſupra dicta à nobis ſũt,ad
quæſtionem propoſitam dicendũ eſt, neq; renun
ciationem factã de bonis acquiſitis,neq; de acqui
rendis,eſſe firmam comparatione creditorũ, aut
eorum, qui ius ad bona ita renunciantis habent,
Ratio eſt,quoniam lucra,etiam acquirenda,verè
ſunt debita quo ad medietatem vtriuis cõiugum
rõne cõtractus ſocietatis inter ipſos initi,vt ſupra
dictũ eſt renunciatio aũt debitorum rõne contra-
ctus firma non eſt ſi creditorib. ꝑiudiciũ afferat.
Vnde

Vnde ad l. qui aũt ff. quę in fraud. cred. dicendum eſt, ibi nõ eſſe ſermonẽ de renũciatione debitorũ ex contractu: ea quippe renunciatiõ minuere cenſetur patrimoniũ, & bona renunciantis. Illud obſerua, ſi quis creditores haberet, quibus aliquid deberet, qđ ſoluere poſſet acceptando legatũ, aut hęreditatẽ ad ſe delatam, ſi eã renunciãdo impotens fieret ad debita ſoluenda, lethaliter peccaret renũciando tale legatum, aut hęreditatem, idq; contra iuſtitiam aduerſus creditores, eſto in foro exteriori actio creditoribus non concedatur ad obtinendum ea, quorum eo modo facta eſt renunciatio.

Dicẽdum reſtat de renunciatione bonis communibus, aut parti eorum, quæ ipſam contingit, & in cuius poſſeſſione eſt, facta à vidua diſſoluto iam matrimonio. Qua in re parum, aut nihil, eſt difficultatis. Cum enim tunc ſui omnino iuris ſit, ſi renunciatio fiat in ſuum fauorem, vt ſcilicet ſe liberet ab onere ſoluendi debita à marito cõſtante matrimonio contracta, valida proculdubio eſt ſtatim, ac firma, vt ſupra dictũ eſt. Si verò fiat in fauorem alterius, cum donatio ſit eorũ bonorum, quorũ iã eſt oĩno completè, atq; perfectè domina, perinde de ea donatione eſt cenſendum, atque de quacũq; alia à vidua de ſuis proprijs bonis facta.

Vtrum ſi vxor, aut hæredes illius, medietatem lucrorum velint, teneantur perſeuerare in contractibus à marito celebratis, nec finitis. Et vtrum, ſi maritus fideiuſſor extitit, & aliquid ſoluit, teneatur id totum accipere in medietatem lucrorum, quæ ipſum contingit.

DISPVTATIO CCCCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vxor tenetur perſeuerare in cõtractu ſocietatis cũ hæredibus mariti, ſi uelit medietatem lucrorũ.*

2 *Maritus fideiuſſor exiſtens, & ſoluens, tenetur illud ſolutum ſibi aſſumere in partem pro medietate lucrorum.*

Declaratur tamen, vt ibi.

Et quid de iure Luſitano.

Queſt. QVod ad primum horum attinet, Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 130. refert, cum quidam maritus vectigalia, aut fundum, ad aliquot annos conduxiſſet, nec dumque finitis annis è vita deceſſiſſet, & vxor, accepta medietate lucrorum, non vellet perſeuerare in contractu pro annis ſequentibus, qui adhuc, iuxta formam contractus, remanebant, quia vtilis ipſi non erat, aduocatos quoſdam contendiſſe, id vxori illi optimè licere: eò, ꝙ morte vnius coniugum finita ſit ſocietas, iuxta eã quæ diſp. 414. dicta ſunt, ac proinde alter coniux, aut hæredes illius, diſſoluto iam matrimonio, nõ tenentur acceptare prędictam conductionem, ſed poſſunt illã repudiare, tamq̃ rem diuiſam, & ſeparatam ab annis iam elapſis; quippe ſingulis annis conſtitutum eſſet certum pretium, eaque de cauſa videbantur multæ obligationes, iuxta legem ſcire debemus ff. de verb. oblig.

Meritò tñ Gutier. ibidẽ ait, ſe in eo euentu cõ- Deciſ.
1 trariũ † rñdiſſe, & cũ Matiẽco, & alijs, quos citat, aſſeuerat, in ſimilibus euẽtibus contrariũ eſſe affirmandũ. Qm̃ obligatio ad perſeuerandũ in ea conductione pro ſequẽtibus annis, deſcendit à cõtractu celebrato, dũ ſocietas inter vtrumq; cõiugem cõſtabat, in eoq; negotiũ ſocietatis eſt actum: licèt aũt morte alterius coniugis ſocietas finiatur, neq; ſuperſtes ſocius, aut hæres defuncti, teneãtur inire de nouo negotia aliqua ad ſocietatẽ attinentia; continuare tñ tenentur, ac perficere, tam ipſi q̃ ipſorũ hæredes, negotia oĩa cępta, dum ſocietas perſeuerabat, vt diſp. 414. ex multis iuribus oſtẽſum eſt, conſentitque cõis doctorum ſnĩa. Quare in re propoſita vxor, aut hęredes illius, vel renunciare tenentur lucris, vel perſeuerare in cõductione. Neque repelli ab ea poſſunt, ſi commoda ipſis ſit, quouſque tempus contractus finiatur.

Quod attinet ad ſecundum eorum, quæ propo- Quæſt.
ſita ſunt, pars negans ſuaderi poteſt. Primò, quoniam debitum illud contractum fuit matrimonio conſtante: vxor autem, ſi medietatem velit in lucris, vna cum viro tenetur ęqualiter ad debita cõſtante matrimonio contracta: ergo vir non tenetur accipere id totum, quod ratione fideiuſſionis ſoluit, in ſuam medietatem lucrorum.

Secundò, qm̃, vt diſputatione ſequẽti dicetur, vir, matrimonio conſtante, legitimus eſt adminiſtrator lucrorũ omniũ, cũ plena facultate ea alienandi, mõ id in vxoris fraudẽ non efficiat: ſed ex eo ꝙ fideiuſſor ꝓ alio exiſtat, nihil efficit in fraudem vxoris; q̃n potius facit opus caritatis, & pietatis: immò verò id poſtulat recta rõ, ceditque in ſocietatis cõmodũ; q̃nquidẽ ſicut ipſe ſæpe indiget, vt alij fideiuſſores ipſius ſint in cõmodum ſocietatis, ita oportet, vt exiſtat ipſe aliorum fideiuſſor, alioquin nõ inueniet, q̃ pro ipſo fideiuſſor eſſe velit: ergo, qđ ea rõne ſoluerit, commune eſſe debet vtrique coniugum ex bonis ſuperlucratis.

2 Pars † tñ affirmans eſt amplectenda cum Gu- Deciſ.
tier. de pract. qq. lib. 2. q. 128. Montaluo, Matiẽco, Menchaca, & Aiora, quos citat, & cum quib. conſentit Gama, deciſ. 162. Potiſſima ratio eſt, quoniã ita ſancitum eſt l. 7. tit. 3. lib. 5. nouæ collect. quæ ſic habet. *Mandamos que por fiança, que el marido hiziere en qualquier manera, o por qualquier razon, no ſea obligada ſu muger, ni ſus bienes:* bona aũt vxoris, etiam lucrorũ medietatem comprehendunt: immò ratione bonorũ lucratorum videtur abſque dubio ea lex ſtatuta: de cæteris quippe illius bonis nullũ poterat eſſe dubium. Idem diſponit l. 5. tit. 18. lib. 3. fori. Quia enim ex fideiuſſione viri nullum cõmodum obuenire poterat vxori, legibus citatis ſtatutum fuit, vt neque damnum, ſi quod ex eadem fideiuſſione proueniret, in vxorem redundaret. Præſertim quia facilè, uiri fideiuſſionibus iacturam facere poterant lucrorum ad uxores ſpectantium. Meritò tamen cum Aiora excipit ibidem Gutier quando uir, & aliquis

aliquis alius, in ſolidum quippiam conducerent, eſſentq; mutuo fideiuſſores vnus pro alio, tempore quo ille alius idoneus eſſet ad ſoluendum poſteaque non ſoluerit: tunc enim, quoniam in vtilitatem ſocietatis fideiuſſor extitit, tenetur vxor æqualiter cum marito ſuſtinere damnum quo ad bona ſuperlucrata, argumento legis cum duobus §. Dama. ff. pro ſocio.

Ius Luſitanū. De iure autem Luſitano, quando vir ſine vxoris conſenſu fideiuſſor exiſtit, non ſolum non manet obligatum capitale vxoris, ſed neq; medietas lucrorum, quæ ad vxorem ſpectat, niſi exiſteret fideiuſſor pro reditibus Regis: tunc enim omnia lucra manerent obligata, ſi conſiſterent in bonis mobilibus, & dimidium immobilium. Quando autem ſolus maritus conducerent aliquid, ſiue Regis, ſiue cuiuſuis alterius, non ſe obligante ſimul vxore, nihil capitalis vxoris maneret obligatum, bene tamen lucra omnia. Ita habetur lib. 4. ordin. tit. 13. De viro fideiuſſore, quando matrimonium celebratum fuit contractu medietatis bonorum, diſp. 422. dictum eſt.

Ad primum argumentum in contrarium conceſſa maiori, ad minorē dicendum eſt. Illam eſſe veram de debitis titulo oneroſo, vel prouenientibus ex oneribus matrimonium, ac ſocietatem concernentibus: non verò prouenientibus ex mera liberalitate, quam circa alterum exercere voluit fideiubendo pro eo, cum nullo emolumēto, & commodo vxoris: præſertim legibus expreſſis, in priuilegium vxorum latis, id debitum, conſtante matrimonio contractum, excipientibus.

Ad ſecundum dicendū eſt, maiorem ſimiliter eſſe verā de adminiſtratione, & alienatione titulo oneroſo, aut iuxta onera matrimoniū, ac ſocietatē concernentia: ſecus autem exercendo liberalitatem fideiuſſionis cum quodam tertio, vt dictum eſt: præſertim exiſtentibus legibus expreſſis, quæ in vxorū fauorem, id debitum, vt damnū excipiunt, vt ēt dictum eſt. Atq; cum hac doctrina conſentiunt, quæ de exceſſiuis viri donationibus de bonis ſuperlucratis diſput. 275. dicta ſunt. Ad ea verò, quæ in minori ſubiunguntur, dicendum eſt. Quamuis id aliquando recta ratio efflagitet, cedatq; illo modo in cōmodum ſocietatis, quia tñ frequentius cedit in vxorum detrimentū, ſine vllo ſocietatis emolumento, à toto genere id damnum in virorum detrimentum legibus expreſſis merito reiectum eſt. Quando autem eſſet quaſi contractus oneroſus, & æqualis inter duos, attentis circumſtantijs concurrentibus, quo mutuo conuenirent, eſto tu mihi fideiuſſor in hac re, & ego fideiuſſor tibi ero in illa alia, credo, ſi quid dāni per accidens tunc eueniret viro ex ea fideiuſſione, cōmune eſſe debere vxori quo ad bona ſuperlucrata, nihil impedientibus legibus citatis, quę per epicheiam intelligendæ non ſunt in hoc euētu. Doctrina hęc tota, ꝙ ſi maritus aliquid ſoluat, quia fideiuſſor extitit, teneatur id accipere in medietatem lucrorum, quæ ipſum contingit, confirmat, teneri etiam ſumere in ſuam medietatem donationes exceſſiuas, ſi quas fecerit de bonis ſuperlucratis, vt diſp. 275. dictum eſt.

Adminiſtratio bonorum, præſertim lucratorum, quouſque conueniat viro, & quouſque vxori. Et num vir de bonis ſuperlucratis dotare poſſit filiam prioris matrimonij, aut ſine vxore inſtituere maioratum.

DISPVTATIO CCCCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio omnium bonorum de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ ad quem pertineat.*

2 *Vir de iure communi, & Caſtellæ, quæ bona poteſt alienare ſine conſenſu vxoris, & quæ de iure Luſitano.*

1 ADminiſtrationem omnium† bonorum de iure Caſtellæ, & conſuetudine, ac iure Luſitaniæ, pertinere ad ſolum virum, inualidaq. eſſe, ſi quæ vxor adminiſtrauerit, aut de eis diſpoſuerit ſine conſenſu, ſaltem tacito, viri, niſi ad congruam ſuam ſuſtentationem ea pertineant, quam iniuſtè vir illi prohibeat, & niſi aliquid ſibi vxor peculiariter reſeruauerit tempore, quo matrimonium contraxit, cuius adminiſtratio ad ipſam ſolam pertineret, id quòd raro euenire ſolet, dictum eſt diſputatione 274. iunctis ijs, quæ diſputatione 343. addita ſunt. Item diſput. 275. additum eſt, quouſque valida, aut inualida ſint, quæ maritus donauerit, aut malè inſumpſerit, de bonis ſuperlucratis, tam de iure Caſtellæ, quàm Luſitaniæ: quibus adde, quæ in calce diſput. 422. ſubiecimus quæ ſuo modo vim habent, quando aliquid malè (in Luſitania præſertim) donatum, aut inſumptum à marito eſt de bonis ſuperlucratis.

2 De iure † communi, & Caſtella, vir alienare poteſt bona omnia, etiam immobilia, ſine cōſenſu vxoris, niſi inæſtimata illi tradita ſint, dominiumque proinde ad ſolam vxorem pertineat, vt diſput. 426. & 428. dictum eſt. Atque diſp. 428. explanatum eſt, quando bona, quorum dominiū ad ſolam vxorem pertinet, neque de conſenſu vxoris validè alienari poſſint, & quando de conſenſu vxoris alienari poſſint, de iure verò Luſitano, nullum bonum immobile, etiam ſi proprium ſit viri, aut ſuperlucratum, alienare poteſt vir ſine conſenſu expreſſo vxoris: ea quippe omnia, quæ de alienatione in Luſitania boni immobilis ſine expreſſo cōſenſu vxoris diſp. 422. dicta ſunt, vim habent, non ſolum quando contractus matrimonij fuit medietatis bonorum, ſed etiā quando fuit arrharum, & dotis, vt ex iuribus ibidem citatis conſtat. Quando autem tale bonum immobile fundus eſſet dotalis, neque de conſenſu vxoris poſſet illud alienare vir, ſi contractus matrimonij fuit arrharum, & dotis, in quo ſolo matrimonio poteſt aliquod rationem habere fundi dotalis. Quæ enim diſputatione 428. de fundo dotali iuxta cōmune ius dicta ſunt, locum etiam habent in Luſitania: quandoquidē nihil in contra-

erarium eſt in eo Regno definitum.

In Caſtella lex 5. titu. 9. lib. 5. nouæ collect. ſequẽtem poteſtatem tribuit viro matrimonio cõſtante ad alienandũ bona ſuperlucrata. *Otro ſi, q̃ los bienes, que fueren ganados y meiorados y multiplicados durante el matrimonio entre el marido y la mugier, que los pueda enagenar el marido durãte el matrimonio, ſi quiſiere, y que el contrato de enagenacion vala; ſaluo ſi fuere probado que ſe hizo cauteloſamẽte per defraudar o damnificar a la muger.* Licèt aũt ea lex tam amplã poteſtatẽ viro conſtante matrimonio tradat, diſputatione tamẽ. 275. oſtenſum eſt, nõ ſe extendere ad donandum exceſſiuè de eis bonis. Qua eadem ratione, ſi vir dotare velit filiã, aut donare ad nuptias filio prioris matrimonij; cum id onus ipſius duntaxat ſit, non verò ſecundæ vxoris, quæ extranea comparatione talis filiæ aut filij, reputatur, licèt id efficere poſſit de bonis ſuperlucratis in poſteriori matrimonio, modo id neque cõtingat legitimas cæterorum filiorum, neque medietatem lucrorum ſecundæ vxoris; nihilominus tenetur id ſumere in ſuam medietatem lucrorum, aut, ſi illam excedat, reſarcire id vxori de ſuis proprijs alijs bonis, non ſolum in alijs Regnis, vt diſp. 424. vniuerſim eſt dictum, ſed etiam in Caſtellæ Regno. Ita cum Pala. Rub. Quemad. Burgos, de Paz, Aiora, & alijs, Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 128. nu. 5.

Propter eandẽ rationem, & qm̃ ea lege non eſt cenſenda facta poteſtas marito præueniendi liberam diſpoſitionem vxoris de medietate lucrorũ, quæ ipſam contingit, illam loco vxoris, & contra voluntatẽ illius, tribuendo præcipuam alicui, aut aliquibus filiorum vtrique communium, ſanè quamuis fas marito ſit conſtante matrimonio de medietate lucrorum, quæ ipſum contingit, inſtituere maioratum, quem præcipuum vni filiorum relinquat, aut meliorare ex ea medietate, quẽ filio ſuum voluerit, dummodo præiudicium legitimis aliorum filiorum ea ratione non inferat; nefas tamen illi eſt, ſine conſenſu, & facultate vxoris, idẽ efficere matrimonio conſtãte de medietate eorũdem lucrorũ, quæ vxorẽ contingit: ſed diſpoſitionem de illa liberã relinquere tenetur vxori, idque vſu in Caſtella, & Luſitania eſt receptũ. Ita Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 67. Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 121. nu. 6. & alij, quos citant.

Matrimonio diſſoluto vxor, aut hæredes illius, extrahunt dotem quam priuilegiata actione, & qualis hypotheca in bonis viri illis pro dote competat.

DISPVTATIO CCCCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro dote recuperanda quam actionem habeat, & quibus præferatur.*
Et an idem ſit in quaſi dote. nu. 2.
3 *Priuilegium, quòd mulier in dote exigenda, omnibus anterioribus creditoribus præferatur, ad eius hæredes non tranſit.*
Fallit in filijs, aut alijs eius deſcendentibus.
4 *Vxor pro dote recuperãda habet tacitã hypothecã in bonis omnibus uiri, etiã ſi maritus ſit minor.*
Idem in dote putatiua dicendum. nu. 5.
Ampliatur etiam, vt eam habeat aduerſus fideiuſſorem. nu. 6.
Limitatur in ſponſa per uerba de futuro nu. 7.
8 *Vxor in tacita hypotheca pro eius dote recuperanda, præfertur cæteris creditoribus anterioribus ſimiliter tacitas hypothecas habentibus, ex cõi.*
Declara tamen, & intellige, vt nu. ſeq.
10 *Hypotheca tacita vxoris pro eius dote recuperanda, an præferatur etiam expreſsè habenti.*
11 *Prælationis priuilegium cui magis competat in eadem re, ex pluribus illud habentibus.*
12 *Prælationis priuilegium an ſit perſonale tantum, an verò tacitam in ſe habeat hypothecam.*
13 *Vxores habentes ex pacto expreſſas hypothecas, an præferantur anterioribus ſimiliter expreſſas habentibus hypothecas.*
14 *Hipotheca tacita vxoris à quo tempore incipiat.*
15 *Vxor renunciare poteſt tacitæ hypothecæ, quam habebat in bonis mariti, p̃ ſolutione ſuæ dotis.*
Et quid in expreſſa?

EXplanata hucuſq; ſocietate inter cõiuges de partitione bonorũ inter illos finita ſocietate, eſt dicendũ. Atq; vxor hæredeſve illius, ante oĩa
1 extrahunt dotẽ, quã vxor attulit. Cõpetit† verò illis pro dote recuperanda à viro, aut ab hæredibus viri, in primis actio priuilegiata ex ſtipulatu, quaſi inter vxorẽ, & virũ, tpe traditionis dotis, cõtractus ſtipulationis interueneri de illa reddẽda finita ſocietate: eo mõ quo diſp. 423. dictũ eſt ſimilẽ actionẽ viro competere pro exigenda dote ſibi cũ vxore promiſſa, & nondũ ſoluta. Ita habetur l. vnica. §. 1. §. maneat, & §. illo, iũcto §. ſed & ſi C. de rei vxor. §. fuerat, inſti. de action ib. & affirmat Bart. & cõmunis doctorũ ſnĩa, quã Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 37. & 445. refert ac ſequitur. Præterea vxor, in exigẽda dote, præfertur cæteris creditoribus anterioribus habentibus ſolũ actionẽ perſonalẽ, ita ꝙ primo loco de bonis viri ſoluenda eſt dos vxori, eſt nõ maneant bona, vnde anterioribus creditoribus ſoluatur: id quippe in priuilegiũ mulierũ, atq; in bonũ publicum, ſancitũ eſt, eaq; lege cẽſendi ſunt hoĩes ſuos celebrare contractus, vt ſi quid in dotẽ mulieribus debeatur, ſatisfaciẽdum id prius illis ſit, eſto tpe poſteriores ſint in
2 iure. Extẽditur† verò hoc priuilegiũ ad quaſi dotẽ, hoc eſt, ad id qđ in dotẽ eſt datũ cum ſponſa de futuro, eſto matrimoniũ non ſit ſequutũ. Hęc oĩa habentur l. 2. §. vlt. & duabus legib. ſequen. ff. de priuileg. creditorum. Longeq; maiori cũ ratione vim habent, qñ matrimoniũ fuit ex parte vxoris bona fide contractum, poſteaq; eſt repertũ fuiſſe
3 nullũ. Priuilegium † tñ hoc, quòd mulier in dote exigẽda anterioribus creditoribus præfertur, nõ tranſit ad ipſius hæredes: quoniam eſt priuilegiũ perſonale. Ita habetur l. vnic. C. de priuileg. dotis cuius verba ſunt. *Scire debes, priuilegium dotis,*

tis,quo mulieres vtuntur in actione de dote,ad hæredem non tranſire. Excipitur,niſi hęredes ſint filij,aut alij deſcendentes vxoris:nam tunc priuilegio gaudent matris l.aſſiduis §.in præſenti. C.qui potiores in pignor. & gloſ.2.l.vnic.C.de priuile. dotis. Conſentit quo ad hæc communis opinio, quam Ant.Gom.vbi ſupra refert ac ſequitur.

4 Pro † dote etiã recuperanda habet vxor tacitam hypothecam in bonis omnibus viri. Ita habetur l.vnica §.& vt plenius.C.de rei vxo.act.§.fuerat. Inſtit.de actioni.c.ex litteris. de pignori.l.17.tit. 11.par.4.& l.23.tit.13.par.5. & affirmat cõmunis ſententia,quam referunt, ac ſequuntur Coua. 1.var.reſol.cap.7.num.1. Ant.Gomeſ.vbi ſupra, Greg Lopez legibus citatis, & Gutier. de iuram. 5 conſ.par.1.ca.46.nu.1.Habet † autem id verum, etiam ſi maritus ſit minor viginti quinque annis, iuxta doctores, quos Anton. Gomeſ. vbi ſupra nume.37. refert, ac ſequitur: quoniam,cum habilis ſit in ea ætate ad contrahendum, etiam cenſetur habilis ad acceſſoria cõtractus matrimonij. Item locum habet,quando dos eſt putatiua, quia mulier bona fide celebrauit matrimonium nullũ. Ita glo.l.aſſiduis verb licet anterioris q.vlt.vbi id egregiè probat.C.qui potior in pign. & cõis ſententia, quam Ant. Gom.numero citato refert ſe-6 quitur.Cõpetit†etiã vxori ea tacita hypotheca, ẽt aduerſus fideiuſſorem,in euentibus,in quib.diſp. 425.explanatum eſt dari poſſe: quoniam obligatio fideiuſſoria eſt acceſſoria,& ſequitur principalẽ mariti.Ita Ant.Gom.cũ alijs ibidem.Cũ Bart. & alijs affirmant Greg. Lopez. l.23 titu.13.par. 5.& Guti.vbi ſupra nu.3.& 4.patrem mariti cõpelli poſſe, vt ſe obliget, quod maritus reſtituet dotem,& tunc eo ipſo,quod in matrimonio conſentiat,& in dotis receptione, bona illius manere ẽt hypothecata vxori pro dotis ſolutione. Addũt verò,hoc ſolum habere locũ in filio,qui eſt in poteſtate patris: quare,cum per matrimoniũ filius patriam egrediatur poteſtatem in Luſitania,atq; etiam in Caſtella, ſi ſit velatus,doctrina hæc locũ habebit in his Regnis, niſi fortè in Caſtella dos tradatur poſt matrimonium celebratum, & ante quam filius veletur,conſentiente parte.

7 Priuilegium † hoc tacitæ hypothecę,non conuenit ſponſæ per verba de futuro, vt affirmant. glo.2.l.eos. C.qui potior in pignor. & communis doctorum ſententia. Neque item competit ei,qui vxorem dotauit,cum pacto, vt ad ſe reuerteretur dos in euentu, verbi gratia, quod matrimoniũ ſine liberis diſſolueretur. Ratio eſt, quoniam priuilegium hoc ſoli vxori inuenitur conceſſum. Ita doctores cõmuniter,quos Ant.Gom. nu.37.citato refert,ac ſequitur.

Vxori non ſolum competit tacita hypotheca 8 pro dote modo explicato,ſed † etiã habet priuilegium in ea,vt præferatur cæteris creditoribus anterioribus habentibus etiam tacitas hypothecas non ſimiliter priuilegiatas. Ita habetur expreſsè. l.aſſiduis.C.qui potior.in pignor. §.fuerat.Inſti. de actionibus,& l.33.titu.13.par.5. & affirmant Ant.Gom.nu.37.citato,Coua.1.var.reſolut.cap. 7.num.1,concl.2.& doctores communiter. Obſerua tamen,priuilegium tacitę hypothecę conceſſum vxori,tranſire ad omnes illius hæredes, etiã extraneos: quoniam traditur, & cõceditur doti, & actioni,non verò perſonæ vxoris, vt colligitur ex l.vnica.§.& vt plenius.C.de rei vxor. act. iuncta l.aſſiduis.§.& ideo,& glo.ibidem verb. dedimus hypothecam, C. qui pot.in pign. Colligitur præterea apertè, argumento à contrario ſenſu ex §.fuerat Inſt. de action. affirmantque ibi additio gloſſæ verb.ei,& gloſſ.in verb. cum ipſa; Bart.& communis doctorum ſententia,quam Ant. Gomeſ.l.50.Taur.nu.45.refert ac ſequitur. Priuilegium verò prælationis habentibus priores tacitas hypothecas non priuilegiatas, quia conceſſum eſt,non doti,& actioni,ſed vxori, non tranſit ad hæredes,ſed eſt proprium vxoris. Ita habetur l.aſſiduis. C. qui potior in pign. §. fuerat. Inſtit. de actionib.illis verbis:*Ei dedimus hypothecam,præferri autẽ alijs creditoribus in hypothecis,tunc cẽſuimus,cum ipſa mulier de dote ſua experiatur,cuius ſolius prouidentia hæc induximus.* Idem colligitur,ex l.vnica.C.de priui.dot.& affirmant Bar. & communis doctorum ſentẽtia,quam Ant.Gomeſ nu.45.citato refert, ac ſequitur. Quando autem audis,priuilegium hoc prælationis non tranſire ad hęredes vxoris,excipe,niſi ſint filij,aut alij deſcendentes illius,vt habetur l.aſſiduis.§.in pręſenti C. qui pot. in pign. & apertius in authentico, vt ex actione inſtante dotis, in princ. & affirmant gl.citata.§.fuerat.Inſtit.de actionib. & doctores communiter,quos Ant.Gom.nu.45.citato refert,ac ſequitur. Immò verò quando remanſerunt liberi prioris matrimonij illi præferuntur ſecundæ vxori, & liberis illius, quo ad tacitam hypothecam in ſolutione dotis prioris vxoris, vt habetur expreſsè l.aſſiduis. §. in præſenti. C.qui pot. in pig. in authentico vt exact. dotis in princ. in authentica ſi quid ex rebus. C. qui potior. in pig.& l.33.tit.13.part. 5. Ratio autem eſt, quoniam,vt in authentico citato habetur, hypotheca illa tempore prior,præfertur hypothecæ à tempore poſteriori,habetque tunc locum regula illa,qui prior eſt tẽpore,potior eſt in iure. In bonis tamẽ, quæ reperirentur fuiſſe ſecundæ vxoris, ſecunda vxor, hæredeſque illius præferentur liberis prioris matrimonij,vt habetur authenticis citatis,& l.33.citata, & conſentiunt, quæ ex l.in rebus. C. de iure dot.diſp.426. circa 4. quod eo loco obſeruauimus,dicta ſunt.

Dixi ſupra,vxorem habere priuilegium in hypotheca, vt præferatur cæteris creditoribus anterioribus habentibus etiam tacitas hypothecas, nõ ſimiliter priuilegiatas:quoniam,ſi aliquis eorum hypothecam habeat tacitam ſimiliter priuilegiatam vt præferatur cæteris, quemadmodum 9 eam habet fiſcus,camerave Regia,tunc,qui prior fuerit in iure hypothecæ, præfertur alteri: vt, ſi antequàm maritus contraheret cum vxore, contraxit cum fiſco, hypotheca tacita fiſci, præfertur hypothecæ vxoris;ſi verò prius contraxit cũ vxore, hypotheca vxoris præfertur fiſci hypothecæ. Ita habetur l.2. C.de priuil.fiſci.l.dotis tuæ.C.de iure dot.& notat Greg. Lopez.l.33.citata gloſ.3, iuxta

iuxta tex.ibi, & l.22. præcedente. Circa hypothecam autem tacitam fiſci, vide l.23.25. Si autẽ fuerit dubiũ, quę harum hypothecarum fuerit prior, hypotheca dotis præfertur hypothecæ fiſci, vt Greg. Lopez gl.citat.cum Baldo affirmat, iuxta l. in ambiguis pro dotibus. ff. de reg. iur. idemque affirmat, citans Bart. & complures alios pro eadem ſententia, Ant. Gom. l.50. Tauri, nu.40.

10 Dubitant Doctores, num † hypotheca tacita, quam legis beneficio vxor habet in bonis mariti, præferatur expreſsè anteriori aliorum creditorũ, qualis eſſet, quæ per pactum expreſſum à marito antea fuiſſet conceſſa, vt ſi antea hypothecę alicui alteri ſubieciſſet poſſeſſionem aliquã, aut omnia bona ſua. Quamuis aũt quidam, quos Ant. Gom. l.50. Taur. nu.39. refert, præferri tacitam vxoris affirment; contrarium tamen eſt aſſerẽdum cum gl.§.fuerat. Inſti.de actionib. gl.l.aſſiduis. C. qui potior.in pig.& gl.c.ex literis, de pig. Bar. & communi doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. nu.39. citato, & Coua.1.var. reſol.c.7.nu.1 concl.3. eſtque id hodie definitum l.33.tit.13.par.5. Poteſt etiam probari quoniam vxor, & fiſcus æquè gaudent, priuilegio prælationis tacitæ hypothecæ, vt ex paulò antea dictis conſtat: ſed fiſcus non præfertur anterioribus creditoribus habentibus expreſſam hypothecam, vt patet l.ſi pignus ff.qui potior.in pign.& l. ſi fundum. C.eod.tit. ergo neque vxor. Item quoniam, qui prior eſt in iure reali, præfertur cæteris, niſi contrarium lege ſit expreſſum: ſed nullibi expreſſum reperitur, vt tacita hypotheca vxoris præferatur anteriori expreſſæ: ergo illi non præfertur. Quo loco illud eſt obſeruandum, tacitam hypothecam vxoris præferri poſteriori expreſſæ aliorum. Ita Couar. vbi ſupra concl.4. cum alijs, quos citat. Quod idem dicendum cenſent de priuatis habentibus tacitam anteriorem hypothecam ſine priuilegio prælationis. Ratio autem eſt, quoniam ſemper prius ius in re, prętertur poſteriori, niſi expreſsè, habenti poſterius, conceſſum à lege ſit priuilegium prælationis anterioris.

Occaſione huius, quod proximè dixi, obſerua. Quando aliquis prius omnia bona ſua alicui hypothecæ ſubiecit, & poſteà mutuam ab alio accepit pecuniam, ex qua prędium emeret, quod, dum
11 † eam pecuniam mutuo accipiebat, eidem hypothecæ ſubiecit, poſteriorem hunc creditorem in prædio ex ipſius pecunia empto, ſibique poſterius hypothecę, ſubiecto præferri priori habenti etiam ius hypothecæ, ſicut in cætera bona illius debitoris, ita ẽt in illo prędio. Ita hr̃ l.licèt C. qui potior, in pig. hab. Item lege, ſi ventri.§.1.ff.de priu.hær. conceditur priuilegium prælationis ei, qui ad ędificium reficiendum, ſeu reſtituendum, pecuniam mutuo dedit, eſto de mandato domini ædificij illam dederit opifici, qui operam, & materiam ad id apponebat. Idem habetur l.creditor.ff.ſi certũ petatur. Quid autem ſit reficere l.3.§.penul.ff.de itin.actuque pri. explicatur. Quamuis autem ex his iuribus ſolum priuilegium prælationis colligatur, ex l.tamen.1.ff. quibus cauſis pig. vel hypoth.tacitę contrab. apertè conſtat, ſimul l. ſi ventri, citata, conceſſum fuiſſe ab eodem Marco Imperatore tacitam hypothecam in eo ędificio ad pecuniam illam accipiendam. Præterea l.qui in nauim.ff. de priu. hær. habetur, eum, qui in nauim extruendam, cibarijs videlicet, & alijs ad nauigandum neceſſarijs, aut in eam armandam, aut etiam emendam, pecuniam tradiderit, habere priuilegium prælationis. Et quamuis ſimiliter ſolũ priuilegium prælationis inde colligatur, attamen ex l.interdum, & l.huius ff.qui potior in pig.tacita etiam hypotheca colligitur cum priuilegio prę lationis: quandoquidem de priuilegio in pignore, ſeu hypotheca, eſt in eis ſermo vt ex titulo, ſub quo collocantur, conſtat: & quoniam l.huius, ſic habetur; *huius enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam,* vbi de prælatione in pignore eſt ſermo. Statuitur verò his duabus legibus, ſi poſterior creditor aliquid in conſeruationem rei prius obligatæ dedit, præferendum eſſe priori creditori in receptione eius, quod ita impendit, vt ſi ad armandam, aut reficiendam nauim prius alteri obligatam aliquid dedit, vel ad cibaria nautarum, ſine quibus nauis ſalua peruenire non poterat, aut dedit, vt ſaluæ fierent merces alteri prius obligatæ, vel nauium pro illis aſportandis, aut aſportatis, ſoluit, aut ſi pretium ſoluit horreorum, aut alterius rei, in quibus merces illæ aſſeruatę ſunt, vel pretium vecturæ iumentorum, quibus ſunt allatæ. Admonet verò Molina lib.1.de primog.c.10. num.23. cum Neguſanio, & Ripa, quibus Greg. Lopez l.26.titu.13.par.5.gl.vlt.conſentit, vt hypotheca, & ius prælationis, in his euentibus competat, neceſſe eſſe, pecuniã ad id neceſſariam fuiſſe, neq; plus fuiſſe expenſum, quàm fuerit neceſſarium, atque rem ipſam exiſtere; alioquin non erit hypotheca, vnde iure reali ſit ea pecunia ſoluenda. Eſt verò non parua controuerſia inter doctores, num ſtando in iure communi, præſertim Quęſt.
12 in euentibus l.interdum, & l.huius, ſit ſolum † cõceſſum poſteriori creditori priuilegium perſonale prælationis prioribus creditoribus, etiam ſi illi habeant hypothecam, an verò ſit conceſſa tacita hypotheca cùm priuilegio prælationis. Non eſſe conceſſam tacitam hypothecam, affirmant glo. l. interdum, citata, & cum ea Bart. & communiter ſententia, quam referunt Couar. 1.var.reſol.c.7. nu.2. Molina vbi ſupra nu.19. & Greg. Lopez l. Deciſ.
26.ti.13.par.5.gl.penul. Contrarium verò, nempe, etiam hypothecam eſſe conceſſam, cenſent alij, idque eſt hodie ſancitum in hoc Caſtellę Regno l.26. citata, & colligitur apertè ex authentico de æqualitate dotis.§.his conſequens, cuius verba ſunt. *His conſequens eſt, & illud decernere quidem, quod in caſibus huiuſmodi dubitatum eſſe nouimus, &* (intellige, nouimus) *antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas præponere iuniores exiſtentes ex priuilegijs à legibus datis. Quale eſt, quando aliquis proprijs pecunijs procurauerit nauem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forſan ædificare, aut etiam emi agrum, aut aliquid horum. In his enim omnibus priores exiſtunt poſteriores creditores, quorum pecunijs empta, aut renouata res eſt, ijs, qui multum etiam an-*

tiquiores

tiquiores ſunt. Hæc ibi. Vbi vides apertè, conditorem illius authentici aſſeruiſſe, hos omnes creditores potiores habere hypothecas poſteriores: & ſermo eſt in euentibus à nobis ex varijs iuribus relatis, quarum multæ tacitæ ſunt, aliæ verò expreſſæ. Quare cum & lex Caſtellæ conſentiat, & iura, quæ retulimus, & expendimus, id ſatis apertè innuant, recedendum proculdubio non eſt ab hac poſteriori opinione.

Illud addendum eſt, cuius occaſione hæc omnia dicta ſunt. In authentico citato addi quamuis creditoribus poſterioribus hactenus relatis conceſſum ſit priuilegium illud prælationis aduerſus anteriores creditores habentes priores hypothecas, interdum tacitas, & interdum expreſſas; nihilominus, in peculiare priuilegium vxorem, vt ad matrimonium contrahendum alliciantur, neque inhoneſtè extra matrimonium viuant, eis concedi, vt in cauſa dotis poſteriores creditores commemorati, & quicunque alij illis non præponantur. Excipitur, niſi quis pecuniam ad militiam emendam dederit marito cum hypotheca eiuſdē militiæ: nam tunc poſterior hic creditor præponitur vxori in hypotheca eius militiæ. Dixi, poſteriores creditores commemorati: quoniam, vt perſpicuè habetur l. 29. titu. 13. par. 3. & notat ibi Greg. Lopez, gl. vlt. ſecus erit, ſi huiuſmodi creditores eſſent anteriores: tametſi, ſtando in ſolo iure communi, ea de re eſſent opiniones contrariæ, vt loco citato Greg. Lopez refert. Ex priuilegio hoc peculiari vxoribus in eo authentico conceſſo facilè liquet axioma illud; ſi vinco vincentem te, à fortiori vincam te, non ſemper habere verum in his, quæ à diſpoſitione iuris humani pendent, vt notant gloſ. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. & alij Etenim, qui habent anteriores hypothecas expreſſas, præferuntur vxoribus habentibus poſteriores tacitas, vt dictum eſt; & tamen, cum poſteriores creditores, de quibus hactenus ſumus loquuti, vincant anteriores creditores habentes priores hypothecas expreſſas, non vincunt vxores in cauſa dotis, quin potius ab eis vincūtur. Hoc ipſum, quòd ſcilicet vxor præferatur eiuſmodi poſterioribus creditoribus eo modo priuilegiatis, extendit etiam l. 29. citata ad fiſcum: quòd, vt notat ibidem Greg. Lopez gl. pen. non erat ita expreſſum de iure communi; tametſi pro ea ſententia ſolum faceret, quòd priuilegia vxoris, & fiſci ęqualia inter ſe ſint, vt ſupra dictum eſt.

Dubiū Dubium deinde eſt, vtrum quemadmodū vxo-
res habentes poſteriores hypothecas tacitas ad re-
cuperandam dotem, præferuntur prioribus credi-
toribus habentibus anteriores hypothecas etiam
13 tacitas, minimeq; priuilegiatas: ita † eædem vxo-
res, ſi ex peculiari pacto habeant expreſſas hypo-
Decis. thecas in bonis mariti ad recuperandam dotem,
pręferantur anterioribus creditoribus habentibus
in eiſdem bonis anteriores hypothecas etiam ex-
preſſas. Communiorque ſententia, atque amplectenda, negat, quam cum Bar. ſequuntur Anton. Gom. l. 50. Taur. num. 40. & Couar. 1. var. reſol. c. 7. num. 1. concl. 5. Quoniam prius illud priuilegium inuenitur conceſſum vxoribus in iure;

poſterius verò non item.

14 Tacita hypotheca † vxoris pro dote, incipit à tempore dotis marito traditæ non verò à tempore contracti matrimonij. Ita cum gloſ. l. aſſiduis. verb. hypothecam C. qui pot. in pig. conſonè ad varia iura affirmant Ant. Gom. l. 50. cita. n. 38. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 46. nu. 8. conſentit. l. 17. tit. 11. p. 4. illis verbis. *Ca luego que el marido recibe la dote, ſon obligados a la muger todos ſus bienes, tambien los que a entonces como los que aura deſpues*. Bart. tamen & alij, quos Ant. Gom. & Gutier. referunt, arbitrati ſunt, hypothecam incipere à die contracti matrimonij. Ex noſtra ſententia colligo, ſi, antequàm hypotheca vxoris incipiat, alienentur à marito bona aliqua, quæ obligata erant alijs creditoribus, aut quæ libera omnino erant, in his nullum ius habere vxorem, vt dos ex illis ei ſoluatur, ſed ſolùm priores creditores in bonis ipſis antea obligatis. Quando autem hypotheca pro dote eſt expreſſa, quia maritus peculiari pacto obligauit bona ſua pro ſolutione dotis, tunc ea hypotheca ex omnium ſententia incipit à puncto celebrati cōtractus matrimonij, eſto poſtea dos tradatur marito. Ita colligitur ex l. 1. ff. qui pot. in pig. & habetur l. 33. tit. 13. par. 5. atque affirmant gl. citata, & doctores communiter, quos referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. nu. 38. citato & Gutier. de iur. conf. par. 1. c. 46. nu. 10.

15 Vxor † renunciare poteſt tacitæ hypothecæ, quam in bonis mariti habet pro ſolutione ſuæ dotis, vt habetur l. etiam, & l. iubemus. C. ad Velleian. Non tamen ſatis eſt ſi verbis generalibus renunciet comparatione vnius contrahentis cum marito, aut in vno contractu, qui cum marito celebratur, vt renunciatio valeat in ordine ad omnes, qui cum marito celebrauerint, aut in ordine ad alios contractus, quos idem contrahens cum eodem marito celebrauerit, vt expreſsè habetur l. iubemus citata. Bartol. l. iubemus, & cum eo additio gloſſæ l. etiam, atque alij, hæc intelligunt, quando maritus tempore, quo mulier renunciauit, habebat competentia bona ad dotem ſoluendam, aliterque inualidam eſſe cenſent renunciationem. Quidam etiam, vt ait additio gloſſæ citata, affirmant, quamuis mulier renunciare poſſit tacitæ hypothecæ; non tamen expreſſæ. Atque vtrumque ſequitur Anton. Gom. l. 50. Taur. numero 10. Non tamen video, vnde hæc ſufficienter probentur. Gutier. vbi ſupra à numero 11. cum alijs, quos refert, cenſet, vxorem renunciare non poſſe tacitæ hypothecæ: & videntur intelligere, in fauorem ipſius mariti. Validam verò eſſe affirmant renunciationem, ſi iuramento confirmetur. In hoc ſecundo illis aſſentior. Primum verò non video, vnde ſufficienter probent, aut quomodò ſatisfaciant legi, iubemus, & potiſſimum legi, etiam, quæ contrarium videtur affirmare: friuolaque eſt expoſito Gutieri ad l. etiam.

Exco-

Exceptio nõ numeratę dotis quouſq; marito, eiuſq; hæredibus, aduerſus vxorem, hæredeſq; vxoris cõpetat.

DISPVTATIO CCCCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ dotis intra quantum tempus conceditur marito, vel eius hæredibus poſt diſſolutum matrimonium.*
Imo etiam per modum querelæ, ſeu proteſtationis intentari poteſt.nu.2.
Limita, vt non admittatur talis exceptio, in aliquibus caſibus.nu.3.4.5.6.
7 *Exceptio non numeratæ dotis an detur, quando confeſſio dotis receptæ fuit iuramento confirmata.*
8 *Maritus quando confeſſus eſt recipiſſe dotem, neq; conſtat de ipſa illã recepiſſe, an cenſendus ſit ſpe numerationis, ſeu traditionis dotis, eã confeſſionẽ feciſſe, an vero potius animo donãdi id vxori.*
10 *Donatio præſumpta inter virum, & vxorẽ ex conceſſione dotis à marito facta, quam vere non habuit, an iuramento confirmetur.*
Et quid ſi maritus dicat, iuro me tantum dotis recepiſſe, an eo ipſo, vi donationis, cenſeatur iuramento confirmata, & irreuocabilis.nu.11.
12 *Confeſſio dotis receptæ quando poſt matrimonium contractum habet vim donationis; nihil refert an ſint elapſa tempora exceptionis dotis non numeratæ, an non.*
13 *Vxor in dote confeſſata à marito non habet hypothecam, ſeu prælationem in bonis mariti in concurſu aliorum creditorum.*

QVemadmodum in mutuo (vt diſpu.302.dictum eſt) iure eſt ſancitum, ſi quis chirographo, aut inſtrumẽto publico, vel corã teſtibus, confeſſus ſit, ſe tantam pecuniam mutuo ſibi datã debere, poſſe intra biennium à tali confeſſione facta, excipere, ſeu opponere, pecuniam nõ fuiſſe numeratam; ac tunc creditori incumbere probare numeratam fuiſſe; quod ſi nõ probet, abſoluitur, qui inſtrumento, aut corã teſtibus, id fuerat confeſſus, ab eo debito ſoluendo, quia præſumitur eam confeſſionem ſpe numerationis futuræ fuiſſe factam: ita, eſto maritus priuato, aut publico inſtrumẽto, vel coram teſtib. confiteatur, ſe recepiſſe dotem, aut tantum dotis, conceſſum illi, hæredibuſq; illius, eodem iure ciuili eſt diſſoluto matrimonio, excipere, ſeu opponere, dotem nõ fuiſſe numeratã, ſeu traditã; & tunc vxori, hæredibuſve illius, probare incumbit, numeratam, traditamve, illi fuiſſe: quod ſi id non probent, abſoluuntur maritus, aut hæredes illius, ab obligatione dotẽ reſtituẽdi; quia præſumitur, cõfeſſionem illam ſpe numerationis, aut traditionis futuræ, fuiſſe factam. Ita hr l. vlt. C. de dote cauta non numerata, & affirmat Ant. Gomeſ.l.50.Taur.num.52. & communis doctorum ſententia, quam ſequuntur doctores, quos in progreſſu referemus.

1 Olim † autem maritus, & hæredes illius, vel quicumq; alius confeſſus fuiſſet, ſe recepiſſe dotẽ, itemq; hæredes id ita cõfitẽtis, excipere poterãt, dotem numeratã, traditam ve nõ fuiſſe, non ſolũ tẽpore toto, quo matrimoniũ perſeuerabat ſed ẽt intrà annum poſt matrimonium diſſolutum morte alterius cõiugis, aut intra annum poſt diuortium matrimonij inter vtrumq; coniugem factam. Ita diſpoſitum fuerat l. vlt. C. de dote cauta nõ numerata. Hodie verò ſi matrimonium diſſoluatur, aut ſeparetur per diuortium, intra biennium à confeſſione dotis receptę facta, cõceditur etiã annus à tẽpore diſſoluti, aut ſeparati matrimonij, vt exceptio proponatur. Si autem vltra biennium à tali confeſſione facta, ſed infra decennium, matrimonium diſſoluatur, aut ſeparetur, tunc vltra tẽpus, quo matrimonium ſine diſſolutione perſeuerauit, ſolum conceduntur tres menſes ad exceptionem opponẽdam. Quod ſi matrimonium perſeuerauit indiſſolutum, minimeq; ſeparatũ, decennio integro à puncto confeſſionis dotis receptæ connumerato tunc, eo decennio elapſo, nulla exceptio non numeratę, aut traditæ dotis, admittitur, ſiue matrimonium adhuc conſtet, ſiue diſſolutum ſit; ſed ad maritum, hæredeſve ipſius, ſpectat probare dotẽ non fuiſſe traditam, alioquin cogentur illam ſoluere. Excipitur, niſi maritus, aut ſimul etiã hæredes illius, minores vigintiquinque annis eſſent toto eo tẽpore, nam tunc reſtitutio in integrum illis conceditur. Hæc omnia habentur expreſsè in authẽtica, quod locum. C. de dote cauta non numer. & fuſius in authentico de temp. non ſolutæ pecuniæ ſuper dote, eaq; affirmat cõis doctorũ ſententia quã referunt, & ſequuntur Ant. Gome. nu.52. citato, & Alua. Valaſ. conſult.5. nu.7. Quo † loco

2 obſerua. intra totũ tempus ad excipiendum datũ, non ſolum poſſe excipi, & opponi, ſi dos repetatur, numeratam non fuiſſe, ſed ẽt ſi non repetatur, poſſe toto eo tempore intẽtari querelam, aut proteſtari, dotem non fuiſſe numeratam, ſeu traditã, ita tñ, vt id deueniat ad notitiam vxoris, aut hæredum illius, vt poſſint tunc contrarium probare: debet tñ querela illa in ſcriptis redigi, ac proponi, vt habetur auth. citato §. ſi autem neque Lege quę diſp.302. citata, quo ad hæc dicta ſunt.

3 Quando † tamen in inſtrumento confeſſionis dotis acceptæ, tabellio fidem facit in ſua præſentia, dotem fuiſſe traditam, tunc non admittitur exceptio non traditæ, aut non numeratæ dotis, ad effectum, vt vxor, aut hæredes illius, probare teneantur dotem fuiſſe traditam, ſed ex ſola tabellionis fide coguntur maritus, aut hæredes illius, eam reddere, argumento iurium quæ in ſimili euentu circa exceptionem non numeratæ pecuniæ ex mutuò diſp.302. citauimus, atq; in dote cum Bart. & communi ſententia, affirmant Anto. Gom. num.52. citato, & Aluar. Valaſ. conſul.4. citata. nu.12.

4 Quando item † quis renunciauit exceptioni non numeratæ, aut non traditæ dotis, tunc neque ipſe, neque hæredes ipſius, opponere poſſunt eam exceptionem, ad effectum, vt reijciant onus probandi fuiſſe numeratam in vxorem, aut in hæredes vxoris. Atque de iure Caſtellæ, ſatis eſt ſi renunciatio fiat tempore contractus in eodem inſtrumento, in quo facta fuit confeſſio dotis receptæ. De iure verò cõi receptior opinio cum Barto. eſt, debere

debere fieri ex interuallo in alio inſtrumento, vt ſit valida. Atq; hoc cum nimiũ eſt neceſſariũ, vt ſit valida in Luſitania. Ita cum glo. l. vlt. C. de dote cauta non nume. Bar. & alijs affirmant Anto. Gom. nu. 51. citato, & Aluar. Valaſ. conſ. 5. citata nu. 12. & 13. Quoniam eadem eſt ratio de renunciatione exceptions non numeratæ dotis, atque de renunciatione non numeratæ pecuniæ, de qua d. 302. dictũ copioſius eſt Lege quę ibi dicta ſunt.

Iaſo. & quidam alij, quos referunt Anto. Gom. num. 52 citata, Aluar. Valaſ. conſult. 5. citata. nume. 14. & copioſius Couar. 1. var. reſolut. capit. 7. num. 6. ver. eſt & alia, affirmant, ſi maritus confeſſus quidem ſit recepiſſe dotem, cæterum non ab vxore, neque à ſocero patre vxoris, ſed à quodam extraneo, non competere illi exceptionem non numeratæ dotis. Meritò tamen tres doctores citati, etiam in eo euentu, aſſeuerant, competere marito hæredibuſque illius, exceptionem non numeratæ dotis: quoniam iura, quæ eã exceptionem conceduntur eum euentum non excipiunt, neque eſt ratio, cur ſit excipiendus. Imò verò authenticum de temp. non ſolu. pecu. ſuper dot. §. ſi autem neque manifeſtè docet, æque competere exceptionem ſiue vxor, ſiue pater vxoris, ſiue quicunque extraneus, dotem promiſerit. Couar. ibidem cum Bartol. & alijs, cenſet, ſi poſt confeſſionem mariti dotis receptæ extraneus aliquis dotem promittat, & acceptet maritus, non competere deinceps illi, hæredibuſque illius, exceptionem non numeratæ dotis: quoniam acceptatio talis promiſſionis habetur pro ſolutione. Id tamen non credo verum, niſi maritus contentus tunc ſit ea promiſſione loco ſolutionis dotis, quæ ab vxore, aut ſocero, fieri debebat.

5 Item quando † præceſſit promiſſio certæ dotis in dotali inſtrumento, & poſtea ex interuallo maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe præfatam promiſſam dotem, ex eiuſmodi actibus, nempe præuię in inſtrumento promiſſionis dotis, & ſubſequutæ ex interuallo confeſſionis dotis receptæ, oritur tã vehemens præſumptio dotis numeratæ, ſeu traditæ, vt deinceps marito, & hæredibus illius, denegetur exceptio non numeratę, ſeu non traditę dotis. Ita probat textus, ſecundum communiorem illius expoſitionem l. in contractibus. §. ſed quoniam ver. illis etiam C. de non numerata pecunia, quam referunt ac ſequuntur Couar. 1. var. reſolut. capi. 7. num. 6. Aluar. Valaſ. conſult. 5. citata nume. 9. & Anto. Gom. nume. 52. citato. Eius verba hęc ſunt. *Illis etiam ſecuritatibus, quæ, poſt confectionem dotalium inſtrumentorum* (quibus ſcilicet dos cõſtituta, promiſſaq; eſt) *de ſoluta dote in parte, aut in ſolidũ exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi* (ſancimus ſcilicet.) Neque refragatur. l. vlt. in prin. C. de dote cauta non numer. illis verbis. *In dotibus, quas datas eſſe dotalibus inſtrumẽtis conſcribi moris eſt, cum adhuc nulla datio, ſed pollicitatio tantũ ſequuta ſit, liceat non numeratæ pecunię exceptionẽ opponere.* In hoc enim textu non eſt ſermo de confeſſione receptæ dotis ex interuallo promiſſionis eiuſdem dotis, ſed de cõfeſſione, quę ob ſolam dotis promiſſionem ſimul facta eſt, quando dos promittebatur, vt ex ipſiſmet verbis liquet. Dixi ſupra, ſecundum communiorem illius expoſitionem: quoniam gloſſa Accurſij ibi, Barr. & quidã alij, quorum ſententiam refert, ac ſequitur Emmanuel a Coſta. l. ſi cautione, fallentia. 14. textũ illum exponunt, degeminata confeſſione facta a marito dotis receptę ex interuallo vnius poſt aliã, quaſi tunc denegetur exceptio non numeratę dotis. Cęterum prior illa communior expoſitio germana magis eſt verbis illius. §. paulò antea relatis, vt illa expendenti liquet.

6 Item † quando confeſſio dotis receptæ fuit geminatum ex interuallo, modo paulò antea explanato, denegatur marito, & hæredib. illius exceptio non numeratæ dotis, vt cum gloſſa Accurſij, Bar. paulò ante citatis, & pleriſque alijs, affirmant Aluar. Valaſ. conſult. 5. citata. nume. 10. & Emmanuel a Coſta, atque Ant. Gom. vbi ſupra. Et præter alia quibus id confirmant, conuincere id videtur ratio hæc Emmanuelis a Coſta vbi ſup. Quoniam confeſſio prior dotis receptæ innititur promiſſioni eiuſdem dotis marito factæ, illáque ſupponit: quare, ſi præcedẽte promiſſione, & ſequuta poſtea ex interuallo cõfeſſione dotis receptæ, denegatur marito, & hæredibus illius, exceptio dotis non numeratæ iuxta communiorem opinionem, atque interpretationem textus, de quo. §. præcedente loquuti ſumus, etiam concedetur in euentu, de quo modo loquimur. Siue ergo vno, ſiue altero modo, textum illum exponas, ſemper ex illo colligitur, exiſtente geminata confeſſione ex interuallo dotis receptæ, denegari marito, & hæredibus illius exceptionem, non numeratæ dotis.

7 Quando † autem confeſſio dotis receptæ iuramento eſt cõfirmata, diſtinguendum eſt. Quoniã, vel fuit confirmatum iuramento quod dos fuerit recepta, vt ſi maritus iuramento affirmauit ſe tñ dotis recepiſſe; vel non hoc affirmauit iuramento, ſed cum fuiſſe cõfeſſus ſe tantum dotis recepiſſe, iuramento ſe aſtrinxit illam reddíturum. In priori euentu iuramentum non eſt promiſſorium rei alicuius in futurum, ſed aſſertiorum rei præteritę, nempe, quod dotem receperit. Atque tunc arbitror cũ Aluar. Valaſ. conſul. 5. citata, Emmanuel a Coſta fallent. 9. & alijs, quos citant, non concedi marito exceptionem non numeratæ dotis ad effectum, vt ad vxorem, hæredeſve vxoris, ſpectet probare illam tradidiſſe: quoniam præſumi non debet, maritum fuiſſe periurum; periurus autem fuiſſet, lethaliterque peccaſſet, ſi, etiam ſpe numerationis futuræ, iuramento affirmaſſet recepiſſe dotem, quam non recepit. Admitti tamen poterit, ac debebit, ad probandum, ſe illam non recepiſſe, vt, ſi id ſufficienter probet, non cogatur eam reddere, eſto, id probando, ſimul turpitudinẽ ſuã, ac periurium manifeſtet, eaq; de cauſa ſit puniendus, vt Emmanuel a Coſta, cũ alijs, fallentia citata rectè tradit. In poſteriori verò euentu iuramentum eſt promiſſorium, nihilque illo impediẽte, ſi confeſſio illa ſpe numerationis futuræ facta ſit, eidemque innitendo maritus promiſit dotem red-

dere, poteſt, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro, excipere dotem non fuiſſe numeratam, vt in ſimili euentu habetur expreſsè. l. vlt. C. de non nume. pecu. atque affirmat communis doctorum ſententia dictumque eſt diſp. 302. Ratio autẽ eſt, quoniam promiſſorium iuramẽtũ naturam ſequitur promiſſionis ſuper q̃ fertur: promiſſio aũt illa, cũ ſpe numerationis dotis fuerit facta, tacitam hẽt illã conditionem, ſi dos numeretur, aut tradatur.

Cou. 1. var. reſ. c. 7. nu. 6. ver. ſic & ex confeſſione, affirmat, q̃n, vnà cum mariti confeſſione ſe dotem recepiſſe, adſunt indicia alia, qđ verè eam receperit, ceſſare exceptionem non numeratæ dotis vt, ſi conſtet partem recepiſſe præſumetur recepiſſe etiam reliquum aut ſi adſit teſtis, qui affirmet, maritum illam recepiſſe. Illum legito.

Queſt. His ita conſtitutis, vt reliqua proſequamur, in quibus Doctores multũ variant, ac diuiſi ſunt. Aluar. Valaſ. conſul. 5. citata nu. 3. diſtinctius, quam alij refert tres præcipuas ſententias, num, quando

8 † maritus confeſſus eſt recepiſſe dotem, neq; conſtat re ipſa illam recepiſſe, cenſendus ſit ſpe numerationis, ſeu traditionis dotis, eam confeſſionem feciſſe, an potius animo donandi id vxori. Prima eſt Ioan. Andreę in additionib. ad Spe. in Rub. de don. inter vir. & vxor. aſſerentis, ſi confeſſio receptæ dotis facta fuit ante matrimoniũ cõtractũ, q tũ contrahi ſpectabatur, præſumi factã ſpe futuræ numerationis: ſi verò facta fuit contracto iam, ac perſeuerante matrimonio, cenſeri factam aĩo donandi id vxori. Secunda eſt Bart. l. ſi diuortio, ac alibi ff. ſolu. mat. quem multi ſequuti ſunt, aſſerentis ſine vlla diſtinctione, ſiue confeſſio receptę dotis facta ſit ante matrimonium cõtractum, ſiue poſt, ſi non cõſtat dotẽ fuiſſe traditã, ſemper præſumi donationẽ vxori factam, ac proinde, ſi matrimoniũ diſſoluatur morte viri, cõfirmari donationem, iuxta ea, quæ de donat. inter virum, & vxorẽ d. 289. dicta ſunt, iũctis iis, quę l. 2. C. de dote cauta nõ numerata traduntur, ſi verò matrimonium diſſoluatur morte vxoris, aut diuortio ſeparetur, cenſeri eo ipſo nullam, iuxta ea, quæ diſpu. citata dictã ſunt. Tertia eſt Alexandri. & quorundam aliorũ, quam ẽt vr̃ aſſerere Bar. l. 1. aſſiduis ac alibi. C. qui potior. in pig. nempe, ſiue confeſſio ante matrimonium contractum, ſiue eo iam cõtracto, ſit facta, ſi de traditione dotis non cõſtet, ſemper præſumi factam ſpe traditionis futurę.

Vt quid tenendum ſit melius intelligatur, obſeruandum eſt. Confeſſionem receptæ dotis, quã non receperunt, aut in maiori quantitate, quam recepta ſit, fieri interdum à maritis, publico ẽt inſtr̃o, neque ſpe eius dotis numerandæ, aut tradendę, neq; item aĩo id vxori condonandi, ſed ſimulatè ex cõi vtriuſq; coniugis conſenſu, vel vt maritus ſuo, ſuorumq; honori conſulat, q̃m dedecori ipſis eſſet ſciri ab alijs, vxorem ſine dote, aut cũ exigua dote, fuiſſe ſumptam; vel vt maritus ea rõne parentes ſuos, ac conſanguineos ſedet, qui egrè ferrent, ſi agnoſcerent, ipſum ſine dote, aut cum exigua dote, duxiſſe aliquam vxorem. Atque in hoc euentu confeſſio dotis receptæ, vtpote conficta, atq; ſine vllo verò cõſenſu eã in poſterum ſoluẽdi, nullam inducit obligationẽ, neq; neceſſaria eſt exceptio non numeratæ dotis, vt rectè cũ alijs affirmat Alua. Val. conſul. 5. citata nu. pen. & vlt. tametſi, q̃n in foro exteriori de confeſſione mariti dotis receptæ conſtaret, & non de ſimulatione, atque ab vxore, aut ab hæredib. vxoris exigeretur, tueri ſe poſſet, ac deberet, maritus exceptione non numeratæ dotis ſi ips ad id opponendum non eſſet lapſum. Indicijs verò probari conſueuit, confeſſionem fuiſſe ſimulatam, & interdum occulto chirographo, quod in ſui ſecuritatem ſumere ſolet maritus ab vxore, illiuſq; parentibus, quo confitetur, non eam dotis quantitatem accepiſſe. Et quãuis lib. 4. Luſitanarum ord. tit. 15. ſub grauibus pęnis prohibeantur conuentiones omnes ſimulatæ; id tamen Alua. Valaſ. intelligit, non de his, qui neque in fiſci, neque in alterius priuati præiudiciũ cedunt, quales ſunt iſtæ, ſicq; affirmat vidiſſe ſem per iudicari. Et ſane per Epicheiã ita eſt iudicandũ, q̃n factum non fuit animo defraudãdi fiſcum parte pœnæ, quam maritus ob ſuum delictum incurreret, vt regulariter fieri nõ conſueuit in Luſitania, præſertim vbi magna ex parte matrimonia celebrantur contractũ medietatis bonorum.

Frequentius à maritis fit confeſſio receptæ dotis, quã non receperunt, aut non in tanta quantitate, in quanta eam recepiſſe confeſſi ſunt; aliquando quidẽ ſpe numerationis futuræ, quæ tñ ſubſequuta nõ eſt; aliq̃n verò animo donandi vxori, q ex dote reipſa non eſt receptum. Atq; cõtrouerſia non parua eſt inter doctores, q̃n ex circumſtãtijs apertè non cõſtat, quid horum interuenerit, & de numerata, ſeu tradita dote nõ conſtat, num præſumendum, ac cenſendum in foro exteriori ſit, confeſſionem factam à marito fuiſſe ſpe numerationis, an verò animo donandi id vxori. Queſt.

Decis. Et quidẽ, q̃n cõfeſſio facta fuit ante mr̃imoniũ celebratũ, poſteaq; mr̃imonium ſubſequutũ fuit cõis ferè oĩum ſnĩa eſt, niſi aliunde ſufficienter cõſtet, maritũ aĩum tunc habuiſſe id donandi vxori, præſumendũ, cenſendumq; eſſe, ſpe futuræ numerationis fuiſſe factã: præſertim cum facile tũc adduci maritus potuerit ad cõfitendã dotis receptionem ſpe numerationis futuræ, animo citius obtinendi vxorem, ac potiendi nuptijs. Ita doctores, quos Alua. Vala. conſul. 5. citata nu. 5. refert ac ſequitur. Id quod confirmat, quia pręſumendũ non eſt, maritũ ſine dote, aut cũ exigua dote, voluiſſe contrahere. Et q̃m ante mr̃imonium contractum non ſolet eſſe tantus ardor inter coniuges, vt condonare intendant tantã ſummam. Item quia donandi aĩus regulariter non eſt præſumendus l. cũ de indebito ver. nec. n. ff. de proba. & alijs iuribus. Et q̃m vt ſubijciemus ſi tunc aĩus fuiſſet donãdi, actus fuiſſet oĩno inualidus: non eſt autẽ eligenda interpretatio, per q̃ actus reddatur nullus. Deniq; q̃m, ſi de confeſſione dotis receptæ, facta ante mr̃imoniũ, nõ eſſet in dubio præſumendũ, factam eſſe ſpe numerationis, ſed donandi, multò minus id eſſet præſumendum de confeſſione facta poſt mr̃imonium contractum, atq; ita numquam haberẽt locum, quæ hactenus dicta ſunt l. vlt. C. de dote caut. non numer. & ex authentica ibi ſubiuncta.

Ii Quando

Qñ autẽ de cõfeſſione dotis receptæ facta ante matrimonium celebratũ conſtaret, fuiſſe factam animo donandi illam vxori, atq; ſe aſtringendi eã reddere diſſoluto matrimonio, ait Alua. Vala. vbi ſup. cum alijs, quos citat, eam confeſſionem ad donationem eſſe nullam, ac proinde neq; maritum, neq; hęredes mariti, teneri illam reddere. Id quod probat ex l. 1. C. de donat. ante nupt. cuius verba ſunt. *Multum intereſt, ſi ea, quæ donat vir futurus, tradiderit vxori, & poſtea in dotem acceperit: an vero donandi animo dotem auxerit, vt videatur accepiſſe, quod non accepit. Priori enim caſu donatio non impeditur, & res, quæ in ea cauſa ſunt dotis effectæ iudicio de dote peti poſſunt: poſteriori autẽ caſu nihil actum eſt donatione: & quod in dotem datum non eſt, repeti non poteſt.* Hactenus lex illa.

Cæterum obijcies, Nos diſ. 289. cum Nau. docuiſſe donationẽ factam quidẽ inter virũ, & vxorem ante mr̃imoniũ, ſed vt valeat in tpſ mr̃imonij perinde hr̃e vim, atq; donationes factas inter coniuges conſtante iam mr̃imonio, idq; varijs iurib. nos cõfirmaſſe: ſed donatio dotis, aut augmẽti dotis facta a viro vxori conſtante iam mr̃imonio, valet, ad effectũ, vt, ſi mr̃imoniũ morte viri diſſoluatur, confirmata maneat, debeaturq; vxori, vt diſp. citata dictũ ẽt eſt: ergo ſimili modo donatio illa dotis, facta ante mr̃imoniũ, valida erit ad effectum, vt, ſi morte viri matrimonium diſſoluatur, neq; a viro, dum vixit, fuerit reuocata, repetere illam vxor poſſit ab hæredib. viri. Ad hoc argm̃, cõceſſo toto antecedente, neganda eſt conſequentia niſi donatio illa conſtãte iã mr̃imonio repetita, ac cõfirmata fuiſſet a marito. Rõ eſt, qm̃ donatio inter coniuges, vt illo mõ ſit valida, neceſſe eſt accedat traditio rei donatæ, vt diſ. citat. explanatũ eſt: quia aũt dos rõnẽ nõ hẽt dotis, niſi ſubſequuto iã mr̃imonio, quo tpe, l cẽt vxori a viro debeatur, eſſe tñ dẽt apud virum ad ſuſtinẽda onera mr̃imonij, inde efficit̃, ꝙ augmẽtũ, aut conſtitutio dotis, ſi conſtãte mr̃imonio, viri donatione fiant, reputãtur quaſi tradita a viro vxori, & repoſita ab vxore apud virũ, vt, diſſoluto mr̃imonio, vxori reddãtur, eaq; de cã valida eſt illa donatio, vt hr̃ expreſſè. l. 2. C. de dote cau. non num. qñ verò augmẽtũ, aut cõſtitutio dotis donatione fiunt a marito ante cõtractũ mr̃imoniũ, q̃a nõ innuit̃ tũc ea virtualis traditio facta a viro vxori, inualida oĩno eſt ea donatio, atq; hoc eſt, ꝙ l. 1. C. de don. añ nup. definit̃.

Qñ conceſſio dotis receptę facta fuit poſt matrimonium † celebratũ, neq; ex circunſtantijs, aut aliunde, conſtat, factáne fuerit ſpe dotis numerandæ, an donandi id vxori, cõior doctorũ ſnĩa, q̃ refert Cou. 1. var. reſ. c. 7. nu. 4. & q̃ refert, ac ſequit̃ Alu. Vala. conſul. 5. citata a nu. 15. eſt, præſumẽdũ eſſe factã aĩõ id donandi vxori. Ducuntur, qm̃ cõtrouerſia hæc ſolum põt habere locũ, qñ maritus contraxit nulla dote antea ei promiſſa, aut ab eo recepta, quippe cũ, ſi vel ſola promiſſio, vel cõfeſſio dotis receptæ præceſſiſset mr̃imoniũ, poſteaq; ſufficienter id præceſſiſſe cõſtaret, ac conſtante iã matrimonio ſubſequuta eſſet noua cõfeſſio dotis receptæ, tunc verè cenſeretur maritus dotem recepiſſe, oĩnoq; cogeretur eã ſoluere, neq; admittere- Quæſt. 9

tur illi exceptio dotis non numeratæ, eo qđ cõfeſſio ex interuallo poſt ꝓmiſſionẽ, aut geminata ex interuallo confeſſio dotis receptæ, excludat exceptionẽ dotis non numeratę, vt ſup. dictũ eſt. Quia itaq; cõtrouerſia hæc ſolum põt hẽre locum, qñ maritus, nulla dote ei antea promiſſa, aut ab eo recepta, matrimoniũ cõtraxerat: neq; veriſimile eſt, poſtea adhibitã a marito fuiſſe cõfeſſionem dotis receptę ſola ſpe, qđ in futurum eſſet ei numerãda, ac tradenda, vtiq; præſumptio vehemẽs in eo euẽtu eſt, maritũ, vxoris illecebris adductũ, animo id vxori donãdi, illũ fuiſſe. Ducunt̃ prętcrea, qm̃ prohibita eſt donatio inter coniuges, ſaltẽ vt valeat, niſi traditio interueniat, & morte donantis ante mortem donatarij confirmetur: regulariter autẽ, qñ confeſſio rei alicuius receptæ emanat inter perſonas ſuſpectas, fraudulenta præſumitur, vt cõſtat ex. l. qui teſtm̃ ff. de proba. & l. cum quis decedẽs. §. Titia. ff. de l. 3. quo fit, vt, in re propoſita, confeſſio dotis receptæ præſumenda ſit facta animo donandi ſimpliciter & omnino Alciatus, & quidam alij a Couar. relati. nu. 4. citato, veram eſſe cẽſent hanc opinionem, qñ maritus, non ſolum celebrato iam matrimonio confeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, ſed ẽt ſimul renunciauit exceptioni nõ numeratæ dotis, ſecus autem, ſi ei exceptioni non renunciauit: ex ea quippe renunciatione vrgentior eſt præſumptio eam confeſſionem dotis receptæ, factam fuiſſe animo id donandi vxori.

Couar. verò nu. 4. citato cũ Anch. & alijs, quos refert, potius arbitratur, confeſſionem dotis receptę factã poſt contractũ matrimonium, in dubio cenſendã eſſe factã, non aĩo donandi, ſed ſpe futuræ numerationis, atq; in eadem ſnĩa eſt, etiã ſi maritus renunciet exceptione non numeratæ dotis.

Ducitur primò, qm̃ quando alia poteſt reddi ratio, numquam debet donatio præſumi: in re autem propoſita ſatis perſpicuè poteſt reddi ratio eius confeſſionis, ſpes numerationis futuræ.

Secundo, qm̃ ſi præſumenda eſſet donatio viri in vxorẽ, ſanè cõfirmaretur morte viri, ac proinde hęredes viri excipitur poſt illius mortẽ nõ poſſent dotẽ nõ fuiſſe numeratam: lege autẽ vlt. C. de dot. caut. non nu. & in auth. ibi ſubiuncta, conceditur hæredibus viri exceptio non numeratæ dotis.

Ego ſanè recedere non audeo a communi doctorum ſententia, præſertim propter primam rationem a nobis propoſitam, quam non tanta vi apud alios confectam inuenies. Deciſ.

Vnde ad primũ, vnde Couar. ducitur, dicendũ eſt, maiorẽ eſſe verã, qñ, ſpectatis circunſtãtij concurrentibus, ac diſpoſitione iuris, alia congruens poteſt reddi ratio: in re autem propoſita ſpectatis circũſtãtijs concurrẽtibus, atq; diſpoſitione iuris a nobis relata, nõ poſſe congruè reddi rationẽ, qđ ea cõfeſſio facta ſit ſpe numerationis futuræ dotis.

Ad ſecundum, conceſſa maiori, ad minorẽ dicẽdum eſt, iura illa, & alia, quę Coua. citat, intelligenda eſſe, quando confeſſio facta eſt ante celebratum matrimonium, vt regulariter fieri conſueuit, quando ſpe futuræ traditionis dotis fit, aut quãdo apertè conſtat factam eſſe poſt matrimonium celebratum ſpe futuræ numerationis.

Sunt

Sunt verò nonnulla circa hæc obſeruanda. Primum eſt. Si confeſsio votis facta poſt mrimoniū celebratū cēſenda in dubio ſit donatio viri ī vxorem, non indigere alia traditione, vt valida ſit: eò ꝙ donatio dotis facta, tunc a marito vxori pro traditione habeatur, vt ſupra explanatum eſt, & conſtat ex l. 1. C. de dote cauta non numerata, atque affirmat cōis doctorum ſnīa, quam referunt, ac ſequuntur. Alua. Valaſ. conſult. 5. citata nu. 16. & Cou. n. 5. citato. Secus aūt eſſet de confeſſione dotis receptæ facta animo expreſſo donādi ante celebratum matrimonium, vt ſupra dictum, explanatumq; eſt, iuxta l. 1. C. de don. ante nupt.

Scdm. Si eadem confeſſio facta poſt celebratū mrimoniū, in dubio ſit cēſenda donatio, túc, morte viri ante vxorem, confirmari oīno, ac proinde ſoluenda vxori eſſe ab hæredib. viri. Interim tñ, dum perſeuerat matrimoniū, poſſe reuocari a viro, cenſeriq; reuocatā ſi fiat inter ipſos diuortiū. Itemq; ſi maritus aliqd ſuorū bonorū in ſingulari, cōfeſſus ſit ſe recepiſſe in dote ab vxore, illudq; alienet, cenſeri quo ad id reuocatā. Præterea expirare, & inualidā reddi, ſi vxor ante virum è vita diſcedat, vt hæc oīa conſtant ex ijs, q̄ de dona. int. vir. & vx. diſp. 289. dicta ſunt, eaq; affirmat cōis doctorū ſnīa, q̄ Alu. Valaſ. & Cou. vbi ſupra referunt, ac ſequuntur. Quo loco obſerua ſi quid vir poſt matrimoniū celebratū cōfeſſus ſit ſe accepiſſe ab vxore in dotē in euentu, in quo diſp. 289. citata, explanatū eſt, donationē inter coniuges ſtatim confirmari, ac irreuocabilē reddi, túc donatū per eā cōfeſſionē, reddi irreuocabile ante mortem viri. Quare, ſi plebeius, diues effectus, vxorē nobilē duxit, aút ſenex virginē iuuenē, ac pulchrā, atque poſt celebratū matrimoniū in recōpenſationē nobilitatis, virginitatis, iuuentutis, ac pulchritudinis, confeſſus ſit tantā, vel tantā dotem ab ea recepiſſe, q̄ non recepit, eo ipſo confirmata, atque irreuocabilis manet ea dotis conſtitutio, aut augmentū iuxta ea, q̄ diſputat. citata dicta ſunt, affirmatque cōis doctorum ſententia, quam Alu. Valaſ. conſul. 5. citata. n. 17. & 18. refert, ac ſequitur.

Cum aūt, vt diſput. citata oſtendimus, donatio inter vir. & vxor. iuro confirmetur, ac irreuocabilis fiat, controuerſia eſt non parua inter doctores,
10 num † eiuſmodi præſumpta donatio ex cōfeſſione dotis receptæ, facta a marito poſt celebratū matrimonium, iuro ēt confirmetur, ac irreuocabilis reddatur. Atque cōis doctorū ſnīa, q̄ Cou. loco citato. nu. 4. & 5. refert, & q̄ refert, ac ſequit Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 18. aſſeuerat, ſi iurm ſit de dote, q̄ receptam confitet, in futurū ſoluēda, aut de non contraueniendo ei confeſſioni, confirmari, ac irreuocabilē reddi. Atq; ita proculdubio eſt affirmandū, quicquid Cou. n. 5. citato ſubiūgat. Sicut n. ex cōiori doctorū ſnīa, q̄ amplectimur, in foro exteriori cenſetur donatio: ita in eodē foro cēſenda eſt tali iuro eſſe omnino confirmata. Dixi, in foro exteriori: qm̄ in conſciæ foro, ſi confeſſio facta non fuit animo donādi, ſed ſpe numerationis futuræ, tunc iuramentum, de illa in futurum ſoluenda, non obligat: quoniam promiſſio illa iuramento confirmata habet tacitam conditionem, ſi dos numeretur, & tradatur vt ſupra dictum eſt.

Decif.

Queſt.

Maior aūt controuerſia eſt, ſi promiſſio illa in hunc modum confirmetur iuro, iuro, me tantum
11 dotis recepiſſe, an † eo ipſo, vt donationis, cēſeat iuro confirmata, & irreuocabilis. Et quidē plurimi negant. Qm̄ iuro illud eſt aſſertoriū, de re præterea, & non promiſſoriū de non contraueniendo in futurum donationi tali cōfeſſione factæ: iurum aūt, ꝙ non eſt promiſſoriū, non confirmat donationem. Item quia iurum nullam efficit firmitatem, qn̄ adhibetur contractui ſimulato, eò ꝙ deſit conſenſus; quare cum eiuſmodi iurum feratur ſuper confeſſionem, qua ſimulatur dotē receptā, cū tñ reuera recepta non fuerit, conſequēs eſt, vt nullam inducat obligationem. Alua. verò Valaſc. vbi ſupr. nu. 19. confirmari eo iuro exiſtimat. Atq; poſteriori huic ſnīæ adhærendum cenſeo. Qm̄ verba illa hunc habent, atque efficiunt ſenſū, in quo cenſenda ſunt prolata, idq; ne dicamus aſſertorē periurum fuiſſe, qd̄ de nullo, quantū cōmodè poterimus, eſt præſumendum, iuro me donare tantū dotis vxori meæ, quā proinde confiteor me eo ipſo virtute ab illa recepiſſe, iuxta ea, quæ ex l. 2. C. de dote cauta nō numerata ex gloſſa ibi, & ex cōi doctorū ſnīa, ſup. dicta ſunt: iurum aūt aſſertorium, quo quis ſe donare affirmat, virtute continet promiſſoriū ſtandi ſemper donationi, atq; ea de cauſa firmat donationem alioquin reuocabilē. In foro autem conſciæ, ſi non is aīus fuit confirmandi illo modo, ſe recepiſſe dotem, ſed falſo affirmandi, recepiſſe dotem, q̄ nō recepit, ſane eſto aīum haberet donandi ſub illo pallio eandē dotē, non tñ ea donatio firmatur iuro illo, ſed integrū eſt in eodem foro ipſi eſſet illam reuocare dum viueret, idemq; eſſet in foro exteriori, ſi de eodem animo in eo conſtaret. Ad primum autem argumentum in contrarium dicendum eſt explicatū eſſe, quonam pacto iurum illud virtute includat promiſſorium. Ad ſecundum dicendum eſt, explanatum ſimiliter eſſe, quo modo iurum ferat, tum ſupra promiſſionem, quam ea confeſſio ſupponit, tum etiam ſupra virtualem receptionem dotis, q̄ verè ea confeſſione ſignificatur. Illud ēt obſerua, qn̄ adeſt verus animus iurandi eſto feratur ſupra rem, quam quis fingat, ac mentiatur, ſe facturū, ac periurus ſit id ita iurando, nihilominus, ſi res ſupra quam iuramentum fertur, mala nō ſit, obligare iuramentum illam implere. Vt, ſi iuro me tibi daturum centum, animo te decipiendi, illaque non dandi, teneor nihilominus illa tibi dare virtute iuramenti adhibiti. Similiter, ſi iuro me ingreſſurum religionem, animo quidem iurādi, ſed religionem non ingrediendi, teneor ſimiliter ſub reatu lethalis culpæ religionem ingredi.

Decif.

12 Vlterius circa † hanc materiam obſeruat Cou. nu. 4. citato cum alijs, quos refert, quādo cōfeſſio poſt matrimoniū cōtractum vim hēt donationis, nihil referre, ſintne elapſa tpe exceptionis dotis non numeratæ, an non: eo enim, ipſo, qd̄ donatio morte viri ſit confirmata, aut aliunde antea cōfirmata fuerit, exigi poteſt ab vxore, aut ab hæredib. vxoris poſt mortem viri, ſiue tempora exceptionis non numeratæ dotis elapſa ſint, ſiue non.

Prçterea ibidem cum multis alijs obſeruat,eã que refert cõem eſſe opinionem,in eodem euentu
13 non † conuenire vxori circa eam dotẽ,ita à marito confeſſam,ius hypothecæ,aut prælationis, cõparatione aliorum creditorum, etiã perſonalium neque aliter hanc cauſam tractandam,quàm reliquas donationum inter virum,& vxorem Quod ſanè placet:qm̃ cum ſuſpicio eſſe poſſit id factum eſſe in fraudem creditorum,ſanè circa ſimilẽ dotẽ gaudere non debet vxor priuilegijs dotis in præiudicium creditorum,argumento authẽticæ, ſed iam neceſſe, C.de don.ante nup.vbi ſancitũ eſt,ſi maritus ære alieno ſit grauatus,& vxor dotem augebat in reb. mobilib. augumentum illud dotis carere priuilegijs dotis;eò quòd ſuſpitio eſſe poſſit,id factum eſſe in fraudem creditorum.

Exceptio non numeratæ dotis quouſq; competat creditoribus mariti aduerſus vxorẽ, hæredeſq; vxoris.

DISPVTATIO CCCCXL.

SVMMARIVM.

1 *Creditores mariti quo ad dotẽ conteſtatã,an sẽper opponere poſſint exceptionẽ nõ numeratæ dotis, contra vxorem vel eius hæredes,& nu.ſeq.*

2 *Confeſſio dotis ſi probetur fuiſſe facta in fraudem, numquam nocebit creditoribus mariti.*

3 *Confeſſio ſola mariti dotis receptæ, non præiudicat creditoribus ipſius mariti, niſi cum ea ſint elapſa tempora exceptionis opponendæ non numeratæ dotis,vel illi renunciatum.*

4 *Confeſſio dotis receptæ facta ante matrimoniũ, vel in ipſa matrimonij celebratione, elapſaque ſint tempora ad excipiendum,non ſolum præiudicat creditoribus ipſius mariti,ſed etiam vxor præfertur illis in ea dote.*

Declara tamen,vt ibi.

5 *Renunciatio exceptioni,non numeratæ dotis, facta à marito,non nocet eius creditoribus.*

6 *Confeſſio dotis receptæ ſi fuit facta à marito conſtante matrimonio,quando noceat creditoribus, & quando non.*

7 *Promiſſio dotis ſi ante matrimonio præceſſit, & conſtante matrimonio ſubſecuta eſt confeſſio dotis receptæ,an vxor in tali dote præferatur creditoribus mariti.*

GLoſſa Accurſij l.aſſiduis.ver.datæ C.q pot. in pig.hab.indiſtinctè docuit,dotem confeſ
1 ſatam non nocere † creditoribus mariti, ſed ſemper, vt ipſi præferãtur vxori in dote ſolũ cõfeſſata,opponere poſſe exceptionẽ non numeratæ dotis,ita vt,ſi vxor,aut hæredes illius,nõ probent verè numeratam fuiſſe, ipſi præferantur, in ea dote vxori. Eandẽ opinionẽ ſequuti ſunt Imol.& alij, quos Alua.Valaſ.conſul.6.nu.2.refert Bart.verò l.aſſiduis citata, cuius opinionẽ refert additio ad gloſ. Accurſij citatam, & alij cenſent, ſi nondum lapſa ſint tempora marito, & hæredibus ipſius, conceſſa ad excipiendum,dotem non fuiſſe numeratam,neque maritus exceptioni renunciauit, tũc creditores mariti excipere aduerſus vxorem, aut hæredes illius,poſſe dotem non fuiſſe numeratã, atque præferri vxori, & hæredib. vxoris,ſi non probẽt,numeratam fuiſſe:ſi aũt,vel tpa exceptionis opponendæ ſint lapſa,vel maritus renũciauit ei exceptioni, tunc vxorem præferri creditoribus mariti,ẽt ſi anteriores habeãt tacitas hypothecas, iuxta ea quæ diſp.438.dicta ſunt. Alex.verò l.1. ff.ſolut.mat.cum in cæteris cum Bart.conueniat, arbitratur renunciationem exceptionis factam à marito,nullũ prçiudiciũ creditorib. afferre,quin intra totum tempus marito,& hæredibus ipſius, ad excipiendum datum,ipſi excipere poſſint,dotẽ non fuiſſe numeratam. Hæc tamen diſputatio ſequentibus concluſionibus eſt dirimenda.

2 Prima concluſio. Si de fraude † cõfeſſionis dotis receptæ,cõſtet probationibus,aut coniecturis, nunq̃ ea cõfeſsio creditorib. mariti nocebit. Hæc eſt perſpicua eáq. affirmãt Alu.Val.cõſul.6.citata.nu.3.& Cou.1.var.reſ.c.7.n.7.ver.2.ex eadẽ, atq; alij,quos citant.atq; Alua.Valaſ.cũ Alciato rẽ hác iudicis arbitrio eſſe cõmittendã,qñ probatio,aut coniecturæ,ad id ſufficientes ſint. Eandẽ confirmant authentica,ſed iam neceſſe. C.de do na.ante nup. & alia iura,quæ Aluar.Valaſ.citat.

3 Secunda concluſio. Interim † dũ nõ ſũt elapſa tpa exceptionis non numeratæ dotis, ſi maritus exceptioni illi non renunciauit,ſola cõfeſsio mariti dotis receptæ, non præiudicat creditorib. mariti,ẽt ſi ſolum ius hẽant perſonale,ſed excipere aduerſus vxorẽ,& hæredes illius,poſſunt, dotẽ non fuiſſe numeratã. In hac oẽs cõueniũt, vt cõſtat ex doctorib. quos referũt, ac ſequuntur Alua.Vala. vbi ſup.concluſ.2. Ant Gom.l.50.Tau.n.52. & Cou.1.var.reſ.c.7.nu.7. Colligit præterea apertè ex l.ſi cui,C.de non nu.pec, Vbi hr̃,qñ principali debitori exceptio competit,ſiue non numeratę pecuniæ,ſiue non numeratæ dotis,eſto illam nõ opoſuerit, poſſe nihilominus creditores illius eam opponere:ꝙ ſane vt minimum eſt verũ, atque ab oibus receptũ interim dum durat tempus, in quo principalis debitor poteſt illam opponere.

4 Tertia cõcluſio. Si cõfeſsio † dotis receptę facta fuit ante matrimoniũ celebratũ,aut in ipſa matrimonij celebratione,lapſaq; ſunt tpa marito, atq; hæredib. illius ad excipiendũ conceſſa,tunc creditores mariti excipere non pñt aduerſus vxorẽ, & hæredes illius,dotem non fuiſſe numeratam, ſed vxor pfert illis in ea dote,ẽt ſi anteriores hẽant tacitas hypothecas in bonis mariti. Hęc eſt Bar.vbi ſup.& cõis,vt referunt ac ſequunt Ant.Go.l.50. Tau.n.52.& Cou.nu.7.citato,ver.de creditorib. ver.ꝙ pterea apparet,& pſertim ver.ꝙ ſi cõfeſsio. Atque optimè Ant.Gom. vbi ſup.& Cou.ver.ꝙ pterea apparet,explicant legẽ ſi cui.C.de non nu. pecunia,quòd ſolũ velit,quamuis regulariter nullus poſsit vti priuilegio alteri cõceſſo illo inuito, nihilominus creditores hac in parte, etiam inuito,& non opponente exceptionem ipſorum debitore,poſsint ipſi illam opponere,intra tps tñ debitori conceſſum,cum nõ maius,neq; aliud, priuilegiũ ſit ipſis cõceſſum,quã ipſorũ debitori. Obſeruant tñ Ant.Gom.nu.52.citato,Aluar.Valaſ.

con-

conſult. 6. citata in calce. nu. 5. & alij, quos citant, ſi creditores toto eo tpe idcirco eam exceptionē opponere vxori, & hæredibus illius, omiſiſſét, qđ ignorarent illā marito cōpetere, tunc ex clauſula generali eis ſuccurri beneficio reſtitutionis in integrū. Quamuis aūt Alu. Valaſ. nu. 5. citato tertiā hanc noſtram concluſionem tamq̃ cōem ſtatuere videatur, & iuxta eam in praxi. num. 12. iudicati affirmet; eodem tñ nu. 12. duob. ſequētib., potius amplectendā cenſet opinionē Accurſij, nempe ēt poſt tpa ad excipiendū data principali debitori, competere illius creditoribus ius ad excipiēdum non numeratā fuiſſe pecuniā, aut dotē, ac ꝓinde præponi non debere vxorē quo ad talē dotē creditorib. mariti: quia, inquit, ſola confeſſio mariti, q ad vxorē ſolet eſſe valde affectus, non debet præiudicium afferre mariti creditoribus. Adhærendum tñ arbitror cōi opinioni: qm̄ confeſſio debiti in reliquis euentibus pro traditione hr̄; in debito autē mutui, & dotis, ex peculiari priuilegio eſt conceſſum debitoribus excipere, idemque ad creditores debitoris eſt extenſum. l. ſi cui. C. de nō num. pecun. cæterum non aliter, neque in longius tempus quam debitoribus ipſis ſit conceſſum.

In euentu huius tertiæ concluſionis benè Couar. vbi ſupra, ver. ex præmiſſis, affirmat, eſto debitū creditorum ſit ex cā mutui, aut dotis, vel ex quocunq; alio titulo, & ſiue aduerſus eos cōpetat ēt exceptio non numeratæ pecuniæ, ſiue non, ſem per vxorem illis præferri. Qm̄, ſi in euentu huius concluſionis, quando, quod debetur a marito, eſt certū, præfertur vxor creditoribus, eſto tacitas habeant anteriores hypothecas, longe maiori cū ratione præfertur, qñ debitū non eſt adeo firmū, ſed competit aduerſus creditores mariti exceptio non nume. pecun. Neque Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 8. & 9. videtur refragari. Quoniam, vt conſtat ex concluſione, quam nu. 10. ſubiungit, nō loquitur in euentu noſtræ tertiæ concluſionis.

5 Quarta concluſio. Renunciatio † exceptioni non numeratæ dotis facta a marito, licèt ſibi, & ſuis hæredibus noceat, non tamen creditorib. mariti: quare, illa nihil impediente, excipere intra tpe ad excipiendum conceſſa poſſunt, numeratā non fuiſſe dotem. Hæc eſt aduerſus Bart. & multos alios, quos Ant. Gome. nu. 52. citato ſequitur, eam tamen cum Alex. & alijs, affirmant Cou. 1. var. reſ. c. 7. nu. 7. ver. quod ſi confeſſio, & Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 6. Ratio autem eſt, quoniam licèt maritus in ſuum, ſuorumq; hæredum detrimentum, renunciare poſſit priuilegio excipiendi intra illa tempora ipſi conceſſo, non tamen priuilegio creditoribus, in ipſorum commodum, ac bonum intra eadem tempora conceſſo.

6 Quinta concluſio. Quando conceſſio † dotis receptæ facta a marito fuit conſtante iā matrimonio, eſto lapſa ſint tēpora marito, & hæredibus illius, ad excipiendum non fuiſſe numeratam dotē conceſſa, vxor, & hæredes illius non præferuntur creditoribus mariti, ſed excipere creditores poſſunt, numeratā non fuiſſe dotem. Hanc affirmant Cou. 1. var. reſ. c. 7. nu. 7. Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 52. & Alua. Valaſ. conſult. 5. citata in calce num. 11. eſtq; Bart. conſentanea, vt Couarru. vbi ſupra verſ. ꝙ præterea, oſtendit. Confirmatur, quoniā confeſſio eo tpe facta, præſumitur donatio viri in vxorem, vt diſput. præcedente dictum eſt: in donatis autem à viro vxori, non pręfertur vxor alijs creditoribus, vt ibidem etiam dictum eſt.

Qñ confeſſio dotis receptæ facta eſſet cōſtante iam matrimonio tunc, ſi creditores mariti ex ſola confeſſione mariti probent ſuū debitū titulo emptionis, depoſiti aut alio, qui nō ſit mutui, aut dotis, præferendi ſunt vxori quo ad talem dotem a marito confeſſatā. Quoniā eiuſmodi titulis ſola confeſſio debitoris probat ſufficienter debitū, qñ non conſtat de fraude talis confeſſionis. Si autem ex ſola cōfeſſione mutui id probent, tunc, ſi elapſum ſit biennium conceſſum ad excipiendum numeratam non fuiſſe pecuniā, neq. conſtet de fraude confeſsionis, idē erit dicendum; alioquin eiuſmodi creditores, & ab vxore, & ab hæredib. mariti defuncti excludentur, exceptionem non numeratæ pecuniæ, atq; adeò præualebit vxor, ſi elapſa ſint tempora exceptionis non numeratæ dotis. Atque iuxta hæc approbanda ſunt, quæ Alu. Valaſ. vbi ſupra, nu. 8. & 9. & Coua. nu. 7. citato ver. ex præmiſsis, hac de re cum alijs tradunt.

7 Dubium eſt. Quid ſi ante † matrimoniū præceſsiſſet promiſsio dotis, & conſtante iā mr̄imonio ſubſequuta eſt cōfeſsio dotis receptæ, præfere turne tunc vxor in ea dote creditorib. mariti? Coua. in prin. nu. 7. citati, & Alu. Valaſ. ubi ſupr. nu. 11. referunt, non ſolū multos id aſſeuerare, ſed ēt Matthæum de Afflictis affirmare unanimi cōſenſu Senatus Neapolitani id fuiſſe definitū, Regiaque ſnīa fuiſſe poſteà confirmatū. Ducunt hi oēs autores, qm̄ in eo euentu ius vehemēter ꝓſumit, traditam fuiſſe dotē, eaq; de cauſa negat marito, & hæredibus illius, exceptionē non numeratæ dotis, vt diſput. præcedente uiſum eſt; quo fit, ut in eo euentu non minus præferenda ſit uxor, quo ad dotem, creditoribus mariti, quàm ſi cōſtaret, numeratā fuiſſe. Alua. tñ Valaſ. ibid. nu. 15. contrarium affirmat: qm̄ præſumptio illa, atque denegatio in eo euentu exceptionis dotis non numeratæ, ſolum eſt comparatione mariti, & hæredū illius, quibus potuit eo modo pręiudicare; non verò cōparatione creditorum. Ad eandem etiam ſnīam uidetur accedere Coua. num. 7. citato cum Baldo Nouello, præſertim quādo tempore confeſsionis grauatus erat iam maritus ære alieno.

Illud poſtremò cum Coua. in calce nu. 7. citatis, & alijs, quos refert, eſt obſeruandū. Quæ hac, & præcedente diſputatione dicta ſunt de dote à marito confeſſata, potiſsimum habere locū in bonis mobilibus. Si enim maritus confeſſus eſſet ſe bona aliqua immobilia accepiſse in dotem, ſanè, ſi de traditione nō conſtaret, neque uxor, aut hæredes illius, exprimerent ac ſufficienter ꝓbarent, quæ illa eſſent, & quòd marito in dotem fuiſſent tradita, confeſsio illa tamquam mentita, & nulla reputaretur: quoniam ſatis perſpicuum eſt, ſi quę bona immobilia fuiſſent illi tradita, facilè debere conſtare, q̃ illa eſſent, fuiſſeque aliqñ uxoris, aut alterius, qui uxoris loco ea tradidiſſet in dotem.

Quæ alia bona extrahant vxor, & hæredes illius, & quibus priuilegijs ea gaudeant. Quæ item maritus, aut hæredes illius, & quomodò par titio abſoluatur.

DISPVT. CCCCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Vxor etiam in bonis paraphernalibus habet tacitā hypothecam in bonis mariti, dummodo ea ipſe adminiſtrauerit.*

Priuilegium tamen prælationis non habet contra alios creditores anteriores, cùm ſoli doti inuenitur conceſsum, nu. 2.

3 *Vxor vltra bona paraphernalia extrahit etiā de bonis mariti ſponſalitiam largitatem.*

Item donationem diſsoluto matrimonio confirmatam, & arrhas ſibi promiſsas. nu 4. 5.

6 *Arrhæ ſoluendæ ſunt vxori de ſolis boni viri, facta prius inter virum, & uxorem diuiſione etiā lucrorum.*

7 *Partitio bonorum quomodo facienda inter uirum, et uxorem, aut eorum hæredes.*

A Diſput. 438. dicere cœpimus de partitione bonorum inter coniuges, aut ipſorum hæredes, diſſoluto matrimonio. Atque circa dotem, quam vxor, aut hæredes illius, ante omnia extrahunt, tam multa tribus diſputationib. præcedentibus dicta ſunt. Nūc eandem bonorum partitionem proſequamur, atque abſoluamus. Vltra dotē extrahunt deinde vxor, aut hæredes illius, bona
1 omnia paraphernalia vxoris. Pro eis † autē ſunt ét tacite hypothecata bona omnia mariti, dūmodo maritus tacitè, vel expreſsè, habuerit adminiſtrationem eorum paraphernalium bonorum, vt regulariter eam habent in Caſtellæ, & Luſitaniæ Regnis, vt ſupra dictum eſt ſæpe. Ita habetur l. vltim. C. de pact. conuen. l. vbi adhuc, iūcta glo. ibi. C. de iure dot. & l. 17. titul. 11. part. 4. & affirmat cōis doctorum ſnīa, quam referunt, ac ſequútur, Greg. Lop. l. 17. citata, Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 40. Cou. 1. var. reſ. c. 7. nu. 1. & Gutier. de iur. cō-
2 firm. par. 1. c. 46. Non † tamē mulier quo ad eiuſmodi bona habet priuilegium prælationis alijs creditoribus anterioribus: quoniam priuilegium prælationis ſoli doti inuenitur cōceſſum. Ita affirmat gl. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dot. & cōis doctorum ſnīa, quam vbi ſupra referunt, ac ſequūtur Ant. Gom. Couar. Greg. Lop. & Gutier.

3 Vltra † bona paraphernalia extrahit vxor ſpōſalitiā largitatem, de qua diſpu. 290. dictum eſt, ſi q̄ tamē accepit neq; ipſa in ſuo vſu eā cōſumpſit. In Regno tñ Caſtellæ, vt diſp. 290. & 431. dictū eſt, ſi ꝓmiſſæ ēt illi fuerunt arrhæ, ſolū extrahere pōt arrhas, vel ſponſalitiam largitatem, prout ipſa, aut hæredes ipſius, maluerint. Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 42. aſſeuerat, cōpetere vxori tacitam hypothecam in bonis mariti pro ſponſalitia largitate, ſi eā maritus cōſtante matrimonio alienauit, ſed non hr̄e ius prælationis comparatione creditorū mariti. Non tamen video ius, neq; ipſe illud Decis. citat, vnde eiuſmodi tacita hypotheca colligatur.

4 Si quid item † matrimonio conſtante donatū à viro fuit, vxori, & ſaltē diſſoluto matrimonio, confirmata fuit donatio iuxta ea, quæ diſpu. 289. dicta ſunt, illud etiam extrahit vxor, ſi eo tempore reperiatur. Non tamen circa hæc donata habet hypothecam tacitam in bonis mariti.

5 Vltra † hæc oīa debentur vxori arrhæ, ſi q̄ illi ritè promiſſæ ſunt. Pro eis affirmat Ant. Gom. n. 41. citato hr̄e vxorē tacitè hypothecata bona mariti; ſine priuilegio tñ prælationis alijs creditorib. Cæterum id arbitror eſſe falſum: qm̄ non eſt tex. vñ id colligatur. Et qm̄ de iure cōi non erant in vſu in ſignificatione, de qua nūc loqmur, vt diſp. 431. oſtēſum eſt. Quo fit, vt pro arrhis in ea ſignificatione de iure cōi tacita hypotheca nō ſit conceſſa. Niſi ergo contractu peculiari maritus bona ſua pro ſolutione arrharum obliget, non competit vxori hypotheca pro illis in bonis viri.

Vtrum aut arrhæ ſoluēdæ vxori ſint de lucris cōibus viro cum vxore ſi q̄ diſſoluto matrimonio fuerint reperta, an verò de ſolis bonis viri, facta prius inter virum, & vxorem diuiſione, ēt lucro-
6 rum. Dicendum † eſt, ſoluēdas eſſe de ſolis bonis viri. Primò, qm̄ illud eſt debitum ſolius viri cōparatione vxoris: ergo de ſolis bonis viri eſt ſoluendum, non verò dimidiū de bonis viri, & dimidiū aliud de bonis vxoris. Secundò, qm̄ qn̄ nulla ſūt lucra, arrhæ integræ ſoluuntur de capitali ſolius viri: ergo, vt ſemper æqualitas comparatione vxorum ſeruetur, etiā qn̄ ſunt lucra, ſoluendæ ſunt de ſola portione viri, non aūt de bonis vtriq; cōibus. Tertiò, qm̄ ſola ea debita, quæ poſt celebratū matrimonium cœptamq́ne ſocietatem ad lucra contrahuntur, ſoluuntur de lucris cōibus: arrhæ autē promittuntur a marito ante cœptam ſocietatem, viq; eius contractus, ſubſequuto poſteà matrimonio ab eo debentur: ergo de ſolis mariti bonis ſunt ſoluendæ. Atq; hac de cauſa non cōputamus modo arrhas cum capitali, quod vxor, aut hæredes ipſius extrahunt ante lucra; ſed illas reſeruamus tamq̄ debitum, poſt lucra oīa diuiſa, ſoluendum de ſolis bonis mariti. Hæc de capitali, quòd vxor, aut hæredes illius, extrahunt ante omnia de bonis quæ tempore diſſoluti matrimonij comperiuntur, diuidendaq; ſunt inter coniuges, aut inter ſuperſtitem, & hæredes defuncti.

7 Poſtea vir, aut † hæredes ipſius, extrahūt totū viri capitali, quod diſp 433. explicatum fuit. Extrahunt verò illud, ſi ſuperſint bona vnde extrahatur; alioquin totum illius detrimentum ad ſolū virū, hæredeſq; ipſius pertinet. Si aūt, extractis capitalib. vtriuſq; cōiugis, ſolutiſq; omnib. debitis, ſuperſint aliqua bona, illa dn̄r bona ſuperlucrata vtrique coniugi cōia, diuidendaque ſunt in duas medietates, atq. vna pertinet ad virū, aut ad hæredes viri, & altera ad vxorem, aut ad hæredes vxoris. Inſuper autem de bonis viri ſoluendæ ſūt vxori, aut hæredib. vxoris arrhæ, ſi q̄ fuerunt ritè vxori ꝓmiſſæ. Atq; ita abſoluitur partitio bonorū inter vir, & vxor. Quæ autē vir, aut vxor, acci-

pere

pere debeant peculiariter, ſeu cōputare in partes ſuas, varijs in locis explanatū eſt in progreſſu huius operis de iuſtitia, & quæ explananda ſuperſunt, ſuis in locis ſubijcient in ſequentib. Simili modo facienda eſt diuiſio bonorū inter cōiuges, qñ bona alterius eorum ꝓp crimen hæreſeos, aut aliud confiſcantur. Capitale quippe eius cōiugis, cuius bona confiſcantur, cum dimidio lucrorum, quæ reperta fuerint ad ipſum vſque ad latā ſnīam pertinere, & inſuper arrhæ, ſi vxor fuerit, cui arrhæ debeantur, pertinent ad fiſcum: alteri autem coniugi integra ſua omnia bona manent.

Qñ vxor attulit officiū, aut inter bona ſuperlucrata inueniūtur munera aliqua, & officia, vt *regimiento* in hoc Caſtellæ Regno pretio æſtimabilia, quæ in ſe diuidi nequeunt, quin & quorū mulier capax non ſit, qñ æſtimatio ad dotem, aut capitale vxoris pertineat, aut dimidium æſtimationis, tamquam bonum ſuperlucratum ad ipſam ſpectet, & qñ non, diſp. 241. dictū eſt. Cou. 3. var. reſ. c. 19. nu. 5. ait. Si vir conſtante mrīmonio de cōib. bonis ſibi cū vxore Eccleſiā ædificet, eiuſq; patronatum præſentandi in ea ſibi reſeruet, ius illud cōe eſſe vxori cū viro, vxoremq; ad hæredes ſuos tranſmittere ius vicìſſim cū hæredibus viri præſentandi. Licèt. n. ius illud indiuiduū in ſe ſit, atq; totū totalitate iuris, ſed partialitate illud habentis, cōpetat hæredibus viri, & hæredibus vxoris, eſt tñ diuiduum quo ad exercitiū præſentādi, atque eo modo poſſe eos illud diuidere inter ſe.

Intra quantum tempus, diſſoluto matrimonio, dos ſit ſoluenda vxori, aut hæredibus illius. A quo tempore fructus dotis ad eam pertineant. Et quouſque alenda ſit, dum dos ei non ſoluitur. Ac num maritus ſolum teneatur ad ſoluendam dotem, inquantum facere poſſit.

DISPVTATIO CCCCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Dos, & alia bona mulieris intra quantum tempus ſint ſoluenda ab hæredibus viri ipſi mulieri, vel eius hæredibus.*

Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. nu. 2.

3 *Dotis fructus a quo tpe incipiant deberi mulieri.*

4 *Vxor alenda eſt de bonis viri, ſi aliunde non hēat, donec ei dos ſoluatur.*

Et multo magis, ſi prægnans remanſit, ſiue dos ſit ei tradita, ſiue non. nu. 5.

Et quid in Luſitania ſeruatur.

6 *Maritus ad ſolutionem dotis tenetur, inquantum facere poteſt.*

Declara tamen, vt ibi.

Idem dicendum in quibuſdam alijs perſonis, qui hoc priuilegio potiuntur. nu. 7.

VT diſp. 235. dictum eſt, de iure cōi, non ſolū qñ diſſoluitur matrimoniū morte vxoris, manet vir in poſſeſſione bonorum tamquā familiæ caput, ab eoq; hæredes vxoris accipere debēt, quæ ad eam ſpectant, ſed ēt, qñ matrimoniū viri morte finitur, hæredes viri manent in poſſeſſione bonorū tamquam caput familiæ, ab eisq; accipit vxor vidua, quæ ad ipsā pertinent. Atq; idē ſeruatur in Luſitania, qñ aliqui contractu arrharū, & dotis celebrarūt matrimoniū, excepto quo ad bona, quæ, diſſoluto matrimonio, reperta fuerint cōmunia vtriuſque coniugis: diſſoluto. n. matrimonio morte viri, vxor manet in poſſeſſione horum bonorum, ab eaq; hæredes viri accipere dēnt portionem, quæ ad virum attinebat. Ita hř 4. lib. ord. tit. 7. §. 4. Sæpe ēt in eodem Regno deduci in inſtrīs dotalib. ſolet in pactū, ꝙ vxor, ſi mrīmoniū viri morte diſſoluatur, maneat tanquam familiæ caput in poſſeſſione oīum bonorum, ab eaq; hæredes viri accipiant, quæ ad virum ſpectāt: atque iuxta ordinationes eius Regni ſtandū eſt tali pacto. Iuxta hæc † ergo primo loco q̄rimus, in euētibus in quibus vxor, & hæredes illius, accipere dēnt dotem, & alia bona vxoris, de manu viri, aut hæredū illius, intra quantū tps ſint ei ſoluenda. 1

Quamuis quondā de iure communi fuerit ſancitum, vt vir, aut hæredes illius, tenerentur reſtituere dotē annua, bima, trima die, i. intra tres annos reſtituendo ſingulis annis die vltima ſingulorum vnam tertiam partem, nihilominus iā hodie conſtitutum eſt, vt dos, qñ conſiſtit in bonis immobilib. inæſtimatis, ſtatim abſq; mora quo ad ea bona reſtituatur: qñ verò conſiſtit in rebus mobilibus, aut ſe mouentibus, vel in iuribus incorporalibus inæſtimatis, aut denique qñ certa ſumma in valore eſt reddenda, tunc quo ad hæc omnia dos reſtituatur intra annum a die ſoluti matrimonij Ita hř expreſsè l. vnica. § exactio. C. de rei vxor. act. cuius verba ſunt. *Exactio aūt dotis celebretur, non annua, bima, trima die, ſed omni modo intra annum in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel in corporalibus: cæteris videlicet rebus, quæ ſolo continentur, illico reſtituendis.* Idem hř l. pen. tit. 11. par. 4. affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. l. 50. Tau. n. 46. 2 refert, ac ſequitur. Vbi ſubiungit, iam † hodie in Regno Caſtellæ ſolere in dotal bus inſtrumentis deduci in pactum, vt dos ſoluatur intra triginta dies a diſſoluto matrimonio, ſtandumq; eſſe tali pacto, aut cuicunque alteri, quod ea in parte fuerit adhibitum, iuxta l. vnicam. §. cum autē. C. de rei vxor. act. Eundem morem credo ſeruari in Luſitania. Illud obſerua, tranſacto tempore, intra qđ dos erat reſtituenda, mulier, atque hæredes illius, agere poſſe ad intereſſe, vt colligitur ex l. vnica. §. ſin autem. C. de rei vxo. act. & affirmant Molin. lib. 4. de primog. c. 5. nu. 6. Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 48. & doctores communiter.

Quod ad fructus dotis attinet, diſtinguēdū eſt. 3 Qm, ſi res † dotales ſint immobiles, atq. marito traditæ fuerint inæſtimatæ, tunc fructus earum a die ſoluti matrimonij pertinent ad vxorē, aut ad hæredes vxoris. Similiter ſi ſint res mobiles traditæ inæſtimatæ, atq; fructiferæ, earū ēt fruct⁹ a die ſoluti matrimonij pertinent ad vxorē, aut ad hæ-

redes vxoris, vt fructus pecorũ, mercedes nauis locatæ, iumentorum, ac mancipiorum locatorũ, atque idem die de penſionibus iurium; vſus tamẽ horum omnium redituum, atque etiã dotis, quæ in ſumma conſiſtit, quam maritus ſoluere teneatur vxori, ſpectat ad maritum, aut ad hæredes mariti, tpe toto eis iure aut pacto, conceſſo ad reſtituendam dotem. Ita habetur l. vnica. §. ſin autẽ, vet. fructibus. C. de rei vxor. act. cuius verba ſunt. *Fructibus immobilium rerũ parti mulieris ex tempore diſſoluti matrimonij præſtãdis, ſimiliq; modo penſionibus, vel uecturis nauium, ſiue iumẽtorum, vel operis ſeruorũ, uel quæſtu ciuilium annonarũ, & alijs, quæ ſunt eis ſimilia, parti mulieris reſtituendis.* Idẽ affirmat cõis doctorum ſnĩa, quam Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 47. refert, ac ſequitur.

4 Interim dum † dos vxori non traditur intra tp̃s iure aut pacto, conſtitutum, præſtanda ſunt ei alimẽta ſi aliunde ea non habeat, atque illa petat. Quòd ſi fructus aliqui dotis, ſuorumq; bonorum, ad ipſam eo tempore iuxta proximè dicta ſpectent, de eis eſt ſuſtentanda, & ſi quid deſit, de bonis mariti eſt ſupplendum. Hoc tñ priuilegiũ ſolius eſt vxoris, non verò hæredum illius, quaſi illi intra id tempus debeant prædicto modo ſuſtẽtari. Eo ẽt tẽpore tenetur vxor præſtare intra domum viri competentes, ac conſuetas operas, quas ipſam præſtare deceat. Si autem vxor prægnans
5 † manſit, ſuſtentanda oĩno eſt de bonis mariti, ſiue dos ſit illi tradita, ſiue non, & ſiue aliunde hẽat vnde ſuſtentetur, ſiue non: Præterea, interim dũ dos illi non reſtituitur, poteſt vxor retinere domum, in qua cum viro habitabat, & omnia bona, quæ intra illam fuerint reperta. Hęc omnia Ant. Gom. n. 48. citato iuxta varias gloſſas, iura, ac doctores, quæ citat. Et ferè oĩa affirmat ẽt Couar. in Epit. in 4. decreta par. 2. c. 3. §. 9. nu. 9. & 10. Hoc tñ loco memineris diſp. 235. dictum à nobis eſſe, in Luſitania maxima cum æquitate, attenta ſocietate bonorum inter coniuges ſaltem ad lucra, dotemq; dari in ſuſtentationem vxoris, conſuetudine eſſe receptum, vt, diſſoluto matrimonio, veſtes lugubres coniugis ſuperſtitis, & funeris ſumptus, atque ſuſtentatio vxoris, ſuperſtitis, ac familiæ, quouſque partitio bonorum inter coniuges fiat, intelligantur facta de cõibus bonis vtriuſq; coniugis, ſi aliqua bona ſint ſuperlucrata; alioquin vxor, aut hæredes vxoris omnia integrè extrahunt, quæ iuxta dicta diſputationib. præcedentibus, ad vxorem ſpectant, & reliqua pertinent ad virum, aut ad hæredes viri.

Jus Luſitan.

Quod attinet ad vltimum, quòd in titulo huius diſputationis propoſitum eſt dicendũ qſt. Ma-
6 ritũ ſolũ † teneri ſoluere dotẽ vxoris, quantũ cõmode facere poterit, in ſẽſu diſpu. 413. & in calce diſp. 425. Explicato. Niſi tñ dolo ſuam diminuiſſet ſubſtantiã: nã tunc eã cogeretur ſoluere, etiam ſupra id, quod commodè facere poſſet. Prætereà, ſi maritus commodè nõ poſſit ſoluere totã dotẽ, tenetur præſtare cautionẽ, qđ, ſi ad pinguẽ fortunã venerit, integram illã ſoluet. Hæc oĩa hñr expreſsè l. vnica. §. cũ aũt. C. de rei vxor. act. §. itẽ ſi de dote. Inſti. de act. l. maritũ. l. ẽt. §. licet. ff. ſolut. matrimo. & l. vlt. titu. 11. par. 4. Si tñ morte mariti diſſoluatur matrimonium, hęredes illius tenentur in ſolidum: quia hoc priuilegium eſt mariti, & non hęredum. l. maritum, & l. quia tale. ff. ſolu. matrim. Excipitur, niſi hæredes ſint filij eiuſdem vxoris: qm̃ hi ẽt ſolum tenentur, quantum commodè facere poſſunt. l. etiam, in prin. ff. ſolut. mat. & l. vlt. tit. 11. par. 4. Socer ẽt vxoris, mariti pater, ſolum conueniri ab vxore poteſt circa dotem, quãtùm commodè facere poſſit. l. rei iudicatæ, §. vlt. ff. ſol. matr. Si tamen vxor aliunde non haberet, vnde ſe aleret, tunc quicunque debitores tenerentur illi tantum ſuæ dotis tribuere, quantum tali vxori eſſet neceſſarium, vt ſe aleret, etiam faciendo vltra id, qđ commodè facere poſſent: quomodo in hoc euentu nullus debitor eo priuilegio gaudet aduerſus debitorem, vt cum Bart. Paulo Caſtrenſi. Greg. Lopez, & Gutier. diſput. 413. dictum eſt. Item ſi in dotem data eſſent bona aliqua inæſtimata marito, tunc, quia dominium eorum pleno iure abſque vlla traditione ad vxorem diſſoluto matrimonio regreditur, in eis pręfertur vxor quibuſcunque creditoribus, poteritq; agere in ſolidum aduerſus quoſcunq; hæredes mariti, vt ea ſibi vendicet, argumento. l. Neſenius, §. fundum, ff. de re iudic. Atque idem dicendum eſſe arbitror de hæredibus vxoris comparatione mariti ſuperſtitis: quoniam ea bona non ſunt mariti, vt in eis eo priuilegio gaudeat. Quando itẽ matrimoniũ diſſolueretur mariti morte, atque apud maritum reperirentur bona aliqua dotalia, quæ merito tradita eſſent æſtimata, qm̃ hæc ad vxorẽ regrediuntur quo ad dominium, vt inde dos ſoluatur vxori, vt hr̃ l. in rebus. C. de iure dot. & diſp. 426. dictum eſt, vtique circa ea, neque filij vxoris, mariti hæredes, neque ſocer, priuilegio illo gaudẽt. Lege quo ad hęc omnia Ant. Gom. l. 50. Tau. n. 49.

Dos, & bona vxoris vbi exigantur. Et iuxta cuius loci leges celebratus cenſeatur matrimonij contractus. Ac quouſque cauſa dotis ad Eccleſiaſticum iudicem attineat.

DISPVTATIO CCCCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Dos exigitur in loco domicilij mariti tempore, quo celebratus fuit contractus, ex communi.*

2 *Leges, & conſuetudines loci attendendæ ſunt, in quo maritus tempore celebrationis contractus dotis habebat domicilium, non illius, in quo fuit celebratus contractus.*

3 *Conſilium pro muliere, quæ contrahit matrimoniũ cum alienigena.*

4 *Iudex eccleſiaſticus incidenter cognoſcere poteſt de cauſa dotis.*

PEculiare eſt in matrimonij contractu, quòd dos non exigatur in loco, in quo contractus
1 fuit celebratus, ſed in † loco domicilij mariti tempore, quo celebratus fuit contractus.

Ratio

Ratio eſt qm̃ vxor ſequi tenet maritũ, eaq; de cã mariti domiciliũ ſortitur. Ita, pp hanc ipſam rationem definitur l. exigere dotem. ff. de iudicijs, atque affirmat Bart. & cõis doctorum ſententia, quã refert, ac ſequuntur Couar. in Epitom. par. 2. c. 7. in prin. nu. 6. & Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 50.

2 Propter † eandẽ rationem, quando aliud non fuit expreſſum in contractu, ſtandum eſt conſuetudinibus, & legibus loci, in quo maritus tempore celebrationis contractus habebat domicilium, non verò in quo fuit celebratus contractus, aut in quo vxor habebat domicilium, tam circa communicanda lucra, aut adminiſtranda paraphernalia bona vxoris, quam circa quæcunque alia. Ita Bar. & communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couar. vbi ſupra, nu. 7. & Ant. Gom. l. 50. citata nu. 75.

Excipitur, qñ matrimoniũ celebratur eo aĩo, vt maritus habitet in loco, in quo vxor hẽt domiciliũ: nam tunc, quoad hæc oĩa, ſtandum eſt legibus loci domicilij vxoris. Ita Coua. vbi ſupra, nu. 8. cum multis alijs quos citat; ac ſanè id recta ratio efflagitat. Idẽ eſt, ſi in quocunq; alio loco vir, & vxor contrahant animo ibi habitandi: tunc. n. legibus, & conſuetudinibus eius loci eſt ſtãdum.

Quòd ſi celebrent matrimonium in vno loco animo ibi commorandi, vt regulariter euenire ſolet, & poſtea migrent in alium locum animo ibi perpetuo commorandi, ſintq; in vtroq; loco diuerſæ leges, & conſuetudines, tunc ſtãdum eſt legibus, & cõſuetudinibus loci, in quo celebratum fuit matrimonium, non verò legibus loci, quo migrarunt. Atque hoc ſolum eſt, quod definit l. 24. tit. 11. par. 4. ſi rectè expendatur, vt bene cum Roderico Xuarez affirmat Couar. nu. 8. & citato, & tandem ad eandem legem conſentit Greg. Lopez. non verò quaſi lex illa repugnare ijs velit, quę hactenus ex iure communi cum communi doctorũ ſententia definiuimus, quicquid in contrarium perperam Anto. Gom. duobus modis citatis contendat. Neque nobis probatur, quod Greg. Lopez ad l. citatam contendit.

Nempe ſi in vno loco celebratus ſit contractus aĩo ibi cõmorandi, in quo quædam leges, & conſuetudines ſint quo ad lucra, & poſtea migrent in alium animo ibi commorandi, in quo diuerſę ſint leges, quo ad acquiſita quidem in priori loco, ſtãdum eſſe legibus, & conſuetudinibus eius loci: quo ad acquiſita verò in poſteriori loco, ſtandum ſimiliter eſſe legibus, & conſuetudinibus poſterioris loci. Hoc, inquam, nobis non probat. Qm̃ contractus matrimonij in totam vitam celebratur, cenſeturq; proinde in totam vitam celebratus iuxta leges, & conſuetudines loci in quo celebratur, & iuxta alia pacta expreſſa tunc appoſita.

3 Quando † mulierem cum alienigena contrahit aĩo migrandi cum illo, inquirat leges, & conſuetudines loci, quo migrat, aut deducat, quæ voluerit, in pactum; alioquin ſibi ipſi imputet, ſi in ſuũ præiudicium iuxta leges loci, quo migrat, contraxerit: pręſertim quando maritus bona fide cùm ea celebrauit contractum, non intendendo ea via illam ignorantem circumuenire. Quando autem vxor ignorabat eum, cum quo contrahebat, alterius eſſe regionis, atque animo commorandi in loco, in quo contrahebat, matrimonium celebrauit, tunc ſtandum eſt legibus, & conſuetudinibus loci, in quo contractus fuit celebratus. Conſentit in his Couar. vbi ſupra.

4 Cum † cauſa dote in ſe ſit merè ſecularis, atque inter perſonas laicas, vtique cognoſcere de illa principaliter ad ſolos iudices ſeculares ſpectat: incidenter tamen, & acceſſoriè, de ea cognoſcere etiam poteſt iudex Eccleſiaſticus, ac præcipere, & cogere, vt ſoluatur. Vt ſi principaliter cognoſcat de matrimonio, validumne ſit, an non, vel num legitimæ cauſæ ſint ad faciendum diuortium, poteſt ſimul præcipere, vt dos ſoluatur marito, aut vt maritus eam reſtituat vxori.

Item gl. c. de prudentia, conſentaneè ad textum ibi, de donat. inter virum, & vxorem. Atque iuxta hanc doctrinam intelligenda ſunt multa canonica iura, quæ ſonant, ad Eccleſiaſticum iudicem pertinere cognoſcere de dote. Lege inter alios Anton. Gom. l. 50. Taur. nu. 53.

Emphyteuſis vnde dicta.

DISPVT. CCCCXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis vnde dicta, cum aliquorum opinionibus relatis.*

POſt contractum ſocietatis, dicendum eſt de contractibus, quibus aliquid conceditur ad vſum, vel fructus, retento dominio, ſaltem directo, rei, quæ ita conceditur. Eiuſmodi ſunt Emphyteuſis, feudum, liuellarius contractus, ſuperficiarius, & locatio, ac conductio. Ordiendum verò nobis erit ab emphyteuſi, ſimulque miſcebimus ſermonem de contractibus liuellario, ac ſuperficiario ſi quid addendum fuerit ijs, quæ diſput. 10. de his duobus contractibus dicta ſunt.

Prætermiſſa inepta origine vocabuli, emphyteuſis, quam Speculator tradit, & Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 2. nu. 1. refert. Accurſius in authentico de non alienandis. §. ſcire autem ver. emphyteuſeos, ab emponemate affirmat dictã eſſe emphyteuſim, quaſi contractum meliorationis: emponema. n. grecè idem ſignificat, ꝙ latinè melioratio. Idẽ docuit idem Accurſius. §. adeo verb. emphyteuſeos, Inſtit. de locatione, & ſequuntur Syluest. verb. emphyteuſis, & plerunque alij, quos Aluar. Valaſ. vbi ſupra. nu. 1. refert. Reddit verò rõnem Accurſius, gloſſa poſteriori loco citata; qm̃ ſterilia ſolum conſueuerunt à principio tradi in emphyteuſim, vt meliorarentur; atq; ad cultũ reducerentur: tametſi addat, hodie fertilia ẽt, & quæ melioranda nõ credũtur, in emphyteuſim cõcedi.

Neque enim eſt neceſſe, vt id, vnde nomen eſt impoſitum, oĩbus vniuerſim conueniat, quibus nomen accommodatur. Alij rectius cum Alciato, & pleriſque alijs, quos Aluar. Valaſ. loco citato, num. 3. refert ac ſequitur; & quorum ſententiam probat Calepinus verb. emphyteuſis, arbitrantur,

trantur, emphyteuſim dicta eſſe ab emphyteuſi verbo græco, qđ latinè ſignificat in ſero, ac cōſero, quaſi emphyteuſis idē ſit, quod plantatio, & dari aliquid ad emphyteuſim, idē ſit, quod dari ad plātationē, ſeu cultum: eo ꝙ, vt dictū eſt, à principio ſola inculta, ac deſerta, conſueuerint tradi hoc cōtractu quo ad vsū, & fructus, vtile ve dñium, pro modica pēſione, vt ad cultū reducerentur, & meliora, ac vtiliora fierēt. Licet autem vtraque deductio, quo ad rem, atq. effectum, in idem recidat; poſterior tamen verior, ac germana videtur.

Rectè autem Aluar. Valaſ. vbi ſupra. nu. 5. & q. 1. nu. 5. ēt improbat Alciati, & Paris de Puteo ſnīam, qui, hac origine verbi emphyteuſi ducti, aſſeruerunt, de rōne cōtractus emphyteutici eſſe, vt quod eo contractu traditur, ac ſuſcipitur, res ſterilis, ac infructuoſa ſit. Contrarium quippe cū gloſſa Accurſij citata affirmat cōis doctorum ſententia, vſusq; obtinuit, & colligitur apertè ex authentica perpetua C. de ſ. croſan. eccl. ex authentico de non alienandis §. quia verò Leonis, & ex c. ea enim. §. perpetua. 10. q. 1. Neque enim neceſſe eſt, vt id, vnde nomen eſt impoſitum, ijs omnibus conueniat, quibus nomen accommodatur.

Emphyteuſis quid.

DISPVTATIO CCCCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis quid, & in quibus differat à locatione, & conductione, & nu. 2.*
3 *Emphyteuſis vſque ad quod tempus cōcedi poßunt.*
4 *Locatio duplex.*
5 *Locatio facta ad longum tempus, de quo tempore intelligatur.*
6 *Locatione ad longum tempus vtile dominium, vſque in re, & poßeſſio acquiritur.*
7 *Emphyteuſis, & locatio ad longum tempus, an diſtincti ſint contractus, an non.*
8 *Emphyteuſis, & locatio ad longum tempus quot modis in iure accipiantur, & nu. ſeq.*
10 *Emphyteutica ius, et ius meliorationem, quas emphyteuta in re emphyteutica facit, diuerſa ſunt.*

PRætermiſſis alijs definitionibus, ſic poſſumus diffinire emphyteuſim. Eſt contractus, quo
1 † res immobilis quo ad vtile dñium conceditur ſub reali penſione ſtatutis tēporibus domino proprietatis ea de cauſa ſoluenda. Pro genere ponitur contractus. Additur, quo res immobilis: quoniā emphyteuticus contractus eſſe nequit niſi de re immobili, vt ſupponunt iura, & colligitur ex l. 2. C. de iure emphy. illis verbis: *A prædijs emphyteuticarijs repellere*, ex §. adeo Inſti. de loca. illis verbis; *vt ecce de prædijs, quæ perpetuo quibuſdam fruenda traduntur, &c.* ex l. priuatæ. C. de excuſa. nu. lib. 10. & ex alijs iuribus, habeturque. l. 3. titu. 14. par. 5. & l. 28. tit. 18. par. 5. affirmatque communis doctorum ſnīa, quam, inter alios, refert, ac ſequitur Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 1. nu. 4. & fuſius. q. 12. vbi probat, non ſolum in rebus mobilibus conſtitui non poſſe emphyteuſim, ſed neque in ijs, quæ cum immobilibus computantur, vt in annuis reditibus, etiam perpetuis. Tametſi in eis conſtitui poſſit feudum. Illum legito.

2 Atque † in hoc, præter alia, differt emphyteuſis à locatione, & conductione, quæ eſſe etiam poſſunt de rebus mobilibus. In arboribus autē, interim dum ſolo adhærent, q̄a eo modo ſpectatæ cū ſolo immobili, in quo radices habent, computantur, cenſent. Greg. Lopez l. 28. citata glo. 1. & Aluar. Valaſ. q. 12. citata, cum alijs, quos referunt, cōſtitui poſſe emphyteuſim. Additur deinde, quo ad vtile dominium. In quo etiam differt contractus emphyteuticus à locatione, & conductione, quæ transferre non ſolet dñium, etiam vtile, rei locatæ in conductorem, iuxta l. non ſolet ff. locati, & l. qui rem. C. eod. tit. contractu verò emphyteutico dñium vtile rei in emphyteuſim traditæ, tranſit, in emphyteutam, iuxta l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. vel emphy. Lege quæ de dominio vtili fructuarij, & emphyteutæ diſput. 3. dicta ſunt.

Præterea additur, ſub reali penſione, ad differentiam feudi, in quo perſonale ſeruitiū, ac fidelitas ſoluitur, ſi feudum merum ſit, nihil de emphyteuſi habens permixtum, vt q. 10. viſum eſt. Item dictum eſt, ſub reali penſione, non reſtringendo, quòd ſoluenda ſit in pecunia, aut in aliquo alio: qm̄ ad rōnem emphyteuſis impertinēs eſt, in qua re ſit penſio ſoluenda, vt colligitur ex §. adeo Inſtit. de locat. & affirmat cōis ſententia, quam inter alios, Aluar. Valaſ. q. 11. citata nu. 7. refert, ac ſequitur. Neq; itē dictum eſt, ꝙ penſio ſolui debeat in modica, aut in magna quantitate: quoniā id etiam impertinens eſt ad rationem emphyteuſis, quicquid multi decepti ex verbis Bart. l. 1. C. de iu. emphy. dixerint, aſſerentes, de ratione emphyteuſis eſſe ꝙ penſio ſoluēda ſit modica, alioquin contractum tranſire in locationem, & conductionem: ducti, ꝙ à principio, qn̄ ſoli agri ſteriles, & inculti in emphyteuſim tradebantur, modica ſoluebatur penſio, quod tn̄ accidentarium oīno erat huic contractui, non minus, quam accidentarium quoque eidem contractui erat, ꝙ ſoli agri inculti, atq; ſteriles tūc in emphyteuſim traderentur, vt rectè cum Laurentio Siluano. Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 8. affirmat. Denique per reliquum definitionis, iunctis præcedentibus particulis, diſtinguitur emphyteuticus contractus ab emptione, & venditione, atque à reliquis contractibus, quin & à trāslatione emphyteuſis de vno emphyteuta in alium, ſiue id ſit titulo venditionis, permutationis, legati, ſiue quouis alio titulo: ea quippe tranſlatio non eſt contractus emphyteuticus, ſed conditionis, emphyteuſis, permutationis, aut alius contractus, vel vltima voluntas, prout fuerit titulus, quo transfertur.

In definitione emphyteuſis propoſita nihil appoſui, quo exprimeretur, an res eo contractu in perpetuum, an ad aliquem terminū tpis concederentur: quoniam licèt primæua eius contractus inſtitutione res videantur conceſſæ in perpetuam emphyteuſim, vt colligitur ex §. adeo Inſtitut. de locat. illis; *de prædijs, quæ perpetuo quibuſdā fruenda traduntur*, ex l. 1. ff. ſi ager vect. vel emphyt. ex l.

ex l.qcunque.l.1.C.de fund.patr.lib.11.& ex authentico de nō alien. §. alienationis autē nomen, & affirmat cōis doctorum ſnīa,q̄ Aluar.Valaſ.q. 1.citata,nu.12.refert,ac ſequitur, quicquid pauci pperam in contrarium aſſeruerint, atque inde ortum habuiſſe videatur,vt inter Hiſpanos nomine
3 *fateoſi*,ſola ppetua intelligatur;nihilominus† poſſunt,ac ſolēt,res in emphyteuſim concedi,ad vitā eius ſolū, cui concedūtur, aut ad duas, vel ad tres generationes (noīe generationis vitā cuiuſq; emphyteutæ intelligendo,ita vt,quę emphyteuſis ad duas generationes conceditur, cenſeatur ad duas vitas conceſſa,quæ verò ad tres generationes,conceſſa cenſeatur ad tres vitas, eius videlicet, qui illam accipit, & duas alias) prout inter concedentem,eumque cui conceduntur,fuerit conuentum: pacta enim legem peculiariter in hoc contractu dāt,vt hr̄ l.1.& 2.C.de iure emphy.& §.adeo Inſtit.de loca.vbi gl. recepta idem ēt affirmat,& tradūt doctores,quos Aluar. Valaſ.nu.12.citato refert,ac ſequitur. Neq; emphyteuſes,quæ ad vnā, duas,vel tres vitas conceduntur,definunt eſſe veræ, ac ꝓpriæ emphyteuſes, vt cōiter doctores oēs agnoſcere,ac affirmare Aluar.Valaſ.nu.citato refert,ac ſequitur. Illa quippe affectio, vt in perpetuum res fruenda cōcedatur,accidentaria ēſt contractui emphyteutico, ac proinde,ea variata, non variatur natura, & eſſentia emphyteutici contractus. Atque ea rōne nihil in definitione appoſui, quo exprimeretur, res eo contractu dari in perpetuū, aut ad certū terminū tpis, ſed definitionem ita amplam reliqui, vt temporariā, atq; perpetuā emphyteuſim ſuo ambitu cōplecteretur. Quia ergo emphyteuſes primæua illarū inſtitutionē dare in ppetuū cōſueuerunt,cōtractuſque, qb. dn̄ium transfertur, ppetui cenſentur, niſi contrarium ſit expreſſum,vt notatur l.vlt.C.de legatis, fauetque ex parte textus ille,meritò cū Ang.& alijs, colligit Aluar.Valaſ.nu.12. citato,qn̄ emphyteuſis cōſtituta reperitur, neq; fuit expreſſum fuiſſe cōceſſam ad certum tp̄s, aut ad certas vitas, cenſeri cōceſſam in ppetuum.Idem aſſerit Couar.cum multis alijs,quos refert lib.3.var.reſ.c.10 nu.4.Excipit Aluar. Valaſ.cū alijs,quos citat,in emphyteuſi Eccleſiaſtica, q̄ cū ꝓhibita ſit cōcedi vltra tres vitas,vt conſtat ex authentico de non alien.§.emphyteuſim,vtique,niſi ex forma,& contractu cōſtet fuiſſe conceſſam in perpetuum,in dubio cenſetur ſolum conceſſa ad tres vitas,& cōſentit Couar.2.var.reſol.c.17.nu.vlt. Idem erit dicendum de emphyteuſi ſeculari, vbi fuerit cōſuetudo ſolū concedi ad tres vitas, vt nu.12.citato ait Aluar. Valaſ.ſibi videri dicendum in Luſitania;eo quòd in eo Regno cōſuetudo ſit emphyteuſes laicas ſolū cōcedi regulariter ad tres vitas. De hac re lege Gamā deciſ. 276. Porrò circa emphyteuſes conſuetudini cuiuſq. regionis eſſe ſtādū, qn̄ aliud nō exprimitur in cōtractu,tradūt doctores, quos referūt,ac ſequūtur Aluar. Valaſ.ibid.Molina li.1. de primog.c.3.nu.5.& Cou.3.var.reſ.c.10.nu.4.

Vt verò ad præcipuū dubium, ꝙ eſt circa definitionē ꝓpoſitā,deueniamus,obſeruandū eſt. Du
4 plicem† eſſe locationē.Quædā.n.eſt,q̄ dr̄ ad modicum tp̄s,nēpe infra decennium,vt ferè oēs conueniunt. Alia verò eſt,q̄ dr̄ ad longum tp̄s. Atque hæc in primis eſt,q̄ fit ad decēniū aut vltra,vt iuxta gl.vlt.Clem.1.de reb.eccl.nō alie.& gl.l.3.ff.ſi ager.vect.vel emph. affirmat cōis doctorū, vſuq. recepta ſnīa,q̄ referūt,ac ſequunt̄ Naua.c.cōſideret.§.defleat.nu.5.de pœnit.d.5.Couar.2.variar. reſ.c.15.nu.2.& fuſius c.16.nu.1.Aluar. Valaſ.de iu.emph.q.29.n.5.Mol.lib.1.de primog.c.21.n. 29.Aries Pine.l.1.C.de bon.ma.par.3.n.63.Ant. Gom.l.40.Tau.nu.84. & Frāciſcus Caldas de renouat.emphy.q.16.nu.7.Licet.n.vt ait, gl.l.1.§. qđ autē ait ptor,ver.act.ff.de ſuperficieb. & aliæ, iudicis arbitrio ſit relinquendum,quodnā appel-
5 landum ſit longum tp̄s iudex† tn̄ noīe longi tpis intelligere dēt decēnium, aut vltra, iuxta rub. & l.pen.ac l.vlt. C.de longi temp. pſcr. decē aut viginti annorum & iuxta l.ſi cum fideicommiſſa §. Ariſt.ff. q & à qb. Longè autē maiori cum rōne dr̄ locatio ad longum tp̄s illa, q̄ fit ad vitā locantis,aut cōducentis,vt tradunt. Nauar.nu.5.citato. Cou.2.var.reſ.c.16.nu.3 Aluar.Valaſ.vbi ſupra. nu.2.Mol.& Aries Pinel.locis citatis,& plerique alij,quos referūt, & colligit̄ ex l.1.ff. ꝓ ſocio,vbi ſocietas in ppetuū appellat̄, q̄ in totam ſociorum vitā inita eſt; itē colligit̄ ex Clem.1.de reb. eccl. non alie.& ex alijs iuribus,q̄ Couar.citat. Huius rei elegantem rōnem reddit Nau. n.5. citato,qm̄ vita hoīs longè maior decennio reputatur l. vlt. C.de ſacroſ.Eccl.& l.hrēditatum ff.ad l.falci. Qn̄ autē is,in cuius vitam aliquid locatur,tā lōgæuus eſſet, vt, iuxta ſupputationem legis hæreditatum citatæ, non cenſeretur victurus decem annos, locatio non cenſeretur in longum tp̄s,vt Couar.nu. 3.citato, ait. Qn̄ autem locatio fieret in tempus, quo conductor, vel locator voluerit, cum Decio, Soc.iun.& Iaſone, cēſent ēt Mol. & Aries Pinel. reputandā eam eſſe locationē ad longum tempus. Meritò tn̄ Alua.vbi ſupra nu.4. ad reſtringēdum putat,ſi fiat in tempus,quo voluerit locator.
6 Locatione† ad longū tp̄s vtile dn̄ium iuſq. in re transfert̄ in conductorem, & cōſequenter eam cōparat poſſeſſionē dn̄ij,ac iuris illius,de qua diſput.12.§.dubium tn̄ emergit,dictum eſt. Transferri autem vtile dn̄ium,ac ius in re,affirmat cōis doctorum ſnīa cum Bar.quā referunt, ac ſequuntur Alu.Valaſ.q.29.citata nu.1.Cou.2.var.reſ.c. 16.nu.1.Mol.lib.1.de primog.c.21.num.5. Iul. Clar.5.li.ſen.§.vlt.q.82.ſtatut.5.n.4.Ant.Gom. l.40.Tau.n.84.& Caldas à nu.7. citato, ac ꝓbat text.l.3.iuncta l.1.& gl.vtrobiq. ff.ſi ager vectig. vel emph.& apertius.l.1.§.qđ autē ait ptor ff. de ſupficieb.illis verbis. *Et ſanè cauſa cognita,qui nō ad modicū tēpus conduxit ſuperficiē, in rem actio cōpetit.* Cui textui ait Molina vbi ſupra cōgruum reſponſum adhiberi non poſſe. Item quia ea ratione locatio ad longum tēpus alienatio cenſetur Clem.1.de rebus eccle. non alienan iuncta gl.ibi ver.locationes. Vnde probanda non eſt contraria ſnīa Aries Pinel.vbi ſupra,nu.66.& duob.ſequētib. varijs expoſitionib. contendentis, locatione in lōgum tēpus,neq; vtile dn̄ium, neq; ius in re, comparari, contra cōem doctorum ſententiam.

Hinc

Hinc orit dubium, num emphyteuſi, & locatio
Quęſt. 7 † ad longum tpſ diſtincti ſint cōtractus, an verò non, ſed locatio ad longum tēpus verè ſit emphyteuſis, cōprehendaturq. ꝓinde in definitione emphyteuſis à nobis tradita. Alu. Valaſ. de iu. emph. q. 26. nu. 19. dubium hoc pertractat, varijſq. adductis in vtraq. partem autoribus, cenſet diuerſos eſſe contractus, non ſolum noīe, ſed ēt re, & effectu, neque validum eſſe argumentum ab emphyteuſi ad locationem ad longum tēpus, hancq. affirmat eſſe cōem doctorū ſnīam. Atque inde vlterius in progreſſu illius qōnis multa q̄ in pœnam, aut aliter circa emphyteuſim ſunt diſpoſita, contendit locum non habere in locatione ad longum tēpus: in quo veſtigijs, ac doctrinæ Aries Pinelli tribus numeris ſupra citatis adhæret, atq. ex parte eneruare conatur cōem ſententiam, quæ aſſeuerat, locatione ad longum tempus comparari vtile dominium, ac iuris in re, tametſi tandē addat, recedendum non eſſe a cōi ſententia, quam fatetur canonicis ſanctionibus corroborari: id quod neque Aries Pinel, vbi ſupra diffitetur.

Deciſ. Dicendum verò arbitror. Eo ipſo, qd in iure locationi ad longum tēpus cōceſſum eſt, vt dñium vtile, iuſq; in re transferat in conductorē, æquiparatam eſſe quo ad effectum, & quo ad contractus naturam, emphyteuſi illique proinde omnia cōpetere, quæ de emphyteuſi ciuili, & canonico iure, ſancita ſunt, vt cum Fabro, Aretino, Felino, Iaſone, & multis alijs, affirmāt Molina lib. 1. de primogenijs. c. 21. n. 21. Caldas, de renouat. emphy. q. 16. à nu. 8. præſertim nu. 11. & pleriq. alij. Conſentiunt apertè Luſitanæ ordinationes lib. 4. tit. 64. in prin. vbi hr̄, *O fereiro* (hoc eſt, emphyteuta) *que traz alguna herdade, caſa, ou uinha, ou otra poſſiſſam aforada pera ſempre, ou pera certas peſſoas, ou a tempo certo, que paſe de dez años non pordera uender a couſa aforada, &c.* Vbi noīe emphyteuſis intelligit locationē ad longum tēpus, eamque p oīa æquat emphyteuſi perpetuæ, vt emphyteuta cadat in commiſſum, ſi rem alienet irrequiſito dño directo, &c. Et ti. 65. in principio vbi habet. *Se o foreio que recebeo do ſenhorio alguna poſſiſſan por certo foro ou penſan, ou quantidade de frutos, ou prezo, pera ſempre, ou pera certas peſſoas, ou por certo tempo de dez annos pera cima, non pagar o foro ou penſam per tres annos, &c.* Vbi locationē ad lōgū tempus ſub emphyteuſi cōpræhendit, decernitq. conductorē in longum tēpus, ſi penſionē p tres annos non ſoluat, cadere in cōmiſſum, perinde atque alios emphyteuta. Similis alia ordinatio eſt lib. 4. tit. 6. §. 9. ibi. *Aueraa iſſo meſmo lugar nos beens emprazados ou arrēdados, ſe o arrēdamento for de dez annos e di acima,* & alia lib. 3. tit. 32. in prin. Ac ſanè nō video, cur locatio ad totam vitā conducentis, aut locantis appellanda ſit emphyteuſis, æquandaq. oīno ſit, quo ad naturā, & effectus, emphyteuſi perpetuæ, vt Alua. Valaſ. & alij, cum qb. diſputamus, volunt, & non ſimiliter locatio ad decenniū, aut vltra, ſi hac etiā vtile dñium, ac ius in re in cōducentem trāsferatur, vt Alua. Valaſ. transferri concedit: eo. n. ipſo aliā naturam cōtractus ſortitur diſtinctā à locatione ad modicū tēpus non minus q̄ locatio ad totā vitam diuerſam naturā ſortit à locatione ad modicum, tempus. Ac ſanè nobiſcum cōueniunt Greg. Lopez. l. 28. tit. 8. par. 5. verb. *para en toda ſu uida,* & Syluest. ver. emphyteuſis nu. 1. q locationē ad decēnium, aut vltra cōpræhendunt ſub emphyteuſi.

Vt autem iura, & doctores intelligas, obſerua, vt hr̄ Inſt. de locatione. §. adeò, quondam dubitatum fuiſſe, an emphyteuſis eſſet locatio, an verò diſtinctus contractus, & pp coniunctionē, & affinitatem maximam, q̄ cum locatione habebat, vna cum locatione, atque ſub nomine locationis latæ ſumptæ, de ea habitum fuiſſe ſermonē. Vñ l. 1 ff. ſi ager vectig. vel emphy. petatur, ſub noīe locationis, de emphyteuſi eſt ſermo, illis verbis. *Vectigales uocantur, qui in perpetuum locantur, id eſt, hac lege, ut qnamdiu pro his uectigal pēdatur, tam diu, neque ipſis, qui conduxerint neq; ijs, qui in locum eorum ſucceſſerint, auferri eos liceat.* Ecce de contractu emphyteutico ſub noīe conductionis, & locationis, habitus eſt ſermo. Quia verò illis tpibus, anteq̄ lex Zenoniana C. de iure emphyteutico ꝓpriam naturam huius cōtractus ſtatuerit, explanaueritq; diſtinctum eſſe à locatione, vt hr̄ §. adeò, citato, ſermo erat de emphyteuſi ſub noīe locationis latè ſumptæ, lege, non ſolet. ff. locati, hæc verba habentur; *Non ſolet locatio dominium mutare;* quibus innuitur, q̄uis vt plurimum dñium mutare non ſoleat, aliqñ tñ mutare vtile dominium qñ ſcilicet eſt in perpetuum, vel ad
8 longum tempus. Hinc † dico, vocabula, emphyteuſis, & locatio, æquiuoca eſſe in iure, & apud doctores. Interdum enim locatio ſumitur latè, vt compræhendit emphyteuſim, ēt perpetuam; interdum verò preſsè, idq. dupliciter, maximè apud doctores. Vno enim modo ſumitur valde preſsè, ac proprijſſimè, pro ſola locatione ad modicū tēpus, qua dñium vtile non transfertur, & quæ eſt contractus ſpecie diſtinctus ab emphyteuſi latè ſumpta. Alio verò modo ſumitur aliquantulum latius, vt excludit qdē emphyteuſim ppetuā, aut ēt ad vitam, vel ad vitas, cæterum vt compræhendit ēt locationem ad decenniū, aut vltra: quo pacto eam ēt vſurpant Luſitanæ ordinationes duobus locis poſteriori loco citatis. Emphyteuſis
9 † quoq; duobus modis vſurpatur, vno preſsè, pro ſola emphyteuſi perpetua, aut ad vitam, vel vitas. Alio verò modo latè, prout cōpræhendit ēt locationem ad decennium, aut vltra, quo pacto cōſtituit verā ſpeciem cōtractus diſtinctam à locatione ꝓprijſſimè, & preſſiſſimè ſumpta. Atq; eo modo fuit à nobis hoc loco definita, & de ea erit nobis deinceps ſermo. Quare definitio emphyteuſis à nobis propoſita, competit ēt locationi ad longū tempus, quæ in definito ſimiliter continetur.

Illud poſtremò in hac diſputatione cum Alua. Valaſ. de iur. emphyt. q. 1. nu. 19. & cum alijs, eſt obſeruandum. Diuerſa eſſe ius emphyteuticum, qd hactenus explicauimus, & ius earum meliorationum, quas emphyteuta in re emphyteutica efficit, & quod proinde eidem emphyteutæ competit: id quod, & ex ſe apertè conſtat, & colligitur ex l. vlt. C. de iur. emphyt. quæ de his duobus

iuribus

iuribus tamquam de diuerſis manifeſtè loquitur.

10 Ius quippe † emphyteuticum ex cõtractu emphyteutico hactenus definito, ac explicato ortum habet: meliorationes verò ex labore, ſumptibus, & induſtria emphyteutæ circa rẽ emphyteuticam. Quia tamen ius meliorationum ſupponit ius emphyteuticum, atque ab eo pendet, dominuſque proprietatis eo ipſo, ꝙ in re emphyteutica meliorationes fiunt, illique adhærent, dominium illarũ comparat, vt in calce diſp. 10. & in calce diſp. 57. oſtenſum eſt, inde efficitur, emphyteutam, ſicut vendere non poteſt ius emphyteuticum, niſi requiſito prius domino directo, vt videbimus, ita neque poſſe vendere ius meliorationum eodem domino irrequiſito, niſi aliud deductum fuerit in pactum, vt habetur l. vlt. C. de iure emphy.

Emphyteuſis, communis vna, Eccleſiaſtica alia. Et num in hac ciuilibus legibus ſit ſtandum.

DISPVTATIO CCCCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis quotuplex.*

2 *Emphyteuſis eccleſiaſtica regulatur ſecundũ ius canonicũ, & non ciuile, niſi quatenus ius ciuile ab Eccleſia tacite, uel expreſſe fuerit approbatum.*

3 *Lex ciuilis admittens illegitimos in defectum legitimorum in ſucceſſione emphyteuſis, an extendatur etiam ad Eccleſiaſticam emphyteuſim.*

1 TRadita definitione emphyteuſis, dicendum proximè eſt de diuiſione illius, in † communem, & Eccleſiaſticam. Quoniam, vt in progreſſu videbimus, non in omnibus conueniunt, ſed multa peculiaria ſunt emphyteuſi eccleſiaſticæ. Eccleſiaſtica emphyteuſis ea dicitur, quæ eſt de re Eccleſiæ, atque adeo, quę eſt de re, cuius directum dominium pertinet ad Eccleſiam. Reliqua emphyteuſis communis appellatur.

2 Circa † Emphyteuſim Eccleſiaſticam ſtãdum eſt diſpoſitioni iuris canonici; non vero iuris ciuilis, niſi quatenus ab Eccleſia tacitè, vel expreſſe, fuerit approbatum: id quod Luſitanæ ordinationes lib. 4. tit. 65. §. 2. confitentur, & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus, 4. lib. ſent. §. emphyteuſis, q. 48. Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 20. nu. 6. §. Item quæro, & alij, quos in progreſſu huius diſputationis citabimus.

Ratio autem eſt, quoniam diſpoſitio ciuilis, tã circa Eccleſiaſticas perſonas, quam circa Eccleſias, & bona earum, non aliter habet vim, quàm quatenus à Summo Pontifice tacitè, vel expreſsè, fuerit approbata, eo quòd à poteſtate ciuili ſint, exempta, vt patet cap. Eccleſiæ Sanctę Mariæ, de conſtitutionibus, & alijs iuribus.

Meritò tamen, tam doctores citati, quàm pleríque alij citandi, affirmãt, cum eo ipſo, quòd res aliqua Eccleſiæ alicui laico in emphyteuſim eſt tradita, dominium vtile illius, non ad Eccleſiam pertineat, ſed ad perſonã laicam, ſubiaceatq; proinde ciuili iuri, ac laicæ poteſtati, iura ciuilia vim circa illud habere. Vnde tributa, bonis laicorum ciuili diſpoſitione impoſita, debentur ab emphyteutis laicis iuxta valorem dominij vtilis, quod in re emphyteutica habent, nihil impediente, quòd emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit, dominiumq; illud laici vtile coniunctum ſit cum directo dominio Eccleſiæ ab eiuſmodi tributis exempto, & quòd inde per accidens Eccleſia emolumento aliquo priuetur, quatenus, ſi dominium illud, et in poteſtate laici, à tributis eſſet exemptum, maiori penſione res Eccleſię in Emphyteuſim acciperentur: id. n. eſt omnino per accidens, neque impedire debet, aut poteſt, laicam poteſtatem, emolumentũque, ac ius principis ſecularis in bona omnia eo ipſo, quòd ſunt laicorum ipſi ſubditorum, vt Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 17. à nu. 11. compleriſque alijs, quos citat, rectè affirmat.

Inde ẽt efficitur, leges laicas retractus, quibus diſp. 370. dictum eſt, locũ habere in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſi emphyteuta dñium ſuũ vtile vendat alicui extraneo: conſanguineus enim proximior in gradu retrahere illud põt, intra tẽpus ad retractum conceſſum, vt rectè Aluar. Valaſ. cum pleriſque alijs, quos citat, ibidem, nu. 13. aſſeuerat. Semper tñ dominus directus integrum retinet ſuum ius, de quo inferius erit ſermo, vt ipſe cęteris emptoribus præferatur atque vt expectetur integrum tempus ſibi ad deliberandum, an pro eodem pretio dominium illud vtile velit, à iure conceſſum, vt diſp. 371. dictum eſt.

Tota aũt difficultas eſt, an qñ ex diſpoſitione iuris canonici aliqui excluduntur à ſucceſſione in emphyteuſi Eccleſiaſtica atq; adeo à ſucceſſione in dominio vtili, quo pacto excluduntur illegitimi, vt in progreſſu videbimus ſi condita ſit lex ciuilis, quæ in aliquo Regno ad ſucceſſionẽ in emphyteuſi admittat illegitimos aliquos, vt lex Luſitan. l. 4. ord. ti. 62. §. 4. in defectũ deſcendentium legitimorum admittit deſcendentes illegitimos naturales, non ſolum hoĩs plebeij, ſed ẽt nobilis,

3 an, inquam, vi † talis legis ſuccedant eiuſmodi illegitimi in emphyteuſi Eccleſiaſtica, etiam quando non fuit ab Eccleſia conceſſa cum clauſula, & pacto, quod illos admitteret, vel non, ſed ea lex ſolum habeat locum in emphyteuſi communi.

Item quando emphyteuſis conceſſa eſt alicui, & perſonæ, quam is nominauerit, vtique id cõditionem inuoluit, ſi nominauerit: quare ſi emphyteuta primus è vita diſcedat nemine in emphyteuſim nominato, emphyteuſis extinguitur, dominiumque vtile reuertitur ad proprietatem, vt omnes concedunt, Luſitaniæque ordinationes tit. citato §. 3. in princ. confitentur. Hoc poſito, quando lex Luſitana. §. 3. citato, & 4. ſequenti, ſtatuit, ſi eiuſmodi emphyteuta diſcedat ab inteſtato, & relinquat deſcẽdentes aut aſcendentes proximiorem deſcendentem cenſendum eſſe nominatum, & in defectum deſcendentium, cẽſendum eſſe nominatum proximiorem aſcendentem, ſuccedereque in emphyteuſim, quæritur, vtrum ea lex locum habeat in emphyteuſi Eccleſiaſtica, an ſolũ

in

in emphyteuſi communi: id quippe cederet in detrimentum Eccleſię, eo quòd non tam citò dominium vtile conſolidaretur cum proprietate, reuerteretúrque ad Eccleſiam: lex autem ciuilis, quæ cedit in detrimentum bonorum Eccleſię, pactique, quo Eccleſia ea bona concedit, vim non hẽt quouſque ab Eccleſia tacitè, vel expreſsè approbetur. Eadem ferè eſt difficultas de ordinatione Luſitania eo. tit. in prin & duobus §§. ſeq. quatenus ſtatuit, ſi eiuſmodi emphyteuta hæredem, aut hæredes, inſtituat, nulla facta nominatione in emphyteuſi, illum, aut illos, cenſeri nominatos eo ordine, ac modo, quo ibidem explicatur.

Multi enim graues autores cenſent, inſtitutionem hæredis cenſendam non eſſe nominationem ad emphyteuſim ſtando in iure cõmuni, ac proinde eam legem locum non habere in emphyteuſi Eccleſiaſtica, de quorũ numero ſunt Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 11. in calce, n. 7. & Emmanuel à Coſta de maiorat. par. 2. n. 16. Item, cum penſio emphyteuſis eſſe poſſit in quibuſcunque rebus, lex Luſitana. li. 4. ord. tit. 65. §. vlt. ſtatuit, in emphyteuſi domorum, aut ſoli alicuius ad domos ædificandas, penſionem conſtitui non poſſe, niſi in pecunia, aut auibus, alioquin contractum eſſe nullum, nulliuſque effectus.

Quæritur autẽ, num eiuſmodi lex locum hẽat in emphyteuſi Eccleſiaſtica, an ſolum in emphyteuſi communi. Neque. n. princeps ſecularis, legeſq; ciuiles, arctare poſſunt Eccleſiæ poteſtatem circa contractus de rebus Eccleſiaſticis celebrandos, qñ alioqn cõtractus de ſe validi ſũt, ac liciti.

De his itaque, & alijs ſimilibus legibus ſecularibus, quæ arctarent, aut laxarent, contractus Eccleſiaſticos circa emphyteuſes, vt latius in Eccleſię incommodum, paterent, quam ſecluſis talibus legibus, alioquin ſe extendere deberent, aut, vt inualidi eſſent, qui alioquin validi futuri erant, contra poteſtatem, quam Eccleſia habet, diſponendi de rebus ſuis, eſt dubium, num ſe extendere poſſint ad emphyteuſes Eccleſiaſticas, ſine tacita, aut expreſſa, approbatione Sũmi Pontificis, ſiue mẽs legumlatorum ſecularium ſit eas comprædẽdere ſiue non. Ac ſanè de nullo legislatore Chriſtiano cenſendum eſt, intendiſſe eas comprehendere ex hypotheſi, quod id nefas, inualidumque ſit.

Gam. deciſ. 2. & deciſ. 149. à num. 6. circa primum eorum, quæ propoſita ſunt, arbitratur, filios naturales ſuccedere in Luſitania in emphyteuſi Eccleſiaſtica, idque vt legis Luſitanæ, de qua ſermo eſt habitus.

Quoniam inquit, diſpoſitio illa eſt circa ſucceſſionem in dominio vtili, quando iam ab Eccleſia translatum eſt in emphyteutam laicum, atq; adeo quando iam ſubiacet diſpoſitioni legis ciuilis. Refert verò in illa deciſione ſecunda, ſæpius ita in Luſitania fuiſſe iudicatum, tametſi etiam referat, fuiſſe aliquando iudicatum in contrarium. Quod verò ad ſecundum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, Emmanuel à Coſta, & Ant. Gom. locis citatis cenſent, diſpoſitiones illas non extendere ad emphyteuſes Eccleſiaſticas.

Caldas de nominatione emphyteutica, quæſt. 7. copioſe, ac diligenter qõnem diſputat, autoribus in vtramq; partẽ citatis, multiſq; pro, & contra, allatis rõnibus, atq; in puncto iuris, in opinionem Emmanuelis à Coſta, & Ant. Gom. propendet, præſertim qñ is, qui nominare debebat, inteſtatus decedit. Tandem verò nu. 56. reſoluit, vix id in praxi locum in Luſitania habere, ẽt in Eccleſiaſtico foro: quoniam, inquit, ſolent Eccleſiaſtica prætoria, in re adeo dubia, legis Regiæ diſpoſitioni, ac æquitati, accedere, atque ita inquit, ſe vidiſſe pluries iudicatum, & obtentum.

Quo fit, ait, vt id mixta conſuetudo, ac diſpoſitio, dici iam hodie in Luſitania poſſit, oĩnoq; ſeruanda, laicorum & Eccleſiaſticorum. Quod deñi que ad tertiũ attinet. Aluar. Valaſ. de iure emph. q. 20. nu. 6. §. item quęro, cenſet, legem illam Luſitanam non ſe extendere ad emphyteuſes Eccleſiæ, ſed ſolum ad laicas: qm̃ leges particularium regnorum vim non habent aduerſus poteſtatem Eccleſiarum circa celebrandos ſuos contractus de rebus Eccleſiaſticis. Quod maximè eſt verum, qñ vnus, atque idem cõtractus diuerſimodè à laicis, & diuerſimodè ab Eccleſijs celebratur, vt in emphyteutico accidit. Addit tñ Valaſcus, legem illam Luſitanã extendi poſſe ad emphyteuſes Eccleſiaſticas, ſi modo apud tribunalia Eccleſiaſtica fuerit longo vſu, ac tempore recepta: qm̃ ex eo vſu promiſcuo, ac lõgæuo, fit mixta conſuetudo laicorum, & Eccleſiaſticorum, quæ ſeruanda eſt in canonico foro, vt per Panor. iuxta textum ibi, ca. cum cauſa. nũ. 4. de re iud. Felin. c. Eccleſia Sanctę Marię de conſuet. verſ. ſecundus caſus, & Decium. c. ad noſtram de probat nu. 3. Qua in re nõ põteſt eſſe dubium: qm̃, ſi id conſuetudine præſcripta receptum in Luſitania ſit in vtroque foro, derogat ſanè iuri canonico. Num aũt ea de re cõſuetudo præſcripta ſit in Luſitania, non affirmat.

Vt autem dicam, quod ſentio. Sanè arbitror, in puncto iuris in his omnibus, & ſimilibus euentibus, leges ſeculares non ſe extendere ad emphyteuſes Eccleſiaſticas. Quoniam præiudicium afferunt cõtractibus emphyteuticis Eccleſiaſticis, atque adeo eccleſiaſticis rebus; in quo euentu vim non habent ſeculares leges, niſi tacitè, aut expreſsè, à Summo Pontifice approbentur, aut conſuetudine præſcripta extenſæ iam ſint ad emphyteuſes eccleſiaſticas. Deciſ.

Atque ex ijs, quæ Gama & Aluar. Valaſ. docent, itemque Emmanuel à Coſta, non conſtat cõſuetudine præſcripta leges illas Luſitanas extenſas in Luſitania eſſe ad emphyteuſes eccleſiaſticas: ſed iudices ſeculares ſunt, qui extendere conſtantes, quantum poſſunt, laicam iuriſdictionem in res Eccleſiaſticas, pſeudographa illa ratione, quòd leges ciuiles circa dominium vtile emphyteutarum eccleſiaſticarum validæ ſint, id ſibi facile perſuadent, ſententiaſque ſæpè ferunt, Luſitanas illas leges locum etiam habere in emphyteuſibus eccleſiaſticis.

Cum tamen, licet veriſſimum ſit, leges ciuiles circa dominium vtile emphyteutarum rerum Eccleſiaſticarum, quando inde non ſequitur arctari, aut laxari, contractus emphyteuticos in Eccleſiæ

incom-

incommodum, validas eſſe, atque id ſolum intendant autores cõmunis ſententię, qui id affirmant; falſum tamen ſit ſi intelligatur, quãdo inde ſequitur arctari, aut laxari, contractus emphyteuticos in eccleſiæ incommodum, neque in eo ſenſu ſi intentum à doctoribus communis ſententiæ, ſi eorum verba expẽdantur. Hæc ſummatim hoc loco de hac re dicta ſint, vt intelligatur, ad quam regulam definiendæ ſint quæſtiones, quæ in progreſſu hac de re occurrerint.

De origine emphyteutici contractus, & num ſit ſtricti iuris, ac nominatus contractus, & num ſcriptura perficiatur.

DISPVTATIO CCCCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticus contractus eſt ciuili iure introductus.*
2 *Emphyteuticus contractus eſt ſtricti iuris.*
3 *Emphyteuſis eſt contractus nominatus.*
4 *Emphyteuticus cõtractus an ſcriptura perficiatur. Et quid in Eccleſiaſtica emphyteuſi. nu. 5.*

CVm emphyteuticus contractus multis gentibus in orbe, & fuerit quondam, & ſit vſq; in hodiernum diem incognitus, minimeque in vſu, conſtat ſanè contractum hunc ortum non habuiſſe à gentium iure, ſed à † ciuili, quicquid in cõtra-
1 rium dixerint quidam, quos Alua. Valaſ. de iure emphyt. quęſt. 3. refert, atque impugnat, temporibuſq; Zenonis Imperatoris. l. 1. C. de iure emphy. cœpiſſe redigi ad meliorem, exactioremque formam, vt ex eadem lege, & alijs ſequentibus in eodem titulo, atq; ex §. adeo Inſtit. de locat. conſtat: aſſeueratque hæc omnia, cum gloſſa, l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure, communis doctorum ſentẽtia, quã Alua. Vala. vbi ſupra, nu. 7. refert ac ſequitur.

2 Porro emphyteuſim † cõtractum eſſe ſtricti iuris, ex ijs conſtat, quæ diſput. 259 dicta ſunt, copioſeq; id diſputat Alua. Valaſ. de iure emphy. q. 5. Quarè actio, quæ ex illo reſultat, ſtricti etiam iuris eſt, vt ex dictis eadem diſputatione liquet.

3 Eſſe verò † emphyteuſim nominatũ contractũ, d. 253. explanatũ fuit, & conſtat, ex l. 1. C. de iure emph. & ex §. adeo Inſti. de loc. vbi cum peculiari forma, ac nomine docet iure ciuili introductus, ac pfectus, De hac re copioſe Alu. Vala. vbi ſup. q. 6.

Quęſt. Vtrum autem ſcriptura perficiatur. Commu-
4 nis † doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequũtur Iulius Clarius lib 4. ſen. §. emphyteuſis. quęſt. 4. Caldas de renouat. emphyt. quæſt. 2. num. 2. & quęſt. 18. nu. 36. Ant. Gom. 2. tom. variar. reſol. c. 3. nu. 16. Greg. Lopez. l. 18. titu. 8. par. 5. verb. *por eſcrito*, & a qua Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 7. nu. 2. tandem ait nõ eſſe recedendũ, eſt, ad contractum emphyteuticum neceſſariam eſſe ſcripturã.

Ita affirmat gloſ. §. adeo Inſtit. de locat. verb. neque ad locationem, in fine, gloſſ. l. contrahitur, verb. valet ff. de pigno. gloſ. l. pactum, quod bona fide. C. de pactis. Et quamuis idem aſſerat gl. eiuſdem Accurſij l. 1. C. de iure emphy. verb. ſcripturæ; duas tamen addit expoſitiones circa illum textum, quibus defendi poſſit, validum eſſe contractũ emphyteuticum ſine ſcriptura. Vbi additio ad eandem gloſſam validam eſſe affirmat iuxta eam gloſſam, ſubiungitque, Bartolũ affirmare, ita conſuetudine eſſe receptam.

Ad contractum verò emphyteuticum neceſſariam eſſe ſcripturam confirmatur, ex l. 1. C. de iure emphy. illis verbis, *pactionibus ſcriptura interueniente habitis*. Quæ verba vno modo exponit ibi gloſſa citata, vt intelligant, de pactionibus cõtractui emphyteutico inſertis non verò quaſi idẽ neceſſarium ſit ad contractum ipſum emphyteuticum. Cæterum nulla eſt congrua ratio, cur id potius ad pactiones contractui emphyteutico inſertas, ius exigat, quam ad contractum ipſum. Idem confirmatur ex l. 2. C. eodem tit. illis verbis, *Siquidem aliquæ pactiones in emphyteuticis inſtrumentis fuerint conſcriptæ*: quæ verba eandem vim cũ præcedentibus habent.

Et ex l. 3. C. eodem tit. illis verbis, *ſi quidem emphyteuticum inſtrumẽtum ſuper hoc aliquas pactiones habeat, eas obſeruari*. Quę etiam verba eandẽ vim cum alijs relatis habent. Atque expreſſe aſſerunt l. 18. tit. 8. par. 5. & l. 3. titu. 14. part. 5. Quod verò ad emphyteuſim Eccleſiaſticam attinet, id longè expreſſius habetur, quam in iuribus communibus paulò anteà relatis, in authentico de nõ alienandis. §. finimus igitur, iuncto. §. Anaſtaſius, præcedente & §. quod autem dictum eſt, quibus in locis ſolũ eſt ſermo de emphyteuſi eccleſiaſtica. Hoc ipſum cõfirmat apertè Luſitana ordinat. lib. 4. ti. 36. in principio, vbi inter contractus, qui ſcriptura perficiuntur, atque de quorum ſubſtantia eſt, quod ſcriptura interueniat, commemorat emphyteuſim eccleſiaſticam dicens, *e en o contracto emphytiotico da coſa eccleſiaſtica*.

Quid autem hac de re ſentiam, paucis dicam Deciſ.
in primis, vbi conſuetudo præſcripta fuerit, contractum emphyteuticum ſine ſcriptura fieri firmumque haberi, ei conſuetudini erit ſtãdum. Neque ea in re poteſt eſſe dubium: quoniam conſuetudo præſcripta, iuri tam canonico, quam ciuili, derogat. Multi autem contra Bartolum affirmãt, non eſſe talem conſuetudinem: qd ſanè ſignũ eſt, eam, pleriſq; ſaltem in locis, non eſſe, & Caldas affirmat illam non eſſe in Luſitania.

Neque videtur eſſe in Caſtella, etiã in emphyteuſi communi, vt ex iuribus eius Regni paulo antea relatis colligitur: neque enim aduerſus iura adeo expreſſa credendum eſt in eo Regni inductam fuiſſe contrariam conſuetudinem.

Et Grego. Lopez, vbi ſupra affirmat, neceſſariã eſſe ſcripturam, non ſolum ad probationem, ſed etiam ad ſubſtantiam contractus. Vbi etiam vſu, & conſuetudine eſſet receptum, neceſſariam eſſe ſcripturam ad emphyteuticum contractum, contractumque ſine ſcriptura celebratum robur non habere, ei etiam conſuetudini eſſet ſtandum: præſertim cum illi ſuffragentur communis doctorũ ſententia, & teſtimonia iuris citata.

Quid autem in puncto iuris dicendum ſit, atq;

etiam

etiã vbi de neutra cõſuetudine præſcripta conſtat.

5 In primis † arbitror de ſubſtantia emphyteutici contractus Eccleſiaſtici eſſe, vt ſcriptura interueniat, ac perficiatur, propter teſtimonia ex authẽticis citata: et qm̃ id affirmat lex Luſitana citata, eiſdẽ authenticis innixa: quare in Luſitania nefas eſt contrarium exiſtimare, vt Alua. Vala. vbi ſupra, nu. 11. & Caldas, q. 18. citata aſſeuerant.

Quod verò ad cõem emphyteuſim attinet, recedendum etiã non arbitror à communiori doctorũ ſẽtẽtia, cum qua iura ſatis probabiliter conſentiunt: præſertim in Regno Caſtellæ, vbi legibus eſt ſancita. Quia tamen res non eſt adeo certa in emphyteuſi communi, ſtando in ſolo iure cõmuni, idcircò diſp. 254. adhibendo exempla cõtractuum, qui ſcriptura perficiuntur, non fecit mentionẽ de emphyteuſi cõi, neque de emphyteuſi in genere, ſed de ſola emphyteuſi Eccleſiaſtica. Alua. Vala. q. 7. citata nũ 3. conſentit vbi ſupra Caldas, q. 18. arbitratur cum alijs quos refert, ſcripturam ad emphyteuſim cõem non ita eſſe neceſſariam, quaſi ſit de ſubſtantia contractus, ita vt ſine illa cõtractus ſit nullus: ſed ſolũ eſſe neceſſariam ad probationẽ illius, quaſi nõ admittatur probatio eius cõtractus p̄ teſtes, aut aliqua alia, ſed ſolũ per ſcripturam publicam, aut per confeſſionẽ partis, cum qua de eo contractu contẽditur. Et quidem in Luſitania ita eſt affirmandũ, ſi dicamus de iure cõi, et ad illius probationem neceſſariã non eſſe ſcripturam: quippe in eo Regno, neq; in hoc, neque regulariter in alijs contractib. admittatur alia probatio, quam per ſcripturam publicam, aut confeſſionem partis vt conſtat ex lib. 3. ord. ti. 45. & diſp. 260. à nobis explanatum fuit. Atq; ita arbitror eſſe affirmãdũ in Luſitania. Quoniam conditores ordinationũ eius Regni exiſtimaſſe vñr, ad ſolam emphyteuſim Eccleſiaſticam neceſsariam eſse ſcripturã, ſtãdo in iure communi, vt ex li. 4. ord. tit. 36. in principio liquet; neq; ad communem aliter neceſsariam illam ſtatuerunt, quam ad reliquos contractus in eo Regno iuxta diſpoſitionem propriam eius Regni lib. 3. tit. 45. Stando ergo in ſolo iure communi, non eſt mihi certum, an iuxta communiorem ſententiam ſupra relatam, neceſsaria ſit ſolum ad probationem, an potius ad ſubſtãtiam cõtractus: arbitrorq;, quicquid Aluar. Valaſ. & alij, quos refert, ſenſerint, cõiorem ſententiam exiſtimaſse, neceſsariam eſse etiam quo ad ſubſtantiam contractus; id quod Greg. Lop. vbi ſupra affirmat.

Quando ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus, aut neceſſaria ad illius probationem, ſi poſt eam legitimè confectam amittatur, an admittatur probatio per teſtes.

DISPVTATIO CCCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura quando eſt de ſubſtantia contractus, ſi ſit caſu amiſſa, vel ſine culpa, & dolo eius, cuius intereſt teſtes poſſunt adhiberi ad fidem faciendam de ea.*

2 *Teſtes ad improbationem ſufficiunt duo fide digni, etiam ſi ad validitatem ſcripturæ plures eſſent neceſſarij.*

3 *Teſtes vt faciant fidem de ſcriptura, & eius amiſſione, quot probari debeant.*

4 *Teſtes quales eſſe debeant; ad probandam veritatẽ, vel falſitatem ſcripturæ amiſſæ.*

5 *Teſtes deponentes de ſcripturæ amiſſione, quid deponere debeant.*

6 *Teſtes non ſunt examinandi ſuper amiſſione ſcripturæ non neceſſariæ ad contractum.*

7 *Solemnitas non neceſſaria ſi minus aptè interueniat, contractum non vitiat.*

8 *Scriptura ſi malitia ex dolo deperdita ſit, duo teſtes, qualeſcunque ſint, ſufficiunt ad probandum, quid in ea contineretur.*

OCcaſione eorum, quæ in poſtrema præcedẽtis diſputationis parte dicta ſunt, excitatur hæc quæſtio. Dicendum verò eſt, eſto ſcriptura de ſubſtantia ſit contractus, & eſto lege aliqua ſancitum ſit, vt circa aliquem contractum, aut diſpoſitionem, non alia probatio vim habeat, quam per ſcripturam publicam, aut confeſsionem partis aduerſæ, ſi tamen † ſcriptura caſu, aut ſine eius, quia intereſt, culpa, ſeu dolo, pereat, ſi tamen teſtibus probetur perijſse, & quid ea contineret, eo quo ſubijcietur, modo, id loco legitimæ probationis haberi, nec minorem fidẽ facere, quam facere inſtrumentum ipſum, ſi in iudicio exhiberetur. Ita Bar. Panor. Felin. & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Aluar. Valaſ. de iure emphy. quæſt. 7. nu. 38. & Ant. Gom. l. 41. Taur. in calce. nu. 2. & nu. 3. iuxta l. teſtium. §. vlt. C. de teſtibus. l. ſicut iniquum, iuncta glo. ibi, & l. emãcipationem. C. de fide inſtrumen. c. cum olim. 1. de priuil. & §. penult. tit. 64. lib. 3. Luſit. ord.

2 Sufficiunt autem † ad euiuſmodi improbationẽ duo teſtes fide digni, etiam ſi ad validitatem ſcripturæ plures eſsent neceſsarij, vt affirmant gl. l. ſicut iniquum citata. Bart. Paul. Caſtien. & alij, quos Aluar. Vala. loco citato refert, ac ſequitur.

3 Tria † tamen probari debent. Primum factum ipſum, verbi gratia, talem, vel talem, contractum celebratum fuiſse inter tales perſonas. Secundũ, ſcripturam publicam ea de re fuiſse confectam talis, vel talis tenoris. Tertium eam ſcripturam eſse amiſsam. Si aũt duo tantũ probetur, nẽpe tenorẽ ſcripturæ, & illã fuiſse amiſsam, tunc nõ ſufficiũt ad id probãdũ quicunq; tales alioquin fide digni,

4 ſed requirunt † teſtes valde ad id idonei, & periti, q falſitatẽ, ac vitiũ ſcripturæ, & cõtenta in ea, arte, aut vſu, cognoſcere rectè poſſint, quales ſunt periti in iure, vt aduocati, & alij ſimiles, vel notarij, aut tabelliones, eorumq, miniſtri, & ſimiles alij.

Porrò teſtes ſufficientem ad id peritiam habere, non eſt neceſse, vt probetur, ſed ſatis eſt, ſi iudex id agnoſcat ex interrogationib. & reſponſionibus, aut aliunde. Præterea teſtes debent eſse conteſtes. Hæc Aluar. Vala. ibidem cum multis alijs, quos citat, conſentit caput, cum olim, citatum, &

Luſitana

Luſitana ordinatio citata illius verb. *Per homens diſcretos e entendidos, que declaradamente digan oteor do dito inſtrumento, e como foi notado e perdido.* Quod ſi teſtes, tales non fuerint, quales explicati ſunt, tunc probatio non eſt plena, etiam ſi ſit duorum teſtium alioquin fide dignorum, ſed ſolum erit ſemplena, vt Luſitana ordinatio citata affirmat, & doctores, quos Aluar. Valaſ. & Anto. Gom. vbi ſupra, referunt, ac ſequuntur.

Et tunc, ait Aluar. Valaſ. cum gloſſa vltima, ca. olim citato, & conſentaneè ad l. vlti. C. de fide inſtrument. & cum multis alijs, quos citat, ſemiplenam illam probationem ſuppleri poſſe iuramento partis, quæ tale inſtrumentũ amiſit, quo iuret, verè amiſſum eſſe, ſine vllo dolo, atque id continuiſſe inſtrumentũ illud, caruiſſeque omni vitio. Vnde admonet Aluar. Valaſ. ibidem, ſemper partem, quę per teſtes probare nititur tenorem inſtrumẽti deperditi, poſt teſtes productos debere petere, vt ſibi iuramentum deferatur in ſupplemẽtum probationis, quo melius ſibi caueat: quoniam eiuſmodi iuramentum ſuppletiuum non defertur, niſi petente parte, antequam concluſum ſit in cauſa.

5 Porrò † teſtes eiuſmodi teſtificari debent, quo loco ſcriptura deperdita fuerit confecta, quo die, quo anno, & menſe: quoniam hęc ad fidem, & validitatem illius neceſſaria ſunt, vt tradunt Couar. de pract. quæſtionib. cap. 20. Aluar. Vala. vbi ſupra, & multi alij quos referunt, atque ex parte cõſentit Anton. Gom. numero ſecundo, citato, qui addit, de ſigno etiam tabellionis debere eos teſtificari. Concinit lex Luſitana lib. 1. ordinatio. ti. 59. §. 3. quæ ea omnia adhiberi præcipit illi in publicis inſtrumentis, & inſuper nomen tabellionis. Quin Aluar. Vala. vbi ſupra ait, eos teſtificari debere de omnimoda ſimilitudine illius inſtrumenti, cum alia litera eiuſdem tabellionis, vt ſic facultas maneat parti aduerſę improbandi eam ſcripturã, iuxta l. optimam. C. de contrah. & comm. ſtip.

Denique de ijs omnibus addit teſtificari eos oportere, quæ ſubſtantialia ſunt ſcripturę, hoc eſt, ſine quibus valida nõ eſſet, qua in re cæteri, quos refert, merito conſentiunt. Quo fit, vt ſi ad validitatem ſcripturæ deperditæ plures teſtes, quam duo, erant neceſſarij, vt ad validitatem teſtamenti neceſſarij ſunt, vtique, ſi de perdita ſcriptura erat teſtamentum, debent teſtificari tot teſtes in eo fuiſſe adhibitos, quot ad illius validitatem erãt neceſſarij.

Fit etiam, vt teſtificari teneantur inſtrumentũ deperditum authenticum fuiſſe ſine vitio, & raſura, ita, vt nulla ex parte fides illius vacillaret, concinit capit. olim. 1. de priuileg. in fine, & l. vltim. C. de edicto D. Adrian. tollen. & affirmant Aluar. Valaſ. ibidem, & alij, quos refert. De his autẽ, quæ in inſtrumẽtis publicis apponi conſueuerũt, neque tamen ſubſtantialia tali inſtrumento ſunt, vt quod in principio nomine Domini fuerit inuocatum, neceſſe non eſt teſtes deponere. Ita Aluar. Valaſ. & Couar. vbi ſupra, & multi alij, quos referunt.

De teſtium autẽ ſuſcriptione, ſtãdo in iure cõmuni, neceſſe non eſt vt teſtificentur: quoniam eorum ſubſcriptio regulariter neceſſaria non eſt in inſtrumentis publicis, ſed ſatis eſt teſtium inſcriptio, hoc eſt, nominatio in inſtrumento, vt cõmunis doctorum ſententia affirmat, quam Coua. & Aluar. Valaſ. vbi ſupra referunt, ac ſequuntur. In Luſitania tamẽ de teſtium ſubſcriptione neceſſe eſt teſtificari: quoniam in eo Regno illa neceſſaria eſt ad validitatem publicorum inſtrumentorum, vt habetur lib. 1. ordinatio. tit. 59. in principio. & Aluar. Valaſ. vbi ſupra affirmat.

Idcirco autem tam multa neceſſarium eſt probari, quando dicitur amiſſum eſſe id inſtrumentum quod eſt de ſubſtantia contractus, aut quod omnino eſt neceſſarium ad contractus, probationem: quoniam alioquin aditus aperiretur multis fraudibus. Quiuis enim diceret inſtrumentum perditum, vt pretio corruptis teſtibus, quicquid vellet probaret, vel ne falſitas, aut vitium, inſtrumenti deprehenderetur, occurrendum autem eſt litigantium calumnijs.

Ac quamuis probatio tam multarum rerũ difficillima ſit, ac pene impoſſibilis; præſertim cum, quando inſtrumentum deperditum à teſtibus legebatur, quia nihil de amiſſione cogitabant, non tam perſpicaciter ſolemnitates omnes attenderẽt, eaſq; memoriæ commendarent; huic tamen difficultati ſuccurſum eſt iuramento ſuppletiuo integræ probationis, de quo ſupra dictum eſt.

6 Quando autem † ſcriptura ſolum facta fuit ad faciliorem, & tutiorem probationem tunc neceſſe non eſt probare eam ſcripturam deperditam fuiſſe, aut quod falſitate, ac vitio caruerit, etiam ſi cõuentio ſcripturæ publicæ fuerit mandata, ſed ſatis eſt probare rei geſtæ veritatem.

Quoniam, cum rei veritas per ſolos teſtes, ſine ſcriptura ea de re confecta, potuerit probari, nihil obeſſe debet, quod ea de re ſcriptura fuerit confecta, aut quod ea ſcriptura fuerit minus apta, iuxta
7 regulam illam; ſolemnitas † non neceſſaria ſi minus aptè interueniat contractum non vitiat. l. vnica C. de rei vxor. act. gl. §. ſerui. ver. in tranſitu, Inſtit. de libert. affirmatque Aluar. Valaſ. vbi ſupra cum Afflic. Purpurato, atque eſſe de mente omnium. c. cum olim citato.

Illud poſtremo eſt obſeruandum, ſi inſtrumentum deperditum ſit malitia, aut dolo partis contrariæ, quę illud ſurripuit, ac dilacerauit, aut aliter in cauſa fuit, vt periret, aut vt non compareret,
8 tunc, eo † probato, qualeſcunque duo teſtes ſatis ſunt ad probandum, quid in eo contineretur. Ita probat l. ſi de poſſeſſione, C. de probationib. & affirmat gloſſa. l. ſicut iniquum. C. de fide inſtrumentorum, & habetur libro tertio Luſitanarum ordinat. titu. 46. §. penultimo, & aſſeuerat Aluar. Valaſ. vbi ſupra. §. adde inſuper.

Quin in eo euentu neceſſe non eſſet probare quid in eo contineretur, ſed ſtaretur iuramento partis, cuius intererat inſtrumẽtum illud comparere, qui affirmaret quid in eo contineretur, vt ſatis aperte colligitur ex l. ſi de poſſeſſione, citata, & conſentit l. ſi quando. C. vnde vi, atque affirmant multi, quos Aluar. Vala. vbi ſupra. §. poſtremo, refert, ac ſequitur.

An emphyteuta edere teneatur directo domino inſtrumentum emphyteuſis. Et de præſcriptione emphyteuſis.

DISPVTATIO CCCCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta edere tenetur directo domino, inſtrumentum emphyteuſis, necnon prædia, & eorum fines: alias omnia eius prędia præſumuntur emphyteutica.*

Idem in feudatario dicendum, nu. 2.

Declara tamen, & intellige, vt nu. 3.

4 *Proprietarius petens ſibi edi inſtrumentum emphyteuſis ab emphyt. tenetur de calumnia iurare.*

5 *Emphyteuta ſi occultet inſtrumentum, vel dolo illud amiſit, ſtabitur iuramento proprietarij, ſi dicat emphyteuſim eſſe finitam, aut titulum fuiſſe nullum.*

6 *Emphyteuta tutus præſcriptione ſoluendi penſionem, non tenetur edere aliud inſtrumentum emphyteuſis.*

7 *Emphyteuſis quãdo cenſeatur renouata per tacitũ cõſenſum abſq; ſcriptura: & quomodo reſpondẽdum per emphyteutã pro conſeruatione ſui iuris.*

8 *Colonus quomodo poſſit ſe tueri præſcriptione aduerſus proprietarium, vel emphyteutam.*

9 *Locator ad tempus permittens colonum finito tempore continuare, intelligitur eodem genere contractus, & ſub eiſdẽ conditionibus id concedere.*

10 *Locationis tempore tranſacto, ex tacito conſenſu partium, vſq; ad quod tempus cenſeatur renouatus contractus.*

11 *Colonus perſeueratus colere terras Eccleſiæ ſub vniformi penſione per tempus ad præſcribendũ habile non poteſt expelli ab alijs emphyteutis ab eadẽ Eccleſia inueſtitis ſub diuerſis temporibus.*

Immo in perpetuum emphyteuta iudicandus eſt numero 12.

Limita, & declara, vt nu. 14.

13 *Colonus, vt perpetuus emphyteuta pronuncietur, quot probare debeat.*

15 *Dominium vtile vt præſcribatur, quod tempus requiratur.*

QVamuis reus conuentus, quibuſdam euentibus exceptis, edere non teneatur actori ſua inſtrumenta, vt alibi dicetur; neque poſſeſſor titulum ſuæ poſſeſſionis; communior tamen doctorum ſententia, quam Aluar. Vala. de iure emphy. quæſtio. 8. à numero ſecundo refert, ac ſequitur,
1 affirmat, emphyteutam † cogi poſſe oſtendere domino directo id exigenti, nõ ſolũ inſtrumenta, ac titulos talis emphyteuſis, ſed etiam prædia, atq; eorum fines, in quibus eſt emphyteuta, & pro quibus penſionem ſoluit: alioquin, ſi inſtrumenta, ac titulos non oſtenderit, poterit iudex pronunciare, emphyteuſim eſſe finitam, ac ſolidatam cũ dominio directo, vel certè numquam eam emphyteuſim fuiſſe: id tamen prius debet iudex emphyteutę comminari, & poſtea, ſi non pareat, exequutioni mandare, vt Aluar. Valaſ. quæſt. citata, numero 19. cum alijs affirmat. Si verò prædia, atq; eorum fines, non oſtenderit, omnia eius prædia præſumentur emphyteutica, atque adeo ad talem emphyteutam probare ſpectabit, quæ eorum emphyteutica non ſint.

2 Ad vtrumque teneri feudatarium, † nempe ad oſtendenda inſtrumenta, ſeu inueſtituram feudi, & ad oſtendenda prædia feudalia, & confines eorum comparatione domini directi, affirmat gl. v. l. cap. primo §. illud quoque, de prohib. feud. alien. Feder. valet autẽ hac in parte argumentum à feudo ad emphyteuſim. Id quod cõfirmari etiam poteſt, non ſolum quia emphyteuticum inſtrumentum confectum eſt in communem vtilitatem emphyteutæ, & proprietarij; & quæ inſtrumenta cõmunia ſunt actori, & reo, manifeſtanda à reo ſunt iuxta l. prætor ait in prin. ff. de edendo, ſed etiam, ac præcipuè: quoniam cum prædium emphyteuticum quo ad proprietatem, atque adeo ſimpliciter, ad proprietarium ſpectare agnoſcatur, ſanè fundatam habet proprietarius ſuam intẽtionem, vt, niſi emphyteuta oſtendat pertinere ad ſe quo ad vtile dominium, illud ſibi proprietarius omnino, ac ſimpliciter vendicet. Lege Aluar. Valaſ. vbi ſupra num. 5. & 6. Quod ſi proprietarius eſſet fiſcus, id alia quoq; ratione vim haberet: quoniam fiſco ſpeciali ex priuilegio edenda ſunt inſtrumẽta ab aduerſario, quæ ad fiſci cauſam ſpectant l. nec quiſquam ff. de edend. l. 2. §. Diuus. ff. de iure fiſci. Quo etiam priuilegio gaudere Eccleſiam, & pia loca, affirmat cum Panor. & pleriſq; alijs Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 7.

3 Hæc † tamen doctrina tota intelligenda eſt, quando emphyteuſis non negatur ab emphyteuta aut aliunde conſtat ipſum emphyteutam eſſe; eo quod tunc dominus directus fundatam habet ſuam intentionem, vt dictum eſt. Si tamen quis neget, ſe emphyteutam eius eſſe, qui id efflagitat, neque ea de re conſtet, tunc non cogetur illi edere ſua inſtrumenta, iuxta regulam l. qui accuſare, & l. vlt. C. de edend. ac l. cogi. C. de petitio. hęredi. quibus docetur, regulariter non eſſe cogendum reum exhibere ſua inſtrumẽta. Ita affirmant multi, quos Aluar. Valaſ. vbi ſupra, numero 9. refert, ac ſequitur. Si tamen proprietarius emphyteutã, id negantem de mendacio conuincat, eo ipſo emphyteuta amittit emphyteuſim, & conſolidatur cum proprietate argumento deducto ex feudo: ſi enim feudatarius domino directo neget ſe feudatarium illius eſſe, dominuſque directus de mendacio illum conuincat, amittit eo ipſo feudum, & conſolidatur proprietati, vt habetur §. vlt. de lege Conradi, & vtrũq; affirmant multi, quos Alu. Valaſ. vbi ſupra nu. 10. refert, ac ſequitur. Idem cum alijs, quos citat, aſserit Alua. Vala. vbi ſupra. n. 11. ſi emphyteuta dicat emphyteuſim eſse perpetuã probeturq; eſse temporalem amittit. n. emphyteuſim, refertq; ibidem Alua. Valaſ. ita fuiſse iudicatum in Senatu Luſitano ipſo patrocinante.

4 Eſt † autem obſeruandum, quando proprietarius petit emphyteutam exhibere inſtrumentum emphyteuſis cogi poſse, ac debere iurare prius de

de calūnia, hoc eſt, nō ſiniſtro aīo illud petere exhiberi, ſed iuris ſui tuendi, ac conſeruandi cā. Ita cum Speculatore, & alijs Alu. Val. vbi ſup. n. 13.

Quod ſi proprietario petenti exhiberi inſtrm, reſpōdeat emphyteuta, eſſe amiſſum nullo dolo, aut fraude: quod ſanè præſumendum eſt, ſi id iuramento confirmet, neq; contrarium cōſtet, tunc exhibere non tenetur inſtrumentum, quod non hēt.

5 † Si autem probetur de induſtria fuiſſe amiſſum, aut occultatum, tūc ſtabitur iuramento proprietarij, ſi affirmet, emphyteuſim eſſe finitam, aut titulum fuiſſe nullum; conſolidabiturq; emphyteuſis cum proprietate, iuxta l. ſi de poſſeſſione. C. de prob. & ea, quæ præcedente diſpu. dicta ſunt. Ita Aluar. Valaſ. ibi. nu. 15.

Quando emphyteuta, à quo exigeretur inſtrumentum emphyteuticum, aſſereret, ſe titulo iuris duntaxat eſſe tutū, quia videlicet, longiſſimo tpe 30. annorum, ſi emphyteuſis erat communis, aut quadraginta, ſi erat Eccleſiæ, vel ſexaginta, ſi erat mōnaſterij ſancti Benedicti, aut alterius ordinis, qui Benedictinorum gaudeat priuilegio, vel centum, ſi erat Eccleſiæ Romanæ, iuxta ea, quę diſp. 70 & 71. ſupra dicta ſunt, fuit in pacifica poſſeſſione rei emphyteuticæ, ſine vlla controuerſia dño mini directi perſoluendo illi toto illo longiſſimo tpe vnicam, atque vniformem penſionem tanq̃ emphyteuta illius, ac proinde præſcripſiſſe ius illud,
6 tunc † non tenetur edere aliud inſtrm: qm̄ pſcriptio tantum tribuit, quantum tribueret expreſſa conuentio cum omnibus qualitatibus cum ea requiſitis, atque adeo cum ſcriptura ea de re confecta: neque in hoc euentu lex Luſitana probationem exigit per ſcripturam publicam. Ita Alu. Vala. vbi ſupra nu. 18. & copioſius Caldas de renouat. emph. cum communi doctorum ſnīa, quā
7 refert. Idem † autem dicit eſſe, ſi finita vltima vita; pro qua emphyteuſis erat conceſſa ſucceſſor perſeuerauit eodem modo in emphyteuſi, perſoluendo vniformem penſionem toto tpe ad pręſcribendum requiſito: eo enim ipſo renouata cēſetur emphyteuſis per tacitum conſenſum abſque ſcriptura, ob tempus ad præſcribendam eam emphyteuſim ſufficiens.

Admonet verò in articulando, ſeu reſpondendo, allegare debere, ſe tamquā emphyteutam toto eo tpe perſoluiſſe vniformem penſionem, quam dñs directus recepit: alioquin non bona fide toto eo tpe poſſediſſet, ac proinde nec præſcripſiſſet. Hæc confirmantur ex c. 1. §. ſi quis per triginta, ſi de feu. defunc. content. ſit inter dñm & agn. vaſalli, vbi hr. *Si quis per 30. annos rem aliquam, vt feudum poſſedit, & ſeruitium domino exhibuerit, quamuis de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen 30. annorum ſe tueri poteſt.* Ecce, ſine inueſtitura, atque adeo ſine ſcriptura & contractu expreſſo, ait ſe tueri poſſe, & ſermo eſt de feudo cōmuni, quod 30. annis præſcribitur.

Aluar. Vala. nu. 18. citato, & copioſius q. 7. n. 33. cui ſubſcribit Caldas vbi ſupr. à nu. 12. & quā plurimi alij, quos (Caldas præſertim) citant, aſſeuerant, ſatis eſſe perſoluiſſe penſionem uniformē decem annis, eam accipiente, nec contradicente dño directo, vt tueri ſe poſſit in emphyteuſi non oſtendendo inſtrm: qm̄ lex tunc præſumit interueniſſe titulum, iuxta l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris, q̄ in ſimili alio euentu ſolutione vniformi, ac receptione vſurarum decem continuis annis præſumit interueniſſe pactum vſurarum: præſertim cū in illa ſolutione, & receptione factum vtriuſq. partis interueniat, & non ſola ſcia, & patientia: probatio aūt ex iuris præſumptione æquipollet pbationi per ſcripturam. Neſcio tñ, an in emphyteuſi Eccleſiaſtica præſertim, hoc locū habeat. Etenim ad eā non ſufficit ſola cōuentio, ſed ſimul ſcriptura publica ad illam requiritur tamq̃ de ſubſtantia eius contractus: licèt autē ex continua, & vniformi illa ſolutione pēſionis dicamus ius pſumere interueniſſe pactum, non tñ pſumit interueniſſe ſcripturam, neq; ſanè eſt, cur id rōnabiliter præſumat. Adde, res immobiles, & quæ cū immobilib. cōputanē, qualis eſt emphyteuſis, neque cū titulo pſcribi aduerſus Eccleſiam minori ſpacio, quam 40. annorum, vt diſp. 72. viſum eſt.

Admonet Caldas q. 15. citata num. 15. qñ prædia Eccleſiaſtica ad habitationem, & peculiarem ſuſtētationem Abbatum, ſeduim naq; Eccleſiarū pertinētem, (quæ Luſitani *Paſſaes, ou aſſento da Igreja* vocāt) q̃m eiuſmodi prædia, neq; vllo alio modo alienari, neque, emphyteuſim tradi conſueuerunt, ac proinde iuxta extrauagantē inter cōes de reb. Eccl. non alien. quæ in Luſitania eſt recepta, abſq; licentia Summi Pontificis alienari, aut in emphyteuſim tradi non poſſunt, aliterq; alienatio eſt nulla, tunc titulum præſumptum, neque decem, neque 40. annorum ex continua pſtatione vniformis penſionis ſufficere, vt ſe poſſit tueri, qui illa poſſidet aduerſus dñm directum. Qm̄ ſicut titulus verus vna cum publica ſcriptura ad id non ſufficit ſine conſenſu Summi Pontificis; ita multo minus ſufficiet præſumptus, cui lex illa pontificia omnino reſiſtit. Illum legito.

Dubiū eſt hoc loco, vtrū ſicut diximus emphyteutā ſe poſſe tueri titulo præſcriptionis aduerſus proprietariū ex continua vniformi ſolutione pen- Dubiū
8 ſionis abſque inſtro: ita † colonus poſſit ſimiliter ſe tueri titulo pſcriptionis aduerſus proprietariū, aut emphyteutā, a quo prędiū colendum accepiſſet, ex probōne cōtinuæ vniformis ſolutionis penſionis quadraginta annis, aut ēt triginta ſi aduerſus priuatū, & nō aduerſus Eccleſiā, ſit pſcribendum. Quicquid aūt Bal. & quidam alij dixerint, proculdubio eſt dicendum, ſi conſtat à principio Decis. colonū, & nō emphyteutā, fuiſſe, accepiſſeq; conductum prædium ſub certa annua penſione, eſto ita perſeuerauerit quadraginta, aut plurib. annis, prædiū per ſe aut per ſuos ſucceſſores, colendo, ac ſoluendo annuam vniformē pēſionem, nihil omnino præſcripſiſſe, ac proinde tueri ſe non poſſe, ſed poſſe expelli ab eo, a quo prædium colendum accepit, aut quauis alia ratione cōductum. Ratio aūt eſt, quoniam, vt diſp. 12. §. ſecundum eſt, dicebamus, emphyteuta ciuiliter, & naturaliter poſſidet ius emphyteuticum, vtile dñium, eaq; de cauſa poteſt illud præſcribere: at vero neque colonus, neque inquilinus, poſſident rem, q̄ conductā habent,

habent, ciuiliter, aut naturaliter, ſed locator eſt, q̃ per ſeipſum illam ciuiliter poſſidet, & per colonum, aut inquilinum, naturaliter: ſine poſſeſſione autem nullus præſcribere poteſt, vt habet reg. ſine poſſeſſione, de regul. iuris in 6. & in materia de præſcript. dictum eſt.

Validiſſimè autem hoc confirmatur ex l. malè agitur. C. de præſcript. 30. annorum, cuius verba ſunt. *Malè agitur cum dominis prædiorum, ſi tanta precario poſſidentibus prærogatiua defertur, vt eos poſt quadraginta annorum ſpatia qualibet ratione decurſa inquietare non liceat.* Et infra, *Eos autem poſſeſſores non conuenit appellari, qui ita tenent, vt ob hoc ipſum ſolitam debeant præſtare mercedem. Nemo igitur, qui ad poſſeſſionem conductor accedit, diu alienas res tenendo, ius ſibi proprietatis vſurpet: ne cogantur domini, aut amittere, quæ locauerunt, aut locatores, vtiles ſibi fortaſſis, excludere, aut annis omnibus ſuper dominio ſuo publicè proteſtari.* Hæc ibi. Hoc aũt loco notanda ſunt verba Vlp. l. in reb. §. vlt. ff. de precario, quæ ſic hñt. *Item, qui precario ad tempus rogauit, finito tempore, ét ſi ad hoc tempus non rogauit, tamen precario poſſidere videtur. Intelligitur enim dominus, cum patitur eum, qui precario rogauit, poſſidere, rurſus precario concedere.*

9 Ex † quibus verbis, ac doctrina colligitur, eadẽ rõne eum, qui ad certum tps locauit, ſi permittat, finito eo tempore, colonum eandem rem retinere intelligi eodem genere contractus, & ſub eiſdem conditionibus, id concedere. Id quod manifeſtè confirmat, l. legem, C. locat. vbi hr̃, q̃ ſi aliquid ad certum tempus fuit locatum, finito tpe, ſi conductor in retentione eiuſdem rei perſeueret, tacito conſenſu cenſeri renouare priorem contractũ ſub eiſdem legib. ac conditionibus. Idem hr̃ l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eod. tit. vbi ſubiungit.

Tranſactio tpe locationis, ex tacito illo cõſenſu vtriuſque partis, ſolum cenſeri renouatum contractum in ſequentem annum, & alio tráſacto, in ſequentem, & ita conſequenter, ita quod locator expellere poteſt inquilinum finito quocunq; anno ſequenti. Quod idem ſimiliter intelligendum eſt de hærede conductoris, ſi ſimiliter rem retineat, vt cum Baldo, & pleriſque alijs, iuxta l. neq; C. de vſufructu, aſſeuerat Caldas, q. 15. citata. nu. 45. Quo fit, vt numquam conductor, aut heredes illius, tueri ſe poſſint præſcriptione rei conductæ ex eo, quòd quocunque tempore ſoluerint vniformiter penſionem domino prædij. Conſentiũt in his Caldas, vbi ſupra à nu. 41. Aluar. Valaſ. de iu. emph. q. 20. nu. 12. & vt videtur, Gama dec. 297. nu. vlt. & plerique alij, quos citant.

Quamuis alibi Gama cum alijs aſſerat, ſpatio 40. annorum præſcribi poſſe coloniã perpetuam, quam Caldas q. 15. citata aſſerit in Hiſpanijs nõ eſſe in vſu. Neque ſanè ego video quid aliud eſſe poſſit colonia perpetua, quam emphyteuſis, ſi expendantur, quæ diſp. 445 dicta ſunt.

Hinc facilius intelligetur, quid dicẽdum ſit in euentu, quem Gama deciſ. 297. citata definitum refert, & quem, vna cum alijs euẽtibus, refert, atque examinat Caldas. quæſt. 15. citata à num. 23. referendo primò euentum, de quo Gama loquit,

11 quaſi † colonus (qui verè eſſet emphyteuta) pri⁹ per ſuos maiores accepiſſet terras quaſdã ſteriles ab Eccleſia ſub maiori quadam annua penſione, quam perpetuò vniformiter ſoluerunt, & quaſi poſtea eadem Eccleſia conceſſiſſet illa eaſdẽ terras iam ad cultum redactas cuidam tertio in emphyteuſim ad tres vitas ſub minori penſione, à quo tandem ad quendam alium deuenit emphyteuſis illa perſeuerantibus ſemper prioribus illis colonis in cultura earundem terrarum, & in ſolutione vniformis illius penſionis. Cæterũ minorẽ eam penſionem, q̃ nouus emphyteuta ſoluturus erat Eccleſiæ, & colonus ille ſoluebat eidẽ Eccleſiæ, & incremẽtũ ſoluebat nouo illi emphyteutę.

Cum verò poſtea nouus emphyteuta expellere vellet colonum illum ab illis terris, eo q̃ tamquã colonum ipſius illas retineret, referunt Gama, & Caldas, ſniam fuiſſe latam pro colono, qui titulo præſcriptionis ſe defendit, dicens ſe, ſuoſque maiores, accepiſſe eas terras in emphyteuſim ab Eccleſia, atque ad culturã illas redegiſſe perpetuoq; vniformem penſionem tempore ad præſcribendum neceſſario ſoluiſſe. Quod ſi res eo modo propoſita, ac probata fuit, certè difficultatem nõ continet. Gama tñ non ita rem proponit, ſed Caldas id excogitaſſe videtur, vt deciſionem illam tueretur, honoriq; ſenatorum conſuleret.

Secundò refert eundẽ, & quoſdam alios euentus, quaſi prius terræ conceſſæ fuiſſent ab Eccleſia in emphyteuſim ad tres vitas cuidam pro certa penſione, à quo, vel ab aliquo ſuo ſucceſſore, cõceſſæ fuiſſent alteri pro maiori quadam pẽſione, qui, & ſucceſſores ipſius, perpetuo per tẽpus quadraginta, aut plurium annorum, illam in hũc modum vniformiter ſoluerunt.

Soluebant immediatè Eccleſiæ penſionẽ, quã is, à quo primò illam acceperunt, eidem Eccleſiæ ſoluere debebat; incrementum verò ſoluebat illi eidem homini ac ſucceſſoribus illius. Poſtea verò tpis progreſſu ſucceſſor in emphyteuſi expellere voluit à terris illis eum, qui eas colebat, & maiorẽ illam penſionem modo explicato ſoluebat; dicẽs, illum eſſe ipſius colonum, vnumquamq; proinde illas poſſediſſe nomine proprio, ſaſque proinde ipſi e. ſe, illum expellere, quocunq; anno vellet, iuxta ea, quæ ſupra dicta à nobis ſunt.

Is verò, qui terras colebat, probauit (vt refert Gama) ſe, ſuoſque anteceſſores, quadraginta integros, aut ſexaginta annos, illas poſſediſſe, ſoluiſſeq, vniformem penſionem modo explicato, atq; ad culturam terras illas reduxiſſe, eſſeq; perpetuos Eccleſiæ emphyteutas.

12 Senatores, vt † Gama ibidem, & Caldas referunt, ſententiam pro colono tulerunt, vt non ſolum, quouſque tres vita finirẽtur, eſſe emphyteuta, ſed etiam in perpetuum, ducti, non ſolum titulo præſcriptionis, ſed etiam quoniam iuxta l. vltima. C. de alluuion. & palud. non eſt æquum, eũ illum excludi à terris illis, cuius opera, atque impenſis, maiorumque ſuorum, ad culturã reductæ ſunt. Concinit etiam c. ad aures de reb. Eccleſ. nõ alienand.

Meritò

Meritò autem Caldas vbi ſupra ait, vt colonus ille emphyteuta perpetuus pronunciaretur, duo
23 † illi probanda fuiſſe. Primū, nō accepiſſe terras illas ab emphyteuta, ſed immediatè ab Eccleſia, antequā Eccleſia illi alteri illas in emphyteuſim tradidiſſet: contrarium verò affirmat Caldas. Cōſtare ex inſtrũis, quæ actor aduerſus illū exhibuit, ex quibus perſpicuū erat, prius traditas fuiſſe ad tres vitas illi, à quo tandē actor habuit ius illud emphyteuticū: quare, cū colonus, ſuiq; prædeceſſores, ius habuerint ab emphyteuta, non potuerūt præſcribere in longius tp̄s ius ſuum, quā quouſq; tres illæ vitæ finirentur. Scđm, q̄ illi fuerat probandū, erat, accepiſſe terras illas ſteriles: eo. n. ipſo potuerunt dari ab Eccleſia in emphyteuſim ꝑpetuam iuxta c. ad aures citatū, præſumendumq; erat, ita fuiſſe traditas: contrarium autē affirmat Caldas verum fuiſſe, nēpe ante illius rei, accepiſſe terras illas ab emphyteuta redactas iā ad culturā. Atq; vt ſemel hoc admoneam, falſum ꝑfectò eſt terras ab aliquo, aut à ſuis anteceſſorib. redactas ad culturam, non poſſe ab eo auferri, ſed in perpetuam emphyteuſim eſſe illi, & ſucceſſorib. illius, ſub eandem penſione relinquendas, ſi aſſertū hoc vniuerſim accipiatur. Etenim l. vlt. C. de alluuio. & palud. ſolum id ſtatuit de prædijs vectigalibus ex quibus princeps, ſeu reſpublica accipit penſionem, aut tributum; quæ prædia Caſtellani, *realencos*, Luſitani verò *regengos* vocant.

Cum enim Reipublicæ expediat ea prædia ad culturam redigi, meritò in publicum fauorem id eo iure fuit ſtatutum, neq; inde colligitur id vim etiam habere in prædijs Eccleſiæ, aut aliorū priuatorum. Caput aūt ad aures, ſolū permittit, Eccleſiam relinquere poſſe in emphyteuſim perpetuam ſub eandē pēſione terras redactas ad culturā ijs ipſis, aut ſucceſſorib. eorū, qui ex incultis ad culturā eas redegerūt, modò, vt addit textus, non ſint alij, qui ſub maiori penſione velint illas accipere: nam tunc hi erunt præponendi, niſi illi alij augeant penſionē, quantū hi augere volūt. Adde, in illo textu, antequam proponatur caſus, adnotari, terras illas, qñ ſteriles traditæ fuere, promiſſas fuiſſe cultorib. ſub emphyteuſi perpetua, tametſi ea de re confecta non fuerit ſcriptura.

24 Qñ † res, vt ſcđo loco à Caldas eſt propoſita, peracta fuit, arbitror definiendam eſſe, vt Caldas definiendam tandē ſubijcit, definitāq; refert Gama dec. 329. Si. n. conſtat rē quā emphyteuta immediatè in emphyteuſim ab Eccleſia acceperat, traditā ab initio ab eodē emphyteuta fuiſſe alicui, alteri locatā ſub certa penſione, tunc, quantūcunque continuetur contractus ille per quadraginta, aut ſexaginta annos, cenſet ſemp locatio in ſequētē, ac ſequentē annū, ac proinde nullū ius præſcribitur, iuxta ea, quę ſupra dicta ſunt, ſed expelli poteſt colonus ab emphyteuta, finito quocunq; anno. Si verò non conſtat, à principio locatā fuiſſe, & is, qui illā ab emphyteuta ſub certa pēſione accepit, per triginta annos ſoluit vniformē penſionē, ſiue ſoluerit partē Eccleſiæ, & partem emphyteutæ, ſiue totū Eccleſiæ, aut emphyteutæ qui Eccleſiæ ſuā ſoluebat penſionē, tunc cōtractus cenſendus eſt liuellarius, hoc eſt, emphyteuſis ab emphyteuta, quē contractū Luſitani *prazo de prazo* vocāt, de quo cōtractu diſp. 10. dictū eſt. Etenim licet emphyteuta ſine dñi conſenſu tradere non poſſit rurſus in emphyteuſim, qđ ipſe in emphyteuſim acceperat, ex conſenſu tñ dñi, validè illud pōt tradere, vt infra dicetur: qñ aūt tanto tp̄e, ſciēte, & tacente dño directo, tertius penſionē vniformem ſoluit, vel emphyteutæ, vel proprietario, cēſetur dñs directus conſenſiſſe in eum contractū, ac proinde ex tali tacito, vel expreſſo cōſenſu validus eſt contractus liuellarius. Ita definitum fuit dec. 329. citata, & dec. 244. ac definiendum affirmat Caldas vbi ſupra. Ac tunc vltimus emphyteuta manet cū dño vtili, intermedius verò ſolū manet cū iure, vt vltimus emphyteuta ſibi ſoluat penſionē, aut partem illius, & reliquū emphyteutæ, prout inter ſe conuenerint. Quod ſi vltimus emphyteuta in commiſſum cadat, amittit dñium vtile, non primo emphyteutæ ſed domino directo, vt ibi. nu. vlt. Gama rectè ait.

Dixi paulò ante, ſi per triginta annos ſoluerit
25 penſionē, qm̄, vt † vltimus p̄ſcribat vtile dñium, ac ius emphyteuticū, ſatis eſt ſpatium 30 annorū ſine titulo, vt diſput. 70. dictum eſt: eo quod non præſcribat illud aduerſus Eccleſiam, ſed aduerſus alterum emphyteutam, ſiue Eccleſiæ ſiue cōmunem.

Immo, ſi ſcriptura non ſit de ſubſtantia huius contractus, qui celebratur non cum Eccleſia, ſed cum priuato, ſanè quamuis conſenſus, ſaltem tacitus, domini directi ad eum requiratur, ſatis erit decem continuis annis ſoluiſſe vniformē penſionem, vt, qui eā ſoluit, ſe poſſit tueri ſine vllo prorſus inſtrumento aduerſus priorem emphyteutā; iuxta ea quæ ex l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris, ſupra dicta ſunt.

Vtrum ad emphyteuticum contractum neceſſe ſit, vltra penſionem, ſolui aliquid pro ingreſſu: Et quib. prohibitum ſit id accipere.

DISPVT. CCCCL.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticus contractus vltra penſionis ſolutionem quid requirat.*
Et quid de iure Luſitano nu. 2.
3 *Emphyteuſi quando pro ingreſſu iudicanda ſit potius emptio, & venditio.*

MVlti ex antiquiorib. arbitrati ſunt, ad emphyteuticum contractum neceſſarium eſ-
1 ſe, vt, vltra penſionem, ſolueretur † aliquid ꝑ ingreſſu, ſeu introitu, vt vocant. Atq; in hoc cenſuere contractum emphyteuticum, qui medius inter emptionem, & venditionem, atque inter conductionem, & locationem in iure dicitur, Inſt. de locat. §. adeo. & l. 1. C. de iure emphyteutico ad emptionem, ac venditionem accedere.

De horum numero cenſentur gl.1.c.poſuit, de locato, Bar.l.1.C.de iure emphy.& plerique alij, quos Alu.Val.de iu.emph.q.10.nu.1.referr. Atq. hæc eadem ſnĩa haberi videtur l.3.titu.14.par.1. & l.69.tit.8.par.5.Greg.ĩn Lope.l.69.citata ver bo. *por ciertos marauidis*, eam exponendã cenſet, ꝙ cum contractus emphyteuticus celebrari poſſit, tum ſoluto aliquo pro ingreſſu, tũ nulla re pro ingreſſu perſoluta, lex illa præſcribat formã, qua priori illo modo is cõtractus debeat celebrari. Ad l.autem 3.& ad duo alia cõia iura citata, dicendũ eſt, ſolum velle, quod, cum contractus emph.vtro que modo poſſit celebrari, qñ priori illo modo ce lebratur, in eo, quòd pro ingreſſu pretiũ ſoluatur, accedat ad emptionem, & venditionem.

Communior autẽ doctorum, ac vera ſentẽtia eſt, ad contractum emphyteuticum neceſſariũ nõ eſſe ſolui aliquid pro ingreſſu vltra penſionẽ, qñ vtroq; modo põt optimè celebrari. Ita idem Bar. l.ſi mihi & tibi, ff.de verb.obl.& alij, quos referunt, ac ſequuntur Iul.Cla.4.lib.ſent.§.emph.q. 3. Alua.Vala.& Greg.Lop. vbi ſup.& l.18.tit.8. par.5.ver.*dada*, aitq; ſequẽti gl. ver.*a cẽſo*, idẽ col ligi ex ea lege, atq; hanc ſnĩam amplectũtur Silu. ver.emph.nu.3.& Cou.3.var.reſ.c.7.nu.1.

Jus Lu ſitanæ. 2 Id verò confirmatur ex lib.4.Luſitan.ord.tit. 66.vbi vſque adeo † ad rationẽ emphyteutici cõtractus non reputatur neceſſarium ſolui aliquid pro ingreſſu, vt ſi, qui terras coronæ regni obtinent, vel adminiſtratores capellarum, aũt maioratum, vel cõmendatarij, qui facultatem tradendi in emphyteuſim bona capellarũ, maioratuum, cõmendarum, vel coronę regni, hẽant, quicquã pro ingreſſu, dũ ea bona in emphyteuſim, ſiue perpetuam ſiue ad vitas, tradunt, aut dũ emphyteuſim renouant, accipiant, contractus, ſit eo ipſo nullus, reſque emphyteutica conſolidetur ſtatim cũ proprietate, abſq. vlla facultate emphyteutæ relicta cõtendendi ea de re cum proprietario in iudicio, eum ve de cauſa citandi. Inſuper, qui id ꝓ ingreſſu dederit punitur amiſſione illius accipienti, ad quod nullam opus ſit expectare ſnĩam. Præterea ſi id dediſſe illi probetur, cogitur iterũ ſoluere tãtundem, dimidium accuſanti, & dimidium in redemptionem captiuorum. Rõ aũt prudentis huius legis eſt, q̃ tradunt ſanctiones ordinis Luſitanæ *Dauis*. ca.25. vbi idem commendatarijs, eius ordinis præſcribit. Quia videlicet hi oẽs poſſidẽt ea bona deuentura alteri per ipſorum mortem ex præſcripto primo inſtitutoris, aut redita aliqñ ad coronam regni; ne igitur in detrimentum ſucceſſorum, aut coronæ regni, illa tradunt pro modica penſione, accepto pro introitu magno pretio, quo ipſi ſoli fruantur, iure optimo id ita ſancitũ fuit. Cõſentit, l.Titius rogatus.ff.ad Treb. vbi qñ hæres erat grauatus reſtituere per mortem ſuã, ꝙ ex hæreditate tunc ſupereſſet, vtique, quòd bona fide conſumpſit, hæreditateq; diminuit, reſtituẽdum non venit ſecus autem, quod gratia interuertendi fideicommiſſum fuerit ab eo conſumptum, vt ibi habetur, & notant Bart.& alij, quos Aluar. Valaſ.vbi ſupra nu.2.refert, ac ſequitur.

Non cõtrariatur ordinationi citatę alia eiuſdẽ regni ordinatio lib.2.tit.17.§.23. qua definitum eſt, ſi donatarij regis, quibus aliquibus in vitã ad regis beneplacitum eſt conceſſum, tradunt ſine regis facultate in emphyteuſim bonum ita donatum, non teneri regem ſeruare illum contractum a puncto, quo donatio expirauerit, ſecus quoſque donatio ceſſet; colligiturque hoc ſecundum ex l. neceſſario, §.vlt.ff.de peric.& comm. rei vend. & ex l.ſi quis domum, §.huic ſubiungi, & cum Ant. Gom.l.40.Taur.in calce, nu.84. & alijs, quos citat, affirmat Alua.Valaſ.de iur.emph.q.10.nu.4. Non, inquam ordinatio hæc illi alteri cõtrariat', vt rectè ibid. Aluar. Vala.obſeruat. Qm̃ illa prior loquitur, qñ aliquid pro ingreſſu fuit acceptũ, in quo euentu contractus emphyteuticus celebratus de bonis coronæ regni, ita a rege donatis, eſt ipſo iure nullus: hæc verò poſterior loquitur, qñ nihil pro ingreſſu fuit acceptum.

Ex dictis meritò Aluar.Valaſ.vbi ſupra colligit, poſſe labefactari emphyteuſes a prælatis Eccleſiarum conceſſas cum acceptione pecuniæ pro ingreſſu, aut munerum, vltra penſionem, vt non valeant, quatenus id fuerit in præiudicium ſucceſſorum, vt, ſi penſio modica ſit, & quod ꝓ ingreſſu fuerit acceptum notabile fuerit.

Atq; id planè ſtatuiſſe vr̃ Concil.Trid.ſeſ.25. c.11.de refor.vbi ſic hr̃. *Magnam Eccleſiis perniciem afferre ſolet, cum earũ bona repræſentata pecunia, in ſucceſſorũ præiudicium alijs locantur. Omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionib. fiant, nullatenus in præiudiciũ ſucceſſorum validæ intelligantur: quocunq; indulto, aut priuilegio non obſtante. Neq. eiuſmodi locationes in Romana curia, aut extra eam, confirmentur.* Id ꝙ ad emphyteuſes, de quibus loquimur, videtur extendẽdum.

Qñ pretium, aut res alia, quæ pro ingreſſu daretur, vna cũ penſione, arbitrio prudentis non excedere limites æqualis retributionis pro emphyteuſi, quæ concederetur, nõ eſſet, cur damnandus eſſet talis contractus, tamq̃ inæqualis, & iniuſt⁹: ſecus autem qñ excederet: ac tunc obligatio eſſet reſtituendi exceſſum. Raro autẽ dabitur pro emphyteuſim plus, q̃ illa valeat: longèque maius eſt periculum, qñ aliquid datur pro ingreſſu, quod appetitu illud ſtatim recipiendi emphyteuſis pro minori retributione, q̃ valeat, cõcedatur: quo dato, ſi id ad limites iuſti non attingeret, augendum eſſet in foro conſciẽ. Quãuis quia res in emphyteuſim pro modica pẽſione à principio tradi conſueuerũt, vt ab accipientib. meliorarẽtur, & quia multa ſunt grauamina, quæ ex emphyteuſi remanent emphyteutæ, vt ſoluendi laudemium, ſi ius ſuum vendat, & alia, quæ videbimus, cadendi in commiſsũ: non ſoleat ea de re eſſe ſcrupulus: prę ſertim quando emphyteuſes ſunt antiquæ.

Illud cum Aluar.Valaſ.vbi ſupra, nu.7.admonuerim. Si † pro ingreſſu emphyteuſis, lõgè plus 3 pretij tribuatur, quam ſit valor penſionũ, contractum cenſendum eſſe, non emphyteuticum, ſed emptionis, & vẽditionis dominij vtilis, iuxta ea, quæ diſput.336.dicta à nobis ſunt. Si autem non multum excedat, cẽſendus erit contractus emphyteuticus, vt ibidem dictum eſt. Niſi tamen agere-

tur

tur de præiudicio tertij, quoniam ad retractum, v.g. ſatis eſſet quicunq; exceſſus valoris pretij, vt contractus diceretur emptionis, & venditionis, vt ibidem dictum eſt. Arbitror etiam, iuxta ea quæ ibidem, & alibi dicta ſunt, quandocunq; interuenit pretium pro ingreſſu, iuxta illud, cenſendam emptionem, & venditionem ad effectum, vt iuxta quantitatem illius alcauala debeatur. Idē dic, ſi pro ingreſſu detur res alia, vt equus, bos, triticū, aut aliud ſimile ad effectum vt cenſeatur permutatio, & iuxta illius valorē duplex alcauala debeatur. Lege, quæ ibi, & diſp. 382. ac diſp. 397. dicta ſunt. Ex contractu verò emphyteutico quo tali, alcauala nō debetur: quia neque eſt venditio, neque permutatio, ſed diſtinctus omnino contractus. Ita Laſſart. de decim. vend. c. 1. nu. 42.

Penſio emphyteuſis quanta, & in qua materia, ac quando ſoluenda.

DISPVTATIO CCCCLI.

SVMMARIVM.

1 *Penſio, reditus, canon, & cenſus conueniūt emphyteutico contuactui, pro eodemque accipiuntur.*
2 *Penſio in contractu emphyteutico quanta eſſe requiratur, vt differat a locatione.*
3 *Emphyteuticus contractus a locatione in quo differat.*
4 *Penſio in contractu emphyteutico in omni re conſtitui poteſt.*
Et quid in Luſitania ſeruatur, nu. 5.
Item conſtitui poteſt in quantitate certa, uel quota fructuum. nu. 6.
7 *Penſio quibus temporibus ſoluenda.*
8 *Emphyteutica res an ſint tacitè hypothecata pro ſolutione penſionis.*

QVod ex contractu emphyteutico in recognitione dominij directi ſtatutis temporibus
1 eſt ſoluendum, dicitur, tum † penſio, tum etiam reditus, vt conſtat ex verbis illis. §. adeo, Inſtit. de loca *quam diu penſio ſeu reditus præſtetur pro his.* Vtrunque tñ nomen latius multo patet, vt cū Paria Puteo Aluar. Vala. de iur. emph. q. 11. n. 1. ait, atq; ex communi vſu, traditiſq; à nobis in materia de cenſibus, ac alibi, liquet.

Appellatur etiam can. c. potuit, de locato, illis verbis. *Ceſſando in ſolutione canonis per biennium.* Quod etiam nomen ad alia ſe extendit. Vt enim cum Budeo tradunt Cou. 1. var. reſ. c. 12. nu. 4. & Aluar. Valaſ. vbi ſupra, reditus omnes coronæ Regni canon nuncupantur. Dici etiam poteſt cēſus, iuxta ea, quæ diſp. 381. dicta ſunt, atque ita ſumitur l. 28. titu. 8. par. 5. Hoc etiam nomen multis alijs reditibus eſt commune, vt ibidem explanatum eſt.

2 Penſio, quod † ad ſubſtantiam contractus emphyteutici attinet, nihil refert, ſiue magna, ſiue parua ſit. Tametſi multi, ex Bartol. l. 1. C. de iure emphyt. decepti, aſſeruerint, ad rationem emphyteutici contractus requiri penſionem eſſe modicam; alioquin, ſi magna ſit, tranſire in locationē. Contrarium verò cum Laurent. Siluiano meritò Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 1. nu. 8. aſſeuerat: eo quòd nullus ſit textus vnde id colligatur. Et contrarium ſatis apertè l. quet ex ijs, quæ diſput. 445. dicta ſunt.

3 Solum † quippe contractus emphyteuticus differt a locatione, & conductione (latius aliquātulum ſumpta, vt comprehēdit eam, in qua aliquid ad vſum, & fructus datur pro re, quæ non eſt pretium) quo ad tps. Si enim res immobilis vtenda, ac fruenda detur ad decennium, aut vltra, erit contractus emphyteuticus, ſi vero detur infra decennium, erit locatio, & conductio, vt ibidem explanatum eſt. Vnde non probo, quæ Alua. Vala. q. 1. citata, nu. 9. & 10. ſubiungit.

4 Penſio item † conſtitui, ac ſolui poteſt, ſiue in pecunia, ſiue in aliqua alia re, vt in frumēto, vino, oleo, aut re alia, vt cum gloſ. §. adeò, verb. penſio, ſeu reditus, notat communis doctorū ſententia, quam Aluar. Valaſ. q. 1 citat, nu. 7. & q. 20. nu. 5. refert, ac ſequitur, & conſentiunt ordin. Luſi. lib. 4. tit. 60. §. pen Atque in hoc differt emphyteuſis à locatione, & cōductione preſſe ſumptis, in quibus, quod pro re fruenda eſt ſoluendum, debet eſſe pecunia, vt ſuo loco videbimus.

Vt tamen diſputatione 446. dictum eſt, de iure Luſitano, lib. 4. ordi. tit. 66. §. vlt. eſt ſancitum,
5 in † emphyteuſi domorum, aut ſoli ad domos ædificandas, conſtitui non poſſe penſionem niſi in pecunia, & auibus, alioquin cōtractus eſt nullus, nulliusque effectus. Eius ſanctionis reddit rationem Aluar. Vala. quæſt. 20. citata, numero 6. Ait verò ibi Alu. Valaſ. ſi aues de numero earum non ſunt, quæ tradi conſueuerunt mortuæ, vtpote quæ venatione capiuntur, vt ſunt perdices, & coturnices, tradendas eſſe viuas, & non mortuas, cum Bar. & alijs, quos citat, argumento l. qui decem. §. vlt. (vbi id ſummarium eius §. aſſerit.) ff. de ſol. & l. 1. §. plane. ff. ſi quadr. paup. fecil. dicat. Vtrum autem lex illa Luſitana ad emphyteuſes Eccleſiaſticas eius Regni ſe extendat, diſput. citata dictum eſt.

6 Poteſt item † penſio emphyteutica conſtitui, vel quātitate certa, vel in parte aliquota fructuū, qui ex eo prædio fuerint percepti, vt colligitur ex Luſitan. ordin. lib. 4. tit. 60. §. 2. & affirmat Alua. Valaſ. de iure emphyt. q. 30. nume. 3. Poteſt verò confirmari, quoniam pacta adhibita in hoc contractu valida ſunt, dummodò contra ſubſtātiam contractus non ſint, vt patet l. 1. & 2 C. de iure emphyt. §. adeo. Inſtit. de locat. & l. 28. tit. 8. par. 5. quod autem eo modo conſtituatur penſio ſoluenda, ſanè non eſt contra ſubſtantiā emphyteutici contractus.

7 Penſioni ſoluendæ nullum † tempus ius ſtatui, ſed ſoluendam eſt temporibus à contrahentibus cōſtitutis, vel quotānis, vel de biēnio in biennium, vt in penſione olei aliquibus in locis fit, in quibus oliueta non niſi de biennio in biennium fructus ferunt, vel quouis alio, prout cōtrahentes conuenerint. Cū enim quamuis de ſubſtātia cō-

tractus emphyteutici ſit, vt penſio ſoluatur, de illius tamen ſubſtantia non ſit, ꝗ hoc, aut illo tempore ſoluatur, vtique ſtandum hac in parte erit pactis emphyteuticum contractum celebrantiũ, iuxta ea, quæ paulò antea dicta ſunt. Quòd ſi nihil hac in parte contrahentes expreſſerint, ſtandum erit conſuetudini loci ea in re; qm̃ contractus, qñ aliud expreſſum non fuit, iuxta conſuetudinẽ loci cenſentur celebrati. Quando autem, neque ex loci conſuetudine id poterit definiri, ex circunſtãtijs concurrentibus iudicandum eſt, quid contrahentes intenderint. Ita Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 1. nu. 14. & conſentiunt Cou. 2. var. reſol. c. 16. nu. 6. & alij, quos citat.

Qñ à contrahentibus fuit conſtitutum, in qua parte aut die anni, penſio ſolueretur, in ea eſt ſoluenda. Qñ verò nihil ea de re fuit ſtatutũ, conſuetudini erit ſtandum; ſi autẽ nulla fuerit conſtans, atque uniuerſalis conſuetudo, in fine anni, à die contractus celebrati erit penſio ſoluenda. Atque hoc vltimum affirmat Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. emphyteuſis, q. 12. ſeruare conſuetudinem.

8 Vtrum † autem res emphyteutica ſit tacitè hypothecata pro ſolutione penſionibus, Bald. & alij, quos Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 4. nu. 6. citat, hypothecatam eſſe exiſtimant. Contrarium verò meritò ibidem Aluar. Valaſ. cenſet. Quoniã non eſt textus vnde id colligatur, & ob alia, quæ apud eum legas.

Vt emphyteuſis contractus validus ſit, num neceſſe ſit certam, ac determinatam penſionem conſtitui. Et quæ penſio iuſta ſit cenſenda. Et, num in hoc contractu locum habeat l. 2. C. de reſcind. vendit.

DISPVT. CCCCLII.

SVMMARIVM.

1 *Penſio determinata in emphyteuſi cõſtitui debet, ad validitatem contractus.*
2 *Innouatio non eſt titulus nouus, vel continuatio præcedentis.*
3 *Penſio iuſta quæ ſit cenſenda.*
4 *Lex 2. de reſcind. vend. an locum habeat in cõtractu emphyteutico.*
5 *Læſio in contractu emphyteutico an ſit vltra, vel infra dimidium iuſti pretij, quomodo iudicãdũ.*

QVod ad primũ horũ attinet, eadem dicẽda ſunt, quæ de contractu emptionis, & venditionis, num, vt validus ſit neceſſe ſit determinatũ conſtitui pretium, diſp. 337. dicta à nobis ſunt.

1 Atque ea † de cauſa hac in re non immoror. Eã latè diſput. Aluar. Valaſ. de iure emph. q. 11. à nu. 5. Qñ autẽ emphyteuſis innouaretur neceſſe non eſſet mentionem fieri de certo pretio, pro quo innouaretur, Qm̃ innouata cenſetur pretio præce-

2 dente: neq; innouatio † reputatur titulus nouus, ſed continuatio præcedentis. Ita Aluar. Valaſ. vbi ſupra, nu. 15. cum Bart. & communi ſententia, ꝗ refert. Et confirmatur ex l. item quæritur. § qui impleto. ff. locati ex l. pen. §. vxor. ff. ſol. mat.

Quod attinet ad ſecũdum, multi docuere, iu-
3 ſtam † penſionem emphyteuſis eſſe, quæ viginti annis collecta, æquat valorem rei in emphyteoſim traditæ, iuxta authenticũ de non alienandis, §. ſi verò alicuius Eccleſiaſtici, & affirmat gloſſ. vlt. in authẽt. perpetua, C. de ſacroſ. eccl. Autores huius ſnĩæ referunt Pinel. l. 2. C. de reſcind. vend. par. 3. c. 4. nu. 29. Couar. 3. var. reſol. c. 9. nu. 5. & Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 11. nu. 2.

Cæterum dicendum eſt cum eodem Pinell. l. citata par. 1. in calce capitis 3. cum Cou. & Alua. Valaſ. vbi ſupra, & alij, quos referunt, non eſſe illam certã, ac conſtantem regulã: ſed arbitrio prudentum eſſe id ſtatuendum, attentis circũſtantijs occurrentibus, & conſuetudine loci, & in tradendis ſimilibus rebus in emphyteuſim. Multũ quippe ad pretium iuſtum rerum in vnaquaq; regione facit conſuetudo, qua ſimiles res in ea diſtrahi conſueuerunt, vt diſp. 348. explanatum eſt.

Ad authenticum verò citatum dicendum eſt, id pro eo tempore fuiſſe prudenter ſtatutum, non vniuerſim, vt ex ipſomet textu cõſtat, ſed circa quædam ſuburbana prædia Eccleſiarum, quę magni erant valoris, & modicas pẽſiones reddebãt, vt erant turres, vt gloſſa ibidẽ exponit. In authentico autem de alienat. & emphyt. §. ſanctiſſimas, permittitur Hieroſolymitanam Eccleſiã alienare quaſdã domus ad ipſam attinentes nõ minori pretio, quam conficerent quinquaginta quinque annuæ penſiones earundem domorum: variaque alia iura citat Coua. vbi ſupra, quibus pretia rerũ aliter, collatione facta cum penſionibus ſancita ſunt. Vnde ſicut pretium iuſtum cenſus in indiuiſibili nou conſiſtit, neque eſt idem diuerſis tẽporibus in eodem loco, aut eodem tempore in diuerſis regionibus, vt in materia de cenſibus dictum eſt; ſic res habet in emphyteuſi.

4 Quod verò attinet ad tertium, vtrũ † ſcilicet, Lex. C. de reſcind. vend. locum habeat in contractu emphyteutico. Multi cum Speculatore in titu. de empt. & vendit. quos referunt Alua. Valaſ. vbi ſupr. num. 19 & Pinel. l. 2. C. de reſcin. vend. par. 1. capit. 3 nume. 37 cenſent, non habere in eo locum. Tum quòd ea lex ſolum habeat locum in contractibus bonæ fidei emphyteuſis autem ſit contractus ſtricti iuris, vt diſput. 447. dictum eſt. Tum etiam, quod penſio in contractu emphyteutico non ſoluatur, tamquam pretium, ſeu merces, ſed in recognitionem dominij directi, ideoq; ex natura contractus modica eſſe ſoleat, cõparatione penſionis, quæ in contractu locationis, & conductionis redditur.

Atque hoc ipſum videtur ſonare lex Caſtellæ Tauri 68. quæ ſic habet, *Si alguno puſiere ſobre ſu heredad algũ cenſo con condicion, que ſi no pagare a ciertos plazos, que cayga la heredad en comiſſo, que ſe guarde el cõtrato, y ſe yuzgae por le, pueſto que la pena ſea grãde, y mas de la mitad.* Et ita intelligit

telligit eam legẽ Ant. Gom. ibidẽ in calce, nu. 4.

Conſentit l. 1. tit. 11. l. b. 5. nouæ collectionis, quæ agens de diſpoſitione legis 2. C. de reſcinden. vend. addit. *Y eſto miſmo deue ſer guardado en tales rentas y en los cambios, y en los otros contratos ſemejantes*, vtrique bonæ fidei.

Contraria ſnĩa eſt communior cum eodẽ Speculatore ſibi contrario tit. de emphyteuſi. §. ſi verò aliqua n. 14. quã ſequitur Panor. c. cum cauſa, de empt. & vend. dicens eſſe cõmunem, & quã referũt ac ſequũtur Alua. Valaſ. & Pinel. vbi ſupra. Eſtq; indubitata in Luſitania, vtpote ſancita lib. 4. ord. tit. 30. §. 2. illis verbis. *E aforamentos*.

Ratio eſt, non ſolum quoniam emphyteuticus contractus ſimilis eſt locationi, in qua locus eſt legi illi, ſed etiam quoniam lex illa quo ad effectum, locum etiam habet in contractibus ſtricti iuris. Quia tamen de hoc erat controuerſia inter doctores. diſp. 349. ſolum expreſſimus legem illam habere locum in contractibus bonæ fidei, nihil aſſerentes de contractibus ſtricti iuris, ſed examinandum hoc relinquentes alijs locis.

Neque verò certum eſt in Regno Caſtellæ locum non habet in emphyteuſi. Ad l. quippe. 68. Tauri dicendum eſt, ſolum loqui de pœna commiſſi eſto illa excedat dimidium iuſti pretij: non verò de penſionibus, aut iure ad illas, comparatione valoris pretij pro eo dati. Præterea diſputatione 91. exponendo ſextam clauſulam bullæ Pij V. cum doctoribus, quos ibi retulimus, diximus, eam legem iuſtam non eſſe quo ad eam pœnam in cenſu conſtitutiuo, de quo in ea eſt ſermo, neque in praxi in eo Regno eſſe receptam. Adde, in ea lege de cenſu conſtitutiuo eſſe ſermonem, qui contractus eſt bonæ fidei, & pars quædam emptionis, & venditionis, in quo proinde cenſu nullus diffiteri poteſt, locum habere legem 2. C. de reſcin. vend. collatione facta valoris iuris ad penſiones cum pretio pro eo iure dato.

Ad l. verò, 1, tit. 11. lib. 5. nouæ collectionis, dicendum eſt, verba illa. *Y en otro ſemejantes contratos*, intelligenda eſſe, in quibus vnum pro alio datur, ſiue ſint bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris.

At id verò quo ante eas leges dicebatur, penſionem ſcilicet in contractu emphyteutico non dari in pretium, ſeu mercedem, ſed ſolum in recognitionem dominij directi, negandum id planè eſt, vt etiam id negat Aluar. Valaſ. loco citato. Licèt enim detur in recognitionem dominij directi, ſimul tamen, atque æquè principaliter, datur in recompenſationem vtilis dominij, quod contractu emphyteutico conceditur emphyteutæ.

Quare obſerua, plus iuſto Alua. Valaſ. in alijs quæſtionibus eius operis diſtinguere conari emphyteuticum contractum à locatione, & conductione ex eo, quòd in locatione penſio reddatur in pretium, & recompenſationem vſus, ac fructuum rei conductæ: in emphyteuſi non, ſed in recognitionem dominij directi.

5 Porrò † ad iudicandum, an læſio in contractu emphyteutico ſit vltra, aut infra dimidium iuſti pretij, æſtimari debet valor dominij vtilis quod emphyteutę conceditur, attento, quod emphyteuta multis oneribus, vt eiuſdẽ contractus ſubiectus relinquatur, quæ explanabimus vt cadendi varijs de cauſis in cõmiſſum, ſoluendi laudemium, &c. & æſtimando valorẽ iuris ad penſiones quod dominio directo retribuitur, collationeq; facta valoris vnius cum alio valore: in quibus rebus æſtimandis ratio eſt habenda quantitatis penſionis, quæ pro ſimilibus rebus traditis in emphyteuſin in eadẽ regione cõcedi aſſueuit, vt ſupra dictũ eſt.

Neque iudico probandam opinionem Pinel. numero citato, legem videlicet 2. C. de reſcind. vend. habere locum, ſi emphyteuta ſe læſum dicat, non verò ſi dominus directus ſe læſum conqueratur: æquè enim dominus directus eſt audiendus, vt Alua. Valaſ. vbi ſupra, & alij rectius volunt. Vt tamen diſp. 450. dicebamus ratò controuerſiæ occurrent, quod contractus fuerit iniuſtus, nedum quod aliter contrahentium vltra, aut infra dimidium iuſti valoris ſit læſus Aluar. autem Valaſ. affirmat, ſemel ſe hanc ſecundam controuerſiam vidiſſe.

Emphyteuta quanto tempore penſionẽ non ſoluendo incidat in commiſſum. Et an purgare moram poſſit. Et num poſſit expelli à proprietario authoritate propria.

DISPVT. CCCCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta infra quantum tempus incidat in commiſſum, ſeu perdat ius ſuum, non ſoluendo penſionem.*

2 *Emphyteuta quare dicatur incidere in commiſſum, ſeu caducitatem.*

3 *Emphyteuta non incidit in pœnam, ſeu commiſſum, niſi proprietario volente.*

4 *Emphyteuta ſi iurauit ſe ſoluturum quotannis penſiones, an incidat in commiſſum eo ipſo, quod ſemel tempore congruo penſionem non ſoluit.*

5 *Emphyteuta incidens in commiſſum, an poſſit moram purgare.*
Et quid de iure Caſtellæ.

6 *Emphyteuta infra quantum tempus poſſit moram purgare, vt biennio elapſo cenſeatur celeriter illam purgare.*

7 *Proprietarius recipiens ab emphyteuta penſiones debitas, an cẽſeatur illi remittere caducitatem.*

8 *Emphyteuta vt in commiſſum non incidat, an ſatis ſit intra biennium, aut triennium offerre proprietario penſionem.*

9 *Emphyteuta ignorãs debere penſionẽ, an tempore elapſo ſolutionis penſionis, incidat in cõmiſſum.*

10 *Emphyteuta ob elapſum temporis an ſtatim incidat in commiſſum, ſi penſio ſoluenda ſit exigua, & res emphyteutica ſit magni valoris.*

11 *Emphyteuta an incidat in commiſſum totius rei, ob non integram ſolutionem penſionis, an verò pro parte, pro rata penſionis non ſoluta.*

12 *Emphyteutæ vnus hæredũ ſi nõ ſoluat ſuã portionem*

nem penſionis, an omnes incidāt in commiſſum.

13 *Emphyteuſim ſi quis accipiat pro ſe, & filijs ac deſcendentibus, an ſi intermedius emphyteuta incidat in commiſſum, cæteris noceat, ad quos ius emphyteuticum tranſire debet.*

14 *Emphyteuta per bienniū vel trienniū non ſoluens, an incidat in cōmiſſum, ſi in cōtractu emphyteutico pęna alia fuit impoſita penſionē nō ſoluenti.*

15 *Pactum, ut emphyteuta ob non ſolutam penſionem non incidat in commiſſum validum eſt.*

Idem dicendum in pacto, quod ante biennium, vel triennium non ſoluens, incidat in commiſſum, numero 16.

17 *Emphyteutam ſi contendatur, incidiſſe in commiſſum, an ad proprietarium ſpectet probare non fuiſſe ſolutam penſionem, an vero ad emphyteutam eam ſoluiſſe.*

18 *Emphyteuta ſi in commiſſum incidit, & dominus non eſt pœnam exequutos, an eius hæredes poſſint hoc facere.*

19 *Proprietarius non exequens pœnam commiſſi aduerſus emphyteutam, an poterit hoc facere aduerſus eius hæredes.*

20 *Emphyteuta ſi offerat proprietario penſiones plurium annorum ſequentium, idem proprietarius non tenetur illas recipere.*

21 *Emphyteuta, qui incidit in commiſſum ob non ſolutam penſionem, an propria auctoritate expelli poſſit à proprietario.*

22 *Emphyteuta ſi velit dimittere rem emphyteuticam proprietario, an teneatur proprietarius eam accipere, an vero poſſit eum cogere perſeuerare in emphyteuſi.*

SI emphyteuſis cōis ſit, ſeu non Eccleſiaſtica,
aliudq; in pactum nō ſit deductū, & emphy-
1 teuta tribus continuis † annis penſionē non ſoluetur,
amittit, non ſolum ius emphyteuticū, ſed etiā
melioramenta in re emphyteutica facta, reſq; tota
cum melioramētis ad proprietariū deuoluitur, ſi
eam velit, eſto toto tpe proprietarius non exegerit
pēſionem ab emphyteuta: tempus enim pro pro-
prietario interpellat, ac proinde emphyteuta ſol-
uere tenetur penſionem etiam ſi non requiratur.
2 Emphyteutam † autē incidere in hanc pęnam,
appellatur incidere in commiſſum, aut in caduci-
tatem. Hoc eſt, amiſſionē rei emphyteuticæ pro-
prietario ob penſionem, nō ſolutam. Hæc omnia
habentur l. 2. C. de iure emphyt. l. 28. tit. 8. par. 5.
& 4. li Luſita. ord. tit. 65. in principio, & §. 1. Ha-
bentq; hæc verum, etiam ſi Eccleſia ſit emphy-
teuta laici; ſed tunc Eccleſiæ competit reſtitutio
in integrum, ſicut & minori, vt cum alijs, quos
refert, rectè affirmat Greg. Lopez l. 28. citata ver.
por dos años, Si autem emphyteuſis ſit Eccleſia-
ſtica, & emphyteuta duobus annis continuis pen
ſionem non ſoluat, incidit ſimiliter in commiſ-
ſum, locumque proinde habent prædicta omnia.
Ita habetur cap. potuit de locat.

Atque in Eccleſiarum priuilegium iure ciuili
fuerat antea cōceſſum in authentico de nō alienā-
dis. §. ſcire, & in authentico de alien. & emphy. §.
ſi verò quis aut locato, & habetur authentica, qui
rem C. de ſacroſan. Eccl. & l. 28. tit. 8. par. 5. & li.
4. Luſit. ord. tit. 65. §. 2. Atque in hactenus dictis
conſentit communis doctorum ſententia. Si em-
phyteuſis priuati fiat Eccleſię, atque emphyteuta
non ſoluerat priuato per annum cum dimidio, &
poſtea non ſoluat Eccleſiæ, per annum, credo in-
cidere in commiſſum, ſi prior proprietarius tranſ
ferat in Eccleſiam ius, quod ex parte acquiſierat
ad pœnam cōmiſſi exequendam, iuxta ea quæ de
præſcriptione in calce diſpu 72. dicta ſunt. Greg.
tamen Lopez vbi ſupra lapſum duorum anno-
rum exigit poſtquam emphyteuſis eſſe cępit Ec-
cleſiæ. Quod reputo verum, ſi prior proprietarius
ius ſuum in Eccleſiam non transferat.

Hoc loco obſerua, cū eiuſmodi leges pœnales
3 ſint, non obligare, niſi † proprietario exequi pœnā
volēte; id quod ſatis innuit. l. 2. C. de iure emphy.
& affirmat Bart. & cōis doctorū ſententia, quam
Iulius Clar. lib. 4. ſent. §. emphy. q. 9. refert ac ſe-
quitur. Quare, dum proprietarius nō aggreditur
exequi pęnā, tutus eſt emphyteuta in conſcientia
perſeuerādo in emphyteuſi: nō tamen neceſſaria
eſt ſententia, vt doctores citati affirmant, & alij,
quos Syl. ver. emphyteuſis q. 2. refert ac ſequitur.

Couar. 3. variar. reſol. c. 16. num. 6. cum Bald.
Alex Iaſ. & Catil. Cotta, aſſeuerat, ſi fructus rei
emphyteuticæ non colligantur quotannis, ſed de
biennio in biennium, emphyteutam communem
non incidere in commiſſum, niſi cōtinuis ſex an-
nis penſionem non ſoluat, argument. l. ſi ſic. ff.
quemadm. ſeruit. amit. Hoc verū exiſtimo, quan-
do ſicut ager emphyteuticus fructus non redde-
bat niſi de biennio in biennium, ſic pēſio de bien-
nio in bienniū ſoluebatur: ſi enim quotannis in
pecunia, aut in alia ſoluebatur, tunc tēpore trien-
nij conſueto inciditur in commiſſum. Quādo em
phyteuta cōmunis ante ſex annos continuos non
incideret in commiſſum ea de cauſa, emphyteuta
Eccleſię ante quatuor continuos non incideret in
commiſſum: cum ſit eadem ratio.

Dubium eſt; vtrum quando emphyteuta iura- Quæſt.
mento confirmauit ſe ſoluturum quotannis pen-
4 ſiones, incidat † in commiſſum eo ipſo, quòd ſe-
mel tempore congruo penſionem non ſoluat, ne-
que ſit expectandum lapſum trium annorum in
emphyteuſi communi, aut duorum in emphyteu-
ſi Eccleſiaſtica, neque item locum habeat purga-
tio moræ, de qua mox ſermo erit Bald. capit. que-
relam de iureiurando, & poſt eum communior
doctorum ſententia, quam Gutier. de iuram. con-
firman. part. 1. cap. 31. refert ac ſequitur, partem
affirmantem amplectuntur, ducti potiſſimum. l.
ſi quis maior. C. de tranſac. vbi, qui conuentionē
ſeruare iurauit, ſi iuramentum non ſeruet, com-
modo toto contractus priuatur.

Contrariū verò aſſeuerandū cenſeo cum Co- Deciſ.
uar. c. quamuis pactum de pactis part. 1. §. 4. nu.
5. & alijs, quos citat. In eandem propendet Iulius
Clar. 4. lib. ſent. §. emphyt. q. 8. num. 2. Lex enim
illa eſt pœnalis, aperteque ſolum loquitur de pa-
cto tranſactionis iuramento confirmato, vt con-
ſtat ex ipſomet textu, & gloſſis ibi, neq; id exten-
dendum ad alios contractus. Et itaque periurus,
qui

qui penſionem ſoluere temporibus congruis iurauit, nec, cum poſſet, eam ſoluit, non tamen incidet in cõmiſſum, niſi ob non ſolutam penſionem tempore toto à iure ad id ſtatuto.

Dubiũ Dubium eſt, vtrum, elapſo biennio, aut triennio, in quo emphyteuta incidit in commiſſum, ſit
5 locus † purgationi moræ, ita videlicet, quòd offerendo proprietario penſiones totius illius temporis, liberetur emphyteuta à pœna commiſſi, retineatque proinde emphyteuſim.

Deciſ. Communis ſnīa doctorum eſt, in emphyteuſi communi locum non habere purgationem moræ, ſatiſque conſentire videtur l. 2. C. de iure emphy. eſtque expreſſe id definitum lib. 4. Luſitan. ord. tit. 65. §. 1. Lex tamen 28. tit. 8. part. 5. ſtatuit, tam in emphyteuſi communi, quam in Eccleſiaſtica, locum eſſe purgationi moræ intra ſolos decem dies à triennio, aut biennio, elapſo. Atque ita eſt aſſerendum in Regno Caſtellæ de emphyteuſi communi iuxta eam legem, vt affirmat Greg. Lopez, ibi, verb. *diez dias*, Couar. 3. var. reſolu. c. 17. nu. 4. & Gutier. vbi ſupra nu. 4. (Ius Caſtellæ.)

Quod verò attinet ad emphyteuſim Eccleſiaſticam, in ea conceditur, poſſe emphyteutam elapſo biennio celeri oblatione penſionum præteritarum purgare moram, atque ita euadere commiſſi pœnam, vt expreſſe habetur c. potuit, de locato. Id verò ex benignitate Eccleſiæ in ea emphyteuſi conceſſum eſt in recompenſationem priuilegij ſibi conceſſi, vt emphyteuta breuiori tempore duorum annorum in commiſſum incidat.

Quęſt. Dubiũ tñ eſt inter doctores, intra quãtum tps debeat moram purgare, vt biennio elapſo cenſeatur celeriter illam purgaſſe iuxta diſpoſitionem capitis potuit, de locato. Gloſſa ibidem multas refert opiniones. Omiſſis verò alijs, vna eſt, quòd intra decem dies: eo ꝙ in tẽpus modicum cenſeatur, vt diſp. 445. viſum eſt. Hanc ſententiam, quę certè improbabilis nõ eſt, amplexata eſt lex Caſtellæ 28. citata: idq; tempus ad emphyteuſim communem extendit, vt in eo Regno intra illud emphyteuta communis moram trium annorum purgare poſſet. Alia verò eſt, quòd vſque ad litem conteſtatam in exequutione pœnæ commiſſi.

Atque hanc ſtatuunt in lege ordinationes Luſitaniæ lib. 4. tit. 65. §. 2. Gama aũt deciſ. 147. nu. 3. arbitratur, in materia hac odioſa, non ſufficere cõteſtationem per negationẽ iudicis, iuxta legem eius Regni, ſed neceſſariam eſſe cõteſtationẽ veram ac propriam, quæ fit per reſponſionem ad libellum actoris, vt emphyteuta purgare non poſſit moram. Hanc opinionem meritò nõ ꝓbat gloſſa citata c. potuit, de locato: qm̃ in fauorem Eccleſię introductum fuit emphyteutam non ſoluentem penſionem per biennium incidere in cõmiſſum: Eccleſia verò in recompenſationẽ breuioris huius temporis cõceſſit celerem moræ purgationẽ, quæ non conuenit emphyteutæ cõi: ergo, præterq̃ quòd verbum, celeri, id nõ ſignificat, mens Eccleſiæ id ſtatuentis non fuit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſi emphyteuta poſt trienniũ, quadriẽnium, aut aliud longius tempus, non eſſet citatus, liſque conteſtata non eſſet, poſſe moram purgare: alioquin deterioris cõditionis hac in parte eſſet emphyteuſis Eccleſiaſtica, quam cõmunis. Alia denique opinio eſt gloſſæ & Panorm. ibidem nu. 12. Cardinalis, Nauar. in Manu. cap. 17. nu. 192. Couar. 3. variar. reſol. c. 17. nu. 4.

Iulius Clar. §. emphyteuſis. q. 8. nu. 15. & communior, iudicis arbitrio eſſe relinquendum, quanto tpe dicendus qs ſit celeri ſatisfactione purgare moram. Accepi autẽ in Luſitania, legatum quendam à Latere in quodam euentu particulari iudicaſſe, eum, qui intra duos menſes moram nõ purgaſſet, non purgaſſe illam celeriter, ac proinde incidiſſe in commiſſum. Vtrum autem lex illa Luſitana vim habeat in emphyteuſi Eccleſiaſtica.

Quidquid Gama loco citato in contrariũ dicat, arbitror vim non habere iuxta ea, quæ diſput. 446. dicta ſunt, & quæ confitetur lex ipſa Luſitana, quæ ſtatim ſubiungit, in bonis Eccleſiaſticis, emphyteuſique Eccleſiaſtica, ſtandum eſſe, non diſpoſitioni iuris ciuilis, ſed canonici: opinio autem, quam ibi Luſitana ordinatio in legẽ ſtatuit, improbabilis ꝑfectò eſt, & quæ multum derogat priuilegio Eccleſię circa ſuas emphyteuſes, minimeq; conſentanea eſt diſpoſitioni iuris canonici.

Quidã, quos autores citandi referunt, aſſeruerunt, ſi dñs directus, cui emphyteuta Eccleſię per bienniũ, aut emphyteuta cõis per triennium, pẽſionem nõ ſoluit, ſtatim, elapſis eis terminis, declaret, etiã in abſentia emphyteutæ, ſe velle ea de cauſa emphyteutam in cõmiſſum incidiſſe, locũ non eſſe purgationi moræ, atque eam eſſe optimã cautelam, vt nullus ſit locus purgationi moræ. Greg. tamen Lopez, ver. citato, Gutier. vbi ſupra, nu. 4. id locum non habere exiſtimant in Regno Caſtellæ, niſi declaratio illa fiat poſt decem dies à biennio illo, aut triennio, elapſo.

Quoniam declaratio illa præiudicare non poteſt iuri lege illa 28. emphyteutis conceſſo, vt in decem illas dies purgare poſſint moram. Addunt tñ, ſi dñs directus ante eos decem dies elapſos cõcedat eam rem alteri in emphyteuſim, aut aliter illam alienet, ita vt res non ſit integra, locum non eſſe purgationi moræ. Arbitror tñ cum Coua. vbi ſupra, abſolutè eſſe dicendum, intra terminum, vel in Regno Caſtellæ emphyteutæ cõmuni, vel iure canonico emphyteutæ Eccleſiæ conceſſum, emphyteutam poſſe vniuerſim moram purgare, neque factum dñi directi præiudicare poſſe iuri, vel ſanctione Eccleſiæ, vel lege illa Caſtellæ, emphyteutæ conceſſo: præſertim cum emphyteuta adhuc ſit in poſſeſſione rei emphyteuticæ, neque ab ea poſſit ſpoliari ante eũ terminum elapſum, ſi intra illum purgare velit moram.

Dubium eſt vtrum, ſi poſtquam emphyteuta in commiſſum incidit, nec iam poteſt purgare Dubiũ
7 † moram, proprietarius penſiones debitas ab illo recipiat, cenſeatur illi remittere pœnam commiſſi, nec poſſit ab eo auferre emphyteuſim.

Ad hoc reſpondent optimè Panormit. cap. potuit, de locato, & poſt eum Silueſt. verb. emphyteuſis, quæſt. 9. quod ſi proprietarius recipit ab eo emphyteuta penſiones, etiam temporis poſtquam ille in commiſſum incidit, cenſetur illi remiſiſſe Deciſ.

miſiſſe pœnam cōmiſſi, & intendiſſe continuare
cōtractum, per eum contrariū pœnę cōmiſſi, quo
in ſequens tēpus tacitè contractū emphyteuticū
continuauit, argumento, c. ſolicitudinem de ap-
pell. in fine, affirmantq; aduerſus Bar. Iul. Clarus
verb. emphyt. q. 10. nu. 1. & Gigas de penſ. q. 73.
nu. vlt. id verum eſſe, eſto proprietarius, dum pen
ſionē eius temporis recepit, proteſtatus ſit nolle
ſibi præiudicare quo ad pœnam commiſſi.

Si verò ſolum recipit penſiones tpis præteriti,
ob quas non ſolutas in commiſſum incidit tunc
cōueniūt oēs, ſi facta proteſtatione, ꝙ nolebat id
ſibi præiudicare quominus exequi poſſet pęnam
commiſſi, tunc poſſe nihilominus illā exequi. Si
autem nulla facta proteſtatione illa recepit, glo. c.
potuit de locato, verb. expelli, & alia Accur. l. 2. C.
de iure emphy. verb. repellere, Iul. Clar. nu. 1. cita-
to, Gigas, q. citata à nu. 2. & alij, quos referunt, aſ-
ſeuerant, ſibi præiudicare, taciteque remittere pę
nam commiſſi. Cæterum rectè Panorm. & Sylu.
ibidem affirmant, poſſe exequi pœnam commiſ-
ſi: quoniam in dubio nullus cenſetur cedere iuri
ſuo; eademque fuit ſententia Bart. & Afflicti, vt
deciſ. 72. nu. 5. Gama refert, ſancitaque eſt ordi-
nationibus Luſitanis lib. 4. tit. 65. §. 1.

Hinc facilè intelliges, minus recipiendam eſſe
opinionem Iul. Clar. q. 10. citata n. 2. Gigantis de
penſ. q. 76. & aliorum, quos citant, aſſerentium
contra Bar. & pleriſque alios, proprietarium ex-
pellentem emphyteutam priuatum ob non ſolu-
tam penſionem tribus annis, non poſſe inſuper
petere penſiones illorum trium annorum, tamet-
ſi concedant, proprietarium expellentem emphy-
teutam Eccleſię, poſſe repetere penſiones duorum
illorum annorum.

Cum enim penſiones trium illorum annorum
non debeantur in pęnam, ſed vi contractus in re-
compenſationem dominij vtilis, ac fructuum ex
re emphyteutica illis annis perceptorum, ſanè de
iuſtitia debentur vltra pœnam commiſſi, ac pro-
inde repeti poſſunt.

Dubiū Dubium deinde eſt, vtrum, vt emphyteuta in
8 cōmiſſum non incidat, ſatis † ſit intra illud bien-
niū, aut triennium, offerre ꝓprietario penſionē.
Gloſ. vlt. l. 2. C. de iure emphy. mouet hoc dubiū.
Et ſecundo loco refert opinionē eorum, qui dice-
bāt, ſpeciale eſſe in hoc cōtractu, non eſſe ſatis of-
ferre ſolutionem, ſed eſſe etiā neceſſariam conſi-
gnationem, ſeu depoſitionem talis penſionis.

Deciſ. Atque hoc ſatis eſt conſentaneum verbis legis
illius. Communis tamen opinio eſt, ea, quam gl.
citata primo loco refert, vt cum multis alijs, quos
citat, affirmat Iul. Clar. q. 8. citata, num. 10. nem-
pe ſatis eſſe illam offerre, modo congruo loco, &
tempore emphyteuta illam offerat, reque illam
efferat, & non ſolis verbis. Niſi fortè, offerente
emphyteuta illam verbis, proprietarius reſpon-
deret, ſe eam nolle.

Atque ab hac ſnīa, tāquam communi, & pia,
non arbitror recedendum. Ad verba autem l. 2. C.
de iure emphyt. quæ conſignationem videntur
etiam exigere, dicendum eſt, id intelligendum eſ-
ſe, non quidem, vt emphyteuta pęnam commiſſi
euadat, ſed vt liber omnino ſit, à ſolutione illius.
Satis autem eſt, emphyteutam per tertiam perſo-
nam ſoluere penſionem, aut illam referre pro-
prietario, vt pœnam commiſſi euadat, præſertim
ſi tertia illa perſona ad id ſit ab emphyteuta de-
putata, vt cum communi doctorum ſententia ibi-
dem Iulius Clar. nu. 11. affirmat.

Illud eſt obſeruandum, qn̄ proprietarius de-
bebat aliquid emphyteutæ, quod penſionum re-
tentione compenſari poſſet, non cenſeri emphy-
teutā idcirco incidere in commiſſum, quòd bien-
nio, aut triennio, penſionem non ſoluat.

Qm̄, vt notant Panorm. c. bona fides de depo-
ſit. nu. 11. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 192. Innoc.
& alij, quos referunt, ac ſequuntur Silueſt. verb.
emphy q 2. & Gama deciſ. 91. nu. 2. locum habet
compenſatio, ſaltem in materia odioſa, atque ad
euadendam pœnam, vt cernitur in re propoſita,
idque non ſolum quando emphyteuta intra id
tempus ſignificaret proprietario, ſe velle retinere
penſiones in debiti compenſationem, ſed etiam
quando nihil omnino illi diceret, iuxta l. ſi con-
ſtat, iuncta glo. 1. C. de compenſation.

Dubiū eſt. Quid ſi emphyteuta ignorabat de- Dubiū
9 beri penſionē, vt † qa erat hęres, ſucceſſitq; in bo-
nis, quę ignorabat emphyteutica eſſe, eaque igno-
rātia biennio integro, aut triennio, nō ſoluit pen-
ſionē, incidetne ea de cā in commiſſum? Dubium
hoc mouet glo. vlt. l. 2. C. de iure emph. in fine.

Reſpondet verò, de rigore iuris incidere, ſed Deciſ.
cōcedi illi reſtitutionē in integrum, et ſi maior ſit
viginti quinque annis, ex clauſula generali, ſi qua
mihi iuſta cā, & c. ff. ex qbus cauſ. maior l. 1. in fi-
ne. Atque hanc gloſſam ſequitur cōis doctorum
ſnīa, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. q. 8.
citata nu. 9. Gutier. de iu. confir. par. 1. c. 31. nu. 6.
Aries Pinel. in authen. niſi tricennale n. vlt. C. de
bon. mat. Gam. deciſ. 91. nu. 1. Caldas de renouat.
emph. q. 5. nu. 29. & Sylueſt. verb. emphyt. q. 4.
vbi idem cenſet quando emphyteuta, quod legiti-
mè fuerit impeditus, penſionem non ſoluit. At-
que hoc idem affirmat Gigas de penſ. q. 75. cum
multis alijs, quos citat.

Obſeruant verò doctores, emphyteutam hære-
dem, fundatam habere ſuam intentionē, ac pro-
inde ad proprietarium ſpectare probare, habuiſſe
ſcientiam, vt cenſeatur incidiſſe in commiſſum.
In defectum verò probationis, cogere poterit ta-
lem hæredem, vt iuret, an id ignorauerit, vt Gu-
tier. ſtatim ac aduenit ſcientia, cum eoque côten-
ditur incidiſſe in commiſſum, debere petere reſti-
tutionem in integrum, & offerre penſiones: quod
ſi, lite pendente, proprietarius recipere non velit
penſiones, quę progreſſu temporis iam debentur,
debet emphyteuta illas deponere.

Quando autem non conſtaret rem eſſe emphy
teuticam, ſatis credo erit proteſtari, ſe ſoluturum
penſiones omnes in euentu, quod res emphyteu-
tica pronuncietur.

Pinel. rectè ait, ſi hæres apud ſe habebat in-
ſtrumenta, vnde conſtabat, rem eſſe emphyteuti-
cam, tunc præſumendum non eſſe, fuiſſe in illa
ignorantiam.

Dubium

Dubiũ 10 Dubium etiam eſt, ſi res†emphyteutica ſit magni valoris,& penſio ſoluenda valde exigua, vtrũ ob illam biennio, aut triennio, non ſolutam, incidat emphyteuta in commiſſum. Rem hanc diſputat.gl.in authentica qui rem verb. repelli. C. de ſacroſan. Eccleſ. argumentando, in vtramque partē,& forte in partem negantem propender, quam poſteriori loco proponit.

Deciſ. Et argumentatur, non videri ęquum, qđ pro tã exigua culpa, tam grauis pœna imponatur. Communis tñ ſententia eſt in contrarium, q̃ Iul. Clar. q. 8. citata nu. 5. refert ac ſequitur. Tum quia penſio præcipuè datur in recognitionem dominij directi: æquale autem damnum, quod attinet ad eam recognitionem, eſt, nõ ſolui paruam, ac non ſolui magnam penſionem ad id poſitam;

Tum ēt, qm̃ eiuſmodi pœna non eſt priuationis aliorum bonorum, q̃ propria ſint emphyteutæ, ſed dominij vtilis, q̃ erat proprietarij & illud conceſſit emphyteutæ ſolum in tempus, quouſq; deſiſteret à ſolutione penſionis, vt pater l. 1. §. vectigales. ff. ſi ager vect. vel emphyt. & §. adeo. Inſtit. de locat. quarè, cum ſub illa conditione, ac lege fuerit conceſſum, mirum non eſt, ſi deficiente conditione, culpa emphyteutæ, quæcunque tandem ea ſit, dominium illud vtile regrediatur ad proprietarium, cuius aũt fuit, quod pręſcripſit biennium, aut triennium, & cum purgatione, aut ſine purgatione moræ, vt ſi toto eo tempore pẽſio ſoluta non eſſet cenſeretur emphyteuta caducitatem incurriſſe, & non antea. Atque hinc intelliges cur, licet requiratur voluntas, atque exequutio proprietarij, vt emphyteuta hanc pœnam incurrat, eo quòd dependenter à voluntate, & exequutione proprietarij ſtatuta ſit; non tñ requiratur ſententia iudicis, vt cum communi doctorum ſententia ſupra dictum eſt, ſed illam ipſo facto incurrat à puncto lapſi termini à iure ſtatuti, vt incidatur in cõmiſſum: etenim quia ſolum in id tempus fuit à principio res cõceſſa in emphyteuſim, ipſo iure ab eo puncto in pœnam illam incidit.

Queſt. Maius dubium eſt, qñ penſionarius ſoluit quidem quotannis penſionem, ſed nõ totam, vtrum 11 †per omiſſionem partis pẽſionis, licet paruę, duobus, aut tribus, continuis annis, incidat in cõmiſſum totius rei emphyteuticæ; an ſolum pro rata partis penſionis non ſolutæ. Multi, cũ Speculatore,& alijs, aſſeuerare videntur, ēt per omiſſionem cuiuſq. partis penſionis, q̃uis paruę, incidere emphyteutã in commiſſum totius rei emphyteuticę.

Atque de eorum nũmero videntur eſſe Gam. deciſ. 41. num. 2. & alij, quos citat, adhibito exemplo in ea deciſione in rete paleæ, quam iumentũ vehere poterat, & quam emphyteuta quidem ſoluere quatenus tenebatur vltra magnam aliam pẽſionem, nec ſoluerat multis annis, cum tamen reliquam penſioné fideliter ſoluiſſet. Merito tamen ibi ex eo capite fuit iudicatum emphyteutam in euentu nõ incidiſſe in commiſſum, quia cum nõ conſtaret proprietarium illã aliquando exegiſſe, emphyteutamq. pertinacem aliquando in eã nõ ſoluenda fuiſſe, præſumptum fuit, ex tacito conſenſu proprietarij rem illam adeo exiguã nõ ſoluiſſe. Hac de re arbitror diſtinguendum cum Iulio Claro, lib. 4. ſent. §. emphyteuſis q. 8. nu. 4.

Quoniam, vel reddebatur vna penſio pro tota re emphyteutica, vt regulariter fieri ſolet, vel pro rata partiũ rei emphyteuticæ reddebatur parã pẽſionis, vt pro viginti iugeribus, viginti argẽtei, ad rõnem argẽtei pro vnoquoque iugere. In hoc poſteriori euentu, dicendum eſt, emphyteutam ſolum incidere in commiſſum partis rei emphyteuticæ pro rata temporis penſionis non ſolutę. Qm̃ reliquarum partium penſionem ſoluit. In priori verò euentu, ſi partem notabilẽ penſionis non ſoluit, vt dimidium, tertiam, aut quartam partem, vel id fuit per errorem aut paupertatem, aut aliã impotentiam, & tunc non cadit in commiſſum, ſed reſtituitur in integrum, vt ſupra dictum eſt: vel de errore, & impotentia non conſtat, & tunc incidit in commiſſum totius rei emphyteuticę, vt affirmat communis doctorum ſententia. Si autē partem exiguam non ſoluit, vt ſextam, octauam, aut aliam minorem, cenſet Iulius Clarus, ex ſententia quidem Speculatoris, cadere ſolum in commiſſum partis proportionalis rei emphyteuticæ; ex ſua verò ſententia, omnino excuſandum eſſe à pœna. Fortaſſe de rigore iuris in commiſſum incidit totius rei emphyteuticæ, niſi, vt ſupra dictum eſt, pręſumendum ex coniecturis ſit, ex tamen proprietarij voluntate id non ſoluiſſe. Deciſ.

Dubium deinde eſt. Si emphyteuta multos reliquit hæredes,& ſoluentibus cæteris ſuas portio- Dubiũ
12 nes, vnus ſolus non ſoluit, an†incidant oẽs in cõmiſſum totius rei emphyteuticæ, an verò ille ſolus portionis rei illius, quæ ad ipſum ſpectat.

Communior doctorum ſententia cum gl. l. cõmuni diuidundo, verb. confunderetur. ff. cõmuni diuidun. q̃ refert, ac ſequitur Iulius Clarus q. 8. citata, numero decimotertio, eſt omnes incidere in cõmiſſum. Qm̃ emphyteuſis ex ſui natura eſt indiuidua, vt infra ſuo loco dicetur, emphyteutaque in ſolidũ tenebatur, ac proinde cum eo onere tranſtulit ius emphyteuticum in ſuos hæredes. Deciſ.

Quando quis accepit aliquid in emphyteuſim Dubiũ
13 †pro ſe,& filijs, ac deſcendentibus, vtrum, ſi primus, aut intermedius, emphyteuta in cõmiſſum incidat, id noceat cæteris, ad quos ius illud emphyteuticum debebat tranſire.

Affirmanter eſt reſpondendum cum Bart. Silueſt. vbi ſup. q. 4. pronunciato, nu. 8. & communi doctorum ſententia, quam Iulius Clarus q. 8. citata num. 14. refert, ac tandem ſequitur. Ratio eſt, quoniam, vt ſupra dictum eſt, res traditur in emphyteuſim ab ipſo proprietario ſub conditione, ſi penſio ſoluatur,& pro tempore ſolum, quo fuerit ſoluta. Si tamen emphyteuta in fraudem ſequentium conſulto in commiſſum incideret, tunc bene dicit Iul. Clar. ſucceſſorem reſtitui debere in integrum. Deciſ.

Quando in cõtractu emphyteutico pœna alia Dubiũ
14 fuit†impoſita penſionem non ſoluenti, an ſi duobus aut tribus continuis annis, penſionem nõ ſoluat, incidat in commiſſum.

Reſpondendum eſt affirmanter cum gloſſ. l. 2. verb. repellere. C. de emph. Non tamen poteſt pro- Deciſ.

proprietarius vtramque pœnam exigere, ſed alteram, quam maluerit, niſi in pactum fuiſſet deductum, vt poſſet exigere vtramque. Ita gloſſ. illa, & Iulius Clar. vbi ſupra num. 12.

Dubiũ Vtrum aũt validũ ſit pactum, vt emphyteuta,
15 ob † non ſolutum canonem, non incidat in cõmiſſum.
Deciſ. Reſpondeo cum gloſſa citata validum eſſe. Qm̃ põt proprietarius renunciare iuri illi in ſuũ fauorem introducto. Et quoniam nõ eſt id de ſubſtantia illius contractus, ſed accidẽs ab eo remouibile, ſola diſpoſitione iuris illi attributum; valẽtque pacta circa hunc contractum inita, & ſolum, quando aliud non fuit conuentum, diſponit ius, vt tempore trium annorum incidatur in cõmiſſum, vt ſatis apertè innuit l. 2. C. de iur. emph.

Dubiũ Vtrũ aũt pactũ, vt ante bienniũ, aut trienniũ, non ſoluendo penſionem, incidatur in commiſſũ
16 validum ſit. Affirmanter † reſpõdendum cenſeo.
Deciſ. Qm̃ valẽt pacta circa emphyteuſim inita. Et qm̃ ius id tempus ſtatuit, quando aliud non fuit deductum in pactum, vt conſtat l. 2. citata. Conſentit Aluar. Valaſ. de iure emph. q. 4. nu. 4. §. 4.

Dubiũ Dubium eſt, quando aduerſus emphyteutam contenditur incidiſſe in cõmiſſum, vtrum ad pro
17 prietariũ † pertineat probare continuis duob. vel trib. annis, non fuiſſe ſolutam penſionem, an verò
Deciſ. ad emphyteutam ſpectet probare eam ſoluiſſe. Reſpondendum eſt cum gloſſa l. 2. verb. repellere, C. de iure emph. proprietarium ex contractu emphyteutico, ſeu inueſtitura, habere fundatam ſuam intentionem, ad emphyteutamque attinere probare penſionẽ ſoluiſſe, alioquin pronunciabitẽ incidiſſe in commiſſum. Ita cõis ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. §. emph. q. 10. nu. 4. & Gigas de penſionibus. q. 76. nu. vlt.

Queſt. Dubiũ item eſt, ſi emphyteuta in commiſſum incidit, & dominus directus nõ eſt exequutus pœ
18 nam commiſſi, neque litem mouit, an † hæredes proprietarij poſſint litem mouere, atque exequi pœnam. Gama deciſ. 175. affirmanter reſpondet cum multis alijs, quos citat. Contrarium verò aſſerit Gigas de penſ. q. 74. nu. 3 cum alijs, quos refert. Ductus, quia pœna commiſſi ob non ſolutam penſionem, locum non habet, niſi proprietarius exequi illam velit, vt ex l. 2. C. de iure emph. ſupra dictum eſt.

Deciſ. Verumtamen hæres proprietarius eſt loco defuncti, ſuccedit que, in iure defuncti. Dicerẽ ego, ſi coniecturæ ſint, defunctum noluiſſe exequi pœnam commiſſi, hæredes exequi illam nõ poſſunt, niſi iterum à tempore, quo ipſi ſunt hæredes, emphyteuta in commiſſum incidat. Si autem non ſunt tales coniecturæ, exequi illam poſſunt: quoniam & proprietarij ſunt, & in iure defuncti ad illam exequendam ſuccedunt.

Queſt. Dubium quoque eſt, ſi emphyteuta ob non ſolutam penſionem in commiſſum incidat, proprietariuſque, dum emphyteuta vixit, non intentauit
19 aduerſus eum exequutionem pœnæ, an † illam poſſit intẽtare aduerſus hæredes illius. Gama deciſ. citata ait, ſenatum Luſitanum approbare ſolere opinionem Baldi, & aliorum, quos citat, tamquam veriorem, & magis cõmunem, nempe intentare illũ non poſſe aduerſus hæredes: eo quod delicta cum delinquente, regulariter expirarent quo ad pœnæ exequutionem, quando, dum viueret, lis nõ fuit intẽtata, aduerſus illũ. l. vnica. C. ne ex delict. defunct. citatq; in eam ſententiã Gigantem. q. 74. atque idem affirmat, latiuſque proſequitur, alijs doctorib. in vtramq. partem relatis, deciſ. 17. nu. 2. Idem tamen Gigas in calce illius quæſtionis in contrariam partem inclinat.

Deciſ. Atque hanc ſententiam reputo veriorem. Qm̃ illud non eſt propriè pœna, ſed finitum' eſſe cõtractum ex diſpoſitione iuris ob conditionẽ non ſeruatam, depẽdenter tñ à voluntate proprietarij et eiuſdem iuris diſpoſitione. Neque exequutio impropriæ illius pœnæ, eſt in alijs bonis defuncti, ſed ſolũ in vtili dominio, q erat proprietarij, & ob finitum tps cõtractus, & non ſeruatã conditionẽ, ſub qua emphyteutæ fuerat cõceſſũ, regreditur ad proprietatem, & cum ea conſolidatur.

Dubiũ Dubium præterea eſt, vtrũ ſi emphyteuta offerat proprietario penſiones plurium ſequentiũ annorum teneatur proprietarius illas recipere. At-
20 qm̃ † neganter eſt reſpondẽdũ. Qm̃ proprietarius nõ tenetur cedere iuri ſuo, vt emphyteuta ſoluendo ſingulis annis ſucceſſiue penſionẽ, ſingulis quoq; annis recognoſcat dominiũ directum. Ita Syluest. verb. emph. q. 8. cum alijs, quos citat.

Deciſ. Tametſi referat Bartolum l. ſtatu liberos, §. vlt. ff. de ſtatu liber. affirmare, cogi poſſe accipere ſimul penſiones trium annorum, iuxta l. placuit C. de collat. fund. patr. lib. 11. Ea tamen lex ſolum loquitur de penſione ſoluenda Imperatori, & accipienda à collectore publico.

Dubiũ Quæritur, nũ emphyteuta, qui ob nõ ſolutam
21 † penſionem in commiſſum incidit, expelli à proprietario poſſit authoritate propria, nulla expectata iudicis ſententia.
Deciſ. Communis doctorum ſententia, cum gl. l. 2. C. de iure emph. verb. repellere, affirmat, poſſe illum expellere propria authoritate, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. emph. quæſt. 11. Gutier. de iuram. confir. par. 1. cap. 31. nu. 2. Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 19. nu. 8. & 9. & Greg. Lopez l. 28 titul. 8 par. 5. verb. *ſin mandado del juez*, atque idem diſponit ibidem lex illa.

Tametſi omnes dicant, melius eſſe, ſi ex præſcripto iudicis fiat ad vitanda ſcandala, atque in multis locis ita regulariter fiat, Greg. Lopez, cum multis alijs, quos refert, limitandum id cenſet, niſi emphyteuta reſiſtat, ſaltem quia affirmat ſe penſionem ſoluiſſe, aut non deſijſſe tanto tempore eam ſoluere, quantum ad incidendum in commiſſum eſt neceſſarium, vel aliud ſimile, vnde cauſa controuerſa efficiatur.

Quoniam, quando res eſt controuerſa, neutra pars debet ſi ius dicere aduerſus alteram partem, ſed iudex. Atque hoc ipſum affirmat Gama deciſ. 4. nu. 2. At verò Iulius Clar. ſolum id limitãdum cenſet, quando, emphyteuta reſiſteret re, non verò quando ſolis verbis reſiſteret.

Conſentiũt verò Greg. Lopez, Gutier. & alij, ſi proprietarius iudicem adijt ad expellendum emphyteutam, neque proteſtatus ſit, ſe ea via nõ

cedere

cedere iuri, quod habet, ad expellendum propria autoritate emphyteuta non poſſe deinceps propria autoritate illum expellere, ſed iudicis.

Dubiũ eſt, ſi emphyteuta relinquere velit proprietario rẽ emphyteuticam, vel propria ſponte, vel ꝙ incideret in commiſſum aut alia de cã, num
22 teneatur proprietarius id admittere: † an verò poſſit eum cogere perſeuerare in emphyteuſi.

Dicendum eſt, poſſe illum cogere perſeuerare in emphyteuſi. Ita, poſt Speculatorem, Panor. c. iuˡ dicatum, de imm. Eccl. nu. 1. & alij, quos referunt, ac ſequuntur Silu. ver. emph. q. 6. Aluar. Vala. cõſult. 28. nu. 4. & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 2. nu. 28. limit. 8. Concinunt Luſitan. ord. lib. 4. tit. 64. §. 1. Ratio autem perſpicua, qm̃ contractus, licet à principio ſint volũtarij, poſtquam tamen ſunt celebrati, neceſſario tenentur, qui illos celebrarunt, illis ſtare, vt conſtat l. ſicut C. de act. & obl. quo fit, vt ſicut proprietarius tenetur ſtare contractui emphyteutæ ita emphyteuta, ſtare teneatur contractui proprietario.

Infortunium in re emphyteutica, vel in fructibus, aut ſterilitas, an liberent emphyteutam à ſolutione penſionis.

DISPVTATIO CCCCLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ab emphyteuſi liberatur, re emphyteutica omnino deſtructa.*
Immo vero finitur contractus emphyteuſis. nu. 2.
Fallit tamen, niſi in ſe ſuſcepiſſet periculum caſuum fortuitorum, nu. 3.
Item fallit, niſi res, vel domus ſit deſtructa culpa ipſius emphyteutæ nu 4.
Item fallit, niſi ex parte ſit deſtructa. nu. 6. Declara, vt nu. 8.
5 *Vinea, aut oliuetum ſi ſit in emphyteuſim conceſſũ, deſtructa vinea, vel olieto caſu fortuito, finitur emphyteuſis: ſecus ſi fundus nudus ſit in emphyteuſim conceſſus, ſuper quo ſit plantata vinea, vel oliuetum.*
7 *Emphyteutica res quando dicitur perijſſe pro parte, quid intelligatur venire nomine partis.*
8 *Emphyteutica res ſi pereat pro parte, quo caſu minuenda etiam ſit penſio.*
9 *Penſio emphyteuſis nõ remittitur ob infortunium, aut ſterilitatem in fructibus obuenientem.*
Limitatur, niſi ſterilitas ſit tanta, quæ fructus tollat omnino. nu. 11.
Hanc tamen limitationem declara, vt nu. 12.
13 *Emphyteuta propter bellum, uel peſtem in regione, uel aliam ſimilem cauſam, a ſolutione penſionis liberetur, & a pœna commiſſi.*

1 QVod ad rem emphyteuticam attinet, prima concluſio eſt. Deſtructa † omnino ſubſtantia rei emphyteuticæ, vt diruta, aut exuſta domo, quam aliquis habebat in emphyteuſim, vel occupato agro emphyteutico permanenter à mari, vel alluuione omnino deſtructo, ita vt coli deinceps non poſſit, vel occupato oĩno ab hoſtibus abſq; recuperationis ſpe non tenetur emphyteuta ſolue re ab eo puncto penſionem ſed res emphyteutica perit omnino proprietario. Ita habetur expreſſe l. 1. C. de iure emph. §. adeo, Inſti. de loc. & l. 28. ti. 8. par. 5. & affirment Bar. & communis doctorũ ſententia, quam inter alios, Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 27. num. 1. refert, ac ſequitur.

2 Immo † verò in hoc euentu finitur contractus emphyteuticus, adeo vt, ſi caſu poſtea recuperetur res, quæ perierat, neuter contrahentium, hoc eſt, proprietarius, & antiquus emphyteuta tenentur ſtare contractui, vt, cum alijs quos citat, affirmat Syueſt. verb. emphyteuſis. q. 7 cui conſentit Alu. Valaſ. vbi ſupra, num. 2. Lege multa, quibus Syl. id confirmat.

3 Obſerua tamen, ſi † emphyteuta in ſe ſuſceperat periculum caſuum fortuitorum, ita quod, etiã re funditus perempta, teneretur ſoluere penſionẽ, validum eſſe tale pactum, & re omnino deſtructa, teneri ſoluere penſionem. Ita hr̃ l. 1. C. de iure emph. & §. adeo, citato, & affirmant doctores, quos Alua. Vala. nu. 1. citato refert, ac ſequitur.

4 Qñ † domus culpa emphyteutæ fuit exuſta, aut aliter deſtructa, conſentit bene Aluar. vbi ſup nu. 2. cum Baldo in optione proprietarij eſſe, vel agere aduerſus emphyteutam ad intereſſe neq; velle vlterius progredi cum eo in contractu emphyteutico, vel cogere illum reædificare domũ (idem dic de quocunq; alio emphyteutico ædificio) & continuare emphyteuſim quaſi in hoc euentu claudicet emphyteuticus contractus, ſicut qñ emphyteuta in commiſſum incidit, ſimili modo claudicat, in ſolaq; voluntate proprietarij eſt poſitum, vel continuare contractum, vel expellere emphyteutã à re emphyteutica, vt colligitur ex l. 2. C. de iu. emphyt. & diſp. præcedente dictum eſt.

Quando verò abſque culpa emphyteutæ domus deſtructa fuit, meritò ibidem Aluar. Vala. repræhendit Baldum, quatenus aſſerit, in poteſtate emphyteutæ eſſe reædificare domum in eadem area remanente, quæ præcipua pars erat domus, & cõtinuare emphyteuſim, vel ab emphyteuſi deſiſtere. Etenim ſi res emphyteutica tunc cenſenda ſit manere ratione præcipuæ illius partis, vtique ex illa ſola parte tenetur emphyteuta ſoluere penſionem iuxta ea, quæ ſubijcienda ſunt, ac proinde finitus nõ eſt contractus emphyteuticus, nec proinde eſt in poteſtate emphyteutæ deſiſtere à contractu. Ang. Iaſ. & Afflict. ex illo fundamento, qđ res emphyteutica tunc maneat quo ad ſuam præcipuam partem, aſſeruere, non ceſſaſſe cõtractum emphyteuticum, ſed teneri emphyteutam perſeuerare ſoluendo penſionem. Optimo tamen iure Alua. Valaſ. ibidem cum Bartholomeo Philippo contrarium affirmat.

Qm̃, licet area præcipua pars ſit domus exuſta, tñ, aut aliter deſtructa domo, non dr̃ domus emphyteutica manere. Etenim domus in forma qua dam eſſentialiter eſt poſita, quæ in ſola area non conſiſtit, immo neq; in tota materia ſolo æquata, deſtru-

deſtructa autem forma rei, qñ eſſentia illius in forma conſiſtit, cenſetur ſubſtantia illius perempta, etiam ſi tota materia maneat, vt conſtat ex l. Iul. §. ſi quis. verſic. ſed & ſi quis ff. ad exhib. & ex l. repet. §. vlt. ff. quibus mod. vſufruct. amitt.

Atque hanc eandem ſententiam innuit apertè l. 28 tit. 8 par 5. vt ibi Greg Lop. verb. *por fuego*, rectè obſeruat, atq; ex eiſdem fundamentis, quibus Aluar. Valaſ. vtitur, eam confirmat. Propter eandem verò rationem cenſet Greg. Lop. idem eſ-
5 ſe dicendum, quando † res emphyteutica erat vinea, aut oliuetum. Deſtructis enim plantis fortuito aliquo euentu, licet area maneat, non tamen manet vinea, aut oliuetum, ac proinde finitur contractus emphyteuticus. Hoc tamē intellige, niſi ager ante plantationem vineæ in eo, aut oliueti, eſſet traditus in emphyteuſim. Tunc enim quamuis poſtea vinea, aut oliuetum plantetur, totumq; emphyteuticum efficiatur, ſanè, deſtructis plantis, non ceſſat contractus emphyteuticus, qui primo quo ad ſolum agrum fuit celebratum.

6 Secunda Concluſio † Quando res emphyteutica caſu fortuito non omnino perit, ſed ex parte, tenetur emphyteuta ſoluere integram penſionem. Ita habetur l. 1. C. de iure emphyteu. §. adeo Inſtit. de locat. & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Alua. Valaſ. vbi ſupra. numero tertio, & Iulius Clarus, 4. libro ſent. §. emphyteuſis, quæſt. 8. num. 8. vnde verſus. *Si res perit tota, liberabitur emphyteota: ſed ſi pro parte, nulla liberabitur arte.*

7 Sed dubitant doctores quando † res emphyteutica, quod ad præſens inſtitutum attinet, perijſſe dicatur quo ad partem, gl. l. nomen filiarum. §. portiones. verb adiecta, iuxta textum ibi. ff. de verborum ſignifi. citando in exemplum. l. 1. C. de iu. emphy. & §. adeo. Inſt. de locat. ait, tunc eſſe, qñ perit vſq; ad medietatem, & non amplius, gl. tñ. l. 1. C. de iure emph. ver. particulare, & gl. §. adeo, verb. particularis, Inſti. de locat. rem diſputant, tandem que concludunt, quando remanet pars aliqua rei emphyteuticæ, eſto illa minor ſit medietate.

Ac planè id apertè innuit. l. 1. C. de iure emph. dum ait. *Si quidē tanta emerſerit clades, quæ prorſus etiam ipſius rei; quæ in emphyteuſim eſt tradita, faciat interitum, hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum remanſit, ſed rei domino imputetur. Sin vero particulare, aut aliud leue contigerit damnum, ex quo nō ipſa rei penitus lædatur ſubſtantia, hoc emphyteutarius ſuis partibus non dubitet adſcribendum.* Et §. adeo. Inſtit. de locat. ſic habetur. *Si totius rei interitus acceſſit, ad dominum redūdare periculum: ſin autem particularis, ad emphyteuticarium huiuſmodi damnum venire.*

Neſcio quid clarius potuit dici. Conſentit. l. 28. tit. 8. par. 5. quæ ſtatuit, quando remanſit, ſaltem octaua pars rei emphyteuticæ, pertinere periculum ad emphyteutam, teneriq; proinde ſoluere tur minor pars, quam ſit octaua, ſanè pars adeo exigua, pro nihilo reputaretur. Quare huic ſentētiæ ad hæredum in puncto iuris cenſeo, quam Panorm. cap. potuit de locato. num. 16. & plerique alij amplectuntur, & quem communem eſſe affirmant, illique adhærent Iul. Clar. num. 8. citato, & Greg. Lopez l. 28. citata, verb. *ochaua parte*. Poſſumusq; illum confirmare. Quoniam, ſi emphyteuta in ſe caſum totum fortuitū ſuſcepiſſet, teneretur ſoluere integram pēſionem, eſto res emphyteutica omnino periret, vt ſupra dictum eſt: cum ergo ex diſpoſitione illorum iurium relata, iuxta quam cenſetur factus contractus, quando aliud non fuit expreſſum, periculum rei emphyteuticæ ſpectet ad emphyteutam, quando res emphyteutica ex parte ſolum, & non omnino perit, conſequens eſt, vt emphyteuta integram, penſionem tunc ſoluere teneatur.

Ad textum verò in l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. ſignific. dicendum eſt, ſeipſum exponere, dum ait, intelligendum eſſe dimidium, niſi aliud ſit expreſſum: duo autem iura citata ſatis exprimunt, ſi pars aliqua rei emphyteuticæ maneat, etiā ſi ſit minor dimidio, periculum rei emphyteuticæ ſpectare ad emphyteutam. Alua. Valaſ. vbi ſupra, num. 9. licet cum multis alijs, quos citat, in hac ſententia conueniat, ſubiungit tamen quando pars, quæ remanet, ſufficiens non eſt ad ſoluendam penſionem remitti partem penſionis, vt Bart. & alij quos refert, adnotarunt: aitque ſe vidiſſe in Eccleſiaſticis tribunalibus practicari, quando res emphyteutica redditur notabiliter infructuoſa arenis maris, aut fluuiorum, quod non raro in Luſitania euenit, diminutionem fieri penſionis, bonorum virorum arbitrio. Sanè æquum eſt, vt proprietarius, præſertim ſi Eccleſia ſit, in ea imminutione penſionis conſentiat: non tñ video, ſtando in natura contractus, ac diſpoſitione iuris, ad id teneri, aut iudices, proprietario inuito, poſſe illam efficere.

Iulius Clarus, & Greg. Lopez vbi ſupra, Alu. Valaſ. quæſtio. 27. citata numero 6. cum Barto. &
alijs, quos Greg. Lopez citat, doctrinam † traditam limitandam cenſet, quando emphyteuta modicam penſionem ſoluebat in recognitionem dominij directi. 8

Quando autem ſoluebat magnam fructibus reſpondentem tunc, cum contractus vim locationis habeat, minuendam cenſent penſionem pro rata partis, quæ perierit, aut deteriorationis in re emphyteutica; quaſi iura citata ſolum loquantur de emphyteuſi, in qua modica penſio ſoluitur.

Sanè, ſtando in puncto iuris, hoc etiam falſum eſſe exiſtimo, niſi quando penſio eſſet ſtatuta pro rata partium rei emphyteuticæ, vt quando viginti argentei, aut viginti menſuræ, ſtatutæ eſſent pro viginti iugeribus agri, ad rationem vnius argentei, aut menſuræ, pro vnoquoque iugere. Etenim incredibile eſt, penſionem ſolum ſtatutam eſſe in emphyteuſi ad recognitionem dominij directi, nulla habita ratione fructuum, qui inde eſſent percipiendi, niſi ſimul interueniſſet emptio dominij vtilis.

Præterea diſputatio 445. oſtenſum eſt, eo ipſo, quod contractus ad decennium, aut vltra, eſſe veram emphyteuſim; iura autem illa de emphyteuſi in genere, nulla facta exceptione, loquuntur; opinioq; Bartoli ortum habuiſſe videtur ex illa

alia

alia eiuſdem Bartoli opinione, qua cenſet, ad ra-
tionem emphyteuſis neceſſe eſſe, quod pẽſio mo-
dica ſit, minimeq; fructib. reſpondẽs, alioquin eſ
ſe locationem. Adde, nũquã in emphyteuſi tantã
penſionem conſtitui, etiã rõne habita fructuum,
quanta in locutione conſtituitur. Fortaſſe opinio
Bartoli, quia ęqua in ſe, ſecluſa diſpoſitione iuris,
vſu in aliquib. locis erit recepta. Nos vero q̃d rei
veritas habeat, poſita iuris diſpoſitionę, explana-
mus. Hæc attinet ad rem ipſam emphyteuticam.
9 Quod † verò attinet ad fructus, communi opinio
eſt, ob infortunium, aut ſterilitatem, circa eos eue
nientem, non eſſe remittenda pẽſionem ſed inte-
grè eſſe ſoluendã. Ita gl. c. potuit de locat. & cum
ea Pan. ibi. num. 16. 17. & 18. & c. propter ſterili-
tatem. num. 3. eod. tit. & cõmunis ſententia, quã,
inter alios, referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. li. 4.
ſent. §. emphyteuſis q. 8. num. 7. & Alua. Vala. q.
27. citata a nume. 7. & probatur apertè ex. l. 2. C.
de iur. emphyt. & ex §. adeò inſt. de locat. quibus
in iuribus infortunia omnia, quæ eueniunt, nec
omnino deſtruunt rem ipſam emphyteuticã, ſpe-
ctant ad emphyteutam, atq; adeò ob illa non exi
mitur à ſoluenda integra penſione.

Multi cum Bar. quos Alu. Vala. ibidem nu. 11.
refert, ac ſequuntur Iulius Clar. nu. 7. citato Nau.
in Manua. c. 17. nu. 190. & Greg. Lop. verb. *ocha-*
10 *ua parte* citato, hoc † limitãdum cenſet, dummo
do penſio ſit modica impoſita præcisè ad recogni
tionem dominij directi, non verò habita ẽt rõne
fructuũ: quia tunc cenſent habere rõnem locati,
minuẽdamq; eſſe pẽſionem pro rõne infortunij,
aut ſterilitatis. Refert verò Alu. Val. ſe vidiſſe ſæ-
pius iuxta eam ſentẽtiã fuiſſe in ſenatu Luſitano
iudicatum, vnde non videri in Luſitania ab ea re
cedendũ. Ego ſanè cum cõioris ſententia, quæ ni-
hil tale excipit, arbitror in puncto iuris idem eſſe
dicendũ, ꝙ de ſimili limitatione paulò antea dixi,
quando infortuniũ accidit circa partẽ rei emphy
teuticæ, idq; propter rõnes, quas eo loco reddidi.
Atq; idem arbitratur Alu. Val. n. citato, aitq; in-
terpretes iuris ciuilis paſſim, ac perperam ex hoc
capite confundere locationem cum emphyteuſi.

Aliam quoque limitationem cenſent, quidam
addendam cum Bart. quos Aluar. Valaſ. q. citata
11 numero 12. refert, nempe † dummodo ſterilitas
non ſit tanta, quæ fructus oĩno auferat, aut non re
liquat tantam eorum partẽ, quæ ſufficiat ad pen-
ſionem ſoluendã, innuitq; ſenatum Luſitanũ iux
ta hac limitationem iudicare. Arbitratur verò in
Regno Caſtellæ locum non habere, niſi q̃n pars
fructuum reſidua ad octauam partẽ non pertinge
ret, iuxta, l. 28. tit. 8. par. 5. Cæterum lex illa non
loquitur de parte fructuũ, ſed de parte rei ipſius
emphyteuticæ, neq; video qua rõne id in fructib.
poſſit locũ habere, niſi habeatur ratio ad quanti-
tatem fructuum, quam res emphyteutica, neq; in
anno abundãti, neq; in ſterili, ſed in mediocri, &
ordinario ſolet reddere. Gama etiã deciſ. 150. &
232. iuxta eãdẽ limitationẽ refert iudicatum; at
tamen in Regno Luſitano iudicatũ eſſe iuxta ea,
quæ lib. 4. ordin. tit. 61. circa locatum, q̃n in re lo-
cata ſuperuenit ſterilitas, ſancita ſunt. Nempe, vt
ſi nulli fructus ſint percepti, nihil penſionis ſolua
12 tur. † Si aũt aliquid ſit perceptũ, id totũ relinqua
tur domino agri, aut ſoluatur ei integra penſio.
Excipitur, q̃n ſemina fuerunt mandata terræ: nã
tunc ſementem extrahit, qui agrum colui, & re-
liquum relinquit domino agri. Prius tñ ex toto
aceruo extrahit decima Eccleſiæ debita, vt loco
citato Gama iudicatum fuiſſe refert, deinde verò
à reliquo extrahitur ſemen, & reſiduum pertinet
ad dominũ agri. Ego ſanè in puncto iuris idẽ di-
cendum arbitror de hac limitatione, ac de præce-
dẽte, propter eaſdẽ rõnes, cõſentitq; ibidem Alu.
Vala. quin & Iulius Clarus vbi ſupra. Neq; Luſi
tana lex loquitur de emphyteuſi, ſed de contractu
locationis de quo ſuo loco dicetur. Accedit hęc nõ
cõtemnẽda rõ diſcriminis inter locatũ & emphy
teuſim quod colonus nõ eſt dñs fructuũ agri inte
rim dum nõ ſunt percepti, ſed dñs agri illorum
dñs, vt alibi dictum eſt, & colonus ſolum habet
ius ad illos percipiendos, atq; efficiendos ſuos dũ
fuerint percepti ac ſeparati à ſolo: quare mirũ nõ
eſt, ſi pereant antequam colligantur, perire domi-
no agri, hoc eſt, locatori, non vero cõductori. Em
phyteuta autem, cum vtile dominium rei emphy
teuticę habeat, dominus proculdubio eſt fructuũ,
etiam antequam colligantur & ſeparentur à re
emphyteutica: vnde ipſi pereunt, & non proprie-
tario, niſi aliud ſit deductum in pactum, ac pro-
inde ſoluere tunc tenetur integram penſionem.

Dubitant doctores, q̃n propter bellum in ea re Quęſt.
gione, ſiue illud iuſtũ ſit, ſiue iniuſtũ (ad rẽ. n. præ
ſentẽ id nihil refert) aut ꝑ iuſtũ belli timorem,
agricolæ non potuerunt, aut domus emphyteuti-
cæ, neq; habitari, neq; locari potuerunt, aut ob
peſtẽ, vel aliam ſimilem æquam, ac rõnabilẽ cãm
nulli fructus, aut perexigui, percipi ex re emphy-
13 teutica potuerũt num † emphyteuta à ſolutione
pẽſionis liberetur, atq; adeo à pęna cõmiſſi. Mul-
ti, quos Alua. Vala. q. 27. citata à nu. 13. refert, &
cum quibus Iulius Clarus. q. 8. citata. n. 6. magna
ex parte conſentit, & quorũ opinionem idẽ Alua.
Val. ſequendã in praxi arbitratur, aſſeuerant, ex-
cuſari tunc emphyteutã à ſolutione penſionis, prę
ſertim ſi penſio non ſit admodũ exigua, quæ ſolũ
in recognitionẽ dominij directi ſoluatur, & mul-
to magis à pœna commiſſi ex eo, quod penſionẽ
non ſoluerit. Excipit Alu. Val. cum alijs, niſi em
phyteuta in ſe ſuſcepit caſus oẽs fortuitos. Cũ. n.
valeat eiuſmodi pactum circa ſubſtantiam rei em
phyteuticæ, vt dictum eſt, multo magis erit vali-
dum circa fructus. Excipit præterea, niſi conſue-
tudo eſſet regionis, vt nihil obſtantibus bellorum
impedimẽtis, penſio ſolueretur. Item excipit, niſi
emphyteuta ipſe cauſa fuiſſet belli: aut niſi impe-
dire illud, vel ei reſiſtere potuiſſet, nec fecit. Atq;
ſi non admonuit proprietarium, qui, admonitus,
fructus ex re emphyteutica percepiſſet.

Ego ſanè, q̃d ad penſionem attinet, eandẽ om
nino arbitror eſſe quęſtionem, ſiue fructus nõ col
ligantur ob bellorum impedimẽta, ſiue ob quod- Deciſ.
cumq; aliud infortunium, aut ſterilitatẽ, quando
emphyteuta non ſpoliatur re emphyteutica, quæ
poſſideatur ab hoſtib. abſq; ſpe illã recuperandi:

quarè in puncto iuris idem dicẽdum arbitror circa hanc quæſtionem, quod circa duas præcedẽtes limitationes eſt dictũ; eſtq; propter illas eaſdem rationes. Nobiſcumq; conſentit Aluar. Valaſ. vbi ſup. nu. 20. quamuis ſubiungat, deferendum non eſſe contrariam communem opinionem. Quòd verò attinet ad pœnam commiſſi, ſanè in regione, in qua conſuetudo recepta eſſet, vt penſio tempore belli, aut in alio euẽtu ex ijs de quibus duabus limitationibus præcedentibus dictum eſt, ſolueretur, in commiſſum incideret emphyteuta, qui biennio, aut triennio, illam non ſolueret. Vbi aũt non eſſet talis conſuetudo recepta, neq; emphyteuta in ſe ſuſcepiſſet euentus omnes fortuitos, tunc, qui penſionẽ non ſolueret, contendẽs illam non debere, vel ob impedimenta belli, vel ob alia infortunia, aut ſterilitatẽ, ſanè, eſto iuxta noſtrã ſententiam damnaretur, vt ſolueret pẽſiones oẽs nondum ſolutas, damnari nec deberet, nec iuſtè poſſet incidiſſe in commiſſum. Qm̃ abſque culpa eas non ſoluit, fasque illi fuit experiri ſuum ius, ſeipſum defendendo, præſertim cum munitus eſſet tot grauiſſimorum doctorum ſententia.

Vbi autem culpa non adeſſet in penſione non ſoluenda, locum non habet pœna commiſſi ob eãdem penſionem non ſolutam.

Emphyteuta in commiſſum incidẽs, quæ melioramenta in re emphyteutica facta, amittat proprietario, & à quo puncto fructus rei emphyteuticæ ad proprietarium ſpectent.

DISPVTATIO CCCCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta in commiſſum incident, quæ melioramenta amittit proprietario.*
Et quid in feudatario. nu 2.
3 *Emphyteuta in commiſſum incidens, an amittat meliorationes poſtea factas.*
4 *Fructus rei emphyteuticæ, quæ in commiſſum incidit, à quo puncto deberi incipiant proprietario.*
5 *Fructus rei non dicuntur, niſi deductis expenſis in ipſa re factis, ratione fructuum colligendorum.*
6 *Fructus ex melioramentis percepti, an ad poſſeſſorẽ pertineant malæ fidei, & quando.*

Queſt. QVoniam initio diſp. 453. dictũ eſt, emphyteutã incidentẽ in cõmiſſum ob non ſolutã penſionẽ, non ſolũ amittere proprietario rem emphyteuticã, ſed ẽt melioramenta in ea facta, examinandũ eſt, vtrum omnia vniuerſim, an aliqua.

Communis ſñia, quam Iul. Clar. 4. lib. ſent. §. emphyteuſis q 45. nu. 1. ſequitur, & quam copioſius, quam alij. Alu. Vala. de iure emph. q. 25. nu. 2. refert, abſolutè aſſeuerat, emphyteutã incidentẽ in commiſſum, non ſolum ex eo capite, ſed etiam ex quocunque alio ex ijs, quæ in progreſſu explicabimus, amittere melioramenta omnia proprietario. Alua. Vala. in primis. num. 3. ſequenti, cum quodam alio, quem citat, ait, poſſe in dubiũ reuocari, num emphyteuta in commiſſum incidẽs ob non ſolutam penſionem, melioramenta amittat proprietario, illis duntaxat exceptis, quæ in particulari erat deductum in pactum, vt emphyteuta efficeret, quæq; loco pretij, quod à principio erat daturus, fecit, atque ob quæ exiguam ſoluebat pẽſionem, de quibus idem Aluar. Valaſ. num. 1 fuerat loquutus, & nos infra ſuo loco dicemus, dum examinabimus, ad quem melioramenta ptineant quando emphyteuſis ſine culpa emphyteutæ finitur. Ratio autem cur id non immeritò in dubium poſſit reuocari, eſt. In primis, quoniam meliorationes ſecundum ſe, propriæ ſunt emphyteutæ, ideoq; illas tranſmittit ad ipſius hæredes, etiam extraneos, nihil impediẽte, ꝙ emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit, vt ſuo loco dicetur: ſunt enim quippiã longè diuerſum à iure emphyteutico: quippe cũ ius emphyteuticum a contractu, & inueſtitura oriatur, conceſſumq; ſit a proprietario emphyteutæ; meliorationes verò ab ipſomet emphyteuta proueniant, quia ſua induſtria, ac ſumptib. illas effecit: quare, eſto emphyteuta, in cõmiſſum incidens, amittat in pœnam proprietario ius emphyteuticum, quod ab eo accepit, non eſt cur ẽt meliorationes ſuas eidem ſimiliter amittat. Deinde, quoniam pœna extendenda nõ eſt vltra id, quòd in iure fuerit expreſſum: odia quippe reſtringenda ſunt, & fauores ampliandi: lex autem 2. C. de iu. emphy. cui autores cõis ſententiæ nituntur, ſanè, licèt ſtatuat, emphyteutam non ſoluentẽ penſionem, incidere in cõmiſſum rei emphyteuticæ, non tamen ſtatuit incidere in commiſſum meliorationum. Sic. n. hẽt. *Proprietario volẽti licere eũ a prædijs emphyteuticarijs repellere, nulla ei in poſterũ allegatione nomine meliorationis, vel eorũ, quæ emponemata dicuntur, vel pœna opponẽda.* Ecce, ſolũ dicit, nõ excuſari emphyteutã, quominus expellatur à prædijs emphyteuticis, iureque emphyteutico, ſi opponat melioramenta feciſſe, vel ſi opponat, in contractu appoſitam fuiſſe pœnam proprietario, ſi emphyteutam expelleret: qm̃ id intelligẽdum eſt de expulſione ſine legitima cauſa. Licet ergo inde conſtet, oppoſitionem melioramentorum in re emphyteutica effectorũ, non excuſare emphyteutam à pœna cõmiſſi iuris emphyteutici; inde tamen non conſtat, incidere etiam in pœnam commiſſi melioramentorum. Sanè hanc ſententiam amplecterer, niſi contraria eſſet communis doctorum atque in praxi recepta non ſo-
3 lum in emphyteuſi, ſed † etiam feudo, vt ibidem Deciſ.
Aluar. Valaſ. cum alijs affirmat. Et niſi ei ſuffragaretur authenticum de alien. & emph. §. ſi verò quis, quod emphyteutæ actionem pro melioramentis denegat. Ac niſi l. vlt. C. de iure emphyt. dum ſermo eſt de pœna commiſſi ob alienationẽ meliorationum, atque emphyteuſis proprietario non requiſito, apertè de amiſſione meliorationum non loqueretur. Quare Alua. Vala. ibidem, eiuſmodi iuribus minimè citatis, à communi ſententia recedendũ non cenſet, quam etiam ſequitur Aries Pinel. l. 2. C. de reſcind. vend. par. 2. c. 3. nume. 7. Licet non probem eiuſmodi Pinelli ſententiam,

tentiam, quatenus nu. 8. ſequenti à communi ſententia excipit, quando aliquid in emphyteuſim traditur ad decennium aut vltra, & non in perpetuum, aut ſaltem vltra vnam vitam.

Deinde Greg. Lop. l. 28. citata tit. 8. par. 5. glo. pen. Pinel. vbi ſup. nu. 9. & Alu. Val. q. citata nu. 3. cum Carol. Molin. cõem opinionẽ intelligũt, de cõibus, & ordinarijs meliorationibus ad quas emphyteuta iuxta contractus tacitè, aut expreſsè, tenetur: ſecus aũt de extraordinarijs, & magni pretij, vt ſi ædes in agro emphyteutico ædificaret, aut molendinũ, vel aliud ſimile extraordinarium & magni ſumptus: has. n. non amitteret emphyteuta in cõmiſſum incidens. Atq; ita refert Alua. Val. ſe vidiſſe iudicatũ in Luſitano Senatu. Cæterũ nõ modicã difficultatẽ facit, quod ex l. vl. C. de iu. emphyteutico relatũ eſt. Quõ aũt eiuſmodi meliorationes ſint ſoluendæ, loco citato dicemus.

Dubiũ eſt, quid ſi emphyteuta, poſtq̃ in cõmiſſum incidit, meliorationes aliquas fecit, amittetne † illas, perinde atq; alias, quas, antequam in cõmiſſũ incideret, fecit? Partẽ affirmantẽ ſuaderi vr, quod tunc ſit malæ fidei poſſeſſor rei emphyteuticæ, ſciens dñium vtile deuolutum eſſe iã ad proprietarium: malæ aũt fidei poſſeſſor non repetit meliorationes, quas in re, q̃ ita poſſidet, facit; qm̃ cenſetur feciſſe illas animo eas donãdi, atque ſi illas petere vellet, obijci ei poſſet culpa, qđ illas fecerit in eo ſolo, quod intelligebat eſſe alienũ, vt conſtat ex §. ex aduerſo, & §. certè illud. Inſt. de rer. diuiſione, ex l. adeo, §. ex diuerſo. ff. de acq. rer. dom. ex l. 42. tit. 28. par. 3. iunctis l. 35. 36. 37. eiuſdẽ tit. Dicendum tñ eſt, conſentaneè ad Alu. Valaſ. vbi ſup. nu. 4. quòd cum emphyteuta dominium vtile, non amittat, ẽt poſtquam in commiſſum incidit, niſi dependenter à voluntate proprietarij, atque adeo dependenter ex eo, quòd pænã exequutioni manet, dñium vtile ab emphyteuta exigendo, non cenſeri malæ fidei poſſeſſorẽ rei emphyteuticæ, niſi ab eo puncto, atq; adeo, ſi res in iudicium tranſigatur, à lite conteſtata: quare repetere poterit meliorationes, quas à puncto, quo in commiſſum incidit, in re emphyteutica fecit. Si quas aũt poſt litem conteſtatam in re emphyteutica fecerit, illas amittet. Excipitur, niſi impenſæ factæ in re emphyteutica fuerint neceſſariæ, hoc eſt, ſine quib. res periret, aut deterior redderetur, ſiue conſiſtant in faciendo, ſiue in reficiendo, has. n. ẽt poſſeſſor malæ fidei iudicis officio repetit, retinẽdo rem, quouſq; ſoluantur, vt Bart. & alijs Alua. Vala. ibi. affirmat, & habetur expreſsè. l. domum. C. de rei vend. & l. 44. tit. 28. par. 3.

Vtiles verò expenſas, ſi factæ fuiſſent reficiendo, malę fidei poſſeſſor permittitur tollere, ſine lęſione tamen prioris ſtatus eiuſdem rei, vt habetur l. domum, & l. 44. citatis. Si tamen proprietarius ſoluere illi vellet, quantum res extracta de tali re illi eſſet valitura, non permittitur illam tollere l. in fundo. §. conſtituimus. ff. de rei vend. eodemq; modo intelligenda eſt l. 44. citata, quę idẽ ſtatuit. Si tamen expẽſæ tolli non poſſent ſine detrimento rei illas omnino amittit emphyteuta. l. 1. C. de infantibus expoſitis, & l. pro volũtarijs, ff. de impenſis. Voluptarias tñ impenſas non recuperat, nec corradit talis emphyteuta, ſed omnino illas amittit. Ita diſponit. l. 44. titu. 28. par. 5. argõ. §. ex aduerſo. ff. de rer. dom. Quæ autẽ expenſæ voluptuariæ dicantur, explicat optimè l. 44. citata, & nos diximus diſp. 433. Hęc de primo eorum, quę in titulo huius diſputationis propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum exiſtimo fru-
4 ctus † rei emphyteuticæ, ſicut & rem ipſam quoad dñium vtile, nõ pertinere ad proprietariũ, niſi a puncto, à quo pœnam exequi attentat, ſeu à lite conteſtata, & vſque ad illud punctum cẽſendum eſſe continuatum contractum emphyteuticũ; qm̃ pœna commiſſi non incurritur, niſi dependenter à voluntate proprietarij, attentantis illã exequi, vt ſæpius dictum eſt. Quare vſque ad illud pũctũ proprietario debentur penſiones non ſolutæ, vna cum re ipſa emphyteutica, quæ tunc exigit in pœnam commiſſi; fructus autem illucuſque percepti integri pertinerent ad emphyteutam, tãquam ad dominum rei emphyteuticæ quo ad dominium vtile vſque ad illud punctum. Vnde non placet opinio Alu. Vala. nu. 4 citato, quod ex fructibus perceptis ab emphyteuta à puncto, quo in cõmiſſum incidit fieri debeat compenſatio expẽſarum, quæ in re emphyteutica fecit, & quę illi ſunt perſoluendæ, niſi intelligat de fructibus perceptis à lite conteſtata. Neque iura, quæ circa alios poſſeſſore id diſponunt, & Alu. Vala. citat, locũ habent re propoſita. Qm̃ omnia loquuntur de poſſeſſore rei alienæ pro tpe, pro quo erat aliena: quod nõ habet locum in re propoſita quo ad dominiũ vtile emphyteutæ, niſi a puncto litis conteſtatæ. Fructus itaque à puncto litis conteſtatæ, pertinent ad proprietarium, ſed ſoluere tenetur emphyteutæ ſumptus oẽs ab eo factos vſque ad punctum litis conteſtatę circa fructus eo anno colligendos, & ſi quos alios emphyteuta circa eoſdem fructus fecerit: quia ſemper poſſeſſori, ſiue bonæ, ſiue malę fidei, ſoluũtur ſumptus facti circa fructus ex re aliena colligendos: immò fructus † nõ alij, neq; ma-
5 iores cenſentur, quam qui remanent deductis expenſis. Ita habetur l. ſi à domino, §. fructus. ff. de pet. hær. l. fundus qui, in prin. ff. famil. erciſ. l. 42. tit. 28. par. 3. l. fructus, ff. ſol. mat. l. 1. C. de fructibus, & litium expenſ. & leg. quod in fructus ff. de vſur. & affirmant Aluar. Valaſ. ibidẽ, & alij quos citat.

Hinc idem autor ibi. nu. 5. colligit, emphyteutã, qui damnatur emphyteuſim ac melioramenta culpa ſua amiſiſſe, repetere poſſe impẽſam, quam fecit in q̃rendis, ac conſeruandis fructib. anni, in quo à fundo recedere damnatur. Illud circa alios poſſeſſores malæ fidei admonuerim, teneri deducere de impẽſis, ẽt neceſsarijs, in re aliena factis, valorẽ fructuũ, quos ex eadẽ re acceperunt, ut ex ſe eſt notiſſimũ. & de poſseſsore bonæ fidei dicemus diſp. 463. Vtrum aũt id intelligẽdum ſit, nõ ſolũ de fructibus pceptis ex ipſa re aliena, ſecluſis melioramentis à poſseſsore malæ fidei in ea factis, an ẽt de fructibus pceptis ex melioramentis. Rẽ examinabimus diſp. 463. circa poſseſſorẽ bonæ fidei, partem q; negãtẽ circa eũ amplectemur.

6 Quòd † verò ad poſſeſſorem malæ fidei attinet, cõior ſnīa eſt, quã Alu. Vala. de iu. emph. q. 25. n. 26. refert, & quã Cou. 1. var. reſ. c. 8. nu. 4. ſequit, licet malæ fidei poſſeſſor, non ſolũ deducere dẽat de expenſis fructus, quos ex re aliena pcepit, & q̃ percipi potuerunt (in quo oẽs conueniũt) ex meliorамentis tñ à ſe in ea factis, teneri quidẽ deducere fructus, quos pcepit non tñ quos pcipere potuit, atq; hoc vltimũ colligit ex l. cæterũ. ff. de rei vend. Alu. tñ Vala. ibi. ait, in tribunalibus Luſitaniæ iudicari, receptumq; eſſe, nõ teneri deducere fructus, quos ex ſuis melioramentis pcepit, ſed illos hẽre ſibi præcipuos, atq; in eadẽ ſnīa fuerunt Matth. de Afflictis, & Capicius, quos Alu. Vala. ibi. refert. Dicerẽ, in foro conſciẽ ante latã ſnīam, fructus ex melioramentis perceptos, ad poſſeſſorẽ malæ fidei pertinere: poſt latã verò ſententiã, ſtandum eſſe ſententiæ latæ in vnoquoque foro.

Quamuis, cum ius melioramẽta neceſſaria, & vtilia poſſeſſori malæ fidei concedat, ſaltem vt illa tollere poſſit, iuri cõſonantius iudico, vt & fructus inde ab eo percepti, ad ipſum ſpectent, neque in pœnam ad eorum amiſſionem damnetur.

Emphyteuta an teneatur ad expenſas circa rem emphyteuticam, & ad onera & tributa ex illa.

DISPVTATIO CCCCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta quas expenſas petere poteſt a proprietario, factas in re emphyteutica.*
Et quid de iure Luſitano. nu. 2.
3 *Emphyteuta ſoluere tenetur onera, & tributa tã realia, quam perſonalia, quæ occaſione rei emphyteuticæ imponitur.*
Cum declaratione tamen, vt ibi.
Idem dicendum in feudatario. nu. 4.
5 *Emphyteuta Eccleſiæ an teneatur ad collectas ratione vtilis dominij.*
Et quid in feudis, & vſufructuarijs, quando dominus directus eſt eccleſia, & feudatarius, uel vſufructuarius perſona laica, uel ecõtrario. nu. 6.

INter impenſas, quæ in re emphyteutica fiunt, quædã pertinent ad rei emphyteuticæ conſeruationem, aut fructuum collectionem: atque has 1 † oẽs, etiamſi magnæ ſint, tenetur emphyteuta facere ſuis tpibus, neque poteſt, finita emphyteuſi petere illarum compenſationem, neque item pp illas põt minuere penſionem. Vnde tenetur reficere domos emphyteuticas, aut quodcunq; aliud emphyteuticum ædificium: non tñ inſtaurare, ſi corruit, aut abſque ipſius culpa fuit exuſtum. Tenetur etiã reficere aggeres, & purgare foſſata, alueos ve agrorum. Itẽ reficere, & mundare puteũ. Præterea ſi lege ſtatuto, aut cõſuetudine loci, uel præcepto, teneatur vnuſquiſq; lapidibus munire viã, pro ſitu, & qualitate domus, quã poſſidet, cõtribuere ad mundandũ locum aliquẽ vico proximũ, vel deputatũ ad ſordes vici proijciendas, aut aliud ſimile, id totũ impendere ſpectat ad emphyteutam, neq; minuere ea de cã põt pẽſionem, aut finita emphyteuſi aliquid pro eiuſmodi expenſis à proprietario exigere. Ita cum Bart. Bal. & alijs quos citat, Alua. Vala. de iur. emphy. q. 26. a nu. 1. Concinit l. hactenus, & l. pendentes, §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufr. Si. n. ad quædam ex his tenetur vſufructuarius, cum cuius vita vſusfructus finitur, vt ex iurib. citatis conſtat, & diſpu 7. dictũ eſt, multo magis tenebitur emphyteuta, qui vtile dñium ad ſucceſſores transfert, quiq; rem quo ad dñium vtile accipit, vt ſuis ſumptib. eã cõſeruet, & ea perfruatur, cum onerib. oĩbus, quæ illi ſunt annexa. Licẽt aũt in hac doctrina ſic propoſita, & in ea, quam in ſecunda parte huius diſputationis ſubijciemus, Gam. deciſ. 301. tanquam cõi cõueniat, meritò tñ in eadem deciſione refert à ſupremo Luſitano ſenatu fuiſſe iudicatum, cũ Rex p̃cepiſſet, dominos quorundam agrorum contribuere ad aggeres quoſdam conficiẽdos, quibus vi fluminis reſiſteretur, ne agros perderet, arenaque obrueret, infæcundoſq; redderet, atque vt meatus fierent, quibus paludes agrorum exiccarentur, locaq; paludum apta ad ferendos fructus redderentur, debuiſſe contribuere, non ſolos emphyteutas, ſed etiã dños directos pro rata arbitrio prudentis iuxta tp̃s maius, aut minus, quo emphyteuta per ſe, aut per ſuos ſucceſſores, perſeueraturus eſt in emphyteuſi: eo quod id inſolitum eſſet, de quo cogitare non potuerunt contrahentes, ẽt ſi emphyteuta expreſsè ſe obligaſſet ad onera, & tributa illius agri: & q̃m id ſpectabat, non ad ſolã vtilitatẽ emphyteutæ, qui ad quaſdam vitas agros illos in emphyteuſim habebat, ſed ad perpetuam proprietarij commoditatem, ac vtilitatem. Atque hoc ipſum, vt. ſ. proprietarij ẽt contribuerent innuit Gama expreſſiſſe decretum Regis, quo eam contributionem indixit. Ac ſanè, nihil impediẽte diſpoſitione iuris cõis, ita in eo euentu meritò fuit ſtatuendum, ac iudicandum. Neque. n. de huiuſmodi euentu intelligendæ ſunt ſanctiones iuris communis, & doctorum communis ſententia.

Quando aũt impenſæ, quas emphyteuta facit, ad perpetuam maiorem rei vtilitatem pertinent, vt quia auxit ædificium, vel dirutum, aut exuſtũ abſque ſua culpa erexit, vel quia puteum vtiliter fodit, vel aggeres de nouo confecit, vel foſſata, ac meatus aperuerit, quibus non ad ſuum proprium vſum, & commodũ ſolum, ſed poſt finitã emphyteuſim vtiliores agri redduntur, aut ſimiles alias impẽſas facit, ſanè, ſi coactus à poteſtate publica eas efficiat, aut ad illas efficiendas contribuat, vt de aggeribus illis, ac meatibus iuſſu Regis Luſitani dictũ eſt, cogere poterit proprietarium, vt ad ea q̃n fiunt, modo paulò antea explicato, contribuat: ſin autem ſua ſponte illas efficiat, non quidem tenetur proprietarius ad illas contribuere, dum fiunt, finita tamen emphyteuſi præſertim ſine culpa emphyteutæ, ſoluendæ illi ſunt, vel quantum finita emphyteuſi æſtimabũtur valere, vltra prædium ſine illis, vel quãtum in illis inſumpſit, arbitrio proprietarij, vt ſuo loco dicetur.

Excipe, niſi emphyteuta vi contractus teneret illas facere, non ea generalitate, qua emphyteuta rem accipit in emphyteuſim ad illam meliorandum, ſed in recompenſationem minoris penſionis, q̃ illi ea de cã imponatur; atq; tunc in inſtr̃o emphyteutico exprimi conſueuit, q̃d emphyteuta ſuis ſumptibus teneatur hoc, vel illud, efficere, nullo proe ›, finita emphyteuſi, poſtulato pretio. Ita Aluar. Vala. vbi ſup. cum alijs, quos refert, tametſi non tam accurate, ac nos, ea explicet.

2 Ex † dictis intelligetur facilè, de quib. expenſis ſit ſermo lege Luſitana lib.4.tit.77. §.32. in fine, vbi cum ſermo eſſet de meliorationibus à prædeceſſore factis, quas ſucceſſor in emphyteuſi adducere teneretur ad partitionem cum alijs cohæredibus, additur. *E eſto non ſe non entendera a en algunas deſpeſas e bem feitorias pequenas, nem em algunas outras que onomeante de neceſſidade per dereito comum, ſem outra conuenca das partes, nẽ condicam poſta no contrato emfitiotico, hebteudo facer.* Eiuſmodi quippe expenſæ, ad quas de iure cõi emphyteuta tenetur, non aliæ ſanè ſunt, quã quæ primo loco in hac diſputat. commemoratæ ſunt, vt rectè Alua. Val. vbi ſupra, nu.5. obſeruat. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad onera, & tributa, dicendũ eſt. Emphyteutã † ſoluere teneri, nõ ſolũ onera, & tributa realia, q̃ ex re emphyteutica debent, ſed ẽt perſonalia onera, & tributa, quæ occaſione rei emphyteuticæ imponunt: teneri verò ſoluere, ẽt futura, quæ perſeuerante emphyteuſi imponẽtur, niſi, vt in priori parte huius diſputationis dictũ eſt, aliquid extraordinariè imponatur ad aliquid cõcernens perpetuam vtilitatem rei emphyteuticæ: nam tunc contribuere tenetur proprietarius, vt ibidem dictum eſt. Si tñ aliquid imponeretur ſubditis pro quantitate, & valore bonorum cuiuſque, tũc emphyteuta ſolum teneretur ſoluere, quantum vtile dñium æſtimaret, deducta penſione, aut penſionis onere: pro reliquis verò teneretur ſoluere proprietarius, ad quem ſpectant.

3

Primam partẽ totius huius aſſertionis probat. l.2. de iu. emph. illis verbis, *vel publicarũ functionum apochas non præſtiterit*, id eſt, inſtr̃m, ac confeſſionem fiſci, q̃d onera, & tributa rõne eius prædij illi debita ſoluerit, quaſi ad illa vltra pẽſionẽ proprietario debitam emphyteuta ipſe teneatur, vt gl. ibid. exponit, & Alb. Bal. Iaſ. & alij, quos Alua. Val. de iure emph. q.17. nu.1. refert, ac ſequ t. Idem probat. leg.2. & 3. C. ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe. l. Imperatores in princ. ff. de publ. l. inter emptorẽ. ff. de pact. l. vlt. C. de prædijs, & omnibus reb. nauiculariorum libro vndecimo, quę omnia iura de oneribus, & tributis realibus prædiorum loquuntur, ſtatuuntq; onus illa ſoluendi, tranſire in poſſeſſores prædiorum, etiam quo ad penſiones præteritas nondum ex eis prædijs ſolutas, quaſi integrum fiſco ſit, prę teritas penſiones exigere à nouis poſſeſſorib. prædiorum, vel ab antiquis.

De eiſdem ẽt tributis realibus loquuntur l.1. C. ſi pp publ. penſ. & l.1. C. in quib. cau. pig. tacit. cont. & l.25. tit.13. par.5. q̃ affirmant, prædia tributaria tacitè eſſe hypothecata pro tributis ſoluẽdis, quin & l.25. oĩa bona debentis tributum, ſtatuit eſſe tacitè hypothecata pro tributis, in quo elegit opin. Iacobi Rauen. quã non credo verã de iure cõi, eo q̃d nõ ſit textus, vnde colligat. Grego. Lop. ibi eandem legẽ, tametſi non admodum firmus, intelligit de oĩbus tributis, etiã perſonalib. ppea q̃d lex illa vniuerſim loquatur, nõ reſtringẽdo ad tributa realia. Putò tñ id non eſſe verũ de iure cõi, cum nulla ſit lex, vnde colligatur. Legẽq; illam Caſtellæ intelligendum eſſe iuxta cõe ius. Iura aũt illa paulò antea citata ſtatuunt, inualidũ eſſe pactum inter nouum poſſeſſorem, & antiquum, ꝙ onus ſoluendi eadem tributa pertineat ad antiquum poſſeſſorem, & non ad nouum, ac proinde, eo pacto nihil impediente, exigi poſſe à nouo poſſeſſore. Hoc tñ intelligendum eſt, ad effectum, vt id præiudicium pariat fiſco, aut alteri, ad quẽ onus reale prædij ſpectet, quo minus exigere illud poſſit à nouo poſſeſſore; nũ verò vt antiquus poſſeſſor nõ teneatur ex eo pacto illud ſoluere poſteriori poſſeſſori, in euentu, ꝙ poſterior poſſeſſor illud ſoluat, vt hr̃ l. epiſtola. §. pactũ. ff. de pact. & affirmant gloſſę. l. inter emptorẽ l. imperatores. l.2. & l.3. ac l. vlt. citatis. Qua eadem ratione, ſi nouus poſſeſſor antiqua onera, aut tributa ſoluat, quæ prædeceſſor ſoluere tenebatur, agit aduerſus illum, vt tantundẽ ipſi ſoluat, vt gloſſæ citatæ affirmant, & probat. l. apud Iulianũ (alias. l. idem Iulianus) §. hæres, iuncta gl. ibi. ff. de legatis.1. & l. cum poſſeſſor. ff. de cenſ.

Qñ aũt audis, nouum poſſeſſorẽ teneri ſoluere præterita tributa, excipe, niſi fiſcus prædium vendiderit: nam tunc non tenetur ad præterita onera, & tributa, ſed ſolum ad futura, vt hr̃ l. vl. C. de cẽſib. lib.11. & affirmat gl. l.3. citata. Illud adde, ſi quis prædium oneribus, ac tributis realibus ſubiectum, alteri vendat, emptorq; minus idoneus ad ea ſoluenda inueniatur, teneri venditorem, ac etiã, quæ futuri ſunt temporis, loco illius ſoluere. Ita hr̃ in auth. ſed & periculum, C. ſine cenſu vel reliquis, & l. vlt. C. de prædijs, & omnibus rebus naui cul. lib.11. Circa hæc omnia lege Alu. Vala. vbi ſupra à nu.17. & Aries Pinel. l.1. C. de bon. mater. par.2. num.72.

Secundam verò partem, nempe quod emphyteuta ſoluere ẽt teneatur onera, & tributa perſonalia, quæ ratione rei emphyteuticæ imponũtur, atque in futurum, perſeuerante emphyteuſi, imponentur, atque ẽt ſimul primam propoſitę aſſertionis partem, probant, in primis l.2. C. de iu. emphyt. illis verbis; *publicarum functionum*, quæ oĩa onera, ac tributa publica cõprehendunt, ſiue realia ſint, ſiue pſonalia, rõne rei emphyteuticæ. Deinde ẽt vtramq; partẽ concluſionis probat, ꝙ vſufructuarius ad oĩa onera, & tributa, ſiue realia rei, cuius habet vſumfructum, ſiue perſonalia rõne, & occaſione eiuſdẽ rei, tenetur, vt diſp.7. dictum eſt, & probant. l. hactenus. §. modica. l. ſi pendẽtes §. ſi q̃d cloacarij, & l. vſufructu relicto, ff. de vſuf. & l. quæro. ff. de vſufr. leg. quæ idẽ eſſe dicit de tributis & onerib. imponẽdis pſeuerãte vſufructu.

 Probat

Probat ēt.l.neq; ſtipendiū.ff.de impēſ. re.dot.
vbi maritus, vſufructuarius de iure cōi bonorum
dotalium vxoris,ſoluere tenetur tributa oīa præ-
diorū dotalium, neq; poſtea repetere pōt ab vxo-
re,qđ ita ſoluerit;reddit verò rōnem textus, quia
inquit,*onus fructuum hæc oīa impendia ſunt*,eūq;
proinde comitātur,qui fructus predij vn̄, aut cu-
ius occaſione ſoluuntur,percipit: quare cum em-
phyteuta vſufructuarius ſit rei emphyteuticæ,do-
miniūq; illius vtile habeat,regulariter cum ipſius
vita minimè finiendū,cōſequens eſt , vt ad onera
ac tributa oīa,ſiue realia , ſiue perſonalia rōne rei
emphyteuticæ,teneatur,atq; cū eo onere rem em-
phyteuticam fruendam cenſeatur ſuſcipere , niſi
aliud deductum ſit in pactū,aut aliud alicubi ha-
beat conſuetudo regionis,nā tunc pacto, aut con-
ſuetudini,erit ſtandum. In vtraq; parte propoſitę
aſſertionis conſentit cōis doctorum ſentētia,q̄ re
ferunt,ac ſequuntur Alu.Valaſ.vbi ſupra à nu. 1.
Aries Pinel.l.1. C.de bon.mater.p.2.n.72.& Iul.
Cla.lib.4.ſent.§.emphyteuſis.q.46.cuius opinio
nē non probo,vt neq; eam Alu. Vala. q.citata nu.
4.probat,quatenus vtranq; aſſertionis partem re
ſtringi,dum modo penſio modica ſoluatur. Quin
Alu. Valaſ.vbi ſupra,nu.26.& Pinel.nu.72.cita-
to,eam reſtringēdā nō cēſent , etiāſi emphyteuſis
non ſit in totam vitam,ſed decennium,aut vltra .

Reſtrictio,quam vtriq; parti in noſtra aſſertio
ne adhibuimus,in priori huius diſputationis par-
te explanata eſt,atq; in ea,& in vtraq; aſſertionis
parte, conſentit Gom.dec.301.citata.

Vltima verò aſſertionis pars ex ſe eſt ſatis per-
ſpicua,eamq; cū multis alijs,quos citat, affirmat
Alu. Val.vbi ſup.n.31.eſtq; ante mētis oculos ha
bēda,ad diſcernendum,qn̄ penſionarius teneatur
ad onera beneficio impoſita , & quando nō,& ad
4 pleraq; alia. Tota † aſſertio propoſita ſimiliter ha
bet locū in feudatario , quoniam eſt eadem ratio
vt rectè Alua.Vala.vbi ſup.num.3.affirmat.

Qn̄ res aliqua affecta onere, aut tributo reali ,
deuenit per vitam emph.aut aliter ad Eccleſiam ,
vel ad perſonam Eccleſiaſticā, tunc talis Eccleſia,
aut pſonā Eccleſiaſticā, tenet' ſoluere onus illud ,
aut tributū,nihil impediēte exēptione Eccleſiarū
perſonarūq; Eccleſiaſticarū,ab eis onerib.in ipſo
rū bonis.Rō eſt,qm̄ res trāſit ad quēcunq; poſſeſ
ſorē cū ſuo onere reali,quo erat affecta.Cōſentiūt
authentica item prædiū.C.de ſacroſ. eccl.l.de his
C.de epiſ.& cle.& l.vlt.C.de exact.trib.l.10.Idē
locum habet in re oneri, aut tributo, reali ſubie-
cta,quæ via feudi ad Eccleſiam, aut ad perſonam
Eccleſiaſticā,deueniret. In his cōſentit cōis doct.
ſnīa,quā Alua.Valaſ.vbi ſup.nu.7.& Greg.Lop.
l.51.tit.6.p.2.ver *por razon*,referunt,ac ſequunt'.

Qui ergo in Luſitania tributum ex quibuſdam
agris,quod *iugada* vocant,reale eſt,meritò neceſ-
ſarium fuit priuilegium regiū Eccleſijs,& aliqui
bus alijs,vt illud non ſoluerent. Quouſq; autē ra-
tione illius priuilegij non ſit ſoluendum,ſiue Ec-
cleſiæ vtile,& directum dn̄ium habeant , ſiue ſo-
lum vtile,& qn̄ ſoluendum ſit habetur l.2.ordi.
tit.16.§.8.& ſeq. Lege Aluarum Valaſ.vbi ſupra.

Qn̄ tributū eſt perſonale, non rōne rei emphy
teuticæ,ſed pro rōne bonorū , ac redituū cuiuſq; ,
ita q; proprietarius ſoluere debet collectā impoſi-
tam de penſione,& emphyteuta de reliquis redi-
tib.deduci tunc debēt à reditib.emphyteutæ, im-
penſæ in eis colligendis factæ:qm̄ reliquum tan-
tū hēt rōnem fructuum,ac redituum ad hunc effe
ctum.vt diſ.præcedente dictū eſt. Ita Alu. Val.q.
17.citata nu.10.cū cōi doctorū ſnīa,quam refert.

Qn̄ emphyteutā eſt Eccleſiæ,licèt rei emphy-
teuticæ imponi non poſſit tributū reale ; eo q; res
emphyteutica verè ſit Eccleſiaſtica : & qm̄ finita
emphyteuſi, conſolidatoq; dn̄io vtili cū directo,
id onus perſeueraret cū re merè Eccleſiaſtica;du-
5 bitant tn̄ doctores an † emphyteuta Eccleſiæ te-
neatur ad collectas q̄ onera sūt perſonalia , ita vt,
pro quātitate fructuū,ſeu redituū,deducta penſio
ne,teneatur ſoluere collectas rōne dn̄ij vtilis, qn̄
emphyteuta perſona eſt ſecularis. Ac ſanè, quic-
quid Bar.& pauci alij in contrarium dixerint,di-
cendum eſt cum Alu. Val.q.27.citata a nu.11. &
cum cōi ſnīa,q̄ refert,teneri ad eas collectas. Rō
eſt,qm̄ ſoluuntur ab ea ratione dn̄ij vtilis ſolum:
dn̄iū autē vtile, interim dum emphyteuſis perſe-
uerat,ſuum eſt,& nō Eccleſiæ, ac proinde eſt res
laica,iuriſdictioni principum ſeculariū,ac proin-
de tributis ab ei ritè impoſitis ſubiecta. Qua etiā
rōne,ſi emphyteuſis ab eo vendatur alicui tertio,
locum habet circa eam ius retractus,de quo in cō
tractu emptionis,& venditionis dictum eſt,vt idē
Alu. Vala,ibid.nu.14.cum alijs rectè affirmat. E
cōtrario autē,ſi Eccleſia,aut pſona Eccleſiaſtica,
emphyteuſim habeat a laico,licet teneat' ad onera
realia antea rei emphyteuticę impoſita non tamē
rōne illius poſſunt illi imponi collectę,& tributa,
à quib. Eccleſiaſtici ſunt exempti,vt cū alijs , ibi.
nu.16. Alu. Valaſ.recte aſſeuerat. Qm̄ dominium
vtile talis emphyteutæ res eſt Eccleſię,vt perſonę
6 Eccleſiaſticæ. Hęc † oīa ſimiliter locum habent in
feudis,& vniuerſim in vſufructuarijs ; qn̄ domi-
nus directus eſt Eccleſia,& feudatarius , aut vſu-
fructuarius perſona laica , vel qn̄ directus dn̄s eſt
laicus,& feudatarius,aut vſufructuarius Eccleſia,
vel perſona Eccleſiaſtica,vt cum alijs a n.11.cita-
to Alu. Valaſ.rectè admonet. Emphyteuta ſupre-
mi principis excuſatur à nouis tributis ob eandē
rē emphyteuticā l.1.& 2. C.de coll.fund.patr.&
emph.lib.11.vt cum Rebufo affirmat Alu. Vala.
vbi ſupra nu.28.quamuis vterq; dicat , male ſer-
uari in praxi. Ibidem cum eodem autore ſubiun-
git,qui ex terris ſuis ſoluunt quartam partem Re
gi,in eiſdē fructib.vel in aliquo æquiualenti,dēre
ſeruari immones ab alijs tributis ex eiſdem agris,
argumento multorum iurium,quæ citat,quo etiā
alludit.l. Luſitana lib.2.ti.16.§.30.q́ immunia ea
prædia reddit à ſoluenda *iugada*. Rō aūt eſt,qm̄
prædia tributis onerata, eximi debent à ſoluendis
alijs nouis tributis, niſi magna vrgeat neceſſitas.
Quāuis neq; id in praxi ſoleat ſeruari. Non tamē
prædicti omnes eximuntur ab onerib. illis extra-
ordinarijs,quæ pietatis, ac communis vtilitatis,
gratia imponuntur, vt ſunt refectiones viarum ,
fontium,murorum,ac pontiū,iuxta l.1.C.de col.
fund.pat.vt ibidem Aluar. Valaſ.ſubiungit.

Emphyteuta num in commiſſum incidat, ſi rem emphyteuticam deteriorem reddat.

DISPVT. CCCCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an in commiſſum incidat, ſi rem emphyteuticam deteriorem reddat, & quando.*
2 *Emphyteuta præſcindens oliuetum uetuſtum, & plantans uineam, ac incidat in commiſſum. Diſtingue, ut nu. 7.*
3 *Emphyteuta deſtruens ſyluam cædnam abſq; proprietarij facultate, ut uineam plantet, incidit in commiſſum.*
4 *Paria ſunt deſtruere domos, & arbores præſcindere.*
5 *Proprietario non permittitur mutare formam rei uſufructuariæ, etiam ſi meliorem illam efficiat.*
6 *Emphyteuta in re emphyteutica ut meliorē reddat plus iuris habet, quam proprietarius, & uſufructuarius.*

QVòd emphyteuta Eccleſiæ, ſi rem emphyteuticam deteriorem reddiderit in commiſſum incidat, poſſitq; proinde emphyteuſi priuari, neq; repetere poſſit meliorationes alias in re emphyteutica factas, eo modo, quod dictum eſt illas amittere, qñ ob non ſolutam penſionē in commiſſum incidit, hr expreſſe in auth. de alien. & emph. §. ſi verò quis aut locator, & in authentica, qui rem, C. de ſacroſ. eccl. In emphyteuſi verò nõ
1 Eccleſiaſtica, quia † non inuenitur adeo expreſsũ
Quæſt. in iure voluere Imo. Iaſ. & pauci alij, quorum opinionem refert, neque improbabilem arbitratur, Alua. Valaſ. conſul. 50. nu. 5. non incidere in commiſſum, tametſi in Luſitania contraria ſententia dicat non eſſe recedendum, eo q Bartoli ac communis ſit. Idem confirmat, qm̃ neque in feudo id ſatis iure eſt expreſſum; quippe c. 1. §. publici latrones, de pace tenenda, ſolum habeatur, vaſallũ re feudali abutentem, illam deteriorem reddendo poſſe puniri, non verò dicunt iura debere priuari re feudali: cũ verò mitior pœna ſit eligẽda, ſolum intelligi debet, condemnandum eſſe ſolutionem totius intereſſe domini, non verò priuatione rei feudalis, citatq; pro ſentẽtia, quod feudatarius ea de cauſa in commiſſum non incidat, Bald. Paul. Dec. & Ludouicum Romanum. Miror tñ Alua. Valaſ. in eius confirmationem citare. §. publici latrones, in quo de pœna priuationis apertè agitur, tametſi dicatur, ſi rē malã tractauerit, & admonitus à domino non reſpuerit.

Cõis aũt ſnĩa Bar. l. diuortio. §. ſi fundũ. ff. ſol.
Deciſ. matr. & aliorum, quos referunt ac ſequuntur Iul. Cla. lib. 4. ſent. §. emphyteuſis. q. 26. Aries Pinel. l. 1. C. de bono mat. p. 2. num. 60. Molina lib. 1. de primog. c. 16. nu. 31. Gama dec. 7. tit. 1. dec. 147. nu. 1. & 3. dec. 291. nu. 2. & dec. 305. ac Silu. ver. emphyteuſis, q. 5. pronunciato vl. & quam refert, atq; a qua non iudicat recedendum, idem Aluar. Vala. conſult. citata, nobis eſt amplectenda, argó eius, quod circa emphyteuſim Eccleſiaſticam eſt diſpoſitũ. Et qm̃, cum contractus emphyteuticus initus ſit ad meliorationem rei emphyteuticæ æquitas non patitur, vt contrariũ efficiente emphyteuta, teneatur proprietarius perſeuerare in contractu. Eſt tñ intelligenda doctrina hactenus tradita, de emphyteuſi tam Eccleſiæ, q̃ priuati, mõ deterioratio ſit in ipſa ſubſtantia rei emphyteuticæ: non verò in fructib. qui non ad proprietariũ ſed ad ſolum emphyteutam ſpectant. Vt tñ rectè Sil. vbi ſup. obſeruat, ſi vinea aliquot annis nõ putetur, qm̃ infructuoſa ea de cã redditur in futurũ, ac minoris valoris in ſe cenſebitur reddita deterior quo ad ſubſtantiam, non ſecus ac ſi vites ab emphyteuta præſcinderentur, ac eradicarent. Itẽ intelligitur de deterioratione, nõ modica, ſed notabili, prudentis arbitrio, argó. l. ſcio. ff. de reſt. in integ. & de deterioratione, quæ dolo, aut lata culpa, emphyteutæ proueniat, vt cum multis alijs, quos citant, affirmãt hæc omnia Gama dec. 342. num. 5. iuncta dec. 305. & Silu, vbi ſup. Tametſi Silu. aſſerat, ſufficere ẽt culpam leuem, non verò leuiſſimam: quoniam contractus emphyteuticus celebratus eſt in commodum proprietarij, & emphyteutæ: in ſimilib. autem contractibus tenetur quis etiam de culpa leui, non autem de leuiſſima, vt ſupra dictum ſæpè eſt.

Ex dictis intelligetur, quid cenſendũ ſit de ea qõne, q̃ Alu. Valaſ. conſultat. citata mouet, & de qua, aut de alijs ſimilib. Gam. multis locis citatis
2 diſpu. Emphyteuta quidē præſcidit, † ac eradicauit oliuetum vetuſtum, quod in perpetuum, aut ad aliquot vitas, habebat in emphyteuſim, cæpitque in eodem ſolo plantare vineam, contendit verò cum illo proprietarius, incidiſſe in cõmiſſum ob præciſas, atque eradicatas oliuas ſine proprietarij facultate. Contra verò emphyteuta ſe defendebat, obijciendo meliorem ſe effeciſſe causã proprietarij: quoniam vinea, quam plantabat, longè maioris valoris erat futura, quam oliuetum vetuſtiſſimarum oliuarum.

Aduerſus emphyteutã obijciebatur doct. Bart. loco citato, & complurũ aliorũ, quam referũt, ac ſequuntur Iul. Cla. & Aries Pinel. locis citatis, & Molina lib. 1. de primog. c. 22. n. 7. abſolutè affirmantiũ, emphyteutam præſcindentē arbores fructiferas incidere in cõmiſſum, tales aũt erant oliuæ illæ. Item, qm̃ Bal. & Iaſ. l. 1. C. de iur. emph.
3 affirmant, emphyteutã † deſtruentem Siluam cæduam abſq; proprietarij facultate, vt ibi vineam plantet, incidere in commiſſum: qm̃ deſtructa vinea, neque illa, neque Silua manet, idem aũt cer-
4 nitur in re propoſita. Itē, qm̃ † paria ſũt, deſtruere domos, & arbores præſcindere, vt colligitur ex l. eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo; emphyteuta autē, qui domos in re emphyteutica deſtrueret, vtique in commiſſum incideret.

Dicendum tamen eſt, cum Alu. Val. ibid. Gama deciſionibus citatis, & alijs, qm̃ ex tali mutatione res emphyteutica non deterioratur notabiliter, emphyteutam non incidere in commiſſum,

ſicq; iudicatum fuiſſe in Luſitania, vt Alu. Vala. & Gam. ibi. referunt. Præſertim quia fertur, conſuetudinem eſſe in Luſitania, vt id fiat, vt Aluar. Valaſ. ibid. num. 6. Gama deciſ. 147. num. 5. affirmant: ſtandum verò eſt ea in parte conſuetudini loci.

Doctrina autẽ Bartoli, & cõis primo loco adducta, vera in ſe eſt: intelligenda tamen eſt, qñ aliæ non renaſcuntur, & quando aliæ vtiliores plantæ non ſubrogantur, atque adeo qñ res emphyteutica deterior notabiliter redditur. Doctrina verò Baldi, & Iaſ. ſimiliter eſt intelligenda, quando vtilior, ac melior, ſaltem ob diuturnitatẽ, erat ſylua cædua, quam vinea. Ad id verò, quòd tertio loco adducitur, dicendum eſt, ſi res emphyteutica non ſint ſolæ domus, ſed prædiũ in quo illæ ſitæ ſunt, non incidere tunc emphyteutam in commiſſum, ſi illas deſtruat, vt meliores, ac commodiores, vel ibidem, vel in alia parte eiuſdem prædij, ędificet, vel ſi id efficiat in maiorem vtilitatem, & commoditatem prædij emphyteutici.

Quòd ſi quis nobis obijciat. l. vlt. ff. de vſu &
5 habitat, vbi † proprietario non permittitur mutare formam rei vſufructuariæ, etiã, ſi ea ratione meliorem illam efficiat, & l. vſufructuarius nouũ. §. ædificium, ff. de vſufructu, atque alia iura, in quibus vſufructuario non permittitur abſq; domini facultate perficere in re vſufructuaria edificiũ inchoatum, etiam ſi melius reddatur.

Dicendũ eſt cum Aries Pinel. l. 1. de bon. mater. par. 2. nu. 52. & Alua. Vala. vbi ſupr. num. vlt. longè maiorem rationem eſſe de emphyteuta, qui
6 plus † iuris habet in re emphyteuta, atq; ad lõgus tempus, quique rem emphyteuticam ex origine emphyteutici contractus accipit, vt illam meliorẽ reddat; vnde ſine domini directi facultate, poteſt facere ædificium in re emphyteutica, & illã quacunq; alia ratione meliorem reddere.

Vt tamen quòd ſentio dicam. Arbitror diſtin-
7 guendum eſſe. Aut † enim res in emphyteuſim à principio accepta fuit vinea, oliuetum, vel ſylua cædua, aut fuit ſolum ipſum, in quo illa plantata ſunt. Et rurſus, aut in emphyteuſim ſimul vnico cõtractu datum fuit aliquod prædium magnum, in quo erant domus, vinea, oliuetum, & alia, aut data fuit ſolum domus, aut vinea, vel oliuetum.

Si à principio datũ fuit ſolũ in quo illa plantata ſunt, aut datũ fuit prædium magnum, in quo, tanquã partes rei totius emphyteuticæ, erant domus, oliuetum, vinea, aut ſylua cædua, tunc tota doctrina hactenus tradita eſt vera: quoniam deſtructione, aut mutatione partis quo ad formam non cenſetur finitus contractus emphyteuticus, vt diſputat. 454. dictum eſt.

Neque item deſtructione plãtarum vineæ, aut oliueti, cenſetur deſtructa res emphyteutica, quãdo ſolum ipſum fuit à principio datum in emphyteuſim, vt ibidem dictum eſt. In alijs vero euẽtibus, iuxta ea, quæ ibidem dicta ſunt, puto ſtando in ſola diſpoſitione iuris, eo ipſo, quòd oliuetum, vinea ſylua, aut domus data in emphyteuſim fuit deſtructa, finitum fuiſſe emphyteuticum contractum, in optioneq; proprietarij eſſe, quando emphyteuta illud deſtruxit, vel vſurpare ſolũ, & cogere emphyteutã ad ſoluendum intereſſe, vel eundem cogere, vt reparet, quod deſtruxit, & continuet contractum, vt ibidem dictum eſt.

Dixi, ſtando in ſola diſpoſitione iuris: quoniã ſi conſuetudo ſit alicubi, vt, irrequiſito proprietario, emphyteuta commutet oliuetum in vineam, aut è contra, vel aliud ſimile efficiat, ſtandum erit conſuetudini.

Emphyteuta an expelli à re emphyteutica poſſit, quia neceſſaria eſt proprietario ad proprios vſus, aut quia emphyteuta illa abutitur ad malos vſus. Et an, ſi emphyteuta fructus ex re emphyteutica vendat, præferendus in eorum emptione ſit proprietarius.

DISPVTATIO CCCCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an expelli poſſit a re emphyteutica, quia neceßaria ſit proprietario.*
Et quid quando illa abutitur ad malos uſus.
Et an, ſi uendat fructus ex re emphyteutica, præferendus ſit proprietarius in eorum emptione.

1 HAec † tria diſput. Aluar. Valaſc. de iure emphyt. q. 22. & duabus ſequentib. Partemq; negantem circa ea omnia meritò definit.

Tum quia emphyteuta dominium utile habet rei emphyteuticæ, ideoq, expelli non poteſt ab eo duabus illis de cauſis in duabus illis prioribus quæſtionibus propoſitis.

Sed ſi coercendus ſit ob prauum rei emphyteuticæ vſum, id alia ratione fieri debeat via iudicis, perinde ac ſi is, qui dominium vtile, ac directum ſimul haberet, coerceri deberet, ſi eadem re ſimili modo abuteretur.

Neque emphyteuta minus ius habeat ratione dominij vtilis de vendendo, cui voluerit, fructus rei emphyteuticæ abſq; vllo iure prælationis in eis in proprietario, quam ſi idem emphyteuta directum etiam dominium eiuſdem rei haberet. Tũ etiam quoniam nihil illorum trium inuenitur ſancitum in iure: & ſine iure expreſſo nihil illorum ſit aſſerendum. Quid autem de colono, ac inquilino, dicendum circa illa tria ſit, inferius ſuo loco erit examinandum.

Emphy-

Emphyteuta num in commiſſum incidat rem emphyteuticam vendendo irrequiſito proprietario, an illam eodem pretio velit, & de laudemio proprietario, ſi res alteri vendatur, ſoluendo.

DISPVT. CCCCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta vendens rem emphyteuticam irrequiſito domino, incidit in commiſſum.*
Intellige tamen, & declara, vt ibid.
2 *Emphyteuta exponere poteſt vẽditioni, domino irrequiſito, meliorationes, ac ius emphyteuticum.*
Intellige, & declara, vt nu. 7.
3 *Emphyteuta volens vendere ius ſuum, ſi non habeat licentiam à proprietario, tenetur illum expectare per duos menſes.*
Et quid de iure Luſitano etiam in emphyteuſi Eccleſiæ num. 4.
5 *Emphyteuta ſtatim habita licentia à proprietario vendendi, poteſt vendere ius ſuum cui voluerit: dummodo non ſit de his, quibus vetari ſolet ius emphyteuticum emere.*
6 *Perſonæ prohibitæ emere ius emphyteuticum, quæ ſint.*
8 *Venditio ſola iuris emphyteutici irrequiſito domino, ſine traditione, non eſt ſufficiens cauſa incurrendi in pœnam commiſſi.*
9 *Traditio per actum fictum an ſit ſufficiens cauſa, vt emphyteuta incidat in commiſſum.*
10 *Emphyteuta vendens & tradens ius emphyteuticum, domino irrequiſito, ſub conditione ſi ipſi domino placuerit, non incidit in commiſſum.*
Idem in venditione facta cum pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, aut alia ſimili conditione, num. 12.
Idem etiam in alienatione nulla, licet facultas adeſſet proprietarij, nu. 13.
Limitatur tamen, niſi dicat, ſaluo iure proprietarij numero 11.
14 *Emphyteuta recuperans ius ſuum emphyteuticum alienatum, à commiſſo non liberatur.*
Limita tamen, vt ibid.
15 *Emphyteuta partem iuris emphyteutici alienans, an incidant in commiſſum in totum.*
16 *Emphyteuta volens alienare ius ſuum, debet requirere omnes proprietarios eiuſdem rei, alias incidet in commiſſum.*
17 *Vxor quando eſt proprietaria, ſatis eſt emphyteutam nunciare marito, vt poſſit ius ſuum uẽdere.*
18 *Emphyteuticum ius quando ab uno in alium tranſit, vltimus emphyteuta debet proprietarium requirere de pretio, qui pro eodem pretio cęteris præfertur emptoribus.*
19 *Emphyteuta quando de pretio nunciauit proprietario, riteque uendidit, & tradidit, ſi poſtea remedio l. 2. C. de reſcind. uend. reſcindatur contractus, non requiritur noua licentia proprietarij.*
20 *Proprietarius accipiens à nouo emphyteuta penſionem, cenſetur conſenſiſſe in contractu, & liberaſſe primum emphyteutam a pœna commiſſi.*
Intellige tamen, ut ibid.
21 *Emphyteuta ignorans uendens rem emphyteuticam irrequiſito domino, non incurrit caducitatem, quæ ignorantia transfert onus probandi ſcientiam in proprietarium.*
Quod ampliatur etiam in uenditione neceſſaria, numero 22.
23 *Emphyteuticum ius quando uenditur, Alcauala debetur.*
24 *Laudemium de quibus rebus ſoluendum proprietario, & quando non.*
25 *Laudemium an debeatur ex locatione ad decennium, aut ultra, ſi ille, qui habet rem conductam, ius illud alteri uendat.*
26 *Emphyteuſis ſi ſit conceſſa cum facultate, ut emphyteuta uendere illam poſſit, cui uoluerit, tenebitur nouus emphyteuta ſoluere laudemium.*

Emphyteuta quamuis, proprietario minimè requiſito, exponere poſſit venditioni meliorationes, & emphyteuticum ius, quod in re emphyteutica habet; vendere tamen ea non poteſt, niſi requiſito proprietario, manifeſtatoque illi pretio, qđ alij ipſi offerũt, vt, ſi proprietarius velit eodem pretio illa accipere, præferatur cæteris.

Eo autẽ ipſo, quod proprietarius dicit, ſe nolle ea emere, aut quod poteſtatem illi facit ea vendendi, cui voluerit, aut qđ certior factus de pretio, rñdet, ſe nolle ea emere, aut non tanto pretio, poteſt emphyteuta illa vendere alteri. Si verò proprietarius taceat, aut dicat, ſe velle ea de re deliberare, emphyteuta de iure cõmuni ciuili, ac Caſtellę, & de iure canonico, tenetur expectare duos menſes à puncto denunciationis de pretio factæ proprietario; de iure verò Luſitano ſolũ tenetur expectare triginta dies; intra quod tempus, ſi proprietarius non dicat, ſe velle ea illo pretio emere, atq; re ipſa pretium ſoluat, poteſt deinceps, emphyteuta illa vendere alteri, modo ille de numero eorum non ſit, quibus vetari ſolet emere ius emphyteuticum.

1 Si † autem emphyteuta prædictis minimè ſeruatis, ea vendiderit, tradideritq; rẽ emphyteuticam, in commiſſum incidit, continuoq; proinde amittit totũ ius emphyteuticum, ac meliorationes, proprietario. Quando autẽ, illis ſeruatis, ea vendit extraneo, hoc eſt, alteri, quam proprietario, ſolui de iure ciuili communi, & Caſtellę, ac de iure canonico, debet proprietario quinquageſima pars pretij: de iure verò Luſitano quadrageſima. Intellige, niſi, quando primò celebratus fuit contractus emphyteuticus, fuit in pactum deductum, vt plus, aut minus, vel nihil ſolueretur.

Quod autem ita ſoluitur, laudemiũ à iuris peritis conſueuit appellari. A parte autẽ, quæ ſoluitur, qñ aliud non fuit deductum in pactũ, in Luſitanis ordinationibus *quarentena* dicit', alibi quinquageſima. A multis in Luſitania dicitur *pagar o domino;* eo quod ob directum dominiũ ſoluatur. In tranſtagana eius Regni regione appellari cõſueuit, *pagar otteradego.* Quæ autẽ toto hoc. §. dicta ſunt intelligẽda ſunt, niſi circa aliqua eorum aliud

aliud fuerit deductum in pactum, qñ à principio
celebratus fuit contractus emphyteuticus: nam
tunc conuentis circa hæc omnia erit ſtandum.

Sunt verò hæc omnia corroboranda, atque ex-
planãda magis. Primum eorum, quæ aſſerta ſunt,
2 nempe, poſſe emphyteutam proprietario minimè
requiſito, exponere venditioni meliorationes, ac
ius emphyteuticum, colligitur apertè ex l. 3. §. ſed
ne. C. de iure emph. illis verbis. *Atteſtationem do
mino transmitti, & prędicere quantum pretium ab
alio reuera accipi poteſt;* & ex c. potuit de locat. il-
lis verbis, *Eiq; nunciato quantum ſibi ab alijs offe-
ratur;* atque ex l. vlt. tit. 8. par. 5. & ex lib. 4. Luſit.
ord. tit. 64. in prin. affirmantque Panor. c. potuit
citato n. 3. Greg. Lopez l. vlt. citata verb. *ante que,*
& alij. Si enim emphyteuta nunciare debet pro-
prietario, quantum pretij alij ipſi offerat, certè ex-
ponere poteſt venditioni meliorationes, ac ius
emphyteuticum, vt de pretio, quod pro eis inue-
nit, certo rem proprietarium efficiat.

De ſecundo cómodius dicetur ſimul cũ quin-
3 to Tertium verò, nempe † emphyteutam, ſi pro-
prietarius prius non faciat poteſtatem vendendi
meliorationes, ac ius emphyteuticum alteri, vel
non dicat ſe nolle ea emere tanto pretio, teneri ex-
pectare ſpatium duorum menſium, & eo tranſa-
cto, ſi proprietarius intra illud non dixit ſe velle
eo pretio emere, pretiumq; intra illud ſoluit, poſ-
ſe emphyteutam ea vendere alteri, habetur expreſ
ſe l. vlt. C. de iure emph. c. potuit, de locat. & l. vlt.
tit. 8. par. 5. Monterroſo tamen in ſua practica
tract. 7. fol. 135. ait, de conſuetudine hodie in in-
ſtrumentis contractum emphyteuticorum appo-
ni in hoc Caſtellæ Regno, vt ſolum ſpectẽtur tri-
ginta dies. Et quod ita appoſitum fuerit, erit ſer-
uandum, etiam ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit.

4 Quod † verò iure Luſitano teneatur ſolũ expe-
ctare triginta dies, hr̃ 4. lib. Luſitan. ord. tit. 64. in
prin. Quamuis autem ordinatio illa locum in eo
Regno nõ haberet in Emphyteuſi Eccleſię, ſed in
ea, iuxta canonicũ ius, expectandi eſſent duo inte-
gri menſes, dum tñ in Luſitania cómorarer, acce-
pi, cóſuetudine præſcripta eſſe in eo Regno in mo
re poſitũ, vt etiam in emphyteuſi Eccleſiæ ſolum
triginta dies expectarẽtur; anſam verò huic cóſue
tudini præbuiſſe videtur, in emphyteuſi cómuni,
iuxta ordinationes, id ſolum tempus expectari po
pulumq. non attendiſſe, in emphyteuſi Eccleſia-
ſtica non eſſe ſtandũ ordinationibus, ſeu diſpoſi-
tioni iuris canonici. Ea itaque conſuetudo in eo
Regno iuri canonico hac in parte derogauit.

5 Quod aũt † emphyteuta, ſtatim ac ꝓprietarius
facultatem illi facit vendendi ius emphyteuticum
alteri, poſſit illud vendere, ſatis perſpicuum eſt:
qm̃ eo ipſo cedit iuri ſuo, vt non expectetur tem-
pus à iure illi conceſſum: volenti autem, ac cóſen-
tienti, nulla fit iniuria. Quod item eo ipſo quod
reſpódet, ſe nolle emere tãto pretio, poſſit emphy-
teuta id vendere, ẽt eſt perſpicuum: qm̃ id tempus
emphyteutæ conceditur ad deliberandum, ac pa-
randum pretium, ſi deliberet illud emere: eo au-
tem ipſo, quod reſpondet ſe nolle emere tanto pre
tio, deliberat, accedit iuri ſuo. Atque totum ſatis

apertè innuunt. cap. potuit, de loca. l. vlt. tit. 8. par.
5. & Luſitan. ordin. tit. 64. in princ. eſtque com-
muniter receptum.

Quartũ verò, videlicet, quod emptor nõ ſit de
numero eorũ, quibus vetari ſolet ius emphyteuti-
cum emere, hr̃ l. vlt. §. ſin autem. C. de iure emph.
c. potuit, de locat. ac explicatius. l. vlt. tit. 8. part. 5.
Ait verò glo. l. vlt. C. de iure emph. verb. vetari, in
6 primis, ſi à principio dum † contractus emphy-
teuticus fuit celebratus, cautum fuit, ne ad aliquas
perſonas ius emphyteuticum tranſiret, nefas eſſe
illud, aut meliorationes, eis vendere. Deinde di-
cendum eſt, ſi emptor ſit talis, à quo proprieta-
rius difficilius, quàm ab emphyteuta, comparabit
penſionem, vel propter potentiam, aut priuilegia,
vel propter nimiam paupertatem, aut alia de cau-
ſa, tunc nefas erit emphyteutæ vendere illi ius
emphyteuticum ac meliorationes.

Atque hæc ſolum expreſſit Luſitana ordinatio
loco citato. Denique, ſi emptor ſit talis, quo pro-
prietarius iuſtè timet detrimentũ aliquod, vel ex
cauſa proximè explicata, vel quia vſurpabit pro-
prietatẽ, vel quia longè rarius vẽdere tentabit, aut
permutare, ius emphyteuticũ, vnde rarius domi-
niũ vtile conſolidetur cum proprietate, vel rarius
proprietario ob venditionẽ, aut permutationem,
laudemium ſoluatur nefas eſt vẽdere tali emptori
ius emphyteuticum. Atq; hæc omnia voluere iu-
ra citata & affirmant doctores, quos referunt, ac
ſequuntur Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. emph. q. 22. &
Greg. Lopez l. vlt. citata, verb. *a orden.*

Hinc volunt doctores emphyteutam vendere
non poſſe ius emphyteuticum Eccleſiæ, aut mo-
naſterio, neque cum eis illud permutare, q̃a gra-
uaretur proprietarius; eo quod difficilius ad eum
reuerteretur dominium vtile, & rarius ipſi ſolue-
retur laudemium, & propter priuilegia Eccleſiæ.
Vnde quamuis emphyteuticum ius legari poſſit
Eccleſiæ, & aduenire monaſterio per poſſeſſio-
nem religioſi, vt diſput. 140. dictum eſt, Eccleſia
tamen, aut monaſterium, tenetur id vendere in-
tra annum, vt doctores, quos Sylueſt. verb. em-
phyteuſis q. 20. refert, ac ſequitur, affirmant, te-
ſtanturque conſuetudine eſſe receptum. Inter per
ſonas priuilegiatas computantur, milites, curia-
les, & Eccleſiaſtici, vt diſp. 140. dictum eſt. Do-
ctrinam autem traditam intellige, quãdo emphy-
teuta non eſſet æquè priuilegiatus, ad is, in quem
ius emphyteuticum tranſiret.

Secundũ verò, & quintum, nempe, quod ven-
dere non poſſit meliorationes, & ius emphyteuti-
7 cum, niſi † requiſito proprietario, manifeſtatoque
illi pretio, qđ alij ipſi offerunt, vt, ſi proprietarius
velit illo eodem pretio illa accipere, præferatur cę
teris, & quod, ſi emphyteuta, minimè ſeruatis ter-
tio, & quarto, ea vẽdiderit, tradideritq. rem em-
phyteuticam, incidat in commiſſum, non ſolum
iuris emphyteutici, ſed etiã meliorationũ, haben-
tur expreſſe, l. vlt. C. de iure emph. c. potuit de lo-
cat. l. vlt. tit. 8. par. 5. iuncta gloſ. vlt. Greg. Lopez
ibi, & lib. 4. Luſit. ord. tit. 64. in princ. & §. 1.

Quæ ſanè intelligenda ſunt, eſto proprietarius
dixerit, ſe nolle ea emere, ſi emphyt. ea vendat
emptori,

emptori, cui vetari ſolet emere ius emphyteuticũ, vt ſatis colligitur ex iuribus citatis. Ideóque eſt, ſi mentiatur in pretio, dicens proprietario, minus reperiri, cum plus reperiatur, vt cum Salyceto, & alijs affirmat Greg. Lopez l. vlt. citata, ver. *e quanto es*. Quo loco obſerua, venditionem emphyteuſis factam ſine facultate proprietarij, eſto ſequuta ſit traditio, eſſe ipſo iure nullam, vt ex ſe eſt perſpicuum, & colligitur apertè ex Luſita. ordina. §. 3. citato, in fine. Quare, ſi res emphyteutica prius ſine conſenſu proprietarij vendatur, ac tradatur vni, poſtea verò ex conſenſu proprietarij vendatur alteri, ſecundus emptor præferatur primo, vt cum alijs rectè tradit Gama decis. 116.

Dictum autem eſt, vendiderit, tradideritque
8 rem emphyteuticam: quoniam ſola † venditio, ſi traditio non ſequatur, non ſufficit, vt dominiũ transferatur, atq; vt res alienata omnino, ac ſimpliciter dicatur, vt diſput. 2. & 3. & diſput. 338. dictum eſt. Quod autem venditio ita conſummata neceſſaria ſit ad incurrendã pœnam cõmiſſi, affirmat cõmunis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. §. emph. q. 13. nu. 3. Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 38. num. 10. Anto. Gom. l. 45. Tauri, nu. 94. vbi multis illam confirmat, Coua. 1. var. reſol. c. 16. in calce, nu. 7. Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 115. nu. 4. & 5. & Syluest. verb. emphyteuſis. q. 5. pronunciato 2.

Quæſt. Sed vtrum ſatis ſit traditio per actũ fictum, vt
9 per clauſulam conſtituti, vt † emphyteuta in cõmiſſum incidat. Ant. Gomez vbi ſupra, num. 95. negat, ductus quibuſdam teſtimonijs ex lib. feudorum, in quibus traditio vꝰ exigi, vt feudatarius, alienans feudum irrequiſito proprietario, in commiſſum incidat. Atq; hanc opinionem, licet non eo argumento ductus, ait Iulius Clarus q. 13. citata in calce, nu. 4. eſſe æquiorem, tenerique poſſe in iudicando, maximè ſi ſola facti veritate inſpecta, eſſet iudicandum, refertque Guidonem atteſtari
Decis. iuxta illam iudicari in delphinatu. Contraria tamen eſt cõmunior, vt referunt, ac ſequuntur idem Iulius Clarus ibidem, aſſerens veram de rigore iuris, Gutier. q. 115. citata num. 4. & Gama decis. 116. eſtque nobis amplectenda. Quoniam traditio per actum fictum verè transfert poſſeſſionem, ac dominium, ſufficienſque proinde eſt ad conſummatam, ac perfectam alienationem. Teſtimonia autem illa ex lib. feudorum, intelligenda ſunt traditione per actum verum, aut fictum.

Dubiũ Vtrum autem, ſi emphyteuta vendat, aut tradat ius emphyteuticũ minime requiſito proprietario, attamen ſub conditione, ſi proprietarius cõſenſerit, aut appoſitis alijs verbis, quæ id æquipol
Decis. 10 leant, incidat in commiſſum. Dicendum † eſt, in commiſſum non incidere: quoniam venditio ſub conditionem, alienatio non eſt perfecta, & conſummata, niſi qñ impleta fuerit conditio eiuſmodi autem conditio, de qua loquimur, conſenſum proprietarij, atque adeo interrogari illum exigit, num in venditionẽ conſentiat, vt perficiatur. Ita cum alijs, quos citant, Syluest. pronunciato 2. citato. Greg. Lopez l. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *la venda*, verſi. quid ſi, & Gama decis. 147. nu. 4. Neque arbitror neceſſarium eſſe, poſtquam emphyteuta dixit, ſe alienare ſaluo conſenſu domini, aut ſub conditione, ſi conſentiat, addat, & non aliter, neque alio modo, vt cum Baldo in quodam loco vult Iulius Clarus, q. 13. citata, nu. 5.

Quoniam hæc verba poſteriora, virtute continentur in illis prioribus, neq; eſt ius aliquod, vnde colligatur debere addi, vt emphyteuta à pœna commiſſi liberetur. Illud placet cum eodem Baldo, Iulio Claro, & Greg. Lopez vbi ſupra, ſi traderet res difficilis recuperationis, vt caſtrũ munitum potenti, & vniuerſim ſi coniecturæ eſſent rẽ ita ſemel traditam, difficile recuperandam à proprietario, emphyteutam incidere in commiſſum ita tradendo rem emphyteuticã, nihil impediente proteſtatione, ac conditione appoſita: qm̃ in fraudẽ appoſita cenſeretur: & quoniam in culpa eſſet emphyteuta, ita tradendo rem proprietatij.

11 Si tamen † emphyteuta vendat, & tradat rem emphyteuticam addẽdo, ſaluo iure proprietarij, cõiter dicũt doctores citati, quos ſequitur, plures alios referens, Molina lib. 1. de primog. c. 21. nu. 25. emphyteutã cadere in cõmiſſum. Qm̃ proteſtationes facto contrariæ, nullius ſunt momenti.

Ex eodem fundamento, quòd, vt emphyteuta in commiſſum incidat, neceſſe ſit venditionem eſſe omnino conſummatam, ita vt res vẽdita alienata ſimpliciter cenſeatur, dicendum eſt.

12 Si emphyteuta † vendat quidem, ac tradat ius emphyteuticũ, cæterum ſub tali pacto legis commiſſoriæ, aut adiectionis in diẽ, quod, ſubſequuta cõditione, contractus reſoluatur, ac ſi à principio non eſſet factus, aut ſub tali alia conditione, ꝙ ea non ſubſequuta, contractus ſimiliter reſoluatur, ac ſi à principio non eſſet factus, iuxta ea, quæ diſput. 378. & 379. dicta ſunt, tunc, ſi talis contractus reſoluatur, non incidit emphyteuta in commiſſum, neq; prius cenſendus eſt incidiſſe in commiſſum, quam contractus ille omnino perficiatur. Ita Gama decis. 12. cum Bal. Iaſ. & alijs.

Ex hoc eodẽ fundamẽto, quotieſcunq; alienatio
13 facta † per emphyteutam iuris emphyteutici eſt nulla, eſtò facultas proprietarij adeſſet, per eã alienationẽ non incideret in cõmiſſum: qm̃ alienatio nulla, neq; appellari põt conſummata, neque ſimpliciter eſt alienatio. Ita Greg. Lopez L. vlt. tit. 8. part. 5. verb. *la venda*, verſ. & quid, cum Spec. Bar. & alijs, iuxta varia iura, quæ citat.

Quando emphyteuta vẽdidit, & omnino alienauit ius emphyteuticum, atque adeo incidit in
14 commiſſum, eſto † poſtea recuperet idem ius emphyteuticum, non liberatur à cõmiſſo. Quoniam ius ſemel perfectè ea de cauſa acquiſitũ proprietario, non poteſt ab eo auelli abſque ipſius facto. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus. q. 13. citata num. 6. Gutier. q. 115. citata nu. 6. Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 38. nu. 11. *Sylu.* pronunc. 2. citato, & Gama decis. 274.

Hoc tamen ex quadam æquitate limitandum qdam cenſent, quos Gama ibid. nu. 2. & Caldas de Nominat. emph. q. 16. num. 20. referunt, ac ſequuntur, quando, qui emphyteuſim irrequiſito proprie-

proprietario alienauit, ſtatim illam recuperauit. Cenſet verò Gama ſtatim illā recuperaſſe, ſi ante litem per proprietarium aduerſus eum conteſtatam, eam recuperauit, aitque ſe iam ſemel, cum quibuſdam alijs ſenatoribus iuxta hanc limitationem iudicaſſe. Cęterùm ſicut Iaſoni limitatio hæc non placet, ita mihi non probatur.

15 Quando emphyteuta † partem ſolū iuris emphyteutici alienauit irrequiſito dn̄o, ait Iul. Clar. q. 13. citata, cōmuniorem ſn̄iam eſſe, non incidere in cōmiſſum totius iuris, ſed tm̄ partis alienatæ, & iuxta hanc ſn̄iam indicaſſe Neapolitanum ſenatum. Cōtrariū verò, nempe incidere in commiſſum totius iuris, affirmat cū Iaſ. Syluester p̄nunciat. 2. citato, dicitq; ita teneri, atq; circa eandem quæſtionem remittit Greg. Lopez loco citato lectorem ad eundem Iaſ. Atque hanc poſteriorem, ſententiam veram eſſe credo in Luſitania, vbi res emphyteutica eſt indiuidua, vt diſput. ſequēti dicetur; ſecus in alijs locis, vbi eſt diuidua, vt etiam ſequenti diſputatione videbimus.

16 Quando duo ſunt† proprietarij eiuſdē rei emphyteuticæ pro indiuiſo, vterque eſt requirēdus, an pro pretio, quod alij offerunt, velit ius emphyteuticum, neq; ſufficit alterum requirere, & ab eo habere facultatem; alioquin emphyteuta incidet in commiſſum. Verum autem tunc incidat in cōmiſſum totius iuris emphyteutici, an verò partis Greg. Lopez l. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *al ſeñor*, remittit ad Ioan. Andr. Spec. & Iaſ. Sylueſter verò pronunciat. 2. citato rectè affirmat, ſolum incidere in commiſſum pro parte: quoniam ſolum puniri debet, prout proprietas rei emphyteuticæ ad eum pertinet, aduerſus quem peccauit, atq; iuxta proportionem emphyteuſi, quæ illi reſpondet. Vtrū autem, ſi vnus eorum proprietariorum non velit ius emphyteuticum pro illo pretio, alter verò id velit, præferendus ſit hic proprietarius cæteris emptoribus in toto iure emphyteutico pro eodem pretio Gregor. Lopez vbi ſupra, rectè reſpondet cum Alb. & Iaſ. præferendum, argumento l. in bello §. ſeruus plurium. ff. de capti, eſtq. indubitatum in hoc Caſtellæ Regno, iuxta l. retractus, de qua diſp. 371. dictum eſt.

17 Qn̄ vxor eſt† proprietaria, ſatis eſt emphyteutam nunciare marito, atque de illius conſenſu ius emphyteuticum vendere. Ita cum Iaſone, Greg. Lopez ibidem, argumento l. aut qui aliter. §. ſed & ſeruus, iuncta glo. ibi. ff. quod vi, aut clam. Eſtque indubitata in Caſtella, & Luſitania, vbi adminiſtrator omnium bonorum eſt vir.

18 Quando ab† vno emphyteuta ius emphyteuticum ritè tranſiuit in alium, vltimus emphyteuta requirere debet non alterum emphyteutam, ſed proprietarium de pretio, ſoluſque proprietarius præferendus eſt pro eo dū pretio cæteris emptoribus, niſi aliud fuerit deductū in pactum, quando proprietarius conceſſit primo rem in emphyteuſim. Ita glo. vlt. C. de iure emphy. verb. alijs vēdere q. vlt. iuxta text. ibi, Greg. Lopez, vbi ſupra, Gama deciſ. 147. nu. 2. deciſ. 244. nu. 7. & deciſ. 329. nu. 5. Caldas de renouat. emph. q. 13. nu. 49. & multi alij, quos citant. Quare merito Caldas ibidem reijcit contrariam Aluar. Valaſ. opinionem de iu. emph. q. 13. nu. 12. aſſerentis aduerſus communem doctorum ſententiam, quando emphyteuta de conſenſu proprietarij ſub emphyteutam conſtituit, qui maiorem penſionem ſolueret, reſeruato incremento primo emphyteutæ, ſecundum emphyteutam teneri requirere primum emphyteutam, illique ſoluere laudemium, & non proprietarium.

Etenim proprietarius per eam facultatem ſub emphyteuticandi, nullum ius à ſe abdicauit, quod tamquam proprietario competat, ac proinde ab illo exigenda eſt facultas alienandi, illiq ſoluendum eſt laudemium, & non primo emphyteutæ.

19 Qn̄ emphyteuta† renūciauit de pretio proprietario, riteq. rē vendidit, ac tradidit, ſi poſteà remedio legis 2. C. de reſcin. vend. reſcindatur contractus, neceſſaria non eſt ad id licētia proprietarij: quia id non eſt noua alienatio, ſed reſolutio prioris ex cā iuſta. Item qn̄ ritè ius emphyteuticum venditum, eſſet ac traditum cum pacto de retrouendendo, qn̄ poſtea redimeretur, ac recuperaretur, neceſſaria non eſſet facultas proprietarij: qm̄ ſimiliter non eſt nouus contractus, ſed reſolutio prioris ex pacto in eo appoſito. Qn̄ tn̄ idem ius emphyteuticū iterum de nouo emeretur, neceſſaria eſſet authoritas proprietarij, quoniā eſſet noua venditio. Hæc omnia Greg. Lopez vbi ſup. verb. *que lano queria*, cum alijs, quos citat, ſuntque in ſe ſatis perſpicua. Lege quæ diſp. 273. & in calce diſput. 374. 378. & 379. dicta ſunt.

20 Si poſtq̄† emphyteuta in cōmiſſum incidit ob alienatam rem emphyteuticam, minime ſeruatis quæ in hac diſputatione explanata ſunt eū debuiſſe ſeruare, proprietarius à nouo emphyteuta penſionem accepit, cenſetur conſenſiſſe in contractu, ac proinde liberatus eſt primus emphyteuta à pęna commiſſi, neq. proprietarius expellere pōt nouum emphyteutam à re emphyteutica. Ita Greg. Lopez verb. *que lano queria* citato, Gama dec. 91. nu. 4. & dec. 283. nu. 4. Caldas de renouat. emph. q. 2. nu. 4. & in calce. 5 & alij quos citant, conſentiuntq. ea, quæ diſp. 453 dicta ſunt, neque Luſitanæ ordinationes ibi citatæ refragantur.

Quoniam, quemadmodum ſi, poſtquam quis incidit in commiſſum ob non ſolutam penſionē, proprietarius accipiat, non ſolum penſiones, ob quas non ſolutas emphyteuta incidit in commiſſum, ſed etiam temporis ſequentis poſt caducitatem incurſam, cenſetur remiſiſſe illi caducitatem, ita in propoſito, ſi recipiat penſionem temporis poſt caducitatem incurſam ob hanc aliā cauſam, cenſetur caducitatem remittere: Luſitanæ verò ordinationes loquuntur de penſionibus, ob quas non ſolutas caducitas incurritur, nō verò de alijs poſt eam incurſam: quod neſcio an Gama deciſionibus citatis ſatis attenderit.

Quæ tamen dicta ſunt, intelligo, quando proprietarius penſionem accepit, non ignorando caducitatem, vt regulariter eam nō ignorabit, cum videat nouum emphyteutam penſionem ſoluere, niſi caducitas incurſa ſit, quia prior emphyteuta proprietario ſignificauit, longe minus pretiū ipſi

pro

pro iure emphyteutico offerri, quã ſit id, pro quo illud vendidit, aut alia ſimili de cauſa, quam proprietarius ignoraret: accipere enim penſionem cũ ignorantia caducitatis, non ſufficit vt proprietarius caducitatem remiſiſſe cenſeatur. Hac de cauſa, ſi emphyteuta, poſtquam rem alienauit, facultatem petat à proprietario illam alienandi, quãuis proprietarius caducitatẽ remittere cenſeatur, ſi, ſciens alienatam eſſe, eam facultatem concedat non tamen remittere eam cenſetur, ſi, ignorando alienatam eſſe, eandem facultatẽ concedat, vt recte vtrumque Greg. Lopez loco citato affirmat.

Quemadmodũ diſp.453. dictum eſt, ſi ignorãs rem eſſe emphyteuticã biennio, aut triennio, non ſoluat penſionem, in commiſſum ea de cauſa non
21 incidit: ita ſi, † idem ignorans, illã irrequiſito proprietario alienet, caducitatem non incurrit: qm̃ vbi non eſt culpa, locum non habet pœna: atque ad proprietarium probare ſpectat, adfuiſſe ſcientiam, qñ res non eſt manifeſta, vt ibi dictum eſt. Ita Greg. Lopez, vbi ſupra verbo, *la uenda*, ver. & quid ſi Gama deciſ.91. nu.1. & alij, quos citant. Credo tamen venditionem eſſe nullam.

Quæ dicta ſunt, locum habent nõ ſolũ qñ venditio iuris emphyteutici eſt volũtaria, hoc eſt, ab
22 ipſomet emphyteuta facta, ſed † ẽt qñ eſt neceſſaria, vt qñ ad ſatisfaciendum illius debitis, aut alia de cauſa iudicis autoritate fit, vt habetur lib.4. Luſitan. ordin. titu 64. in princ. & cum alijs aſſerunt Aluar. Valaſ. de iure emph. q.38. nu.9. & Greg. Lopez l. vlt. tit.8. par.5. verbo, *la uenda*, verſ. & an poſſit. Cæterum tunc, ſi nulla interueniente culpa emphyteutæ, quæ dicta ſunt, non ſeruentur, venditio, quidem erit nulla, vt loco citato habetur, ac de ſe ſatis eſt perſpicuum, quoniam venditionem iudicis autoritate fieri in nullo præiudicare poteſt iuri proprietarij: emphyteuta tamen non incidit in commiſſum quoniam culpam non commiſit, pœnam ſuſtinere non debet.

Hæc omnia ſimiliter locum habent, qñ res emphyteutica in ſolutum datur creditori, ſiue ab ipſomet emphyteuta, ſiue à iudice. Eſt enim admonẽdus proprietarius, & hẽt ius plationis pro eodẽ pretio, ſoluendo tantundem loco debitoris creditorib. ipſis; eſtq; ipſi ſoluẽdũ laudemiũ, ſi rem nõ velit pro eodem pretio. Ita Greg. Lop. vbi ſupra.

23 Qñ † ius emphyteuticum venditur, ſiue proprietario ipſi, ſiue cuicunque alteri, alcauala debetur: quoniam id vera eſt venditio, & non eſt contractus emphyteuticus, ex quo alcauala nõ debetur, vt Laſſarte de decim. vend. c.1. num.42. rectè aduerſus Menchacam aſſeuerat. Hæc de ſecundo & quinto in principio huius diſputationis aſſertis.

Sextum verò, nempe, quod quãdo ius emphyteuticũ, & meliorationes vẽduntur ei, qui non eſt
24 proprietarius ſolui † proprietario debeat laudemium, hoc eſt, quinquageſima pars pretij de iure cõmuni, & Caſtellæ, & quadrageſima de iure Luſitano ſi à principio, quando emphyteuticus, contractus fuit celebratus, aliud non fuit deductum in pactum, habetur lege vlt. §. & ne. C. de iu. emphyt. l. vlt. tit.8. part.5. & lib 4. Luſitan. ord. titul. 64. in prin. Quamuis autem in Luſitania, quando emphyteuſis eſt Eccleſiaſtica, ſtandum in ſolutione laudemij eſſet iure communi, & nõ ordinationibus Luſitanijs; eo quòd in emphyteuſi Eccleſiaſtica locum non habeant Luſitanæ ordinationes, ſed canonicum ius; & de iure canonico, quando in eo nihil circa aliquid inuenitur diſpoſitũ, ſtandum ſit diſpoſitioni iuris ciuilis communis; conſuetudo tamen in eo Regno eſt præſcripta, vt ſolum ſoluatur quadrageſima pars, eique proinde conſuetudini eſt ſtandum.

Laudemium autem non ſolum eſt ſoluendum de pretio iuris emphyteutici, ſed etiam de pretio meliorationum, vt ſatis perſpicuè habetur l. vlt. C. de iure emph. & alijs iuribus citatis. Ratio autem eſt, quoniam etiam meliorationum comparauit proprietarius dominium directum: eo quod prædio ipſi emphyteutico adhæreant.

Soluere autem debet laudemium nouus emphyteuta vt gl. ver. accipere. l. vlt. C. de iur. emph. conſentaneè ad textum ibi, Greg. Lopez, leg. vlt. tit.8. par.5. verb. *nole deue tomar.* Iul. Clar. verb. emphyteuſis q.24. nu.4. & alij, quos citant, affirmant. Ratio autem eſt, quoniam pro noua inueſtitura, ac miſſione in poſſeſſionem, quæ fieri debet à proprietario, ſoluitur, vt l. vlt. C. de iur. emphy. ſatis apertè docet, & affirmant, Iul. Clar. vbi ſupra nu.2. & 3. Aluar. Valaſ. de iur. emph. q.9. nu.4. & alij, quos citant.

Atque hac de cauſa, quando emphyteuſis proprietario vẽditur, non ſoluitur ei laudemium, ſed tradere debet integrum pretium, ꝙ alij pro eo offerunt, vt Luſita. ordi. li.4. tit.64. docent, & affirmant Silu. & alij, quos refert ver. emphyteuſis. q. vlt. Credo tamen in Hiſpanis vſu eſſe receptũ, vt venditor emphyteuſis de pretio, in quo cum nouo emphyteuta conuenit, ſoluat laudemium.

Si proprietarius è vita diſcedat, legata vni proprietate rei emphyteuticæ, & legato alteri vſufructu ex illa, ſolui debet laudemiũ vſufructuario, & non proprietario. Qm̃, quamuis ratione proprietatis ſoluatur, fructus ẽ eſt proprietaris. Ita Silu. verb. emph. q.22. Iul. Clar. ibid num. vlt. cum Io. And. Soc. & communi doctorum ſententia, quam citant. Hac ratione, ſi filiusfamilias ſit proprietarius, laudemium pertinet ad patrem, vt Sil. q.22. citata rectè cum alijs, affirmat.

25 Vtrum † autem ex locatione ad decennium, aut vltra, debeatur laudemium, ſi, qui ita habet rem conductam, ius illud alteri vendat. Aluar. Valaſ. de iur. emph. q.29. num.16. in partem negantem citat Couar. 2. var. reſol. c.16 nu.2. & Ant. Gom. 2. tom. var. reſolut. cap.3. num.11. Cæterum illi non loquuntur de laudemio in particulari, ſed Couar. cum Carolo Molin. loquitur de pœna commiſſi ob locationem alteri iterum ad longum tempus irrequiſito proprietario, & Ant. Gom. de pœna vniuerſim emphyteutis ſtatuta, num locatoribus ad longum tempus conueniat. Idem tamen dicerent de laudemio.

Et quamuis, quo ad ſtrictam diſputationẽ, Aluar. Valaſ. ea ſententia placeat. Deberi tamen laudemium, & incidere in commiſſum, eſt affirmandum cum communi doctorum ſententia: quam

Caldas

Caldas de renouat.emph.q.16.num.8.& Aluar. Valaſ.loco citato referunt,ac ſequuntur, eamque definiunt Luſitan.ordin.lib.4.tit.64.in prin. Eſt enim verè emphyteuſis ea locatio, vt ſupra ſæpe eſt dictum & oſtenſum. Addidi huic ſexto aſſerto, eam quantitatem ſoluendam eſſe in laudemium, ſi à principio, quando emphyteuticus contractus fuit celebratus, aliud non fuit deductum in pactum.

Quoniam, quod tunc in pactum fuiſſet deductum, ſeruandum eſſet, ſiue id eſſet, vt minus, aut nihil ſolueretur, vel vt ſolueretur primo emphyteutæ, ſiue vt ſolueretur plus. Audiui aũt in Luſitania, præſertim in ea regione, quæ eſt inter Duriũ, & Minium, aliquando deduci in pactum, vt dimidium pretij, quod pro iure emphyteutico, ac meliorationibus acciperetur, ſolueretur proprietario quod profecto valde durum, ne iniquum dicam, niſi aliunde compenſetur, videtur Gaſpar Monterroſo in ſua practica tract. 7. fol.135. tradendo formam conficiendi inſtrumentum emphyteuticum ſic ait. *Y que en reconoſcimiento del ſeñorio ſeais obligado a nos pagar la ueintena, o decima parte del precio, que por la dica tal coſa uos dieren.* Ex quibus verbis colligitur in Caſtellæ Regno ſolere in inſtrumentis emphyteuticis injungi, vt pars ſoluatur interdum vigeſima, interdum verò decima pars pretij.

Poſtremum aſſertum, nempe, prædicta omnia intelligenda eſſe, niſi circa eorum aliqua aliud fuerit deductum in pactum, quando à principio contractus fuit celebratus quippe illis pactis ſit ſtandum, habetur l.vlt. C. de iur. emph. Peculiariter enim circa eiuſmodi emphyteuticum cõtractum eſt ſancitum, vt ſtetur pactis in eo appoſitis, eſto contraria ſint eis, quæ de iure ſunt in eo ſtatuta, quando aliud non deducitur in pactum, vt ex eadem l.& duabus antecedentibus, ex §. adeo, Inſt. de locat.& ex l.penult.tit.8.par.5.conſtat. Quare in hoc contractu plus, quam in quocunque alio, ex ipſamet iuris diſpoſitione, variare licet circa ea, quæ alioquin in iure de eo tradita, ac ſancita ſunt; id quod ex parte notauit Gama deciſ. 323. num.vlt. & apertius Caldas de nomin.emph. q. 23.nu.46.cum Rolandino à Valle, ac Baldo.

26 Hinc † colligitur, ſi emphyteuſis, ſit cõceſſa cũ facultate, vt emphyteuta vendere illam poſſit, cui voluerit, tunc poſſe illam vendere irrequiſito proprietario, vt Iul.Clar.q.13.citata, nu.9.ait. Tenebitur tamen tunc nouus emphyteuta ſoluere laudemium, ac, antequam in poſſeſſionem mittatur, admonendus erit proprietarius de venditione, vt nouum emphyteutam in poſſeſſionem mittat, laudemiumq; accipiat, vt Iulius Clar.§. emph.q. 23.nu.3.cum alijs affirmat.

Hac eadem ratione, ſi emphyteuſis ſit cõceſſa alicui, & talia, aut cui emphyteuta noĩauerit, fieri poteſt nominatio irrequiſito proprietario. Item ſi conceſſa ſit alicui, & cui ille dare voluerit, conferre illam poteſt ſine proprietarij facultate, vt Iul. Clar.ibidem, nu. 7. cum alijs affirmat atque Aluar. Valaſ. de iur.emph.q.18. in calce.nu.28.aſſeuerat, praxim non ſeruare, requiri proprietarium, vt in poſſeſſionem mittat perſonam nominatam, aut aliam, in quã liberè emphyteuſis transfertur.

Poſtremo circa dicta hac diſputatione eſt obſeruandum. Sicut incidens in commiſſum ob non ſolutam penſionem, tutus eſt in conſcientia, quouſque proprietarius pœnam exequi intentet, tametſi ante latam ſententiam eo ipſo, quod proprietarius pęnam exequitur, teneatur emphyteuta illi ſubiacere, vt diſput.453. dictum eſt: ita dicendum eſſe in propoſito, quoniam hac etiam de cauſa incidit ipſo facto in commiſſum, dependenter tamen ex eo, quod proprietarius pœnam exequi velit, vt Iul. Clar. §.emph.q.13.num.2.cum gloſ.l.vlt.C.de iur.emph.& communi doctorum ſententia, ait.

Vnde Luſitanæ ordinationis lib.4. tit.64.§.1. rectè ſtatuunt, poſſe proprietarium cogere emphyteutam in hoc euentu, vt recuperet rem ita indebitè alienatam, & ſecum perſeueret in contractu emphyteutico.

Quæ item diſputat.453.dicta ſunt, num pœna commiſſi intentari poſſit ab hæredibus proprietarij, & contra hæredes emphyteutæ ſuo modo locum etiam habent circa hanc aliam commiſſi pœnam.

Ea item, quæ diſpu.455.examinauimus, nempe, quæ melioramenta amittat emphyteuta incidens in commiſſum proprietario, & à quo puncto fructus rei emphyteuticæ ad eum tunc pertineant, ſimiliter in re propoſita locum habent.

Cohæredes, aut comparticipes in emphyteuſi, an vendere vnus poſſit alteri partem ſuam, proprietario nomine requiſito. Et num laudemium ex ea venditione ſit ſoluendum. Item num emphyteuſis ſit diuidua. Et de incapitatione illius de iure Luſitano.

DISPVT. CCCCLX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis diuidi poteſt inter hæredes, ſiue conſortes, domino irrequiſito, ex cõi, et clarius n.7. Et quid de iure Luſitano. ibid.*

2 *Emphyteuticum ius an uendi poſſit uno ex cohæredibus, uel conſortibus, per eoſdem cohæredes, uel conſortes, domino irrequiſito, ſiue ſolutione laudemij, & clarius nu.8.*

3 *Emphyteuſis diuidenda inter plures, an incapitari debeat, ut unus tantum integram penſionem ſoluat proprietario, & cæteri pro portione, ſoluant incapitato.*

4 *Incapitatio emphyteuſis, quæ fit in Luſitania, an debeat fieri coram iudice. Et quid ſi maior hæredũ pars non conuenerit. nu.5.*

6 *Iudex an poſſit emphyteuſim ei adiudicare, qui maiorem partem in illa habuerit, cogendo ut ſoluat reliquis æſtimationem partium illorum.*

PErſpicuitatis gratia ab his duobus vltimis eſt
1 ordiendum. Emphyteuſis, ſtando † in ſolo iu
re communi, res eſt diuidua, ac proinde cohære-
des, aut quouis alio modo comparticipes in illa,
diuidere eam poſſunt inter ſe de iure communi.
Ita communis ſententia, quam referunt, ac ſequũ
tur Iulius Clarus, 4. li. ſent. §. emphyteuſis. q. 14.
Alua. Vala. conſul. 53. nu. 1. & de iure emp. q. 38.
nu. 12. & Caldas de nominat. emphy. q. 24. n. 14.
conſtatque ex l. item prædia ff. famil. erciſc. & ex
2 l. itẽ † vidẽdũ. §. vlt. ibi, *ſiue iura ſiue corpora ſint*,
ff. de pet. hæred. Lex tñ Luſitana, 4. lib. ordin. tit.
77. §. penult. diuidi inter hæredes præcipit ſolum
per æſtimationem, ita vt emphyteuſis integra, at-
que in ſe indiuiſa ad vnum ſolum perueniat.

Addit verò. Qm̃ eiuſmodi bona iuxta emphy-
teuſis naturam non debent diuidi, ſed ab vno tm̃
poſſideri debent, præcipimus, vt intra ſex menſes
ab obitu prioris poſſeſſoris incapitentur (ordina-
tiones vocant *ſe encabecen*) in vno hæredũ, in quo
conuenerit omnes, aut maior eorum pars, qui re-
liquis cohæredib. perſoluet æſtimationem portio
num ipſorum & proprietario pẽſionem iuxta for
mam contractus.

Quod ſi maior cohæredum pars in vno ipſorũ
non conuenerit, præcipiuntur vendere intra ſex
illos mẽſes ea bona emphyteutica, requiſito prius
proprietario, nũ pro pretio, ꝙ pro illis inueniunt,
ea velit, atq; emptor deinceps pẽſionẽ ſoluet pro-
prietario, cohæredes vero inter ſe diuident pretiũ
iuxta portiones, in quibus hæredes extiterint. Si
autẽ intra ſex illos menſes, neq; in vno cohæredũ
incapitauerint emphyteuſim, neq; illam vendide
rint, cõſtituitur, vt eo ipſo deuoluatur ad proprie-
tarium, atque adeo in commiſſum incidant Ga-
ma tamen deciſ. 242. nu. 3. vult, ſi ante litem con-
teſtatã aduerſus eos ea de cauſa incapitatio fiat, li-
berari à pęna cõmiſſi illa de cauſa. Illum legito.

Alua. Vala. q. 38. citata, nu. 17. & cũ eo Caldas
vbi ſupra, verba illa ordinationum, qm̃ eiuſmodi
bona iuxta emphyteuſis naturam non debent di-
uidi; exponunt de natura, nõ quã habent ex ſe, ſed
quam habent ex diſpoſitione iuris Luſitani: eo ꝙ
ex ſe, atque de iure communi, diuidi poſſint.

Arbitror tñ ſenſum eſſe, iuxta emphyteuſis na
turã, ideſt, accommodatius ab emphyteuſis natu-
ram, quaſi conditores earum ordinationũ dicere
voluerint, qm̃ accommodatius eſt naturæ emphy
teuſis, vt ſtatuatur, nõ poſſe diuidi, ſtatuimus, &c.
Eſt verò id accommodatius ad naturam emphy-
teuſis, ne penſio diuidatur, à multisque ſit exigen
da, vt eadẽ ordinationes Luſitanæ lib. 4. titu. 62.
§. 1. tradunt: id enim moleſtũ eſt, habetque mul-
ta incõmoda, eſtq; proinde vitandum, vt habetur
l. cum ij §. vlt. igitur. ff. de tranſactio. l. 3. ff. famil.
erciſcun. l. 3. ff. de alimen. & cib. leg.

3 Obſerua † tamen, quãuis id in Luſitania ita ſit
ſancitum, me tamen, dum in eo Regno cõmora-
rer, accepiſſe, in regione, quæ eſt inter Durium, &
Minium, incapitari quidẽ emphyteuſes, vt vnus
tantum ſoluere debeat integram penſionẽ, & ab
eo ſolo ſit exigenda; attamen, propter hominum
illorum paupertatem, vſu eſſe receptum, vt hære-
des inter ſe diuidant bona emphyteutica, & ſin-
guli contribuant penſionẽ ei, in quo emphyteuſis
incapitata ſit, vt ipſe integram eam proprietario
ſoluat. Hoc autem dicere in Luſitania, eſto non ad
ſit paupertas in emphyteutis, videtur aſſerere Ga
ma. deciſio. 242. numero primo, & ſecundo, du-
ctus ea ratione, quod id præiudicium non afferat
proprietario quo ad ſolutionem penſionis.

Aluar. Valaſ. conſultatio citata. num. 3. ait, etiã
in bonis, quos *regengos* vocant, ex quibus penſio
Regi ſoluitur, cum tamen directum, & vtile eorũ
dominium ad poſſeſſores ſpectet, ſe vidiſſe in Lu
ſitania iudicatum, vt diuiderentur inter hæredes
per æſtimationem, ad vnumque ſolum deueni-
rent, ne a multis penſio eſſet exigenda cum Regis
detrimento aut eorum, quibus ius illud à Rege eſ
ſet donatum.

Ibidem numero 4. quærit Aluar. Valaſ. num Dubiũ
4 † incapitatio in Luſitania fieri debeat coram iudi
ce. Et reſpondet negantet: quoniam lex id non Deciſ.
exigit. Excipitur, niſi minor aliquis interueniat:
quoniam tunc in eo Regno præſentia requiritur
peculiaris iudicis orphanorum, per quem res mi-
norum tractantur, vt habetur lib. 1. ord. tit. 67. §.
66. Ait tamen, non requiri ad eam incapitationẽ
decretum iudicis.

Quoniam licet diuiſio vim habeat vẽditionis,
vt multis probat; quia tamẽ in re propoſita actus
eſt neceſſarius, qui à lege fieri præcipitur, non in-
diget decreto iudicis, argumento, l. ſi pupillorum
§. ſi pupilli ibi. *Sed dicendum eſt, creditorẽ poſſe ius
ſuum exequi.* ff. de reb. eorum. Sic etiam in diuiſio
ne rerum immobilium neceſſarium non eſt decre
tum iudicis, quando minor prouocatur à maiore
ad diuiſionem; quia tunc actus eſt neceſſarius, vt
habetur l. 1. §. ſi communis res, & l. ſi pupillorũ.
ff. de reb. eorum, & l. penult. iuncta glo. vlt. ibi. C.
de præd. minor.

Quin, ſi maior vnus prouocet ad diuiſionẽ mul
tos minores, illi, ita prouocati, diuidere poſſunt,
non ſolum cum illo, ſed etiam inter ſe, abſque iu-
dicis decreto, iuxta l. inter pupillos, iuncta gloſ-
ſa vltima, ibi, in vltimis verbis, ff. de authorit. tu-
tor. Si tamen minor ſit, qui ad diuiſionem prouo
cet, tunc inualida eſt, niſi interueniat iudicis de-
cretum. l. pupillorum, & l. penult. citatis. Lege Al-
uar. Valaſ. ibi.

Ibidem, numero 6. quærit idem Alua. Vala. an
ſi hæredes inæqualiter ſint inſtituti, debeat etiam
incapitatio emphyteuſis fieri ad plura medietate Dubiũ
illorũ ſuffragia, recteque (quicquid alij dixerint)
reſpondet affirmanter: quoniam vbi lex non di- Deciſ.
ſtinguit, neque reſtringit, neque nos diſtinguere,
aut reſtringere, debemus.

5 Immo † res hæc apertè colligitur ex ipſa lege
Luſitana, quæ ſtatuit, vt quando maior hæredum
pars non conuenerit, emphyteuſis vendatur, ac
pretium diuidatur prout fuerint inſtituti hære-
des, vbi hæredes etiam inæqualiter inſtituti com-
præhenduntur ea lege.

Vtrum autem, prętermiſſa forma ab ordinatio
6 ne Luſitana. §. penult. citato tradita, fas † ſit iudi-
ci adiudicare emphyteuſim ei, qui maiorem par-
tem

tem in illa habuerit, cogendo, vt ſoluat reliqui æſtimationem partium illorum.

Deciſ. Neganter meritò reſpondet Aluar. Valaſ. conſult. citata n. 12. Quã autem maior pars cohęredũ non conuenerit in vno aliquo, tunc, qui maiorem partem in emphyteuſi haberet, offerendo maximum pretium, quod alij pro ea re emphyteutica offerent, præferendus eſſet cæteris, iuxta ea quæ diſp. 245. §. quando res, dicta ſunt. Item iudex in eodem euentu poſſet, ac deberet, illam ei adiudicare ratione maioris partis, modo ſolueret, vel cõpetentem æſtimationem ſuarum partium alijs, vel pretium maximum, quod pro ea re offerretur, ad electionem cohæredum, iuxta ea, quæ §. citato à nobis dicta ſunt, argumento iniuriam, quæ ibi citauimus, & l. & ſuum. §. vlt. iuncta l. ſequenti ff. de pact. & l. ſancimus §. ne autem. C. de donat. cõſentiunt Alua. Vala. nu. 12. citato, & alij, quos refert. Vtrum autem id intelligendum ſit de habente maiorem partem in re emphyteutica ex præſcripto teſtatoris duntaxat, an verò de habẽte maiorem partem, ſiue ex præſcripto teſtatoris, ſiue aliunde. Meritò Alua. Vala. ibidem cenſet, intelligendum eſſe vndecunque maiorem partẽ habeat, iura citata, teſtaturque ſe vidiſſe à ſenatu Luſitano fuiſſe ita iudicatum.

Dubiũ

Deciſ.

Nunc ad primum, & ſecundum, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita, accedamus. Bart. l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verb. obl. & communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. q. 14. citata, Sylu. verb. emphy. q. 21. pronunciat. 5. & Caldas denomin. Emph. q. 24. nu. 14. & 16. affirmant, fieri † poſſe eam
7 diuiſionem irrequiſito proprietario, quibus ſubſcribit Gam. deciſ. 242. a nu. 3. tametſi in fine eius deciſionis referat quoſdam ſenatores tuliſſe ſententiam, non potuiſſe diuidi irrequiſito proprietario, quibus ſanè acquieſcendum non eſt.

Ratio autem communis huius ſententiæ hæc eſt. Quoniam diuiſio illa eſt neceſſaria ex præſcripto legis atque eo ipſo, quod emphyteuſis conceſſa fuit transferibilis ad hæredes, cenſetur conceſſa ea diuiſio à proprietario: & quoniam non fit ea diuiſio in extraneos, ſed inter eos, qui ius habebant ad totum ipſum ius emphyteuticum pro indiuiſo, ac proinde fit ſine vllo præiudicio proprietarij.

8 Maius † autem dubium eſt, vtrum cohæredes illi alienare inter ſe poſſint partes ſuas, venditione, aut quocunque alio titulo, & vtrum laudemiũ debeatur pro ea alienatione, etiam ſi titulo venditionis, aut permutationis fiat. Barto. & alij, quos Iul. Car. & Caldas vbi ſupra referunt, ac ſequuntur, & quibus ſubſcribere videtur Gama à nu. 3. citato, aſſeuerant, poſſe eos quocunque titulo partes illas inter ſe alienare, neque ex ea alienatione deberi laudemium.

Atque hæc ſententia mihi placet, ſi alienatio fiat, antequã emphyteuſis inter ipſos diuidatur, dum omnes pro indiuiſo partem habent in emphyteuſi, concedente vno alij ex illis oneroſo, vel lucratiuo titulo partem, quam in ea emphyteuſi ita pro indiuiſo habet: quo pacto in ordinationibus Luſitanis lib. 4. tit. 77. §. penul. pręcipitur, vt incapitatio in vno hæredum fiat; atque in hoc euentu ſatis innuũt ordinationes. §. citato, ſi rectè expendantur, neq; neceſſe eſſe requirere proprietariũ, neq; ſolui laudemiũ, habetq; locũ ratio ſupra à nobis reddita. Si aũt poſtq̃ diuiſio eſſet facta inter coheredes, vnus alij alienaret partẽ ſuã diuiſam iam à reliquis, & propriam ipſi effectã, ſanè non minus neceſſarium eſſet requirere proprietarium, ac ſoluere illi laudemium, quam ſi illam ſimili modo alienaret alicui extraneo.

Atque in hoc euentu vera eſt opinio contraria Sylu. vbi ſupra pronunciat. vlt. & aliorum, quos Caldas. vbi ſupra, præſertim nu. 15. citat.

Emphyteuta an in commiſſum incidat, ſi emphyteuſim, ac meliorationes irrequiſito proprietario alio titulo, quam venditionis, alienet, etiã hypothecæ illam ſubijciendo. Et num ex ea alienatione debeatur laudemium.

DISPVT. CCCCLXI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta irrequiſito domino poteſt celebrare cõtractum permutationis: laudemium tamen tenetur ſoluere nouus emphyteuta.*
Declara tamen, & intellige, vt nu. 2.
3 *Emphyteuta an poſſit locare ad longum tempus decennij, aut vltra irrequiſito domino.*
Et quid de ſeruitute, an poſſit eam conſtituere, domino irrequiſito. nu. 4.
Et an idem in feudatario. nu. 5.
Et quid de vſufructu dicendum, an poſſit illum concedere. nu. 6.
7 *Emphyteuta an donare poſſit rem emphyteuticam, meliorationiſq; eius, domino irrequiſito.*
8 *Laudemium debetur proprietario, etiam pro re emphyteutica donata.*
Fallit in dote, & donatione propter nuptias facta filio. nu ſeq. & nu. 10.
9 *Emphyteuta poteſt dare in dotem, & donare propter nuptias filio rem emphyteuticam, irrequiſito proprietario, & nu. ſeq.*
Idẽ in ſucceſſione quouis titulo, & hyp n. 11. & 12.

VT à permutatione incipiamus, Io. And. Panor. Imo. & communis ſñia, quam referũt, ac ſequuntur Greg. Lopez. l. vlt. tit 8. par. 5. verb. *la venda*, Iulius Clarus, li. 4. ſent. §. emphyteuſis. q. 17. & Sylueſt. verb. emphyteuſis, q 17. aſſeue-
1 rant, in permutatione † neceſſe non eſſe requirere proprietarium, ſed poſse emphyteutã celebrare contractum permutationis rei emphyteuticæ, dummodo ante traditionem emphyteuſis admoneat proprietarium, vt videat, nũ is, in quẽ transfertur, ſit perſona competens, & num habeat aliquid aliud, quod apponat, & vt proprietarius inueſtituram nouo emphyteutæ concedat, illumq;

in

in poſſeſſionem mittat,accipiatq; laudemiũ. Oẽs quippe confitentur, ex contractu permutationis rei emphyteuticæ nouũ emphyteutã debere laudemium. Grego. Lopez, vbi ſupra citat gloſſam l. vlt. C. de iu. emph. trãſponere, quaſi velit, emphyteutam teneri admonere proprietarium ante permutationẽ, & quaſi in omnibus æquanda ſit permutatio in re propoſita venditioni. Sed ſanè nihil tale ex ea gloſſa colligitur, quin potius contrariũ: ſolum enim textus, vbi glo. exponit permutationẽ, loquebatur de oblatione noui emphyteutæ proprietario, vt illum approbaret, inueſtiret, ac mitteret in poſſeſſionem, & acciperet laudemiũ, iuxta æſtimationem meliorationum, atque emphyteuſis in quorum poſſeſſionem mitteretur, vt liquidò conſtabit textum illum intuenti.

Iulius Clarus vbi ſupra cum Baldo, & alijs, rectè affirmant, ſi contractus verè, atque in effectu ſit vẽditionis rei emphyteuticæ ſed palliatus nomine permutationis, aut donationis vt proprietarius iure prælationis priuetur, eã fraudẽ nõ obeſſe, quominus proprietarius vt poſſit iure ſuo prælationis. Neſciò verò cur Iulius Clarus in hoc euẽtu trepidet, emphyteutã ita alienãtem ius emphyteuticũ proprietario, non requiſito, in cõmiſſum incidere rei emphyteuticæ: cũ incidere ſit perſpicuum. Grego. Lopez, vbi ſupra cũ Pan. conſi. 74. & Innoc. ait, qñ † res emphyteutica permutatur
2 cũ alia re, quã ęquè põt ſoluere proprietarius, vt cũ tritico, oleo, vino arietibus, &c. teneri emphyteutam antequam permutet, admonere proprietarium de quantitate, quæ ipſi in commutationem offertur, tenerique ſeruare omnia, quæ diſp. 459. dicta ſunt debere ſeruari circa venditionem emphyteuſis, alioquin incidere in commiſſum.

Atq; hæc opinio vera videtur, eamq; cum minimũ ſtatuũt Luſitanæ ordin. li. 4. tit. 64. in prin. & §. 1. quæ idem oĩno volũt eſſe permutatione, et venditione emphyteuſis; videnturq; exponendæ; qñ res pro qua emphyteuſis permutatur, talis eſt, quã poteſt proprietarius ſoluere eiuſdem rationis, atq; ęquè bonã, & commodã emphyteutæ, ne dicamus ordinationem illam irrationabiliter hac in parte à cõi doctorum ſententia recedere, atq; à diſpoſitione iuris cõmunis. Illud eſt admonẽdũ, vniuerſim, quando res emphyteutica pro re alia permutatur, deberi duplicem alcaualã, iuxta æſtimationem rei ipſius emphyteuticę cum meliorationibus, & ęſtimationẽ rei, pro qua permutatur, vt ex dictis in materia de emptione, & venditio-
Quęſ. ne, & in materia de permutatione liquet.
3 Vtrum autẽ poſſit emphyteuta locare ad † longum tempus decennij, aut vltra, irrequiſito proprietario. Plurimi negãt, quos referunt, ac ſequũtur Molina lib. 1. de primog. c. 21. Iulius Cla. lib. 4. ſenten. §. emphyt. q. 19. id limitans, vbi non fuerit contraria conſuetudo, Grego. Lopez l. vlti. tit. 8. par. 5. verb. *la venda* verſi. quid autem. Gama deciſ. 26. nu. 5. & Caldas de renou. emphyt. q. 16. nu. 10. à quorum opinione tandem recedere non audet, eamque defendit Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 29. nu. 23. aſſeruntque hi doctores, ſi emphyteuta contrarium efficiat, in commiſſum incidere. Tametſi contrarium affirment Cou. 2. var. reſol. c. 16. nu. 3. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 71. Molina li. 1. de primog. c. 20. nu. 17. & alijs, ducta ea rõne in odioſis, vt eſt ad effectum vt pœna cõmiſſi incurratur, alienatio ſumi debet ſtrictè, & propriè. Prior tñ ſnĩa nobis probatur. Tum qm̃ locatio ad longum tempus alie-
natio eſt rei emphyteuticæ pro pretio, fieriq; pro- Deciſ.
inde non poteſt niſi irrequiſito prius domino, nũ pro eodem pretio rem emphyteuticam in idem tẽpus velit. Tum vel maximè, qm̃, vt diſp. 445. & ſequentibus oſtenſum eſt locatio ad longum tempus verè eſt emphyteuſis, transfertq; dominium vtile: emphyteuta autem ſine conſenſu proprietarij ſubemphyteuticare non poteſt, alioquin in commiſſum incidit, vt tradit communis opinio, quã referunt, ac ſequuntur Iulius Clar. §. emphyteuſis. q. 22. Alua. Valaſ. de iure emphyteu. q. 17. nu. 11. vbi affirmat, ita ſeruari in praxi, & q. 38. n. 8. Molin. lib. 1. de primogen. c. 21. n. 33. Sylueſt. verb. emphyteuſis. q. 14. & Caldas de renou. emphyteu. q. 13. nu. 10. & q. 16. in calce. nu. 10.

Rõ eſt, qm̃ tradere rem aliquam in emphyteuſim, eſt eam alienare, vt habetur l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & inferius oſtenditur: emphyteuta autẽ alienare non põt rem emphyteuticã irrequiſito proprietario. Quod autẽ dicitur in odioſis alienationẽ ſumendam eſſe ſtrictè, & propriè, falſum ſanè eſt. Sic. n. propter ſolam alienationẽ dominij directi incurreretur pœna commiſſi, vt ex dicendis diſputat. 464. patebit; ea quippe ſola eſt alienatio preſſe; qđ tñ eſt falſum. Aliud enim eſt in odioſis alienationem ſumendam eſſe propriè; quo pacto propter venditionem emphyteuſis ſine traditione non incurritur cõmiſſum; quia illud eſt alienatio impropriè: aliud verò debere ſumi preſsè, vt compræhendit ſolam translationẽ dominij directi; quod tñ eſt falſum: neq; id attẽdiſſe videtur Moli. lib. 1. de primog. c. 20. nu. 17.

Emphyteuta licet neq; in emphyteuſim poſſit concedere rẽ emphyteuticã ſine proprietarij conſenſu neq; item eã locare in longũ tempus; poteſt
4 † tñ in ea concedere ſeruitutẽ, minimè irrequiſito proprietarij conſenſu; quæ tñ ſeruitus cum morte concedentis expiret, ac proinde, quæ nullum præiudicium proprietario afferat, neq; ſucceſſori emphyteuſim poſt vitam illius, ac proinde, quæ expiret, ſi, qui eã concedit, ante mortem ſuam deſinat eſſe emphyteuta. Ita cõis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequũtur Iul. Cla. §. emphyteuſis. q. 21. Molin. lib. 1. de primog. c. 20. num. 2. & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. num. 7. & affirmat gl. l. 3. ff. de ſuperficiebus, dicens, concedere ita eam ſeruitutem competere rõne dominij vtilis, quod in re emphyteutica, aut ſuperficie,
5 habent. Id † verò apertè probat. c. 1. §. quid ergo, de inueſt. de re alie. vbi id perſpicuè conſtitutum eſt in feudo: valetq; hac in parte argumentum à feudo ad emphyteuſim. Et feudatarius cõcedere illo modo poſſit ſeruitutem in re feudali, affirmat cõis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. feudum. q. 37. Molin. vbi ſupra nu. 3. & Aries Pinel. nu. 70. cit.

Maius dubium eſt, num ſicut emphyteuta, & feudatarius cōcedere poſſunt, alias ſeruitutes modo explicato, ita † cōcedere poſſint verò vſumfructū, qui ſimiliter cū ipſorū vita expiret, neq; præiudiciū pariat proprietario, aut ſucceſſori, in emphyteuſi, aut feudo. Mol. lib. 1. de primog. ca. 19. nu. 23. cum Bar. & alijs quos citat (tametſi perperā inter eos cōmemoret gl. l. 3. ff. de ſeruit. quæ id non dicit de vſufructu & ca. 20. nu. 6. cenſet, emphyteutā concedere poſſe illo mō vſumfructum: tametſi cap. 20. nu. 7. de feudatario id neget. dicendum verò arbitror cum multis, quos Aries Pin. vbi ſupra nu. 70. & 71. refert, non poſſe illi concedere verū vſumfructū: alioquin manifeſta eſſet repugnantia inter doctores, vt multi, quos Aries Pinel. vbi ſupra refert, ac ſequitur, rectè affirmāt. Etenim vſufructuarius dñium vtile hēt rei, cuius eſt vſufructuarius, vt diſp. 3. viſū eſt: emphyteuta autē, & feudatarius, licet iuxta l. 3. ff. de ſeruit. cōcedere in re emphyteutica, aut feudali poſſint ſeruitutes alias in tps, quo ipſi emphyteutæ, aut feudatarij fuerint, quibus nullum dñium rei emphyteuticæ, aut feudalis in earū poſſeſſores tranſeat; non tñ poſſunt cōcedere ſeruitutem, qua dñium vtile trāsferatur, qualis eſt verus vſusfructus: qm̃ id alienare eſſet dñium ſuum vtile, ſaltem pro ipſorum vita, quod nefas eſt emphyteutæ ſine proprietarij conſenſu. Atq; hoc ſanè eſt, quod Iulius Clar. verb. feudum q. 37. nu. 2. docet. Neque video qua ratione hac in parte vllum diſcrimen ſit faciendum inter emphyteutam, & feudatariū, vt Molina, et alij efficiunt. Poteſt tñ emphyteuta, aut feudatarius proprietario minime requiſito, cōcedere alicui in tempus, quo ipſe emphyteuta, aut feudatarius fuerit, commoditatē vſufructus, concedēdo illi ius ad vſum, & fructus loco ipſius percipiendos: quod non eſt propriè vſusfructus, non quidem ea ratione, quia pendet à vita concedentis, vt vult Aries Pinel. num. 71. citato, rectéque impugnat Molina nu. 33. citato: qm̃ concedi vſumfructum ad tps, neque pendere à tota vita eius, cui conceditur, non deſtruit rōnem vſusfructus, vt rectè Molina aduerſus Pinellum cōtēdit: ſed qm̃ de ratione vſusfructus eſt, eſſe ius vtendi & fruēdi proprio noīe; quod non conuenit habēti ſolum ius ad vtilitatem noīe alterius percipiendam, vt vtrunque cum cōi doctorum ſententia in calce diſp. 7. explanatum eſt; neq; dominium vtile tranſit in eum, cui eiuſmodi ius ad vtilitatem, & commoditatem conceditur, ſed manet in emphyteuta, feudatario, aut nudo vſufructuario, vt ex dictis eo loco patet. Atq; de hoc vſufructu improprio loqui vidētur plurimi ex doctoribus, qui pro contraria ſententia citātur, & inter alios Grego. Lopez cum Alex. l. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *la venda*, verſ. quid autem, vbi ait, Alexandrum hac reddere rationem, quia ex hoc emphyteuta non tranſſfert vtilem dominium, nec ſua melioramenta, vnde non ſumus in caſu c. potuit de locat. neque l. vlt. C. de iur. emphyteu. Hęc Gregor. Lopez ex Alexandro. Conſentit idem Greg. Lopez eadem lege, verb *empeñar*. De hoc etiam vſufructu loquitur Molina lib. 1. de primog. cap. 20. nu. 11. ſatis conſonè ad hanc noſtram doctrinam.

6 Decis.

Hinc dico, ſi fiat locatio ad lōgum tempus, non quidem rei emphyteuticæ, ſed commoditatis ex illa, transferendo ius ad vtendum & percipiendū fructus ex illa nomine ipſius emphyteutæ, atque adeò ſub conditione, ſi vita emphyteutæ tantum duret, validum eſſe contractum, neq; emphyteutam incidere in commiſſum propter illum. Ratio eſt, tum quia conceſſio ſeruitutis in re emphyteutica aut commoditatis ex re emphyteutica, interim dum emphyteuta vixerit, aut cum eo perſeuerauerit emphyteuſis, ęquè valida ſunt, ſiue gratis, ſiue pecunia, aut emolumento alio fiant, vt ex diſputat. 7. citata conſtat: neque emphyteuta prohibitus inuenitur locare ſuam commoditatem, aut rem emphyteuticam quo ad ſuam cōmoditatem, magis ad plures, quam ad paucos annos. Tū etiam, quoniam id non eſt ſubemphyteuticare, concedereve emphyteuſim, atq; adeò dominium vtile. Etenim ſubemphyteuticatio contractus eſt, qui ex natura rei non finitur cum vita emphyteutæ, neq; etiam cum vita proprietarij: contractus verò, de quo loquimur, cum emphyteutæ vita finitur: eo quod non aliud ſit, quam ius percipiendi fructus loco, & nomine illius. Quin eo, ipſo quod emphyteuta amitteret emphyteuſim, ſiue quia in commiſſum caderet, ſiue alia de cauſa, finiretur propter eandem rationem contractus, de quo loquimur.

7 Vtrum † autem emphyteuta donare poſſit rem emphyteuticam, meliorationesque illius, cui voluerit, irrequiſito proprietario. Dubiū Communis doctorum ſententia cum gloſ. l. vlt. C. de iur. emph. verb. alijs vendere, quam aduerſus Bar. referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. verb. emphyteuſis quæſt. 15. Sylueſt. verb. emphyteuſis q. 16. & Gregor. Lopez l. vltim. titu. 8. par. 5. verb. *la venda* verſi. quid verò eſt, donare illam poſſe irrequiſito proprietario. Decis. Quoniam cum ibi non agatur de pretio, aut alia recompenſatione, ob quam præferri debeat proprietarius, ſi illam dare velit; neq; emphyteuta teneatur gratis rem emphyteuticam illi potius concedere, quam alteri, non eſt cur tūc neceſſe ſit illum prærequiri, quemadmodum prærequirendus eſt, quando res venditur, & interdum quando permutatur. Debet tamen donatio fieri ſaluo iure proprietarij, ita vt res quo ad dominium ſolum vtile donetur, item mitti non debet donatarius in poſſeſſionem rei emphyteuticæ per emphyteutam donantem, ſed per proprietarium, eaque de cauſa ante traditionem eſt proprietarius admouendus, & requirendus, vt in poſſeſſionem mittat nouum emphyteutam; qua admonitione facta, proprietarius videbit, num nouus emphyteuta perſona ſit idonea, an verò habeat aliquid, quod ei legitimè apponat, nec velit illum approbare ad emphyteuſim, atque admittere ad inueſtituram, & poſſeſſionem. Atque de hac admonitione hoc tempore facta intelligo Luſitanas ordinationes libr. 4. titulo 64. in principio, dum dicunt. *Eno caſo que a quiſer doar, ou dotar, ò ſara toda via ſaber aio ſenhorio, para ver ſi tem algum legitimo embargo.*

Quod ſi emphyteuta aliquid horum omittat, incidet in commiſſum, vt Iul. Clar. & Sylueſ. vbi ſupra affirmant, ſatisque eſt conſentaneum. l. vlt. C. de iure emph. & Luſitanis ordin. vbi ſup. iuncto §. 1. (tametſi Alua. Vala. de iure emphyt. q. 18. in calce nu. 28. dicat, praxim id non ſeruare, nec ſolere proprietariũ requiri, vt in poſſeſſionẽ mittat perſonam, in quam libere res emphyteutica trãſfertur.) Cæterum falſum eſſe exiſtimo, quod Iulius Clar. & Sylueſt. vbi ſupra affirmant, nempe poſt eam admonitionem expectandum eſſe proprietarium duobus menſibus, vt videat; an velit mittere in poſſeſſionem nouum emphyteutam.

Lex quippe vlt. C. de iure emph. ſolum tribuit id ſpatium, q̃n, res venditur, & interdum, pp eandem rationem, vt dictum eſt, quãdo permutatur, vt proprietarius deliberet, an rem emphyteuticã pro eodem pretio velit, illudque præparet: non verò q̃n ſolum illi incumbit inueſtitura, ac admittere in poſſeſſionem nouum emphyteutam, vt ſolum ei incũbit, q̃n res emphyteutica alijs titulis alienatur, vt legem illam intuenti eſt ſatis perſpicuum: vnde, ſi q̃n res venditur proprietarius reſpondeat, ſe non velle emere eam rem illo pretio, continuo pot vendi alteri, neque poſt venditionẽ neceſſe erit ad inueſtituram expectare duos menſes, ſed ſolum congruum tempus, vt agnoſcat, an nouus emphyteuta perſona idonea ſit, vel habeat, quod ei legitimè opponat.

8 Portò, q̃n † res emphyteutica donatur, debetur proprietario laudemium ex illa pro inueſtitura iuxta illius æſtimationem, vt perſpicuè cõſtat ex l. vlt. C. de iure emphyteuſis, & affirmat cõis doctorum ſnĩa, quam ij, quos ſupra retulimus, referunt, ac ſequuntur. In Regno tñ Luſitaniæ in eo euentu non debetur, ſed ſolum q̃n res emphyteutica venditur, aut permutatur. Idem arbitror ſeruari in praxi in hoc Caſtellæ Regno, ac conſentit forma contractus emphyteutici, quã Gaſp. Monterroſo tradit in ſua pract. tract. 7. fol. 135.

9 Quod ad † dotem attinet, ſtando in iure cõmuni Batt. Iaſon, & alij, quos referunt, ac ſequuntur Sylu. verb. dos. q. 8. & Gama dec. 127. nu. 2. cenſent, ſi in dotem detur filiæ, etiã ſi æſtimata detur (idem intellige de donatione ad nuptias facta filio) neq; eſſe neceſſe admonere proprietariũ, neque inde ſoluendũ eſſe laudemiũ. Secus ſi extraneæ in dotem detur: q̃m & admoneri debet proprietarius, & ſolui debet laudemium. Lex tñ Luſitana lib. 4. ord. tit. 64. in princ. iuncto §. 1. admoneri præcipit proprietarium, quando res in dotẽ datur, alioquin in commiſſum inciditur.

10 Ex † re tamen emphyteutica in dotem data, vniuerſim pręcipit ibi non debere ſolui laudemiũ. Gama deciſ. citata ait, ſi emphyteuta ſit Eccleſia, neceſſe non eſſe in Luſitania admoneri proprietarium, quando res datur in dotem filiæ: quoniam de emphyteuſi Eccleſiaſtica iudicandũ in eo Regno eſt iuxta commune ius, nõ verò iuxta Luſitanas ordinationes, vt ipſæmet ordinationes libr. 4. tit. 65. §. 2. pſcribunt, & ex dictis in ſuperiorib. conſtat præſertim diſp. 446. atque ita in ea deciſione refert Gama iudicatum fuiſſe in eo Regno, nihil impediente ordinatione Luſitana, quæ ſtatuit, admoneri debere proprietarium, alioquin commiſſum incurri. Q̃n verò emphyteuſis non eſt Eccleſiaſtica, tentat Gama exponere Luſitanã ordinationẽ iuxta opinionẽ receptam iuris communis; quod intelligatur, quando res emphyteutica in dotem datur extraneæ. Cæterũ deciſ. 283. potius propendet ordinationem Luſitanam, etiã de dote à parentibus facta filiæ, intelligendũ eſſe, vt admoneatur proprietarius, alioquin commiſſum incurratur.

11 Quod ad † ſucceſſionẽ in re emphyteutica attinet titulo hæredis, aut legati, aut vi nominationis conceſſæ emphyteutę ex contractu emphyteutico, quando primo celebratus fuit arbitror, neq; neceſſarium eſſe admonere proprietarium, neque ex ea ſucceſſione deberi laudemium, conſentiuntque Alua. Valaſ. de iur. emph. q. 18. n. 28. & alij, quos citat. Ratio eſt, q̃m contractus emphyteuticus ex ſe habet, vt ad hæredes tranſeat, ẽt ſi ſolum ſit ad decennium, aut vltra, vt Sylu. verb. emphy. nu. 21. ait, & hr̃, §. adeò, Inſtit. de locat. li. 4. Luſit. ord. tit. 7. §. 2. aut vt vi nominationis tranſeat ad alium, quantum contractu ipſo conceſſum fuerit, nominare ſucceſſorem: quare, vt id exequutioni mandet, neceſſaria non eſt noua facultas, aut admonitio proprietarij. Idemq; eſt de legato, quoniam legatum ea in parte quaſi inſtitutio eſt hæredis, cum legatarius in re legata quodammodo hæres ſit, vt colligitur ex l. id tempus. §. 1. ff. de vſucapionib. qua ratione Greg. Lop. l. pen. titul. 8. par. 5. verb. *de ſus herederos*, ver. ſed mihi, rectè ait, ſi emphyteuſis conceſſa ſit, vt trãſire poſſit in quoſcunq; hæredes, nomine hæredis comprehendi etiam legatarium, tranſireq; proinde poteſt in quemcunque legatarium.

Neq; hoc impedit, ꝙ ſi hæres, legatarius, aut nominatus in emphyteuſim, perſona idonea non ſit, proprietarius opponere id poſſit, non quidem ad effectũ, vt vllum commiſſum ea de cã declaret incurſum, ſed ſolum, vt cogat illum emphyteuſim intra certum tps alienare, vt habet conſuetudo, q̃n emphyteuſis via ſucceſſionis ad monaſterium, aut ad perſonam minus idoneam, comparatione cum præcedente emphyteuta habita, deuenit. Vnde l. vlt. C. de iu. emph. l. vlt. & pen. titu. 8. par. 5. & lib. 4. Luſi. ord. tit. 64. nulla mẽtio fit de ſucceſſione emphyteutæ iure hæreditario, titulo legati, aut nominationis, ſed ſolum de ſucceſſione in emphyteuſi, vi contractus latè ſumpto contractu, vt compræhendit ẽt dationem in dotẽ, & donationẽ, atq; vt diſtinguitur ab vltima volũtate.

Quo fit, vt quæ iuribus illis conſtituuntur, vel circa laudemium, vel circa admonitionẽ proprietarij, ſolum intelligantur de tranſlatione meliorationum, ac iuris emphyteutici vi cõtractus latè ſumpti, non vero de ſucceſſione emphyteutæ defuncto perſeuerante adhuc emphyteutico contractu. Atque hac ratione ceſſant, quæ perperam, obſcurè, ac varie, a quibuſdam traduntur hac de re circa ſucceſſionem in emphyteuſim per vltimam voluntatem, aut ab inteſtato, pleriſq; alijs ſilẽtio obuoluẽtib. huiuſmodi quęſtiones, fortaſſe quoniam

niam durum illis videbatur, obligare in eiuſmodi euentibus, vel teſtatores, vel etiam ſucceſſores ex teſtaméto, aut ab inteſtato, ad eiuſmodi admonitiones, vel ad laudemium ſoluendum. Neq; credo eſſe in more poſitum in Luſitania, aut in hoc Caſtellæ Regno, vt vel laudemium ſoluatur, vel tales admonitiones fiant.

12 Deniq; ꝙ † ad hypothecã attinet licèt emphyteuta prohibitus ſit transferre in alterum per contractũ latè ſumptũ meliorationes, ac ius emphyteuticũ irrequiſito proprietario modis hactenus explicatis, prohibitus tñ non eſt ea ſubijcere hypothecæ, & pignori, ſine pręiudicio tñ proprietarij, vt conſtat ex l. tutor. §. vlt. & l. ſanè. ff. de pign. act. ex l. grege. §. & in ſuperficiarijs. ff. de pig. ex l. ẽt, ff. qui potior. in pig. hab. & ex l. vlt. tit. 8. par. 5. & cũ gl. l. vl. C. de iur. emph. verb. alijs védere, affirmat cõis doctorũ ſnĩa, q̃ referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. §. emph. q. 18. & Gam. dec. 108. nu. 2. & deciſ. 240. n. 4. Vñ Iul. Cla. vbi ſup. meritò infert ſi emphyteuta bona ſua ſubijciat hypothecæ, cenſeri ẽt ſubiecisse ius emphyteut. ac meliorationes.

Incrementum in re emphyteutica, & ſeruitutes in ea acquiſitæ, ad quem pertineant.

DISPVT. CCCCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Incrementum in re emphyteutica, & etiam feudali ad quem pertineat.*
2 *Seruitutes acquiſitæ per emphyteutam, aut vaſallum, pertinent ad proprietarium.*
3 *Secus autem ſi ſint acquiſitæ titulo oneroſo. nu. 3.*

Diſput. 57. dictum eſt, incrementũ, tã patens,
1 quàm latens, in † re emphyteutica alluuione acquiſitum, ad proprietarium quoad dominium directum, & ad emphyteutam quoad vtile, interim ſolũ dũ emphyteuſis perſeuerat, iuxta probabiliorem ſnĩam, attinere. Finita aũt emphyteuſi pleno iure pertinet ad proprietariũ, vna cum ipſa re, cui acceſſit, ita vt nihil ob eiuſmodi incrementũ ſoluendũ ſit emphyteutæ, vt cũ Bæroi, Carolo Molinæo, & alijs affirmat Alu. Vala. de iur. emphyt. q. 25. nu. 20. Iulius aũt Clar. libr. 4. ſent. §. emph. q. 41. remittit ad ea, quę §. feudũ q. 88. n. 3. circa feudũ docet. Ibi aũt circa feudũ tandẽ hãc noſtram ſnĩam æquitati mag s conſentaneũ arbitratur, tametſi cogitandum id relinquat. Nos autem, ꝙ ad feudum attinet, diſp. 57. citata cũ Alu. Val. Greg. Lop. & cõi doctorum ſnĩa, iuxta c. 1. §. ſi quis de manſo, de contra inueſt. diximus, vtrumque, incrementum in re feudali ſpectare ad proprietarium: lege tñ Caſtellæ 30. tit. 28. part. 3. eſſe ſancitũ, vt ſolum incrementũ patens attineat plenè ad proprietariũ, latens verò, interim dũ feudum perſeuerat, ſpectet quo ad vtile dominiũ ad feudatarium. Lege quæ ea diſpu. dicta ſunt; & ſimul diſp. 454. quod propter eiuſmodi incremẽta, aut decrementa, in re emphyteutica, neq; augenda, neque minuenda ſit penſio: idemque eſt de ſeruitio, quod ob rem feudale debetur.

2 Quod † ad ſeruitutes attinet, Iul. Clar. q. 88. citata, num. 4. ait cõem opinionem, quam refert ac ſequitur, eſſe ſeruitutes, quas emphyteuta, aut vaſallus, pretium in bonum rei emphyteuticæ, aut feudalis, acquiſiuit, accreſcere rei emphyteuticæ, aut feudali, eamq; ſequi, ac proinde finita emphyteuſi, aut feudo, pertinere ad proprietarium, & nõ ad emphyteutam, aut vaſallum, vel ad eorum hæredes. Idem cũ alijs, quos refert, aſſeuerat Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 25. nu. 21. definitumq; quo ad feudũ eſt c. 1. §. à contrario. ver. ſi verò. de inueſtit. de re alien. & c. 1. §. ſi vaſallus. ver. idẽ dico, in
3 tit. hic finitur, &c. Emptę † aũt ſeruitutes, titulove alio oneroſo acquiſitæ, cũ melioramentis computanť, ac proinde ſoluendum eſt pretium, quod pro eis fuit datũ aut illatũ æſtimatio, prout proprietarius maluerit, ſi emphyteuſis, aut feudum, ſine culpa emphyteutæ, aut feudatarij, finiať, iuxta ea quæ diſputat. ſequenti dicenda ſunt, colligiturq; ex verſ. idẽ dico citato. Lege, quæ ibi dicentur circa acquiſitas titulo lucratiuo. Si autẽ culpa emphyteutæ, aut feudatarij emphyteuſis, aut feudum, finiatur, idẽ dicendũ eſt, ꝙ de alijs melioramentis in eodẽ euentu diſp. 455. eſt dictũ. Ita cũ Bæroi, & Carolo Molinæo Alu. Val. n. 22. citat.

Melioramenta ab emphyteuta in re emphyteutica facta, num ad ipſum hæredeſque ipſius ſpectent, quando emphyteuſis abſque culpa finitur. Et quomodo ſint æſtimanda. Et num ex ea æſtimatione deducendi ſint fructus ab emphyteuta ex melioramentis poſt emphyteuſim finitam perceptis.

DISPVTATIO CCCCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta ab emphyteuta in re emphyteutica facta, quibus caſibus ſpectent ad emphyteutam, & quibus non, & num. 3.*
2 *Pacta in emphyteutico contractu appoſita, quando ſeruanda, & quando non.*
4 *Vſufructuarius repetit melioramenta à ſe facta in re qua fruitur.*
5 *Melioramentorum nomine quid in re emphyteutica veniat.*
6 *Meliorationes quæ ueniant ſoluendæ per proprietarium, & quæ non.*
7 *Expenſæ factæ in re melioranda, quæ veniant ſoluendæ per proprietarium.*
8 *Expenſæ modicæ in re emphyteutica factæ, quæ dicantur.*

Me-

9 *Melioramenta ſoluere, vel ea tolli permittere, an ſit in optione proprietarij.*
10 *Melioramenta quando . . . creſcant rei emphyteuticæ, vel feudali, & quando non.*
11 *Meliorationes in re emphyteutica, & feudali, quomodo æſtimandæ, & ſoluendæ.*
Cum limitatione, vt nu. 16.
12 *Poſſeſſori bonæ fidei ad recuperandas expenſas in re aliena factas, quæ actio competat.*
13 *Poſſeſſor bonæ fidei quas expenſas recuperat, & quas non: idem in malæ fidei poſſeſſore.*
14 *Fructuum valor deduci debet de expenſis in re aliena factis per bonæ fidei poſſeſſorem.*
15 *Fructus rei quomodo æſtimandi.*
17 *Proprietarius quando ſoluere teneatur melioramenta, & quando non.*
18 *Sententiæ exequutio circa rem tradendam impediri non debet longo tempore litibus in meliorationibus liquidandis.*
19 *Emphyteuta, & alij non tenentur deducere ab expenſis, & melioramentis, fructus, quos ex re reſtituenda perceperunt.*
20 *Emphyteuta, & alij poſſunt ſibi retinere rem reſtituendam, donec melioramenta eis ſoluantur, fructuſque licitè percipiunt.*

DE melioramentis, quando emphyteuſis culpa emphyteutæ finitur, diſp. 455. dictũ eſt. Quando autem finitur abſque ipſius culpa, ſequentes concluſiones ſunt ſtatuendæ.

1 Prima. Quãdo † meliorationes factæ ſunt ab emphyteuta neceſſitate conuentionis ex pacto illarũ ſpeciali, vt quia adſtrictus fuit ædificare domum, plantare vineam, tot plantas inſerere, aut aliud ſimile, ac ſpeciale in re emphyteutica facere, tunc finita emphyteuſi, pertinent pleno iure ad proprietariũ, neq; pro illis tenetur quicquã ſoluere: eò quòd ex neceſſitate conuentionis ſint factæ tã quã pars pretij vna cum penſione, pro emphyteuſi; eaq; de cã longè minor pẽſio ſit à principio impoſita, quam alioquin fuiſſet imponẽda. Quare, cum eiuſmodi meliorationes ita ab emphyteuta vi contractus ſint debitæ, vt, ſi eas nõ feciſſet, poſſet proprietarius cogere illum eas facere, vel ſoluere intereſſe earũ, vltra reſtitutionem rei emphyteuticæ conſequens profectò eſt, vt rõne illarũ nihil proprietarius ſoluere illi teneatur. Ita Alu. Vala. de iur. emp. q. 25. n. 1. Aries Pinel. l. 2. C. de reſcin. vend. par. 2. c. 3. nu. 10. Caldas de nomin. emph. q. 18. nu. 31. Gama deciſ. 41. nu. 7. & dec. 333. n. 3. & 4. & plerią; alij, quos citant. Idem eſſet, ſi in contractu emphyteutico aſtrictus nõ eſſet emphyteuta facere meliorationes aliquas in particulari, attamen appoſitũ eſſet pactum, quod, finita emphyteuſi, melioramenta, quæ in re emphyteutica fuerint reperta, pertineant ad dominum directum abſque vlla ſatisfactione. Ita cum Iaſ. & & Bar. Alu. Val. vbi ſupra nu. 18. & Gama deciſ. 41. num. 7. neq; diſſentit Aries Pinel. vbi ſupra. Idéq; affirmat l. 24. tit. 8. par. 5. de meliorationib. à colono ſimiliter factis.
2 Confirmari † etiam poteſt, q̃m pacta in emphyteutico contractu appoſita, ſi de illorũ iniuſtitia nõ cõſtat, ſeruanda ſunt, vt habet l. 1. 2. & 3. C. de iur. emp. & §. adeò, inſt. de loc. in eiuſmodi autem pacto de iniuſtitia regulariter non conſtabit. Præſertim quia, quando res ſub eo pacto datur, intelligitur facienda eſſe in ea meliorationes propter lucrũ, quod emphyteutæ ex eis proueniet, vt vineam in loco apto, aut oliuetum eſſe plantandum, aut ſyluam reducendam eſſe ad cultum, atque, vt eiuſmodi meliorationes finita emphyteuſi ad proprietariũ ſine vlla retributione pertineant, remitti ſolet de penſione, quæ alioquin in tempus futurum fuiſſet imponenda. Si autem apponeretur pactum, vt emphyteuta rem meliorare teneretur, aut vt res cum melioramẽtis in ea repertis liberè ad proprietarium reuerteretur, tunc ſoluendæ nihilominus eſſent emphyteutæ meliorationes eo modo, quem ſubijciemus. Quoniam priora illa verba non aliud ſignificant, quam id, ad quod emphyteuticus contractus primæua ſua inſtitutione fuit adinuentus, quod non impedit ſoluẽdas nihilominus eſſe meliorationes, quicquid Greg. Lopez l. 24. gl. vlt. ti. 8. par. 5. cum Bal. in contrarium dixerit. Poſteriora verò ſonant, vel quod non tollantur de re emphyteutica, vt vult Aluar. Valaſ. vel quod propter meliorationes non petatur innouatio, ſed liberè res emphyteutica, & meliorationes reuertãtur ad proprietarium, vt Gama ait quod etiam non impedit meliorationes eſſe ſoluendas. Accedit, eiuſmodi generales clauſulas à tabellionib. ſolere apponi ſine pacto inter proprietariũ, & emphyteutã, quod meliorationes ſine vlla retributione ad proprietarium ſpectent. Et ꝙ in dubio nullus pſumitur intendere donare, neq; in dubio ſit facienda interpretatio, ꝙ donare intẽderit. l. Cũpan⁹. ff. de oper. liber. Ita Alu. Val. vbi ſup. num 7. & 19. Aries Pinel. nu. 10. citato, Gam. deciſ. 22. in fi. & deciſ. 41. nu. 7 refertq; Alu. Val. appoſitis poſterioribus verbis, ſe vidiſſe iudicatum in fauorem emphyteutæ. Quamuis addat, ſe poſteà vidiſſe ab vtroque ſenatu iudicatum in fauorem proprietarij, non tam attenta æquitate, quã verborum latitudine, quæ eum ẽt ſenſum patiuntur, vt liberæ reuertantur, nulla pſoluta retributione pro illis.

3 Secunda concluſio. In alijs † euentib. meliorationes in re emphyteutica factæ, finita emphyteuſi, pertinent ad emphyteutam, illiuſque hæredes, etiam extraneos, non quidem quo ad dominium, nam ſequuntur proprietatem, ſed quo ad æſtimationem, idque ſiue emphyteuſis ſecularis ſit, ſiue Eccleſiaſtica. Ita iuxta l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de l. 1. & c. 1. §. ſi vaſallus, in titu. hic finitur lex, &c. vbi idem de feudo definitur communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequũtur Aluar. Valaſc. de iur. emph. q. 25. nu. 6. 10. & 11. Aries Pinel. l. 2. C. de reſc. vend. part. 2. cap. 3. nu. 7. Gam. deciſ. 22. Iul. Clar. §. emphyteuſis q. 45. & § feudum, q. 78. & Caldas de nominat. emph. q. 18. numero 29. . . 30. Confirmatur, quoniam
4 † vſufructuarius melioramenta à ſe facta in re, qua fruitur, repetit, vt affirmat gloſſa 1. l. ſed & ſi quid 1. ff. de vſufruct. conſentaneè ad textum ibi, & colonus repetit melioramenta facta in re conducta. l. penult. ff. locat. & l. 24. titul. 8. part. 5.

Habet aũt prædicta concluſio verum,ẽt ſi melioramenta de fructib.rei emphyteuticæ, aut feudalis,ſint facta:qm̃ fructus bona ſunt emphyteutæ, aut feudatarij:ita Alu.Val.vbi ſupra cum Par.de Puteo,& ex ſe ſe eſt notiſſimum. Item hẽc verò,ẽt ſi labore,& induſtria emphyteutæ, aut feudatarij, factæ ſint:tunc non ſolum ſumptus quos in ea re melioranda cum alijs fecit,accipiet, ſed ẽt pretiũ laboris ſui,& induſtriæ in euentu, ꝙ ſumptus facti ſint accipiẽdi,iuxta ea q̃ ſubiungemus. Ita,cũ Pau.& alijs, Aries Pinel. vbi ſup.nu.4. Item verũ hẽc, ẽt ſi per amicum res ſit meliorata gratia ipſius emphyteutæ, aut per poſſeſſorem bona fide, cui emphyteuta ſoluere id teneatur. Ita, iuxta l. idemq; §.vlt.cum l.ſequen.& ea quæ ibi notant. ff.mand & l.ſed & ſi plures §.in arrogato in fin. ff.de vulg Alu.Val.vbi ſupra in calce numeri 10.

5 Item † noĩe melioramentorum in re propoſita, compræhenduntur ſeruitutes rei emphyteuticæ titulo oneroſo acquiſitæ, vt diſputat. præcedente dictum eſt; quin & titulo lucratiuo acquiſitæ ſi emphyteutæ,donatæ,aut legatæ ſint: qm̃ eo ipſo ad emphyteutam ſpectat valor earum, tamquam rerum ipſi donatarum. De acquiſitis verò titulo præſcriptionis,qm̃ rei emphyteuticæ præſcribuntur tamq̃ illi debitæ,& non emphyteutæ,niſi rõne rei,quæ ſimpliciter eſt proprietarij,non idem eſt dicendũ,ſed pleno iure finita emphyteuſi, attinere ad proprietarium. Sumptus prætereà in re emphyteutica neceſſario ab emphyteuta facti, ſi de numero illorum,non ſint,quos de iure ſpectet ad emphyteutã de ſuo facere, vna cum melioramentis ſunt ſoluendi emphyteutæ,aut hęredibus illius. Ita cum Iaſ. Alũ. Vbi ſupra num.8.

Eſto aũt directus dñs inhibeat emphyteutę facere meliorationes in re emphyteutica, proteſteturque, ſe non ſoluturum ſi quas in poſterum fecerit,tenetur nihilominus proprietarius eas illi, hæredibuſq; illius, finita emphyteuſi,ſoluere; qm & poterunt emphyteuta,aut hrdes illius, eis meliorationibus vti ad petẽdam renouationem emphyteuſim,nihil impediente,quòd proprietarius ante eas factas proteſtatus fuerit ne fierent. Ratio eſt, qm̃ contractus emphyteuticus ex ſua prima inſtitutione hẽt, qđ emphyteuta meliorationes in re emphyteutica poſſit facere,tũ in ſuum commodum,tum ẽt in cõmodum proprietarij. Licet aũt l.vlt.C.de neg.geſt.ſancitum ſit,vt negotiorũ geſtor,expenſas non repetat, quas poſt contradictionem,& inhibitionem domini fecerit;id tñ intelligitur,qñ à voluntate domini pendet ne fiant, vt in ſuo negotiorum geſtore; ſecus aũt vbi non pendet, vt in re propoſita poſt emphyteuticum contractum celebratum,vt cum Bart.& alijs notat,vbi ſupra Aluar.Vala.nu.9. Ibidem nu. 10.cũ Boetio ſubiũgit, ſi mota lite aduerſus emphyteutam quaſi ad eum iam non pertinent emphyteuſis,proteſtanteque proprietario, ſiue in iudicio, ſiue extra, ne emphyteuta meliorationes faciat, aut quia ſperatur emphyteuſim breui finiendam vt quia emphyteuta eſt ſenex, & valetudinarius, ac vltima perſona,nihilominus illas efficiat,tunc illi,hæredibuſque illius, non deberi meliorationes factas poſt eam proteſtationem,qm̃ denũciatio,iure facta,impedit repetitionem expenſarum, quæ poſt illam fuerint effectæ, ẽt in euentibus in quib. expenſę fieri concedebantur,iuxta legẽ,aut
6 ſi ante denunciatum.ff.de rei vend. Hoc † tñ intelligeñ, qñ ob litẽ intentatã fuiſſet denunciatio facta,modò ꝓprietarius victor exiſteret, ſi enim emphyteuta vinceret,non eſſet cur eiuſmodi meliorationes ipſi,aut hæredibus ipſius, non ſoluerentur. Subiungit prætereà, ſi conſultò exceſſiuas meliorationes emphyteuta effecerit, quas ſciebat dominum directum tempore finiendæ emphyteuſis non fore ſoluendo, non teneri tunc proprietarium eas ſoluere,ſed permitti emphyteutæ,tollere ex eis,quas potuerit ſine læſione prioris ſtatus rei emphyteuticæ; reliquas verò amittere,iuxta l.in fundo.§.finge pauperem, & §.neque enim malitijs,de rei vend.& l.non fraudantur.§.nemo ex ſuo.ff.de regu.iuris. Eſt enim per iniquum,vt quis ex ſuo dolo fructum capiat,vt hr̃ §.nemo citato. Cõſentiunt,tametſi in re diuerſa loquantur Aries Pinel.l.2.C.de reſc.vend.par.2. num.5. & Gama deciſ.310.nu.1. Addit verò Alua. Vala. ſe audiuiſſe aliqñ in Luſitania fuiſſe iudicatum, vt in hoc euẽtu proprietarius ex reditib. ſoluat quotannis quouſq; integrè melioramentis ſit ſatisfactum iuxta lib.3. Luſit.ordin.titu.65.§.1.& li.4. tit.35.§.1. Mei nõ tñ ſubiungit, ordinationes Luſitanas illis in locis in re valde diuerſa loqui,neq; videre,cur proprietarius cogi poſſit ſoluere melioramenta dolo ab emphyteuta facta animo rem emphyteuticam retinendi;id quod confirmat argumento. l.2.§.vltim. ff.ſi quis cautionibus illis verbis; *nam ſi ipſe hoc affectauerit, vel cauſam præſtiterit, non proderit ei exceptio, ſed ipſius quidem dolus ei oberit.* Quando autem proprietarius ſoluendo non fuerit melioramenta abſque vllo dolo ab emphyteuta effecta, tunc poterit emphyteutæ relinqui locata res emphyteutica, vt ex annuis reditibus ſibi ſatisfaciat, argumento, eorũ,quæ ex Luſitanis ordinationibus citata ſunt, atque aliorum iurium.

7 Illud eſt † obſeruandum, ſi expenſæ factæ in re meliorandi modicæ ſint, tunc ad illas non teneri proprietarium, etiam ſi perpetuam rei emphyteuticæ vtilitatem concernant. Ratio eſt, quoniam emphyteuſis adinuenta fuit, vt emphyteuta meliorem redderet rem emphyteuticam, idque in emphyteutæ commodum etiam cedit; qua de cauſa ſi modico ſumptum rem meliorem reddat:non tenetur proprietarius illum ſoluere, gaudetq; meliorationibus finita emphyteuſi. Ita ſtatuunt Luſita.ordin.lib.4.titul.77. § 32. in fine illis verbis; *Eſto nom ſe entenderaa en algunas deſpeſas e bemfeitorias pequenas;* iuxta cõmunẽ doctorum ſententiam in feudo etiam receptam, quam referunt,ac ſequuntur Aluar.Valaſ. de iur. emphy.q.25.nu.12. & ſequentib. Aries Pinel.l. 2.C.de reſcin.vend.part.2.cap.3.nume.9. Gama deciſ.22.& Caldas de nomina.emph. à num.39. Confirmatur,quoniam de iure communi, neque marito ſoluuntur impenſæ modicæ factæ in reb. dotalibus, ſed ſolæ magnæ, vt habetur l.omnino.ff.

no.ff.de impenſ.in reb.dotalib.redditq; iuriſconſultis rõne, quia alioquin negotiorum geſtorũ potius, q̃ de dote iudiciũ videbitur: quæ ratio ſimili modo locum habet in emphyteuſi, & feudo.

Quæſt. Dubium verò eſt, quæ expenſæ, tam in re pro-
8 poſita, quã † in rebus dotalibus, modicæ ſint nuncupandæ, & quæ magnæ. Alex. quẽ Carol. Ruin. & pauci alij ſequuntur, illas expenſas modicas appellant, quæ fructuum tantum perceptionem co ipſo, quo ab emphyteuta, aut à marito, ſunt percipiendi, concernunt, ẽt ſi in ſe magnæ ſint, è contrario verò, illas magnas dicunt, quæ concernunt perpetuam rei vtilitatem, eſto in ſe exiguæ ſint.

Deciſ. Meritò tñ hanc ſententiã reprobant doctores cõiter, quos referunt, ac ſequuntur Alua. Vala. & Caldas vbi ſupra, Aries Pin. l. 1. C. de bon. mater. par. 2. nu. 70. & Molin. lib. 1. de primog. c. 27. nu. 6. ſed iudicis prudentis arbitrio cum gl. & Bart. l. oĩno citata relinquendum cenſet, quæ expẽſę, q̃ rei perpetuam vtilitatem concernunt, cenſendæ ſint modicæ, vt proprietarius, & vxor, nõ teneanť eas ſoluere, attenta quantitate, & emolumẽto rei, & ſpectatis cæteris circumſtantijs concurrentib. vnde Alua. Valaſ. vbi ſup. nu. 15. cum Paulo Caſtrenſi, & alijs infert, ſi arbitrio prudentis nõ magna impenſa fiat in nemoribus ad culturã reducendis, attento emolumẽto, quod inde ẽt emphyteutæ prouenit, magnitudine prædij, quod ad culturam reducitur, & alijs circunſtantijs, aut inſerendis, ac plantandis arborib. nõ teneri proprietarium illa ſoluere: ſi verò prudentis arbitrio magna cenſeatur, cogendum eſſe eam ſoluere.

Quæſt. Multi, quos Alua. Valaſ. de iur. emphyt. q. 25.
9 num. 16. refert, affirmant in optione † domini directi eſſe, vel ſoluere æſtimationem melioramentorum, vel ea tolli permittere: quoniam id ſtatuere videtur c. primo, §. ſi vaſallus, in tit. his finitur lex, &c. Idem cenſent, ſi perſeuerante emphyteuſi, aut feudo, emphyteuta, aut feudatarius, velit tollere melioramenta: quoniam poteſt id prohibere, ſoluendo illorum æſtimationem. Atque vtrumque cenſet Baldus, eſto in principio, quando contractus emphyteuticus eſt celebratus, deductum fuiſſe in pactum, quòd emphyteuta poſſet melioramenta tollere: quia poſſet id proprietarius prohibere, ſoluendo illorum æſtimationem. Vtrum autem ſoluenda ſit in eo euentu ęſtimatio melioramentorum iuxta valorem, quem in ſe habent, antequam diruantur, & tollantur, an verò iuxta valorem ſolius materiæ dirutæ, & ablatæ. Plurimi, quos ibidem Aluar. Valaſ. refert, cẽſent, ſoluenda eſſe ſolum iuxta valorem, quem materia diruta, & ablata eſt habitura, adeo vt Bærous affirmet, eam eſſe magis communem opinionẽ. Meritò tamen Alua. Vala. cum Carolo Molinæo ait, ſtandum non eſſe deciſioni §. ſi vaſallus citati, à quibuſdam Barbaris compilati: maximè, inquit, cum ſit lex localis, quæ trahenda non eſt ad conſequentiam iuris.

Neque argumentum in his, quæ in feudo hac de re ſancita eſſent, locum haberent in emphyteuſi, in qua res traduntur ad meliorandum, non verò ſic in feudo. Præſertim cum contrariũ docere, ac ſancire videantur l. vlt. C. de iur. emphyt. & c. potuit de locat. l. 28. tit. 8. par. 5. & Luſit. ordin. li. 4. tit. 64. (quod miror non attuliſſe Alu. Vala. & alios) etenim ante finitam emphyteuſim permittitur emphyteutæ vendere, nõ ſolum ius emphyteuticum, ſed ẽt meliorationes, quas in re emphyteutica habet, prout in ea perſeuerant, atque iuxta valorẽ, quem ita hñt conceſſo iure pręlationis in eis emendis proprietario. Præterea, finge meliorationes eſſe aggeres vtiliſſimos, & foſſas cõfectas in re emphyteutica, in quib. multũ ſit in ſumptum, & quæ rem emphyteuticam efficiant magni valoris; ſſanè, ſi proprietarius ſolum teneretur ſoluere, quantũ illa valerent deſtructa, nihil omnino teneretur ſoluere. Si etiam melioratio eſſet poſita in vinea magno ſumptu, vtiliterq; plantata, neque ſoluendum eſset, niſi quantum valerent vites eradicatæ, & à prædio ablatę, modicum teneretur ſoluere emphyteutæ.

Dicendum itaque in primis eſt, ſemper in euẽtu, quod emphyteuta, aut vaſallus, tollere vellet meliorationes, eſse in optione proprietarij, vel id permittere, vel id impedire, ſoluendo illi earum valorem. Dicendum deinde eſt, ſemper emphyteutam, aut hæredes ipſius, qui ve illi in iure meliorationũ ſuccedũt, cogere poſse proprietarium, vt ſoluat valorẽ meliorationum, quem, prout sũt in ipſamet re emphyteutica, valent, aut quod in illis fuit expenſum, prout maluerit proprietarius ipſe, vt mox dicemus. Ita affirmat Iulius Clarus, eſse vſu receptum, eſseque faciendum, non ſolum in emphyteuſi, ſed etiam in feudo, 4. lib. ſentent. §. emphyteuſis, quæſt. 10. 25. in additione illis adiuncta, & §. feudum, q. 88. numero ſecundo, & idem ſequitur Alua. Vala. vbi ſupra cum Carolo Molinæo, neque video cur ea de re ſit dubitandum. Deciſ.

10 Illud † vero eſt obſeruandũ, q̃ meliorationes ſunt quid ſeiunctum, ac ſeparatũ à re emphyteutica, aut feudali, eſto cum illa ſit cõiunctum, atq; illi vtile, tunc id neque accreſcere rei emphyteuticæ, aut feudali, neque effici rem emphyteuticã, aut feudalem, ac proinde neque dominium illius directum pertinere ad proprietarium rei emphyteuticæ, aut feudalis; quare in illo nõ eſt in optione proprietarij rei emphyteuticæ, aut feudalis, ſoluere æſtimationem illius, & illud ſibi accipere; quin potius perſeuerante adhuc emphyteuſi, aut feudo, poſse emphyteutã, aut feudatarium, illud vendere, cui voluerit. Exempla ſunt, ſi emphyteuta emat agrum coniunctum cum agro emphyteutico, illique valde vtile, & ex vtroq; efficiat vnũ; ager enim, ita coniunctus, emphyteuticus nõ eſt, neq; eſt connumerandus cum meliorationibus, de quib. loquimur, vt Alua. Valaſ. loco citato, nu. 17. rectè cum alijs affirmat. Item ſi habens oppidum in feudum, emat poſtea iuriſdictionem in illo, quam non habebat, aut aliquo alio titulo illã acquirat, ſanè iuriſdictio illa, quæ ab oppidi dominio reliquo eſt ſeparabilis, non efficitur feudalis, neque computatur cum meliorationibus, de quibus loquimur, vt Iul. Clar. q. 88. citata. nu. vlt. rectè cum alijs docet.

Vt autem explicemus, quó æſtimandæ, ac ſoluēdæ ſint meliorationes in re emphyteutica, aut feudali, repertæ, obſeruandum eſt. Longè diuerſam eſſe rōnem de poſſeſſore rei alienę bona fide, qui nullū ius ad ea fruendum hēbat, & de eo, qui dñium, ſaltē vtile, in ea habebat, iuſve ad illa perfruendum, tametſi res obnoxia eſſet reſtitutioni. In priori. n, illo euētu poſſeſſor ille bonæ fidei rei prorſus alienæ, ſi in ea meliorationes aliquas neceſſarias fecerat, quia ſine illis res erat peritura, aut deterior extitura, reſque à ſuo domino vendicetur, recuperatis poſſeſſor expenſas illas neceſſarias, retinendo rem quouſque ſoluantur, atq; obijciendo dño vendicanti, doli exceptionē, niſi expenſas factas prius ſoluat. Ita probat l. domum. C. de rei vend. quę poſſeſſori, etiā malę fidei, ſidei repetitionem concedit eiuſmodi expenſarū, iudicis tñ officio, vt diſp. 455. dictum eſt: quare longe maiori cum rōne cenſendum eſt eam concedere bonæ fidei poſſeſſori. Idem probat l. ſi in area, in fine ff. de condic. indeb. & hř l. 44. titu. 28. par. 3. atque affirmat cōis doctorum ſnīa, quā referunt, ac ſequuntur Greg. Lopez ibid. verb. *buena fe*, & Ant. Gom. l. 46. Taur. n. 2. In euentibus ēt, in quibus talis poſſeſſor bonæ fidei recuperat etiam vtiles expenſas, vt ſtatim dicemus, illas recuperat retentione rei, in qua factæ ſunt, atque obuiando vēdicanti, doli mali exceptione, denegandoque illi rem, quā vēdicare vult, niſi prius expēſas ſoluat. Ita hř l. adeò. §. certè. ff. de acq. rer. dom, §. certè, in ſtitu. de rerum diuiſ. l. Paulus reſpondit. ff. de doli mal. exceptione, & l. 41. & 44. ti. 28. par. 3. Ait ve
12 rò Ant. Gom. nu. 2. citato, poſſeſſori bonæ † fidei ad recuperādas expen ſas, tam neceſſarias, quam vtiles, non aliud remedium competere, quam retinendo rem; obijcere doli mali exceptionem iuxta citata iura, pręſertim iuxta l. Paulus reſpondit, & l. ſi in area citatas. Vnde infert, ſi res, in qua expenſæ ſunt factæ, periuit, aut poſſeſſor bonæ fidei illam tradidit domino, nullum competere illi remedium ad recuperandas expenſas. Cuius rei ea eſt ratio, qm̄ cum, qui eiuſmodi expenſas facit, credat ſe eas in re ſua facere, non intendit facto ſuo alium obligare, & ideò ius ſolum illud remediū ex æquitate quadam illi conceſſit. Excipit in hærede & in quocunque alio, aduerſus quem competit iudicium vniuerſale multarum rerū ſimul: licet enim res illa hæreditatis perierit, in qua expenſas facit, aut illam tradiderit, poterit retinere reliquas, & obijcere doli mali exceptionem, niſi ſoluantur expenſæ circa illam aliam rem factæ: qm̄ in illa tamquā in parte hæreditatis, quā ad ſe pertinere credebat, expēſas eas fecit. Atq; hoc eſt, quod docere vř l. planè. §. planè. ff. de pet. hæreditatis, quæ de eo, qui bona fide hæreditatem poſſidebat, credens ſe hæredem eſſe, cum tamen hæres
13 non eſſet, loquitur, idque ſtatuit. Alioquin †. n. regula eſt vniuerſim vera, ſi quis bona fide rē poſſideat, atq; in illa, vt in re ſua, expenſas faciat, nō intendendo agere negotium alterius, reſque illa pereat, ante quàm expenſas petat, & recuperet, ſicut res illa dño perit, ita expenſæ pereunt illi, qui eas tamquam in re ſua fecit. Doctrina hæc Anto. Gom. cōis eſt, vt Alu. Valaſ. de iur. emphy. q. 25. nu. 25. multos alios pro eadem ſnīa referens, fatetur. Paulus tñ Caſtrenſis l. ſi in area, citata cernēs inde magnam conſurgere inæqualitatem, ſeu potius iniquitatem, ꝙ rei illius dñs ex melioramentis exiſtentibus, & bona fide ab alio factis locupletior fiat cum tanta alterius iactura, ait ſe vltra montes conſuluiſſe, expēſas illas ex æquitate poſſe repeti actione ex l. ſi & me & Titium. ff. ſi cert. pet. Ant. verò Gom. vbi ſupra hanc ſnīam improbandam cenſet: quia, inquit, remedium illius legis non conceditur, niſi qñ nullum aliud cōpetit remedium, quam expoſitionem approbat Aluar. Vala. nu. 25. citato. Sed certè, poſtquàm poſſeſſor illæ bonæ fidei ex ignorantia, aut inaduertētia, rē cum melioramentis reſtituit, non aduertens ex iuris ciuilis ſubtilitate potius, quam æquitate, retinendā rem fuiſſe, quouſq; melioramenta, ſeu expenſæ, ſoluerentur, non aliud illi remediū competit, quàm illius legis, cōpetitq; vi illius traditionis, quia eo ipſo emolumentum illius, qui rē tradidit, deuenit ad alium, in quo euentu repetitio ex æquitate ea lege conceditur: quare non video, cur opinio Pauli Caſtrenſis ex illo fundamento non ſit admittenda. Alua. vero Val. ibidē ſubiungit, tribunalia Luſitana opinionem Pauli Caſtrēſis amplecti, qm̄, in iudicando, ſequuntur rei veritatē, non vero illam iuris ciuilis ſubtilitatem, eandemque ſnīam ait ſequi Carolum Molinæum, & Balduinum. Addit ēt, ſi expenſa ſit neceſſaria, nō inciuiliter dici poſſe, ēt poſt traditionem factam, competere actionem ex l. domum. C. de rei vend. Ego aūt ex epicheia illam competere exiſtimo, ēt in expenſis vtilibus: cum. n. malæ fidei poſſeſſori officium iudicis ad expenſas recuperandas, aut tollendas competat, ēt poſt rei traditionem, multo magis cēſendum eſt, idē remediū competere bonæ fidei poſſeſſori poſt traditionē ex ignorantia, aut inaduertentia, factā; fauetq; non parum l. planè. ff. de pet. hær. ſi attentè legatur. Greg. Lop. l. 44. citata verb. *ante entegrar*, cum Anto. Gom. conſentit. Excipit tñ, qñ bonæ fidei poſſeſſor eas expenſas fecit, quas dñs facere tenebatur, & ad id compelli poterat: has. n. poſſeſſor bonæ fidei integras repetit, vt patet l. hæreditas. ff. de peti. hæred. Idem eſt qñ, iudice compellente, eas fecit, vt Alu. Val. vbi ſupra ait, quamuis textus, quem ad id citat, intentum non probet; ſed, ſi quid conuincat, potius opinionem Pauli Caſtrenſis probet. Addit etiam Greg. Lop. ſi expenſæ fiant animo obligandi rei dñm, eiuſque negotium agendi, ēt ſi, q eas facit, malæ fidei poſſeſſor ſit, illas poſt traditionem recuperare pōt actione negotiorum geſtorum, citatq; ad id legem, ſi pupilli, §. item ſi quis. ff. de neg. geſt. non tamen reperio eum, §. in ea lege. Forte eſt §. ſed & ſi quis, qui ſolum ſtatuit, teneri eum cuius negotium ita geſtum eſt, quātum fuerit inde factus locupletior.

4 Quando † bonę fidei poſſeſſor fructus aliquos percepit ex re aliena, in quo expenſas necesſarias, aut vtiles fecit, quas repetere poſſit, tunc deducere de expenſis debet valorem fructuum, quos ex ea re percepit. Ita hř expreſsè l. ſumptus, ff. de rei vend.

vend. & l. 41. & 44. tit. 28. par. 3.

25 Quatenus † autē fructus ſint æſtimandi, hr l. ſi à dño. §. vlt. iuncta. l. ſequent. ff. de peti. hær. & affirmat cõis doctorũ ſnia, quam ſequuntur Anto. Gom. nu. 2. citato, Aries Pinel. l. 2. C. de reſcind. vend. par. 2. c. 4. nu. 62. Gama deciſ. 310. nu. 4. & conſentiunt doctores proximè citandi. Dubium verò eſt, vtrum id intelligendum ſit ſolum de fructibus ex re ipſa pceptis, ſecluſis melioramentis, an verò ēt de fructibus ex melioramentis ipſi perceptis. Couar. 1. var. reſol. c. 8. nu. 4. receptum in tribunalibus Caſtellæ refert, intelligendum etiã eſſe de fructibus perceptis ex melioramentis. Cõtrarium verò cum multis alijs, quos refert, meritò affirmat Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 25. num. 26. aitq; ita receptum eſſe in Luſitanis tribunalibus. Neque enim æquitas patitur, vt bonæ fidei poſſeſſor, etiam fructus, quos ex ſuis melioramentis percepit, deducat de melioramentis, & expenſis in re aliena à ſe factis. Vnde meritò idem Couar. poſtea ibidem in Cæſarauguſtana editione, referens Aluar. Valaſ. in eius ſententia inclinauit, addens, ſe ſcire aliquando in tribunalibus Caſtellæ eodem modo fuiſſe iudicatũ, & referens Maſſam aſſeuerantem, ab auditoribus rotę eodem modo in quadam cauſa fuiſſe iudicatum.

Quando idē bonæ fidei poſſeſſor ſumptus fecit, non quidem neceſſarios, ſed tm̄ vtiles, repetit, eo modo, quo dictum eſt, deducendoque inde, ſi quos fructus percepit, vt ēt dictum eſt; repetit, inquam, vel ſumptus ipſos omnes factos, vel ſolum quantum res aliena melior ex eis ſumptibus tunc eſt effecta, qñ illi facti ſunt, idq; arbitrio domini rei alienæ, qui ſolũ alterũ illorũ duorum, qđ maluerit, tenetur illi ſoluere. Ita habetur l. adeo §. certè. ff. de acquiren. rer. domin. § certè, Inſtit. de rerum diuiſ. ſed plenius & expreſſius l. in fundo. ff. de rei vend. & affirmat Aluar. Valaſ. q. 25. citata, nu. 28 cum Bart. & pleriſque alijs, quos refert: qui ferè omnes admonēt aduocatos, vt cauti ſint in articulando, quòd res tantum fuit meliorata, ac pretioſior effecta, quantum in illa fuit inſumptũ, quoniam vtrumque requiritur copulatiue, alioquin non ſoluitur niſi, quod minus eſt.

26 Ab hac † tñ regula excipitur, qñ rei dñs pauper eſt, & neque vendi turus ſtatim eſt rem cum melioramentis, neque habet vnde melioramenta, aut ſumptus in re ſua factos, ſoluat, tunc enim ſolum conceditur bonæ fidei poſſeſſori extrahere, quod in re aliena appoſuit, dummodo non deteriorem illam reddat, quam fuerit ab initio, antequam ea melioramenta feciſſet; alioquin illud amittit.

Quòd ſi in hoc euentu dñs rei ſoluere illi voluerit, quantum melioramenta illa, poſtq̃ fuerint ablata, poſſeſſori illi ſunt valitura, contentus eſſe debet eo pretio, neque põt illa extrahere. Ita habeť expreſsè l. in fundo, citata, & l. 41. titu. 28. par. 3.

27 Qñ † qs ab initio fuit qdem bonæ fidei poſſeſſor rei alienæ, cæterum, qñ ſuis ſumptibus meliorem illam reddidit, erat iam in mala fide, non tenetur dñs rei ſoluere illi, vel ſumptus, vel valorem meliorationum, ſed ſolũ permittitur ei tollere, quod appoſuit, ſi id poſſit ſine detrimento rei quo ad primũ ſuum ſtatum, & offerente illo dño rei æſtimationē melioramentorum, quantũ æſtimabitur, qđ extrahere potuerit, poſtquam fuerit extractũ, cõtentus eſſe dēt ea æſtimationē, neque poterit illud extrahere eo modo quo paulo ante dictum eſt, colligitur ex l. domũ C. de rei vend. & ex alijs iuribus, ſancitumque eſt l. 41. tit. 28. par. 3. & affirmat communis doctorum ſententia, quã Ant. Gom. nu. 2. citato refert, ac ſequitur. Voluptarias autem expenſas, ſeu meliorationes, ſolum permittitur bonæ fidei poſſeſſor tollere ſine detrimento ſtatus priſtini rei alienæ, niſi dominus rei ſoluere velit earum æſtimationem.

Ita hr l. pro voluptuarijs. ff. de impēs, & ſancitum eſt l. 44 tit. 28. par. 3. atq. affirmat cõis ſentētia, quam vbi ſupra Ant. Gom. ſequitur. De poſſeſſore autem malæ fidei diſp. 455. dictum eſt.

In poſteriori aũt euentu ex duob. ſupra propoſitis, qñ ſcilicet, q ſumptus & melioramēta fecit, dñium, ſaltē vtile, in re, quã meliorauit, habebat, iuſve ad illa perfruendũ, ſed res erat reſtitutioni obnoxia, quales ſũt emphyteuta, feudatarius, vſufructuarius fideicõmiſſarius, & q rem emit infra, aut vltra dimidium iuſti pretij, atque ea de cauſa euenit, vt contractus reſcindatur, & res venditori reſtituatur, iuxta ea quæ diſpu. 349. dicta ſunt, ſanè non oĩa quæ dicta ſunt ſimiliter locum habent in primis enim, ſi res expenſis, labore, & induſtria eius q eo modo poſſidebat, melior reddita eſt, non ſoluitur valor melioramentorum, prout æſtimabantur qñ facta ſunt, ſed prout æſtimantur tpe reſtitutionis, ſi is valor minor ſit, quam in illis efficiendis fuit expenſum, alioquin ſoluitur ſolum, quod in illis fuit expenſum, ad arbitrium eius, cui rei illius facienda eſt reſtitutio.

Ita Aluar. Valaſ. q. 25. citata, nu. 28. cum communi ſententia, quam refert, tametſi ſubiungat, conſuetudine in Luſitania eſſe receptum, vt melioramenta tempore reſtitutionis æſtimentur, & id, ſiue plus ſit, ſiue minus, quam ſit expenſum ſoluatur. Idem cum communi doctorum ſententia, quam etiam refert, affirmat Anto. Gom. l. 46. Taur. nu. 3. idque confirmat ex l. domos, iunctis duabus ſequentibus. ff. de legatis 1. Lex verò mulier. §. ſed enim verſ. ſed & ipſe, & l. vbi putè. §. vltimo, ff. ad Treb. quas etiam citat, ſolum probant, ſoluendas fideicommiſſario eſſe expenſas, quas in re ſubiecta reſtitutioni fecerit.

Idem quoq; affirmat Gama deci. 137. & dilucidius deciſ. 310. nu. vlt. neque refragatur l. Luſitana lib. 4. tit. 77. §. 32. in fine, quatenus dicit, accipientem emphyteuſim à patre, dum ille viueret, in qua pater meliorationes fecerat, teneri adducere ad partitionem cũ fratribus, vel meliorationes ipſas iuxta valorem, quem habebant tempore, quo emphyteuſim filius accepit, vel quod pater in illis faciendis expendit prout is filius maluerit, Hæc inquam lex, quæ in reliquis cum doctrina tradita conuenit, non refragatur in eo, quòd præſcribit, adducendum eſſe valorem meliorationũ pro tempore, quo emphyteuſis à filio fuit accepta, & nõ, quo partitio eſt facienda. Etenim longè diuerſa ratio eſt de partitione, & de reſtitutione

rei

rei emphyteuticæ proprietario, finita emphyteuſi. Ad partitionẽ quippe adducere tenetur filius emolumentum, qd à patre de bonis ſuis accepit: accepit aũt meliorationes ſecundũ ſtatum, quem habebant tpe, quo ei traditæ ſunt, ac proinde valorẽ earum tunc adducere pręcipitur, vel quod pater in eis faciendis inſumpſerat. Ratio aũt quare cõmemorati oẽs ſolum accipere debeant valorem meliorationũ tpis, quo res, ſubiecta reſtitutioni, erit tradenda, & non tpis, quo factæ fuerunt, eſt. Quoniam meliorationes illæ factę ſunt in re, quę ad ipſos, ſaltem quo ad fructus, & vſum pertinebat, atq; in vtilitatem, non ſolum eius, cui res erat reſtituẽda, ſed etiam ipſorummet: quare æquitas non poſtulabat, vt quod de illis periiſſet, aut deterius eſſet redditum, vt tẽporis progreſſu vſque ad punctum reſtitutionis euenire ſolet, ſolueret is, cui reſtitutio eſſet facienda, ſed ſolum valorem quem tempore reſtitutionis haberent, vel quod in eis faciendis à principio fuiſſet expenſum, arbitrio eius, cui reſtitutio eſſe facienda.

Præſertim cũ, vt ſubiungemus, non ſint ex eis deducẽdi fructus, quos is, q reſtituit, ex re ipſa, & ex meliorationibus, tpe antecedente percepit, ſed integri ad priorem poſſeſſorem pertineant. Porrò in ęſtimandis expenſis in meliorationibus factis, qñ is, cui reſtitutio eſt facienda, eas potius ſoluere elegerit, quam valorem meliorationum tempore, quo res reſtituitur, æſtimari ſimul dẽt valor laboris, & induſtriæ prioris poſſeſſoris, ſiue ea appoſuerit per ſeipſum, ſiue per filios ſuos, famulos, aut amicos, vt ex Pinel. l. 2. C. de reſcind. vẽditio. part. 2. c. 3. nu. 4. cum Panorm. Bald. Aret. & alijs, quos refert, ſupra dictum eſt.

Deinde ſicut is poſſeſſor bonæ fidei, q nullum ius ad fruẽdum re poſſeſſa habebat, retinere poteſt rem, quouſq; ſibi expẽſæ in ea factæ perſoluãtur, obijcereque doli mali exceptionem eam poſcenti, niſi expenſas ſoluat: ita emphyteuta, & reliqui, de quibus modo loquimur, retinere poſſunt rem reſtituẽdam, quouſq; melioramẽta in ea facta ſibi perſoluantur, argumento iurium, quæ ad illud primum citauimus, iuncta l. qua ratione in prin. ff. de acquiren. rer. dominio, & affirmant Anto. Gom. vbi ſupra in calce. nu. 2. & Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. q. 25. nu. 22.

Qua etiam ratione iure Luſitano lib. 4. ord. tit. 7. §. 1. vxor, in quibus rebus non manet alioquin in poſſeſſione tamquam caput domus, retinet tamen illas, ſi in eis melioramenta ſunt facta, quouſque pars melioramentorum, quæ ipſam contingit, ei perſoluatur: quo in iure verbum, poſſeſſionis, quo ad eiuſmodi bona, rectè Aluar. Valaſ. vbi ſupra ait, nudam tentionem, ſeu retentionem, ſignificare. Ibidem optime cum Gozadino ſubiungit, quamuis per ſententiam, quæ in rem iudicatam trãſiret, damnatus ſit dimittere rem emphyteuticam, aut aliam reſtitutioni obnoxiã, poſſe nihilominus impedire exequutionẽ propoſita meliorationem exceptione, quouſque valor eorum ſoluatur, iuxta l. Neſennius. §. vlt. ff. de re iud. & Luſitan. ord. lib. 3. tit. 71. §. 18. in fine.

Quando tamẽ liquidum nõ eſt, quanta, & cuius valoris ſint melioramenta, meritò Luſitanus ſenatus ſancire conſueuit, vt, præſtito iuramento ei, cui debentur, cuius valoris ea ſint, deponatur ea quantitas à parte, quę illa tenetur ſoluere, & ſic præcipiatur non impediri exequutionem, vt facta poſtea liquidatione, quanta ea ſint, ex pecunia depoſita tuto ſoluantur, ſicque vtrique parti, ſine alterius detrimento, conſulatur.

18 Neque enim æquitas patitur, vt, litib. in meliorationibus liquidandis, longo tpe impediatur ſententiæ exequutio circa rem tradendam. Ita Gama deciſ. 4 nu. 3. & copioſius Alua. Valaſ. vbi ſupra nu 23. Qui addit, qñ ſententia expreſsè haberet, vt res non traderetur, niſi ſolutis prius melioramentis, non ſufficere depoſitum, neque procedendũ eſſe ad exequutionem ſententię ante realem melioramentorum ſolutionem. Cum Paulo Caſtrenſi etiam addit, ſi quædam res melioratæ ſint, aliæ non itẽ, procedendũ eſſe ad exequutionẽ ſñiæ circa res, quæ melioratæ non ſunt, neque id eſſe impediendum, propter melioramẽta aliarum. Conueniunt verò doctores, qñ expenſæ, aut melioramenta, facta ſunt in re, quã, illa efficiens, ſciebat alteri reſtituendam, non ſolum competere expenſarum, ac melioramentorum recuperationem per retentionem rei, in qua facta ſunt, & doli mali exceptionem, ſed etiam per actionem ex contractu, aut etiam negotiorum geſtorum, eo quòd, qui illa effecerit, intenderit eo ipſo alterum obligare: quare, etiam poſt rei traditionem, exigi poſſunt melioramenta ab emphyteuta, ab alijs, de quibus nunc loquimur. Ita Aluar. Valaſ. vbi ſupra. nu. 25. Ant. Gom. num 2. citato, Gama deciſ. 310. n. 4. & communis doctorum ſentẽtia, quàm referunt, iuxta l. diuortio. §. impendia. verſic. plane. ff. ſoluto matrimonio, & alia iura.

Emphyteuta, & reliqui, de qbus nunc loquimur, non tenentur deducere ab expenſis, & melioramentis, fructus quos ex re reſtituenda perceperunt. Ratio eſt, qm̃ illi ad ipſos attinebant, ſuoſque illos effecerunt eo ipſo, quod percepti ſunt, vt etiam de emptore rei vltra dimidium iuſti pretij, atque etiam infra dimidium pretij, ſaltem quo ad fructus reſpondentes pretio illi diminuto, diſput. 349. dictum eſt: quare, ſi quid de eiuſmodi meliorãmentis emptor intra dimidium iuſti pretij deducere debet, ſolum ſunt fructus reſpondentes parti pretij, quæ deerat vſque ad limites infimi iuſti, iuxta ea, quæ ibidem dicta ſunt. Noſtrum præcipuum aſſertum affirmant Barr. cum gloſſ. l. emptor, ver. ſuperfluum. ff. de rei vend. & cõis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Aluar. Valaſ. q. 25. citata, nu. 29. Aires Pinel. l. 2. C. de reſc. ven. par. 2. c 3. nu. 5. & fuſius c. 4. nu. 62. & 63. Ant. Gom. l. 46. Taur. nu. 3. Coua. 1. variar. reſol. c. 8. nu. 4. Greg. Lopez l. 41. titu. 28. part. 3. verb. *que deſcuente en ellas*, in medio illius gloſſę, & Gama deciſ. 310. nu. 5.

Aluar. Valaſ. vbi ſupra, nu. 27. rectè cum Tiraquel. ait, emphyteutam, & reliquos, de quibus nunc loquimur, ſi accedente reſtitutionis tempore, rem, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, retineant interim dum melioramenta eis non ſoluũtur, atque

queex melioramentis fructus aliquos percipiant, efficere illos ſuos, neque teneri deducere valorem eorum de melioramentis: quoniam eiuſmodi fructus percipiunt de melioramentis, quæ ad ipſos, interim dum valor eorum ipſis non perſoluitur, ſpectant: id quod colligitur aperte ex l. vlt. §. vlt. ff. de fundo dotali.

Vtrum autem vſurpare ſibi etiam poſſint reliquos eius temporis fructus rei reſtituendæ, neque eos deducere de valore melioramentorum. Affirmare videtur Aluar. Vala. ibidem: quia, inquit, id in prætorio pignore procedit, citatque in eius rei confirmationem l. Titia cum propter. ff. de ſolutio. Contrarium tamen videtur affirmare is textus, & probat. l. vltim. §. vltimo. ff. de fundo dotal. paulò antea citata.

Alienatio quotuplex.

DISPVTATIO CCCCLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio quot modis ſumatur.*
2 *Alienatio latè ſumpta quid compræhendat.*
3 *Pignus, & hypotheca in quo differant.*

VT explicemus quis (Eccleſia præſertim) & quouſque, poſſit in emphyteuſim dare, explanandum prius eſt, quid nomine alienationis compræhendatur, & quotuplex alienatio ſit: parumque immorandum eſt in explicanda alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, & ſolemnitate ad id requiſita.

1 Alienatio † duobus modis vſurpatur. Vno, preſſè, & propriè pro actu, quo dominium tráſfertur (intellige directum) eiuſmodi eſſe ſolent véditio, donatio, permutatio, &c. Hoc modo ſumitur. leg. vnic. C. de fund. dotal. cuius verba ſunt, *Alienatio eſt actus quo dominium transfertur.* Eodem modo ſumitur. l. 1. tit. 14. par. 1. & conſentit. l. alienatum ff. de verb. ſignific. vbi habetur, véditionem, niſi accedat traditio, qua dominium transferatur, non eſſe propriè, ac ſimpliciter alienationem. Altero modo ſumitur latè.

2 Quo pacto, qui † alienare prohibetur, nó ſolum transferre inhibetur dominium directum, ſed etiã tm̃ vtile concedendo in feudũ, aut in emphyteuſim, atq. adeo ét locando ad decénium, aut vltra: inhibetur ét tradere, rem in pignus, aut hypothecam: eo quod eo ipſo res ita obligata, obnoxia maneat alienationis periculo, inde ſatisfiat creditori, ſi aliud non ſit, vnde debitum ſoluatur.

Differt verò inter pignus, & hypothecam, vt bene Panor. c. nulli. n. 12. de rebus Eccl. non alienan. cum alijs affirmat, & in calce diſp. 2. à nobis eſt dictum, atque iuribus oſtenſum, ꝙ hypotheca
3 † eſt quãdo res quæ creditori obligatur, ei nó traditur, ſed manet apud obligãté: pignus veiò eſt, qñ res, quæ creditori obligatur, illi, aut alteri loco illius, traditur: quare ſolum differunt penes hoc, quòd res, quæ obligatur, tradatur, aut non tradatur. Tametſi vocabula hæc interdum in iure confundantur, & vnum ſumatur, vt compręhendit ét ſignificatum alterius, vt diſput. 2. dictum eſt. Qui alienare hoc poſteriori modo prohibetur, non ſolum prædicta inhibetur, ſed etiã ſeruitutem in ea re conſtituere, quam alienare prohibetur, etiam perſonalem, qualis eſt vſusfructus, vt expreſſe lege proximè citanda habetur. Hæc omnia, innuendo ſimul priorem acceptionem eiuſdem vocabuli, ſancita ſunt l. vlt. C. de reb. alien. non alien. vbi ſubiungitur. Ei, qui ita alienare, vel lege, vel à teſtatore, vel pacto, prohibetur, cenſeri prohibita omnia, quæ commemorata ſunt, niſi eorum aliquid à prohibente fuit conceſſum. Conſentit. l. 10. tit. 33. par. 7.

Quæ Eccleſiaſtica bona ſine legitima cauſa, & ſolemnitate, de qua inferius dicemus, alienari non poſſint, & quæ validè poſſint.

DISPVTATIO CCCCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiaſtica quæ poſſint alienari ſine cauſa, & ſolemnitatibus, & quæ non.*
2 *Iura & nomina debitorum, ſub quorum bonorum nomine compræhendatur.*
3 *Bonorum nobilium appellatione, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quid compræhendatur.*
Et quid de his, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, nu. 4.

OBſeruandum eſt, circa prohibitionem alienationis bonorum Eccleſiaſticorum varia iura temporis ſucceſſu condita fuiſſe, tum ciuilia, tum etiam canonica.

Leo quippe Imperator ſtatuit legem iubemus. C. de ſacroſ. eccl. Poſtea verò Iuſtinianus authenticum condidit de non alienandis, collat. 2. & poſtea authenticum de alienatione, & emphyteuſi collat. 9. Ex quibus duobus locis deſumptæ ſunt authenticæ quæ C. de ſacroſanctis Eccleſijs poſt l. iubemus inſeruntur. Atque poſterioribus iurib. erit ſemper ſtandum, ſi à prioribus diſcordent aliquid addendo, concedendo, aut mutando. Quia verò res hęc Eccleſiaſtica eſt, & canonico iure ſufficienter circa illam eſt prouiſum, neceſſe nó erit ſtare diſpoſitionibus iuris ciuilis, vt poſt Innoc. & gl. c. 1. de rebus eccle. non alienand. lib. 6. verb. tractatus, Panor. c. nulli de rebus eccl. non alien. num. 6. cap. in præſentia de probat. num. 28. rectè adnotauit, præſertim circa cauſas, & ſolemnitates ad alienandum neceſſarias. Quo fit, vt ſatis ſit eas ſeruare ſolemnitates, quæ ſacris canonibus ſunt conſtitutæ.

Nullus eſt, qui dubitet, vocabulum alienationis latè ſumi in hac materia rerum Eccleſiaſticarum, quæ fauorabilis eſt. Id enim conſtat apertè ex cap. nulli de rebus eccleſ. non alienand. & ex authentico de non alienand. §. nos igitur verſic. alienationis atque ex alijs iuribus, conſentitque. l. vlt. C. de reb. alien. non alien.

Vt autem vniuerſim rem hác diſputatione hac dicamus, latius eam in ſequentibus examinaturi, atque

atque explanaturi, in particulari, hæc concluſio eſt ſtatuenda.

1 Bona† Eccleſiaſtica, tum immobilia, tum etiã mobilia precioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, alienari nequeunt, niſi concurrente† iuſta cauſa, & ſeruata certa forma, & ſolemnitatibus, de quibus in ſequentibus. Mobilia verò, quæ pretioſa non ſunt, aut quæ, licèt pretioſa ſint, ſeruando tamen ſeruari non poſſunt, neque eam cauſam, neq. itẽ eam formam, ac ſolemnitatem requirunt, vt validè alienentur. Hoc totum, & pœnæ contrarium facientibus ſtatutæ, & num alienatio aliter facta, nulla ſit, in ſequentibus perſpicua fient.

2 Licèt iura† ad res mobiles, aut immobiles, nominaque debitorum, nomine quidem bonorum compræhendantur, non tñ regulariter noīe bonorum mobilium, aut immobilium, ſed tertiũ quoddam genus bonorum, ab vtroq; diſtinctum, cõſtituunt, vt diſp. 68. & diſp. 101. explanatum eſt: quñ tamen aliquid eſt, ꝙ cogat ea compræhẽdere nomine mobilium, & immobilium, aut ex ſubiecta materia, & intentione diſponentis, compræhendi intelliguntur, tunc ibidem cum Panor. c. nulli, de reb. Eccl. non alienan. nu 9. & 10. Bar. & alijs, addebamus, cenſenda eſſe nomine bonorum mobilium, ac immobilium compræhendi.

Atque ita in re propoſita ait ibidem Panor. & conſentit communis doctorum ſentẽtia, nomine mobilium, & immobilium, compræhendi; quoniam iura, tam canonica, quam ciuilia, de omnibus vniuerſim Eccleſiaſticis bonis loquunt, ſolaque immobilia, atque pretioſa mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, prohibent alienari, niſi ex debita cauſa, ac ſeruata certa ſolemnitate, ac forma. Quo fit, vt iura ad res immobiles, qualia ſunt debita omnia rerum immobilium, & actiones ad eas res, & ſeruitutes omnes, nomine bonorũ immobilium, hoc loco compræhendantur.

Fit etiam, vt iura ac reditus ad decennium, aut vltra, quamuis ſoluenda ſint in rebus mobilib. nomine tñ rerum immobilium compræhendantur: eiuſmodi qppe iura, eo ꝙ firma, atq. ſtabilia ſint, cum rebus immobilibus computantur, vt apertè conſtat ex clem. exiui de paradiſo. §. cumq. annui reditus, de verb. ſignifi. & ex alijs iuribus, quæ citat gl. c 2. de reb. eccl. non alien. lib. 6. ver. iura, & diſp. 68. dictum eſt. Id quod in cauſa eſt, quod in alienatione beneficiorum Eccleſiaſticorum, & aliorũ iuriũ ad percipiẽdos reditus annuos ad decennium, aut vltra, requirantur cauſæ, & ſolemnitates, quæ in alienatione bonorum immobilium neceſſariæ ſunt, vt conſtat c. 1. de reb. Eccl. non alien. & alias ſæpe. Fit item, vt iura alia ad res immobiles, cum rebus mobilibus computentur.

Poſtremò fit, vt tam res immobiles, & quæ cũ immobilibus computantur, quam res mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, & iura ad eiuſmodi res, alienari à prælatis non poſſint ſine debita cauſa, & forma, ac ſolemnitatibus ad id præſcriptis: reliqua verò mobilia, & iura ad illa, niſi ſint ad iteratis vicibus ad decennium, aut vltra, illa recipienda, alienari ſine illis cauſis, & ſolemnitatibus poſſint.

3 Nomine bonorum† mobilium, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt, conſentaneè ad l. lex quæ C. de adminiſtratione tutorum, & ad alia iura, quæ diſput. 224. §. ea mobilia, citauimus, ait cum quadam gl. Panor. c. nulli, citato nu. 8. & 11. intelliguntur, non ſolum fructus, vt triticum vinum, oleum, lana, agni, & cæteri reditus, aut fructus, ſed etiam veſtes, quæ quotidie magis ac magis veteraſcunt, & ijs ſimilia.

Inter quę computantur iumenta, & mancipia, non tamen ea, quæ ruſtica more antiquo erant, prędijs quaſi affixa: eiuſmodi quippe mancipia c. nulli, citato, & in authentico de non alienandis. §. nos igitur, prohibentur alienari, & cum rebus immobilibus computantur. Cum bonis etiã, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, computatur pecunia vſui quotidiano inſeruiens, vt Panorm. loco cit. nu. 11. rectè ait.

4 Nomine verò bonorum† mobilium pretioſorũ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, intelliguntur vaſa aurea, & argentea, veſtes pretioſæ, quæ longè ab interitu diſtant, & commodè ſeruari poſſunt, gẽmę, & his ſimilia. Intelligerem ẽt gregem ouium, aut caprarũ, de cuius fructibus emolumẽta, ac reditus percipere conſueuit monaſteriũ, aut Eccleſia.
5 Licet. n. fas eſſet vẽdere arietes, agnos, hircos, & hædos, non tñ fas eſſet alienare totum gregem, niſi concurrentibus cauſis, & ſeruata forma, quæ in alienatione rerum pretioſarum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, neceſſe eſt concurrant.

Vtrum eccleſiaſtica bona, quæ ſine certis cauſis, & forma alienari non poſſunt, ſine eis poſſint ſubijci hypothecæ, tradi in emphyteuſim, locari ad longum tempus, & quid de locatione vltra triennium.

DISPVTATIO CCCCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica bona an poſſunt hypothecari, & in emphyteuſim tradi ſine cauſa, & ſolemnitatibus requiſitis, & nu. 3.*

2 *Eccleſiaſtica bona ſubijci poſſunt hypothecæ in generali, non autem in particulari.*

3 *Eccleſiaſtica res ab antiquo conſueta tradi in emphyteuſim, poteſt eo modo abſque alia ſolemnitate tradi, quo erat tradi conſueta.*

4 *Locatio ad longum tempus rei Eccleſiaſticæ, an licita ſit ſine cauſa, & ſolemnitatibus requiſitis. Et quid in locatione commoditatis ipſius rei. nu. 5.*

6 *Prælatus iurans non alienare bona Eccleſiaſtica, inconſulto Romano Pontifice, an periurus ſit locando ad longum tempus.*

7 *Venditione alicuius rei prohibita, cenſetur etiam prohibita quæcunque illius alienatio.*

8 *Locatio rei Eccleſiaſticæ vltra triennium, ſine cauſa, & ſolemnitatibus, prohibita eſt ſub pœna. Et quomodo licita, nu 9.*

Vt

VT ad alienationum bonorũ Eccleſiaſticorũ
1 in particulari deueniamus. Qd † ad primũ eorum,quæ propoſi a ſunt,attinet,dicendum eſt. Nullum eorum bonorum poſſe in particulari ſubijci hypothecæ,niſi ex iuſta cauſa,& ſeruatis forma,ac ſolẽnitatibus in alienandis bonis Eccleſiaſticis requiſitis. Et longè maiori cum rõne tradi non poterit,niſi eodem modo, in pignus. Ita habetur c.nulli,de rebus Eccleſ.non alienand.atque à Paulo II.in extrauag.ambitioſæ,de reb. Eccleſ. non alien. inter communes, ſancitum eſt ſub excommunicationis pœna latę ſententię,tam ſubijcienti,quam ei,cui ſubijcitur, & ſub pœnis alijs, de quibus omnibus poſtea erit ſermo.

Dixi, non poſſe in particulari ſubijci hypothecæ: qm̃ c.nulli,citato, conſentaneè ad authenticũ de non alienandis.§.nos igitur,ſolum prohibetur ſubijci hypothecæ aliquid in particulari. Vnde Panormit.ibid.nu.3.rectè à contrario ſenſu colli-
2 git,& conſentiunt cæteri, fas eſſe † prælatis abſq; ſolemnitate obligare bona ſuæ Eccl. in communi titulo hypothecæ:eo ꝙ ſic res ſingulæ minus obligatæ maneant, minuſq; preſſe alienationi ſubiectæ. Atque id planè apertè innuunt c.nulli,& §. nos igitur,citata. Et quamuis Paulus II.in extrauag.ambitioſæ, de hypotheca indiſtinctè, ac ſine reſtrictione loquatur; ibidem tñ excipit caſus à iure expreſſos, atque adeo nihil capiti, nulli, & communi doctorum ſententiæ aduerſatur.

Conſentit in his oĩbus Couar.2.variar.reſolu. c.16.n.7.tametſi in calce eius numeri velit, q̃uis nullus ſit cõtractus, quo res Eccleſię ſubijcitur in particulari hypothecæ ſine iuſta cauſa, & ſeruata ſolemnitate ad alienandum requiſita; pœnas tñ, aliter alienantibus res Eccleſiæ ſtatutas, nõ prius incurri,q̃ res tradatur:qm̃ ante traditionem, non cenſetur conſummata alienatio. De hac tñ doctrina multũ dubito. Qm̃ iura pœnas ſtatuunt ſubijcientibus res hypothecæ. Item,ſi vera eſſet,nõ ſatis eſſet traditio rei in pignus, vt pœnæ incurrerentur, ſed vlterius neceſſe eſſet pignus diuendi ad debiti ſolutionem: quoniam ante illius venditionem, & traditionem illi, cui venderetur, aut permutaretur, vel traderetur in ſolutum, non eſſet conſummata pignoris alienatio.

Adde,conceſſa ea opinione,dicendũ eſſe pęnas à iure ſtatutas non incurri, niſi pp ſolam alienationem p̃ſſe ſumptam,qua dñium,ſaltem vtile, transferretur:contrarium verò ſonant iura. Adde ẽt, pœnas hoc loco ſtatui ſubijciẽtibus res Eccleſiaſticas pignori, aut hypothecæ particulari, pp periculũ, cui eo ipſo ſubijciũtur, ne neceſſe ſit eas diuendi,& oĩno alienari: actus aũt ſubijciẽdi res hypothecæ oĩno conſummatur eo ipſo, quod res eo modo obligatur, tametſi res nõ cenſeatur perfectè vẽdita, aut permutata, antequam tradatur.

3 Quod ad † emphyteuſim attinet, ſatis perſpicuum eſt nomine alienationis, in hac materia bonorum Eccleſiaſticorum, cõpræhendi emphyteuſim perpetuam,ac proinde nullum bonorum Eccleſiaſticorum tradi poſſe in emphyteuſim perpetuam abſque legitima cauſa, & forma, ac ſolẽnitatibus ad bona Eccleſiaſtica aliẽnãda requiſitis. Ita colligitur ex l.vlt.C.de reb.alien.non alienã. Et hř expreſsè c.nulli,& in authentico de non alienandis.§.nos igitur verſ.alienationis,atque in extrauag.ambitioſæ, citatis,eademque pœna ſtatuitur à Paulo II in extrauaganti,ambitioſæ,tradẽtibus res Eccleſię ad emphyteuſim, quæ aliter alienantibus res Eccleſiaſticas.

4 Qñ † tñ res aliqua ab antiquo erat cõſueta tradi in emphyteuſim,ſiue perpetuã,ſiue non perpetuã cõcedit Paulus II. in extrauagãti citata,poſſe iterum tradi eo modo,quo tradi erat conſueta, idque abſq; alia ſolẽnitate. Attamen reſtringit,qđ id eſſe dẽat cũ euidenti vtilitate Eccleſiæ, aut pij loci,cuius ea res quoad directũ dñium ſit. Cætera,quæ de hac re dici poterant, tribus diſputationibus ſequentibus commodius ſubijcientur.

De alijs autem alienationibus eiuſmodi rerũ Eccleſiaſticarum,quæ,p̃eſſe,ac ꝓprijſſimè ſumpto alienationis vocabulo,dicuntur alienationes, vt ſunt donatio,venditio,permutatio, & ſimiles, notiſſimum eſt locis citatis,& alijs citandis,prohibitas eſſe ſine debita cauſa,ac ſeruata forma,& ſolemnitatibus ad illarum alienationem requiſitis,eoſque, qui ſine debita cauſa, & ſolemnitatibus illas ita alienant, incurrere pœnas contra indebitè alienantes res Eccleſiaſticas ſtatutas.

5 Quare ſolum † ſupereſt examinemus, vtrũ locatio earundẽ rerũ ad decennium, aut vltra, atq; adeò ad vitam ẽt alicuius, aut aliquorum, licita ſit ſine cauſa,forma,ac ſolemnitatibus ad aliter alienandum res Eccleſiaſticas requiſitis; an verò illicita ſit, pœnęque incurrantur indebite res Eccleſiaſticas alienantibus ſtatutæ, qđ tertio loco in titulo huius diſputationis propoſitum fuit. Et quidem cum in poſteriori parte diſpu.445.oſtenſum ſit, eiuſmodi locatione dominiũ vtile transferri, eamq; vere eſſe emphyteuſim, dubitandũ nõ eſt, eo ipſo, qđ eiuſmodi res Eccleſiaſticæ prohibitæ ſunt alienari ſine iuſta cauſa, & certis ſolemnitatibus, prohibitas quoq; eſſe ſine eiſdem cauſa, & ſolemnitatibus locari ad longum tps: id quod affirmat cõis doctorum ſententia, quam referũt,ac ſequuntur Molina lib.1. de primog. c.21.nu.18. Couar.2.variar.reſol.c.16.nu.1.& Aluar. Valaſ. de iure emph.q.29.nu.7.& 8. Conſentit c. nulli, de reb.eccleſ.non alien.vbi,vt quidam legunt, dr̃ nomine alienationis cõpræhendi conductionem (ad longum tps ſcilicet)donationẽ,venditionem, permutationem, & contractum emphyteuticum perpetuum. Tametſi frequentius legatur, conditionem,ideſt,tradere ad transferendum dominiũ ſub conditione,vt gl.ibi,& alij interpretantur. Queſt.

Apertius conſentit Clemen.1.de reb. eccl.non alien. vbi prohibetur concedere iura, reditus, aut poſſeſſiones Eccleſiaſticas in vitam alicuius, aut ad certum tempus, etiã pecunia recepta,niſi adſit cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis talis conceſſio, & concedens ſuſpenditur ipſo facto ab officio,& nihilominus ſimul ibidem permittitur locatio ad modicũ tempus. Obſerua tñ clementinã illam ſolum loqui de religioſis monaſterio, prioratui,aut cuius alteri adminiſtrationi præſidẽtibus: quare pœna illa ſuſpenſionis ad alios non extenditur.

Conſen-

Conſentit præterea l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. vbi hr, prohibita alienatione alicuius rei, cenſeri prohibitũ concedi vſumfructũ illius: cuius rei nõ eſt alia rõ, niſi q̃ a cõceſſione vſusfructus transfertur dñium vtile, quare cum locatione in longum tps vtile etiam dñium transferatur, cõſequens eſt, vt prohibitione alienationis eiuſmodi rerum Eccleſiaſticarum, niſi ex iuſta cauſa, & ſeruata certa forma, prohibita ſimiliter cenſeatur locatio earũdem ad longum tempus. Adde, vere eſſe conceſſionem in emphyteuſim, vt diſp. 445. copioſe oſtendimus: quare prohibita cẽſetur nomine prohibitionis alienationis earundem rerũ.

Hinc cõſtat, nefas eſſe locare res Eccleſiaſticas in totã vitam locantis, niſi ſub conditione, ſi ante decennium finiatur. Lege quæ diſp. 445. citata dicta ſunt. Quare qñ Panormit. cum glo. 2. c. vlt. ne Prælati vices ſuas, nu. 4. notat, rectorem Eccleſiæ poſſe locare fructus pro toto tempore vitæ ſuæ, intelligit id negatiue, ideſt, non pro tẽpore vltra vitam ſuam, vt in ſequentibus ſeipſum exponit in eodem capite: q̃a ſi locatio nomine proprio ſit facta, vt regulariter fit, non tenetur ſucceſſor ſtare locationi vltra tẽpus vitæ prioris locatoris, etiam ſi ad modicos annos ſit facta. Non tamen intelligit, rectorem poſſe locare noĩe proprio vnica locatione, ſeu ſimul, fructus Eccleſiæ in totum tempus vitæ ſuæ ſi vita decennio duret: q̃m continuo ſubiungit id nefas eſſe, atque inualide fieri: quoniam transferret vtile dominium, quod ſine iuſta cauſa, & ſeruata debita ſolemnitate, eſſe nequit. Atque eodem modo intelligenda eſt l. 9. titu. 17. par. 1. quæ eandem doctrinam tradit vt illam Greg. Lopez ibi exponit, & tam Panor. quam lex illa loquuti ſunt ante extrauagantem, ambitioſæ, quæ, vt videbimus tempus locationis rerum Eccleſiaſticarum reduxit in triennium.

Illud eſt obſeruandum, Tridentinam Synodũ. Seſſ. 25. c. 11. de reform. decreuiſſe, irritas eſſe eas locationes rerum Eccleſiaſticarum, factas à triginta annis citra, ad lõgum tempus, etiam ſi Apoſtolica autoritate eſſent confirmatæ: quas Synodus prouincialis, vel ab ea deputandi, in damnum Eccleſiæ, & contra Canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt.

Aluar. Valaſ. q. 29. citata nu. 7. ver. licet, autẽ, & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. in calce, nu. 64. cũ multis alijs, quos referunt, cenſent, locatione ad longum tempus non transferri dominium vtile, etiam ſi ad centum annos fiat: modo tñ apponatur ſimul pactum, quod ex ea non trãsferatur dominium vtile, ſed maneat apud locantem. Ducuntur, q̃m pactum illud appoſitum, non eſt contra ſubſtantiam locationis, quæ ex ſe non habet, vt ex ea dominium vtile transferatur: quare, ſi apponatur, validum eſt, neque tunc locatione ad quoduis tempus dominium transferetur. Subiungunt tamen, cum Couar. 2. var. reſol. c. 16. nu. 1. Baldo, & alijs, quos citant, ſi res alienari eſſet prohibita, quo pacto res Eccleſiæ, maioratum, ac minorum, prohibitæ ſunt alienari, tunc, ſi locaretur ad longum tempus, eſto apponeretur pactũ expreſſum, quod dñium vitale non trãſiret in cõductorem, talẽ locationẽ ad longum tempus cenſendam eſſe alienationẽ; q̃m inquiũt, cõmoditas fructuum, quę ad longũ tempus transfertur, pro vera habetur alienatione in materia prohibita, idque ad vitandas fraudes.

Rectius verò Molina lib. 1. de primog. c. 21. n. 24. tres euentus in re propoſita diſtinguit. Aut. n. inquit, res maioratus, vel eccleſiæ, locatur ſimpliciter ad longum tempus, aut locatur ad longum tempus, non ſimpliciter, ſed addito pacto, quod dominium illius vtile non trãſeat in conductorẽ: aut deniq. locatur ad longum tempus, vel ad cẽtum annos, non q̃dem ipſa res maioratus, aut eccleſię, ſed ſola eius rei commoditas. In primo, inquit, euẽtu proculdubio locatio illa cenſenda eſt alienatio rei illius, quippe cũ per illam, vt dictum eſt, dñium illius vtile trãsferatur. Atq; in hoc doctores citati ẽt conueniunt. In ſecundo verò euẽtu idem oĩno ait eſſe dicendum, etiam ſi res prohibita non eſſet alienari. In quo ab Aluar. Valaſ. Pinel. Couar. & ab alijs doctoribus, quos citant, ac ſequuntur, diſſentit, qui omnes arbitrantur, quando res prohibita non eſſet alienari, non cenſeri alienari locatione ad longum tempus, ſi apponatur pactum, quod dñium vtile illius non tranſeat in conductorem. Ducitur optime Molina, q̃m locatio ad longum tempus, poſita iuris ciuilis diſpoſitione, quod ea transferatur vtile dominiũ in conductorem, ſitque proinde alienatio, ſolum nomine tenus, atque æquiuoce habet, quod ſit locatio, & conductio, ſimpliciterque eſt emphyteuſis, contractus ſpecie diſtinctus à locatione, & conductione, vt diſp. 445. eſt oſtenſum: quare, cum pacta, quæ ſunt contra naturam, & ſubſtantiam contractus, prout iure ciuili ſunt inſtituti, nullius ſint roboris, ac momenti; cõſeqens profecto eſt, vt non magis appoſitione illius pacti impediri poſſit translatio dominij vtilis locatione ad longum tempus, atque adeo vera ratio alienationis, quam ſi res in emphyteuſim perpetuam traderetur appoſito eodem pacto, quod ea dominium vtile non transferatur in emphyteutam: autores autem, cum quibus diſputamus, id nõ concedent in emphyteuſi perpetua. Ac plane hæc illorum opinio ortum habet ex illa alia eorundem met, ꝙ locatio ad longum tempus non ſit emphyteuſis, ſed contractus ſpecie ab ea diſtinctus, eiuſdemq; ſpeciei cum locatione ad modicum tempus: quam ſententiam diſp. 445. impugnauimus. Deciſ.

In tertio autem euentu, quando ſcilicet locatur ad longum tempus, aut ad centum annos, non ipſa res alienari prohibita ſed ſola † ipſius commoditas, ſeu res quoad illius commoditatem, ac fructus percipiendos noĩe locantis, atque adeo dum ius in locante circa eam rem perſeuerauerit, dependenterq; ex eo quod in eo tale ius perſeueret, rectè affirmat Molina ibidem. nu. 25. ea locatione non transferri vtile dominium, neque comparari aliquod ius reale in re, quæ ita locatur, ſed ſolam obligationem perſonalem comparatione locationis, ad fructus ex ea re percipiendos: ac proinde, neq; eam locationem eſſe alienationem, neque cenſeri prohibitam, eſto prohibita ſit alienatio

tio rei quæ ita locatur: quare ad quodcunq; tp̄s
fiat expirat,ceſſante in locatore iure quod in ea re
habebat liberaq; tranſit in eum, ad quem ſi loca-
ta non fuiſſet,erat ſimiliter tranſitura. Sicut auté
ea commoditas,ſeu res quo ad eam commoditaté
locari poteſt in longum tempus: ita vendi vnico
pretio tota ea commoditas poteſt in totam vitam
illius à cuius vita pendet,aut in totum tempus, in
quo ab illo pendet, vt affirmant plurimi, quos
Molina ibidé refert; teſtaturq; ſe vidiſſe ſæpe to-
tã cõmoditaté maioratus,quę propter delictũ illũ
obtinentis ad fiſcum in totam illius vitam perti-
nebat,fuiſſe venditam, itemq; in alijs euentibus.

Atque hæc oĩa ſatis conſtant ex ijs,quæ diſpu.
461.§.maius dubium, iuncto.§.ſequenti, dicta à
nobis ſunt. Ait verò Molina,nu.25.citato, & 24.
antecedente,cum Barto.& alijs, quos citat, gloſ.
l.codicillis.§.inſtituto.ff.de legat.2.ſi rectè expen
datur,de ſola locatione ad centum annos cõmo-
ditatis rei prohibitæ alienari loqui, non verò de
locatione eiuſdé rei ſimpliciter, tametſi à multis
citetur, quaſi de locatione rei ſimpliciter loqua-
tur, atque communiter in eo ſenſu reprobetur.
Ait quoque in locatione ad longum tp̄s aut in vẽ
ditione,ſolius commoditatis rei prohibitæ aliena
ri nullam inueniri fraudem,quippe multis legib.
ſit in permiſsũ:& qm̃ in eo,qđ quis ſuo iure vta-
tur nulla fraus reperiri poſſit. Fortaſſe, quia in lo
catione beneficij Eccleſiaſtici ſola cõmoditas lo-
catur cõductori,vt ſcilicet nomine,non proprio,
ſed beneficiatij decimas ad beneficiarium attinẽ-
tes recipiat,vt diſp.7.dictũ eſt,lex 9 tit.17.par.1.
aſſeruit, beneficiatium poſſe in totam vitam ſuã
locare beneficium nulla facta expreſſione, quod
ſola commoditas locaretur, atque hanc expoſi-
tionem ſequitur Coua.2.var.reſol.c.16.in calce.
nu.6. tametſi alium ſenſum eiuſdem legis, cum
Greg. Lopez ibidem,paulò antea tradiderimus.

Caput autem veſtra,de locato,cum declaraſſet
monaſteria poſſe locare laicis decimas ad ipſa at-
tinentia idcirco addidiſſe videtur, ita tñ,qđ eiuſ-
modi locatio ad feudum, vel ad alienationem nõ
videatur extendi,qm̃ cum ius earum decimarum
in perpetuam annexum eſſet monaſterio, neque
ad alium loco monaſterij eſſet tranſiturum pote
rant laici temporis progreſſu obtendere, ad ſe at-
tinere,velut dominium vtile iuris earum decima
rum,& vt mox cum Molina ſubiungo,illud in ef
fectu eſſet alienatio rei Eccleſiaſticæ.

Molina vbi ſup.n. 27. optimè obſeruat qđ aut
prælatus,aut beneficiatus,locat id, quod ad ipsũ
attinet in ſuam ſuſtentationé, vt propriũ benefi-
ciũ,vel prædiũ tali beneficio annexũ; aut tanquã
adminiſtrator locat res,& reditus,non ad ipſum,
ſed ad Eccleſiam hoſpitale,aut alium piũ, locum
attinentes. Et tunc ait,in priori euentu licitam,ac
validam eſſe ſine vlla ſolemnitate locationem ad
longum tempus,aut in totam locantis vitam,cõ-
moditatis rei illius iuxta ea,quæ dicta ſunt.

In poſteriori verò,meritò ait, illicitam, atque
nullam eſſe abſque iuſta cauſa, & ſine ſolemnita-
te ad alienãdum bona Eccleſiaſtica requiſita. Ra
tio, inquit,eſt:qm̃ in priori euentu,morte locan-
tis,aut non perſeuerante in illo beneficio, conti-
nuo expirat locatio,vt dictum eſt,rectèque reſol-
uit Couar. 2.var.reſol.cap.15.nu.6. In poſteriori
verò,morte locantis,aut aliter deſinente illius ad
miniſtratione,non expirat locatio, vt idem Cou.
nu.6.citato rectè oſtendit, ſed perſeuerat in totũ
tp̄s,pro quo facta eſt: quare ſi locatio commodi-
tatis ex re illa facta ad quodcunque longum tem
pus per eiuſmodi adminiſtratione ſine iuſta cau-
ſa, minimeque ſeruata ſolemnitate ad res Eccle-
ſiaſticas alienandas requiſita, valida eſset,cederet
id in præiudicium rerum Eccleſiaſticarum, ipſa-
rumque Eccleſiarum, viaque aperiretur fraudi-
bus, quibus in effectu res Eccleſiaſticæ ſinè iuſta
cauſa & ſine requiſita ſolemnitate alienarentur;
quod nulla ratione eſt admittendum.

Ex dictis tota hac diſputatione intelligetur, Quæſt.
quid dicendum,ſit ad illam quæſtionem,nũ Præ
6 latus iurans non alienare bona Eccleſiæ inconſul
to Romano Pontifice, periurus ſit locando ad lõ
gum tp̄s eiuſmodi rẽm inconſulto eodem Roma
no Pontifice. Coua.2.varia.reſol.cap.16. num.2.
quamuis concedat,prohibitum alienare aliquam
rem,cenſeri prohibitum alienare eam locando ad
longum tempus;ſubiungit tamẽ cum Calderino
(tametſi dicat rem eſse dubiam) Prælatum,qui iu
rauit ſe non alienaturum res Eccleſiæ inconſulto
Romano Pontifice,nõ eſse periurũ,ſi eas locet in
lõgum tẽpus inconſulto Pontiſice Romano:atq;
eandem ſententiam non reijcit Alu. Vala.de iur.
emphy.q.29 nu.12. Ducitur Couar.quoniam iu
ramentum eſt ſtricti iuris,ita videlicet, quod ex-
tendendum non ſit,ſed potius arctandum: loca-
tio verò ad longum tempus non eſt alienatio,ni-
ſi latè, & minus propriè ſumpto alienationis vo-
cabulo, eaque de cauſa non debet intelligi com-
prẽhẽdi nomine alienationis ad effectum, vt qui
ad longum tempus locat periurus ſit cenſendus,
incurrereq, periuri pœnam. Contraria tamen
ſentẽtiam mihi probatur cũ Pano.c.intellecto de
iureiuran.nu.10. Eam verò mihi perſuadeo quo- Deciſ.
niam iuramẽtum intelligendum eſt iuxta mate-
riam ſubiectam,tantumque ſe extendit,quantum
promiſſio ſuper quam fertur:quare cum in mate-
ria alienationis bonorum Eccleſiaſticorum alie-
natio ſumatur,vt cõprẽhendit locationem ad lõ-
gum tempus, & iuramentum à prælatis exigatur
iuxta materiam ſubiectã, ac ſacros canones; con-
ſequens profectò eſt,vt ea promiſſio, & per conſe
quens iuramentum, quod in eam fertur, ad loca-
tionem ad longum tempus ſe extendat.

Confirmatur,quoniam,ſi id,vnde Couar.du-
citur,verum eſset, etiam impignoratio rerum Ec
cleſiaſticarum, & traditio illarum in emphyteu-
ſim perpetuam non compræhenderentur ſub iu-
ramento Prælatorũ; quippe cum impignoratio,
& emphyteuſis perpetua, non ſint alienationes,
niſi ſumpto latè,ac minus propriè vocabulo alie-
nationis;contrarium verò dicet Coua.ipſe,& cõ-
trarium conſtat ex forma ipſa iuramenti, quam
in quodam inſtrumento publico,dum in Luſita-
nia commorarer, vidi. Hæc de locatione ad lon-
gum tempus.

7 Illud eſt † obſeruandum, in materia fauorabili, qualis iſta eſt, prohibita aliqua re vendi, cenſeri ſimul prohibitam alienari modis omnibus explicatis. Ita gl. verb. vend l. quemadmodũ, C. de agri. & cenſitis lib. 10. & cum Bald. & alijs affirmant Alua. Valaſ. de iure emphy. q. 29. nu 12. & Caldas de renouat. emph. q. 16. num. 4.

Quod vero attinet ad vltimum eorum, quę in titulo huius diſputationis ſunt propoſita. Licèt ad contractum locationis, & conductionis preſſe ſumptæ (de quo poſtea ſuo loco erit ſermo) id potius ſpectet, quam ad contractum emphyteuſis lata ſumptæ, de quo nunc diſputamus; quia † tamen
8 res eſt valde coniuncta cum alienatione bonorũ Eccleſiaſticorum, & à Paulo II. in extrauagante, ambitioſæ, fuit illi adiuncta, pœnis appoſitis, cõmunibus locationi bonorum Eccleſiaſticorum vltra triennium, & alienationi eorundem bonorũ, de eo erit nunc dicendum.

Añ tpa Pauli II. cõſtat fas fuiſſe locare res Eccleſiaſticas abſq; ſolénitate ad modicum tempus, hoc eſt, infra decénium, vt patet clem. 1. de rebus Eccleſiæ non alienandis c. veſtra, de locato, ac alibi. Vnde, c. vlt. ne præl. vices ſuas cum quidam annuos reditus cuiuſdam Eccleſiæ per ſeptennium conduxiſſet, nec locator poſtea ſtare vellet cõtractui præcipit Summus Põtifex, ſi de contractu cõſtet, compelli locatorem ſeruare contractum per totum ſeptenniũ. Paulus autẽ ſecundus in extrauagante, ambitioſæ, reſtrinxit tẽps locationis rerũ Eccleſiaſticarũ, de quib. loquimur, ad triennium, ita vt locatio earum vltra trienniũ facta ſine iuſta cã, & ſolénitate iuris, non ſolũ ſit ipſo iure nulla, ſed ẽt tam locans, quã conducens, ſint ipſo facto excõmunicati. Si autẽ locans Abbas ſit, vel Eps, eſt illi interdictus ingreſſus Eccleſiæ. Si verò intra ſex menſes non reſipuerit, eſt ipſo facto ſuſpẽſus ab adminiſtratione Eccleſiæ, aut monaſterij, cui præeſt, tã in ſpiritualibus, quã in tẽporalibus.

Inferiores verò prẹlati, commendatarij, & quicunq; alij beneficia, aut adminiſtrationem quãlibet obtinẽtes, ipſo facto ſunt priuati beneficijs, commendis, aut adminiſtrationibus, quorũ bona locauerint. Atque has omnes pœnas ſimiliter ſtatuit aduerſus alienantes eadem bona Eccleſiaſtica, & aduerſus ea accipientes.

Caiet. in ſumma verb. excomm. c. 75. Naua. in Manu. c. 27. nu. 149. & alij, obſeruant, non vbiq; eſſe receptam, & alicubi receptam eſſe, non in totum, ſed quo ad aliquid, ſolumq; habere vim, vbi fuerit recepta, & quo ad id, in quo recepta fuerit: eo quod leges, niſi vtẽtiũ vſu ſint firmatę, pro nõ legibus habeantur: & qm̃ contraria conſuetudo poteſt eas abrogare. Atque ab epiſcopali curia dicunt in vnoquoq; loco eſſe addiſcendum, quouſque extrauagãs illa recepta ſit. Nauar. addit, paucis in locis videri receptam quo ad pœnas extrinſecas, ſed ſolum quo ad intrinſecam nullitatis cõtractus, & nullibi quo ad pœnam priuationis beneficiorum, refertque ſe quondam Salmanticę in quodam eiuſmodi euentu locationis vltra tres annos, ſnĩam tuliſſe, quod cõtractus eſſet nullus, & tamen locator, neque excommunicationem incurriſſet, neq; proinde eſſet irregularis, quod poſt eũ contractum celebraſſet. Item ait, eam extrauagantem non videri receptam in Luſitania quo ad locationem in ſolos tres annos: qm̃, inquit, paſſim reperiri ibi contractus celebratos in quatuor annos. Ego verò, dum hæc Eboræ exponerem, facta diligẽti inquiſitione ab Eccleſiaſticis iudicibus, & ab aduocatis, qui diu in praxi erant verſati, cõperi, extrauagantem illam, non ſolum in tõto Archiepiſcopatu, ſed ẽt in toto Luſitaniæ regno, eſſe receptam, & iuxta illam iudicari: credo tamen id ſolum eſſe quo ad ſolam nullitatem contractus ex parte temporis vltra tres annos, non verò quo ad pęnam excommunicationis, & alias extrinſecas. Receptam tamen eſſe cum hac limitatione in eo Archiepiſcopatu, & in alijs locis (vbi ſunt prædia, q̃ idcirco *de quatro ou cinco folhas* appellant, quia quatuor, aut quinque annis indigent, vt integre colantur, ac ſeminentur) quod eiuſmodi prædia, ſeu hæreditates, in tot annos locentur, quot indigent, vt integre ſeminentur.

Poſtea verò edidit Gama deciſ. 387. in qua aduerſus Nauar. conſtanter affirmat, in oĩbus tribunalibus Luſitaniæ receptam eſſe eam extrauagantem, quo ad locationem ad triẽnium ſolum, pronunciariq; contractus nullos quo ad exceſſum, ſi in longius tempus fiat: qđ aũt, inquit, tollerentur cõtractus ad quadriennium, aut plures annos facti, qui ad iudicium non vocãtur, non ẽſt impedimento, quominus ea extrauagans in eo Regno, modo explicato recepta ſit Coua. 2. varia. reſol. c. 16. nu. 6. vltra limitationẽ ex Luſitania à nobis relatam, hanc aliã adhibet, cũ Barb. & alijs, quos citat; modò prædiũ, ꝙ locatur, quotannis fructus ferat: ſi. n. ſingulis duobus annis eos ferant prædia, vt multis in locis ferre eos ſolent olíueta, fas erit ea locare in ſex annos: ſi verò eos ferãt de triẽnio in triennium, fas erit ea locare in nouem annos.

Eſtque ſatis rationi conſentanea ea limitatio, & per epicheiam intelligenda ex eadem extrauaganti, & conſentiunt, quæ cum eodem Couar. & alijs diſputat. 453. dicta ſunt de emphyteuta non incidente in commiſſum, niſi tempore duplicato, aut triplicato, quando res emphyteutica fructus non ferebat, niſi de biennio in biennium, aut de triennio in triennium, iuxta l. ſi ſic ff. quemadm. ſeruit. amit. Quod ad hoc verò Caſtellæ Regnũ attinet, num in eo extrauagans hæc recepta ſit. Cou. in calce, nu. 6. cit. ſit ait. Apud Hiſpanos dubium eſt, an ei conſtitutioni ſit derogatum vidi enim ſæpe eam adduci, & tractari in aliquot: controuerſijs, & quandoque admiſſam, quandoque neglectam fuiſſe; proinde iudicis examinationi hoc dimittimus.

Hęc ille. Audio in hac noſtra Conchenſi Ciuitate, & Epiſcopatu eatenus receptam eſſe, quatenus Nauar. illa ſua ſentẽtia, quam Salmanticæ tulit, eam recepit, & quatenus receptam eam eſſe in Luſitania teſtatur Gama, & nos paulo ante diximus. Atque eodem modo credo eam eſſe receptã in reliquo huius Caſtellæ Regni.

An verò locatio vltra triennium, vt ad ſex, aut nouem annos, valida ſit, ſi hoc modo fiat: loco Dubiũ

† tibi

tibi hãc rem Eccleſiaſticam pro nouem annis, ita vt tot ſint locationes modo initæ, quo ſunt triennia, vel ita vt, finito vno triennio, ex nunc locata cenſeatur pro alio triennio, & eo finito, pro alio. Quicquid autem ſenſerit Bal. proculdubio eſt dicendum cum Bar. & cõi doctorum ſnĩa, q̃ Coua. vbi ſup nu. 4. & Alu. Val. de iur. emph. q. 29. nu. 15. referunt, ac ſequũtur inualidam eam eſſe quo ad reliquum tps præter triennium primum. Rõ eſt, qm̃ id in fraudem legis cenſetur, quæ locationem vltra triennium prohibet, ac nullam reddit: pacta aũt in fraudem legũ nulla ſunt, quin potius ijs ipſis legib. prohibita cẽſentur, in quarũ fraudem fiunt: eo ꝙ non tam ad verba legum, quã ad legiſlatorum in eis mentem ſit attendendum, vt tract. 5. dicetur. Cõis ſnĩa apertè ẽt confirmatur ex auth. de non alien. §. quod autem, prope finẽ, vbi, cum prohibitum eſſet concedi emphyteuſim Eccleſiaſticam, niſi in vitam accipientis, & in duas alias generationes, ſeu vitas, pronunciatur, nullum eſſe pactum, quod quidam adjciebant, nempe, quod, finitis illis duabus alijs generationibus, tenerentur miniſtri Eccleſiæ iterum concedere id emphyteuſim ſequenti ſucceſſori, eumq; præferre cæteris. Et reddit ibi textus hanc rationem dicens. *In hoc enim nihil aliud eſt, quam per reuolutionem, & machinationes perpetuas eis emphyteuſes, magis autem priuationem Eccleſiaſticarum agi rerum. Sed & ſi quid factum eſt tale, nullã neceſſitatem eſſe reuerendiſſimis œconomis, duabus hæreditatib. ceſſantib. cæteris tradere.* Hactenus textus ille. Alu. Val. nu. 15. citato cũ Card. & Ale. ſubiungit, ſi locatio ſolum ſit facta ad triennium, elapſoq; primo anno fiat iterum locatio ad aliud triennium finito primo, eſſe inualidũ contractũ: quia cenſetur prorogata prior locatio vltra triennium. Bene tamen Alu. Vala. ibi ſubiungit, id intelligendum eſſe, ſi fiat eidem perſonæ, & pro eadem penſione. Si. n. fieret diuerſæ aut eidem perſonæ pro diuerſa penſione, non cenſeretur prorogatus prior contractus, ſed initus alius de nouo. Suſpecta tamen mihi eſt hęc opinio, quãdo fieret eidem perſonæ, eſto variaretur penſio; qm̃ facilè interuenire poſſet fraus: & qm̃ nullus diceret, fas eſſe a principio inire cum eodem duos illos contractus pro diuerſis illis penſionibus: quippe cũ id verè eſſet locare eidem vltra triennium, neque iura tam attendunt, quòd ſit pro eadem, aut pro diuerſa perſona, quam quòd non locetur eidẽ vltra triennium. Cou. vbi ſup. nu. 6. cum Decio addit, non ſolam locationem vltra trienniũ eſſe prohibitam, ſed ẽt ſimul eſſe cenſendum prohibitum concedere alicui facultatem locandi vltra vnã vicem ad triẽnium, ita quòd ſi alicui detur mandatum, aut facultas locandi rem aliquam Eccleſiaſticam in nouẽ annos, v.g. ſi ſemel locet ad triennium, facta ea locatione, ceſſare mandatum, & facultatem, ac proinde, finito primo triennio non poſſe iterum eam rem locare, etiam conductori diuerſo, ſine nouo mandato, ac facultate. Addit tamen hanc ſuam, & Decij ſententiam, quibuſdam dubiam videri poſſe.

Mihi verò non ſolum dubia, & ſcrupuloſa nimis vĩ, ſed ẽt oĩno falſa, vt quæ nullo ſolido fundamento, aut iuri nitatur, & quæ irrationabiliter ſtatueret. Cur. n. eccleſiaſticus, q rationabili ex cã Romã, aut in Indiã diſcedit, non concedet facultatem locandi res eccleſiaſticas loco ſui iuxta iuris præſcriptum tpe toto, quo ipſe abſens fuerit.

Vtrum alienatio, aut locatio, in maius tempus, quam ſit iure permiſſũ, valida ſit in minus tempus iure permiſſum, in eo maiori incluſum.

DISPVT. CCCCLXVII.

SVMMARIVM

1 *Locatio aut alienatio rei eccleſiaſticæ vltra tempus a iure permiſſum, an inualida ſit tantum quo ad exceſſum, an verò in totum.*

2 *Tempus a iure permiſſum, ſeparari poteſt a tẽpore prohibito, ſicut vtile ab inutili.*

3 *Locatio, & qualibet alia alienatio rei eccleſiaſticæ quando inualida, etiam quo ad breuius tempus incluſum in maiori inualido.*

4 *Clement. 1. de rebus eccleſ. non alienand. quomodo intelligenda.*

Diſputatio hæc quaſi appendix eſt præcedentis. Exempla ſunt. Si † res Eccleſiæ tradita erat in emphyteuſim ad tres ſolum vitas, vt in auth. de non alien. non dari ad plures præſcribit̃, emphyteuſiſq; ſit finita, nec dumq; mẽſæ ſit incorporata, iuxta ea quæ in ſequentibus dicentur, tunc fas eſt pręlato ſiue noua ſolẽnitate illam tradere per totidem vitas, vt ẽt dicetur, non verò per plures, alioquin id irritum erit, & inane. Quærit̃ ergo, num ſi prælatus eam emphyteuſim tradat in quatuor, aut in quinque vitas, valida ſit ea traditio quo ad tres vitas incluſas in illis quatuor, aut quinque, & ſolum quo ad exceſſum ſit inualida, an verò omnino ſit inualida, etiã quo ad tres priores vitas. Itẽ nefas eſt locare res eccleſię vltra triennium, & ſi aliud fiat irritum eſt id, & inane, vt diſp. præcedente oſtenſum eſt. Quæritur ergo, ſi res eccleſiæ locetur per quatuor, aut ſex annos, vtrum valida ſit ea locatio per ſolos tres priores annos, & inualida quo ad exceſſum: an verò oĩno ſit inualida, ẽt per tres priores annos Bart. & alij quos referunt Cou. 2. var. reſo. c. 16. nu. 5. Molin. lib. 1. de primog. c. 21. nu. 28. atq; in quorũ ſniã Cou. ibidem propendet, cenſent illas, & alias ſimiles diſpoſitiones eſſe omnino inualidas. Queſt.

Suaderi aũt id põt. Primo, qm̃ in extrauagãti, ambitioſæ hr̃, locationem factam vltra triẽnium nullius oĩno eſſe roboris, & momenti. Et in authentico de non alien. §. emphyteuſim, inhibẽdo prius dari emphyteuſim vltra tres vitas, additur, *aliter dari nullo permittimus modo, neq; quod fit, habere aliquod robur ſinimus.* Et §. ſi verò in perpetuam, ſic hr̃. *Si vero in perpetuam quiſpiam emphyteuſim accipere præſumpſerit, quod nõ licet, aut tpalem quidẽ, non tamen ſecundũ huius noſtræ legis obſeruationem* (hoc eſt vltra tres vitas) *ẽt ſic cadat*

quidem de emphyteuſi, & quod datum eſt, maneat apud venerabilem domum. In quibus verbis Cou. põderat verbum illud, *cadat*, quod ſignificat, etiã ab eo iure, quod licitè ei concedi potuit, alioquin non eſſet congrua loquendi forma: quippe cũ ab eo contractu, vel ab ea parte conuentionis, quæ nulla eſt, non ſtatuitur congruè, ꝙ cadant contrahentes. Denique in clem. 1. de reb. Eccl. nõ alien. dr, *Nec recipienti ius aliquod acquiratur*. Negatio autẽ illa, nec aliquod, ẽt in qualibet minutiſſima parte verificatur, vt notant gl. clem. 1. de for. cõp. verb. aut carũ, & Panor. ac alij, quos Couar. citat.

Secundò, qm̃ in ijs, quæ pendent a voluntate duorum, & in quibus agitur de obligatione contrahenda, ſi actus non valet, vt fit, neq; valebit, vt fieri potuit, vt Barto. cõiter receptus, not. l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. Accedit, Rom. conſ. 66. reſpondiſſe, electionem conſiliarij ad triennium, neq; ad annum valere, ſtãte ſtatuto, ꝙ electio fiat ad annum, & non vltra, & ſi aliter fiat, ſit nulla.

Communis opinio cum Bal. affirmat, illas, & ſimiles alias diſpoſitiones, aut conuentiones, validas eſſe quo ad minus tempus, in quo licitè, ac validè fieri potuerũt, in maiori incluſum, inualidas verò eſſe ſolum quo ad exceſſum. Eã refert, ac cõfitetur communem Couar. vbi ſupra, eandem referunt, ac ſequuntur Molina num. 28. citato, Iul. Clar. lib. 4. ſen. §. emphy. q. 6. & §. feudum, q. 13. & Gam. dec. 387. n. 3. aſſerens, iuxta illã frequentiſſimè fuiſſe iudicatũ ĩ Senatu Luſitano; tametſi addat, ſe ẽt vidiſſe aliqñ iudicatum iuxta ſnĩam contrariã. Confirmatur vero in primis, ex §. quod autem, in fine, in authent. de non alien. vbi hr, ſi emphyteuſis data ſit ad vitam accipiẽtis, & duorum inſuper hæredum, ſed cum pacto, ꝙ mortuo vltimo hęrede ex illis duobus, iterum tradatur hęredi illius, & is præferatur cæteris in ea emphyteuſi, & additur. *Si quid factum eſt tale*, (ideſt, ſi conceſſa fuit emphyteuſis cum eo pacto,) *nullam neceſſitatem eſſe reuerendiſſimis œconomis, duobus hæredibus ceſſantibus, cæteris tradere.* Vbi vides, validum pronunciari contractum quo ad tres tãtum priores vitas, nõ vero quo ad reliquas ſimul in eodem contractu deductas in pactum. Reſpondet tñ Couar, nec ſine probabilitatis ſpem ibi emphyteuſim fuiſſe conceſſam ſolum quo ad tres vitas, iuxta præſcriptum iuris, ſed adhibitum inſup fuiſſe pactum aliud in fraudẽ legis, quod, finitis eis vitis, concederetur iterũ in totidem vitas hæredi illius, qui vltimus fuiſſet ex priori contractu, eaq; de cauſa validum fuiſſe pronunciatum primum contractum, & inualidum pactum aliud in fraudẽ legis illi adiectum. Cæterum, cũ ſimul pactum illud celebratum fuiſſet cum priori contractu, atque adeo virtute, & in affectu contractus ille eſſet in ſex vitas ſimul, ac proinde eo fieret trãſgreſſio legis prohibentis dari emphyteuſim. Eccleſiaſticam vltra tres vitas, vt ex ipſamet deciſione eius textus conſtat, ſanè ex eo textu non parũ corroboratur communis opinio, viaque panditur ad exponendos textus ex eodem authentico citatos.
3 Confirmatur † deinde, qm̃ in eiuſmodi cõtractibus ſeparari optimè poteſt tempus a iure permiſſum, à tempore prohibito: quando autem vtile ab inutili ſeparari valet, vtile per inutile non vitiatur, vt hr l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verborum obligationibus, & reg. vtile, de regulis iuris, li. 6. Tertiò confirmatur, quoniam donatio facta ſine inſinuatione vltra ſummam, quam ſine inſinuatione fas eſt donare, licèt ex iuris diſpoſitione inualida ſit, id tamẽ intelligitur, quo ad exceſſum ſolum, non tamen quo ad ſummam, quam ſine inſinuatione fas eſt donare, in tota illa quantitate incluſam, vt omnes confitentur, dictumq; eſt in materia de donationibus; eadem verò eſt ratio in re, de qua diſputamus; eo quod quantitas temporis vtilis, ac lege non prohibiti, ſeparari poſſit ab exceſſu prohibito, ſicut ibi in eadem donatione ſeparari poteſt quantitas, quam ſine inſinuatione fas fuit donare, ac exceſſu, qui ſine inſinuatione non potuit validè donari.

Hæc tñ cõmunis, ac vera opinio, intelligenda Deciſ.
eſt in euentibus, in quibus tempus vtile ab inutili põt ſeparari. Si aũt ſeparari non poſſit, tunc neq; in tempus, in quo ſeorſim validè poterat fieri contractus, erit validus. Atq; in hoc oẽs, vt Molina numero citato ait, videntur conuenire: quoniam præcipua, ac fundamentalis ratio autorum cõmunis opinionis eſt, quod vtile tempus ab inutili poſſit ſeparari. In primis autem ſeparari non poteſt tempus vtile ab inutili, vt probè Molina in calce numeri citati ait, & nos etiam quondam docueramus, qñ, qui ad triẽnium, aut ad aliud modicum tẽpus infra decennium, poterat validè locare, locauit inualide ad decennium, aut inualide tradidit ad emphyteuſim in perpetuum, aut ad vitam, vel vitas aliquot: tunc. n. contractus ille, neq; ad triẽnium incluſum in decennio, aut in longiori tempore, in quod res eſt tradita in emphyteuſim, valet, ſed quo ad totum omnino tempus eſt inutile. Rõ eſt, qm̃, vt in ſuperioribus eſt oſtenſum, locatio ad decennium transfert dñium vtile, eſtq; verus contractus emphyteuticus, ſpecie diſtinctus a locatione in modicum tempus, nullaq; pars eſt in illo, neq; primum triẽnium, quæ non ſit eiuſdem rationis cũ toto, & cũ ſingulis alijs partibus: quare, cum in cõtractu emphyteutico, etiã ſi ſolum ſit ad decennium, nulla pars ſit, quæ habeat rõnẽ locationis preſsè ſumptę, ſeu ad modicũ tẽpus; conſequens profectò eſt, vt in eo contractu ſeparari nõ poſſit tps vtile, ꝙ rõnem habeat locationis ad triennium, aut ad aliud modicum tẽpus. Hinc ſequitur, quamuis maioratus, emphyteuta, ac feudatarius, valide poſſint locare ad triennium, aut ad aliud maius tẽpus infra decẽnium, quia tamẽ valide nõ poſſunt locare ad decẽnium, aut vltra, ſequitur, inquam, inde, ſi id facere attentent, inualidũ eſſe contractum, etiam ad triennium, aut ad aliud modicum tempus infra decennium, in illo maiori incluſum. Sequitur etiam, cum bona Eccleſię abſque iuſta cauſa, & ſeruata ſolemnitate iuris, locari non poſſint vltra triennium, neq; item tradi de nouo in emphyteuſim, aut aliter alienari, inquam ſequitur, ſi ſine cauſa debita. & ſolemnitate iuris tradantur de nouo in emphyteuſim, aut locentur ad decennium, aut vltra, inualidum

omnino

omnino eſſe côtractum, etiam quo ad tres annos priores: cùm tamen, ſi locarentur ad nouẽ annos, validus eſſet contractus quo ad tres priores annos, qui eiuſdem rationis, atque ſpeciei locationis ſunt cum integris nouem annis; & inualidus ſolum quo ad reliquos ſex poſteriores. Illud admonuerim, ſi contractus de rebus Eccleſiaſticis in hunc modum fieret; loco tibi hoc prædium tribus annis, & illis finitis, ex nunc tibi illud loco quater pro alijs duodecim annis vſq; ad quindecim: meo iudicio validum eſſe contractum pro tribus prioribus annis, & inualidum quo ad reliquos. Quoniam primus contractus verè fuit locationis quo ad primum triennium: reliqua verò pacta pro alijs duodecim annis, quę in fraudem legis ſimul fuerint ſubiuncta, nulla fuerunt, nec vitiarunt triennium primi contractus ab eis ſeparabile. Eodem modo, ſi maioratus locet prædium vinculatum in nouem annos, adiecto ſimul pacto, quod eis finitis ſit ex nunc locatum in totidem annos, credo validum eſſe primum contractum, quãuis pactum ſubiunctum ſit nullum. Atq; hoc in quacunq; opinione confirmant verba, quæ ex authẽ. de non alien. §. quod autem, ſupra relata ſunt.

3 Deinde, quando † coniecturis conſtat, côtrahentes celebraturos non fuiſſe côtractum in breuius tempus incluſum in maiori, inualidus eſt contractus, ẽt quo ad breuius tempus in/luſum in maiori inualido. Ita cum Bar. & alijs Molina nu. 28. citato, & Cou. nu. 5 etiam citato. Exemplum adhibent, quando res locaretur in totam vitam conducentis: neque enim credendum eſt pro eadem pẽſione quotannis celebraturos ſimiliter fuiſſe contractum ad ſolum triennium, aut ad aliud modicum tempus. Bene tamen obſeruat poſteà Molina in calce eiuſdem numeri, id ex capite paulò antea citato potiſſimum eſſe verum. Nempe, quia locatio ad vitam eſt emphyteuſis. diſtinctus ſpecie contractus à locatione ad modicum tempus, ac proinde à toto eo tempore, & in toto eo côtractu, ſeparari non poſſe, tamquam partem illius, locationem ad modicum tempus, quæ eſt alterius rationis, & ſpeciei. Addit Molina cum Alexan. & Tiraq. eſto ex alijs coniecturis non conſtet, contrahentes celebraturos non fuiſſe contractum pro breuiori tempore incluſo in longiori, ſi tñ multũ alteri eorum interſit pro eo tempore, & non pro ſola parte, fuiſſe contractum, quia videlicet nocumentum illi ſequeretur ex contractu quo ad ſolã partem, id ſatis eſſe, vt cenſeatur non aliter fuiſſe contracturos, ac proinde inualidum eſſe contractum pro parte. Ita colligitur ex l. fundus, iuncta gl. ibi, & communi doctrina ſcribentiũ, ff. de contrah. emp. & l. 1. §. interdum. ff. de ædi. edict. Cou. nu. citato cum Baldo & alijs quos refert, cenſet, ſi locatio de re Eccleſiaſtica facta ſit inualidè ad aliquod tempus, putà ad ſex, aut nouem annos, pro vnico pretio in totum id tempus, tunc, etiam iuxta communem opinionem, inualidam eſſe pro primo triennio in illo longiori tempore incluſo. Quoniam ex ipſo, quòd pro vnico pretio in totũ id tempus facta eſt, exiſtimandum eſt contrahentes non voluiſſe celebrare contractum pro parte in toto eo tempore incluſa. Placet tamen cum Iulio Claro. §. emphyteuſis q. 6. & cum Molina numero 28. dicamus, niſi aliunde ſit coniecturę, eoſdem contrahentes noluiſſe celebrare contractum pro parte incluſa in toto eo tempore, illam ſufficientem non eſſe quando tempus totum locationis eſt vniforme, & pretium commodè diuidi poteſt æqualiter per ſingulos annos. Neque ex eo, quòd vnico pretio pro omnibus annis ſit facta locatio, quod vnica cenſeatur locatio in totum id tempus, ſequitur, vtile ab inutile non poſſe diuidi: quandoquidem in vnica donatione vltra ſummam, quam ſine inſinuatione fas eſt donare, vtile ab inutili ſeparatur, vt rectè ibidem Molina ſubiungit.

Ad primum verò argumentum contrariæ opinionis dicendum eſt, ea omnia iura intelligenda eſſe quo ad exceſſum, quo ad quem, neque minima pars eſt valida; nõ verò ea iura loqui de vtili, quod iuribus eſt permiſſum, quodq; coniũctum eſt cum exceſſu inutili eis iuribus prohibitum, ac nullum redditum.

4 Obſerua † autem, clementinam 1. nõ loqui de locatione ad modicum tempus, quaſi vllam illius partem prohibeat, aut nullam reddat, ſed de alienationibus, in quibus, vt cum Molina dictũ eſt, non habet locum, quod locatio ad modicum tempus in eis includatur, ac valida nihilominus ſit. Verbum autem, *cadat*, quod ibi Couar. ponderat, à nobis ſanè pugnat: ſignificat enim, cadat ab emphyteuſi, elapſo tempore vtili in tali conceſſione incluſo, quaſi verè vi huius prohibitionis decidat ab emphyteuſi legitimè illucuſque poſſeſſa.

Si autem iuxta Couar. opinionẽ, vi illius ſanctionis, tempus omne conceſſionis excluditur, nõ propriè diceretur cadere ab emphyteuſi, quam numquam obtinuiſſe.

Neque ſatisfacit, quod Couar. ait, cadere ſcilicet a iure, quod licitè ei concedi potuiſſet: ſi enim nunquam ius illud obtinuit, neque fuit illi côceſſum, certè non propriè ab illo, vi eius conceſſionis, cadere diceretur: quippe nullus ab eo ſtatu, aut gradu, cadere dicatur, quem nunquã habuit, ſaltem in debito.

Ad ſecundum dicendum eſt, doctrinam illam eſſe veram in euentibus, in quibus dictum eſt, ita intendere, quod inutiliter fit, vt non cenſeantur voluiſſe vtile in eo incluſum, quod nihilominus vtiliter potuiſſent. Dicendum præterea eſt, doctrinam illam ſimpliciter eſſe veram: quia actus quo ad id, quod non valet, vt fit, neque valet, vt fieri potuiſſet; vt ſi actus totus, & ſingulæ illius partes, non valent, vt fiunt, annullante totum, & omnes illius partes, lege aliqua ſi certo modo fiant, non valent, vt fieri potuiſſent: actus autem, de quibus modò loquimur, quo ad aliquid valent, vt fiunt, & quo ad aliquid non valent; vnde quo ad id, quo ad quod valent, falſum eſt, dicere non valere, vt fiunt.

Quis bona Eccleſiæ alienare poſſit, Quæ cauſa, & quæ ſolemnitas ad immobilia, & mobilia pretioſa alienanda requiratur. Et quæ bona dicantur de menſa.

DISPVTATIO CCCCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Bona eccleſiæ quis alienare poſſit.*

2 *Alienatio bonorum immobilium eccleſiæ, ſeu bonorum pretioſorum mobilium, vt valida ſit, quę requirantur.*

Et quid ſi talia bona, ſeu res, ſint eccleſiæ cathedralis. nu.3.

4 *Auctoritas quid.*

5 *Tractatus quid.*

6 *Conſenſus expreſſus idem eſt, quod collaudatio, & approbatio.*

7 *Subſcriptio ad aliquam rem, ſeu contractum, quando neceſſaria per prælatum eccleſiæ.*

8 *Prælati præſtant iuramentum coram Summo Pontifice de non alienandis rebus eccleſiæ.*

9 *Epiſcopus ſolus ſine alijs ſolemnitatibus, poteſt rē eccleſiæ paruæ vtilitatis, alienare.*

10 *Epiſcopus, & Abbas ſoli poſſunt bona de menſa alicui concedere, ad vitam tantum ipſius concedentis.*

11 *Prælatus an ſine ſolemnitate, & conſenſu capituli poſſint repudiare legatum, eccleſiæ factum, adeò quod non incidat in pœnam.*

12 *Bona monaſterij quibus ſolemnitatibus alienari poſſint.*

13 *Bona eccleſiæ ſecularis inferioris ad cathedralē, vt alienari poſſint, quæ requirantur.*

14 *Alienatio rerum eccleſiæ vt valida ſit, vltra alia requiſita, etiam iuſta cauſa, & debita ſolemnitas à iure præſcripta, requiritur.*

15 *Alienatio ſi ſit ipſo iure nulla, res alienata cū omnibus fructibus ex ea perceptis, reſtituitur eccleſiæ.*

16 *Bona eccleſiæ ſi impignōrentur, aut hypothecæ ſubijciantur, vel alio modo alienentur, neceſſaria eſt cauſa legitima, & debita ſolemnitas: alias alienatio erit ipſo iure nulla.*

17 *Eccleſiæ res in feudum, vel emphyteuſim tradi cōſueta, antequam incorporetur, & fiat de menſa, poteſt de nouo tradi abſque ſolemnitatibus requiſitis,*

Cum declaratione tamen, vt ibi, & nu. 19.

Et quid ſi talis res ſit alicuius monaſterij, collegij, vel capituli, quod requiratur, vt de nouo concedatur, nu. 18.

20 *Eccleſiæ, res quando dicenda ſit conſueta tradi in emphyteuſim, vel feudum.*

Et quando cenſenda ſit incorporata menſæ, vt de menſa dicatur.

1 DE hac re eſt prima concluſio, De iure † cōi ſolus plātus alienare, pōt mobilia bona, quę pretioſa non ſunt, aut quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, Idē dic de quocunq; alio, qui bonorum eccleſiæ hēt adminiſtrationē, Hanc affirmant gl. in ſumma (hoc eſt, in princ. totius quęſtionis) 12. q. 2. itē gl. c. tua, de his quæ fi. à pręl. ſine conſenſu c. ver. tractatu, & Pan. ibi. nu. 7. itē gl. c. nulli, ver. immobiliū de reb, eccl. non alien. & Pan. ibi. nu. 8. & gl. c. is cui, de elect. lib. 6. ver, immobiliū, concinitq; textus ibi, & colligit apertè ex cle. 1. de rebus eccl. non alie. Si. n. vt ibi dr̄, ſolus prælatus locare pōt bona immobilia, vendereq; fructus beneficiorū ad modicum tp̄s, hoc eſt, infra decēnium, longè maiori cū rōne vēdere poterit ſingulos fructus perceptos, atq; adeo bona mobilia, q̄ ſeruādo ſeruari non pn̄t, eſto pretioſa ſint. Apertius hr̄ in extrauaganti, ambitioſæ, de reb. eccl. nō alien. vbi Paulus II. prohibet alienare, & locare vltra trienniū, bona oīa eccleſiaſtica, tā immobilia, q̄ mobilia pretioſa quæ ſeruando ſeruari pn̄t, & concedit alienare mobilia, q̄ ſeruando ſeruari nō poſſunt. Idē cōfirmatur ex c. nulli, de reb. eccl. nō alien. & ex auth. de non alien. quibus in locis, dum prohibetur alienatio bonorum eccleſiæ ſolum fit mētio de immobilibus cum quibus gloſſæ computant mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt.

2 Secunda concluſio, Vt licita † ac valida ſit alienatio bonorum immobilium, atque eorum bonorum pretioſorū mobilium, quæ ſeruando ſeruari pn̄t, neceſſaria in primis eſt legitima cauſa: Qn̄ aūt adeſt, dr̄ eſſe caſus conceſſus à iure ad alienandum. Porrò cauſæ legitimę ad alienandū ad quatuor reducuntur, quas commemorat glo. illa inſignis in ſumma 12. q. 2. quam doctores cōiter ſequuntur, atque inter alios Pan. c. nulli, citato, nu. 5. & alijs, quos Cou. 2. var. reſo. c. 17. nu. 2. refert, ac ſequitur. Prima eſt neceſſitatis. Vt qn̄ debita vrgent eccleſiā; aut alia ſimilis neceſſitas, nec de alijs bonis, aut alia via, pōt cōmodè ei ſubueniri, q̄ alienando bona immobilia, aut mobilia p̄tioſa. Scđa eſt vtilitatis. Pōt. n. commutari vnū bonum immobile, aut mobile pretioſū, pro alio eccleſiæ vtiliori; & vendi vnum, vt aliud eccleſiæ vtilius emat, aut conficiat. Tertia eſt pietatis. Vt ad redimendū, & ad ſubueniendū nō ſolū extremis, ſed & grauib. proximorū neceſſitatib. nō ſolū eorū, q ſint de eadem eccleſia, ſed etiā qui ſint de alijs. Poſſunt verò ad id vendi, non ſolum bona immobilia, & mobilia pretioſa, quæ cōſecrata non ſint, ſed etiam quæ ſint conſecrata, vt calices, vt cōſtat l. ſancimus. C, de ſacroſ. eccle, & in authentico de alienādis, & c, ſicut oīno, c. aurum, c. gloria, 12. q. 2. laudaturq; Auguſtinus à Poſſidonio in vita eiuſdem Auguſtini, ꝙ vaſa eccleſiæ frangi, ac vēdi fecerit pro captiuis redimēdis, atq; ad ſubueniendum paupertati, ac miſeriæ egenorum: idemque cōmemorat feciſſe Ambroſium, cuius eſt c. aurū, citatum, tātaq; eſſe poſſet neceſſitas proximorum vt ſub reatu lethalis culpæ teneretur prælatus de eiuſmodi bonis eis ſubuenire, qn̄ aliter nō poſſet. Non tamen pro quacunque proximorum neceſſitate fas eſt alienare bona eccleſię, ſed pro ad modum graui, ea pręſertim bona, ſine quib. cōpetēs diuinus cultus nō relinqueret̄. Neq; pro eruendis à iuſta pęna malefactoribus eſto illa grauis ſit, ac valde moleſta, fas eſt ea bona diuendi, ac alienari,

Quando

Qñ autẽ cã ad alienandum hmõi bona eccleſię
ſubeſt, incipiẽdum eſt ab alijs quæ diuino cultui
non ſunt dicata, niſi dicata ſuperflua eſſent: & qñ
ad alienationẽ dicatorum cultui diuino eſſet de-
ueniendum, incipiendum ab ijs eſt, quæ conſecra-
ta non ſunt: conſecrata aũt non, niſi ex vrgentiſſi-
ma cauſa ſunt alienanda, aut pignori tradenda,
præſertim laicis. Hæc omnia, doctè ac fusè Coua.
2. variar. reſol. c. 16. nu. 3. & 9. Eum legito.

Quarta cauſa eſt, incommoditatis. Vt qñ res
aliqua eccleſiæ plus incommodi illi affert, quam
fructus, vt ſi longè diſtet, ſitque modici fructus,
aut alia incommoda illi afferat, vt conſtat. c. terru
las. 12. q. 2. Hæc tñ, & præcedens cauſa, ad duas
priores neceſſitatis, & vtilitatis reuocari poſſunt:
qua de cauſa aliquando in iure illarũ ſolũ duarũ
priorum ſolet fieri mentio. Tota hęc ſecunda cõ-
cluſio communis eſt, omnesque ad vnum conſen
tiunt, vt alienatio licita ſit, requiri cauſam legiti-
mam. Vtrũ aũt, vt valida ſit, neceſſaria ẽt ſit legi-
tima cauſa. Communis doctorum ſententia affir
mat neceſſariam eſſe tametſi pauci diſſentiant, de
qua re inferius erit ſermo, explicata prius ſolem-
nitate ad res eccleſiæ alienandas requiſita.

5 Tertia concluſio. Vt † alienatio preſſe ſumpta,
vendendo, commutando, aut alio modo transfe-
rendo directum dominium, non ſolum licita, ſed
ẽt valida ſit, ſi eccleſiæ ſit cathedralis, ſequens ſo-
lemnitas eſt neceſſaria. Nempe, vt, præter conſen
ſum, & autoritatem Epi, præcedat tractatus, &
poſt tractatum accedat conſenſus capituli, & ſub
ſcriptio. Hæc concluſio patet ex c. ſine except. 12.
q. 2. c. 1. c. cum apoſtolica, & c. tua, de his quę fiũt
à prælat. & ex c. vt ſuper. §. poſſeſſiones, de reb. ec-
cl. non alien. atq; ex alijs iuribus, eamq; affirmãt,
ac tradunt Panor. latè, c. 1. de his quæ fiunt à prę-
lat. & doctores cõmuniter varijs in locis. De ſin-
gulis verò, quæ in prædicta ſolemnitate continen
tur, aliquid eſt dicendum.

Primò dictum eſt, neceſſarium eſſe cõſenſum,
4 & autoritatem Epi. Circa † quod obſerua, auto-
ritatem epiſcopi non aliud eſſe, quam eiuſdem cõ
ſenſum. Vt enim probè notat glo. c. 1. de reb. eccl.
non alien. lib. 6. verb. tractatus, cõſenſus eius, qui
ex munere publico pręeſt, autoritas dr̃. Vnde con
ſenſus Papæ, dicitur autoritas Papę, & conſenſus
Archiepiſcopi, epiſcopi, aut Prælati, dicitur auto-
ritas Archiepiſcopi, epiſcopi, aut Prælati. Quãuis
autem olim neceſſaria fuerit autoritas duorum
epiſcoporũ, vt notat glo. in ſumma, 12. q. 2. hodie
tamen ſufficit autoritas epiſcopi cum conſenſu ca
pituli: neq; eſt neceſſaria autoritas Archiepiſco-
pi, niſi in ſua Archiepiſcopali eccleſia, vt Panor.
notat. c. 1. de his quæ fiunt à prælat. num. 5.

Secundò dictũ eſt, neceſſarium eſſe tractatum.
5 Eſt † verò tractatus quippiam diſtinctum à con-
ſenſu, atque ad illum præuius, vt ſatis conſtat ex
c. 1. de reb. eccl. nõ alien. lib. 6. & c. tua, de his quæ
fi. a præl. Eſt enim tractatus, vt ibi. nu. 6. Panor.
ait, propoſitio, ac diſcuſſio, num conueniat rẽ alie
nari, vt cauſæ, & rationes pro, & contra, expendã
tur: poſt eam verò diſcuſſionem, ac tractatum ſe-
qui ſolet cõſenſus, vel diſſenſus. Hinc colligit ibi
Pano. qñ ſtatuto aliquo ſub aliqua pœna tractari
aliquid prohibetur, ſatis eſſe, ſi res, modo explica-
to, proponatur, ac diſcutiatur, vt, id proponentes,
ac tractantes, in eam incidant pęnam, neque eſſe
neceſſe, ꝙ accedat conſenſus; & multo minus, qđ
res exequutioni mandetur. Quidam dixerũt prę-
cedere debere tres tractatus, ante alienationẽ cu-
iuſq; ex eiuſmodi rebus eccleſiaſticis, aliterq; alie
nationem eſſe inualidã. Ex duobus tñ capitibus
citatis apertè cõſtat, ſufficere vnum, debere tamẽ
eſſe diligentem pro qualitate rei, de qua agitur;
ſolum quippe exigunt tractatum in numero ſin-
gulari, nõ verò tractatus in plurali, atq; ita affir-
mat Panor. c. tua, de his quæ fiunt à præla. nu. 3.

Tertiò dictum eſt, neceſſarium eſſe cõſenſum.
6 Quod intelligendum † eſt de expreſſo, vt liquet
c. 1. de his quæ fiunt à prælato, & ex alijs iuribus
citatis: id. n. eſt, ꝙ ibi appellatur collaudatio, hoc
eſt, approbatio, & conſenſus expreſſus, conſentit-
que ibid. Panor. nu. 3. Sufficit tñ conſenſus maio-
ris partis capituli: neq; eſt neceſſarius conſenſus
abſentium, ſed ſufficit præſentiũ, vt notat ibi Pa-
nor. nu. 5. Vtrum aũt, ſi epiſcopus aliquid alienet
reclamante capitulo, aut ſine capituli conſenſu,
ſatis ſit capitulum habere poſtea id ratum, præ-
bendo conſenſum poſtea præuio tractatu.

Affirmanter eſt reſpondendũ, vt innuitur aper
tè. capit. cum nos, de his quæ fiunt à præla. Intel-
ligendum tamen eſt, f[?]c[?] tunc alienationem vali
dam per conſenſum capituli, non à tempore, quo
prælatus ſine eo conſenſu alienauit, ſed à tempo-
re, quo capitulum conſenſit, vt Panor. ibidem, n.
5 a[?]t, conſonat gl. c. 1. de reb. eccleſ. non alien. lib.
6. verb tractatus: id enim, quod ante conſenſum
pręceſſit, fuit ipſo iure nullum. Quod ſi pręlatus
propter bellũ, aut alia de cauſa, capitulo careat, ait
Pan. cap. 1. de his quæ fiunt à prælat. nu. 7. debe-
re conuocare alios clericos, ipſq; cum illis tracta-
ta, poſſe de illorum conſenſu alienare, quod expe-
dire fuerit iudicatum.

Quartò dictum eſt, neceſſariã eſſe ſubſcriptio-
7 nem. Hæc † verò ſolum eſt neceſſaria in caſib. à iu
re expreſſis, vt illa adhibeatur, vt cum Inno. Pan.
notat. c. 1. de his quæ fi. à præl. nu. 4. Eiuſmodi au
tem caſus, vt eodem capite habetur, ſolum ſunt,
quando aliquid donatur, venditur, aut permuta-
tur. Imò, vt ibid. Pan. ſubiungit, ſubſcriptio capi-
tuli in multis locis nõ ſeruatur. Et Armilla verb.
alienatio. §. 6 ait neceſſe non eſſe, vt ſubſcriptio
manu canonicorũ, aut religioſorũ fiat, ſed ſatis eſ
ſe, ſi fiat manu notarij; quia id habet conſuetudo.
Hac itaq; ĩ re cõſuetudini cuiuſq; loci erit ſtãdũ.

Panormit. cap. vt ſuper his, de rebus eccl. non
alienan. num. 8. 15. ac alibi, & alijs obſeruãt. Ho-
3 die prælatos a Summo † Pontifice promotos, aut
de ipſius mãdato cõſecratos, iurare ſe non aliena-
turos bona immobilia eccleſiæ neq; ea impigno-
raturos, aut de nouo in feudũ, vel emphyteuſim
daturos, etiam de conſenſu ſui capituli, inconſul-
to Romano Pontifice. Idemque iuramẽtum prę-
ſtant Abbates, vt de quodam inſtrumento publi-
co id mihi noſtris temporibus in Luſitania inno-
tuit, conſentit gloſſ. 1. cap. ego, de iureiuran. quæ

affirmat Abbates in ſua benedictione idem iuramentũ pſtare ꝙ Epiſcopi in ſua cõſecratione. Circa eiuſmodi autẽ iurm̃ obſerua, q̃n alias alienatio eſſet valida, quia videlicet ad illam concurrerent legitima cauſa, & ſolemnitas à iure ſtatuta, iuramentum hoc non impediret validam eſſe, eſto fuiſſet facta inconſulto Romano Põtifice: qm̃ obſeruatio huius iuramenti non eſt de numero ſolẽnitatum, quæ neceſſariæ ſunt, vt alienatio ſit.

Tráſgreſſio itaq; huius iuramẽti conſtitueret quidem periurum tranſgredientem, nõ tñ redderet inualidam alienationem. Pan. loco citato nu. 15. & c. vlt. de eccleſ. ædifi. à nu. 3. ait duob. modis præſtari poſſe hoc iuramento. Vno, ita vt ſimpliciter iuretur non alienare inconſulto Romano Pontifice, aut ſine ipſius licentia. Tunc ait, ſi primò modo exhibeatur, ſolum cenſeri id iurare in caſib. prohibitis à iure: ſecus vero in caſib. à iure permiſſis, ac proinde alienare poſſe ex legitima aliqua cã è quatuor ſupra explicatis, ſeruata debita ſolemnitate, nihil eo iuramento impediente.

Qm̃ iuramentum illud non adhibetur ad reſtringendã poteſtatem alienandi propria authoritate, ſed ad maiorem firmitatem, vt non alienet in caſibus, ſecluſo eo iuramento prohibitis. Atq; de iuramento hoc modo præſtito, intelligit c. vlt. de eccleſ. ædific. vbi ſummus Põtifex reſpondet, non obſtante iuramento de rebus eccleſiæ non alienandis, poſſe Epiſcopos inſtituere nouas baſilicas, prout conuenire iudicauerint, illis applicando partem redituum aliarum iam ædificatarũ. Si verò inquit, iuramentum ſecundo modo exhibeatur, vt hodie conſueuit à prælatis exhiberi, quia ſe aſtringunt, petituros conſilium, aut facultatem ad alienandũ à Romano Pontifice, ꝙ intelligendum nõ eſt, q̃n alienatio eſt iniuſta, ſed q̃n eſt iuſta, tunc alienare non põt, ẽt in caſibus à iure permiſſis inconſulto Romano Pontifice. Atque hãc refert eſſe cõem Doctorum ſnĩam cum Ioã. And. tametſi pauci contenderint, ẽt iuramentũ, quod hodie præſtatur, ſolum obligare in caſibus alias illicitis: eo quòd iurm̃ ſit ſtricti iuris. Panormitani tñ ſnĩa, Ioannis Andreæ, & cõis eſt nobis amplectenda; limitata tñ cum Pan. ca. vlt. citato, & cum alijs, quòd intelligatur, præterquam in caſu notabilis neceſſitatis, qui locũ non daret adeũdi prius Summum Pontificem: etenim iuramentum, neque vinculum eſt iniquitatis, neque impedire debet maius bonum; in re præſertim, de qua diſputamus: per Epicheiamq, cẽſendum eſt, Summos Pontifices non intendere in eo euentu obligare, quoniam, ſi id intenderent, malè facerent.

Licèt prædictæ ſolemnitates regulariter neceſſariè ſint, tum vt alienatio licita ſit, tum etiam vt ſit valida; eſt tamen obſeruandum. Quando † res
9 eſt modica, & paruæ vtilitatis Eccleſiæ, expeditque eam alienare, Eps ſolus poteſt id efficere abſque alia ſolemnitate, vt conſtat ex capite terrulas 14. q. 2. affirmant gloſſa in ſumma eadẽ diſtinct. quæſt. 2. & Panorm. cum quibuſdam alijs. cap. vt ſuper, de reb. eccleſ. ædific. nu. 9. Additque, nihil impediente iuramentum, quod hodie præſtant Epiſcopi de non alienando inconſulto Romano Pontifice, poſſe Epiſcopos alienare eiuſmodi res paruas: quoniam non intelligantur comprahendi, in eo iuramento.

Et quamuis cap. terrulas, de ſolis Epis loquatur, arbitratur Pan. inferiores Prælatos poſſe etiã ſine tractatu, & conſenſu capitali alienari eiuſmodi res modica, iuxta quædam iura, quæ ibi citat, & concinit gloſſa c. Abbatius 12. q. ſecunda. In quo etiam caſu intelligendus eſt Caiet. in ſumma verb. excommunicatio, ca. 75. quando ait, in alienatione rerum immobilium minimarum nõ incurri excommunicationem Pauli II. in extrauag. ambitioſæ. In ea quippe extrauaganti excipiũtur caſus à iure permiſſis: vetò, de quo loquimur, de numero eorum eſt,

10 Quando † bona aliqua communia non eſſent Epo cum capitulo, aut Abbati cum conuẽtu, ſed eſſent de menſa Epali, aut abbatiali, ait Pan. c. cõtinebatur, de his quæ fiunt à præl. nu. 7. & Federicus de Senis, atque Hoſt. quos Pan. citat, poſſe ſolum Epm, aut Abbatem, illa concedere alicui, ad vitam tantum ipſius concedentis, abſq; aliqua alia ſolemnitate. Ratio eſt, qm̃ hoc non eſt aliena re, neque eſt locare ad longius, quam triennium, quod in extrauaganti, ambitioſæ eſt prohibitum, neque id cedit in præiudicium capituli, aut eccleſiæ, ſed ſolius prælatis id concedentis, neque videtur eſſe aliud quam concedere commoditatem ex re illa ad vitam illam concedentis.

Contrarium fortaſſe eſt verum, illaq; conceſſio improbari videtur c. 3 de arbitris. Ratio autẽ eſt, quoniam eſt vltra triennium. Et quoniam eſt pernicioſum eccleſiæ. Sępe enim euenit, vt ea res difficilè, & non ſine lite, eruatur poſtea de manu laici, vt aliquando experimẽto didici in re graui. Quando res aliqua data eſſet alicui laico in feudũ perpetuum, neq; vellet illam reddere propriæ eccleſiæ, tunc, ſi eam donare vellet alicui alteri eccleſiæ, aut monaſterio, ſufficeret authoritas epiſcopi, vt valida eſſet ea donatio, abſque conſenſu, & tractatu cum capitulo, & abſque conſenſu clericorum eccleſiæ, cuius dominium directum rei illius erat. Ita habetur expreſſe ca. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt a prælat. idque affirmant Panormit. ibi, nume. 7. & gloſſa clement. 2. de rebus eccleſiæ non alienan. verb. menſæ. Cum autem cap. cum apoſtolica, dicat, id non tam eſſe prælatum alienare, quod poſſidetur ab eccleſia, quam reuocare ad vſum eccleſiaſticum, quod detinetur à laico, id non videtur aduerſari iuramento de non alienando inconſulto Romano Pontifice, ꝙ hodie fit; quare fieri poſſe videtur inconſulto Romano Pontifice.

Dubium eſt, ſi prælatus abſque ſolemnitate, & conſenſu capituli repudiet legatum eccleſię factũ
11 de re immobili, an † ea repudiatio valeat, & num is pręlatus periurus ſit, ſi incõſulto Romano Pontifice id fecit. Panormit. capit. tua, de his quæ fi. à prælat. num. 9. & capit. 1. de in integ. reſt. n. etiam 9. diſput. hanc quæſtionem. Quamuis autem dicat rem eſſe dubiam, inclinat tamen validam eſſe repudiationem illam, neque eum prælatum eſſe periurum.

Ratio

Ratio illius eſt, q̄m id non eſt alienare rem Eccleſiæ, eò quòd ante acceptationem legati per prælatum Eccleſia non ſit domina rei legatæ, vt ex dictis diſp. 2. 3. & 181. apertè conſtat, ſed eſt id non acquirere Eccleſiæ, quod poterat ei acquirere: ſolemnitas autem ſolum requiritur ad alienādum. Addit tñ Panor. Si repudiatio fuit in præiudiciū Eccleſiæ, dari actionem Eccleſiæ aduerſus prælatum, & hæredes illius, vt intereſſe, ac damnum
Decis. ſequutum reſtituant. Contraria tñ ſnia mihi vř longè probabilior, iuxta ea, quæ cum eodem Pan. diſp. 465. dicta ſunt, nempe, in re hac de alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, iura ad bona immobilia, cum bonis immobilibus Eccleſiæ computari. Quare, ſi legatum ſit de re immobili, aut pretioſa quæ ſeruando ſeruari poſſit (de quo ſolo legato poteſt eſſe difficultas) ius ad illam cum bonis immobilibus, aut cum mobilibus pretioſis, q̄ ſeruando ſeruari poſſunt, eſt computandū; cum ergo ante acceptationem prælati Eccleſia acq̄rat jus ad eam rem; conſequens profectò eſt, vt quāuis repudiatio illa non ſit alienatio comparatione rei ipſius legatæ, quod probant ea, quibus Panor. in eam opinionem ducitur, ſit nihilominus alienatio comparatione iuris ad eam rem, quod Eccleſia morte teſtatoris acquiſierat, & quod prælatus, ea repudiatione, ab Eccleſia abdicat, ac proinde, vt ea repudiatio inualida ſit, atque ſi is ſit Epiſcopus, aut Abbas, & ius illud erat ad rem immobilem, ſit etiam periurus.

2 Quarta concluſio. In alienatione † eiuſmodi bonorum monaſterij, ſi monaſterium non ſit priuilegiatū, ac exemptum ab Epiſcopo, præter tractatum, & conſenſum capituli, & ſuperioris eius monaſterij, neceſſarius eſt conſenſus Epiſcopi, alioquin alienatio erit nulla. Si verò ſit priuilegiatū, & exemptum, vt regulariter ſunt hodie monaſteria omnia, ſatis eſt conſenſus capituli, & prælati, adhibitus iuxta conſtitutiones, & priuilegia cuiuſq; religionis. In noſtra aūt ſocietate, iuxta priuilegia illius, neceſſarius non eſt conſenſus capituli, ſed ſatis eſt tractatus cum conſultoribus, noſtræ ſocietatis more. Primam huius concluſionis partem affirmant glo. in ſumma 12. q. 2. & doctores cōiter, conſtatq; apertè ex c. Abbatibus, 12. q. 2. & ex c. in venditionibus, 17. q. 4. Secundā partē affirmat Turrecremata in ſumma nume. 12. q. 2. Neque indiget probatione: cum id in priuilegijs cuiuſque religionis, aut monaſterij exempti, contineatur. Tertia autem pars conſtat ex priuilegijs noſtræ ſocietatis in bulla Pij V. anno 1566. & Greg. XIII. anno 1575. quæ modum celebrandi contractus, & alienandi res, præſcribunt ſine capitulo, accommodatum conſtitutionibus, ac regimini ſocietatis. Neque in ea eſt neceſſaria facultas Summi Pontificis ad alienandum, niſi in caſibus à iure non cōceſſis, vt ex bulla Pij V. cōſtat.

3 Quinta concluſio. Si res † alienanda ſit Eccleſiæ ſecularis inferioris ad cathedralem, tunc, ſi principalis autor eius alienationis ſit Epiſcopus, neceſſarius eſt tractatus, & aſſenſus ſui proprij capituli Eccleſiæ cathedralis. Si verò Eps non ſit autor, ſed autor ſit rector talis Eccleſiæ, tunc, ſi ea inferior Eccleſia hēat propriū collegium, neceſſarius eſt tractatus Rectoris cū ſuo collegio, & conſenſus collegij vna cū Rectore, atq; inſuper autoritas, ſeu cōſenſus Epi. Quòd ſi Eccleſia collegio careat, alienare poterit ſolus rector cum autoritate, ſeu conſenſu, ſolius Epi. Hæc concluſio eſt Panor. c. 1. de his quæ fiunt à præl. nu. 5. Prior autē pars ſatis colligitur ex c. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 6. Audiri tñ dēt rector Eccleſiæ inferioris, ſi illū tūc hēat, q̄ ſi illo careat, vacetq; tunc rectore, cōſtitui debet defenſor, q̄ partes Eccleſiæ agat, vt ex c. 1. citato conſtat. Neque. n. Eps, ēt cū cōſenſu ſui capituli, pōt abſque neceſſitate alienare bona Eccleſiæ inferioris ſine conſenſu rectoris, & collegij, ſi collegiū habeat, vt conſtat ex c. placuit, 12. q. 2. ex c. ſi qs Eps 10. q. 2. & ex ca. 1. de reb. Eccl. non alien. libr. 6. Secus aūt vbi adeſſet neceſſitas, vt ſatis innuitur ex c. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 6. & c. placuit, & c. ſi qs Eps, citatis. Et tūc audiri ēt debet talis rector Eccleſiæ, aut defenſor conſtitutus, eſto conſenſus illius non ſit neceſſarius. Eadem pars confirmari pōt ex c. cum Apoſtolica de his q̄ fiunt à præl. vt ibi. Pano. nu. 9. obſeruat. Poſteriorem verò partem affirmat gl. in ſumma. 12. q. 2. & conſtat apertè ex c. Abbatibus, & c. placuit, 12. q. 2. Rō autem cur in euentu prioris partis huius concluſionis requiratur tractatus, & cōſenſus proprij capituli Epi, nō verò in euētu huius poſterioris partis, hæc eſt iuxta Pan. nu. 5. citato. Quoniam in illo priori alienatio fit per Epiſcopum; ne ergo diſſiparet bona inferioris Eccleſiæ, neceſſe fuit illi præſcribi eam totam ſolemnitatem. In hoc verò poſteriori, quoniam alienatio fit per rectorem, oportuit in primis, illi præſcribere, vt adhiberet ſolemnitatem, quam prælati adhibent, tractādo rem cum ſuo collegio, interueniente q; conſenſu illius, ſi illud habeat: atq; in re propoſita nomine collegij, ēt intelligitur communitas aliorum beneficiariorum eiuſdem Eccleſiæ, vt Gam. deciſ. 49. nu. 2. ait, ſi ea eccleſia, vltra rectorē, aut priorē, beneficiarios alios habeat. Deinde verò decens ēt fuit, vt ſimul, tamquam neceſſariū ad eam alienationem, illi adiūgeretur autoritas, ſeu conſenſus, ſui proprij epiſcopi.

4 Sexta concluſio. Vt alienatio † eiuſmodi rerum eccleſiaſticarū valida ſit, neceſſe eſt ſimul concurrat iuſta cā de numero illarū quatuor, quæ concluſione ſecunda explanatæ ſunt, & debita ſolēnitas à iure præſcripta, & à nobis huc uſq; præcedentibus concluſionibus explicata. Hæc concluſio eſt aduerſus gl. in ſumma 12. q. 2. & gl. c. ſine except. verb. profuturū, 12. q. 2. & paucos alios, quos referunt Panor. locis citandis, & Cou. 2. var. reſol. c. 17. nu. 2. qui aſſeruerunt, ſi forma, ſeu ſolemnitas, debita ſeruetur, eſto non adſit legitima cauſa, alienationem eſſe validam. Tametſi ſubiungāt, ſi Eccleſia ea alienatione notabiliter læſa ſit; petere poſſe reſtitutionem in integrum, atq; adeò, quod alienatio reſcindatur, & reſtituatur in ſtatum, in quo ante eam alienationem erat. Noſtra tamen concluſio communis eſt, nempe alienationem eſſe ipſo iure nullam, ſiue deſit legitima cauſa, ſiue legitima ſolemnitas, ad alienandum requiſita.

Eam affirmant gl.pen.c.1.de in integr.reſtit. Pan.ibi.num.17.c.tua,de his quæ fiunt à prælat. nu.8.c.nulli.de reb.eccl.non alien. nu.7. ac alibi. Cou.nu.2.citato,& plurimi alij, quos refert. Colligitur verò apertè ex c.1.de reb.Eccl. non alien. lib.6. quo in loco alienatio quædã pronunciatur nulla,tũ ꝙ ſeruata nõ fuerit debita ſolemnitas, tũ vel maximè,quòd non interuenerit debita cauſa.

Colligitur etiam ex clem.1.de reb.Eccleſ.non alien. Vbi locatio ad vitam ,aut ad longum aliud tps,nulla ipſo iure pronunciatur, ſi vel abſit debita cã,vel ſolemnitas requiſita deſit. Apertius adhuc colligitur ex extrauag.ambitioſæ,eo.titu.vbi alienatio oĩs facta, præterquam in caſibus à iure permiſſis,nulla ipſo iure pronunciatur. Idem colligitur ex c.fine exceptione.12.q.2.ex c.cum apoſtolica,& ex c.tua,de his quæ fiunt à prælat. Tũc ergo ſolum alienatio eſt valida, ſed conceditur reſtitutio in integrum, qñ & ſeruata fuit debita ſolemnitas,& adfuit legitima cauſa ad alienãdum, cęterum Eccleſia in ea alienatione fuit enormiter læſa,quia pretium fuit modicum valde, aut pẽſio conſtituta,pro qualitate rei, quæ alienatur, fuit admodũ exigua,vt factum fuit in euentu, de quo fit mentio ca.ad noſtram de reb.eccleſ.non alien. Atque de hoc,& de ſimilibus alijs euentibus, intelligendum eſt c.1.de in integ.reſt.

Obſerua tamen, vt alienatio valida ſit ſatis eſſe cauſam fuiſſe exiſtimatam legitimam à cõtrahentibus,qñ alienatio facta fuit,eſto poſteà inſufficiens comperiatur. Ita glo.c.ad noſtram, de reb. Eccl.non alien.& alij,quos Cou.nu.2.citato refert,ac ſequitur. Quod ſi tunc Eccleſia ſe inueniat enormiter læſam,conceditur ei reſtitutio in integrum:ſecus autẽ,ſi in pretio,aut penſione, non ſe ſentiat enormiter læſam. Item qñ conſtat ſeruatã fuiſſe debitam ſolemnitatẽ, præſumitur ẽt interfuiſſe legitimam cauſam qñ contrarium non conſtat:tametſi Eccleſia tunc admittatur ad probandum legitimam cauſam non interueniſſe. Ita cũ glo.in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.Eccl. Baldo,Iaſone & alijs,Coua.ibidem. Illud quoq; eſt obſeruandum, conſtitutiones Archiepiſcopatus Olyſſiponenſis,titu.18,conſtit.2.habere,eſto in ſcriptura,in qua aliquid traditũ eſt in emphyteuſim, nulla mentio de ſolemnitatibus requiſitis fiat,ſi lapſum ſit ſpatium triginta annorũ,firmari contractum. De iure etiam cõi contẽdit Gama deciſ.49 præſumi interueniſſe ſolemnitates reqſitas,eſto ex ſcriptura id non conſtet,citatq; multos doctores id affirmantes. Quando autem alienatio fit pro ſatisfaciendis debitis Eccleſiæ, mutuoque ſoluendo,quouſque ad mutuantem, & alios creditores,probare ſpectet, ea debita in Eccleſiæ vtilitatem fuiſſe conuerſa,aut non, diſp.300, fusè a nobis fuit explicatum.

15 Quando † alienatio ipſo iure fuit nulla,tũc res alienata reſtituenda eſt Eccleſiæ cum omnib. fructibus ex ea perceptis, vt patet cap.ſi quis de reb. Eccl.non alien.emptorq; punitur amiſſione pretij in Eccleſiæ cõmodum,vt habetur l.iubemus, & in auth.qui res.C.de ſacroſ.eccl. Quãdo tamen emptor rem bona fide emit,tunc, qui illicitè eam alienauit,tenetur ei ſoluere pretium, &, in illius defectum, Eccleſia tenetur id ſolum ei ſolúere, in quo ex eo pretio eſt facta locupletior,vt Pan.ca.ſi quis,citato,rectè adnotauit.

16 Septima concluſio. Ad † impignorãdum, aut ſpeciali hypothecæ ſubijciendum,rẽ immobilem Eccleſiæ (idẽdic de mobili pretioſa,quæ ſeruando ſeruari poſſit) item ad eam locandum in longum tempus, aut ad concedẽdum illam de nouo in feudum, vel in emphyteuſim perpetuã, vel ad certas vitas,neceſſaria eſt,tum cauſa legitima, tũ ẽt debita ſolemnitas,& quodcunque horũ defuerit,alienatio erit ipſo iure nulla. Idem dicendum eſt de locatione vltra triennium, & infra decennium,vbi extrauagans Pauli II. ea in parte fuerit recepta. Prior huius concluſionis pars communis eſt,probariq; poteſt.

Primò,qm̃,vt diſp.466.eſt oſtenſum, illæ oẽs ſpecies alienationis prohibitæ ſunt in iure : ergo abſque legitima cã,debitaq; ſolẽnitate factæ,illicitæ ſunt,ac nullæ: cum aũt non arctius ſint prohibitæ,q̃ alienationes, de quibus præcedentibus concluſionibus ſumus loquuti,& quæ proprius, ac præſſius ſunt alienationes, conſequẽs profectò eſt,vt cum cauſis,ac ſolemnitatibus, cum quibus illæ licent,hæ quoque licitæ,ac validæ ſint.

Secundò, quoniam ad locandum ad longum tps decennij,aut vltra,ſimul requiritur cauſa legitima,ac ſolemnitas debita, aliterq; facta, eſt ipſo iure nulla talis locatio,vt ex clem.1.de reb.eccleſ. non alienandis liquet: quarè,cum hæc alienationis ſpecies minima ſit,ſi cum reliquis cõferatur; conſequens eſt,vt ad hoc, vt cæteræ validæ ſint, cauſa etiam legitima, ac ſolemnitas ſimiliter requirat̃,aliterq; effectæ,nullæ ſint omnino. Quo loco obſerua,ſi hę omnes alienationis ſpecies ſub ea alienatione compræhendantur, quam hodie Epiſcopi,& Abbates iurant, ſe non exequuturos inconſulto Romano Pontifice, vt ſupra compræhendi oſtendimus;tunc,vt licitè, atque abſq; peccato periurij,ab epiſcopis,& Abbatibus fiant,inſuper requiritur,vt conſulto prius Romano Pontifice exequutioni mandentur: non tamen id neceſſarium eſt,vt ſint validæ, vt de alia ſpecie alienationis ſupra dictum eſt.

Adhibendæ ẽt ſunt circa has alienationis ſpecies limitationes, quæ circa alienationem preſſe ſumptam, ibidem factæ ſunt. Poſterior verò pars concluſionis probatur. Qm̃ locatio vltra triẽniũ, & infra decennium,eſt prohibita : ergo ſaltẽ ſine legitima cã,& ſolemnitate erit illicita, ac nulla, vt ex extrau.ambitioſæ,conſtat: cũ verò non cenſeatur arctius prohibita, q̃ alienationes, quæ longè maioris ſunt ponderis, ac momenti, conſequens profectò eſt, vt,concurrente cauſa,ac ſolemnitate legitima eo modo, quo concurrere debere eſt explicatum,vt alienationes validæ ſint,eiuſmodi locatio valida,ac licita ſit. Quia tamen regulariter vrgens cauſa non aderit regulariter quoq; illicita erit,ac nulla. Et,cum alienatio non ſit,neceſſe nõ erit Epiſcopis, & Abbatibus conſulere prius circa eam Romanum Pontificem.

17 Octaua cõcluſio. Si res Eccleſiæ † in feudum, aut

aut emphyteuſim erat tradi cõſueta, poteſt, anteq̃ incorporetur, & fiat de mẽſa, tradi iterum in feudum, aut emphyteuſim, idque abſq; ſolemnitate: modo tñ perſeueret, aut adſit, ſufficiẽs cauſa, ſeu, vt Paulus II. in extrauag. ambitioſæ, ait, modò cũ euidenti Eccleſię vtilitate tradatur, hoc eſt, abſq; ambiguitate aliqua expedire Eccleſiæ iudicetur. Hæc eſt Panorm. c. ſupra, de reb. eccleſ. non alien. à nu. 9. eamque affirmant communẽ doctorum ſententia, quã referunt, ac ſequuntur Iulius Clar. §. emphyteuſis. q. 6 nu. 1. & §. feudum. q. 13. n. 1. & 2. Greg. Lopez l. 3. tit. 26. par. 4. verb. *los otros* Gama deciſ. 24. & 161. Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 11. nu. 15. & Coua. 2. var. reſol c. 17. n. 4. Iulius Clar. q. 13. citata addit, hanc ſnĩam eſſe veram, ẽt ſi feudum, aut emphyteuſis, vacauerint tẽpore prædeceſſoris, modo a ſucceſſore tradantur, antequam bona illa menſæ, in ſenſu explicando, ſint incorporata. Sententia hæc colligitur ex c. 2. de feudis, & ex extrauag. ambitioſæ.

Cõfirmatur etiam apertè ex c. 1. iuncta gl. ibi. per quos fiat inueſtitura, vbi habetur, minorẽ 25. annis, qui abſque ſolemnitatibus debitis alienare non poteſt, poſſe tamen inueſtire de feudo antiquo ad ſe reuerſo: quia tunc non alienat, ſed, quod fuerat alienatum, reformat. Atque hoc apertè rationi illi cõcinit, cui opinio communis innititur. Nempe, quòd id non cenſetur alienatio, ſed cõtinuatio alienationis prius factæ, non incorporando id menſæ: eaque de cauſa non indiget ea ſolẽnitate, qua primo alienatũ fuit, ſed ſufficit prælati autoritas, eiuſve, ad quem pertineret illud alienare, ſi nulla ſolemnitas à iure fuiſſet ſancita: ſicut ẽt, qñ emphyteuta, aut feudatarius, in cõmiſſum incidit, eiuſdem autoritas abſque alia ſolemnitate ſufficit, vt permittatur in emphyteuſi, aut feudo, perſeuerare. Ex doctrina hac adiuuatur, quod Gama deciſ. 14. cum quibuſdam, iuxta doctrinã doctiſſimi cuiuſdã ſui præceptoris, ait ſe definiuiſſe, nẽpe pupillũ poſſe noĩare in emphyteuſim.

Sicut enim minor inueſtire põt in emphyteuſi, & feudo, iuxta c. 1 per quos fiat inueſtitura, eo ꝙ id non ſit alienatio: ita ẽt poterit nominare: cum id etiam nõ ſit concedere de nouo in emphyteuſim. Ex eadem quoque doctrina proficiſcitur, qđ ad concedendum iterum in feudum, aut emphyteuſim, rem ita tradi conſuetam, anteq̃ menſæ incorporetur, neceſſariũ nõ ſit Epiſcopos, aut Abbates, ad Summum Pontificẽ recurrere, nihil impediente iuramento ab eis pręſtito, quod nõ alienabunt inconſulto Romano Põtifice: id enim nõ cenſetur alienatio noua, ſed continuatio prius factæ, vt Panorm. loco citato rectè affirmat.

Couar. loco citato dixit, poſſe tradi iterum in emphyteuſim cum ſolemnitate, qua conſueta eſt tradi Panorm. verò, & cæteri doctores citati aſſeuerant, neceſſarium non eſſe adhibere de nouo ſolemnitatem antiquam, qñ à principio cum debita ſolemnitate conceſſa fuit; aut id præſumitur. Et id ſane probant iura citata, & perſuadet ratio ſupra cum cõmuni ſnĩa reddita. Nec forte aliud voluit Couar. Caldas de renouatione emphyteuſis q. 14. quamuis confiteatur concluſionem noſtram eſſe communem doctorum ſententiam, quos tam in principio, q̃ in fine eius quæſtionis refert; numero tamen 3. ait, communem praxim in Luſitania eſſe; ſynodalib. conſtitutionib. eius Regni roboratam, vt quando emphyteuſis finita renouanda eſt, nouus accedat tractatus, & per arbitratores de vtriuſque partis conſenſu res emphyteutica de nouo inſpiciatur, ac exploretur quo ad qualitatem, & bonitatem, atque ita penſio quotannis ſoluenda eorum arbitrio æſtimatur, ac definitur, quæ nunquam ſolet eſſe minor, quam antea fuerat conſtituta, atque ita nouus accedit conſenſus dñi directi renouationis, quæ renouatio tandem concluditur, ac celebratur per ſolemnem ſcripturam, publicumq; inſtrumentum. Et q. 20. proximi totam refert, qua hæc in eo Regno fiunt, interpoſita ordinarij authoritate, vt arbitri deputentur, ac res peragatur.

18 Atque qñ † bona ad monaſteriũ, collegium, ſeu capitulum ſpectant, prius rem in conſultationem deduci, congregatoque Collegio, ſeu capitulo, deliberari, num expediat rem in emphyteuſim de nouo concedi, aut renouari, habitoq; diligenti tractatu exploratoque cedere in euidentem eccleſiæ vtilitatem, deputari vnum, aut duos, qui rem ex parte capituli peragunt. Contendit verò Caldas praxim hanc, ſeu ſolẽnitatẽ, in Luſitania conſuetam, neceſſariam etiam eſſe de iure cõi. Nõ eſt tñ recedẽdum à cõi opinione, ab authoribus etiã Luſitanis comprobata. Vnde arbitror dicendum, eam conſuetudinem in Luſitania ortum habuiſſe ex extrauag. ambitioſæ, quatenus præſcribit, res in emphyteuſim tradi conſuetas poſſe quidem iterum tradi, ſed non niſi id cedat in euidentem eccleſiæ vtilitatem: vt verò examinetur, num id in euidentem eccleſiæ vtilitatem cedat, introductus videtur prȩuius ille tractatus: cum tñ neceſſarius non ſit, ſed ſatis ſit, eum, qui rem iterum in emphyteuſim tradit, intelligere id vtile eſſe eccleſiæ. Quare, cum ea praxis non habeat, qñ omittuntur ſolẽnitates illę, reſcindi renouationes emphyteuticas ſine illis factas, ſane neque in Luſitania ſunt hodie neceſſariæ, vt contractus ſit validus.

19 Noſtra † tamen concluſio ſupra propoſita intelligenda eſt, modo non excedatur modus, quo res tradi erat conſueta in feudum, aut emphyteuſim. Si enim ſolum erat conſueta tradi ad tres tantum vitas, & concedatur ad plures, aut in perpetuum, aut vt deueniat ad perſonas alterius generis ab illis, pro quibus ſolita erat concedi, vt ſi ſolum conſueta erat concedi, vt deueniret ad deſcendentes accipientis, & concedatur, vt deueniret etiã poſſit ad extraneos, atque hæc noua conceſſio fiat non interueniente iuſta cauſa, neque adhibita de nouo iuris ſolemnitate, tunc ex communi ſententia inualida eſt quo ad exceſſum, vt Iulius Clarus q. 6. & 13. citatis ait. Vtrum autem quo ad reliqua ſit valida. Nos diſputatione præcedente cum eodem Iulio Claro, & alijs, oſtendimus validam eſſe, quoniam vtile per inutile non vitiatur, conſentitque quod Gama deciſ. 161. iudicatum in Luſitano ſenatu refert.

Duo in lucem concluſionis propoſitæ examinanda

nanda ſunt. Primum eſt, qñ res dicenda ſit cõſueta tradi in emphyteuſim, aut feudum. Secundum verò, quando cenſenda ſit incorporata menſæ. Quod ad primum attinet, prætermiſſis alijs opinionibus, quas Iulius Clarus. §. feudum, q. 13. nu. 4. & Greg. Lopez vbi ſupra, ferunt, ac expendũt, quod ad rem præſentem attinet, dicendum eſt. Si vel ſemel res tradita ſit ad emphyteuſim, aut feudum, concurrente debita cauſa, ac ſolemnitate, nec dũq; mẽſæ, iuxta ea quæ dicẽtur, incorporata ſit, affirmandum eſſe, dicendam eſſe conſuetã tradi in emphyteuſim, aut feudum, ad effectũ, vt iterum ſine noua ſolemnitate, perſeuerãte iuſta cauſa, tradi poſſit. Ratio eſt, qm̃ tunc non alienatur de nouo, ſed poſita legitima alienatione antea facta, continuatur alienatio: quæ eſt ratio quare fieri poſſit ſine noua ſolemnitate. Si autem nõ conſtet antea traditam fuiſſe concurrente legitima cauſa, ac ſolẽnitate, cum hæc præſumatur, quando res perſeuerauit tradita in emphyteuſim triginta annis, aut quadraginta, quando de contrario non conſtat, vtique etiam tunc cenſenda eſt conſueta tradi talis res in emphyteuſim, aut feudum, ad effectum, vt perſeuerante iuſta cauſa, tradi iterum poſſit ſine noua ſolemnitate.

Quod attinet ad ſecũdum, vt colligitur ex gl. Clem. vnic. de exceſ. præl. verb. ad menſam, ex Innoc. Panor. c. ſupra citato, & ex alijs, bona cuiuſque Eccleſiæ, aut monaſterij, ea ratione dicuntur de menſa talis Eccleſiæ, aut monaſterij, ꝙ inſeruiunt menſæ, hoc eſt, ſuſtẽtationi pauperũ, & eorum qui de tali Eccleſia, aut monaſterio ſunt, ipſorumque vtilitatibus. Quòd ſi Eccleſiæ aliquæ annexæ ad hoc ipſum alicui alteri Eccleſiæ ſunt, monaſterio, dignitati Abbatis, Epiſcopatui, aut alteri dignitati, dicuntur eſſe de menſa talis Eccleſiæ, aut monaſterij, vel de menſa Abbatiali, Epali, aut alterius dignitatis, vt tradit gloſ. citata, commendatque Panorm. vbi ſupra. Addunt Panor. & Innoc. qñ dominium vtile rei alicuius pertinet ad alterum, eam rem non dici de menſa: eò quòd vtilitas illius ad menſam non ſpectet.

Fortè tñ cõmodius diceretur, nõ eſſe de menſa cum addito hoc, quo ad dominiũ vtile: eſſe tamen de menſa quo ad dominium directum, & penſionem ex dñium vtili, ſi quæ inde proprietario ſoluatur. His iactis fundamentis, autores citati docent. Qñ aliquid traditum in feudum, aut emphyteuſim, quoad dominium vtile vacat, reuertiturque ad proprietatem, aut quia hæredes deſunt, aut quia finitus fuit contractus, vel emphyteuta, aut feudatarius in commiſſum incidit, aut quauis alia de cauſa, non cenſeri eſſe de menſa, quandiu menſæ non applicatur per prælatum.

Tunc verò primum cenſeri de menſa, quando prælatus, aut conuentus, ſtatuens non tradere id iterum in feudum, aut emphyteuſim, illud menſę applicat. Quòd ſi de aliquibus eiuſmodi bonis, quæ ita vacarunt, non conſtet, an prælatus ea applicauerit menſæ, approbat Panor. dictum quoddam Archidiaconi, 32. q. 8. cap. 1. quo affirmat, ſi prælatus per integrum annũ ea bona retinuit non tradendo illa iterum in feudum, aut emphyteuſim, cenſendum eſſe applicaſſe ea menſæ: ſed poſſe ſucceſſorem illa iterum tradere in feudum, aut emphyteuſim, ſine ſolemnitate.

Hanc verò doctrinam reſtringit Panor. modo adſit legitima cã: alioquin ſtatim, ac vacant, cenſenda ſunt fuiſſe menſæ, aut applicata: non ſecus ac bona, quę eccleſię, aut monaſterio donantur, cũ primum donantur, fiunt menſæ, neq; poteſt prælatus ea ſine ſolemnitate alienare. Quo fit vt ſi à principio terræ ſteriles cum debita ſolemnitate conceſſæ ſint in emphyteuſim, ea iuſta de cauſa, vt ad culturam reducerentur, fructuoſęque efficerentur; aut ſucceſſoribus illius, qui eas ad culturam deduxit, ea rõne iterum in emphyteuſim datæ ſint, quòd id vtiliter fuerit illi promiſſum, qui primò ad culturam eas reuocauit, iuxta c. ad aures, de reb. eccleſ. non alien. tunc, ſi poſtquàm ad culturam ſunt reductæ, fructuoſęque ſunt effectę, vacent, neque legitima adſit cauſa cur iterum in emphyteuſim concedi debeant, fiunt continuò de menſa: ſi verò iterum in emphyteuſim tradantur, inualida eſt ea traditio, vt ſatis perſpicuè in extrauag. ambitioſæ, ſtatuitur. Quin Panor. vbi ſupra ſentire videtur, Epiſcopum, aut Abbatem, qui id inconſulto Romano Pontifice efficeret, eſſe periurum.

Illud circa bona, quæ dicũtur de menſa, eſt addendũ. Interdum in monaſterijs bona diuiſa eſſe inter Abbatem, & conuentum. Ac tunc ea bona, quæ ad Abbatem ſpectant, dici de mẽſa Abbatiali: ea verò, quæ ad conuentum pertinent, in reliquorum religioſorum ſuſtentationem, ac vtilitatem, dici de menſa conuentuali.

Quemadmodũ in Eccleſijs cathedralibus bona diuiſa eſſe ſolent inter Epiſcopũ, & capitulũ, atque ea bona, quę ad Epiſcopum attinent, de mẽſa dicuntur Epiſcopali: quę verò ſuſtentatione canonicorũ, & aliorũ clericorum eiuſdem Eccleſiæ deputata ſunt, dicuntur de menſa capitulari.

A quibus omnibus bonis diſtinguuntur, quæ pertinent ad fabricam. Si quid etiam alicui alteri dignitati, decanatui, archidiaconatui, vel alteri deputatum, atque annexum ſit, dicitur eſſe de menſa talis dignitatis.

Vtrum res Eccleſiæ concedi poſſint in emphyteuſim perpetuam. Et num, ſi concedantur accipienti, & hæredibus, aut ſucceſſoribus illius, ſolum intelligatur de deſcendentibus, an etiam de extraneis.

DISPVTATIO CCCCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica res quomodo in emphyteuſim perpetuam concedi poteſt.*

2 *Emphyteuſi Eccleſiaſtica cõceſſa in perpetuum pro ſe, & hæredibus, an compræhendantur etiam aſcendentes, & hæredes quoſcunque extraneos.*

3 *Emphyteuſis tam cõmunis quam Eccleſiaſtica, cõceſſa*

ceſſa ſine expreſſione temporis, vſque ad quod tempus cenſeatur conceſſa.

4 *Emphyteuſis titulo præſcriptionis acquiſita, vſque ad tres vitas cenſetur præſcripta.*

5 *Emphyteuſis vſque ad tertiã generationẽ conceſſa, ad extraneos non tranſit, ſed ſolum deſcendentes.*

6 *Emphyteuſis ad certum numerum annorum conceſſa, tranſit intra id tempus ad quoſcunque ſucceſſores.*

7 *Emphyteuſis antequam menſæ incorporetur, poteſt de nouo ſine ſolemnitatibus requiſitis eo modo, quo prius concedi, eadẽ cauſa legitima durante.*

8 *Emphyteuſis conceſſa ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis, ſecundum conſuetudinem loci præſcriptam valida eſt.*

RAtio dubitandi, quod ad primũ eorum, quæ propoſita ſunt attinet, eſt. Quòd in authentico de nõ alienãdis §. emphyteuſim, & alijs diſp. 467. relatis, ſolũ conceditur dari res eccleſiaſticas in emphyteuſim ad vitã accipientis, & duorũ hæredum deſcendentium, hoc eſt, alicuius filiorum, aut filiarũ, & alicuius nepotum, aut neptuum, quod vocãt dari in tertiam ſolã generationem, ideſt, vitam deſcendentium tantũ. Ibidem cõceditur, poſſe etiã dari in vitã accipiẽtis, & vxoris, atq; vnius deſcendentiũ. Oĩs autem alia emphyteuſis rerum eccleſiaſticarũ prohibetur, irritaque, ac nulla ipſo facto pronunciatur. Ratio autẽ dubitandi, quo ad ſecundum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, eſt. Qm̃ etſi multi, de quorũ numero ſunt Bar. Speculator, & alij, quos Panor. c. in præſenti, reprobat, à nu. 25. vſq; ad trigeſimũ, & Felynus ibid. nu. 27. referunt, cenſeant, authenticũ citatum correctum poſtea fuiſſe per authenticũ de alien. & emphy. §. licentiã, vbi cõceditur, poſſe res eccleſiaſticas tradi in emphyteuſim perpetuã; nihilominus Ioan. And. & alij arbitrãtur, correctũ quidẽ eſſe quo ad tẽpus, & numerum generationũ, ita videlicet vt dari poſſint in perpetuũ pro filijs, nepotibus proneptibus, & alijs deſcẽdentibus; nõ tñ correctũ eſſe quo ad hæredũ qualitatẽ, ita vt, pter deſcendẽtes, ſuccedere poſſint aſcendẽtes, aut alij extranei.

Atq; hinc variant opiniones quibuſdã aſſerentibus, ſolũ poſſe concedi ad tres generationes, iuxta §. emphyteuſim, eoq; modo intelligendas eſſe conceſſas, qñ, vel abſolutè, vel in perpetuũ conceduntur in emphyteuſim: alijs verò aſſerentibus, poſſe quidẽ concedi in perpetuũ, iuxta §. licentiã, citatum, nõ tamen pro extraneis, ſed pro ſolis deſcendẽtibus: quoniã quo ad hoc §. emphyteuſim, non inuenitur correctus: alijs deniq; affirmantibus, poſſe concedi in perpetuũ pro quibuſcunque hæredibus, aut ſucceſſoribus, etiam extraneis Res hæc ſequentib. concluſionibus eſt dirimenda.

1 Prima concluſio. Ex iuſta † cauſa, interuenienteq; iuris ſolemnitate, de quibus diſputatione præcedente dictũ eſt, concedi poteſt res Eccleſiaſtica in emphyteuſim perpetuã, etiam pro hæredibus extraneis. Atq; eo pacto intelligenda eſt cõceſſa, ſi dicatur, concedo tibi hanc rem in emphyteuſim perpetuã, etiam pro hæredibus extraneis, aut ſi dicatur, pro quibuſcunq; hæredibus, aut quibuſcunque ſucceſſoribus, aut pro quibuſcunq; placuerit illam relinquere. Concluſio hæc eſt Panorm. vbi ſup. nu. 28. & 29. Felyn. nu. 27. & cõmuni, vt referunt, ac ſequuntur Couar. 2. var. reſol. c. 16. nu. 5. concluſ. 3. & 4. & Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. emphyteuſis. q. 6. nu. 4. & q. 25. nu. 5. 9. & 10.

Probatur verò non ſolum quoniam authenticum de alienat. & emphyt. §. licentiam, correxit, atque extendit authenticum de non alien. vt res eccleſiaſticæ concedi poſſent in perpetuã emphyteuſim; & cum nullam appoſuerit limitationem, conſequens fit, vt concedi poſſint, etiã pro hæredibus, ac ſucceſſoribus extraneis, atq; vt eo modo conceſſa intelligatur, dummodo id ſufficienter exprimatur, vt ſufficienter exprimitur verbis in noſtra concluſione propoſitis: ſed etiam, ac potiſſimum, quoniam, vt Panor. vbi ſupra notat, & Iulius Clar. q. 28. citata latius proſequitur, quando datur peculiaris diſpoſitio in iure canonico circa ſuam propriam materiam, qualis hæc eſt de alienatione rerum eccleſiaſticarum, ceſſat diſpoſitio, & ſolemnitas iure ciuili circa eam præſcripta: quare, cum ius canonicum prohibendo alioquin omnes ſpecies alienationis rerum Eccleſiaſticarum, eas omnes abſque vlla exceptione, conceſſerit concurrentibus ſimul debita cauſa, & ſolemnitatibus diſputatione præcedente explicatis, neque quicquam exceperit, aut ſtatuerit, ea in parte circa emphyteuſim, conſequens profectò eſt, vt ſicut concurrente legitima cauſa, & ſolemnitate, fas eſt alienare omnino res eccleſiaſticas, multo magis validum, ac licitum ſit, eas tradere in perpetuam emphyteuſim, etiam pro extraneis, modo ad id legitima cauſa, debitaque ſolemnitas cõcurrat, & vt ita traditas eſſe ſit cenſendum, qñ ſufficienter id exprimitur, vt ſit verbis, de quibus in noſtra concluſione ſermo eſt habitus. Optimè tamen Panorm. vbi ſupra, obſeruat, ſæpe adeſſe poſſe cauſam iuſtam, vt concedatur ad tot, vel tot vitas, & non vt concedatur in perpetuum: quoniam illud primum expedire poterit eccleſiæ, non verò hoc ſecundum, idque multis de cauſis.

Atq; hæc vr̃ eſſe ratio, cur in Luſitania, ac alibi, vt plurimum concedi ſoleant ad tres vitas, & non in perpetuum, & cur id ita ſancitum fuerit in authentico de non alien. §. emphyteuſim. Rarò tñ, meo iudicio, occurret cauſa ſufficiens, vt concedatur ſolum vt deueniat ad ſolos deſcendentes, & non vt deuenire poſſit etiam ad extraneos, eſto facilius aliquantulum finiri poſſit cum clauſula, vt ſolum deueniat ad deſcendentes, quam cum clauſula, vt deuenire etiam poſſit ad extraneos.

Eſt verò concertatio non modica inter doctores, ſi res Eccleſiaſtica ex iuſta cauſa, adhibitaque ſolemnitate debita, in emphyteuſim perpetuam Quæſt.
2 tradatur alicui, & hæredibus illius, vtrũ † cenſeatur ſolum conceſſa in ſolos hæredes deſcendentes, an verò etiam in aſcendentes, & quoſcunque alios hæredes extraneos. Dixi, ſi res Eccleſiaſtica illo modo conceditur: quoniam omnes conueniunt, ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica non ſit, & illo modo ſit conceſſa, nomine hæredum quoſcunque eſſe intelligendos, etiam extraneos: eò quòd hæredis

redis nomen quouſque compræhendat, etiam extraneos, & in ea emphyteuſi nihil ſit, quod ſuadeat, reſtrictionem fieri debere ad ſolos deſcendentes. Ita, præter Aluar. Valaſ. de iur. emphy. q. 39 num. 9. iuxta l. prędia. ff. familiæ erciſ. & Caldas de nominat. emphy. q. 23. nu. 11. & ſequentibus, Iulius Clar. q. 28. citata, nu. 6. & communis ſententia, quam refert. Ratio verò controuertendi, id in emphyteuſi Eccleſiaſtica, eſt. Quod in authentico de non alienandis. §. emphyteuſim, ſancitum ſit, quòd Eccleſiaſtica emphyteuſis ſolum concedatur in duos deſcendentes, ſeu (quod idem eſt) in tertiam ſolum generationē, ac proinde nomine hæredum, ſoli deſcendentes in ea emphyteuſi videantur intelligendi, niſi aliud exprimatur. Atque hæc ex eo ſolum fundamento & communior doctorum ſententia multis in regionibus recepta, vt Iulius Clarus nu. 6. citato copioſe refert, à qua recedere non audet; tametſi dicat, contrariam in puncto iuris videri veriorem. Eandemque ſententiam, tanquam in puncto iuris veriorem, amplectuntur Aluar. Valaſ. nu. 9. citato, & Caldas q 23. citata, præſertim nu. 25. & 26. Eandem ſequuti ſunt Senatores Luſitani in ſententia, quam Gama latam fuiſſe deciſ. 50. nu. 3. & 4. refert; neque ſanè, quod Gama ibi in contrarium contendit propter diſpoſitionem legis Luſitanæ, quam citat, vllam vim habet: quoniam, vt diſput. 446. oſtendimus, lex illa Luſitana vim non habet circa Eccleſiaſticas emphyteuſes, ſed ſolum circa ſeculares. Eandem ſequuti ſunt deciſ. 72. nu. 1. & deciſ. 326. n. 4. & 5. Contrariam verò ſententiam nempe in ea conceſſione, nomine hęredum, intelligendos etiam eſſe extraneos, aſſeuerat Panorm. vbi ſupra, & ſequitur Couar. 2. var. reſ. c. 16. nu. 5. concluſ. 4. tametſi ſubiungat, tutiorem eſſe contrariam ſententiam, & ſequuntur plurimi alij, quos Iulius Clar. nu. 6. citato refert, vbi ſimul ait multis alijs in locis eſſe in praxi receptam. Ducuntur hi autores, quoniam nomine hæredum, etiam extranei propriíſſimè compræhenduntur. Et quoniam authenticum de non alien. §. emphyteuſim correctum poſtea, ac extenſum fuit per authenticum de alien. & emph. §. licentiam, abſque vlla limitatione ad deſcendentes. Ac quoniam diſpoſitio illa ciuilis. §. emphyteuſim non ligat in materia Eccleſiaſtica: præſertim cum ſacri canones ſine vlla reſtrictione conceſſerint poſteà alienationem rerum Eccleſiaſticarum quo ad omnem ſpecimem interueniente iuſta cauſa, ac debita ſolemnitate. Atque hanc ſententiam iudico veram cum hac limitatione, quòd vbi fuerit conſuetudo recepta, vt in emphyteuſi Eccleſiaſtica nomine hæredum, ſoli deſcendentes intelligantur, quando aliud non fuerit ſufficienter expreſſum ei conſuetudini ſtetur: quoniam contractus iuxta conſuetudinem loci cenſetur celebratus. Ita obſeruant Panor. vbi ſupra, Iulius Clar. q. 28. citata nu. vlt. & communis doctorū ſententia, quam referunt. In hac enim materia emphyteuſis conſuetudini in ſimilibus euentibus eſt ſtandum.

3 Secunda concluſio. Si † emphyteuſis Eccleſiaſtica de nouo conceſſa ſit, exiſtente legitima cauſa & ſeruata debita ſolemnitate, attamen conceſſa ſit ſub hac forma, concedo tibi hanc rem in emphyteuſim, neq; exprimendo tempus, quo perſeuerare debeat, neq; ad quos deuenire debeat, cenſetur conceſſa quo ad accipientem, & duos illius deſcendentes tantum: ſi verò ſit emphyteuſis non Eccleſiaſtica, neque cauſam, neque ſolemnitatem requirit, vt concedatur, & cenſetur conceſſa in uitam accipientis, & duorum ſucceſſorum illius, ſiue illi deſcendentes ſint, ſiue extranei. Ita affirmant Iulius Clarus q. 28. citata nu. 1. & Couar. 2. var. reſ. c. 16. nu. 6. concluſ. 5 cōmuniſq; opinio, quam referunt. Ratio eſt, tum quoniam ita diſponit. §. emphyteuſim, citatus vt concedatur, & qñ aliud non exprimitur, ita cenſenda eſt conceſſa: præſertim vbi conſuetudo eſt, vt ita regulariter concedatur, vt eſt conſuetudo in Luſitania. Tum etiam quoniam frequētius cauſa ſufficiens adeſt, vt ita concedatur: non verò vt concedatur in perpetuum, & quando non eſt cenſenda conceſſa in perpetuum, neque vitæ ſunt taxatæ, illo modo ſic exiſtimanda conceſſa, qui in emphyteuſibus Eccleſiaſticis eſt frequentior. Neque video cur Iulius Clar. ibidem, quamuis admoneat recedendum in praxi non eſſe ab hac doctrina, addiderit, eſſe textum rotundum in §. emphyteuſim, citato, quod in hoc euentu finiatur cum vita illius, cui fuit conceſſa: cum nihil tale ex eo. §. colligatur, ſed potius contrarium. Cùm verò emphyteuſis non Eccleſiaſtica, neque cauſam, neque ſolemnitatem requirat, vt valide concedatur, & in illa indifferenter ſuccedant deſcendentes, & extranei, vera ſanè eſt poſterior concluſionis pars: præſertim vbi, etiam non Eccleſiaſtica emphyteuſis, concedi in tres vitas conſueuit, vt in Luſitania.

4 Hinc eſt dicendū, ſi † emphyteuſis titulo præſcriptionis compararetur, non ad longius tempus cenſenda eſt præſcripta, quàm ad tres vitas ſiue deſcendentium tantum ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit, ſiue etiam extraneorum, ſi ſit non Eccleſiaſtica. Ratio eſt, quoniam non in longius tempus titulo pręſcriptionis cenſenda eſt comparata, quàm in minimum, & præſertim in id, in quod frequentius conſueuit tradi. Ita cum Bald. Couar. 2. var. reſol. c. 16. nu. 6.

5 Tertia concluſio. Si † emphyteuſis vſque ad tertiam generationem ſit conceſſa: cum generatio ſolum ſit comparatione deſcendentium, talis emphyteuſis, etiam ſi Eccleſiaſtica non ſit ad extraneos non tranſit, ſed ad ſolos deſcendentes. Hæc eſt notiſſima, eamque affirmat Iulius Clarus, q. 28. citata, nu. 2.

6 Quarta concluſio. Quando † emphyteuſis ad certum annorum numerum fuit conceſſa, ſi Eccleſiaſtica non ſit, tranſit intrà id tēpus ad quoſcunque ſucceſſores, etiam ſi nihil aliud fuerit expreſſum. Idem cenſet verius Iulius Clar. vbi ſup. nu. 3. etiam ſi Eccleſiaſtica ſit, tametſi dubium eſſe dicat, num intra id tempus ad ſolos deſcendentes tranſeat: in quo non videtur ſibi multum conſtare. Iuxta ſententiam autem, quam nos in calce primæ concluſionis ſequuti ſumus, dicendum eſt, etiam ad extraneos tranſire.

Quin

7 Quinta cóclusio. Si res† eccleſiaſtica non detur de nouo in emphyteuſim, ſed cum emphyteuſis fuerit finita, antequam menſę incorporetur, tradatur iterũ in emphyteuſim ſine noua ſolénitate ac de nouo alienandũ requiſita, tunc, ſi perſeueret iuſta cã ad illam iterũ tradendum eo modo, quo antea fuerat tradita, vtiq; concedi poterit, ét vt tranſeat ad extraneos, ſi ita antea erat tradita. Si verò excedatur modus, quo antea erat tradita, inualida eſt conceſſio quo ad exceſſum. Item ſi non perſeueret iuſta cauſa illam tradendi iterum in perpetuum, aut vt deueniat ad extraneos, ſolum erit valida ea cóceſſio quo ad id quo ad quod iuſta cauſa perſeuerat. Hæc cóclusio tota perſpicua eſt ex ijs, quæ diſp. præcedéte cóclusione vltima dicta ſunt. Miror verò Iuliũ Clarum, cum in reliquis q. 28. citata, nu. 6. nobiſcum conueniat, excipere, ét concurrentibus omnibus, quæ in hac cóclusione ſunt propoſita, concedi non poſſe, vt deueniat ad extraneos, niſi adhibeatur iterum ſolemnitas ad omnino alienandum requiſita (in quo ét Coua. nu. 5. citato côuenire videtur.) Etenim hoc non eſt alienare de nouo, ſed perſeuerare in antiqua alienatione ex cauſa ſufficienti ad emphyteuſim concedendũ, vt deueniat ad extraneos, ſicut antea conceſſa fuerat, vt & cauſam perſeuerare, & ſic rem fuiſſe cóceſſam, in noſtra cóclusione ſupponimus.

8 Vltima concluſio. In quibus† locis fuerit conſuetudo præſcripta, quod res eccleſiæ ſine ſolemnitate à iure ſtatuta tradantur in emphyteuſim, vt in multis locis eſſe eam conſuetudiné cũ Speculatore, & Azone affirmat Iulius Clar. nu. 7. citato, tunc valida eſt traditio, quouſq; côſuetudine fuerit inibi receptũ, vt in emphyteuſim res Eccleſiæ tradantur, etiam ſi receptum ſit, vt nomine hæredum ét extranei, intelligãtur. Neq; video cur hoc excipiendum ſit, ſi conſuetudo id habeat: cũ conſuetudo facile derogare poſſit. §. emphyteuſim, citato, nó minus, quam iuribus canonicis certã ſolemnitatem ſtatuentibus. In dubio autem, an id conſuetudine ſit receptum, non diſplicet opinio Iul. Clar. q. 28. citata, & Coua. 2. var. reſ. c. 16. nu. 5. nomine hęredũ tunc, niſi res apertius exprimatur, intelligẽdos eſſe ſolos deſcendentes. Hæc dicta ſint hoc loco, vt intelligatur, quouſq; res eccleſiæ, & à quo tradi in emphyteuſim poſſint. Reliqua paulò inferius ſubijcientur, quando ſermo erit vniuerſim de ſucceſſione in emphyteuſim.

Poſſeſſor maioratus vtrum tradere poſſit res maioratus in emphyteuſim, & quid de alijs ſpeciebus alienationis.

DISPVTATIO CCCCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus poſſeſſor non poteſt tradere res maioratus in emphyteuſim.*
Et quid de ſeruitute, an poſſit eam conſtituere in rebus prædictis. nu. 2.
3 *Alienationis ſpecies quot cenſeantur prohibitę ſub prohibitione alienationis alicuius rei.*
4 *Maioratus poſſeſſor concedere poteſt alicui in tempus vitæ ſuæ commoditatem vſusfructus, uel alterius ſeruitutis, cum obligatione ſola perſonali, non autem reali.*
5 *Maioratus poſſeſſor an poſſit concedere vſumfructum in rebus maioratus, qui ſolum duret, dum ipſe dominus fuerit maioratus, & quando.*
Et quid ſi ſit filiusfamilias, an pater poterit habere vſumfructum. nu. 6. & decidit. nu. 10.
7 *Vſusfructus verus ſpecies eſt alienationis.*
8 *Intellectus ad l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2.*
9 *Fiſcus quando comparare poſſit vſumfructum in bonis maioratus, alienari prohibiti.*
11 *Maioratus poſſeſſor non poteſt de nouo tradere in emphyteuſim bona maioratus, ſine inſtitutionis, vel Regis licentia.*
Fallit, niſi ſit conſuetudo in contrarium, vt in Luſitania. numero.
Idem in locatione ad longum tempus dicendum. numero 12.
Immò verò neque hypothecæ vniuerſali ſubijci poſſunt, ſicut fit de rebus eccleſiæ. nu. 14.

QVod ad poſſeſſorem maioratus attinet, licet ad hunc locum ſolum examinare ſpectet, num tradere poſſit res maioratus in emphyteuſim, atq; adeo locare eas ad longum tẽpus, quod quædam ſpecies eſt emphyteuſis, vt ex hactenus dictis liquet, quia tamen ex ijs, quæ in hac tractatione de emphyteuſi, & quæ de alienatione rerũ eccleſiaſticarũ proximè dicta ſunt, facilè explanabuntur ét, quę ad cæteras alienationes ſpecies circa res maioratus dici poſſunt, de omnibus alienationis ſpeciebus breuiter eſt hoc loco dicendum.

1 Cum eo ipſo, quod † res vinculo maioratus ſubijciuntur, iuris diſpoſitione, qua ea vincula côcedunt, factoq; ipſo maioratũ inſtituẽtis, cenſeantur prohibita alienari, vt integra, atq; indiuiſa côſeruentur, atque ad eos omnes tranſeãt, qui ab inſtitutore ad eũ maioratũ vocantur, vt ex ipſamet maioratus natura ſuo loco explanabitur, & cum alijs tradit Moli, lib. 1. de primog. c. 1. nu. 7. & capitibus ſequẽtibus, côſequens profectò eſt, vt omnes alienationis ſpecies, nô ſolum prohibitæ illis ſint, ſed etiã, ſi attẽtentur, eo ipſo nullæ ſint, nullumq; præiudicium ſucceſſoribus afferre poſſint.

Cæterum ſicut de emphyteuta, & feudatario, diſput. 461. §. emphyteuta, dictum eſt, ratione dominij vtilis, quod in re emphyteutica, aut feudali habent, poſſe ſine conſenſu proprietarij concedere in illa ſeruitutem, quæ tamen ſolum duret interim dũ ius emphyteuticum, aut feudi, in concedente durat, neque præiudicium vllũ proprietario afferat, neque item ſucceſſori in emphyteuſi, aut feudo: ita, cum † maioratus poſſeſſor, non

2 ſolum vtile, ſed etiam directum dominium rerũ maioratus, interim dum viuit, neque à maioratu decidit, habeat, vt diſp. 3. oſtendimus, concedere, irrequiſito ſucceſſore, poteſt ſeruitutem alicui in bonis maioratus, quæ ſimiliter ſolum duret interim dum ipſe poſſeſſor, ac dominus rerum maioratus fuerit, nullumque omnino ſucceſſori præiudicium

iudicium afferat. Ita Molina.lib.1. de primog. c. 2.nu.1.& ſequentib. Aries Pinel.l. 1.C.de bo.ma ter.par.3.in calce nu 71 & Padilla l.3 C. de ſeruit.nu.31.& probant,quæ diſput.461.à nobis ea de re dicta ſunt,& alia quæ Molina vbi ſupra citat. Ant.tñ Gom.l.40.Taur.nu.85.in cõtraria eſt ſententia,ductus ea ratione, quòd prohibitus rem aliquam alienare,prohibitus quoque ſit imponere in eã ſeruitutem,vt conſtat l.vlt.C.de reb. alie. non alie. Quarè ſicut in tempus poſt vitam ſuam nõ poteſt illam imponere, ita neq; vt duret interim dum ipſe viuit,dominiumq; habet in illa re.

Molina,vbi ſupra nu.4.& 14.ait,qñ bona maioratus non aliter prohibita ſunt alienari,q̃ ex ipſa iuris diſpoſitione,naturaque inſtitutione maioratus,tunc,ſicut emphyteuta, & feudatarius concedere in re emphyteutica,aut feudali,poſsũt ſeruitutem, q̃ ſolũ duret, dũ penes ipſos eſt ius emphyteuticũ, aut feudale; ita & poſſeſſor maioratus cõcedere ſimilẽ ſeruitutẽ põt in re maioratus. Atq; in hoc euentu ſnĩam Aries, Pinelli,ac Padillæ, præferendã cenſet Antonij Gomez opinioni. Cæterum,inquit,qñ poſſeſſor maioratus in inſtitutione maioratus appoſuit clauſulam, qua alienationem bonorũ maioratus prohibuit,tũc inualida eſt conceſſio ſeruitutis, ẽt in tps, quo concedens poſſederit maioratum. Ducitur,qm̃ duplex prohibitio alienandi, iuris videlicet, atque inſtituentis maioratum,fortior eſt, ad pluraque ſe debet extendere q̃ prior illa iuris tantum. Atque in hoc euentu anteponendã iudicat Antonij Gom. opinionem ſententiæ Aries,Pinelli,ac Padillæ.

Deciſ. Ego ſanè non ſatis firmũ eſſe arbitror hoc Molinæ fundamentum,niſi qñ clauſula prohibitoria alienationis maiorem habeat extenſionem,quam prohibitio iuris,naturæque inſtitutionis eius maioratus,ita videlicet exprimeret, neq; ſeruitutem poſſe concedi,etiã in tps dominij, ac poſſeſſionis concedentis. Et enim duo vincula licèt fortius ligent, & aſtringant, q̃ vnum ſolum, non tñ plura obiecta comprehendunt,ad plurave ſe extendunt, quàm vnum eorum, niſi in eo, quod alteri ſuperuenit,maior extẽſio fiat. Si enim validę promiſſioni accedat iuramentum quo confirmetur, quamuis iuramentum,fortius liget,& aſtringat, quam ſola promiſſio, non tñ ad plura ſe extendit,quam promiſſione continneantur, & ad quæ valida promiſſio obligabat. Præterea lex vlt. C.de reb.alien.
3 non alien.quę explicat, qñ† res prohibita eſt alienari, quot, & quæ alienationis ſpecies prohibitæ cenſeantur,loquitur,ſiue prohibitio fiat lege,ſiue à priuato, idque ſiue fiat contractu, ſiue vltima voluntate:& gloſſa ibi rectè docet,ac probat,ſiue prohibitio lege fiat,ſiue vltima voluntate, inualidam ipſo facto eſſe alienationem,quæ contra eam prohibitionem fuerit attentata, aut effecta: ergo ſpecies omnes alienationis,ea lege connumeratæ, cenſentur prohibitæ,nullęque ipſo facto ſunt circa res maioratus ſola iuris diſpoſitione, naturaque,ac inſtitutione ipſa maioratus, ſi attentetur: quare, eſto ſuperueniat clauſula inſtituentis maioratum, qua alienationem earum rerum prohibeat,niſi plus ea exprimat, maioremque illa efficiat extenſionem, quæ ex verbis talis clauſulæ conſtet, non plura ea clauſula cenſebuntur prohibita, quam ſola iuris diſpoſitione, naturaque, ac inſtitutione ipſa maioratus prohibita cenſentur: vnde,cum non obſtante l.vlt.C.de reb.alien.non alien. quæ expreſſit, prohibita alienari aliqua re, cenſeri prohibitum imponi illi ſerui ſeruitutem, aliunde ſufficienter conſtet,id eſſe intelligẽdum, de perpetua ſeruitute,ſecus verò de ſeruitute,quæ vtile dominium non transferat, & ſolum duret dum in concedente perſeuerat,vtile ſaltem dominium in ea re,neque vllum præiudicium,vel ſucceſſori in eadem re, vel directo domino afferat; eſto is, cui ea ſeruitus conceditur, ius in ea re ſeruitutis illius in id tempus comparet: conſequens profectò eſt, quod quamuis ſuperueniat clauſula inſtituentis maioratum, qua arctè alienationem prohibeat,niſi ea exprimatur, quod neque id fiat ſeruitute quæ dominium etiam vtile non transferat,ſolumque duret in tempus poſſeſſionis, ac domini talem ſeruitutem concedentis, non cenſeatur ea clauſula prohibita:quoniam ea non eſt cẽſenda alienatio bonorum vinculatorum,neq; vllum eis bonis,aut ſucceſſoribus in illis,parat pręiudicium:quod ſolum iura,maioratumq; inſtitutores,prohibere cenſentur.

Hoc loco obſerua,neque Ant.Gom.neq; Molinam negare,nihil impediente, ẽt expreſſa prohibitione alienationis facta per inſtitutorem maio-
4 ratus, poſſe† maioratus poſſeſſorem concedere alicui in tempus vitæ ſuæ commoditatem vſusfructus,vel cuiuſcunque alterius ſeruitutis,dummodò non concedatur ius in re, ſeu ius reale in bonis maioratus,ſed ſolum ius vtendi actu eius ſeruitutis cum obligatione ſola perſonali concedentis ſine iure in re,ẽt in id tẽpus,in bonis ipſis,quin potius in Molina concedit vbi ſup. n.11.& 13.cum multis alijs,quos citat. Controuerſia aũt, quã hactenus examinauimus,ac definiuimus,eſt de ſeruitute cum iure in re in tempus vitæ concedentis, quæ propriè dicitur ſeruitus, ſed in id duntaxat tempus,ac ſine vllo præiudicio ſucceſſorum.

Quòd ad vſumfructum attinet Molin. c.20.citato,nu. 5.& ſequentibus, cum multis alijs, quos
5 refert,aſſeuerat. Exiſtente† ſola prohibitione iuris,ex naturaque,& inſtitutione maioratus, valde poſſe maioratus poſſeſſorem concedere verũ vſũfructum in rebus maioratus, qui ſolum duret dũ ipſe dñs fuerit maioratus Si verò, pter iuris prohibitionem, acceſſit prohibitio alienationis facta ab inſtitutore maioratus, tunc inualidam eſſe talem conceſſionem: qm̃ fortior eſt, atque ad plura ſeſe extendit, duplex illa alienationis prohibitio, quam ſola prior ex iuris diſpoſitione, vt de alijs ſeruitutibus etiam dixerat. Atque tunc ait,etiam in vita poſſeſſoris maioratus, poſſe, non quidem poſſeſſorem ipſum, ſed ſucceſſorem in maioratu, reuocare eam alienationem, iuxta regulam legis cum pater §.libertis.ff.de legat.2.& l. quoties ab omnibus. C.de fideicommiſſis.

Idemque cenſet de cæteris ſeruitutibus. Eodẽ modo,inquit,ſi exiſtente ſola iuris prohibitione, poſſeſſor maioratus in crimen incidat, propter

quod

quod confiſcanda ſint bona illius, tunc fiſcus cō-
parat verũ vſumfructum bonorum illius maiora
tus in totum tépus poſſeſſoris, qui crimē illud cō-
miſit. Si verò, ait, inſtitutor maioratus prohibuit
alienationē eorũ bonorũ, tunc fiſcus non cōparat
vſumfructũ eorũ bonorum: qm̃ inde ſequeretur
fieri alienationē fiſco eorum bonorũ, eo qđ vſuſ-
fructus ſpecies ſit alienationis, vt habetur l.vlt.C.
de reb.alie.non alien. Sed comparat ius ad perci-
piendum cōmoditatem eorum bonorũ, loco, ac
noīe delinquētis, toto tēpore, quo delinquens vi-
xerit, multoſque alios in hac ſententiam citat.

Iuxta hanc eandem ſententiam, & doctrinam
idem autor, cap.19. antecedentes, nonnulla docet
circa vſumfructum, quem pater in bonis maiora-
tus filijfamilias hēt, q̃ ſunt ſimul cũ paulò antea
ex illo eodem autore relatis examinanda. In pri-
6 mis à nu.18. ex eo, ꝙ † maioratus poſſeſſor domi-
nus ſit bonorũ maiorat⁹, & nō nudus vſufructua
rius, rectè infert, qñ maioratus poſſeſſor eſt filius
familias, patri cōpetere vſumfructũ eorũ bonorũ
vinculatorũ, ſicut & cæterorum bonorum eiuſdē
filij interim, dum ſub patria perſeuerat poteſtate.
Numero verò 20. rectè ēt ſubiũgit, quãuis morte
filijfamilias vſusfructus patris in bonis talis filij
non expiret, ſed perſeueret cum patre in totam vi
tam patris, vſumfructum tñ in bonis vinculatis,
aut aliqua alia rōne reſtitutioni ſubiectis, expira-
re vnaq; cum proprietate continuò tranſire in ſuc
ceſſorem. Rō eſt, qm̃ id ex inſtitutoris maioratus
voluntate pendet, qui conſtituit, vt res tota in ſuc
ceſſorem continuo tranſiret, neque pater eum vſũ
fructum habebat, niſi dependenter ex eo, quod ea
bona perſeuerarent filij, neque ad alterum inte-
gra ex inſtitutoris voluntate deuenire deberent.

Atque hæc omnia nos cum Anton. Gom. l.48.
Taur. num.4. docuimus ſupra diſput. 232. Rectè
etiam cum Roderico Xuarez Molina ibidem nu-
me.24. obſeruat, ſi maioratus à Rege ipſo fuiſſet
inſtitutus de bonis ad id ab eo donatis, tunc, quia
filiusfamilias cenſeretur tandem à Rege donatio
ne illud accepiſſe & non a proximo anteriore poſ
ſeſſores, ſanè non haberet pater vſumfructum in
eis bonis: quoniam pater nō habet vſumfructum
in bonis filijfamilias, quæ illi à Rege ſunt donata
vt diſputat. 8. oſtendimus. Si tamē Rex alicui do-
naſſet aliqua bona, ex quibus is conſtitueret ma-
ioratum, qui tandem ad filium aliquem familias
deueniret, tunc cum eodem Roderico Xuarez re-
ctè etiam ait, non cenſerentur ea bona donata
fuiſſe tali filio à Rege, ac proinde pater illius,
vſumfructum haberet eorum bonorum, interim
dum talis filius ſub patriã eſſet poteſtate. Atq; in
his rectè quidem, neque ad præſens inſtitutum
attinent.

Subiungit verò ibidem, num.29. Si inſtitutor
maioratus clauſulam in inſtitutione appoſuit,
qua prohibuit bona maioratus alienari tunc, cum
7 † verus vſusfructus ſpecies alienationis ſit, vt con
ſtat l.vltim. C.de reb. alien. non alien. patrem nō
habiturum vſumfructum in bonis talis maiora-
tus ſui filijfamilias, habiturum tamen commodi-
tatem totam eiſdem bonis. Ducitur (vt apertè
cōnſtat, qm̃ lectorem remittit ad ea, quę primo lo
co circa vſumfructum ex ipſo retulimus) qm̃ ſola
prohibitio iuris, ex naturaque, & inſtitutione ma
ioratus, ne bona maioratus alienētūr, vt nō impe
dit conceſſionem aliarum ſeruitutũ in bonis ma-
ioratus, quæ ſolũ durent, dum in concedēte perſe-
uerat dominium eorum bonorum, neq; præiudi-
cium afferant ſucceſſoribus: ita neq; impedit con-
ceſſionem vſusfructus, qui ſimiliter duret, neque
præiudicium afferat ſucceſſoribus: at verò prohi-
bitio expreſſa inſtitutoris, ex ſentētia ipſius, impe
diet conceſſionem aliarum ſeruitutum, & etiam
impedit conceſſionē, aut acquiſitionem veri vſus
fructus, vt ſupra ex ipſo relatum eſt.

Ibidem à nu.30. ſubiũgit Molina, ſi maioratus
inſtitutor prohibuit in particulari, ne parentes in
bonis maioratus illius vſumfructum haberēt, qñ
ad eorum filiosfamilias maioratus deueniret, tũc
non eſſe vſufructuarios eorum bonorum: id ꝙ ta-
tis cōſtat ex ijs, quæ diſp.8. à nobis dicta ſunt. Cę
terum, vtrum tunc habeant commoditatem eorũ
bonorum, refert Angelũ, & quoſdam alios affir-
māter reſpondētes, & Roder. Xuar. ac Greg. Lo-
pez de ea doctrina dubitantes. Ipſe verò cenſent,
neq; commoditatem eos habituros tunc: qm̃ ea
eſt mens inſtitutoris maioratus in eo euentu, quæ
iuris ſubtilitatibus non eſt defraudanda. Admo-
net verò maioratuum inſtitutores, vt, ſi exclude-
re velint parentes, qui aliquando extranei erunt à
familia inſtitutoris, ēt à cōmoditate vſusfructus,
ac præſcindere dubia, & lites, id exprimant dicen
do, vt neq; vſumfructum, neque commoditatem
ex eis bonis percipiant, ſed pro bonorum admini
ſtratione tantum vel tantum ex fructibus, aut ex
reditib. accipiant, & ex reliquo emant reditus, aut
bona alia immobilia, vnde maioratus accreſcit.

Hęc omnia ſigillatim ſunt examinanda. Atq;
incipiendo à primo, vtrum ſcilicet poſſeſſor maio Deciſ.
ratus cōcedere poſſit verum vſumfructum in bo-
nis maioratus (de ſola verò commoditate nullus
eſt qui dubitet, vt diſput.461. & diſput. 466. di-
ctum eſt) qui ſolum duret, quamdiu ipſe fuerit eo
rum bonorum dominus, quando non eſt facta pe
culiaris prohibitio alienationis eorum bonorum
à maioratus inſtitutore, dicendum eſt contra, at-
que Molina aſſeruit.

Concedi videlicet non poſſe; ſi aũt cōcedatur,
inualidam eſſe iam conceſſionem: idq; propter
ea, quæ in ſimili quæſtione circa emphyteutã, &
feudatarium, diſp.461. §. maius dubiũ, dicta ſunt.
Neq; enim eſt eadem ratio de alijs ſeruitutibus
quibus, neque vtile dominium, transfertur, & de
vſufructu, quo dominium vtile in vſufructuariũ
transfertur, etiam ſi in ſolum tempus poſſeſſoris
maioratus concedatur, vt ibidem dictum eſt.

Vnde l. vlt. C. de reb. alien. nō alien. tamquam
diſtincta ſpecies, ſeu modus alienandi, à cæteris
ſeruitutibus vſusfructus diſtinguitur: neque, qđ
in iure circa alias ſeruitutes reperitur exceptum,
vt ſcilicet ab emphyteuta, & feudatario, quia do-
miniũ vtile in re emphyteutica, aut feudali, ha-
bent, cōcedi poſſint, irrequiſito proprietario, in
tempus ſolum, quo concedentes emphyteutæ,
aut

aut feudatarij, fuerint, meritoque idem dicitur de poſſeſſore maioratus, qui dominium etiã directum bonorum maioratus hẽt, extendendũ quoque eſt ad verum vſumfructum, qui diſtinctus, ac lõgè maior alienationis modus eſt, quam alię ſeruitutes, vtpote dominiũ vtile transferentes. Præſertim cum ea exceptio circa alias ſeruitutes exorbitans à iure ſit, neque fuiſſet circa res prohibitas alienari concedenda, niſi à iure reperiretur conceſſa, & exceptiones à iure exorbitantes extendendæ non ſint plus, quam conceſſæ reperiantur. Adde, fundamentũ, cui Molina nititur, ſcilicet ad plura ſe extendere prohibitionẽ alienationis inſtitutoris maioratus, vna cũ prohibitione iuris, ac naturæ, & inſtitutionis maioratus, quã ſeſe extendat ſola hæc poſterior, falſum oĩno eſſe, vt circa ſeruitutes alias ſupra copioſè eſt comprobatum: quare, cũ concedat, facta prohibitione ab inſtitutore maioratus, ſine expreſſione in particulari, ꝙ vſusfructus, neque ad vitã poſſeſſoris concedi poſſit, nullam eſſe conceſſionẽ vſusfructus, ét ad ſolã vitam poſſeſſoris maioratus idem, quoq; dicẽdum eſt, ét ſi à maioratus inſtitutore nulla prohibitio alienationis ſit expreſſa, ſed ſola ſit iuris prohibitio, naturæ, & inſtitutoris ipſius maioratus.

Quod ſi nobis obijcias l. peto. §. predium. ff. de leg. 2. quo §. Molina ſuam ſnĩam cõfirmat, & vbi hẽ, ſi prędium relictum ſit alicui vinculatũ, vt de familia non exeat, atque adeo prohibitum alienari extraneis, & ob debita talis hæredis neceſſaria alienatione, hoc eſt, iudicis autoritate, & pretiò vendatur, vt ſatisfiat debitis, tunc emptorẽ tãdiu poſſe illud retinere, quãdiũ poſſeſſor illius erat illud habiturus; illo autẽ defuncto, ſi illi non ſuccedat hæres, qui ſit de familia, reuerſurũ eſt pdiũ ad familiã, eiuſmodiq; hæredẽ extraneũ reſtituturũ eſſe illud familiæ, ſatisfaciẽdo videlicet emptori.

8 Si, inquam, id nobis obijcias, in primis obſerua, ibi nõ de aliã † alienatione eſſe ſermonẽ, q̃ de vendõne: vnde ſi contra nos aliquid colligeretur, ſequeretur, bona maioratus, vendi poſſe in tẽpus poſſeſſoris maioratus, ꝙ nullus dicet. Deinde obſerua, textu ſolũ in eo eſſe ſermonẽ de alienatione neceſſaria, argõq; à cõtrario ſenſu, aperte innuit, contrariũ eſſe dicendũ de alienatione voluntaria, nempe emptorem, neque in tempus, quo prior, poſſeſſor erat illud habiturus, poſſe tunc illud retinere: vnde textus ille à nobis pugnat, qui de ſola alienatione voluntaria diſputamus.

Qd aũt in eo textu ſtatuitur, eſt, quod cũ poſſeſſor illud nõ alienauerit, ſed iudex ad ſoluẽda inde bita illius, tandiu emptor poſſit illud retinere, quandiu ille alius erat illud poſſeſſurus, neque deuenire debebat ad alium de familia: qm̃ interim hic extraneus emptor, loco illius alterius de familia, publica autoritate illud poſſidet; quod in effectu non eſt aliud, quam concedi illi commoditatem illius prædij in totum id tempus, quam perciperet nomine illius, qui illud erat retenturus.

Id verò, quod Molina addit, nempe, ſi præceſſit clauſula inſtitutoris maioratus, qua alienationem eorum bonorum prohibuit, quia inualida tunc eſt conceſſio veri vſusfructus in eis bonis, etiã ad ſolam vitã poſſeſſoris maioratus (idemq; nos dicimus vi ſolius prohibitionis iuris, atq; ex natura, & inſtitutione maioratus, eſto talis clauſula non accedat) poſſe tunc in vitam poſſeſſoris maioratus non quidem poſſeſſorem ipſum, ſed ſucceſſorem in maioratu, reuocare eam alienationem; hoc, inquam, nobis ſanè non probatur: niſi intelligatur in euentu, quod per eam alienationẽ poſſeſſor maioratus incideret in pœnã amittendi continuò maioratum, aut rem ita alienatam ſucceſſori; quod tamen Molina non intelligit.

Qñ aũt poſſeſſor maioratus in eam pęnam nõ incidit, ipſe proculdubio eſt, qui dum viuit reuocare põt eam alienationem, tãquã nullam ipſo iure. Si tñ cõtractu oneroſo eam cõceſſit, tenebitur ei, cui illam conceſſit, vel de euictione, vel ſatisfacere, quod pro ea accepit, pro vt fuerint circunſtãtiæ concurrentes. Duo autẽ iura, q̃ in ſuæ ſentẽtię confirmationem Molina citat, perſpicuè loquuntur, quando, qui rem alienat, per eam alienationẽ amittit eo ipſo rem ita alienatam alijs de familia, qui eam continuo poterunt vendicare cum enim tunc apud antiquum poſſeſſorem nullum ius ad eam rem maneat, ſed ſolum alijs de familia, meritò iuribus illis ſtatuitur, vt non antiquus poſſeſſor, ſed alij de familia poſſint illam vendicare.

Caſus namq; eis iuribus propoſitus eſt, qñ res aliqua multis relinquitur cum onere, vt ea res de familia non egrediatur, ſed, qui partem alienauerit, eam amittat reliquis de familia. Si enim tunc vnus partem alienauerit, ſine aliorum conſenſu, reliqui illã vendicare poſſunt, etiã ſi aliqui illorũ partes ſuas poſterius alienauerint, nõ verò is, qui illam alienauit, vt eis iuribus ſtatuitur; & ſemper, qui non alienauerunt, neque alienationi conſenſerunt, vendicare poterunt partes ab alijs alienatas, & non illi, qui eas alienarunt. Quando verò omnes alienarunt, aut conſenſerunt alienationi, tunc nullus eorum poterit vendicare, quod ita fuerit alienatum, vt eis iuribus ſtatuitur.

Id præterea, ꝙ Molina ſubiungit nempe, ſi maioratus poſſeſſor in crimen incidat, ob ꝙ bona illius confiſcentur, & nõ pręceſſit clauſula, qua maioratus inſtitutor prohibuit ea bona alienari, fiſcum † comparare verum vſumfructum in bona 9
eius maioratus, interim dum poſſeſſor ille vixerit: ſi verò præceſſit, non comparare verum vſum fructum, ſed ſolum ius ad commoditatẽ toto eo tẽpore ex eis bonis loco, ac noĩe delinquentis percipiendam; id, inquam quo ad primũ, quod Molina aſſerit, nobis non probatur. In vtroque enim euentu non cõparat verum vſumfructũ, quia ad illum non comparandum, ſatis eſt prohibitio alienationis eorum bonorum, quę iuris diſpoſitione, ex naturaq;, & inſtitutione maioratus facta eſt, vt dictũ, probatũq; à nobis eſt. Quia tñ iam tunc poſſeſſor maioratus hẽt dñiũ vtile, & directũ eorum bonorũ, ꝙ tranſire nõ poteſt ad fiſcum vi inſtitutionis maioratus, & rationę dominij, ac iuris illius competit illi iam tunc ius ad totam cõmoditatem ex eis bonis in totum tempus vitæ ſuæ, vtique, quando, vi inſtitutionis eiuſdem maioratus, ratione criminis non tranſit eo ipſo vtrumq;

domi-

dominium in ſucceſſorẽ in maioratu, ad fiſcũ in vtroq; euentu ſpectat ſolum ius ad percipiendam toto tpe vitæ illius cõmoditatem, nomine, ac loco delinquentis ex bonis illis, vt diſpu. 9. dictum eſt. Hæc de primo eorum, quæ ex Molina retulimus.

10 Quod verò attinet † ad ſecundum, dicendum eſt. Siue bona maioratus ſolũ prohibita ſint alienari ex iuris diſpoſitione, naturaque, & inſtitutione maioratus, ſiue clauſula adhibita à maioratus inſtitutore, quæ tamen in particulari non prohibeat patri vſumfructum in eis bonis, ſi ad filiumfamilias deueniant; patrem verè eſſe vſufructuarium eorum bonorum.

Fundamentum, cui nitor ad hoc aſſerendum, eſt: qm̃ in prohibitione generali, ſiue ea ſit à iure, ſiue ab hõie, nõ cenſetur id compræhẽſum, quod in mentem non venit diſponenti, neque inde motus eſt ad ita prohibẽdũ, & de quo, ſi interrogaretur, id exciperet: ſicut in cõceſſione generali non venit id quod quis in ſpecie non eſſet cõceſſurus, regu. in generali, de reg. iuris in 6. quare, cum verus vſusfructus patris in bonis maioratus filijfamilias, neque impediat, quòd maioratus bona integra congruo tempore tranſeant ad ſucceſſorem, neque in cã ſit, quod diuidantur, aut minuantur, vnde ius, ac maioratus inſtitutores, mouentur ad prohibendam eorum bonorum alienationẽ, atq; à iure patri conceſſus ſit vſufructus oĩum bonorũ aduentitiorum filijfamilias, de quorum numerò ſunt bona maioratus; ad patremque toto eo tempore attineat adminiſtratio eorum bonorũ: conſonum rationi non eſt, ius, prohibitione generali alienationis bonorum maioratus, intendiſſe impedire in eis vſumfructum patris, interim dum filius viuit, & ſub poteſtate illius eſt, id quòd Molina ipſe concedit: ſemper enim per epicheiam à legibus, & diſpoſitionibus generalibus ea excipiẽda, ſunt quæ recta ratio docet, legislatores, ac diſpoſitores non intendiſſe eis generalibus diſpoſitionibus compræhendere.

Quòd ſi in generali prohibitione alienationis iuris, ex naturaq;, & inſtitutione maioratus, nõ cõpræhẽdit vſusfructus patris in eis bonis, vt Molina affirmat, ſanè neque cõprehendetur in prohibitione inſtituentis maioratũ, qñ de vſufructu patris non fecit mentionẽ. Tũ qm̃, vt oſtenſum eſt, prohibitio inſtitutoris maioratus, vna cũ prohibitione iuris ex natura, & inſtitutione maioratus, nõ ſe extendit ad plura, q̃ hæc ſola poſterior prohibitio, niſi in illa priori fiat peculiaris expreſſio eorũ, q̃ in poſteriori nõ cõpræhenduntur. Tũ vel maximè, qm̃ ridiculũ eſt arbitrari, inſtitutorẽ maioratus generali ſua prohibitione intendiſſe prohibere verum vſumfructum patris in bonis maioratus filijfamilias, non verò intendiſſe prohibere cõmoditatẽ ex eis bonis: cum nulla ſit rõ, cur relicta patri cõmoditate eorũ bonorum, q̃ vſufructui æquipollet, ei prohiberet verũ vſumfructum. Molina autẽ ſua ſnĩa affirmat, inſtitutorem maioratus, prohibitione alienationis eorũ bonorũ, impedire vſumfructum patri, & relinquere illi nihilominus commoditatem totam eorum bonorum.

Quo ad controuerſiam verò, q̃ Molina ſubiũgit, ſi maioratus inſtitutor expreſſe prohibeat, ne pater familias vſũfructũ hẽat in eo maioratu, nũ quãuis is pater vſũfructũ nõ hẽat, habeat tñ commoditatẽ eorũ bonorũ, interim dum filius maioratus poſſeſſor ſub ipſius fuerit ptãte. Rectè quidẽ aduerſus Angelũ, & alios affirmat, eũ patrẽ neque cõmoditatẽ habiturũ. Cæterũ id nõ eſt ſolũ, qm̃ volũtas inſtitutoris ea eſt in eo euẽtu, de quo, vt paulo antea dicebamus, ridiculũ eſt arbitrari, intẽdiſſe priuare eũ patrẽ ſolo verò vſufructu, & relinquere in cõmoditatẽ, q̃ vſufructui in eo euẽtu æquipollet: ſed ẽt qm̃ ex ipſiſmet iuris principijs, ac diſpõne ita proculdubio eſt dicendum. Etenim ius ciuile ſolũ verũ ius vſusfructus in bonis filijfamilias aduentitijs conceſſit patri, exceptis nonnullis euentib. diſput. 8. à nobis explicatis, de quorũ numero is eſt, de quo diſputamus, neq; vñ q̃ legimus illi cõcediſſe, vel in illis euẽtib. vel in aliquo alio, cõmoditatẽ eorũ bonorũ, ſecluſo vſufructu: ergo eo ipſo, ꝗ ab inſtitutore maioratus prohibitus eſt hr̃e vſũfructũ eorũ bonorũ, nullũ ius, nullusq; titulus illi relinquitur ad cõmoditatẽ. Adeo aũt euidens eſt hæc rõ, vt ſuperuacaneũ ducã, ad excludendũ patrẽ à commoditate eorum bonorum, addere, q̃ Molina ad maiorẽ cautelam addẽda docet, tametſi prudenter addi poſſit, quid pater in eo euentu obtinere debeat pro eorum bonorum adminiſtratione, & quid de reditib. eius tpis fieri debeat. Quãuis ẽt alimẽta tali filiofamilias ex reditib. eius maioratus, cõpetẽtia reditibus ipſis, meritò relinqui debeant. Quod ad emphyteuſim attinet, cũ traditio in emphyteuſim vera alienationis ſpecies ſit, vt conſtat l. vlt. C. de rebus alie. nõ alie. & ex hactenus in p̃cedentib. dictis liquet, eaq; dñium vtile transferat, perſpicuum eſt,
11 poſſeſſorẽ † maioratus tradere nõ poſſe de nouo res maioratus in emphyteuſim, niſi cõceſſa ad id fuerit facultas à maioratus inſtitutore, vel à Rege fuerit obtenta, aliterq; traditionem factã nullam eſſe. Ita Mol. li. 1. de primog. c. 21. a nu 31. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mat. p. 3. n. 65 Caldas de renou. emph. q. 16. a nu. 2. & cõi Doct. ſnĩa, quã referunt. Cum item emphyteuſis dñium vtile trãſferat, in nullumq; tp̃s fas ſit vtile dñium rei maioratus in alterum transferre, vtique adeo inualida erit conceſſio rei maioratus in emphyteuſim, vt in nullum oĩno tp̃s, in tpe, in ꝗ fuerit data incluſum, valida ſit. Excipitur, niſi maioratus inſtitutor, vel permiſerit in aliquod tp̃s, vt ad certas vitas, res maioratus in emphyteuſim dari: vel ad id Rex facultatẽ conceſſerit, vel ita conſuetudine p̃ſcripta alicubi ſit receptum: tunc. n. & in id tẽpus validè licitè poſſunt res maioratus tradi in emphyteuſim, etſi in maius tp̃s inualidè cõcedatur, valida erit conceſſio in id tp̃s breuius in illo longiori incluſum. Ita Molina vbi ſup. nu. 34. cui Gama ſubſcribit dec. 192. nu. 3. Arbitror ẽt, ſi is: qui maioratũ inſtituit, in eo incluſit res in quib. alij emphyteuſim hẽbant, neq; ſtatuit, vt, finita oĩno emphyteuſi, ita vt obligatio nõ eſſet illã innouandi, res nõ traderet amplius ĩ emphyteuſim, poſſe maioratus poſſeſſorẽ iterum illã eo pręcisè modo tradere in emphyteuſim, quo antea conſueta erat

tradi. Rō eſt, quoniam maioratus vinculum tunc non cēſetur ſe extendere, niſi ad res iuxta ſtatum, in quo tunc ſunt, neque aliam alienationem prohibet, niſi quæ res ab eo ſtatu deijciat.

Gama quamuis deciſ. 192. concedat, ſi inſtituto maioratus, aut capellæ, prohibeat res in maioratū, aut in capellā, vinculatas, alienari, exprimendo, etiam tradendo illas in emphyteuſim, inualidam eſſe cōceſſionē earum in emphyteuſim non ſolū in alijs locis, ſed etiā in Luſitania; deciſione tñ 16. & deciſ. 222. nu. 3. & 4. refert, qñ in particulari non fuit expreſſum, quod nō concederetur in emphyteuſim, ſed ſolū, vel iuris diſpoſitione, atq; ex natura, & inſtitutione maioratus, vel etiā accedente expreſſa inſtitutoris prohibitione, inhibitū

12 fuit eas alienari, controuerſum † quidem in Luſitania fuiſſe, an tunc conceſſio rerum maioratus in emphyteuſim inualida eſſet, vel nō, atque pro vtraque parte latas fuiſſe ſententias; cæterum frequentius multo fuiſſe pronunciatum, validas eas eſſe ſolum tamen ad tres vitas, eſto in longius tēpus, aut in perpetuum, fuiſſent conceſſæ.

Atq; hāc ſnīam amplectit eo potiſſimū fundamento, ꝙ in eo Regno cōſuetudine ſit receptum, vt res maioratus à poſſeſſoribus in emphyteuſim tradantur, ſolum tñ ad tres vitas, qñ id ab inſtitutore expreſſim non ſit prohibitum. Si autē ea cōſuetudo in eo Regno viget, præſcriptaq; eſt, non eſt, ꝙ ea de re dubitetur. Cæterum rem vſque ad hanc diē eſſe inibi controuerſam, & ſnīas in vtrāque partē pronunciari, non leue ſanè eſt argumētum, non videri eſſe conſuetudinem præſcriptam. Vnde Caldas, q. 16. citata, relata in calce, num. 1, ſnīa Gamę, licet non ſatis fideliter quo ad ea, quę deciſ. 192. Gama docet, contrariam ſnīam à nu. 3. abſolutè amplectitur. Tametſi ſubiungat, Gamam aſſerere in contrarium eſſe conſuetudinem in Luſitania. Et n. 13. exponit Luſitanam ordinationem, quæ aliquibus videri poterat, permittere tradi ea bona in emphyteuſim.

Molina vbi ſupra numero vltimo, cenſet, poſſeſſorem maioratus, qui rem vinculatā inualidè in emphyteuſim tradidit, non poſſe reuocare in tempus totū vitæ ſuæ eam alienationem; in quo ei Gama deciſ. 192. citata ſubſcribit, etiam quando inſtitutor expreſſe prohibuit res maioratus tradi in emphyteuſim; ſucceſſorem verò, ait Molina, poſse illam reuocare perſeuerante vita prioris poſseſsoris, qui eam rem in emphyteuſim concedit, quādo inſtitutor maioratus prohibuit expreſſe alienari res maioratus; ſecus autem quando id non prohibuit, ſed ſola eſt prohibitio iuris, atque ex natura, & inſtitutione maioratus.

Quamuis aūt Molina non explicet, vnde hanc totam doctrinam ſibi perſuadeat, ſanè illo eodem fundamento nititur, vnde ſimilem doctrinam circa conceſſionem vſusfructus in rebus maioratus tradidit. Nobis verò dicendum eſt, vt de illa alia re diximus. Nēpe, ſi poſseſsor maioratus, qui eas res in emphyteuſim tradidit, non, incidit in pœnam amittendi cōtinuo ea bona ſucceſsori in maioratu, poſse ipſummet, & nō ſucceſsorem in maioratu, reuocare eam alienationem tanquam nullam ipſo iure. Si vero propter eam alienationem in pænam incidit amittēdi continuò ea bona ſucceſsori, tunc ſucceſsorē poſse illa bona ſtatim vendicare, nō verò eū, qui illa alienauit, idq; propter ea, quæ circa cōceſſionem vſusfructus dicta ſunt.

Quæ de emphyteuſi dicta ſunt, ſimiliter ſunt

13 intelligenda de locatione bonorū maioratus † ad longum tempus: eo ꝙ ea locatio verè ſit emphyteuſis: illaq; dñium vtile in conductorem transferatur. Poterit tñ poſſeſſor maioratus concedere gratis totā commoditatem bonorum maioratus dū ipſe vixerit, aut etiā pro pretio illā in id totum tempus vendendo, vel rem maioratus, quo ad illam percipiendam, non nomine proprio, ſed nomine, ac loco poſſeſſoris maioratus, in totum id tēpus locādo. Quia verò hæc liquidò conſtant ex dictis diſp. 466. iunctis quæ etiam diximus diſp. 445. & 461. non eſt cur plura hac de re dicamus.

14 Res maioratus, neque † hypothecæ vniuerſali ſubijci poſſunt, quemadmodum. diſp. 466. dictū eſt, poſſe ſubijci res immobiles Eccleſiæ, tametſi non hypothecæ particulari ſine iuſta cā, & ſolemnitatibus ad res Eccleſiæ alienādas requiſitis. Rō diuerſitatis inter res Eccleſiæ, & maioratus eſt, qm̄ ſubijcere Eccleſię hypothecæ vniuerſali, non cedit in præiudicium tertij, ſed ſolius Eccleſiæ, cuius negotium agitur dum celebratur contractus in bonum ipſius, ad cuius ſecuritatem res Eccleſiæ, hypothecæ vniuerſali ſubjciūtur: & quia non eſſet, qui cum eccleſia contrahere vellet, niſi bona illius vniuerſali hypothecæ ſubijci valerēt, ideo permiſſum eſt, vt validè poſſent ſubijci hypothecæ vniuerſali, neque cauſa, neque ſolemnitate, ad id requiſitis.

At verò, qm̄ ſubijci bona maioratus hypothecæ vniuerſali, cedere poſſet in cōſūptionē, & diſſipationē maioratus, atq; in prejudicium ſucceſſorū, id conceſsū non reperitur, neq; expediēs fuit, vt concederetur: præſertim cum cōtractus, quos poſſeſſor maioratus, ſed initurus erat, nō cederent in bonū maioratus, ſed ipſiuſmet, q ad id alia ſua bona poterat hypothecæ ſubijcere, aut quærere, qui ipſius eſſent fideiuſsores, obligarentque ſua bona. Cū ergo, qñ res comperitur prohibita alienari, vt res marioratus prohibitæ ſunt, inhibitum cenſeatur ſubijcere eam hypothecæ, ēt vniuerſali propter ius in re, quod eo ipſo creditor in illā cōparat, & propter periculum, quod inde imminet, ne poſtea ad debitum ſoluendum oīno alienetur, ac vendatur, vt conſtat ex l. vlt. C. de reb. alie. non alien. conſequens profectò eſt, ꝙ, cum conceſsum non reperiatur bona maioratus ſubijci poſse hypothecæ vniuerſali, vt conceſsum reperitur bona Eccleſiæ ſubijci poſse vniuerſali hypothecæ, nullo modo validè hypothecæ, ēt vniuerſali, ſubijci poſſint, niſi accedente ex rationabili cauſa facultate principis, aut id concedente maioratus inſtitutore, quod nunquam fieri conſueuit.

De alijs verò ſpeciebus alienationis, quibus directum dominium trāsfertur, perſpicuum eſt, illicitas, atque inualidas eſse circa res maioratus, niſi accedat principis facultas, aut inſtitutoris in aliquo euentu.

Emphy-

Emphyteuta quouſq; tradere iterum poſſit in emphyteuſim, ſeu liuellare. Et an tunc dominium vtile retineat.

DISPVT. CCCCLXXI.

SVMMARIVM

1 *Emphyteuta quādo poſſit iterum tradere in emphyteuſim rem emphyteuticam, vel liuellare.*

2 *Emphyteuta tradens in emphyteuſim rem emphyteuticā, an transferat vtile dominiū in vltimum emphyteutam, an verò penes eum remaneat, vel ſit in vtroq; ſimul, & decidit, nu. 5. 6. & 11.*

3 *Rex ſi habeat in feudum regnum, in parte dicitur proprietarius, & in parte feudatarius, diuerſis reſpectibus.*

4 *Vaſallus vaſalli tenetur potius obedire ſupremo domino, quam eius proprio, & immediato.*

Et idem in ſecundo emphyteuta.

7 *Poſſeſſio naturalis rei emphyteuticæ, vnà cū quaſi poſſeſſione dominij vtilis, tranſit in ſecūdum emphyteutam, adeo quod proprietarius dicitur per eum naturaliter poſſidere.*

8 *Ius ad penſionem, & ad pœnam commiſſi, ſi penſio non ſoluatur, quid ſit.*

9 *Proprietarius emens a ſecundo emphyteuta ius emphyteuticum, tenetur ſoluere primo emphyteutæ incrementum penſionis.*

10 *Iure primi emphyteutæ reſoluto, eo ipſo reſolutum eſt ius ſecundi.*

12 *Feudatarius poteſt rem feudalem de conſenſu domini ſubinfeudare.*

13 *Emphyteuta ſecundus incidens in cōmiſſum ob nō ſolutam penſionem, amittit ius emphyteuticum proprietario, non autem primo emphyteutæ.*

14 *Feudatarius duobus modis ſubinfeudare poteſt.*

DIſputatione 461. cum communi doctorum ſententia oſtendimus, emphyteutā ſine proprietarij conſenſu tradere non poſſe iterū in emphyteuſim, ſeu liuellare, ſumpto liuelli contractu preſſe, vt diſp. 10. explanatum eſt: eo quod id ſit emphyteutam alienare rem emphyteuticā, quod non licet ſine proprietarij conſenſu.

1 Ex † proprietarij tamen conſenſu, ſiue is conſenſus è principio, quando primus contractus emphyteuticus fuit celebratus fuerit præſtitus, quia videlicet tunc id fuit deductum in pactū, ſiue poſtea fuerit adhibitus, poteſt emphyteuta liuellare, ſeu ſubemphyteuticare, quod Luſitani vocant, *emprazar a face do ſeu prazo ou a ſombra do ſeu prazo*. Quamuis aūt quidam, quos Alu. Val. de iure emphyt. q. 13. nū. 11. refert, aſſeruerint aliquibus in locis de conſuetudine neceſſariū ad id non eſſe proprietarij conſenſum, contrarium tñ habet conſuetudo Hiſpaniarum iuxta diſpoſitionem iuris. Ita Alu. Val. nu. 11. citato, & q. 38. nu. 7. Caldas de renouat. emph. q. 13. nu. 10. Gama deciſio. 269. ad cuius finem rectè ait, vt præſumatur conſenſus proprietarij, ſufficere ſcientiam, & patientiam illius per longum tempus, & deciſ. 323. nu. 4. & 5. ac deciſ. 329. nu. 1. & ſeq. vbi copioſe etiā docet ex longi tpis ſcientia, & patientia præſumi præceſſiſſe conſenſum proprietarij, Syluest. verb. emphyteuſis, q. 14. & alij, quos citant.

2 Præcipua autem difficultas eſt, an † tunc dominium vtile trāſeat in vltimum emphyteutam, an vero perſeueret in primo emphyteuta, vel potius ſit in vtroque ſimul diuerſimodè tamen: etenim vnum & idem vtile dominium ſecundum idem, omninoque inuariatum, eſſe non poteſt ſimul in duobus. Vt aūt quid in tantā opinionū varietate, quantam de hac re inter alios, copioſe refert, ac expendit Caldas de renouat. emphyt. q. 13. à nu. 11. dicam, quod ſentio, obſeruandum eſt.

Primò emphyteutæ, aut vaſallo, poſſe in primis cōicari præciſe dominium vtile, ꝙ regulariter alijs emphyteutis, aut vaſallis, ſolet communicari, ſed cum facultate ſubemphyteuticādi, ſeu liuellandi, idq; ſolum cenſendum eſſe cōceſſum, qñ aliud ſufficienter non fuit expreſſum. Poſſe deinde illi cōicari idem dominium, ſed cum prærogatiuis aliquibus, atque effectibus dominij directi: vt quod de conſenſu ipſius, nullo proprietarij requiſito conſenſu, poſſit concedere ſecundo emphyteutæ, aut vaſallo, facultatem alienādi rem emphyteuticam, aut feudalem; & quòd primò emphyteutæ competat ius prælationis pro eodē pretio, & non proprietario; itemq; quod eidē primo emphyteutæ, aut vaſallo, & proprietario, ſit ſoluendum laudemium, aut exhibendū ſeruitiū; & quod quando ſecundus, aut tertius emphyteuta, vel vaſallus, in commiſſum incidunt, id ſit in commodum primi emphyteutæ, aut vaſalli, non verò proprietarij. Hæc. n. omnia affectus, atque effectus ſunt dominij directi, non verò vtilis: ſicut aūt proprietarius cōicare pōt primo emphyteutæ, ſeu vaſallo, ſolum dominiū vtile, quod ex ſe affectus, atque effectus eſt dominij directi, ſeu proprietatis, cum eaq; erat coniunctum, antequā proprietarius illud ſeiungeret, & communicaret emphyteutæ, aut vaſallo: ita poteſt illi communicare alios affectus, & effectus dominij directi cōmemoratos, qui remanere cum proprietario conſueuerant, communicato emphyteutæ, aut vaſallo, dominio vtili: neque enim ex natura rei magis vnū repugnat, quàm aliud: & in calce diſpu. 459. oſtendimus, valere in contractu emphyteutico ſimilia pacta appoſita, eſto, illis ſecluſis, aliud ex natura contractus eſſet dicendum, & in re propoſita id affirmant Gam. deciſ. 323. nu. 4. & 5. idemque in feudo eſt affirmandum.

3 Hinc † quando Regnū conceditur alicui Regi in feudum, vt de Siciliæ Regno adhiberi ſolet exemplum, quo ad omnimodam poteſtatem, & adminiſtrationem, non ſecus ac ſi dominus eſſet directus illius, reſeruata ſola proprietate Summo Pontifici, atq; cum onere exhibendi ſeruitium aliquod in recognitionem proprietatis, vtique tunc, vltra integrum vtile dominiū illius Regni, habet is princeps ſibi cōceſſos affectus, atque effectus ferè omnes proprietatis, ac proinde ſubinfeudare, ac tradere pōt in emphyteuſim oppida,

pida, caſtra, & prædia eius Regni, nullo alio requiſito conſenſu proprietarij, oĩaq; iura in emphyteutas, & vaſallos perinde ſibi cõpetunt, ac ſi ipſe eſſet proprietarios, adeo vt proprietarius appellari poſſit, aut potius inſtar proprietarij, cõparatione eorum. Atq; hoc magis placet, q̃ id, vnde Bal. Decius, & Alex. quos Caldas, q. 13. nu. 30. citato refert, ac ſequitur, ducuntur, vt affirment eſſe proprietariũ comparatione ſingularum partium eius Regni, licèt non totius Regni cõparatione: quantum. n. dominium in ſingulas partes eius Regni hẽt, ea ex parte, qua Regni partes ſunt, tantũ, meo iudicio, habet in totam Regni vniuerſitatem.

4 E contrario aũt, qñ † aliquis ſupremo principi ſubditus, in feudũ, aut emphyteuſim, aliquid tradit, non ſolum ſi vtilis tñ dñs eorum bonorũ ſit, cum quantacunq; facultate ea alienandi, ac ſubinfeudandi cum onere ſeruitij ſibi exhibendi, ſed ẽt ſi proprietarius eorũ bonorum ſit, eaque infeudet, nunq̃ vaſalli illius eximũtur à ſeruitio, ac iuuamine ſupremo principi p̃ſtando, qñ id poſtulat cõe reipublicæ bonum, ẽt ſi ad id opus ſit denegare dño ſuo immediato ſeruitium, alioquin illi debitum, ſumereq; aduerſus illum arma. Itẽ arma ſumere non põt talis vaſallus ad iuuandum proprium dñm, ẽt aduerſus alium priuatum dñm ſine autoritate ſupremi principis, penes quem ſolũ eſt autoritas, ac ius mouendi bellum, vt diſp. 100. oſtendimus. Hæc omnia cum pleriſq; alijs, quos citat, affirmat Caldas vbi ſup. nu. 37. Confirmari autem poſſunt, qm̃ in omni ſacramento, ac promiſſione fidelitatis, ſemper excipitur, exceptave intelligitur, fidelitas ſupremo Regi debita, vt habetur c. 1. §. vlt. de proh. feu. alien. per Fed. vbi ita hr. *Illud quoque ſancimus, vt in omni ſacramento fidelitatis Imperator nominatim excipiatur.* Eadẽ confirmant, quæ diſp. 74. dicta à nobis ſunt.

5 His ita cõſtitutis, dicendum eſt. Quando † nõ conſtat primo emphyteutæ conceſſum eſſe plus quàm præciſè dominium vtile, cęteris emphyteutis concedi conſuetum, tunc ſiue à principio, ſiue poſtea temporis progreſſu illi à proprietario concedatur, conceſſave cenſeatur facultas ſubemphyteuticandi, vi q; talis facultatis ſubemphyteutet, transfert ſuum vtile dominium in ſecundum emphyteutam, neque apud ipſum manet niſi ius exigendi nouam penſionem illi impoſitam, ſiue recipiendo totam eam penſionem, indeque ſoluendo proprietario partem vi primi contractus illi debitam, & reliquum ſibi retinendo, quod frequẽtius fieri ſolet, atque ita eſt faciẽdum, niſi aliud ſit deductum in pactum: ſiue recipiendo ſolum incrementum, aſtrictumq; relinquendo nouum emphyteutam ad ſoluẽdum reliquum proprietario, prout primus emphyteuta, & ſecundus, atq; proprietarius, inter ſe conuenerint.

Manet inſuper primo emphyteutæ ius exequẽdi pœnam commiſſi in ſecundum, ſi ob non ſolutam penſionem in commiſſum ille incidat, recuperando vtile dominium, quod in eum tranſtulit. Reliqua autem iura, quæ proprietario ratione proprietatis cõparatione primi emphyteutæ conueniebant: competunt ſimiliter comparatione ſecundi. Vnde ſi ſecundus venderet ius ſuũ emphyteuticum, ac meliorationes vel r, recurrere debet ad id denunciandum proprietario, non verò primo emphyteutæ, proprietariusq; præferendus eſt eodem pretio, illiq; ſoluendum eſt laudemium, ſi ipſe ius illud non emat, ſed alius.

Primo tamen emphyteutæ competit in nouũ emphyteutam ius, ꝙ ſibi reſeruauit, recipiendi videlicet ab eo penſionẽ, modo ſupra explicato, atq; exequendi in illum pęnam commiſſi, ſi ob nõ ſolutam penſionẽ nouus emphyteuta in cõmiſſum incidat. Quin, ſi proprietarius à ſecundo emphyteuta ius emphyteuticũ emat, dñiumq; vtile cum proprietate ſolidetur tenebitur proprietarius ſoluere primo emphyteutæ incrementum pẽſionis, quod illi in ea re emphyteutica debebatur.

Illud ẽt eſt obſeruandum, eo ipſo, ꝙ emphyteuſis in primo emphyteuta finitur, finiri in reliqs: qm̃ non aliud, neq; plus iuris cenſetur in illos trãſtuliſſe, quam ipſe haberet, neq. ex facultate ſubemphyteuticandi vllum ius in ſuum præiudiciũ cenſetur conceſſiſſe proprietarius, niſi id expreſſerit, deductumve fuerit in pactum.

Porrò, tranſlato vtili dñio in ſecundũ emphyteutã, ſicut antea proprietarius ciuiliter poſſidebat proprietatẽ, affectusq;, & effectus alios illius per ſeipſum, & naturaliter per primũ emphyteutam, qui poſſeſſionẽ naturalem rei illius habebat rõne dominij vtilis, atq; vſus, & adminiſtrationis illius, vt diſp. 12. dictũ eſt: ita modò naturaliter poſſidet per ſcdm emphyteutam, in quem illa à primo translata ſunt: ſecundus verò emphyteuta per ſeipſum poſſidet, aut quaſi poſſidet, dominium vtile, tam ciuiliter, quam naturaliter, vt de primo emphyteuta diſputatione citata dictũ eſt.

Ius autem, quod in primo emphyteuta manet ad penſionẽ, & ad pęnã commiſſi exequendam, ſi ob non ſolutam penſionem commiſſum incurratur, eſt quidem, non dominium vtile rei emphyteuticæ, ſed ius quoddã incorporale in re ipſa emphyteutica ſibi reſeruatum, manetq; in poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione, iuris illius eo ipſo, quod illud ſibi reſeruat tradendo rem quoad vtile dominium nouo emphyteutæ, & continuat poſtea actibus iuris illius, vt exigendo, ac accipiendo pẽſionem à nouo emphyteuta, vel commiſſi pęnam in illum exequẽdo, vt diſp. 14. explanatum, oſtenſumq; de ſimilibus iuris eſt.

Hæc omnia explananda magis, ac corroboranda ſunt, tametſi nõ eo ordine, quo propoſita ſunt. Atque incipiendo ab eo, quod dicimus, nempe in eo euentu apud primum emphyteutam non manere niſi ius exigendi nouam penſionem illi alteri emphyteutæ impoſitam, &c. & inſuper ius exequendi in illum pœnam commiſſi, ſi ob non ſolutam penſionem in commiſſum incidat; ſanè nullus eſt, qui hæc iura primo emphyteutæ deneget: quoniam ea, vt minimum, ſunt illi concedenda. Atq; vtrumque illi tribuit gloſſa cõmuniter recepta. §. adeo, verb. propriam, Inſtit. de locat. quæ innuit, cum primus emphyteuta ex facultate proprietarij in ſecundum tranſtulerit dominiũ ſuũ vtile ob eam penſionem, contractum illum non

propriè

proprié eſſe emphyteuticã, ſed magis, do vt des, ac proinde competere illi actionem præſcriptis verbis ad recuperandam penſionem vi illius contractus, & in conſequẽtiam ad pœnam commiſſi ob eam non ſolutam: nam eo ipſo, ꝙ penſionem ex proprietarij conſenſu ſibi reſeruat, cætera ſibi reſeruata, ac conceſſa cenſentur, quæ ad eam recuperandam contractu emphyteutico ſtatuta ſunt qualis eſt exequutio eã ratione pœnæ cõmiſſi. Ita Caldas vbi ſupra nu. 44. & alij, quos citat.

6 Quòd † verò dominium vtile tranſeat in ſecundum emphyteutam, nec maneat in primo, ſed ſolũ maneant illa alia iura, quæ ſunt veluti reliquiæ dominij vtilis præcedentis, quod in eo erat, affirmat cõis doctorum ſnĩa cum gloſſa citata, quã refert Alua. Vala. de iur. emph. q. 13. num. 11. ac referunt, & ſequuntur Caldas vbi ſupra. nu. 12. Iul. Clar. 4. lib. ſen. §. feudum. q. 32. num. vltim. vbi id docet in feudo, & Gama deciſ. 244. num. 7. Præterquam autem quod res in terminis, in quibus loquimur, eſt ſatis perſpicua, probatur.

Qm̃ vtile dominium eiuſdem rei eſſe nõ poteſt in multis in vnoquoq; in ſolidum quarè, cum primus emphyteuta in ſecundum vtile dominiũ, & adminiſtrationem rei emphyteuticæ transferat, neq; ſit aliud, quod ſibi reſeruet, niſi iura illa cõmemorata, quæ planè, neque vtilis, neque directi dominij rationem habent, dicendum erit, dominium vtile tranſire in ſecundũ emphyteutã, neq; in primo manere, niſi iura commemorata. Quia verò poſſeſſio cum dominio eſt coniuncta, ad eam tranſeamus, poſtea verò reuertemur ad alia.

Queſt.

7 Qđ ergo poſſeſſio † quoq; naturalis rei emphyteuticæ, vna cum quaſi poſſeſſione dñij vtilis, trãſeat in ſecundum emphyteutam per eumq; proprietarius dicatur naturaliter poſſidere proprietatem, ſicut antea dicebatur eam naturaliter poſſidere per primum emphyteutam, affirmãt gl. 1. in fi. l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acq. poſſ. gl. item 1. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. cõm. gl. vl. l. vn. C. vti poſſid. Bar. & cõis doctorũ ſnĩa, q̃ refert Alu. Val. n. 11. citato, & q. 18. nu. 29. & refert, ac ſequitur Caldas vbi ſupra, nu. 12. resq; eſt ſatis perſpicua, ex præcedente doctrina. S. n. dominiũ vtile non manet in primo emphyteuta, ſed tranſit in ſecundũ vnã cũ plena adminiſtratione rei emphyteuticæ, vtiq; neq; poſſeſſio naturalis eiuſdem rei in primo emphyteuta maneat ſed tranſit in ſecundum.

8 Vltimum verò, quod additur, nempe ius † ad penſionem, & ad pœnam commiſſi, ſi penſio non ſoluatur, quod primus emphyteuta ſibi reſeruat, non eſt dominium vtile, ſed ius quoddam incorporale ſibi in re emphyteutica reſeruatum, manereq; eius in quaſi poſſeſſione reſeruatione illius dum dominiũ vtile traditur, atq; continuari actibus eiuſdem iuris ſuis temporibus elicitis, perſpicuum ex ſe eſt, atq; ex diſputatione ibi citata. Etenim, quando quis eſt in poſſeſſione rei alicuius, poſſeſſionemq; illius in alterum transfert, ſibi aliquid de cõmuni conſenſu in re illa reſeruando, in poſſeſſione manet eius, quod ita ſibi reſeruat, eo ipſo, ꝙ poſſeſſionem eius rei ſolum quo ad reliqua transfert, neq; ad id neceſſarius eſt alius actus. Hinc conſtat, rectè gl. l. ſi vt certo §. ſi duo. ff. com mod. & gl. l. vnic. C. vti poſſ. aſſeuerare, q̃ ſi primus emphyteuta ex cõſenſu proprietarij rem alteri tradit in emphyteuſim proprietarium manere in ciuili poſſeſſione rei illius, emphyteutam verò ſecundũ manere in poſſeſſione naturali: medium autẽ emphyteutam nullam poſſeſſionẽ rei illius retinere etiã per ſecũdum emphyteutã: q̃m verè non poſsidet rem illam, ſed ſolum remanet in poſſeſſionem, ſeu quaſi poſſeſſione ciuili, & naturali, non quidem per ſecundum emphyteutam, ſed per ſeipſum, iuris ad penſionem ex illa percipiendam, atque ad exequẽdam pœnam commiſſi, ſi non ſoluatur. Vnde non probo ſnĩam Franciſci Caldas. q. 13. citata. num. 35. eas gloſſas reprobantis quo ad poſſeſſionem primi emphyteutæ, quas tamen Bar. & alij meritò approbant.

Quod autem iura alia, quæ proprietario, rõne proprietatis, comparatione primi emphyteutæ conueniebant, competãt ſimiliter comparatione ſecundi, ac proinde, ſi ſecundus vendere ius ſuum emphyteuticum ac meliorationes velit, denunciare id debeat proprietario, & non primo emphyteutæ, proprietarioq; præferendus ſit pro eodem pretio, eidemq. ſoluendum ſit laudemium, ſi nõ ipſe, ſed alius ius illud emat, aſſeuerat et, conſentanee ad gl. ver. alijs vendere, in fi. l. vlt. C. de iu. emphy. cõis doctorum ſnĩa, quam Alu. Val. q. 13. citat. nu. 11. & q. 38. nu. 25. refert, & quam referũt ac ſequuntur Caldas de renouat emphy. q. 13. n. 14. Iul. Clar. § feudum, q. 32. nu. vlt. vbi id docet in feudo, Gama deciſ. 147. nu. 2. deciſ. 244. & nu. 7. & deciſ. 329. num. 5. Syl. verb. emphyteuſis, q. 14. & ſequitur apertè ex dictis.

Si enim apud primum emphyteutam, neq; vtile dominium, neque poſſeſſio ciuilis, aut naturalis, rei emphyteuticæ manet, atque nulla eſt ratio, cur iura, quæ proprietario ratione proprietatis comparatione primi emphyteutæ conueniebant, non etiam conueniant comparatione ſecundi; præſertim cum ſecundus emphyteuta ius emphyteuticum habeat, non a primo emphyteuta, ſed a proprietario, qui ad id cõſenſum, & authoritatem præbuit. Quin, vt probè Caldas ait, quãuis concederetur, in primo emphyteuta remanere dominiũ vtile rei emphyteuticæ, ſuperius comparatione dominij vtilis emphyteutæ ſecundi, cõcedendum non eſſet, recurrendum eſſe ad illum in alienatione vlteriori emphyteuſis, illumq; pferẽdum eſſe pro eodem pretio, aut illi ſoluendum eſſe laudemium: q̃m hæc oĩa proprietario cõpetunt conceſſa in iure, idq; ratione proprietatis, & nunquam leguntur conceſſa domino vtili: neque nomine domini, cui tribuuntur, ac conceduntur in iure, intelligi debet, niſi dominus ſimpliciter, qualis eſt proprietarius, non autẽ habens dominium vtile. Adde, ſi primus emphyteuta eſſet requirendus ad alienandũ vlterius emphyteuſim, & non proprietarius, facilè per alienationem, ita diuerſis perſonis factã ſine ipſius conſenſu, reddi poſſe deteriorem cauſam proprietarij deuenientè re ad perſonam potentem, aut priuilegiatam, quin & facilè poſſe pati iacturam illius.

Adde ẽt in conceſſione ſubemphyteuticandi,
non plus videri conceſſum, q̃ ius tradendi rẽ alte
ri ſub maiori penſione, in commodum primi em-
phyteutæ, neque facultatem illam plus ſonare : p
hoc autem non eſt cenſendus proprietarius cede-
re velle in aliorum fauorem ſuis iurib. rõne pro-
prietatis ſibi cõpetentib. niſi aliter id exprimat.
9 Qđ addimus, nempe, ſi proprietarius † à ſecun
do emphyteutica ius emat emphyteuticũ, domi-
niũq; vtile cum proprietate ſolidetur teneri pro-
prietarium ſoluere primo emphyteutæ incremen
tum penſionis, ꝙ illi in ea re emphyteutica debe-
batur, ex ſe eſt ſatis manifeſtum. Qm̃ queadmo-
dum ſecundus emphyteuta transferre non pote-
rat in quemuis alium ius ſuum emphyteuticum,
niſi cum onere ſoluendi primo emphyteutæ ma-
iorem illam penſionem, quæ ex re illa ei debeba-
tur, interim dũ emphyteuſis in ipſo, & in ſucceſ-
ſoribus eius, eſſet perſeueratura, ſi de cõſenſu pro
prietarij illam non ſubemphyteuticaſſet; ita neq;
proprietarium habet ius prælationis pro eodem
pretio in illa emenda, niſi cũ eodem onere, ſoluen
di incrementum primo emphyteutæ, interim dũ
emphyteuſis in ipſo, & in ſucceſſoribus ſuis, fuiſ
ſet perſeueratura, ſi eam nõ ſubemphyteuticaſſet.
10 Vltimum, nempe eo ipſo quòd † emphyteuſis
in primo emphyteuta, aut in ſucceſſorib. illius, fi
nit, finiri in eis, quib. ſubemphyteuticata eſt, ſa-
tis pſpicuũ eſt ex ijs, quæ ibidẽ ſubiũximus. At-
que ẽt, qm̃ reſoluto iure in dante, à quo ius acci-
pientis pendet, reſoluitur etiam ius in accipiente.
Quęſt. Alua. Vala de iure emphyt. q. 13. nu. 12. arbi-
tratur, cõem ſniam hactenus relatã, intelligẽdam
11 eſſe, qñ † primus emphyteuta omnino transfert
totum ſuum ius emphyteuticum in ſecundum ni
hil omnino ſibi reſeruando, neque ad penſionem
neque ad pœnam commiſſi, ſi ſecundus eam non
ſoluat, ſed ſubrogando loco ſui ſecundũ emphy-
teutam proprietario, qui illa ſoluat penſionem, &
in quem proprietarius, exequatur omnia, etiã pœ-
nam commiſſi, ſi illam nõ ſoluat. Addit vero, qñ
primus emphyteuta de conſenſu proprietarij ve-
rè ſubemphyteuticat, ipſiq; ſoluenda eſt penſio,
tunc primo emphyteutæ competere verum domi
nium vtile rei emphyteuticæ ſuperius ad vtile do
minium, quod in ſecundum emphyteutam trãſ-
fert: neq; eſſe abſurdum, duo vtilia dominia eiuſ-
dem rei eſſe ſimul in diuerſis, quorum alteriũ ſit
ſuperius, & maius, alterum inferius, & minus; li-
cet abſurdum ſit, duo vtilia dominia eiuſdem ra-
tionis omnino eſſe in ſolidum in duobus. Addit
ẽt, primum emphyteutam, facta ſubemphyteuti-
catione, manere ratione illius dominij vtilis ſupe
rioris in poſſeſſione ciuili rei emphyteuticæ, quã
in ſecundum tranſtulit.
Item ad primum emphyteutam debere recur-
rere ſecundum, ſi ius ſuũ emphyteuſim velit alie-
nare, vt illi denunciet, quantum pretij pro illo in-
ueniat, vt is præferatur pro eodem pretio cæteris
emptoribus, eidemq; ſoluendum eſſe laudemium.
atque eundem exequi debere pœnam commiſſi,
ex quocunque capite ſecundus emphyteuta in cõ-
miſſum incidat; nõ verò hæc competere proprie-
tario eo ipſo; quod facultatem ſubemphyteuticã-
di concedit.
Atque in his magna ex parte ſequitur veſtigia
Caroli Molinęi, & quorundam aliorũ, quos iam
ipſe ibi, q̃ Caldas de renouat. emph. q. 13. a nom.
20. citant. Arbitratur quippe Carol. Molin. tam
primum emphyteutam ſubemphyteuticãtem de
conſenſu proprietarij, quam primum vaſallũ ſub
infeudantem, retinere integrum dñium vtile rei
emphyteuticæ, aut feudalis, ſolumq; in ſubem-
phyteutam, aut ſubuaſallum transferre ius cõmo
ditatis commoditatẽq; ipſam, ſub onere maioris
penſionis, aut ſeruitij, ac proinde proprietarium
nullum ius habere in ſubemphyteutam, aut ſub-
uaſallum. Alij, quos idem Caldas refert, cenſuere,
Quamuis primus emphyteuta, aut primus vaſal-
lus, dñs vtilis ſit, ſi cum proprietario conferatur;
ſi tñ de conſenſu proprietarij ſubemphyteuticet,
eſſe dñm directum comparatione dominij vtilis
ſubemphyteutæ: & eodẽ modo, ſi primus vaſal-
lus ſubinfeudet, eſſe dñm directũ cõparatione do
minij vtilis, ꝙ in ſubuaſallum transfert. Alu. Va-
la. vbi ſup. nu. 11, ſuam ſniam confirmat. Primò,
qm̃ repugnantiam continet dicere, ꝙ emphyteu-
ta põt, conſentiente dño directo, ſubemphyteuti-
care, & quod penes ſubemphyteuticantem nihil
iuris remanet; ſi enim nihil iuris in eo manet: er-
go non manet emphyteuta ſub proprietario ac
proinde non ſubemphyteuticat cõſtituendo aliũ
emphyteutam ſub ſe; cum ipſe emphyteuta non
maneat proximior, ſeu immediatus proprietario.
12 Secundò, quoniam feudatarius † vtile dñium
habet, & tñ poteſt rẽ feudalem, de conſenſu pro-
prietarij, ſubemphyteuticare, vt colligit ex c. 1. §.
ſimiliter, in prin. de leg. Conr. & fatetur cõior do
ctorum ſnia, eo modo quo de emphyteuta dictũ
eſt: & non ſolum id poteſt, ſed quod plus eſt, põt
ſine fraude, dño inſcio, nec conſenſum præbente
ſubinfeudare, tali tñ perſonæ, qualẽ exigit quali-
tas, ac dignitas feudi, & qui æque bene ſeruiat, ac
ipſe ſubinfeudans, & cum eiſdem pactis, & condi
tionibus, cum quibus ipſe feudũ accepit, manent-
que tunc primus eorum feudatarius proprietarij,
& ſecundus ſubfeudatarius: hæc conſtant ex c. 1.
§. ſimiliter. de leg. Conra. c. 1. § beneficium, ſi de
feudo defuncti contentio. c. 1. de alie. feud. in prin
cip. c. 1. §. ſed ẽt, per quos fiat inueſt. c. 1. §. neceſ-
ſitate, qualiter olim feu. potuit alien. cap. 1. §. illud
quoque, de prob. feu. alie. per Fed. & affirmat glo.
c. quæ in Eccleſiarum, verb. alienandi de conſtit.
Sicut aũt primus feudatarius tunc vtile dominiũ
retinet, & ei immediatè quo ad omnia ſubiacet
ſubfeudatarius, ita res habebit in primo emphy-
teuta comparatione ſui ſubemphyteutæ.
Tertio, qm̃ ſi iure permitteretur emphyteutã
ſubemphyteuticare, ſanè intelligi deberet ſecun-
dum naturã emphyteutici contractus, cuius natu-
ra eſt, vt apud cõcedentẽ maneat ius aliqđ, & ſupe
rioritas: ergo in primo emphyteuta de facultate
proprietarij ſubemphyteuticante manet vtile do
minium ſuperius ad id, quod in ſubemphyteu-
tam transfert, primoque emphyteutæ, & nõ pro-
prietario, ſubiacet ſubemphyteuta in omnibus.

Deciſ. Recedendum tamen nõ eſt à communi docto rum ſnia, à nobis ſufficienter explanata, ac corro borata, quam ſanè ſiniſtre Alua. Vala. interpretatur, vt eam ad ſuam trahat opinionem. Vnde ad primum illius argumentum dicendum in primis eſt, autores cõis opinionis non affirmare, penes ſubemphyteuticantem nihil iuris remanere, ſed ſolum, nõ manere dñium vtile, hocq; tranſire in ſubemphyteutam; manere verò apud ſubemphyteuticantem iura illa, q̃ nos explanauimus, ad penſionem, & ad pœnam commiſſi exequendam, ſi non ſoluatur; quæ veſtigia quædam, ac reliquias dominij vtilis appellant, vt idem met Alua. Vala. ex Bal. & alijs refert; eorumq; iurium rõne aſſeuerant, ſubemphyteuticantem habere ſuperioritatem, & eminẽtiam in ſubemphyteutam quoad illos effectus: & quamuis neq; dñium directum, neque vtile, ſit dicẽdus ratione eorum iurium habere in rem emphyteuticam; dici tñ poteſt rõne eorum habere ſe inſtar domini directi comparatione ſub emphyteutę, propter ſuperioritatem, & eminentiam quam ob ea iura in illum habet.

Quòd ſi, dum primo emphyteutæ conceſſa facultas ſubemphyteuticandi fuit, ſimul fuerunt illi conceſſi aliqui alij ex affectibus, & effectib. proprietatis, quià nobis ad initium huius diſp. explanati ſunt, tunc quamuis, neq; dicendus ſit dñs vtilis, neq; directus rei emphyteuticæ eò tñ plus inſtar dñi directi comparatione ſubemphyteutę habebit, quo plures ex illis fuerint ei communicati. Idemq; de vaſallo dicendum eſt, quò plures affectus, atq; effectus proprietatis fuerint illi conceſſi, rõne quorum liberius tradere poſſit in emphyteuſim, aut feudum, res feudales, maioriq; cum iure in emphyteutas, & feudatarios, vt de Rege Siciliæ, qui ſedis apoſtolicæ eſt feudatarius, ſupra dictum eſt: dicique poterat de Rege Aragoniæ, qñ feudatarius erat Regi Caſtellæ, antequam ob ſuppetias ad hanc noſtram Conchẽſem ciuitatẽ, ſitu, atq; induſtria tunc munitiſſimam, de mauro rum poteſtate extrahendam, allatas capta tandẽ ciuitate die 21. Septembris anni 1177. feudum illi remitteretur.

Dicendum deinde ad argm̃ eſt, quamuis repugnantia ſit, emphyteutam de conſenſu proprietarij poſſe ſubemphyteuticare, & nullum omnino ius in eo remanere, nullam tñ eſſe repugnãtiam, poſſe ex eodem conſenſu ſubemphyteuticare, & non remanere apud ipſum vtile dñium. Neq; n. vt artem tradendo, aptè, & congruè dicamus, emphyteutam ſubemphyteuticare, neceſſe eſt, vt tm̃ iuris, ac tam perfectum, & integrum dominium vtile in ſubemphyteutam transferat, quantum ipſe habebat: conſtat. n. debilius illud transferre; eo quod reliquias aliquas illius penes ſe retineat; & qm̃ illud transfert pendens ex eo, quod ſubemphyteuticans in commiſſum non cadat ob non ſolutam proprietario penſionẽ, quippe eo ipſo, qd̃ emphyteuſis in ſubemphyteuticante expiret, neceſſe ſit expirare in ſubemphyteuta, vt ſupra explanatum fuit. Neq; item, vt tradendo artẽ, aptè, ac congruè idem dicamus, neceſſe eſt, vt quãtum iuris antea in emphyteuta erat, tantum facta ſubemphyteuticatione in eo permaneat, aut vt id dominium vtile, q̃ in eo erat, in ipſo permaneat; ſed ſatis eſt, q; ipſe, ratione dominij vtilis, quod accepit, & quod in nouum emphyteutam de proprietarij conſenſu tranſtulit, teneatur ad ſoluendam penſionem proprietario, ita vt, ſi ipſe eam non ſoluat, in commiſſum incidat, eſto ſubemphyteuta ſibi nõ ſoluerit, & vt proſpicere debeat, ne ſubemphyteuta in cõmiſſum incidat aduerſus proprietarium, rẽ deteriorando, aut illam alienando, nõ ſeruatis cõparatione proprietarij, q̃ debent ſeruari, ne cõmiſſum incurratur; alioquin id ipſi cõparatione proprietarij nocebit: tametſi agere poterit ad intereſſe comparatione ſubemphyteutæ.

Itaq; rõne illius ſubordinationis, quę eſt primi emphyteutæ comparatione proprietarij & ſecundi comparatione primi, atq; etiã cõparatione proprietarij, aptè illa ſubemphyteuticatio nuncupatur. Illud obiter admonuerim, non placere, qđ Gama deciſ. 244. nu. 7. & dec. 329. n. 5. ait, nempe, ſi

13 † ſubemphyteuta in cõmiſſum incidat ob nõ ſolu ta penſionẽ, amittere ius emphyteuticũ, ſeu dñiũ vtile, proprietario, & non primo emphyteutæ.

Licèt enim id verum ſit ex quocunque alio capite in commiſſum incidat; non tamen eſt verũ, ſi incidat ob non ſolutam penſionem: quoniam penſio à ſubemphyteuta ſolui debet ſubemphyteuticanti, & non proprietario, ad eundemq; ſubemphyteuticantem ſpectat exequi in ſuum fauorem pœnam commiſſi ob penſionem ſibi non ſolutam, vt dictum eſt.

Ante ſecundi argumenti ſolutionem obſeruan
14 dum eſt. Duobus † modis iuribus feudorum conceſſis feudatario, poſſe transferre feudum in alterum. Primò, ita vt nouus feudatarius proprietario ſeruiat loco primi, atque adeo, vt onera primi tranſeant in ſecundũ. Atq;, vt valida ſit eiuſmodi translatio feudi, neceſſe eſt, vt is, in quem transfertur, talis ſit, æqueq; ſeruire proprietario poſſit, atque is, qui feudum in illum trãsfert. Quarè, ſi feudatarius primus miles erat, & cum onere ſeruiendi in bello feudum conceſsũ illi fuit, non põt trãsferre illud, niſi in militem, qui æquę bene ſeruire poſſit proprietario in bello. Et de eiuſmodi feudi translatione ſermo eſt, c. 1. §. ſimiliter, de l. Conr. & c. 1. §. beneficium, ſi de feud. defunct. conten.

Secundò poteſt concedi, ita vt nouus feudatarius ſeruire teneatur, non proprietario, ſed primo feudatario, oneraq; iniuncta ſubire non comparatione proprietarij, ſed primi feudatarij, manentibus oneribus primi feudatarij comparatione proprietarij, vt antea erãt. Atq;, cum in eiuſmodi genere ſubinfeudationis non agatur de præiudicio, & commodo proprietarij, ſed feudatarij, non videtur adeo neceſſarium, vt is, cui conceditur, talis ſit, æqueq; ſeruire proprietario poſſit, ac primus feudatarius. De eiuſmodi ſubinfeudationis genere ſermo eſt, c. 1. §. illud quoq;, de proh. feu alien. per Fed. & alijs iuribus.

Hoc ita conſtituto, quod ad ſecũdum argumẽtum attinet, Caldas de renouat. emphyt. q. 13. nu. 42. reſpondet, concedendo in primo feudatario manere vtile dominium, ſolumq; commoditatem,

tatem, hoc eſt, ius percipiendi emolumenta ex re feudali nomine ipſius, transferre in ſubfeudatarium, vt Carolus Molinæus aſſerebat: neque iura feudorum hac in parte exorbitantia, quippe quæ, vt concedũt ſubinfeudare ſine conſenſu proprietarij, ita dominium vtile relinquunt ſubinfeudanti, extendenda eſſe ad emphyteuſim.

Illa ẽn opinio Caroli Molinæi, ꝙ in primo feudatario maneat dñium vtile, ſolumq; in ſubfeudatarium transferat cõmoditatem, falſa eſt, cõiq; doctorum ſnīæ contraria. Id ꝙ apertè confirmat ex c. 1. §. ſimiliter, de leg. Conrad. vbi hr̃, ſecundũ feudatarium poſſe iterum ſubinfeudare, & ita in infinitum, ſine præiudicio tñ proprietarij, atque adeo iuxta leges primi feudi; qui autem ſolum habet commoditatem, ſubinfeudare non poteſt, ſolumq; commoditate fruitur, dum primus feudatarius dominus vtilis rei feudalis eſt; neq; in aliũ tranſire debet; eo quòd ſolùm loco, & nomine illius commoditatem percipiat, remq; feudalẽ adminiſtret, eaq; perfruatur.

Vnde ad ſcdm̃ argm̃ negandum eſt, feudatariũ ſubinfeudantem retinere vtile dñium: non. n. retinet, niſi reliquias quaſdã illius, vt cũ cõi ſnīa aſſeuerat Iul. Clar. 4. lib. ſent. §. feudum. q. 32. nu. vlt. rõne quarum ſuperioritatẽ, atq; eminentiam in ſubvaſallum hẽt, habetque inſtar domini directi cõparationẽ illius, eo plus, quo plures effectus, atque effectus proprietatis illi conceſſi à proprietario fuerint in ſubvaſallũ, vt de emphyteuta ex cõſenſu proprietarij ſubemphyteuticãte dictũ eſt. Cur aũt vaſallo potius cõceſſum ſit poſſe ſubinfeudare ſine conſenſu proprietarij ſeruatis tamen debitis conditionibus, q̃ emphyteutæ poſſe ſubemphyteuticare ſine conſenſu proprietarij, ait Iulius Clarus, q. 32. citata, nu. 1. ſe nullã bonam rationem reperiſse hactenus apud doctores.

Quãuis autem hæc expoſitiuo iure pendeant, & legumlatorum voluntate, qui id ſtatuere potuerunt in feudo, & non in emphyteuſim, fortè ratio eſt. Quia feuda pro ſeruitio concedi conſueuerũt, & non intuitu meliorationum rei feudalis, atque aliorum emolumentorum proprietarij, vt conceduntur res in emphyteuſim: ideoque dummodò ſeruitium competẽter ſolueretur, ſiue per immediatum vaſallum, ſiue per alium æquè idoneum; liberior relinqui debet poteſtas ad ſubinfeudandum, quam ad ſubemphyteuticãdum, præſertim cum vaſallum habere alios ſubvaſallos, potentiorem illum reddat ad ſeruitia perſonalia proprietario exhibenda.

Ad tertium argumentum concedendum eſt, ſi iure permitteretur emphyteutam ſubemphyteuticare, id debere intelligi ſecundum naturam emphyteutici contractus, quantum tamen patitur natura ſubemphyteuticationis, qua dum vtile dominium transfertur in ſubemphyteutam; remanere non poteſt in ſubemphyteuticante; tametſi ſuperioritas à nobis explanata in eo comparatione ſubemphyteutæ remaneat: quare neganda eſt conſequentia, qua infertur, in ſubemphyteuticante manere dominiũ vtile ſuperius ad id, quod in ſubemphyteuſim transfertur, & ſubemphyteuticantem, & non ad proprietarium, recurrendum eſſe in omnibus.

Emphyteuſis, alia noua, alia antiqua. Item alia hæreditaria, alia ex pacto, & prouidentia, ſeu familiaris, & alia mixta. Eadem in feudo.

DISPVTATIO CCCCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis duplex, noua, & antiqua.*
2 *Emphyteuſis, & feudum duobus modis dici poſſũt hæreditaria.*
3 *Emphyteuſis, & feudum ſimpliciter hæreditaria quid.*
4 *Hæredum, & ſucceſſorum nomine, etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica, comprahenduntur extranei.*
5 *Feudum ſimpliciter conceſſum, an cenſeatur cõceſſum etiam pro hæredibus extraneis.*
6 *Feudum, & emphyteuſis ex pacto, & prouidentia quid.*
7 *Feudum, & emphyteuſis quando ſunt ex pacto, & prouidentia, non eſt neceſſe, vt qui in eis ſuccedit, ſit hæres.*
8 *Feudum, & emphyteuſis ex pacto, & prouidentia, an de iure reperiantur.*
9 *Feudum, & emphyteuſis hæreditaria mixtè, quæ.*
10 *Feudum, & emphyteuſis quando ſunt hæreditaria, an ſufficiat hæredem eſſe primi poſſeſſoris, an verò neceſſe ſit hæredem eſſe vltimi.*

VT deinceps explicemus ſucceſſionem in emphyteuſi, & num pater in ea filijs poſſit præiudicare, ac quando, & quouſque ad partitionem ſit adducenda ab explanatione eorum, quæ propoſita ſunt, erit ordiendum.

1 Emphyteuſis, aut feudum, tunc † noua dicuntur, quãdo primum conceduntur à domino directo, fitque proinde de eis noua inueſtitura. In eo enim, cui primò ita conceduntur, noua dicuntur. Tunc verò dicuntur antiqua, quando iam antea fuerant cõceſſa, deueniuntq; ad alium; aut etiam ſub eiſdem pactis innouantur, vt ab vltimo poſſeſſore, aut ab illius ſucceſſore, eo modo continuãtur, quo antea fuerant conceſſa. Quia verò feuda concedi aſſueuerunt alicui, & illius deſcendentibus maſculis dicendum eſt, quando feudum eſt in primo, cui fuit conceſſum, dici nouum: quãdo verò inde deriuatum eſt ad aliud de illius proſapia, ſeu familia, ſiue is, in quem tranſit, deſcẽdens ſit vltimi poſſeſſoris ſiue agnatus, deſcendens tamen comparatione primi poſſeſſoris, dici tũ feudum antiquum, tum etiã feudum paternũ, quaſi ab illo primo totius cognationis patre deriuatũ.

Atque vtroque nomine, antiquum videlicet, & paternum, appellant hodie doctores feudum, quod non eſt nouum. Tametſi, vt habetur cap. 1. §. 1. in fine, de ſucceſs. feud. ſolum id feudum nuncupetur propriè paternum, quod à communi patre intra quartum gradum deſcendit; non verè.

quod ab inferiori aliquo primo paréte eſt deriua-
tum. Ita cõis doctorum ſnĩa, quam referunt, ac ſe-
quuntur Iulius Clar. lib. 4. ſent. §. emphyteuſis. q.
16. nu. 1. & §. feudum q. 8. nu. 1. Aluar. Valaſ. de
iur. emphyt. q. 42. nu. 2. & Caldas de renouat. em-
phyt. q. 1. nu. 3. & ſequentibus.

Obſeruat tñ cũ Salyceto ibidem Caldas, nu. 5.
& 6. appellari nouum emphyteutá eũ, q ſub pri-
ma inueſtitura, ſeu conceſſione emphyteuſis, non
cóprçhenditur, vt ſi emptione, donatione, aut alio
titulo, ab aliquo emphyteutarum, quis emphy-
teuſim comparet, ac proinde hunc teneri à pro-
prietario accipere poſſeſſionem, ac renouare em-
phyteuſim. Qñ verò qs in prima inueſtitura, ſeu
cóceſſione, emphyteuſis cópræhenditur, tũc non
ſolum emphyteuſis non cenſetur noua ſed neque
ſucceſſor vi talis primæ cõceſſionis cẽſetur nouus
emphyteuta, eaq; de cauſa, neq; inueſtituram, ne-
que poſſeſſionem, teneri petere à proprietario.

Vnde quando emphyteuſis cóceſſa in tres ge-
nerationes, aut in tres perſonas certas, aut quas
poſſeſſores in emphyteuſim nominauerint, tunc,
q vi talis primæ conceſſionis ſuccedunt, recurre-
re non tenentur ad proprietarium pro inueſtitura
aut poſſeſſione, & ita vſu eſſe in Luſitania rece-
ptum teſtatur Caldas, nu. 6. citato. Idemque eſt,
quando emphyteuſis ſuſcepta fuit pro ſe, filijs, &
deſcendentibus: qui enim vi talis primæ conceſ-
ſionis ſuccedunt, petere non tenentur inueſtitu-
ram, aut poſſeſſionem, vt Iaſ. & Paris à Puteo, nu.
5. citato à Caldas relati, aſſeuerant.

Secus autẽ res ſe habet in feudo: ſemper enim
ſucceſſor in feudo, tenetur intra annum, & men-
ſem petere à proprietario inueſtituram niſi iuſta
cauſa illum impediat, alioquin feudo priuatur: &
idem eſt, ſi proprietarius moriatur: tenetur enim
ſimiliter intra id tempus petere de nouo inueſti-
turam à ſucceſſore in proprietate. Ita habetur c. 1.
in prin. quo tempore miles. Ratio aũt, cur id pe-
culiariter in feudo ſi ita conſtitutum, eſt; non ſo-
lum, qa feudatarius regulariter tenetur ad ſerui-
tium, onusq; perſonale proprietario, ſed præcipuè
quoniam tenetur prçſtare illi iuramentum fideli-
tatis: quæ duo in emphyteuta locum non habent.
Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecúdũ attinet. Ex notitia, quæ
emphyteuſis, aut feudũ, hæreditaria ſint, & quæ
ex pacto, & prouidentia, ſeu familiaria, reſolutio
pendet multarum grauium quæſtionum, vt ex ſe-
quentibus diſpoſitionibus patebit. Quod autem
2 † ad præſens attinet inſtitutum, duplici ex capite
emphyteuſis, aut feudum, dici poſſunt hæredita-
ria. Vno, qa pro quibuſcunq; hæredibus ẽt extra-
neis cenſentur conceſſa. Altero, quia ex vi conceſ-
ſionis ſuccedere in eis non poteſt, niſi qui ſimul
hæres fuerit emphyteutæ, aut vaſalli: neque ſatis
eſt eſſe filium, aut habere aliam qualitatem, niſi
ſimul hæres emphyteutæ, aut vaſalli exiſtat.

Quæ autem emphyteuſes, aut feuda, ex priori
capite hæreditaria dicuntur, à doctoribus appel-
lantur hæreditaria ſimpliciter. Quæ verò ex ſolo
poſteriori, nõ immeritò à multis hçreditaria mix-
tè nuncupantur. De quorum numero ſunt Iulius
Clarus lib. 4. ſent. §. emphyt. q. 16. nu. 1. & §. feu-
dum q. 9. nu. 4. Caldas de nominat. emph. q. 22. à
nu. 11. & q. 23. nu. 20. & ſequentibus, & Aries Pi-
nel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. in calce num. 78.
3 Hinc † emphyteuſes, aut feuda, ſimpliciter hære-
ditaria definire poſſumus cũ cõi doctorum ſnĩa,
eſſe illa, quæ conceſſa cenſentur pro quibuſcunq;
hæredibus, etiam extraneis. Ita Iulius Clar. §. em-
phyt. q. 16. nu. 1. & §. feudũ q. 9. nu. 2. & doctores
citati, atq; in progreſſu citandi, licèt multi ex eis
non adeo diſtinctè, vt nos, de hac re loquantur.

Quòd ſi emphyteuſis eccleſiaſtica non ſit, ex
cõi doctorum ſnĩa hæreditaria eſt ſimpliciter, ſi
ſub aliqua ſequentium formarũ ſit conceſſa. Con
cedo hanc rem tibi in emphyteuſim ac hæredibus
tuis: qm̃, vt diſp. 469. dictum eſt, noĩe hæredum,
quicunque, etiam extranei, cópræhendunt: neque
in emphyteuſi priuati, ſeu non Eccleſiaſtica, quæ
ex ſe tranſire poteſt ad omnes, eſt vnde cenſeatur
facta aliqua reſtrictio. Idem eſt, ſi dictum ſit, con-
cedo tibi hanc rem in emphyteuſim, & ſucceſſo-
ribus tuis: qm̃ nomine ſucceſſorum, etiam extra-
nei hæredes comprçhenduntur, ideſt, qui deſcen-
dentes non ſint. Idem ſi dictum ſit, concedo tibi
hanc rem in emphyteuſim, & quibuſcunque vo-
lueris: quoniam eo ſimiliter nomine, etiam extra-
nei hæredes comprçhenduntur.

Idem quoque eſt, ſi dictũ ſit, concedo tibi hanc
rem, & filijs tuis ac hæredibus, & ſucceſſoribus;
vel tibi, & deſcendentibus tuis, ac hæredibus, &
ſucceſſoribus; vel ſi ſolum ſit additum, hçredibus,
aut ſolum ſit additum, ſucceſſoribus; vt Caldas
de nominat. emphyt. q. 23. preſertim nu. 13. rectè
ait: id quod ex dicendis diſputatione ſequenti
perſpicuum fiet.

Quod ſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica, diſpu.
469. retulimus, communem doctorum ſententiã
eſſe, in illa nomine hæredum, aut ſucceſſorum, in-
telligi ſolos deſcendẽtes, ac proinde communem
ſententiam eſſe vi harum formarum, quatenus in
illis mentio ſit hçredum, ac ſucceſſorum ſolos hç-
redes, ac ſucceſſores deſcendentes intelligi, atque
adeo, niſi maior expreſſio fiat, qua intelligatur,
concedi etiam pro hæredibus extraneis; non cen-
ſeri ſimpliciter, prioriquemodo hæreditariã, ſub
ſolum poſteriori, ſeu mixtè. Nos verò ibidem cũ
4 Panor. Couar. & alijs, perpendimus in † emphy-
teuſi quoque Eccleſiaſtica, nomine hæredum, aut
ſucceſſorum, intelligi etiam extraneos: tametſi
addiderimus, vbi conſuetudine eſſet receptum, in
ea emphyteuſi intelligi ſolum deſcendentes, vt
receptum eſſe videtur in Luſitania, ſtandũm eſſe
communi ſententiæ.
5 Eodem † etiam modo in feudo, quia ſolum cen-
ſetur conceſſum pro deſcendentibus accipientis,
non verò pro aſcendentibus, aut alijs extraneis,
niſi id peculiariter exprimatur, vt conſtat ex c. 1.
de natura ſucceſ. feudi, & ex c. 1. §. penult. de alie-
nat. feudi, & affirmat communis doctorum ſen-
tentia, quam referunt, ac ſequuntur Caldas, q. 23.
citata à nu. 1. & à nu. 24. Aluar. Valaſ. de iur. em-
phyt. quæſt. 44. in calce, num. 12. ſi ſub ſimilibus
formis feudum concedatur, nomine hæredum,
aut

aut ſucceſſorum, feudum accipientis, ſolum intelliguntur deſcendentes illius.

Quare feudum ſub ſimilibus formis cōceſſum non eſt hæreditariū ſimpliciter, ſed ſolum mixtè. Vt ergo feudum, aut Eccleſiaſtica emphyteuſis, hæreditaria ſimpliciter cenſeantur, neceſſe eſt apponi in conceſſione verba, ex quibus intelligatur, concedi et pro hæredibus extraneis. Id in primis fiet, ſi dicatur, concedo tibi hanc rē in emphyteuſim, aut feudum, pro qbuſcunque tuis hęredibus, etiā extraneis. Nam in eiuſmodi conceſſione dubium eſſe non poteſt extendi conceſſionē, etiam ad hæredes extraneos. Idem eſt, ſi dicatur, pro quibuſcunque tuis hæredibus, aut dicatur, pro quibuſcunque tuis ſucceſſoribus, aut pro quibuſcunque volueris: verbum enim illud, quibuſcunque, ad omnes omnino ſucceſſores, aut hæredes, etiam extraneos, denotat fieri conceſſionem. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Gigas de penſ. q. 19. nu. 3. Couar. 2. var. reſ. c. 17. nu. 5. concluſ. 4. Iul. Clar. §. emphyteuſis, q. 28. in calce, nu. 7. & nu. 9. & 10. §. feudum, q. 9. nu. 2. & Caldas q. 23. citata à num. 29. Cæterum diſputatione ſequenti redibit ſermo, num, quando in feudo, & emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſolum fit mentio de ſucceſſoribus, cenſenda ſit ex pacto, & prouidentia, an verò hæreditaria mixtè.

6 Antequā † de emphyteuſi, & feudo, mixtis dicamus, emphyteuſis ac feudū ex pacto prouidentia, ſeu familiaria, ſunt, in quorum cōceſſione, ſeu inueſtitura, nulla facta eſt mentio hęredū, ac proinde, quę vi conceſſionis non requirūt, vt ſucceſſor hæres ſit. Ita cōiter doctores, quos, inter alios, referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. §. emphyteuſis, q. 16. nu. 1. conſentit etiam q. 37. & §. feudum q. 9. nu. 2. Molina, lib. 1. de primog. c. 8. à nu. 5. Aluar. Valaſc. de iur. emphy. q. 43. nu. 2. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. à nu. 84. Caldas, q. 22. & q. 23. citata, nu. 33. quibus concinit Couar. 2. var. reſol. c. 18. nu. 4.

Exempla ſunt, vt ſi feudum, aut emphyteuſis, concedatur accipienti, ac liberis, aut accipienti, & deſcēdentibus, aut accipienti, filijs, & deſcēdentibus, nulla facta mētione hęredum. Aut ſi emphyteuſis concedatur accipienti, vxori, & vni filiorū, aut deſcendentium, vel in tres generationes, vel accipienti, & duobus alijs, q à primo, & ſecundo poſſeſſore fuerint ordine quodam noīati, aut ſub alia ſimili forma, in qua nulla fiat hæredū mētio.

7 Quo loco † obſerua, vt Doct. cōiter aſſeuerant, qn̄ emphyteuſis, aut feudū, ex pacto ſunt, & prouidentia, ſeu familiaria, neceſſe non eſſe, vt q in eis ſuccedit, hæres ſit: poterit enim repudiata hæreditate, ſuccedere in feudo, aut emphyteuſi. Excipitur, niſi qui in feudo ſuccedit deſcendēs ſit vltimi poſſeſſoris: tūc enim ſuccedere nō poteſt in eo feudo repudiata hæreditate, ſed acceptare tenetur hæreditatem, ſi ſuccedere velit in eo feudo.

Secus aūt eſt, ſi qui in eo feudo ſuccedit, nō ſit deſcendens vltimi poſſeſſoris, ſed ſit ei agnatus, ac ſolum comparatione primi poſſeſſoris ſit deſcendens; tunc enim ſuccedere poteſt in eo feudo, repudiata hrēditate vltimi poſſeſſoris. Vtrumque hī ſatis expreſsè, c. 1. an agnat. vel filius, & ita exponit cōmunior doctorū ſchola. Hac de cā in definitione, ſeu explanatione emphyteuſis, ac feudi ex pacto & prouidentia, appoſuimus verba illa, quæ vi conceſſionis non requirunt, vt ſucceſſor hæres ſit qm̄, licèt in feudo ex pacto, & prouidentia deſcendens vltimi poſſeſſoris ſuccedere non poſſit repudiata hæreditate vltimi poſſeſſoris, id nō habet vi cōceſſionis, ſed vi peculiaris ſtatuti, quo id in feudo in parentum reuerentiam ſancitum eſt: neq; inde trahi poteſt argumentum, quod idem ſit in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia.

Porrò, ꝙ in eo capite ſermo ſit de feudo ex pacto, & prouidentia, non verò de feudo hæreditario, etiam mixtè, probant optimè Couar. 2. var. reſol. c. 18. nu. 4. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. nu. 85. Aluar. Valaſc. de iur. emphy. q. 43. num. 1. & copioſius, q. 44. nu. 4. & 5. & plerique alij, quos citant. Quoniam, ſi ibi ſermo eſſet de feudo hæreditario, etiam mixtè, falſum eſſet, agnatum poſſe in eo ſuccedere repudiata hæreditate: eo quod in omni feudo, & emphyteuſi hæreditaria neceſſe ſit, eum, qui ſuccedit, hæredem eſſe, vt in progreſſu liquebit.

Neque ſatisfacit reſpōſio Iulij Clari. §. feudū, q. 76. dicentis, verificari textum illum in primo feudi hæreditarij poſſeſſore: qm̄, ſi illi ſuccedat deſcendens, repudiare non poteſt hæreditatem, & ſuccedere in tali feudo: ſi verò ſuccedat agnatus, repudiare poterit hæreditatem, & ſuccedere in eo feudo. Eſt enim hoc ineuitabile, meo iudicio, argumentum, aduerſus Iulium Clarum. qm̄, ſi feudum ſit ſimpliciter hęreditarium, tunc nec; agnatus ſuccedere pōt in eo primo poſſeſſori, niſi hæres illius ſit: ſi verò ſit ſolum hæreditarium mixtè, vtpotè acceptum pro ſolis deſcendentibus hæredibus primi poſſeſſoris; tunc ſuccedere in eo feudo non poterunt agnati primi poſſeſſoris: quippe deſcendentes illius non ſint: pro ſoliſque deſcendentibus accipientis ſit feudum cōceſſum.

8 Quod ad nomina † attinet, qbus emphyteuſis eiuſmodi, ac feudum ex pacto, & prouidentia, ac familiaria appellantur, Aries Pinel. nu. 84. citato, damnat nomen illud ex pacto, & prouidentia. Tum quod nō ſit textus, vnde colligatur, aut probetur. Tum vel maximè, quod propterea feudum tale aut emphyteuſis, ex pacto, & prouidentia dicantur, ꝙ iuxta tenorem pacti inueſtituræ in eis ſuccedatur; cum tamen, etiam in feudo, & emphyteuſi, hæreditarijs, ſuccedatur iuxta tenorem pacti. Ait tamen ſe vſurum eis vocabulis, quando quidem à doctoribus introducta ſunt.

Aluar. Valaſc. q. 43. citata, num. 2. relato Pinello, ait, meliora nomina potuiſſe à doctoribus ad id inueniri, & accommodari. Certè inuſitatum non eſt à traditoribus diſciplinarum, aptato vni parti ſubiectæ peculiari aliquo nomine, vt in re propoſita feudo, ac emphyteuſis, de quibus loquimur, nomen hæreditarium accommodatum eſt, reliquam partem cōi nomine appellare. Sic Ariſtoteles, applicato vni parti ſubiectæ diſpoſitionis nomine habitus, reliquam diſpoſitionem appellauit: multaque alia ſunt exempla.

Quoad

Quoad nomen verò, familiare, illud eſt obſeruandum, quamuis aptum ſit ad diſtinguendũ feudum aut emphyteuſim, familiaria, ab hæreditarijs, eo modo, quo iuxta l. familiaria, iuncta l. ſequenti. ff. de relig. & ſump. funer. diſp. 188. diſtinximus ſepulchra familiaria ab hæreditarijs: nihilominus aliquas eſſe emphyteuſes ex pacto, & prouidentia, in quib. ſuccedere poteſt aliquis, qui non ſit de familia primi poſſeſſoris; vt quãdo emphyteuſis ſuſcipitur pro quibus fuerint nominati, ſiue de familia illi fuerint, ſiue non: & ſimiliter aliqua feuda poſſe cõcedi ex pacto, & ꝓuidentia, quę vi pacti deuenire poſſint ad aliquẽ extra familiã primi poſſeſſoris: nomina enim interdum latius patent, quàm id, ob quod accommodantur. Illud præterea obſerua, ſicut quando in feudo, aut emphyteuſi, ſuccedere dẽt, qui fuerit hæres poſſeſſoris, dicitur ſucceſſio iure hæreditario: ſic quando ſuccedirur iure propinquitatis, dici ſuccedi iure ſanguinis: id quod ad multa alia accõmodatur, vt ad ſucceſſionẽ in maioratu, & in alijs ſimilibus.

9 Emphyteuſis, & feudum † hæreditaria mixtè ſunt, quæ conceduntur pro hæredibus, ſed non omnibus: quatenus enim non pro omnibus hęredibus conceduntur, dicuntur mixta ex pacto, & prouidentia. Eiuſmodi eſt feudum conceſſum accipienti, & hæredibus illius; atque, ex communi doctorum ſentẽtia, eſt etiam emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimiliter conceſſa, non tamen emphyteuſis priuati, iuxta ea quæ ſupra, & diſpu. 469. dicta ſunt. Etenim feudum, & emphyteuſis Eccleſiaſtica, illo modo conceſſa, non ſe extendunt ad hęredes extraneos, ſed ſolum ad hæredes deſcendentes: vnde qui, vi talis conceſſionis, in feudo, aut emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſuccedere debent, & eſſe debent deſcendentes, & hæredes quæuis harum qualitatum eis defuerit, ſuccedere non poterunt tali in feudo aut emphyteuſi.

Eiuſmodi etiam eſt emphyteuſis priuati conceſſa alicui, & hæredibus illius deſcendentib. aut cum quauis alia limitatione ita, vt non ad omnes vniuerſim illius, hæredes ſeſe extendat. Ita Iulius Clarus, §. emphyteuſis q. 26. nu. 1. & §. feudum, q. 9. nu. 4. Aries Pinel. vbi ſup. nu. 85. vbi ait, diſtinctione huius feudi hæreditarij mixtè, à feudo ſimpliciter hæreditario conciliari multorum doctorum dicta, & opiniones. Caldas, q. 23. citata, nu. 20. Concinit Couar. 2. var. reſol. c. 18. num. 3. Atque de hoc etiam feudo loquitur Molina, c. 8. cit. à num. 5.

Quęſt. Cum doctores cõueniant, quando emphyteuſis, aut feudum, hæreditaria ſunt, neceſſe eſſe ſucceſſorum in emphyteuſi, aut feudo, hæredem eſſe, neque ſufficere eſſe filium, aut habere aliam qua-
10 litatem, niſi hæres exiſtat dubitant † tamen, an ſufficiant hæredem eſſe primi poſſeſſoris, mediante aliquo intermedio, qui hæres tandem primi poſſeſſoris extiterit, neque neceſſe ſit hæredem eſſe vltimi poſſeſſoris, ſed poſſe, hæreditate illius repudiata, in feudo, aut emphyteuſi ſuccedere; an verò neceſſe ſit hæredem eſſe vltimi poſſeſſoris. Cõmunior doctorum ſnĩa, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Cla. §. feudum, q. 9. n. 5. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. n. 91. Caldas de nominat. emphyt. q. 22. nu. 39. & Aluar. Valaſ. de iur. emphy. q. 44. nu. 19. & iuxta quam ait Iul. Clar. in facti cuiuſdam contingentia iudicaſſe ſenatum Neapolitanum eſt, ſufficere eſſe illo modo hæredem primi poſſeſſoris, neque eſſe neceſſarium, vt hæres ſit vltimi poſſeſſoris.

Ducuntur quoniam deſcendentes accipiunt à primo poſſeſſore, non verò ab immediatè. Cõtraria ſentẽtia mihi videtur vera cum Curtio iuniore, & alijs, nempe neceſſe eſſe, vt hæres vltimi poſſeſſoris, neque poſſe hæreditatem illius repudiare, & acceptare feudum, aut emphyteuſim. Falsũ autẽ eſt, emphyteutam, aut feudatarium, qui poſt primum poſſeſſorem iure hæreditario ſuccedunt, accipere à primo poſſeſſore: non enim, tamquam ab origine, accipiũt à primo poſſeſſore, ſed à proprietario qui ſub eis legibus, ac conditionib. feudũ, aut emphyteuſim conceſſit, vt ita ordine quodam deriuaretur, ac deueniret; accipiũt verò immediatè ab vltimo poſſeſſore, atq; ex diſpoſitione eius, facta conſentaneè ad leges inueſtituræ. Deciſ.

Adde in emphyteuſi aut feudo, præſertim ſimpliciter, & omnino hæreditarijs, non ſatis eſſe, vt quis ſucceſſor ſit in illis, extitiſſe tãdem hæredem primi poſſeſſoris per intermedium aliquem, ſed neceſſariam eſſe applicationem, ac conceſſionem talis emphyteuſis, aut feudi, ab vltimo poſſeſſore factam.

Variæ Formæ quibus res in emphyteuſim, aut feudum, traduntur. Et expenditur, quæ earum emphyteuſim, aut feudũ hæreditaria efficiant, & quæ ex pacto, & prouidentia.

DISPVTATIO CCCCLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudi, & emphyteuſis ex pacto, & prouidentia, formæ.*

2 *Feudum conceſſum, ſub hac forma, concedo tibi hanc rem in feudum, an appellari debeat hæreditarium.*

3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica, & ſecularis an differant, ſi ambo concedantur alicui pro ſe, & eius liberis, ſeu deſcendentibus.*

4 *Emphyteuſis, & feudum conceſſa ſibi, filijs, & hæredibus, cenſenda ſunt hereditaria, ſaltem mixtè.*

5 *Feudum, aut eccleſiaſtica emphyteuſis ſi concedantur ſub hac forma, tibi, & heredibus tuis maſculis, vel de corpore tuo natis, quo nomine appellari debeant.*

Et quid, ſi dictum ſit, concedo tibi, et heredibus tuis legitimis hanc rem in feudum, aut emphyteuſim. num. 6.

Et quid ſi dicatur, concedo tibi hanc rem in feudum iure Francorum nu. 7.

Item quid ſi dicatur, tibi, ac tuis. nu. 8.

Item ſi dicatur, tibi, & ſucceſſoribus tuis. nu. 9.

Com-

COmmuniter doctores affirmant, & ex dictis diſputatione præcedente facilè liquet, quãdo in conceſſione emphyteuſis aut feudi, nulla facta eſt mentio hæredum, emphyteuſim, aut feudũ, non eſſe hæreditaria, ſed ex pacto, & prouidẽ-
1 tia. Vnde ſequentes formæ † ſunt ex pacto, & prouidentia. Concedo tibi hanc rem in emphyteuſim, aut feudum, in triginta annos, in vitã tuam, ad tres generationes, ſeu vitas. Tibi vxori, & vni filiorum ſuperſtiti tempore mortis vltimi veſtrum. Tibi, vxori, & filio ex vobis naſcituro. Tibi, & duabus alijs perſonis, ita quòd tu nomines ſecundam, & ſecunda tertiam.

Quę formę frequentes ſunt in Luſitania in cõceſſione emphyteuſis. In te, & cunctam tuam generationem. Tibi, & liberis tuis. Tibi, & generi tuo. Aut tibi, & in cunctam generacionem. Tibi, & tuis deſcendentibus, ſiue addatur, ex corpore tuo genitis, aut legitimis, ſiue non, & ſiue addatur, per lineam maſculinam, aut virilem, ſiue non, & ſiue concedatur facultas nominandi, ſiue non. Lege inter alios Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 4. & q. 43. nu. 3. Conſentiunt, quæ Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. emphyt. q. 37. docet.

Alua. Vala. q. 44. ſequenti. nu. 2. ait, ſi feudũ datum alicui ſit ſub hac forma, concedo tibi hanc
Queſt. 2 † rem in feudum, nihil aliud exprimẽdo (quod appellant dari aliquid ſimpliciter, & in formiter in feudum) cenſeri datum pro accipiente, & hæredibus, atq. adeo innuere videtur tale feudum eſſe hæ-
Deciſ. reditarium. Atque, inter alios, citat pro hac ſententia Couar. 2. var. reſol. c. 18. num. 4. & Iulium Clarum, §. feudum, q. 9. nu. 6. & q. 76.

Dicẽdum tñ proculdubio eſt, eſſe ex pacto, & prouidentia; cum nulla ibi mentio fiat de hæredibus, neq; expreſsè, neq; tacitè ex natura talis feudi: idque apertè aſſeuerat Cou. loco citato in calce. nu. 3. & n. 4. Ait enim in eo feudo ex omnium ſententia habere locum c. 1. an agnatus, vel fil. nẽpè deſcendentem non poſſe in illo ſuccedere repudiata hæreditate: agnatum verò illius, & ſucceſſorem primi poſſeſſoris ſuccedere poſſe in illo repudiata hæreditate: quod verum non eſſet, niſi feudum illud eſſet ex pacto, & prouidentia.

Neque aliud videtur voluiſſe Iulius Clarus locis citatis, ſi attentè legatur, ſed ſolum, quod non cenſeatur conceſſum pro ſolo accipiente, ſed etiã pro deſcendentibus illius, iuxta feudi propriã naturam; & ꝙ in eo euentu locum habeat ex omniũ ſententia diſcrimen illud, quod in deſcendentem, & agnatum conſtituit. ca. illud primum citatum, vt Couar. affirmauit. Et fortaſſe non aliud intendit ibi Aluar. Valaſ. tametſi incautè appoſuerit verba illa, pro ſe, & hæredibus datum.

Idem Alua. Valaſ. q. 44. citata, nu. 6. q. 49. n. 2. & in calce, nu. 6. ac q. 50. nu. 5. cum Bart. & alijs,
3 quos citat, hoc † conſtituit diſcrimen inter emphyteuſim ſecularem, ſeu priuati, & emphyteuſim Eccleſiaſticam. Quod ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica concedatur alicui, & eius liberis, ſeu deſcendẽtibus, cenſetur ex pacto, & prouidentia, atq; adeo filij ſuccedere in ea poterunt, eſto hæredes nõ ſint aut hæreditatem repudient: qm̃ eiuſmodi emphyteuſis ad hæredes extraneos non tranſit, niſi ita pro hæredibus ſit conceſſa, vt intelligatur etiam ad extraneos ſe extendere: at verò ſi emphyteuſis ſecularis concedatur alicui, & illius liberis, aut deſcendentibus, cenſetur hæreditaria, neque filij in ea poſſunt ſuccedere, ſi hæredes nõ ſint: quoniam eiuſmodi emphyteuſis de ſui natura tranſit ad hęredes extraneos.

Hoc diſcrimen reijciunt Iaſon, & Imola à Couar. 2. var. reſol. c. 18. nu. 2. § quinta concluſio, relati, atq; in eorum ſnĩam propendere videtur Couar. ibi, cenſentes eſſe etiam ex pacto, & prouiden- Deciſ.
tia emphyteuſim ſecularem ſub ea forma conceſſam, poſſeque filium in ea ſuccedere, eſto hæres non ſit, aut paternam repudiet hæreditatem. Atque hanc ſententiam amplectitur Iul. Clar. §. emphyt. q. 37. nu. 1. cum multis alijs, quos refert.

Eadem mihi probatur. Tum quia cõſentanea omnino eſt fundamentis ex communi doctorum ſententia diſputatione præcedente iactis. Tum ẽt quoniam ſententia contraria nullo ſolido fundamento nititur ad illud diſcrimen inter illas duas emphyteuſes conſtituendum. Tum deniq; quoniam emphyteuſis Eccleſiaſtica cõcedi paſſim cõſueuit pro hæredibus, ſicut & ſecularis, atq; adeo ita vt ſit hæreditaria, ſaltem mixtè, & concedi ẽt poteſt, ita vt ſimpliciter ſit hæreditaria: quarè potiſſima illa ratio Alua. Val. cum Bar. minimè profectò ſolida in re, de qua diſputamus, quòd ſcilicet pater ſtipulando, aut paciſcendó pro filio, in dubio cenſetur paciſci pro illo vt hærede, eodem modo locum habet in emphyteuſi Eccleſiaſtica: cum ergo in emphyteuſi Eccleſiaſtica locum ex illorum ſententia non habeat, neque in ſeculari cenſendã eſt vim vllam habere.

Atque hoc affirmãdum omnino aſſeuerat Caldas q. 22. à nu. 19. de iure Luſitano, iuxta ea, quæ diſputationibus ſequentibus referemus, & idem ſubiungit eſſe de iure communi tametſi à nu. 14. propendere viſus fuerit in Bart. Aluar. Valaſ. & aliorum ſententiam. Eiuſdem ſententiæ cum Caldas eſt Gama deciſ. 8. nu. 6. & 7.

4 Emphyteuſis, aut † feudum, alicui conceſſa ſibi, filijs, & hæredibus, cenſenda ſunt hæreditaria, ſaltem mixtè. Dixi, ſaltem mixtè: quoniam, ſi ſit ſecularis emphyteuſis, cũ in ea nomine, hęredum, intelligantur, etiam extranei, vt diſputatione pręcedente dictum eſt, vtique erit emphyteuſis hæreditaria ſimpliciter. Si autem ſit feudum, cum in eo nomine, hæredum, niſi aliud exprimatur, intelligantur ſoli deſcendentes, vt diſputatione præcedente explanatum eſt, ſolum erit feudum hæreditarium mixtè. Et idem, iuxta communem doctorum ſententiam, eſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica, propter eandem rationem, vt ibidem, & diſpu. 469. viſum eſt.

Quarè, non ſolum alij, ſub eadem forma cõprehẽſi, ſuccedere non poſſunt in ea emphyteuſi, aut feudo, niſi hæredes ſint, ſed neque filij ſuccedere poſſunt, niſi ſint hæredes. Ita cum Bartolo communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couar. 2. variar. reſol. cap. 18. nu. 3. Iulius Clarus, §. feudum, quæſt. 9. nume. 8. & §. emphyteuſis.

phyteuſis,q.37.nu.2.& 3.& Alua.Valaſ.q.44.citata,nu.9. verbum enim illud,& hæredibus idem pollet, qđ & cæteris hæredibus, ac proinde afficit filios,vt ſuccedere non poſſint, niſi hæredes ſint.

Si autem dictum eſſet,pro filijs hæredibus,aut pro deſcendentibus hæredibus,non appoſita coniunctione,&,tunc, vt cùm Bart. bene ibi ſubiungit Aluar. Valaſ. eſſet quidem emphyteuſis, aut feudum mixtum, etiam ſi emphyteuſis eſſet ſecularis; quoniam vox, hæredibus, afficeret deſcendentes, quibus adiungitur: neque in ea forma ſe extenderet ad extraneos. Conſentit Pinel. l.1.C. de bon.mater.par.3.n.90.illatione 5. Longè maiori cum ratione,ſi feudū,aut emphyteuſis Eccleſiaſtica,cócederetur ſub hac forma,tibi & hęredibus,eſſet feudū, aut emphyteuſis, hæreditaria, ita vt deſcendétes ſuccedere non poſsēt in tali feudo, aut emphyteuſi, niſi hæredes eſſent, vt aduerſus quoſdā,contrarium aſſerentes, meritò aſſeuerant Aluar. Valaſ.vbi ſup.nu.11.Iulius Clar.q.9.citata,nu.7.& Couar.nu.3.citato.§. idem omnino.

Queſt. 5 Quando feudum,aut Eccleſiaſtica emphyteuſis,ſub hac†forma conceduntur,tibi & hęredibus tuis maſculis, vel de corpore tuo natis,quidā arbitrati ſunt, feudum, aut emphyteuſim eſſe ex pacto,& prouidentia,non ſecus,quàm ſi appoſitum non eſſet verbum,hæredibus. Hanc veriorem,& receptiorem ſententiā appellat Aries Pinel.l.1.C. de bon. mater. part.3. nu.88. & Aluar.Valaſ.vbi ſupra, nu.15.(tametſi poſtea in contraria permaneat) ait, huic ego opinioni accederem in illa formula, pro ſe & hæredibus ex corpore ſuo natis. Tunc enim,inquit,verbum,hæredibus,filios tantum deſignat: quia hæredes non naſcuntur, ſed fiunt à lege,vel ab homine. Subiungit etiam. In illa forma, pro ſe, & hæredibus maſculis, nimis vrget text.in c.1.§.ſed diuerſum,de alie.feud. illis verbis. *Illo mortuo ſine legitimo hærede maſculo*, quod verbum ita intelligendum eſt in feudo, id eſt,ſine filio maſculo.

Deciſ. Contraria tñ ſententia eſt proculdubio aſſerenda cum Couar. verſus finem, num.3.citato,Iulio Claro,q.9.citata nu.vlt. Aluar. Valaſ.vbi ſupra, & alijs, quos citāt. Additio enim illorum verborum, maſculis, aut de corpore ſuo natis, conducit quidem,vt feudum,aut emphyteuſis, etiam ex eo capite non ſint hæreditaria ſimpliciter, non verò, vt non ſint hęreditaria mixtè,quaſi verbum,hęredibus, ſimul appoſitum, ſuā vim amittat. Neque vllum eſt ſolidum fundamentum in contrarium.

Potius enim mens diſponentium eſt attendenda,viſq; verbi illius,hæredibus, quam metaphyſica illa,quam Aluar. Valaſ.expendit, quod ſcilicet hæredes non naſcantur, ſed fiant diſpoſitione legis,aut hominis:illi quippe hæredes, qui diſpoſitione legis, aut hominis, tales ſunt, diuiduntur tanq̃ in partes ſubiectas, in hæredes natos de corpore diſponentis,& in hęredes ex eis non natos: tametſi priùs eis competat, eſſe natos, quam eſſe hæredes. Verba autem illa ex c.1.de alien.feu.perperam adducuntur: quoniam conſtat legitimum hæredem,verè eſſe hęredem:in feudo autem ſubiungitur, nomine illius,ſolum intelligi, filium, ſeu deſcendentem maſculum,hęredem videlicet. Solum enim verba illa ſignificant,in feudis,quando aliud non fuit expreſſum, neque ſuccedere fœminas, neque aſcendentes, aut alios hæredes extraneos,ſed ſolos deſcendentes maſculos.

6 Quod†dictum eſt de præcedente forma,dicendum eſt de hac;concedo tibi,& hæredibus tuis legitimis hanc rem in feudum, aut emphyteuſim. Eſt enim tale feudum, aut emphyteuſis, hæreditaria,& non ex pacto,& prouidentia,vt rectè Aluar. Valaſ.vbi ſup.num.16.& 18. aduerſus quoſdam, quos citat, ait. Verbum enim illud,legitimis,ſolum excludit illegitimos: an verò vim ſuā tollit à verbo,hæredibus. Idem eſt de hac forma; concedo tibi hanc rem in emphyteuſim, aut feudum,filijs,& hæredibus tuis,vt ſuccedant ſecundum ſexum,& ætatis prerogatiuam, aut vt ſuccedant iure Frācorum, hoc eſt, vt ſemper primogenitus præferatur alijs: eſt enim emphyteuſis, aut feudum, hæreditarium ad effectum, vt ſuccedere nō poſſit,niſi,qui ſemel fuerit hęres,vt Aluar. Valaſ. vbi ſupra, nu.17. rectè ait aduerſus Pinel.nu. 90.citato illatione 7.& aduerſus alios,quos citat. Neque enim verbum, hæredibus, fruſtra eſt cenſendum appoſitum carereque ſua vi.

7 Quamuis†autem,ſi feudum ſub hac forma cócedatur, concedo tibi hanc rem in feudum iure Francorū, hoc eſt, vt ſemper primogenitus in eo pręferatur alijs,feudum ſit ex pacto,& prouidentia, eo quòd nulla de hærede ſit facta mentio, vt cum alijs,quos citant, tradunt Alua. Valaſ. ibid. q.43.nu.3.& Molina lib.1.de primog.c.7.nu.4. ſecus tamen res habet, quando de hæredibus fit mentio:eſt enim hæreditarium.

8 Quando†emphyteuſis, aut feudum, ſub hac forma fuiſſent cóceſſa; tibi,ac tuis; meritò Aluar. Valaſ.q.44.citata,num.15.cum Emil.Ferr.affirmat,eſſe ex pacto,& prouidētia: quoniam nomine,ſuorum, intelliguntur, qui ſunt de familia, ac ſanguine coniuncti: vnde idem eſt ac ſi diceretur, tibi,& tuis deſcendentibus. Iureque optimo reprehendit Pinel.vbi ſup.nu 90. illatione 4. qui aſſeruit,eſſe tunc emphyteuſim,aut feudum, hæreditaria mixtè, quaſi idem ſit dicere, tibi & tuis, ac tibi,& tuis hæredibus. Quare eſto emphyteuſis eſſet ſecularis, non eſſet hæreditaria ſub illa forma conceſſa,ſed ex pacto,& prouidentia.

9 Quando†emphyteuſis, aut feudum, ſub hac forma conceduntur, tibi,& ſucceſſoribus tuis,dicerem, ſi eſſet emphyteuſis ſecularis, eſſe hæreditariam ſimpliciter, vt diſputatione præcedéte dicebamus: quoniā nomine ſucceſſorum, compræhenduntur, etiam extranei, qui iure hæreditario ſuccedunt, ad quos illa emphyteuſis ſe extendit. Si autem eſſet Eccleſiaſtica,aut feudum,quoniam hæc,quando aliud non exprimitur, non ſe extendunt niſi ad deſcendentes, vt diſputatione præcedente dictum eſt,nomine,ſucceſſorum, in ea materia deſcendentes congruè intelliguntur,ac proinde erunt ex pacto,& prouidentia.

Si tamen cum Aluar. Valaſ.de iure emphyt.q. 43.nu.4. & communiori doctorum ſententia, in dubio,an feudum,vel emphyteuſis,ſint hęreditaria,

ria, proponendum ſit illa hæreditaria eſſe, ſanè cenſendum erit, eſſe illa hæreditaria mixtè: quoniam verbum, ſucceſſoribus, hæredibus deſcendentibus accommodari optimè poteſt, etiam quatenus hæredes ſunt vereque eos comprehendit. Concinunt, quæ Caldas de nominat. emphyt. q. 23. nu. 13. & 14. iunctis duobus antecedentibus, docet, ac de iure Luſitano refert, de quibus infra erit ſermo.

Dixi, cum Aluar. Valaſ. & communiori doctorum ſententia: quoniam Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 91. vſque adeo cõtra communẽ doctorum ſententiam cenſet, in feudis potiùs eſſe inclinandum ea eſſe ex pacto, & prouidentia, vt in multis diſpoſitionibus, in quibus, ſequutus communem doctorũ ſentẽtiam, vſq; ad eum numerũ docuerat ea eſſe hæreditaria, addat potiùs ea cenſenda eſſe ex pacto, & prouidentia, nihil impediẽte verbo, hæredibus, in eis appoſito. Vt tamen vbi ſupra rectè Aluar. Valaſ. addit, recedendum non eſt à communibus opinionibus in praxi receptis, præſertim cum nullo ſolido fundamento Pinellus nitatur ad propendendum in contrarium.

Ex dictis hac, & præcedente diſputatione, facile iudicabitur, oblatis quibuſcunque alijs formis, quibus emphyteuſis, aut feudum, ſint conceſſa, quando iudicanda ſint ex pacto, & prouidentia, & quando hæreditaria ſimpliciter, vel mixtè.

Vtrum in emphyteuſi, ac feudo, ſuccedant fœminæ.

DISPVTATIO CCCCLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ regulariter ad ſucceſſionem feudi non admittuntur, ex communi.*
Et idem de illegitimis.
Fallit tamen, vt nu. 2. 3. 4. & 5.
6 *Princeps an poſſit diſpenſare, vt fœmina ſuccedat in feudo in præiudicium agnatorum.*
7 *Maſculus ex fœmina an excludat fœminas, quæ ſuccedunt in feudo in defectum maſculorum.*
8 *Fœmina ſemel excluſa à maſculo, an ſemper cenſeatur excluſa.*
9 *Emphyteuſis an, & quando ad fœminas transſeat.*
10 *Fœminæ an ſuccedant in emphyteuſis, ſuſcepta pro ſe, & filijs.*
Et quid de iure Luſitano ibid.
11 *Fœminę, quando ab emphyteuſi nõ excluduntur, ſuccedunt in ea nepotes ex fœmina vtriuſq; ſexus.*
12 *Nepos ex filia an ſuccedere poſſit in emphyteuſi ſuſcepta pro ſe, & filijs, ac nepotibus ac maſculis, aut pro ſe, & deſcendentibus maſculis.*

Antequam ad alios effectus deueniamus, qui ex eo proueniunt, quòd emphyteuſis, aut feudum, ex pacto ſint, & prouidentia, aut hæreditaria, quod propoſitum eſt, erit in hac diſputatione examinandum, & in ſequenti, num in emphyteuſi, aut feudo, ſuccedant illegitimi.

Atque vt à feudo ordiamur, cõis cõcluſio, mo-
1 ribus† feudorum recepta, ac comprobata, eſt, fœminas regulariter ad ſucceſſionem in feudo non admitti. Ita habetur c. 1. §. hoc autem, de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. filiæ verò, de ſucceſ. feud c. 1. §. ad filias, de ſucceſ. fratrum vel gradib. ſucced. & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 41. Iulius Clarus, 4. lib. ſent. §. feudum, q. 73. Couar. 1. variar. reſol. c. 18. nu. 1. & Cald. de nominat. emphyt. q. 23. nu. 8.

Ratio, quam cum glo. §. hoc autem, citato, doctores cõiter reddunt, eſt. Qm̃ feuda concedi ſolent cum onere ſeruitij perſonalis, præſertim pugnãdi, ac iuuandi in bello: ad quod fœminæ ſunt ineptæ. Hanc tñ non omnino probant eadẽ gloſſa, & Iulius Clarus vbi ſupra: quoniam, vt ex iuribus citatis conſtat, etiam maſculi, per lineam fœmininam deſcendentes, excluduntur à feudi; in quibus tamen ratio illa vim non habet.

Vnde gloſſa illa, & Iulius Clarus ſubiungunt, ſit pro ratione volũtas legumlatorum, ſeu introducentium feudorum vſus hac in parte. Non eſt tamen contemnenda, ac reijcienda ratio illa doctorum communis, qua interdum vtuntur ad aliqua definienda vſu recepta in materia feudorum. Inde enim id veriſimiliter ſtatutum, introductũve fuit in feudis, cum extenſione, vt, excluſis fœminis, neque maſculina earum proles ad feudum admitteretur.

2 Quando † tamen fœminæ in inueſtitura, ſeu conceſſione feudi, vocantur ad feudum, tunc in eo ſuccedunt, ſed deficientibus maſculis, vt expreſſe vtrumque hr̃ tribus iuribus citatis, & cum alijs, affirmat Iulius Clar. q. 73. citata, num. 3. Intereſt tamen, vtrum in inueſtitura feudum concedatur pro maribus, & fœminis, an vt in eo fœminę cum maribus ſuccedant. In priori enim euentu, non ſuccedunt fœminæ, niſi deficientibus maribus, iuxta tria iura citata: in poſteriori verò, ſimul cũ illis ſuccedunt æqualiter, vt cum Baldo, & communi doctorum ſententia, quam refert, ſubiungit, ibid. Iulius Clar. nu. 4.

3 Quando † feudũ eſt maternum, ſeu fœmineũ, quia videlicet à principio fuit fœminæ conceſsũ, ſuccedunt in eo fœminæ, vt hr̃ c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. attamen intelligendum eſt, ſuccedere fœminas in defectum maſculorum: quoniam etiã in eo euentu maſculi præferuntur fœminis, vt c. 1. de feudo fœmin. Ita Iulius Clarus ibidem, nu. 5. & communis ſententia, quam refert.

Res concedi interdum pretio in feudũ à proprietario, teſtatur Iulius Clar. §. feudum, q. 16. cũ multis alijs, quos refert, eſſe conſuetudine receptum, neque eſt cur non poſſit ita fieri; tametſi à feudo propriiſſimo degeneret tale feudi genus.

4 De hoc † ergo feudo eſt dubium, an in eo ſuccedant fœminæ. Et quidem, quando in inueſtitura vocarentur ſoli maſculi, & non fœminæ, dicendum eſt fœminas in eo non ſuccedere, etiam deficientibus maſculis; quoniam tenori inueſtituræ eſt ſemper ſtandum.

Quando item nullũ aliud ſeruitium eſſet impoſitum, aut non eſſet impoſitum ſeruitium perſonale, tũc fœminæ ſuccederent, in defectum tamen

me maſculorum,iuxta ea quæ mox ſubijciemus. His verò euentibus ceſſantibus, quoniam nullus alius remanet euentus,niſi quando perſonale ſeruitium fuerit impoſitum, credo potius cum Iſernia,ēt Bruno,quos refert Iulius Clar.q.73.citata. nu.6.non ſuccedere fœminas,quam cum Odofredo,quem ibidem ſequitur Iul. Clar. eas ſuccedere. Pręſertim cum idem Iul.Clar.in illis alijs euētibus nobiſcum conſentiat.

5 Quando † pro feudo nullum impoſitum eſſet ſeruitium,tunc ab eo non excluduntur fęminæ in defectum maſculorum, niſi inueſtitura ſolos maſculos vocaret.Ita cum Baldo, & cōmuni doctorum ſententia Iul.Clar.q.72.citata,nu.7.Idē eſt, ſi pro feudo tale ſeruitium eſſet impoſitum,quod æquè poſſet præſtare fæmina,ac vir,quando ſimiliter inueſtitura nō vocaret ſolos maſculos,& vbi non eſſet contrarium cōſuetudine receptum. Ita cum cōi ſnīa,quam refert,affirmat ibi. Iul.Cla.à qua in praxi ait non eſſe recedēdum.Idē cū alijs, quos citat,aſſeuerat Caldas.q.23.citata.nu.8. In quibus autem locis fuerit conſuetudo, vt fæminę in feudis ſuccedant, illi erit ſtandum, vt ex ſe eſt notiſſimum,& affirmat communis ſentētia, quā Iul.Clar.ibidem.nu.9.refert,ac ſequitur.

Dubiū Vtrum autē princeps diſpenſare poſſit,vt fęmina in feudo ſuccedat in præiudicium agnatorum.
6 Reſpondet†ibidē Iul.Cla.negantet cum communi doctorum ſententia: qm̄ non poteſt princeps
Decis. auferre ius iam alteri quæſitū.Et ſubiungit, quāuis poſſet,non debere id facere. Quid autem hac de re dicēdū ſit,copioſe à nobis diſp.170. præſertim ante ſeptimam concluſionem,explanatū eſt.

Dubiū Dubium eſt, in euentibus,in quibus dictū eſt, fæminas ſuccedere in feudum,in defectum maſculorū, ſi,deficiētibus maſculis,fęmina ſuccedat, & poſt fendū ab ea obtētum,naſcatur maſculus, vel
7 ex ipſa,vel ex ſorore illius,vtrū is†maſculus excludat illam à feudo. Andreas Iſernia affirmanter reſpondet.Contra tn̄ ſnīa eſt cōis,& amplectenda,
Decis. q̄ referunt,ac ſequuntur Iul.Cla.§.feudū,q.38.n. 1.& Molina lib.1.de primog.c.10.nu.13.& colligitur ex c.1.de eo qui ſibi,vel hęredibus,in princ. vbi,fęmina obtinente feudū ex defectu maſculorū,natus ex ea filiūs,viuēte matre,illud non obtinuit.Rō aūt eſt,qm̄ eiuſmodi vtile dn̄ium perpetuo,atq; irreuocabiliter fuit obtentum; neq; pendens eſſe debuit ab euentu natiuitatis alterius.

Queſt. Dubiū eſt è contra,vtrū,ſi fęmina in euētibus, in quibus ob defectū maſculorum ſuccedit in feudo,ſemel excluſa ſit à feudo,eo ꝙ adfuerit maſcu-
8 lus,qui in eo ſuccederet,maneat †ſemper excluſa, ita vt neq;,deficiētibus poſtea maſculis, poſſit in eo ſuccedere.Cōis doctorū ſnīa affirmat iuxta textum in c.1.§.quin ēt,in ti.Epiſc.vel Abbat. vt illum intelligit Iſernia,quā refert Iul. Clar. q. 80. citata,n.2.& quam,cum gl.ibidē,limitant doctores,niſi maſculus ille,qui fæminam excludit,ſubitò moriatur ſtatim poſt mortem vltimi poſſeſſoris:qm̄ tunc cenſetur ac ſi non fuiſſet, ac proinde eā non excludit. Mihi placet contraria ſnīa Iulij Clari,nēpe ſolū in perpetuum excludi, quamdiu adeſt maſculus aut fęmina alia propinquior illi,

qui in futurum fuerit vltimus poſſeſſor,eoq; modo intelligendum eſſe textum illum: nō vero ita, Decis.
vt illa debeat excludi, deficiente fęmina propinquiori vltimo poſſeſſori,quaſi in eo euentu feudū deuolui debeat ad proprietarium. Hæc de feudo.

Quod ad emphyteuſim attinet Baldus,Alexā. Queſt.
& pauci alij,à Couar.num.1.citato relati, cenſuere:emphyteuſim†non tranſire ad fęminas, ducti,
9 quod feudum ad eas nō tranſeat,niſi in inueſtitura cōtrariū ſit expreſſum.Ioā.item And.c.potuit, de locato,& quidam alij,à Caldas,q.19.nu.10.& q.citata.nu.9.relati, de quorū numero eſt Gama deciſ.233.n.8.aſſeruerunt, fęminas nō ſuccedere in emphyteuſi Eccleſiaſtica. Cōtraria tn̄ ſnīa eſt Decis.
aſſerenda,ēt in emphyteuſi Eccleſiaſtica, cū cōiori doctorū ſnīa,q̄ referūt,ac ſequūtur Cou.2.var. reſol.c.18.n.1.Iul.Clar.§.emphyteuſis,q.32.Alua.Val.de iur.emph.q.41.n.2.& Caldas,q.23.citata à nu.8.& q.24.à nu.27.nempe qn̄ in inueſtitura emphyteuſis appoſitum non eſt verbum, ꝙ fęminas excludat, ſuccedere in ea emphyteuſi tā fęminas,quam maſculos: id ꝙ apertè probat authenticū de non alien.§.emphyteuſis, vbi, ēt Eccleſiaſticā emphyteuſim,dicitur concedi poſſe indifferenter pro filijs,& nepotibus,maſculis, & fęminis,& pro viro,& vxore, ſi de vxore mentio ſit facta. Neq; eſt eadē ratio de feudo:qm̄ feudum,vt dictum eſt, concedi conſueuit pro ſeruitio perſonali in bello,quod fœminis non congruit.

Vtrū aūt, qn̄ emphyteuſis accepta eſſet pro ſe,
10 & filijs,ſuccedāt † ēt in ea fœminæ? Archidiaconus,& cōior doctorū ſnīa, aſſeruit, tunc non ſuccedere fęminas,ſed ſolos maſculos. Ducti, quod in cōtractib.maſculinū non cōpræhendat fęmininū,ſibiq; imputare debeant contrahentes,ſi fęminas ēt compræhendere voluerunt, quod, cum id exprimere potuiſsēt,vſi fuerint verbis ambiguis. Queſt.

Merito tn̄ cum Salyceto,& plerſq; alijs, quos Decis.
citant, aſſeuerant contrariū,Cou.nu.1.citato,Iulius Clarus q.32.citata,nu.3.Aries Pinel.l.3. C. de bon.mater.nu.33.& Alu.Val.q.41.citata,nu. 3. Atq; hæc opinio iure Luſitano approbata eſt: libro enim 4.ordi.tit.93.§.antepe.nomine vnius filij quē nominare voluerit, ēt filia intelligitur, Confirmatur,qm̄ nomine filiorum, etiā filiæ cōpræhenduntur,vt probat l.quiſquis ff. de verbo. ſignific.& affirmat glo.§.ſi quis filiabus,verb qa filij,Inſtit.qui teſtamento tutores dare poſſunt,& probant varia alia iura,quæ citauimus diſp. 220. §.de iure:ꝙ pręſertim locum habet in materia indifferenti,vt in ea ſuccedant,tā fęminæ,quam maſculi,vt eſt emphyteuſis: neque minus in contractibus id locū habere debet,ſi materia indifferens ſit,quam in vlt.voluntatib.in quib.non minus,q̄ in cōtractib.eſt in ptāte teſtatoris exprimere filias in particulari,ſi vult ad eas ſe extendere ſuā diſpoſitionem. Qn̄ parens emphyteuſi.n. ſumpſit pro ſe,& filijs,aut deſcendentib.maſculis,& fęminis, tunc fęminę cū maſculis in tali emphyteutica ſuccedunt,eſtq; inter illos æqualiter diuidēda, ſaltē quoad æſtimationem,in Luſitania,iuxta ea, quæ diſp.460.dicta ſunt.Ita Bar.& cōis Doct. ſnīa,q̄ referunt,ac ſequūtur Cou.n.1.cit.concl.2.& Alu. Val.vbi

Vala. vbi ſup. nu. 4. Si tñ conſuetudo, aut ſtatutũ eſſet in eo loco, vt maſculi præferrentur fœminis, tunc meritò cõis doct. ſnĩa, quam aduerſus Salycetum referunt, ac ſequuntur Coua. & Alu. Vala. ibid. ac Iul. Cla. q. 32. citata. nu. vlt. aſſeuerat fęminas non ſuccedere in emphyteuſi, niſi deficientib. maſculis: qm̃ contrahentes iuxta ſtatuta ac conſuetudines loci celebrare cenſentur cõtractus. Simile ex parte eſt ſtatutum Luſitanũ li. 4. ord. tit. 62. § 23. & 4. quo ſancitur, ſi quis habeat emphyteuſim ſibi, & perſonę, quã nominauerit, ſi is, vel aſcẽdentes, vel deſcendentes plures, hęredes inſtituat, neminem nominãdo in emphyteuſim, tunc ſeruari debere, quod continuò ſeruandũ ſtatuitur, ſi ab inteſtato diſcedat, relictis aſcendentib. aut deſcendentib. In quo euentu diſponitur, vt ſemper deſcẽdentes præferantur in emphyteuſi aſcendentib. etſi tales deſcendentes filij naturales ſint ex hoie nõ plebeio, aut ſpurij, cęterũ ſpurij legitimati a principe eſſe debent, vt ſuccedere poſſint parenti ab inteſtato. Hæc tñ, quæ de illegitimis ſtatuit, extẽdenda non eſſe ad emphyteuſim Eccleſiaſticam, diſp. ſequenti dicetur. Inter deſcendentes autẽ, aut aſcendentes, pares in eodem gradu ſemper mares præferuntur fœminis, vt cenſeantur nominati, & inter maſculos deſcendentes pares in eodem gradu, præfertur maior natu cæteris. In defectu autẽ maſculi in eodem gradu, præfertur fęmina maior natu. Item legitimus deſcendens ſemper præfertur illegitimo, niſi ſit filius naturalis hoĩs plebeij, qui æquè in Regno ſuccedit cum legitimis. Hãc ordinationem Aluar. Valaſ. vbi ſupra in calce. n. 3 & alij obſeruant eſſe notandum.

Ius Luſitani.

11 Quando fęminæ ab † emphyteuſi non excludũtur, vtrique ſuccedunt in ea nepotes ex fœmina vtriuſq; ſexus. Ita Aluar. Valaſ. q. 41. citata nu. 5. & Iul. Clar. § emphy. q. 36. num. 1. & communis opinio, quam referunt: eſtque res indubitata.

Quæſt.

Maius autem dubium eſt, qñ emphyteuſis ſuſcepta eſt pro ſe, & filijs, ac nepotib. maſculis, aut
12 pro ſe & deſcendẽtib. maſculis, nũ † in ea emphyteuſi ſuccedere poſſit nepos maſculus filius filiæ. Iul. Clar. q. 36 cita. & alij, quos Aries Pinel. l. 3. C. de bon. mat. nu. 19 refert, & ex parte ſequitur, negant: idq; pp illam regulam, q̄ excluſa fęmina à maioratu: aut ab alia ſimili diſpõne, cenſentur excluſi maſculi ex ea deſcendentes, quæ cõis eſt ex multis, quos, inter alios, refert, ac ſequitur Molin. li. 3. de primog. c. 5. n. 41. Cõtrarium affirmat Alu. Valaſ. nu. 5. citato. Qm̃, inquit, nepos ex filia deſcendens verè maſculus eſt, ac nepos ſuſcipientis emphyteuſim. Conueniunt ſanè Alu. Vala. & Aries Pin. vbi ſup. atq; et Mol. loco cit. nu. 48. (tametſi Molina, non de emphyteuſi, ſed de maioratu loquatur) ſi intentum excludẽdi fœminas à ſucceſſione in re aliqua, ſit, vt res illa conſeruetur in familia, ſeu agnatione, tunc, excluſa fęmina, cenſendos excluſos maſculos ex fœmina deſcendentes; eo q̄ in illis non conſeruetur familia capitis, vnde res talis eſt deriuanda: ſi verò id non ſit intentum excludendi fęminas, ſed q̄ res ad maſculos deueniat, & ab illis adminiſtretur, tunc, excluſa fœmina, cenſendos non eſſe excluſos maſculos ex ea deſcendentes. Atq; hoc ſecundum arbitratur Alua. Valaſ. eſſe iudicandum, qñ ſoli maſculi deſcendentes ad emphyteuſim aliquam vocãtur. Ego verò arbitror coniecturis eſſe iudicandum, quod illorum duorum fuerit mens excludentis, aut excludentium fœminas, atq; iuxta coniecturas, & circumſtantias concurrentes, iudicandum eſſe, num maſculi ex fœmina admitti debeant, vel non. Et fortè frequentius intentum erit, q̄ res emphyteutica non egrediatur ex familia: id quod Aries Pinel. loc. cit. ſenſiſſe videtur, in idemq; inclinare videtur cõior doct. ſnĩa. Quod autem Alua. Val. ex 4. lib. ord. Luſitanarum tit. 63. §. *Eſſendo*, in confirmationem ſuæ ſnĩæ citat, nihil profectò ad rem facit: in illo n. §. ſermo eſt, quando fœmina ab emphyteuſi non excluditur. Idem Aluã. Valaſ. fatetur, ſi emphyteuſis ſuſcepta ſit pro deſcendentibus per virilem ſexum, tunc excludi maſculos deſcendentes ex filia.

Deciſ.

Vtrum in emphyteuſi, aut in feudo ſuccedat illegitimus.

DISPVTATIO CCCCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi etiam ſi naturales filij ſint, & poſtea legitimentur; non ſuccedunt in feudo, ex communi.*
Et quid in emphyteuſi. nu. 2.
Legitimati verò ita in emphyteuſi, ſicut in alijs bonis ſuccedunt. nu. 3.
4 *Emphyteuſis ſecularis ſi ſit conceſſa pro ſe, & filijs eius, an veniant etiam filij naturales.*
Fallit in emphyteuſi eccleſiaſtica. nu. 6.
Et quid ſi ſit conceſſa pro ſe, & liberis, etiam illegitimis, an veniat ſpurius ſub tali appellatione. n. 5.
7 *Luſitana lex, quæ ſtatuit emphyteutam cenſeri nominaſſe filium ſuum naturalem, in defectum deſcendentium legitimorum, an extendatur etiam ad emphyteuſim eccleſiaſticam.*
8 *Nepos legitimus ex filio illegitimo, an incapax ſit ad ſuccedendum in eccleſiaſtica emphyteuſi aui, quatenus à filio incapaci procedit.*
9 *Eccleſia quando præſumatur velle ſuccedere in emphyteuſi eccleſiaſtica, etiam illegitimos.*
10 *Legitimatus reſcripto principis, non poteſt ſuccedere in emphyteuſi eccleſiaſtica.*
Idem in feudo, niſi ad id in particulari legitimetur. num. 11.
Immo nec in emphyteuſi ſeculari, quando conceſſa eſſet pro ſe, & filijs legitime natis. nu. 12.
Et quid in legitimato per ſubſequens matrimoniũ, an ſuccedat in feudo, vel emphyteuſi cõceſſa pro ſe & filijs legitime natis. nu. 13.
14 *Filius natus ex matrimonio in eccleſiæ facie valido reputato, an ſuccedat in feudo, vel emphyteuſi, aut maioratu, conceſſis pro ſe, & filijs legitime, aut ex legitimo matrimonio natis.*
15 *Legitimatus ad beneficia eccleſiaſtica obtinẽda, cẽſetur quoq; ad emphyteuſim, et feuda Eccleſiaſti-*

ca

ca legitimatus, niſi aliud exprimatur.

16 *Poteſtas legitimandi conceſſa a Summo Pontifice, Legato, aut Comite Palatino, non intelligitur ad ſuccedendum in maioratu, feudo, aut emphyteuſi eccleſiaſtica, niſi ad id expreſſe ſit conceſſa.*

Declara tamen, & intellige, vt nu 17.

18 *Illegitimus obtinens emphyteuſim eccleſiaſticam ante diſpenſationem, an licite poſt diſpenſationẽ, poſſit eam retinere.*

1 QVod feudũ attinet, Illegitimi, et † ſi naturales filij ſint, & eſto poſtea legitimentur, non ſuccedunt in feudo, vt habetur ca. 1. §. naturales, ſi de feud. defunct. & affirmat cõis doctorũ ſnĩa, quam referunt ac ſequuntur Gigas de penſ. q. 19. nu. 5. & Iul. Clar. 4. li. ſen. § feud. q. 82. nu. 1. & 2. Quid autem dicendum ſit de legitimato ad ſuccedendum, etiam in feudo, liquebit ex dicendis circa legitimationem ad ſuccedendum in emphyteuſi eccleſiaſtica.

2 Quod verò ad emphyteuſim attinet, dicendũ eſt. Si ſecularis, ſeu † priuati ſit, neq; arctata ſit ad ſolos filios, ſeu liberos accipiẽtis, perinde poſſe in ea ſuccedere illegitimos, aut non poſſe, atque (iuxta ea quę de ſucceſſione illegitimorũ diſp. 166. & 167. explanata ſunt) ſuccedere poſſunt, aut non poſſunt, in alijs bonis eius, de qua agitur, an illegitimi in emphyteuſis illius ſuccedere poſſint. Ita cõis doctorũ ſnĩa, quã referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus. §. emphyteuſis q. 30. & Caldas de nominat. emphy. q. 19. à nu. 5. tametſi nõ ſub his terminis hoc aſſerat. Poteſt verò probari efficaciter, quia quã ſecularis emphyteuſis abſque reſtrictionis ad aliquod perſonarũ genus, eſt conceſſa, poteſtque proinde deuenire ad extraneos, vtique, quo ad ſucceſſionem in ea, perinde eſt de illa iudicandum, atque de alijs bonis liberis poſſidentis talẽ emphyteuſim: quare illegitimi, neque maiorem, neque aliam prohibitionem habent ad ſuccedendum in illa, quam in alijs bonis liberis eã poſſidẽtis: quo fit, vt ſi in alijs bonis liberis poſſidẽtis ſuccedere poſſint, iuxta ea quæ duab. diſpoſitionibus citatis dicta ſunt, ſuccedere etiã poſſint in tali emphyteuſi: ſi verò ſuccedere in alijs illius bonis nõ poſſint, iuxta ea quæ ibidem dicta etiam, ſunt, neque in emphyteuſi poſſint ſuccedere.

3 De legitimatis verò, quando, ſi † legitimati nõ eſſent, ſicut in alijs bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, ita neque in illius emphyteuſi poterant ſuccedere, dicendum eſt. In quibus euentibus diſput. 362. & duabus ſequentibus dictum eſt, legitimatos, aut diſpenſatos, ſuccedere poſſe in bonis alicuius, ſuccedere etiam poſſe in eiuſmodi illius emphyteuſis: quoniam eſt eadem prorſus ratio.

Atque hoc eſt, quod intendit communis doctorum ſnĩa, quã Iulius Clarus, vbi ſupra, q. 31. & Caldas de nominat. emphyteu. q. 21. à no. 25. referunt, ac ſequuntur, neque in eo eſſe poteſt vlla difficultas.

Quęſt. Controuerſia vero non parua eſt inter doctores, ſi emphyteuſis ſecularis conceſſa ſit accipienti, & filijs illius, vtrum † nomine, filiorum, intel-
4 ligẽdi ſint ſoli legitimi, an verò etiam illegitimi, præſertim naturales, Bald. Decius, & alij, à Caldas vbi ſupra, nu 9. relati, aſſeuerant, ſolos legitimos eſſe intelligendos, ac proinde naturales ſuccedere non poſſe in emphyteuſi: quoniam nomine filiorum ſimpliciter, ſoli legitimi intelliguntur, argumẽto l. filium eum. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iu. cuius verba ſunt. *Filium eum definiuimus, qui ex viro, & vxore eius naſcitur.*

Communis tamen ſententia, quam Iulius Clarus, q. 30. citata refert, ac ſequitur, & ſequuntur Alexand. Felin. & alij, à Caldas ibidem, num. 11. relati, contrarium affirmant, nempe intelligendos etiam eſſe naturales, ac proinde ſuccedere poſſe in ea emphyteuſi. Quoniam in vltimis voluntatibus nomine filiorum, vocari cẽſentur, etiã naturales, ſaltem in defectum legitimorũ, vt colligitur ex l. ex facto § ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi, relicta re aliqua alicui cum clauſula, vt, ſi ſine liberis deceſſerit, deueniat ad quendam tertium, ſi decedat, relicto filio naturali, is excludit ſubſtitutum: valet autem argumentum hac in parte ab vltimis voluntatibus ad contractus. Caldas vbi ſupra à num. 12. in priorem ſententiam propendet, ductus, quod vltimæ voluntates latiorem interpretationem patiantur, quam contractus: in illis enim nomine filiorum, etiam nepotes, & alij deſcendentes compræhenduntur; ſecus autem in contractibus: quare, licet ſimpliciter nomine filiorum, etiam naturales, in vltimis volũtatibus intelligantur, in contractibus tamen, qualis eſt emphyteuſis, intelligi non debent, præſertim hodie, quãdo concubitus cum vna concubina domi retenta reprobatur ex lege euangelica, & diſpoſitione canonica, quam recentiora iura ciuilia amplectuntur. Deciſ.

Tandem à numero decimoſexto addit, ex circumſtantijs concurrentibus iudicandũ in re propoſita eſſe, num contrahentes, etiam filios naturales comprætendere intenderint: ſicut etiam cũ Molina, Emmanuele Acoſta, & alijs, quos hi autores referunt, in calce diſp. 147. dicebamus, ex eiſdem etiam circumſtantijs eſſe iudicandum, nũ teſtator, iuxta §. ſi quis rogatus, citatum, nomine filiorum, etiam naturales comprẽhẽdere intenderit ad effectum excludendi ſubſtitutum; id quod § ille ſatis perſpicuè docet.

Et, cum in re propoſita contrahentes non agant de conſeruanda in ſucceſſoribus emphyteuſi, atque augenda nobilitate familiæ eius, cui emphyteuſis conceditur, vt maioratus, atque fideicommiſſariorum inſtitutores, & nobilitanda familia ſua in ſucceſſoribus in bonis ſuis agere conſueuerunt, quando ſimiles clauſulas apponunt, quod ſucceſſione filij naturalis impedire poſſet, ſolumque dominus directus intendere poſſet, vt defectu legitimorum citius emphyteuſis finiretur, ac conſolidaretur, cum proprietate, quod non eſt magni momenti, neque ſolet frequenter euenire, ſane potius propendeo in poſteriorem ſententiam, quando aliunde probabiles cõiecturæ non ſunt, contrahentes intendiſſe excludere filios naturales, vt regulariter non erunt.

Atq; hoc ſuaderi pōt, qm̃ de eiuſmodi emphyteuſi, quo ad ſucceſſionem in illa, perinde eſt iudicādū, atq; de alijs bonis liberis eā poſſidentis, vt dictum eſt: naturales autē filij, in defectū legitimorum, præſertim deſcendentium, ſuccedere ſolent parentib. in bonis illorum liberis, vt diſp. 166. dictū eſt. Habet verò hæc noſtra ſnīa locum præſertim in Luſitania, vbi non ſolū filij naturales hoīs plebei æque ſuccedunt parentib. in oīb. bonis cum filijs naturalibus, ſed ēt naturales filij hoīs nobilis ab inteſtato decedentis, in defectum deſcendentium oīum legitimorum, noīati cenſentur ad emphyteuſim patris, præferunturque in ea oīb. aſcendentibus legitimis, vt habetur lib. 4. ordi. titu. 62. §. penult. contractus aūt celebrati cenſentur accōmodatè ad iura, & conſuetudines regnorum, in quibus fiunt. Neque quicquam in re propoſita mouere debet l. filium eum ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Qm̃ ibi ad effectum diſtinguēdi varias hoīum conditiones, atque ſtatus, dictum eſt eum cenſeri filium ſimpliciter, qui legitimus eſt: cum tñ ſtādo in vocis rigore, ac proprietate, cui ſimpliciter eſt ſtandū, qñ circūſtantiæ rei, de qua agitur, aliud non poſtulant, noīe filiorum, nō minus naturales, quam legitimi compræhendatur.

Caldas cum alijs, quos refert, ēt iuxta priorem, atque ipſius ſnīam, arbitratur ſi is, cui emphyteuſis conceditur, tempore conceſſionis ſolum habebat filios naturales, neq; id concedentem latebat, emphyteuſim conceſſam illi, ac filij illius, extendi ad naturales: qm̃ ea circumſtantia ſufficiens indicium eſt noīe filiorum etiā naturales, eiuſmodi contrahentes comprætendere intēdiſſe. Idemque cum Aluaroto dicendum cenſet, in feudo, qñ aliud in inueſtitura tacitè, vel expreſſe non fuit dictum, eſto ad feudum naturales filij non admittātur, vt ſupra dictum eſt. Item, qñ emphyteuſis cōceſſa fuit illegitimo ſibi, & filijs, arbitratur cum Baldo, & alijs, in ea ſuccedere naturales: qm̃ ea eſt ſufficiens circunſtantia concedentem non intendiſſe excludere filios propter qualitatem, quam in parente admiſit. Præterquam autem, qđ l. generaliter. §. cū aūt. C. de inſt. & ſubſt. diſponatur, inſtituentē filium naturam, illiq; ſubſtituētem alium, ſubſtitutum quidem excludi, ſi inſtitutus ſobolem legitimam habeat, ſecus, ſi naturalem: cui tñ diſpoſitioni gloſſa multas adhibet ſolutiones, qđ nihilominus filius naturalis excludat ſubſtitutū, præſertim quando clauſula, ſi ſinè liberis deceſſerit, non fuit tacita, ac præſumpta, vt ibi, ſed expreſſa: certè circumſtantia illa illegitimatis in eo, cui emphyteuſis fuit conceſſa, parum, aut nihil, ponderis habet in re propoſita, in qua nō eſt ſermo de emphyteuſi, quæ ex iuris diſpoſitione, aut præſumptione, non tranſeat ad illegitimos, qualis eſt Eccleſiaſtica ſcilicet emphyteuſis, quæ, quantum eſt ex ſe, tranſire poteſt ad illegitimos, ſolumq; eſt controuerſia, num illam cōcedēs accipienti, & liberis illius, ſolum intēderit de legitimis, vt citius emphyteuſis finiretur, ad quod impertinēs omnino eſt, num accipiens legitimus ſit, an non. Idem, cum multis alijs, quos refert, cenſet Caldas eſſe, ſi tradens rem in emphyteuſim accipienti, & liberis illius, illegitimus ſit: neque enim præſumēdus eſt intendiſſe excludere in liberis accipientis qualitatem, quam ipſe habet. De quo ſanè maior aliquantulum eſt coniectura, eam fuiſſe mentem tradentis rem eo modo in emphyteuſim.

Caldas vbi ſup. nu. 22. cum alijs, quos refert, aſſeuerat, ſi emphyteuſis ſecularis concedatur acci-
5 pienti, & liberis, etiam illegitimis, ſuccedere † tunc poſſe illegitimum, videturque intelligere, etiam ſpurium, ſi ad eum ſit etiam facta conceſſio, ex ratione, quam ſubiungit: quia videlicet tunc illegitimus non tam capit emphyteuſim a parēte, quam a proprietario rem in emphyteuſim concedente, comparatione cuius talis illegitimus incapax non eſt, vt id ab illo accipiat. Id quod confirmat ex doctrina illa, quam ex l. ſi is, ff. de vulg. & pupil. diſ. 167. ante 4. concluſionem cum Bar. Cou. & alijs tradidimus nempe patrem ſubſtituere pupillariter poſſe alicui filio ſuo legitimo alterum filium ſuum ſpurium, nō quidem in bonis, quæ a tali cō parente in eum filium legitimum profluxerint, ſed in cæteris bonis eiuſdem filij legitimi: idque propterea quod, vi talis ſubſtitutionis, filius ſpurius, licet miniſterio patris accipiat, non tamen accipit a patre, neque bona, quæ à patre profluxere, ſed accipit a fratre ſuo bona, quæ aliunde, quā a patre habuit, quare ſimili modo, cum in re propoſita filius non accipiat a patre, ſed a proprietario, tametſi facta a patre applicatione eius emphyteuſis tali filio per poteſtatem a proprietario ad id illi conceſſam; conſequens eſt, vt in ea emphyteuſi ſuccedere poſſit filius ſpurius emphyteutæ. Excipi numero vigeſimoquarto, ſequenti, cum alijs, quos citat, niſi pater eam emphyteuſim pretio comparaſſet: nam tunc, cum emphyteuſis ſuccedat loco pretij, eive ſubrogetur, ſicut talis illegitimus ſuccedere non poſſet patri in pretio, ita neque in emphyteuſi eo pretio empta. Arbitror tamen falſum eſſe filium ſpurium ſuccedere poſſe in ea emphyteuſi, etiam ſi empta non fuerit. Ducor, quoniam eo ipſo, quod res in emphyteuſim traditur, dominium illius vtile, iuſve emphyteuticum, efficitur proprium bonum primi emphyteutæ, & ita ordine quodam ſucceſſorum, eſtque tale dominium, ac ius pretio æſtimabile: & quamuis proprietarius in primo contractu præſcribere potuerit leges, & conditiones, quibus deuiaretur, atque quo ad accipi res dicatur à proprietario eas leges præſcribente, & ſub ei concedente rem in emphyteuſim, negari tamen non poteſt poſteriores emphyteutas accipere a prioribus ordine quodam dominium illud vtile, ac ius emphyteuticum comparatione cuius, non minus eſt incapax filius ſpurius prioris emphyteutæ, quam comparatione cæterorum bonorum eiuſdem emphyteutæ, quare, niſi diſpenſatus, aut legitimatus ſit a principe, ad ſuccedendum in ea emphyteuſi, non magis ſuccedere in ea poteſt, eſto proprietarius facultatem ad ſuccedendum in illa conceſſerit, quam in reliquis bonis eiuſdem emphyteutæ.

Confirmatur, apertè, quoniā eo ipſo, ꝙ res in emphyteuſim ſecularē abſq; vlla reſtrictione cōceſſa,

ceſſa, quantùm eſt vi cõceſſionis proprietarij deuenire poteſt ad quoſcunque, ét extraneos, atque adeo ad ſpurios, modo tamẽ illi alioquin capaces ſint; vnde emphyteuta relinquere illam põt ſpurio extraneo ipſi: & tamen nullus dixerit, patrem relinquere illam poſſe proprio filio ſpurio, niſi ad id legitimatus, aut diſpenſatus ſit a principe. Vnde 4. lib. Luſitanarum ord. titu. 62. §. antepenult. quãuis ſtatuatur, ſi emphyteuta, qui poterat quẽcunque, etiam extraneum, nominare in emphyteuſim, ab inteſtato deceſſerit non relicto deſcendente legitimo, cenſeri nominaſſe deſcendentem naturalem, ſi illum habeat, eſto pater plebeius nõ ſit; de ſpurio tamen ibidem ſubiungitur, non cenſeri nominatum, niſi à principe ſit legitimatus, vt ſuccedere poſſit parentibus ab inteſtato.

Ad id autem, vnde contraria ſnĩa confirmabatur, dicendum eſt, non eſſe eandem rõnem in re, de qua diſputamus, & in patre ſubſtituente pupillariter filium ſuum ſpurium alteri filio legitimo: qm̃ in ea ſubſtitutione, non ſolum nihil omnino accipit filius ſpurius à patre, ſed neque bona, quæ à patre filio legitimo, cui ſubſtitutio fit, aduenerunt, poteſt accipere ſpurius à fratre ſuo, vi illius ſubſtitutionis. Hæc de emphyteuſi ſeculari.

6 Quod verò ad emphyteuſim † Eccleſiaſticam attinet, dicendum eſt. Non ſolum ſi accipienti, & liberis illius in tertiam generationem, aut in perpetuum, ſit conceſſa, ſed neque ſi cum facultate illam tranſmittendi ad quoſcunq; hæredes, aut ſucceſſores, etiam extraneos, ſit conceſſa, poſſe in illa ſuccedere filios illegitimos, ét naturales. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Gigas de penſ q. 19. nu. 6. Iul. Cla. §. emphyteuſis. q. 30. Gama deciſ. 2. nu. 1. & num. 377. nu 2. Caldas de nominat. emphy. q. 7. nu. 38. Ratio autem eſt, quoniam Eccleſiaſtica meritò exoſos habet omnes filios illegitimos, vtpote peccaminoſo actu conceptos, neq; præſumenda eſt intendere, vt generalibus verbis conceſſionis ſuorũ bonorum in emphyteuſim, illi comprehendatur, de quibus ſi in particulari fuiſſet interrogata, negaret velle ad eos ſe extendere ea bona, vt vel ea ratione peccatis quibus concipiuntur, obuiaret.

Quæſt. Hinc oritur dubium. Vtrum lex Luſitana lib. 4. ord. titul. 62. §. pen. quæ ſtatuit, deſcendente ab inteſtato emphyteuta, qui poteſtatem habebat nominandi in emphyteuſim, quem vellet, talem emphyteuſim, quem vellet, talem emphyteutam cenſeri nominaſſe filium ſuum naturalem, etiam hominis non plebei, quando carebat alijs deſcen-

7 dentib. legitimis, ac † proinde, quæ ſupponit emphyteutam poſſe nominare talem filium ſuũ, locum etiã habeat in emphyteuſi Eccleſiaſtica: an verò intelligenda ſolum ſit de emphyteuſi ſeculari. Item, vtrum alia lex Luſitana lib. 4. ord. tit. 71. quæ concedit filium naturalẽ hominis plebei ſuccedere æquè poſſe in bonis parentum cum filijs eorundem parentum legitimis, locum etiam habeat, ad obtinendam emphyteuſim eccleſiaſticã. Gama dec. 2. nu. 4. de priori illa lege loquens ait, eam ſe extendere etiam ad emphyteuſim eccleſiaſticam, refertq; pluries ita fuiſſe iudicatũ in Luſitano ſenatu, tametſi fateatur, ſæpe etiam fuiſſe in contrarium iudicatum. Eandem opinionẽ ſequitur deciſ. 377. nu. 7.

Ducitur quoniam tunc non agitur niſi de ſucceſſione in dominio vtili rei emphyteuticæ, quod non eſt iam Eccleſiæ, ſed pertinet ad emphyteutã laicum: quarè, interim dum ad laicos ſpectat, valida eſt lex ciuilis, quæ de ſucceſſione in illo diſponit, etiam ſi ſtatuat, vt ad illegitimos deueniat, ad quos, ſtando in iure communi, nequit eccleſiaſtica emphyteuſis deuenire. Contrarium tamẽ, iuxta ea quæ diſp. 446. dicta ſunt, eſt affirmãdum cũ Caldas de nomin. emphy. q. 7. nu. 39. legem. ſ. illã ſolum intelligẽdã eſſe, ſolumq; poſſe habere vim in emphyteuſi ſeculari, nõ verò in emphyteuſi eccleſiaſtica, circa q̃ in præiudicium Eccleſiæ, ſanctionũq; ipſius, nullam vim habere pñt leges ciuiles, ét quo ad ſucceſſionem in dñio ab Eccleſia, atq; ibidẽ refert ſæpè ita iudicaſſe Luſitanũ ſenatũ, ſeq; vidiſſe fuiſſe iudicatum. Eandẽ ſnĩam affirmat. q. 19. nu. 28. & 31. Qd verò ad legẽ ſcdo loco relatã attinet, idẽ dicendum cenſeo, eã videlicet legem locum non habere ad effectum obtinendi emphyteuſim Eccleſiaſticam, & idem aſſeuerat Cald. de nom. emph. q. 21. in calce, n. 48. Credo tñ, ſi ab ea filius ille naturalis repellitur, cõpẽſari id ei deberi ex alijs parentũ bonis, ita vt ea de cã non minorẽ portionẽ legitimam obtineat in bonis parentum q̃ ſi ea emphyteuſis eccleſiaſtica non eſſet, ſed ſecularis, aliusq; fratrũ eam obtineret. Videndum p̃terea eſt, num in Luſitania ſit cõſuetudo p̃ſcripta quo ad hanc legem, vt filij eiuſmodi naturales in ea ſuccedãt. Quod ignoro, longèq; nũc ab eo Regno diſto, vt id inquirere poſſim.

8 Dubium eſt, vtrum nepos, natus ex legitimo † matrimonio filij illegitimi, incapax ſit ad ſuccedendum in Eccleſiaſtica emphyteuſi aui, quatenus à filio incapaci procedit. Caldas quæſt. 19. citata à nu. 35. latè rem hanc diſputat, & tandem in his, quæ ſubiungam, conſentit. Paucis autem, iuxta ea quæ diſp. 167. concl. 9 à nobis cum Bart. Couar. Pinel Gama, & Ant. Gom. iuxta l. vlt. C. de natur. liber. dicta ſunt, eſt dicendum. Eiuſmodi nepotem incapacem non eſſe ad ſuccedendum auo in ea emphyteuſi, ac proinde poſſe auum eã illi relinquere; modo id faciat intuitu eiuſdẽ nepotis, quod ſemper eſt præſumendum, & non filij illegitimi, & modo id non faciat in præiudiciũ aliorum deſcendentium legitimorum, quibus ea emphyteuſis debeatur.

Ratio eſt, quoniam is nepos, vtpote filius legitimus patris ſui incapax nõ eſt emphyteuſis eccleſiaſticæ, vt neq; beneficiorum eccleſiaſticorũ, & auus, quemadmodum, modo explicato, inſtituere poteſt illum ſuum hæredem, relinquereq; illi alia ſua bona, ita poteſt illi relinquere ſuam emphyteuſim eccleſiaſticam. Excipitur, niſi is nepos filius eſſet legitimus filij ſpurij geniti ex inceſtis nuptijs: nã tunc, ſicut in nullis bonis talis aui poſſet ſuccedere, ibidem dictum eſt; ita neque ſuccedere poſſet in ea emphyteuſi aui, ſiue ſeculari, ſiue eccleſiaſtica. In euentu autem, in quo dictũ eſt, eiuſmodi nepotem ſuccedere poſſe in emphyteu-

phyteuſi Eccleſiaſtica aui,ſanè quāuis filiusfamilias ſit in poteſtate patris ſui conſtitutus,pater nō habet vſumfructum talis emphyteuſis,ſicut neq; aliorum bonorum aui, q̄ ad eum nepotem deueniant, vt cum Bart.& Ant.Gom. ibidē dictū eſt; eo ꝙ pater ſpurius nullum emolumentū habere poſſit ex bonis patris ſui; ſed eiuſmodi vſusfructus ad nepotem,vna cum emphyteuſi ipſa, ſpectat. Quod ad generū attinet coniugatū cum filia illegitima, vtrū cōcedi illi poſſit emphyteuſis ſoceri,patris talis filiæ illegitimæ, idem dicendū arbitror,ꝙ concluſione citata diximus circa eā quęſtione,num ab eodē ſocero inſtitui hæres poſſit.

Qn̄ Eccleſiaſtica emphyteuſis ab Eccleſia immediatè concederetur illegitimo,valida eſſet eiuſmodi conceſſio, etiā ſi ille ſpurius eſſet; modo tn̄ concedentem non lateret illum illegitimum eſſe; ſi enim id ignoraret,neque,ſi illegitimum eſſe ſciret,eam illi concederet, nulla eſſet talis collatio, vtpote inuoluntaria,eſſetque ſurreptitia obtētio, non explicata illa qualitate, quæ concedentē omnino à collatione retraheret. Primum ex eo probatur;quoniam Eccleſia nunquam inhabilem reddit illegitimum ad emphyteuſim eccleſiaſticā,ſed ſolum præſumitur non intendere eam illi concedere,quia ita expedit bono publico,expedientiuſque eſt animarum ſaluti: accedere tamen poteſt legitima cauſa,cur eam illi cōcedat,vel quia bene meritus eſt ipſe, vel parens illius,de Eccleſia, vel qui expedientius eccleſiæ eſt, illam ei concedere, quam alteri, quoniam vtilius rem adminiſtrabit, aut maiorem penſionem Eccleſiæ offert, vel aliqua alia de cauſa; quarè nulli Eccleſiæ eſt prohibitū tradere rem ſuam in emphyteuſim illegitimo, & eſto non bene faceret eā illi tradēdo abſq; legitima cauſa,propter rationem ſupra poſitam, ſi tamen reliqua, ad ita rem illam alienandā neceſſaria concurrant,valida erit traditio.

Secundum verò,nēpe ꝙ, ſi illa qualitas concedentem lateret, qui alioquin rē illā non erat conceſſurus,inualida eſſet ea collatio, quia inuoluntaria, & obtentio eſſet ſurreptitia, ex ſe eſt perſpicuū,idque cum Afflicto aſſeuerat Caldas,q.19.citata nu.70.teſtantis ita fuiſſe in Luſitania iudicatum. Atque tn̄ hoc ſecundum, quā primū,confirmat,c.1.§.perſonam,per quos fiat inueſtitur. vbi cum multi à feudo excludantur, niſi pro eis expreſſe fuerit facta conceſſio de prima conceſſione ſic dicitur *Perſonam autem inueſtituram accipientis non diſtinguimus,nam etiam ſeruus inueſtiri poterit,niſi ignorantia prætendatur*, qualitas videlicet inueſtiti: ſi enim talis qualitas ignoretur,cum qua aliquis admitti non ſolet ad feudum,collatio eſt nulla,& obtētio ſurreptitia, vt ſatis perſpicuè ibi innuitur,& gloſſa ibidem affirmat;eadem autem quoad vtrumque eſt ratio de emphyteuſi Eccleſiaſtica comparatione illegitimi.

Ex eo aūt,quod vel concedens rem Eccleſiaſticam in emphyteuſim illegitimus ſit,vel quod illegitimo concedatur, non eſt ſufficiens indiciū, vt arbitremur, concedi pro illegitimis ſucceſſoribus,præſertim naſcituris adhuc ex illo,cui conceditur. Id.n. fauere eſſet peccatis futuris, quod de Eccleſia concedente nullatenus eſt præſumendū: quare neque ſi ſub his verbis res Eccleſiaſtica in emphyteuſim traderetur ab ſpurio, prælato,tibi, & quibuſcunq; ſucceſſoribus tuis,aut tibi,& quibus volueris,cenſebuntur comprǣhenſi ſucceſſores illegitimi,ſi nulli iam nati extant eius, cui res conceditur, nedum ſi à prælato nō illegitimo res in emphyteuſim tradatur. Præſertim cum ſolus prælatus non poſſit ita tradere res in emphyteuſim etiam antequam res menſæ incorporetur: eo quod non ſit is modus conſuetus, quo antea res illa tradita fuerit in emphyteuſim. Neq; in re, de qua agimus, valet argumentum à feudo, aut inſtitutione maioratus, ad Eccleſiaſticam emphyteuſim,nempe quod ſicut in illis ex qualitate concedentis,aut eius,cui primo conceditur,præſumendum eſt conceſſionem fieri pro ſimilibus in qualitate,ēt adhuc naſcituris: ita res habeat in propoſito. Etenim illi ſine vlla indecentia,ac licitè poſſent id ita ſtatuere, ac proinde ex illis qualitatib. facilè præſumi poſſet, eam fuiſſe illorum mentē; in re verò,de qua agimus,non ſolum indecenter, ſed etiam illicitè ad ita concederetur,quoniam faueret peccatis futuris, ac proinde ex ſolis qualitatibus non eſt id præſumendum. Adde,prælatos non concedere, quod ſuum eſt, in emphyteuſim Eccleſiaſticam,ſed quod eſt Eccleſiæ,in quo non tam liberam habent poteſtatem diſponendi, quā ſi id eſſet ſuum;illos verò alios diſponere illo modo de re ipſorum. Conſentit in his ex Caldas q. 19.citata nu.68.& q.20.nu.3.

9 Quando † res in Eccleſiaſticam emphyteuſim concederetur ei,q. filios haberet illegitimos, tūc,ſiue ipſe legitimus eſſet, ſiue illegitimus,ex circunſtātijs illis p̄ſumi poſſet,conceſſionē rei Eccleſiaſticæ in emphyteuſim ſibi, & ſuis liberis, aut deſcēdētibus,intelligi,ēt de illegitimis natis: qm̄ id nō eſſet fauere, aut prębere occaſionē pc̄tis illius futuris. Quod ſi ſpes nō eſſet, illum in futurū habiturum alios deſcendentes,tunc ex ea circūſtantia conſtanter eſſet præſumendum conceſſionem ſub illa forma extendi ad filios illegitimos illius.

Eſto autem in eo euentu ſpes eſſet illum habiturum filios legitimos, aut tempore conceſſionis rei in emphyteuſim ſimul haberet filios legitimos,& illegitimos,tunc clauſula conceſſionis,ſibi,& quibuſcunque ſuis liberis, aut quibuſcūque ſuis deſcendentibus, vel ſibi, & cuicunque, aut quibuſcunque voluerit illam relinquere,vel ſibi, & cuicunque,quem in eam nominauerit, vtique ſe extendit etiam ad illegitimos.

Atque in hoc ſolo euētu verum exiſtimo, clauſulas illas ita generales, adhibitas in conceſſione rei Eccleſiaſticæ in emphyteuſim, extendi ad illegitimos: non verò in alijs,in quib. indecenter, ac malè id fieret,quicquid Gama deciſ.2.n.3.& deciſ.377.nu.6.dicat,ac teſtetur ſe vidiſſe iudicatū. Etenim,qn̄ male, atque indecēter ad illegitimos fieret extenſio,potius eſſe præſumendum,clauſulas illas eſſe intelligendas de quibuſcūq;, ad quos ſine indecentia, ac culpa fieri poteſt ea extenſio.

Quando autem alicui nati eſſent ſoli filij illegitimi,idq; concedētem rem in emphyteuſim nō lateret,

lateret,

lateret, tunc, ſi diceret, concedo hanc rem in emphyteuſim tibi, & alijs tuis, tam natis, quã naſcituris, perſpicuum eſt cõprẽhẽdi illegitimos: quoniã nulli alij ſunt, pro quib. verificari poſſit pars illa conceſſionis, tam natis. Atq; iuxta hęc approbanda, aut reprobanda ſunt, quæ Caldas docet, q. 19. citata à nu. 61. & q. 20. à nu. 4.

10 Legitimatus † reſcripto principis ſuccedere nequit in emphyteuſi Eccleſiaſtica. Ita cõis doctorũ ſñia cum Bald. q referunt, ac ſequuntur Gigas de penſ. q. 19 num. 6. Iul. Clar. emphyteuſis. q. 13. Greg. Lopez l. 4. tit. 15. par. 4. verb. *todas las honras*, Gama deciſ. 307. nu. 3. & fuſius Caldas de nominat. emphyt. q. 21. à nu. 29. Habetque id verũ, non ſolum ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa expreſſe ſit pro filijs legitimis, aut ex legitimo matrimonio natis, ſed etiam ſi pro filijs, aut deſcendentibus vel etiam abſolutè ſit conceſſa.

Ratio aũt eſt, qm̃ licet filij legitimati æquiparẽtur legitimis, vt diſp. 173. viſum eſt, nõ tñ ſunt legitimi, ſed verè concepti ex peccato parentum, propter q̃ cãm ab emphyteuſis Eccleſiaſtica repelluntur. Quarè, ẽt ſi eccleſiaſtica emphyteuſis conceſſa ſit cum clauſula, vt deueniret ẽt poſſit ad ſucceſſores extraneos, non ſuccedit in ea illegitimus reſcripto principis legitimatus, eſto, diſp. 173. citata contrarium cum Gama dec. 307. aſſeruerim. Etenim rõ, cur legitimatus principis reſcripto ſuccedere non poſſit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, non eſt, ꝙ id cederet in detrimentũ Eccleſiæ, ad quã citius dñium vtile reuerteretur, ſi ita legitimatus non ſuccederet, quod commodum impedire non poſſet princeps ſecularis ſua legitimatione: quæ ſanè ratio ceſſare videtur, quãdo ea emphyteuſis deuentura eſſet ad extraneos, ſed ratio legitima eſt, quam proximè tradidimus, cui non poteſt princeps ſecularis ſuo reſcripto derogare.

Confirmatur verò, legitimatum ſuccedere non poſſe in emphyteuſi Eccleſiaſtica: qm̃ neq; in feu-
11 do poteſt † ſuccedere legitimatus principis reſcripto, niſi ad id in particulari legitimetur, vt ex c. 1. §. naturales, ſi de feud. defunct. initio huius diſputationis dictũ eſt: longè aũt maior eſt ratio de emphyteuſi Eccleſiaſtica propter rationem reddi tam, cui princeps ſuo reſcripto præiudicare non põt: quare niſi à Summo Pontifice, aut ab habente ad id expreſſam facultatem à Summo Pontifice, diſpẽſari nequit illegitimus, vt ſuccedat in emphyteuſi Eccleſiaſtica: neque ex ſola legitimatione Summi Pontificis cenſetur ad id legitimatus, niſi facta in ea ſit peculiaris mẽtio legitimationis ad emphyteuſim eccleſiaſticã, aut talis clauſula in diſpenſatione ſit appoſita vt intelligatur eam fuiſſe Summi Pontifici intẽtionem, vt Gigas vbi ſupra, Caldas, cum Decio, & alijs: quæſt. 21. citata. nu. 47. & à nu. 55. obſeruant.

Vbi Caldas addit, qñ Sũmus Pontifex ſolũ diſpenſaret cum illegitimo, vt ſuccedere poſſet in emphyteuſi eccleſiaſtica neq; adderet aliquid vñ intelligeretur id cõcedere etiã cũ præiudicio Eccleſiæ tunc, vt ita legitimatus ſuccedere poſset in emphyteuſi, ab Eccleſia iam antea conceſſa, neceſſarium eſſe conſenſum rectoris Eccleſiæ: qm̃ ſimi les diſpenſationes, niſi vel in narratione mentio fiat de præiudicio tertij, vel in cõceſſione aliquid apponatur vnde intelligatur concedi, nihil impediente præiudicio tertij, non habent vim, interueniente præiudicio tertij, niſi is liberè conſentiat.

12 Quando † emphyteuſis conceſſa eſſet pro filijs legitimè natis, aut (quod idem eſt) pro filijs natis ex legitimo matrimonio, tunc eſto illa ſecularis eſſet, non ſuccederet in illa legitimatus reſcripto principis: qm̃ licèt is æquiparetur filijs legitimis, non tamen eſſet natus ex legitimo matrimonio: ea autem emphyteuſis conceſſa eſſet pro ſolis natis ex legitimo matrimonio. Ita communis doctorum ſententia, quã Caldas q. 21. citata. nu. 33. refert, ac ſequitur.

Vtrum autem princeps legitimare poſſit ad ſuccedendum in emphyteuſi eo modo conceſſa. Sanè quando emphyteuſis ſecularis eſſet, id efficere non poſſet: quoniam præiudicare ea in parte non poteſt iuri domini directi, vt non ad plures ea emphyteuſis extendatur, quam a principio fuerit in ipſius fauorem conceſſum.

Si autem emphyteuſis eſſet Eccleſiaſtica, cum Summus Pontifex ex rationabili cauſa diſponere poſſit de bonis omnibus particularium Eccleſiarum, vtique diſpenſare, ac legitimare poſſet ex rõnabili cauſa, vt, etiam in Eccleſiaſticam emphyteuſim illo modo conceſſam ſuccederetur, non minus quam Eccleſia ipſa particularis ex rationabili cauſa cõcedere poſſet, vt ea emphyteuſis ad aliquem, vel ad aliquos illegitimos extenderetur. Vt tamen Summus Pontifex legitimare cenſeretur etiam ad eum effectum, verba eſſent apponenda, quæ id ſufficienter exprimerent.

13 Vtrũ † verò legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſuccedere eò ipſo poſſet in emphyteuſi, aut feudo, illo modo conceſſis, Rubeus, & alij, à Caldas vbi ſupra, nu. 34. citati, negant. Ducti, quoniam legitimatus per ſubſequens matrimonium legitimus ſit, non tamen ſit legitime natus, neq; natus ex legitimo matrimonio: quin potius conceptus fuerit interueniente lethali peccato vtriuſque parentis: quod erat in cauſa, vt legitimatus reſcripto principis ſuccedere non poſſet in emphyteuſi Eccleſiaſtica ſub cõi forma conceſſa; cum tamen legitimatus principis reſcripto ſuccedat in emphyteuſi ſeculari eo modo conceſſa. Quæſt.

Dicendum tamen proculdubio eſt, tum eum, qui ante matrimonium contractum fuit conceptus, ſed natus poſt matrimonium celebratum, tum etiam illum, qui, poſtquam fuit natus, legitimatus eſt per ſubſequẽs matrimonium, ſuccedere in emphyteuſi ſeculari, & Eccleſiaſtica, ſub illa forma conceſſis. Ratio eſt quoniam, vt diſputa. 162. cum communi doctorum ſentẽtia, quam ibi retulimus, dictum eſt, legitimati per ſubſequens matrimonium, ex diſpoſitione vtriuſque iuris, tam ciuilis, quam canonici abolitas omnino habent inhabilitates omnes vtroque iure illegitimis introductas, atque ſtatutas, adeo vt nulla omnino indigeant diſpenſatione, etiam vt eligantur in Epiſcopos, reputanturque ac ſi à principio concepti fuiſſent legitimi: vnde legiti- Deciſ.

matio illorum retrotrahitur ad punctum conceptionis ipſorum, eaque de cã in maioratibus, & in quacunque alia ſucceſſione, præferuntur natis poſt ipſos, etiam ex matrimonio, quo legitimant, & ex quocunq; alio poſteriori, & cum natis ex legitimo matrimonio computantur: quã de cã, vt excluſi cēſeant à maioratu aliquo, feudo, emphyteuſi, aut re alia, non ſatis eſt ad illam vocari ſolos legitimos, aut ſolos natos ex legitimo matrimonio, qm̃ hi tales ex iuris diſpoſitione reputantur, ſed neceſſe eſt expreſſim ab ea re excludi legitimatos per ſubſequens matrimonium, vt diſputatione citata oſtendimus: quarè cõis ſnĩa, q̃ ibi citauimus, eo ipſo aſſeuerat, legitimatos per ſubſequēs matrimonium ſuccedere in emphyteuſi ſeculari, aut Eccleſiaſtica, ac in feudo, conceſſis pro ſolis natis ex legitimo mr̃imonio; ſecus aũt ſi expreſſim excludantur legitimati per ſubſequēs matrimonium, vt ibidem dictum eſt. Ita expreſſe in feudo affirmat communis doctorum ſententia, quã Iul. Clar. §. feudum, q. 82. nu. vlt. refert, ac ſequit, & in emphyteuſi communis ſententia, quã Caldas vbi ſupra à nu. 35. refert etiam, ac ſequitur.

Vtrum autē natus ex matrimonio in Eccleſiæ facie reputato valido, cum bona fide ſaltē ex parte
14 alterius contrahentis ſuccedat † in emphyteuſi, feudo, aut maioratu, conceſſis pro filijs legitimæ, aũt ex legitimo matrimonio natis. Curt. iunior, à Caldas vbi ſupra, nu. 42. & à Molina lib. 3. de primog. ca. 1. nu. 15. relatus, negat, Qm̃ licet is filius legitimus ſit, vt ex dictis diſp. 165. liquet, non tamen eſt conceptus ex legitimo matrimonio, ſed ex putato legitimo, cum tamen talis non ſit.

Atq; in quadã cã magni momēti ait Molina ſe vidiſſe eã Curtij opinionē fuiſſe ſatis controuerſam. Proculdubio tñ dicēdum eſt eum filium ſuccedere in ea emphyteuſi, feudo, aut maioratu non ſolũ ſi illi obueniat ex parte parentis, q̃ bona fide cõtraxit, ſed ēt ſi adueniat ex parte alterius parentis quippe cõparatione vtriuſq; parentis verè ſit legitimus ad oēs effectus, ēt ſucceſſionis, vt cum Emmanuele Acoſta diſp. 165. citata dicebamus. Ratio cuius cõis aſſertionis, quam ſequũtur Molina, & Caldas vbi ſupr. & alij, quos referunt, & nos diſputationis citata retulimus, eſt,

Qm̃ matrimonium illud legitimum ab eccleſia reputatur, non in ſe, ſed ad effectum legitimationis prolis, atque vt legitimè, ex legitimove matrimonio, nata cenſeatur, vt ex iuribus diſp. 165. citatis liquet, quare proles illa, non legitima, ſed legitima, legitimeq; nata eſt nuncupanda, vtpote nata ex matrimonio ad id ex eccleſiæ diſpoſitioni legitimo; cui diſpoſitioni cenſendi ſunt fideles ſe extendere accommodare in ſuis loquutionibus, ac dum ad emphyteuſes, feuda, maioratus, & ad ſimilia alia aliquos vocant. Ac ſanè contraria ſententia perturbationes, quin iniuſtitias inueheret in eccleſiam: quibus vt eccleſia obuiaret, pronũciauit matrimonium illud legitimum eſſe cenſendum, ad effectum omnimodę legitimationis prolis ex illo ſuſceptæ,

Qñ legitimatio, vel diſpenſatio, ad ſuccedendum in emphyteuſim, vel ſecularem, vel eccleſiaſticã, aut in feudum, cederet in præiudicium aliorum, q vel alioquin erant ſucceſſuri, vel quorum iuri aliter præiudicantur, quouſq; poſſit princeps legitimare, aut diſpenſare, & quouſq; nõ. Itē quæ requirant, aut interuenire debeant, vt talis legitimatio, aut diſpenſatio, ſurreptitia non cenſeatur, aut quæ clauſulę apponi debeant, vt valida ſit, intelligetur ex dictis diſp. 173. & 174.

Qñ aliqs ſit cēſendus legitimatus, & qñ ſolũ
15 diſpenſatus, diſp. 173. fuit explanatum. Qñ † ergo, iuxta ea q̃ ibi dicta ſũt, legitimatus aliquis eſſet, ēt ad bñficia Eccleſiaſtica obtinēda, cēſendus quoq; eſſet legitimatus ad emphyteuſim eccleſiaſticã, & ad feuda eccleſiaſtica, niſi aliqd eſſet additũ, vñ exprimeretur, nõ eſſe ad ea admiſſum. Rõ eſt, qm̃ vt ibidē dictum eſt, legitimatio latè, ac fauorabiliter eſt intelligēda, ac ꝓinde valet in ea argm̃ à maiori ad minus, ꝗ expreſſim non ſit denegatum: minus aũt ſunt bona ꝑalia eccleſiæ quo ad vtile dñium, ꝗ in emphyteuſi eccleſiaſtica, aut feudo, conceditur, q̃ ſint beneficia Eccleſiaſtica. Si aũt ſolum quis eſſet diſpenſatus ad beneficia eccleſiaſtica, tunc quia diſpenſatio, vt diſput. citata oſtenſum eſt, ſtrictè eſt intelligenda, neq; extēdēda eſt ad nõ cõceſſa expreſſim in ea, ēt ſi minora ſint, vtiq; non cenſeret diſpenſatus ad emphyteuſim, & feudum, Ita Gigas de penſ. q. 86. nu. 4. Caldas vbi ſup. nu. 63. & pleriq; alij, quos citat.

16 Poteſtas † legitimandi conceſſa à Summo Põtifice Legato, aut Comiti Palatino non intelligit ad ſuccedendum in maioratu, feudo, aut emphyteuſi eccleſiaſtica, niſi ad id expreſſe ſit conceſſa, vt ſupra in hac diſput. & diſp. 173. dictum eſt, & affirmant, præter Couarr. ibidem citatum, Iulius Clar. §. feudum q. 82. nu. 4. Cald. & plerique alij, quos vbi ſup. à nu. 66. refert: quoniam neque ipſe Summus Pontifex, legitimando in genere ad ſpiritualia, cenſetur quo ad illa legitimare, vt vtrobique dictum à nobis eſt.

17 Credo, † tñ, ſi in particulari concederet Sũmus Põtifex alicui facultatē legitimãdi in ſpiritualib. addendo, ēt ad beneficia cũ cura, & ſine cura, animarum, cenſeretur illi ēt conceſſa facultas ad diſpenſandũ in feudo, & emphyteuſi eccleſiaſticis: qm̃ facultas illa eſt gratia, quæ latè eſt intelligenda, ac proinde valet in illa argm̃ à maiori ad minus. Non tñ ea diſpenſatio eſt intelligenda cum præiudicio tertij, qui iam haberet ius ad eam emphyteuſim, aut feudum, vel cum præiudicio proprietarij, qui iam antea feudum, aut emphyteuſim cõceſſiſſet, & citius in ipſius cõmodum eſſet finienda, niſi ita diſpenſatus ſuccederet. Qñ autē, poſt eam legitimationem obtentam, concederet feudum, aut emphyteuſis, poſſet ita legitimatus in eis ſuccedere: quoniam tempore conceſſionis eſſet habilis, atque haberet ius, vt in ea ſuccederet, ſi concederetur. Lege Caldas vbi ſupra, num. 69. & alios, quos citat. Quando item emphyteuſis, aut feudum conceſſa fuiſſent ante talem legitimationem obtentam, ſed vt deuenire poſſent, etiam ad extraneos, tunc extraneorum loco ſuccedere poſſet ita diſpenſatus: quoniam in nullius in particulari præiudicium id redundaret,

Non

Nō quidem in proprietarij prçiudicium: quoniam ex teſtamento, aut ab inteſtato, ſucceſſurus ſimiliter fuiſſet extraneus. Neque item in præiudicium cuiuſuis alterius in particulari: quoniam æquè ab vltimo poſſeſſore relinqui poſſet cuicunque alteri, neque, ſi quod tale eſſet præiudicium, eſſe tantum, vt illius habenda eſſet ratio.

18 Vtrum autem, ſi illegitimus † obtinuit emphyteuſim Eccleſiaſticam ante diſpēſationē ad eam obtinendam comparatam, licitè eam emphyteuſim, comparata poſtea diſpenſatione, retineat, diſputat latè Caldas vbi ſupra à nu. 84. atq; tandem reſoluit. Si ſolum diſpenſationē obtineat, non poſſe talem emphyteuſim obtinere, niſi Summus Pōtifex, ſciens eum antea obtinuiſſe eam emphyteuſim, cum illo nihilominus diſpenſet: nā tunc, etiā in retentione emphyteuſis antea obtentę, cenſetur diſpenſare. Ducitur ad primum illud aſſerendū: qm̄ actus, quó antea emphyteuſim obtinuit, fuit nullus: & diſpenſatio eſt ſtrictè intelligenda, atq; adeo ſolū adde nouo validè obtinendum, qn̄ non præceſſit ſcientia in diſpenſante, qua ſcientia tempore diſpenſationis in eo exiſtente præſumendū eſt velle quoq; diſpenſare, ē in emphyteuſi nulliter antea obtēta. Si verò nō fuit diſpēſatus, ſed verè legitimatus ad ſpiritualia, emphyteuſimq; Eccleſiaſticā obtinēdā, tunc quia legitimatio late eſt intelligenda, per eam cenſendum eſt ſublatū fuiſſe impedimentū, vt recōualeſcat præteritus actus, qui ob tale impedimentum fuerat nullus. Sententia hæc probabilitate non caret. Illum legito.

Quando vterq; coniux participet in emphyteuſi perpetua, etiam ſit illā attulerit alter ipſorum.

DISPVTATIO CCCCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis perpetua de iure Luſitano an, & quando efficiatur communis vtrique coniugi, ſi alter ipſorum illam attulerit, & nu. 3.*

Et quid in emphyteuſi eccleſiaſtica, nu. 2.

4 *Diſpoſitio § vltimi Luſitanarum ordinationum, ti. 77. in quo ſenſu intelligenda.*

5 *Emphyteuſis eccleſiaſtica accepta pro hæredibus deſcendentibus, de iure Luſitano, non pertinet ad vxorem relictam hæredem ab vltimo poſſeſſore, ſed ad nepotem poſſeſſoris.*

6 *Emphyteuſes in Luſitania aliquando ſunt communes vxori cum viro, aliquando propriæ defuncti.*

Sed bona feudalia, coronæ Regni, aut maioratus, non ſunt communia.

Ius Luſitani. LIb. 4. Luſitanarum ordinat. tit. 77. §. vlt. (ad quem paragraphum, iuncto §. penult. antecedente remiſſio fit in eodem lib. 4. tit. 62. §. vlt.) in primis ſtatuitur, ſeu potius explanatur, quando

1 † poſt celebratum matrimoniū contractu medietatis bonorum, & poſt bona facta communia inter eos, vterq; coniux, aut alter eorum, ſumpſerūt aliquid in emphyteuſim perpetuam (idem intellige, ſi emphyteuſim perpetuam emerunt) quibuſcunq; verbis in contractu appoſitis, hoc eſt, ſiue ea verba efficiant emphyteuſim hæreditariam ſimpliciter, ſiue hæreditariam mixtè, ſiue ex pacto, & prouidētia, iuxta ea, quæ diſp. 472. & 473. explanata ſunt, emphyteuſim illam effici communem vtriuſque coniugis, ac proinde, diſſoluto matrimonio per mortem alterius eorum, diuidendā eſſe per æſtimationem inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes defuncti, eo modo quo paragrapho pręcedente explanatum fuerat emphyteuſim hæreditariam ſimpliciter alicuius diuidendam eſſe per æſtimationem inter hęredes illius: de quo modo diuiſionis, latè à nobis diſput. 460. in principio dictum eſt.

2 Hæc † eadem locū habent etiā ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit, quæ ad hæredes extraneos non tranſeat: cū in eo. §. ſermo ſit de emphyteuſi perpetua, etiā ſi ſimpliciter nō ſit hęreditaria, immò etiam ſi ſolum ſit ex pacto, & prouidentia. Quando verò matrimonium cōtractu arrharum, & dotis, vel in Luſitania, vel in Caſtella, eſſet celebratum, vtiq; emphyteuſis illa inter bona conſtante matrimonio acquiſita eſſet computanda, ac proinde, ſi, extractis capitalibus vtriuſque coniugis, illa integra, aut aliquid valoris illius, remaneret, diuidendum ſimiliter id eſſet inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes defuncti.

3 In eo. §. ſubiungitur, qn̄ † alter coniugum obtinuit emphyteuſim perpetuam ante matrimoniū contractu medietatis bonorum celebratū, diſtinguendum eſſe. Quoniam, ſi in emphyteutico contractu nulla facta fuit mentio hæredum, ſed ſolū res fuit conceſſa in emphyteuſim pro filijs, aut deſcendentibus in perpetuum, tunc, diſſoluto matrimonio, emphyteuſis illa ſolum pertinet ad coniugem, cuius erat ante matrimonium, aut ad hæredes illius, nihil verò illius pertinet ad alterū coniugem, aut ad illius hr̄des: eo ꝙ emphyteuſis illa nō fuerit effecta communis vtrique coniugi. Si verò conceſſa fuit pro hæredibus, & ſucceſſoribus, aut pro hæredibus vel ſucceſſoribus, tunc diſſoluto matrimonio, diuidenda eſt per æſtimationem inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes defuncti, ita tamen vt incapitetur, ac maneat in coniuge, cuius erat ante matrimonium celebratum, aut in aliquo hæredum illius, & alteri coniugi, aut hæredibus illius, ſoluatur dimidiū ſolum æſtimationis talis emphyteuſis. Vbi vides, ſi emphyteuſis hæreditaria non ſit, non communicari alteri coniugi, ſed manere integram, ac præcipuam eius cōiugis, cuius erat ante matrimonium: ſi verò hæreditaria ſit, communicari ad effectum ſolum, vt dimidium æſtimationis pertineat diſſoluto matrimonio ad alterum coniugem, aut ad hæredes illius, idem omnino eſt dicendum, ſi emphyteuſis poſt contractum matrimonium adueniat alteri coniugum iure hæreditario, aut legati, aut alio gratuito, ab eo, qui iam antea emphyteuſim obtinebat; quoniam eſt eadem prorſus ratio, eſto in ea ordinatione non fiat de hoc euentu mentio.

Alu. Val. de iur. emphy. q. 43. num. 9. miratur eam ordinationem, quæ, quñ emphyteuſis eſt hęreditaria, admittit alterum coniugem ad dimidium æſtimationis illius: cum tamen coniux vnus ſolũ hæres ab inteſtato alteri coniugi, deficientib. conſanguineis defuncti vſque ad decimum gradum, vt diſp. 146. concluſione decima viſum eſt tétatque expoſitionem quãdam illius ordinationis ſatis ſiniſtram, & à cõi praxi in Luſitana alienam. Deinde verò germanum ſenſum illius ordinationis tradit, quem latè Caldas explanat, ac proſequitur, de nominat. emphyt. q. 23. à nu. 11.

4 Diſpoſitio † quippe illius ordinationis, eſt, quando emphyteuſis eſt hæreditaria ſimpliciter, qualis eſt ſecularis (de qua ſola in eo. §. fit mentio) quando ſumpta eſt pro hæredibus, & ſucceſſoribus, aut pro hæredibus, vel pro ſucceſſoribus, iuxta ea, quæ diſp. 172. & 173. explanata ſunt fieri communem vtrique coniugum, qui contractu medietatis bonorum celebrauerunt matrimoniũ: eo quòd eiuſmodi emphyteuſis perinde ſit alienabilis ac diuiſibilis inter hæredes quoſcunque, minimèque deſcendentibus alligata, ac reliqua bona coniugum, quæ vocant allodialia, hoc eſt, omnino libera, vt Iulius Clarus, lib. 4. ſent. §. emphyteuſis, quæſt. 16. numero primo, & aliàs ſæpe, Aluar. Valaſc. & Caldas vbi ſupra, & doctores communiter tradunt: quarè, ſicut bona alia omnino libera eiuſmodi coniugum, conſummato matrimonio per copulam, fiunt communia vtriq; coniugum, ita etiam fit emphyteuſis ſimpliciter hæreditaria.

Idem dicendum eſſet de feudo omnino hæreditario propter eandem rationem, quia perinde eſt alienabile, & indiuiſibile inter quoſcunq; hæredes, etiam extraneos, minimèq; ſolis deſcendentibus primi poſſeſſoris alligatum, atque cætera bona libera, vt doctores communiter tradunt, & inter alios Iul. Clar. §. feudum. q. 40. nume. 2. Quia tamen in Luſitania non eſt in vſu tale feudũ, nulla de eo facta fuit mentio.

Quando autem emphyteuſis non eſſet hęreditaria ſimpliciter, ſed ſolum eſſet hæreditaria mixtè, tunc, quoniam non tranſiret ad hæredes extraneos, alligataque eſſet familiæ illam ſuſcipientis, non communicaret in ea alter coniũx, ſed diſſoluto matrimonio præcipua eſſet coniugi, aut hæredibus illius, cuius erat ante contractum matrimonium, aut cui poſt matrimonium contractum aduenisſet hæreditario iure, aut alio gratuito: qm̃ non eſt eadem ratio, vt fiat communis vtrique coniugi, quę eſt in emphyteuſi, aut feudo hæreditariis ſimpliciter. Ita Caldas vbi ſupra, & conſentit ratio, quam Alu. Val. reddidit.

Quo fit, vt eccleſiaſtica emphyteuſis, conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus, quando apertius non exprimitur, vt ſit etiam pro extraneis, quemadmodum, iuxta communem ſententiam in Luſitania receptam, non tranſit ad extraneos, vt diſput. 172. & 173. dictum eſt: ita neque communis ſit vtrique coniugi, ſed præcipua ſit eius, cuius erat ante contractum matrimonium, aut cui conſtante matrimonio titulo gratuito aduenit.

Secus autem res ſe habet, ſi conceſſa ſit; etiam pro hęredibus extraneis, ita vt ſit hæreditaria ſimpliciter. Idem dic de feudo, iuxta ea, quæ diſputationibus citatis de feudo explanata ſunt. Emphyteuſis quoque ſecularis, non ſolum ſi omnino ſit ex pacto, & prouidentia, ſed etiam ſi hæreditaria ſit mixtè, non efficitur communis vtrique coniugi, ſed permanet pręcipua eius, cuius erat ante cõtractum matrimonium, aut cui conſtante matrimonio titulo gratuito aduenit. Si enim empta fuiſſet ab vtroque, aut altero coniugum, aut res de nouo ab eis in emphyteuſim eſſet accepta, vniuerſim efficeretur communis vtrique coniugi, ſiue emphyteuſis eſſet ex pacto, & prouidentia, ſiue hæreditaria mixtè, iuxta ea quæ in principio huius diſputationis dicta ſunt.

Fortaſſe Luſitania ordinatio. §. vltimo, citato, ſolum de ſeculari emphyteuſi eſt loquuta, quoniam de Eccleſiaſtica erant opiniones, quando cenſenda eſſet hæreditaria ſimpliciter. Et quoniam ad laicum legislatorem præcipuè ſpectat agere de emphyteuſi ſeculari; qua de cauſa Luſitanæ ordinationes rarò in titulis, in quibus de emphyteuſi eſt ſermo, de Eccleſiaſtica emphyteuſi mentionem faciunt.

5 Ex dictis intelliges, rectè † in Luſitania fuiſſe iudicatum, emphyteuſim quandam Eccleſiaſticam, acceptam pro hęredibus deſcendentibus, & aſcendentibus, non pertinere ad vxorem relictam hæredem ab vltimo poſſeſſore, ſed ad nepotem quendam poſſeſſoris illius, vt Gama deciſ. 50. refert iudicatum, ipſo reclamante.

Ex dictis quoque intelliges, cur Luſitana ord. libr. 4. titu. 7. cum §. 1. ſtatuiſſet, quando cõiuges contractu medietatis bonorum matrimonium celebrarunt, coniugem ſuperſtitem, matrimonio diſſoluto per mortem alterius, manere in poſſeſſione bonorum, ab eoq; hæredes defuncti accipere debere portionem, quæ ad defunctum ſpectat. §. 2. addiderit, id intelligendum eſſe de bonis communibus vtriuſque coniugis, non verò de bonis feudalibus coronę Regni, aut maioratus, proprijs coniugi defuncto, neque de bonis emphyteuticis, quando communia non ſunt vtrique coniugi, ſaltem ratione aliquarum meliorationum, conſtãte matrimonio in eis effectarum, ſed ſunt præcipua defuncti.

3 Etenim † emphyteuſes quandoque communes ſunt vxori cum viro, vt ex dictis ex parte conſtat, aliquando verò ſunt propriæ defuncti. Bona verò feudalia, coronæ Regni, aut maioratus, communia eſſe non ſolent in eo Regno. Quando matrimonium contractu arrharum, & dotis fuit celebratum, vniuerſim emphyteuſis, quæ ante celebratum matrimonium erat alterius coniugum, aut iure hæreditario, vel alio gratuito, ei poſt matrimonium contractum aduenit, ſpectat pręcipuè ad illum, tanquam pars capitalis eiuſdem.

Emphy-

Emphyteuſis quando iuxta portiones hereditarias,& quando æqualibus portionibus,inter heredes diuidenda. Quando item inſtitutus in re certa, participat emphyteuſi: Et quando hæres tenetur ex emphyteuſi creditoribus defuncti.

DISPVTATIO CCCCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis hæreditaria qualiter inter hæredes diuidenda.*

Et quid de iure Luſitano nu. 2.

3 *Inſtitutus in re certa quomodo partem poſſit habere in emphyteuſi.*

4 *Filius legitime exhæredatus à parte, an ſuccedat in emphyteuſi,& feudo patris.*

5 *Hæres, quando tenetur ex emphyteuſi, ſoluere creditoribus defuncti.*

1 QVod ad primum attinet, diſtinguunt doctores. Quoniam,ſi † emphyteuſis ſit hæreditaria ſimpliciter,cum perinde alienari,ac diuidi inter quoſcunque hæredes, etiam extraneos, poſſit,atq; alia bona libera, vt diſputatione præcedente dictum eſt,diuidenda ſanè eſt inter heredes iuxta portiones hæreditarias, ſicut & cætera hæreditaria bona inter eos diuiduntur.

Vnde, ſi vnus in duabus hæreditatis partib. ſit inſtitutus,& alius in vna, ſicut ex reliquis bonis, vnus accipit duas partes,& alter vnam, ita ex emphyteuſi vnus accipit duas partes, & alter vnam, argumen. l. 1. C. de impub. & alijs ſubſt. & l. q. liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. iuncta. l. item præ dia. ff. famil. erciſcun. Concinit. §. penult. titu. 77. lib. 4. Luſitanar. ordin. vbi, cum ſermo eſſet de diuiſione emphyteuſis hæreditariæ, dicitur, *Eos ditos herdeiros partiraam entre ſi o preço* (rei videlicet emphyteuticę) *ſegundo forem herdeiros*, hoc eſt,iuxta portiones hæreditarias. In eo tñ Regno diuiſio ſit ſolum per æſtimationem, vt eo, §. habetur,& diſp. 460. dictum eſt. Si verò emphyteuſis non ſit hæreditaria ſimpliciter, ſed vel ex pacto, & prouidentia, vel hæreditaria mixtè, tunc diuidenda eſt inter hæredes per partes ęquales, eſto in partibus inæqualibus ſint hæredes inſtituti, vt affirmat Bar. iuxta textum ibi. l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi. ff. de operis libert. Ita Coua. 2. var. reſ. c. 18. nu. 4. verſ. 9. Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 43. nu. 6. Caldas de nominat. emphy. q. 24. à n. 13. Greg. Lopez l. 28. tit. 8. par. 5. verb. *o de ſue herederos*, verſi. ſed quid ſi filij & alij, quos referunt. Idemque ait Aluar. Valaſ. habere locum in feudis.

Ius Luſitanũ. Hinc Aluar. Valaſ. vbi ſupra, nu. 8. ait, controuerti poſſe legem Luſitanam lib. 4. titul. 62. §. 1. iuncto prin. vbi ſtatuitur, ſi emphyteuſis ſumpta ſit pro certis pſonis nominãdis, nulla facta mentione hæredum,& poſſeſſor, nullo expreſſe nominato, multos inſtituat hęredes extraneos, q. neque de numero deſcendentium, neque aſcendentium ſint, eos oẽs cenſendos eſſe tacitè nominatos in eam emphyteuſim ea ipſa hæredum inſtitutione: ſubiũgiturque, tunc æſtimationem illius emphyteuſis diuidendam eſſe inter eos hæredes iuxta portiones hæreditarias, in qbus fuerunt inſtituti.

Ex dictis autem ſtatuendũ videbatur, æſtimationem illam diuidendam eſſe æqualiter inter illos, eſto in inæqualibus portionibus eſſent inſtituti: eo quòd emphyteuſis illa hæreditaria non ſit. Addit verò Aluar. Valaſ. ſtandum eſſe legi illi, quã ſic ſcripta fuit. Caldas verò de nominat. emphyt. q. 23. num. 15. ait, meritò lege illa id fuiſſe ſancitum: quoniam, cum in ea lege inſtitutione ipſa hæredum illi omnes conſentaneè ad l. vnum ex familia. §. ſi duos. ff. de leg. 2. cenſeantur nominati, iure optimo, iuxta dilectionem in ipſa inſtitutione circa bona cætera oſtenſam, conſtituendum fuit, cenſendos etiam fuiſſe dilectos in tacita illa nominatione ad eam emphyteuſim. Præſertim cum hæc vim præcipuè habeant ex iuris humani diſpoſitione, pluſq; in hoc æquitas eluceat, quàm in eo, quod inſtituti in portionibus inæqualibus hæreditatis, cenſerentur tacitè nominati ad æquales portiones illius emphyteuſis. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

3 Quod ad ſecundum attinet, diſtinguunt etiam doctores. Quoniam † ſi emphyteuſes, aut feudum hæreditaria ſint, vel ſimpliciter, vel ſaltem mixtè, tunc cum, vt qs in ea ſuccedat, neceſſe ſit hæredẽ eſſe, is verò, q in re certa eſt inſtitutus, hæres non ſit, ſed potius vim habeat legatarij, quando ſimul datur aliquis hæres vniuerſalis, hoc eſt, in quota ſolum hæreditatis inſtitutus, vt diſp. 155. copioſe explanatum eſt, vtique inſtitutus in re certa partem non habet in ea emphyteuſi, aut feudo, ſed prorſus ab eis excluditur.

Si verò nullus alius cũ inſtituto in re certa ſit inſtitutus hæres vniuerſalis, aut, eſto fuerit inſtitutus, mortuus fuit ante teſtatorem, aut ante hæreditatem aditam, in euentu, in quo illã ad ipſius hæredes non tranſmittit, vel hæreditatem repudiauit, tunc, cum hæreditas tota accreſcat hæredi inſtituto in re certa, eoque ipſo ſit hæres vniuerſalis, vt diſputatione citata oſtenſum eſt, ſuccedit in emphyteuſi, aut feudo, ſi de numero eorum ſit, ad quos inueſtitura ſeſe extendit.

Quando verò emphyteuſis, aut feudum, ſunt ex pacto,& prouidẽtia, tunc inſtitutus in re certa, ſi de numero eorum ſit, ad quos iuxta inueſtituram ſeſe extendit, ſuccedit in eis ſecundum partes æquales, iuxta ea quæ in priori huius diſputationis parte dicta ſunt. Hoc ſecundum, cum Bar. l. vt iuſiurandum. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. & primum cũ Bald. l. liberi. C. eod. tit. affirmat cõmunis doctorum ſententia, quã referunt, ac ſequuntur Couar. 2. variar. reſol. c. 18. nu. 5. Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 43. nu. vlt. Iul. Clar. 4. lib. ſent. §. emphyteuſis, q. 34. & §. feudum, q. 86. & conſentire videtur, Caldas de nominat. emphyt. q. 24. à num. 1. Aries verò Pinel. l. 2. C. de bon. mater. num. 12. & 13. aſſeuerat, ſi emphyteuſis conceſſa ſit pro quibuſcunque hæredibus, & ſucceſ-

ſoribus, tunc, cum nomine, quorumcunque ſucceſſorum, etiam inſtitutus in re certa comprehendatur, ſuccedere in tali emphyteuſi hæreditaria cum hęredibus vniuerſalibus. Contrarium nō dubito eſſe verum. Tum q̃a in ſimilibus conceſſionibus nomine, quorumcunque hæredum, & ſucceſſorum, intelliguntur hędes, ſiue de iure ciuili, ſiue de iure prætorio, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & ſiue deſcendentes, ſiue extranei; non verò particulares ſucceſſores. Tum etiam quoniam talis emphyteuſis hæreditaria eſt ſimpliciter, & cū reliquis bonis hæreditarijs computatur: quare eo ipſo, quod quis in re certa eſt inſtitutus, neq; expreſſe fuit vocatus ad emphyteuſim, aut ad partē in illa, cēſendus eſt excluſus à teſtatore, quemadmodū à cæteris bonis hæreditarijs, ſic & ab illa.

4 Quando † filius legitimè fuit exhæredatus à patre, an ſuccedat in emphyteuſi, aut feudo patris. Prætermiſſis alijs opinionibus, diſtinguit Aluar. Valaſ. de iur. emphy. q. 43. Q̃m ſi feudum aut emphyteuſis, hæreditaria ſint, in illis non ſuccedit: quippe verè non exiſtat hæres patris: ſi verò ſint ex pacto, & prouidentia, ſuccedit: eo quòd ſuccedi in illis poſſit, eſto quis hæres non ſit, exhæredatioque ad id non ſe extendat, quod hæreditarium non eſt; cùm priuatio habitum ſupponat. Neque refert, in feudo ex pacto, & prouidentia non ſuccedere filium, aut deſcendentem, niſi hæres exiſtat, vt diſp. 472. dictum eſt. Q̃m id intelligitur, q̃n non vult eſſe hæres repudiando hæreditatem: ſecus autem, quando paratus eſt eſſe hæres, & ſtat per patrem eum exhæredantem. Aluar. Valaſ. q. 45. citata, quoniam multi arbitrantur deſcendentem exhæredatum, neq; in feudo ex pacto, & prouidentia ſuccedere, diſputat, num, ſtando in ea opinione, dicendum ſit, non ſuccedere, etiam in auito feudo, quando nepos exhæredatur iuſtè à patre ſuo. Et meritò dicendum arbitratur, ſuccedere in auito feudo, non ſolum quando pater exhęredans moriatur ante auum, nepos; auo immediate in feudo ſuccedit, in quo euentu res eſt ſatis perſpicua, ſed etiam quando moritur poſt auum, & nepos in auito feudo ſuccedit immediatè patri ſuo, id quod probatur ex l. filiusfamilias. §. cùm pater, verſ. ſed ſi cum duos. ff. de legatis 1. vbi nepotes exhæredati admittuntur ad bona, quæ auus primo reliquerat filio, & deinde familiæ. Confirmatur ex c. 1. in prin. de ſucceſſ. feud. illis verbis, *Nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente*. Vnde colligitur, exhæredationem vltimi poſſeſſoris non impedire, quominus in feudo ſuccedat, qui iuxta inueſtituram ſuccedere in feudo auito debebat. Neque refert, ſi quis obijciat legē, ſi ex patronis. §. Iulianus. ff. de bon. liber. vbi nepos, à patre mala mente exhæredatus, excluditur à iure patronatus libertorum auitorum, in quo iure pater ſucceſſerat, quia ſcilicet nepos per ſuum patrem auitos libertos conſequitur. Non, inquā, id refert, q̃m à iure patronatus libertorū non poteſt ad feuda, & emphyteuſes, validum duci argumentum, eò quòd in auitis feudis, & emphyteuſibus ex pacto, & prouidentia nihil diſponere poſſit filius in præiudicium ſucceſſorum in illis iuxta inueſtituræ tenorem. Legito Aluarum Valaſ. quæſt. 45. citata. Hæc de ſecundo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod attinet ad tertium, ſimiliter diſtinguūt

5 doctores. Q̃m, ſi † emphyteuſis, aut feudum, non ſit hæreditaria, ſed ex pacto, & prouidentia, tunc, eſto is, qui talem emphyteuſim, aut feudum, iuxta inueſtituræ formam obtinuit, hæreditatē poſſeſſoris talis emphyteuſis, aut feudi, adierit, cum beneficio tamen inuentarij, non tenetur ad debita illius ex ea emphyteuſi, aut feudo, ſed ſolum ex reliquis defuncti bonis, quæ ad eam hæreditatem ſpectant, atque iuxta illorum vires. Ratio autem eſt manifeſta, quoniam emphyteuſis illa, aut feudum, non ſunt partes hæreditatis, neque illa tam obtinet nouus emphyteuta, aut feudatarius, ab immediato poſſeſſore, quàm à domino directo, qui illa conceſſit, vt iuxta inueſtituræ formam ad ipſum deuenirent: hæres autem, inuentarium conficiens, ſolum tenetur ad debita defuncti ex hæreditate ipſa, atque iuxta vires illius, vt diſp. 216. dictum eſt. Quando autem emphyteuſis, aut feudum, hæreditaria ſunt, tunc, qui emphyteuſim, aut feudum, obtinet, cum hæres eſſe debeat, anteceſſoriſque hæreditatem adire debeat, vt emphyteuſim, aut feudum obtineat, tenetur etiam ex ipſis ad debita defuncti, eſto inuentarium confecerit. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couar. 2. variar. reſol. ca. 18. num. 4. verſ. 8. infertur, Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. quæſt. 43. nu. 5. Caldas, q. 24. citata in calce, num. 26. & nu. 80. Gama deciſ. 5. & Iulius Clarus, §. feudum, q. 43. Qui tamen, quando feudum non eſſet hæreditarium ſimpliciter, ſed ſolū mixtē, arbitratur non teneri hæredem, qui inuentarium confecit, ſoluere ex illo debita defuncti, quā- do hæres etiam extiterat primo poſſeſſori per aliquem alium, quam per ſolum poſſeſſorem vltimum. Contrarium tamen eſt dicendum, quoniam, vt diſputatione ſequenti videbimus, inuentarium non liberat ab his, in quibus quis tanquā hæres ſuccedit, ſed ab his, quę ſunt propria inuentarium conficientis, aut aliunde ad ea ius habet. Gama vbi ſupra, num. 4. rectè obſeruat, ſi emphyteuſis ex pacto, & prouidentia empta fuerat ab vltimo poſſeſſore, aut poſſeſſor vltimus in ea meliorationes fecerat, quo ad id pretium, aut valorem meliorationum, teneri ſucceſſorem in illa ad debita defuncti, quoniam, quo ad hęc, emphyteuſis illa proprium defuncti bonum reputatur, non minus debitis defuncti obnoxium, quam reliqua defuncti bona. Numero etiam 8. rectè docet, pro debitis obtinentis emphyteuſim, aut feudum, ex pacto, & prouidentia, poſſe, dum is viuit, fieri exequutionem in tali emphyteuſi, aut feudo, quo ad tempus ſolum, dum is vixerit, ſecus autem in tempus poſt mortem illius, quoniam id cederet in detrimentum ſucceſſoris vi inueſtituræ. Meritoque cum alijs, quos citat, ſubiungit, eam exequutionem potius fieri deberi in commoditate talis emphyteuſis, aut feudi, tempore quo poſſeſſor illius vixerit, quàm in ipſa emphyteuſi, aut feudo.

Pater

Pater vtrum in emphyteuſi, aut feudo, præiudicare filijs poſſit, præſertim ea vendendo, aut vni eorum prælegando.

DISPVTATIO CCCCLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater in emphyteuſi, vel feudo hæreditarijs ſimpliciter, poteſt filijs præiudicare.*
Fallit in titulo lucratiuo, ſi inofficioſe id faciat.
Fallit etiam in emphyteuſi, vel feudo ex pacto, & prouidentia. nu. 2.
Quam limitationem declara, & intellige, vt nu. 5. ad plenum.

3 *Emphyteuſis, & feudum ex pacto, & prouidentia, ijs debentur, pro quibus ſunt accepta.*

4 *Emphyteuſis accepta pro uno filiorum, aut pro filijs communibus ab vtroque parente genitis, non poteſt in eorum præiudicium iterum innouari.*

5 *Emphyteuta, & feudatarius ex pacto, & prouidentia, quando poſſint præiudicare vocatis ex inueſtitura.*

6 *Pater in emphyteuſi, vel feudo hæreditarijs mixtè, poteſt in præiudicium filiorum diſponere, cum conſenſu proprietarij, vbi neceſſario requiritur,*
Quod idem in emphyteuſi, vel feudo ex pacto, & prouidentia. nu. 9.
Limitatur tamen, vt nu. 7.
Item limitatur, ſi alienatio per eum fieret titulo gratuito, quatenus inofficioſe feciſſet, nu. 8.

10 *Filius adiens hæreditatem paternam cum beneficio inuentarij, an poſſit reuocare alienationem emphyteuſis, aut feudi, quando ſunt hæreditaria mixtè.*

11 *Pater, etiam in emphyteuſi, & feudo ex pacto, & prouidentia, poteſt præiudicare filijs, incidendo in commiſſum.*

1 DIſputatio hæc ſequentibus concluſionib. eſt dirimenda. Prima eſt. Si † emphyteuſes, aut feudũ, ſint hæreditaria ſimpliciter, eatenus poteſt pater in illis filijs præiudicare, ꝙ poteſt ea prælegare vni ipſorũ, aut ẽt legare vni extraneo, vel illa cuicunq; vendere, aut cũ alio permutare, requiſito prius proprietario. Deniq; ita de illis poteſt diſponere, qđ ad filiorũ præiudiciũ attinet, atq; de cæteris bonis ſuis liberis. Quarè ſicut alia bona ſua donare, legare, aut hæreditario iure relinquere alijs nó poteſt inofficioſe, ita vt portiones legitimas deſcẽdentibus, aut aſcendẽtibus, in eis debitas, cõtingant, atque, ſi id fiat, inualidæ ſunt tales diſpoſitiones, quatenus eas portiones cõtingunt; ita neq; donare, legare, aut iure hæreditario relinquere inofficioſe poteſt huiuſmodi emphyteuſes, aut feuda, in prejudiciũ legitimorũ deſcendentiũ, aut aſcendentiũ. Ita cõis doctorum ſnĩa, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clar. 4. lib. ſent. §. emph. q. 16. ver. his præmiſſis, & nu. 3. & §. feudũ, q. 40. nu. 2. & q. 41. nu. vlt. Caldas de nominat. emph. q. 24. à nu. 18. vſq; ad 25. incluſiuè, Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 93. Couar. 2. var. reſol. c. 18. n. 2. concl. 4. & nu. 4. ver. 8. infertur, verſus finẽ, & Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 49. à nu. 3. tametſi hi tres poſteriores permixtũ loquantur de emphyteuſi, & feudo hæreditarijs mixtè, perſpicuumque eſt eos in concluſione propoſita conſentire. Eſt verò ratio ſatis manifeſta propoſitæ concluſionis: quoniam eiuſmodi emphyteuſis, aut feudum, quod ad ſucceſſorum præiudicium attinet, perinde ſe habent, ac bona omnino libera.

2 Secunda cõcluſio. Si † emphyteuſis, aut feudũ, ex pacto ſint, & prouidẽtia, probabilior, cõiorque doctorũ ſententia eſt, poſſeſſorẽ, neq; de conſenſu dñi directi, poſſe illã alienare in eorum præiudiciũ, qui ex inueſtitura ad illã vocantur, neque itẽ poſſe illã legare, aut donare, in præiudiciũ eorundem. Ita cũ Bart. & pleriſq; alijs Coua. 2. var. reſ. c. 18. nu. 2. concl. 3. & nu. 4. ver. 8. infertur, verſus finẽ. Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 49. nu. 6. 9. 10. 11. & 13. Caldas, q. 24. citata, nu. 21. Gama deciſ. 5. num. 7. deciſ. vbi multas ſententias latas iuxta hanc opinionem refert, & deciſ. 233. à num. 11. Eam verò intelligunt, quod eſto emphyteuſis, aut feudum, ſibi, & filijs ſunt accepta, ſi tamen facta accipienti non ſit poteſtas nominandi, quem voluerit, non poſſit vni ex filijs eam emphyteuſim, aut feudũ, relinquere in cæterorum præiudicium.

Eam item intelligunt, quod neque renunciare talem emphyteuſim, aut feudum, poſſit proprietario in eorum præiudicium, qui ex inueſtitura vocantur, vt vtrumq; Aluar. Valaſ. nu. 6. citato cum alijs affirmat. Item eã intelligunt, vt neq; poſſeſſor poſſit circa illã tranſigere in præiudicium eorum, qui ad eã vocantur, vt Gama dec. 151. refert in Luſitania iudicatũ Aluar. Valaſ. in calce, nu. 6. citati aſſeuerat cum Bar. emphyteuſim ſecularem pro filijs, aut deſcendentibus, acceptam, eſſe hæreditariã: eo quòd in ea emphyteuſi pater cenſeatur ſtipulari filijs, vt hæredibus, atque adeo poſſe patrem in ea emphyteuſi filijs præiudicare.

Nos verò diſp. 473. eã ſententiam improbauimus, eandemque in re propoſita falſám affirmat Gama deciſ. 8. citata nu. 6. præſertim de iure Luſitano, ex quo cõſtat contrariũ eſſe verũ, vt diſp. citata dictũ eſt. Occaſione aũt eorum, quæ in calce, nu. 6. Alua. Valaſ. docuit, tergiuerſari vr̃, quaſi dici nó incoloratè, vt ait, poſſit, in emphyteuſi, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ſeculari, ꝑ liberis ſuſcepta, poſſe patrẽ ex cõſenſu domini directi eis præiudicare, illã alienãdo. Gam. verò diſp. 8. citata, nu. 4. ait, illũ nó firmare ibi eam ſnĩam, neq; ſe arbitrari illũ in ea fuiſſe opinione; meritoq; ſubiungit, ẽt ſi illã affirmaret, amplectendã non eſſe in iudicando.

3 Cõcluſio ita explanata probatur, qm̃ ex † ſtipulatione, & pacto patris talis emphyteuſis, aut feudũ, ijs debẽtur, pro quib. accepta ſunt, indeque illis cõpetit ad ea vtilis actio in tempus, quo, iuxta inueſtiturã, ſuccedere debent, vt colligitur ex l. quodcunque. §. non ſolũ. ff. de verb. ſignific. ſibique imputare debet dñs directus, qui ita emphyteuſim, aut feudum cõceſſit, vt ex ea conceſſionis forma, neq; de ipſius cõſenſu, poſſent in præiudicium eorũ, pro quibus eſſent cõceſſa, alienari: qui ſanè

ſanè nõ tam ab vltimo poſſeſſore cenſentur ea habere, quam à domino directo ſub ea forma illa cõcedente; qua ratione poſſeſſor nihil circa illa poteſt variare, vt colligitur ex c.1. in princ. de ſucceſſ. feudi; quo fit, vt illi, pro quibus fuerunt conceſſa, non poſſint abſque ſua culpa iure illo ſpoliari.

Concinit lex Luſitana lib.4. ord. tit.63.§.5. vt rectè Gam. deciſ.58.& alijs citatis, obſeruat, dum ſtatuit, ſi quis ſumpſit emphyteuſim ſibi, vxori, & vni filiorũ ex ipſis progenito, poſſe vltimũ parentem nominare in emphyteuſim vnum filiorũ quem voluerit, non verò aliquem extraneũ. Neque enim id alia ratione ſtatuitur, niſi quia, nominare extraneum, eſſet contra ius filijs vi inueſtituræ quæſitum: neque ſanè minus contra id ius eſſet, vendere eam emphyteuſim extraneo, aut alia ratione extra filios illam alienare.

4 Hinc conſtat, quando† emphyteuſis fuit ſumpta pro vno filiorum ab vtroque parente genito, aut pro filijs communibus ab vtroque parente genitis, non poſſe, in præiudicium horum filiorum, iterum innouari, aut cõcedi pro quibuſcunq; eorum filijs, ita vt conceſſio ſe extendat ad filios alterius parentis tantum, ex ſecundo matrimonio genitis, dum id præiudicare poſſit filijs communibus vtriuſq; parentis, prioris illius alterius matrimonij. De qua re longam diſputationem habes apud Caldas de nominat. emphyt. q.15.

Quæſt. Iul. Clar. q.16.§. emph. ante nu.2. iuncto nu.3. & § feudum, q.40. ante nu.3.& nu.3.& q.41. nu.2.& Aries Pinel. l.1. C. de bon. mater. par.3. nu.98.& alij, tam ab ijs, quàm ab Aluar. Valaſ. nu.6. citato relati, licèt confiteantur contrariam eſſe communiorem ſententiam, diſtinguunt tamen.

5 Quod† aut emphyteuſis, vel feudum, ex pacto, & prouidentia, ſunt noua, quia ſcilicet in eo, qui tũc poſſidet, incœperunt: aut ſunt antiqua, deriuata videlicet in eum, qui nunc poſſidet, à priori alio emphyteuta, vel feudatario.

Atq; in hoc poſteriori euentu cõſentiunt cum communiori doctorum ſententia. In priori verò, quãdo ſcilicet emphyteuſis, aut feudum, ſunt noua arbitrantur, eſto ex pacto ſint, & prouidentia, poſſe emphyteutam, aut feudatarium, præiudicare vocatis ex inueſtitura, ea alienando ex cõſenſu proprietarij. Ducuntur, quoniam prior ſuſcipiens videtur prius ſumere ſibi, & poſterioribus non, niſi ſequuta prius morte ipſius abſque diſpoſitione in eorum præiudicium ex domini directi conſenſu. Addunt tamen, ſi proprietarius conceſſiſſet à principio emphyteuſim, aut feudum, intuitu etiam filiorum, aut filij præſentes eſſent tempore contractus, atque ſtipularentur, vel acceptarent ſimul cũ parente, tunc habere ius perfectè acquiſitum ſtatim cõceſſa parenti emphyteuſi, aut feudo, ac proinde non poſſe tunc parentem alienare eam emphyteuſim, aut feudum, in ipſorum præiudicium, etiam de conſenſu proprietarij. Aries Pinel. in calce nume. 98. citati obſeruat, aliud eſſe loqui de alienatione feudi noui, aut emphyteuſis nouę, titulo oneroſo, & aliud per vltimam voluntatem. Cum enim titulo oneroſo fieri non poſſit alienatio, niſi interueniente conſenſu proprietarij, poteſt poſſeſſor ea alienare de conſenſu proprietarij; eo quod potentior ſit voluntas domini directi vna cum voluntate poſſeſſoris, quam ſola poſſeſſoris voluntas: cum verò alienatio per vltimam voluntatem fieri ſoleat interueniente ſola voluntate teſtatoris, non poterit poſſeſſor titulo ita gratuito alienare talem emphyteuſim, aut feudũm, in præiudicium eorũ, qui ex inueſtitura vocantur: id quod concedit, atque aſſeuerat Iulius Clar. §. feudum, q.40. nu. vlt.& q.41. nu.2.

Deciſ. Dicendum tamen eſt cum Doctoribus ſupra relatis, communiq; ſententia, neque ſi emphyteuſis, aut feudum, ſint noua, poſſeſſorem, ſiue titulo oneroſo, ſiue gratuito, ea alienare in præiudicium ſucceſſorum, etiam interueniente domini directi conſenſu. Idque propterea quod ſtatim ex inueſtitura ſit ius ſucceſſoribus acquiſitum mutuo primi poſſeſſoris, ac domini directi contractu, ac con ſenſu, cum poſtea contrauenire, aut præiudicare, non poſſunt.

Neque ſanè video, cur in emphyteuſi, aut feudo, nouis poſſit poſſeſſor diſponere ex conſenſu proprietarij in præiudicium ſucceſſorum, & non poſſit in feudo, aut emphyteuſi, antiquis. Etenim poſt mortem primi poſſeſſoris, nullũ nouum ſit pactum, ſed ſolum vi primæ inueſtituræ, ac pacti inter primum poſſeſſorem, & dominum directũ celebrati, obtinent, ac retinent poſteriores vocati ius, cui præiudicare non poſſunt ſecundus, aut tertius, poſſeſſor, ac dominus directus: quarè cũ primus poſſeſſor, ac dominus directus non celebrauerint contractum vlla reſeruata ſibi ipſis, & non ſequentibus poſſeſſoribus facultate præiudicandi vocatis ex inueſtitura, ſed abſolutè contractum celebrauerint; vtique non plus poteſt primus poſſeſſor præiudicare, etiam de conſenſu domini directi, iuri ex eo pacto competenti vocatis ex inueſtitura, quàm poſſint ſequentes poſſeſſores ex eodẽ domini directi conſenſu eiſdem præiudicare.

Aries Pinel. nu.98. citato, Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. q.49. nu.7. & multi alij, quos (præſertim Aluar. Valaſ.) referunt, cum Baldo aſſeuerant ſi emphyteuſis, aut feudum, ex pacto, & prouidentia acquiſita, ſint pecunia parentis, aut in commutationem pro re alia parentis, poſſe eum patrem ea alienare ex conſenſu domini directi in præiudicium vocatorum ex inueſtitura: quoniã, quatenus ita re patris fuerunt acquiſita, cẽſentur donatio patris, quam reuocare poteſt in euentibus diſputatione 291. explanatis. Fortaſſe tamen, neque in hoc euentu poterit reuocari: ſed parens grauare poterit filium, vt pretium datum ſumat in ſuam legitimam portionem, aut illud adducat ad partitionem.

Aluar. Valaſ. ibidem, num.8 cum Aretino, & Ruy. addit. Quando emphyteuſis, aut feudum, ex pacto, & prouidẽtia intuitu patris extenſa eſſent ad filium, eum, quicquid filio intuitu patris confertur, profectitium ſit, poſſe tunc patrem alienare eam emphyteuſim, aut feudum, in præiudiciũ filij, tanquam bonum patris, etiam quo ad illam extenſionem in inueſtitura factam, & non filij. Arbitror tamen id eſſe falſum: quoniam extenſio

illa,

illa, & ius ad talē emphyteuſim, aut feudum, poſt mortem patris, non eſt bonum patris, neq; collatum eſt filio, vt ſit patris, quod tamen eſſet neceſſarium, vt rationem haberet boni profectitij; ſed eſt bonum filio filij, in patris gratiam, ac beneficium filio collatum, interueniente ſimul conſenſu, ac voluntate patris, & domini directi ad ita id illi conferendum. Ac planè ſententia hæc Aluar. Valaſ. nihil differret à Iulij Clari, & Pinelli opinione, quam Aluar. Valaſ. nu. 6. impugnat.

Idem Aluar. Valaſ. ibidem, nu. 12. cum Angelo, & alijs, addit, poſſe patrem præiudicare filio in emphyteuſi, & feudo, ex pacto, & prouidētia, modo tantundē, aut plus illi leget in cōpenſationem, & modo filius acceptet legatū ita expreſsè in recompenſationē ſibi relictū, & ſub cōditione, ſi in alienatione illa cōſentiat. Alioquin, ſi non ſub ea cōditione ei relinquatur, aut filius acceptare nō velit tale legatū, inualida erit alienatio. Arbitror ēt, ſi in præiudiciū ſit deſcendentiū ex tali filio, qui inueſtitura ad eū feudū, aut emphyteuſim vocantur, poſſe illos poſtea agere ad annullationē talis alienationis, quatenus in ipſorū præiudiciū cedit.

Quod ad emphyteuſim, aut feudum, hæreditaria mixtè attinet, hæc tertia ſtatui ſolet concluſio.
6 Siue† ea noua ſint, ſiue antiqua, poſſe de illis poſſeſſorem diſponere in præiudicium filiorū, dūmmodo cōſenſus proprietarij interueniat, qñ neceſſarius fuerit, vt alienatio valida ſit. Ita communis ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couar. 2. var. reſol. c. 18. nu. 2. concluſ. 4. & nu. 4. verſ. 8. ſequitur, verſus finem, Aluar. Valaſ. de iur. emphy. q. 49. à nu. 3. & Caldas de nominat. emph. q. 24. à nu. 18. Ratio verò concluſionis eſt, qm̄ in eiuſmodi emphyteuſi, aut feudo, ſuccedere nō poſſunt filij, niſi hæreditatē acceptent, ſintq; hæredes; eo ꝙ hæreditaria mixtè ſint: hęc res autem contrauenire nō poteſt facto defuncti, iuxta l. cum à matre C. de rei vend. & alia iura, quæ gloſ. ibi citat, atque iuxta regulam l. ex qua perſona, ff. de regul. iuris, quæ ſic habet. *Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.* Extenduntque hanc concluſionem Aluar. Valaſ. nu. 3. citato, & Caldas nu. 19. etiam quando emphyteuſis, aut feudū, ſunt ex pacto, & prouidentia, modo tamen filij hæreditatem acceptent: eſt quippe eadem ratio, quoniam eo ipſo, quòd hæreditatem acceptant, neque in emphyteuſi, aut feudo, ex pacto, & prouidentia contrauenire poſſunt facto patris.

7 Concluſionem† hanc limitant Couar. verſi. citato, & cum eo Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 5. Decius, & alij quos referunt, ac ſequuntur Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. nu. 96. verſ. infertur. 8. & Caldas vbi ſupra num. 23. niſi de numero eorum, qui in inueſtitura vocentur, vt ſi in emphyteuſi Eccleſiaſtica vocentur ſolum deſcendētes, & alienetur extraneo: tūc enim quoniam alienatio eſt nulla, licet deſcendentes hæreditatē acceptent, repetere poterunt emphyteuſim, aut feudū, ita extraneo relicta, aut alienata. Sententia hæc non caret ſcrupulo, eoque non paruo. Quoniam, alienationem illam eſſe nullam, non impedit, quòd, quatenus in hæredum pręiudiciū cedit, teneantur illi ſtare; ſicut quod alienatio fundi filijfamilias facta à patre nulla ſit, non impedit, quod filiusfamilias illi ſtare teneatur, ſi hæres patri exiſtat, idque in ea proportione fundi, in qua filius patri hęres exiſtit, ita quod ſi ſolus is filius hæres exiſtat patri, ſtare teneatur toti alienationi: ſi verò exiſtat ſimul cum alijs, atque adeo in medietate, tertia, aut quarta parte hæreditatis, teneatur ſimiliter ſtare alienationi medietatis, tertiæ, aut quartæ partis fundi; iuxta ſententiam quidem Coua. Aluar. Valaſ. ac cōem, etiam quoad latitudinem legitimæ tali filio in ea hæreditate, aut in ea portione hæreditatis, debitam; iuxta noſtrā verò ac Bartoli ſententiam, ſolum quo ad incrementum vltra legitimam, vt diſp. 216. explicando octauum commodum conficientis inuentarium, copioſe à nobis explanatum eſt: quare, ſi ea alienatio emphyteuſis, aut feudi, de conſenſu proprietarij facta ſit, nihil contrauenire hæredes poterunt; ſi autem ſine conſenſu proprietarij ſit facta, ſpectabit quidem ad proprietarium illi contrauenire, non verò ad hæredes, etiam ſi in ipſorum præiudicium cedat.

8 Quod ad † concluſionem ipſam poſitam attinet, ſanè ſi alienatio facta eſſet titulo gratuito, vt donationis, aut vltimæ voluntatis, vel etiam conferendo emphyteuſim, aut feudum, in dotem, vel donationem ad nuptias, inofficioſaque eſſet filijs, vtpote legitimas eorum portiones contingens, inualida eſſet, quatenus eo modo eſſet inofficioſa, eſto filij hæreditatem adirent, vt etiam circa primam concluſionem dictum eſt, affirmantq; Caldas vbi ſupra, nu. 25. & alij, quos citat. Rationem verò reddidimus circa primam concluſionem.

9 Quo ad † extenſionē verò concluſionis ad emphyteuſes, aut feuda, ex pacto, & prouidentia, obſerua. Vniuerſim qñ ex inueſtitura ita emphyteuſis, aut feudum, deuenire debent ad filium, vt cōputare ea non teneatur in ſuam legitimam portionē, tunc, eſto acceptet hæreditatem, ſolum impediri contrauenire alienationi talis emphyteuſis, aut feudi, quamuis titulo oneroſo facta ſit, in ea proportione, in qua hęres eſt patri: quare, ſi tota emphyteuſis, aut feudum, ad ipſum peruenire ex inueſtituræ tenore debebat, ſolumque exiſtat hæres patri in dimidio hæreditatis, ſolum contrauenire non poterit medietati emphyteuſis, aut feudi alienati, ſi verò exiſtat hæres in ſola tertia, aut quarta hæreditatis parte, ſolum non poterit contrauenire tertiæ, aut quartæ parti emphyteuſis, aut feudi alienati: reliquis verò partibus poterit. Pręterea, ſi inuentarium confecit, ex portione hęreditatis, quæ ad ipſum pertinet, detrahi debet legitima ipſi debita, & ſolum quo ad latitudinem valoris incrementi vltra legitimam, in quo eſt hæres, non poterit contrauenire æquali valori eius portionis emphyteuſis, aut feudi alienati, in qua dictum eſt, non poſſe contrauenire: quare, ſi ea portio plus valeat, quam incrementum vltra legitimam, in qua eſt inſtitutus, contrauenire etiam poterit ei parti valoris portionis empyteuſis, aut feudi alienati, qua illum alium valorem ſuperat, vt diſp. 216. citata, perſpicuè oſtendimus: eo qđ teſtator nullum grauamen apponere poterit legi-

timæ: eſſet aũt grauamen, qđ pp illã contraueni-re non poſſet alienationi emphyteuſis, aut feudi, alioquin nullę. Lege, q̃ eo loco copioſe dicta ſunt.

Quęſt. Iulius Clarus, §. emphyteuſis, q. 16. nu. vlt. & §. feudum, q. 40. nu. 2. & q. 42. nu. vlt. & alij, quos tã ipſe, q̃ Alu. Val. vbi ſup. nu. 4. referũt, in eã ſunt

10 ſnĩa, vt dicant, filium † adeuntẽ hr̃ditatem paternam cũ beneficio inuẽtarij, poſſe reuocare alienationẽ emphyteuſis, aut feudi, qñ sũt hr̃ditaria mixtè, factaq; eſt alienatio in ipſius præiudicium. Du cuntur, qm̃ beneficium inuentarij conſeruat hæredi omnia iura, & actione perinde, ac ſi hæreditatem non adijſſet, vt diſput. 216. oſtenſum fuit.

Deciſ. Contrariũ tñ eſt affirmãdum cum cõi doctorũ ſnĩa, quam referunt, ac ſequuntur Cou. verſ. 8. citato, Alu. Val. nu. 4. citato, Aries Pinel. l. 1. C. de bon. matern. par. 3. nu. 93. & Caldas, q. 24. citata num. 20. Ratio autem eſt, quoniam inuentarium non liberat hæredem ab ijs, in quibus defuncto ſuccedit iure hæreditario, ſed ab his, quæ ſunt propria ipſius, aut ad quæ aliunde habet ius.

11 Quarta concluſio. Incidendo in † commiſſum modis in ꝓgreſſu huius emphyteutici contractus explanatis, pr̃ præiudicat filijs, eſto emphyteuſis ex pacto ſit, & ꝓuidentia. Ita cũ Bart. & pleriſque alijs, quos citat, Alu. Valaſ. de iu. emph. q. 49. n. 2.

Ratio eſt, quoniam peccatur aduerſus contractum; & qm̃ ſub ea lege, & conditione conceditur emphyteuſis, vt, ſi in commiſſum incidatur, deuoluatur emphyteuſis ad proprietarium. Si tamen dolo, & fraude quis in commiſſum incideret, vt noceret vocatis inueſtitura, præſertim ſi proprietarius in eo dolo eſſet particeps, tunc ſubueniretur læſis, vt ibidem Aluar. Valaſ. ſubiungit, quoniam iura fraudibus obuiandum cenſent.

Vtrum emphyteuſis, aut feudum, compræhendantur in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis. Et num emphyteuſis, aut feudum, imputari debeant in legitima.

DISPVTATIO CCCCLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis, vel feudum quando compræhendantur in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis.*

2 *Emphyteuſis, vel feudum hæreditaria, etiam mixtè, in legitimam imputantur, ex communi.*

3 *Emphyteuſis ſecularis pro liberis ſuſcepta, an ſit hęreditaria, vel ne.*

4 *Emphyteuſis, vel feudum ex pacto, & prouidentia, non imputantur in legitimam ex communi.*

Immo, neque ex illis falcidia, aut trebellianica deducitur, ex communi.

Declaratur tamen, quod tale feudum imputetur in legitimam, vt nu. 5. & 6. 7. & 8.

9 *Meliorationes, quæ ex pacto pertinent ad proprietarium, an antequam emphyteuſis finiantur, imputentur in legitimam.*

1 QVod ad primum attinet, conueniunt doctores † communiter, ſi emphyteuſis, aut feudum, hæreditaria ſint ſimpliciter, atque de numero ſint bonorum defuncti, qui hæredem grauauit reſtituere hæreditatem alicui, in reſtitutione talis fideicommiſſi vniuerſalis compręhendi eam emphyteuſim, aut feudum: quoniam, cum à cæteris bonis, quo ad tranſmiſſionem, ac poteſtatem alienandi, non differant, in hæreditate reſtitui iuſſa compræhenduntur. Similiter conueniunt cum Bart. ſi emphyteuſis, aut feudum, ex prouidentia ſint, non compræhendi in fideicommiſſo vniuerſali: quoniam hæc non deueniunt ad hæredem grauatum, quatenus hæres eſt, ac proinde non ſunt pars hæreditatis reſtituendæ. Si autem ſint hæreditaria mixtè, licèt deueniant ad deſcendentem vt hæredem, non tamen cenſetur grauatus hæres illa cum cæteris bonis hæreditatis reſtituere, niſi ex tenore inueſtituræ fideicommiſſarius ad eam emphyteuſim, aut feudum vocetur, neque ad id hæres poteſt grauari. Atque hæc ſunt, quæ videntur intendere doctores, quos referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus 4. lib. ſenten. §. feudum, quæſt. 85. Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. quæſt. 48. & Caldas de nominat. emphyt. q. 24. num. 26.

2 Quod ad ſecundum attinet, prima concluſio eſt. Emphyteuſim, aut † feudũ, ſi hęreditaria ſint, etiam mixtè, imputantur in legitimam, perinde atque alia bona patris profectitia, ita quod in acer uo bonorum patris ſunt annumeranda, vt intelligatur quanta ſint portio legitima cuiuſque filiorum, & qui eam, aut partem illius, obtinuerit, adducere teneatur illa ad collaticnem, aut imputare in legitimam, aut in bonis, in quibus à patre ſit tertè melioratus.

Hæc eſt communis doctorum ſententia, quos referunt, ac ſequuntur Aluar. Valaſ. de iur. emph. quæſt. 46. Iulius Clar. §. feudum, q. 46. & Caldas de nominat. emphyt. q. 18. num. 27. Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi emphyteuſes, aut feuda, iure hæreditario deferuntur, parteſque hæreditatis cenſentur.

3 Conſentit Luſitana ordinatio li. 4. tit. 77. §. penult. Aluar. Valaſ. vt diſp. 473. retulimus, quemadmodum cum Bar. & alijs, cenſet, ſecularẽ † emphyteuſim pro liberis ſuſceptam, hæreditariã eſſe, eo ꝙ pater ſtipulatus cenſeatur pro filijs, vt hęredibus, ſic quoque arbitratur, imputandam eam eſſe in legitimam. Contrarium autem nos ibi docuimus, nempe hęreditariam non eſſe, ac proinde in re propoſita, aſſerendum eſt, non imputari in legitimã, ſed habere illam filios præcipuam; conſentitque ord. Luſitana tit. citato. §. 32. vbi, quando emphyteuſis ſumpta eſt pro filijs, nulla facta hæredum mentione, aſſeritur, non debere imputari in legitimam, eo modo, quo de emphyteuſi ex pacto, & prouidentia mox ſubiungemus, idẽque affirmat Caldas vbi ſup. nu. 28. Sicut autem emphyteuſis hæreditaria in legitimam imputatur, eo quod titulo hęredis obueniat, ita ex illa falcidia, & trebellianica, deduci debent, tanquàm ex bono hæreditario, parteve hæreditatis, vt affirmat

mat communis doctorum ſententia,quam Alua. Val.q.46.citata refert, ac ſequitur.

4 Secunda cõcluſio. Si † emphyteuſis,aut feudũ, ex pacto ſint,ac prouidentia, in legitimã non imputantur eius,cui in nominatione, aut alia rõne, obueniunt,ſed hēt illa pcipua vltra legitimã, exceptis nonnullis euentibus,quos ſubijciemus. Neque ex illa falcidia, aut trebellianica deducitur. Hoc vltimum affirmat communis doctorum ſententia,cum glo.l.ſi patroni,ver.apud hæredem.ff. ad Treb.quam referunt, ac ſequuntur Alu.Vala. q.46.citata,& Caldas de nomin.emphyt.q.18.à nu.11.iuxta regulam l.pater filiam in princ.ff.ad l.Falci. Etenim Trebellianica, & falcidia ſolum ex ijs deducuntur, quæ titulo hæredis obueniũt, non verò ex ijs,quæ,eſto is, cui adueniunt, hęres non ſit,ſimiliter ei aduenirent.

Primum verò,quòd.ſ.in legitimam non imputentur,affirmat cõior doctorum ſententia cũ Angelo,l.ſi patroni citata, in additione gloſſæ verb. apud hæredem, quam inter alios refert, ac ſequit Caldas à nu.11.citato. Atque hanc ſniam definit lex Luſitana lib.4.ordin.tit.77.§.32. vbi de eiuſmodi emphyteuſi,ſeu *prazo*,ſic, ſtatuit. *E nom lhe ſendo dado em vida do pay ou may,mas nomeãdoo ſomẽte por peſſoa o dito prazo pera de pois de ſua morte,en tal caſo nom ſera obligado trazer o dito prazo nem a valia delle a apartilha e colacam,nem lhe ſera cõtado em ſua legitima,nem deſcõtado della,ſaluo ſe o dito prazo foſſe comprado,&c.*

Ratio eſt,qm̃ eiuſmodi emphyteuſim, aut feudum, non tam accipit filius à patre q̃ à dño directo,qui,vt ita deuolueretur, ac deueniret, diſpoſuit,eſto electio,aut nominatio eius,qui in eã emphyteuſim,aut feudum, ſuccedere deberet, patri ſit commiſſa,argũ textus in l.vnum ex familia.ff. de leg.2.ibi,*quid enim eſt,quod de ſuo videtur reliquiſſe,qui,quod reliquit,omnino reddere debuit*? q.d.nihil:quarè eiuſmodi emphyteuſis, aut feudũ, non cenſetur bonum profectitium patris,vt imputari debeat tali ſucceſſori in legitimam,ſed aduentitium à dño directo, quod proinde habere debet præcipuum,non ſecus atque alia bona aduẽtitia.

5 Et quidem † quando eiuſmodi feudũ, aut emphyteuſis,erat antiqua, hoc eſt,acquiſita,& ſtipulata,non ab eo,cui in ea ſucceditur,ſed ab auo,aut alio antiquiori,multo plures conueniunt, nõ eſſe imputandam in legitimam, neque adducendam ad partitionem, quos refert Caldas vbi ſupra,nu. 22.adeo vt in eo euentu dicendum ſit,id eſſe,non ſolum communiorem, ſed etiam communem doctorum ſententiam.

Ratio eſt,quoniã,cum tunc non cenſeatur deuenire ex patre,quaſi ab eo,vt ita deriuaretur, acquiſitum,ſed ab antiquioribus, non cenſetur bonum profectitium ex patris patrimonio emanãs, ſed aduentitium, vt ſunt bona alia, quæ ab auis, aut proauis,in nepotes,aut pronepotes,deriuant: ſola verò profectitia bona ſunt conferenda, non verò aduentitia.

Qñ verò feudi eiuſmodi, aut emphyteuſis, eſt noua, hoc eſt,ab acquiſita, cui immediatè in illa ſucceditur, volunt multi, quos Caldas vbi ſupra nu.15.refert, & quorum ſniam amplectuntur Alua. Vala.q.48.citata (tametſi fateatur Luſitanam ordinationem contrarium ſtatuere) & Iul.Clar. 4.lib.ſent.§.feudum.q.46. tale feudũ,aut emphyteuſim,conferendam eſſe, atque imputandam in legitimam. Aluar.Vala.& plerique alij,ducũtur, quoniam in eo euentu cenſenda ſunt bona profectitia,quæ proinde cõferenda ſunt, atque in legitimam computanda. Iulius verò Clarus ducitur, qm̃ cum tunc à patre,qui tale feudum, aut talem emphyteuſim,primo acquiſiuit,vendi poſſint,etiam extraneo,vt ipſe arbitratur, inter bona illius profectitia ſunt annumeranda, ac proinde conferenda ſunt,& computanda in legitimam.

Iuxta ea tamen,quæ diſp. præcedente concluſ. 2.& in poſtrema parte diſp.477.dicta ſunt,dicendum proculdubio eſt cum Angelo,& cõmuniori doctorum ſententia, neque ſi eiuſmodi feudum, aut emphyteuſis, noua ſint conferenda eſſe, aut computanda in legitimam: quoniam non cenſetur deriuata à primo emphyteuta ſed à proprietario,qui, vt ita deuenirent,ea conceſſit, neque habent rationem bonorum profectitiorum comparatione primi emphyteutæ,neque ab eo vẽdi, aut aliter alienari poſſunt,etiam de conſenſu proprietarij,vt diſputatione præcedente cum cõmuniori doctorum ſententia ſatis aduerſus hos,& alios autores,oſtendimus.

Quarè ceſſat eiuſmodi quorundã argm̃. Militia,& ſimilia alia,quæ vendi poſſunt,aut ad alios tranſmitti,conferuntur,ac computantur in legitimã,vt iuxta l.commodo.§.imputari.C.de inoff. teſtam,& l.illud,in princ. C.de collat. diſp.241. dictum eſt: ſed eiuſmodi feuda, & emphyteuſes vendi poſſunt,& transferri ad hæredes,ergo conferenda ſunt,atque computanda in legitimam.

Negandum quippe eſt eiuſmodi feuda,& emphyteuſes vẽdi poſſe, etiam de conſenſu proprietarij,vt diſputatione præcedente viſum eſt. Negandum etiam eſt, aliter eſſe transferribilia ad alios,quam iuxta pactum, diſpoſitionem, ac præſcriptum proprietarij in prima conceſſione rei illius in emphyteuſim,aut feudum;quod non ſufficit,vt aliquid conferendum ſit,ac computandum in legitimam:ſicut quod maioratus,aut fideicommiſſum;transferribilia ſint iuxta diſpoſitionẽ primi inſtitutoris,non efficit illa conferibilia, ac cõputanda in portionẽ legitimam noui ſucceſſoris: qñ autem militia, aut aliud ſimile,eſt vendibile, aut transferribile tanquam bonum proprium patris,tunc illud eſt conferibile,& id ſolũ eſt, quod volunt duo iura in argumento propoſito citata, & quod nos diſputatione citata aſſeruimus. Hinc dico,ſi emphyteuſis in vitas aliquot ſit conceſſa, ita vt primus emphyteuta nominet quemcumq; voluerit, nulla facta reſtrictione ad filios, aut ad deſcendentes,& ſecundus ſimiliter,ac tertius,nominet quemcũq; voluerint, tũc quia talis emphyteuſis non eſt ex pacto,& prouidentia, ſed hæreditaria, quæ ad quemcunque, perinde atque alia bona libera emphyteutæ,poteſt deuenire, vtique ſicut eiuſmodi emphyteuſis vendi (prælato dicto domino directo, ſi pro eo pretio illam velit)

trans-

transferriq; liberè in quemcunq; põt, ita, ſi aliq̃s filiorum ad eum nominetur, conferre is illã tenetur, atque accipere in ſuam portionem legitimã.

6 Quando † parens emit emphyteuſim, aut feudum, ex pacto, & prouidentia, aut in permutationem pro alia re pretio æſtimabili ea accepit, tunc filius, qui nominatione patris, aut alio titulo, in eis ſuccedit, afferre tenetur ad partitionem, atque computare in legitimam, vel pretiũ, quod parens pro eis dedit, vel quantum talis emphyteuſis aut feudum, æſtimabitur tempore, quo filius id accipit, prout filius horum alterum maluerit. Ita hẽ libr. 4. Luſit. ordin. tit. 77. § 32. idemq; dicendum eſt de iure communi. Conſentiunt Caldas q. 18. citata, præſertim nu. 56. Alua. Val. de iure emph. q. 38. num. 27. & alij quos citant.

Ratio autem eſt, qm̃ emphyteuſis illa, aut feudum, quo ad tale pretium, cenſetur bonum profectitium, ac deriuatum in filium: quare filius tenetur adducere illud ad partitionem cum fratribus computareq; in ſuam legitimam; vel, ſi tempore, quo emphyteuſim, aut feudum accepit, minus valebant, quam pretium, ꝙ pro eis datum eſt, tenet̃ valorem illorum adducere ad partitionem, eaque de cauſa optio ei relinquitur, vt vel pretium adducat, vel valorem talis emphyteuſis, aut feudi.

Hac eadẽ ratione, quod is filius attulit ad partitionem, ac computauit in ſuam legitimã ratione talis feudi, aut emphyteuſis, tenetur etiam nepos, ad quem poſt eum filium tranſit, adducere ad partitionem cum alijs fratribus, vel id, quod valuerit tempore, quo ad ipſum peruenit: qm̃ ſimiliter, quo ad eam æſtimationem, cenſetur bonum profectitium à filio in nepotem. Ita Caldas de nomin. emph. q. 18. nu. 23.

Nihil huic definitioni refragatur Luſitana ordinat. tit. citato. § 34. dum ſtatuens qñ eiuſmodi emphyteuſis empta fuit conſtante matrimonio contractu medietatis bonorum celebrato, aut in ea, perſeuerante eodẽ matrimonio, factæ ſunt meliorationes, filium, qui à patre in eam emphyteuſim nominatur, teneri ſoluere vxori, ſiue ea mater illius ſit, ſiue non, medietatem eius pretij, aut valoris taliũ meliorationum: nihil inquã, ea ordinatio refragatur, dum hoc ſtatuẽs, id reſtringit, niſi ea vxor in eam nominationẽ expreſſe cõſenſerit.

Etenim eo cõſenſu, ac ratihabitione, ſeu *otorga* expreſſa, vt ea ordinatio loquitur cenſetur condonare nominato, vt medietas illa ſibi ab eo nominato non ſoluatur: id tamen non impedit quo minus, ſi illa mater nominati ſit, teneatur filius id adducere ad partitionem cum fratribus in diuiſione bonorum matris, ſumereq; id in legitimã portionem, quæ in eis bonis ipſum contingit. Ex dictis intelliges, falſam eſſe doctrinam Ant. Gome. l. 29. Tauri nu. 21.

Si eam intelligat de feudo, & emphyteuſi, ex pacto, & prouidentia, falſumque eſſe fundamentum, cui nititur. Ait enim, quod ſi pater, aut mater, habuit pecunia feudum à principe pro ſe, & deſcendentibus ſuis, & tradidit alicui filio ſuo, confertur: quia eſt tranſmiſſibile, licèt non alienabile. Atque idem eſſe, ſi accepit feudum, aut emphyteuſim, pro certo pretio, & pecunia, ac dedit, & conceſſit alicui filio, quia poteſt ſimiliter tranſmitti, licèt non vendi. Hæc autem omnia falſa ſunt, quatenus diſcrepant à dictis hactenus, & à proximè dicendis.

7 Item qñ † pater, qui ſine vllo pretio, aut recompenſatione (excepta annua pẽſione, quæ debetur proprietario) habebat aliquam emphyteuſim ex pacto, & prouidẽtia, eamque dum viueret, tranſmiſit in aliquem filiorum, non reſeruatis ſibi fructibus tempore vitæ ſuæ, idque vel tradendo illã in dotem filiæ, vel tradendo eam filio ad nuptias, vel aliqua alia ratione eam in illum transferẽdo, tunc, qm̃ emolumentum illud, quo, dum viueret, erat potiturus, ad patrimoniũ ipſius pertinebat, cenſeturq; proinde bonum profectitium ab ipſo deriuatum in talem filium, vtique is filius, ſtãdo in re cõi, æſtimationem illius tenetur adducere ad partitionem cum fratribus, computareq; illã in ſuam portionem legitimam: ſecus; quod ea emphyteuſis valet in tempus poſt vitam ſuam: quoniam eum valorem non cenſetur habere à patre, ſed ex diſpoſitione proprietarij, vt dictum eſt.

Luſitana tamen ordinatio, § 32. citato, ſtatuit, vt in eo euentu filius adducere teneatur ad partitionem, computareq; in ſuam legitimam, vel ipſam emphyteuſim, vel æſtimationem illius tempore, quo illa data fuit, vt maluerit: niſi cum patris vita finiatur, eo quod pater eſſet vltima perſona: quoniam tunc adducere tenetur æſtimationẽ illius tempore, quo illi data fuit. Vbi vides, in eo Regno præcipi adduci ad partitionem, nõ ſolum quantum æſtimabitur vſusfructus, quo pater in vita ſua ſeipſum priuauit, ſed vel emphyteuſim ipſam, vel integrum valorem illius, idq; in praxi ſeruatur in Luſitania.

Caldas ait, ꝙ cum contrariæ eſſent doctorum opiniones, nũ emphyteuſis ex pacto, & prouidentia adducenda eſſet ad partitionem, ac computanda in legitimam, Luſitanus legiſlator id in eo euẽtu elegit. Quia verò hæc multum ex diſpoſitione iuris humani pendent, neque naturali iuri refragantur, illi legi erit ſtãdum interim, dum nõ mutatur. Id præterea placet, ꝙ Caldas aduerſus Conimbricenſes profeſſores affirmat, nẽpè non ſatis eſſe, vt filius eiuſmodi emphyteuſim, aut æſtimationẽ illius, adducere teneatur ad partitionẽ, computareq; in ſuam legitimam, ſi parens, dum viuit, eum irreuocabiliter in eam nominet, ſed opus eſſe, vt cum effectu eam illi tradat, ẽt quo ad vſum, & fructus non reſeruando ſibi illos, dum viuit.

Quoniam id apertè ſonãt Luſitanę ordinationes, & poſtulat natura rei, iuxta ea, quæ tota hac concluſione ſecunda dicta ſunt. Lege Caldas tota illa, quæſt. 18 citata. Hic idem autor ibidẽ nume. 7. & à num. 52. cenſet, eſto pater emphyteuſim de bonis coronæ Regni, quam habebat ad aliquot vitas, renunciet in manibus Regis, vt eã de nouo conferat filio ſuo fruendam in vita patris, teneri talem filium adducere ad partitionem valorem vſusfructus illius, quo pater ea renunciatione ſe priuauit in vita ſua, eſto Regis authoritas interueniat.

Quoniam,

Qm̃ eiuſcemodi emphyteuſis de bonis coronę Regni, legibus ſubijcitur cæterarum emphyteuſium priuatorum, vt hr̃ 4. lib. Luſit. ordin. titu. 62. §. penul. Et quoniam emphyteuſis illa non eſt de numero donatorum à Rege, quæ eo ipſo, quod, poſtulante patre, transferũtur in filium, non tenetur filius adducere ad partitionem, vt ſuo loco dictum eſt, ſed eſt contractus onerosus pro annua penſione primò celebratus à rege cum patre, aut alio anteceſſore, & poſtea celebratus cum filio, annuentẽ ac poſtulante patre, priuanteq; ſe, in detrimentum aliorũ filiorum, emmolumento vſusfructus rei illius in totam ſuam vitam. Item quoniam renunciatione emphyteutę in manibus Regis aut alterius domini directi, facilè fraudes fierent, quibus, priuando ſe patre vſufructu earum in totum tempus vitæ ſuæ, in vnum filiorum id commodum noua conceſſione proprietarij transferretur cum aliorum detrimento; eaque eadem arte excuſari poſſet filius ab adductione ad partitionem pretij, quod pater pro ea emphyteuſi dediſſet, renunciante patre emphyteuſim in manus proprietarij proprietarioq; de nouo eãdẽ emphyteuſim concedendo: fraudi ib. vero obuiandum eſt.

8 Item, qñ † melioramẽta aliqua facta ſunt in re emphyteutica ex pacto, & prouidentia, quoniam illa eorũ vices æſtõ, ſi aliud in pactum à principio cõtractus emphyteutici non fuit deductum, ad patrimoniũ pertinent emphyteutæ, vt diſput. 463. latè explanatũ eſt, vtiq; adducenda ſunt ad partitionem cũ alijs fratribus cõputandaq; ſunt in legitimam eius, ad quẽ talis emphyteuſis deuenerit: de iure verò Luſitano li. 4. ord. tit. 77. §. 32. optio datur ei, ad quem ea emphyteuſis deuenerit, vt vel æſtõnem eorum tpe, quo emphyteuſim accepit, ad partitionem adducat, vel quod in illis conficiẽdis inſumptũ fuit, prout ipſe maluerit: rõnẽq; eius diſpõnis reddimus diſp. 463. citata. Cõſentit Caldas de nom. emph. q. 18. à n. 29. & alij, quos citat.

Queſt. Maius aũt dubiũ eſt, qñ in pactũ fuit deductũ, vt meliorationes illæ, quas emphyteuta facere teneretur, pertinerẽt ad proprietarium, nullo pro eis reddito pretio, aut recompẽſatione, iuxta ea quæ

9 diſp. citata dicta ẽt ſunt, nũ † tunc, is, ad quẽ emphyteuſis illa, antequã finiretur, deuenit, teneatur adducere ad partitionẽ, compũtareq; in ſuã legitimã, valorẽ earũ, aut ꝙ in eis faciendis fuit inſumptũ. De qua re, referẽte Caldas vbi ſuprà à nu. 31. cõcertatio fuit in Luſitania, ac ſanè partẽ affirmãtẽ innuere vr̃ Luſitanæ ord. §. 32. citato, argumẽto à contrario ſenſu.

Deciſ. Dicendũ verò arbitror, cum onus faciendi impẽſas, ac meliorationes illas, relinquendiq; eas gratis proprietario finita emphyteuſi, quaſi pretiũ reputetur datũ ꝓ emphyteuſi, vnà cum annua penſione, atq; pp impenſas illas longè minor annua penſio iniungãtur, q̃ alioquin foret iniungenda, ſanè ſtãdo in ſolo iure cõi, quãdo aliæ meliorationes faciendæ non eſſent; perſeuerante emphyteuſi, arbitrio prudentis teneretur filius ille adducere ad partitionem, ac cõputare in ſuã legitimã partẽ proportionalem eius, ꝙ in illis cõficiendis inſumptũ eſt, habita rõne tpis elapſi à principio talis emphyteuſis, et tpis, ꝙ adhuc reſtat peragendum, habitaq; rõne emolumenti ex eà re emphyteutica percepti, & in futurum percipiẽdi, ſpectatiſq;, alijs circumſtantijs concurrentibus.

Atq; idẽ dicerem de pretio ꝙ pro emphyteuſi datũ eſſet. Luſitanæ verò ordinationes adducere præcipiunt ad partitionem totum pretium, quo emphyteuſis empta fuit, vel valorem totum emphyteuſis tempore, quo ad eum filium aduenit: quo ad eiuſmodi verò meliorationes durum videtur ſtatuere, ꝙ nouus emphyteuta adducat, totũ, quod in illis faciẽdis fuit inſumptũ, aut quantum illæ æſtimabuntur, cum nõ ad ipſum, ſed ad proprietariũ ſpectent, ac proinde ex epicheia, legum interprete, ſolum dicerem adducendam partem proportionalem eius, quod inſumptum eſt, modo explicato: neque enim lex Luſitana expreſſit quid in hoc euentu particulari eſſet faciendum.

De nominatione ad emphyt. Et num pupillus poſſit ad eam nominare.

DISPVTATIO CCCCLXXX.

SVMMARIVM

1 *Emphyteuſis conceſſa cum facultate nominãdi ſucceſsorem in illa, an valida ſit.*

2 *Nominatio ſucceſſoris in dubio qnando cenſeatur, & quãdo pura conceſſio vſus fructus rei traditæ.*

3 *Nominatus tacite ſub conditione, an cenſeatur diſpoſitiue nominatus, concludat nominatum ſub diſpoſitione expreſſa.*

4 *Nominatus vnus in dubio quando cenſeatur, & quando gradatim.*

Quod idem eſt etiam in emphyteuſi bonorum coronæ Regni. nu. 5.

Quod intellige, & declara, vt ibid.

Item ampliatur etiam ſi quis ab inteſtato decedat, nume. 6.

Fallit tamen vt nu. 7.

8 *Nominationes tacitæ an ſint de iure communi, vel ne, & quid in Luſitania ſeruetur.*

9 *Nominatus a patre in ſubſtitutione pupillari pupillo facta; cenſetur eo ipſo nominatus, ſi pupillus ipſe in pupillari ætate decedat.*

Idem in nominato in ſubſtitutione exemplari.

10 *Nominatus a pupillo a ſeptennio vſque ad puberta tis annos, an præferatur nominato a patre in ſubſtitutione pupillari.*

11 *Nominatione facta ad emphyteuſim per pupillum, an pupillus ipſe petere poſſit reſtitutionem in integrum.*

Conſequenter aliquid in particulari eſt di-

1 cendum de emphyteuſi † conceſſa emphyteutis, cum facultate nominandi ſucceſſorem in illa, atque de nominatione, ſeu electione ipſa ſucceſſoris in illa, quod genus emphyteuſis ſatis frequens eſt in Luſitania.

Quemadmodum autem diſ. 127. dictum cum communi doctorum ſententia, oſtenſumque eſt, legata, & fideicommiſſa, ſolo nutu facta, etiam à loqui non potente, valida eſſe, modo teſtator

iudicio rationis tunc polleat eoq; nutu ſuum conſenſum,ac voluntatem ſufficienter exprimat: ita in re propoſita dicendum eſt,validam eſſe nominationē ad emphyteuſim ſolo nutu ſimiliter factā. Et enim diſpoſitiones,ſufficiēter exterius expreſſæ validæ ſunt, qñ iure aliud circa aliquas nō eſt diſpoſitum,vt circa hæredis inſtitutionem ſancitum eſt inualidā eſſe,ſi ſolo nutu fiat, vt diſputatione citata dictum eſt:nihil verò tale comperitur ſtatutum circa nominationem ad emphyteuſim. Ita Caldas,poſt longam diſputationem,de nominat.emphyteu.quæſt.1.præſertim nume.29.conſentaneeque loquitur Gama deciſ.287.

Caldas de nominat. emphyt.q.2. nu.1.refert, cum quidam pater emphyteuſim quandam haberet cum facultate nominandi ſucceſſorem in illa, eamque tradidiſſet cuidam filio,aut filiæ,q̄ matrimonio copulabat ſub his verbis; dixitque pater, quod pro alimentis filij ſui,aut filiæ,& futuræ familiæ ſuſtētatione,illi dabat,ac concedebat talem emphyteuſim q̄ habebat,&c. poſtea, verò vel dū ipſe viueret,vel tempore mortis ſuæ,alium filium nominaſſet in eam emphyteuſim,quaſi prior cōceſſio nō fuerit nominatio, ſed ſolū fuerit traditio vſusfructus emphyteuſis illius in totum tempus, quo is filius,aut filia viueret,reſeruato ſibi iure nominandi in eam emphyteuſim quemcunq; alium vellet,qui emphyteuta eſſet, illaque re frueretur poſt mortem talis filij,aut filiæ. Quæſt.

2 Dubitatum autem fuit, num † illa prior fuerit vera nominatio coniectura cum traditione,ac cōtractu illo matrimonij oneroſo, quæ irreuocabilem reddebant:an verò non fuerit nominatio, ſed ſola cōceſſio,ac traditio vſusfructus illius emphyteuſis,vt pater poſtea fuiſſe intendebat.

Dicendum vero eſt,vt Caldas ibidē tandem ēt vult,cēſendam illam eſſe nominationem, niſi pater expreſſioribus alijs verbis dixit,ſed ſolum tradere vſumfructum in tēpus vitæ talis filij, aut filiæ,verbaque illa,pro alimentis, & ſuſtentatione futuræ familiæ,ſolum ſonare cām impulſiuā,cur pater à ſe abdicaret ſtatim emphyteuſim illā eāque cum fructibus traderet in dotē, aut donationē ad nuptias; & cum cōtractus eſſet oneroſus ſi pater aliud intendebat, id tenebatur dilucidè exprimere,ne deciperet alterum contrahentem, parentesque illius. Præter multa, quibus Caldas hoc confirmat,lege,quæ diſp.208. à nobis dicta, ſunt,præſertim à §.quo loco obiter.

Idem autor ibidem,nu.4. refert, cum quidam ſimilem aliam emphyteuſim haberet,atq; filium abſentem in India, ſic ſuo teſtamēto ſucceſſorem in illa nominaſſet;ſi filius meus mortuus eſt, aut in Luſitaniā non redierit, nomino Sempronium Quæſt.

3 in talē meam emphyteuſim. Dubitatum † autem fuit, num is filius cenſendus eſſet nominatus, ſi viueret,atque in Luſitaniam rediret. Ac multi nominatum non eſſe cenſebant:eo quòd ſolum eſſet facta mentio de illo in conditione, ſub qua alius nominabatur,non verò in diſpoſitione, ac nominatione ipſa. Rem latè diſputat ibi Caldas, multis in vtramque partem adductis rationibus. Dicendum verò eſt, proculdubio cenſendum eſſe nominatum:qm̄ ea apertè fuit mens teſtatoris ex circunſtantijs concurrētibus, eamq; ſufficienter expreſſit argumēto à cōtrario ſenſu illis verbis. Doctrina autem illa,quod non ſit cenſendus vocatus ad aliquid is, de quo in conditione eſt facta mentio,& nō in diſpoſitione, intelligēda eſt,qñ eſt circūſtantijs concurrentibus contrariū non conſtat fuiſſe mentem illo modo diſponentis: in eiuſmodi quippe euentibus potius ſtandum eſt veritati, atque menti apertæ diſponentium, quam ſubtilitatibus,ac doctrinis,quæ veræ ſunt,quādo circūſtantiæ concurrentes non perſuadent oppoſitum; præſertim quando de fauore filiorum agitur. Deciſ.

Qñ res aliqua cōceſſa eſt in emphyteuſim ad aliquot vitas, ita vt primus emphyteuta nominare in emphyteuſim poſſit,quē voluerit, & ſecūdus, ita nominatus,nominare ſimiliter poſſit, quē voluerit,&c.tūc,ſi emphyteuta, qui ius nominandi adhuc habet,quemquā expreſſe nominet, is ſuccedit in emphyteuſim,vt eſt notiſſimum.

Quando verò nullum expreſſe nominauit, iu-

4 re † Luſitano ſancitur,ſi quem inſtituat hęredem in ſolidum in bonis ſuis,eum cēſeri nominatum. Ita habetur 4 lib.ord.tit.62.in prin. Si verò multos inſtituat hæredes,qui de numero non ſint deſcendentium, aut aſcendentium, tunc cenſendos eſſe oēs nominatos:attamen vel vnus eorū accipere debet eam integrā emphyteuſim in parte hæreditatis,quæ ipſum contingit,refundendo alijs exceſsū,ſi ſuperet valorē partis hęreditat.s,quæ ipsū contingit,vel,ſi ita cohæredes inter ſe non conueniant,tenentur intra ſex menſes vendere,aut permutare emphyteuſim cū alijs bonis, quæ inter ſe diuidant,requiſito prius proprietario, an pro eo pretio,vel,in cōmutationem pro æqualib. bonis, eā velit,perſolutoq; illi laudemio in hoc euentu,ſi eā pro æquali valore non velit. Quod ſi intra ſex mēſes nihil prædictorū præſtēt, emphyteuſis deuoluitur ad proprietarium,ſi eam velit. Ita habetur ibidem.§.1. Si emphyteuta diſcedat nullo inſtituto hęrede, neq; relictis deſcendentibus neque aſcendentib emphyteuſis deuoluitur ad proprietarium.Ita hr̄ ibid. §. 3. Quod ſi vel in ſuo teſtamento inſtituat hæredes deſcendentes, aut aſcendentes,eſto tertium ſuorum bonorū relinquat alicui extraneo, vel diſcedat ab inteſtato, relictis deſcendētibus aut aſcēdētibus, tūc filius legitimus maior natu cenſetur nominatus, & in defectum filiorum legitimorum,cenſetur nominata filia legitima maior natu,excluditq; nepotē maſculum, filiū filij maioris natu. Deficiētibus filijs, & filiabus cēſetur nominatus nepos maſculus legitimus maior natu,& in defectū eiuſmodi nepotu, cenſetur nominata neptis legitima maior natu, & ita de pronepotibus,aut trinepotibus legitimis. Deficientibus deſcendentibus legitimis, cēſetur nominatus filius naturalis,eſto ſit hominis non plebei;præferturq; in ea emphyteuſi aſcēdentibus legitimis(idem dicerē de nepote naturali,aut pronepote,in defectum filij,aut filiæ naturalis) ſpurius autem non cenſetur nominatus in eā emphyteuſim, niſi à principe legitimatus ſit, vt ſuccedere poſſit tali emphyteutæ ab inteſtato. Ius Luſitan.

Deficien-

Deficientibus prædictis oĩb. deſcendentibus,
cenſetur nominatus aſcendens maſculus proxi-
mior in gradu, & maior natu præfertur minori,
vt dictum eſt de deſcendentibus, & affirmãt Aco
ſta de patruo, & nepote par. 2 num. 46. & Caldas
de nom. emph. q. 11. num. 12. & in defectu maſcu
lorũ proximiorũ, præfert̃ fœmina aſcendẽs proxi
mior: filioq; naturali, aut nepoti, ſuccedit aſcen-
dẽs proximior in gradu. Hæc hñr ibi. §. 2. 3. & 4.
5 Hactenus † autem dicta ſimiliter locũ habent
in emphyteuſibus bonorum coronæ Regni, con-
ceſſis ad aliquot vitas, ſimiliter ordine quodã no-
minandas. Ita hr̃ ibi. §. penult. & lib. 2. tit. 17. §. 6.
Obſerua tamen, ſi Rex alicui donauerit eiuſmo-
di bona coronæ Regni in emphyteuſim data, vt
ſit deinceps proprietarius, ac percipiat pẽſionem,
neque poſſe diuidi ea bona, neque ad alium per-
uenire, quàm ad filium legitimum maſculũ ma-
iorem natu, qui ſuperſtes fuerit mortuo patente,
aut, in defectum filiorum, ad nepotem legitimũ,
filium filij maioris natu, aut ad pronepotem ma-
ſculum directè deſcendentem per lineam maſcu-
linam; quibus deficientibus, continuò talia bona
reuertuntur ad coronam Regni, idq; eſto verbis
aliud ſonantibus ſint conceſſa, niſi cum expreſſa
derogatione eius legis (quæ mẽtalis in eo Regno
nuncupatur,) ſint aliter conceſſa. Ita diſponitur,
ac explanatur latè toto eo titulo, præſertim. §. 5.

Præterea, vt Caldas de nomin. emphyt. q. 12.
6 multis contendit, hæc locum habent, ẽt ſi † quis
ab inteſtato decedat, eo quòd pupillus ſit, neque
teſtari poſſit: cẽſetur enim nominatus proximior
aſcendens, modo explicato. Item qñ quis inteſta-
tus decedit, quòd non ſit, qui hæreditatem adeat,
aut alia ſimili de cauſa. Addit verò q. 12. citata à
nu. 45. in omnibus euentibus, in quibus explicatũ
eſt iure Luſitano teneri nominatũ hæredem inſti
tutum, aut hæredem ab inteſtato, intelligendum
eſſe id, de hærede cum effectu hoc eſt, qui hæredi-
tatem adeat: ſi enim illam repudiet, non cenſetur
is nominatus in emphyteuſim, ſed alius, ad quem
cum effectu deuenit hæreditas ab inteſtato, vt q.
13. latè tradit, prælatis ſemper prioribus in gra-
du, ſine repræſentatione. Illum legito.
7 Excipe, qñ † legis priuilegio peculiari ve diſpõ-
ne, aliquis à diſcẽdente ab inteſtato cẽſetur nomi-
natus, qui hæres eſſe non poſſit, vt eſt filius natu-
ralis hominis nõ plebei, vt hr̃ §. 4. citato; vt. n. hic
in emphyteuſi nominatus cenſeatur, præferatur-
que legitimis aſcendentibus emphyteutæ, neceſſe
non eſt, hæredem eſſe tali emphyteutæ.

Vnde nõ oportuit ꝑ hunc euentũ, qui apertiſ-
ſimns eſt. § 4. citato, Caldã recurrere ad ſiniſtras
quaſdã expoſitiones eius paragraphi, quo eiuſmo
di filium à numero tacitè noĩatorũ excluderet in
euẽtu, in quo verè nõ eſſet filius hoĩs plebei, & ꝑ
conſequens hæres eſſe non poſſet patris emphy-
teutæ. Neque ex hoc peculiari euentu rectè Gam.
deciſ. 229. & quidam alij colligunt in Luſitania,
cæteros, tacitè nominatos ad emphyteuſim legis
relatæ diſpoſitione, cenſeri ad eã nominatos poſ-
ſeq; in illa ſuccedere repudiata hæreditate eius
emphyteutæ, a quo tacitè cenſentur nominati.

8 Vtrum autem † eiuſmodi tacitè, ac virtuales
nominationes, locum habeant, ſtando in iure cõi,
an non, ſed eo ipſo, quod nullus comperitur no-
minatus expreſſe ad talem emphyteuſim deuol-
uatur ad proprietarium, & vtrũ in Luſitania locũ
habeant eiuſmodi tacitè nominationes in emphy
teuſi Eccleſiaſtica, dictum eſt diſp. 446. Vtrũ itẽ,
quod de ſucceſſione naturalium filiorum, ac no-
minatione tacita eorum in emphyteuſi, dicitur in
hac Luſitana ordinatione, locum in Luſitania ha
beat in emphyteuſi eccleſiaſtica, diſputat. citata
examinatum eſt, atq; diſpu. 475. vbi de ſucceſſio-
ne illegitimorum in emphyteuſim, tam eccleſia-
ſticam, quam ſecularem, latè dictum eſt.

Quamuis impubes teſtari non poſſit, ac proin
de cõſtituẽdo aliquẽ extraneũ, aut extraneos hę re
des, locum non habeat, vt eos tacitè nominet ad
emphyteuſim ipſius, de qua loquimur, nihilomi-
9 nus, ſi pater † ſubſtituendo illi pupillariter, iuxta
ea quæ diſp. 182. & 184. dicta ſunt, hæredem, aut
hæredes extraneos illi conſtituat, cenſebuntur eo
ipſo nominatis ad emphyteuſim talis pupilli, ſi is
in pupillari ætate decedat: eo quod teſtamentum
illud, atque illa ad hæredum inſtitutio, cenſeatur
filij, & non patris. Ita Caldas de nominat. emph.
q. 4. nu. 2. 3. & 4. Idemque dicendum eſt, ſi quis
exemplari ſubſtitutione hæredes inſtituat amen-
ti, aut alijs ex ijs, in quibus exemplaris ſubſtitu-
tio locum habeat, iuxta ea quæ diſp. 182. & 185.
explanata ſunt: cenſebuntur enim eo ipſo nomi-
nati ad emphyteuſim eius, cui ita ritè exempla-
ris ſit ſubſtitutio: cum ſit eadem ratio Caldas vbi
10 ſup. à nu. 5 diſputat, vtrum † facta per patrem no
minatione tacita ad emphyteuſim pupilli illo mo
do, aut etiam expreſſa in illa pupillari ſubſtitutio
ne, poſſit pupillus, à ſeptẽnio vſq; ad pubertatis
annos, facere aliã nominationẽ eiuſdẽ emphyteu
ſis, ita vt nominatus à pupillo pręferẽdus ſit nomi
nato prius illo modo à parente, quaſi, per nomi-
nationem pupilli extra teſtamentũ, expiret nomi
natio facta à parente pupillari illa ſubſtitutione.

Multis verò contendit, poſſe illam facere, per
illamque expirare nominationem factam in pu-
pillari ſubſtitutione. Ducitur, quoniam nomina-
tio, ſeu electio ſucceſſoris ad emphyteuſim, conſi-
ſtit in facto, quę pupillo non denegatur, per eam-
que non confert ſuum, ſed alienum hoc eſt, bonũ
proprietarij, iuxta diſpoſitionem eiuſdẽ proprie-
tarij. Arbitratur tñ neceſſariũ vt eſſe interueniat
autoritas tutoris, & decretum iudicis, vt valeat ea
nominatio, iuxta ea, quæ diſp. 224. dicta ſunt; eo
ꝙ de alienando dominio vtilitatis emphyteuſis
agatur, quod bonum eſt immobile. Raro tñ, meo
iudicio, occurret euentus, in quo iudex interpo-
nere poſſit, ac debeat, ſuam authoritatem ad eam
nominationem faciendam; præſertim ſi illa irre-
uocabilis ſit, iuxta ea, quæ diſputatione citata de
decreto iudicis interponendo ad bona immobilia
minoris alienanda, dicta ſunt. Et quãdo nomina-
tio eſſet reuocabilis, multũ dubito, an iudicis de-
cretum ad eam nominationem ſit neceſſarũ: præ
ſertim, cum ea minor non abdicet à ſe in tempus
vitæ ſuæ vtile dominium emphyteuſis, aut fru-

ctus illius,ſed ſolum eligat ſucceſſorẽ ad emphyteuſim in tempus poſt vitam ipſius:& cum reuocabilis nominatio, multum volũtati vltimæ ęqui paretur,quæ,in minori,decreto iudicis non indiget,vt de minori iam puberi conſtat.

Sententia hæc huius authoris mihi placet,non pp fundamentum,cui nititur,ꝙ videlicet noĩatio ſolum conſiſtat in facto,neque in ea nominans diſponat de re ſua, ſed de aliena proprietarij, ac iuxta proprietarij præſcriptum. Ex quo falſo fundamento multa alia deducit quæſtionibus ſequẽtibus,quæ nobis non probantur. Etenim aliud eſt, qñ aliquis diſpoſuit de re ſua, pro ſolo ſuo beneplacito, vt certo quodam modo deriuaretur, ac deueniret ad aliquos,alicuiq; commiſit electionẽ quorundam ad illam, vel quia de illius prudẽtia, ac probitate confidit,vel vt ſimul gratiã illi efficeret eã electionẽ illi cõmittendo,quo pacto inſtitutores maioratuũ,fideicõmiſſorum, legatorum ad cauſas pias,ac dotantes Eccleſias, ſolent aliquib. cõmittere electionẽ alicuius de familia, qui ſuccedat in maioratu,aut fideicommiſſo,vel electionẽ pauperum,aut cauſæ piæ, quibus legata illa applicentur,vel electionem eius, quem præſentare debeant ad eam Eccleſiam, ius patronatus eiuſmodi electori concedendo: & aliud longè diuerſum eſt,qñ quis contractu oneroſo concedit alicui aliquid in emphyteuſim,cũ facultate ſibi, & ſucceſſoribus in ea,nominãdi vlteriorem ſucceſſorem.

In illo enim priori euentu, cum diſpoſitio illa fuerit de re ſolius primi inſtitutoris,ac pro ſolo arbitrio illius,vel id ei concedentibus prælatis eccleſiæ in gratificationem, & quaſi præmium dotationis eccleſiæ,vtique electio,& nominatio,ad aliquid eorum,iuxta præſcriptum,atque diſpoſitionem primi inſtitutoris, ſolum conſiſtit in facto, nulli emolumento ſuo proprio, à ſe dependenti, cedẽte tunc electore,ſeu nominatore,ſed exequente ſolum munus ſibi iniunctum,gratiamve, vt illud ita exequatur,ſibi collatam.

In poſteriori verò euentu,primus emphyteuta contractu illo oneroſo,quẽ cum proprietario pro ſe,& ſucceſſoribus celebrauit ſibi, & illis, quaſi emit dñium vtile,iusve emphyteuticũ,cum facultate ampliori,aut minus ampla, noĩandi ſucceſſorẽ:quare vtrumq; eſt ipſius nempe ius ipſum emphyteuticum, vtileve dñium rei emphyteuticę,& facultas nominandi ſucceſſorem, ſibi vtrumque quaſi emptum,atque in bonum ipſius cõceſſum.

Licèt ergo, qñ ſucceſſorem nominat, eatenus præſcriptum proprietarij exequatur,quod nõ poteſt tranſgredi facultatem ad nominandum ſibi contractu illo oneroſo in bonũ ipſius conceſſum; iure tñ ſibi proprio,contractu oneroſo acquiſito, vtitur,atque adeo aliquid de ſuo confert, dum vnum potius,quam alium,eligit,ac nominat, eiq; ſuum vtile dominium,iuſq; emphyteuticũ, confert: vnde electio illa,& nominatio, non conſiſtat ſolum in facto,vt Caldas,& alij contendunt.

Quo loco ei obſerua, lõgè diuerſam eſſe rationẽ de emphyteuſi nominationis ex pacto, & prouidẽtia, quia videlicet nominatio ad aliquem ex certis eſt allegata ex diſpõne, ac cõtractu ipſo inter proprietarium, ac primum emphyteutam, vt v.g. ad aliquem filiorum,vel deſcendentiũ: & de emphyteuſi noĩationis hæreditaria, de qua nunc loquimur,hoc eſt, cum facultate nominandi quẽcũque, etiam extraneum ad ſucceſſionem in illa. De illa.n.priori emphyteuſi diſponere nõ poteſt emphyteuta in præiudicium eorum,qui ad illam vocantur,et ſi electio ex illis ſit ei cõmiſſa: de poſteriori verò poteſt diſponere liberè, etiam illam vendendo, nominandoq; eo ipſo emptorem, ac quemcunque alium ſucceſſorem emptori in illa; qui tempore mortis ita nominantis fuerit repertus eam poſſidere,in ſucceſſorem in ea emphyteuſi,ita vt ſi venditor ipſe erat prima vita,poſſeſſor, qui tunc repertus fuerit illius,ſit ſecunda,cum facultate nominandi tertiam,vt ex duabus diſputationibus præcedentibus liquet, diceturque in ſequentibus.

Qñ ergo emphyteuſis nominationis eſt ex pacto,& prouidẽtia,quamuis emphyteuta eatenus, dum eligit,ac nominat ad emphyteuſim, ſimilis ſit ijs,quorum ius nominandi conſiſtit in facto, quatenus de certis eligit incertũ,& quatenus non põt pařere illis præiudicium, alium eligendo, ac nominando, vel alienando rem, ad quam noĩare poteſt: differt tñ ab eis,tum quia ius illud,& facultas nominandi ex illis,quem voluerit, conferẽdique illi ius emphyteuticum, qđ ipſe poſſidet; eſt ſuum,ſibi,vt primi cõtractus emphyteutici, cõparatum,vt dictum eſt:tum etiam qm̃ transferre in illum poteſt ius emphyteuticum,dum ipſe viuit; abdicando à ſe ſuum vtile dominium rei emphyteuticæ abſque vlla reſeruatione fructuum, ſi ita voluerit; quod vtique non in ſolo facto conſiſtit.

Qñ verò emphyteuſis nominationis eſt hæreditaria, longè plus differt emphyteuta, dum ad eam emphyteuſim eligit aliquem,ac nominat, ab ijs quorum ius eligendi,ac nominandi cõſiſtit in facto. Etenim eligit ac nominat iure ſuo, ad id ſibi contractu oneroſo quaſi empto,ac comparato. Et eligit,ac nominat,non de certis incertum, ſed quemcunque vult. Illi præterea confert dominiũ ſuum vtile rei emphyteuticæ contractu ſimiliter oneroſo comparatum;quod vendere potuit, pretioq; potiri.

Item nominare illum poteſt ita irreuocabiliter,vt ſtatim,ipſo emphyteuta nominante viuente nominatus eo dominio, & emphyteuſi potiatur,nullis fructibus nominãti reſeruatis, quæ ſanè non in nudo facto conſiſtunt. Quare corruit fundamẽtum,cui Caldas nititur, vt dicat, pupillum nominare poſſe in ſuam emphyteuſim,ita vt ea nominatio vires auferat nominationi prius à parente ipſius facta in pupillari ſubſtitutione. Legitimum autem huius aſſertionis fundamentum eſt,quod pupillus, ſi pubertati ſit proximus, hoc eſt, ſi maſculus ad decimum annum cũ dimidio aut fœmina ad nouem cum dimidio, peruenit, quemadmodum cum authoritate tutoris, & decreto iudicis, in ijs quæ decreto iudicis indigent, celebrare poteſt quoſcunque contractus, ac diſponere de ſuis bonis, ita nominare põt ad ſuam emphyteuſim, etiam irreuocabiliter, ac transferendo

ferendo ſtatim dominium vtile rei emphyteuticę in alium, vt diſp. 224. oſtenſum eſt: qua re, defuncto patre, qui ei pupillariter ſubſtituerat, ac nominauerat aliquem ad eius emphyteuſim poterit ipſe, cum authoritate tutoris, ac iudicis decreto, nominare alium, eoque ipſo reuocare nominationē à patre ſuo defuncto factam. Id tamen efficere nō poterit, non ſolum ſi ſit infans, ſed etiam ſi ſit infantiæ proximus: quoniam ante illud aliud tempus, neque cum authoritate tutoris, ac iudicis decreto diſponere poteſt de ſuis bonis, vt ibidem dictum eſt. Ius autem nominandi eſt perſonale ſoli emphyteutæ conceſſum, ac proinde tutor exercere illud non poteſt nomine, & loco talis minoris.

Vtrum autem, facta nominatione ad emphyteuſim per pupillum, petere poſſit reſtitutionem in integrum ad effectum illam reuocandi. Bene quæſtione citata ait Caldas, ſi nominatio ſit reuocabilis, neque indigere illo remedio, neque illud concedi.

Quoniam per ſeipſum, ſine eo remedio, poteſt nominationem reuocare. Si verò ſit irreuocabilis iuxta ea quæ inferius dicentur, petere illud poſſe, ſi læſum inueniat.

Quod intellige, non ſolum, ſi in tēpus vitę ſuę transferat emphyteuſim, & fructus illius; ſed etiam ſi ea nominatio ſolum fiat in tempus poſt vitam ipſius: id enim in ipſius damnum cedere poteſt, quatenus ea nominatione ſe priuaret iure vēdendi eam emphyteuſim, aut nominandi alium ad illam, quem plus ipſi expediret nominare.

Num ſeruus pœnæ poſſit ad emphyteuſim nominare. Et quando emphyteuſis eius, cuius bona publicantur, ad fiſcum pertineat.

DISPVTATIO CCCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Seruus pœnæ in Caſtellæ, ac Luſitaniæ Regnis, poteſt ad emphyteuſim nominare, etiam ſi damnatus ſit ad mortem naturalem, & nu. 7.*

2 *Emphyteuſis illius, cuius bona confiſcantur, quādo ſpectat ad fiſcum.*

3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non nominationis, conceſſa, vt deuenire poſſit ad extraneum, non pertinet ad fiſcum, ſed libera reuertitur ad eccleſiam, ſi eam velit: ſecus autem in melioramentis.*

Idem in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia, quæ excludat extraneos, etiam ſi ſecularis ſit, vt fiſcus non ſuccedat. nu. 4.

Intellige tamen & declara, vt. nu. 5.

Filij eius, qui crimen læſæ maieſtatis commiſit, vel in hæreſim incidit, incapaces ſunt emphyteuſis etiam ex pacto, & prouidentia.

8 *Emphyteuſis nominationis eius, cuius bona publicantur, non pertinet ad fiſcū, quando ob crimen delinquens ſeruus pœnæ efficitur.*

QVis ſeruus pęnæ dicatur, diſpu. 9. explanatū eſt. Quo in loco multa dicta ſunt, vnde ſolu-
1 tio huius quæſtionis pēdet. Atque † iuxta ea, quę ibi dicta ſunt proculdubio eſt dicendum, ſeruum pœna, etiam ſi ad mortem naturalem damnatus ſit, nominare in hoc Caſtellæ Regno poſſe ad emphyteuſim: eo quod, vt ibidē oſtenſum eſt, relicta in hoc Regno ita damnatis ſit facultas teſtandi, atque adminiſtrandi, & diſponēdi de ſuis bonis: quare, & vēdere emphyteuſim (niſi ob id delictū illius cōfiſcetur,) & ad illam nominare poſſunt. *Ius Caſtellæ.*

Idem dicēdum eſt in Regno Luſitano de alijs ſeruis pœnæ, qui ad mortem naturalem non ſunt damnati: quīn, vt diſputatione citata dictū eſt, conditores earum ordinationum proculdubio ſupponunt, cum multorum doctorum ſententia, quam ibi retulimus, & impugnauimus, hodie de iure cōmuni ſublatam ab eis eſſe ſeruitutem pœnæ, ad effectum, vt de bonis ſuis teſtari, ac diſponere poſſint; ideoque lib. 5. ord. titu. 94. de ſolis damnatis ad mortem, tāquam de ſeruis pęnæ ad effectum, vt teſtamentum eorum, etiam ſi ante delictū fuerit conditum, de iure cōi ſit nullum, bonaque ipſorum, vel ad fiſcū attineant, vel tranſeant ad hęredes eorum ab inteſtato perinde, ac ſi ſtatim, delicto cōmiſſo, mortui ab inteſtato fuiſſent, eſt ſermo; & nihilominus eis conceditur (qn̄ damnati ad mortem non ſunt pp crimen hæreſeos, læſæ maieſtatis humanæ, aut ſodomiæ) vt ad pias cauſas teſtari poſſint de tertio ſuorum bonorū, & reliquæ duæ partes, ſi confiſcandæ ob delictum non ſint, tranſeāt ad hæredes eorum ab inteſtato: quare proculdubio ſeruis pœnæ, qui ad mortem naturalem non damnantur, ex mente ordinationū, atque ex vſu, & praxi eius Regni, libera adminiſtratio, & diſpoſitio ſuorum bonorum relinquitur, tū inter viuos, tum etiam ex teſtamento, ac proinde nominare poſſunt ad emphyteuſim. *Ius Luſitani.*

Quod verò ad damnatos ad mortem in eo Regno attinet, perinde illos ſeruos pęnæ manere exiſtimo, non ſolum ſi ob crimen hæreſeos, lęſæ maieſtatis humanæ, aut ſodomiæ, ſed ēt ſi ob quodcunque crimen damnati ſint, ac ſunt de iure communi, excepto illo effectu, quod, qui non ob illa tria crimina dānati ſint, teſtari, ac diſponere poſſunt de tertio ſuorum bonorum ad pias cauſas in ordinatione illa expreſſas, & conſequenter retinent vſq; ad ſuam mortem naturalem bona ſua, vſumfructumq; eorum, vt diſputatione citata dictum eſt: ſatiſque apertè ordinatio ipſa Luſitana docet eos manere ſeruos pœnæ, quo ad reliquos effectus iure communi ſtatutos.

Cum autem diſputatione nona, citata oſtēderimus, ſeruitutem pœnæ de iure communi, neque quo ad damnatos ad mortem naturalem, neque quo ad damnatos ad mortem ciuilem, aut aliter maximam, vel mediam capitis paſſos diminutionem, eſſe ſublatam ad alios effectus, præterquam, vt matrimonium ab eis contractum validum ſit, examinandum eſt, num de iure communi prædicti omnes ſerui pœnæ, & de iure Luſitano damnati ad mortem naturalem, nominare poſſint ad emphyteuſim.

Occaſione verò huius difficultatis, ſimul erit explicandum, quando bona alicuius confiſcãtur, quouſque emphyteuſes illius, ſiue illæ noĩationis ſint, ſiue non, ad fiſcum pertineant: ordiendumque erit ab hoc ſecundo, & ſimul explanabitur illud aliud primum. Sunt verò ſequentes cõcluſiones ſtatuendæ.

2 Prima cõcluſio. Si emphyteuſis † eius, cuius bona confiſcantur, Eccleſiaſtica non ſit, neq; ſit nominationis, & ſit ita hæreditaria, vt deuenire poſſit ad extraneum, tunc ad fiſcum ſpectat, ſed cogi põt fiſcus, vt eam alienet ac transferat in perſonã, quæ priuilegiata nõ ſit. Priorem partem affirmat Bar. & cõis doctorum ſnĩa, quam inter alios, referunt, ac ſequuntur Iul. Cla lib. 4. ſent. §. emphyt. q. 29. & Simancas de Cathol. Inſt. tit. 9. num. 97. & 99. Qm̃ in emphyteuſi non ſuccedit fiſcus, niſi qñ deuenire poterat ad extraneum, argumento legis iura libertorum, ff. de iure patronatus. Atq; hanc ſnĩam expreſſe ſtatuit lex Luſit. li. 5. ord. tit. 3. §. 17. Poſterior verò pars ſatis perſpicua eſt. Quoniam, cum fiſcus plurima habeat priuilegia, neque vnquam moriatur, ac deficiat, longè deterior eſſet cauſa proprietarij in multis, perſeuerante emphyteuſi cum fiſco, ac proinde cogere fiſcũ poteſt, vt eam in priuatum alium transferat, iuxta ea, quæ diſp. 459. dicta ſunt.

3 Secunda concluſio. † Si emphyteuſis Eccleſiaſtica non noĩationis, ita ſit conceſſa, vt deuenire poſſit ad extraneũ, non pertinet ad fiſcũ, ſed libera reuertitur ad Eccleſiã, ſi eam velit. Melioramẽta aũt, quorum æſtimatio, finita emphyteuſi, ſpectare debebat ad emphyteutam, aut ad hæredes illius, quo ad eandem æſtimationem pertinent ad fiſcum. Priorem partem affirmat Bar. & communis ſnĩa, quam referunt, ac ſequuntur Iul. Clarus, q. 29. citata, & Simancas vbi ſupra à num 98.

Ratio autem eſt, non tam quia, ſi tranſiret ad fiſcum deterior redderetur cauſa Eccleſiæ; qm̃ ei malo occurri poſſet cogendo fiſcum, vt illam in alium priuatum transferret, ſicut de emphyteuſi ſeculari præcedente concluſione dictum eſt; ſed quoniam id in priuilegium eſt cõceſſum Eccleſię in authentico de alien. & emphy. § 1. verſ. ſi verò contigerit, vſuque eſt ita receptum, vt conſtat, c. felicis §. ſi qua verò, de pœnis lib. 6. & ex Luſit. ordin. tit. 3. citato. §. 16.

Poſterior verò pars ſatis perſpicua eſt aduerſus Simancam vbi ſupra à nu 107. qm̃ licet dñium melioramentorum ad proprietarium pertineat, æſtimatio tñ illorum eſt proprium bonũ emphyteutæ, tranſireque debebat ad quoſcunque ipſius hæredes, quando aliud non fuit deductum in pactum tempore celebrati contractus emphyteutici, vt diſp. 463. & in calce diſp. 479. dictũ eſt: quare, cum fiſcus in omnibus bonis eius ſuccedat, cuius bona confiſcantur, ſuccedit ẽt in ijs, teneturq; proinde ea illi ſoluere Eccleſia, ſi rem emphyteuticam velit. Neque valet argumentum, quod qñ ob crimen emphyteuta amittit emphyteuſim, amittit etiã meliorationes proprietario eo modo, quo diſp 455. dictum eſt. Quoniam id ſolum eſt verũ de crimine cõmiſſi, non verò de crimine, pp quod bona illi confiſcantur: in hoc quippe euentu non illa amittit proprietario, ſed fiſco.

4 Tertia cõcluſio. Quando † emphyteuſis nõ eſt nominationis, & eſt ex pacto, & prouidentia, etiã mixtè, ita vt iuxta inueſtituræ formam deuenire non poſſit ad extraneum, ſiue ea Eccleſiaſtica ſit, ſiue ſecularis, non ſuccedit in ea fiſcus, ſed ſuccedunt, qui ad eam iuxta inueſtiturã vocantur: modo capaces illius ſint, alioquin ſuccedunt, qui vltra illos inueſtitura ipſa vocantur: quod ſi nulli tales ſint, reuertitur emphyteuſis ad proprietariũ & cum proprietate conſolidatur.

Quod ſi aliqua ſint melioramẽta in ea, quæ ad patrimonium eius cuius bona confiſcantur, iuxta ea quæ præcedente concluſione dicta ſunt, pertinerent, in eorum æſtimatione ſuccedit fiſcus.

Primum, ac præcipuum, quod in hac cõcluſione aſſeritur, nempe in eiuſmodi emphyteuſi non ſuccedere fiſcum, ſed ſuccedere eos, qui iuxta inueſtituram vocantur, ac ſuccederent, ſi ille ab inteſtato, & ſine diſcederet, aſſeuerant Bart. & cõis doctorum ſententia quam Iul. Clar. q. 29. citata, & Molina lib. 4. de primog. c. 11. nu. 4. referunt, ac ſequuntur, & cũ quibus Simancas vbi ſupra conſentit, dum aſſerit, fiſcum ſucceſſorem eſſe extraneum, ac proinde non ſuccedere vniuerſim in emphyteuſim, niſi quando ſuccedere in illa poterat extraneus. Atque hoc idem definit lex Luſit. tit. 3. citato §. 14. iuncto §. 17.

5 Quæ §. 14. citato ẽt † addit, ſi ille, cuius bona confiſcantur, fugiat, ita vt pœna mortis exequi in eo non poſſit, tunc fiſcũ ſuccedere in commoditate eiuſce emphyteuſis toto tempore, quo ille vixerit: illoq; mortuo, deuenire emphyteuſim ad vocatum iuxta inueſtituram. Id quod confirmat illud, quod ex l. ex facto. ff. ad Trebelli. adduximus diſp. 190. §. probat id Anton. Gome. Itemque id, quod diximus diſp. 9. §. quando bona.

Atque hoc ipſum habet locum, quãdo aliquis de crimine hæreſeos damnatur, eiuſq; bona confiſcantur, ſed miſericorditer Eccleſiæ reconciliatur: interim, dum is viuit, commoditas emphyteuſis illius de qua loquimur, pertinet ad fiſcum; eo verò mortuo, deuenit ad vocatũ inueſtitura, qui illius fuerit capax, deficienteq; capaci, regreditur ad proprietarium: eo quòd emphyteuſis eo ipſo expiret, ac finiatur.

Dixi, ſiue ea emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit, ſiue ſecularis: qm̃ priuilegium, quod Eccleſiaſtica emphyteuſis redeat ad Eccleſiam, & cum proprietate conſolidetur, ſolum eſt qñ deuenit ad fiſcum, vt ex authentico citato eſt manifeſtum: neq; vlla æquitas patitur, vt qñ emphyteuſis Eccleſiaſtica vi inueſtituræ deuenire non poterat ad fiſcum ob delictum illam poſſidentis, ſpoliarentur illa propter idem delictum, qui eadem inueſtitura ad eã vocabantur, & regrederetur ad eccleſiam; neque eſſe æquum tale priuilegium, ſi Eccleſię concederetur. Quare, c. fælicis, ſi nomine, locationum, emphyteuſes compræhendantur, illæ ſolæ cenſendæ ſunt comprehenſæ, quæ ob tale delictum deuẽturæ erant ad fiſcum, & de eiſdem ſolum intelligenda eſt lex Luſitan. tit. 3. citato. §. 16.

Addi-

Additum eſt in concluſione; modo capaces illius ſint, & ca. quoniam, vt habetur l. quiſquis. C. ad l. Iul. Mai. l. 2. tit. 2. par. 7. & lib. 5. Luſit. ordin.
6 tit. 3. §. 12. filij † eius, qui crimen commiſit læſæ maieſtatis, in perpetua manent paupertate incapaces ad ſuccedendum alijs, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, atque in Luſitanis ordinationibus. §. citato, additur, et ad accipiendum, & ſuccedendum ex donatione, aut contractu inter viuos: vnde in Luſitania incapaces ſunt ad obtinendas emphyteuſes, eſto ex pacto ſint, & prouidẽtia: ſecus verò de iure cõi, & huius Caſtellæ Regni, quando ortum non habent ex vltima voluntate, vt regulariter eum non habent: quare in Luſitania, ſi illi ex inueſtitura vocentur, ab eis excluduntur, ſucceduntq; vlterius eadem inueſtitura vocati: quod ſi nulli vlteriores extiſtant, expirat emphyteuſis, reuertiturq; ad proprietarium, vt habetur lib. 5. Luſit. ord. tit. 3. §. 17.

Poſtrema cõcluſionis pars ex ſe eſt notiſſima, & ex dictis in poſteriori parte præcedentis cõcluſionis. Semper enim fiſcus ſuccedit in toto patrimonio eius, cuius bona confiſcantur.

Quod ad emphyteuſes nominationis attinet, Caldas de nomin. emphyt. q. 5. multis contendit,
7 ſeruum † pœnæ, ſtando in iure communi, atque adeo in iure Luſitano, ſi damnatus ſit ad mortem nominare poſſe ad illas, ductus illo fundamento, quod nominatio ad emphyteuſim in facto conſiſtat, & quod ea, quæ in facto conſiſtunt, ſeruo pœnæ non denegentur. Nobis verò contrariũ videtur verum cum Emmanuele Acoſta & alijs, quos ibidem Caldas citat, ea potiſſimum ducti ratione, quod nominatio ad emphyteuſim in ſolo facto conſiſtat, ſed ſit diſpoſitio emphyteutæ de iure ſuo, vt diſp. præcedente oſtenſum eſt, vbi fundamentum Caldas euertimus: quare cum diſpoſitiones de bonis ſuis, à ſeruo pœnæ factæ, nullę ſint ipſo iure, dicendum eſt, ſeruum pœnæ non poſſe valide nominare ad emphyteuſim.

Nobiſcum apertè conſentit ordinat. Luſitana tit. 3. citato §. 18. Vbi cum ſermo eſſet de eo, qui crimen læſæ maieſtatis commiſit, ſic dicitur. *Eſſendo eſſe foro dado en certas peſſoas, que ſe ajam de nomear, luguo deue ſer tornado de ſenhorio dõde procedeo, porque eſſe, que a dita maldade cometeo, nõ pode de poys de cometida nomear peſſõa alguna. E ſe antes alguna nomeacam teueſſe feyta, e anichilada e auida por ninguna, como ſe nunca fora.* Hoc autem intelligo, de nominatione per vltimam voluntatem, aut donatione cauſa mortis, facta ante delictum, quæ nulla redditur eo ipſo, quod ſeruus pœnæ efficitur: ſecus autem de nominatione irreuocabili, aut etiam reuocabili, quæ eſt diſpoſitio inter viuos: diſpoſitiones quippe inter viuos, etiã reuocabiles factæ ab aliquo ante crimẽ commiſſum, non redduntur nullæ ob crimen ſequẽs, eſto tale crimen ſit læſæ maieſt. humanæ, aut diuinæ, vt diſput. 659. oſtendemus. Hoc ita conſtituto, 4.
8 concluſio eſt. Emphyteuſes † nominationis eius, cuius bona publicantur, non pertinent ad fiſcum, ſiue ſint ex pacto, & prouidentia, ſiue hęreditarię, ita vt ad illas nominari poſſit extraneus, quando ob crimen, delinquens ſeruus pœnæ efficitur, ſed mortuo delinquente, deuoluuntur ad proprietarium, quaſi conceſſæ ſub conditione, ſi nominaueris, nec ſubſiſtente conditione, facto illo incapaci ad nominandum. Interim verò, dum delinquens viuit, commoditas illius pertinet ad fiſcum loco delinquentis. In Regno tamen Caſtellæ credo emphyteutam, cuius bona confiſcantur, poſſe nominare, iuxta ea quæ in præcedentib. & diſpu. 9. dicta sũt. Idem arbitror in Luſitania, ſi in aliquo euentu bona alicuius confiſcarentur, neq; ille ad mortem damnaretur naturalem: idque pp eãdem rationem. Si quæ autem eſſent melioramenta facta in eiuſmodi emphyteuſibus quæ ad patrimonium delinquentis pertinerẽt, quo ad æſtimationem, illa æſtõ ad fiſcum ſpectaret. Tota hæc concluſio ſatis perſpicua eſt ex ſe, & ex dictis præcedentib. cõcluſionib. neq; alia indiget ꝓbatione.

Num religioſus poſſit ad emphyteuſim nominare, & quando emphyteuſis religioſi ad monaſterium pertineat.

DISPVTATIO CCCCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis religioſi quando ad monaſterium pertineat, & quando ad eius hæredes ab inteſtato.*
2 *Religioſus emiſſa profeſſione, an nominare poſſit ad emphyteuſim, & quando.*

RElígioſum, antequam religionem profiteatur, aut in noſtra Societate, antequã ad gradum coadiutoris ſpiritualis, vel tẽporalis, admittatur, poſſe ad emphyteuſim ſuam nominare, ex ſe, & ex dictis diſput. 139. & 140. eſt ſatis perſpicuum. Tota aũt difficultas eſt, ſi profeſſus iã ſit, aut in noſtra Societate coadiutor, an nominare poſſit. Sed prius explicandum eſt, quãdo emphyteuſis religioſi ad monaſterium pertineat.
1 Quando † religioſus de ſua emphyteuſi diſpoſuit, antequam religionem profiteretur, tunc non eſt cur ad religionem pertineat, vt ex dictis diſp. 140. liquet. Quando autem non diſpoſuit, profeſſuſque eſt religionem, quæ ius habet ad bona ſui religioſi, diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi emphyteuſis non eſt hæreditaria, ita vt in illam ſuccedere poſſit extraneus, tunc emphyteuſis non pertinet ad religionem, ſed in ea ſuccedunt, qui inueſtitura ad eam vocantur, de quorum numero non eſt monaſterium.

Commoditas tñ illius pertinet ad monaſterium interim dum talis religioſus viuit: eo autẽ defuncto, integrè trãſit emphyteuſis ad eũ, aut ad eos, qui inueſtitura vocantur. Item, ſi melioramenta ſint aliqua in ea emphyteuſi, quorũ æſtimatio ad patrimonium talis religioſi, antequã profiteatur, pertineant, ea etiã pertinent ad monaſterium: eo quòd in omnibus bonis talis religioſi ſuccedit. Si

tamen religioſus ille deſcendẽtes, aut aſcendentes haberet, eis deberetur ſua portio legitima, ſicut in alijs bonis talis religioſi, vt diſpu. 140. dictum eſt, ita in eiuſmodi æſtimatione melioramentorum.

Primum horum affirmat, cum communi ſententia, quam refert, Iulius Clar. 4. libr. ſent. §. emphyteuſis, quæſtio. 33. ſatiſque eſt perſpicuum ex ſe, & ex dictis diſputatione præcedente. Reliqua verò ſatis manifeſta ſunt ex diſputatione præcedente, & ex diſputat. 140. neque alia probatione indigent. Si verò religioſus ille profiteatur religionem, quæ ius non haberet ad bona talis religioſi, aut in noſtra Societate ad gradum coadiutoris admitteretur, tũc ſtatim emphyteuſis illa pertineret, etiam quo ad commoditatem, ad eos, qui inueſtitura, ad eam vocantur; æſtimatio verò illa melioramentorum ad hæredes illius ab inteſtato attineret, ſiue eſſent illi ipſi, qui ſuccedunt in emphyteuſim, ſiue alij, vt ex dictis diſput. 140. citata conſtat.

Quando autem nulli exiſterent, qui inueſtitura ad eam emphyteuſim vocarentur, tunc expiraret emphyteuſis, regredereturque ad proprietarium, qui ſoluere teneretur æſtimationem meliorametorum, vel monaſterio, ſi ius haberet ad bona talis religioſi, vel hæredibus ab inteſtato eiuſdem religioſi, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & ex dictis diſput. præcedente.

Si verò emphyteuſi ſit hæreditaria ita vt ad eã ſuccedere poſſit extraneus, neque ſit nominationis, & profeſſio fiat in monaſterio comparãte ius ad bona talis religioſi, tunc pertinet emphyteuſis illa ad id monaſterium, ſicut & cætera bona talis religioſi: tenetur tamen monaſterium eam alienare: eo quod propter ſua priuilegia, & alia incõmoda, quæ inde ſequeretur proprietario, deterior redderetur conditio proprietarij, vt diſputatione præcedente, & diſp. 140. dictum eſt. Ita Iulius Clarus vbi ſupra, & communis ſentẽtia, resque eſt ex ſe ſatis perſpicua.

Atq; de hac ſola emphyteuſi intelligenda ſunt quæ diximus diſput. 140. citata. Si verò poſſeſſio fiat in monaſterio non comparante ius ad bona talis religioſi, aut is religioſus in noſtra Societate admittatur ad gradum coadiutoris, tunc eo ipſo talis emphyteuſis cum melioramentis deuenit ad hæredes ab inteſtato religioſi illius: quia reputatur tanquam mortuus naturaliter ad eum effectũ vt ex dictis diſp. 140. liquet.

Queſt. 2 Vtrum autem religioſus † emiſſa profeſſione, aut in noſtra Societate emiſſis coadiutorum votis, nominare poſſit ad emphyteuſim. Caldas de nominat. emph. quæſt. 6. affirmat, ductus illo ſuo fundamento, quod nominatio ad emphyteuſim, conſiſtat in facto, ac proinde competat, etiam religioſo profeſſo.

Deciſ. Contrarium tamen eſt dicendum: quoniã verè eſt diſpoſitio de re, ac iure ſuo, vt duabus diſputationibus præcedentibus dictum eſt: nullum verò ius bonorum temporalium remanet religioſo emiſſa profeſſione, neque coadiutoribus in noſtra Societate, nullaque diſpoſitio de illis, tanquam ſuis, manet eis miſſa profeſſione.

Ea autem de cauſa diſputa. 140. cum Panorm. Nauar. Couarr. & communi doctorum ſententia diximus religioſum, emiſſa profeſſione, reuocare non poſſe teſtamentum à ſe ante profeſſionem factum, etiam ſi reuocare illud velit in fauorem monaſterij, aut alterius cauſæ piæ; quoniam per profeſſionem mortuus eſt mundo, ita vt neque diſponere deinceps poſſit de bonis, quæ antea habebat, & idcirco, ſicut poſt profeſſionem teſtari non poteſt, ita neque reuocare teſtamentum ante profeſſionem factum. Et diſput. 141. cum Nauarro dicebamus, quod quamuis in authentica, ſi qua mulier. C. de Epiſc. & cleric. & c. ſi qua mulier, 19 q. permiſſum ſit religioſo profeſſo, ſi ante profeſſionem teſtamentum non condidit, diuidere bona ſua inter liberos, ſi eos habeat, legitima eorũ portione non diminuta, & relinquendo portionem quandam monaſterio, extra eum tamen euẽtum in ea authentica permiſſum, eoque modo, quo ibi conceſſum, id eſt, neque inter liberos poſſe quicquam de ſuis bonis diſponere: eo quod dominio, & adminiſtratione eorum careat, neque habeat velle, aut nolle.

Si ergo religioſus, qui emphyteuſim nominationis habebat, profeſſionem emittat, aut in noſtra Societate vota coadiutorum, nulla facta nominatione, expirat emphyteuſis, deuoluiturq; ad proprietarium, tanquam deficiente conditione, ſub qua pro aliquibus fuit conceſſa, videlicet, ſi aliquem eorum nominauerit.

Niſi in Luſitania dicas, emittentem profeſſionem, nullo antea condito teſtamento, cenſeri defunctum ab inteſtato, ac proinde, ſi deſcendentes, aut aſcendentes habeat, tacitè cenſeri nominaſſe vnum eorum eo ordine, qui diſput. 480. ex Luſitanis ordinationibus relatus eſt. Licet autem expiret emphyteuſis nominationis, eo quod nullus ad eam ſit nominatus; nihilominus non expirat ante mortem talis religioſi, ac proinde commoditas illius pertinet ad monaſterium, in quo ille profeſſionem emiſit, toto tempore, quo talis religioſus vixerit, ſi monaſterium illud ius habeat ad bona religioſi illius: alioquin, ſi ius non habet, commoditas illa deuoluitur ad hæredes ab inteſtato religioſi illius, ſiue emphyteuſis illa nominationis hæreditaria eſſet, ſiue ex pacto, & prouidentia.

Idem dicendum eſt de valore meliorationum emphyteuſis illius, ſi quis eiuſcemodi valor ad patrimonium talis religioſi ante profeſſionem attinebat, vt ex ſe vtrumque ſatis eſt perſpicuum. Illud poſtremò admonuerim, eſto emphyteuſis nominationis eſſet hæreditaria, fas tamen non fuiſſet religioſo illi ante profeſſionem nominare ad illam monaſterium; eo quod ſucceſſione monaſterij in illa, deterior multò reddatur cauſa proprietarij, vt ſæpe dictum eſt.

Nonnulla

Nonnulla alia circa nominationem ad emphyteuſim.

DISPVTATIO CCCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta habens facultatem nominandi ante eius mortem, quem voluerit, poteſt ad eius libitum vſque ad mortem variare, & mutare eandem nominationem.*

Cum declaratione, vt ibid.

2 *Emphyteuta habens facultatem nominandi nulla facta mentione mortis non poteſt nominationem factam reuocare.*

Fallit tamen, & limitatur, vt ibid.

3 *Emphyteuſis, ſi per venditionem primi emphyteutæ, qui habet facultatem nominandi, tranſeat in diuerſas perſonas, primo emphyteuta viuente, ſecunda perſona nominanda cenſetur illa, quæ reperitur in emphyteuſi tempore mortis ipſius primi emphyteutæ, & deinceps.*

4 *Emphyteuſis ſi ſit conceſſa ad aliquot certas vitas, vltimus ſuperſtes quas perſonas poſſit nominare, & quæ cenſeatur expreſſe nominata.*

SEquentes concluſiones circa nominationem ad emphyteuſim de iure Luſitano, vbi contractus hic frequens eſt, ſunt adhuc ſtatuendæ.

1 Prima eſt. Si contractu emphyteutico † nominationis côtineatur, perſonas quib. facultas nominandi conceditur, poſſe ante mortem ſuam, aut tempore mortis, nominare, quẽ voluerint, tunc ante mortem poſſunt nominare ſemel, iterũ, & pluries, diuerſas perſonas, quas voluerint, ſemperque poſterior nominatio reuocat priores. Ratio autem eſt, quoniam, quæ ad tempus mortis ordinantur, mutari ante mortẽ, ac reuocari poſſunt. Si tamen, qui eo modo facultatem habet nominandi, tranſtulerit in aliquem ius emphyteuticum, vel dotis, aut donationis ad nuptias cauſa, vel aliqua alia, tunc nullum alium poterit deinceps nominare, etſo, dum ita ius emphyteuticum in aliũ tranſtulit, ſibi reſeruaſſet vſumfructum rei illius emphyteuticę: quin potius diſpoſitio de tali iure emphyteutico pertinet deinceps ad eum, in quem illo modo fuit trãſlatum. Quãdo autem ſcriptura aliqua publica conſtiterit de nominatione ad emphyteuſim facta alicui, tunc non admittitur in eo Regno probatio per teſtes alterius prioris nominationis, niſi facta ſit in teſtamento nuncupatiuo vocetenus facto tempore mortis duntaxat, & cum ſex teſtibus ſiue maſculis, ſiue fœminis, quo pacto eſt validum in eo Regno, vt diſput. 126 explanatum fuit. Si autem non conſtiterit de nominatione alia, facta ſcriptura publica, valida cenſetur nominatio, quæ tribus teſtibus probata fuerit.

Hæc habentur lib. 4. Luſitan. ordin. titu. 63. in princ. & §. 2. ac penult. Quæ tamen de probatione dicuntur, intelligenda, meo iudicio, ſunt, vt fidem in foro exteriori in Regno faciãt. In foro quippe conſcientię valida erit nominatio, ẽt ſi prçceſſerit alia publica ſcriptura facta, & poſterior corã paucíores teſtes, quã tres, facta ſit: qn & in foro exteriori valida cẽſebitur, ſi aliter, ritè nominatus, cõfiteaṙ factã ab emphyteuta eã nominationẽ fuiſſe.

2 Secunda cõcluſio. Si emphyteutico † nominationis contractu facultas nominandi concedatur nulla facta mentione mortis, tunc eo ipſo, quod nominata eſt aliqua perſona, etſi illa inſcia talis nominationis ſit, nominari non poteſt alia: quòd ſi nominetur, inualida eſt quæcunque poſterior nominatio, neque reuocat priorem. Excipitur, quando aliquis nominat in teſtamento: vt enim teſtamentum ante mortem teſtatoris reuocari poteſt, ita, & nominatio in eo contenta.

Quando item aliquis nominauit in teſtamẽto ipſo iure, aut alia de cauſa nullo, nominatio in eo contenta eſt nulla. Excipe, niſi ſit nullũ ſolũ quo ad hæredis inſtitutionẽ, vt quia aliquis ſine iuſta cauſa fuit in eo præteritus, aut exhæredatus: tunc enim nominationes ad emphyteuſim in eo factæ validæ ſunt, ẽt de iure Luſitano, vt diſp. 175. latè aduerſus Alua. Valaſ. oſtẽdimus. Item, qñ aliquis iuxta tenorem huius concluſionis primò aliquem nominauerat extra teſtamentum, non transferendo in illum emphyteuſim, ſi nominatus ante nominantẽ moriatur, manet in nominante ius, & facultas ad iterũ nominandum; eo quod nominatio prima, neq; fuerit ſortita, neque ſortiri poſſit effectum transferendi ius emphyteuticum in ita nominatum. Idẽ, propter eandem rationem, dicendum eſt, ſi quis fuerit nominatus ſub conditione aliqua, quæ deficiat ante mortem nominantis.

Quarè, ſi quis nominauerit vnũ ſub cõditione pendente in futurũ, nominare ſimul poteſt aliquẽ in euentum, quod ea conditio deficiat. Quæ dicta ſunt cõcluſione præcedente de probatione nominationis per ſcripturã publicam teſtes, aut teſtamento nuncupatiuo vocetenus facto, ſimiliter locum ſuo modo habent in nominatione, de qua in hac concluſione eſt ſermo. Dicta verò vtraq; concluſione ſimiliter habent locũ, ſiue emphyteuſis, facultaſque nominandi conceſſa ſit cõtractu, etiã lucratiuo, ſiue teſtamento, vltimave voluntate. Hęc habentur tit. 63. citato. §. 1. 2. 3. 4. pen. & vlt.

Tertia concluſio. Quando in emphyteuſi, de qua duabus præcedentibus concluſionibus, & à
3 diſp. 480. eſt ſermo, prima † perſona (verbi gratia) quæ facultatẽ habet nominandi aliam, vendit alicui, donat, aut quouis alio titulo ius emphyteuticũ in eum transfert, quãuis in ea perſona nõ maneat ius diſponendi iterum de eadẽ emphyteuſi, ſed id pertineat iã ad nouum emphyteutam, qui vendere, aut donare, vel quouis alio titulo trãsferre poteſt illud ſuũ ius in alterũ, atque, ſi emphyteuta diſcedat, vel nominato aliquo, vel nullo ad eã emphyteuſim nominato, eo oĩa ſeruanda ſint, quæ ex tit. 62. Luſitanarum ordinationum, diſp. 480. ſeruanda eſſe diximus, nihilominus, quamdiu ea prima perſona viuit, nullus eorũ, ad quos ius illud emphyteuticum toto eo tempore deuenit, cenſetur ſecunda perſona nominanda, ſed is, qui tempore mortis primi illius emphyteutæ repertus in ea emphyteuſi fuerit, cenſetur ſecunda perſona. Et, qđ de illa prima perſona eſt dictũ, intelligendum

telligendum ſimiliter eſt de ſecúda,& de reliquis, quæ, iuxta formam contractus, aut conceſſionis emphyteuſis,facultatẽ habuerint ad nominandũ: nullus enim eorũ, ad quos emphyteuſis deuenit, cẽſetur ſecunda perſona,quouſq; ſecũda illa alia, quæ in emphyteuſi ipſe primæ fuit reperta,moriatur. Vltima verò perſona,quę nõ habet ius nominandi vlterius, poterit vẽdere, aut alio titulo trãſferre in alium ius ſuũ emphyteuticũ tempore vitę ſuæ: & ille rurſus in aliũ,& ita cõſequenter, tempore ſimiliter vitæ illius vltimæ perſonæ. Si verò aliquid aliud inter transferentẽ ita ius emphyteuticũ,& eum in quẽ transfertur, conſtitutũ authoritate proprietarij fuerit,id eſt ſeruandũ. Hæc oĩa habentur lib.4. Luſit.ord.tit.64.tribus.§.vltimis.

Illud circa tres concluſiones præcedentes, & circa dicta à diſp.480.admonuerim. Dũ in Luſitania commorarer,relatum mihi eſſe,in aliquibus eius Regni locis, vt in regione, quæ in inter Duriũ,& Miniũ, conſuetudine eſſe receptum,quãdo emphyteuſis ſumitur ad aliquot vitas, rẽ emphyteuticã diuidi inter hæredes eius, qui illam poſſidebat:nominationẽ verò ſolum inſeruire, tum vt finita vita perſonæ vltimò,iuxta formam contractus,nominatæ,empyteuſis expiret,reſq; emphyteutica ad proprietarium deuoluatur: tum etiam vt perſonæ ita nominatæ ſint tãquam capita emphyteuſis, quæ penſionẽ integrã teneantur ſoluere proprietario,cõtribuentibus cæteris,inter quos res emphyteutica eſt diuiſa, partes proportionales penſionis. Idem circa emphyteuſim in genere ſeruari retulimus diſputatione 460. Gamamque aſſerentem, id ex ſe eſſe licitum: eo quòd nullum damnum inde proprietario obueniat.

4 Quarta concluſio. Qñ † emphyteuſis conſtituitur ad aliquot vitas certas, tum quo ad numerũ, tum etiam quo ad perſonas ipſas; vt ſi concedatur alicui vxori illius, & cuidam filio ex ipſis procreato,aut procreando; tunc vltimum parentem, qui ſuperſtes fuerit nominare poſſe filium, vel filiam,quã voluerit. Quod ſi tẽpore mortis caruerit filijs habeatq; nepotes, nominare poſſe nepotem, aut neptem,quam voluerit, eſto in cõtractu, de filijs ſolũ fuerit facta mentio. Ita hr̃ 4 lib. Luſitan.ordi.tit.63.§.5. Idem credo eſſe de pronepotibus in defectum nepotum. Si autem moriatur ab inteſtato, aut condito teſtamento, ſed nullo ad eam emphyteuſim expreſſe nominato, filius maior natu cenſetur nominatus; & in defectum illius ſeruandus eſt ordo ex ti.62.diſp.480.relatus.

Aſcendentes autem, aut tranſuerſales, conſtat eo contractu non compræhendi: cum nomine filiorum intelligi non valeant. Quando ſub forma huius cõcluſionis celebratus eſt contractus in regione illa inter Durium,& Minium,relatum mihi etiam fuit,cõſuetudine eſſe receptum,per mortem alterius coniugis,diuidi rem emphyteuticam inter ſuperſtitem,& filios defuncti,& mortuo vltimo parente, portionem illius diuidi inter hæredes deſcendentes eiuſdem; nominationes verò has ſolum inſeruire, vt intelligatur, quando finiatur emphyteuſis, & vt perſona contractu ipſo, aut ab vltimo parente, nominata, ſit quaſi caput emphyteuſis, modo paulò antea explicato.

Vtrum finita emphyteuſi teneatur proprietarius renouare contractum ſucceſſori vltimo emphyteutæ.

DISPVTATIO CCCCLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis finita per caducitatem in commiſſum, deuoluitur abſolute ad proprietarium.*
Quod amplia,& limita vt nu.2.
3 *Proprietarius finita emphyteuſis,quibus perſonis, & caſibus renouare emphyteuſim teneatur.*
Et quid in emphyteuſi Eccleſiaſtica.nu. 4.& 8.
Intellige,vt nu.6.
Contrarium tamen vide nu.9.contra communem.
5 *Pacta in emphyteuſi appoſita ſeruanda ſunt.*
7 *Proprietarius an teneatur renouare emphyteuſim ſucceſſori vltimi emphyteutæ, intra tempus debitum petenti, etiam ſi illam alteri conceſſerit, & ſic re non integra.*
10 *Intellectus ad l.1.§.permittitur, ff. de aqua quotidiana,& æſtiua.*
11 *Intellectus ad l.congruit.C.de loc.*
12 *Bart.opinio,& communis in materia renouationis emphyteuſis,faciendæ per proprietarium ſucceſſori vltimi emphyteutæ, an in Luſitania ſeruetur.*
13 *Proprietarius an teneatur reuocare emphyteuſim ſucceſſori vltimi emphyteutæ, propter meliorationes in re emphyteutica factas.*

SVpereſt dicamus de renouatione contractus emphyteutici,examinemuſque inſignem propoſitam quæſtionem. Obſeruandum autem eſt,
1 ſi † emphyteuſis idcirco finiatur, quòd emphyteuta in commiſſum inciderit aliquo ex modis in præcedentibus explicatis,tunc ita deuolui ad proprietarium, vt neque emphyteutæ ipſi,qui in commiſſum incidit, neque ſucceſſoribus illius, teneatur contractum innouare,vt omnes confitentur. Ita Caldas de renouat.emphyteu.q.8.num.1.& alij, quos refert.

2 Habet † autem id verum, etiamſi, quando in emphyteuſim aliquid fuit traditum, appoſitum fuerit pactum de renouanda emphyteuſi, quando finitus ſit contractus,vt cum communi ſententia, quam refert, tradit idem Caldas de renouat. emphyteu.quæſt.9.num.5. Si item emphyteuſis conceſſa ſit alicui, vxori, & vni filiorum, illique filios, ac deſcendentes non habeant; aut conceſſa ſit alicui, & deſcendentibus illius vſque ad tertiam generationem,certè ſi res ad eum ſtatum deueniat, vt nulli omnino ſint deſcendentes primi emphyteutæ,ita extincta eſt cenſenda emphyteuſis ac reuerti ad proprietarium, vt non teneatur contractum innouare: quoniam non tenetur illum innouare, ac continuare, niſi iuxta primam formam contractus. Atque hoc totum eſt, quod

aſſere-

aſſerere videtur Caldas ibidem cum alijs, quos citat. Quare in contractu emphyteutico ad certum tempus, aut ad certas vitas conceſſo, attendendum eſt, an ſit ſimpliciter hæreditarium, ac tunc hæres, aut hæredes, vltimi emphyteutæ, petere poterunt renouationem, iuxta eorum opinionem, qui aſſeuerant, proprietarium teneri renouationem concedere.

Si verò ſit ex pacto, & prouidẽtia mixtè, tũc, q hæredes fuerint vltimi emphyteutę, & iuxta formã primi cõtractus vocarent, ſi in perſona antecedente non finiretur, petere poterunt renouationẽ, & non alij. Si autem ſit ex pacto, & prouidentia ſimpliciter, tunc, qui ſimiliter habuerint qualitates requiſitas iuxta formam primi contractus, ſaltem reſpectu primi emphyteutæ, petere illam poterunt, & non alij. Vnde ſi ad emphyteuſim aliquam vocentur ſolum deſcendẽtes primi emphy-
1 teutæ, vltimuſque emphyteuta hæredem inſtituat ſuã propriam vxorem, tunc, quia illa eſt extranea cõparatione primi emphyteutæ, petere nõ poterit innouationem.) In his conuenire videtur Gama cum alijs, quos refert, deciſ. 326. & conſentit Staphyleus de literis gratiæ, c. de modis prouiſ. nu. 3.

Atque iuxta hanc noſtrã doctrinã cõponendæ ſunt contrariæ opiniones, dirimendaque eſt quæſtio, q̃ Iulius Clar. 4. lib. ſent. §. emphyteuſis. q. 43. nu. 2. & Caldas de renou. emph. q. 9. à nu. 15.
2 excitant, neque, vt oportet, definiunt. Atq; ex his facilè intelliges, in quo euentu, & quo ad quas perſonas, locum habeat quæſtio propoſita, num proprietarius, finita emphyteuſi, renouare illis teneatur contractum emphyteuticum.

Bart. l. 1. §. permittitur (qui eſt penultimus eius legis.) ff. de aqua quotid. & æſti. & poſt eum cõis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Caldas vbi ſupra, nu. 2. Iulius Clar. 4. lib. ſent. §. emphyteuſis, q. 43. Gama deciſ. 41. Staphyleus. nu. 3. citato, Alu. Valaſ. de iur. emphy. q. 38. num. 17. & Emmanuel Acoſta de maioratibus part. 1.
3 numero vlt. affirmant, finita † emphyteuſi in euẽtu explicato, poſſe ſucceſſores, de quibus habitus eſt ſermo, petere à proprietario renouationem contractus, quam de facili obtinebunt: ſi verò eis à proprietario non concedatur, fieri illis iniuriam; eaque de cauſa poſſe de iure canonico appellare; ac recurrere ad ſuperiorem, vt cogat proprietarium emphyteuſi renouare.

Ducuntur ad hoc ita aſſerendum. Primò ac potiſſimum, §. permittitur, citato, vbi habetur, principem, & non alium, concedere poſſe aquam duci de riuo, aut alio loco publico, ad rigandum prædium. Atq; interdum conceſſionem fieri prędijs, & interdum perſonis dominis prædiorum. Si autem conceſſio eius aquæ fiat prædio, non expirare extincta perſona, cuius p̄dio, fuit conceſſa, quoniam eſt conceſſio realis facta prædio, quæ perſeuerat cum prædio, ad cuiuſcunque dominiũ perueniat. Si verò fiat perſonæ, tunc expirare cum perſona: quoniam erat conceſſio perſonalis: quare nec tranſit ad hæredes illius, cui fuit facta ea conceſſio, neque ad alios dominos eiuſdem prædij, ſi fortè is cui conceſſio illa fuit facta, prædium illud vendat, aut titulo alio in dominium alterius illud transferat.

Additur in eo euẽtu, nouum dominum prædij facilè impetraturum conceſſionem aquæ ad irrigandum id prædium. Qm̃, ſi doceat, ſuis prædijs aquam eſſe debitam, ẽt ſi fluxerit noĩe eius à quo dñium eius prædij in ipſum tranſit, vtpote illi pſonaliter conceſſa, indubitatè ius aquæ deducendæ impetrat. Neque hoc (conceſſio videlicet talis aquę) eſt bñficium, ſed iniuria, ſi quis fortè nõ impetrauerit eã aquã à principe. Quo in §. glo. verb. impetrabile exponens eam vocem, ideſt facilè poteſt impetrari, & debet facilè concedi, addit Et eſt ſimile hoc inueſtituræ feudorum: mortuo enim vaſallo, facilè poteſt impetrare hęres maſculus inueſtituram: quia debet ei dari, & debet iurare.

Ex hoc textu, iuncta gloſſa, colligunt Bart. & q illum ſequuntur, idem eſſe in feudis, & in emphyteuſi, nempe ꝙ finita vltima vita, pro qua fuerant conceſſa, iniuria fiat ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ, aut feudatarij, petentibus renouationẽ emphyteuſis, aut feudi, ſi eis non concedatur, ac proinde illos recurrere tunc poſſe ad ſuperiorem, vt cogat proprietarium renouationem concedere.

Citat deinde Bart. in confirmationem eius ſententiæ l. congruit, & l. prędia C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. item quædam iura feudorum, & l. nullius. C. de decurionib. lib. 10.

Item Bart. & alij; in confirmationem eiuſdem ſententiæ citant gloſſam vltimam cap. bonæ memoriæ, 2. de poſtulationib. gloſſam item vlt. cap. vlt. 100. diſtinct. quę duæ gloſſę affirmant, quamuis pallium, quod Summus Pontifex Archiepiſcopis concedere conſueuit, priuilegium ſit perſonale, fieret tamen iniuria ſucceſſoribus in archiepiſcopatibus, niſi eis à Summo Pontifice eo modo concederetur, quo ſuis prædeceſſoribus concedi fuit conſuetum. Idque gloſſæ illę probant ex §. permittitur citato. Hactenus autem non video ſententiam Bart. & communem alicui alteri inniti fundamento.

4 Eſt verò † concertatio, num hæc Bartoli, & cõmunior ſententia, locum etiam habeat in emphyteuſi Eccleſiaſtica; an verò ſolum in ſeculari. Et quamuis communior doctorum ſententia, quam, inter alius, referunt, ac ſequuntur Iulius Clarus, quæſt. 43. citata, & Caldas quæſt. 8. citata nu. 5. ſit, locum etiam habere in Eccleſiaſtica; multi tamen, quos idem Caldas ibidem, nu. 6. nuncupatim refert, id negant. Idque confirmant ex authẽtico de non alienandis. §. quod autem, in fine, vbi improbatur pactum, quo Eccleſia promittat finita tertia generatione, ſe renouaturam emphyteuſim deſcendentibus vltimi emphyteutæ, illoſque præponendos eſſe alijs: ſtatuiturque, nihil impediente eo pacto, poſſe Eccleſiam, finita tertia generatione, emphyteuſim vſurpare. ſi autem Eccleſia teneret innouare emphyteuſim illo modo, finita tertia generatione, vtique non improbaretur tale pactum: quin, ſi ſucceſſores emphyteutæ cogere poſſent Eccleſiam ad eam innouationem, nihil emphyteutæ curarent de adhibendo eo pacto: neque tam libere in authentico citato pronuncia-

nunciaretur, Eccleſiam, finita vltima generatione, poſſe, ſibi emphyteuſim vſurpare. Hæc autem verba ex nouella conſtitutione.7.c.4.refert Antonius Auguſtinus. *Nã & illã pactionem, immo magis calidam machinationem, reijciendam eſſe conſtitutio iubet, id eſt, ſi pactus fuerit cum œconomis, & religioſo Epiſcopo, et alijs perſonis, quas enumerauimus, is, qui emphyteuſim cõtrahit, vt etiam tribus perſonis defunctis nihilominus deinceps ſucceſſoribus liceat emphyteuſeos titulo res immobiles ab Eccleſia capere, & alijs perſonis anteponi: talem enim machinationem, vtpote calide factam, conſtitutio reprobauit.* Hæc ex conſtitutione illa.

Panorm.c.bonæ memoriæ 2.citato, nu 28.opinionem Bar. & reſtringendam cẽſet, vt ſolum intelligatur, qñ eccleſia, aut alius proprietarius, concedere vellet emphyteuſim finitã, alicui extraneo; tunc enim præponendi eſſent ſucceſſores vltimi emphyteutæ: ſecus autem, qñ eam ſibi vellet vſurpare: nam tunc cogi non poſſet illam innouare. Atque hanc ſententiam amplectũtur Emmanuel Acoſta, nu.vlt.citato, Gama deciſ.41.nu.vlt.& in eam inclinat Iulius Clarus vbi ſupra, nu.vlt.eamque amplectuntur plerique alij, quos Çaldas vbi ſupra, nu.16.refert. Vt enim ait Pan. ſi eccleſia in nullo euentu poſſet emphyteuſim finitam denegare ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ, fruſtra in authentico de non alien.§.emphyteuſim, ſancitum fuiſſe, res eccleſiæ concedi non poſſe ad emphyteuſim, niſi ad tres vitas.

Quidã vniuerſim volũt, qñ in cõtractu emphyteutico appoſita eſſet clauſula in Luſitania apponi cõſueta, nempe, qp finitis tribus vitis, res emphyteutica libera, & expedita, ac ſine vllo impedimẽto, reuertatur ad eccleſiam, aut ad alium dñm directum, tunc non teneri proprietarium innouare emphyteuſim ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ.

5 Etenim † pactis, ac conditionibus appoſitis in contractibus eſt ſtandum, præſertim in contractu emphyteutico, vt ex §.alio, Inſtit.de locat.& ex l. 1.& ſequentibus.C.de iur.emphy.ſæpe in præcedentibus dictum eſt. Atque ita refert Gama deciſ. 41. nu.6. & deciſ 326. nu.8. aliquando fuiſſe iudicatum in Luſitano ſenatu, eſſeque iudicãdum. Quamuis Caldas, qui q.8.citata à nu. 9. & à 18. vniuerſim, tam in hoc, quam in præcedenti euentu, mordicus cenſet, cogendam eſſe eccleſiam innouare emphyteuſim ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ, referat, aliquando fuiſſe etiam in contrarium in eodem ſenatu iudicatum.

Qui affirmant proprietarium teneri renouare emphyteuſim ſucceſſori vltimi emphyteutæ, ſi eã

6 petat, ſubiungunt, ſi is ſucceſſor † renouationem nõ petat, intra annũ à puncto finitæ emphyteuſis, eo ipſo amittere ius petendi renouationem, ac proinde proprietariũ non teneri eam deinceps illi concedere, argumento textus, c.1. §. Titius filios ſi de feud.defunct.conten. ſit inter dom.& agnat. Vbi, qui ius ad feudum aliquod habebat, quia nondum tempus aduenerat, in quo ad proprietarium regredi debebat, ſi intra annũ ſciens taceat, illudque nõ petet, repellitur, ſi deinceps illud petat: itemq; argumento c.1.§.porrò, qualiter olim poterat feud.alien. vbi cum facultas ſit apud proprietarium redimendi, pro eodem pretio feudum à vaſallo alienatum, ſi, ſciens, & prudens id non faciat intra annum, amittit facultatem deinceps illud redimendi: ſilentiũ quippe illud annale vim hẽt repudiationis, iuxta Baldum, & alios. Ita communis doctorum ſententia, quam Iul. Clar.q.43. citata verſ.penult.& Caldas de renou.emph.q.5. à num.11.referunt, ac ſequuntur, & quam aſſerit receptam in praxi in Luſitania. Vtrum autẽ minori, elapſo eo anno, concedatur reſtitutio in integrum ad petendam eam renouationem, atque item alijs, quando ex iuſta cauſa, aut impedimento, eam renouationem intra annum non petiuerunt, & alia eiuſmodi, diſputant latè Caldas, q.5. citata à nu.21.q.6.& q.7.& Gama deciſ.117.

Vtrũ aũt, ſi res nõ ſit integra, quia videlicet proprietarius ſtatim finita emphyteuſi, aut certè intra annũ, illam cõceſſit extraneo, anteq; ſucceſſor Quęſt. vltimi emphyteutæ renouationem peteret, locum

7 † adhuc hẽat, ſucceſſorem vltimi emphyteutę poſſe renouationem petere. Iulius Clarus vbi ſupra, verſ. antepenultimo negat, cum alijs, quos tam ipſe, quam Caldas de renouat.emphyt. q.7. à num. 25.referunt. Contra verò Caldas, & alij affirmãt etiam re non integra poſſe petere renouationem intra annum, illique eſſe concedendam.

Poſita aũt ſnia Bar. cõi, diſtinguendũ arbitror. Qm̃ ſi ſucceſſor vltimo emphyteutæ, ſit in poſſeſ- Deciſ. ſione emphyteuſis, quia illam occupauit propter ius petendæ renouationis, tunc etiam re non integra, hunc eſſe præferendum: qm̃ ius huius derogat iuri alterius. Si autẽ proprietarius ita cõceſſerat extraneo emphyteuſim, vt vere miſerit illum in poſſeſſionem illius, tunc, quia per titulum, & poſſeſſionem, cõparauit ius in re, dominiumq; vtile rei emphyteuticæ, præferendus eſt ſucceſſori vltimi emphyteuticę, qui tantum habebat ius ad rẽ, idque ſolum ex quadam æquitate: eo modo, quo ſæpe in ſuperioribus dictum eſt, ſi res vendatur vni, neque illi ea tradatur, neque item ſubijciatur illi hypothecæ in ſecuritatem venditionis, & poſtea vendatur, ac tradatur alteri, ſecundum emptorem præferendum eſſe primo, eo quod ſecundus emptor per traditionem comparauerit dominium rei illius; primus verò per ſolum emptionis titulum comparauerit tantum ius ad rẽ actionẽq; perſonalem aduerſus venditorem, vt illam ipſi traderet, perficeretque omnino venditionem.

Formam autem petendę renouationis emphyteuſis, atque ſtilum in ea concedenda in Luſitania ſeruari conſuetum, & quando penſio in renouatione augeatur lege apud Cald. de renoua.emphyt.q.14.& copioſius, q.20.

His ita circa opinionem Bartoli, ac communem explicatis, ſubijciamus quid de propoſita quæſtione ſentiamus.

8 Atque † in primis, idem dicendum arbitror de emphyteuſi eccleſiaſtica, quod de ſeculari, ſeu priuati. Quoniam, vt communior doctorum ſententia affirmat, eſt eadem ratio, neque minus deceat, atque oporteat eccleſiam, quam priuatos, ſeruare æquitatem, atque ad eam ſeruandam à

ſupe

ſuperioribus Eccleſiaſticis cogi, ſi æquitas in re propoſita tantam vim habeat, vt proprietarius ſecularis teneatur renouare emphyteuſim ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ, atque ad id cogi poſſit à ſuis ſuperioribus.

9 Cæterùm † arbitror, Bartoli opinionē, ac communem, circa vtramq; emphyteuſim falſam ſine dubio eſſe, atque cum iuſtitia pugnare, cogere proprietarium, ſiue is Eccleſia ſit, ſiue priuatus, innouare emphyteuſim ſucceſſori vltimi emphyteutæ, in quo finitus fuit contractus.

Ducor, quoniā emphyteuticus contractus vtique onerоſus eſt, conceſſionis rei emphyteuticæ quo ad vtile dñium, vel in perpetuum, vel ad certas vitas, vel ad aliud tp̄s vltra decennium, prout partes conuenerint, ꝓ certa penſione ſtatutis temporibus ſoluenda, cum his, vel illis grauaminibus, vel ex diſpoſitione iuris, vel ex partium conuentione: quarè, cum contractus ex partium conuentione legē accipiant, vt hr̄ regula, contractus, de reg. iuris in 6. atq; ex ſe eſt notiſſimum, & præſertim hic, in quo ſeruanda ſunt pacta, & conuentiones partium, prout illæ conuenerint, vt hr̄ l. 1. C. de iure emphyt, & §. adeo, Inſt. de locat. ſanè, niſi ex iure, aut aliunde, ſufficienter oſtendatur, qn̄ ex partium conuentione contractus emphyteuticus celebratus eſt ad certas vitas, aut ad aliud tp̄s finitum, directum dominum finito eo tēpore, & vna cum tēpore, finito contractu, teneri illum innouare, nō plus id admittendum eſt, quā in locatione, mutuo, commodato, aut quocunque alio onerоſo contractu, ſit id admittendum, de quibus nullus affirmabit, teneri alterū contrahentiū innouare contractum, ad eumque, q aſſeruerit, proprietarium teneri ad innouandum contractum, ſpectat id ſufficienter probare, alioquin non eſt audiendus, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuū: quarè, cum ea, qbus Bartolus, & cōis opinio nititur, ad aſſerendum proprietariū teneri innouare cōtractum, nullius prorſus ſint momenti, vt liquidè oſtendā; conſequēs profectò eſt, Bartoli, & cōem opinionem, falſam omnino eſſe, iniuriamque proprietario, contra commutatiuam iuſtitiam, fieri, eum cogendo talem innouare contractum.

Cōfirmatur hęc ratio: qm̄ nulli imponi poteſt maius onus circa rem ſuam, quam id, ad quod ſe obligauit ex contractu, niſi ſufficienti rōne oſtendatur ad id teneri, vel ex præſcripto legum, vel aliunde: quarè, cum ex forma contractus non cōſtet proprietarium ſe obligaſſe ad innouandum contractum, quin potius conſtet contrariū: neque rationes Bart. & cōis opinio, ſufficienter probent aliunde ad id teneri, vt ſigillatim oſtendam ſingulas euertendo; conſequens profectò eſt, vt falſa ea opinio ſit, iniuriamque proprietario inferat, eum ad id cogendo, ad quòd verè non tenetur.

Quod ad §. permittitur, attinet. In primis in eo eſt ſermo de cōceſſione aquæ ex gratia ad irrigandum prædium priuatum; attamen facta ex riuo publico, aut ex alia publica aqua commutatis, & facta per principem, cuius eſt concedere, & applicare communia priuatis ex congrua, rationabili; ac iuſta cauſa in bonum commune, atque, in re propoſita, facta cuidam priuato ad irrigandum ſuum agrum, quia ita ęquitas poſtulabat in bonū commune, propter ſitum agri in loco competenti, vt inde ea aqua irrigaretur, ſicut alij ſimiles, fertiliſq; fieret in cōmune bonū, quod eſt aquam illam debitā quodammodo eſſe prædio illi, ac domino illius ad eum effectum, non quidem ex iuſtitia ſed ex decentia, & æquitate morali.

Vnde ait Vlpianus, cuius eſt ille textus ſi nouus dn̄s prædij illius doceat, debitam illo modo eſſe, eſto illucuſque fluxerit nomine prioris dn̄i, quia ſcilicet non prędio, ſed priori dn̄o fuerat conceſſa, facilè illam impetrabit: quia conceſſio illius, non tam eſt beneficium, quam eſſet iniuria, ac denegatio debiti, ſi à principe denegaretur ita debitè illam poſtulanti; cum ex eadem æquitate iam antea illā cōceſſiſſet ſuo anteceſſori; princeps quippe æquitatem, atque æqualitatem, tenetur ſeruare in republica inter ſubditos, in eis applicandis, ac concedendis rebus communibus reipublicæ.

Hinc verò non video, qua conſequentia rectè inferant Bartolus, & cōis ſententia, qđ ſicut princeps, qui ex æquitate, pro munere ſuo, conceſſerat gratiam, ac priuilegium illud aquæ illius priori dn̄o eius prædij, tenetur etiam ex æquitate concedere illam poſteriori poſtulanti, qui in eodem prędio ſuccedit, quia alioquin faceret illi iniuriam, perſeuerante eadem cauſa, atque æquitate, vtendo cum illo ea inæqualitate: ita proprietarius, qui contractum onerоſum emphyteuticum ad certū tēpus pro ſolo ſuo arbitrio cū quodam celebrauit, teneatur, finito eo tempore, ac contractu, renouare illum cum ſucceſſore vltimi emphyteutæ, ſi is id petat, quia alioquin faceret illi iniuriam.

Neque ſanè video, in quo ſit poſita hæc iniuria: aut cur potius id inde ſequatur, quā locatorē, commodatorem, mutuantem, ac deponentem, teneri innouare hos contractus cū conductore, cōmodatario, mutuatario, & depoſitario, aut eorum ſucceſſoribus, finito tpe, pro quo contractus illi fuerunt celebrati, ſi id hi ſimiliter poſtulent: nullus verò ſanè mentis dicet, hoc ſecundum ſequi, aut vllam iniuriam his fieri, ſi, ipſis id poſtulantibus, non innouentur cum eis hi contractus.

10 Deinde † eſt obſeruandum, in §. permittitur, citato, non eſſe ſermonem de iniuria propriè dicta, quaſi in ea de denegatione eius aquæ interueniat iniuſtitia, & quaſi princeps denegās illā ſucceſſori in eo p̄dio, cogi poſſit illam cōcedere: ſed ſolum eſſe ſermonem de iniuria impropriè dicta, vt opponitur honeſtati, ac decentiæ morali, quam in re ꝓpoſita princeps ſeruare dēt erga ſubditos in ſuo munere exequendo, in qua proinde iniuria non cernitur iniuſtitia, neque, qui eam facit, poteſt cogi ab illa ceſſare, contrariumque efficere, vt diſp. 262. cum Caietano dicebamus: id quod planè ſentit gloſſa vlt. c. vlt. 100. diſtinct. dum agens de ea iniuria, ſubdit, iudicem, ea vtentem, cogi non poſſe ab illa ceſſare, contrarium efficere.

Poſſumus verò confirmare in eo. §. nō eſſe ſermonem de iniuria perſonali propriè dicta, quæ iniuſtitiam efficiat; quoniam ibi dicitur, priuilegium, ac ius, quod ex ea conceſſione prædeceſſor habe-

habebat,fuiſſe perſonale,expiraſſeq; cũ illo: ergo nullum ius tranſmiſit in ſucceſſorem, vt, contrauenîendo ei iuri,fiat illi iniuria propriè dicta, atque iniuſtitia,denegando ei aquam illam. Præterea, qm̃ ibidem dr̃, ſucceſſorem facilè impetraturum ius aquæ ducendæ , ſi illud petat : ergo caret iure ad eam ducendam,antequam ei concedatur.

Atque id apertè affirmat gloſſa ibi verb. aquę: quarè denegatione ductus aquæ, nõ contrauenitur iuri iuſtitiæ eiuſmodi noui poſſeſſoris eius p̃dij,ad illam ex eo riuo ducendã, ſed ſolum iuri ex ęquitate,vt ei à principe facultas eam ducendi cõcedatur. Item qm̃ in eo textu dr̃ nouum poſſeſſorem debere ducere aquam illam debitam eſſe ſuo prædio modo à nobis explicato,vt indubitatè impetret ius illam ducendi: ergo, eo probato, caret adhuc iure,antequàm priuilegium ei concedatur.

Ac ſanè,niſi textus ille de iniuria impropriè dicta exponatur,quæ ſolũ morali æquitati opponatur,pugnat ſecum Vlpianus ipſe in eo textu. Licèt ergo daremus Bartolo, & alijs authoribus cõmunis opinionis,rectè ex eo textu ſequi, proprietariũ teneri innouare ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ contractum emphyteuticum eo modo,quo princeps concedere, tenetur nouo ſucceſſori in prædio eam aquam ad illud irrigandũ,quã cõceſſerat prædeceſſori ſuo (cuius tñ contrarium luce clarius oſtendimus) perperam tñ ex eo tex. colligunt,poſſe ad id proprietarium cogi: neque enim princeps ad aquam concedendam cogi poteſt ; cum ad eam concedendam,non teneatur ex iuſtitia,ſed ſolum ex morali æquitate. Gloſſa autem ver. impetrabile, in eis verbis, quæ ex illa retulimus, neq; à noſtra ſententia diſſentit,neque cum Bartoli,& communi ſententia,conſentit.

In ea enim non eſt ſermo de petitione inueſtituræ,poſtquam contractus feudi eſt finitus, quaſi petatur à ſucceſſore vltimi vaſalli, in quo contractus fuit finitus, facile proprietarius eam concedere debeat,atque,ſi eam deneget,faciat iniuriam: ſed eſt ſermo de petitione inueſtituræ ab hærede maſculo compræhenſo in contractu, mortuo eo vaſallo,qui feudum obtinebat.

Vt enim diſp.472.oſtenſum eſt,in feudo, quicunque nouus ſucceſſor, eſto in contractu compræhendatur,tenetur intrà annum, & menſem à morte vaſalli, cui in eo feudo ſuccedit, petere inueſtituram à proprietario, eique iuramentum fidelitatis præſtare, alioquin amittit feudum. De eiuſmodi ergo petitione inueſtituræ loquitur ibi gloſſa,aitq; eſſe de numero eorũ rerum,quæ facilè impetrantur:qm̃ debet à proprietario concedi, vaſallo,cui feudum vi contractus debetur, & vaſallus debet iurare fidelitatem proprietario.

11 Ad l.congruit,dicendum†eſt,ibi ſolum concedi priuilegium ijs,qui conductos poſſident agros publicos, vt præferantur quibuſcunque alijs conductoribus, qui de nouo obtulerint incrementa pro eiſdem prędijs,modo ipſi eadem incrementa perſoluant: non verò eſſe ſermonem de emphyteutis, neque de conductoribus aliarum rerum priuatarum. Lege enim,necui.C.de locato.l.18. tit.8.part.5.& lib.4. Luſitan. ord.tit.57.in principio, ijs, qui conductas habent domus, aut res alias priuatas,denegatur priuilegium,vt,renitentibus earum dominis, poſſint illas retinere, eſto offerant tantum pretij, quantum alij, quibus earum domini volunt eas locare.

Lex verò p̃dia,nihil habet vnde,vel apparens, argumentũ pro Bartoli opinione deduci poſſit. Atq; idẽ dic de l.nullus.C.de decur. multæ enim ſunt in eo titulo quæ eo modo incipiunt, & nulla earũ Bartoli inſtituto inſeruit. Iura autẽ feudorũ, quæ citat non loquuntur de feudo,poſtquam contractus eſt finitus,feudumq; deuolutũ eſt ad proprietarium,vt ea intuenti erit perſpicuum.

Duæ verò illæ gloſſæ,quas Bart.& alij citant, nihil de emphyteuſi loquuntur: neq; plus ex doctrina, quam de pallio archiepiſcopotũ tradunt, ſequitur fieri iniuriam ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ, ſi eis renouatio emphyteuſis denegetur,quã ſequatur ex doctrina.§.permittitur. Doctrina verò illa de pallio idcirco rectè ex §.permittitur comprobatur: quoniam cum pallium conſuetum ſit tradi ſingulis archiepiſcopis à Pontifice Summo tanquam à diſpenſatore, ac diſtributore priuilegiorum, ac numerum Eccleſiaſticorum, ſanè ea ipſa conſuetudine, ac diſpoſitione Summi Põtificis,vt res ita fiat,debitum eſt ex decentia,atq; honeſtate morali ſingulis archiepiſcopis rõne dignitatis archiepiſcopalis, non minus, quam aqua de riuo publico debita à principe ſit dominis eorum agrorum, qui ex eo riuo publico, ſine detrimento boni communis, commodè irrigari poſſunt,ac debeant: quarè,ſi id pallium, abſque aliqua ſpeciali cauſa, alicui archiepiſcoporum denegetur,cum ſuis omnibus prædeceſſoribus in ea dignitate fuerit ratione eiuſdem dignitatis conceſſum,illi fit iniuria contra honeſtatem, decentiam,ac debitum morale,per ſimilis ei, quæ fieret illi, cui aqua ex riuo publico denegaretur, quæ ſuis omnibus anteceſſoribus, poſſeſſoribus eiuſdem agri,meritò fuiſſet conceſſa.

Ex dictis intelliges,quãdo nihil interuenit,ratione cuius ſit aliqd quodammodo ex decentia, atq; honeſtate morali debitum, non ſolum in cõtractibus oneroſis, ex celebratione cõtractus cum vno non oriri obligationem renouandi eundem contractũ cum ſucceſſore illius, vt lumen ipſum rationis perſpicuè docet; ſed neque in gratijs ex eo, ꝙ priuilegium aliquod ex mera gratia concedatur alicui conſtituta in aliqua dignitate, vt illo in ea vtatur, ac perfruatur, non ſequitur obligationem eſſe concedendi illud ſucceſſoribus in eadem dignitate,ſi ab eis petatur.

Vt ex eo, quòd Pontifex maximus conceſſerit pallium epiſcopo Conimbricẽſi domino Ioanni Soarez reuertenti ex Concilio Tridentino, & ex Hieroſolymitana peregrinatione, cui quartus ſucceſſit illuſtriſſimus doctor dominus Alfonſus ab albo Caſtro,nunc meritiſſimus eiuſdem vrbis epiſcopus,ac Comes oppidi Arganil, acerrimus quondam nobiſcum diſputator, dum pariter in ſtudijs verſabamur, non ſequitur, debitum eſſe ſucceſſoribus in eo Epiſcopatu; quoniam id mera gratia perſonalis fuit, ſine vllo prorſus de-

bito

biro ratione dignitatis Epiſcopalis.

Dubiū Petes, vtrum poſt hanc tantam lucem, qua tam apertè oſtenſum eſt, opinionem Bartoli, ac communem, falſam omnino eſſe, ac iuſtitiæ contrariã,
12 ſit † nihilominus iuxta eam in Luſitania iudicandum, nihil impediente ordinatione eius Regni lib.2.tit.5.§.1. quæ præcipit, quando neq; eſt lex Regni, neq, conſuetudo, neq; lex Cæſarea, neque gloſſa Accurſij communiter non reprobata, quæ aliquid decernant, ſtandum eſſe in iudicando Bartoli opinioni, modò non contrarietur communi eorum opinioni, qui poſt Bartolum ſcripſerunt.

Deciſ. Reſpondeo, intentum illius ordinationis non fuiſſe, in eo euentu efficere de opinionibus Bartoli leges, quæ ſubditos obligarent, ſed ſolum præcipere iudicibus, vt quando de illarum falſitate in eo euentu eis non conſtaret, iuxta illas iudicarent: ꝙ patet ex rõne eius pcepti, quam ordinatio ipſa ſubijcit: qm̃, inquit, opiniones Bartoli regulariter cõſonantiores ſunt rationi, quam reliquorũ. Quando autem ratione efficaci conſtat, opinionem Bartoli falſam eſſe, ſanè, neque fuit intentum ordinationis illius præcipere, vt ſtaretur in iudicando tali Bartoli opinioni, vt ex ipſamet ratione eius præcepti, quæ tunc deficit, liquet; neque, ſi id præciperet, iuſtum eſſet præceptum, ſed apertè iniquum, quod proinde tutas non redderet conſcientias iudicantium, & cui nulla ratione eſſet ſtandum. In eo quippe euentu, locum haberet illud Petri Act. 4. obediendum potius eſt Deo, quã hominibus. Atque iuxta hanc noſtram interpretationẽ accepi, dum in Luſitania commorarer, eam ordinationem ſeruari in praxi.

Queſt. Vtrum autem ex alio capite proprietarius interdum teneatur renouare emphyteuſim, nempe
13 † quia vltimus emphyteuta, aut anteceſſores ipſius, meliorationes in ea re emphyteutica effecerunt. Multi affirmanter reſpondent. Ducuntur l. vlt. C. de alluuionibus, l. quicũq; 2. & l. penul. C. de omni agro deſerto li.11. l.2. C. de fundis rei priuatæ lib.11. & c. ad aures, de reb. eccl. non alien.

Deciſ. Ego ſanè, quam vis pium, atque æquum iudico, vt qui ſua induſtria, ac ſumptu, res emphyteuticas ad cultum perduxerunt, aut longè meliores illas effecerunt, eo afficiantur præmio, præſertim quando emphyteuſis eſt Eccleſiaſtica; arbitror tamen proprietarios ad id non teneri, neque licitè poſſe cogi.

Ducor, qm̃ ciuilia illa omnia iura, quæ citantur, præterquam, quod de ſolis prædijs publicis, aut fiſci principis, loquuntur, in eis non eſt ſermo de prædijs traditis in emphyteuſim ad certas vitas, aut ad finitum aliquod tempus, ſed de prędijs traditis eis in perpetuũ, præcipiturq; ex eo, quod fertilia, ac fructuoſa ſumptibus, & induſtria ea poſſidentium, aut ſuorum anteceſſorũ, facta ſint, neque penſionem eis augeri, neq; ab eis auferri, & tradi alijs, ſed cum ipſis ſibi permanere, tranſireq; in perpetuum ad ipſorum ſucceſſores.

Caput verò, ad aures, ſolum permittit renouari tunc emphyteuſim, etiam in perpetuum: idque cum limitatione, modò in longè maiorem vtilitatem Eccleſiæ non poſſint tunc tradi alijs. Ducor præterea, quoniam valor melioramẽtorum ad vltimum emphyteutam ſpectat, ipſique eſt ſoluendum finito contractu, vt diſp. 463. viſum eſt, niſi in contractu emphyteutico deductum fuerit in pactum, vt meliotamenta ad proprietarium pertineant, eaque de cauſa imminuta fuerit penſio: quarè nulla fit emphyteutæ, & ſucceſſoribus illius iniuria, nullaq; cernitur inæqualitas in eo, quod, nihil impedientibus melioramentis in re emphyteutica factis, finito contractu, completiſq; vtrinque omnibus, quæ à principio inter proprietariũ, & primum emphyteutam, deducta fuere in pactum, contractus non innouetur ſucceſſoribus vltimi emphyteutæ: præſertim cum nullum ſit ius, quod id ſtatuat.

De feudo cur hoc loco non diſputetur in peculiari.

DISPVT. CCCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quibus in locis magis frequentia.*

Finitis diſputationibus de emphyteuſi, dicen-
1 dum erat hoc loco de feudo. Quia † tamen, quamuis frequẽs vt vſus feudorum in Germania, in Gallia, & in Italia, nullus, aut ferè nullus, eſt vſus eorum in Hiſpanijs, contẽtus ijs, quę de feudis, inter diſputãdum de emphyteuſi, miſcui, dictaque ſunt diſp. 10. & alibi, & quæ addentur in progreſſu materiæ huius de iuſtitia, præſertim dũ de maioratibus fuerit ſermo, moremque doctorum Hiſpanorum hac in parte ſequendo, tranſitum (iuxta rationem ordinis doctrinæ initio diſp. 444. præſcriptum) faciam ad contractum locationis, & conductionis.

Illud obiter dixerim. Apud Iaponenſes nil videri eſſe frequentius, quam feuda. Cum enim bellis perpetuo in ea ingenti inſula principes inter ſe contendant, antiquo inter eos more, quæ vnuſquiſq; bello obtinet, continuo diuidit inter ſuos duces, & alios, quos diligit, cum onere ſibi ſeruiẽdi in bello, & alia onera præſtandi, mutatque dominos de vno loco in alium, auferẽdo ab eis, quæ poſſidebant, & alia eis largiendo.

Maiores aũt dinaſtę ſub ſupremo aliquo principe ita cõſtituti, diuiſa hñt loca, quibus dominantur, in alios ſibi inferiores, cũ eiſdẽ oneribus ſibi inſeruiendi in bello, & præſtãdi alia realia onera, & illi in alios, quouſq; deueniãt ad infimos *tonos*, quos ipſi vocãt, q ſimiliter dominant̃ vnuſquiſq; in ſuo oppido, & ſimili fere lege, vt vaſalli ipſum comitentur in bellum, & ſeruitia alia realia pſtẽt.

Mores tamen, & vſus feudorum, nõ ijdem, ſed diuerſi, in aliquibus, ſunt apud ipſos, ab ijs, qui in Germania, Gallia, & Italia vigẽt, quique in libro in corpore iuris inſerto, ac inſcripto, conſuetudines feudorum, continentur; non quidem tanquam leges vim circa alia habẽtes, ſed ſolum circa feudũ, vt doctores communiter tradunt, quos

referunt

referunt, ac ſequuntur Molina lib. 1. de primog. c. 7. nu. 4. & 5. Iulius Clar. 4. lib. ſentent. feudum, q. 2. vſuque eſt receptum. Tametſi ſæpe argumenta ex paritate rõnis ducantur à feudorum vſibus ad alia cõprobanda, vt ijdem doctores rectè docent.

Locatio & conductio quid?

DISPVTATIO CCCCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Locatio quid, & quid conductio.*
2 *Locatio quot modis ſumatur; & in quibus differat ab emphyteuſi, & alijs contractibus tam nominatis, quam innomintis.*
3 *Locatio propriè an dicatur, etiam ſi non detur pretium, ſed aliquid aliud.*
4 *Pretium in locatione tam propria, quã impropria, quid eſſe poſſit.*
5 *Conductor, colonus, & inquilinus, quot nominibus Hiſpaniæ, & Luſitaniæ vocentur.*

1 Sic poſſumus locationem definire. Eſt † contractus, quo res immobilis ad minus tempus, quã ad decẽniũ, aut mobilis ad quodcunq; tẽpus, ad vſum, aut ẽt ad fructus, pro pretio conceditur.

Conductionem verò poſſumus definire. Eſt cõtractus, quo res immobilis ad minus tempus, quã ad decennium, aut mobilis ad quodcunque tempus, ad vſum, aut etiam ad fructus, pro pretio ſuſcipitur. Sicut enim vnus, & idem contractus, ex parte concedentis mercem pro pretio, dicitur venditio; ex parte verò illam accipientis pro pretio, dicitur emptio: ita vnus, atque idem contractus, ex parte concedentis rem ad vſum, aut fructus pro pretio, dicitur locatio; ex parte verò illam accipiẽtis eo modo pro pretio, dicitur conductio. Dictũ eſt in definitione: quo res immobilis conceditur ad minus tẽpus, quam ad decẽnium: qm̃, vt d. 445 oſtenſum eſt, ſi ad decenniũ, aut vltra, res immobilis eo modo concedatur, transfertur ex iuris diſpoſitione dñium vtile illius in accipiẽtem, eſtque proinde verus contractus emphyteuticus ſpecie diſtinctus à locatione preſſe, ac propriè ſumpta, de qua ſola eſt nobis hoc loco ſermo.

2 Dixi † proximè, à locatione preſſe, ac propriè ſumpta: qm̃, vt diſp. citata explanatum eſt, variæ ſunt vſurpationes in iure, & præcipuè a doctoribus, tum vocabuli locationis, tum etiam vocabuli emphyteuſis: locatioq; in iure interdum compræhendit ẽt emphyteuſim perpetuam; & à Doctoribus ſumitur interdũ pro ſola locatione preſſe, ac propriè ſumpta, q̃ modo definimus, quæ ſi ſit rei immobilis, & ſolum minus, quam ad decẽnium, appellatur ad modicum tempus; interdum verò ſumitur latè, vt compræhendit etiam locationem rei immobilis ad decennium, aut vltra, quæ dicitur locatio ad longum tempus.

Lege quæ diſputatione citata dicta ſunt. Per partem ergo illam definitionis, quo res immobilis conceditur ad minus tempus, quam ad decennium, reijcitur a ratione locationis cõtractus omnis emphyteuticus, qui eſt ſemper cõceſſio rei immobilis ad decennium, aut vltra, vt diſputatione citata explicatum eſt. Porrò res immobilis in hac definitione ſumitur latè, vt compræhendit etiam iura ad reditus: locantur enim etiam beneficia, commendæ, tributa, & id genus alia iura. Nomine verò rei mobilis, etiam locator ipſe compręhẽditur. Locat quippe aliquis, non ſolum ſua, aut ſibi ad locandum commiſſa, ſed etiam ſeipſum ad ſeruiendum alteri, ad docendũ, patrocinandum iudicandum, ſuẽdum, & ad alia varia miniſteria, ac munia exercẽda. Locantur verò res interdum, ad ſolũ vſum, vt equus ad iter faciẽdũ, faber ad fabricandum, domus ad habitãdum, &c. interdum verò, etiam ad fructus, & emolumenta percipienda, vt capræ ad lac, & caſeum, oues inſuper ad lanam, vineæ ad fructus; iura, ad percipiendos ipſorum reditus. Per partem ergo illam, ad vſum, aut etiam ad fructus, reijciuntur a ratione locationis emptio, & venditio, mutuum, depoſitum, pignus, hypotheca, & alij contractus, quib. res non conceduntur ad vſum, aut etiam fructus.

Per vltimam verò definitionis partem, nempe pro pretio, reijciuntur à ratione locationis cõtractus omnes, in quibus pretium non interuenit, & præcipuè contractus innominatus, do, aut facio, vt concedas aliquid ad vſum, aut etiam ad fructus, vt ſi pro tot menſuris vini, aut olei, des mihi vineam tuam ad vſum, & fructus, vel vt putem vineam tuam, ares agrum meum: hi enim cõtractus ſolum reijciuntur à ratione locationis, ac conductionis propriè, ac preſſe ſumptæ, quod in eis in recompenſationem conceſſionis rei ad vſum, aut etiam ad fructus, non redditur pretium, ſed aliud quod non eſt pretium.

Et quamuis hi contractus reducantur ad contractum locationis, ac cõductionis, & iuxta regulas illius ſit de illis iudicandum, ijs duntaxat exceptis, in quibus contractus innominati à nominatis differunt, vt diſputatione 253 & diſputatione 411 dictum eſt, imo verò nominari etiam poſſint conductiones, ac locationes latius ſum pto vocabulo, interdumque ita appellentur in iure; nihilominus non ſunt locationes, ac conductiones preſſe: eo quod de ratione locationis, ac conductionis preſſe ſit, vt pretium interueniat: ſicut etiam de ratione emptionis, & venditionis eſt pretium.

Quod autem de ratione locationis, ac conductionis ſit pretium, eaque de cauſa contractus illi locationis propriè nõ ſint, ſed ſint contractus innominati, ac proinde non detur ex illis actio ex locato, aut conducto, ſed actio in factum, ſeu præſcriptis verbis, vt à diſputatione 255. dictum eſt, apertè conſtat Inſtit. de locat. in prĩnc. vbi ita habetur. *Locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni, eiſdemque iuris regulis conſiſtit. Nam vt emptio, & vẽditio ita cõtrahitur, ſi de pretio conuenerit: ita & locatio, & conductio ita cõtrahi intelligitur, ſi merces* (certa & in pecunia numerata, vt ibi exponit gloſſa, & docent alia iura citãda) *conſtituta ſit: & competit, locatori quidem locati actio, conductori vero conducti.* Hæc ibi. Et §.

præte-

præterea, hac verba ſubiunguntur. *Sicut vulgo quærebatur, an permutatis rebus emptio, & uēditio contrahatur, ita quæri ſolebat de locatione, & cōductione, ſi forte rē aliquam fruendam, ſiue vtēdam tibi aliquis dederit; & inuicē a te vtēdā, ſiue fruendā aliam rem acceperit. Et placuit non eſſe locationem, & conductionem, ſed propriū eſſe genus cōtractus.* Et infra. *Neq; locati, neq; conducti, neq; commodati competit actio, quia non fuit commodatum gratuitum; verum præſcriptis verbis agendum eſt.* Quid q̄ſo dilucidius potuit dici? Et l. 1. §. ſi qs ſeruum, ff. depoſiti ſic ſcriptū legimus. *Si quis ſeruum cuſtodiendū coniecerit forte in piſtrinū, ſi quidē merces interuenerit cuſtodiæ, puto eſſe actionem aduerſus piſtrinarium ex conducto. Si vero mercedem accipiebam ego pro hoc ſeruo, quem in piſtrinū accipiebat, ex locato me agere poſſe. Quod ſi opere eius ſerui cū cuſtodia compenſabātur, quaſi genus locati, & conducti interuenit; ſed quia pecunia non datur, præſcriptis verbis datur actio.* Hęc ibi. Ex quib. verb. in primis vides, eādē ſnīam apertè comprobatā.

Deinde nomine mercedis, tam in hoc textu, quam Inſtit. de locat. in prin. intelligi ſolam pecuniam. Item eiuſmodi contractum innominatum, dici quaſi genus locationis, & conductionis, non tamen eſſe locationem, & conductionem preſsè, & propriè, eo quod in eo nō interueniat pretium. Et l. naturalis §. at cum do. ff. de præſcrip. verb. hr̄. *At cum do vt facias, ſi tale ſit factum, quod locari ſoleat, puta vt tabulas pingas, pro pecunia data, locatio erit, vt in ſuperiori caſu* (quando ſcilicet do pecuniam, vt rem accipiam) *emptio. Si res ſit, non erit locatio, ſed naſcetur, vel ciuilis actio in hoc, q̄d mea intereſt, vel ad repetendum conditio.* Hæc ibi. Quibus etiam verbis dilucide dicitur, q̄n pro facto, quod locari, poteſt, nō datur pecunia, ſed res, quæ nō eſt pecunia, vt triticum, vinum, aut aliud ſimile, non eſſe locationem, neque concedi actionem locati, ſed in factum, ſeu præſcriptis verbis ad intereſſe, vel ad repetendum quod dedit. Idem colligitur ex l. inſulam. ff. de præſcrip. verb. & idē habetur apertè, l. 1. tit. 8. p. 5. & affirmant gloſſæ iurib. citatis, & alibi, Bart. & communis doctorū ſententia, vt omnes confitentur.

Licèt Aries Pinel. Rub. C. de reſcindend. ven. par. 2. cap. vlt. à nu. 29. fateatur, hanc eſſe cōmunē opinionem gloſſarum; Bart. & doctorum, arbitreturque cum cōi doctorum ſnīa de intrinſeca ratione emptionis, & venditionis eſſe pretium recedendum tn̄ cum Corraſio cenſet à communi opinione, quatenus affirmat, de intrinſeca ratione locationis propriè dictæ, eſſe ēt pretium. Ait enim,
5 proprijſſimam † locationem eſſe, eſto in recompēſationem rei locatæ nō detur pretium, ſed aliquid aliud, diciq; contractum nominatum, ac bonæ fidei, ex illaque competere actionem locati. Eandē ſententiam ſequitur Aluar. Valaſ. de iure emphyteu. quæſt. 20. nu. 5. quoſdam alios pro ea citans, & quæſt. 30. in princip.

Ducitur potiſſimū l. & hæc diſtinctio. §. vlt. in fi. ff. locati, vbi habetur, eſſe veram locationem, ſi duo, qui ſingulos proprios fundos habeāt, conueniant, vt alter alterius fundum ita conductum habeat, vt fructus mercedis nomine compenſentur.

Item ducitur l. ſi olei. C. de locato, cuius hæc ſunt verb. *Si olei certa pōderatione fructus anni locaſti, de contractu bonæ fidei habito, propter hoc ſolum, quod alter maiorem obtulit ponderationem, recedi non oportet.* Vbi cōtractus fructus agri vnius anni pro certa olei quantitate, dr̄ locatio. Appellatur item contractus bonæ fidei, quod non conuenit contractui innominatō, do vt facias, vt cōſtat §. actionem, Inſtit. de actionibus, & diſp. 259. dictum eſt. Item definitur nefas eſſe recedere ab eo ante impletionem ex altera parte: ꝙ de iure communi eſſet falſum, ſi eſſet cōtractus innominatus, do vt facias, vt à diſp. 255. viſum eſt. Alia etiam iura adducit, quæ minoris ſunt momenti.

Recedendū tn̄ non eſt à cōi ſnīa iuribus adeo apertis confirmata: quibus profecto Aries Pin. nō ſatisfacit, vt illum legenti erit perſpicuum & latè probet Laſſarte de deci. vend. c. 1. à nu. 24.

Vnde ad l. hæc diſtinctio. §. vlti. dicendum eſt cum gloſſa ibidem, & Laſſarte vbi ſupra, nu. 30. Illos ita conueniſſe, vt fundi illi locati eſſent pro certa quadam mercede in pecunia, eſſetque proinde vera, ac propria locatio, attamē fructus, quos vnuſquiſque reciperet, ex alieno agro, compenſaret cum mercede, quā ex ſuo agro erat recepturus, ſiue illi multi eſſent, ſiue pauci: ita enim fit, vt fructus nomine mercedis (prius ſcilicet conuentæ, vt ibi exponit gloſſa) compenſentur.

Ad l. verò, ſi olei, prætermiſſis alijs reſpōſionibus, dicendum eſt cum Laſſarte ibid. nu. 31. ſimiliter præceſſiſſe conuētionem pro certa mercede in pecunia, vt eſſet vera locatio, contractusq; bonæ fidei, neque ab illo poſſet recedi, eamq; commutatam fuiſſe illa certa pondera olei. Hanc ſolutionem, nu. 32. ſequenti confirmat egregio textu in re propoſita, l. ſi debitor. §. veriſimile ff. de contrah. empt. vbi ſimiliter fructus oliuæ pendentes dicuntur vendi pro decem pondo olei: qui ſanè ſtipulatione conſtituti ſunt loco pretij prius conſtituti: neque enim venditio ex ſententia Corraſij & Pinelli eſt ſine pretio.

4 Illud eſt obſeruandum, pretium † in locatione propria, aut mercedem in alia re in locatione impropria, contractuve innominato, do, aut facio, vt aliquid ad vſum, vel etiam ad fructus, concedas, eſſe poſſe quid certū quo ad latitudinem quantitatis, putà decem, aut viginti aurei, vel decem, aut viginti mēſuræ tritici, vel olei: aut poſſe eſſe quid certū quo ad partem aliquotam lucri reportati ex negociatione aliqua aut ex fructibus alicuius agri, qui colendus tradatur alicui, & incertum quo ad latitudinem talis partis aliquotæ, modo tn̄ tāquā merces laboris, & induſtriæ conſtituatur, & non tamquam quid reſpondens labori, & induſtriæ, ratione habita reliqui capitalis, quaſi inita ſit ſocietas capitalis, & induſtriæ comparatione lucri, ꝙ ex tali ſocietate ſperatur: nā tunc non eſt cōtractus locationis, & conductionis, ſed eſt cōtractus ſocietatis, vt vtrumq; diſput. 411. eſt explicatum.

Atque hoc ſecundum potius præſumitur fuiſſe intentum, quam illud primum, q̄n apponenti laborem, & induſtriā, conſtituta fuit pars aliquota

fructuum, aut lucri, neque fuit expreſſum iniri contractum locationis, & non ſocietatis, aut ex modo contrahendi, apertè non intelligitur intentum fuiſſe celebrare contractum locationis, ac conductionis.

Atque iuxta hanc doctrinam, quam apertè innuit gloſſa, l. 1. §. ſi quis ſeruum, verb. non datur, ff. depoſiti, intelligēda eſt Luſit. ord. lib. 4 tit. 60. & quod iuxta illā diſ. 414. diximus, & habetur l. ſi merces §. vis maior. ff. locati. nempe hunc eſſe cōtractum ſocietatis, præſertim qñ fundus datur ad culturam pro parte aliquota fructuum ad minus tempus, quam ad decennium (ſi enim ad decennium, aut vltra, fundus ita traderetur, eſſet cōtractus emphyteuticus, vt ibidem, ac alibi dictum eſt.) Porrò, quando fundus ad culturam traditur pro parte aliquota fructuum, qui illum ita ſuſcipit, appellatur in iure colonus partiarius.

Ex his facilè intelliges, de eiuſmodi contractu regulariter eſſe iudicandum tanquam de contractu ſocietatis, licèt aliquando, quādo ita fuerit expreſſum, aut apertæ fuerint coniecturæ id intendiſſe cōtrahentes, ſit de eo iudicandum tanquam de contractu locationis, & conductionis: & ſimiliter de eiuſmodi colono regulariter eſſe iudicandum tanquam de ſocio, & interdum tanquam de conductore fundi pro ea mercede. Atq; iuxta hæc ſunt ad concordiam reducenda, quæ Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. quæſt. 30. de eiuſmodi colono docet, ac refert.

Quāuis latino ſermone locatoris, & cōductoris † nomina communia ſint ineuntibus contractum definitum; qui tamen conducit prædium ruſticum definitum; qui tamen conducit prædiū ruſticum, peculiariter colonus dicitur: qui, ſi ſoluat quotam fructuum, partiarius colonus appellatur, vt proximè dictum eſt; qui autem vrbanum prædium conducit, vt domum, inquilinus nuncupatur. Hiſpano verò, ac Luſitano ſermone, quando conducitur res, quæ fert aliquo modo fructus, ita vt penſio non detur pro ſolo vſu rei, vt quando conducitur prædium ruſticum, molendinum, beneficium Eccleſiaſticum, tributū, aut ius aliud quodcunque ad reditus, dicitur *arrendar*. Quando verò conducitur res ad ſolum vſum, vt domus ad habitandum, equus ad iter agendum, dicitur, Hiſpanè quidem *aliquilar*, Luſitanè verò *alugar*. Conductio verò nauis ad aliquid tranſportandū, peculiari nomine Hiſpanè dicitur *fletar*, & quod in mercedem ſoluitur, appellatur *flete*: Luſitanè verò nuncupatur *fretar*, & quod ſoluitur dicitur *frete*; quę merces Latinè naulum appellatur.

5

Locatio, & conductio quam affinia emptioni, & venditioni ſit.

DISPVT. CCCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, & conductio in quibus conueniant cum emptione, & venditione.*

Locatio, & conductio valde affinis eſt emptioni, & venditioni, vt habetur Inſtit. de loca. in 1 prin. & l. 2. in prin. ff. locati. In † primis cōueniūt, quod ſunt de iure gentium, vt habetur leg. 1. ff. locati, & l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iu. Deinde, qđ conſenſu perficiuntur, vt diſputatione 254. dictum eſt, & de emptione, & venditione diſp. 336. & 337. eſt explicatum, atque de locatione, & conductione habetur l. 1. ff. locati. & Inſtit. de obligationibus, quæ ex conſenſu, §. vnico.

Quare, quæ de emptione, & venditione diſp. 336. & 337. latè dicta ſunt, qñ cenſeatur perfecta, ſimiliter intelligenda ſunt de locatione. Tertiò, quia vterque eſt contractus nominatus, vt diſpu. 253. explanatum eſt. Quartò, quod vterque eſt contractus bonæ fidei, vt oſtendimus diſpu. 259. Quintò, quod in vtroque neceſſe eſt certum conſtituatur pretium, alioquin neque contractus cenſetur perfectus, neq; eſt validus, vt de emptione, & venditione diſp. 337. dictum eſt, & de locatione, & cōductione hr̄ Inſti. de locat. in prin. & l. 2. ff. locati. Quarè quæ de hac re circa emptionē, & venditionē diſp. 337. fusè dicta ſunt, ſimiliter intelligenda ſunt de locatione, & conductione.

Sextò conueniunt in eo, quod de arrha diſput. 338. circa emptionem, & venditionē dictū eſt: eſt enim ſimiliter intelligendum in locatione, & conductione, vt ibidem addidimus, idq; praxis obſeruat in Caſtella, & Luſitania. Qñ aūt cōtractus iudicandus ſit emptio, & vēditio, aut locatio, & cōductio, in ijs, in quibus res dubia eſſe poterat, in calce diſputatione 336. explicatum fuit.

Septimò conueniunt, quod ſicut l. 2. C. de reſcind. vendit. locum habet in emptione, & venditione, quando emptor, vel venditor, læſus eſt infra, aut vltra, dimidiū iuſti pretij; ita habet locum in locatione, & conductione, quando ſimilis læſio vltra, aut infra dimidium iuſti pretij interuenit, vt vtrumque diſp. 349. oſtenſum eſt. Neque refert, ſi contractus ſit iam tranſactus, neque optio maneat locanti, qui vltra dimidium iuſti pretij locauit, vt accipere poſſit fructus, aut vſum rei ſuæ, & reddere integrū pretium, vel reddere incrementum pretij vltra iuſtum; neque item optio maneat conductori, qui infra dimidium iuſti pretij conduxit, vt vel reddere poſſit fructus, aut vſum rei alienę, & accipere pretium, vel augere pretium vſq; ad limites iuſti: non, inquam, id refert. Tum quia etiā in emptione, & venditione in multis euētibus in quibus nō eſt locus diſſolutioni cōtractus, ꝙ merces perierit, aut ſit apud alium, habet locū ea lex, vt diſputatione citata dictum eſt. Tum etiam quoniam, quæ de emptione, & venditione dicuntur iuxta eam, legem accommodanda ſunt locationi, & conductioni ſpectata natura ipſius, in qua vſus, aut etiam fructus rei, quæ conducitur, permanere non ſolent. Ita Aries Pinel. l. 2. C. de reſc. vend. p. 1. c. 3. nu. 20. & Gama deciſ. 19. qui referunt ſæpe iuxta hanc ſententiam fuiſſe in Luſitania iudicatum, tametſi quidā aduocati cōtenderint, fuiſſe etiam aliquando in contrarium iudicatum, propter rationem illam, quam proximè excluſimus, de quorū numero eſt Alua. Vala.

de

de iure emphy.q.18.qui in horũ ẽt aduocatorum ſniam propendet. Diſput.verò citata dictum eſt, legem illam.2.C.de reſc.vend.in Regno Caſtellæ non habere locũ in locationibus, & côductionibus redituum regis. Semper tñ lex illa locũ habet, in foro conſcientiæ, in quo quicunque exceſſus, aut defectus, a pretio iuſto eſt reſtituendus.

Quis Locare, & conducere poſſit.

DISPVT. CCCCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Locare, & conducere omnes poſſunt, qui vendere pariter, & emere poſſunt.*

2 *Conductio quibus perſonis prohibita, etiã de iure Caſtellæ, & Luſitano.*

1 QVi emere, & vẽdere poſſunt, locare † ẽt, ac conducere, vt ex ſe eſt notiſſimum, & hr l.2.tit.8.par.5. Neque ẽt plus ad locandũ, & côducendũ requiritur, q̃ ad emendũ, & vendendum. Qui aũt in gñe celebrare poſſint, aut non poſſint, contractus, diſp.261.explanatum eſt. Qualis verò conductio tanquã negotiatio Eccleſiaſticis ſit 2 prohibita, diſp.342.dictũ eſt. Nobilibus, † ac miniſtris Curiæ prohibita eſt conductio: ꝙ de ea eſt intelligendũ, quæ ad negotiationẽ pertinet. l.curialis.C.de locat.& l.2.tit.8 par.5.iũcta l.vlt.C.de reſc.vend.conſentiunt, quæ de nobilibus diſp.342.ex iur.Luſit.dicta ſunt. Idẽ ſanctũ eſt de militib.l.vlt.C.de locat. Qd l.2.citata intelligit Gregor.Lop.cũ alijs, quos citat, de militibus, qui non ſunt in otio, ſed in actuali militia. Hæc vero non aliter ſunt accipiẽda, q̃ vſu fuerint recepta. Præterea, q̃ ignorãs aliquẽ eſſe militẽ, ei locauerit, excuſatur à pena iurib citatis ſtatuta militibus, & idem dicit Greg.Lop l.2.citata de locante nobili ignorãdo eſſe nobilẽ. Ita hr l.ſi ignorãs. ff.de loc.

Quæ de tutorib. & curatorib. diſp.224. dicta ſunt circa prohibitionem, ne tutores, ac curatores emant bona eorũ minorum, qui ipſorũ curæ ſunt cõmiſſi, intelligenda ſimiliter ſunt de côductione eorundem bonorum: eo quòd ſit eadem ratio.

In Caſtellę Regno ſequẽtes prohibitiones ſũt circa côductiones, & locationes. Lex 3.tit.5.li.7. nouæ collec.ſic hẽt. *Mandamos, que ningun alcalde, ni iuſticia, ni regidor, ni iurado, ni merino, ni alguazil, ni maiordomo, ni eſcriuano de conſcio, ni del numero, ni otros officiales que han de ver haziẽda de conceio, no ſean arrendadores ni recaudadores por mayor, ni menor* (quid aũt ſit *por mayor y por menor* explanatur l.1.tit.11.lib.9. nouæ collect.) *ni ſe an fiadores, ni abonadores, ni aſſegurados de rentas de proprios y conceiales, ni de rentas reales de las ciudades, uillas y lugares donde tuuieren los dichos officios, ni de las carnicerias dellas, ni por ſi, ni por interpoſitas perſonas, ayan parte en ellas: ſopena que ayan perdido ſus officios, y mas la quarta parte de ſus bienes, &c. Y mandamos que los dichos officiales, quando fueren recebidos alos dichos officios, iuren que guardaran lo ſuſo dicho, y que no ſean recebido a la poſſeſſion de los dichos officios, haſta que hagan el dicho iuramento, &c.* Legitur etiã l.4.ſequens. Et lib.3.tit.6.l.23. Aſſiſtenti, gubernatoribus, correctorib. & iudicibus reſidentiæ, quos vocant, præcipitur. *Que ſepan como andã arrendadas y aforadas,* hoc eſt, traditas in emphyteuſim, *las rentas de los proprios, &c. Y no cõſientan, que las arriendẽ perſonas poderoſas, ni officiales de côceio, por ſi, ni por ĩterpoſitas perſonas, &c. Y eſto meſmo mandamos que hagan acerca de las rentas y proprios de los lugares y aldeas de ſu corregimiento. Y anſi miſmo no conſientan que los regidores ni otras perſonas contenidas en las leyes de Toledo* (q̃ continentur l.3.relata) *arrienden las alcaualas y otras rentas en la dicha ley contenidas.* Et li.2.eiuſdem nouæ collect.tit.22.l.13.hr. *Mãdamos, q̃ no ſe pueda dar penſion por ningun officio de nueſtras audiencias.* Et infra. *Y ſi de aqui adelante dieremos alguna cedula para que por tiniẽtes puedan ſeruir los dichos officios, mandamos q̃ el nueſtro preſidente y oydores la obedezcan, y quanto al cũplimento ſupliquen della, y ſe embie a nueſtro cõſeio: por quanto anſi conuiene a nueſtro ſeruicio.* Et l.8.ti.3.li.7.ſic hr. *Mãdamos que los corregidores, ni alcaldes: merinos, ni alguaziles, ni los otros officiales de iuſticia de las ciudades, villas, y lugares, de nueſtros reynos, ni de la nueſtra caſa y corte y chãcilleria, ni los que puedẽ poner los dichos officios, no ſean oſados de arrendar ni arrienden los dichos officios, ni alguno dellos: y ſi lo arrẽdarẽ, por el miſmo hecholos pierdan. Y defendemos que aquello, aquiẽ los arrendaren, no puedan vſar dellos, ſo las penas, en que caen aquellos, que vſan de officios publicos, que no les pertenecem.* Et l.12.ti.4.li.3.hr. *Mãdamos que los Adelantados, y merinos, iuezes, y alguaziles, en los lugares do tuuieren ordinaria iuriſdiciõ y poder, no ſe an oſados de arrẽdar los pechos, ni tributos, ni derechos reales, ni ſus officios ni rentas conceiales.* Et l.13.tit.6.li.3.hr *Mandamos, q̃ el Aſſiſtente, o gouernador, o corregidor, no arrienden ni conſientan arrendar los officios de alguazilazgo, ni de las entregas, ni la carcel, ni almotacenazgos, ni los plazos, ni alcaydias, ni mayordomias, ni eſcriuanias ni otros officio que tuuierẽ por reſpecto de ſu corregimiẽto, directe ni indirecte: ſopena que paguen lo que an ſi lleuaren con otro tãto para la nueſtra camara. Y que lo miſmo ſe guarde en todos los lugares de ſenorio.* Et l.23.ti.13.li.4.hr. *Los alguaziles de las nueſtras iuſticias ni alguno dellos, no ſe an oſados de arrendar, ni arrienden ſus officios de alguazilazgos, ni perſona alguna ſea oſada de lo hazer en rẽta, ni en otra manera de auenencia: y el alguazil, q̃ cõtra eſto fuere, ſea priuado del officio: y el q̃ lo arrendare, no pueda auer aquel officio, ni otro.* Et l.2.ti.23.li.4 hr. *Y los dichos alguaziles mayores iurẽ, q̃ no arrẽdarã los officios de teniẽtes, y los dichos teniẽtes anſi miſmo iurẽ, q̃ no prometerã ni darã por razon de los dichos officios coſa alguna en rẽta, ni en dineros, ni en otras coſas algunas, ni ſeruicio de ſus perſonas ni de ſus hõbres, ſo pena que lo cõtrario haziẽdo, el dicho alguazil mayor y ſus tenientes y cada vno dellos incurrã pro el miſmo hecho en pena de periuros y perdimiento de los officios.* Et li.9.tit.2.§.24.hr. *Otro ſi eſtando aſſi meſmo ordenado y mãdado, q̃ las recepturias ſe dẽ a perſonas, q̃ por ſi las ayan de ſeruir, y no ſe den de*

merced a perſonas,que ponẽ eſtos en ſu lugar,lleuãdo ellos parte de los derechos y aprouechamientos: parece q̃ los tiniẽtes de contadores mayores, que an ſido y ſon haſta agora,an lleuãdo y lleuã al receptor del ſeruicio del reyno de Galicia parte de ſus derechos,no auiẽdo rãzõ ni cauſa para ello. Mãdamos q̃ de a q adelãte los dichos teniẽtes,ni alguno dellos, ni otro official alguno de la dicha cõtaduria no lleuẽ los dichos derechos,ni parte alguna dellos, al dicho receptor,ni a otro algun receptor de nueſtras rẽtas ſopena de los boluerẽ quatro tãto. Et l.4.ti.25.li.4. hr̃. Mãdamos q̃ de aq adelãte las eſcriuanias de rẽta y otras q̃ ſe vuierẽ de ꝓueer en eſtos nueſtros reynos,no ſe arriẽdẽ ſopena de ꝑdimiẽto de los officeos.

Et l.23.tit.7.li.7.hr̃. Mandamos q̃ ninguuo ſea oſado de arẽdar deheſas de hierua, no tiniẽdo ganados para ellas,ſopena de perdimiẽto de la mitad de ſus bienes,y ſi no los tuuiere le ſeã dados ciẽ acotes y el arrendamiẽto no ualga. Y permitimos,que el q̃ tuuiere ganado, pueda arrẽdar la yerua que vuiere meneſter para ello,y vna tercia parte mas,y ſi algo le ſobrare della, y la qſiere vẽder, la aya dedar y de a otro q̃ tẽga ganado,qual el quiſiere, por el miſmo p̃cio q̃ le coſto, ſin le lleuar directe ni ĩdirecte mas por ello: ſopena de ꝑdimiẽto de todo el gadano,q̃ tuuiere. Pœnæ Regis,q̃ apponunt̃ perſiſtẽtib. in excõicatione,a qua non appellauerint,locari,ac conduci non poſſunt.l.1.tit.5.lib.8.nouæ collect.

Et li.9.ti.10.l.2.ſic hr̃. Mãdamos y defẽdemos q̃ los caualleros y otras perſonas poderoſas no arriẽdẽ por ſi,ni por interpoſitas perſonas, las nueſtras alcaualas y tercias,ni otras nueſtras rentas de los lugares abbadẽgos,q̃ eſtanẽ ſus tierras y comarcas o en derredor dellas,mas que las dezẽ,y conſientã arrẽdar y coger aperſonas llas,q̃ mas por ellas dieren. Y mãdamos a los nueſtros arrẽdadores y recaudores mayores y fazedores de rẽtas,q̃ no arĩẽdẽ publica ni ſecretamẽte, directe ni indirecte a los tales caualleros y ꝑſonas poderoſas las alcaualas ni tercias,ni otras nueſtras rentas de las dichas,villas y lugares abbadẽgos,ni a perſonas ĩterpueſtas per ellos para las arrẽdar:ſopena q̃ el recaudador y arrendador o fazedor de rentas,q̃ el tal arrẽdamiẽto hiziere,pague al cõceio de la tal villa o lugar abbadengo todo lo q̃ montare el tal arrẽdamiento q̃ fiziere,y otro tãto para la nueſtra camara,y demas deſto q̃ el tal arrẽdamiẽto ſea nĩguno. Et ibi.l.4.hr̃. Ordenamos y mandamos,q̃ los prelados y perſonas poderoſas y caualleros q̃ tienen vaſſallos,ni los nueſtros contadores mayores,ni ſus lugares teaientes,ni los de el nueſtro cõſeio,ni los nueſtros oydores de la nueſtra audiencia,ni los nueſtros alcaldes de la nueſtra caſa y corte y cãcellaria, ni el nueſtro eſcriuano mayor de rẽtas q̃ eſt a en la nueſtra corte,ni ſus officiales de eſtos cõtadores,no arrienden por ſi,ni por interpoſita ꝑſona,directe ni ĩdirecte,por maior ni por menor,ẽ la uueſtra corte ni fuera dela,las nueſtras alcaualas,ni otras uueſtras rentas. Otro ſi,q̃ los alcaldes,y alguaziles,merinos,y regidores,iurados,y eſcriuanos de rẽtas,ni los letrados,ni mayordomos de conceios,ni algunos dellos,ni otro por elles,no arriẽde por menor las alcaualas,ni otras nueſtras rẽtas,en las ciudades,ni vilas,ni lugares,dõde tienẽ los dichos ſus officios: ſo las penas cõtenidas ẽ las leyes q̃ ſobre eſto hablã. Y por q̃ eſto ſea maior guardado,mãdamos a los nueſtros cõtadores mayores, y a ſus lugares teniẽtes, q̃ antes q̃ dẽ nueſtra carta de recudimiẽto a el arrẽdador y recaudador mayor, o receptor,o hazedor de rẽtas,le tomẽ iu°o q̃ lo haga y cũpla an ſi: q̃ eſo miſmo iure el arrẽdador y recaudador mayor,que en aquel arrẽdamiento no tienen ni ternan parte alguna las perſonas de ſuſo cõtenidas,q̃ eſt a defendido que no arriẽdẽ por mayor ni por menor:y que eſo meſmo iuren que no daran ninguna de las rẽtas que arrẽdarẽ por mayor a alguna ni algunas perſonas que de ſuſo eſtã defendidas que no arrienden por menor: ſolas penas contenidas en las leyes que ſobre eſto hablan. Y que ſi en algun tiẽpo ſe hallare,que el dicho arrendador,o recaudador mayor hiziere o paſare cõtra lo ſuſo dicho, que por el miſmo hecho pierda el ꝓmetido que vuiere ganado; y ſi lo vuiere cobrado,q̃ lo torne,y ſea hecha execuciõ en ſu perſona y bienes por ello,y ſea para la nueſtra camara. Et l.7.hr̃. Mãdamos que no ſeã arrẽdadores de las nueſtras rẽtas, priuados,ni officiales de la nueſtra caſa,en publico ni aſcondido: q̃ por temor o verguẽcã no dexẽ de puiar los que las qſierẽ arrendar. Et l.9.hr̃. Ordenamos y mãdamos q̃ ningũ perlado,ni cauallero,ni perſonas poderoſas,ni comẽdadores de ordenes,ni alcaydes defortalecas, ni regidor ni iurado,ni eſcriuano de cõceio,ni eſcriuano de las rẽtas,ni ſu lugar teniẽte,no arriẽde por ſi, ni por interpoſita perſona,directe ni indirecte las nueſtras rẽtas de alcaualas,ni otras monedas, ni moneda forera ni otras nueſtras rẽtas de las ciudades,uillas,y lugares,y partidos do tuuierẽ los dichos officios, ſo las penas cõtenidas en la leys q̃ ſobre eſto diſponen,y demas que por el miſmo fecho,q̃ ayan perdido y pierdan,qualeſquier marauedis,y pan de merced de por vida de iuro,que tẽgã en los nueſtros libros por priuilegios,y los officios que tuuierẽ: y ſi no tuuierẽ officios,el q̃ lo contrario hiziere que pierda el tercio de ſus bienes,para la nueſtra camara; y q̃ los nueſtros cõtadores los carguẽ,y cobrẽ dellos el tres tãto de lo que mõta la tal rẽta,o rẽtas que aſſi arrẽdarẽ, y ſean para la nueſtra camara. Y declaramos que aquel es perſonas poderoſa, a qen por eſta ley defendemos q̃ no arriẽde,q̃ es tã poderoſo, o mas,como qualqer de los alcaldes,o regidores de la ciudad,villa,o lugar, que es la cabeca del lugar donde ſe toma la renta.

Itẽ li.9.ti.2.§.33.de bonis Regis hr̃. Mãdamos que de aqui adelante noſe reciba poſtura ni puio de perſona que no ſea conoſcida,y que en los poderes de los arrẽdadores y fiadores para obligarſe vẽga declarada la edad del q̃ ſe obliga, confee del eſcriuano de el poder. Y no ſe reciba perſona de menor edad q̃ veynticinco años: por q̃ de auerſe recebido an reſultado incõuinientes. Et l.8.ti.10.hr̃. Mãdamos q̃ los nueſtros arrẽdadores,y recaudadores,aſſi mayores como menores,no arriẽden nueſtras rentas,ni alguna dellas,a clerigos,ni perſonas Eccleſiaſticas,ſaluo ſi dierẽ buenos fiadores legos,q̃tioſo,y abonados,para q̃ ſe haga la execuciõ ẽ ſus bienes de las q̃titas q̃ ſe deuierẽ. Y ſi los arrẽdadores,y recaudores, cõtra eſto hizierẽ, qua ſeã tenidos apagar por las dichas ꝑſonas Eccleſiaſticas todo lo q̃ ellos deuierẽ d̃ las di

chas

chas retas. Y mas rogamos y mandamos a todos los perlados de nueſtros reynos, que defiendan ſo ciertas penas a los ſus clerigos y perſonas Eccleſiaſticas que ne arrienden las nueſtras rentas.

Lege 10. eiuſdem tituli habetur. *Mandamos que los arrendandores, y recaudadores en ſus partidos, ni los officiales que entiēden en nueſtros libros, y haziēdo, no arriēdē albaquias en todo, ni en parte, por ſi, ni por interpoſita perſona: ſo pena de perder los officios, y boluer lo que en ello mōtare con el quatro tāto.*

De iure Luſitano prætereà, quę diſpu. 86. retulimus, lib. 4. ord. tit. 38. in prin. ſic hr̃. *Os cortigedores das comarcas, e ouuidores dos infantes, ou maeſtres, e perlados, e condes, e capitanes, e de quaeſquer ſenhores de terras: e bē aſſi os iuizes temporaes, e aquelles que poemos em algunas cidades, ou vilas ſem limitā cam de tempo certo, que forem poſtos en alguna comarca, cidade, vila, o em alguum otro lugar, durando o tempo de ſeus officios, nom poderaā facer caſas de nouo, nem comprar, nem aforar, nem eſcaimbar, nem arrendar beēs algūs de raiz, nem rendas alguunas, &c. E eſta miſma defeſa ſe entenderaa nos officiaes que con elles andarē, aſſi como merinhos, chācereis, e eſcriuaēs que forem poſtos por tempo certo. E qualquer que o contrario fezer, aia por peua, que o coutrato ſeia ninhuum, e todo aquello que o dito official por bem dello receber, ou fezer, ou ouer, ſeia perdido e confiſdado pera a coroa de noſſos reinos. E eſto no aueraa lugar nas caſas, que a lugar pera morar.* Et §. 2. hr̃. *E bem aſſi defendemos, que ninhūs ouuidores dos ditos ſenhores de terras, nem de capitanes arrēdem renda ſua, pequena, nem grande; nem de ninhuuna qualidade que ſeia, ſob pena de o ſenhor, ou capitam, que tal renda a ſeu ouuidor arrendar, ſer ſuſpenſo por huum anno da iuriſdicam que em tal lugar tener; E mais perderaa o dito auno toda arenda que aſſi arrendar, a metade pera quem o acuſar, e a outra metade pera o eſprital de todos os ſantos de Lisboa. Eo ouuidor, que aſſi a dita renda arrendar, perderaa em dobro todo o que daua po la dita renda, a ametade pera quem o acuſar, ea outra metade pera o dito eſprital.* Et §. 3. habetur. *E iſſo meſmo defende mos a os veedores da noſſa faceuda, e eſcriuanes della, e a os noſos contadores aſſi das comarcas como dos contos, eſcriuanes dante elles, e a todos os outros officiaes da noſſa facenda, que nom arrendem aninhuum rendeiro de noſſas rendas couſa alguna, nē renda ſua, e qualquer dos ſobre ditos officiaes que o contrairo fezer, perderaa o officio que aſſi de nos teuer, e mais todo aquello, que por a dita renda lhe derē, ou prometerem, a metade pera quem acuſar, ea outra metade pera os catiuos.* Et tit. 39. habetur. *Defendemos que ninhuum proucedor, nem contador de comarca alguna, nem iuiz dos orfanos, nem tabeleam alguundo iudicial, nem eſcriuam dos orfanos, nem das camaras, nem outros eſcriuanes de qualquier qualidade, e de quaeſquer officios que ſeiam, non poſſam arrendar ninhuna renda noſſa, nem de vinchuum fidalgo au ſenhor que a de noſſa mano tenha, nem iſſo meſmo de ninhuum comendador, nem parlado: nem menos acceptem feitorias, nem procura comes de ninhnum dos renderos das ditas rendas, nem dos ſenhores dellas pera lhe feitorizarem, nem procurarem, nem requererē, nē ſolicitarem couſa alguuna das ditas rendas, na comarca ou lugar onde aſſi forem officiaes, e poderē vſar de ſeus officios, ſob pena de perderem os officios, e mais pagarem cada huum vinte cruzados a metade pera quem os acuſare, ca outra pera a pieda de.* Et l. 1. tit. 39. par. 1. l. extra prohibitum eſt locare officia quęcunque ſcribendi, & eorum quos *inqueredores, deſtribuidores, contadores*, vocant, atque aliorum miniſtrorum iuſtitiæ, illaque adminiſtrare per alium.

Quid locari poſſit, & num etiam res conducta. Et vtrum contractus locationis, & cōductionis tranſeat ad hæredes locantis, & conducentis.

DISPVTATIO CCCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Locare quis poteſt omnia, quæ vendi poſſunt, & etiā ſeipſum, & famulum, & rem conductam.*
Intelligendo tamen ad eundem vſum, quo eam conduxit. num. 2.
3 *Conductor ſecundus non tenetur actione perſonali, ſed tantum ei, qui rem ſibi ſublocauit.*
4 *Locata res cenſetur ad eum vſum, ad quem eſt deſtinata, vel locari conſueta.*
5 *Seruitutes reales locari non poſſunt: ſecus de perſonalibus.*
6 *Locationis, & conductionis contractus ad hæredes tranſit tam locatoris, quam conductoris.*
Fallit tameu, vt nu. 7. vſque in fin.

Locari poſſunt, non ſolum, quæ poſſunt vēdi, ſed etiam pleraque alia, vt ex definitione locationis diſp. 486. tradita, facilè liquet. Et † poteſt
1 quis locare ſeipſum, & famulum ſuum, ad id efficiendum quod famulus ſibi facere tenebatur: & vniuerſim locare quis poteſt rem ſibi locatam. l. nemo. C. de locato, cuius verba ſunt. *Nemo prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alijs locare, ſi nihil aliud conuenit.* ff. locati, quæ ſic habet. *Si cui locauero faciendum, quod ego conduxeram, conſtabit habere me ex locato actionē.* l. cum in plures, in
2 princ. eod. tit. Intelligendum † tamē eſt id, modo ad eundem vſum eam locet, idoneoq; conductori, vt notant gl. l. nemo, & l. cū plures, citatis: argumēto textus in l. æquiſſimū. §. vlt. & in l. ſed & ſi qd, in prin. ver. mācipiorū. ff. de vſufructu, & in l. nō aliter. ff. de vſu & habi. & affirmat Ant. Gom. cū Bal. 2. to. var. reſ. c. 3. nu. 11. Ibidē. nu. 12. Idem Ant. Gom. cū quo conſentiunt Aluar. Val. de iur. emp. q. 20. n. 17. & alij, quos refert, iuxta l. ſolutū §. ſolutā ff. de pign. act. rectè ſubiungit, ſecundum
3 † conductorē nō teneri domino domus ad pēſionē ſoluendā actione perſonali, ſed perſonali actione teneri primo conductori, qui eam ſibi locauit, teneri tū domino domus quo ad bona, quæ in eā domū permanenter intulerit, in eaq; reperta fuerint, actione hypothecaria, quatenus dominus cō trahit tacitam hypothecam: in bona quidem, quę in ſuum prædium ruſticum fuerint permanenter illata ipſo id ſciente, & in bona, quæ in ſuum prędium

dium vrbanum locatū fuerint ſimiliter illata, ſiue ipſo ſciente, ſiue ignorante, vt hr̄ l. certi iuris. C. de locato, & al js, quæ inferius diſp. 497. citabimus, vt ſibi penſio inde ſoluatur: quare ex illis cogere pōt dn̄s domus, vt ſibi penſio ſoluatur, in defectum primi conductoris, eſto ſecundus conductor eam iam ſoluerit primo cōductori. Rōne verò huius realis obligationis, tacitæ ve hypothecæ, quam habent bona ſecundi conductoris, conceditur ſecundo conductori, vt penſionem ſoluat domino domus, ſi eam nondum ſoluit primus cōductor, & vt primus conductor, teneatur id ratum habere, vt ex iure illo citato, iuncta gloſſa ibi, hæc oīa liquent. (Ius Luſitan.) Iuxta hæc, ordinationes Luſitaniç li. 4. tit. 57. §. vltimo cum primum inhibeant dominum domus per ſeipſum pignus extrahere à conductore domus ob non ſolutam penſionē ſpe congruo, exequutionem ve in bonis illius facere, ac concedant, vt id extrahat, eam ve exequutionem faciat per eum miniſtrum publicum quem *alcayde* vocant, abſque alia iudicis authoritate, continuo ſubiungunt, ſi dn̄s domus non inuenerit eū, cui domum locauit, ſed alium in ea, poſſe exigere penſionem ab eo, quem in ea repererit, vel cuius bona in illa repererit: eo verò ſoluere renuente, poſſe modo prædicto pignus ab illo extrahere, exequutionem ve in bonis illius facere.

Si tamen poſtea compertum fuerit, vel penſionem fuiſſe illi ſolutam, vel partē illius, pignuſq; extraxiſſe, vel à primo conductore, vel à ſecundo, pro eo, quod ſibi non debebatur, eamq; exequutionem feciſſe, cogitur ſoluere triplum eius, quod ita contēderat ſibi deberi, cum nō deberetur: poſſeque conductorem retinere domum, in eaq; habitare abſque vlla penſione, quouſque id triplum compenſetur, iuxta penſionem in primo contractu ſtatutam. Alu. Vala. vbi ſupra conſeruat, eam exequutionem illo modo in Luſitania præciſe cōcedi quo ad penſionem non ſolutam, neq; ad alia eſſe extendendam; eo quod exorbitans ſit à iure.

4 Qn̄ res † deputata eſt ad certum vſum, aut ad eum locari cōſueuit, ſi aliud expreſſum, deductūque non fuerit in pactum, ad eum ſolum vſum cēſetur locata. Ita cum Bar. Greg. Lopez l. 3. titu. 8. par. 5. Eodem modo, ſi res conſueta ſit locari certo aliquo pretio, illud cenſetur conſtitutum, qn̄ aliud deductum non eſt in pactum, vt colligitur ex l. excepto in fine. C. de locato, & affirmant ac confirmant gloſſa, vlti. ibi, ex alijs iuribus, & communis doctorum ſententia, quam Anto. Gom. 2. tom. var. reſol, c. 3. nu. 4. refert, ac ſequitur.

5 Seruitutes † locari non poſſunt, l. locare. ff. locati, vbi glo. rectè ait, intelligēdum eſſe id de ſeruitutibus realibus, quas neq; dominus prædij, quos ſeruit, neque dominus, aut conductor prædij, cui ſeruit, poteſt locare. Secus autem res habet de ſeruitutibus perſonalibus. Licet enim, qui ſolum habet vſum rei alicuius, locare eam non poſſit, vt diſput. 5. oſtenſum eſt; qui tamen habitationem domus habet, locare illā poteſt, vt in calce eiuſdem diſputationis comprobatum eſt. Qui etiam habet vſumfructum, locare illum poteſt. l. arborib. §. vſufructuarius. ff. de vſufructu, & Inſtitu. de vſu, & habit. in princ. ver. nec vlli, & diſp. 7. dictum eſt. Si tn̄ vſufructuarius moriatur, tunc ſicut expirat vſusfructus, & conſolidatur cū proprietate, ita finitur contractus locationis, & conductionis: reſoluto quippe iure dantis, reſoluitur, ac ceſſat ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pig. & alijs iurib. Quod ſi, quid penſionis ſoluerat conductor vſufructuario vltra tempus pro rata partis anni, q̄ fluxerat vſque ad mortem vſufructuarij, tenētur hęredes vſufructuarij reſtituere id conductori: ſi verò minus, aut nihil, ſoluerat, tenetur id ſolum ſoluere hæredib. vſufructuarij, vt hæc omnia habentur l. ſi quis domū. §. hic ſubiungi ff. locat. & affirmant Molina lib. 1. de prim. c. 21. nu. 2. & Greg. Lop. l. 2. ti. 8 p. 5. gl. vl. Proprietarius aūt ad nihil tenetur. Neque hæc eſt res, de qua obſcura l. dn̄a. C. de vſufructu, & l. 3. tit. 8. par. 5. eſt ſermo. Longè aūt maiori cū rōne emphyteuta, & feudatarius locare poſſunt rē emphyteuticā, aut feudalē. Cæterum, finita emphyteuſi, aut feudo, conſolidataq; cum proprietate, expirat ſimiliter cōtractus locationis, ad nihilque proprietarius tenetur, & denique ea prorſus dicenda ſunt, quæ proximè ſunt dicta qn̄ morte vſufructuarij conſolidatur vſusfructus rei ab eo locatæ cum proprietate: qm̄ eſt eadem ratio. Vtrum res Eccleſiaſticæ vltra triennium locari poſſint, diſp. 466. dictum eſt. Hæc de primo, & ſecundo eorum, quæ depoſita ſunt.

6 Quod verò ad tertium attinet. Contractus † locationis, & conductionis ad hr̄des tranſit, tam locatoris, q̄ cōductoris, interim dū tēpus nō finitur, pro quo res locata fuit, ac conducta. Ita hr̄ §. vlti. Inſt. de locat. l. viā veritati. C. de locato. l. ſed addeſt. §. pen. & l. cum in plurib. §. hæredem ff. locati. cōſentiunt l. ſi pactū. ff. de prob. & l. veteris. C. de contrah. & commit. ſtipul. atque hr̄ l. 2. tit. 8. parr. 5. & affirmat cōis doctorū ſn̄ia, quā Anto. Gom. c. 3. citato, nu. 7. Aluar. Valaſ. conſult. 76. nu. 3. & Couar. 2. var. reſ. c. 15 in prin. referunt, ac ſequuntur.

7 Excipitur, niſi † contractus ſit factus vſq; ad beneplacitum locantis, aut conducentis, vel dum hęc fuerit ipſius voluntas: nam, cū beneplacitum, & voluntas morte ceſſent, expirat cōtractus morte eius, cuius beneplacito, aut voluntati, id commiſſum fuit, l. 4. ff. locat. & c. ſi gratioſæ, de reſcr. lib. 6. Secus autē, ſi aliter precario res locata ſit: quodcunq; enim aliud precario ad hęredes trāſit eius, qui ita conceſſit, quouſq; reuocetur, non verò ad hæredes eius conceditur, vt hæc oīa tradit Aluar. Vala. cum cōi doctorum ſn̄ia de iu. emph. q. 34. n. 4 & nos in genere hac de re copioſe diximus diſp. 298. Excipitur præterea, qn̄ aliquis operas ſuas locauit ad aliquid, quod per alium impleri non poteſt: tunc. n. mortuo hoc, contractus non tranſit ad hæredes huius, vt notat gl. l. veteris ver. ſiue non. C. de contrah. & commit. ſtip. conſentaneè ad eum textum, & affirmat Ant. Gom. nu. 7. citat. Qn̄ per alium contractus impleri poteſt, ēt ſi opificium ſit tranſit contractus ad hæredes illius, qui operas ſuas, & induſtriam ad id locauit, vt expreſſe habetur l. veteris citata, quæ explicat, & corrigit iura, ex quibus Grego. Lopez l. 2. verb. *murieſe* innuere videtur contrarium.

Vtrum

Vtrum cõtractus locationis tranſeat ad emptorem, aut aliũ ſucceſſorem particularem, qui titulum habeat a locãte, ita quod nouus ſucceſſor ſta re teneatur locationi factæ a locãte.

DISPVTATIO CCCCXC.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non tenetur ſtare locationi per venditorem factæ, ſed expellere poteſt conductorem.*

Idem ſi quocunque alio titulo etiam legali, res alienetur, ac tranſeat in ſingularem ſucceſſorem n. 2.

Idem etiam ſi res locata alienetur quo ad dominium vtile. num. 5.

Idem econuerſo, vt nec conductor teneatur ſtare em ptori. nu. 3.

Fallit hoc, niſi locator cedat in particularem ſucceſ ſorem ius, & actionem, quã aduerſus conducto rem habet, vt continuaret contractum, nu. 4.

Fallit regula principalis, niſi res eſſet locata ad de cennium, aut vltra, quoniam conductor vere eſt emphyteuta. nu. 6.

Item fallit quo ad locationẽ ad modicũ tẽpus, in mul tis caſibus, ſeu euentibus, vt a nu. 7. vſq; ad finẽ.

8 *Succeſſor ſingularis in re ſubiecta hypothecæ, an te neatur ſtare locationi.*

1 DIcendum eſt, emptorẽ non teneri ſtare † lo-
cationi à venditore factæ, ſed expellere poſ-
ſe conductorem: conductori tñ competere actio-
nem perſonalem ad intereſſe aduerſus locatorẽ,
aut hæredes illius, ſi iam ſit defunctus, vt. ſ. ei ſol-
uant, quã tũ ſua intererat continuari contractum
in totũ tẽpus, in qđ res ſibi fuerat locata. Ita hr̃ l.
emptorem. C. de loc. l. ſi merces. §. ſi qui fundũ. ff.
locati. l. 9. tit. 8 par. 5. & li. 4. Luſit. ord. titu. 29. in
2 princ. Idẽ eſt, ſi † quocunq; alio titulo, ẽt legati,
res alienetur, ac tranſeat in quemcunq; alium par
ticularẽ ſucceſſorẽ: ſucceſſor. n. nõ tenetur ſtare lo
cationi prædeceſſoris, & cõductor ſimiliter agere
poteſt ad intereſſe aduerſus locatorẽ, aut hr̃des il-
lius. Ita hr̃ l. qui fundũ. ff. locati, & l. nihil. §. vlt. ff.
3 de leg. 1. Eadẽ † rõne cõductor non tenetur ſtare
emptori, donatario, legatario, aut cuicunq; alteri
particulari ſucceſſori contractui conductionis vt
apertè colligitur ex duob. iuribus proximè citatis.
4 Excipitur, niſi † locator cedat in particularẽ ius,
& actionẽ, quã aduerſus cõductorem habebat, vt
cõtinuaret contractũ; nã tunc compelli põt illum
continuare, vt cũ Bar. ac Io. Platea affirmat Greg.
5 Lopez l. 19. citata gl. 2. Habent autem † hactenus
dicta verum, etiã ſi res locata alienetur ſolum quo
ad dñium vtile, vt ſi vſusfructus rei locatę legetur
alicui, aut ſi res locata tradatur alicui in emphy-
teuſim: emphyteuta. n. & vſufructuarius, ſtare nõ
tenentur contractui locationis à ſuo prædeceſſore
facto, ſed expellere ſimiliter pñt conductorẽ. Ita
hr̃ expreſſe l. arbores. ff. de vſuf. Rõ autẽ eſt, quia
non ſolum per dñium plenũ, ſed ẽt per ſolũ vtile
dñium comparatur ius in re: conductori verò vi
cõtractus ſolũ cõpetebat actio perſonalis, quæ nõ
tranſit aduerſus ſucceſſorem in re locata, ſed ſolũ
manet aduerſus locatorem, & hæredes illius. Le-
ge quo ad hactenus dicta Ant. Gom. 2. to. var. reſ.
ca. 5. nu. 9. Greg. Lop. l. 19. citata, Alu. Val. de iu.
emphy. q. 20. nu. 19 & conſult. 76. nu. 4. & Cou.
6 2. var. reſol. ca. 15. nu. 1. Quando † autem res eſ-
ſet locata ad decennium aut vltra, qm̃ conductor
verè eſt emphyteuta, comparatq; ius in re, quin
& vtile dominium, vt diſp. 445. & 469 oſtenſum
eſt, tenetur ſucceſſor particularis in ea proprietate
ſtare huic cõtractui. Ita cõis doct. ſnĩa cũ gl. l. em-
ptorẽ, & Bar. quã referunt, ac ſequuntur Coua. 2.
var. reſ. c. 15. n. 2. Ant. Go. & Alu. Val. vbi ſup. aſ-
firmantq; Luſit. ord. li. 4. tit. 29. in prin. & tit. 60.
ac alibi Lex tñ Caſtellæ. 19. citata, in fi. ſolum aſ-
ſeruit, ſucceſſorẽ particularẽ teneri ſtare cõtractui,
qñ ab anteceſſore res locata fuit in vitã totã acci-
pientis, aut in perpetuũ, nullã faciendo mẽtionẽ
de locatione in decenniũ, aut vltra. In ſequentib.
tñ euẽtib. ſucceſſor particularis ſtare tenetur con-
tractui locationis ad modicum tempus factæ per
7 ſuum prędeceſſorẽ. Primus † eſt, qñ ipſi per prǫde
ceſſorẽ fuit id iniũctũ, appoſito eo grauamine, ac
mõ, aut deducendo id ei in pactum, qñ rẽ illi cõ-
ceſſit. Ita hr̃ l. emptorẽ. C. de loc. l. ſi merces. §. qui
fundũ ff. locati. & l. 15. ti. 8. p. 5. & in Luſit. ord.
tit. 29. citato in prin. Lege, ẽt, ſi mercedẽ. §. vlt. ff.
de ac. emp. hr̃, ſi vẽditor domus in pactũ deducat
emptori, vt teneatur nõ expellere habitãtes eã do-
mũ, tũc nõ poſſe tñ expellere habitãtes pro aliqua
mercede, poſſe tñ expellere habitantes gratis, niſi
expreſſim deductũ in pactũ ſit, vt non expelleret
habitãtes gratis. Cou. 2. var. reſ. ca. 15. nu. 1. cum
alijs, quos refert, cenſet rõnẽ eſſe, qm̃ emptor, qñ
aliud nõ fuit expreſſũ, pręſumẽdus eſt ſolũ inten
diſſe cõcedere habitationẽ ijs, qui, ſi expellerẽtur,
agere poſſent ad intereſſe aduerſus vẽditorem. Et
iuxta hoc autores hi volũt cum gl. ibi. qñ quis ita
gratis habitaret, vt ſi expelleretur, agere poſſet de
euictione ad intereſſe aduerſus vẽditorẽ, tũc non
poſſe hũc expelli ab emptore. Fortaſſe textus ille
in ea fundat̃ pſumptione, ꝙ emptor, qñ aliud non
fuit exprę́ſſum, arbitratus eſt, illos habitare ꝑ mer
cede, quę deinceps ad ipſum dẽret ſpectare. Quic-
quid ſit, cũ ea lex in pręſumptione fundetur, ſanè,
ſi emptori cõſtabat illos gratis habitare, expellere
eos nõ poteſt in foro cõſcię: neq; in exteriori, ſi de
cõtrario præſũptioni, in eo foro cõſtet. Secũdus,
qñ ſucceſſor in re locata, poſt alienationẽ ſibi fa-
ctã, conuenit cũ conductore vt perſeueraret in eo-
dẽ contractu, aut id ei aliquo mõ conceſſit. Ita hr̃
l. emptorẽ. l. 19. & ti. 29. in prin. citatis. Tertius, ſi
cõductor, qñ rẽ conduxit, in pactũ deduxit, vt ea
ipſa res titulo hypothecæ obligata eſſet in ſecurita
tẽ cõtractus, & inſuper, vt locator, perſeuerãte cõ-
tractu, nõ poſſet eã alienare: tunc. n. expelli per eũ
nõ poſſet cui locator tentaſſet eã alienare. Rõ eſt,
qm̃ eſſet tunc inualida ea alienatio, vt hr̃ l. ſi credi
tor. §. vlt. ff. de diſtrac. pig. & l. vltim. ti. 5. p. 5. Di-
xi, deduxit in pactũ, vt ea ipſa res titulo hypothe-
cæ obligata eſſet in ſecuritatem cõtractus: qm̃ ad
hoc vt pactũ inſuper adiectũ, ꝙ locator, durãte cõ
tractu, non poſſit alienare rẽ locatã, impediat trãſ-
lationem dñij reddatq; nullã alienationẽ, ſi loca-

tor eam exequi intẽtet, nõ ſatis eſt hypotheca vni uerſali oĩum bonorũ, ſed neceſſaria eſt hypotheca particularis ipſis rei locatæ, vt cum communi doctorum ſententia affirmant Cald. de reno. emph. q. 12. a nu. 16. Alu. Val. conſult. 76. nu. 7. Ant. Go. nu. 9 citato, & Coua. 2. var. reſol. c. 15. nu. 3.

Quoniã iura citata, vt exhorbitantia, ſolũ ſunt intelligenda, de hypotheca particulari. Vnde reijcienda eſt contraria opinio Greg. Lopez l. 19. tit. 8. par. verb. *dos coſas*, in fine, vbi cum quibuſdam, aſſerit, ſufficere in hoc euentu hypothecam generalem bonorum.

Quartus, qñ locator in ſecuritatem contractus locationis ſubiecerat rem locatam hypothecæ, ſiue illam ſubiecerit in particulari, ſiue in vniuerſali, ſubijciendo oĩa bona ſua hypothecæ in ſecuritatẽ eius contractus. Tunc, enim licet alienatio talis rei locatæ, ac hypothecæ ſubiectæ in ſecuritatẽ locationis, valida ſit, nihilominus, ſi cõductor expelli intẽteretur a ſucceſſore particulari in ea re, poterit illi reſiſtere, eam retinendo, atque excipiendo, ſeu opponendo, ſibi eſſe obligatam titulo hypothecæ in ſecuritatem, quod contractus ſeruabitur. Ita Bart. & cõis doctorum ſnĩa, quã referunt, ac ſequuntur Cou. nu. 3. citato, Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. cap. 3. nu. 9. Caldas vbi ſupra, nu. 18. Aluar. Valaſ. conſul. 76. nu. 6. & 11. & Greg. Lopez l. 19. citata, verb. *dos caſos*, idque propter ius in re vi hypothecæ prius acquiſitum, eſtque id definitum lib. 4. Luſit. ordin. tit. 29. in princip. Iure ergo Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 9. reprehendit deciſionem Luſitanam, 243 qua approbante Gama. definitum eſt, emptorẽ rei locatæ expellere poſſe conductorem, qñ res locata ſubiecta fuerat hypothecæ in ſecuritatem contractus locationis: cenſet enim Gama, & cẽſuere, qui cum ipſo conſenſere, vt hypotheca impediat expulſionem cõductoris, eſſe debere hypothecam in ſecuritatem, quod res locata non alienabitur, non verò, quod ſtabitur contractui locationis, quod tamen eſt falſum contra communem doctorum ſententiam, & ordinationem Luſitanam citatam. Recte tamen deci. 130. fuit definitum, quando res vni fuerat locata, & ſimul hypothecæ ſubiecta eiſdem in ſecuritatem cõtractus, ſed nondũ tradita, & poſtea fuerat locata, & tradita alteri, præferendũ eſſe primũ conductorẽ, nihil impediẽte traditione rei locatæ facta ſecundo: non ſolũ quia præceſſerat hypotheca, atque adeo ius in re cõparatione primi conductoris; ſed ẽt qm̃, cũ ſecundus conductor non hẽat ius vllum in re, ſed ſolũ actionem perſonalem, ẽt ſi facta ſit ei traditio, præferendus eſt prior conductor, qui prius comparauit ius ad eãdem numero rem, vt ſibi traderetur fruenda per locationem.

Quæſt. 8 Dubitant doctores, vtrum qñ res ſolum fuit ſubiecta hypothecæ in ſecuritatem contractus locationis, ſatis ſit † particularem ſucceſſorem in ea re, ſatisfacere conductori æſtimationem totã eius, ꝙ ſua illius intererat, ſeruari contractum locationis, vt poſſit illũ expellere inuitum: an verò id nõ ſatis ſit, ſed teneatur ſtare contractui locationis.

Cõis doctorũ ſnĩa, quã cũ Bar. referũt, ac ſequũtur Cou. nu. 3. citato, Alua. Vala. conſul. cit. nu. 5. Caldas de renou. emph. q. 12. n. 23. & Grego. Lopez, vbi ſupra verb. *dos caſos*, cẽſet, ſatis eſſe offerre illi intereſſe argũ l. Paulus. §. qui pignoris. ff. quibus mod. pign. vel hypo. quæ ſtatuit, ſi res aliqua obligata erat alicui titulo hypothecæ pro aliquo debito, qđ ei nõ ſoluitur, tunc, qui illam poſſidet, non teneri tradere eam creditori petenti, ſed ſatis eſſe, ſi illi ſoluat debitum. Et quoniam hypotheca, in re propoſita, ſolum erat in ſecuritatem actionis perſonalis, quæ eſt ſolum ad intereſſe cõparatione locatoris, qui eam rem alienauit.

Ego cõtrarium arbitror eſſe verum cum paucis quos Caldas vbi ſupr. nu. 22. & alij referunt, nempe nõ ſatis eſſe, offerre illi ac ſoluere intereſſe, ſed teneri ſtare cõtractui locationis, ſi id ita cõductor velit: id ꝙ apertiſſime definiunt Luſitan. ord. tit. 29. citato in princ. adeo, vt Aluar. Vala. fateatur ita iudicari in Luſitania, eſſeque in eo Regno id dicendum. Ducor, quoniam res illa ſubiecta re vera erat hypothecæ pro ſecuritate locationis ipſius, quod. ſ. ei ſtaretur; neq; locator, qui rẽ non alienaſſet, ſatisfaceret offerendo intereſſe: id verò ius reale eſt, ꝙ permanet penes cõductorem, nihil impediente alienatione facta per locatorẽ.

Ad legem autẽ illã citatam, & ad alia ſimilia iura, dicendum eſt, id verum eſſe, quoniam non aliud debebatur ei, cui res hypothecæ erat ſubiecta, quã id, ꝙ ei ſoluitur: vnde eo ipſo res illa liberatur ab onere reali hypothecæ: in re autem propoſita aliud eſt, ꝙ debetur, & pro quo res illa eſt obligata quam intereſſe, ꝙ offertur, nempe cõtinuatio cõtractus locationis, qđ impleri poteſt: iura autem nõ ſtatuunt: qđ quando id ipſum, pro quo res eſt ſubiecta hypothecæ, ſolui poteſt per eum, cuius eſt res hypothecæ ſubiecta, ſatisfaciat, ſoluendo æquiualens, ſeu intereſſe. Ad id verò, quod ſubijcitur, dicendum eſt, hypothecam quidem, in re propoſita, eſſe ad ſecuritatem actionis perſonalis, quæ eſſet ſecluſa hypotheca; cæterum, quæ eſſet, ſi res non eſſet alienata; locator autem, ſi rem nõ alienaſſet, nõ ſatisfaceret offerendo intereſſe, ſed teneretur ſtare cõtractui: cũ ergo hoc ius ſemper perſeueret in cõductore ratione hypothecæ, quam ad id ſibi ſubijci fecit, cõſequens eſt, vt neque ſucceſſor ſatisfaciat offerendo intereſſe.

Quintus, quando fiſcus vendidit, aut alienare fecit aliter rem locatam, cõductorq; agere poterat ad intereſſe aduerſus fiſcum; tunc enim is, cui ea res à fiſco alienata eſt, expellere nõ põt cõductorẽ: intelligerẽ niſi ſatisfaciendo illi intereſſe, ſi fiſcus ſolũ ad intereſſe illi teneretur. Ita, iuxta doctrinã Bar. l. vlt. §. vlt. ff. de iur. fiſc. cõſentaneè ad textum ibi, Greg. Lopez vbi ſup. l. 19. cit. verb. *dos caſos* in princ. dictũq; eſt diſpu. 368. §. ab hac nihilominus regula, cõſentitq; Cou. ibi relatus. Quo in loco diximus, id nõ eſſe extẽdendũ. Quare priuilegiũ hoc fiſci, Eccleſiæ nõ conuenit, vt multis, aduerſus quoſdã, cõtẽdit Greg. Lopez vbi ſupra.

Sextus eſt de iure Luſitano libro quarto, ordinat. titu. 29. §. vltimo, vbi ſancitum eſt, ſemper emptorem (idem dic de quocunque alio, cui res alienata ſit) teneri ſtare conductori locationis cõtractui facto per venditorem, quando conductor Ius Luſitan.

velit

velit ſoluere emptori totum lucrum ex eo illi ceſſans, ac damnum eidem emergens, quod ſtare velit contractui locationis.

Fiſcus ſuccedens in bonis confiſcatis, num ſtare teneatur locationi factæ per condemnatum, & maioratus locationi factæ per ſuum anteceſſorem, ac fideicommiſſarius locationi factæ per hæredem grauatum.

DISPVTATIO CCCCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus non tenetur ſtare locationi factæ de aliquibus bonis determinatis, ſecus ſi confiſcentur bona omnia, aut aliquota illorum.*

Fallit tamen, vt num. 2.

3 *Succeſſor in maioratu, vel fideicommiſſarius non tenentur ſtare locationi factę de bonis maioratus, aut fideicommiſſi.*

Declara, vt nu. 5.

4 *Regula, quod reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis, quo caſu habeat locum.*

6 *Conductor expulſus a ſucceſſore bonorum locatorum, an poſſit agere ad intereſſe aduerſus hæredes locatoris.*

QVod ad primũ attinet, dicendũ eſt. Si bonũ
1 † aliquod, aut bona aliqua determinata, cõfiſcentur, non teneri fiſcũ ſtare locationi factæ circa bona illa iuxta ea, quę diſputatione pręcedente de ſucceſſore particulari in re locata dicta ſunt.

Ratio eſt, quoniam fiſcus eſt ſucceſſor particularis in eis bonis, non ſecus atq; emptor, aut legatarius; ſed neque condemnatus tenetur tunc conductori ad intereſſe, ſed ſolũ ad remiſſionẽ penſionis (aut reſtitutionẽ illius, ſi illam iam acceperat) pro reliquo tẽporis, quo ea de cauſa nõ licuit conductori re illa frui. Vtrumq; habetur l. ſi fundus ff. locat. & primũ affirmat Ant. Gom. cum alijs, quos refert, 2. to. variar. reſol. c. 3. nu. 10. Secundum verò aſſerit Nauar. in Manuali c. 17. nu. 187.

Fortaſſe tamen textus ille, quo ad hoc ſecundũ, non loquitur de publicatione ob maleficiũ locantis, ſed in bonũ publicum, vt daretur militibus, vt gl. ibidẽ ait, iuxta l. item ſi verberatũ. §. item ſi fortè, ff. de rei vend. Etenim l. ſi fundus, citata, apertè docet, ſi per locatorem ſtetit, quo minus cõductor frueretur re locata, ſaltẽ quia efficere potuit, vt alius non impediret eũ illa frui, tunc teneri illi etiã ad intereſſe: quando autem culpa locantis confiſcatur res locata, eaq; de cauſa conductor prohibetur à fiſco ea frui, vtique locator, abſtinẽdo ab ea culpa, efficere potuit, ac debuit, vt conductor non prohiberetur à fiſco ea frui, ac proinde, iuxta eã ipſam legẽ, locator tunc ad intereſſe tenetur cõductori. Si autẽ confiſcentur bona omnia delinquentis, aut pars illorum aliquota, vt dimidium, tertia, quarta, aut alia ſimilis, bonorum pars, tunc, quia fiſcus ſucceſſor eſt vniuerſalis delinquenti, inſtar hæredis, tenetur ſtare contractui à delinquente celebrato, iuxta ea, quæ diſp. 489. dicta ſunt. Ita colligitur apertè ex l. 2. C. de vi publica, & affirmant Ant. Gom. vbi ſupra, & alij, quos citat.

2 Excipe † cum eodẽ Ant. Gom. ibidem, niſi bona ipſo iure ob delictum confiſcentur, vt confiſcantur hæreticorũ bona: tũc enim, ſi poſt delictũ cõmiſſum locata fuiſſent, non teneretur fiſcus ſtare contractui, iuxta ea quæ diſput. 95. dicta ſunt. Ratio eſt, quoniam ante locationem comparauerat fiſcus ius in re in ea bona, eaque de cauſa locatio poſtea ſubſequuta, fuit ipſo iure nulla.

3 Quod attinet † ad ſucceſſorem in maioratu, & ad fideicommiſſarium, dicendum eſt, neutrũ teneri ſtare locationi factæ de bonis maioratus, aut fideicommiſſi, per antecedentem poſſeſſorẽ maioratus, aut hæredem grauatum. Ratio eſt, quoniam neuter iſtorũ anteceſſorum habebat diſpoſitionem eorum bonorum, etiam per locationem, in tẽpus poſt vitam ſuam, aut poſt aduentum tẽporis reſtitutionis fideicommiſſi, eaque de cauſa neuter locare potuit ea bona in longius tempus, pręiudicando ve ſucceſſori in tempus ſucceſſionis illius, quo minus liberam, atque omnimodam eorum adminiſtrationem haberet, vt de vſufructuario in tempus, quo finitus eſſet vſusfructus, diſp. 489. dictum eſt. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Molina lib. 1. de primog. c. 21. à nu. 1. Ant. Gom. l. 40. Tauri nu. 84. & 2. Tom. var. reſol. c. 3. nu. 8. concl. 3. Greg. Lopez l. 2. tit. 8 par. 5. verb. *el heredero*, & Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 20. in calce, nu. 19. & colligitur ex l. peto §. prædium. ff. de leg. 2. quod attinet ad fideicommiſſarium, eademque eſt ratio de ſucceſſore in maioratu, & habetur expreſſe l. ſi quis domum §. hic ſubiungi ff. locat. quoad vſufructuarium, eademque eſt ratio de habente maioratum, & de hærede grauato.

4 Habetque hac † in re locũ regula illa l. lex vectigali, & aliorum ſimilium iurium. ff. de pignoribus, quæ habet; reſoluto iure dantis, reſolui ius accipientis. Sicut autem in his euentibus ſucceſſor in maioratu, & fideicommiſſarius, ſtare non tenentur locationi factæ per anteceſſorem in maioratu, aut per hæredem grauatum: ita neq; conductor tenetur continuare cõtractũ conductionis cum illis. Neque enim contractus oneroſus, qualis iſte eſt, claudicare debet, ſed mutuo obligare debet, aut non obligare, vtramq; partem. Ita Molina vbi ſupra, nu. 4. cum Pan. & alijs, quos citat. Vnde, cum D. Ant. de Padilla, conſilium tradit, vt, ſi conductor horum bonorum aſtringere velit ſucceſſorẽ in maioratu, aut fideicommiſſarium, vt ſtent contractui locationis, faciat illos obligari, vnà cum poſſeſſore tunc eorum bonorum.

5 Quando † ſucceſſor non tenebatur ſtare contractui locationis facto per ſuum anteceſſorem, ſi penſionem eius locationis recipiat, cenſetur cõſenſiſſe, vt continuetur contractus cum ſuo prædeceſſore initus, ſolũ tamen per annũ, cuius penſionem, aut partem penſionis, ſuſcipit, quando certa penſio erat ſtatuta pro ſingulis annis. Ita

Molina

Molina vbi ſupra cum alijs, quos citat.

6 Vtrum † autem in his euentibus, conductores agere poſſint ad intereſſe de euictione aduerſus hęredes locatorum, eo quod ſucceſſores ſtare non velint contractui. Molina vbi ſupra à nu. 8. id latè diſputat. Breuiter autem dicendum eſt, ſi conductores ſciebant, iuſtam ve cauſam ſciendi habebãt, res illas eſſe maioratus, aut grauatas reſtitui, vel locatorem ſolum habere vſumfructum earum, aut eſſe vltimum emphyteutam illarum, tunc agere non poſſe aduerſus hæredes locatorum ad intereſſe: quia tunc in contractu illo nulla interuenit deceptio, ſed ſolum cenſetur in id tempus celebratus; perindeq; eſt cenſendus finitus, ac ſi caſu fortuito res locata perijſſet: quare tunc, ſolum tenentur hęredes reſtituere, ſi quid plus penſionis fuit locatori ſolutum, quam pro rata tẽporis, quod vixit; & conductores ſolum ſoluere tenentur hæredibus, ſi quid minus penſionis ſoluerunt, quàm pro rata eiuſdẽ temporis. Si aũt, vel locatores deceperũt eiuſmodi conductores, quia, quaſi plus iuris in eis bonis haberent, ea bona locauerunt, vel, cum conductores iuſtam rationem non haberent ſciendi eos nõ poſſe ea bona locare in tempus ſuam vitam, id eis expreſſerunt (quod eſt, id non exprimẽdo, vt tenebantur, virtute eos decipere) tunc vtique agere poſſunt ad intereſſe aduerſus hæredes locatorum.

Hoc totum habetur expreſſe l. ſi quis domum, §. hic ſubiungi, iunctis verſiculis ſequentibus ff. locati, hoc ſolo excepto, quod ea lege non exprimitur vltimus euentus, in quo virtute locatores decipiunt conductores, non detegendo illis, quæ tunc detegere tenebantur: tametſi in doctrina eius legis id virtute contineatur.

Atque hoc planè eſt, quod Molina vbi ſupra intendit cum alijs, quos citat.

Vtrum minor ſtare teneatur locationibus factis per ſuum tutorem, aut curatorem: & vxor diſſoluto matrimonio locationibus factis per maritum: & maritus locationibus de bonis dotalibus factis ante matrimonium: ac beneficiarius, aut prælatus, locationibus factis de bonis Eccleſiaſticis per ſuos anteceſſores.

DISPVT. CCCCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Minor tenetur ſtare locationi factę per tutorem, vel curatorem, et econuerſo conductor, datur tamen reſtitutio in integrum ipſi minori, ſi ſit notabiliter læſus.*

2 *Vxor tenetur ſtare locationi factæ per maritum de bonis paraphernalibus, & tanto magis de iure Caſtellæ, & conſuetudine Luſitaniæ.*

Quod autem in locatione bonorum dotalium. numero 2.

Et quid de iure Caſtellæ, & conſuetudine Luſitanię. num. 4.

Et quid econuerſo de marito, an teneatur ſtare locationi per ipſum factæ de rebus dotalibus. nu. 5.

6 *Prelatus, & beneficiarius an teneantur ſtare locationibus, de rebus Eccleſiaſticis factis per eorum prædeceſſores.*

1 QVod † ad minorem attinet, conueniunt doctores, finita tutela, aut cura, teneri, tam ipſum, quam hæredes ipſius, ſtare locationibus factis per tutorem, aut curatorem, & ècontrario, conductorem, & ipſius hæredes, teneri ſtare contractui prædicto minori, etiam ſi factus ſit iam maior, & hæredibus illius.

Ratio eſt, quia quando aliquis eſt legitimus adminiſtrator nomine alieno rerum aliquarum, vt ſunt tutor, curator, & procurator, tũc is, cuius nomine eas res adminiſtrat, non ſecus tenetur ſtare contractibus per illum factis, quam ſi ipſe illos celebraſſe. Ita Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 15. nu. 5. cum communi doctorum ſententia, quam referunt, argumento l. ſi tutelæ. ff. de adminiſtrat. tutor. Si tamen minor comperiretur notabiliter læſus, concederetur ei reſtitutio in integrum.

Ex doctrina tradita de minore, colligit Anto. 2 Gom. vbi ſupra, cum † maritus, paraphernalia bona vxoris adminiſtret, non nomine proprio, ſed vxoris, tanquam procurator illius, teneri vxorem ſtare locationibus factis circa ea bona paraphernalia per maritum. Quamuis autem id ex eo capite colligatur ſtando in iure communi, eo quod de iure communi adminiſtratio paraphernalium bonorum non competat marito, ſed vxori, atque adeo, ſi maritus ea adminiſtret, id ſit de conſenſu vxoriſque nomine, quia tamen de iure Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitaniæ, quando matrimonium celebratum fuit contractu arrharum & dotis, adminiſtratio bonorum paraphernalium competit marito tanquam familiæ capiti, & tanquam præcipuo in ſocietate bonorum inter ipſum, & vxorem comparatione lucrorum, vt, dum de contractu ſocietatis inter coniuges habitus eſt ſermo, latè explicatum eſt, vtique ex longè diuerſo capite, quòd proxime explicabimus, tenetur vxor in his Regnis ſtare locationibus eorum bonorum factis per maritum.

3 Quod † ad vxorum attinet comparatione locationum, quæ à marito conſtante matrimonio de bonis dotalibus ſunt factæ, communis doctorum ſententia, quam referunt Couar. 2. var. reſol. c. 15. nu. 5. & Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 3. nu. 8. concluſ. 1. eſt. In primis maritum, aut ipſius hæredes, teneri conductori ad intereſſe, ſi per vxorem, aut hæredes vxoris, diſſoluto matrimonio expellatur: neque conductorem poſſe aduerſus vxorem, aut hæredes illius, quicquam excipere, vt perſeuerare in contractu poſſit.

Deinde vxorem, hæredeſque ipſius, teneri ſeruare indemnem ea in parte maritum, atque adeo teneri ad alterum duorum, nempe, vel ad non expellendum

pellendum conductorem, vel ad reddendum maritũ indemnem, ſoluendo loco illius intereſſe. Atque hæc omnia probat aperte l. ſi fil ofamilias. §. ſi vir in quinquennium. ff. ſolut. matr. vbi Paulus iuriſconſultus ſic ait. *Si vir in quinquennium locauerit fundum, & poſt primum forte annũ diuortium interuenerit, Sabinus ait, non alias mulieri fundũ reddi oportere, quam ſi cauerit, ſi quid poſt vnius anni locationem maritus damnatus ſit, id a ſe præſtitũ iri.* Panorm. verò, & pauci alij, affirmant, non minus teneri vxorem ſtare locationi factæ per maritum, quam minor ſtare teneatur contractui facto per tutorem, aut curatorem: eo quod maritus ea bona adminiſtret tanquam curator vxoris, eorumque bonorum.

Ad quod alij rectè reſpondent, maritum, perſeuerãte matrimonio, adminiſtrare ea bona ꝓprio nõie, tanq̃ illorum vſufructuariũ toto eo tẽpore, eaque de cauſa contractum illum non tranſire ad vxorem diſſoluto matrimonio. At certè, ſi maritus ea bona adminiſtrat tanquã illorum dñs, atq; vſufructuarius illo tpe, nõ video, cur teneatur ad intereſſe, ſi conductores ſciebant ea bona eſſe dotalia, ſcire vel id debebant, aut ſi illis id ignorantibus, explicauit tpe contractus prout tenebatur, vt vtrumque de maioratus poſſeſſore, atque de vſufructuario, & hærede grauato, aliquid locantibus, diſput. præcedente dictum eſt: ſi verò id illis prorſus ignorantibus, non explicauit, vt tenebatur, non video, cur vxor teneatur ſeruare illum indemnem; ſucceſſor verò maioratus, proprietarius, & fideicommiſſarius, non teneantur ſeruare antéceſſorem in maioratu, vſufructuarium, & hæredem grauatum, indemnes.

Ad hæc non video quid aliud commodius dici poſſit, ſtãdo in iure cõi, quam idcirco de iure cõi mediam illam viã. §. ſi vir in quinquenniũ, electã fuiſſe, quod contractus matrimonij exhibitionis dotis quo ad vſumfructũ toto tpe matrimonij, ꝓ ſuſtentanda vxore, ſuſtinẽdiſq; onerib. matrimonij, in cõmodum vtriuſq; coniugis celebratus ſit.

4 De † iure autem Luſitano, quando matrimonium celebratum fuit cõtractu medietatis bonorum, & de iure Caſtellæ, & conſuetudine Luſitaniæ, quando celebratum fuit contractu arrharũ, & dotis, dicendum eſt, vxorẽ ſtare teneri locationibus factis per maritum, ſiue de bonis dotalibus, ſiue de bonis paraphernalibus. Ratio autem eſt, qm̃ eiuſmodi locationes communi nomine, atq; in vtriuſque vtilitatem in ordine ad lucra, celebratæ ſunt à marito tanquam à familiæ, & ſocietatis capite, vniuerſaliq; eorum bonorum adminiſtratore de iure eorundem Regnorum. Quãuis aũt diſſoluto matrimonio, ſocietas illa bonorum diſſoluatur, ea tñ, quæ perſeuerante ſocietate cæpta fuere tenentur ſocij adimplere poſt finitã ſocietatem, vt diſp. 414. dictum eſt. Si tñ inter bona vxoris reperiretur bonum aliquod vinculũ, matrimoniumq; morte vxoris diſſolueretur, tunc ſucceſſor in eo bono vinculato nõ tenetur ſtare locationi factæ de illa re, eſto vxor in eam locationem conſenſiſſet, aut vxor de licentia mariti eam rem locaſſet; vt diſputatione præcedente dictum eſt.

5 Quod † verò ad maritum attinet, vtrum ſcilicet ſtare teneatur locationibus factis de rebus dotalibus ante cõtractum matrimonium, Coua. nu. 5. citato cum alijs, quos citat, affirmat, non teneri ſtare: eo quod ſucceſſor ſit particularis in eis bonis, ſicut emptor, donatarius, & legatarius, de quibus oĩbus diſp. 490. oſtenſum eſt, non teneri ſtare eiuſmodi locationibus: tametſi cõtrariũ dicat aſſeuerare glo. l. diuortio in prin. verb. ſequantur. ff. ſol. matr. q̃ non ſolum cenſet amplectendam, ſed etiam ait eſſe in praxi receptam qñ maritus tempore celebrationis matrimonij ſciebat eas res locatas eſſe qm̃, inquit, tunc cenſendus eſt conſenſiſſe in locationes præteritas. Meo tamen iudicio, gloſſa, quam Couar. citat, nihil tale affirmat.

6 Quod † denique attinet ad prælatũ, & beneficiarium, num ſtare teneatur locationibus de reb. Eccleſiaſticis factis per ſuum prædeceſſorem, dicendũ eſt. Si prælatus, aut beneficiarius locet res ſuæ dignitati, aut bñficio, deputatas ad proprios ipſius reditus, & ſuſtentationem, tunc ſucceſſorẽ non teneri ſtare locationi factæ per talem prædeceſſorẽ in ea prælatura, aut beneficio: ſed neq; cõductorem tunc teneri ſtare idem contractui, continuando illum cum ſucceſſore, vt vtrumq; de ſucceſſore in maioratu, & de fideicommiſſario, diſputatione præcedente dictũ eſt: finitur. n. cõtractus eo ipſo, ꝙ dignitas illa, aut aliud beneficium Eccleſiaſticum, quacunq; rõne tranſit in ſucceſſorem, ſicut de locationibus factis per anteriorem poſſeſſorem maioratus, aut per hæredem grauatum, diſputatione præcedente dictum eſt, finiri eo ipſo, ꝙ maioratus, aut fideicommiſſum, tranſit in alium. Etenim locatio illa fit à prælato nomine proprio, & de reb. de quibus paciſci non poteſt, niſi in tẽpus vitæ ſuæ, ſicut de ſimilibus locationibus factis ab anteriore in maioratu, & ab hærede grauato, diſputatione præcedente dictum eſt.

Idẽ intellige, ſi cõmendatarius locet commendam, aut rem ad illam attinentẽ: ſucceſſor quippe ſtare non tenetur ei locationi, neque cõductor tenetur continuare contractum cum ſucceſſore in tali cõmenda. Ita gl. cõiter recepta. c. vlt. ne prælati vices ſuas, Couar. 2. var. reſ. c. 15. nu. 6. Molina lib. 1. de primog. c. 21. nu. 2. & cõis doctorũ ſnĩa. Si verò prælatus, aut beneficiarius, locent res, non ad ipſorũ reditus proprios attinẽtes, ſed pertinẽtes ad ſuã Eccleſiam, aut monaſterium, tanquam legitimi eorũ bonorum adminiſtratores, locentq; illas in tpſ à iure permiſſum, ſeruataq. ſolemnitate ad id requiſita, iuxta ea, quæ à diſp. 464. præſertim diſp. 466. dicta ſunt, tunc ſucceſſor ſtare tenetur contractui, & conductor ſimiliter continuare tenetur contractum cum ſucceſſore. Si tamen Eccleſia notabiliter læſa comperiatur, petere poterit beneficium reſtitutionis in integrum.

Hæc omnia ex eo probãtur, quoniam perinde ſe habuit eiuſmodi adminiſtrator in ea locatione, atq; curator in locatione bonorũ minoris, aut quicunque alius legitimus procurator in locatione eorum, bonorum ad quæ locanda conſtitutus eſt procurator; quare ſicut illi, quorum nomine hi locauerunt, ſtare tenentur locationi per hos factæ,

ctæ,iuxta l.tutelæ. ff. de adminiſtratione tutorũ : ita ſucceſſor in adminiſtratione Eccleſiæ,aut monaſterij, ſtare tenetur eiuſmodi locationibus factis per prædeceſſorem. Idemque eſt dicẽdum de rectore,ſeu adminiſtratore, bonorum hoſpitalis, ciuitatis, aut alterius loci, qui ſimiliter bona aliqua nomine hoſpitalis, ciuitatis,aut alterius loci, adminiſtrat:ſucceſſores quippe in ea adminiſtratione, tenentur ſtare contractibus per eos factis. Ita gloſſa citata,Coua,vbi ſupra,& doctores communiter. Lege quæ de locatione bonorum Eccleſiaſticorum cum eodem Couar. & Molina diſp. 466.citata,circa hoc diximus.

Si res locata pereat,aut ex quocumq; alio impedimento conductor vti, aut frui, ea nõ poſſit, quouſq; locator,& conductor teneantur,aut nõ teneantur, vnus alteri.

DISPVTATIO CCCCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Locata res ſi pereat, aut ex alio quocunque impedimento conductor ea uti,ac frui non poſſit, quouſque locator, & conductor adinuicem teneantur.*

2 *Locatoris ſcientia de periculo rei non ſufficit,vt conductor à denunciatione excuſetur.*

3 *Conductor ut a ſolutione penſionis liberetur propter periculum rei,quid ſufficiat.*

4 *Conductor an ceſſante bello, & alio periculo rei,teneatur continuare rem conductam.*

5 *Locatæ rei impedimentum oriens ex parte conductoris non liberat eum a ſolutione penſionis.*

6 *Locata res ſi pereat, aut eripiatur culpa locantis, tenetur locans ipſe conductori ad omnia damna, & etiam intereſſe lucri ceſſantis.*

7 *Locator, qui conductori ad intereſſe lucri ceſſantis tenetur,an teneatur etiam ad intereße extrinſecum.*

8 *Locata res ſi ſit euicta, ad quid locator conductori teneatur.*

9 *Locans operas ſuas alicui,fideliterq; non laborans, ad quid conductori teneatur.*

QVando res locata caſu fortuito perit,aut ſine culpa locatoris eripitur de poteſtate conductoris,ita qđ ex parte neutrius adfuit culpa, neq;
1 locator potuit id impedire,tunc † conductor ſolũ tenetur ad penſionẽ pro rata temporis, quo re cõducta fuit vſus:locator verò nihil tenetur conductori, niſi ad reſtitutionẽ pẽſionis, ſi plus acceperat,q̃ pro rata eius tẽporis ipſi debebatur. Eadem rõne,ſi ſuperueniat aliud impedimentum ad vſũ, ac fruitione rei locatæ tenẽs ſe ex parte rei ob circumſtantias ſuperueniẽtes,aut quę ignorabantur, vt ſi domus cõducta minetur ruinã,aut quia,propter ſuperuenientẽ peſtem, aut hoſtes,non eſt tuta habitatio, in ea,hiſq; de cauſis iuſto timore deſeratur,vel ob metum ſpirituum malignorum, ac phantaſmatum,quæ ibi apparent,vel alijs ſimilibus de cauſis merito deſeratur, conductor ſolum tenetur ad penſionem pro rata temporis, quo iuſto timore,meritoque illam deſeruit. Eodem modo,ſi quis famulum conducat,& quòd is famulus in morbum incidit, vti non poſſit obſequijs illius, non tenetur illi ſoluere penſionem pro rata temporis,quo non potuit eo vti.

Hęc omnia colliguntur,ac conſtant,in primis ex l.item quæritur.§.exercitu.ff.locati. Vbi habetur, ſi exercitu veniente, conducto, migrauit, ac deſeruit prædium, quod habebat conductum, & milites, cum ibi hoſpitarentur feneſtras, & reliqua abſtulerunt,non teneri cõductorem ex locato (intellige, niſi quo ad mercedem pro rata temporis)modo tamẽ nunciauerit locatori, ac reſtiterit, ſi nunciare potuit (vt ibi ſubiungitur) ac ſine ſuo periculo reſiſtere,& vitare damna potuit: ſi enim nunciare potuit, ac ſine ſuo periculo potuit reſiſtere,& vitare damna,& non fecit,tunc tenebitur ex locato,tum ad integram mercedem,tum etiam ad damna ſubſequuta,vt ex eo textu liquet.

Credo tamen, ſi ex eo, quòd nũciaret locatori ſuum diſceſſum propter hoſtes,aut ob aliud periculum,locator nihil reparaſſet inde damni,neque quoad mercedem,neque quo ad alia, ad nihil tũc illi teneri conductorem in foro conſcientiæ: ſed neq; in exteriori,ſi id in exteriori foro etiam conſtaret apertè. Conſentit Alua. Valaſ. de iure emphyt.q.27.in calce nu.13.cum alijs, quos refert:
2 vbi addit, quando † pro futura eſſet denunciatio, non ſufficere ſcientiam locatoris, vt conductor à denunciatione excuſetur.

In eodẽ numero rectè affirmat, habere prædicta verũ,ſiue bellũ iuſtum ſit,ſiue iniuſtum; modò cõductor cauſam illi nõ præſtiterit, vt nu.17. cũ alijs,quos citat,ſubiungit. Si tñ quis,præſente iam bello,aut alio periculo,aliquid cõduceret,tũc non excuſaretur à penſione ſoluenda, ſi propter tale bellum,aut tale periculum, rẽ conductã deſereret,niſi periculum augeretur, longeq; plus, quã ſperabatur,accreſceret. Ita cum alijs, quos citat, recte Alua. Valaſ. ibidem,nu.18.ſubiungit,& affirmat gloſ.l.habitatores,§.vltim.verb.verè ff.locati. Prædicta deinde colliguntur, ac conſtat ex l. habitatores §.vlti.ff.locat.cuius verba,ſunt, *Si iuſta cauſa fuiſſet,cur*(cõductor *ſcilicet*) *periculum timeret,quamuis periculum vere non fuiſſet,tamen non debere mercedem. Sed ſi cauſa timoris iuſta nõ fuiſſet mercedem nihilominus eum habere.* Vbi vides, ſatis eſſe conductorem deſerere rem conductam ob iuſtum timorem,vt à ſolutione pẽſionis liberetur,eſto non euenerit,quod iuſte timebatur.

Conſentit l. Pedius,in prin.ff.de incẽdijs,& affirmãt multi,quos Alua. Vala.nu.13.citato refert ac ſequitur. Itẽ prędicta oĩa copioſius colligũtur, ac cõſtant,ex l.ſi fundus,& ex duabus ſequẽtibus, iuncta l.ſi vno.§.itẽ cũ quidã, ff.locat.& ex l.21. tit.8.par. In hactenus dictis cõueniunt Nauar.in Manu.c.17. num.187 Couar.de pract.qq.q.30. nu.3. vbi *de peſte* loquitur,bello,& quacunq; alia cauſa iuſta,& 4.var.reſol.c.6. vbi de iuſto timore ob ſpiritus malignos, ac phantaſmata idem affirmat, refertque ita in Granatenſi prætorio fuiſſe iudicatum

iudicatum, & lib.3. var. reſol. c.13. nu.8. vbi cõi doctorum ſententia de famulo ægrotãte, quod dictum eſt, affirmat, ac probat, reiecta paucorũ contraria ſententia, Alua. Vala. de iu. emphy. vbi ſup. & nu.21. & 22. & q.22. n.6. & 7. Syl. ver. locatio, q.12. Ant. Gom. 2. tom. var. reſol. c.3. nu.1.2. & 3. & alij, quos citant. Panor. verò c. pp ſterilitatem, de locato nu. 8. ait, quamuis propter peſtem relinqui domus poſſit, neque conductor teneatur penſionem ſoluere, vix tamen in praxi poſſe id obtineri. Coua. nu.3. citato ſubiungit, huic Panormitani aſſerto concinere, quod Matthæus de Aflictis refert, nẽpe ſenatum Neapolitanum tempore Alfonſi Secundi ſtatuiſſe, propter peſtem conductores immunes non eſſe à ſolutione penſionis. Doctores tamen citati conſtanter aſſeuerant, immunes in eos eſſe. Et Couar. ibidem, & Aluar. Valaſ. nu.6. citato aiunt, decretum illud Neapolitanum ad conſtitutiones eius Regni ſpectare, contrariumque, iuxta iuris ciuilis diſpoſitiones, eſſe in alijs Regnis amplectendum.

Quęſt. Vtrum autem ceſſante bello, aut peſte, vel alio periculo, pp quod deſeruerat quis rem conductã,
4 teneatur † continuare contractum locationis, ſi adhuc ſupererat tẽpus iuxta contractum à principio initum. Coua. nu.3. citato cum alijs, quos citat, aduerſus quoſdam aſſeuerat, teneri continuare contractum, eandem opinionem amplectitur Aluar. Valaſ. q.22. citata, nu.6.

Deciſ. Arbitror tñ diſtinguendum eſſe. Qm̃ res non ſit integra, eo quòd locator inuenit, qui idem cõduceret, ẽt in tps, quo prior cõductor erat abſens vtique neque prior conductor cogere põt locatorem, vt ſecum continuet contractum; ea enim de cã conductori illi fuit iniunctum onus locatorem admonendi de ſuo diſceſſu, vt locator ſibi cõſulere poſſet, ne id detrimentum penſionis pateretur; neque item locator cogere poteſt conductorem.

Si verò res adhuc ſit integra, & nihil ſit, quod perſuadeat, conductorem non eſſe cogendũ continuare cõtractum, tunc cõductor, & locator mutuo ſe cogere poſſunt, continuare contractum, vt Cou. & Alua. Vala. affirmãt. Si aũt aliquid, ſit, ꝙ ſpectatis circumſtãtijs cõcurrentibus, perſuadeat cõductorẽ non eſſe cogendum continuare cõtractũ, vt q̃a peſtis, aut bellum, multo tpe perſeuerauit, & conductor longe migrauit, neque ſibi iam expedit redire in eundem locum, & ſimilia alia, tunc non arbitror illum eſſe cogendum cõtinuare cõtractum: qm̃, ſi à principio deductum fuiſſet in pactũ, quòd in eo euentu teneretur continuare cõtractum, vtiq; id non acceptaret: in cõtractib. aũt, ſicut & in alijs reb. nõ cenſetur id in vniuerſali pactione compræhenſum, ꝙ, ſi in particulari fuiſſet deductum in pactum, non acceptaretur.

Quando res conducta ante implectũ tempus, pro quo erat locata, reddita eſſet notabiliter ad id deterior, ad quòd fuit conducta, neque refici, aut reparari id poſſet, tunc relinqui poſſet à cõductore, aut poſſet cogere locatorem vt proportionabiliter, comparatione eius, quod minus vtilis reddita eſt minuere de penſione. Ita habetur l. habitatores, in prin. & l. ſi merces. §. ſi vicino. ff. locati.

Non immeritò dixi ſupra; ſi ſuperueniat impedimentum ad vſum, ac fruitionem rei locatæ,
5 tenẽs ſe ex parte rei qm̃ † ſi impedimentum ſit ex parte eius, qui illam conduxit, qui (ſi res conducta, verbi gratia, ſit domus) nõ põt illam habitare ob caſum, ac circumſtantiam ſuperuenientem ex parte ipſius, vel ſi conduxit operas alicuius non põt illis vti, quia illis iam nõ indiget, vel quia neceſſe ſibi fuit ob ſuum commodũ, aut fugiendum damnũ ſuum particulare, aliò migrare, eſto hæc caſu fortuito aduenerint, tenetur ad penſionem integre ſoluendam locatori, niſi cum eo conſentiente paciſcatur, vt remittat aliquid ratione poteſtatis, q̃ illi faciat locandi idẽ alicui alteri, vt põt iuxta ea, quæ, diſpu.489. dicta ſunt. Ita habetur, l. ſed addes. §. cum quidam, & l. qui operas. ff. locati, & affirmant Syluest. q.12. citata, & Nauar. in Manuali, c.17. num.197. & 198.

Quo loco obſerua, ſi locator illud idem locet in idem tps alicui alteri, teneri id deducere de penſione, quam ſibi in idem tempus promiſit conductor primus: quoniam, vſus ille rei illius in id tempus, ac fruitio illius in id tempus, quam locat, aut quo ad quẽ rẽ locat, non ſpectat ad ipſum, ſed ad primum conductorem: quarè ſicut, qui rẽ alienam vendidit, tenetur reſtituere pretium domino rei, quando tacitè is ratum habet: vt eam vendat: ita, qui pretium pro ea locatione accipit, tenetur illud deducere de pretio, quod ipſi pro eodem vſu, & fruitione primus conductor debebat.

Atque hoc eſt, quod §. illo citato iubetur. Licet ergo locator ille non teneatur locare alteri rem illam, poſſitq; accipere integram penſionem à primo conductore, ſi tñ illam locet, non facta prius tranſactione, & compoſitione cum primo cõductore, vtique tenetur deducere de prima penſione pretium, quod pro ſecunda locatione accipit, niſi primus conductor, quaſi pro derelicto vſum illum relinquat, ac fruitionem illius rei toto eo tempore, ad quam habebat ius, & quæ ſibi erat debita, etiam vt ipſe poſſet locare eam alteri.

6 Si res locata † pereat, aut reperiatur culpa locantis, aut ab aliquo, quẽ locans potuit impedire, vel ſit locata ſciẽte locãte eſſe alienã, & euincatur, tunc locans tenetur conductori, non ſolum ad oĩa dãna, quæ ea de cã illi fuerint ſubſequuta, ſed etiã ad intereſſe lucri ceſſantis. Idem intellige de eo, qui locauit operas ſuas, & culpa ſua eas non præſtitit: tenetur enim conductori ad totũ intereſſe, etiam lucri ceſſantis. Ita habetur l. ſi in lege, §. colonus, & l. ſi fundus. ff. locati, & l.21. tit.8. par.5.

Vtrum autem teneatur ad intereſſe lucri ceſſãtis ſolum intrinſecum, hoc eſt, quantum plus in erant valituri fructus, atque vſus rei locatę, quam Quęſt.
7 tempore reſtitutionis valeant, vel etiam † ad extrinſecum, ideſt, quantum eis lucraturus erat cõductor negotiando illis Greg. Lopez l.21. citata ait, teneri ſolum ad intrinſecum, iuxta l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem. ff. de actionib. empt. Addit, niſi, qui conduxit, eſſet mercator: nam tunc etiam ad intrinſecum teneri affirmat.

Similem aliam eiuſdem authoris retulimus opinionem cum Bartol. diſputat. 199. qua affirmabat

mabat, mutuatariũ teneri quidẽ ad intereſſe mutuãti, ſi illi mutuũ non reſtituat in termino pfixo; cæterũ teneri illi ſolũ ad intereſſe intrinſecũ, non verò ad extrinſecũ, niſi mutuans mercator eſſet.

Vt autem eã opinionem ibidẽ reiecimus, atque impugnauimus, ſic hęc alia reijciẽda hoc loco eſt; affirmãdumq; eſt, locatorẽ teneri cõductori, etiã ad intereſſe extrinſecũ: quñ vere eſt cauſa conductori vtriuſq; damni, atque adeo ſecluſa l. ſi ſterilis, ſtandoq; in ſola rei natura, iureve ſolo naturali, quandocunq; aliquis ſua culpa nõ ſtat alteri cõtractui, præſertim oneroſo, tenetur ei ad totũ intereſſe, etiã extrinſecum, lucri ceſſantis: lex verò ſi ſterilis, §. cũ per venditorem, ſolũ loquitur de cõtractu emptionis, & vẽditionis; & tamquã exorbitans, atque à natura ipſa rei recedens, non eſt ad alios contractus extendenda, vt ſæpè dictum eſt.

8 Si verò † quis bona fide rem aliquã locauit alicui, reſq; illa euicta ſit, locator tunc tenetur petere ab eo, qui illam euicit, vt eã conductori relinquat pro eadem penſione toto tempore contractus locationis, vel tenetur illi tradere aliã æquè bonam ad fruendum toto eo tempore: ſi autem neutrum obtinere, aut efficere potuerit, tenetur remittere conductori de penſione pro rata temporis, quo re locata frui illi non fuerit permiſſum. Ita habetur. l. ſi quis domum. ff. locati, & l. 21. tit. 8. par. 5.

Cum enim vnuſquiſq; contrahentiũ implere teneatur alteri contractũ eo modo, quo potuerit cõmode, locans ad illa duo priora ſub diſiunctione vnius, in defectũ alterius, meritò obligatur, eiſque ſufficienter implet contractũ ex ſua parte eo modo, quo poteſt: quare tunc conductor ſtare etiam tenetur contractui, ac ſoluere penſionem.

In defectum verò illorum duorum, tenetur locator remittere penſionẽ pro rata temporis, quo conductori nõ licuit re locata vti. Idem diceremus, qñ res locata ſine locatoris culpa confiſcatur, iuxta ea quæ ex l. ſi fundus, diſput. 491. dicta ſunt: tenetur enim locator obtinere vſum illius à fiſco pro eadem penſione, ſi poſſit: alioquin tradere tenetur conductori fruendam rem aliam æquè bonam: & quando neutrum pręſtare potuerit, remittendum eſt illi de penſione pro rata temporis.

9 Qui † operas ſuas in diẽ, aut in aliud tẽpus, alicui locauit, fideliterq; nõ laborauit intra limites laboris, ac curæ debitæ, ita qđ prudẽtis arbitrio laborẽ infimũ iuſtũ pro eo ſtipẽdio debitũ nõ attingit, tenetur reſtituere cõductori de ſtipẽdio pro rata eius laboris, atq; operis, qđ præſtare tenebatur, neq; pręſtitit: immò verò tenetur ẽt illi reſtituere, ſi quod aliud detrimentũ, ẽt lucri ceſſantis, inde ſubſequutum conductori fuit, vt ſi conductus ad piſcaturam fuit, aut ad aliud ſimile. Ita Nauar. in Manu. c. 17. n. 196. reſq; ex ſe eſt ſatis perſpicua.

Ex qua culpa conductor locatori, & locator conductori, teneatur.

DISPVTATIO CCCCXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Conductor locatori tenetur de dolo lata culpa, ac leui, non autem de leuiſſima.*

Idem in locante operas ſuas. nu 2.

Fallit, niſi aliud inter partes conuentum ſit. numero 3.

4 *Conductor locatori tenetur non ſolum de ſua propria culpa, ſed etiam ſuorum, & externorum.*

5 *Diligentia à conductore, vel alio ſimili adhibenda, quomodo intelligenda.*

6 *Cuſtos rei quando teneatur de caſu fortuito.*

7 *Conductor quando teneatur de igne, in re conducta caſu fortuito accenſo.*

8 *Pactum, vt quis de caſu fortuito teneatur, an omnes caſus comprahendat.*

9 *Locans vaſa vitioſa, ad vinum, vel aliud ſimile ſeruandum, tenetur ad intereſſe conductori, vinum illorum ignoranti.*

10 *Locans agrum ad paſtum, in quo erant herbæ nociuæ, ad quid conductori teneatur.*

11 *Fullo, tutor, & alij ſimiles, ad quid domino teneantur, pro re corroſa, vel deteriorata.*

12 *Nauis conducta ad merces aſportandas ſi culpa domini perijt, ad quid ipſe teneatur conductori.*

13 *Colonus, ob prauam culturam, fundum, ſeu vineam deteriorem reddens; ad fructus ferendos in tempus futurum, ad quid locatori teneatur.*

14 *Conductor domus non reddens certiorem dominum de vicino nouum opus ædificante, vel de domo vicini ruinam minante, in præiudicium domus conductæ, tenetur domino ad intereſſe.*

15 *Conductor quando teneatur de damno in prædio conducto illato ob inimicitias.*

16 *Locans operas ſuas, & induſtriam, quando teneatur locatori ad intereſſe.*

17 *Conducens operarium ad certum totum opus conficiendum, quod caſu aliquo fortuito non potuit perficere, tenetur illi, vel eius hæredibus ſoluere de mercede pro rata eius, quod fecit.*

Limitatur tamen, vt nu. 18.

19 *Cuſtodiam habens alicuius rei, pro certa mercede conſtituta, an teneatur etiam de leuiſſima culpa.*

20 *Cuſtos ut non teneatur de cuſtodia, ſeu leuiſſima culpa, quid probare debeat.*

CONductor, qui ad vſum, aut etiam ad fructus, rem aliquam locatam accepit, tene-
1 tur † locatori de dolo, lata culpa, ac leui, non verò de leuiſſima, aut caſu fortuito, iuxta ea, quæ diſputatione 295. iuncta diſputatione 293. dicta ſunt. Ratio autem eſt, quoniam hic contractus eſt in vtriuſque partis commodum: quando autem talis eſt contractus, neque aliud inuenitur expreſſum contrahentes ſolum tenentur de dolo lata culpa, & leui: non verò de leuiſſima, aut
2 caſu fortuito. Simili † modo quando aliquis locat operas ſuas circa aliquid alienum, vt ſartor ad conficiendas veſtes, molendinarius, aut piſtrinarius, ad molendum triticum, paſtor ad cuſtodiendum gregem, & varij alij artifices, ac miniſtri, ad aliquid aliud circa rem alienam efficiendum, tunc, ſi ea res ipſorum negligentia pereat, aut deterior reddatur, tenentur de dolo lata,

ta, aut leui culpa, non verò de leuiſſima, aut caſu fortuito.

3 Si tamen † deductum eſſet in pactum, vt eiuſmodi conductores, aut locatores, tenerentur de minori culpa, etiam de caſu fortuito, vel etiam vt non tenerentur de tāta culpa, ſtandum eſſet contractui; modo inde non oriretur aliqua inęqualitas, attento periculo, cui ſe exponunt, & attenta mercede, quam recipiunt; & modo non deduceretur in pactum, vt non tenerentur de dolo: quoniam id eſſet contra bonos mores, inualidaq; proinde eſſet talis pactio, vt hæc omnia, & alia, quæ hoc loco dici poterant, latè diſput. 295. & duabus ſequentibus, circa hunc, & alios contractus, explanata ſunt. In his omnibus conueniunt doctores communiter, & conſtant ex l. item quæritur. §. ſi gemma l. ſi quis fundum, in princip. & §. Celſus, & ex l. ſed & damno, ff. locat. ex §. vlt. Inſtit. quib. mod. re contr. oblig. & ex l. 7. & alijs vſque ad 17. tit. 8. par. 5.

Sunt verò in maiorem horum lucem addenda nonnulla, quæ in iure ſunt expreſſa. Lege, videamus, in princip. iuncta l. qui inſulam, §. vlt. ff. lo-
4 cat. habetur, conductorem † teneri locatori, non ſolum de culpa ſua propria, ſed etiam de culpa ſuorum, atque etiam externorum, quos induxerit in domum, aut in ſimile prædium locatum.

Item l. ſi merces, §. qui columnam. ff. locati, habetur, ſi quis conducatur ad columnam aſportandam, aut ad tranſportanda vaſa, vini, aut olei, aut res alias ſimiles, quales eſſent vaſa vitri, teneri eū ad diligentiam, ne periclitentur, ac frangantur, qualem diligentiſſimus adhiberet: atque, tum ex his verbis, tum etiam ex antecedentibus, & ſequētibus, ſolum videtur textus ille excludere caſum fortuitum, atque adeo compræhendere culpam, etiam leuiſſimam.

Et hoc ipſum ſtatuere vr̄ apertè l. 8. titu. 8. par.
5 5. glo. tñ Accurſij, §. illo citato † exponit, diligentiſſimus, id eſt, diligens, ita vt ſi ſolū compræhendatur culpa leuis, iuxta regulam traditam, multiſque iuribus diſputat. 295. comprobatam. Ac ſanè hæc expoſitio, & opinio mihi probatur, quæ intelligenda eſt, modò diligentia apponatur, qualē diligens apponeret, prout poſtulat res, quæ aſportatur: maiorem quippe curam exigit columna marmorea elaborata in aſportante, ne frangatur, quā res aliæ cōiter, & ſimiliter maiorem curam, ac diligentiam poſtulant vaſa vitrea, aut doliū vino, vel oleo, plenum, quam res aliæ communiter.

Ducor ad hanc expoſitionem, atque opinionē amplectendam, non ſolum ob Accurſij authoritatem, & quia, vt idē Accurſius ibidem rectè ait, in iure, diligentia, quæ culpæ leui opponitur, ſæpè exprimitur illis verbis: ſed etiam, quoniam Inſtit. de locat. §. penult. cum ſermo ſit de veſtimento, argento, & iumento conducto, ſimili modo exprimitur diligentia, ad quam conductor tenetur, ſimiliq; modo Accurſius illam ibidem exponit: nemo autem dixerit, conductorem iumenti teneri de culpa leuiſſima in illo curando, ac cuſtodiēdo, niſi apertis alijs iuribus velit repugnare, irrationabilemq; exceptionem in iumento, aut veſtimento, vel argento, efficeret à regula generali huius contractus.

Ducor præterea, qm̄ in eiuſmodi iuribus, quæ aliquid exorbitans a rationabilibus, ac generalib. regulis ſonāt, licita eſt violenta aliquo modo interpretatio, vt iura iuribus conſentiant, vel fortè §. qui columnam, & l. 8. citata, id tantum ſignificare voluerunt, vix, aut ne vix quidem, diſtingui poſſe culpā leuiſſimā à leui in his rebus, quæ ex ipſa rei natura maiorem poſtulant diligentiā, quam cōem; quaſi culpa, quæ in alijs rebus aſſetuandis eſſet leuis, in his rebus ad limites leuis non pertingat: atque ita nulla in his rebus eſt exceptio à regula contractus locationis, & conductionis.

Quamuis pactum non eſſet inter locatorem, & cōductorem, vt alter eorum de caſu fortuito tene-
6 retur, ſi tamen, qui † cuſtodire rem tenebatur, aliquod aliud pactum eſt tranſgreſſus, idque occaſio fuit, vt res caſu fortuito periret, tunc de tali caſu fortuito tenetur: ſecus autem, ſi id occaſio non fuit, vt res eo caſu fortuito periret, quia ſimili modo, ea occaſione ſublata, res erat peritura. Exempla ſunt, l. videamus. §. ſi hoc, & §. vlt. ff. locati.

7 Si enim † inter locatorē, & conductorē conuenit, vt nullus oīno ignis eſſet in re conducta, vtique, ſi ignis ibi eſſet, & ex illo caſu fortuito ſine vlla culpa cuiuſquam res conducta exureretur, teneretur conductor eo caſu fortuito: quoniam ignis ille, à locatore prohibitus, occaſio fuit eius incendij. Si tñ ſolū inter eos cōueniſſet, vt ibi eſſet ſolū ignis innocens, id eſt, vnde periculum nō immineret, tunc cōductor non teneret de eo caſu fortuito: qm̄ nulla fuit tranſgreſſio pacti, quippe ignis ille innocens fuit. Vtrumq; hr̄ §. ſi hoc, citato, iuncta antecedente, l. ſi quis fundum. § 1.

Aliud exemplum eſt, ſi conuenit inter locatorem, & cōductorem, vt in prædio aliquo fœnum non mitteretur, cōductorq; id tranſgreſſus eſt, & caſu fortuito ignis ſuccedit fœnum, prædiumque exuſtum eſt, tenetur conductor de eo caſu fortuito, qm̄ tranſgreſsio illa occaſio fuit illius fortuiti caſus. Ita habetur. §. vltimo citato. Simili modo, ſi quis conduxit aliquid in tp̄s certum, trāſactoq; eo tpe, in mora fuit rem reſtituendi, idque occaſio fuit, vt caſu fortuito ea res periret, quia ſi reſtituta fuiſſet, euaſiſſet periculum illud, nec periret, tenetur de eo caſu fortuito. Intellige, ſi detinuit inuito locatore: ſecus ſi præſumebat illum non eſſe inuitum, req; ipſa inuitus non erat.

Si tñ res ſimili modo caſu fortuito erat peritura, tunc, quia tranſgreſsio pacti occaſio nō fuit, quod caſu fortuito periret, non tenetur cōductor de eo caſu fortuito, vt fusè diſp. 295. comprobatū eſt, eaque de cauſa in hoc probando, autoribuſq; huius noſtræ ſententiæ citandis, hoc loco non immoror, atque iuxta hæc accipiendum eſt, quod habetur l. 8. Caſtellæ citata. Hinc intelliges, quid dicendum ſit in ſequenti euentu. Conduxit quis equum ad iter ea lege, vt ſolum ſeptē leucas quotidie in eo conficeret: confecit verò octo, & mortuus eſt. Quæritur, num teneatur reſtituere pretiū illius locatori.

Dicendum eſt, teneri quidẽ, ſi id cã, aut occa-
ſio fuit, ꝙ moreretur: ſecus autem, ſi neque cauſa,
neq; occaſio fuit, quod moreretur, q̃a ſimili mo-
do erat moriturus, vt regulariter eueniet, ſi mor-
bo interijt: neq; enim cõficere vnam leucam, vl-
tra ſeptem, ſufficiens cã eſſe ſolet, vt moriatur, qñ
alioquin non eſſet ſimiliter moriturus.

Illud inſuper eſt obſeruandum, num, quando
8 † pactum interuenit, vt aliquis de caſu fortuito te
neatur, id intelligatur de omni, an de aliquo, aut
aliquibus. Ex circumſtantijs enim concurrenti-
bus eſt iudicandum, ad quos caſus fortuitos ſe in-
tenderit quis obligare vi contractus, qñ id ſuffi-
cienter non exprimitur: neq; ad plures iudicãdus
eſt ſe intendiſſe obligare, quam circumſtãtiæ con
currentes perſuadeant. Vt ſi aurifex gemmam in-
ſculpendam, aut includendam in auro ſuſceperit,
atque timore domini, ne illam inſculpendo, ac
includendo in auro, eam frangat, ſe ad caſum for-
tuitum aſtringat, vtique de ſolo caſu fortuito fra-
ctionis eam inſculpendo, atque includendo in au
ro, eſt intelligendum, non verò de alijs: atq; hoc
ſonant l. item quæritur. §. ſi gemma, ff. locat. & l.
10. tit. 8. par. 5. Vtrum autem teneatur ad inſoli-
tos, & inopinatos, quando de eis in particulari
non eſt facta mentio, an verò tantum ad ſolitos,
atque opinatos, diſp ſequenti dicetur.

Lege, ſed addes, §. 1. locat. & l. 14. tit. 8. part. 5.
9 hr̃. Eum, qui vaſa † vitioſa locauit ad vinũ, oleũ,
vel aliud ſimile, in eis aſſeruandum, teneri ad in-
tereſſe conductor ignoranti vitiũ illorũ, ẽt ſi loca
tor vitiũ ignorauerit. Et idẽ de vẽdẽte ad id ſimi-
lia vaſa vitioſa hr̃ l. tenet, §. ſed ſi vas. ff. d ac. emp.
10 Duobus † tñ iuribus primo loco citatis cõtra-
rium nihilominus ſtatuitur de eo, qui locauit ad
paſtum agrum, in quo erant herbæ nociuæ: qm̃, ſi
ſciebat ibi eſſe eas herbas, neq; admonuit condu-
ctorem, tenetur illi ad damna ſubſequuta: ſi verò
ignorabat eas ibi eſſe, non tenetur conductori ad
dãna ſubſequuta: cæterũ nullum pretium ei debe-
tuꝗpro locatione eius agri; atque, ſi id deceperat,
tenetur illud reſtituere. Ratio huius poſtremę ſan
ctionis vr̃ eſſe, qm̃ ager ille nullo pretio eſt dign9
pro locatione ad paſtum, cum ad id nõ inſeruiat,
ſed noceat. Quòd verò attinet ad vaſa locata, aut
vendita, qñ locator, aut locator, aut vẽditor, igno-
rabat|vitium, idcirco eſt id ſancitum, qm̃ attende-
re debebat qualia vaſa tradebat, lexque illa præſu
mit ignorantiam illam eſſe culpabilem in eo, qui
vaſa vitioſa ad id vendidit, aut locauit: non verò
in eo, qui agrum nociuum ad paſtum locauit, de
quo nullus antea id fuerat expertus. Quia ergo lex
illa in præſumptione fundatur, vtique in foro cõ-
ſcientiæ vim non habet, qñ arbitrio prudẽtis, nul
la adfuit culpa ex parte ea vaſa|vendentis, aut lo-
cantis: ſed in foro exteriori vim habebit, ſi de con
trario præſumptionis in eo conſtet. Ita Nauar. in
Man. c. 17. nu. 196. & Sylu. ver. locatio. q. 18.

Quando tñ quis venderet, aut locaret, eiuſmo-
di vaſa pro non vitioſis, ita qđ ſe ita vendere, aut
locare exprimeret, tunc vtique, eſto ipſe vitium
inuincibiliter ignoraret, teneretur conductori,
aut emptori ad intereſſe, damnaq; ſubſequuta,
vt expreſſe hr̃ l. tenet, §. ſed ſi vas. ff. de acti. empt.
& affirmant doctores citati; qm̃ eo ipſo in ſe cen-
ſetur ſuſcipere, ſi quæ dãna inde fuerint ſequuta.

Lege, itẽ quęritur, §. ſi fullo, & l. ſi quis fundũ.
11 §. Celſus, ac l. 12. tit. 8. par. 5. hr̃, ſi quis † rem ali-
quam acceperit ad aliquid circa illã pro munere
ſuo faciendum, aut exercendum, vt ſartor veſtes
ſuendas, fullo pannos ad lauandum, tingens ad
eos tingendum, & ita de cæteris, atque vel rem il
lam commutauerit tradendo vni, quod erat alte-
rius, vel in poteſtate illius aliquid detrimenti ei
acciderit, vt quia à muribus fuit corroſa, etiam ſi
ex ignorantia ipſius id euenerit, teneri, vel aliam
æquè bonam, vel valorem illius reſtituere domi-
no talis rei. Gloſſæ Accurſij ibidem eam rationẽ
huius ſanctionis reddunt, quia ſemper p̃ſumitur
culpa, ſaltẽ leuis, ob inaduertẽtiã, aut ignauiam.

Quòd ſi iura illa in ea præſumptione fundan-
tur, ſanè, qui res ita acceperunt, ad reſtitutionem
non tenentur in conſcientiæ foro, ſi culpa, ſaltem
leuis, ex parte ipſorum non interuenit, immo ne-
que in exteriori, ſi in eo ſufficienter conſtet con-
trarium eius, ꝙ ea iura præſumũt: res. n. eiuſmo-
di, ſi ſine culpa eas accipientis pereant, non ipſi,
ſed dño illatum pereunt, ſecluſo pacto in contra-
rium: quare, niſi ex p̃ſcripto harum legum acci-
piens cum eo onere cẽſeatur eas accipere, vt tenea
tur etiam ex illa ignorantia, & inaduertentia in-
uincibili, vtique ad reſtitutionem non tenetur.
12 Quod † quis conduxerat nauim ad merces aſ-
portandas, ſi dominus nauis, artis nauigandi im-
peritus, ſine magiſtro nauigationem fecit, aut in
nauigatione magiſtri conſilium ſequi noluit, ea-
que de cauſa nauis perijt, tenetur conductori ad
intereſſe. Si etiam tranſtulit merces in aliam na-
uim deteriorem ſine conſenſu domini mercium,
& hæc alia nauis perijt, tenetur etiã domino mer
cium ad intereſſe.

Hæc oĩa habentur l. item quęritur, §. 1. & 2. ff.
locat. & l. 13. tit. 8. par. 5. iuncta l. vlt. §. ſi ea con-
ditione. ff. ad l. Rodiam. Quod ſi in aliam nauim
æquè bonam, aut meliorem, eas tranſtulit, ſed
reclamante, atque inuito domino merciũ, & hæc
alia nauis perijt, etiam tenetur domino mercium
ad intereſſe: quia transferendo illas in aliam na-
uim, inuito domino mercium, occaſio fuit, quod
perirent, iuxta ea, quæ ex l. videamus. §. ſi hæc, &
§. vlt. ff. locati, ſupra dicta ſunt. Si verò domino
mercium inſcio, aut non reclamante, id fecit, non
tenetur, vt habetur. l. item quæritur. §. 1. ff. locati.
& conſentit, l. 13. citata.

Quod ſi inſcio, aut non reclamante domino
mercium, eas tranſtulit in aliã nauim, quę in eun
dem locum tendebat, & ſine nautarum culpa v-
traque nauis fecit naufragium, tunc dominus na-
uis nõ tenetur domino mercium ad intereſſe: qm̃
ſimiliter merces erant perituræ, eſto manſiſſent
in priori naui, neque translatio illa occaſio fuit,
quod perirent. Ita habetur l. vlt. §. ſi ea conditio-
ne, ver. Paulus. ff. ad l. Rodiam.
13 Quando is, qui † conductum habet prædium
ruſticum, ob intempeſtiuam, aut prauã illius cul
turã, deterius illud redderet ad fructus in futu-

rum

rum tp̃s ferẽdos, vt ſi vineam, quo plures fructus tpe locationis ferret, ita putaret, vt deteriorem il-lam in ſequens tp̃s redderet, tenetur locatori de dãno dato. Itẽ ſi arbores plus, q̃ pro rõne coloni, ſcinderet, ac deſtrueret, vel ſi, auulſas vi tempeſtatis, ſibi contra domini voluntatem aſſumeret, & denique ſi quod damnum prædio ob ſuam culpã, vel negligentem cuſtodiam, obueniret, vt ſi pateretur ſeruitutem, eo prædio debitam præſcribi, tenetur, de dãno ea ratione domino prędij ſubſequuto, vt hr̃ l. videamus, §. 1. verſ. item proſpicere. ff. locat. Et † eadem rõne, ſi vicinus aliquid faciebat, ob ꝙ dominus domus de nouo opere nunciare optimè poterat, neque conductor illũ ignarum admonuit, vt ſibi eo, vel alio, modo proſpiceret, vel ſi domus vicini minabatur ruinam, q̃ præiudicium domui locatæ poterat afferre, & conductor cautionem non petijt de damno infecto, neque certiorem fecit dñm domus, vt ſibi proſpiceret, tenetur illi conductor ad intereſſe. Ita colligitur ex verſ. itẽ proſpicere, citato, & affirmat Ant. Gom. c. 3. citato, nu. 20. cum alijs, quos citat. Præterea, ſi † pp inimicitias quas aliquis cum ipſo haberet, aliquod damnum ab inimico inferretur prędio, teneretur de illo damno: ita tñ quod ſi ipſe cauſa fuit inimicitiarum, teneatur ſimpliciter de eo damno: ſi verò ipſe inimicitiarum non fuit cã, ſolum teneatur, ſi non adhibuit competentem curam, ac cuſtodiam, ne tale damnum inferretur. Si aũt pp inimicitias cum dño agri, aut pp inimicitias publicas damnũ inferatur, tunc ipſe non tenetur ad tantã cuſtodiam, dñſque agri apponere tenetur, aut ſoluere, maiorem cuſtodiã ad id neceſſariam, qñ inimicitiæ ſunt ſecum: quando verò ſunt cum cõitate, contribuere tenetur ad eam maiorem cuſtodiã. Hæc omnia habentur. l. ſi merces §. cõductor, & §. culpa, & l. & hæc diſt. §. vlt. ff. locati, & l. 7. tit. 8. par. 5. iuncta gl. Greg. Lopez ibi.

14 (margin, beside "re. ff. locat. Et † eadem rõne")

15 (margin, beside "terea, ſi † pp inimicitias")

16 Qui exercitium † artis alicuius profitetur, eo ipſo ſufficientem ad id peritiam cenſetur promittere, ſeq; cõpetentem adhibiturum diligentiã, quarè, ſi ob ſuam imperitiam, quia. ſ. non tãtam ad id peritiam habebat, quantam communiter habere ſolent hoĩes ſuæ artis, vel ob ſuam negligentiam, rei ſibi, iuxta ſuam artem commiſſæ detrimẽtum aliquod afferat, tenetur conductori operæ, atque induſtriæ ipſius, ad intereſſe. Ita hr̃ l. ſi quis fundum §. Celſus. ff. locati, & l. 10. tit. 8. par. 5.

Qñ conductor aliquis ad quippiam totũ faciẽdum pro aliquo certo pretio, ꝙ Caſtellani *a deſtaio*, Luſitani verò *de empreita da* vocant, tũc vitioſum id comperiatur, vel ꝙ nimis feſtinanter ſit ef fectum, vel quòd non talis, aut non tanta materia ſit appoſita, qualem, aut quantam, apponi oportebat, vel aliqua alia de cauſa, tunc, adhibitis arbitris in ea re peritis, eſt iudicandum, num vitioſum id ſit, necne: comperto aũt vitioſum eſſe, is, qui ſuam ad id operã locauit, tenetur ad intereſſe. Siue autem aliquis eo, vel alio modo, ad id locauerit operã ſuã, paciſcens tñ cum conductore, ſe tale illud effecturum, vt placeret, atque approbaretur à conductore; perinde reputatur tale pactum, ac ſi approbatio boni viri arbitrio cõmitteretur. Quare, ſi poſtea conductor dicat, id ſibi diſplicere, iniquũq́ue illud irrõnabile eſſe, is contendat, qui ſuas operas ad id locauit, eligẽdi ſunt boni viri in ea re periti, qui de ea re iudicent, eorũque iudicio erit ſtandum. Si item conductor ferre iudiciũ differat, cogi debet illud ferre: ꝙ ſi renuat, ſimiliter eligendi ſunt alij, qui de eo opere iudicent. Qñ tñ conductor, mercede certa conſtituta in ſingulos dies, conduceret aliquem ad aliquid faciendũ ea lege, vt qñcunq; opera illius ſibi diſpliceret, illum repelleret, tunc, confecto opere, non auditur, ſi dicat, ſibi diſplicere, neque eſſe bene confectũ: qm̃, perſeuerando in conductione, illiq; ſoluẽdo mercedes, cẽſetur approbaſſe opus illud. Si res, dum conficiebatur, aut poſtquam erat confecta, anteq̃ à conductore approbaretur, caſu fortuito perijt, tunc conductori perit, niſi ſufficienter probet, vitium in ea fuiſſe. Hæc omnia habẽtur l. in lege, in prin. l. opus l. ſi prius quam l. ea lege §. locaui, & ſ. Martius, ff. locati, ac l. 16. & 17. tit. 8. part. 5.

17 Qñ † quis locauerat ſe, ad certum aliquod totum opus conficiendum pro aliqua certa mercede, & caſu fortuito nõ poteſt id abſoluere, vt quia mortuus eſt, tunc illi, aut hæredibus illius, ſoluendum eſt de mercede ſolum pro rata eius, ꝙ fecit. Ita hr̃ l. 9. in fine tit. 8. p. 5. & vt ibi Greg. Lopez ait, conſentit gl. l. ſi vno. §. item cum, verb pſonis, ff. locati. Additur l. 9. citata, niſi hæredes opus illud velint pficere per alium æquè idoneũ. Quod ait Greg. Lopez ibidem, ſe nunq̃ legiſſe ita defini

18 tum. Limitãdum † verò id cenſet niſi peculiariter ad id electa fuerit perſona defuncti. Certè quando aliud in pactum nõ fuit deductum, neq; ex circũſtantijs præſumitur aliud fuiſſe mentem contrahentiũ, arbitror, & hæredes defuncti cogere poſſe eum, qui conduxerat defunctum ad id opus, vt ſinat perfici per alium æquè idoneum, quẽ hæredes adhibeant, & conductorem poſſe hęredes cogere, vt per alium æquè idoneum id perficiãt, modo inueniãt aliquẽ talem, qui iuſto pretio velit illud perficere, qm̃ contractus locationis, & conductionis ad hæredes tranſit, vt diſp. 489. dictũ eſt. Qñ autem talis non inuenitur, qui iuſto pretio velit illud perficere, vel defuncti induſtria peculiariter erat ad id electa, ſtandum erit priori illi parti definitionis l. 9. citatæ gloſſæque citatæ.

Qñ aliqs ꝓ cuſtodia rei alicuius mercedẽ accipit, vt paſtor pro grege cuſtodiẽdo, multi ducti l. q̃ in mercedẽ, ff. locati, cẽſent, teneri eos ad intereſſe, ẽt de culpa leuiſſima, ſi ob ſuã negligentiã aliquid detrimenti rei ſibi in cuſtodiam commiſſæ, eueniat: atq; id refert, ac ſequitur Greg. Lopez l. 15. tit. 8. par. 5. gl. 5. iuxta eam ẽt legem. Arbitror tñ, ſolũ eos teneri de culpa leui, iuxta ea, q̃ de conductis ad deferendã colũnã, vaſa vini, & ad ſuendas, tingẽdas, aut lauãdas veſtes, ſupra dicta ſunt, grauiſſimũ quippe iugũ paſtorib. imponeretur, atq; irrõnabile, & importabile, ſi, cũ ad tã multa circa greges conducant, vt ad defendẽdos illos à lupis, & vulpibus, ad eos curãdos à ſcabie, & alijs morbis, ad illos arcendos à ſegetibus, ortis, & vineis, alienis, atq; illos hyeme de nocte paſcẽdos, et ad alia eiuſmodi, tenerentur de culpa leuiſſima, ſi

quid periculi, aut detrimenti, circa illos eueniret. Neque l. qui mercedem, de paſtoribus in particulari loquitur, ſed ſolum docet, ſi periculum, ob cuſtodiæ defectum rei obuenit alienæ teneri de illo, qui mercedem pro ea cuſtodienda accipit: ꝙ intelligendum eſt, ſi culpa, ſaltem leui, illius obueniat, iuxta regulam generalem huius contractus.

10 Qui rem † cuſtodiendã acceperat, non ſatis eſt, ſi dicat, periiſſe, aut deteriorem fuiſſe redditam, abſq; ſua culpa, ſed vtrumq; probare debet, nempe periiſſe, aut deteriorẽ illam oſtẽdere, & id abſque culpa ipſius eueniſſe, vt cum quibuſdam gloſſis ait Greg. Lopez l. 15. citata, habeturque lege ipſa. 15. Si autem paſtor pelles pecorum mortuorum afferat, neque plures pecudes mortuas dicat, quam cõſuetæ ſint mori, aut, ſi plures ſint, probet ibidem proportione quadam ex alijs gregibus eiuſdẽ regionis periiſſe, aut peculiarẽ verſimilẽ cauſam reddat, cur plures ex eo grege, quam ex alijs, perierint, neque aliud probare poſſit, neque aduerſus illum aliud in contrarium probetur, tũc cogi poterit, vt iuret, id ita ſe habuiſſe, ac liberabitur: ſi verò non ſufficientes cõiecturas afferat cur tot abſq; ſua culpa perierint, non erit ſtandũ iuro illius, ſed cogetur, detrimentum prudentis arbitrio ſoluere. Hæc colliguntur ex l. ſi quis fundum. §. imperator ff. locati. ex l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait ff. de eden. ex l. vlt. ff. de cuſt. rerum, & ex l. 15. citata, & affirmat Greg. Lopez ibi. Quia ergo mors iumenti cõducti, ſi eueniat, regulariter euenire ſolet ex curſu naturali, ac morbo ſine culpa conductoris, quando à conductore mortuum probatur, neque locator probat culpam interueniſſe conductoris, ſtabitur iuramento conductoris quod abſque ipſius culpa perierit, eo quod præſumptio pro eo ſit, quod naturali curſu ex morbo obierit. Atq; iuxta hoc accipienda ſunt, quæ Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. ca. 3. nu. vlt. docet, in quibus in doctrina à nobis hoc §. tradita conſentit.

Vtrum propter ſterilitatem ſuperuenientem remittendũ ſit cõductorẽ de penſione, & pp inſolitũ augmẽtũ teneatur ad maiorem penſionẽ.

DISPVTATIO CCCCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Conductor quando ob ſterilitatem, quacunque cauſa prouenientem, liberetur a ſolutione penſionis.*
2 *Sterilitas fructuum quando tanta ſit dicenda, vt pẽſio pro rata minui debeat.*
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ, nu. 4. & 5.
3 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. quando cõpetat etiam conductori prædij.*
6 *Penſio conductori quibus caſibus ob ſterilitatem non remittatur, & nu. 7. 8. 9. 11. & 14.*
10 *Compenſatio ſterlitatis cum vbertate, vt locum habeat, quanta eſſe debeat vbertas præcedentiũ, vel ſequentium annorum.*
12 *Conductor renuncians caſibus fortuitis, an cenſeatur etiam inſolitis renunciare.*
Et quid ſi talis renunciatio iuramẽto confirmetur, nu. 13.
15 *Penſio an augenda ſit propter inſolitum augmentum fructuum vbi late.*

Propter ſterilitatem ſuperuenientem in re locata, abſque conductoris culpa, ſiue ſuperueniat ob exercitium diripientem, aut deſtruentem fructus, ſiue ob innũdationem maris, aut fluuiorum, ſiue ob nimiam pluuiæ abundantiã, aut ob magnam ſiccitatẽ, vel propter locuſtas, aut alios
1 vermes, aliaque animalia, ſiuẽ ob † ignẽ, aut quãcunque aliam cauſam liberatur conductor a ſolutione penſionis. Ita habetur l. ſi merces. §. vis maior. l. ex conducto. §. ſi vis ff. locat. l. licet. 1. C. eod. tit. c. propter ſterilitatem. eod. tit. l. 22. tit. 8. par. 5. & lib. 4. Luſit. ord. titu. 61. Conueniunt omnes, ſi ſterilitas tanta ſit, vt nihil omnino fructuum colligatur, ita liberari conductorem à ſolutione pẽſionis, vt nihil omnino illius ſoluere teneatur, iuxta l. ex conducto §. ſi vis, ver. ſed & ſi ff. locati, cuius verba ſunt. *Sed & ſi labes facta ſit, omneq; fructũ tulerit, damnum coloni non eſſe, ne, ſupra damnum ſeminis amiſſi, mercedes agri præſtare cogatur.* Et apertius adhuc idem ſtatuitur l. 22. & tit. 61. citatis. Atq; in hoc euentu l. ſi vno. §. vbicũq;. ff. locat. habetur remiſſionẽ fieri debere pro rata tẽporis, quo fructus nõ colliget. Si aũt ſterilitas notabilis, ac magna ſit, non tñ tanta, vt nihil omnino percipiatur, pro rata remittendum eſt de penſione, vt habetur c. propter ſterilitatẽ citato, & conſentiunt alia iura, præſertim l. ſi merces §. vis maior ff. locati, cuius verba ſunt. *Vis maior non debet conductori damno eſſe, ſi plus, quã tolerabile eſt, læſi ſunt fructus, alioquin modicum damnũ æquo animo ferre debet colonus.* Vbi vides, ẽt qñ non oẽs fructus pereunt, ſed damnũ fructuũ eſt, non quodcunq; ſed magnũ, atq; intolerabile, ita fit vere ſit ſterilitas notabilis, & magna ſubueniendũ eſſe colono, nõ quidẽ ita vt penſio tota ei remittatur perinde, ac ſi omnes fructus periiſſent, ſed vt de penſione pro rata, habita ratione ſterilitatis, remittatur. Vides præterea, ob damnum modicum fructuum, nihil de pẽſione eſſe remittendum: id quod habetur etiã l. ſi vno §. 1. ff. locat. cuius hęc ſunt verba. *Cum quidam de fructuum exiguitate quæreretur, non eſſe rationem eius habendam, reſcripto Diui Antonini continetur. Item alio reſcripto ita continetur. Noua rem deſideras, vt propter vetuſtatem vinearum remiſſio tibi detur.*

2 Dubitãt doctores, quando † ſterilitas fructuum ſit dicẽda tanta, vt penſio pro rata minui debeat. Panor. cap. propter ſterilitatem. nume. 12. Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. q. 27. nume. 24. & alij, citant gloſſam. 1. cap. propter ſterilitatem, quaſi ſenſerit, tunc ſolum cẽſendam eſſe ſterilitatem, ad effectum, vt penſio etiam pro rata minuatur, quando nulli fructus, etiam quantitatis ſeminis, percipiuntur: meritoque eam gloſſam, (ſi id ſenſiſſet) reijciunt. Arbitror tamen id nõ ſenſiſſe, ſed ibi ſolum referre diſpoſitionem l. ex conducto, verſ. ſed & ſi ſupra relatam, quod in euentu eius paragraphi nihil penſionis ſit ſoluendum: continuò enim gloſſa ſequẽs ſubiungit, ſi ſterilitas ſit tãta, vt nulli fru-

ſi fructus colligantur, liberari colonũ à tota penſione; ſi verò non ſit tanta, ſolum teneri ſoluere pro rata pẽſionis. Cum hac opinione computare poſſumus illam aliã Bar. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. qđ ſterilitas intelligatur, qñ deductis expenſis, nihil prorſus manet fructus, cò quòd noĩe fructus, id intelligatur, quod remanet deductis expenſis, atque tunc nihil penſionis teneatur ſoluere colonus. Hanc referunt, meritoq; impugnãt Pan. vbi ſupra nu. 13. Couar. de pract. qq. c. 30. in calce. nu. 1. Aluar. Valaſ. de iur. emph. q. 27. num. 24. §. quartam opinionem. Quoniam iuxta eam ſemper, qñ eſſet ſterilitas, remittenda eſſet tota penſio, contra caput, pp ſterilitatem, de locato. Aliam opinionem ex Io. And. refert, ac ſequitur Panor. nu. 13. citato, quam ẽt affirmat, eſſe Bar. l. licet. C. de locato, qui tamẽ nihil tale affirmat; ſequitur etiam Nau. in Man. c. 17. nu. 138. Nempè quòd ſterilitas dicatur, quando conductor tertiam partem fructuum colligit minus, quàm cõiter ex eo fundo colligi ſolerent, & tunc pro rata eius, quòd minus colligit, quam colligi erat ſolitum, remittatur de penſione, ita quòd ſi tertiam partem colligat minus, remittatur tertia pars penſionis, & ita de reliquis partibus. Hanc ẽt merito reprobant Cou. nu. 1. citato §. eſt etiam Alu. Val. nu. 24. etiam citato §. tertiam fuit, & Greg. Lop. l. 22. citata, verb *alguna parte*. Quoniam ſola tertia pars, immò quicquid eſt vſque ad dimidiã partem fructuum, qui colligi conſueuerant, cenſetur modicum damnum, illudq; proinde ſuſtinere debet conductor abſque remiſſione penſionis iuxta iura ſuperius citatã. His autem opinionibus omiſſis, tres ſequentes ſunt celebriores.

Prima eſt, tunc cenſendã eſſe ad eum effectum ſterilitatem, qñ, ſecundum communẽ vulgi opinionem in aliquo loco, ſterilitas in eo eſſe affirmat. Ita glo. l. licet. verb. ſterilitas. C. de locat. gl. l. ſi vno, in princ. verb. ẽt eius, & glo. l. ſi merces, §. vis maior. ver. fructus. ff. locati; & multi, quos inter alios Alu. Vala. nu. 24. citato refert. Coua. verò de pract. qq. c. 30. num. 1. licet, relata prius eadem opinione, cum Bald. & Barbat. dicat, ſtandum eſſe iudicis arbitrio, qñ ſterilitas tanta ſit iudicãda, vt de penſione ſit remittendum; ait tñ, præcedere dẽre probationes, quib. iudex, inſtructus de quantitate fructuum perceptorum ſtatuat, num tanta ſit ſterilitas, vt de penſione ſit minuendum: prętereà ait, quamuis probatio, quod ſit ſterilitas vulgi opinione, communiue hominum exiſtimatione, tuta omnino non ſit, ac ſufficiens, vtpote incerta, attamen ab aduocatis quandoque adhiberi ad teſtium examen eam interrogationem, num vulgi, cõmuniue hominum exiſtimatione, ſterilitas ſit, eamque probationem vtilem eſſe, plurimumque conducere ad cauſæ diffinitionem, eaque ſubijcit iuſtificari iudicis arbitrium ſi conſonans ei ſit. Atque iuxta hanc primam opinionem Aluar. Vala. nu. 24. citato cum Alberico ait ſi probatio, iuxta vulgi opinionem generalis ſit, quod eo anno in loco, vbi fundus, de quo eſt contentio, ſitus eſt, fuit ſterilitas, probare fuiſſe etiã in eo fundo, niſi aduerſarius cõtrarium probet; probationem verò, quod iuxta communem hominum exiſtimationem fuerit ſterilitas in eo fundo in particulari, eſſe efficacem ea de re probationem.

Secunda eſt, quod tunc cenſeatur eſſe ſterilitas ſufficiens ad remittendum de penſione pro rata eius, quod minus quam fuerat conſuetum, fuerit perceptum, qñ conductor non percepit dimidiã partem fructuum, qui communiter ex eo fundo percipi conſueuerunt. Hãc ẽt opinionẽ, ſimul cũ pcedente, refert, atq; amplectitur gloſ. l. ſi vno, in princ. verb. ẽt eius. ff. locat. & ſequuntur plurimi, quos referunt, neq; improbant, Couar. vbi ſupra. § ſed & hæc, Alua. Vala. nu. 24. § ſecunda fuit, & Greg. Lop. l. 22. citata verb. *enſu eſcogencia*.

Tertia eſt, tunc cenſendam eſſe ſterilitatẽ ſufficientem, vt remiſſio pẽſionis pro rata fiat, qñ ità pauci fructus colliguntur, vt, ſi ex illis ſemen, & expenſæ detrahant, & ex reliquo penſio integra ſoluatur, conductor manebit læſus vltra dimidiũ iuſti pretij, aut vltra dimidium pẽſionis in fructibus quam ſoluerit pro re locata. Vt ſi decẽ modij tritici ſint penſio ſoluenda, & fructus pcepti ſint adeò pauci, vt, ſi ſemen, & expenſæ in illis colligẽdis inde detrahantur maneat minus, quam quinque tritici modij, tunc reliqui, vſque ad decẽ, ſunt dimittendi de penſione ſoluenda: ſi vero maneãt quinq; modij, aut plures, nihil remittetur: qa non cenſetur tanta ſterilitas, vt digna ſit remiſſione penſionis. Ita nouiſſimè Bar. l. licet. C. de locat. & poſt eam cõis doctorum ſententia, quã referunt, & ad quam vt ad rationi conſonantiorem accedunt, Couar. vbi ſupra §. quam ob rem, Aries Pinel. l. 2. C. de reſc. vend. par. 1. c. 3. a nu. 12. Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 3. nu. 18. vbi fere pręcedentes omnes opiniones etiam refert Alu. Val. num. 24. citato § 5. & Greg. Lop. l. 22. citata verb. *e ſu eſcogencia*. Hoc autem, vt Alu. Val. cum alijs ait, intelligendum eſt, quando id euenit, eo quod fructus exigui ſunt eorum comparatione, qui inde percipi conſueuerunt: ſecus autem quando euenit ob illorum exiguum pretium.

Illud eſt obſeruandum cum Alu. Val. ibidem, & Couar. vbi ſupra nu. 2. Hanc vltimam Bart. & communionem ſententiam, non inniti l. 2. C. de reſcind. vend. quæ poſt ciuiles leges de ſterilitate lata eſt; ſed niti ſolum, quod ea priorum illarum legum interpretatio conſonat ſit æquitati. Vnde lex 2. C. de reſcind. vend. quæ vim etiam habet in conductionibus, vt diſp. 549. & 487. dictum eſt, diſtinctum præſidium eſt ab hoc alio, & vtrumque conductori competere, ſed diuerſimode, competereque optimè poſſunt ſeparatim. Etenim
3 † præſidium l. 2 reſpicit initium contractus: ſi enim conductor à principio, quando celebratus fuit contractus, deceptus fuit vltra dimidium iuſti pretij quia ſcilicet pro fructibus rei conductæ, prout tunc erant in ſpe, dedit nonaginta, cum tamen, ita tunc æſtimati, valerent minus, quam ſexaginta, vtique ſiue poſtea ſterilitas ſequatur, ſiue non, vti poterit aduerſus locatorem remedio legis. 2. C. de reſcin. vend. Præſidium verò de remiſſione penſionis propter ſterilitatem, reſpicit caſum fortuitum circa fructus poſtea euenientem:

rem: quare, eſto contractus à principio iuſtus fuerit, & æqualis vtrique contrahentium, neque vllũ habeat locum præſidium legis 2. ſi tamen tanto ſit ſterilitas, vt deducto ſemine, & expenſis, reliq. fructus non attingant dimidium valoris pẽſionis debitæ, locum habet hoc aliud præſidium: quia æquitas non patitur, vt conductor, abſque ſua culpa, tantum detrimentum patiatur.

Prout quiſque veriorem, potiuſque amplectẽdam iudicauerit aliquam ex relatis opinionibus, ita iuxta eam intelligere, ac iudicare debet, quando, iuxta ius cõe cæſareum, iuxta caput pp ſterilitatem, iuxta l. 22. tit. 8. par. 5. imò, vt vult Alu. Vala. in calce. nu. 24 citati, iuxta ord. Luſit. lib. 4. tit. 61. concedenda conductori ſit, aut nõ ſit cõcedenda, remiſſio penſionis propter ſterilitatem. Si. n. ſterilitas tanta non ſit, vt attingat ad limites ſterilitatis, de qua in opinione, quam, vt veriorem elegerit, eſt ſermo, concedenda non erit remiſſio pẽſionis; ſi verò ad eos limites pertigerit, concedẽda erit. Ita Cou. nu. 2. citato, Aluar. Valaſ. vbi ſupra, & doctores communiter.

4 Lex † Caſtellæ 22. citata, ad tollẽdas difficultates, qñ fructus aliqui colliguntur, nec remittẽda eſt tota pẽſio, ſed pars, ſic ſtatuit, *Pero ſi acaeſcieſe, que los fructos no ſe perdieſen todos, y cogiere el labrador alguna partida dellos, eſtonces en ſu eſcongencia ſea, de dar todo el arrendamiento* (hoc eſt, integrã pẽſionẽ) *a el ſenhor de lu heredad, ſi ſe atreuiere a darlo, e ſi no, de ſacar para ſi las deſpenſas, e las miſiones que fizoen labraa la heredad, e lo que ſobrare, delo al ſenor de aquella coſa, que tenia arrẽdada.* Quo in loco Greg. Lop. arbitratur legem hãc elegiſſe ſecũdam ex tribus opinionibus poſteriori loco relatis, nempe tunc ſolum eſſe locum huic remiſſioni, ac optioni conductori permiſſę, quando fructus percepti non peruenire ad dimidiam partem fructuum, qui colligi ex eo fundo conſueuerunt: noĩe enim, *de alguna partida*, intelligit ille, minus quam dimidiam, vt ex multis iurib. probat. Et idem approbat Aluar. Vala. in calce num. 24. citati, dicens, Tiraquellum eam doctrinã infinitis propemodum autoritatib. exornare, tametſi malè citet Couarruuiam idem, quod Greg. Lope, aſſerere. Addit Alua. Valaſ. eam doctrinam ordinationi ẽt Luſitanæ poſſe aptari. Iuxta eam autẽ legem, atque hanc illius expoſitionem, ſolum qñ conductor minus dimidia parte fructuũ collegerit, q̃ colligi conſueuere, datur conductori optio, vt vel integrã penſionẽ ſoluat, vel deducat ſũptus in fructibus colligendis inſumptos, inter quos, ſemen ẽt terræ ad eos colligẽdos immiſſum, eſt intelligendum, & reliquos fructus locatori tribuat. Cou. nu. 2. citato ait, qñ conductor hoc ſecũdum eligere voluerit, vt res tutius, ac iuſtius fiat, interpellare, ac requirere debere locatorem, vt per ſe, vel per alium, præſens ſit, ac aſſiſtat meſſium, vel aliorum fructuum collectioni, vt melius ipſi conſtet, quot fructus perceperit, eoſque, expenſis deductis, accipiat. Addit tñ, eſto cõductor eam cautelam omittat, vti adhuc poſſe legis regiæ electione per actionem, modo legitimè, atq; abſque fraudis ſuſpicione, cõſtare poſſit, quot fructus ex fundo collegerit, & quas expenſas in eis colligendis fecerit.

Subiungit Couarr. ſe in Granatenſi prætorio vidiſſe, in quæſtionibus ſterilitatis, qñ de ſterilitate non planè conſtat, aut conſtat quidem, non tamen eſt tanta, neque cenſeri tanta debet, vt locus omnino ſit iuris vtriuſque conſtitutionibus, neque de fructuum perceptorum, ac expenſarum ratione, haberi poteſt certa cognitio, propter controuerſas, variaſque teſtium reſponſiones; vidiſſe, inquam, ſe, qñ admodum vrget probatio aliqua ſterilitatis, prætermiſſa Regis Regię forma, per definitiuam ſententiam remiſſionẽ fieri penſionis arbitrio iudicãtium pro ratione tertiæ, vel quartæ partis, atq; ſępiſſimè ſe ſubſcripſiſſe eiuſmodi ſententijs propter maximam illarum ęquitatem. Atque hanc praxim approbat Alua. Val. in calce num. 24. citati. Ego ſanè potius cenſerem, in locatorum fauorem ferendas eſſe ſententias, iubẽdo vt integrè penſiones illis ſoluerẽtur, quando luce clarius non conſtaret de tanta ſterilitate, vt locum haberent ſanctiones iuris communis, neque prętermittendã cenſerem legis Regię formã, ſed ſolum debere taxari expenſas arbitrio prudentis, iuxta concurrentes circumſtantias, quãdo plenè, ac certo conſtare non poſſet, quantæ illæ eſſent, Ducor quoniam illud in locationis contractu de remiſſione penſionis in euentu ſterilitatis, ſolum ex quadam æquitate habet vim, poſita iuris diſpoſitione hac in parte: ea quippe diſpoſitione ſecluſa, ſanè non minus fructus rei locatæ periculo ſolius conductoris ſtabant, abſque remiſſione aliqua ea de cauſa penſionis, quam res empta ſtet periculo emptoris, etiam antequam tradatur, abſque vlla obligatione venditori reſtituendi aliquid de pretio, vnde conductor cedere poteſt illi iuris diſpoſitioni, ſuſcipereq; in ſe periculum totum eiuſmodi euentuum fortuitorũ, vt dicemus, iureq; ſancitum eſt, & fit quotidie: quare nefas eſt plus extendere iuris diſpoſitiones de remittenda penſione, quam iure communi, & in vnoquoque Regno, comperiatur diſpoſitum. Ac fortaſſe vtilius reipublicæ eſſe, abrogare eas omnes leges, ſtatuereque, vt conductores ſuo periculo, & commodo, ſuſcipiant euentus fructuum quam eiuſmodi legibus tot litibus aperire oſtiũ, quot quotidie intentantur, cum tot ſumptibus vtriuſq; contrahentium, & tanta iudicum libertate ferẽdi ſententias pro eo, quem volunt, eligendo in tãto opinionum, ac ſubtilitatum varietate, quod ſibi plus placet, vt pro eo ſententiam ferant, ad quem precibus, muneribus, alijsq; de cauſis, plus afficiunt. Vnde meritò in eodem Caſtellæ Regno l. 2. titu. 9. li. 9. nouæ collect. ad lites, ſubterfugiaq; conductorum circa bona Regis omnino præſcindenda, ſancitum eſt, vt conductores redituum, ac bonorum Regis, omnino in ſe ſuſcipiant, periculum totum quoruncunque euentuum.

Ducor ẽt, qm̃, ſi eiuſmodi diſpoſitiones iuris ex quadam æquitate, extenderentur à iudicibus pro ſuo arbitrio, ſed, vt ſonant, obſeruarentur, nõ tot circa eiuſmodi contractus excitarentur lites cum tanto contrahentium damno.

Lex

Ius Lu ſitan. 5 Lex † verò Luſit.lib.4.ord.tit.61. quo ad euentum remiſſionis partis penſionis, ſic hēt. *Peroofe aqueceſſe, que ſe os fructos nom perdeſem todos, e colheſe o laurador alguna parte delles, entã em ſua eſcolha he, dar todos os fructos da dita hereca, porẽ ſe for a dit a ſterilidade em terra de pam, podraa tirar pera ſi a ſemente, eos que mais ſobeiarẽ, dee ao ſenhorio de heredade, que traz arrẽdada.* Vbi vides ſolũ cõductori cõcedi optionẽ, vt vel totã penſionẽ ſoluat, vel relinquat oẽs fructus eius anni locatori, ſolo ſemine panis deducto, nõ verò vllis alijs expenſis. Qñ aũt id nulla conductoris culpa aduenit, ſanè cum nullas expenſas deducat, præter ſemen panis, in praxi locum non hēt, vt videat, nũ fructus ſint minus, q̃ dimidiũ eorum, qui colligi conſueuerunt, vt locator cogere conductorẽ poſſit, illos ſibi colligere, ac ſumere, & ſoluere integrã penſionẽ, neq; id ſonat vr̃ lex Luſitana relata, neque in praxi vr̃ receptum, dum in Luſitania omnes fructus offerũtur locatori, vt illos ſibi accipiat, quod vocant *emcambar a herdade*; tametſi Alua. Vala.q.27.nu.32.contrarium affirmet.

In eo tamen Regno meritò eſt poſitum in more, vt conductor interpellet, ac denunciet locatori, ſe velle vti auxilio legis, fructusq; illi dimittere, vt locator per ſe, vel per aliũ, illos colligat, vel collectioni ſit præſens, neq; fraus fiat, illiq; cõſtet de fructuum quantitate: denunciatioq; fieri dẽt, antequam fructus à terra ſeparentur, alioquin nihil proderit, tamquam facta tempore inhabili: neque ſufficit, ſi fiat dum fructus iã ſunt in area, eo ꝙ in collectione ipſa poſſit fieri fraus: refertque Alu. Val. ſe vidiſſe, miſerum agricolam à Luſitano ſenatu condemnatum, quod non denũciauerit locatori ante fructus collectos, illiq; non profuiſſe probare ſterilitatem, feciſſeq; denunciationem tpe, quo fructus erant in area. Neq; in hoc euentu ſatis eſt, locatorem ſcire ſterilitatem, niſi illi fiat denunciatio: qm̃, qñ denunciatio non requiritur ſolum, vt res ſciatur, vt in re propoſita ad id ſolũ non requiritur, non ſatis eſt ſcientia in eo, cui fieri dẽt, ſed requiritur denunciatio ipſa, vt cũ Barr. Alua. Vala. nu.32. citato rectè affirmat. Si aũt dñs præſens non ſit, ſatis eſt, ſi fiat procuratori ſuo generali, aut ad id deputato, vt ex l. ſi dictum §. vlt. ff. de euict. & ex lib.4. Luſit. ord. ti.6. §. vlt. cõſtat. Si aũt nec locatori, nec procuratori illius fieri poſſit, tunc iudici fieri debet, iuxta l. perfectius. C. de annal. excep. Alu. Vala. ibidem arbitratur, quãuis eiuſmodi denunciatio nec Luſitano, nec Caſtellę iure ſancita ſit, iure tamen communi eſſe ſtabilitam. l. item quæritur. §. exercitu. ff. locat.

Ego verò, quamuis videam rationi, atque textui illi, eſſe conſentaneum, vt fiat, non tamen arbitror textum illum vrgere: quoniam loquitur in euentu, quando conductor deſerebat domum locatam propter exercitum aduenientem: in quo ſanè euentu, ſi locator de conductoris diſceſſu fuiſſet admonitus, poterat ſibi proſpicere, tum ne domus locata damnum ab exercitu pateretur, tum etiam de conductore eiuſdem domus in id tempus, aut de alio emolumẽto ex ea domo percipiendo: quare, ſtando in ſolo iuris rigore, ſecluſaque conſuetudine in contrarium, plus probo Ripæ, & Couar. ſnĩam, nempe, ẽt omiſſa ea denũciatione, concedi conductori præſidium harum legũ, dum modo ſine fraudis ſuſpicione probet, quot fructus ex agro collegerit: quam opinionem fatetur ibidẽ Alu. Val. æquitatem habere. Ibidem num.33. ait Alu. Val. conductorem teneri colligere fructus: ꝙ probat, quia ſolum exoneratur à ſoluenda pẽſione exhibitione ipſa fructuum, atque etiam ex Luſit. ord. illis verbis, *e os que mais ſobeiarem, dee a o ſenhorio.* Vbi innuitur, locatorem de conductoris manu debere eos accipere. Qñ autem locator, neque per ſe, neque per aliũ, interfuerit collectioni, adhibere cõductor debet duos teſtes omni exceptione maiores vt de colono partiario ſtatuit lex Luſitana lib.4. titu.60. §. vlt. vel colligere eos debet coram perſonis à iudice ad id deputatis.

In Caſtellæ, & Luſitaniæ Regnis, quãdo vrbanum prædium eſſet conductum, caſuque fortuito fructus, ſeu reditus illius valde minuerentur, vt ſi conductum eſſet molendinum, aut diuerſorium, & quod vi fluminis dirutus eſſet pons, quo tranſitus erat ad eum locũ, pauci admodum accederẽt ad molendum, aut ad hoſpitium, vel aliqua alia de cauſa, cum antea accederent quàm plurimi, eaque de cauſa multũ imminuti eſſent reditus molendini, aut hoſpitij, credo, in penſione minuenda, ſtandum eſſet diſpoſitionibus iuris cõmunis, amplectendo aliquam ex opinionibus relatis; eo quod in his Regnis nihil in his euentibus comperiatur peculiariter ſancitum.

6 In ſequentibus † euentibus nulla fit remiſſio penſionis conductori. Primus tradi conſueuit, qñ calamitas, quæ fructus abſtulit, valde conſueta eſt in eis locis. Solent enim regiones aliquę valdè eſſe ſubiectæ imbribus, & inũdationib. fluuiorum, quibus aluũtur, vt in Luſitania agri, qui iuxta Conimbricam ad ripas ſunt Mondæ, & qui apud Scalabim, vulgo *Santarem* dictam, ad ripas ſunt Tagi, & in Lombardia dicuntur eſſe frequẽtes tempeſtates, quibus fructus amittuntur. Quãdo ergo aliquibus in locis frequẽtes ſunt eiuſmodi cauſæ, quib. fructus deſtruuntur, dicunt remittendam non eſſe ea de cauſa penſionem. Id colligunt ex l. ex conducto. §. ſi vis, verſ. ſed & ſi. ff. locati, illis verbis; *aut ſolis feruore non aſſueto oleæ corruptio acciderit, damnum domini futurum eſſe, ſi vero nihil extra conſuetudinem acciderit damnũ coloni eſſe:* Conſentit l.21. citata, illis verbis; *por alguna occaſion, que acaecioſe, que no fueſſe muy acoſtumbrada de auenir,* & ibi notat, & affirmat Greg. Lop. cum alijs, quos refert.

Conſentit idem Luſit. ord. li.4. tit.61. illis verbis, *por alguum caſo que non foſe muito acoſtumado de vir,* & affirmant gl. magna in fine. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati, atq; alij, quos referũt ac ſequuntur Aries Pinell. l.2. C. de reſc. vend. part.1. c.3. nu.30. & Alu. Val. q.27. citata num.34. Ego autem, quamuis recedendum non arbitrer a ſnĩa hac, ſanè intellecta, non tamen multum me permouent verba illa ex verſ. ſed & ſi, relata.

Illud enim; *ſolis ardore non aſſueto*, propterea dictum eſt: quoniam aſſuetus ardor ſolis, hoc eſt,

non valde exuberans,& inconſuetus, non tñ dãni oleis ſolet afferre, vt periculũ ad locatorem ſpectet,quaſi ea de cauſa de penſione ſit remittendũ. Atque idem ſignificant illa alia verba; *ſi nihil contra conſuetudinem acciderit* (hoc eſt, cõtra ſolitũ ordinẽ cauſarũ naturalium) *damnum coloni eſſe*, quia ſcilicet damnum non ſolet eſſe tantũ, vt propter illud remitti penſio debeat.

Dixi, me non arbitrari recedendum eſſe ab ea ſnĩa ſanè intellecta: qm̃, ſi intelligatur,qñ id in particulari,ꝙ locatur, valde eſt ſubiectum infortunijs,& ſterilitati,eaq; de cauſa lõgè minori pẽſione locatur,q̃ alioquin locaretur,tũc vera eſt ea ſnĩa:qm̃ eo ipſo reijci in conductorem eiuſmodi ſterilitas cenſetur, ipſeq; ſuo periculo eam ſuſcipere. Si verò intelligatur,quod quando regio, in qua aliqd locatus, ſubiecta valde eſt alicui infortunio,non tamen hoc prædium in particulari, vel illud illius remitti penſio non debeat, falſa profectò eſt,& contra communem praxim, quin & cõtra exempla, quæ iura citat tradunt in quib. propter ſterilitatem remitti penſio debeat.

Regio quippe huius Cõchenſis Epiſcopatus, valde ſubiecta in æſtate eſt grandini fructus deuaſtanti, non tñ prædium aliquod illius in particulari,qa modo grando decidit in vno oppido, modo in alio,neque oĩa prædia oppidi,in cuius confinijs decidit,ſolet deuaſtare: quare, qđ regio eo modo ſit grandini ſubiecta,non impedit ꝙ ſi grãdo fructus prædij alicuius deuaſtet,penſio remitti non debeat. Itaque in vnoquoque loco attẽdendum eſt,num conſuetudo viget, ꝙ quia prędium aliquod, aut prædia valde ſubiecta ſint infortunijs, ac ſterilitati, locentur longè minori mercede,quam alioquin locarentur, eaq; de cauſa cõductor quaſi in ſe ſuſcipere cenſeatur ea omnia pericula,ac tunc ſolum cenſendum eſt,propter ſterilitatẽ inibi frequentẽ, remittendã non eſſe penſionem:ꝙ ſi conſuetudo ea non vigeat, locum vtiq; habebit remiſſio penſionis propter ſterilitatem.

Hinc conſtat, perperam Aries Pinel.nu.30.citato negare,diſtinguendos eſſe caſus fortuitos inſolitus,& inopinatos,qui à ſolitis, & poſſe euenire opinatis,diſtinguantur, atque ex quib. omnib. penſio iuxta hactenus dicta remitti debeat: ductus,ꝙ ſi ſint ſoliti,locum ex illis non habeat remiſſio pẽſionis,iuxta paragraphum, ſed & ſi,citatũ,& alia iura. Etenim in multis ſolitis, & quos euenire poſſe opinamur,neq; admodum raro eueniunt,locum regulariter habet,quod ex illis penſio remitti debeat,vt dictum eſt.

7 Secundus † euentus, in quo penſio non remittitur conductori propter ſterilitatem,eſt. Quãdo ea ſterilitas culpa conductori euenit,vt quia malè,aut intempeſtiuè, prædium coluit, vel fructus ex eo intempeſtiuè collegit, vel quia ſegetes non purgauit a malis herbis, cũ poſſet id vtiliter fieri, vel quia fructus negligenter cuſtodiuit pro circũſtantijs concurrentibus aut quacunque alia ratione.l.ex conducto.§.ſi vis,illis verbis; *ſi raucis,aut herbis ſegetes corruptæ ſint* (negligẽtia.ſ.coloni) l.ſi merces.§.conductor.ff.locati.c.propter ſterilitatẽ,eo.tit.l.22.in fi.tit.8.par.5.& libr.4.Luſit. ord.tit.61.in fi.& affirmant doctores communiter. Qñ tñ culpa ex ſe ad id nõ eſſet ordinata,neque eſſet talis,vt conſtare poſſet, ob eam eueniſſe ſterilitatem,tunc ea culpa nõ impedit,quin ſterilitate eueniente, remiſſio penſionis fieri debeat. Vnde meritò Alu.Val.q.27.citata.nu 40. improbat ſnĩam Hoſtienſis,Barb.& quorundã aliorũ, quã Greg.Lop.l.22.citata verb *porſe culpa*, ſequitur, aſſerentium, ſi conductor decimos Eccleſiæ non ſoluerat,& ſequatur ſterilitas remittendã illi non eſſe penſionem, quaſi ex culpa illa ſterilitas habuerit ortum: neque.n. talis culpa,aut quæuis alia in Deum commiſſa,ex ſe eſt ordinata,vt ſterilitas ſequatur,neque conſtare põt, fuiſſe à Deo ſterilitatem propter illam miſſam. Idẽ aſſeuerat Alua.Val.nu.30.antecedente,ſi propter inimicitias,quæ ex coloni culpa ortum habuiſſent, à coloni inimico inducta eſſet ſterilitas:qm̃ inquit,ea culpa ordinata non eſt ex ſe, vt ſterilitas inde ſequatur. Et idem affirmat,ſi ſterilitas ſequeretur ex eo, quod colonus ob ſuum crimen coniectus fuiſſet in carcerem, aut in exilium miſſus, vel ob ſuam culpam ductus eſſet in captiuitatem.

Contrarium tñ arbitror eſſe verum,vt vr̃ apertè colligi ex l.ſi merces §.culpæ,ff.locati, & ex dictis diſput.præcedente. Etenim ea culpa ſufficiẽs eſt,vt inde effectus ille ſequatur,& quamuis conductor illam nõ ordinauerit ad eum effectum,vitare tñ illam debui, ne inde effectus ille ſequeretur;quarẽ,ſi non vitauit, indeq; conſtat effectum illum eſſe ſequutũ, nõ dẽt id dãno cedere locatoris,ſed cõductoris,neq; ꝙ ex Coua.vari.reſ. c.13. nu.8.& 2.var.reſ.c.16.nu 9.Alua.Val. in confirmationem ſuæ ſnĩæ citat,locũ profectò in re propoſita habet,neque Cou.de hac re id aſſereret.

Qñ autẽ conductor inimicitiarum non fuiſſet cã, nec fuiſſet negligens in cuſtodiendo prædio, ne ab inimico ſterilitas illa induceretur,tunc remittẽda illi eſſet pẽſio. Si conductor prædiũ conductũ non coluiſſet,tunc, eſto eueniret fortuitus euentus,qui fructus illius omnino abſq; culpa illius vaſtaret non liberaretur conductor à penſione integra ſoluenda. Ita hr̃ expreſsè l.ex cõducto, verſ.vlt.ff.locat.& affirmant Bar.& cõis doctorũ ſnĩa,quam Alu.Val.ibi.nu.42.refert,ac ſequitur.

Qñ ſterilitas ex incendio eſt ſequuta, vt ſequi poſſe hr̃ verſ.vlt.citato, diſtingue. Quod aut ab externis eſt illatum, & tunc optimè eſſe põt ſine culpa conductoris atque adeo remittẽda erit penſio. Si autem ab externis non ſit illatum,pręſumitur culpa inhabitantium accidiſſe: quia,vt hr̃ l.3. §.3.ff.de præf.vigil.plerunque culpa habitãtium accidit. Quo pacto accipienda eſt l.ſi vendita, ff. de peric.& commod.rei vend.dum ait, *ſi vendita inſula* (ideſt domus) *combuſta eſſet, cum incendium, ſine culpa fieri non poſſit*.

Intellige plerumq;, vt habetur §.3.citato, aut præſumptione iuris,quia plerumq; culpa euenit, tametſi non domini habitãtis domum,ſed domini,vel domeſticorum,vt eadem l.ſi vendita, ſubiungitur. Quia tamen,ſiue incẽdium culpa domini ſiue culpa ſuorũ domeſticorum,adueniat, non eſt illi remittẽda penſio ob ſterilitatem inde ſubſequutam,

ſequutam,vt colligitur ex l.qui inſulā, §.vlt.iuncta l.videamus in princip. ff.locat.inde oritᷣ eiuſmodi dubium,num qñ ex incẽdio,minimè ab externis illato,ſequitᷣ ſterilitas,pertineat ad conductorem probare,ſine ſua, & ſuorum domeſticorũ culpa incẽdium obueniſſe,vt illi remiſſio fiat; an verò ad locatorem probare ſpectet,culpa illorum obueniſſe, vt conductori remiſſio penſionis non fiat. Reſoluit verò optimè Alua. Vala.q.27.citata,nu.41.ad locatorem attinere probare,culpa,ſaltem leui,cõductoris,aut ſuorum domeſticorum, incẽdium obueniſſe. Qm̃,vt ait gl vlt.§.præterea Inſtit.quib.modis re contrah.oblig.ſolum præſumitur incendium culpa leuiſſima habitantis, aut ſuorum domeſticorum eueniſſe: conductor verò ſolum tenetur locatori de culpa leui, aut maiori, quæ non præſumitur, ſed probanda eſt.

8 Tertius † euentus eſt, ſi fructus corrumpãtur, aut pereãt,qñ iam ſunt plenè,in domum ve, recepti,vt ſi vinum acuerit, aut effundatur, triticum computeſcat, poſtquam fuerit receptum, aut vi, vel furto ablata hæc ſint: tunc enim penſio nõ remittitur. Ita colligitur ex l.ex conducto, §.ſi vis. ff.locati, illis verbis: *ſi quæ tamen vitia ex ipſa re oriantur,hæc damno coloni eſſe,veluti ſi vinum acuerit*,& affirmant Bar. & pleriq; alij quos Ant. Gom.2.tom.var.reſ.c.3.nu.18.& Alu.Vala.vbi ſup.nu.43.& 50.referunt,ac ſequuntur. Secus autem,ſi triticum in area, antequam purgetur, atq; in domum afferatur,alluuione, incendio,rapina, aut aliter,abſq; domini & ſuorum culpa,pereat, vt Ant.Gom.rectè ibidem ait.

Quo fit,vt ratio huius deciſionis non ſit,ꝗ fructus,dum ſunt iã ſeparati à prædio,pertinent quo ad dominium ad conductorem, cum tñ,dum affixi erant ſolo,dominiũ illorum, vna cum ſolo,pertinebat ad locatorem,vt hr̃ l.ſi ſeruus cõis,§.locati.ff.de furtis,& alibi à nobis dictum eſt, atq; affirmat Alu. Vala.de iure emph.q.20.nu.14. Sed ratio ſit, quia noluit ius, vt damnum ſterilitatis quo ad effectum,de quo loquimur, pertineret ad conductorem, antequam fructus eſſent integrè collecti,vt Alua.Vala.nu.50. citato,reiecta quorundam in contrarium ſnĩa,ait;tametſi non de tã integra collectione quo ad triticum, nos, loquatur,ſed putet,ſatis eſſe,purgatum eſſe in area.

9 Quartus † eſt, quando vbertate præcedentis, aut ſequẽtis anni ex ijs, pro quibus prædium erat conductum, compenſatur ſterilitas: tunc enim ſi vbertate alicuius,aut aliquorum præcedentiũ annorum eiuſdem contractus, ſiue illi immediati, ſiue mediati, anno ſterilitatis ſint, tota ſterilitas cõpenſetur, nihil de penſione eſt remittendum: ſi verò ſolum compenſetur pars,reliqua ſolum pars proportionalis eſt remittenda: quod ſi nihil compenſetur,tota penſio eſt remittenda; ſi autem, qđ remiſſum fuerit,vbertate ſequentis,aut ſequentiũ annorum eiuſdem contractus,compẽſetur,repeti id poterit, quod ita fuerit compenſatum: idque geſto,quod remiſſum fuit,ſub nomine donationis aut condonationis,fuerit remiſſum.

Niſi ſterilitas euenerit vltimo anno totius cõtractus, conſcio locatore de vbertate præcedentiũ annorum: tũc n.ſi ſub nomine donationis remittatur,repeti deinceps non poterit: ſecus autẽ ſi inſcio locatore vbertatis pcedentiũ annorũ, id ſub noĩe donationis remittat: nam tunc poterit illud repetere. Hæc oĩa habẽtur l.ſi vno in prin. ff.loc. Oĩa item,præter id,ꝗ de remiſſione facta ſub nomine donationis dr̃,habentur l.licet. C.eod.tit.c. pp ſterilitatem eo.tit.l.23.tit.8.par.5.& lib.4.Luſit.ord.tit.61.& in his conſentit cõis doctorũ ſententia. Dictum eſt,ſi ſterilitas compenſetur vbertate præcedentium,aut ſequentium,annorũ eiuſdem contractus locationis: qm̃,ſi ſint alterius cõtractus locationis eiuſdem prædij, etiã ſi contractus ſit inter eaſdem perſonas, & pro eodem pretio,non ſit compenſatio: ſecus autẽ ſi vnus,& idẽ contractus protogetur in maius tps tacita,vel expreſſa partium conuentione, nam tunc fiet compenſatio. Ita Grego. Lop.l.23.citata verb. *por dos años*, Alua Valaſ.q.27.citata,nu.46.& alij,quos referunt. Qñ aũt ſterilitas anni præſentis nõ cõpenſatur præcedentibus annis eiuſdẽ contractus, ſtatim fieri debet remiſſio penſionis, neq; debet expectari, num ſequentibus annis compenſetur, vt in fi.contractus fiat,ſi non compenſetᷣ. Ita Alua.Val.vbi ſupra,nu.47.conſentaneè ad l.ſi vno, & ad alia iura citata; qm̃ diſpoſitio eorum,quæ nos ſtatuunt compenſationem poſſe etiã fieri ex vbertate ſequentium annorum non eſt ſuſpẽſiua remiſſionis penſionis ob ſterilitatem,ſed inducit repetitionẽ remiſſionis antea factæ, ſi vbertas ſequatur,vt ſatis eſt perſpicuũ ea iure intuẽti. Quarè meritò Alu.Val. ibidem ait,perperam quoſdã contrarium,ſe cernente,in Luſitania iudicaſſe.

10 Tota † aũt difficultas huius rei eſt,quanta eſſe dẽat vbertas præcedentium, aut ſequentium annorũ,vt locũ habeat cõpenſatio ſterilitatis Luſit. ord.ad depoſitionem iuris cõis remittit nihil hac de re ſtatuendo,ac declarando. Prætermiſſis verò alijs opinionibus,quas inter alios, Alu.Vala.vbi ſupr.nu.45.refert,duæ ſunt pcipuè. Prima,ꝗ cõputentᷣ anni præcedentes, ac ſequentes cum anno ſterilitatis, & quidẽ, ſi computatis oĩb. tm̃ fuerit collectũ,quantũ ſatis ſit, vt integrè penſiones eorum oĩum annorum ſoluantur,& inſuper,vt cõductor hẽat ſumptus oẽs,quos fecit, computando inter illos,ꝗ ſibi,& ſuis, debetur pro ſuo labore, & induſtria tunc,fiat integra cõpenſatio ſterilitatis cum vbertate,nihilq; proinde de pẽſione ſit remittendum. ſi verò aliquid ſit remiſſum,ꝗ ſequẽtib. annis facta ea ſupputatione,compenſetur,repetatur. Si autem non fuerit tantum collectũ, remiſſio fiat de penſione proportione quadam.

Intelligere eius, quod deeſt, ad integros ſumptus,& penſionem integram ſoluendam,ad id,ꝗ demendum eſt de penſione, ita vt, ſi quarta pars deſit ad illa omnia,quarta pars penſionis remittatur,& ſi tertia pars ad illa omnia deſit tertia pars penſionis remittatur, & ita conſequenter, ita vt vterque contrahentium proportione quadam ſentiat damnum. Hoc planè eſt,quod perſpicuè definit lex Caſtellæ 33.citata,ſatis conſentaneè ad caput propter ſterilitatem de locato, nihil omnino refragante, l.ſi vno. ff.locati, atque id ipſum, eſt

ob quod commendat eā ibi Greg. Lop. ver. *abondaria*, & ꝙ Ant. Gom, 2, tom. vari. reſ. c. 3. nu. 18. affirmat, neque ab hac diſpoſitione recedendū eſt in hoc Caſtellæ Regno. Quæ ſanè eſt ſatis æquat ſolùm enim conſulere iura intenderunt conductori, ne propter ſterilitatem, computatis eis omnibus, manere in detrimento deberet, meritò ſtatuerunt, vt detrimentum proportione quadam, modo explicato, diuideretur inter conductorem & locatorem. Atque hæc opinio mihi omnino placet, etiam ſtando in iure communi.

Cæterum obſerua, præter perplexitates, qñ dicenda ſit ſterilitas, vt pēſionis fiat remiſſio, & qñ cenſenda ſit tanta, vt tota penſio, aut pars, ſit remittenda, de quib. ſupra habitus eſt ſermo, & qñ culpa aduenerit conductoris, vel non atque aliorum capitum, vnde locator excuſatur à remiſſione facīēda, q̄ oīa litium ſunt ſeminaria maxima, quib. contrahentes ſua bona conſumunt, & vnde odia oriuntur, præſertim in tanta iurium ambiguitate, ac varietate opinionū: obſerua, inquam, pter hæc oīa, quale, ac quantum ſeminarium litiū oriatur, in computādis fructibus oīum annorum contractus locationis, & cōductionis, in ſtatuendo valore eorum omnium, in cōſtituenda æſtimatione impenſarum, induſtriæ, & laboris cōductoris, ac ſuorū, vt intelligatur, num interuenerit ſterilitas, ac quanta, & nū vbertate præcedentiū, ac ſequentium annorum compēſetur, vt intelligatur quantum de penſione ſit remittendum. Certè, vt ſupra tetigi, longè magis reipublicæ bono eſſet conſultum, reſecatione horum oīum, ac ſimilium iuriū, ſtatuendoq́; vt conductores ſuo periculo, & cōmodo res conducerent, vt regulariter conducere ſolent, ſuſcipiendo in ſe caſus oēs fortuitos ſolitos, & inſolitos, quā eiuſmodi iuribus tot oſtia litibus interminabilibus, cum tanto locātiū, & conducentium detrimento, aperta relinquere.

Secunda opinio eſt, quod vbertas eſſe cenſeat, quando prædium locatū plures fructus fert, quā conſuetos, & ꝙ iuxta proportionem exceſſus fructuū anni, in quo eſt vbertas, ſupra conſuetos, ad fructus conſuetos, fiat compēſatio portionis penſionis, q̄ in anno ſterilitatis foret remittēda. Vt, ſi prædiū locatum ferre regulariter ſolebat triginta modios tritici, in qua proportione plures reddiderit in aliquo anno ſupra triginta, in eadem reſarciatur, quod fuerat remiſſum, aut remittendū, de integra penſione anni ſterilitatis. Vt, verbi gratia, ſi in anno vbertatis reddat quadraginta, reſarciatur tertia pars vnius integræ penſionis: ſi verò reddat quinquaginta, reſarciantur duæ partes vnius integræ penſionis: ſi autem reddat ſexaginta, reſarciatur vna integra penſio.

11 Quintus † euentus eſt, quando conductor renunciauit euentibus fortuitis, ſterilitative: tunc enim, eſto ſterilitatis adueniat, tenetur ad integrā penſionem. Ita habetur l. ſi quis fundum, in prin. ff. locat. l. licet. C. eodem tit. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. 23. tit. S. part. 5. & affirmat communis doctorum ſnīa, quā referunt, ac ſequuntur Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 3. nu. 19. Alu. Valaſ. q. 27. citata, nu. 34. Aries Pinel. l. 2. C. de reſcind. vend. par. 1. cap. 3. num. 26. & Gutier. de iura. confirm. par. 1. c. 24. Et habet hoc locum, etiam ſi in genere quis renunciet caſibus fortuitis, nullum in particulari exprimendo, iuxta doctores citato, cōſentaneè ad iura citata, etiam ſi conductor ſolum dicat, ſe conducere rem ſuo periculo, vt cum Bar. & alijs Ant. Gome. ait: tametſi refragentur Gutier. loco citato, num. 10. cum alijs, quos citat, & Aluar. Valaſ. vbi ſupra, num. 30. niſi dicatur, omni periculo. Neque obſtat textus, l. ſed & ſi quis. §. quæſitum eſt, ff. ſi quis cautionib. vbi habetur, nō ſatis eſſe renunciationem exceptionum in genere, vt ſi caſus fortuitus aduenerit, qui non fuerit expreſſus, non excuſet.

Non, inquam, id obſtat: qm̄ vt doctores citati affirmant, id ſolum intelligendū eſt in renunciationibus, qualis eſt promiſſio facta ſiſtēdi aliquē in iudicio, de qua in eo. textu erat ſermo. Longè verò aliter res habet in renunciationib. euētuum fortuitorum factis in contractibus, de quib. nobis hoc loco eſt ſermo. Immo ēt in iudicialibus renūciationib. contendunt Aries Pinel. vbi ſupra, nu. 28. Gutier. c. 24. citato, nu. 3. & 4. & Alu. Val. nu. 34. atque alij, quos referunt, licèt non ſufficiat renunciatio in genere exceptionum, ſufficere tamē renunciationem quorundam euentuum fortuitorum in particulari cum adiectione clauſulæ, generalis, & cæterorum euentuum, vt ſi qui ſimiles eueniant, etiam illi renunciatum cenſeatur.

Immo verò affirmāt, ſatis eſſe renūciare p clauſulā generalē euētuū fortuitorū, eſto nulli in particulari exprimātur, quāuis nō ſufficiat renunciare per clauſulā generaliſſimā quaruncunque exceptionū, de qua ſola ſermo eſt, §. quæſitū eſt, citato. Qñ qs renunciat aliquib. fortuitis caſib. expſſis in particulari, & addit clauſulā generalem, & cæteris caſibus fortuitis, intelligenda eſt ea clauſula de æqualibus, & minoribus, ſecus autem de maioribus, ac magis inſolitis, argumento clemē. non pōt, de procu. & cap. ſedes, de reſcriptis, quæ iura decernunt, ſimiles clauſulas additas poſt expreſſionē aliquorū in particulari, cōprahendere ſolū res æquales expreſſis, aut minores, non verò maiores. Ita Gigas de penſionib. q. 66. nu. 2. Alu. Valaſ. in calce, nu, 34. citati, & alijs, quos citant.

12 Dubium eſt, ſi † conductor renūciet caſib. fortuitis, an cenſeatur ſolum renūciare ſolitis, & qui poterant cogitari poſſe euenire; an verò etiam inſolitis, & de quibus nullus omnino eſſe poterat timor in ea regione, quia inauditi in ea erant à quadraginta annis, aut ab hominū memoria Bar. §. quæſitum eſt, citato, & communis doctorū ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Anto. Gome. num. 18. citato, Gutier. capit. 24. citato, à num. 6. Gigas de penſionib. quæſt. 66. & Aluar. Vala. vbi ſupra num. 35. cenſent, ſolum renunciare ſolitis: quoniam contrahentium intentio ſub illis verbis generalibus non videtur ſe extendere, niſi ad caſus fortuitos conſuetos, ac ſolitos, de quibus tunc cogitari poterat euenire poſſe, tametſi raro: conſonant etiam duo illa iura canonica paulò ante citata. Quamuis autem Bart. & alij id confirmēt ex l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrah. emptio. cuius verba

verba ſunt *Frumenta, quæ in herbis erant, cũ vendidiſſes, dixiſti, te, ſi quid vi, aut tempeſtate, factũ eſſet, præſtiturum. Ea frumenta niues corruperunt. Si immoderatæ fuerant, & contra conſuetudinem tempeſtatis, agi tecum ex empto poterit.*

Hæc ibi. Cæterum, vt multi obſeruant, potius retorqueri textus ille aduerſus ſnĩam Bart. & cómunem, poteſt, q̃ eã confirmet. Etenim ꝓnunciatur, eũ, qui ſe obligauit ex caſibus fortuitis, teneri ex illo, qui contra conſuetudi. ẽ tempeſtatis euenit. Rectè tñ Aluar. Valaſ. reſpondet, ita præter conſuetudinẽ tempeſtatis euenifle, vt non eſſe inopinatus in ea regione, ſed creditus poſſe euenire, tametſi valde rarò, ac proinde ſub ſolitis comprehendi. Aries Pinel. vbi ſup. à nu. 29. rem hanc diſputat, & cũ Baldo, & alijs, quos citat, exiſtimat, eum, qui renunciationẽ facit caſibus fortuitis, nó ſolum cenſeri renunciare ſolutis, ſed etiam inſolitis. Cæterũ, quoniam illa alia opinio communior eſt, & argumẽta, quibus Pinellus nititur, nó ſunt magni ponderis, atque ex dictis facilè diluentur, recedendum non arbitror à communi ſententia.

Vtrum aũt, qui renunciauit euentibus fortuitis opinatis, & inopinatis, cẽſeatur eo ipſo renunciare ſolitis, & inſolitis. Aries Pinel. & Aluar. Valaſ. affirmant, referuntq; ita regium ſenatum iudicaſſe, mihiq; ea ſnĩa vera vr: quoniã nomine inopinatorũ, ſufficiẽter exprimũtur inſoliti. Gutier. vbi ſupra nu. 7. licèt conſentiat, arbitratur tamen cum Ripa, & Corneo, q̃uis, qui renunciat euentibus opinatis, & inopinatis, ac ſolitis, & inſolitis, cenſeatur renunciare euentibus, de quibus neque prudentes poterant opinari poſſe euenire, non tamen cenſeri renunciare euentibus, de quibus etiã prudentiſſimi non poſſent opinari. Arbitror tamen audiendas non eſſe eiuſmodi nimias ſubtilitates, quæ litibus fomenta præbent.

Iã ſupra dictũ eſt, in hoc Caſtellę Regno cóductores oẽs redituũ, ac rerũ regiarũ, renũc are euẽtibus oĩbus fortuitis, tam ſolitis, quã inſolitis, & tam opinabilibus, quam non opinabilibus, nullo prorſus excepto, quantuncunq; inſolito, & inopinabili, vt habetur l. 2. tit. 9 lib. 9. nouæ collect.

Quod ſi in euentibus oĩbus, de quibus habitus 13 eſt ſermo, renunciatio caſibus fortuitis † confirmaretur iuramento, vtique non ad plures caſus ea renunciatio ſeſe extenderet, quàm ſi iuramento non eſſet confirmata. Ratio eſt, quoniam corroboratio iuramẽti non ad plura ſe extẽdit, quam comprahẽdantur in promiſſione, aut pacto, quæ iuramento confirmantur, iuxta l. vlt. C. de nó numerat. pecun. & alia ſimilia iura, affirmatq; Bart. & cómunis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Aluar. Valaſ. vbi ſup. nu. 37. & Gutier. c. 24. citato, nu. 12. Si autem mens renunciantis fuiſſet pluribus fortuitis caſibus renunciare, quam iuxta opiniones relatas explanatum ſit, tunc vtique in foro conſcientiæ, etiam ex illis alijs euentibus, teneretur, non ſolum ſub reatu periurij ſi iuramento eſſet firmata renunciatio, ſed etiam ſimpliciter de ſolo rigore iuſtitiæ, ſi renunciatio iuramento non eſſet confirmata.

14 Sextus † euentus, in quo colono non remittitur de penſione eſt. Si ſit partiarius, hoc eſt, qui pro parte aliquota fructuum, quos collegerit, reddenda, puta tertia, quarta aut quinta prædium accepit. Tunc enim nó eſt locatio, ſed cótractus ſocietatis: quocirca, eſto ſterilitas adueniat, debitor eſt talis partis aliquotæ fructuum, quos collegerit. Ita habet l. ſi merces §. vis maior. in fine ff. locati.

Supereſt, dicamus aliquid de ſecundo eorum, quæ in titulo diſputationis ꝓpoſita ſunt. Nempe, 15 vtrum † pp inſolitum augmẽtũ fructuũ, teneatur conductor ad maiorẽ penſionem. Atque, ſi cóductor euentibus oĩbus fortuitis renunciauit, ẽt inſolitis, vtique pp inſolitum augmentum fructuũ, non tenebitur ad augmẽtum penſionis. Quon ã, qui affirmant, propter augmentum fructuum augendam eſſe penſionem, ea rõne id affirmant, q̃m ſicut locator propter notabilem ſterilitatem patitur detrimentum penſionis, vi cótractus alioquin ſibi debitæ: ita propter inſolitum augmentum fructuum, ſentire debet commodum augmenti penſionis: quoniam, qui ſentit damnum, commodũ etiam ſentire debet, & è contrario, vt habet regula. Quæſtio ergo ſolum eſt, quando conductor non renunciauit euentibus fortuitis.

Et quidem conueniunt omnes, q̃n extraordinarium augmẽtum fructuũ peruenit ex induſtria conductoris, q̃a plus ſeminauit, & diligentius coluit terram, aut melioramẽta fecit in re códucta, non eſſe augendam pẽſionẽ. Ita ſtatuitur. l. 23. tit. 8. par. 5. & affirmat gl. magna in fine, l. ſi merces, §. vis maior. ff. locati. Q̃n autẽ aliunde augmentũ prouenit, & pertingit ad duplũ eius, quod cóiter res locata reddere ſolebat, ſtatuit, l. 32. citata duplicandã eſſe penſionem, ob ęquitatem illã, quod, qui damnum diminutionis pẽſionis ſentit ob inſolitam ſterilitatem, ſentire ẽt debet commodum augmenti pẽſionis propter inſolitam vbertatem, idemq; affirmãt gloſſa citata, Bar. & alij de quorũ numero eſt Ant. Gom. nu. 19. citato. Hoc verò multi intelligunt, ſolũ habere verum, q̃n ob fortuitum euentum accreſcunt in ea abundantia fructus, vt ſi q̃s conductũ habeat molendinum, caſuque fortuito eueniat, vt molendina alia deſtruantur, idq; in cauſa ſit, vt longè plus ſolito reddat, tũc, iuxta proportionem augmẽti vltra ſupremos fructus, quos tale molendinũ reddere ſolebat, augeatur penſio: ſecus autem q̃n, ob anni fertilitatẽ, multum accreſcerẽt fructus ſupra ſolitos, etiam ſi multum ad id conduceret bonitas prædij conducti. De horum numero ſunt Greg. Lopez l. 23. citata gloſ. vlt. Nauar. in Manuali, c. 17. nu. 191. & Syluest. verb. locatio. quæſt. 14.

Mihi placet, propter augmentũ fructuum, ſecluſo euẽtu fortuito explicato, aut alio ſimili augendam non eſſe penſionem, & id apertè colligitur ex §. vis maior, citato, cuius verba ſunt. *Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum nõ aufertur.* Vbi vides ꝓpter magnum lucrum, ac vbi res fructus, non augeri penſionem; quod per epicheiam eſt intelligendũ, quando non adueniunt ob caſum fortuitum molendinorum explicatum, aut alium ſimilem, ſed propter anni, ac prædij vbertatem. Atque ita intellecta Deciſ.

telleᴄta

tellecta hac opinione, vt excludatur vbertas caſus fortuiti, exiſtimo accipiendum eſſe, quod Aries Pinel.l.2.C.de reſcind.vend.par.1.c.3.nu.34. & Aluar.Valaſ.vbi ſupra, nu.vlt. dicunt, receptam videlicet eſſe opinionem hanc in praxi.

Cui ſuffragatur hæc tō, quod quando fructuū vbertas prouenit ob magnum pretium fructuum, conueniunt doctores contrariæ opinionis, nō eſſe augendam penſionem: q̄n autem vbertas prouenit ob maximā anni vbertatem, certè paulo plus valent vberes fructus tunc collecti, quam valere ſoleant conſueti, eo quod fructuum abundantia faciat decreſcere valorem eorum: non eſt autē ęquitas, vt propter fructus, qui non plus valēt conductori, quā conſueti, augeatur ei penſio. In illo autē alio euētu vbertatis ob caſum fortuitum, certè recta ratio poſtulat, vt ſicut propter contrarium fortuitum euentum minuenda eſt penſio, ita propter illum augeatur: ac ſanè ſi euentus ille in particulari propoſitus legiſlatori fuiſſet, vtique illum excepiſſet: quoniam, dum verba illa ſupra relata protulit, ad anni vbertatem, atque ad id, quod accidere ſolet, mentis oculum coniecit.

Ad quas expenſas rei locatæ, teneatur conductor, & ad quas locator. Et quando locator ſoluere teneatur conductori expenſas, quas in reconducta fecerit.

DISPVT. CCCCXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ad expenſas rei conductæ tenetur iuxta conſuetudinem loci, niſi aliud actum ſit; & idem in locatore dicendum.*

Et quid ſi non ſit conſuetudo, ad quas ambo teneantur nu.2. vbi ad plenum.

3 *Conductor compenſare poteſt vtiles expenſas in mercede debita pro re conducta, ex communi.*

4 *Locator an teneatur ſoluere expenſas factas per conductorem, quando eſt pactum in genere, quod res melioraretur per conductorem, nec dictum eßet, quod ſuis ſumptibus.*

5 *Cōductor vſufructuarij an repetere poßit expenſas à proprietario, factas in re locata, & ad ipſum proprietariū per mortē vſufructuarij deuoluta.*

6 *Conductor poteſt rem ſibi locatam retinere, quouſq; expenſæ factæ in re conducta ſibi ſoluantur.*

Aluar. Valaſ. de iur.empb q.26.nu 6. rectè cum Bart.l.impenſæ.ff. de impenſ. & cum
1 alijs notat. Hac in re†attendendā ante oīa eſſe cōſuetudinem cuiuſq; regionis, vt, ſi qdem cōſuetudo in aliqua regione ſit, expēſas aliquas in rebus aliquibus cōductis fieri à cōductoribus, ei conſuetudini ſtetur. Cōtractus enim, q̄n in eis aliud non exprimitur, facti cēſentur iuxta loci ea in re conſuetudinē l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iuris, idemq; peculiariter de cōtractu locationis, & cōductionis habetur l.excepto, & l.circa. C. de locat. & l.domini prædiorum.ff.de agric. & cenſ.

2 Secluſa†cōſuetudine, Bar.l.citata, & quidā alij quos Aluar. Vala.nu.6.citato refert, de quorū numero eſt Ant.Gom.2.to.var.reſol.c.3.nu 20.cenſent, ſi impenſa ſit ad perpetuā prædij vtilitatem, vel longioris tp̄is, ſit tēpus conductionis, non teneri conductorē ad illam tanquam magnā: ſi verò duratura nō ſit, niſi tēpore conductionis, atq; adeo futura eſt ad cōductoris tm̄ vſum, tunc conductorem teneri illam facere tanq̄ modicam, neq; finita cōductione, poſſe repetere, quod ita inſumpſit, neq; illud demere de pēſione ſoluēda. Meritò rn̄ Aluar. Valaſ. ibidem, nu.7.cū pleriſq; alijs, quos refert, affirmat, conductorem ad nullas impenſas faciendas in re conducta teneri, ſed cogere poſſe locatorem, vt faciat neceſſarias, ac conſuetas ad cōmodum, & vſum rei locatæ, ac, ſi loco illius cōductor illas efficiat poſſe illas repetere, aut demere, qđ ita inſumpſerit, penſione pro re cōducta ſoluenda: ſolæ qppe impenſæ, quę ad colligendos fructus ex reconducta ſpectant, vt arando, fodiendo, putādo, metendo, &c. pertinent ad conductorem: quod verò aliæ neceſſariæ ad locatorem attineant, cōſtat ex l.ſed addes. §.inquilinus.ff.locat.

Vbi habetur. Si conductor in domum conductam arcam cameratā atque adeo magnam, intulerat, & locator, ſiue ſciens, ſiue ignorans, aditum domus coarctauit, ita vt educi arca non poſſit, teneri ad ſumptus neceſſarios ad ampliandum aditum, quo educatur arca Ecce, ad illos ſumptus eo modo neceſſarios ad extrahendam arcam antea à conductore in eam domum illatam, tenetur locator. Conſtat etiam ex l.ex conducto, in princip.ff. eod.tit. vbi habetur, dari conductori aduerſus locatorem actionem ex cōducto, ſi villa non reficitur, vel ſtabulum, vel vbi greges eius ſtare oporteat. Et affirmat ibi gloſſa in verb.reficitur, teneri locatorem ad eiuſmodi expenſas, in eoque differre conductorem ab vſufructuario, cui proprietarius non tenetur ad eiuſmodi expenſas, vt habetur l.ſed cum fructuarius.§.vlt.ff.de vſufructu, & vtrumque affirmat etiam glo.ibid.

Atq; eadem ratione tenetur locator reficere tectum domus locatæ, q̄n refectione indiget, ad ſtillicidia vitanda, aut aliqua alia de cauſa. Item tenetur reficere reliqua, q̄n minantur ruinam, aut iam corruere. Eadem ratione non tenetur conductor ad tributa ratione rei conductæ, & ad functiones publicas, vt ad reficiendam lapidibus viā publicam iuxta domum, conductam, vel ad puteum purgandum, & reparandum. Ita habetur l. ædiles. §. quicunque, iunctis verbis antecedentibus. ff.de via publica, vbi ſic ſcriptum legimus.

Conſtruat autem uias publicas vnuſquiſq; ſecundum propriam domum, & aquæductus purget, qui ſubſidio ſunt, ideſt, ſub cælo libero, & conſtruat ita, vt non prohibeatur vehiculum tranſire. Quicunq; autem mercede habitant ſi non conſtruat dominus, ipſi conſtruentes computent diſpendium in mercedem. Hæc ibi. Vbi vides, etiam has neceſſarias expenſas ratione rei conductæ pertinere ad locatorem, atque, ſi à conductore fiant, detrahendas eſſe de penſione, aut repetenda.

Ex

Ex dictis conſtat, cōductorē nō teneri facere aggeres,& foſſata in re conducta, vt Alua. Valaſ. in fine, q.26. citatę ait, q̄n neq; ea reficere, niſi id deductū fuerit in pactū. Ex dictis quoq; cōſtat, idq; ſatis apertè, q in hoc Caſtellæ Regno mulam ad iter conducit, cū conſuetudo Regni ſit, vt ſolum cum ea faciat expenſas cibi, & hoſpitij, ſi q̄d aliud cum ea neceſſario inſumat, vt in ſolis ferreis ei effigiēdis, vel in alia ſimili re, poſſe id repetere, aut demere de mercede ꝓ locatione illius ſoluenda.

De vtilibus autem expenſis, quæ rem locatam reddunt meliorē, ac vtiliorem, quāuis neque locator, neq; conductor, teneatur illas facere, ſi tamen conductor eas fecerit, pōt illas cōpenſare in penſione ſoluenda, vel illas repetere finito contractu, etiamſi conductor propter culpam à re locata expellatur: in quo ab emphyteuta differt, iuxta ea, quæ diſp.455. dicta ſunt. Ita hr̄ l. dn̄s horreorum. §.1. ff. locat. cuius verba ſunt. *In conducto fundo ſi conductor ſua opera aliquid neceſſario vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel inſtituerit, cum id non conueniſſet, ad recuperād a ea, quæ impendit, ex conducto cum domino fundi experiri poteſt*. Idē habetur l. colonus, in prin. ff. eo. ti. in hæc verba. *Colonus, cum lege locationis non eſſet comprehenſum, ut vineas poneret, nihilominus in fundo vineas inſtituit, & propter earū fructus denis amplius annuis aureis is ager locari cęperat. Quæſitum eſt, ſi dominus iſtum colonum, fundo eiectum, penſionum debitarum nomine conueniat, an ſumptus, vtiliter factos in vineis inſtituendis, cōputare poſſit, oppoſita doli mali exceptione. Reſpōdi*(ait Scæuola)*vel expēſas cōſequuturū, vel nihil amplius pſtaturū eſſe*.

Intellige autem conductorem poſſe cogere locatorē, vt incremēta expēſarum reddat, ſi plus expendit, ac valent melioramēta, quam quod debet ex penſionibus, vt ex l. dn̄s horreorum conſtat: & viciſſim locatorem poſſe cogere conductorem, vt incrementum reddat, ſi plus ex pēſionibus debet, quam vtiliter expenderit. Ex lege proximè relata notat Tiraquellus, eā vim habere ēt q̄n agri forma talibus expenſis mutatur, vt in re propoſita, eger in vineam fuit mutatus. Aluar. tn̄ Valaſ. de iur. emphy. q.25. nu.32. ait, non dici formam mutatam, q̄n mutatio fit in alterius contrahētis vtilitatem, argumēto l. diligenter. §. melior. ff. man. & l.1. §. q̄d tn̄ ff. de exercit. act. Cæterū hæc duo iura non probant, nō cenſeri mutatam formam, ſed eſſe fas illam mutare in alterius contrahentis vtilitatem.

3 Conductorē† poſſe repetere, aut compenſare, vtiles expenſas in mercede debita pro re conducta modo explicato, hr̄ etiam expreſsè l.24. titul.8. par.5. & conſentit lex 1. C. mandati, atque affirmat cōis doctorum ſn̄ia, quam referunt, ac ſequuntur Aluar. Valaſ. nu.32. citato, Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c.3. nu.20. & Greg. Lopez l.24. citata. Qui tn̄, cum Paulo Caſt. hoc limitat, modo factæ ſint de voluntate, ſaltem tacita, locatoris, aut ſi non de illius volūtate ſint factæ, nō ſint illi admodum graues, cōſentitq; Aluar. Valaſ. vbi ſup. nu.38. Addit ēt, poſſe conductorem extrahere, ſi velit, meliorationes factas in re conducta, modo ſine detrimento talis rei id poſſit facere. Quod ēt de eiuſmodi grauib. impenſis, atque ēt de neceſſarijs, nec vtilibus ſed omnino voluntarijs, ſeu voluptuarijs, intelligendum eſt, vt habetur l. ſed addes. §. ſi inquilinus. 1. ff. locati, atque affirmat Aluar. Valaſ. nu.37. citato. Lege quoad hæc omnia, quæ diſp.463. copioſè dicta ſunt.

Quando deductū fuiſſet in pactū, vt cōductor de ſuo tales, vel tales meliorationes in re conducta faceret, tunc vtique, ſiue illæ neceſſariæ, ſiue vtiles eſſent, non teneretur locator illas ſoluere, neq; de penſione vlterius ſtatuta eſſent extrahendæ, vt ex ſe eſt manifeſtum: q̄m conuentio legem inter contrahentes facit. Atq; hoc ſonant duo iura primo loco citata, & apertè ſtatuit l.24. citata.

4 Q̄n † autem res traderetur cum pacto in genere, quod res melioraretur per conductorem, neq; dictū eſſet, quod ſuis ſumptibus, q̄dā, quos Aluar. Valaſ. vbi ſup. nu.34. refert, aſſeuerant, tunc locatorem non teneri eas ſoluere, atq; eandem ſententiam amplectitur Greg. Lopez l.24. citata, gl. vlt. Aluar. tn̄ Valaſ. num. citato contrarium, non ſine probabilitate magna, affirmat: q̄m inquit, ſimile pactū non impedit, qu in emphyteutę ſolui ḋeant vtiles expenſæ, ſeu melioramēta, in re emphyteutica facta, vt diſp.456. dictū eſt, ſatiſque eſt pactū illud operari, vt conductor teneatur rem meliorare, ſed non de ſuo, quaſi nūquam ſint ipſi tales expenſæ ſoluendæ. Arbitror aūt in ſimilibus euētibus in cōductionibus, ex circumſtantijs cōcurrentibus eſſe conijciēdum, q̄ fuerit mens contrahentium illiq; eſſe ſtandum In dubio autem, non auderem à ſententia Aluar. Valaſ. accedere.

5 Vtrum† autē, q̄n fructuarius rem, in qua vſumfructū habebat, locauerat ad tempus aliquod, puta ad quinquennium, & mortuus eſt, ac proinde reſoluitur contractus locationis, & res locata libera reuertitur ad proprietarium, iuxta ea quæ diſput.492. dicta ſunt, ſi conductor fecerat aliquas expenſas in re cōducta vtiles, teneatur proprietarius illi ſoluere, quātum expēdit, vel quātum plus valet prędiū propter illas expenſas. Aluar. Valaſ. vbi ſup. nu.35. refert quoſdam affirmare, nihil illi eſſe ſoluendum, ductos l. ſi quis domum §. idem quærit. ff. locat. cuius verba de eiuſmodi conductore ſunt. *Idem quærit, ſi ſumptus fecit in fundū, quaſi quinquennio fruiturus, an recipiat. Et ait, non recepturū, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit.* Hactenus Vlpianus, ex verbis Marcellini iuriſcōſulti. Et Aluar. Valaſ. arbitratur, eā fuiſſe mentē, ac deciſionem Vlpiani ibi. Addit tn̄, Senatores in Luſitania meritò contrariū definire: q̄m æquum nō eſt, proprietariū ſumptibus talis cōductoris locupletari: & q̄m, ſi fructuarius eas vtiles expēſas feciſſet, teneret̄ proprietarius hęredibus illius ſoluere æſtimationē earū: ſicut & fideicommiſſarius ſoluit expenſas vtiles in re, fidei alterius cōmiſſa, factas per eū. Vnde ait, cū nulli ſolidę rōni deciſio illa Vlpiani nitatur, meritò in Luſitania illi non ſtari in iudicādo, vbi idcirco Cæſareę leges admittuntur, vt iuxta illas iudicetur, q̄n nulla lex, aut cōſuetudo Regni eſt in contrariū, q̄m optimæ rōni illas inniti exiſtimatur, vt lib.2. ord. tit.5. habetur. Ergo aūt exiſtimo, nihil tale decidere ibi Vlpianum,

pianũ, aut in mentẽ illi veniſſe. Sed, cũ impenſę factæ in re cõducta à cõductore in quinquenium, eſſe ſoleãt lõgè maiores, ſpe illis fruẽdi toto quinquennio, q̃ ſit valor vtilitatis, q̃ ex eis in p̃dio cõducto manet, q̃rit Vlpian⁹, vtrũ illas, quo ad id incremẽtum, aut ẽt totas, ſi nihil vtilitatis p̃dio attulerũt, teneatur hæres vſufructuarij ſoluere conductori.

Et reſpõdet, non teneri: q̃m conductor ꝓſpicere debuit, hoc euenire poſſe, vt. ſ. fructuarius more retur ante finitũ quinquennium, ac finiretur locationis contractus. Nihil verò loquitur Vlpianus cõparatione ꝓprietarij, num ſoluere teneatur locatori valorẽ vtilitatis, quæ ex eis expenſis prędio accreuit. Eſſe aũt hanc mentẽ Vlpiani, ibi, cõſtat, tum ex antecedẽtibus, in quibus ſermo erat de hærede vſufructuarij locatoris: tũ ex ſequentibus, in quibus idẽ Vlpianus voluit, ſi locator rem illam, non quaſi vſufructuarius, ſed quaſi proprietarius, locauit, ac proinde conductorem decepit, teneri tunc hæredẽ illius ſoluere conductionis expẽſas.

6 Expenſas † vtiles, aut neceſſarias, põt conſequi cõductor retentione rei locatæ, quouſq; ſoluãtur: nam, cui actio cõceditur, multò magis conceditur retentio rei, in qua expenſæ ſint factæ l. ſi in area. ff. de cond. indeb. Et ſic lex Luſitana lib 4. ord. tit. 50. §. 1. cõmodatario cõcedit retentionem rei cõmodatæ ꝓ expẽſis in ea factis, quouſq; ſoluantur. Si penſio nõ ſit ſoluta, cõſequi põt conductor expenſas compenſatione in ipſamet facta. Si verò penſio ſoluta ſit, poteſt illas conſequi actione ex conducto, vt hæc cõſtant l. dñs horreorum §. 1. l. ſed addes §. ſi inquilinus. 1. & l. colonus. ff. locat. item l. ædiles §. qualicunque, ff. de via publ. & affirmat Aluar. Valaſ. q. 25. citata num. vlt.

Penſio rei locatæ quando ſoluenda. Et num pro illius ſolutione, ac deterioratione rei locatæ, ſint tacitè hypothecatæ res, quæ in eam fuerint inuectæ, atque etiam fructus.

DISPVTATIO CCCCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Penſio rei locatæ quo tempore ſoluenda.*

2 *Penſio ſoluẽda in fructibus, debet ſolui poſt fructus collectos, niſi aliud actum ſit.*

3 *Dominium rei venditæ vt in emptorem tranſeat, quæ requirantur.*

4 *Fructus rei locatæ tacitè ſunt hypothecati locatori pro ſolutione penſionis.*

Idem in rebus inductis, & illatis in prædium conductum. nu. 5.

6 *Bona inducta, & illata in prædium conductum, vt tacite ſubijciuntur hypothecæ quæ requirantur.*

Et quid de inuectis permanenter, quæ aliunde poſtea aſportata fuerint. nu. 7.

Limitatata tamen, non procedere in bonis alienis inuectis, nu. 8. cum declaratione, vt ibid.

QVod ad primum attinet, ſicut diſput. 451. de penſione emphyteutica dicebamus, ita nunc de penſione pro re locata dicendũ eſt. Nempe, † ſi in contractu fuit tẽpus expreſſum, in quo penſio eſſet ſoluenda, ſtandum eſſe contractui. Si verò nihil fuit expreſſum, ſtandum eſſe conſuetudini loci, vt habetur l. 4. tit. 8. par. 5. & lib. 4. Luſit. ordin. tit. 48. §. 2. Si aũt nulla ſit certa conſuetudo, vnde conſtet antea ſolere ſolui, ſoluenda eſt in fine anni. Ita habetur l. 4. citata, atque hæc omnia colliguntur apertè ex l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. quoniam, ꝙ penſio in fine anni ſoluatur, eſt minimum, quod eligi põt, & quod benignius eſt comparatione debitoris: id quod docet ea regula eſſe ſequendum, quando neque aliud eſt conuentum, neque aliud habet conſuetudo regionis: idemque faciendum præſcribit l. ſemper in obſcuris. ff. de regulis iuris. Eadem omnia affirmant gloſſa vlt. l. ædem. C. de locato, & doctores cõmuniter, quos referunt, ac ſequuntur Greg. Lopez l. 4. citata, Nauar. in Manu. c. 17. nu. 198. Panor. c. propter ſterilitatem de locat. nu. 18. & Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 3. nu. 13. Quando autem res locata eſt in multos annos pro certa annua penſione, neque eſt expreſſum, quando penſio ſit ſoluenda neque quicquam certi habet conſuetudo regionis, tunc in fine cuiuſque anni ſoluenda eſt penſio eius anni: quoniam ille cẽſentur diſtinctæ locationes in ſingulos illos annos l. ſcire debemus & l. plurib. ff. de verb. oblig. & affirmat Gregor. Lopez vbi ſupra. Quando † penſio ſoluenda 2
eſt in fructibus, neque aliud eſt cõuentum, ſoluenda eſt poſt fructus collectos, & nõ antea. Ita Gregor. Lopez ibi, iuxta l. Firmio. §. vlt. ff. quãdo dies leg. ced. Item quando ex cauſa, propter quã penſio datur, ex perſona, aut ex alijs circumſtantijs, intelligitur antè finitum locationis contractum intendiſſe cõtrahentes, vt ſolueretur pẽſio, parſve illius, tunc ſoluenda eſt tempore, quo res id poſtulat, præſumiturque contrahentes id intendiſſe. Ita Panor. vbi ſupra nu. 9. & Nauar. nu. 198. citato. Si dubitatum fuerit, an conductor (idem dicendum de emphyteuta) ſoluerit penſiones annorum præteritorum, & is oſtenderit ſchedulas, quibus ſe ſoluiſſe tribus continuis annis probet, cenſetur ſoluiſſe omnibus annis tres illos antecedentibus, niſi aduerſus eum contrarium probetur. Ita probat l. quicunque. C. de apochis publ. lib. 10. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. nu. 13. citato refert, ac ſequitur. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet, vt à fructibus rei locatæ ordiamur, obſeruandum eſt. Quemadmodum diſput. 358. dictum eſt, vt dominium rei Quęſt.
3 † venditæ in emptorem tranſeat, non ſatis eſſe rẽ venditam, eſſe illi traditam, ſed vlterius neceſſarium eſſe, ſolutum eſſe pretium, aut emptorem illud offerre, & per venditorẽ ſtare quominus illud recipiat, aut fideiuſſores, vel pignora pro illo ſoluendo exhibita ab emptore eſſe, & à venditore acceptata, aut certè venditorem habere pretium pro ſoluto, illud de emptore confidendo: ita gloſſa. l. ſi ſeruus communis §. locaui, verb. facere. ff. de furtis, & Bart. communis ſententia, quam Aluar. Vala. de iur. emphy. q. 20. numero 15. refert, aſſe-

uerat,

fuerat, fructus naturales rei locatæ, vt poma, triticũ, vinum, &c. non prius pertinere quo ad dñium ad conductorem, q̃ is penſionem locatori ſoluat, aut illã offerat, vel pro ſoluta, modis circa venditionem explicatis, illam hēat ēt ſi tales fructus ſeparati iã ſint à prædio conducto, quin & in domũ conductoris aſportati, aut ab eo alijs venditi, ac traditi, vt de re empta diſput. citata dictum eſt; ſed interim, dum pretium nõ ſoluitur, pertinere quo ad dominium ad prædij dñm, ſicut pertinebant, antequam à prædio ſepararentur. Pro hac ſnía nõ video aliud vrgent ius argm̃, q̃ parem eſſe rõnem de venditione, & locatione. Mihi verò longè plus probatur opinio Alua. Valaſ. ibidem, eo videlicet
4 ipſo, quod † eiuſmodi fructus à prædio ſeparati ſunt, pertinere quo ad dominium ad conductorem, ēt ſi penſionem non ſoluerit, locatoremq. ſolum hr̃e tacitam hypothecam in illis, vt penſio ei ſoluatur. Primò, qm̃ non eſt textus vllus, qui id locatione ſtatuat: id verò, qđ peculiariter in venditione ſancitum eſt extra communem illam regulã iuris, ꝙ titulo, & traditione comparetur rerũ dominium, non eſt plus extendendum, q̃ iure cõperiatur definitum. Quarè nullum profectò eſt in re propoſita argm̃ à paritate rõnis venditionis ad locationem. Secundo, qm̃ fructus naturales rei locatæ ēt ſi conuentione partium non fuerint ſubiecti expreſſæ hypothecæ pro ſoluenda penſione tacitè tñ iuris diſpõne ſunt hypothecæ ſubiecti pro ea ſoluenda, vt hr̃ l. in fructibus. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypot. cuius verba ſunt, *in prædijs ruſticis fructus, qui ibi naſcuntur, tacitè intelliguntur pignori eſſe domino fundi locati, ēt ſi nominatim id non conuenerit*; hr̃ ēt l. ſi in lege §. ſi colonus, ff. locat. vbi exprimitur, id verum habere, ēt ſi colonus prędiũ locaſſet alicui alteri: fructus enim à ſecundo conductore percepti, ſunt ſimiliter tacitæ ſubiecti hypothecæ dño prædij pro penſione ipſi ſoluenda: ſed in re propria nullus dr̃ habere pignus, vt habetur l. neque pignus ff. de reg. iur. ergo dominus fundi non habet dominium fructuum, poſtquam ſunt à fundo ſeparati, ſed ſolum tacitam hypothecam, aut ēt expreſſam, ſi id cõuenerit inter contrahentes. Accedit, quod in venditione dicitur res vendita retineri quaſi pignus pro parte pretij nõdum ſoluti, vt habetur l. Iulianus. §. offerri ff. de actionib. empt. quin verè pignus non eſt; at in locatione fructus rei locatæ iuribus citatis non dicuntur quaſi pignus, ſed verum pignus pro pẽſione ſoluenda. Quod ſi obijcias l. ſi ſeruus communis §. locaui. ff. de furtis concedi domino fundi actionem furti, ſi clam, ipſo renuẽte, fructus aſportentur de prædio, antequam penſio ſoluatur, furtum autem non committi in re propria eius, qui illam aufert, quippe cum furtum definiatur, contrectatio rei alienæ. Dicendum eſt, nomine rei alienæ in definitione furti, comprendi etiam, quæ ad aliquem pertinet, tum alijs rationibus, tum ēt tanquam pignus, vt non ſolum ex ipſomet, §. locaui, conſtat vbi fructus illi expreſsè fuerãt ſubiecti pignori, partium conuentione, domino prædij ꝓ ſolutione penſionis, ſed ēt expreſsè ex l. 3. ff. de pignorat. act. quã mirandum eſt Bartolum in confirmationem ſuæ ſententiæ citare.

5 Res itẽ̄ inductæ in prędiũ cõductũ tacitè ſubijciuntur hypothecæ domino p̄dij locati pro penſione ſoluenda, atque ēt pro reſarciendis damnis culpa conductoris rei conductæ illatis, hac tñ ad habita diſtinctione. Quod ſi prædiũ cõductũ vrbanũ, ſit, vt eſt domus tunc q̃ fuerint in eo inducta, ſiue domino prędij, q illud locauit, ſciente eſſẽt inducta ſiue nõ ſubijciuntur hypothecę, ſi verò fuerit ruſticũ, tunc ea ſola in id p̄dium inducta ſubijciuntur hypothecæ, quæ dño prædij ſciente fuerint inducta, non verò ea, quæ eo ignorante inducta fuerint. Ita habetur l. certi. C. de locat. iuncta l. vlt. C. in quib. cauſ. pig. l. item quia conuentiones. ff. de pactis, & §. ēt ſeruiana, inſtit. de act. iuncta l. 2. ff. in quib. cauſ. pig. quę exprimit etiam pro damnis rei conductæ illatis, eſſe illa ſubiecta hypothecæ, atque eadem oĩa expreſsè habentur l. 5. tit. 8. par. 5. & conſentit cõis doctorum ſententia. Illata autem in rem, quam quis cõduxit à primo conductore, hypothecata eſſe primo locatori pro penſione ſibi debita, diſp. 489. eſt explanatũ.

6 Obſerua † tamen, vt inuecta in prædium cõductum tacitè ſubijciantur hypothecæ modo explicato, neceſſe eſſe, vt inducantur animo vt perpetuò ibi ſint, hoc eſt, non ad tempus, ſed quandiu cõductio durauerit, ſiue poſtea mutetur animus, & extrahantur, aut etiam alienentur, ſiue non. Ita habetur l. in prædijs §. vlt. ff. in quib. cauſ. pig. l. debitor, iuncta gl. ibi ff. de pig & affirmat gloſ. l. certi, verb. induxerint. C. locat. Alua. Vala. de iur. emphy. q. 20. nu. 17. & Greg. Lop. l. 5. citata verſ. *fincan obligadas*. Vnde ait Baldum inferre, merces à conductore in domum locatam inductas vt venderētur, non eſſe tacitè hypothecatas, quia non inducuntur, vt ibi ſint perpetuò: eaque de cauſa emptores non teneri ex illis ſoluere, in defectum cõductoris penſionem, & deteriorationem domus.

Vtrum autem ſolum ea inuecta, quæ reperta fuerint in prędio conducto tempore, quo penſio exigitur, aut quo exigitur deterioratio facta in re Dubiũ
7 conducta, ſint tacitè hypothecata, an † verò etiam ea, quæ cum fuerint inuecta permanenter modo proximè explicato, ibi tamen iam non ſunt. Cõmunis doctorum ſententia affirmat, etiam hęc eſſe tacitè hypothecata, poſſeſſoreſque eorum poſſe conueniri, vt in defectum conductorum, ſoluãt ex ei penſionem, & damna rebus conductis illata, vt refert Greg. Lop. l. 5. citata verb. *que fallare*. Deciſ.
lex tamen illa Caſtellæ ſolum videtur ſtatuere eſſe hypothecata quæ reperta fuerint tempore, quo pẽſio, aut deterioratio, exigitur, vt in Greg. Lop. notat, ac commendat. Nõ ēſt tamen recedendum à communi ſententia, quæ conſonantior eſt iuri communi. Neq; quiſquam obijciat legem, eſt differentia. ff. ex quibus cauſ. pig. quæ ſtatuit, ſi mãcipia aliqua ſpecialiter ſunt obligata pro ſolutione pẽſionis, ac deteriorationem rei locatæ, manumitti non poſſe, quaſi manumiſſione liberentur ab onere hypothecæ: ſi autem ſint tacitè obligata, poſſe manumitti modo tamen non contineantur in re locata tempore quo exigitur penſio, aut detrimentum rei locatæ, nondum facta illorum ma-

nu-

numiſſione. Non, inquam, id aliquis obijciat: quoniam in fauorem libertatis id peculiariter ſancitum eſt.

Bona aliena, etiã ſi inducantur in re conducta, nõ cenſentur tacitè hypothecata pro penſione, & deterioratione rei cõductæ: quippe res aliena, quę nullo modo ad eũ, qui eã obligat, ſpectat, nõ poſſit expreſſe ſubijci pignori, aut hypothecæ, vt hẽr l. 1. §. 1. ff. de pig. nedum tacitè, idẽ colligitur ex l. rẽ alienam ff. de pig. act. glo. vlt. l. certi. C. de locat. quã ibidem cõmendat additio ſubiuncta, & gloſſæ aliæ alijs in locis, id limitant, niſi rei dño ſciente, ac paciente à cõductore inducta in rem conductã ſit: nã tunc cenſent cõtrahi tacitam hypothecam, argumẽto l. aliena, in prin. ff. de pign. act. & id approbat Aluar. Valaſ. nu. 17. citato. Greg. tñ Lopez l. 5. citata ver. *fincan obligadas*, meritò ait, doctores, cõmuniter contrariũ contra eã gloſſam affirmare, niſi quñ dolus cenſeretur interueniſſe ex parte dñi rei aduerſus locatorem, qui tacuit vidẽs rem ſuam in prædiũ conductum induci, vt locator, fretus eo pignore, non peteret tẽpore congruo pẽſionem, aut damnum rei locatæ. Etenim ex eo, quod videat rem ſuam induci in rem cõductam, & taceat, non cenſetur intendere ſubijcere eam hypothecæ; quod tamen eſſet neceſſarium, vt iuxta l. aliena, eam pignori ſubijcere cenſeretur.

Lex. 5. citata præcipit, quñ res inductas in prædiũ locatũ accipere vult locator in pignus pro pẽſione non ſoluta, aut damno rei locatę illato, quia videlicet inuenit illas in prædio locato, neq; præſens eſt conductor, efficere id debere corã vicinis, in ſcriptis corã illis redigẽdo, quæ ibi reperta fuerint, neq; fraus fiat cõductori. Ea aũt lex ex parte conſentit cũ lege cũ dñi ff. locat. quæ habet, ſi domus, aut horrea, fuerunt cõducta, & conductor nõ cõparet, neq; per bienniũ integrũ penſionẽ ſoluit, tũc, poſtulãte id locatore, aperiri poſſe corã perſonis publicis, ac redigi in ſcriptis, quæ ibi reperta fuerint, vt tandem inde locator, ſoluatur, ſi cõductor nõ comparuerit. Quõ aũt exequutio in cõductorẽ, & bona in re conducta, pro penſione nõ ſoluta iure Luſitano fieri debeat, diſp. 489. dictũ eſt.

Finito locationis tempore, ſub qua pœna teneatur conductor reſtituere rem conductam locatori petenti. Et an conductor ius habeat prælationis, ac retentionis pro eodem pretio. Et quando ex continuatione cenſeatur tacitè prorogatus contractus, & quouſque.

DISPVTATIO CCCCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conductor locatione finita, qua pœna puniatur, ſi rem non reſtituat.*

Et an idem ſit in commodatario, & depoſitario, & alijs ſimilibus. nu. 2.

3 *Pœna, qua punitur conductor, commodatarius, depoſitarius, & alij ſimiles non reſtituentes res alienas, vt locum habeat, quid requiratur.*

Et an talis pœna tranſeat ad eorum hæredes, nu. 4.

6 *Locatione finita, poteſt dominus cui uult, libere eandem rem locare.*

Declaratur tamen, vt nu. 7.

Et quid de iure Luſitano, nu. 8.

9 *Locatione finita, quando ex tacito partium conſenſu cenſeatur prorogatus contractus.*

10 *Conductor vt poſſit allegare perſeuerantiam in re locata, poſt locationem finitam, quantum tempus requiratur.*

11 *Proprietarius, emphyteuſi ad longum tempus finita, non cenſetur per eius patientiam prorogaſſe tacito conſenſu contractum, in forma emphyteutici contractus.*

Idem dicendum, vt nec per annum cenſeatur facta prorogatio. nu. 12.

13 *Locatio ad modicum tempus ſuſpenſa, vt ſcriptura perficeretur, an per patientiam locatoris locatione, tali finita, cenſeatur tacite prorogata in annũ ſequentem.*

14 *Prorogatio locationis ex tacito vtriuſque partis cõ ſenſu, locum habet etiam in prædijs communitatis ac reipublicæ.*

Fallit in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, n. 15.

16 *Prorogatio tacito locationis quomodo intelligatur facta.*

17 *Prorogatio locationis tacito conſenſu in prædijs ruſticis, quare cenſeatur facta per annum, & in vrbanis ſolum quouſque alter contrahentium diſcedere velit a contractu.*

FInito locationis tẽpore, ſi locator, qui tanquã dñs illius rem locauit, eam petat, aut hæredes illius, & conductor, vel hrdes ipſius, eam nõ reſtituant, ſed in iudicio ea de re contendant, quouſq; definitiua ſententia, quę in rem iudicatã tranſeat,
1 feratur, pęna † reſtitutionis æſtimationis rei illius vltra rem ipſam puniuntur: ſecus autẽ ſi, eſto contendere cœperint, eã reſtituant ante latam talẽ ſen-
2 tentiam. Eadem † pęna puniuntur cõmodatarius, aut hęredes illius, ſi finitò tẽpore, pro quo res erat commodata, eam non reſtituant commodãti: aut hæredibus illius illam exigentibus, ſed iudicio ea de re contendant, quouſque feratur ſententia, quæ in rem tranſeat iudicatam. Idem dicendum eſt de depoſitario, vt habetur l. 12. tit. 10. par. 7. quin & de quocũque alio, qui non poſſidet rẽ, ſed eã tenet nomine alterius, vt ſunt, tutor, & curator, vt cum alijs, quos citat, affirmat ibidẽ Greg. Lopez gl. 1. Ita de conductore & alijs habetur l. conductores. C. de locat. l. non ab re. ff. vnde vi. l. 18. tit. 8. part. 5. & l. 13. tit. 10. par. 7. & lib. 4. Luſit. ord. tit. 59. in prin. Poſſunt verò exigere locator, aut cõmodator, vel hæredes ipſorũ, pœnam hanc, vel lata iam ſñia definitiua, vel dum lis conteſtatur, aut in litis progreſſu, ſed ſub conditione, ſi ſñia definitiua feratur, vt notãt gloſſa duobus iuribus primo loco citatis, & definitur in ordinatione Luſit. loco cita-
3 to. Itẽ, vt locum † hẽat hæc pœna, locator exigere debet rẽ locatam actione ex locato: ſi enim illam petat rei vendicatione tanquam ſuam, intendens ſuam eſſe, locum non hẽt hæc pęna, eſto cõductor

illi

illi reſiſtat vſque ad latam ſententiam definitiuā, vt notant gloſſæ iuribus citati, & Greg. Lopez l. 18.citata gloſ.1.atq; innuunt ordinationes Luſitanæ vbi ſupra.§.3. conſentaneè ad l. ſi quis conductionis.C. de locat. Eo autem ipſo, quod locator petit rem locatam, præſumitur ex locatione præterita dominus illius,niſi contrarium aliunde conſtet,vt cum Bar.notat Greg.Lopez. gl.citata. Non tamen ſufficienter probabit rem eſſe ſuam ex eo, quod probet ſe eam locaſſe,vt habetur l. ad

4 probationem.C.de locat. Porrò † hæredes conductoris,aut commodatarij, incidunt in pœnam explicatam ſi locatori,aut commodanti, exigenti rē locatam, aut commodatam, eam non reſtituant, ſed expectent definitiuam ſententiam, modo tamen ſciant rem fuiſſe locatam,aut commodatam, ſecus vero ſi id ignorent,vt cum Bar.l.non abs re, citata,ait Greg.Lopez vbi ſupra gloſ. 2. Quando locator,aut commodans petit rem quaſi locatam, aut commodatam,& cōductor, aut commodatarius,contendunt,rem eſſe ipſorum,eaque de cauſa volunt eam retinere,non audiuntur, ſed coguntur eam ſtatim reſtituere locatori, aut commodāti,reſeruato ipſis ſuo iure,vt poſt illam reſtitutam intentare poſſint actionē, ac probare, ad ſe pertinere. Ita habetur l.ſi quis conductionis, C. de locat.& in Luſit.ord.§.3.citato. Quando tertius aliquis contendit,rem locatam, aut commodatam, ſuam eſſe,ac petit à iudice, vt non reſtituatur locatori,aut commodanti,tunc ordinatio Luſitan.vbi ſupra.§.vlt.meritò ſtatuit,ſi res ſit mobilis, & is, qui locauit,aut cōmodauit, eſt ſuſpectus, neque habet ſufficientia bona,vnde tutò illam ſoluat, ſi probetur eſſe illius alterius, fieri ſequeſtrum eius rei apud tutam aliquam perſonam,tertiumque illum ſummariè audiri,vt probet ſuam eſſe.

5 Hactenus † verò dicta in primis non impediūt, qui conductor retinere poſſit rem cōductā quouſque ſibi ſoluantur vtiles expenſæ in ea factæ,vt in calce diſp.496.dictum eſt. Neque etiam impediunt,quod ſi cōductor patēti aliquo titulo, poſt rem locatam,dominium illius acquirat, illudque amittat locator, poſſit impunè, ac tutò illam retinere, neque poſſit compelli reſtituere eam locatori: quia id per epicheiam cenſendum eſt non compræhendi iuribus citatis. Vnde meritò in Luſitania,referente, ac patrocinante Aluar. Valaſ. conſult.42.cum poſt locationem eiuſdem rei,facta ad petitionem creditoris exequutione in bonis locatoris,vendita in publica ſubhaſtatione eſſet res locata,eamque emiſſet conductor, ac locator poſtea actione locati peteret, vt conductor illam ſibi reſtitueret,atque vt aduerſus ipſum poſteà contenderet,ſi conductor arbitrabatur illam ad ſe pertinere, iudicatum fuit nihil impedientibus prædictis iuribus,nō eſſe illi reſtituēdam. Lege ea,quibus conſultatione citata Aluar. Valaſ. de confirmat. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

6 Quod attinet ad ſecundum. Qui † domum,aut rem aliam conduxit, priuilegium non habet, vt finito tempore, pro quo illam conduxit,præferatur alijs conductoribus pro eodem,vel etiam pro maiori pretio, ſed liberè poteſt eum locator amouere,& locare rem illam alteri. Ita habetur l.nec cui. C.de locat.l.18.tit.8.par.5.& lib.4.ord. Luſit.tit.57.in princ. atque affirmat communis doctorum ſententia,quam Ant.Gomez 2.tom.var.

7 reſ.c.3.refert ac ſequitur. Excipiſ, in † prædijs communibus,aut fiſci: in his enim conductor præfertur cuicunque alteri cōductori, dummodo,ſi alius offerat maiorem penſionem, ipſe ſoluere velit incrementum illud. Ita habetur l.penul.& vlt. C.de loca.præd.ciuil.lib.11.& affirmat communis doctorum ſententia,quam Ant.Gom.n.5.citato refert ac ſequitur. Cap.1.de locato,& l.5.ti.vlt.par. 2. inhibentur ſcholaſtici, ac magiſtri, ſeu doctores,conducere domus,in quibus alij ſcolaſtici,aut magiſtri,habitāt, quouſq; illi,qui illas habitant, voluerint eas deſerere. Atq; ex vnoquoque loco addiſcendum eſt, num hoc in viridi ſit obſeruantia, vel ſit priuilegium aliud prælationis conceſſum aliquibus conductoribus.

In Luſitania ti.57.citato.§.1.& 2.ſancitū eſt,

8 q̄ † domus in aliquod certum tempus locata eſt, locatorē teneri triginta diebus,antequam finiatur tēpus illud,admonere cōductorem, vt finito tēpore locationis deſerat domum; aut locator velit, vt conductor, ſi velit, perſeueraret vlterius in cōtractu, teneri illum triginta diebus,antequam finiatur tempus contractus interrogare, num perſeuerare velit vlterius in cōtractu, retinereq; domum conductam. Si autem conductor intra tres dies nullum dederit reſponſum, poteſt locator cogere illum perſeuerare toto anno ſequenti in contractu. Quod ſi locator neutrum duorū,q̄ dicta ſunt, fecerit triginta diebus antequam tēpus locationis finiatur,tunc in optione conductoris eſt,vel perſeuerare in contractu anno ſequenti, etiam inuito locatore,niſi locator in ſuam propriam habitationem domum velit,vel domum relinquere, nec cōtinuare velle contractum. Hæc de ſecundo.

9 Quod † verò ad tertium attinet, ſi conductor, ſciente,& patiente locatore perſeueret, in re conducta finito iam tempore, pro quo erat locata, cenſetur eo tacito vtriuſque partis cōſenſu prorogatus contractus,ſed cum hac diſtinctione. Quod ſi prædium conductum eſt vrbanum,vt domus, ſolum cenſetur cōtractus prorogatus, quouſque alter cōtrahentiū ab eo diſcedere velit. Si vero prædium cōductum, eſt ruſticum cenſetur cōtractus prorogatus in ſolum annum ſequentem,eſto primus cōtractus fuerit celebratus in quinquēnium, aut in plures annos. Quod ſi finito ſequenti anno,iterum cōductor perſeueret in eodem prædio, ſciente,& patiente locatore, cēſetur ſimiliter cōtractus prorogatus in ſequētem annum,& ita cōſequenter,quouſque,finito aliquo anno eiuſmodi tacitæ prorogationis,diſceſſus fiat à contractu,deſerente conductore prædium, aut locatore expellente conductorē à prædio. Hæc habētur expreſſè l.item quæritur.§.qui impleto, iuncta l.ſequenti ff.locat.& l.20.ti.8.part.5.& affirmat ea Greg. Lopez ibi, Aluar. Valaſ. de iur. emphy. q.20.nu. 20. Ant.Gom.2.tom.var.reſ.c.3.num.15.& communis doctorum ſententia,quam citant. Dictum eſt,ſciente,& patiēte locatore:quoniam cum contractus

tractus locationis, ac conductionis mutuo cōſēſu perficiatur, vtique non cenſetur prorogatio fieri tacito cōſenſu ex parte locatoris, niſi ipſe ſciens & prudens patiatur cōductorem perſeuerare in prędio: quare, ſi vel in amentiam incidat, quando finitus fuit primus contractus, vel mortuus iā erat, nō cenſetur facta prorogatio contractus conſenſu tacito eiuſmodi locatoris, vt habetur l. qui ad certum ff. locat. bene tamen fieri poterit tacito conſenſu hæredum, ſi hæredes ſcientes patiantur cōductorē perſeuerare in prædio ruſtico conducto.

10 Quantū † autē tēpus perſeuerantiæ cōductoris in prædio ruſtico poſt cōtractū finitum ſufficiat, vt locator, ſciens illum perſeuerare in prædio, cenſeatur tacitè renouaſſe contractum in annum ſequentem, iure cōi non eſt definitū, ſed arbitrio iudicis relinquitur definiendum, vt Alu. Val. num. 20. citato, Ant. Gom. vbi ſup. nu. 16 Greg. Lopez l. 20 citata verb *tres dias*, cum Bart. & alijs affirmant. Lege autē 20. citata diffinitū in regno Caſtellæ eſt, ſufficere tres dies. Cuius contrarium refert Greg. Lopez glo. citata aſſeruiſſe Odofred. & Bald. dicentes, non ſufficere duos aut tres dies ſed neceſſarium eſſe cōpetens tēpus. Ant. autē Gom. nu. 16. ait, optimum cōſilium eſſe eum contrahentem qui non vult prorogari contractum vltra tempus primi cōtractus proteſtationem facere, antequam finiatur contractus, ſe non velle prorogari contractum, eamque proteſtationem intimari facere alteri contrahentium: qm̄ in iis, quæ ab aīo pendent ſufficit proteſtatio in contrarium, vt non cenſeatur fuiſſe tacitus conſenſus, iuxta varia iura, quæ citat, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua.

Vtrū autē in locatione ad decenniū, & vniuerſim
Dubiū 11 in cōtractu emphyteutico, finito cōtractu ſi † proprietarius ſciens patiatur emphyteutā perſeuerare, non auferendo ab illo prædium emphyteuticū, cenſeatur tacito conſenſu prorogaſſe contractum.

Deciſ. Dicendū eſt, proculdubio non cēſeri prorogaſſe contractum emphyteuticū, in eſſe emphyteutici contractus. Primò, qm̄ prorogatio ex tacito cōſenſu, iuxta iura citata, ſolum eſt per annum, neq; concedit vtile dn̄ium emphyteuticus aūt cōtractus non eſt ſolum per annum, & illo transfertur dn̄ium vtile. Secundò, qm̄ de ſubſtātia cōtractus emphyteutici, aut oīno, aut maxima ex parte, eſt ſcriptura, vt diſp. 447. viſum eſt: quare nudus conſenſus, non ſolum tacitus, ſed etiam expreſſus, non ſufficit ad prorogādum emphyteuticum contractum in eſſe emphyteutici contractus. Atque in hoc conuenit Gregor. Lopez. l. 20. citata verb. *entendieſe*, cum alijs doctoribus.

Dubiū Vtrum autē cenſeatur prorogatus in eſſe alterius contractus, hoc eſt, locationis per annum, ſi prædium emphyteuticum ſit ruſticum. Greg. Lopez vbi ſupra propendet prorogari. Contrarium

Deciſ. 12 † n̄ eſt affirmādum cū Ant. Gom. nu. 16. citato, & cum Alu. Vala. nu. 20. ēt citato, & cōi doctorū ſnīa. Qm̄ prorogatio eſt contractus præcedentis, atq; adeò in nouā partē cōtractus eiuſdē rōnis, & ſpeciei: cum præcedente, non verò in cōtractū alterius rōnis atq; ſpeciei: neq; ſcientia, & patientia alicuius in aliquo prædio, ad cuius vſum antea is habebat ius, cenſeatur tacitus conſenſus iuris præſumptione, niſi ad vſum eiuſdem rationis cum præcedente.

Maius aūt dubiū eſt, qn̄ contractus primus locationis pdij ruſtici ad modicū tempus, ſuſpenſus Dubiū
13 fuit, vt ſcriptura perficeretur, nū ſi † locator ſciens paſſus ſit cōductorē finito tēpore cōtractus in eo prædio manere, cenſeatur tacitè prorogaſſe contractum in annum ſequentē. Ant. Gom. nu. 16. citato negat, & eadem eſt cōis ſnīam doctorum, vt ēt fatetur Greg. Lopez vbi ſupra, iuxta quædā verba valde ambigua, & obſcura l. itē quæritur, verſ. vlt. ff loca. quę ita cōiter exponuntur. Et qm̄ cum contractus primus ſuſpenſus fuerit, vt perficeretur ſcriptura, non contenti contrahentes ſolo mutuo conſenſu exterius expreſſo, non videtur prorogari tacito ſolū cōſenſu. Deciſ. In partē contrariā propendet Greg. Lopez loco citato, ductus, quod ſicut ex Bartoli doctrina, eſto primus contractus celebratus, ac vallatus fuiſſet ſtipulatione, cēſeretur prorogatus ſolo tacito cōſenſu: ita, licet primus cōtractus ſuſpēſus fuerit, vt pficeretur ſcriptura, prorogari potuit tacito conſenſu: eo qd, ſicut de ratione locationis non eſt ſcriptura, ita neq; ſit de ratione prorogationis illius. Atq; hæc ſentētia mihi videtur ſatis probabilis. Quoniam nullus dubitare poteſt primum illum cōtractum prorogari ſine ſcriptura poſſe mutuo conſenſu expreſſo partium; eo quod de ratione talis prorogationis non ſit ſcriptura: cur ergo non poterit etiam prorogari tacito conſenſu eorundem contrahentium.

14 Prorogatio † cōtractus locationis ex tacito contrahentium cōſenſu locū hēt, ēt in prædij cōitatis, ac reipublicæ, vt hr̄ l. item quæritur. §. qui impleto verſ. eadem cā. ff. locat. & affirmat cōis doctorū ſnīa, quam referunt ac ſequūtur. Greg. Lopez vbi ſup. & Ant. Gom. c. 3. citato, nu. 15. Atq; tunc interuenire dēt ſcientia, & patientia eorum, qui illa adminiſtrant, quibuſq; incumbit ea locare. Idē que eſt de prædijs Eccleſiæ, hoſpitalium, ac pupillorum: ſatis enim eſt ſciētia, & patientia eorum, qui ea adminiſtrant, ac locant, vt cenſeatur prolōgatus contractus, vt doctores citatis aſſeuerant.

15 In reb. † aūt mobilibus, aut ſe mouentibus, non hēt locum l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati, vt gl. vlt. in vltimis verbis ibi affirmat, & doctores cōiter. Quin ait ibi gloſſa, ſi finito tpe contractus, cōductor rem nō reſtituat, cenſetur committere furtū. Quod gloſſa ipſa, Bar. & alij, quos ſequitur Greg. Lopez l. 20. citata gl. 1. intelligunt, niſi cōductor credat locatorē ratum id habiturū: quod ſemper eſt præſumendum, ſi res locari conſueuit, & circumſtantiæ non ſint, q̄ cōtrariū perſuadeāt. Quin arbitror, ſi poſtquam quis locauit iumentū ad iter in aliquem locum, ac rediuit, iterū, ſciente locatore, ac patiente, faciat aliud iter, vel in eundem vel in alium locum, cēſetur prorogatio tacita contractus in illū aliū locū, adeò vt locator non poſſit deſiſtere a contractu ante tēpus opportunum ad redeundum ex illo alio loco.

In euentibus, in quibus dictum eſt, cenſeri fa-
16 ctam † tacitam prorogationem contractus locationis, intelligendū eſt, cenſeri factam pro eadem

annua,

annua,aut menſtrua,aut alia ſimili penſione, quę in primo contractu fuerat cõſtituta, eodemq; modo ſoluenda,& cum eiſdem pignoribus, hypothecis,pœnis,atq; alijs conſtitutis in primo contractu:modo tñ non pendeant ab alterius tertij volũtate:ſi enim pendeant, non cenſentur intelligi in prorogatione, niſi accedat nouus conſenſus illius tertij. Vt ſi datus fuerat fideiuſſor in primo contractu,non cenſetur fideiuſſor obligatus prorogatione contractus, niſi accedat nouus illius conſenſus. Vtrumque hr̃,l.item quæritur, §.qui impleto.ff.locat.& primum,l.legem.C.eod.tit.& ſecundum.l.Hermes.C.de loc. Atq; vtrumq; affirmat communis doctorum ſententia,quam Anto.Gome.c.3.citato.nu.17.refert,ac ſequitur.

Illud circa prædicta eſt obſeruandum, idcirco
17 iura ſtatuiſſe,vt † ꝓrogatio locationis tacito conſenſu cenſeretur facta per annum in prædijs ruſticis,& in vrbanis ſolum quouſque alter cõtrahentium diſcedere velit à contractu: qm̃ à locatione in prædijs ruſticis nõ põt cõmode deſiſti niſi finito anno,collectiſq. fructibus, ad quos ꝑcipiendos labor,induſtria,ac ſũptus ſunt appoſiti: à locatione verò ædium aliorumq; vrbanorum prædiorũ, in quacunq; parte anni põt commode deſiſti, facileq; inuenietur conductor pro vſu eorum remanente, vniformi,ac eiuſdem rõnis cum præcedẽte in eodem anno. Ita affirmat gloſſa vlt.l.itẽ quæritur,§.qui impleto.ff.locat. & cõis doctorũ ſnĩa, quam Ant.Gom.c.3.citato,num.15.refert,ac ſequitur,eandemq; reddit,l.20.titul.8.par.5. Hinc inferunt glo.citata,Bart.& cõis doctorum ſnĩa,q̃ refert,ac ſequit᷑ Ant.Gome.nu.15.citato,& ad q̃ remittit Greg.Lope.l.8.citata gl.pen.ſi prædium ſit tale, quod in eo fructus non percipiuntur, niſi de biẽnio in bienniũ,aut de triennio in triẽnium, vel longiori alio tempore, pro toto eo tpe cenſendam eſſe factam prorogationem contractus. Inferũt etiam, ſi fructus bis in anno ex aliquo prædio colliguntur,vt de ſex in ſex menſes, tunc ſolũ ad ſex menſes cenſeri factam prorogationẽ. Meritò tñ gl. illa,quoad hoc ſecundum,addit, durum eſſe a diſpoſitione eius legis diſcedere, quæ ſtatuit prorogationem cenſeri factam per annum. Tum quia ratio,& motiuum legis nõ eſt neceſſe, vt ad omnia quæ lege compræhenduntur,ſe extendat. Tum ẽt,quòd ex hac prorogatione per annũ,nullum abſurdum, nullumq; incommodum ſequit᷑ cuicumque contrahentiũ, ſicut ſequeretur,ſi non cenſeretur facta prorogatio per biennium, qñ fructus non colliguntur,niſi de biennio in biẽnium. Tum deniq; qm̃ raro fructus prædij ruſtici colligentur vniformiter de ſex in ſex menſes, ita vt ea de cauſa prædium de ſex in menſes conſueuerit locari, & pro æquali penſione in ſingulis ſex mẽſibus,& quaſi totidem,eiuſdem rationis,ac valoris fructus collocantur, appoſitaq; eadem induſtria, ac labore, & factis eiſdem ſumptibus in eis colligendis: quare reijciendum arbitror ſecundũ illatum. Item ex eadem ratione colligit Ant.Gome, cum Bar.approbateq; vr̃ Greg.Lop.vbi ſupra gl. vlt. ſi alicubi prædia vrbana non habeant vſum vniformem,& pro quo in qualibet parte anni inueniantur commode conductores,vt in Caſtella, & Luſitania non inueniuntur, q̃a domus à certis dieb. anni conſueuerunt locari in annũ integrũ, vel q̃a nũdinæ ibi certis diebus anni celebrant᷑,in quibus plus valet vſus domorũ,q̃ alijs anni tp̃ib. tunc etiã in his prædijs vrbanis cenſeri factam tacitam prorogationem in annum integrum. Atq; cum hac doctrina conſentiunt,quæ ex ordinationibus Luſitanis lib.4.tit.57.ſupra relata ſunt.

Locator in quibus euentibus expellere poteſt conductorem ante finitum tempus contractus:

DISPVT. CCCCXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Locator quibus in caſibus poteſt conductorẽ expellere ante finitum tempus contractus,etiam ſi ſit pactum pœnale,& num.*5.11.*&* 12.

2 *Iuramentum non ſe extendit vltra id,quod in contractu continetur.*

3 *Intellectus §.inter locatorem,in l.item quæro.ff.locat alijs reprobatis.*

4 *Intellectus ad l.cum domini ff.locat.*

5 *Locator ſi indigeat domo locata, poteſt expellere cõductorem ab ea.*

Ampliatur,etiam ſi ex parte indigeat, & poſtea accreuit eius neceſſitas,nu. 10.

*Limitatur,vt nu.*8.

IN ſequentibus euentibus poteſt locator expellere conductorem a re conducta ante finitum Quęſt.
1 tp̃s contractus. Primus, ſi † non ſoluat pẽſionem tpe debito,iuxta ea,quæ diſp.497.dicta ſunt,l.ædem.C.de locat.l.5.in prin.titu.8.par.5.& lib.4. Luſit.ordin.tit.58.§.1. Lex tñ quæro,§.inter locatorẽ,ff.loca.non modicã hac in re facit difficultatẽ. Cũ.n.ſtipulatione inter locatorem,& cõductorẽ conueniſſet,vt ſi locator conductorẽ expelleret a re locata ante finitum tp̃s contractus, ſolueret conductori decẽ in pœnã,& ſimiliter,ſi conductor a re conductor diſcederet ante finitum idẽ tp̃s contractus,ſolueret locatori decem in pœnã; quæſitum eſt. Num,cum conductor biennio integro penſionem non ſoluerit, expelli ſine metu pœnæ poſſit a locatore. Et reſpondet, Paulus iuriſconſultus affirmanter. *Quoniam,quamuis nihil expreſſum fuerit in pœnali ſtipulatione de ſolutione pẽſionis,tamen veriſimile eſſe(* quaſi dicat,per epicheiã legũ cõtractuũ, aliarumq; diſpoſitionũ interpretatricem,arbitrandum eſt *) ita cõueniſſet de non expellendo colono intra tẽpora præfinita* (hoc eſt,ſub ea tacita conditione *) ſi penſionibus paruerit,&,vt oportet,coleret* (hoc eſt, damnum prædio non inferendo *) & ideo, ſi conductor,qui penſionem non ſoluit,pœnam expoſcerit, repelli poteſt doli mali exceptione.* Hæc ibi. Ex quo textu obiter colligitur, eſto interueniat pactum de non expellẽdo cõductore, & eſto appoſita ſit pęna,ſi expellatur,poſſe nihilominus expelli, quãdo pẽſio-

nē non ſoluit, aut damnum infert rei conductæ: qm̄ oīa intelliguntur ſub ea tacita conditione, ſi penſionem ſoluat, atq; adeo ſi ex ſua ēt parte ipſe contractui,& ſi damnum prædiō non inferat, qn̄ aliud expreſsè non fuit deductum in pactum. Vn̄ vlterius colligunt doctores, poſſe expelli, ſi penſionē non ſoluat, eſto contractus ille, de conducto re ſub ea pœnas non expellendo, iuramento eſſet confirmatus: quoniam ſicut cōtractus intelligitur ſub ea tacita conditione, ſi pēſionem ſoluat, ita & 1 iuramentum † quod non ad plura ſe ſe extendit, q̄ ſe extendat id quod eo confirmatur, iuncta l. vlt. C. de non numera. pecu. & alia iura. Ita Alua. Valaſ. de iure emph. q. 21. nu. 4. Greg. Lopez. l. 6. titu. 8. par. 5. verb. *cae la caſa*, & alij, quos citant. Cęterū textus ille difficultatem in re propoſita facit, quatenus exigere videtur lapſum biennij, in quo toto conductor penſionem non ſoluerit, vt expelli a re conducta poſſit. Vn̄ circa eum variæ ſunt doctorum expoſitiones. Glo. ibidem verb. biennij, in ſecūda expoſitione, & alij, de quorum numero ſunt Pan. in c. propter ſterilitatem, de locat. nu. 10. & Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 3. nu. 6. cum quibus ex parte conſentit Nau. in Man. c. 17. nu. 193. eū intelligunt de locatione ad longū tēpus, hoc eſt, ad decennium, aut vltra, in qua non expellitur conductor, niſi in biennio integro penſionem nō ſoluat, atque de benignitate canonica poterit biēnio elapſo purgare celeriter morā. Huic expoſitione fauerit c. pp ſterilitatem §. verū. in fi. de locat. vbi inter cauſas, ob quas conductor poteſt expelli ante finitum tempus contractus, vltima eſſe dicitur, *ſi biennio non ſoluat penſionem, neque ſibi celeri ſatisfactionem prouideat.* Hāc vero expoſitionē meritò reijcit Alu. Val. vbi ſup. nu. 5. & 7. & reijciūt alij. Qm̄ locatio ad longū tēpus, verè eſt emphyteuſis: emphyteuta aūt de iure ciuili non expellitur a re emphyteutica niſi triennio integro penſionem nō ſoluat, vt vtrumq; in materia de emphyteuſi fuit comprobatum. Item qm̄ ca. pp ſterilitatem §. verum, ſanè loquitur de locatione ſimpliciter, qualis eſt infra decennium, & de illa tradiderat, cū iure ciuili tres alias legitimas cās, ob quas locator ad modicum tēpus expelli pōt ante finitū tēpus contractus, de quibus mox erit ſermo; non eſt aūt verò ſimile in quarta cauſa æquiuocè ſum pſiſſe locationem, tranſijſſeque ad locationem ad longū tēpus. Aliter eadem gloſſam in prima expoſitione. Bart. & alij, quos referunt, neque improbant, quin potius videntur maximè ad eos accedere. Alu. Vala. vbi ſup. nu. 5. & Greg. Lopez. l. 5. gl. 1. tit. 8. par. 5. & quorum opinionem amplecti videtur ſtando in iure cōi Couar. in rub. de teſtam. par. 2. nu. 12. exponūt eum textum, vt ſolum hēat locū, qn̄ fuit oppoſitum pactum de non expellendo conductore, & locatio fuit facta vltra bienniū: tunc enim, propter pactum de eo non expellendo, neceſſe eſt, quod biennio integro penſionem conductor non ſoluat, vt a re locata expelli poſſit: ſi autem non fuit appoſitum tale pactum, vel fuit quidem appoſitum, ſed locatio non fuit vltra biennium, poſſit ſtatim expelli, non ſoluta penſione tempore conſtituto. Alij intelligunt illum textum, vt vniuerſim loquatur de locatione pro certa annua penſione, ſiue in ea appoſitum ſit pactum de non expellendo conductore, ſiue non; cæterum in eo, §. ſit ſermo de locatione facta vltra biennium. Et quidam, vt Nauar. vbi ſupra, & alij, exigunt, vt ſit facta ad quinquennium, aut vltra. Lex vero 6. in fine. tit. 8. par. 5. exigit, vt ſit facta ad quadriennium, vel quinquennium, aut vltra, quaſi hi oēs velint, ſi locatio ſit facta in tm̄ tēpus, neceſſe eſſe conductorē non ſoluere annuā penſionem integro biennio, vt expelli à re conducta poſſit: ſi vero ſit facta in breuius tempus, poſſe cōtinuo expelli, nō ſoluta pēſione tēpore conſtituto, iuxta iura in principio huius conſtitutionis citata. Atq; iuxta has ſententias, vel illarū aliquam, accipiendum eſt c. propter ſterilitatem. §. verum de locat. quod & exigit elapſum biennij, vt conductor expelli a re conducta poſſit, & inſuper de benignitate canonica admittit lapſo biennio celerem moræ purgationem. Deniq; aliqui has ſententias intelligunt, vt quando conductio fuit vltra biennium modis explicatis, lapſo biennio, poſſit conductor expelli, nulla illi conceſſa moræ purgatione, niſi de benignitate canonica, atque ita intelligatur. §. inter locatorem; ante biennium vero poſſit ſtatim conductor expelli, ac priuari vſu rei locatæ, non ſoluta penſione tempore conſtituto, cæterum admittatur ad moræ purgationem, interim dum res fuerit integra, ideſt, interim dum res fuerit alteri locata, aut locator eam non aſſumpſerit ad ſuum proprium vſum, vt cum Baldo & alij Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 8. iuncto nu. 5. ait. Lege etiam quo ad has opiniones Greg. Lopez l. 5. citata gloſſa 1. Iaſ. tamen, & Decius, ab Aluar. Valaſ. num. 5. citati, volunt, ex §. inter locatorem, non colligi in aliquo euentu neceſſariū eſſe expectare lapſum biennij, in quo conductor non ſoluat penſionem, vt expelli a re conducta poſſit; quoniam in eo. §. reſpondit Paulus iuriſconſultus ad euentum, qui ita contigerat, de quo fuit interrogatus, vt ex ipſomet textu liquet, neque vnquam docuit expectandum eſſe lapſum biennij.

Quod ſi petas, quid de re ſentiam? Reſpondeo ſtando in ſolo iure Cæſareo, ſecluſo cap. propter ſterilitatem, & l. 6. Caſtellæ citata, mihi videri veram hanc opinionem Iaſonis, & Decij. Decis. Lex enim ædem, quæ poſtea lata fuit, nihil omnino meminit de lapſu biennij, enumerans omnes cauſas, propter quas expelli conductor poſſit ante finitum tempus contractus; quod ſanè non feciſſet, ſi, ad expulſionem, biennium eſſet ne-
3 ceſſarium. Nequid † ſanè, inter locatorem, de lapſu biennij mentionem fecit, tanquam de re neceſſaria, quicquid in contrarium Aluar. Valaſ. numero 5. citatu velit, vt ex ipſomet textu perſpicue patet. Quia tamen non ſtatim, ac non ſoluitur penſio tempore debito, cum effectu expelli poteſt conductor, ſi penſionem debitam offerat, ſed contumacia in ea non ſoluenda eſt neceſſaria, ad §. inter locatorem, pertinuit mentionem in ea deciſione facere, quod adeo in mora fuerit conductor in penſione ſoluenda vt biennium

nium tranſierit à puncto,quo eam ſoluere teneba tur. Ac ſane cum hac opinione concinit Luſitana lex. §. 1.citato,quæ vniuerſim ait,poſſe expelli cõ ductorem, ſi tempore debito penſionem non ſoluat: quare fortaſſe in eo Regno nõ erit ab ea opinione recedendum. In Caſtellæ autẽ Regno ſtandum erit diſpoſitioni l.6. citatæ iuncta diſpoſitione l.5.in prin. In tribunali autem,ac foro canonico; ſtandum erit diſpoſitioni §.verũ,citati, vt,ſ. ſi locatio ſit plus quam ad biennium pro annua pẽſione,non prius conductor,cum effectu omnino à re conducta expellatur, quam ſit lapſum biennium à puncto,in quo penſio ſolui debuit, nec fuit ſoluta,conceſſa inſuper celeri purgatione moræ.

Quòd ſi nobis objicias l.cum domini. ff.locati,vbi biennium expectari præcipitur à puncto,in quo penſio ſolui debebat. Prætermiſſis alijs expoſitionibus eius textus,dicẽdum eſt cum Alu. Val. 4 vbi ſupra,nu.6.in eo. non eſſe † mentione de omni vniuerſim conductione, ſed de cõductione horreorum,aut domorum, concurrentibuſq; circunſtantijs ibi commemoratis, nempe quòd conductor abſens ſit,& ea clauſa reliquerit: tunc enim, qm̃ ſolent ibi relinqui merces,& res conductoris, præcipitur,vt non prius aperiantur eiuſmodi horrea,ac domus, quam lapſum ſit biennium a puncto,in quo penſio ſoluenda fuit, perſeuerante abſentia conductorum,& vt id fiat eo modo,quo in calce diſput.497. dictum eſt fieri debere.

Duo obſeruat Alua. Val. cum alijs,quos citat, q.21.citata nu.9.& 10. Primum eſt locatorem ex contractu locationis habere intentionẽ ſuam fundatam aduerſus conductorem, ſi non probet ſoluiſſe penſionem: quare ad conductorem probare ſpectat, ſoluiſſe pẽſiones non vero ad locatorem, eas non eſſe ſolutas. Lege,quæ in calce prioris partis diſp.397.dicta ſunt. Secundum eſt,locatorem expellentem conductorem ob non ſolutas,pẽſiones,poſſe inſuper non ſolutas repetere.

5 Secundus euentus,in quo locator poteſt expellere conductorem ante finitum tp̃s cõtractus,eſt, ſi locauit domum,& ex ſuperueniente cauſa,quæ tp̃e contractus veriſimiliter præuideri nõ potuit, neceſſaria illi eſt ad vſum,& habitationem, expellere poteſt conductorem,l.ædem, C.de locato. c. pp ſterilitatem,§.verum,eo.tit.l.6.tit.8.part.5.& lib.4.Luſit.ord.tit.58.§.penul.& communis doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Alua.Val. de iur.emph.q.22.nu.3. Ant.Gom.nu.6. citato,Greg.Lope.l.6.citata, Couar.de pract.qq. c.30.nu.3.penult.& Nauar.in Manu.c.17. num. 6 193.Exemplum,cum † gloſſa; verb.neceſſarium, l.ædem,citata,& cum gl.verb.non imminebat,§. verum,citato,ponit,l.6.citata,vt ſi,domus,in qua locator habitabat, inſperatè corruat, ac tutò non poſsit habitari, neq; locator aliam habeat, in qua poſsit commode habitare. Aliud exemplũ ponit, ſi incipiant hoſtes in ea vicinia habere, aut aliud periculum, ita vt tuta non ſit illi habitatio in eã domo,neque aliam commodam habeat, præter illam,quam locauit. Idem ait vbi ſupra Alua. Vala, eſſe,ſi ex aliqua repentina,& vrgenti cauſa neceſſe illi ſit migrare ex loco,vbi habitabat,in eũ, vbi locatam habebat domum,neque aliam commodã habeat ad ſuam habitationem. Aliud adhibent exemplum,l.& ordin.Luſitana, cum duabus gloſſis citatis,ſi locator vxorem duxit,ꝙ tempore contractus non ſperabat, atq; ad habitandum cũ ea, eſt ſibi neceſſaria domus locata, quia aliam commodam ad id non habet, & idem exemplũ approbant Coua.vbi ſupra, & alij doctores cõmuniter. Idem dicunt eſſe,l.6. & ordin. Luſitana citatæ,ſi matrimonio inſperatè copularet aliquem filiorũ, aut filiarum,& ſimiliter ad eorum habitationem indigeret domo locata. Atque hoc ipſum extẽdit, l.Luſitana ad neceſsitatem, vt in ea habitaret filius aut filia,vndecunque ei neceſsitas obueniret, aut frater,vel ſoror, & longè maiori cum ratione pater,aut mater,atq; de patre, & matre affirmat, cum Baldo, Ant.Gom. in calce.num.6.citati. Neſcio tñ an extra Luſitaniam,ſtandoque in ſolo iure communi,admittatur neceſsites plus,quàm ad filium,qñ illi pater domum primo tradit, qđ ad munus patris ſpectare vr̃. Etenim ius commune ſolum concedit hoc priuilegium locatori ob neceſſitatem ipſi ſuperuenientem: neceſſitas verò perſonarum coniunctum locatori,quando iam illi effecti erant ſui iuris, ad ipſoſque ſpectabat ſibi prouidere,& non ad locatorem, non eſt neceſſitas ad habitationem locatoris,de qua in eo priuilegio eſt ſermo,neq; priuilegium illud eſt extendẽdum plus,quam conceſſum comperiatur,præſertim cũ ſit odioſum comparatione conductoris,qui vi cõtractus conductionis ius habet ad habitandum in ea domo,& vt inde non expellatur, neque credo, ſecluſo eo priuilegio, ac diſpoſitione iuris humani,expelli potuiſſe, etiam ob neceſſitatem ipſiuſmet locatoris: poſita autem ea diſpoſitione, quoniam contractus initi cenſentur iuxta iuris diſpoſitiones,ac cõſuetudines loci, nulla iniuria fit conductori,ſi, in caſibus à iure expreſſis, à domo expellatur. Aliud exemplum meritò adhibet Anto. Gom.num.6.citato,ſi locatori ſuperueniat dignitas ob quam maiori indigeat familia eaq; de cauſa neceſſaria ſibi ſit ad habitandum domus locata. Aliud quoque exemplum adhibet,l.6.citata, nempe,ſi filius locatoris miles creetur, quia fortè (vt Grego. Lope.ibi ait) ex more antiquo Hiſpaniarum filius creatur miles habitare ſolebat ſeorſim à patre,eaque de cauſa domo indigebat. Vnde colligit Greg. Lop. idem eſſe dicẽdum, ſi filius presbyter fiat, vel aduocatus.

Atque Aluar. Valaſ. numero 3.citato idem in Luſitania fuiſſe aliquando iudicatum de creato præſide,vel iudice. Tametſi,enumeratis his omnibus euentibus cum Gregor. Lopez, ipſe addat, ſe non ita libenter legem Luſitanam ad eos caſus audere extendere. Et multò minus ego cenſerem diſpoſitiones iuris communis ad eos debere extendi,propter ea, quæ ſtando in ſolo iure communi,paulò ante à nobis dicta ſunt. Baldus hoc aliud exemplum adhibet, ſi locator ea domo indigeat ad artem lanæ,vel aliam honeſtatem exercẽdam; quod Gregorius Lopez lege ſexta, citata ait ſolum poſſe procedere, quando domus, in qua locator ſolebat huiuſmodi artem exercere, &

habitari ab eo ex aliqua iuſta, ac vrgēti cā nō poſſit ꝙ meritò Aluar. Valaſ. vbi ſupra non probat ſi dominus antea aliunde, quã ex illa arte, videbat.

7 Quãuis res locata hypothecę † fuerit ſubiecta ꝓ ſecuritate cõtractus locationis, pōt nihilominus, tam in hoc ſecundo euentu, q̃ in primo, & duob. ſequentibus, expelli conductor à re locata. Ita aduerſus, nonnullos, quos citant. Coua. 2. var. reſ. c. 15. nu. 4. & Alua. Val. q. 22. citata nu. 4. Rō autē eſt, qm̄ hypotheca, ſicut & iuramentum, ſolū firmat contractum intra limites conuentionis, atq; adeo non ad plura ſe extendit iurm, aut hypotheca, quibus contractus confirmatur, quàm contractus tacitè, vel expreſſe fuerit conuentum, eaq; de cauſa, deque iurm, neque hypotheca, ſe extendunt ad caſus à iure expreſſos, in quibus intelligatur locum non habere contractū, quaſi in eis facta non fuerit conuentio, de quorum numero ſunt hi quatuor, de quibus nobis in hac diſputatione eſt ſermo. Neque autorib. contrariæ ſententiæ ſuffragatur, quod diſp. 490. definitum eſt, nempe, quãuis emptor, aut quicunque alius particularius ſucceſſor in re locata, non teneatur ſtare contractui locationis, niſi in quibuſdam euentibus ibi explanatis, teneri tñ illi ſtare, ſi res titulo, vel vniuerſali, vel particulari fuit hypothecæ ſubiecta pro ſecuritate contractus, qm̄ hic eſt vnus de euentibus, in quibus diximus ſucceſſorem particularem teneri ſtare contractu locationis. Non inquam, id eis ſuffragatur. Qm̄, vt ibidem explanatum eſt, ēt quando particularis aliquis ſuccedit in re locata, neque quicquam aliud eſt adhibitum, quo is particularis ſucceſſor teneatur ſtare locationi, vim hēt contractus locationis, ſed non aduerſus eum ſucceſſorem particularem, qui præfertur conductori, eò quòd cõparauerit ius iure ex illa ſucceſſione particulari; & conductor ſolum habeat ius ad vſum illius rei, ſed aduerſus locatorem, aduerſus quem conductori competit perſonalis actio ad intereſſe, vt ibidem dictum eſt: qñ autem rēs locata titulo hypothecæ fuit ſubiecta in ſecuritatem contractus locationis, quia eò ipſo conductor comparauit ius prius in re locata, vt ipſi ſtaretur cõtractui locationis, interim dum cõtractus locationis vim haberet, cui iuri præiudicare non poteſt ius poſterius in eadem re, quòd comparat ſucceſſor particularis, inde efficitur, quod ſtare teneatur contractui locationis. Vtrum autem, quãdo ſucceſſor eſt vniuerſalis locatori, qualis eſt ipſius hęres, expellere poſſit conductorem in his quatuor euētibus, etiam ſi res hypothecæ fuerit ſubiecta in ſecuritatem contractus. Merito Couar. affirmat: quoniam repræſentat perſonam defuncti, ſuccedītque in ius totum illius, neque in his euentibus cenſet, vim habere contractum. Limitarem †

8 tamen hoc quoad hunc ſecundum euentum, vt ſucceſſor vniuerſalis ſolum poſſit expellere conductorē, quando ſimiliter locator ea domo indigeret: ſi tamen locator ſi viueret, ea domo non indiguiſſet, ſane, cito hæres ex peculiari aliqua cauſa, & circūſtantijs, ea indigeat, expellere non poteſt conductorē: quoniam præciſe ſuccedit in iure, quod locatori competeret, ſi viueret. Illud vero obſerua, ſucceſſorem particularem poſſe in his quatuor euentibus expellere conductorem eo modo quo hæres locatoris poteſt illum expellere, eſto domus fuerit titulo hypothecæ ſubiecta conductori pro obſeruatione contractus. Ratio eſt, quoniã ſuccedit in totum ius locatoris. Itaque ob ſuam ſolam neceſsitatem, quæ ſimiliter non eſſet futura locatoris, non poterit expellere conductorem, vt de ſucceſſore vniuerſali dictum eſt, cæterum quando locator ipſe potuiſſet expellere, ipſe quoque expellere poſſet, maximè ſi locatoi totum ius, etiã priuilegij expellendi in caſu neceſsitatis ſuæ, in ſucceſſorem particularem tranſtuliſſet. Atque iuxta hæc accipienda ſunt quæ docent Couarr. nu. 4. citato. Greg. Lop. l. 6. citata ver. *oſamerar*, & Aluar. Vala. vbi ſupra num. vlt.

Vtrum autem, ſi præceſsit pactū de conductore non expellendo, poſsit † nihilominus locator

9 in hoc ſecundo euentu ſuperuenienti neceſsitatis domum ad ſuam habitationem illum expellere. Angelus l. ædem, C. de locato, & alij, partē negantem amplectuntur. Quoniam, inquiunt, per id pactum renunciatum videtur iuri expellendi conductorem in euentu ſuperuenientis neceſsitatis; eo quod eiuſmodi pactum debeat aliquid operari; Couar. vero 2. varia. reſol. c. 15. num. 4. & Grego. Lope. l. 6. citata glo. 2. in contrariam propendent ſententiam. Quoniam pactum illud nō intelligitur in euentibus a iure exceptis, vt conſtat ex leg. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, & ſupra circa primum euentum dictum eſt: vnde pactum illud de non expellendo conductorem, etiam ſi pœna addatur, aut etiam ſi confirmetur iuramento, ſolum intelligitur, interim dum contractus ipſe locationis cui adduntur, vim alioquin habet Alua. autem Vala. q. 22. citata nu. 8 relata vtraque opinione, ait, ſe verteri in iudicãdo potius prǽualituram angeli opinionem. Quoniam §. inter locatorem, quo ad caſus, in quibus ait locatorem, nihil impediente eo pacto ſuperaddito, expellere poſſe conductorem, ſolum procedit, ac vim habet, quãdo conductor eſt in culpa, atque adeo ex ſua parte non ſtat contractui, nempe quando non ſoluit penſionem, aut damnum infert rei locatæ. Sanè diceremus ex circumſtantijs concurrentibus iudicandum eſſe, num locator intenderit renunciare priuilegio ſuo, quod in euentu neceſsitatis ſuæ ad habitandum expellere poſsit conductorem. Si enim id veriſimiliter intelligatur, cedere, ac renunciare intendiſſe iuri ſuo, vtique, cum id valide efficere potuerit, eò quòd id ſit renunciare priuilegio, & commodo ſuo priuato, iudicandum eſt expellere non poſſe conductorem. Si verò id veriſimiliter nō intelligatur, ſaltem quia res eſt dubia, expellere illum pōt, vt rectè Couarr. & Greg. Lopez cenſent. Etenim, non ſolum quando conductor eſt in culpa, expelli poteſt in caſu à iure excepto, ſeu permiſſo, nihil impediente eo pacto ſuperaddito contractui locationis, ſed etiã quando nulla interuenit illius culpa, vt conſtat in tertio euētu ſtatim explicãdo, nēpe qñ domus locata minari incipit ruinam, indigetq; celeri reparatione: neque enim credendū eſt, per pactū illud ſuperadditum

additum contractui locationis, intendiſſe locatorem renunciare huic euentui à iure expreſſo.

Expellere pręterea poterit locator conductorẽ,
10 etiã † qñ tempore locationis indigebat aliqua ex parte domo, quam locabat, cæterum poſtea inſperatè valde accreuit eius neceſſitas, vt cum Barbat. ait Aluar. Vala. q. 22. citata. nu. 9. Item locum habet expellere conductorem ob inſperatam neceſſitatem locatoris, ẽt ſi conductor ſit ſcholaſticus, aliave perſona priuilegiata, quæ tamen nõ poſſet expellere locatorem propria domo. Ita Alu. Vala. ibid. num. 5. aduerſus quoſdam, quos citat; quoniam generalis determinatio iurium concedentium hoc priuilegium locatoribus, ẽt perſonas priuilegiatas inter conductores comprænendit.

Notat verò optimè cũ Bal. Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 3. in calce nu. 6. cum poſſe expellere cõductorem in caſu ſuperuenientis neceſsitatis locatoris, ſit priuilegiũ iure humano conceſſum, quod vtique, ſecluſa ea iuris diſpoſitione, vim nõ haberet, non plus eſſe extendendum, q̃ iure cõperiatur conceſſum: quare, cũ ſolum reperiatur conceſſum in domibus, extendi non debet ad alia prædia.

11 Tertius euentus, in quo † locator expellere põt cõductorem eſt, qñ domus, poſtquam eſt locata, egere cœpit refectione neceſſaria, quæ adhiberi non poteſt conductore in ea habitante. l. ęđem. C. de locato. c. pp ſterilitatem. §. verum, eod. titu. l. 6. titu. 8. par. 5. & lib. 4. Luſitanarum ord. tit. 58. §. 3. & affirmat cõis doctorum ſñia. Finita tamen refectione, tenetur locator reſtituere domum conductori, vt finiat tempus totum contractus. Ita habetur. §. 3. citato, & cum gloſſa ac Bar. l. ſi duo. §. cum inquilinus. ff. vti poſsidetis, affirmat Grego. Lop. l. 6. citata, verb. *ſino fueſe adobada*.

12 Quartus † euẽtus, in quo locator expellere poteſt conductorem, eſt, quando conductor abutitur re locata damnum illi inferendo, vt ſi notabile damnum illi inferat, ſuas in domum cõductam introducendo, vel aliqua alia ratione. Item ſi ea contra bonos mores abutatur, meretrices, aut lenones, in eam introducendo, vel aliud turpe, aut indecens, in ea exercendo, vnde detrimentum, aut ſcandalum, viciniæ ſequatur. l. ædem. C. de locat. c. propter ſterilitatem. §. verum eod. tit. l. 6. citata, & in Luſitanis ordin. vbi ſupr. §. 2. Hoc de meretricibus, & lenonibus meritò intelligit Alu. Val. de iur. emph. q. 23. quando domus locata eſt inter probos viros, ac fœminas: ſi enim domus eſſet iuxta lupanar, aut inter alias domos, in quib. ſimilia exercentur, quia tunc inde corruptio morum, aut ſcandalum, viciniæ non ſequeretur, expelli ea de cauſa conductor a locatore non poſſet. Addit, ex hac poſtrema cauſa, etiam ſcholaſticum, abutentẽ domo conducta poſſe ab illa expelli.

Dubiũ Sunt verò circa quatuor euentus explicatos nonnulla examinãda. Primum eſt, vtrum habeant
Deciſ. locum ſolum in domibus. Ad quod reſpondeo,
13 poſſe † expelli conductorem ex ſecundo euentu, ſolũ habere locum in domibus, vt in eo explanatum eſt; qm̃ eſt priuilegium, neque inuenitur circa alia conceſſum, eaque de cauſa extẽdi nõ poſsit vltra id, in quo conceſſum inuenitur, vt ibidem dictum eſt. Reliqui verò euentus ſuo modo hẽnt locum ẽt circa res mobiles; qm̃ non ſunt priuilegia, ſed per Epicheiam legũ m contractuum, atq; aliarum diſpoſitionum, interpretatricem, cenſent illi euentus ex tacita, ac præſumpta contrahẽtiũ voluntate excepti: qđ ſanè æquè habet locum in prædijs ruſticis, & vrbanis, & in reb. mobilibus, atq; immobilibus locatis, vt ſatis apertè colligit ex l. quæro. §. inter lccatorẽ. ff. locat. in quo de colono non ſoluente, penſionem, aut abutente prædio ruſtico, eſt ſermo, idemque Paulus iuriſconſultus reſpond ſſet de vrbano prędio, immo & de re mobili, ſi ſimili modo de illis fuiſſet interrogatus. Vnde ſi penſio non ſoluatur, ęquè auferre poteſt prædium ruſticum ac vrbanum, & eadem rõne res mobilis locata, neque. n. locator tenẽt conductori ſtare contractui, qñ conductor ipſi non ſtat contractui. Item ſi res conducta reparatione indigeat, aut medicina, ob inopinatum euentum, auferri a conductore poteſt, ſi vti ea ſimul nõ poſſit, ẽt ſi res illa mobilis ſit. Si item conductor re abutatur conducta in damnum illius, aut in ſcãdalum, & perniciem morum aliorũ, auferri ab illo vtiq; põt, ẽt ſi res mobilis ſit, aut prædium ruſticum, de quo eſt ſermo. §. inter lccatorẽm citato.

Secũdum eſt, vtrum in omnibus illis quatuor euentibus, quando expellitur conductor, remittẽdum illi ſit de penſione pro rata temporis, quo re conducta non vtitur. Ad quod dicendum eſt, omnes conuenire, in ſecundo, & in tertio euentu, in quibus conductor ſine vlla ſua culpa locatoris cõmodum expellitur à re conducta, remittendũ
14 illi † eſſe pro rata temporis de penſione, aut certe in tertio euentu offerri illi à locatore debere domum aliam æquè bonam, conductoriq; æquè cõmodam, in qua interim habitet, vt l. Caſtellæ. 6. citata ait. Et quidem in ſecundo euentu remittendum illi eſſe pro rata temporis de penſione, ſatis eſt perſpicuum, idque affirmant. cap. propter ſterilitatem. §. verum de loc. & l. 6. citata. In tertio verò illi eodem modo remitti debere de penſione habetur expreſſe l. qui inſulam in prin. ff. locat. §. verum, & l. 6. citatis, ac §. 3. Luſit. ord. citato. In alijs autem duobus euentibus eſt res controuerſa inter doctores. Et quidem §. verũ. & l. 6. innuere videntur, argõ a contrario ſenſu, non eſſe minuendam penſionem pro rata: quippe, commemoratis ſecundo & tertio euentibus ſubiungunt, & in his duobus euentibus minuendum eſt de pẽſione pro rata tpis, quo conductor caruit vſu, ac fruitione rei locatę, nihil tale de dub. alijs, quos ſtatim duo illa iura ſubiungũt, addendo Cyn. ẽt, & Azo, quorum opin. ſequitur Nau. in Man. c. 17. n. 194. de quarto euentu loquentes, affirmant, minuendum non eſſe de penſione, eo qđ conductor culpa ſua fuerit in eo eiectus de re conducta. Glo. verò l. ædem. C. de locat. & alia gl. §. verum citato, quas ſequuntur Sal. & Spec. cenſent, minuendum eſſe de penſione pro rata temporis, cæterum locatorem agere poſſe aduerſus conductorem de damno illato. Io. An. & Pan. c. propter ſterilitatem citato, Hoſt. & alij, reducere conantur ad concordiam duas opiniones, quod. ſ. quãdo damnum illatum

eſt rei locatæ, procedat poſterior opinio: qñ verò fuit abuſus rei locatæ ſine damno illi illato, vt q̃ aliqua contra bonos mores, & cum ſcandalo viciniæ in ea exercebantur, locum habeat prior opin.

Deciſ. Mihi verò probatur opin. Grego. Lope. l. 6. citata verb. *dos caſos*, qui, cõſentaneè ad Bar. & ad quoſdã alios, quos refert, diſtinguit in primo, & quarto euentu. Qm̃ ſi locator expulſo conductore, inuenit alium, qui conduceret pro reliquo tpe tanta mercede pro rata tpis, quantam ſoluebat prior cõductor, aut prior conductor eum offert, qui, ſine abuſu rei, illam conducat, tunc primo conductori remittatur de penſione pro rata temporis, & poſſit agi aduerſus eum de damno, ſi quod rei locatæ intulit. Si verò non inuenitur, qui illam con ducat tanto pretio, tunc id etiam penſionis futuri tpis, q̃ minus accipit locator, teneatur ſoluere primus conductor, ne locator maneat in damno aliquo ob culpam primi conductoris. Atque hoc planè eſt, quod voluere duę gloſſæ citatæ: id quippe inter damna illata computari debeat. Neque plus, quam hoc, colligitur ex l. 6. & §. verum, citatis, argumento à contrario ſenſu. Quia enim non ſemper pro rata temporis futuri minuendum eſt de penſione in his duobus euentibus commemoratis alijs duobus, in quibus ſemper remiſſio fieri debet, de illis tantum id docuere.

Dubiũ Tertium eſt, num his quatuor euentibus locator propria autoritate expellere poſſit conductorẽ

Deciſ. 15 de re conducta. Communis † ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Alu. Val. de iur. emph. q. 21. nu. 2. & Greg. Lop. l. 6 citata gloſ. 1. eſt, ſtando in iure cõi, expellere illum poſſe propria autoritate, concinit l. ſi duo. §. cum inquilinus, iuncta gl. ibi. ff. vti poſſid. Tametſi quidam dicant, tutius eſſe adire iudicem, atque ab illo petere miniſtrum publicum, qui id exequutioni mandet: aitq; Aluar. Valaſ. ibidem, iudicem teneri illum ſtatim concedere.

Ius Luſitan. Luſitana lex lib. 4. ord. tit. 58. §. vlt. meritò, ad obuiandum malis, quæ inde ſequi poterant, ſtatuit, vt locator per ſeipſum non expellat conductorem, ſed requirat eum miniſtrũ eius loci, quẽ *altaide* vocant, vt, ſignificando conductori cauſã, ob quam expellitur, illi præcipiat exire, ac nolentem vi expellat: pręcipiturq; is miniſter id ita exequutioni mandare. Si tñ poſtea comperitur, locatorem malitia, ſine iuſta cauſa, atque indebitè, cõductorem eieciſſe, conductor ſtatim reſtituitur in eam domum, gratisq; illam inhabitat triplũ tps comparatione eius, quod adhuc, iuxta cõtractum, illam inhabitare debebat, Alua. Valaſ. in calce nu. 2. citati ait, ſi potius maluerit, agere poſſe ad intereſſe, iuxta l. qui inſulam. in prin. ff. locat.

Licitumne ſit locare aliquid, quo intelligitur conductorem vſuram ad lethale peccatum.

DISPVT. D.

SVMMARIVM.

1 *Locare aliquid ad peccatum, quod attingat intentio locantis, omnino illicitum eſt.*

2 *Locare aliquid alicui, qui vſurus ſit eo, ad iniuriam alterius lethale, peccatum eſt lethale, & ob id illicitum.*

3 *Locare meretricibus domum, non cum intentione, vt ibi fornicationem exerceant, ſed tantũ ad habitationem illarum, peccatum non eſt.*

4 *Locare aliquid propter quod poteſt ſuſpicari abuſus ad peccatum, quando licitum, & quando non.*

HVic diſputationi ſequentibus concluſionibus eſt breuiter ſatisfaciendum. Prima eſt.

1 Illicitum eſt in eo ſenſu locare † aliquid ad peccatum, q̃ locantis intentio peccatum ipſum attingat, ita quòd id locet, vt ſit ad peccatum. Vt, verbi gratia, locare domum, vt ſit ad fænerandum, aut ad fornicandum. Hæc eſt notiſsima, quoniam id eſſet communicare peccato conducentis. Et quoniam ordinatum ad finem, ſpeciẽ accipit à fine, ad quem ordinatur.

2 Secunda concluſio. Peccatum † eſt lethale locare aliquid, quando intelligitur vſum illius futurum eſſe ad iniuriam alterius lethalem. Vt ſi gladius, aut equus, locetur ei, de quo intelligitur eo vſurum ad bellum iniuſtum, aut ad iniuſtè vulnerandum, aut ad interficiendum proximum, eſto intentio locantis nõn attingat eam iniuriã ac peccatum. Concluſio hæc ſupra in hac 2. 2. q. 43. artic. 7. dum de ſcandalo nobis erat ſermo, oſtenſa fuit.

3 Tertia concluſio. Poſito, quòd † meretrices à republica permittantur ad vitandum maiora mala, peccatum non eſt locare eis domum, modo locator non intendat fornicationem earum ibi, ſed locare ſolum domum ad habitationem illarum, ſciens ipſas abuſuras ea habitatione ad peccata. Hæc probatur, quoniam locatio domus, vt in ea habitent, non eſt mala ea ratione ſpectata: permiſsio etiam peccatorum, quæ futura præuidet malitia inhabitantium in ea domo, ipſi ſimiliter non eſt mala: quoniam abuſum illarum, ac peccata, non teneretur ipſe vitare; præſertim cum eorum permiſsio ordinetur ad vitanda maiora mala in bonum commune, ſi verum eſt, quòd lupanaribus, vt hodie permittuntur, vitentur maiora mala, & non potius accreſcant in republica, ergo licita eſt ea locatio, tametſi diſſuadenda, & cuique probo viro potius domus ſua eſſet exurenda, quàm locanda eiuſmodi mulieribus. Lege Nauarr. in Manual. capitulo 17. numero 195. qui, licèt trepidus, tandem huic concluſioni aſſentitur.

4 Atque, vt † ſummatim dicam, in quibus euentibus licitum, aut illicitum eſt, aliquid vendere, quando creditur, aut timetur abuſus ad peccatum ea re futurus, in eiſdem licitum, aut illicitum eſt, aliquid locare. Quia verò q. 43. citata, copiosè dictum, atque ex ſuis principijs deductum eſt, quando in eo euentu licitum, aut illicitum, ſit, vendere, ſatis ſit hæc pauca de locatione hoc loco tetigiſſe.

Vſurariane ſit conductio veſtuariorum minori anticipata pecunia, quam ſperetur reddituræ, vt interdum fit in Epiſcopatu Conchenſi.

DISPVTATIO DI.

SVMMARIVM.

1 *Reditus omnes menſæ epiſcopalis, ac capitularis in Conchenſi epiſcopatu, in quibus conſiſtant.*

2 *Conductio veſtuariorum minori pretio anticipata pecunia, quam ſperetur reddituræ, an vſura ſit, cum onere reſtituendi, prout aliquando fit in epiſcopatu Conchenſi.*

SEquentibus diſputationib. caſus aliqui in particulari circa rem de locato, & conducto erũt decidendi. Vt verò quęſtio propoſita, de qua ſępè ſum interrogatus, enodetur, à praxi, & terminorũ explanatione ordiendum nobis erit.

1 In hoc † Conchenſi epiſcopatu ferè reditus oẽs menſæ epiſcopalis, ac capitularis conſiſtunt in ea portione decimarũ panis, vini, & carniũ, hoc eſt, agnorum, hædorum, & quorundam armẽtorum quæ ad Eccleſiam cathedralem ſpectat. Tota.n. decima lanarum, caſeorum, & aliarum rerum, ad miniſtros Eccleſiarum particularium ſpectat. Decimæ aũt panis, vini, & carnium, ꝙ ad rẽ præſentem attinet, quędã debentur ex fructib. bonorũ initiatorũ ſaltẽ prima tonſura, quas vocãt decimas *de bienes de coronados*: & quædam de fructibus bonorum eorum hominum, qui prima tonſura initiati non ſunt, quas proinde appellãt, *de bienes de legos*. Decimæ eiuſmodi in vnaquaque parœſcia collectæ, ſi ſint ex fructibus horum hoĩum prima tonſura initiatorũ, diuiduntur in duas tantum partes æquales: & vna pertinet ad miniſtros parœſciæ; altera verò ad Eccleſiã Cathedralẽ. Si verò ſint hoĩum prima tonſura minimè initiatorum, diuiduntur in nouẽ partes æquales, & tres pertinent ad Eccleſiã Cathedralẽ, totidẽ ad miniſtros parœſciæ, atq; ex tribus reliquis, duæ ad Regem ſpectant, quæ proinde tertiæ Regis nũcupantur, & reliqua fabricæ parœſciæ eſt deputata.

Decimæ explanatæ, quæ ad Eccleſiam Cathedralem ſpectant, inter epiſcopum, & capitulum, menſam veẽpalem, & capitularem, ita antiqua concordia diuiſæ ſunt, vt decimę quorundam locorũ menſæ ẽpali, & decimæ quorundam aliorũ locorum menſæ capitulari ſint deputatæ, exceptis aliquibus locis, in quibus eiuſmodi decimę promiſcuè ſpectant ad menſuram epiſcopalem, & capitularem, quas proinde hæ duæ menſæ æqualiter inter ſe diuidunt. Atq; adminiſtratio earum, quæ ad menſam epiſcopalẽ ſpectãt, pertinet ad ſolum epiſcopũ: adminiſtratio verò earũ, quæ ad mẽſam capitularẽ attinent, pertinet ad ſolum capitulum.

Decimæ eiuſmodi diuerſorum oppidorum, quæ ad menſam capitularem ſpectant, appellantur *refitores*, atque ita dici conſueuit, *refitor* talis, vel talis, oppidi. Fortè nomine originem trahente a tempore, quo capitulares in communitate viuebant: eò quod ad refectionem, & ſuſtentationem capitularium eo bona attinebant. Capitularis autem menſa diuiſa eſt inter canonicos, portionarios (*Hiſpane rationeros* vocant) & ſemiportionarios. Quod ad eiuſmodi verò reditus attinet, intereſt inter canonicos, & portionarios, ꝙ canonicorum communitati reſeruati ſunt quidam præcipui ex *refitores* inter ipſos ſolos diuidendi: portio autem, quæ ex eiuſmodi *refitores* vnumquemq; canonicorum quotannis contingit, appellatur *veſtuario*, quaſi ad veſtitum, maioremq; ornatũ, atq; ampliorem familiam ipſis reſeruatum præcipuũ. Itaque eiuſmodi decimæ capituli in duas partes diuiduntur. Quædam, certorum locorum deſignatorum, pertinent ad ſolos canonicos, & portiones, quæ ex illis quotannis canonicis ſingulis contingunt, appellantur veſtuaria. Reliquæ autẽ decimæ, ac bona capituli æquè diuiduntur inter portionarios, & canonicos; idque, quod quotannis inde vnumquemq; cõtingit, portio (*Hiſpane racion*) nuncupatur. Quædam verò earum portionum inter duos miniſtros æqualiter diuiduntur, qui proinde ſemiportionarij appellantur. Itaque reditus cuiuſcunque canonicatus conſtat ex veſtuario, & portione. Portio autem conſtat ex duobus redituum generibus. Quidam enim reditus ſunt panis: eſt enim panis certorum quorundam locorũ deputatus, vt inter omnes portionarios, & canonicos æqualiter diuidatur: atq, prout copia illa quibuſdam annis eſt maior, & quibuſdam minor, aut deeſt aliquis canonicus, vel portionarius, qui eo anno fructus non fecit ſuos, vel nullus deeſt, vno anno contingit vnumquemque canonicum, aut portionarium, maior quantitas huius panis, & alio minor.

Alij autem reditus portionis ſunt in pecunia, quæ deductis expenſis, aliquando eſt in maiori copia, aliquando in minori.

Porrò ex hac pecunia deputatum eſt certum quid, vt pro ſingulis horis ſingulis intereſſentibus diſtribuatur: reliquum verò; quod ſemper eſt huius pecuniæ, tum propter quorundam abſentiam, tum etiam quia copia tota maior eſt, quam quod pro ſingulis horis cuique eſt deputatum (quod proinde ſuperauit vocant) in fine anni, qui, quo ad hoc, computatur à prima die menſis Ianuarij vſque ad diem vltimam Decembris, diſtribuitur inter eos, qui toto anno horis interfuere, pro rata temporis, quo quiſque inter fuiſſe cõperitur, computatis pro diebus intereſſentiæ diebus illis, quos requiei vocant, hoc eſt, quos, iuxta Eccleſiæ huius ſtatuta, integrum cuique eſt abeſſe, ſine detrimento eiuſmodi diſtributionũ quotidianarum, quæ vocant.

Hæc autem ſola portio pecuniæ diſtribuitur inter canonicos, & portionarios pro rata dierum intereſſentiæ cuiuſque eorum. Atque ea eſt, quæ appellatur manualia, ac diſtributiones quotidianæ. Veſtuaria vero, & illa alia portio panis, communis canonicis, & portionarijs, non acquiritur pro rata dierum intereſſentiæ, ſed modo ſequenti, in

ti, in quo de veſtuarijs tm̄ loquat̃, idē tn̄ itelligat̃ de portione panis cōi portionarijs cū canonicis.

Canonici in hunc modum lucrantur veſtuariā ſingulis annis. Qui, v. g. in feſto proximè ſequēti ſancti Michaelis anni huius milleſimi quingēteſimi nonageſimi quarti intereſſe primis veſperis, & ſupplicationi, quæ mane eius feſti in Eccleſia cathedrali fit, in hoc ſenſu lucratur integrū veſtuarium fructuū qui inde percipientur vſque ad feſtum ſequens ſancti Michaelis anni milleſimi quingēteſimi nonageſimiquinti, ꝙ ſi poſtea inde curſu anni, a feſto illo ſancti Michaelis vſque ad aliud anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi quinti, interfuerit cētū viginti diebus, aut mortuus fuerit remanentibus adhuc centum viginti diebus, vſq; ad feſtū ſancti Michaelis anni milleſimi quingēteſimi nonageſimiquinti, in quibus intereſſe poterat, ſaltē cōputando dies, in quibus Eccleſiæ interfuit, tunc lucratur illud integrū: ſi vero neq; inter fuerit centum viginti diebus, neq; mortuus fuerit illis adhuc, modo explicato, reſtantibus, in quibus intereſſe potuerit, amittit integrū veſtuarium communitati canonicorū, diſtribuendum inter cæteros, qui veſtuarias eius anni lucrātur. De canonicis aūt, qui non illo modo interfuerint primis veſperis, & ſupplicationi feſti ſancti Michaelis, diſtinguēdum eſt. Qm̄, ſi iam fecerāt reſidentiam primi anni, quam vocant, & in toto decurſu anni realiter infuere centū vinginti diebus, lucrantur veſtuarium ſicut cæteri: ſi verò, vel moriantur, antequam realiter interſint centū viginti illis diebus, vel aliqua alia de cauſa realiter non interſint integris illis cētum viginti diebus, mittunt integrum veſtuarium cōitati eorum, qui eo anno vaſtuaria lucrantur. Si autem, qui nō interfuerint primis veſperis, & ſupplicationi feſti ſancti Michaelis, nondum fecerant reſidentiam primi anni, tunc omnino amittunt veſtuarium, etiam ſi poſtea realiter interſint centum viginti diebus. Vnde qui poſſeſſionē canonicatus acquirunt poſt feſtum ſancti Michaelis non cōſequuntur veſtuarium eius anni, ēt ſi interſint centum viginti diebus. Ratio ſanctionis huius videtur fuiſſe: quoniam, ſi prædeceſſor interfuit primis veſperis, & ſupplicationi feſti ſancti Michaelis, ac mortuus eſt lucratus fuit veſtuarium eius anni canonicatus illius, neque ſupereſt veſtuarium, quod lucretur ſucceſſor per intereſſentiam realem.

Vt ad rem accedamus, obſeruandum eſt. Refitores fructuum anni milleſimi quingenteſimi nonageſimiquinti, vnde coaleſcunt reditus veſtuariorum eius anni, cum tamen canonici lucrentur, modo explicato, veſtuaria eius anni in primis veſperis, & ſupplicatione feſti ſācti Michaeli huius anni milleſimi quingēteſimi nonageſimiquarti. Refitores, inquā, illos locari circa feſtum Trinitatis anni milleſimi quingenteſimi nonageſimiqnti, vt conductores pecuniam ſoluant partim ad carniſpriuium anni milleſimi quingēteſimi nonageſimiſexti, & partim ad feſtū Trinitatis eiuſdem anni nonageſimiſexti. Qn̄ autē canonici pecunia indigent, cum tanto tempore poſt ſint illā accepturi ex ſui veſtuarijs, locare ſolent pecuniā anticipatā veſtuaria ſtatim, atque in primis veſperis, & ſupplicatione feſti ſācti Michaelis illa, modo explicato, lucrantur, datis fideiuſſoribus, ꝙ, ſi vixerint, reſidebunt centū viginti diebus neceſſarijs, ne amittant veſtuaria, q̄ ita lucrati ſunt, & ꝙ alioquin ſoluent cōductoribus, quantū ſua illorū intererat veſtuaria non amitti. Quin aliqn̄ antequam illa lucrentur, locare ſolent pecunia anticipata veſtuaria vnius, duorū, aut trium annorum, datis ſimiliter fideiuſſoribus ꝙ illa lucrabuntur, aut ſoluetur conductoribus quantum ſua eorum intererat, pcipere reditus eiuſmodi veſtuariorū. Cum aūt experientia a viginti, aut vigintiquinq; annis, ſit compertum, nunquam veſtuaria, cōputando in illis certam portionē panis ad veſtuaria attinentē q̄ in pane recipiūt) minus reddidiſſe, q̄ mille aureos, adeò vt veſtuariū valde ſterilis anni pręteriti milleſimi quingēteſimi nonageſimi tertij, ꝙ in carniſpriuio huius anni milleſimi qngēteſimi nonageſimiquarti, in quo hęc ſcribo, ſolui cæpit, ad mille aureos peruenerit, & regulariter reddere ſoleant m ille ducētos quinquaginta, aut mille trecentos, & aliqn̄ aſcendere ſoleant ad mille quingentos, aut mille ſexcentos aureos, qn & aliqn̄, licet admodū rarò, reddidiſſe cōperiant̃ mille ſeptingētos, & mille octingētos aureos; prudenteſq; & in ea re experti iudicent medium pretium, in quo æquali periculo, & commodo lucrādi ac amittendi ſe exponit conductor, eſſe mille ducentos, & quinquaginta aureos, aut mille trecētos; eo quod æquè euenire poſſit, vt decreſcant reditus, aut accreſcant, inter mille, & mille ſexcentos, aut mille octingētos; vno è duob. modis ſolet celebrari eiuſmodi cōtractus pecunia anticipata. Primo, ſoluēdo pro illis octingētos ſolū, aut nōgētos aureos. Secūdo, ſoluēdo pro illis octingentos, aut nōgētos aureos, ſed cū pacto, vt ſi reditus accreſcāt ſupra mille, aut mille cētū aureos, incremētū ptineat ad canonicū, qui veſtuariū locauit.

a De eiuſmodi ergo veſtuariorum conductione quæritur num vſuraria ſit, cum reſtitutionis onere. Et proculdubio dicendum eſt, vſurarium eſſe, cum onere reſtituēdi, ſaltem vſq; ad complementum ad mille ducentos quinquaginta aureos, niſi quid minuendum ſit ob lucrum ceſſans, aut damnū emergēs, cōductori ob anticipatā pecunię ſolutionem, de quo ſtatim dicam. Ratio autē eſt qm̄, iuxta c. nauiganti, de vſuris, ac rectam rōnē, illud eſt pretiū iuſtū infimū pro vnoquoq; veſtuario, dū ita eſt in ſpe, ſi vera eſt fidelis huius rei praxis à nobis hactenus relata: quippe cū conducens pro illo pretio æquè ſe exponat lucro, & dāno: vſura aūt eſt, cum onere reſtituendi, ꝙ deeſt vſq; ad infimū pretiū iuſtū, conducere aliquid pecunia anticipata pro pretio infra infimum iuſtum, niſi ex capite lucri ceſſantis, aut damni emergentis, id excuſetur: eo quòd anticipata illa ſolutio pretij ſit virtuale mutuum in tps, quo fructus veſtuarij ſunt ſoluendi, pro eoq; mutuo accipitur decrementum illud ab infimo pretio iuſto. Atque in re propoſita eſt obſeruandū, cōductorē veſtuarij, nullū ſubire laborem in recipiēdis reditibus veſtuarij, neq; vlli ſe exponere piculo. Etenim reditus ferè oēs ī

pecu-

pecunia numerata recipiuntur: & qñ reſitores, vnde pecunia illa ſoluitur, locantur, vtiq; locantur, renunciante cõductore oĩbus vniuerſim euentibus fortuitis, etiam omnino inſolitis, & inopinatis, atq; adhibitis optimis fideiuſſoribus, adeò vt moraliter nullũ ſit periculũ, pretium non fore integrè ſoluendum. Si aũt, quã rariſſimè (aut potius nunquam) aliquid non ſolueretur, id ſpectat ad maſſam totã redituum veſtuariorũ, quod ſingulis veſtuarijs fere nullum eſſet detrimentũ. Si itẽ, anteq̃ in feſto Trinitatis reſitores locentur, detrimentũ aliquod eueniat alicui reſitori, grãdinis, aut aliud ſimile, ob quod minori pretio conducatur, quã alioquin foret ſoluendũ, qđ quam rariſſimè accedit, præſertim cum fere epiſcopatus totus eo tpe nullũ ea de cã aut perexiguum, pati poſſit detrimentũ, proptercà quod terra ſit valde ſerotina, illud cedit in detrimentũ totius maſſæ veſtuariorũ, quod cõparatione ſingulorũ veſtuariorum eſt propè nihil; atque hæc oĩa, vna cum ſterilitate anni, aut abundãtia, atq; alijs circumſtantijs, ſpectant ad latitudinẽ totã decrementi, & incrementi redituum veſtuariorum à mille aureis vſque ad mille ſexcentos, aut mille octingentos, tõne cuius dicimus infimũ pretium iuſtum cuiuſq; veſtuarij, prout ita eſt in ſpe, eſſe ſolum mille ducentos quinquaginta aureos. Pecuniã autẽ horum redituum cõductores ipſi reſitorum, tenentur afferre in domũ canonici, cui illis præſcribitur, vt eã ſoluant, aut in domũ illius, quẽ canonicus loco ſubſtituerit; qui, ſi tardent, excõicationibus, tã in ipſos, quã in fideiuſſores, q tanq̃ principales obligãtur, cõpelluntur ſoluere; ſumptuque vnius aurei quotidie ſoluendo ei, q ad exequutionẽ faciendã, aut ad exigendum debitũ mittitur, perſolutiſque ſimul oĩbus vniuerſim ſumptibus, qui ea de cauſa fierent, coguntur ſoluere. Atq; vt ſupra dixi, ſi qñ eueniret, vt aliquis conductor integrè non ſolueret, id detrimentum ad oẽs canonicos æqualiter ſpectat. Quare nõ eſt, ꝙ pp laborem, adminiſtrationem, ſumptus, aut pericula, conductor veſtuarij aliquid detrahere poſſit de infimo illo pretio iuſto pro vnoquoque veſtuario, dum adhuc eſt in ſpe. Neque ſanè, attẽto quod reditus veſtuarij ita in pecunia ſoluũtur, id propriè eſt conductio, ſed mutuũ pecuniæ, ꝓ pecunia in poſterũ accipienda illo mõ exponẽdo ſe æqualiter euentui amittendi ac lucrandi, ſicut in depoſitionibus, quas *apueſtas* Hiſpanè vocant. Quod ſi, vltra æqualem pecuniã modo prædicto, incrementum pecuniæ paciſcatur, eſt mera vſura quo ad id incrementum, quod pro eo mutuo accipitur. Quare non video aliud caput, vnde incrementum aliquod, ſaltem in ſpe, accipi poſſit, quam lucri ceſſantis, aut dãni emergẽtis, conferentis illo mõ pecuniam anticipatam.

Quod verò ad lucrũ ceſſans, aut damnũ emergens, conductori eiuſmodi veſtuariorũ, ob anticipationẽ pecuniæ, attinet, dicendum eſt. Neceſſarium oĩno eſſe, vt verè lucrũ ceſſet, aut damnum emergat, in ſenſu diſp. 315. & 316. explicato. Atque tunc non poſſe plus accipi incrementi, quam æſtimetur hoc lucrũ ceſſans, aut damnum emergens: ſi aut plus accipiatur, quo ad id incrementi cõmitteretur vſura cũ onere id reſtituendi. Neq; ſanè eiuſmodi cõductores veſtuariorũ hãc cõductionẽ ineunt in cõmodum canonicorũ, ſibi duntaxat vſurpando valorem lucri ceſſantis, ac damni emergentis, ſed vt longè plus ipſi lucrentur. Id quod ſuaderi põt, qm̃ non mutuarent pecuniam illam canonico accipiendam ſolum de pecunia veſtuariorum, cum incremento, quantum comperiretur ipſis obueniſſe detrimenti lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ex eo mutuo. Eſt verò obſeruandum, interdum eiuſmodi locationes veſtuariorũ fieri pro octingentis, aut nõgẽtis aureis, quos conductores tribuant canonicis ad ſumptus ſuos, largiẽdo illis ſingulis mẽſibus pro rata eorũ octingentorũ, aut nongentorũ aureorum: in quo euentu, minus lucri poteſt illis ceſſare aut damni emergere, quam ſi totam ſummam ſtatim ſoluerent; immo nullum, ſi pecunioſi ſint, quia ea de cã nõ deſiſtent ab alijs ſibi licitis negociationibus.

Duo admonuerim. Vnũ eſt. Quãuis his tẽporibus iuſtũ ꝑtiũ veſtuariorum pecunia anticipata æſtimentur mille ducẽti quinquaginta aurei, aut mille trecẽti. variatis tñ tẽporib. in q̃bus reditus veſtuariorum creſcãt, aut decreſcant, variari quoque eiuſmodi pretiũ iuſtũ eorum anticipata pecunia, neque poſſe hac de re certam ſtatui regulam.

Alterum eſt. Me audire, ẽt portiones ſolere interdum cõduci pecunia anticipata: idq. interdum quo ad ſolos reditus panis: interdum verò etiam quo ad reditus pecuniarios, aſtringente ſe portionario ad ita intereſſendum, vt lucretur, quãtum, qui intereſſendo, maximè lucrabitur, adeò vt, ſi non tm̃ lucretur, refundat conductori, quantum minus fuerit lucratus. De eiuſmodi autẽ contractu idem proportione quadam, dicendũ eſt, quod de conductione veſtuariorum eſt dictum.

Si pretium detur pro loco in naui ad Indos, verbi gratia, & reluctantibus ventis, aut alia de cauſa, nauis eo nõ perueniat, ſed regrediatur ad portũ, an ſaltem pars pretij ſit reſtituenda.

DISPVTATIO DII.

SVMMARIVM.

1 *Mercator an poſſit repetere pretium datum magiſtro nauis, pro eius mercibus vehendis, ſi nauis medio itinere profecta, vt ventorum ſit ad portum reuerſa.*

2 *Vectura pro mancipio mortuo antequam ad locum deſtinatum deportetur, non debetur.*

Res eſt, de qua, referẽte Aluar. Valaſ. conſult. 75. controuerſum fuit Olyſſipone, lataque fuit ſententia. Solet in nauibus Indicis concedi
1 locus miniſtris quibuſdam nauis. Quidam † autem nauis magiſter dedit pro certo pretio cuidam mercatori locum ſibi in ea conceſſum, ad merces in eo vehendas in Indiã. Nauis profecta fuit, & à medio itinere, reluctantibus ventis, in portum

eſt

eſt regreſſa. Mercator contendebat, reddendum ſibi eſſe pretium, ſaltem pro rata itineri, quod nõ perfecit. Magiſter nauis ſed defendebat, quod nauis à portu fuiſſet profecta, neque ipſe ſe aſtrinxiſſet ad iter perficiendum.

In partem mercatoris proponebatur. Primò, cõtractum illum in effectu eſſe locationis, & conductionis illius loci in naui, ſicut ſi ſimiliter fieret cõtractus circa locũ domus, cubiculi, aut cellæ, & non eſſe cõtractum vendõnis: eo ꝙ neq; domus, neque pars illius, vendebatur, neque dñium rei vllius eo cõtractu transferebat: vñ cũ nõ eſſet venditio, eſt textus expreſſus, qui rem in fauorem mercatoris decidere vr l. ſi vno. §. item cum quidam. ff. locat. cuius verba ſunt. *Cum quidam, naui amiſſa, vecturam, quam pro inuecto acceperat, repeteret, reſponſum eſt. Non immerito pro curatorẽ Cæſaris hanc ab eo vecturam repetere; cum munere uehendi functus nõ ſit. Quod in oĩbus perſonis ſimiliter obſeruandum eſt.* Hactenus ib'. Ex quibus cõſtat, repeti, quod datum eſt pro munere vehendi, qñ, qui id accepit, caſu fortuito eo munere nõ eſt functus: in re autem propoſita nauis functa non eſt munere vehendi in Indiam caſu fortuito.

Secundò, cõſuetudinem eſſe in Luſitania in ſimili euentu, medietatem vecturæ, hoc eſt, pretij, quod pro vehendis rebus dedit, reddi conducenti: contractus autem, iuxta conſuetudinem, in quo fiunt, cenſentur celebrati.

Tertiò, quoniam ſi vectura cõſtitua ſit pro mãcipijs deportandi ad certum locum, atque eorum mancipiorum aliqua in itinere ſint defuncta, antequam deportata ad eum locum ſint, non debe-
2 tur pro mortui vectura, eo † quod ad deſtinatum locum deportata non ſint, vt Stracha in tractatu de nauibus 3. par. num. 19. affirmat, iuxta textũ, l. Seio amico, in princ. ff. de annuis leg. & l. illis libertis, in fin. ff. de cõditionibus & demonſtr. quare idem in re propoſita erit dicendum.

Quamuis aũt Aluar. Valaſ. reclamet, arbitreturq; ſnĩam ferẽdam fuiſſe in fauorẽ mercatoris, meritò tñ lata fuit in fauorem magiſtri nouis. Primò, quia id verè fuit venditio iuris magiſtro nauis cõceſſi habitãdi, aut deferendi in eo loco, quæ vellet ea nauigatione in Indiam: idq; ius totum tranſtulit pro eo pretio in mercatorem nullum periculum, cum nauis a medio itinere reuerteretur, aut alia rõne in Indiã non perueniret, in ſe ſuſcipiendo, ſed tale ius pro eo pretio in mercatorem transferendo, quale ſibi competebat, ac fuit conceſſum; cõſentitq; communis vſus loquẽdi in Luſitania, dum is cõtractus celebratur; dicunt enim contrahentes, *vendo vos o meu gaſalhado em tal nao canto pretio*: qñ autem verba quadrare poſſunt rei, de qua agitur, talis contractus cenſendus eſt celebrari, qualem verba ſignificant: ſed eo ipſo, quod cõtractus emptionis, & venditionis eſt celebratus præſertim ſi vtrinque traditio acceſſit, vt in re propoſita, magiſter nauis pretium accepit, & mercator eo iure vti cæpit, periculum rei emptæ ſpectat ad emptorem, vt diſp. 366. viſum eſt: ergo nihil pretij tenebatur magiſter nauis reddere mercatori. Neq; verũ eſt, quod Aluar. Valaſ. ibidem num. 10. affirmat, nempe, in re propoſita, quis diceremus eſſe cõtractum emptionis, & venditionis, vendi tñ, quod non eſt, ſed ſperatur futurum, nempe nauigationem in Indiam, atq; vendi ad menſuram, in quo euentu ait Bart. periculũ rei venditæ, quo ad id, qđ non euenerit ex re ita vẽditorem, & non ad emptorem. Non, inquã, eſt id verum: quoniam venditur ius præſens ad habitandum, & aſportandum in eo loco, quæ voluerit, totumq. ius trãsfertur in emptorem, ſiue vſus illius integer poſtea ſequatur, ſiue non.

Secundò, qm̃, eſto concederemus eſſe locationẽ loci illius nauis, ſeu nauis quo ad illum locũ, eò quod conductor rei alicuius poſſit eam alteri locare pro tẽpore, quo ipſe hẽt eam conductam, vt diſp. 489. dictum eſt, & eadem rõne, qui dono, aut in recompẽſationem pro obſequio præſtito, vel præſtando, id accepit, quod ſibi poterat locari pro pretio, poteſt etiam ipſe illud idem locare; adhuc tñ in re propoſita, dicendum eſſet, magiſtrum nauis nihil pretij teneri reſtituere huic mercatori. In primis, qm̃ tanto tempore ibi aſportauit ſuas merces, impediuſq; fuit magiſter nauis habitare in eo loco, quantum eſt tempus integrum nauigationis in Indiam, neque minus dignum eſt mercede permittere, vt ibi regrediantur merces in portum, quam concedere, vt merces ibidem aſportentur vſque ad locum, vnde nauis in portum eſt regreſſa: neque enim merces illæ mittendę erant in mare, ne ibi regrederentur. Deinde qm̃ licèt iure ſtatuant, ſi conductor vti non poſſit re conducta caſu aliquo fortuito, non ſe tenente ex parte conductoris, ſed ex parte rei conductæ, non teneri ſoluere penſionẽ cõductionis pro rata temporis, in quo ea vti fuit impeditus, vt diſp. 493. viſũ eſt; nihilominus in iuribus vtendũ eſt epicheia, attendẽdumq; eſt ad circunſtantias rerum, rectaque rõne eſt expendendum, ac arbitrandum, num generalis diſpoſitio iurium locum etiam habeat in quibuſdam euentibus, ad quos irrationabiles eſſet extendere eam iuris diſputationem, an potius ſint ab ea excipiendi. Sane in re propoſita, cum tam magnis ſumptib. naues Indicæ fiãt, tam parũ durent, tot periculis ſint expoſitæ, tot ſumptus fiant cum miniſtris, ac famulis ad nauigationẽ neceſſarijs, & præterea, ſi naues ad portum vẽtis reflãtibus aut alia ratione, reuertantur, eorum omnium iactura fiat, neque poſſit eo anno fieri nauigatio, vtique conductiones locorum in eis nauibus, intelligi rõnabiliter non poſſunt iuxta cõmunes regulas conductionum cæterarum rerum, vt ſcilicet, ſi nauis ad Indiã nõ perueniat, pro rata ſolum tẽporis, in quo cõductores eis nauibus vtuntur, ſoluant naulum, pretiumve conductionum, quaſi, ſi nauis naufragiũ faciat, aut à piratis capiatur, vel nauigantes ipſi, vel ipſorum hẽdes, repetere poſſint partẽ ptij pro nauis vſu, & habitatione dati, neq; id ſanè eſt in vſu, aut rõnabiliter fieret, neq; ſi, qñ fit conductio, id in pactum à conductoribus deduceretur, audirentur, cum illi ſve locatores conſentirent: quare non eſt, ꝙ eiuſmodi conductores, aut ipſorum hæredes, hac de re in iudicio audiantur.

Ad

Ad primum ergo argumentum in contrarium negandum in primis eſt, contractum illum non eſſe venditionis. Neq;, vt ſit contractus venditionis, opus eſt vẽdi nauẽ, aut partẽ nauis, aut dominiũ rei alicuius transferri in emptorẽ, ſed ſatis eſt vendi ius, quod magiſter nauis habebat, ad vtendum in ea nauigatione eo loco nauis ad ea, quæ vellet, & pro pretio transferre in mercatorem ius ei ſimile, iuxta ea, quæ diſp. 336. dicta ſunt. Deinde, eſto admitteremus, eſſe conductionem, negandum eſt §. item cum quidam decidere rem hanc in fauorem mercatoris. Nauis enim, de qua in eo §. eſt ſermo, non nauigauit, ſed in ipſo portu fuit amiſſa; hæc verò alia, non ſolum nauigauit, mercatorque fuit vſus eo loco, ſed etiam tanto tempore nauigauit, vſque eius loci potitus eſt, quantum ſufficeret ad perueniendum in Indiam.

Ad ſecundum negandum eſt, talem conſuetudinem eſſe in Luſitania. Pro parte etiam contraria dictum, probatumque eſt duobus teſtibus, cõſuetudinem in Luſitania eſſe, vt talis contractus cenſeretur venditio, & non locatio, neque reſtitueretur pretium, aut pars pretij, vt ibidem refert Aluar. Valaſ. & tamen ipſe reclamat, non ſufficienter inde probari hanc ſecundam conſuetudinem: multo autem minus probatur illa alia, quæ irrationabilis eſſet, eaque probata, nunquam profecto lata fuiſſet ſententia pro magiſtro nauis.

Ad tertium dicendum eſt, niſi expreſsè fuiſſet deductum in pactum, quòd pretium ſolueretur pro ſolis ijs mancipijs, quæ peruenirent ad locũ, quo tranſportabantur, etiam pro mortuis deberi pretium, atque eo modo intelligendum eſſe contractum, quandoquidem per nautam non ſtetit, quominus illa transferret, ſed per mancipia ipſa, quæ mortua ſunt: neque eſſet rationabile ſoluere illi pretium ſolum pro rata itineris cuiuſque mancipij in naui: præſertim cum nauta in medio maris aſſumere non potuiſſet alias merces, quas loco demortuorum mancipiorum aſportaret. Duo autem iura, quæ citantur, ſolum probant, quando pro mancipijs aſportandis promiſſum eſſet pretium ſub cõditione, ſi ad eum locum deuenirent, vt iura illa intuenti eſt ſatis perſpicuum: id verò locum non habet in re propoſita.

Licitumne ſit locare animalia cum pacto, vt conductor ſemper teneatur ſeruare numerum integrum ex eorum fœtibus, aut aliunde.

DISPVTATIO DIII.

SVMMARIVM.

1 *Locatio animalium cum pacto, vt numerus eorum ſeruetur integer ex eorum fœtibus, an ſit licita, & quot modis fiat. & nu. 2.*

Contractum hũc duobus modis cõperi celebratum: & de vtroque modo aliquid eſt dicendum.
1 Vno † modo traduntur alicui centũ, verbi gratia, oues, aut capræ, ſiue permixti ſint arietes aliqui, aut hirci, ſiue non, cum pacto, tum vt ſemper teneatur ſeruare numerum integrum, vel ex fœtib. certę iam ætatis, vel aliunde, eas ſupplẽdo, quæ mortuæ fuerint, aut quas vendiderit, vel alio modo diſtraxerit: tum ẽt, vt totam curam, ac ſumptus neceſſarios adhibeat: tum denique vt inſuper tm̃ in pecunijs quotannis reddat, & fructus ac emolumentum earũ ad ipſum pertineant. Hic idem contractus ſolet interdum celebrari cum pacto, vt ſolum pecudũ demortuarum ſuppleat numerum ex fœtibus, aut aliunde, & nullam aliarũ diſtrahat, apponatque omnem curam, & ſumptus circa illas, & fructus diuidantur æqualiter, vel in aliqua alia proportione, inter ipſum, & illarum dominum. Interrogari verò ſolet, vtrum eiuſmodi contractus, vtrouis modo celebratus, licitus ſit, an potius iniuſtus, ac vſurarius.

Ad quod breuiter dicendum eſt, in eo permiſceri contractũ aſſecurationis capitalis, ſeu numeri illius pecudum, & contractum conductionis earũdem pecudum quo ad fructus earum, vel ſocietatis, ſi ſecundo modo celebretur, iuxta ea, quæ diſput. 411. dicta ſunt. Eumq; contractũ in primis carere oĩ labe vſuræ. Deinde verò eſſe iuſtum, ac licitum, ſi, attento periculo, cui conductor ſe exponit, & attentis ſumptibus, & induſtriæ, quę apponit, fructus earum pecudum, prout ita ſunt in ſpe, digni ſint tanta mercede quotannis ſoluenda: aut ſi eiuſmodi periculum ſumptus, & induſtria ſufficienter compenſentur parte aliquota fructuum ita in ſpe, q̃ ſibi reſeruat. Et quoniam hæc nullam cõtinent difficultatem, non plus in eis immoror. Lege diſp. 462. quę hoc loco addi poterant de pecorum locatione, ac conductione. Deciſ.

2 Altero † modo vidi contractum illum celebratum, & de eo fui conſultus Olyſſiponæ, cum locator, & conductor in iudicio circa illũ contenderent. Nobilis quidam habebat amplum prædium ruſticum, in quo pecorum grex, & boum, ac vacarum, nobilis illius nutriebatur, & inſuper ſemina in eo prædio terrę mandabantur, bouesque ex eodem grege cultui terræ, & plauſtris inſeruiebant. Locauerat nobilis ille prædiũ illud, duoſq; illos greges, pro certa nummorum ſumma quotannis ſoluenda, ea lege, vt cõductor integrum teneretur ſeruare numerum animalium vtriuſque gregis, ſupplendo ex fœtibus, aut aliunde, animalia demortua, aut quæ conductor vendere, aut aliter in ſuum commodum diſtrahere vellet. Eueniẽte verò anno quodam valde ſterili ob nimiam ſiccitatem, multa animalia vtriuſq; gregis, boum præſertim, & vaccarum, interierũt, vnde conductor magnum eſt paſſus nocumentum. Exigẽte autem nobili, tum mercedem, tum etiã, vt conductor greges reſarciret, conductor, inter alia, iudicio ſe defendebat contendens, contractum fuiſſe vſurarium; eò quòd locator periculum vtriuſque gregis locari vnà cum prædio, in conductorem reieciſſet. Peritiſſimus verò aduocatus conductoris locatorem, & conductorem ad me remiſit, vt interrogarem, num contractus fuerit vſurarius. Reſpondi. Contractum illum eſſe mixtum, ex contractu aſſecurationis vtriuſq; gregis quo ad numerum animalium, Deciſ.

lium, & ex contractu conductionis, tam prædij, quàm vtriuſq; gregis, tum ad vtendum bobus ad culturã, & ad alia neceſſaria, & vtilia miniſteria, tum etiam ad fructus ex vtroque grege, & emolumenta percipiẽda, vendendo in ſuum commodũ, quæ iam ad perfectam venerant ætatem, aut tẽporis progreſſu deuenirẽt, inutiliaq; eſſent ad laborẽ, & ſupplendo ex fœtibus numerum illorum: contractumq; ex ſuo genere oĩ prorſus carere labe vſuræ, eſſeq; vtiliſſimũ reipublicæ, & vtrique contrahentiũ. Addidi, fuiſſe etiam iuſtum, modo, attento periculo reficiẽdi aliunde greges cui ſe exponebat, & attentis fructibus, & emolumẽtis, quę ex prædio, & ex vtroque grege tempore celebrationis contractus percipere quotannis ſperabat, merces, ſeu penſio ſoluenda, arbitrio prudentis tunc non iudicaretur egredi limitas iuſti pretij.

Cum autem eiuſmodi contractus, de quibus in hac diſputatione habitus eſt ſermo, ex natura rei illiciti non ſint, neque in iure, prohibiti comperiantur, modo penſio quæ imponitur iniuſta non ſit eo modo, quo explicatum eſt, dicendum proculdubio eſt, non comprehendi in contractibus 4. lib. ordin. Luſit. tit. 42. prohibitis: eo quod ibi tantum ſit ſermo de contractibus animalium in ſe illicitis, atque in iure, ſecluſa ea ordinatione, prohibitis, vt ex ipſamet ordinatione liquet, quales hi non ſunt. Neque ſane, ſi ordinatio illa attente legatur, hi ſunt de eorum numero, qui ibi commemorantur: quare, ſi celebrentur, irriti ea ordinatione non ſunt, neque illos celebrantes pęnas illius ordinationis incurrunt.

Quid de duobus contractibus, ad locatum, & conductum attinentibus, ſit dicendum.

DISPVTATIO DIIII.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quidam quomodo cognoſcantur ad locatum, & conductum pertinere, & nu. 2.*

QVoniam ex deciſione aliquorum euentuũ in particulari, dexteritas, ac lux comparatur ad multos alios definiendos, aliqui à nobis ſunt enodandi. Eiuſmodi contractus fertur celebratus
1 Valentiæ. Nobilis † quidam cum piſtore conuenit, vt piſtor teneretur illi dare in annum totum panem coctum certæ cuiuſdam bonitatis ſuæ domui neceſſarium, ſub his legibus, vt piſtor nobili venderet tritici modios, vnde piſtor panem conficeret pretio, quo tempore nouorum aliud triticum longè inferius in bonitate valet in oppido diſtante à Valentia nouem leucas, eoque tritico inferiori abundante. Quarę pretium deficiebat à iuſto. Tum quia triticum vendebatur, & tradebatur Valentiæ, vbi plus valebat. Tum etiam quoniam toto tempore anni pro pretio erat vendendum, & tradendum in panę cocto, quo triticum valebat tempore nouorum; cum tamen in decurſu anni aſcenderet pretium illius. Tum denique quoniã triticum, quod nobili vendebatur, ac tradebatur in pane, erat lõge melius, ac maioris pretij quã illud aliud alterius oppidi. Inſuper aſtringebatur piſtor, tot pondera panis pro vnoquoq; modio nobili reddere, vt ſoli furfures illi ſupereſſent, appoſita induſtria, & labore, & appoſitis ſũptibus in pane conficiendo. Cæterum nobilis ad ſequentia ſe aſtringebat, quæ tanto emolumento erant piſtori, vt plus inde lucraretur, quam amitteret illis alijs contractibus. In primis nobilis largiebatur ſtatim piſtori ducenta aurea ſcuta, quibus piſtor negotiaretur, ea lege, vt duodecima pars eorum ſingulis menſibus cõputaretur in pretio modiorum tritici, quos in pane nobili exhibebat, nobiliſque perſolueret ſingulis menſibus incrementum pretij modiorum eius menſis. Deinde nobilis ſe aſtringebat ad obtinendam facultatem piſtori, vt quotidie acciperet ex publica domo, vbi triticum venditur, tres ſaccos tritici ad ſuam negotiationem; cum tamen lege publica piſtores ſolum permittantur accipere quotidie ſaccum vnum. Item ſe aſtringebat ad obtinendam illi facultatem emendi, ac extrahendi ex alijs oppidis Regni quingentos, aut ſexcentos, tritici modios, ad ſuam negociationem; cum tamen lege publica ſit etiam id prohibitum.

Sunt, qui arbitrentur, hunc nobilem ad nullam reſtitutionem teneri piſtori: quoniam ſufficienter illi compenſauit detrimentum duorum priorum contractuum, emolumento trium poſteriorum. Addunt verò reſtituere teneri bono communi damnum, quod illi intulit obtentione, atque vſu piſtoris, duarum illarum facultatum. Quod certè damnum nullum, aut perexiguum, videtur eſſe bono communi, neque ſcias quanti ſit æſtimandum, aut cui, vel quomodo facienda ſit reſtitutio. Potius autem id videtur iniuria cõmunitati facta, quòd vni, ſine vlla iuſta cauſa, cõcedantur, & obtineantur illæ facultates, iſque ſolus in ſuum, atque obtinentis commodum, eis vtatur, & reliquis denegentur: cum tamen leges, atque inhibitiones, ſubditis omnibus eſſe debeant communes, quando non adeſt legitima cauſa, cur aliquis in particulari ab eis eximatur; quæ cauſa in reliquis locum ſimiliter non habeat. Ac ſanè nullus piſtori iniungeret onus reſtituendi bono communi, ſi ipſe, abſque vlla facultate totidem modios emiſſet, atque extraxiſſet ex alijs oppidis ſuo periculo, treſque illos ſaccos tritici emeret, ac emptos extraheret ex publica domo, in qua venditur triticum, vel per ſe, vel per interpoſitas perſonas: quippe nullum verum damnum cenſetur bono communi intuliſſe, ſed ſolum violaſſe leges in contrarium latas. Adde, neminem in euentu, de quo diſputamus, iuſſorum piſtori, vt bono communi reſtituat damnum, quod vtendo illis facultatibus ei intulit: iubendus tamen eſſet illud ei reſtituere in defectum nobilis, tanquam vera cauſa, vſu earum facultatum, damni illius, ſi quod ea ratione bono communi fuiſſet illatum.

Dicendum arbitror, nobilem illum teneri reſtituere piſtori, quantum ſatis ſit, vt duo illi contractus

tractus

tractus,emptionis illius tritici,& cóductionis piſtoris, vt ex vnoquoque modio tm̃ panis tribueret,vt ſoli furfures ipſi remanerẽt, reducantur ad limites iuſti,niſi aliquid demendum ſit pro induſtria nobilis in illis facultatibus obtinendis. Ducor,qm̃ duo illi contractus verè in ſe ſunt iniuſti, cum reſtituẽdi onere, quantũ neceſſarium ſit, vt vterque ad æqualitatẽ reducatur, aut (& in idem recedit) vt emptio panis illius cocti pro illo pretio ad æqualitatem reducatur; in quo omnes conueniunt. In primis autem anticipata illa ſolutio ducentorum illorũ ſcutorum aureorum,eſto illis piſtor plus lucraretur,q̃ eſſet latitudo, quæ deeſt ad perducendos duos illos contractus ad limites iuſti,non excuſat nobilem illum ab vllo onere reſtituendi. Qm̃ illud eſt virtuale mutuum illorũ ſcutorum,pp quod nullum emolumẽtum,aut excuſationẽ ab onere reſtituendi, accipere pôt abſque vſuræ labe. Etenim ſcuta illa non lucrantur niſi vt ſubſunt induſtriæ piſtoris,& vt ſunt iam facta piſtoris, atq; vt eorum periculum ad piſtorẽ ſpectat:quare ſicut periculum eorũ,ita illorum commodum,tanq̃ fructus ſuæ induſtrię mediante inſtrumento pecuniæ illius, vt eſt iam effectum ipſius,& non permanet mutuantis,ad ſolum piſtorem ſpectat, neque mutuans vendere illi poteſt emolumentum illud,quod non eſt mutuãtis, ſed ipſius piſtoris. Atq; in hoc ẽt omnes conueniunt. Deinde duæ illæ facultates, quas nobilis piſtori obtinuit, à reſtituendi onere eum non excuſant. Qm̃ lucrum,quod piſtor acquirit emendo pretio iuſto tritici modios in alijs locis, eoſque inde extrahendo,& cõficiendo ex illis panes, atq; emendo ſimiliter pretio iuſto tres illos ſaccos tritici quotidie in domo publica, paneſq; ex illis conficiendo,eſt fructus ſuæ induſtriæ, celebrando cõtractus iuſtos ſuã pecunia,& apponendo ſuã operam, & induſtriã, alioſque ſumptus ad id neceſſarios efficiendo; facultates verò illæ ſolum ei inſeruiunt, vt impunè id faciat: ergo lucrũ illud ad piſtorẽ ſpectat,tanq̃ fructus ſuæ induſtriæ,& pecuniæ,& non ad nobilem illum:eo ergo lucro, & emolumẽto piſtoris, non liberatur nobilis ille ab onere reſtituendi, quantum ſatis ſit, vt duo illi alij contractus, ab ipſo cum piſtore iniuſte celebrati, ad limites, iuſtorum contractuũ reducantur. Confirmatur,qm̃ duæ illæ facultates nõ plus ſane conferunt ad lucrum piſtoris,quàm (ſi piſtor pecunia careret ad eo mõ negotiandum) cooperetur, qui mutuo illi daret duo mille aureos, nihil de eo lucro poſſet accipere, aut eo poſſet aliquid compenſare, vt omnes confitentur, quia lucrum illud ſolũ eſt piſtoris,tanq̃ fructus ſuæ induſtrię, ac pecuniæ: ergo neque nobilis ille pp duas illas facultates,quas illi obtinuit,pôt quicquam eo lucro cõpenſare,eo ꝙ verè ſit piſtoris,& non ſuum. Cõfirmatur rurſus,quoniam poteſtates publicæ, quæ eas facultates piſtori concederent, nihil in pretium,aut in compenſationem, pro eis facultatibus accipere poſſent de lucro piſtoris, aut eo aliquod ſuum debitum compenſare; quin potius, ſi id efficerent, ad reſtitutionem tenerẽtur, eo quòd nullum iuſtum titulum, vt id accipiant, habeant: ergo neque, qui illas precibus à poteſtate publica obtinuit piſtori, poteſt quicquam de lucro in recompenſationẽ earum accipere, aut eo ſuum proprium debitum compenſare. Vt enim,qui mutuo dat, nihil de lucro, quod negotiando ea pecunia mutuario obuenit, poteſt iñ recompenſationem mutui accipere: ita,qui precibus,ſuaque autoritate efficeret, vt aliquis mutuo alicui daret, nihil poſſet de eodem lucro in recompẽſationem accipere: mirũ quippe eſſet, quòd mutuãs nihil quaſi in pretium mutui poſſet accipere,& quòd mediator, cuius precibus, & autoritate, mutuum daretur,poſſet aliquid accipere,excepto ſtipendio,quo eſſet dignus pro labore,& induſtria intercedendi. Et idem dicendum eſt in re propoſita, nempe ſicut poteſtates publicæ pro concedenda ea facultate nihil poſſent accipere, ita neque accipere poſſe nobilem, de quo loquimur, niſi fortè quantum eſſet dignus pro munere, labore, & induſtria intercedenti. Ac ſanè cum malè faciat ita intercedendo,atque obtinendo eas facultates in reipublicæ incommodũ, & cum iniuria aliorum de communitate, quamuis aliquid de eo lucro,ſtando in ſolo rigore iuſtitiæ, accipere ſine reſtituendi onere poſſet, prudens tamen confeſſarius præcipere illi,ſaltem in pœnitentiam, deberet, vt id reſtitueret,ſaltem pauperibus, ne eiuſmodi abuſus in republica ſerperent, vt de alijs, quæ miniſtri publici accipiunt, diſput.88.dictum eſt.

2 Sequens † contractus refertur etiam alicubi celebrari. Qui prædium habet, in quo quindecim fanecæ,quas vocant, quotannis ſeminatur, illud locat ruſtico pro triginta fanecis quotannis ſoluendis, quindecim tritici, & totidem ordei, aut ſecalis (Hiſpani *centeno* vocant.) Inſuper illi tradit duos boues ad prædium colendum,aut viginti duos ducatos, q̃bus eos boues emat, nunquam reſtituendos: illi tñ imponit onus ſoluendi viginti fanecas quotannis decem tritici, & totidem ordei,aut ſecalis, idq; ſolum in octo annos,in quos contractus celebratur. Quæritur autem, num licitus ſit hic cõtractus? Cum verò duos includat, Decis.
vnum locationis prædij pro triginta illis fanecis quotannis ſoluendis;alterũ permutationis boum illorũ pro viginti illis fanecis ad octo annos quotannis ſoluendis, aut emptionis earundem fanecarum pro viginti illis duobus aureis; de ſingulis eſt ſeorſim dicendum. Et quod ad primum attinet,dicendum eſt. Pro qualitate prædij,num terra fertilis,aut ſterilis ſit, ſpectatis ẽt alijs circumſtantijs cõcurrentibus, atque attenta conſuetudine regionis, prudentis arbitrio eſſe iudicandum, num penſio illa limites iuſtæ egrediatur, an non, ac proinde, num cõtractus iuſtus ſit, vel iniuſtus cum reſtituẽdi onere vſq; ad limites iuſti: neque aliam iutiorẽ, ac certiorem poſſe p̃figi regulam.

Quod verò ad ſecundum attinet, dicendũ eſt, eſſe omnino iniuſtum, cum onere remittendi de illis fanecis eas, quæ excedunt numerum earum, quæ illis viginti duobus aureis pretio iuſto infimo emi poſſunt;aut,ſi acceptæ iam ſint,cũ onere reſtituendi incrementum acceptum. Quòd ſi incrementum illud fuit deductum in pactum ob

anticipa-

anticipatam illã ſolutionem boum, aut aureorũ, vt eſt præſumendũ, contractus eſt vſurarius. Quia verò boues nõ locantur in cõtractu, quippe cum efficiantur ruſtici cõducentis prædium, periculoque illius pereant, eſto boues primo, vel ſecundo anno pereant, ſoluendæ nihilominus ſunt fanecæ vſq; ad valorem viginti duorũ illorum aureorũ.

De famulis qui ſe ad ſeruiendum locant.

DISPVTATIO DV.

SVMMARIVM.

1 *Famulus locans ſe ipſum pro certo tempore, an finito eo tempore, teneatur ſupplere tempus, in quo ob ægritudinem ſeruire non potuit.*
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ num. 2. & 3. vſque ad finem.

DIſputatione 493. dictum eſt, ſi famulus in morbum incidat, aut alio ſimili impedimẽto obſequia præſtare non poſſit, non teneri dominum mercedem illius temporis illi ſoluere. Quibus adde, ſi quos ſumptus dominus in illo curando fecerit poſſe ab eo illos exigere: quoniam ſumptus illi, nõ ad dominum, ſed ad ipſum famulum ſe locantem ſpectant.

1 Petes. Si eiuſmodi famulus in annum, aut in aliud tẽpus ſe locauit, num, finito tpe contractus, perſeuerare teneatur in famulatu, quouſque tẽpus illud, in quo ad ſeruiendum fuit impeditus, reſarciat. Dicendum eſt neque dñm compellere eum poſſe, vt perſeueret, neque ipſum cõpellere poſſe dñm, vt ſinat ipſum prorogatione tẽporis famulatus reſarcire tẽpus illud: qm̃ ſeruiendi onus fuit præciſè temporis in contractu præſcripti, ideoq; tranſacto tempore, non manet onus in tempus ſequens: ſicut, qui non ieiunat, aut nõ recitat diuinũ officium tempore, quo ex Eccleſiæ præſcripto tenebatur, non tenetur poſteà id reſarcire: quia fuit onus diei, ſeu temporis illius. Idemque dicendum eſt de cæteris locationibus, ſi ex parte rei locatæ, iuxta ea quæ diſp. 493. citata dicta ſunt, non poſſit conductor illa vti, vt ſi propter bellum, aut peſtem, non poſſit illam menſes aliquot habitare: neque enim, finito tempore ab initio conſtituto, prorogari debet contractus in tantum tempus, quantum fuit tempus impedimenti: atque ita ſeruauit ſemper, ac ſeruat conſuetudo.

Ius Caſtellæ. Lege 1. tit. 20. lib. 6. nouæ collect. ſub pœna viginti millium marauedinorũ ero, & famulo † anni exilij ab eo loco, præcipitur, vt nullus oĩno, cuiuſcunque conditionis ſit, plures ex his famulis, quos *lacaius* vocant, habere poſſit, quam duos.
2

Lege 2. eiuſdem tituli præcipitur famulo, ac famulæ, cuiuſcunque conditionis ſit, & cuicunque inſeruierit miniſterio, vt ſi ſe ſubtraxerit à ſeruitio dñi, inſeruire alteri non poſſit in illo eodẽ loco, neque in ſuburbanis illius, ſine expreſſa facultate, ac beneplacito prioris domini, ſub pœna, vt conijciat in vincula viginti diebus & exulet vno anno ab eo loco; & vt, qui eum receperit in ſuum obſequium, ſoluat ſex mille marauedinos. Si aũt famulus, aut famula, non ſe ſubtraxerint ab obſequio dñi, ſed ipſe illos expulerit, poſſint inſeruire alteri in eodem loco. Secundus autẽ dñs interrogare prius debet priorem dñm, num eos expellerit, reſponſoque prioris dñi erit ſtandum. Integrum tñ eſt famulæ, aut famulo, qui ſe ſubtraxerint à ſeruitio prioris dñi, mancipare ſe in eodem loco obſequio alicuius, à quo officium aliqđ addicant, aut locare mercede operas ſuas miniſterio agri. Præterea in alio loco inſeruire poterunt cuicunque alteri. Hæc autem intelliguntur, modo nõ fiant in fraudem prioris inhibitionis. Cenſentur autem facta in fraudem, ſi famulus intra quatuor menſes in loco, in quo priorem dominũ deſeruit, ſeruitio alterius ſe mancipet. Si tñ, qui ſe ſubtraxerit à ſeruitio alicuius, receperat ab eo anticipatam aliquam ſolutionem aut veſtitum, & ante impletum tempus contractus, illam ve promeritam, ſe ſubtrahat ab eo obſequio, incidit in pœnas prædictas, eſto egrediat̃ locũ, in quo priori dño inſeruiebat, aut alicui inſeruiat, vt officiũ ab eo ſimul addiſcat. Lex hæc, quamuis lata ſit ad obuiandum malis, quæ oriri ex eo ſolent, quòd vnus in famulum accipiat eum, qui alteri inſeruiuit, eatenuſque minus iniuriæ famulis inferre videatur, quòd ſit lata antequàm ſeruitio cuiuſquã ſe mancipent, & quòd prævidere poſſunt, ſe ſub ea lege, & conditione, acceptare alicui inſeruire; rigida tamen mihi videtur, & contraria libertati famulorum, ſi intelligatur, etiam quando famulus ab hero diſcedit finito tempore à principio præſcripto vtrinque in contractu.

Lib. 4. Luſit. ord. tit. 18. ſtatuitur, cum, qui inſeruierit nulla conſtituta mercede, ſi à domino Ius Luſitan.
3 tunicam, & † pallium acceperit, non poſſe ab eo recedere ſine illius conſenſu ante annũ obſequij impletum: ſi verò alterum tantum illorum duorum acceperit, aut quoduis aliud veſtitum, recedere ab eo non poſſe, niſi expleto dimidio anno obſequij. Idem eſt, ſi inſeruiat comitando equos, & idem, aut aliud æquiualens, acceperit. Qui verò hæc non ſeruauerit, conijcitur in vincula, donec duplum ſoluat, & expenſas omnes ea in re factas. Quòd ſi ab eius ſeruitio recedat, qui Regi, Reginæ, Principi, aut Infantibus inſeruiebat, vinctus in curiam Regiam adducitur. Qui verò hos in ſuum famulatum receperit, ſi, admonitus per priorem dominum, aut per alium de illius mandato, eos, non expulerit, ſoluit tantundem, quantum famulus reddere debebat priori domino dimidium Regi, & dimidium accuſanti. Qui autẽ famulus fuerit alicuius de curia Regis, nulla conſtituta mercede, non poteſt deinceps famulus eſſe alterius de curia, qui in ea verſetur, ſine facultate prioris domini: ſi autem illum receperit, & admonitus, eum non dimiſerit, ſoluit decem aureos, dimidium priori domino, & dimidium Regi, & cogitur famulum dimittere. Inſuper præcipitur, vt nullus, cuiuſcunque conditionis ſit, aſſumat in famulum, aut ſub ſuum patrocinium, & curam, famulum alterius, qui ab eo

fuerit

fuerit matrimonio copulatus, aut à quo aliud præmiũ ſui obſequij acceperit, vel eũ, quem *acodaſto doutrem* vocant, à quo equum, arma, pecuniam, aut rem aliã acceperit, vt cum eo ſeruiat, in quo is præceperit, ſine facultate eius, cui ita *acoſtado for*, ſub pęna, vt ita receptus in vincula cõijciatur, donec priori dño ſoluat duplũ eius, ꝙ ab eo accepit, & vt, qui eum receperit ſciens, aut illũ non expulerit, poſtquã cõſcius fuerit factus ſoluat priori dño quinquaginta aureos. Qui aũt ita alicui dño fuerit aſtrictus, ſi, petita ab eo facultate, dñs cõcedere eã noluerit, atq; is recedere ab eo voluerit, poterit id efficere, modo ill duplũ reſtituat eius, ꝙ ab eo acceperat, aut illi deinceps tres annos eo modo inſeruiat, quo antea eidem inſeruiebat. Poteritq; à iudice petere, vt ſcriptis mãdari iubeat ſe ea de cauſa velle ei dño inſeruire tres annos ſequentes. Hęc nõ locum non habeat, ſi prior dñs, qui illa in præmiũ ſeruitij dedit, aut cui aliquis eſt *acoſtado*, a ſeruitio Regis receſſerit, aut a Regno diſceſſerit: nã tũc famuli ſeruire, cui voluerint, poſſunt. Idẽque eſt ſi famuli a Rege facultatẽ obtineãt, vt cui voluerint, ſeruiãt, oblata ei legitima aliqua cauſa.

Lex 3.tit.20.lib.6.noue collec. ſic habet. *Mandamos, que el criado a perſona que ſiruiere, de qualquier qualidad y condicion que ſea en qualquier ſeruicio miniſterio que ſirua, que injuriare a ſu ſeñor y amo, ſi eſto fuere de becho, puniẽdo las manos en el, que de mas de las otras penas, en que caene inturren, en ſemeiante caſo y delicto, ſee auido por aleue, como perſona que quebranta la ſeguridad y fidelidad que deuia. Pero que ſi no puſiere las manos en el, y echare mano a la eſpada, o tomare armas cõtra el. ſi el dicho eriado fuere hombre hijo de algo, de mas de las otras penas, eſte preſo en la carcel treinta dias, y ſea deſterrado por dos años, y ſi no fuere hõbre hijo de algo, demas de las dichas penas, ſea traido a la verguença. Y que ſi la injuria no fuere de hecho, ni tomando armas, ſino de palabras tan ſolamente, en aquello nueſtros iuezes y iuſticias procedan ſegun la qualidad del caſo y de las perſonas.*

Lex 4.eiuſdem tit. ſic habet. *Mandamos, què el criado o perſona que ſirue en qualquier ſeruicio o miniſterio que ſea, que ſe emboluiere y tuuiere aceſo carnal con alguna mugier o criada o fieru de la caſa de ſu ſeñor y amo, no ſiendo ombre hijo de algo, le ſe andados cien açotes publicamente, y ſea deſterrado por dos años, y que la miſma pena aya la dicha criada o muger. Pero ſiendo homare hijo de algo, le ſaquen a la verguença, y ſea deſterrado por vn año del reyno, y quatro años del lugar donde eſto accaciere. Pero que ſi lo ſuſo dicho accaciere con parienta del ſeñor, o amo, o con donzella que cria en ſu caſa, o ama que le cria ſu hijo, que en eſto ſe proceda y haga juſticia con mas rigor, ſegun la qualidad del caſo lo requiere. Y que en la miſma pena caian e incurran los criados, o criadas, que ſe probare, o conſtare, auer ſi do terceros o medianeros para que otros de fuera de caſa cometan y hagan el dicho delicto.*

Et l.2.tit.1.lib.5.ſic hr. *Qualquier hombre, que biuiere con algun ſeñor, y biuiendo con el, ſe deſpoſare o caſare, e con la hija, o con la parienta que tenga en ſu caſa aquel, con quien biuiere. ſin ſu mãdo, que el que tal yerro hiziere, ſea echado del reino para ſiempre, y ſi tornare a el ſin nueſtra licentia, Las iuſticias le maten, y ella ſea desheredada, y ayan ſus bienes ſus parientes mas propinquos Y eſto que la pueda acuſar el padre, e la madre, o el ſeñor o la ſeñora con quen viuiere. Y ſi aquellos no la acuſaren, que la pueda acuſar qualquiera de los parientes mas propinquos faſta tercero grado. Pero ſi el padre o la madre, o el ſeñor, con quien viuiere, la perdonare, que otre no la pueda acuſar.*

Et lib.8.tit.20.l.6.habetur. *Mandamos, que qualquier que hiziere fornicio con la barragana conocida del ſeñor, o con donzella que tenga en ſu caſa, o con cobijera de la ſeñora de aquellos que la hã, o con la parienta de aquel con quien viuiere, morando la parienta en caſa del ſeñor, o con el ama que le cria ſu hijo o hija en quanto le diere leche, que lo maten por ello. Y la que eſte yerro hiziere, que ſea pueſta en poder de aquel, con quien viuiere, quo le de la pena que quiſiere, tambien de la muerte como de otra manera. y el que hiziere tal maladad cõ la ſiruienta de caſa, que no ſea de las ſuſos dichas, que le den a cada vno dellos cien acotes publicamente por la villa y ſi fuere hijo de algo el que eſte yerro hiziere como dicos es con la ſiruienta, y ella fuere hija dalgo, que yaga vn año en la cadena, y qualquier dellos que no fuerre hijo de algo, que le den cien acotes.* Illud obſeruo, ſi in aliqua ex legibus prius relatis alia pœna ſtatuta ſit pattanti aliquod ex his delictis, ſtandum eſſe illis alijs legibus, vt poſterius latis.

Lib.verò, 5.Luſit.ordi.tit.18.ſic hr. *Todo homo que com outrem viuer, quer por ſoldada, quer a bẽ fazer, e caſar com a filha, ou madre, ou irmaan, ou prima con irmaan daquelle, ou daquella, comque viuer, quer eſtem das portas a dentro, quer fora de caſa, ſen mandado ou licença do ſenhor comque viuer, ou dormir com cada hũa das ſobre ditas, quer dentro em caſa de ſu ſenhor, quer fora, ou caſar, ou dormir em caſa de ſeu ſenhor com criada que eſteuer das portas a dentro e nom ſeruir fora de caſa, moura por ello morte natural, e nom lhe ſera recibido defeſa por dezer, que era caſado com a dita criada, e que caſou fora de caſa ne ſeu ſenhor. como ſe prouar que dormio com ella en caſa de ſeu ſenhor, au fora, ora a criada eſteue ſe por ſaldada, ora obem fazer. E caſando, ou dormindo com alguna ſegunda com irmaan daquelle, ou daquella, com que viuer, que eſteuer em caſa de dito ſenhor, ou ſenhora comque viue, ora durma con ella, ou caſe fora da dita caſa, ora em caſa, ou dormir ou caſar oom criada daquelle con que viuer, que nom eſteuer das portas à dentro e ſeruir fora de caſa, quer con ella durma, ou caſe fora de caſa, quer em caſa, ſera degradado pera ſempre pera a ilha de ſam Tome. Peroo na quelle que for condenado por tal crimen em cada hum dos ſobreditos caſos a amorte, nõ ſe fara execucam ate nos lo fazerem ſaber, pera vermos o caſo con ſuas qualidades e circumſtantias, e aſi mandaremos o què for noſa merce. E ſe dormir com alguna eſcraua branca da quelle com que aſi viuer, que eſtee das porta a dentro guardada, ſeya degradado pera ſempre pera a ilha de ſam Tome.*

De

De iuſta famularum mercede.

DISPVTATIO DVI.

SVMMARIVM.

1 *Famulorum iuſtum ſalarium ſeu merces, quæ ſit de iure Luſitano.*
2 *Famulorum genera duo, & nu. 5.*
3 *Luſitaniæ, & Caſtellæ ius quid ſtatuat circa famulos, & famulas.*
4 *Famulus quando teneatur de furto, ab alio facto.*

QVod ad famulorũ mercedem attinet, quamuis lib. 4. Luſitan. ordin. titu. 19. ſancitum quondam fuiſſet, quando aliquis ſeruiret *a benfa zer*, hoc eſt nulla conſtituta mercede, ſi obſequiũ tale eſſet, pro quo ordinarie merces ſolueretur, poſ-
1 ſe famulum † exigere mercedem, illique eſſe adiudicandum tantum mercedis, quantum in eo loco conſueuit alijs pro ſimilibus obſequijs ſolui: ſi verò obſequium non eſſet tale, pro quo merces ordinarie ſolueretur, ſed quale præſtare ſolent, qui heris relinquunt, vt retribuant, quod voluerint; quo pacto multi ſeruire ordinare ſolent nobilibus, tunc famulum, aut famulam, nihil poſſe exigere pro eiuſmodi obſequijs; poſtea tamen 6. par. legum extrauag. titu. 1. l. 3. meritò lex illa quo ad hoc ſecundum reuocata fuit, ſancitumque fuit, vt etiam in eo euentu famuli, aut famulæ exigere poſſent pretium iuſtum ſuorum obſequiorum, illiſque adiudicaretur quantum, ſpectato tempore obſequiorum, & qualitate famulorum, atque obſequiorum, iudicaretur eſſe dignam compenſationem; idque in praxi ſeruatur in Luſitania, præſertim quando prælatus aliquis, aut nobilis alius, è vita diſcedit, non compenſatis obſequijs eiuſmodi famulorum.

Vt dicam, quid de iuſta famulorum mercede ſentiam, duo famulorum genera diſtinguenda
2 ſunt. Quidam † inſeruiunt certa mercede eis cõſtituta. Atque, quod ad hos attinet, dicendum eſt. Si luce clarius non conſtet, mercedem conſtitutam, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus, limites infimi pretij iuſti egredi ac proinde iniuſtam apertè eſſe, iniuſtam non eſſe iudicandã, non ſolum in exteriori, ſed neque in conſcientiæ foro, ac proinde nihil amplius, vel exigere tãquam ſibi debitum, vel, ſi ei non concedatur, accipere occulte poſſe talem famulum de bonis domini in recõpenſationem ſuorum obſequiorum. Quòd ſi id accipiat, domino præſumptè inuito, aut in dubio, an inuitus ſit, furtum committit, reſtituereque id tenetur, eſto is famulus egrè ſe ea mercede ſuſtentet, ac miſere viuat, nec poſſit liberos, ac familiam propriam ſuſtentare: qm̃ herus ſolum tenetur illi dare iuſtam mercedem obſequiorum, attentis circumſtantijs concurrentibus: non verò quantum ſatis ei ſit, ad ſe ſuſtentandum, & multo minus ad ſuſtentandos ſuos liberos, aut familiam. Habent autem hæc verum, ſiue quis pro ſtipendio ſibi cõſtituto ſeruiat cuicunq; alteri, ſiue Regi. Hæc ex ſe ſunt notiſſima: qm̃, quando de iniuſtitia cõtractus non conſtat, illi eſt ſtandum, & ꝙ vtrinq; fuerit conſtitutum, cenſendum eſt iuſtum. Quando autẽ de iniuſtitia mercedis conſtaret, quia perſpicuè non attingeret limites infimæ iuſtæ, tunc, niſi eſſet infra dimidium iuſti pretij infimi, vtiq; famulo in exteriori foro non ſubueniretur. Poſſet verò facere occultam compenſationem in conſciẽtiæ foro ſolum quo ad id quod deeſt vſq; ad latitudinem infimæ mercedis iuſtæ, & non amplius, ſeruandoque ea, quæ ad licitam compenſationẽ ſuo loco in hoc ſecundo de iuſtitia tractatu explanabuntur.

Vt hæc, & ſequentia, quæ in confeſſionibus ſunt quotidiana, dilucidiora reddantur illud eſt obſeruandum. Multa eſſe officia, aut miniſteria, ad quæ obeunda multi comperiuntur, qui pro certa quadam annua, aut menſtrua mercede, libenter ſe locabunt; cum tamen ea merces ſufficiens non ſit ad ſe, & multo minus ad familiam ſuam integram ſuſtentãdam. Locant verò ſe multi libenter ad ea obeunda pro mercede illa quoniã licèt ſufficiens ad competentem ſuſtentationem non ſit, conducit tamen, ac ſufficit; cum alijs bonis, quæ is, qui pro ea mercede ſe locat, habet, & cum induſtria, quam in alijs rebus ſimul poteſt apponere. Et quando multi comperiuntur, qui pro ea, mercede libenter ad id ſe locabunt, non eſt cenſenda iniuſta pro eo munere, aut officio obeundo, eſto alicui detur, cui propterea quòd careat alijs bonis, ac induſtria, aut quòd multos habeat filios, vel quod ſplendidius, & cum maiori familia viuere velit, quam alioquin viueret, merces illa ad ſuam ſuſtentationem non ſufficiat. Hinc facile excludes multorum obtendicula, ac excuſationes, in confeſſionibus, qui, cum Regis officia habeant, aut alia publica, vel inſeruiant nobilibus, comitando ipſos, aut ipſorum vxores, vel aſſiſtendo in domo illorum, aut alia officia in illorum domibus obeundo, vltra ſuum ſtipendium, aliquid accipiunt, vel ab ijs, qui ſecum pro ſuo munere habent negotia, vel occulte de bonis Regijs, vel de bonis illorum, quibus ſeruiunt cauſantes ſe id efficere, eo quòd ſtipendium ſit tenue, neque illo ſe poſſit ſuſtentare, vel liberos, & familiam, quaſi ea ſit iuſta cauſa id vſurpandi, & quæ ipſos à reſtitutionis onere excuſet. Si enim alij ſint, qui libenter pro illo ſtipendio id munus obirẽt, conſtat ſtipendium eſſe iuſtum, ac proinde hos teneri reſtituere, quod ita vſurpant.

Quod itaq; ad inſeruientes pro certo ſtipendio attinet, hanc cenſeo ſtatuendam regulam. Si, attẽto miniſterio, in quo quis inſeruit, & attenta multitudine, aut raritate eorum, qui ad ita inſeruiendum eo tempore comperiuntur, illi conſtituatur, ſaltem infimum ſtipendium, quod in ea regione eo tẽpore conſtitui ſolet inſeruientibus tali miniſterio, ſtipendium eſt cenſendum iuſtum, ac proinde, ſi quid is famulus occulte vſurpet, de quo nõ conſtet, dominũ inuitum nõ eſſe, tenetur id reſtituere. Quòd ſi minus infimo ſtipendio tunc conſueto ei conſtituatur, vel quòd famulus id ignorauit, quando de illo conuenit, vel quòd inuitus cogatur pro illo ſeruire à miniſtris Regis, aut à quo-

cunque

cumque alio, vel denique, quod neceſſitate compulſus, quia aliud maius non inuenit, cum tñ nulla alia ſit circumſtantia, cur minus valeat ſuũ miniſteriũ, quã aliorum; tunc conducens, aut, is cui conducitur, reſtituere tenetur incrementum vſq; ad limites iuſti. Imo arbitror, qñ coactus fuit ſeruire præſertim ſi iniuſtitia in cõpulſione interuenit, vt minimum eſſe illi reſtituẽdum vſq; ad medium ſtipendium iuſtum. Tum quia ipſe põt nõ velle ſeipsũ locare pro infimo iuſto pretio, hẽtq; ad id ius. Tum ẽt, qm̃ iniuſtè ad ſeruiendum pro illo pretio fuit coactus. Ab vltima parte huius regulæ eſt excipiendum, qñ conductor famulatu, ac miniſterio eius famuli non indigebat, atq; ad preces illius, aut alterius illum ſuſcepit in ſuum miniſterium: tunc enim non tenetur illi dare ſtipendium; eo quod miſericorditer illum admittat, miſericorditerque illi ſuſtentationem tribuat, quouſque inueniat, cui pro iuſta inſeruiat mercede. Hãc tñ limitationem intelligerẽ, modo opera huius non comperiret ſibi ita vtilia, vt propter lucrum, quod ex illis perciperet, dignum illum ſtipendio depręhenderet: tunc enim, iuxta perceptã vtilitatem, tribuere inde illi teneretur vſque ad iuſtum ſtipendium pro ſeruitio. Atq; iuxta hæc accipi, & ad concordiam reduci poſſunt, quæ hac de re docent Nauar. in Manuali. c. 17. num. 108. & Sotus 5. de iuſti. quæſtio 3. artic. 3. ad 1.

Duo admonuerim. Vnum eſt. Qñ iuxta contractum à principio initum, famulo, vltra ſtipendium conſtitutum, debetur ſuſtentatio, (vt regulariter deberi ſolet) illam debere eſſe, qualis ſimilibus famulis conſueuit conferri. Quare, ſi ad mediocrem, aut infimam, quæ ordinarie conferri ſolet, non perueniat, non eſt culpæ tribuendũ famulo, ſi, petita cõpetenti (modo ſine rubore, aut alio periculo exigere eam poſſit) nec reddita, aliquid occultè accipiat, quo id compenſet: quandoquidem accipit, quod ſibi debetur, nec ſoluitur; & quia ſi in iudicio petat, vel non audietur, vel plus in eo obtinendo inſumet, pluſque moleſtiæ ab hero ea de cauſa accipiet, quam id valeat.

Alterum eſt. Qñ famulus ſuſcipitur ab opifice aliquo, vt inſeruiat, & officium ab eo addiſcat, aut ſuſcipitur ab aliquo, vt inſeruiat, & det operam literis; quo pacto in vniuerſitatib. ſuſcipi ab ſcholaſticis ſolent famuli, eaque de cauſa ſolus victus, & calcei, tribui illis conſueuerunt, & aliquando aliquid opifici ſolet ſolui in ſubſidium ſuſtentationis talis famuli; tunc, ſi ab hero impediatur, ne competenter addiſcat, aut ab ſcolaſtico, ne det operam literis, præcipiendo illi alia, grauiter peccare, cum onere reſtituendi graue damnum iacturæ peritiæ officij, aut iacturæ ſcientiæ: quin, ſi artifex negligens ſit in docẽda illi arte, eſt tempus ei relinquat ad opera artis conficienda, peccat cum onere reſtituendi iacturam peritiæ artis. Ita Nauar. vbi ſup. nu. 109.

Illud etiam eſt obſeruandum, ſi quis alicui inſeruiat, minori quidem mercede cõſtituta, quam alioquin ſit iuſta, cæterum quia vult illi condonare incrementum, vel propter beneficia acccepta, velut gratiam apud illum concilict, ſpe maius bonum ab illo, aut illius interceſſione, obtinendi; tunc, quia id non eſt nuda locatio, ſed permixta cum donatione decrementi à iuſta mercede, vtique conducentem ita aliquem in famulum, aut conducentem ita operas alicuius, ad nullam teneri illi reſtitutionem, eſto locator fruſtretur ea ſpe, qua ductus, ita donauit. Quoniam id ſolum fuit cauſa motiua, & finalis donandi, non verò conditio ſub qua eſt donatum, quaſi illa non ſequuta, donatio reddatur nulla, vt in materia de donationibus, & diſputat. 210. ac duabus antecedentibus dictum eſt.

3 Alterum † genus famulorum eſt, qui alicui ſeruiunt, nulla certa mercede conſtituta. Et quidem, ſi obſequia talia ſint, quę regulariter fieri conſueuerunt certa aliqua conſtituta mercede, vt quia ad arandum famulus aliquis aſſumptus eſt, ad cuſtodiendũ gregẽ, ad aſportandũ ligna ex agro in iumentis, & ad ſimilia alia, quãuis nulla ſit cõſtituta certa merces, ſed arbitrio domini eã reliquerit famulus, tenetur dñs, tũ in conſcientiæ, tùm ẽt in exteriori foro, ſoluere illi iuſtam cõſuetam pro eis miniſterijs in ea regione, ac loco mercedem, vt lib. 4. Luſitan. ordin. titu. 29 ſancitur.

Si verò non ſint talia obſequia, quæ, attenta qualitate inſeruientium, eorumque; quibus ſeruitur, conſueuerint regulariter fieri certa conſtituta mercede, tunc, ſi obſequia digna ſint maiori retributione, quam ſit honeſta ſuſtentatio famuli, illi etiam tribuendo competens veſtitum, vtique debetur illi compenſatio ad qualitatem pro ratione temporis, & qualitate obſequiorum. Atque hoc eſt, quod lex 3. Luſitana titu. 1. par. 6. leg. extrau. ſtatuit, cum antea ti. 29 citato conſtitutum fuiſſet contrarium, quoad exterius attinet forum. Dixi, ſi obſequia digna ſint maiori retributione, quam ſit honeſta ſuſtentatio famuli, illi etiam tribuendo competens veſtitum: quoniam nõ immeritò multi affirmant, de iuſtitiæ rigore hanc eſſe competentem tributionem pro obſequio eorum puerorum, honeſto loco natorum, quos *pages* Hiſpane vocant, nobilibuſque inſeruiunt, vt comitibus, Marchionibus, Ducibus, Prælatis, & alijs ſimilibus, id efflagitantibus parentibus ipſum. Etenim, licet ſpe etiam maioris retributionis illi tradantur, freti nobilitate, liberalitate, ac potentia ipſorum; nobiles tamen non modicum beneficium, tum ipſis, tũ parentibus eorum præſtant, quod per multi alij optarent, dum illos exonerãt ſumptibus, quos cum eis facere debebant, eiuſmodique pueros honeſte ſuſtentant, ac veſtiunt, aulicisque, & vrbanis moribus inſtituunt, habilioreſque ad maiora obſequia, ac munia reddunt. Quare, vbi conſuetudo fuerit, vt de iuſtitiæ rigore nõ plus pro eiuſmodi obſequijs tribuatur, ad nihil aliud nobiles in conſcientia, & in exteriori foro, illis tenentur.

Quando autem, vltra ſuſtentationem pro obſequijs retributio debetur, conſueuerunt nobiles multis modis exhibere. Nempe, conſtituendo eis, quos in aliquo inferiori miniſterio nutrierunt, ſtipendium aliquod dum ad maiorem obſequij gradum aſcendunt, quod vel

ſit tota merces debita,vel pars illius: poſtea verò varijs ét modis illam complent, videlicet,qñ ipſorum ſeruitium egrediũtur,ſtipẽdium ét illis quotannis præſcribẽdo dũ,tam eiuſmodi famuli, quã ipſi viuunt,aut dũ vxorem ducunt,aut famulę nubunt,aliquid eis largiendo, vel in pecunia, vel in veſtibus vel officium aliquod illis à Rege obtinẽdo,aut,ſi collatio alicuius officij ad eiuſmodi dominos ſpectat,illud eis conferendo,aut emolumẽtũ aliquod. Eiſdemque modis ſoluere ſolent integra ſeruitia. Conſueuerunt ét præſertim in Luſitania,ſeruitia ſoluere,obtinendo à Rege,vt ipſorum famulos, ipſe in famulos accipiat, aut vt eis munus aliquod in India, aut in nauibus Indicis, aut in qua vis alia re concedat. Cũ.n.intuitu ſupplicãtium, Reges hæc concedant, ex parteq; eo modo ipſis ſupplicãtibus perſoluãt merita,quę apud Regem habent, his obtentis à Rege, merito ſolent ſuis famulis ſatisfacere,qñ hęc ſuperant obſequia à famulis pręſtita. Qñ autem domini his,aut alijs modis integre non ſatisfacerent famulis obſequia præſtita, tunc in conſcĩæ foro tenentur integre ea ſoluere, eaq; in exteriori foro poſſunt famuli ab ipſis,aut ab ipſorum hæredibus exigere.

Solent eiuſmodi famuli,interim dum dominis ſeruiunt, multa de illorum bonis ſecretò vſurpare, maleque conſumere eſtque caſus in confeſſionibus valde frequens. Qñ aũt non excedunt iuſtã indubitatam mercedem, quæ ipſis pro ſuis obſequijs iam debetur,acriter in primis,ac ſerio, comprimendi ſunt, ne ſimile quid in poſterum efficiant. Curari deinde debet,vt,quoad fieri poſſit, damna illata dominis reſtituant,ab eiſq; ſperent, ac exigant ſuum integrum ſtipendiũ, quando veriſimiliter ab heris ſuo tpe ipſis ſoluet. Alioquin ferendum eſt, vt id compenſent in mercede iam promerita ipſiſque de rigore iuſtitiæ debita:ea tñ lege,vt caueãt,ne ipſorum domini ipſis, aut ipſorum ſucceſſoribus iterum id ſoluant, quin potius dñi congruo tempore intelligant, ſe id non debere,qm̃ tantundem de ipſorum bonis pro fragilitate humana in decurſu temporis quo eis ſeruierũt, vſurpatum eſt. Eſt verò valde expediẽs,vt potius, quod penultimo loco dictũ eſt, quoad potuerit, fiat,quam hoc vltimum propter periculum,quod eſt, ne domini bis mercedem ſoluant famulis demortuis,aut abſentibus; & ne famuli tempore receptionis mercedis,illam ſuſcipiant,ac exigãt integram cupiditatem,aut verecundia eos vincente, ne detegant,minus ſibi deberi, quia reliquum de curſu temporis fuit clam vſurpatum.

Illud eſt obſeruandum, aliquibus in locis tam miſere interdũ famulas,& famulos,qui nulla cõſtituta mercede inſeruiunt, à dominis ſuſtentari, ac tractari, vt neque ad victum neceſſaria, quæ alijs in domibus communiter ſimilibus famulis tradi conſueuerunt, ac debent, ſubminiſtrentur, neque quo ad veſtitum,induſia, calceos, galeros, & his ſimilia eis conferantur, ſed domini expectent,vt eiuſmodi famuli, qui aliũde nõ habent vnde hæc emant,eá ſibi quærant,ac emant. Cum autem ſuſtentatio competens, licèt parca,ac veſtitus competens, ac parcus eis, iuxta contractum, ac communem morem debeatur,vltra recompenſationem aliam propter obſequia, culpandi ſane non ſunt,qui ad hæc tantum, de bonis dominorũ aliquid occultè vſurpant; modo à dominis; ſibi neceſſaria quo ad victum, & veſtitum prius petant,ſi id efficere poſſint ſine ſuo detrimento, & maximo rubore,neque domini ipſis ea cõferant.

Lib.4. Luſit.ord.titu.21.ſancitum eſt,quando
4 † famulum,ad certum definitum tempus pro certa mercede ſuſceptum, dominus ante finitum tẽpus domo expellit, compellẽdum eſſe dominum ſoluere illi integram mercedem. Hoc tamen intelligendum eſt,quando nulla iuſta cauſa fuit expulſus,& famulus ſua parte contractum,vt oportebat, implebat. Atque tunc credo (iuxta ea, quæ ibi ſtatim de famulis recedentibus ante tempus finitum ſubijciũtur) famulum iniuſtè expulſum, non teneri reuertere ad complendum tempus: quoniam,in pœnam iniuſtę expulſionis,id ſtatuitur, & non quaſi ſolum cogatur adimplere contractum ex ſua parte,vt tenetur, quãdo per famulum non ſtat, ſed vult ex ſua parte implere. Similiter ibidem ſtatuitur, ſi famulus ante tempus impletum ſine culpa domini diſcedat, cogendum eſſe,& reſtituere mercedẽ, aut partem illius, ſi illã iã acceperat,& ſeruire integrũ tempus, nulla perſoluta ei mercede. Hoc verò,quod ſcilicet penſionem commeritã,& cõmerendam,amittat,cum in pœnam ſit ſtatutum, non debetur à famulo ante latam ſententiam: vnde ſi diſceſſit accepta aliqua pẽſione cõmerita, iubẽdus non eſt eam reſtituere, antequam à domino petatur. Quãdo autem commeruerat partem pẽſionis,neque illam acceperat, ac diſceſſit ſua culpa ante tempus impletum, tunc neque in exteriori neque in conſcientiæ foro, tenetur dominus ſoluere illi mercedem commeritam,ſed poterit, in pœnam iuſtam, eam ſibi retinere, eſto ſententia iudicis ei non adiudicetur. quoniam,cui datur actio ad aliquid repetendum, ſi id iam ſoluiſſet,competit exceptio, quod non teneatur illud ſoluere, ſi ab eo petatur, ac proinde, interim dum non petitur, licitè illud retinet, paratus excipere, ac petere,vt ſibi adiudicetur in pęnam iuſtam lege ſtatutam,ſi petatur. Caſus hic totus ſatis frequens eſt in confeſſionibus in Luſitania propter eam legem.

Lex etiã octaua,tit.4.libr. 4. fori ſtatuit in hoc Caſtellæ Regno, ſi dominus ante finitum tẽpus expellat famulum ſine famuli culpa, teneri illi ſoluere integrã mercedem. Si verò famulus ante finitũ tempus diſcedat ſine domini culpa, vt amittat mercedem totam, & inſuper ſoluat tantumdem. Ius Caſtellæ.

Intra quantum autem tempus teneatur famulus,poſtquam à domini ſeruitio receſſerit, petere mercedem ſuam; alioquin non conceditur ei actio ad illam petendam de iure Caſtellæ & Luſitaniæ,& quomodo ſit intelligendum,diſpu.67. dictum eſt.

Si damnum famulus domino dedit, poterit dominus illud exigere à famulo, aut id in mercedem compenſare, vt habetur libro 4. Luſitani.ordina, titulo 22.& l. 8. fori citata, atque ex ſe eſt notiſſimum. Cæterum iure Luſitano Ius Luſitan.

tit.

titu. 22. citato ſancitur, quando famulus non receſſit ante finitum tempus contractus, teneri dominum tempore receſſus requirere illum ante iudicem, vel ante probos viros de damno, alioquin, quando poſtea famulus mercedem exegerit, non poterit petere ab eo damnum: quoniam præſumitur id efficere, ne integrè illi ſoluat mercedem verè debitam. Quando autem proteſtatus eſt damnum, ſolum conceduntur domino quatuor dies ad illud probandum à puncto, quo famulus mercedem exegerit: niſi dominus velit ſoluere illi ſtatim integram mercedem; nam tunc maius tempus illi concedetur, prout iudex æquum fuerit arbitratus. Obſerua tamen, hæc ſancita eſſe in prudentem cautelam, ne domini vexent famulos, eosque defraudent iuſta mercede. Quando tamen famulus ſua culpa, ſaltem leui, domino verè damnum dedit, illud tenetur in foro conſcientiæ integre reſarcire domino, nihil impedientibus eiuſmodi diſpoſitionibus iuris Luſitani.

Dubiũ Vtrum autem ſi aliquid de domo furto auferatur, aut damnum domino inferatur, ſciente famulo, & valente impedire, teneatur id domino reſtituere, niſi impediat.

Deciſ. 5 Dicendum eſt, ſi † cura ſit ei demandata de illa re, ſaltem tunc quando furto aufertur, aut quãdo damnum infertur, quia ſaltem pro tunc data eſt ei clauis ad aperiendum aliquem locum, & aliquid ibi faciendum, aut inde extrahendum, & tunc aliquid furto inde accipiatur, vel quia ex peculiari officio in ea domo ei incumbat cura, & cuſtodia, vel rerum omnium, vel aliquarum, quia ei in particulari pro ſuo munere commiſſa ſunt, vtique teneri reſtituere domino, ſi quid eorum furto ablatum fuit, aut damnum ei illatum ſit, ſaltem culpa leui talis famuli, nedum ipſo ſciente, ac valente impedire.

Quin, ſi non poſſet impedire propter maiorẽ vim, teneretur admonere auferentem, aut damnificantem, vt id reſtitueret; ſi autem nollet, cum poſſet, teneretur non ſolum de charitate, vt alijs, ſed etiam de iuſtitia, ſub onere reſtituendi, curare omnium, vt reſarciretur, etiam detegendo delinquentem, quando ea via reſarciretur damnum; & non occurreret alia, qua efficaciter reſarciretur. Intellige tamen in hoc euentu, ſi tuto, ſine ſuo magno periculo, id detegere poſſet.

Quando autem famulo nullo horum modorum incumbit cura rei, quæ aufertur, aut rei, cui damnum datur, tunc eſto videat auferri, vel damnum illi inferri, ab alijs famulis, aut à quocunque alio, neque impediat, cum poſſit, ad nullam reſtitutionem ipſe tenetur: ſed ſolum de charitate tenetur id impedire, & curare poſtea, vt reſarciatur, & perinde ac ſi non eſſet famulus, ſed aliquis extraneus: quoniam tunc non cenſetur ipſe cauſa eius damni; eo quod non teneatur ex officio, aut pro cura ſibi commiſſa, illud impedire.

De contractu aſſecurationis. Et de quodam alio illi ſimili, Hiſpali con ſueto.

DISPVT. DVII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſecurationis contractus quid, & ad quam ſpeciẽ contractus attineat, & nu. 2.*

3 *Aſſecurationis contractus vt iuſtus ſit, quæ requirantur.*

4 *Aßecurationem petentis quomodo probetur ſcientia, quòd res perijſſet.*

5 *Aſſecurans pro certa quantitate, quæ deinde cõperiatur fuiſſe minus, an teneatur ad totam ſommã aſſecurationis, an verò tantum pro ea quantitate, quæ reuera erat.*

6 *Aſſecurãs nauim onuſtam mercibus pro certa ſumma ſi ad talem portum non peruenerit deſtinatũ, an teneatur, & quomodo, ſi in ea non ſint merces, vel aliud accidens interueniat.*

7 *Contractus, quo quis ſecuram redditvitam alicuius vſque ad certum tempus, pro pretio aliquo, validus eſt.*

8 *Contractus, qui ſolet fieri Hiſpali cauſa mercium, et negociationis, quo nomine nuncupari poteſt, & quando licitus ſit.*

Dicendum eſt conſequenter de contractib. in quibus fortuna admiſcetur, aut ſimul dexteritas, et induſtria: ordiendumq; nobis erit à cõtractu aſſecurationis. Quem ſic poſſumus definire.

1 Eſt † contractus, quo ſuſcipitur periculum rei alicuius pro pretio, aut intereſſe alio. Et quia, ſuſcipiendo periculum rei illius, ſecura ſuo modo redditur illi, in cuius gratiam ſuſcipitur, hic contractus dictus eſt aſſecurationis. Referente verò Alua. Vala. conſul. 64. nu. 1. Olyſſipone eſt mẽſa publica aſſecurãtiũ, cui regia autoritate notarius ad eos contractus eſt conſtitutus. Et idem vr̃ eſſe in alijs præcipuis emporeis, vt Hiſpali, Genuæ, &c.

Ad quam autem ſpeciem hic contractus attineat. Præmiſſis † opinionibus eorũ, qui affirmãt,

2 reduci ad contractum locationis, & cõductionis, aut ad contractum fideiuſſionis, in quibus nihil probabilitatis eſſe conſpicio, duæ ſunt præcipuæ ſententiæ. Prima aſſerit, eſſe contractum innominatum ex parte aſſecurantium, faciam, ſeu ſuſcipiam in me periculum, vt des; & do vt facias, ex parte offerentis pretiũ pro aſſecuratione. Ita affirmat Sylu. verb. negotium q. 5. Bald. & alij, quos Aluar. Val. conſul. citata nu. 3. refert. Alij, noſtris temporib. cenſent eſſe contractũ emptionis, & vẽditionis, aut ad eum reduci, quo pro certo pretio venditur ſuſceptio periculi ſeu obligatio ſoluendi æſtimationem rei, ſi pereat. Sicut iactus retis, hoc eſt, ius ad piſces, qui retis iactu capiẽtur, emitur, ac venditur l. ſi iactũ. ff. de act. empt. ita onus, ſeu obligatio ſoluendi rem, ſi pereat, vẽdi, ac emi põt, iuxta l. periculi pretiũ ff. de naut. fœnor. Atq; in hanc ſententiam, cum Alua. Valaſ. num. 3. citato, propendeo. Quando ergo pretium promittitur pro aſſecuratione rei alicuius, vt regulariter

 fieri

fieri ſolet, vtique, quia talis cõtractus eſt emptio, & venditio, perficitur ſolum mutuo conſenſu, eritq; cõtractus bonę fidei, iuxta ea quæ diſ. 254. & 259. dicta ſunt. Illud obſerua, licèt periculum rei alicuius ſuſcipi poſſit gratis, atq; adeo tunc cõtractus nõ ſit onerosus, ſed gratuitus, pertineatq; ad donationem, ac liberalitatem; quia tñ regulariter non ita celebratur, idcirco nos ſolum cõtractũ aſſecurationis oneroſum definiuiſſe, de eoq; ſolo in hac diſputatione eſſe nobis ſermonem.

Contractum hunc iuſtum eſſe, modo pretium æquale ſit pro ratione periculi, quod quis in ſe ſuſcipit, nullus eſt, qui dubitet: ſuſceptio quippe periculi rei alicuius, quippiam eſt pretio æſtimabile, ac vendibile. Neque eiuſmodi iuſtum pretiũ in indiuiſibili conſiſtit, ſed latitudinem habet infimi, med j, ac rigoroſi iuſti. Atque accreſcit, & decreſcit, nõ ſolum pro maiori, aut minori, valore rei, quæ aſſecuratur, ſed etiam pro maiori, aut minori, periculo, cui aſſecurator ſe exponit; vt ſi nauis, in qua merces aſportantur, longiorem & difficiliorem confectura ſit nauigationem, aut multi ſint piratæ. &c. Conr. de contractib. q. 71. ait, qñ, qui operam ſuam adhibiturus eſt circa conſeruationem rei alicuius, periculum illius in ſe ſuſcipit pro intereſſe moderato, licitum eſſe contractũ, vt ſi nauta periculum in ſe ſuſcipiat mercium, quas in naui portat. Rationẽ reddit, quoniam, inquit, aſſecuratio tunc cedit in ſalutem ſpiritualem nautæ, qui diligentius curabit earum mercium cõſeruationem, quam curare tenetur; & cedit in vtilitatem, non ſolum domini mercium, ſed etiã in publicam vtilitatem: quia etiam melius conſeruabũtur, & adducentur in rempublicam. Qñ verò, inquit, qui rei periculum in ſe ſuſcipit, nullam operam circa illam eſt adhibiturus, illicitus eſt cõtractus. Quoniam non cedit in bonum publicum, & qm̃, qui ita aſſecurant, volunt otioſi lucrari, cõtra illud Geneſ. 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Merito tamen ſententia hæc ab omnib. reprobatur. Contractus enim hic ſępe cedit in bonũ publicum; quoniam multi deſiſtent ab aſportandis mercibus cum periculo ingẽtis iacturæ, niſi ſint, qui pro pretio aliquo ſuſcipere in ſe velint earum periculum. Cedit etiam ſæpe incommodum ſoluẽtium tale pretium; quia ea via à longè maiori iactura liberantur. Neque diuites tenentur laborare, vt pane ſuo veſcantur, aut id eis præcipitur Geneſ. 3. ſed illud eſt denũciatio pęnæ ob peccatum Adami, quod ipſi, poſteriſque ſuis, neceſſe deinceps eſſet futurum laborare, vt terra neceſſaria ad ipſorum ſuſtentationem eis ſuppeditaret. Adde, eiuſmodi cõtractum inici poſſe intendẽdo ſimul alijs negotiationibus, ac miniſterijs, reipublicæ vtilibus. Quare non eſt, quod Conr. ex hoc capite damnet hunc, vel alios contractus, qui à fortuna pendent, & de quibus erit ſermo.

3 Vt † contractus aſſecurationis iuſtus ſit, neceſſe eſt, vt euentus rei, quæ aſſecuratur, incertus ſit, ſaltem comparatione notitiæ, quam vterque contrahentium ea de re habet. Etenim vterque contrahentium lucro, & damno eſſe debet expoſitus, vt contractus iuſtus ſit. Aſſecurans quidem, ſoluendi maius intereſſe pro minori, aut lucrandi oĩno illud minus intereſſe. Is verò qui aſſecurationẽ petit, amittendi pretium, quod ſoluit, at obtinendi pro illo longe maius intereſſe ab aſſecuratore. Atque in commutationem vnius periculi ac commodi, cui vnus ſe exponit, pro periculo alio, ac commodo, cui alter ſe exponit, contractus eſt iuſtus, modo æqualitas proportionem quadam, ſpectatis circumſtantijs cõcurrentibus, vtrinque cernatur. Quare, ſi is, qui aſſecurationẽ petiuit, dum contractum celebrauit, ſciebat id cuius aſſecurationẽ petebat, iam perijſſe, contractus eſt nullus, neq; poteſt accipere valorem rei, q̃ perijt, ſed ſolum pretiũ, quod pro aſſecuratione dedit ſoluendo expenſas oẽs, ſi quæ factæ ſunt in celebrando cõtractu, & inſuper ſoluendo aſſecuratori, ſi quod aliud damnum rei emerſit, aut lucrũ ei ceſſauit, ob talem contractum, quia fortè ea de cã deſtitit ab alio contractu, in quo fuiſſet lucratus. Hac eadem ratione, ſi rumores ad eum, qui aſſecurationem petiuit, deuenerant, rem perijſſe, aut coniecturas eius euentus habebat, quæ tñ aſſecurationem latebant, ſanè, ſi, eis cognitis, aſſecurator contractum non iniuiſset, aut non eo pretio, ſed longè maiori tunc, quia dolus dediſſet cãm cõtractui, aut dolus in eo interuenisſet, certè, vel nullũ valorem pro re, quæ poſtea perijſset deprendeteretur, poſset accipere, ſi dolus cãm dediſset contractui, vel teneretur reſtituere aſsecuratori incremẽtum pretij, ſi dolus in eo contractu interuenisſet, iuxta ea, quæ diſ. 352. & 353. dicta ſunt. Tametſi, pro quantitate periculi, cui ſe exponebat is, qui aſsecurationem petebat, ne fortè res non perijſset, ac proinde amitteret pretium aſsecuratori, ſine vllo eiuſdem aſsecuratoris detrimento, poſset fortè, qñ dolus cãm dediſset cõtractui, accipere aliquid vltra valorem pretij, quod pro aſsecuratione dedit, ratione illius periculi. Eodem modo, ſi is, qui aſsecurauit, quando celebrauit contractum, ſciebat rem iam eſse in tuto, quia ſciebat nauim, quã aſsecurabat, deuenisſe iam ad portũ, contractus, eſt nullus, teneturque reſtituere pretium, quod pro aſsecuratione accepit, & inſuper, ſi quid in celebrando contractu fuit expenſum. Quod ſi neſciebat rem iam eſse in tuto, attamen coniecturas habebat eſse iam in tuto, quas ignorabat, qui aſsecurationem petebat, vel ſciebat nauim ad locum iam propinquum deuenisſe, ita vt parum, aut longè minus, periclitaretur, idque ignorabat, qui aſsecurationem petebat, tunc, ſi id illi non detexisſet, reſtituere ei teneretur, vel eam partem pretij, quam minus dediſset, qui aſsecurationem petebat, vel totum pretium, ſi celebraturus non fuiſſet contractum: niſi tamen aliquid eſset minuendum pro periculo, cui ſe exponebat, ſoluendi valorem rei aſsecuratæ, ſi inde vſque ad portum perijſset.

Quo modo autem probetur ſcientia eius, qui aſsecurationem petijt, quod res perijſset, aut eius, qui aſsecurauit, quod res iam fuiſset in tuto, Rectè Aluar. Valaſ. conſultat. 64. citata à numero 9. ait, non ſufficienter probari ex ſola mora temporis, in quo nuncius aduenire potuit,

tuit, computando viginti quatuor leucas, ſeu paraſangas, pro vnoquoque die, ſecundum praxim inter mercatores receptam; eo quòd illud ſit minimum iter quod conficere ſolet nauis, qñ non reflant venti, & ij, qui per diſpoſitos equos iter faciunt (quod noſtri vocant, *por la poſta*) cum minimum quotidie conficere ſoleant triginta leucas: qm̃ varijs de cauſis potuit nuncius non peruenire intra id tempus, idque ignorare, qui aſſecurauit, aut aſſecurationé petijt: vnde merito ait, id prudẽtis arbitrio relinqui cenſendum ex circumſtãtijs concurrentibus: atque in dubio præſumendũ eſſe in exteriori foro, non adfuiſſe ſcientiam.

Dixi, vt contractus aſſecurationis iuſtus ſit, neceſſe eſſe, vt euentus rei, quæ aſſecuratur, incertus ſit, ſaltem comparatione notitiæ, quam vterq; cõtrahentium ea de re habebat: quoniam id ſatis eſt, vt celebratione ipſa contractus, vterq; ſe exponat lucro & damno, quod ſufficit, vt contractus ſit æqualis ac iuſtus eſto res iam perierit, aut iam ſit in tuto, & vt cenſeantur conſentire, vt quicquid in re iam ſit, aſſecurationis cõtractus valeat: ſicut in contractu ſponſionis, vadiationis quidam appellant, alij depoſitionis, Hiſpanè *apueſta* dicitur, de re aliqua præterita, ſatis eſt, ſi incerta ſit vtrique contrahentium, vt contractus eſſe poſſit æqualis ac iuſtus, in eoque conſentire contrahentes cẽſeantur, propterea quòd vterque æqualiter ſe exponat lucro & damno, ſpectata notitia, quam habẽt. Ita Gam. deciſ. 181. & Aluar. Valaſ. conſul. 64. num. 6. Vnde, referente ibidem Alua. Val. num. 1. & 7. aliqñ exprimi ſolet in contractu, aſſecurationem intelligi, ẽt à tempore, quo nauis à portu ſoluit, atque etiã ſi culpa nautæ pereat, & eſto itinere portum alium ſumat, quòd Luſitanè appellant *fazer ſcala*. Quamuis autem huiuſmodi clauſulæ non apponantur, ex vſu, & ex circumſtantijs cõcurrentibus, eſt iudicandum, num id intenderint cõtrahentes. Si enim contractus aſſecurationis merciũ, quę aſportantur in naui indica, fiat in Luſitania, duobus aut tribus menſibus, poſtquam naues ex India ſoluere cõſueuere, perſpicuum eſt, aſſecurari merces illas a pũcto, quo nauis ex India ſoluit.

Quando aliquis exiſtẽs, v.g. in Luſitania, atq; inde præcipiens ſuorum negotiorum geſtori in India, vt in tali naui ad ſe mitteret merces æſtimationis in Luſitania quatuor mille aureorũ, exiſtimanſque venturas, iniuit in Luſitania cõtractum aſſecurationis circa illas omnes, dubium † eſt, ſi
5 poſtea comperiatur, non fuiſſe miſſas, aut non in tanta quantitate, num teneatur ad integrum pretium aſſecurationis; & ſimiliter, num, ſi nauis illa pereat, aſſecurator teneatur illi ſoluere valorem illum integrum quatuor mille aureorum illarum mercium. Hic eſt euentus, de quo diſputare vidẽtur Gama deciſ. 181. nu. 2. & Aluar. Val. conſult. 64. nu. 5. Et merito reſpondent cũ ſuo Petro Santanarenenſi, referuntq; definitum fuiſſe in ſenatu Luſitano, ſi nihil mercium fuit impoſitũ, contractum fuiſſe nullum, ac proinde, neque vnum teneri ad pretium, neque alterum ad valorem merciũ; ſi verò minus mercium fuit impoſitum, vnum teneri ſolum ad pretium aſſecurationis pro quantitate mercium naui impoſitarum: & alterũ teneri ſolum ad valorem earundem mercium impoſitarum, ſi perierunt, nõ verò ad omnes quatuor mille aureos. Ratio eſt, qm̃ deeſt materia contractus, ſine qua ſubſiſtere nequit: & quia cenſetur factus ex hypotheſi, quod merces naui imponerentur, atque adeo, illis non impoſitis, defuit conſenſus; & impoſita ſolum parte earum, defuit ſimiliter conſenſus, quo ad reliquam, quæ impoſita non fuit.

Longè diuerſus eſt euentus, de quo diſputat Sotus 6. de iuſt. q. 7. art. 1. Nempe, ſi quis, habens nauem vacuam, affirmet, onuſtam eſſe mercibus, ęſtimariq; cũ mercibus pretio quadraginta mille Queſt.
6 aureorum, atque † pro bis mille aureis paciſcatur cum aliquo, quòd is reddet quadraginta mille, ſi ſalua ad talem deſtinatum portum non peruenerit, poſito, quòd contractus eſſet iuſtus, ſi deferret merces, quæ cum naui toto eo pretio ęſtimarent. Reſpondet autem Sotus, ſi is qui periculum in ſe ſuſciperet ſciens nauim eam merces non deferre, iniret contractum illum, validum eſſe contractũ: quoniam nulla illi fieret iniuria, eſſetq; quaſi genus quoddã ſponſionis (*de apueſta* Hiſpani vocant) ſi nauis non peruenerit ſalua, dabo tibi quadraginta mille, modo mihi des bis mille, veraque eſt hæc opinio. Cæterũ obſerua, ſi nauis culpa domini periret, vt quadraginta mille aureos acciperet, tunc ad nihil ei teneretur, qui periculum in ſe accepit. Qm̃ dolus, atq; iniuſtitia domini nauis, non deberent illi patrocinari, excuſarentque aſſecuratorem ab onere ſoluendi æſtimationem illã. Addit Sotus, ſi is, qui periculum nauis, & merciũ in ſe ſuſcepit, credebat vera narrari, nauimq; cum mercibus eam totam æſtimationam valere, inualidum eſſe contractum; quia dolus cauſam illi dediſſet, neque, qui in ſe periculũ ſuſcipit, illũ inijſſet, timens dominum nauis, curam illius, ſpe tanti lucri, non habiturum. Dicerem, ita in foro exteriori iudicandum, tutumque in conſcientia eſſe, qui periculum in ſe ſuſcepiſſet; quoniam non iniuiſſet eum contractum, ſi ſciret nauim carere mercibus, & quoniam præſumere poſſet, negligentia & nequitia domini, nauem non perueniſſe ſaluã ad portum. Addo tamen, ſi dominus nauis tantam adhibuiſſet diligentiam circa nauim, quantam adhibuiſſet, ſi onuſta eſſet mercibus, quæ cũ naui id valerent, cogendum non eſſe in foro conſcientię reſtituere quadraginta illos mille aureos, neque in eodem foro eſſe prohibendum illos exigere. Ducor, quoniam is, qui in ſe ſuſcipit periculum illud, non tam habuit rationem valoris nauis, & mercium, quàm ſuſcipiendi in ſe periculum illud ſoluendi in eo euentu quadraginta mille pro bis mille, in eo autem non fuit deceptus.

Et quoniam, ſi reuera ſciret dominũ nauis tantam adhibiturum diligentiam circa conſeruationem nauis, quantam adhiberet, ſi cum mercibus eum totum valorem haberet, non deſiſteret ab eo contractu; quare ea omnia, quæ priori loco dicta ſunt, in præſumptione fundantur, ac proinde locum non habent in foro conſcientiæ quo ad aſſecuratorem, qui conſcius omnino eſt veritatis. Solum eſt, quod admoneam. Cum, quan-

do valor aliquis aſſecuratur, in euentu, quòd totus pereat, teneatur aſſecurator totum eum ſoluere; & in euētu, quòd pars ſolum pereat, teneatur ſolum ſoluere valorem eius partis, non verò alterius, quæ ſalua manet; vtique, qñ interueniret illud mendacium, & nauis ita periret, vt ſaluæ manerent merces, aut omnes, aut aliqua ex parte, ſi nauis merces valoris ementi deferret, tunc pro quantitate valoris mercium, quæ ſaluæ remanſiſſent detrahēdum eſſe de valore quadraginta mille aureorum, quæ aſſecurator tenetur ſoluere.

Hinc dico, cū in nauib. Indicis, & in multis alijs, in quib. mercatores ſuas merces tranſportāt, cura, & adminiſtratio nauis non ſpectet ad mercatores ipſos, ſed ad dñm, ac miniſtros nauis, mercatoresq; nauium ſoluāt pro mercibus, quas tranſportant, ac proinde nautæ eodem modo nauim adminiſtrēt, ſiue merces ſint aſſecuratæ, ſiue nō; & regulariter aſſecuratio ſolum fiat metu naufragij, aut piratarum in quibus euentibus ordinarie merces omnes perire ſolent, vna cum naui, & non pars earum tantum, mihi eſſe valde veriſimile, ſi mercator, qui merces ſuas eſſe curat, mentiretur ſe plures, aut maioris valoris deferre, & iuxta eū valorem maiorem, pretium aſſecurationis ſoluerer, ſine ſpe recuperandi partem ſi merces ſaluæ peruenirent, vt audio eſſe in more poſitum, poſſe in conſcientia, quin, & in exteriori foro, accipere integrū valorem, quem aſſecurauit in euētu, quod merces oēs perirent. Qm̃ pretium totius illius valoris ſoluit, & nihil aſſecuratoris ītereſt, ſiue merces illæ tantum, ſiue minus, valeant, eodemq; modo iniret contractū, ſiue plus ſiue minus, valerēt. Longè verò diuerſa ratio eſt, qñ aſſecuratio fieret ſpe, quòd merces tanti valoris apponerētur in naui, poſteaq; comperiretur, nihil fuiſſe impoſitum, aut ſolam fuiſſe impoſitam partem, de quo euētu ſupra cum Gam. & Alu. Val. dictum eſt. Qm̃, cū tunc non ſubſiſtat id, cuius ſpe, ac præſumptione, celebratus fuit contractus, contractus vtique eſt nullus, vtpote factus ſub conditione tacita, ſi merces illæ ponerentur in naui conditioneque, ac materia contractus, non ſubſiſtente: in re aūt propoſita, merces ſunt impoſitæ, ſolumque eſt error in valore earum, quod non curant contrahētes. Imo verò mos eſt, fieri æſtimationem eius, ꝙ aſſecuratur, arbitrio eius, qui aſſecurationem petit, ſiue longe plus valeat, ſiue non, vt ad rationem eius æſtimationis, & ipſe ſoluat pretium aſſecurationis, & ipſi ſoluatur res aſſecurata, ſi pereat. In hoc tamen euentu, ſi dimidium ſolum merciū periret, dimidium ſolum maioris illius æſtimationis eſſet ſoluendum, & ita de reliquis partibus proportionalibus, quæ perirent.

Solent, qui magnam mercium copiam aſportant, non eam totam aſſecurare, ſed partem, ne multum pretij ſoluant, & ne, ſi merces omnes pereant, nihil omnino ipſis remaneat, ſed ſaltem maneat valor partis aſſecuratæ: vt ſi aſportant merces valoris ſex mille aureorum, aſſecurant ſolum valorem duo mille aureorum. In hoc autem euentu, ſi de deſignetur, quæ pars in ſingulari aſſecuretur, tunc, ſi illa pereat, aut pars illius, ſoluendum eſt ſolū, quod ex illa perijt; nihil verò, ſi partes aliæ non aſſecuratæ pereant, & tota illa pars deſignata ſalua manſit. Si verò nihil in particulari deſignetur, ſed ſolū ex illis mercibus aſſecurentur duo mille aurei, tunc ſi merces, oēs pereāt, naufragio, aut captæ à piratis, ſoluuntur integri duo mille aurei: ſi verò pereat dimidium illarum omnium mercium, quæ æſtimatæ fuerunt ſex mille aureis, ſoluūtur ſolū mille aurei, & ita proportione eadem de reliquis mercibus, quæ perierint.

Si is, qui nihil habebat in bonis, nauim pro aliquo pretio aſſecurauit, habēs in corde, ſi nauis pereat, fugere in aliam regionē, vbi de eo nihil ſciatur, contractus eſt nullus: quia dolus cām illi dedit, atq; ita tenetur reſtituere pretium acceptum.

Hic contractus licitus eſt ex ſe, largire mihi tātum, & ego ſecurum te facio, quòd in his nundinis, in quibus es, aut ad quas proficiſceris, tātum, vel tantum, lucraberis, ita vt, ſi minus lucreris, incrementum tibi ſoluā: eſt. n. aſſecurationis, ac ſuſcepti periculi pro eo pretio. Ita Sotus vbi ſupra.

Vtrum autem vſura ſit mutuo dare, & mutuātem ſuſcipere pro pretio periculum rei, quæ mutuo datur, diſp. 318. dictum eſt.

Vtrum autem licitus ſit contractus, quo quis ſecuram reddat vitam alicuius pro pretio aliquo, ita vt, ſi ille ante id tempus mortuus fuerit, aſſecurator ſoluat certam pecuniæ quantitatē. Quicquid quidam in contrarium dixerint, affirmāter Dubiū
7 † cum Soto vbi ſupra, & alijs, eſt reſpondēdum. Decis.
Raro quippe eueniet, vt is, cui pecunia eſt reddenda, ſi is, cuius vitæ periculum ſuſcipitur, intra tantum tempus mortuus ſit, mortem huius optet, vt eam pecuniam lucretur: ex nimio enim deſiderio vitæ eius, cuius periculum petitur vt ſuſcipiatur, & quia multum intereſt, illum non mori, conſueuit is contractus celebrari, de quo intra limites iuſtitiæ dubitari nequit, poſſe iuſtè celebrari.

Adde, ſicut donatio cauſa mortis, aut hæredis inſtitutio, non improbantur, quia donatarius, aut hæres, optare poſſunt mortem donantis, aut teſtatoris, vt id emolumentum conſequantur, quoniam id non eſt, præbere illis occaſionem illius peſſimi deſiderij, ſed ipſos ex ſua nequitia eam occaſionem inde ſumere: ita rem habere in propoſito.

8 Supereſt † examinemus ſequentē cōtractum, Hiſpali conſuetum, de quo conſultus ſū, & quem examinat Mercado 4. lib. de contractibus cap. 13. Hi, qui Hiſpali pecunia indigēt, vt inde in nouū orbem proficiſcantur, quam in ipſo nouo orbe ſoluāt, cum cambium non ſit ab Hiſpali nouum orbem, fortè propter legem 8. tit. 18. libr. 5. nouæ collect. cuius meminimus diſp. 405. & quæ prohibet ſub grauibus pœnis, dari cambium ab aliquo loco Regnorum coronæ Caſtellæ, ad alium locū eorundem Regnorum, nouus autem orbis ad Caſtellæ coronam ſpectat eiſdemque legibus gubernatur: nullus verò erit, qui ſine vllo incremento pecuniæ concedere velit cambium ab Hiſpali ad nouum orbem; eo quòd longè minus valeat pecunia in nouo orbe, quàm Hiſpali, propter maiorem illius in nouo orbe abundantiam. Quia

ergo,

ergo,qui in nouum orbem traijcere parant, neq; qui mutuo, neque qui ad cambium pecuniam in nouum orbem det,inueniunt, cum tñ ingēti ſiti eam ſæpe conquirant,qui Hiſpali pecunia abundāt,quò plus,q̃ in quacūq; alia negociatione, cū eis lucrentur,ſequentem illis offerunt contractū. Concedunt illis pecuniam,quam petunt ſoluendam in nouo orbe, cum incremento tamen ſexaginta,aut quinquaginta,pro centum,prout,iuxta abundantiam,aut penuriam,pecuniç,quæ Hiſpali concedātur,forū huius negotiationis eſt magis, aut minus latum,vel ſtrictum. Cæterum hac lege capitale illis concedūt,vel eligatur, aut deſignet, nauis aliqua ex ijs, quæ in nouū orbē proficiſcuntur,& qđ,ſi illa nauis perierit, qui capitale concedit,oīno illud amittat,neque accipiens quidpiam illi ſoluere teneatur, atq; hac rōne conceſſionem hanc appellare ſolent cōceſſionē *a daño ſobre tal naue*: ſi verò nauis ſalua peruenerit, accipiens ſoluat in nouo orbe capitale cum incremento ſexaginta,aut quinquaginta, pro centum, vt inter ſe conuenerit. De hoc contractu non immerito dubitatur,an ſit iniuſtus cum reſtitutionis onere. Et enim,qui eam pecuniam tradūt,minus illa lucrarentur, ſi merces ex ea pecunia in nouum orbem mitterent,& lucrarentur cum eodem periculo capitalis,quia ſi nauis,in qua merces deferrētur, periret ſimiliter amitterent capitale:præterea lucrarentur id cum longè maiori induſtria ac labore, itē cū periculo, ꝙ abundantia in nouo orbe ſimilium mercium, vileſcerent,ac parum, aut nihil,lucrarentur. Adde capitale ab Hiſpali ad nouum orbem,ſolere Hiſpali aſſecurari ad rationem octo, aut nouem pro centum. Quæ omnia contractum eiuſmodi valde ſuſpectum de iniuſtitia reddunt.

Decis. Paucis dicā,ꝙ ſentio. Contractus hic oīno eſt diſſuadendus,& condēnandus iniuſtitiæ, cū onere reſtituendi: qm̃ ſpectatis circumſtantijs oībus concurrentibus,eſt oīno inæqualis. Vt aūt intelligatur quo pacto reduci arbitrio prudentis poſſet ad æqualitatem, ac proinde quouſq; arbitrio ſimiliter prudentis cenſendum ſit eſſe reſtituendū ratione contractuum, iam antea illo modo initorum,in primis obſeruo. Contractum illum nō eſſe aſſecurationis quod capitale,quod datur, vt ex ſe ſatis liquet: ſed potius eſſe, quo ad periculum capitalis,contractum ſponſionis,videlicet,ſi talis nauis perierit,amittam tibi capitale: ſi vero non perierit, tu ſolues tantum, & integrum mihi erit meum capitale. Cum autem lōgè probabilius ſit, nauem non perituram, quàm perituram: quoniā frequentius multo naues in nouum orbē non pereunt,quàm pereant; nulla æquitas patitur, vt in eiuſmodi ſponſionibus tantum ſpondeat ſe daturum, qui nauem perituram, quàm qui non perituram,eam ſpondet: id quod obſeruandū eſt pro ſequenti diſputatione, quam de ſponſionib. conficiemus, vt quando pars vna longè probabilior eſt,quàm alia,non æqualiter ſpondant, vt cōtractus ſit iuſtus. In re autem propoſita, vt cōtractus ſit iuſtus, aliquid plus licitè poteſt paciſci ſibi reddi,qui nauim non perituram affirmat, ſi illa non pereat,quàm ſi tantumdem capitalis aſſecuraret, & illud amitteret in euentum,quod nauis periret: qm̃,ſi nauis pereat,ita capitale amittet,vt nihil in pretium ſibi retineat:qui autem aſſecurat quantitatem aliquam,ſiue illa pereat, ſiue non, ſemper pretium aſſecurationis retinet.

Deinde obſeruo, nihil impediente l. 8. nouæ collectionis citata,licitum eſſe cambiū ab Hiſpali in nouum orbem cum incremento nō modico, non ſolum ratione virtualis tranſportationis pecuniæ à nouo orbe in Hiſpalim,ſed multo magis pp longè maiorem valorem, quem pecunia Hiſpali,quam in nouo orbe, habet pp maiorē illius in nouo orbe,quàm Hiſpali, abundantiam iuxta ea,quæ diſpu.406.latè explanata ſunt. Quantum autem ex vtroque capite, & ex alijs,eſſe poſſit incrementum iuſtum in tali cambio prudentis arbitrio eſt definiendum,attentis circumſtantijs omnibus concurrentibus,neq; eſt idem comparatione omnium partium noui orbis,neque idem comparatione eiuſdem loci diuerſis temporibus,concurrentibusq; alijs,ac alijs circumſtantijs,neque in indiuiſibili conſiſtit,neque ego,qui lōgè diſto, ignoroq; alias,ac alias circumſtantias, nullamq; peritiam,ac dexteritatem in arte negotiādi habeo, illud valeo definire: & quamuis Mercado, vbi ſupra, illud definire aggrediatur comparatione diuerſorum locorum noui orbis, prudētius petitis, ac timoratis mercatoribus relinquendum iudico, vt id definiant. Quòd autem, nihil impediente l. 8.citata,licitum ſit cambium cum incremento ab Hiſpali in nouum orbem, mihi perſuadeo. Quoniam per epicheiam cenſendum eſt, in ea lege ſolum eſſe ſermonem ab vno loco Regnorū Caſtellæ,quæ ſunt in Hiſpanijs,ad alium eorundē Regnorum,quæ ſimiliter ſunt in Hiſpanijs:ſecus autem ad nouum orbem. Neque enim cenſendū eſt, legiſlatorem intēdiſſe prohibere cambium vtile, ac neceſſarium ab Hiſpanijs in nouum orbem,neque id ſonat lex illa: neque item eſt credendum, ſolum intendiſſe permittere cambium in nouum orbem iniuſtum ex parte accipientis ad cābium, qui acciperet, quod longè plus valeret, pro eo, ꝙ minus valeret, eaq; ratione iniuſtitiam permittere,ac ſimul conſequēter velle tollere cambium in nouum orbē: quippe nullus futurus erat adeo amens,ſuorumque bonorum dilapidatur, qui ad cambium concederet, ꝙ plus valeret pro eo,quod lōge minus valeret. Quare perperam mercatores metu illius legis non exercent cambium in nouū orbem cum incremento moderato, diuertuntque ea de cauſa ad contractus in nouum orbem illicitos & iniuſtos. Atque,quod in re propoſita maxime eſt adnotandum,diſputatio.405.oſtendimus, quamuis lex illa cambium cum incremento prohibeat ab vno loco Regnorum Hiſpaniarum Coronæ Caſtellæ, ad alium locum eorundē Regnorum,eſto contractum nullum redderet,nihilominus,qui moderatum incrementum, atque,ſecluſa ea lege,iuſtum acciperet,non teneretur reſtituere id incrementum in conſcientiç foro,atq; adeo minime reſtituere illud teneretur ante latam ſententiam: id verò multo magis hēt locum in cambio cum incremēto ab Hiſpali ad nouum orbē,quam in

in cambio ab vno loco Hiſpaniarum, ad aliũ eã-rundem Hiſpaniarum.

Iuxta hæc ergo dico, contractum, de quo eſt ſermo, ad æqualitatem reduci, ſi tradatur illo modo capitale, cæterum reddendum in nouo orbe cum incremento, quod moderatum ſit, limitesq; proinde iuſti non tranſgrediatur, tum comparatione periculi amittendi capitale, ſi nauis illa ſalua ad nouum orbem non perueniat, tum etiam in commutationem valoris pecuniæ acceptæ Hiſpali: neque enim æqualis in quantitate reddita in nouo orbe, æquat valorem illius, ſed longè maior, vt dictum eſt. Aliquid etiam poterit inſuper accipi pro virtuali tranſportatione. Quantum verò hoc totum incrementum eſſe debeat, ita vt limites iuſti non egrediatur, arbitrio prudentum mercatorum erit iudicandum, minusq; multo videtur eſſe, quam ad rationem ſexaginta, aut quinquaginta, pro centum. Atque iuxta hanc regulam præcipiẽdum eſt reſtitui, quod attinet ad eiuſmodi contractus iniuſtè huc vſque celebratos. Alia aũt capita, ex quibus aliqui in hoc incremento aſcendi poſſe arbitrantur, regulariter, ſi res attentè expendatur, ſolida non ſunt, neque locum habent accepto incremento ex capitibus duobus, aut tribus, explicatis. Hæc ſunt, quæ circa hunc contractum, ſub aliorum iudicio, mihi dicenda occurrunt.

De Contractu ſponſionis.

DISPVT. DVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio quid, & eſt contractus iuſtus, ac licitus, niſi aliqua circumſtantia maculetur.*

2 *Sponſio quot modis fieri poteſt.*

1 SPonſio, ſeu vadiatio, Hiſpanè *apueſta*, eſt contractus, quo in re dubia vnus pro vna parte & alius pro alia, ſpondent, ſiue pecuniã, ſiue quoduis aliud, vt is lucretur, qui euentum, reiue veritatem, attigerit. Eſtque contractus, ac licitus, niſi circumſtantia aliqua maculetur, vt Couar. reg. peccatum. par. 2. § 4. num 2. Ant. Gom. 2. tom. variar. reſ. c. 11. nu. 4. Ioã. Medina de reſtit. q. 22. §. pen.
2 & alij affirmant. Vnum † quippe, ita ſpondẽtiũ, exponere ſe periculo amittendi in gratiã alterius, ſi non euenerit, quod dicit, aut veritatem non attigerit, commutabile eſt pro ſimili periculo, cui alter ſimiliter ſe exponit; modo, quod ſpondetur, attenta quantitate periculi vtrinque, ſit proportione quadam æquale, ita ſ. vt in qua proportione vnus ſe exponit minori periculo, quàm alter, in eadem, quod ipſe ſpondet, ſit maius, quàm quod ſpondet alter, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Et quidem, quando ſponſio fit circa futurum aliquod contingens, quod proinde in vtrãuis partem euenire poteſt; vt quòd tali die, aut intra tantum tempus, pluet, vel naues Indicæ intra tantum tempus peruenient, quòd grauida maſculum pariet, nec multus iubeat, ſponſionem poſſe eſſe iuſtam, eo quòd vterque ſe exponat incommodo, & lucro. Solet ẽt eiuſmodi diſponſionibus interuenire induſtria, vt qñ ſponſio fit, quis, è duob. ita ſpondentibus, primo deueniat ad aliquem locũ, aut meliores characteres depinget. Quãdo autem ſponſio fit de re præſenti, aut præterita, quæ proinde iam extra ſuas cauſas, vt ſponſio iuſta ſit, neceſſe eſt, vt res illa dubia aliquo modo ſit vtrique ſpondentium, ita vt de ea non ſit ita certus, quin decipi poſſit, vt rectè Ioan. Medina. §. penul. citato affirmat, & conſentiunt cæteri: atq; hoc ſignificat verbum, in re dubia, poſitum in definitione ſponſionis. Qui enim certus omnino eſſet id pro quo ſpondet, ita ſe habere, cum nulli omnino ſe exponeret periculo amittendi, nihil lucrari poſſet ab altero, etiam ſi alter, ſeipſum decipiẽdo, ſe quoque certum de contrario, aut contradictorio, arbitraretur, diceretque, nihil impediẽte certitudine, quam prior ille ſe habere affirmaret, velle deponere, & amittere, quicquid in contrarium dicat Medina vbi ſupra, & dicant Coua. loco cit. nũ. 6. & Dec. quem Couar. citat, etiã qñ, qui certus eſt, non admoneret correſpondentem de certitudine, quam habet. Ratio autem noſtræ aſſertionis eſt, qñ contractus eſſet inæqualis, neq; verè qui decipit, vult plena libertate condonare, ſed inuoluntariè mixtè ob ignorantiam ſuam & errorẽ vult amittere in euentu, quòd ipſe deciperetur: Quare ſicut, qui certus aliquid non eſſe lapidem pretioſum, ac proinde non tantum valere, quantũ alter arbitratur, qui decipitur credens eſſe lapidem pretioſum ac offert maius pretium, quem valeat, & cogit vt accipiatur, reclamante altero, nec lapidẽ pretioſum eſſe, nec tantum valere, non poteſt retinere incrementum illud, quia datur inuoluntariè mixtè propter ignorantiam, ac deceptionem: ita res ſe habet in propoſito. Si tñ, qui non vult ſpondere, quia certus eſt rem ita ſe habere, dubitare incipiat, ne forte decipiatur, eo quod alius aſſeueret, nihil impediente ea certitudine, velle ſpondere, & quia aliquando, arbitratus aliquid eſſe ſibi certum, poſtea comperit, ſe fuiſſe deceptũ, ſpondeat, quia nihilominus ſibi perſuadet, rem eo modo ſe habere, quo ipſe arbitratur tunc, quia in ſua exiſtimatione ſe exponit aliquali periculo amittendi, licitè lucratur, ac accipit, quod alius ob ſuam nimiam credulitatem amittit.

Illud eſt obſeruandum, ſi quis arbitratus id, pro quo ſpondet, eſſe omnino certum, ſpondeat; ſi tamen poſtea comperiat, certum omnino nõ fuiſſe, ſed ſe expoſuiſſe periculo amittendi, & tamen res ita ſe habeat, vt ipſe ſpopondit; licet peccauerit ſpopondendo cum ea conſcientia erronea, quod nulli ſe exponeret periculo amittendi, poſſet tñ licitè retinere, quod eo modo eſt lucratus. Quoniam ſicut, qui lucratur contractu, quem arbitratur vſurarium, aut alia ratione iniuſtum ſi poſteà comperiat, iuſtum illum fuiſſe, reſtituere nõ tenetur, quòd ita eſt lucratus; quia ſatis eſt, quòd iuſtè in ſe, ſeu materialiter, iuſtè id fuerit lucratus, vt reſtituere illud non teneatur; tametſi peccauerit contra iuſtitiam cum ea erronea conſcientia celebrando eum contractum, ad lucrandũ; ita res ſimiliter ſe habet in propoſito.

De

De contractu ſortium.

DISPVTATIO DIX.

SVMMARIVM.

1 *Sortes quot modis fiant.*
2 *Sortes quid.*
3 *Sortes quando licitæ, & quando non.*
Et quid de iure Caſtellæ. num. 4.

SOrtes, vt D. Thom. 2.2.q.95. art. vlt. eſt autor,
1 quædam ſunt † diuinatoriæ, aut conſultoriæ, atque de his diſputare, non ad hunc locum, ſed ad virtutem religionis, vitiumve illi oppoſitum, ſpectat. Aliæ autem ſunt diuiſoriæ, vt quando bona aliqua ſunt diuidenda inter multos, neque conueniunt, quam ex partibus eorum bonorum debeat vnuſquiſq; accipere, ſortiuntur, quæ earũ vnumquemque debeat contingere. Licèt autem inde nomen vſurpatum videatur, vt diuiſorię ſortes nuncupentur, latius tñ patet. Interdum enim conueniunt aliqui, vt res, ad quã ipſi omnes ius habent, ſortibus experiantur, ad quẽ eorum integra ſpectare debeat, vel quia commode diuidi nequit, vel quia id potius elegunt, licet commode poſſet diuidi. Et ſic interdum cõtribunt ad rem aliquam, aut aliquas emendas, vt ſorte experiantur, ad quem, vel ad quos ita contribuentium, ſpectare debeant. Atque aliquando fiunt eiuſmodi contributiones, & ſortes, autoritate publica, conſtitutis miniſtris publicis, qui valorem rerũ circa quas ſortes ſunt mittẽdæ, taxent, contributiones, ac nomina eorũ, qui cõtribuunt, accipiant, remque totam fideliter exequantur, deputato eiuſmodi miniſtris ſtipendio competẽti, & interdum à lege fiunt, vt ex contributionibus aliquid alicui operi pio applicetur. Quin aliquãdo, vt res citius fiat, præmiũ aliquod ei cõſtituitur, qui maiores contributiones citius obtulerit, vt, iuxta numerũ contributionum, plures ſchedulæ ſortium, nomen illius continentes, in vrnam mittantur. Conferuntur præterea multis in locis multa munia publica, non paruæ æſtimationis, emiſſis ſortibus inter aliquos de republica, quibus ſunt deputata, vt is eo anno, aut alio tempore, illa obtineat, cui ſors contigerit. Interdum etiam, quando aliter componi aliqui non poſſunt circa rem aliquã, publica autoritate com-
2 pelluntur, ſortes circa illam mittere. Hoc autem loco nobis eſt ſermo de contractu, quo ius habentes ad aliquam rem, vel in re aliqua, conueniunt, vt ſortes mittantur, qui illam, aut quis quã partẽ illius, obtinere debeat. Dicimus verò, ſi eo contractu, & in illius exequutione, fraudes atque inæqualitates non interueniant, eſſe iuſtum. Quoniã commutatio, vt inuicem ſinguli, in fauorem cæterorum, periculo ſortis exponat æquale ius ad rem aliquam, aut quod in re aliqua habent, vel quam potius partem rei illius accipere debeant, æqualis 3
profecto eſt, atque adeo iuſta.

Quia verò, ſi dixerimus de ſortibus illis autoritate publica interdum inſtitutis, contribuentibus ſingulis ad rem aliq̃, ſeu res pretioſas emendas, circa quas ſortes mittantur, nullum circa reliquas remanebit dubiũ, breuiter de illis erit dicendum.

Quando contribuunt multi ad res illas emendas, circa quas ſortes inter ipſos, ſunt mittendæ, perſpicuum eſt interuenire contractum emptionis, quo res illæ ex pecunia contributa emuntur. Si ergo contingat res illas maiori pretio vendi, quàm valeant, iniuſtitia interuenit cum onere reſtituendi exceſſum ex parte venditoris, ijs ipſis, aut in eorum commodum, qui contribuerunt, ſi fieri poſſit; alioquin pauperibus pro eorum animabus erit reſtituendũ. Quòd ſi miniſter aliquis ad id deputatus, iniuſtè res illas ita taxauit, aut quacunque alia ratione concauſa fuit illius iniuſti contractus, is etiam reſtituere incrementum tenetur, ſed in defectum venditores, eiuſve, qui id iniuſtum incrementum accepit.

Si aliquid in ſortibus mittendis fiat, quo aliq̃ eorũ, inter quos ſortes mittũtur, minus ſint expoſiti, vt cõmodo lucrandi, ita & periculo amittendi, iniuſtitia in eo cõtractu, exequutioneve illius, committitur, cum onere reſtituendi arbitrio prudentis emolumentũ, quo aliquis ea de cauſa priuatur. Vnde, ſi quis ita rem diſponat, vt ſors vnũ in particulari contingat, & non alios, reſtituere tenetur reliquis id totum, qđ ſinguli contribuerunt. Si verò ſic diſponat, ita vt vni ex tribus ſors obueniat; cum tñ viginti contribuerint; alijs decem, & ſeptem, quibus ſors obuenire non potuit, reſtituere tenetur, quod illi contribuerunt.

Miniſtri electi, ac deputati, ad ſortium negotiũ, accipere poſſunt iuſtũ ſtipendiũ ſui laboris, & induſtriæ: qñ non tenentur ea apponere gratis. Et quidem, ſi ſoluendum ſit ex pretio iuſto rerũ, quę venduntur, vt ſortes circa illas mittantur, ita quod ſtipendium illud ſoluat, q eas res vendit, accipere poſſunt quantum pretium is illis conſtituerit. Si verò ſoluendum ſit ex contributionibus, ita quod contribuentes ad ſortes, non ſolum contribuere debeant iuſtum pretium rerum, circa quas ſortes mittuntur, ſed & eiuſmodi ſtipendia, tunc ſolum eligi debent miniſtri, q ad id fuerint omnino neceſſarij, & ſtipendium eorum eſſe debet moderatũ, debetq; res abſolui, quanto breuiori tẽpore fuerit poſſibile, ne accreſcant eiuſmodi ſtipẽdia. Et credo deberet id à principio promulgari, quando leges ſortium promulgarentur, & quantũ vnuſquiſq; pro ſingulis ſchedulis, quę inſcripto nomine, pſius in vrnã mittendæ eſſent, cõtribuere dẽr, vt vnuſquiſq; attenderet, ac ſibi conſuleret, num etiam ad illa ſtipendia contribuere vellet, ne inuoluntariè id decepti ſoluant.

Simili modo, qñ ex contributionibus aliquid, vltra valorem rerum, circa quas ſortes mittuntur, extrahendum etiam eſſet in opus aliquod pium promulgandum id eſſet à principio, modo explicato, vt, qui contribuunt, attendant, ac ſibi conſulant, num ad id velint etiam contribuere, ne ſimiliter inuoluntariè, ac decepti id ſoluant.

Quando præmium aliquod conſtituitur ei, qui citius plus ad ſortes contribueret, ſi præmium illud ex contributionibus non emitur, ſed ex ſua liberalitate is, qui res vendit, vt circa illas ſortes

mittantur

mittantur illud exhibeat, aut aliquis alius, nihil eſt, quod ea de re admoneamus. Si verò ex contributationibus ſit emendũ, opus ſimiliter eſſet, vt à principio res illa promulgaretur, ne ſimiliter inuoluntariè, ac decepti, quid ad ſortes cõtribuunt, ad id etiam contribuere efficiantur.

4 Illud † poſtremo eſt obſeruandum, l. 12. tit. 7. lib. 8. nouæ collect. prohibitum eſſe, ſortes mitti ſanè Regis facultate. Ratio autem redditur, quoniam, quod ſortibus exponitur, ſolet vendi longè maiori pretio, quam valeat. Ibiq; dicitur, Regem curaturũ, ne facultas ad ſortes mittendas detur. Ob eandem cauſam ibidem prohibetur, *rifar*, hoc eſt, contribuere ad aliquid emendum, qđ poſteà inter contribuentes ludatur, vt is illud totum accipiat, qui ludo lucratur, id fuerit. Ac pœna ibidem ijs imponitur, qui aliud ita propoſuerint, vt eo modo ludatur, amiſſionis illius, & vt, qui ad illud ita emendum contribuerint pretium, quod contribuerint, & inſuper tantũdem mittant. Tertia autem pars totius huius pœnæ ad fiſcum ſpectat, alia tertia ad denunciantem, & tertia alia ad iudicem, qui condemnatoriã ſententiam tulerit.

De quo ludo ſit hoc loco ſermo. Et an iuſtè, & licitè exerceri valeat.

DISPVTATIO DX.

SVMMARIVM.

1 *Ludus quot modis vſurpatur, & quid latè.*
2 *Ludus admixtus contractui, quid, & an licitus.*

1 LVdus † duobus modis vſurpatur. Vno latè, ꝑ dictis, ac factis ad oblectationem animi accipiendam ordinatis. Et quidem, quando dictis exerceretur peculiari nomine dicitur iocus. Siue autem verbis ſiue factis, ludus fiat, ſi tamen conſentaneè ad rectam rõnem, debitisq; ſeruatis circumſtantijs exerceatur, actus eſt virtutis, quam Ariſt. 4. Ethic. c. 8. in antiqua verſione, eutrapeliẽ appellat, hoc eſt, vrbanitatem. Diuus verò Thomas, 2. 2. q. 168. art. 2. in argumento, ſed contra, ait, nos poſſe eam iocunditatem nuncupare. Poſita autem eſt in medio inter exceſſum & defectum in ludendo. Quamuis enim frequentius per exceſſum peccetur in ludo; qm̃, autore Cicerone 1. de Officijs, *ita parce condienda eſt vita ludo, vt ſole cibi*, procliueſq; ſumus ad iocunditatẽ ludo capiendam, euenire tñ poteſt, vt ẽt per defectũ peccetur; tametſi rarò id accidat. Qui autem per defectum peccat, durus & agreſtis ab Ariſt. 4. Ethi. cap. 8. appellatur. Diſputare de ludo ita ſumpto, non ad hanc de iuſtitia, ſed ad tractationem de temperantia ſpectat: eaque de cauſa. D. Tho. inferius in hac. 2. 2. loco citato, de eo differit.

2 Altero modo † ludus ſumitur preſſius, vt adiunctam habet conuentionem, qua ludentes ſucceſſui ludi intereſſe aliquod exponunt, quod, iuxta leges, ac varium ludi euẽtum, vnus amittat, & alter acquirat. Eiuſmodi autem conuentio interdum coniungitur ludo cattarum, teſſerarum, & tabularum, haſtiludo, ludo pilæ, ſcaccorum (noſtri *axedrez* vocant) & interdum alijs ludis. Diſputatio de ludo hoc modo ſumpto vtiq; ad hanc tractationem ſpectat: eſt enim mixtum quoddam ex contractu innominato, quo vnus ludentium, iuxta leges, ac ancipitem ludi euentum, periculo exponit intereſſe aliquod in alterius cõmodum, vt alter ſimili modo in illius commodum intereſſe aliud exponat, atque ex induſtria ludentium cooperantium ad eundem ludi euentum iuxta maiorem, aut minorem peritiam, ac dexteritatem cuiuſcunque ipſorum: ſiue ſimul ludi oblectationem, quatenus ludus eſt, intendant (vnde res hæc ludi nomen accepit,) ſiue non, hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod ad ſecundum attinet ſtatuenda eſt hæc concluſio. Stando in ſolo iure naturali, ſecluſaq; prohibitione iuris humani, ludus hoc ſecũdo modo ſumptus, iuſtè, ac licitè exerceri valet, etiamſi ſit cartarum, aut teſſetarum. Probatur, quoniam conuentio, quæ in eo interuenit, eſſe poteſt æqualis ex vtraque parte, ac proinde iuſta, vt ex ſe liquet: præterea ludentes eſſe poſſunt habiles ad alienandum intereſſe, quod huic contractui exposuerunt: luduſque exerceri poteſt ſine vi, dolo, aut fraude: ordinari item poteſt ad competentem oblectationem inde iuxta rationis regulam capiendam, attenta qualitate, & conditione laudentium, ſeruatoque competenti loco, ac tempore, cum reliquis circumſtantijs: quod verò inde lucrum ſperetur, præterquàm quòd nullam contineat iniuſtitiam, eo quod contractus vtrinque ſit æqualis, inſeruire poteſt ad oblectationẽ ſumendam: languent quippe ludentium animi, quando vincenti nullum propoſitum eſt præmium, neq; tantum oblectantur, quantum ſi ſeriò, aliquoque propoſito præmio, laudant, vt teſtatur experientia: ergo ludus, de quo eſt ſermo, etiam cattarum, & teſſararum, ſtando in ſolo iure naturali, ſecluſaque iuris humani prohibitione, ita iuſte, ac licite exerceri poteſt, vt in eo actus duarum moralium virtutum interueniat iuſtitiæ videlicet, & eutrapeliæ, atque adeò poteſt meritoriè exerceri. Adde ordinari ſimul poſſe ad vitandum otium, & alia peccata, in quæ homines, rebus alijs minimè intenti, facilè incidunt. Concl.

Ludus ex circumſtantijs vitioſus redditur. Et num vitioſus ex eo ſit, quòd lucrum eo intendatur, aut quod pecunia in illo fortunę ſubijciatur.

DISPVTATIO DXI.

SVMMARIVM.

1 *Ludus ex quibus circumſtantijs malus reddatur, & vitioſus.*
2 *Ludus ſi ad lucrũ ordinetur, an vitioſus reddatur.*
3 *Damnum propriè quid.*
4 *Ludus an licitus, in quo pecunia, fortunæ ſubijcitur.*

Licèt

LIcèt ludus de ſe, ſtandoque in ſolo iure naturali, malus non ſit, vt diſp. præcedente oſtenſum eſt, colligiturque ex D.Th.2.2.q.168.art.2. & ſequentibus, & affirmant Ioan.Med.de reſt.q. 22.Sotus,4.de iuſt.q.5.art.2.Maior.in 4.diſt.15. q.14.& plerique alij; ex varijs tamen circumſtantijs reddi poteſt malus, & vitioſus. Vt ſi plus temporis in eo inſumatur, quam oportet, † aut fiat qñ, aut vbi, non oportet, aut à quo non oportet attenta perſonæ qualitate, vt ſi clericus, religioſus, aut prælatus, ludo ſibi indecenti ludat. Præſertim qñ lucrum in ludo non ordinatur ad oblectationem ex lude capiendam, vt propoſito, pro ludentium qualitate præmio competenti, ſeriò, maiorią; cũ animi oblectatione fiat, ſed potius dirigitur ludus ad lucrum, quòd inde ſperatur, euenire ſolet ludentes varijs modis deordinari: nunc periurijs, rixis, aut ẽt blaſphemijs, ſi res ſiniſtrè ſuccedat; nũc fraudibus, & deceptionibus, alijſq; iniurijs aduerſus colludentes, interdum conuertendo noctes in dies, & dies in noctes, ſacraque diebus feſtis omittendo; & interdum proprium patrimonium, vxoriſq. ac filiorum bona diſſipando, atq. cum ingẽti familię, aliorumq; negotiorum, diſpendio, longum tempus in eo inſumendo, multiſq; alijs modis: ex quibus omnibus varia, ac diſpendia, in perniciem propriam, reipublicæque malum, oriri ſolent: maximè autem ex teſſerarum, & cartarum ludo mala, ac diſpendia ſolent euenire. Teſſeris quippe (*dados* noſtri vocant) breui tempore multum pecuniæ conſueuit amitti, idemque euenire conſueuit quibuſdam cartarum ludis. Cæterum hæc ludentium vitia ſunt, non verò ludi in ſe, qui ex ipſa rei natura bene fieri poteſt, vt de negotiatoria arte diſput.339.dicebamus: tametſi ludi aliqui apti ex ſe ſint, quibus ſimilia flagitia coniungantur, vt de eadem negotiatoria arte ibidem dictũ ẽt eſt. Hęc de primo eorũ quæ propoſita ſunt.

Queſt. Quod ad ſecundum attinet, Gab.in 4.diſt.15. q.13.art.2.concl.3.Panor.c.penul.de vita & honeſt.cler.n.12. & quidam alij, vſque adeò ludum
2 † reddi exiſtimant vitioſum ſi ita ad lucrum ordinetur, quòd ludens præcipuè lucrum intendat ludo, vt affirment culpam eſſe lethalem, modo lucrum intentum notabile ſit.

Ducuntur, quoniam intenditur damnum notabile proximi, reſque illius cum eiuſdem proximi damno contra decimum decalogi præceptum concupiſcitur. Neque refert, inquiunt, quod colludens voluntariè legibus ludi ſe ſubiecerit, & voluntariè ſoluat, quod alius lucratur: quoniam in ea ſolutione cernitur inuoluntarium mixtè, non ſecus atque in ſolutione vſuræ.

Deciſ. Hæc tñ opinio merito a Medina, & Soto locis citatis, & à pleriſque alijs reprobatur. In decimo enim decalogi præcepto prohibetur concupiſcentia rei proximi medio, ac via iniuſta, cuius actus exterior ſeptimo præcepto eiuſdem decalogi fuerat prohibitus: non verò prohibetur concupiſcentia medio, ac via iuſta: in ludo aũt de quo loquimur, cernitur contractus æqualis ac iuſtus, dum vnus intendit, vt in ipſius commodum alter legibus, ac euentui ludi, exponat pecuniam ſuam, vt tantundem ẽt ipſe in illius commodum exponat, quare, non gratis, ſed in recompenſationem pro periculo æquali in ipſius fauorem, vult vt eã expo nat: & cum, pari exiſtente conditione nullus lege charitatis præferre teneatur commodum alterius ſuo proprio, ſed pręferre optime poſſit ſuũ cõmodum proprium cõmodo alterius, vt liquet ex his, q̃ in hac ſecunda ſecundæ diximus, dum de ordine charitatis nobis eſſet ſermo; conſequens profectò eſt, vt hic, intendendo ea via lucrum, non ſolũ non peccet contra iuſtitiã, ſed neq. contra proximi charitatem, ſicut ẽt non peccat celebrando cũ eo alios contractus iuſtos, eiſq. intendendo ſuum proprium commodũ, vt locando ei agrũ pro certa annua penſione, deducendoq; in pactum, vt teneatur eam ſoluere, nihil impediente, qđ ſterilitas adueniat, vt diſp.495.explanatum eſt. Ac plane, ſi Gabrielis & Pan.opinio vera eſſet, ſimiliter eſſet lethale peccatũ intẽdere lucrũ ex ludis nulla lege prohibitis, vt ludo pilę, & ſcaccorum, quin & peccatũ eſſet lethale intendere minus p̃cipuè lucrum ex ludo, illudq; accipere: quippe cum neq. minus præcipuè, liceat cõcupiſcere rem proximi eo modo, quod decimo decalogi præcepto prohibetur.

Id verò, quod Gabr.de inuoluntario mixtè dicit, ſi quicquam concluderet, probaret ẽt, accipiẽtem lucrum ludi, teneri illud reſtituere, non ſecus ac vſurarius reſtituere tenetur vſuras iã acceptas: ipſe verò aſſeuerat, acquiſita eo modo per ludum, minime reſtitutioni eſſe obnoxia. Quare ſicut, dũ de vſura nobis erat ſermo, ac alias ſæpe dictũ eſt, ſic in re propoſita eſt dicendum. Tunc ſcilicet inuoluntariũ mixte impedire translationẽ dñij, ſed dereq; illicitam acceptionẽ, qñ datur aliquid gratuito: non verò qñ datur contractu non gratuito, ſed in recompenſationẽ pro alio, ꝙ alter vel dat, vel ſubijcit ſimili periculo, vt in re propoſita euenit. Etenim quod, qui domum vẽdit, inuolũtariè mixte eam vẽdat, quatenus, ſi aliũ de pecunias haberet, minime eam venderet, non reddit vitioſum contractum ex parte emptoris. Atque, vt melius in forma reſpondere ſcias argũ Gabrielis, nota.
3 Damnum † propriè, vt doctores c.quia ſæpe, de elect.lib.6.notant, nõ eſſe quãcunq. imminutionem patrimonij ac bonorũ, ſed eſſe illam, quæ fit contra dñi volũtatem, ac iniuſtè. Quo fit, vt, propriè loquendo, negandum ſit eũ, qui via iuſta ludo intendit lucrum, intendere damnum proximi: ſolum quippe intendit lucrum, & commodũ ſuũ, & per accidens iacturam illius via iuſta, atque interueniente conſenſu illius: quemadmodum donatarius, quando donum petit, indirectè iacturam in bonis donantis via iuſta intendit.

Ex dictis conſtat, neque venialem culpã ex eo præciſe euenire, quod quis magis ordinet ludum ad lucrum iuſtum, quàm ad oblectationem ex ludo accipiendam: in quo Medina q.22.citata nobiſcum conſentit. Dixi, ex eo præciſe: quoniam, ſi appetitus lucri immoderatus ſit, vt eſſe in multis ſolet, eſſe poterit peccatum auaritiæ ex ſuo genere veniale, quod in cauſa eſſe poterit, vt ludens eo effrænato appetitu, quo ad multa alia deornetur, vt in prima huius diſputationis parte probatum eſt:

id tamen non prouenit ex eo, quod lucrum ludo appetatur, ſed quod nimis, & inordinate appetatur: Atque hac ratione Ariſt.4. Ethic.c.1.verſus finem, aleatores, hoc eſt, eos qui ſe totos ex lucri concupiſcentia ludo tradunt, illiberales appellat, eoſque circa turpe lucrum verſari affirmat, atque omnia agere quæſtus, lucrique cauſa, ab amicis, quibus potius dare oporteret. Hęc de ſecundo eorum, quæ propoſita ſunt.

4 Quod ad tertium † attinet, quidam voluerunt, ludum, de quo loquimur, ex ſua natura eſſe illicitum propterea quod pecunia illa ſubijciatur fortunæ, otiumque nutriat. Hæc tamen ſententia iure optimo non probatur: Tum quod illicitum ex ſe non ſit committere aliqua euentui fortunæ. Tum etiam, quod, vt diſp.507. dictum eſt homines non ſemper laborare tenentur, ſed licitè ceſſare, poſſunt ab alijs occupationibus, & intendere, non ſolum alijs contractibus, ſed etiam ludo oblectationis gratia, atque etiam lucri, ad vitandum otium, & alia peccata.

Ludus quouſque iure humano, ciuili, & canonico ſit prohibitus.

DISPVTATIO DXII.

SVMMARIVM.

1 *Aleæ nomine qui ludi compræhendantur.*
2 *Ludus quo iure, & quouſque prohibitus.*
Et quid de iure Caſtellæ. nu.3 & Luſitaniæ. nu.5.
4 *Ludo amiſſum an repeti poſſit per ludentem, etiam tranſacto tempore ei conceſſo, ad repetendum.*
6 *Pœnæ contra ludentes, & eos acceptantes in domibus, ſtatutæ de iure Luſitano.*
7 *Ludus ſub qua pœna de iure canonico prohibitus.*

QVoniã iure diuino poſitiuo nulla, circa ludi prohibitionem, lex reperitur explicandum eſt, quouſque humano iure, ciuili, & canonico, ludus ob ea, quæ initio diſputationis præcedentis dicta ſunt, prohibitus reperiatur: ordiendumque nobis erit à iure ciuili communi.

1 Nomine † aleæ, oĩs ludus comprehenditur, qui fortuna magis, & caſu, q̃ arte gubernatur, qualis eſt teſſerarum, talorum, & taxillorũ, item quo cartarum, qui tempore Romanorum, ac legum imperialium, non fuerat inuentus. Quamuis † autem
2 prohibitus eſſet iure Digeſtorum, ſi pecunia ludetur, aut res pecunia æſtimabilis, niſi cõuiuio, ꝙ manducandum eſt ludatur, aut ludatur pecunia, vnde aliquid ad manducandum ematur, eſſetque prohibitum facere ſpõſiones (*attraueſar* Hiſpane dr) in eiuſmodi ludis prohibitis, atq; repetitio cõcederetur eius qđ quis eſſet lucratus, ac accepiſſet, vt conſtat. l.1.3.& 4.ff. de aleæ luſu, multo tamen expreſſius, & copioſius prohibitus eſt idem ludus in authentica alearum. C. de relig. & ſump. funer. & denegatur actio ad petendum, quod quis eo ludo eſt lucratus, ſi nondum ei ſit ſolutum, & conceditur aduerſus eum repetitio ſi illud iam accepit; poſſuntque id repetere, non ſolum, qui illud ludo amiſit, ſed et hæredes illius, parentes, & quicunque alij, ad quos partes illius agere ſpectat: ſi verò hi non repetant, conceditur fiſco repetitio: atq; ea repetitio his oĩbus conceditur intra quinquaginta annos à die, quo id fuerit ſolutum vt hęc omnia expreſſe habentur authentica citata.

Lege 1. ff. de aleæ luſu, & l.6. titul.14. pars 7. in odium ad pęna eorũ, qui luſores in domos ſuas ad ludendum recipiunt (modo conſuetudinem habeant eos recipiendi, & non ſemel, aut bis tãtum, vel raro, caſu aliquo, illos recipiant, vt ait gloſ. l.1. citata) ſtatuitur, vt, ſi verberentur, vulnerentur, aut alia iniuria afficiantur (modo tamen non interficiantur, vt ait l.6. citata, nec mutilentur, vt ait ibidem Greg. Lopez, quoniam mutilatio morti æquiparatur) ſiue in ſua propria domo ſiue alibi, & ſiue dum luditur, ſiue poſtea, modo occaſione ludi fiat, ſaltem quia luſores conqueſti ſunt, non ſubminiſtraſſe eis neceſſaria, impunè id fiat neq; vlla actio aduerſus iniuriam inferentem, receptatori ludentium concedatur. Item vt, ſi tempore ludi aliquid de domo, ita recipientis ad ludum, furto fuerit ablatum, adeò impune id etiam fiat, vt recipienti nulla actio concedatur, etiam ad repetendum, ac vendicandum, quod ita furto ex eo fuerit ablatum. Si tamen, vel extra ſuam domum, in qua luditur, aliquid ex illo furto fuerit ablatum, vel in ſua domo, ſed tempore, quo in ea non ludebatur, tunc conceditur eiuſmodi receptori actio aduerſus furem, vt iuribus citatis habetur. Quod ſi vnus colludentium percuſſerit alterum colludentem, aut furto aliquid ab aliquo colludentium auferatur, tunc colludenti, iniuriam eam paſſo, conceditur actio aduerſus malefactorem, etiam ſi vnus colludentium compulerit alterum ad ludum, vel à principio, vel in ludi progreſſu. Cæterum, qui ita ad ludendum compulerit, punietur pœna pecuniaria, vel conijcietur in vincula. Ita habetur l.1.& 2.ff. de aleæ luſu.

In hoc Caſtellæ Regno variæ lege circa ludum latæ ſunt. Alfonſus Rex anno 1386. legem † tulit, quæ hodie eſt prima tit.7. lib.8. nouæ collect. qua, in expeditione belli ludum teſſerarum, ac tabullarum (forte cartarum nondum erat in vſu in Hiſpanijs) prohibuit ſub pœna ſexcentorum marauedinorum miniſtro, qui *alguazil* nuncupatur, conijciendo luſorem in vincula; & vt, ſi miniſter illi in vincula ludẽtem non inijceret, ſolueret miniſter duplum pœnæ fiſco Regis. Item ſtatuit, vt quicunque aliquid lucraretur eiuſmodi ludo, continuò illud redderet ei, à quo id eſſet lucratus. Qđ ſi non haberet vñ redderet, conijceretur triginta diebus in vincula. Hodie tamen in expeditionib. bellicis, atque in præſidijs, nihil frequentius reperitur, quam ludus teſſerarum, & cartarum.

3 Ius Caſtellæ.

Poſtea Ioannes 1. anno 1387. & Ferdinandus anno 1476. l. 2. eo. tit. prohibuere ludum teſſerarum, & cartarum ſub pœna, vt qui primo depræhenderetur luſiſſe, ſolueret ſexcentos marauedinos, aut ſi ſoluendo non eſſet, conijceretur decem diebus in vincula. Qui verò deprahenderetur ſecundo, ſolueret mille ducentos marauedinos, aut ſi ſoluendo non eſſet, conijceretur viginti diebus in vin-

in vincula. Et, qui tertio depræhenderetur, ſolueret mille octingentos marauedinos, aut, ſi ſoluendo nō eſſet, conijceretur triginta diebus in vincula. Et deinceps, ſi depræhenderetur, ſolueret tres mille marauedinos ſinguli vicibus; aut, ſi ſoluendo nō eſſet, detineretur triginta dies in vinculis. Idem Ferdinandus poſteà, l. 5. eiuſdem tituli, immunes ab eiuſmodi pœnis fecit, qui luderent fructus, vinum, aut pecunias ad emendum, quod ſtatim prandeatur, aut cęnetur, modo id non luderent teſſeris. Et Carolus V. cum lege 10. eiuſdem tituli immunes ab ea pœna feciſſet, qui ſolum luderent duos regales ad emenda aliqua, quæ manducarentur, lege 11. ſequenti immunes ab ea pœna fecit vniuerſim eos, qui ſolum ludunt vſq; ad duos regales argenteos, eſto ludantur, non vt inde ematur aliquid, quod manducetur.

Lex citata pſcribit, eū, qui ludo ꝓhibito aliqd amiſit ac ſoluit, poſſe illud repetere intra octo dies à puncto, quo id ſoluit: &, qui lucratus eſt, teneri illud reddere, ſi repetatur. Si vero, qui amiſit, intra octo dies illud non repetat, poteſt deinceps quicunq; alius id exigere, ac retinere ſibi. Quod ſi nullus id repetat, tunc quicunque iudex ex officio ſuo tenetur illud exigere, & adiudicare fiſco Regis. Si aūt, ſciens, id nō efficiat, tenetur iudex ipſo ſoluere ſexcētos marauedinos, dimidium accuſanti, & dimidium fiſco Regis. Poſteà verò Carolus V. l. 10. eiuſdem tituli pcepit, vt ludentes cōdēnari nō poſſent pœna ludi, neq; poſſet de eis inquiri, niſi intra duos mēſes à crimine cōmiſſo. Cum aūt repetitio eius, qd̄ quis ludo eſt lucratus, in pęnā cōcedatur, vtiq; locū nō habebit, niſi intra duos eos mēſes, vt bene affirmat Gutie. de iu. confir. par. 1. c. 53. nu. 2. Idem Carolus V. l. 11. ſequenti ſtatuit, vt, qui depræhenderentur ludentes ſolum amitterent de pecunia quā ludere depræhenderentur, qd̄ ſatis eſſet ad ſoluendam pœnam, & quod pecunia ad eam pœnam ſoluendam deponeretur tūc apud aliquem, quouſq; ſequeretur iudicis ſnīa. Item qui in ludo non depræhenderentur, neq; accuſari poſſent, neque condemnari, antequam facta eſſet de eo crimine inquiſitio, qua comperiatur, eos ludo prohibito luſiſſe.

Queſt. 4 Dubium autem eſt, vtrum, tranſactis octo illis † diebus cōceſſis ei, qui ludo aliquid amiſit, vt repetere illud poſſit, repetere nihilominus idem poſſit reliquo tempore, quouſq; duo menſes integri elabantur. Auiles, relatus à Gutierrez. nu. 3. citato, negat. Dicēdum tn̄ eſt cum Auendaño, & eodē Gutierrio poſſe illud repetere, modo tn̄ poſt

Deciſ. eos octo dies alius de populo, aut iudex ipſe ex officio, id non exegerit. Ratio eſt, quoniam lex illa concedit colluſori octo illos dies, in quibus ipſe ſolus poſſit repetere, qd̄ ludo amiſit, & non alius; reliquum vero tempus duorum menſium ipſi, & alijs eſt commune, atque locus eſt præuentioni. Quare, ſi, elapſis octo illis diebus, alius id exigere incipiat, excludetur, qui id amiſit.

Lege. 7. eiuſdem tituli, oībus vniuerſim, etiam alienigenis oīno prohibetur ludere teſſeris, quocunque ludi genere, aut teſſeras conficere vel illas confici pcipere, aut eas vendere, vel vendi præcipere per ſe, vel per interpoſitam perſonam, directè, aut indirectè, aut eas in hæc regna afferre, ſub pęna exilij duobus annis ab his Regnis, & vt, qui depræhenſi fuerint eis ludere, amittant exequutori cīa, quæ ludere depræhendentur, modo intra octo dies à puncto, quo fuerint depræhenſi, feratur ſnīa condemnatoria. Inſuper, qui teſſeris luſerint, ſoluūt viginti mille marauedinos fiſco Regis. Item domus, in qua fuerit compertum teſſeris fuiſse luſum, ac taberna, (*tieda* Hiſpane) in qua venditæ fuerint, ac repertæ ad vendendum, applicantur fiſco Regis. Miniſtri verò iuſtitiæ, qui hæc exequutioni non mandauerint, officij priuantur, ac inhabiles ad alia obtinenda redduntur. Poſtea Philippus II. Rex noſter, l. 15. tit. 26. lib. 8. nouæ collect. conficientibus, aut vendentibus teſſeras, per ſe, aut per interpoſitam perſonam, directè, vel indirectè, aut eis ludentibus, vel apud ſe habentibus ſtatuit in pœnam, ſi nobilis fuerit, aut ciuilitate illa gaudeat, quam *hidalguia* Caſtellani vocant, exulet quinquennio ab his Regnis, & inſuper ſoluat ducentos aureos, tertium fiſco Regis, aliud tertium iudicis, & aliud delatori. Si verò fuerit inferioris notæ flagelletur publicæ, & quinquēnio remiget in triremibus, & inſuper amittat de ſuis bonis vſq; ad triginta mille marauedinos, mō prædicto inter fiſcum, iudicem, ac delatorem diuidendos. Inſuper vt domus, in qua teſſeris fuerit luſum, & vbi venditæ fuerint, aut repertæ, vt vendātur, publicetur, eiuſq; valor ſimiliter diuidatur inter fiſcū, iudicē, ac delatorem. Item percipitur, vt qui in aliqd̄ prædictorū criminū inciderit, non prius è vinculis eruatur, quam lata ſit ea de re ſententia, quæ in rem tranſeat iudicatā, neq; ſub fide iuſſoribus, aut quacūq; alia rōne, egredi ante id tempus permittatur, & vt quæcunq; ex enumeratis pœnis potuerint continuo exequutioni mandari, ſtatim ſine mora, exequutione mandentur.

Carolus V. l. 8. tit. 7. lib. 8. nouæ collect. ſequentibus verbis ludere credito vetuit. *Mandamos, que de aqui adelante ninguna perſona, de qualquier eſtado o qualidad que ſea, pueda iugar, ni iuegue, a credito, ni fiado, aunque ſea iuego de pelota ni otro los permitidos y tolerados en eſtos reinos. Y ſi iugaren los dichos iuegos a credito o fiado, mandamos a las nueſtras iuſticias, que no condenen ni executen en las tales perſonas ni en ſus bienes, ni de ſus fiadores, lo que anſi deuieren de los dichos iuegos a credito o fiado. Y por la preſente damos por ningunas qualeſquier obligaciones eſcrituras, o promeſas, que les tales perſonas cerca dello hizieren, &c.*

Et l. 9 ſequenti ita habetur. *Mandamos que ningunas perſonas, de qualquier calidad y cōdiciō que ſoan, en vnd dia ne puedan iugar al iuego de la pelota, ni a otros iuegos, aūque ſean permitidos, mas de treinta ducados en dineros, aunque dignan que iuegā por otros: ni en los dichos iuegso aya treuieſas; y que no puedan iugar, ni ieguen preſeas o prēdas ni otra coſa en poca ni mucha quātidad, ni a credito ni fiado, ni ſobre palabra; ſo pena que por la primera vez, anſi el que lo perdiere, como el que lo ganare y atraueſare, coigay incurra en pena de lo q̄ mas iugare de la dicha quātidad. y lo que trauerſare cō*

otro

otro tanto: lo qual ſea la tercera parte para nueſtra camara, la otra tercera parte para el iue y que lo ſentenciare, y la otra para el que lo denunciare: y por la ſecunda incurra la miſma pena y ſea deſterrado de nueſtra corte, y de el lugar donde viuere por dos años: y por la torcera, de mas de la dicha pena, ſea deſterrado deſtos nueſtros reinos por ocho años. Y en los iuegos prohibidos mandamos que ſe guarden y executen las leyes de nueſtros reino: y de mas de las penas en ellas contenidas, los que iugaren perſeas o prendas, o otra coſa credito o a fiado o ſobre palabra o attraueſaren rifaren, incurran en las penas arriba dichas y mãdamos ſo las dichas penas que ningun cãbio, ni banco, ni mercader, ni otra perſona, de qualquier qualidad que ſea, no fien ni ſalgan a pagar coſa alguna por los que aſi iugaren, o por razon algun de lo ſuſo dicho, ni accepten ni paguen librança, ni otra coſa que para el dicho effecto en ellos ſe librare: que por la preſente damos por ningunas qualeſquier obligationes, cedulas, y otras qualeſquier eſcripturas, promeſas, o palabras, que ſobre lo ſuſo dicho ſe ayan hecho, o hizieren. y mandamos a las nueſtras iuſticias aſi lo ſentencien, &c.

Lege. 3. eiuſdem tituli prohibẽtur menſæ ludis expoſitæ, & pœna imponitur quinque mille marauedinorum ei, qui in ſua domo expoſitas illas habuerit. Et l. 4. ſequenti inhibetur, oppida locare, vt quis habeat expoſitas menſas ad ludum. Et lege 5. pœnę ſtatutæ ludentibus, extenduntur ad conducentes ab oppidis, aut dñis oppidorum, vt habere poſſint menſas expoſitas ad ludũ, & cõtra menſas ad ludũ exponẽtes, ac contra concedentes domũ, vt in ea ludus exerceatur. Vbi lege pœnas, q̃ dñis oppidorum fuerunt ſtatutæ, niſi intra certũ tẽps eiuſmodi mẽſas curarẽt ad ludum nõ exponi. Et l. 6. prohibetur eos, ad quos pęnæ ludi ſpectant, poſſe concedere facultatem, aut facere compoſitionem cum aliquo, vt impunè ludatur.

5 In Luſitaniæ Regno † vniuerſim prohibitus eſt ludus omnis cartarum & teſſerarũ, præterquã quando teſſeris luditur tabularum ludo, quem vocant: hic enim licitus eſt in eo Regno. Hæc conſtat 5. lib. 5. ord. tit. 48. in princ. & §. 3.

Cuicunque in eo Regno probatũ fuerit, luſiſſe cartis quocũq; ludi earum genere, aut cuicunque in domo ſua cartę fuerint repertę, vel quicunque repertus fuerit ſecum eas aſportare is oĩs, ſi

6 plebeius fuerit, quem *piam* vocant, incidit † in pęnã ſoluẽdi ex vinculis duo mille *reais*. Si vero fuerit altioris ordinis, nõ conijcitur in vincula, attamen ſoluit in pœnã decem aureos. Item vtrique incidũt in pœnã ſoluẽdi quicquid probatum fuerit eos ludo fuiſſet lucratos, Atq; dimidiũ harum omnium pœnarum ſpectat ad accuſantem, & alterum dimidium ad fiſcum Regis. Qui item compræhenduntur ludentes, incidunt in pœnã amittendi eam omnem pecuniam, quam ad ludendũ habuerint expoſitam; ſecus quam habuerint in marſupijs, aut alibi; dimidium compræhendenti eos in ludo, & alterum dimidiũ ei quẽ in Regno vocãt *alcaide mor* eius oppidi, in quo fuerint depræhenſi ludere. Ita hř ibid. §. 2. & vlt. Mancipia autẽ non incidunt in has pęnas, ſed in pœnam viginti flagellorũ in loco patibuli (*ao pe do pelorinho* ordinationes dicũt) niſi ipſorũ dñi maluerint pœnam pecuniariam ſoluere. Ita hř, §. vlt. citato.

Qui cartas luſorias confecerit, aut aſportauerit ex alio Regno, vel in Luſitania vendiderit, ſi plebeius fuerit, incidit in pœnã ſoluendi ex vinculis viginti aureos, dimidiũ accuſatori, & dimidium fiſco Regis, & inſuper flagellorum *com barazo e pregaõ*. Si vero maioris fuerit condĩtionis, in pœnã incidit ſoluendi quadraginta aureos eodem modo diuidendos, & inſuper exilij vno anno in Ceptæ ciuitatem. Atq; in eaſdem pęnas ſimili modo incidunt, qui teſſeris ludunt, præterquam ludo tabullarum. Ita habetur tit. citato, §. 1. 3. & vlti.

Qui teſſeras, aut cartas adulterauerit, vel, ſciẽs eſſe adulteratas, eis luſerit, atq; is, apud quem fuerint repertæ ſi plebeius fuerit, incidit in pœnam flagellorum *com barazo e pregaõ*, atque exilij decem annis in inſulam Diui Thomæ. Quicquid eis teſſeris, aut cartis, fuerit lucratus, ſoluit nouem loco vnius, quæ ita fuerit lucratus, diuidẽda æqualiter inter accuſantem, ac fiſcum Regis. Si autem eo modo fuerit lucratus viginti aureos, aut plus, exulat perpetuo in inſulam Diui Thomæ, & vltra hæc omnia, incidit, qui ita luſerit, in pœnas ludentibus teſſeris, aut cartis, ſtatutas, ſupraq; relatas. In eaſdem omnes pœnas incidit, qui plebeius non fuerit, ſola flagellorum pęna excepta. Ita habetur tit. citato, §. 4. & vlt.

Qui receperit aliquos ad ludendum in domo ſua, ſtipendiumq; aliquod ea de cã acceperit ab eis, aut eis cibum aut potũ, pretio miniſtrauerit, incidit in pęnam quinquaginta ducatorum, diuidendã æqualiter inter accuſantẽ, & fiſcum, & exilij decem annis in inſulam Diui Thomæ, & inſuper, ſi plebeius fuerit, flagellatur publicè ibid. §. 5.

Aduerſus eos, qui cartis, aut teſſeris luſerint, conceditur actio ſolum intra quatuor menſes à die commiſſi delicti. Aduerſus eos verò, qui cartas confecerint, aſportauerint aut vendiderint, vel cartas, aut teſſeras, adulterauerint, aut, ſcientes, adulteratis luſerint, itemq; aduerſus eos qui modo explicato aliquos ad ludendum admiſerint, cõceditur actio intra annum commiſſo delicto. Ita habetur tit. citato, §. penul.

Merito etiam Rex Emmanuel ſtatuit, vt quicunque diebus feſtis ante miſſam ſolemnem luderet *a la bola*, conijceretur in vincula, atq; inde ſolueret quinquaginta *reais*, vt habetur 4. par. legum extr. titu. 4. lib. 1. Hæc quod attinet ad prohibitiones iuris ciuilis.

7 Quod verò ad ius † canonicum attinet. ca. penult. de vita & honeſtate clericorum, prohibentur clerici aleis, ac taxillis ludere, aut eis ludis intereſſe, & in authentica interdicimus. C. de epiſcop. & cler. idem eis interdicitur circa ludum tabularum ſub pęna, vt tribus annis arceantur à miniſterio, & in monaſteriũ redigantur, ita tamen vt, ſi intra id tempus pęnituerint, licet epiſcopo minuere illis tempus, & ante triennium ſuo miniſterio illos reſtituere. Vt autem bene Gregor. Lopez. l. 57. tit. 5. part. 1. cum Epiſcopo Calaguritano notat, cum ea pœna ſancita nõ ſit iure canonico Ius Canonicũ

nonico,non tenentur prælati mandare illam exequutioni. Immò neque tanti facere eum ludum, qui in Luſitania táquam moderatus, & honeſtus laicis permittitur:tametſi in cóſtitutionibus. Archiepiſcopatus Euorenſis tit.10.cap.7. clericis ſic prohibitus. fortè propter eam autenticam, & qđ non adeo clericis ſit decens. Eodem etiam modo non eſt ita curandum de quibuſdam ludis, qui.l. 57.Caſtellæ citata clericis interdicuntur ſub grauioribus pęnis clericis aleatoribus iure canonico ſtatutis, quas continuo ſubiungo. Ludus enim pilæ,& *del teiuelo*, ibi commemorantur,qui licèt,ſi publice exerceantur, non ita clericis ſint decétes, quod nudari interdum clericos oporteat ad illos exercendos,ſi tamen exerceantur, vbi conſpici ab alijs,quam a familiaribus,non poſſint,parum ſanè,aut nihil,indecentiæ habent. Ex iuribus, tamē illis ciuilibus, iunctis canonicis iuribus,colligit, quanta compoſitio eſſe oporteat in clericis,& quãta fuerit illis temporibus,quando etiam conſpicere eiuſmodi ludos adeo ſeuere prohibebantur. Item c. inter dilectos, de exceſſu prælat. quidam clericus, quod eſſet publicus aleator, repellitur à quadam dignitate Eccleſiaſtica in Gallia obtinenda,tanquam perſona ea indigna. Neque illi profuit dicere,conſuetudinem eſſe in Gallia, vt clerici aleis ludant: quoniam ait ibi Summus Pontifex,eſſe id corruptelam, quæ non erat tolleranda, puniendam. Et c.1.35.diſt.ita ſcriptum legimus. *Epiſcopus, aut presbyter aut diaconus aleæ deſeruiens,aut deſinat,aut certè damnetur.* hoc eſt,beneficio priuetur, aut ſuſpendatur ab officio. Vnde optimè glo.c.penul.de vit.& honeſt.cler.& cũ ea Panor.ibi.nu.12.Greg.Lopez vbi ſupra, & alij, obſeruant, vt clericus à beneficio otinendo arceatur,ſatis eſſe ſi publicus ſit aleator, eſto admonitus non ſit,vt a ludo ſe contineat, iuxta, ca. inter dilectos,citatum: verò priuetur beneficio iam obtento,vel ſuſpendatur neceſſe,eſſe,vt prius admoneatur: quod ſi admonitus, deſtiterit à ludendi conſuetudine, non erit beneficio priuandus, nec ſuſpendendus: ſi autem non deſtiterit, tunc priuandus erit beneficio,aut ſuſpendendus, iuxta, c. 1.35.diſt. Vt vero clericus dicatur publicus aleator, atq; adeo,vt pęnas eas incurrat, non ſatis eſt, ſi ſemel,bis,aut ter, ludat, ſed requiritur, vt ſæpe id efficiat. Vnde glo.c.1.35.diſt.verb. aleæ deſeruiens,ait,ideſt,valde ſeruiens.

In Euorenſi archiepiſcopatu.capit.7.citato, ſi clericis publicè,aut occulte,ludentibus cartis, teſſaris,aut tabulis, pœna imponitur, vt prima vicę ſoluant quingentos *reais*,ſecunda duplum, & tertia,vt idem ſoluãt coniecti prius in vincula, & id ſuper vt reſtituant,quod ludo fuerint lucrati, dimidiumque horum omnium adiudicatur fabricæ Eccleſiæ, cuius erit clericus ludere depræhenſus, & dimidium alterum *merinho*,quem vocãt,clericorum. Atque inſuper præcipitur, vt puniantur iuxta delicti qualitate. Sub eadem pœna clericis præcipitur,vt non ludant publicè *a abola, ou eboca*: eis tamen permittitur, vt in ſuis domibus,aut in alij decentibus locis, ludis, iuribus non prohibitis vtantur.

Vtrum acquiſita ludo prohibito, obnoxia ſint reſtitutioni.

DISPVTATIO DXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ludo acquiſita,iure humano prohibito,quomodo ſint reſtitutioni obnoxia.*

2 *Ludus de iure naturali, eſt contractus.*

3 *Intellectus ad l.non dubium.C.de legibus.*

EXplicandum eſſet hoc loco,vtrum ludus eiuſmodi humanis legibus prohibitus, culpa eſſet lethalis,præſertum Eccleſiaſticis, ea tamen de re commodius dicemus, explicatis prius omnibus:quæ ad rem hac de ludo ſpectant.

Nullus eſt,qui dubitet,rite acquiſita ludo iure humano minime prohibito, obnoxia nõ eſſe reſti- 1 tutioni. De † acquiſitis autem ludo iure humano prohibito D.Bonau.in 4.diſt.15.2.par.illius diſt. art.2.q.1.ait, Aleatorem non comparare dominium eorum,quæ ludo acquirit, ſed teneri illa reſtituere ei,à quo ea lucratus eſt,vel pauperibus, ſi ille alius ipſum ad ludendum induxit. Idem diceret de acquiſitis quocunque alio ludo prohibito: ſi quidem id expreſſe affirmat de acquiſitis torneamentis iure prohibitis. Eandem ſententiã amplectuntur plurimi ex iuris canonici interpretibus,tametſi non conſentiant, num reſtitutio faciẽda ſit pauperibus,aut ei,qui ludo id amiſit. In eadem ſententia eſt D.Tho. in 4.diſt.15.q.2.art.4. quæſtiuncula vlt.ad 2.& 2.2.q.32.art.7. ad 2. & Palud.in 4.diſt.15.q.3.art.5. Qui addit, qđ, qui perdit ludo poterat illud alienare,ac ſine vi,ac dolo,neque eum attrahendo ad ludendum, aliquid ab eo lucratus eſt, tunc lucrantem non teneri reſtituere illi ante latam ſententiam, ſed teneri reſtituere illud pauperibus. Si vero,antequam condẽnetur reſtituat pauperibus, poſſe obijcere iudici condemnanti, vt reſtituat ei,à quo id lucratus eſt, ſe iam reſtituiſſe pauperibus. Propendet etiam in eam ſententiam, quod quamuis aliquis ludo perdat ludens cum aliquo,à quo ipſe fuerat antea tantundem lucratus,nihilominus teneatur reſtituere pauperibus totum, quod fuerat lucratus: quoniã, inquit, iam antea pauperes comparauerant ius ad illud totum eo ipſo, quod ludo illicito fuit id lucratus,Richardus item in 4.ead.diſt. q. vlt. totius diſtinctionis affirmat, ſententiam relatam D.Bonauenturę,& aliorum,eſſe communiorem, ac ſecuriorem,in eamque propendet, quam nonnulli alij etiam ſequuntur. Queſt.

Contraria tamen ſententia eſt hodie communis inter doctores,nempe acquiſita per ludum ex eo, quod ludus iure humano ſit prohibitus, & qꝫ concedat repetitionem eius, qꝫ ita quis lucratus eſt. obnoxia non eſſe reſtitutioni antequam feratur ſententia,qua reſtitui præcipiantur,lucrantẽque dominium illorum comparare eo ipſo, quo facta eſt illorũ traditio. Ita Alex. Alenſ.4.par.q. 86.memb.3.art.6. Adr.de reſt.q.de ludo, incipit, Deciſ.

quia in ſuperioribus, Medina de reſtitut.q.22.cſ-tata, Maior.in 4.diſt.15.q.13.Gab.ead.diſt.& q. Sotus.4.de iuſt.q.5.art.2.Alfonſus à Caſtro.2.de leg. pœnal.c.2.corol.3.Couar.reg. peccatum par. 2.§.4.à nu.1. Naua.in Man.c.19.nu.19. & pleri-que alij. Probatur, quoniam, vt diſp. 510. & 511. oſtenſum eſt, ludus eſt contractus iuſtus, ſtando
2 in iure naturali† ac proinde dominij tranſlatiuus in lucrantem eius rei quæ eo perditur, ſi accedat illius traditio, alioquin comparat ſolum ius ad rem, inſurgitque obligatio in foro conſcientiæ eam tradendi, non ſecus atque hæc omnia vim ſi-militer habent ex quocunque alio iuſto contra-ctu: ſed iura humana, quæ diſputatione præceden te relata ſunt (ſi legem Caroli V. circa ea, quę cre dito luduntur, ſecludas, de qua infra ſermo erit,) ſolum prohibent aliquos ludos, minime reddẽdo irritum contractum, qui in eis interuenit, ſed ſolũ concedendo, in pœnam tranſgreſſionis legis re-petitionem eius, quod eo ludo comparatum eſt, idque non in perpetuum, ſed ſolum intra certum tempus, vltra quod non permittit eam repetitio-nem, vt diſputatione præcedente relatum eſt: cum ergo lucrans, ſicut & quiuis alius legis pœnalis tranſgreſſor, non teneatur ad pœnam ante latam ſententiam; conſequens profectò eſt, vt eo ipſo, quod fit ei traditio eius rei, quam ludo eſt lucra-tus, comparare dominiũ illius, neque illam tenea tur reſtituere ante latam ſententiam.

Illud amouerim, quamuis mens, legumque la-torum intentio fuiſſet, irritum reddere eum ludi contractum, ac impedire tranſlationem dominij (quod tamen eſt falſum, vt conſtat leges ipſas ex-pendenti) hodie tamen per contrariam conſuetu-dinem eſſent quo ad hoc abolitæ; quippe conſue-tudo ſit lucrantes ludo, non reſtituere, ſed tan-quam ſuum id retinere. Diuus autem Tho.2.2.q. 32.ar.2.ad 7.aſſeuerat, poſſe illas quo ad hoc abo leri contraria conſuetudine, nulluſque reclamat. Vt tamen Panor.ca.penul.de vit.& hon.cler.ob-ſeruat, quod perdentes ludo non aſſueuerint repe-tere, quod amittunt, non tollere vim ab eiſdem le gibus quatenus concedunt repetitionem. Ratio autem eſt, quoniam lex, quæ aliquid permittit, nõ tollitur per non vſum eius quod ita permittit, ſed per vſum in contrariũ: quare, vt lex illa per vſum in contrarium deſineret vim habere ad repeten-dum, quod ludo perditur, opus eſſet, vt tempore, ad præſcribendum aduerſus illam neceſſario, po-ſtularetur repetitio, ac denegaretur.

3 Quod† attinet ad l.non dubium.C.de legibus, & ad regulam illam iuris peritorum, quod quan-do acceptio eſt mala, accipiẽs reſtituere teneatur, quod ita accepit, vel danti, ſi dando nullam tur-pitudinem commiſit, vel pauperibus, aut fiſco, vnde autores contrariæ ſententiæ permoti viden-tur ad eam amplectendam, iam ſupra diſput.88. præſertim in calce, diſſoluendo argumenta, oſten dimus, nihil omnino impedire, quo minus lu-crans, ludo aliquo prohibito, tenere poſſit, quod eſt lucratus, quouſque feratur ſententia, qua id re ſtituere præcipiatur.

De repetitione eius, quod ludo prohi bito quis eſt lucratus, & quouſq; lu crans reddere illud teneantur.

DISPVTATIO DXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ludo prohibito amittenti non datur de iure Luſi-tano repetitio: ſed amiſſum pro dimidia accuſan-ti, & pro altera dimidia fiſco applicatur. Idem de iure caſtellæ.*

2 *Ludo prohibito lucrans, an ſtatim in foro conſcien tiæ.*

3 *Ludo prohibito amittens, ſi non poteſt per repeti-tionem via iudicis obtinere, an poſſit licitè tan-tundem occultè accipere, aut retinere de bonis lu crantis, in recõpenſationẽ eius, quod ita amiſit.*

4 *Ludo amittẽs, an poſſit cum lucrante paciſci, vt par-tem ſibi reſtituat, ne totum in iudicio repetat.*

Illud ante omnia eſt obſeruandum, de iure
1 Luſitano non concedi amittenti ludo † pro-hibito repetitionem eius, quod amiſit, ſed eum, qui id eſt lucratus, cogi illud reddere, dimidium accuſanti, & dimidium fiſco Regis, vt diſp. 512. relatum eſt: de iure quippe Luſitano, quando eſt lex eius Regni peculiariter diſponens circa aliquid, ceſſat diſpoſitio eiuſdem rei facta circa idem de iure communi, vt habetur libro 2.ordi. titu. 5. in re autem propoſita, non ſolum datur lex peculiariter diſponens, ſed etiam diſponens cõtrariè diſpoſitioni iuris cõis. Hoc autem in Lu ſitania multi ex iuriſperitis, dũ in eo Regno com morabar, non ſatis attendebant, arbitrantes repe-titionem de iure communi amittenti conceſſam, locum habere in Luſitania. Cum autem de iure Luſitano lucrum non ſit ſoluendum amittenti, ſed fiſco, & accuſanti, neque lucrans condemna-ri poſſit plus lucri ſoluere, quàm illi fuerit proba-tum, eum eſſe lucratum, vt diſp. 512. relatum eſt; liquidò ſanè conſtat, in eo Regno contractum lu di non eſſe irritum, ſed lucrantem comparare do minium eius, quod lucratur. Pœnæ item de iure communi ſtatutæ ludentibus, & receptatoribus eorum, locum non habent in Luſitania, vbi ſunt peculiares pęnæ ob eadem crimina ſtatutæ. Atq; Ius Caſtellæ. idem dicendum eſt in hoc Caſtellæ Regno, vbi peculiares etiam pœnæ ſunt ſtatutæ pro eiſdem criminibus.

Dubium eſt, vtrum, qui ludo prohibito ali- Dubiũ
2 quid eſt lucratus, teneatur † in foro conſcientiæ reddere illud ei, qui id amiſit, ſtatim ac extra iu-dicium id repetit; an verò tuta conſcientia poſ-ſit illud ei denegare, quouſque iudicis ſententia damnetur. Dicendum eſt cum Alfonſo a Caſtro Deciſ. 2.de leg.pœn.c.2.corol.3. Med in.de reſtit.q.22. §.neque obſtat, Couar.reg.peccatum par. 2.§. 4. num.8.& alijs, ad quorum ſententiam (tameſi dubius) accedit Sotus 4.de iuſt. q.5.artic.2.poſſe illud denegare, quouſque iudicis ſententia dam-

netur

netur. Ratio eſt qm̃ ea reſtitutio ſolum ſtatuta eſt in pœnam, concedendo ei actionem ad lucrũ in iudicio repetendum, qui illud amiſit. cũ ergo pœna retineri, ac denegari poſſit vſq; ad latam ſententiã, eo quod non debeatur, niſi dependenter ex eo, qd ſnīa condemnatoria feratur; conſequens eſt vt id lucrum denegari poſſit, nõ ſolum extra iudicium, ſed ẽt in iudicio, interim dum ſnīa nõ eſt lata. Neque eſt par ratio de eo, qui iurauit ſoluere vſuras, ac eas ſoluit, cui conceditur repetitio ea. debitores de iureiur. Quia enim vſurarius, neq; dominium, neque ius aliquod acquiſiuit ad eas vſuras, ſed pleno iure eas debet danti, vtiq; reſtituere illas tenetur, non ſolum petenti illas extra iudicium, ſed ẽt ſi taceat, neque illas petat. In re autem propoſita, qui lucratus eſt, dominium lucri comparauit, neque illud debet ei, qui id lucrum amiſit; ſed ſolum in pœnam ad odium ludi, conceditur ei, qui lucrũ amiſit, ius ad illud obtinendum, intentando actionem, ſubſequutaq; iudicis ſententia; ante eam verò is, qui lucratus eſt, nõ tenetur id ſoluere. Quin addo, cum in pœnam ſit ſtatutum neq; reus interrogatus teneatur confiteri crimen ſuum, niſi ſemiplene ſit probatum in iudicio, vtique, antequam ſemiplene hoc eſt, teſte vno omni exceptione maiori, probetur ipſum id fuiſſe lucratum, non tenetur id confiteri, ẽt ſi à iudice ſub iureiurando ſic interrogatus, quoniam non iuridice interrogat, ac proinde retinere licitè poterit lucrum, ſeu pecuniam illam. Si tamen iuſtè impediret ferri ſententiam, fallacijs, aut certè negando lucrum, qñ ſemiplene eſſet in iudicio probatum, atq; à iudice interrogaretur, tunc, tanquam cauſa iniuſta impediens, ne iuſta ferretur ſnīa, qua alteri id adiudicaretur, teneretur id ei reſtituere, iuxta ea, quæ in calce diſp. 95. poſt rñſionem ad quintum arg. dicta ſunt. Quin & expenſas litis tenetur ſoluere, quas propter fallacias, aut alias ipſius iniuſtitias, alius feciſſet vltra eas, quas alioquin erat facturus. In Luſitania aũt ſatis perſpicuum eſt lucrantẽ nõ teneri reſtituere lucrum ante latam ſnīam illud exigenti: qm̃ in meram pœnam eſt reſtituendũ, nõ ei qui illud ludo amiſit, ſed accuſanti, ac fiſco, neque plus lucri reddere tenetur lucrans, quam fuerit probatum ipſum fuiſſe lucratum, vt dictũ eſt.

Dubiũ Ex dictis facilis eſt reſponſio ad ſequẽs dubiũ. Num, ſi is, qui ludo prohibito aliquid amiſit, ac

3 ſoluit, non † poſſit via iudicis illud obtinere per repetitionem, poſſit licitè tantundem occultè accipere, aut retinere de bonis lucrantis, in recompenſationem eius, quod ita amiſit. Medina, Sotus, & Caſtrus, locis citatis tribuunt Adriano de reſt. q. de ludo. §. ſed oritur ex his dubium, affirmaſſe licitam eſſe eam recompenſationem. Si tñ attente legatur, potius aſſeuerat contrarium. Ait enim, qñ aliquid alicui in pœnam applicatur, nõ ipſo facto, ſed interueniente iudicis ſnīa, vt in re propoſita, non poſſe fieri recompenſationem: qm̃ id non debetur ante latam ſnīam. Qñ verò, inquit aliquid applicatur ipſo facto in pœnam, licitam eſſe recompenſationem. In quo affirmare videtur ſnīam Caſtri, quam diſp. 95. impugnauimus, nempe qñ aliquid ipſo facto ſtatuitur in pœnam, perinde deberi ſtatim cõmiſſa culpa, ac ſi lata eſſet iã ſnīa poſſeq; fieri occultã illius cõpenſationem, qñ aliter obtineri non poſſet. Ad dubium itaq; propoſitũ dicẽdum eſt, illicitam oīno eſſe eam cõpenſationẽ, & cũ reſtituendi onere. Niſi qñ, qui lucratus eſt, iniuſtè impediuiſſet ferri iuſtã ſnīam, qua id cõpenſanti fuiſſet adiudicandũ. Eodem modo eſſet iniuſta cõpenſatio, & cum reſtituendi onere, ſi quis, ꝙ ipſe ludo prohibito amiſiſſet & alius eſſet lucrat⁹, vellet cõpenſare ludendo iterũ cũ eo, & fraude, aut dolo, tãtundem ab eo lucrando. Rõ vtriuſq; aſſerti eſt, qm̃ id non eſt amittenti debitum, niſi intentata repetitione, ac dependenter à iudicis ſententia. Decis.

4 Dubium item eſt. Num quando conceditur repetitio † pecuniæ ludo prohibito acquiſitæ fas ſit ei, qui ludo illo eã amiſit, cõminari repetitionẽ, ac paciſci cum lucrãte, vt partem ſibi reſtituat, ne totam in iudicio repetat. Reſpondendũ eſt affirmãter. Qm̃ ſicut fas eſt repetere ita fas eſt cõminari iuſtam repetitionẽ, & accipere totũ, aut partẽ, vt repetitionem non intentet, aut vt ab intẽtata deſiſtat. Qui tñ, vel ob verecundiam, ac infamiã, vel vel quacunq; alia de cauſa, repeterituros non erat, animumq, repetẽdi finxit, vt alius deterritus, partẽ lucri reſtitueret, credo retinere id in conſcientia non poſſet. Qm̃, qui ita reſtituit, iuſtè illud tanquam ſuum retinebat, & qui animum repetẽdi finxit, fallacia, ac ſimulatione, iniuſtè id ita ab illo extraxit: neq; cauſa ſuberat, ob quam vnus id dedit, & ob quã alius poterat iuſtè illud accipere. Decis.

Vtrum qui credito aliquid ludo prohibito amiſit, teneatur in conſcientia illud ſoluere. Et num in Caſtella, qui id lucratus eſt, poſſit illud accipere, ac retinere.

DISPVT. DXV.

SVMMARIVM.

1 *Ludo prohibito aliquid amittens credito, quando teneatur in conſcientia illud ſoluere. & n. 2. cũ ſeq.*

3 *Ludo in Luſitania amittens credito, tenetur in conſcientia ſoluere.*

Secus tamen in Caſtellæ Regno nu. 4.

5 *Ludo prohibito amittens, de iure communi, etiam in conſcientiæ foro, non tenetur ſoluere; immo ante latam ſententiam, poteſt excipere de nullitate, cum nulla adſit obligatio.*

6 *Ludens ſi iurauit ſe ſoluturũ quod ludo perdidit, tenetur: ſed an poſſit repetere, quod ſoluit, ibi vide.*

7 *Iurans ſe ſoluturum, quod ludo perdit, an facta ſolutione, licite poſſit repetere, & quando.*

8 *Ludo accipiens quod lucratus eſt, quando peccet, & teneatur reſtituere.*

QVod ad priorem partem huius diſputationis attinet, Med. de reſt. q. 22. & Caſtrus. 2. de leg. pen. c. 2. coroll. 3. aduerſus Adr. affirmant,

1 qui credito aliquid ludo † prohibito amiſit, teneri

in conſciẽtia illud ſoluere, nec poſſe retinere, aut denegare lucranti ſolutionẽ;eſto, poſtquã id ſoluerit,poſſit tuta conſcientia illud repetere beneficio legis concedentis ſibi repetitionem.

Ducuntur primò,quõ cõtractus,qui inter colludentes interuenit,fuit validus, vt ex hactenus dictis liquet,ex illoq ue is, qui id lucratus eſt, comparauerit ius ad rem, quam eſt lucratus, vereque eſt illi debita; alioquin,eſto ſolueretur, non cõpararet lucrans dominium illius, teneretur que eam reſtituere,nulla expectata ſnĩa, quod eſt falſum, negantque autores contrariæ ſnĩæ: ergo,nihil impediente, quod poſt ſolutionẽ concedatur perdenti repetitio,tenetur iure naturali,vtique contractus iuſti antecedentis,iure humano minimè irriti,vt ex dictis conſtat,ſoluere,quod amiſit, interim dum iudicis ſententia non eſt ſibi adiudicatum.

Secundò, ſolutio rei eo ludo perditæ, neq; eſt mala ex parte ſoluẽtis, neque ex parte accipientis, præceſſitque mutua promiſſio illius per cõtractũ iuſtum: cum ergo de iure ſit naturali,impleri iuſtã promiſſionẽ; conſequẽs profectò eſt,nihil impediente,qđ poſt ſolutionẽ concedatur ſoluẽti repetitio,teneri ꝑmiſſionẽ implere. Eo modo, quo is q vſuras ſoluere iurauit,tenet eas ſoluere,& nihilominus, poſt ſolutionem, poteſt eas repetere.

Tertiò, in ludo eſſe debet æqualitas inter colludentes, cum ſit contractus ad commutatiuam iuſtitiam ſpectans;at,ſi ludant duo,vnus pecunia præſenti,& alter data ſolum fide, ſi hic lucretur, verè acquirit dominium pecuniæ præſentis,quam accipit; ergo ille alius acquirit, ſi non dominiũ, eo quod deſit traditio, ſaltem verum ius ad pecuniam promiſſam, efficitque illam verè ſibi debitam, ita vt amittens teneatur eam ſoluere: alioquin non ſeruaretur æqualitas in eo contractu.

Conſtituendæ erunt ſequentes concluſiones.

2 Prima eſt. Secluſo † omni humano iure, ſtandoq; in ſolo iure naturali, qui aliquid credito amitteret ludo, tenetur illud ſoluere in foro conſcientiæ. Quin eſto iure humano prohibitus eſſet ille ludus, appoſita ſolum pœna ludentibus, & nihil vlterius addendo,ſoluere ſimiliter illud teneretur in foro cõſcientiæ. Prior pars ex eo eſt perſpicua, quòd, vt diſputat. 510. oſtendimus, ludus, ſtando in ſolo iure naturali, eſt contractus iuſtus, illoq; comparatur ius,ac dominium rei lucratæ, ſi traditio accedat; ergo, ſi ſecludas ius humanum,quod repetitionem rei lucratæ concedat, aut retentionem, antequam illa ſoluatur, vtique,qui aliquid credito amiſerit ludo, tenetur in foro conſcientiæ illud ſoluere. Atque hoc probant argumenta propoſita. Poſterior verò pars ex eo liquet, quod ſola prohibitio alicuius contractus, appoſita pœna illum exercentibus, non aufert ab eo vim obligandi in foro conſcientiæ, perinde ac ſi ſub ea pœna non eſſet prohibitus.

Secunda concluſio. Qui in Luſitania aliquid

3 † credito amittit ludo, tenetur in foro conſciẽtiæ illud ſoluere. Probatur, quoniam, vt diſputatione præcedente dictum eſt, in Luſitania non conceditur perdẽti repetitio, nec proinde habet in eo Regno locum exceptio, de qua infra erit ſermo, ſed ſolum,inter alias pœnas,hæc quoq; in eo Regno imponitur lucranti, vt fiſco, & accuſanti, amittat, quod probatum fuerit eum fuiſſe lucratum: quare nihil in pœnam ei ſtatuitur,niſi depẽdenter à ſufficienti probatione, & à lata ſnĩa condemnatoria: quin potius, ſi perdens attentet in eo Regno aliquid repetere tanquam ludo prohibito amiſſum, condẽnari ex ſua propria confeſſio ne poterit,vt ſoluat pœnam ludentibus ſtatutam.

4 Tertia cõcluſio, In hoc † Caſtellæ Regno poſt leges Caroli V. 8.& 9.tit.7. lib. 8. nouæ collect. diſp. 512. relatas,qui aliquid credito amiſit ludo, ẽt aliàs licito ac promiſſo,non tenetur illud ſoluere,non ſolum in exteriori,ſed ẽt in conſcientiæ foro. In hac conueniunt Caſtrus corol.3.citato, Sotus 4.de iuſt,q.5.art.2.Couar.reg. peccatum par. 2.§.4.n.8.Nau. in Man.c.19.n.17. ad 5.& Gut. de iur.confir.par.1.c.53.n.1.Ratio eſt, quoniam duabus illis legibus, non ſolum fuit prohibitũ ludere credito,etiam ludis alioquin permiſſis,denegataq; fuit actio ad petendum, quod quis ita lucraretur,ſed etiã irritæ, ac nullæ effectæ ſunt promiſſiones,& obligationes,quæ inde oriri poſſent, aut ea de re eſſent factæ.

5 Quarta concluſio, *Stando* † in ſolo iure cõmuni,neque in exteriori, neque in conſcientiæ foro, tenetur quis ſoluere,quod ludo prohibito amiſit, & nondum ſoluit,ſed ante latam ſententiã, quia & antequam res in iudiciũ deferatur, poterit excipere,ſeu obijcere ei, qui lucratus illud eſt, ſe ad id non teneri, lege ipſum ab ea obligatione eximente. Hæc eſt Adriani de reſt.q.de ludo,incipit, quia in ſuperioribus, Soti, Coua. Nau. & Gut. locis citatis. Probatur verò primo, quõ in authẽtica vt alearum. C.de relig.& ſump.funer. ſic habetur. *Nulla ſequatur condemnatio* (qua. ſ.perdens ludo ſoluere cogatur.) *Sed ſolutum competentibus actionibus repetatur*: ergo mens legiſlatoris in ea authentica eſt, immunem ab obligatione ſoluendi reddere perdentem, antequam ſoluat, illiq; repetitionem concedere poſtquam ſoluerit, quorum vtrumque efficere potuit legiſlator, expediebatq; vt, in ludi prohibiti odium,faceret. Secundo,quoniam apertè in ea authentica, in ludi prohibiti odium,cõceditur perdenti,vt non ſoluat: quãuis autem lex illa pœnalis ſit, quia tamen pœna illa nullam requirit exequutionem ex parte eius, qui illa punitur, ſane neceſſaria non eſt ſententia iudicis,vt ea pena vim, ac locum habeat, ſed ſatis eſt denegatio,qua is, qui id alioquin debet, id deneget illi,cui eſſet ſoluendum. Tertio,quoniam,cui Queſt. actio conceditur ad repetendum, quod dederit, conceditur etiam exceptio, vt id non ſoluat exigenti,vt habetur l. inuitus.§.cui damus. ff. de reg. iur. l. creditori. C.de pact.& reg. qui ad agendum, de regu. iur. lib. 6. cum ergo perdenti concedatur actio ad repetendum,quod ſoluerit,longè maiori cum ratione concedetur exceptio abſque vlla culpa, antequam ſoluat.

Dubium eſt,vtrum, qui iurauit ſe ſoluturum, quod ludo perderet, teneatur, nihil impedientibus ciuilibus iuribus, etiam legibus Caroli V. il-

6 lud ſoluere. Reſpondendum † verò eſt ex omniũ

ſen-

ſententia affirmanter. Ratio eſt, quia non eſt de re mala, aut illicita; cum, qui aliquid ludo amittit, licitè illud ſoluat: & iuram., de re non illicita iurati, implendum ſit. Quando autẽ ſecluſo iuramento, culpa eſſet, ſaltem venialis, id ſoluere, quia eſſet in detrimentum bonorum vxoris, aut alia ratione, tunc, quia iuramentum non eſt vinculum iniquitatis, non teneretur id ſoluere.

Quęſ. Vtrum autem, qui ita iurauit, facta ſolutione, licitè, quod ſoluit poſſit repetere. Nau. in Man. c. 19. nu. 17. ad 5. Gut. de iur. confir. part. 1. c. 53. nu. 7.
7 & 8. ac alij, affirmant, non ſolum † licitè poſſe id repetere, ſed etiã licitè petere, ac obtinere poſſe relaxationem iuramenti, antequam ſoluat, eaq; obtenta, non ſoluere: non ſecus atque, qui iurauit ſe ſoluturum vſuras, poteſt illas repetere, poſtquàm eas ſoluit, &, antequàm illas ſoluat, obtinere relaxationem iuramenti, illaq; obtenta, illas non ſoluere, vt vtrumque conſtat ex ca. debitores, de iure iur. Eſt tñ multũ diſcriminis inter eũ, qui iurauit, ſe ſoluturum vſuras, & eum, qui iurauit, ſe ſoluturum quod credito amiſerit. Qui. n. vſuras ab eo accipit, qui ſoluere illas iurauit, peccat eas accipiẽdo, teneturq; illas reſtituere ei, à quo illas accepit, neque comparat illarum dominium, ſicut neque ius ad illas vi iuramenti comparauit, antequàm ei ſoluerentur, ſed ſolum qui eas ſoluere iurauit, tenetur vi iuramenti illas ſoluere, ne Deum adduxerit in teſtem falſi, niſi prius ei relaxetur iuramẽtum, vel ab vſurario ipſo, vel à ſuperiore illius, vt hæc omnia diſp. 149. & duabus ſequentibus, copiosè explanata ſunt. Qui verò accipit, quod credito lucratus eſt, non male facit illud recipiendo, comparatq; dominium illius, eſto, qui credito perdidit, non ſe aſtrinxiſſet iuramento id illi ſoluere, vt dictum eſt: quare, accedente vinculo iuramenti, cum cadat ſupra promiſſionem licitam, tametſi iure humano irritam ſecluſo eo iuramẽto, quin & ſupra mutuam oneroſam promiſſionẽ de ſe licitam, ac iuſtam, vtique, qui id lucratur, & accepit, comparat verum ius, vt ſibi ſoluatur ratione iuri, quo promiſſio illa, iure humano irrita, fuit confirmata: non ſecus ac, qui emit fundum dotalem, aut aliquid à minore accedente iuramento, quo contractus ille, alioquin humano iure irritus, confirmatur, comparat verum ius, ac dominium illius, ſi traditio accedat, neque poſtea locum habet repetitio, quin neque relaxatio iuramenti in præiudicium tertij, cui fuit præſtitum, nulla interueniẽte

Deciſ. vi, aut iniuria, vt diſpu. 149. citata hæc omnia explicata ſunt. Quapropter dicerem, ſi mens iurantis fuit, ſolum ſe aſtringere ad non denegandã lucranti traditionem, vt ſibi lex concedit, atq; adeo ad re ipſa tradendum, quod amiſerit, veram eſſe horum doctorum ſententiam, nempe, nihil iuramento impediente, poſſe repetere, quod ſoluit: quoniam tradendo impleuit iuramentum, neque vi iuramenti peculiare aliud ius ſibi comparauit lucrans, quã vt non denegaretur traditio. Si verò mens iurantis fuit, ſe aſtringere ad efficiẽdum peculiari iure illud ſuum, quaſi iuramentũ corroboraret promiſſionem, ac contractum mutuum, tũc non poſſe illud repetere, immo neq; credo poteſtas publica poſſet tunc relaxare illi iuram., vt repeteret, aut non ſolueret, quemadmodum de alienatione fundi dotalis, aut rei minoris, confirmatis iuramento, diſputationib. citatis dicebamus. Quare non video, qua alia ratione poſſet omnino impediri, ne qui credito lucraretur, non compararet ius, ac dominium irreuocabile accedente ſimile iuramento, niſi irritando illud lege publica, antequàm is, cui præſtaretur, ratione illius compararet verũ ius: quod poſſe efficere poteſtates ſupremas, etiam laicas, diſp. 149. comprobatũ eſt. Quòd aũt quis ſe aſtrinxiſſet iuramento, non ſolum ſoluere quod credito perderet, ſed etiã non repetiturum illud, ait Gutier. vbi ſupra nu. 9. & 10. poſſe adhuc id repetere, obtinendo tñ prius relaxationẽ vtriuſque iuramẽti. Ducitur, quia ſimiliter poſſet illud repetere, qui eodem modo iuramento confirmaſſet ſe ſoluturum, neque repetiturum vſuras. Et quia arbitratur poſt leges Caroli V. qui id accepiſſet, teneri illud reſtituere in foro conſcientiæ, eſto non repetatur. Contrariã ſniam arbitror eſſe veram, pp ea, quæ proximè dicta ſunt. Et quia illo modo alienato fundo dotali, aut re minoris, repeti non poſſet, neq; concedi relaxatio iuramenti, vt diſput. 149. dictum eſt. Quod vero attinet ad primum, vñ id ſibi perſuadet, oſtenſum eſt latũ eſſe diſcrimen inter eum, cui illo modo promitterentur vſuræ, & inter illum alium. Quod verò ad ſecundum attinet, ſtatim oſtendemus id eſſe falſum.

Quo ad ſecundum, quod in titulo huius diſputationis eſt propoſitum, Sotus 4. de iuſti. q. 5. art. 2. ait, poſt leges illas Caroli V. non ſolum, qui credito aliquid ludo amittit poſſe tuta conſcientia il-
8 lud non ſoluere, ſed † ẽt, qui illud accipit, peccare accipiendo, tenerique in conſcientia illud reſtituere danti nulla expectata ſententia, atque eſto non petatur. In eadem ſententia eſt Gutie. vbi ſupra. nu. 7. & 9. Ducuntur, quoniam leges illæ irritum, ac nullum efficiunt eum contractum, ac promiſſiones, & obligationes ad ſoluendum id, quod credito fuerit amiſſum; ſed ex contractu nullo, neque dominium, neque ius poteſt comparari: cum ergo accipiens, neque dominium, neque ius compareret rei, quam ita accipit, ſed dominium illius perſeueret apud dantem; conſequens profectò eſt, vt accipiens continuo teneatur in foro conſcientiæ reſtituere illud danti. Contrarium mihi, & quibuſdam alijs, videtur verum. Nempe, accipientem comparare dominium illius, nec teneri illud reſtituere, niſi intentata repetitione, ac lata ſententia.

Primo, quoniam non vr intentum illarũ legũ impedire tranſlationem dominij in accipiẽtem, atque illaqueare conſcientias obligando in foro conſciẽtiæ ad reſtitutionem ſine vlla repetitione, ſed ſolum tollere obligationem ſoluendi à perdente credito, eo modo, quo ſublata erat de iure cõmuni: quia tamen ea de re erant opiniones ſtando in iure communi, quas in hac diſputatione expendimus, explicatius id ſtatuerunt leges illæ Caroli 5. irritas efficiendo promiſſiones illas, & obligationes; ſolum tamen ad effectum, vt promittens ſoluere non teneretur, & vt abſolueretur in foro

exteriori, non verò, vt, ſi ſua ſponte ſolueret, & lucrans id acciperet, non eſſet translatum dñium, accipienſque in animæ foro teneretur id reſtituere, quod legislatores reipublicæ ſecularis non ſolent curare. Secundo, quoniam, eſto daremus Carolum V, id intendiſſe (quod verum eſſe non credimus) hodie tamen præſcriptum ea in parte aduerſus eas leges eſſet: eò quòd nunquam auditum ſit quenquam, qui ita eſſet lucratus, reſtituiſſe, qđ ei fuiſſet ſolutum, aut confeſſarios id iniunxiſſe; cũ tamen nobiles ſæpè credito ludant, ac ſoluant, quod amittunt; leges autem non plus obligat, quàm vtentium vſu fuerint comprobatæ, conſuetudoq; eſt optimus earum interpres.

Supereſt, reſpondeamus ad argumenta initio propoſita. Ad primũ, conceſſo validum fuiſſe contractum, & lucram rem comparaſſe ius ad rem, q̃ eſt lucratus, & effeciſſeq; illam ſuam, ſi ei ſit ſoluta, dicendum eſt, verè illi eſſe debitam, dependenter tñ ex eo, quòd perdens vti non velit priuilegio legis, quo illi concedit eam non ſoluere, ſi excipere, ſeu apponere, veli: legis priuilegium. Quia ergo lex non irritat contractum (excepta Caroli V, de qua non loquimur, idque duntaxat ad effectũ, vt perdens poſſit non ſoluere, ſi velit, vt proximè explicatum eſt) verè lucrans habet ius ad eam rẽ ex illo contractu, ita vt, ſi ei ſoluatur, non vtente eo, qui perdidit, priuilegio legis, efficiat illã ſuã. Quia tamen lex poſitiua facultatem cõcedit perdenti non ſoluendi, ſi excipere velit, ac vti eo priuilegio, efficitur, vt hoc excipiente, volenteq; vti priuilegio legis, ille alius amittat ius, quod alias ex contractu habebat dependẽter ex eo, quod perdens legis priuilegio nõ vteretur. Quare hęc duo ſimul ſtant, quòd is, qui lucratus eſt exigere id à perdente poſſit, quod eſt ab eo lucratus, ſuumque illud efficiat, iuxta contractum id ipſi ſoluatur, & quod perdens denegare ei illud poſſit vtendo priuilegio, ac beneficio legis: eo autem ipſo, quòd perdens id denegat, tenetur lucrans non progredi vlterius: quoniam, vt perdens iure ſuo vtatur, non indiget ſententia iudicis. Si tamen ſoluiſſet iam, ac repeteret, quia lucrans non tenetur illud reddere, niſi ſequuta ſententia, qua ad eam pœnam condemnetur, non tenetur lucrans illud reddere ſtatim, ac repeteretur, ſed expectare poſſet ſententiam condemnatoriam iudicis.

Ad argumentum ergo in forma, conceſſo antecedente in ſenſu explicato, neganda eſt conſequentia: quoniam perdens vti poteſt priuilegio legis, neque id debet, niſi dependenter ex eo, quòd non vtatur priuilegio, quod in lucrantis pęnã lex ei concedit.

Ad ſecundum, conceſſa maiori ad minorem dicendum eſt, de iure naturali eſſe, vt promiſſio iuſta impleatur, modò in bonum commune, & in pœnam eius, cui eſt ſoluenda, lege non ſit cõnceſſum priuilegium, vt promittens, ſi velit; poſſit eam non implere, vt in re propoſita eſt cõceſſum. Ad id, quod adducitur de eo, qui ſoluere vſuras iurauit, dicendum eſt, illum teneri ſoluere vi iuramenti in Dei reuerentiam, ne eum adduxerit in teſtem infidelis promiſſionis, neque ex vllo capite ab ea obligatione excuſari, tametſi vſurarius ipſe remittere teneatur ei obligationem illam, antequam vſuræ ſoluantur, &, poſt ſolutionem, teneatur eas illi reddere: in re autem propoſita, legis priuilegio concedi facultatem perdenti, vt nõ ſoluat, quod promiſit, ſi vti eo priuilegio velit.

Ad tertium, quod ad maiorem attinet, dicendum eſt, in ludo debere eſſe æqualitatem inter colludentes, vt ſit iuſtus, niſi aliquis eorũ ſua ſpõte remittere velit aliquid de omnimoda æqualitate vel expreſsè, vel tacitè, quia, ſuppoſitis pęnis, aut priuilegijs conceſſis à iure, in aliquo ludi genere, vult nihilominus ludere cum ea inęqualitate: volenti enim & conſentienti nõ ſit iniuria. Vnde conceſſa deinde minore, neganda eſt conſequẽtia, ſi conſequens intelligatur, quaſi perdens ob legis priuilegium, non poſſit tutò in exteriori, & conſcientiæ foro, denegare ſolutionem. Qui autẽ pecunia præſenti cum eo ludit, ſibi imputet, quod ſtante eo priuilegio legis, velit cum eo ludere: neque enim ei volenti, & conſentienti vlla ſit iniuria. Duo tamen obſerua. Vnũ eſt, ferè eiſdẽ priuilegijs gaudere, qui pecunia præſenti ludit. Quoniam poſtquam perdidit, ſi nondum ſoluit, poteſt ſimiliter denegare ſolutionem. Et quoniã, poſtquam ſoluit, concedit illi lex repetitionem. Alterum eſt, ſi quis credito ludat animo nõ ſoluendi, ſi perdat, non poſſe lucrari, ſed teneri reſtituere, ſi quid eo ludo fuerit lucratus, propter inæqualitatem in contractu eo tempore, quo ludus exercetur. Eodem etiam modo, qui ludit pecunia præſenti, ſi tunc animum habeat repetendi, ſi quid perdiderit, tenetur propter eadem rationem reſtituere, quod fuerit lucratus.

Vtrum trahens aliquem ad ludendum, reſtituere teneatur, quod fuerit ab eo lucratus.

DISPVT. DXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ludens trahens aliquem ad ludendum, an reſtituere teneatur, quod ab eo eſt lucratus, & quando, & num. 2. & 3.*

Diuus Tho. 2.2.q.32.art.7.ad 2. affirmanter Queſt. 1 † reſpondet, de eo loquens, qui lucrandi cupiditate aliũ ad ludendum traxit. Adrianus verò de reſt. q. de ludo, incipit, quia in ſuperioribus, ab eo diſſentit, quoniam, inquit, quemadmodũ, qui lucrandi cupiditate trahit quempiã ad celebrandum die dominica aliquem alium contractum iuſtum, quamuis peccet contra virtutẽ religionis, aut peccato auaritiæ ex inordinata lucri cupiditate, non tñ peccat contra iuſtitiã, eaq; de cauſa, ad nullã lucri reſtitutionẽ tenetur: ſic, qui ex lucri cupiditate trahit aliquẽ ad ludum, alioquin iuſtum, non tenetur reſtituere lucrũ, eſto peccet auaritiæ peccato propter inordinatum lucri appetitum.

Caie-

Caietanus in eundem locum D. Tho. Sotus 4. de iuſt. q. 5. art. 2. Caſtrus de leg. pœnal. c. 2. corol. 3. Cou. reg. peccatum, par. 2. §. 4. nu. 7. & alijs, diſtinguũt, duobus modis poſſe vnum trahere aliũ ad ludũ. Vno, ita vt attractio inuoluntariũ mixtè cum attracti iniuria, efficiat, vt ſi cõuitijs, minis, aliqua vi, aut talibus verbis, quis attrahatur, vt ob verecundiam, aut metum, ad ludendum inuitus accedat. Et tunc dicunt, lucrantem reſtituere teneri, quod eo modo fuerit lucratus; quoniam cõtractus fuit nullus ob inuoluntarium mixtum cum iniuria eo modo attracti, atque de eiuſmodi attractione ad ludum loquutum fuiſſe D. Thomam. Alio modo dicunt poſſe trahi aliquem ad ludendum precibus, quæ iniuriam non inferant, neque inuoluntarium mixtè efficiant. Ac tunc dicunt, lucrantem ab attracto eo modo, ad nullam lucri reſtitutionem teneri, vt Adrianus affirmat.

Duo admonuerim. Primũ † eſt, mihi videri, attrahẽtem ad ludum inuoluntariè mixtè modo explicato, non teneri reſtituere totum, ꝙ fuerit lucratus, ſed ſolum partem maiorem, vel minorẽ, prudentis arbitrio, attenta quantitate iniuriæ, & alijs circumſtantijs concurrentibus. Immo, ſi ſolum interuenit iniuria quia alioquin æqualiter lucrari potuit, ac perdere, ac proinde contractus erat iuſtus, arbitror ad nullam teneri reſtitutionem. Q̃m, vt in materia de reſtitutione oſtendemus, ratione iniuriæ, præciſè à damno dato, nulla debetur reſtitutio, ſed iniuriæ, præciſè à damno, ſolũ reſpondet pœna, quæ ante latam ſnĩam non debetur. Ducor ad aſſerendum, non teneri reſtituere totum lucrum. Q̃m nullus doctorum, cum quib. diſputamus, affirmabit, ita inuolũtariè mixtè ad ludum attractum, reſtituere teneri attrahenti, ſi quid eo ludo fuerit ab eo lucratus: ergo cõtractus non fuit nullus, alioquin, ſi nullus fuiſſet, quemadmodum attrahens reſtituere teneretur totum lucrum, ſi lucraretur, ita attractus reſtituere teneretur totũ lucrum: quippe ex contractu nullo, neq; dominium, neque ius vllum comparetur. Si ergo contractus in ſe iuſtus fuit, & æqualis, q̃ attentis circumſtantijs concurrentibus, ęquè vterque lucrari, & amittere poterat, ſanè ſicut conſenſus ille ſufficiens fuit, vt contractus validus eſſet ex parte attracti, ita fuit ſufficiens, vt eſſet validus comparatione attrahentis: conſenſus quippe inuolũtarius, mixtè, ſimpliciter eſt voluntarius, & ſecundum quid inuoluntarius, vt Ariſt. 3. Ethic. c. 1. & doctores oẽs affirmant: & quamuis nõ ſatis ſit ad transferendum dñium, aut ius, q̃n nullus oneroſus titulus interuenit, ſed ſolum interuenit titulus gratuitus, vt in conceſſione vſurarum, & in promiſſione graſſatori, ne iniuſtè interficiat; ſufficit tñ q̃n interuenit titulus oneroſus. Quamuis itẽ, qui inuoluntariè mixtè p iniuriã adductus eſt ad celebrandum contractum, iuſtam cãm hẽat ad petendã, & obtinendã, reſciſſionem illius reddendo, quod accipit, & repetendo, qđ dedit æquitas tñ non patitur, vt petat ſibi reſtitui, ꝙ dedit, nihil retribuendo: in re autem propoſita, ſpes æqualis lucrandi, & periculum æquale perdendi, commutata vtrinque ſunt, ac proinde non habet locũ reſciſſio contractus, reddente eo, qui inuoluntariè mixtè inductus eſt ad ludendum, quod accepit, & poſtulante, quod in recompenſationem dedit. Quòd ſi quis dicat, dignus eſt, qui inuoluntariè mixtè attraxit ad ludendum, à quo in pœnam iuſtam auferatur totum lucrum, & reddatur attracto abſque vlla recompenſatione. Reſpondeo, quamuis id iuſtum ſit, præſertim ſi iniuria fuit grauis, & multum interuenit inuoluntarij, atque etiam in odium ludi, eſto iniuria non fuerit grauis; locum tamen id non habere, niſi poſt latã ſententiam, qua attrahens ad id condemnetur.

Secundũ eſt (quicquid ſit de D. Th. in reſponſione ad ſecundum citata.) Diuum tamen Bonauẽturam in 4. diſt. 15. par. 2. eius diſtinctionis in 4. diſtin. 15. par. 2. eius diſtinctionis, ar. 2. q. 2. D. Thom. eadem diſt. q. 2. artic. 4. quæſtiuncula vlt.
3 ad vlt. & alios, quos diſp. 513. retulimus, dũ † aſſeuerant, attrahentẽ reſtituere teneri lucrum attracto, intelligere, quocũque modo attrahat inuitando ad ludum. Ducuntur, quoniam arbitrãtur, poſito iure ciuili, reſtituendum ſemper eſſe lucrum. Cæterum, inquiunt, quando al quis modo aliquo fuit attractus, concedi illi repetitionẽ in foro exteriori, propter maiorem turpitudinem, quæ fuit in attrahente, eaq; de cauſa faciendam in foro cõſcientiæ illi eſſe reſtitutionem, & non pauperib., ac proinde fieri non poſſe eleemoſynam de tali lucro. Quando verò, inquiunt, quia tractus eſt, fuit lucratus, non conceditur in foro exteriori attrahenti repetitio, & idcirco lucrum illud non eſſe ei reſtituendum, tanquam indigno propter turpitudinem, quæ in eo fuit, ſed reſtituendum eſſe pauperib. Vnde non immerito Med. de reſt. q. 22. cũ Adriano tribuit D. Thomæ, & alijs ſententiam, quòd attrahens quocunque modo ad ludum, reſtituere teneatur lucrum attracto, neque de eo faciẽda ſit eleemoſyna pauperibus.

Fraus, & deceptio in ludo, quando iniuſta, obligetque proinde ad reſtitutionem.

DISPVTATIO DXVII.

SVMMARIVM.

1 *Fraus, & deceptio in ludo quando iniuſta, obligetque ad reſtitutionem.*

2 *Ludens quando reſtituere non teneatur, peccatumque non committat ludendo.*

3 *Ludo præſentes quando admonere non teneãtur ludentes.*

4 *Deceptio, & fraus, quando in ludo iniuſta interuenire dicatur. & nu. 5.*

IN ludo non cenſet iniuſta deceptio, iniuſtusq;
1 ac malus dolus, vel fraus, quando † vnus colludentium, iuxta leges ludi vtrique cõmunes, decipit alterũ; ac proinde neque inde conſurgit obligatio reſtituendi, quod per eam deceptionem, dolum, aut fraudem, vnus lucratur ab alio. Ratio autem eſt, quoniam æqualis, ac iuſtus eſt cõtractus,

quo colludentes ſe ſubijciūt eis legibus vnuſquiſque eorum in gratiam alterius, mutuoque ſibi cōcedunt facultatem, ſeinuicem decipiendi, iuxta
2 eas leges. Hinc † oritur, nullum eſſe peccatū, nullamq; contrahere illum obligationem reſtituēdi, qui omnino ſciens ſe lucrari, eo ꝙ primas partes ludi hēt (Hiſpane *la mano* vocant) & eā ſortē ludi, qua nulla melior eſſe pōt, ſponſionem auget, *embidar, o meter el reſto*, Hiſpanè dicitur, id enim fas illi eſt iuxta leges ludi receptas: ſicut idem fas eſſet alteri colludenti aduerſus hunc, ſi ſors ei eodē modo obtigiſſet. Eodem modo nec peccat, nec reſtituere tenetur, qui ſciens, aut ſuſpicatus, ſe inferiores partes ludi habere, ſponſionē auget, quò alter deterritus, ipſi concedat ſponſionem factam vſq; ad id augmentū: exponendo ſe periculo, qđ, ſi aduerſarius augmentū ſponſionis admittat, ipſe eiuſmodi augmentum, vnà cū tota antecedente ſpōſione, pdet. Itē nō peccat, neq; reſtituere tenet̃, qui ludens ſcaccorum ludo, ac proſpiciens, ſe certā iā habere victoriā, ſponſionem auget, quā alter, ignarus victoriæ, admittit. Hæc.n. omnia, & his ſimilia iuxta leges ſunt ludi vtriq; cōes. Atque vt ſummatim dicā, quoties ludentiū vnus iuxta leges ludi decipit aliū, aut eū decipi permittit, non admonendo eum de re aliqua, pp quā ſpōſionem ludi amittit, vt ſi lex ſit, quòd qui plures hēt cartas, quam conſuetas, aut fecerit, vel omiſerit, aliquid, amittat ſpōſionem, & vnus colludentiū cernat, alium accipere plures cartas, aut facere, vel omittere aliud, pp quod ſponſionem amittit, quod noſtri *perder el juego* appellāt, eumque nō admoneat, vt ipſe lucretur, vtique neque peccat, neque reſtituere tenetur, quod propter oſcitantiam, ac inaduertentiam alterius, fuerit ab eo lucratus: qa
3 vtitur iure ſuo. Eodem † modo, qui ludo præſentes ſunt, admonere non tenentur eum, qui aliquid omittit, vel committit, propter quod ſponſionem amittit; quin potius iniuriam alteri colludenti facerent, adiuuando eo modo aduerſus ipſum, partes alterius. Idem dicendum eſt de quacunq; alia lege ludi, iuxta communem conſuetudinem loci, in quo luditur. Neque refert, quòd colludēs eam ignorauerit legem; etenim eis contractus celebratus cenſetur iuxta communes leges loci, in quo luditur, ſibiq; imputare debet is, qui ludit, ſi non interrogat, & ignorat leges eius loci non: non ſecus ac idem docent doctores communiter, ac ſtatuūt iura, de quocunque alio contractu. In his conſentiunt Med, de reſt. q. 22. Coua, reg. peccatum, par. 2. §. 4. nu. 5. ac 6. & alij,

Iniuſta deceptio, ſeu iniuſtus dolus, aut fraus,
4 interuenit. In primis, ſi is, qui † multum ſuperās alterum peritia, ac dexteritate ludendi, ita quòd certum, aut ferè certum eſt, ipſum lucraturum, ſimulet ſe neſcire ludere, eaque ratione adducat illum alium ad ludendum ſecum: ſi enim lucretur, reſtituere tenetur, quod fuerit lucratus, vel totū, ſi nulli ſe periculo expoſuit perdendi, vel partem, ſi ferè non ſe expoſuit periculo perdendi; maiorem tamen, vel minorem, prout maiori, aut minori, ſe expoſuit periculo perdendi. Hoc autem euenit potiſſimum in ludis, qui potius conſiſtūt in peritia, ac dexteritate ludentis, quàm infortunæ ſucceſſu, vt ſunt ludus ſcaccorū, pilæ, & alijs ſimiles. Tametſi adeò rudis, & imperitus eſſe poſſet aliqs in ludo cartarum, aut teſſerarum, & alter adeò dexter, vt in eo ēt ludo fraus ea, & deceptio poſſit locū habere, cum peccato, ac reſtituendi onere. Idē eſt, ſi quis non ſimularet, ſe neſcire ludere, & cum eo luderet, quem ſciret eſſe longè inferiorem ſe in peritia, & dexteritate ludendi, ita vt certam, aut ferè certam, haberet victoriam, illo altero ignorāte tātum, exceſſum; ſimili enim modo peccaret, ac reſtituere teneretur. Rō horum omniū eſt, qm̄ ludi contractus, vt ſit iuſtus, neque onus id reſtituendi inducat, quod eo quis fuerit lucratus, eſſe debet æqualis, moraliter loquendo, vtrique colludētium, quod non cernitur in eiuſmodi ludis. Qn̄ aūt is, qui alterum longè ſuperat peritia, & dexteritate ludendi, id detegit illi alteri, aut ille alter id optimè nouit, quia ſæpe eſt expertus, quanta polleat peritia, & dexteritate, tunc, ſi qui minori peritia, & dexteritate pollet, ſua ſpōte velit nihilominus cum eo ludere, non tenebitur ille alius, ſi lucretur, quicquam ei reſtituere: Qm̄, cum hic optimè cognoſcat ſuam, & alterius peritiam, ac dexteritatē, nullaq; neceſſitate adducatur ad ludendum cum eo, cenſetur illi condonare, vt lucrari poſſit, nihil impediente eo exceſſu. Neque eſt eadem ratio de eo, qui in ſponſione (*apueſta* vocamus) certus eſt ſe lucrari, idq; alteri detegit, & nihilominus alter ſpondere vult; quoniam hic alter non ſibi perſuadet, tantam illud habere certitudinem, alioquin non ſponderet, & propterea inuoluntariè mixtè id condonat. Quòd ſi ſibi perſuaſus, illum tantam habere certitudinem, nihilominus ſpondere vellet, tunc ſimiliter condonare cenſeretur ſponſionem. Atque eodem modo in ludo dicerem, ſi, qui maiorem habet peritiam, ac dexteritatem, atque id detexit, arbitraretur, alterum non ſibi perſuadere, eum tantam peritiam, ac dexteritatem habere, tunc non poſſet cum eo ludere, tenereturque reſtituere, modo ſupra explicato, quod ab eo lucraretur; quoniam contractus eſſet inæqualis, cum inuoluntario mixtè ex parte perdentis; ac proinde nulla ibi cenſeretur eſſe cōdonatio; id quod, quando quantitas, quæ eo ludo perderetur, eſſet magna, neque eſſent circumſtantiæ, quæ perſuaderent, etiam eam magnam quantitatem voluiſſet, qui illam perdidit, condonare eſſet credendum. Quando duo aliqui luderent, quorum neuter peritiam, & dexteritatem alterius eſſet expertus; neque aliunde eam ſciret, tunc, nihil impediente, quòd poſtea experientia depræhenderetur, vnum longo interuallo excedere alterum, ita vt iudicaretur, in tuto eſſe quoties in futurum cum eo luderet, non teneretur reſtituere, quod ab eo eſſet lucratus; quoniam, ſuppoſita ignorantia, ac in experientia, quam inuicem vnus de altero habebant, æquali periculo perdendi, quo ad ipſorum exiſtimationem, ſe expoſuerunt, ac proinde contractus æqualis fuit, & iuſtus: quemadmodum cum Caietan. diſputa. 353. concluſione 4. dicebamus, quando tam emptor, quam venditor, ignorarent rei valorem, & quaſi ſe fortunæ

tunæ

turæ committentes, paciſcerentur, quòd ſiue plus, ſiue minus valeret, eſſet vendita certo pretio, tũc, ſiue poſtea comperiretur longè plus, ſiue longè minus valere, neutrum eorum teneri reſtituere alteri, propter periculum, & ſpem, quibus ſe vterque expoſuit. Conſentit in his omnibus Med. de reſtit. q. 22.

Deinde iniuſta deceptio, iniuſtusve dolus, aut fraus interuenit, ſi quis lucretur ſuffurando cartam; aut ſignis notando cartas, vt id ſciat, quod ſibi, iuxta leges ludi deberet eſſe occultum, vel ludendo cartis, quas conſuetudine a tergo agnoſcit, cum alter id ignoret, eaſque non agnoſcat: vel arte aliqua, atque induſtria ita componendo cartas, vt melior ſors ludi ipſi obueniat; vel ludat aliquo ſibi admonente de ludo aduerſarij, vel ſocio aduerſarij non adiuuante aduerſarium, quantum poteſt & tenetur: iuxta leges autem ludi ſocius tenetur adiuuare ſuum ſocium, quantum poteſt, ludendo quanta dexteritate potuerit, eumq; admonendo de omnibus de quibus expedit, vt admoneatur, & fas eſt, iuxta leges ludi; alioquin ad reſtitutionem illi tenetur damni emergentis, ac lucri ceſſantis, tam ipſe, quàm aduerſarius, qui, id ſciens, luſerit.

Item deceptio, & fraus iniuſta interuenit cum reſtituendi onere, ſi aduerſarius lucratus eſt, & id non attendit, aut per obliuionem nõ petijt, quod eſt lucratus, & ipſe ad retinet. Niſi forte lex, & conſuetudo alicubi ſit, vt id noceat non attendenti, ſe eſſe lucratum an non petenti, quo fuerit lucratus: ſemper enim ludi legibus, ac conſuetudinibus eſt ſtandum. Porrò in his omnibus, & in ſimilibus alijs, onus incumbit reſtituendi, non ſolum quantum eiuſmodi deceptionibus, ac fraudibus fuerit is lucratus, qui eas fecerit, ſed etiam quantum fuerit compertum impediuiſſe, ne alius lucraretur.

Si tamen dubium ſit, quis fuiſſet lucraturus, ſi eiuſmodi iniuſtæ fraudes, ac deceptiones non interueniſſent, tunc reſtituere non teneretur, quod ita eſſet dubium: niſi fortè probabilius eſſet, aduerſarium fuiſſe lucraturum: nam tunc, pro quantitate maioris illius probabilitatis, aliquid arbitrio prudentis eſſet reſtituendum, quatenus iniuſtum impedimentum fuit appoſitum, ne ex illa maiori probabilitate effectus iuſtus lucri ſequeretur.

Hinc liquet, non ſatis eſſe ad eximendum aliquem à reſtituendi onere ob fraudes, ac deceptiones, quas ludendo iniuſtè commiſit, ſi dicat, ſe in fine ludi nihil aſportaſſe lucri, aut ſi dicat, aſportaſſe iacturam. Si enim conſtat, per eas fraudes, ac deceptiones fuiſſe impedimento, ne aduerſarius plus lucraretur, tenetur illi reſtituere lucrum, quod iniuſtè impediuit: niſi (extra Luſitaniam) verum animum haberet, poſtquam à ludo eſt ceſſatum repetendi, quod amiſit, aut amiſiſſet, niſi illæ interueniſſent fraudes: quod tamen raro eueniet.

Ludus cum fure, depoſitario, vſurario, aut alio poſſidente, ac ludente rem alienam, quouſque vtrinque obligationem reſtituendi inducat.

DISPVTATIO DXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ludens cum fure, depoſitario, & vſurario: & alio rem alienam poſſidente, quando teneatur reſtituere, quod ab eis lucratus eſt, & econuerſo.*

2 *Fur, & vſurarius, & alij ſimiles lucrantes in ludo, an reſtituere teneantur, & quando.*

NVm vſurarius dñium compararet vſurarũ, aut rerum, quas vlterius acquirit vſuris, itemq; latro, & depoſitarius, dñium compareñt rerũ, quas rebus alienis acquirũt, diſp. 326. & 327. explanatũ eſt.
1 Si quis ergo † cũ fure depoſitario, aut vſurario, ludat, ac lucretur ab illis rem, cuius dñium ad ipſos non attinebat, neq; facultatem à dño illius habebant ita illã alienandi, tenentur eã reſtituere proprio dño eo ipſo, ꝙ ſciunt eſſe alienam, eſſeq; in mora eum, qui illam ludo perdidit, ipſam reſtituendi vero dño. Ratio aũt eſt, qm̃ eſto bona fide ſit quis eam lucratus, arbitratus colludenté poſſe illã eo modo alienare, nihilominus ad reſtitutionem illius ratione rei acceptæ tenetur. Cæterum tunc, qui illam ludo perdidit, tenetur reſtituere lucranti valoré illius. Qm̃, vt diſp. 327. oſtẽdimus, contractus ille ludi validus fuit in foro conſcĩæ, fuitque, vſurarius, ac depoſitarius, tenẽtur in foro conſcĩæ de euictione rei, quã ita ludo perdiderũt.

2 Quia † ergo validus fuit contractus ille ludi, vtrique fur, vſurarius, aut depoſitarius, ſi quid ludo illo lucrati ſint, dñium comparant illius, neq; reſtituere id tenentur, eſto pecunia, vel alia re aliena, id lucrati ſint, vt ex dictis eadem diſputatione perſpicuè conſtat. Obſerua tñ, ſi qui ita re aliena luſerunt, ac lucrati ſunt, non habebant, vnde redderent valorem illius in euentu, quòd euinceretur, ac eriperetur de poteſtate colludentis, aut in euentu ꝙ colludens, ſciens eſſe alienam, ſua ſponte eã reſtitueret, vt teneretur, tũc cogendi ſunt, qui, ita re aliena luſerunt, reſtituere partem valoris, quod eo ludo comparaſſent, propter diſcrimen, cui obijciebant colludentem, non potiendi lucro, ſi ipſe eſſet, qui lucraretur. Cogendi verò ſunt reſtituere maiorem, vel minorem partem lucri, prout maius, vel minus, fuerit diſcrimen, cui colludenté obijciebant: præſertim cum in foro exteriori non concederetur colludenti actio de euictione rei cõparatæ ludo prohibito: quare, ſi aperto diſcrimini obijciebant colludentem, nihil omnino retinendi de lucro, cogendi eſſent reſtituere totum lucrum, quod eo ludo comparaſſent.

Obſerua tñ, qñ res furto fuiſſet ablata, & vterque ludentium id ſciret, fortè teneretur fur reſtituere quicquid ea fuiſſet lucratus quoniã contractus ludi tunc vĩ eſſe ipſo iure nullus quemadmodum, & contractus emptionis, & vẽditionis eiuſdem

dem rei cum eadem ſcientia ex parte ementis, & vendentis, vt diſp. citata oſtenſum eſt; contractu autem ipſo iure nullo, nihil poteſt acquiri.

Ex ludo cum filiofamilias, aut cum minore, quando reſtituendi obligatio conſurgat.

DISPVT. DXIX.

SVMMARIVM.

1 *Ludens cum filiofamilias, aut minore, quando reſtituere teneatur, quod ab eis eſt lucratus.*

2 *Ludens cum filiofamilias in caſu, quo tenetur reſtituere, an teneatur reſtituere parentibus, & poſt mortem eorum eidem filio, à quo lucratus eſt.*

Et quid econuerſo, ſi filius, vel alius impotens ad alienandum, in ludo lucratus fuerit, an reſtituere teneatur. num. 3.

4 *Filiusfamilias ſi de bonis profectitijs patris lucrentur plus, quam ipſe per ludum poterat de eis bonis alienare, an teneatur reſtituere incrementũ.*

QVod ad filiumfamilias attinet, diſtinguẽdũ eſt. Qm̃ † ſi pubes ſit, hoc eſt, quartumdecimum annũ, ſi maſculus ſit, excedat, & aliqs ab eo lucretur, quæ talis filiusfamilias poteſtatẽ habet alienandi, tũc reſtituere nõ tenet, ꝙ ab eo fuerit lucratus. Vt ſi filiusfamilias ludat bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia; eorum.n. liberam habet adminiſtrationem ac diſpoſitionẽ, modo pubes ſit, vt diſp. 230. & diſp. 231 (vbique bona caſtrenſia ſint, & quæ quaſi caſtrenſia, fuit explanatum) & diſp. 261. dictũ eſt, ac proinde, ꝙ de eis bonis quis fuerit ab eo lucratus, obnoxiũ nõ eſt reſtitutioni.

Si etiam filiusfamilias ludat bona ſua aduẽtitia, quorum adminiſtratio, ac vſusfructus ad ipsũ pertineat, vel quia ius in multis euentibus diſp. 8. explicatis, ipſi eum relinquit, vel quia pater ab illo eum non petit, ſed illi relinquit, iuxta ea, quæ diſput. 8. & 232. explanata ſunt vbi etiã explicauimus, quæ bona eſſent aduentitia, tunc qui ea fuerit ab eo lucratus, non tenetur illa reſtituere; qm̃ eo ipſo filius habet adminiſtrationẽ, & diſpoſitionem eorũ bonorũ. Idẽ eſt dicendũ de bonis profectitijs, quę pater illi concedit ad ſuã oblectationẽ, ac ludũ. Hinc colliges, qñ iuuenes filijfamilias habent bona aliqua, vel donata, ac conceſſa à parẽtibus ad ipſorũ oblectationẽ, vel ex ſuo labore, induſtria, aut ſeruitio cõparata, aut ipſis ab aliquo donata, quæ pater ab eis non petit, ſi ea ludãt, qui illa lucrantur, ad nullã reſtitutionẽ ipſis, aut eorũ parentibus teneri. Atque hinc excuſantur à reſtitutione, qui ludunt cum iuuenibus, qui ſunt in domo patris, qñ conſtat, aut veriſimile eſt eos nõ ludere, quæ furati ſunt à parentibus, aut ab alijs, ſed quæ ſunt ipſorum propria, parentibus nõ exigentibus ea ab illis. Qua eadem ratione eiuſmodi filij excuſantur ab onere reſtituendi, quæ eis bonis fuerint ab alijs lucrati, qui bona, quæ perdunt ludo, poterant alienare: eiuſmodi quippe lucrum cedit in augmentum peculij aduẽtitij eorũ filiorũ. Longè maiori cũ ratione excuſantur à reſtituẽdi onere, qui ludunt cũ filijsfamilias, qui ſunt extra domũ paternam, vel in obſequio alicuius, vel ſibi ipſis opificio, aut alio miniſterio bona cõparãtes, aliquidq; ab eis lucrantur: eiuſmodi.n. filijfamilias adminiſtratores ſunt bonorum aduentitiorũ, quæ ita comparant, ac poſſident, paterq; ab eius non petit. Quo loco obſerua, eſto pater non petat adminiſtrationem, & vſumfructum bonorũ aduentitiorum filijfamilias ob ignorantiã, nõ quidem qua ignoret illos ea poſſidere, ſed qua ignoret ad ſe pertinere, ſi velit ea petere, eoq; iure vti, ſane ad filium ſpectat vſusfructus eorum bonorũ, validaq; eſt eo tempore adminiſtratio, ac diſpoſitio eorum facta à filio. Ratio eſt, qm̃ cõceſſio, qua ius patri familias cõcedit vſumfructum, & adminiſtrationem bonorum aduentitiorum filij intelligitur, modò pater velit, ac eã petat, vt ex dictis diſput. 8. & 232. conſtat, ſibique pater imputare debet eam iuris ignorantiam, quam habet. Obſerua item, modo pater filiofamilias permittat eam aduentitiorum bonorum adminiſtrationem, quãuis nollet, vt ea luderet, validam eſſe alienationem factam à filio per ludum: quoniam, vt per ludũ poſſit ea alienare, ſatis eſt quod illorum habeat adminiſtrationem, & diſpoſitionem.

Diſp. 234. §. hinc colligo, dicebamus ſi filiusfamilias in domo patris exiſtẽs, atq; de illius bonis alimenta, ac neceſſaria accipiens plus patri opificio aliquo lucretur, q̃ pater cum eo ſumat, eaque de cauſa, inſcio patre, aliquid ſibi reſeruet, aut de bonis patris vſurpet, quia non vult illud cõdonare patri, illudq; ludat, neq; lucrantem teneri ad vllam reſtitutionem, neq; ipſum patri, aut fratribus poſt mortem patris: quia ludit, ꝙ ſuum eſt, & nõ patris, niſi fortè quo ad vſumfructum, & adminiſtrationem interim dum pater viuit, ꝙ non eſt tãti faciendum, vt ſtatim ſubiungo maximè ſi talis filius plus adhuc de ſuo opificio omnino relinquat patri, quam ſit, quod pater cum eo inſumit.

Quando filius luderet bona ſua aduẽtitia, quorum adminiſtrationem pater ei nõ permittit, ſed ipſe clam inuito patre ea luderet, tunc talis filius, licet peccaret, non tamen teneretur reſtituere poſteà fratribus quæ ita luderet: quoniam luderet, quod ſuum eſt, neque patrem, aut ipſos, in patris conſequentiam priuaret, niſi vſufructu eorum bonorum, qui ad patrem tunc attineret, quique parui emolumenti eſſe ſolet patri quando eiuſmodi aduentitia bona mobilia ſunt, vt eſſe ſolent, quæ filij ludunt: raroq; credendum eſt patrem aliquẽ adeo durum, & inhumanum eſſe cum filio ſuo familias, vt velit ipſum cogere reſtituere emolumẽtum paruum eiuſmodi vſusfructus, & multo minus vt velit cogere, vt illud reſtituat fratrib. poſt ſuam mortem: pater autem libere condonare poteſt filio eiuſmodi vſumfructum, vt diſputa. 8. & 232. dictum eſt.

Maius dubium eſt, vtrum qui ab eiuſmodi filijsfamilias lucrati ſunt ea bona, teneantur reſtituere parentibus, quæ ita contra præſumptam eorum voluntatem ſunt ab eis lucrati, & vtrum Dubiũ

poſt

poſt mortem eorum parentum, teneātur ea reſti-
tuere filijs,a quibus illa lucrati ſunt. Et ſimiliter,
num,filij,q̃ talibus ſuis bonis aduentitijs ludunt,
aliquidque lucrantur,teneant̃ illud reſtituere eis,
a q̃bus id lucrati ſunt. Rō vtriuſq; dubij eſt,qm̄,
vt diſp.161.dictum eſt,alienatio eiuſmodi bono-
rum aduentitiorum, quorum adminiſtratio,&
vſusfructus ad patrem ſpectat, facta à filiofami-
lias ante annos pubertatis, nulla eſt, ēt ſi facta ſit
de cōſenſu patris: facta verò ab eo poſt annos pu-
bertatis de conſenſu patris,eſt valida; ſi autē ſine
cōſenſu patris facta ſit,eſt inualida: quare,cùm ex
contractu nullo,neque dñium, neque ius cōpara-
ri poſſit;conſequens eſt,vt neq; ea,q̃ de eiuſmodi
bonis aliqui lucrati ſunt à filijsfamilias ſinè con-
ſenſu patris,ad eos ſpectent, ſed teneantur ea reſti
tuere patri,dum viuit, & poſt mortē illius,filio,à
quo ea lucrati ſunt;neque, quæ filius ab eis fuerit
lucratus,ad ipſum ſpectent,ſed reſtituere ea tenea
tur illis,à quibus illa eſt lucratus. Dicendum tñ
Deciſ. eſt,lucrātes ad nullam reſtitutionē teneri eiuſmo-
di filijsfamilias. Rō eſt, qm̄,vt eadem diſp.261.
ſubiecimus ac oſtendimus, quamuis ea alienatio
ſit nulla, poſſitq; pater repetere,quod talis filius
ludo,aut quocunque alio contractu,in ſuum præiu-
dicium alienare intentaſſet; contractus tñ eſt va-
lidus,ex illoq; tenetur filiusfamilias, non ſolū in
foro conſcientiæ, ſed ēt in exteriori, niſi contra-
ctus eſſet ludi prohibiti,ob quem non concedere-
tur actio in foro exteriori:quare ꝓpter ius, quod
eo ludo comparauit lucrans,& obligationem na-
turalem,qua ei talis filiusfamilias tenetur,vtique
ad nullam reſtōnem ei teneretur is, qui ea bonā
ab eo eſſet lucratus. Similiq; modo is filius,ſi ali-
quid eis bonis eſſet lucratus, reſtituere id non te-
netur: quoniā ſimiliter contractus fuit validus,&
vterq; tenetur ex eo contractu. Quod ad patrē at-
tinet,ſi repeteret,vt poteſt, & obtineret, quod ita
ſine ipſius conſenſu alienatum eſſet, tunc,cū con-
tractus comparatione filij non ſit nullus, tenetur
filius de euictione in foro conſcientiæ ei, qui ab
illo id lucratus eſt,niſi vti velit priuilegio legis ſi-
bi concedētis, quemadmodum repetitionē eius,
quod ludo amiſit, ita & retentionem, ne iterum
illud ſoluat ob euictionem, & recuperationem,
qua pater id recuperauit;aut niſi minor ſit vigin-
tiquinque annis, & locum habeat beneficium re-
ſtitutionis in integrum. Niſi tñ pater id repetat,
rarò, aut nunquam, iniungendū eſt ei, qui lucra-
tus eſt,vt patri quicq̃ reſtituat. Tum quia agitur
de modico emolumento patris, nempe de ſolo eo
vſufructu eorum bonorum interim dum pater vi-
ueret, quando is vſusfructus ſpectare non deberet
ad filium. Tum etiam,quoniam filius teneretur
id reſarcire ei, qui lucratus eſt, ſi ille reſtitueret.
Tum denique quoniam rarò inuenietur pater,
qui, licet doleat, quòd filius luſerit, velit tamen
cum tam paruo ſuo emolumento, & grauamine
filij,atque cum indecoro patris ac filij, vt fiat re-
ſtitutio ſolius emolumenti illius.

Quod dictum eſt de filiofamilias ludente bo-
na ſua aduentitia, quorum nō habet adminiſtra-
tionem,dicendum ſimiliter eſt,de minore,qui fi-
liusfamilias non eſt,& ſine autoritate tutoris, aut
curatoris,ludit ſua aliqua bona. Contractus enim
eſt validus,eaque de cauſa neutra ex parte conſur-
git obligatio reſtituendi,niſi minor,aut tutor,vel
curator, legis beneficio reſcindere velit contra-
ctum, per reſtitutionem in integrum, vt in calce
diſp.224 copioſè dictum.

Quæ ſint bona profectitia,diſput.233.&234.
explanatum eſt. In eis cōputantur, quę pater filio
in ſuam ſuſtentationem mittit, dum extra pater-
nam domum verſatur in ſcholis, in curia, aut in
alio loco, & quæ in domo patris, vel extra patris
domum,adminiſtrat,negotia illius gerendo. Di-
ſputatione verò 242.explicatum eſt, quouſque fi-
lius, quæ de eiuſmodi bonis malè conſumpſerit,
in ludo, aut in alijs rebus, teneatur reſtituere pa-
tri,aut adducere illa ad partitionem cum fratribus
poſt mortem patris, & quouſque non, itemque
quouſque, qui eiuſmodi bona ab eo lucratur, te-
neatur illa reſtituere patri, aut hæredibus patris
poſt illius mortem,& quouſque non,ſed ea bona
efficiat ſua. Quare,quæ eo loco dicta ſunt, onere
illa repetendi hoc loco,nos leuabunt.

Dubium eſt, vtrum in euētibus, in q̃b. aliquis Dubiū
lucrari non poteſt à filiofamilias,vel ab alio,quia
3 † contractus eſt nullus propter impotentiā illius
ad alienandum poſſit talis filius, aut alius impo-
tens ad id ludo alienandum, lucrari ab illo alio,
an non,ſed reſtituere teneatur,quod ita fuerit lu-
cratus. Reſpondendum eſt,non poſſe lucrari, ſed Deciſ.
teneri reſtituere, quo fuerit lucratus. Ita Caſtrus
2. de leg. pœn. c. 2. Cor.3. Couar.reg.peccatum
par.2.§.4.nu.4.& conſentiunt Sotus 4.de iuſt.q.
5.art.2.& alij. Ratio autem eſt,qm̄ ſicut contra-
ctus eſt nullus, vt alius ab eo,qui ludo non poteſt
alienare, lucrari poſſit: ita eſt nullus, vt talis im-
potens ad ludo alienandum, poſſit lucrari ab eo,
qui potens eſt ad alienandum: alioquin contra-
ctus eſſet inæqualis,vno nulli ſe exponendo peri-
culo perdendi,& alio exponendo ſe periculo per-
dendi quicquid alius ab eo lucretur.

Dubium ēt eſt,ſi filiusfamilias de bonis profe- Quęſt.
ctitijs patris lucretur plus,q̃ ipſe per ludum pote-
4 rat de eis bonis alienare, an teneatur † reſtituere
incrementū. Vt ſi ſolùm poterat ludo aliquo alie-
nare vnū aureū,& lucretur viginti,num teneatur
reſtituere decē & nouem. Sotus vbi ſupra innuit,
teneri reſtituere incrementū, Nauar. verò in Ma-
nua.c.19.nu.10.eum impugnat,aſſeuerans, nihil
teneri reſtituere. Dicendum tñ eſt,ſi vnoquoque Deciſ.
iactu vnius ludi continui non plus lucretur ab
vnoquoque colludentium,q̃ eo iactu poterat ipſe
alienare,cæterùm, vel à pluribus vnico iactu, vel
in eodem diſtinctis iactibus eiuſdem ludi conti-
nui, plus longè lucretur, ad nullam reſtōnem te-
neri, modò illi, à quibus maiorem illam quanti-
tatem ita lucratur, potentes eſſent eam alienare.
Ac ſanè hoc negaret Sotus. Ratio autem huius no
ſtri aſſerti eſt,quoniam ſemper habet ius ad vno-
quoque iactu lucrandum ab vnoquoque collu-
dentium, quantum ipſe eo iactu poteſt perdere:
eo quòd contractus ſit æqualis, neque impediat,
quòd,ſi eo iactu totum perdat, nihil ei remaneat,

quod

quod poſſit ludere, cum tñ colludenti maneat; id enim ſolum probat, quod ſi, eo perdito, vlterius ludat, tenebitur reſtituere, quod fuerit lucratus: ſicut, qui cum ipſo ludit, reſtituere tenetur, quod vlterius fuerit ab eo lucratus. Hoc loco obſerua, quò plus talis filiusfamilias, eius bonis profectitijs legitime fuerit lucratus vno ludo continuo, eo plura poſſe eodem ludo alienare, quin & alijs: quoniam ex ijs, quæ lucratus eſt, potentior fit ad ludo alienandum ſine præiudicio bonorum patris, non ſolum in continuatione eiuſdem ludi, vt omnes confitentur, quippe nihil cenſeatur ſimpliciter lucratus ante ludum totum finitum, ſed etiam in ludo, quem de nouo poſtea inſtituat, vel cum eodem colludente, vel cum aliquo alio: quoniam ea omnia, quę per ludum legitimè acquirit, accreſcunt, vt illa expendere poſſit in ſuam oblectatione. Niſi fortè eſſet ingens ſumma, quam, veluti acquiſitam pecunia patris, non poſſet progredere, ſed teneretur ſeruare patri, tametſi plus ſemper ex illa poſſet ludere, quam ex ſolis bonis, quæ acciperet à patre. Quando verò is filius plus vno iactu lucraretur ab vnoquoque colludentium, quam ipſe eo iactu poſſet alienare, tunc reſtituere teneretur colludentibus incrementum iuxta opinionem Soti: quoniam quo ad incrementum, contractus eſſet inæqualis, & inualidus.

Illud eſt obſeruandum circa eum, qui à filiofamilias lucratus eſt bona profectitia, quæ alienare non poterat, quod ſi is filius tantũdem fuerat antea lucratus ab eo, aut in futurum lucretur, locum habet compenſatio, neq; lucrans ab illo reſtituere tenetur, niſi incrementum, ſi fortè plus ipſe ab eo lucratus eſt ex ijs, quæ filius ille non poterat iam alienare, quam filius ille ab eo ſit lucratus. Hoc tñ intellige, niſi, quod filius ab eo fuerat iam lucratus, vanè conſumpſiſſet, aut aliquis alius legitimè ab eodem filio ſit id lucratus, & is filius non habebat iam quicquam, quod ludo poſſet legitimè perdere: tunc enim non haberet locum compenſatio: eo quod primus contractus ludi cum eo filiofamilias fuerit validus, & ſecundus inualidus. Item, eſto is filius non eſſet legitimè antea ab eo lucratus, ſed teneretur ei reſtituere, quod ab eo eſſet lucratus ſi tamen, quãdo poſteà ludo perdit, nihil eorum bonorum habebat, etiam virtutem, quia in nullo erat locupletior tunc propter ea bona, quæ vanè conſumpſerat, ſed ſolum habebat bona patris profectitia, quę ludo alienare non poſſet, locum planè non haberet compenſatio, niſi præſumeretur eam eſſe voluntatem patris, eo qđ filius obligatus manebat reſtituere, quę antea fuerat lucratus. Ratio autem, cur in hoc euentu locũ non habeat compenſatio, niſi ex præſumpta voluntate patris, hæc eſt. Quoniam bona, quæ ita vltimo luſit filius, ſunt patris, & non filij, qua ratione obligata nõ ſunt ei, à quo filius iniuſte prius fuerat lucratus, ſed reſtituenda ſunt patri eaque de cauſa, patre inuito, fieri in eis non poteſt compenſatio. Ob hæc ergo, & eis ſimilia, curare debent confeſſarij, vt ſeriò pœnitentes admoneant, ne ludant cum filijfamilias, niſi certò intelligant, eos licite ea bona ludere, quæ aleæ exponunt.

Ludus cum religioſo, cum mancipio, cum coniugatis, quando reſtituendi obligationem inducat.

DISPVTATIO DXX.

SVMMARIVM.

1 *Ludens cum religioſo, an reſtituere tenentur, quod ab eo lucratus eſt, & quando.*

Et quid de ſeruo, aut mancipio. nu. 2.

Et an idem dicendum ſit in vxore, & etiam marito. num. 3. & 4.

4 *Maritus ludere non poteſt in præiudicium vxoris, & familiæ.*

Ludens cum marito an teneatur reſtituere vxori partem lucri.

DE Religioſo aut moniali, cũ nihil alienare poſſint, ſine prælati facultate, ſaltẽ præſumpta, ſi quis aliquid ludo† ab eis lucraretur contra
1 voluntatẽ expreſſam, aut præſumptã, prælati, reſtituere illud teneretur, vel monaſterio, vel religioſo ipſi, niſi timeretur vanè illũ, & cõtra prælati voluntatem, id iterum conſumpturũ, aut niſi ſemotus iã eſſe ab adminiſtratione eorum bonorũ, ex quibus luſit; tunc enim reſtitutio facienda eſſet monaſterio, & nõ religioſo illi. Eadem ratione, ſi quid religioſus ille ludo illo eſſet lucratus, reſtituere illud teneretur ei, à quo id eſſet lucratus. Ratio eſt, qm̃ contractus fuiſſet ipſo iure nullus, vt ex ſe eſt perſpicuum, & ex dictis diſp. 140. liquet: ex contractu autẽ nullo ipſo iure, neuter contrahentium lucrari poteſt. Nauar. in Man. c. 19. nu. 12. ait. Quemadmodum, qui à patre in ſcholis, aut alibi, extra propriam domum ſuſtentatur poteſt ex eis, quæ pater in ſuſtentationẽ illi tribuit, inſumere ad rationem quatuor, aut quinque, aureorum pro centum, in ſui oblectationem ita religioſum, qui à monaſterio ſuſtentatur in ſtudio, aut in alio loco, vbi negotia aliqua agit, poſſe tantundem inſumere in ſua honeſta oblectatione, etiam ludendo. Non tamen hoc eſt intelligendum, aut affirmandum, de ludo prohibito, aut indecenti religioſo: quoniam id non eſſet oblectatio honeſta comparatione talis religioſi: & quoniam amens eſſet, ac male faceret prælatus, qui expreſſe, vel tacitè, eam facultatem concederet ſuo religioſo. Quare tutus non eſſet in conſcientia, immuniſque à reſtituendi onere, qui pecuniam ludo prohibito, aut indecenti religioſo, ab eo lucraretur. Quando autem religioſus extra monaſterium viueret, vel de licentia Summi Pontificis, vel à religione expulſus, qui commoditatem, & adminiſtrationem bonorum haberet independenter à monaſterio ſuo, & à prælato, iuxta ea, quæ diſput. 141. dicta ſunt, tunc, licet male faceret ludendo prohibito ludo ſibique indecenti; qui tamen aliquid ab eo de eis bonis lucraretur, obnoxius non eſſet reſtitutioni.

Quod ad mancipia attinet ſi habeant aliqua de numero eorum bonorum, quæ ea habere poſſe tan-

tanquam ſua propria diſp.38. iuncta diſput.261. commemorauimus, aut domini eis permittant aliqua habere, de quibus libere diſponere ea ſinant; quia cum ſciant, aut præſumant, mancipia ea habere ſua induſtria, aut donatione alterius cōparata, ea ab illis non eripiunt, ſed eis illa relinquunt, tunc, qui ab eis lucratur eiuſmodi bona ludo aliquo, reſtituere ea non tenetur. Eadem etiam rōne mancipia reſtituere non tenentur, quæ ludo ab alijs eiuſmodi bonis lucrantur, ſed cedunt in augmentum peculij, de quo libere poſſunt diſponere. Si autem mācipia ludant, quæ furto acceperunt à proprijs dominis, aut ab alijs, aut quæ dn̄is acquirunt, ipſiſque inuitis, mancipia retinent, aut certè de quibus mancipijs non conſtat, voluntatē dominorum eſſe, vt ea ſibi retineant, tunc, qui ea ab illis lucrantur, reſtituere illa tenētur dominis, aut alijs, à quibus mancipia ea furati ſunt. Ratio verò eſt, quoniam lucrantur aliena. In dubio aūt, qui aliquid lucrātur à mancipijs, inquirere tenētur, an mancipia potuerint illa alienare. Eodem modo, ſi mancipia eiuſmodi bonis aliquid ludo ab alijs lucrentur, reſtituere id illis tenentur. Intellige hæc qn̄ aliunde, comperto illa aliena fuiſſe mancipia, non redderent eos indemnes, qui illa eſſent lucrati, tantundem illis ſoluendo, ad quos attinebant, vel aliunde ea illis reſtituendo.

Supereſt de coniugibus dicamus. Et ꝙ ad vxores
3 attinet, dicendum in primis eſt. Eas † ludere poſſe quantum mariti expreſsè, aūt tacitè eis permiſerint: quia videlicet conſtat eos non eſſe inuitos. Deinde, ex dictis diſp.274. liquet, eas, ēt inuitis maritis, poſſe ludere, & inſumere in ſuis honeſtis oblectationibus, quantum mediocres ſui ſtatus, & conditionis ſolent ludere, & inſumere; modò nō ſint peculiares aliquæ cauſæ, cur id maritus eis inhibeat. Ratio huius aſſerit, vt ibidē diximus, eſt: qm̄ ob dotem, & ſocietatem bonorum cōtractam, illis debetur congrua, & competens ſuſtentatio, quæ ſane compræhendit ſumptus omnes ad ea oīa, quæ vxores eiuſdem conditionis, & ſtatus ſolent inſumere, ēt ad competentē, & honeſtam oblectationem. Quarè, ſi quid alij intrà hos limites ab eis lucrentur, aut ipſæ ludentes cum ijs, qui alienare poſſunt ab eis ludendo eo modo lucrentur, obnoxium nō eſt reſtitutioni. Si verò aliquid vltra hos oēs limites ludāt, cōtractus eſt nullus, vt dictis diſp.343. liquet, ac proinde, ꝙ pdiderint reſtituēdū eſt maritis, ſicut & ipſæ reſtituere tenenť, ſi qd, ludēdo extra eos terminos, fuerint lucratæ.

4 Quod ad maritos attinet. † In primis ludere poſſunt, quæ alij ſui ſtatus, diuitiarum, & conditionis, communiter ludunt, quæque ludere minimè ſtatum ipſorum dedecet. Quin eſto excedant, dummodo exceſſus non ſit admodum notabilis, interim dum ex ludo nō comperitur notabile detrimentum in bonis ipſorum, & familiæ, nō ſolū alij dominium comparant lucratorum, ad nullāque reſtitutionem tenentur, ſed neque ipſi reſtituere quicquam tenentur vxoribus, eſto quantitatem notabilem amittant; qm̄, vltra ſuam oblectationem, experiri potuerunt eum contractum, & quaſi genus negotiationis, in incommodum, ac commodū, ſocietatis inter ipſum, & vxorē: quippe ipſi adminiſtratores ſunt bonorum eius ſocietatis. Quando aūt ex ludo mariti compertum iam experientia eſſet, ſequi notabile detrimentū vxori, quia ludendo conſumit multa bona in detrimētum illius, & qua ob ludum deſerit negotia, & lucra, quibus conſeruanda, aut etiam augenda, eſſent bona; tunc in Luſitania is maritus reſtituere teneretur vxori, non ſolum quādo matrimonium celebratum fuiſſet contractu medietatis bonorū, ſed etiam quando eſſet celebratum contractu arrhatum, & dotis, atque id in cauſa eſſet, quòd vel capitale vxoris, quæ contraxit contractu medietatis bonorum, minueretur, vel quod notabiliter minuerentur bona iam lucrata, quocunque modo in Luſitania contractum eſſet matrimonium, vt ex dictis diſput.422. intelligetur facilè. Vir enim, vt ibidē dictum eſt, tenetur vxori, & ſimiliter vxor viro, ſi quid inſumat, aut amittat, ob delictū, notabilemve culpā, vel negligētiam ipſius, quæ maior ſit, quàm leuis, aut ob indebitam, & inordinatam adminiſtrationem: perſpicuum autem eſt in euentu, de quo loquimur, maiorem culpam, quā leuem, multumq; indebitam, ac in ordinatam bonorū adminiſtrationē, interuenire. Porrò in hoc euentu, non tenetur vir reſtituere vxori detrimentum totum, quòd vxori re ipſa, ob ludū ipſius ita culpabilem, obueniſſet, ſed partem quandā illius prudentis arbitrio, attentis circumſtātijs omnib. concurrentibus. Ratio autem, qua ad hoc aſſerendum ducor, hæc eſt. Quoniam, ſi vir eo ludo fuiſſet lucratus, vt euenire potuit, dimidium lucri ſpectaret ad vxorē nihil impediente, quòd vir ludendo eo modo peccauerit, iniuſtuſque in vxorē fuerit: quo fit, vt æquitas non patiatur, vt cum dimidium lucri obuenturum eſſet vxori ex eo contractu, totum detrimentum vxoris pertineat ad virum, ſed pars duntaxat, quantum æſtimabitur periculū, cōiunctum cum ea ſpe lucri, cui illam iniuſtè obiecit, ipſa inuita, præcedenteq; viri experiētia, ꝙ ludendo eo modo detrimentum notabile afferret bonis vxoris, ac ſocietatis. Quare, ſi totū detrimentum, ꝙ poſt eam experientiam culpa, ac ludo mariti obuenit communibus bonis, æſtimetur ducentis aureis, ac proinde centum reputētur damnum vxoris, & centum damnum viri, aliqñ ſatis erit, ſi vir ea de cauſa reſtituat vxori quadraginta, aut triginta, vel plus, aut minus, prout fuerint circumſtantię concurrentes. Rarò tamen, aut nūquam, fiunt huiuſmodi reſtitutiones: quia vel mariti, & alij, ad hæc non attendunt, vel vxores, quamuis doleant de eiuſmodi iactura bonorum, facilè illam condonant maritis, neque exigunt reſtitutionem; præſertim ſi liberos communes ex eo matrimonio habeant: id tamen nos hoc loco explicamus, quod natura ipſa rei habet.

Petes, num qui ita lucratus eſt à marito, reſti- Dubiū
5 tuere teneatur vxori partem lucri. Dicendum † eſt
ſi marito, quando id perdidit, remanebant bona Deciſ.
ad partem ipſius attinētia, vnde ſatisfaceret vxori, tunc, eum, qui ab illo lucratus eſt, ad nullam reſtitutionem teneri vxori. Ratio eſt, quoniam is, qui cum marito eo modo luſit, iuſtum contractū cele-

celebrauit, mariturſque adminiſtrator erat bonorum, quæ ita luſit; quòd ſi maritus, celebrando, ac exercendo eum contractum, iniuriam vxori intulit, ipſe eam reſarcire tenetur de bonis ſuis, eſto in detrimentum cedat filiorum vtrique coniugi cōmunium. Confirmatur, quoniam quādo maritus ſuperfluè donauit aliquid de bonis communibus ſine vxoris conſenſu, donatarius non tenetur reſtituere id vxori, ſed maritus tenetur id computare in partem, quæ ipſum contingit, vt habetur 4. lib. Luſitan. ordin. tit. 6. §. vlt. & diſp. 275. dictum eſt: ergo longè maiori cum ratione, qui ita contractu oneroſo ludi à marito eſt lucratus, non tenetur reſtituere vxori, ſed maritus eſt, qui reſarcire debet damnum ea via illi iniuſtè illatum.

Quando tamen maritus ſoluendo non eſſet dotem, aut bona paraphernalia vxoris, quæ contractu arrharum, & dotis, vel in Luſitania, vel in Caſtella, matrimonium celebrauit, tunc ſanè actio competeret vxori ad repetendum bona ludo alienata, ſi adhuc extarent apud illos, aut alios: eo quod bona omnia mariti tacitè hypothecata ſint pro dote, & bonis paraphernalibus vxoris, vt diſput. 438. & 441. oſtendimus. Quando autem in Luſitania ex tali ludo mariti ſolum ſequeretur vxori damnum in bonis ſuperlucratis, aut in medietate ſuorum bonorum, ſi contractu medietatis celebraſſent matrimonium, arbitror, qui ea bona ludo eſſet lucratus à marito, ad nullam reſtitutionem teneri vxori, ſicut neque maritus, & vxor tunc reſtituere illi tenerentur, ſi quid maritus eo ludo ab eo fuiſſet lucratus. Ratio autem eſt, quoniam maritus, ex diſpoſitione iuris, cōſtitutus eſt adminiſtrator eorum bonorum; & quamuis maritus iniuriā fecerit vxori ludendo illo modo plus quam oporteret, modoque explicato reſtituere illi teneretur damnum ita illatum; quæ tamen ille ita adminiſtrauit, ac contractu oneroſo alienauit, valida ſunt. Si tamen in Luſitania maritus rem immobilem abſque expreſſo vxoris conſenſu luſiſſet, tunc vxor extrahere rem illam poſſet, iuxta ea, quæ diſp. 422. dicta ſunt.

Quando maritus, libere conſentiente vxore, inordinate plus iuſto luderet, tunc ipſe ad nullam reſtitutionem teneretur vxori: quoniam contractus de communi conſenſu fuiſſet celebratus: ſatiſque ad id eſſet vetus præſumptus conſenſus vxoris, modò non interueniret alienatio ea via rei immobilis. Item ſi maritus ante mortem vxoris ab ea obtinuiſſet liberam eorum remiſſionem quæ ludo, cum onere reſtituendi, illi amiſiſſet, valida eſſet ea remiſſio, iuxta ea quæ diſput. 522. explanata ſunt.

Dixi ſupra, quando iam experientia comperitur ex ludo mariti grauia detrimenta ſequi vxori, teneri in Luſitania reſtituere vxori, &c. quoniam in hoc Caſtellę Regno, ſi ſolum detrimentum illi afferat quo ad bona ſuperlucrata, ad nullam reſtitutionem ei tenetur, vt diſput. 275. & 437. ex l. 5. titu. 9. lib. 5. nouæ collect. copioſe explanatum, oſtenſumque eſt. Detrimēta verò alia, quæ ludendo, aut quacunque alia ratione, vir vltra lucra bonis afferret, ea omnia teneretur aſſumere in ſuam partem, capitaleque proinde ipſius minuerent, non verò capitale vxoris, quod tenetur ſemper integrum conſeruare.

An ludus humano iure prohibitus, ſit aliquando culpa lethalis. Et quid de habentibus menſas ludo expoſitas.

DISPVTATIO DXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ludo humano iure prohibito ludens, quando incidat in peccatum mortale.*

2 *Ludus cartarum in regnis Caſtellæ, & Luſitaniæ quando prohibitus ſub culpa lethali.*

Et quid de conficientibus, aut vendentibus cartas ad ludum, & teſſeras, nu. 3. & 4.

Et an idem dicendum de habentibus domos, & expoſitas menſas ad ludum, nu. 5.

6 *Clericis, & religioſis an ſimpliciter ſit interdictus ſub culpa lethali alearum ludus, ſine aliqua modificatione, ſeu declaratione.*

HOc loco ſolū expēdimus, quāta culpa ſit in ludo iure humano prohibito ea præciſè rōne, qua humano iure eſt prohibitus, ac proinde
1 qua in eo interuenit inobediētia, †tranſgreſſioq; legis humanę. Ex alijs autem capitibus, & circūſtantijs, facilè, quiuis ex dictis, atque ex qualitate circunſtantiarum, intelliget, qñ interueniat culpa lethalis, aut non. Vt ſi pp ludum, ſacrum die feſto omittatur, aut in eo miſceantur periuria, blaſphemiæ rixæ lethales, vel in eo interueniant fraudes, aut iniuſtitiæ aliæ, vnde obligatio inſurgat reſtituēdi valorem, qui ad lethalem culpam ſufficiat.

2 Laidis† in Regnis Caſtellæ, & Luſitaniæ non eſt cēſendus prohibitus ludus cartarum ſub culpa lethali, vt ex pœnis iuribus diſp. 512. relatis, in eis Regnis ludētibus eo ludo ſtatutis, conſtat. Quin, eſto hodie aliqui ludāt plus, quā duos regales argenteos, in Caſtella ludi permiſſos, modo nō excedāt quantitatem, quam, iuxta conditionem ſuæ perſonæ, animi gratia eos ludere deceat, neq; venialiter peccabunt, tā, in Caſtella, quàm in Luſitania: qm̄ non eo rigore leges illæ vſu ſunt receptæ; quin, regibus, & miniſtris publicis, id ſciētibus, atq; ipſiſmet ludentibus, longè plus cōſueuit ludi. Neq; obſtat, quod rarò aliqui ob ludū cartarum pœna mulctentur: qm̄ id inſeruire videtur ad coercendū, ne ludi vſus multum ſe extēdat: &, ſi fas eſt dicere, vt miniſtri publici habēt vnde pœnas eruant, quas, non à potentibus publicè ludētibus, ſed à paruulis ſemel depræhenſis, ſolent extrahere. Timorati tamen iudices, vt in Luſitania accepi, quando, depræhenſi, de numero eorum non ſunt qui nimium ludo non ſunt dediti, ſed qui animi gratia interdum moderatè ludunt, impunes illos dimittere ſolent. Neque enim æquitas patitur, vt pœnam pro eo ſoluant, quod ſine vllo peccato efficiunt, & quod paſſim idcirco alijs permittitur, quòd eiuſmodi leges non ſint eo rigore

gore

gore ſuſceptæ. In his tamen non compræhendo ſcholaſticos (præſertim Euorenſis academiæ) ludentes: quoniam ſtatuta eos ludere prohibentia in viridi ſunt obſeruantia, & quoties ludere deprænhenduntur, pœnas ſoluunt pluſque eos dedecet ludere, quam alios laicos. Adde, fere omnes filios eſſe familias, atque ad ſacros ordines aſpirare, quos proinde expedit cohibere à ludo.

3 Quod † attinet ad conficientes, aut vendentes cartas luſorias, vel eas in Luſitania aſportantes ex alijs Regnis, attenta pœna flagellorum, & alijs, pro eis criminib. in Luſitania ſtatutis, cōdemnāda eſſent ea crimina culpæ lethalis in eo Regno, ſi leges illæ eo rigore exequutioni in eo mandarentur. Cæterum cū homines ludere cartis in eo Regno permittantur, & cartæ impunè vendātur, neq; vnquam auditum ſit, pœnam flagellorū pro eis criminibus eſſe inflictam, iam hodie non condemnes, crimina illa culpæ lethalis. Immo forte neq; venialis, cum ludus, inſtrumēta illa, ac negotiatio in illis vendēdis, permittantur. Multò autē minus conficere, aut vendere cartas luſorias culpæ eſt damnandum in Caſtella, vbi nullam ea de re prohibitionem, aut pœnam ſtatutam legimus.

In hoc Caſtellæ Regno, præſertim poſt. l. 15.

4 † tit. 26. lib. 8. nouę collect. non auderem excuſare culpæ lethalis conficientes, aut vendentes, per ſe, aut per interpoſitam perſonam, teſſeras, aut ludētes teſſeris; cum pœna flagellorum, ac remigandi quinquennio in triremibus, pro eis criminibus, vltra alias pœnas, ſint ſtatutæ. Niſi intelligatur, pęnas illas ad terrorem ſolū eſſe poſitas, neq; mandari exequutioni: ēt ſi aliqui depræhendantur incidiſſe in ea crimina. Idē dic in Luſitania de ludentibus teſſeris (prꝑterq̄ ad tabulas) ſi pœna flagellorum pro eo crimine in Regno ſtatuta exequutioni mandetur, neq; ſit ſolum poſita ad terrorem.

5 Quod † attinet ad habentes expoſitas menſas ad ludendum, recipientesve homines ad ludēdū, in domibus ſuis, cum in Luſitania pœna flagellorum ſit eis ſtatuta, ſi ſtipendiū ea de cā accipiant, vel eis cibum, aut potum vendant, damnandi eſſent culpæ lethalis, attenta acerbitate pœnæ quia tamen ea non vr̄ hodie infligi, certè ex eo capite non condemnarem crimen illud culpæ lethalis. In Caſtella autem non video pœnam adeo acerbam impoſitam, vt ex parte pœnæ condemnare id crimen audeā culpæ lethalis. Ex qualitate autem ludi, ac ludentium, iudicandum eſt, num lethalis culpæ ſint damnandi, an non. Si enim in Caſtella ad ludendum teſſeris, homines admittant, non auderem eos excuſare à culpa lethali, præſertim, ſi teſſeras eis præbeant. Tum quod ludus ille excuſari à culpa lethali, in Caſtella non videatur. Tum etiam, quod teſſeras habere, ac ſubminiſtrare ad ludendum, culpa lethalis in eo Regno videatur. Tum denique qm̄ pęna cōfiſcationis domus, in qua teſſeris luditur, nō leuis eſt, ſed acerba, & quæ culpam lethalem ſuadet. Qn̄ ēt ad ludum admitterentur, qui eo ludo alienare nō poſſent aut qui ludum cum lethali culpa varijs alijs modis exercerent; excuſandi nō eſſent à culpa lethali, ac proinde neq; abſolui deberent, niſi ſeriò ab exponendis menſis ad ludum, & à recipiendo homines ad ludum abſtinerent.

6 Quod † ad clericos, religioſos, ac prælatos attinet, ſub lethali culpa alearum ludus vr̄ eis interdictus, vt conſtat ex iuribus canonicis in calce diſp. 512. citatis, quæ clericis publicis aleatoribus decernunt pœnam remotionis à beneficio obtinendo, & priuationis obtentis, ac ſuſpenſionis, ſi, admoniti, ab eo vitio non deſtiterint: eiuſmodi aūt pœnæ non imponuntur niſi ob lethalem culpam. Item Conciliū Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de reformatione, eas oēs pœnas, & canones innouauit. Atq; ita ſentit Nauar. cum alijs, quos citat, in Manu. c. 19. nu. 9. Cæterum, cum pęnæ illę ſolis publicis aleatoribus ſint impoſitæ, qui non ſemel, aut raiò, ludunt, ſed ludo ſunt dediti, non iudico condemnandos eſſe culpæ lethalis eos clericos, qui ſine aliorum ſcandalo, recreationis gratia, cartis ludunt quantitates modicas, quæ cōditionē, ac ſtatum ipſorum, ſpectatis eorum redditibus, ac bonis, non dedeceant. Neque hos damnare lethalis culpæ vr̄ Nauar. nu. 9. citato, qui eos ſolos culpæ lethalis damnat, qui notabilem quantitatē ludunt. Eiuſmodi tamen ludus cartarum, & multò magis teſſerarum, indecens valde illis eſt, atque omnino diſſuadendus: præſertim cum multi ſtrictius de hac re loquantur, & ego loquerer, ſi Eccleſiaſticorum mores non adeò ab antiquo illo ſtatu primitiuæ Eccleſiæ deflexiſſent. Tunc enim eiuſmodi ludus magis illis indecens erat, maiuſq; ſcandalum ſecularibus generabat, quàm hodie generet: quādo non tam arctā, Deoq; deditam vitam, ab eis expectant, q̄ olim erat conſueta, ac expectabant. Quare ludus cartarum religioſis longè magis indecens eſt, & ſcandaloſus alijs, quàm clericis ſecularibus: eoque magis eſt ipſis indecens, & ſcandaloſus alijs, quò arctiorem vitam profitentur, & magis in ea religione regularis diſciplina viget, maiorq; eſt opinio in populo de ipſorū obſeruantia, ac ſanctitate. Similiter dicerem, longè indecentius, maiuſq; peccatum eſſe clericis ſecularibus ludere cartis, aut alijs ſimilibus ludis, in regionibus, in quibus minus eſt id conſuetum, minuſq; corrupti ſunt eorum mores, quàm vbi ſunt magis corrupti, eſtque id magis conſuetum.

Depoſitum, & ſequeſtrum quid.

DISPVTATIO DXXII.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum quid, & de quibus fiat rebus.*
2 *Sequeſtrum quid.*
3 *Sequeſtrum quando concedatur.*
4 *Præceptū iudicis de non ſoluendo, eſt loco ſequeſtri.*

Conſequēter de ijs contractibus eſt diſſerendum, qui quaſi adminiculo ſunt alijs cōtractibus, nempe de depoſito, pignore, hypotheca, & de fideiuſſione. Atque initium erit nobis ſumendum ab eo, quod minus ratione adminiculi alijs contractibus habet, nempe de depoſito.

Autore Vlpiano l. 1. in prin. ff. depoſiti depoſitum

1 tum † eſt, quod alicui cuſtodiendum datur: Seu (atque in idem redit) eſt contractus, quo aliquid alicui cuſtodiendum traditur, ac proinde vt integrum illud reſtituat. Et autore eodẽ Vlpiano ibidem, dr̃ à pono, & de, quæ præpoſitio vim auget, quaſi in alterius manu poſitũ. Non ſatis verò eſt, vt quis depoſitum celebraſſe cenſeatur cum aliquo, ſi in domo illius aliquid ponat, niſi is cuſtodiã illius ſuſcipiat, aut ei dicatus, trado tibi hanc rem in cuſtodiam, vel illam ſerua, vt colligitur ex l. ſi ego §. vlt. ff. de iur. dot. & notant cũ alijs Gregor. Lopez l. 1. tit. 3. par. 5. & Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 7. nu. 2. Intellige, niſi in curam ex munere ſuo id cuſtodiendi habeat, vt ſunt ſtabularij, nautæ, & ſimiles: tunc enim ſatis ad id erit, quòd, illo id conſpiciente, aut ſciente, in domo illius reponatur, vt affirmat Ant. Gom. num. 2. citato, & colligitur ex l. 1. §. vltim. & l. 2. ff. nautæ caupones, &c. Porrò is, apud quem aliquid deponitur, depoſitarius nuncupatur.

Depoſitum regulariter fit rerum mobilium: immobilia quippe deponi non cõſueuerunt, niſi quando controuerſia eſt de aliqua re; & deponitur apud ſequeſtrum, quouſq; conſtet, aut decernatur, ad quem pertineat, vt hr̃, l. 2. titul. 3. part. 5.

2 Quo fit, vt † depoſitio apud ſequeſtrũ vera, ac propria ſit depoſitio, vt hr̃ l. propriè, ff. depoſiti, tanquam pars ſubiecta depoſitioni in genere: atque adeo ẽt fit, vt aduerſus ſequeſtrum actio depoſiti detur, vt hr̃ expreſſe, l. ei apud quem, § 1. ff. depoſiti. Tametſi quidam voluerint competere actionem præſcriptis verbis, argumento, l. ſi rem, §. vlt. ff. de præſcrip. verb. Quamuis autem, vt habetur, l. ſequeſter, ff. de verb. ſig. l. licet. ff. depoſit. & alijs iuribus, ſequeſter ius dicatur, apud quem plures de communi conſenſu deponunt eandem rem, de qua eſt controuerſia, ad quem eorum pertineat; ſit dictus, vt Modeſtinus, l. ſequeſter citata ait, *quaſi ſequatur litigantes, vt ei depoſitum tribuat, qui vicerit;* aut, vt Gellius lib. 20. c. 10. ait, quaſi litigantes fidem illius ſequantur; nihilominus latius patet: qm̃ aliquando fit iudicis officio nõ cõuenientibus partibus, inter quas eſt controuerſia, atque efflagitante id natura rei, & interdum ſimul id poſtulante eo, qui non poſſidet: & interdum fit alijs de cauſis, vt quando confiſcanda alicui ſunt bona ob delictum, aut illa amittit alia de cauſa, interimque dum ſententia non fertur, qua pronuncietur amiſiſſe illa, fiſcoque, aut alij, adiudicentur, ſolent ſequeſtrari, hoc eſt, eripi de poteſtate illius, & collocari apud ſequeſtrum, qui interim illa poſſideat. Quomodo autem fieri hodie debeat ſequeſtrum, quando delinquens, aduerſus quem criminaliter proceditur, capi non poteſt, & crimen tale eſt, vt ſequeſtrari debeant bona illius, & quo ordine ſit procedendum interim, dum nõ compareat, & quouſque ſint diuidenda bona illius forma præſcribitur, l. 3. titu. 10. lib. 8. nouæ collectionis. Hodie iuriſperitis depoſitionem apud ſequeſtrum appellant ſequeſtrum, ſequeſtri: atque in ea ſignificatione nos ſumpſimus ſequeſtrum in titulo huius diſputationis.

Meritò autem, l. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. ſancitum eſt, ex eo, quòd aliquis contendat deberi aliquid ex contractu aliquo, aut alia ratione, fieri non debere ſequeſtrum illius: ſed ad contendentem ſibi deberi, aut ad ſe pertinere, ſpectare id prius probare; adhibitaque prius legitima, ac ſufficienti probatione, tunc petere debere, vt ſibi tradatur, neque eſſe cur in eo euentu vllum fiat ſequeſtrum. Quando autem neuter contendentium eſt in poſſeſſione alicuius rei, & vnuſquiſq; eorum contendit ad ſe ſpectare, aut vnus eorum indebitè poſſeſſionem illius eſt ingreſſus, tunc locum habet ſequeſtrum.

In ſequentibus tamen euentibus, vt not. glo. 1. 3 citata, conceditur † ſequeſtrum, quando concedi alioquin non deberet. Primus, ſi de re mobili contendat quis, & qui illam obtinet, ſuſpectus eſt de fuga cum illa: tũc enim, niſi fideiuſſores ſufficiẽtes det ſequeſtratur, vt habetur, l. ſi fideiuſſor, §. vlt. ff. qui ſatiſdar. cog. & l. ſenatus cõſulto, §. vlt. ff. de offic. præſcr. Idem eſt, timor ſit, ꝙ rem conſumet, & poſteà non erit ſoluendo, niſi enim cõpetentem fideiuſſoriam cautione dederit, ſequeſtratur, vt habetur, l. litibus, C. de agricol. & cenſ. lib. 11. De hoc toto primo euentu lege, quæ conſentaneè ad ea quæ à nobis dicta ſunt, latè diſponunt Luſitanæ ordinationes lib. 3. tit. 20. Secundus, ſi maritus deuaſtet dotem vxoris l. ſi cum dotem, §. ſi verò dotem ita, ff. ſoluto matrimonio. Id verò intelligendum videtur, quando deuaſta fundos dotales in vxoris odiũ, vt ex eo textu liquet. Item quando aliquis poſſidens rem aliquã, damnatus circa illam appellauit, ſi ante ſentẽtiam vltimam deuaſtet fructus illius, res ponitur in ſequeſtrum, l. Imperatores, §. vlt. ff. de appell. Item quando ab exequutione appellatur, ſi ob eam appellationem exequutio ſuſpendatur, & exequutio fieri debebat in re mobili, ſequeſtratur: ſi verò in re immobili, fructus, qui deinde fuerint percepti, ſequeſtrantur vſque ad vltimam definitionem, l. ab exequutione. C. quorum appell. Item qui ad partitionem offerre debet aliqua bona, quæ à parentibus accepit, niſi fideiuſſores competentes det, ſequeſtrantur, quouſque partitio fiat, ac abſoluatur, l. 1. §. ſi frater. ff. de coll. bon. Item ſi is, qui vt ſeruus poſſidebatur, proclamet ad libertatem, contendens ſe eſſe liberum, interim dum lis pendet, an liber ſit, vel ſeruus, reddere debet domino, quæ penes talem ſeruum erant, ac ſeruus confitetur eſſe domini: circa ea vero, quæ negat ad dominum pertinere & dominus ad ſe ſpectare ait, præſtare debet ſeruus competentem fideiuſſoriam cautionem, alioquin ſequeſtrantur, vt finita lite circa libertatem, pronunciatoque eum eſſe liberum, examinetur, ad quem eorum res illæ pertineant, eique tradantur. Ita habetur, l. vlt. C. quibus ad liber. proclam. Denique ſequeſtrum de re, quam aliquis poſſidet, regulariter non fit, niſi in caſibus à iure expreſſis.

Quando cum ſequeſtro conuenit, quo loco rem apud ipſum depoſitam reddere deberet, eo loco reddere illam tenetur. Quando verò conuenit, vt in aliquo ex pluribus locis ſub diſiunctione eam redderet, optio eſt ſequeſtri, in quo eorum

locorum

locorũ velit illam reddere. Si de loco non conuenit, in quo reddenda eſſet, admoneri, ac conueniri debet, vt eam iudici tradat. Ita habetur, l. ei apud. §. 1. ff. depoſit.

Si ſequeſter munus relinquere velit, adire debet iudicem, facta denunciatione ijs, qui eum in id munus elegerunt, ac iudici reddere debet rem. Iudex tamen non, niſi ex legitima cauſa, exonerare eum debet munere illo ſemel ſuſcepto; ſi tamen eum exoneret, deponere rem debet apud publicum depoſitarium, ſi talis aliquis conſtitutus ſit, vt conſtitutus eſſe ſolet: alioquin idoneum alium ſequeſtrum eligere debet. Ita habetur, l. ei apud quem, §. vlt. ff. depoſ.

4 Inter ſequeſtra † computatur, qñ aliquis debet aliquid alicui, & præcipitur à iudice, vt non ſoluat: eiuſmodi quippe debitum cenſetur creditori ſequeſtratum apud eiuſmodi debitorem.

Depoſitum quotuplex. Et num in eo, quo vim mutui habet, locus ſit exceptioni non numeratæ pecuniæ. Et ad quem dominium, & poſſeſſio rei depoſitæ ſpectet. Deciditurque quidam notabilis euentus.

DISPVTATIO DXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum quotuplex.*
2 *Depoſitum tranſiens in mutuum, quando fiat.*
3 *Depoſitũ quando tranſit in mutuum, an habeat locũ exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium.*
4 *Depoſiti dominium ad quem ſpectet, quando depoſitum tranſit in mutuum.*
Cum declarationibus, vt nu. 6.
Et quid in ſequeſtro. nu. 5.

1 DEpoſitũ, † quoddã fit prçmẽte neceſſitate incẽdij, ruinæ, naufragij, tumultus, aut ſimilis alterius, qua res apud alium deponuntur, ne repẽtina neceſſitate, quæ iam inſtat, pereant: aliud eſt, quod nulla tali neceſſitate præmente fit. Ita habetur l. 1. §. 1. ff. depoſ. & l. 1. tit. 3. par. 5. Item depoſitum, quoddam eſt ſequeſtrum, vt diſput. præcedente explanatum eſt: quoddam verò non eſt ſequeſtrum, ſed ſimplex depoſitum. Item depoſitũ quoddam omnino, ac proprie eſt tale: quoddam non item, ſed tranſit in alium cõtractum, aut illũ habet admixtum. Quod ſanè duobus modis euenit. Vno, quia pro depoſito, ſeu rei cuſtodia, pretium, aut emolumentum aliquod accipitur, & tunc tranſit in contractum locati, & conducti, aut illum aliquo modo admiſcet, vt habetur, §. 1. inſt. de locat. §. vlt. inſt. de mandato, & l. 2. tit. 3. par. 5. vt quando veſtes. Suendę traduntur ſartori, aut lauandæ fulloni. Item quod cuſtodiendum traditur ſtabulario, aut nautæ: licet enim ea de cauſa peculiare pretium non tribuatur, pretium tamen traditur pro hoſpitio, & tranſportatione, quæ annexam habeat cuſtodiam eorum, quæ in ſtabulum, aut nauim inferuntur: vnde hi arctius ad cuſtodiam, de minorique culpa tenentur, quam merus

2 depoſitarius, vt iſt progreſſu dicetur. Altero verò modo id euenit, quando aliquid ita cuſtodiẽdum traditur, vt non ſit neceſſario reddendum idem numero, ſed idem ſpecie, euſdem tamen quantitatis, & bonitatis. Atque eiuſmodi depoſitum trãſit in rationem mutui, dominiumque rei depoſitæ non manet in deponente, vt in cæteris ſpeciebus non depoſiti cõmemoratis, ſed tranſit in depoſitarium, ac proinde, ſi pereat, antequam reddatur, perit depoſitario, & non deponenti. Vt ſi quis ita apud aliquem deponat pecuniam, triticum, aut aliud, quod in pondere, numero, aut mẽſura conſiſtit, vt ſibi, quando petierit, reſtituatur tantundem æqualis bonitatis, id non tam eſt depoſitum, quam mutuum, vt cõſtat ex l. Lucius, 1. & l. deſponſaliorũ. ff. locati. Non tamen ſufficiens eſt coniectura, vt cenſeamus contractum eſſe mutui, & non depoſiti, ac proinde dominium tranſire in accipientem, ita vt, ſi pereat quod pecunia, triticum, aut aliud ſimile, tradatur numeratum, menſuratum, aut ponderatum, quod tamen lex 2. tit. 3. par. 5. innuere videtur, ſæpe enim traditur aliquid numeratum menſuratum, aut ponderatum, vt depoſitarius intelligat, quantum in cuſtodiam recipiat, ac debeat reddere, cum tamen ſolum tradatur ad cuſtodiam, nulla cõceſſa facultate vſus, aut conſumptionis, ac proinde dominiũ penes deponentem perſeuerat, ipſiq; res depoſita perit, & non depoſitario, niſi ob depoſitarij culpam pereat, id quod ſatis innuunt duo iura citata: quare ex circumſtantijs concurrentibus, perſona cui traditur, & modo, quo traditur, eſt id iudicandum. Quando autem aliquid in numero, pondere, aut menſura conſiſtens, traderetur alicui cuſtodiendum clauſum, aut obſignatum, tunc merum eſſe depoſitum, vt de ſe eſt perſpicuum, & colligitur ex l. 1. §. ſi pecuniã, & l. 1. ſi ſacculũ, ff. depoſ. & ex alijs iuribus. Quãdo aliquis ita deponeret res, vt earum dominium apud ipſum perſeueraret, ſed cum facultate depoſitario conſumendi, aut alienandi ex illis, quæ vellet, ita tamẽ, vt tantundem poſteà redderet, tunc ſolum contractus inciperet tranſire in mutuum, quando depoſitarius aliquid conſumeret, aut alienaret; præciſeque tranſiret in mutuum quo ad ea, quæ conſumeret, aut alienaret, non vero quo ad reliqua, quorum dominium perſeueraret apud deponentem. Ita Nauar. in Manu. c. 17. in calce. nu. 180. & habetur l. certi condictio. §. vlt. & l. ſequenti, ff. ſi certum petatur.

3 Dubium eſt, quando † depoſitum tranſit in mutuum, vtrum locum habeat intra biennium exceptio non numeratæ pecuniæ, de qua diſp. 502. copioſe dictum eſt. Bart. & Portius, ab Emmanuele Accoſta. l. ſi ex cautione. C. de non num. pec. fallẽtia, 2. nu. 4. relati, affirmant locum habere. Cõtraria tamen ſententia cum Bal. eſt communior, quã idem Emmanuel Acoſta ibidem amplectitur. Ratio eſt, quoniam licet eiuſmodi depoſitum tranſeat ea ratione in mutuum, quia dominium rei Queſt. Deciſ.

depo-

depoſitæ pertinet ad depoſitarium, poteſtq; libere ea re vti, eamque conſumere, & quacunq; ratione tunc pereat, ipſi, & non deponenti, perit; nihilominus rationes aliquas depoſiti retinet: qua de cauſa contractus mixtus ex depoſito, & mutuo potius debet appellari, quam merum mutuum, aut merum depoſitum. Etenim merum mutuum in gratiam fit ſolius mutuatarij: eiuſmodi verò depoſitum fit in vtilitatem, & bonum deponentis, cui beneficium præſtat depoſitarius, tametſi per accidens redundet etiam in bonum depoſitarij, qui interim, dum depoſitum perſeuerat, poteſt ea re vti, ac negotiari. Præterea in mutuo, vt in calce diſpu. 299. dictum eſt, mutuans non continuo poteſt repetere, quod mutuo dedit, eſto nullus terminus contractui mutui fuerit præfixus, ſed lege Caſtellæ, vt ibidem dictum eſt, ſi nulla vrgens ſuperueniat cauſa, cum minimum expectare debet decem dies, & de iure communi tempus, quod prudens iudex fuerit arbitratus: at verò in eiuſmodi depoſito, nullum omnino tempus expectare tenetur, qui pecuniam depoſuit, ſed continuo, atque illam depoſuit, poteſt eam repetere, neque poteſt retardari, vt neque aliæ res depoſitæ retardari poſſunt, vt videbimus. Item in mutuo locum habet compenſatio: in eiuſmodi vero depoſito, vt & in reliquis depoſitis, locum non habet compenſatio, vt etiam videbimus.

Quia ergo eiuſmodi depoſitum, non eſt merum mutuum, ſed multum de depoſito retinet; exceptio non numeratæ pecuniæ, ſolum habet locum in mero mutuo, cui idcirco eſt conceſſa, quia mutuatarius eſt, qui mutuũ poſtulat, & auiditate illud obtinendi, ſuæque ſubueniendi neceſſitati confiteri ſolet, ſe pecuniam accepiſſe, quam nondum receperat, ſed recipere ſperabat; cum tñ in depoſito, de quo loquimur, deponens ſit qui offert depoſitum in ſuum proprium commodũ, ac proinde ceſſat in eo depoſito ratio, ob q̃ mero mutuo exceptio illa fuit conceſſa; conſequens profectò eſt, vt depoſitario penes quem aliquid deponitur ea lege, vt tantundem æque bono reddat, non cõpetat exceptio non numeratæ pecuniæ comparatione eo modo apud ipſum deponentis. His accedit, videri eſſe textum expreſſum, l. in contractib. §. ſed qm̃, verſ. ideoq;. C. de nõ num. pec. vbi apertè in depoſito certæ pecuniæ, denegatur exceptio non numeratę pecuniæ. Hæc de ſecundo eorum, quæ in titulo propoſita ſunt.

4 Quod † verò ad vltimum attinet, in depoſito, quod mutui vim obtinet, dominium, ac poſſeſſio rei depoſitæ, & in depoſitarium trãſit, vt ex hactenus dictis perſpicue liquet. In reliquis verò depoſiti ſpeciebus, dominium apud deponentem permanet, ſi antea ipſius erat. Idem dicendũ eſt de poſſeſſione, etiam naturali, deponens quippe per depoſitarium poſſidet naturaliter, & ciuiliter per ſeipſum, ſi antea ipſe erat, qui vtroq; mo-
5 do poſſidebat. Excipitur † in ſequeſtro: nam tunc poſſeſſio ciuilis, & naturalis tranſit in ſequeſtrũ; deſinitque is poſſidere, de cuius poteſtate res eripitur, & ponitur in ſequeſtro, ſi antea is illam poſſidebat. Vtrumque habetur, l. licet, ff. depoſit. Hoc tamen intelligendum eſt, quando ſequeſtrũ fit, vt ſeqũeſter ſit, qui poſſideat interim dũ res decernitur, cui adiudicari debeat, vt hr̃, l. intereſſe, ff. de acquir. poſſ. Quod ſemper intellig̃r, qñ aliud non exprimitur, vt in gloſſa ibi affirmat. Atque tunc interrumpitur præſcriptio, eo quod ceſſet poſſeſſio, vt habetur eadem, l. intereſſe, & conſentit, l. naturaliter, ff. de vſucap. Cæterum qñ res ponitur in ſequeſtrum ſolum cuſtodiæ cauſa, quia poſſidens ſuſpectus erat de fuga, vel ne rem conſumeret, & poſteà non haberet vñ ſolueret, & alioquin de poteſtate eius non eriperetur, iuxta, l. ſi fideiuſſor, §. vlt. ff. qui ſatiſdar. cog. l. ſenatus conſulto, §. vltim. ff. de off. præſc. litibus. C. de agricol. & cen. lib. 11. tunc non tranſit poſſeſſio in ſequeſtrum, ſed manet apud antiquum poſſeſſorem, qui per ſe poſſidet ciuiliter, & per ſequeſtrum poſſidet naturaliter, ſequeſterq; ſolum habet rationem tentoris, atq; adeò tunc ex eo, quod res ſequeſtretur, non interrumpitur perſcriptio, ſed continuatur, modo ipſe ſit, qui poſtea vincat, vt habetur, l. intereſſe citata.

Occaſione eorum, quæ de dominio rei depoſi-
6 tæ dicta ſunt, ſubijciam deciſionem euentus, de quo Olyſſipone fui conſultus. In Nauigio † quodam aſportabantur ex locis tranſmarinis capſæ multæ ſaccari (*caxones* Luſitani vocant) Olyſſiponẽ. Cum autem nauigium in quandam Luſitanię inſulam appuliſſet, quidam, qui in eo capſas aliquot aſportabat, & multas aliorum ſibi commendatas metu piratarum, vẽdere in ea inſula voluit aliquot ex ſuis capſis, & per literas tranſportare pretium Olyſſiponẽ, ne, ſi nauigium caperetur a piratis, iacturam omnium faceret. Cum autem capſæ ipſius in profundo nauigij aſportarentur, multis aliorum capſis ſuper poſitis, neque extrahi poſſent ſine labore maximo, & moleſtia; certus, dominos aliarum non egrè id laturos, quin potius gratum habituros; eò quod capſæ oẽs eiuſdem eſſent põderis ſaccari, bonitatis, ac valoris; loco ſuarum, ſumpſit totidem habentes ſignũ aliorum, eo aĩo, vt, ſi nauigium ſaluum Olyſſiponem perueniret, totidẽ ex ſuis redderet dominis aliarum: in quo nullam omnino eis faciebat iniuriã, nullumque oĩno detrimentum eis afferebat: qm̃ non plus ſuæ periclitabantur, quam ille aliorum, immo minus; eo quod in profundo nauigij aſportarẽtur. Euenit, vt nauigium caperetur. Quidam p̃cipere huic mercatori volebat, vt dominis capſarum, quas vendidit reſtitueret pretium. Ducebatur ea ratione, quod dñium earũ, quas diuẽdidit, perſeuerabat apud antiquos dominos, & ſuæ, ſibi perijſſent; eo quod adhuc earũ dominiũ apud ipſum in manu piratarum perſeueraret. Nihilominus reſpõdi, ad nullam teneri eis reſtitutionẽ, ſed ſibi comparaſſe eam pecuniam. Ratio eſt, quoniã venditio illarum capſarum aliorum, loco illo modo ſuarum, fuit facta interueniente permutatione earum pro totidem ſuis, ex præſumpta voluntate dominorum, qui re vera tunc non fuiſſent inuiti, ſi eſſent interrogati; quare fuit valida, ac proinde tranſtulit dominium earum, quas vendidit, in emptores, & ipſe ſibi, & non antiquis do-

minis

minis earum, comparauit pretium. Neque illas vendidiſſet ipſe, vt pretium eſſet aliorum, in euentu, quod nauigium periret: neque, ſi nauigium ſaluum Olyſſiponem perueniſſet, domini capſarum diuenditarum contenti fuiſſent ſolo pretio in ea inſula pro eis comparato. Quare, cum ea permutatione, & venditione nõ egerit negotium dominorum earum capſarum, ſed ſuum dominis illarum minimè inuitis de ea permutatione, quando facta fuit, ſed veriſſima præſumptione conſentientibus, conſequens profectò eſt, vt illis, & non ſibi, periret in totidem in captura eius nauigij, & vt ſibi, & non illis, acquiſierit pretium illud. Quod ſi piratæ diripuiſſent partem mercium nauigij (vt interdum ſolent (aut vi tempeſtatis mitteretur in mare pars mercium, atq; inter illas perituræ fuiſſent, quas diuendit, & ſaluæ manſiſſent oẽs ſuæ, quæ erant in profundo nauigij, ſimiliter teneretur reſtituere ex ſuis totidem dominis earũ, quas diuendit. Quòd ſi medietas tantum ſuarum ſalua manſiſſet, tunc pro rata illis teneretur reſtituere dimidium earum quas diuendidit. Quoniam eo ipſo, quòd eam permutationem fecit nullas in ſingulari deſignãdo ex ſuis loco earum, quas accipiebat, totidem in confuſo, ſeu pro indiuiſo, vt iuriſperiti rectè vocant, ex ſuis pertinebant ad illos, ac proinde pro rata periculum ſuarum omnium pertinebat ad illos alios, & ad ſe.

Vſus rei depoſitæ, & lucrum ex illa, ad quem ſpectent.

DISPVT. DXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitæ rei vſus, & lucrũ ſpectat ad depoſitarium, quando depoſitum tranſit in mutuum: alias non: immò depoſitarius vtendo tenetur actione furti. Declaratur tamen, vt nu. 2.*

QVando depoſitum tranſit in mutuum, ex dictis diſputatione præcedente conſtat, de-
1 poſitarium poſſe † re depoſita vti, & ſi quid ea lucretur negotiando, aut alia ratione, ad ipſum pertinere. In reliquis autem ſpeciebus depoſiti, nefas eſt depoſitario vti re depoſita, immò, ſi contra deponentis voluntatem ea vtatur, non ſolum in conſcientiæ, & in exteriori foro, tenetur reſtituere domino rei valorem vſus illius, ſed ẽt deponenti conceditur aduerſus illum actio furti, vt aduerſus illum, tanquam aduerſus furem, agat, vt conſtat l. ſi furtum ff. de condict. furt. l. 3. C. depoſiti. §. furtũ aũt Inſtit. de oblig. quæ ex delict. & lib. 4. Luſit. ord. tit. 52. §. penult: iubetur conijci in vincula, vt inde ſoluat vſum, & ſi quod damnũ, ea vtẽdo, illi intulit: & vt, ſi querela aduerſus eum debitè intentetur, ſubeat pęnam de *de bulrã è lizador.* Inſtit. de oblig. quę ex delict. §. placuit, & l. qui in re
2 in prin. ff. de fur. additur, ſi † quis re depoſita vtat' (idem de re commodata, & pignori data) quia credidit dominũ ratũ id habiturum, nõ teneri actione furti, eſto deceptus fuerit. Redditurq; ibi hæc elegans ratio, quia furtũ non cenſetur committi, ſine animo furandi, ſeu contrectandi rem inuito domino, concinit l. qui iniuriæ in prin. ff. de furt. Conſentiunt Ange. verb. depoſitum, nu. 12. Sylu. ibid. q. 9. Panor. c. 1. de depoſ. n. 2. Gab. in 4. diſt. 15. q. 10. dub. 9. Cou. 3. var. reſ. c. 15. nu. 8. & doctores cõiter. Meritò autem addit Cou. ibidẽ. Cũ eiuſmodi vſus domino inuito, non adeò pernicioſus ſit reipublicæ, nec tantam habeat in ſe inhoneſtatem, ac alia furta, mitius hoc delictum eſſe puniendum, quam alia furta, neque ob eiuſmodi delictum infamiam furtum eſſe infligendam.

Illud eſt obſeruandum, qñ res depoſita eſt pecunia, triticum, aut aliud in põdere, numero, aut menſura conſiſtens, ſi depoſitarius certus moralìter, quòd, qñ deponens ſuum petierit depoſitum illud integrum reſtituet, appoſita in eo æquali copia pecuniæ, aut tritici æquè boni, vel alterius ſimilis rei, vtatur re depoſita, eamq; conſumat, regulariter non peccare, ſaltem lethaliter, neq; eſſe cur aduerſus illũ tunc furti actio admittatur. Etenim in eo nullam iniuriam facit deponenti, quin potius id quodammodo cedit in illius commodum, & in nullũ detrimentum: eo quod, ſi res peritura eſſet caſu fortuito, aut leui, vel leuiſſima culpa, depoſitarij, periret deponenti, & ea ratione illi conſeruetur incolumis. Quod aũt depoſitarius, vtẽdo ita re depoſita, fuerit lucratus, ad ipſum ſpectat, & non ad deponentem, vt inter alios tradũt Caie. 2. 2. q. 78. ar. 2. & Sotus 6. de iuſ. q. 1. ar. 2 ad finem, & ar. 4. ſatiſq; eſt perſpicuũ ex ijs, quæ diximus diſp. 327. concl. 2. Rõ autem eſt, qm̃ id eſt fructus ſuæ induſtriæ, ſuoque periculo negotiatur conſumendo, & diſtrahendo res depoſitas.

Depoſitarius quis eſſe poſſit. Et de depoſito facto Eccleſiæ.

DISPVTATIO DXXV.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius omnis eſſe poteſt, qui habet iudicium rationis, & etiam fœmina.*
Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ. nu. 5.
2 *Pupillus tenetur actione depoſiti, & quãtum ex re depoſita fuerit locupletior effectus? immo & de dolo, ſi ſit doli capax.*
3 *Clericus, & religioſus poteſt eſſe depoſitarius.*
4 *Eccleſia quomodo teneatur de depoſito facto apud clericum, vel religioſum.*

1 DEpoſitarij † omnes eſſe poſſunt, qui indicio pollent rationis, vt habetur l. 3. titu. 3. par. 5. Etiam fœmina, vt conſtat l. publica. ff. depoſ.

Pupillus, ſi depoſitarius ſit conſtitutus, ſem-
2 per † conceditur actio, vt reddat rem depoſitam, qualis exiſtit: vendicatur enim, tanquã deponentis, penes illum reperta: id quod de re commodata habetur expreſſe l. 2. ff. commodati, ẽt quando commodata fuit furioſo: eademq; eſt ratio de re depoſita, ſiue apud pupillum, etiam infantem, ſiue apud furioſum, aut quouis alio modo menteca-

tecapiũ depoſita fuerit. Eadẽ rõne, eſto res apud illos iã nõ ſit, ſi tñ ex illa facti ſunt locupletiores, competit profecto actio, vt reddant, quantum ex illa facti ſunt locupletiores. Ita hr̃, l. 3. in prin. iuncto fine, l. 1. ff. commodati, l. 1 §. an in pupillum, ff. de poſ. Qđ ſi pupillus doli ſit capax, ſeu pubertati proximus, hoc eſt, ſi maſculus decem annorum ſit cum dimidio, & fœmina nouem annorũ cum dimidio, vt diſ. 224. a §. vt ad minorum cauſas, &c. dictum eſt, tunc non ſolum tenetur de re depoſita. quantum ex illa eſt factus locupletior, ſed ẽt quatenus dolo ipſius perijt: atq; hæc omnia verum habent, etiam quando depoſitum factum fuit penes illum ſine authoritate tutoris. Ita hr̃, §. an in pupillum citato, & affirmat gl. l. 3. §. pupillus, verb locupletior, ff. de neg... geſt. & conſentiunt, quæ diſp. 224. a §. citato dicta ſunt. Quando autem depoſitum factum eſſet penes pupillum authoritate tutoris, tũc ſimpliciter teneretur pupillus de re depoſita, vt aperte innuitur, §. an in pupillum citato, & l. 1. §. vltim. ff. commodati, & conſtat ex dictis diſp. 224 citata.

3 Non ſolum † clericus eſſe põt depoſitarius, vt colligitur ex c. 1. de depoſ. ſed ẽt religioſus, vt vtrũque affirmat, l. 3. tit. 3. part. 5. Cęterũ male faciet religioſus, ſi ſine conſenſu tacito, vel expreſſo, aut indubitate præſumpto, ſui prælati, munus depoſitarij ſubeat. Neque monaſterium, ẽt ſi prælatus alicui religioſo concedat, vt depoſitarius ſit, tenetur de depoſito, niſi quatenus res depoſita conuerſa ſit in monaſterij vtilitatem, ex illave monaſterium factum ſit locupletius.
4 Quo † pacto etiã teneretur Eccleſia ex depoſito penes clericũ collocato, quatenus cõuerſum in Eccleſiæ vtilitatem eſſet, vt hr̃, c. 1. de depoſ. l. 7. tit. 3. par. 5. & alijs iurib. atque ex ſe eſt perſpicuum: ſemper. n. is, apud quẽ depoſitum reperitur, ſaltem in aliquo, in quo locupletior ſit factus tenetur reddere illud deponenti quatenus apud ipſum reperitur. Cũ aũt depoſitarius ſolum teneatur de dolo, & lata culpa, qñ depoſitum non extat, aut deterius eſt redditum vt inferius videbimus: monaſteriũque, aut prælatus, ex delicto ſui ſubditi non teneatur, vt diſp. 140 dictum eſt; vtique monaſterium non tenebitur ex depoſito collocato penes ſuum ſubditum, qñ culpa illius perijt, aut deterius fuit redditum. Religioſus tñ illi in foro conſcientiæ tenebitur reſtituere damnũ ſua culpa, ac delicto ſubſequutũ, ſi qua via ſit alqñ ſoluendo, eo modo, quo diſp. 140. explanatũ eſt. Ad pręlatũ vero tanquã ad cõpetẽtem iudicem talis religioſi, expectabit punire ob talę delictum cum ſuum ſubditum.

De depoſito facto Eccleſiæ idem dicendũ eſt, quod de mutuo Eccleſiæ facto, vt diſ. 300. copioſe eſt explicatum. Niſi quod deponens, ſi depoſitum in totum, aut in partẽ, non exiſtat, probare non tenetur conuerſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem, vt tenetur mutuans. Atq; iuxta ea, quæ ibi de mutuo dicta ſunt, accipienda arbitror, ac exponẽda, quæ de depoſito facto Eccleſiæ habentur, l. 7. tit. 3. par. 5. quicquid ibi Greg. Lopez exponat.

Ius Luſitan.

5 Lib. 4 Luſit. ord. tit. 34 §. pen. inhibetur † omnibus, qui quouis modo miniſterium iuſtitię, aut regiminis habuerint, etiam ſi tabelliones, aut alij ſimiles miniſtri ſint, tam per ſe, quam per alios, accipere quicquam, quod deponi ſit iuſſum, ſub pœna amiſſionis officiorum, ac ſolutionis dupli; dimidium accuſãti, & dimidium fiſco Regis, atque exilij duobus annis in loca. Africæ. Et §. vltimo ſubiungitur. Si alius, qui id depoſitum accepit, mutuo, aut aliqua alia ratione illud det alicui prædictorum miniſtrorũ, teneri nihilominus illud reddere, ei, ad quem attinuerit, intra nouem dies a puncto, quo ſit iuſſus id reddere, alioquin conijcitur in vnicula, neque inde erui permittitur, donec integrum illud ſoluat.

Ius Caſtellæ.

In Regno Caſtellę, l. 13. tit. 10. lib. 2. nouæ collect. prohibentur depoſita, q̃ ideo fiunt; qđ recuſetur aliqs de ſenatu, & vniuerſim depoſita, quæ iuſſu ſenatus fiũt, deponi apud tabelliones cameræ, qui in eo negotio, aut cauſa, tabelliones ſint.

L. 2. tit. 21. eiuſdẽ lib. 2. prohibetur, tabelliones criminis eſſe depoſitarios pecuniæ, aut alterius rei furto ablatæ.

L. 22. titu. 1. libro 3. eiuſdem collect. præcipitur gubernatori, & miniſtris, quos *alcades mayores* vocant, vt conſtituant depoſitarium, *llano y abonado*, depoſitorum, quæ facere præceperint, qui non ſit tabellio pręctorij *eſcriuano del aiuntamiento* noſtri vocant: atque vt is habeat librum, in quo eiuſmodi depoſita ſcribantur, qui tamen ſit penes gubernatorem, & vt in eo initio cuiuſque menſis, ſcribatur, quod in depoſitum menſe antecedente fuerit acceptum, & quod fuerit redditum. Et l. 20. antecedente præcipitur, vt ijdem miniſtri nullam pœnam ſibi applicent, aut ſuis inferioribus miniſtris, vel familiaribus.

L. 23 titu. 2. eiuſdem lib. 3. præcipitur, vt in prętorio (*audienzia* vocant) cuiuſque iudicaturæ, ſit liber, in quo ſcribantur depoſita, & condemnationes de manu cuiuſque tabellionum, antequã depoſita, & condemnationes fuerint facta, & vt tabelliones intra tres dies, poſtquam fuerint facta, teneantur ea denunciare depoſitario; alioquin ipſi ea ſoluant, & inſuper ſexcentos marauedinos fiſco Regis. Itẽ præcipitur, vt iuxta eum librum, depoſitarius in fine cuiuſque anni rationem eorũ omnium depoſitorum, iudicibus reddat.

L. 13. titu. 9. eiuſdem lib. iudicibus præcipitur, vt in vno quoque loco depoſitarium conſtituant, *perſona llana y obonada*, penes quem deponantur, quæ deponi iuſſerint, & vt is non ſit tabellio cauſæ illius.

Idem præcipitur leg. 28. titu. 25. lib. 4. ſub pœna, vt iudex, qui præceperit fieri depoſitum penes tabellionem cauſæ, ſoluat decem mille marauedinos, & totidem tabellio, qui eiuſmodi depoſitum acceptauerit, & vt pœna applicetur bonis communibus eius populi, in quo factum fuerit.

L. vnica tit. 12. li. 4. eiuſdem collect. ſtatuitur, quando bona aliqua ſequeſtrantur, aut inhibentur reddi alicui, vt fas nihilominus dominis earum rerum ſit, eas colli, aut refici efficere, & vt, ſi durante ſequeſtro, aut inhibitione, fructus aliqui inde colligendi ſint, miniſtri publici eius loci eos fideliter colligi faciant ſumptibus eorundem

fru-

fructuum. Et vt,ſi aliquis dominorum ea de cauſa in vincula fuerit, coniectus, aut aliquid ab eo fuerit vſurpatum, ſoluantur ei omnia detrimenta ea de cauſa ipſi ſubſequuta, & inſuper reddatur quadruplum, dimidium ei quia ea iniuria fuerit affectus, & dimidium fiſco Regis.

Depoſitum quando reddendum. In illo an locum habeat compenſatio alterius debiti. Et non deponens alijs creditoribus depoſitarij præferatur.

DISPVT. DXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum ſtatim vt petitur, reddendum eſt, etiam ſi res fuerit depoſita vſque ad certum tempus.*
Declaratur tamen, & limitatur, vt num. 5.
2 *Depoſita res reddenda eſt, vbi depoſita fuit, vel in loco, in quo reperitur, niſi dolo, vel culpa depoſitarij ſint in alium locum translata.*
3 *Depoſitum reſtituere negans, condemnatur vna cũ fructibus, & intereſſe ad illud reſtituendum.*
Immo ſi depoſitum fuit factum cauſa neceſſitatis, ut incendij, & ſimilium, condemnatur ad duplum ſoluendum. num. 4.
6 *Sequeſtratarius non debet reddere depoſitum, antequã lis finiatur, & conſtet cui res ſit reddẽda.*
7 *Depoſitarius non poteſt compenſare ſibi debitum cum re depoſita: neque exceptionem ſeu retẽtionem opponere.*
Conceditur tamen ſibi actio depoſiti contraria pro expenſis iure depoſita factis. nu. 8.
9 *Deponens quando alijs creditoribus depoſitarij præferratur.*

Depoſitum ſtatim, ac petitur, eſt reddẽdũ niſi caſu ſuperueniat circũſtantia, ob q̃ reddi
1 non poſſit, aut nõ deat, vt ſubijciemus. Hẽt † autẽ verum reddendum eſſe ſtatim, ac petitur, ẽt ſi res fuerit depoſita vſque ad tps certum. Qm̃ cũ depoſitũ ſuapte natura in gratiã, ac cõmodũ deponẽtis fiat, integrũ illi eſt, reuocare voluntatẽ, atq; intra id tps, nondum expletum, illud exigere, qñ eſt verum depoſitum, & non contractus locationis, & conductionis circa rẽ aliquam, vt circa veſtes abluendas, aut ſuendas, ẽt qñ depoſitum tranſit in mutuum, vt dispu. 523. dictum eſt. Ita hr̃ c. bona fides, de depoſ. illis verbis; *ſane depoſitori licuit pro voluntate ſua depoſitum reuocare.* l. 1. §. eſt autẽ, &
2 §. pen. ff. depoſ. & l. 5. tit. 3. par. 5. Eſt † verò res depoſita reddenda, vbi depoſita fuit, vel in loco, in quo reperitur, modo dolo, aut culpa depoſitarij non ſit in aliũ locum tranſlata. l. ſi in Aſia. §. depoſitum. ff. depoſ. & affirmat Greg. Lop. l. 5. cita-
3 ta glo. 2. Quòd ſi aliquis † reſtituere negauerit rẽ depoſitam, ac condemnetur, nõ ſolum cogetur reſtituere rem cum fructibus l. 1. §. hanc actionem. ff. depoſ. & l. 5. in fine titu. 3. par. 5. ac ẽt intereſſe, ſeu damna inde ſequuta, præſtito iuro in litẽ, quãta ea fuerint, vt hr̃ l. 3. ff. de in litem iurando. l. 1. §. in depoſiti. ff. depoſiti, & l. 8. tit. 3. par. 5. ſed etiã efficitur infamis, modo nõ proprio noĩe condemnetur, hoc eſt, tanquã depoſitarius: ſecus autem, ſi tanq̃ procurator, tutor, aut curator, depoſitarij vel alio nomine l. furti, §. ſi quis alieno. ff. de his q̃ notã infam. l. qui depoſitum. C. depoſ. & l. 8. titul. 3. par. 5. Et lib. 4. Luſit. ord. tit. 52. §. pen. iubet red-
4 dere hęc coniectus in vincula. Si aũt † depoſitum fuit factũ vrgente neceſſitate, vt cauſa incẽdij, naufragij, aut alterius ſimilis vrgentis periculi, iuxta ea, quæ diſpu. 523. dicta ſunt, depoſitarius negans eiuſmodi depoſitũ, vltra prædicta, cogitur ſoluere illud duplum. Ita habetur l. 1. §. 1. & 2. ff. depoſ. §. ſed furti quidem actio Inſti. de actionibus, & l. 8. tit. 3. par. 5. Immo verò l. 12. tit. 10. par. 7. iuxta l. nõ abs re, ſi depoſitarius quicunq; differat reſtituere depoſitũ vſq; ad definitiuam ſñiam, incidit in pœnam, vt inſuper æſtimationẽ illius reſtituat deponẽti, iuxta ea q̃ diſp. 498. copioſè dicta ſunt.
5 In ſequentibus † euentibus non eſt reddẽdum depoſitum ei, qui illud depoſuit. Primus, quando in damnum ſuum, aut aliorum, illud repetit, vt ſi in furiam incidat, ac gladium depoſitum repetat: quia enim damnum repetentis, aut aliorum, inde oriri poterat, reddendum non eſt. Ita Augu. c. nequis, in fin. 22. q. 2. & l. 6. tit. 3. par. 5. Eſto autem quis iam furioſus gladium deponeret, reddẽdum illi non eſſet: quoniam ſimiliter id vergere poſſet in damnum repetentis, aut aliorum: neq; contrarium intendit lex 6. citata, ſed ſolum adhibuit exẽplum, vt regulariter euenire ſolet.

Secundus, quando bona deponentis publicata, fiſcove addicta ſunt: tunc enim depoſitum, nõ ei, qui depoſuit, ſed fiſco eſt reddẽdũ. l. bona fides in prin. ff. depoſ. & l. 6. citata.

Tertius, quando ſimul fur, & proprius dominus rei illam repetunt: tunc enim in furti odium, non eſt furi tradenda, ſed expectandum eſt num dominus rei certum efficiat ſuam eſſe, furtoq; eſſe ablatam; quòd ſi id certum faciat, reddenda eſt ei, & non furi, qui depoſuit. Eadem ratione, ſi res furto ablata deponatur apud proprium illius dominum, reddere illam non tenetur l. bona fides, & l. 6. citatis.

6 Quando † tamen aliquid poſitum eſt in ſequeſtrum, ſequeſter reddere non debet depoſitum, antequàm lis finiatur, & conſtet, cui res ſit reddenda l. 5. tit. 3. par. 5. Si tamen de communi conſenſu duorum fuit res aliqua apud ſequeſtrum cõſtituta, atque duo illi conueniat, vt vni ipſorum tradatur, tradi illi poteſt, vt iudicatum refert. Greg. Lop. ibi glo. pen.

7 In depoſito † locum nõ habet compenſatio, q̃ depoſitarius cõpenſare vult in re depoſita, quod deponens ipſi aliunde debet. Neque item habet locum exceptio, ſeu retentio depoſiti, quouſque ſibi aliud debitum ſoluatur. Immo neque, ſi duo viciſſim ſint depoſitarij vnius alterius, põt vnus detinere depoſitum alterius, quouſque ſibi reſtituat ſuum depoſitum, ſed ei, qui primus ſuum depoſitum repetit, eſt reſtituendum ſtatim; eſtque

actio hæc peculiariter quo ad hoc priuilegiata. Ita habetur l. ſi quis vel pecunias, iuncta authẽtica ibi ſubiuncta. C. de depoſit. c. bonas fides. eo. diſtinc. l. 5. titu. 3. & l. 27. tit. 14. par. 5. & 4. lib. Luſi. ord. tit. 56. §. 1. Lex tamen hæc Luſitana, ſi is, §. attẽtè legatur, concedere videtur compenſationẽ vnius depoſiti cum alio.

8 Pro expenſis factis † in re depoſita cõceditur depoſitario actio depoſiti contraria aduerſus deponentẽ l. actione. ff. depoſiti, & l. vlt. tit. 3. par. 5. Glo. aũt l. ſi quis vel pecunias verb. compenſationẽ, iuxta primam opin. quam ibi refert, affirmat, fas eſſe retinere rem depoſitam pro expenſis cum ea factis: ſicut fas eſt retinere rem commodatam pro expenſis cum illa factis. Contrarium verò ſtatuit lex vlt. tit. 3. par. 5. idque ſeruãdam eſt in hoc Caſtellæ Regno. Greg. autem Lope. ibidem aſſerit, contrarium gloſſæ illius, opinionem eſſe cõmunem apud doctores. Villalobos verò in Antonia lit. D. nu. 6. ait, de iure communi retineri pro expenſis poſſe, ſecus de iure regio.

9 Quod attinet ad † ad vltimũ, quod in titulo diſputationis eſt propoſitum, diſtinguẽdũ eſt. Q̃m ſi depoſitũ eſt tale, ꝙ dñium rei depoſitæ non trãſeat in depoſitarium, atq; res depoſita extet, in illa deponens præfertur vniuerſim creditorib. oib. depoſitarij, vt eſt notiſſimum; q̃m tunc deponẽs illam vendicat vt ſuam, idque affirmat l. 9. tit. 3. par. 5. concl in it. l. in fin. C. depoſ. Si verò depoſitũ eſt tale, quod tranſit in mutuum, ac proinde depoſitarius comparat dominium illius, atque tale depoſitum factum ſit penes argentarium, hoc eſt publicum depoſitarium à republica ad id conſtitutum, tunc, ſi deponens nullum intereſſe ob id depoſitum accipiebat, gaudet priuilegio, vt præferat cæteris creditoribus non habentibus tacitam, vel expreſſam, hypothecam in bonis eiuſce depoſitarij, atque adeo vt præferatur cæteris creditoribus perſonalibus talis depoſitarij. Ita habetur l. ſi hominem. §. quoties, & l. ſequenti. ff. depoſ. l. ſi ventri, ff. de priu. cred. & l. 9. tit. 3. par. 5. Et quamuis l. 9. proximè citata, extendere videatur eiuſmodi priuilegium ad deponentes, penes quoſcunq; depoſitarios, res, quarum dñium tranſit in illos; iura tñ cõia citata ſolum illud tribuunt deponentibus eo modo penes publicos depoſitarios à republica ad id conſtitutos, pp publicam vtilitatẽ, quæ eſt in eiuſmodi depoſitarijs, ac depoſitis ad mercatorum negotiationem fouendum, & augmẽtandam. Lex ſi hominem, §. quoties citato, concedere videtur priuilegium, non ſolum prælationib. creditoribus perſonalibus non priuilegiatis, ſed etiã prælationis creditoribus perſonalibus priuilegiatis, ita vt eiuſmodi deponentibus primo loco ante alios priuilegiatos ſoluatur: ſic enim habet; *ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum, hoc eſt, eorum, qui depoſitas pecunias habuerint;* & ita affirmant gl. l. ſi ventri citata verb. poſt priuilegia: eoque modo intelligit, §. quoties citatum. Excipe, niſi aliquid debeatur alicui ratione ſepulturæ, q aliquid mutuauit dedit, aut expendit, ad ſepulturã debitoris, aut alterius, quem ſepelire ſpectaret ad debitorem, vt ſi eſſet filiusfam. aut mancipium debitoris; huiuſmodi. n. debitũ omnib. vniuerſim alijs defuncti præfertur, etiam ſi hypothecas tacitas, vel expreſſas, habeant in bonis defuncti, vt hr̃ l. pen. ff. de reli. & ſump. funer. iuncta l. 2. ff. de priuil. credit. ac. l. 9. tit. 3. & l. 30. tit. 13. part. 5. & diſp. 335. dictum eſt. Deponentes verò oẽs æqualiter admittuntur, vt eis ſoluatur de bonis depoſitarij publici, eſto quidam eorum tẽpore ſint anteriores, & quidam ſint tempore poſteriores. Ita hr̃ l. ſi hominem. §. vlt. ff. depoſ. & l. priuilegiar. ff. de priuileg. cred. Quando eadem numero pecunia depoſita extat apud depoſitariũ, aut aliquid ex eo emptum in ea pecunia præfertur in particulari, q illam depoſuit, etiam ſi vſuram ex depoſito acciperet. Ita habetur l. ſi ventri citata, & conſentit l. quod priuilegium. ff. depoſ.

Depoſitarius ex qua culpa teneatur: etiam quando ob aliud munus annexum habet depoſitum.

DISPVTATIO DXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius quando ſolum teneatur de dolo, & lata culpa.*
Item quando de leuiori, & caſu fortuito. nu. 2.
Item quando de leui non autem leuiſſima. nu. 3.
4 *Stabularij, caupones, & nautæ: molendinarij, ſartores, & fullones, & alij ſimiles tenentur de leui culpa, & aliquando etiam de leuiſſima; ſed non de caſu fortuito, & nu. 5.*
Fallit tamẽ in caſu, vt nõ teneãtur niſi de dolo. n. 6.
Et quid de iure Luſitano, nu. 7.
8 *Depoſitarius quando teneatur etiam de culpa leuiſſima, ſed non de cauſa fortuito.*
9 *Deponens ſeruum, ſciens eum eſſe furem, tenentur depoſitario de furto, & idem etiam ſi ignoret.*

DEpoſitarius, q̃n depoſitũ in gratiã ſolius deponentis fit vt regulariter fieri ſolet, ſi res
1 depoſita pereat, aut deterior reddat, ſolũ † teneat 2
de dolo, & lata culpa, q dolo æqparat l. ꝙ Nerua. ff. depoſ. non verò de leui, aut leuiſſima, & multa minus de caſu fortuito, l. 1. C. depoſ. l. 1. §. vlti. ff. eo. tit. §. ꝑterea Inſt. qb. mod. re contr. obl. c. bona fides de depoſ. & l. 3. & 4. tit. 3. par. 5. Si verò pactũ interuenit, vt de leuiori culpa teneret, aut etiã de caſu fortuito, ſtãdũ eſt pacto l. 1. C. depoſiti. l. 1. §. ſi conueniet, & §. ſæpe. ff. eo. tit. c. bona fides, eo. tit. & l. 3. & 4. titu. 3. par. 5. Si depoſitarius in mora fuit reſtituendi rem depoſitam, aut vtẽdo re depoſita contra deponentis beneplacitũ aut alia ratione ei non permiſſa, res depoſita pereat, aut deterior reddatur, ita ꝙ res alioquin ſimili modo peritura non erat deponenti, tenetur ẽt de caſu fortuito l. ſi in Aſia. §. vlt. iuncta l. ſi plures. §. vlti. depoſ. c. bona fides eo. tit. & l. 4. tit. 3. par. 5. Nos verò diſt. 295. agendo de commodato, pro maxima de his latè diximus. Lege quæ ibi dicta ſunt.

3 Quando † depoſitarius, pro ſeruando depoſito, aliquid accepit, quia contractus iam eſſet

in

in vtriuſq; commodum, teneretur de leui culpa, non verò de leuiſſima: quin potius tunc contractus tranſiret in locatum, & conductum ad cuſtodiam rei illius, ac proinde qui ſe ad eam rem cuſtodiendam locaret, ſolum teneretur de culpa leui, vt diſput. 494. dictum eſt, & hæc omnia conſtant ex l. 1. §. ſi veſtimenta, & §. ſi quis ſeruum. ff. depoſit. c. bona fides eo. tit & l. 3. tit. 3 par. 5.

Idem eſt dicendum, quando aliquid alicui traditur in depoſitum, cuius officium annexam habet rerum cuſtodiam, quiq; commodum ex officio re-
4 portat. Tales ſunt † ſtabularij, caupones, & nautæ, comparatione eorum, quæ in nauim, vel hoſpitiū inferuntur. Tales item ſunt, qui curam molēdini hñt comparatione tritici, quod vt molatur, aſportatur, & qui curam hñt domorum publicarum, vbi triticum, aut res aliæ venduntur, & inde commodum aliquod habent: niſi alicubi conſuetudo ſit, vt cuſtodia rerum, quæ in eiuſmodi ædibus venduntur, non ad eos qui eis domibus præſunt, ſed ad venditores earum ſpectet. Tales præterea ſunt ſartores, & fullones, comparatione eorum, quæ ipſis ſuenda, aut abluenda, traduntur, & alij ſimiles. Hi. n. oēs, cum minimum de leui culpa tenentur, inq; propter eandem rationem, quia ſ. depoſitum in ipſorum etiam cedit commodum ratione contractus locationis, & conductionis cum eo coniuncti. Ita hr l. nauta, ff. nautæ caupones, & cætera. Quin hi hoīes cenſentur ſuſcepiſſe res in depoſitū eo ipſo, quod in naui, aut in eorum domibus, ipſis aut eorum miniſtris, ſeu domeſticis, ad id deputatis, conſpicientibus, relinquuntur, vt diſp. 522. cū Ant. Gom. tom. 2. var. reſ. c. 7. nu. 2. & alijs, quos refert, dictum eſt, & colligitur ex l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. nautæ caupo. &c. Dixi, cōmemoratos cū mini-
5 mum teneri de leui culpa: quoniam † quidam eorum, de quibus id peculiariter in iure eſt ſancitum, tenentur et de leuiſſima culpa, ſed non de caſu fortuito. Nēpe (vt l. 1 citata. §. 1. & ſeq. annumerantur) nautæ, hoc eſt, illi qui in naui, aut quocunq; alio nauigio, etiam lintre, homines, merces, aut res alias, mercede tranſportant, ſtabularij caupones: hi. n. omnes eo ipſo, quòd in ipſorum hoſpitio, aut naui, ipſis, aut eorum miniſtris ad id deputatis, conſpicientibus, aliquid apponitur, tenentur de leuiſſima culpa ſi id pereat, aut deterius reddatur, non vero de caſu fortuito, vt habetur leg. 3. §. & hoc edicto, iunctis antecedentibus, & ſequent. ff. nautæ caup. &c. & l. 16. titu. 8. par. 5. Imo verò, eſto in littore res in naui aſportandæ apponātur, eo ipſo quòd nauta curam illarum ſuſcipit, tenetur de leuiſſima culpa, ſi pereant, aut deteriores reddantur, vt habetur eadem leg. 3. citata in prin. Angel. autem, & Syluester, vterque verb. nauta, cenſent, quamuis in exteriori foro teneātur de culpa leuiſſima, in conſcientiæ tamen foro teneri ſolum de culpa leui. Quoniam, inquiunt, id in horum hominum odium ſancitum eſt, eo quòd fraudes, ac latrocinia, in hoſpites, & in eos, quos naui tranſportant, committere ſoleant: vnde inquiunt legem illam fundari in præſumptione, quod maior culpa, quàm leuiſsima, interuenerit: lex autē, quæ in præſumptione fundatur, locum non habet in foro conſcientiæ. Contrarium tamen eſt affirmandum, nempe legem illam in conſcientiæ foro vim habere, nec fundari in præſumptione maioris culpæ. Quamuis. n. l. 1. in prin. eod. tit. dicatur, hoc idcirco ſancitum eſſe, *quia neceſſe eſt plerunque homines horum fidem ſequi, reſque cuſtodiæ eorum committere*: neque cenſendam grauem eam conſtitutionem, quia in horum hominum arbitrio eſt hoc munus non exercere: & quia niſi hoc eſſe ſtatutum, materia daretur cum furibus aduerſus eos, quos recipiunt, coeundi, cum neq; ea lege lata ab eiuſmodi fraudibus abſtineant: attamen id cauſa eſt motiua, ſeu impulſiua, cur id ita in publicum bonum ſancitum ſit; non vero ſonat præſumptionem maioris culpæ: æquus autem eſt cōtractus locationis, & conductionis, vt quis teneatur de minori culpa, quam alioquin teneretur eique contractui eſt ſtandum, ſiue ex ſola partium conuentione, ſiue ex præſcripto legis, ita celebra-
6 tus ſit, vt ex ſupra dictis patet. In ſequenti † tamē euentu hi hoīes non tenebuntur, niſi de dolo. Vñ licet ſi quando aliquos recipiebant hoſpitio, vel in nauim, illis prædixerunt, ea lege eos recipere, vt ipſi curam rerum ſuarum haberent: aut eis prædicendo, vt curam ſuarum rerum haberent, clauem domus, aut loci, eis tradiderunt, in quo res ſuas ſeruarent. Ita hr l. vlt. §. 1. iuncta glo. ibi. ff. nautæ caup. &c. & l. 26. citata. Addit gloſſa citata, vt hi homines ſolum teneantur de dolo, non ſatis eſſe, ſi, poſtquam aliquos hoſpitio, aut in nauim receperunt, eius dicant, vt ſuarum rerum ipſi curam habeant, eaq; leges eos recipere, ſed opus eſſet, vt à principio, quando eos recipiunt, id eis dicāt. Hactenus dicta ſimiliter locum habent, ſi nautæ caupones, aut ſtabularij gratis aliquos recipiant, vt hr l. penult. in princ ff. nautæ, caup. &c. & l. 26. citata. Qui tñ ex officio nautæ caupones, aut ſtabularij nō ſunt, eſto aliquos pecunia hoſpitio recipiant, vt efficere ſolent multi, quando curia Regis in aliquem locū deuenit, atque illi qui curiam comitantur, diſtribui ſolent hoſpitio per domos, non tenentur de culpa leuiſsima, quoniam iura citata de his non loquūtur, & cum illa odioſa ſint, extendenda vltra eos non ſunt, qui eis iuribus exprimuntur. Ita Ange. & Sylu. verb. nauta.

In Luſit. libr. 5. ord. tit. 59. ſancitum eſt, vt ſta-
7 bularij, & quicunque † pecuniam ſolent hoſpitio recipere, clauē de nocte aditus oēs claudant, quib. è domo poteſt extri, neque cuiquam aperiant, antequā oēs hoſpites interrogentur, an aliquid deſit eorum alicui. Si autem compererint aliquid deeſſe alicui, neminem ſinant exire antequam adeāt, atque admoneant iudicem loci, & is ſuum munus exequatur. Quòd ſi ſecus faciant, ſtabularij ipſi, aut qui pecunia hoſpitio receperūt, ſoluere tenentur, quicquid fuerit dictum deeſſe hoſpitibus.

8 Quando † quis ſe obtulit in depoſitarium affirmant iura, eum teneri etiam de culpa leuiſsima, non verò de caſu fortuito. Ita habetur l. 1. §. ſæpe. ff. depoſ. l. 3. titu. 3. part. 5. & fauet c. bona fides de depoſ. Ang. verò, verb. depoſitum, nu. 3. & Syluest. ibidem q. 2. id intelligunt, quando deponens quærebat diligentiſsimum, & depoſitarius

ſe offerendo, diligentiſſimum excluſit. Dicẽdum tamen eſt, vt Panor. c. bona fides citato nu. 3. innuit, id intelligendum eſſe, qñ depoſitum factum fuit in gratiam, & cómodum ſolius depoſitarij, non verò deponentis, in quo euentu l. ſi quis nec, in prin. ff. ſi cert. pet. habetur, depoſitarium teneri etiã de culpa leuiſſima. Cum. n. quidã emere prædia deſideraret, atq; id mutuũ pecuniã ab alio peteret, quam acciperet mutuo à puncto, quo prædia illa emeret ea pecunia, & non antea, mutuans iter facturus, eam pecuniã in depoſitũ illi relinquit, vt, ſi prædia emeret, a puncto, quo pretium ſolueret, acciperet eã mutuo, ea lege definitur, eiuſmodi depoſitariũ, quia in ſuum tantum commodum depoſitum fuit factum, teneri de culpa leuiſſima, ſi pecunia interim dũ eſt in depoſito, pereat. Si autem depoſitũ factũ ſit, tã in commodũ offerentis ſe in depoſitariũ, quã deponentis ſolũ tenebitur de culpa leui. Si verò factũ ſit in cõmodum ſolius deponentis, depoſitario ex amicitia, atque vt officium deponenti præſtaret, ſe offerente in depoſitarium, tenebitur ſolum de lata culpa, eſto aliũ excludat. Conſentit in his Nauar. in Man. c. 17. in calce nu. 181. & copioſus. c. 4. nu. 10.

9 Si quis ſeruum † depoſuit, ſciens furẽ eſſe, tenetur depoſitario de furto, niſi ipſum admonuerit de vitio ſerui. Si aũt id ignorabat, ſolũ tenetur, vel ſatisfacere furtũ, vel reddere ſeruũ pronoxa, vt maluerit. Ita definit l. 10. tit. 3. par. 5. iuxta l. ſi qs ſeruum. ff. de pig. act. quæ idem vr̃ decidere, atq; ita affirmandum eſt in Regno Caſtellæ, vt ibi Greg. Lope. ait, & Villalobos in antinomia lit. D. nu. 9. Contrariũ tñ dicendum eſt de iure cõi cum glo. l. ſi quis ſeruũ citata, nempe, eſto, ignorãs furẽ eſſe, eum ſeruũ depoſuerit teneri ſatisfacere furtũ; qm̃ id apertè deciditur l. ſi ſeruus, §. quod verò, ff. de furtis, qñ depoſitum fuit ſolum factum in gratiã deponentis: quoniam æquitas non patitur, vt depoſitarius loco beneficij damnum reportet.

Reliqua, quæ hoc loco dici poterant, & præcipuè, num res depoſitæ præferendæ ſint rebus proprijs depoſitarij, quando omnes ſeruari non poſſunt; & cui depoſitum pereat, ſi per tertiam perſonam ad deponentem mittatur dicta ſunt in calce diſp. 295. & duabus ſeq. vbi eadem ſimul examinata ſunt circa commodatum.

Pignus, & hypotheca, quid, & quotuplex ſit. Et quæ in vniuerſali hypotheca compræhendantur.

DISPVT. DXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pignus vnde dictum.*
2 *Hypotheca quot modis ſumatur.*
3 *Pignus, & hypotheca latè quid; & quid preſsè. numer. 5.*
4 *Cõtractus pignoris, & hypothecæ latè quid; & quid præſsè. nu. 5.*
6 *Statutum faciens mentionem de pignore, an cõpræhendat hypothecam preſsè ſumptam.*
7 *Hypotheca quotuplex, tam latè, quã preſsè ſumpta.*
8 *Hypotheca tacita quid, & quid expreſſa, & nu 9.*
10 *Pignus conuentionale quid; & quid prætorium; & quid iudiciale.*
Et quid inter ſe differant, & ab hypotheca. nu. 11.
12 *Hypotheca conuentionalis quotuplex: & quid vniuerſalis hypotheca expreſſa.*
Quid particularis expreſſa. nu. 13.
Quid vniuerſalis tacita. nu. 14.
Et quid particularis tacita. nu. 15.

1 Pignus verbum eſt latinum, dictũ à † pugno, vt Caius iuriſc. l. plebs, §. pignus. ff. de ver. ſig. ait: *quia res, inquit, quæ pignori dantur, manu traduntur.* Vnde ſubdit, *etiam videri põt verum eſſe quod quidã putant, pignus propriè rei mobilis conſtitui.* Hæc ille. Licet aũt, iuxta hanc nõis etymologiã, pignus proprijſſimè ſit rerũ mobiliũ, q̃ manu capiuntur; latius tñ patet, & non ſolũ pignus, latè ſumptũ, eſt oẽ id, ꝙ obligatur in ſecuritatem debiti, vt inde ſatisfiat, niſi impleatur; ſed etiã pignus preſſe, vt diſtinguitur ab hypotheca preſſe et ſumpta, eſt oẽ id, ꝙ ita prædicto modo obligat̃, vt tradatur, ſiue id res ſit mobilis, ſiue immobilis: tametſi frequẽtius res mobiles, quam immobiles in pignora eo mõ ſumpta tradantur. Hypotheca
2 verò † græcũ nomẽ eſt, dictum ab hypo, quod eſt ſub, & theſis, quod eſt poſitio, quaſi res ſuppoſita & obligata creditori pro debito. Et quidem hypotheca latè ſumpta idem prorſus eſt græcè, quod pignus latè ſumptum latinè; atq; ita ſæpè in iure pignus cópræhendit hypothecã preſsè ſumptam, & hypotheca cópræhendit pignus preſsè ſumptum. Vnde l. res. §. vlt. ff. de pig. ſic hr̃. *Inter pignus, & hypothecã tantũ nominis ſonus differt.* Sumitur verò ſæpiſſimè preſsè, vt diſtinguit à pignore preſsè ſũpto, nẽpè pro re ita ſubiecta, & obligata pro debito, vt tradita creditori non ſit, neque alteri loco illius. Eoq; modo, non ſolum res immobiles, ſed ẽt mobiles hypothecæ ſubijciuntur non facta traditione earum creditori. Vnde Inſt. de act. §. item ſeruiana, ver. inter pignus, & l. ſi rem alienã. §. proprie. ff. de pig. act. ſic hr̃. *Pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori; at eam, quæ ſine traditione nuda cõuentione continetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus.* Et paulo antea Inſt. loco citato ſic dictum fuerat. *Inter pignus, & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt: nam de qua re inter creditorem, & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtraque hac appellatione continetur.* Hæc ibi.

Iuxta hæc pignus, ſeu hypothecam latè ſic poſ-
3 ſumus, definire. Eſt † res ſubiecta, obligata ve, pro debito, vt, niſi impleatur, inde ſatisfiat. Vnde creditor in hypothecam, ſeu pignus, ius comparat reale vt in calce diſput. 2. latè oſtendimus, ac proinde, ad quemcunque ea res deuenerit, cum eo reali onere tranſit, vt inde ſatisfiat, niſi aliunde ſit ſatisfactum. Contractum verò pignoris, ac hypothecæ latè ſumptum poſſumus ſic definire. Eſt
4 † contractus, quo aliquid creditori in debiti ſolutionem

tionem obligatur, vt inde ſatisfiat, ſi aliter non ſit ſatisfactū. Perficitur verò hic contractus ſolo conſenſu exterius expreſſo, et per internuncium, aut epiſtolas, ſiue res, quæ ſubijciuntur pignori, aut hypothecæ, præſentes ſint, ſiue non, vt de contractu emp. & vend. dictū eſt. Ita hr l. contrahitur, & l. creditur. ff. de pign. l. 1. in prin. ff. de pig. act. & l. 6. tit. 13. par. 5. Hinc l. 1. citata, §. infertur ſi, dum aliqui contractum inierūt, in pignus oſtenſū fuit aurum, & de eo fuit cōuentum, vt eſſet pignus, & poſtea traditum fuit auricalcum, aurum oſtēſum, eſſe pignus. Si verò auricalcum aſſertum fuit aurum, atque in pignus fuit conuentum, ac traditū, tunc illud quidem eſſe pignus, ſed creditorem agere poſſe aduerſus debitorem contraria pignoratitia actione, vt conſtituat aliud pignus æqualis valoris cum auro, præter crimen ſtellionatus, in qđ deceptor incidit, ſi ſciens id fecit; de quo crimine

5 diſp. 532. erit ſermo. Definitiones † pignoris preſſè ſumpti, & cōtractus pignoris præſsè ſūpti, conficies, ſi definitionib. traditis addas, facta traditione creditori, aut alteri loco illius, rei ita obligatæ. Atque de eiuſmodi pignore eſt ſermo Inſt. de oblig. quæ ex delict. §. furti, dum dr, *creditorem de pignore ſurrepto furti actione agere poſſe, etiam ſi idoneum debitorem habeat, quia expedit ei, pignori potius incumbere, quam in perſonam agere.* Similiter conficies definitiones hypothecæ preſsè, & cōtractus hypothecæ pſsè ſumptæ, ſi eiſdē definitionibus addas, non facta traditione rei ita obligatæ.

Dubiū Vtrum aūt, ſi in ſtatuto aliquo mentio pigno-

6 ris fiat, cēſendum ſit † nomine illo cōpræhēdi hypothecam poſſe? Quāuis Bar. (tametſi trepidus) neganter reſponderit; merito tñ Panormit. c. cum

Decis. aliquibus. de ſent. & re iudic. nu. 6. & Greg. Lop. l. 1. tit. 13. par. 5. dicunt, quando ſtatutum eſt odioſum, non compræhendi, argumento quorundam iurium, quæ citant: & quia odia ſunt reſtringēda; ſecus aūt quando non eſt odioſum. Hæc quod attinet ad primum eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum. Hypotheca

7 latè ſumpta † primo diuiditur in pignus preſſe, & in hypothecam preſse, vt ex dictis cōſtat. Deinde hypotheca preſſe diuiditur, in tacitam & expreſ-

8 ſam. Tacita eſt, quę † legis authoritate eſt ſtatuta, eſto nulla conuentio circa illam interueniat, quæ proinde legalis pōt etiā appellari. Talis eſt vxoris in bona mariti pro dote ſoluenda, & ſunt plereq; aliæ, de quibus in progreſſu erit ſermo: Expreſſa

9 † verò eſt, quæ expreſſe partium conuentione fit, qua rōne conuentionalis nuncupatur. Vt qñ vnus contrahentium, aut aliquis tertius, obligat alteri omnia bona ſua, aut aliqua, in ſecuritatem, quòd aliquid fiet, aut ſoluetur. Etenim l. res, §. vlt. ff. de pign. ſic habetur. *Dare autem quis hypothecam poteſt, ſiue pro ſua obligatione, ſiue pro aliena.*

Pignus præſſe (quod ſemper eſt expreſſum) ſumptum latius, quàm ſupra fuerit definitum, diuiditur, in cōuentionale, prætorium, & iudiciale.

10 Conuētionale † eſt, quod ſola partium conuētione fit. Prætorium eſt, qñ iudicis mandato, ſeu decreto, ante ſententiam, ob contumaciam alicuius, alter contendētium mittitur in poſſeſſionem, ſeu tentionem rei illius: per eam quippe immiſſionē comparat ius in rem illam, eaque res ſortitur rationem pignoris prætorij. Iudiciale verò pignus eſt, quando vnus contendentium, in exequutionē ſententiæ prius latè aut in exequutionem obligationis guarentigiæ, vel alterius, quæ ſecum paratā affert exequutionem, non expectata iudicis ſententia, mittitur in poſſeſſionem, ſeu tenentiam rei alterius, vt inde ſatisfiat: eo. n. ipſo comparat ius in rem illam, vt inde ſibi ſatisfiat, resque illa proinde ſortitur rationem pignoris iudicialis, & nō an-

11 tea. Differre † in hoc pignus prætorium, & iudiciale à conuentionali pignore, & hypotheca, in quibus ſolo conſenſu ius iure, vt dictum, eſt, cōparatur, conſtat ex l. non eſt mirum. §. vlt. ff. de pig. act. ex l. ſi & iure, iuncta gl. ibi ff. qui potior. in pignor. ex l. 2. iuncta glo. ibi. C. eo. tit. & ex l. 13. tit. 13. par 5. & infra fiet magis perſpicuum Grego. Lop. l. 13. cit. glo. 1. cum Bart. affirmat, vt aliquid rationem ſortiatur pignoris iudicialis, aut prætorij, non ſatis eſſe, ſi is, cui eſt tradendum, mittatur per iudicem, aut de mandato iudicis per ipſius miniſtrum, in poſſeſſionem illius peractum fictum, vt ſi in conſpectu rem mittatur per viſum in poſſeſſionem illius, dicente iudice, aut miniſtro, trado tibi poſſeſſionem illius, & altero illam acceptante ſine reali appræhenſione: quoniam, inquiūt, licet actus fictus ſit ſatis, vt, qui poſſidet, transferat in alterum poſſeſſionem; non tamen ſufficit, vt, qui non poſſidet, qualis eſt iudex, aut miniſter illius, eam transferat. Eandem ſententiam refert Panor. c. cum aliquibus de ſent. & re iud. nu. 8. ex Specular. & Ant. de Bu. atque, ſe multo tempore fuiſſe eam ſequutum. Cæterum à nu. 10. cum Io. Andr. copioſè probat, ſatis eſſe ſi per viſum poſſeſſio à iudice, aut miniſtro illius, tradatur: neque mihi hęc ſententia diſplicet. A regula autem illa, quod, vt aliquid ſortiatur rationem pignoris iudicialis, aut prætorij, neceſſe ſit eum, cui id efficitur iudiciale pignus mitti in poſſeſſionem illius, excipe, niſi ſit impedimentum: quia inūdinatum v. g. eſt aquis, neque poſſideri poſſit, aut quia per potentiam impeditur appræhenſione efficitur iudiciale pignus. Ita habetur l. quamuis, iūcto §. vltim. antecedente. ff. de bon. autor. iud. poſſ. concinit c. contingit de dolo, & contum. & affirmat Greg. Lop. l. 1. tit. 13. par. 5. gloſſ. penult. Illud denique obſerua, pignus prætorium poſſe etiam dici iudiciale, latius ſumpto vocabulo, eo quòd autoritate iudicis fiat. Atque ita ſumi interdum ſolet pignus iudiciale, vt prætorium etiam compræhendit. Lege quo ad omnia Neguſanium de pignor. par. 3. mēbr. 2. & 3.

12 Conuentionalis hypotheca † ſubdiuiditur in vniuerſalē, & particularem. Vniuerſalis tunc eſt, qñ quis alteri obligat omnia ſua bona. Noīe verò, oīum bonorū, intelligūtur tunc, non ſolum bona oīa præſentia, ſed ēt futura, quæ ipſis progreſſu is acquirēt, ēt ſi id non exprimat. Ita hr expreſsè. l. vltim. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. 1. in prin. & l. 5. titu. 13. part. 5. & affirmant Couar. de practic. quæſtionibus cap. 29. numero vltim. Grego. Lopez lege 5. citata, verb. *Las que entiende auer,* & con-

& communis doctorum ſententia. Ratio aût eſt, quoniam hypotheca non eſt debiori magni præiudicij, eo quod ratione illius non accreſcat debitum, ſed ſolum accreſcat ſecuritas creditori, quod ſoluetur. Excipitur caſus, de quo leg. vlt. C. de remiſ. pign. Si. n. debitor conſentiente creditore, alienet rem aliquam ex ijs, quæ in vniuerſali hypotheca comprætenduntur atq; adeo tacitè remittat obligationem hypothecę, qua res illa erat aſtricta, ſi caſu poſtea ex alia cã res illa redeat iterũ in dñium eiuſdem debitoris, non cenſetur ſubiecta hypothecæ, vt diſp. 537. explanabitur. Excipiunt ét ea, de quibus, ſi in particulari interrogetur, qui bona ſua obligat, nõ intenderet ea obligare, vt hẽ l. obligatione, ff. de pign. l. 1. C. quæ res pig. Eiuſmodi ſunt, vt exprimunt ea iura, iũctis l. vel quæ, & duabus ſequentibus, ff. de pig. & l. 5. tit. 13. par. 5. ancilla cõcubina eius, qui bona ſua obligauit, filij ex illa ab eo pro geniti, mancipia ad miniſteriũ quotidianum illius neceſſaria, aut ad nutriendos filios illius, veſtes quotidianæ hyemales, & æſtiuales tam ipſius, quam vxoris ſuppellex ad quotidianum vſum omnino illi neceſſaria, arma propria ſuæ perſonæ, & equus, vt exprimit l. 5. citata, & ſi quæ alia ſunt his ſimilia. Intelligenda verò hæc ſunt, ét in tacita vniuerſali hypotheca de qua mox erit ſermo. Illud tamen obſerua, ſi in vniuerſali hypotheca exprimeretur in particulari hæc, quæ in vniuerſali hypotheca non cenſentur compręhenſa, aut aliqua eorum, tunc ea, quę ita in particulari exprimerentur, cenſerentur compræhẽſa, vt cum alijs obſerunt Neguſ. tractatu de pig. par. 2. membro 2. num. 41. Nomine verò, omnium bonorum, in ea hypotheca compræhenduntur, quæ ita ſunt debitoris, vt ſint alienabilia ab eo, vt cum Bar. & alijs, notat ibi Greg. Lope. ver. *todas las otras coſas*. Compræhenduntur aût, ét venialia, vt cum Bar. & Cou. diſp. 201. concl. 4. dictum eſt, & affirmat Grego. Lop. vbi ſupra. Quo in loco cum alijs ſubiungit; id non impedire mercaturã: qm̃, loco rei venditæ, in hypothecæ vniuerſali ſuccedit pretium, atq; adeo eo ipſo, ꝙ merces aliqua alienatur deſinit eſſe compræhẽſa ſub hypotheca. Ita Neguſ. tract. de pig. par. 2. memb. 2. nu. 24. cũ alijs, quos citat, & Couar. de pract. qq. c. 29. nu. 1.

13 Particularis verò hypotheca † eſt quando non omnia bona obligantur, ſed quædam, ſiue vnum, ſiue multa. Atque quando obligantur bona omnia certi generis cenſetur obligatam venalia eius generis, niſi reſtrictio fiat ad ea, quæ ſunt certo loco, vt concl. 4. citata dictum eſt.

14 Tacita ét † hypotheca ſubdiuiditur in vniuerſalem, & particularem. Vniuerſalis eſt, qua omnia bona ex legis diſpoſitione obligantur. Talis eſt hypotheca, quam, vxor habet in bonis omnibus mariti pro ſolutione dotis, & ſunt aliæ. Atque in huiuſmodi vniuerſali hypotheca compræhenduntur ſimiliter bona omnia præſentia, & futura ſicut in vniuerſali hypotheca expreſſa. Ita colligitur ex l. hac edictali. §. omnibus, C. de ſec. nup. & affirmant glo. l. vlt. C. quæ res pignor. obl. poſſunt, & communis ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Cou. nu. vlt. citato, & Greg. Lop. verb. *las que entienden auer* citato. Ea tamen excipienda ſunt, quæ paulo ante diximus excipienda eſſe in hypotheca expreſſa vniuerſali.

15 Particularis † verò eſt, qua nõ oĩa, ſed aliquod, vel aliqua bona ex legis diſpoſitione obligantur. Eiuſmodi eſt, quam habet, qui pecuniam mutuo dedit ad nauem aliquam, aut domum reficiendã: ea enim ipſa domus, aut nauis, manet ei tãtum ex diſpoſitione legis hypothecata pro ſolutione eius pecuniæ, vt videbimus, & dum de hypotheca pro dote ſupra habitus eſt ſermo dictum eſt.

Pignus aût preſsè ſumptum ſemper eſt expreſſum, & particulare, eo ꝙ traditionem requirat & idem pp eandem rationem eſt de pignore iudiciali. Et ideo diuiſiones, in tacitam, & expreſſam, & in vniuerſalem, & particularem, ſolũ confecimus hypothecæ preſsè ſumptæ, non verò pignoris.

Quæ res pignori, & hypothecæ ſubijci poſſint, ſubiectæque cenſeantur, & qui ſubijcere eas poſſint.

DISPVTATIO DXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pignori ſubijci poſſunt etiam res in ſpe.*
2 *Fructus, & partus vt pignori ſubijci poſſint, quid neceſſe ſit.*
3 *Pignori res aliena quouſque dari poſſit.*
4 *Pignori habens rem alienam obligatam, quando poſſit agere contraria pignoratitia actione, aduerſus eum, qui illam obligauit.*
5 *Fructus, & partus vna cum rebus ſubijci hypothecæ poſsunt, & quouſque.*
Idem quoque in fructibus, qui ex vſufructu percipiuntur nu. 6.
Et quid de fructibus ab hærede perceptis, an ſubiecti ſint hypothecæ. nu. 7.
Et an idem dicendum de fructibus, quos conductor rei hypothecatæ percipit. nu. 8.
9 *Pignori, & hypotheca etiam obligari poſſunt iura, & actiones, & omnia incorporalia, quemadmodum corporalia.*
Idem dicendum in nominibus debitorum. num. 10.
Idem quoque in vſufructu. nu. 11.
Item in emphyteuſi, & ſuperficie. nu. 12.
Et quid in ſeruitutibus. nu. 13.
Idẽ in iuriſdictione, & iurepatronatus n. 14. *&* 15.
16 *Pignori, & hypothecæ res ſubijcere qui poſſint.*
17 *Pignori, & hypothecæ ſubijci poteſt ius quod quis habet in re.*

1 SVbijci hypothecæ, ac pignori poſſunt non ſolum, quæ iam † exiſtunt, ſed ét, quæ exiſtent, aut futura ſperantur, vt fructus pendentes fœtus pecorum partus ancillarum, ét ſi nondum concepti, aut nati ſint: ſicut ét vẽdi poſſunt, vt diſp. 340. viſum eſt. Ita habetur l. & quę nondum, in princ. ff. de pig. & l. 2. tit. 13. par. 5. Sicut autem, quando venduntur quę nondum exiſtunt, ſed ſunt in ſpe, venditio eſt conditionalis, ſi percipientur, aut exiſtent, vt diſputatione citata dictum eſt: ita ſubie-

ſubiectio ſimiliũ rerũ pignori, aut hypothecæ cõditionalis eſt, ſi exiſtẽt: qd.n. nõ eſt, rõnem actualis pignoris, aut hypothecæ, ſubire non poteſt.

2 Vt autem † fructus, aut partus rei alicuius prout adhuc ſunt in ſpe, ſubijci pignori, aut hypothecæ poſſunt neceſſe eſt, vt tpe, quo celebratur contractus pignoris, aut hypothecæ, res, vnde percipi ſperantur, ſit eius, qui illa pignori, aut hypothecæ ſubijcit, vt hr̃ l. potior, §. de futura, ff. qui potior. in pign. Ratio autem eſt, qm̃ aliena res pignori, aut hypothecæ, obligari non poteſt inſcio, ratumque non habente dño, eſtque nulla ea obligatio; ſecus autem ſi conſentiat, aut poſteà id ratum habeat, vt habetur l. aliena res in prin. & l. ſi fundus, §. 1. ff. de pign. l. quæ prædium, & l. vlt. C. ſi aliena res pig. data ſit, & l. 9. tit. 13. part. 5.

3 Illud hoc † loco obiter admonuerim, quãdo res aliena inſcio dño data eſt in pignus, & poſteà dominus ratum id hẽt, retrotrahi eam ratihabitionẽ, vt à principio res cenſeatur tradita in pignus, aut ſubiecta hypothecæ, non tñ in præiudicium tertij, cui ante eam ratihabitionẽ eadem res eſſet hypothecę ſubiecta: hic.n. tãquam prior creditor, qui prior habuit ius in re, præferetur alteri creditori. Ita Neguſ. de pig. part. 3. memb. 1. nu. 19. argumento l. potior, §. 1. ff. qui potior. in pign. Ob-
4 ſerua quando is, cui † pignori, aut hypothecæ, ſubiecta res fuit, alienam eſſe ignorabat, agere poſſe contraria actione aduerſus eum qui illam obligauit, vt rem aliam æquè bonam pignori, aut hypothecæ obliget, vt habetur l. quę prędium, citata, & l. rem alienam. ff. de pig. act. vbi additur, ſi res illa deueniat poſtea ad eum, qui pignori, aut hypothecæ, eam ſubiecit, competere creditori pignoratitiam actionem in illam rem; eo quod eo ipſo ſubiecta pignori, aut hypothecæ creditori maneat: idemque habetur l. 7. tit. 13. par. 5. in fine. Vnde non dubito, rem quæ aliquo modo eſt in ſpe alicuius, poſſe ab eo ſubijci pignori aut hypothecæ, prout ita eſt in ſpe, ac ſub conditione ſi in dominium ipſius venerit. Lex quippe ſi fundus, §. aliena, ff. de pig. ſic habet. *Aliena res vtiliter poteſt obligari ſub conditione, ſi debitoris facta fuerit, &* hoc ipſum magis perſpicuè affirmat l. 7. titul. 13. part. 5. Neque contrarium intenditur, l. potior. §. ſi de futura, ff. qui potior. in pign. ſed potiſſimum intenditur, quod §. ſequenti ſubiungam.

Quando aliquis rem alienam, inſcio domino, ſubijcit hypothecæ ei qui illam hypothecę ſubiecit, comparet dñium illius, non manet ſubiecta illi hypothecæ. Ita hr̃ l. 7. tit. 13. par. 5. & conſentit Bart. ibi relatus à Greg. Lopez gl. vlt. tametſi contrarium aſſeruerit glo. l. 1. in prin. ver. difficilius, ff. de pig. & cum ea Ang. Quando tamen res aliena pignori eſſet data ſcienti alienam eſſe, ſi, qui illam tradidit, comparet dominium illius, credito retinere illam poterit, quouſque debitum ei ſoluatur, vt habetur l. 3. citata, & conſentiunt, quę diſp. 531. dicenda ſunt.

5 Illud eſt obſeruandum. Quando res aliqua, aut aliquæ pignori, aut hypothecæ, ſunt ſubiectę, fructus etiam illarum, ſi à debitore ſati ſunt, & partus ancillæ, aut aliorum animalium, ſi concepti fuerunt dũ hypothecæ illæ erãt debitoris, ſubijci etiã hypothecæ vnà cum rebus, quarum ſunt fructus, ẽt ſi res illæ alienentur, & dum iam à dñium alterius deuenere, ab altero percipiantur, aut ex animalibus fœtus illi naſcantur, comparetque eorum dominium. Atq; hoc eſt, quod potiſſimũ intenditur, & hr̃ l. potior, §. ſi de futura ff. qui potio.
6 in pig. Vbi † etiam habetur, ꝙ ſi vſusfructus fuit pignori, aut hypothecæ, ab vſufructuario creditori ſubiectus, fructus etiã talis vſusfructus nati, ac percepti, dum is vſusfructus ad eum ſpectabat, qui illum pignori, aut hypothecę, ſubiecit, cenſentur etiam pignori aut hypothecæ ſubiecti ratione talis vſusfructus, eſto ab aliquo alio percipiãtur. Quamuis enim vt ibi gloſſa verb. vtifrui, ait, & nos diſp. 7. ac alibi diximus, fructus illi non pertineant ad dñium vſufructuarij, ſed ad dñium ꝓprietarij, interim dum pendent, quaſi tunc vnum quid cum p̃dio, cuius ſunt fructus, reputẽtur, ſed tunc demum vſufructuarij efficiantur, qñ perſeuerante vſufructu, eos percipit, aut alius loco illius; ius tñ, quod vſufructuarius rõne vſusfructus habet, vt illos ſuos efficiat, ſi eos percipiat interim dum vſusfructus perſeuerat, eſt ſatis, vt ratione vſusfructus ſubiecti pignori, aut hypothecæ, illi quoque pignori, aut hypothecæ, cenſeantur ſubiecti, dependenter tamen ex eo, quod, perſeuerante vſufructu percipiantur. Si enim ipſis dependentibus, finiatur vſusfructus, pertinent omnino ad proprietarium, vt diſp. 7. dictum eſt: & quemadmodũ finitur pignus, aut hypotheca, talis vſusfructus, ſic quoque expirat pignus, aut hypotheca, eorundem fructuum. Quòd autem fructus, qui ſati, aut producti, vel cõcepti fuere tẽpore, quo pignus, aut hypotheca, ad debitorem pertinebat, pignori etiam, aut hypothecæ, ſint pariter ſubiecti interim dum exiſtunt, eſto dñium tranſierit ad alium, eiſq; eos perceperit, præter ius citatũ iuncta gloſ. ibi, hr̃ expreſsè, l. q̃uis, C. in quib. cauſ. pigno. vel hyp. tacitè contrah. l. in prædijs, ff. eo. tit. l. greg. in prin. l. & quę, in prin. iũcto §. 1. & l. Paulus, §. ſi mancipia, ff. de pig. l. ſi conuenerit, 2. §. ſi fundus, iũcta gl. ibi ff. de pig. act. l. 1. iũcta gl. ibi. C. de partu pign. & l. 16. tit. 13. part. 5. Eo autem ipſo, quod tales fructus non exiſtunt, deſinunt ſubiecti eſſe pignori, aut hypothecæ. Imò verò, ſi is, ad cuius dñium deuenere, emat illis aliquid, aut permutatione cum eis aliquid comparet, res ita acquiſita pignori, aut hypothecæ, non eſt ſubiecta, ſed ſolũ fructus illi, interim dum exiſtunt, ſubiecti ſunt hypothecæ, vt habetur l. quamuis. C. in quibus cauſ. pig. vel hyp. Hinc iura dicunt, qñ hypotheca eſt particularis, & ex re ita hypothecæ ſubiecta, percepti ſunt aliqui fructus ab eo, qui eo modo illam ſubiecit, tunc, vt eiuſmodi fructus ſubiecti etiam eo ipſo hypothecæ cenſeantur, ad creditorem ſpectare probare, ortos aut cõceptos, fuiſſe ex re illa poſtquam fuit hypothecæ ſubiecta: ſecus autem quando hypotheca eſt vniuerſalis; quoniam tunc omnia vniuerſim illius, tam præſentia, quam futura, ac proinde omnes illi fructus, quocũque tempore fuerint ab eo percepti, ſunt hypothecæ ſubiecta. Ita habetur l. &

quæ

quæ §.1.ff.de pig. Vniuerſim autem, qñ creditor aduerſus tertium poſſeſſorem agit ſeruiana,ſeu pignoratitia, ac hypothecaria actione, vt ex re aliqua ab ipſo poſſeſſa, tanquàm ex hypotheca, ſibi ſoluatur debitũ, ad ipſum probare ſpectat, ſubiectam fuiſſe hypothecæ, atq; tempore contractus, quo fuit ſubiecta,ad debitorem attinuiſſe, vel dominum rei illius conſenſiſſe, vt hypothecæ ſubijceretur, ratumve id habuiſſe, vt hr̃ l.ante omnia. ff.de probat.& l.18.tit.13.par.5. Eſto autẽ, poſtquã res hypothecæ fuit ſubiecta, ſuccumbat circa illam is, qui illam hypothecæ ſubiecit, ſententiaque feratur ad alium attinere, aut attinuiſſe, integrum nihilominus eſt creditori probare, ad debitorem pertinuiſſe, qñ ſibi fuit hypothecæ ſubiecta,vt inde ſuum debitum ſoluatur: ſecus autem, ſi debitor ſuccubuiſſet,antequam rem hypothecæ ſubijceret:tunc enim non audiretur creditor,eſto probare vellet,pertinuiſſe ad eundem debitorem, ſed repelleretur exceptione rei iudicatæ. Ita habet l.ſi ſuperatus. ff. de pign. Vt autem ad fructus rei hypothecæ ſubiectæ regrediamur, ſi, poſtq̃ alienata fuit, ſati, ac percepti ab ea ſint, in cuius dominium deuenit, aut concepti, ac percepti ſint, poſtquam ita fuit alienata,ita ꝙ nunquam dominium, aut ius ad illos, is habuit, qui hypothecæ eam ſubiecit, tunc ſubiecti non ſunt hypothecæ, eſto in rerum natura exiſtant. Ita hr̃ l. Paulus §.ſi mancipia.ff.de pig & l.1.§.cum primum, in fine iuncta gloſ. ibi verb. nunq̃ debitoris,eod.tit.& l. 16.tit.13. par.5. De fructibus perceptis ab hære-

Dubiũ 7 de ex ea re,eſt dubium,an † ſubiecti ſint hypothecæ. Ex l. Paulus in prin.ff.de pig. colligitur videtur,ſubiectos eſſe: qm̃ verè ex rebus hæreditarijs ſunt percepti:atq; ibi dicitur, ſolum ea non ſubijci hypothecæ, q̃ hæres aliunde, q̃ ex bonis defuncti,acquirit. Et Greg. Lop.l.5.tit.13. par.5.verb. *los que entiende auer*, agens qñ bona defuncti generali hypotheca erant obligata, ſubiungit, fructus naturales rei hæreditariæ, ſubiectos eſſe hypothecæ:ſecus autẽ bona,quæ hæres ſua induſtria acquirit negotiando bonis defuncti:hæc enim cũ Angelo affirmat ſubiecta nõ eſſe hypothecæ. Di-

Deciſ. cerem, fructus rei defuncti ſatos, aut conceptos, tpe,quo bona illa iam erant hæredis, ſubiectos eſſe hypothecæ,detractis inde ſumptibus, & pretio laboris, & induſtriæ hæredis in re illa colenda, fructibuſq; illis percipiendis: reliquum.n.duntaxat cõputatur in fructibus ex illa re.Maius autem

8 mihi dubium eſt † de fructibus, quos conductor

Dubiũ rei hypothecatæ percipit,ſiue tpe eius, q eam hy-

Deciſ. pothecauit, ſiue tpe hæredis illius. Ac mihi vr̃ dicendum non eſſe ſubiectos hypothecæ,poſtq̃ fuerint percepti: qm̃ ſunt fructus induſtriæ, & mercedis, quam ſoluit contractu locationis valido, nihil impediẽte,quòd ſimul ſint fructus rei hypothecæ ſubiectæ:ſicut ẽt fructus, quos emptor percepit ex eadẽ re, nihil impediente, quod perſeueret obligatio hypothecæ, non ſubiecti hypothecæ ex iuris diſpoſitione: atque idem per epicheiam cenſendum eſt de eiuſmodi fructibus. Interim tñ dum fructus pendentes ſunt,nedumque ſunt percepti, quia tunc vnum cõputantur cum re hypothecæ ſubiecta,cenſentur hypothecę ſubiecti, ſiue res illa locata,ſiue empta, aut quocunque alio tit. quo ad dñium acquiſita ſit.Ita hr̃ l.ſi fundus,§.in vendicatione,verſ.interdum,iuncta glo.vlt.ibi ff. de pig.& affirmat Greg.Lop.l.16.citata. Semper tñ ab eiuſmodi fructib. detrahi debent expenſæ, in qbus continetur pretium laboris,& induſtriæ.

9 Pignori † tradi poſſunt nõ ſolũ res corporales, ſed etiam incorporalia,vt iura. Ita hr̃ l.2.titu.13. part.5.& colligitur ex iuribus citandis. Quare res pignori ab vno creditore accepta, põt ab eo tradi alteri in pignus ob aliud debitum ratione iuris pignoris,quod in ea habet: & eadem rõne res vni hypothecata pro vno debito, poteſt ab eo ſubijci hypothecæ alteri pro alio debito l. grege §. cum pignori, & l.1.& 2.C.ſi pignus pignori datũ ſit, & l.35. tit.13.part.5.Eo tñ ipſo,qd primus debitor ſoluit integrè, quod ſub eo pignore debebat diſſoluitur ſecundum pignus, eaque de cauſa debitor pignus vendicare poteſt ſuum pignus: quia res ſoluto priori iure cui ius poſterius pignoris nitebatur,reſoluitur ius ſecundum. Ita hr̃ l.grege §.cum pignori.ff.de pig.l.debitor §. vlt.ff.de pig. act.l.1.in prin.C.ſi pignus pig.da. ſit, & l.35.citata. Secundus tamen creditor exigere poteſt à primo creditore,vt vel ſibi ſoluat ſtatim ſuum debitum, vel ſibi tradat pignus aliud æquè bonum l. cum debitor,iuncta glo.ibi in fine. ff.de pign.act. & l.35.citata. Quando tamen vnus debebat alteri certam pecuniæ quantitatem, & cum debitor tunc non haberet pecuniam, quam ſolueret, illi tradidit pignus,vt ſub eo eam quæreret ab alio,& acciperet, atque exequutioni id mandatum eſt; tunc,ſoluente primo debitore creditori primo pecuniam illi debitam, ſi pignus recuperatum iam ſit à primo creditore, cogitur illud exhibere rei vendicatione: ſi verò ſit adhuc penes ſecundum debitorem,non cenſetur diſſolutum ius pignoris, quia de facultate primi debitoris traditum eſt ſecundo creditori, ac proinde non poterit debitor primus agere aduerſus illũ pignoratitia actione, neque rei vendicatione, vt ſibi reſtituatur id pignus,quouſque ſit illi ſatiſfactum: aget tamẽ aduerſus primum creditorem actione præſcriptis verbis, vt debitum ſecundo creditori ſoluat, pignuſque accipiat,ac ſibi reſtituat. Atque hoc eſt, quod habetur l.petenti.ff de pignorat.act.

10 Nomina † quoque debitorum,ſeu debita,quæ vni debentur,poteſt is pignoris alteri tradere,aut hypothecæ ſubijcere. Ita habetur, l. grege, §. ſed poteſt,& l.conuenit, ff de pign.l.ſi conuenerit 2. in prin.ff.de pigno.act.l.poſtquàm, C.de hæred. vel act. vend. l. nomen C. quæ res pignori oblig. & l.2.tit. 13. part. 5. Atque tunc creditor ſecundus vtili actione exigit debitum à primo debitore, niſi prius debitor primus ſatiſfaciat primo creditori, ignarus quòd debitum illud traditum in pignus ſit ſecundo creditori: ſi enim, admonitus a ſecundo creditore, ſatiſfaceret primo creditori, poſſet nihilominus ſecundus creditor exigere idem a primo debitore. Idem, cum Bartol. aduerſus gloſſam, l. nomen citata, dicit eſſe additio ad eandem gloſſam, ſi primus debi-

tor,

tor, conſcius id debitum pignori eſſe traditum ſecundo creditori, illud ſoluat primo creditori. Si autem debitum ſit in pecunia, ſecundus creditor, qui illud recuperat, cõpenſat in eo totũ pecuniæ, quod ſibi debetur, & reliquum tradit primo creditori. Idem eſt, ſi vtrumque debitũ ſit rerũ, quæ compenſari poſſunt vna cum alia, vt ſi vtrumque debitum ſit tritici, aut alterius ſimilis rei. Si verò ſit rei, in qua locum non habeat cõpenſatio, tunc res ita ſoluta ſortitur rationem pignoris, eamque in pignus retinet ſecundus creditor, quouſque, quod ſibi debetur, integre ei ſoluatur. Hæc omnia hñt, l. nomen citata, & l. grege, §. ſed poteſt, ff. de pig. l. ſi conuenerit, 2. in princ. ff. de pig. act. l. 2. tit. 13. par. 5. & concinunt cætera iura citata.

11 Vſusfructus † quoq; põt pignori, & hypothecæ ſubijci, l. potior, §. ſi de futura, ff. qui potior. in pig. l. ſi is qui. §. vſusfructus, ff. de pign. & l. 1. §. 1. C. ſi pignus pignori. Cæterum ius pignoris expirat eo ipſo, ꝙ finitur vſusfructus, & cum proprietate conſolidatur: eo quòd neque pignus, neque quicquam aliud conſtitui poſſet in præiudicium proprietarij ipſo inuito. De conſenſu tamen proprietarij tradi in pignus poſſet, etiam in tempus, quo conſolidaretur cum proprietate: ſicut & quęuis aliæ res alienæ tradi in pignus poſſunt de conſenſu dominorum, vt dictum eſt.

12 Emphyteuſis † quoq; ſubijci poteſt pignori, & hypothecæ, ſine præiudicio tamẽ proprietarij. Et idem eſt de ſuperficie, vt in calce diſt. 461. perſpicue oſtenſum eſt. Secus res habet in feudo, ne. n. ex impignoratione, aut obligatione feudi, debilior fiat vaſſallus ad ſequendum dñm, illique ſeruiendum in bello, prohibitus eſt illud impignorare, aut hypothecæ ſubijcere, niſi ex domini facultate, c. 1. in prin. de prohib. feud. alien. per Feder. iuncta gloſ. ibi verb. cõmercium, & affirmat cum alijs Neguſanius de pign. part. 2. memb. 2. num. 43. Lege apud illum limitationes quaſdam.

13 Quod † ad ſeruitutes reales attinet, diſtinguendum eſt. Quoniam ſeruitus, quæ prædio alicui, ſiue vrbano, ſiue ruſtico debetur, eo ipſo, quòd tale prædium pignori, aut hypothecæ ſubijcitur, ipſa quoque, tanquam prædio illi annexa, ac debita, ſubiecta etiam pignori, aut hypothecæ cenſetur: neque contrarium docent, aut intendunt, iura quæ ſtatim citabimus. Seruitus autem per ſe ſumpta, ſi vrbana ſit, pignori, aut hypothecæ ſubijci eſt prohibita, ſecus autem de ruſtica. Primũ habetur, l. is qui. §. vlt. ff. de pign. & ſecundum, l. ſed & an, ff. eod. tit. Quod glo. l. quæ prædium, §. fuerint, C. ſi aliæ res pign. & l. qui filios, verb. obnoxia. C. quæ res pig. obl. & Ripa relatus a Greg. Lopez, l. 2. glo. 2. tit. 13. par. 5. intelligunt, quo ad cõmoditatem ſeruitutis in prædio alieno, quã habeat creditor, dum debitum non ſoluitur: id quod concedere vr̃ l. ſed & an, citata. Meritoque Sylu. verb. pig. nu. 2. dicit, cauendũ eſſe ab vſura, quam lex illa ciuilis ea diſpoſitione concedere videtur.

14 De iuriſdictione † in aliquos, an pignori, & hypothecæ, ſubijci poſſit. Bart. negauit, quando eſt mera iuriſdictio in homines, quæ annexos nõ habet reditus. Meritò tamen Greg. Lopez, l. 2. gloſ. 2. titul. 13. part. 5. cum alijs, contrarium affirmat. Præſertim cum hodie eiuſmodi iuriſdictio vendatur, idque non modico pretio. Quatenus enim vendi poteſt, ſubijci poteſt pignori, aut hypothecæ, vt pretio debitum ſoluatur.

15 Quod † ad ius patronatum attinet, dicendum eſt cum Panorm. c. cum Bartoldus, de ſent. & re iud. nu. 38. & 39. cum Greg. Lopez gloſſa 2. citata, & alijs, ſi annexos habeat reditus aliquos temporales tali iuri patronatui deputatos, quo ad ius ad illos poſſe ſubdi pignori, aut hypothecę, immò verò eo ipſo, quòd ius patronatus annexum eſt aliquibus bonis temporalibus, vt villæ, aut alteri rei, tradita villa in pignus, aut re alia, cui ius patronatus ſit annexum, cenſetur ius patronatus, quo ad ius temporale reditus ei annexos, traditum etiam pignori: ius tamen ipſum patronatus in ſe, quo ad ius præſentandi ad beneficium Eccleſiaſticum in quo eſſentialiter eſt poſitum, neque cenſetur pignori, aut hypothecæ ſubiectum, neque vlla ratione poteſt ſubijci, vt hæc omnia apertè colliguntur, ac conſtat, ex c. cum Bartoldus citato, eſto, ſi villa illa, aut res alia, cui ius illud eſſet annexum, venderetur, aut alio titulo tranſiret in dominium alterius, pariter cum illa tranſiret etiam ius patronatus. Ratio autem cur ex eo, quod villa, aut res alia, cui annexum ſit ius patronatus pignori tradatur, non cenſeatur traditum pignori ius patronatus, quo ad præſentandi ius, hæc eſt. Quoniam vſus præſentandi, non eſt res vendibilis, neque pretio æſtimabilis ac proinde non eſt quippiam, quod reddi debitori à creditore poſſit, quãdo debitum ſuum fuerit illi ſatisfactum, aut quod creditor computare poſſit in debito principali; quemadmodum ſunt reditus iuri patronatui annexi: hos enim bene reddere poteſt creditor debitori, perſoluto ei debito, aut computare illos in debito: ſemper autem creditor reddere tenetur debitori reditus pignoris, perſoluto ei debito, aut computare illos in debito, eo quod dominium pignoris perſeueret apud debitorem, nec tranſeat in creditorem, niſi ſola pignoris poſſeſſio, vt conſtat ex l. 1. C. de diſtrac. pig. ex l. 1. 2. & vlt. C. de pignora. act. l. 2. C. de partu pig. l. ſi dominium, C. de pign. c. cum contra, de pig. & c. 1. & 2. de vſur. & l. 2. tit. 13. par. 5.

16 Subijcere † res pignori, aut hypothecæ poſſunt, qui eas poſſunt alienare: ſecus autem, qui alienare eas non poſſunt, l. 7. tit. 13. par. 5. Azo. C. de pig. in ſumma, gloſ. l. 1. in prin. verb. difficilius, ff. de pign. Prælati tamen quamuis ſine iuſta cauſa, ac debita ſolemnitate, alienare nõ poſſint bona immobilia, & pretioſa mobilia quę ſeruando ſeruari poſſunt, neque ea ſubijcere particulari hypothecę, aut pignori; poſſunt tamen ſine ſolemnitate, & iuſta cauſa ſubijcere bona omnia Eccleſiæ hypothecæ vniuerſali, vt diſp. 466. in principio, cum communi doctorum ſententia oſtendimus.

17 Qui ius † in rem aliquã habet, poteſt illam pignori dare, ac proinde hypothecæ ſubijcere, l. 3. §. cum ex cauſa ff. qui potior. in pign. & l. 3. tit. 13. part. 5. Quod ſi, qui eam pignori ſubiecit, comparet poſtea dominium illius, manet pignori, aut hypo-

hypothecæ ſubiecta, etiam quo ad dominium, vt ex §. citato colligitur. Id tamen cum Bart. limitat Greg. Lopez l. 3. citata, gloſ. 2. quando ex eodem iure dimanauit dominium; ſecus autem quando ortum habuit ex alio capite, nam tunc ſolum ſubiecta pignori, aut hypothecæ, manet, quo ad illud prius ius.

Quæ res pignori, aut hypothecæ, ſubijci nequeant.

DISPVTATIO DXXX.

SVMMARIVM.

1 *Pignori, & hypothecæ ſubijci non poſſunt, quæ vendi, vel alienari non poſſunt.*
2 *Pignori res ſacræ quando obligari poſſint. & nu. 5.*
Idem de iure patronatus dicendum nu. 3.
Et quid de rebus publicis, & libero homine. nu. 5. & 6.
7 *Homo liber poteſt dari obſes, & in pignus pro bono pacis, inter bellantes.*
Et quid ſi detur pro re ad rem bellicam non ſpectante, num. 8.
Et quid de iure Luſitano, & Caſtellæ. nu. 9.

ILlæ res ſacræ, de quibus in calce diſp. 268. dictum eſt, inutilem omnino eſſe ſtipulationē, aut promiſſionem, de eis factā, & de quibus diſt. 340. oſtendimus, eſſe nullam venditionē, ſi vendi attentetur, vt ſunt Eccleſia, & ſepulchrū, pignori, aut hypothecæ, ſubijci nequeūt: ſi autem id attentetur, nullius roboris eſt id, ac momenti. Quā
1 † vniuerſim, quæ vēdi non poſſunt, neque pignori, aut hypothecæ poſſunt ſubijci l. ſed & quo §. quod emptionem ff. de pign. & l. 1. §. vlt. ff. quæ res pig. vel hypothecæ. Atq; de eiuſmodi rebus ſic ſacris, ſermo eſt l. 1. §. eam rem ff. quæ res pig. & l. ſi monumento C. eod. tit. quæ iura omnino negant, poſſe eiuſmodi res ſubijci pignori, aut hypo-
2 thecæ. Quemadmodum † autē, licet eiuſmodi res per ſe vendi non poſſint, poſſunt tamen vendi cōiunctim cum loco, cuius ſunt partes, aut cui ſunt annexæ, immo verò tranſeunt cum loco ita vēdito, eſto non exprimatur vendi cū annexis, vt diſp. 340. oſtendimus: ſic, ſi locus ille pignori, aut hypothecæ ſubijciatur, eiuſmodi etiam res in eo cōſenſu cenſentur ſubiectæ pignori, aut hypothecæ; quod ſi locus ille vendatur, vt ex pretio ſatisfiat debito, vel obligationi, illæ pariter venditæ cenſe-
3 buntur. Idem dicendum † eſt de iurepatronatus tali loco annexo, eſto, quamuis locus ille pignori ſit traditus, vſus iuriſpatronatus, quo ad effectum præſentandi, non competat creditori, ſed debitori, interim dum illa res perſeuerat tradita pignori, neque eſt diuendita ad ſatisfactionem debiti, aut obligationis. Illud etiam eſt obſeruandum, quemadmodum, ſi eiuſmodi res ſacra, aut alia vendi non poſſit, vendatur ei qui qualitatem ignorat, ob quam vendi non poteſt, tenetur illi venditor de euictione, vt in calce diſput. 268. & diſt. 340. oſtenſum eſt: ita, ſi res eadem pignori, aut hypothecæ, illi ſubijciatur, qui ignorat qualitatem, ob quam ſubijci nequeat, competit illi aduerſus debitorem pignoratitia actio, vt rem aliam æqualis valoris, pignori, aut hypothecæ, loco illius ſubijciat, argumento l. 1. §. vlt. de pignorat. act. & aliorum iurium, quę præcedentibus diſputationibus citata ſunt.

4 Alia † res ſacræ, vt calix, veſtiméta, & alia, quæ licèt benedicta non ſint, cultui tamen diuino inſeruiūt, ac dicata ſunt, quemadmodum vendi nō poſſunt, niſi vrgente neceſſitate, vt ad ſubueniendum fami, aut ad redimendos captiuos eiuſdem Eccleſiæ, qui à ſuis redimi nō poſſunt, aut ad ſoluenda debita Eccleſiæ, quę aliter ſolui nequeūt, vt diſputat. 340. dictum, oſtenſumque eſt: ſic pignori, aut hypothecæ, ſubijci non poſſunt laicis niſi ex ſimili vrgente cauſa c. 1. de pign. & l. 3. tit. 13. par. 5. In Luſitania autem res eiuſmodi, & alia aurea, & argentea, quæ *ioyas* Eccleſiarū, aut monaſteriorū, vocant, accipi in pignus nequeunt, etiam in caſibus à iure permiſſis, niſi res prius Regi manifeſtetur, atque ex illius facultate id fiat: alioquin cogitur accipiens reſtituere id gratis Eccleſijs, & inſuper nouies valorem eius rei: partem huius pœnæ accuſanti, & partem in redemptionem captiuorum, vt habetur lib. 2. ord. titu. 13. Panorm. c. 1. de pign. numero 4. rectè ait, quando bona Eccleſiæ in ſecuritatem alicuius contractus hypothecæ ſubijciuntur, non intelligi ſubiecta, quæ cultui diuino inſeruiunt, ac ſunt dicata, quæque ſubijci pignori, aut hypothecæ, non poſſunt, niſi ex vrgenti cauſa, argumento l. 1. C. quæ res pign. vbi habetur, quando aliquid in particulari minimè pignori ſubijceretur, id non cenſeri compræhenſum, quando bona vniuerſali hypothecæ ſubijciuntur.

5 Publicæ res, vt ſunt plateæ, viæ publicæ, & alia † deputata communi vſui eorum, qui ſunt de populo, quemadmodum vendi non poſſunt ſine conſenſu ſupremi principis, aliterque venditio eſt nulla, vt diſput. 340. & diſput. 268. dictum eſt: ſic ſubijci pignori, aut hypothecæ, nequeunt, ſine facultate eiuſdem ſupremi principis, argumento eorum, quæ circa res ſacras primi generis dicta ſunt.

6 Liber homo, quemadmodum † vendi non poteſt, etiam in tempus, quo erit mancipium, vt diſput. 340. iuncta diſp. 268. dictum eſt, niſi in euētibus diſp. 33. in tertio titulo, quo aliquis in ſeruitutem licitè redigitur, explicatis: ita, vbi Romanorum leges vim habent, neque ſubijci poteſt pignori, aut hypothecæ niſi in euentibus, in quibus ibi dictum eſt patres poſſe vendere filios, aut quando aliquis, qui captiuus detinebatur, ſe in pignus, aut hypothecam, ſubijcit pro pretio, quo redimeretur, quouſque, vel illud ſolueret, vel ſeruiendo ſatisfaceret, c. 2. de pig. l. qui filios, C. quæ res pig. & l. 3. tit. 13. par. 5. & qui filiumfamilias ſcienter in pignus recepit, relegatur, l. vlt. ff. quæ res pig. imò & amittit debitum, & cogitur inſuper tantūdem refundere ei, aut parentibus, vel hæredibus illius; & idem eſt, ſi quamcunque aliam liberam perſonam in pignus accipiat,

l. ob

l. ob ęs alienum, iuncta auth. imo C. de act. & obl. & in authentico, vt nulli iudiciũ §. quia verò, vnde authentica illa deſumpta fuit, ex leg. 3. citata. Hoc autem nõ tollit, quominus, qui ab aliquo redemptus fuit, eſto, pactum non interuenerit, teneatur, vel reddere pretium redemptori, vel illi ſeruire in quinquennium vt habetur l. vlt. C. de capt. & poſtlimin. reuer. Neque item tollit, quod interdum debitoris, legibus aliquorum regnorum, ſi aliter ſatisfacere non poſſint debitis, ſaltem paulatim ex ſuo opificio, ſeruire cogantur creditoribus, quouſque debitum compenſetur.

7 Liber homo † obſes dari poteſt, atque adeò ſuo modo in pignus, quòd pax ſeruabitur, aut ſtabitur alicui pacto, inter bellantes, aut inter eos, inter quos erat diſſidium, vnde bellum oriri poterat. c. ſuppliciter, iuncta gl. ibi in verb. obſides 23. q. 8. l. 3. tit. 13. par. 5. dictumq; eſt diſp. 120. Et quamuis interfici non poſſint, nec mutilari, aut flagellis cædi, ſi, non ipſi, ſed, qui illos obſides dederũt, in culpa ſint, non ſtando promiſſis; ipſi tamen, nõ ſolum detineri poſſunt, ſed ẽt ſpoliari poſſunt bonis, atque in captiuitatem redigi, vt cum Victória diſp. citata eſt dictum, ſi tantum interſit aduerſarios ſtare pactioni. Vnde l. Diuus ff. de iure fiſci, bona eorum fiſco addicuntur, & l. obſides. ff. de teſtamentis pronunciatur inteſtabiles, ſermoq; eſt, qñ fides fuit fracta ab eis, qui illos obſides dederunt. Vtrum autẽ obſides dari, & accipi poſſint,

Deciſ. 8 † ſtabitur pactis ad rem non bellicam ſpectantib. Glo. c. ſuppliciter citato, & multi alij, quos Cou. 2. var. reſ. c. 1. in calce nu. 1. refert, ac ſequitur, negant, vbi, cum communiori ſententia, excipit Couar. niſi iuramento ſit pactum confirmatũ, quod obſides detineri poſſint pro obſeruatione contractus. Contrarium autẽ videtur colligi ex c. ex reſcripto, de iureiur. & ex c. expoſita, de arbitris, &

Quęſt. affirmat. l. 3. tit. 13. par. 5. ac Greg. Lopez. ibidem ait ita eſſe dicendum in Regno Caſtellæ. Equidẽ arbitror, hoc ſecundum verũ eſſe, non tñ ad effectum, vt obſides ſeruituti ſubijciantur, inteſtabiles fiant, & ſpolientur bonis, ſed ſolũ, vt detineantur, quouſq; pactioni integre ſtetur, & id affirmat l. 3. citata: cuius doctrina, vt hoc ſolum in eis exerceri poſſit in hoc dumtaxat euentu, vera eſt.

Lege exequutores, & l. pignorum, iunctam authentica ſequenti. C. quæ res pig. prohibetur, exequutione fieri pro debito ciuili in mãcipijs ad culturam agrorum attinẽtibus, in bobus, & alijs animalibus ad ſimilem cultum agrorũ ſpectantibus, & denique in aratro, aut re alia ad culturam pertinẽte: itẽ vt nullus pro eiuſmodi debito capi, aut in vincula conijci poſſit, interim dũ culturæ operam nauat. Et quamuis gl. l. pignorum citata, innuat, ibi ſolũ eſſe ſermonem de pignore iudiciali, ſecus aũt de conuentionali, quaſi prædicta tradi, & accipi poſſint in pignus conuentionale pro debito, & ſubijci poſſint hypothecæ: contrarium tñ ſonare vr̃ lex ipſa, & affirmãt Bart. & alij, à Greg. Lopez. l. 4. tit. 13. par. 5. relati, idq; ſancitũ eſt ea ipſa l. 4. tam de pignore conuentionali, quam iudiciali, ſub pœna, vt qui id acceperit, inſuper reſtituat omnia damna inde ei ſubſequuta, à quo fuerit acceptum. Lege itẽ 5. tit. 17. lib. 5. nouę collect.

9 ſtatuitur, vt † pro nullo debito ciuili, ẽt ſi ſit tributum Regi debitum capi, aut ſequeſtrari, poſſint aĩalia ad arandum inſeruientia, neq; alia ad culturã, & perceptionẽ quorumcunq; terræ fructuũ, attinentia. Excipitur, qñ debitũ eſt tributi Regi, aut dño oppidi debiti, aut eſt aliquid, quod debetur dño eius prædij, quod is agricula colit: tunc enim, ſi is agricula nulla alia bona habeat, tã mobilia, quam immobilia, in quibus exequutio fiat, capi poſſunt prædicta ad culturã ſpectantia: ſecus aũt, ſi alia habeat bona, in quibus exequutio fiat. Is aũt miniſter, qui exequutionem aliter fecerit, cogitur reſtituere pignus, & omnia damna, ea de cauſa ſubſequuta, & inſuper ſoluit quadruplũ valoris pignoris, dimidiũ illi, qui de ea re fuerit conqueſtus, & alterũ dimidium fiſco Regis. Qñ autẽ exequutio fieret ob debitum, aut fideiuſſionem perſonæ alicuius priuatæ, creditor amittit eo ipſo totũ debitum aut fideiuſſionẽ, vel quoduis aliud ius, quod ea in parte haberet. Neque valet vlla renunciatio à debitore ea de re facta, quibuſcunque clauſulis renunciauerit, aut ad debitũ ſe adſtrinxerit. Qđ ſi iuramento ſit cõfirmata, eo ipſo creditor amittit debitũ. Idem ſtatuitur, l. 6. ſequenti, & ibi ab onere tributi eximuntur duo tantum boues ad arandũ inſeruientes. Lege item 25. tit. 13. lib. 8. eiuſdem collectionis, prohibetur, eos, qui incumbunt culturæ terræ ad panem, aut vinum, colligẽdum, dum ita incumbunt, capi pro vllo debito, excepto debito redituum Regis, aut contributionis eius fraternitatis, quam *Hermandad* in hoc Regno vocant, aut vllam exequutionem fieri in animalibus, quibus ita terram colunt. Miniſter autem publicus, qui contrarium fecerit, punitur à miniſtris, quos *Alcaldes de la hermandad* vocãt.

Rex autem Philippus, l. quam hoc anno 1594. tulit, §. 1. in hunc modum ſtatuit. *Que los labradores, que por ſus perſonas, o por ſus criados, o familia, labraren, no puedan ſer executados por deuda deuida, por carta, cõtracto, o de otra qualquier manera, en ſus bueyes, mulas, ni en otras beſtias de arar, ni en los aperos, y aparejos, que tuuieren para labrar, ni en ſus ſembrados, ni barbechos, en ningun tiẽpo de año, aunque no tengan otros bienes, ſaluo por los pechos, y derechos a nos deuidos, o por las rentas de las tierras del ſeñor de la heredad, o por lo que el tal ſeñor les ouiere preſtado, o ſocorrido, para la dicha lauor, y en eſtos tres caſos, quando no tuuieren otros biennes de que puedan ſer pagadas las dichas deudas. Y, que en un par de buyes, mulas, o otras beſtias de arar, no puedan ſer executados en los dichos tres caſos, ni por otro alguno.* Et §. 2. ſic ſtatuit. *Que las perſonas de los dichos labradores no puedã ſer preſos por deuda alguna, que no decienda de delicto, en los meſes de Iulio, y los ſiguientes haſta fin de Diziembre. Y que el juez executor que contrauiniere, aſſi a lo diſpueſto en el capitulo primero, como en eſte, ſea ſuſpendido de officio por vn año. Y el acreedor, que lo pidiere, por el miſmo caſo aya perdido y pierda la dicha deuda, y el labrador que delibre della.* Et §. 3. ſubiungit. *Que en los fructos de las tierras ſean preferidos los ſeñores dellas por*

las por ſu renta, a todos los otros acreedores, de qualquier calidad que ſean. Et §. 4. *que los dichos labradores, por ninguna deuda, que deuan, puedan renunciar ſu ſuero, ni ſometerſe a otro ſino fuere del corregidor realengo mas cercano, yen los lugares eximidos, al de la cabeza de la iuriſdicion, de donde ſe eximieron.* Et §. 5. annullantur ſcripturæ in contrarium cuiuſdam prædictorum confectæ, nihil impedientibus quibuſcunque renunciationibus in eis poſitis. Et tabelliones, qui eas fecerint, eo ipſo amittunt officia.

Ius Luſitanũ. De iure Luſitano lib. 3. ord. tit. 71. §. 11. quando aliquis eſt de numero eorum, quos *acontiados en caualos* vocant, nõ poteſt fieri exequutio in bobus ipſius ad arandum deputatis, ac neceſſarijs, neq; in ſeminibus, ipſi ad ſeminãdum neceſſarijs modò habeat alia bona, in quibus fiat exequutio.

Ius Caſtellæ. Item pro nullo ciuili debito poteſt fieri exequutio in armis, & equis eorum, quos *caualleros, o hidalgos*, in hoc Regno Caſtellę vocãt, neq; poſſunt capi in pignus, aut ſequeſtrari, aut impediri, niſi ſolum pro tributis Regi dũtaxat debitis, aut pro debito domino prædij, quod locatum ab eo habebant, qñ non ſunt alia bona talis debitoris, in quibus pro his duobus debitis fieri poſſit exequutio, idque ſub pęnis l. 5. citata ſtatutis eis, qui ſimiliter exequutionem faciunt in animalib. agricolarum, terræ cultui inſeruientibus. Ita habetur l. 6. iuncta l. 5. antecedente, tit. 17. lib. 5. nouæ collect. Lege 9. tit. 1. lib. 6. hoc ipſum extenditur, *a los que armas o cauallos mantuuieren, aunque uo ſe en armados caualleros.* Non tñ in hoc euentu pœnæ ſtatuuntur contrarium facientibus. Et ſermo eſt de armis *de ſus proprios cuerpos*, vt ibi habetur.

Ius Luſitan. De iure Luſitano li. 3. ord. tit. 71. §. 10. ſic ſancitum eſt. *Nom penhoraram os fidalgos, e caualerios, e noſſos deſembarguadores, nos caualos, nemẽ as armas, nem em os liuros, nem em veſtidos de ſeu corpo, nem a as molheres dos ſobreditos, nẽ molheres fidalgas, nos ſeus veſtidos, de ſeus corpos, e camas de ſuas peſſoas, auendo reſpeito a o que a cada huum e neceſſario pera ſeu ſeruiço, e uſo, ſegundo a qualitade de ſuas peſſoas: e eſto poſto que outros beẽs non tenham. E nos mais cauaios e veſtidos, e cada hũa das ſobreditas couſas, que lhe nom forem neceſſarias, como dito he, ſe fara execuzam, quãdo outros beẽs moueis, on de raiz nom teuerẽ, e eſto ſe nom entenda nos roubos, e malfeitorias: por que portaes caſos ſeram penhorados, e conſtrangidos ateeque paguem, aſſi por ſeus beẽs, poſto que ſciam dos ſobreditos, como nos corpos.* Et §. 11. ſubiũgitur. *E bem aſſi mãdamus, que nom ſe faza penhora, nom execuzã, per deuidas noſſas, nem doutras qualeſquer peſſoas, nos caualos, nem em as armas dos que forem acõtiados em caualos e armas, nem da quelles que cõtinuadamente coſtumarem ter armas, e caualo de eſtada pera noſſo ſeruizo; nem ſe faça pen hora, nem execuzam nos ſeus be is da rado que teuerem, e les ſorẽ neceſſarios pera laurarẽ ſuas herdades, nem em as ſemẽtes, que tenerem, e lhe neceſſarias poremper as ſemear; nẽ faram iſſo meſmo penhora, nem execuzã, nas armas dos uaſſalos, nem dos acontiados em arneſes, ou outras armas, poſto que nom ſeiam acõtiados em caualos: nem ſe fara execuzã nas armas dos beeſteiros de caualo, nem do conto, nem dos acõtiados em beſta da garrucha, ou lanza, e dardo, e de qualeſquer outros que armas temham pera noſo ſeruizo. Pero os ſobreditos teuerẽ algunas armas em caſa dalgunos pregoiros, ou armeiros, ou em outros lugares pera vẽder, poderam nellas fazer execuzã como nas outras couſas. Nem farã pẽhora nas armas, e eſpingardas, e beeſtas, que teuerem os eſpingar deiros, e beeſteiros de monte, que teuerem noſſos priuilegios, que nom forem pera vender, como em cima dito he amoſtrãdo as dias peſſoas contheudas neſte par raſo outror beens moueis, ou de raiz, deſembargados em que ſe poſſa fazer execuzam.*

Pecora, & alia bona ſe mouentia, hominum priuatorum, & præcipuè eorum, qui vocantur *del concejo de la Meſta*, non poſſunt capi pro debitis communitatum, in quibus degunt: ſecus autẽ pro ſuis proprijs debitis, aut ꝑ debito, pro quo ipſi fideiuſſores extiterint, l. 7. tit. 17. li. 5. nouæ collect.

Pignus, aut hypotheca, de re aliena facta, a procuratore, negotiorum geſtore, tutore, aut curatore, vel filio, quouſque valeat, aut etiam facta de re propria in fauorem alterius.

DISPVTATIO DXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Litigioſa res pignori ſubijci non poteſt, quemadmodum nec vendi.*

2 *Procurator, & negociorum geſtor quando poſſint rem pignori ſubijcere, & quando non.*
Idem in tutore, & curatore dicendum, nu. 3.

Rem alienam ſubijci non poſſe pignori, aut hypothecæ, niſi conſentiente, aut ratum id poſtea habente, domino initio, diſp. 529. dictum eſt. Habetque id verum, etiam ſi emancipatus, aut filiusfamilias, rem patris pignori, aut hypothecæ, ſine eius conſenſu ſubijciat, l. nec ſi. Cod. ſi aliena res pign. Eadem † ratione, ſicut res litigioſa alienari non poteſt, ita neque ſubijci poteſt pignori, aut hypothecæ, leg. 1. §. vlt. ff. quę res pign. & Bartol. ibi, ac Neguſ. de pignoribus part. 2. memb. 3. numero 46. Quia verò peculiaris difficultas eſt in euentibus in titulo huius diſputationis propoſitis, id in particulari eſt examinandum.

De procuratore, aut negotiorum geſtore, eſt diſtinguendum. Quoniam † ſi non ſolum adminiſtrationem bonorum, ſed etiam liberam eam omnium bonorum habeat, quam neceſſe eſt ei cõcedi, l. quam Tuberonis, §. alia ex cauſa, ff. de pecul. tunc, cum alienare poſſit titulo oneroſo, vt vendendo, permutando, conducendo, locando, ſed non titulo gratioſo, donando; poteſt etiam ſubijcere pignori, vel hypothecæ, res eius, cuius eſt procurator, aut negotiorum geſtor: veruntamen

men agendo negotium illius l. procurator cui generaliter, ff. de pig. act. Dixi, veruntamen agendo negotium illius: qm̃ in alterius commodum non poteſt ſubijcere pignori, aut hypothecæ, res illius, cuius eſt procurator, aut negotiorum geſtor, eſto liberam adminiſtrationem habeat; quia id eſſet quaſi donare l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. Si verò adminiſtrationem bonorum vniuerſalem habeat, ſed non liberam, tunc, ſi dominus ſolebat eo modo res pignori ſubijcere, valet, ſi procurator, negotiorum geſtor, aut adminiſtrator ſimiliter res pignori, aut hypothecæ, ſubijciat; alioquin non valet, l. vel vniuerſorum, iuncto, §. antecedente ff. de pigno. act. Quando autem peculiare haberet mandatum pignori, aut hypothecæ, ſubijciendi aliquid, tunc dubium eſſe non poteſt, validè poſſe id efficere l. ſolutam, §. vlt. ff. de pigno. act. Atque in quibus euentibus validè poteſt aliquid pignori ſubijcere, competit ei pignoratitia actio, §. vlt. & l. vel vniuerſorum, citatis.

In reliquis euentibus ſi ij (in eis computa œconomum, *mayordomo* Hiſpane dicimus) aliquid eius, cuius negotium gerunt, pignori, aut hypothecæ, ſubiecerint pro pecunia, aut re alia, quam accipiant, non conſentiente, neque ratum id poſteà habente dño pignoris, vel hypothecæ, iterum eſt diſtinguendum. Quoniam, vel id factum eſt, domino pignoris, aut hypothecæ, id ſciente, & tacente, qñ ſubijciebatur, ignoranteque creditore eſſe illius; vel factum eſt, ignorante domino pignoris, aut hypothecę, ſubijci pignori, aut hypothecę, aut creditore ſciente, id eſſe rem illius. In hoc poſteriori euentu, quando. ſ. dominus pignoris ſubijci ignorauit, aut, eſto id ſciuerit, nec conſenſerit, creditor ſciebat eſſe rem huius, iterum eſt diſtinguendum: quoniam, vel id, quod ſub eo pignore, aut hypotheca, eſt ſumptum, conuerſum fuit in vtilitatem domini pignoris, & tunc, ſi pignus fuit creditori traditum, poteſt creditor illud retinere, quouſque dominus pignoris ei perſoluat, quod in ipſius vtilitatem fuit conuerſum: atque aduerſus dominum repetentem ſuum pignus, conceditur creditori exceptio, id, quod ſub eo pignore fuit ſumptum, conuerſum fuiſſe in ipſius vtilitatem, ac proinde, vt prius ſoluat quantum in ipſius vtilitatem fuit conuerſum, alioquin non reſtituetur ei pignus. Ita hr̃ l. 1. C. ſi aliena res pign. & l. 8. titu. 13. par. 5. acconcinit. l. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluitur. Si verò pignus traditum nõ fuit creditori, tunc creditor agere poterit aduerſus dominũ pignoris actione perſonali, vt ſoluat, quod in ipſius vtilitatem fuit conuerſum, dominus tamen pignoris non cogitur tradere illud creditori. l. 8. citata, & conſentit l. 1. citata, argumento à contrario ſenſu, & quoniam ea lex verè agnoſcit dñm pignoris, debere, quod in vtilitatem ipſius eſt conuerſum, eaque de cauſa pignoris retentionem concedit, donec is dominus ſoluat, vt tenetur. Adde, vtiliter eatenus fuiſſe factum negotiũ illius, ac proinde teneri id reddere actione negotiorum geſtorum. Quòd autem non teneatur tradere pignus, nec res ipſius obligata maneat, præter alia iura, hr̃ l. vlt. C. ſi aliena res pig. Incrementum autem, ſi totum conuerſum nõ fuit in ipſius vtilitatem, non tenetur ſoluere dominus pignoris, ſed ſoluere id tenetur is, qui ſub eo pignore id accepit: qui et totum tenetur ſoluere, ſi nihil conuerſum in vtilitatem domini pignoris, neq; eius negotium ea in parte fuit vtiliter, aut rationabiliter geſtum. Si autem rationabiliter fuit geſtũ, eſto res non proſpere ſucceſſerit, totum tenetur, ſoluere dñs pignoris actione negotiorum geſtorum, vt diſp. 300. dictum eſt, vbi etiam explicatum eſt, qñ res in alicuius vtilitatem cenſenda ſit conuerſa, diceturq; infra, quando de negotijs geſtis ſermo erit, atque adeo tunc cenſebitur totum conuerſum in vtilitatem domini pignoris. Licet autem dominus pignoris non teneatur tradere pignus creditori: ſi tñ caſu poſtea res illa in dominium deueniat eius, qui illam pignori, aut hypothecæ ſubiecit, ignorãte eſſe alienam eo, cui ita ſubiecta fuit, manet eo ipſo pignori, aut hypothecæ ſubiecta, eſtque ab eo tradenda creditori, ſi pignori, & non nudæ hypothecæ, illam ei ſubijcit, creditoriq; cõpetit vtilis actio pignoratitia, vt ſibi tradatur. l. cum res C. ſi aliena res pign. & l. 1. in princ. ver. in ſpeciem ff. de pig. Alioquin actione pignoratitia cogitur, qui illam obligauit, ſubijcere rem aliam æque bonam pignori, aut hypothecæ, vt habetur l. ſi prædium. C. ſi aliena res pig. Habent autẽ hæc vniuerſim locum, quando res aliena, non conſentiente, neque ratum id habente domino, neq. creditore ſciente alienam eſſe, pignori, aut hypothecæ, ſubiecta eſt, vt diſp. 529. dictum eſt. Quando autem creditor ſciebat alienam eſſe ſolum eſt ei ſoluendum ſuum debitum, non tamen eſt illi ſubijcienda pignori, aut hypothecæ, ſimilis alia res, vt diſputatione citata dictum eſt.

In priori autẽ euentu in principio, §. præcedẽtis propoſito, nempe, qñ res ſubiecta fuit pignori, aut hypothecæ domino rei illius id ſciente, ac tacente tempore, quo pignori, aut hypothecæ, ſubijciebatur, ignoranteq; id creditore, manere tũc ſubiectam pignori, aut hypothecæ, perinde ac ſi conſenſiſſet propter idem, qua eſt vſus, aut cui conſenſit, habetur. l. 2. C. ſi aliena res pignori, & l. 8. titu. 13. par. 5. Conſentiunt. l. mulier. C. de diſtrac. pig. & l. ſi fine. C. ad Velle. Vbi de iure cõmuni, ſi maritus rem paraphernalẽ vxoris pignori ſubijciat, ſciente, & tacente vxore, quando ſubijcitur, ignoranteque creditore eſſe vxoris, manet pignori ſubiecta, neque vxor Velleiano ſubuenitur propter fraudem: cum tamen, ſi, ignorante id vxore, fuiſſet pignori ſubiecta, inualidum id eſſet. Porrò ad creditorem probare ſpectat, ſciente tunc domino pignoris, fuiſſe rem illius pignori ſubiectam, vt rectè ait gloſ. l. citata. Lex autem nona tit. 13. par. 5. quæ ait, ſi, domino rei præſente, & tacente, ab alio ſubijciatur alicui pignori, aut hypothecæ, cenſeri dominium conſentire vt ſubijciatur, manereque proinde pignori, aut hypotheca, ſubiectam, intelligenda eſt, in eo euentu duntaxat, de quo loquimur, eſtque diſpoſitio expreſſa iuris communis, vt explanatum eſt, quicquid Baldus, à Greg. Lopez ibi relatus, in contrarium dixerit.

3 Tutor, aut † curator, ſubijcere poſſunt pignori

ri res mobiles minoris ſua propria autoritate, modò illas ſubijciant agendo negotium minoris, & non ſuum proprium, vel alterius l. curator, & leg. ſi in rem. C. ſi aliena res pign. l. tutor, in prin. ff. de pignorat. act. & l. 8. tit. 13. part. 5. Id verò intelligendũ non eſt, de ijs mobilibus pretioſis, quę ſeruando ſeruari poſſunt: nam hæc ſinè iudicis decreto alienare non poteſt tutor, aut curator; ac proinde neque pignori, aut hypothecæ ſubijcere; eo quod id ſpecies ſit alienationis, vt diſput. 224. copioſe oſtendimus, & affirmat gloſ. l. curator, & gloſſ. leg. tutor citatis. Neque probo ſententiam Greg. Lopez. l. 8. citata aſſerentis, in Regno Caſtellę tutores, aut curatores, ſubijcere poſſe pignori, aut hypothecæ, etiam bona mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt: tametſi tandem id eo cogitandum relinquat: lex quippe illa eodem modo loquitur, quo iura alia communia citata, ac proinde eodem modo, quo illa, eſt exponenda. Immobilia ſinè iudicis decreto ſubijcere non poſſunt pignori, aut hypothecæ, tutor, aut curator, vt expreſſe habetur l. 8. citata, & l. curator, ac l. tutor, citatis, argumento à contrario ſenſu, & conſtat ex dictis diſp. 224. citata. Obſerua autem, aliud eſſe tutorem, aut curatorem, ſubijcere rem mobilem minoris pignoris, aut hypothecæ, agendo negotium minoris; aliud verò, id, ob quod in pignus ſubiecta ſunt, conuerſum eſſe in vtilitatem minoris. Hoc ſecundum ſolum eſt neceſſarium, quando id, pro quo res minoris ſubijcitur pignori, aut hypothecæ, eſt mutuum, niſi enim creditor probet poſtcà, id mutuum conuerſum fuiſſe in vtilitate minoris, vtique, ſicut minor non teneretur ſoluere tale mutuum vt diſp. 500. oſtenſum eſt, ita neque bona illius vllam pignoris, aut hypothecæ, contrahunt obligationem pro eo mutuo, neque de hac re eſt ſermo l. curator, & l. tutor, citatis, ſed ſolum in eis eſt ſermo de illo alio primo: ſtatuuntque, quando agendo negotium minoris, ſubiecta fuit res mobilis minoris pignori, aut hypothecæ, verè rem ita ſubiectam contrahere onus illud, eſto id poſteà non conuertatur, neque cedat in vtilitatem minoris: neque enim in alijs contractibus, præter mutuum, tenetur creditor probare, conuerſum id fuiſſe in vtilitatem minoris, vt diſput. 300. viſum eſt. Lege autem, ſi in rem, citata, habetur, quando tutor, aut curator, agendo negotium ſuum, & non minoris pignori ſubiecit rem minoris, eſſe id inualidum, niſi minor poſtea, quando fuerit maior viginti quinque annis conſentiat, ratumque, id habeat: nam tunc ex tali conſenſu, aut ratihabitione, oritur obligatio: quod intelligendum eſt, eſto, quod tutor, aut curator, obligauit, eſſet res immobilis talis minoris.

Quando autem tutor, aut curator, rem aliquam ſuam pignori, aut hypothecæ, ſubiecit in ſecuritatem contractus, quem in fauorem minoris celebrabat validum eſt pignus, aut hypotheca, idemque eſt, ſi quicunque alius rem ſuam pignor, aut hypothecæ, pro alio ſubijciat. l. & ſi is. §. vlt. C. de præd. min. & l. 8. tit. 13. part. 5.

Pignus, & hypotheca, in quibus obligationibus locum habeant, & quid ſi ſub conditione, aut in diem conſtituantur. Et num res vni obligata, poſſit alteri pignori, aut hypothecæ, ſubijci.

DISPVTATIO DXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Pignus, & hypotheca præſtari poteſt, & habet locum in omni contractu, & obligatione.*

Item pro toto debito, & parte, etiam pro naturali tantum obligatione; & etiam debito alieno.

2 *Pignus, & hypotheca ſuſpenſa intelligitur, donec fit impleta conditio.*

3 *Pignori res vni obligata, & quando poſſit alteri eadem ſubijci.*

4 *Creditor poſterior quando agere poſſit aduerſus debitorem, vt rem aliam idoneum hypothecæ ſibi, & pignori ſubijciat.*

Item quando agere poſſit de crimine Stellionatus.

5 *Stellionatus crimen quando committi cenſeatur.*

1 RES† pignori, aut hypothecæ, ſubijci poſſunt in quocũque contractu, & obligatione, ſiue ſit pura, ſiue in diẽ, ſiue ſub conditione, & ſiue cõtractus in pſenti fiat, ſiue ſit iam antea celebratus, quin & pro futura obligatione poſsũt ſubijci. Poſſunt item ſubijci pro toto debito ſeu obligatione, vel pro parte duntaxat illius, & non ſolum pro ciuili obligatione, ſed etiam pro ſola naturali; nec ſolum pro obligatione, & debito proprio, ſed etiã pro alieno. Qñ autem re pro conditionali obligatione pignori, aut hypothecæ, ſubijciũtur, quemadmodum conditio ſuſpendit obligationem, vt integrè nõ oriatur, niſi dependenter ab impletione conditionis, atque in tempus, quo cõditio fuerit impleta, vt diſp. 206. dictum eſt: ſic, quantumcũque res purè pro ea obligatione pignori, aut hypothecæ, fuerit ſubiecta, non manet pro illa obligata, niſi dependenter ex eo, quòd eadem cõditio exiſtat, ac proindè creditor agere non poterit hypothecaria, interim dum conditio non fuerit impleta. Hęc omnia habentur, l. res hypothecæ. ff. de pign. Atque hoc vltimum habetur etiam l. grege, §. ſi ſub conditione. ff. eod. tit. vbi definitur, quod ſi creditor in eo euentu hypothecaria agat ante conditionem impletam, ſuccumbet, & nihilominus, ſi poſtea conditio impleatur, agere poterit nihil impediente quod anteà ſuccubuerit.

Quando autem è contra debitum, ſeu obligatio, eſt pura, cæterum ſub conditione, aut à tali die futura aliquid pignori, aut hypothecæ, pro ea obligatione, aut debito, ſubiectum ſit, tunc
2 † ante impletam eam conditionem, aut diem agi non poteſt ad pignus, aut hypothecam: quoniam ante eum diem, aut cõditionem impletam, res non eſt obligata pro eo debito, aut pro implenda ea obligatione. Ita habetur l. grege, §. ſi ſub conditione, ff. de pigno. & l. 17. tit. 13. part. 5.

Si

Si tñ adſit iuſta aliqua cauſa, quæ ſcilicet(vt bene Greg. Lop. l. 17. citata cum Bart. ait) ſuperueniat poſt ita ſubiectam rem in diem, aut ſub conditione, pignori, aut hypothecæ, vel q̃ ignorauit antea creditor, ob quam opus ſit, vel tradi antea pignus aut hypothecam, vel cogere dñm pignoris tradere idoneam cautionem, vt quia ſuſpectus eſt de fuga cum pignore, aut hypotheca, vel alia ſimilis, tunc cogi debet, vel idoneam præſtare cautionē, vel tradere ante eum diem, vel conditionē impletam, pignus, aut hypothecam. Ita habetur. §. ſi ſub conditione citato, & l. quæſitum eſt. ff. de pig. l. in omnibus. ff. de iudicijs, & l. 17. citata.

Quod ad vltimum eorum, quę propoſita ſunt,
3 attinet, dicendum eſt. Quòd res † vni obligatæ ſint vniuerſali hypotheca, non impedire, quin alteri vniuerſali hypotheca obligentur, vel quędam earum particulari hypothecæ, aut pignori ſubijciantur. Ita cum Ang. l. 1. C. de crim. ſtellionatus. Gre. Lop. l. 10. tit. 13. par. 5. gl. 1. alioquin multū, ſine iuſta cauſa, impediretur negotiatio, & cōmercium. Quando autem res vni hypothecæ particulari, aut pignori, ſubiecta, obligatur alteri, diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi tanti ſit valoris, vt ſufficiat vtriq; debito ſoluendo, tunc impunè, ac licitè id fit, vt hr̃ l. ſi quis in pignore. §. vlt. ff. de pign. act. & l. 10. citata. Si verò non ſufficiat, & fiat cōſcio vtroque creditore, tunc, cum volenti, & conſentienti, nō fiat iniuria, impunè quoque id fit: & niſi prior creditor ita conſentiat, vt velit alterum ſibi præferri in eo pignore, aut hypotheca, vtique prior creditor præfertur poſteriori, ac proinde res illa non manebit obligata poſteriori creditori, niſi quo ad incrementum, ac ſimul integrè, cæterum poſtquam aliunde fuerit integrè ſatisfactum priori creditori, vt habetur l. & quæ nondū. §. vlt. ff. de pign. Idem dic, ſi obligetur inſcio priore creditore, & conſcio, aut admonito poſteriore, vt colligitur apertè ex l. tutor. §. 1. & l. ſi quis in pignore. §. vlt. ff. de pign. act. atque ex l. & quę nondum. §. vlt. ff. de pig. qm̃ in nullo præiudicatur priori, & poſteriori, nulla fit iniuria. Si autem obligetur conſcio priore creditore, & inſcio poſteriore, tūc, niſi prior reclamaret, ac admoneret poſteriorem creditorem, arbitror poſteriorem creditorem præferendum eſſe in eo pignore, argumento eorum, quæ præcedente diſputatione dicta ſunt, q̃n conſcio domino rei alicuius illa ſubijcitur pignori, aut hypothecæ, alteri ignoranti alienam eſſe: niſi enim dominus rei illius reclamet, atq; admoneat creditorem, manet ſubiecta illi pignori, aut hypothecæ, vt diſput. præcedente copioſè eſt oſtēſum: eademq; eſt ratio in re ꝓpoſita, vt integrè pignus illud, aut hypotheca, ſubiecta maneat poſteriori creditori, nihil impediente vinculo priori, cui prior cedere eſt cenſendus, ob fraudem, cui cōſenſit, ad effectum, vt res illa integrè deuincta poſteriori creditori maneat.

Quando autem, inſcio vtroque creditore (vt frequenter euenit) debitor rem, vni prius obligatam, alteri poſtea obligat, cum tamen res vtrique
4 debito non ſufficiat, tūc † in primis poſterior creditor agere poteſt aduerſus debitorem hypothecaria actione, vt rem aliam ſufficientiam debito ſoluendo, pignori, aut hypothecæ, ſibi ſubijciat. Ita habetur l. tutor. §. 1. & l. ſi quis in pignor. §. vltim. ff. de pign. act. ac l. 10. titu. 13. part. 5. Deinde agere poteſt de crimine ſtellionatus aduerſus illū, niſi debitor, antequam actio ſtellionatus aduerſus ipſum intentetur, offerat realiter ſolutionem debiti, vel vtrique creditori, vel alteri: nam eo ipſo, qđ alteri integrè ſoluerit, manet poſterior creditor ſine vllo damno, ex eo, quòd res, prius alteri obligata, ſibi ignoranti poſterius obligata ſit; crimen verò ſtellionatus hoc habet priuilegium, vt ſi, ante actionem intentatam, purgetur culpa prædicto modo, locum non habeat actio, & per conſequens
5 nec pœna pro eo crimine. Tunc † autem crimen ſtellionatus committi cenſetur, quando per calliditatem ac impoſturam aliquid fit, cui pœna ordinaria in iure non compeiatur impoſita, ſed iudicis arbitrio plectendum id crimen relinquatur, vt habetur l. 1. 2. & 3. ff. de crimine ſtellionatus. Sic autem dictum eſt hoc crimen, ab ſtellione animali (*tarantola* Hiſpanè dicitur) varij coloris, & quaſi ſtellis depicto. Fertur verò, quotānis pellem exuere, quæ comitiali morbo præſentiſſimū eſt remedium; attamen continuo, ac illam exuit, eam deuorare, vt homini præſentiſſimum præripiat remedium. Morſus illius, quamuis raro hominem interficiat, ſtuporem tamē efficit, ac variè afficit. Ob coloris itaque varietatem vafritiē, & morſus qualitatē, ei crimini ex hoc animali fuit nomen impoſitum. Inter ſpecies huius criminis l. 3. citata, & alijs iuribus mox citandis, computātur, ſi quis rem, vni obligatam, alteri id ignoranti obliget, vendat, aut alio titulo oneroſo alienet.

Item, ſi, cum rem vni primo obligauerit, fingat poſtea, alteri prius fuiſſe obligatam, vt illum alterum huic præponat l. vlt. C. de crim. ſtellion. Itē, ſi, ſciens, dicat, ſe tradere in pignus aurū, & tradat aurichalcum, aut alio ſimili modo decipiat creditorem l. 1. §. vlt. ff. de pign. act. Item ſi, poſtquam aliquid in pignus promiſit, aliud loco illius tradat, aut ſupponat: ſi enim, poſt pignus traditum, illud occultè accipiat, atque aliud ſupponat, cenſebitur committere furtum. Item ſi rem alienam, ſciens & prudens, alteri, id ignoranti, pignori, aut hypothecæ, ſubijciat: ſi enim, ignorans alienā eſſe, id efficeret, non incurreret crimen ſtellionatus, excuſante illum ignorantia, attamen hypothecaria actione nihilominus cogeretur, rem aliam pignori, aut hypothecæ, ſubijcere, perinde ac ſi, ſciens, eam ſecundo creditori obligaſſet. Vtrumque habetur l. tutor. §. 1. & l. ſi quis in pignore, §. vlt. ff. de pigno. act. & primum habetur etiam l. 3. ff. de crimine ſtellionatus, & l. 2. C. eod. tit. Quòd autem ſtellionatus actio creditori competat aduerſus eum, qui rem alteri prius obligatam, ſibi id ignoranti obligauit, habetur duobus iuribus proximè citatis, & l. quæ nondum. §. vlt. ff. de pignor. act. l. 1. & vltim. C. de crim. ſtell.

Quòd verò purgetur crimen, ſi, ante actionem ſtellionatus intentatam, debitor vtrique creditori, aut alteri, offerat integrè ſuum debitum, habetur l. 1. iuncta gl. ibi. C. de crim. ſtellio. Stelliona-

ſus pęna in plebeis hominibus excedere nõ debet pęna deputationis ad metala. In alijs autem, qui alterioris ſunt notæ, excedere non debet pęnam relegationis. Vtrumq; habetur, l. 3. ff. de crim. ſtell. & cum excedere non debeat eas pęnas, iudicis arbitrio relinquitur, quæ pęna pro eo crimine impo nenda ſit, vt ibidem habetur, & l. 10. tit. 13. par. 5.

Eũ, qui cẽſum in re aliqua vendit, teneri explicare emptori q̃ onera ea res habeat, & an hypothecæ ſubiecta ſit, & quæ pęnæ id nõ detegẽtibus in hoc Caſtella Regno ſtatutæ ſint, d. 394. dictũ eſt.

Si res pignori, aut hypothecæ ſubiecta, variationem aliquam, augmentumve, aut diminutionẽ ſuſcipiat, quouſq; cenſenda ſit perſeuerare pignori, aut hypothecæ ſubiecta.

DISPVTATIO DXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pignori domus ſubiecta ſi corruat, aut exuratur, fundus remanet obligatus.*

Idem in vinea, & olíueto dicendum. nu. 2.

Idẽ in fundo alluuione deſtructo, cuius aliqua pars remaneat. num. 3.

4 *Pignori, aut hypothecæ res ſubiecta ſi mutetur, remanet ſimiliter obligata.*

5 *Optio datur tertio poſſeßori, qui rem meliorauit, vel ſoluere valorem rei, qua valebat ante meliorationem; vel accipere melioramentorum valorẽ, & rem ipſam cedere.*

6 *Sylua ſubiecta pignori, etiam ligna eius inciſa ſubiecta ſunt: niſi ad opus aliquod ſint poſita.*

SI res pignori, aut hypothecæ, ſubiecta, ex parte deſtruatur, aliquidq; illius maneat, quod remanet pignori, aut hypothecæ, manet ſimiliter
1 ſubiectum. Vt, ſi domus, quæ † pignori, aut hypotheca, erat ſubiecta, corruat, aut exuratur, ſolum ipſum manet pignori, aut hypothecæ, ſimiliter ſubiectum l. domo ff. de pig. act. l. Paulus, §. domus & l. vlt. ff. de pign. act. l. 15. tit. 13. par. 5. Et idem
2 † eſt, ſi vinea, aut oliuetum, pignori, aut hypothecæ, ſubiecta, deſtruantur, ſolum enim manet ſimi
3 liter ſubiectum. Idem quoque eſt, ſi prædium pignori, aut hypothecæ, ſubiectum, alluuione deſtruatur: quod enim remanet, manet ſimiliter pi
4 gnori, aut hypothecæ, ſubiectum. Quod † ſi res, pignori, aut hypothecæ, ſubiecta, mutetur, vt ſolum in vineam, aut oliuetum, vel domus mutetur in hortum, vel aliquid accreſcat rei pignori, aut hypothecæ, ſubiectæ, vt prædio alluuione aliquid accreſcat, aut proprietati accreſcat vſuſfructus, vel in ſolo ædificetur domus, ea oĩa ſimiliter pignori, aut hypothecæ, ſubiecta ſunt l. ſi conuenerit, 2. §. 1. & l. domo. ff. de pign. act. l. ſi fundus. in prin. & §. ſi res. l. Paulus §. domus, & l. vlt. ff. de pig. act. l. 15. citata. Si tñ incrementũ aliquod, aut melioratio, facta ſint, non quidem induſtria, & expenſis debitoris, ſed induſtria, & expenſis tertij cuiuſdã poſſeſſoris, tunc, licèt res, cum eo incremẽto, ſubiecta ſit pignori, aut hypothecæ, tertius tamen poſſeſſor non tenetur illam tradere, vt inde ſatisfiat debitum, pro quo obligata erat, niſi prius ſibi ſoluatur, quod expendit, plusve ea res valet ratione ſuæ induſtriæ, ac expenſarum. Ita habetur l. cum poſtulaſſem. §. damni, ff. de dam. infect. (Neque arbitror, cum emptor ibi conſertum cum eo, qui doctum, ſibi ex damno infecto traditam, poſtea refecit, ſermonẽ eſſe de emptore, quo ad id, quod ſimiliter expenderet in reficienda, & melioranda domo empta, ſed de pretio, quod primo loco pro ea domo dedit) idẽ habetur l. Paulus. §. domus. ff. de pigno, act. & l. 15. citata. Quare, ſi quis domũ pignori, aut hypothecæ, ſubiectis, & poſt illam exuſtam, ac dirutam, alteri conceſſit ſuperficiem illam, vt domum in ea iterum ædificaret, iſque tertius domum ædificauit, ſane quamuis domus ab hoc tertio ædificata pignori ſimiliter, aut hypothecæ, ſubiecta ſit, non tamen tenetur illam tradere, vt inde ſatisfiat debitum; niſi prius ſibi ſoluatur, quod expendit in domo illo ædificanda, quatenus inde ſolum illud cum ea domo plus valet, quam valeret, ſi domus in eo non fuiſſet iterũ ædificata, vt hr̃ §. domus, & alijs iuribus citatis. Optimè tamen Greg. Lopez l. 10. citata, verb *en*
5 *buona fe*, cum Bar. & alijs aſſeuerat, q ñ † res a tertio poſſeſſore eſſet meliorata, optionem ei dari, vt vel ſoluat valorem rei illius ſpectatæ, quantum valet tunc ſine eis melioramentis (quoniam non plus ea res obnoxia eſt pro debito illo ſatisfaciendo) vel vt eam exhibeat, accipiendo prius, quod plus valet ratione melioramẽtorum, vt dictũ eſt. Neq; mihi probatur contraria Couar. opin. 1. var. reſ. c. 8. a nu. 1. aduerſus Bar. & communem, vt ipſe confitetur, nempe, quod non ſatisfaciat tertius poſſeſſor, qui rem meliorauit, ſi offerat creditori, quantum res illa tunc valet, ſine meliorationibus, ſed cogi poſſit illam tradere cũ meliorationibus, accipiendo pretium earum. Neque ſane ipſius opinionem probant iura, quibus nititur. Ratio autẽ, cur incrementa, quæ adueniunt dum res eſt debitoris, eſto ſumptibus, & induſtria ipſius adueniãt ſubiecta ſimiliter ſint pignori, aut hypothecæ, cũ re, cui adueniunt, eſt. Quoniam cedunt principali, vnumque cum illo efficiunt: & quoniam debitor non plus grauatur inde ſoluere, ſi aliunde non ſoluat, quam id, quod re vera debet, & in cuius debiti ſecuritatem rem illam pignori, aut hypothecæ, ſubiecit. Quando creditor rem pignori ſubiectam apud ſe habebat, in eaque melioramenta aliqua effecit, aut aliquid vtiliter expẽdit, tunc, hæc quidem pignori ſimiliter ſubiiciuntur: quãdo tamen ei ſoluitur debitum, & reddit pignus ſoluendum illi eſt, quod vtiliter expendit, alioquin retinere poteſt pignus pro expenſis; attamen reddere tenetur rem cum fructibus inde perceptis, & quos culpa ſua non percepit.

Qui fructus ex re hypothecæ ſubiecta, quando res a tertio aliquo poſſidetur, hypothecæ ſubiecti ſint, & qui non item, diſputatio. 529. explanatum eſt. Quando autem ſimiles aliqui fructus hypothecæ ſunt cenſendi ſubiecti, iuxta

ea quæ ibidem dicta ſunt, num id intelligendum ſit ſolum de fructibus rei illius in ſe, ſpectatæ præciſè à meliorамentis in ea factis à tertio poſſeſſore, an vero etiã de fructibus reſpõdentibus melioramentis Couar. vbi ſup. nu. 4. cũ alijs, id intelligit, etiã de fructibus reſpondentibus melioramentis. Nos verò cõtrarium oſtendimus diſp. 455. & diſp. 463. poſteaq; Coua. in editione Cæſaraugustana, reuocauit ſententiã, vt ibidem dictum eſt.

6 Illud demum eſt † obſeruando, qñ quis ſyluã, v. g. ſubiectam pignori, aut hypothecæ, habebat, ligna inde præciſa ſimiliter manere pignori, aut hypothecæ, ſubiecta, tanquã, partes, ac fructus pignoris. Si tñ inde nauis, domus aut, aliud artefactum fiat, deſinunt rationem pignoris, aut hypothecæ, habere, niſi id peculiariter fuiſſet cautum. Ratio autẽ eſt, quoniam ſunt materia commutata iam in rem aliam. Ita habetur l. ſi conuenerit. 2. §. ſi quis ff. de pign. act. & affirmat Greg. Lopez l. 15. citata, verb. *ſemeiante*, cum Bart. & alijs. Neguſ. de pignoribus par. 6. memb. 3. ait, ſi res pereat quo ad ſubſtantiam, & non quo ad qualitatem, extingui rationem pignoris, aut hypothecæ, quæ in ea eſſet, iuxta l. ſicut in prin. ff. quib. mod. pign. Vnde ſequitur, deſtructa naui hypothecata, ligna non manere ſubiecta hypothecæ, & pereunte animali, corium, & carnes, non ſubijci hypothecæ: quæ ſententia placet: quamuis dici ad eum text. poſſet, ibi ſolum eſſe ſermonem, quando res perit omnino ita, vt nihil illius maneat. Quòd ſi res pignori, aut hypothecæ, ſubiecta, culpa domini illius pereat, tunc hypothecaria actio competit aduerſus illum, vt tantundem pignori, aut hypothecæ, ſubijciat. Ita Neguſ. nu. citato.

Tradito, aut obligato pignori inſtrumento aliquo, res illo contenta pignori obligata cenſetur. Et quouſque vniuerſim hypothecaria intentari poſſint aduerſus debitorem aut poſſeſſorem rei hypothecatæ.

DISPVT. DXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pignori ſcripturam, vel inſtrumentum tradens, cenſetur id obligaſſe quod in eis continetur: non tamen res tradita cenſetur, & nu. 2.*

3 *Pignori rem tradens, manet in poſſeſſione ciuili eius rei, naturali apud creditorem manente.*

4 *Debitor quando ſit admonendus vt ſoluat, antequam contra eum agatur vel perſonali, vel hypothecaria actione.*

5 *Hypothecaria actio aduerſus tertium poſſeſſorem quando, & quo ordine intentanda.*

6 *Hypothecaria antequam intentetur aduerſus tertium poſſeſſorem, quid probari debeat.*

7 *Hypothecaria quibus euentibus intentari poteſt aduerſus tertium poſſeſſorem, ſiue excuſſione in bonis, ac fideiuſſorum facienda, & nu. 8.*

9 *Creditor quo caſu poteſt iurare in litem aduerſus debitorem, vel tertium poſſeſſorem, rem hypothecæ ſubiectam detinentem.*

10 *Hypothecæ ius eſt longè diuerſum à cenſu tam reali, quam perſonali.*

SI quis pignori obliget, aut tradat ſcripturam, ſeu inſtrumentum donationis, emptionis, aut alterius tituli quo res aliqua ad ſe pertinet, cenſe-
1 tur † pignori ſubijcere eam rem, quæ eo titulo ad ſe pertinet. Ita habetur l. 2. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. & l. 14. titu. 13. part. 5. obſeruat tamen ibi Greg. Lopez gloſſ. 1. cum Azone, conſentaneè ad gloſ. l. l. 2. citata, & multo conſonantius ad l.
2 14. citatam, ex ſola † traditione talis inſtrumenti in pignus cenſeri quidem rem, de qua eſt inſtrumentum, obligatam pignori, non tamen cenſeri traditam id pignus, niſi prius fiat traditio eiuſdẽ rei. Neque obſtat, inquit, quòd, vt diſpu. 13. in ſecundo modo, quo poſſeſſio cenſetur tradita actu ficto, dictum eſt, traditione inſtrumenti cenſeatur tradita poſſeſſio rei, quæ inſtrumento continetur: quoniam, inquit, illud eſt verum, quando præceſſit titulus, vt venditio, donatio, aut permutatio rei illius pro alia, & ſequitur traditio inſtrumenti eiuſdem rei: nam tunc ad nihil aliud videtur traditum, niſi vt per illud traditio fiat poſſeſſionis rei ipſo contentæ: ſecus autem res habet, quando ſolum inſtrumentum pignori traditur, aut obligatur, vt in re propoſita fit, ne, contra l. 1. C. de dotis promiſſ. duæ ſimul fictiones vnico actu fieri intelligantur, nempe obligationem rei pignori, traditione inſtrumenti illius in pignus & traditionem eiuſdem rei per eandem inſtrumẽti traditionem. Hinc ego dicerem, ſi antecederet contractus, quo res aliqua pignori ſubijceretur, & poſtea ſequeretur traditio inſtrumenti rei illius, tunc per inſtrumentum cenſeri traditam rem in pignus, quæ antea per contractum pignori, abſque traditione, fuerat ſubiecta. Idem dicerem, ſi ſimul res ipſa in ſe, & non inſtrumentum illius ſubijceretur pignori, & traderetur inſtrumẽtum: nam tunc traditio illa inſtrumenti, ad nihil aliud videtur inſeruire, quam ad tradendum rem in pignus, quæ ſimul in ſe ipſa expreſſe pignori ſubijcitur. Cæterum modo non ea de re agimus, ſed de traditione inſtrumentorum in pignus.

Illud, quod attinet ad ea quæ l. 14. citata ſubijciuntur, admonuerim. In ea lege, meo iudicio, vt ex tota illius ſerie conſtat, ſermonem non eſſe de pignore latè, vt hypothecam preſsè ſumpta comprehendit, ſed de pignore preſsè, vt ab hypotheca, ẽt particulari, diſtinguitur (quod neſcio an ſatis Greg. Lopez ea lege attenderit) ſermo itaque in ea lege eſt de eo, qui rem pignori obligauit, nec tñ adhuc rem, ita pignori obligatam, tradidit creditori. Vnde continuo in ea lege ſubiungitur creditorem cogere illum, aut hæredes illius poſſe, vt eam ſibi tradant. Quod ſanè locum non habet in hypotheca, ẽt particulari: neque enim debitor tenetur eam tradere creditori in ſecuritatem debiti: cum in eo hypotheca à pignore diſtinguatur, qđ pignus ſit tradendum in debiti ſecuritatem, antequam adueniat tempus ſatisfactioni præſtitutum

totum hypotheca verò non item. Subiungitur verò in eadem lege, quòd ſi is qui rem pignori obligatam tradere tenebatur, antequam eã tradat, atque in poſſeſſionem illius creditorem mittat (intellige, ad effectus, ad quos pignus conuentionale traditur, quo ad quos poſſidet illud creditor, etiã ciuiliter, vt habetur l. cum & fortis. §. vlt. ff. de pignor. act. l. ſi de eo. in princ. ff. de acquir. poſſ. & l. per ſeruum in princ. ff. de acquirendo rer. dom.
3 iuncta gloſ. ibi; nam † quo ad alia, is qui rem pignori tradit, manet in poſſeſſione ciuili eius rei, & poſſidet illam naturaliter per creditorem, qui illam retinet, vt vtrumque explicat gl. l. ſciẽdum. §. creditor ff. qui ſatiſd. cog.) illam vendat, permutet, aut alio modo alienet, vel pignori ſubijciat, & ſimul eam tradat ei, cui ita illã alienat, aut pignori poſterius ſubijcit, tunc creditorem, cui prius pignori fuerat ſubiecta, & non tradita, poſſe petere ſatisfactionem debiti, pro quo pignori fuerat obligata, à debitore, vt, ſi ſoluere voluerit, liberum relinquat eum, cui eſt tradita: ſi aũt non ſatisfaciat, tunc petere poſſe à poſſeſſore, aut tentore illius, vt eam ſibi tradat, tanquam prius ſibi onere reali obligatam, ac tradendam in ſui debiti ſecuritatem. Item additur, ſi, poſtquam creditor traditionem illius exegit, debitor illam alienauit, aut alteri pignori ſubiecit, ac tradidit, tunc integrum eſſe creditori, vel primo exigere à debitore ſolutionem debiti, vel immediate petere à poſſeſſore, aut tentore illius, vt eam ſibi tradat poſſidendam in ſui debiti ſecuritatem.

Quod verò ad hypothecam attinet, aduenientę tpe in quo ſolutio, aut ſatisfactio eius fieri debet, pro quo aliquid, aut aliqua, hypothecæ ſubiecta ſunt, tunc, vel dies fuit conſtitutus, in quo fieret ea ſolutio, aut ſatisfactio, vel non, ſed quaſi præcariũ fuit relictum, vt ſolueretur, qñ exigeretur, aut
4 alia rõne dies non fuit conſtitutus. In † priori euentu, quãdo ſcilicet dies ſolutionis fuit conſtitutus, ſolum ex ciuilitate, ac decentia quadam, eſt prius admonendus debitor, vt ſoluat, quàm aduerſus illum agatur, vel perſonali, vel hypothecaria actione, nõ verò ex neceſſitate, vt hr̃ l. debitores. C. de pig. qm̃ dies pro creditore interpellat. In poſteriori verò euentu, prius eſt admonendus, vt ſoluat, vt affirmant gl. 1. l. debitores, citata, & alij; alioquin debitor nondum cenſeretur eſſe in mora ſoluẽdi: interim verò, dum debitor non eſt in mora ſoluẽdi, agi non põt aduerſus ipſum perſonali, nec hypothecaria actione, & multo minus agi hypothecaria actione põt aduerſus tertium poſſeſſorẽ rerum, hypothecæ pro eo debito ſubiectarum, vt cũ Bar. & alijs notat Neguſ. de pig. par. 8. memb. 1. nu. 10. Qñ ergo debitor iam eſt in mora ſoluendi id, pro quo aliqd, aut aliqua, hypothecæ ſubiecta ſunt, diſtinguendũ eſt. Qm̃ vel intẽtari vult actio aduerſus ipſum debitorem, aut hæredes illius, aut contra hrẽditatẽ iacentẽ, qa videlicet nullus hæres adhuc illã adiuit, vel intentari vult hypothecaria actio cõtra tertiũ poſſeſſorẽ rei hypothecæ ſubiectæ pro debito illo, cui res illa alienata ſit. Dixi, cui res illa alienata ſit: quoniam, ſi ſolum illam teneat tanquam commodatarius, aut depoſitarius, pertinet tunc ad debitorem, vel ad hæredes, aut hęreditatem illius iacentem, neque hoc loco nobis eſt ſermo de huiuſmodi detentore, quaſi tertium poſſeſſorem eum appellemus. In priori ergo euentu, quando. ſ. actio intentari vult aduerſus debitorem, vel, hæredes illius, aut hæreditatem illius iacentem, in optione creditoris eſt, vel agere actione perſonali, vel hypothecaria, vel vtramq; ſimul intentare, petendo in libello, vt vel, debitũ ſoluat, vel vt ipſi tradantur res pro eo debito hypothecatæ, vt vendantur, & ex illarum pretio ſoluatur debitum; atque eo ipſo, quòd facta fuerit illarum traditio, aut occupatio, iudicis authoritate, vt vendantur, indeq; ſoluatur debitum, ſortiri incipiunt rationem pignoris iudicialis. Quòd autem poſſit aduerſus debitorem, vel hæredes illius, aut hæreditatem iacentem intentari vtraque actio, modo explicato, habetur expreſsè in authentico de fideiuſſoribus §. ſed neque, ver. contra principales, cuius hæc ſunt verba, *Contra principales tamen exiſtentes apud eos res, ſiue perſonalibus, ſiue hypothecarius, mox ſiue ambabus vti noluerint, omnẽ damus licentiam, quæ dudum à nobis data eſt.* l. videlicet vlt. C. de action. & oblig. & alijs iuribus.

In poſteriori tamen euentu, quando. ſ. actio intentari vult contra tertium poſſeſſorem rei, aut rerum, hypothecæ pro eo debito ſubiectarum, quã-
5 uis, † quondam, ſi hypotheca erat tacita, nefas ad eſſet niſi facta prius excuſſione in bonis debitoris & qñ inde non ſatisfieret debito, tunc fas eſſet agere hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem pro debiti complemento, vt habetur l. Moſchis, in prin. ff. de iure fiſci; ſi verò hypotheca erat expreſſa, fas eſſet agere ſtatim hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem, nulla facta excuſſione in bonis debitoris, vt hr̃ l. vlt. C. de act. & obl. l. diſtractis, & l. perſequutione. C. de pign. ac alijs iuribus; hodie tamen de iure authenticorum, ſiue hypotheca tacita ſit, ſiue expreſſa, nefas eſt agere aduerſus tertium poſſeſſorem, hypothecaria, niſi prius facta ſit excuſſio in bonis debitoris, & fideiuſſorum, ſi qui etiam pro eodem debito ſint adhibiti, intentata actione, tam perſonali, quàm reali (ſi fortè aliqua ſua bona pro eodem debito habeãt obligata) aduerſus debitorem, aut hæredes illius, hæreditatemque iacentem, itemque aduerſus fideiuſſores aut hæredes eorum, hæreditatemq; illorum iacentẽ, & occupatis bonis, quæ poſſident, ſiue illa obligauerint etiã pro eo debito, ſiue non: quando autẽ (lata prius ſententia iudicis, vt Bar. & alij, quos Neguſ. loco citato num. 10. & ſequentibus refert, ac ſequitur, affirmant) compertũ fuerit, non habere bona, vnde integrè debito ſatisfiat, tunc demum intentari poteſt hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem rei, aut rerum, pro eodem debito hypothecæ ſubiectarum, vt quòd defuerit, inde ſatisfiat. Ita habetur expreſsè in authentico de fideiuſſorib. §. ſed neque, citato, & in authentica, ſed hodie. C. de fideiuſſ. & in authentica, hoc ſi debitor. C. de pig. Quando ergo priuſquam eiuſmodi excuſſio in bonis debitoris, aut fideiuſſorum, fiat, intentatur hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem, tunc ex iuribus proximè

ximè citatis competit ei exceptio, quod prius fiat excuſſio in bonis debitoris, aut fideiuſſorum: quia tñ eiuſmodi exceptio ſolum eſt dilatoria, intentari debet à tertio poſſeſſore ante litem ab eo conteſtatã, dum pignoratitia actio aduerſus ipſum mouetur; alioquin poſtea locum non habet, etiã in ſecunda inſtantia, ſeu in gradu appellationis, vt cũ Bart. & alijs, obſeruat Neguſan. vbi ſupra nu. 36.

6 Qñ † ergo aduerſus tertium poſſeſſorem intẽtatur hypothecaria, hæc omnia à creditore probari debent, vt actio aduerſus tertium poſſeſſorem vim habeat. In primis, rem illam, aut illas, quas poſſidet, & circa quas hypothecaria intentatur, obligatas fuiſſe à debitore pro eo debito, fuiſſeq; debitores, qñ eas obligauit (aut deueniſſe poſtea in dñium illius, ſi hypotheca fuit vniuerſalis) aut conſentiẽte, ratum ve id poſtea habente, dño illarum, fuiſſe a debitore obligatas, vt diſp. 529. dictũ eſt. Deinde probare dẽt, debitorem fuiſſe in mora ſoluendi debitum, pro quo ſubiectæ fuere hypothecæ, vt ſupra dictum eſt. Item probare debet, factã eſſe excuſſionem in bonis debitoris, aut etiã fideiuſſorum, neque ex bonis illorũ poſſe ſatisfieri debito, vt proxime dictum eſt. Qñcunq; aũt tertius poſſeſſor, aduerſus quẽ hypothecaria intentatur, cum effectu offerret debitori, ꝙ ſibi debetur, ceſſaret hypothecaria; qm̃ perſoluto integrè debito, non eſt cur vlterius agat: neq; recuſare poteſt eam ſolutionem. Ita hr̃ l. ſi fundus. §. ſi in vendicatione. ff. de pig. l. mulier. ff. qui potior. in pig. l. Paulus §. vlt. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. & l. 18. titu. 13. part. 5. Atque tunc, ſi poſſeſſor, qui debitũ ſoluit, id exigat, tenetur creditor ei cedere ius, quod aduerſus debitorem, & hypothecam habebat. Ita habetur l. mulier. & l. 18. citatis.

In ſequentibus tamen euentibus agi põt hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem, non facta prius excuſſione in bonis debitoris, ac fideiuſſo-
7 rum. Primus, ſi † poſt intentatam litem aduerſus debitorem circa id debitum, debitor alienauit rẽ hypothecæ ſubiectam. Quamuis enim integrum debitori ſit, ẽt lite aduerſus ipſum intentata, alienare res hypothecæ ſubiectas pro eodem debito, quin & res pignori creditori datas, vt ex pretio ſoluat debitum, nec poſſit creditor id impedire, tametſi poſſit retinere apud ſe pignus, quouſq; ex pretio ſibi ſoluatur debitum; ſi tamen debitor eas alienet, nec ſoluat pretium, põt creditor agere immediatè hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem, vt ſibi tradantur, ac vendantur, vt ex pretio ſatisfiat debito: niſi ſit alius, qui habeat priorem, aut magis priuilegiatam hypothecam in eaſdem res, qui contendat prius ſibi eſſe ſoluendum: nam tunc is præferetur in ſolutione ſui debiti de pretio earum rerum. Ita habetur in authentico de litigioſis. §. ad hoc autem, & in authentica hoc ita. C. de pign. Eo enim ipſo, quod lis, ſeu exequutio pro debito, intentatur aduerſus debitorem, res apud eum exiſtentes, atque pro eo debito hypothecatæ, cenſentur quaſi litigioſæ, ac proinde prohibitæ alienari, niſi ꝑciſè, vt ex pretio cum effectu ſoluatur debitum; eaque de cauſa, ſi cum effectu debitum non fuerit ſolutum ex pretio, cõceditur hypothecaria actio aduerſus poſſeſſorem, eſto nulla facta fuerit excuſſio in bonis debitorũ, ac fideiuſſorum. Atque hoc eſt, quod intenditur in authentico de litigioſis citato, & in authentica, hoc ita, de pig. quæ ex illo, in quo res plenius definitur, deſumpta eſt, idque affirmant Barto. & alij, quos Neguſ. vbi ſupra nu. 10. & 17. refert, ac ſequitur.

8 Secundus † euentus eſt, qñ debitor notoriè nõ eſt ſoluendo, neque hẽt fideiuſſores, qui ſoluendo ſint: tunc enim hypothecaria conceditur aduerſus tertium poſſeſſorem, nõ facta prius excuſſione in debitore principali: eo quod fieri tunc in eo nequeat. Ita cum Bar. & alijs Neguſ. vbi ſupra nu. 14. Hac eadem ratione, quando res debitoris eſſent in alio territorio, neque facilis circa illas eſſet excuſſio, aut eſſent in loco munito, ne obtineri poſſent, agi continuo poſſet aduerſus tertium poſſeſſorem, vt cum pleriſq; alijs aſſerit idem in Neguſ. ibidem nu. 42. Quoſdam alius euentus diſcutiunt idem autor ibidem a num. 16. & Greg. Lopez. l. 14. titu. 13. part. 5. verb. *primieramente.*

Si, intẽtata hypothecaria, ſiue aduerſus debitorem, rẽ ipſam hypothecæ ſubiectã adhuc poſſidẽtem, ſiue aduerſus tertium eiuſdem rei poſſeſſorem, dolo poſſeſſor illam in alium locum tráſmittat, aut ita de illa diſponat, vt dicat, ſe non poſſe
9 iam illam obtinere, tũc creditori † cõceditur iurare in litem aduerſus illũ poſſeſſorem facta prius æſtimatione damni per iudicem, vt creditori, vltra debitum, ſoluatur damnum, quod inde iurauerit ipſi ſubſequutum. Si verò, non dolo, ſed culpa talis poſſeſſoris, res illa poſt eam litem motam periret, tunc ſolum cogitur ſoluere, vel debitum, ſi plus, aut tm̃, res illa valebat, quantum erat debitum, vel æſtimationem rei illius. Quòd ſi caſu, qñ lis eſt intentata, res erat abſens ita vt tradi ſtatim nõ poſſet, tunc cogitur præſtare cautionẽ, qd intra tantũ tẽpus, iudicis arbitrio, ſpectatis circũſtantijs concurrentibus, præſcribẽdum, rem afferret, ac tradet, vel ſoluet debitum, præſtitaque ea cautione, interim a iudicio abſoluitur. Hæc habetur l. ſi fundus. §. in vendicatione, & §. ſi pluris, ac l. ſi inter. §. vlt. ff. de pign. & dilucidius l. 19. ti. 13. p. 5. Tametſi, quod dictum eſt, de iuramento in litem ad ſoluendum damnum. §. ſi pluris citato, dicatur intelligendum eſſe, de iuris rigore, ſecus de æquitate, quod ad debitorẽ ipſum attinet, & conſentire videtur l. ſi inter. §. vlt. citato. Lex tamem Caſtellæ nu. 19. citata, iuris rigorem ſequendum eſſe ſtatuit.

Obſerua, vt diſpu. 382. copioſius dictum eſt.
10 Longè diuerſum † eſse, cenſum aliquem realem collocatum eſse in aliquo prædio, ita quod prædium ipſum debeat annuam penſionem, aut ex illo ita debeatur, quod, ſi prædium pereat, ius leuandi inde eam penſionem, cenſuſve ipſe realis pereat: & aliud longè diuerſum eſse, prædium illud ſubiectum eſse hypothecæ. Quando enim res ſolum eſt ſubiecta hypothecæ, ſiue pro ſecuritate, & ſolutione cenſus perſonalis, ſiue pro ſecuritate, & ſolutione cenſus realis, collocati tamen in alia re, ſiue pro ſecuritate ſolutionis cuiuſque alterius debiti, atque res, ita hy-

pothecæ ſubiecta, tranſit in tertium poſſeſſorem, vtique antequam in ea fiat exequutio pro eo cenſu, aut debita, fieri debet excuſſio in bonis primi debitoris, ac fideiuſſorum illius. Quando verò res in qua cenſus realis eſt collocatus, tranſit in tertium poſſeſſorem, cum id onus, ſeu debitum, ex ipſa re, ſeu ratione ipſius rei, debeatur, vtiq; vnà cũ ipſa re tranſit in nouum poſſeſſorem, ipſeque eſt, qui ratione ipſius rei, effectæ iam ſuę, id onus debet, & non primus debitor cenſus, ſtatimq; cogi poteſt, ac debet, vt ſe recognoſcat debitorem eius cenſus, ratione rei illius, vt diſputatione citata dictum eſt, Quare, vt ab eo cenſus petatur, exequutiove eius debiti aduerſus eum fiat, non eſt opus fieri prius excuſſionem aduerſus primum eius cẽſus debitorem, fideiuſſoresq; illius, immò neque ſequentes penſiones eius cenſus exigi deinceps poſſunt à primo debitore, qui, cum dominiũ rei, in qua cenſus fuit collocatus, & ratione cuius penſiones debentur, ad ipſum non ſpectet, eas iam nõ debet; ſed exigendæ ſunt à nouo poſſeſſore, ac domino rei illius. Quo fit, vt rem ita cenſui eſſe ſubiectam, vt in illa ſit collocatus, non ſit ſubire rationem hypothecæ comparatione talis cenſus, ſed ſit longè arctius vinculum, ac onus reale: ac proinde fit, vt in ea locum non habeãt, quæ de excuſſione prius facienda aduerſus primum debitorem, fideiuſſoresq; illius, circa hypothecas traduntur: quod Gama deciſio. 315. non ſatis attendit. Idem prorſus dicendum eſt de quacunque alia re, in qua onus reale ſit collocatum ex ipſa, aut ratione ipſius, ſoluendum, vt de beneficio Eccleſiaſtico, in quo penſio annua alicui ſoluẽda ſit conſtituta, & de prædio ſubiecto tributo, inde annuatim, aut alijs pręfixis temporibus, ſoluendo, quin & de prædijs, vnde decimæ Eccleſiæ ſoluuntur, ex hypotheſi ſeu ſub conditione, ſi fructus ferant; id enim onus eſt reale eiuſmodi prædiorum, & ad quemcũque tranſeant, tranſeunt cum eo onere: atq; idem dicendum eſt de ſimilibus alijs rebus habentibus onus reale ex ipſis, aut ipſarum ratione, ſoluendũ. Immò vero penſiones, nondum ſolutæ a primo poſſeſſore ex eiuſmodi rebus, cum res, quæ illas debet, aut ex qua debentur, tranſierit ad nouum poſſeſſorem, exigi indifferenter poſſunt, vel a poſteriori poſſeſſore, qui illas debet ratione rei poſſeſſæ, cuius eſt effectus dominus, vel a priori, qui eaſdem adhuc debet, ratione tẽporis elapſi, in quo eas ſoluere tenebatur: ſi tamen poſterior poſſeſſor eas ſoluat, datur ei recurſus ad eas exigẽdas a priori poſſeſſore, qui vere illas debebat: vt hęc omnia, cum multis alijs, quos citat, rectè docet Alu. Vala, de iure emph. q. 4 num. 6. & 7. q. 17. a num. 17. & q. 32. a num 13. Quamuis ergo eiuſmodi res, ex quibus reale onus debetur, ſæpe hypothecæ a multis doctoribus appellentur, ſanè hypothecę, & pignora non ſunt, de quibus in iure, atque in hoc tractatu de pignoribus, & hypothecis, eſt ſermo: ſed longè arctius vinculum habent. Hac de cauſa diſp. 536. inter hypothecas eas non connumeramus, tametſi Neguſanius de pignoribus part. 2. memb. 6. eas annumeret,

Vti re pignori tradita, an liceat creditori. Fructus eiuſdem rei ad quem ſpectent. Quando ea res ſit reſtituẽda debitori. Et an retineri poſſit pro expenſis circa eam factis. Atque ex quanta culpa teneatur creditor, ſi ea res pereat.

DISPVTATIO DXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi inſcio domino pignore vtatur ad ſuum commodum, furtum committit quo ad illius vſũ non tamen quoad rem ipſam.*

Quid autem ſi domino conſentiente, dic, vt nu. 2.

3 *Pignoris fructus percepti per creditorẽ, cõputãtur in debitum, & neceſſarias, aut vtiles expenſas.*

Et quid de fructibus, quos percipere potuit, & non percepit nu. 7.

4 *Creditor ſi ex fructibus pignoris debitum eſt conſequutus, ſtatim pignus efficitur liberum, etiam ſi ad aliorum manus deuenerit.*

5 *Creditor non computans fructus pignoris in debitum, vſuram committit.*

Quod ampliatur etiam in pignore pretorio, & iudiciale num. 6

7 *Creditor an teneatur in debitũ computare fructus, quos ex pignore percipere potuit, & nõ percepit.*

8 *Creditor quando nõ teneatur ad penſionem domus in pignus ſibi traditæ.*

9 *Debitori quando reddenda ſit res à creditore in pignus ſibi data.*

Itẽ qñ ei concedatur iurare in litem aduerſus creditorem, vt ei ſoluat damna rei pignoratæ. nu. 10.

11 *Debitor quas expenſas ſoluere teneatur creditori, factas in re ſibi pignorata.*

12 *Creditor poteſt ſibi retinere pignus pro alio debito eiuſdẽ debitoris, licèt primo ſoluto, pro quo erat pignus traditum. Quod idem eſt etiam in pignore prætorio, & iudiciali nu. 13.*

14 *Pignus ſi pereat, vel deterius ſit redditum, de quo creditor teneatur, & ſub num. ſeq.*

Et quid de pignore prætorio, & indiciale. nu. 15.

IN hac diſp. ſermo eſt de pignore preſsè sũpto, vt ab hypotheca diſtinguitũ, atq; qñ traditũ eſt iã creditori in debiti ſecuritatẽ. Qđ ad primum, & ſm eorũ, q̃ propoſita ſunt, attinet. Cũ pignus ſolũ in debiti ſecuritatẽ tradatur, dñiumq; illius ad debitorẽ ſpectet, ſanè tã vſus, q̃ fructus illius, eorũve æſtimatio, ac pretiũ, ad debitorẽ, & non ad creditorẽ ſpectant. Quare, ſi † creditor pignore in ſuũ

1 propriũ cõmodũ vtatur, inſcio, atq; inuito dño, furtũ cõmittit, non quantũ ęſtimabit̃ res pignore accepta, ſed quantũ æſtimabit̃ is vſus illius, vt cũ gl. l. q iumẽta. ff. de fur. & Bar. affirmat Gre. Lop. l. 3. ſtatim citãda gl. vlt. Ita hr̃ §. furtũ aũt. Inſti. de oblig. q̃ ex delicto l. ſi pig. in prin. & §. ſi. ff. de fur. & leg. 3. titu. 14. par. 7. & conſentit, l. 20. titu. 13,

2 parte quinta. Si † autem creditor pignore ſimiliter in ſuũ commodum vtatur, ſed conſentiẽte do-

mino

mino, diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi cõſentiat inuoluntarie mixtè, eo modo quo inuoluntariè mixtè cõſentit, qui vſuras ſoluit, tum vſuram cõmittit is creditor, apertam quidem, ſi pignus ſit ob mutuum, & palliatam, ſi ſit ob expectationem ſolutionis pretij, aut impletionis alterius contractus, tenetur q; reſtituere debitori valorem eius vſus. Ita Nau. in Man. c. 17. nu 203. & Sylu. ver. pignus, nu. 7. Si autem dominus mere liberaliter, præſumptè ſaltem, conſentiat, tunc licite, & abſq; vllo crimine, id fit. Atque in hoc euentu intelligenda eſt l. 20. citata, quæ id affirmat.

3 Quod † ad fructus pignoris attinet, licet illos pcipere poſſit creditor, eo quod pignori cedant, vt ex dictis diſp. 529. facile liquet, eaque ratione poſſit illos vendere, vt Pan. c. cum contra, de pig. nu. 5. iuxta textum ibi, affirmat, & cum eo Greg. Lope. l. 3. tit. 14. par 7. gloſſ. vlt. dummodo ſeruando ſeruari non poſſint in tempus ſolutionis debiti, ac reſtitutionis pignoris: nam tunc vendere illos nõ poſſet, vt cum alijs, quos citat, affirmat idem Gregor. Lop. l. 2. tit. 13. par. 5. glo. penul. Licet, inquã, illos percipere, ac vendere poſſit, tenetur tamẽ eos pretiumve illorum, computare in debitum, aut in expenſas neceſſarias, aut vtiles, factas cum pignore, atque adeo ad dominum pignoris ſpectãt. Nomine autem fructuum intelligitur id quod remanet, deductis expẽſis. Quod autem licet creditor, ob rationem dictam, percipere fructus poſſit: teneatur tamen illos computare in debitum, habetur expreſſe l. qui domum. C. de pignora. l. 1. 2. & vlt. C. de pignor. act. l. 1. C. de diſt. pignorum, l. 1. C. de par. pign. l. 2. & 21. tit. 13. par. 5. & cap. cum contra. de pignor.

4 Quare, ſi ex † fructibus perceptis, vel a primo creditore, & hæredibus illius, vel ab alio, aut alijs, quibus in pignus illud idem ab his datum ſit, exhauriatur totum debitum primum, continuo debitor, aut hæredes illius, mittẽdi ſunt in poſſeſſionem rei illius; quoniam, reſoluto iure primi creditoris, perſolutoq; integre ex fructibus eo debito, reſoluitur ius poſteriorum creditorum, q̃ in idem pignus habebant. Atque hoc eſt, quod habetur c. cum contra citato, & l. 1. C. de diſtract. pignorũ, vbi dicitur, ipſo iure, quod ex fructibus creditor debitum ſuum eſt conſequutus, rem pignori datã liberatam ab eo onere eſſe.

5 Quod † autem vſura ſit, creditorem non computare fructus pignoris in debitum, aut non reddere illos debitori, ſed creditorem præcipuos illos habere, definitur, c. 1. & 2. de vſuris, & ca. ſignificante. de pignor. dictumq; eſt diſp. 320.

6 Sunt † verò hæc, quæ de fructibus pignoris dicta ſunt, ſimiliter intelligenda in pignore prætorio, aut iudiciali interim dum rationem pignoris retinet, nec publica, autoritate eſt diſtractum, & alienatum, vt habetur l. is cui, §. ſed quæri poteſt, ff. vt in poſſ. legat. l. Titia, ff. de ſolut. & cum Bart. & alijs, affirmat Neguſ. de pign. par. 5. membr. 2. num. 4.

7 Vtrum † autem creditor computare etiam debeat in debitum, aut reddere debitori, fructus, quos ex pignore percipere potuit, & non percepit.

Pars affirmans videtur haberi expreſſe, l. 2. C. de pign. act. cuius hæc ſunt verba. *Creditor, qui prædium pignori annexum detinuit, fructus, quos percepit, vel percipere debuit in rationem exonerandi debiti computare neceſſe habet.* Item habetur l. 2. C. de partu pig. ibi. *Horum mancipiorum operis, quas creditor percepit, vel percipere potuit, in vſuras computatis, & poſt in ſortem.* Idem affirmat glo. c. cum contra. de pignorib. & cum ea Panor. ibi nume. 9. Neguſantius memb. 5. citato, numero 3. & communis doctorum ſententia aduerſus Hoſtienſem, qui ductus eo argumento, quod poſſeſſor bonæ fidei non teneatur ad fructus, quos percipere potuit, aſſeuerat, eiuſmodi creditorem non teneri ad fructus, quos percipere potuit, adhibitis quibuſdam exceptionibus, eademque ſententia placeat Gregor. Lopez lege ſecunda, titulo 13. parte quinta, verb. *eſquilmo* tametſi non ſit admodum firmus, remittatque rem cogitandam.

Amplectenda vero eſt communis ſententia, ita vt ſi dolo, lata culpa, aut leui, fructus aliquos ex pignore non percepit, quos percipere potuit, illos computare debeat in debitum, aut tradere debitori.

Cum enim fructus in pignus creditori cedãt, contractuſque pignoris in bonum, tam creditoris, quam debitoris, celebratus ſit, merito ſancitum eſt, vt creditor computare teneatur in debitum, aut tradere creditori, etiam fructus, quos percipere potuit, &, ſaltem ſua leui culpa, nõ percepit.

Cum autem creditor miſſus in poſſeſſionem pignoris prætorij, ſolum teneatur de dolo, aut lata culpa, ſi tale pignus deterius ſit redditum, non vero de leui, in quo pignus prætorium a conuentionali differt, vt vtrumque habetur l. prætor, §. eſt prætereà, uncta gloſſa ibi, ff. de bon. auto. iud. poſſ. rectè Neguſ. vbi ſup. nu. 5. ait, teneri de fructibus, quos percipere potuit, & dolo, aut lata culpa, non percepit; non verò de eis, quos leui culpa non percepit.

Quando creditor inuenire potuit, qui conduceret domũ ſibi in pignus traditam, neque eam illi locauit, tunc, ſiue ipſe habitauerit eam domum, ſiue non tenetur debitori ad integram pẽſionem: quoniam, ſi habitauit eam domum, debet penſionem illã in pretium ſuæ habitationis: ſi verò eam non habitauit, ſed vacuam habitatore reliquit, tenetur ſoluere eandem penſionem, tamq̃ fructum, quem ex ea domo potuit percipere, & ſua culpa non percepit.
8 Quod ſi † conductorem non potuit inuenire, & ipſe domũ habitauit, tunc diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi ipſe cõducturus erat aliam domum, tunc debitor eſt penſionis tantæ quãtam ipſe ſoluturus erat pro alia domo, non verò tantæ, quantam valet habitatio domus pignori traditæ, ſi plus ea habitatio valeat; niſi fortè maius commodum ipſe ex ea habitatione reportet, libenterque aliquid plus pro ea habitatione dediſſet, quàm pro habitatione domus alicuius inferioris, quam fuiſſet conducturus: tunc enim id duntaxat incrementum ſoluet. Quòd ſi nullam aliam domum fuiſſet conducturus, tunc nihil

pro habitatione debet: qm̄ beneficium præſtat domino domus, illam habitando, neque ipſe inde fit locupletior. Si tñ libenter ipſe aliquid dediſſet ꝓ habitatione eius domus ſplendidæ, tum id duntaxat tenebitur reddere debitori, aut minuere de debito. Atque iuxta hæc accipienda ſunt, quæ cum Paulo Caſtrenſi tradit Greg. Lop. l. 21. tit. 13. par. 5. verb. *ſi morare en ella*. Hæc de primo & ſecundo eorum, quæ propoſita ſunt.

9 Quod ad tertium † attinet, ſi id in cuius ſecuritatem pignus datum fuit impletum non fuit, vt ſi pecunia mutuo data non fuit, in cuius debiti ſecuritatem traditum fuerat pignus, tunc deſinit ea res rationem pignoris habere, ac proinde cõtinuo eſt reddenda, competitque ei, qui eam tradidit, directa pignoratitia actio aduerſus creditorem, vt ſibi tradatur. Idem eſt, ſi ſub conditione aliquid datũ eſt in pignus, nec fuit impleta conditio, continuo.n. deſinit habere rationem pignoris, eſtque proinde ſimiliter reddendum l. ſolutũ. §. ſi quaſi, ff. de pig. act. Si ancillæ in pignus datæ ſint, & creditor illas proſtituerit, aut impium aliquid eas facere coegerit, deſinunt habere rõnẽ pignoris, cõpetitq; proinde actio aduerſus creditorem, vt reddatur l. eleganter, §. vlt. ff. eod. tit. l. 36. titu. 13. par. 5. Item, ſi debitum integrè ſit ſolutum, aut quacunque ratione integrè ſit ſatisfactum, vel creditor pro ſoluto illud habeat, tunc, quod pro eo debito traditum erat in pignus, deſinit habere rationem pignoris, eſtq; proinde ſtatim reddẽdum l. ſi rem alienam. 1. § omnis. ff. de pignorat. actio. l. ſi quis nec. §. res. ff. ſi cert. petar. & l. 21. titul. 13. part. 5. Quòd ſi creditor illam interim emerat, retinere eam poterit l. aliena res. §. vlt. ff. de pign. act.

10 Quñ † res, pignori data, rationẽ pignoris habere deſinit, & exigitur, ſi creditor illam nõ reddat, neque habeat iuſtam cauſam illam retinendi, vel illam quam memorauimus, vel aliam ex his, quas ſubijciemus, aut aliquam aliam, conceditur debitori iurare aduerſus creditorem in litem, vt ſoluat debitori damna, quæ ex ea retentione ei obuenire, facta prius æſtimationem eorum damnorum per iudicem argumento l. in actionibus. ff. de iuram. in litem, iuncto §. actionum, Inſti. de actio. & habetur l. 21. tit. 13. par. 5.

11 Si creditor † expenſas aliquas etiam quotidianas, vt in iumento pignori dato alendo, fecit, ſiue illæ neceſſariæ ſint, ſiue vtiles, tenetur debitor illas ſoluere, poteſtq; creditor pignus retinere, donec illę exoluantur: modo expenſæ vtiles non ſint exceſſiuæ, & quas debitor, ob ſuam inopiam, aut ob aliam iuſtam cauſam, nollet fieri: nam tunc ob illas, retineri non poſſet pignus: tametſi progreſſu temporis teneretur debitor ex fructibus pignoris eas ſoluere. l. ſi ſeruos, iuncta glo. ibi, & l. ſi neceſſarias in princ. ff. de pign. act. l. creditor. 2. iuncta glo. vlt. ibi. C. eodem tit. l. in ſumma. C. de pig. & l. 21. tit. 13. par. 5. Lege, quæ dicta ſunt in calce diſput. 297. & diſp. 463. & 496.

12 Quando † pignus aliquod à debitore obligatũ erat alicui creditori pro aliquo debito, ſi poſtea idẽ debitor aliquid aliud debeat eidem creditori, neque illi idem pignus obligauit pro eo debito, ſed ſolum creditor actionem perſonalem habebat pro eo debito, tunc, ſoluto à debitore debito primo, aut aliter eo debito abolito, retinere nihilominus poteſt creditor idem pignus, donec ſibi ſoluatur ſecundum debitum. Ita habetur leg. vni. §. vlt. iuncta gl. ibi. C. etiam ob chirog. pec. pig. ret. poſſe, & l. 22. tit. 13. part. 5. Non tamen poteſt vendere pignus pro ſecundo debito; ſicut poſſet pro primo; qm̄ pro ſecundo debito, ſolum conceditur illi retentio pignoris. Ita gl. vlt. l. vnica citata, & cum ea Greg. Lop. l. 22. citata glo. pen. Si tamen venderet pignus pro primo debito, & aliquid de pretio ſupereſſet, poſſet in eo incremento compenſatione facere ſecundi debiti, vt cum Cyno ibidem, Gregor. Lopez affirmat. Si pro ſecundo debito creditor pignus accepiſſet, ſed minus idoneum, tunc, ſoluto primo debito, poſſet etiam retinere primũ pignus, quouſque ſolueretur ſecundum. Ita cum Salyceto, Alber. & alijs Grego. Lope. ibidem. Sicut autem pignus retineri poteſt pro debito poſterius contracto, ita & pro debito contracto ante idem pignus ſuſceptum, vt cum Alber. Greg. Lopez ibidem affirmat. Item pignus à debitore traditum retineri, poteſt pro alio debito hæredis talis debitoris, vt hr̄ l. 22. citata, & cum alijs ibidem Greg. Lope. affirmat. Lege alia, quæ ibidem Gregor. Lope. diſputat. Si tamen debitor vendidiſſet pignus illud, vel obligaſſet illud cuidam tertio; & tertius ille offerret debitum creditori, pro quo obligatum erat id pignus, peteretque ſibi reſtitui, non poſſet tunc creditor excipere, ſe velle illud retinere, quouſque ſibi ſolueretur aliud debitum eiuſdem debitoris; quoniam retentio illa pignoris ſolum conceditur creditori comparatione debitoris, non verò comparatione ſecundi creditoris eiuſdem debitoris. Ita habetur l. 22. citata, & aſſeruerunt gl. l. vnica citata, & alij, quos Grego.
13 Lop. l. 22. citata gl. vlt. refert. Habent † verò hæc omnia, quòd ſcilicet pignus, pro vno debito, retineri poſſit pro alio eiuſdem debitoris, ſimiliter locum in pignore prætorio, ac iudiciali, vt cum glo. l. vnica citata affirmat Gregor. Lope. l. 22. citata glo. 1.

14 Quod ad vltimũ † eorum, quę propoſita ſunt, attinet, ſi pignus pereat, deteriusve ſit redditum, creditor ſolum tenetur de dolo, lata culpa, ac leui; nõ verò de leuiſſima, & multo minus de caſu fortuito, eo ꝙ contractus in commodum tam debitoris, quàm creditoris, celebratus ſit. §. vl. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l. ſi cum venderet §. venit, iuncta gl. ibi, & l. ſequenti. ff. de pigno act. l. prętor. §. eſt præterea. ff. de bon. autor. iud. poſ. l. ſi creditor, & l. ſi fortuitis, iũcta gl. ibi, & l. pignus. C. de pig. act. & l. 20. titu. 13. par. 5. Atque in hoc differt pi-
15 gnus conuentionale † à prætorio; nam, qui pignus prætorium habet, ſolum tenetur de dolo, & lata culpa, nõ verò de leui, vt ſupra dictum eſt, & habetur l. prætor. §. eſt præterea, citato. Si autem conueniret, quòd, ſi res periret culpa leuiſſima, aut caſu fortuito, periret creditori, aut quòd, eſto res periret culpa leui, aut lata, periret debitori, validus eſſet contractus l. quæ fortuitis citata. Non tamen valeret contractus, quod, ſi res dolo credi-

toris

toris pariter, non teneretur eam ſoluere: eo quod tale pactum eſſet contra bonos mores, vt hæc omnia diſp. 295. fusè comprobata ſunt.

Quando quis vteretur pignore contra dñi voluntatẽ, ſaltem præſumptam, aut quæ nõ ita eſſet re vera eſto creditor arbitraretur, debitorẽ id ratũ habiturum, idq; occaſio eſſet, vt pignus caſu fortuito periret, tũc creditori periret, & nõ debitori: ſecus autem, qñ is vſus non eſſet occaſio, ꝙ pignus periret, quia ſimili modo eſſet periturũ, eſto creditor non vſus fuiſſet illo modo eo pignore. Idem dic, qñ creditor fuit in mora reſtituendi pignus, idq; occaſio fuit, ꝙ pignus periret, quia, ſi tempore debito fuiſſet reſtitutum, non ſimiliter periret, vt vtrumq; diſp. 295. citata oſtenſum eſt. Ibidem, & duabus diſputationibus ſequẽtibus, lege alia, quæ hoc loco circa pignus dici poterãt, cõmuniaque ſunt rei commodatæ, conductæ, & pignori.

Quando pignus deterius eſt redditũ culpa creditoris modis omnibus hactenus explicatis, ita ꝙ creditor de eo damno teneatur, ſi dãni æſtimatio eſt tãta, quantũ erat debitũ, tunc cõpenſatur cum toto debito, deſinitq; proinde res habere rationẽ pignoris. Idẽ dicendum eſt, ſi æſtimatio dãni ſit maior, & tũc creditor inſuper ſoluit incrementũ. Qñ verò damni æſtimatio eſt minor, q̃ debitum, tunc id cõpenſantur in partem æqualẽ debiti, l. ſi creditor 1. & 2. C. de pig. act. & l. 36. tit. 13. par. 5.

Quibus hypotheca tacita competat in bonis aliorum. Et qui in hypotheca præferantur alijs. Et de priuilegio creditorum perſonalium. Atque quo ordine ſatisfaciendum ſit creditoribus.

DISPVT. DXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Maritus pro dote ſibi promiſſa ſoluenda, tacitam habet hypothecam in bonis eius, qui promiſit: ſed non præfertur alijs creditoribus anterioribus.*

2 *Vxor tacitam habet hypothecã in bonis mariti pro dote recuperãda, & eius hæredes etiã extraneis.*

3 *Priuilegium prælationis quibus competat poſt vxorem, in bonis mariti.*

4 *Vxori hypotheca, pro bonis paraphernalibus, quo iure competat in bonis mariti.*

5 *Fiſcus in bonis debitoris tacitam habet hypothecã.*

6 *Minoris tacita hypotheca in bonis tutoris, & curatoris.*

7 *Eccleſię tacita hypotheca in bonis adminiſtrantium ipſius bona.*

8 *Ciuitas in bonis eius adminiſtratorum tacitam habet hypothecam.*

9 *Pupillus in re empta ex ſua pecunia, præfertur anterioribus creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus.*

10 *Filij prioris matrimonij tacitam habent hypothecam in bonis matris, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias pro recuperandis bonis ſibi à marito aliquo titulo gratuito datis.*

Item habent hypothecam in bonis patris adminiſtrantis eorum bona aduentitia, nu. 11.

12 *Pater an teneatur ſolum de dolo, & lata culpa malæ adminiſtrationis bonorum filij.*

13 *Fructus rei locatę tacitè sũt hypothecati ꝑ pẽſione. Fallit in emphyteuſi.*

14 *Inuecta in rem locatam quando tacitæ ſubijciantur hypothecæ.*

15 *Legatarius pro legato ſibi ſoluendo, tacitam habet hypothecam in bonis defuncti.*

16 *Creditor poſterior in prædio ex eius pecunia empto, quã mutuauit creditori, vt illud erueret, & ſibi hypothecatum eſſet, præfertur omnibus alijs creditoribus anterioribus ipſius debitoris.*

Idem in creditore qui mutuo dedit, vt ædificium aliquod reficeretur, nu. 17.

Idem in eo, qui pecuniam dedit ad nauim emẽdam, vel inſtruendam. nu. 18.

Idem etiam in eo, qui dedit pecuniam in conſeruationem rei alteri obligatæ, nu. 19.

Fallit tamen, vt tales creditores non præferantur in hypotheca vxoris, nu. 20.

Declaratur hæc limitatio vt nu. 21.

22 *Creditor prior, quòd præferatur poſteriori, quomodo intelligendum.*

23 *Creditor poſterior, qui mutuo dedit pecuniã, quando præferatur priori in eadem re ſibi obligata.*

24 *Creditor prior quando cogatur tradere rem ſibi hypothecatam, & in ſolutum acceptam, ſeu emptam, ſecundo creditori, ſimiliter hypothecatam, oblato ſibi pretio, vel debito.*

Idem in anteriori creditore, qui ratione priuilegij poſterioris creditoris in tempore, efficitur poſterior in iure, nu. 25.

26 *Extraneus pecuniam dans debitori, ut ſoluatur creditori habenti priorem hypothecam, quomodo ſuccedat in locum ipſius creditoris.*

27 *Creditor anterior quando poſſit agere aduerſus poſteriorem creditorem ad pecuniam ei ſolutam per debitorem.*

28 *Creditor poſterior ſcriptura publica, præfertur creditori anteriori ſcriptura priuata.*

Cum declaratione tamen, vt ibi.

29 *Creditoribus pluribus vnius debitoris, quo ordine ſit ſatisfaciendũ. vbi longa diſtinctio, & nu. 30.*

Et quid de iure Caſtellæ, nu. 31.

Et iure Luſitano, nu. 32.

Et quomodo creditoribus perſonalibus, qui non habent ius prælationis ſit facienda ſolutio, nu. 33.

34 *Creditor perſonalis non tenetur ſibi a debitore ſolutum, alijs creditoribus contribuere, etiam in conſcientiæ foro.*

Intellige tamen, & declara, vt ibi.

Idem dicendum in creditore perſonali, qui prius in iudicio obtinuit ſententiam pro ſe, & executioni mandauit, nu. 35.

Et quid in eo ſeruatur, qui miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum debitoris ex primo decreto, nu. 36.

Et quid de iure Luſitano nu. 37.

38 *Debitor ſoluẽs uni ex ſuis creditoribus totũ debitũ, eũ præponendo alijs creditoribus anterioribus, an peccet, cũ ei nihil aliud ſatisfaciendum remaneat.*

In

1 IN primis maritus, pro † dote ſibi promiſſa cũ vxore, habet tacitam hypothecã in bonis eius, qui illam promiſit, tũ vt ſoluatur, tum etiam ad intereſſe, ſi aliquid dotis, poſtquã ſibi fuerit perſoluta, euincatur. Non tamen eſt priuilegiata, vt maritus præferatur alijs creditoribus habentibus anteriores tacitas hypothecas, vt hæc omnia diſput 423. dicta ſunt. Quando autem de euictione dotis poſſit agere maritus, vt ſibi actio ad intereſſe competat, diſput. 427. dictum eſt.

2 Deinde † vxor tacitam habet hypothecã in bonis omnibus mariti, pro dote ſua recuperanda, atque in bonis fideiuſſorũ mariti pro eadẽ dote in euentibus, in quibus locum habet, vt fideiuſſores pro dote reddenda adhibeantur à marito. Tranſit verò priuilegium hoc tacitæ hypothecæ ad hæredes omnes vxoris, & extraneos. Habet item vxor priuilegiũ, vt in ea tacita hypotheca præferatur cęteris creditoribus habẽtibus anteriores tacitas hypothecas non ſimiliter priuilegiatas. Hoc tamen

3 † Priuilegium prælationis habentibus anteriores tacitas hypothecas nõ ſimiliter priuilegiatas, cõpetit tantum vxori, filijs, & alijs deſcendentibus vxoris. nõ verò cæteris ipſius hæredibus: vxorque prior, & deſcendẽtes illius, in ea hypotheca pręferuntur hypothecæ, quã poſterior vxor, & deſcendentes illius, habẽt pro dote in bonis eiuſdem mariti. Si tamen inter bona mariti comperiãtur bona aliqua, quæ fuerunt poſterioris vxoris, in his vxor poſterior, & deſcendentes ipſius, præferuntur priori vxori, & deſcendentibus illius. Licet autem vxor non præferatur habenti priorem hypothecam ſimiliter priuilegiatam, vt eam habet fiſcus, ſed quãdo hypothecæ ſunt ſimiliter priuilegiatæ, qui prius fuerit tempore, ſit potior in iure, in dubio tamen, quis fuerit prior, vxor, fauore dotis, præfertur fiſco, & cuicunque alteri. Tacita tamen hypotheca vxoris, vt & fiſci, licèt præferatur poſteriori expreſſę aliorum creditorum (quod idẽ ſimiliter intelligendum eſt de habentibus priores tacitas hypothecas non priuilegiatas) non tamen præfertur anteriori expreſſæ aliorum creditorum. Si in contractu dotis adhibita expreſſa hypotheca pro dote in bonis mariti, hæc expreſſa hypotheca non habet priuilegium, vt ratione illius, vxor præferatur anterioribus creditoribus habentibus anteriores expreſſas hypothecas in eaſdem bonis mariti. Hæc omnia comprobata ſunt diſp. 438. eaque de cauſa ſolum hic ea recenſui. Et de eadem re fusè Neguſanius de pign. par. 2. memb. 4. à nu. 24. vſque ad 112. Eadem diſputatione explanatum eſt, quando hypotheca pro dote incipiat, & num illi vxor renunciare poſſit.

4 Vxor item † pro bonis paraphernalibus, quando illa adminiſtrat maritus, vt in Caſtella, & Luſitania, ea adminiſtrat, habet tacitam hypothecam in bonis mariti. Cæterũ ſine priuilegio prælationis alijs creditoribus, vt vtrunque diſp. 441. oſtenſum eſt. Pro alijs autem, quæ diſſoluto matrimonio debentur vxori, non video eſſe illi tacitam hypothecam in bonis mariti: eſſe tamen poterit expreſſa, ſi deductum id fuerit in pactum, vt ibidem vtrumque dictum eſt.

5 Fiſcus † etiam, cameraue Regis habet tacitam hypothecam in bonis eius, qui ſibi aliquid debet, ſiue tanquam tributum, ſiue ex contractu. Vnde qui conductos habent reditus Regis, tacitè habẽt hypothecata bona ſua pro pretio ſoluendo. Si tamen minor ſit, qui fiſco emit, res quidem empta, tacitè eſt hypothecę ſubiecta fiſco, non tamen bona alia minoris l. 2. ff. de bon. eorum, & cum Iaſone affirmat Neguſanius vbi ſupra nu. 113. Eſt verò tacita hypotheca, quam fiſcus cõparat in rebus aliquid ſibi debentis, æquè priuilegiata cum hypothecę, quam vxor habet in bonis mariti pro dote ſibi reſtituenda, vt diſp. 438. probatum eſt. Licèt autem quãdo bona alicuius, aut aliquid eorum, ipſo iure ſunt confiſcata pro aliquo delicto, ita quod, lata poſteà ſententia, retrotrahatur ad tempus cõmiſſi delicti, fiſcus comparet ius in re illa, aut in rebus illis, vt in calce diſputationis ſecundæ dictum eſt, qñ tamen aliquis incurrit pœnam fiſco applicandam, quæ non incurritur ipſo iure, ſed ferẽda eſt prius ſententia, tunc vtique, cũ ea pęna non debeatur ſimpliciter, niſi lata prius ſententia, bona, ita delinquentis, fiſco non ſunt obligata pro ea pœna, niſi poſtquàm lata fuerit condemnatoria ſententia, qua pœna illa fiſco applicetur. Atque iuxta hęc accipe, quę Neguſanius vbi ſupra à nu. 115. circa pœnas fiſco applicandas docet: vide etiam Greg. Lopez. l. 25. titul. 13. par. 5. verb *obligados* & doctores, quos citat.

6 Minor † etiam tacitam habet hypothecam in bonis tutoris aut curatoris, ſine prælationis priuilegio; à puncto ſuſceptæ tutelæ, aut curæ, tam pro bonis minoris, quam pro eorũ legitima adminiſtratione, vt diſp. 223. dictum eſt. Quod ſi mater tutrix, aut curatrix, filij, ad ſecundas nuptias tranſeat, non dimiſſa tutela, aut cura, bona etiã ſecundi mariti manent ſimul hypothecata eidẽ minori, vt diſp. 220. dictum etiam eſt. Longiorem diſputationem lege apud Neguſanium vbi ſup. à nu. 6.

7 Panor. cap. ex literis. de pig. num. 11. cum gloſ. ibidem, aſſeuerat prælatos, & vniuerſim adminiſtratores bonorum Eccleſiaſticorum, habere bona ſua tacitè obligata Eccleſijs pro bonis earum, quæ adminiſtrant, & pro legitima eorundem bonorum adminiſtratione; redduntque rationem: quoniam Eccleſiæ gaudent priuilegio minorum, capitulo primo, de in integrum reſtitut. conſentit Neguſanius vbi ſupra à nu. 20. cum alijs, quos citat.

8 Bona quoque adminiſtrantium bona ciuitatum, ait Neguſanius vbi ſupra numero 119. cum Alexan. eſſe tacitè hypothecata ciuitatibus pro bonis, quæ adminiſtrant, legitimaque eorum adminiſtratione. Ducitur l. vlt. C. quo quis ord. conuenatur lib. 11. Non tamen video eum textum id ſufficienter probare. Melius id probaret, quoniam ciuitas gaudet priuilegio minori, ſicut & Eccleſia: quo fundamento gl. citata, Panor. atque ipſe & alij ducuntur, vt id aſſerant de bonis adminiſtrantium Eccleſiæ bona.

9 Quando res, alteri † priùs hypothecata, emeretur pecunia pupilli, tunc is pupillus, quod pretium, ex ſua pecunia pro ea datum, habet in illa

tacitam

tacitam hypothecam, quæ, vt conſtat, non eſt vniuerſalis, ſed particularis, & eſt priuilegiata, vt in ea pupillus, quo ad eam pecuniam, præferatur anterioribus creditoribus, etiam ſi expreſſam anteriorem hypothecam in ea re habeant. Ita habetur l. idemque ff. qui potior, in pign. hab. l. penult. C. de ſeruo pig. dato manumiſſo. l. 25. tit. 13. par. 5. & l. 30. vbi vide apud Gregor. Lopez. num. id extendendum ſit ad minorem patre carentem, iá puberem.

10 Item, ſi vxor aliqua titulo † gratuito accepit bona aliqua à marito, aut mariti intuitu, tranſeatque ad ſecundas nuptias relictis liberis ex eo marito, vnde ea bona ſibi aduenerunt, pertinent eiuſmodi bona ad filios illos, atque pro eis bonis ſunt hypothecata illi filijs omnia bona mulieris illius, quæ habuit à puncto quo illa alia bona ex priori marito ſibi aduenerunt. Idemque eſt de bonis, quę marito tranſeunti ad ſecūdas nuptias titulo gratuito aduenere ex priori vxore, ex qua liberos habet, vt conſtat ex l. hac edictali §. omnibus, ex l. ſi quis prioris. §. in illo, C. de ſecundis, nupt. & ex l. 26. tit. 13. part. 5. dictumque eſt diſputat. 431.

11 Filius item habet † tacitam hypothecam in omnibus bonis patris adminiſtrantis bona aduentitia talis filij. (vt illa, aut aliorum pretium, recuperet, incipitque ea hypotheca à puncto, quo pater ſuſcipit adminiſtrationem talium bonorum filij, etiam antequam male ea adminiſtret, aut indebitè alienet l. cum oportet. §. vlt. C. de bonis quę
12 libe. Vtrum † autem pater ſolum teneatur de dolo malæ adminiſtrationis bonorū filij. Arbitror affirmanter reſpondendum: cæterum ſatis cenſeri interueniſſe dolum, latam ve culpam, quando pater bona aduentitia talis filij diſſipauit, vt bene Gama deciſione 330. cum alijs, quos refert, affirmat. Lex autem 24. titu. 13. par. 5. eandem quidem hypothecam tribuit filio, cæterum præcipit, fieri prius excuſſionem in bonis patris, & quando bona patris ſufficientia non fuerint ad integre ſatisfaciendum filio, tunc demum agi hypothecaria actione aduerſus eos, qui habuerint bona, quæ fuerunt patris poſt ſuſceptam adminiſtrationem bonorum filij. Couar. 1. varia. reſolu. c. 8. à num. 5. fuſe examinat eam legem, cenſetque correctoriam eſſe illius diſpoſitionis iuris cōmunis, quam diſp. 216. poſt ſeptimum commodum conficientis inuentarium, retulimus; quaque conceditur tali filio rei vendicatio boni aduentitij, quod pater vendiderit non ex cauſa neceſſaria (qualis eſt ad ſoluenda debita filij, quæ aliter ſolui non poſſunt, aut alia ſimilis) aut quouis alio modo alienauerit. Quamuis enim pater, tāquam legitimus bonorum filii adminiſtrator, vendere, etiam ſine decreto iudicis, poſſit bonum immobile talis filii ex neceſſaria, & iuſta cauſa, neque filius poſſit illud poſteà vendicare, vt cum Azone, & communi doctorum ſententia, affirmant Couar. vbi ſupra, & Aries Pinel. l. 1. C. de bonis mater. par. 3. nu. 21. ſi tamen ſine neceſſaria, & iuſta cauſa, illud vendat, aut aliter alienet ſtando in iure communi, is filius dominium illius non amittit, poteſtque illud immediate vendicare, nulla omnino facta prius excuſſione in bonis patris, recuſandoq; omnē aliam ſatisfactionem, quæ ſibi offeratur, vt diſp. 216. citata dictum eſt. Hanc itaque diſpoſitionem iuris cōmunis cenſet Couarr. loco citato corrigi ea lege 23. atque ſtatui, vt filius non poſſit vendicare rem a patre alienatam, niſi facta prius excuſſione in bonis patris, minimeque in illis reperta integra ſatisfactione. Mihi verò longe plus probatur ſententia Greg. Lopez ad eandem legem. Nempe, eam legem correctoriam non eſſe iuris communis, integrumque filio relinquere, vendicare bonum aduentitium, quod pater vendiderit, aut aliter alienauerit, non ex neceſſaria, aut iuſta cauſa, nulla facta prius excuſſione in bonis patri, recuſataque omni alia ſatisfactione.

Quod autem ea lege ſtatuitur, eſt. Quando pater alienauit pecuniam aduentitiam, aut triticū, vinum, oleum, & his ſimilia aduentitia bona, quę filio aduenerant, aut res alias mobiles, quæ ſeruando ſeruari non poterant, vtiliuſque erat filio vendi, aut prædium ex cauſa neceſſaria, ex cuius pretio aliquid tali filio remaneret, tunc quando tempus aduenerit reſtitutionis ſuorum bonorum aduentitiorum tali filio, vel mortuo patre, vel filio emancipato, viuente adhuc patre, fiat prius excuſſio in bonis, quæ eo tempore reperta fuerint patris, vt ſua ea bona filio ſoluantur, æſtimatioue eorum: & quando in bonis patris reperta non fuerint ſufficiētia bona, vnde ea ſatisfactio filio fiat, tunc demum agat hypothecaria ad complementum aduerſus eos, qui poſſident bona, quæ fuerunt patris, poſt ſuſceptam adminiſtrationem eorum bonorum aduentitiorum filii: hæc vero diſpoſitio in nullo repugnat ſanctionibus iuris communis, quin potius omnino illis conſentit.

13 Fructus rei conductæ tacitè † ſubiiciuntur hypothecæ domino fundi pro penſione ſoluenda. Non tamen pro penſione emphyteutica ſoluenda, ſunt tacitè hypothecati fructus rei emphyteuticæ, vt in calce diſputatio. 451. dictum eſt. Res item inuectæ in prædium conductum, tacite ſubiiciuntur hypothecæ domino prædii, tum pro
14 penſione † ſoluenda, tum etiam pro damnis culpa conductoris rei conductæ illatis; modo tamen, ſi prędium conductum ruſticum ſit, illata ſint id ſciente domino prædii. Vtrumque oſtenſum, explanatumque eſt diſputat. 497. iunctis iis, quæ diximus diſputat. 489. Non tamen probo, ꝙ cum Baldo Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 20. num. 17. ait, nempe inuecta in rem emphyteuticam eſſe hypothecata domino directo pro penſione, aut deterioratione, rei emphyteuticæ, ſicut sūt hypothecata inuecta in re conducta pro pēſione, aut deterioratione, eius rei: neque enim inuenio ius, quod illud primum ſtatuat, ſicut inueniuntur iura, quæ ſtatuant hoc ſecundum. Si autem emphyteuta locet rem emphyteuticam tunc inuecta in rem ita locatam, ſerunt tacitè hypothecata emphyteutæ pro mercede locationis, ac deterioratione rei locatæ.

15 Legatario † etiam competit hypothecaria a-

ctio

ctio in bonis omnibus defuncti, vt ſibi legatũ ſol-
uatur, vt diſp.3.oſtendimus. Cum autẽ ea ſola cen
ſeantur defuncti bona, quæ remanent deducto to-
to ære alieno, conſtat legatarum nulli creditorum
defuncti eſſe præponendum, etiam ſi is creditor
ſolum habeat perſonalem actionem aduerſus de-
functum, hæreditatem iacentem, & hæredes de-
functi, vt ex dictis diſp.216.ac alibi, conſtat.
16 Qñ † aliquis prius omnia ſua bona alicui hypo
thecæ ſubiecit (idem dicendum longe maiori cum
ratione eſt, ſi tacitè erant alicui hypothecata) &
poſteà mutuam ab alio accepit pecuniã, ex qua p̃-
dium emeret, ꝙ dum eam pecuniam mutuo acci-
piebat, & eidem pro illa hypothecæ ſubiecit, po-
ſterior hic creditor, in eo prędio ex ipſius pecunia
empto, ſibique poſterius hypothecæ ſubiecto, præ
fertur priori, aut prioribus creditoribus, habenti-
bus ius hypothecæ ſicut in alijs bonis huius debi-
17 toris, ita & in eo prædio. Item, qui ad † ædificium
reficiendum, ſeu reſtituendum, pecuniam mutuo
dedit, eſto de mandato dñi ædificij, eam dederit
opifici, qui operam, & materiam ad id apponebat
conceditur hypotheca in eo ędificio ad eam pecu-
niam recipiendam, cum prælatione alijs credito-
ribus habentibus in eo priores hypothecas, Item
18 ei, † qui in nauim inſtruendam cibarijs, aut alijs
neceſſarijs ad nauigandum, aut in eam armandã,
vel emendam, pecuniã dedit, cõceditur hypothe-
ca in ea naui ad eam pecuniam accipiendam, cum
priuilegio ſimiliter prælationis alijs creditoribus
habentibus priorem hypothecam in eandem na-
19 uim. Item ſi † poſterior creditor aliquid dedit in
conſeruationem rei prius alteri obligatæ, præfer-
tur in accipiendo ex re, ꝙ ita dedit, cæteris, quib.
antea ea res fuerat obligata: vt ſi ad armandum,
aut reficiendam nauim, prius alteri obligatã, ali-
quid dedit, vel re ad cibaria nautarum, ſine quib.
nauis ſalua peruenire non poterat, aut dedit ali-
quid, vt ſaluæ fierent merces alteri prius obliga-
tæ, vel naulum perſoluit pro illis aſportandis, aut
aſportatis, aut ſoluit pretium horreorum, aut al-
terius rei, in quibus illæ merces aſſeruatæ ſunt, vel
ſoluit pretium, quo iumentis allatæ ſunt, præfer-
tur in his, ex eiuſmodi mercibus recuperandis an-
terioribus creditoribus, quibus eſſent hypotheca-
tæ. Hæc omnia ſupra diſp.438.oſtenſa ſunt. Quo
20 † in loco addidimus, quamuis hoc hypothecæ pri
uilegium his poſterioribus creditoribus in eiuſ-
modi rebus ſit conceſſum aduerſus habentes ante
riores hypothecas, interdum tacitas, & interdum
expreſſas nihilominus, in fauorem matrimonij,
hypothecã conceſſam vxori pro ſua dote in bonis
mariti (idem extendit. l.29.tit.13.par.5.ad hypo-
thecam fiſci, vt ibidem dictũ eſt) præferri his hy-
pothecis ita alioquin priuilegiatis. Excipitur, qñ
21 † quis marito talis vxoris mutuo dedit pecuniam
ad emẽdam militiã ſub hypotheca eiuſmodi mi-
litiæ: nam tunc is creditor in hypotheca eiuſdem
militiæ præferetur ei vxori, vt ibidem dictum eſt.
Quo in loco ẽt addidimus, in his, quæ ex diſpoſi-
tione iuris humani pendent, non eſſe ſemper verã
regulam illam; ſi vinco vincentem te, a fortiori
vincam te quippe habens expreſſam anteriorẽ hy-
pothecam, pręfertur vxori habenti tacitam poſte-
riorẽ pro dote: & cum priuilegiati, de quib. mo-
dò loquimur, præferantur habenti priorem hypo
thecam, etiam expreſſam; vxores tamen in hypo-
theca dotis præferuntur his ita priuilegiatis.
22 Licèt regulariter is, cui † aliquid pignori, aut
hypothecæ ſubijcitur, ſit potior in iure, ac proin-
de in ſolutione debiti ex eo pignore, aut ex ea hy-
potheca, ſit is præferendus ei, cui poſterius eadem
res pignori, aut hypothecæ fuerit ſubiecta; id tñ
intelligendum eſt, qñ contractus fuit plenè cele-
bratus, ita ꝙ nata fuit obligatio ex parte ſubijciẽ-
tis res pignori aut hypothecæ, minimè dependẽs
a ſola ipſius libera voluntate, quod iuriſperiti vo-
cant minimè dependens à conditione poteſtatiua
23 ſubijcientis rem pignori, aut hypothecæ. † Hinc
prouenit, quòd ſi quis pignori, aut hypothecę, ſu-
bijcit rem aliquam pro pecunia ſibi mutuanda, &
antequam ea pecunia ipſi traderetur, eandem rem
ſubiecit poſtea alteri ꝓ alia pecunia, quæ ſibi fuit
tradita, eſto poſteà ei tradatur prior pecunia, cre-
ditor poſterior, qui prior mutuo tradidit pecu-
niam, ſit præferendus in eo pignore, aut hypothe-
ca, anteriori creditori, cui prius fuit res illa pigno-
ri, aut hypothecæ ſubiecta & qui poſterius tradi-
dit mutuo pecuniam. Ratio autem eſt, qm̃ ante
pecuniæ traditionem non fuit contractus mutui,
ac proinde nec pignoris pro mutuo, perfectè cele-
bratus, ſed integrum mutuatario fuit, pro ſua ſo-
la libera voluntate non accipere mutuo eam pe-
cuniam, & ſubinde neutrum perficere contractũ:
qm̃ vterque cenſetur celebratus ſub tacita merè
poteſtatiua conditione ex parte ſubijcientis rẽ pi-
gnori, ſi accipere voluero eam pecuniam. Ita ha-
betur expreſsè. l.1. in fine, l. qui balneum. §. am-
plius verſi. ſi modo, & l. potior in prin. ff. qui po-
tior. in pig. & l.27.tit.13. par.5. Ex eodem etiam
fundamento prouenit, quòd ſi quis pro mutua
pecunia, quam accepturus erat, aliquid pignori,
aut hypothecæ ſubiecit, & antequam eam pecu-
niam acciperet, rem pignori, aut hypothecæ ſu-
biectam vendidit, eſto poſteà pecunia illa ſibi tra-
datur, res illa ſubiecta pignori, aut hypothecæ,
non maneat: quoniam quando perfectus fuit cõ-
tractus mutui, iam res illa non erat in bonis mu-
tuatarij ita habetur l.penult. ff. quæ res pig.

Longè aliter res habet, quando contractus
fuit plenè celebratus, etiam ſi ſub conditione ca-
ſuali, aut mixta, ita quòd nata fuit obligatio ex
parte ſubijcientis rem pignori, aut hypothecæ,
minime pendens à ſola ipſius libera voluntate:
tunc enim, ſiue contractus fuerit abſolutus, ſeu
purus, ſiue ſub conditione, ſi tamen impleta fue-
rit conditio, prior creditor præfertur poſteriori;
eo quod conditio impleta retrotrahatur ad tem-
pus celebrationis contractus, quaſi purè fuerit
tunc celebratus. Ita habetur l. qui balneum, & l.
potior in princ. ff. qui potior. in pign. & l.32.titu.
13. part. 5.

Quãdo, autem qui dotem cum muliere aliqua
promiſit ſub conditione, ſeu potius modo, vt diſ-
ſoluto, v.g. matrimonio morte mulieris ſine libe
ris, dos ſibi à marito reſtitueretur, & in ſecurita-
tem

rem maritus pignori, aut hypothecæ, aliquid ſubiecit promittenti ita dotẽ, meritò l.1 ff. qui potior. in pig. definitur, ſi is maritus poſtea idem alteri ſubijciat pignori, aut hypothecæ, antequam integre reciperet dotem, præferendum in ea hypotheca eſſe priorem illum creditorem.

Quoniam prior ille contractus fuit plene celebratus ex parte promittẽtis dotem, ita quòd compellendus erat à marito, & muliere illa eã implere: ſecundus verò contractus reſtitutionis dotis, erat connexus cum primo, nec promiſſor ille adſtringere ſe voluit ad eam dotem ſoluendam, niſi cum connexione ſecundi cõtractus, qui ſimiliter ſtatim à principio fuit plenè celebratus, nataque fuit ſimpliciter obligatio ex parte mariti ad illum implendum: quare, cum in illius ſecuritatem fuerit aliquid pignori, aut hypothecæ, promittenti dotem ſubiectum, cõſequens profectò eſt, vt, eſto poſtea alteri obligetur, prior ille creditor, ſit in eo præferendus poſteriori.

24 Qui rem † duobus pignori, aut hypothecæ ſubiectam emit, à debitore, ſi ex pretio ſatisfactum eſt primo creditori, emptor ſuccedit in iure primo creditori, non quidem quaſi ſibi ea res maneat pignori, aut hypothecæ ſubiecta, cum vere effecta ſit res ipſius, ſed vt ſe defendat à ſecundo creditore, quo ad valorem eius rei, qui ex pretio peruenit ex ſuo debito ad primum creditorem: ſicut enim, quo ad eum valorem, primus creditor præponendus erat ſecundo, ita, quo ad eum valorem, emptor defenditur comparatione ſecundi creditoris. Ita habetur l. ſi prioris, iuncta gl. ibi. C. de his qui in prioris credit. locum ſuccedunt, & l. qui à debitore. ff. qui potior. in pign.

Si tamen primus creditor accepiſſet rem illam in ſolutum à debitore, aut venditam, tunc ſecundus creditor, ſi primo creditori ſoluat, quod ita ei debebatur, vt pro illo debito obligatam eam rem haberet, aut id cum effectu illi offerat, non minus agere poterit hypothecari aduerſus illam rem, quam ſi vendita, aut tradita fuiſſet in ſolutum alicui extraneo, qui minimè fuiſſet prius obligata. Ita habetur l. 1. §. 1. C. ſi antiquior creditor pignus vendiderit.

Si priori creditori, qui potior eſt in prigione, aut in hypotheca, poſterior creditor, cui eadem res ſubiecta eſt hypothecæ, perſoluat ſuum debitum, aut illud ei offerat, ac deponat in euẽtu, quod ſolutionem nollet recupere, ſuccedit in pignore loco prioris, & cum priuilegio illius, quo ad valorem tamen præciſe eius rei, quem ſoluit. Ita habetur l. 1. & l. prior, C. qui potior. in pign. l. ſecundus, C. de pign. l. vlt. C. de ijs qui in prioris cred. & l. potior, §. vlt. ff. qui potior. in pigno. affirmatque, ac diſtinguit optime glo. vlt. l. 1. C. de ijs qui in prior. cred.

Idem eſt, ſi tertius, aut quartus, aut vlterior creditor hypothecarius, ſoluat, aut offerat debitum primo: ſuccedit enim in loco primi, & præfertur ijs, qui anteriores ſunt ſibi, & poſteriores primo, vt Greg. Lopez. l. 34. titul. 13. par. 5. verb. *otro pleyto*, cum alijs, quos citat, ait, & conſentiunt iura citata.

25 Idemque eſſet, ſi eſſent † multi creditores anteriores habentes tacitas hypothecas, & poſterior eſſet mulier pro ſua dote, aut fiſcus qui ius habent prælationis anterioribus creditoribus: ſi enim aliquis poſterior creditor ex illis anterioribus, quibus præfertur vxor, aut fiſcus, videlicet ſecundus, aut tertius, offerat fiſco, aut vxori, ſuum debitum, ſuccedit loco illius & præfertur anterioribus quo ad valorem, quem ſoluit, vt colligitur ex l. vlt. C. de his qui in prior. cred. Si tamen aliquis anterior offerat huic, quod ita ſoluit, ſuccedit ipſe in eo priuilegio, vt colligitur aperte ex l. 34. citata, conſentaneè ad alia iura citata. Quando anteriori creditori pignus poſſidenti, offerret poſterior creditor, quod ſibi debetur, tunc, ſi ipſe viciſſim offerret alteri, quod ei debetur, retinere poſſet pignus cum ſuo iure, & cum iure alterius, cui ſoluit. Ita gloſ. l. 1. C. qui potior. in pign. & gloſ. l. prior, §. vlt. ff. eod. tit.

Si autem aliquis, qui rem ſibi non habebat hypothecatam, quiq; extraneus in re propoſita dicitur, debitum ſoluat creditori habenti priorem, aut magis priuilegiatam hypothecam, tunc, vt in illius locum ſuccedat, duo neceſſaria ſunt. Vnũ, vt illi ſoluat cum pacto, qđ ea res ſibi maneat hypothecata. Alterum, vt ſoluat cum pacto, vt ipſe in locũ illius ſuccedat. Ita hr̃ l. 1. & affirmat glo. vlt. ibi, C. de his, qui in prior. cre. l. ſi cũ pecuniam. C. de priuilegijs fiſci, & l. 34. citata. Obſerua tamen, ſi ſolueret cum pacto, vt creditor ille in ſe tranſferret ius omne, quod in ea re habebat, tunc in hoc vnico pacto includuntur duo illa alia, vt ſatis innuitur duobus poſterioribus iuribus citatis.

26 Quòd ſi extraneus † aliquis pecuniam tradat debitori, vt ſoluat creditori habenti priorem, aut magis priuilegiatã hypothecam, tunc, vt in illius locum, ac prælationem ſuccedat, tria requiruntur. Primum, vt tradat pecuniam cum pacto, vt ſuccedat in locum talis creditoris. Secundũ, vt ea pecunia ad creditorem illum perueniat. Ac tertium, vt ea pecunia pignus illud, aut hypotheca, liberetur, ac diſſoluat. Ita affirmat gl. vlt. l. 1. C. de his qui in prior. cred. & gl. alia l. Ariſto, cõſentaneè ad textũ ibi, ff. quæ res pig. oblig. poſ. & habet l. 34. citata.

Lege pecunia, C. de priuilegijs fiſc. & multo apertius l. deferres, §. vlt. ff. de iure fiſc. hr̃, fiſcum priorem creditorem (intellige, iure ſaltem prælationis) poſſet agere ad pecuniã poſteriori creditori à debitore ſolutam, etiam ſi bona fide accepta, & conſumpta fuerit à tali poſteriori creditore ignorante eam deberi prius fiſco, atque etiam ſi ex ea pecunia is creditor non ſit effectus locupletior. Si enim mala fide illam accepiſſet, ſciẽs deberi prius fiſco, aut mala fide eam cõſumpſiſſet, ſciens, poſtquàm illam accepit, fiſco deberi, incideret in pœnam ſoluendi, quod ita accepiſſet, duplum fiſco, vt habetur l. aufertur, §. 1. ff. de iur. fiſc.

27 Dubium † aũt eſt, vtrum, ꝙ fiſcus agere poſſit ad pecuniam illam bona fide acceptam, conſumptam, ſit priuilegium propriũ fiſci; an verò locum ſimiliter habeat in quibuſcunque alijs prioribus creditoribus habentibus hypothecam in bonis debitoris, vt agere poſſint ad id, quod ſolutum

fuerit

fuerit poſterioribus creditoribus, etiam ſi acceptum, & conſumptũ bona fide ab illis ſit. Gl. Accurſii l. pecuniã, & §. vlt. citatis, & alia gl. 1. l. ſed an hic ff. q. d. cum eo, & cõis doctorum ſnĩa, vt Couar. de pac. qq. c. 29. refert, affirmant. Pauci verò alii, quos ibid. Couar. refert, negant. Dicendũ arbitror. Si res mala fide accepta, aut conſumpta fuit, aut fuit bona fide accepta, & extat, cuicunque creditori, habenti anteriorem, aut magis priuilegiatam hypothecam, cõcedit actionẽ ad repetendum à poſteriore creditore, quod ſibi ſolutũ à debitore, vtrique eorum cõi, fuit: in quo nullus eſt, qui dubitet. Si aũt bona fide acceptum, & conſumptum fuit, & qui cõſumpſit, factus fuit in aliquo locupletior, dicendum eſt, concedi ſimiliter repetitionẽ eius, in quo ita factus eſt locupletior. Tota aũt difficultas eſt, qñ bona fide eſt acceptũ, & conſumptum, vtrum is poſterior creditor teneatur ſoluere, qd ita conſumpſit, vt in eo non ſit factus locupletior. Papinianus relatus l. deferre. §. vlt. citato, negauit. Martianus verò, cuius eſt ea lex, ait, cogendũ eſſe ſoluere fiſco. Vbi glo. verb. ſed placet, refert Ioannem dicentem, ſed dolere, qd Martianus contradicat Papiniano. Ego autẽ æquum non arbitror reſponſum illud Martiani, ſed potius iniquum. Cum enim poſterior ille creditor, neque ex parte rei acceptæ, quæ non extat, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, eo quod bona fide illam acceperit, & conſumpſerit, teneatur id reſtituere, in quo non eſt factus locupletior; ſane ex natura rei, ſtandoq; in ſolo iure naturali, id non tenetur ſoluere: ius autem poſitiuum concedere non põt fiſco priuilegium, vt ab aliquo repetat, quod nulla ratione ei debet, nec ſaltem ex pacto tacito, aut ex conditione tacita, quod ſi id cõſumat illud reſtituat: ad id enim opus eſſet, cõſumentem ſcire, illud ad fiſcum pertinere. Quare non ſolum iudico id ius extẽdendum non eſſe ad alios antiquiores creditores, ſed ẽt ſeruandũ non eſſe in fiſco, eo quod ſit iniquum. Porrò ad Philoſophum moralẽ, ac Theologum, ſpectat diſcernere, atque ex ſuis principiis deducere num ius aliquod iniuſtum, aut iniquum ſit, necne.

28 Quando † autem ſolum ſcriptura priuata conſideretur debitum aliquod, & pro eo rem aliquam pignori, aut hypothecæ fuiſſe ſubiectam, vel id probaretur ſolũ duobus teſtibus, qui non de debito ipſo in ſe, & de ſubiectione rei hypothecæ teſtificarentur, ſed de cõfeſſione debitoris, tum eius debiti, tum etiam ſubiectionis rei illius hypothecæ pro eo tunc, licet id ſufficeret, vt debitor compelleretur ſoluere debitum, & vt de poteſtate illius, aut alterius, aut quem reperiretur, ea res eriperetur, ac in debitũ ſolueretur, non tamen ſufficeret, vt præferretur in illa ei, cui poſterius ſcriptura publica fuiſſet obligata; quin potius hic præferretur priori creditori. Si tñ creditor haberet ſcripturam priuatam confectam manu debitoris, aut ab eo ſubſignatam, & inſuper ſubſignatam manu trium aliorum teſtium, tunc prior creditor præferretur in hypotheca poſteriori: qm̃ ſcriptura priuata ſubſignata manu debitoris, & trium aliorũ teſtium, æquipollet ſcripturæ publicæ. Ita habetur l. ſcripturas. C. qui potior. in pign. & l. 51. iuncto Greg. Lopez ibi. tit. 13. par. 5. Quod autem, in euentu explicato, poſterior creditor præferatur in hypotheca priori, intelligendum eſt, in exteriori foro, quo ad ſoliditatem probationis, ſecus autem in interiori, ſi poſteriori creditori conſtet, rẽ illam fuiſſe prius hypothecatam priori; quin & in exteriori foro ſi poſterior in eo confiteatur, fuiſſe prius hypothecatam priori. De iure autem Luſitano non admittitur probatio alia, quam per ſcripturam publicam, aut per confeſſionem poſterioris creditoris qui ſcripturam habet publicam, vt diſput. 260. viſum eſt. Hæc de primo, & ſecundo eorum, quæ propoſita ſunt.

29 Vt autem ſimul explicemus, quo † ordine ſatisfaciendum ſit creditoribus, inferendum hoc loco eſt tertium, nempe, inter creditores, quibus ſolum competit perſonalis actio aduerſus debitorem, qui priuilegium habeant, vt cæteris præferãtur in debiti ſui ſolutione.

Quando aliquid alicui debetur ratione impenſæ funeri debitoris, aut alterius, quem ſepelire ſpectare ad debitorem, vt ſi eſſet filius, aut mancipium, debitori, quia videlicet aliquid mutuauit, dedit, aut expendit aliquid, ad moderatam illius ſepulturam, attentis circunſtantijs concurrentibus tunc, licet debitum ſit pure perſonale, creditor cui id debetur, præfertur vniuerſim alijs creditoribus, ẽt habentibus tacitas, aut expreſſas hypothecas in bonis defuncti, vt in calce diſpu. 527. & diſputa. 235. dictum eſt. Idem dic de expenſis factis inſinuatione, & copia teſtamenti defuncti, & in confectione inuentarij, immò & cum hę reditate, bonisue defuncti. Tum quia hæc de bonis hæreditatis, ſeu defuncti, cenſentur facta. Tũ etiam quia cedunt in vtilitatem creditorum, vt ipſis bona illa conſeruentur. De qua re diſputatione 316. dictum eſt, circa ſextum commodum inuentarium conficientis, & colligitur ex l. vlt. §. in computatione. C. de iur. delib.

Lege à Rege Philippo hoc anno 1594. lata, & ſupra diſp. 530. quo ad hoc, & alia relata. §. 3. domini prædiorũ, quæ locata habẽt, quo ad fructus, qui ex eis fuerint percepti, præferũtur cæteris omnibus vniuerſim creditoribus, quo ad penſionem ipſis debitã. Et idem credo eſſe, quo ad id, quod mutuo eis dederunt, ad culturam eorũ prædiorũ.

Deponentes apud depoſitarios à replica ad id cõſtitutos, eo depoſiti genere, vt vim habeat mutui, tranſeatque dominium rei depoſitæ in eiuſmodi depoſitarios, ſi ea de cauſa vſuras non accipiant, habent priuilegium, vt, in ſolutione ſui depoſiti, præferantur, non quidem creditoribus habentibus tacitas, aut expreſſas hypothecas in bonis eiuſmodi depoſitariorum ſed cæteris creditoribus habentibus ſolum actiones perſonales, qui & creditores chirographarii appellantur in iure, etiam ſi priuilegium, prælationis habeant. Eiuſmodi tamẽ deponentes æqualiter omnes admittuntur, vt eis fiat ſolutio de bonis talis depoſitarij publici, eſto quidam eorum ſint tẽpore priores creditores, & alii poſteriores. Quando tamen eadem numero pecunia, quæ depoſita fuit reperitur

ritur apud depoſitarium, aut aliquid ex illa emptum, tunc, qui eam pecuniam depoſuit, etiam ſi vſuram ob tale depoſitum acciperet, præfertur in eo cæteris depoſitarijs. Hæc omnia dicta, & comprobata ſunt in calce diſp. 526.

Sponſa de futuro, ſi dos ſponſo ſit tradita: nec ſequutum ſit matrimonium, non hēt quidem tacitam hypothecam pro ea dote in bonis ſponſi, vt habet vxor in bonis mariti; habet tamen perſonale priuilegiū, vt præferatur alijs perſonalibus creditoribus. Cæterum priuilegium hoc non tranſit ad hæredes ipſius, niſi ſint filij deſcendētes, vt hæc omnia diſp. 438. oſtenſa ſunt.

Pupillus ēt habet perſonale priuilegium prælationis, cæteris creditoribus, vt de bonis ſui tutoris, ſibi prius, quàm alijs creditoribus, ſoluatur. Et quia perſonale eſt hoc priuilegium, non tranſit ad ſucceſſores pupilli. Idem priuilegium habet aduerſus negotiorum ipſius geſtorem, eſto ille tutor ipſius non ſit. Item priuilegium habēt minor prodigus, fatuus, ſurdus, ſimul, & mutus, vt præferantur cæteris creditoribus curatorum ipſorum. Ita habetur l. dabimus. §. 1. & tribus legib. ſequētibus, ff. de priuil. cred. & l. vlt. ff. de tutel. & rationib. diſtribuē. Simul ergo pupillus, & vniuerſim minor, habent hypothecam in bonis ſuorum tutorū, aut curatorum, & priuilegium prælationis cæteris creditoribus. Quia tñ priuilegium illud prælationis non eſt realis hypothecæ, ſane habentes priores hypothecas in bonis eiuſdem tutoris, aut curatoris, itemque habētes ius prælationis in hypotheca, vt ſunt vxor, & fiſcus, præferentur pupillo, & vniuerſim minori, in ſolutione ex bonis eiuſdem tutoris, aut curatoris, conſentit glo. vlt. l. eos, C. qui potior. in pig.

Quando aliquis pecuniam dedit, vt ex ea ſolueretur creditori chirographario priuilegiato, hoc eſt, ei qui habebat priuilegiū prælationis, ſed non hypothecam, tūc, ſi ex ea pecunia re ipſa ſoluatur vtque, qui illā dedit, ſuccedit in locum illius, cui eſt facta ſolutio, & præfertur alijs creditorib. chirographarijs non ita priuilegiatis. Ita habetur l. ſi ventri. §. vlt. iuncta glo. ibi, ff. de priuil. cred. Hæc de tertio eorum, quæ propoſita ſunt.

30 Quod † vero attinet ad vltimum, nempè ad ordinem, quo ſatisfaciendum eſt creditorib. qñ debitor ſufficientia bona non habet, aut non reliqt, vnde omnibus integre ſatisfiat. In primis, quādo inter bona debitoris reperiūtur bona aliqua, quorum dominium, non ad debitorem, ſed ad creditorem, aut creditores aliquos ſpectat, vt quia debitor illa furatus erat, aut illi erant commodata, vel apud illud depoſitata, aut quauis alia ratione, tūc ſatis perſpicuum eſt, in illis eorum dominū præponendum eſſe cæteris omnibus creditoribus. Ita habetur l. procuratoris, §. plane ver. ſed ſi dedi. ff. de trib. act. l. cum fundus, §. ſeruum tuum. ff. ſi cer. pet. authentica ſi quid, C. qui potior. in pign. & l. 11. tit. 14. par. 5.

Quod vſque adeo verum eſt, vt eſto earum rerum domini, illive, ad quos pertinent, ſint incerti hoc eſt, de quibus neſcitur, qui ſint in particulari, nihilominus de eis bonis ſatisfaciendum non ſit alijs creditorib. debitoris, quantumuis prioribus, & priuilegiatis, ſed reſtituenda ſint pauperibus, aut inſumenda ſint in alijs operib. pijs, pro eorū animabus, ad quos ea bona pertinent, facta prius cōpetenti diligentia ad eos inquirendos, ad quos ſpectant, vt ipſis reſtituant. Rō aūt eſt manifeſta: qm̄ de alienis, quæ ad debitorem non pertinent, fieri nequit ſatisfactio creditoribus debitoris.

Hac eadem rōne, qñ aliquid eſt venditum, ac traditum alicui, ſi ille nondum ſoluit pretium, neque obtulit, ita vt per venditorem ſteterit illud re ipſa accipere, neque fideiuſſores, neque pignora, pro illo ſoluendo dedit, neque venditor illud habuit pro ſoluto, tunc, ſiue res illa reperiatur apud emptorem; hæredesve illius, ſiue apud quemcunque alium poſſeſſorem quocunque titulo, prius de illa ſatisfaciendum eſt pretium venditori, quā ſatisfiat cuicūq; alteri creditori emptoris, aut tertij poſſeſſoris rei illius, ēt ſi hēat hypothecā anteriorem, ac valde priuilegiatam, in bonis talis emptoris, aut tertij rei illius poſſeſſoris. Etenim, vt diſp. 338. oſtendimus dominium rei illius adhuc perſeuerat apud venditorem, competitq; illi vendicatio illius rei tanquam ſuæ propriæ, ac proinde ipſe in ea eſt præferendus quibuſcunque alijs creditoribus, etiam hypothecarijs, quin, & impenſæ funeris emptoris, aut alterius tertij poſſeſſoris. Imò vero, ſi res illa vendita, erat fiſci minoris, aut Eccleſiæ cum dominum illius non prius tranſeat in emptorem, aut in tertium alium poſſeſſorem, quam reipſa pretium traditū ſit fiſco, minori, aut Eccleſiæ, vt diſputatione citata comprobatū eſt, interim dum pretium non fuerit ſolutum, fiſcus, minor, aut Eccleſia præfertur in re illa cuicunque alteri creditori Naua. in Man. c. 17. num. 49. poſt Sylueſt. verb. reſtitutio. 6. q. 5. quamuis nobiſcum in hac doctrina conſentiat, non tamen attigit radicem huius rei cenſet enim, translatum eſſe dominium rei emptæ in emptorem, eo ipſo, quòd eſt illi tradita contra apertiſſima iura diſp. 338. à nobis citata, & contra communem doctorū ſententiam. Ibidem nu. 50. ſubiungit, idem eſſe in quocunque alio contractu oneroſo, vt in permutatione, & alijs, vt ſcilicet, ſi res ex vna parte tradita ſit, & non ſit completus contractus ex altera parte, in re ita tradita præferendus ſit, qui illam tradidit, cæteris creditoribus eiuſdem debitoris. Cōtrarium tamen perſpicuè oſtendimus diſpu. 396. & 497. nempe, eſſe priuilegium ſolius vēditionis, vt traditione rei non cenſeatur translatum dominium in emptorem, interim dum contractum ex ſua parte non implet, ac proinde ea de cauſa venditor præferendus ſit in re vendita quibuſcunque alijs creditoribus emptoris aut cuiuſcunque alterius eiuſdem rei poſſeſſoris.

Poſt hos omnes creditores habentes dominiū in re, qua ſunt præferendi, præferuntur cæteris omnibus creditoribus etiam hypothecarijs, illi, quibus aliquid debetur ratione moderatæ ſepulturæ debitoris, aut alterius, quem ſepelire attinebat ad debitorem, itemque, quibus aliquid debetur, ratione inſinuationis teſtamenti debitoris, inuentarij bonorum illius, aut quia aliquid inſum-

in ſum pſerunt in bonis illius conſeruandis, atq; in hoc Caſtellæ Regno præfertur dominus, qui prędium locauit, in recipiēda ex fructibus illius mercede locationis eiuſdem prædij, aut quod mutuo dedit ad eos fructus colligendos cæteris omnibus creditoribus, vt hæc omnia ſupra oſtenſa ſunt.

Poſt hos omnes commemoratos, qui habent ius pignoris, aut hypothecæ, in bonis, aut in bono aliquod, debitoris, quo ad id, in quo ius habēt pręferuntur cæteris omnibus creditoribus, quibus ſolum cōpetit ius ad rem, actioque perſonalis, quantumuis habeant priuilegium prælationis; quoniã intelligitur ſolum comparatione creditorem chirographariorum, qui ius non habent pignoris, aut hypothecæ. Ita habetur expreſsè l. eos. C. qui potior. in pig. cuius hæc ſunt verb. *Eos, qui receperunt pignora* (nomine, pignoris hypothecam cōprehendit) *cum in rem actionem habeant, priuilegijs omnibus, quæ perſonalibus actionibus competunt, præferri conſtat*, & l. pro debito. C. de bon. auto. iud. poſſ.

Inter habentes pignus, aut hypothecam, in bonis debitoris, illi regulariter præferuntur cæteris qui prius tpe ius pignoris, aut hypothecæ, comparatunt in eis bonis, ſiue hypothecæ tacitæ ſint, ſiue expreſſæ, ſiue generales, ſiue particulares, idque eſto nihil remaneat ex eis bonis, quod poſterioribus creditoribus ſoluatur. In eiuſmodi. n. creditoribus locum habet regula illa; qui prior eſt tpe, potior eſt iure. Ita hr̄ expreſſe l. ſi fundum, & l. ſi generaliter. C qui potio. in pig l. qui generaliter, & l. ſi pignus. ff. eodem tit. l. vnica, C. rem alienã gerentibus, & l. 27. tit. 13. par. 5. Dixi, inter eiuſmodi creditores illos regulariter præferri cæteris, qui prius tempore ius pignoris, aut hypothecæ, contraxerunt quoniam excipiuntur, qui priuilegium habent prælationis anterioribus creditoribus ius hypothecæ habentibus: qui autem illi ſint, ſupra explanatum eſt.

Lege 2. C. de pign. iuris rigore pręætermiſſo, ſancitũ ex quadam æquitate eſt. Qñ priori creditor debitor hypothecæ ſubiecit rem aliquam, aut aliquas, in particulari, ac ſimul reliqua ſua bona in generali, & poſtea idem debitor creditori alteri obligauit aliqua bona, non poſſe priorem creditorem impedire poſteriore agere hypothecaria actione aduerſus debitorem quo ad bona in generali inſuper priori creditori obligata, aut impedire ſolutionem ex illis poſteriori creditori qñ bona in particulari priori creditori obligata ſufficiētia ſunt, vt inde ſatisfiat ei ſuum debitum: quod in dubio pręſumitur, atq; ad priorē creditorē ſpectat, probare contrariũ, vt gl. l. 2. citata, ait, & cum ea affirmant Cou. 3. var. reſ. c. 28. nu. 1. & cōis doctorum ſnīa Cou. ibidem cum glo. eadem lege & alijs affirmat; cum ea lex in fauorem ſecundi creditoris ſancita ſit, videlicet, vt impediri ab obtentione ſui debiti à priore creditore non poſſit, qñ bona priori creditori ſpecialiter hypothecata ſufficiunt, vt ſuum obtineat debitum, impertinens eſſe, ſiue debitor ipſe poſſideat bona generaliter priori creditori obligata, ſiue prior creditor, ſiue poſterior, aut aliquis alius extraneus ac poſſideat, ad hoc, poſterior creditor agere hypothecaria circa illa poſſit. Ex eodem fundamento, cum alijs, affirmat æquè eam legem vim habere, ſiue poſterior creditor ſolum habeat generalem hypothecã in bonis debitoris, ſiue habeat ſpecialem tm̄ quarundam rerum generaliter obligatarum priori creditori, ſiue ēt habeat quarundam ſpecialem, & cæterarum generalem. Itemque, ſiue priori creditori conceſſa ſit prius hypotheca quarũdam rerũ in ſingulari, & ſit addita generalis hypotheca cæterarũ rerũ, ſiue prius conceſſa ſit hypotheca omniũ rerum, & addita, atq; expreſſa ſit hypotheca quarundam earum in particulari. Ex eodem fundamento affirmat, priorem creditorem agere poſſe hypothecaria quo ad bona ſibi generaliter obligata, tum aduerſus debitorem, aut hæredē illius, tum etiam aduerſus tertium earum poſſeſſorem, quod debitor, hæredes, aut fideiuſſores debitoris non habent competentia bona, vnde ſatisfiat vt diſp. 5; 4. dictum eſt, quin prius cogatur agere ad res ſibi peculiariter hypothecatas: quoniam lex 2. citata, non in horum fauorem, ſed ſolius poſterioris creditoris lata eſt. Item affirmat, ſi ſolum priori creditori eſſet conceſſa hypotheca generalis, quæ plura fortaſſe compræhenderet, quam hypotheca poſterioris creditoris; vel quia, qñ prior cōceſſa fuit, debitor habebat multa alia bona quæ alienauerat tempore cōceſſæ vniuerſalis hypothecæ poſteriori creditori; vel quia poſteriori creditori non conceſſit hypothecam vniuerſalem, ſed particularium quorundam bonorum; tunc priorē creditorem agere poſſe ad bona obligata poſteriori creditori, quin poſſit ille excipere, ſeu opponere, reliqua bona, quæ ſunt apud tertios poſſeſſores, ſufficere ſatisfactioni debiti illius. Etenim creditori integrum eſt intentare actione hypothecariam aduerſus quæcunque bona ſibi obligata, prętermiſſis alijs bonis ſibi obligatis, vt conſtat ex l. Moſchis. ff. de iur. fiſ. & ex l. creditoris. ff. de diſtract. pig. lex verò 2. citata, quæ ſoli æquitati contra iuris rigorem nititur, non plus eſt extendēda, quàm in ea comperiatur diſpoſitum.

Qñ creditores ſunt hypothecarij, quia ius hñt in re in bonis debitoris ipſis hypothecatis, eſto alijs creditorib. vel hẽtib. actionem tm̄ perſonalem, vel ēt realem, & hypothecariam, ſed qui ipſis eſſent poſtponendi, prius ſoluatur de bonis hypothecatis ijs, q eis eſſent ꝓponēdi, exigere poterunt ea bona ipſis hypothecata ab his, quib. prius facta fuerit ſolutio, vel apud quos illa fuerint reperta.

Excipe, niſi hæres, qui inuentarium confecit, fuerit, qui ſoluit creditoribus defunctis, nam tunc creditores hypothecarij anteriores exigere poſſunt hypothecas, aut pretium, quod ex illis acceperunt, à creditoribus, qui ſolutionem acceperunt, & eſſent poſtponendi: inquietare tamen non poſſunt, vel hæredes, qui confecto inuentario, id ſoluerunt, vel emptores ab eiuſmodi hæredibus bonorum hæreditatis, quæ eis creditoribus defuncti fuerant hypothecata.

Ita hr̄, l. vlt. §. & ſi præfatã, & tribus ſequent. C. de iur. deliberan. & dictum eſt diſp. 216. circa tertium commodum inuentarium conficientis.

Quo

Quo in loco additum eſt,quid cenſendum ſit, qñ hæredes,qui inuentarium confecerunt,ſcientes vires hæreditatis non ſufficere legatarijs,& creditoribus omnibus,vel præpoſuerunt legatarios cæteris creditoribus, vel creditores chirographarios vel creditoribus habentibus hypothecam, aut creditores hypotecarios,qui forent poſtponendi alijs hypothecarijs,qui præponendi forent.

Excipe præterea, qñ exequutio autoritate publica fit in bonis debitoris in præſentia creditoris hypothecarij,aut ipſo id ſciēte,nec petente,vt præferatur,& vt ſibi prius ſoluatur: tunc enim amittit eo ipſo ius prælationis,neque, qui ſolutionem ſui debiti ea via accepit,tenetur quicquam illi hypothecario reddere, ſiue qui eo modo ſolutionem ſui debiti accepit, ſit creditor hypothecarius, ſiue mere perſonalis. Ita,argō à minori ad maius, colligitur ex l.1.& l.ſi hypothecas,C. de remiſ. pig.

Ius Luſitan.

32 De iure vero Luſitano,qñ aliquis creditor ſententiā † aduerſus debitorē obtinuit,incipitq; fieri exequutio, ita ꝙ occupata ſunt bona in iudiciale pignus,vendiq; incipiunt,aut ſunt iam vēdita,& ſolutum eſt debitum,tunc ſi ſuperueniat alius creditor, ſiue hypothecarius,ſiue perſonalis,qui pręferri in ſolutione debere, diſtinguendm eſt. Qñ vel hic ſuperueniens,erat in loco, in quo ille alius creditor coram iudice contendebat cum debitore,vel erat abſens,ac id ignorans. Si erat præſens, nec proteſtatus eſt coram iudice, ſe eſſe priorem creditorē,debereq; pręferri,tunc amittit ius ius totū prælationis, eſto eſſet creditor hypothecarius, aliuſq; cōſequitur, aut retinet integram ſolutionē debiti. Si aūt erat abſens,ignorans iuſtè alium creditorem contendere cū debitore, vel erat præſens, & proteſtatus eſt ſe eſſe priorem creditorem, debereq; præferri,tunc, eſto debitum ſit iam ſolutū creditori, qui erat poſtponendus præfertur ei, cōſequiturq; integrum ſuum debitum, extrahendo de poteſtate illius, ſi ita opus ſit,ꝙ ille acceperat. Si tñ debitor habeat bona alia, vnde competenter ſolui poſſit creditori, qui erat præponendus, ſoluendum eſt illi de bonis alijs debitoris, non verò de eo,quod creditor in ſolutionem ſui debiti accepit. Hæc habentur lib.3. Luſit.ord.tit.34. in prin. & §.1. Reliqua,his affinia de iure Luſitano,atque ad creditorem hypothecarium, ſuo etiam modo attinentia,paulò inferius ſubijcientur.

Poſt creditores hypothecarios, inter creditores perſonales illi præponendi ſunt reliquis, qui ius hñt prælationis, eſto nihil ſuperſit, vnde, cæteris ſoluatur: in eo enim conſiſtit priuilegium prælationis. Ita Nau.in Manu.c.17.nu.51.& doctores cōiter. Qui aūt eo priuilegio gaudeant, ſupra explanatum eſt. Vltimum verò locum tenent creditores perſonales,qui priuilegium non hñt prælationis. Qui tñ legatarijs oībus, atq; hæredibus p̄ponuntur,vt diſput.216. ac alibi,dictum eſt: eo ꝙ bona defuncti, quorū diſpoſitio ad ipſum ſpectat, ſolum ſit id, ꝙ ſupereſt, deducto toto ære alieno, perſolutisve omnibus vniuerſim creditoribus.

33 Qñ † creditores perſonales ſunt,nulluſq; eorū gaudet priuilegio prælationis,nullus eorum præfertur alijs,eſto aliqui eorū priores ſint tēpore, & alij poſteriores, ſed oēs æquale ius habēt ad bona debitoris,eaque de cā, ſi bona debitoris non ſufficiant, diuidēda ſunt inter eos pro rata,ita vt qualis fuerit proportio debiti ad debitū quo ad quantitatem,talis ſit proportio eius, ꝙ vnuſquiſq; accepit,ad id ꝙ alij accipiunt. Idē dicendum eſt,qñ multi gaudent eo. priuil. perſonali pręlationis,vt qñ oēs ſunt deponentes apud eundem depoſitarium publicum, & vniuerſim, qñ priuilegiū perſonale vnius nō habet prælationem comparatione perſonalis alterius. Quo fit,vt in his oīb. creditoribus locum non habeat regula illa; qui prior eſt tpe,potior eſt iure. Ita hr̄ expreſſe l. priuilegia. ff.de priu.cred. l.ſi hominem.§.vlt.ff.depoſiti & l. pro debito. C.de bonis autor.iud.poſ.& affirmat: Naua.in Manu.c.17.nu.51.doctores cōmuniter.

34 Hoc loco † eſt obſeruandū, ſi aliqs creditorum perſonalium accipiat à debitore, ꝙ ſibi debetur, anteq̄ alij creditores perſonales accipiant debita ſua in iudicio, tūc, eſto ſciat id cedere in detrimētum cæterorum creditorum, qa non manent bona, vnde illis ſoluātur ſua debita, ſanè neq; in exteriori, neque cōſcientiæ foro, tenebitur quicquā tribuere eis creditoribus, quamuis aliqui eorum habeant priuilegium prælationis, ipſe non item. Quod in exteriori foro ad id non teneatur, hr̄ expreſſe, l.qui aūt §.apud Labeonem, & §. ſciendū, ac l.pupillus ff.quæ in fraudem cred.& alijs iuribus quæ ibi citant gloſſæ. Cum.n.reuera id iā anteà eſſet ſibi debitum,itaq; vigilantia,& diligentia id acceperit ante reliquos oēs creditores, accedente forſitan affectione debitoris potius erga ipſum q̄ erga alios, noluit ius concedere actionem reſciſſoriam,ac reuocatoriam eius, qđ ita eſſet receptum: quemadmodum eam conceſſit,qū ſcienter factus de nouo eſſet cōtractus oneroſus in fraudē creditorum,vt diſp.328. dictum eſt. Quod aūt neq; in conſcientię foro ad id teneatur, probatur. Tum qm̄ lex, quæ id in foro exteriori diſpoſuit, cenſenda nō eſt iniuſta; quare vim ēt habet in foro cōſcientię. Tum,ēt quia leges, quę ordinē reſtituendi,ſatisfaciendive creditoribus, præſcribunt, de iure humano ſunt,ſeu poſitiuo,ac limitantur p̄ iura proximè relata,quæ hoc aliud ſtatuūt. Quod dictū eſt,qñ creditor perſonalis accipit,quod ſibi debetur,de manu debitoris,exiſtentibus alijs creditoribus perſonalibus etiam priuilegiatis, quib. non remanent ſufficientia bona, vnde eis ſua debita ſoluantur; intelligendum ſimiliter eſt,quando, defuncto creditore, id accipit de manu hæredis,vt conſtat ex l.vltim. C.de iure deliber. à §.& ſi præfatam, vbi ſolum conceditur repetitio creditoribus hypothecarijs non verò perſonalibus. Atque gl.ibi verb.repellantur,hanc noſtram doctrinam ex ijſdem fundamentis affirmat.

35 Obſeruandum † deinde eſt, qñ via iudicis aliqs perſonalium creditorum petit, ꝙ ſibi debetur, ſi prius obtineat ſnīam, q̄ alij creditores perſonales eamq; exequutioni mādet, vel venditis bonis debitoris,pſolutoq; ſibi ſuo debito ex pretio illorū, vel bonis debitoris, iudicis autoritate traditis in pignus iudiciale,vt ex illis ſatisfactio fiat, præfertur cæteris creditoribus perſonalibus, etiam priuile-

uilegiatis. Si tñ aliquis eorum poſterius obtineat
ſnĩam,& prius illam mãdet exequutioni, tunc is
pfert',q prius ſnĩam obtinuit. Qđ ſi ſimul vterq;
exequutioné ſnĩæ petat,eſto vnus eorũ prius alio
ſnĩam obtinuerit, ſoluuntur eis ſua debita de bo-
nis debitoris pro rata ipſorum debitorum, qñ bo
na nõ ſufficiũt vtriq; debito integrè ſoluẽdo. Ex-
cipe in hoc poſtremo euentu vt mox ſubiungam,
qñ aliquis horũ creditorũ eſſet priuilegiatus, &
alter nõ,aut eſſe magis priuilegiatus,pręfert' omni
no alteri. Hæc oĩa,præter hoc vltimum,habentur
l.inter eos,iuncta gl.ibi verb.occupatis,& l.in iu-
dicati actione,iuncta gl.vlt.ibi ff.de re iudicata,&
l.ſi & iure.(quæ de pignore iudiciale loquitur.)ff.
qui potiores in pignore habeantur. Rõ aũt eorum
eſt,qm̃ per exequutionem,modo explicato, credi
tor, q illã obtinet incipit habere pignus iudiciale
in bonis iu quib.fit talis exequutio, atq; adeo ius
in re, ea quæ de cã præfertur ijs creditoribus per-
ſonalibus, hẽtq; proinde tunc locum regula illa,
iuris: qui prior eſt tẽpore,potior eſt ĩ iure:vt hr̃ l.
ſi & iure citata. Atq; hanc eandem rõnem reddit
Bar.l.cum vnus,ad finem nu.10.ff.de bon.autor.
iud.poſſeſ. Quod aũt gl.citata.l.inter eos, conſen
taneè ad l.3.ff.qđ cum eo,ait,videlicet,creditores
perſonales priuilegiatos præferendos eſſe nõ pri-
uilegiatis,& magis priuilegiatum minus priuile-
giato, intelligo,ſi veniant lata ſnĩa,ſed antequam
ſnĩa mandetur exequutioni, atq; adeò antequam
res debitoris ſubire incipiant rõnem pignoris iu-
dicialis comparatiõne creditori non priuilegiati:
tunc enim verum eſt,quod ea gl.affirmat, neque
creditores non priuilegiati, aut minus priuilegia-
ti, petentes poſteà exequutionem ſnĩæ ſimul cum
magis priuilegiatis,ſunt admittendi ſimul cum il
lis,niſi ad id ſolum, quod ſuperfuerit, perſoluto
prius integro debito creditoribus magis priuile-
giatis. Qñ † autem vnus creditorum perſonaliũ,
36 mitteretur in poſſeſſioné bonorũ debitoris,ſolum
pp illius abſentiam,quod in iure appellatur,mit-
ti in poſſeſſionem ex primo decreto, vt tranſacto
biennio applicarentur ei creditori in ſolutionem
ſui debiti,tunc reliqui creditores, qui intra bien-
nium comparerent, ac ſufficienter probarent eun
dẽ creditorẽ ſibi ẽt debere, gauderẽt ea poſſeſſio-
ne illorũ bonorum pro rata eorũ,q̃ ipſis deberen-
tur:ſoluendo tñ ſimiliter pro rata eorũ,q̃ ipſis de-
tur:ſoluẽdo tñ ſimiliter pro rata expenſas factas
obtinenda ſentẽtia, ac poſſeſſione eorundẽ bono-
rum:quantæ autẽ illæ ſint,ſtabitur iuramẽto cre-
ditoris, aut creditorum,qui ita ex primo decreto
miſſi fuerint in poſſeſſionem eorũ bonorũ. Trãſa
cto autẽ biẽnio, ſoli creditores, qui in poſſeſſionẽ
fuerint miſſi(quod iura, & doctores vocant, eſſe
miſſos ex ſecundo decreto)præferũtur reliquis in
recipienda ex illis bonis ſolutione eorum,quę ſibi
debentur. Excipe,niſi aliqui creditores eiuſdẽ de-
bitoris eſſent abſentes extra prouinciã:nã tunc, ſi
intra quadrienniũ,a miſſione in poſſeſſionẽ,cõpa
reãt ſimiliter gaudẽt poſſeſſione illa, habẽtq; pro
rata ſuorũ debitorum portiones debitas in eis bo-
nis, ſoluendo ſimiliter pro rata expenſas in obti-
nenda poſſeſſione eorum factas. De miſſione autẽ
in poſſeſſionem ex primo, & ex ſecundo decreto,
dicetur copioſe diſpu. 703.quando ſermo erit de
damno infecto: ibi.n. eſt proprius locus id copio-
ſe explicãdi. Quòd ſi,ſolutis integrè creditoribus
omnibus,qui ita in poſſeſſioné ſunt miſſi, de pre-
tio illorum bonorum, aliquid de eodem pretio re
maneat, tunc tale incrementum reponitur in loco
publico ad id deputato, aut nullo exiſtente loco
ad id deputato, deponi debebit apud depoſitariũ
publicum, ſaltem ad id à iudice conſtitutum, ſi
nullus alius ſit depoſitarius publicus,vt inde ſol-
uatur cæteris creditoribus, ſi qui comparuerint,
aut reſtituatur debitori. Hæc omnia habentur l.
vlt.C.de bon.autor.iud.poſſ. Atque interim,dum
ſolum eſt poſſeſſio ex primo decreto,res ita poſſeſ
ſæ ſortiuntur rõnem pignoris pretij & non iudi-
cialis preſſe ſumpti. Lege Bar. vbi ſup. Atq; me-
mento ſi ſit aliquis creditor hypothecarius,in cu-
ius præſentia non ſit facta hæc, aut alia, exequu-
tio, ſemper illum præferri his omnibus creditori-
bus,propter ius ipſius in re;vt ſupra dictum eſt.

37 Quod ad ius Luſitanum † attinet,huc ẽt perti- Ius Luſitan.
nent,quæ ſupra ex 3.lib.ord.ti.74.in prin.& §.1.
relata ſunt,occaſione creditorum habentiũ hypo-
thecas,ad quos ẽt illa ſpectant. Ibidem §.2.ſubiũ-
gitur qñ duo creditores ſnĩas obtinuerunt aduer-
ſus eundem debitorem ſiue à iudice eodem, ſiue
a diuerſis, tunc eum cuius ſnĩa prius mandatur
exequutioni modo antea in eod.titu. explicato,ac
ſupr.relato,pręferri alteri creditori, eſto creditor,
cui præfertur,obtinuiſſet prius ſnĩam, & eſto ha-
beret ius prælationis, aut hypothecam, in bonis
debitoris. Excipitur,niſi, qui prius obtinuit ſentẽ
tiam, & qui alioquin eſſet præferendus alteri,ha-
buit legitimum aliquod impedimentum,quo ſen
tentiam ſuam mandare non potuit exequutioni:
tunc .n. illi præfertur, iuſque habet repetendi ab
eo,ꝙ accepit, ſi neceſſarium id ſit, vt ſibi integrè
ſuum debitum ſoluatur. Ibid.§.vl.hr̃,qñ,qui mul
tis debitor eſt, conturbat (Hiſpanè *quebrar* dr̃)
tunc intra menſem à die, quo conturbare cœpit,
nulli creditorũ prodeſſe diligentiam, q̃ adhibeat
ad ſnĩam obtinendã aduerſus eum debitorẽ, aut
ad eam exequutioni mandandam,vt ea via,modo
explicato præferatur alijs. Tranſacto verò menſe
ei prodeſſe diligentiã, quam ea parte adhibuerit.

Ex hactenus dictis conſtat, diſpoſitionem iu-
ris circa ordinẽ ſolutionis,et circa ius prælationis,
præſertim quando creditores non habẽt ius in re
in bonis debitoris,ſed debitum eſt perſonale,ſan-
citam potiſſimum eſſe,qñ iudicis autoritate, via-
que exequutionis in bonis debitoris eſt facienda.
Si enim debitor ipſe prius ei ſoluat,qui poſtponẽ
dus erat,ſi res in iudicio, contendentibus multis
creditoribus,peragetur, factum teneret, neque
in conſcĩæ,aut in exteriori, creditor, qui id acci-
peret,reſtituere quicquam teneretur alijs credito-
ribus perſonalibus,etiam priuilegiatis, aut magis
priuilegiatis, vt ſupra dictum eſt.

Cæterum interrogabis,num debitor ipſe,ſciẽs Dubiũ
ſe non habere ſufficientia bona, vnde omnibus
38 ſuis creditoribus ſatisfaciat,peccet,† ſi integrè ſol
uat vni eorum,qui,iuxta ordinem relatum, atque

a iure

à iure ſancitum,non eſſet pręferendus alijs. Et nũ peccet,ſi eũ in ſolutione præponat, qui foret poſt ponendus,eo ꝙ alius priuilegiũ hẽat prælationis. Rñdeo,qñ creditor,cui ſoluit,iudicis via vrget,cęteris nõ petentib. iudexq; ſoluere pcipit,aut cõtinuo præcipiet,ẽt cũ moleſtia debitoris, iacturaq; bonorũ illius,in expenſis in lite, ſeſeq; defendendo,nõ peccat integrè illi ſoluendo. Qm ius eũ, q̃ vigilat, citiusq; ſuũ debitũ petit, efficit melioris conditionis,q̃ cæteros,vt conſtat ex l.qui aũ,§.apud Labeonẽ,& l.pupillus, ff.q̃ in fraud.cred.& ex l.vlt.§. & ſi præfatã. C.de iur.delib. & ex alijs iurib. Qñ ẽt vnus creditorũ peteret a debitore ſolutionẽ ſui debiti,cæteris nõ petentibus non etiã damnare auderem debitorem,præſertim ſi aliqua adeſſet præcipua cã, vt quia ille eſſet magis moleſtus,& debitor timeret, ꝙ ipſum ad iudicium deferret,aut is creditor eſſet multò pauperior cæteris. Potiùs tñ conſulerẽ,vt debitor cederet bonis, vt diſtribuerentur iuxta ordinem præſcriptum a iure,qñ nulla eſſet ſpes, ꝙ ad pinguiorẽ deueniret fortunam,vnde plenè reſtituat, tandemq; futurũ eſſe,vt bonis cedat. Qñ verò debitor proprio motu quoſdã creditores vocaret,vt illis ſolueret,cum aliorũ iactura,quos prætermitteret, licèt factũ teneret,illiq; reſtituere non tenerentur alijs, vt dictũ ẽ,peccaret tñ debitor ea iniuria cæteros afficiẽdo.

Cætera,quæ hoc loco dici poterant circa ordinem reſtitutionis,commodius addentur diſp. vlt. huius ſecundi tractatus de iuſtitia. Quæ tamẽ hoc loco dicta ſunt, magno onere nos tunc leuabunt.

Quibus modis tollitur pignoris, ac hypothecæ, obligatio.

DISPVTATIO DXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pignoris,ac hypothecæ obligatio quot modis tollatur,cum num.ſeq.*
2 *Creditor cõſentiẽs alienationi rei ſibi hypothecatæ, cenſetur remiſiſſe ius pignoris, vel hypothecæ.*
Immo ſi conſentiat,vt eadem res obligetur poſteriori alicui creditori.
Sed an in dubio, & abſolutè cenſeatur remiſiſſe totum ius,an verò ſolum comparatione creditoris illius,cui conſenſit,nu.3.
4 *Creditores duo habentes hypothecam in aliqua re, ſi illam a debitore emant,cenſentur ſibi inuicem hypothecam remiſiſſe.*
5 *Creditor ſubſcribẽs ſe chirographo debitoris, vel alteri inſtrũ, quo profiteatur rẽ illã ſibi non eſſe hypothecę ſubiectã, cẽſetur remiſiſſe ius hypothecę cum declaratione,vt ibi.*
Item traditione inſtrumenti facta debitori per creditorem,nu.6.
Vel laceratione,ſeu cancellatione ipſius.
Fallit tamen,vt ibi.
7 *Pignus non cenſetur per ſolam ſcientiam, præſentiam,ac taciturnitatem remiſſum, quando res pignori ſubiecta alienatur.*
Fallit in multis caſibus,vt nu.8.
9 *Creditor conſentiens alienationi rei ſibi hypothecatæ,cũ proteſtatione quòd ſibi ſaluum maneat ius ſuum,non cenſetur ius hypothecæ remiſiſſe.*
Idem ſi conſentit venditioni cum conditione, vt de pretio debitum ſolueret,nu.10.
11 *Creditor conſentiens in vnum actum alienationis, an cenſeatur conſentire in quemcunque alium.*
12 *Debitor ſi vendidit rẽ hypothecæ ſubiectã,cum cõſenſu creditoris,ſed nõdum tradidit, vel tradita ſit,ſed ab emptore nondũ ſit pretium ſolutũ, cenſetur nihilominus remiſſum ius hypothecæ.*
13 *Creditor conſentiens alienationi rei ſibi hypothecatæ,quæ non fuit ſequuta, non cenſetur remiſiſſe ius pignoris.*
Idem in alienatione ficta.
Vel ſi alienatio non fuit valida.
Idem quando creditor eſſet minor,qui conſenſiſſet alienationi,nu.14.
Idem in procuratore generali ipſius creditoris conſentiente rem hypothecæ ſubiectam alienari a debitore,vel eius procuratore,nu.15.
Secus tamen econuerſo, ſi creditor conſenſit procuratori generali debitoris.
16 *Creditor conſentiens alienationi rei ſibi hypothecatæ, quæ poſtea ex alia cauſa ad eundem debitorẽ peruenit,non recuperat hypothecam: ſecus tamẽ ſi ex eadem cauſa.*
17 *Nouatio debiti priorẽ extinguit obligationẽ pignoris, vel hypothecæ, niſi de ea fiat expreſſa mẽtio.*
18 *Mancipiũ generali hypothecæ ſubiectũ,manumitti poteſt a debitore,ſi habet alia bona,unde ſoluat.*
Immo fauore libertatis poteſt minor uigintiquinq; annis conſentire,ut manumittatur, licèt amittat ius ſuum pignoris. nu.19.
20 *Pignori,aut hypothecæ ſubijciens rem ſuam pro alio, an cogere poſſit debitorem, vt eam rem ab eo opere liberet.*

Conſequenter dicendum eſt de diſſolutione obligationis pignoris,ac hypothecæ. At quo ſuppoſitis, q̃ in præcedentib. de hac re dicta ſunt.

1 Primò † ſoluitur, pſoluto debito, p quo res pignori,aut hypothecæ,obligata erat, Iure liberatur, in prin. ff.quib.mod. pig. vel hyp.ſolu. & inſt.quib.mod. toll.obl.in prin. l.38.tit.13.& l.1.tit.14.par.5. Habet aũt id verũ, ẽt ſi alius quicunq; loco debitoris creditori ſoluat, atq; ẽt ſi debitor ſolutionẽ ignoret, vt hr̃ inſt.quib.mod.toll.obl.in princ. Rõ aũt eſt,qm ablato principali,à quo acceſſoriũ depẽdebat,tollitur acceſſoriũ. Idẽ eſt, ſi ſoluat ei, cui creditor nõ põt nõ habere ratũ ſolutum fuiſſe, ut ſi ſoluatur procuratori, aut ſeruo illius ad pecunias ipſius recipiendas expoſito, vel ei,cui ipſe hæres extitit, cuius proindẽ factũ nõ põt ratum nõ hẽre, vel ſi ipſe cõductã hẽbat domũ a quodã tertio, & partem illius mihi locauit ſub pignore aliquo, & ego tertio illi ſoluã, quod eidem tertio, ex parte domꝰ mihi locata, debebatur. Hæc hñr l.ſolutum.§.ſolutam,& §.vnde.ſi.ff.de pig.act. Idẽ eſt, ſi quocũq; modo creditor habeat pro ſibi ſoluto, quod ſub pignore,aut hypotheca, illi debebatur, vt ſi, voluntate ipſius, vnum pro alio integre ſit ſolutũ, inſt. quib.mod.tol.obl.in prin. vel ſi debitum remittat acceptilatione, aut alia valida rõne. l.ſolutum.§.ſi quaſi,illis verbis. *Idẽ quoque ſi accepto lata ſit pecunia.* ff.de pig.act.& inſt.quib.mod.tol.obl.§.itẽ

per acceptilationẽ. Idem ét eſt, ſi quacunque alię
ratione ſit ſatisfactũ, vt ſi eius, ꝙ ſibi debetur, aliũ
debitorem admiſit(hodie intelligerẽ, nouãdi aĩo)
vel rẽ aliã ſibi deinceps loco illius dẽri pactus eſt,
aut ſi alia pignora, vel aliã hypothecam, accepit
loco priorũ, aut fideiuſſores loco pignorũ, aut hy
pothecarũ, & deniq; qñ, vt ipſe voluit, fuit ſibi ſa
tisfactũ, vel ꝑ debito, vel pro priorib. hypothecis,
aut pignoribus, ét ſi deceptus ſit ſua tñ facilitate,
abſq; dolo alterius, ceſſat obligatio priorũ pigno
rũ, aut hypothecarũ. Ita hr̃ l. itẽ liberatur. in prin.
ff. quib. mod. pign. vel hypot. & copioſius l. ſi rem
7. §. oĩs iuncta gl. vlt. ibi, ff. de pign. act. Si aũt de-
bitor creditori offerat, ꝙ illi dẽtur, & ille nolit ac-
cipere, diſtinguendũ eſt. Qm̃, ſi in iudicio offerat
ſolutionẽ, ſatis eſt pignoris, aut hypothecę obliga
tio ſublata eſſe cenſeat̃ l. ſi rẽ. §. vlt. iuncta glo. ibi
atq; affirmat alia gl. iuxta tex. ibi l. aliena res. §. ſi
pluribus, ver. ſi per creditorem verb. rectè agitur
ff. de pign. act. Si aũt ſolutionem offerat extra iu-
diciũ, neceſſe inſuper eſt, vt debitũ numeratum ſi-
gnet, ac deponat in aliquo publico, ac tuto loco l.
tutor pro pupillo, in fi. ff. de adm. tu. l. nec credito
res, & l. vlt. C. de pign. act. & l. 38. tit. 13. par. 5.

Quãuis alienatio, qua debitor rem pignori, aut
hypothecæ ſubiectam alienat, nõ diſſoluat ius pi-
gnoris, aut hypothecæ, ꝙ in illa hẽt creditor, cui
eſt obligata, ſed, ad quẽcunq; ptranſeat, illius do-
miniũ trãſeat cũ illo onere, vt hr̃ l. ſi res. C. de re-
miſſ. pig. l. debitorẽ. C. de pign. act. l. ſi debitor. C.
de diſt. pig. & alijs iurib., atq; ex hactenus dictis,
2 pſertim diſp. 334. ſit id pſpicuũ: ſi tñ † creditor cõ
ſentiat, vt vendat̃, pmutetur, in dotẽ det̃, aut alio
mõ alienetur, vel, poſt alienationẽ factã ratã illã
habuerit, cẽſetur remittere ius pignoris, aut hypo
thecæ. Ita hr̃ l. ſi debitor. §. 1. & l. ſicut. §. ſi volun-
tate, & §. venditionis. ff. qb. mod. pig. vel hyp. l. 2.
C. de remiſ. pig. l. creditor. ff. de reg. iur. l. Lucius,
q̃ de creditore cõſentiẽte, vt daretur in dotẽ loqt̃,
ff. qb. mod. pig. vel hypo. Quin, ſi creditor, cui ali
qd in pignus, aut hypothecã erat obligatũ conſen
tiat, vt obliget̃ poſteriori alicui creditori, cenſetur
remiſiſſe ius pignoris, aut hypothecę rei illius. Ita
hr̃ l. Paulus (alias. l. Lucius. §. idẽ Paulus.) ff. eod.
tit. Hoc tñ gl. ibi. & alia l. 3. C. de remiſ. pig. intel
ligit, cõparatione ſolũ illius creditoris, cui cõſẽtit
obligari, ita vt ille deinceps ius hẽat ius ꝑlationis
cõparatione creditoris, q eũ conſenſũ ꝑbuit: non
verò abſolutè, ac cõparatione cæterorũ creditorũ.
Lex creditor ſcda, §. vlt. ff. qui potior. in pig. ait, q̃-
ſtionẽ, nũ, q cõſenſit rẽ ſibi obligatã, obligari alte
ri, intenderit totũ ſuũ ius ꝙ in illã hẽbat, remitte-
re, an ſolũ cõparatione eius, cui fuit obligata, eſſe
potius de facto, q̃ de iure, atq; adeo, ſi conſtat, vel
ex mõ cõſenſus vel ex circũſtantijs cõcurrẽtibus,
qd ille intenderit, menti, & volũtati illius eſſe ſtã
3 dũ. Quarè † tota difficultas eſt qd in dubio, ſit cẽ
ſendũ. Duæ gloſſæ citatę aſſeuerãt, tunc nõ eſſe pu
tãdũ intendiſſe remittere totũ ſuũ ius, ſed ſolũ cõ-
paratione illius poſterioris creditoris. Bart. verò,
cũ gl. vlt. l. creditor. 2. citata, ait, ſi, qui illo mõ ius
pignoris, aut hypothecæ remiſit, erat vir, cẽſendũ
eſſe, remiſiſſe illud in totũ: ſi vero erat mulier, ar-
bitrãdũ, eſſe, remiſiſſe ſolũ quo ad eũ creditorem,
cui poſterius obligata res fuit: qm̃ l. iubemus. C.
ad Vell. in fauorem mulierũ ſancitum eſt, vt, eſtp
facultatẽ concedant, eũ, q res ſuas ſibi obligatãs
hẽt, obligare eas alijs intelligatur ſolum illa facul
tas, cõparatione eius debitoris, cum quo celebrari
tũc intendebat̃ cõtractus, atq; cõparatione ſolũ il
lius cõtractus, nõ verò cõparatione aliorũ contra-
ctuũ, ét cũ eadem perſona. Atq; hoc vltimũ de cõ
ſenſu ad id mulieris, mihi oĩno placet, cũ Bart. &
Neguſ. de pignorib. par. 6. mẽb. 3. nu. 14. aduerſus
Saly. Qd ad primũ verò, de cõſenſu viri, cum eo.
Neguſ. mihi placet diſtinctio, ac cõcordia Salyc.
nẽpè, ꝙ ſi vir cõſenſit rem obligari alicui in parti
culari, vel aliquib. cõparatione tantũ illorum cen
ſeatur remiſiſſe ſuum ius; ſi verò abſolutè cõceſſit
facultatem obligandi eã rem alijs, intelligitur in
totum remiſiſſe ſuum ius, iuxta l. Paulus citatam.
4 Similiter, ſi duo † creditores habẽtes hypothe-
cã in aliqua re, illã à debitore emãt, cenſentur ſibi
mutuo remittere hypothecam, q̃ vnuſquiſq; eorũ
in ea re hẽbat: quia mutuo tacitò conſenſu vniuſ-
cuiuſq; eorũ, alter emit rem illam a debitore l. Ti
tius in prin. & Bar. ibi. ff. quib. mod. pig. vel hypo.
5 Itẽ, ſi creditor † ſubſcribat ſe chirographo debi
toris, aut alteri inſtrũo; quo profiteatur rẽ illã hypo
thecæ non eſſe ſubiectã, aut non eſſe ſibi hypothe
cæ ſubiectã, cẽſet̃ eo ipſo remittere ius hypothecę.
l. Titius. §. vlt. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Idẽ
eſt, ſi ſubſcribat inſtr̃o venditionis, quo res cuidã
tertio: cenſetur. n. remittere ius hypothecę l. ſicut.
§. non vr̃. ff. eo. tit. Vbi dicit gl. ſecus eſſe, ſi ſolum
adhibeatur teſtis inſtr̃o venditionis, quia ex eo, ꝙ
teſtis ſit venditionis, nõ cenſetur conſentire in vẽ
ditione ad affectũ, vt cenſeatur remittere ius hypo
thecæ: ſicut ex eo, ꝙ ſciat hypothecã vendi. & ta-
ceat, nõ cenſet̃ cõſentire ad eũ effectũ in venditio-
ne, vt ibi. dr̃, & infra copioſius explanabit̃. Secus
aũt dicerẽ, ſi adhiberetur in teſtem in inſtr̃o, ꝙ cõ
tinet rẽ illã nulli eſſe hypothecatã: tunc. n. conſen
tiendo in eo, ꝙ teſtis eius inſtr̃i adhiberetur, tacitè
cenſeretur cõſentire in remiſſionẽ iuris hypothe-
cæ: qm̃ alioquin adhiberet teſtimoniũ mẽdacio,
& deciperet creditorẽ: neq; de hoc euentu eſt ſer-
mo §. non vr̃. citato, ſed de illo priori: ꝙ non ſatis
attendit Neguſ. vbi ſup. nu. 18. eo. § admonemur,
qñ aliquis, deceptus, cõſentit quouis horũ modo-
rũ, vel alio, aut ét expreſſe, tunc, ſi id ſufficiẽter cõ
ſtet, ac ꝓbetur, non cenſeri remiſsũ ius pignoris,
aut hypothecæ. Idẽ eſt, ſi conſtet vi, aut metu, con
ſenſiſſe, vt hr̃ l. 40. tit. 13. part. 5. Lex fideiuſſor. 2.
§. pater, ff. de pig. q̃uis in prædictorũ confirmatio
nem citetur, in ea tñ non hr̃ ſermo de remiſſione
hypothecæ, ſed de tacita conceſſione, vt aliquid pi
gnori, aut hypothecę ſit obligatũ. Ibi. n. dr̃, ſi is, ad
quẽ aliquid pertinet, ſcribat inſtr̃m in quo quidã
alius id hypothecæ, aut pignori, ſubijcit cuidã ter
tio, tunc cenſeri tacitè conſentire, vt ſubijciatur.
6 Itẽ traditione † debitori facta per creditorem
inſtrumẽti, quo ſibi aliquid debebatur ſub pigno
re, aut hypotheca, cenſetur remiſſum, tũ debitum
eo inſtr̃o contentum, tum etiam conſequenter ius
pignoris, aut hypothecæ, leg. ab eo. ff. de pact. & l.

cite-

creditricē,C.de remiſ.pig.& l.40 ti.13.par.5.Idē
eſt ſi creditor rūpat,aut cancellet, inſtrm, vt eadē
l.40.hr. Excipit additio glo.l.ad creditricē citata,
niſi conſtet ad aliū effectū creditorē tradidiſſe in-
ſtrm debitori. Similiter,ſi creditor debitori leget
inſtrm eiuſdē debiti,ac pignoris,aut hypothecæ,
cenſetur vtrūq; ei legare. Si verò creditor debito-
ri tradat,aut leget,pignus, ſub quo aliqd ei debe-
bat,cenſetur quidē remittere illi ius pignoris,non
tn̄ debitū,ſed tenetur illud ſoluere, niſi exprimat
aut aliunde euidenter intelligatur, intendiſſe re-
mittere illi ēt debitū Ita hr expreſsè l.poſtq̄,ff.de
pac.l.1.§.vl. ff.de lib.legata.& l.40.citata. Rō aūt
eſt,qm̄ reſtitutio pignoris,ſolū denotat remiſſio-
nē iuris pignoris:remiſſo aūt acceſſorio, nō cēſet
remiſsū principale,quale ē debitū. Lege Neg. vbi
ſupra n.19.& doct.quos citat. Atq; ea,q̄ delegato
inſtri,ac pignoris,dicimus, adde dictis diſp.196.

Licèt ius pignoris,aut hypothecæ remiſsū cen-
ſeatur,non ſolū p conſenſum expreſſum,ꝙ eſt no-
tiſſimū,ſed ēt p tacitū,qui colligitur, & p̄ſumitur
ex aliquo alio actu, vt ex conſenſu in alienationē
rei pignori,aut hypothecæ,ſubiectę, & ex alijs ex
7 plicatis,ac explanādis;nihilominus † nō cenſetur
remiſſum p ſolam ſciam,p̄ſentiam, ac taciturnita
tē,qn̄ res pignori ſubiecta alienatur,vt hr expreſ-
sè l.ſicut,§.nō vr ff.quib.mod.pig.vel hyp. & af-
firmāt Bar.ibi,ac cōis doctorū ſnia,innuiturq; a-
ptè multis alijs iurib. Excipiunt tn̄ nonnulli euē-
tus,in quib. creditor ſciens ac tacens,cenſet remit
tere ius pignoris,aut hypothecę. Primus,ſi ſeruus
pignori,aut hypothecæ ſubiectus,manumittatur:
fauore quippe libert creditor ſciens manumiſſio-
nem,& tacens,cēſetur remittere ius pignoris, aut
hypothecæ,ꝙ in illo habebat l.1. C.de remiſ.pig.
& l.37 tit.13.par.5. Eadē ratione,ſi ſciente,& pa
tiente creditore, is ſeruus ordines ſacros ſuſcipiat,
cēſetur remittere ius pignoris,aut hypothecæ, qd̄
in eo hēt;ſicut ēt dn̄s,ſi idē ſciat, ac patiatur, cen-
ſetur illū libertati donare;aut ſi poſtea id ſciat, &
intra annū non contradicat, auth.ſi ſeruus, C.de
epiſ.& cler. Ep̄s aūt,qui,ſciens ſeruum eſſe,eū or-
dinauerit, ignorante id dn̄o, cogit reſtituere dn̄o
duplum valorem illius. Et idem coguntur ſolue-
re,qui id Ep̄o ignoranti ſupplicauerint c.ſi ſeruus
diſt.54. Secundus,ſi fiſcus vēdat rem alteri pigno
ri, aut hypothecæ ſubiectam, atq; creditor ſciens
taceat,amittit ius pignoris,aut hypothecæ, fauore
fiſci.l.ſi hypothecas.C.de remiſ.pignor. Tertius,
qn̄ creditor taceret animo decipiendi eum, cui il-
la res alienatur,præſertim oneroſo contractu, qn̄
is,cui alienatur,ignoraret rem pignori,aut hypo-
thecæ,eſſe obligatā,arg.iurium,quæ diſp.531.ci-
tata ſunt,& cū alijs aſſeuerat Neguſ. vbi ſupr.nu.
25. Quartus,qn̄,ad inſtātiam alicuius,poſterioris
creditoris,venditur pignus,aut hypotheca, atque
iudicis authoritate fiunt proclamationes: ſi enim
prior creditor id ſciens,intra id tempus non acce-
dat,cenſetur remittere ius ſuum pignoris,aut hy-
pothecæ l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.

9 Quando † creditor conſenſit quidem in vēditio
nem,aut alienationem aliam rei ſibi pignori, aut
hypothecæ ſubiectæ,non tn̄ ſimpliciter, ſed cùm
proteſtatione,quòd ſibi ſaluum maneret ſuū ius,
non cenſetur remittere ius ſuum hypothecæ l.ſi
debiti,§.1. ff.quib.mod.pig.vel hypot.

Itē,ſi creditor conſenſit,vt debitor venderet rē
10 ipſi hypothecæ,aut pignori ſubiectam, ſub † con
ditione,vt de pretio ſolueret debitū,tunc,ſi condi
tio deficiat, debitorq; de pretio nō ſoluat debitū,
non cenſetur remiſiſſe ius pignoris, aut hypothe-
cæ: qm̄ ſolum ſub ea conditione conſenſit tacitè
pignoris,remiſſioni, quæ tn̄ conditio ſequuta nō
fuit,atq; in hoc euentu agere indifferēter poterit,
tum aduerſus debitorem,vt aliud ęquale pignori,
aut hypothecæ ſubjciat,tum ēt aduerſus tertium
rei venditę poſſeſſorem,vt inde debitū,in defectū
debitoris,ac fideiuſſorum,ſoluat l.ſicut,§.illud,iū
ctis glo.& Bar.ibi.ff.quib.mod.pign.vel hypo.&
l.ſi debitor.§.vlt.ff.eo.tit. Si tn̄ (ait rectè Bar.) fa-
cultatem conceſſit non ſub cōditione, ſed ſub mo
do,vt.ſ.inde debitor ſibi ſolueret, tunc nō poterit
agere aduerſus tertium poſſeſſorem, ſi debitor ex
pretio debitum non ſoluat: quoniā vere cenſetur
conſenſiſſe in remiſſione iuris pignoris,aut hypo
thecæ,abſque vlla dependentia a futuro euentu ar
gumento l.ſicut citatæ.§ ſed & ſi permiſerit:age-
re tamen poterit aduerſus debitorem, qui modū
non impleuit,vt aliud æquale pignori, aut hypo-
thecæ,ſubijciat. Ita Neguſ.vbi ſupra num.1.

11 Qn̄ † creditor conſenſit in vnum actū aliena-
tionis,vtrū cenſeatur cōſentire in quēcunq; aliū.
Rectè Marcell9,l.ſicut.§.ſed & ſi pmiſerit. ff.qb.
mod.pig.vel hyp.ait, q̄ſtionē hāc eſſe magis de fa
cto,q̄ de iure,ac ꝓinde ex circūſtātijs concurren-
tib. expendendū eſſe,q̄ fuerit intentio creditoris.
Si.n.cōſenſit,vt inde ſibi ex pretio ſolueretur, nō
cenſet pmittere donationē,aut aliā alienationem,
ex qua id molumentum non cōſequitur. Si tn̄ do-
nare pmiſit,cenſet permiſiſſe vendere,aut permu
tare,niſi forte comparatione amici permitteret do
nationē: neque.n. tunc cenſendus eſt permittere
vendere, aut permutare, & multo minus donare
alicui alteri. Et ſi permiſit vēdere pro viginti, nō
cēſet permittere vēdere pro decē;ecōtrario autē,
ſi permiſit vēdere pro decem,cenſetur permittere
vēdere pro viginti,ſi,vt inde debitū ſuū ſolueret,
facta ſit pmiſſio,neq; ad ſit circūſtantia, q̄ contra
riū pſuadeat,vt regulariter non aderit. Similiter,
ſi creditor conſenſit pignus vēdi,aut alienari, in-
tra tm̄ tp̄s,vt intra annum,& poſt id tp̄s fuit alie-
natum,nō cenſetur in remiſſione pignoris,aut hy
pothecæ,conſenſiſſe. Itē ſi permiſit debitori ven-
dere,aut alienare pignus, & is non alienauit, ſed
fortè deuenit in poſſeſſionē alterius,non cenſetur
remittere pignus,aut hypothecā, ſi hic alius id vē
dat,aut aliter alienet. Vtrumq; hr l.ſicut citata. §.
pen. Excipe,niſi is poſſeſſor ſit hæres debitoris:nā
ſi hic alienet amittit creditor ius pig.aut hypoth.
Ita habetur l.ſicut citata.§ ſi debitori.

12 Si creditor † cōſenſit in venditione rei pignori
aut hypothecæ,ſubiectæ,& debitor illā vendidit,
ſed nōdū tradidit,aut tradidit quidē, ſed nec em-
ptor ſoluit pretiū,nec paratus illud ſoluere,cenſet
remiſſum ius pignoris,aut hypothecæ: qm̄ in pri
mo euentu tenetur venditor tradere rē illā, aut ad

id poteſt cogi:in ſecũdo vero emptor tenetur ſoluere pretium,& ad id cogi poteſt. Vtrumque habetur l.ſicut,§.ſi debitor. 1.ff.quibus mod.pigno, vel hypothec. Si tamen conceſſio facta fuiſſet ſub conditione, ſi inde pretium creditori ſolueretur, perſeueraret ius pignoris interim dum debitum ſolueretur,vt ſupra dictum eſt.

13 Si aũt creditor cõſenſit vẽditioni,aut alienationi,& alienatio non fuit ſequuta, nõ cẽſetur remiſſum ius pignoris,aut hypothecæ;qm̃ eo conſenſu tacitè cenſetur remiſſum pignus ſub conditione, ſi alienatio ſequatur l.ſicut, citata §.ſi voluntate. Hac eadem ratione, ſi ſequatur alienatio,cæterũ ficta,non cenſetur remiſsũ ius pignoris,aut hypothecę:qm̃ alienatio ficta,nõ eſt alienatio.Ita Bar, iuxta text.ibi l.ſicut, citata § ſuperuacuum, Eadẽ ratione ſi alienatio valida non fuit,non cenſet̃ remiſſum ius pignoris,aut hypothecæ:qm̃ inualida alienatio,nõ eſt alienatio,Ita habetur l.ſi debitor, §.vlt.ff.quib.mod.pigno. vel hypoth.vnde infert vniuerſim Bar.& conſentiunt reliqui,ſi actus circa quem adhibetur conſenſus, non valet non nocere eũ conſenſũ:qm̃ bẽ ac,ſi præſtitus non eſſet.

14 Eadẽ rõne cõſenſus † præſtitus à minore circa alienationẽ rei ſibi pignori, aut hypothecæ ſubiectæ non remittit ius pignoris,aut hypothecæ,niſi præſtitus ſit p̃ſente tutore,aut curatore, accedenteq; ſimul iudicis autoritate; aut niſi ſit præſtitus per tutorẽ, accedente ſimul iudicis autoritate. l.ſi conſenſerit, in prin. ff.quib.mod.pig.vel hypot.

15 Qñ itẽ aliquis † procurator eſſet generalis conſtitutus creditoris eſſeq; is nõie creditoris in alienationem rei pignori,aut hypothecę creditori ſubiectæ conſentiret ſi tñ ad id peculiariter mandatum nõ haberet à creditore, non amitteret creditor ius pignoris,aut hypothecę ſi tñ creditor procuratori generali debitoris permitteret alienationẽ rei pignori,aut hypothecæ ſibi obligatæ,cenſeretur remittere ius pignoris,aut hypothecæ,eſto talis procurator non haberet ad id peculiare mandatum à debitore.l.ſi cõſenſerit,citata §.1. Si tñ,quis eſſet cõſtitutus procurator à creditore in rẽ ſuã, vt vocant tunc, ſi is conſentiret in alienationem cẽſeretur remittere ius pignoris, aut hypothecæ l.ſicut §.procurator.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.

Quando creditor, qui hypothecam vniuerſalẽ habebat omnium bonorum, aut particularem alicuius rei,conſentit alienari aliquid ſub vniuerſali hypotheca contentum, vel id in quo habebat hy-
16 pothecam particularem,eſto † poſteà debitor recuperet dominium illius ex cauſa diuerſa, vel qa hæres extitit vltimo poſſeſſoris, vel quia id ipſi donauit, legauit, aut in dotem dedit non recuperat creditor hypothecam illius etiam ſi debitor ſua omnia bona præſentia, & futura ei ſubiecerit hypothecæ,vt ex l.vlt.C.de remiſ.pignor. diſput. 528.dictum eſt,cõſtat ex l.ſicut, §.ſuperuacuum, ff.quib.mod.pigno.vel hypoth. Secus autem ſi id recuperet ex eadem cauſa, ex qua fuit alienatum, vel ex cauſa connexa, ut quia alienatum fuit cum pacto de retrouendendo, & fuit redemptum, vel quia fuit redhibitum,vel reſoluta fuit venditio ex pacto adiectionis in diem,vel legis commiſſoriæ, & denique ex quacunque alia cauſa:quia per eam reſolutionem debitor reſtituitur in dominiũ rei illius,ita creditor reſtituitur in ius ſuum hypothecæ,quod in illa habebat.Ita habetur l.voluntate, in prin.& §.vlt. ff.quib.mod.pign. vel hypot.& affirmant gl.l.vlt.C.de remiſ.pign.Bart.& communis doctorum ſententia, quam Neguſantius, vbi ſupra nu.21.refert,ac ſequitur.

Qñ pro aliquo debito pignori,vel hypothecæ, erat aliquid ſubiectum, ſi fiat nouatio voluntaria eiuſdẽ debiti valida,quia uidelicet, extincta priori obligatione ſuccedit alia,in quam prior cõmutatur,vel eodem debitore ſubeunte obligationem, in quam prior obligatio commutatur, vel delegato,& conſtituto alio, qui deinceps in ſe ſuſcipiat
17 debitum,tunc,niſi † in poſteriori obligatione fiat repetitio eiuſdem pignoris,aut hypothecæ,extinguitur obligatio pignoris, aut hypothecæ.l.ſolutum,in princ.ff.de pign.act.l.nouatione,ff.de nouationibus,& alijs iuribus. Dictum eſt, nouatio uoluntaria; quia per litis conteſtationem aduerſus debitorem,& multo magis per ſententiam latam aduerſus eum, cenſetur facta nouatio; cæterum neceſſaria,quæ, quia non extinguit priorem obligationem debiti, neque etiã extinguit pignorum,aut hypothecarum obligationem, in ſecuritatem prioris obligationis adhibitorum, l.alia.ff. de nouat.Quid aũt ſit nouatio,& quid hodie req̃ ſat,ut facta eſſe cenſeatur, inferius ſuo loco dicetur. Quando autem conceditur debitori dilatio termini ad ſoluendũ, quia illud non eſt nouatio, ſed prorogatio termini ſub eadẽ obligatione,non extinguitur ius pignoris,aut hypothecæ: quin potius prorogatio termini cenſetur facta ſub eiſdem pignoribus,hypothecis,renunciationibus,& pœnis conſtitutis vſque ad terminum à principio p̃ſcriptum,argumento l.legem. C.de locato,& affirmat glo.l.Aemilius, in prin.verb.reſtitui.ff.de minorib.Lege Neguſ.memb.3.citato à nu.1.

Mancipiũ licet ſi pignori aut hypothecæ, ſit in particulari ſubiectum ignorante, aut repugnante creditore,non poſſit manumitti;ſi uerò manumittatur, quamuis ualida ſit manumiſſio ita ut debitor non poſſit illud redigere in ſeruitutem,manet tñ obligatum creditori pro debito,ita ut uendi ad ſolutionem debiti poſſit, niſi debitor,aut mancipium ipſum, uel alius loco ipſius, debitũ integre ſoluat,l.ſi creditoribus,iuncta l.1.& ſeq.C.de ſeruo pig.dat.manumiſſ.& l.37.tit.13.par,5.attamẽ
18 † ſi hypothecæ generali ſit ſubiectum, & debitor habeat ex alijs bonis,unde debitum ſoluat, manumitti põt,extinguiturq; ſtatim ius hypothecæ cõparatione illius,ẽt ſi ſiſco,aut alij priuilegiato fuerit uniuerſali hypothecæ ſubiectũ l.2.& 3. C.de ſeruo pig.dat.manumiſ.& l.37.citata,Quod ſi debitor illud manumittat, non habens unde ex reliquis bonis debitum ſoluat,ſolũ manet obnoxium pro debito,ut poſſit uẽdi, quandiu uel debitor ipſe,uel mãcipium,uel alius loco ipſius, debitũ integrè nõ ſoluit,ut de mãcipio hypothecæ in particulari ſubiecto,& manumiſſo ignoráte,aut inuito cre-
19 ditore dictũ eſt. Illud obſerua,† fauore libertatis, minorẽ viginti quinque annis,cui mancipiũ eſſet

pignori,

pignori,aut hypothecæ ſubiectum, poſſe ſine curatoris,aut iudicis beneplacito conſentire, vt manumitteretur eſto inde ſequeretur, ipſum amittere ius ſuum pignoris,aut hypothecæ. Ita habetur l.ſi pater.§.vlt.ff.de manumiſs.vindicta,& affirmant Greg.Lop.l.37.citata,& alij.

20 Vtrū aūt,ſi quis pro † alio rem ſuā pignori,aut hypothecæ ſubiecit,cogere poſſit debitoré,vt eam rem ab eo onere liberet. Lege Lucius.ff.mand. ſtendetur,cogi poſſe, ſi ſit in mora. Cæterum iudicis arbitrio committi,attentis circumſtantijs omnib. concurrentib. vt debiti,& debitoris qualitatibus, qñ pro eo debitō res aliena obligata fuit, & cæteris concurrentibus,iudicare quando cenſendus ſit eſſe in mora. Conſentiunt Bar. & alijs,quos Neguſ.memb.5.citato,nu.45.refert,ac ſequitur.

De venditione pignoris ob debitum, & pactis circa venditionem, quæ ſolent antecedere.

DISPVTATIO DXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum,quod ſi venditor intra certum tempus debitum non ſoluerit,maneat pignus venditū pretio iuſto, ad arbitrium boni viri taxando, validum eſt.*
Immo etiam ſi nihil ſit dictum de pretio,intelligēdum eſt ad arbitrium boni viri.

2 *Creditor per pactum de vendendo nō poteſt pignus vendere,antequam debitor ſit in mora ſoluendi.*

3 *Debitor quando in mora ſoluendi cenſetur eſſe.*

4 *Creditor quando poſſit ad venditionem pignoris procedere nulla facta denunciatione,& quid de iure Caſtellæ.*

5 *Creditor cogi non pōt vēdere pignus ſui debitoris. Tenetur tamen illud exhibere præſtita debita cautione ab ipſo debitore.*

6 *Creditor,qñ pactum non adeſt, quo ordine procedere debeat ad pignoris venditionē ſui debitoris. Et quid de iure Caſtellæ.*

7 *Pactum quod creditor non poſſit vendere pignus ſui debitoris,quid operetur.*

8 *Denunciatio de pignore vendendo per pactum inter creditorem,& venditorem remitti poteſt,ſed nō admonitio.*

9 *Pignus iudiciale quid.*

10 *Pignus iudiciale poteſt vendi poſt quatuor menſes, elapſus à die vltimæ ſententiæ latæ.*

11 *Tempus,quod datur condemnatis ad ſoluendum arctari & prorogari pro iudicis arbitrio. Et quid de iure Caſtellæ.*

12 *Executionē paratā de iure nouiſſimo Caſtellæ q̄ ſint illa, quæ habeāt,& quo ordine executio faciēda. Et quid de iure Luſitano.nu.13.*

14 *Pignus iudiciale,ſi emptor non inueniatur,adiudicādū eſt victori ꝑ iuſta pretio,arbitrio boni viri.*

15 *Tempus,quo vendi poteſt pignus prætorium, eſt iudicis arbitrium.*

16 *Pignus conuentionale quo ordine,& intra quātum tēpus vendi poteſt,quando nullum adeſt pactum.*

17 *Creditor primus,qui ius habet prælationis, ſi vendat rem ſibi hypothecæ ſubiectam, non poteſt a debitore,neque à poſteriore creditore repeti,offerendo illi,vel emptori pretium.*
Declara tamen,& intellige, vt nu. 19.20.21.

18 *Creditor pignus poſſidens per ſentētiam,an petere poſſit à iudice, vt præſcribat certum terminum debitori,ad illud recuperandum, ne cogatur cōputare fructus illius in ſortem.*

21 *Debitor ſi legat rē alteri hypothecatā, vel eā alienari in teſtō prohibeat, nō præiudicat creditori. Declara,& intellige,vt ibi.*

23 *Creditor,quo ordine vēdere teneatur multa pignora ſibi pro eodem debito ſpecialiter,& generaliter obligata.*

24 *Debitor emere rem ſuam non pōt à creditore, quā ſi emat,non erit emptio,ſed debiti ſoluto.*
Idem in creditore dicendum,quādo vendit pignus, & poſtea illud ab emptore emit: vnde debitor poteſt illi pretium offerre.

25 *Creditor ſi dolo vendit pignus minori pretio, q̄uo poterit agere debitor ad intereſſe aduerſus eū: Idem quando vendit pignus, ſine ordine iuris ſeruato.num.26.*

27 *Pignus eccleſiaſticum quando,& quo ordine vendi poteſt à creditore.*

28 *Creditor quādo teneatur de euictione pignoris per eum venditi.*

29 *Creditor ad quid teneatur in illis caſibus,in quibus non tenetur de euictione pignoris venditi.*

30 *Creditor in euentibus,in quibus de euictione tenetur,rōne pignoris vēditi,tenetur ēt ad intereſſe.*

31 *Creditor in pignore euicto, quādo habeat reuerſum aduerſus debitorem.*

SVpereſt dicamus de diſtract.pignoris, aut hypothecæ ídebiti,ob ꝙ ſūt obligata, ſolutioné. De pacto legis cōmiſſoriæ circa pignus, & circa venditioné,& ꝙ,licet ſit validū circa venditioné, ſit tñ proſus nullū circa pignus aut, hypothecā, dictū eſt diſp.324.& 278. Vt tñ diſp.324.dictū,
1 oſtensūq; eſt, valet † pactū,vt,ſi debitor intra certū terminū non ſoluat debitū,pro quo aliquid in pignus eſt datū,maneat pignus debitori venditū, non quidē certo aliquo,& determinato pretio iuſto,ꝙ.ſ.boni viri fuerint arbitrati. Idē iuxta Bart. Pan.& multorū aliorū ſniam,dictū eſt eſſe,ſi pactū ſit ꝙ, ſi debitor intra eū terminū non ſoluat, maneat pignus debitori venditum:qm̄ intelligit̄, pretio iuſto ꝙ boni viri tunc fuerint arbitrati. Solet ēt apponi pactum,vt,ſi debitor nō ſoluat debitum tpe ſuo,poſſit creditor vendere pignus, vt de pretio ſibi ſatisfiat debitum:valetq; eiuſmodi pactum ad effectus ſtatim explicandos,vt hr̄ l.vlt.§. ſancimus.C.de iure dominij impetrando l.ſi conuenerit 1.ff.de pign.act.& l.41.tit.13.par.5.
2 Siue præceſſerit † pactū,vt creditor vēdere poſſit pignus,ſiue non, non prius creditor procedere pōt ad illud vendendum,q̄ debitor ſit in mora ſoluendi debitū,qm̄ facultas per pactū ei conceſſa ad vendendū, intelligitur à die moræ. Quod ſi dies fuit pręfixus ad debitū ſoluendū,nō prius debitor

cenſetur eſſe in mora,quã dies ille ſit elapſus, debito non ſatisfacto,ac proinde,ante eum die elapſum , procedere non põt creditor ad pignus vendendũ,vt hr̃ l.cum ſoluendæ . ff.de diſtract.pign. Elapſo aũt eo die,cenſetur eſſe in mora,eſto debitum non petatur l.magnã. C.de contrah. & commiſ.ſtipul.qm̃ dies interpellat pro creditore. Si autẽ dies præfixus non fuit ſolutioni,non prius debitor cenſetur eſſe in mora, accedente tpe, in quo tõ poſtulat,vt ſoluat, quàm ſit per creditorem interpellatus,hoc eſt,admonitus,vt ſoluat.l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.obl.& diſp.532. dictum eſt,atq; affirmant Neguſ.de pig.par.6. memb.1.nu.1. & communis doctorum ſententia, quam refert.

4 Qñ † creditori fuit cõceſſa facultas vẽdendi pignus,tũc,ſtãdo in ſolo iure cõi,eo ipſo ꝙ eſt in mora ſoluendi,põt creditor procedere ad vẽditionem pignoris,nulla facta denunciatione,hoc eſt,admonitione debitori,ꝙ vult illud vendere. Ita gl.l.creditor hypothecas,verb.teſtato. C.de diſtra.pign. & affirmat Neguſ.nu.1.citato, & cõis doctorum ſnĩa,quam referunt Greg. Lop.l.41.gl.2. & l.48. verb.*a quinquier:que la falle*,tit.13.par.5.& Villalobos in antimonia lit. P.nu.13.& 14.& conſentiunt.l.ſi conuenerit.1.ff.de pign.actio. & l.vlt.§. ſancimus. C.de iur.dñij impetran. Cæterũ de iure Caſtellæ,l.41.& 48.citatis,eſto pactũ præceſſerit,vt creditor poſſit vendere pignus , antequã tñ illud vendat,tenetur admonere debitorẽ, ſe velle illud vendere, & debitore abſente, tenetur facere admonitionẽ in domo illius, niſi fortè nõ poſſit; vt quia debitor cũ tota ſua domo , abſens eſt, aut eſt impedimento,non admoneatur;ꝙ ſi aliter vẽditio fiat, eſt nulla , poteſtq; debitor extrahere pignus perſoluto emptori pretio vſq; ad debiti ſui quantitatem,vt l.48.citata expreſſe hr̃, ſiue tñ creditor pignus de iure cõi vendat ſine præuia admonitionem , ſiue de iure Caſtellæ præuia admonitione tenetur illud vendere bona fide , quanto pretio commodè potuerit,& ſubhaſtatione, vt hr̃ l.creditor hypothecas iũcta gl.2.ibi. C.de diſtra. pig.l.vlt.C.de iure dom.imper.& l.41.citata. Atque,ſi aliquid de pretio ſuperfuerit , tenetur illud reddere debitoris vt hr̃ l.quamuis, §.vlt.iuncta l. ſequẽ. C.de pign.act.l.vlt. & l.41.citatis,& atque quo ad vtrũque , competit debitori pign.actio directa aduerſus creditorem, vt hr̃ l.creditor hypothecas citata,iuncta glo.vlt.ibi, & l.1.C.ſi vẽdito pig.agatur. Si vero pretiũ non ſufficiat toti debito ſoluendo, cõpetit creditori perſonalis actio aduerſus debitorem,vt ꝙ deeſt, illi ſoluat.l.vlt. & l.41.

5 citatis. Nunq̃ † tñ creditor cogitᵘ vendere pignus, vt hr̃ l.quamuis,in princ.ff.de pign.act.cum debitor ipſe,ſi velit,poſſit illud vendere, & de ꝑtio ſoluere debitum. Quòd ſi debitor pignus petat oſtendi,vt vẽdatur,tenetur creditor illud exhibere, præſtita tñ debita cautione, vel alterius pignoris , vel fideiuſſoria,vt eadem l.quamuis,iuncta gloſſ.ibi, hæc oĩa hñr,& l.ſicut,§.illud,ver.tutius , ff.quib. mod.pig.vel hypo. Atque hæc,quæ de vẽditione bona fide, & reliqua, quæ ſubiuncta ſunt ſimiliter locum habent in ſequentibus modis , quibus dicetur procedi ad venditionem pignoris.

6 Qñ † non antecedit factum,vt creditor vendere pignus poſſet,neque id pacto fuit ei prohibitũ, q̃uis de iure digeſtorũ procedere ẽt poſſet creditor eo ipſo,ꝙ debitor eſſet in mora ſoluenda, ad illius venditionem ſine alia denũciatione, vt hr̃ l.ſi conuenerit.l.& notat ibi glo,ver,liceat. ff.de pig.act. vt tñ ſubiungit eadem gl.& affirmant alia l.creditor hypothecas,verbo teſtato,& alia l.vlt.verb.ex denunciatione. C.de iu.dom.imp. atque cõis doctorũ ſnĩa,requiritur vna tantũ denunciatio, iuxta l.vlt.citatam §.ſin aũt nulla,& hr̃ l.42. titu.13. par.5.attñ,poſt denunciationem illam,expectare tenetur creditor de iure cõi biennium,antequã pignus vendat,vt hr̃ §.ſin aũt nulla,citato:atq; biẽnium illud cõputari debet a denunciatione facta, ſi debitum ſit liquidum ; alioquin à ſnĩa lata per iudicem,ꝙ debitũ ſoluatur,& pignus vẽdi poſſit, vt hr̃ gl.vlt.l.cum cõuenerit.1. ff.de pign.act. De iure tñ Caſtellæ l.42.citata,ſi pignus ſit res mobilis,ſolum tenetur expectare duodecim dies , ſi verò ſit immobilis,tenetur ſolum expectare 30.dies atque hanc differentiam inter ius cõe,& Caſtellę, præter Greg. Lop.l.42.citata,notat Villalobos,vbi ſupra nu.15.ſuntq; ea de re varia iura in diuerſis regnis,vt doct.admonent.

Ius Caſtellæ.

7 Qñ anteceſſit † pactum, vt creditor non poſſit vendere pignus, licet tale pactum nõ valet ad effectũ,vt oĩno vendere illud non poſſit,quia eſſet cõtra publicã vtilitatem,qm̃ , ſi creditor omnino nõ poſſet vendere pignus, non eſſet,qui commodare vellet indigenti,vt ait gl.vlt.l.ſi cõuenerit. 1.ff.de pign.act.valet tñ ad effectũ, vt vẽdi nõ poſſit,niſi debitori,poſtq̃ fuerit in mora,facta fuerit trina denunciatio,vt ſoluat;quaſi pactũ illud habeat hanc tacitã conditionem, niſi fuerit prius ei ter denunciatũ,vt ſoluat,iuxta Salyc.quem Neguſ.vbi ſup. nu.3.refert,ac ſequitur. Ita hr̃ expreſſe l.ſi conuenerit citata,& affirmant ibi gl.vlt. & alia l.creditor hypothecas.C.de diſtr.pig.verb. teſtato,atque alia l.vlt.verb.ex denũciatione.C.de iur.dom.impetr. & hr̃ l.42.citata , neq; quicquã hac in parte de iure Codicis eſt reuocatum, vt doctores , quos ibi Neguſ.refert,ac ſequitur,affirmant. Porrò denunciationes hæ fieri non debent ſimul vnico cõtextu,ſed,vt gl.vlt.citata,& Bar. ibi affirmant,inter vnam,& aliam, cũ minimũ , debet triduũ interuenire,aut,vt alij volunt, id debet iudicis arbitrio relinqui. Poſt eas verò denunciationes, expectare debet,antequã pignus vendatur,biennium , iuxta l.vlt.C.de iur.dom.imper.vt affirmant glo. vlt.citata,Bar.& Doctores cõiter. Idemq; biẽniũ expectari debet poſt tres illas denũciationes de iure Caſtellæ,vt expreſſe hr̃ l.42.citata: vnde in hoc euentu, nihil diſcrepat ius Caſtellæ à iure cõi.

8 In tribus † euentibus explicatis , ſiue nulla denunciatio ſit neceſſaria, vt vẽditio pignoris ſit valida,ſiue vna ſit neceſſaria, ſiue tres,ſemper, quando ad venditionem pignoris acceditur,admonere inſuper oportet debitorem,vt aſſiſtat venditioni , non quidem quaſi ſine ea admonitione uenditio eſſet nulla,quemadmodum nulla eſſet, ſi nõ adhiberentur aliæ admonitiones, & expectaretur tempus , de quibus hactenus eſt habitus ſermo , ſed

vt

vt abſit ſuſpicio fraudis, nec poſtea debitor agere poſſit pignoratitia actione ad intereſſe aduerſus creditorem, ob fraudem in venditione commiſſam. Atque de hac admonitione potiſſimum habetur ſermo. l. creditor hypothecas. C. de remiſ. pig. hancque doctrinam tradunt Bart. & communis doctorum ſententia, quam Neguſanus, vbi ſup. num. 6. refert, ac ſequitur.

9 Hactenus diximus de vendône pignoris † conuentionalis. Quod vero ad iudiciale pignus attinet, quod capitur pro executione ſnīæ vltimæ, qua reus condemnatur ad quantitaté aliquam ſoluédam, vel qd capitur pro exequutione ſolutionis ſimilis debiti, quod reus in iudicio cõfeſſus eſt ſe debere, iuxta l. a Diuo Pio, & l. debitoribus. ff. de re iudicata, ac l. pen. tit. 27. par. 3. ad quam, & ad l. vlt. ſequétem, remittit. l. 42. tit. 13. par. 5. lon-
10 gè diuerſus ordo eſt ſeruandus. Nã a puncto † latæ ſnīæ condemnatoriæ, a qua non appellatur, aut quæ eſt vltima, vt ab ea appellatio non concedatur: itemq; a puncto cõfeſſionis debiti in iudicio, quod proinde reus ſoluere iubetur, de iure cõmuni ſuperſedendum eſt ſpatio quatuor menſium, antequam ex reo, & ex fideiuſſoribus illius capiãtur pignora iudicialia, quæ védantur pro eo debito ſoluendo, quod tempus conceditur condemnatis ad ſoluendum. Ita hr. l. 2. & 3. C. de vſuris rei iudicatæ. Idemq; eſt de iure canonico, capitu. quod ad conſultationem, de ſententia, & re iudica-
11 ta, & c. quæ tenti, de officio iud. deleg. Poteſt † tamen huiuſmodi tempus ex rationabili cauſa, pro debiti quantitate, & alijs circumſtantijs concurrétibus, arctari, ac prorogari a iudice, vt habetur. l. 2. ff. de re iudicata, & c. quod ad conſultationem citato. De iure vero Caſtellæ, l. penul. citata, ſolũ conceditur ſpatium decem dierum, a confeſſione debiti, aut a lata ſnīa, quæ tranſit in rem iudicatã. Vtrũ aũt hodie ſit aliquid in eo Regno innouatum, paulo inferius ſubijciemus. Obſerua tamen, qñ agitur rei vendicatione, aut aliquis condemnatur rem aliquam in ſingulari tradere, tunc ſtatim ſententiã mandari exequutioni, ſine expectatione quatuor illorum menſiũ de iure communi ciuili, aut canonico, vel decẽ dierum de iure Caſtellæ. Si tñ res reddenda, abſens ſit, aut legitimũ aliquod occurrerit impedimentum, cur reddere illam reus ſtatim non poſſit, præſcribitur illi a iudice terminus, in quo illam reddere debeat, aut æſtimationem illius, ſi omnino reddi non poſſit, adhibẽte reo fideiuſſores. Ita habetur inſt. de off. iud. §. 1. iuncta gl. ibi, & l. penul. citata. Elapſo vero ſpatio quatuor menſium de iure ciuili communi, & canonico, debitori ad ſoluendum conceſſo, ſi debitor intra id tempus non ſoluit, capiuntur intra duos alios menſes, a puncto capturæ eorum, vt hr. l. debitoribus. ff. de re iud. Venditio autem fieri debet autoritate iudicis ordinarij, qui de cauſa cognouit in prima inſtantia. l. 1. & ſequentibus. C. ſi in cauſa iudicati pign. captum ſit l. vlt. citata, & alijs iuribus. Atq; hoc conſtitutũ fuit poſtea de iure Codicis, vt eſſet quatuor mẽſium, niſi iudici, cã cognita, & expenſis circumſtantijs concurrentibus, videretur ex iuſta, & rõnabili cauſa,

Ius Luſitan.

arctandum, aut prorogandum. Alterum, poſtquã pignora ſunt capta, duorum aliorum menſium, non quidem, vt debitor ſoluat, ſed vt pignora eo tempore vendantur, nec prius perficiatur venditio, quam illi ſint elapſi, vt iuſtum pretium reperiatur. ſi tamen, ante venditionem perfectam, debitor ſoluat debitum, non conſummatur venditio, ſed pignora illi redduntur, perſoluente eo expenſas, quæ fuerint factæ. Quod autem quatuor menſes ſtatuti de iure Codicis, non reſpondeant duobus menſibus l. debitoribus, conſtitutis poſt capta pignora ad illa vendendum, ſed ſint tempus diſtinctũ, aſſeuerant aduerſus glo. 1. l. 2. C. de vſu. rei iud. ac gl. vlt. l. ſi debitori ff. de iudicijs, ac Cynum (quos perperam Grego. Lopez l. pen. citata glo. 1. ſequitur) Bar. vt ait additio ad gl. 1. l. 2. citatam, Alex. & Iaſ. quos Neguſ. vbi ſupra nu. 7. refert, ac ſequitur. De iure verò partitarum Caſtellæ, poſt decem dies capiuntur pignora, vt dictum eſt, ſolumque ſtatuuntur viginti dies ad illa publicè vendenda (& decem, ſi ſint bona mobilia, vt habetur l. 52. tit. 5. par. 5.) quibus finitis perficitur venditio cum eo, qui plus pro illis obtulit. Ita habetur l. vlt. tit. 27. par. 3.

12 Hodie verò † de iure Caſtellę l. 1. & quinq; ſequentibus, tit. 21. lib. 4. nouæ collect. ſnīæ, quæ in rem tranſeunt iudicatã, atq; confeſſiones debitorem in iudicio per ipſomet debitores, itemque publica inſtrumẽta contractuũ, quin & priuata, modo in iudicio à debitoribus recognoſcantur ab ipſis fuiſſe confecta, habent paratam exequutionẽ: neque admittitur aduerſus eam exceptio, quæ illam impediat, quominus ad effectum perducatur, quouſq; diuenditis bonis debitoris, in quibus ſit ea exequutio, integrè creditori ſit ſatisfactum, niſi paucæ quædam quæ l. 1. citata commemorantur, atque illæ probari per debitorem debent intra decem dies, connumerandos à puncto, in quo debitor tali exequutioni ſe oppoſuerit: quo autem tempore ſe poſſit opponere, ſtatim ſubijcietur. Quamuis autem ſolæ illæ exceptiones, probatæ intra decem dies, impediant exequutionem, eo tñ ipſo, quod debitor aliquid aliud opponit, vel aliquid de numero eorum, quæ impediunt exequutionem, ſi intra decem dies probarentur, non poteſt exequutio perduci ad effectum, niſi creditor fideiuſſores præſtet, quod, ſi poſtea lata aduerſus ipſum fuerit ſententia, reſtituet omnia, atq; etiam expenſas; ac tunc diſſoluitur venditio bonorum debitoris prius facta, ipſique omnia reſtituuntur, vna cum damnis inde ſubſequutis.

Porrò l. 19. eiuſdem titu. 21. ſequens forma, in eiuſmodi exequutionibus faciendis, præſcribitur. *Ordenamos, y mandamos, que quando ſe pidiere alguna execucion, y al juez le pareciere, qua la ſcritura, o recaudo, por que ſe pide, deue ſer executada, de ſu mandamiento de execucion, ſin citar ala parte executada para ello, mandando por el, que ſe haga la execuciou en bienes muebles, y por fala dellos, en bienes rayzes* (ſic enim fieri debent exequutiones incipiẽdo à bonis mobilibus, vt hr l. à Diuo Pio, §. in venditione. ff. de rei iudicata) *con fianzas a las de ſaneamiento, y aue, en defecto de las dichas fian-*

fianchas, ſea preſo el deudor, no ſiendo tal, que, conforme a las leyes deſtos Reynos, no pueda ſer preſo por deuda, y por eſta forma ſe haga la execucion en bienes muebles, y a falta dellos, en rayzes, y haziendoſe en bienes muebles, ſe den los pregones por nueue dias de tres en tres dias cada uno. Y ſiẽdo bienes rayzes, ſe den tres pregones en veynte y ſiete dias, de nueue en nueue dias cada pregon, y dados los dichos pregones, ſea citado el deudor para remate en ſu perſona, ſi pudiere ſer auido, y ſino, en ſu caſa, haziendolo ſaber a ſu muger y hijos y criados, ſi los tuuiere, y ſino, a los vezinos mas cercanos. Y hecha la dicha citacion, ſi dentro de tres dias ſe oppuſiere, y alegare excepcion legitima conforme a la ley primera y ſegunda de eſte titulo, corran los diez dias deſde la oppoſicion, haziendoſe como dichos es, dentro del tercero dia; y no haziendoſe la oppoſicion dentro de los dichos tres dias, mande el juez hazer remate, y pago a la parte, dãdo las fianzas la parte que pido la execucion, que la ley de Toledo (ſecunda videlicet eiuſdem tituli) *y las otras leyes deſtos Reynos piden, y haga el remate y pago ſin embargo de qualquiera appelacion.*

Ius Luſitanũ. De iure Luſitano 3. lib. ord. titul. 71. ſtatuitur,
13 ſnĩa, quæ † in rem tranſeunt iudicatã, debitorum, de quibus loquimur, mandandas eſſe exequutioni ſtatim, ac creditor id à iudice exigit (idem intellige de ſimilibus debitis, quę debitor in iudicio confitetur.) Atque dum primo exequutio intentatur, admouendum eſſe debitorem, vt ſoluat, aut vt continuo tradat pignora ſufficientia adhibiti, & expenſarum, ſatisfactionem: qua admonitione facta, neceſſe non eſt poſtea, tpe venditionis pignorum, iterum admoneri. Quicquid autem debitor excipiat, peragi nihilominus debet exequutio, atque ex pignorum pretio perſolui dẽt victori debitum; modo cautionem fideiuſſoriam ſufficientem exhibeat, ꝙ, ſi lata aduerſus ipſum fuerit ſnĩa circa eas exceptiones reſtituet omnia, abſque vlla tergiuerſatione, ẽt expenſas: alioquin pecunia, vnde debitum erat ſoluẽdum, deponitur apud competentem depoſitarium, quouſq; circa exceptiones ſnĩa feratur. Quod ſi reus fuerit abſolutus, reſtituuntur ipſi ſua pignora, nihil impediente venditione, exceptis fructibus ex eis perceptis, qui relinquuntur emptori: is tñ, qui exequutionẽ peragi fecit, perſoluit reo valorem eiuſmodi fructuum. Quòd ſi emptor melioramenta aliqua pignoribus fecit, illi perſoluuntur à dño pignorum, compenſando in eo euentu, in melioramentis, valorem fructuum, quos emptor ex pignoribus pcipit. Lege ibidem, quæ exceptiones à reo opponi poſſint, & quæ non. Item quo pacto fieri debeat exequutio, prius in bonis mobilibus, & eis deficientibus, aut non tradente illos debitore, quando fuit requiſitus, in immobilibus. Ac bona mobilia per decem continuos feriatos dies, & immobilia per triginta, computandos à die, in quo pignora vſurpata ſunt, quotidie in locis publicis oppidi, in quo exequutio fit, eſſe proclamando vendi, atque in vltimo, etiam ſi dies feſtus ſit, facta proclamatione in locis, vbi ad id homines conuenire ſolẽt, [illegible] iuſſu iudicis perficiendam venditionem cum eo, qui plus pretij pro illis obtulerit. Hæc, & alia eo titulo continentur.

Sicut aũt ſupra dictũ eſt de pignoribus cõuentionalibus, ita hoc loco de iudicialibus eſt dicendum, videlicet, ſi maiori pretio fuerint vendita, ꝗ̃ ſit id pro quo exequutio fit computando etiã expenſas, incrementum reddendum eſſe debitori l. debitoribus, in fine, ff. de re iud. & l. vlt. titul. 27. par. 3. Quòd ſi ex pretio pignorũ ſatisfactum non ſit integrum debitum, fit iterum exequutio in bonis debitoris, quouſq; integrũ debitum perſoluatur: neq; enim ſolis pręcedentibus pignoribus facta eſſet integra exequutio ſnĩæ, ac debiti. Ita hr̃ l. vlt. citata, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua, & conſentiunt l. quæ hypothecas, & l. ſpecialiter. C. de diſtract. pig. & l. 2. C. de pign. tametſi in his iurib. ſolum ſit ſermo de pignoribus, & hypothecis cõuentionalibus. Si aũt, intra terminum venditioni pignoris prȩſcriptum, nõ inueniatur, qui pretium pro eo offerre velit, aut qui offerre velit, quantum valet, conceditur à iudice ei, in cuius fauorem fit, exequũtio, vt per ſe, vel per eũ, qui nomine ipſius exequutionem petit, poſſit licitari, ſeu augere pretium, perinde ac quiuis alius, vt ipſi venditio fiat. Ita hr̃ l. 2. C. ſi in cã iudicati pign. captum ſit. Luſitanæ verò ordinationes tit. 71. citato. § 13. conſtituunt, vt id ſolum fiat vltimo die, in quo venditio perfici debet, & vt tunc petatur à iudice ad id facultas, quam concedere teneatur. Quòd ſi metu, aut induſtria eius, aduerſus quem fit exequutio, non inueniatur, qui pretium offerre velit, aut qui offerret velit, quantum ſub eo vẽditionis modo pignus valet, tunc l. vlt. C. ſi in cauſ. iud. pign. cap. ſit, ſancitur, vt pignus concedatur ei, in cuius fauorem fit exequutio, pro eo, quod ei debetur, & vt comparet illius dominiũ, atque tunc iura communia innuere videntur, vt ſiue plus, ſiue minus, pignus valeat, eo ſit contentus, nec poſſit plus exigere, vt patet l. à Diuo Pio, §. ſi pignora ff. de re iud. l. ordo. C. de exequutio rei iud. & l. vlt. §. ſin autem tpe C. de iur. dom. impetr. In hoc tamẽ vltimo iure, ſermo eſt de pignore conuentionali, & conceditur, vt in eo euentu creditor adeat principem (intellige cum Neguſ. vbi ſup. nu. 10. & cum alijs, quoad iudicem miniſtrũ ipſius) qui ſibi pignus pro debito addicat, quo obtento, comparat dñium illius: ita tñ, vt, ſi debitor intra biennium à pũcto, quo pignus creditori pro debito eſt conceſſum, illi offerat debitum integrum, cum omnibus damnis creditori ex cõtumacia debitoris ſubſequutis, etiam lucri ceſſantis, recuperet ſuum pignus. Merito aũt lex Caſtellæ vlt. tit. 27. par. 3. ſtatuit, vt ſiue timore, ſiue amore debitoris, aut qua-
14 uis alia de cauſa, non † inueniatur pro pignore iuſtum pretiũ iudex illud victori applicet, tanquam ei venditum pro pretio, quod iudex ipſe fuerit arbitratus eſſe iuſtum. Quare, ſi eiuſmodi iuſtum pretium excedat debitũ, & expenſas, victor reddere tenetur damnato incrementum: ſi verò debitum, & expenſas non attigerit, cogetur is, cuius erat pignus, pſoluere inſuper, qđ deeſt ad debiti, & expenſarũ, complementũ. Has fere omnes ſolutiones, ſeu modos huius exequutionis faciendæ,

Ius Luſitan. · Ius Caſtellæ.

de, tradit gl. §. ſi pignora, citato. Mihi oĩno placet, vt, ſi non ſit alius, qui pro pignore iuſtũ pretium ſub illo vendendi mõ offerat, in primis victor ad licitandum admittatur. Quod ſi non puenerit ad infimum iuſtũ pretium ſub illo vendendi mõ, iudex illud ei adiudicet pro infimo pretio iuſto. Qđ ſi victor pro eo illud minimè voluerit, & intelligatur culpa dñi pignoris non inueniri maius pretium, illud iudex victori adiudicet in ſolutionem debiti, cum facultate dño pignoris, vt intra biennium ſoluat integrum debitum, & damna omnia ſubſequuta, atque ita redimat ſuum pignus. Si autem nulla interueniat culpa debitoris, tradat pignus victori retinendum pro debito, quouſq; inueniatur, qui ad iuſtum pretium pro eo pignore attingat. Hæc de pignore iudiciali.

35 Quod † verò ad pignus prætorium (vt à iudiciali preſsè ſumpto diſtinguitur) attinet. Communis opin. cum Bart. quam Neguſ. vbi ſupra num. 8. refert, ac ſequitur, eſt. Cum in iure ſancitum non inueniatur, intra quantum tempus debeat vendi, iudicis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus eſſe committendum, quanto tempore vendi debeat.

36 Vt ad pignus † conuentionale latè ſumptũ potiſſimũ regrediamur. Admonet, cũ Alber. Greg. Lopez l. 42. tit. 13. par. 5. verb. *o treynta*, ſi vel nullum anteceſſit pactum de pignore conuentionali vendendo, vel pactũ anteceſſit de illo non vendẽdo, breuiorq; reperiatur via ad illud vendendum, debitumq; recuperandum (præſertim iuxta quorundam regnorũ leges, & ſtatuta) ſi recurſus fiat ad viam exequutiuam iudicis authoritate, atque adeo ad pignus iudiciale; tunc poſtulandam eſſe coram iudice à debitore ſolutionem debiti, atque ſi id non ſoluat, intentata aduerſus illum exequutione in bonis illius pro eo debito, conuertendum eſſe pignus conuentionale in iudiciale.

37 Illud eſt obſeruandũ, qñ † res aliqua in pignus, aut hypothecam, multis ordine quodam obligata eſt, ſi illam rite (iuxta ea quæ dicta ſunt) vendat is, cui prius eſt obligata, vel qui ius prælationis ad eam vendẽdam, indeq; recuperandum ſuũ debitum, hẽt, tunc extingui oĩno in illa ius pignoris, aut hypothecæ, manereq; prorſus liberã emptori, ita vt neque à debitore repeti poſſit, offerendo creditori, aut emptori, debitum, neq; à poſteriore creditore, cui obligata poſterius erat. Idem dic, qñ ritè vendita eſt ab eo, cui ſoli erat obligata, aut cui idcirco obligata primo manet, quòd debitor, ſoluendo debitum priori, aut prioribus creditoribus, extinxit in illa ius hypothecæ, quo prius obligata erat: tunc enim nullum remanet ius debitori comparatione emptoris, neque poſteriori alij creditori. Ita hř l. 1. in prin. & l. 2. C. ſi antiquior creditor pign. vendiderit l. qui à creditore. C. de diſtract. pign. l. cum prior. ff. eod. tit. & alijs iuribus.

Hoc loco obiter admonuerim, me non depræhendere, quam difficultatem contineat quæſtio, quam Couar. 3. var. reſol. c. 18. nu. vlt. excitat. Vi-
38 delicet, num † creditor, cui res, ſibi obligata iudicis ſnĩa traditur, vt illam iure pignoris, aut hypothecæ, obtineat, donec ſibi ſatisfiat ſuum debitũ, petere poſſit à iudice, vt præſcribat certum terminum antiquo poſſeſſori, à quo oblata eſt, vt debitum ſoluat, alioquin ſolemniter vendatur, ne creditor cogatur, computando fructus rei illius in ſortem, paulatim accipere ex re illa debitum ſuũ. In primis enim occupari non poteſt hypotheca ex tertio poſſeſſore, vt tradatur creditori in pignus, antequam debitor principalis ſit in mora ſoluendi debitum, & antequam ſit facta exequutio in bonis illius, atq; etiam fideiuſſorum, ſi qui adhibiti erant pro debito illo ſoluendo, vt diſput. 534. dictum eſt. Exiſtente verò debitore in mora ſoluendi debitum, ſiue pignus ſit iudiciale, ſiue conuentionale, vendi poteſt, ac dẽt, poſtulante id creditore, modis hactenus explicatis, neq; vllum poteſt eſſe dubium, creditorem non poſſe remorari à receptione ſui debiti, cogendo eum paulatim illud recipere ex fructibus pignoris. Interim verò, dum debitor principalis non eſt in mora ſoluendi, non poteſt occupari hypotheca iudicis authoritate, vt tradatur creditori in pignus, etiam ſi à debitore ipſo poſſideatur, nedum ſi à tertio aliquo effecto rei illius domino, poſſideatur.

39 Hoc † obiter annotato, vt ad venditionẽ rei pignori, aut hypothecæ, multis obligatam regrediamur, non idem dicendum eſt, ſi debitor illam tradat in ſolutum, aut vendat primo creditori, cui prius fuit obligata, aut ei, qui ius prælationis ſupra reliquos creditores hypothecarios habeat: ſi enim poſterior creditor offerat priori, quod ei ſub illo pignore, aut hypotheca, debebatur, tenetur prior creditor reddere talem rem poſteriori creditori, niſi (vt diſp. 536. dictum eſt) prior creditor perſoluere velit poſteriori creditori, quod ſub eodem pignore, aut hypotheca, ei debebatur. Ita habetur l. 1. C. ſi antiquior cred. pign. vendiderit, l. cum prior. ff. de diſtract. pig. & l. 46. iuncta glo. 1. Greg. Lopez ibi, tit. 13. par. 5. Idem ait Greg. Lopez, ibidem eſſe, ſi eadem res multis hypothecata, à iudice applicatur in ſolutum priori creditori: quoniam iudicis factum reputatur factum ipſius debitoris, iuxta l. ſi ob cauſam. C. de euict. Quòd ſi prior creditor, qui rem ſibi, & alijs hypothecatam, ita emit à debitore, aut eam à debitore, vel à iudice, accepit in ſolutum, illam vendat alicui tertio, aut etiam tertius alicui quarto, poterit nihilominus poſterior creditor illam repetere, offerendo, quod priori illi creditori ſub ea hypotheca debebatur. Ita Grego. Lopez vbi ſupra cum alijs, quos citat: quoniam prior ille creditor non vendidit tunc illam iure primi creditoris, ad accipiendum ex pretio illius, quod ſibi debebatur, ſed eam vendidit, vt rem ſibi prius à debitore venditam, aut traditam, in ſolutum; ac proinde non plus iuris ea venditione transferre potuit in emptorem, quam ipſe iure emptionis à debitore, aut traditionis in ſolutum comparauerit.

Obſerua tñ, cum prior creditor, emendo rem illam à debitore, aut accipiendo eam in ſolutum, verè comparet dominium illius (tametſi cũ onere explicato comparatione poſterioris creditoris) non ſecus ac ſi aliquis extraneus eam ab eodem debitore emiſſet, aut accepiſſet in ſolutum vtique fructus,

fructus, quos ex illa ipſe perceperit, aut alius in cuius dominium prior creditor illã trãsferat, vſque ad tẽpus, in quo priori creditori à poſteriore ſuum debitum cũ effectu offeratur, ad ipſos pertinent, neque manent hypothecæ poſteriori creditori ſubiecti: ſecus autem, q̃ tunc reperti fuerint pendentes ex ipſa re, aut qui ſati, concepti, aut nati ſunt interim, dum res erat debitoris, ſi adhuc exiſtant, iuxta ea quæ diſp. 529 fuſius explanata ſunt. Ita Greg. Lopez l.46. citata verb. *dexelo deſamparar.*

20 Quòd ſi primus † creditor, ſiue, q ius prælationis ſupra reliquos creditores hypothecarios hẽt, vendat pignus, aut hypothecam, poſteriori creditori, tunc, ſi debitor offerat illi, tum quod debebat priori creditori, qui rem ita vendidit, tum etiã, qđ debebat ipſimet emptori, recuperat debitor rem ſuam: cum tñ non remaneret, illi ius ad eam recuperandam, ſi primus creditor vendidiſſet illam alicui extraneo, qui creditor hypothecarius cõparatione eiuſdẽ rei non eſſet. Eodem modo, poſterior alius creditor, offerendo huic ſecundo, quod pro ea re primo dedit, & quod eidem ſecundo debebatur, conſequitur eandem rem, vt ex ea ipſi etiam ſoluatur, quod ſibi debetur. Ita habetur l. ſi prior. §. ſciendum. ff. q̃ potior. in pign. l. cum ſecũdus. §. vlt. ff. de diſtract. pigno. & l.46. tit. 13. par. 5. Fructus tamen, qui percepti fuerunt ab eo, qui rem illã emit à primo creditore, interim dum dominium illius apud ipſum pſeuerauit, manẽt omnes abſolutè præcipui ipſius, ſi res illa à debitore redimatur, vt affirmat l.46. citata, iuncta glo. vlt. Greg. Lopez ibidem: q̃n quidem res illa non eſt hypothecata debitori, ſicut alijs poſterioribus creditoribus hypothecata eſt. Quo loco obſerua, vt rectè Greg. Lopez ibidem verb. *la otra deuda*, ait, quamuis poſterior creditor plus pretij dediſſet pro ea re priori creditori, quam quod eidem priori creditori debebatur, ſi tamen incrementum illud non eſſet traditum debitori, non teneri poſtea debitorem reddere plus poſteriori creditori ad redimendam rem ſuam, quàm quòd debebat priori, & poſteriori creditori; ſed poſteriorem creditorem debere recuperare incrementum illud à priori creditore, cui minimè debebatur. Item, ſi eadem res duobus ſit hypothecata, cæterum priori creditori, vltra eam hypothecam, dati ſint fideiuſſores pro eodem debito; tunc, ſi primus creditor debitum exigat à fideiuſſore, quod efficere poteſt, ac poſtea à iudice vendatur fideiuſſori pro pecunia, quam priori creditori loco debitoris ſoluit, eo quòd ſubeant eo ipſo vicem prioris creditoris poterit nihilominus, tum poſterior creditor, tum etiam debitor, offerre fideiuſſori totum, quod ſoluit priori creditori, diſſoluetur que eo ipſo venditio, ac recuperabit rem hypothecatam, vel poſterior creditor, vel debitor ipſe, prout vnus, aut alter eorum, id fideiuſſori ſoluerit. Ita habetur l.2. iuncta glo. ibi, & iuribus, quæ citat ff. de diſtract. pig. & l.45. tit. 13. par. 5.

21 Quamuis creditor, qui † iuxta hactenus dicta ritè vendit pignus, aut hypothecam, ſibi pro debito obligata, dñs talis pignoris, aut hypothecæ, non ſit; nihilominus dominium transfert in emptorem: q̃m iuris diſpoſitione in eis euentibus, tanq̃ procurator debitoris, qui dñs rei illius eſt, eam vendit, etiam debitore ipſo inuito §. contra autem. Inſtit. quib. alien. licet, vel non l. creditori. ff. de noui oper. nunciat. l.12. C. debitorem venditionem pignoris impedire non poſſe l. 4. ff. de pignor. act. & l.43. titu 13. par. 5. in multiſque alijs euentibus, qui dñs non eſt, transfert dñium rei alicuius in aliũ, vt not. gloſ. §. citato. Vt autẽ emptor dñium rei ita emptæ cõparet, vt docetur l. qui prędium. ff. de diſtract. pig. l. penul. ff. eod. tit. & l.43. citata, neceſſe eſſe, vt prius emptor in pignoris poſſeſſione mittatur, & ita cum Bal. affirmat Neguſ. vbi ſupra nu. 11. Lege 43. citata tradi etiam videtur, neceſſe inſuper eſſe, vt emptor tradat pretiũ, quaſi non ſatis ſit, vt in alijs venditionibus, creditorem fidem habere de illo. Id verò intelligit ibi Greg. Lopez, quando creditor maiori pretio vendidit rem, quàm eſſet, quod ſibi debebatur: quoniam de incremento, quod ad debitorem pertinebat, non potuit fidem habere, ſine debitoris conſenſu. Niſi fortè non potuiſſet aliter rem vendere, rationabiliterque tunc, ſpectatis circumſtantijs concurrentibus, ita vendidit l. eleganter. §. ſi vendiderit, & l. ſi pignore. §. vlt. ff. de pig. act. Longiorem de hac re diſputationem legito apud Neguſ. vbi ſupra nu. 37.

Quòd ſi debitor, poſt rem creditori obligatam, vinculum in ea faciat, eam leget, aut prohibeat in ſuo teſtõ alienari, vel quoduis aliud circa rem diſponat, immo quicquid poſtea ſuccedat, quod nõ habeat ortũ ex iure aliquo in eadem re antiquio-
22 re, præiudicare † non poteſt priori iuri reali creditoris in eadem re, ac proinde impedire nõ poteſt, quòd creditor, hæreſve illius, aut alius, qui ius à creditore ad id habeat, modis explicatis eam vendat, vt ex ſe eſt notiſſimũ, & habetur l. 1. C. debitor. vend. pign. prohib. non poſſe. Item niſi debitor integram totius debiti ſolutionem creditori cum effectu offerat, impedire non poteſt in prædictis euentibus venditionem rei illius, quicquid creditori, aut emptori proteſtetur, vt habetur l.2. C. eo. tit. & l.48. tit. 13. par. 5. atque ex ſe ſatis eſt perſpicuum. Eodem modo poſterior alius creditor, niſi ſimiliter integram totius debiti ſolutionem priori creditori offerat, impedire non poteſt eandem venditionem, vt ex ſupradictis, & ex l. vlt. C. ſi antiquior cred. ſatis liquet. Lege circa hæc omnia Neguſan. vbi ſupra nu. 15.

Dictum eſt, niſi debitor integram totius debiti ſolutionem creditori cum effectu offerat: quia interim dum quicquam debiti, pro quo aliquid, aut aliqua, pignori, vel hypothecæ, ſubiecta ſunt non ſoluitur cum effectu, etiam ſi reliquæ debiti partes ſolutæ iam antea ſint, nihil de pignore, aut de pignoribus, reddere tenetur debitori creditor, aut hæredes ipſius; eo quòd ius pignoris, aut hypothecæ, pro aliquo debito indiuiduum ſit compræhendens ſimul omnia, ac proinde procedere creditor poteſt ad venditionem eorum vſque ad integram totius debiti ſatisfactionem. Ita habetur l. quandiu. C. de diſtract. pign. l. qui pignori. ff. de pign. & l.43. titul. 13. part. 5. Ex eadem radice

dice, quod ius pignoris, aut hypothecæ, ſit indiuiſum, oritur, quod ſi debitor principalis è vita diſcedat nō ſoluto integro debito, relinquatq; multos hæredes, non ſatis eſt, vnum eorū ſoluere partem debiti, quam ſolam ipſe, iuxta portionem, in qua hæres exiſtit, tenet̃ ſoluere, vt aliquid pignorum, aut hypothecatum, liberum maneat ab onere, quin potius creditor totum poterit vendere l. ſi neceſſarias C. de diſtr. pign. l. 2. C. ſi vnus ex pluribus hęred. & alijs iuribus. Item ex eodem fundamento proficiſcitur, quod ſi creditor moriatur, multosq; hæredes relinquat non ſatis ſit vni eorū ſolui partem eius debiti, q̃ illi debetur, vt aliquid pignorum, aut hypothecarum liberum maneat, ſed reliquos hæredes procedere poſſe ad pignora, & hypothecas vendendas pro reliquo debiti. Ita hr̃ l. ſolutum. §. ſi creditori. ff. de pig. act. & l. 1. C. ſi vnus ex plurib. hæredib. Immò verò, eſto integrū debitum ſolutum ſit ſi tñ expenſæ aliquę cum pignore, aut in debito exigēdo, ſint factæ, vel vſuræ, aut aliquid rōne illius debeatur, retineri pro his poteſt pignus & vendi, vt hæc quoq; ſoluantur l. ſi neceſſarias. §. vlti. & l. cum & ſortis, in prin. ff. de pignorat. act. ac. l. in his. §. imperator, ff. de ſolutionibus. Atque hæc omnia affirmat Neguſan. vbi ſupra nu. 21. cum alijs, quos refert.

23 Qñ † multę res pignori, aut hypothecæ, creditori fuerunt pro debito ſubiectæ, quāuis in optione creditoris ſit, progredi ad venditionem eius, q̃ maluerit earum, vt in euentibus explicatis debitū ſuum recuperet, vt hr̃ l. creditoris. ff. de diſtrac. pigno. ſi tñ aliquid illi ſpecialiter fuit obligatum, & reliqua generaliter, prius progredi dēt ad venditionem eius, quod ipſi ſpecialiter obligatum eſt, ſi ſatis id ſit, vt ſibi debitum cōſequatur; ꝙ ſemper præſumitur, niſi creditor contrarium probet; & poſtea progredietur ad alia inſuper vēdenda, ſi illud ad id ſatis non ſit l. 2. C. de pign. & l. quæ ſpecialiter. ff. de diſtract. pigno. Item quando multæ res ſunt pignori, aut hypothecæ, obligatæ, ſi vna vendita ſufficiat ſolutioni debiti, non poteſt creditor progredi ad vendendum omnes. Præterea, ſi ſufficiat deterior, pro qua debitum integrum reperietur, non poteſt creditor progredi ad vendendum meliorem. Ita gl. Bar. & alij l. quādiu, C. de diſtract. pig. concinit l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & fauet l. magis. §. item prætor, ff. de reb. eorum: ſemper enim exequutio fieri debet cum minori poſſibili detrimēto debitoris, modo id commodè ita fieri poſſit. Ea de cauſa, ſi creditor vendat oīa pignora, cum ſufficiat vnum, aut vendat melius, cum commode recuperare poſſit ſuum debitum, vendito viliori, cenſebitur eſſe in dolo, agereq; poterit debitor ad intereſſe, vt Bar. Panor. & communis ſententia, quam Neguſ. vbi ſupra nu. 28. refert, ac ſequitur, meritò aſſeuerant. Idemque eſt dicendum de pignore iudiciali, de quo eſt ſermo. §. in venditione citato. Hinc efficitur, quòd, ſi creditor aggrediatur vendere plures rei, aut meliorem, & debitor dicat, vnam ſufficere, aut ſufficere deteriorem, atque à creditore petat, vt ſibi permittat, illam vendere, obtinere id debeat, iuxta Bart. & alios, quos idem Neguſ. vbi ſupra nu. 22. refert, ac ſequitur, argumento l. quāuis, in prin. ff. de pign. act. Arbitror tamen tūc certum tempus eſſe præſcribendum debitori, in quo rem vendat, adhibereque debere debitam cautionem, ſi creditor illam poſſideat, ac debitori, aut alteri, ſit tradenda ad venditionem vt iuxta leg. quamuis citatam, in ſuperioribus dictum eſt.

Quamuis autem creditor pignus debitori concceſſiſſet precario, id eſt, vt illud creditori reſtitueret, quando creditor illud ab eo peteret, poſſet creditor procedere ad venditionem illius, modis ſupra explicatis l. 2. C. de diſtract. pig. iuncta leg. cum & ſortis. §. 1. ff. de pign. act. Quod ſi in mora eſſet reſtituendi illud creditori, aut emptori, poſſet creditor agere aduerſus illum ad intereſſe pignoratitia actione contraria, & inſuper ad rem recuperandam interdicto precario l. ſi pignore. §. ſi poſt, iuncta gl. ibi. ff. de pig act. atque cum alijs affirmat Neguſ. vbi ſupra num. 26.

Quamuis creditor vendere poſſit pignus modis explicatis, & illud emere à debitore, vt ſupra dictum eſt; debitor tamen emere illud, ſiue ſciens, ſiue ignorans, non poteſt: quia emptio, qua quis
24 rem ſuam emit, eſt nulla. Vnde, ſi illud † minori pretio emat a creditore, quam ſit debitum, tunc pretiū, quod creditor accipit, credit in ſolutionem partis debiti, creditorq; retinere poteſt pignus ꝓ reliqua parte debiti nondum ſoluta, ac recuperare illud poteſt, ſi iam eſſet traditum debitori l. debitor. in prin. ff. de pign. Item creditor ipſe, dū pignus modis explicatis ritè vendit, neque per ſeipſum, neque per interpoſitam perſonam, poteſt illud emere: quòd ſi illud emat, pōt debitor quocunq; tempore ſoluere illi ſuum debitum, & recuperare pignus, cū fructibus ex illo perceptis. Pręſumitur verò creditor per interpoſitam perſonā illud emiſſe, qñ ſemper continuauit poſſeſſionē, neque illud tradidit emptori. Ita hr̃ l. & quæ ſub imagine. C. de diſtrac. pign. & l. 44. tit. 13. par. 5. Lex autem 44. definit, ſi alius emptor nō reperiatur, poſse iudicis authoritate vendi, ac additi creditori, iuſto pretio; ꝙ pretium ſi debitū excedat, reddet creditor incrementum debitori: ſi autem debitum totum non æquet, concedetur creditori actio ad id quod ad integrum debitum perſolnēdum deeſt, aduerſus debitorem. Atq; hoc conſentit cū l. 2. & 3. C. ſi in cauſa iudicati; tametſi duo hæc iura de pignore iudiciali, & non de conuentionali, loquantur. Quia tamen, quando deeſt emptor, ſaltem, qui pretium infimum iuſtum reddat æquitas poſtulat, vt id conuentionali pignore fiat, ꝙ circa iudiciale comperitur iure diſpoſitū, neq; l. & qui ſub imagine citata, intelligenda eſt in hoc euentu, in quo eſſet prorſus irrationalis, vtique, quod ſupra in hoc euentu de pignore iudiciali dictum eſt, tam de iure communi, quàm de iure Caſtellæ, & Luſitano, ſimiliter eſt intelligendum de pignore conuentionali.

25 Quando creditor ritè, iuxta † hactenus dicta, vendidit pignus, aut hypothecam, attamen dolo vendidit minori pretio, quàm valebat, ſi id probetur, tunc ſi emptor conſcius fuit doli, illoue participauit, poterit debitor agere aduerſus cre-

creditorem ad intereſſe, & in defectu creditoris, ſi ſoluendo non ſit, aduerſus emptorem, vt reſtituat rem emptam cum omnibus illius fructibus, ſoluendo ei pretium, quod pro illa dedit, ſi non excedebat valorem debiti, pro quo ea res fuit pignori, aut hypothecæ, obligata: quod ſi excedebat, ſatis eſt ſoluere illi pretium vſque ad latitudinem debiti: reliquum verò recuperabit à creditore. Atque in hoc euentu, quando ſ. emptor dolo participauit, non conceditur emptori optio augendi pretium dño illius vſque ad limites iuſti, & retinendi rem, niſi dominus rei id ēt velit: quin potius rei dominus poterit illam cum fructibus ab eo auferre, nihil impediente, quòd emptor augmentum pretij vſque ad limites iuſti domino illius offerat. Hæc habentur l. 1. & 3. C. ſi vend. pig. agat. & l. 49. titu. 13. par. 5. excepto hoc vltimo, quod, quamuis habeatur l. 49. citata, non tamen alijs iuribus cõmunibus, id tamẽ affirmãt gl. vlt. l. penul. C. ſi vend. pign. agat. Azo, à Greg. Lopez l. 49. citata glo. vlt. citata relatus, Bald. & alij, quos Neguſ. vbi ſupra, nu. 27. refert, ac ſequitur. Addit tamen Neguſ. cũ Bald. ſi emptor non participaſſet dolo, ſed ſolum ſciens, & prudens emiſſet eam rem minori pretio, tunc dari illi optionem augendi pretium vſq; ad limites iuſti: quod in foro exteriori intelligo, quando res eſſet empta infra dimidium iuſti pretij, iuxta l. 2. C. de reſc. vend. Qñ autem dolus interuenit ſolum ex parte creditoris, ad nihil omnino tenetur emptor. Ita hr̃ l. ſi ceſſante. C. de diſtr. pig. & l. 49. citata, atque affirmat gl. vlt. l. 1. citata, & conſentiunt doctores communiter. Quando verò fraus, ac dolus interuenit ſolum ex parte emptoris, qui fraudulenter creditorem induxit ad vendendum minori pretio, tunc ipſe ſolus tenetur, ac proinde debitor vendicare ab eo poterit rem cum fructibus perſoluta ei dumtaxat latitudine debiti, pro quo res illa ſubiecta erat pignori, aut hypothecæ, ipſe verò emptor, ſi plus pro ea re in pretiũ dedit creditori, recuperet à creditore incrementum illud. Merito tñ à Salyceto, Greg. Lop. & à Neguſ. vbi ſupra reprehenditur glo. vlt. in fine l. 1. citata, quatenus innuit, qñ dolus interuenit ex parte ſolius emptoris, teneri creditorem, emptorem verò ſolum teneri in ſubſidiũ, atq; in defectum creditoris. Dolus quippe egredi non debet perſonã, quæ illum commiſit l. Fulcinus §. ſi aduerſus. ff. ex q b. cau. in poſſ. eat. & l. ſi ceſſante. C. de diſtract. pign.

26 Qñ † creditor rem vendidiſſet extra euentus iure permiſſos, minimeq; ſeruato ordine à iure ea in parte præſcripto, vt ſupra dictum ſæpe eſt, emptionem, & venditionem eſſe nullam, & debitorẽ agere poſſe ad intereſſe aduerſus creditorem, vel vendicare poſſe rem ita vẽditam, vnà cum fructibus omnibus illius, perſoluta emptori ſola latitudine debiti, pro quo res illa pignori, aut hypothecæ, fuerat obligata; vel, ſi minori pretio illã emit, perſoluto ei pretio, pro quo illam emit, & reddito creditori incremento vſque ad totam latitudinem debiti. Si autem emptor rem iam præſcripſiſſet, tunc nulla actio competeret debitori aduerſus emptorem, ſed ſolum agere poſſet ad intereſſet aduerſus creditorem. Hæc omnia habentur l. 2. & penul. C. ſi vend. pig. agatur, & l. 48. tit. 13. par. 5. Atq; habent verum, ēt ſi in venditione interueniſſet decretum iudicis. Quamuis enim tunc præſumeretur omnia interueniſſe neceſſaria, vt vẽditio ritè eſſet facta; ſi tamen contrarium probaretur, prædicta omnia ſimiliter haberent locum. Ita Neguſan. vbi ſup. nu. 28. cum alijs quos citat.

27 Qñ aliquid † ritè ab Eccleſia, vel minore, pignori, aut hypothecæ, fuit ſubiectum, præcedentibus, ad id ſolemnitatibus neceſſarijs, ſi poſtea non ſoluatur debitum poteſt procedi ad venditionem pignoris, aut hypothecæ, modis explicatis, perinde ac ſi pignus, aut hypotheca, eſſet cuiuſuis priuati, idque abſque alijs ſolemnitatibus. Ita, iuxta l. ſi pupillorum. §. 1. ff. de reb. eorum, Bart. & Florianus, quos Neguſ. vbi ſupra nu. 15. refert, ac ſequitur, atque id ſupponunt iura ſtatim citanda. Si tñ ex venditione ſubſequuta, minor, aut Eccleſia, comperiãtur notabiliter læſi, quia minori pretio, quàm infimo iuſto, pignus, aut hypotheca, fuit vẽdita, conceditur eis intra quadriennium, ab ætate viginti quinque annorum eius, qui fuerat minor, aut Eccleſiæ à pũcto, quo venditio fuit celebrata, reſtitutio in integrũ aduerſus emptorem, & tũc, reddendo emptori pretium vſque ad latitudinem debiti, pro quo res fuit pignori, aut hypothecę, ſubiecta, recuperant minor, aut Eccleſia, pignus, vel hypothecam. Idẽ eſt de abſente rei publicæ cauſa, & de quocunque alio, cui ex clauſula generali cõceditur reſtitutio in integrum, iuxta ea, quæ inferius ſuo loco dicenda ſunt: ſi enim, illis abſentib. pignus, aut hypotheca, vendatur, reperianturque notabiliter læſi, tunc ſimiliter intra quadrienniũ à regreſſu, aut a ceſſante alio impedimento, id illis petentibus, ſimili modo reſcinditur venditio. Ita habetur l. ſi creditor. §. illud ſciendum. ff. de diſtract. pign. & l. 47. tit. 13 part. 5.

28 Supereſt explicemus, num † ſi creditor pignus, aut hypothecam, vendat atque euincatur, teneatur de euictione, an non. Ac dicendum eſt, non teneri, ſiue creditor vendens ſit fiſcus, ſiue aliquis priuatus, vt habetur l. 1. & 2. C. creditorem euictionem pignoris non habere, leg. periculum ff. de pig. & l. vlt. titu. 13. part. 5. & alijs iuribus: modo tamen ſequentia ſeruentur. Primum, quòd vendat vt creditor, non verò vt dominus rei. Ita colligitur ex l. 1. in princ. C. cred. euict. pign. non deb. affirmatque ibi glo. vlt. & habetur l. vlt. tit. 13. par. 5. atque aſſeuerat communis doctorum ſententia. Si enim eam rem vt ſuam venderet, teneretur de euictione. Tunc verò cenſetur illam vendere vt creditor, quando ſufficienter id exprimit emptori: cenſeretur verò ſufficienter id exprimere, ſi diceret, ego Petrus creditor Ioannis tibi vendo hoc pignus, aut hypothecam, vt cum alijs docet Neguſ. vbi ſupra nu. 40. ſecus verò ſi ſolum diceret, ego Petrus vendo tibi hanc rem. Excipe, niſi conſtaret emptorem ſcire illam eſſe pignus, aut hypothecam, & vt pignus, aut hypothecam, vendi, vt cum Bald. rectè obſeruat Gregor. Lopez leg. vlt. citata, verb. *empeñada*, iuxta l. qui tabernam. ff. de contrahenda emptione. Secundum, quòd probare poſſit, eam rem ſibi eſſe obligatam, vt glo.

gl. vlt. l. 1. citata, iuxta textum ibi, obſeruat, & doctores communiter conſentiunt. Si. n. id non probaret, eſto, vt ſibi pignori, aut hypothecæ, obligatam, eam vẽderet, teneretur de euictione. Tertiũ, quod ſit anterior creditor cæteris, ſaltẽ iure prælationis: ſi enim anterior alius creditor illam euinceret iure prælationis, teneretur de euictione, vt eadem glo. iuxta textum ibi, affirmat, & conſentiunt doctores cæteri. Non tñ opus eſt, vt potius jus habeat in ea, quã verus dominus illius, qui eã poſtea euincit, vt ex ſe eſt notiſſimum. Quartum, ꝙ creditor eam non vendat, ſciens non eſſe debitoris, qui eam obligauit, ſed alienam: tunc enim, ita eam vendendo, eſſet in dolo, & teneretur de euictione. Ita habetur l. 2. C. cred. euict. pig. non debere, & l. vlt. tit. 13. par. 5. atque affirmant glo. vlt. l. 1. citata, & cõis doctorum ſnĩa. Quintum, quãdo creditor, neque ex pacto, neq; ex præſcripto legis, poterat adhuc vendere pignus, aut hypothecam, ſi vendat, ac poſtea euincatur, cenſetur fuiſſe in dolo, teneturq; de euictione. Ita gl. vlt. l. 1. citata, conciuitq; l. vlt. tit. 13. par. 5. atque aſſeuerant doctores communiter. Si tamen iuſto errore deceptus, putaret ſe poſſe vendere, non teneretur de euictione: ſecus ſi errore craſſo, & ſupino. Ita cum gl. citata, Salycet. & alijs, Neguſ. nu. 40. citato, & Gregor. Lop. vbi ſupra glo. 1. Sextum, quòd creditor, quando vendidit, non promiſerit de euictione: ſi enim promiſit, de ea tenetur. Ita habetur leg. 1. in prin. & l. 2. C. credit. euic. pig. non debere, & l. vltim. tit. 13. part. 5. & affirmant gl. vlt. ſæpius citata, & communis doctorum ſententia.

Obſerua tamen, quis creditor, exceptis euentibus explicatis, non teneatur de euictione; teneri
29 † tamen cedere emptori actionem ſuam hypothecariam aduerſus debitorem, vt habetur l. in creditore. ff. de euict. ac debitorem ipſum teneri tũc emptori de euictione ad pretium pro re euicta creditori ab eo datum, & ad vſuras illius, poſtquàm res fuerit euicta, habetur l. reſcriptum. §. 1. iuncta glo. ibi verb. tenetur, ff. de diſtract. pign. l. vlt. titu. 13. par. 5. iuncta glo. Greg. Lop. ibi, ver. *que ẽm peño*. l. antepen. ver. & ſi iuſſu. ff. de euict. ac. l. ſi ob eam cauſam. C. eo. tit. tametſi his duobus iuribus poſterioribus ſermo ſit de pignore iudiciali vendito, & euicto: in re tamen propoſita eadem eſt ratio de vtroque pignore vendito, & ex pretio ſatisfacto creditore, ac poſtea euicto: cum enim tota latitudo pretij in debitoris vtilitatem redundauerit, quia, vel tota ea quãtitate ſatisfecit debitori, vel, ſi quid ſuperfuit, ad ipſum pertineret, æquitas poſtulat, vt de euictione quo ad totum pretium teneatur, & ad vſuras illius poſt rem euictam vt iuribus citatis ſancitus. Adde vt ſupra dictum eſt, creditorem tanquam procuratorem debitoris ex iuris, aut pacti præſcripto, pignus vendidiſſe, ac proinde meritò debitorem teneri de euictione, ſaltem ad pretium creditori datum.

Dixi ſaltem: qm̃, ſi doloſè rem illam pignori, aut hypothecæ, ſubiecit, ſciens eſſe alienã, arbitror tunc, pp dolum, teneri ẽt emptori ad intereſſe, & non ad ſoluendum pretium. Illud ẽt mihi vr̃ addendum, ſi debitor ſoluendo non ſit, creditorẽ, in debitoris defectum, teneri reddere emptori pretiũ acceptum, ſi exiſtat, aut ex illo factus ſit locupletior. Ratio eſt, quoniam ſolutio, & ſatisfactio ſui debiti, fieri illi debet ex bonis debitoris, non verò ex re aliena euicta, neque ex pretio illius, quæ ad alios ſpectant: quare eo ipſo, quòd comperitur, rẽ pignori, aut hypothecæ, ipſi ſubiectam, alienã eſſe, neque rem, neque pretium pro ea acceptum, retinere poteſt in ſui debiti ſolutionem, niſi debitor pretium emptori rei alienæ reſtituat; ſed exigere debet ſuum debitũ à ſolo debitore, aut illud amittere, ſi non poſſit ab eo illud recuperare. Illud inſuper eſt obſeruandum, creditorem ipſum euincere non poſſe pignus, aut hypothecam, quam vendidit, ab eo emptore, etiam ex cauſa aliqua alia, quæ ad ipſius notitiam perueniat, vnde cognoſcat, rem illam ad ſe, & non ad debitorem, qui illam ſibi obligauit, pertinuiſſe l. & ſi is. ff. de diſtr. pig. Idemq; eſt de hærede eiuſdem creditoris, vt ibid. glo. vlt. & cum ea Neguſ. vbi ſupra num. 41. aſſeuerat.

30 In euentibus, in quibus † dictum eſt, creditorẽ teneri de euictione, vtique tenetur emptori, ẽt ad intereſſe: qm̃, vel in culpa fuit ita vendendo emptori rem illam, vel ex pacto expreſſo, aut tacito, ſe adſtrinxit, vt omnino de euictione illi teneret. Obſerua tamen, in defectũ creditoris, qui ſoluendo non eſſet id emptori, quod de euictione illi teneretur, dari recurſum emptori aduerſus debitorem, vt debitor emptori ſoluat pretium, quod pro ea re dedit: quandoquidem eo pretio ſatisfactum creditori fuit debitum ipſius, neque æquitas patitur, vt cum iactura emptoris, pretio ab eo ſoluto pro re euicta, debito locupletetur. Ita cum Salyce. & alijs, Neguſ. num. 40. citato, & Greg. Lop. l. vltim. citata, verb. *que empeño*, iuxta l. reſcriptum. §. 1. ff. de diſtr. pig. & l. vlt. §. planè. ff. de eo per quẽ factum eſt.

Vtrum autẽ in euentibus, in quibus dictũ eſt, creditorem teneri de euictione, ſi, re euicta, aliqd Dubiũ
31 emptori ſoluat, detur † recurſus ei aduerſus debitorem, vt id ab eo recuperet. Dicendum eſt, in euentu, in quo euictionem promiſit, ſiue ſimplam Deciſ.
illam promiſerit, ſiue duplam, ſi priuatus creditor erat (fiſcus enim, eiusve procurator, vendens aliqd, & duplũ, aut triplum, ſi euincatur, promittens, ſolum tenetur ſoluere ſimplum, vt habetur l. ſi procurator. ff. de iure fiſci) diſtinguendum eſt. Qm̃, ſi cõſuetudo non erat promittẽdi euictionẽ, aut duplã illã promittendi, & vendere commodè potuit rem non promittendo euictionem, aut duplam non promittẽdo, neque promiſſio duplæ facta eſt in commodum debitoris, nempè, vt maiori pretio rem ita venderet, tunc nullus patet ei recurſus aduerſus debitorem. Si verò erat conſuetudo promittendi euictionem, ẽt quando pignus in re creditoris vendebatur, aut duplam illam tunc promittendi, vel commodè aliter non potuit vendere pignus, aut ita fiebat vtiliter venditio in commodum debitoris, quia maiori pretio pignus ea ratione fuit venditum, tunc datur creditori recurſus aduerſus debitorem, etiam ſi creditor duplam promiſerit, ac ſoluerit. Ita habetur l. ſi pignore.

gnore.§. vlt. & ita intelligenda eſt l. ſi neceſſaria. §. 1. ff. de pigno. act. Lege Greg. Lopez l. vlt. citata verb. *ſe obligaſſe*, & Neguſ. vbi ſupra num. 41. & 46. In reliquis autem euentibus, in quibus creditor de euictione tenetur non datur ei recurſus aduerſus debitorem.

Fideiuſſor quis, & quotuplex.

DISPVTATIO DXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor quid, & quotuplex, & nu. 12. 13.*
Et ad quid inuenta fideiuſſoris obligatio. nu. 2.
Vnde dicatur. nu. 3.
Et pro quacunque obligatione accedere poteſt, nu. 4.
Immo non ſolum pro certa obligatione in ſpecie, ſed etiam in genere pro quacunque de futuro contingente, num. 5.
Immo verò pro obligatione etiam, quæ oritur ex delicto num. 6.
Ac etiam pro obligatione, quæ oritur ex diſpoſitione publice poteſtatis, ritè aliquid ſtatuentis, n. 7.
8 *Fideiuſſoris obligatio quando nulla reddatur, & quando non.*
9 *Fideiuſſor accedere poteſt etiam pro naturali obligatione tantum.*
10 *Fideiuſſorius contractus de iure canonico, & Caſtellæ valet, etiam ſine ſtipulatione.*
11 *Fideiuſſoris obligatio quomodo ſubeat rationem mādantis, & mandatarij.*
13 *Fideiuſſor iudicatum ſolui ad quid detur, & quæ ſit eius obligatio.*
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ, nu. 14.
15 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti ad quid detur, & de eius obligatione.*
16 *Fideiuſſor de non rixando, ſub fideiuſſoribus iudicialibus continetur.*
Idem in fideiuſſore in rem propriam. nu. 17.

IVxta ordinem initio diſ. 522. præſcriptum, dicendum conſequēter eſt de fideiuſſoribus. Fi-
1 deiuſſor † eſt, qui alterius obligationem in ſe ſuſcipit, ad eamve implendam ſe adſtringit in euentu, quòd ille alius eam non adimpleat. Quo fit, vt fideiuſſoris obligatio acceſſoria ſit, aliam alterius obligationem principalem ſupponens, eique innitens adeo, vt ſine illa neque eſſe, neque intelligi valeat. Non tamen ita eam ſupponit, quaſi fideiuſſoris obligatio præcedere non poſſit: fideiuſſor quippe obligare ſe poteſt creditori, & ante debitorem principalem, & ſimul cū illo, & poſt illum, vt habetur §. fideiuſſor. 2. inſtit. de fideiuſſ. l. quoniam §. vltim. ff. de vſufruct. ear. rer. quę vſu conſum. l. ſtipulatus ſum. ff. de fideiuſſ. & l. 6. tit. 12. par. 5. Attamen, ſi obligatio fideiuſſoris præcedat, eſt deponenter, ac ſub tacita conditione, ſi obligatio principalis debitoris ſequatur: poteſt enim quis dicere, fideiuſſorem me conſtituo pro pecunia, quam Petro dare volueris: quare ſemper fideiuſſoris obligatio innititur obligationi principalis debitoris, ab eaque dependet. In-
2 uenta † autem eſt fideiuſſoris obligatio, ad maiorem firmitatem principalis obligationis, maioremque creditoris ſecuritatem, quod impletur id, ad quod principalis promiſſor ſe adſtringit, vt habetur Inſt. de fideiuſſ. in prin. & Inſtitut. de replicationibus. §. vlt. in fin. & l. 1. tit. 12. p. 5. Quia ergo fideiuſſoris obligatio, modo explicato, principali alterius obligationi innititur, eamque ſupponit, inde oritur, quod quamuis in alijs contractibus, ſtipulationibus, aut promiſſionibus factis ſine cauſa, competat exceptio doli ei, qui ita ſine cauſa contraxit; in cōtractu tamē fideiuſſorio illa exceptio locum non habeat, quaſi fideiuſſor ipſe ſine cauſa fideiuſſerit, ſeu ſe obligauerit pro principali debitore: quoniā, ad id ita ſe obligandum, non alia cauſa eſt neceſſaria, quam principalis obligationis, cui acceſſoria fideiuſſoris obligatio nititur. Si tamen principalis debitor ſine cauſa ſe obligaſſet, vtique, quæ exceptio doli competeret principali debitori, competeret quoque fideiuſſori illius, etiam debitore principali inuito, vt expreſsè habetur l. ſi ſtipulatus eſses, in princ. ff. de fideiuſ. & cum Socino Iuniore affirmant Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 47. num. 2. & Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 13. num. 1.

3 Fideiuſsor dictus † eſt a fide, & iubeo; eo quod quondam (vt l. vbi autem §. qui à Titio, ff. de verbor. oblig. & alijs iuribus conſtat) ſtipulationes fideiuſſionis hoc modo fieri ſolerent; fide tua id eſse iubes hoc eſt, ſuſcipis, aut eſse vis, ad quod ſe Titius mihi adſtringit? reſpondebatque fideiuſſor, iubeo. Quaſi, iuxta hanc etymologiam, fideiuſsor idem ſit, quod ſuſcipiens in ſuam fidem impletionem obligationis alterius, atque in illius defectum ad eam ſe adſtringens.

4 Pro quouis † autem genere obligationis, ſi vere, ſiue verbis, ſiue ſolo conſenſu, contrahatur, & ſiue ſit ciuilis tantum, ſiue naturalis tantum, ſiue naturalis, & ciuilis ſimul, modo tamen valida ſuo modo in ſe ſit, adhiberi poteſt fideiuſsor, tenebiturque etiam ciuiliter, eſto debitor principalis teneatur ſolum naturaliter, & non ciuiliter. Ita habetur §. 1. Inſtit. de fideiuſso. l. 1. & 2. l. græcè. §. 1. & 2. l. fideiuſsor obligari. §. fideiuſsor. ff. eod. titul. & l. 5. titul. 12. part. 5. Poteſt † etiam
5 quis fideiuſsor eſse alicuius, nō ſolum pro certa, & determinata illius obligatione, ſed etiam in genere pro quacunque, quam in futuro cum creditore aliquo, aut creditoribus aliquibus, contraxerit, maneatque pro omnibus obligatus l. ita ſi ſtipulatus ff. de fideiuſ. Barr. & communis doctorum ſententia, quam Anton. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 13. in calce nu. 1. refert, ac ſequitur. Immò
6 & pro † obligatione, quæ oritur ex delicto, dari pōt fideiuſsor, & manebit obligatus. Licet enim fideiuſſio inualida ſit ad malum, ac delictum, vt quòd fures æqualiter inter ſe diuident furta, aut quòd, ſi aliquis pro maleficio adhuc patrando compręhenſus fuerit, & mulcretur aliqua pœna, ſoluetur pro eo; valida tamen eſt, ſi poſtquam quis in delictum incidit, alius pro eo fideiuſsor exiſtat, quod ſoluet pœnam, in qua fuerit damnatus, aut illum ſiſtet iudicio, vt ea ratione à vinculis eruatur. Ita habetur leg. græcè. §. ſed & ſi ex

delicto,& l.ſi à reo.l.vlt. ff. de fideiuſ. Immo etiã pro obligatione,quæ oritur ex diſpoſitione publicæ poteſtatis ritè aliquid ſtatuentis, vt imponentis ritè tributum, aut ſi Summus Pontifex concedat ex rationabili cauſa partem decimarum principi, vt habetur l.græcè,§.pro eo,ff.de fideiuſſ.oriturque ex tali præcepto, & diſpoſitione, non ſolum ciuilis, ſed etiam naturalis obligatio id ſoluendi, quod ritè præcipitur: id quod non ſatis attendit Greg.Lopez l.5.citata.

8 Dixi ſupra, modo tamẽ† valida ſuo modo in ſe ſit: qm̃ ſi obligatio principalis prorſus ſit inualida, aut ex ipſamet rei natura, aut ex diſpoſitione humani iuris irritam illam reddentis, tunc, cum fideiuſſoria obligatio principali,vt dictum eſt,innitatur,vtique fideiuſſoria erit etiam prorſus nulla: vnde,ſi venditio aliqua eſt inualida,datuſq; eſt fideiuſſor pro ea implenda, ſane quemadmodum venditor non tenetur illam implere, aut illi ſtare, ſic neque fideiuſſor quicquam emptori tenetur. Ita habetur l.cum lex.ff.de fideiuſſ.Quando verò obligatio eſt ſolum ciuilis, vt qñ quis, dato fideiuſſore,ſpe numerationis pecuniæ confeſſus eſt,ſe recepiſſe pecuniam, quam non recepit, vtique ſicut obligatio illa valida eſt in ſolo exteriori foro, ita in ſolo eo foro eſt valida fideiuſſio: exceptio tamen non numeratæ pecuniæ, quæ cõpetit principali debitori, competit etiam fideiuſſori. Dixi, regulariter: quia, ſi debitor bonis ceſſit, exceptio, quæ inde ipſi competit,ſi ab eo debitum, interim dum non eſt ſoluendo, exigatur, non competit fideiuſſori, qui ſoluere loco principalis debitoris tenetur eo ipſo, quòd principalis debitor impotens ad ſoluendum efficitur, idemque eſt de quibuſdam alij exceptionibus, quæ debitori principali,ratione perſonæ competunt. Ita habetur §. vlt.iuncta glo.ibi Inſtit.de replicationib.Et,quod dictum eſt de obligatione tantum ciuili, affirmant gloſſæ §. 1. verb.ciuilis Inſtit.de fideiuſſoribus, & l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor,verb. ciuilis.ff.eod.tit.

Supra etiam dixi, pro ſola obligatione naturali poſſe etiam tradi fideiuſſionem, atque tunc fideiuſſorem teneri creditori, non ſolum naturali obligatione, ſed etiam ciuili. Quid autem ſit obligatio naturalis tantum, & quid naturalis, & ciuilis ſimul,diſput.252.dictum eſt. Multa quoque de ſola naturali obligatione, & quouſque iure canonico,aut Caſtellæ,& detur ciuilis actio in multis euentibus,in quibus,ſtando in ſolo ciuili iure communi ſola oritur naturalis obligatio, ac proinde denegatur actio ciuilis,dicta ſunt diſputationibus ſequentibus, vſque ad 258 Quod ad rem† præſentem attinet,exemplum adhibetur in
9 mancipio, quod naturaliter poteſt obligari,non tamen ciuiliter, ſi vero fideiuſſor accedat, tenetur fideiuſſor,etiam ciuiliter, vt habetur Inſtitu. de fideiuſſ.§.1.in fine l.naturaliter.ff.de condict. indeb.& l.5.tit.13.par.5. Nos etiam diſputatione 140. a §. an vero ſimul, adhibuimus exemplum in religioſo, qui ſine facultate ſui ſuperioris, adhibito fideiuſſore pro validitate contractus aliquem contractum celebrat, & diſputat. 224.à §.ad minorũ cauſas,præſertim § quamuis autem,adhibuimus exemplum in minore,qui ſine tutoris, aut curatoris, authoritate contractum celebrat,fideiuſſore adhibito. Illud verò obſerua, ſtando in iure cõmuni non ſolum ſi debitor principalis obligetur ſolum naturaliter, ſed etiam ſi obligetur ſimul naturaliter,& ciuiliter,vt fideiuſſor pro eodem debito datus obligatus maneat, non ſolum naturaliter,ſed etiam ciuiliter,neceſſe eſt, vt fideiuſſoris obligatio fiat ſtipulatione interueniente; alioquin non conſurget obligatio ciuilis ſtando in iure communi Cæſareo,iuxta l.5. §.ſatis acceptio.ff.de verb.obliga.l.blanditus.C. de fideiuſſo.& l.6.titu 12. part.5.

Quãdo tamẽ fideiuſſor reperiretur ſcriptus in contractu principali, cenſerentur omnia ritè facta,ac proinde interueniſſe ſtipulationem,niſi cõtrarium probaretur. Ita hr̃ l. ſciendum iuncta gl. ibi.ff.de verb. obli. Fortè tñ ſi contractus fideiuſſorius coniungeretur, ac celebraretur ſimul cum eo contractu debitoris principalis, ex quo ciuilis obligatio oriretur, cenſeretur pactum nudum fideiuſſorium veſtitum cohærentia cõtractus principalis,eſto nõ interueniret ſtipulatio,ac proinde orietur ex eo obligatio ciuilis, non ſecus ac ex eo contractu principali cui cohæret, iuxta ea q̃ diſp. 255.dicta ſunt. Niſi dicas, illa ſolum eſſe intelligenda de pacto nudo,quod cohæret cum contractu principali eiuſdẽ,qui pactũ nudum celebrat: quod non cernitur in re propoſita: id quod ma-
10 gis videntur iura citata ſonare. De iure † tamen canonico,& Caſtellæ l.3.tit.8.lib.3.ordina.quæ eſt l.2.titu.16.lib.5.nouæ collec.etiam ſi fideiuſſorius contractus ſolemnitate ſtipulationis non ſit vallatus,oritur ex illo ciuilis obligatio, conceditur que ex illo actio aduerſus fideiuſſorem, vt diſpu.254.& 257.dictum eſt,& conſentit Greg. Lopez l.6.citata glo.1.

Illud eſt obſeruandum,quamuis fideiuſſor verum celebret contractum comparatione creditoris, ſeu eius, cui reus, ſeu debitor principalis,eſt obligatus, quo ſe aſtringit ad aliquid in defectũ
11 illius; comparatione † tñ eius,pro quo ſe aſtringit,ſubit rationẽ mandatarii, & is, pro quo ſe aſtringit ſubit comparatione ipſius rationẽ mãdãtis,vt pro ipſo fideiubeat intellige tñ modo is, ꝑ quo fideiubet,id petat, aut ſciens taceat;eo enim ipſo mandare id cenſetur l. ſi remunerãdi §.ſi paſſus,& l.ſi pro te.ff.mandat.§.ſi quid. Inſtitut.de fideiuſſ.l.12. tit.13.par.5.& aliis iuribus.

Quod ſi debitor principalis id ignoret,fideiuſſor comparatione illius ſubit rationem negotiorum, geſtoris ſiue debitor principalis id poſtea ratum habeat, ſiue non; modo tamen vtiliter, ſeu rationabiliter, ſit factum l.ex mandato.§.vlti.ff.manda.& l.12. citata. Quare, ſi fideiuſſor abſque ſua culpa aliquid detrimenti patiatur ob fideiuſſionem, is,pro quo fideiuſſit,illi tenetur, vel actione mandati, vel negotiorum geſtorum. Si autem is, pro quo fideiuſſit, illi reſtitit, dum fideiubebat pro ſe, ac præcepit, ne fideiuberet, aut fideiuſſit animo donandi debitori principali, ſi quid loco illius ſolueret, vel in ſuam

propriam vtilitatẽ fideiuſſit, quia obligatio principalis pro ipſo contrahebatur, tunc nulla actione ei tenetur. Ita habetur l. ſi remunerãdi §. ſi paſsus, & l. ſi pro te, citatis l. vlt, C. de negot. geſt. & l. 12. citata, Lege quo ad hæc omnia Anton. Gom. 2. tomo var. reſ. c13. nu. 11.

12 Fideiuſſor† eſt duplex. Quidã in iudicio; alius extra iudicium : de quo nobis potiſſimum eſt hoc loco ſermo. Fideiuſſor verò in iudicio, vt colligitur ex l. græcè. §. & poſt litem ff. de fideiuſſ. ẽt eſt

13 duplex. Quidam qui† ſe aſtringit, non ſolum ſiſtere reum, aut debitorem, in iudicio, quãdo opus fuerit, aut fuerit requiſitus, ſed etiam, quod ſoluetur, quod fuerit iudicatum. Atque hic fideiuſſor Hiſpanè appellatur *fiador de ſaneamento.* Qđ ſi eiuſmodi reus compareat ſuis temporibus in iudicio, & condemnetur ex eo, quod eo modo finitum ſit iudicium, non manet fideiuſſor liberatus, ac proinde, ſi ab eo exigatur, quod ita fuerit iudicatum, vt is reus ſoluat, non competit fideiuſſori exceptio quod finito eo modo iudicio ſit ipſe ab onere fideiuſſorio liberatus, vt habetur §. &

Ius Caſtellæ. 14 poſt litem citato. De† iure Caſtellæ l. 19. tit. 21. lib. 4. nouæ collectionis, vt diſput. præcedente relatum eſt, quando ex inſtrumento guarentigio, & in alijs euentibus ibi explicatis proceditur ad exequutionem in bonis debitoris mobilibus, aut etiam immobilibus in defectum ſufficientiũ mobilium, niſi debitor fideiuſſorem eiuſmodi *de ſaneamento* adhibeat, quod ex eis bonis ſoluetur integre creditori debitum vna cum expenſis omnibus, & quod ea bona non euincentur, debitor conijcitur ſimul in vincula, quouſque integrè per ſoluatur debitum) modo non ſit eius qualitatis, vt propter debita conijci non poſſit in vincula) vt præcedente diſp. relatum eſt. Probat verò optimè Gutier. de pract. qq. lib. 1. q. 132. poſt eam legem non ſatis eſſe alium fideiuſſorem, de quo ſtatim erit ſermo. Libro autem 3. Luſitanum ord. ti. 69. cõſentanee ad ius commune (vt tradit Iulius

Ius Luſitan. Cla. lib. 5. ſent. §. vlt. q. 46. nu. 19. & q. 95. nu. 1. cũ Bart. & communi doctorum ſententia) habetur, quando quis fideiuſſit, quod ſolueretur iudicatum, ſtatim lata vltima ſententia definitiua contra reum, abſque alia citatione, aut proceſſu poſſe fieri exequutionem in bonis fideiuſſoris, facta tamen prius excuſſione in bonis principalis debitoris eo modo, quo de excuſſione in bonis fideiuſſoris adhibiti extra iudicium in ſequentibus fieri deberi explanabitur, manetque ſimiliter fideiuſſori recurſus aduerſus principalem debitorem eo modo, quo in ſequentibus de fideioſſore extra iudicium etiam explicabitur.

15 Alius† fideiuſſor datur in iudicio, qui non ſe aſtringit iudicatum ſolui, ſed ſolum, quòd reũ ſiſtet in iudicio ad litis exercitationẽ, vt habetur §. & poſt litem citato, ita. ſ. vt ſi eum nõ ſiſtat aſtringat ſe fideiuſſor iudicatum ſolui, aut quod in aliã pœnam incidet, prout in eiuſmodi fideiuſſorio contractu fuerit conuentum. Atq; hic fideiuſſor Hiſpanè dicitur *fiador de la haz.* Si autem reus compareat ſuis temporibus in iudicio, ac condẽnetur, tunc, finito ita iudicio, fideiuſſor liber omnino manet à fideiuſſoria obligatione, ac proinde, ſi iudicatum, in defectum rei, ab eo exigatur, competit ei exceptio, quod, finito iudicio per vltimam ſnĩam, ſit ipſe à toto fideiuſſorio onere liberatus, vt habetur §. & poſt litem citato. Intra quãtum autẽ tempus eiuſmodi fideiuſſor poſſit purgare moram, ita quod, ſi reũ ſiſtat in iudicio, euadat pœnam, commodius dicetur diſp. 547. quam de eiuſmodi fideiuſſoribus conficiemus.

16 Cum fideiuſſoribus† iudicialibus coniungere poſſumus fideiuſſores eorum, qui, cum rixati ſint, & in vinculis detinentur, aut conijciendi ſint, ne iterum rixentur, & mala ſubſequantur, ſub certa pœna à iudice eius impoſita, datis vtrinque fideiuſſoribus, ſe aſtringunt, in poſterum non rixaturos. Tunc verò, in defectum eius, qui fuerit rixatus, quique proinde in eam pœnam inciderit, pœna exequutioni mandatur aduerſus fideiuſſores illius.

17 Ad fideiuſſores† etiam iudiciales ſpectant, qui dantur, ac nuncupantur in rem propriam. Vt qñ lis aduerſus aliquem intentatur, & ipſe procuratorem conſtituit, qui ipſum defendit, atque fideiuſſores adhibet, quod iudicatum ſoluetur: eiuſmodi enim fideiuſſores dicũtur dati in rem propriam eos exhibentis. Exemplum habes l. ſi defunctus. ff. de procuratoribus. Cætera, quæ de fideiuſſoribus in iudicio dici hoc loco poterant, cõmodius dicentur diſputatio. 547. citata.

Fideiuſſores qui eſſe poſſint, qui non item, de priuilegio Velleiani mulieribus conceſſo, & de fideiuſſoribus minorum.

DISPVTATIO DXL.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor vnuſquiſque eſſe poteſt, qui obligare ſe poteſt; niſi reperiatur expreſſe prohibitus.*
Vnus fallit in multis perſonis, & caſibus, vt nu. ſequentibus.
2 *Mulier pro alio fideiuſſor exiſtens, obligatur: ſed ope exceptionis ſenatuſcõſulti Velleiani defenditur, etiam in foro conſcientiæ.*
Hodie verò ex tali fideiuſſione nulla oritur obligatio. num. 3.
Immo repetere poteſt, quod ſoluit, condictione indebiti. num. 4.
Intellige tamen, vt nu. 6.
5 *Exceptio Velleiani eſt perpetua, & opponi poteſt quandocumque, etiam poſt vltimam ſententiam diffinitiuam, antequam ſit facta ſolutio, & nu. 7.*
Declaratur tamen, vt ibi.
8 *Mulier an renunciare poſſit priuilegio Velleiani, & quando.*
Et quid de iure Caſtellæ. n. 9. 11 & Luſitaniæ. n. 12.
10 *Renũciare quis poteſt ijs, quæ in eius fauorem intro ducta ſunt.*
13 *Mulier iurans ſe non vſuram priuilegio Velleiani, ex tali iuramento obligatur.*

Mulier

14 *Mulier in quibus caſibus non poteſt vti priuilegio Velleiani.*
Et quid de iure Luſitano in tertio caſu.num.15.
16 *Fideiuſſores quæ perſonæ eſſe non poſſunt,& nu.17. vſque ad nu.21.*
22 *Fideiubens pro minore quo caſu non obligetur.*

VNiuerſim, qui ſe obligare poſſunt promittē
do,aut celebrando alios contractus, niſi pe-
culiariter in iure comperiantur excepti, fideiuſſo-
1 res † eſſe poſſunt l.3. ff.de fideiu.& l.1.tit.12.par.
5.atque affirmat communis doctorum ſententia,
quam Ant.Gom.2.tom.var.reſ.c.13.num.16.re-
fert, ac ſequitur:qui autem ſe obligare poſſint pro
mittendo,aut celebrando alios contractus,diſput.
263.& 274.dictum eſt.
2 Quamuis,ſi mulier † fideiuſſor pro aliquo exi
ſtat,valida ipſo iure ſit obligatio;eliditur tamen,
ac nulla redditur, ope exceptionis ſenatuſconſulti
Velleiani,ſi eo priuilegio,ac exceptione, mulier,
quæ fideiuſſor extitit,vti velit,vt poteſt, non ſolū
in exteriori,ſed etiam in conſcientiæ foro, vt cum
Panor.Bar.& communi doctorum ſententia aſſe
uerant Ant.Gom.nu.16.citato,& Gutier.de iur.
confir.par.1.c.20.nu.5. Cuius ratiō eſt,qm̄ prin
ceps,in commune bonum , atque ob fragilitatem
mulierum, concedere illis poteſt id priuilegiū , ac
proinde illæ vti eo poſſunt in conſcientiæ foro:
qui autem eas in fideiuſſores admittunt, ſibi con-
ſulāt,ac videant,num ſibi expediat,illas, eo priui-
legio gaudentes, in fideiuſſores accipere. Quod
autem ſi mulier fideiuſſor pro aliquo exiſtat, vali
da ipſo iure ſit talis obligatio,elidatur tñ, ac nul-
la reddatur ope exceptionis Velleiani, hř l.3.iun-
cta glo.ibi verb.vel mulierem. ff.de fideiuſ.l.1.&
ſequentib.C.ad Velleia.atque ita intelligi debent
l.1.& ſequentes.ff.eo.tit.l.2.in fine.tit.12. par.5.
& ord. Luſit.lib.4.tit.12.in princ. affirmatq; cō-
munis doctorum ſententia,quam referunt, ac ſe-
quuntur Ant.Gom.nu.16.citato,ac l.61.Tauri.
nu.1. & Gutier.ca.20.citato nu.1. Illud obſerua,
non minus ſubueniri mulieribus priuilegio Vel-
leiani,ſi à principio alienum debitum in ſe ſolue-
re loco alterius ſuſcipiant,aut nouatione alienum
debitum in ſe transferant,quàm ſi fideiuſſores exi
ſtant.Ita habetur l.1.& l.ſenatuſconſultum.C.ad
Velleian.Secus autem,ſi non ſuſcipiendo in ſe de
bitum alienum,illud,quaſi donādo, loco alterius
ſoluant,vt eiſdem iuribus habetur.

Eſt tamen obſeruandum, exceptis euentibus,
in quibus mulier, vt explanabimus, non gaudet
priuilegio Velleiani,lege antiqua.§. vlt. Cod. ad
Velleian.correcta, ſeu arctata, eſſe multa anti-
quiora iura, quæ validam ipſo iure relinquebant
obligationem fideiuſſoriam mulierum,aut ſuſce-
ptionem in ſe debiti alieni,donec illæ, excipien-
do,ac vtēdo priuilegio Velleiani, illam eliderēt,
ac nullam redderent. Lege quippe antiqua.§.vlt.
citato,ſancitum eſt, vt niſi mulier fideiuſſor exi-
ſtat, aut in ſe debitum alienum ſuſcipiat, in
publico inſtrumento, adhibitis in eo, ac ſubſcri-
ptis tribus teſtibus, fideiuſſio, aut ſuſceptio eius
debiti ſit ipſo iure nulla, ac proinde, cum tunc
ex ea fideiuſſione, aut ex tali debiti ſuſceptione,
nulla prorſus obligatio oriatur, neceſſe non ſit
tali mulieri vti priuilegio,& exceptione Velleia-
ni vt ab obligatione liberetur. Quare hodie,ſi mu
3 lier † in priuato aliquo inſtrumento, aut extra in-
ſtrumentum verbotenus,coram mille teſtibus fi-
deiuſſor alicuius exiſtat, aut debitum loco illius
in ſe ſuſcipiat, nulla inde oritur obligatio. Idem
eſt,ſi inſtrumento publico fideiuſſor exiſtat, aut
tale debitum in ſe ſuſcipiat,ſed non adhibitis tri-
bus teſtibus. Ita perſpicuè docet textus ille,colla-
tus cum antecedētibus eiuſdem legis, quæ antece
dentia minime corrigit: id enim affirmare ſane
eſſet ridiculum: atque ita affirmant ibi gloſſ. vlt.
Bart.& cō's Doctorum ſnīa,quam Gutier.de iu-
ramen.cōfir.par.1.ca.20.nu.6. refert ac ſequitur.
Admonet autem idem Gutier.cum Paul.Caſt.&
Saliceto hodie,de communi conſuetudine, neceſ
ſarium non eſſe, vt tres teſtes ſubſcribant in pu-
blico inſtrumēto,ſed ſatis eſſe,ſi tabellio in eo in-
ſtrumēto fidem faciat,adhibitos eos eſſe, & ita te
ſtatur Gutier.conſuetudine receptum eſſe in Re-
gno Caſtellæ, eique conſuetudini ait ſuffragaſſe,
quod de iure eius Regni neceſſe non ſit teſtes ad-
hibitos in publicis contractuum inſtrumentis, ſe
ſubſcribere in eis, ſed ſatis ſit Tabellionem fidē
in eis facere, adhibitos eſſe.

Ant.Gom.nu.16.citato,& l.61. Tau.nu.1.re-
4 ctè admonet, eſto † mulier, in euentu explicato,
qñ ſcilicet priuilegio Velleiani gaudet, creditori
ſoluiſſet non vtendo exceptione Velleiani, poſſe
repetere, quod ita, ſoluit, condictione indebiti.
5 Ratio eſt, qm̄ † ea Velleiani exceptio eſt perpe-
tua,hoc eſt, abſq; certi temporis definitione,abſo
luteque conceſſa, vt glo.l. ſi non ſortem.§.indebi-
tum.ff.de cond.ct.indeb. exponit; & eſt ita fauo-
rabilis, vt conceſſa ſit in fauorem ipſarum mulie-
rum, quibus competit, & non in odium credito-
rum, quemadmodum exceptio Macedoniani con
ceſſa eſt in odiū creditorum mutuo dātium filijs
familias: qñ aūt exceptio eſt ꝑpetua, & illo prio-
ri modo fauorabilis, conceditur repetitio: ſecus
qñ, licèt ſit perpetua, non eſt fauorabilis illo mo-
do, vt non eſt eo modo fauorabilis exceptio Ma-
cedoniani. Vtrumque habetur expreſſe l.qui ex-
ceptionem, in prin. ff.de condictio.indebiti, & l.
doli.§.diuerſum,iunctis antecedentibus. ff.de no
uationibus primum verò habetur etiam l.quam-
uis.§.interdum. ff.ad Velleia.atque hoc ita ſe ha-
bere,affirmat communis ſententia,quam locis ci-
6 tatis Anto.Gom.refert. Intellige † tamen,modo,
qui ſoluit, per errorem ſoluerit, ignorans tueri
ſe poſſe exceptione: ſi enim, ſciens ſe poſſe tueri
exceptione,ſoluat, non conceditur ei repetitio, vt
habetur l.ſi non ſortem,§.indebitum.ff.de condi-
ctio.indeb. Anto.Gom.nu.16.citato addit,quan-
dam viduam, quæ in inſtrumento guarentigio fi-
deiuſſor extiterat, & facta exequutione, ſoluerat
non vtendo Velleiani exceptione, ipſo patroci-
nante petiuiſſe repetitionem eius, quod ſolue-
rat,& obtinuiſſe. Neque refert,inquit,ſi quis di-
cat,pecuniam, poſt latam ſententiam, ac rem iu-
dicatam,ſolutam indebitè,repeti non poſſe, iux-

ta l.1.& varia alia iura q̃ ibi citat gl.verb. iudica-
ti,C.de condict.indeb,qm̃ ait, id intelligendũ eſ-
ſe,qñ facta eſt ſolutio poſt ſnĩam definitiuam, in
qua plene cognitum eſt de cã : non verò qñ exe-
quutio,& ſolutio facta eſt virtute inſtruméti gua
rentigij,in quo nulla præceſſit cãæ cognitio. Im-
7 mo † verò ait, exceptioné Velleiani opponi poſſe
poſt vltimam ſnĩam definitiuam in exequutione
illius,interim dum non eſt facta realis ſolutio per
fideiuſſorem. Ita hr̃,ẽt de exceptione. Macedonia
ni.l.tametſi.ff.ad Macedon. & affirmant glo.ibi,
Bart.& cõis doctorum ſnĩa. Circa hæc verò obſer
ua. Si creditori facta ſit ſolutio per mulieré fide-
iuſſorem ex ignorantia,ꝙ vti põt exceptione Vel-
leiani in euentu,in quo poterat ea vti, & in quo,
iuxta hactenus dicta, obligatio fideiuſſoria mulie
ris non erat ipſo iure nulla,ſed elidi,ac nulla red-
di poterat exceptione Velleiani, tunc creditorem
recte in foro conſcientiæ poſſe retinere ſolutioné,
quouſque repetatur per mulierem. Rõ eſt,qm̃ mu
lier illa verè eam debebat,ac debet, naturaliter,&
ciuiliter interim dum non vtitur exceptione Vel-
leiani,aut repetitione poſt ſolutionem factã. Qñ
autem ex obligatione fideiuſſoria mulieris nulla
omnino orta eſt obligatio, quia non fuit facta in
aliquo ex euentibus à iure expreſſis, ac ſtatim ex-
plicandis, neque in inſtrumento publico coram
tribus teſtibus,tunc creditor retinere in conſcien-
tiæ foro non poteſt ſolutioné per errorem mulie-
ris factam: quia re vera ea mulier id non debebat.
Item quando mulier ſoluit ſciens ſe poſſe vti ex-
ceptione Velleiani,& non curans ea vti, aut, etiã
id ignorans,ſoluit poſt latam ſnĩam definitiuam,
tunc ſimiliter creditor tuta conſcientia retinet ſo
lutioné:qm̃ mulier verè id ei debebat,neque in il-
lis euentibus ius illi concedit repetitionem.

Dubitant verò doctores, num, ſtando in iure
8 communi, mulier † renunciare poſſit priuilegio
Velleiani,ita vt,ſi,cum illius priuilegij renuncia-
tione, fideiuſſor alicuius exiſtat, omnino oblige-
tur,perinde ac ſi mulier non eſſet, neque tunc illi
proſit exceptio Velleiani. Atque hæc controuer-
ſia ſolum habet locum. Quando, ſtando in iure
communi,mulier ex ſuo contractu manet obliga-
ta,ac proinde,niſi renunciaret Velleiano, illi com
peteret, eoque tueri ſeipſam poſſet:quando enim
ex ſuo contractu nulla oriretur obligatio,quia eſ-
ſet redditum nullum iuris humani diſpoſitione,
tunc,quemadmodum locum non haberet Velle-
ianum, vtpotè minime tunc neceſſarium,ita locũ
non haberet hæc controuerſia. Hinc ſequitur,qñ
mulier non extitit fideiuſſor in publico inſtumé
to adhibitis tribus teſtibus, ceſſare hanc contro-
uerſiam:quia,vt dictum eſt,tũc nulla oritur obli-
gatio; nullumq; proinde locum habet Velleianũ.
Quod rectè intelligit Gutier. de iuram. confirm.
par.1.c,20.nu.7,etiam in Regno Caſtellæ, nihil
impediente,quòd in eo Regno priuata ſcriptura,
recognita poſtea per eum, qui ſe illa obligauit effi
ciatur publica: quoniam in re propoſita, vt ex mu
lieris contractu oriatur fideiuſſoria obligatio, ne-
ceſſe eſt tanquam forma, ſiue in qua non oritur,
vt contractus à principio fiat inſtrumento publi-
co coram tribus teſtibus,iuxta *l.*antiquæ.§.vlt.C.
ad Velle. immeritoq; trepidauit Greg. Lope. l.3.
verb.*renunciando* tit.12.par.5.id concedere, dum
in dubium vocat,num id locum habeat in Caſtel
læ Regno; ductus, quòd lex antiqua,non reperia-
tur approbata in eo Regno: vt.n.locum non hẽat
in eo Regno, non ſatis eſt non inueniri approba-
tam ſanctioné, quæ illud idem in ſingulari defi-
niat,ſed opus eſt inueniri ſanctionem, quæ eã le-
gé reprobet,aut abroget,contrariũ,aut repugnas,
ſanciendo;qñ enim in eo Regno contrarium, aut
repugnans,non reperitur conſtitutum,ſtandũ eſt
ſanctionibus iuris cõis. Ex eodem fundamento
ſequitur,quod quamuis mulier fideiuſſor pro ſuo
marito exiſtat,aut debitum illius in ſe ſuſcipiat in
publico inſtrõ adhibitis tribus teſtibus,ac ſubſcri
ptis,eſſet etiam eadem controuerſia:qm̃ tũc obli-
gatio eſt ipſo iure nulla, etiam ſi ſæpius ſit facta,
& confirmata, & etiam ſi facta ſit pro debito pu-
blico,quale eſt, ꝙ fiſco, aut Regi debetur: neque
plus ex ea tenetur mulier,quam fuerit probatũ ex
tali debito expenſum eſſe in ipſius vtilitatem. Ita
habetur in auth. ſi qua mulier. C.ad Velleia.& in
authentico vt nulli iudicũ,§.& illud, & affirmãt
Bar.& communis doctorum ſententia, quã Gre-
go. Lope. vbi ſupra,& Ant.Gom.l.61. Tauri nu.
2.referunt,ac ſequuntur.

9 Hoc ipſum arctius ex † parte ſancitum eſt l.61.
Tauri,quæ eſt 9.titu.3.lib.5. nouæ collect.vbi ſic
dr̃. *De aqui adelante la mugier no ſe pueda obligar
por fiadora de ſu marido, aunque ſe diga, y alegue,
que ſe conuirtio la tal deudo en prouecho de la mu-
ger. Y anſi miſmo mandamos, que quando ſe obliga
ren a mancomun marido y mugier in vn contrato,
o en diuerſos, que la mugier no ſea obligada a coſa
alguna, ſaluo ſi ſe probare, que ſe conuirtio la tal
deuda en prouecho della; ca entonces mandamos,
que por rata del dicho aprouechamiento ſea obliga-
da. Pero ſi lo que ſe conuirtio en prouecho della, fue
en las coſas, que el marido le era obligado a dar, aſi
como en veſtirla, y darle de comer, y otras coſas ne
ceſſarias, mandamos, que por eſto ella no ſea obliga-
da a coſa alguna. Lo qual todo, que dico es, ſe entien
da, ſino fuere la dicha fianza, y obligacion de man-
comun por marauedis de nueſtras rẽtas, o pechos,
o derechos dellas*. Vbi vides, etiam ſi id pro quo
vxor,fideiuſſit,expenſum ſit in ipſius vtilitatem,
nõ teneri vxoré ad ſolutionem illius creditori lo-
co mariti:quemadmodũ tenetur de iure cõi,& te-
neretur de iure Caſtellæ, *ſi de mancomun* eſſet o-
bligata vna cũ marito pro eo debito, ac ſufficien-
ter probaretur expenſum eſſe in ipſius vtilitaté,
vltra ea, quæ maritus expendere cum illa ratione
dotis tenebatur. Etenim voluit lex illa, vt, nihil
impediente fideiuſſione vxoris pro marito, inte-
gra vxori permanerent, tam dos, quàm bona pa-
raphernalia, etiam ſi contractus, celebratus cum
marito à quodam tertio, in cauſa fuerit, vt vxor
integra, aut minus diminuta, haberet ea omnia
ſua bona, quia aliquid, eo contractu acquiſitum,
ceſſit in conſeruationem,aut augmentum, eorum
bonorum,quæ alioquin fuiſſent imminuta. Atq;
ita intelligit eam legem Ant.Gom. ibidem nũ.2.

quamuis

quamuis non ita perſpicue id explicet: Qñ autem vxor ſe obligauit *de mancomũ* cũ viro, voluit lex illa, ſi aliquid ex eo contractu fuit conuerſum in vtilitatẽ mulieris, quia inde ita augmentata ſunt bona, q̃ vir, & vxor poſſidẽt, vt mulier plus de ſuis bonis dotalibus, & paraphernalib. ſit acceptura, q̃ alioqn acceptura fuiſſet, & id probetͬ ſufficiẽter vt quo ad eam ſolã debiti portionẽ maneat vxor creditori obligata, & nõ quo ad reliquũ. Eadẽ ẽt lex eatenus reſtringit ius cõẽ auth. citatis in fauorẽ vxorum ſancitũ, ꝙ ſi vxor fideiuſſor pro marito exiſtat circa reditus Regi debitos aut circa eos vna cũ marito ſe obliget, valida eſt fideiuſſio, & obligatio, neque gaudet priuilegio Velleiani.

Explicato ita in quo euẽtu locũ habeat controuerſia, num ſi mulier renunciet priuilegio Velleiani, illo adhuc gaudeat, an nõ. Gl. 2. l. 1. & gl. l. vl. §. vl. ff. ad Vell. gl. l. tametſi, ff. ad Maced. gl. l. ſciẽdũ. ff. de verb. obl. & gl. vl. l. vlt. C. ad Vel. Azo, & pleriq; alij, aſſeuerant, ſi mulier Velleiano renunciet, non gaudere eo priuilegio; multiq; eorũ affirmant, id plurimis in locis eſſe vſu receptum.

10 Eam vero ſnĩam ſibi perſuadent. Primo, qm̃ renũciare põt quis ijs, quæ in ipſius fauorẽ introducta ſunt. l. ſi quis in cõſcribẽdo. C. de pact. vbi inter alia ſic ſcriptum legimus. *Cum ſit regula iuris antiqui, oẽs licentiã habere, his, q̃ pro ſe introducta ſunt renũciare*, l. ꝙ fauore. C. de legib. & alijs iuribus; cũ ergo in mulierũ fauorẽ Velleianũ introductum ſic integrum illis erit, illi renunciare.

Secundo l. vlt. §. vlt. ff. ad Velleia. vbi habetur. *Quoniam exceptionem ſenatuſconſulti opponere poteſt, ea vere debebit exceptione ſe nõ vſuram, & ſic ad iudicem ire*. Vbi vides mulierem renunciare poſſe exceptioni Velleiani.

Tertio l. vlt. & authentica matri & auiæ, C. qñ mulier tutel. off. vbi mater, & auia ad tutelam filiorum, & nepotum, admittuntur, immo præferuntur alijs datiuis, modo priuilegio Velleiani prius renuncient, dictumq, eſt diſp. 220.

11 Snĩa hæc † hodie in hoc Caſtellæ Regno ſancita eſt, l. 3. titul. 12. part. 5. illiq; proinde in eo eſt ſtandum. Intelligenda tamen eſt, dummodo mulier, ſciens ſe in eo euẽtu gaudere priuilegio Velleiani, illi poſt eam ſcientiam renunciet. Ita Azo, & gl. l. vlt. §. vlt. ff. ad Vell. & gl. l. ſciendum. ff. de verb. oblig. eſtq; ſancitum leg. 3. citata his verbis. *La tercera es, quãdo la muger foeſſe ſabedora, e cierta, que no ſe podia ni deuia entra fiador, ſi deſpues lo renunciaße de ſu grado, e de ſãparãdo el derecho, q̃ la ley les otorgò a las mugeres en eſta razon*. Quo in loco Grego. Lopez, verb. *ſabedora*. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. cap. 20. num. 3. notauit, in foro exteriori non præſumi mulierem ſciuiſſe priuilegium, aut de ipſo fuiſſe certioratam ante renunciationem niſi probetur; quoniã præſumitur, mulieres ignorare iura. Si tamen Tabellio in inſtr̃o renunciationis fidem faciat, mulierem, certioratam de priuilegio, illi renunciaſſe, tunc ſtandum eſt fidei tabel. Ita Gutier. num. 3. citato, & Couar. 2. varia. reſ. c. 13. n. 2. §. 1. cõcluſio, & alij, quos citant. Qui Gutier. cũ Couar. addit, cautius eſſe, ſi tabellio in inſtr̃o expreſſim dicat, fuit certiorata per me notarium infraſcriptum de beneficio Velleiani in mulierum fauorem, quod mulier non poſſit ſe obligare pro alio, atque, illud ſciens, ei renunciauit: ſicq; ait receptum eſſe in praxi tabellionum.

Gutier. ibidem nu. 8. recte ait, non ſufficere renunciationẽ in genere priuilegiorum, vt cenſeatur, etiam renunciatum priuilegio Velleiani, ſed neceſſarium eſſe renunciationem illius, etiam in particulari, quod, aduerſus Barto. intelligit, ẽt qñ mater, & auia, renunciant Velleiano, vt ſuſcipiãt tutelam, aut curam filiorum, vel nepotum. Placetque hæc ſententia. Tum quia iura, quæ de matre, & auia loquuntur, expreſſam illius in particulari renunciationem exigunt. Tum etiam quoniam præcedere debet ſcientia priuilegij illius in particulari, quæ non colligitur, neque in foro exteriori præſumitur, ex renunciatione priuilegiorum in genere. Ibidem numero 9. refert, cum, mulier quædam dediſſet mandatum in publica forma cuidam procuratori, vt eã obligaret pro alio, cum facultate renunciandi omnibus priuilegijs ſibi à iure conceſſis, quæ ipſa ex tunc renunciabat, nec tamen expreſſiſſet priuilegium Velleiani, & poſtea procurator eam mulierem obligaſſet, adhibitis ſolemnitatibus omnibus requiſitis, ac renunciando in particulari Velleiano, & cæteris mulieris priuilegijs, mulierem poſtea oppoſuiſſe, ſe non renũciaſſe in particulari Velleiano, neque dediſſe facultatem ad illi renunciandum in particulari, neque ipſam ante eam renũciationem fuiſſe factum certiorem de eo priuilegio, ac proinde obligationem fuiſſe nullam, pronunciatamque fuiſſe ſententiam à Regijs ſenatoribus in fauorem mulieris, nihil impediente quod opponeretur, ac probatur illam in alijs contractibus, quibus ſe obligauerat pro alijs, fuiſſe de eo certioratam illique renunciaſſe.

Certè in eo euentu, ſi iuramento mulieri illi adhibito, num conſcia de eo priuilegio facultatẽ illam dederit procuratori ſuo animo renunciãdi, etiam priuilegio Velleiani, reſponderet affirmanter, arbitrarer, per epicheiam legum interpretem cenſendam eſſe in eo euentu obligatam, nihil impedientibus ſubtilitatibus, ac verbis externis legum, quoniam fundantur in præſumptione ignorantiæ priuilegij illius mulierum, cuius contrarium, in re propoſita, conſtat, & quoniam non eſt cenſendum legum illarum latores intendiſſe, mulierem illam in eo euentu deobligare, cum creditoris iactura, qui facile ea via decipi à muliere, & debitore principali poterat: in ſententijs autem ferendis, potius eſt ſtandum menti, quàm verbis legum.

Quamuis Azonis, gloſſarũ illarum, & quorundam aliorum ſententia ſit, ſi mulier, modo explicato, priuilegio Velleiani renunciet, eo nõ gaudere, atq; in hoc Caſtellæ Regno lege ſit id ſancitum: Bar. tamen Panor. & cõis doctorum ſententia, quam referunt Greg. Lope. in eam propendẽs l. 3. citata verb. *renunciando*. Anton. Gomez eam amplectens, 2. tom. var. reſolu. cap. 13. numer. 17. itemque Couarr. eam ſimiliter amplectens, capit. quamuis pactum, part. 2. §. 3. numero 3. aſſeue-

rant, ſtando in iure communi, eſto mulier, modo prædicto renũciet Velleiano, nõ propterea amittere priuilegiũ illud, excepto, ſi in iudicio renunciet, aut mater, vel auia, renuncient ad ſuſcipiendam tutelam, aut curam filiorum, vel nepotum.

Ius Luſitan. 12 Atque † id hodie lege ſancitum eſt in Luſitaniæ Regno lib.4.ordin.tit.12.§.penul.ét ſi in iudicio fiat renunciatio, ſolumq; ius Luſitanum excipit, q̃n mater, aut auia, tutelam, vel curam, filiorũ, aut nepotum, ſuſcipiunt. Ducuntur, q̃m, qua facilitate mulieres adducuntur ad fideiubendum, aut ſe obligandum pro aliquo eadem inducerentur ad renunciandum Velleiano: quare, cum ea de cauſa ſit eis conceſſum priuilegium illud, debent retinere illud, eſto ei renuncient: alioquin non eſſet illis conſultum. Atq; hanc rationem reddit etiam Luſitana ordinatio.§.pen.citato.

Iuxta hanc ſnĩam, ad primum argm̃ contrariæ opinionis, dicendum eſt, poſſe quidem aliquẽ renũciare priuilegio in ſuum fauorem introducto, modo cauſa conceſſionis illius nõ ſit ætas, aut infirmitas, talis perſonæ: perſeuerante enim eadem cauſa, non valet renunciatio talis priuilegij: quoniam eſſet quodammodo contra bonos mores ea renunciatio, ac proinde nulla, argumento text. in l. in alia §.eleganter.ff.ſolut.matr.

Ad ſecundum dicẽdum eſt ibi eſſe ſermonem de renunciatione facta in iudicio, quæ valet ꝑ authoritatem, & vigorem iudicij. De iure tñ Luſitano, neque in eo euentu valet, vt dictum eſt.

Ad tertium dicendum eſt ibi id eſſe cõceſſum in officio illo publico tutelę, aut curæ ſuę ſobolis, ad quod decebat illas admitti, ſed renunciatis priuilegijs, ꝙ ad id munus attinet, etiam Velleiani.

13 Illud eſt † obſeruandum, ſi mulier iuret, ſe nõ vſuram priuilegio Velleiani, tunc non poſſe illo iuuari. Item ſi ſub iureiurando ſe obliget pro aliquo, promittens ſe impleturam obligationem, neque illi contrauenturam, tunc, eſtò non ſe obligaſſet interueniẽtibus ſolemnitatibus l. antiquæ. §. vltim. C. ad Velleian. conſtitutis, vi ſolius iuramenti teneretur implere obligationem, neque illi contrauenire poſſet. Ratio autem eſt, quoniam implere eam obligationem, non eſt malum, ſed irritum iure humano, ac validum, & obligans ex ſe, ſi adhibeantur ſolemnitates requiſitæ; permiſſum tamen iure humano elidi beneficio Velleiani, vt explanatum eſt: quare ſi accedat iuramentum de ea promiſſione implenda, aut de non vtendo priuilegio Velleiani, quando alioquin obligatio eſt implendi promiſſionem, cum tale iuramentum feratur ſupra rem licitam, vtique obligat, non minus, quam, quando alienatio minoris, aut fundi dotalis, vel renunciatio legitimæ, confirmantur iuramento obligent, de qua re, & ſimilibus euentibus, dictum eſt copioſè diſp.149. & duabus ſequentibus. Excipe in Luſitania, in qua, vt diſp.149. dictum eſt, irritum eſt affectum iuramentum cuicunque contractui, aut promiſſioni, ſine Regis facultate adhibitum, atque contractus ipſe, & promiſſio, irrita effecta ſunt. Quod autem in euentu, de quo loquimur, obligẽt iuramentum neque locum habeat Velleianum, affirmat cõis doctorũ ſnĩa, quam referunt, ac ſequuntur, Couar. c. quãuis pactum p.2.§.3.nu.5. Greg. Lopez l.3.tit.12.par.5.verb.*ſabedora*, & verb.*renunciando*, Ant. Gom. 2.tom.var.reſ.ca.13.in calce.nu.17.& c.14.num.26. verſ. quarto infertur, Gutie. de iur. confirm. par.1.c.20.nu.2. & alij ac præter iura diſp.149. citata, eaque, quæ ibi dicta ſunt, confirmatur ex c. ex pręſcripto, iuncta gloſſ. ibi verb. & vxorem, de iur.iur. vbi mulier, quæ iureiurando adhibito, fideiuſſor extiterat, præcipitur ad implere omnino fideiuſſionem.

Couar. nu.5. citato, licet fateatur, q̃n mulier, conſcia priuilegij, iureiurando promiſit implere fideiuſſionem, non gaudere priuilegio Velliani; licet ſẽt fateatur communẽ eſſe opinionem, eo ẽt non gaudere, q̃n inſcia priuilegij, iureiurando ſe aſtrinxit fideiuſſionem implere; ipſe tñ in hoc vltimo euentu, cũ alijs quos citat, arbitratur, nihil impediente iuramento gaudere priuilegio illo; quoniam, inquit, iuramentum illud non ſe extendit ad incognita, ac proinde nec cõpręhẽdit non vti priuilegio ſibi à lege ea in parte cõceſſo: quare nihil impediente iuramento fideiuſſionem, ſeu obligationem implẽdi, vti poterit Velleiano. Mihi ſane non arridet hæc opinio: quoniã, quæ mulier iureiurando promittit ſe implere fideiuſſionem intelligit omnino eam implere, quod ad ſe attinet, ac proinde nullo vtendo ſuffugio: quod intelligo, quando, ſi ſciuiſſet priuilegiũ, ſimiliter iureiurãdo ſe aſtrinxiſſet implere fideiuſſionem, vt regulariter euenit.

Gutier. nu.2. citato, cum Padilla, & Menchaca; quos refert ait, ſi mulier prius iuraſſet, non fideiubere, & poſtea fideiuſſiſſet, & iuramento cõfirmaſset fideiuſſionem, ſe ſcilicet illam impleturam, neq; illi contrauenturam, poſse vti priuilegio Velleiani. Ducuntur, quoniam ſecundum iuramentum non obligaret: eo quod primum iuramentum concordet cum iure communi. Contratrarium tamẽ eſt proculdubio affirmandũ, & cõſtat ex dictis diſp.151. ante ſolutionem argumentorum.§. quarto quoniam. Ratio autẽ eſt. In primis, quoniam mulierem fideiubere, nõ eſt malũ, neque ſibi prohibitum iure humano, quin potius poteſt eſse bonum aliquando ex rationabili, & iuſta cauſa: quare, ſi iuramentum, de non fideiubendo, non ſit factum in fauorem tertij, cui expediat, mulierem non fideiubere, ſolum habebit rationem voti facti Deo, ac iuramento confirmati, eaque de cauſa, niſi melius eſset non fideiubere, attentis circũſtantijs concurrentibus, nõ obligaret, quin potius mulier nihil eo iuramento impediente, licitè poſset fideiubere, vt ex dictis diſput.149. conſtat. Deinde quoniam, licèt peccaret fideiubendo, & confirmando fideiuſſionem iuramento non peccaret, etiam poſito priori iuramento, implendo fideiuſſionem: quoniam implere fideiuſſionem, nec illi contrauenire priuilegio Velleiani, non eſt malum, neque eſt obiectũ primæ promiſſionis, ſed ſecundę iuramento confirmatæ: quare, cum non ſit malum obligat ſub reatu lethalis culpæ illud implere in poſteriori promiſſione iuramento confirmata.

In ſe

14 In ſequentibus † euentibus mulier non gaudet priuilegio Velleiani. Quod intelligendum eſt, licèt non interueniāt ſolemnitates de quibus l.antiquę.C.ad Velle. Primus, ſi pro libertate mancipij ſe obliget ad aliquid ſoluendum, aut fideiuſſor exiſtat l.penul.C.ad Velle.l.3.tit.12.par.5.& libr.4. Luſit.ord.tit.12.§.1. In fauore enim libertatis id ſancitum eſt.

Secundus, ſi mulier vna, in dotem alterius aliquid promittat, aut fideiuſſor exiſtat rei in dotē promiſſæ l.vlt.C.ad Velle.l.3.tit.12.par.5.& lib. 4.ord. Luſit.tit.12.§.2. Quòd intelligendum eſt, modo rite matrimonium iuxta ius canonicum celebretur, vt Luſit.ord.rectè ſubiungunt. Id.n.ſimiliter in fauorē dotis, ac matrimonij, ſancitum eſt.

Tertius, ſi poſtquàm mulier ſe obligauit pro alio, aut fideiuſſor alterius extitit, elapſo integro biennio à primo obligatione, pignus dedit, aut eādem obligationem innouauit, non gaudet priuilegio Velleiani: ſecus autem ſi intra bienniū pignus dedit, aut obligationem innouauit. Rationem reddit lex, quia tunc maturo conſilio id vr̄ efficere, ſuamq; cauſam agere. Ita hr̄ leg. ſi mulier. 2.C.ad Velleia.& l.3.tit.12. par.5. vbi Grego.Lope.ait; quòd, cum lex in ea præſumptione fundetur, non haberet locum ea diſpoſitio, ſi a principio irritum eſſet pactum, quòd elapſo biennio pignus traderetur, aut innouaretur obligatio: quoniam tunc traditio pignoris, aut confectio iterum eiuſdem obligationis, non tam eſſet innouatio, quàm executio primi contractus, eaque de cauſa locum ha-
15 beret Velleianum. Tertius † tamen hic euentus locum non habet in Luſitania. Lib.enim 4.ordin. tit.12.§.vlt.ſancitum eſt, vt, nihil impediente ea innouatione obligationis, etiam ſæpius facta, mulier gaudeat Velleiano.

Quartus, qn̄ mulier pretium, aut rem pretio ęſtimabilem, accepit, vt obligationem alterius in ſe ſuſciperet, vel vt fideiuſſor pro illo exiſteret, ſiue verbo, ſiue ſcripto, obligationem ſuſcipiat, aut fideiuſſor exiſtat, &, ſiue à principio id accipiat, ſiue poſtea, non gaudet priuilegio Velleiani. Debet tamen conſtare, vel inſtr̄o publico tribus adhibitis in eo teſtibus, vel legitima alia probatione, pretium accepiſſe, alioquin gaudet priuilegio l.antiquæ.C.ad Vellei.l.3.tit.12.par.5.& lib.4 Luſit. ord.tit.12.§.3. Debet aūt, quod accipitur, eſſe tm̄; vt non reputetur pro nihilo, & vt non cenſeatur factum ad decipiendam mulierem, vt ita maneat omnino obligata: quæ iudicis arbitrio relinquēda ſunt, num talia ſint cenſenda, necne. Quouſque autem licitum ſit fideiuſſorem pretium accipere pro fideiuſſione, diſp.319.dictum eſt.

Quintus, qn̄ mulier deciperet creditorem, vt ſi, veſtibus virilibus induta, virum ſe eſſe ſimularet, aut aliqua alia rōne illum deciperet, vt non intelligeret mulierem eſſe, vel vt crederet, in euentu, in quo fideiubet, aut alienum debitum in ſe ſuſcipit, non gaudere Velleiano, cum tn̄ gaudeat; vel denique quacunque alia ratione, atq; ea rōne alienum debitum in ſe ſuſcipiat, vel fideiuſſor exiſtat; tunc.n.non gaudet Velleiano. Ita hr̄ l.2.& l. ſi decipiendi.ff.ad Vellei.l.fæminis. C.eod.titul. l.3.tit.12.par.5.& lib.4. Luſi.ord.tit.12.§ 4. Eadem ratione, ſi maritus obligaret bona vxoris, ipſa id ſciente, atque creditore id ignorante, ſi mulier taceret, tunc, quia conſentiret in fraude, ac deceptione creditoris, maneret illi obligata, vt habetur l.ſi ſine, C.ad Vellei.& in materia de pignoribus dictum eſt.

Sextus, ſi mulier, quæ debitrix alicui erat, tantundem debiti pro ſuo creditore in ſe ſuſcepit, aut conſenſit, ſe vel ſuum debitorem, delegari, vt id alteri loco ſui creditoris ſoluerent; vel, cum fideiuſſor pro aliquo extitiſſet ab eo accepit id, ꝓ quo ipſa fideiuſſor extiterat, vt ipſa illud ſolueret; vel, cum hæreditatem alicuius emiſſet, fideiuſſor extitit pro debitis defuncti, quæ ex ea hæreditate erāt ſoluenda; vel, cum pro aliquo fideiuſſor extitiſſet, hæres illius poſtea fuit, ac proinde tenetur ipſa ſoluere id debitum in ea proportione, in qua hæres defuncto extitit; in his, & ſimilibus euentibus, nō gaudet priuilegio Velleiani, quo minus, ipſa, aut debitor ipſius, hæc ſoluant. Qm̄ verè id ipſa debet, aut tantundem, ei, cuius debitum in ſe ſuſcipit, aut pro quo fideiuſſor extitit. Idem dic, ſi ipſa pro aliquo in tanta quantitate fideiuſſor exiſtat, in quanta ille alius pro ipſa fideiuſſor ēt eſt. Hæc omnia habentur l.ſed ſi cum, l.aliquando, in principio l.ſi mulieri dederim l.debitrix. ff.ad Velleia. l.2.C.eo.tit.l.3.tit.12.par.2.& lib.4. Luſita.ord. tit.12.§.5 6.& 7.

Qui ſequuntur, eſſe non poſſunt fideiuſſores.

16 In primis † milites, qui non in otio, ſed in expeditione ſunt. Ius autem commune l.milites.C.de locat. ſolum prohibet eos eſſe fideiuſſores conductorum, præſertim bonorum principis, atque hoc eſt, quòd lex 2.titu.12.part.5.aſſerere vr̄; tametſi Greg.Lop.ibidem potius remittere velit ad l.vnicam.C.quib.ad conduct.præd.fiſca.lib.11.vbi tn̄ ſermo non eſt de fideiuſſione, ſed de conductione. Argumento tamen à paritate rationis, aut à minori ad maius, cenſētur prohibiti vniuerſim eſſe fideiuſſores. Atque id ſtatuit l.2.citata, & affirmat Anto.Gom.2 tom.var.reſ.c.13.in calce.nu. 9.aitq; eſſe communem doctorum ſententiam l. milites citata. Hoc tn̄ intelligendum eſt, quātum fuerit vſu, & conſuetudine receptum, vt & de conductione militum diſp.488.dictum eſt.

17 Clericus † licèt frequens eſſe non debeat in fideiubendo pro alijs, præſertim laicis, puniriquè debeat, ſi frequens ſit, vt habetur c.1. de fideiuſſoribus, cuius verba ſunt. *Clericus fideiuſſionibus inſeruiens* (hoc eſt, valde ſeruiens, ſeu in eis frequens, vt glo. ibi exponit) *abijciatur*: ſi tamen ex pietate, rationabilique cauſa, pro laico fideiubeat, tantum abeſt, vt peccet, vt id meritoriè poſſit efficere. Ita Panormitan.ibidem, & ca.2. Semper autem valet fideiuſſio, ſiue pro clerico, ſiue pro laico fideiubeat, vt colligitur ex capitulo ſecūdo, & ſequentibus, de fideiuſſor. neque refragatur ca. 1. Ita affirmant Panorm.ibi Anto.Gom. 2.tomo var.reſol.c.13.nume.18. & Doctores communiter. Poteſt verò obligare, tum bona ſua patrimonialia, tum etiam reditus ſui beneficij, & de eis ſatisfacere. Non tamen incarceratur pro fideiuſ-

 ſione,

ſione,ſed de reditibus beneficij, & alij ipſius bonis ſatisfit creditori, relinquendo ei ne egeat, vt colligitur ex c.2. de fideiuſſ. & notant ibi Panor. Ant. Gom. nu. 18. citato, & Doctores cõmuniter.

18 De Epiſcopo † innuitur ca. te quidem 11. q. 1. quod eſt Amb. & l. 2. titu. 12. par. 5. eſſe non poſſe fideiuſſorem. Grego. tñ Lopez ibidem ait, ſe eſſe arbitrari in praxi ſi fideiuſſor exiſtat, teneri.

19 Religioſus verò, ſi fideiubeat † abſque prælati, & maioris partis capituli facultate, fideiuſſio non tenet, eſtque puniendus c. pen. de fideiuſſ. & l. 2. titul 12. part. 5. In religione verò, in qua capitulum non congregatur, ſufficit facultas eius, cui iuxta ſtatuta & priuilegia eius religionis, poteſt ad id eam concedere, vt in noſtra ſocietate.

20 Agricolæ, qui † per ſe, vel per famulos, vel per ſuam familiam terram colunt, fideiuſſores iã hodie eſſe non poſſunt in hoc Caſtellæ Regno pro dominis oppidorum, ſub quorum iuriſdictione degunt. Ita Phlip. II. lege, quam hoc anno 1594. in agricolarum fauorẽ tulit, merito §. 5. de ſupradictis agricolis agens his verbis ſanciuit. *Que los dichos labradores no ſe puedan obligar como principales, ni como fiadores, en fauor de los ſeñores de los lugares, en cuya iuriſdicion viuieren, y que ſean nulas las eſcrituras, que en contrario de lo cõtenido en eſte capitulo, y de todos los demas en fauor de los dichos labradores aqui expreſſados, otorgaren, ſin embargo de qualeſquier renunciaciones, que dello hizieren, ni los eſcriuanos den lugar a que ante ellos ſe otorguen, ſo pena que pierdan ſus officios, y no puedan vſar dellos de alli adelante.*

21 Minor viginti quinque † annis quãuis, ſi fideiuſſor pro aliquo exiſtat, non ſit ea obligatio ipſo iure nulla, per beneficium tamen reſtitutionis in integrum elidi litur, atque annullatur, eſto ſit fideiuſſor patris, & eſto debitor principalis nõ ſit ſoluendo: quia eo ipſo, quòd talis minor ſoluere deberet pro debitore principali, cenſeretur læſus ea fideiuſſione. Ita habetur l. 1. C. de filiofam. min. l. 3. §. ſed vtrum, & l. ait prætor. §. non ſolum. ff. de minor. & affirmat communis doctorum ſentẽtia quam Ant. Gom. vbi ſupra nu. 19. refert ac ſequitur. Vnde merito Luſitanæ ord. lib. 4. titu. 12. §. 8. admonent, in euentibus, in quibus dictum eſt, mulieres, ſi alienum debitum in ſe ſuſcipiant, aut fideiuſſores pro alio exiſtant, non gaudere beneficio Velleiani, gaudere nihilominus beneficio reſtitutionis in integrũ, ſi minores ſint. Ant. Gome. vbi ſupra limitat hæc, cum communi Doctorum ſñia, quam refert, niſi minor fideiuſſor exiſteret pro patre in carcere poſito, vt inde erueretur: qm̃ quilibet maior, ac prudens, id efficeret, quin & ad id teneretur, poſſetq; exhæredari, ſi eſſet maſculus, & rogatus, id non efficeret, vt diſputa. 176. in 8. cauſa exhæredationis dictum eſt.

22 Quando † aliquis pro minore fideiuſſor extitit, & minor ſe inuenit læſum, aut interuenit dolus in eo, in quo minor eſt læſus, ſaltem materialis atque re ipſa, ita quòd quamuis dolus non fuerit intentus, læſio tamen eſt talis, vt quo ad eam, neque obligatio ciuilis, neque naturalis, oriatur ex eo contractu ex parte minoris, vt ſi minor vendidit rem infra dimidium iuſti pretij, vel eã emit vltra dimidium iuſti pretij, nõ intendente altero contrahente eum decipere, aut non interuenit dolus ẽt materialis explicatus, ſed minor obligatus manſit ſaltem naturaliter, cæterum minor pp læſionem, bñficio reſtitutionis in integrũ, reſcindit contractũ; tunc in priori euentu, ſiue dolus interuenerit formaliter, ſiue materialiter ſolũ, vtrique quo ad id, quo ad q̃, neq; naturalis obligatio conſurrexit ex parte minoris, ſi minori ſubueniatur, quocũq; modo, ẽt bñficio reſtõnis in integ. fideiuſſor, pro eo adhibitus, quo ad id præciſè, quo ad quod neque naturalis obligatio conſurrexerat ex parte minoris, ad nihil tenetur creditori: qm̃ obligatio fideiuſſoris ſemper nititur alicui obligationi ſaltem naturali, principalis, debitoris eius, vel pro quo fideiuſſor extitit; quare, ſi illa non extitit ex parte illius, pro quo fideiuſſit, neque ipſe quo ad id tenetur. Ita habetur l. 2. C. de fidei. minor. & l. 4. tit. 12. part. 5. Quòd aũt intelligendum id ſit, non ſolum qñ interuenit dolus formaliter, ſed ẽt qñ interuenit ſolũ materialiter modo explicato, colligitur apertè ex l. ſi quis cum alter. §. vlt. ff. de verb. obl. & cum Bar. affirmat Greg. Lop. l. 4. citata gl. 1. non ſolum in obligatione fideiuſſoris, ſed ẽt in principali; vt ſi quis poſt contractum minoris debitum illius in ſe ſuſcepiſſet, confirmando contractum; quia. n. hæc obligatio ẽt nititur primæ obligationi minoris, vtq; ſi illa nulla fuit omnino, hæc quoque nulla oĩno eſt cenſenda. Hinc facilè conſtat, ſi minor vendidit rem immobilem, aut mobilem pretioſam, quæ ſeruando ſeruari poterat, abſq; decreto iudicis, adhibito fideiuſſore, cũ venditio ſit ipſo iure nulla, ita vt neque naturalis obligatio ex parte minoris oriatur, vt diſput. 224. oſtendimus, & innuitur l. 2. citata. C. de fideiuſſ. minor. tunc neque minorem teneri ſtare tali contractui, ſed poſſe rem repetere, pretium reſtituendo, neque fideiuſſorem teneri de euictione: quia, cum nulla obligatio, etiã naturalis, conſurrexerit ex parte minoris, nulla ẽt extitit obligatio ex parte fideiuſſoris, vt cum Bar. & Paul Caſtr. rectè affirmat Grego. Lope. l. 4. citata verb. *por razon*, aduerſus gl. l. 1. verb. nõ vigeris in fine. C. de fideiuſſ. min. quæ, cum fateatur venditionem illam minoris ſine iudicis decreto eſſe ipſo iure nullam, & neque naturalem obligationem conſurrexiſſe ex parte minoris, addit tamen, ſemper fideiuſſorem teneri, argumento l. & ſi is. C. de præd. min. Cæterum ibi non vendiderat minor, ſed tutor, aut curator illius, obligans ſe de euictione, datis pignoribus de ſuis bonis proprijs, pignoraque obnoxia pronunciantur pro euictione. Quando autem minor vendiderat rem mobilem, ad cuius alienationem decretum iudicis non fuit neceſſarium, adhibuitque fideiuſſorem, tunc, ſi ſolum agat ex leg. ſecunda, Cod. de reſcindenda venditione, ad augmentum pretij, aut reſciſſionem contractus, prout emptor maluerit, eo quòd vendita fuerit infra dimidium iuſti pretij, perinde atque quicunque maior, qui ſimiliter vendidiſſet, agere poſſet, tunc ad nihil teneretur fideiuſſor: quoniam neq; naturalẽ neque ciuilem, obligationem cõtraxit minor, ne id exi-

id exigeret. Si verò beneficio reſtitutionis in integrum peteret reſciſſionem contractus, non cõtentus augmento pretij vſque ad iuſtum, vel cum deceptus non eſſet infra dimidium iuſti pretij peteret reſciſſionem contractus, quod ſe læſum cõperiret, vel peteret augmentum pretij vſq; ad integrum iuſtum, tunc vtique fideiuſſor in exteriori foro teneretur de euictione, ſi reſcinderetur cõtractus, vel teneretur de illo augmento pretij, qđ de nouo acciperet: q̃m nihil eorum petere, aut obtinere poterat minor, ſi fuiſſet maior, vi diſpoſitionis iuris communis, ſed illa obtinet ſolum beneficio reſtitutionis in integrũ. Ita Greg. Lopez l. 4. citata gl. penul. In ſecundo aũt euentu ex duobus in principio propoſitis, q̃n ſcilicet, neq; materiali dolo interueniente, minor, qui fideiuſſorẽ adhibuit petit, & obtinet reſtitutionẽ in integrum, tũc illi ſoli prodeſt ea reſtitutio, ſed nõ fideiuſſoribus, qui tenentur de euictione, aut de incremento pretij creditori: habent tñ recurſum actione mandati aduerſus minorẽ, niſi minor ipſe, vt poteſt, petat & reſtitutionem in integrum aduerſus fideiuſſores. Ita habetur expreſſe l. 1. & 2. C. de fideiuſ. minor. l. Marcellus. ff. de fideiuſ. & l. 4. citata. Atque hæc eadẽ dicenda ſunt de eo, qui fideiubet ꝓ prodigo, an furioſo, vt habetur l. Marcellus citata.

Vtrum fideiuſſor in plus, quam principalis debitor, aut in rem aliam, obligari poſſit.

DISPVT. DXLI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſorem non obligari in plus, quam principalis, quomodo intelligendum.*

2 *Fideiuſſor in quibus caſibus non poteſt in plus obligari, quam principalis.*

3 *Fideiuſſor poteſt ſe obligare minus, quam debitor principalis.*

4 *Fideiuſſor quando obligatur plus, quam principalis, an obligatio nulla reddatur in totum, an verò quo ad exceſſum tantum.*

Et quid ſi adſit iuramentum nu. 5.

6 *Fideiuſſor poteſt arctius obligari, quam principalis licet non in plus.*

Et in quibus caſibus, & euentibus nu. 7.

8 *Fideiuſſor quomodo poteſt in rẽ aliã obligari vniuerſam ab ea, ad quã debitor principalis obligatur.*

9 *Fideiuſſoris obligatio quando dicatur diuerſa ab obligatione principalis.*

Fideiuſſor non poteſt in plus obligari, quàm principalis debitor maneat obligatus, §. fideiuſſores inſt. de fideiuſſ. l. græcè. §. illud. ff. eod. tit. & l. 7. tit. 12. par. 5. conſentitque communis doctorum ſententia. Ratio autem redditur, §. fideiuſſores citato, q̃m, cum obligatio fideiuſſoris acceſſoria ſit principali, eiq; innitens, nõ poteſt plus ſe extendere, quã obligatio debitoris principalis, vt hr l. fideiuſſores 1. ff. de fideiuſ. & §. fideiuſſores
1 inſt. eod. tit. Quo loco † obſerua, aliud eſſe fideiuſſorem obligari plus, hoc eſt, arctius, quam obligetur debitor principalis, attamen ad id ſolum, ad quod obligatur debitor principalis; atque id non negari iuribus citatis eſſe poſſe, vt explicabimus: aliud verò, obligari plus hoc eſt, ad plus extendi, quàm obligetur debitor principalis; & hoc negari iuribus citatis, eſſe poſſe.

2 Porrò † quo ad quatuor, quæ explicantur inſt. de actionibus. §. plus iũcto. §. ſequenti, dicitur iuribus citatis, nõ poſſe in plus obligari fideiuſſorẽ, quàm debitorem principalem. In primis quo ad quantitatẽ. Vt non poteſt debitor principalis eſſe obligatus ad ſoluendum ſolũ quinque, & fideiuſſor ad ſoluendum pro eo decem: contra verò, poteſt fideiuſſor ſolũ pro quinq; fideiubere, manente debitore principali obligato pro decem. Deinde quo ad locum. Vt nõ poteſt debitor principalis eſſe obligatus ad ſoluendũ aliquid in aliquo loco, & fideiuſſor obligari, vt id ſoluat in loco grauiori fideiuſſori. Tertio quoad tempus. Vt non poteſt debitor principalis eſſe obligatũ ad ſoluendum intra biennium, & fideiuſſor obligari ad ſoluẽdum intra breuius tẽpus: tũc enim fideiuſſor dicitur ad plus obligari, quo ad tẽpus, quando obligatur ad breuius tempus, vt iuribus citatis merito dicitur: contra autẽ, bene poteſt debitor principalis obligari ad ſoluendũ intrà breuius tempus, & fideiuſſor intra longius. Ad obligationem maiorem quo ad tempus reducitur, ſi debitor principalis obligetur ſub conditione, & fideiuſſor pure: vnde id non valet. Poteſt tñ fideiuſſor obligari ſolum ſub conditione, aut ſolum in diem, hoc eſt, vſque ad certum tempus, aut ex certo die, & debitor principalis obligari pure, ſeu abſolutè. Quoniam obligatio hæc maior eſt, ſeu ad plus ſe extendit, quam illa. Quòd autem fideiuſſor poſſit ſe obligare ſolum ſub conditione, aut ſolum in diem, vel ex certo die præter iura citata, habetur l. 6. tit. 12. par. 5. atque ex ſe eſt notiſſimum. Quartò, quo ad cauſam, vt dicitur inſtit. de act. loco citato. Omiſſo verò exemplo, quod ibi habetur, quia eo in loco ſermo non eſt de fideiuſſoribus, exempla accommodatam adhibentur l. græcè. §. idem Iulianus. ff. de fideiuſſ. Vt ſi debitor obligetur dare hominem aut decem, hoc eſt, mancipium aliquod indeterminatè aut decem, quod intelligitur, vt debitor ipſe elegerit, & fideiuſſor obligetur dare alterum illorum duorum, vt elegerit creditor, durior eſt obligatio fideiuſſoris, quã debitoris prin-
3 cipalis ac proinde eſt nulla. Contra † autem, ſi debitor principalis obligatus eſſet dare hominem, aut decem, vt creditor eligeret, & fideiuſſor obligaretur dare hominem, aut decem, vt fideiuſſor eligeret, valida eſſet obligatio: qa ad minus obligaretur fideiuſſor, quam debitor principalis. Eadem ratione, ſi debitor principalis obligetur dare Stichum, & Pamphilum, & fideiuſſor obligetur dare Stichum, aut Pamphilum, valida eſſet obligatio; quia ſimiliter, ad minus obligaretur fideiuſſor, q̃ debitor principalis: Hæc ſunt exempla Vlpiani in eo. §. relata ex Iuliano iuriſconſulto.

Dubium eſt, vtrum, q̃n fideiuſſor modis explicatis ad plus obligatur, quam debitor principalis, Queſt.

4 lis, maneat † fideiuſſio nulla ſolum quo ad exceſſum, ita quòd adhuc maneat obligatus quo ad id præcisè, in quo obligatus manet debitor principalis; an verò maneat oĩno nulla, ita quod ad nihil maneat creditori obligatus. Lex græcè.§.illud ff de fideiuſ.apertè videtur ſonare hoc ſecundum, nempe obligationem reddi prorſus nullam. Cum enim ſermo vniuerſim ſit de oĩbus, qui pro alijs obligatur, dicitur, *Si fuerint in duriorem cauſam obligati placuit omnino eos non obligari*. Atq; dẽ ſonare vr̃ doctrina, quæ ibidem paragraphis ſequentibus ſubiungitur, eaq; eſt ſnĩa gloſſæ ibi, & quarundam aliarum, Bartoli, & cõis, vt referunt Couar.c.quamuis pactum part.2.§.6.nu.3. Gregor.Lopez l.7.citata, Ant.Gom.2.tom.var.reſol. c.13.num.2.& Gutier.de iur.confir. par.1.c.22. num.1. Contrariam ſententiam, quod ſcilicet ſolum reddatur nulla quo ad exceſſum, refert etiam gloſſa citata, & glo.1.§. fideiuſſores inſt. de fideiuſ. & in eam propendet additio gloſſæ ibidem, eamque amplectitur Anto. Gom. num.2.citato. Quicquid aũt ſit de iure cõi, meritò tñ in hoc Caſtellæ Regno l.7. citata ſancita eſt hæc poſterior opinio, vt ſcilicet fideiuſſor tunc teneatur ſolum ad id ad quod debitor principalis tenetur: neque enim vult per inutile vitiari debet. Admonent verò Greg.Lopez l.7.citata, & Gutier. c.22. citato,

Decis.

num.3. inualidam eſſe obligationem fideiuſſoris quo ad exceſſum de iure Caſtellæ, etiam ſi creditor, & fideiuſſor, expreſſe conueniant, quod fideiuſſor de exceſſu teneatur, & eſto fideiuſſor renunciet legi illi: quoniam id non ſtatuitur in priuilegium fideiuſſoris, ſed tanquam forma. Atq; idem dicendum eſt quo ad totum de iure communi, iuxta communem ſententiam, quæ aſſerit inualidam eſſe obligationem quo ad totum.

Ius Caſtellæ.

Dubiũ

Dubium eſt, num, ſi fideiuſſor, qui in plus ſe

5 obligauit, † quam debitor principalis, obligationem ſuam, ac fideiuſſionem iuramẽto confirmet, teneatur in totum. Ad quod proculdubio dicendum eſt, teneri in totum, etiã ſtando in iure communi ciuili: quoniam res eo iuramento cõfirmata, illicita non eſt, ſed ſolum nulla ſecluſo iuramẽto de iure quidem Caſtellæ ſolum quo ad exceſſum ſupra obligationem debitoris principalis, & iure communi in totum, iuxta communem doctorum ſententiam: quando autem promiſſio non illicita, iuramento confirmatur, eſto, ſecluſo iuramento, ſit nulla, vires tamen aſſumit ex iuramento, atque obligat, actioque conceditur, etiam iure ciuili, modo illicita non ſit ex parte accipientis; neque relaxari poteſt iuramentum, qñ facta eſt in fauorem hominis alicuius, & acceptio illicita non eſt ex parte illius, vt hæc omnia oſtenſa ſunt diſp.149. & duabus ſequẽtibus, iuncta diſp.256. atque in re propoſita affirmant Couar.num.2.citata, Greg.Lopez l.7.citata, glo.1. Gutier.c.22.citato, nu.4. & communis doctorum ſententia, quã referunt. Conueniunt verò doctores, cum in re propoſita debitor principalis non teneatur quo ad exceſſum, ſed ſolum fideiuſſor ad eum teneatur vi iuramenti, teneri ad illum vt in principalem, & non vt fideiuſſorem, ac proinde quo ad illum

Decis.

expectandum non eſſe, quod prius fiat excuſſio in bonis principalis debitoris: de qua excuſſione inferius ſuo loco erit ſermo. Quo ad latitudinem verò quantitatis, quam debitor principalis etiam debet Bar.& alij, quos Couar.refert, cenſent fideiuſſorem, qui, ſtando in iure cõi, iuxta communẽ ſententiam, vi ſolius iuramenti tenetur, non teneri ẽt vt fideiuſſorem, ſed vt principalem, ac proinde neceſſe non eſſe fieri prius excuſſionem in bonis principalis, vt fideiuſſor eam ſoluere cogatur vi iuramenti præſtiti. Atq; hæc eſt opinio, quam Couar.num.2.citato merito duram affirmat, & à qua diſcedit, diſcedendumque arbitror, quicquid Gutier.vbi ſupra & c.23.à nu.26.reclamet. Contrarium verò huic noſtræ, & Couar.ſententiæ, duplici ex capite poteſt aſſeuerari. Vnum eſt quaſi eo ipſo, quòd fideiuſſio iuramento confirmatur, eſto fideiuſſor non ſe obliget ad plus, quam debitor principalis, fideiuſſor non gaudeat priuilegio à iure fideiuſſoribus conceſſo, vt ſcilicet prius fiat excuſſio in bonis debitoris principalis, & qñ inde non fuerit ſatisfactum creditori, cogatur fideiuſſor ſatisfacere, quod defuerit. Atque ex hoc capite id vr̃ affirmare Gutier. id tñ eſſe falſum, inferius dicetur. Iuramentum quippe, quo fideiuſſio, alioquin valida, cõfirmatur, licet arctius obliget, quàm ſola fideiuſſio valida, non tamen ad plus ſe extẽdit, vt de cæteris promiſſionibus, alioquin validis iuramento confirmatis, ſæpius dictum eſt: fideiuſſio verò illa, ſi iuramento non eſſet confirmata, non obligaret ad ſolutionem, niſi facta prius excuſſione in bonis principalis debitoris, vt Gutier. ipſe affirmat, & infra videbimus. Alterum caput, ex quo id aſſeuerari poteſt, eſt. Quia cum, ſtando in iure cõi, iuxta communem, ac Bar. ſentẽtiam, fideiuſſor ille, ſecluſo iuramento, neque ad debitum principalis debitoris teneatur, obligatioq; ad id ſolum conſurgat ex ſolo iuramento, vr̃ ad id teneri, non vt fideiuſſor debitoris principalis, ſed vi tantum iuramenti, ac proinde vt principalis, eaque de cauſa teneri videtur, nõ expectata excuſſione in bonis principalis debitoris. Contrarium tamen eſt proculdubio dicendũ cum Couar. Quoniam fideiuſſor ille ſolũ ſe obligare intendit quo ad id, tanquam fideiuſſor principalis debitoris, locoque illius in euentu, quo, ille non ſolueret, atque ad maiorem firmitatem, & vt creditor ſecurior eſſet, adhibuit iuramentum: licet autem ius commune irritam, iuxta communem opinionem, fecerit fideiuſſionem illam ſecluſo iuramento, eo tamen adhibito, conſurgit obligatio fideiuſſoris, ſed non ad aliud, quam ad id, ad quod ea fideiuſſio iuramento confirmata obligaret, ſi irrita non eſſet effecta ſecluſo iuramento. Ac planè, poſita diſpoſitione iuris, quod prius excuſſio fiat in bonis debitoris, non ad aliud ſe intendit obligare fideiuſſor iuramento adhibito, quàm ad id, neque creditor ad aliud intendit eum obligare, ſed ſolum, vt firmius maneret obligatus, voluit adhiberi iuramentum.

Memento verò de iure Luſitano, ſi iuramentum non eſſet præſtitum de facultate Regis tunc neque ex iuramento, neque ex fideiuſſione, alioquia

quia

quin valida, reſultare obligationem, iuxta ea, quæ diſp. 149. dicta ſunt. Eodem etiam modo non reſultabit in hoc Caſtellæ Regno obligatio ex fideiuſſione, alioquin valida, ſi iuramento confirmetur, iuxta ea quæ ibidem dicta ſunt.

Gutier. c. 22. citato nu. 5. cum Menchaca affirmat, ſi fideiuſſor prius iuramento affirmaſſet, ſe non in plus fideiuſſorum pro aliquo, quàm ille teneretur, tunc, ſi in plus pro eo fideiubeat, & fideiuſſionem iuramento confirmet, non valere quo ad exceſſum. Ducitur, q̃a prius iuramentum conſonum erat iuri communi. Hæc tamen opinio eſt falſa, eodemque modo euertitur, quo alia eorum ſimilis, diſputatione præcedente fuit euerſa, eaque de cauſa non plus hac in re immoror.

Dictum eſt ſupra, q̃uis fideiuſſor nõ poſſit obli-
6 gari in plus, q̃ † debitor principalis, poſſe tñ arctius obligari, quàm illum. Qm̃, vt diſp. 539. dictum eſt, pro eo, qui ſolum naturaliter obligatur, poteſt adhiberi fideiuſſor, qui obligatus manebit naturaliter, & ciuiliter, ac ꝓinde arctius, vt Greg. Lopez l. 7. citata glo. 1. & Anto. Gom. 2. tom. var. reſol. c. 13. num. 2. cum communi doctorum ſententia, quam referunt, affirmant. Poteſt item, vt ex hactenus dictis facilè conſtat, obligari cum iuramento, qñ principalis debitor ſine iuramento
7 obligatur. Ex hoc † fundamento, quòd fideiuſſor poſſit arctius obligari quàm debitor principalis, colligit ibidem Ant. Gom. cum multis alijs, quos citat, poſſe fideiuſſorẽ obligari inſtrumento guarentigio, qñ debitor principalis obligatur non ex tali inſtrumento, quin eſto ſolũ naturaliter obligetur. Colligit deinde cum Fabro, poſſe fideiuſſorem obligari cum hypotheca, qñ debitor principalis ſine hypotheca obligatur. Tertio ex eodẽ fundamento, quod fideiuſſor poſſit arctius obligari, q̃ debitor principalis, rectè cũ multis alijs, quos citat, colligit, euenire poſſe, vt aliquando fideiuſſor cogi poſſit ſoluere pro debitore, nulla facta excuſſione in bonis debitoris, eſto ea bona pręſentia in eodẽ loco habeat. Si enim debitor principalis ſit ſolum obligatus naturaliter, tunc, cum conueniri non poſſit pro debito in foro exteriori, nulla poterit fieri excuſſio in bonis illius, eſto multa, ac præſentia habeat bona, & tñ fideiuſſor tunc cogetur pro eo ſoluere. Ex eodem fundamento poſſumus nos colligere, fideiuſſorem poſſe ſe obligare ad pœnam, ſi ipſe non ſoluat, quod fideiubet, qñ debitor principalis ad nullam pœnam ſe obligauit, ſi ipſe non ſolueret, vt affirmat glo. l. ſicut reus, conſentaneè ad textum ibi. ff. de fideiuſſ. & affirmãt Greg. Lopez & pleriq; alij, quos refert l. 7. citata glo. 1. concinit l. ſi pupillus, in fine. ff. de verb. obl. Rõ autem eſt, q̃a illud eſt per ſe arctius obligari ad fideiuſſionem, quàm debitor principalis obligetur ad ſolutionem, & per accidens eſt obligari ad aliud: ex eo autem, ꝙ fideiuſſor non ſtet promiſſis, per accidẽs ſequitur, quòd in pœnam ſui delicti ſoluat, ꝙ vlterius, ſi in eam culpam incideret, promiſſit. Poſſumus itẽ ex eodem fundamento colligere poſse ſe obligare ad ſtandum iuramento creditoris in litem circa intereſse, quod amiſerit ex eo, ꝙ fideiuſsor non ſoluerit tpe debito, qñ debitor principalis non ſe adſtrinxerit ad ſtandum ſimili iuramento creditoris, vt cum Fabro aſſerit Greg. Lopez vbi ſupra. Etenim id eſt per ſe arctius ſe obligare, & per accidens ſe obligare ad aliud, quaſi in pœnã, ſi promiſſis non ſteterit. Concinit, quòd id per ſe non ſit ad plus ſe obligare l. 1. ff. de in litem iurando. Hæc de primo eorum quæ propoſita ſunt.

8 Quod ad ſecundũ † verò attinet, nempe vtrum fideiuſſor poſſit in rem aliam obligari ab ea, ad q̃ debitor principalis obligatur, & vt ſimul primũ magis elucidetur, atque vt difficilia quędam iura explanentur, ad concordiamque reducantur, obſeruandum eſt cum Laſſarte de decima vend. c. 8. In iure ciuili communi, non ſolum eſſe inualidã fideiuſſionẽ, ſi fideiuſſor in plus obligetur, q̃ debitor principalis, ſed ẽt eſſe inualidam, ſi fideiuſſor obligetur in rem aliam ab ea, ad quam debitor principalis obligatur l. græcè. §. ſi qui Stichum, & §. idem Iulianus l. ſi ita, & l. ſi à reo. §. ſi à reo ff. de fideiuſſ. Quamuis autẽ, ſi debitor principalis obligetur ad certã pecuniæ quantitatem, & fideiuſſor pro ea obligetur ad certas menſuras tritici, vini, aut olei, vel ad quamuis aliam rem ſoluendam, cenſeatur fideiuſſor obligatus ad rem diuerſam, ac proinde obligatio ſit nulla, vt ex iuribus citatis conſtat, idemque ſit, ſi debitor principalis obligetur ad rẽ, quæ non eſt pecunia, vt ad triticum, vinum, mancipium, aut rem aliã ſimilẽ ſoluendam, & fideiuſſor obligetur ad rem diuerſam, quæ nõ ſit pecunia; attamen, ſi debitor principalis obligetur ad rem quę nõ eſt pecunia, vt ad vinum, vel oleum, & fideiuſsor pro eo obligetur ad certã pecuniæ quantitatẽ, non cenſetur obligatus ad rem diuerſam, vt expreſse hr̃ l. ſi ita. ff. de fideiuſs. citata. Ratio autem eſt, qm̃ pecunia, quo ad ipſius valorem, eſt id, quo res cæteræ æſtimantur, ac velut earum, quo ad valorem, menſuram, ac proinde, in re propoſita, obligatio fideiuſsoris ad certã pecuniæ quantitatem, qñ debitor principalis obligatur ad triticum, vinũ, oleum, aut ad rem aliam, quæ non ſit pecunia, nõ cenſetur obligatio ad rem diuerſam. Verba legis, ſi ita, hæc ſunt. *Si ita fideiuſſorem accepero: quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua eſſe iubes? non obligatur fideiuſſor: quia in aliam rẽ, quàm quæ credita eſt, fideiuſſor obligari non poteſt: quia non ut æſtimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri põt, ita pecunia quoq; merce æſtimanda eſt.* Hæc Iambolenus iuriſcõſultus, cuius eſt lex illa. Vbi expreſse docet, obligationem fideiuſsoris ſoluendi triticum, qñ obligatio debitoris principalis fuit ſoluendi pecuniam, eſse obligationẽ rei diuerſæ, ac proinde eſse nullam: contra verò, obligationem fideiuſsoris ſoluendi pecuniam, quãdo debitor principalis obligatus erat ſoluere triticum, non cenſeri obligationem rei diuerſæ, ac proinde eſse validam.

Gloſsa tamen Accurſij ibi verb. poteſt, quã ſequitur Bar. contrariũ verum eſse affirmat, quando debitor aſtringitur dare rem, quæ non eſt pecunia, vt triticum, & fideiuſsor ſe obligat ad ſoluẽdum pro ea pecuniam: affirmant enim obliga-

tionem

tionem eſſe in rem diuerſam, atque adeo eſſe nullam. Nituntur verò gl. illa Bart. & plerique alij l. gręcè, §. ſi quis Stichũ. ff. de fideiuſ. vbi Vlpianus, cum retuliſſet ex Iuliano, ſi debitor principalis ſe aſtringat ad tradendum Stichum, & fideiuſſor ſe aſtringat, tradere Stichum, aut decem, obligationem fideiuſſoris eſſe nullã, eo ꝙ durior, ſit, q̃ obligatio debitoris principalis; quia ſi Stichus moriatur, manet debitor principalis liberatus; & tñ fideiuſſor, cum nõ poſſit reddere Stichum, tenetur ſoluere decem. Cũ, inquam, hęc ex Iuliano retuliſſet, ſubiũgit ex Marcello, non ſolum ex eo capite fideiuſſionem eſſe nullam, ſed ẽt quia fideiuſſor obligatus eſt tradere rem diuerſam. Vbi vides, obligari fideiuſſorem ad ſoluẽdum loco Stichi decem, cenſeri obligari in rem diuerſam. Addit Vlpianus, ſi debitor principalis obligetur ad ſoluendum decem, & fideiuſſor ſe obliget ad ſoluendum decẽ, aut Stichum, obligationẽ eſſe nullam; non quidem ex eo, qđ obligatio fideiuſſoris ſit durior; cum leuius ſit teneri ſoluere decẽ, aut Stichum, vt voluerit fideiuſſor, q̃ teneri ſoluere decem determinatè; ſed ex eo, qđ fideiuſſor obligetur, ad rem diuerſam ab ea, ad quã tenetur debitor principalis. Addit Bart. cum gloſ. l. ſi quis pro eo, in prin. ff. de fideiuſ. in vltimis verbis eius gloſſæ, & cũ gloſ. l. cum filiusfamilias, §. 1. verb. neuter, in fine ff. de verb. oblig. quãuis, ſi debitor obliget̃ dare rẽ, quæ nõ eſt pecunia, & fideiuſſor obligetur dare pecuniã, cenſeatur fideiuſſor obligari ad rem diuerſam, ac proinde obligatio ſit nulla, vt dictum eſt; ſi tñ debitor principalis obligetur facere aliquid, & fideiuſſor obligetur reddere pecuniam, quantum æſtimabitur, quod ille facere debebat, ſeu intereſſe, validam eſſe obligationem, iuxta l. ſtipulatus eſt. ff. de fideiuſſ.

Paul. Caſtrenſis, Aries Pinel. in rubr. C. de reſcin. vend. part. 1. c. 3. num. 19. & Laſſarte c. 8. citato, contra gloſſas citatas, Bartolũ, & cõem doctorum ſniam, recte affirmant, recedendum non eſſe à doctrina, quam apertè ſonat l. ſi ita ff. de fideiuſſ. Nempe qñ debitor principalis obligatur ad rem, quæ non eſt pecunia, validam eſſe fideiuſſionem ad certam pecuniæ quantitatem modo obligatio fideiuſſoris durior ex aliquo capite, quã obligatio debitoris principalis, non reddatur. Ac ſane nulla poteſt reddi congrua ratio, cur, ſi debitor principalis obligetur ad factum, valida cenſeatur fideiuſſoris obligatio ad certã pecunię quãtitatem, æſtimationem ve intereſſe facti illius; nõ verò, ſi debitor principalis obligetur ad dandum aliquid, quòd non ſit pecunia, vt triticum, vinum, mancipium, aut quoduis aliud. Etenim pecunia non minus eſt menſura valoris vini, olei, aut alterius rei, quæ non eſt pecunia, quàm facti: quin potius, quotieſcunque aliquis obligatur ad dandam rem determinatam in indiuiduo, & alius fideiuſſor extitit, quod debitor principalis id implebit, cenſetur ſe obligare ad intereſſe, valoremve rei illius in euentu, quod debitor principalis ſua culpa non poſſit id tradere, quia illud deſtruxit, aut conſumpſit, vel alienauit, & non eſt ſoluendo intereſſe.

Prætermiſſa vero ſnĩa Pauli Caſtrenſis, certè non eſt contemnenda ſnĩa Pinelli, quicquid Laſſarte dicat; tametſi, q̃ Laſſarte addit, rẽ magis ex-
9 plicent. Etenim in † euentu, de quo eſt ſermo §. ſi quis Stichum, citato, atq. in ſenſu, in quo verba illa à Iuliano, Marcello, & Vlpiano vſurpantur, negari non põt (vt Pinellus ait) diuerſum quid eſſe, obligare ſe fideiuſſorem ad Stichum, aut decem, ab obligatione ad Stichum, vt ſe obligauerat debitor principalis, ẽt ſi decẽ tradenda ſint loco Stichi. Debitor. n. principalis ſolũ ſe obligauerat ad Stichum, rem ſingularem, atq. adeò, ſi abſque ſua culpa periret ante tp̃s, in quo foret tradendus, expirabat obligatio illius, vt tres illi iuriſconſulti in eo. §. conſentiunt. Obligatio verò fideiuſſoris, vt verba ſonant, eaque tres illi iuriſconſulti in eo. §. intelligunt, erat, vt, eſto Stichus ante traditionis tempus periret, teneretur fideiuſſor, vel Stichum, vel decẽ dare, atque adeò implere vnam partem illius diſiunctionis (ſeu alternatiuæ, vt iuriſperiti vocant) plus autem eſt hoc ſecundum, quàm illud primum: neque intelligi poteſt aliquid eſſe plus, quam ſit aliud, quin intelligatur eſſe diuerſum; ẽt ſi loquamur de incremento illo, quo ad æſtimationem. Atq; hoc eſt, quòd cum Marcello voluit Vlp. in eod. §. Quòd ſi obligatio fideiuſſoris hoc modo fuiſſet facta, quòd. ſ. in euentu quòd, tẽpore deſtinato ad traditionem, debitor, perſeuerante adhuc obligatione ipſius, Stichum non traderet, fideiuſſor teneretur tradere eũdem Stichum, aut decem loco illius, ſane obligatio hæc lõgè minor eſset, quàm obligatio debitoris, vt §. ſi quis Stichum, & §. idẽ Iulianus, apertè conſtat, nunquãque Marcellus, & Vlpianus aſſererent, hanc obligationem diuerſam eſse ab obligatione debitoris: eo quòd ſit obligatio pecuniæ loco Stichi, ſine incremento, immo cum decremento obligationis. Ac ſanè in hoc potius ſenſu per epicheiam, iuxta ſubiectam materiam, eſsent accipienda verba illa, de quib. Iulianus, Marcellus, & Vlp. in eo. §. loquuntur, & quæ in alio ſenſu ipſi accipiunt, q̃ in ſenſu, in quo ab eiſdem accipiuntur, eodemque modo accipienda eſsent à iudicibus hodie, ſi in aliqua obligatione reperirẽtur: neque enim credendum eſt plus ſe voluiſse obligare fideiuſsorem, q̃ debitorem principalem. Qñ autẽ debitor principalis ſe obligaſset ad decem, & fideiuſsor ad decem, aut Stichum, merito Vlp. quamuis obligatio fideiuſsoris ſit minor, eſse tñ rei diuerſæ: eo qđ loco pecuniæ ſubroget Stichum, ſi ita ipſe potius velit, & non pecuniam loco Stichi. Vtinã aũt reſcinderentur à iure ciuili tot ſubtilitates, ac tricæ, ab ethnicis hoĩbus adinuẽtæ, & nobis relictæ, quæ nõ aliud ſunt, quàm litium fomẽta, obſcurũque reddunt ciuile ius, & difficile admodum, vt addiſcatur, memoria retineatur, & vt iura iurib. conciliẽtur. Satius multo eſset, tradere hanc breuẽ regulam; vt fideiuſsor non ad maiorẽ valorem poſset obligari, quàm eſset debitum principale: ſi autem obligaretur, eſset nulla quo ad incremẽtum. Neque ego video (vt hoc circa dicta hac tota diſputatione ſemel admoneam) quo iuſto titulo poſſit creditor ad plus obligare fideiuſso-

rem

rem, pluſve ab eo accipere, quam ſit debitũ principale: neque enim plus donatione eſt credendum ei promitti, aut dari, quam promittantur, aut dētur vſuræ, quæ, q̃a inuoluntariè mixtè dantur, inualide dantur, ac promittuntur, iniuſteque accipiuntur. Regulam autem illam videtur tradere l. 7. tit. 12. par. 5. &, vt exiſtimo, ad reſcindenda hęc omnia vana, & nociua iuris communis. Cęterum non ita eam intelligere volunt doctores Hiſpani, accumulantes hæc alia ex iure communi. Bene tamen Laſſarte c. 8. citato num. 12. obſeruat, legem 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. non aduerſari diſpoſitionibus iuris communis circa annullationem obligationis fideiuſſoriæ in plus, aut in rem diuerſam ab ea, ad quam debitor principalis fuerit obligatus: quoniam ibi ſolum excluditur ſolemnitas ſtipulationis, permittiturque homines ſeipſos obligare ſolo pacto nudo.

Rectè etiam Laſſarte c. 8. citato, à nu. 8. obſeruat. Si debitor principalis debeat rē determinatam in indiuiduo, qua pereunte, abſque ipſius culpa, manet ipſe omnino à debito liberatus, nō valere fideiuſſionem, qua fideiuſſor ſe aſtringat, centum aureos v.g. in quibus res illa æſtimatur, loco illius dare: q̃m obligatur in plus, eo quòd centum aurei in genere ad quos fideiuſſor obligatur, non pereant, & res illa determinata in ſingulari perire poſſit, ſuoque interitu liberare debitorem ab obligatione, quà erat aſtrictus: &, cùm fideiuſſor illo modo obligetur in plus, non obligatur in idē omnino, ſed in diuerſum quoad valorē, quia plus valet obligatio ad centum aureos in genere, quam obligatio ad rem determinatam in ſingulari, v.g. ad Stichum, & ſubinde plus valent centùm aurei, vt ſunt ſub obligatione illa, quam Stichus, vt pręcisè eſt ſub illa alia obligatione. Si autem obligatio fidejuſſoris ad centum aureos in genere, eſſet præcisè, interim dum in debitore principali permaneret obligatio ad Stichum, tunc vtique non eſſet maior vna obligatio, quàm alia, ac proinde valida eſſet fideiuſſio. Si item principalis debitor obligetur ad aliquid in genere, hoc eſt, non determinatum in indiuiduo, vt ad decem modios tritici, aut ad mancipium tradendum in genere, & fideiuſſor obligetur pro illo ad centum aureos, in quibus res illa æſtimatur, tunc valida eſt fideiuſſio: quia non in plus obligatur vnus, quam alter, & fideiuſſor obligatur in pecunia æquiualenti in valore rei, ad quam debitor principalis obligatur, quæ, in re propoſita, non cenſetur diuerſa res ab ea, ad quam debitor principalis eſt obligatus, vt habetur l. ſi ita ff. de fideiuſ. vbi adhibetur exemplum, quando debitum principale erat in re indeterminata in indiuiduo, puta in modijs tritici: non verò in re determinata in indiuiduo, vt eſt Stichus. Valida quoque eſſet fideiuſſio, ſi debitor principalis obligaretur ad decem modios tritici, & fideiuſſor ad eoſdem, vel ad certam pecuniæ quantitatem, qua æſtimarentur: quoniam leuior eſſet obligatio ad vtrumuis, optione fideiuſſoris, quam ad ſolos modios tritici: & quoniam eſſet ſubrogatio pecuniæ pro modijs tritici, quod eſt licitum, iuxta l. ſi ita, citatam.

Si multi ſimul obligentur ad aliquid, vt principales debitores, quando ſinguli in ſolidum conueniri poſſint, quando non item.

DISPVTATIO DXLII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio communis pluribus pro indiuiſo, quibus modis dicatur.*
2 *Rei promittendi qui dicantur, & qui credendi.*
3 *Rei plures debendi, ſeu promittendi, quando in ſolidum conueniri poſſunt, & quando pro parte. & num. 10. vſque ad finem.*
4 *Obligati plures ſi ſint ad aliquod indiuiduum, vnuſquiſque eorum tenetur in ſolidum.*
5 *Rei plures debendi proprie qui dicantur.*
Et quomodo conueniri poſſunt à creditore. nu. 6.
Et quid de iure Authenticorum. nu. 7.
Et an in Regno Caſtellę, & Luſitanię, obſeruetur tale priuilegium, & ius Authenticorum. nu. 8. 9.

ANtequàm diſputatione ſequenti explanemus, ſi multi fideiuſſores ſint eiuſdem debiti, quando ſinguli ad illud teneantur in totum, & quando in partem explicandum id prius eſt de debitoribus, ſeu obligatis ad aliquid principaliter, hoc eſt, non acceſſoriè, vt obligantur fideiuſſores: vnum enim horum affine eſt alteri, conducenſq; ad pleniorem alterius notitiam, ac proinde merito in hunc locum reſeruauimus examen eius, quod eſt propoſitum.

1 Obligatio aliqua† eſſe poteſt communis multis pro indiuiſo, vel ex parte eorum, quo obligantur, quia ſcilicet multi ad vnum totum obligātur pro indiuiſo; vel ex parte eorum, quibus obligatio fit, q̃a ſcilicet obligatio fit, multis comparantibus ius ad id pro indiuiſo. Quando obligatio cōis eſt multis pro indiuiſo ex parte eorũ, quibus fit, vt ſi Petrus promittat Ioanni, ac Franciſco centum, illi, quibus fit, nempe Ioannes, & Franciſcus, ſi interueniat ſtipulatio, illi verò ſtipulentur à Petro, dicũtur plures rei ſtipulandi, vt hr̃ Inſt. de duob. reis in princ. l. 1. & ſequentibus. ff. eo. tit. denominatione ſumpta (vt affirmat gl. circa rubricam in authētico de duobus reis) non à vocabulo reatus, ſed à vocabulo res, quaſi rei eiuſdem pro indiuiſo obligatum ſibi habentes aliquem: ſi verò obligatio illa contrahatur, ſiue ſtipulatione, ſiue quouis alio contractu, qui ſolo conſenſu, verbis, aut re, perficiatur, ſiue quacunque alia ratione contrahatur, dicuntur rei credendi, vt hr̃ l. vlt. C. de duob. reis, quaſi creditores pro indiuiſo circa eandem rem aliquem ſibi obligatum habentes. Quando verò obligatio communis eſt multis pro indiuiſo ex parte eorum, qui obligantur, vt ſi Ioannes, & Franciſcus promittant centum Petro, tunc, qui ita obligantur nempe Ioannes, & Franciſcus, di-
2 cuntur† plures rei promittendi, vt habetur Inſtit. de duob. reis, in prin. l. 1. & ſequentib. ff. eod. titu. dicuntur etiam plures rei debendi, vt habetur l. vlt.

vlt. C. eod. tit, quaſi plures ꝓmittentes; aut debē-
tes, eādē rem ꝓ indiuiſo; poſſunt. n. reſultare plu-
res rei credendi, aut debēdi, non ſolū ſi obligatio
contrahatur ſtipulatione, ſed ēt ſi contrahat quo-
cunq; alio genere contractus, vel quouis alio mo-
do, vt hr̄ l. eandem rem. ff. de duob. reis, & affir-
mat Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 12. in calce, nū.
1. & cōis ſententia, quam refert. Porrò, quamuis
inſt. C. & ff. inſcribātur tituli, in quibus hac de re
agitur, duobus reis; poſſunt tn̄ eſſe tres, quatuor,
aut plures rei, tam credendi, quam debendi.

Lege ex duobus. ff. de duob. reis, & §. vlt. Inſti.
3 eo. tit. hr̄. Nullum † eſt eſſe incommodum, ſi ſint
duo rei promittendi, ſeu debendi, quorum vnus
obligetur purè, & alter ſub conditione, vel in diē:
neq; conditionē, aut diem, à quibus pendet obli-
gatio vnius eorum, impedire quominus ab altero
exigi poſſit debitum adueniente tpe, in quo debi-
tum eſt ſoluendum. Impleta autem conditione,
aut adueniente die, in quem vnus eorum ſe obli-
gaui, vterq; manet ſimpliciter, & æqualiter obli-
gatus: deficiente vero conditione, deſinit omnino
is eſſe obligatus, qui ſub ea ſe obligauerat & ma-
net alter ſolum obligatus, vt eſt notiſſimum.

Qn̄ duo, aut plures, obligantur ad aliquid pro
indiuiſo, vt ad ſoluendum centum, niſi exprima-
tur formaliter, aut virtute, vnumquenq; eorū te-
neri in ſolidū, vnuſquiſq; eorū ſolū tenet in ſuam
partem, ſeu pro virili, vt in exemplo propoſito, ſi
ſint duo tm̄ qui ſe obligarunt, ſolū tenetur vnuſ-
quiſq; ad quinquaginta. Ita hr̄ l. reos. §. cum tabu
lis. ff. de duob. reis l. 2. tit. 13. lib. 5. eo. quæ eſt l. 1.
tit. 16. lib. 5. nouæ collect. & multis alijs iuribus,
quæ Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 12. nu. 1. citat, &
affirmat cōis doctorū ſententia, quam idē Anto.
Gom. ibidem refert, ac ſequitur. Eodem modo, ſi
vnus pluribus creditoribus obligetur ad aliquid
pro indiuiſo neque formaliter, aut virtute, expri-
mat, ſe obligari vnicuique eorum in ſolidum, ſo-
lum tenetur vnicuiq; eorum pro virili parte, quæ
ipſum contingit. Ita hr̄ §. cum tabulis citato, &
affirmat cōis doctorum ſententia, quā vbi ſupra
Anto. Gom. refert, ac ſequitur. Quod ſi obligatio
pro vna parte contrahentium nō valeat in vtro-
que euentu explicato, altera, aut reliquæ partes,
ſolum debentur. Ita hr̄ l. ſi mihi & Titio. ff. de
verb. oblig. & alijs iuribus, quæ Ant. Gom. ibidē
citat. Obſerua tn̄, quod ſi multi † pro indiuiſo ſe
4 obligarunt ad aliquid, & illud eſt indiuiduum, vt
ſeruitus, præſertim realis, aut Stichus, vel aliud ſi-
mile, quod diuidi nequit, & pro parte ſolui, & ꝓ
parte non ſolui, tunc vnuſquiſq; tenetur credito-
ri ad totum, ſimiliter, ſi aliquid tale promiſſum
ſit pro indiuiſo duobus, ſoluendum eſt in ſolidū
cuiq; illorum. In primo autem euentu, facta ſolu-
tione ab vno debitorum, alter liberatur. Quod ſi
promiſſio inualida erat ex parte alterius credito-
rum, tenetur creditor ſoluere dimidium æſtima-
tionis. Similiter in ſecundo euentu, facta ſolutio-
ne vni creditorum, nihil debetur alteri. Quòd ſi
inualida erat obligatio comparatione alterius cre-
ditoris, is, cui facta fuerit ſolutio, tenebitur redde-
re dimidium æſtimationis. Hæc habētur l. 2. §. ex

his l. ſtipulationes nō diuiduntur. ff. de verb. obl.
& alijs iuribus, quæ vbi ſupra Anto. Gom. citat.

Quando aliqui pro indiuiſo ad aliquid ſe ad-
ſtrinxerunt, & formaliter expreſſum fuit, vnum-
quenque teneri in ſolidum, aut virtute, q̃a dictum
eſt, quilibet, aut ſinguli, ſe adſtringūt ad totū, vel
aliquid aliud fuit appoſitum, vnde id ſufficienter
5 intelligeretur, tunc † proprijſſimè conſtituuntur
plures rei debendi, de quibus potiſſimum eſt ſer-
mo inſtit. C. ff. & in authentico de duobus reis, &
quilibet tenetur ad totum, & non ad ſolam par-
tem pro virili. Eodemq; modo, quando aliquis ſe
adſtringit pluribus ad aliquid pro indiuiſo, &
eorum vnicuique formaliter, aut virtute, in ſoli-
dum, tunc proprijſſimè conſtituuntur plures rei
credendi, de quibus titulis citatis habet ſermo, &
cuilibet eorum tenetur debitor, ad totum, & non
ad ſolam partem virilem. Ita habetur expreſsè l.
reos, §. cum tabulis in fin. ff. de duob. reis, & con-
ſentiunt alia iura titulis citatis, affirmatq; Anto.
Gom. num. citato. Atque de eiuſmodi reis eſt ſer-
mo Inſtit. de duob. reis, §. penul. & l. 2. ac 3. in fi-
ne, ff. eod. tit. dum dicitur, ꝙ vnuſquiſque reorum
debendi totum debet, & quòd vnicuique reorum
credendi debetur, totum, & quòd in eiuſmodi
obligationibus vnica res vertitur, & vno reorum
debendi ſoluente, aut remiſſionē obtinente, libe-
rantur reliqui correi, & ꝙ facta ſolutione vni cor
reorum credendi, ſatisfactum cenſetur cæteris.

6 Quando † multi ſunt rei debendi hoc proprijſ-
ſimo modo, de iure antiquo Digeſtorum, & Co-
dicis, conueniri à creditore poterant, & compelli
ſoluere, vel exigendo ab vnoquoque eorum par-
tem virilem, quæ ipſum contingeret, vt hr̄ l. 3. §.
1. ff. de duobus reis, & l. inter eos. §. duo rei. ff. de
fideiuſſ. vel ab vno, quem creditor mallet, exigen-
do totum debitum, vt habetur eadem l. 3. §. 1. &
l. creditor, ac l. exprimere. C. eodem titul. Anton.
Gom. 2. tom. var. reſol. cap. 12. num. 2. addit, vel
exigendo ab omnibus in ſolidum, proteſtando,
quòd vnica integra ſolutione futurus eſt conten-
tus: quamuis autem id conſonum ſit ipſorū obli-
gationi, iura tamen, quæ Anto. Gom. ad id citat,
nihil tale probant. Atque ex eo, quòd creditor
elegerit vnum, contra quem ageret, ſi ab eo non-
dum eſt conſequutus debitum, vel quia non erat
ſoluendo, vel quacunque alia ratione, poterit
agere contra alium, aut contra reliquos l. nos,
7 & l. vlt. C. de fideiuſ. Hodie † tamen de iure au-
thenticorum, ſi omnes ſint ſoluendo, & nullus
ſit abſens, conueniri non poſſunt in ſolidum,
ſed ſolum pro virilibus partibus. Quòd ſi abſens
aliquis ſit extra territorium loci, ita vt citari non
poſſit (vt glo. in authentico de fideiuſſ. verb. præ-
ſentes, exponit, & Doctores communiter ſe-
quuntur) cæteri etiam ad partem illius tenentur.
Si verò aliquis pauper ſit, tunc, quod ſoluere non
poterit, compelluntur alij ſoluere. Ita habetur
in authentica hoc ita. C. de duobus reis, & in au-
thentico eodem titulo, atque l. 10. titulo 12. par-
te 5. Poſſunt tamen rei debendi renunciare ei be-
neficio, vt conueniri in ſolidum non poſſint,
quando reliqui ſoluendo ſunt, ac præſentes: eo

quòd

quod in ipſorum fauorem ſit conceſſum, vt colligitur ex l. ſi quis in cōſcribendo. C. de pact. & ex l. quod fauore. C. de legib. atq; in re propoſita id affirmant gl. in authentico de duobus reis, verbis cedere, gl. vlt. in authentico hoc itaq; . C. eod. tit. & gl. vlt. §. vlt. inſt. eodem tit. Bar. & cōis doctorū ſnīa, q̄ referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. vbi ſup. num. 2. Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. in calce. nu. 9. & Greg. Lop. l. 10. citata gl. penul. Vnde, ſi ei priuilegio renuncient, vt cōiter fieri ſolet, cōueniri in ſolidum poſſunt, eſto correi præſentes, ac ſoluendo ſint. Angelus, quem Greg. Lopez gl. penul. citata refert, ait, ſi correi obligentur inſtrumēto guarentigio, tunc non gaudere illo priuilegio in loco, in quo ex inſtrumento guarentigio exequutio fit oī exceptione poſtpoſita. Meritò tñ Grego. Lopez cum alijs affirmat, inſtrumentū guarētigiū non impedire exceptionem, cum qua, ex iuris diſpoſitione, oritur, & conceditur ipſa actio, qualis eſt hæc, de qua loquimur, & iuxta Bart. eſt ēt exceptio non numeratæ pecuniæ. Præterea in Caſtellæ Regno nō eſt oīno denegatum opponi, ſeu excipi, qñ ex inſtrumento guarētigio proceditur ad exequutionem; ſed exceptiones probari debent intra decē dies a puncto, in quo fuerint oppoſitæ, alioquin exequutionem non impediunt, vt habetur l. 1. & ſequentibus, præſertim, 19. titu. 21. lib. 4. nouæ collect. vt diſp. 538. dictum eſt.

8 Ex alio tñ capite † in Regno Caſtellę rei, qui in ſolidum ſunt obligati, ſiue inſtrumento guarētigio, ſiue quacunq; alia rōne, non gaudent hodie priuilegio illo de iure authēticorum, & l. 10. partitarum, correis conceſſo; quia ſcilicet poſtea. l. 2. tit. 13. li. 5. ord. quæ eſt hodie. l. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. ſublatum eſt id priuilegium, resq; eſt reducta ad terminos iuris cōis Digeſtorū, & Codicis. Sic. n. ea lex hēt. *Eſtable cemos que ſi dos perſonas ſe obligaren ſimplemente por contracto o en otra manera alguna, para hazer, y cumplir alguna coſa, que por eſe miſmo hecho ſe entiendam ſe obligados cada vno por la mitad, ſaluo, ſi en el cōtracto ſe dixere, q̄ cada vno ſea obligado inſolidū, o entre ſi en otra manera fuere cōuenido, e igualado. Y eſto, no embargante qualeſquier leyes del derecho comū q̄ contra eſto hablan* (ꝓ dicit pp iura authēticorū) *y eſto ſea guardado, aſi en los contractos paſſados como en los por venir.* Quare hodie ī hoc Regno Caſtellæ eiuſmodi rei debendi non gaudēt eo priuilegio, eſto non renunciēt iuri authenticorū. Meritò ergo Gutier. de iur. confi. par. 1. c. 23. num. 10. reprobat ſiniſtras interpretationes legis huius apertiſſimæ, & præcipuè interpretationem Greg. Lopez libro 8. titu. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, affirmantis, intelligendam eſſe, quando obligantur acceſſoriè, vt fideiuſſores, non verò quando obligantur vt principales. Ducitur verò Greg. Lopez quia in hac lege derogatur legibus iuris cōis: ſi autem in ea lege ſermo eſſet de reis debēdi principalibus, non opus eſſet derogari iuri communi, quia cum eo conſentiret. Sanè in hac lege apertiſſimè eſt ſermo de rei dēnti principalib. in ea vero vt dictū eſt derogatur iuri cōi authenticorum, cui alioquin erat ſtādum, non verò iuri Digeſtorum & Codicis. Merito itē idem Gutier. ait quamuis tabelliones in hoc Caſtellæ Regno in inſtrumentis, in quibus multi obligantur in ſolidum, apponere cōſueuerint renunciationem iuri authenticorum, id non eſſe neceſſarium ſicq; iudicatum aliquando fuiſſe. Monterroſo autem in ſua practica tract. 7. fol. 147. titulo de obligatione cambiorū, § *y ſi las obligationes*, quem Gutierrius reprehendit, quaſi immemorem. l. 1. citatæ, & quaſi ita neceſſariam aſſeruerit renunciationem authenticæ de duobus reis, quaſi ſine ea renunciationem non poſſent in ſolidum conueniri. Fortaſſe Monterroſo loco citato, ſolum præſcribit formam, quam tabelliones communiter ſeruant ad maiorem firmitatem, non verò aſſerit, ea renunciatione prætermiſſa, conueniri in ſolidum non poſſe.

9 De iure etiam Luſitano † idem arbitror eſſe dicendum. Nempe, vnumquemq; horum obligatorum inſolidum, poſſe conueniri pro integro debito, etiam ſi non renunciauerint iuri authenticorum. Lib. enim 4. ord. titu 46. §. vltim. licet ſermo in eo titulo ſit de fideiuſſoribus, ſic habetur. Ius Luſitan. *E quando ſe obriguaſſe come fiador e principal pagador, ou como principal pagador ſomente* (nota hæc proxime præcedētia verba, in quibus de principaliter obligato dumtaxat eſt ſermo, quē pro fideiuſſore reputat, iuxta ea, quæ in calce huius diſputationis ſubiicimus) *poſto que non renunciaſſe eſta ley, nem outra alguna, ſempre poderaa ſer demandado primeiro, que o principal deuedor, poſto que preſente eſtee, e tenha por onde pagar.*

Sūt verò circa dicta tota hac diſputatione nōnulla obſeruanda. Primum † eſt, conſtat ex l. 10. 10 tit. 12. par. 5. & ex l. 1. relata, ēt qñ plures obligantur principaliter ad aliquod factum, locum habere obligari ad partem, & fieri exequutionem quo ad partem, de qua re diſputat. Gregorius Lopez. l. 10. citata verb. *o de fazer*, & cōſentit cum iurib. citatis gl. l. reos. §. cum tabulis verb. videbantur. ff. de duob. reis. Tunc verò, ſi factū ſit indiuiduū, exequutio aduerſus vnum reorum fiet quo ad æſtimationem, iuxta id, quod Vlpianus ex Celſo, & Tuberone refert l. ſtipulationes non diuiduntur in princ. ff. de verb. oblig.

Secundum, id quod de multis reis debendi de iure authenticorum ſancitum eſt, nempe vnū nō poſſe conueniri in ſolidum, ſi reliqui præſentes, ac ſoluendo ſint, locum non habere in multis reis credendi, quaſi vnus ſine aliis nō poſſit cōuenire debitorem in ſolidum. Ita affirmat gloſ. verb. credere in fine, in authentico de duobus reis. Quia neque in rubrica illius tituli comprębenduntur rei credendi, neque in toto eo authentico de illis habetur ſermo, ſed ſolum de reis debendi.

Tertium, Antonium Gom. 2. tom. var. reſol. c. 12. in calce. nu. 3. cum Bar. & communi ſententia, quam refert, aſſeuerare, quando ſunt duo rei debendi, & vnus ſolus percepit totam vtilitatem, alter vero nihil, eſto renunciauerint beneficio authenticorum de duob. reis, aut in Regno Caſtellæ, vbi ea renūciatio non eſt neceſſaria, vt ſinguli conueniri in totum poſſint, ſi tñ is, qui nullā vtilitatem percepit, conueniatur, excipere poſſe, vt conue-

conueniatur alter, ſuo tamen periculo, & expenſis, & audietur. Id vero probat argumento l. vnde quæritur. ff. commod. & l. cum in plures. §. veſtiméta. ff. locat. Mihi vero dubia valde eſt hæc ſententia. Obligatio quippe duorum reorum in ſolidum ad id inuenta eſt, vt ab vnoquoque eorum ſiue is totam ſiue partem, ſiue nihil commoditatis perciperet, poſſet exigi totum, teneretur que abſque vlla exceptione totum ſoluere. Præterea, data opinione Anto. Gom. dicendum eſſet, quod quádo ſinguli medietatem vtilitatis percepiſſent, vnuſquiſque eorum, conuentus de toto debito, poſſet excipere, vt medietas exigeretur ab alio, ſuo periculo & expenſis: quod neq; cum vſu, neque cum doctrina tradita de duobus reis debendi in ſolidum, conſentit. Etenim, quæ ró eſt de tota vtilitate, eadem eſt de parte: & iu iuribus, quæ citat, eadem ratio habebitur de parte, & de toto, vt in §. veſtimenta citato, ſi quis fulloni multa abluenda tradidiſſet, & pars eorum eſſet furto ablata, ita vt fullo ad ea teneretur dño, qui illa abluenda tradidit, ſciretur q; quis illa penes ſe haberet, facilis q; eſſet recuperatio, & dñs ea à fullo ne exigeret, non minus concederetur fulloni exceptio, quod ſuo periculo, & expenſis, extraherentur prius à fure, aut ab eo, qui illa penes ſe habebat, vt eadem numero traderétur domino, quá ſi omnia, quæ ipſi abluenda tradita fuerant, furto de ipſius poteſtate fuiſſent erepta.

Quartum, reo debendi, qui loco aliorum aliquid ſoluit, concedi actionem aduerſus correos, vt id ſibi ſoluant l. creditor C. de duob. reis. Cæterum de actione, qua id ſit petendum, doctores, & gloſſa vltima ibi rem late diſputant. Qui arbitrantur, reos debendi in ſolidum ſibi mutuo eſſe fideiuſſores comparatione creditorum, vt innui aperte videtur in auth. de duob. reis, in prin. tum quia Imperator ibi dicit, ſe tradere explanationem, & incrementum authentico de fideiuſſoribus: tum etiam, quia correos appellat *alterna fideiuſſione obligatos*: qui, inquam, id arbitrantur, de quorum numero fuit Martinus, vt glo. ibi, & alia citata, referunt, & fuit Bar. quem refert, & in cuius ſententiam propendit Aluar. Valaſ. conſul. 36. à nu. 3. conſequenter céſent, peti debere actione mandati, iuxta ea quæ diſput. 539. citata dicta ſunt. Qui verò fideiuſſores eſſe negát, de quorum numero fuit Ioan. vtraq; glo. citata refert, arbitrantur, peti debere actione negotiorum geſtorum. Arbitror negari non poſſe, ſaltem ſe habere ad inuicem, comparatione creditoris, inſtar fideiuſſorum, cenſendumque eſſe interueniſſe mádatum, ſaltem tacitú, & virtute, ac proinde vtrauis actione poſſe id peti. Quod ſi erant tres correi, atque, ſtando in iure communi, renunciarunt authenticis de duobus reis, ait gl. l. creditor citata in fine, ſi vnus pro omnibus ſoluit triginta, & ſinguli deberent contribuere decem, tunc, qui ita ſoluit, poſſe vnumquemque duorum aliorum conuenire in ſolidú pro viginti, quæ pro eius creditori ſoluit. Idemque erit in hoc Caſtellæ Regno, etiam ſi renunciatio eorum authenticorum facta non fuerit.

Si multi ſint Fideiuſſores eiuſdé debitoris, quando ſinguli conueniri poſſint in ſolidum, quando non item.

DISPVT. DXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſores plures vnius debitoris quando conueniri poſſunt in ſolidum, & quando pro parte, & nu. ſeq.*

2 *Priuilegiú diuiſionis actionis, & exceptio, ſeu beneficiú Epiſtolæ D. Adriani inter plures reos, & fideiuſſores quando competat, etiá coutra fiſcum.*

3 *Exceptio ex epiſtola D. Adriani inter exceptiones dilatorias, & peréptorias, anomala reputatur. Et quando opponi poſſit.*

Non competit fideiuſſori, poſtquam ſoluerit. nu. 4.

Immo in hoc differt á beneficio Velleiani, in quo mulier repetere poteſt, poſtquam ſoluit.

5 *Fideiuſſor opponés exceptioné Epiſtolæ diui Adriani intra tempus, in quo alter fideiuſſor eſt ſoluendo, liberatur, etiam ſi poſtea alter fideiuſſor efficiatur non ſoluendo.*

Immo etiam ſufficit tempore ſolutionis opponere, dummodo eo tempore alter fideiuſſor ſit ſoluendo, licet poſtea non ſoluendo efficiatur. nu. 6.

Fallit tamen, vt exceptionem talem non poſſit opponere, in aliquibus euentibus, vt num. 7.

Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitanæ. nu. 8.

MVlti ſi ſimul ſint fideiuſſores eiuſdem debitoris, atque dictum ab eis ſit, ſe ſolú in partes viriles debiti eſſe fideiuſſores illius, aut dictú ſit, in qua alia quantitate determinata, vel quota,
1 debiti vnuſquiſque eorum fideiuſſor † illius exiſtat, tunc in illo ſolo conueniri vnuſquiſque eorú poteſt, & non in ſolidum: neque tunc priuilegiú, aut exceptio, conuenit ei, qui in maiorem parte ſe obligauerit, vt alij cogantur plus ſoluere loco debitoris, quam id, ad quod quiſque ſe obligauit. Hæc notiſſima ex ſe ſunt: quoniam nullus poteſt cogi plus ſoluere loco debitoris, quá id, ad quod pro eo ſe obligauit. Et primum conſtat expreſſe l. inter eos in prin. ff. de fideiuſ. vbi habetur, quod ſi multi pro eodem debito ſponderunt ſub diſiunctione ſoluere ſinguli totum debitum vel partem virilem, ſolum tenentur ſinguli ad parté virilé, eſto reliqui ſoluendo non ſint: atque ró redditur qm̃ promiſerunt ſub ea diſiunctione, & quia, ad implendam diſiunctionem, ſatis eſt alteram partem implere, ſinguli illi ſolú céſentur obligati ad partes viriles, neque tunc locum habet priuilegiú ex epiſtola D. Adriani, de quo mox erit ſermo. Totum vero habetur expreſſe. 4. lib. Luſit. ord. ti. 46. in princ. Qñ item ſeparatim pro diuerſis debitis eiuſdé debitoris dati ſunt diuerſi fideiuſſores, tunc vnuſquiſque tenetur ſolum ad id totum, ad ꝙ ſe obligauit, neq; fit diuiſio debiti inter illos, vt æqualiter illud ſoluát ex Epiſtola D. Adriani, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum: ſicut neque etiam creditor cogi poteſt diuidere debitum inter fideiuſſores,

iuſſores, qui dati ſeparatim pro diſtinctis debitis ipſi ſunt à diſtinctis debitoribus, vt habetur l.ſi à Titio,& l.inter eos.§.duo rei. ff.de fideiuſſ.

Quæſtio ergo propoſita ſolum habet difficultatẽ,ac locum,q̃n pro eodẽ debito dati ſunt multi fideiuſſores pro indiuiſo debiti totius, ſiue exprimendo,quod ſinguli teneantur in ſolidum pro toto,ſiue id non exprimendo, neque tamen addẽdo aliquid,vnde intelligatur, non obligari ſingulos in ſolidum,ſed ſolum pro virili,aut ad aliam certam,& determinatam partem. Et quidẽ in vtroque euentu, ſtando in iure cõi, cenſentur ſinguli obligati in ſolidum, ita vt in poteſtate creditoris ſit,vel conuenire ſingulos pro virili, vel vnum eorum in ſolidum,quem creditor maluerit, vel ſingulos omnes in ſolidum,proteſtando, quod contentus erit vnica ſolutione: eo modo, quo ſtando in iure Digeſtorum,& Codicis, dictum diſputatione p̃cedente eſt, conueniri ſimiliter poſſe duos reos debẽdi,qui ſinguli obligati ſunt in ſolidum. Cæterum, licet ſinguli eiuſmodi fideiuſſores obligati cenſeantur in ſolidum, conueniriq; in ſolidũ poſſint: ex epiſtola tamen Diui Adriani (quæ nullibi hodie repetitur ſcripta, ſed ſolum iuribus citandis de ea fit mentio) fideiuſſor à creditore in ſolidum conuentus, cogere põt creditorem,ſi cæteri fideiuſſores ſoluendo ſint, vt ab illis partes ſuas viriles petat, idq; vtendo aduerſus creditorẽ exceptione ex epiſtola Diui Adriani. Ita habetur expreſſe inſt.de fideiuſ. §.ſi plures, vbi de fideiuſſoribus pro indiuiſo, nihil exprimendo, an ſinguli ſint in ſolidum obligati, vel nõ, habetur ſermo, & l.1.in prin. iunctis.§.ſequẽtib.ff.eo.tit. vbi hr̃, quod, eſto ſinguli obligati ſint copulatiuè ꝓ parte debiti,& pro toto debito, locum habet exceptio ex epiſtola Diui Adriani. Hæc omnia ſimul habentur expreſſius,quam alibi l.non rectè.C.de fideiuſſ. vbi habetur, ſi multi fideiuſſores obligati pro indiuiſo ſint pro aliquo debito,ſiue adiectum ſit,ſingulos obligari in ſolidum, ſiue non, teneri ſingulos in ſolidum, & gaudere beneficio diuiſionis actionis ex epiſtola Diui Adriani, vt ſcilicet ſinguli conueniantur pro virili,modo ſint ſoluendo,& vt id excipi ab eo poſſit, qui conuenitur in ſolidum. Idem habetur.l.fideiuſſor.C.eod.titu.& l.vlt.C.de conſtituta pecunia. Atque ad inſtar epiſtolæ Diui Adriani, conſtituta fuit diſpoſitio authentici de duobus reis,de qua diſputat.pręcedente habitus eſt ſermo.

2 Conuenit verò † priuilegium hoc diuiſionis actionis, exceptioniſve ex epiſtola Diui Adriani, etiam ſi vnus fideiuſſorum cõſtitutus ſit purè, & alter ſub conditione,aut in diẽ:nam,qui pure conſtitutus eſt, excipere põt, vt ipſe cogatur ſoluere ſolum ſuã partem,& alter aliam, q̃n impleta fuerit conditio, aut poſtea impleta non fuerit,aut fideiuſſor ille,impleta cõditione, depræhenſus fuerit non ſoluẽdo,tunc,qui pure fuerat conſtitutus, cogitur ſoluere debiti incrementũ. Ita hr̃ l.ſi plures in prin.ff.de fideiuſ. Idem beneficium competit hæredibus,ac ſucceſſoribus fideiuſſorum, etiã aduerſus hęredes,aut ſucceſſores,cõfideiuſſorum. Ita hr̃,l.ſi plures citata.§.1.& ſequentibus. Competit ẽt beneficium hoc fideiuſſori, & hæredibus illius,ẽt aduerſus fiſcum, ſi fiſcus ſucceſſor extitit cõfideiuſſori,cuius bona ſint confiſcata. Eodemque modo fiſco conuenit idem beneficium aduerſus cõfideiuſſorem eius,cui fiſcus ſucceſſit, & aduerſus hæredes talis confideiuſſoris. Ita hr̃ l.inter eos.§.vlt.ff.de fideiuſ.& l.non rectè.C.eod.titul. Multi tamen hæredes vnius fideiuſſoris,pro vno, & eodem hac in parte reputantur cum defuncto, quem repræſentant. Quod ſi fideiuſſor datus ſit alicui ex fideiuſſoribus, vnum etiam cum illo hac in parte reputatur, quin & bona huius, vna cum bonis primi fideiuſſoris, ſimul ſunt computanda, vt intelligatur, num is fideiuſſor ſoluendo nõ ſit, vt alij portionem illius ſoluant. Ita habetur leg.ſi plures.§.præterea,& §.vlt.ff.de fideiuſſ.

3 Beneficium hoc,& † exceptio ex epiſtola Diui Adriani,anomala reputatur inter exceptiones dilatorias,& peremptorias, à gloſs.§.ſi plures verb. partes,inſt.de fideiuſ.& à gloſ.vlt. l.fideiuſſor.C.eod.titul.tametſi plus multò ſit peremptoria quo ad id,ad quod datur. Prior verò illa gloſſa ait, ſolum poſſe opponi ante litem conteſtatam; melius tñ poſterior gloſſa,iuxta textum ibi, & communem ſententiã,quã Ant.Gom.2.tom. var.reſ. c.13.num.15.refert,ac ſequitur, affirmat opponi poſſe ante vltimam ſñiam definitiuam. Vnde,ſi à ſententia appellatum ſit, in gradu appellationis opponi poteſt; q̃m appellatio extinguit iudiciũ, remq; reſtituit ad ſtatum,in quo erat ante ſententiam,vt cum Bar.& communi ſententia, iuxta varia iura,quæ citat,affirmat ibidẽ Ant.Gom. Ego autem intelligerem, opponi poſſe ante vltimam ſententiam definitam mandatam completè exequutioni,hoc eſt,ante ſolutionem integrã factam vi illius,quaſi interim dum fideiuſſor,qui in ſolidum conuenitur,integre non ſoluit poſſit eam opponere;etenim iura,poſtq̃ talis fideiuſſor ſoluit, cum poſſet non ſoluere vtendo beneficio epiſtolę Diui Adriani, videntur illi denegare beneficium illud,ſtatuendo,ꝙ ſibi imputet, qui ſoluit,cũ non teneretur ſoluere. Concinit l.ſi fideiuſſores. §.idẽ reſp.ff.de fideiuſs. Angelus, ab Anton.Gom. ibidem relatus, aſſeuerat, ſi fideiuſsores in ſtr̃o guarentigio eſsent obligati,nõ gaudere eo beneficio, & exceptione; quia eo ipſo, quod inſtrumentum guarentigium præceſſit, cenſentur condemnati ꝑ ſententiam. Merito tñ Ant.Gom.ibid.id refellit, quia id non eſt vera,ac propria ſententia definitiua,qua data,interuenit negligentia,& cenſetur,tacita renunciatio fideiuſſoris ei exceptioni. Atque ſimile aliud cum Gregor. Lop. diximus aduerſus eundem Angelum diſputat.præcedente. Adde,vt proxime dicebamus, exceptionem illam competere vſque ad exequutionem ſententiæ completã, & multo magis competere vſque ad exequutionẽ inſtrumenti guarentigij omnino completam; ſecus autem poſtquam ea exequutio fuerit omnino completa, eſto non interueniat formalis ſententia definitiua.

4 Exceptionem hanc † non competere fideiuſſori, poſtquam ſoluerit, cum exceptio Velleiani competat mulieri, etiam poſtquam ſoluerit, vt

diſp.540. dictum eſt, propendet gloſ.l.fideiuſſor. C.de fideiuſ.& merito affirmant glo.§.in plures verb.partes in fine Inſtit.de fideiuſ. Bart. & communis doctorum ſnīa,quam Anto.Gom.nu.15. citato refert,ac ſequitur. Rōnē reddit Ant.Gom. cum Bart.quia licèt ea exceptio fauorabilis ſit, vt Velleiani exceptio,non tñ eſt perpetua : quia non competit,ſi alter fideiuſſor non ſit ſoluendo. Hæc tamen ratio fortaſſe nō eſt ſolida: qm̄ neque Velleiani exceptio competit, ſi mulier fideiuſsor exiſtat pro libertate,aut pro dote alicuius, & in alijs euentibus diſput.540.relatis. Niſi dicas,quòd in euentibus, in quibus mulier gaudet ea exceptione, gaudet illa independenter ab aliquo alio,atq; adeo perpetuo: in re autem propoſita, nunquam fideiuſsor gaudet ea exceptione, niſi dependenter ex eo,ꝙ fideiuſsor ſoluendo non ſit,atque ita non eſt perpetua. Dicerem, quòd,cum eiuſmodi exceptio irregularis,ſeu anomala ſit,& iura exprimāt, quod opponi poſſit vſque ad ſententiā exequutioni omnino mandatam,vt dictum eſt,quin, & addant,quod,ſi vnus fideiuſsor ſoluat,ſiue lata ſententia,ſiue non,totum debitum, tunc detrimentū totum eſse ipſius,qui, cum opponere ante ſolutionem potuerit, non oppoſuit, & non pertinere ad alios confideiuſsores,vt hr̄ Inſtit. de fideiuſs. §.ſi plures,in fine,& l.vt fideiuſsor,ff.eod.tit.vtique, ex ipſa iuris diſpoſitione, locum non habet poſt ſolutionem,vt repetitio,ac proinde exceptio,fideiuſsori concedatur aduerſus creditorem, aut vt actio illa ei competat aduerſus confideiuſsorem, niſi creditor illam ei cedat, vel tempore ſolutionis,vel incontinenti,& non ex interuallo, vt hr̄ l. vt fideiuſsor citata,& l.cum is,ac l.ſi fideiuſsores, §.idē reſpondendi.ff.de fideiuſs. Ex dictis liquet, eo ipſo, quòd vnus ex fideiuſsoribus ſoluit creditori integrum debitum, reliquos confideiuſsores manere illi deobligatos: id quod habetur l.8.titu. 12.par.5.

5 Illud † obſerua,ſi fideiuſsor,qui in ſolidū a creditore conuenitur, exceptionem congruo tpe opponat,qñ alter fideiuſsor eſt ſoluendo,eſto poſtea confideiuſsor iſte efficiatur non ſoluendo, detrimentum pertinere ad creditorem,non verò ad fideiuſsorem, qui congruo tpe excepit: qm̄ nō fuit ab eo deceptus. Ita habetur l.inter eos. §.cum in-
6 ter.ff.de fideiuſſ. Quin, ſi aduenit † tempus ſolutionis,& vnus fideiuſsorum ſoluendo tūc ſit,vergatq; ad inopiam, poterit alter requirere creditorem vt exigat,atque actionem inter ipſum, & illum alium,diuidat: quod ſi non præſtet, & alter efficiatur non ſoluendo gaudebit,qui tunc cōmodè excipit,ea ſua exceptione, vt non plus ſoluere cogatur,quam ſuam virilem portionem. Ita intelligo,l.ſi contendat, iuncta gl.& ſummario,ibi.ff. de fideiuſs.& conſentit Grego.Lope.l.8.titu.12. par.5.verb. *que ſe demanda la deuda*. Qñ autem fideiuſsor congruo tempore opponit exceptionem, & creditor dubitat,an alius, aut alij fideiuſsores, ſint ſoluendo,ſi fideiuſsor,qui in ſolidum conuenitur,pręſtet cautionem,quòd expenſas ſoluet,& ſuo periculo intentetur actio aduerſus alium, aut alios,audiendus eſt;modo alij,qui ſoluendo ſunt, præſto,ſeu præſentes ſint. l.ſi dubitetur. in princ. ff.de fideiuſs.

7 In ſequentibus † tñ euentibus, quos commemorat glo.verb.partes, §.ſi plures, Inſtit.de fideiuſs.non competit exceptio fideiuſsori. Primus,ſi pupillo traditi ſint duo verbi gratia tutores,& illi tradant pro indiuiſo duos fideiuſsores rem pupilli ſaluam facere,tunc, ꝗuis,ſi cōueniatur vnus tutorum in ſolidum, competat ei exceptio aduerſus pupillum,vt diuidantur inter ipſum,& cōtutorem,actiones, ſi vterq; ſit ſoluendo,vt hr̄ l.1.§. nunc tractemus. ff.de tutel.& rōnib.diſtrahen. ſi tñ vnus fideiuſsorum in ſolidum cōueniatur, nō gaudet beneficio,& exceptione epiſtolæ Diui Adriani,vt diuidatur actio inter ipſum, & confideiuſſorem,etiā ſi confideiuſſor ſoluendo ſit,ſed poteſt in ſolidum conueniri; pupillus tñ cedere illi tenetur actionem,vt conuenire poſſit ſuum confideiuſſorem,vt ſibi ſoluat virilem partem,quam is ſoluere debebat. Atque idem credo eſſe,quando vnus eſſet tutor, qui duos pro ſe adhibuiſſet fideiuſſores. Ita habetur l.vlt.ff.rem pup.ſal.fore.

Secundus, quando fideiuſſor, qui in ſolidum conuenitur, negauit ſe eſſe fideiuſſorem : tunc.n. propter mendacium, punitur, vt non gaudeat eo beneficio, ſed cogi poſſit ſoluere debitum totum. Ita habetur l.ſi dubitetur.§.ita demum.ff.de fideiuſ. Reliqui verò euentus,quos glo.illa connumerat,explicati iam ſunt à nobis.

Tertium poſſumus nos addere,qñ fideiuſſores renunciarunt ei beneficio, ac priuilegio: cum enim in ipſorum tantum fauorem introductum ſit,ſi illi renuncient, eo non gaudent, argumento l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.& l.quod fauore. C.de legibus,idque affirmant Bart.& communis Doctorum ſententia, quam Anton.Gom. num.15.citato refert,ac ſequitur.

De iure verò huius Caſtellæ Regni aliter hac de re ſancitum eſt leg.8. titul.12.part.5. Nempe,
8 quando † multi dati ſunt fideiuſſores prò indiuiſo eiuſdem debiti,neque fuit expreſsum,vt ſinguli in ſolidum tenerentur,ſolum teneri; & conueniri poſse pro virilibus partibus,& non inſolidū, ita tamen; vt, ſi aliquis eorum ſoluendo non ſit, cæteri pro virilibus partibus id etiam, quod hic ſoluere non potuerit, ſoluere teneantur. Vnde merito Gregorius Lopez ibidem, verb. *cada vno dellos*, cum Bartol.ait, propter periculum, quod eſt, ne aliquis eorum comperiatur non ſoluendo ſuam integram partem virilem,cōſilium eſse, vt creditor petat contra ſingulos, & contra omnes, ſuum debitum integrum cōtributione omnium, proteſtans, quòd cōtentus erit vnica integra ſolutione. Quando autem expreſſum fuit,vt ſinguli tenerentur in ſolidum, tunc creditor petere ab vnoquoque poterit integrum debitum, aut à pluribus, vel ab omnibus, vt ipſe maluerit proteſtatione præmiſsa,ſi à multis, in ſolidū à ſingulis,id petat, quòd contentus erit vnica ſolutione. Vnde,vt bene notat ibi Grego.Lope. locum non habet in hoc Regno beneficium, & exceptio ex epiſtola Diui Adriani, neque proinde opus eſt illi renunciare. Quoniam, ad ambages illas euitandas

dos, hæc oĩa ita diſpoſita ſunt. Neq; mihi probat, ꝙ Laſſarte de decima vendit. c.9 à nu.5. aduerſus Greg. Lop. docet, nempe in primo eorũ, quæ ex l. 8. citata relata ſunt, non corrigi ius cõe. Illud verò probo, ꝙ nu. 18. ſubiungit, nempe legem. 1. ti. 16. lib. 5. nouæ collect. intelligendam eſſe, tã de obligatis principaliter, quã acceſſorie, ac proinde hodie in hoc Caſtellæ Regno, ſi fideiuſſores aliqui obligentur pro debito aliquo, neque exprimatur, ſingulos obligari in ſolidum, cenſendum eſſe ſingulos obligati tantum pro virilibus partibus, ac proinde ſingulos conueniri ſolum poſſe pro ſolis ſuis virilib. partibus, eſto reliqui ſoluẽdo nõ ſint: in quo lex illa prima corrigit l. 8. partitæ citatam. Qñ aũt ſufficienter fuit expreſſum ſingulos fideiuſſores in ſolidum fuiſſe obligatos, conuenit lex illa prima cum relatis ex l. 8. partitarum citata.

In Luſitania ẽt locum non habet beneficiũ, & exceptio ex epiſtola D. Adriani, neq; eſt opus illi renunciare, ſed quotieſcunq; dati ſunt multi fideiuſſores pro indiuiſo eiuſdẽ debiti, ſiue expreſſum ſit, ſingulos teneri in ſolidũ, ſiue non, oẽs tenẽtur in ſolidum, & à ſingulis, vel ab omnibus, exigi poteſt totũ debitũ, prout creditor maluerit: præcipiturque, vt tabelliones in inſtrũs ea de re confectis, non apponant renunciationes: qm̃ neceſſariæ non ſunt, vt ſinguli ſine exceptione in ſolidum teneantur. Ita habetur 4. lib. ord. tit. 46. in princ.

Si aliquis fideiuſſorũ in ſolidum ſoluat totum debitum, quouſque repetere poſſit à confideiuſſoribus, & quouſque, tam ipſe, quàm quicunque alius fideiuſſor, ſoluens pro debitore, repetere à debitore poſſit.

DISPVTAT. DXLIV.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſorum vnus totum debitum ſoluens, quando ab alijs pro eorũ portione repetere poſſit, & quomodò ex iure ceſſo agere poterit aduerſus alios. & nu. 7.*

2 *Fideiuſſor nomine ſuo proprio ſoluens totum debitum, poteſt cogere creditorem ad cedendas ſibi omnes actiones aduerſus debitorem, & alios fideiuſſores, & num. 3.*

Cum declaratione tamen, vt ibid. & nu. 4.

Idem in pluribus tutoribus dicendum aduerſus pupillum, & contutores, nu. 5.

6 *Reorum vnus debendi totum debitum ſoluens, ſi ei non ſint ceſſæ actiones à creditore, poteſt in ſubſidium agere actione negociorum geſtorum, aduerſus correos.*

8 *Ceſſiones actionum, quæ ſolent fieri à creditore debitori in integrum debitum ſoluenti, aduerſus correos, à legiſlatoribus inuentæ ſunt.*

9 *Alcauala ex ceſſione actionum, quæ à creditore fit debitori, aduerſus correos, an debeatur de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ.*

10 *Fideiuſſor vt agere poſſit ex iure ceſſo aduerſus cõfideiuſſores, quomodo debeat probare ſolutionẽ creditori feciſſe.*

QVando vnus fideiuſſorum in ſolidum debiti alicuius, ſoluit totum debitũ, diſtinguendum eſt. Quoniam, vel
1 illud ſoluit nomine debitoris, vel nomine ſuo proprio, tanquam fideiuſſor ad id obligatus; vel abſolutè, nihil exprimendo, vtrum nomine debitoris, an ſuo proprio nomine, vt fideiuſſor, id ſolueret.

In primo euentu, qñ. ſ. ſoluit noĩe debitoris, vicem illius ſubiens, atq; obligationẽ illius implẽs, & non ſuã propriam fideiuſſoris illius, vtiq; eo ipſo extinguitur totũ debitum illud, & oĩs obligatio, quę erat cõparatione creditoris, tam debitoris principalis, quã fideiuſſorum illius: nõ ſecus ac ſi debitor ipſe principalis, idẽ debitum per ſeipſum ſoluiſſet; ac proinde nullus locus relinquitur, vt creditor cedat tali fideiuſſori actiones, quas hẽat aduerſus confideiuſſores, & aduerſus debitorẽ; atque adeo agere non poterit aduerſus confideiuſſores, vt contribuant, ac ſibi ſoluat, ꝙ, vnà cũ ipſo, ſoluere creditori tenebantur loco debitoris, tanq̃ fideiuſſores illius vnà cum ipſo; neq; itẽ ex eo capite, quod creditor ſibi cedat actiones aduerſus debitorem principalem, repetere à debitore poterit, ꝙ loco, ac nomine illius ſoluit; ſed ſolũ actione mandati, atque negotiorum geſtorum, petere ab illo poterit, quòd ita loco, ac nomine illius ſoluit, quatenus vtiliter negotium illius ea in parte geſſit, & quatenus præſumptum habuit mandatum, vt id ita ſolueret, maximè quia mandato debitoris fideiuſſor à principio extitit. Hæc habentur l. 11. titu. 12. par. 5. eaque affirmant glo. vlt. l. Papinian. ff. mandati, iuxta l. 1. §. pen. ff. de inſt. act. (vbi ſermo eſt de eo, quod ſoluitur ad extinguendam totalem actionem) Azo in ſumma. C. de fideiuſſ. & doctores communiter.

In ſecundo verò euentu, qñ. ſ. vnus fideiuſſorũ in ſolidum creditori ſoluit totum debitum nomine ſuo proprio, hoc eſt, tanquam fideiuſſor debitoris principalis, implens ſuã fideiuſſoriam obligationem, vt regulariter fit, q̃uis agere non poſſit aduerſus confideiuſſores, vt contribuant, ac ſibi ſoluant ꝙ vnà cum ipſo ſoluere creditori loco debitoris tenebantur, niſi prius creditor ipſi cedat actiones, quæ ipſi aduerſus eos competebant, vt cõſtat l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſ. l. cum alter. C. eod. tit. & alijs iuribus citandis: ſi tamen actiones ipſi cedat, tum aduerſus confideiuſſores, tum ẽt aduerſus debitorem principalem (quod Hiſpani vocãt *conceder carta de laſto*) vt tenetur (etiã ſi creditor fiſcus ſit, vt habetur l. cũ alter. C. de fideiuſ.) modo tamen fideiuſſor id petat, poteſtque cogi iudicis officio eas cedere, vt Grego. Lope. l. 11. tit. 12. par. 5. ait, quin & retinere fideiuſſor poterit debitum, ſi creditor renuat actiones ipſi cedere, illudque repetere tanquam indebitum, ſi, poſt illud ſolutum, nolit cedere actiones, vt gloſ. vlt. l. cum is, ff. de fideiuſs. ait; ſi, inquam, creditor, vt tenetur, actiones illas tali fideiuſſori cedat, poterit tunc is fideiuſſor indifferenter agere, vel aduerſus con-

fideiuſſores, vt contribuant, & ſoluant ſibi portiones ſuas, vt hr l. fideiuſſoribus, & leg. cum is ff. de fideiuſ. ac l. 11. titu. 12. part. 5. exigendo inſuper debitori principali, vt ſibi ſoluat reliquam partē, quæ ipſum fideiuſſorem cōtingit, vt hr l. 11. citata, vel agere poterit aduerſus debitorem principalem, vt ſibi ſoluat totum, quod tanquam fideiuſſor ipſius, ſoluit, vt hr. l. cum is citata, & l. cum alter. C. de fideiuſ. l. 11. citata, & alijs iuribus citā
2 dis. Immo † verò cogere poterit creditorem, non ſolum, vt ſibi cedat perſonales oēs actiones, quæ illi cōpetebat aduerſus debitorem, & fideiuſſores, ſed etiā actiones oēs reales pignoratitias, aut hypothecarias, ſi quæ ipſi ratione eiuſdem debiti competebant, modo eædem res eidem creditori non eſſent prius obligatæ pro aliquo alio debito, quod nondum ei eſſet ſolutum, vt hr. l. 2. l. cū alter, & l. ſicut. C. de fideiuſ. Quod ſi creditor culpa ſua cedere non poſſit actiones fideiuſſori, aut alteri, qui rōne eiuſdem debiti tenetur ei acceſſoriè, vt eſſet, qui mandauit aliquid commodari debitori, ſaltem, quia actionem creditor intentauit aduerſus debitorem principalē, & ſuccubuit, tunc debitor acceſſoriè repellere poteſt creditorem exceptione, quod creditor cedere non poſſit actiones, aut etiam exceptione rei iudicatæ, ſi litem contra debitorem principalem intentauit & ſuccubuit, Ita hr l. Stichū. §. ſi creditor. ff. de ſol. & affirmat Greg. Lopez l. 11. citata ver. *contra el deudor*. Quo loco obſerua, aduerſus debitorem principalem, nō ſolum competere fideiuſſori, qui debitū, pro quo fideiuſſor extiterat, coactus eſt ſoluere actiones, quas creditor ipſi ceſſerit, ſed, eſto, nullā ei cedat, poſſe agere aduerſus illū actione mādati, vt hr. §. ſi quid inſt. de fideiuſ. l. qui ſide l. ex mandato. ff. mand. & l. 11. titu. 12. par. 5. tū vt ipſi ſoluat, quod loco eius ſoluerit, tum etiā, vt ipſi reſarciat dāna, quæ ex eo fuerint ipſi ſubſequuta quod debitor congruo tempore non ſoluerit: extitit enim fideiuſſor mandato debitoris, ac proinde actione mādati ad hæc omnia ipſi tenetur, vt diſp. 559. dictum eſt.

Sunt vero nonnulla circa hæc obſeruanda. Pri
3 mum eſt, Qn † fideiuſſor expreſſe ſuo noīe, ad implendā obligationē fideiuſſoriā, ſoluit, poſſe petere ceſſionē actionū creditoris aduerſus cōfideiuſſores, & aduerſus debitorem, nō ſolum ſi ante ſolutionem, aui tempore ſolutionis, conuenit cum creditore, vt eas cederet, vel proxime poſt ſolutionem ceſſionem earum ab eo petat, ſed etiā poſtea ex interuallo, quocunq; tpe, eſto nihil a principio deſtruxerit in pactum: qm̄ eo ipſo, quod nomine ſuo, ex acceſſoria, obligatione, qualis eſt fideiuſſoria (aut mandantis, rem aliquam mutuo alteri dari, vt habetur. l. ſi mandato. ff. de fideiuſſor. & alijs iuribus) aliquid loco principalis debitoris ſoluitur cenſetur ſoluens, eo intuitu, ac tacito pacto ſoluere, vt ſibi a creditore actiones cedantur, ac proinde petere ab eo quocunq; tempore poterit ceſſionem earum. Ita glo. vlt. l. Papinianus, iuxta textum ibi. ff. mandati, & conſentaneè ad l. ſi quid poſſeſſor in princ. ff. de pet. hæred. & videtur textus expreſſus. l. Stichū. §. ſi mandato ff. de ſolut. ac colligitur apertè ex l. 11. titu. 12. par. 5. ſi, cū principio eius legis, ſinē conferas, & cum Azone affirmat ibidem Greg. Lopez gloſ. 1. Lex
4 † verò Modeſtinus. ff. de ſolut. quæ docet, cedi nō poſſe actiones à creditore poſt ſolutionem ex interuallo, qn̄ ante ſolutionem, aut tpe ſolutionis, non fuit deductum in pactum, vt cederentur, aut proxime poſt ſolutionē petita non fuit ceſſio earum, quaſi tunc ſimpliciter ſolutum ſit debitum, & non quaſi in emptionē, & recompenſationem, vt pro ea ſolutione cederentur actiones, ac proinde quaſi expirauarint ea ſolutione actiones, oēs creditoris, liberatique oīno ſint oēs, quidem facta ſemel abſolute, aut noīe debitoris principalis, ſolutione creditori, oēs oīno liberentur ab onere, quo eidem creditori rōne eius debiti tenebantur. Lex, inquam Modeſtinus, quę id docet, intelligēda eſt, in correis debendi, quorū ſinguli tenebantur ad id debitum principaliter, vt gloſſa ibidem ait; atque ēt qn̄ debitor acceſſoriè, non expreſſit ſe ſoluere noīe proprio, ſed ſoluit nihil exprimendo, num noīe proprio, an debitoris ſolueret, vt ait gl. vlt. l. Papinianus. ff. mandatis, & conſentit l. 1. titu. 12. part. 5. quia, iuxta eam gloſſam, iuxta, quam lata eſt l. 11. citata, ſi tunc fideiuſſor, aut quicunque alius acceſſoriè debitor, incontinenti, poſt ſolutionem ceſſionem actionum à creditore petat, pręſumitur ſoluiſſe nomine proprio, & non noīe debitoris; ſi verò ceſſionem incōtinenti non petat, præſumitur ſoluiſſe noīe debitoris, ac proinde nō pōt petere poſtea ceſſionē actionum, quæ conſequenter eo ipſo expiraſſe oīno pręſumuntur in creditore. Vtrum autē amplectenda ſit ea opinio gloſſæ l. Papinianus, extra Caſtellæ Regnū, in quo, iuxta illam, lata fuit l. 11. citata, infra dicetur. Illud † obſerua, in contutoribus, qui in ſolidū
5 obligati ſunt pupillo, non ſolum fuiſſe conceſsū, vt, ſi eorum aliquis conueniatur in ſolidum, excipere poſſit, vt diuidantur actiones inter ipſum, & reliquos contutores, qui fuerint ſoluendo, vt diſputatione præcedente dictum eſt, ſed etiā, vt aliquid pupillo ſoluere cogatur, vel ratione alicuius contutorum, vel ratione alterius, quem non coegerit ſoluere aliquid, vt tenebatur, eſto actiones non ſint ei ceſſæ à pupillo, cōpetat illi vtilis actio aduerſus eum, cuius loco id ſoluit. Ita habetur. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutelis, & rationib. diſtra. & ex facto. ff. de nego. geſt. & affirmat gloſ.
6 1. l. cum alter. C. de fideiu. Obſerua † etiam, ſi correus debendi conuentus in ſolidum, ſoluāt, quod alter correus ſoluere tenebatur, eſto ei ceſſæ non ſint actiones a creditore, cōpetere tamen ei actionem, ſaltem negotiorum geſtorum, aduerſus correum, vt ſibi ſoluat, quod creditori loco illius ſoluit, vt habetur l. creditor C. de duobus reis, & in calce diſp. 542. dictum eſt.

7 Secundus eſt. Quando ſunt † quatuor, verbi gratia, fideiuſſores in ſolidum, & vnus, conuentus, ſoluit integrum debitum, credo cum Bar. & glo. vltima. l. Modeſtinus ff. de ſolu. quos Grego. Lopez l. 11. titu. 12. par. 5. verb. *deue tomar*, refert, ac ſequitur, poſſe creditorem cedere ei actionem, vt ſingulos in ſolidum eo modo conueniat,

ueniat, quo creditor ipſe conuenire eos poterat; excepta tñ parte, q̃ fideiuſſor ipſe ita conuentus, ſoluere tenebatur, iuxta ea, quæ in calce diſ. 542. dicta ſunt in ſimili quæſtione de duobus reis debendi, cum glo. l. creditor. C. de duobus reis. Modo tñ, ſi ex reliquis tribus fideiuſſoribus aliquis ſoluẽdo non ſit, pars illius inter ipſum fideiuſſorem conuentum, et reliquos ęqualiter diuidatur, vt oẽs æqualiter cõmunicent in damno, vt Bart. rectè ait. Lex tñ 11. citata contrarium videtur affirmare, nempe fideiuſſorẽ, qui in ſolidũ ſoluit, ſolum conuenire poſſe ſingulos alios in ſui virili bus partibus, adeo vt, ſi aliquis eorum ſoluendo non ſit, ab illo ſolum accipere poſſit cautionem, vt eam ſoluat, ſi ad pinguem deuenerit fortunã. Vnde innuit, nihil illius partis poſſe exigere à reliquis. Greg. tñ Lopez interpretari eam legẽ conatur, vt nõ diſcordet à Bartoli ſnĩa relata. Suſpicor verò eundem Greg. Lopez in glo. antecedente ſibi ipſe eſſe contrarium. Iura verò, quæ in ea antecedente gloſſa citat, meritò glo. vl. l. Modeſtinus citata, ea intelligit, ſolum habere locũ in cõtutoribus eiuſdẽ pupilli, quibus nõ licet agere aduerſus contutores in ſolidum ex actionibus a pupillo ipſis ceſſis, ſed ſolũ pro virilibus partibus: eo quod inter contutores diuidantur actiones, q̃ pupillo aduerſus eos competunt, vt diſputatione præcedente dictum eſt, & vnicuiq; contutorum competat aduerſus alterum, & aduerſus quemcũque aliũ, cuius loco, pupillo ſoluerit, vtilis actio, eſto nullæ actiones à pupillo ſint ipſi aduerſus illos ceſſæ, vt paulo antea dictum eſt.

Tertium eſt. Hæc quæ dicta ſunt, de ceſſioni-
6 bus actionum à creditore correo debendi ſoluẽti in ſolidũ, fideiuſſori† ſoluenti ſimiliter in ſolidũ, tum aduerſus confideiuſſores, tum etiã aduerſus debitorẽ principalẽ, & vniuerſim quæ dicta ſunt de actione actionum à creditore aduerſus debitorem principalem cuicumque ſibi acceſſorie pro eo obligato, quem ſoluere cogat loco illius, ſiue is acceſſorie obligatus fideiuſſor ſit, ſiue mandator creditori mutuo dare aliquid alicui, ſiue quicũque alius; hæc, inquam, quæ de huiuſmodi ceſſionibus actionum à creditore dicta ſunt, adinuẽta a legumlatoribus, atque introducta eſſe, vt qui loco aliorum creditori ita ſoluerent, et ex eo capite actionem haberent ad recuperandum ab eis, quæ ita eorum loco ſoluiſſent, ſiue ex alio, aut ex alijs capitibus, actionẽ et haberent, vt mandati, aut negotiorum geſtorum, ſiue non, vt ęgre eſt caput inuenire, vnde confideiuſſores in ſolidum teneantur vni ipſorum, qui integrum debitum, ad quod ſinguli erant obligati, creditori ſoluiſſet; ni ſi dicas, hunc negotium illorum egiſſe, dum ipſos obligatione, qua creditori pro debitore principali tenebantur, ea ipſa ſolutione leuauit. Quia verò eo ipſo, quod integrè creditori ſolutio ſui debiti fit, ſiue à debitore principali, ſiue à fideiuſſore, aut mãdatore, ſiue ab vno correorum, aut fideiuſſorum in ſolidũ, oẽs, qui illi, ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè, pro eo debito tenebantur, de obligati omnino comparatione illius manent, ac proinde expirãt cum ipſo in eo actiones oẽs, quæ tõne eius debiti ipſi aduerſus eos competebant, vt patet apertè Inſtitut. quibus mod. tol. obligat. in princ. §. ſi plures ver. ſed ſi ab vno Inſtit. de fideiuſ. §. eiuſmodi. Inſtit. de duobus reis, & leg. 2. ff. ex eodem tit. Sanè, vt eiuſmodi actiones in creditore maneant, quas in ita ſatisfacientes loco aliorum, poſſet tranſmittere, ijdẽ legũlatores introduxerunt, vt ſatisfactio illa nõ fieret in ſolutionẽ debiti, ſed quaſi in emptionem actionũ, q̃ creditori cõpetebant, vel aduerſus debitorẽ principalem, vel aduerſus correos, vel etiam aduerſus cõfideiuſſores, idq; interueniẽte pacto formaliter, aut virtute, decedendis actionibus ſatisfactione accepta, ita vt actiones, ante earum ceſſionẽ manerent quidem apud creditorem, etiam accepta ſatisfactione, non tamen vt ipſe poſſet agere contra debitorem principalem, correum, aut confideiuſſorem, eo quod his debitoribus competeret exceptio aduerſus eum, quod iã integram ſui debiti ſatisfactionem recepiſſet, vt ait gl. vlt. l. Papinianus. ff. mand. ſed vt tranſmittere eas poſſet in eum, qui ita aliorum loco ſatisfeciſſet; vel facta re ipſa commutatione ſatisfactionis proceſſione actionũ; vel ſolum virtute, vt qñ, ſine alio pacto ſatisfactio traderetur, & incontinenti ſatisfaciens peteret ab eo ceſſionẽ actionũ. Hoc aũt prædicta tõne fuiſſe à legumlatoribus introductum, ſicq; iuris diſpoſitione ſe habere, conſtat apertè ex l. fideiuſſoribus & l. cum is ff. de fideiuſ. ex l. Modeſtinus. ff. de ſolut. ex leg. cum pupillus. ff. de tutel. & rationibus diſtract. & ex alijs iurib. Satius verò multo profectò fuiſſet, ſi eſſet ſancitum, vt ipſo iure, abſque aliqua ceſſione, in prædictis euẽtibus tranſirẽt actiones creditoris in ita loco aliorum verè ſoluentes, iure ciuili ex magna æquitate eas illis concedente, quam tot vti ſubtilitatibus, & ambagibus ethnicorum iuriſconſultorũ, onus ſine cauſa imponentium his hominibus, vt quando ita ſoluunt, in pactum deducant ceſſionem actionum, aut eas petant in continenti, & non ex interuallo, alioquin, velut iam extinctæ, cedi eis non poſſint. Id enim ad nihil aliud inſeruit, quam vt lites multiplicentur, & vt ſimplices, minuſque in his iuris ſubtilitatibus verſati, ac periti, conuenienti auxilio recuperandi, quod loco aliorum ſoluere ſint coacti, deſtituantur, negotia coram tabellionib. aduocatis, iudicibus, multiplicentur, magnique ſumptus fiant. Adde, tot leges ob has ambages, & ſubtilitates in corpore iuris ciuilis eſſe multiplicatas, ac inſerta, placita ac ſententias hac de re Modeſtini, Iuliani, Vlpiani, Papiniani, & aliorũ ethnicorum iuriſconſultorum continentes, nimis lõgum valde, obſcurum, ac difficile, tum vt ſingulę intelligantur, tum præcipuè, vt omnes inter ſe conſentiãt, ac concilientur, memoriaq; retineantur, illud reddere. Quòd ſi addas, illationes, expoſitiones, opinionumque varietatem, quas circa illas numeroſa iuriſperitorum in ciuile ius ſcribentium, multiplicarunt, chaos inextricabile profectò reperies, ac ſeminariũ litiũ. Quare reipublicę eſſet conſultum, ſi hæc, & his ſimilia, Chriſtiani principes breuibus, & compendioſis legibus, omnino

nino reſecarent. Titulus enim totus de fideiuſſoribus,pauciſſimis,ac dilucidis legibus, poteſt facile compræhendi, & ita de multis alijs titulis.

Ex illa iuriſconſultorum ſubtilitate,quod eiuſmodi diſſolutionibus nõ ſatisfiat debito, ſed emantur actiones, quas creditor contra reliquos debitores hẽt,oritur q̃ſtio, num ex his ſolutionib. debeatur† tributum illud,quod in hoc Caſtellæ Re-
9 gno alcauala,& in Luſitania ſiſa vocant:eo quod ſtatutũ ſit, vt ſoluatur ex omnibus emptionibus, & venditionibus,ac permutationibus, paucis priuilegiatis exceptis,de quorũ numero nõ eſt iſtius modi emptio,& venditio ceſſionis actionum An gelus Peruſinis,à Laſſarte de decima venditionis c.9.nu.2.relatus,affirmanter reſpondet. Contrarium vero merito ibid.à num.32. Laſſarte aſſeuerat;ductus ea ratione, q̃d ius incorporale ad aliquam ſummam ſemel accipiendam, quod ius cũ mobilibus rebus, & non cum immobilibus computatur,eiuſdem rationis reputatur, cum ſumma ipſa,ad quam eſt ius:quare, cum ex permutatione vnius pecuniæ pro alia, alcauala nõ debeatur, vt diſ.397. dictum eſt, vtique ex ea ſolutione debiti pecuniarij ,qua emitur actio ad tantundem pecuniæ recuperandum, non debebitur alcauala. Potius ergo ex hoc alio fundamento idem aſſeuerarem. Quia ſcilicet, neque illud eſt propriè emptio,aut permutatio,ſed vera ſolutio, tametſi ad effectum,vt tranſmittantur actiones,quaſi emptio earum reputetur; neque conſuetudine ſit receptum,aut vnquã auditum,vt ex eiuſmodi ſolutionibus,& tranſmiſſione actionum,alcauala ſoluatur : neq; per epicheiã eſt cenſendum ad id extendere voluiſſe alcaualam, qui eã impoſuerunt, q̃m id eſſet irrationabile:leges autem, præſertim tributorum,non plus ſunt extendendæ,quam cõſuetudine ſint receptæ, & quam epicheia, legũm interpres,ſuadeat eas eſſe extendendas.

In tertio euentu,in principio huius diſputationis propoſito,q̃n.ſ.vnus fideiuſſorum in ſolidum ſolueret abſolute totum debitum,nihil exprimendo,an ſuo proprio noĩe,vt fideiuſſor,an verò nomine debitoris,illud ſolueret, glo.vlt.l.Papinianus.ff.mand.vt ſupra dictum eſt,cum Azone,cẽſet,ſi incontinenti petat à creditore, vt ſibi actiones cedat in confideiuſſores,& in debitorem principalẽ; præſumendum eſſe ſoluiſſe ſuo noĩe proprio, cedendasq; proinde ei eſſe actiones ſi verò id non petat incontinenti,præſumendum eſſe,ſoluiſſe nomine debitoris, ac proinde cedendas illi non eſſe actiones, eſto poſtea id ex interuallo petat, ſed ſolum illi competere actionem mandati, aut negotiorum geſtorum, aduerſus principalem debitorẽ,vt ſibi reſtituat, quod loco illius ſoluit. Atque hęc hodie,cum ea gloſſa & Azone,ſancita ſunt in calce l.11.tit.12. par. 5. idq; proinde ſeruandum eſt in hoc Caſtellæ Regno. Contrarium verò affirmat Bar.l. Modeſtinus.ff.de ſol. & cõis doctorum ſnĩa,vt Greg. Lopez l.11. citata gl. vlt. refert. Nẽpe, q̃n vnus fideiuſſorum abſolutè ſoluit totum debitum nihil exprimendo, cuius noĩe ſolueret,præſumendum ſemper eſſe,ſuo noĩe, ad implẽdam ſuam fideiuſſoriã obligationẽ, nõ debitoris nomine, ſoluiſſe ac proinde, eſto ex interuallo ceſſionem actionum petat, cedendas illi eſſe. Atque hæc opinio mihi probatur,ſtando in iure communi. Quoniam ſemper præſumendum eſt, ſoluere vt fideiuſſorem,& non nomine debitoris,niſi contrarium exprimat.

Illud eſt obſeruandũ,ſi quis,de mandato cuiuſdam tertij, fideiuſſor exiſteret pro aliquo abſente,tunc, ſi fideiuſſio non ceſſit in vtilitatem eius, pro quo facta eſt, neque rationabiliter ſit pro eo facta & fideiuſſor aliquid pro eo,pro quo fideiuſſit, ſoluat competere quidem actionem mandati tali fideiuſſori aduerſus tertium illum mãdatorẽ, vt ſibi reſarciat, ꝙ ita ſoluit : nullã verò aduerſus eum,pro quo fideiuſſit. Si verò vtiliter facta eſt fideiuſsio pro abſente, agere indifferẽter fideiuſſor poterit,vel aduerſus mandatorẽ actione mãdati,vel aduerſus eum,pro quo fideiuſsit,actione negotiorum geſtorũ. Quod ſi is pro quo fideiuſsit, præſens fuit, dum tertius pro eo fideiubere mãdauit,nec contradixit, tunc fideiuſſor indifferenter agere poterit actione mandati cõtra vtrũuis eorũ. Hęc habentur l.qui fide iuncta gl.ibi.ff.mand.& l.13.tit.12.par.5.Lege,quæ diſp.539.dicta ſunt.

Dubiũ deniq; eſt,q̃n fideiuſſor ſoluit pro debitore, & competit ei actio aduerſus illum, & alios confideiuſſores, vtrum,vt poſsit aduerſus eos agere,& cogere illos ſoluere,ſatis ſit creditorẽ confi-
10 teri, ſe recepiſſe ab eo ſolutionem; an† verò neceſſe ſit aliter de ſolutione cõſtare,quam per confeſſionẽ creditoris.Bar.l.duobus. §,ſi à fideiuſſores. ff.de iureiur.negat ſufficere confeſsionem creditoris,eamq; ſnĩam amplectuntur quidam alij. Contrarium tamen eſt affirmandum,nempe ſufficere confeſsionem creditoris,cũ eodẽ Bart.conſ. 160. cõi doctorum ſententia in praxi recepta, quam referũt,ac ſequuntur Gutier.de iuramento confirmatorio par.1.cap.63.num. 12. & Ant.Gom. 2.tom.var.reſ.c.13.nu.13.Ratio autem eſt, quoniam per eam confeſsionem manent debitor, & alij fideiuſſores,liberi à creditore.

Num antequam fideiuſſores ſoluere cogantur, excuſſio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et de fideiuſſ.indemnitatis.

DISPVTATIO DXLV.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor conueniri non poteſt creditore,antequam debitor principalis.*
Declaratur tamen,vt nu. 2.5.14.& 16.
3 *Debitor abſens quando dicatur, ad hoc vt poſſit cõtra eum procedi,tanquam contumacem.*
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ.nu 4.
6 *Exceptio excuſſionis non factæ in bonis debitoris, non oppoſita à fideiuſſore,non vitiat proceſſum.*
Immo poſt litem conteſtatam opponi non poteſt.n.7,
Niſi in caſu,vt nu.8.
9 *Fideiuſſor indẽnitatis quis dicatur,& quot modis.*
Fide-

10 *Fideiuſſor indemnitatis quibus caſibus poteſt oppo nere exceptionem excuſſionis principalis, etiam poſt litem conteſtatam.*

Et quotuplex ſub nu. 13.

11 *Fideiuſſor renunciare poteſt exceptioni excuſſionis principalis debitoris.*

Declaratur tamen, vt nu. 12.

13 *Fideiuſſor miniſtri publici, an poſſit renunciare beneficio excuſſionis principalis.*

14 *Fideiuſſor in eadem ſcriptura ſe obligans tanquam fideiuſſor, & principalis, cenſetur renunciare beneficio excuſſionis principalis: ſecus ſi in ſcriptura diuerſa.*

Intellige tamen, & declara, vt nu. 15.

16 *Fideiuſſor negans ſe fideiuſſorem pro eo debito, pro quo conuenitur, amittit excuſſionis priuilegium.*

17 *Fideiuſſor iuramento confirmans eius obligationé fideiuſſoriam, an cenſeatur priuilegio excuſſionis principalis renunciaſſe.*

Et quid de fideiuſſore indemnitatis nu. 18.

19 *Debitor principalis omnia bona ſua creditori hypothecans an aliquid eorum inuito creditore alienare poſſit.*

QVamuis quondam, non ſolum de iure Digeſtorum, ſed et Codicis, fas creditori fuerit, exigere à fideiuſſore, prætermiſſo debitore principali, ſi ita creditor vellet, vt cõſtat, l. 3. §. vlt. ff. de duob. reis l. non rectè, & l. iure noſtro. C. eo. ti. ho
1 die † tñ, de iure authenticorũ, non permittitur exigere à fideiuſſore, aut a mãdatore creditori aliqd mutuo dare debitori, vel a quocunq; alio interceſſore, niſi facta prius excuſſione in bonis debitoris compertoq; debitoré principalé nõ eſſe ſoluẽdo, tunc id ſolũ exigi põt a fideiuſſore, aut a fideiuſſorib. illius, vel a quocunque, alio eiuſdé interceſſore, ꝙ depræhenſum fuerit debitoré principalé nõ eſſe ſoluendo. Qđ ſi ante eã excuſſioné fideiuſſores, vel alij interceſſores, conueniantur, cõpetit illis exceptio ex iuribus citandis, ꝙ prius excuſſio fiat in bonis debitoris. Ita hr̃ in authent. præſenti. C. de fideiuſſ. & copioſius in authent. eo. tit. Vnde ſumpta eſt. l. 9. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Luſit. ord. titu. 46. §. 1. & conſentit cõis doctorũ ſuĩa. Neque refert, ꝙ l. 3. tit. 18. lib. 3. fori, q̃ Gutier. de iur. con firm. par. 1. c. 23. nu. 7. refert, contrariũ, iuxta ius antiquũ ſtatuatur: qm̃, vt idem Gutier. ibi. Greg. Lop. l. 8. tit. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, & alij rectè aſſerunt, lex illa non eſt vſu recepta, in quo Gutierrius repræhendit Monterroſum, qui contratium affirmat: leges aũt fori ſolum habẽt vim aduerſus leges partitarum ſi ſint vſu receptæ.

2 Hoc † tamen, quòd ſcilicet prius fieri debeat excuſſio in bonis debitoris principalis, q̃ fideiuſſores, aut alij debitoris principalis interceſſores, ſoluere cogantur, intelligendũ eſt, modò debitor principalis præſens ſit: ſi. n. ſit abſens, exigi poſsũt fideiuſſores, aut interceſſores, prætermiſſa excuſſione in bonis debitoris, vt iuribus citatis hr̃. Si tñ fideiuſſores terminũ petant ad debitoré principalem adducendũ, vt prior ipſe exigatur cõcedi illis debet, iudicis arbitrio taxandus: quo trãſacto, ſi eũ nõ adducant, exigi debitũ ab ei poteſt, excuſſione minimè facta in bonis debitoris principalis, creditor tñ cedere eis debet actiones oẽs quas aduerſus debitorem principalem habet, vt diſput. præcedente dictum eſt, hæc omnia habentur expreſſe iuribus citatis. Arbitror tamen, ſi debitor multum diſtaret, adeò vt non parum moleſtum eſſet creditori, tandiu expectare, exigi ſtatim debitum poſſe a fideiuſſoribus, aut ab interceſſoribus, nõ conceſſo illis tpe congruo ad debitorem principalem ex loco adeo diſtanti adducendum: quoniam ita iura citata conſulendum interceſſoribus, aut fideiuſſoribus, voluerunt, vt id non eſſet cum notabili grauamine, ac detrimento creditoris.

Gloſſa in authentico de fideiuſſ. verb. præſen-
3 tes, tunc † debitoré abſentem cenſendũ ait, qđ ad præſens inſtitutum attinet, qñ, neq; eſt in oppido, neq; in territorio iuriſdictionis illius, ita vt cõmodè citari poſſit, & ita doctores cõiter affirmãt, eſtque ſanctũ. 4. lib. Luſit. ord. titu. 46. §. 1. Lex verò 9. tit. 12. par. 5. tunc ait cenſendũ eſſe præſenté, qñ eſt in oppido, nulla de territorio iuriſdictionis facta mentione. Et quamuis Greg. Lop. ibi. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. nu. 2. aduerſari ſuſpicentur. Legem illam ea in parte gloſſæ citatæ, & cõi ſniæ, tandem annuunt poſſe intelligi iuxta eã gloſſam, quæ æquiſſima eſt, ſ. vt in ea lege ſermo ſit de oppido cum ſuo territorio. Nec dubitò, ita eſſe eam legem intelligendam, vt eam videtur intelligere Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 13. num. 14.

Placet verò mihi, quod conſentaneè ad Salycetum, & alios, quos citat Gutier. ibid. num. 3. ait. Nempe, ſi debitor modo explicato abſens, domicilium, & bona habeat in oppido, aut territorio, in quibus ita fieri poſſit exequutio, vt neceſſariũ non ſit citare perſonam talis debitoris, tunc non prius poſſe conueniri fideiuſſores, aut alios talis debitoris interceſſores, quàm excuſſio, exequutione fiat in eis bonis: quod ſi, illis diuenditis, & tradito pretio creditori, aliquid debiti ſuperſit ſoluendum, tunc id exigi poteſt à fideiuſſoribus, aut ab alijs interceſſoribus pro eo debito.

4 Hæc † vero doctrina locum hodie habet in hoc Caſtellæ Regno, quando obligatio eiuſcemodi debitoris paratam habet exequutionem, iuxta ea, quæ ex l. 1. & ſequentibus: titu. 21. lib. 4. nouæ collect. diſputat. 538. §. hodie vero, dicta ſunt. Vt enim ibidem ex l. 19. eiuſdem tituli relatum eſt, neceſſe non eſt citari eum debitorem, vt eiuſmodi exequutio fiat, niſi ſolum finitis præconijs ibi præſcriptis in diuendendis bonis illius, *para el remate*, vt ibi dicitur: atque tunc, ſi ipſe non ſit præſens, ſatis eſt citari in domo illius, ſignificando id ſuis, aut vicinis proximioribus domui illius, vt ibidem habetur.

Illud quoque mihi probatur, quod idem Gutier. cum Greg. Lopez l. 9. citata, Roderico Xuarez, & alijs, ibidem nu. 4. ſubiungit. Videlicet, ſi debitor principalis ſit præſens, habeatque bona aliqua in territorio, & alia extra territorium, & iuriſdictionem illam, antequam fideiuſſores conueniantur, ac cogantur ſoluere, fieri quidem debere excuſſioné in bonis, quæ habet in territorio non vero in his, quæ habet extra territoriũ, quando, quæ habet in territorio, non ſufficiunt integro

tegro debito ſoluendo, moleſtumq; eſſet creditori exequutionem in illis alijs facere: quare tunc, ꝑ debiti incremento, conuenire poterit fideiuſſores ceſſis illis actionibus aduerſus debitorem principalem, vt ipſi illum cogant ipſis ſatisfacere.

Id etiam nobis probatur, quod cum alijs ibid. nu.5.& 6.addit. Nempe, ſi debitor principalis abſens ſit, habeatque bona in territorio, & obligatio debitoris ſit talis, vt ad faciendam exequutionem in eis bonis, neceſſarium ſit, eum prius conuenire, atque adeo citare, tunc eſt diſtinguẽdum. Quoniam, vel ita eſt abſens, vt neque poſſit commode vocari, neque ſperetur citò venturus, vt ſi captiuus apud hoſtes detineatur, aut ſit vltra mare in India aut in alia regione longinqua, vnde non ſperetur citò venturus, aut ſimiliter eſt alibi extra prouinciam in loco valide diſtanti, aut eſt vagabundus, & ignoratur vbi ſit; vel eſt in loco, vnde commode poſſit vocari, aut citò ſperatur venturus. Et quidem in illo priori euentu, cum bonis, quæ is habet in territorio dari poſſit, ac debeat curator, qui abſentis ſuſcipiat actiones, valideque ea rationi fieri poſſit exequutio in bonis ꝑ debito, ita abſentis, iuxta l. ab hoſtibus, iuncta glo. ibi verb. ſi (quæ gloſſa exempli gratia dicit, ſi ſit vltra mare, cum textus ad plura alia exempla ſe extendat) ff. ex quib. cauſ. maiores, & lege idem priuilegium, iuncta gloſſ. vlt. ibi. ff. de priuil. cred. l. 2. ff de curat. bon. dando, & l. 12. tit. 2. par. 3. iuncto Greg. Lop. ibidem glo. 1.

Cum, inquam, dari tunc poſſit curator bonis illis, vtique prius facienda erit excuſſio in eis bonis, quam fideiuſſores ſoluere idem debitum cogantur. In poſteriori verò euentu, quia non poteſt dari curator bonis, ſed expectandus eſt debitor ipſe, vt citetur, & conueniatur, antequam in eis exequutio fiat, vt iuxta l. penult. ff. de legationibus, & leg. ignorare. C. de reſt. milit. notant additio in margine gloſſæ, l. idem priuilegium. ff. de priuil. Greg. Lop. vbi ſupra cum Baldo, & alijs atq; Gutier. nu. 6. citato, vtique cogi ſtatim poſſunt fideiuſſores ſoluere debitum.

Quamuis autem iura citata loquantur de abſentibus cauſa rei publicæ, & loqui videantur etiã ſi de proximo non ſperentur venturi, ac proinde non ſatis probent inſtitutum, litereque videatur, quod circa priorem euentum dictum eſt, vt ſcilicet non poſſit fieri exequutio in bonis illius, etiã conſtituto procuratore bonis illis reddendum tamen non eſt à ſententia horum doctorum, atque communi, nemine reclamante, quæ ſanè magnã habet æquitatem.

5 Quod † item dictum eſt, eſſe prius excuſſionẽ faciẽdam in bonis debitoris principalis, antequã fideiuſſores conueniantur, ac compellantur ſoluere, intelligendum prætereà eſt, niſi ſit notorium, nihil poſſe ſoluere, vel quantum non poſſit ſoluere, aut niſi id ſufficienter probetur: ſicut etiã probandum eſt circa præcedentem limitationem, niſi notorium ſit debitorem eſſe abſentem. Ita Bartol. & communis doctorum ſententia, quam referũt, ac ſequũtur Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 13. n. 14. limit. 1. Grego. Lope. l. 9. titu. 12. par. 5. gloſſ. 2. & Gutier. vbi ſupra nu. 13. argumento, tex. in l. vlt. in prin. ff. ſi cer. pet. & l. emptorem. ff. de act. emp. & affirmat glo. vlt. l. decem ſtipulatus ff. de verb. oblig. Idem dicit Greg. Lop. vbi ſupra cum Imola, ſi probet debitorem principalem rixoſum eſſe, admodumq; difficilem, vt conueniatur, & copioſius Ant. Gom. vbi ſupra limit. 5. Modò tñ debitor principalis, tpe celebrationis contractus, non haberet iã eam qualitatem, q̃ non ignoraret tunc creditor: ſi. n. illam ſciebat, ſibi imputet, quod cũ eo celebrauerit contractũ, nec ſibi aliter cauerit.

6 Exceptio, ꝙ † non ſit facta excuſſio in bonis debitoris, & ꝙ prius fiat, ſi non opponatur à fideiuſſoribus pro debito conuentis, non vitiat proceſſũ, ſed valet iudicium, legitimeq; condemnantur fideiuſſores, vt ſoluant debitum. Ita cum Bar. Alex. & alij, Greg. Lop. l. 9. citata verb. *primeramẽte*, & Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 13. nu. 14. lim. 3. Imò

7 verò † eiuſmodi exceptio, cũ non ſit peremptoria, ſed dilatoria, opponi non põt, niſi ante litem conteſtatã, & poſt eã conteſtatã non habet locum. Ita cum Bar. argũ multorum iurium, & cum cõi doctorum ſnĩa, Ant. Gom. ibidem, Greg. Lop. l. 14. titu. 13. par. 5. verb. *primeramente* lim. 5. (tametſi aliud ibi agens) & Gutier. de iur. confir. c. 23. nu. 14. Meritò aũt idem Gutier. ibid. nu. 13. reprẹhendit quoſdam, qui dicebãt in hoc Caſtellæ Regno, iuxta l. 1. tit. 5. li. 4. nouæ collect. opponi poſſe intra viginti dies à lite conteſtata: qm̃ loco ſolum eſt ſermo de exceptionibus peremptorijs, vt perſpicue conſtat legem illam intuenti, in cuius principio eſt ſermo de exceptionibus dilatorijs, dĩq; opponendas eſſe ante litem cõteſtatam, intra nouem dies datos ad litem conteſtatam, computandos à termino, in quo reus comparere in iudicio

8 fuit citatus. Si † tñ debitori principali ſuperueniãt bona poſt litem cum fideiuſſoribus conteſtatam, tunc, poſt litem ita conteſtatam, poteſt exceptio opponi, quod excuſſio fiat prius in eis bonis, quã progreſſus fiat in lite, & quam compellantur ſoluere: quoniam dilatoria exceptio opponi poſt litem conteſtatam põt, quando oritur poſt conteſtationem litis, vt conſtat aperte ex ca. inſinuante de off. iud. deleg. & cum communi doctorum ſententia tradit Couar. de pract. qq. c. 26. nume. 2. Ita Greg. Lop. l. 14. tit. 13. par. 5. ver. *primeramente*, Gutier. vbi ſupra nu. 17. & alij, quos citant.

9 Fideiuſſor † indemnitatis is dicitur, qui, datis fideiuſſoribus pro debitore principali, indemnem promittit fore creditorem, quia profitetur illos habere competentia bona, vnde debitum illi integre ſoluatur, alioquin ſe obligat formaliter, aut virtute, quòd, ſi ſufficientia bona non fuerint comperti habere, ipſe ſoluet, quod defuerit: qua de cauſa *abonador* Hiſpanè conſueuit nuncupari. Poteſt etiam eſſe aliquis fideiuſſor indemnitatis pro debitore, nullis alijs datis fideiuſſoribus à debitore principali, ſi talis fideiuſſor ſolum creditori affirmet, eum debitorem habere competẽtia bona vnde ſoluat, atque eodem modo ſe obliget ſoluere loco illius, quod compertum fuerit debitorem principalem non poſſe ſoluere. Interdum etiam multi ſe conſtituunt fideiuſſores alicuius, ſed ita vnus

eorum

eorum vult eſſe fideiuſſor cum alijs, vt cæteri indemnitatis illi fideiuſſionẽ præſtent, pacto ſeorſum hac de re cum illis inito. Interdum ẽt ſe aliquis conſtituit reum principalem debendi, vt efficere ſolet Canonicus in hac ciuitate Conchenſi, qui mayordomiã, quã vocant, in ſe aſſumit, ſubſtituto loco ſui reo alio debendi laico, qui rem totã adminiſtret: atq; intellexi, aliquando exigere ab hoc ſubſtituto fideiuſſores ꝑ vtroq;, qui ſe aſtringant indemnem canonicũ ipſum ſeruare. Itaq;, cum oẽs obligati maneant Eccleſiæ, canonicus videlicet ille, ac laicus ſubſtitutus, & fideiuſſores dati; fideiuſſores tñ, & ſubſtitutus, pacto alio peculiari ſe aſtringunt, indemnem omnino ſeruare canonicum illum, ita vt, ſi quid ipſe cogatur aliquãdo ſoluere ſubſtitutus, & fideiuſſores, ſinguli in ſolidum, teneantur id loco illius ſoluere.

10 Hoc ita conſtituto † in lucẽ eorum, quæ dicenda ſunt, atq; ad rem, de qua proximè dicebamus, addendum eſt. Fideiuſſorem indemnitatis duobus prioribus modis explicatis, ẽt poſt litem aduerſus ſe conteſtatam, vt ſoluat loco debitoris principalis, aut fideiuſſorum illius, poſſe opponere exceptionem, vt fiat prius integra excuſſio in bonis illorum omnium, quia hoc eſt de natura talis fideiuſſoris indemnitatis, & non priuilegium ſibi à iure conceſſum, neq; ad aliud ſua conuentione, & pacto ſe obligauit: nullus autem cogi põt plus ſoluere, q̃ ſe obligauit, neq; poteſt cogi alio modo ſoluere, quã ſe obligauit: ꝙ ſi creditor limites illos tranſgrediatur, ſemper reus poteſt opponere, creditorem illos tranſgredi, neque ſe ad id teneri. Ita, cum Baldo, & Hypolito, Gutier. vbi ſupra num. 19. Dixi, duobus prioribus modis explicatis: qm̃ in duobus poſterioribus, omnes creditori obligati, rationem non habent comparatione illius fideiuſſorum indemnitatis, quicquid ſit de obligatione quorũdam ipſorum facta eorum alicui: vnde locum non habet ea exceptio comparatione creditoris principalis.

Cum Bar. Alex. & pleriſq; alijs nu. 20. idẽ Gutier. addit. Qñ fideiuſſores, aut tertius poſſeſſor rei hypothecæ ſubiectæ, legitimè oppoſuerunt, vt prius excuſſio fieret in bonis debitoris principalis, & creditor intentare eã vult, citando eſſe fideiuſſores, aut tertium illum poſſeſſorem, vt videre poſſint, nũ integre, ac debite fiat. Id qđ perſpicuũ eſt, rationi, & æquitati valde eſſe conſentaneum.

11 Si fideiuſſores † renuncient iuribus, ipſis concedentibus opponere poſſe, vt prius excuſſio fiat in bonis debitoris principalis, tunc non gaudent eo priuilegio, in ipſorum tantũ fauorem conceſſo, argumento l. penultima, C. de pactis, & l. quod fauore. C. de legibus, ac proinde non poſſunt opponere eam exceptionem, ſed cogi poſſunt ſoluere debitum. nulla facta excuſſione in bonis debitoris principalis. Ita glo. in authentico de fideiuſſio. §. 1. verb. accedat, & communis doctorũ ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Antonius Gom. ſecundo tom. var. reſol. c. 13. nu. 14. limit. 1. & Gutier. vbi ſupra nu. 21. ſancitumq; eſt lib. 4. Luſit. ord. tit. 46. §. penult.

Illud verò eſt obſeruãdum cum Gama deciſ. 379. Gutier. vbi ſupra nu. 22. Anto. Gom. 2. tom.
12 var. reſ. c. 13. nu. 3. Bar. & cõi † doctorum ſententia, eſto fideiuſſor indemnitatis renunciet priuilegijs omnibus creditorum, non cenſeri renunciare, vt non fiat prius excuſſio in bonis eorum, pro quibus fideiuſſor indemnitatis extitit. Quoniam de natura obligationis fideiuſſoris indemnitatis eſt, vt nõ ad aliud ſe obliget, quam ad id, quod, facta excuſſione, compertum fuerit non eſſe ſoluendo eos, pro quibus fideiuſſor indemnitatis extitit: quare, ſi ſe obligaret ad ſoluendũ, non facta prius excuſſione in bonis eorum, pro quibus fideiuſſor extitit, vtique implicaret in adiecto, quia pugnaret, eſſe fideiuſſorẽ indemnitatis illorum, & poſſe cogi ſoluere, non facta prius excuſſione in illorum bonis, reſultaretq; proinde ſpecies alia fideiuſſionis ex adiecto illo, ſeu ex tali renunciatione: vnde, ſi expreſsè conuenit, eſſe fideiuſſorẽ indemnitatis, eſto addatur clauſula, qua dicatur, ſe renunciare omni priuilegio fideiuſſorum, & omni alio legum auxilio, ſanè, quicquid aliqui dicant, cẽſendum non eſt, renunciaſſe auxilio excuſſionis, quod omnino deſtruit fideiuſſionẽ indemnitatis; cenſendumque eſt, quo ad eum effectum, clauſulam illam potius appoſitam eſſe ex conſuetudine, oſcitantia, ac imperitia tabellionis, quam ex partium conuentione. De eiuſmodi verò fideiuſſoribus ſermo eſt l. vlti. ff. ſi certum petatur l. decem ſtipulatus ff. de verbor. oblig. l. ſi decem. ff. de ſolut. & l. 2. C. de fideiuſ. tutor.

Illud autem eſt obſeruandum, vt, iuxta l. 4. §. vlt. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pert. notãt Saly. & alij, quos Gutier. vbi ſupra. num. 23. refert,
13 ac ſequitur, ſi quis † fideiuſſor exiſtat pro magiſtratu, aut alio miniſtro publico, quo ad ſui muneris adminiſtrationem, nõ prius talem fideiuſſorem in ſindicatu miniſtri illius poſſe cogi ſoluere aliquid, quam ſit facta excuſſio in bonis illius miniſtri publici: vnde volunt eſſe ſolum fideiuſſorem indemnitatis, ex ipſa iuris diſpoſitione, pro illo.

Quod ſanè verum eſt, attento, quod id eſt diſpoſitum ante iura authenticorum, quæ priuilegium excuſſionis, antequã fideiuſſores ſoluere cogerẽtur, introduxerũt. Eſt tñ obſeruandũ, longè aliam rõnem eſſe, de tali fideiuſſore indemnitatis ex priuilegio, ac iuris diſpoſitione, & de fideiuſſore indemnitatis ex partium conuentione. Ille enim non prohibetur, ſi velit, eſſe aliter fideiuſſor miniſtri publici, ac proinde renunciare optimè poterit illi priuilegio, ac diſpoſitioni iuris, tranſireq; ex ſua voluntate, ac pacto in aliud arctius fideiuſſionis genus; idque cenſebitur efficere, ſi ſe conſtituat fideiuſſorem pro aliquo miniſtro publico, ac renunciet omni priuilegio fideiuſſorum, & omni alio legis adminiculo, immò verò idem exiſtimo, ſi ſe conſtituat fideiuſſorem illius, renunciando omni priuilegio fideiuſſorũ, aut renunciando omni legis adminiculo: quoniã quacunque harum duarum clauſularum, conſtituendo ſe fideiuſſorem pro miniſtro publico, ſufficienter renũciat diſpoſitioni illius iuris, ac priuilegio

uilegio

uilegio fideiuſſoribus miniſtrorum publicorum conceſſo,tranſireq; cenſetur,non ſolum in ſpeciẽ aliam fideiuſſorum cõmunium,ſed etiam renunciare priuilegio excuſſionis, & cuicunque alteri à iure fideiuſſoribus cõmunibus conceſſo: quod nõ ſatis attẽdunt Gutier.vbi ſupra, & alij, quos citat. Fideiuſſor verò indemnitatis ex ſua propria conuentione, & pacto, addita quacunque generali renunciatione, cenſeri non debet deſtruere naturam ſuæ propriæ conuentionis, ab eaque recedere, ac tranſire in ſpeciem aliam conuentionis,ac fideiuſſionis.

14. Quando fideiuſſor † ſimul cum debitore principali ſe obligat in eadẽ ſcriptura tanquã fideiuſſor,ac debitor principalis, ſeu faciendo de debito principalis debitoris ſuum propriũ,vt dici conſueuit,tunc non requiritur,quod fiat prius excuſſio in bonis debitoris principalis,ſed põt cõueniri ſtatim ac cogi ſoluere:quia tunc fideiuſſor,ac debitor principalis, cenſentur duo rei principales debendi creditoris illius. Ita,cum Alex. & alijs, quos citant,Greg. Lopez l.9.titu.12.par.5. verb. *primeramente*,& l.57.titu.18.par.3.glo.1.& Gutier.de iur.confir.par.1.c.23.nu. 8. & 11. Secus autem dicunt rem habere, qñ ſeorſum in alia ſcriptura fideiuſſor ſe obligat ſimul vt fideiuſſor, ac debitor principalis: qm̃ inquiunt, tunc cenſetur ſolum fideiuſſor, ac proinde, etiam ſi ſe obliget ſimul vt debitor principalis, neceſſe eſt fiat prius
15 excuſſio in bonis debitoris principalis. Atq; † in hoc poſteriori euentu intelligunt hi omnes doctores gloſſam verb.fideiuſſorem, in fine, in authentico de fideiuſ.§.1.quæ abſolute vult, quãdo nõ fit nouatio obligationis,eſto fideiuſſor ſe obliget ſimul vt debitor principalis, neceſſariam eſſe fieri prius excuſſionem in bonis debitoris principalis: prædicti verò autores eam limitant, quod locum non habeat,qñ fideiuſſor ſimul cũ debitore principali in eadẽ ſcriptura ſe obligat, vt principalis debitor. Sanè dicerem, ſiue in eadem ſcriptura, ſiue poſtea in alia, fideiuſſor ſe obliget vt debitor principalis, poſſe conueniri à creditore, nulla facta prius excuſſione in bonis debitoris principalis: qm̃ eo ipſo vr̃ ſufficienter renunciare authentico de fideiuſſoribus: qui autem renunciat illi authentico, cõueniri põt non facta excuſſione in bonis debitoris principalis, vt paulò antea dictũ eſt: valida verò eſt renunciatio formalis,aut virtute,authentico illi,ſiue fiat ĩ eadẽ ſcriptura ſimul cum obligatione debitoris principalis,ſiue poſtea in alia,dum aliquis ſeorſum ſe conſtituit fideiuſſorẽ. Conſentit lex Luſit.lib.4.ord. titu.46.§.vlti.quæ abſolute ſtatuit, qñ fideiuſſor ſe obligauit ẽt vt principalis debitor,poſſe conueniri,ac cogi ſoluere, nulla prius facta excuſſione in bonis debitoris principalis. Quia verò,quando fideiuſſor obligatur ẽt vt principalis debitor, ſortitur rõnẽ correi principalis debendi vna cũ debitore principali, ſanè ex dictis diſputatione 542. intelligetur facile, qñ, vel de iure cõi, vel de iure Caſtellæ,aut Luſitaniç,teneatur ſolũ pro virili, & qñ in ſolidũ,nulla prius facta excuſſione in bonis correi,ſeu debitoris principalis; præſertim quando ſimul fuit renunciatum authentico de duobus reis, atque in ſolidum obligatus fuit tanquam debitor principalis,vt quotidie fit.

16 Itẽ, fideiuſſor † conuentus pro debito, pro quo fideiuſſor extitit, ſi neget ſe fideiuſſorem eſſe pro eo debito amittit priuilegia, quæ,tãquam fideiuſſori,illi competunt, ac proinde cogi põt ſoluere, nulla facta prius excuſſione in bonis principalis debitoris. Ita habetur lib.4.Luſit.ord.tit.46.§.1. idq; affirmat communis doctorum ſententia, q̃ refert,ac ſequitur Anto.Gom.2.tom.var.reſol.c. 13.num.14.limi.7. argumento l. ſi dubitetur. §. 1 ff.de fideiu.& aliorum iurium,quæ citat. Probant enim eum, qui in iudicio negat id, quo ad quod ſibi eſt conceſſum beneficium, ac priuilegium aliquod, eo ipſo illud amittere.

Dubium eſt, ſi fideiuſſor contractum fideiuſſionis,ſuamve fideiuſſoriam obligationẽ, confir Quæſt.
17 met iuramento num † conueniri poſſit,nulla præuia excuſſione in bonis principalis debitoris. Atque ſermo eſt, qñ alioquin conueniri non poterat, niſi præuia excuſſione in bonis principalis debitoris. Si enim, ſecluſo iuramento, ex aliquo è capitibus hactenus explicatis conueniri poterat nulla præuia excuſſione in bonis principalis debitoris, ſane multo magis conueniri poterit accedente vi, & obligatione iuramenti niſi irritum reddat eo ipſo contractum ſi ſine Regis facultate apponatur in Caſtella, aut in Luſitania, iuxta ea quæ in calce diſp 146.dicta ſunt.

Rem hanc diſputat Gutier. de iur.confir.par. 1.c.23.à num.26.copioſius, quem alii, referens doctores pro vtraque ſententia. Quorum pluribus cenſent,ſiue fideiuſſor ſit indemnitatis, ſiue communis, ſi tamen contractum iuramento confirmet,poſſe conueniri, ac cogi ſoluere debitum, nulla prius facta excuſſione in bonis principalis debitoris. Ipſe verò meritò in primis contrarium cenſet,quando fideiuſsor eſt indemnitatis. Quoniam iuramentũ nõ aliud cõfirmat, quam quod eſt in contractu obligationis, ſuper quem fertur: fideiuſsor verò indemnitatis ſolum ſe obligat ad id,quod, facta excuſſione,compertum fuerit,debitorem principalem impotentem eſse ſoluere, eaque eſt natura, & eſsentia contractus fideiuſſionis indemnitatis: quare, eſto confirmetur iuramento, ad nihil vlterius ſe extendit ea obligatio. Deinde verò,quando fideiuſsor eſt communis,cum ſententia proxime relata conſentit,conueniri poſse, nulla facta prius excuſſione in bonis principalis debitoris: tametſi non improbabilem reputet contrariam ſententiam.

Confirmant ſuam ſententiam hi doctores, ex c.ex reſcripto de iureiurand.vbi fideiuſsores, qui ſe iuramento aſtrinxerant, coguntur implere id, ad quod ſe iuramento aſtrinxerunt, nolẽte principali implere contractum, in cuius impletionis ſecuritatem,ipſi fideiuſsores dati ſunt.

Hoc idem confirmat etiam Gutier. vbi ſupra nu.28.quoniam, ſi mulier iuramento confirmet ſuam fideiuſſionem obligationem, non gaudet exceptione,ac priuilegio Velleiani,vt diſpu.540. viſum eſt:ergo ſimiliter,ſi quis eãdem fideiuſſoriam

riam obligationem confirmet iuramento, nõ gaudebit priuilegio, ac exceptione præuiæ excuſſionis in bonis debitoris.

Contraria ſnĩa eſt nobis amplectenda cum pleriſque alijs, quos refert ibidem Gutierrius, ac ſequuntur Couar.c.quamuis pactum par.1.§.4.nu.4.& Ant.Gom.2.tom.var.reſ.c.13.nu.14.lim.6. Nempe, eſto obligatio fideiuſſoria iuro confirmetur, modo tñ non addatur, neque intendatur eo iuramento, ſe adſtringere, ad non opponendã exceptionem præuiæ excuſſionis, ſed abſolute quis iuramento confirmet ſe impleturum ſuam fideiuſſoriam obligationem, poſſe excipere, vt fiat prius excuſſio in bonis debitoris principalis. Rõ autem eſt, qm̃ iuramentum confirmatorium, vt conſtat l.vlt. C.de non num.pec. & ex ſe eſt ſatis perſpicuum, non plus ſe extendit, quam ſit obligatio, ſeu promiſſio, ſupra quam fertur: at vero obligatio fideiuſſoria, ex ipſamet iuris diſpoſitione, intelligitur, facta prius excuſſione in bonis principalis debitoris, & non aliter: quare confirmatio eiuſdem obligationis iuramento, non excludit eiuſmodi exceptionem.

Ad primum aliorum argm̃ reſpondet Couarr. vbi ſupra cum Bart. qñ Summus Pontifex ibi dicit; *Ideoque mãdamus, vt tam principalem, quam fideiuſſores, monere curetis, vt, ſicut iurauerunt, eãdem conuentionem faciant adimpleri, alioquin, vſq; ad condignam ſatisfactionem, cenſuris*, ibi præſcriptis, *compellantur*, intelligendũ id eſſe, ſeruato ordine compulſionis. vt.ſ. prius exequutio fiat circa principales illos monachos, & demum cõpellantur fideiuſſores, Gloſſa verò vlt. ibi ait, fideiuſſores illos ſolum compelli, vt, quantum in ſe eſt, faciant monachos illos ſtare conuentioni: quia ad id ſolum ſe ſub iure iurando aſtrinxerunt. Et conſentiunt verba illa textus; *ſicut iurauerunt, eãdem conuentionem faciant adimpleri.* Sanè dicerem, (vt verba textus perſpicuè ſonant) Abbatem de quo ibi eſt ſermo, conuentionem quandam feciſſe, q̃ iurauit ſe impleturum, & ad maiorem ſecuritatẽ, ꝙ impleretur, & obſides dedit quoſdam ſuos monachos, vt ibi dr̃, & inſuper fideiuſſores adhibuit, qui iuramento ſe aſtrinxerunt, in euentu, quod Abbas ille conuentioni illi ſtare non vellet, ſe cũ effectu curaturos, vt illi ſtaret, &, qñ ſtare nõ vellet, ſe intereſſe præſtaturos: quod non eſt eſſe fideiuſſores Abbatis illius mõ ordinario, ſed extraordinario, vt, ſi Abbas ſtare conuentioni, ipſis ſuadentibus, non vellet, ipſi ſoluerent intereſſe, nulla expectata excuſſione præuia via iudicis aduerſus durum illum, ac potentem Abbatem: ideoque Summus Pontifex ibi præcepit, vt omnes cogantur implere iuramentum eo modo, quo ſinguli ſe aſtrinxerunt. Quo fit, vt diſpoſitio illius textus in nullo ſententiæ noſtræ aduerſetur.

Ad ſecundum Gutierri argumentum, cõceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Eſt quippe diſpar ratio, de exceptione Velleiani, & de exceptione præuiæ excuſſionis in bonis debitoris. Exceptio enim Velleiani, oritur ex eo, quod fideiuſſio mulieris eſt nulla, priuilegio Velleiani, ad ipſam obligandam; eo autem ipſo, quod fideiuſſio illa confirmatur iuramento, vires ex iurõ aſſumit, ac proinde incipit efficaciter illam obligare, nihil impediente nullitate alioqn, priuilegio Velleiani, actus, ſuper quem iurm̃ cadit: quare eo ipſo, ꝙ fideiuſsio illa vires obligandi ex iuramento aſſumit, ceſſat exceptio Velleiani, quæ nullitati vitium illius actus nitebatur. Exceptio vero præuiæ excuſsionis, non nitebatur nullitati fideiuſsionis, ſed iuris priuilegio, ac diſpoſitioni, quod fideiuſſio, ac obligatio, in ſe valida, intelligatur, modo prius excuſsio fiat in bonis debitoris principalis: quam diſpoſitionem, ac intellectum illius obligationis, non impedit iuramentum ſuperueniẽs, ſed efficit, & corroborat obligationem illam, qualem iuris diſpoſitione eam inuenit.

Diſputat. vbi ſupra à nu.30. Gutier. Si fideiuſſor indemnitatis cũ iurõ renunciet præuiam excuſsionem in bonis debitoris, ſub eodem iurõ ſe
18 obligans ad fideiuſſionem, vtrũ † adhuc gaudeat priuilegio excuſſionis. Paucis vero dicendum eſt. Tunc, vt ſupra dictum eſt, ſecum ipſum pugnare in eo contractu, & tranſire in contractum cõis fideiuſſionis cum renunciatione ſub iuramẽto præuiæ excuſſioni: cum uerò is contractus, ita iuramento confirmatus, nihil iniquitatis contineat, vtiq; obligat in conſcientiæ, & in exteriori foro, neque fas tunc eſt tali fideiuſſori opponere exceptionem præuiæ excuſſionis. Ex eo verò, ꝙ fideiuſſor indemnitatis ſub iureiurando confirmaſſet talem contractum, & clauſula generali renunciaſſet priuilegijs omnibus fideiuſſorum oĩq; legum præſidio, ſanè, niſi ſub ea generalitate intendiſſet compræhendere, etiam exceptionem præuiæ excuſſionis, iudicandum non eſſet, eam quæ contra naturam, atque eſſentiam talis contractus eſt, intendiſſe compræhendere, ac proinde in exteriori, & conſcientiæ foro, poſſet adhuc eam opponere.

Ibidem nu.31. cum Menchaca ſubiungit Gutier. qñ fideiuſſor indemnitatis antea ſub iureiur. ſe aſtrinxerat non renunciare præuiæ excuſſioni, ſi poſtea ſub iureiurando renunciet ei exceptioni, non obligare iuramentum, tanquam de re mala, propter præuium aliud in contrarium iuramentum ac proinde, nihil impediente poſteriori iuramento, poſſe opponere exceptionem excuſſionis. Qñ tamen iuramentum primum non eſſet præſtitum in fauorem alicuius tertiæ perſonæ, ſed ſolum haberet rationem iuramenti Deo pręſtiti, tãquam votum iuramento confirmatum vtique, cum nõ eſſet de meliori bono, nihil obligaret, iuxta ea, quæ diſput.149. dicta ſunt, ac proinde, nihil impediente priori iuramento, obligaret ſecũdum creditori præſtitum, atque adeò opponere tali fideiuſſor non poſſet præuiam excuſſionem. Lege, quæ diſput.540. tametſi in alio ſimili euentu, aduerſus eundem copioſe dicta ſunt, ac iuxta illa hoc etiam definias.

Denique idem Gutie. ibidem nu.32. cum mul
19 tis alijs, quos citat, obſeruat. Si debitor † principalis hypothecauit bona ſua creditori pro debito, & adiecit clauſulam conſtituti, frequenter in contractibus apponi conſuetam, qua profeſſus eſt, ſe ea omnia bona nomine creditoris poſſidere,

dere, tunc, cum per eum actum fictum translata ſit poſſeſſio eorum in creditorem, quantum ſatis eſt ad poſſeſſionem, quę ad rationẽ pignoris preſſe ſumpti ſufficit, iuxta ea, quæ diſputa. 534. dicta ſunt, atq; adeo per eam poſſeſſionem, non iã ratione nudæ hypothecæ, ſed veri pignoris preſſe ſumpti habeant, vt ſique, eſto debitor aliquam earũ rerum alienauerit, poterit creditor poſſeſſionem illius ad ſe reuocare condictione ex leg. vltim. C. de acq. poſſ. vt ex illa, ꝙ ſibi eſt debitum, accipiat, abſque alia præuia excuſſione in cæteris bonis eiuſdem debitoris: quod tñ locum non haberet, ſi illud eſſet nuda hypotheca, cuius poſſeſſio, ſaltẽ per actum fictum, non pertineret ad creditorem, quia excipere tertius poſſeſſor poſſet, vt prius excuſſio in cæteris bonis debitoris, ac fideiuſſorum, fieret, vt eadem diſput. oſtenſum eſt.

Fideiuſſio quando finiatur. Et fideiuſſor quando compellere poſſit debitorem, vt eum à fideiuſſoria obligatione liberet; aut vt ſibi retribuat, quod pro eo ſoluit. Et quouſque fideiuſſor defendere cauſam, ſeu debitorem, teneatur.

DISPVT. DXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſoris morte non extinguitur obligatio, ſed ad hæredes tranſit.*

2 *Fideiuſſoria obligatio quot modis extinguatur, & num. 4. 5.*

3 *Fideiuſſor an liberatus ſit ab obligatione in caſu euictionis eius, quod à debitore fuit ſolutum, uel alio ſimili.*

Item an in caſu quo creditor proroget terminum debitori, ſolutioni præfixum. nu 6.

Fideiuſſor mandati agere non poteſt, aut negotiorũ geſtorum actione, aduerſus debitorem principalem, vt eum liberet ab obligatione fideiuſſoria.

Fallit tamen in multis caſibus ſeu euentibus, ut nu. 8. cum ſeq.

Et quid de iure Caſtellæ in primo euentu. ibid.

13 *Creditoris negligentia in exigẽdo debitum à principali, quam proſit fideiuſſori, ad eum liberandũ.*

14 *Fideiuſſor ſoluens omiſſi exceptionibus, ſeu defenſionibus, quæ opponi poterant, quam agere poterit actione mandati aduerſus principalem debitorem, ad repetendum quod pro eo ſoluit.*

Et quid ſi exceptio omiſſa erat peremptoria, an ſibi nocebit, & quando. nu. 15.

16 *Exceptio peremptoria per fideiuſſorem ſcienter omiſſa, nocet eidem fideiuſſori, & non debitori.*

Limita tamen, & declara, vt ibi.

1 HAec omnia magna ex parte ſunt pmixtim explicanda. In primis † verò ex eo, ꝙ fideiuſſor è vita diſcedat, non finitur fideiuſſoria obligatio, ſed tranſit ad ipſius hæredes, cum omnibus iuribus, & defenſionibus, quæ fideiuſſori cõpetebant. Ita hr̃ §. fideiuſſor. 1. inſt. de fideiuſ. l. 4. §. vl. ff. eo. tit. l. fideiuſſoris. C. eo. tit. l. 16. tit. 12. part. 5.

2 Soluto † verò debito, ſiue à debitore principali, aut hæredibus illius, ſiue à fideiuſſoribus illius, ſiue à quocunque alio, aut remiſſo debito per creditorem, expirat omnino fideiuſſoria obligatio, vt conſtat. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. §. 1. & ex dictis in præcedentibus ſatis liquet: quoniã eo ipſo omnino expirat debitum comparatione creditoris, cui debito fideiuſſoria obligatio nititur.

Quòd ſi debitor principalis aliquid dedit in ſolutum, ꝙ poſtea fuit euictum, dubiũ eſt, an fideiuſ- Dubiũ
3 ſor † manſerit deobligatus, an verò, ſi poſtea debitor principalis factus ſit impotens ad ſoluendum vel fideiuſſor renũciauit exceptioni pręuiæ excuſſionis, aut alia ratione illa locũ non hẽat poſſit cõpelli ſoluere. Dicendũq; eſt, cũ Specul. & Anton. Deciſ. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 13. nu. 20. non manere deobligatũ, ſed poſſe compelli id ſoluere. Qm̃ debitor, ac fideiuſſor, non liberantur, niſi vera, ac valida ſolutione debiti, qualis illa non fuit, argumento text. in l. Titius, ff. de iur. fiſ. & l. ſi creditor. ff. de ſolut.

Si aũt fideiuſſor, aut hæredes illius, debitũ ſoluant, ſiue coacti, ſiue ſua ſponte extra iudicium, in euentu tamen, in quo debitum erat liquidum, nullaque aderat legitima defenſio, iuxta ea, quæ ſubijciemus, competit fideiuſſori, aut hæredibus illius, ita ſoluentibus, mandati actio aduerſus debitorẽ principalem, quin & competunt eis actiones, quę creditori aduerſus eundem debitorem competebant (ſi eas illis, vt tenetur, cedat, iuxta ea quæ diſput. 544. dicta ſunt) vt recuperent ab eo, quod illius loco ſoluerunt. Si tamen debitum ſolũ erat in diem, aut ſub conditione, & fideiuſſor, aut hæredes illius, illud ſoluant ante eum diem, aut ante conditionem impletam, tunc, neque mandati, neque alia actio, aduerſus debitorem eis competit, vt illud ab eo, aut ab hæredibus illius, recuperent, niſi adueniente eo die, aut impleta conditione. Ita habetur l. ſi mandauero tibi vt proxime in diem in princ. & §. 1. ff. mand. & l. 16. citata. Poterit verò fideiuſſor ſoluere tempore congruo de bonis debitoris principalis debitum creditori, vt ſe liberet ab onere fideiuſſorio, neque ea in parte furtũ, aut violentiam committit; quoniam non interuenit dolus, aut fraus, ſed iuſta ex cauſa id efficit. Ita habetur l. ſi procuratorem. §. ſi ignorãtes. ff. mãd. & affirmat Barr. & communis doctorum ſenten. quam Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 13 nu. vl. refert.

4 Item † expirat fideiuſſoria obligatio, ſi inter debitorem principalem, & creditorem, nouatio fiat principalis obligationis, nec fideiuſſor in illam conſentiat, aut de nouo pro illa fideiuſſor exiſtat. Ita habetur l. nouatione. C. de fideiuſ. l. quicunque. ff. eod. tit. l. nouatione. ff. de nouationib. & l. ſolutum. in prin. ff. de pignorat. action. in his enim duobus poſterioribus iuribus habetur, nouatione obligationis liberari pignus, & hypothecam, eademque eſt ratio de fideiuſsoribus datis in ſecuritatem eiuſdem obligationis, cuius facta

eſt

eſt nouatio, & affirmat communis doctorũ ſnia, quam Ant.Gom.nu.20.citato refert,ac ſequitur. Quid autẽ nouatio ſit,inferius ſuo loco dicetur.

5 Itẽ expirat † fideiuſſoria obligatio,ſucceſſione fideiuſſoris debitori principali, aut è contra, debitoris principalis fideiuſſori:quia tunc, coniunctione in eadẽ perſona vtriuſq. obligationis,prævalet principalis,nempe debitoris, & expirat minus principalis,& acceſſoria fideiuſſoris. Ita hř l, generaliter,& l.cum reus.ff.de fideiuſ. Quia ſemper eſt habenda rõ principalis, ac validioris obligationis, qñ alia nihil virium addit,neque vllam extenſionem ad aliquid aliud, argõ aliorum ẽt iurium,quæ Ant. Gom. vbi ſupra citat. Qñ autem quis fideiuſſor extitiſſet alteri qui ſolum obligationi naturali,& non ciuili, tenebatur,tunc,quia fideiuſſor tenetur ciuiliter,vt diſp.539. explicatũ eſt, vtique, ſiue fideiuſſor ſuccedat debitori principali, ſiue debitor principalis fideiuſſori, talis ſucceſſor tenetur vtraq; obligatione: quia vtraq; creditori inſeruit, & hẽt vires particulares, & effectum aliquem vltra aliam. Ita hř expreſſe l. hæres à debitorẽ.§.quòd ſi hic.ff. de fideiuſ. Hac eadẽ rõne, ſi fideiuſſor hæres exiſtat debitori principali, & conficiat inuentarium, licet tanquã hæres illius, atq; adeò tanquam debitor principalis quatenus hæres illius,non teneatur vltra vires hæreditatis,iuxta ea,quæ diſput.210.dicta ſunt;tanquam fideiuſſor tamen illius, atque adeo ex ſua propria perſona, & bonis tenetur ad id, quod defuerit in bonis defuncti. Quia ergo in hoc euẽtu, aliqua vis ſpecialis remanet ex obligatione fideiuſſoria in tali hærede ad eum peculiarem effectũ vtique in eo hærede non omnino expirat fideiuſſoria obligatio, ſed permanet coniuncta cũ principali.Ita cum Bart. & communi doctorum ſnia, Ant.Gom. vbi ſupra.Sed vtinam à iure abſcinderetur ſubtilitas illa (& abſcinderentur aliæ ſimiles,)iuriſconſultorum ethnicorum, quod expiret acceſſoria obligatio coniuncta in eadem perſona cum principali:ſatius enim eſſet dicere,vtramque manere,cũ non ſit legitima rõ, cur altera pereat: attamen, qñ acceſſoria non habet vim nouam,& effectum ſupra principalem, prudens rõ præſcribit,vt creditor potius agat ex principali, quam ex acceſſoria obligatione.Tradita verò hac doctrina veriſſima,ac quam admetienda eſt illa alia, in ſeparatum firma, ac parum vera, ceſſarent difficultates,ac legum difficilium multiplicitas,litiumq; noua fomenta. Atque hac de cauſa non proſequor limitationes alias,quas vbi ſupra Ant.Gom. tradit: quoniam ad doctrinam proximè à me traditam,ſunt ſimiliter admetiendæ.

Quæſt. Vtrum autem,ſi creditor terminum ſolutioni

6 præfixum proroget debitori, fideiuſſores † liberentur ab obligatione fideiuſſoria Speculator, & alij ab Ant.Gom.c.13.citato, nu.21. relati, affirmanter reſponderunt. Ducti, quod prorogato termino ſolutioni præfixo, cenſeatur facta nouatio obligationis. Contrarium tamen eſt dicendũ cum Ant.Gom,ibidem, & cum communi docto-

Deciſ. rum ſententia, quam refert. Quoniam hodie, vt habetur l.vlt.C.de nouat, prorogatione termini, aut variatione alia facta in obligatione, non cenſetur facta nouatio,niſi contrahentes exprimant, ſe recedere à priori obligatione, & ſecundam, loco illius,ſubrogare,ac amplecti.

7 Fideiuſſor agere † non poteſt mandati,aut negotiorum geſtorum actione, aduerſus debitorem principalem, vt eum liberet à fideiuſſoria obligatione, quam pro eo, aut pro anteceſſore illius, ſuſcepit,niſi in euentibus,quos ſubiungam. Ita hř l. ſi pro ea. C.mand.l.Lucius.ff.eod.tit.& l.14.titu. 12.part.5. & affirmat communis doctorum ſententia,quam, præter Gregor. Lopez ibidem,referunt,ac ſequuntur Ant. Gom. 2.tom. var.reſol.c. 13.nu.10.& Aluar.Valaſ.conſult.36.nu.1.

8 Primus autẽ † euentus in quo fideiuſſor agere aduerſus debitorem principalem, & cogere eum põt,vt ipſum liberet à fideiuſſione,eſt,ſi diu in ea fideiuſſor extitit. Ita hř l.Lucius.ff.mand.c.vlt.de fideiuſ.& l.24.tit.12.par. 5. Porrò, quando cẽſendum ſit diu in ea obligatione fuiſſe: quamuis quidam dixerint,ſi biennio in illa fuit,dicendum diu in illa extitiſſe,alij verò ſi decennio; lex tamẽ Lucius citata,perſpicuè docet, id iudicis arbitrio eſſe relinquendum, penſata qualitate debitoris, & penſatis,quæ inter contrahentes acta ſunt,& alijs circumſtantijs concurrentibus,atque ita gl. ibi affirmat, & communis doctorum ſententia, eſtque ita ſancitum.l.14.citata. Quamuis autem Anto. Gom. nu.18. citato dicat, hodie id limitatum,& moderatum eſſe l.8.tit.18.lib.3. fori,qua diſpoſitum eſt,ſi terminus non ſit præſcriptus, vſque ad quem fideiuſſor in ea obligatione perſeuerare debeat finito anno, cogere poſſe debitorem, vt ipſum ab ea liberet; meritò tamen Greg. Lop.l.14. citata ait, ſtandum nihilominus eſſe diſpoſitioni eiuſdem l.14.qm̃ lex illa fori non eſt vſu recepta, & in Regno Caſtellæ peculiariter leges fori non derogant legibus partitarum, niſi quatenus probatum fuerit eas vſu eſſe receptas, vt ſæpe dictum eſt. Eſt verò obſeruandum circa euentum hunc, de quo diſputamus,ſi terminus fuit præfixus, vſque ad quem debitor implere id debuit, in cuius ſecuritatem fideiuſſorem dedit, ante aduentum eius termini, atque adeò antequam debitor principalis in mora ſit opere id implendi, ad quòd ſe aſtrinxit, fideiuſſorem non poſſe debitorem cogere, vt eum liberet ab ea fideiuſſione, eſto diu in ea obligatione fuerit:neque itẽ,ſi aliquis in ſecuritatem eiuſdem debiti, rem aliquam ſuam pignori, aut hypothecæ, ſimiliter ſubieciſſet pro debitore poſſet,ante eum terminum,ac moram, cogere debitorem, vt rem ita ſubiectam pro eo pignori, aut hypothecę,ab eo onere liberaret(de vtraque enim re ſermo eſt leg. Lucius citata.) Simili modo, ſi ex qualitate contractus conſtat,aliquem ad longiſſimum tp̃s, aut in perpetuum, intendiſſe fideiuſſorẽ, aut res ſuas hypothecæ ſubijcere, vt quia fideiuſſor cum hypotheca extitit pro venditore, quod res vendita non euinceretur, vtiq; ſemper,quãdiu res nõ euincitur, perſeuerat obligatio illa fideiuſſoris cõparatione emptoris,neq; fideiuſſor cogere poteſt venditorẽ, vt cũ liberet ab ea obligatione, ſed ipſe ſibi imputare debet, quòd ſua ſponte id

onus

onus ſubire voluerit,ad id ſe aſtringendo. Atque hoc eſt profectò, ꝙ ſonat l. Lucius citata, dum iudicis arbitrio iudicandum relinquit, qñ debitorē cogere debeat, vt rem alterius liberet ab onere hypothecæ, vel fideiuſſorem à fideiuſſoria obligatione, penſatis, quæ inter contrahentes acta ſunt, & alijs circumſtantijs concurrentibus. Idem eſt, quod Ant. Gom. n. 10. citato vult, dum infert, fideiuſſorem in ſecuritatem, ꝙ res non euincetur, interim dum non euincitur, petere non poſſe, vt ab obligatione fideiuſſoria liberetur, eſto in perpetuum nunquam euincatur: atque dum infert, fideiuſſorem pro tutore, aut curatore, petere non poſſe, vt liberetur ante tutelam, aut curam finitā. Mora ergo in ſoluendo ex parte debitoris exigitur iuxta formam contractus, vt fideiuſſor cogere eum poſſit, vt ipſum à fideiuſſoria obligatione liberet, quia. ſ. debitor potuit iam, ac debuit iuxta eam formam ſoluere, vt quia terminus, ſatisfactioni debitoris præfixus, eſt iam elapſus, aut ꝗa, quamuis terminus certus non fuerit præfixus, vt ſi mutuo cum fideiuſſore accepit nullo conſtituto termino, in quo id reddere deberet, ſed relictum voluntati creditoris fuit, vt exigeret, quādo vellet, iam id creditor exegit, aut æquitas poſtulabat, vt debitor id iam ſoluiſſet, in ſimilibus euētibus iudicis arbitrio relinquitur, vt definiat, nū tandiu fideiuſſor in fideiuſſoria obligatione fuerit, vt iam cogere debitorem poſſit, vt ab eo onere ipſum liberet. Idque ſanè eſt quod Alua. Valaſ. conſult. 36. nu. 1. citato ſentire vr, dum hunc primum euentū his verbis explicat; qñ debitor diu in debiti ſolutione ceſſauit. Immò vero idem eſt, quod perſpicue ſentiunt lex Lucius, & ca. vlti. de fideiuſ. dum ijſdem verbis eundem euentum tradunt. Mihi verò probatur, quod idem Alua. Val. eadem conſultatione ſubiungit. Nempe qñ duo rei debendi in ſolidum obligati ſunt, vel pro debito aliquo, vel pro aliquo contractū, atque ratio poſtulat, vt iam correus ſoluat, vel vt finiatur contractus, vnuſq; eorum ab eo onere, vt deſiderat, liberetur poſſe ad id correum cogere, ꝑ eandem rationem, ad iudicemq; ſimiliter ſpectare iudicare, an, ſpectatis circumſtantijs concurrētibus, cogi correus, aut correi debeant, vt, id efflagitantē, liberent ab obligatione, qua pro eis tenetur.

9 Secundus euentus eſt. Quando † fideiuſſor eſt in iudicio condemnatus, vt ſoluat partem, aut totum debitum principale: ſtatim enim agere poteſt aduerſus debitorem, vt ipſum, liberet à fideiuſſione, ſoluendo creditori, aut alia ratione, etiā antequam compellatur id ſoluere. Ita habetur l. Lucius, iūcta gl. vlt. ibi ff. mād. l. ſi fideiuſſor pro venditore. ff. de fideiuſ. l. ſi pro ea. C. mand. c. vlt. de fideiuſ. & l. 14. tit. 12. par. 5. Idem eſt, ſi ex inſtrumento guarentigio exequutio aduerſus fideiuſſorem iam fiat, vt ibidem Gregor. Lopez cum alijs, quos refert, rectè affirmat: ſecus autem antequam ex eo inſtrumento fiat aduerſus eum exequutio, vt bene Anto. Gom. in calce. nu. 10. citati aduerſus quoſdam affirmat.

10 Tertius. Si debitor † principalis incipiat dilapidare bona ſua, ita vt periculum ſit, tempore ſolutionis non fore ſoluendo. Ita habetur l. Lucius l. ſi pro ea. c. vlt. & l. 14. citatis. Greg. Lopez ibidē gl. vlt. cum Alberico ait, ſi aliquis fideiuſſor pro duobus correis debendi exiſteret, & vnus eorum incipiat prædicto modo ſua bona dilapidare, poſſe agere contra vtrumque, vt ipſum liberant à fideiuſſione. Quod verum arbitror, quādo inde ſibi periculum aliquod immineret.

11 Quartus. Si fideiuſſor, † adueniente termino ſolutioni præſtituto, timore pœnæ alicuius, aut alia ratione, offert ſolutionem, & vel creditor nō vult illam recipere, vel, eſto vellet, quia tñ eſt minor, & fideiuſſor timet, ſi eam illi tradat, fortè poſtea ab eo repetendam beneficio reſtitutionis in integrum, eā deponit in loco ſacro, aut aliter ad id deputato, vel apud publicū, vel alium idoneū depoſitarium, tunc enim, eſto fideiuſſor ſoluere non ſit damnatus, neque re ipſa aliter creditori ſoluerit, poterit agere aduerſus debitorē, vt ipſū liberent ab onere fideiuſſorio, aut ſibi ſoluat, qđ loco illius ita obtulit, ac depoſuit. Ita habetur l. fideiuſſor qui minori. ff. de fideiu. l. qui mutuam. §. fideiuſſor. ff. mand. & 14 citata.

12 Quintus. Quando † fideiuſſor pactum cum debitore iniuit, vt poſt certum tempus, debitor teneretur eum eximere à fideiuſſione, aut quandocunque fideiuſſor id peteret: tunc enim, adueniente eo termino, aut fideiuſſore id petente, eſto nihil ex hactenus dictis interuenerit, neque ſatisfactum ſit creditori, agere aduerſus debitorem poterit, vt ipſum à fideiuſſione liberet. Ita habetur l. pro ea. C. mand. & l. 14. citata.

Dubium eſt, ſi, adueniente tpe, in quo creditori debitum erat ſoluendum, creditor negligens fuit in illo petēdo, aut recipiendo, & poſtea debi-

13 tor factus ſit nō ſoluendo, vtrum fideiuſſor † tūc liberetur ab onere ſoluendi creditori loco debitoris id, quod debitor poſtea compertus fuit non eſſe ſoluendo. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 13. nu. 9. optime diſtinguit. Quod fideiuſſor, aut erat ſolū indemnitatis, iuxta ea quæ diſput. præcedente dicta ſunt, aut erat fideiuſſor ordinarius, ſeu cōis. In priori euētu ait eo ipſo fideiuſſorē liberari ab onere ſoluendi, ꝙ poſteà debitor factus eſt impotens ad ſoluēdum non ſolum creditor per talem fideiuſſorem ſit requiſitus, vt exigeret ſuum debitum compelleretque debitorem tunc ſoluere, ſed etiam ſi ab eo non fuit requiſitus. Ratio eſt, quia ſolum fideiuſſit, creditorem tempore ſolutionis futurum indemnem, vereque tunc indemnis fuiſſet, ſi debitum exegiſſet, ſibique imputet, quod tunc illud non exegerit, & quod indemnis non fuerit effectus. Atque hoc ipſum probat l. ſi fideiuſſores in id (alias l. fideiuſſores ſi) ff. de fideiuſſ. iuncta gloſ. ibi verb. vtilem. & idem aſſeuerant gloſſa l. ſi fideiuſſor creditori. ff. eod. titu. Bart. & communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. nu. 9. citato refert. Et quidē adderem, ſi quis ſolum fideiuſſiſſet, debitorem habere competentia bona vnde ſolueret, & in euentu, quod comperiretur rem non ita ſe habere, ſe ſoluturū, quod deeſſet, tunc, ſi caſu fortuito eueniret, vt, ante tempus ſolutioni deſtinatum, debitor amitteret

Dubiū

Deciſ.

teret ſua bona, aut nequitia ſua illa deſtrueret, cũ tamen, niſi id eueniſſet, competentia bona tẽpore ſolutionis reperirentur, ad nihil teneretur is indemnitatis fideiuſſor: qm̃ ad nihil aliud ſe obligauit, quàm debitorem habere competentia bona vnde ſolueret: quòd verum erat: neque ſe obligauit ad id, quod poſtea eueniret. In poſteriori verò euentu, qñ ſcilicet fideiuſſor erat cõis, ſeu ordinarius, rectè Ant. Gom. ait fideiuſſorem teneri ſaltẽ de iure antiquo Digeſtorũ, ac Codicis: qm̃ obligatio fideiuſſoris erat abſoluta, ac ſimplex, integrumq; creditori erat, compellere fideiuſſorẽ ad ſolutionem, non facta prius excuſſione in bonis debitoris principalis, prætermiſſoq; omnino debitore principali. Atque ita hr̃ expreſſe l. ſi fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſ. etiã ſi fideiuſſor admoneret creditorem, vt conueniret debitorem, eumque ſoluere cogeret. Poſt iura verò authenticorum, quæ exceptionem fideiuſſori præuiæ excuſſionis in bonis debitoris principalis induxerunt, bene ẽt Ant. Gom. ait, idem omnino eſſe dicendum, ſi fideiuſſor iuri authenticorum, beneficioque præuiæ excuſſionis, renunciauit: qm̃ eo ipſo in eo contractu ſtandum eſt diſpoſitionis iuris antiqui. Si aũt fideiuſſor non renunciauit iuri authenticorum, tunc, ſi, adueniente tempore ſolutionis, requirat creditorem, vt conueniat debitorem, eumque ſoluere facta excuſſione in bonis illius, idque creditor ſua negligentia omittat, & poſtea debitor efficiatur non ſoluendo liberabitur fideiuſſor ab ea quantitate, in qua poſtea factus eſt non ſoluendo, argumento l. fideiuſſores in id ff. de fideiuſſ. & authenticę præſenti C. eodem tit. Quod ſi fideiuſſor, adueniente tempore ſolutionis, non requiſiuit creditorem, vt compelleret debitorem ſoluere, faceretque excuſſionem in bonis illius, tunc, eſto creditor debitore, ac poſtea debitor factus ſit impotens ad ſoluendum, non excuſatur fideiuſſor, loco debitoris, à ſolutione eius, quod poſtea fuerit repertus non poſſe ſoluere. Ratio eſt, quia quemadmodum, ſi fideiuſſor conueniretur à creditore ſtatim adueniente tempore ſolutionis, nec fideiuſſor opponeret exceptionem præuiæ excuſſionis, legitime compelleretur ſoluere, quia exceptio illa eum nõ excuſat, niſi opponatur, vt diſputatione præcedẽte viſum eſt: ita longe maiori cum ratione, niſi fideiuſſor, adueniente tẽpore ſolutionis, requirat creditorem, vt compellat debitorem ſoluere facta excuſſione in bonis illius, non excuſabitur poſtea à ſolutione integri debiti loco illius, ſi ille impotens ſit poſtea factus ad ſoluendum. Ita cum Panorm. pleriſque alijs, quos citat, Ant. Gom. nu. 9. citato.

14 Quando fideiuſſor, conuentus † pro debito principalis debitoris, ſoluit, omiſſis exceptionibus, ſeu defenſionibus, quæ opponi poterant, vtrum, tunc ſibi aduerſus debitorem principalem competat actio mandati, ad repetendum ab illo, quod ita pro eo ſoluit: diſtinguendum eſt. Quoniam, vel exceptio, quam poterat opponere, erat ſolum declinatoria iudicij, vel quouis alio modo ſolum dilatoria, & non peremptoria, etiam comparatione ſolius fideiuſſoris conuenti. Et tunc in vtroque euentu, eſto fideiuſſor ſciens, & prudens illam omittat, ac ſoluat, competit ei actio mandati aduerſus debitorem principalem, vel id ipſi ſoluat. Excipe; niſi dilatoria exceptio eſſet, quia non dum aduenit tp̃s ſolutionis, aut quia nondum eſt impleta conditio, ſub qua id debetur, tunc. n. ſi illa omiſſa, fideiuſſor ſoluat, cõpetit quidẽ ei actio mandati aduerſus debitorẽ, vt id ſibi ſatisfaciat, ſed non, niſi poſt impletum tp̃s, in quo ſolutio à debitore fieri debeat, aut poſt conditionem impletam, ſub qua ſolutio ab eo fieri debebat, vt ſupra ex l. ſi mandauerit tibi pro me in diẽ, in prin. & §. 1. ff. mand. & l. 16. tit. 12. par. 5. dictum eſt. Atque in hoc euentu intelligo, & verã eſſe exiſtimo, gl. vlt. l. ſi pro ea. C. manda. quæ, diſtinguens exceptionem declinatoriam iudicij, ab alijs dilatorijs, nobiſcumq; cõueniens, qñ exceptio eſt declinatoria iudicij in fine gloſſæ ait, ſi ſit aliter dilatoria ſolutionis, non aget fideiuſſor ante aduentum diei ſolutionis, iuxta l. ſi mandauero tibi citatam: quod plane non habet locum in euentu à nobis explicato, de quo ſolo & ea lex, & l. 16. citata loquuntur. Qñ enim aliæ exceptiones ſolum eſſent dilatoriæ litis, per accidenſque, litem dilatando, ſolutionem dilatarent, certe id nõ haberet locum, cum enim iam tunc vere debitor principalis id debeat, vtique, ſi loco illius fideiuſſor illud ſoluat, vt ſe, & debitorem principalem liberet ab obligatione, quam iam vere reipſa implere tenentur, cogere poterit actione mandati debitorem, vt id ſibi ſoluat. Quod autem fideiuſſori ſoluenti omiſſis exceptionib. dilatorijs, exceptio ſolo euẽtu explicato, competat mãdati actio aduerſus debitorem, hr̃ l. ſi fideiuſſor. 1. §. quædã ff. mãd. vbi exemplum apponitur, quando ſoluitur procuratori creditoris verè ab illo conſtituto, non appoſita exceptione, quod non eſſet legitimus procurator, quia miles, mulier, aut quia excõmunicatus, vel aliter impeditus, eſto fideiuſſori nota eſſet ea exceptio. Non repugnat verò toti huic noſtræ doctrinæ l. inter cauſas § mandato. ff. mand. vbi hr̃, ſi fideiuſſor pro te extiti, & procuratori creditoris ſolui, quod fideiuſſorem, ſi is verè erat procurator creditoris, continuo me poſſe agere aduerſus te mandati actione, vt mihi reſtituas, ꝙ pro te ſolui: ſi verò non erat procurator debitoris, ſed ille finxit, mentituſque eſt, ſe eſse procuratorem illius, me non poſſe agere aduerſus te mãdati actione, ſed repetere poſſe ab eo non vero procuratore creditoris, quod ſolui. Hæc, inquam, paragraphi illius diſpoſitio, noſtræ doctrinæ traditæ nõ repugnat. Quoniã in eo paragrapho, non idcirco fideiuſſori mandati actio aduerſus debitorẽ non conceditur, quod non oppoſuerit exigenti debitum illud, ac ſi procurator eſset creditoris, ipſum non eſse procuratorẽ illius, id. n. per accidens eſt in eo euentu, ſed quod verè non ſoluerit creditori, neque ipſi in ſe, neq; perſonæ ad id ab illo ſubſtitutæ, ac proinde fideiuſsor ea ſolutione, neq; ſe cõmparatione creditoris à fideiuſsoria obligatione, neque debitorem à debito illo liberauerit: vnde merito in eo. §. fideiuſsori illi non conceditur ob eam ſolutionem actio mandati aduerſus debito-

rem,

rem, ſed ſolum repetitio eius, quod ſoluit, ab eo, qui ementitus eſt, ſe eſſe procuratorem debitoris, tanquam verè illi indebiti, debiti autem ſolum creditori, aut perſonæ verè loco creditoris ſubſtitutæ. Si ergo gl. §. quædam citato, Greg. Lopez l. 15. titu. 12. part. 5. verb. *remate*, Azo, & alij, quos Greg. Lopez refert, repugnare intẽderunt noſtræ doctrinæ, quaſi §. mandato, denegetur actio mandati fideiuſſori illo modo ſoluenti, quia non excepit, eum non eſſe procuratorẽ debitoris, & quaſi detur dilatoria actio, quæ, ſi non opponantur, impediat per ſe mandati actionem, vt innuere videtur, & non potius ex capite à nobis explicato, certè nobis non probatur eorum ſententia, ſed potius contraria Baldi, cum Iacobo de Bellouiſo, quos idem Greg. Lopez refert, ſi tamen hi autores conceſſerunt, ita ſoluenti, denegari actionem mandati ex capite à nobis explicato, vt perſpicue §. mandato citato illi denegatur.

15 Quòd ſi exceptio, quam † fideiuſſor opponere omiſit, peremptoria erat, diſtinguendum iterum eſt. Q̃m, vel competebat, tam fideiuſſori ex perſona ſaltem debitoris, q̃m regulariter, quæ exceptio competit debitori, competit etiã ratione illius fideiuſſori. l. defenſiones. C. de except. & alijs iuribus, quàm ẽt debitori; vel fideiuſſori tantum, vel debitori tantũ. Si competebat vtrique, vt eſt, non numeratã fuiſſe pecuniam debitori pro qua fideiuſſor ipſe eſt datus, vel ſolutum iã fuiſſe debitũ à debitore, vel remiſſũ fuiſſe à creditore, pactũve interueniſſe, quòd creditor id à debitore non peteret, aut quòd, neque à debitore, neque à fideiuſſore id peteret (ſecus autem, ſi ſolum pactum interueniſſet inter creditorem, & fideiuſſorem, creditorve fideiuſſori promiſiſſet, quòd nõ peteret debitum à fideiuſſore, quia tunc ſoli fideiuſſori competeret ea peremptoria exceptio, ſi ab eo debitum peteretur, non verò competeret debitori, ſi creditor ab eo illam peteret, vt bene notat Greg. Lopez l. 15. citata verb. *a el fiador*) & vt ſunt aliæ ſimiles; tunc, vel fideiuſſor ſciens, & prudens, eam peremptoriam exceptionem opponere omiſit, vel ignorans, non quidem lata culpa, quæ dolo, ac proinde ſcientiæ, hac in parte comparatur, vt hr̃ expreſſe l. ſi fideiuſſor 1. in prin. ff. mand. ſed leuiori culpa, quàm lata. Si fideiuſſor, ignorans eam exceptionem minori culpa, quàm lata, illam opponere omiſit, tunc, vel ignorantia erat iuris, vel facti. Si illam omiſit iuris ignorantia, tunc nõ competit ei actio mandati aduerſus debitorem, vt hr̃ l. ſi fideiuſſor citata. §. non malè, & affirmat ibi. gl. §. quædam verb. procuratoriam, & gl. vlt. l. ſi pro ea C. mãd. Si tamen indebitum ea ratione ſoluit, competit ei repetitio aduerſus creditorem, niſi fortè creditor ſe muniat exceptione rei iudicatæ, vt hr̃ l. ſi fideiuſſor citata §. in omnibus; in quo tamen euentu, ſi ſciens creditor indebitum accipit, agitur aduerſus eum de crimine ſtellionatus, vt ibidem ſubiungitur. Vide etiam in gloſ. ibi verb. ceſſat, quando repeti non poſſet ab eo condictione indebiti, quibus alijs actionibus poſſet nihilominus repeti. Si autem facti ignorantia illam fideiuſſor opponere omiſit, tunc cõpetit ipſi actio mandati aduerſus debitorem, ẽt ſi exceptio eſſet quòd iam debitor ſoluiſſet idem debitum: quoniã debitor admonere tenebatur fideiuſſorem de ea ſolutione. Ita hr̃ l. ſi fideiuſſor citata in prin. & §§. ſeq. & l. ſi procuratorem. §. ſi ignoranter ff. eo. tit. Tunc verò, vel debitor cõdictione indebiti repetet à creditore, ꝙ ſecundo loco ſolutum à fideiuſſore illi fuit, vel fideiuſſor ipſe eadem condictione indebiti idem ab eo repetet, vt poteſt. Si verò fideiuſſor ſoluat ante debitorem, iterum debitor ſoluit, tunc, ſi fideiuſſor commodè admonere potuit debitorem, nec admonuit, non datur ei mandati actio aduerſus debitorem, ſed ſolum debitor tenetur ei cedere actionem aduerſus creditorem, vt ab eo repetat, tanquam indebitum, quod ſecundo loco ſolutum ei fuit: ſi autem commodè admonere debitorem non potuit, aut illũ admonuit, atque oblitus, iterum ſoluit, tunc fideiuſſori competit mandati actio aduerſus debitorem. Hæc omnia habentur l. ſi fideiuſſor citata. §. hoc idem.

16 Si fideiuſſor ſciens, aut † ignorans lata culpa, opponere omiſit eiuſmodi peremptoriam exceptionem, tunc non competit ei actio mandati aduerſus debitorem, ſed, ſi quæ actio ei competit, eſt ad repetendum à creditore, quod ei ſoluit, niſi, vt dictum eſt, exceptio rei iudicatæ obſtet. Ita hr̃ l. ſi fideiuſſor citata in prin. iuncto §. in omnibus & l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes ff. mand. l. ſi pro ea in fine. C. eo. tit. & l. 15. tit. 12. par. 5. atque affirmant duæ gl. citatæ. Eadem eſt rõ, ſi fideiuſſor appellare potuit, ac debuit à ſnĩa, qua ſoluere præcipiebatur, aut qua plus ſoluere præcipiebatur, quàm deberetur, & non appellauit: tũc enim non competit ei actio mandati aduerſus debitorem. Excipitur, niſi admonuiſſet debitorem principalem, vt ipſe appellaret, ac faceret expenſas, ſi debitor ita expedire iudicaret, aut niſi propter ſuam inopiam auſus non eſt appellare. Ita habetur l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorantes, in fi. ff. mand. Quouſque autem fideiuſſor opponere poſſit exceptionem, quæ competebat debitori principali, etiam illo inuito; & tradere illi debitor debeat inſtrumenta, & alia ad eam probandam neceſſaria; & quòd expenſas illi tradere teneatur, etiam lite pendente, ad litem proſequendam; eo quòd negotium debitoris ea in parte agatur; legito Gregor. Lopez l. 15. citata verb. *tambien a el*.

Quando exceptio peremptoria competit tantũ fideiuſſori, & non debitori, vt mulieri fideiuſſor cõpetit exceptio Velleiani, tunc, eſto fideiuſſor, ſciens & prudẽs, eam omittat, ac debitum ſoluat, competit illi actio mandati aduerſus debitorem, vt ſibi reddat, quod loco illius ſoluit. Ratio autem eſt, quoniam debitor verè illud debebat, & loco illius ſolutum eſt; & fideiuſſor fidem ſeruauit, licèt ſeruare eam non teneretur, ſed poſſet ſe ea exceptione defendere. Ita habetur leg. ſi fideiuſſor. 1. §. vlt. ff. mand. leg. pen. & l. vlt. §. ſi mulier. ff. ad Vellei. & l. 15. titul. 12. part. 5. Nec refert, quòd l. idemque §. & generaliter ff. manda. ſolum mentio fiat, quando exceptio eſſet turpis, & fœda fideiuſſori, ſi eam opponeret: quoniam, vt ibi gloſ. exponit, intelligendum eſt, maxime,

ita

ita, vt etiam ſi fœda illi nō ſit, neq; eam opponat, cōpetat nihilominus fideiuſſori actio mandati.

Denique, quando peremptoria exceptio competit tantum debitori, & non fideiuſſori illius, vt eſt illa, qua gaudent ſocius comparatione aliorū ſociorum, & plerique alij, quos diſp. 413. & deinceps in progreſſu huius operis explicauimus: qui, conuenti à certis creditoribus, eorum comparatione gaudent priuilegio, vt non plus teneantur, quam commode facere poſſint, ita vt non egeant ac proinde, interim dum pendet iudicium etiam ſi lata ſit vltima ſententia, dummodo tamen non ſit mandata integrè exequutioni, excipere poſſunt, ſe non plus eis teneri, quam commode facere poſſint, ita vt non egeant; cum tamen fideiuſſoribus eorum ea exceptio non competat, ſed integrè poſſint conueniri; neque item illis, qui eo priuilegio gaudent, competat ea exceptio comparatione fideiuſſorum, quando, poſtquam fideiuſſores integrè ſoluerint pro eis debitum actione mandati ab eis repetent, qđ pro eis ſoluerunt, vt hæc omnia diſpu. 413. citata explicata, oſtenſaq; ſunt. Quando, inquam, peremptoria exceptio tantum conuenit, modo explicato, debitori, tunc eſto fideiuſſor eam non opponat, competit ei actio mandati aduerſus debitorem, pro quo ſoluit. Ita habetur l. idemque §. generaliter. ff. mand. & l. 15. tit. 12. par. 5. Excipitur, niſi, ſciens eam competere debitori, potensq; illum admonere, vt per ſe, vel per ſuum procuratorem, ſe defendat, ſi velit, admonere illum omiſit: tūc enim non competit illi actio mandati aduerſus illum: quod intelligo quo ad id quoad ex eo debito tueri ſe poterat ea exceptione. Ita habetur §. generaliter citato. In calce diſput. 413. explicauimus duos modos, quibus fideiuſſor, eſto non gaudeat exceptione illa, qua debitor gaudet, poteſt nihilominus ſe tueri, ita vt non plus, etiam aduerſus ipſum, exequutio fiat, quam ita, vt principalis debitor non egeat. Lex verò 15. citata ait, eſto fideiuſſor eis modis non ſe tueatur, cum poſſit, habere nihilominus actionem mandati aduerſus debitorem principalem: atque hoc eſt, quod Gregor. Lopez ibi gl. pen. vult, ac docet. Intellige tamen, modo, vt iuxta §. generaliter citatum, dictum eſt; ſi commodè fieri poſſit, admoneat debitorem, vt ſe defendat, ſi velit.

De fideiuſſoribus in iudicio.

DISPVT. DXLII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor in iudicio datur tam in cauſa ciuili, quā criminali.*

2 *Iudex quales fideiuſſores in iudicio accipere debeat, ne & ipſe periculum ſubeat.*

3 *Fideiuſſor pro reo criminaliter accuſato non poteſt obligari ad pœnam corporalem, ſed tantum pecuniariam pro eo ſiſtendo in iudicio.*

Declaratur tamen, & limitatur, vt ibi.

4 *Reus promittens ſe certo quodam tēpore ſiſtere in iudicio quando excludatur à purgatione moræ.*

Et quid de iure Caſtellæ.

5 *Fideiuſſor pro reo in iudicio ſiſtendo intra certum tempus quādo incidat in pœnam, ſi intra id tempus eum non ſiſtat.*

Et quid de iure caſtellæ, & Luſitaniæ.

6 *Cautela pro iudicibus quando accipiunt fideiuſſorem ſub certa pœna, de ſiſtendo in iudicio reum intra certum tempus.*

7 *Fideiuſſor ſub certa pœna de ſiſtendo reum in iudicio intra certum tempus, eo elapſo, quādo habeat electionem de eum defendendo.*

Et quid ſi reus moriatur, quando intelligatur liberatus à pœna. nu. 8.

Et quid etiam ſi nulla ſit pœna conſtituta, qua pœna puniri poſſit à iudice propter moram. nu. 9.

Item quid ſi nullum ſit tempus de ſiſtendo conſtitutum, quomodo puniri poſſit.

IN calce diſp. 539. hac polliciti ſumus diſputationem in eorum complementum, quæ ibi de eiuſmodi fideiuſſoribus dicta ſunt.

1 Fideiuſſor in iudicio, † interdum datur in cauſa ciuili (in qua præcipuè habet locū diſtinctio illa fideiuſſoris iudicatū ſolui, quē Hiſpane appellāt *fiador de ſaneamiento*, & fideiuſſoris iudicio ſiſti ſolū, quē vocāt *fiador de la haz*: de qua diſtinctione d. 539. citata dictū eſt) interdū verò datur in cauſa criminali, ꝙ reū, criminaliter accuſatū, ſiſtet in iudicio, vt ea ratione reus ille liberetur à carcere. Atq; interdū reus eruitur à carcere publico, cōcediturq; ei domus aliqua, vel ēt oppidū, in carcerē, datis fideiuſſoribus, ꝙ eum carcerē ſeruabit, & cōparebit in iudicio, qn̄ requiſitus fuerit: id ꝙ tradit Iul. Cla. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 46. nu. 11.

2 Numerò verò 12. ſubiungit, qualiter iudex † idoneos fideiuſſores ſuſcipere debeat, ne poſtea ipſe periculū ſubeat. Et nu. 14. & 15. ſubiungit, qn̄ ſufficiat iuratoria cautio rei, vt à vinculis eruatur.

3 Fideiuſſor, pro reo † criminaliter accuſato, qn̄ tali reo imminet pœna corporalis, vt mortis, mutilationis flagellorum, aut alia, non poteſt obligari ad ſubeundū eam pœnā, aut aliam corporalem pro illo: qm̄ fideiuſſor non eſt dn̄s ſuorū mēbrorum, vt pœnæ ſine ſua culpa ea ſubijciat: neq; æquitas patitur, vt ſine ſua culpa in corpore puniatur: quia id eſſet cōtra quintū præceptū decalogi. Ita gl. c. cum homo, verb. ſuppliciū. 23. q. 5. recepta à Pan. in rub. de fideiuſ. & à cōi doctorū ſnīa, quā Cou. 2. var. reſ. c. 8 n. 8. & Iul. Cla. 5. li. ſent. §. vlt. q. 46. nu. 18. referunt, ac ſequūtur, & cōſentit. l. ſi quis reū. ff. de cuſt. reor. Quòd ſi fideiuſſor in culpa eſſet, vt reus fugeret, vt quia dolosè in ſuā fidem illū recepit, vt ea rōne fugeret, ac euaderet ſuppliciū, tunc quidem, pp hanc ſuā culpam, puniri à iudice poſſet pœna arbitraria, etiā corporali, ſi tanta pœna fideiuſſor dignus eſset; vt gl. citat, Panor. & alij rectè affirmant, & habetur l. ſi quis reū citata. Quia ergo fideiuſsor obligari non poteſt ad pœnam corporalem pro reo, vtique, quando veriſimile eſt, reo corporalem pœnam eſse infligendam, eruι non ſolet à vinculis, datis fideiuſsoribus, ne fugiat, pœnamque corporalem euadat, ſed detineri conſueuit in vinculis. Ita Iulius Clar. q. 46. citata, & alij, quos re-

fert. Ad pœnam vero ſolum pecuniariam poteſt ſe obligare fideiuſſor pro reo, quòd eum iudicio ſiſtet, ſiue cum eo agatur ciuiliter pro debito aliquo, idque ne reus conijciatur in vincula, aut à vinculis, in quibus eſt coniectus eruatur; ſiue agatur cum eo criminaliter, quãdo ſolum plectẽdus eſt pœna pecuniaria, aut licèt corporali pœna eſſet puniendus ſi crimen aduerſus eum probaretur, veriſimile tñ eſt, illum innocentem eſſe, aut non ita crimen eſſe probandum, vt corporali pœna ſit ei imponenda, vt Iul. Clar. vbi ſup. nu. 10, ait. Quo in loco addit, eiuſmodi reum de quo ꝓximè facta eſt mentio, ſolere tempore ſententiæ coniici in vincula, vt ſententiam audiat in vinculis detentus. Atq; nõ ſolum in his euentibus põt ſe fideiuſſor obligare ad pœnam pecuniariã, vel certam, & determinatam, vel incertã quanta fuerit iudicata, vt reus ſoluat ſed ẽt, vt in vincula fideiuſſor ipſe coniiciatur, donec pœna integra ſoluatur: qm̃ & huic moleſtiæ vinculorũ põt quis ſe ſubiicere pro proximo ſuo. Obſerua tamen, eſto hæc appelletur pœna comparatione fideiuſſoris, propriè tamen non habere rationẽ pœnæ comparatione illius, ſed iuſti duntaxat detrimẽti pro proximo ſuo, ſi reus aufugiat, nec fideiuſſor poſſit eũ iudicio ſiſtere. Nihil enim propriè rationem pœnæ habere pdteſt comparatione alicuius, niſi pro vera culpa illius ei imponatur.

4 Quando reus ipſe ſub† certa pœna promiſit ſiſtere ſe in iudicio certo quodam tẽpore, aut qñ eſſet requiſitus, ſi promiſſis nõ ſtetit, atque idcirco in pœnam incidit conceditur ei purgare morã intra duos, tres, quinque, aut plures dies, vt pœnã euadat, niſi ob eam moram cauſa actoris ſit effecta deterior, quia videlicet mortui ſunt teſtes intra id tempus, quibus ꝓbaturus erat ſuum inſtitutum, vel quia præſcriptio aliqua intra id tẽpus aduerſus ipſum fuit finita, aut quouis alio modo ſit cauſa effecta deterior: tunc enim locum nõ habet purgatio moræ de iure communi: ſecus autem de iure Caſtellæ; eam enim purgat, ſed ſeruato actori integro ſuo iure, perinde ac ſi elapſi non eſſent illi inſuper dies: vnde dies illi non cõputabuntur in hoc Regno ad præſcriptionem. Ita habetur l. & ſi poſt tres ff. ſi quis cautionibus, & l. 36. ti. 11. par. 5. Quãdo autẽ damnum actoris, ex mora ſubſequutum, reparari nõ poſſet vt quia mortui ſunt teſtes, tunc in hoc Regno non purgaretur mora eo tempore ad effectum, vt reus pœnam euaderet. Ita Greg. Lopez ibi gl. pen. Quod autem diebus vltra quinque, purgari poſſit mora vt reus pœnam euadat. Gl. 1. l. & ſi poſt tres citata, ait, non debere eſſe multos ſed paucos: atque iudicis arbitrio eſſe relinquendum quot eſſe debeant, attentis circumſtantijs concurrẽtibus, & idem affirmat ibi Barto. iuxta l. continuus §. cum ita, & §. item qui inſulam ff. de verb. oblig. ſancitumq; eſt l. 36. citata. Eadem lex 6. id extendit ad fideiuſſorem (quod intelligit ibi Greg. Lopez de fideiuſſore rei, qui conuenitur ciuiliter) lex tamen, & ſi poſt tres ſolum loquitur de reo. De fideiuſſore enim aliud ſancitum eſt de iure communi, vt mox ſubiungo,

5 Quando aliquis pro aliquo † fideiuſſor extitit, ſiue in cauſa ciuili ſiue in criminali quod intra certum tempus eum iudicio ſiſteret, alioquin certam pœnam perſolueret, tunc ſi intra id tempus eum non ſiſtat, incidit continuo in eam pœnam, ita tamen, vt non cogatur continuò eam ſoluere, ſed, ſi tempus, intra quod reum ſiſtere debebat, erat ſemeſtre, aut minus, quam ſemeſtre, habeat iterum tantundem temporis, quantum à principio fuit ei datum, in quo poſſit moram ita purgare, vt, ſi intra id tempus reum ſiſtat, pænã euadat: ſi vero à principio conſtitutum fuit, vt intra maius ſpatium quam ſex menſium reũ ſiſteret, tũc, elapſo eo tempore, ſolũ habeat, ſemeſtre ad purgandum, modo explicato cauſa moram, vt habetur l. ſancimus, C. de fideiuſ. & l. 17. ti. 12. par. 5. & affirmat communis doctorum ſentẽtia, vt ibidem Greg. Lop. gl. 1. aſſeuerat, ſtando in iure cõmuni. Lex tñ 17. citata, ſolũ videtur loqui quando quis fideiuſſor exiſtit pro aliquo in cauſa criminali; quamuis id non ſit ad modum certũ, vt ibidem, & l. ſequenti. Greg. Lop. expendit, & variè interpretatur eam legem, & l. 36. titu. 11. par. 5. Eum legito. Illud vero obſerua, de iure Caſtellæ, ſi prędicta pœna non exigatur à fideiuſſore intra annum à die, in quo illam incurrit, eam præſcribere nec poſſe deinceps ab eo exigi. Ita habetur l. 3. tit. 10. li. 5. ord. quæ eſt l. 10. titu. 16. lib. 5. nouæ collect. Ius Caſtellæ,

De iure vero Luſit. 3. lib. ord. tit. 70. finito tpe, in quo fideiuſſor ſiſtere debebat reum in iudicio ſub certa pœna ſiue illud ſemeſtre ſit ſiue plus aut minus, q̃ ſemeſtre ſolum conceditur ei & hæredibus illius, menſis ad purgandam modo explicato moram pœnamq; euadendam; eo vero menſe elapſo continuo pœna mandatur exequutioni. Ius Luſitan.

6 Iulius Cla. q. 46. citata nu. 23. † refert Angelũ admonentem iudices vt quãdo accipiunt fideiuſſorem qui intra certum tp̃s ſiſtat reum in iudicio ſub certa pœna faciant illum renunciare legi ſancimus, de tempore illo ad purgandam moram, vt elapſo tempore, in quo reum ſiſtere tenebatur in iudicio, continuo pœna mandetur exequutioni. Cum. n. id in ipſorum fauorem introductum ſit, valida ſanè erit talis renũciatio iuxta l. ſi quis in ſcribendo C. de pact. & l. quod fauore C. de legit. Addit ipſe, Mediolani non ſolere accipi fideiuſſorem, qui intra certum tempus ſiſtat reum in iudicio, ſed qui ſub certa pœna, vel iudicatum ſolui, vel quacunque alia, eum ſiſtet, quandocunque, & quotieſcunque, fuerit requiſitus: quare, inquit, ceſſant omnia iſta, quia ſumus extra caſum legis ſancimus. Eodem etiam modo accipi frequenter conſueuerunt in hoc Caſtellæ Regno eiuſmodi fideiuſſores. Non dubito tamen, quẽadmodum reos, ita & eiuſmodi fideiuſſores purgare etiam in hoc euentu poſſe moram intra duos tres, quinque, aut plures paucos alios dies arbitrio iudicis, iuxta l. ſi poſt ff. ſi quis aut, & cõſentit Azo, quem refert, ac ſequitur gloſſ. l. ſancimus citata verb. hoc facere, & fortè hoc voluit l. 36. tit. 11. par. 5.

7 Quando † fideiuſſor ſub certa pœna ſe aſtringit

git certo tpe ſiſtere reum in iudicio,ſi elapſo eo tẽpore,intra ſecundum tempus inſuper ei datum ad purgandum moram,ſiſtendo reum in iudicio,elegerit potius eo ſecundo tempore defendere illum in iudicio,poterit optime id efficere,niſi à principio renunciauerit huic præſidio defendendi intra ſecundum tempus reum in iudicio: nam tunc defendere illum non poterit. Inſuper,elapſo ſecũdo tempore, in quo non elegerit defendere reum in iudicio,non cõceditur illi defenſio deinceps, eſto tali defenſioni non renunciauerit,ſed cogitur ſoluere pænam. Quando vero intra ſecundum tempus elegit defendere reum, deſiſtere non poteſt à proſequutione cauſæ, vſque ad vltimam ſententiam, etiam ſi reus intra ſecundum tempus è vita diſceſſerit. Neque item permittitur ſiſtere, perſeuerante ſecundo tempore,reum in iudicio,& euadere pœnam. Ita habetur l.iubemus.§.ſin autem. C.de fideiuſ.& l.18.tit.12.par.5. In explicationẽ autem l.iubemus.l.18.citata additur.Quòd ſi,ſuſcepta defenſione,ſententia pronuncietur in fauorem rei,tunc fideiuſſor omnino liberatur à pæna, quod nec tempore ſtatuto ſiſterit reum in iudicio, nec in ſecundo tempore purgauerit moram, eum iudicio ſiſtendo: ſi verò lata fuerit ſententia cõtra reum,tunc,qui illius defenſionem ſuſcepit(ſi cauſa fuerit criminalis) tenetur,in defectum rei, ſoluere pœnam,& damna omnia, quæ actori ex maleficio aduenere,vt reus ipſe ſoluturus ea erãt. Adderem, teneri etiam ad expenſas litis, ſi defenſor in eis etiam damnetur. Cui autem pœna ſit adiudicanda. Lex 18.citata videtur dicere,adiudicandam eſſe parti. Quod Greg.Lop.ibidem ait,intelligendum eſſe, vt per Bart.in l.ſi quis reum. ff.de cuſtod.reor.nu.4. Quo in loco Bart.ait,conſuetudinem eſſe,vt pęna applicetur fiſco, niſi q̃n actor, aut eius procurator, eã ſibi ſtipulatur,conſentiente iudice,iuxta l.ſi procurator.ff.ſi quis cautionib. Eandemq; conſuetudinem,vt fiſco applicetur,atteſtatur Iul.Clar.q.46. citata nu.vlt. relatis Bart. & Angelo. Addit.l.18.ſi cauſa erat ciuilis, & reus damnetur, fideiuſſorem teneri ſoluere totum, de quo reus erat conuentus, & damna omnia inde ſubſequuta (intellige,modo paulo antea explicato) non tamen teneri ſoluere pęnam,cui ſe aſtrinxerat,ſi eum non ſiſteret in iudicio:quia iam eum defendit,& loco illius iudicium ſuſtinuit, ac ſoluit totum, quod reus, ſi tempore illo in iudicio comparuiſſet,erat ſoluturus.

8 Quando fideiuſſor ſub † certa pæna ſe aſtrinxit ſiſtere aliquem in iudicio intra certum tp̃s,ſi reus ille intra id tempus è vita diſcedat,liber fideiuſſor manet ab ea pœna. Quòd ſi,elapſo eo tẽpore,reus moriatur intra tempus inſuper fideiuſſori datum ad purgandam moram,tunc mors illa non liberat fideiuſſorem à pœna, ſed tenetur eam ſoluere. Ita habetur l.ſancimus,§.penult.& vlt. C.de fideiuſ. & l.19.tit.12.par.5.vbi Greg.Lop.glo.1.cũ alijs, colligit,impedimentum ſuperueniens tẽpore datæ moræ ad purgandam pœnam, non eximere à pœna iam antea incurſa.

9 Quando fideiuſſor † ſe aſtringit ſiſtere aliquẽ in iudicio,vſque ad certum diem,nulla tamen cõſtituta,certa pœna,tunc,ſi eum intra id tempus nõ ſiſtat,puniri à iudice debet pœna pecuniaria arbitraria,maiori,vel minori, attentis circumſtantijs concurrentibus. Eam vero augere debet iudex, ſi culpa aut dolo, fideiuſſoris non fuit inductus. Ita hr̃ l.ſi quis reum. ff.de cuſtod.reor.& l.19.tit.12. par.5. Credo tñ in hoc euentu, fideiuſſorem,ſicut & reum,purgare poſſe morã intra duos,tres,q nq; aut plures alios paucos dies arbitrio iudicis, iuxta l.& ſi poſt tres. ff.ſi quis cautionibus, & hoc potiſſimum voluiſſe l.36.tit.11.par.5. ſupra relatã.

10 Si aliquis fideiuſſor † extitit alicuius de eo ſiſtendo in iudicio, ſi conſtitutum non fuit tẽpus, intra quod ſiſtere eum deberet, tunc,quod attinet ad tempus, intra quod talis fideiuſſor præſcribat, non teneri deinceps ſiſtere eum in iudicio, ſed liber ab ea obligatione maneat,eſt diſtinguendum. Quoniam ſi facta non fuit ſcriptura publica talis fideiuſſionis,neque cauſa eſt publica qualis eſſet, ſi ad principem, aut cõitatem oppidi pertineret, tunc,ſi intra duos menſes non requiratur fideiuſſor,vt reum iudicio ſiſtat,deinceps non tenetur ſiſtere illum in iudicio, ſed liber manet ab obligatione illa. Intellige, q̃n fideiuſſor datus fuit ante litẽ conteſtatam cum reo; ſi.n.poſt litẽ conteſtatã datus fuit fideiuſſor,aut, cum datus eſſet ante litẽ conteſtatam,lis conteſtatam fuit inter duos menſes,tunc non præſcribit fideiuſſor obligationem, quam in ſe induxit,eo modo,quo eã in ſe induxit, ſed vſque ad ſententiam tenetur eum ſiſtere, ſi nõ ſe obligauit ad ſemel eum præſentandũ. Ita, iuxta l.græce.§.& poſt litem.ff.de fideiuſ.Bar.& Alex. l.pen.C.eo.tit.quos Greg.Lop.l.19.tit.12.par.5. gl.pen.refert ac ſequitur. Si vero confecta fuit ſcriptura publica,aut cauſa erat publica, tũc ante tres annos elapſos non pręſcribit fideiuſſor obligationem.Ita hr̃ l.pen.iuncta gl.ibi,& l.19.citatis.

Iul.Clar.q.46. citata nu.20. cum multis alijs, quos refert,admonet,vt, q̃n fideiuſſor ſumitur de reo ſiſtendo in iudicio, quoties fuerit requiſitus, aut quod ſoluet iudicatum, apponatur clauſula,ꝙ teneatur etiam in cauſa appellationis; quoniã, inquiunt,ea non appoſita,fideiuſſio expirat,lata vltima ſententia in prima inſtantia.

Mandatum quid.

DISPVT. DXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quid.*
2 *Mandatum propriè ſumptum quid compræhendat.*
3 *Mandatum quando tranſeat in contractum locationis,& conductionis.*
4 *Mandatario pro executione mandati quando debeatur ſtipendium etiam in foro conſcientiæ, & quando non.*
5 *Mandatarijs pro mandatis quæ exercent,quãdo deneganda ſit occulta compenſatio.*
6 *Mandatum quis contractus dicatur.*

Dicendum conſequenter eſt de mandato,procuratoris inſtitutione ad negotia (eſt enim procurator quaſi pars ſubiecta mãdatario, & conſtitutio procuratoris velut ſubiecta pars mãdato) & de negotijs geſtis. Sæpè enim contractus per mandatarium,procuratorem, aut negotiorum geſtorem exercentur,præterea,ex eo quod mandatũ, aut munus procuratoris,ſuſcipitur, vel quis alterius negotia,illo inſcio,nec mandante, gerit, oritur vtrinque obligatio,vt dicemus: quare non immerito hęc aut contractus, propter obligationem, quæ vtrinque reſultat (quemadmodum annotatio in principio tituli de mandato ſatis conſentaneè ad l. 1.in princ.ff.eo.tit. inter contractus, qui conſenſu perficiuntur, mandatum connumerat) aut quaſi contractus nuncupantur.

Mandatum,in annotatione in prin.ff.mãdati, & à gl. 1.inſt.eo.ti.in prin.in hunc modũ definitʳ.
1 Eſt † officiũ ab eo,qui gratuito ſuſcipit, exhibendum. Vt enim hr̃ l. 1.§.vlt. ff.mand.& inſt.eo.tit. §.vlt.mandatum (hoc eſt, ſuſcipere aliquem aliquid faciendũ alterius præcepto, aut rogatu formaliter, aut virtute) ſi gratis non fiat, ſed conſtituta aliqua mercede,deſinit eſſe mandatũ,& tranſit in aliã contractus ſpeciem, nempe in cõductionem,qua is qui mandat,conducit operas eius, qui mandatum ſuſcipit, & in locationem, qua is,qui mandatum ſuſcipit, operas ſuas mandatori locat ad id exequendum pro mercede aliqua. Atq; hac de cã dr̃ in diffinitione,qui gratuito ſuſcepit. Fortaſſe commodius poſſumus ſic definire mandatũ. Eſt gratuita ſuſceptio aliquid exequendi, quod alius formaliter,aut virtute,ei iniungit. Dixi,formaliter,aut virtute;qm̃,vt diſpu. 539. dictum eſt, & conſtat ex l.ſi remunerãdi.§.ſi paſſus,& l.ſi pro te.ff.mand.& ex §.ſi quid,inſt.de fideiuſſ.& ex l. 32.tit.12.par.5. qui videt aliquid in ipſius gratiã fieri,& tacet,cenſetur id mandare ac proinde,licet formaliter id non mandet, virtute tamen ac iuris interpretatione,id mandat. Quando vero aliquid tale fit in vtilitatem, & gratiam alicuius, ipſo id ignorante,tunc, qui id efficit dicitur geſtor negotij illius,non vero mandatarius, vt diſp. 539.citata dictum eſt. Qui aliquid mandat,dicitur mandator,aut mandans: qui vero mandatum ſuſcipit, ſeu acceptat, mandatarius nuncupatur.

Locatio, & conductio interdũ ſumuntur preſſe,quo pacto merces rei locatæ eſt verum pretiũ, hoc eſt,pecunia. Interdum vero late, qñ videlicet merces rei locatæ eſt, ſiue pecunia, ſiue aliquid aliud. Atque tunc locatio, & conductio compræhendunt contractus innominatos; do vt facias;& facio vt des. Hoc ita conſtituto,obſeruandum eſt.
2 Quamuis † mandatum proprie, vt diſtinguitur à locatione,& cõductione late ſumpta,debeat fieri gratis;id tamen non impedire,quod, inter mandata propriè,ac preſſe ſumpta, annumerentur mãdata,quæ fiũt ſpe remuneratoriæ donationis,eſto non fierent, ſi mandatarius ſciret, mandatorem futurum ingratum,nihilq; poſtea remuneraturũ. Etenim,quando ita fiunt: neque propter illa manet mandator aliter obligatus ad compenſandum obſequium rogatu ipſius exhibitum,quam ex gratitudine,quę obligatio non eſt ſimpliciter obligatio,ſed ſecundum quid:nec minor quadã ex parte maneret, ſed quodammodo maior, ſi mandatum ſuſciperetur,atque exequutioni mandaretur, abſque vlla ſpe remuneratoriæ donationis: in quo euentu nullus dubitat,mandatorem ad nihil teneri mandatorio,ſed ſolum ex gratitudine. Dixi,quadam ex parte; qm̃,ſi attendas ad animum magis liberalem eius qui,abſque ſpe remuneratoriæ donationis,mãdatum ſuſcipit,ac exequitur, vtriq; plus deuincit mandatorem ad viciſſim ſe oſtẽdendum liberalẽ,& munificũ erga illum,remunerando beneficium æquale cũ eo,quod is exhiberet, qui idẽ mãdatum exequeretur ſpe remuneratoriæ donationis,& inſuper promptitudinẽ,ac maiorẽ liberalitatẽ in eodẽ beneficio exhibẽdo,q̃ eum deuinciat hic alius, qui ſpe remuneratoriæ donationis idẽ,aut ſimile mandatũ,exequitur. Ex alio tñ capite, quatenus.ſ.qui ſine vlla ſpe remuneratoriæ donationis mandatum ſuſcipit, ac exequitur,virtute quodammodo remittit mandatori obligationem remunerandi ex gratitudine, minus obligatus aliquo modo manet huic mandator, q̃ alteri, qui ſpe remunerationis mandatũ ſuſcipit, ac exequitur; præſertim, ſi id ſuſcepturus non fuiſſet, ſi ſciret,remunerandum non fore. Cęterum vt dixi, obligatio hæc non eſt ſimpliciter, ſed ſecundum quid,vtpote nõ egrediens fines gratitudinis quæ ſola ſub culpa lethali non obligat,neque ex ea vlla competit actio in foro exteriori. Itẽ,ꝙ mandatũ preſſe ſumptũ fieri debeat gratis, non impedit quominus inter mandata proprie,ac preſſe annumerentur,quæ fiunt, non ſolum ſpe remuneratoriæ donationis,ſed ẽt facta promiſſione a mandatore de remuneratione facienda, aut etiã exhibito iam aliquo mandatario in remunerationem, modo id non detur; & acceptetur, aut accipiatur,tanquam pretium,ſeu merces,quia, eſto non promitteretur,aut non daretur ſimiliter acceptaretur, & mandaretur exequutioni mandatum, aut ſine intuitu remuneratoriæ donationis, aut ſola ſpe illius,ſine alia obligatione inducta mandatori. Qđ autem id non impediat,eiuſmodi mandata annumerari inter mandata preſſe, habetur expreſſe l.ſi remunerandi, in princ.ff.mand. Reddit vero elegantem rationem Laſſarte de decim. vend.ca.17. num.52.

Qm̃ ſicut,quod donatio,aut obſequium præſtitum nulla conſtituta mercede formaliter, aut virtute,remuneretur ab eo,cui eſt præſtitũ nõ impedit,ꝙ tale obſequium vere ſit donatio,ẽt ſi ex gratitudine ſit illi redita retributio, ſeu remuneratio, iuxta l. Aquilius Regulus.ff.de donatio. ſic,quod mandatum, nulla ſimiliter mercede formaliter, aut virtute,conſtituta, remuneretur, vt gratitudo mandatoris poſtulat,non extrahit illud à propria
3 ac preſſa ratione mandati. Quod ſi pro † mandato conſtituatur merces formaliter, aut virtute, quia videlicet mandatarius certam mercedem deduxit in pactũ, vt illud exequeretur, vel q̃a aliq̃d mandatũ eſt ei, qui pro mercede illud cõſueuerat exercere, neque aliter vr̃ id faciendum acceptaſſe, vt ſi ſartori veſtes conficere mandentur, nullo de

merce-

mercede habito ſermone, vel fulloni veſtes tradantur, vt eas abluat, vel ei, qui munus procuratoris pro mercede exercere ſolet, committatur, vt procurator ſit in cauſa aliqua, tunc ſane mandatum illud tranſit in contractum locationis, & conductionis, vt habetur l. 1. §. vlt. ff. mand. & §. vlt. inſti. eodem tit. neque eſt id mandatum, niſi impropriè, ac latè.

4 Iuxta hæc † ergo iudicandum eſt, quando mandatario pro exequutione mãdati verè, ac propriè debeatur retributio, tum in conſcientiæ, tum etiam in exteriori foro, & quando non, ſed ſolum ex gratitudine: quod debitum, neque eſt ſimpliciter, neque obligat ſub culpa lethali, neq; ex illo actio in foro exteriori datur. Si enim, vel ſtipendium deductum fuit in pactum, in ratione ſtipendij, vel, eſto in pactum non ſit deductum, cui id eſt mandatũ, non gratis ſed pro mercede conſueuit illud exercere, vel ex circumſtantijs concurrentibus intelligendum erat, non gratis id exercere, qualia ſunt obſequia præſtita à famulis, qui nullo conſtituto ſtipendio ſeruiũt, immo qui dedignarentur pro mercede certa ſeruire, & ſunt pleraque alia; tunc vtiq; mandatum tranſit in locatum, & conductũ latè ſumptũ, iuxta l. 1. §. vlt. C. mãd. & §. vlt. inſt. eo. tit. competitq; mandatario aduerſus mandantem, aut ipſius hæredes, actio ex locato, ſi merces reddenda, pecunia ſit; alioquin competit actio præſcriptis verbis, vt hr̃ l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præſcr. verb. Si tñ mandatarius erat procurator, & in pactum deduxit quotam litis, ſi victor exiſteret, tũc nihil ei debetur, ſed amittit ſalariũ; ac inſuper punitur, vt hr̃ l. ſi remunerãdi. §. Maurus. ff. mand. Quòd ſi ſtipendium formaliter, aut virtute, non fuit deductum in pactum, ſed mãdatum preſſam, ac propriã rõnẽ mandati retinuit; eſto ſpe futuræ donationis remuneratoriæ fieret, tunc, vel mandator promiſit in remunerationem aliquid certum in indiuiduo, aut in ſpecie, vt talẽ equum vel equum in ſpecie, aut veſtem, vel tantã pecuniæ quantitatem, ac tunc, ſi interuenit ſtipulatio hac competit aduerſus mandatorem certi condictio ſeu actio ex ſtipulatu. Si verò ſtipulatio non interuenit, tunc, ſi ſimul, dum mandatũ fuit datum, id fuit promiſſum, vel incõtinẽti paulo ante, vel poſt, competit aduerſus mandatorem actio ex mandato, tanquam ex pacto nudo cohærente cum mandato. Si autem promiſſum fuit poſtea ex interuallo, tunc competit aduerſus eum actio extraordinaria officio iudicis, vt hr̃ l. 1. §. vlt. C. mand. & l. ſalariũ. ff. eo. ti. Quod ſi aliquid omnino indeterminatum, tam in indiuiduo, quã in ſpecie, fuit promiſſum, vt ſi mãdator dixit; ego ſatisfaciam, vel remunerabo, tunc eſto ſtipulatio interuenerit, nulla aduerſus eum competit actio. Ita habetur l. ſalarium. C. mand. & l. qui mutuã. §. ſalarium. ff. eod. tit. Id tamen merito additio in margine ad gl. vlt. l. 1 C. mand. cum Salyceto intelligit, quod licet actio non competat mandatario ex promiſſione mandatoris, iudex tamen arbitrari tunc debeat, quantum ſalarium mandatario pro exequutione eius mandati debeatur, idq; ex ſuo officio illi ſolui faciat. In his conueniũt gl. vlt. l. 1. C. mand. gl. §. vlt. inſt. eo. tit. verb. mercede, & gl. 2. l. ſalarium. ff. eo. tit.

5 Atque iuxta hæc † admetiendum eſt, quando mandatarijs omnino ſit deneganda occulta compenſatio pro mandatis, quę exercent. Si enim mandator credebat gratis id beneficium ſibi præſtari, ſolave ſpe remuneratoriæ donationis, ita quòd mãdatum propriam, ac preſſam mandati rationem retinebat, neq; mandator quicquã de ea cauſa promiſit, neq; item mandatarius talis, qui id pro vera ſolũ mercede exercere conſueuerat, vtique tunc perſpicuum eſt, nihil poſſe compenſari; ſi quid verò ſit occulte compenſatum, obnoxium eſſe reſtitutioni, niſi intelligatur mandatorem reſtitutionẽ nõ velle, ſed cõtentũ eſſe, vt id retineatur. In alijs etiam euẽtibus prohibẽdæ regaliter ſunt eiuſmodi occultæ cõpẽſationes; ſed, quod mãdatario debetur, palã eſt exigendũ, vt alibi à me dictũ eſt: idq; propter multa mala, quæ ſecũ afferre ſolent eiuſmodi mandatariorũ occultæ cõpenſationes.

6 Mandatum, & contractus † eſt nominatus, vt ex dictis diſp. 253. facilè conſtat: & perficitur ſolo conſenſu inter mandatorem, & mandatarium exterius expreſſo, quo mandator id mandatario iniungit, & mandatarius idem acceptat. Quare celebrari poteſt, non ſolum inter præſentes, ſed etiam inter abſentes per epiſtolas, aut internuncium, vt hæc omnia diſp. 254. dicta ſunt, & habẽtur. §. vnico. Inſt. de oblig. quæ ex cõſenſu, & l. 1. ff. mand. ac l. 24. tit. 12. par. 5. Eſt item contractus bonæ fidei, vt d. 259. dictũ eſt. Porrò celebrari poteſt mandatũ per verba, volo, rogo, mãdo, vel per quodcunq; aliud, quo intelligatur iniungi mãdatũ, vt hr̃ l. 1. & l. 24. citatis. Tradi aũt cõſilium, vt aliquid fiat, non eſt celebrare mandatũ, vt videbimus, & ideo verbũ, conſulo, aut moneo, vt hoc facias, non exprimunt conſenſum mandati, vt notat gl. l. 1. citata. Celebrari item poteſt mãdatũ in diem, hoc eſt, vſq; ad certũ tempus, aut à certo tẽpore, vt ſcilicet ad id vſque tempus, aut ab eo tempore, mãdetur exequutioni. Item ſub conditione, videlicet, ſi hoc, vel illud euenerit, hoc, vel illud mandetur exequutioni. Ita habetur l. 1. §. penult. ff. mand. §. penul. Inſt. eod. tit. & l. 24. citata.

Mãdatum quotuplex. Et ex qua culpa mandatarius teneatur. Et vniuerſim quanta obligatio ex mandato, tam ex parte mandatarij, quam ex parte mandantis oriatur.

DISPVTAT. DXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quotuplex.*
2 *Conſulens aliquid fieri ad quid teneatur ei, qui tale exequutus fuit conſilium.*
3 *Conſulens maleficium qua pœna puniatur.*
4 *Mandans, & mandatarius quando teneantur adinuicem, & quæ actione.*

5 *Mandatarius non exequens mandatum, vel male exequens, de qua culpa teneatur.*

6 *Mandatarius quam actionem habeat aduerſus mãdantem ad conſequendum quod ſibi ex mandato debetur.*

7 *Actio competẽs fideiuſſori aduerſus eum, pro quo fideiuſſit, quænam ſit.*

8 *Mandatarius quas expenſas conſequi poteſt aduerſus mandantem.*

9 *Mandatarius ſi aliquod damnum patiatur occaſione mandati, an habeat actionem aduerſus mandantem.*

10 *Mandatarius exequens mandatum in vtilitatẽ tertij an habeat actionem aduerſus ſic mandantem, an verò aduerſus tertium.*

QVinque, aut ſex genera ſunt mandati, vt hẽ l.2.ff.mand.inſt.eo.tit.iunctis gloſſis vtrobique, & l.20.titu.12.par.5. Primum † genus eſt, 1 qñ mandatum in vtilitatem ſolum eſt mandãtis. Vt ſi quis alteri mandet gerere negotia ſolius mãdantis, aut vt ipſi mandanti emat fundũ, vel fideiuſſor pro eo exiſtat. Secundum eſt, qñ mãdatum cedit ſolum in vtilitatem cuiuſdam tertij. Vt ſi Petrus mandet Ioanni, vt gerat negotia aliqua Franciſci, aut vt illi aliquid emat, vel vt pro illo fideiuſſor exiſtat. Tertium eſt, qñ mandatum cedit in vtilitatem mandantis, & cuiuſdã tertij. Vt ſi Petrus mandet Ioanni, vt gerat negotia aliqua eidẽ Petro, & Frãciſco cõia, aut vt eorum vtriq; emat aliquid vel vt fideiuſſor pro vtroq; exiſtat. Quartum, qñ mandatum cedit in vtilitatem, tã mandãtis, quàm mandatarij. Vt ſi Petrus mandet Ioãni gerere negotia vtriq; cõia, aut vtriq; ipſorum aliquid emere, aut conducere, aut ſi, cum Petrus ſolus, ſibi tñ Ioanni, reditus aliquos conduxerit, vel aliquid emerit, iubeat Ioanni fideiuſſorem ipſius ea in re exiſtere, vt frequentiſſimè fit. Quintum, qñ mandatum cederet in vtilitatem ſolius mandatarij, & cuiuſdam tertij. Vt ſi Petrus mãdaret Ioanni, vt fideiuſſor exiſteret Franciſco, pro re, quã Franciſcus ſibi, & eidem Ioanni conduceret, aut emeret, vel vt negotia eidem Ioanni, & Franciſco communia gereret. Hæc habentur l.2.ff.mand. inſt.eo.tit.in prin.& §.1.& l.20. citata ac duabus ſequentib. Gl.1 l.2.citatã, & gl.alia inſt.mand.in prin.verb.quinq; modis, addunt cũ Ioanne ſextũ genus, qñ.ſ.aliquis mandat aliquid in ſuam vtilitatem, mandatarij, & cuiuſdam tertij. Vt ſi Petrus mandet Ioanni, vt vtrique ipſorum, ac Franciſco cõducat, aut emat aliquid, vel vt pro ſe fideiuſſor exiſtat, quo ad pretium rei, ipſis tribus à Petro cõductæ, aut emptæ. Exemplum ſexti huius generis, vt notat additio ad gl.inſt.citatam, habetur l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.ff.mand. Vbi, cũ eſſent tres contutores, duo eorum mandarunt tertio, vt pupillo emeret ſeruum illi neceſſarium: id enim mandatum in vtilitatem cedebat, tam duorũ contutorem mandantium, quàm etiam tertij contutoris mandatarij: quia ſi id exequutioni eſſet mandatum, excuſabantur ab actione tutelæ pupilli aduerſus ipſos, quòd ſeruum ſibi neceſſarium non emiſſent: cedebat etiam in pupilli vtilitatẽ, quatenus ſeruus neceſſarius illi erat.

Non additur ſeptimum mandati genus, nempe quando mandatur, quod ad ſolum mandatarium ſpectat. Vt quando illi diceretur, vt de ſuis pecunijs aliquid ſibi ipſi emeret, aut faceret aliud, quod ad ſe ſolum attineret. Quoniam id potius haberet rationem conſilij, quàm mandati: cũ autem cuique integrum ſit facere, aut non facere, qđ ſibi conſulitur, perſpicereque, an ſibi expediat id efficere, vel non, quod ad ipſius tantum commodum, aut incommodum expectat, vtique ex tali mandato, ſeu conſilio etiam ſi acceptetur nulla vtrinque oritur obligatio, de qua, quatenus ex vero mandato reſultante, ſtatim erit ſermo: atq; adeo, eſto, illud exequenti, damnum aliquod inde proueniat, ad nihil illi tenetur, qui mandati, ſeu conſuluit. Ita habetur l.2.§.vlt.ff.mand.§.tua.inſt.eo. 2 tit.& l.23.titu.12.par.2. Quando † tamen conſulens, illove modo mandans, malitia ſua traderet id conſilium, ac deciperet eum, qui illud exequutioni mandauit, tunc non tenetur quidem actione mandati ei, qui illud mandauit, vt rectè notãt gloſſæ duobus prioribus iuribus citatis, quoniam vere non interuenit mandatum, ſed teneretur illi ad omnia damna, actione de dolo, & inſuper puniri deberet ob delictum, quod ea in parte commiſit, vt habetur l.quod ſi cum ſcires ff.de dolo, & l.2.ff.de proxenet. Atque hoc modo eſt intelligẽda 23.citata.

Quando item conſilium eſt circa maleficium, tunc, ſi conſilium eſt cooperatum ad maleficium, præſertim quia is, cui datum eſt, alioquin id non erat facturus, tenetur conſulens ei, aduerſus, quem patratum eſt maleficium, in foro quidem conſciẽtiæ ad omnia damna, in defectum tamen eius, qui maleficium eſt patratus, qui principaliter ad ea tenetur; niſi forte, à conſulente fuit deceptus: quia tunc conſulens teneretur principaliter ad omnia damna ſubſequuta, tum ei aduerſus quem patratum eſt maleficium, tum etiam ei, qui conſilium exequutioni mandauit.

Si vero conſilium cooperatum non eſt ad maleficium, quia ſcilicet is, cui eſt datum, decreuerat iam id efficere, nihilque confirmatus eſt eo conſilio, tunc in conſcientiæ foro conſulens ad nihil tenetur ei, aduerſus quem patratum eſt maleficium eo quod neque partialis cauſa, fuerit eius maleficium, ac damnorum inde ſubſequutorum. In exteriori autem foro, non quidem actione mandati, ſed actione ex delicto punietur conſulens, & reſarcire cogetur damna, prout plus, aut minus fuit in culpa, & prout plus, vel minus fuit cauſa maleficij, mouendo ſuo conſilio eum, qui alioquin id non erat facturus, aut eum corroborando in ſuo prauo propoſito. Atque hoc ſanè eſt, quod merito ſentiunt duæ gloſſæ citatæ, ſatis conſentaneè ad ea iura, & quod amplectitur Gregorius Lopez leg. 23. citata gloſſ. vltim. Vlpianus verò leg. ſi remunerandi. §.planè. ff.mandat. iuxta hæc eſt exponendus: qui ſanè actionem mandati perperam videtur admittere aduerſus eum, qui ſuo conſilio malefactorem ad id faciendum mouit, quod is alioquin non erat facturus, quando in detri-

trimentum aliquod malefactori fuit ſubſequutũ
neque enim tunc tenetur actione mandati, ſed de
dolo, ac delicto, vt explanatum eſt.

3 Quod attinet † ad pœnam conſulentis malefi-
cium, diſtinguit communis doctorum ſnĩa, quam
referunt, ac ſequuntur Iul. Cla. lib. 5. ſent. §. vlt. q.
88. & Couar. in clem. ſi furioſus part. 2. §. 1. nu. 1.
& reg. peccatum, part. 2. §. 12. nu. 1. Quòd ſi is, cui
conſilium eſt datum, non erat alioquin facturus
id maleficium, conſulens punitur pęna ſtatuta pa
tranti tale maleficium. Addit verò Couar. §. 12. ci
tato, num. 1. qñ contrarium aliunde non conſtat,
præſumi non patraturus alioquin id maleficiũ. Si
verò alioqn ſimiliter erat patraturus id maleficiũ,
puniri ſolum pœna extraordinaria iudicis arbi-
trio, maiori, vel minori, prout crimen fuerit gra-
uius, aut minus graue, attentisq; alijs circumſtan
tijs concurrentibus. Additq; Couar. cũ alijs, quos
citat, habere hanc diſtinctionem locum, etiam in
criminibus atrocibus. Atque quando lex pœnam
ſtatuit conſulenti, eam eſſe illi imponendam.

4 Quamuis, ante † acceptationem mandati, inte-
grum ſit mandatario illud non acceptare, ac proin
de mandatum non exequi; attamen eo ipſo, quod
mandatum acceptat, ac proinde, ꝙ celebratus eſt
mandati contractus, vtrinque, tam. ſ. ex parte mã-
datarij, quam ex parte mandantis, oritur obliga-
tio, ac proinde parti contrariæ competit actio, vt
cogat implere obligationem, atque vt, ſi aliquid
ab obligatione fuit deuiatum, id reſarciatur. Vt. n.
gl. 1. l. 2. ff. mand. iuxta l. licet. §. eam. ff. de procur.
& inſt. de verb. oblig. in princ. recte notat, ex con-
tractu oritur obligatio, & ex obligatione actio ori
tur. Eo itaque ipſo, quod mandatarius acceptat
mandatum, celebratuſque proinde eſt mãdati con
tractus mutuo mandantis, ac mandatarij conſen-
ſu, oritur ex parte mãdatarij obligatio, vt cógruo
tempore integre, ac fideliter mandatũ exequatur,
& reſtituat, ſi quid emolumenti ex exequutione
mandati ad ipſum peruenit, aut ſi quid retinet mã
dantis, ei datum ad mandatum exequendum, atq;
adeo mandanti, & hæredibus ipſius, competit ad-
uerſus eum directa mandati actio, vt eum cogant
mandatum ſuo tempore exequi, & vt, ſi id pręter-
miſit, aut indebite fuit exequutus, ipſi ſoluat, quã-
tum ſua mandantis intererat, congruo tempore,
aut integre, ac debite, fuiſſe exequutioni manda-
tum, & vt inſuper reſtituat, ſi quid ex exequutio-
ne mandati ad ipſum peruenit, aut ei remanet. Ita
hr̃, §. ex quibus damnis. ver. item tutelæ. inſtit. de
pœna temere litig. vbi hæc actio aduerſus manda-
tarium, directa mandati actio nuncupatur. l. ſi ve
ro non remunerandi, §. vltim. ff. mand. & l. 20. tit.
12. par. 5. & alijs iuribus. Hæc autem intellige,
niſi mandatarius tempeſtiue mandato renuncia-
uerit, iuxta ea quæ diſp. 552. dicenda ſunt.

5 Ex quanta † autẽ culpa mandatarius teneatur
mandatori, ſi vel mandatum non exequatur, vel
non vt oportet, aliquidque prætermittat, atque
inde detrimentum mandatori ſequatur. Sanè, iux
ta regulas generales, videbatur dicendum, quan-
do ſolius mandantis vtilitatem eſſet ſuſceptum,
nullo accepto ſtipendio, ſolum teneri de dolo, &
lata culpa, non vero de leui, aut leuiſſima: quando
autem ſuſceptum eſſet, etiam in mandatarij vtili-
tatem, ſaltem quia pro exequutione aliquid ei eſ-
ſet promiſſum, teneri etiam de leui, non vero de
leuiſſima culpa. Iura tamen aliqua ſtatuere viden
tur, illum teneri de quacũq; culpa, etiã leuiſſima,
non vero de caſu fortuito, niſi ad caſum etiam for
tuitum ſe obligaſſet, aut niſi, propter pręuiam cul
pam, caſu fortuito poſtea aliquid periret, quod nõ
ita perijſſet, niſi anteceſſiſſet culpa mãdatarij, iux
ta ea, quæ diſpu. 295. dicta ſunt. Ita innuere vr̃ l. à
procuratore, iniuncta gloſ. ibi, quæ varias ſenten-
tias refert, & l. in re mandata, in fine, C. mand. ac
l. 20. tit. 12. par. 5. Quod limitat ibi Greg. Lop. qñ
res, quæ mandatur, exactiſſimam exigit diligẽtiã:
id quod ẽt affirmat additio gl. 2. §. mandatũ inſt.
man. dicens, quod ſi res mandata exigit exactam
diligentiam, mandatarius tenetur de leui culpa,
non verò de leuiſſima: ſi verò exigit exactiſſimã
diligentiam, tunc etiam tenetur de leuiſſima cul-
pa. Contrarium vero innuit aperte l. contractus.
ff. de reg. iur. quæ non ex maiori culpa, aut aliter
aſſeuerat teneri, quenquam ex mandato, quam ex
commodato; ac proinde ſicut in commodato di-
ſtinguimus, in cuius gratiam factum ſit, vt inde
definiatur ex quanta culpa teneatur commodata-
rius, ita diſtinguendum innuit in re propoſita, eo-
que modo tandem diſtinguit gloſſ. leg. in re man-
data, citata. Hoc ipſum innuunt leg. ſi procurato-
rem. §. dolo. l. idem princip. & l. dolus. ff. mandat.
Atq; id ſatis eſt rationi, ac generalibus iuris regu-
lis hac in parte conſentaneum. Vtinam vero tot
iura inuicem contraria, quæ litibus fomenta prę-
bent, malaq; alia inuehunt, abſcinderentur pauciſ
que regulis perſpicuis hæc, & his ſimilia diſpone-
rentur.

Simili modo, eo ipſo, quod mandatarius acce-
ptat mandatum, celebratusq; eſt mandati contra-
ctus mutuo conſenſu mandatoris, & mandatarij,
reſultat ex parte mandantis obligatio ad ſoluen-
dum mandatario, ſi quid expenderit in mandato
exequendo, atque ad tribuendum ei neceſſaria ad
mandati exequutionem, quando non aliud fuit
expreſſum, itemque ad mandatario ſoluendum,
ſi quid in gratificationem illi incontinenti promi
ſit, dum mandati contractus celebrabatur, vt di-
6 ſputatione præcedente dictum eſt; atq; adeo † cõ-
petit mandatario aduerſus mandantem cõtraria,
quam iura vocant, mandati actio ad illa omnia ab
7 eo exigendum, ac obtinendum. Atque hæc † eſt
actio, quæ fideiuſſori competit aduerſus eum, pro
quo fideiuſſor extitit, vt illi reſarciat, ſi quid pro
eo ſoluerit, aut ſi quod aliud damnum ipſi ex fi-
deiuſſione obuenerit, & vt congruo tempore eum
à fideiuſſione liberet, iuxta ea quæ dum de fide-
iuſſoribus ſermo erat dicta ſunt. Actionem man-
dati explicatam competere mandatario aduerſus
mandantem appellarique contrariam, cum ta-
men actio mandati, quæ mandanti aduerſus man
datarium competit, appelletur directa, habetur
§. ex quibuſdam ver. item tutelæ. inſt. de pœna te-
mer. litig. l. ſi vero non remunerandi. §. continuo.
ff. mand. l. etiam. C. eod. titulo, & leg. 20. iuncta.

glo.1.Greg.Lope.ibi,& l.25.tit.12.par.5. Simili modo qñ mãdatarius emit aliquid de mãdato alicuius, ſoluendum in tps futurum aut ſimile aliud egit, quo ſe obligauit ad aliquid in tempus futurũ, competit ei actio contraria aduerſus mandatorẽ, vt eum liberet ab ea obligatione, illamq; in ſe ſuſcipiat, ſi creditor velit, alioquin ſufficienter caueat, quod ipſum defendet, atq; pro eo ſoluet. Viciſſim etiam quando de mandato alicuius emit aliquid tradendum in tempus futurũ, aut ius aliud acquiſiuit, competit mandanti aduerſus eum directa mandati actio, vt transferat in ipſum ius, & actionem, illa ei cedendo. Hæc habentur l. ſi mandato meo, ff. mand.

8 Inter expenſas pro † quibus mandatario competit mandati, actio aduerſus mandantem, cõputantur, quæcunque mandatarius ſecum expendit rationabiliter, vltra id quod alioquin erat expenſurus, vt, ſi iter facit computatur inter expenſas, quod plus rationabiliter in itinere expendit, quã fuerat expenſurus, ſi illud non fuiſſet aggreſſus, eſto mandans, ſi per ſeipſum id negotium gereret, non tantum expendiſſet. Ita habetur l. ſi quis, §. impendia, ff. mand.

Dubium vero eſt, ſi caſu fortuito mandatario, dum exequitur mandatum, damnum aliquod ob-
9 ueniat † occaſione mandati, vt ſi ſpolietur à latronibus dum iter cauſa mandantis aggreditur, num competat ſibi mandati actio ad id repetendum à mandante. Lex inter cauſas. §. nõ omnia, ff. mand. innuere vr, mandantem non teneri reſarcire mandatario damna, quæ caſu fortuito illi obuenire, dũ mandatum exequebatur. Accurſ. ibi. ait eum. §. de curialitate ſe ſeruari non debere, & alij dicũt, nec de iure. Dicẽdum verò eſt cum Bar. & alijs, quos Sylu. verb. mandatum quæſt. 6. refert, ac ſequitur. Si occaſione mandati illa pereant, alioquin nõ ſimiliter peritura, atque non erãt ſuperflua, ſed neceſſaria, ſeu rationabilia ad exequutionem mãdati, debere a mandante ſolui mandatario, eſto coniuncta eſſent cum alijs ſuperfluis, quæ mandatarius ſimul deferebat; modo tamen, occaſione ſuperfluorum, non periiſſent neceſſaria. Conſentit l. cum duobus. § quinam ſagariam. ff. pro ſocio.

10 Illud eſt † obſeruandum, qñ vnus mandat aliquid alicui, in vtilitatẽ cuiuſdam tertij, tũc, ſi mandatarius aliquid expendat in exequutione mãdati, aut, iuxta id mandatum, aliquid det illi tertio, vel quacunque alia ratione competat ei actio mãdati contraria, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt, tunc eam mandati actionem nõ competere ei aduerſus illum tertium ſed, ſolũ aduerſus mandantẽ; dẽt tñ cedere mandanti, ſi quas actiones hẽat aduerſus illum tertium, vt ſi tertio illi mutuo dedit pecuniã de mandato illius alterius debet cedere mandanti actionem ex mutuo, quam aduerſus eum tertium habet, vt conſtat ex l. ſi quis alicui. §. vlt. ff. mand. Mandanti verò competit aduerſus illum tertium actio negotiorum geſtor. contraria, vt id exigat ab illo tertio, aut ſi iam ſoluit mandatario, vt id repetat ab eodem tertio; mandans quippe in vtilitatẽ tertij, reputatur ea in parte negotiorum geſtorum comparatione illius, vt ex ſe eſt perſpicuũ, & colligitur ex l. ſi mandauero. §. ſi procurator. ff. mãd. Item mandatarius, quamuis agere nõ poſſit actione mandati aduerſus tertium illum, in cuius vtilitatem negotium egit; agere nihilominus aduerſus illum poteſt actione neg. geſt. contraria, quatenus verè negotium illius geſſit, tametſi de mandato alterius, vt colligitur apertè ex l. ſi mandatum. C. de neg. geſt. & affirmant gl. pen. §. 1. inſt. mand. ver. mandet, & Grego. Lop. l. 21. tit. 12. par. 5 gl. 1. Itẽ ſi mandatarius damnum intulit illi tertio, non exequendo ſua culpa mandatũ, aut peruerſe illud exequendo, tunc tertius ille non poterit agere aduerſus mandatarium actione directa mandati, vt ſoluat id damnum; poterit tamen agere directa actione negot. geſtor. tum aduerſus mandantem, tum etiam aduerſus mandatarium; eo ꝙ vterq; vt dictum eſt, ſubeat rationem negotiorum geſtoris comparatione ipſius. Mandanti item competit directa actio mandati aduerſus mandatarium, vt id ſoluat. Hæc omnia habentur l. 21. & 22. titu. 12. par. 5. iuncto Greg. Lop. ibi.

De mandato ad res illicitas.

DISPVTAT. DL.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum generale ad omnia, non extenditur ad illicita.*

2 *Mandatarius de re illicita tenetur mandatum nõ adimplere, & in conſcientiæ foro reſtituere quicquid accepit.*

Immo etiam damna per iniuriatum paſſa in defectũ mandantis. nu. 3.

4 *Mandans delictum fieri an puniri debeat eadem pœna ſtatuta, qua mandatarius exequens.*

5 *Mandans percuti aliquem citra mortem an puniri debeat ordinaria, ſi mors inde ſequuta fuerit.*

6 *Mandatum delicti ex quibus præſumatur.*

1 Illud in primis eſt obſeruandum, in † mãdato, aut procuratione generali, ad omnia, non intelligi ad illicita, ſed ſolum ad licita. l. Lucius. §. pro infante, ff. ad municip. l. ſi pater. ff. quæ in fraud. cred. & l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. & affirmant Grego. Lop. l. 25. glo. 1. tit. 12. par. 5. & Gama deciſ. 239. nu. vlt.

Mandatũ de re illicita inualidum eſt, & ſi quid mandatarius accepit pro re illicita patranda, nec-
2 dumq; † mandatum ſit impletum, tenetur mãdatũ non implere, & in conſciæ foro reſtituere tenetur danti, ꝙ ea de cauſa ab eo accepit. Quod ſi mãdatum iam impleuit, &, ꝙ accepit pretiũ eſt moderatum, ita vt limites iuſti pro re illa implenda non excedat, tutò in conſcientiæ foro põt illud retinere. In foro tñ exteriori fiſco repetatur, ſi id acceptũ ſit pro delicto, quod in eo foro punitur, non tamen tenetur id fiſco ſoluere ante latam ſententiam. Similiter in foro exteriori repetetur fiſco, ſi quid accepit pro ſimili aliquo delicto, necdumque delictum patrauit. Cæterum ante latam ſen-

tentiam

centiam (eò quod eiuſmodi repetitiones fiſco in pœnam ſint ſtatutæ) tradendum non eſt fiſco, ſed danti, vt latè hæc omnia diſp. 94. explanata, comprobataque ſunt. Vniuerſim autem, neque actio directa mandati conceditur mandati in foro exteriori aduerſus mandatarium, vel vt mandatum impleat, vel vt reddat, quod accepit ob mandatum implendum, eſto illud non impleuerit, quã delictum in eo foro punitur; ſed ita datum, repetitur in pœnam fiſco: neq; item mandatario conceditur in eodem foro actio mandati contraria, vt à mandante repetat, ſi quid in eo mandato implẽdo expendit; ſed id in exteriori foro in pœnam applicabitur fiſco. Si tamen res in iudicium non deducatur, credo mandantem in conſcientiæ foro teneri id ſoluere mandatario, iuxta ea quæ diſpu-
3 tatione 94. citata dicta ſunt. Damna† verò ex iniquo mandato ei, qui iniuriam eſt paſſus, ſequuta, tenentur ſoluere illi in conſcientiæ, & in exteriori foro, tum mandatarius, in defectũ tamen mandantis, qui principalis cauſa eſt damni, ad integramq; reſtitutionem ſolus ipſe tenetur: tum etiã principaliter mandans ipſe. Atque vterque puniri debet pœna condigna pro qualitate delicti. Hæc, præter alia iura quæ diſpu. 94. à nobis citata ſunt, habentur. §. illud inſt. mand. l. ſi remunerandi. §. rei turpis. l. ſi mandauero tibi. 2. §. qui ædem. ff. eod. tit. l. non ſolum. §. ſi mandatum. ff. de iniur. l. 25. tit. 12. l. 38. tit. 11. l. 22. tit. 10. par. 5. & alijs iuribus. Si quis item de mandato minoris fideiuſſor ipſius exiſtat, quod aliquid concubinæ minoris ſoluetur, aut de mandato minoris concubinæ aliquid det, non conceditur mandatario illi actio mandati contraria, vt id à minore repetat. l. ſi verò nõ credendi. §. ſi adoleſcens ff. mand. & l. 25. tit. 12. part. 5.

4 Vtrum † autẽ mandãs homicidiũ, aut quoduis aliud delictum, puniri debeat pœna ſtatuta pro eo delicto, & qua exequutor ipſe puniendus venit. Quãuis quidam diſtinxerint, ſi mandatarius alioquin patraturus non erat id maleficium, mãdatorem puniendum eſſe pœna ſtatuta pro eo delicto: ſi verò patraturus ſimiliter erat idem delictum, mitiori pœna arbitraria eſſe puniendũ; melius tamen Couar. in Clement. ſi furioſus part. 2. §. 2. num. 1. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 89. nu. 1. cum Bar. & communi doctorum ſententia, quam referunt, cenſent, ſine vlla diſtinctione eſſe affirmandum, mandantem tota, eademque pœna, qua mandatarius, eſſe puniendum: quoniam eſt cauſa principalis eius delicti, nomineque atque intuitu mandantis exercetur à mandatario. Si tamen, ante mandatum, mandatarius decreuerat id facere, non intuitu, & nomine eius, qui poſtea mandauit, ſed proprio intuitu, ac nomine, quia ſcilicet ipſe quoque paſſus fuerat iniuriam, aut laceſſitus ſimul, aut præcipuè, fuerat ab eo, in quem delictum exercetur, fortaſſe æquitas poſtulabit, vt aliquid de pœna remittatur mandanti, qui ſuo mandato confirmando mandatarium, ſolum fuiſſet concauſa eius delicti, non verò cauſa principalis, & prima integra: in eoque euentu vtique mandatarius teneretur ad reſtitutionem partis damnorum inde ſubſequutorum, tanquã cõcauſa principalis eorum damnorum, contribuendo, vnà cum mandante, ad ſatisfactionem eorum damnorum.

Bart. & communior doctorum ſententia, vt refert Iul. Clar. vbi ſupra nu. 2. addit, Si ſtatutũ pœnam decernat perſonæ delictum patranti, vt ſi dicat, qui occiderit, vel furatus fuerit tali, vel tali pœna puniatur, non comprehendere mandantem, ac proinde mandantem puniendum non eſſe pœna, qua mandatarius exequens maleficium, ſed alia arbitraria minori: quoniã mandans, nõ propriè, ſed interpretatiuè, vt facere id maleficium. Si verò ſtatutum pœnam conſtituat, qua puniendum ſit delictum, vt ſi dicat, homicidiũ, aut furtum, tali, vel tali, pœna puniatur, tunc eadem pœna eſſe puniendum mandatorem, quam mandatarium. Atque ab hac ſententia, ait Iul. Clar. tanquam à communiori, recedendum nõ eſſe in conſulendo, & iudicando, niſi vbi contraria vſu fuerit recepta, ita vt conſuetudo interpretata ſit ſtatuta, eiſque derogauerit. Mihi verò plus probatur contraria Cyni, & multorum aliorum ſententia, quam referunt vſu eſſe receptam. Nempe, vanam eſſe eam diſtinctionem, mandatoremque quamuis non interficiat, aut aliud delictũ propria manu committat, in genere tamen moris eſſe verè cauſam principalem eius delicti, vereque interficere per mandatarium, tanquam per ſuum inſtrumentum à ſe motum ſuo imperio: vnde præcipue ipſe interficit in genere moris, eſtque vera cauſa, non ſolum damni, & iniuriæ proximo illatæ per mandatarium, ſed etiam delicti ipſius mandatarij; ideoque maiori pœna, quam mandatarius, eſt dignus, ac proinde pœna ordinaria, ſtatuta committentibus id maleficium, eſt puniendus: eaque ſane eſt mens legumlatorum, cui potius eſt ſtandum, quam verbis. Adde, ſi vllius momenti eſſet Bart. fundamentum, ſane nec tota pœna ſtatuta pro homicidio, aut furto, eſſet puniendus mandans furtum, aut homicidium: quandoquidem non verè, vt ille ait, interficit, aut furatur, ſed interpretatiuè ſolum.

Iul. Clar. ibidem nu. 3. notat cum Bar. & alijs, ſubſequuto delicto, verbi gratia homicidio, per mandatarium, teneri mandantem, non quidem ex mandato, ſed ex homicidio propter mandatũ, tanquam ex effectu, cuius mandans fuit vera cauſa; eaq; ratione, licet in vno loco mandauerit delictum, & in alio alterius iuriſdictionis fuerit ſequutum delictum poſſe mandantem puniri in loco ſubſequuti delicti ratione loci, in quo per mandatarium verè ipſe interfecit, ac deliquit.

Si mandatarius fines mandati egrediatur, ita quòd, cum in ipſius poteſtate fuerit non tranſgredi mandatum, fines mãdati excedendo, aliud, aut grauius, delictum commiſit, tunc mandans non tenetur tota pœna delicti commiſſi, ad quam mandatarius tenetur, ſed minori arbitraria, iuxta id, quod mandauit, aut quatenus ſuo mandato illi alteri delicto occaſionem præbuit, atque iuxta circumſtantias omnes concurrentes. Vt, ſi, cum mandauerit fuſte percutere, ita vt mors nata non eſſet ex percuſſione ſequi, mandatarius, id non curans,

enſe

enſe tranſfixit aduerſarium,eumq; interfecit,aut, ſi,cũ mandauerit percutere aduerſariũ in loco ꝓfano, mandatarius percuſſit in loco ſacro, aut in palatio Regis, vtiq; mandans tunc nõ tenetur ad totam pęnam eius delicti. Ita Couar.clemen.ſi furioſus par. 2.§.1.verſ.ſolet ſane,cũ Baldo & alijs, nec diſſentit Iul.Clar.vbi ſup.nu.5. Rõ autem eſt, qm̃,qñ certa forma mandati datur, tranſgredienda non eſt, alioquin mandatario imputatur,quod tranſgrediatur, neque ei competit actio contraria mandati. Idemque eſt,qñ mandatarius præſumptam mandatis voluntatem tranſgreditur, idque, quod negotiũ mandatum poſtulabat,vt ſeruatur, eſto certa forma tradita ei non ſit,vt diſp.552.dicetur, & habetur §. is qui exequitur,inſt.mand.l. 3.l. diligenter,& l.ſi quis pro eo ff.eod.tit.

Dubiũ Dubium autem eſt,ſi quis percuti alium mandauit, admonens mandatarium, ita percutere, vt
5 non interficiat, num, † ſubſequuta interfectione, mandans pœna ordinaria, eademque, qua mãdatarius ipſe,teneatur. Plurimi, quos Couar. nu.2. citato verſ. deinde ob eandem, & Iul. Clar.nu.5. citato referunt, aſſeuerant, mandantem tunc puniendum non eſſe pęna ordinaria, ſed mitiori arbitraria.

Deciſ. Qm̃,quando homicidium non ſequitur ex intentione, puniri non debet pœna ordinaria. Rectius Coua.& Iul.Clar.vbi ſupra dicũt,ſi percuſſio ita fieri iuſſa fuit, vt facile mandatario non fuerit, ita attemperare manum, eumque ſeruare modum,vt mors non ſequatur,mandantẽ puniẽdum eſſe pęna ordinaria:qm̃,licet fortaſſe non in tanta culpa homicidij fuerit, in quanta fuit mandatarius; fuit tñ in tanta, vt excuſandus non ſit à pœna homicidij ordinaria,qualis eſt mortis. In delictis verò, quæ minori pœna, quam mortis, plectuntur, maior, in eo euentum, aliquantulum pœna imponenda erit mandatario, quã mandanti. Si verò pcuſſio ita fieri iuſſa fuit,vt facile fuerit mandatario non interficere,vt, ſi alapa fuit iuſſus percutere aut pugno, vel ea fuſte, quæ interficere non poterat, tunc, ſi mandatarius fines mandati exceſſit,ac interfecit,non punitur mandans pœna ordinaria homicidij. Illud tamen admonuerim,ſi quis alapa,aut fuſte, iuſſit percutere, & mandatarius id ita exequutus fuit, aut exequi fuit aggreſſus; attamen (vt frequenter euenire ſolet) aggreſſus,ſe voluit defendere, aut incontinenti vindicare, mandatariuſque, ſe defendendo, interfecit in eo conflictu eum, quem percutere eſt iuſſus, aut alium, qui eum defendere, vindicare, aut adiuuare, fuit aggreſſus, vtique non minori pœna tenebitur mandans,propter homicidium illud,quam teneatur mandatarius: niſi forte mãdatarius multum in eo conflictu exceſſit, nimiſque inordinate ſe geſſit, ita vt exceſſus ille imputari non debeat mandanti. Ratio autem huius noſtri aſſerti eſt: qm̃ in eo mandato, id virtute fuit etiam iuſſum, quod in eo euentu ſequutum eſt, idque natũ erat ſequi;non minus,q̃ nata ſit ſequi mors ex percuſſione enſe, qñ non facile eſt mandatario ita attẽperare manum, eumque tenere modum, vt mors non ſequatur, eſto mãdans iuſſerit non interficere, proteſtatuſque ſit ſe, nec intendere, nec velle mortem illius:in quo euentu Iul. Clar. & Couar. cenſent, mandantem, ſicut & mandatarium, puniendum eſſe pœna homicidij ordinaria.

6 Mandatum † delicti,ſaltem tacitum, præſumitur,vt, verbi gratia, homicidij, ſi quis, accepta ab aliquo iniuria, dixit filio, aut famulo, vade, non reuertaris in domũ meam, donec nouum aliquid de te audiã, filiuſque ille, aut famulus, poſtea interfecit eum,qui iniuriam intulit. In quo euentu Bart.& alij,quos referunt Iul.Clar.vbi ſupra,nu. 6.& Couar.§.1 citato,n.3.affirmãt,ita mandantem puniendum eſſe pœna homicidij ordinaria. Item mandatũ pręſumitur,ſi iniuriam paſſus,loquatur ad auream famulo, aut conſanguineo, vel alteri,& ille paulo poſt interficiat eum, qui iniuriam intulit. Placet verò mihi, qd Iul.Clar.ibid. nu.7. ſubiungit. Nempe, ſi,attentis circumſtantijs cõcurrentibus,vt grauiſſimę iniuriæ acceptę, & alijs, adeò ſit perſpicuum illum tunc id mandaſſe, vt nullum prorſus remaneat dubium, puniendum tunc eſſe ita mandantem pœna homicidij ordinaria: alioquin eſſe torquendum, ac puniendum pęna extraordinaria arbitraria.

De irregularitate mandantis homicidium, aut mutilationem, in omnibus euentibus explicatis, dicetur tractatu tertio ſequenti,quando de homicidio fuerit ſermo.

De procuratore ad negotia.

DISPVTATIO DLI.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad negocia quis dicatur.*
2 *Procurator ad negocia cui acquirat actiones directe,& immediate,an ſibi,an vero domino.*
Idem an in eo, qui per Epiſtolam contraxit, & internuncio.
3 *Matrimonium contractum per epiſtolam,vel internuncium perinde eſt validum, ac ſi cum principali contractum eſſet.*
4 *Procurator, & internuncius in ciuilibus negocijs in quo differant in acquirendo domino.*
5 *Procurator reddere domino tenetur rationem adminiſtrationis,& illi iura,& actiones cedere.*
6 *Procurator ad negocia, & ad lites quot annorum eſſe debeant.*

VT diſp. 548.dictum eſt,ꝓcurator velut pars eſt ſubiecta mandatario. Quia verò agere de procuratore ad iudicia, ſpectat ad quintũ tractatũ, hoc loco ſimul cũ mandato, & mãdatario, miſcendus eſt ſermo de procuratore ad negotia. Quamuis aũt mandatarius oĩs, præſertim ad iudicia,& negotia,poſſit(late ſumpto vocabulo)dici procurator ad id,ad qd mandatum hẽt ab alio, aut ab alijs,quin & interdum à iure,& à docto-
1 ribus,ita appelletur;preſſe tñ is dicitur,qui inſtrumentum à mandante accipit ad aliquid, loco, & nomine ipſius in iudicio,aut extra iudicium, agẽdum. Quare, quæ de mandato,& mandatario ad negotia hactenus dicta ſunt, ſimiliter intelligẽda ſunt de procuratore ad negotia preſſe ſumpto,

Quod

Quòd verò ad procuratorē preſſe ſumptū at-
2 tinet,obſeruandum eſt. Interdū † ita noīe,& loco
alterius aliquid agere,cum mandato,& procura-
tione ad id ſpeciali, vt non tā ipſe ſit,qui id agit,
quam qui mandatum,et procurationem ad id in
particulari ei dedit,q vtitur ipſo tanq̄ inſtrumē-
to, quo mandans ipſe id operatur, ac verè agit.
Atq; in hoc euentu eiuſmodi procurator,non ſi-
bi acquirit actiones,quas cedere debeat mandan
ti,ſed mandans ſolus eſt, qui ſibi immediatè ac-
quirit actiones,ac totum ius;quin & illi fit tradi
tio,ſi quæ ibi interueniat, neq; eiuſmod; procu-
rator in euentu,tam habet rationē mandatarij et
procuratoris ad id agendum, quam internuncij,
aut quaſi epiſtolæ,qua mādās id exequitur. Qua
re,ſicut qn̄ contractus, q ſolo conſenſu exterius
expreſſo perficitur, celebratur inter abſentes per
internuncium, aut epiſtolā, non eſt epiſtola,aut
internuncius,qui celebrat contractū, ſed qui epi
ſtolam ſcribit,ac mittit, aut internuncium deſti-
nat,eſt qui contractū celebrat, epiſtola vero,aut
internuncius,ſunt inſtr̄a,quibus exprimit, ac ſi-
gnificat alteri ſuum conſenſum;ac proinde, non
internuncius, aut epiſtola, ſed qui per eos expri-
mit conſenſum ſuum,& celebrat cōtractū,eſt,q
acquirit actiones, & ius mediante eo contractu;
ita res hēt in contractu,de quo loquimur. Exem
3 plum habemus† accōmodatum,in celebratione
matrimonii per procuratorem, qui noīe & loco
eius,qui ad id eū deſtinauit, ac ſuū procuratorē
eum conſtituit,matrimonium celebrat, vt hr̄ ca.
vlt. de procura. lib. 6. Neq; enim matrimoniū ce
lebratur cum hoc, quemadmodū alii contractus
initi cum procuratore alicuius, qua tali, vere cū
eo procuratore celebrantur, tametſi de mādato,
& noīe ius, cuius eſt procurator; ſed matrimo-
nium celebratur ſolum cum eo,cuius hic eſt pro
curator,mediante tn̄ hoc tanquā exprimente cō-
ſenſum eius,cuius eſt procurator,|habenteq; mā-
datum,& procurationem ad id in particulari,at-
que adeo,non is procurator, ſed qui per eum ce-
lebrat matrimonium,eſt,cui, mediante eo matri
monio,fit traditio corporis vxoris,& qui compa
ratius ad maritales actus: vnde aptius is procu-
rator exprimet conſenſum eius, cuius ad id eſt
procurator,ſi dicat, talis tecū cōtrahit me inter-
nuncio,teque illi ſuſpicio in vxorē, quā ſi dicat,
tecum contraho noīe talis,aut nomine talis te ſu
ſcipio illi in vxorem,tametſi ſufficienter quouis
eorum modorum exprimatur conſenſus contra-
hentis principaliter, verumq; celebretur matri-
monium,vt,cum Panor. Bar. & aliis, recte affir-
mant Couar. in Epit. in 4. decr. c. 4. nu. 8. & Gre
go. Lopez. l. l. 5. glo. vlt. tit. 2. part. 4. qui recte ſu-
biungunt,eiuſmodi procuratorem, non tam eſſe
procuratorem,quā internunciū, in celebratione
eius contractus,concinitq; l. 5. citata. Quia ergo
is,per quem matrimonium,tamquā per procura
torem,celebratur, non tam eſt procurator,quam
internuncius; & præcipue,quia de intrinſeca ra-
tione matrimonii eſt mutuus verus conſenſus ex
terius expreſſus,neque res publica, aut Eccleſia,
poteſtatē habēt ad efficiendum matrimonium,
in quo nō interuenit verus conſenſus;ſicut,ex iu
ſta cā, poteſtatē hēt ad irrita reddenda, antequā
fiāt,matrimonia aliqua,in quibus interuenit mu
tuus conſenſus,neq; itē poteſtatē hēt cogendi,vt
in cauſa matrimoniali ſtetur actis per procurato
rem ad id deputatum, qn̄ conſtat,deſtinantē pro
curatorem mutaſſe conſenſum tēpore,quo p ſuū
procuratorē matrimonium fuit celebratū; ſicut
poteſtatē habet ſtatuēdi, vt ciuilibus ſtetur con-
tractui eo modo celebrato,qn̄ procurator,& is,
qui cum eo contrahit, ignorabant,eum,qui facul
tatem procuratoriā ad id dedit, mutaſſe conſen-
ſum,ac reuocaſſe facultatē; inde merito c. vlti. de
procur. lib. 6. definitum fuit,matrimonió p pro-
curatorem habentem ad id peculiare mandatum
celebratū,eſſe nullum in conſcientiæ, & in exte-
riori foro,qn̄ conſtat,eum, qui per ſuum procu-
ratorem ita illud celebrauit,mutaſſe conſenſum,
quando matrimonium ita fuit celebratum.
4 In ciuilibus verò negotiis † attendendum eſt ex
inſtr̄o,num,qui procurator,eſt conſtitutus, non
tam ſit procurator quàm internuncius: & ſi qui
dem comperiatur, eum eſſe inter nuncium ſolū,
tunc,nō ipſe eſt qui contrahit, & comparat actio
nes, ſed is,cuius verius eſt internuncius, quam
procurator. Alioquin,ſiue ſit procurator ad actio
nes,ſiue ad iudicium,ipſe,& non is, cuius eſt pro
curator,comparat actiones, ac ius,ac proinde, vt
tranſeant ad eum, cuius conſtitutus eſt procura-
tor,cedere illas ei dēt,ac tenetur: atque vſq; adeo
hæc iure ciuili ita ſtatuta ſunt, vt, ſi ad iudicia
quis cōſtitutus ſit procurator alterius,& ſuccum
bat,ſententia condemnatoria ferri non debeat in
principalem,cuius eſt procurator,& cuius nego-
tium agitur, ſed in procuratorē; tametſi exequu-
tio ſnīæ,nō fiat in bonis procuratoris, ſed ſolum
in bonis principalis,cuius conſtitutus eſt procu-
rator;niſi qn̄ mentitus eſſet,ſe eſſe procuratorem
illius,tunc.n. exequutio fieret in bonis illius. Qd
autem ſnīa ferri non debeat in principalē, ſed in
procuratorem,alioquin ſit nulla,hr̄ l. 1. C. de ſen
ten. & interl. & concinit. l. vlt. tit. 5. par. 3. glo. tn̄.
l. 1. citata,tandē addit, de conſuetudine id nō ſer-
uari,ſed promiſcuè,vel principalē, vel procurato
rē,condēnari,& in margine additur, Bart. & An
gel. approbare ea in parte glo. illam: & glo. 1. ca.
ſuſcitata,de in integr. reſti. ait,ius canonicum nō
curare eam ſolemnitatē, qd procurator condem-
netur,ac Greg. Lopez l. vlt. citata, gl. 1. affirmat,
ſe nūquā vidiſſe in Regno Caſtellæ ea de re fuiſ
ſe curatum. Quod autem exequutio ſententiæ
non fiat in procuratorem, ſed in principalem,
eſto procurator condemnetur, habetur l. Plau-
tius ff. de procu. & l. vlt. tit. 5. par. 3.
5 Quod verò † procurator, ſiue ad negotia, ſiue
ad lites,reddere teneatur ei, cuius eſt procurator,
rationem adminiſtrationis, & reddere quicquid
ex adminiſtratione ad ipſum peruenit, ac proin-
de cedere illi iura,& actiones, quæ ex tali admi-
niſtratione comparauit,habetur l. qui proprio. §.
procurator. ff. de procura. l. ex mandato l. dolus.
ff. mand. l. 2. ff. de nego. geſt. & l. 25. titu. 5. par. 3.
& notat ibi Greg. Lopez.

Certè

Certè, quamuis hæc ita ciuili iure ſint diſpoſita conſultius tñ & accómodatius ad ipſam rei naturam, foret ſi cóſtitueretur vt, qñ aliquis preſſe eſt procurator,& aliquid, vel in negotijs extra iudicium, vel in iudicio, agit nomine, & loco eius, cuius eſt procurator, oſtenſo ad id procuratorio inſtrõ iura, & actiones, & quæcunq; alia, acquirerentur, immediate, abſque aliqua ceſſione ei, cuius negotium agit,& cuius eſt procurator: quoniã nomine ac loco illius id agit, ſciente, atque intendente id vtraque parte, ac proinde is principalius id agit, cuius eſt procurator, quam procurator ipſe, procurator verò ſolum eſt inſtrumentũ illius, tam in negotijs, quam in iudicijs, ac proindè iura,& actiones, ex ipſamet rei natura, verè competunt principale abſque alia ceſſione: quemadmodum ſententia aduerſus ipſum, & in ipſius bonis, non autem in bonis procuratoris, mandari debet exequutioni: atque, ſi ipſa vincat per ſuum procuratorem, ipſi fieri debet ſolutio, & non procuratori, niſi, etiam ad recipiendam ſolutionem, ei mandatum dederit, vt hr̃ l. hoc iure ff. de ſolut. l. ſi tantum. ff. de pact. & l. 7. tit. 14 p. 5. Ethnici verò iuriſconſulti fuere, qui has,& alias ſubtilitates minime vtiles, aut neceſſarias inuenerunt, q̃bus negotia, & lites protrahuntur, ac multiplicantur, nimiſque longum ac obſcurum, ius ciuile redditur. Qñ autem aliquis, de mandato alterius, aliquid ita ageret, vt non eſſet procurator preſſe, vt in hac ciuitate Conchenſi ſunt qui commiſſiones à Genuenſibus, aut Mediolanenſibus, ad lanas ipſis emendas habent, aut à Valentinis ad emendos illis arietes, quos in Regnum Valentiæ transferant & vt ſunt multi alij, tunc quia eiuſmodi mandatarij hæc quidem alijs emunt, non tñ quaſi procuratores preſſe eorum, ſed perinde ſe habentes comparatione vendentium, ac ſi ſibi ipſis ea emerent, qua de cauſa, vendentibus ſolum competit ius & actio aduerſus eos, exequutioque contractuum, atq; ſententiarũ circa lites quę ex eiuſmodi contractibus oriuntur aduerſus eos in ipſorum bonis mandantur exequutioni, non verò aduerſus mandantes, aut in bonis mandantiũ, quorum negotia egerunt: vtique tunc locũ habet, vt mandatarij ſoli ſibi comparent ius ex eiuſmodi contractibus, eiſque ſolis cõpetant aduerſus venditores actiones, nó verò mandantib. niſi eis, quẽadmodum res emptę, ita iura, & actiones cedantur.

6 Illud poſtremo eſt † obſeruandum Procuratorem ad negotia, vt minimum eſſe debere decem, & ſeptem annorum ad iudicia verò viginti quinque annorum. Ita habetur c. qui generaliter. §. vlt. de procur. lib. 6. §. & ſeruus inſt. quib. ex cauſ. manumit. l. minor. ff. de procurat. & l. 19. tit. 5. part. Item procurator ad negotia poteſt liberè quemcunque alium ad ea deputare: non ſic autem procurator ad iudicia. Ita habetur l. ſi procuratorem, §. ſi quis mandauerit ff. mand. c. 1. §. vlt. de procurat. lib. 6. & l. 19. titu. 5. part. 3. Si tamen aliquod damnum ex ſubſtituto obuenerit, principali, tenetur ei primus procurator, & procuratori tenetur ſubſtitutus l. ſi procuratorem §. ſi quis mandauerit, & l. 19. citatis.

Vtrum mandatarius, & procurator, excedere poſſint limites mandati. Et quando eorum munus reuocari poſſit, aut expiret.

DISPVT. DLII.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, & mandatarius, ſeruare tenentur formam mandati, alias ſi tranſgrediantur, nullum domino afferunt præiudicium.*

2 *Mandati actio quo caſu oriatur contra mandantem, etiam ſi forma mandati ſeruata non fuit.*

Idque tanto magis vbi certa mandati forma præſcripta non fuit. nu. 3.

4 *Mandatarius, vel procurator nomine mandantis vendentes, an poſſint habere fidem de pretio.*

5 *Mandatarius quãdo non poſſit renũciare mandatũ.*

6 *Mandans etiam re non integra an poſſit reuocare mandatum.*

7 *Mandatum quot modis dicitur expirare.*

Qvod ad primum eorũ, quæ propoſita ſunt, 1 attinet, Si † procuratori, aut mandatario, certa forma fuit data, eamq; non ſeruauit, tranſgreſſio mandati in detrimentum mandantis, nullum præiudiciũ mandãti afferre poteſt, adeò vt, non ſolum mandatarius teneatur mandanti actione mãdati directa ad dãna omnia ex tranſgreſſione mãdati ei ſubſequuta, ſed &ẽt ſi quid vendendum ſub ea forma ei tradiderit, per eã venditionem tranſlatum non ſit dominiũ, ſed poſſit mandans id vẽdicare: mandatarius tñ tenebitur emptori de euictione, ſi emptor mandati formã ignorauit, vt ex ſe eſt notiſſimũ. Quod verò per eam vẽditionem tranſlatum non ſit dominiũ, ſed poſſit mandans rem vendicare, habetur expreſſe l. cum mandati. C. mand. Idem habetur l. diligenter. §. penult. ff. eodem titu. vbi dicitur. Si mandaui ſeruo meo vt aliquid venderet centum, & ille vendidit minori pretio, poſſe me vendicare rem ita venditam, niſi mihi augeatur pretium integrum, iuxta formam à me datam, ſeruetque indemnis. Quod idem intelligendum eſt in priori euentu, quando ſub certa forma tradidi vendendam rem meam alicui extraneo. Tota verò concluſio, præter vltimam partem, quam diximus ex ſe eſſe notiſſimam, habetur l. 3. & duabus ſequentibus, & l. ſi quis pro eo. ff mand. §. is qui exequitur, inſt. eod. titu. l. ſi procurator. C. de procurat. & l. 19. titu. 5. part. 3. Dictum eſt in concluſione, tranſgreſſionẽ mandati in detrimentum mandantis, nullũ poſ-
2 ſe ei afferre præiudicium: quoniam ſi forma † tradita ſeruata omni ex parte non fuit, in mandantis tamen commodum: tunc, quia nullum inde ſequitur mandanti præiudicium, ſed potius commodum, cenſetur mandatum ſeruatum, ac proinde vtrinque non ſecus reſultat mandati actio, quam ſi omnino mandati forma fuiſſet ſeruata. Vt, ſi mandatarius, aut procurator, iuſſus fuit vẽdere rem mandantis centum, & illam vendidit

centum

centum, & decem, aut cum rei alterius incremento, vel iuſſus fuit emere aliquid centum, & emit nonaginta quinque non cenſetur facta tranſgreſſio formæ mandati, competitque in primo euentu mandanti actio mandati, vt totum id pretium à mandatario recuperet & mandatario competit contraria mandati actio aduerſus mandãtem, vt, ſi quos ſumptus in mandato exequendo fecit, aut vt, ſi quid mandans incontinenti, dum mãdatum illi iniunxit, ei promiſit id totum ipſi perſoluat: ſimilique modo in ſecundo euentu oritur vtrinque mandati actio. Ita habetur §. is qui exequitur, inſtit. mand. & l. diligenter. §. vlt. ff. eod. tit.

Si verò aliter fuit facta trãſgreſſio formæ mandati, vt quia iuſſi emere talem rem cẽtum, & empta fuit centum, & decem, aut quia iuſſi emere tale prædium centum, & non fuit id emptum, ſed aliud æquali, maiori, aut minori pretio, tunc neutra ex parte reſultat actio mandati· quia neq; mãdati actione cogi poſſum ſumere rẽ illam eo pretio, neque teneor mandatario ad expenſas factas in mandato exequendo, aut ad aliquid aliud. In euentu tñ, in quo ea quidem res empta fuit, quam iuſſi ſed maiori pretio, quamuis Caſſius, & Sabinus iuriſconſulti aſſeruerint, tunc, neque mandati actionem aduerſus me competere, vt eam ſumerem pretio, quo eam emi iuſſi, & mandatarius ſolueret incrementũ, benignior, & conſonantior rationi, ipſique mandato aliorum iuriſconſultorũ ſententia obtinuit, vt mandati actio aduerſus me competeret, vt eam ſumerem pretio, quo illam emi iuſſi, & mandatarius ſolueret incrementum, aut venditor illud remitteret, ſi vellet. Hæc habẽtur §. is qui exequitur, inſt. mand. & l. 3. ac duabus ſequentibus ff. eod. tit. gl. 2. §. is qui exequitur, citato rectè aduerſus quoſdam affirmat, in his euẽtibus neq; actionem negotiorum geſtorum competere mandatario aduerſus mandantem.

3 Quando aũt † in mandato certa forma nõ fuit præſcripta, vt quia equum emere fuit iuſſus mandatarius, non præſcribendo, quem in indiuiduo, neque quanto pretio; aut quia, licet equus præſcriptus in indiuiduo fuerit, pretium tñ non fuit determinatum, tunc, dummodo mandatarius bona fide, rationabiliterque mandatum exequatur, naſcitur vtrinque mandati actio, poteſtque cogi mandans ſtare exequutioni mandati rationabiliter factæ. Ita hr̃ l. 3. & l. ſi quis pro eo. ff. mand.

Iuxta hoc eſt diffiniendum, quod diſputãt Aluar. Valaſ. conſult. 21. & Gutier. de iur. conſi. par.

Dubiũ 4 1. c. 50. nu. 20. Vtrum † ſcilicet mandatarius, ſeu procurator, qui aliquid mandantis vendunt, poſſint habere fidem de pretio Aluarus Valaſ. id diſputat de ſocio, qui, communia ſocietatis negotia gerens, ac proinde comparatione cæterorum ſociorum vicem ſubiens mandatarij, merces ſocietatis pecunia credita in Mauritania vendidit. Dicendum quippe eſt, ſi rationabiliter id fecit, attentis circumſtantijs concurrentibus, & qualiter mercatores alij efficere ſolent, ac qualiter ipſa rationabiliter in rebus ſuis proprijs feciſſet, competere ipſi mandati actionem aduerſus mandantes, vt id ratum habeant: alioquin mãdantibus com-

Deciſ.

petere aduerſus eum actionem, vt damna reſarciat, idque in ſuam ſolum partem accipiat, ſi ſocius erat. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

5 Quod ad ſecundum attinet, Cum † integrũ ſit mandatario non acceptare mandatum, quando primò ei imponitur, illudque acceptat, ſi tamen acceptet tenetur illud integre implere; alioquin actio mandat directa aduerſus ipſum competit mandanti ad damna omnia, ẽt lucri ceſſantis, ex eo ſubſequuta, quod ſua negligentia, aut culpa, illud non impleuerit, vt diſp. 549. dictum eſt. Intellige, niſi illud renunciet re integra, ita vt mandãti integrum maneat per ſe, vel per alium, commode id negotium expedire; aut niſi ſuperueniat legitimum impedimentũ, quo non poſſit illud mãdare exequutioni, aut quo non poſſit integre illud exequutioni mandare, & tempeſtiue certiorẽ faciat mandantem de tali impedimento, ſi poſſit certiorem illum facere, vt ipſe ſibi ea in parte prouideat: alioquin, cum non ſtet per ipſum mandatarium, ad nihil tenebitur mandanti. Hæc omnia habentur §. mandatum, inſt. mand. Illud verò, de renunciatione re integra, intelligo, quando mandatum eſſet proprium & preſſum, quo mandatarius gratis acceptaſſet mandatum. Qñ vero pro ſtipendio illud acceptaſſet, ac proinde eſſet verus contractus locationis operarum, & induſtriæ pro ſtipendio, tunc vtique cogi poſſet implere contractum ſemel integre mutuo conſenſu celebratum, niſi legitimum ei ſuperueniret impedimentũ, quo neque per ſe, neque per alium, poſſet commodè mandatum implere Greg. Lop. l. 20. tit. 12. par. 5. verb. *recibe el mandamiento*, cum alijs, quos citat, ait mandatarium eo ipſo, quod mandatum acceptat neque re integra poſſe illud renunciare, ſed poſſe cogi illud implere; ſi verò non impleat teneri ad dãna ſubſequuta: neque certe id caret probabilitate: quoniam id quaſi donatio eſt ex parte mandatarij accepta per mandantem, quã proinde mandatarius tenetur implere. Cæterum, cum contractus celebrati cenſeantur iuxta diſpoſitionem iuris, & ſatis aperte inſtituta loco citato ſtatuatur, mandatarium renunciare poſſe mandatũ re integra; non auderem negare poſſe id licite efficere, quando mandatum eſſet preſſum, & proprium. Lege, ſi procuratorem. §. mandati, & §. mãdaui. ff. mand. hr̃. Eatenus competere mandatori aduerſus mandatarium actionem mandati, quatenus, ex non impletione mandati, aliquod intereſſe ceſſat mandatori: quod ſi nullum intereſſe ei ceſſet, quia fortè mandator ipſe per ſeipſum, aut per alium, id exequutus eſt, aut quia nullũ commodum ex exequutione ei proueniebat, tunc ad nihil ei tenetur mandatarius, eſto ſua negligentia, ac culpa, non egerit negotium ſuſceptum.

Mandator poteſt etiam reuocare mandatũ re tñ integra, eoque ipſo mandatum expirat. Ita habetur §. rectè, inſt. mand. Re autem non integra, non poſſet illud reuocare, vt ex eo. §. argumento

6 à contrario ſenſu, colligitur, & alibi aſſeritur. Qđ intelligendum † eſt, niſi iuſta aliqua cauſa ſuperueniat, vt de procuratore ad lites tractatu. 5. dicetur,

tur,& habetur l.24.titũ.5.par.3. & alijs iuribus, quæ ibi Greg. Lop. citat. Itẽ intelligendũ eſt,qñ contradiceret is,cum quo negotium cœptum geri tur,aut inde detrimentũ aliqđ tertio illi,aut mandatario, redundaret in fama, aut in aliqua alia re, vt de procuratore ad iudicia tract.5.dicetur. Alioquin non video, cur mandator, ẽt re non integra, nõ poſſit reuocare mandatũ, & vel per ſeipsũ negotiũ perſequi,vel per alium. Etenim,qñ,quę cõmemorata ſunt, ceſſant, ſolum in ea reuocatione agitur de cõmodo,aut incommodo, mandatoris.

7 Pręter modos †explicatos,expirat ẽt mandatũ, tam morte mandantis, quam morte mandatarij, ſi res ſit integra. Quod ſi integra non ſit,ſed peragi cœpit negotium,neque morte mandantis expirat,ſed proſequi negotium poteſt,ac tenetur,mandatarius,neq; item expirat morte mandatarij,ſed hæredes ipſius proſequi illud poſſunt, ac debent. Quod ſi mandator,re integra,ex hac vita decedat, idque ignorantia probabili,ſeu inuincibili,mandatarius ignoret, atque negotium exequatur,tũc, ob eam ignorantiam,perinde res habet,ac ſi mandatũ non expiraſſet,vt mandatario competit actio mandati ex eo negotio aduerſus hæredes mandãtis. Hæc habentur §. item ſi adhuc,inſt.mand.l. mandatũ. C.eo.tit.& l.23.tit.5.p.3. Sicut morte mãdantis expirat mandatũ,ita,re integra, expirat furore mandantis, vt conſtat l. ſi quis alicui. ff.de acq. hęr. In quibus aũt euẽtibus mandatũ non expiret morte mãdãtis,diſp.263.copioſe eſt explicatũ;eaq; de cã hoc loco nõ plus hac in re immoror.

De negotijs geſtis.

DISPVTATIO DLIII.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes ex quaſi contractu, quæ ſint: & quid ſit quaſi contractus.*
2 *Negotiorum geſtor quis.*
3 *Obligatio, & actio negotiorum geſtorum tam directa,quam contraria, ex quibus oriantur. & nu. 10.& 11.*
4 *Negotiorum geſtorum actio in quo differat ab actione mandati.*
5 *Actio negociorum geſtorum directa cui competat, & cui contraria.*
6 *Negociorum geſtor de qua culpa teneatur ei, cuius negocia geſſit,ſi aliquod illi damnum euenit.*
Et quid de caſu fortuito,& quando.nu.7.
8 *Negociorum geſtor regulariter non tenetur de ijs, quæ non geſſit.*
Fallit tamen,vt ibid.
9 *Negocium gerere incipiens,et poſtea imperfectum relinquens,ad quid teneatur.*
10 *Negociorũ geſtorũ actio cõpetit etiã,ſi quis credat gerere negocia vnius,& gerat negocia alterius.*

COnſequenter eſt dicendum de quibuſdam obligationibus,quæ ex quaſi cõtractu oriũtur. Vt enim inſt.de obligationibus, quæ ex quaſi
1 contractu oriuntur,in prin.habetur,quædã †ſunt obligationes, quæ, cum non oriantur ex contractu,eo quod nullus contractus eas pręceſſerit,neque ex delicto, aut quaſi delicto (adde, neque ex præcepto ſuperioris, iuriſve diſpoſitione, vt oritur obligatio ad ſoluẽda tributa,decimas,& oriuntur aliæ ſimiles) appellatæ ſunt ex quaſi contractu:radiceſque,vnde proficiſcuntur, quaſi contra
2 ctus nuncupatæ ſunt. Inter †eas verò præcipuũ locum tenent,quæ ex eo proficiſcuntur,quòd vnus, abſque mandato formaliter, aut virtute, negotiũ alterius(iuxta ea quæ diſp.539.& diſp.548. dicta ſunt)negotium illius vtiliter egit. Poſtulãte enim id, tum ipſa rei natura, tum etiam communi bono,ne res,& negotia abſentium,& minorum,detrimentum paterentur, conſtitutum eſt, vt vtrin
3 que oriretur obligatio. Ex parte † quidam negotia gerentis,ad rationem eorum reddendam,quæ geſſit,atque ad ſoluendum ſi quid ex negotio geſto ad ipſum peruenit, vt fructus rei adminiſtratæ, aut aliquid aliud, vel ſi quid culpa ipſius perijt,iuxta ea quæ explicanda ſunt. Atq; huic obligationi negotiorum geſtoris, reſpondet ex parte eius,cuius negotium geſſit, actio directa aduerſus eum negotiorum geſtorem, ad ea omnia ab eo exigenda, ſimilis ei, quæ mandanti competit aduerſus ſuum mandatarium,aut procuratorem, de qua præcedentibus diſputationibus habitus eſt ſermo. Ex parte verò eius, cuius negotium geſtũ eſt,oritur obligatio, ad ſoluendas expenſas in ipſius bonum factas; nomine expenſarum, intelligendo, etiam valorem induſtriæ,& operarum appoſitarum. Huic verò obligationi eius,cuius negotium actum eſt, reſpondet, ex parte negotiorũ geſtoris, contraria negotiorum geſtoris actio, ad id exigendum ab eo, cuius negotium actum eſt. Ita habetur inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract. §.1.l.ſi remunerandi.§.1.ff.mand.l.1. & 2. ff. de neg.geſt.& l.26.tit.12. part.5. Eſt verò eiuſmodi obligatio & actio explicata, vtrinque reſultans, perſonalis, vt habetur l.penult.C. de negot. geſt. & tranſit vtrinque in hęredes,& contra hæredes, tam negotiorum geſtoris, quam eius,cuius negotium geſtum eſt, vt habetur l. 3. §. hæc autem.ff. de neg. geſt.

Quando autem, præcedente mandato formaliter, aut virtute, negotium alicuius à mandatario eſſet geſtum, tunc non reſultaret actio negotiorum geſtorum, ſed mandati vtrinque; neque ſolum mãdatarius teneretur, ſi negotium egiſſet, ad reddendam rationẽ,& ad alia,quæ dicta ſunt, actione mandati,ſed etiam ſi negotium non egiſſet, indeque aliquod detrimentum mandãti fuiſſet ſubſequutum, teneretur ad id detrimentum eadem actione mandati, vt ex dictis diſputatio-
4 nibus præcedentibus liquet: negotiorum † verò geſtor, licet, ſi negotium agat, teneatur modo explicato actione directa negotiorum geſtorum; ſi tamen negotium non agat,ad nihil tenetur; eò quod nullus præceſſerit contractus, aut obligatio gerendi negotium, ſed integrum illi ſit, gerere, aut non gerere,negotium alterius. Diſcrimen hoc inter mandatarium, & negotiorum geſtorem,atque inter actionem mandati, & negotiorum geſtorum,habetur l.ſi remunerandi.§.1.ff.mand.& l.tutori.

l.tutori. C.de neg.geſt. Immo verò negotiorũ geſtor intentare non poteſt actione ad eum ſpectantem, cuius negotia gerit: quia ad id mandatum, ac facultatem non debet, eaque de cauſa, ſi actionem intentet, repelletur exceptione. quod ad ipſum id non attineat, vt habetur l.tutori citata, & l. ſi pupilli. §. videamus ff. eod. tit.

Quando cura bonorũ alienorum alicui incumbebat, ſiue tanquam mandatario, aut procuratori, ſiue tanquam tutori, aut curatori, ſiue quacumque alia rõne, tunc, ſi tertius aliquis illa adminiſtret in abſentia eius, cui illorum cura incumbebat, eo, aut eo præſente, ſed id ignorante, compe-
5 tit indifferenter actio directa † negotiorum geſtorum, aduerſus hunc tertium adminiſtratorem, domino eorum bonorum, atque ei, cui illorũ cura incumbebat; eò quod vere negotiũ vtriq; geſſerit: è contra verò, competit huic tertio adminiſtratori actio contraria negotiorum geſtorum, ſi quid vtiliter expendit, indifferenter aduerſus dominum eorum bonorum, vel aduerſus eum cui illorum cura incumbebat. Ita colligitur ex l. ſi mãdatum. C. de neg. geſt. ex l. 3. §. vlt. l. itẽ ſi l. ſi pupilli, in princ. & §. ſi quis ita ſimpliciter l. liberto. §. 1. & l. mandaſti. ff. eod. tit. & hr l. 27. tit. 12. part. 5. Et quãuis lex. §. vlt. l. ſi pupilli. §. ſi quis ſimpliciter, & l. ſi mãdaſti, citatæ innuere videantur, vt aduerſus vtrumuis competat actio negotiorum geſtorum tertio illi negotiorum geſtori, & vt vtriuis indifferenter actio aduerſus eundem tertium cõpetat, neceſſe eſſe, vt is tertius ſciuerit, ſe vtriſque negotium agere, & vt id intenderit, idque Ioan. relatus ab Accurſio in gloſſis iuribus citatis aſſeuerat; Accurſius tamen contrarium in eiſdem gloſſis affirmat, nempe ſatis ad id eſſe, ſi vere vtriuſque negotium egerit, eſto non ſciuerit, aut non intenderit negotium vtriuſque agere, idque confirmat ex l. item ſi, & ex l. liberto. §. 1. citato reſpondetque ad alia iura, quæ contrarium innuunt; eſtque ſatis æqua opinio gloſſarum Accurſij, quam amplecti videtur l. 27. citata.

6 De quanta autem † culpa negotiorum geſtor teneatur, ſi aliquod detrimentum ei adueniat, cuius res, aut negotium, gerit, diſtinguendũ eſt. Qm̃ ſi negotia erant deſerta, quæ nullus alius erat geſturus, tunc negotiorum geſtor tenetur ſolum de dolo, ac lata culpa, quæ leg. quod Nerua. ff. depoſit. dolo æquiparatur. Ita hr l. 3. §. interdum, iũcta glo. ibi. ff. de neg. geſt. & l. 30. tit. 12. par. 5. iuncta glo. vlt. Greg. Lopez ibi. Si vero non erant deſerta, ſed quæ facile quiuis alius geſſiſſet, ſubdiſtinguendum eſt. Qm̃, ſi nullus diligẽtiſſimus ſe offerebat, qui ea gereret, tunc tenetur, ẽt de leui culpa, ſicut in ſimilibus contractib. qui cedũt in vtriuſque partis vtilitatem, teneri ſolent hoĩes de leui culpa. Ita hr l. tutori. C. de neg. geſt. l. ſi negotia, iuncta gloſ. 1. ibi. ff. eod. tit. & l. 30. citata, iuncta etiam gloſ. 1. Greg. Lopez ibi, atque affirmat gl. §. interdum citato. Si vero ſe offerebat diligentiſſimus, qui, eo quod ipſe geſſerit, impeditus eſt, ne ea gereret, tũc tenetur etiam de leuiſſima culpa, vt habetur §. 1. in fine iuncta glo. ibi inſt. de obli. quæ ex quaſi contractu, & habetur l. 34. titul. 12. part. 5. concinitque l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. atq; affirmat gloſſ. §. interdum citato, & glo. l. ſi negotia citata, verb. culpam, & cõis doctorum ſententia. Idem affirmat gloſ. proxime citata, quando is, cuius negotium geſtum eſt, erat diligẽtiſſimus, & cõſentiũt Paul. Caſt. ibi. & Greg. Lopez leg. 30. citata, gloſſa 1. Non tamen video, in negotiorum geſtore, qui ſine mandato diligentiſſimi, negotio illius geſſit, locum habere, quod teneatur, etiam de leuiſſima culpa: quin, ſi negotia illius omnino erant deſerta, ſolum tenebitur de dolo, & lata culpa, eſto is, cuius ſunt, ſi præſens fuiſſet, diligentiſſime ea exequetur.

7 De caſu † autem fortuito regulariter non tenetur negotiorum geſtor, vt eſt notiſſimum, & habetur l. negotium. C. de neg. geſt. & l. ſiue ff. eod. titu. Dixi, regulariter: quoniam, ſi dominus negotiorum geſtorũ admonuit, ne ſua negotia in ipſius abſẽtia ageret, niſi ea lege, vt teneretur de caſu fortuito, tunc, ſi ea in illius abſentia agat, tenetur de caſu fortuito, vt habetur l. negotium citata. Item, ſi negotiorum geſtor in culpa fuit, quod res periret, vt quia in culpa fuit incendij, quo perijt, tenetur de eo euentu, vt habetur l. ſiue, citata. Similiter tenetur de caſu fortuito, ſi, propter moram culpabilem rem reſtituendi, caſu fortuito res illa perijt, quando alioquin non erat ſimiliter peritura, iuxta ea quæ de re commodata caſu fortuito pereunte, interueniente mora, ac culpa eam reſtituendi, diſput. 295. dicta ſunt, & affirmant gl. l. ſi negotia, verb. ſi ſolitus. ff. de neg. geſt. Item, ſi negotiorum geſt. aliqua inſolita nomine alterius eſt aggreſſus, & quæ is ipſe, cuius nomine ea eſt aggreſſus non conſueuerat facere, neque, ſi præſens eſſet, ea feciſſet, & illa pereant caſu fortuito, pereunt negotiorum geſtori, & non illi alteri; vt ſi mancipiũ eo modo, aut equos emit, & morbo, vel alia ratione, perierunt: niſi enim iactura ex remanentibus compenſetur ipſi pereunt, quo ad iacturam, quæ non compenſatur l. ſi negotia. ff. de neg. geſt. Duo quidam alij euentus, quos commemorat. glo. l. ſi negotia verb. ſi ſolitus, citata, duabus diſputationibus ſequentibus ſubijcientur.

Vtrum autem, ſi quis habeat res multas, quæ adminiſtrentur, negotiave multa, quæ gerantur, & aliquis gerat vnum eorum, & reliqua omittat, quæ à nullo gerantur, teneatur de ijs, quæ non
8 geſſit. Dicendum † eſt, regulariter non teneri. Quoniam, vt ſupra dictum eſt, hoc diſcrimen eſt, inter negotiorum geſtorum, qui ſua ſponte negotia alicuius adminiſtrat, & inter tutorem, curatorem, aut quemcunque mãdatarium, qui vel ex officio, vel ſuſcepto mandato, negotia minoris, vel cuiuſuis alterius adminiſtrare tenetur; quod negotiorum geſtor potes incumbere ijs, quæ voluerit & de alijs nõ curare: tutor vero, curator, aut quicumq; alius, qui ex officio, aut ſuſcepto mãdato, negotia alicuius adminiſtrare tenetũr, nullũ prætermittere poteſt ex ijs, quæ ex officio, aut mandato ſuſcepto, ſibi adminiſtrare incumbũt, vt habetur l. tutori. C. de neg. geſt. Dixi, negotiorum geſtorẽ regulariter non teneri de ijs, quæ, adminiſtrare omittit: quoniã, ſi alius geſturus erat negotia omnia abſen-

nia abſentis, & quod ipſe quędã adminiſtrare vo-
luit, ille alius nullũ voluit adminiſtrare, vtique, ſi
conſcius erat, quod, adminiſtrando quædã, impe-
dimento erat eo modo, ne omnia adminiſtraren-
tur, tenetur de non adminiſtratis. l. ſi pupilli. §. vi-
deamus. ff. de neg. geſtor. & concinit. l. 34. tit. 12.
par. 5. Idem, propter eandem rationem, dicerem,
ſi omitteret aliqua, quæ de nouo ſuperuenirent,
quando ſpes à principio erat aliqua eſſe ſuperuen-
tura, præſtoque erat alius, qui etiam ſuperuentu-
ra volebat gerere, & hic, ſuſcipiendo adminiſtra-
tionẽ, impedimento fuit, ne alius ẽt ſuperuentura
adminiſtraret. Atq; in hoc euentu verã credo eſſe
opinionẽ Bar. & Albert. quã Greg. Lopez l. 34. ci-
tata refert; tametſi ipſe contrariũ credat verius cũ
Azone, quẽ ẽt refert. Qñ, qui negotia adminiſtra-
uit, animo à principio acceſſit adminiſtrandi oĩa,
additio ad gl. l. tutori. C. de neg. geſt. verb. propria
voluntas, cũ Bar. ait, teneri, ſi aliqua eorum gerere
omittat, iuſta l. Pomponius. 2. iuncta l ſequẽti. ff.
de neg. geſt. Non tñ video ex illis iuribus id ſuffi-
cienter colligi. Ac certe, qñ ex illa ſui animi ma-
nifeſtatione impedimẽto non eſſet, qđ alij omnia
adminiſtrarent, nõ video, cur teneatur ad ea, quæ
adminiſtrare omiſit, qñ connexa ac dependentia
ab eis nõ eſſent, quæ adminiſtrauit, idq; affirmat
9 gl. citata, cui ea additio apponitur. Qñ † verò ali-
quis negotiũ aliquod inciperet, &, antequã perfi-
ceretur, ab eo deſiſteret, tunc teneretur de dãno ea
de cauſa ſubſequuto: qm̃ quaſi cõtractus cenſetur
initus inter negotiorũ geſtore, & eũ cuius eſt id
negotiũ, de eo gerendo, ac perficiẽdo l. in cõmoda
10. §. ſicut. ff. commod. & affirmat additio ad glo.
citatã. Sicut aũt morte vnius ſociorũ expirat ſocie
tas, quoad negotia non cœpta; ſecus aũt quoad ea,
quæ cœpta ſunt, quin potius ea ſunt perficiẽda, vt
diſp. 514. dictũ eſt: ita, ſi q̃s intẽdens agere oĩa, aut
multa alicuius negotia, is, cuius ea ſunt, è vita di-
ſcedat, negotiorũ geſtor perficere tenetur quæ cœ-
pit: nõ vero inchoare tenetur, quæ nondũ cœpit.
Ita hr̃ l. nã & Neratius §. ſi vnico ff. de neg. geſt.
10 Qñ † quis, putans ſe agere negotiũ vnius geſſit
negotiũ alterius; quia res illa ad aliũ pertinebat,
& non ad eũ, cuius intuitu negotiũ geſſit; reſultat
nihilominus ex eo negotio geſto, actio negotiorũ
geſtorum inter eũ, cuius res illa erat, & negotij il-
lius geſtorẽ, ad ea, quæ hac diſputatione dicta sũt,
& quæ dicentur diſputatione ſequenti: non ſecus
ac reſultaret inter negotij eiuſdem geſtorem, &
eũ, cuius intuitu eſt geſtum, ſi res illa ad eum per-
tineret. Ita habetur l. ſi cum putaui. l. liberto §. 1.
ff. de neg. geſt. & l. 31. tit. 12. par. 5. Item l. ſi cum
putaui, etiã habetur, ſi arbitratus te mihi mandaſ-
ſe, vt tuum negotium agere, illud egi; cum tamen
nihil tale mihi mandaſſes; oriri inter me, & te a-
ctionẽ negotiorum geſtorum, non verò mandati.
11 Item, ſi quis † nomine alterius recipiat aliquid
ſiue ei, cuius nomine id recipit, eſſet debitum, ſiue
non, ſi is, cuius nomine id eſt receptum, poſtquã
rem ſciuit, ratũ id habeat, oritur inter recipiẽtem,
& eum, cuius nomine eſt receptũ, actio negotiorũ
geſtorum, vt is, cuius nomine eſt receptum, ſoluat
expenſas, ſi quæ rationabiliter factæ ſunt in eo re-
cipiendo, aut ad eũ perferendo, & vt alter ei tra-
dat, quod nomine eius recepit, deductis expenſis.
Ita hr̃ l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. geſt.
& l. 32. tit. 12. par. 5. Itẽ, ſi quis alicui ſoluat debi-
tum, quod alius ei debet, eo ipſo debitor liberatur
ab antiqua debiti obligatione, ẽſto de mãdato ta-
lis debitoris nõ ſit facta ſolutio. Oritur verò actio
negotiorum geſtorum inter eum qui ſoluit, & eũ,
pro quo ſoluit, vt hic illi alteri ſoluat, quod ita pro
eò perſoluit; non ſecus ac orietur actio ad id, ſi de
mandato debitoris ſolutionem feciſſet. Ita babe-
tur l. ſoluenda. ff. de neg. geſt. & leg. 32. citata. Vbi
Gregor. Lopez quærit, num, ſi is qui ita pro alio
ſoluit, offerret creditori ſolutionem, & creditor
nollet eam recipere, liberaretur debitor à pœna, ſi
pœna aliqua ei in euentu, quod intra certum ter-
minum non ſolueret, eſſet ſtatuta. Et cum Bart.
ac Albert. ait, liberari, iuxta l. qui poſt liminij. C.
de capt. & leg. qui idem. §. 1. ff. de ſolut. idemque
aperte innuitur l. 1. ff. de neg. geſt.

Ad quas expenſas is, cuius negotium geſtum eſt, negotiorum illius geſtori teneatur. Et quæ alimenta minor perſoluere teneatur ei, qui ea ipſi præbuit.

DISPVTATIO DLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Negociorum geſtor poſt prohibitionem ſibi factam, non habet actionem de his, quæ poſt prohibitionẽ geſſit: ſecus de his quæ ante geſſit, & expendit.*
Fallit tamen, niſi fauor publicus verſetur. nu. 2.
3 *Expenſæ vtiles, factæ in negocio gerendo, debentur negociorum geſtori, vbi nulla interuenit prohibitio.*
Immo etiam ſufficit, vt à principio fuerint vtiles.
Et quid ſi geſtor deceptus fuit, credens ſe vtiliter gerere.
4 *Negocium gerens alterius in ſui commodum, & vtilitatem, tenetur ei, cuius negocium geſſit, etiam de caſu fortuito.*
5 *Expenſæ ab eo, cuius negocium geſtum eſt, vt peti poſſint, quid requiratur.*
6 *Negocium vt probetur eſſe geſtum animo deprędandi quibus coniecturis probetur.*
7 *Negocia alterius gerens inſolita tenetur etiam ad damna, quæ inde prouenerunt, ſeu prouenire poſſent.*
8 *Negocia omnia aut rata habenda ſunt per eum, cuius ea ſunt geſta, aut in totum reijcienda.*
9 *Negociorũ geſtor non poteſt petere expenſas ſuperfluas factas in rebus illius, cuius negocia geſſit.*
10 *Expenſas faciens alicui animo gratuito, & liberali, non poteſt poſtea mutare propoſitum, illas petendo actione negociorum geſtorum.*
11 *Alimenta, & expenſæ quando pietatis cauſa facta præſumantur, & quando non.*
12 *Filius expendens aliquid pro patre vltra alimenta, non præſumitur velle donare.*

13 *Vi-*

13 Vitricus expendens pro priuigno, non præſumitur donare, ideo habet actionē negotiorum geſtorū.

14 Dominus ſi expendat pro famulo, quando præſumatur cauſa pietatis expendiſſe.

15 Negotiorum geſtor in quo differat à procuratore, & mandatario.

SI quis alicui expreſſe ſignificauit, vt non gereret negotium aliquod, aut negotia ipſius, ſi, poſt talem expreſſam prohibitionem, ille id agat, atque aliquid expendat, et ſi vtiliter id expende-
1 rit, non † cōpetit ei actio negotiorum geſtorū aduerſus eum, cuius negotium geſſit, & in cuius vtilitatem id expendit, ſed id oīno amittit: ſecus, ſi quid expendit ante eam prohibitionem: nam id repetit actione negotiorum geſtorum. Ita hr̄ l. vl. C. de nego. geſt. l. ſi ex duobus ff. eod. titul. l. ſi pro te. ff. mand. & l. 12. in fine tit. 12. p. 5. Vbi Greg. Lopez gl. vlt. cum Bar. & alijs, quos citat, excipit
2 niſi in eis † expenſis fauor publicus verſetur, vt ſi eas faciat ad liberādum hominem à morte mutilatione graui morbo, aut carceribus, vel pro muliere maritanda, aut aliter publicus fauor in eis faciendis verſetur: nam tunc eas repetit eſto is, cuius negotium ea in parte agitur, contradixerit, ac prohibuerit eas facere, antequam fierent: In alijs verò euentibus eas amittit, ſaltem in pœnam, ex legis diſpoſitione; ac proinde, eſto is in cuius commodum factæ ſunt, locupletior ex illis ſit effectus, credo, etiā in conſcientiæ foro, ad eas non teneri: quamuis deceat, vt eas ſoluat, quatenus ex illis effectus fuerit locupletior.

3 Quādo † nulla interuenit prohibitio ex parte eius, cuius negotium eſt geſtum, vt tamen expenſæ, in illo gerendo factæ negotiorum geſtori debeantur neceſſe eſt, vt fuerit vtiliter geſtum. Ad quod ſatis eſt ſi à principio negotium vtile ei eſſe cœperit, cuius eſt, eſto poſtea caſu fortuito, aut alia ratione, vtilitas effectum non fuerit ſortita. Vt ſi quis vtiliter domū abſentis reficiebat, quæ ruinam minabatur, & caſu, aut malitia alterius, poſtea exuſta ſit; aut ſi mederi fecit morbo mancipij vtilis domino, & mortuum eſt. Si autem negotium à principio vtiliter non fuit geſtum, vt quia maiores ſumptus fecit in re aliqua, quam eſſet vtilitas, quæ ex eis ſumptus eſſet ſperanda, tūc is, cuius erat tale negotiū, non tenetur ad eos ſumptus, niſi iuxta valorē ſubſequutæ vtilitatis. Qñ verò aliquis credebat, ſe vtiliter gerere negotium alicuius, & tamen deceptus eſt, quia re vera vtile nō erat geri id negotiū, prudenteſq; id non egiſſent, tunc is, cuius eſt tale negotium, non tenetur geſtori illius ad expenſas in eo factas. Hæc habentur l. ſed an vltro §. 1. l. ſiue hæreditas l. ſi quis ſeruū, iuncta gl. vlt. ibi. ff. de neg. geſt. l. ſi ſeruum. C. eod. tit. & l. 28. ti. 12. p. 5. affirmatq; Gre. Lop. ibi.

4 Quando † aliquis deprædādi cauſa, aut ſimili alia ratione in ſuum commodum, negotium alterius egit, idq; ſufficienter conſtat, tunc ipſe tenetur actione negotiorum geſtorum ad omnia, quę alij negotiorum geſtores tenentur, & diſp. præcedente explicata ſunt: immò verò, ſi occaſione, qđ ita geſſerit negotium alterius, aliquid caſu fortuito pereat de ijs, quæ ita adminiſtrat, tenetur de caſu fortuito, vt affirmat glo. ſi negotia, verb. ſit ſolitus ff. de neg. geſt. & innuunt iura proximè citanda: is verò, cuius eſt id negotium, nō tenetur illi ad expenſas, niſi quatenus ex expenſis fuerit factus locupletior. Ita hr̄ l. ſi pupilli. §. ſi quis negotia. ff. de neg. geſt. & l. 29. tit. 12. par. 5. Quæ tñ
5 apertè innuit, vt is, cuius eſt negotium, ad expenſas teneatur, non ſatis eſſe, ſi in ſola latitudine expenſarum ſit factus locupletior, ſed eſſe opus, vt, vltra latitudinem expenſarum, aliquam retineat vtilitatem; cum tamen. §. ſi quis negotia, vnde ea lex ſumpta fuit, nihil tale exigat, vt Greg. Lopez in eandem legem notat, meritoq; dicit eſſe com-
6 mendandum. Quæ † autem coniecturæ probent ſufficienter, aliquem deprædandi animo geſſiſſe negotium alterius, lege Greg. Lopez ibid.

7 Quādo † aliquis nomine alterius aggreſſus eſt negotia inſolita, quæ neque is, cuius ea negotia ſunt, aggrederetur, vt ſi emit mācipia, aut equos, ad negotiationem, quæ non emiſſet is, cuius noīe ea emit, ac pereant, tunc damnum, negotiatioq; tota, pertinet ad negotiorum geſtorum, vt diſpu. præcedente explanatum eſt, & non ad eum, cuius nomine negociatio eſt geſta: qui tamen ratam habere poteſt negotiationem, atque tunc ſicut lucrum, ita & damnum totum ad ipſum ſpectat, teneturque ſoluere expenſas omnes, ſi ratā habeat negotiationem participareque lucro velit. Quan-
8 do † autē multa negotia ab eodem geſta eſſent ipſius nomine, non poſſet quędam, in quibus lucrū cerneretur, rata habere, & alia, in quibus reperiretur damnum, non habere rata, damnū eorum reijciendo in negotiorum geſtorem: ſed aut omnia tenetur rata habere, aut nullum. Ita habetur l. ſi negotia. ff. de neg. geſt. & l. 35. tit. 12. p. 5.

9 Quando † aliquis gerens aliena negotia impenſas fecit ſuperfluas, tunc is cuius negotium geſſit non tenetur illi ſoluere ſuperfluum, ſed ſolum, quod æquum erat ipſum impendere l. ſi quis aliena. 2. ff. de neg. geſt.

10 Quando † aliquis gratis, animoque liberali, expendit aliquid in alterius commodum; idque, vel ex pietate, vt ſi mater, aut auia, alimenta præbeat filio, aut nepoti; vel ex domeſtica affectione, vt ſi herus famulum ægrotum ſuis ſumptibus gratis curat, alioſve ſumptus illi neceſſarios cum eo efficiat; vel denique quacunq; alia ratione. Dei intuitu & eleemoſynæ, aut ex amicitia, aut quouis alio intuitu gratis aliquid in alicuius commodum inſumat, mutare non poteſt animū, poſt tale negotium liberaliter in bonum illius geſtū, & petere expenſas illas actione negotiorum geſtorum. Ita habetur l. 1. l. alimēta. l. ſi filius l. ſi paterno C. de neg. geſt. l. ex duobus l. is qui. ff. eod. tit. & l. 35. tit. 13. par. 5.

11 Vt intelligatur, qñ † aliquid ex pietate præſumēdū ſit factū, vt in foro exteriori denegēt actio neg. geſt. ad petendū, quod fuerit inſumptū, prę-ſertim in alimētis alicuius, in primis ante oculos eſt habendū quouſq; deſcendētibus alimenta debeantur ab aſcendētib. ſi deſcendentes illis indigeant, neq; habeant bona, vnde eis præbeātur, &

ſurſus, quouſq; aſcendentibus debeantur à deſcẽdentibus, qñ aliunde non habeant competentia alimenta: itemque quouſq; frater teneatur alteri fratri alimenta præbere præſertim ſorori vterinæ qñ aliunde alimenta non habet; de qua re copioſe dictum eſt diſp. 168. diſp. 224. §. cauſæ legitimæ, & potiſſimum diſp. 228. in 5. effectu patriæ poteſtatis. Atq; in euentibus, in quibus, iuxta ea quæ ibi dicta ſunt, alimenta eis debentur, quia aliunde ea nõ habet, non poſſunt eis conferri animo ea compenſandi in euentu, ꝙ habeant poſtea bona, ſed gratis ſunt eis præbenda: vñ ceſſat difficultas, num ex pietate, aut ex liberalitate, eis collata ſint, an non, ſed poſſit poſtea cõpenſatio peti actione negotiorum geſtorum, id quod obſeruat gl. l. Neſenius verb. cõueniret. ff. de neg. geſt. ſatiſque ex dictis locis citatis eſt perſpicuum.

Qñ autem filij aliunde habent bona, vnde eis poſſint alimenta præberi, diſtinguẽdum eſt. Qm̃ ſi mater, aut auia, alimenta præbeant filio, vel nepoti, atque is filius, aut nepos, bona habeat apud matrem, vel auiam, vnde alimenta ei poſſint præberi, ſaltem quia talis mater, aut auia, aliquid ei debet, tunc in dubio præſumendum eſt eam matrem, aut auiam, intendiſſe præbere alimenta tali filio, aut nepoti, de bonis illius, quæ apud ſe habebat, ac proinde poterit poſtea compenſare ea alimenta de bonis illis: atq; hoc eſt, ꝙ definit. l. Neſenius ff. de neg. geſt. & hr̃ l. 36. titu. 12. par. 5. Idem vero dicendum eſt, ſi aliquis aſcendentium per lineam virilẽ, bona habeat filij, vel nepotis, cui alimenta prębeat, aut ſi frater bona habeat alterius fratris, cui alimenta præbeat: in dubio. n. hi oẽs, cenſentur præbere ea alimenta de bonis eorum quibus ea præbent, non vero gratis de ſuis proprijs bonis, & conſentiunt, quæ diſp. 239. & aliis dicta ſunt. Qñ vero mater, aut auia, alimẽta præbuerunt filio, vel nepoti, filiuſq; ille, aut nepos, habebat quidem bona, vnde poterant ei alimenta præberi, ſed non habebat ea apud talẽ matrem, aut auiam, tunc, in dubio, mater, aut auia, cenſentur præbuiſſe illi alimenta gratis ex pietate paterna eaque de cauſa denegatur ei actio negotiorũ geſtorũ ad ea alimenta repetẽda, niſi ſit proteſtata, ꝙ ea præbebat animo illa repetendi, aut niſi is animus conſtiterit ex libro rationũ facto a principio, qñ alimenta præbere cœpit, quia ſtatim ſcribere cępit, quæ in alimẽtis inſumebat. Atq; hoc eſt ꝙ definiunt l. alimenta. C. de neg. geſto. & l. 36. citata, conſentitq; l. Neſenius. ff. eo. tit. Conſentiunt ẽt Luſitanæ ord. lib. 4. ti. 68. vbi habetur, ſi mater, aut auia, tutrices, aut curatrices filiorum ſint, aliquidq; de ſuo cum filiis expendant, eſto nihil proteſtentur, poſſe illud exigere a filiis, ſi filii habeant bona, vnde ſoluãt: ſecus autem ſi nec bona filiorum adminiſtrent, nec repetitionem proteſtentur: quia tunc cenſentur donare; niſi filii diuites ſint, ipſæ vero pauperes, & quod inſumerent, eſſet notabilis quantitatis, quã pp conditionem, & vires patrimonii filiorum ex penderent: qm̃ tunc poſſent illud repetere, eſto proteſtatio nulla præceſſiſſet. Et hæc dicta ſunt diſ. 228. citata, nec dubito, hoc vltimum ſimiliter eſſe dicendum ſtando in ſolo iure cõmuni, atque adeo extra illud Regnum: quoniam aperta coniectura tunc eſt, matrem, aut auiam, non intendiſſe id talibus filiis donare. Quando autem mater, aut auia, inſumerent aliquid in rebus aliis neceſſariis filiis, aut nepotibus, quæ alimenta non eſſent, tunc in dubio, non cenſerentur inſumpſiſſe illa animo ea donandi, ſed repetendi, vt eadẽ l. alimenta, iuncta gl. ibi, definitur: neq; enim eſt tanta præſumptio, ſumptus in aliis rebus eſſe factos animo donandi pietate paterna, quanta eſt de ſumptibus factis in alimentis, maiorq; eſt fauor alimentorum, quam aliarum rerum. Hæc eadem longè maiori ratione vim habent in patre, aut auo. Atq; ea intellige, quando non conſtat de mẽte, & animo eos ſumptus facientis. Si enim eſſet apertum, quid intenderet, ſaltem ex coniecturis, attẽta modicitate ſumptuum, multitudine bonorum talium patẽtum, generoſitate animi ipſorũ, atque affectu ad talem filium, aut nepotem, ſtandum eſſet ei, quod ex veriſimilibus, & vrgẽtibus coniecturis omnino pręſumeretur.

12 Quando † filius aliquid cum patre inſumeret, extra alimenta ei debita l. filius. C. de neg. geſt. ſatis innuere videtur, niſi conſtaret de animo liberali filij, quo gratis ea inſumere intendiſſet, non eſſe præſumẽdum eum animum, ac proinde tam ei filio, quam ipſius hæredibus competere actionem negotiorum geſtorum ad ea repetendum. Idem adhuc apertius innuitur l. ſiue pro fratre, & l. ſi negotium C. de nego. geſt. quando quis ſumptus pro fratre, aut ſorore feciſſet.

Quod cũ priuignis eſt inſumptum, niſi cõſtet animo liberali inſumptũ eſſe, ſane, ſiue in alimentis, ſiue in alijs rebus, ſit inſumptum, conceditur actio negotiorum geſtorum ad id repetendum:
13 qm̃ † in vitrico non eſt præſumendus liberalis animus, niſi ex coniecturis de aliquo animo liberalis conſtet, ac probetur, atque hoc, conſentaneè ad textum ibi, affirmant gl. vlt. l. ſi paterno. C. de neg. geſt. Bar. & communis doctorum ſententia: ſolum enim lex illa denegat actionem, ſi paterno affectu facti ſint; non tamen affirmat aut innuit, præſumendum eſſe factos fuiſſe paterno affectu. Ac ſane qñ vitricus tutor eſſet priuignorum, bonaq; illorum adminiſtraſſet, nõ dubito præſumẽdum non eſſe animum liberalem, ſicut non pręſumitur in matre, & auia, tutricibus, & adminiſtratricib. bonorum filiorum ac nepotum; ac proinde tunc, eſto nulla præceſſiſſet vitrici proteſtatio, compenſare poſſet eos ſumptus de bonis priuignorũ. Qñ verò alius eſſet tutor, & adminiſtrator bonorum priuignorum, & vitricus, ſine vlla proteſtatione, eos aleret, tunc locum poſſet habere. l. vlt. tit. 12. par. 5. quæ ſtatuit, niſi vitricus proteſtetur, ſe non gratis priuignis alimenta prębere (adde, aut niſi aliunde conſtet, ſe non gratis ea præſtitiſſe, vt ſi ab initio in libro rationũ ſcribebat, quæ cum illis inſumebat) non concedi illi actionem negotiorum geſtorum ad eos ſumptus obtinendos: ſecus aũt ſtatuit, ſi ſumptus vtiles facti ſunt in aliis bonis priuignorũ: nã illius repetit vitricus, etiam ſi nihil ſit proteſtatus. Ibidẽ,

cum

cum gl. citata, additur, ſi priuigni vitrico ſeruiāt, eſto vitricus contrarium proteſtetur, non poſſe repetere ſumptus in alimentis cum eis factos. Intellige, modo ſeruitium, iudicis arbitrio dignum ſit tanta compenſatione. Quòd ſi ſeruitiū plus, quā alimenta meretur, tunc vitricus perſoluere priuigno tenetur incrementum. Idem dic, ſi minor cuicunque alteri ſuo curatori verè ſeruiret.

14 Qñ † paterfamilias ſumptus cū famulo ęgroto fecit, qui diuitias, liberalitatem, charitatem, ac nobilitatem talis patrisfamilias decebant in cōpetentes verò erant, vt fierent expenſis talis famuli, vehemens tunc coniectura eſt, intendiſſe eos facere ex liberalitate, ac domeſtica affectione; ac proinde non cōcederetur tali patrifamilias actio negotiorum geſtorum ad eos repetendos, atque, vt minimum, nunquam famulus tenetur ad expēſas ſuperfluas, attenta qualitate ſuæ perſonæ.

Illud obſerua, in euentibus omnibus, in quibus dictum eſt, in dubio, an aliquid factum ſit animo liberali, ac gratis, concedi actionem negot. geſt. & in ſimilibus alijs euentibus, eum, aduerſus quem conceditur, cogere poſſe illum, cui datur, vt prius iuramento affirmet, ſe tales ſumptus feciſſe animo illos repetendi.

15 Denique obſerua, † hoc eſſe diſcrimē inter negotiorum geſtorem, & procuratorem, eum ve, qui ad id habet mandatum. Quòd negotiorū geſtor, neque dominium, neque poſſeſſionem ei comparat, cuius negotium gerit, ſed id pendet ex ratihabitione, & acceptatione eius, cuius intuitu id negotium geſſit; eo quòd nunquam eum loco ſui in eo negotio conſtituerit: procurator verò, & vniuerſim, qui mandatum habebat, cum conſtitutus ad id ſit voluntate eius, cuius negotium gerit, comparare illi poteſt poſſeſſionem, ac dominium. Ita Panor. c. accedens, de præb.

De alijs quaſi contractibus.

DISPVT. DLV.

SVMMARIVM.

1 *Negociorum geſtorum actio pro quibus detur tam tutori contra pupillum, quam ipſi pupillo contra tutorem.*

2 *Pupillus pro quibus expenſis teneatur tutori actione negociorum geſtorum.*

3 *Contractus improprij, quaſi contractus dicti, alia exempla varia, ex quibus oritur negociorum geſtorum actio.*

IN ſt. de obligationibus, quæ ex quaſi contractu §. tutores, exemplum quaſi contractus adhibet etiam in obligatione, quæ inter tutorem, & pupillum reſultat. Cum. n. nullus contractus inter eos præceſſerit, ſed munus tutoris à republica in commune bonum ſit inſtitutum, ex quaſi cōtractu inter ipſos tutor pupillo tenetur directa actione ad
1 ea, quæ diſpu. 543. diximus † negotiorum geſtorē teneri, & tenetur de culpa leui, atque ad omnia pupilli negotia, ex quorum omiſſione detrimentum pupillo ſequeretur, vt diſputatione citata dictum eſt, & habetur l. tutori. C. de negot. geſtor. Contra
2 † verò pupillus cōtraria actione tenetur tutori ad expenſas neceſſarias, quas in ipſius negotijs fecerit. Noīe vero neceſſariarum expenſarū intelligo, quas pro munere ſuo facere tenebatur, & quas euidenter à principio facere cœpit in maiorē pupilli vtilitatem, ſed caſu fortuito, vt incendij, aut alterius ſimilis impeditus fuit effectus. Ad alias autē, ad quas ex officio non tenebatur, eſto primo aſpectu vtiles, ac rationabiles viderentur tpe, quo cœptę ſunt, ſolum tenetur pupillus, quatenus ex illis factus fuerit locupletior, & non vltra. Vnde, ſi tertius aliquis negotium gerat circa rē pupilli, quam tutor adminiſtrabat, & fecerit expenſas neceſſarias, modo explicato, tam pupillus, quàm tutor, ei tenentur actione negot. geſtor. illas ſoluere; quia negotium vtriuſq; egit, vt diſp. 543. dictū eſt: ſi vero fecerit expenſas, quę à principio ſolum ſunt viſæ vtiles, ac rationabiles, tutor tenetur ad eas integras, pupillus vero ſolum tenetur, quatenus ex illis effectus fuerit locupletior. Ita hr̄ l. ſi pupilli. in prin. iuncta gl. vlt. ibi. ff. de neg. geſt. l. in pupillo. §. planè. ff. de ſolu. l. verum. §. item non reſtituitur ff. de minor. l. 2. iuncta glo. 1. ibi. C. de neg. geſt. & l. 28. tit. 12. par. 5. Porrò tpe litis conteſtatæ attendendum eſt, an minor ſit tunc locupletior ex expēſis ſecundi generis, vt intelligatur, quouſq; teneatur, aut non teneatur, illas ſoluere. Ita hr̄ l. litis. in prin. ff. de neg. geſt. l. in pupillo. ff. de ſolu. Eiuſmodi verò priuilegium, vt pupillus ſolū teneatur ad expenſas ſecundi generis, quatenus ex illis factus fuerit locupletior, non competitur in iure conceſſum puberibus minoribus vigintiquinque annis, & ita gl. l. 2. C. de neg. geſt. Albericus, & alij, illud non extendunt ad minores puberes (tametſi non deſint, qui reclament) aperteq; gloſſæ citatæ, & Alberico conſentire videtur l. 28. citata. Ac ſanè ego minus æquam arbitror eam diſpoſitionem, q; pupillus ad expenſas illas ſecundi generis non teneatur, ſiue à tutore ſiue ab aliquo tertio intuitu vtilitatis minoris ſint factæ: & multo minus æquum reputo, vt qñ factæ ſunt ab aliquo tertio, tutor, teneatur ad illas integras, qui nihil tale mandauit, & pupillus non teneatur. Vtrum verò priuilegium hoc competat Eccleſiæ. Greg. Lop. l. 28. citata cum glo. c. ſine exceptione. 12. q. 2. verb. profuturum, Archid. & Fort. affirmat. Non video tamē Eccleſiam maius habere priuilegium, quam minores: eaq; de cauſa priuilegium, præſertim odioſum, minuſque rationabile, quale hoc iudico, ſolis pupillis conceſſum, extendere non auderem ad Eccleſiam. In hoc etiam priuilegio ait gl. l. ad negotia verb. ſit ſolitus. ff. de neg. geſt. deficere regulam illam, quod negotiorum geſtor non teneatur de caſu fortuito: ſi enim, vel tutor, vel tertius aliquis, expenſas ſecundi generis fecit in negotio pupilli, & illæ caſu fortuito pereant, aut inutiles pupillo reddantur, non tenetur de illis pupillus, vt dictum eſt.

3 Aliud exemplum † quaſi contractus adhibetur Inſtit. loco citato §. item ſi inter, qñ aliqui abſque ſocietate habent rem aliquam communem, vt ſi

vtrique eorum legata, aut donata ſit. Si.n. vnus eorũ fructus ex ea percipiat, tenetur alteri actione directa ad dimidiũ, deductis expenſis, non quidẽ ex contractu, cũ nullus cõtractus inter eos præceſſerit, ſed ex quaſi contractu. Similiter, ſi in re alia fecerit vnus neceſſarias, aut vtiles expenſas, alter actione contraria tenetur ei ad dimidiũ earũ. Atq; idem eſt, ſi vnus ex hæreditate, ſibi cum alijs cõi, antequã diuidatur, fructus aliquos percipiat, aut expenſas in ea faciat. In his verò; & ſimilib. euentibus, vt ſi frater bona ſibi cõia cũ alijs fratribus, aut vnus filiorũ, viuente patre, bona aliqua adminiſtrauit, qui ita bona adminiſtrauit, tenetur reddere rationẽ adminiſtrationis: atq;, vt Greg. Lop. l.26.tit.12.par.5.gl.vlt. cũ alijs, quos citat, ait, reddenda eſt cõ de oĩbus, qualiter, attentis circumſtãtijs concurrentibus, reddi põt: neque.n. teſtes poſſũt de oĩbus rebus adhiberi, ſed in modicis ſtatur iuro eius, qui rem adminiſtrauit; quin interdũ et in magnis, dummodo perſonæ qualitas rei veriſimilitudo, & iudicis motus, conſentiant. In reddenda tñ ratione adminiſtratoris tutelæ, aut curæ, minoris, exactio, maiorq; probatio exigitur.

Inſt. loco citato §. hæres quoque: exemplũ quaſi contractus ſubiũgitur in hæredes, qui eo ipſo, ꝙ hæreditatẽ adit, tenetur legatarijs ad legata, & creditoribus ad debita defuncti, non quidẽ ex cõtractu, cum nullus legatariorũ, aut creditorũ cũ ipſo anteceſſerit contractus, ſed ex quaſi cõtractu; qm̃ iuris diſpoſitione, eo ipſo, quòd hæreditatem adit, reſultat in eo obligatio ſoluendi legata, & debita defuncti, ſaltem iuxta vires hæreditatis, tanquam in repræſentante perſonam defuncti.

Ibidem §. itẽ is, ſubiungitur prætereà exemplũ quaſi contractus in eo, qui errore ſoluit, ꝙ non debebat. In euentibus quippe, in quibus condictio, ſeu repetitio illius tanquã minimè debiti, ei conceditur, competit ſibi actio, non quidem ex contractu, quia nullus inter ipſum, & accipientẽ interuenit, quin potius is, qui debitum ſoluit, intendebat diſtractum, hoc eſt, diſſolutionem obligationis ex priori contractu, vel ex quacunque alia radice, ſed potius ſibi competit actio ex quaſi contractu.

Tranſactio, & compoſitio quid.

DISPVT. DLVI.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio quid.*
2 *Tranſactio vt valida ſit, quid requiratur, & nu.4.*
3 *Tranſactio aliàs inualida, quia facta circa rem, quę tranſiuit in rem iudicatam, an iuramento validetur, etiam in foro exteriori.*
5 *Compoſitio quid, & quotuplex, & eſt generalior trãſactione.*
6 *Compromiſſum quid, & rationẽ habet trãſactionis.*
7 *Tranſactio, & compromiſſum ſunt contractus innominati.*
8 *Contractus innominatus quomodo tranſeat in contractum nominatum.*
9 *Tranſactio ſtipulatione veſtita, tranſit in contractũ nominatum, paritque actionem, & obligationẽ; ſecus ſi nuda, de iure communi.*
Fallit hoc tamen de iure Caſtellæ, & de æquitate Canonica nu. 11. & 12.
10 *Exceptio tranſactionis priuilegiata ob lites dirimendas.*
13 *Tranſactione facta ſub certa pœna, tranſigentes coguntur vel illi ſtare, vel ſoluere pœnam; non aũt ad vtrumque.*
14 *Clauſula rato manente pacto, quid operetur.*
15 *Tranſactioni ſi ſit appoſita pœna, & alter tranſigẽtium dicat ſe non velle ei ſtare, & poſtea pœniteat, an per talem pœnitentiam euitet pœnam.*
16 *Tranſactio ſi ſit iuramento firmata, & ſimul in ea appoſita pœna, poteſt vtrumque peti, quòd ſtetur tranſactioni, & quòd ſoluatur pœna, eſto non fuerit appoſita clauſula, rato manente pacto.*
Idem ſi fuit Aquiliana ſtipulatione vallata, numer. 17.
18 *Tranſactio, de re dubia facta adeo valida eſt, ut nec in conſcientiæ foro, tranſigentes teneantur alteri rem reſtituere, quam poſtea ad alterum pertinere compererint.*
Declaratur tamen, vt nu. 19.
20 *Tranſactio reſcinditur ex capite læſionis infra, vel vltra dimidium iuſti valoris, vel ad æqualitatẽ reducitur.*
Idem in tranſactione facta per vim, vel metum, & etiam de re aliena. nu. 21.
Idem ſi ſit facta cum minore, qui ſit notabiliter læſus. num. 22.
23 *Euictio an, & quando detur in contractu trãſactionis, ſi aliqua res per tranſactionem mihi tradita, fuerit euicta.*
24 *Tranſigentium mens, & intentio qualis.*

Qvamuis tranſactio contractus quidã ſit, eaque de cauſa ſermo de illa, antequã de quaſi contractibus fuiſſet habendus; quia tamen tranſactio inſeruit ad lites, & dubia componenda, quæ ex contractibus, quaſi contractibus, aut ex quacunque alia re oriuntur, idcirco ſermonem de tranſactione in hunc locum diſtulimus.

Tranſactionem, cum Pan. in rub. de tranſac. & cum alijs, conſentaneè ad varia iura, ſic poſſumus
1 definire. Eſt de re † dubia, lite, aut controuerſia iã mota, non gratuita pactio. Dicta.n. eſt tranſactio, vt Bar. & alij, quos Padilla in rub. C. de tranſ. nu. 17. & Gutier. de iur. cõfir. par. 3. c. 2. nu. 2. referũt, ac ſequuntur, quaſi tranſitio actionis: eo ꝙ is, qui tranſigit (qui, vt gl. l. 2. C. de tranſac. ait, proprius eſt actor, quam reus, tametſi vtriq; tranſigere conueniat) tranſeat, hoc eſt, recedat ab actione, quæ ſibi competebat. Dictum verò in definitione eſt, de re dubia: quoniam, ſi tempore tranſactionis, alicui tranſigentium conſtaret, rem, de qua eſt controuerſia, pertinere omnino ad alterum, inualida eſſet tranſactio, non ſolum conſcientiæ foro, vt ex ſe eſt notiſſimum; eo quod nullus eſſet iuſtus titulus, quo aliquid poſſet accipere, vt recederet ab actione, ſi eſſet actor; aut quo poſſet retinere id de quo agitur, aut aliquid accipere, vt ei relinqueret, ad quem pertinebat, ſi eſſet reus; quippe

quippe cum nihil tale detur, aut concedatur ab altero, niſi inuoluntariè mixtè, quia aliter obtinere, aut conſeruare, pacificè nequit, quod omnino ad ſe pertinet; ſed ēt inualida eſſet eadem tranſactio in foro exteriori, vt conſtat ex l. in ſumma. ff. de condict. indeb. ex l. præſes, & l. ſub prætextu. 1. C. de trāſact. & ex l. 33. in fi. tit. 14. par. 5. Obſeruat verò Pano. c. ſuper eo, in fine, de tranſ. conſentaneè ad iura citata, ſi actor tranſegit, ſciens rē ad alterum pertinere, tranſactionem eſſe ipſo iure nullam, iuxta l. in ſumma citatam: ſi verò reus tranſegit, ſciens rem ad actorem attinere, quamuis tranſactio in foro exteriori non ſit ipſo iure nulla, ſubueniri tamē in eo foro actori doli actione, vt tranſactio reſcindatur, iuxta l. ſub prætextu citatam: quæ actio biennio durat, vt glo. ibi affirmat. Atq; iuxta hæc accipienda ſunt, quæ habentur l. 14. tit. 15. par. 5.

2 Ob † eandem rationem, quia ſcilicet, vt tranſactio valida ſit, neceſſe eſt, vt ſit de re dubia, inualida eſt tranſactio, quæ fit circa rem, circa quam lata eſt iam ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatā, vel quia eſt vltima omnino, vel quia ab ea congruo tempore non fuit appellatum, aut ſupplicatum l. ſi cauſa. C. de tranſ. & l. eleganter. §. ſi poſt. ff. de condict. indeb. Si tamen aduerſus eam locū haberet reſtitutio in integrum, vel aliud eſſet remedium, ita vt res cōtrouerti iterum iure poſſet, aut ambo litigantes, ignorantes latam eſſe ſententiam, tranſactionem facerent, valida eſſet tranſactio: quoniam, vt tranſactio valida ſit, ſatis eſt, vt, dum ea fit, incertum vtriq; tranſigentium ſit, ad quem id pertineat, circa quod tranſigunt, eſto in ſe certum ſit, ad quem eorum attineat, vt inferius dicetur. Quod autem in his omnibus euētibus valida ſit tranſactio circa rem, circa quam lata eſt ſētentia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, hr̄ l. ſi cauſa, & l. eleganter. §. quid ergo, citatis, & l. poſt rē. ff. de tranſ. Quando autem is, in cuius fauorem lata eſt ſententia, quæ in rem iudicatam tranſijſſet, conſentiret in tranſactionem, ad ſuam redimendam vexationem, quia alter difficilis eſt, ac potens, neque obtinere ab eo facilè poteſt totum, quod ipſi eſt adiudicatum, tunc inualida eſſet tranſactio, & poſt partem vi tranſactionis obtentam, poſſet agere ad reliquum: eo quod nulla fuiſſet tranſactio.

Quęſt. Vtrum autem tranſactio facta circa rem, circa quam lata eſt ſententia, quæ in rem iudicatā tranſiuit, ſi iuramēto † confirmetur in euentu, in quo,

3 iuxta hactenus explicata, ſecluſo iuramento eſſet inualida, vires ex iuramento aſſumat, validaq; in conſciæ, & in exteriori foro reddatur. Bar. & communis ſententia, quam Padilla l. ſi cauſa n. 16. & Gutier. de iur. confir. par. 3. c. 4. nu. 5. referunt, ac ſequuntur, aſſeuerāt, validam eſſe. Qm̄, quamuis ſecluſo iuramēto, neq; vt pactum nudum ſit valida; iuramentum tn̄ vires illi tribuit, etiam in foro

Deciſ. ſeculari. Sanè dicerem. Si nullum omnino ſuperſit dubium poſt latam ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuit, rem illam ita ad eum pertinere, cui adiudicata eſt, vt tuta conſcientia poſſit totam illam accipere, aut retinere; id quod ſemper eueniet, eaſq; vires habet ſnīa, quando is, cui res adiudicata eſt, aliunde non eſt conſcius, ſententiam, materialiter ſaltem, eſſe iniuſtam; neque de animo oīno liberali conſtat eius, pro quo lata eſt ſententia volentis id condonare, quod tranſactione remittit; qui animus regulariter non eſt præſumendus, ſed potius inuoluntarius mixtè: immo verò, qn̄ animus adeſſet liberalis, partē in eo euentu verè condonandi, non eſſet id tranſactio, ſed mera donatio, ac liberalis remiſſio eius partis ſibi oīno debitæ, vt hr̄ l. 1. ff. de tranſ. & ex tradita definitione tranſactionis conſtat. Sanè, inquam, tunc dicerem, non magis eam tranſactionē vires accipere ex iuramento, validamq; reddi, quam vires ex iuramento aſſumat, validaq; reddatur promiſſio vſuram, earumq; ſolutio iuramento confirmata; cum ſit vtrobiq; eadem prorſus rō. Quare, ſicut promiſſio vſurarum, aut non repetēdi illas, ſi iuramento aliquid horum confirmetur, obligat quidem in conſcientiæ foro promittentem, non contrauenire iuramento, niſi prius relaxationem illius obtineat; eo quod adimpletio eius promiſſionis mala non ſit ex parte promittentis; nō tamen vires ex iuramento habet, vt vſurarius tuta conſciētia retinere poſſit vſuras, aut vt, qui eas promiſit, aut ſoluit, non poſſit petere, ac obtinere relaxationem iuramenti, vſuraſq; ea relaxatione obtenta, non ſoluere, aut ſolutas repetere, vt ex dictis diſp. 149. facilè liquet: ita in re propoſita, qui tranſactionem illam iuramento confirmauerit, tenetur quidem in conſcientiæ foro, non cōtrauenire iuramento, niſi prius relaxationē illius obtineat; eo quod id malum non ſit; attamen petere, & obtinere, poteſt relaxationem iuramenti, eaque obtenta, neq; in conſcientiæ, neque in exteriori foro, tenetur tranſactioni ſtare; iſque, cum quo ea tranſactio facta eſt, neq; in conſcientię, neque in exteriori foro, poterit id retinere, quod ea tranſactione obtinuerit, etiam antequam alius relaxationem iuramenti obtineat; eo quod tranſactio illa, in ſe, ſecluſo iuramento, inualida, inuolūtariè confirmata; quæ proinde, nec vi iuramenti, potuit ius vllum in alterum transferre, ſicut nec promiſſio vſurarum iuramento confirmata, vim habet, ad ius in vſurarium transferendum.

4 Additum in definitione eſt, lite † aut cōtrouerſia, iam mota: quoniam, vt aliquid tranſactio ſit, neceſſe non eſt litem eſſe motam, remve, circa quam tranſactio fit, deductam eſſe in iudicium; ſed ſatis eſt, quod circa eam rem oriri incipiat cōtrouerſia, ac dubium inter aliquos, ad quem eorum pertineat, vt l. 2. C. de tranſ. habetur. Immò verò pactum, quo duo ſibi mutuo remittunt grauamen cōditionale, ac dubium, num in futurum id ſit locum habiturum appellatur tranſactio l. ſi fideicommiſſo. C. de tranſact.

Prætetea in definitione additur, non gratuita pactio, qua videlicet reus tribuit aliquid actori, vt recedat ab actione, iuſque remittat, quod prætendere poteſt, vel qua cōcedit ei rem, aut aliquid rei, de qua eſt controuerſia, pro reliquo rei, vel pro aliquo alio, quod actor ei tribuat. Qm̄, ſi abſque aliqua recompenſatione, vnus concederet alteri rem.

ri rem,aut ius,quod circa eam prętendere poteſt, non eſſet tranſactio,ſed compoſitio,aut condonatio,vel pactio,latè ſumpto vocabulo. Quare, qm̃ Summus Pontifex,in bulla cruciatę ei qui vnum tribuit in ſubſidium belli contra infideles,condonat longe maiorem ſummam de ijs,quæ dēt perſonis incertis, quæque reſtituere tenetur pauperibus,non dicitur eſſe id tranſactio,ſed compoſitio: quia, quod Summus Pontifex ita cōdonat, ac remitti ſub conditione illa, vere gratis illud remittit;quippe cum reliquū, quod ſoluitur in auxilium belli contra infideles, aut ad alium pium finem,ſit ēt debitum, ac obnoxium reſtitutioni: vnde bulla illa,compoſitionis nuncupatur. Idem eſt de reliquis cōpoſitionibus,quæ Summi Pōtificis autoritate fiunt, de reditibus beneficiorum male perceptis,& de alijs ſimilibus rebus.

5 Hoc loco obſerua,compoſitionem † latius patere,quam tranſactionē,eamq; proinde ſuo ambitu cōtinere. Compoſitionem enim poſſumus diuidere,in eā,quę eſt de re,circa quā nulla eſt controuerſia aut dubiū; qualis eſt, quæ proximè explicata fuit:& in eā, circa quā cōtrouerſia eſt, aut dubium, ad quē pertineat, pertinereve in futurū debeat. Hæc rurſus ſubdiuiditur,in eā, qua vnus contendentium aliquid,quaſi in pretium,tribuit alteri,vt recedat a lite,& condonet ius,quod prætendere poterat circa rem illam, ſiue id quod tribuit,ſit pars rei,de qua agitur,aut ius quod cōcedens in ea prætendebat,ſiue aliquid aliud. Atque hæc eſt tranſactio a nobis definita, de qua modo agimus;neque locum hēt in rebus ſpiritualibus, vt in lite,aut in cōtrouerſia,de beneficio Eccleſiaſtico,vel de re alia ſimili,vt alio loco dicetur. Qui vero compræhenditur ſub compoſitione ample ſumpta,merito interdum cōpoſitio nuncupatur. Diuiditur præterea in eam, qua amicabiliter lis, & controuerſia componitur, prudentis arbitrio, diuidēdo rem aut emolumentum, ꝙ ex ea ſperatur,inter eos,qui circa eam controuertunt, aut id aliunde cōpenſando pro quantitate, & qualitate iuris dubij, quod vnuſquiſque eorum prætendit, vt ea ratione oſtiū litibus præcludatur, aut finis eis iam motis ponatur,paxque conſeruetur; non tamen quaſi ibi aliquid detur in pretiū, aut quaſi in pretium,pro iure ad rem ſpiritualem, quod alius obtendebat. Atque eiuſmodi compoſitio, quæ vere non eſt tranſactio; locum habet circa res ſpirituales,vt alio loco dicetur.

Ex definitione tranſactionis hactenus explicata,atque ex dictis diſp.252. vbi, quid cōtractus in genere ſit, copioſe explicatum eſt facile conſtat, tranſactionē contractū eſſe,eumq; non gratuitū,

6 ſed oneroſum. Idē † dicēdum eſt de cōpromiſſo, quo aliqui mutuo conſenſu in ſnīam arbitri, aut arbitratoris, controuerſiam aliquam dirimendā reijciunt,ſpondētes,ſe illi ſtaturos, ac parituros: de qua re tractatu 5. copioſius futurus eſt ſermo. Immo vero eiuſmodi cōpromiſsū,pręſertim poſt quā emologatū eſt,hoc eſt,poſtquā mutuo vtriuſque cōpromittentiū conſenſu ſtatus ſentētiæ,aut arbitramento,iam prolatis,utq; acceptātur,rationē habent tranſactionis latius ſumpto tranſactionis vocabulo,vt cum Bar.& pleriſque aliis,affirmat Molina lib.4.de primog.c.9.nu.1.& Azeuedo in l.4.tit.21.lib.4.nouæ coll. Per eiuſmodi.n. cōpromiſſum,non ſolum vtrinq; à lite,aut cōtrouerſia diſceditur, ſed ēt vnuſquiſq; litigantiū iudicio eius,aut eorum,in quos fit cōpromiſſio,exponit ius,ꝙ in ea re prętēdit,vt alter ſimiliter iudicio eorūdē exponat ius, ꝙ in eadē re prætendit.

7 Sunt † verò tranſactio,& compromiſſum,cōtractus innominati, nempe; facio, vt facias; aut do,vt facias hoc eſt, recedo à lite, meumque ius arbitrio talis,aut talium,committo, vt tu idem facias;ꝙ cernitur in compromiſſo, aut do tibi tantum,vel talem partem rei, circa quā nobis eſt cōtrouerſia, vt à lite diſcedas,& in conſequētiā mihi cedas ius,quod in ea re prætendis; quòd cernitur in tranſactiōne preſſe ſumpta. Vnde,quia in tranſactione receditur à lite cedendo ius,ꝙ is, cū quo tranſactio fit,in ea re prætēdebat, inde proficiſcitur,qđ,ſi is, qui illud credit, verè erat dominus rei illius,eo ipſo transferat dominium illius in eum, cui illam titulo tranſactionis tradit, aut cui illam,anteā cū eo poſſidenti,titulo tranſactionis relinquit. Ita cū Bal. affirmat Laſſarte de decim.vend.c.17.nu.51.argō l. ex cauſa tranſactionis.C.de vſuc.pro empt. & l.ſi per errorem ff. eo. tit. Quod autem tranſactio,& ſubinde ēt compromiſſum,cōtractus ſint innominati, ſimilitudinē cum locatione habentes, & iuxta illam regulādi, affirmant cum Bar.& alijs,quos referunt, Greg. Lopez l.vlt.tit.6.par.5.gl. 1. & Laſſarte vbi ſup. c.7.nu.5.& c.17.nu.51.& conſentiunt iura. §.ſequenti citanda. Vnde Laſſarte vtrobiq; infert, ex tranſactione nō deberi tributum, quod in Caſtella alcaualla vocant,& in Luſitania ſiſa,eſto in trāſactione pecunia detur alteri tranſigentium, vt à lite recedat: qm̃ in his Regnis, tributum illud ſolum debetur ex emptione, & venditione, atq; ex permutatione: longè vero diuerſus contractus eſt tranſactio,eſto in eo pecunia interueniat, idēque,cum Padilla, affirmat Auezedo vbi ſupra n. 11. Si tamen fraus adeſſet,quia ſimularetur tranſactio,cum tamen contrahentibus tempore ſimulatæ tranſactionis conſtaret,rem,circa quam trāſigi dicitur. verè eſſe eius, qui illam alteri tradit, aut relinquit,pro pecunia, aut re alia, tunc eſſet vera emptio,& venditio,aut permutatio, ac proinde deberetur tributum illud vt Laſſarte,Padilla,& Azeuedo rectè obſeruant.

8 Contractus † innominatus,aut quoduis aliud pactū nudū,adhibita certa verborū forma,ſtipulationis,aut acceptilationis, tranſit in contractū nominatum ſtipulationis,aut acceptilationis, ex illoq; oritur eo ipſo ciuilis obligatiō, & datur actio,vt diſ.253.& diſ.255.dictum eſt. Hinc efficitur, ꝙ † quamuis tranſactio ſit contractus inno-

9 minatus,ſi tn̄ tranſactio celebretur interueniente ſtipulatione tranſeat in cōtractum nominatum, ac proinde, non ſolum naturalis obligatio, ſed etiam ciuilis oriatur,competatq; ex illa,non tantum exceptio, ſed etiam actio ad cogēdum illam implere, eique ſtare. Vt vero habetur l.2.ff.de tranſac.& alijs iuribus,habet locum in hoc con-

tractu

tractu ſtipulatio Aquiliana, à Gallo Aquilio, à quo nomen accepit, introducta, cuius forma traditur inſt. quib. mod. toll. oblig. §. eſt autem. Si enim v.g. vnus ab alio petat centum, quæ dicat ſibi ab eo deberi, & alius neget, quicquam ei debere, atq; tranſactio inter eos fiat, vt ſoluantur tantum quinquaginta, vallatur ea tranſactio ſtipulatione Aquiliana, tranſitque proinde in contractum nominatum, ſi is, qui obtendebat cētum ſibi deberi, dicat quicquid mihi debes vltra quinquaginta, promittis mihi aio nouandi antiq̄ obligationem? & alius rñdeat, promitto; ac rurſus hic dicat, quicquid vltra q̄nquaginta tibi debeo, habes ne illa accepta? & alius reſpondeat, habeo; tunc ea ſtipulatione, & acceptilatione, vallata manet tranſactio ſtipulatione Aquiliana, quæ vtraque illa parte conſtat, nempè ſtipulatione, & acceptilatione. Si autem tranſactio fiat, nec ſtipulatione valletur, tunc, quāuis in conſcientiæ foro conſurgat obligatio ad ſtandū ei contractui, illumq; ex vtraque parte implendum vt ex dictis diſp. 257. ſatis liquet, in foro tñ exteriori, ſi is, cui aliquid promiſſum eſt, vt ab actione diſcedat, cedatq; iuri ſuo, nihil ex ſua parte vlterius impleuit, vt tradendo ſcripturam, in qua ius ipſius continebatur, aut aliud ſimile efficiendo; non conceditur ei actio, ad petendum, ꝙ ita ſibi fuit promiſſum, ſed ſolum poterit proſequi actionem præteritam, aut eā de nouo attentare, ſi nondum fuerat intentata. Quòd ſi alter excipiat, ſeu opponat, præceſſiſſe tranſactionem, tunc poterit petere, vt impleat ex ſua parte contractum, ſoluendo, quod in recompenſationem promiſit, aut ab ea exceptione deſiſtat, neque impediat intentari, & proſequi litem. Contra verò is, qui aliquid promiſit, vt alter ab actione deſiſteret, aut vt eam nō intentaret, ſemper alteri actionem intentare, aut proſequi volenti, excipere, ſeu opponere poterit, tranſactionem inter ipſos factam (idem intellige de compromiſſo emologato) eaque exceptione repellere eum à lite intentanda, aut proſequēda, eſto, qui ita excipit, nondū ex ſua parte contractū tranſactionis impleuerit, modo paratus ſit eū im-

10 plere: eſtq; eiuſmodi † exceptio valde priuilegiata in iure ob lites extinguendas, vt conſtat, ex l. fratris. l. cauſas, & l. non minorem. C. de tranſact. ex l. poſtq̄ litis. C. de pact. & ex c. 1. de litis cont. libro 6. vbi hr̄, exceptionem hanc impedire litis cōteſtationem: qđ Molina lib. 4. de primog. c. 9. n. 39. & 40. intelligit, qñ ea exceptio eſt in promptu, neque requirit altiorem indaginem: nam ſi altiorem indaginem requirat, conteſtatur lis, & in progreſſu examinatur ea exceptio. Eum legito, qui refert, ſtylum apud multos in hoc Caſtellæ Regno obtinuiſſe, vt eiuſmodi exceptiones, q̄ de iure cōi impediunt litis conteſtationem, eam non impediāt: recteq; admonet, contrariū fieri debere, qñ eiuſmodi exceptiones ſunt in promptu, neq; longam requirunt indaginem. Quod ſi cōtractum ex ſua parte impleuit, tunc integrum erit ei, vel repetere, quod dedit, admittereq; intentari, aut proſequi litem, neque aliter aduerſarius audietur, quàm integrè reſtituat, quod accepit, vt iuxta l. ſi diuerſa, illis verbis: *refuſſa pecunia*. C. de tranſ. & alia iura, cum communi ſnīa affirmat Molina lib. 4. de primog. c. 9. nu. 43. vel exceptionem præteritæ tranſactionis opponere, eaque aduerſarium repellere à lite intentanda, aut proſequenda. Hæc conſtant, tum ex dictis diſput. 255. vbi hæc de contractibus innominatis in genere, ac pactis nudis explicata ſunt, tam etiam ex l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff de condict. indeb. & ex l. ſi ſuper. l. ſi diuerſa. l. vt rñſum eſt. l. cum proponas, & l. ſiue apud acta, vnā cū glo. ibi verb. pacto. C. de tranſ. habentq; verum ēt ſi tranſactio ſine ſcriptura ſit facta, vt hr̄ l. cum te

11 tranſegiſſe. & l. ſiue apud acta, eo. tit. Non † tamē hæc locum habent in hoc Caſtellæ Regno, vbi ex contractu innominato, ac pacto nudo oritur obligatio ciuilis, & datur actio, eſto neque ſtipulatione, neq; aliqua alia re, valletur, ac veſtiatur, vt conſtat ex l. 3. tit. 8. lib. ord. quæ eſt l. 2. titu. 16. libr. 5. nouæ collect. in calceq; diſp. 257. dictum eſt. Quo fit, vt, eſto nuda trāſactio inter aliquos in hoc Regno celebrata ſit, vteruis contrahentium cogere poſſit alterum ſtare tranſactioni, eamq; ex ſua par- Ius Caſtellæ.

12 te implere. Atque idem eſt de iure † canonico, in foroque Eccleſiaſtico, vt eadem diſp. 257. dictum eſt. Vtinam autem de iure communi ciuili reſcinderentur ſubtilitates illæ ſolemnitates, ac diſcrimina, inter contractus nominatos, & innominatos, pacta nuda, ac veſtita, ab ethnicis hominibus intuitu minuēdi lites in eo introducta, quę potius inſeruiunt ad lites multiplicandas, inextricabileſque eas efficiendū, ad obſcurum, nimiſq; longum ciuile ius reddendum, ad circumueniendū ſimplices, minimeq; in eiuſmodi ſubtilitatibus, ac ſolēnitatibus iuris ciuilis verſatos. Ius Luſitan.

13 Quando † tranſactio facta fuit ſub certa aliqua pœna nolenti illi ſtare, aut ei contrauenienti, tunc is, qui tranſactioni non ſtat, eive contrauenit, cogi poteſt, vel illi ſtare, vel pœnam ſoluere, non vero compelli poteſt ad vtrumque. l. reſcriptum. §. ſi pactum. ff. de pact. l. prædia. ff. de actionib. empt. leg. apud Celſum. §. Labeo. ff. de dol. except. l. 1. §. vlt. ff. de ſtipul. ſeruor. & l. 34. tit. 11. par. 5. Atque iuxta l. 35. ſequentem, optio eſt penes eum, qui tranſactioni ſtare vult, cogere alterum, vel tranſactioni ſtare, vel ſoluere pœnam, idemque habetur. §. ſi pacto, & l. prædia, citatis & affirmat glo. l. cum proponas, verb. exceptio. C. de tranſaction. iuxta l. eleganter. §. penult. in fine. ff. de condictio. indebit.

Neque credo contrarium affirmarē Bar. & cōmunem ſnīam in tranſactione, quæ cōtractus eſt onoroſus, ſed ſolum in ſtipulationibus pœnalibus gratuitis, ſi conſulas, quæ Grego. Lope. l. 34. citata gloſ. 1. & l. 35. gloſſ. 2. tradit. In vtraque vero illa lege ſermo eſt de omnibus promiſſionibus, etiam gratuitis, & quo ad has tantum videtur eſſe cōtrouerſia, lexque 35. in omnibus vniuerſim promiſſionibus id definit cum paucis, quos Grego. Lop. ibi refert, & meo iudicio optimè, præſertim poſt l. vlt. C. de nouationibus, per quam, ſtipulatione pœnæ, non cenſetur facta nouatio prioris obligationis, vt etiam obſeruat Greg. Lope glo. 1. citata, quaſi in gratuitis obligationibus, vt vult Bartol. ſi apponatur pœna non ſtanti obligationi, is, qui obli-

obligationi non velit ſtare,ſolum poſſit compelli ad pęnam ſoluendam,nõ verò,vt ſtet obligationi. Hæc verò neſcio, an ſatis attẽderit Gutier.de iur. confir.par.1.c.60.num.1.Cæterum de his iuribus redibit ſermo diſp.559. Si aũt trãſactioni, in qua pœna apponitur nolenti illi ſtare,illive contrauenienti, adijciatur clauſula, rato nihilominus manente pacto,tunc contrauenìens,cogi põt, & pœnam ſoluere, & nihilominus ſtare pacto trãſactionis,repellendo eum exceptione,aut etiam, de iure canonico,& Caſtellæ,actione eũ cõpellendo tranſactionem ſeruare,vt §.præcedente dictũ eſt.Qđ, appoſita ea clauſula, poſſit contrauenìens cõpelli ſoluere pęnã,& ſtare tranſactioni,hr̃ l.qui fidẽ.ff. de tranſa.l.cum proponas.C.eo.tit.& l.34 tit.11. par.5.quæ id vniuerſim affirmat de oĩ contractu, ac pacto,cui pœna cõuentionalis adiungitur, appoſita ea clauſula: ſicut aũt, ſi ad trãſactionẽ clauſula non apponatur,qui contrauenit tranſactioni, cogi non põt ad vtrumque, ſed ad alterum tãtum, ita in cæteris contractibus,in quibus pęna conuẽtionalis apponitur,res ſimiliter habet,vt cõſtat ex l.pręd ia.ff.de actionib.empt. & cum Padilla,& alijs,affirmat Gutier. vbi ſupra nu.7. Si tñ agatur ad pœnam, & plus interſit ſeruatum eſſe contractum, poteſt inſuper agi ad incrementũ intereſſe illius vltra eam pœnam, vt hr̃ l.prædia citata, & affirmat glo.vlt.l.qui fidem citata. Quin,ſi pœna conuentionalis à principio applicata fuit cãæ piæ aut alicui alteri,poteſt is,cui fides non eſt ſeruata, agere inſuper ad intereſſe,vt cum Alex.& Grego. Lop.Gutier.vbi ſupra num.6.affirmat.

14 Obſeruandum † tamen eſt,clauſulam illã,rato manente pacto,non id operari,vt ſeruetur pactũ, & ſemper quoties illi fuerit contrauentum,exigatur pœna, ſed ſolum, vt ſemel, hoc eſt, prima vice pœna exigatur, argumento l.boues. §.hoc ſermone.ff.de ver.ſign.niſi addatur clauſula, toties quoties:nam tunc pœna exigi poteſt vltra primam vicem,vt affirmant gl.vlt.l.qui fidem citata,iuxta l. ſi duo.§.duo.ff.de arbit.Bar.& cõis ſententia,quã Gutier.vbi ſupra nu.3.refert,ac ſequitur. Vbi,cũ Romano,& Padilla,addit, appoſita clauſula, toties quoties,poſſe pęnam exigi bis tantum, vt infinitas vitetur, iuxta l.fideicommiſſa. §. ſi quis decem.ff.de leg.3.Sanè,vt ibidem gloſſ.iuxta l.ſicut in princip. ff.quib.mod.vſuf.amittatur,aſſeuerat, clauſula,toties quoties,non id ſignificat, quod bis tantum,neque ex l.fideicommiſſa,& ex ſimilibus iuribus,id colligitur, ac proinde arbitror quoties ſoluta fuerit pæna,ſi intentetur vlterius actio,cogi iterum poſſe,qui eam ſoluit eandem rurſus ſoluere. Lege quo ad hæc omnia Grego.Lop.l.34.citata glo.vlt.

Dubiũ Vtrum autem quando pœna appoſita fuit contrauenienti tranſactioni,ſi alter tranſigentium di

15 cat,ſe non † velle ſtare tranſactioni,& antequam rem deducat in iudicium,liſque conteſtetur, pœniteat,dicatque,ſe velle tranſactioni ſtare, tali pę

Deciſ. nitentia purget,ac euadat pœnam. Gloſſ.vltim.l. qui fidem.ff.de tranſact. & gl.l.ſi quis maior,ver. iudicem.C.eod.titu. affirmanter reſpondent, qñ tranſigentes dixerunt,ſe non petituros; quoniam intelligitur, in iudicio,lite conteſtata,iuxta l.amplius.ff.rem ratam habere,affirmatq; Gutier. vbi ſupra num.4.cum Padilla,id verum habere; etiã ſi appoſita fuerit clauſula, rato manente pacto: ſecus autem dicunt prædictæ gloſſæ rem habere, ſi pœna fuit appoſita contrauenienti trãſactioni, aut quouis modo petenti, aut inquietanti alterum; nam tunc, per eam pœnitentiam ante litem conteſtatam,non purgatur, neque euaditur pœna argumento l.ſi quis maior,citatæ, & aliorum iurium quæ citant. Quamuis autem clauſula, rato manente pacto,& pœna appoſita,cõmunes à principio ſint vtrique tranſigentium; ſi tamen vnus eorum contraueniat tranſactioni,eo ipſo alter impunè,ac licitè poteſt eidem tranſactioni non velle ſtare,eſto alter pœniteat,ſtareque rurſus velit tranſactioni,& eſto tranſactio confirmata vtrinq; fuerit iuramento;eam habent tacitam conditionem, ſi ex altera parte fides ſeruetur.Ita cum Barto. Padilla,& communi doctorum ſententia,Gutie.vbi ſupra nu.5.& conſentit Greg.Lop.l.34.titul.11. par.5.glo.vlt.

16 Quando † tranſactio confirmata eſt iuramento,& ſimul appoſita eſt pęna contrauenienti tranſactioni, tunc vtrumque peti poteſt, & quòd ſtetur tranſactioni, & quòd ſoluatur pœna, eſto non appoſita fuerit clauſula,rato manente pacto.

Ratio eſt,quoniam in primis pæna peti poteſt; &,virtute iuramenti tenetur contrauenies omnino ſtare tranſactioni, quin & iure ciuili ex eo iuramento conceditur actio,vt contrauenìens cogatur ſeruare pactum nudum, contractumve innominatum tranſactionis,vt diſp.256. comprobatũ eſt,quare vtrumque peti poteſt, iuramentumque appoſitum,tam tranſactioni,quàm cuicunque alteri pacto,vim habet clauſulæ, rato manente pacto,eaque de cauſa,ſi cuicunque alteri pacto iuramento confirmato, pęna illi non ſtanti apponat̃, vtrumque ſimiliter peti poteſt,videlicet, & quòd pœna ſoluatur, & quòd impleatur pactum. Ita de tranſactione eſt diſpoſitum l.ſi quis maior. C.de tranſ.vbi habetur, is,qui contrauenit tranſactioni iuramento confirmatæ, incurrit ob periurium pęnam infamiæ,ſoluit pœnam,ſi quæ erat appoſita, reddit,quod acceperat,vt à lite diſcederet,cederetque iuri ſuo,& repellitur ab actione,tanquam illa eo ipſo priuatus, & conſentit communis doctorũ ſententia,quam Gutier.vbi ſupra refert, ac ſequitur. Quòd autem,ſi quoduis aliud pactum iuramento confirmetur, pœnaque apponatur illi non ſtanti, contrauenìens teneatur ſoluere pœnam,& cogatur ſtare pacto, atq; in pęnam infamiæ eo ipſo ſimiliter incidat, affirmat etiam communis doctorum ſententia,quam ibid.Gutie.nu.11.refert, ac ſequitur. Incurrit enim pęnam infamiæ,tam ciuili iure, quàm canonico, quicunque tranſgreditur iuramentum promiſſorium, quando eo ius cõparat is,cui præſtatur,vt Couar. c.quamuis pactũ par.1.§.7.nu.4.cum communi doctorum ſententia,iuxta l.ſi quis maior. C.de tranſact.& c.infames.6.q.1.affirmat.

17 Quando tranſactio, non † fuit quidẽ iuramento confirmata,attamen vallata fuit Aquiliana ſtipula-

pulatione, ſi inſuper appoſita fuit pœna illi cõtrauenienti, tunc ſimul exigi põt pœna ab eo, q contra illam venit, & cogitur reſtituere, ſi quid, vt à lite diſcederet, accepit, ac repellitur ab actione intentanda, aut proſequenda. Ita hr̃ l. vbi pactum. C. de tranſ. iuxta Bartoli, Azonis, & cõem intellectum, vt ibi gloſſa affirmat. Hinc, cum Orozco, Gutier. vbi ſupra, nu. 9. ait, ſi tranſactio Aquilana ſtipulatione valletur, pœnaque apponatur cõtrauenienti, quam incurrat toties quoties contrauenerit, rato ſemper manente pacto, & inſuper iuramento confirmetur, habere pleniſſimum robur, ita vt maius illi apponi non poſſit. Vtinam verò totum hoc robur, iuris diſpoſitione, illi tribueretur celebratæ pacto nudo, & appoſita pœna, ac confirmatæ iuramento, ita vt, celebrata pacto nudo, totum idem robur haberet, præter robur pœnæ, & iuramenti, quæ illi pro beneplacito tranſigentium poſſent addi: tunc enim via præcluderetur quamplurimis litibus, ac reſcindi poſſent, & deberent, multa iura difficilia, tum vt intelligantur, tum etiam vt concilientur.

Vt ſupra dicere incipiebamus, tranſactio de re inter tranſigentes dubia tempore, quo facta fuit
18 tranſactio, valida † eſt, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro, eſto poſtea ex ſcriptura aliqua publica, aut aliunde, euidenter conſtet, rem ad alterum vere pertinuiſſe: neque tunc, qui illam per tranſactionem obtinuit, teneretur eam rem alteri reſtituere, ad quem vere attinebat: ſicut neque is, qui aliquid accepit, vt per tranſactionem remitteret ius, quod in ea prætendebat, teneretur reſtituere, quod ita accepit, eſto poſtea ſimiliter comperiatur, non ad ſe, ſed alterum cui tranſactione pro eo pretio eam reliquit, vere pertinuiſſe. Ratio autem eſt, quoniam in ea tranſactione interuenit quaſi venditio, ac commutatio iuris dubij, prout tunc ſub eo dubio erat, pro re, quæ pro illo data fuit, quicquid re ipſa veritas re in ſe haberet, poſteaque temporis progreſſu conſtaret: quare quicquid poſtea in contrarium conſtet, valida cenſetur ea tranſactio, tam in conſcientiæ, quam in exteriori foro. Ita habetur l. Lucius, iuncta gloſſa ibi. ff. ad Trebell. quæ rem optime explicat, & l. ſub prætextu. 1. & 2. C. de tranſ.

19 Eſt tñ † obſeruandum, vt talis contractus iuſtus ſit, neceſſarium eſſe, vt, prudẽtis arbitrio ſeruata ſit æqualitas inter contrahentes, ita videlicet, vt tãtum pro receſſu ab actione, acceſſione iuris, quod remiſſum eſt, fuerit datum, quantũ ius illud in hominũ æſtimatione valebat, prout erat ſub eo dubio. Quod ſi valor cæterarum rerũ, quæ abſque vllo dubio poſſidentis ſunt, non conſiſtit in indiuiſibili, ſed certam habet latitudinem intra limites iuſti, longe maiori cum ratione valor eiuſmodi iuris incerti, quod litibus, ac ſumptibus eſt definiendum, in indiuiſibili non conſiſtet, ſed magnam habebit latitudinem intra limites iuſti, eaq; de cauſa difficile admodum eſt condemnare tranſactionem aliquam tanquam iniuſtam. Qñ tamen, prudentis arbitrio, certò conſtaret, in aliqua ſeruatam non fuiſſe æqualitatem, tunc, qui illam non ſeruaſſet, teneretur in conſcientiæ foro, reducere eum tranſactionis contractum ad ęqualitatem.

Hinc dubitant doctores, num, qñ in trãſactione Quęſt.
alter tranſigentium deceptus eſt vltra, aut in-
20 fra, dimidium † iuſti valoris, non qdem comparatione eius, quod poſtea tpis progreſſu ex aliqua ſcriptura, aut aliunde, compertum eſt naturam rei habuiſſe, ſed comparatione valoris, quem habebat ius dubium, cui is ceſſit, prout ſub eo dubio erat tẽpore tranſactionis celebratæ, vt cũ Bart. & alijs, quos citant affirmant Gama deciſ. 110. nu. 15. Aries Pinel. l. 2. C. de reſcind. vend. par. 1. c. 4. nu. 12. & Molina lib. 4. de pri. c. 9. nu. 34. Num, inquam, tunc detur actio in foro exteriori ita decepto, eo modo, quo emptori, aut venditori, ſimili modo deceptis, diſput. 349. explanatum eſt dari actionem, vt vel cõtractus reducatur ad æqualitatem, vel reſcindatur, vt maluerit alter contrahens, qui non eſt deceptus. Hac de re tam multi ſunt doctores pro vtraque parte, quos Aries Pinell. à nu. 12. citato copioſe refert, vt difficile ſit iudicare, quænam ſibi communior ſententia. Padilla, in cuius opinionem propendet Gutier. de iur. confir. part. 3. c. 2. nu. 24. partem negantem amplectitur, quam Greg. Lopez l. 34. tit. 14. part. 5. arbitratur ibi definiri. Mihi verò probatur opinio Deciſ.
gloſſæ l. Lucius. §. vlt. ff. ad Treb. Bar. Panor. Nauar. & complurium aliorum, quos Aries Pinell. vbi ſupra refert ac ſequitur. Nempe, actionẽ dari in foro exteriori ita decepto: id qd euenire poterit præſertim in ruſtico, ac muliere. Atq; ſententia hæc præcipuè eſt amplectenda in Luſitania, vbi, vt lib. 4. ord. tit. 30. §. 3. habetur, ea actio conceditur, non ſolum in emptione, & venditione, ac locatione, ſed etiam *em qualquer auenca.* Adde, in eo Regno, quando non eſt textus, conſuetudo, aut communis opinio in contrarium, ſtandum eſſe opinionibus Accurſij, & Bart. Molina vbi ſupra cum multis alijs, quos citat plus probat mediam quandam opinionem inter duas extremas relatas. Nempe, admittendam eſſe, ſi lęſio ſit enormis vltra, aut infra, dimidium iuſti valoris: denegandum verò eſſe, ſi ſit vltra, aut infra dimidium iuſti valoris, ſed non in magno exceſſu. Cæterùm mihi opinio non probatur.

21 Tranſactio † nõ ſolũ reſcinditur, ac nulla redditur, qñ alter tranſigentium, tpe celebrationis contractus ſciebat rem ad alterum pertinere, vt ſupra dictum eſt, ſed ẽt quando aliquis per vim, aut metum cadentem in conſtantem virum, coactus eſt tranſigere l. interpoſitas C. de tranſ.

Quanto autem tpe competat actio ex hoc, & ex præcedente capite, ad reſcindendam tranſactionem, & compromiſſum, etiam emologatum, diſp. 71. dictum eſt. Attende tñ, ex hoc præſertim poſteriori capite, facilè euenire poſſe, vt non ſit bona fides, ex parte poſſidentis titulo tranſactionis eo modo factæ: quo dato, vllo tempore, interim dum ea mala fides perſeuerat, non præſcribetur. Neque multum probo, quæ Molina vbi ſupra nu. 38. in contrarium docet.

22 Reſcinditur † Præterea, ſi facta ſit cum minore, & minor inueniat ſe poſteà notabiliter lęſum, quia

quia ſcilicet, attento valore, quem ius, cui ceſſit, & quod per tranſactionem remiſit, valebat, vt erat ſub eo dubio, tpe, quo celebrata fuit tranſactio, minus notabiliter pro illo eſt ei datum, quã tunc ſub eo dubio valebat, aut plus notabiliter pro iure alterius dedit, quam tunc valeret. In hoc tamen euentu tranſactio reſcinditur per beneficium reſtitutionis in integrum, quod minori conceditur, toto tempore, quo eſt minor, & inſuper quatuor annis poſtea: & tunc redit cauſa, tam ex parte minoris, quam eius, qui cum eo tranſegerat, ad ſtatum, in quo erat ante tranſactionem. Ita hr l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſ. & alijs iuribus. C. de tranſ. Quo loco obſerua, in hoc euentu, & in illo alio, quando tranſactio facta eſt per vim, aut metũ cadentem in Conſtantem virum, nullam pœnã incurrere contrauenientem tranſactioni, et ſi tranſactio iuramento fuiſſet confirmata, vt habetur l. ſi quis maior. C. de tranſ. Tam autem minor, quã qui vi, aut metu, tranſigere fuiſſet coactus, tenetur ſub culpa lethali periurij, petere, & obtinere prius relaxationem iuramenti, quam ageret ad reſciſſionem trãſactionis, niſi in Luſitania præſtitũ fuiſſet iurm ſine Regis facultate, iuxta ea quæ diſput. 149. dicta ſunt. Arbitror etiam iuxta ea, quæ diſputatione citata dicta ſunt, minori cõcedi non poſſe relaxationem iuramenti, niſi ſolum, vt trãſactio ad limites iuſti valoris reducatur, vt alter contrahentium reducere eam tenetur, eſto minori non relaxetur iuramentum. Illud etiam obſerua, quæ de minori hoc. §. dicta ſunt, competere ſimiliter Eccleſiæ, ſi eodem modo ſe inueniat ex tranſactione læſam; eò quod ſimiliter ei competat beneficium reſtitutionis in integrum, vt habetur c. 1. de in integrum reſtitu. Idemque dicendum eſt de quocunque maiori, cui beneficium reſtitutionis in integrum competat. Cæterum reſtitutio in integrum Eccleſiæ, aut cuicumque alteri maiori, ſolum conceditur intra quadriennium à celebrato contractu, vt habetur l. vlt. C. de temporib. in integ. reſt. & infra dicetur.

Diſp. 380. paulò poſt principium, dictũ, oſten-
23 ſumque eſt, ſi † euincatur res, de quã erat quæſtio, & circa quam facta eſt tranſactio, tunc eum, qui aliquid accepit, vt à lite diſcederet, neque teneri illud reddere, neque teneri de euictione: quod intelligo, ſiue ipſe poſſideret rem, circa quam facta eſt tranſactio, eamque per tranſactionem traderet ei, qui aliquid ei dedit, vt à lite diſcederet, & eam ipſi traderet; ſiue ille alius eam poſſideret, eique aliquid dederit, vt eam ipſi relinqueret, ac diſcederet à lite. Contra vero dictum eſt, ſi euincatur, quod ei traditum eſt, vt ita à lite diſcederet (modo id non eſſet pars eius, de quo erat controuerſiæ, quæ ei libera relinqueretur, vt ipſe reliquum liberum et relinqueret) teneri eum, qui illud ei tradidit, de euictione. Rõnem verò vtriuſq; aſſerti ibi reddimus: qm̃, qui à lite diſcedit, aliqua in re compenſationem accepit, vt à lite diſcedat, & rem, de qua erat controuerſia, alteri relinquat non accepit illud in recompenſationem rei, ſed in recompenſationem iuris dubij, quod in illam prætendebat, ſiue vere haberet illud ius, ſiue non, eaq; de cauſa, eſto res illa euincatur, non tenetur hic de euictione: quia verò accepit quaſi in pretium iuris illius dubij id, quod ei datum eſt, vtique, ſi euincatur, tenetur is, qui illud ita quaſi in pretium pro eo iure dedit, de euictione. Et vtrumque meritò definit apertiſſime, iuxta legitimum ſenſum, qui nullam vim textui infert. l. ſi pro fundo. C. de tranſ. ibi à nobis cita. Conueniunt doctores, quando titulo tranſactionis incipit aliquis poſſidere, vel quia aliquid alicui traditum eſt, vt diſcederet à lite circa rem, quam alius poſſidebat, vel quia pars rei, de qua erat controuerſia, tradita ei eſt, vt reliquum liberum relinqueret penes antiquum poſſeſſorem, vel denique quia is, qui poſſidebat rem, de qua erat controuerſia, eam tradidit alteri, qui ad ſe attinere dicebat, accepto in recompenſationem pro iure dubio, quod in illam prætendebat, aliquo alio emolumento; conueniunt, inquã, doctores, hos omnes, qui titulo tranſactionis aliquo horum modorum incipiunt aliquid poſſidere, quod ſuum reuera non erat, comparare dominium illius, ſi dominium ad antiquum poſſeſſorem pertinebat, alioquin comparare titulum ad id præſcribendum tempore neceſſario ad præſcriptionem cum titulo: atque id apertè habetur l. penult. C. de vſucap. pro empt. cuius hæc ſunt verb. *Ex cauſa tranſactionis habentes iuſtam cauſam poſſeſſionis, vſucapere poſſunt*. Quando verò aliquis erat in antiqua poſſeſſione rei, de qua erat controuerſia, & circa quam fit tranſactio, aliuſque recedit à lite, liberamque ei illam relinquit pro aliquo alio in recompenſationem accepto, ſubdiſtinguũt doctores. Quoniam ſi is, qui ita per tranſactionem liberam illam reliquit, dicat, ſe cedere iuri ſuo, totumq; ius, quod in eam habebat, in poſſeſſorem transferre, tunc dñium illius verè in eum transfert, ſi ipſe dñs erat; alioquin transfert titulum ſufficientem ad præſcriptionem, ſi poſſeſſor illius bona fide eam poſſideat toto tẽpore ad eam cum titulo præſcribendam. Si aũt non dicat ſe cedere iuri ſuo, totumque illud in eum transferre, ſed ſolum pro eo, quod in recompenſationem accipit, à lite deſiſtat, permittẽdo rem manere apud antiquum poſſeſſorem, tunc non transferre in poſſeſſorem dñium illius, ſi, qui ita à lite recedit, erat dominus rei illius, neque eam tranſactionem eſſe titulum ſufficientem tali poſſeſſori bona fide, ad eam præſcribendam tpe neceſſario cum titulo. Ita affirmant gloſ. l. penult. C. de vſucap. pro empt. Bart. & communis opinio, quam Ant. Gom. l. 45. Tauri. nu. 71. 72. & 73. refert, ac ſequitur, id quaſi argumento à contrario ſenſu colligentes, ex l. penult. citata. Cæterum mihi dicendum abſolute videtur, eo ipſo, quod tranſactio fit, circa rẽ, quæ penes antiquum poſſeſſorem remanet, hunc comparare dominium illius, ſi ad alterum, qui cum ipſo tranſigit dominiũ illius attinebat; alioquin comparare titulum ſufficientem ad præſcribendum, dummodò bona fide poſſideat; arbitrans rem, ſaltem poſt eam tranſactionem, ad ſe abſque vllo dubio pertinere. Ita affirmat Cumanus ab Anto. Gom. in calce, num. 73. citata relatus. Neque Ant. Gom. hanc ſententiam improbabilem

reputat;tametſi ſubiungat,diſcedendum nõ eſſe à contraria cõmuni opinione. Ratio autem,qua ad
24 hoc ducor,eſt.Qm̃ ea ſemper† eſt mens tranſigẽtium, idq; habet tranſactio, vt pro emolumento, quod alteri tranſigentiũ traditur,cedat iuri ſuo,ſi quod habebat in ea re,illudq; concedat alteri, cui relinquitur ea res:vnde,eſto poſtea ex publico inſtrumento cõſtet,rem ad illum alium pertinuiſſe, neq; in conſciẽtię,neque in exteriori foro,vlla eſt obligatio eã illi reſtituendi,vt dictũ eſt: quod verum nõ eſſet,niſi ea fuiſſet mens tranſigentiũ, idque ex ſe haberet tranſactio:in euẽtu autem,quod vnus tranſigentiũ cedat alteri,penes quem res manet,ius ſuum, omnes confitentur comparari titulum ſufficientem ad vſucapionẽ,nihil impediente argumento à contrario ſenſu ex l. penul. citata: quod vere ex ea lege non colligitur : quæ,aſſerendo,quando aliquis titulo tranſactionis incipit bona fide poſſidere, poſſe cum eo titulo, & poſſeſſione vſucapere,non negat,ſi antea poſſidebat, & controuerſia circa poſſeſſionem, ac proprietatem incipiat ei moueri, poſſe vſucapere, ſi controuerſia ceſſet,tranſactioneque componatur.

Circa quæ fieri non poſſit tranſactio: & qui tranſigere non poſſint.

DISPVTATIO DLVII.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio,uel compromiſſum non poteſt fieri de rebus alienari prohibitis:& quæ ſint perſonæ,quæ prohibentur.& nu.19.*

Fallit tamen,& limitatur in multis euentibus, vt nu.7.8.9.10.& 11.

2 *Intellectus ad l.cum hæreditas.1.ff.ad Trebel.*

Ad l.ante reſtitutam. ff. de ſolut.nu.3.

Ad l.vltim.§.vlt.ff.de tranſa.nu.4.

Ad l.1.C. de pact. & ad c. Rainaldus, in princ. de teſt.nu.5.

Ad c.1.§.ſi vaſallus.vlt.Si de feud.defun.nu.6.

12 *Tranſactio ſuper contentis in teſtamento quando prohibita,& quando non.*

13 *Sententia lata ſuper ijs, quæ in aliquo teſtamento non viſo,continentur, an ſit nulla, ſi viſo teſtamento eſſet in contrarium iudicandum.*

14 *Tranſactio facta cum debitore hæreditatis,an valida ſit, ignoratis, quæ vltima voluntate defuncti continentur.*

Et quid ſi renuncietur iuribus,quæ diſponunt inualidam eſſe.nu.15.

Item quid ſi iuramento ſit confirmata nu.16.

17 *Tranſactio ſuper alimẽtis,an,& quando valida ſit.*

Et quid ſi ſit iuramento confirmata.nu.18.

19 *Procurator quãdo trãſigere poſſit de rebus domini.*

DE tranſactione circa delicta, qñ fieri poſſit, qñ non item,dicetur tractatu tertio. Nunc verò qñ circa ciuilia,& à quibus,fieri non poſſit, eſt explanandũ. Item,quod tranſactio propria locũ non habeat in ſpiritualibus, aut annexis ſpiritualibus, habeat tñ in eis locum amicabilis cõpoſitio,dicetur in materia de ſimonia,& beneficijs.

1 Qui alienare † non poteſt bona aliqua, is neque circa illa poteſt tranſigere, aut compromittere. Ea verò ratione is, ad quem bona vinculata deuenere,non poteſt circa illa tranſigere,nec compromittere. Similique modo feudatarius tranſigere,aut compromittere, non poteſt circa res feudales. Neque item hæres grauatus aliquid alteri reſtituere,tranſigere,aut compromittere, poteſt, circa illud. Itemque prælatus tranſigere non poteſt, neque compromittere, circa bona Eccleſiaſtica,quæ alienare non poteſt:eaque ratione, quæ cauſa,& ſolemnitas,neceſſaria eſt ad alienandum bona Eccleſiaſtica,iuxta ea quę diſp.465.& 468. iunctis antecedentibus, & ſequentibus diſputationibus, dicta ſunt, eadem requiritur ad tranſigendum, aut compromittendum circa ea bona. Eodem præterea modo,ſicut minor ipſe,tutor,aut curator, ſine iudicis decreto alienare non poſſunt bona immobilia minoris, aut ea mobilia prelioſa,quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt diſp.224. explanata hæc ſunt: ita ſine eodem iudicis decreto tranſigere,aut compromittere, circa illa non poſſunt. Ita colligitur ex l. non ſolum.C.de prædijs minor.quæ,ob redditam rationem,prædictis omnibus communem ſic habet. *Non ſolum per venditionem prædia pupilli, vel adoleſcẽns, alienare prohibentur, ſed neque tranſactione, vel alio quoquo modo ea transferre ſine decreto à domino ſuo poſſunt. Igitur & tu, ſi fratribus tuis per tranſactionem fundum dediſti,vendicare eum potes.* Idẽ colligitur ex c. cum tempore,de arbit.vbi,de compromiſſo in arbitrum,ſimile quid definitur, propter eandem rationem, prædictis omnibus communem. Eadem quippe eſt ratio de compromiſſo,& de tranſactione, vt diſputatione præcedente dictum eſt:atque,ſi valida eſſent compromiſſum, & tranſactio, circa rem alienari prohibitam, ea via facile eueniret,vt omnino alienarentur. Conſenſit communis doctorum ſententia in his omnibus,quam referunt,ac ſequuntur, Panor.c.contingit de tranſ.nu.3. Ant.Gom.l.40. Tau.nu.86. Greg.Lopez l.10.titu.26.par.4. col.5. in medio. Iul.Clar.4.lib.ſent.§.feudum, q.38. & 39. Aries Pinel.l.1.C.de bon.mater.par.3.à n.44. & Molina 4.lib.de primog.c.9.à nu.7.

Non obſtat l.cum hæreditas ff. ad Trebel. vbi habetur; Si hæres grauatus hæreditatem reſtituere, compromittat circa rem aliquam hæreditariam, fideicommiſſarium, antequam ei hæreditas reſtituatur, teneri cautionem illi præſtare, ſeruaturum ipſum indemnem, ſi condemnetur; vnde aliqui collegerũt, poſſe hæredem grauatum compromittere circa res hæreditarias. Non in-
2 quam,ea lex obſtat: quoniam † intelligenda eſt, quando compromiſit in aliquo ex euentibus, in quibus ſubijcimus poſſe compromittere,aut tranſigere, aut quando compromiſſum fideicommiſſarius probaret,ratumque illud haberet,tanquam prudenter, ſibique vtiliter factum: atque etiam quando compromiſſum factum eſſet interueniente ſaltem tacito mandato fideicommiſſarij, quia ſciebat fieri, & tacuit, aut quando, in ipſius abſentia,

ſentia, eſſet vtiliter, prudentis arbitrio, factum, ita vt ſaltem actione negotiorum geſtorum fideicommiſſarius ea de re hæredi teneretur.

3 Non item † obſtat l. ante reſtitutam ff. de ſolut. vbi habetur, validas eſſe liberationes factas ab hęrede grauato debitoribus hæreditarijs ante hæreditatem reſtitutam. Vnde aliqui colligunt, validam etiam eſſe tranſactionem ab eo tunc factam. Quoniam, vt, cum Bart. & communi doctorum ſententia, Molina vbi ſupra num. 17. ait, id intelligendum eſt, de liberationibus neceſſarijs tunc, iuxta ſolutiones, debitamque hæreditatis adminiſtrationem.

Plus meo iudicio vrget. l. vltim. §. vltim. ff. de tranſ. vbi habetur, tranſactionem factam ab hærede ita grauato, cum debitore aliquo hæreditario, ignorante hęreditatem reſtitutioni eſſe obnoxiam, validam eſſe, ex eaque tranſactione competere debitori illi exceptionem, tum contra hæredem, tunc etiam contra fideicommiſſarium. Di-
4 cendum † verò eſt, textum illum potius à nobis pugnare. Quoniam inde, argumento à contrario ſenſu, aperte colligitur, inualidam eſſe talem tranſactionem, ſi debitor ſciebat hæreditatem reſtitutioni eſſe ſubiectam. Quando autem id ignorabat, ex quadam æquitate meritò ibi ſtatuitur, vt, etiam comparatione fideicommiſſarij, ſit valida ea tranſactio, quatenus facta eſt cum hærede, vtroque adminiſtratore tunc hæreditatis, atque ignorante debitore, hæreditatem ſubiectam eſſe reſtitutioni. Eam tamen legem intelligo, quando tranſactio eſt facta circa debitum rerum mobilium, non verò quando facta eſt circa rem immobilem. Atque in priori euentu, fideicommiſſario competeret eadem actio aduerſus hæredem grauatum circa id debitum, quæ competeret aduerſus debitorem, ſi hæres grauatus non celebraret tranſactionem cum illo, vt ibi gloſ. vlt. notat. quare, ſi ea tranſactio detrimentum fideicommiſſario afferret, eò quod non eſſet vtiliter, ac prudenter facta, teneretur hæres id detrimentum reſarcire fideicommiſſario.

5 Præterea non † obſtant. c. Raynaldus in princ. de teſt. & l. 1. C. de pact. vbi hæres grauatus compromiſſum, tranſactionemve fecit circa hæreditatem: quoniam ea fecit cum ipſomet fideicommiſſario, ſine præiudicio tertij, qui ad eam hæreditatem vocaretur, quod licet: nos vero hoc loco diſputamus, num compromiſſum, aut tranſactio hæredis cum quodam tertio, circa bona reſtitutioni obnoxia, in præiudicium fideicommiſſarij, valida ſint, quod res eſt longe diuerſa. Vnde Afflictus, & alij feudiſtæ, referente Molina, vbi ſupra nu. 18. aſſeuerant, quando controuerſia de feudo eſt ſolum inter dominum, & vaſallum, eſſe valida compromiſſum, & tranſactionem: quod intelligendum eſt, modo id non cedat in detrimentum agnatarum, qui vocentur, ac ius habeant in id feudum: tunc enim, in ipſorum præiudicium, eſſent inualida.

Non item obſtat. c. 1. §. ſi vaſallus. vltim. ſi de feud. defunct. vbi expreſſe habetur, vaſallum orta controuerſia, poſſe tranſigere cum quodã tertio: & idem habetur c. 1. de controu. inter vaſ. & alium, & c. 1. §. 1. de leg. Conrad. habetur, poſſe compromittere. Non, inquam, hæc obſtant: quo-
6 niam, † vel correcta poſtea ſunt per c. Imperialis, de prohibita feud. alie. vel intelligenda ſunt, de tranſactione, aut compromiſſo, ita vt feudum maneat apud antiquum poſſeſſorem, conceſſa pro controuerſiæ compoſitione, aliqua pecunia, aut re alia libera, ita vt nullum præiudicium domino feudi, aut agnatis, qui ad illud vocantur, ex ea trãſactione, aut compromiſſo, eueniat. Ita cum Iulio Claro lib. 4. ſent. §. feudum. q. 38. & 39. Bald. & alijs, Molina num. 18. citato.

Excipiuntur aliqui euẽtus, in quibus in bonis maioratuum, & alijs alienari prohibitis, valida ſunt tranſactio, ac cõpromiſſum. Primus eſt. Quñ
7 ex † rationabili cauſa, ad præcedendas lites, odia, & grauia damna, hæc principis ſupremi autoritate facta, aut confirmata ſunt. Nomine autem, principis, Summus etiam Pontifex intelligitur in ijs, quę ad Eccleſiã, ipſiuſve iuriſdictionem ſpectant. Ita colligitur apertè ex c. 1. de tranſ. vbi Summus Pontifex vult, quod tranſactio quędam, eſto alioquin eſſet inualida, ex ſua tñ confirmatione, & autoritate robur obtineat. Idem affirmat communis doctorũ ſententia, quam Molina vbi ſup. nu. 2. & Aries Pinel. l. 1. C. de bonis mat. part. 3. nu. 50. §. ſuper hoc de tranſactione, referunt, ac ſequuntur. Neq; enim poteſtas hæc ſupremo principi in cõe bonum eſt deneganda, etiam circa bona eorum maioratuum, qui ſine ipſius facultate inſtituti ſunt. Hæc eadem rõne, tranſactiones, & compromiſſa, quæ inter duos ſupremos principes fiunt de re aliqua, vtroque contendente, ad ſui Regni coronam illam ſpectare, validæ ſunt. Neque enim in pacem, ac bonum publicum hoc ex rationabili cauſa ipſis eſt denegandum.

8 Secundus eſt. Quando † pactum tranſactionis continet, vt res apud eum maneat, qui non poteſt eam alienare, dando alteri pecuniam, aut aliquid aliud, quod licite alienari valeat. Ita glo. & Bart. l. nulli. ff. de tranſ. Panor. c. contigit eod. tit. nu. 3. Molina vbi ſupra. num. 22. Aries Pinel. par. 3. citata. nu. 46. & plerique alij, quos referunt. Quando tamen poſſeſſor maioratus eo modo tranſigeret, de ſuo teneretur ſoluere eam pecuniam, aut aliud alienabile, quod in recompenſationem tribueret, neque grauare poſſet ſucceſſores in maioratu, vt id ſoluerent. Niſi forte pecunia eſſet modica, & tranſactio valde eſſet neceſſaria ad conſeruationem maioratus: tunc enim actione forte negotiorum geſtorum petere, ac obtinere poſſet, vt de fructibus maioratus aliquid temporis progreſſu ſumeretur, quouſque ea integra pecunia hæredibus ipſius per partes ſolueretur, contribuente etiam ipſo de eiſdem reditibus partem aliquam. Lege Molinam vbi ſupra numero 25. Eodem modo hæres grauatus tranſigere non poſſet, ſine conſenſu fideicommiſſarij, circa rem reſtitutioni ſubiectam, grauando fideicommiſſarium, vt poſtea ſolueret, quod ipſe alteri in recompenſationem tribueret, vt res in hæreditate permaneret. Eſt tamen obſeruandum

circa

circa hunc ſecundum euentum,quod, vt rectè cũ Bar. & alijs obſeruant Molina vbi ſupra n.26.& Aries Pinel,nu.46,citato.§,ſed cum Bal. non habere locum qñ qui petit rem maioratus,illam petit, non vt liberam ad ſe pertinentẽ, ſed vt ſubiectã ſimiliter vinculo maioratus, ita quod ſi illam obtineat, tranſire vinculata debeat ad ipſius ſucceſſores:tunc enim tranſactio pro pecunia, aut re alia libera, nulla omnino eſſet; quoniam eſſet in præiudicium ſucceſſorum huius, qui illam tanquam ad ſe pertinentẽ petebat; qui proinde ſucceſſores ſimili modo poſſent eam petere, nihil impediẽte ea tranſactione,quæ præiudicare non potuit iuri ipſorum. Vnde, cũ Bart.& alijs,rectè dicunt,ſicut trãſactio de re immobili, quam minor poſſidet,nihil valet,niſi res illa apud minorẽ maneat: ita tranſactio de re immobili,quam minor petit,& aliud poſſidet, nihil valet,niſi res minori tradatur. Eodem modo, quando res eſt vinculata, ſiue permaneat apud poſſidentem, ſiue tranſeat ad illam petentem, neutra ex parte valida eſt tranſactio pro re,quæ non eſt vinculata,& multo minus pro re alia vinculata, aut pro parte rei, de qua eſt contentio.

9 Tertius eſt. Qñ † tranſactio,aut compromiſsũ eſſent neceſſaria,quia ſcilicet ſtatuto eſſent præcepta,aut iudicis ſnia, præſertim accedente principis iuſſu,ad mala,& ſcandala vitanda in ardua aliqua,ac difficili cauſa. Ratio aũt eſt,qa qñ alienatio bonorum aliquorum eſt prohibita, intelligendum eſt id, de alienatione voluntaria, non verò de neceſſaria,quam is,qui bona illa adminiſtrat, facere cogitur. Ita Bart. & communi doctorum ſnia,quam Molina vbi ſupra n.28. & duobus ſequentibus,refert,ac ſequitur. Merito tñ idem autor, cum Bar. & alijs ſubiungit,quando ſtatutum aliquod tranſigere, aut compromittere,in euentu aliquo præciperet, intelligendum eſſe, quando perſonæ prohibitæ alioquin non eſſent alienare, vt ſunt illæ de quibus modo loquimur, eaque de cauſa tale ſtatutum extendendum non eſſe ad has perſonas,niſi id manifeſte exprimat.

10 Quartus eſt. Qñ † in tranſactione,aut in cõpromiſſo, conſentiunt illi oẽs, in quorũ fauorem, ne ipſis præiudicetur, prohibita eſt alienatio, accedente debita ſolemnitate, ſi bona ſint minorum, aut Eccleſiæ. Vt ſi vna cum hærede grauato, conſentiant in tranſactione, aut compromiſſo bonorum hæreditatis, fideicommiſſarij omnes, ad quos tandẽ ea bona deriuanda ſunt, valida eſt ea tranſactio, aut compromiſſum, vt colligitur ex l. quoties ab omnibus. C.de fideicommiſ. reſque ſatis ex ſe eſt perſpicua. In bonis tamen maioratus, qui ſucceſſores, ad quos in futurum ea bona deriuanda ſunt,non poſſunt ſimul omnes conſentire, eo quod nondum exiſtant, locum non habet hic euentus. Ita Molina vbi ſupra.nu.31.

Ait verò Molina,vbi ſupra n.32.cum communi ſententia,iuxta varia iura,quæ citat. Etiam aduerſus hac tranſactiones, & compromiſſa, quando principis autoritate facta ſunt, fas eſſe opponere,quæ in calce diſputationis præcedentis dicta ſunt, poſſe opponi aduerſus alias tranſactiones, & compromiſſa,vt reſcindantur, nempe,alterum tranſigẽtium læſum fuiſſe vltra,aut infra dimidiũ iuſti valoris,aut vi,vel metu,coactum fuiſſe trãſ-
11 gere,† verò nu.38.ſubiungit,tps illud intra qđ diſputatione præcedẽte diximus præſcribi has actiones ſufficere ad præſcribendas eas circa bona maioratus, qñ tranſactiones factæ ſunt principis autoritate: qm̃ eo ipſo quod conceſſa eſt facultas,vt circa ea bona fiat tranſactio, aut compromiſſum, poſſintq; proinde alienari eo titulo tanquam bona minime vinculata,non maius tẽpus requiritur ad præſcribendas actiones, quibus cõtendendum erat reſtituendas eſſe maioratui, quam ſi nunquam fuiſſent vinculata. Eum legito.

12 Circa ea,quæ in teſtamento† aliquo continentur,inualida eſt tranſactio,niſi prius à tranſigentibus ſciantur,quæ eo teſtamento continentur l.de ijs,& l.non eſt ferendus.ff.de tranſact.l.1.§.tõ.ff. quemadmodum teſt. aperia l. vlt.iuncta gloſ. ibi verb.lucrum.C.de reb.cred.l.1.tit.2.par.6.& cõſentit.l.25.tit.11.par.3. habetq; id verum, etiã ſi diſpoſitio,de qua tranſigitur,facta ſit in teſtamẽto nuncupatiuo,aut codicillo,vt conſtat ex l.non eſt ferendus citata. Qui aũt tranſigit vniuerſim de contentis in teſtamento aliquo non poteſt poſtea excuſari,ſe intellexiſſe ſolum de contentis in parte aliqua illius: ſi tamen poſtea prodeant codicilli poſtea facti, de quibus in teſtamento non facta fuit mentio, non extenditur tranſactio ad cõtenta in eis codicillis, de quibus non erat notitia, neque facta fuit mentio l. non eſt ferendus citata. Satis verò eſt ſcientia eorum,quæ continentur in teſtamẽto,aut in alia vltima voluntate,ex vera aliorum relatione, vt valida ſit tranſactio circa ea facta. Talis verò ſcientia præſumitur in hærede,qui hæreditatem adiuit ſiue ille extraneus ſit ſiue hæres ſuus: quoniam ſine ſufficienti ſcientia cõtentorum in teſtamento,nullus præſumitur adire hæreditatem,etiã ſi is hæres ſit ſuus: quandoquidem iam hodie de iure prætorio conceſſum hæredi ſuo eſt abſtinere ſe ab hæreditate, vt in materia de teſtamentis dictum eſt. Ex eo verò,quod hæres,ſiue ſuus, ſiue extraneus, hæreditatem adeat, non præſumitur in eo ſcientia contentorum in codicillis, quando de eis codicillis non eſt facta mentio in teſtamento. Dixi ſupra,ſufficere ſcientiam ex vera aliorum relationem: quoniam,ſi conſtat factam fuiſſe relationem falſam, deceptumque fuiſſe alterum tranſigentium,ſiue is ſit hæres,ſiue legatarius, aut fideicommiſſarius, inualida tunc erit tranſactio: vtpote facta ſine vera notitia eorum,quæ in ea vltima voluntate continentur. Ita Gutier.de iur.confir.par.3.c.2.à nu.3.Greg. Lopez. l. 1. titul.2.par.6.in tribus vltimis gloſſis,& plerique alij,quos citat. Simili etiam modo non valet pactum gratuitum circa contenta in vltima aliqua voluntate, ignoratis, quæ in ea continentur. Ita habetur l.1.citata, idemque affirmarunt gloſſ. l. de ijs, ff. de tranſ. Barr. & alij, quos Grego. Lopez vbi ſupra refert. Tametſi contra- Dubiũ
rium affirmet Gutier.vbi ſup.nu.vlt.in fine,cuius opinionem non probo. Vtrum autem ſententia
13 lata † non cognitis, quæ in aliqua vltima vo-

luntate

luntate continebantur, ſit nulla, patefacta poſtea vltima voluntate, ex qua contrarium fuiſſet iudicandum. Variant doctores, quos Gutier. n. vlt. citato, & Greg. Lopez vbi ſupra gloſ. penult. referunt. Decis. Mihi cum Greg. Lopez probatur, validum eſſet, ſed eſſe reſcindendam beneficio reſtitutionis in integrum ex eo iuſto, poſteaq; patefacto er-
14 rore. Vtrum verò † tranſactio facta cum debitore hæreditatis valida ſit, ignoratis, quæ vltima voluntate defuncti continentur, Greg. Lopez vbi ſupra, & Gutier. c. 2. citato, num. 18. affirmanter reſpondent cum alijs, quos citant.

Quæſt. Quamuis aũt tranſactio facta circa ea, quæ ab aliqua vltima volũtate pẽdet, nulla ſit, ignoratis, q̃ in ea vltima voluntate cõtinentur, vt dictũ eſt;
15 dubium † tamen eſt, vtrum ſit nihilominus valida, ſi fiat cum renunciatione iuribus, quæ diſponunt, inualidam eſſe Gloſ. l. de ijs citata, affirmanter reſpondet, ex illo fundamento, quod introductum id ſit in fauorem eius, qui læſionem inde patitur: vnuſquiſque autem renunciare poteſt iuri in ipſius fauorem introducto, iuxta l. ſi quis in conſcribendis. C. de pactis, & iuxta alia iura ſæpe Decis. à nobis ad id citata. Contraria tñ ſnĩa eſt cõis contra eam gloſſam cum Bart. & alijs, vt Gutier. vbi ſupra, n. 19. Alu. Valaſ. conſul. 39. nu. 13. referũt, ac ſequũtur. Ratio aũt eſt, q̃m id in commune bonum, vt fraudes, ac deceptiones vitentur, & teſtatorum voluntates compleantur, ſancitum eſt: vnde inualida eſt renunciatio ei iuri, non minus, quã ſit inualida renunciatio iuri, quo nulla redditur alienatio fundi dotalis, aut alienatio facta à minore ſine iudicis decreto rei immobilis, aut pretioſæ mobilis, quæ ſeruando ſeruari poſſit.

Quæſt. Maius verò dubium eſt, longeque plus controuerſum, ſi ea tranſactio iuramento confirmetur, q̃
16 † confirmatio plus multò pollet, quã ſimplex renunciatio eis iuribus, ſiue ſimul vltra iuramẽtum eiſdẽ iuribus, vel expreſſe, vel per clauſulam generalẽ, renuncietur, ſiue non, vtrum valida tunc redDecis. datur, an non. Prætermiſſa verò longa diſputatione, ac citatione autorum, q̃ inter alios, legere licebit apud Gutier. vbi ſupra à nu. 20. paucis dicendũ eſt. Si is, q ea tranſactione fuit læſus, deceptus fuit, quia ſignificatum illi fuit, aliud contineri in ea vltima voluntate, q̃ reipſa cõtineatur, inualidã eſſe eam tranſactionem iuramento confirmatam, quo ad exceſſum, in quo fuit deceptus, & quem remittere non intendit. Hoc probatur, quoniam verè non fuit conſenſus, quo ad exceſſum, neque animus promittendi: quare, cum iuramentum, vt obliget conſenſum requirat, neque plus ſe extendat, quam conſenſus qui eo confirmatur, conſequens eſt, vt ea tranſactio, quo ad eum exceſſum, inualida omnino ſit neque opus tunc ſit petere, & obtinere relaxationem iuramenti, quo ad eum exceſſum. Immo, agendo directe, vt puniatur delictum, quo ita inique fuit deceptus, poterit petere, vt in pœnam iuſtam talis delicti, iuramentum quo ad reliquum ſibi relaxetur, & inualida omnino reddatur tota ea tranſactio, aut etiam, vt in pœnam iuſtam, decipiens vlterius puniatur. Si autem, quia ita fuit læſus, nõ fuit ab alio deceptus, ſed ipſe ſua leuitate, & quia non ſperabat ſibi tantum à defuncto relinqui, tranſegit, iuramentoque tranſactionem confirmauit minime id facturus, ſi ſciret tantum præiudicium ſibi ea tranſactione afferri, tunc ſubdiſtinguendum eſt. Quoniam, ſi neuter contrahentium conſcius erat, quid in ea vltima voluntate cõtineretur, vt ſi ſignificatũ vni fuit, ipſum eſſe hæredem, & alteri legatum ſibi in ea vltima voluntate relinqui, non exprimendó quantum vel ſi vnus erat indubitatè hęres, vt puta filius defuncti, & alter dilectus defuncto, veriſimileq; erat, defunctum aliquid illi relinquere, & ignorabatur, quantum, atque ſub eo dubio tranſegerunt, quod contentus eſſet tanta, vel tanta quantitate, quicquid rei poſteà probaret euentus tranſactionemque iuramento confirmarunt, tunc valida omnino eſt ea tranſactio, adeò, vt, quantacunque poſtea ex altera parte reperiatur læſio, nefas ſit relaxare iuramentum læſo; eo quod id fieret cum iniuria, detrimentoq; iniuſto alterius, qui verum ius ad id ſibi ea tranſactione iuramento confirmata comparauit, iuxta ea, quæ diſputatione 149. copioſe explanata, oſtẽſaque ſunt. Ratio autem eſt, quoniam ea tranſactio in eo dubio, fuit contractus æqualis, & vterque tranſigentium ſe exponebat æqualiter commodo, ac detrimento, eaque de cauſa iuſtus, ac validus in ſe erat niſi iuris ciuilis diſpoſitione irritus eſſet effectus: quare, cum iuramentum vires præſtet contractui, quando in ſe non eſt iniuſtus, aut prohibitus, ſed ſolũ irritus iure humano, vt diſputatione citata, & duabus ſequentibus explanatum eſt cõſequens profecto eſt, vt ea trãſactio valida oĩno fuerit, per eamque alter contrahentium verum ius ſibi ad id comparauerit, in quo alter eo contractu læſus cõperitur. Si autem is, qui ea tranſactione non fuit læſus, ſed emolumentum percepit, conſcius erat, quid in ea vltima voluntate contineretur, alter verò id ignorabat, neque in aĩo habebat condonare eum exceſſum, quin potius ſi eſſet conſcius de rei veritate, & de ſciẽtia alterius, nõ ſolũ nõ tranſigeret, ſed ẽt vellet tranſactionem nullam eſſe; tunc arbitror quantumcumque eam cõfirmaſſet iuramento, eſſe inualidam, neq; opus eſſet relaxatione iuramenti. Ducor, quoniã vere non habuit animum tranſigendi in eo euentu, neque præſtitit conſenſum illi tranſactioni niſi ſub virtuali conditione, modo alter non ita ſe conſtitueret in tuto ſua ſcientia, ſed ſe exponeret etiam periculo, ita vt contractus vere eſſet æqualis ob rem vtrinque dubiam: quare ſicut, qui ſub iureiurando promiſit fœminæ alicui, quem non ſciebat eſſe corruptam, ſe ducturum illam vxorem, ſi poſtea comperiat, eam non eſſe virginem, non tenetur illam ducere vxorem, neque opus ad id habet petere relaxationem iuramenti; eo quod promiſſio illa eam virtualem, ac tacitam habebat conditionem, ſi ſis virgo, eſto nihil ea de recogitauerit, quando ſub iureiurando promiſit, ſe ducturum eam vxorem; modo tamen tunc eum quaſi habitualem animum haberet, quia, ſi interrogatus fuiſſet reſpondiſſet, ſe non intendere aliter ſe obligare: ita prorſus res habet in pro-

propoſito: quia vtrobique deeſt conſenſus oino abſolutus,& eſt ſolum conditionalis,ſub tacita,ac virtuali conditione, quæ vere non ſubſiſtit,ac pro inde non obligat iuramentum illud ſimiliter con ditionale non ſubſiſtente conditione. Nemo verò nobis obijciat,quod ſi quis vſuras ſub iureiurando promittat vſurario, aut graſſatori centum, ne ipſum interficiat,tenetur ea ſoluere, vel relaxationem iuramenti obtinere. Etenim hæc abſoluta ſunt iuramenta,tametſi in voluntaria mixtè,aut, ſi habent adiunctam conditionē,nempe,ſi mutuo mihi des,aut,ſi me non interficias,conditio ſubſiſtit,alioquin iuramentum non obligaret. Deniq; ſi,qui tranſactionem in ſui detrimentum iuramēto confirmauit,verum animum habuit condonādi,ſi quid inſuper ex vltima voluntate ad ſe attineret,tunc valida omnino eſſet tranſactio,neque ita tranſigenti relaxari poſſet iuramentum, iuxta ea quæ diſp. 149. copioſe explicata ſunt.

17 Circa alimenta † alicui relicta ex vltima voluntate,ēt ex donatione cauſa mortis,ſi debeant̄ præſtanda in futurum, inualida eſt tranſactio,& quæuis alia conuentio, ſine iudicis autoritate, cognita cauſa,atq; ſeruatis alijs,de quibus copioſus eſt ſermo lege proxime citanda. Excipitur, niſi tranſactio cedat in maiorem vtilitatem eius, cui debentur, quia ita commodius præſtabuntur ei alimenta,vt ſi,quæ præſtanda erant in fine anni, conueniant,vt per partes ſingulis menſibus præſtentur, aut alio modo commodiori alimentando: tunc enim valida eſt trāſactio,ſeu conuētio, ita ſine iudicis autoritate effecta. Dictum eſt,relicta ex vltima voluntate: qm̄ ſi ex alio capite debeantur, vt ex conuentione aliqua,aut aliunde, valida erit trāſactio,ſeu conuentio circa illa facta ſine iudicis autoritate. Additum eſt,ſi debeantur præſtanda in futurum: quoniam valida eſt tranſactio,ſeu cōuentio,facta ſine iudicis autoritate,circa alimēta,quæ præſtanda fuiſſent in tempore præterito, aut quæ in præſenti ſunt præſtanda,iamque omninò debētur. Hæc omnia habentur expreſſe l.cum hi, per totam legem.ff.de tranſactio.& l.de alimentis C. eo.tit. & conſentit communis doctorum ſentētia, quam,inter alios,Gutier.de iur.confir. par.3.c.3. refert,ac ſequitur. Ratio autem ſaluberrimę huius ſanctionis fuit,vtilitas publica, & commune bonum,vt hi, quibus à teſtatoribus alimenta in futurum relinquuntur, allecti præſenti modica pecunia,in commutationem pro alimentis futuris, eis pro illa non cederent, & ſic poſtea egerrimè viuerent,teſtatorumque voluntates,& intentum, fraudarentur. Quia ergo id non tam in priuilegiū eorum,quibus alimenta relinquuntur, quam in cōe bonum ſancitum eſt, merito cōis doctorum ſentētia affirmat,inualidam eſſe tranſactionē, ſeu conuentionem, circa alimenta futura ſine iudicis autoritate,ſeruatis, quæ.l.cum hi,citata ſeruari præcipiuntur,eſto ea conuentio fiat cum expreſſa renunciatione iuris illius.

Dubium vero eſt vtrum ſi ea tranſactio, aut

18 † conuentio iuramento confirmetur, valida ſit, an non. Quamuis autem Bart.l.cum hi citata, Fulgoſus,& Bal.aſſeruerint,inualidam eſſe, communis tamen opinio,cum eodem Bartol.ſibi contrario l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ. quam referunt,ac ſequuntur Couar.cap.quamuis pactum part.2. §. vlt. num.6.& Gutier.vbi ſupra nu.4.mer to validam eſſe aſſeuerat. Ratio autem eſt, quoniam licet iure optimo,propter rationem redditam, irritū, ac nulla effecta ſit pactio, ac venditio iuris ad alimenta futura ex vltima voluntate alicui relicta ſine iudicis autoritate,vtique,ſecluſa ea iuris ciuilis diſpoſitione, mala non eſt venditio iuris illius, aut commutatio pro alia re,vel ceſſio eiuſdem iuris: ſicut etiam mala non eſt venditio,permutatio, aut ceſſio,cuiuſcumque alterius rei legatæ eidem: quare,ſi iuramento confirmetur, valida omnino erit in conſcientiæ,& exteriori foro. Immo verò, ſi nulla fraus,aut iniuſtitia,ex parte alterius cōtrahentis interuenit, quia contractus æqualis ac iuſtus in ſe fuit relaxari non potuit iuramentum; ſi vero' iniuſtitia interuenit, ſolum poterit relaxari ad effectum,vt contractus ille ad æqualitatem reducatūr. Memento verò circa hanc, & præcedentem quæſtionem, contractum eſſe nullum de iure Luſitano eo ipſo,quod confirmatum ſit iuramento,niſi ex Regis facultatem ſit præſtitum,vt diſp. 149. dictum eſt.

Couar. vbi ſupra,& Gutier.c.3.citato nu 6. cū alijs,quos referunt, limitandam cenſent communem hanc,& veram ſententiam, modò, quia ita ſine iudicis decreto ſub iureiurando pactus eſt circa ius ad alimenta futura, non deueniat poſtea ad extremam neceſſitatem; nam tunc (vt multi eorū dicunt) petita prius, & obtenta relaxationem iuramenti,agere poterit ad ea alimenta,de quib. ſub iureiurando ſine iudicis decreto diſpoſuit, ſibi præſtanda.

Hanc ſentētiam falſam eſſe exiſtimo. Etenim, poſtquam ſemel de eis ſine decreto iudicis validè diſpoſuit,non plus ille, qui cum eo licitè, ac validè eo modo pactum celebrauit, tenetur ei in extrema neceſſitate ad alimenta, quam quicūq; alius, aut quam ſi aliquid aliud licitè emiſſet ab eo, & poſtea venditor ad extremam deuenerit neceſſitatem: quare,ſi is,qui ad extremam deuenit neceſſitatem,aſcendentem,aut deſcendentem, habeat, qui ei alimenta præſtare teneatur, non ſolum in extrema, ſed etiam in graui neceſſitate, iuxta ea, quæ non ſemel hoc 2.tractatu dicta ſunt, ſanè hic eſt cogendus, & non ille alius alimenta ei præſtare; ſi verò nullum talem habeat, profecto non plus eſt cogendus, qui ab eo alimenta, ipſi in futurum debita emit,quam cæteri, ſed omnes compelli poſſunt contribuere ad eruendum eum proximum ab ea extrema neceſſitate, iuxta ea,quæ in materia de eleemoſyna dicta à nobis ſunt.

Neque ſanè, ſi in euentu extremæ neceſſitatis, qui ea alimenta emit, cogi poſſet illa reddere, opus eſſet relaxatione iuramenti, ad illa petenda; quoniam venditio, aut tranſactio, de illis iuramento confirmata, intelligenda non eſſet, ſuperueniente eo euentu; ſi enim tranſigentes intelligerent, etiam in eo euentu iniqua, & mala eſſet talis conuentio ex parte vtriuſque, vtpote obligare intendens ad peccatum, atque ad eo iuramentum

tum eſſe nullum, quod proinde nulla relaxatione indigeret. Qn̄ autem, imminente extrema neceſſitate alimentorum ex parte eius, cui debentur, illa venderet, aut aliter ius ad illa alienaret tunc inualidus eſſet contractus, ēt ſi iuramento confirmaretur, vtpote de re illicita, & mala vt impleatur, iritusque effectus iure ciuili, ac proinde opus non eſſet tunc relaxatione iuramenti.

Iuxta hactenus dicta, Gigas de penſionibus q. 45. à nu. 9. & q. 51. à n. 21. & poſt eum Gutier. vbi ſupra nu. 5. cum alijs aſſeuerant, qn̄ penſio pro alimentis alicui in beneficio aliquo eſt aſſignata, nō valere remiſſionem illius ſine autoritate ſuperioris: cum tamen ſine ea autoritate valeret, ſi nō eſſet aſſignata pro alimentis. Addunt tamen, valere, ſi remiſſio iuramento ſit cōfirmata, vt cōis opinio affirmat de tranſactione, ſeu pactione, circa alimēta futura. Atq; ex hac doctrina ait Gutier. emanaſſe regulā Cancellariæ Pij V. qua non admittitur reſignatio, ſeu renunciatio beneficij Eccleſiaſtici libere facta ſine mentione competentiū alimētorum, niſi conſtet manere renuncianti aliud beneficium vnde competenter ſubſtentari poſſit. Exiſtimo tn̄ primum horum autorum aſſertum falſum eſſe. Etenim, vt dictum eſt, & conſtat aperte ex l. cum hi, ff. de tranſ. tunc ſolum tranſactio, aut pactum, circa futura alimēta eſt nullum ſine iudicis autoritate, qn̄ alimenta relicta ſunt per vltimā voluntatem, non vero qn̄ aliunde debentur alicui: cū ergo eiuſmodi iura, quæ circa ea diſponunt, quæ, ſeclufis talibus iuribus, aliter habent ex natura ei; non plus ſint extendenda, quam ea ſonāt, ac diſponant; & penſio ad alimenta ortum non habeat ex vltima voluntate, vt eſt notiſſimum; conſequens profecto eſt, vt diſpoſitio. l. cum hi, extēdenda nō ſit ad penſionem conceſſam ad alimenta, neq; ex ea lege efficax argumentum ad id probandū eruatur; quare, cum doctores citati non alio ducantur argumento, falſa proculdubio eſt eorum hac de re ſententia. Regula verò illa Cancellariæ non inde ortum habet, cum ad quæcumque beneficia ſe extendat, etiam ſi ad alimenta non ſit conceſſa, ſed quia meritò Summus Pontifex admittere noluit reſignationes beneficiorum, niſi beneficiarijs cōpetenter reditus Eccleſiaſtici maneret, vnde ſine dedecore, & ablectione, poſſent viuere.

19 Procurator † alicuius conſtitutus ad agēdum, ac defendendum, non poteſt tranſigere, aut cōpromittere, niſi ad id habeat ſpecialem facultatem lege tranſactionis. C. de tranſ. & c. qui ad agendum de procuratorib. lib. 6. Immo, eſto aliquis conſtitutus ſit procurator cum clauſula generali, quod poſſit exequi omnia, quæ exigunt ſpeciale mandatum, virtute talis clauſulæ exequi non poteſt, quæ exigunt ſpeciale mandatum, ac proinde, nec tranſigere, nec compromittere poteſt. Si tamen concederetur ei in particulari facere aliquid, quod requireret ſpeciale mandatum, & adderetur clauſula vniuerſalis, quod poſſet etiam exequi omnia, quæ requirunt ſpeciale mandatum, tunc poſſet exequi alia non expreſſa, quæ ſpeciale mandatum requirunt, ac proinde poſſet tranſigere, & compromittere. Ita habetur expreſſe ca. qui ad agendum citato. Couar. 2. var. reſ. c. 5. nu. 8. cum cōi ſnīa, quam refert, ait, ſi apponatur clauſula prædicto modo generalis in inſtrō procuratori, & excipiatur aliqd in particulari, aut excipiantur aliqua requirentia ſpeciale mandatum, quæ illi efficere denegentur, tunc poſſe exequi reliqua, quæ mandatum ſpeciale requirunt, eſto nullum tale exprimatur in particulari, quod ei concedatur. Itē ſi quis conſtituatur procurator in aliqua cauſa, aut circa oīa bona eius, cuius conſtituitur procurator cum clauſula, quod circa eam cauſam, aut circa omnia bona, ſit procurator, cum libera adminiſtratione, ac diſpoſitione, perinde ac facere poſſet is, cuius conſtituitur procurator, tunc tranſigere poteſt, & facere alia, quæ requirunt ſpeciale mandatum. Ita hr̄ cap. qui ad agendum citato. Conſentit in his cōis ſententia, quam Cou. 1. var. reſ. c. 6. nu. 3. refert, ac ſequitur. Modo tamen, vt cum Panorm. c. coram de in integ. reſt. nu. 5. vbi optime loquitur, addit, & ex re, quæ requirit ſpeciale mandatum, nō ſit aptum ſequi notabile detrimentum alicui tertio, nā tunc requiritur expreſſio illius in particulari. De qua re dicimus diſp. 573. Item, qui procurator in rem ſuam conſtituitur, vt quia creditor illi conceſſit debitum, aut ius totū, quod circa id, de quo agitur, habet, tunc tranſigere circa id poteſt, & facere circa id quoduis aliud, quod alioquin exigeret ſpeciale mandatum. Ita gl. vlt. c. citato. Sed de hac re latius tract. 5.

Tranſactio quam ample intelligenda ſit, aut non ſit.

DISPVT. DLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio indefinite facta circa aliqua bona, quando vniuerſaliter omnia bona comprehendat, & num. ſeq.*

3 *Tranſactio generalis quo caſu porrigatur etiam ad incognita.*
Cum declaratione, vt nu. 4.

5 *Tranſactio generalis ſequuta poſt petitionem particularem, an, & quando rrſtringatur ſalua proprietate ſermonis.*

6 *Tranſactio, ſeu quietatio, vel remiſſio pleniſſima, quibus verbis fieri poteſt, vt referatur etiā ad incognita.*

OBſeruandum eſt cum Panorm. c. 1. de tranſ. num. 6. poſt Bart. l. ſub prætextu. 2. & l. ſi de certa re. C. de tranſactio. Quando petuntur aliqua indefinite, eam petitionem æquipollere vniuerſali. Vt idem eſt petere bona, quæ adminiſtraſti, aut quæ fuerunt Petri defuncti, ac petere bona omnia quæ adminiſtraſti, aut quæ fuerunt Petri defuncti.

Eodem modo in tranſactionibus, idem eſt trāſigere circa aliqua bona indefinite, & tranſigere circa ea vniuerſaliter. Quod ſit, vt nomine petitionis, aut tranſactionis vniuerſalis, & etiam petitio,

petitio,aut tranſactio,indefinitè cõpræhendatur.

Hoc ita conſtituto, ſequentibus concluſionib. quæſtioni propoſitæ eſt ſatisfaciendũ. Prima eſt.
1 Siue † petitio, & proſequutio litis, fuerit vniuerſalis,ſiue particularis, quia videlicet particularis, aliqua res petebatur,puta domus aliqua,aut aliud ſimile, ſi poſtea ſequatur tranſactio particularis, vt quia circa particularem rem, aut particulares res in tranſactione expreſſas, eſt facta tranſactio, tunc ea tranſactio non extenditur ad alias rés, ſed integrum manet intentare actionem aduerſus eũdem,cum quo facta eſt tranſactio, circa quaſcunque alias res,non vero circa res illas in particulari. Hæc eſt notiſſima,& conſtat ex l.age. C.de trãſact.vbi,qñ reus debebat ducenta,v.g.ſi actor centum petiuit, & facta eſt tranſactio pro quinquaginta,talis tranſactio circa centum petita, non impedit actionem circa alia centum, ſed ſolum circirca ea,in quibus facta eſt tranſactio. Idem hr l.ſi vnus.§.ante omnia,alias. §.in ſumma. ff.de pact. Merito tñ gl.vlt.l.ante omnia citato, & gl.vlt.l.ſi cum tibi, iuxta textum ibi, iunctis ſummarijs illius,Pad.l.ſi de certa.nu.5.C.de tranſ. Alu.Vala. conſul.39.nu.5.& alij,quos citat,obſeruãt,eã trãſactionem extendit nihilominus ad dependentia, & connexa, cum re, aut cum rebus, circa quas in particulari eſt facta ea ſpecialis tranſactio.

2 Secunda concluſio. Qñ † tranſactio fuit particularis circa rem, ſi fuit vniuerſalis quo ad actiones,quia dictum eſt, quod vnus tranſigentium cedit alteri, ac remittit quodcunq; ius,quod habere poterat circa eam rem quocunq; titulo, tunc res illa peti ab eo non poteſt ex quacunque alia cauſa, ſeu titulo,quo de nouo comperiatur ad ipſum pertinuiſſe. Si verò fuit particularis quo ad actionẽ, quia videlicet fuit expreſſum, quod recedit à tali actione, & cedit cuicunq; iuri, quo ea de cauſa,ac titulo res illa ad ſe poterat attinere, tunc poterit eam rurſus petere ex quocunque alio capite, ac titulo. Si autem nihil horum fuit expreſſum in trãſactione,ſed ſolũ dictum fuit,ſe recedere ab actione circa eam rem, ac cedere iuri, quod in eam poterat habere, tunc, ſi præceſſit petitio rei illius ex cauſa aliqua ac titulo particulari, ſolum cenſetur facta tranſactio ex eo titulo,ac cauſa,quo circa petere poterit eandem rem ex alio titulo,ac cauſa. Si vero præceſſit petitio rei illius, dicendo in genere, rem ad ſe pertinere, neque exprimendo cauſam,ac titulum,vnde ad ſe attineret,tunc cenſetur facta tranſactio circa eam rem ex quocunque titulo, ac cauſa, & idcirco non poterit iterum eam rem petere ex quacunque cauſa, ac titulo antecedente eam tranſactionem. Ita Bart. l. ſi de certa. C.de tranſ. & cum eo Pan.c. 1.eodem tit.in fine argumento. c. Abbate de ſent.& re iud.lib.6.& l. ſi ita quis.§.vlt.ff.de verb.oblig.

Tertia concluſio. Si petitio,ac proſequutio litis fuit generalis, & ſequuta etiam fuit tranſactio
3 generalis, † tunc tranſactio generaliter debet intelligi,etiam quo ad incognita circa illa, & quæ minime tunc occurrebant, atque idcirco, qui ita tranſegit, repellitur poſtea à petitione cuiuſcunque rei,verbis illis generalibus compræhenſæ. Ita hr l.ſub prætextu.2. C.de tranſ.& affirmant Bar. & Panor.vbi ſupra, Padilla loco citato nu.2. Alu. Valaſ.conſul.39.n.6.& alij,quos citant. Vt.n.valida ſit tranſactio circa incognita in particulari, ſub illa generalitate cõtenta ſatis eſt, quod de generalitate fuerit cogitatũ, & trãſactũ, nõ facta exceptione eorũ:& hoc eſt,qđ cum Bar.& alijs, Aluar. Vala.vbi ſup.nu.7.ait cognita eſſe in vniuerſali; neque opus eſt aliqua alia explanatione hac in parte tertiæ concluſionis propoſitæ, quã Alua.
4 Valaſ.cum alijs multiplicat. A † concluſione vera propoſita excipitur, ſi dolo alicuius tranſigentiũ occultatæ, aut non manifeſtatæ, ſint res aliquæ compræhenſæ ſub ea vniuerſalitate, de qua facta eſt tranſactio; vt ſi fratres aliqui ſucceſſerunt patri in bonis illius, & dum tranſegerunt vniuerſaliter circa totam hæreditatem eorum aliquis occultauit,ſeu non manifeſtauit res aliquas,quas ad hæreditatem ſciebat pertinere:tunc enim ea tranſactio non extenditur ad res illas dolo occultas. Ita hr l.tres fratres.ff. de pactis, & cũ Bart.& Panor. affirmat cõis ſnia, q̃ Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu.12.refert,ac ſequitur. A concluſione ẽt excipitur,quãdo incognita debebantur ex vltima volũtate, & minimè oſtẽſa & cognita prius ea vltima voluntate facta fuit tranſactio vniuerſalis,quę res illas compręhenderet; tunc enim ipſo iure eſt inualida,vt diſputatione præcedente viſum eſt.

5 Quarta concluſio. † Qñ petitio fuit particularis,& ſequutą fuit trãſactio generalis,diſtinguendum eſt. Qm̃ ſi tranſactio generalis reſtringi, ſalua proprietate ſermonis, poſſit ad ſolam rem, aut res particulares, de quibus erat petitio, tunc non intelligitur de alijs rebus, eo quod ſequentia iuxta ea intelliguntur,quæ præceſſerũt, qñ nihil eſt, quod obſtet,l. ſi de certa re. C. de tranſactio. & l. qui cum tutoribus in princ.ff. eodem tit. & affirmant Bar.& Pano.vbi ſupra,Padilla.l.ſi de certa re citata. Alu.Vala. conſul. 39. Si vero tranſactio generalis, ſalua proprietate ſermonis, reſtringi non poſſit ad ſolam rem, aut res, de quibus erat petitio;vt quia actor,dum tranſegit, dixit,ſe recedere ab actionibus, & renunciare iuri, quod tam circa rem, de qua erat petitio, quam circa quaſcunque alias poterat habere tunc tranſactio extenditur ad omnia etiam, ſi actor non cogitauerit de illis in particulari:quoniam ſatis eſt,quod,modo in concluſione præcedente explicato, cogitauerit de eis in vniuerſali,& in confuſo, & quod intenderit id totum remittere, quod ex verbis ita generalibus tranſactionis præſumitur.

Sibi autem imputet, quod cautus non fuerit, tamque profuſo vſus fuerit ſermone. Ita Panormitan.vbi ſupra, Bart.l.emptor.§. Lucius. ff.de tranſaction.& alijs,quos Alua. Valaſ.vbi ſupra numero 3.refert,ac ſequitur. Vbi cum Iacobino,& alijs ſubiungit. Quod ſi Petrus debeat Ioanni decem ex mutuo,& viginti ex alia cauſa, puta ex venditione,& Ioannes pactum cum Petro faciat de non petendis illis decem eſto in pacto illo, ſeu liberatione,adderet hæc verba,& generaliter de eo toto, quod a te vſque ad præſentem diẽ petere poſſem, nõ cenſeri factam remiſſionẽ aliorũ viginti, quæ

ex longè diuerſa cauſa debentur; quoniam clauſu la illa generalis reſtringi poteſt ad ſola decem, de quibus ſit remiſſio.

Alu. Val. ibid. nu. 14. cum Angelo ait, ſequentibus verbis fieri poſſe tranſactionem, vel remiſ-
6 ſionem pleniſſimam. Voluerunt † partes, ꝙ dicta tranſactio, ſeu quitatio, vel remiſſio, intelligatur eſſe pleniſſima, & referatur, tam ad cognita, quã ad incognita, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, ac indiuiduo, ſiue vtroque modo. Addunt, ẽt ſi eſſent incognita dolo alterius ipſorum contra alterũ. Qm̃, inquiunt, dolus præteritus poteſt remitti. Fortè tamen dolus eſt præſens, eo quod manifeſtari debeant eo tempore, quo ſit hæc ipſa tranſactio: & fortaſſe, ſi ab altero tranſigente agnoſcerentur, nõ conſentiret; fretus tamen, nihil latere, nihilque occultari, conſentit ea verba apponi. Item addunt, ſi tranſactio fiat circa dependentia ex vltima voluntate, apponi etiam debere hæc verba. Cognitis, & inſpectis verbis talis teſtamenti, aut alterius vltimæ voluntatis, tam per ipſos tranſigentes, quàm per alios iuriſperitos.

Poſtremò obſerua, quæ dicta ſunt hac diſputatione, ſimiliter locum habere circa liberationes, ſeu quitationes, quas vocant: de quibus Alua. Val. conſult. citata potiſſimum loquitur.

De nouatione, & delegatione.

DISPVT. DLIX.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio vnde dicta, & quid ſit.*
2 *Nouatio quando & quibus modis fiat. & nu. 3.*
Et quando & quibus caſibus cenſeatur facta, vel non. nu. 4. & 12. 13. 14.
5 *Delegare quid.*
6 *Delegatio, vt valeat, quid requiratur.*
7 *Delegatio, ſicut & nouatio, fieri debet ſtipulatione.*
8 *Nouatio an per delegationem facta cenſeatur, etiã ſi non exprimatur id fieri animo nouandi.*
Et quid de iure Caſtellæ nu. 9.
Item an cenſeatur facta per pœnæ appoſitionem, ſeu pactum aliud pœnale. nu. 10.
Et quid in caſibus, vbi ius nouum repugnat veteri, an ſaltem ope exceptionis cenſeatur facta. n. 11.
15 *Pœna appoſita non ſtanti alicui contractui quo apponi ſoleat.*
16 *Mulier beneficio Velleiani põt nouationẽ elidere.*
17 *Debitor delegatus an cenſeatur aſtrictus creditori debitoris delegãtis, etiam ſi poſtea comperiatur ſe non eſſe debitorem deleganti.*
18 *Alcauala, ſeu tributum ex nouatione debeatur.*

NVnc dicendum eſt de adimpletione contractuum, diſſolutioneve obligationis ex ipſis, aut aliunde contracta. Id vero potiſſimum fit, vel remiſſione obligationis facta per creditorẽ, vel ſolutione eius, ꝙ quis ex contractu, aut aliunde, dẽt. Quia verò virtualis ſolutio eſt, tũ cõmutatio vni⁹ obligationis in aliã, qua prior extinguitur, & poſterior loco illius ſuccedit, ac ſubrogatur, ꝙ fit nouatione, ac delegatione: tum ẽt cõpenſatione vnius debiti, ac obligationis cũ alio debito, & obligatione: tum denique quibuſdam alijs modis; antequã de ſolutionibus debitorum dicamus, hac, & duab. diſputationibus ſequentibus, agendum eſt de nouatione, delegatione, de compenſatione, & de quibuſdam alijs modis quibus liberatio ab obligatione fit, facta ve ſolutio cenſetur.

1 Nouatio † aũt, autore Vlpian. l. 1. ff. de nouationibus à verbo, nouo, eſt dicta, & à noua obligatione, quæ loco prioris ſuccedit. Vnde, eodẽ Vlpiano ibidẽ autore, ſic definitur. *Eſt prioris debiti, ſeu obligationis, in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem transfuſio, atque translatio, ita vt prior perimatur. Neque intereſt*, inquit Vlpianus, *qualis obligatio præceſſerit, nũ naturalis tantum, an ciuilis, & num verbis, re, aut conſenſu contracta*: qm̃ quæcunq; nouari põt verbis, nẽpe ſtipulatione, vt ibidem, & l. 2. ſequenti dr̃, de iure aũt Caſtellæ, ẽt ſine ſtipulatione nudo pacto celebrata, eſt valida iuxta l. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. modo ſequens obligatio, in quam transfertur, ac commutatur, va-
2 lida ſit, ſaltem naturaliter, vt ſi pupillus † extra infantiã ſine tutoris autoritate nouãdo promitteret; tunc enim, licèt ei ciuiliter non obligaretur, quia tñ maneret obligatus naturaliter, tametſi ea etiam obligatio elidi poſtea poſſet beneficio reſtitutionis in integrum, vt diſput. 224. hæc oĩa dicta ſunt, valida eſſet nouatio, priorq; obligatio extingueretur, vt hr̃ iuribus citandis, & leg. 18. tit. 14. part. 5. Quòd ſi ſequens obligatio ciuiliter, & naturaliter, atq; adeo omnino, eſſet inualida, tunc non fieret nouatio, ſed obligatio prior integra, ac illæſa remaneret. Ita hr̃ l. 1. citata, & §. præterea, Inſtit. quib. mod. tollitur oblig. iuncta glo. ibi. Exẽplum adhibetur. §. præterea citato. & l. 17. tit. 14. part. 5. in ſeruo, qui in ſe ſuſcipere attentaret obligationẽ alterius. Quia enim, neque ciuiliter, neque naturaliter, maneret obligatus, vtiq; neque eſſet nouatio, neq; expiraret prior obligatio. Si tñ haberet liberam peculij alicuius adminiſtrationem, vel ipſe, vel filiusfamilias, tunc nouare poſſent circa res peculij, dummodo id non eſſet donando. Ita habetur l. 17. citata, iuncta glo. Grego. Lop. ibi, & l. vlt. in princ. ff. de nouationibus.

3 Nouatio † fit, vel mutata perſona in ſecunda obligatione, vt ſi alius conſtituatur debitor eiuſdem quantitatis, ſiue hic eſſet debitor prioris debitoris, ſiue non, vel adhibito, aut remiſſo fideiuſſore, vel accepto, aut remiſſo pignore; vel facto augmento, aut decremento in quantitate debita; vel variato termino in priori obligatione conſtituto; vel appoſita conditione in poſteriori obligatione, cum prior obligatio facta eſſet purè; aut è contra, facta poſteriori obligatione purè, cum prior eſſet facta ſub conditione; & denique factis his, aut alijs variationibus, animo tamen innouandi, fit nouatio. Quando tamen conditio apponitur in poſteriori obligatione, cum prior facta eſſet pure, idq; animo nouandi, ita demum cenſetur facta nouatio, ſi conditio exiſtat; ſi enim deficiat, tunc manet prior obligatio, ac proinde non cẽſetur facta nouatio. Item, ſi prior obligatio fuit ſub condi-

conditione, & ſecunda pura, non prius cenſetur facta nouatio, q̃ conditio prioris obligationis impleatur: ſi enim deficiat, euaneſcit poſterior obligatio, niſi expreſsè eſſet deductum in pactum, vt nihil impediente, quòd deficeret prior conditio, valeret ſecundum pactum, vt habetur l.16.tit.14. part.5. Idem eſt, ſi, antequam conditio impleatur poſterior debitor ita à ſuo ſtatu decidat, vt perſona illa ſtare non poſſit in iudicio. Hoc vltimum quod de conditione dictũ eſt, præter l.16.citatã, hr̃ l.quoties iuncta l.ſi Stichum.§.1.ff.de noua.§. præterea, ver. quod aũt dicimus, inſti.quib.mod. tol.oblig.& l.15.in fine, iuncta gl.vlt.Greg. Lopez ibi tit.14.part.5. Reliqua habentur §. præterea citato, & l.2.& ſequentibus ff.de noua.

4 Quondã iuris † diſpoſitione, ac interpretatione factis pleriſq; ex variationibus explicatis, præſumebatur facta nouatio: qm̃ præſumebantur factæ animo nouandi, extinguendiq́ue priorẽ obligationem, & commutandi illam in poſteriorem. Ita habetur §.præterea citato verſ.ſed cum hoc q̃dem, & l.vlt.in prin.C.de noua. & conſtat ex l.2. & ſequent.ff.eod.tit. Hodie vero l.vlt.C.de noua. & §.præterea, ver. ideo noſtra, inſt.quib.mod.tol. oblig. ſancitum eſt, vt facta quacunque variatione in ſecunda obligatione, nõ cenſeatur facta nouatio, ac proinde nec cẽſeatur extincta prior obligatio, niſi contrahentes exprimant, ſe animo nouandi efficere ſecundam obligationem, ſed vt cũ priori obligatione maneat ſecunda. Itaq; ex vtraque obligatione, aut inſtrumento, reſultat obligatio comparatione creditoris; attamen ſi in poſteriori obligatione, aut pacto, exprimatur, aliquid minui de priori obligatione, ad id iã nõ tenebitur prior creditor. Id ẽt, in quo concurrerint obligationes illæ, tanquam in rem eandem creditori debitam, ſi ſemel ſoluatur, expirant obligationes illæ oẽs quoad illud, & liberantur omnes, qui ex eiſdem obligationibus id ſoluere tenebantur.

5 *Delegare*, autore † Vlpiano l.delegare. ff. de nouat. *eſt, vice ſua alium dare reum creditori, vel cui creditor iuſſerit*, glo.1.l.quamuis.§.ſi mulier.ff.ad Velle.& gl.1.l.ſi Titius ff.de noua. aſſeuerant, ad
6 rõne delegationis † neceſſe eſſe, vt, qui delegatur, ſit debitor delegantis, & hanc opinionem amplectitur Paulus Caſtrenſis, cuius eſt ſummarium l. delegare citatæ, & amplectuntur alij, quos referunt Greg. Lop. l.15.tit.14.par.5. verb. *abiertamente*, & Gutier.de iur. confir. part.1.c.63.nu.5. Contrarium verò affirmat cum Azone Aretino cõis ſnĩa, q̃ Gutier.ibidem refert, nempe ad delegationem ſatis eſſe, vt, qui delegatur, de mandato delegantis ſe conſtituat reum, hoc eſt, debitorem creditoris delegantis pro delegante, ſuſcipiendo in ſe debitum delegantis, eſto ipſe non eſſet debitor delegantis. Ac ſane hæc mihi cõis opin. probatur: Tum quia delegare, qui debitorem, ſeu reũ ſe conſtituat creditoris, loco, & vice delegantis plane vtrumq; propriè compræhendit, nempè & ſubrogare eum, qui antea ſibi erat debitor, & ſubrogare eum, qui ſibi non erat debitor. Tum ẽt quoniam definitio delegationis l.delegare tradita ab Vlpiano, certè vtrique reo, ſeu debitori, vice, & loco delegantis competit. Tum deniq; qm̃, quicquid gl.l.ſi Titius citata diuinando exponat ibi de delegatione eſt ſermo, in qua is delegatur, qui non erat debitor delegantis: ſed titulo duntaxat donationi in ſe ſuſcepit debitum delegantis, ſe aſtringendo illud de ſuo ſoluere creditori delegantis, do
7 nando id deleganti. Delegatio, quæ † pars eſt ſubiecta nouationi ſtipulatione fieri debet facta à creditore delegantis, vt ait Alex.à Grego. Lop.gl. citata relatus, & conſentiente, ac promittente ſubdelegante, ad hoc vt vera ſit delegatio, vt de nouatione etiam ſupra eſt dictum Greg. vero Lop. merito ibid. addit, in Caſtellæ Regno poſt l.2.tit.16. libr.5.nouæ coll. ſatis eſſe ſi fiat ſine ſtipulatione pacto nudo, vt de nouatione ſupra ẽt eſt dictum. Lege 1.& l.nec creditoris. C.de nou.hr̃, ẽt ſi, qđ quis debet deleganti, vendi à delegante poſſit alicui alteri, inſcio tali debitore, poſſitq; delegãs, inſcio eo ſuo debitore, transferre in alterum ius, & actionẽ, quę in eũ habet; nihilominus fieri, ac perfici non poſſe delegationẽ, niſi conſentiente in illa eo debitore, ac promittente creditori delegantis, id ab eo poſtulanti, ſe ſoluturum ei id debitum loco delegãtis. Item l.2.3.& ſeq.hr̃ ſi ſit facta delegatio animo nouandi, qua delegans ſuum debitorem creditori ſuo deleget, continuo eum debitorem oĩno liberali ab obligatione, qua deleganti tenebatur, neq; poſſe delegantem aduerſus eũ agere, ſed ſolum creditorẽ delegantis, cui ſoli manet obligatus poſſe aduerſus eum agere. Si verò creditor debitoris alicuius ſolum ceſſit alteri debitum, & actionem, quam aduerſus eũ debitorem habebat, per eã ceſſionem non manere debitorem liberatum ab eo creditore, ſed, nihil ea ceſſione impediente, poſſe eum creditorẽ agere aduerſus illũ, & recuperare debitũ, exceptis tribus euentibus. Primus. Si is, cui actionẽ ceſſerat, litẽ iam conteſtauerat aduerſus eũ debitorẽ. Secundus. Si partẽ debiti ab eo receperat. Tertius. Si debitori renunciauerat, ne ſolueret priori creditori, eo quod debitum, & actionem ipſi ceſſiſſet. Ita habetur l.3.citata.

His ita conſtitutis, dubium eſt. Si quis aliũ de- Quęſt.
leget creditori ſuo, perfectaq; ſit delegatio conſenſu delegati exhibito creditori delegantis, id ab eo ſtipulanti, aut ẽt pacto nudo talis delegationis celebrato in hoc Regno inter creditorẽ delegantis, & eum, qui ei delegant, ac debitum in ſe ſuſcepit delegantis, vtrum cenſeatur facta nouatio, eſto nõ aliter exprimatur id fieri aĩo nouandi, ſ. vt eo ipſo expiret omnino obligatio, qua delegans creditori ſuo anteà tenebatur, & maneat ſola obligatio delegati, in quã illa alia cõmutata ſit, ac proinde, eſto delegatus, vel ob paupertatẽ, vel quacũq; alia rõne, non ſoluat, aut non poſſit ſoluere creditori illi, ad nihil ei teneatur, qui eum illi delegauit. Cõior opinio Bar.& complurium aliorum, aduerſus gl. vlt.l.2.C.de nou. quam referunt Greg.Lop. gloſſa citata, & Gutier. vbi ſupra nu.4. affirmat, ſtãdo in iure cõi, cenſeri factam nouationem, ac proinde expiraſſe oĩno obligationẽ delegãtis: Matthęuſq; de Afflictis, & Alciatus, à Gutie. ibi. relati, aſſeuerant, eam opinionem vſu eſſe receptam. Ij tñ, qui affirmant, nõ eſſe propriam, & verã obligationẽ, niſi

niſi debitor delegantis ſit, qui delegetur creditori delegantis,conſequenter arbitrantur , ſolũ fieri nouationem, & extingui obligationem delegãtis; quõ,qui delegatur,erat debitor delegantis;non verò, quando non erat debitor delegantis , niſi tunc inſuper exprimatur,id fieri animo nouandi. Bald, ibi,& Alex.(vt vĩ,ſibimet contrarius)quos Greg. Lop.l.15.citata verb.*en ſu lugar*,& verb.*abiertamente*,aſſeuerant,ſi quis creditori Titij dicat, promitto tibi loco Titij,quod ille tibi debet,tali creditore id acceptante, cenſeri factam nouationem ac proinde Titium manere eo ipſo liberatũ omnino à ſuo debito. Gloſs.vero vlt.l.2.C.de nouat.& tot alij , quos Ioannes Baptiſta in ſuo ærario cõium opin.litera N.nu.44.& ſeq.refert, ac ſequitur, vt eam affirmet eſſe communem opinionem,tametſi verius ſit, contrariam eſſe magis cõem opinionem,exiſtimant , eſto delegetur debitor delegantis,ſi tamen non aliud exprimatur, vnde nouandi animus intelligatur, non cenſeri factam nouationem ea delegatione, ac proinde obligationẽ , qua delegans ſuo creditori tenebatur non expirare per
9 eam delegationem. Atque hæc † ſententia eſt ho-
Ius Caſtellæ. die ſancita in hoc Caſtellæ Regno l.15. citata , q̃ habet , ſiue delegetur debitor delegantis, ſiue qui debitor illius non erat, ſed manet debitor loco illius,cum antea debitor non eſſet delegãtis , quem proinde lex illa *manero* vocat, non cenſeri factam
Deciſ. nouationem,ac proinde neque obligationem delegantis aboleri,niſi apertè exprimatur ita delegari, vt delegans liber à debito maneat. Hanc ſententiam veram proculdubio eſſe exiſtimo, etiam ſtando in ſolo iure cõi,atque amplectendam , ét extra hoc Caſtellæ Regnum,vbi tñ contraria nõ fuerit ita conſuetudine recepta, vt derogatum ea conſuetudine ſit iuri communi. Ducor. Qm̃ licet l.2. & 3.C.de nou.& alijs iuribus innuatur,delegatione cenſeri factam nouationem;id tamen erat iuris p̃ſumptione, ac interpretatione , vt habetur l.vlt.in prin. C.de nouat. & §.præterea ver.ſed cum hoc, inſt.quib.mod.tol.oblig.quotieſcunq; enim ſubrogabatur noua perſona, ét ſi illa ſeipſam ſubrogaret,non delegante eam principali debitore, cenſebatur de iure antiquo fieri nouationem , vt habet §.præterea citato, atque ita ſtando in iure antiquo ante l.vlt.C.de noua. vera proculdubio erat opin. Alex.& Baldi,quã ſupra retulimus,de qua in principio illius §.apertè eſt ſermo, idque manifeſtè in eo aſſeritur:poſtea vero l. vlt.C.de nouat.& §.præterea citato,ver.ideo noſtra,conſtitutum fuit,vt in quibus euentibus , ſiue mutatione perſonæ , ſiue quacunque alia rõne,iuribus anterioribus præſumebatur,ac definiebatur facta nouatio,non cenſeretur deinceps facta,niſi ab ita contrahentibus exprimeretur,id fieri animo nouandi,& abolẽdi anteriorem obligationem . Ducor etiam,quoniã delegari poteſt debitor alius, & acceptari , non quidem animo liberandi delegantem ab obligatione, qua tenetur,ſed animo,vt,ſi is ſoluat, vterq; à debito liberetur,ad quod impertinens eſt, quod delegetur , qui antea erat debitor deleganti , aut aliquis alius:quare,cum l.vlt. C.de nouat. ſancitum ſit,mutatione perſonę debitoris,non cenſeri factã nouationẽ, & liberationem prioris obligationis niſi id exprimatur;conſequens profecto eſt,vt ſola delegatione,q̃ longè diuerſo animo fieri,ſaltem à creditore,põt , nõ cenſeatur hodie facta nouatio niſi contrahentes aliter id ſufficienter exprimant.

Dubium deinde eſt,ſi præcedat pactum de aliqua re,& ſequatur appoſitio pœnæ,aut pactum a-
10 liud pęnale,non ſtanti priori illi pacto,vtrũ † cenſeatur facta nouatio , & abolita prior obligatio, per pęnæ illius appoſitionem , aut pactum ſubſequens,facta eſſe animo nouandi. De iure antiquo facta cenſebatur nouatio iuris præſumptione, ac interpretatione,vt patet.l.obligationum.ferè.§.vltim.ff.de actionib.& obliga. Gloſſa tamen vlt.ibi ait,ſecus rem habere poſt l. vlt. C.de nouat.& idẽ affirmant gl.l.reſcriptum.§.pen.ver.ferre.ff.de pactis,& gl.l.ita ſtipulatus verb.probatur. ff.de verbo.oblig. Contrarium autem cum Barto.affirmat Greg. Lope.l.34.& l.35.gl.2.tit.11.par.5.& communis ſententia,quam refert, & amplectitur Gutier. vbi ſupra nu.6. qñ præceſſit pactum non appoſita pœna, & ſequitur aliud pœnale pactum nõ ſtanti priori pacto. Ego vero plus longe probo opinionem gloſſarum illarum, quam apertè ſonat. l. vlt.C.de noua. Neque eſt vllum, vel veriſimile argumentum,quod probet,faciendam eſſe eam exceptione à ſanctione adeo generali.l.vlt.C.de nouatio.præſertim cum ex pacto pœnali adiuncto non ſtanti priori contractui, non conſtet apertè contrahentes intendiſſe diſcedere à priori pacto, & obligatione, quin potius , ſi diſpoſitiones iurium , tam antiquorum,quàm recẽtiorum,ſecludamus , ſit potius præſumptio, ad maiorẽ firmitatem prioris pacti,appoſitam fuiſſe pœnam, pactum ve pœnale. Dicerem l.34.& 35.citatis,de quibus diſpu. 556.habitus eſt ſermo, & alijs iuribus,quæ ibi etiam citauimus,eſſe ſermonem , quando apponitur pœna non ſtanti pacto ad prioris pacti corroborationem,& explicare,quando alter, qui pacto ſtetit, agere poſſit aduerſus eum , qui pactum eſt tranſgreſſus,ad pœnam, aut ad pacti impletionẽ , vel ad intereſſe, & quando ad vtrumque ſimul ; neque in illis eſſe ſermonem de nouatione , aut , quæ ibi ſanciuntur decidi ex regulis nouationum, vt iura illa,eorumq; deciſiones intuenti, erit ſatis perſpicuum.

Vtrum autem in euentibus,in quibus olim iu- Queſt.
ris præſumptione, & interpretatione cenſebatur fieri nouatio , & lege vltima C.de nouation. ſancitum eſt , vt in eis non cenſeatur facta nouatio , niſi contrahentes expreſſe exprimant, ſe intende-
11 re illam efficere, hodie inducatur † nouatio, ſaltem ope exceptionis Gloſ.l.2. verb.agatur. ff.de
nouat.& glo.vlt.l.vlt. C.eod.titul. quas approbãt Deciſ.
Bartol.& pauci alij,affirmanter reſpondent. Contrarium tamen, quòd ſcilicet,neque ope exceptionis, nouatio in eis euentibus hodie inducatur , eſt amplectendum, cum communi doctorum ſententia,quam referunt, ac ſequuntur Greg. Lope. lege 15.citata verb. *por manero* , & Gutier. vbi ſupra num.7. neque contraria opinio ſolido vlli fundamento nititur.

12 Illud eſt † obſeruandum,quamuis contrahen-

tes

tes,in ſecundo pacto de eadé re,non exprimant ſe velle facere nouationem , & extinguere priorem obligationé,his aut alijs æquipollentib. verb s; ſi tñ ex modo,& qualitate ſecundi pacti,aut aliunde ſit perſpicuum,minimeq; dubium, eos intendiſſe facere nouatonem, & recedere à priori obligatione,tunc facta cenſetur nouatio.Ita communis ſen tentia quam,inter alios, referunt,ac ſequũtur Grego. Lop.l.15.citata,verb. *por manero*,& Gutie.vbi ſupra nu.8.resq́ue ex ſe eſt ſatis manifeſta. Exemplum eſt , quod hr̃ l.15. citata in princ.vnde hæc opinio corroboratur . Si enim quis vendat alteri centum aureis, & poſtea conueniant inter ipſos, vt emptor debeat deinceps venditori pretium ex mutuo,tunc per hunc ſecundum contractum,quo venditor mutuo concedit emptori illos centũ aureos, apertè cenſetur facta nouatio prioris obligationis ex vendito,vt,ea extincta,tranſeat in obligationem ex mutuo : obligatio.n.ſoluendi eandem pecuniam ex vendito, & ex mutuo, ſunt incópoſſibiles. Idem eſſet, ſi venditor pecunia illa , antequam ipſi traderetur , emeret ab emptore cenſum annuum ſuper rem aliquam emptoris: cenſeretur .n.facta nouatio prioris obligationis ex vendito, in obligationé ex contractu cenſuali ſoluendi annuũ reditũ. Quare, eſto poſteà prior ille emptor , effectus iam,non debitor ex vendito, ſed ex nouo contractu mutui, aut cenſus , factus eſſet non ſoluendo,ſi ré prius emptã alienaſſet,non poſſet venditor illã ex eo vendicare de manu poſſeſſoris , qđ non eſſet ſibi ſolutũ pretium pro quo illam vendidit: cum tñ vendicare illam ex eo capite poſſet, ſi non fuiſſet facta nouatio;eò quòd dñium rei venditæ non recedat à venditore,quouſq, pretium ſit ei ſolutum,aut ipſe id habeat pro ſoluto, vt diſpu. 338.& diſp.536.in materia de emptione, & venditione,& in materia de pignoribus, probatũ eſt.

13 Nouatio † item cenſeretur facta ſi quis ſe obligaret creditori pro debitore eã lege , vt ex tunc debitor liber maneret ab obligatione. Item nouatio

14 † cenſeretur , ſi debitor in ſolutum traderet creditori obligationem , qua alius eidem debitori tenebatur,& creditor in ſolutum eam acciperet. Ita cõis opinio,q̃ Greg.Lop.gl.citata,& Gut. vbi ſupra nu.9.referunt,ac ſequũtur. Secus,ſi in pignus eam obligationem traderet, aut ſi in ſubſidiũ obligationem aliquam, aut rem aliam ſuam promitteret,in euentu,quòd intra tantum, vel tantum tps non ſolueret,ad maiorem ſecuritatem creditoris; nam tunc integrum creditori eſſet,vel cogere debitoré implere priorem obligationem, vel exigere, ꝙ in ſubſidium ei promiſſum eſt in euentu, quòd prior obligatio intrà terminum ꝑfixum nõ impleretur,vt doctores citati,cũ Decio,rectè affirmant.

15 Ac ſanè, qñ † pæna apponitur non ſtãti alicui ſtatui, regulariter apponi ſolet hoc modo in ſubſidium ad maiorem ſecuritatem,atq; in fauorem alterius partis, q̃ contractui ſteterit , ac proinde qñ non aliud fuit expreſſum,aut in euẽtu aliquo particulari non inuenitur aliud iure diſpoſitum, huic doctrinæ,eſt ſtandum:atq; hoc eſt,qđ diſponunt. l.34.& 35.tit.11.par.5.& alia iura, de quibus diſpu.556.habitus eſt ſermo:neq; diſpoſitiones illę nituntur regulis nouationum,quaſi,pœnæ appoſitione,facta cenſeatur nouatio.

16 Mulier,quamuis † nouare poſſit, ſuſcipiẽdo in ſe debitum eius,cui antea nihil debebat,vtendo tamen beneficio Velleiani,de quo diſp.540.dictum eſt,elidere poteſt nouationem , nullam reddendo ſuam poſteriorem obligationem l.1. l.ſenatuſconſultum l.ſi paternam.l.ſi mulier alienã.C.ad Vellei.& l.19.tit.14.par. 5.vbi Greg.Lope.addit, qđ ſi mulier, vtendo eo beneficio poſteriorem ſuam obligationem elidat , tunc prior debitor manet obligatus creditori,argumento l.quamuis, §.Marcellus,ver.ſi mulier.ff.ad Vell.

17 Qñ † aliquis arbitratus ſe eſſe debitorem eius, qui erat debitor alicui creditori,ſuſcepit in ſe debitum illius,ſeq; aſtrinxit id debitum loco illius ſoluere creditori,facta nouationeq́ prioris debiti inter ipſum,& creditorem , tunc prior ille debitor liberatus omnino manet comparatione illius creditoris,& hic poſterior manet ſolus verè illi aſtrictus, eſto poſtea certo cõperiatur,ſe nihil debuiſſe priori illi debitori. Neque comparatione creditoris, cui ita ſe loco prioris debitoris aſtrinxit competit huic exceptio,quæ eidem cõpeteret,aduerſus priorem debitorem,ſed omnino teneretur illi ſoluere, eſto creditor,quando hic ſe ei aſtrinxit, ſciret,hũc nihil debere priori illi debitori;modo tamé dolo , aut fraude,non induxerit hunc ad ſe ita loco alterius obligandũ. Immò verò,ſi hic,qui ſe loco prioris debitoris creditori obligauit,tpe,quo ſe ita obligauit , ſciebat ſibi competere exceptionem aliquã aduerſus prioré debitoré, & nihilominus ſe obligauit de mandato illius, ab illove delegatus,cenſetur remittere,ac condonare illi eam exceptionem, vt hr̃ l.ſi quis delegauerit,& l.doli mali.ff.de nou. Qñ autẽ cenſendus ſit ſciuiſſe,aut ignoraſſe, eam exceptionem,l.glo.l.ſi quis delegauerit citata. Obſeruandum verò eſt, qñ poſteà comperitur eum , qui arbitratus ſe debitorem eſſe alicuius, loco illius ſe aſtrinxit creditori eiuſdem, reuera nihil illi debuiſſe,tunc,antequàm creditori ſoluat, competere ei actionem aduerſus eum debitorem,vt ipſũ liberet ab ea obligatione, qua ſe loco illius aſtrinxit,vel ſatisfaciendo creditori,vel aliqua alia ratione , id tamen non impedit quominus ipſe teneatur, cogiq; poſſit ſoluere creditori , ſi prior debitor non præueniat ſolutione : quòd ſi is,qui verè non erat debitor illius alterius , creditori ſoluat , tunc comperit ei actio ad repetendum à priori debitore, quod loco illius ſoluit,eſto ſine ipſius mandato ſe ad id obligauerit, atque id ſoluerit , modo tamen ille alius verè illud deberet,cogendusq; eſſet id ſoluere . Ita habetur l.ſi quis delegauerit l.ſi non debitorem l.doli mali.ff.de nouat.& l.19.tit. 14.par.5.

Si quis verè eſſet debitor alterius, & arbitratus hũc ſuum creditorem aliquid debere alteri , nouationem cum illo faceret , ſe aſtringendo ſoluere illi,quod arbitrabatur ſuum creditorem illi debere,tunc, nihil impediente eo nouationis cõtractu, non tenetur ei quicquam ſoluere,ſed tueri ſe põt , ac debet exceptione, quod creditor ſuus nihil illi debeat. Quod ſi in ignorantia perſeuerans, ſol-

uiſſet,quod ſe ſoluere aſtrinxerat loco ſui creditoris,tunc, ſi de mandato ſui creditoris ſe aſtrinxit,manet liber à ſuo creditore, quo ad quantitatem,quam ita pro eo ſoluit: & creditori competit repetitio, tanquam indebiti, eius quod ita loco ipſius ſolutum eſt: ſi verò ſine mandato ſui creditoris ſe aſtrinxit,ac ſoluit, tunc tenetur ſuo creditori perinde,ac ſi nihil loco illius ſoluiſſet: attamen ſibi competit repetitio, tanquam indebiti ab eo,cui id ita ſoluit.Ita habetur l.19.citata, conciniturque.l.Iulianus.ff.de dol.mali excep.

Dubiũ Dubiũ eſt,vtrũ tributum illud,quod in Caſtella alcauala,in Luſitania verò ſiſa nuncupatur, &
18 debetur† ex venditione,& permutatione, debeatur ex nouatione,qua debitum in pecunia,ſeu obligatio ad pecuniam ſoluendam, commutatur in obligationem ad ſoluendum triticum,oleum,aut aliud ſimile,vel qua è contrario, obligatio ſoluendi triticum,aut oleum,commutatur in obligationem ſoluendi pecuniam,vel qua obligatio ſoluendi oleum commutatur in obligationem ſoluendi
Decis. triticum. Breuiter autem dicendum eſt cũ Laſſarte de decima vend.c.7.nume.3.& 4. non deberi. Quoniam,vt ex definitione nouationis ex Vlpiano tradita conſtat,in nouatione obligationis ſoluendi triticum pro obligatione ſoluendi pecuniam,aut oleum,non cõmutatur, & trãsfunditur res,quæ in vnã obligationẽ cadit,in rẽ,quæ cadit in aliã:ſed obligatio,vna,quę eſt res incorporalis, trãsfunditur in aliã obligationẽ expirante priori, & manẽte ſola poſteriori:id verò, vt ex ſe liquet, non eſt emptio, & venditio, aut permutatio, ex quibus ſolis contractibus tributum illud debetur.

De compenſatione in foro exteriori.

DISPVTAT. DLX.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio quid.*
2 *Compenſatio quare iure ciuili introducta.*
3 *Compenſatio quibus caſibus ſtatim cẽſeatur facta, licet non ſit petita,neque vlla facta proteſtatio.*
4 *Reconuentio quid,& quando competat.*
5 *Compenſatio eſt exceptio,& non actio.*
6 *Compenſationis exceptio quibus caſibus locum habeat,& nu.7.& 14.*
8 *Cõpenſationis renunciatio an,& quando valida ſit.*
9 *Compenſationis exceptio an competat, etiã quando quis ſe obligauit cum iuramento debitũ ſoluturũ.*
10 *Intellectus nouus ad c.ad noſtram de iureiur.*
11 *Compenſationis exceptio opponi poteſt etiam corã iudice delegato.*
12 *Compenſationis exceptio quibus caſibus non admittatur.*
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ.
13 *Compenſatio ad quæcunque debita opponi poteſt.*
14 *Compenſatio quando habeat locum,& quæ in ea requirantur,& nu.ſeq.*
15 *Socius quando cum ſocio compenſare poſſit.*
16 *Fideiuſſor compenſare poteſt cum creditore,ſi quid ipſe creditor ei debebat.*
Idem etiam in procuratore dicendum.nu.17.
18 *Compenſationem quando opponere poſſit,abſentem defendens ſine mandato.*
19 *Compenſari debitum in diem, vel ſub conditione quando poſſit cum debito puro.*
20 *Compenſationi res iudicata quando obſtet,vt opponi non poſſit.*
21 *Compenſatio quot,& quibus caſibus locum non habeat.*
22 *Tributum ex compenſatione an debeatur.*

INfra, dum de furto fuerit ſermo,dicetur de cõpenſationibus in foro conſcientiæ: nunc verò dicendum eſt,quouſque compenſationes in exteriori foro locum habeant.

1 *Compenſatio* † (autore Modeſtino l.1.ff.de cõpenſationib.) *eſt debiti* (vtrinque,vt ibi exponit glo.) *& crediti,inter ſe contributio.* Hoc eſt,collatio quãtitatũ,in quib.duo ſibi inuicẽ ſunt debitores,& creditores,vt id detrahatur de eo, qđ reus debet,minimeq; debitum cẽſeatur,ac pronuncietur,quod viciſſim ei actor debet. Quod Hiſpanè dicimus,*deſcuntar la vna deuda de la otra*, vt habetur l.20 titu.14.par.5.& lib.4. Luſit. ord. tit.56.
2 in prin. Merito † autem iure ciuili introducta eſt compenſatio qm̃,vt Põponius leg.3.ff.de cõpenſ. ait,et hr̃ in Luſitanis ord. vbi ſupra,*intereſt noſtra potius non ſoluere* (quę ſcilicet verè nõ debemus,ſi velimus,vt cõpẽſatio fiat,eo ꝙ actor tantundẽ nobis viciſſim debeat) *quam ſolutum repetere.* Quia verò is,qui cõpenſationẽ obijcit,ac petit in euẽtibus,in quibus illa (iuxta ea quæ dicẽda ſunt) locũ habet,aut (vt Nau.in cõmen.de vſuris nu.124.& 125.ait) qui extra iudicium ſe illam velle creditori ſignificat,ac proteſtatur, ſtatim ipſo iure illam cõſequitur,antequã ei à iudice cõcedatur,ac proinde ſtatim ipſo iure liberatur à quantitate debiti, quam cõpenſari petit,vt habetur l. ſi conſtat,iuncta glo.ibi,& l.vlt.C.de cõpenſationibus,& affirmant doctores,quos Nau.vbi ſup. Cou. c.quãuis pactũ,p.1.§.4.nu 9.verſ.his autoribus,& Gutie. de iur.confir.p.3.c.6.n.1.referunt,ac ſequuntur:
3 immò † verò in delictis,& ad effectũ, vt vſuræ ex debito non vlterius progrediantur, ſtatim ac eſſe incipit aliud debitum cum priori compenſabile, cenſetur ipſo iure facta eſſe compenſatio, eſto non petatur, neque vlla fiat proteſtatio compenſationis, vt habetur leg. ſi conſtat.l.etiam ſi C.de compenſat.l.ſi ambo.l.cum alter,& leg. idem iuris.ff.eod.tit.iunctis gloſſis,ibidẽ;quia,inquam, hæc ita ſe habent, conſequens eſt, vt compenſans,cenſeatur id ſoluiſſe,quod compenſat, non ſolum quia eo ipſo, liberatus eſt ab eo debito, & obligatione, vt habetur iuribus citatis; is verò, quia ab obligatione liberatur, ſoluiſſe cenſetur, vt patet l.4.§.ſoluiſſe.ff.de re iudicat.cuius verba ſunt, *ſoluiſſe accipere debemus, non tantum eum, qui ſoluit,verum omnẽ omnino,qui ea obligatione liberatus eſt*; ſed etiam quia leg.ſi debitor. ff. qui potior.in pign.hab.l.dediſſe.ff.de verb.ſign.l.vel permutauit ff. de liberal. cauſ. & leg.20.titu. 14. par. 5. habetur expreſſe, compenſationem reputandam eſſe ſolutionem, & eum, qui compenſat,id cenſendum eſſe ſoluiſſe, quod compenſat, & ita

& ita cum Bart. & communi doctorum ſententia affirmant Greg. Lop.l.20.citata glo.1. Nauarr.& Couar.vbi ſup.& Gutier.c.6.citato nu.1. & 2.

Obſeruat verò optimè Nauar.vbi ſupra,quando Ioannes,v.g. vendidit Petro quadringentis aureis cenſum redimibilem æquali pretio, eſto poſtea debeat Petrus Ioanni totidem, aut plures aureos,non cenſeri factam compenſationem,nec cẽſeri extinctum cenſum illum redimibilẽ, quouſq; Ioannes Petro ſignificet,ſe velle redimere cenſum debito illo æquali ꝙ Petrus ex tunc habeat in ſolutum;ac proinde toto tempore, quo Ioannes id Petro non ſignificat,debere Petro reditus illius cenſus. Rõ eſt,qm̃ reditus illi non ſunt vſuræ quadringentorum aureorum, quibus Petrus emit à Ioanne cenſum illum, ſed ſunt reditus ipſiuſmet cẽſus empti,qui diſtincta res eſt à quadringentis aureis, quibus fuit emptus. Et qm̃ non prius cenſus ille cenſetur redemptus,quàm debitum,ſeu pecunia illa,tradita ſit Petro ad eum effectum: poterit enim Ioannes non velle vti illa ad eum effectũ, ſed velle eam reſeruare in longè diuerſum effectum. Et denique qm̃ longè diuerſa res eſt compẽſatio debiti cum debito,à redemptione,iterataue emptione, cenſus illius pro æquali pretio: ad quam nouus cõtractus,ſeu diſtractus, voluntate Ioannis celebratus, requiritur: neque cenſetur ipſo iure celebratus abſq; alio conſenſu exterius expreſſo: ſicut cõpenſatio interdum,atque ad effectum, vt non debeantur vlterius vſuræ ex priori debito,cenſetur facta ipſo iure,abſq; nouo conſenſu exterius expſſo,aut proteſtatione,vt paulo antea dictum eſt.

Obſeruandum eſt, qñ duo mutuo ſibi ſunt debitores, & creditores, ſi vnus alterum in iudicio conueniat pro eo,ꝙ ei debet, alteri duo remedia inter ſe longè diuerſa competere aduerſus eum. V-
4 num, reconuentionis de quo † ſermo nobis erit tract.5. quo, intentata ſimiliter actione aduerſus eum,illum reconuenit,vt ſibi etiã ſoluat, quod ipſi debet. Atq; remediũ hoc latius patet,quàm compenſatio:in multis.n.euentibus, in quibus, iuxta ea,quæ dicenda ſunt,locum non habet compenſatio,vim habet reconuentio. Alterum verò eſt,cõpenſationis,de quo præſens eſt diſputatio: ꝙ quidem non eſt actio,ſed exceptio,qua is,qui pro debito aliquo conuenitur ab alio,illi excipit,& opponit,tantundem,aut plus,vel partem, eum ſibi debere, velleque compenſare vnum debitum cum alio,ac proinde ſolum poſſe petere,ſi,facta compenſatione,aliquid ſuperſit,quod ei debeat. Quare cõ-
5 penſatio † tanquam exceptio, & non tanquam actio,opponi debet,vt conſtat l.2.& ſeq. ff.de compenſ.& innuitur l.20.tit.14.part.5.vbi id Grego. Lop.verb.*que fueſen quitos*,notat:& cum Bal.addit,eum, qui exceptionem compenſationis obijcit,videri confiteri debitum.

6 Exceptio † compenſationis locum habet, etiã quando id,quod actor debet reo cõuento, eſt debitum naturale,& non ciuile: tenetur enim actor illud compenſare cum debito ciuili,& naturali,ꝙ ipſe exigit l.etiam,ff.de compenſa.& affirmat Maranta de ord.iud.part.4.diſt.6.num.2. Licèt enim ex debito ſolum naturali non detur actio conceditur tamen ex illo exceptio, ac proinde compenſatio. Atque in hoc euentu ſolum habebit locum compenſatio, non verò reconuentio: eo quòd ex debito ſolum naturaliter, non detur actio: reconuentio vero actio ſit.

7 Item exceptio † compenſationis vim habet aduerſus exequutionem ſniæ,quæ in rem tranſit iudicatam,dum condemnatus ſoluere ea exequutione cogitur,quod iudicatum eſt:eo enim ipſo, ꝙ exceptio compenſationis opponitur in euentibus, in quibus illa locum habet, ipſo iure habet vim, liberatq; eam opponentem ab obligatione ſoluẽdi creditori æqualem alterius debiti,quod petit, quantitatem, vt ex iuribus ſupra citatis, & cõmuni doctorum ſententia conſtat; lege aũt.4.§.ſoluiſſe. ff. de re iud. ſic hr̃; *ſoluiſſe accipere debemus,non tantum eum,qui ſoluit,uerum oẽm omnino, qui ea obligatione liberatus eſt,quæ ex cauſa iudicati deſcẽdit:* atque ex hoc fundamento id affirmant Couar. cũ Felino loco citato, & Gutier.c.6.citato nu.2.cum Matthæo de Afflictis, & alijs, quos Afflict.citat. Vnde ſuſpecta mihi eſt, ac contraria §.ſoluiſſe citato,opinio Bar.l.aufertur.§.qui compenſationẽ. ff.de iur.fiſ.aſſerentis,qñ condemnato nullum tẽpus eſt datum ad ſoluendum, non poſſe eum opponere compenſationem etiam ſi ſe offerat ſtatim eam liquidaturum; quam ſniam affirmant communiter receptam,probareq; videntur, ſtando in iure communi, Greg. Lope.l.20.tit.14.par.5.glo. vlt.& Gutier.(vt mihi videtur ſibimet ibidẽ cõtrarius) nu.2.citato: potiusq; ſtando in iure communi,probo contrariam ſententiam cum Baldo, quem Grego.Lope. reprobantem Bartoli opinionem,ibidem refert,& cũ Felino,Couar.Matthæo de Afflictis,& Gutierio proxime relatis. Idéque, propter eandem rationem, dicendum eſt, qñ inſtrumentum guarentigium exequutioni mandatur, locum.ſ.aduerſus eam exequutionem habere compenſationem debiti liquidi, minimeq; dubij, quod in promptu probatur, vt Baldus à Gregor. Lopez ibidem citatus,rectè aſſeuerat. De iure autem huius Caſtellæ Regni rectè Gregor. Lopez, & Gutier.vbi ſupra,cum multis alijs, quos citãt, affirmant,tum aduerſus exequutionem ſententię, quæ in rem tranſit iudicatam, tum etiam aduerſus exequutionem inſtrumenti guarentigij, locũ habere exceptionem compenſationis debiti liquidi,modo intra decem dies datos,lege 20. titul.14. parte quinta,ad probandum debitum,cuius compenſatio petitur, atque intra decem dies. quid.l.1. & ſequentibus,præſertim l.19.tit.21.lib.4. nouæ collect.dati ſunt ad probandas exceptiones, quæ aduerſus exequutiones ſententiæ,quæ in rem tranſit iudicatam, & inſtrumenti guarẽtigij opponuntur (de qua re diſput.538.copioſe dictum eſt) tale debitum,exceptioue compenſationis,ſufficienter probetur.

Vtrum autem, ſi quis compenſationi renunciet, promittatque ſe debitum aliquod ſolutu- Dubiũ
rum,obligationiue alicui ſatisfacturum,non vten-
8 do compenſione alterius debiti, valida ſit † ea renunciatio,nec locum tunc habet compenſatio,Gutie.c.6.citato num.2.hoc dubium mouet, refertq;

dicta Afflicti in vtramq; partem, neque illud definit. Non video autem, cur non poſſit quis validè renunciare iuri illi ſuo in fauorem creditoris, tutū illum reddendo ex eo capite. Præſertim cum, vt videbimus, in aliquorum fauorem iure ſancitum ſit, vt locum interdum non habeat compenſatio. Et cum integrum eidem debitori relinquatur, vti reconuentione eiuſdem debiti, cuius alioquin petere poterat compenſationem, aduerſus ſuum creditorem, aut aliter aduerſus eum intentari actionē ad illud ab eo obtinendum. Ac ſanè, qn̄ iuramēto eſſet promiſſum, non vti exceptione compēſationis, iuramentum obligaret; eo quod ea nō vti, malum non ſit, ac debitor reconuenire poſſit ſuū creditorē, aut aliter ab eo exigere, ſi quid ſibi debet.

Maius autem dubium eſt, ſi quis ſub iureiurando ſe obligauit ſoluere debitum aliquod, aut ſa-
9 tisfacere alicui obligationi, num † vti nihilominus poſſit exceptione cōpenſationis, qua licitè in eo euentu vti potuiſſet, niſi iureiurando cōfirmaſſet, ſe ſoluturum tale debitum, aut ſatisfacturum ei obligationi. Cōior doctorū ſnīa, quā pars maxima interpretum iuris canonici amplectitur, quos refert Cou. c. quamuis pactum, par. 1. §. 4. nu. 9. & quos copioſius refert, ac ſequitur Gutier. de iura. confirm. par. 3. c. 6. a nu. 3. atq; in quam propēdet Greg. Lop. l. 20. citata glo. 1. eſt. Tunc locum non habere compenſationem: quia eſſet periurus qui, ea vti volendo, ſoluere non vellet reipſa totum, q̄ ſub iureiurando ſoluere promiſſit.

Ducuntur hi autores. Primo, & potiſſimum, c. ad noſtrā. 1. de iureiurando, vbi, cum quidam certam, pecuniæ ſummam mutuo dediſſet quibuſdā hoībus acceptis ab eis in pignus certis poſſeſſionibus, ac reditibus, factaque ab eiuſmodi mutuatarijs illi promiſſione ſub iureiurando, ſe nullū grauamen illi illaturos circa eas poſſeſſiones, & reditus donec pecuniam mutuatam illi perſoluerent; antequam, is, qui eam pecuniam mutuo dedit, de poſſeſſionibus illis, & reditibus, deductis expēſis, integram ſortem, hoc eſt, integrum valorem pecuniæ mutuo datæ, percepiſſet, Archiepiſcopus Rothomagenſis eum ſententia excommunicationis obſtrinxit, & mutuatarij poſſeſſionis, ac reditus datos in pignus ab eo abſtulerunt. Conqueſtus vero ille coram Summo Pontifice, præcepit. In primis, vt accepta ab eiuſmodi mutuante ſufficienti cautione (fideiuſſoria. ſ. aut pignorum, vt ibi gloſſa exponit) quod ſtabit poſtea mandato, ac definitioni Archiepī, eum ab excommunicatione abſoluat. Deinde, vt mutuatarios, qui contra pręſtitum iuramentum poſſeſſiones, & reditus a mutuante abſtulerant, compellat Eccleſiaſticis cenſuris eas illi reſtituere, nec ſinat vllam circa eas moleſtiam illi inferre, donec pecunia mutuata ei perſoluatur. Poſtremo præcepit, vt poſtquam pecunia iuxta præſtitum iuramentum, fuerit mutuanti perſoluta, mutuantem moneat, vt quicquid, deductis expenſis conſtiterit eum vltra ſortem recepiſſe, id totum mutuatarijs reſtituat, ſi autem parere noluerit, iterum excommunicationis ſententia innodetur: quouſque id opere impleat. Hæc ibi. Aſſeuerat vero autores huius ſnīæ, hunc eſſe textum expreſſum, quod, qn̄ aliquis iurauit, ſe aliquid ſoluturum, locum non habeat compenſatio; nam his mutuatarijs, qui iuramento ſe aſtrinxerant ſoluere pecuniā mutuo eis datam, non conceditur compenſatio de reditibus pignorum, qui tn̄ eis debentur, ac ſunt reſtituendi, vt in hoc eodem capite, & alibi ſæpe, definitur, & diſp. 320. dictum eſt.

Secundo ducuntur, qm̄ licet compenſatio ſolutio reputetur, non tamen eſt vera, ſed ficta ſolutio, quæ pro ſolutione habetur, iuramentum autem in ſua propria forma eſt ſeruandum, id ipſum adimplendo, quod ſub iureiurando promiſſum eſt, non vero aliud æquiualens loco illius.

Confirmatur ex c. debitores de iureiurādo, vbi, qui vſuras ſoluere promiſit, tenetur eas ſoluere, ne Deum adduxerit in teſtem falſū, nihil impediēte, quod vſurarius teneatur eas non accipere, illaſque reſtituere, poſtquam ipſas acceperit, & quod, qui illas promiſit, ac dedit, poſſit poſtea eaſdē compēſare in aliquo alio debito, quia. n. iuramentum in ſua propria forma eſt ſeruandum, tenetur, vſuras quas ſub iureiurando promiſit ſoluere, eſto verè eas nō deat, & eſto poſſit illas poſtea compenſare.

Tertio ducuntur, qm̄ in depoſito locū non habet cōpenſatio, pp bonā fidem, quæ in depoſito, in cōe bonum, eſt ſeruanda, vt diſpu. 526. viſum eſt; cum ergo fides longe plus ſeruanda ſit in Dei reuerētiā, qn̄ aliquid ſub iureiurando fuit pmiſſū: conſequens eſt, vt locum nō hēat cōpenſatio, qn̄ ſolutio rei alicuius promiſſa eſt iureiurando.

Sententiam hanc limitandam cenſet Greg. Lopez vbi ſup. & Gutier. c. 6. citato num. 8. cum Afflicto, & alijs, quando debitor non eſt ſoluendo, tunc enim, inquiunt, pronuncianda eſt ſententia, quod locum habeat compenſatio. Cæterum tunc idcirco non obligat iuramentum, quia nullus in conſcientiæ foro ad impoſſibile obligatur, etiam ſi alioquin iuramento teneatur: vbi enim poteſtas non eſt aliquid efficiendi, ceſſat omnino culpa in eo non præſtando, eſto alioquin iuramento, aut aliunde, ad id teneretur. Si tamen ſententia prior horum autorum vera eſſet, vtiq; non haberet locū compenſatio, quādo hic ſoluere aliquo modo poſſet, tametſi admodum ægrè, ac difficile. Quin, qn̄ ad pinguem fortunam deueniret, teneretur implere iuramentum.

Contrariam vero ſententiam, nempe tunc locū nihilominus habere compenſationem abſq; vllo periurij periculo, aſſeuerat Bart. l. amplius. ff. rem ratam hab. Pan. c. ad noſtram citato cau. cum dilectus, de ord. cog. & c. cum inter de exc. & plerique alij, quos Couat. num. 9. citato refert, ac ſequitur. Atque hæc opinio mihi probatur, intellecta tn̄, vt eam ex parte intelligit, ac probat Io. Med. de reſtit. q. 3. cauſa 12. Nempe, in foro conſciētiæ ſi is, qui ſub iuro promiſit aliquid ſoluere, aut implere intendit id efficere, non vtendo cōpenſatione, tūc locum non habere cōpenſationē, idemq; dicendū eſt in foro exteriori, quando vel ex cōfeſſione eius qui iurauit, vel ex circumſtantijs cōcurrentib. coniecturæ ſufficientes ſunt, quæ perſuadeant, id fuiſſe mentem iurantis. Qn̄ vero non ea fuit mens iurantis, ſed contraria, vel qua ſolū ſe aſtringere intenderit

tenderit id ſoluere, aut implere, nihil cogitando de cõpenſando, nec de non cõpenſando, locum in conſcientiæ foro eſſe cõpenſationi: atq; ẽt in exteriori, qñ non ſunt apertæ coniecturę de mente, & intentione non vtendi compenſatione, iurive cõpenſationis cedendi. Qđ intelligo non ſolum, ſi debitum compenſandum, contractum ſit poſt obligationem iuramento confirmatam, ſed ẽt, ſi contractum ſit antę eam obligationem. Primum horum, nempe quod in priori euentu explicato locus non ſit compenſationi, ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & conſtat ex dictis dubio præcędente, atque, ſi quid probat.c, ad noſtrã, ſane id ſolũ probat. Secundum vero mihi cum autoribus citatis perſuadeo. Quia in cõi vſu loquendi, atq; ex iuris diſpoſitione, & interpretatione, vti legitima compenſatione, eſt ſoluere, ac implere obligationem, vt ex hactenus dictis, liquet, itq; qui ſine iureiurando ſe aſtrinxiſſet aliquid ſoluere, aut implere, ſine dubio cenſeretur illud ſoluere, aut implere, vtendo legitima compenſatione: quare, cũ iuramentum, licet arctius obliget, non tamen ad aliud obliget, quam ad id, quod promiſſio, ſuper quam fertur, & quam confirmat, cõtinet, ac ſignificat in communis loquentium vſu, atq; ex diſpoſitione, & interpretatione iuris, ſecundum quam cenſentur facti contractus promiſſiones, & obligationes; conſequens profecto eſt, vt quando de mente obligandi ſe ad ſoluendum, nõ vtendo cõpenſatione, non conſtat, locum, nihil iuramento impediente, habeat compenſatio.

Caput verò ad noſtram, cui doctores contrariæ ſñiæ potiſſimum nituntur, ſi recte expẽdatur, noſtram potius, quam contrariam, confirmat opinionem. Ideò autem, quæ in eo continẽtur, perſpicue, & ad longum in primo argumento contrarię opinionis retuli, vt intelligatur legitima illius capitis expoſitio, quæ nullam ei violentiam infert noſtramque confirmat opinionem, prætermiſſis

10 vero † tribus expoſitionibus illius capitis, quas Couar. vbi ſupra. nu. 10. refert, & impugnat, itẽq; prætermiſſa quarta, quam ipſe addit, quæ ſane probanda non eſt, minimeq; ſatisfacit; in primis cum eodem Couar. eſt obſeruandum. Dum in eo capite dicitur, mutuantẽ accepiſſe in pignus poſſeſſiones quaſdam, & reditus, nomine redituum, non intelligi reditus, ſeu fructus poſſeſſionũ illarum, qui res mobiles ſunt, ſed iura quædã ad annuos reditus, quæ cum rebus immobilibus computantur: vt ſi, vna cum poſſeſſionibus illis, dati etiã in pignus illi eſſent cenſus collocati in bonis aliorum, aut vectigalia oppidi alicuius, vel aliud ſimile ius ad annos reditus. Id conſtat. Primò, quia qñ poſſeſſiones aliquæ dantur in pignus, nõ conſueuerunt dici tradi etiã in pignus fructus ex eis percipiendi. Et in re propoſita, ſi fructus, percipiendi ex poſſeſſionibus datis in pignus, dati etiam eſſent in pignus, vna cũ poſſeſſionibus ipſis, ſane nulla ſuſpicio eſſet vſuræ, neq; vllus fuiſſet color, tũ mutuatarijs petendi ab Archiepiſcopo illo, antequam ex fructibus earum poſſeſſionum mutuãs integrum valorem pecuniæ mutuo datæ percepiſſe, vt illum tanquam vſurariũ, ſpoliaret poſſeſſionibus, & fructibus perceptis, tum et à Archiepiſcopo id præcipiendi, ac exequutioni mãdandi, vt in eo capite petitum, exequutioniq; mandatum, refert. Secundò qm̃ in eo textu dicitur: *licet de poſſeſſionibus illis, & reditibus nõdum ſortem, deductis expenſis, percepiſſet*, qđ idẽ eſt, ac ſi dixiſſet: licet mutuans ex fructibus, deductis expenſis, tam poſſeſſionum, quã redituũ, nondum ſortem percepiſſet: nõ vero dantur fructus redituum, niſi reditus ſumantur pro iuribus ad annuos reditus, & nõ pro fructibus poſſeſſionum. Tertiò, qm̃, vt gloſſa in eo textu obſeruat, mutuans ille contumax erat, neq; appellauerat à ſententia excõicationis, ſed recurſum per querelam habuit ad Summum Pontificem, eaque de cauſa Summus Pontifex iuſſit eum abſolui: non eſt autem vero ſimile à contumaci ablatos fuiſſe fructus perceptos, ex poſſeſſionibus, redactos iam in pecuniam, ac conſumptos, ſed ſolum deiectum fuiſſe per vim, mandatoq; Archiepiſcopi illius, ac poſſeſſione prædiorum, & iurium ad annuos reditus ſibi in pignus traditorum: neque ſane innodatus pſeueret excõicatione, ſi fructus pignorum, vna cum pignoribus ipſis, ab eo fuiſſent ablati, ita vt neque mutuum ſuum, neque quicquã aliud de pignoribus, & eorum fructibus retineret: quare nomine redituum, quos in eo capite dicitur mutuatarios contra iuramentum præſtitum ab eo ſubtraxiſſe, quouſque Summus Pontifex præcepit, vna cum poſſeſſionibus ei reſtitui, neque in eis moleſtari, quouſq; mutuum ei perſoluatur, non intelliguntur fructus mobile poſſeſſionum in pignus ei traditarũ, ſed iura ad annuos reditus. Nunc vero perſpice, quemadmodum textus ille, vel nobis ſuffragetur, vel certe nihil contineat, qđ nobis refragetur. Summus Pontifex idcirco ſñiam Archiepiſcopi illius improbat, vt ex ipſomet textu cõſtat, quod cum ex fructibus poſſeſſionum, & redituum illi mutuãti datorum in pignus, deductis expenſis, nondũ ſortem percepiſſet, illum vinculo excõicationis innodaſset, poſseſſioneſque, & reditus, contra iuramentum præſtitum, de illo circa pignora illa nõ moleſtando quouſq; mutuum ſuum ei eſset perſolutum ab eo eſsent ablati: ergo, argumento à contrario ſenſu, perſpicue ex eo textu colligitur, quod ſi ex fructibus illarum poſseſſionum, ac redituum, expenſis deductis, integram ſortem percepiſset, non improbaret Summus Pontifex ſententiam Archiepiſcopi, pignoraq; ab eo mutuante, qui iam integrum ſuum mutuum ex fructibus percepiſset, fuiſse ablata: ſi ergo præceſſit iuramẽtum illorum mutuatariorũ, tum de pecunia mutuo accepta illi ſoluenda, tum ẽt de nullo grauamine circa poſseſſiones, & reditus ei inferendo, quouſq, mutuũ integre illi eſset perſolutum, vtique textus ille noſtram ſententiam aperte confirmat. Etenim in eo capite, nihil impediente iuramẽto de ſoluendo illi integre ſuo debito, aperte, argumento à cõtrario ſenſu, permittitur, & approbatur cõpenſatio totius illius debiti ex æquali, aut maiori valore, ab eodem mutuante ex fructibus earũ poſseſsionũ, ac redituũ percepto. Et cum

cum eadem. fit tō de compenſatione totius debiti ex æquali valore cum toto debito ex fructibus illorum pignorum, deductis expenſis, præcepto, & de cōpēſatione partis debiti illius ex æquali parte valoris ſimiliter ex eiſdem fructibus percepti, ſane neq; Summus Pontifex improbaret, neque quicquā eſt in eo textu, vnde colligatur, Summū Pontificem improbare cōpenſationem partis ex æquali valore, quem abſq; vllo dubio conſtaret perceptum eſſe ex eis fructibus, deductis expenſis, ita vt, ſi mutuanti illi offerretur incrementum pecuniæ vſq; ad integram totius mutui ſolutionem, cōpelli poſſet, teddere pignora, & rōne mutuatarijs reddere, num ex fructibus aliquid inſuper pceperit, illudq; eis reddere. In dubio tñ, an, cum pecunia ei oblata, integrum mutui valorem percepiſſet, non poſſet grauamen ei inferri circa ea pignora, ab ipſo illa auferendo, aut ea ab eo exigendo, propter præſtitū iurm de grauamine illi circa ea non inferendo, donec integrū mutuū fuiſſet illi perſolutum. Atq; hac rōne præcipit Summus Pontifex in eo capite, vt prius illi perſoluatur integrum ſuum debitum, ſiue ex fructibus, ſiue ex pecunia ſuperaddita, ita vt certum oīno ſit, integrum illi eſſe perſolutū, & poſtea reddat pignora, & cogatur inſuper reddere, ſi quid vltra ſortem quouis modo recepit. Dixi ſupra, noſtrā ſententiam, argumento à contrario ſenſu, ex eo textu perſpicue mō explicato colligi, ſi pceſſit iuramentum illorum mutuatariorum, tum de pecunia mutuo accepta ſoluenda (vt doctorem communiter interpretantur id caput) tum ēt de nullo grauamine circa poſſeſſiones, & reditur ei inferendo, quouſque mutuum integre illi eſſet perſolutum; qm̄, ſi attente totum caput legas, comperies, in eo nullam fieri mentionem de iuramēto, quod pecunia mutuo data ei ſolueretur, ſed ſolum, quod nullum ei inferretur grauamen circa pignora ante mutuum integre pſolutum. Neque te moueant verba illa verſus finem textus; *cū autem ei pecuniam, ſicut iurauerūt, perſoluerint*; qm̄ ſenſus eorum verborum eſt; cum perſoluerint ei pecuniam nullo, ante integre ſolutam grauamine in pignora illato, vt nullū ei inferre grauamen iurauerunt. Quod ſi velis ex eis verbis colligi, ēt iurm fuiſſe præſtitum de pecunia mutuo accepta integre ſoluenda, vt doctores cōiter caput illud intelligunt, tunc vtique id caput noſtram ſententiam aperte confirmat argumento à contrario ſenſu, vt perſpicue explicatum eſt. Duo inſuperaduerte. Primum eſt. Non interueniſſe pactum inter eum mutuantem, & illos mutuatarios, vt acciperet fructus pignorum in cōputādos in ſortem, neq; item vt illos acciperet computendos in ſortem. Si enim prius illud pactum interueniſſet, cōtractus fuiſſet aperte vſurarius, petitaque prius relaxatione iuramenti ab illo Archiepiſcopo, procedi optime poſſet ad illum puniendum tanquā vſurariū, pronunciandumq; nullum fuiſſe eū cōtractū, & ad eripiendum ab eo pignora, nihil impediente iurō iam relaxato, Summuſq; ipſe Pontifex non protexiſſet eum mutuantem, neq; improbaſſet facta contra eum, qui potius illum, vt vſurarium repuliſſet, ac puniuiſſet. Præterea nōn protuliſſet Summus Pontifex verba illa, quæ in querela, ac ſupplica, Summo Pontifici à mutuante oblata, appoſita videntur; *Licet de poſſeſſionibus illis, & reditibus nondum ſortem, deductis expenſis, percepiſſet.* Quod ſi ſecūdum pactū interueniſſet expreſſum, tunc attendant aſſertores cōtrariæ opinionis, nullum ſupereſſe dubium, nihil impediente iurō, aut iuramentis à mutuatarijs in mutuantis fauorē præſtitis, faciendā fuiſſe cōpenſationem in valore fructuum: qm̄ id expreſſe deductum fuiſſet in pactum. Secundum vero eſt. eſto in eo capite narraretur, iuramentū fuiſſe præſtitum de pecunia mutuo data integre ſoluenda, & de nullo grauamine mutuanti inferendo circa pignora, donec pecunia ipſa, in rōne pecuniæ diuerſæ à valore fructuum pignorū, integre perſolueretur, & eſto in eo capite definiretur, locum in eo euentu non habere cōpenſationem valoris fructuum cum debito mutui (cuius tñ cōtrarium perſpicue oſtenſum eſt) nihil oīno pugnaret caput illud cū noſtra ſnīa, vt à nobis aſſeritur: qm̄ tunc perſpicue fuiſſet renunciatum iuri, ac beneficio cōpenſationis; in quo euentu nos non dicimus, præſtito iuramento, locū eſſe compenſationi. Vnde ſufficienter ſolutum remanet primū argumentum pro contraria opinione propoſitum.

Ad ſecundum dicendum eſt, iam dictum, oſteſumque eſſe, compenſationem, in cōi vſu loquentium, atque ex ipſa iuris diſpoſitione, ac interpretatione, nomine ſolutionis, ac ſatisfactionis intelligi, ac compræhendi, ac proinde ſatis in ſpecifica, & propria forma ſeruari iuramentum, quo aliquid ſolui, aut impleri promiſſum eſt, quando, facta legitima compēſatione, ſoluitur, ac adimpletur; neque tūc vere dici ſolui, aut impleri, p æqui pollens, & non per id, quod ipſa promiſſione continetur, atque communi vſu, & iuris diſpoſitione, ac interpretatione ſignificatur. Vnde ad argumentum in forma, concedenda eſt maior ſi intelligatur de ſolutione preſſe ſumpta, vt diſtinguitur à compenſatione, & ab alijs ſatisfactionibus proprijs, quo pacto ſumpta maiore propoſitione, non inſeruit ad comprobandum inſtitutum, neganda vero eſt ſi intelligatur de ſolutione late; quo pacto ſumitur in communi loquendi vſu ex diſputatione, ac interpretatione iuris.

Ad confirmationem, conceſſo toto eo antecedente, neganda eſt conſequentia, quæ inde fieri intenditur. Quando enim vſuræ ſub iureiurando promittuntur, non eſt aliud, quod in communi vſu loquendi promitti ſolui intelligatur ac intendatur, quam vſuræ ipſæ in ſe, niſi forte aliquid aliud mutuans debeat mutuatario, in quo fieri poſſit compenſatio earum: nam tunc, nihil impediente iuramento, quo vſuræ ſolui promittuntur poterit in eo debito fieri compenſatio vſurarum ſub iureiurando ſolui promiſſarum, ſatiſque in communi vſu loquentium ſolutæ cenſentur vſuræ promiſſæ, ſi earum debitum legitimo alio debito, quo mutuans teneatur mutuatario.

Ad tertium dicendum eſt, ex ſola iuris humani diſpoſitione conceſſum eſt priuilegium illud depoſi-

depoſito,vt debitum depoſiti ſolui, inuito deponente, compenſatione alterius debiti non poſſit, ne hoĩes,metu litium,& compenſationum, retardetur à deponendo penes publicos depoſitarios, in detrimentum cõis boni,atque hoc à multis appellari, bonam fidem commune bonum ſeruandam in depoſitis:ſecluſa vero ea iuris humani diſpoſitione, non minus habere locum compenſatione in debitis ex depoſito, quam in debitis ex quacumque alia radice,& cauſa: quare,cũ oſtenſum ſit, compenſatione habere ex natura rei locum in promiſſionibus iuramento confirmatis; neque iure humano promiſſionibus iuramento confirmatis comperiatur conceſſum ſimile priuilegium ei, quod debitis ex depoſito eſt conceſſum,neque ſit eadẽ cauſa cur concedatur, conſequẽs profectò eſt,vt ex eo, quod fides longe plus ex natura ipſa rei ſeruanda ſit, quando aliquid promiſſum eſt ſub iuramento,quam quando aliquid ſine iuramento fuit depoſitum, non ſequatur, quod ſicut in debitis ex depoſito non habet locum compenſatio, ita neque locum habeat in debitis iuramento confirmatis.

11 Compenſationis † exceptio non ſolum põt opponi coram iudice ordinario, ſed ẽt coram iudice delegato,vt cum Baldo affirmat Greg. Lopez. l.20.tit.14.par.5.verb. *el juzgador*. Corã arbitro vero ait cum eodem Baldo, nõ poſſe opponi ſi ſit ex cauſa extrinſeca rei, quæ compromittitur: ſecus vero ſi ſit ex cauſa intrinſeca,ſeu connexa.

12 Exceptio † compenſationis, qñ is, cui obijcitur,non confitetur debitum,quod excipiens petit cõpenſari,non admittitur,niſi tale debitum liquidum ſit,facileque,ac in prõptu probari poſſit. Si enim longã, maioremque indaginem expoſcat, vel quia teſtes,aut ſcripturæ,vñ id probari debet, ſunt in loco multum diſtanti, vel quacunq; alia rõne,non admittitur ea exceptio, ſed in aliud iudicium relinquitur tale debitum exigendum, ac probandum: iudiceſque præcipiuntur non eſſe procliues,& molles aĩo ad eiuſmodi exceptiones admittendas, ſed potius vt ſtricto iure in eis admittendis vtãtur, qñ viderint longiore indigere indagine. Ita hr̃ l.vlt.C.de compenſat. & c. bona fides, in fine de depoſ. Quando autem cenſendæ ſint non indigere longa indagine,Gloſſa vlt.cap. bona fides citato,& gloſ. Accurſij.l.vltim.citata verb. indaginem, dicunt, ſi intra duos menſes probari debitum poſſit. Addit gloſſa Accurſij, id relinquendum eſſe iudicis arbitrio. Atque hoc ſecundum;ſtando in iure communi,probant magis doctores cum Bar.Inno.& alijs,quos Grego. Lopez,leg.20.citata gloſ. vlt.refert. De iure vero Luſitano lib.4.ord.tit.56.§.4. excipiens compenſationem, tenetur probare debitum intra nouem dies,alioquin non admittitur compenſatio. De iure vero huius Caſtellæ Regni,l.20.citata,tenetur illud probare intra decem dies.

13 Compenſatio inter † quæcumque debita fieri poteſt, quocumque genere actionis peti ea poſſint,hoc eſt,ſiue ad vtrumque actio perſonalis cõpetat,ſiue ad vnum competat realis actio, vt rei vendicatio, & alterum ſola perſonalis, ſiue ad vtrumque competat realis actio; modo tñ cætera requiſita,tã dicta,quã dicenda adſint,vt cõpenſationi ſit locus. Ita hr̃ l.vlt.in prin.C.de cõpenſ. & lib.4.Luſit.ord.tit.56. in prin. Qñ autẽ debiti vnius eſſet legitima exceptio,cur non eſſet ſoluendum,aut cur nondum ſoluendum eſſet,tunc compenſari non poſſet cum alio, vt ex ſe eſt perſpicuum,& habetur l.quæcumque.ff.de compenſ.

14 Habet aũt locum † compenſatio,qñ vtrinque debetur id quod in pondere, numero aut menſura cõſiſtit,& vtrinque debetur res eiuſdem rationis,& ſpeciei,æqualis tñ bonitatis,& valoris ſiue quod vtrinque debetur, ſit res indeterminata in indiuiduo, vt ſi vtrinque debeatur certa pecuniæ q̃titas,ſed indeterminatã in indiuiduo,aut debeãtur tot,vel tot mẽſuræ tritici,ſed tritici indeterminati in indiuiduo,& ita de alijs rebus,quæ in põdere,numero aut menſura conſiſtunt; ſiue vtrinque debeatur res eiuſdem ſpeciei determinatæ in indiuiduo;ſiue ex vna parte debeatur res determinata in indiuiduo, & ex alia res eiuſdem ſpeciei, ac bonitatis,attamen indeterminata in indiuiduo. Hoc ſane eſt,quod affirmãt & intendunt. l.21.titu.14 par.5.iuncta expoſitione Greg. Lopez ibi, & ordinationes Luſitanæ titu.56.citato prin.& quod affirmat Panor.c.bona fides de depoſ.num.vlt.vbi pro regula generali tradit, tunc locum eſſe compenſationi,quando res,quæ vtrinque debentur,functionem ſuſcipiunt quia vna loco alterius ſubſtitui, ac ſolui poteſt, eo quod ſint eiuſdem rõnis,& ſpeciei, æqualiſque valoris, ac bonitatis. Quod ſi vnus deberet triticum,vbi longe plus valet;& alius in loco,vbi longe minus valet, tunc locum non haberet compenſatio æqualium mẽſurarum vnius debiti cum æqualibus alterius, ſed locum haberet retentio vnius debiti, quouſque alterum ęqualis valoris ſoluatur,vt dicemus: idemque dicendum eſt de alijs reb. eiuſdem ſpeciei,quæ in pondere,numero,aut menſura conſiſtunt, & ex aliquo capite vna eſt melior, maioriſque valoris,quam alia. Qñ ex vna parte deberetur res vnius ſpeciei earum, quæ in põdere,numero,aut mẽſura cõſiſtunt,& ex alia res alterius ſpeciei,vt ex vna triticum, & ex alia hordeum,aut ex vna vinum,& ex alia oleum,tũc locũ non haberet cõpenſatio vnius cum alia: quia non fuit eiuſdem rõnis,ſeu ſpeciei, neq; proinde eiuſdẽ valoris. Si tñ vnus deberet pecuniam,& alter aliquid aliud, quod tamen tandem ſoluendũ eſſet quoad æſtimationem in pecunia, vel quia non exiſteret, vel quacunque alia ratione, tunc, quia vtrumque debitum tempore ſolutionis eſt ſoluendum in pecunia,quæ,quoad valorem,eiuſdem eſt rationis, locum haberet compenſatio vnius debiti cum alio: atque hac ratione eſſe poteſt compenſatio debiti in pecunia cum debito in tritico, aut in quacumque alia re, & è contra. Ita habetur lib.4. Luſitanar.ordin. titu.56.§.penultim. & vlt.& affirmant gloſ. 1. l.vltim.C.de compenſat.& Gregor.Lopez leg.21. citata gloſ. 1.Quando ex alijs rebus,quæ in pondere, numero, aut menſura non conſiſtunt, deberetur vtrinque res eiuſdem ſpeciei, ſed indeterminata in indiuiduo

diuiduo

diuiduo, tunc locum haberet compenſatio, vt, ſi vnus deberet alteri octo oues indeterminatas in indiuiduo, & alter totidem deberet huic indeterminatas ſimiliter in indiuiduo, aut deberet plures, vel pauciores, locus eſſet compenſationi: idē eſt ſi viciſſim duo ſibi deberēt vnum equum, aut vnum mācipium indeterminatum in indiuiduo, & ita de alijs rebus eiuſdem ſpeciei. Ratio autem eſt, qm̄ vnus non tenetur ſoluere alteri meliores, aut pretioſiores oues, alias ve eiuſmodi res, quam alter ſoluere teneatur, & idcirco eſt locus compenſationis. Ita hr̄. l.21. citata, & lib.4 Luſit. ordin. tit.56.§.penult. & affirmant glo.1. l. vlti. de compenſ. iuxta varia iura, quæ citat, & Azo. quē Greg. Lop. l.21. citata, gl.2. refert ac ſequitur. Qm̄ tn̄ res eſſent diſtincti valoris, vel quia ſoluēdæ in locis diuerſis, vbi plus valet vna, quā alia, vel aliqua alia rōne, tunc locum non haberet compēſatio vt de rebus, quæ in pondere, numero, aut mēſura conſiſtunt, dictum eſt. Qua eadem rōne, q̄a ſcilicet non ſunt eiuſdē valoris, vniuerſim nō eſt compenſatio inter debita rerum diuerſarum ſpecierum. Denique, ſi ex eiuſmodi rebus, quæ in pōdere numero, aut menſura non cōſiſtūt, debeatur ex vna parte res determinata in indiuiduo, ſiue ex alia parte debeatur etiā res alia indeterminata in indiuiduo, ſiue indeterminata in indiuiduo locum non hēt compenſatio: quia res nō ſunt eiuſdem valoris, nec proinde functionem ſubeunt, vt vna loco alterius ſolui, inuito altero, poſſit. Excipe, ſi ex vna parte pecunia deberetur, & ex altera, quod deberur ſoluēdum tandem eſſet æſtimationem in pecunia: tūc enim vniuerſim, quia debita tandem ſunt pecuniaria, locus eſſet compenſationi, vt dictum eſt. Ita hr̄ l.21. citata, iuncta gl. Greg. Lop. ibi, lib.4. Luſit. ord. tit.56.§.vlt. & cōſentiunt. l. ſi cōuenerit.2 in princ. ff. de pig. act. l. ſi ex ea. C. de rei vēdic. Vtrum aūt compēſatio locū in cōmodato habeat (quod ex proxime dictis erat examinandum) copioſe in calce diſput.297. diſcuſſū fuit. Illud circa dicta toto hoc, §. obſerua qm̄ debita liquida vtrinq; ſunt, licitè ſint talia, vt in eis iuxta dicta hoc.§. locum non habeat compēſatio, hēt tn̄ retentio debiti, donec alterum ſoluatur, iuxta. l. ſi non ſortem §. ſi centum. ff. de condict. indebiti, illis verbis, *ager autem retinebitur, donec debita pecunia ſoluatur*. Ex quo textu affirmat Pano. num. vlt. citato ſi res aliena ad me perueniat, poſſe me illam retinere, donec ille mihi ſoluat, quod mihi liquido debet. Ex parte autem conſentiūt, quæ diſ.531. dicta ſunt, qm̄ res aliena, inſcio, nec conſentiente, nec ratum habente, domino, tradita eſt in pignus pro debito, quod in illius vtilitatem fuit conuerſum: ſortitur enim rationem pignoris, quouſque reſtituat ac ſoluat, quod idcirco debet, quia conuerſum eſt in illius vtilitatem: dominoque rem illam vendicanti obſtat exceptio, quod ſoluat, prius, quod ita debet.

Ex qua culpa ſocii ſibi inuicem teneantur, di-
15 ſputa.413. dictum eſt. Quando† vero aliquis ſociorū, ob damnum ſua culpa ſocietati ſubſequutum, aliquid ſocietati debet, iam ſupra dictū eſt, ipſo iure, etiam antequam id petatur, locum habere compenſationem alterius debiti cum illo, ſi alter ſocius aliquid ſocietate debeat, vel quia ſimiliter culpa ipſius damnū aliud ſocietati ſubſequutum eſt vel quia commodū aliquod ſocietatis, commune ſociis oībus, ad ipſum peruenit, idque compenſare velit cum debito alterius ſocii, ex damno ſua culpa ſocietati dato. Ita habetur l. ambo. ff. de comp. & l.22. tit.14. pat.5. Quæ lex addit, ſi vnus ſociorum ex vna parte damnum ſocietati ſua culpa dedit, ex vero commodum illi attulit, compenſari vnum cum alio. Quod tamen irrationabile profecto videtur: cū commoda oīa, & lucra ſocietati, a quocunq; ſociorū ꝓuenētia, cōia, ex ipſomet ſocietatis contractu, omnibus ſociis ſint: damna vero, culpa alicuius eorum illi obuenientia, ipſi ſint propria, ſoluſque ipſe ſoluere ea teneatur, ſicq; affirmat cōis doctorum ſnīa ſtando in iure cōmuni, vt Greg. Lopez ibi confitetur, qui anxie laborat in explicanda ea lege. Neque diſpoſitionem eius legis probandam hac in parte puto niſi intelligatur de æquali commodo, quod ſocietati obueniat, negotiando vltra id quod is ſocius tenetur, ita vt lucrum ex diligentia, plus, quam tenetur, compenſet debitum ex negligentia, qua ab eo, ad quod tenebatur, defecit. Quando item vnus ſociorum dolo damnum ſocietati dedit, & alter ſimiliter, locum hēt compenſatio in eiuſmodi debitis ſocietati ex dolo vtrinque prouenientibus. Idē eſt, ſi dolo vnius ſociorū damnum obuenit ſocietati in vna re, & culpa alterius ſociorum in alia. Si tn̄ circa eandem rem obuenit damnum culpa vnius, & dolo alterius, tunc non eſt locus compenſationi, ſed ad ſolum damnum tenetur ſolus is cuius dolo obuenit, & ad nihil tenetur is, qui ſine dolo fuit culpa illius damni. Exemplum eſt, ſi vnus ſociorum rem ſocietatis aſportabat per loca periculoſa ſine debita cautela, aut illam, non vt oportebat, clauſit, ac cuſtodiuit, & alter ſociorum illam ſurripuit, aut furari fecit. Ita colligitur ex l. itē ſi. ff. ad l. Aquil. atque hæc oīa habentur. l. ſi ambo, iūcta gl.2. ibi ff. de compenſ. & l.23. citata, quæ addit contenta toto hoc §. non ſolum habere locum in contractu ſocietatis, ſed etiam quando aliqui rem aliquam habent ipſis aliquo modo communem.

16 Fideiuſſor alicuius, ſoluere† cōpulſus pro eo, cui fideiuſſor extitit, compenſare poteſt, ſi quid creditor debebat ei, cui ipſe fideiuſſor extitit: quoniam exceptio, quæ debitori principali competit aduerſus creditorē, competit ēt fideiuſſori. Inſuper compenſare pōt ſi quid creditor fideiuſſori ipſi debet. Vtrumque intellige in euentibus, in quibus locum hēt compenſatio. Ita hr̄. l. verum. l. ſi quid. ff. de compenſ. & l.24. tit.14. par.5. Item
17 † procurator debitoris, aut fideiuſſoris, qm̄ debitor aut fideiuſſor condemnatur, ac ſoluere iubentur, compenſare pōt, quod creditor ipſis debet, & ipſi petere poterant, vt compenſaretur, quod modo tamen eiuſmodi procurator fideiuſſoris præſtet, id ratum eos habituros, quorum eſt procurator. Ita hr̄. l.24. citata, & conſentit. l. poſtquam. ff. de compenſa. atque hoc vltimum etiam probatur argumento. l. cum filiusfami. §. vlti. ff. eo. tit.

vbi

vbi habetur, ſi filiusfamilias aliquid debeat, ſoluereque illud compellatur, poſſe petere, vt id compenſetur cum debito alio, qđ idem creditor debet patri talis filij; modo is filius adhibeat fideiuſſores, patrē ipſius id ratū habiturum. Qñ Ioannes, v.g. procurator eſſet Petri aduerſus Franciſcum, compenſare ſine conſenſu Petri non poſſet debitum, quod ipſe dēt Franciſco, cum debito, quod Franciſcus debet Petro. Ita hr l.24.citata. Immo vero Franciſcus cōpelli non poſſet à Petro, vt cū debito, quod ipſe Frāciſcus Petro debet, compenſet debitum, quod Ioannes ei debet, vt expreſſe habetur l. in rem. §. vlt. ff. de compenſ. Si tñ Petrus Ioanni ceſſiſſet debitum, quod ei Franciſcus debet, cumque proinde conſtituiſſet procuratorem in cauſa propria quo ad id debitū aduerſus Franciſcum, liſque per Ioannem eſſet conteſtata aduerſus Franciſcum, aut Franciſcus partem debiti ei iam ſoluiſſet, vel Ioannes Frāciſco denunciaſſet, vt non ſolueret Petro debitū, eo, quod iam illud ſibi ceſſiſſet; tunc, quia Petrus (iuxta l.3.C.de nouat.& ea, quę diſputatione prędecente dicta ſunt) reuocare non poſſet ceſſionem, compenſare poſſet Ioannes id debitum cum alio, quo ipſe teneretur Franciſco. Ita habetur l.in rem in prin. ff.de compenſ.iuncta gloſſa ibi.verb. poſt litis, & affirmat Greg. Lopez l.24.citata gl.vlt.

Quamuis nullus intentare poſſit actionem ad alterum attinentem ſine mandato illius, ſi vero id aggrediatur, repelletur exceptione, qđ ad id mandatū non habeat, neq; ea actio ad ipſum ſpectet, vt diſp.553. dictum eſt, eaque de cauſa nullus eā in patre eſſe poſſit merus negotiorum geſtor alterius, vt ibidem dictum eſt, nihilominus, non ſolum filius defendere poteſt partem abſentem in iudicio ſine illius mandato, ſed ēt quicunq; alius, quando videt proſequutionem litis fieri ad eum condemnandum, aut exequutionem aliquam fieri aduerſus eum; modo tamen aliquā caueat, de quibus tractatu 5. erit ſermo. Ita habetur l.exigē-
18 di, C.de procuratoribus. Qui ergo † ita abſentem defendit, ſiue filius abſentis ſit, ſiue quicunque alius, excipere, & petere poterit, vt compenſatio fiat debiti, quod abſens ſoluere præcipitur, ac cogitur, cum debito alio, quod is, cui ſolutio eſt facienda, debet abſenti illi, modo tamen, qui eam compenſationem abſentis loco petit, fideiuſſores det, abſentem id ratum habiturum. Ita habetur l. 25. tit. 14. part. 5. & concinit, ſi cum filio. §. vlt. ff. de compenſ. Vnde Greg. Lopez l.25. citata colligit, quamuis filius petere non poſſit ſolutionem veram eius debiti, quod patri debetur ex contractu inito cum patre ſeorſim à filio, iuxta l.non ſolum.ff. ſoluto mat. & alia iura; poſſe tamen petere compenſationem eius debiti, quod pater alicui debet, cum debito alio, quod idem creditor patri viciſſim debet; modo de rato caueat.

19 Quando aliquid debetur † in diem, aut ſub conditione, locum non habet, vt id debitum ante aduentum eius diei, aut ante impletam conditionem, compenſetur cum alio debito, quod iam nūc venit ſoluendum. l.quod in diem in princ. & l.ſi cum militi. §. vlt. ff.de compenſat. Si tamen iam aliquid debetur, attamen ex diſpoſitione, & commiſeratione iuris cōceſſum eſt, vt anteq̃ exequutio fiat, debitori concedatur aliquod tempus, tunc cum eo debito compenſari poteſt, & debet, quod eidē debitori ab eodem creditore iam nunc debetur ſtatim ſoluendum. Ita habetur §. vlt. citato.

20 Quamuis † exceptio rei iudicatæ, non obſtet, quin aliud debitum compenſetur cum eo, quod ex ſententia, quæ in rem tranſit iudicatam, debetur, vt ſupra dictum eſt, & habetur l. quod in diē. §. vlt. ff. de compenſ. ſi tamen exceptio compenſationis in eo iudicio fuit oppoſita, & illam iudex repulit, quia debitum non erat liquidum, aut id longiori indagine indigebat, vel alia ſimili ratione, tunc obſtat exceptio rei iudicatæ, ſi compenſatio in ſententiæ exequutione opponatur. Ita habetur §. vlt. citato.

In ſequentibus euentibus locum non hēt com-
21 penſatio. Primus, † q̃uis, ſi aliquid debeatur fiſco, vel in pœnam, vel quacūque alia ratione, vel principi, aut communicati, locū habeat compenſatio cum alio debito liquido, quod fiſcus, princeps, aut reſpublica, cōitaſve oppidi, eidem debitori viciſſim debet, vt habetur l. in ea, iuncta l.1. C.de compenſ.l.ideo.ff.eod.tit.& alijs iurib. quādo tamen eis debetur aliquid deputatum ad reparationem, aut conſtructionem murorum, fontium, pontium, & ſimilium, vel ad munitiones, victualia, ſtipendia militum, & res alias bellicas; aut in tributum quodcunque, vel debetur fideicōmiſſum, aut res alia relicta, vt poſtea ad principem aut ad cōitatem oppidi deueniat, locum non habet compenſatio cum alio debito, quod fiſcus, princeps, vel cōitas, reipublicæ, aut oppidi, debeat eiſdem debitori. Ita habetur l. in ea, iunctis gloſſis ibi. C.de compenſ. l.ob negotium, ff. eod. tit. l.26. titul.14. part.5. & lib.4. Luſit. ord. tit.56. §.5. vbi hoc priuilegium videtur extendi ad omne vniuerſum debitum, quod debetur Regi, cameræ, aut fiſco ipſius: ſolum enim, quando aliquid debetur communitati ciuitatis, aut oppidi alicuius, excipitur in eo. §. vt fiat compenſatio in euentibus, in quibus de iure communi compertum fuerit poſſe fieri cum debitis, quæ eædem communitates ſuis debitoribus viciſſim debent. Item quamuis, quando aliquis vendit aliquid, poſſit emptor in pretio compenſare, quod venditor ei aliunde debet; ſi tamen fiſcus ſit, qui aliquid vendit, non poteſt emptor compenſare in eo pretio id, quod fiſcus ei viciſſim ex alio capite debet. Ita habetur l. ſi ex venditione C.de compenſ.

Secundus, quando aliquis condemnatur, vt aliquid reddat alicui ob vim illatam, furtum, aut aliud maleficium: in eo enim, quod reſtituere ex eo capite debet, ſiue ſit res ipſa ablata, ſiue æſtimatio illius, ſiue pœna inſuper impoſita ei reddenda, locum non habet compenſatio cum debito alio, quod is, cui reſtitutio fieri debet, viciſſim huic debeat, idque in odium delicti commiſſi. Ita habetur l. vlt. in fine, iuncta gloſſa vlt. ibi. C.de compenſ.l.27.titu.14.part.5.& lib. 4. Luſit.ord. tit.56.§.2. Excipitur, niſi debitum eſſet ex ſimili maleficio: nam tunc locum haberet compenſatio,

quo

quo ad ipſa eiuſmodi debita tantum inter ſe collata, vt habetur §. 2. citato, & affirmat gloſſa citata, ac conſeutit. l. ſi ambo. ff. de compenſ. Excipitur etiam in contractu ſocietatis, quando compenſatio fieri deberet de ijs, quæ ad eandem ſocietatem ſpectant, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Tertius, in depoſito, iuxta ea, quæ diſput. 526. dicta ſunt.

Quartus, quando debentur alimenta: id enim debitum non compenſ. 4. lib. Luſit. ord. ti. 56. l. 3.

Quando duo debita cōcurrunt, quorũ vtrumque habet priuilegium, vt in eo non fiat compenſatio, fit inter talia debita nihilominus compenſatio, vt habetur eodem tit. 56. §. 6. quoniam non eſt locus priuilegio comparatione rei, quæ eodem gaudet priuilegio. Atque hinc iure Luſitano videtur ſancitum, vt in debito ex vno depoſito, poſſit fieri compenſatio ex debito ex alio depoſito: cuius tamen contrarium ſancitum eſt de iure communi, vt diſp. 526. dictum eſt.

12 Vtrum † autem ex compenſatione debeatur tributum illud, quod in Caſtella alcauala dicitur, & in Luſitania ſiſa. Reſpondet bene Laſſarte de decima vend. c. 7. nu. 5. non deberi, eſto mutuo partium conſenſu fiat, vbi de iure non habet locum. Quia illud, neque eſt venditio, neque permutatio vnius rei pro alia, ſed eſt remiſſio, & extinctio debiti vtrinque quo ad concurrentem quantitatem. Quod ſi ex vna parte plus debiti remitteretur, quam ex alia, tunc, quo ad exceſſum, eſſet donatio, gratuitave remiſſio talis exceſſus.

De alijs modis, quibus liberatio fit ab obligatione ſoluendi.

DISPVTATIO DLXI.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio quando ſolui dicatur, ſi res debita in indiuiduo pereat ſine culpa, & mora debitoris.*

2 *Obligatio ſoluitur etiam iuramento delato debitori in defectum probationis.*
Cum declaratione, vt ibi.

3 *Obligatio an, & quando ſoluatur, etiam in conſcientiæ foro per ſententiam.*

4 *Obligatio item ſoluitur per præſcriptionem.*
Item per debiti remiſſionem, ſi obligatio ſit naturalis, ſecus ſi ciuilis, quæ eliditur per exceptionem. num. 5.
Et quid de iure Caſtellæ.

NVnc dicendum eſt de ſolutionibus preſſe. Sed prius explicandi ſunt quidam alij modi, quibus quis liberatur ab obligatione ſoluendi aliquid, ſoluiſſeque id cenſetur, ſumpto ſolutionis nomine late, vt comprælendit etiam nouationem, delegationem, & compenſationem, de quibus duabus præcedentibus diſputationibus dictum.

1 Primus eſt, quando † debetur res aliqua determinata in indiuiduo, aut aliquid ex rebus determinatis in indiuiduo, & id perit ſine culpa, & mora debitoris illud tradendi: tunc enim perit creditori, & non debitori, atq; adeo id naturaliter liberat debitorem ab onere illud ſoluendi. Quia ñ ea de re, tam qñ res debetur contractu gratuito, vt donationis, cōmodati, aut depoſiti, quã qñ debetur contractu oneroſo, vt emptionis, & venditionis, diſput. 269. 296. & duabus ſequentibus, diſp. 366. & 367. diſp. 527. & alibi. copioſe dictũ eſt, vbi etiam explicatum eſt, ex quanta culpa in vnoquoque horum contractuum debitor teneatur, ſi id culpa ipſius pereat, nō eſt, cur quicquam hac de re hoc loco dicamus.

2 Secundus † traditur, quando aliquis debitum aliquod exigeret ab alio, qui negaret illud ei debere: ſi enim, ob probationis ſufficientis defectum, creditor exigeret in iudicio, vt debitor iuraret, num id deberet, & debitor negaret ſub iureiurando tale debitum, tunc eo iuramento, quod in iure deciſorium idcirco dicitur, quod eo lis dirimatur, ac finiatur, non ſecus liber à ſolutione eius debiti maneret, quam ſi illud ſoluiſſet. Ita habetur l. 1. & 2. l. iuſiurandum etiam ff. de iureiurando. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolutionibus, & l. 9. tit. 14. part. 5. Obſerua tamen, per nudum iuramentum, etiam in iudicio præſtitum, ſi non ſequetur ſententia liberatoria iudicis vi talis iuramenti, & vi defectus probationis actoris, ſolùm oriri exceptionem comparatione obligationis ciuilis, actionis, quæ rurſus circa idem debitum intentetur, vt perſpicuè habetur §. æquè inſtit. de except. Si enim lex Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut. rectè expendatur, certè non maiores vires tribuitur iuramento, quàm pacto nudo remiſſionis debiti, aut de debito non petendo, ex quo; & ex nudo iuramento, ſine ſententia, æquè. §. naturalis, dicit extingui obligationem contrariam naturalem, nihil tamen dicit de ciuili, imò contrarium apertè innuit: comparatione verò obligationis ciuilis, & actionis, quæ ex illa poteſt intentari, inſtit. de except. §. præterea, & §. æquè, ſolùm ex pacto nudo de debito non petendo, & ex iuramento deciſorio ſine ſententia, dicunt ęquè oriri, & concedi exceptionem, non verò extingui ipſo iure obligationem ciuilem, ac proinde nec denegari ex illa actionem, tametſi ope exceptionis illi detur, ſi fuerit intentata. Lex tamen. 9. partitarum citata, ſtatuere videtur, extingui obligationem etiam ciuilem, non ſecus ac ſi debitor ſoluiſſet debitum: niſi tamen eam intelligas, vt iurium correctio euitetur, ſubſequuta liberatoria ſententia iudicis, vt eam legem tandem exponit ibi Gregor. Lopez, & in ea lege ſubiungitur: cæterum non ad id inſtitutum, (vt videtur) ſed vt dicatur, perinde eo iuramento liberari debitorem, ac ſi debitum ſoluiſſet, & ac ſi iudicis ſententia liberaretur. Vtinã verò tot tricæ à iure abſcinderentur, & pactum nudum veſtito æquaretur, vt iure partitarum poſteriore in hoc Caſtellæ Regno æquatum eſt, iuxta quod, quemadmodum ex pacto nudo debito non petendo, tollitur ipſe iure obligatio ciuilis debiti, & denegatur actio ad illud petendum, ita credo idem eſſe dicendum de iuramento deciſorio, quod pacto de

cto de non petendo debito æquatur in iure. Illud obſerua, iuramentum deciſorium in ſolo exteriori foro de obligare, modo explicato, debitorem à debito ſoluendo: in conſcientiæ verò foro, ſi antea ſoluere debitum tenebatur, etiam poſt iuramentum tenetur, ſiue periurus fuerit, ſua nequitia iureiurando negando debitum, quod ſe debere ſciebat, ſiue ignorans, ac credens, ſe illud non debere, id iurauerit, poſteaque deprehendat, ſe id debere.

Tertius traditur, quando debitor iudicis ſen-
3 tentia liberatur. Hic† tamen modus, quamuis, etiã in conſcientiæ foro, liberet debitorem in re dubia, quando ſine fraude, ac dolo debitor ſuum ius experiri eſt aggreſſus, pro ipſoque lata eſt ſententia; ſi tamen ei conſtabat, ſe eſſe debitorem aut, poſt latam ſententiam, id ei conſtat, antequàm debitum adiudicatum legitime perſcribat, in conſcientiæ foro eum non liberat: quoniam ſententia ius non tribuit, ſed ſolùm declarat, ad quem ſpectet, vimque ſolùm in conſcientiæ foro habet, ſi ita res habeat in ſe, vt ſententia pronunciat: de qua re tract. 5. dicendum eſt.

4 Quartus eſt, titulo† legitimè perſcriptionis, vt ex ſe eſt notiſſimũ, & ex dictis in materia de perſcriptione liquet. Immò vero ſiquis ſoluat alienũ; & creditor legitimè illud perſcribat, debitor manet à debito liberatus. l. is qui. ff. de ſolut.

5 Quintus, qñ† debitori remittitur ab eo debitum, qui ad id poteſtatem habent, ſiue id fiat per acceptilationem, ſiue quocunque alio pacto veſtito: in quo euentu de iure communi ipſo iure extinguitur obligatio, tam naturalis, quàm ciuilis, iuxta ea quæ diſp. 254. & ſeq. dicta ſunt; ſiue remittatur ſolo pacto nudo, dicendo, remitto tibi tale debitum, aut promitto tibi, me nunquam petiturum à te tale debitum, vel quouis alio modo; in quo euentu de iure communi extinguitur obligatio tota naturalis debiti illius, non tamen ciuilis, ſed ciuilis eliditur exceptione ex eo pacto, iuxta §. præterea inſt. de except. ſupra citatum, & ea quæ copioſe diſputationibus citatis dicta ſunt. De iure tamen huius Caſtellæ Regni. l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. quæ eſt l. 2. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. etiam pacto nudo extinguitur obligatio ciuilis, prorſuſque denegatur actio.

Si creditor debitori traderet inſtrumentũ debiti, aut illud rumperet, aut cancellaret, tunc cenſeretur remiſiſſe ei debitum, ad eumque, & nõ ad debitorem ſpectaret probare, non eo animo illud ei tradidiſſe, aut rupiſſe: arbitrorque tunc facto illo, præſertim traditionis, veſtiri pactum illud, ac proinde extinctam eſſe, etiam de iure ciuili, obligationem ciuilem, idque aperte ſonat. l. 9. tit. 14. par. 5. Si vero creditor probet, vi, aut metu, illud tradidiſſe, vel furto fuiſſe ablatum de ipſius poteſtate, vel alia ratione, quam animo remittendi debitum, illud tradidiſſe, aut rupiſſe, vel cancellaſſe, puta quia tradidit ad cuſtodiã, vel illud rupit non aduertens eſſe inſtrumentum debiti, aut alia de cauſa, tunc non cenſetur remiſſum debitum. Idẽ dic, ſi indicia, & coniecturæ eſſent, furto fuiſſe ablatum, aut ab aliquo alio fuiſſe raptũ. Ita habetur l. Labeo, iuncta l. ſequenti. ff. de pactis l. ſi chirographum, iuncta gloſſa ibi. ff. de probationibus leg. 9. citata, & l. 11. tit. 19. par. 3. & leg. 40. tit. 13. part. 5. Legito apud Greg. Lopez l. 11. citata opiniones, quę de hac re ſunt ſtando in iure communi, & alia, quæ de hac re dici poterant.

Solutio preſſe quid. Et num, qui ad factum tenetur, ſatisfaciat ſoluendo intereſſe. Et qua ratione tutò fieri ſolutio minori debeat.

DISPVTATIO DLXII.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quid.*
2 *Solutio etiam latè ſumpta liberat ab obligatione, etiam acceſſoria.*
3 *Solutionum genera quot.*
4 *Solutio intereſſe liberat ab obligatione facti: & quid veniat nomine intereſſe.*
5 *Obligatus ad factum an, & quando liberetur, ſoluendo intereſſe.*
6 *Solutio minori quo pacto fieri debeat.*

1 Solutio† preſſe, eſt exhibitio eius, quod debetur aut rei alterius loco illius, quando illa ſolui non poteſt, aut de voluntate creditoris. Aliud enim pro alio, inuito creditore, ſolui non poteſt l. 2. §. 1. ff. ſi certum peta. l. eum à quo C. de ſolut. & alijs iuribus: ſicut etiam debitor cogi non poteſt, ſoluere vnum pro alio, quando ſolui id poteſt, quod debetur. l. domini, & ibi gl. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. De mutuo tamen debitoris, & creditoris conſenſu, ſolui poteſt vnum pro alio. l. manifeſti. C. de ſolut. & l. 3. tit. 14. par. 5. Quando vnum ſoluendum eſſet pro alio quia, debetur, ſolui non poteſt, aut alia ratione, ſi debitor, & creditor non conueniat, iudex arbitrari debet, quod ſit ſoluendum l. 3. citata, & notant doctores in authentica hoc niſi, C. de ſolut.

Facta autem ſolutione, liberi ab obligatione, & debito manent, non ſolum debitor ipſe, hæredeſque ipſius, ſed etiam pignora, ac fideiuſſores, & denique quicumque acceſſorie, vna cum debitore, tenebantur: habetque id locum ſimiliter in ſolutione quacumque, ſumpto vocabulo ſolutionis late, quales ſunt, de quibus tribus præcedenti-
2 bus diſputationibus dictum eſt: extincta † quippe obligatione principali, quocunque modo illa extinguatur, extinctæ quoque manent acceſſorię. Ita habetur inſt. quib. mod. tol. obl. in prin. iũctis. §§. ſeq. l. cum principalis. ff. de reg. iur. l. 1. & 2. ti. 14. par. 5. & alijs iuribus. Item id habet locum, et ſi alius à debitore, ſiue debitore id ignorante, ſiue id ſciente, debitum creditori nomine debitoris ſoluat: continuo enim, tam ipſe debitor, quã, qui acceſſorie illi pro eo debito tenebantur, liberi ab ea obligatione, & debito manent. l. manifeſt. C. de ſolut. l. ſi pro me. ff. eodem titul. dictumque eſt in calce diſp. 553. vbi alia iura ad id etiam citauimus:

mus: diximuſque, continuo competere ita ſoluenti actionem, negotiorum geſtorum aduerſus eû, pro quo ſoluit, vt ſibi id reddat: præterea adiecimus, ſi tertius creditori ſolutionem offerat, creditorq; non velit eam accipere, liberari debitorē à pœna, quam incurreret, ſi intra id tempus non ſolueret. Illud eſt addendum, ēt ſi tertius aliquid pro inuito, ac renitente ſoluat, liberari debitorem à debito, vt expreſſe habetur l. ſolutionem. ff. de ſolut. inſt. quib. mod. tol. ob. in prin. & l. 5. tit. 14. part. 5. Cæterum dubium eſt, an tunc cōpetat ſoluenti actio negotiorum geſtorum ad repetendū, quod ita ſoluit, qñ debitor vere illud debebat, ſoluereque tenebatur. Certè, quamuis, quod diſput. 554. in prin. dictum eſt de expenſis illo modo factis, ſuadere videatur, non conſurgere in eo euentu eam actionem, contrarium tamen videtur probabilius, quoniam hoc vere erat debitum, neceſſariumque, vt ſolueretur, & inique debitor huic ſolutioni reſiſtebat, in quo euentu per epicheiam intelligenda non eſt habere locum diſpoſitio, de qua eo loco habitus eſt ſermo.

3 Tot ſunt † genera ſolutionum ex parte eius, q̄ eſt ſoluendum, quot ſunt genera rerum, quæ ſub promiſſionem aut debitum, cadere poſſunt. Promiſſio de facto alieno, quouſque valida ſit, aut nō ſit, vel de iure communi Cæſareo, vel de iure canonico, aut Caſtellæ, diſp. 268. par. 2. copioſe ex-
4 planatum eſt, Quando † factum proprium, aut alienum in euentibus, in quibus valida eſt ea promiſſio, fuit promiſſum, & culpa promittentis impleri non poteſt, tenetur is ad intereſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. celſus ff. de verb. obl. l. 3. tit. 14. part. 5. & alijs iuribus, nomine vero, intereſſe, compræhendendo, etiam damna lucri ceſſantis, vt l. 3. citata explicat.

Cæterum dubium eſt, an, ſtando in iure communi, qui ſe obligauit ad factum, teneatur ad illud præciſe, interim dum impleri illud poteſt; an
5 † vero ſatisfaciat, etiam inuito creditore, ſoluendo ei intereſſe, ita quod in optione debitoris tunc ſit, vel præſtare factum, v. g. fabricare creditori domum, vt ſe illi obligauit, aut ſoluere illi intereſſe, prout debitor maluerit Bart. & communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Anton. Gom. 2. tom. variar. reſolut. c. 10. nu. 21. & 22. Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 4. num. 6. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 39. a num. 1. aſſeuerant, non teneri præciſe ad factum, ſed liberari ſoluendo intereſſe. Quod confirmant, ex l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. oblig. & ex l. ſi quis ab alio. §. vltim. ff. de re iud. Ego autem contrarium verum eſſe exiſtimo, etiā ſtando in iure communi, cum gloſſa vlt. l. ſi quis ab alio citata, & cum paucis, quos Gutier. & alij referunt, & ex parte dixi diſput. 542. §. ſunt vero. Neque enim ex illis iuribus, aliud colligitur, quā quod, quando debitor in mora, & culpa fuit, optio ſit, non penes ipſum, ſed penes creditorem, petere intereſſe, & quod quando ex parte creditoris intereſſe petitur, diuidi poſſit factum, quo ad intereſſe, in quo æſtimatur, cum tamen obligatio ad factum ſit in ſe indiuidua. Ac certe, ſi iura illa Cæſarea, vel quæcunque alia, intendiſſent, quod, quando quis obligatus eſſet ad factum, in optione ipſius poſtea eſſet, non id præſtare, ſed ſolum intereſſe, irrationabilia prorſus eſſent, & quæ ſine vllo reipublicæ commodo, ac bono, contrarium eius ſtatuerent, quod habet, ac poſtulat natura ipſa rei, quod longe alienum eſt à prudente, æquo, ac iuſto legiſlatore, eſſentque proinde abroganda, à corporeque iuris præſcindenda. Vnde de iure canonico, vt communis doctorum ſententia affirmat, quam referunt, ac ſequuntur Couar. nu. 6. citato, Greg. Lopez. l. 3. verb. *pudieſe fazer* tit. 14. par. 5. & Gutier. vbi ſupra nu. 4. compelli poteſt debitor facti, ad ſolum factum, iuxta. c. 1. & c. qualiter, de pact. quicquid Ioan. Andr. & Fel. in cōtrarium dixerunt, ducti c. dilecti de arb. ex quo tamen nihil tale colligitur: ibi enim ſolum habetur, quoſdam, qui compromiſerant in quendam iudicem arbitrum, cōgi poſſe ſtare arbitrio, etiam exigendo ab eis pœnam impoſitam ijs, qui parere non vellet: cum autem ea pœna in ſubſidium fuerit impoſita, vt ſtaretur arbitrio, iuxta ea quæ diſputatione 559. dicta ſunt, optio eſt penes eum, qui arbitrio ſtare vult; cogere alterum vel ſtare arbitrio, vel pœnam conuentionalem ſoluere, vt maluerit, qui paret arbitrio, immo & cogere ad vtrumque eum poteſt, ſi pœna conuentionalis appoſita fuit cum clauſula; rato manente pacto, & arbitrio, iuxta ea quæ diſput. 556. dicta ſunt. De iure etiam Caſtellæ obligatus ad factum, illud præciſe, præſtare tenetur, ſi ita creditor velit, vt conſtat ex l. 3. l. 34. & l. 35. titul. 11. l. 3. tit. 14. par. 5. & l. 4. titu. 27. part. 3. quas copioſe, & docte expendit Gutier. vbi ſupra num. 5. idque habere Ius Caſtellæ aſſeuerat cum Gregor. Lopez leg. 3. citata, verb. *pudieſe fazer*, repellitq; contrariam Ant. Gom. opinionem, nu. 22. citato, qui, relata ſolum l. 4. tit. 27. part. 3. perperam conatur illam interpretari, vt cum ſententia Bart. & aliorum conſentiat. Quando autem quis ſub iureiurando ſe obligat ad factum aliquod, tunc communis doctorum ſententia (quicquid pauci in contrarium dixerint) affirmat, etiam ſtando in iure Cæſareo, poſitaque communi opinione Bart. & aliorum, teneri præciſe ad factum, ſi illud adhuc implere poſſit, neque deobligari offerendo intereſſe. Eam ſententiam late referuntur, ac ſequū-tur Couar. num. 6. citato, Gutier. vbi ſupra nu. 6. & Ant. Gom. nu. 22. citato, verſiculo quartus caſus. Ratio eſt, quoniam id ex ſe habet natura ipſa obligationis ad factum, & id ſignificat promiſſio, & obligatio ad factum, qua de cauſa id ſeruatur iure canonico: quare, ſi iuramento ea promiſſio, & obligatio confirmetur, ſeruanda eſt in ſua propria forma, vt verba ſignificant, haberque natura ipſa rei.

5 Quod † ad vltimum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, diſputat. 224. explicauimus, quo pacto fieri debeat ſolutio eorum, quæ minori debentur, vt tuto fiat, nec minor poſtea illa repetat, vſque ad vigeſimum nonum ſuæ ætatis annum, & ſufficere, ſi fiat tutori, aut curatori illius, eſto non interueniat iudicis autoritas,

toritas,conſentitque l. ſolutam in prin.ff.de ſolu. Ratio autem eſt,qm̃,vt publica autoritate conſtitutus eſt adminiſtrator bonorum minoris, ita, & receptor eorumque ibi debentur:& qm̃ tutor,aut curator,tenetur tunc minori de debito rectè ei minoris loco ſoluto;non verò,qui rite illi ſoluit. Lex 4.tit.14. par.5. innuere videtur, vt tutori aut curatori,tuto ſolutio fiat,neceſſariam eſſe iudicis autoritatem : id verò irrationabile eſſet, neque conſuetudine ſeruatur,& Greg. Lopez, in ſummario eius legis, eam exponit, vt ſufficiat eis fieri tantumque neceſſariam eſſe iudicis autoritatem, quando ſolutio fit minori ipſi. Quæ autem hac de re diſputatione citata dicta ſunt, ſimiliter habent locum in amente, & in prodigo, cui curator ſit traditus,vt l.4.citata habetur.

Solutio facta alteri quàm creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet,quando non item.

DISPVTATIO DLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Solutio rei determinatæ in indiuiduo facta alteri, quam creditori,et res ſoluta ei pereat,antequam perueniat ad creditorem,liberat debitorem.*
Declaratur tamen, vt ibi.

2 *Solutio rei indeterminatæ in indiuiduo facta alicui deputato à creditore,an liberet debitorem ſi pereat,& quando.*
Et quid ſi ſoluatur procuratori ipſius creditoris.nu mero 3.

4 *Solutio facta filio,vel ſeruo expoſito alicui negotiationi,quando liberet debitorem.*

5 *Solutio facta ei,qui non eſt nec tacitè procurator,licèt negocia geſſerit creditoris,nō liberat debitorē.*

6 *Solutio facta de mandato creditoris alicui, qui poſtea reuocatus fuit,quando liberet debitorem.*

7 *Adiectus quis, & quando ſolutio ei facta liberet debitorem.*

8 *Solutio facta creditori principali quando non liberet debitorem, ſi creditor accuſetur de crimine, cuius bona veniant confiſcanda.*

9 *Procuratori ad litem etiam ſi vincat,non poteſt fieri ſolutio.*

10 *Procurator ad litem, non poteſt facere tranſactionem, neque aliam remiſſionem, niſi habeat ad id ſpeciale mandatum.*

QVæ in ſecunda parte diſput.296.dicta ſunt, magno nos onere hoc loco liberabunt. Qñ qd debetur,eſt res determinata in indiuiduo, aut aliqd ex rebus determinatis in indiuiduo, quod, ſi pereat ſine debitoris culpa,perit creditori, & nō debitori, iuxta, ea quæ diſp.561. & alijs diſputa-
1 tionibus ibi citatis dicta ſunt,tunc,ſi† tradatur alteri,vt id deferrat ad creditorem, ſiue deſignato à creditore,vt ei traderetur,ſiue non,& id diſpareat, aut pereat,antequam perueniat ad creditorem perit creditori,liberque debitor manet ab illo ſoluendo. Excipe,niſi debitor,in illo ita tradendo, fuerit in culpa,ex qua, iuxta qualitatem contractus,vnde id debebatur, creditor teneatur:aut niſi ſe obligaſſet ex leuiori culpa,aut ex caſu fortuito, quouſque res illa ad creditorem perueniſſet,atque ex illa leuiori talis debitoris culpa, aut ex caſu fortuito,res eo modo tradita,periret : nam tunc debitor teneretur id iterum ſoluere.Hęc omnia diſp.296. citata,copioſè comprobata ſunt.

2 Quando, quod † debetur, eſt omnino indeterminatum in indiuiduo, vt ſi debeatur certa pecunia quātitas indeterminata in indiuiduo, aut debeantur tot menſuræ tritici, vini, olei, aut aliud quodcunque, omnino indeterminatum in indiuiduo, tunc, ſi tradatur ei, quem creditor deſignauit, vt ei traderetur,aut ſolueretur,ſiue ille eſſet creditor creditoris, ſiue quicunque alius, vel creditor, poſtquàm, ſciuit traditum, aut ſolutum ei eſſe,id ratum habuit,liber omnino debitor manet ab eo debito,quo antea creditori tenebatur;& eſto id poſteà pereat, aut diſpareat, nunquamque ad creditorem deueniat,perit creditori,& non debitori. Ratio eſt, quoniam eo ipſo cenſetur creditori ipſi traditum,aut ſolutum,per eum,quem ad id deputauit, aut quem habuit ratum, id loco ipſius accepiſſe, ac proinde eo ipſo creditori id diſparet,aut perit, & non debitori. Ita oſtendimus diſp.296 citatæ, & habetur.l. ſolutam in prin.ff. de ſolut.l.ſolutum. §. ſolutam. ff.de pignorat.act. l.quod iuſſu.ff.de reg.iur.& l.5.titu.14.par.5.

3 Idem eſt,ſi ſoluatur† procuratori habenti mādatum à creditore ad id recipiendum, aut ad recipiendum debita ipſius, vel habenti adminiſtrationem omnium bonorum creditoris, vel negotiationis alicuius, ad quam ea ſolutio ſpectet. Ita habetur l. vero procuratori, in princip. ff. de ſolut.l.5.titu.14.part.5. Satiſque eſt ad id,ſi habeat adminiſtrationem bonorum creditoris, eſto non ſit ei libera adminiſtratio conceſſa, vt,notat glo.l. vero procuratori,citata verb. adminiſtratio;con-
4 ceſſa ſit cum libera facultate. Hinc † eſt,quod,ſi creditor filium, famulum, aut mancipium,expoſitum habeat alicui adminiſtrationi, aut negotiationi, vel debitis exigendis, aut recipiendis, ſi ei ſolutio fiat, liber manet debitor ab eo debito, eſto res ſoluta pereat, aut ad creditorem non perueniat. Ita habetur leg. ſolutam. ff. de ſolut. l. ſolutum. §. ſolutam. ff.de pignorat.act.& conſentiunt alia iura proxime citata. Hoc loco obſerua, ſi is, cui facta eſt ſolutio, verè tunc, modis explicatis, conſtitutus erat à creditore, vt nomine, & loco ipſius eam reciperet, liberari debitorem à debito, eſto dubitauerit, an haberet mandatum, tacitum, vel expreſſum, aut ad id non attenderit, vel crediderit illud non habere. Ratio autem eſt,quoniam eo ipſo, quòd mandatum habebat, & id nomine creditoris accepit, comparauit creditor reipſa dominium illius, ac proinde, ſi poſteà pereat, aut nequitia recipientis ad creditorem non perueniat, perit creditori, & non debitori. Quod autem cum gloſſ.l. non ſolum §. qui alienum. ff. de procuratorib.Greg. Lopez leg. 5. citata, verb. *recebirlo*,

in contrarium videtur aſſerere, eatenus ſolum habet verum, quod debitor, ſi dubitat de mandato recipienti facto, non teneatur facere ſolutionem; non vero quaſi, ſi eam illi faciat,& ille verè habuit mandatum,non liberetur omnino à tali debito, etiam in foro exteriori, ſi in eo conſtet, accipiente verè habuiſſe mandatum tacitum, vel expreſſum, à creditore. Id etiam, quod ibidem Gregor. Lopez ſubiungit, aitque Ioannem Andr. diſputare in vtramq; partem, nempe, ſiquis ſoluat alicui ægroto habenti à creditore mandatum ad id recipiendum, eſto ægrotus moriatur, pecuniaque diſpareat, nec perueniat ad creditorem,liberari debitorem ab eo debito; non video, cur cuiquam merito poſſit eſſe dubium.
5 Si verò † quis ſoluat ei, qui mentitus eſt ſe eſſe procuratorem creditoris, habereve ab eo mandatum ad recipiendam ſolutionem, & vniuerſim ſi quis ſoluat ei, qui mandatum tacitum, aut expreſſum, ad id accipiendum non habebat, etiam ſi is negotia creditori ſine illius mãdato gereret non liberatur à debito, niſi creditor id ratũ poſtea habeat. Ita colligitur ex l. verò procuratori,in prin. argumento à contrario ſenſu, & affirmat ibi glo. verb. adminiſtratio de mero negotiorum geſtore,& habetur §. vlti. ff. de ſolu. resq; ex ſe eſt ſatis perſpicua.

6 Quando † creditor debitori ſuo mãdaſſet, vt, quod ſibi debebat ſolueret alteri,ſi antequam debitor id exequutioni mandaret, creditor verbo internuncio, aut epiſtola reuocaret mandatum, notitiaque eius reuocationis ante eam ſolutionem ad eum perueniſſet, tunc ſolutio facta a debitore illi alteri, poſtquam ad ipſum deuenit notitia reuocationis talis mandati, non liberaret eũ à debito, ſed teneretur ſoluere iterum idem debitum creditori,ſecus autem, ſi ſoluiſſet illi alteri, antequam notitia reuocationis mandati ad ſoluentem perueniret: nam tũc eum liberaret, eſto facta eſſet poſt reuocationem mandati. Ita habetur l. 6. titu. 14. par. 5. l. ſi vero procuratori. ff. de ſolut. & colligitur ex l. qui hominem. §. ſi Titiũ. ff. eodem titu. & patebit ex proximè dicendis: idẽ enim eſt, mandare alicui, vt ſolutionem à creditore accipiat, & creditori præcipere, vt ei ſoluat,& è contrario: quoniam vnum horum, coniunctum eo ipſo eſt cum altero, vt habetur §. ſi Titium citato, & ibi notant Barto. & alij: quare, quæ proximè dicentur de reuocatione mandati, expoſito ad recipiendas ſolutiones, intelligenda ſimiliter ſunt de reuocatione mandati debitori, ne alicui, aut aliquibus, ſoluat. Si autem creditor reuocet mandatum, ac facultatem recipiendi loco ipſius ſolutiones procuratori ad id conſtituto, adminiſtratori omnium ſuorum bonorum, vel quodcunque alio modo expoſito adminiſtrationi, aut negotiationi alicui, ac proinde receptioni aliquarum ſolutionum, tunc, ſi debitor illi ſoluat, poſtquam notitia eius reuocationis ad eum deuenit, non liberatur ea ſolutione ab eo debito, ſed tenetur iterum illud ſoluere creditori: ſi autem ei ſoluat, antequam notitia eius reuocationis ad ipſum deueniat, liberatur omnino à debito, eſto, ipſo id ignorante, reuocatum iam eſſet mandatum. Ita habetur §. ſi Titium citato, & l. verò procuratori. §. ſed & ſi quis. ff. de ſolut.

Quando aliquis in ſtipulatione, aut alia promiſſione, vel contractu ſe obligaret ſoluere, vel ei, qui cum ipſo contrahit, vel cuidam tertio de-
7 ſignatus, qui † tertius adiectus ad ſolutionem nuncupatur in iure, quando cum principali creditore non efficit duos reos credendi, tunc ſiue ſolutio fieret principali, ſiue adiecto, debitor liberaretur ab eo debito, vt ex ſe eſt perſpicuum, & habetur l. verò procuratori, in princi. & l. ſi ita ſtipulatus. ff. de ſolut. l. 5. titu. 14. & l. 7. titu. 11. par. 5. Solutio verò tunc poteſt quidem fieri adiecto, non tamen alteri loco illius, vt, ſi adiectus moriatur, non poteſt fieri hæredibus illius, niſi id fuerit expreſſum in contractu; aut, ſi adiectus fuerit mancipium cuiuſdam tertij, nõ poteſt fieri ſolutio domino illius, ſed tantum mancipio. Ita habetur l. ſi ſtipulatus in princip. ff. de ſolut. Neque item adiecto fieri poteſt ſolutio in alio loco, quam in loco ad id deſtinato l. non vtique. §. idem Iulianus. ff. de eo quod certo loco. Item adiectus non poteſt liberare debitorem à debito, neque cum illo nouare, immo neque petere in iudicio ab eo ſolutionem, ſed ſolum poteſt illam recipere, ſi ei ſoluatur, &, eſto minor ſit, non indiget ad id tutoris, aut curatoris autoritate, vt tuto ipſi ſoluatur: quoniam recipit eam ſolutionem nomine, & loco creditoris principalis, atque ex perſcripto illius. Ita habetur l. quod ſtipulatus, iuncta l. ſequenti. ff. de ſolut. Competit vero poſtea principali creditori aduerſus adiectum actio quaſi mandati, aut negotiorum geſtorum, vt ſolutionem acceptam ſibi reſtituat, vt innuit gloſſ. vltim. l. verò procuratori. in princ. ff. de ſolut.

Quòd ſi adiecto ſoluatur indebitum, tunc competit ſoluenti cõditio indebiti aduerſus creditorem principalem: eo quod ipſi potius, quã adiecto, cenſetur id ſolutum, vt habetur l. ſi ita ſtipulatus ff. de ſolut. Eſto autem creditor principalis prohibeat ſolutionem fieri adiecto, ſi tamen illi fiat, debitor ea ſolutione liberatur à debito. Ita habetur l. vero creditori. §. pen. ff. de ſol. & l. 5. tit. 14. par. 5. Excipitur, niſi creditor principalis in iudicio debitum petat à debitore: poſt litem enim cum eo conteſtatã, ſoluere non põt adiecto: quod ſi ſoluat, tenetur iterum ſoluere creditori principali; ſed poterit debitor repetere ab adiecto, quod ei ſoluit, tanquã illi indebitum. Ita habetur leg. ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ in mille, ff. de ſolut. & l. 5. citata, quæ aſſerere videtur, vltra litis conteſtationẽ, neceſſariã eſſe prohibitionẽ, vt ſolutio fiat adiecto. Contrariũ verò affirmãt doctores ſtãdo in iure communi. Lege Greg. Lopez ibidem ver. *defendimiento*. Adiecto poteſt quidẽ fieri ſolutio, modo tamen in eodem permaneat ſtatu, in quo erat, quãdo conſtitutus fuit adiectus: ſi enim mutet ſtatum, non põt ei ſolui, alioquin debitor cogetur iterũ ſoluere creditori principali (Excipe, niſi debitor illi ſoluiſſet ignorando mutaſſe ſta-

tum,

tum,argumento l. ſi quis ſeruo. ff.de ſolut.) Vt ſi antea adiectus liber erat,& efficiatur mancipium, aut religioſus vel patiatur maximam,aut mediam capitis diminutionem (de quibus diſp.9. dictum eſt,) vel etiam infimam,nõ poteſt fieri ei ſolutio, vt patet,quia iure citando de mutatione ſtatus, ſine vlla reſtrictione,eſt ſermo,& exempla adhibentur,vt ſi adiectus relegetur, aut emancipetur quæ duo exempla pertinent ad infimam capitis diminutionem,vt conſtat Inſt.de capitis diminutione. Quòd autem adiecto,mutanti ſtatum, non poſſit fieri ſolutio,hr l.cum quis in prin.ff.de ſolut.& l.5.titu.14.part.5.Obſerua tamen,licèt id regulare ſit,ſi tamen mutatio ſtatus adiecti prudentis arbitrio,non cedat in deterius comparatione creditoris principalis,ſpectatis circumſtantijs concurrentibus, tunc fieri poſſe ſolutionem adiecto. Hinc Greg. Lopez l.5.citata ait, ſi adiectus erat mancipium creditoris,& efficiatur liber, tunc non poſſe fieri illi ſolutionem;quia ſtatus ille comparatione creditoris principalis non eſt melior, licèt melior ſit adiecto: ſi verò adiectus erat mancipium cuiuſdã tertij, & fiat liber, poteſt fieri illi ſolutio: quia in eo euentu,non eſt peior ſtatus libertatis comparatione principalis debitoris quã ſit ſtatus ſeruitutis. Quia ẽt adiectum mutare ſtatum ex filiofamilias in emancipatum,regulariter non eſt peius cõparatione proprij patris,qui eum adiectum conſtituit,inde eſt, quòd l.eum qui ita. §.qui ſibi.ff.de verb.oblig.& l.5.citata, id definiant non impedire,quin valida ſit ſolutio facta adiecto iam emancipato,cum tñ contrarium habere videatur l.cum quis.in prin. ff.de ſolut.quæ intelligenda erit qñ, ex circumſtantijs concurrentibus, minus tutum, & expediens eſt creditori principali fieri ſolutionem emancipato,quàm filiofamilias:quod euenire hodie poteſt in Caſtellæ Luſitaniæ Regnis,quãdo filij patris poteſtatem egrediuntur per contractum matrimonij,ſi filius antea habebat adminiſtrationem bonorum patris,aut ab eo erat expoſitus alicui negotiationi, poſtea vero filius ſibi tantùm acquirat, ac negotietur. Vtinam verò tot tricæ,& contrarietates a iure abſcinderentur.
8 Solutio facta † creditori principali valida eſt,eſto accuſetur de crimine,pp quod veniant illi confiſcanda ſua bona,vt hr l.reo.ff.de ſolut.& l.5.titu.14.par.5.atq; alijs iuribus,quæ citat gl.l.reo citata. Excipitur,niſi accuſetur de crimine læſæ maieſtatis humanę,vt habetur l.vlt.C.ad l.Iul.maieſt.nã hic eo ipſo,quod tale crimẽ committit, ipſo iure amittit non ſolum oĩa ſua bona,ſed etiam adminiſtrationem eorum,eſtq; inualida ſolutio ei facta,ac proinde inualida ẽt erit facta adiecto,ſiquis ab eo fuit datus; eo quòd ſolutio facta adiecto cẽſeatur facta tali creditori principali. Ita hr l.citata. Excipit ibi Saly.& cum eo Greg. Lop.l.5.citata gl.vlt.quãdo debitor tali accuſato, aut eius adiecto ſoluit,ignorans crimen : nã tunc liberatur per eam ſolutionẽ non ſecus ac liberatur, qui ſoluit procuratori alicuius,ignorando reuocatam fuiſſe procurationẽ, ſeu mandatum. Hæc eadẽ locum ſimiliter habẽt, longè maiori cum ratione, in crimine hæreſeos læſæve maieſtatis diuinæ. Prætereà ab illa doctrina, quòd valida ſit ſolutio facta creditori, qui accuſatur de alijs criminibus, etiã ſi ob illa confiſcanda ſint illi ſua bona,excipitur, niſi bona illa ſint iam annotata,hoc eſt,ſequeſtrata ob illud crimẽ, quia aufugit,aut alia ratione, tunc enim ſolutio illi facta eſt inualida,vt affirmat gl.l.reo citata,conſentaneè ad l.vlt.§.vlt.ff.de requir. reis, & cum ea affirmat Greg.Lop.l.5.citata gl.pen.

9 Ei,qui † procurator eſt conſtitutus ad litem aliquam proſequendam,ẽt ſi vincat, fieri non põt ſolutio quæ liberaret debitorem, ſed ſolutio facienda eſt creditori, cuius hic eſt conſtitutus procurator ad eam litem. Ita hr l.hoc iure. ff.de ſolut.l.ſed ſi tantum.ff.de pact.& l.7.tit.14.part.5.Si tamen quis eſſet procurator in rem ſuam, poſſet illi, ac debet, fieri ſolutio, & conſequenter poſſet circa id tranſigere,& facere pacta alia l.ſed ſi tantum citata,& affirmat gloſſ.vltim. l.hoc iure,etiam citata, atque ex ſe eſt perſpicuum. Item ſi procuratori ad ſolam cauſam omnino alienam proſequendã,non ſoluantur expenſæ in ea factæ, quia dominus cauſæ eſt impotens ad ſoluendum, tunc quemadmodum poteſt facere, vt ſententia exequutioni mandetur,ac ſibi ſoluantur expenſæ,& ſalarium,vt habetur l.actoris.ff.de procurator. ita ſolutio vſque ad eam quantitatem ei facta, valida eſt, & liberat, quo ad eandem quantitatem, debitorem,vt gl.citata affirmat. Prætereà, ſi procuratori ad cauſam alienam, non ſolum detur facultas ad eam proſequendam,ſed etiam ad recipiendam ſolutionẽ,poteſt ſolutionem recipere,& liberatur ea debitor,vt ex ſe notiſſimum,quia iam tunc habet ad id mandatum,& conſtat ex l.verò in princ. & ex l.hoc iure.§.de ſolutio. ex l.ſi procurator. ff.procur. & ex l.7.citata. Si procuratori facultas detur ad exigendum,aut ad agendum,& exigendum, cenſet Bart. l.hoc iure,& cum eo Greg.Lop.l.7.citata,gl.2.cẽſeri habere mandatum,vt ſolutionem accipiat, ac proinde ſolutionem ei tunc factam liberare debitorem:tametſi Ang.reclamet.

10 Procurator † ad litem alienam proſequendam non poteſt facere tranſactionem cum debitore, neque illi quicquam remittere l.tranſactionis. C.de tranſact.l.ſed ſi tantum.ff.de pactis,& leg 7. citata. Immò neque is,cui generalis adminiſtratio eſt commiſſa,poteſt ea efficere,l.mandato, & l.procurator tutorum.ff.de procur.

Si tamen procuratori ad litem aliquid horum in particulari eſſet mandatum commiſſum, id vtique poſſet efficere : quia ad id haberet particulare mandatum. Item,ſi illi addita eſſet clauſula, cum plena, ſeu generali, & facultate faciendi circa id, ſeu diſponendi, tunc ſolutionem poſſet recipere, & poſſet tranſigere, nouare, ac remittere partem debiti tranſigendo.leg.procurator cui generaliter. ff.de procur.& l.7. citata. Non tamen poteſt donare.l.contra iuris §.vlt.ff.de pact.& l.filiusfamilias.ff.de donat.& cum Baldo,& Alexã. affirmat Greg.Lopez l.7.citata verb. *libre llenero*. Ibid.gl.pen.addit Gregor.Lopez, ad omnia prædicta ſufficere, vel quòd concedatur facultas libera, vel quod concedatur facultas faciendi omnia quę dominus:ſi pręſens eſſet,poſſet efficere: quoniã vna

clauſula æquipollet alteri:addit tamen eam l.7.& l.19.tit.5.par.3. videri exigere,vt vtraq; clauſula ſimul apponatur , eaq; de cauſa ipſum conſulere, vt vtraque ſimul adhibeatur.

Quando ſolutio fieri debeat, & quouſque locum habeat purgatio moræ.

DISPVT. DLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quando interpellet pro creditore aduerſus debitorem,ita vt mora purgari non poſſit.*
Declaratur tamen,vt nu.2.
3 *Moræ purgatio de æquitate canonica an ſemper admittatur.*
4 *Dies,aut terminus certus ſolutioni præſcriptus,conſtituit ſtatim eo tranſacto debitorem in mora, ſine ſpe aliqua purgationis.*
Declara,vt nu. 6.
5 *Debitor offerens cum effectu creditori ſolutionem, liberatur à pœna,& damnis.*
7 *Hora etiam ſolutioni ſtatuta interpellat pro creditore.*
8 *Tempus ſolutioni à iudice ſtatutum, facit teneri eo tranſacto debitorem ad pœnam intereſſe,& damna.*
9 *Promiſſio de aliquo faciendo, vel ſoluendo ſine aliquo termino,& pœna facta,quando obliget promittentem ad pœnam, & damna.*
10 *Moræ purgatio de aliquem præſentando in iudicio ad pœnam euadendam,quando fieri poſſit.*

QVando dies certus,aut tp̄s certū, & determinatum,fuit conſtitutum,intra q̄ aliquid fieret,aut ſolueretur,tunc † dies ille certus, aut terminus tp̄is illius determinati, interpellat ꝑ creditore aduerſus debitorem,vt id pręſtet,aut ſoluat,neque eſt neceſſe,vt à creditore ad id requiratur, aut admoneatur. Ita hr̄ l.magnam. C.de contrahē. & commit.ſtipu,& l.8.tit.14.part.5. Vnde tunc non conceditur locus,vt debitor, tranſacto eo die, aut termino,purget morā, ſed tenetur ad intereſſe, & damna,pro qualitate contractus; aut, ſi appoſita fuit pęna,tenetur ad illam, vel ſub diſiunctione ſolutionis illius,aut impletionis contractus,ac ſatisfactionis damnorū,aut ſolutionis tantū intereſſe, adoptionē creditoris, ſi pęna appoſita fuit in ſubſidium,& firmitatem contractus, iuxta ea,quæ diſput.559.dicta ſunt,neque appoſita fuit clauſula, rato manente cōtractu,iuxta d.diſp.556.vel tenet ad vtrumque,ſi ea clauſula fuit appoſita; vel tenetur ad ſolam pęnam, ſi nouandi animo fuit appoſita,ſub conditione,ſi contractus non impleretur; neque purgatio admittitur ad pęnam euadēdam , aut ad euadendam ſolutionem intereſſe,ac dānorum.Ita hr̄ l.magnam citata,& l.traiectitiæ. ff.de act. & oblig.l.pecuniæ.§.1.iuncto principio, & l.35.in prin.tit.11.par.5.Habent autem hæc verū, ſiue contractus ſit onerosus,ſiue lucratiuus,& ſiue ſit bonæ fidei,ſiue ſtricti iuris,vt bene Greg.Lop. l.35.citat.gl.1.obſeruat:quia iura citata indiſtinctè loquuntur. Vnde meritò idem Greg.Lop. l.8. tit.14.par.5.gl.2.& copioſiùs Alu.Val.de iur.emphyt.q.5.nu.12.& 13. cum cōi doctorū ſentētia, quam referunt,reprobant Baldi opinionē aſſerentis,in contractibus bonæ fidei, eſto dies certus ſit appoſitus,& pęna , locum eſſe purgationi moræ: regulam vero propoſitam habere ſolū locū in contractibus ſtricti iuris. Illud ēt rectè Couar.regula poſſeſſor part.2.§.6.nu.5.Alua.Val.nu.12. citato,& alij,quos referunt,merito Baldum reprehendunt,quod aſſeruerit, iure canonico ſublatam eſſe differentiam cōtractus bonæ fidei,& ſtricti iuris, contractuſq; oēs iure ciuili ſtricti iuris, eſſe canonico iure bonæ fidei, ac proinde in omnibus contractibus, iuxta Baldi opinionem proximè impugnatam,iure canonico concedi purgationem moræ,eſto dies certa,& pęna,ſint in eis appoſitæ. Ducitur,quoniam iure canonico nullibi, vt inquit,recordatur,mentionem eſſe factam diſtinctionis cōtractuum bonæ fidei,& ſtricti iuris . Hæc,inquā , Baldi opinio merito à doctoribus citatis reprębenditur. Tum,quia ſatis eſt eam diſtinctionem canonico iure non eſſe reprobatum diſpoſitione aliqua in contrarium , vt ſtandum illi ſit canonico iure, iuxta c.1. de noui operis nunciat. Tum etiā,quoniam de ea diſtinctione habetur mentio expreſſa c.cum venerabilis de excep.

2 Excipe à regula † propoſita , qn̄ de iure ob aliquem rationē,conceditur in euentu aliquo purgatio more,vt in emphyteuſi Eccleſiaſtica , ſi pēſio non ſoluatur intra bienniū,iuxta ea, quæ diſputa. 453 dicta ſunt;cum tn̄ ſingulis annis die certo,& præfixo eſſet ſoluenda , neque pęna commiſſit ſit ſtatuta,niſi penſio integris duobus annis non ſoluatur, & ēt in ſeculari conceditur de iure Caſtellæ purgatio moræ intrà decem dies,ſi pēſio intra triennium non ſit ſoluta,vt ibidem dictum eſt : hæc verò,quæ peculiariter in iure ſunt ſancita, & conceſſa,exceptiones ſunt à regula propoſita, neq; ex illis ſumendum eſt argm̄, vel ad regulam propoſitam impugnandam , vel ad id extendendum ad alia:quod tamen multi non ſatis attendunt.

Gregor.Lopez leg.8.titul.14.part.5.gloſ.2. in fine,ait,de æquitate † canonica poſſe ſemper purgari moram,eſto dies certa,& pœna , ſint appoſita. Ducitur. Primò,quia cap.potuit,de locato, admittitur purgatio more circa emphyteuſim Eccleſiaſticam. Secundo,quia c.ſuam de pœnis, ſtatuitur,vt qn̄ pars fuit ſoluta, & non totum,non hēat locum tota pœna ſtatuta,ſed pars. Conſentit cum Greg.Lopez hac in parte Gutier. de iur.confirm. par.3.c.17.nu.5.& 6. Qui in confirmationē citat etiam gloſſas quaſdam , quę parum profecto , aut nihil,vrgent. Ex hac ſententia infert Greg. Lopez ibidem,quòd cum in hoc Caſtellę Regno legibus partitarum non reperiatur cautum expreſſe quòd quando dies , & pœna apponuntur, non ſit locus purgationi morę:deficienteque in hoc Regno iure proprio, ſit potius in eo recurrendum ad ius canonicum,quam ad leges ciuiles Imperatorum,vt tradit Palat. Rub.in introductione ca.per veſtras, Queſt. 3

de

de donat. inter vir. & vxor. nu. 5. ver. item videtur mihi dicendum; conſequens ſit, vt in hoc Caſtellæ Regno locum habeat moræ purgatio, etiam ſi dies certa, & pœna fuerint appoſitæ. Huic etiam opinioni ſubſcribit Gutie. c. 17. citato. nu 8. & 9.

Ego vero neutrã opinionẽ verã eſſe exiſtimo, ſed, quod ad primum attinet, ſolum de æquitate canonica hẽt locum, & probat c. ſuã de pœnis, qđ qñ ſolutio eſt diuidua, neq; ex mora detrimẽtum notabile parti ſequitur, ſi intra terminum ſoluta fuit pars debiti, non habeat locum tota pœna pp partem reſiduam, quæ intra triennium ſoluta nõ fuit, inter perſonas Eccleſiaſticas, in quibus non decet cupiditatis, & auaritiæ ſpecies, velleq; ditari aliena iactura, ſed contentæ ſint parte duntaxat, pœnæ, quæ ibi narratur ſolutæ, nec plus ex eo textu colligitur. Quod autem iuxta c. potuit de locato, purgari poſſit mora omiſſionis vltra biennium ſolutionis penſionis emphyteuſis Eccleſiaſticæ; paulò ante dictum eſt, non poſſe inde ſumi efficax argumentum ad probandum, idem eſſe in alijs euentibus, in quibus dies certa, & pœna fuerint appoſitæ. Falſum item eſt, quod prædicti autores ſecundo loco ex ea priori ipſorum opinione inferũt dicẽdum eſſe in hoc Caſtellæ Regno. Primo, quoniã lex eſt expreſſa partitarũ 35. tit. 11. par. 5 quæ idem ſtatuit, quod iure Cæſareo ſancitum eſt, qñ dies certa, & pęna fuerint appoſitę. Secundo, quoniã falſum eſt, iure canonico in eo euentu locum eſſe purgationi moræ. Tertio, qm̃ falſum eſt, inſufficiẽterq; à Palatio Rubias probatum, in hoc Caſtellæ Regno potius eſſe ſtandum diſpoſitioni iuris canonici, quàm ciuilis, qñ, quod definitur, non ſpectat ad materiam peccati, & ad fidem aut religionem, ſed agitur de re mere ciuili; præſertim qñ canonico iure aliquid ſtatuitur ſolis Eccleſiaſticis, quia id eorum ſtatui decet, quale eſt, quod habetur c. ſuam de pœnis.

4 Qñ dies, aut † terminus certus, fuit ſolutioni præſcriptus, eo tranſacto, creditor agens aduerſus debitorem, habet fundatam ſuam intentionem, vt ex ſe eſt perſpicuum, & affirmat Greg. Lop. l. 8. citata gloſſ. 2. in princ. Atque tunc, ſiue pœna fuerit ſtatuta, ſiue non, ſi inſtrumentum abſque ſententia iudicis paratam habet exequutionem, locus nõ eſt purgationi moræ, vt affirmãt Gutier. ca. 17. citato nu. 3. & cõſentit Greg. Lop. eadem gl. citata. Vbi, cum gl. l. ſtipulatus, verb. certo die. ff. de verb. obligat. & Angelo addit. Etiam ſi pœna ſit appoſita, ſi actum fuerit inter contrahentes, vt creditor nihilominus certiorẽ faceret debitorem, debitumve ab eo exigeret, tunc talem diem, ſeu terminum nõ interpellare pro creditore, ita vt mora non poſſit purgari, ſaltem qñ exigitur: terminus. n. certus in eo euentu appoſitus, habet tacitam conditionẽ, ſi debitum à creditore petatur, ac proinde, antequã ea conditio impleatur non conſtituit debitorẽ in mora. Hinc cum eodem Angelo infert, ſi in inſtrumẽto, habente paratã exequutionem appoſitus ſit terminus certus, ſed additum eſt, vt nihilominus creditor certiorem faciat debitorem, ab eove exigat debitum, non poſſe fieri exequutionem aduerſus debitorem, antequam ea conditio impleatur.

5 Si debitor, tpe, & † loco congruo offerret creditori cum effectu ſolutionem, eam illi oſtendendo, & creditor nollet eam accipere, tunc, ſi id conſtaret, liber eſſet à pęna, & damnis l. ſoluturus. ff. de ſolut. l. obligatione. C. eod. titu. & alijs iuribus citandis. Idem eſt, ſi partem debiti liquidam offerat, & pro liquidanda fideiuſſores idoneos adhibeat, vt aiunt gl. l. obſignatione citata, Greg. Lop. & alij, quos citat l. 8. citata verb. *affrenta*. Item, ſi creditor abſens eſſet, neque relinqueret, qui loco, & nomine ipſius ſolutionem reciperet, liber eſſet debitor à pęna, intereſſe, & damnis ſequutis, quòd ſolutio facta non fuerit intra terminum præſcriptum l. pecuniæ. §. vlt. ff. de vſur. l ſi fundus. §. vlt. in fine. ff. de lege commiſſ. Atque in his omnibus euentibus, cum per debitorem non ſtaret, ſed per creditorem, ceſſarent vſuræ temporis ſequentis. Quod ſi debitor, quando non ſtat per ipſum, ſed creditorem, inſuper pecuniam deponeret in loco tuto, aut apud tutum depoſitarium, quæ creditori traderetur, tunc cẽſeretur re ipſa, ipſove iure: eam illi ſoluiſſe, ac proinde liber omnino eſſet à debito: atque, ſi tunc res ita ſoluta periret, creditori periret, & non debitori. Ita habetur l. ſoluturus. ff. de ſolut. l. oblatione. C. eo. tit. l. acceptam. C. de vſur. & l. 8. tit. 14. par. 5. Lege Greg. Lop. ibi tribus gloſſis vltimis.

6 Quando dies, aut † terminus ſolutioni præfixus non eſt certus, tunc dies non interpellat pro creditore, ſed, vt debitor in mora conſtituatur, neceſſe eſt, vt debitum ab eo exigatur, poſtquam cõgruum tempus aduenit. Ita, argumento à contrario ſenſu colligitur aperte ex l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtipulat. ex l. traiectitiæ. ff. de act. & oblig. ex l. pecuniæ. §. 1. iuncto prin. ff. de vſur. ex l. 35. tit. 11. & ex l. 8. tit. 14. par. 5. & affirmant Bar. & communis ſententia, quam Grego. Lop. l. 8. citata, glo. 1. refert ac ſequitur. Hinc cum Baldo vult ibidem Grego. Lope. ſi alicui promittatur aliquid ſoluendum, quando fuerit legitimæ ætatis, opus eſſe interpellatione, vt debitor in mora conſtituatur, & vt pęnam incurrat, ſi ſub pęna aliqua ſe ad id obligauit. Item cum Bart. & Iaſo. qui id communem opinionem eſſe teſtatur, vult, ſi quid promiſſum ſit ſub conditione, diem impletionis conditionis non interpellare pro creditore, ſed opus eſſe, vt debitum petatur. Si tamen dies ſit tacite inducta à lege, attamen certa, interpellat pro creditore, vt quod penſio emphyteuſis ſoluatur quotannis, & aliæ ſimiles: tunc. n. dies, quo annus completur interpellat pro creditore, vt de emphyteuſi diſp. 453. eſt dictum, & conſentiunt. l. 1. ver. niſi forte. ff. de penul. leg. & alia iura, quæ ibidem Greg. Lop. citat. Diem etiam interpellare dicit, cũ multis alijs, quos citat, quando aliquid debetur in diem paſchatis, eſto creditor promiſerit, ſe non

7 petiturum ante eum diem. Horam † quoque ſtatutam ſolutioni dicit cum Baldo interpellare pro creditori, iuxta l. Titio. §. vlt. ff. de act. empt. Eum legito.

8 Quando † aliquid promiſſum eſſet ſub certa pęna, tempus autem nõ fuiſſet ſtatutum, ac determinatum, in quo, aut intra quod, id fieri, aut ſol-

qui deberet, tunc, ſi tranſacto tempore, intra, quod iudicis prudentis arbitrio, id fieri debuiſſet, creditor à tali debitore congruo loco, & tempore, petat, vt id opere impleat, non velit, aut, cum à iudice taxatum eſſet iam tunc tempus, intrà quod debitor id efficere, illud intrà id tempus non faceret, tenetur ad pœnam, intereſſe, & damna modis in principio huius diſputationis explicatis, quando à principio contractus dies certa, & pœna fuerunt appoſitæ. l. mora, in princip. ff. de vſur. l. 35. iuncta l. 13. & alijs iuribus, quæ ibi Greg. Lopez citat, tit. 11. part. 5.

9 Qñ † aliquid promiſſum eſt fieri, aut ſolui neq; ſtatuto certo die, aut tpe, intrà quod fieri deberet, neque appoſita pœna, tunc tranſacto tanto tempore in quo id optimè fieri potuit, ac debuit, negligentiaq; debitoris adimpleri intrà id tps omiſſū eſt, poterit creditor exigere à debitore id, quod efficere tenebatur, cum omnibus damnis ſibi ex eo ſubſequutis, quod congruo tpe id effectum non fuerit. Cæterum, ſi debitor, antequàm lis aduerſus eum ea de re à creditore conteſtetur, incipiat rem promiſſam, eamque proſequatur, ac perficiat, purgat eo ipſo moram, nec tenetur ad damna ſubſequuta. Ita hr l. ſi inſulam. ff de verb. oblig. & l. 35. tit. 11. par. 5. Vbi Greg. Lop. glo. penult. ait, id verum habere, etiam ſi multum temporis præceſſerit ante litis conteſtationem, idque affirmare communem doctorum ſnīam contra Bartol. Obſerua tñ, gloſſam 2. l. ſi inſulam, citatam cōiter receptā; eam legem limitare, niſi ſua creditoris interſit, qd res fuerit opere impleta iuxta l. ſi ita quis, § Seya, ff. de verb. oblig. vbi, cum quidam promiſiſſet, ſe ſoluturum Seyæ tantum pretij vſque ad certum diem pro quibuſdam hortis ſibi tunc tradendis, & partem ſoluiſſet, reliquumque, tranſacto eo die vellet poſt modicum tempus ei ſoluere, Seya ſtare noluit contractui, eo quod emptor die conſtituto integrum pretium non ſoluiſſet. Reſpondet verò ibi Sceuola, ſi poſt modicum tempus emptor voluit reliquum pretij ſoluere, neque præter morā, quicquam inter fuit Seyæ, ſolutum fuiſſe intra id tps conſtitutum, quorum vtrumque iudicis arbitrio relinquitur definiendum, cogendam eſſe Seyam ſtare cōtractui. Bar. limitationē illius gloſſæ intelligit, qñ creditoris intereſſe excedebat æſtimationem facti. Merito tamen Greg. Lop. l. 35. citata gloſſ. vlt. reijciendam cenſet limitationem illam gloſſæ, & intellectum Bart. non ſolum iuxta l. 35. citatā, quæ aperte ſtatuit contrarium, ſed ēt ſtādo in iure communi. Etenim. § Seya citatus. apertè loquitur, quando dies certa ſtatuta fuerat ſolutioni, neque ibi agitur de mora purgatione vſque ad litem conteſtatam, immo neque de moræ purgationem, ſed ſolum ex æquitate conſtituit, vt quando intra modicum tempus, & ſine vllo detrimento venditoris, oblatum eſt illi reliquum pretij, cogatur ſtare contractui; quod longe diuerſum eſt a diſpoſitione legis, ſi inſulam. Adde, in diſpoſitione legis, ſi inſulam, ſermonem eſſe, quando dāna, & detrimenta ſequuta fuerant creditori ex eo, qd debitor tpe cōgruo nō ſoluiſſet, aut nō feciſſet rem promiſſā: quare, ſi limitāda eſt, vt locū nō hēat ea purgatio moræ vſque ad litem conteſtatam, quæ in ea lege decernitur, qñ creditori intererat rē tpe congruo eſſe factam, vtique nunquam habebit locum diſpoſitio eius legis, ſed ſemper deſtruetur, nulliusq; effectus reddetur, diſpoſitione. § Seya Bartoli vero intellectus diuinatorius planè, eſt, atque cum neutra illarum legum conſentit.

Ex § Seya citato dirimenda erat lis, cuius Gama deciſ. 211. meminit. Cum. n. quidam alteri cētum, coria vendidiſſet, nec tradidiſſet ex multis, q̄ in quadam domo publica habebat, parte pretij cōtinuo accepta, & cum pacto, vt emptor reliquam partem venditori traderet ea ipſa die, emptor eam non tradidit ea die, ſed ſequenti mane ad venditorem illam detulit. Venditor vero accipere eā noluit, ſed dixit, nec teneri, nec velle ſtare contractui; eo quod emptor pretium tempore conſtituto non tradidiſſet, Diſceptatum fuit ea de re, variæque, ac contrariæ ſententiæ fuerunt latæ. Tandem vero pronunciatum fuit, vt venditor cogeretur ſtare cōtractui. Quamuis autem ea in cauſa mentio facta non ſit. § Seya citati iuxta illud tamen fuit definienda Etenim, cùm paulò poſt, hoc eſt, die ſequēti mane reliquum pretij fuerit oblatum; ſanè, ſi nō multum venditori referebat eam ipſa die ſolutam ei fuiſſe eam pretij partem, cogendus fuit ſtare cōtractui, iuxta expreſſam definitionem. § Seya: ſecus autem ſi multū venditori referebat ea ipſa die fuiſſe ei ſolutum. Gutier. de iur. confir. par. 3. c. 17. nu. 1. indiſtinctè, ait, in contractibus vſque ad litis conteſtationē poſſe purgari moram, & nō poſt, & citat. l. ſi inſulam. ff. de verb. obl. & l. 35. in fine tit. 11. par. 5. Cum tñ in his iuribus, vt explanatū eſt, ſolū ſit ſermo, qñ neque pœna fuit appoſita, neque certus terminus præfixus fuit adimpletioni. Continuò verò nu. 2. idem autor ſubiungit, ſi contractus iuramento fuit confirmatus, teneri debitorē ad terminum promiſſum eum implere, neque poſtea poſſe moram purgare, idque proſequitur, ac probate conatur numeris ſequentibus. Ego autem arbitror, licet, qui iuramento, contractum confirmauit, periurus ſit, niſi illud, ſi poſſit, iuxta formā contractus, ac mentem iurantis, adimpleat, iurum tamen non impedire poſſe moram purgare, quando, ſi iuramentum non fuiſſet adhibitum, purgari poſſet. Et, quoniam id, cum multis alijs, aduerſus eundem autorem diſp. 455. circa emphyteuticum contractum eſt dictum, non plura hac de re hoc loco adijciam. Quando creditor poſt moram debitum ſuſcepit, nihil de pœna agens, & de damnis ex mora ſubſequutis, remittere cenſetur damna, & pœnam, ſi nihil proteſtetur l. Celſus in prin. & alijs iuribus, quæ citat gl. ibi verb. non poſt. ff. de recep. arb. & l. 13. tit. 11. par. 5.

10 Illud poſtremo eſt † obſeruandū, longè diuerſam eſſe rationem de purgatione moræ præſentandi aliquem in iudicio ad pœnam euadendam, de qua purgatione copioſè diſp. 547. dictum eſt. Neque item purgationem moræ in contractibus admetiendam eſſe ex ijs, quæ de purgatione moræ diſpoſita ſunt quando non eſt ſolutū, quod iudex arbiter ſolui præcepit; de qua purgatione ſermo eſt. ff. de recep. arbi. l. ſi cum dies, & duabus ſequētibus

cibus, & dicetur tract. 5. Id verò, quod Gutier. cap. 17. citato. nu. vlt. refert iudicatum in Pinciano ſenatu circa purgationem moræ quorundam fideiuſſorum, ſane cum dictis à nobis diſp. 547. citata congruit, ſi tempus ſecundis fideiuſſoribus datũ fuit duorum menſium, aut maius, quod tamen ipſe non explicat, & cum minimum fuiſſe videtur duorum menſium, nam intra æquale tempus purgari mora illa potuit, vt diſp. citata viſum eſt: probeq; iudicatum fuit, præſentatione rei poſt duos menſes, fuiſſe purgatam eam moram; quia non habuit ſententia illa vim ex eo, quòd æquitas canonica, & non ciuile ius, ſeruata ſit, vt ille ibi autumat, ſed diſpoſitione mera ciuilis iuris.

Quando idem debitor varia contraxit debita comparatione eiuſdem creditoris, ſi quid ei ſoluat, pro quo debito ſit cenſendum ſolutum. Et vniuerſim de ordine ſeruando in ſolutionibus.

DISPVTAT. DLXV.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſi cum creditore habeat plura debita, quod nam prius præſumatur ſoluiſſe.*
2 *Solutum debitum ex urgentiori cauſa, & quod plus grauat debitorem prius præſumitur.*
Declara tamen & limita. nu. 3
4 *Debitum cum fideiuſſore cenſetur prius ſolutum quam ſine fideiuſſore.*
Item debitum antiquius, vbi debita æqualiter grauant debitorem. nu. 5.
6 *Debita ex delicto cum debitis perſonalibus computantur.*

IN re propoſita, ſi debitor ante, aut quñ reſoluit, vel ſtatim in continenti antequàm diſcederet ex loco, in quo ſoluit, expreſſit pro quo, aut pro q-
1 bus debitis, id ſoluebat, pro † eo debito, aut debitis eſt iudicandũ eſſe ſolutũ: qm̃ debitor legẽ põt conſtituere rei ſuæ, pro quo debito velit eã ſoluere, creditoriq; ius manet ad exigendũ à debitore, ſiquid aliud ei dẽt. Si aũt creditor contradicat, nec velit pro eo debito id accipere, debitorq; illud deponat in ſolutionẽ pro eo debito, modo præcedẽte diſputatione explicato, cenſetur facta ſolutio pro eo debito, atq; ipſo iure oĩno ab eo liberatur, vt ibidẽ, iuxta varia iura, oſtenſum eſt. Hæc hñt l. iuncta gl. 1. C. eo. tit. l. ſi vſuras. C. de vſur. & l. 10. tit. 14.

Quòd ſi is debitor aliqd ſoluat, nec exprimat, pro quo debito id ſoluat, creditor verò, vel antea, vel dũ ſolutio fit, vel incontinenti antequã ad alia diuertant, dicat ſe id accipere pro tali, vel tali debito, & debitor taceat, cenſetur ſolutio facta pro eo debito. Si verò debitor id incontinenti cõtradicat anteq̃ ex eo loco diſcedat, accipiendũ eſt pro debito, pro quo dixerit, ſe illud ſoluere, aut illi eſt id reddendũ. Cæterũ ſi debitor, modo paulo ante explicato, illud conſignet, & deponat pro eo debito, liber omnino erit à tali debito, vt dictum eſt. Ita hr̃ l. iuncta glo. 1. ibi, & duabus ſequentibus. ff. de ſolut. l. 1. C. eo. tit. & l. 10. tit. 14. par. 5.

Qñ nec debitor, nec creditor expreſſit, pro quo debito id ſolueretur, tunc, ſi terminus præfixus ſolutioni alicuius debitorum iam aduenit & debita alia ſunt in diem futurum, aut ſub conditione pendente adhuc in futurum, ſolutio cenſetur facta pro debito, aut debitis, quorum terminus iã aduenit; non verò pro ijs, quorum terminus pendet adhuc in futurum. Ita hr̃ l. cæterum. ff. de ſol. Itẽ, ſi debitor creditori aliquid debet noĩe proprio, & aliqd tanquã fideiuſſor alterius, ſolutio facta cẽſetur pro eo, ꝙ debet noĩe proprio l. & magis, & l. cũ ex pluribus. ff. eo. tit. Qñ item vnum debitũ eſt liquidũ, aliud non item, ſolutio facta cenſetur pro debito liquido, & non pro non liquido. l. 1. ff. eo. tit. Qñ nulla harum diuerſitatum cernitur inter debita, tunc, ſi vnũ illorũ plus grauat debitorem, quàm aliud, quia, ſi ſolutionem differat, incidet in pœnam, aut vſuras ſoluet, vel aliud detrimentum patietur, ꝙ non ita imminet ex dilatione ſolutionis aliorum debitorum, ſolutio cenſetur facta pro eo debito, ex quo plus detrimenti imminet debitori, ſi eius ſolutionem differat, quàm immineat ex dilatione ſolutionis aliorum. Ita hr̃ l. cæterũ, & dua-
2 bus ſeq. ff. eo. tit. & l. 10. titu. 14. par. 5. Hac † eadẽ ratione, ſi vnum debeatur ex cauſa, ex qua imminet infamia, ſi ſequatur condemnatio, vt ex furto, aut ex tutela, immò & ex l. Aquil. & aliud ex non tam infami, aut vrgente cauſa, cenſetur facta ſolutio pro illa vrgentiori cauſa. Itẽ ſi quid debeatur, quia iudicatum ſolui, aliud non item, nec ex vrgẽtiori alia cauſa, cenſetur ſolutum in extinctionem debiti ex cauſa iudicati. Hæc habentur l. ſi quid ex famoſa, & l. cum ex pluribus. ff. de ſolut.

A regula, quòd in dubio cenſeatur aliquid ſolutum pro debito ex vrgentiori cauſa, & pro debito,
3 quod plus grauat debitorẽ, excipitur, qñ † aliquid debetur cum vſuris, interim dum id non ſoluitur: ſi. n. iam ex ſorte, debitove principali, vſuræ aliquę debentur, quando aliquid ſoluitur, tunc ſolutio cẽſetur prius facta pro vſuris iam debitis, & ſi quid ſuperſit, id ſolum cenſetur, ſolutum in ſortem, eſto longè leuius debitori eſſet ſolutionem illam intelligi pro ſorte, quia pro rata ſortis ſolutæ ceſſarent in futurum vſuræ, quàm intelligi pro vſuris iam debitis. Ita habetur l. 1. C. de ſolut. & l. vſuras. C. de vſur. Ratio autem eſt, quia, quando ex eadem radice, ac debito ſors ipſa, & vſuræ debentur, interim dum ſors manet, ſoluuntur vſuræ decurſæ, tanquam fructus ſortis principalis, in euentibus, in quibus hodie vſuræ accipi poſſunt, vt ratione lucri ceſſantis mutuanti ſub vſuris, aut ex contractu cenſuali cum pacto de retrouend. aut ex contractu ſocietatis, & aſſecurationis ſimul cum eodem mercatore inito; eaque de cauſa meritò accommodateq; ad praxim, atque ad id, quod natura ipſa rei poſtulat, fuit id ſancitum duobus iurib. citatis, nihil impediente regula illa alia, vniuerſali alioquin in ſolutionibus.

4 Quando item † aliquid debetur cũ fideiuſſoribus, & aliud ſine fideiuſſoribus, ſolutio prius cenſetur facta pro debito cum fideiuſſoribus quã pro debito ſine fideiuſſoribus: vel quia id ita in fideiuſſorum fauorem ſancitũ fuit: vel quia tale debitum plus reuera debitorẽ principalem grauat, eo ꝙ ſe, & alios gratia ſui, obſtrictos eo debito hẽat, quam ipſum grauet debitũ ſine fideiuſſoribus; in quo ipſe tantum eſt aſtrictus. Ita hr̃ l. & magis, & l. in his, ff. de ſolut. Excipitur, qñ pro vna parte vnius, & eiuſdem debiti eſſent dati fideiuſſores, & pro reliqua pignus, vt ſi quis contraheret debitũ 30. aureorum, & pro viginti illorum daret fideiuſſores, & pro alijs decem traderet pignus: tunc.n. ſi debitore non ſoluente, pignus diſtraheretur in debiti ſolutionem; pecunia, quæ inde ad creditorem perueniret, cenſeretur primo accepta pro decem ex illis triginta pro quibus obnoxium erat pignus illud, &, ſi quid ſuperflueret incrementum cenſeretur ſolutum pro viginti, quæ debebat datis fideiuſſoribus. Ita hr̃ l. triginta, alias incipit vbi ob triginta, ff. de ſolu. Si quid item deberetur ſub pignore, aut hypotheca, & aliud ſine pignore, & hypotheca, ſolutio cæteris paribus, potius cenſeretur facta pro debito ſub pignore, aut hypotheca, quã pro alio ſine pignore, & hypotheca. Ita habetur l. cum ex pluribus, ff. eod. tit. Credo tamen, ſi vnum deberetur ſub pignore, aut hypotheca, & aliud cũ fideiuſſoribus, potius ſolutionem eſſe cenſendam factam ad liberandum fideiuſſorem, quam ad redimendum proprium pignus, aut hypothecam.

De iure cõi, qñ nihil horum interuenit, vel debita æqualiter debitorem grauant, ſi vnum † debi-
5 tum ſit antiquius alio, qñ nihil expreſſum, cenſetur ſolutio facta pro debito l. in ijs. l. vbi fideiuſſor l. cum ex pluribus, & l. creditor. §. Valerianus. ff. de ſolut. Cenſetur verò debitum antiquius, non ſit debeatur ex contractu prius celebrato, ſed ante aliud debitum fuit ſoluendum, vſque adeo vt, ſi duo debita ſint hoc modo, vnum antiquius alio, & ſint eiuſdem rationis quo ad radicem, vnde grauent, vt quia ex vtroque vſura debetur, etſi ex minus antiquo maior vſura debeatur, quàm ex antiquiori, cenſetur facta ſolutio pro antiquiori, & nõ pro minus antiquo. Vtrumque hr̃ expreſſe l. ſi ex pluribus. §. vlt. ff. de ſolut. Denique de eodem iure cõi, quando debita ſunt paria quo ad antiquitatẽ, quia ex eodem die eidem creditori, licèt ex diuerſa radice, ſoluenda, & vnum non grauat debitorem plus alio, tunc, ſi quid ſoluatur, nulla facta mẽtione, pro quo debito, cenſetur id ſolutum pro omnibus proportione quadam, ita vt, quæ proportio fuerit ſummæ vnius debiti ad ſummam alterius, in eadem proportione diuidatur, quod ſolutũ eſt, & ſolutum pro eis debitis cenſeatur. Ita habetur l. illud non. ff. de ſolu. Neq; repugnat l. ſi in duab. ff. de reg. iur. qm̃ ibi ſolum habetur, quando alioquin debita ſunt paria, quo ad ea, quæ explicata ſunt, quòd ex vno debito plus, quàm ex alio debeatur, non efficere, vt ſolutio cenſeatur potius facta pro vno debito, plus quam pro alio, ſed inter illa eſſe proportione quadam diuidendum.

Lex 10. tit. 14. par. 5. nulla facta mẽtione, quod, vbi cætera ſunt paria ſolutio facta intelligatur pro debito antiquiore modo explicato, ſolum ſtatuit quòd quando debita ſunt talia, vt vnum non plus grauet debitorem, quàm aliud, tunc, quod ſolutũ fuerit, nulla facta mentione pro quo debito, cenſeatur ſolutum, pro omnibus æqualiter: intellige, proportione quadam. Villalobos in antinomia litera S. num. 19. hanc legem refert quaſi correctoriam iuris communis quo ad hoc, tametſi addat, Greg. Lop. ad eandem legem velle illam concordare cum iure communi. Greg. vero Lop. ibidem licet fateatur legem illam ſcriptam eſſe iuxta verba Azonis. C. de ſolut. addit tamen, intelligẽdam eſſe iuxta ius commune, vt ſcilicet locum id non habeat, quando vnum debitum antiquius eſt alio: quoniam ea lex non innuit correctionẽ iuris communis, exponiq; iuxta commune ius optimè poteſt: nec mihi diſplicet hæc ſententia.

Illud obſerua, quando debitor nihil ſoluit, ſed creditores perſonales exigunt ſua debita, ſi debitor non ſit ſoluendo integrè omnibus, aut poſt illius mortem non remanent ſufficientia bona, vnde integrè ſoluatur omnibus, tunc, ſi nullus habet priuilegium prælationis ſupra alios, bona defuncti æqualiter proportione quadam eſſe diuidenda inter illos, pro ratione, & quantitate ſummæ, quæ cuique eorum debetur, vt diſput. 536. dictum eſt, vbi copioſè egimus de ordine ſeruando in ſolutionibus faciendis comparatione creditorum omniũ
6 vniuerſim. Illud † verò obſerua, debita ex delicto, puta ex furto, rapina, damno dato, & ex alijs, cum debitis perſonalibus eſſe computanda, quando res aliena non permanet, cuius dominium perſeueret apud eum, cuius illa eſt, ac proinde parem locum eiuſmodi creditores habere cum cæteris perſonalibus minimè priuilegiatis, id quod habetur l. 13. tit. 14. par. 5.

Vtrum quando vnum pro alio ſoluitur, debeatur inde tributum illud, quod alcauala in Caſtella, & ſyſa in Luſitania, nuncupatur.

DISPVT. DLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Tributum ſeu alcauala an debeatur, quando ſine nouatione vnum debitum pro alio ſoluitur.*
2 *Debitoris bona creditoris hypothecata, ſi vendantur, an debeatur tributum, ſi eorum pretium nõ ſufficiat ad creditori ſoluendum.*

NAm ſupra dictum eſt, ex nouatione, & compenſatione, tributum illud non deberi, neque item ex tranſactione. Noſtra verò hoc loco diſputatio eſt, quando ſine nouatione vnum pro
1 alio ſoluitur. Prætermiſſa † verò longa hac de re diſputatione, quam licebit legere apud Laſſarte de decima vendit. c. 7. paucis, cum eodem autore dicen-

dicendum eſt. Si nulla præmente neceſſitate, ſola libera creditoris, & debitoris voluntate, vnũ pro alio ſoluatur, quia, cũ ſolui poſſit res ipſa debita, debitor maluit ſoluere aliam loco illius, & creditor id acceptat, tunc deberi tributũ illud. Et quidem ſi, quod debebatur, erat pecunia, & debitor rem aliam loco illius ſoluat, vt bouem, cenſetur facta venditio bouis illius pro pecunia debita, ac proinde debitor, qui illum vendit, tenetur in hoc Caſtellæ Regno ſoluere tributum illud. Si vero debebatur bos, & conueniunt, vt debitor certam pecuniæ quantitatem pro eo ſoluat, creditor eſt, qui bouem vendit, ac proinde ipſe in hoc Regno tenetur ſoluere id tributum. In Luſitania vero, in vtroq; euentu, debitor tenetur ſoluere dimidium illius tributi, & creditor alterum dimidium: quoniam vẽditor in eo Regno ſoluit dimidium ſyſę, & emptor alterum dimidium. Quod ſi debebatur bos, & cõuentio ſit, vt debitor, loco illius, aliquot menſuras tritici ſoluat, tunc eſt permutatio bouis pro tritico, & debetur duplicatum tributũ illud, vt ſępe in ſuperioribus dictũ eſt, in permutationibus deberi tributum illud duplicatum. Ratio huius aſſerti eſt, qm̃, cum nulla præmente neceſſitate, id fiat, ſed omnino ſponte, mutuoq; conſenſu, id non cenſetur ſolũ diſtractio, & extinctio prioris obligationis, ac debiti, ex quo tributum illud non debetur, ſed verus contractus commutationis vnius rei pro alia, mutuo conſenſu celebratus, ex quo vnicum tributũ debetur, ſi commutetur res, quæ eſt pecunia, pro re, quæ non eſt pecunia; eo quod emptio, & venditio ſit vt in re propoſita cõſtat ex l. ſi prædiũ. C. de euict. vbi habetur, eiuſmodi contractũ vicẽ obtinere venditionis, & ex l. eleganter in prin. ff. de pignorat. act. Si verò cõmutetur res, quæ non eſt pecunia, pro re, quæ etiam non eſt pecunia, eſt permutatio, ex qua tributum illud debetur duplicatũ, vt cum alijs hęc affirmat Laſſarte. c. 7. citato à nu. 1. & rurſus à nu. 44. præſertim à nu. 49. Si vero vnũ pro alio ſoluatur, nõ ex cõi creditoris, & debitoris cõſenſu, ſed præter corũ cõe intentum, ac voluntatem, vel quia debitor non habet rem debitam, q̃ ſoluat, vel q̃a creditori bonum aliquod debitoris in ſolutum adiudicatur; tunc, cum in eis euentibus non aliud agatur per ſe, quam debitum ſolui, ac extingui, vtiq; ex ea ſolutione vnius debiti pro alio nõ debetur tributum illud. Atque hinc ibidem. nu. 54. cum alijs ait, ortum habuiſſe in hoc Caſtellæ Regno eam praxim, vt ex rebus creditori adiudicatis in ſolutum, non exigatur tributum illud.

Illud vero rectè admonet, ſi, dum exequutio in bonis debitoris ſit, aliquid in publica ſubhaſtatione vendatur, tunc, ſiue id ematur à creditore, ſiue ab aliquo alio, deberi ex ea vẽditione tributum illud: qm̃ id vera emptio eſt, & venditio. Attamẽ, ſi, iuxta præſcriptũ legis, res habeatur pro inempta, reddendaq; debitori ſit in euentu, quod debitor intra certũ tempus ſoluat debitum creditori, tunc, ſi debitor intra id tempus debitum ſoluat, non debetur tributum illud, ſed à gabellario eſt reddendum, ſi id iam recepit. Quoniam emptio illa, & venditio, ex ipſa iuris diſpoſitione, erat conditionalis, modo debitor non ſoluat debitum intra tantum tempus: deficiente vero conditione, non ſecus fuit reddita ipſo iure nulla, quam ſi nunquam fuiſſet celebrata.

2 Pulchram verò quęſtionem ibidem Laſſarte à nu. 59. excitat. Si bona † debitoris ſubiecta erant pignori, aut hypothecæ, creditori (fiſco præſertim) neque, diuendita, eorum pretium ſufficiat debito integro perſoluendo, neque ſint alia debitoris bona vnde integre ſoluatur, vtrũ debeatur ex tali pretio tributum illud gabellario, qui conductum id habet, an non, ſed in toto pretio præferendus ſit creditor, qui eſt antiquior, & ius in rem habet comparatione bonorum talis debitoris. Rectè autem deberi reſpondet: ſicut alij ſumptus inde ſoluendi etiam ſunt pręconi, & alijs miniſtris publicis, qui ſuam operam vſque ad bonam illa diuenditæ ea in re nauarunt. Ratio autem eſt, quoniam lex regia, quæ tributum illud venditionibus omnibus, & permutationibus (paucis exceptis) impoſuit, de omnibus vniuerſim venditionibus intellig tur, quacunque ratione fiant, omneſq; proinde afficit, & cooperatur eo ipſo, quod vndecunque ſit venditio, vt eo tributo ſit affecta, & non plus cenſeatur ex pretio remanere, tum debitori ipſi, tum etiam creditoribus illius, quam quod ſuperfuerit, perſolutio Regi eo tributo.

Si ſoluatur indebitum, quouſque repetitio illius concedatur, aut non.

DISPVT. DLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Soluens per errorem debitum, quod nec naturaliter, nec ciuiliter eſt debitum, repetit per conditionem indebiti.*

2 *Debitor probare tenetur, ſolutum ab eo, fuiſſe indebitum.*

Declara, & limita, vt ibi, & nu. 4.

Et ſublimita, vt num 3.

5 *Donatio quando præſumatur.*

6 *Debitor dubius in mẽte, an q̃d ſoluit, debeat, uel ne, poteſt repetere, ſi probare potuerit, id nõ debuiſſe.*

7 *Hæres iuris ignorãtia ſoluens legata, vel fideicõmiſſa, relicta in teſtamento minus ſolẽni, non repetit.*

Limita tamen, vt ibi.

8 *Debitum ſub conditione pendente in futurum, per errorem ſolutum, repeti poteſt.*

NOnnulla alia coniũcta ſunt cum materia de ſolutionibus, quæ ſunt conſequenter explicanda. Quod ad id, quod propoſitum eſt, attinet. Diſputatione ſequenti dicetur, quando indebitum ſoluitur vi ſententiæ, quæ in rem tranſit iudicatam. Nunc verò ſolum dicendum eſt, quãndo indebitum extra eum euentum ſoluitur.

Hac de re hæc regula generalis eſt ſtatuenda.

1 Quando aliquis, errore † ductus, id tanquam debitum ſoluit, quod nullo modo erat debitum, neque ciuiliter, neque naturaliter, conceditur illi actio ad illud repetendum, quæ condictio indebiti

biti nuncupatur. Ita habetur l. 1. & ſequentibus ff. de condict. indeb. & l. 28. tit. 14. par. 5. exemplum adhibet lex 28. citata, quando debitor, ignorans ſuum procuratorem, aut œconomum, ſoluiſſe ſuo creditori, quod ipſe ei debebat, iterum idem illi ſoluiſſet. Item, ſi, cum creditor debitum in ſuo teſtamento remiſiſſet debitori, id debitor ignorans, ſoluiſſet hæredi creditoris. Ibidem Greg. Lopez exempla addit, ſi, cum pater, aut aliquis defunctus, debitum aliquod ſoluiſſet, hæres illius, id ignorans (quod præſumitur l. qui in alterius. ff. de reg. iur.) iterum idem debitum ſolueret. Item, ſi quis ſoluit aliquid inductus ad id falſo inſtrumento: imo vero tunc, etiam ſi lata eſſet ſententia vi talis inſtrumenti, quæ in rem tranſiſſet iudicatam, qua ſoluere is eſſet condemnatus, & coactus, per reſtitutionem in integrum reſcinderetur ſententia, & repeteretur debitum ſolutum, vt habetur l. qui agnitis. ff. de excep. & diſputatione ſequente dicetur. In euentibus his explicatis, & in quibuſcunque alijs ſimilibus, in quibus omnino indebitum ſoluitur errore ſoluentis, conceditur repetitio illius, ſiue ſolutio facta ſit ex errore iuris, ſiue ex errore facti. Nam diſtinctio hæc, num aliquid errore iuris, an facti, ſit ſolutum, ſolum habet locum, quando erat ciuiliter indebitum, attamen debitum naturaliter, vt ſubiungemus. Porro actio condictionis indebiti ortum habet, non quidem ex contractu, ſed ex quaſi contractu, vt in calce diſp. 55. explicatum eſt.

2 Quando † aliquis petit aliquid tanquam ſolutum ab ipſo, & indebitum, ad eum probare ſpectat, fuiſſe indebitum: quoniam nullus præſumitur ſoluere indebitum. Excipitur, ſi, qui ſoluit erat minor, mulier, miles, aut ſimplex agricola [illegible] enim ad eum, qui id accepit, ſpectat probare fuiſſe ſibi debitum; ſi vero id non probet, ſuccumbet, cogeturque illud reddere. Licet tamen nullus præſumatur ſoluere indebitum quia tamen, ſi id erat creditori debitum, non erit difficultas ei probare fuiſſe ſibi debitum, mirum non eſt, ſi ius, in horum fauorem, qui non ſolent habere tantam peritiam rerum, nec dexteritatem ad aliquid probandum, in creditorem onus probandi reijciat, fuiſſe ſibi debitum, alioquin ſuccumbat, & cogatur illud reddere.

3 Hæc † tamen exceptio non habet locum, quando talis minor, mulier, miles, aut ſimplex agricola, contendit, non totum, quod ſoluit, fuiſſe creditori debitum, ſed partem, & reliquum repetit, vel quando confitetur fuiſſe quondam debitum, ſed iam antea fuiſſe ſolutum, vel habuiſſe exceptionem ad illud non ſoluendum; quam tamen opponere omiſit: in his enim omnibus euentibus ad minorem, mulierem, militem, aut agricolam ſpectat probare, quod repetit, fuiſſe à ſe indebitum; alioquin ſuccumbet. Ita habetur l. cum de indebito. §. ſi autem pro parte. ff.

4 de probat. Quando † autem ab aliquo petitur aliquid tanquam indebitum ipſi ſolutum, à quocunque id petatur, ſi is neget fuiſſe ſibi ſolutum, & alter ſufficienter probet, vel teſtibus, vel ſcriptura, aut alia ratione, fuiſſe ei ſolutum, tunc eo ipſo redditur ſuſpectus, eaque de cauſa ad ipſum deinceps ſpectat probare, fuiſſe ſibi debitum, alioquin cogitur illud reddere, niſi probet fuiſſe ſibi debitum. Hæc omnia habentur l. cum de indebito citata & l. 29. titul. 14. part. 5. Quando tamen repetitur aliquid tanquam ſolutum, ac indebitum, & is, qui illud accepit, negauit ſe tale quid accepiſſe, ſi poſtea probetur, id eum accepiſſe, cæterum ſola confeſſione eiuſdem, qui illud accepit, ſiue præſtito ei iuramento, ſiue non, tunc, quia ea probatio non eſt eius qui dedit, & contendit fuiſſe indebitum, ſed ipſiuſmet, qui negauit, ſe illud accepiſſe, non debet ei nocere, vt onus probandi, fuiſſe debitum, in eum reijciatur, cum alioquin ad alterum ſpectet probare fuiſſe indebitum. Ita, cum gloſ. l. cum de indebito citata Ioan. Andrea, Imola, & Vincentio, Gregor. Lopez l. 29. citata, argumento l. eum qui ff. de iureiurand.

5 Qui, ſciens ſe † non debere aliquid, illud ſoluit, præſumitur id donare, eaque de cauſa, non poteſt repetere illud poſtea. l. indebitum. C. de condic. indeb. l. 1. ff. eod. tit. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & l. 36. titu. 14. part. 5. Gregor. Lopez l. 30. citata, cum Iaſone, & alijs, hoc limitat, quando accipiens, vt donatum etiam illud accepit: ſi enim quaſi debitum, aut alio titulo, à donatione, illud accipiat, non comparat dominium illius, quouſque vt donatum illud accipiat, propterea, quod non conſentiant animus, ſeu ſenſus dantis, & accipientis, quod requiritur ad celebrandum aliquem contractum, etiam donationis, neque donatio illa fit adhuc per accipientem acceptata. Ita colligitur ex l. ſi ego. ff. ſi cert. pet. Vbi accipienti exceptio, cum ſciuerit eſſe donatum, conceditur, quod conſumptum id fuerit iuxta dantis voluntatem, aut acceptum, & retentum fuerit iuxta dantis voluntatem, vt gloſſa ibidem ait. Sed certè in donatione reuocandum cenſerem ius illud quod non aliud continet, quam Vlpiani placitam ex Iuliano; potiuſque cenſerem, ſtatuendum, quando aliquid traditum eſt donandi animo, id ſufficere ad tráſferendum dominium, ac proinde tunc, non ſolum competere accipienti exceptionem, quam lex illa ei tribuit, ſed etiam denegandam eſſe tradenti donandi animo repetitionem; nec ideo, cur hæc concedi iuſte illi poſſit, conceſſa ſimul exceptione accipienti. Quoniam, ſi per eam traditionem donandi animo, non fuit tranſlatum dominium, nec cenſetur acceptata donatio eo quaſi habituali animo accipientis, quod vult rem illam accipere eo modo, quo ſibi melius eſt, ac ſibi datur, vtique, ſi accipienti de animo dantis conſtet, antequam is donationem reuocet, accipienſque donationem acceptet, eo ipſo comparat dominium illius, neque competit danti repetitio. Si vero dans reuocet donationem, antequam per accipientem acceptetur, quo cenſetur facere eo ipſo, quod rem datam repetit, non video, quomodo accipienti poſſit competere exceptio illa, quam Vlpianus ex Iuliano in ea lege illi tribuit. Aliter etiam, cum Iaſone, & alijs, illud idem limitat, vt intelligatur, quando ex circumſtantijs non eſt præſumptio

alio

alio intuitu dediſſe,aut ſoluiſſe: ſi.n.ex aliquo capite præſumi alius animus poſſit,præſumenda nõ eſt donatio,argũ.l.ſi cum auro ff.de ſolut. Minor item viginti quinque annis,eſto,ſciens,& prudẽs ſoluat indebitum,repetere illud poteſt per beneficium reſtitutionis in integrum, idem dic de prodigo l. interdum. C.de condict.indeb.l.30.citata & gl.vlt.l.1.ff.de condict.indeb.

6 Ei,qui animo † quouis modo dubio, an id,qđ ſoluit, vere debeat, ſi poſtea comperiatur, probareve potuerit, id non debuiſſe, conceditur repetitio, non ſecus ac ſi omnino per errorem id ſoluiſſet. Ita habetur l.vlt. C.de condict.indeb.& l.30. citata. Quo fit,vt,in re propoſita,idem ſit ſoluere per errorẽ,& ſoluere quoquomodo dubiũ. Intellige,modo, poſita dubietate,non adfuerit animus donandi, quod ita ſoluitur, in euentu, quod non deberetur, id quod in foro exteriori non præſumitur,ſed potius contrarium.

7 Ex legatis, aut † fideicommiſſis, relictis in teſtamento minus ſolemni, quamuis iure ciuili nõ concedatur actio legatarijs, & fideicommiſſarijs ad ea petenda, & obtinenda ab hæredibus illius, qui ea in eo minus ſolemni teſtamento ipſis reliquit, vt diſp.81. copioſe explicatum eſt,qui tamẽ ius ciuile non impedit, quominus,ſi ea fuit teſtatoris voluntas, ipſis ſint debita naturaliter, nihil impediente defectu integræ ſolemnitatis vltimæ illius voluntatis,vt ibidem dictum eſt,inde efficitur,quod ſi hæres defuncti,aut hæres hęredis, illa ſoluant legatarijs,aut fideicommiſſarijs,non concedatur repetitio eius, quod ita fuerit ſolutum, tanquam indebiti, eſto ex ignorantia iuris, quod ex eo teſtamento minus ſolemni non tenebantur illa in foro exteriori ſoluere,ea ſoluerint,vt etiam diſput.citata dictum eſt. Excipitur,niſi,qui ex iuris ignorantia ea ſoluiſſet,eſſet miles, aut mulier, minor, aut agricola, his enim repetitio concederetur,vt habetur l. regula. ff. de iur. & fact. ignorantia,& l.31.tit.14.par.5. Attamen, ſi ipſorum iuramento relinquatur, vt dicant, num ſciant,eã fuiſſe teſtatores illius voluntatem, confiteanturque ſe non dubitare, eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, non ſolum impedietur repetitio,ſed etiam cogentur ea legata ſoluere,ſi illa non ſoluerunt,vt diſputatione citata explanatum eſt. Quod ſi hęres defuncti (ſiue eſſet de aliquo illorum quatuor generum perſonarum priuilegiatarum,ſiue non)ſoluiſſet ea legata,aut fideicommiſſa, ex ignorantia facti,ſed non ex iuris ignorantia,tunc concederetur ei repetitio eius, quod ita ſoluiſſet,attamen,ſi eam ſimiliter confiteretur fuiſſe teſtatoris voluntatem, non ſolum denegaretur ei repetitio eius, quod ita ſoluiſſet,ſed etiam cogeretur ſoluere,quę nondum ſoluiſſet,vt vtrumque diſputatione citata dictum eſt. Item,ſi hæredi ius erat ad detrahendam falcidiam à legatis,eamque non detraxit,vel ſciens,& prudens,vel ex iuris ignorãtia,non conceditur ei repetitio illius; quæ tamen ei concederetur, ſi ex ignorantia facti illam non detraxiſſet, vt vtrumque diſp.213. in octauo euentu, in quo locum non habet detractio falcidiæ & in quæſtione in calce eius diſputationis ſubiuncta, dictũ eſt. Cæterum hoc non ex eo vim hẽt, quod legata integra debeantur legatarijs ſine detractione falcidiæ in euentibus, in quibus ius concedit illam detrahere,ſed quia ius non concedit eam detrahere quando,vel ſcienter,vel ex iuris ignorantia, integra ſoluta ſunt. Quoniã vero hęc omnia duabus illis diſputationibus copioſe explanata ſunt, non plura hac de re hoc loco ſubiungo. Solum admonuerim, vt iuribus Caſtellæ,q.81.pro noſtra ſententia citatis,adiungatur l. 31. tit.14.part.5.quæ ex viſceribus iuris Cæſarei deſumpta eſt, & confirmat,quæ de iure Cæſareo, & Caſtellæ, ibidem dicta ſunt, nempe teſtamẽtum minus eſſe ſolemne,non impedire, quo minus naturaliter debeantur, quæ in eo diſpoſita ſunt, quamuis Cæſareo iure non concedatur ex eo teſtamento actio.

8 Quando aliquid † debetur ſub conditione pendente in futurum, quæ proinde poteſt non eſſe, quoniam id ſimpliciter non debetur ante impletam conditionem ſi verò conditio deficiat,omnino non debetur,vtique,ſi per errorem ante impletam conditionem ſoluatur,repeti poteſt tanquam per errorem ſolutum,quod adhuc erat indebitum. Ita habetur l.ſub conditione.l. ſufficiat.ff.de condict.indeb.& l.32.tit.14.par.5.dictumq; eſt diſp. 284. Lege autem ſufficit,citata,additur,ſi aliquid debeatur purè,ſed poſteà initum fuit pactum, ꝙ tale debitum non peteretur, niſi ſub certa conditione,quæ poterat non impleri, tunc, ſi per errorem ſoluatur ante eam conditionẽ impletam cõpetere ſoluenti condictionem illius,quaſi indebiti. Quando verò aliquid debetur in diem certum, quod eueniet,ſiue ſit incertus, qñ futurus ſit, vt ſi quid debeatur in diem mortis alicuius; ſiue ſit certus, quãdo futurus ſit, vt ſi quid debeatur in diem paſchatis,aut diui Ioannis proximè futurum,tũc, ſi ante aduentum eius diei ſoluatur non conceditur repetitio illius,quia verè iam tunc debetur,tametſi non tunc ſoluendum,ſed in eum diem. Idẽ propter eandem rationem eſt, ſi quid debeatur ſub conditione omnino futura, vt ſi ſol orietur, aut ſi tali die eclipſis erit. Ita habetur l.in diem l. nam ſi cum,iuncta l.ſequenti.l.ſufficit ff. de condict. indeb. & l.32.citata, dictũque eſt diſp.284. Quando autem aliquid debetur in diem incertũ, an ſit futura,vt in diem nuptiarum alicuius, quæ dies,vt eſſe poteſt,ita poteſt non eſſe,tunc eſſet debitum ſub conditione pendente in futurum, ac proinde,ſi per errorem ſolueretur ante aduentum eius diei, impletam ve eã conditionem, poſſet repeti. Ita habetur l.ſub conditione. ff. de condict. indeb. Si tamen,quod debetur ſub conditione pendente in futurum, ſolueretur ſcienter ante impletam eam conditionẽ, tunc repeti non poſſet ante impletam conditionem, quia cenſeretur cõdonatum,vt fieret ſolutio ante impletam cõditionem, & multo minus repeti poſſet impleta iam conditione. Si tamen conditio deficeret; repeti poſſet: quia per ſolam ſolutionem ante conditionem impletam, non cenſeretur condonatum, vt debitum conditionale tranſiret in purum,nihilque omnino dependens à conditione,niſi id exprimeretur, aut aliunde ſufficienter colligeretur. Vtrumque affir-

affirmat gloſ.qui ſe debere,verb. condicere. ff. de cond cau.dat.& vltimum cum Iaſ.& Ang. affirmat Greg.Lopez leg.32.citata,gloſſ.1.argumento.l.ſub conditione.ff.de ſolut.

Solum indebitum. Vi ſententiæ,quæ in rem tranſit iudicatam,quouſque repeti poſſit,aut non poſſit.

DISPVT. DLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Solutum vigore ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam,tanquam indebitum, non repetitur,neque probatio admittitur,quod fuerit indebitum.*
Fallit,niſi lata eſſet ſententia falſis allegationibus, vel probationibus.nu. 2.
Idemque ſi lata eſſet contra abſentem,vel minorem num. 3.
Item fallit in fiſco,minore,et eccleſia,quibus datur reſtitutio per noua inſtrumenta, aduerſus rem iudicatam non autem per nouos teſtes.nu 4.
5 *Sententia criminalis, quæ tranſiuit in rem iudicatam,retractari non poteſt per nouas probationes, ſed recurrendum eſt ad principem pro eius moderatione,vel reſciſſione.*
Idemque in ſententia ciuili, etiam ſi eſſent liquidiſſimæ probationes, ſed venit reſcindenda per beneficium reſtitutionis in integrum.nu.6.
7 *Iudex quibus euentibus,ſine recurſu ad principem, poteſt reſcindere ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam per beneficium reſtitutionis in integrum.*
8 *Conditio ſine cauſa quibus caſibus competat.*
9 *Solutum per ſententiam latam iuramento deciſorio, repeti poteſt, ſi legitimæ probationes poſtea in contrarium comperiantur.*
10 *Soluens ſcienter poſt ſententiam abſolutoriam, repetere non poteſt.*

QVando aliquid ſolutum fuit vi ſententiæ, quæ in rem tranſiuit iudicatam, eſto is vere
1 id non deberet,quod ita ſoluit,non † conceditur ei repetitio illius tanquam indebiti: neque admittitur probatio, quod fuerit indebitum; idque propter autoritatem iudicij,& vt litibus oſtium præcludatur,finiſque ſtatuatur,ſaltem ſententia,quæ in rem tranſit iudicatam l. 1 Cod.de condict.indeb. l.cum putarem. ff. fam.erciſcun.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.mand.& l.33. tit.14. part.5.
2 Ab hac regula excipitur,quando † ſententia lata fuit falſis allegationibus, aut falſis teſtibus, vel falſis inſtrumentis: admittitur enim probatio, quod eo modo lata ſit, & quod,innitendo eis falſis allegationibus, aut inſtrumentis, iudex eam tulerit,alioquin non eam laturus,& vtroque ſufficienter probato, nam primum ſolum non ſufficit,reſtituitur in integrum,qui ea fuit condemnatus, & ſubinde recuperat, ſi quid vi illius ſoluit, ac ſeuere puniuntur,qui in culpa fuerunt, vt id ita fieret l.diuus.ff.de re iud.l.1.& tribus ſequentibus C. ſi ex falſis inſtrum. l.33.citata.l.13.tit.22.l.1.
3 & 2.tit.26.part.3. Atque, ſi † ſententia eo modo lata fuit contra abſentem, eſt ipſo iure nulla, vt habetur l.ſi prætor.§.Marcellus.ff. de re iud. Idemque eſt,ſi lata fuit contra minorem, vt habetur l. 1.C.ſi ex falſis alleg.
4 Quamuis † intuitu, quod reperta ſint noua inſtrumenta,vnde comprobari poſſit, reum aliquẽ non fuiſſe condemnandum, regulariter concedi non poſſit reſtitutio aduerſus ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, & in conſequentiam concedi non poſſit repetitio eius, quod vi talis ſententiæ ſolutum ſit,vt, præter iura citata,habetur.l.imperatores. ff. de re iud.l. ſub prætextu. C. eod.tit.l.15.in fine titu.11.& l.19. titu.22. part. 3. quando tamen cauſa eſſet publica, ad fiſcum, aut cameram Regis,vel ad rempublicam ſpectans concedi poteſt, ac debet, vt eadem. leg. imperatores,& l 15.& 19.citatis,habetur. Idemque eſt,ſi cauſa ad minorem, aut ad Eccleſiam,pertineat,vt gl.l.imperatores,& gl.l.ſub prætextu, communiter receptæ,affirmant. Ex eo vero, quod noui teſtes reperiantur, non conceditur reſciſſio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, etiam fiſci comparatione,vt notant Greg. Lopez l.15.citata, Padilla,& alij,quos Gutier.de iur.confir.par.5.c.7.nu.5.refert,ac ſequitur.

Hæc etiam ſimiliter locum habent in criminalibus,ſi quis damnetur ſententia, quæ in rem trãſit iudicatam, quando enim damnatus non fuit per ementitas,& doloſas probationes, eſto poſtea comperiantur, vel teſtes, vel aliquid aliud, vnde probetur eius innocentia,non poteſt reſcindi ſen-
5 tentia:eſt tamen † recurrendum ad principem, ad quem in eo euentu ſpectat eam moderari,aut omnino reſcindere,vt habetur l.1.in fine, ff. de quæſtio.& l.diui fratres, verſic. ſi tamen.ff.de pœnis, vt cum Padilla, & multis alijs, ſubiungit Gutier. vbi ſup.nume.6. Qui vlterius ſubiungit,cum Padilla,& Gregor.Lopez l.4.titu.30. part.7.in hoc Caſtellæ Regno,ſi iudici, poſt ſententiam criminalem latam in aliquem, conſtet aliunde de eius innocentia, poſſe illum liberare à morte, aut ab alia pœna, moderando, aut reſcindendo ſententiam à ſe latam, idque ſine recurſu ad principem, qui id efficiat,aut concedat,iuxta l.4.citatam,quę ſtatuit, ſuperſedendum eſſe in eo euentu ab exequutione eius ſententiæ.Cæterum, vt ibi Gregor. Lopez obſeruat, ea lex lata fuit iuxta. leg. 1.§. ſi quis vltro.ff.de quæſt. & vtraque lex loquitur de eo, qui in tortura confeſſus eſt crimẽ, & ob ſuam confeſſionem eſt damnatus ad pœnam, & vtraq; lex præcipit iudici,vt,ſi ei poſtea conſtet ita damnatum innocentem eſſe, ſuperſedeat ab exequutione latæ ſententiæ, & vt reum liberet, & ſtatim, §. ſi quis vltro citato, ſubiungitur, quando id comperitur, reſcribendum eſſe principi, autoritate principis liberandum eſſe ita damnatum à pœna,reſcindendamque eſſe ſententiam,non vero autoritate iudicis qui illam tulit, etiam ſi prouinciæ præſit, atque ita intelligit Bartol.§.ſi quis vltro. Quia tamen conſuetudo optima eſt legum interpres, vtique, ſi id conſuetudine aliqua ex

parte

parte in hoc Regno eſt receptum ei conſuetudini iudico in criminalibus ſtandum: quoniam & æqua eſt, & conſentanea l. citatæ.

6 Quando † autem in ciuilibus poſt latam ſententiā, quæ in rem tranſiſſet iudicatam, apparent liquida inſtrumenta, aut teſtes omni exceptione maiores, & de quorum integritate minime eſſet dubitandum, vnde aperte conſtaret, quod iudicatum eſt, omnino non deberi, longeque aliter fuiſſe iudicandum, tunc, eſto ſententia mandata eſſet exequutioni, ad damnandum ipſum, hæredeſve illius, expectat, recurrere ad principem, & petere, vt rem faciat examinari, ad eumque ſpectabit, attenta qualitate rei, & perſpicuitate probationum, concedere, vt ad iudicium iterum res deducatur, & vt, ſi certo certius conſtiterit, rem non deberi, aliterque fuiſſe iudicandum, ſi ea tunc in promptu fuiſſent, nullaque adfuit malitia, aut negligentia partis damnatæ, in his congruo tempore offerendis, ſententia reſcindatur per beneficium reſtitutionis in integrum.

In ſequentibus vero euentibus dicunt multi, iudicem ipſum, ſine recurſu ad principem, poſſe cōcedere reſciſionem ſententiæ per beneficium reſtitutionis in integrum. Primus † ſi euidenter con-
7 ſtet malitia, & ſcientia victoris effectum eſſe, vt ea inſtrumenta aut teſtes, quę poſtea comparuerunt, non comparerent, eiſque condemnatus non veteretur. Atque in hoc euentu intellecta gloſſa, quæ id aſſerit l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus ff. manda. eam approbat Gutier. vbi ſupra nu. 7. & cum Alexandro affirmat eam eſſe magis communem doctorum ſententiam.

Secundus, quando victus petiuit, vt tēpus ſibi daretur ad probationes adducendas, qui teſtes erant captiui, aut habebat alibi inſtrumenta, aut teſtes tunc cōpotes ſui non erant, neque penes ipſum tunc erat adducere cōpetētes probationes, neque id illi fuit conceſſum, ſed damnatus fuit: tunc enim, ſi poſtea copiam habeat eiuſmodi probationum, quæ perſpicuæ omninò ſint omneque omnino tollant dubium, concedi illi debet reſciſio ſententiæ per reſtitutionem in integrum, & repetitio eius, quod vi talis ſentētiæ indebite ſoluit. Ita cum Innoc. Bart. & Panor. Gregor. Lopez l. 33. tit. 14. part. 5. ver. *razonadores*. Immo verò idem Greg. Lopez ibidē verb. *alegaciones*, & communis ſententia, quā Gutier. vbi ſup. nu. 8. refert, ac ſequitur, affirmant, eſto condēnatus, ſiue reus ſit, ſiue actor, nihil tale petierit, modo tempore litis non fuerit in culpa, aut negligentia quærendi, ac offerendi perſpicuas probationes, quæ tunc nō occurrebant, ſi tñ poſtea appareant, reſcindēdam eſſe ſententiam: atque ita refert ex Padilla factum fuiſſe in quadam cauſa ciuium Segouienſiū. Hoc idem dicendum aſſerit, quando debitum, ab aliquo ſemel ſolutum, iterum ab eodē exigeretur, & propterea quod non reperiret, nec offerret inſtrumentum ſolutionis, damnatus eſſet illud iterum ſoluere: ſi enim poſtea inſtrumentum appareat, illudque offerat, ea facti euidentia, reſcinditur ſententia per reſtitutionem in integrum, & repetitur debitum, quod iterum vi ſententiæ, quæ in falſa præſumptione fundabatur, fuit ſolutum.

8 Hoc verò vltimum † exemplū, & pleraq; alia, reduci poſſunt ad condictionē dati ſine cauſa, eò quod cauſa, ex qua datum fuit, redacta ſit ad non cauſam ex eo, quod poſtea euenit, aut depræhenſum fuit, iuxta id, quod habetur l. ſi fullo. ff. de cond. ſine cauſa. l. in cōmodato. §. vlt. & l. rem mihi. ff. cōmod. Vt enim his iuribus habetur, & affirmant Bart. & alij, quos referunt, ac ſequūtur Gregor. Lopez l. 33. citata glo. 1. & Aluar. Valaſ. conſult. 56. num. vlt. ſi fulloni tradātur veſtes abluendæ, &, quod diſparuerint, damnetur ſoluere valorem earum, ſi poſtea compareant, deueniantque ſaluæ omnino in poteſtatem domini, qui eas abluendas tradidit, conceditur fulloni cōdictio pretij earum, ſoluti illarum dño, condictionem ſine cauſa: quia, licet ex cauſa vi ſnīæ pretium ſoluerit; cauſa tñ illa, reſtitutis veſtibus proprio dño, redit in non cauſam, quippe cum reſtitutione veſtium abolita fuerit: vnde non agitur in re propoſita ad reſciſionem ſententiæ, quæ merito, ac iuſte, lata fuit, ſed agitur ad condictionem valoris illarum veſtium, qui iam tunc retinetur ſine iuſta cauſa, quę ante erat, aut tempore ſententiæ præſumebatur, eique innitendo ſententia lata fuit. Hac ratione, cum ex oblatione inſtrumenti ſolutionis conſtet, non ſubeſſe cauſam, cui nitebatur ſententia, quia vere non erat iam debitum, quod credebatur deberi ex contractu, eo quod reſolutus eſſet ſolutione; ſane, nihil impediente ſententia, quæ non impugnatur, neque reſcindi petitur, conducitur ſolutum, tanquam vere ſine cauſa ſolutum. Eadem ratione vult Aluar. Valaſ. vbi ſupra, cum quidam ſolum accepiſſet centum mutuo, & inſtrumento publico confeſſus eſſet creditori accepiſſe centum, & viginti, vique inſtrumenti damnatus eſſet ſoluere centum, & viginti, poſteaque ſufficienter probaretur, viginti, quę ſupra centum ſoluit, ſoluiſſe tanq̃ vſuras reliquorum centum, quæ mutuo acceperat, poſſe, nihil impediēte ſententia, repetere illa viginti, tanq̃ ſoluta ſine cauſa, ac titulo: ſicut, qui iureiurando ſe aſtringit ſoluere eaſdem vſuras, poteſt, poſt illas ſolutas, ac impletum iuramentum, illas repetere, ſeu conducere, tanq̃ ſolutas ſine cauſa, hoc eſt, ſine iuſto titulo. Cęterum, quę hac tota diſputatione dicta ſunt, latius proſequi, ad quintum ſpectat tractatum.

9 Quando † iudicium terminatum fuiſſet iuramento deciſorio, delato in defectum probationū alterius cōtendentiū, tunc eo ipſo, qđ poſtea legitimæ, ac perſpicuæ probationes comperirentur in contrarium, concederetur repetitio: quoniam legitimę probationes poſtea repertæ, maiorem vim habent aduerſus iuramentum illud falſum, iudiciumque eo terminatum, quam aduerſus ſententiam legitime alioquin latā, quæ in rem tranſiret iudicatam. Ita hr l. admonendi in prin. ff. de iureiur. l. 15. & l. 25. tit. 11. & l. 13. in fine, tit. 22. par. 5. Memento tamen in Luſitania, quoniā nō quæcunque probationes faciunt fidem in iudicio circa contractus, & diſtractus, vt diſp. 260. dictum eſt, ad reſcindendū iudicium iuio deciſorio in eo Regno terminatum, non ſufficere quaſcunque alias proba-

probationes poſtea repertas, ſed neceſſaria eſſe, quæ in eo Regno, iuxta dicta eadem diſp.260. legitimæ habentur.

10 Quando † aliquis verè erat debitor alicuius debiti, eſto à iudice per ſententiam abſoluatur, ſi poſt eam latam illud ſoluat, non poteſt illud repetere: quia obſtat ei exceptio, quod nihilominus naturaliter illud debeat. Et quidem, ſi ſciens, & prudens, ſe eſſe abſolutum, illud ſoluat, præſumitur ſoluere tanquam debitum nihilominus naturaliter, aut certè velle illud condonare. Quod autem id non repetat, habetur l. iudex l. Iulianus vnus debitorem. ff. de condict. indeb. l.33. tit.14. part. 5. & l.16. in fine titu.11. part.3.

Expenduntur nõnulli euentus, num in illis locum habeat condictio indebiti. Et quouſque res indebita, & fructus illius, ſint reſtituendi.

DISPVTAT. DLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Condictio indebiti quibus in caſibus locum non habeat, & num. ſeq.*
2 *Alimenta præſtita pietatis intuitu quando repeti poßint.*
3 *Poſſeſſor bonæ fidei hæreditatis alicuius, ſoluens creditoribus defuncti, quando repetere poſſit.*
4 *Indebitum accipiens quando teneatur rem reſtituere cũ fructibus perceptis, & qui percipi poſſent.*
5 *Debitum quid cenſeatur, quando aliquid alternatiue, vel diſiunctiue debetur.*
6 *Debitor ad aliquid faciendum, ſi id fecit, quod poſtea cognouit ſe non teneri, repetere poterit æſtimationem eius, quod fecit.*
7 *Hæres putatiuus ſoluens debita defuncti ex ipſius hæreditate, quando illa repetere poſſit.*
8 *Condictioni indebiti, & ſine cauſa, & oĩ legũ auxilio renunciãs, an poſſit repetere indebite ſolutũ. Et quid ſi renunciauit cum iuramento nu.9.*

EXpendendi ſuperſunt nonnulli euẽtus, num in illis locũ habeat condictio indebiti. Quan
1 do † aliquid datũ eſt in dotem alicui mulieri, aut ad nuptias alicui viro, ob cauſam aliquã creditã, nec tñ exiſtentem, vt quia credebatur conſanguineus, aut conſanguinea, cum tñ non eſſet, aut ob aliam ſimilem cauſam creditam, nec exiſtentem, iura ſtatuunt, eſto dans poſtea comperiat cauſam illam non extitiſſe, vt ipſe credebat, non poſſe id repetere, q̃m, inquiunt, datum id fuit in piam cauſam, &, eſto cauſa motiua, ob quam datum eſt, vt quia credebatur cõſanguinea, non extiterit, extitit tñ pia ipſa cauſa, in quam datum eſt, nempe, eam, cui datũ eſt, copulatam fuiſſe matrimonio ea largitione, quod piũ eſt. Ita habetur l. cũ is. §. penult. ff. de condict. indeb. & l.53. tit.14. part. 5. Poſſumus autem id corroborare, quoniam datum eſt id in cauſam oneroſam comparatione alterius coniugis, à quo auferri non poteſt, neque ab ipſius filijs genitis ex eo matrimonio, quando ipſe conſcius non erat, datum moueri ex illa cauſa ad id conferendum in id matrimonium, nec cauſam eſſe veram. Etenim hic ſub nulla conditione tacita cenſetur id accipere, ſed ſimpliciter, & abſolute, neque, ſi dans exprimeret illam conditionem, eam acceptaret hic alter coniux: quare comparatione huius, in ordine ad quem datio illa non eſt gratuita, ſed oneroſa, non eſt curandum ex quali cauſa motiua id datum ſit, ſed is, qui dedit, proſpicere ſibi debuit, an cauſa, vnde ad ita dandum ducebatur, vera eſſet, an non. Sicut enim, ſi is idem ex eadem cauſa motiua pecuniam daret ad emendum aliquid eidem mulieri, venditor rei illius pro ea pecunia, reſtituere non tenetur pecuniam illam danti, eſto poſtea conſtaret cauſam, ex qua motus fuit ad eam dandum, falſam fuiſſe: ita res habet in propoſito. Quamuis autem hoc ita ſit, arbitror tamen, ſi agamus de muliere, cui id datum eſſet in dotem, & quæ poſtea vidua maneret, præſertim ſine liberis ex eo matrimonio, iura illa fundari in præſumptione, quod dans in eam piam cauſam dotis, ac matrimonij, non habuerit quaſi habitualem animum, quod, ſi illa alia cauſa, vnde ad id dandum fuit motus, vera non eſſet, datio eſſet nulla, ſed valida nihilominus maneret, eſto forſan ſi ante dationem agnoſceret cauſam motiuam falſam eſſe, non id daret: præſertim quoniam iura, in re dubia, propendent in fauorem cauſæ piæ, ac matrimonij. Sic diſputatione 209. diximus, multa alia iura, quæ ibi citauimus, quæque definiunt, quaſdam diſpoſitiones vltimas factas ſimiliter ob cauſam, non ſubſiſtente, validas eſſe, fundari in præſumptione. In foro autem conſcientiæ, ſicut ibidem diximus, illa iudicanda eſſe iuxta regulas ibi, & ſequenti diſputatione traditas; quin & in foro exteriori, quando apertis coniecturis conſtaret contrarium illius, quod ciuile ius præſumit: ita dicendum proculdubio eſt in re propoſita, res enim hæc tota in conſcientia, & in exteriori foro, admetienda eſt ad doctrinam duabus illis diſputationibus traditam, tametſi in dubio propendendum, ac iudicandum ſit iuxta præſumptionem iuris ciuilis. Quid enim, ſi aliquis mentitus fuiſſet ſe eſſe filium alicuius, qui longo tempore abſens fuiſſet à patris domo, illo mendacio, ac dolo, obtinuiſſet ab eo ita decepto, vt eum tanquam filium alicui diuiti, ac nobili fœminæ matrimonio copularet, donando ei ad eas nuptias multa aureorum millia; nunquid, ſi poſtea fraus detegeretur, cauſamque illam motiuam, ad id donandum, omnino falſam eſſe, non eriperentur ea multa aureorum millia de poteſtate illius, etiã in foro exteriori, nihil impediente iactura, & detrimento vxoris illius, ac filiorum ex eo matrimonio ſuſceptorum, quæ omnia dolo, & culpa illius viri obueniſſent, iſque ea de cauſa eſſet acriter puniendus? Profecto id ita fieret. Iura verò citata, ſolum ſunt intelligenda, quando aliquis ſeipſum decepiſſet cauſa aliqua motiua, quam veram crederet, non verò quando dolo, &

lo,& fraude eius,qui id matrimonium accepiſſet eſſet deceptus. Intelligenda itẽ ſunt, qñ non ſunt apertæ cõiecturæ, ēt poſita cauſa pia matrimonij dantem in ea quaſi habituali diſpoſitione fuiſſe, qñ id donauit, vt vellet, donationem eſſe nullam, ſi cauſa motiua falſa eſſet. Ac ſane, ſi aliud voluiſſet Iulianus, cuius eſt l.cum is citata, non eſſet ſtã dũ eius ſniæ. Satis verò nouit, ſe ſolum loqui ex præſumptiõe, quando non adſunt circumſtantiæ, quæ contrarium doceant, ex ratione, quam reddidit, quia, ſ. ſublata falſa opinione, relinquitur pietatis cauſa, ex qua ſolutio repeti non poteſt. Quo loco obſerua, rem hanc, non tam pertinere ad condictionem indebiti, quam ad condictionem dati ob cauſam, cauſa non ſubſiſtente.

Diſpu.554, dictum eſt, qñ alicui alimenta prębentur gratis intuitu Dei, ac pietatis, repeti non
2 † poſſe poſtea actione negotiorum geſtorũ eorũ æſtimationem. Lege patrem. C.de nupt. hr, ſi pater filiam ſuã expoſuit, & alius eam educauit, alimentaq; ei ex pietate præbuit, velitq; poſtea matrimonio eam copulare cũ filio ſuo & pater puellæ renuat, poſſe ab eo expoſcere æſtimationem alimentorum, quæ ei filiæ præbuit. Lex 35.ti.14. part.5. hoc idem ſtatuit, nulla facta mentione, ſi ſit à patre ſuo expoſita. Item hoc ſtatuit, ſiue ipſe qui eam nutriuit, velit eam ducere vxorem, ſiue copulare eam velit cum aliquo ſuorum filiorũ, Item ſtatuit, vt, ſi pater puellæ, ſiue puella ipſa, renuat, poſſit nutritor ab eo, qui renuerit exigere æſtimationẽ eorum alimentorum. Greg. Lop. ibidem excipit, niſi nutritor velit eam ducere vxorẽ & diſpar admodum ætate ſit cũ illa, ita vt id matrimonium minime puellæ expediat; nam tũc illa, renuendo, aut pater illius, non inciderent in eã pœnam ob ingratitudinem. Diſpoſitio verò hæc non plus extendenda, neq; plus habet locũ, quam fuerit iure definitum. Et fortaſſe ea lex non eſt æqua, reuocariq; deberet: tum ob matrimonij libertatem: tum etiam quia nulla eſt culpa, quod ea mulier non velit in maritum nutritorem, aut eius filium, ac proinde non iuſte poteſt puniri, vt ipſa, aut pater illius, ſoluat, quod eius alimentis, Dei, ac pietatis intuitu, fuerat ſemel condonatum, & quod reuera non debebat.

3 Si poſſeſſor † bonæ fidei hæreditatis alicuius, quia credidit ad ſe delatam teſtamento, aut ad ſe pertinere ab inteſtato, cum tamen alius eſſet legitimus hæres, interim dum bona fide eam poſſidebat, ſoluit debita aliqua creditoribus defuncti, diſtinguẽdum eſt. Quoniam, vel illa ſoluit de ſuo, nomine hæreditatis, ac loco defuncti, quod pręſumendum eſt in dubio, vt Bar. & alij, quos Greg. Lopez. l.36. citanda refert, ac ſequitur, affirmant, tametſi Iaſon refragetur; vel illa ſoluit nomine proprio tanquam hęres defuncti, ad quem proinde ſpectabat ea ſoluere. Si ſoluit nomine hæreditatis, & loco defuncti, & nõ ſuo nomine, tunc nõ poteſt id repetere a creditoribus, quibus illud ſoluit, liberque eo ipſo manet legitimus ſucceſſor in hæreditate ab eo debito. Cœterum retinere poterit de hæreditate, quantum nomine, & loco illius de ſuo ſoluit; aut repetere illud poteſt à legitimo ſucceſſore actione negotiorum geſtorum, iuxta l.qui vtiliter.ff.de neg.geſt. Hæc habentur l.de hæreditate. C.de petit.hæred.& l.36.tit. 14. par. 5. Si verò ea ſoluit nomine ſuo proprio, tanquam hæres, tunc, quia ipſe, cum verè non eſſet hæres, ea non debebat, ſed errore ductus illa ſoluit creditoribus defuncti, repetere ea poteſt condictione indebiti à creditoribus, quibus ea ſoluerat, vel etiam à legitimo ſucceſſore actione negotiorum geſtorum: quia verè illa ea debebat ratione hæreditatis. Hæc habentur l.ſi pœna.§.1. iuncta gl. ibi.ff.de condict.indeb.l.quæ a patre.C.eod.titu. l.ſi quid poſſeſſor in princ.ff.de pet.hæred.l.cum quis.§.de peculio in fine.ff.de ſolut.& l.36.citata ſuntque communiter recepta.

4 Quando † aliquid repetitur condictione indebiti, tunc, ſi is, qui id accepit, fuit ſemper bonæ fidei poſſeſſor, tenetur illud reddere cũ omnibus fructibus ex eo perceptis, deductis expenſis, etiã cum partibus ancillarum, ſi ancillæ repetantur. Quod ſi res aut fructus, non extant, tenetur, qui id accepit, ſolum reddere quantum ex re, & fructibus factus eſt locupletior; eaq; ratione; ſi rem, aut fructus, conſumpſit, ſolum tenetur reddere, ſi quid minus ea de cauſa de alijs ſuis bonis cõſumpſit: eadem rõne, ſi rem, aut fructus, vendidit, tenetur reddere pretium. Non tñ arbitror teneri reddere rem venditam, ēt ſi exiſtat, neque, qui illam repetit, poterit eã vendicare ab emptore, aut ab vltimo poſſeſſore: qm qui illam bona fide poſſedit, ac vendidit, teneretur de euictione, atq; ita reportaret damnum ſine vlla ſua culpa: vnde iura, præſertim.l.37.citanda, diſponunt eum à quo res condicitur, teneri reddere pretium, illam repetenti, non tñ concedunt rei illius vendicationẽ ab emptore. Ita hr l.idem eſt, in fine l.indebiti in prin.l.in ſumma.§.ei qui, & §.ſequenti.ff. de cõdict.indeb.& l.37.ti.14.par.5. Quando autẽ, qui indebitum accepit, mala fide illud accepit, ſciens id ſibi non deberi, aut, eſto bona fide a principio illud acceperit, poſtea tamen mala fide illud conſumpſit, vendidit, aut aliter diſtraxit, tenetur illud reſtituere, etiam cum fructibus, quos, poſtquam poſſeſſor fuit malæ fidei, commodè potuit ex illo percipere, & ſua negligẽtia non percepit, poteſtque, qui illud repetit, id vendicare de poteſtate cuiuſcunque, apud quem fuerit repertũ, cui venditor tenebitur de euictione. Et denique tenebitur, ad quæcunque teneretur, qui furto rem illam accepiſset, pręterquam ad pœnam. Licet.n. hic non ſit fur, niſi ſe finxerit creditorem, vt cum Bart. notat additio ad glo. vlt.l.indebiti in princ. ff.de condict.indebiti; furi tamen, quo ad reſtitutionem rei, & fructuum, etiam ſi inde non ſit factus locupletior, æquiparatur: quoniam id commune eſt furi cum quocunq; alio malæ fidei poſſeſſore. Hæc ex ſe ſatis ſunt perſpicua, &, præter gloſsam citatam partim habentur, & partim colliguntur, ex l.in ſumma.§.ſed ſi ſeruum. ff.de cõdict.indeb.& ex l.37.citata.

Lege in ſumma.§.ſed ſi ſeruum. ff.de condict. indeb.& l.38.tit.14.par.5. iuxta eam, ſtatuitur, ſi quis ſoluiſſet alteri ſeruum ei omnino indebitum,

cum quem proinde ſoluens repetere poſſet, ſi,qui illum accepit,eum manumiſit, manumiſſioné va lidam eſſe. Si tñ mala fide fuit facta manumiſſio, teneri manumittentem ad valorem mancipij : ſi verò fuit facta bona fide,ad nihil aliud teneri,quã ad cedendum ei,cuius erat tale mancipium, ius to tũ patroni , quod ratione manumiſſionis in illud comparauit. Sanè mihi vr̃ iniqua eiuſmodi diſpo ſitio,quatenus habet,quod ſit valida manumiſſio, ſiue bona , ſiue mala fide tali mancipio alieno facta,cuius dñium verè manſit apud ſoluentem. Ac bitrorq; curandum non eſſe de diſpoſitione illa, placitove Pauli iuriſconſulti, cuius eſt. §. ille,qui manifeſtè errauit, contrarium definiens,ac habet natura ipſa rei,ac naturale ius. Pluſquè hac in par te ſtandũ eſt Theologorum iudicio,quam ethnici illius philoſophi moralis,nulla prorſus reddita ratione ſuæ illius ſiniſtræ definitionis.

Vt ſequens difficultas facilius explanetur, explicandum prius eſt,qñ aliqua alternatiuè(vt iuriſperiti vocant) vel diſiunctiue, vt dialectici,philoſophi,ac theologi appellant,debentur,quid debitum cenſeatur, quidve ſub ea obligatione cadat. Vt,ſi legatus ſit alicui Stichus,aut Pamphilus,vel legata ſunt ei Pamphilus,aut centum, vel ex contractu debeantur alicui equus, aut octoginta, vel ſimilia alia ſub diſiunctione,quid debeatur,ac cadat ſub eiuſmodi debitis,ac obligationibus. Item explicandum eſt, quando aliquid debetur in genere (vt iuriſperiti appellant) aut in ſpecie, ſed indeterminatum in indiuiduo,vt theologi vocãt, quid ſub eiuſmodi debito,& obligatione cadat. Vt,quando debeatur equus indefinite,indeterminatusve in indiuiduo,aut deberentur tot menſuræ tritici,olei, aut vini, quid in eiuſmodi debitis, ac obligationibus cadat.

Quod ad primum horum attinet, longa diſputatione texit, inter alios, Laſſarte de decim.vend. c.7.à nu.9. Prætermiſſis vero alijs opinionibus,& inter eas Laſſarte opinionem,quam minime probo, dicendum eſt,deberi,cadereve ſub illa obligatione vtrumque illorum,attamen ſub diſiunctione, quod eſt particula diminuens, quia non cadit ſub ea obligatione vtrumque copulatiue, ac ſimpliciter,ſed vtrumuis,ſeu vtrumque,cum hoc addito diminuente, diſiunctiue, ſeu alternatiue, vt iuriſperiti vocant,exiſtente electione, vel in debitorem, quod illorum velit ſoluere, vel in creditore,quod velit exigere,prout electio alteri fui tconceſſa,aut commiſſa. Qñ autem nihil dictum fuit, vnde colligatur,cui electio ſit commiſſa, pertinet ad debitorem: qm̃,cum vtrumuis, ſeu vtrumque ſub diſiunctione debeat,ſoluendo alterũ, quod ipſe elegerit,ſatisfecit, iuxta ſermonis proprietatem ac rigorem,debito,ac proinde liberatur ab obligatione. Quando autem electio eſt conceſſa creditori,tunc debitor non ſatisfacit debito, niſi ſoluẽdo, quod creditor elegerit, aut permiſerit. Cæterum , ſoluendo vnum, quod creditor elegerit, liberatur ab obligatione illa alternatiua,quæ vtrumque ſub diſiunctionem,ad electionem creditoris, comprehendebat. Porrò in eiuſmodi debitis,ac obligationibus alternatiuis, quod ita alternatiuè debetur, purè,& abſolutè,& non ſub conditione, debetur; tametſi electio , quod eorum futurum ſit, vt ſatis fiat debito,ac debitor ab obligatione liberetur, interdum pertineat ad debitorem,& interdũ ad creditorem,vt explanatum eſt. Quia verò in eiuſmodi obligationibus,non vnum duntaxat, ſeu determinatè,illius diſiuncti debetur, ſed vtrumque,attamen ſub diſiunctione, ad electionem creditoris, aut debitoris,modo explicato,ꝙ eſt diſiunctũ deberi,ſeu vtramq; partem ſub diſiunctione,meritò quædam iura affirmant,deberi vtrũq;, intelligũt tñ,ſub diſiunctione:quod non eſt eſſe duas obligationes diuerſorum obiectorum,ſed vnam dũtaxat diſiuncti illius, ſeu partis vtriuſq; ſub diſiunctione . Quia etiam non vtrumq; debetur copulatiue ac proinde ſimpliciter non debetur vtrunque, ſed ſolum cum addito diminuente, nempè,ſub diſiunctione, ideò ẽt quædam alia iura meritò negãt, deberi vtrumque,affirmantq; deberi alterum tm̃: cæterum intelligunt,indeterminate,quòd eſt deberi vtrumuis,ſeu vtrumque ſub diſiũctione. Atq; ita facile conciliantur iura, quę alioquin videntur inter ſe contraria. Hæc ex proprietate ipſa, rigoreq; ſermonis,dicta ſunt,deprompta ex principijs,viſceribuſq; dialecticæ : quæ cum iuriſperiti minime calleant, mirandum non eſt , ſi in media luce cæcutiant,atque in varias,peregrinas,minimeque veras, opiniones declinent, errentq; vlterius in definitionibus,quæ ex his principijs pendent.

Quod verò ad ſecundum attinet, in vera dialectica propoſitio indefinita,debitum,ſeu obligatio rei indefinitæ,hoc eſt,rei in ſpecie, indeterminatæ in indiuiduo,ſeu rei in genere,vt iuriſperiti vocãt, æquipollet alternatiuæ,ſeu propoſitioni de diſiuncto extremo, continente ſub diſiunctione indiuidua omnia,non ſolum præſentia, ſed etiam futura,ac poſſibilia,illius ſpeciei,modo talia ſint,vt vnoquoque eorum ſatis fieri poſſit debito,ſeu obligationi illi,virtute alternatiuæ. Quod dico, quoniam quando debetur aliquid indefinite, nó ſatis fit debito, etiam ſi optio ſit penes debitorem ipſum,ſoluendo abiectum, ac vile illius ſpeciei, ſed ſoluendum eſt ſaltem mediocre , niſi aliud ſit deductum in pactum. Qñ item mutuo datum eſt triticum,vinum,aut aliud ſimile,quod in pődere,numero,aut menſura conſiſtit, licet ſatisfiat debito, reddendo tantundem eiuſdem ſpeciei, debet tamen eſſe æqualis bonitatis cum re mutuo data,alioquin non ſatis fit debito. Obligatio itaque ſoluendi equum indefinite, ouem , aut tot menſuras tritici, ſiue illa ortum habeat ex legato, ſiue ex contractu, aut aliunde, æquipollet huic alternatiuæ, ſeu de extremo diſiuncto, ſolues, vel hunc equum, vel illum,vel quemcunque alium , de numero eorum, qui ſub ſpecie equi ſunt poſſibiles, modò illud ſit ſaltem mediocre, idemq; eſt de obligatione ſoluendi ouem indefinite,aut tot menſuras tritici. Quod ſit, vt in obligatione ſoluendi indefinite rem alicuius ſpeciei, cadant omnia indiuidua illius ſpeciei,quę nó vilia,& abiecta ſint, ſub diſiunctione tamen,modo explicato, vt rectè affirmant Anto.Gom.2.tom.var.reſ.c.11.nu.49. & Carolus Molinæus à Laſſarte citatas; falſeque ſint

ſint cęteræ opiniones, quas Ant. Gom. & Laſſarte vbi ſupra referunt, & inter eas falſa oīno ſit cōis opinio cum Bar. quam Laſſarte amplectitur, nempe, quod ſolum ſub ea obligatione cadat indiuiduum, quod fuerit ſolutum, & quo debitor liberatus poſtea fuerit à debito, qua ſi facta ſolutione, iuris fictione; retrotrahatur ita eſſe cōtractū, quaſi illud ſolum fuerit in obligatione. Neque ſanè hæc opinio colligitur ex l. cum incertus. ff de leg. 1. vbi Papinianus, ex Neratio, ſic ait *Cum incertus homo legatus tibi eſſet, hæres Stichum ſeruo ſuo tradidit. Neratius reſpondit, ſi volūtate domini tradiderit, vel ratum hoc dominus habuerit, perinde eum liberatum, atque ſi Stichus legatus eſſet.* Hæc ille. Ex quibus verbis non colligitur, ſolum Stichum ſolutum, fuiſſe in obligatione, ſubſequuta ſolutione illius, quam acceptet legatarius; ſed ſolum, perinde hæredem liberari ab obligatione, qua legatario tenebatur, at ſi Stichus ſolus fuiſſet legatus, ac proinde perinde liberari, ac ſi ſolus Stichus fuiſſet in obligatione: immò verò inde potius colligitur contrarium nempè, quod quemadmodum non ſolus Stichus fuit legatus, ſed ipſe ſub diſiunctione cum cæteris mancipij, quæ ſolui indifferenter ab hęrede poterant, ita non ſolum illum fuiſſe in ea obligatione, ſed illum cum cæteris ſub diſiūctione: eo tamen ipſo, quod ſolutus ille fuit in particulari, & acceptatus à legatario, ſaltem tanquam mediocris inter mancipia, perinde hæres liberatus fuit à legato, & obligatione illa mancipij indefinitè, ac ſi nō eſſet obligatio indefinita, ſed Stichi indeterminatè, quod veriſſimum eſt.

Ex dictis facilè intelliges, qn̄ diſiunctū erat in obligatione, ac debito, vel aliquid indefinitè, ſoluendo aliquid illius diſiuncti, aut aliquid illorum indefinitorū, nō ſolui vnū pro alio, quaſi, ꝙ ſoluit non cōtineretur in obligatione, ſed ſolui contentū ſub obligatione, ac proinde ceſſare longam diſput. Laſſarte vbi ſupra, an ex tali ſolutione debeatur alcauala in Caſtella, aut ſyſa in Luſitania. Cū.n. nō ſoluatur diuerſum quid ab eo, quod continebatur in obligatione, ac debito, ſed ſolum obligatio, ac debitum diſſoluantur ſolutione eius, quod debebatur, vtiq; ex ea ſolutione non debetur tributum illud, vt ipſemet Laſſarte rectè affirmat; tametſi in obligatione non conſentiat nobiſcum.

Illud ēt cū Ant. Gom. vbi ſupra obſerua. Quāuis, ſi pereant partes oēs diſiuncti ſine culpa debitoris, vt Stichus & Pamphilus, debitor liber omnino manet a debito; quia totum, quod ſub ea obligatione continebatur, perij, neque ad aliud debitor tenebatur, quia tn̄ perire nequeunt indiuidua omnia poſſibilia ſub aliqua ſpecie, eo quod ad diuinam prouidentiam ſpectet, ſic orbē diſpoſuiſſe, & conſeruare, vt nulla ſpecies omnino periret, inde efficitur, quòd iuriſperiti rectè dicant, genus non perire, nunquamq; deſtructione indiuiduorum, quemquam ab obligatione generis, reive indeterminatæ in indiuiduo, liberari.

His ita conſtitutis, quando aliquis erat debitor diſiunctione, vt Stichi, aut Pamphili, vel Stichi aut octoginta, ita quod electio erat apud debitorem, quam earum vellet ſoluere, ſi per errorē ſoluat vtrumque, tunc, ſi vtraq; ſuperſtes ſit, cōdicere pōt tanq̄ indebitū, q̄ ex illis maluerit, ita ꝙ, ſicut electio erat apud ipſum, q̄ ea earum mallet ſoluere, ita electio ſit apud eundem, quā velit repetere: qm̄ reuera illam, q̄ repetere maluerit, ſoluit vltra id, qd̄ tenebatur, ac proinde illā cōdicere poterit, tanquā indebitā. Ita aduerſus Vlpianum, Marcellum, & Celſum, qui electionē poſt ſolutionem tribuebant creditori, definit Iuſtinianus cum Papiniano, & Iuliano. l. ſi quis ſeruum. C. de condict. indeb. accommodatè ſanè ad ipſam rei naturam.

Iulianus l. cum is in prin. ff. de cond indeb. ait, Si quis debeat res duas ſub diſiunctione, modo explicato, & per errorē, credēs ſe vtráq; copulatiue debere, ſoluāt vtraque, tunc, ſiue vtraque perierit, ſiue altera, nihil poſſe repetere: quia ea, quæ remanet, manet in ſolutū. Idem hr̄ l. 39. tit. 14. part. 5. Hæc tamē definitio dubia mihi valde eſt. Imò verò arbitror, non attingere id, quod ipſa natura rei habet, ſed potius contrarium ortūmq; habuiſſe ex illa alia falſa opinione, quòd poſtquam vtraque res per errorem eſt ſoluta, optio ſit penes creditorem, quam earum retinere velit in ſolutum, cuius cōtrarium cum Papiniano, & eodem Iuliano, definiuit poſteà Iuſtinianus. l. ſi quis ſeruū. C. de cōdict. indeb. Ducor, qm̄, qui vtramque rem ſoluit, certè vltra id, quod debebat, ſoluit, q̄ ipſe ex duab. illis voluerit repetere, cum optio ſit ipſius, tū ante ſolutionem, quam earū velit ſoluere, tum ēt poſt ſolutionem, quam earū velit repetere Iuſtinianus cum Papiniano, accomodatè ad ipſam rei naturā definiuit: cum ergo creditor fruitus fuerit altera re, quæ perijt, toto tempore, quo illa extitit, eamque verè acceperit in ſolutum; conſequens profectò eſt, vt debitor, non ſolùm repetere poſſit alteram, quæ ſuperſtes eſt, ſed etiā poſſit repetere fructus eius, ſeu valorem vſus illius; vt, ſi eſt mancipium, verbi gratia, aut iuramentum, poſſit repetere valorem vſus illius, toto tempore, quo creditor eſt illo fruitus. Ac ſanè ſtando in opinione illa falſa Iuliani, quòd creditor retineri poſſit in ſolutū rem, quæ ſuperſtes eſt, dubitandum nō eſt, teneri reſtituere ſaltem fructus oēs, & emolumenta, quæ percipit ex re illa quæ periuit: qm̄ re altera, q̄ ſuperſtes eſt, ſatisfactum ei eſt totum, qd̄ ei debebatur. Certè quando creditor mala fidei accepit ſolutionem rei vtriuſque ſciens alteram tantum, quam debitor eligeret, ſibi deberi atque re vtraq; eſt fruitus, quouſque altera earum periuit, dubitandum nullo modo eſt debitorem poſſe repetere eam, quæ remanet: nam præterquam quod eā vltra id, quod debebat, ſoluit, ex quo capite etiam ſi creditor bona fide vtramque accepiſſet, repetere debitor illam poterat tanquam indebitè ſolutam, vt dictum eſt; nulla ſanè æquitas patitur, vt poſſeſſor ille malæ fidei re vtraque fruatur, & tandem poſſideat in ſolutum eam, quæ non perijt, lucrumque tandem ex ſua mala fide reportet, cum tanta iactura debitoris, ex ignorantia veramque rem ſoluentis, cum alteram tantum, quam ipſe mallet, teneretur ſoluere. Quare, tum in conſcientiæ, tum etiam in exteriori foro, arbitror ſtandum non eſſe definitioni illi Iuliani, lege cum quis,

in prin.ff.de cond.indeb & l.39.citata,quæ iuxta illam aliam legem lata eſt. Etenim iura hæc non intendunt tradere ius poſitiuum,contra id, quod natura ipſa rei habet,neque, ſi id intenderent, eſſent leges iuſtæ,ſed ſolũ definire intendunt, quid rei natura habeat:in quo planè explanando,vtraque lex errauit,vt ex dictis perſpicuè conſtat.

Idem Iulianus l.cũ is,citata. §. vlt. meritò, ad ipſamq; rei naturam accommodatè,definit,ſi is, qui debitor erat rei indefinitè,aut duarum rerum ſub diſiũctione,per errorem ſoluit certum indiuiduum determinatè, aut alteram partem diſiuncti determinatè, arbitratus ſe ad id ſolũ teneri, poſſe rem illam repetere, tanquã minimè in particulari debitã & ſoluere alterã diſiuncti partem, aut indiuiduum aliud mediocre eiuſdẽ ſpeciei, ad qđ ſolum, pro ſua optione, tenebatur, vt ex natura obligationis alternatiuæ,ac indefinitæ conſtat,recteq; affirmat Laſſarte.c.7.citato.n.26. Si tamen qui ſciens, & prudens non teneri ad id determinatè,ꝙ ſoluit,illud ſoluat,tunc poſtea non poterit repetere ꝙ ſoluit,& offerre aliud, ꝙ ante eam ſolutionem poterat legitimè ſoluere. Rõ autem eſt, quoniam per eam ſolutionem: cum ea notitia factam, elegit quid ſolueret:facta autem ſemel electione eorũ,quæ ſub diſiunctione in poteſtate alicuius eſt ſoluere, nõ eſt deinceps in poteſtate ipſius id retractare. Quando autem in exteriori foro certò non conſtat, aliquem per errorem ſoluiſſe aliquid determinate,præſumitur id elegiſſe, ac proinde,in eo foro, non conceditur ei in eo euentu retractare electionem,ac ſolutionem.

Aduerſus definitionem Iuliani.§.vlt.citato,vehemẽter obſtat definitio alia Celſi l.ſi is cui. ff de leg.2.vbi Celſus ait. Si alicui legatus ſit Stichus, aut Pamphilus, quem ipſe maluerit, & per errorem;arbitratus Stichum ſolum ſibi fuiſſe legatũ, eum petat,& accipiat, non poſſe poſteà condicere Pamphilũ,offerendo Stichum: & ſimiliter, ſi hæres iuſſus ſit tradere alicui Stichũ,aut Pamphilum,quẽ hæres ipſe maluerit,& per errorẽ ſoluat Stichum, arbitratus illum ſolum eſſe iuſſum tradere non poſſe eum condicere, offerendo Pãphilum. Varij varias interpretationes huius legis afferunt,ac inter eos Laſſarte,quas ſanè non probo. Dicendum aũt arbitror, illam Celſi definitionẽ, aut eſſe eandem,aut cõiunctam eſſe, cum illa alia eiuſdem Celſi,q̃ Iuſtinianus cũ Papiniano reprobauit.l.ſi quis ſeruũ.C.de condict.indeb. ac proinde de illa non eſſe curandum; eò quod definiat contrarium eius,ꝙ habet natura ipſa rei. Etenim in illo priori euentu legatarius ille per errorẽ minus petiuit,& accepit,quam ſibi ciuiliter,& naturaliter eſſet debitum,ac proinde põt repetere, qđ ſibi debebatur, offerendo, Stichum, & petendo Pamphilum. In poſteriori verò euẽtu, plus ſoluit per errorem hæres ille,quam deberet ciuiliter, & naturaliter, eaque de cauſa repetere poteſt. Stichum, offerendo Pamphilum. Quare probandũ non eſt,quod Laſſarte vbi ſupra ait,nempe, quãuis definitio illa Celſi locum non habeat in alijs legatis,habere tamen locum in legatis pijs. Tum quia cõtrarium habet natura ipſa rei, ac proinde neque in legatis pijs eſt id admittendum. Tum etiam, quoniã prior pars eius definitionis cõtraria eſſet fauori priorum legatorum: iuxta illam enim ſatisfactum eſſet legato pro minus ei ſoluendo,quam alioquin debeatur.

6 Quando † aliquis arbitratus, ſe teneri ad aliquid alicui efficiendum, aliud ei effecit, ſi poſtea comperiatur,ſe ad id aſtrictum non fuiſſe, repetere poterit æſtimationem eius,quod fecit, quantũ alius exigeret ab eo,cui factum eſt, pro eodẽ opere ei præſtando l ſi non ſortem.§.libertus. verſus fin.ff.de condict.indeb & l 40.tit.14.par.5.

7 Qñ † aliqua ex hæreditate defuncti ſoluta aliquibus ſunt per errorem,vel ab exequutore teſtamenti,vel ab eo, qui hæres credebatur, neque tñ verè hæres erat, vel ẽt a vero herede, vt ſi ſoluit legata,& poſteà apparuerũt debita defuncti, quæ inde erant ſoluenda,tunc, ſi poſteà apertè cõſtet, ad quem illa pertineant, tanquam ad legitimum ſucceſſorem in illis bonis, tunc is ea repetit, tanquam indebita ſoluta,eſto nõ ipſe ea ſoluerit,ſed alius;quoniam id nihil refert: ſi tamen bona fide de accepta,& conſumpta ſint,tunc accipiens ſolũ tenetur quatenus ex eis bonis factus fuerit locupletior, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt. Ita habetur l.2.§.1.& tribus legibus ſeq.ff:de condict.indeb. ac.l.42.tit.14 par.5.

Dubium eſt,ſi quis renunciet cõdictioni indebiti,condictioni dati ob cauſam, cauſa nõ ſequuta,& oĩ legũ auxilio, vtrũ nihilominus, ſi poſteà comperiat ſe ſoluiſſe indebitum,poſſit illud repetere. Rñdẽdum verò eſt cum Bar. & cõi doctorũ ſñia,q̃ referunt,ac ſequuntur Cou. 2.var.reſ.c.4. nu.4. Gutier.de iur.conf.par.1.c.27.& Padilla.l. error,nu.5.C de iur.& facti ign.poſſe id repetere. Rõ aũt eſt,qm̃ præſumendum eſt,nunquam aliquem,credendo ſe ſoluere indebitũ id ſoluere,& renunciare iuri ad illud repetẽdum, qm̃ alioquin id eſſet donare, & nõ ſoluere aliquid tãquam debitum cum ea renunciatione,& qm̃ præſumendũ eſt,eã renunciationem factam eſſe ſecuritate, ꝙ verè deberetur,ac leuitate animi,aut ignorantia, aut potius eã renunciationem appoſitam eſſe cõſuetudine tabellionum,ſine conſenſu,ac aduertẽtia renunciantis. Si tñ quis diceret, ea tõne ſe renunciare condictioni indebiti,quia in euentu, in quo conſtiterit,ſe illud non debuiſſe, intendit id donare, tunc non eſſet locus cõdictioni indebiti. Dubiũ Deciſ.

8 Maius autem dubium eſt, ſi ſoluens in priori euentu renunciauit cõdictioni indebiti cũ † iuramento, num poſſit id repetere Gutier. vbi ſupra n.5.cum alijs affirmat. Ego diſtinguerem. Quoniam,ſi renunciatio facta fuit cum aliquali illius cognitione, quacunque ratione duceretur iurans ad renunciandum,& confirmãdũ id iuramento, putà quia omnino crederet ſe illud debere, aut animi leuitate,tũc arbitror,nõ poſſe illud repetere,niſi petita prius,& obtẽta relaxatione iuramẽti;quæ concedi põt,ac debet, qñ renuncians non intendit indebitũ donare. Ducor,qm̃ adfuit ſufficiens conſenſus,vt obligaret iuramentum, cũ ſit de re non illicita ex parte iurantis. Si verò renunciatio non fuit facta cum aliquali notitia eius Dubiũ Deciſ.

renun-

renunciationis, ſed apposita fuit à Tabellione, id non attendente renunciante, & iuramentum præſtitum fuit ad alia etiam præcipuè eo confirmanda, tunc, quia deeſt conſenſus renunciationis, non videtur obligare iuramentum ad id ſeruandum. Tutius tamen eſſet ad cautelam petere prius relaxationem eius iuramenti.

Datum ob cauſam, cauſa non ſubſequuta, quouſque ſit reſtituendum. Et de acceptis ob turpem cauſam.

DISPVT. DLXX.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ob cauſam quando locum habeat.*

2 *Actio quæ, vel quod remedium cõpetat, ſi aliquid datur, vt aliud fiat, aut detur, & non ſit impletũ.*

3 *Datum pro expenſis ad iter faciendum, an, & quando repeti poſſit.*

4 *Actio de dolo ad æſtimationem quando competat aduerſus factum, quod irreparabile ſit: & quando ad ſolutionem.*

5 *Datum ſi ſit alicui, vt aliquid efficiat, quod remedium competat, ſi id non ſit factum.*

QVando debitũ aliquod, aut obligatio, aliqua alicui remiſſa eſt ob aliquid, ꝙ hic facere, aut dare in recompenſationẽ promiſit, tunc, ſi hic ꝙ in recõpẽſationẽ promiſit, nõ impleat, in optione eius, qui debitum, aut obligationẽ remiſit, eſt, vel cogere hunc actione perſcriptis verbis, vt ſoluat, aut faciat, quod promiſit, vel exigere ab eo debitum, aut obligationem remiſſam condictione
1 † ob cauſam, tanquam remiſſam ob cauſam, cauſa non ſubſequuta l. ſi quis acceptũ tulerit. l. ſi mulier. ff. de condict. cauſa dat. iũcta l. ob eã cauſam. ff. de præſcrip. verb. & hĩ vtrumque. l. 41. titu. 14. par. 5. vbi cum Bar. excipit Greg. Lop. gl. 2. Quando actio, ſemel remiſſa, eſt talis naturæ, vt pacto, conſenſuve partium, non poſſit reſuſcitari: vt ſunt querela inofficioſi teſtamenti, & actio iniuriarũ: tunc. n. qui remitteret talem actionem pro molumento aliquo pſtando, ſolum poſſet agere actione præſcr. verbis, vt id præſtaretur, adimpleretur.

Qñ aliquid datum eſt, vt aliquid aliud fiat, aut detur, ita vt, neq; ſit emptio, & venditio, neq; locatio, & conductio, ſed contractus innoĩatus, iuxta ea, quę diſp. 253. & ſeq. dicta ſunt, ẽt ſi pecunia detur pro facto, ꝙ non locatur, vt ſi pecunia detur, vt mancipium manumittatur, qui etiã contractus innominatus nuncupatur, vt hĩ l. naturalis. §. at cum do. ff. de præſcr. verb. & alijs iuribus. Qñ, in-
2 quam, † aliquid ita datur, vt aliud fiat, aut detur, tunc, ſi hoc aliud non impleatur, cõpetit ei, qui dedit, actio, vel vt alterũ compellat, id efficere, aut pſtare, qđ promiſit, ſi res adhuc exequutioni poteſt mandari, vel, ſi non poſſit iam exequutioni mandari, aut, eſto poſſit, ſi plus placeat ei, qui dedit, cõpetit ei condictio, ſeu repetitio eius, qđ dedit, tanq̃ datum ob cauſam, cauſa nõ ſubſequuta, vel ſi maluerit, agere poterit ad intereſſe, vt ſibi ſatisfaciat, quantũ ſua intererat id opere eſſe impletũ. Ita hĩ l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præſcr. verb. l. dedi. §. idẽ. ff. de condict. cau. dat. l. ſi liber. C. de condict. ob cauſ. l. 5. tit. 6. & l. 43. tit. 14. par. 5. Quæ tñ docere vr̃, poſſe repetere, qđ dedit, & inſuper agere ad intereſſe: eam tñ meritò exponit tandẽ Grego. Lop. ibi, vt à cæteris iuribus non diſſentiat: de qua re diximus etiam diſp. 255. cum ſermo nobis erat de contractibus innominatis. Lege, quę ibid. dicta ſunt. Qñ autem aliquid eſſet factũ, vt aliud fieret, contractu innominato, facio vt facias, tunc ſolum competeret actio, vel ad compellendum alterum ex ſua parte impleſſe contractum, vel ad intereſſe: quoniam factum condici, ac repeti nequit.

3 Qñ † aliquis aliquid alicui tradidit ad expẽſas vt ſe præparet ad iter aliquod, quò illum mittere decreuit, cum illoque ad id conuenit, aut ad aliquid aliud; non tamen mercede ad id eum conducendo, quaſi interueniat contractus conductionis, & locationis (nam tunc locus non eſſet pœnitentiæ, ſtandumq; eſſet regulis illius cõtractus, iuxta ea, q̃ ſupra de eo contractu dicta ſunt) ſed contractu innominato, quo aliquid ei tradat, qui ſe ad id locare non conſueuerat, neq; intelligitur ſe ad id locaret, vt ſe præparet ad aliquid, illudq; exequutioni mandet, tunc, ſi per eum, qui id tradidit, ſtet, quo minus alter id exequatur, quia pænituit, vt de iure ciuili pęnitere põt, re integra ex parte alterius ita vt nihil de ſuo ea in re expenderit, neque aliquòd ei inde ſequatur detrimẽtum, iuxta ea, quæ diſp. 258. dicta ſunt, tametſi alter, qui id iam accepit ad ſe præparandum, pęnitere non poſſit, iuxta ea quæ ibidem dicta ſunt: immo verò, in re propoſita, de iure ciuili, canonico, atque in conſcientiæ foro, ſemper integrum ei eſt, qui aliquid alteri ad ita ſe præparandum tradit, pœnitere, ac deſiſtere à conuentione, modo alteri reſarciat damna, ſi quæ inde ſequantur, qm̃, vt cõſuetudo teſtatur, ea quaſi tacita lege videtur cum eo conuenire, vt ſemper ſibi integrũ ſit ab ea re deſiſtere, modo illi perſoluat operam illucuſq; appoſitam, & ſi quæ damna illi forte ſequantur, quia fortaſſe ea de cauſa deſtitit ab alio negotio, aut à conuentione alia ſibi vtili cum aliquo alio. Si, inquam, per eum, qui id tradidit, ſtet, quominus alter id exequatur, quia pœnituit, vel ſtet ob ſuperuenientem caſum aliquem fortuitũ, vt quia is, ꝙ id accipit, in morbũ incidit aut aliquo alio legitimo impedimento id exequutioni mandare non potuit, tunc, qui eam pecuniã, aut aliqđ aliud, ad id dedit, repetere nõ poteſt, qđ legitimè fuit expẽſum, eſto cauſa, in q̃ eſt datum, non ſequatur; quin potius tenetur alteri ſoluere ęſtimationẽ operarũ, & induſtrię, q̃ illis appoſuit, præſertim, ſi pœnitentia eius, qui id ad aliud dedit, res exequutioni non fuit mandata: repetet tamen, ſi quid fuit emptum, aut factum eſt pecuniã quam dedit, & permaneat, & inſuper quicquid ex pecunia, aut re alia, ab ipſo data, inſumptũ adhuc non fuerit. Quòd ſi pœnitentia, aut nequitia eius, qui id ad ſe præparandũ accepit, res non mandetur exequutioni, tunc, qui id dedit, compellere illũ poterit, vt id opere impleat, vel condicere pote-

rit totum, ꝙ dedit, tanquam datũ ob cauſam, cauſa culpa alterius non ſubſequuta, vel cogere poterit ad intereſſa iuxta ea, quæ paulo ante de ſimili euentu dicta ſunt. Ita hr̃ l. ſi pecunia in princ. iunctis gloſſis. ibi. ff. de condict. cauſ. data. & l. 44. tit. 14. par. 5. iunctis quæ Greg. Lop. ibi notat.

Qñ aliquis aliquid facit, vt aliquid ſibi detur, contractu, facio vt des, præſertim, ſi factum ſit irreparabile, vt ſi manumittat mancipiũ, vt aliquid ſibi detur: poſtea id non detur (in fauorem. n. libertatis, valida eſt manumiſſio, eſto poſteà ex alia
4 parte non impleatur contractus) tunc † competit, aduerſus contractui non ſtantem, actio de dolo, vt æſtimationem mancipij ſoluat, & inſuper ſoluat damna ex eo ei ſubſequuta, quòd ſuo tpe non ſoluerit, ꝙ promiſit in recompenſationẽ manumiſſionis mancipij, & conceditur implenti ex ſua parte contractum, iurare in litem, quantum æſtimet mancipium, & damna ex eo ſubſequuta, ꝙ tẽpore congruo alius ei non ſoluerit, ꝙ in recõpenſationẽ dare promiſit, præuia tñ taxatione iudicis. In alijs aũt factis datur actio de dolo, vt alter ſoluere cogatur, ꝙ promiſit, & damna ex eo ſubſequuta, ꝙ congruo tpe id non ſoluerit. Ita hr̃ l. naturalis. §. ꝙ ſi faciam. ff. de præſcrip. verb. l. cum proponas. C. de dolo. l. 5. tit. 6. & l. 45. tit. 14. par. 5. quæ duæ poſteriores leges expreſſius, quam duæ aliæ iuris cõis, explicant, ad quę extẽdat actio illa de dolo, vt Gregor. Lop. l. 45. citata obſeruat. Diſp. 255. diximus, difficile iuris peritos reddere rationẽ, cur in contractu, facio vt des potius, quam in alijs innominatis, detur actio illa de dolo, & non præſcriptis verbis. Vtinam vero tot varietates, ac ſubtilitates ab ethnicis hominibus adinuentæ abſciderentur à iure ciuili.

5 Qñ aliquid † datur alicui eo intuitu, vt aliquid efficiat, diſtinguendum eſt. Qm̃ vel exprimitur ſufficienter dari quaſi in pactum, & recõmpenſationem, vt id efficiat; vel id non exprimitur, ſed ſolum ei datur tanquam cauſa motiua, & finalis ex parte dãtis, qua accipiens adducatur, vt id efficiat, ꝙ dans intendit: quo pacto munera mitti ſolẽt alicui mulieri, non in pactum, vt conſentiat in turpitudinem, ſed quibus emolliatur, afficiatur, ac diſponatur ad conſentiendum, ſimiliterq; ſolẽt mitti muuera abundantibus pecunijs, quib. afficiãtur ad mutuo dandum tpe neceſſitatis, & ſolent mitti plerisq; alijs ad conciliandas voluntates eorũ vt tandem, quod mittens intendit, efficiant. Quando priori modo aliquid datur, neque id fit, ad ꝙ eſt datum, cenſetur datum ob cauſam, ſeu ſub conditione cauſæ, ob quam datur, cauſa non ſubſequuta, competitq; proinde condictio, ſeu repetitio illius, vt hr̃ l. 1. & per totum titulum. ff. de condict. cauſ. dat. leg. dictam legem de condict. ob cauſ. & l. 46. tit. 14. par. 5. Qñ verò aliquid datur poſteriori modo, quia non datur ſub conditione, & pacto cauſæ, quæ dantem impulit ad dandum, ſed ſolũ ſpe, quòd ea via id aſſequatur, tunc, eſto cauſa finalis, & motiua, ob quam eſt datum, nõ ſequatur, & eſto dans, ſi ſciret ea via ſe id non aſſequuturũ, id non daret, non eſt locus repetitioni; immò verò, eſto accipiens ſciret in eum finem id dari, neq; in conſcientiæ, neque in exteriori foro, tenetur reſtituere, quod ita accepit; aut id efficere, ad quod eo munere inducebatur. Atq; in exteriori foro, ſi dans non ſufficienter expreſſit, ſe dare in pactum, & ſub conditione cauſæ, ob quam dabat, cenſetur datum hoc poſteriori modo, & non illo priori, ac proinde non conceditur repetitio, quicquid dans poſteà in contrarium dicat. l. ſi repetendi. C. de cõdict. ob cauſam l. dedi. §. ſi quis quaſi, in fin. ff. de condict. cauſ. dat. ac. l. 46. citata, & conſentiunt dicta diſp. 88. & 208. ac, alijs ſæpe.

De datis, & acceptis ob turpẽ cauſam, copiosè dictum eſt à diſput. 62. præſertim diſp. 94. & agitur à l. 47. vſque ad 54. tit. 14. par. 5.

Pro debito non ſoluto, quando quis detrudi debeat in carcerem, quouſque illud ſoluat, & qui priuilegio gaudeant, vt pro debito detrudi nõ poſſint in carcerem.

DISPVTAT. DLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quo ordine detrudi poſſit in carcerem.*
Fallit, niſi eſſet ſuſpectus de fuga. nu. 2.
Item fallit, niſi ad certum tempus ſe obligaſſet, alias detruderetur in carcerem. nu. 3.
Item fallit in debitore fiſci. nu. 5.
4 *Creditor quo caſu propria auctoritate poſſit capere debitorem, & cum in carcerem deducere.*
6 *Mulier non poteſt in carcerem pro debito ciuili detrudi, etiam ſi debitrix ſit fiſco.*
Fallit, niſi ſit meretrix. nu. 7.
Et quid ſi ſit tutrix, vel curatrix filiorum, aut nepotum, & renunciauit priuilegio Velleiani. nu. 8.
9 *Miles, qui in militia verſatur, non tenetur, niſi ad id quod facere poteſt, & ideo non poteſt in carcerem detrahi.*
10 *Nobilis etiam nõ miles an de iure Caſtellæ gaudeat priuilegio militum, ne in carcerem pro debito ciuili detrudatur.*
Et quid ſi renũciet priuilegio, an ſibi pꝛiudicet. n. 11.
12 *Clericus priuilegium habet, ne in carcerem pro debito ciuili detrudi poſſit, etiam ſi illud commode ſoluere poſſet.*
Et quid de clericis coniugatis, ex diſpoſitione Concilio Trident. nu. 13.
Declara tamen, & limita, vt nu. 14. 15.
Et quid ſi renunciet priuilegio c. Odoardus cum iuramento, an ſibi præiudicet. nu. 16.
17 *Doctores, & aduocati gaudent priuilegio, ne conueniantur vltra quam facere poſſint, & ideo neque in carcerem detrudi.*
Et de iure Luſitano ẽt ſenatores, & eorum vxores, etiam ſi viduæ ſint modo honeſtè viuant. nu. 18.
Idem in vxore cũ marito, & patrono cum liberto, & alijs ſimilibus. nu 19.

QVando quis ex contractu, aut quaſi contractu, aliquid debet, in moraq; eſt illud ſoluẽ
1 di, † non prius ob tale debitum detrudi poteſt in car-

car-

carcerem, quam condemnetur, ac pronuncietur à iudice illud debere ſnia, quæ in rem tranſeat iudicatam, aut quàm ille in iudicio confiteatur debitum, ſoluereq; illud pcipiatur. Neq; tunc pôt ſtatim detrudi in carceré, ſed prius fieri dêt exequutio in bonis illius, vendendo illa in publica ſubhaſtatione; compertoq; eum non habere ſufficientia bona ad id debitû ſoluendû, detrudi dêt ob illud in carcerem, ſi id à iudice creditor, aut creditores illius, petant, donec integrè illud ſoluat. Qñ aût, & quo ordine, ac tempore, poſt latam ſententiã, quæ in rem tranſeat iudicatam, aut poſt confeſſionem debitri in iudicio, fieri debeat exequutio in bonis talis debitoris, de iure Cæſareo communi, de iure canonico, Caſtellæ, & Luſitanæ, copioſè à nobis explanatum eſt diſpu. 538. à §. hactenus diximus, &c. Quod autem non prius debitor in carcerem ob eiuſmodi debitum poſſit detrudi, quàm hæc fiant, colligitur ex l. 1. C. qui bonis cedere poſſ. & hř l. 4. tit. 15. part. 5. iuncta gl. 1. Greg. Lop. ibi, expreſsiusq; habetur lib. 4. Luſit. ord. tit. 52. in prin. & §. 1. & cum gl. ſ l. 3. §. tutores, verb. vinculis. ff. de ſuſpect. tutor. quæ ait, non prius debitoré conijciendum eſſe ob debitum in vincula, quàm de illius paupertate, & impotentia ad ſoluendum, conſtet affirmat Bar. & communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Greg. Lop. vbi ſupra, Couar. 2. var. reſ. c. 1. nu. 2. & Ant. Gom. 2. tomo var. reſo. c. 11. nu. 51. & conſentiunt iura alia, quæ Couar. citat. Qui addit, qñ exequutio fieret in bonis talis debitoris, neque eſſet, qui illa emere vellet, niſi fideiuſſores daret, qui tenerentur de euictione, teneri debitorem eos præſtare, alioquin conijciendum eſſe in carcerem, donec ex eis bonis, aut aliunde, integrè ſoluat debitum.

2 A regula tradita † excipitur, ſi reus ſuſpectus eſſet de fuga: nam tunc, ſi competentia alia bona non haberet, vnde debitum ſolui poſſe, vtique, vel res ipſa, de qua agitur, vel æquale aliud illius debitoris, conſtituendum eſſet per iudicem in depoſitum, & ſequeſtrum, quouſque ſententia ferretur, vel debitor cogendus eſſet tradere competentia pignora, aut fideiuſſores, alioquin conijciendus eſſet ante ſententiam in vincula; modo tamen iudici conſtaret ſummariè aliqua ratione de debito, & modo, quãdo celebratus fuit contractus, vnde debitum illud ortum habuit, creditori non conſtiterit de qualitate debitoris, & quantitate, ac penuria bonorum illius: ſi enim id ſibi fuit notum, ſibi imputet, quod cum eo celebrauerit eum contractum: neque. n. tunc ante ſententiam definitiuam, & exequutionem in bonis illius, poteſt is debitor conijci in vincula, neque item præſtare tenetur nouam cautionem, vel pignoratitiam, vel fideiuſſoriã, vel quamuis aliam. Ita habetur 4. lib. Luſit. ord. titul. 52. in prin. & lib. 3. tit. 20.

3 Ab eadem regula † excipitur, ſi debitor ita ſe obligaſſet ad ſoluendum creditori intra certum tempus, vt, ſi intra illud non ſolueret, conijceretur in vincula: tunc enim, tranſacto eo tempore, ſi nô ſoluat, ſtatim poteſt conijci in vincula, nulla facta prius exequutione in bonis illius. Non tamen poteſt tunc creditor propria autoritate detrudere eum in carcerem, eſto ad id debitor poteſtatem illi dediſſet, ſed teneretur id exequi per miniſtrum publicum. Excipitur niſi † debitorem côperiſſet

4 in fuga, neque adeſſet miniſter publicus, qui eum caperet, & deduceret in côtinenti ad carcerem publicum: tunc. n. per ſeipſum poſſet eum côpræhendere, & deducere illum in continenti ad carcerem publicum. Ita hř lib. 4. Luſit. ord. tit. 52. §. 2. & 3. ſtãdum eſt enim côtractui. Quæ aût pęnæ in hoc Caſtellæ Regno ſtatutæ ſint ijs, qui propria autoritate capiunt, & in carcerem mittunt ſuos creditores, aut propria autoritate pignora ab illis extrahunt, vide leg. 5. & 6. lib. 4. nouæ collect. & l. 2. & 10. tit. 17. lib. 5. Lex verò 1. citata, poteſtatem tribuit creditori ad capiendum debitorem ſuum, qñ ad id debitor illi conceſsiſſet facultatem in côtractu: & l. 5. citata immunem omnino facit creditorem, qui iudicis autoritate debitorem ſuû c. Abrogatas autem eſſe ſanctiones, decem tabularum, & alias antiquas, quæ creditoribus concedebant capere ſuos debitores, & crudel a alios in eos exeq, ſi ipe debito non ſoluiſſent eis debita, tradit Cou. 2. var. reſ. c. 1. nu. 1. cum alijs, quos refert.

Hodie, vt diſput. 538. dictum eſt, de iure huius Caſtellæ Regni l. 1. & ſeq. præſertim l. 19. tit. 21. lib. 4. nouæ collect. ſancitum eſt, vt non ſolû ſnia debiti, quæ in rem tranſit iudicatam, & confeſsio debiti in iudicio, ſed etiã debitum ex inſtrumento publico, quin ex inſtrumento priuato, agnito tñ per debitorem in iudicio, habeant ſtatim paratam exequutionem, & vt exequutio talis debiti abſque citatione debitoris continuò fiat in bonis illius mobilibus, & in defectum mobilium, in bonis eiuſdem immobilibus, & vt ſimul debitor fideiuſſorem de *saneamiento*, vt vocant, exhibeat, alioqn debitor in carcerem ſimul conijciatur in initio exequutionis, quouſque integrum ſoluat debitum, niſi ſit de numero eorum debitorum, qui de iure huius Regni detrudi non poſſunt ob debita in carcerem. Lege, quæ ibidem dicta ſunt, in quibus conſentiunt doctores Hiſpani. Quæ autem bona priuilegiata ſint, vt in eis fieri non poſsit exequutio ob debita ex contractu, aut ex quaſi côtractu, aut non poſsit fieri, niſi in defectum aliorû bonorum debitoris, idque tam de iure côi, quã Caſtellæ, & Luſitanæ, copioſè diſp. 530. eſt explicatum. Ius Caſtellæ.

5 Item † quando aliquid debetur principi, ſeu fiſco, poteſt debitor ſtatim, ac exequutio incẽatur, detrudi in carcerem, quouſque integrum debitum ſoluat. Ita colligitur ex l. cum eo. ff. ad legem Iuliam. pecul. & l. nemo. C. de collect. tributis lib. 10. habetur, quod ſi debitor tributi, contumax ſit in illius ſolutione, tunc in carcerem mittatur, & exequutio fiat in bonis illius, & cum Ioan. Platea, & alijs, affirmant Couar. 2. var. reſ. c. 1. nu. 4. & Gregor. Lop. l. 4. tit. 15. par. 5. ſancitumque eſt. 4. libr. Luſit. ord. tit. 52. §. 4.

5 Mulier, modo † non inhoneſte viuat, detrudi non poteſt in carcerem pro debito ciuili, ſeu ex contractu, vel quaſi contractu prouenientę, etiamſi debitrix fiſco Regis, ſit, ſed exequutio tantùm ſit in bonis illius, ſi quæ habeat. Ita habetur in authêtica, ſeu nouo iure (aliàs, hodie nouo iure) C.

de cuſt.reor.& in authentico, vt nulli iudicum,§. neceſſarium.l.1.& auth.ibi ſubiuncta. C.de offic. diu.iud.& l.1.tit.14.par.5.legum extrau. Luſit.& l.62.Taur.quæ eſt.l.10.tit.3.lib.5.nouæ colle. & l.8.eiuſdem tituli exprimitur,vt neque pro debito tributi,aut aliquo alio principi debito,poſſit conijci in carcerem,& affirmat communis doctorum ſententia,quam referũt, ac ſequuntur Ant. Gom. l.62.citata,& Couar.2.var.reſ.c.1.nu.3.& c.quãuis pactum.par.2.in princ.nu.7.

7 Quòd autẽ † mulier,quæ publicè inhoneſtè viuit,non gaudeat eo priuilegio,hr̃ l.62.citata, idẽque,cum Baldo, ibidem eſſe ait Ant.Gom. de iure cõi,argumento.§. vlt.in auth.de teſt. & ea,quæ peperit in vndecimo menſe,tametſi id inde non colligatur ſufficienter. Quando autem debitum mulieris ex delicto proficiſcitur, hr̃ expreſſe l.62. citata,poſſe mulierem propter illud conijci in carcerem. Quòd ſi de eodem Caſtellæ iure loquatur Gutier.de iur.confir.c.16.par.1.nu.35.dũ mulierem ea in parte æquiparat ei nobili, quem in eodẽ Regno *hidalgo* vocant, de quo ſtatim erit ſermo, res nullum continet dubium,neque tunc erat, qđ eam rem relinqueret iudicio ſapientiorum,qui illam corrigerent. Si verò loquatur ſtando in iure communi,ſanè iura citata apertè volunt,vt neque pro debito ex delicto proueniente mulier conijci in carcerem poſſit, & ita, cum Baldo, affirmat Villalobos in Antinomia litera M.

Quæſt. Dubium eſt,vtrum, ſi mulier tutrix, aut curatrix filiorum,& nepotum,renunciauit, vt ei præ-
8 cipitur,priuilegio Velleiani,& alijs iure † mulieribus conceſſis, poſteaq; teneatur debitor eius tutelæ,aut curæ,poſſit pp illud detrudi in carcerem, ſi non ſint alia bona eius mulieris, vnde illud ſoluat Bar.& alij,quos referunt, ac ſequuntur Ant. Gom.l.62.citata.nu.2. & Villalobos vbi ſupra n. 28.affirmanter reſpondent ſtando in iure communi;quamuis contrarium idem Villalobos, cũ Roderico Xuarez aſſerat eſſe de iure Caſtellæ attenta generalitate l.62.citatæ. Quod ſanè fundamentum mihi non probatur: quippe cum non minùs amplum, immò verò longè plùs, ſit priuilegium mulieribus hac in parte de iure communi conceſſum,quàm illud l.62.eiuſdem cõceſſum, vt ex ꝓximè dictis facilè conſtat:quarè, ſi renunciatio illa priuilegiorum facta per mulierem, derogat priuilegijs iuris communis derogabit etiã priuilegio legis 62.citatæ. Mihi placet dicamus cum Couar.
Deciſ. 2.var.reſ.c.1.nu.3.& c.quamuis pactum,par.2.in prin.nu.7.& alijs, quos citat ea rõne matrem, aut auiam,detrudi pro eo debito non poſſe in carcerẽ: quoniam,vt idemmet Bar.affirmat,non obſtante ea renunciatione,gaudent mater,& auia,eo priuilegio comparatione ſuorum deſcendentium,vt nõ plus eis teneantur,quam commode facere poſſint, idque propter reuerentiam,quam deſcendentes aſcendentibus præſtare tenentur, quam ſanè nõ ſeruarent,ſi propter eiuſmodi debitum,quãdo matri, aut auiæ, non ſunt bona, vnde illud ſoluant, eas conijcerent in carcerem, quouſque id ſoluerent: vniuerſim verò,vt ſubijciemus,qui ſolum tenetur ad aliquod debitum, quantum commodè facere poterit,detrudi non poteſt in carcerem ob id debitum. Lege aũt.1.tit.15.par.5.hr̃, tam aſcendentes comparatione deſcendentium, quàm deſcendentes comparatione aſcendentium, gaudere eo priuilegio:recta autem ratio docet, eſto aſcendentes renuncient in genere priuilegijs ipſis conceſſis,non cenſeri renunciaſſe huic priuilegio in particulari, ad effectum præſertim,vt propter debitũ,cui commodè tunc ſatisfacere nõ poſſunt, detrudi poſſint in vincula. Immò verò,vt rectè Couar.c.quamuis pactum nu.7.citato,obſeruat, eſto aſcendentes in particulari renuncient priuilegio, vt pp debitum à deſcendentibus detrudi non poſſint in carcerẽ, adhuc non poterunt detrudi: quoniam id pugnat cum pietate,& reuerentia, quam naturali iure deſcendentes aſcendentibus debent.

9 Miles, qui in militia † verſatur, eo priuilegio gaudet,vt conueniri non poſſit ꝓ debitis vltra id, ꝙ cõmodè facere poſſit,vt hr̃ l.miles in princ.& l. item miles, ff.de re iud. quid autẽ hoc ſit,copioſè eſt explicatum diſpu.413. Qui aũt ſolùm tenetur ſoluere, quantum commode facere poteſt, ita vt non egeat, vtique neq; in carcerem pro eo debito conijci põt, neque plus exequutio in bonis illius, pro eo debito,exerceri poteſt, quàm relinquendo illi de ſuis bonis,ita vt non egeat, modo diſp.citata explicato; alioquin plus vrgeretur, ad plusque obligaretur,quam commode facere poſſet, quod eſt contra rationem eius priuilegij.

Hi nobiles,qui in Caſtellæ Regno *hidalgos* vo- Ius Ca
10 cantur,quamuis † milites non ſint, ac proinde ex ſtellæ
eo capite non gaudeant priuilegio, vt ſolum conueniantur,quantum commode facere poſsint, eò quòd neque iuribus citatis,neque alibi, reperiatur eis conceſſum;inter alia tamen priuilegia, Caſtellano iure eis conceſſa,eo gaudent,vt pro debitis ciuilibus,hoc eſt,quę ortũ non hñt ex delicto,detrudi non poſsint in carcerẽ,ſed ſolum poſsit fieri exequutio in illorũ bonis, relinquẽdo eis tñ equũ ꝓprium,aut mulam, arma propria ſui corporis, ac proprias domos,in quibus degunt,ſi hæc habeãt. Ita hr̃.3.4.5.& 6.tit.2.lib.6.nouæ collec.lex verò 6.citata eſt lex 79.Taur.& affirmat Coua.2. var. reſ.c.1.nu.4.Gutie.de iur.confir.par.1.c.16 à nu. 1.iuncto,nu.36.Ant.Gom.l.79.Tau. Villalobos in Antin.lit.N.nu.3.& alij doctores Hiſpani. Lege aũt.9.tit.1.eiuſdem 6.lib. prohibetur fieri exequutionem pro quocunque debito, non ſolum in equo,& armis horum nobilium, ſed ẽt eorũ,quos *caualleros armados* vocant,& quorumcunq, aliorum,qui equum,& arma habẽt. Excipitur tñ,niſi id Regi debeatur:nam tunc exequutio fieri etiam poteſt in equo,& armis: id verò non intelligo de equo,& armis eorum,quos *hidalgos* vocant.

Si tamen nobilis, quem *hidalgo* vocant, fuerit conductor redituum Regis, aut ſuſceperit officiũ collectoris eorundem redituum, tunc pro debito Regi ortum inde habente, non gaudet prædicto priuilegio, ſed conijci poteſt in carcerem. Ita habetur l.4.citata tit.2.lib.6.nouæ collect. Quæ hãc rationem reddit, *porque en tal caſo el miſmo ſe quebranta ſu libertad*, ſuſcipiendo videlicet munus, quod minime cũ ipſius nobilitate quadrat. Item, ſi de-

ſi debitum nobilis ex delicto, aut ex quaſi delicto proueniat, tũc pro eo perinde detrudi pót in carcerem, ac ſi non eſſet nobilis. Ita hr̃ l.79 Taur. quæ eſt l.6. tit. 2. lib. 6. nouæ collect. In his tñ euẽtibus, & in quibuſcunq; alijs, ſelectus carcer, aut diſtinctus à carcere, aut à parte carceris, in quo detinentur viles, & hoíes de infima plebe, concedi, debet eiuſmodi nobilibus, & perſonis alijs honoratis, ꝙ literis, aut alijs qualitatibus, præditi ſint, attentiſque circumſtantijs concurrentibus; tum gradus nobilitatis & honoris, tum etiam qualitatis delicti, & alijs, tradi debet diſtinctus carcer, publicus aut extra publicum, cum cuſtodibus, aut ſine illis, iuxta l.4. tit. 29. par. 7. & l. 11. tit. 2. lib. 6. nouę collect. tradiq; eis interdum poteſt propria domus in carcerem, aut ciuitas, vel oppidũ. Lege inter alios Greg. Lop. l.4. citata, & Gutier. vbi ſup. num. 3.

Si nobilitas, quam *hidalgüia* vocat, notoria ſit, non debet talis nobilis pro ciuili debito conijci in carcerem: ſi verò per errorem fuit cõiectus, ſtatim dimitti debet. Quòd ſi dubia ſit conijcitur, ac detinetur in carcere, quouſque ea probetur. Et quamuis ad ſolos iudices, quos *Alcaldes de los hidalgos* vocant pertineat cognoſcere in Regijs prætorijs de eiuſmodi nobilitate, ad effectum, vt ea abſolutè nobilis gaudeat, immuniſq; ſit ab ijs tributis Regijs, à quibus immunes ſunt nobiles eius qualitatis; qñ tamen de ea agitur incidenter ad aliam diuerſam cauſam, vt ad debitum ciuile ſoluẽdum; aut puniendum crimen aliquod, & reus allegat ſe eſſe fidalgum, eaque de cauſa non poſſe conijci in vincula pro debito ciuili, aut non poſſe torqueri pp ſuſpicionem alicuius delicti, ad iudicem ordinarium, qui de cã principali cognoſcit, ſpectat cognoſcere, ac iudicare, an ea nobilitate gaudeat ad eos effectus particulares, & incidentes: neque, vt pronuncietur ea nobilitate gaudere ad eos ſolos effectus, neceſſaria eſt tam integra, & legitima probatio, quàm integra requiritur, vt in Regijs prætorijs pronuncietur abſolutè gaudere ea nobilitate, ſed ſatis eſt ſi probatur, eum eſſe in poſſeſſione, aut in quaſi poſſeſſione eius nobilitatis; addiq; in eiuſmodi ſententijs ſolet, quod id nullum præiudicium afferat fiſco Regis quo ad proprietatẽ, & poſſeſſionem eiuſdem nobilitatis. Ita cum Padilla, Otalora, & alijs Gutier. vbi ſupra à nu. 6. & de pract. qq. lib. 1. q. 25. & Azeuedo in l. vlt. titu. 21. lib. 4. nouæ collect. nu. 68. & 69.

Gutier. c. 16. citato, à nu. 14. & cum eo Azeuedo vbi ſupra nu. 70. & alij, quos citant, affirmant, quòd ſicut, qui cedit bonis, tenetur manifeſtare oĩa bona ſua, vt tradantur creditorib. alioquin ſi aliqua occultet, non gaudet priuilegio ceſſionis bonorum à iure ei conceſſo, vt diſput. ſeq. dicetur: ita nobilis, qñ exequutio in bonis ipſius fit, tenet oĩa fideliter manifeſtare, vt de illis ſolutio fiat creditori, alioquin, ſi aliqua ſcienter occultet, committit crimen, ac proinde poterit eo ipſo in carcerem detrudi pro eo debito, tanq̃ ex crimine iam prouenìente, fomentum ve, ac iuuamen habente. Quod confirmat. Primò, qm̃ ea occultatione dolum; ac fraudẽ committit in creditores: fraus aũt, ac dolus delictum eſt, vt probat. Secundo, quia licet hæres ſuus hodie de iure prætorio abſtinere ſe poſſit ab hæreditate paterna, eamq; repudiare, vt diſp. 180. copioſè dictum eſt; ſi tñ aliquid amoueat, aut celet, de hæreditate, amittit eo ipſo illud priuilegiũ, vt habetur l. ſi ſeruũ. §. prætor ait, & ſeq. ff. de acq. hær. & l. 12. tit. 6. par. 6. Tertiò, quia l. de beneficio ff. ad l. falcidiam, habetur, *beneficio legis falcidiæ indignus videtur, qui id egerit, vt fideicommiſſum intercidat*, hoc eſt, vt ibi gl. opponit, ſi hæres cãcellet à teſtamento fideicommiſſum, amittit beneficium legis falcidiæ: ergo eodem modo, ſi eiuſmodi nobilis occultet ſua bona, vt debita intercidat, ſeu non ſoluat, amittat priuilegium, vt pp tale debitum non poſſit mitti in carcerem. Confirmatur, qm̃, vt hr̃ in auth. de hæredibus & fal. §. hic nobis, ver. ſancimus, & ver. ſi vero non dictũq; eſt diſp. 213. hæres detrahens, aut occultans, aliquid de hæreditate, amittit priuilegiũ detrahẽdi falcidiá: ergo idem erit in re propoſita. Quarto, quoniã l.4. titul. 19. lib. 5. nouæ collect. ſic hr̃. *Mandamos, que de aqui adelante ningun mercader, que ſe alzare, no pueda gozar, ni goze del priuilegio de la hidalguia, para eſcuſarſe de la pena del dicho delito, ni para otro caſo, ni coſa alguna. Y lo miſmo mandamos, que ſe guarde, y cumpla contra los recaudadores y mayordomos dellos conceios, o otras qualeſquier perſonas que ſe alzaren:* ergo idem dicendum eſt ad effectum, vt amittat priuilegium, ne in carcerẽ detrudatur, de eo, qui occultauerit de bonis ſuis, ne inde ſatisfiat creditoribus; eo quod verè committat delictum, vt ſe tueatur, abutaturq; eo priuilegio. Quinto, ſocius, qui dolo in cauſa fuit, vt non poſſit ſoluere debitum alijs ſocijs, amittit priuilegiũ ne ab alijs ſocijs poſſit conueniri vltra quàm commodè facere poſſit, & ſubinde amittit priuilegiũ, ne pp id debitum poſſit detrudi carcerem, vt hr̃ l. verũ in princ. & §. ips aũt. ff. pro ſocio; & affirmat gl. §. ſi de dote, inſt. de act. dictumq; eſt diſp. 413. Item licèt maritus, in ſoluenda dote vxoris, non plus cogi poſſit, quã commode facere poſſit, atq; adeo pro debito dotis vxoris, nó poſſit detrudi in carcerem; ſi tñ dolo diminuit ſuã ſubſtantiã, amittit id priuilegium, vt hæc oĩa diſp. 442. dicta ſunt: ergo, ſi nobilis, de quo loquimur, dolo occultet bona, ne integrè debitum ſoluatur creditori, amittit ſimiliter priuilegium, ne pp tale debitũ detrudi in carcerẽ poſſit. Pleraq; aũt ex his, quibus hactenus hoc confirmauimus, ſaltẽ probant, eã occultationẽ delictũ eſſe, alioquin, in ſimilib. euentib. explicatis, non fuiſſent ſtatuta ea, q̃ retulimus in pænã; quare, cũ eo ipſo, ꝙ debitum talis nobilis ex delicto ipſius deſcendit, aut fouetur, detrudi pro eo debito poſſit in carcerem, vt l.79. ſancitũ eſt; conſequẽs profecto eſt, vt eo ipſo, ꝙ bona occultauerit, detrudi poſſit in carcerem. Poſtremo confirmat, qm̃, vt ibi nu. 29. refert, cũ nobilis quidã in carcerẽ ob debitũ quoddã fuiſſet detruſus, eo qđ bona ſua occultaſſet, atque ad Pincianũ p̃toriũ appellaſſet, approbatũ fuit, merito fuiſſe in carcerem detruſum. Et primum iuſſum fuit, vt datis fideiuſſorib. *ſaneamiento* erueretur à carcere; poſteà verò, vt datis ſolũ fideiuſſorib. *de la haz*, erueret; quos tñ nó oporteret eum tradere, ſi ſuo priuilegio gauderet.

Item ex eodem fundamento prouenit, ꝙ ſi dum nobilis cum aliquo celebrauit contractum, ſciens ſe nobilé eſſe, id negauit, ignorāte ad alterо cōtrahente detrudi poſſit pro eo debito ex tali cōtractu in carcerem: quia id debitum contraxit interueniē te proprio delicto, quod decepit creditorem circa qualitatem eius debiti: & ob id circa id debitum, originem trahens ex dolo, & delicto nobilis amittit ſuum priuilegium. Ita Anton. Gom. 2. tom. variar. reſol. c. 11. nu. 54. & l. 79. Taur. nu. 4. & Gutier. vbi ſup. nu. 25. quod confirmant varijs, iuribus, quæ, in ſimilibus euentibus, denegant ſimilia priuilegia. Vterque vero affirmat, ſi, vel nobilis, ignorans ſe nobilem eſſe, nobilem ſe eſſe negauit, vel creditor, tpe contractus, ſciebat illum nobilem eſſe, non amittere priuilegium: qm̄ in priori euentu debitum illud nō deſcēdit ex delicto eius nobilis: ſcdo vero nō fuit creditor deceptus ab eo nobili, cū ſciret nobilem eſſe, & gaudere eo priuilegio.

Eadem ratione, ſi nobilis fugam cum ſuis bonis pararet, aut ēt ſine bonis, qm̄ per eam fugā ac delictum difficiliorē redderet recuperationem debiti ſaltem ſi ad pinguiorem tpis progreſſu, deueniret fortunā, capi, ac detrudi in carcerē poſſet. Ita Gut. vbi ſup. nu. 52. cum Bal. c. & alijs, quos citat.

Queſt. Dubiū anceps, valdeq; controuerſum ēſt, num ſi nobilis, de quo loquimur, renunciet priuilegio 11 vt † propter ciuile debitum detrudi non poſſit in carcerem, poſſit detrudi perinde, ac ſi nobilis non eſſet. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 11. num. 54. & l. 79. Tauri. nu. 3. Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 16. à nu. 47. & alij, quos, nu. 61. citat, aſſeuerant, inualidam eſſe eam renunciationē, ac proinde, illa nihil impediente, non poſſe nobilem pp debitum, circa ꝙ priuilegio illi renunciauit, detrudi, in carcerem. Ant. Gom. addit, eſto renunciatio illa confirmata ſit iuramento, eſſe inualidam Gutier. vero vbi ſupra num. 62. ait tunc validam eſſe.

Ducuntur potiſſimum hi autores argumento textus cap. ſi diligenti de foro competenti, vbi habetur, renunciationem, qua clericus, ei priuilegio fori renunciet, quo conueniri non poteſt coram iudice ſeculari, eſſe nullam, etiam ſi eam cōfirmet iuramento. Et ratio ibi hæc redditur. *Cum non ſit beneficium hoc perſonale, cui renunciare valeat, ſed potius toti collegio Eccleſiaſtico ſit publicè indultum, cui priuatorum pacto derogari non poteſt.* Qua etiam ratione, clericus renunciare nō poteſt alteri ipſorum priuilegio canonis, ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. quo percutiens clericum eſt excōmunicatus, etiam ſi clericus ante percuſſionem renunciet priuilegio illi. Immò & ipſemet clericus, ſi ſeipſum lethaliter percutiat, eſt excommunicatus, vt tractatu 3. videbimus.

Hinc argumentantur, renunciationem nobilis priuilegio, quo propter debitum ciuile detrudi nō poteſt in carcerem, eſſe nullam (addunt quidam eorum, etiam ſi iuramento confirmetur) quia ſimiliter priuilegium illud conceſſum eſt communitati: nobilium, & non ſingulis in particulari. Multa alia minoris momentis, quibus hi autores ducuntur, legere licebit apud Gutier. vbi ſupra, & apud Couar. loco ſtatim citando, qui etiam multis aliorum argumentis ſatisfacere conatur.

Contraria vero ſnīa, nempe, renunciationē ei Deciſ. priuilegio, ēt ſi iuro non confirmetur, validam eſſe, ac proinde, ſi facta ſit, poſſe eiuſmodi nobilem detrudi in carcerem pro ciuili debito, mihi placet cum Couar. c. quamuis pactum par. 2. in princ. à nu. 5. qui ait, ita iudicatum fuiſſe in prætorio Granatenſi, Greg. Lop. l. 34. tit. vlt. par. 7. gl. 2. & alijs, quos Gutier. vbi ſupra nu. 45. & 46. refert. Ducor præter alia, quæ apud Couar. loco citato, & apud Gutier. vbi ſupra à num. 37. legere licebit. Primo, quoniā priuilegiū hoc, ne eiuſmodi nobiles ꝓ debito ciuili incarcerentur, non ita eſt ius ſanguinis, quaſi ex ſanguine proficiſcatur, ac deſcēdat, quem admodum cognatio, & ius, quod filio ad alimenta à parte accipienda competit, & ſimilia alia, ſed bellatoribus in particulari, qui Hiſpanias de poteſtate Maurorum extraxerunt, ſuo periculo, & ſūptibus, Reges Hiſpaniarum adiuuando, merito ab eiſdem regibus conceſſum fuit, vt ita gauderēt ea ciuilitate, ac nobilitate, quam *hidalguia* vocant, vt illam in perpetuum transfunderent per lineam virilem ad omnes ſuos poſteros non ſpurios, & quæ haberet priuilegia nonnulla annexa, nempè exemptionem à certis tributis, vt torqueri pro delicto non poſſent, vt pro debito ciuili non poſſent mitti in carcerem, & ſimilia alia: id verò profecto non impedit, quòd quiuis eorum, quando cum aliquo contractum aliquem celebrat, renunciare poſſit priuilegio, de quo loquimur, ita vt, ſi tempore ſtatuto non ſoluat, detrudi in carcerem poſſit: etenim quiuis renūciare regulariter poteſt priuilegio ſibi conceſſo: neque hoc cedit in detrimentum cœterorum nobilium, eſſeq; aliquando poteſt vtile, ac neceſſarium tali nobili ei renunciare, qui aliter non inueniet, qui ſecum celebrare vellit contractum, ſibi perutilem, ac neceſſarium. Secundo, quoniam hoc priuilegio non prohibentur nobiles illi cedere, aut ſe permitti detrudi in carcerem propter ciuile debitum, quod quidam nō attendunt, ſed ſolum iudices prohibentur detrudere eos nobiles in carcerem propter id debitum, interim dum eo priuilegio gaudent, priuilegiumq; illud obijciunt. Tertiò, quoniam eiuſmodi priuilegium non habet ortum ex reuerentia, & obſeruatione, quā ex ipſamet rei natura cæteri hoīes præſtare teneantur huiuſmodi nobilibus, ſicut priuilegium, quo aſcendentes gaudēt comparatione deſcendentium, ne ab eis pro debito conueniri poſſint vltra id, ꝙ commodè facere poſſint, & conſequenter, ne pro eo detrudi poſſint in carcerem ortum hēt ex reuerentia, & obſeruatione, q̄ deſcēdentes p̄ſtare tenentur aſcendentibus, quæ obligatio, eā eis præſtandi, manet in deſcendentibus, nihil impediente, ꝙ aſcendentes renuncient illi ſuo priuilegio; qua de cauſa inualida eſt ea renunciatio: etenim alij hoīes ex natura rei non tenentur non mittere illos in carcerem pro debito non ſoluto, ſed id ſolum habent nobiles ex priuilegio à regibus, in gratificationē obſequiorū à ſuis maioribus reipublicæ Hiſpaniæ exhibitorum, cōceſſo Quarto, quoniam nō queādmodū Eccleſiaſtici efficiūt cōitatem, ac rempublicam diſtinctā, ac exemptam à ſe-

à ſeculari ſub ſuis iudicibus proprijs Eccleſiaſticis,& vno ſupremo capite Sũmo Pontifice Chriſti Vicario,in cuius reipublicæ detrimentũ cedit, qđ Eccleſiaſtici ſubijciantur iudicio ſecularis laicorum, eaq; de cã Eccleſiaſticis pſonis à ſua republica ſub grauibus pęnis meritò eſt prohibitum, ne permittãt ſe adduci ad tribunal ſeculare,neque coram eo vlla rõne tanquã rei, rñdeant, aut alios Eccleſiaſticos, tanq̃ actores, ad illud vocent, qm̃ id indecorum eſt Eccleſiaſticis,& multa mala pareret ipſorũ propriæ ſacræ, ac Deo dicatæ reipublicæ,ẽt in detrimentum laicorum,vt hæc oĩa copioſe diſp. 31. explanata ſunt, & conſtat ex ipſomet c.ſi diligenti,de foro cõpetenti:non,inquam, ſicut Eccleſiaſtici ita efficiunt rempublicã diſtinctam,exemptam à laica,cui expedit ſubditos ſuos nulla rõne ſubijci tribunali ſeculari, eaq; ratione eſt id eis prohibitum, ita res hẽt in eiuſmodi nobilibus, ſed vnicam cũ ignobilibus efficiunt rempublicam, à cuius ſupremo capite ſunt eis conceſſa ea priuilegia,quibus cedere vnuſquiſque põt in euentu aliquo particulari ſine vllo cæterorũ rancore,aut præiudicio. Neque ſanè plus nobiles efficiunt cõitatem propriam,ac diſtinctam quam fœminæ oẽs,quibus à republica conceſſum eſt peculiari ex cauſa priuilegiũ Velleiani,cui de iure Caſtellæ, &, iuxta multorum opinionem,ẽt de iure cõi,poſſunt ſingulæ valide renũciare:& q̃uis nos, cũ cõmuniori, ac vera ſnĩa, diſp. 540. dixerimus, ſtando in iure cõi inualidam eſſe eam renunciationem,non eo tñ innixi ſumus fundamento, neque quiſquam fuit vnquã eo innixus, quod id cederet in detrimentum cõitatis ipſarum, & præiudicium pararet cæteris,ſed quod, per epicheiam, cenſendum ſit, eam fuiſſe intentionem legumlatorum, priuilegiũ id, ad ſubueniendum ipſarum fragilitati ipſis concedentium: qm̃ alioquin, non ſufficienter fuiſſet cõſultum eidem ipſarũ fragilitati: quippe quæ eadem facilitate, qua ſe pro alijs obligarent, renunciarent ẽt ad eorum petitionem Velleiani priuilegio, nõ alia ratione creditoribus volẽtibus admittere illas fideiuſſores eorũ. Quintò, qm̃ quando propter detrimentum cõitatis renunciatio, quã particularis renunciat priuilegio eis conceſſo, qui de ea ſunt cõitate, eſt & nulla,vt res habet in priuilegio fori,Eccleſiaſtici conceſſo, vtique,eſto talis perſona fraudem committat, vel fingendo ſe non eſſe Eccleſiaſticum, qñ contrahit,vel aliqua alia ratione, non amittit priuilegiũ illud, niſi in euentu aliquo particulari reſpublica ipſa Eccleſiaſtica, cuius is eſt, in pœnam illius id ab eo auferat: quare Eccleſiaſticus, qui ſe laicum fingeret,qñ celebraret contractum,conueniendus eſſet, tum circa debitum, tum etiam circa delictũ ea fraude commiſſum, coram iudice Eccleſiaſtico, & nulla ratione coram ſeculari: non verò ſic res habet circa priuilegium nobilium,de quo agimus,ẽt iuxta ſnĩam doctorũ,cum quibus diſputamus,qui confitentur, ſi nobilis ſe finxit ignobilẽ tempore celebrationis contractus, aut ſi tempore exequutionis aliquid de ſuis bonis occultauit; amittere id priuilegium poſſeque proinde detrudi in carcerem propter id debitum. Poſtremo,priuilegium nobilibus conceſſum, poteſt reipublicæ caput, ſicut illud conceſſit, ita ex rõnabili cã illud auferre, vel arctare, vt ſcilicet vim non habeat, ſi debitum aliqua rõne oriatur ex delicto,& vt vim non habeat in debito, quo Regi idcirco teneatur, qa cõduxit reditus regios, aut qa munus eos colligendi ſuſcepit:priuilegium verò exemptionis ab ipſorum tribunali, ſemel à principibus ſecularibus conceſſum, ac donatũ reipublicæ Eccleſiaſticæ, vtiq; iidem principes, neq; auferre,neque arctare deinceps poſſunt, vt diſp. 31. dictum eſt.

Ad fundamentũ potiſſimum, cui autores contrariæ ſnĩæ nituntur iam facile patet,conceſſo antecedente,negandam eſſe cõſequentiam. Quod.n. ad priuilegium fori attinet,explicatum eſt,qm̃ pacto conceſſum ſit diſtinctæ reipublicæ Eccleſiaſticæ, & qua rõne fauor publicus eius reipublicæ in eo cernat, cũ emolumento laicorum. Item, iuſta rõne prohibitum eſſe à republica Eccleſiaſtica ſub grauibus pœnis Eccleſiaſticis perſonis,ne illi renuncient aut vlla ratione ei contraueniant: qua de cã, ẽt ſi iuramento ei renuncient,& promittãt rñdere coram iudice ſeculari, totum eſt irritum, & inane;eò quod talis promiſſio, & iuramẽtum, ſint de re illicita, ipſiſq; Eccleſiaſticis prohibita: quæ oĩa continet c.ſi diligenti,de foro cõpetenti, eiſq; oĩbus fundamẽtis præcipuè nititur. Priuilegium verò, ne nobilis detrudi poſſit in carcerem pro debito ciuili, non ſic conceſſum eſt alicui diſtinctæ reipublicæ neque in eo fauor publicus reipublicæ,aut cõitatis alicuius, verſatur,neque item nobilibus eſt prohibitũ ei renunciare: quare longe diuerſa rõ eſt de vno,& de alio priuilegio. Qđ vero attinet ad priuilegiũ canonis, excõicatio lata aduerſus mittentes violentas manus in perſonas Eccleſiaſticas cum peccato lethali, ſeu ſuadẽte diabolo, vt hẽt canon ille, licet cedat in Eccleſiaſticorũ bonũ eaque rõne dici aliquomodo poſſit priuilegium ipſorum: id tñ non eſt quicq̃ illis conceſſum, ſed pœna iuſta à legiſlatore impoſita ad Eccleſiaſticorum ſecuritatem,q̃ Dei, ſunt miniſtri oĩno inermes, quos minime decet propria defenſio,quæ proinde pœna,non ab ipſis,ſed à legiſlatore pendet, ac proinde nõ poſſunt illi renunciare: priuilegiũ vero nobilibus cõceſſum, ne pro debito ciuili poſſint detrudi in carcerẽ, eſt q̃ppiã ipſis conceſſum, vt eo, ſi velint, vtantur, ac proinde cedere,& renunciare poſſunt illi priuilegio.

12 Clericus † etiam priuilegium habet, vt ſolum poſſit conueniri, quantum commodè facere poſſit, atque adeo, vt propter debita, quæ commodè non poteſt ſoluere, detrudi non poſſit in carcerẽ, eſto bonis non cedat. Ita gloſſ. & Bart l. miles in princ. ff. de re iud. Panorm. c. Odoardus de ſolut. Cou. 2. var. reſ. c. 1. n. 9 Gigas de pẽſionibus. q. 35. n. 8. Gutier. de iur. cõfir. c. 16. n. 32. & copioſius. c. 17. à nu. 1. Greg. Lopez l. 26. tit. 6. part. 1. verb. *vn clerigo a otro*,& alij quos citant, colligiturque aperte ex c. Odoardus citato, vbi clericus, impotens ad ſoluendum, neq; bonis ceſſit, neq; in carcerem fuit coniectus, ſed præcipitur, ob impotentiam ad ſoluendum, relaxari ei excommunicationem, præſtita debita cautione (iuratoria ſaltem, ſi aliam

ſi aliam non habeat) qđ, ſi ad pinguiorem fortu-
nam venerit, ſoluet. Rõ autẽ eſt, tum q̃a vt gloſ-
ſa citata, Bart. & alij dñt eſt Chriſti milites, gaude-
req; proinde dẽt priuilegio militis ſeculi; tũ præ-
cipuè, q̃a non decet Chriſti miniſtrum abiectè vi-
uere, & in carcerem trudi ob ciuile debitum, ſed
relinqui ei dẽt, vnde parce viuat, & reliquum tra-
dendum eſt creditori. Si clericus, qui reditus habet
Eccleſiaſticos, ære alieno grauetur, cui toti non
poſſit ſtatim ſatisfacere, iudex Eccleſiaſticus, re-
linquendo ei, tum ex ſuo patrimonio, tum etiam
ex eis reditibus, quantũ ſatis ſit, vt parce viuat, ad-
iudicari debent creditori bona reliqua, ac reditus
reliqui, quouſque integrum ei ſoluatur, vt Couar.
nu. 9. citato, cum reliquis, rectè ait, argumento, c.
peruenit, de fideiuſſ. Vt tñ clericus gaudeat priui-
legio explicato, debet prius recognoſcere debitũ,
vt aperte hr̃ c. Odoardus citato, & præbere cautio-
nem: ſicut ẽt de eo, qui cedit bonis, vt gaudeat eo
ceſſionis beneficio, recognoſcere prius debet de-
bita, quę ſoluat, ſi ad pinguiorem fortunam vene-
rit, vt diſputatione ſequenti dicetur, & cum Pa-
nor. & alijs affirmat Gutier. c. 17. citato, nu. 2.

Quamuis Lapus, & pleriq; alij quos Gutier. c.
17. citato n. 11. refert, extẽdere voluerint priuile-
gium hoc, vt competat ẽt clericis q̃buſcunq; pri-
13 mæ tõſuræ, ſiue cõiugati ſint, ſiue nõ; meritò† tñ
Coua. n. 9 citato, & Gutier. vbi ſupra à nu. 10. ar-
bitrantur, pręſertim hodie poſt Concil. Trid. ſeſſ.
23. c. 6. de refor. eis ſolis cõpetere, qui, iuxta id de-
cretum, priuilegio fori hodie gaudent, nõ verò re-
liquis, qui eodem decreto ab eo priuilegio fori me
ritò fuerunt excluſi, pp eorum multitudinẽ, Hi-
ſpanijs, præſertim; & quod ad eum gradum non
aſcenderent, vt miniſtri eſſent Eccleſiæ, ſed vt pu-
niri non poſſent pro ſuis delictis in foro ſeculari.
Ibidẽ Gotier. cũ Montaluo, contendit, neq; ante
Concil. Trid. extenſum fuiſſe hoc priuilegium ad
clericos coniugatos in minoribus conſtitutos, q̃m
c. vnico de clericis coniugat. lib. 6. ſancitum fuit,
vt clerici coniugati cum vnicis, & virginibus, de-
ferentes habitum, & tonſurã, gaudeant quidẽ pri-
uilegio canonis, ſi q̃s ſuadente diabolo, itemque
priuilegio fori, eatenus ſolũ, qđ pro ſuis delictis,
neq; criminaliter, neque ciuiliter, puniri poſſint à
iudicibus ſecularibus: ſubiungit verò textus; *in cæ-
teris autẽ eos gaudere nolumus priuilegio clericali.*
Vnde ſicut, iuxta eum textũ, tenentur ad tributa,
ad quæ alij laici tenentur, vt ibi exponit gloſſa, &
cõis ſententia, q̃ refert, ac ſequit' Couar. de pract.
qq. c. 31. n. vlt. & in cauſis mere ciuilibus rñdere
debent in ſeculari foro, ita etiã pp debita retrudi
poſſunt in carcerem, neque gaudent priuilegio, vt
ſolum conueniantur, quantum commode facere
poſſint. Hinc intelliges, ſi clericus coniugatus ho
die habitum, & tonſuram deferat, & ab ẽpo de-
putatus ſit ſeruitio alicuius Eccleſiæ gaudere qui-
dem priuilegio fori, vt pro delicto conueniri non
poſſit coram iudice ſeculari, non tñ priuilegio, vt
pro debito ciuili detrudi non poſſit in carcerem:
quoniam ante Concil. Trid. nõ gaudebat hoc pri-
uilegio: Concilium vero id ei de nouo contulit.
Cum hac tota doctrina conſentit l. 2. titu. 4. lib. 1.
nouę collect. Lege etiam antecedentem, & ſequen
tes leges in eo titulo.

14 Si clericus† pe contractus ſe finxit nõ eſſe cle
ricum altero contrahente id ignorãte, aut abſcon-
dit de bonis, ne ſolueretur debitũ creditori, vel ſi
debitũ ex delicto deſcẽdat, tunc rõne criminũ, q̃
ita cõmiſit, detrudi poterit in carcerem pp debi-
tum, vt de nobili ſupra dictum eſt, & affirmat cũ
alijs Gutier. vbi ſup. n. 20. & duob. ſequentib. q̃m
clerici delicta, nihil impediente. c. Odoardus, pu-
niri carcere poſſunt, meritoque pp eiuſmodi deli-
cta amittit clericus priuilegium ibi, & alibi, ea in
parte ipſi conceſſum. Arbitror tñ, q̃uis grauius,
& fœdius, fuerit delictum, eo plus amiſſione eius
priuilegij ſit puniẽdus, ſemper tñ habendam eſſe
rõnem ſtatus clericalis, vt aliquid ei relinquatur,
ne ſordide, & abiecte viuat, neque. n. nobis hoc lo
co eſt ſermo de crimine læſæ maieſtatis diuinæ,
aut de alio graui, pp quod ẽt in honore, & decen-
tia ſui ſtatus, merito ſit puniendus. Excõicari au-
tem non poſſet, neque ipſe, neque laicus, pp debi-
tum, quod ſoluere oĩno non poſſet, eo quod ex-
cõicatio non incurratur, niſi pp inobedientiã Ec-
cleſiæ, q̃n pœna excõicationis præcepto apponi-
tur, qui aũt implere oĩno non põt, quod ei præci-
pitur, inobediens non eſt, excuſante eum impo-
tentia à culpa, & inobedientia, & conſequenter
ab excõicationis pœna impoſita propter eam cul-
pam. Immo verò, ſi euidens, ac notorium eſſet, eũ
impotentem omnino eſſe ad ſoluendum, atq; ex-
communicaretur, eo quod non ſolueret, excom-
municatio contineret errorem intollerabilem,
nec ſolum eſſet iniuſta, ſed etiam nulla, vt Panor.
c. Odoardus citato probe affirmat.

15 Si clericus † debitor ſuſpectus eſſet de fuga, de-
trudi poſſet in carcerem, donec integre ſolueret,
aut ſufficiẽtem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam,
præberet cautionem, ab ipſo tamen creditore capi
non poſſet, niſi quando debitor actu fugam in-
tentaret, neque adeſſet miniſter publicus, qui il-
lum caperet, ac tunc incontinenti deducendus eſ-
ſet ad ſuum iudicem, carceremque publicum, vt
de nobili, fugam intentante, dictum eſt. Ita Gu-
tier. vbi ſupra nu. 29. Couar. 2. var. reſ. c. 1. nu. 9.
Greg. Lopez l. 36. tit. 6. par. 1. & alij.

Rectè Couar. n. 9. citato, & de pract. qq. c. 25.
nu. 1. & vlt. ac Gutier. vbi ſupra nu. 31. aduerſus
Gomez ũ affirmant, ẽt ſi clericus tribus ſenten-
tijs damnatus ſit ſoluere creditori, gaudere adhuc
priuilegio capitis, Odoardus, quod non plus cogi
poſſit ſoluere, q̃ cõmode poſſit facere, nec proinde
pro eo debito poſſit detrudi in carcerem. Q̃m nul
la eſt commoda ratio, cur eo priuilegio non gau-
deat, ẽt ſi appellauerit à duabus ſententijs contra
ſe latis, & expectet tertiam. Licet. n. aduerſus exe-
quutionem trium ſententiarum cõformium non
admittatur exceptio nullitatis, neque ea exceptio
impediat exequutionem ſententię, vt habet' cle. 1.
de re iud. idque propter vehementem calumniæ
ſuſpicionem, exceptio tamen c. Odoardus, quod
debitor non cogatur plus ſoluere, quam commo-
de facere poſſit, ſed expectetur quouſque ſit ſol-
uendo, non eſt contra ſententiam, quod nulla ſit,
nec

nec debeat proinde exequutioni mandari, quin potius eiuſmodi exceptio ſupponit confeſſionem debiti, vt dictum eſt, ac proinde vires ſententiæ.

Quæſt. Maius dubium eſt, vtrum, ſi clericus renunciet priuilegio capitis, Odoardus, præſertim cum iuramento, vt frequenter tabelliones apponere ſolent eiuſmodi renunciationem ſinè iuramento,
16 vel ſi † clericus iuramento ſe aſtringat ſoluere debitum, poſſit tunc, ac debeat, detrudi in carcerem, quouſque integrum debitum ſoluat, perinde ac detruduntur, ac coguntur ſoluere, qui nullo gaudent priuilegio.

Deciſ. Huic dubio ſequentibus concluſionibus eſt ſatisfaciendum. Prima. Eſto clericus ſinè iuraméto renunciet priuilegio illi, eo nihilominus gaudet, neque detrudi in carcerem poteſt, aut plus cogi poteſt ſoluere, quam relicto ei, ne egeat. Hanc affirmet Gutier. vbi ſupra nu. 34. eo ductus fundamento quod priuilegium hoc, vt de priuilegio ſimili nobilium dixerat, ſi conceſſum toti communitati clericorum, ſicut & priuilegium fori. Latum tamen eſt diſcrimen inter priuilegium fori Eccleſiaſticis conceſſum, & hoc, cuius contraria exequutio non ita læderet Eccleſiaſticam rempublicam, ſicut læderet contraria exequutio priuilegij fori, vt ex ſupra dictis circa idem fundamentum, quo ad priuilegium nobilibus conceſſum, facile liquet. Legitima autem ratio eſt, quoniam priuilegium hoc conceſſum eſt clericis non tam in bonum perſonæ cuiuſque eorum, quam in Dei honorem, bonumque, ac decentiam reipublicæ Chriſtianæ, ob quæ expedit, clericos reuerentur tractari, vt Dei miniſtros, nec propter ciuile debitum conijci in carcerem, aut ita deprimi, vt ſordide, & abiectè tractentur, ac viuant: quare, quia eadem indecentia manet, etiam ſi illi priuilegio renunciauerint, & rationes, ob quas eſt conceſſum, ſimili modo vim habent, conſequens eſt, vt nulla ſit eorum renunciatio, ſed perinde eo priuilegio gaudeant, ac ſi illi non renunciaſſent.

Secunda, Si renuncient ei priuilegio cum iuramento, cum eo ipſo iuramento eodem ſe aſtringant, non implorare vſum, & exequutioné illius; neque id ex parte ipſorum malum ſit; arbitror peccate lethaliter, ſi, non obtenta prius relaxatione eius iuramenti, vſum priuilegij illius implorent: vnde tunc tenebuntur ſuſtinere carcerem, & ſpoliationem omnium ſuorum bonorum, perinde ac ſi id priuilegium non eſſet eis conceſſum. Iudices tamen Eccleſiaſtici, nihil impediente ea renunciatione cum iuramento, neque tenentur, neque debent, conijcere illos in carcerem, neque ita ſpoliare eos bonis, vt eis non relinquatur, vnde viuant. Item clerici ipſi petere poterunt relaxationem iuramenti, eiſque poteſt, ac debet concedi, eaque obtenta implorare poſſunt exequutionem eius priuilegij. Prima pars ex ſe, & ex dictis in ea, eſt ſatis perſpicua, in eaque conuenit nobiſcum Gutier. vbi ſupra, nu.35. Secunda vero, de iudicibus, ex ſe, & ex dictis concluſione præcedente, eſt ſatis manifeſta. Neque enim iuramentum, quo clericus renunciauit priuilegio illi, iudices aſtringit, quo minus vſum illius priuilegij, ſplendoré que, ac decentiam miniſtrorum Dei, ac reipublicæ Chriſtianæ, ſeruent: quod ſi licite vſum eius priuilegij ſeruare poſſunt, vtique tenentur, pro munere ſuo illud ſeruare. Vltima veiò pars eo liquet, quod adſit legitima cauſa, cur creditor cogatur relaxare debitori id iuramentum contra decentiam ac bonum reipublicæ Chriſtianæ introductum, & ſubinde, vt ſuperior eius creditoris, poſſit illud relaxare.

Quando nulla interuenit renunciatio priuilegij cum iuramento, aut ſine iuramento, modo duabus concluſionibus præcedentibus explicato, ſed clericus iuramento, ſe aſtrinxit ſoluere creditori debitum, Gomezius à Couar. nu.9. citato, & à Gutier. relatus, ait, tunc clericum vti non poſſe, nec gaudere priuilegio capitis Odoardus Couar. vero ibidem contrarium affirmat: quoniam, inquit, iuramentum intelligendum eſt iuxtá promiſſionem, quam confirmat: ſi autem clericus ſine iuramento ſe aſtrinxiſſet ſoluere debitum, neque intelligeretur, neque teneretur illud ſoluere, niſi inquantum commodè facere poſſet. Gutier. vbi ſupra num.36. ait, ſi clericus ſub iuramento ſe aſtrinxit ſoluere debitum inſolutum, aut integrè, non poſſe opponere priuilegium capitis Odoardus, neque eo gaudere, ac proinde in eo euentu veram eſſe opinionem Gomeci. Si vero ſolum abſolute ſub iureiurando ſe aſtrinxit ſoluere debitum, poſſe opponere priuilegium illud, eoque gaudere, atque adeò in eo euentu veram eſſe Couar. opinionem. Certè, qui ſe aſtrinxit ſub iureiurando, aut ſine iureiurando ſoluere debitum aliquod, aſtrinxit ſe ſoluere totum id debitum, & non ſolam partem, ac proinde minus apta videtur hæc diſtinctio.

Tertia noſtra concluſio eſt Clericus, qui iureiurando ſe aſtrinxit ſoluere debitum aliquod, aut totum aliquod debitum, ſi non expreſſit, etiam ſi ad id eſſet opus non ita ſibi relinquere, vt non egeret, aut ſi ad hoc in particulari non intendit ſe obligare, veram arbitror opinionem Couar. propter fundamentum illud, cui innititur. Si verò id expreſſit, aut ad id intendit ſe obligare; cum id ex parte ipſius clerici non ſit ex ſe malum, vtique tenetur id implere, quantũ potuerit, & quãtum teneretur, ſi non gauderet priuilegio capitis Odoardus. Poteſt tamen petere, & obtinere, relaxationé talis iuramenti, propter ea, quæ circa præcedenté concluſionem dicta ſunt. Iudex auté Eccleſiaſticus, non obſtante eo iuramento, nec tenetur, nec debet, detrudere illum in carcerem propter ea, quę circa eandem concluſionem dicta etiam ſunt. Concluſio hæc tota non alia indiget probatione.

17 Hoc idem priuilegium, † ne conueniri aliquis poſſit vlta quod cómode facere poſſit, ac proinde ne detrudi in carceré poſſit pro eo ciuili debito, tribuit ét glo. l. miles. ff. de re iud. & cum ea tribuunt multi alij, aduocatis, argumento. l. aduocati. C. de aduocat. diuer. iud. Item tribuunt idé priuilegium doctoribus. Eos ſequuntur Gutier. de iur. confir. par.1. c.16. nu.32. ac c.17. in calc. n.11. & Azeuedo. l. vlt. tit.21. lib.4. nouæ collect. nu.70. Lex tñ illa Codicis, nó loquitur de aduocatis vniuerſim.

Iure

Iure Luſit.lib.5.ord.tit.67.neque,qui in eo Regno *fidalgos*,neque, qui *caualeros* dicuntur,neque
18 † ſenatores, neq; doctores in iure,aut medicina, qui gradū in vniuerſitate aliqua,prçuio examine, ſuſcipere,neq; horū omnium vxores, etiam ſi viduæ ſint modo honeſte viuant, conijci poſſunt in carcerē,niſi pro crimine, quo digni ſint morte naturali,aut ciuili : quare pro ciuili debito non poſſunt in carcerē detrudi. Iure etiā Luſitano (exceptis his hoc modo priuilegiatis) alij priuilegiati, detrudi in carcerē poſſunt ob quodcunq; debitū ex delicto,vt habetur lib.4.ord.tit.52.§.penult.
19 Vniuerſim † quicunq; ſolū tenentur pro debito aliquo, quantū cōmodè facere poſsūt nō poſſunt pro eo in carcerē mitti,vt ſæpe dictum eſt. Præter oēs autem commemoratos in hac diſputatione,& alijs diſputationibus in ea citatis,q hoc priuilegio gaudent,ēt annumerātur.l.ſunt qui, iunctis legibus ſequētibus.ff.de re iud.& l.1.tit.15.p.5. maritus debēs vxori,& vxor debēs marito,ac patronus debēs ſuo liberto,& libertus debens ſuo patrono.

Ceſſio bonorum quouſque permiſſa, & quouſque debitorem à debiti ſolutione liberet.

DISPVTATIO DLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor cedere bonis in omnibus caſibus poteſt, in quibus pro ciuili debito detrudi poteſt in carcerē.*
2 *Cedens bonis pro debito,pro quo habet priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, an priuilegium amittat.*
3 *Debitor quicunque cedere bonis poteſt, tam per ſe ipſum,quam per procuratorem,& tam ſolo verbo,quam per ſcripturam.*
Immo etiam antequam mittatur in carcerem, cedere bonis poteſt,nu.4.
5 *Ceſſio bonorū antequam fiat,quid prçcedere debeat.*
6 *Cedere bonis quid ſignificet.*
7 *Debitor quando bonis cedit, quid facere teneatur.*
8 *Dominium bonorum debitoris, qui bonis ceſſit, antequam diuendantur,ad ipſum debitorē ſpectat.*
9 *Debitor ex ceſſione bonorū,duo cōſequitur cōmoda.*
10 *Ceſſionis exceptio tantum prodeſt debitori, qui bonis ceſſit,non autem fideiuſſori.*
11 *Debitor, qui vult cedere bonis, quas inducias petere poſſit,ad ſoluendum.*
12 *Creditorum pars maior debitoris defuncti, remittere poteſt partem debiti, in præiudicium aliorum creditorum,etiam priuilegiatorum.*
Et quid de iure Caſtellæ obſeruatur.nu.13.
14 *Vxor debitoris,qui bonis ceſſit, an poſſit capere bona mariti pro ſolutione eius dotis, & bonorum paraphernalium in præiudicium aliorum creditorum ipſius mariti;maxime dum probat,maritum eius bona diſſipaſſe.*
15 *Debitum pecuniarium duobus modis procedere poteſt ex delicto.*
16 *Pœna pecuniaria in pçnam corporis quibus caſibus conuertenda.*
17 *Ceſſio bonorum an locum habeat pro debito proueniente ex delicto.*
Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ.nu 18.
19 *Ceſſioni bonorum renuncians cum iuramento, an cedere bonis poſſit in euentibus à iure permiſſis.*

IN euentibus,in quibus,iuxta dicta diſputatione præcedente,locū habet,debitorem in carce-
1 rē detrudi ob debitum ciuile,à iure † eſt ei in commune bonum conceſſum, vt cedere poſſit bonis, hoc eſt,relinquere,& tradere creditoribus oīa ſua bona diuidenda, & iura, ac quæcunque debita,ac bona ei competentia,vt inde ſolutio eis fiat, quantum ea bona ſufficiant,& reliquum ei ſoluat,ſi ad pinguem fortunā veniat, atq; ita à carcere liberetur. Ita hr l.1. C. qui bonis cedere poſſint,atq; id ſupponunt leges reliquæ eius tituli & ff. de ceſſione bonorum,idē habetur l.1.& 4.tit.15 part.5.& lib.3.Luſit.ord.tit.89 & affirmat cōmunis doctorum ſententia, quā ſequuntur Couar.2.var.reſ.c.1.nu.5.Ant.Gom.l.79.Taur.nu.1.& tom.2.var.reſ.c.11.nu.52.& Gutier. de iur. confir. part.1.c.16.n.10. Formā autem totius proceſſus ceſſionis bonorum(quod leges Hiſpaniæ etiam appellant, *renunciar la cadena*) tradit Mōtecroſo in ſua practica tract.2 à fol.23. Cum verò priuilegium hoc ceſſionis bonorū in commune bonum iure ſit ſancitum,ne debitores, ſine creditorum emolumēto, immo cum ipſorum damno, perpetuo detineātur in carcere, atque in eo pereant, &, qui contractus celebrant, ſciant, debitores hoc priuilegio gaudere,eoque præſuppoſito ſuos contractus celebrent, vtique eius priuilegij vſus non minus vim habet in conſcientiæ,quam in exteriori foro.

Quicunque priuilegio gaudent,vt in carcerem pro ciuili debito conijci non poſſint, ſiue id ortū habeat,quia cōueniri nequeunt pro eo debito,niſi quantum cōmode facere poſſint, ſiue aliunde,ſane neceſſe nō habent cedere bonis;ſiquidem, ſine vlla ceſſione,detrudi in carcerē non poſſunt. Vtrū aūt,ſi is,qui priuilegio gaudet,ne conueniri poſſit vltra quam cōmode facere poteſt,bonis cedat pro debito,aut debitis,in quibus gaudet eo priuilegio,
2 ſpoliari † tunc poſſit omnibus omnino ſuis bonis, quemadmodū ſpoliari poteſt,qui, non gaudēs eo priuilegio,bonis cedit. Matthçus de Afflictis,quē Gutier. de iur. confir. par.1.c.17.nu.6.refert,nec reprobat,& Imola ac Petrus,relati à Greg.Lopez l.1. tit.15.part.5.verb.*padre o abuelo*, affirmanter reſpondent: & ideo Afflictus admonet, vt cle- Decis.
ricus, qui non eſt ſoluendo, conuentus pro debito, ſe tueatur exceptione. ca. Odoardus de ſolut. quod gaudeat priuilegio, ne conueniri poſſit, vltra quam commode facere poſſit, & non cedat bonis, ne eo ipſo omnibus ſuis bonis ſpolietur,& tradantur creditori. Merito tamen. leg. 1. citata contrarium aperte ſtatuit,vt Greg. Lopez ibidem gloſſa citata, etiam notat. Etenim nulla eſt congrua ratio, quod ceſſio bonorum impediat illud aliud priuilegium ei,qui eo gaudet.
3 Quicunque † debitor cedere poteſt bonis ſuis, tam per ſe ipſum, etiam ſolo verbo, quo exprimat eam eſſe ſuam voluntatem, quam per ſuum procu-

procuratorem, aut per ſcriptum, vt hī l. vlt. ff. de ceſſ. bon. iuncta l. in omni. C. qui bon. ced. poſſ. & hī l. 1. tit. 15. par. 5. Lex vlt. citata ait, ceſſionē fieri poſſe, non ſolū in iudicio, ſed ēt extra iudicium: Lex verò prima citata ait, deberi fieri coram iudice: eas Greg. Lopez ita conciliat, quod etſi ceſſionis inſtrumentum extra iudicium fieri poſſit, vt tamen ceſſio perficiatur, adduci debet inſtrumentum, ac præſentari coram iudice. Hodie verò in Luſitania, iuxta ordinem præſcriptum lib. 3. ord. tit. 89. §. 1. & antepenul. & multo magis in hoc Caſtellæ Regno, iuxta eo, quæ de ceſſione bonorum in eo euentu ſancita eſſe referemus, fieri debet coram iudice, ipſoque ſententiam ferente, ac pronunciante, quo ordine, & quanto tempore, qui bonis cedit, ſeruire debeat creditoribus.

4 Stando † autem in iure cōi, credo debitorem cedere poſſe bonis, antequàm in carcerem mittatur, vt capturam, & carcerē euitet, & ita innuit apertè Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 11. nu. 52. Conſentit ius Luſitanum tit. 89. citato. §. 5. vbi ſtatuitur, ſi aliquis creditorum petat, vt is in carcerem mittatur, qui dicit ſe velle facere ceſſionē, continuò in carcerem eſſe mittendum, quaſi ſi id non petatur, poſtulari, ac peragi poſſit ceſſio bonorum, quin debitor in carcerem detrudatur. Regulariter verò, præſertim in hoc Caſtellę Regno, iuxta ea, quę de ceſſione bonorum in eo ſubijciemus, ceſſio bonorum petitur, ac peragitur, poſtq̄ debitor eſt in carcerem miſſus Cou. nu. 5. citato, cum alijs, quos refert, affirmat, ceſſionē non poſſe fieri, niſi poſtquam debitor ad petitionem creditorum fuit miſſus in carcerem, ſatiſq; eſſe, ad petitionem vnius eorum, detruſum eſſe in carcerem, neque eſſe neceſſe, vt alij citentur; ceſſionemq; tunc factā parere cæteris creditoribus prędiudicium. In hoc tñ Caſtellæ Regno, antequam perficiatur, cæteri creditores citari debent, ēt illi, per ꝓclamationem publicam, de quibus ignoratur, ac creditores ſint, vt pronuncietur, quo ordine is, qui bonis cedit, ſeruire eis debeat, & quis creditorum cui ea in parte ſit præferendus, & ita hēt praxis formę proceſſus, quàm Monterroſo vbi ſupra hæc de re tradit. Itē iure Luſitano tit. 89. citato, §. 1. præcipitur, vt, qui bonis cedere debet, prius declaret oīa ſua debita, eaque confiteatur, & vt inſtrm̄ eius confeſſionis ad iudicem deferatur, atque vt, antequàm ceſſio perficiatur, citentur creditores omnes, quibus debitor ſeſe debere fuerit ita confeſſus.

5 Antequam † ceſſio bonorum fiat, ſeu concedatur, de debitis conſtare dēt, vel per ſnīam, quæ in rem tranſierit iudicatam, vel per confeſſionē eorum debitorum factam per ipſum debitorem, ita vt vi talis confeſſionis peti à creditoribus quocūque tpe poſſint, ita vt locus tergiuerſationi debitori non relinquatur. Ita habetur l. penult. ff. de ceſſ. bonor. l. 1. tit. 15. par. 5. in Luſit. ord. §. 1. citato, & colligitur ex c. Odoardus de ſolut. atque affirmat cōmunis doctorum ſnīa, quam referunt, ac ſequūtur Couar. nu. 5. citato, & Gutier. de iur. confir. part. 1. c. 17. nu. 3. De conſenſu tñ creditoris, admitti poteſt debitor ad ceſſionem bonorū, etiam ſi debitum non confiteatur, ſed relinquatur poſtea liquidandum, vt ait glo. l. penul. ff. de ceſſ. bonor. &, cum ea & Azone, Greg. Lopez l. 1. citata ver. *e no ante*.

6 Cedere † quempiam bonis, non aliud eſt, quam profiteri ſe non eſſe ſoluendo oībus ſuis debitis, ac proinde ſe cedere ſuis oībus bonis, eaque diuendenda tradere, vt inde ſatis fiat debitis quoad fieri poſſit. Nihilq; omnino ſuorum bonorum, aut iurium quæ ſibi competunt, retinere ſibi pōt, aut tenentur creditores ei relinquere, præterquam veſtes viles, quibus ſe contegat. Lex. 1. tit. 15. part. 5. ait, *ſi no los pannos de lino*, & conſentaneè ad eam legem multi doctores loquuntur. Melius tamen lex Luſit. titu. 89. citato. §. antepenul. præcipit, vt ſolum ei relinquantur veſtes, quibus tempore ceſſionis fuerit indutus modo tñ non ſint magni valoris, quod iudicis arbitrio iudicandum ea lex meritò relinquit. Et ita credo conſuetudine in hoc Caſtellæ Regno ſeruari, vt veſtes, quibus eſt indutus, ſeu quotidianas, vt Couar. nu. 5. citato ait, ab eo non auferantur, niſi precioſæ ſint: in quo euentu commutari poſſent pro alijs medriocribus. Io. Med. de reſt. q. 3. cauſ. 3. ait, relinquēdā illi ēt eſſe inſtrumenta ſuæ artis, ſi artifex ſit. Meritò tamen Couar. vbi ſupra, & alij affirmant, quod id in exteriori foro non admitteretur. Et quidem quo ad formam faciendi bonorum ceſſionem, obſeruant doctores, recurrendum eſſe ad ſtatuta, & conſuetudines cuiuſque loci: iure autem communi, & regulariter in priuatis Regnis, non ſolet fieri, verbis ignominioſis, vt ijdem doctores affirmant.

7 Tenetur vero debitor, q ñ † bonis cedit, manifeſtare, & tradere, oīa ſua bona, vt diuendantur, & ſatis fiat debitis, nihil omnino illorum occultando, vt affirmat gloſſa cōiter recepta. l. 1. C. qui bonor. ced. poſſ. & habetur lib. 3. Luſit. ord. tit. 89. §. 1. & antepenult. vbi præcipitur, vt qui bonis cedit, catalogum ſua manu ſubſcriptum conficiat omnium ſuorum bonorum, aut eum confici faciat per publicum tabellionem, in quo ſimul declaret omnia, quæ ipſi debentur, & quæ ipſe alijs debet, & vt illud in iudicio ſiſtatur, ſtatuiturque, vt ſi aliquando compertum fuerit eum debitorem ſubticuiſſe in eo catalogo aliqua ſua bona, non gaudeat priuilegio ceſſionis, ſed detrudatur in carcerem, quouſque integrum debitum ſoluat. Idque ſtatutum eſt iuxta commune ius, & conſentit l. 4. in fine, tit. 15. part. 5. iuncta penult. glo. Greg. Lopez ibi, & affirmant Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 16. num. 24. & c. 17. nu. 3. & Ant. Gom. l. 79. Taur. nu. 3. & tom. 2. var. reſ. c. 11. n. 52. Eo enim ipſo debitum illud deſcendit ex delicto locumque circa illud non habet id priuilegium: ſicut debitor, qui ſtudioſe diſſipauit, aut alienauit bona ſua, vt non haberet, vnde ſolueret, non gaudet eo priuilegio ceſſionis, vt habetur l. vlt. in fin. ff. quæ in fraud. cred. & l. 4. citata, & conſentiunt, quæ de nobili occultante partem ſuorum bonorum, diſputatione præcedente diximus, oſtendendo non gaudere priuilegio, vt propter id debitum non poſſit detrudi in carcerem.

8 Interim † dum bona eis debitoris, qui bonis ceſſit, diuendita non ſunt, dominium eorum ad ipſum

ipſum pertinet,ac proinde,ſi velit ſe defendere, & ſoluere creditoribus, audiendus eſt, tradendaque ei ſunt bona ſua. Ita habetur l.3.ff. de ceſſ. bonor. l.1.C.qui bon.ced.poſſ.& l.2.tit.15.par.5. Hodie tñ in hoc Caſtellæ Regno, ſi confeſſus fuit debita, aut aliter habent paratam exequutionem, niſi dederit fideiuſſorem *de ſaneamiento*, vt vocant, quod debita integre ſoluentur, non audietur, ſed bona diuendentur, & ipſe detinebitur in carcere, quouſque integre ſoluat debita.

9 Quamuis, qui bonis ceſſit, non † maneat oĩno liber à ſuis creditoribus, ſed integrè teneatur eis ſoluere ſua debita, ſi efficiatur ſoluendo, ad pinguemve fortunam deueniat, atque ad id ab eis in exteriori foro compelli poſſit, vt hr l.1. C. q bon. ced. poſſint, duo tñ exceſſione conſequitur commoda. Vnum, quod liberatur à carcere, interimque dum non efficitur ſoluendo, moleſtari non poteſt, ſed adeò tueri ſe poteſt exceptione ceſſionis aduerſus debitores, vt lis aduerſus eum conteſtari non poſſit l.4.§. Sabinus.ff. de ceſſ.bon.l.3. tit.15.par.5.Greg.Lopez ibi glo.2.Couar.2.var. reſ.c.1.nu.6. & communis opinio, quam citant. Alterum verò, quod, qñ bona aliqua acquirit, ad pinguemque fortunam deuenit, non poteſt ſpoliari bonis omnibus acquiſitis, vt qñ cedit bonis, oĩbus ſuis bonis ſpoliatur, ſed ſemper illi eſt relinquendum, quod, iudicis prudentis arbitrio ſatis ei ſit ad congruam ſuam parcam ſuſtentationem, & ſolum reliquum poteſt cogi tradere in ſolutionem debitorũ: quare ſolũ tũc tenetur, in quãtum cõmodè facere poſſit. Ita hr l.4.& duabus ſequentib.ff. de ceſſ. bon. l.ex contractu.C.de bon. autor.iud.poſſ.§.vltim. inſt.de act.l.3.tit.15.par. 5.& lib.3.Luſit.ord.titu.89. in prin. Habet verò hoc locum, ẽt in conſcientiæ foro, vt rectè Couar. ait c.1.citato, nu.6.quicquid in contrarium dixerint Adria.de reſt. q.aggredior, verſ 6 dubitatur, Ioan. Med. de reſt.q.5.& alij, quos Couar. citat: quoniã id priuilegium iure ciuili eſt conceſſum, eoque ſuppoſito celebrari fuerunt cum eo contractus, & contraxit debita: quare, dum viuit poſt ceſſionem, ſolum tenetur debita in foro conſcientiæ ſoluere, quantum commodè, modo explicato, facere poſſit. Conſentit Sotus 4.de iuſt.q.7. art.vlt. in fine, tametſi non diſtinguat tempus ceſſionis bonorum à tempore, quo poſt bonorum ceſſionem aliqua acquiſiuit, in quo ſolo tenetur dumtaxat, quantum commodè facere poſſit.

Ex eo autem, quod debitor principalis bonis ceſſit, fideiuſſores ipſius non liberantur ab onere ſoluendi integrè loco illius debita, pro quibus fideiuſſores extitere; ſed perinde cogi poſſunt ea integre ſoluere, ac ſi principalis debitor bonis non

10 ceſſiſſet: exceptio † quippe ceſſionis, ſolũ competit perſonæ debitoris; non verò fideiuſſoribus, qui idcirco adhibentur, vt, ſi debitor principalis ſoluendo non ſit, ipſi loco illius ſoluant. Ita hr §.vlt. inſt.de replicationibus l.hæres à debitores §.quod ſi ſtipulator.ff.de ſolut.& l.3.tit.15.par.5.dictũque eſt, dum de fideiuſſoribus ſermo erat.

11 Is, qui † cedere vult bonis petere à creditore, aut à creditoribus poteſt, vt ſibi inducias quinquennij ad ſoluendum tribuant, ne cedat bonis. Quod ſi ſit vnus tantum creditor, & is illas ei concedat, aut ſint multi, & ij (iuxta ea, quę proxime ſubiungo) eas illi concedant, tunc, elapſo eo quinquennio, nõ poteſt debitor cedere bonis, neque ẽt intra quinquennium, ſed ſi, quinquennio elapſo, debitum, aut debita non ſoluat, detrudi in carcerem poteſt, quouſque integre ſoluat. Ita glo.vlt.l.vlt. C.q bon. ced. poſſ. & cõis doctorum ſententia, quam refert, ac ſequitur Greg. Lopez l.5.titu.15.part.5. gl.vlt.eſtque definitum lib.3. Luſit.ord.tit.89.§. 2. Qñ verò ſunt multi creditores, oẽs interrogandi ſunt, an velint eas inducias concedere, & maior pars vocare poteſt minorem, vt in vnum locum conueniant, eaque de re ibi tractent, ac deliberẽt, idque parabit minori parti præiudicium ea in re, niſi cõueniat: & ſatis eſt citare abſentes vt vtrunque cum alijs, quos citat, affirmat Greg. Lopez.l. 5. citata gloſ. 1. Si creditores, quibus maior pars ſummæ debetur, conſentiant, vt induciæ quinquennij debitori concedantur, etiã ſi illi pauciores numero ſint, & alij plures, nimio etiam ſi is vnus tm ſit, & alij multi, & ẽt ſi reliqui habeant hypothecas, & præponendi in ſolutione, obtinet debitor eas inducias, etiam quo ad reliquorum debita, ſi autem æqualis ſit pars ſummæ, quæ debetur ijs, qui concedere volunt inducias, cum parte ſummæ, quæ debetur alijs, qui nolunt eas concedere, tunc præualet ea pars, quæ vincit numero creditorum, eſto ſimiliter reliqui habeant hypothecas, præferendique ſint in ſolutione. Qui autem creditores in hoc euentu pro vno, aut pro pluribus creditoribus, ſint cõputandi, habetur l. ſi plures.ff.de pact. Quod ſi creditores vtrinque æquales numero ſint, & pars ſummæ, quæ vtrinque debetur, ęqualis etiam ſit, præualet pars, quæ inducias concedit, tanquam magis pia. Ita ſancitum eſt l.vlt.C. qui bon.ced.poſſ.l.5.citata, & lib. 3. Luſit.ordin. titul.89. §. 3. Eædem ordinationes.§.4.ſequenti ſtatuunt, ſi creditores omnes concedant, vt debitor inducias quinquennij accipiat, & non cedat bonis, teneri debitorem eas accipere, nec poſſe cedere bonis: quoniam, inquiunt, de iure hæc electio pertinet ad creditores. Contrarium tamen affirmat Gregor. Lopez l. 5. citata verb. *les pidieſe*, eſſe communem doctorum ſententiam, & merito: quoniam, licet electio ad creditores modo explicato pertineat, id ſane eſt ſuppoſito, quod debitor eas inducias petat, & velit: quippe cum id in fauorem debitoris, & non creditorum, introductum ſit: quare, ſi debitor eas inducia non velit, ſed potius velit cedere bonis, audiendi non ſunt creditores, qui eas inducias illi eligunt, vt ſatis innuit.l.vlt.C.qui bon.ced.poſſ. Lex 5.titul. 15. part.5.ſatis aperte innuit, peti poſſe inducias vltra quinquennium, quaſi, ſi in illis concedendis conueniat maior pars creditorum, modo explicato, minor pars, quæ renuit, ſtare teneatur ei conceſſioni, & id notat ibi Greg. Lopez. Stando tamen in communi, & Luſitano iure, maior pars non poteſt præiudicare minori in concedendis inducijs vltra quinquennium: quoniam de his tantum loquitur communo ius, & Luſitanum.

12 De iure † cõi l.& ſuum hæredem §.vlt.iunctis tribus legibus ſequentib.ff.de pact. q̃n ſunt multi creditores debitoris defuncti, & maior pars eorum, quo ad debiti quātitatem aut quo ad numerum creditorum, ſi pars ſummę vtrinque ſit ęqualis, vel medietas creditorum, quando pars ſummæ vtrinque eſt æqualis (eo modo, quo præcedente paragrapho explicatum eſt) conueniat, vt hæredi defuncti remittatur pars aliqua debiti, vt reliquũ ſoluat (eo modo, quo de inducijs paragrapho pręcedente dictum eſt) validam eſſe eam remiſſionem in pręiudicium cæterorum, qui in ea conſentire noluerunt, etiam ſi aliqui eorum præſentes non fuerint (modò tamen citati ſint, vt cum Bart. l.reſcriptum ff.de pact. affirmat Greg. Lopez. l.6. titu.15.part.5.& paragrapho præcedente dictum eſt) ẽt ſi aliqui eorum priuilegium habeant prælationis cæteris: modò tamẽ non habeāt pignus, aut hypothecam, tacitam, vel expreſſam, in bonis defuncti: nam quo ad quantitatem bonorum, quę ita ſibi habent obligata, inualida eſſet remiſſio, quæ ipſis non conſentientibus, tali hæredi, aut hęredibus, debitoris defuncti fieret. Hoc, quod de iure cõi legibus citatis eſt ſancitum, quo ad hæredem, aut hæredes defuncti. vt non deſit, qui defuncti hæreditatem adire in creditorum bonũ velit, cõis doctorum ſententia, vt Grego. Lopez l.6. citata, gloſſ. 1. ait, affirmat, extendendum non eſſe ad debitorem viuum. Lex tamen 6. citata, illud ad viuum debitorem extendit: quoniam ſimiliter expedire creditorib. poterit, vt idem fiat cum debitore viuo. Vbi tamen hoc non fuerit lege ſancitum, non puto extendendum eſſe ad viuum debitorem: quoniam non facile tribuenda eſt alijs poteſtas ad minuendum ius, ac debitum, quod alteri debetur, ipſo inuito.

Lege 2.titu.19.lib.5.nouæ collect. meritò ſancitum eſt, vt mercatores, campſores, aut eorum *fatores* quos vocant, *que ſe alcan con mercaderias o biens agenos*, puniantur, vt fures, & vt nulla tranſactio, aut conuentio, cum eis facta, vel remiſſio, quæ eis fiat, quicquam valeat in præiudicium eorum, quorum bona ita obtinent, grauesque aliæ pœnæ eis imponuntur.

13 Hoc loco antequam † vlterius progrediamur, ſubijcienda ſunt, quæ in hoc Caſtellæ Regno peculiariter circa bonorũ ceſſionẽ ſancita ſunt. Lege 4.& quinque ſequentibus, ti.16.li.5.nouæ collect. conſtitutum eſt, ad ſeruiendum, ordine infra explicando, quouſque ſuo ſeruitio ſinguli ſatisfaciat ſua debita, & vt tradat̃ eis torque ferreo craſſitudinis digitalis collo illius appoſito (*argollo de hierro de groſura de vn dedo* leges illæ dicunt) quẽ patentẽ ferre teneatur, adeò, vt ſi aliq̃n fuerit ſine eo depræhenſus, aut geſtare eum latentẽ, ſeu coopertum, amittat priuilegium ceſſionis, ac detrudatur in carcerẽ, quouſque debita integre ſatiſfaciat, & vt creditor, qui ita illum depræhenderit, eaque de cã conijci eum fecerit in carcerem, præferatur cæteris creditoribus, ẽt anterioribus, atque ei, cui traditus erat ad ſeruiendum, in recipiendo ex illo, ſuo debito. Ita hr̃ ibidem l.6.l.7. additur, vt, ſi is, qui in carcere detinetur pro debitis, ea non ſoluerit intra ſex menſes à puncto, quo liquidum fuerit, teneri ad ea debita, eſto ipſe bonis non cedat virtute eius legis habeatur, ac ſi illi ceſſiſſet, exequique ex tunc in eum debent hactenus dicta de torque ferreo, vt tradatur creditoribus ad ſeruiendum pro debitis. Lege verò 8. additur ſi debitor, qui quouis horum modorum bonis ceſſerit, multos habeas creditores, & is, cui de iure eſt primò tradendus ad ſeruiendum, intra ſex dies à puncto, in quo ad id fuerit requiſitus, non poſtulauerit ac fecerit torquem apponi collo talis debitoris, vt ſibi ſeruiat, tunc à iudice tradendus eſt is debitor ſequenti creditori, & ita conſequenter, quouſque omnes percurrantur. Lege autem 9. ſequenti ſubiungitur, q̃n aliquis ob furtum fuit dānatus, ac pœnā luit, locum habere ceſſionem bonorum pro debitis remanentibus ex eis furtis ijs, à quibus res illas furatus eſt nihil impediente, quod ea debita ortum habuerint ex delicto.

Qui ordo in debitis ſoluendis ſeruandus ſit, & qui creditores quibus ſint præponendi in ſolutione, & ꝙ, q̃n creditores ſunt perſonales, nulluſque eorum ius prælationis hẽt ſupra alios, æqualiter proportione quadam, iuxta quantitatem debiti cuiuſque, ſit illius ſoluendũ, nihil impediente, ꝙ inter eos quidam ſint antiquiores alijs diſp.536. copioſe eſt explicatum. Quare, iuxta ordinem ibi explicatum, diſtribuendum eſt pretium bonorũ illius, qui bonis ſuis cedit, & conſentit l.2.tit.15. par.5. In hoc aũt Caſtellæ Regno, pro debitis remanentibus eodem ordine tradi debet debitor creditoribus, ad ſeruiendum, ita vt hypothecarij creditores, præponantur alijs, & inter hos præponantur, qui antiquiores, aut magis priuilegiatas habuerint hypothecas, & inter creditores perſonales, præponantur cæteris, qui ius habuerint prælationis. Quod ad cæteros verò perſonales creditores attinet, credo eum, qui prior fuerit tpe, præponendum eſſe cæteris, vt prius ei ſeruiat, & poſtea præponendos eſſe alios ordine tpis, antiquiores; q̃m ſeruitium ſucceſſiue exhibetur, & non eſt copia aliqua bonorum talis debitoris, quæ ſimul inter ipſos creditores diſtribui debeat, in quo euentu pro rata eſſet omnibus ſimul diſtribuēda in eadem proportione, quam debita habuerint inter ſe, iuxta explicata diſputatione citata.

Ex proxime dictis oritur eiuſmodi dubium, Cum vxor pro dote ſua, & bonis ſuis paraphernalibus, habeat tacitam hypothecam in omnibus bonis mariti, & regulariter præferatur cæteris mariti ceeditoribus, vt diſputatione citata Dubiũ
14 oſtenſum eſt, dubium † eſt, ſi vxor probet, maritum diſſipaſſe eius dotem, aut etiam bona alia ſua paraphernalia, atque ſe opponat pro eiuſmodi bonis cæteris creditoribus mariti, qui bonis ceſſit, ac petat, vt ſibi primo tradatur, vt ſibi ſeruiat, quantum ſatis eſt ad compenſandum totum, quod ipſi debet, an ſit audienda. Quidam negant, quoniam vir caput eſt mulieris, nec decet eum illi ſeruire. Et quoniam vir non tenetur vxori, niſi quantum commode facere poteſt, ac proinde cogi non poteſt illi ſeruire pro debito. Contrarium verò affirmat Ant. Gom. 2.tom. var. reſ. Deciſ.

c.11.

c. 11. nu. 53. Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 18. nu. 7. qui dicit, ſe iam obtinuiſſe in quadam eiuſmodi cauſa, & Bacca, quem Gutier. refert, ac Monterroſo vbi ſupra tradendum modum formandi ſententiam, quo ordine is, qui ceſſit bonis, ſeruire debet, vbi ait pronunciandum eſſe, vt vxori primo ſeruiat, & vt tẽpore, quo ei ſeruierit, & quo ei lucretur in recompenſationem ſui debiti, non debeat ferre torquem ferreum, idque in fauorẽ vxoris, & quoniam nõ decet ignominioſe illi ſeruire. Atque hæc ſnĩa mihi probatur: qm̃ vxor in recõpenſationem ſui debiti, non debet eſſe peioris cõditionis, quam cæteri creditoris, auferendo tñ indecentiam in modo ei ſeruiendi, vt tanquã vxori ei ſeruiat, ac vtilis ei ſit, non verò tanquam dominæ: id quod & vxor exiget, & erit vtile marito, vt interim à duriori, & magis ignominioſa ſeruitute liberetur. Et quoniam, licet vir nõ teneatur vxori, niſi in quantum cõmode facere potuerit, id tñ intelligendum eſt, qñ res, ſolum agetur inter ipſum, & vxorem, & quando maritus non vellet plus ei ſoluere: ſecus autem quando, vt liberetur à maiori ignominia, & à durioribus creditoribus, volente id, & poſtulante vxore, in ſuum & mariti bonum, non renuit maritus eo modo ei ſoluere.

Vt ſequens dubium expediamus, obſerua. De-
15 bitum † pecuniarium, aut alterius rei externæ, duobus modis poſſe procedere ex delicto. Vno, tanquam damnum actori datum culpa rei, vt quia reus furatus eſt rem aliquam ab actore, aut quia ſegetes ei exuſſit, damnũve aliud ei dedit: debitũ enim harũ rerum, aut æſtimationis earũ ex delicto deſcendit, & debetur actori in exteriori, atque in conſciẽ foro, nulla expectata ſnĩa, tanquam intereſſe, ac bonum proprium actoris. Cum eiuſmodi autem debito coniungere poſſumus, quod, licet ortum habuerit ex contractu, vt ex depoſito, aut alio ſimili, atque adeò debeatur tanquam intereſſe, & bonum propriũ actoris, admixtum tamẽ poſtea fuit delictũ circa illud, vt quia denegari actori debitum illud iniuſte cœpit, aut aliqua alia ſimili rõne. Altero modo debetur aliquid ex delicto, tanquam pęna iuſte pro delicto impoſita, quę quidem pœna aliquando applicatur fiſco, aliquãdo vero parti offenſę. Vt, quando furtum punitur pœna dupli, aut quadrupli, parti ſoluenda, in eo verò debito ſimplum, incluſum in tota pœna, eſt intereſſe actoris, ac debitum prioris generis, incrementum vero eſt debitum huius poſterioris generis. Aut quando, qui iniuriam verbo, aut alia rõne, alicui intulit, ſolet puniri pecuniaria pœna pro ea iniuria ſoluenda. Hæc vero pœna, ſi ex parte ſit compenſatio damni in honore, aut fama, ꝙ manſerit in affecto iniuria meo iudicio, ſortitur ea ex parte rõnem debiti prioris generis: reliquum vero, ꝙ imponitur ratione delicti, ac culpæ rõnem habet debiti huius poſterioris generis. Obſerua deinde, iura ſtatuere, qñ alicui imponitur pœna pecuniaria, aut alterius boni externi, ſi reus non habeat, vnde ſoluat, conuertendam eſſe à iudice in pęnam corporalem. Sub ea compręhende pœnam exilij, & alias ſimiles, quibus affligitur, ac punitur reus; nullum tamen externum bonum inde con-
16 ſequitur fiſcus, aut pars læſa. Conuertendam † verò eſſe pœnam pecuniariam in pœnam corporis, qñ reus non habet, vnde ſoluat, hr̃ expreſſe. l. 1. §. vlt. ff. de pœn. l. ſi quis id quod ff. de iur. om. iud. l. vlt. ff. de in ius vocãd. l. vlt. in fi. C. de ſepul. viol. & c. finem litibus, de dolo, & contum. atque affirmant Bar. Pan. & communis doctorum ſnĩa, quã referunt, ac ſequuntur Couar. 2. var. reſ. c. 1. nu. 8. Greg. Lopez l. 4. tit. 15. par. 5. gl. penul. & Gutier. de iur. confir. c. 17 à nu. 22. Quæ quidem iura nõ ſolum loquuntur, quando pœna fiſco applicatur, in quo doctores omnes conueniunt, ſed ẽt quãdo applicatur parti, vt patet illa intuẽti, immo verò. c. finem litibus, de dolo, & contum. ſatis innuere vr̃, locũ habere in debito prioris generis ex duobus explicatis, quod tamen intelligendum eſt, qñ actor conſenſerit, & non aliter, vt doctores communiter conſentiunt, aut exponi debet caput illud, quando agitur de pęna mera, atque adeo de debito poſterioris generis, vt caput illud exponit Couar. nu. 8. citato. Qui nu. 6. recte improbat ſententiam eorum, qui affirmant, quod, quando ceſſio bonorum fit actu aliquo ignominioſo, iuxta conſuetudinem, & ſtatuta aliquorũ locorum, cedens bonis non teneatur deinceps ad debita, neq. in exteriori, neque in conſcientiæ foro; quaſi debita illa commutata iam ſint in illam aliam ignominiæ pœnam, nulla enim æquitas patitur, vt creditores inuiti priuentur iure ad ſua debita ꝓpter ignominiam illam, ſed potius publica autoritate afficiuntur illa ignominia ij, qui bonis cedunt, ſaluis creditoribus iuribus ſuis, vt debitores timeant ad eum ſtatum, alijs pernicioſum, venire. Doctores verò non conſentiunt, vtrum, quando pœna pecuniaria parti applicatur, & debitor nõ eſt ſoluendo, commutari ea pœna poſſit in pœnam corporalem ſine conſenſu actoris, partisve, cui applicatur. Panor. c. Odoardus de ſolut. nu. 5. & alij negant, ſed dicunt expectandum eſſe, vt debitor ad pinguem fortunam veniat, ac illam parti ſoluat. Alij vero affirmanter reſpondent. Dicendum verò arbitror, quo ad id præciſe, ꝙ rationem habet pœnæ, pertinetque ad debitum poſterioris generis, commutari poſſe in pœnam corporalem, ẽt inuita parte, cui applicatur, aut cui, iuxta iuris diſpoſitionem, erat alioquin applicanda, qm̃ iura id aperte docent, & quoniam, licet alioquin iura ex quadam æquitate ſtatuant, vt pœna ſit pecuniaria, & parti offenſæ applicetur, contrarium tamen ſtatuere potuerunt, præſertim quando reus ob inopiam ſoluere non poſſet pœnam pecuniariam, ne delicta manerent impunita, reique citius è carceribus liberantur. Quo ad id verò quod in pœna includitur, & habet rationem compenſationis damni dati, ac debiti prioris generis, arbitror, inuita parte, nec debere, nec poſſe commutari in pœnam corporalem; ſed tradendi ſunt tunc rei, vt ſeruiant, vel actoribus, vel alijs, quouſque id debitum inde compenſetur. Vnde non probo factum quorundam iudicium, quod Couar. in calce nu. 8. citati refert, qui vinctos, pro debitis nominibus priuatis ex delicto, damnant ad remigandum ad tempus in triremibus, vt ibi ſtipendium

dium promereantur: niſi ſtipendium applicetur creditoribus, & illi ſimul iuſtè ea pœna puniantur pro culpa delicti, præciſa à damno alijs dato.

17 His ita † conſtitutus dubiū eſt, vtrū, pro debito proueniente ex delicto, locum habeat bonorum ceſſio. Greg. Lopez l.4.tit.15.par.5.gl.pen. ait, ſi debitum ſit intereſſe parti offenſæ debitum, locū in eo debito habere ceſſionem bonorum: maleq;, pro ea ſnīa citat Pan.c.Odoardus citato.nu.5. & alios. Licèt.n.hi autores affirment, intereſſe illud conuertēdū nō eſſe in pœnā corporalē, ſi reus non ſit ſoluēdo, non tñ affirmāt in eo debito eſſe locū ceſſioni bonorū. Opinionē Greg. Lop. amplecti vñr Cou.nu.8.citato;& Gutie.vbi ſup.n.27. eam ſimiliter tribuētes Pan.& alijs, quibus Greg. Lop. illā tribuit. Cōſequenter Greg. Lop. Cou.& Gut. affirmāt, ſi clericus idē intereſſe ex delicto debeat locū eſſe diſpoſitioni.c.Odoardus, vt.ſ.ſolū cōueniri poſſit, quantū cōmodè facere poſſit, deducto, ne egeat, eamq; opinionē tribuunt Pan. Ioā. And. & alijs. Arbitror tñ dicēdū eſſe, ſtādo in iure cōi, ſi debitum deſcendat ex delicto, ēt ſi ſit intereſſe parti debitū, locū nō eſſe ceſſioni bonorū quo ad illud: atq; in clerico, qui id dēt, locū nō eſſe diſpoſitioni c.Odoardus, ſed cōueniri poſſe vltra id, ꝙ cōmodè facere poſſit, nō relinquēdo ei cōpetētia alimenta. Ita affirmat Pan.c.Odoardus nu.vlt.& affirmāt Iaſon,& Faber.§.vlt.Inſt.de act. cōisq; doctorū ſnīa, quā primo loco refert Cou.n.8. cit. & ita diſponunt Luſit.ord.li.4.ti.52.§.pen.& li.3.tit.89.§.pen.vbi exprimitur, id intelligēdū eſſe, ēt de debito, ꝙ cū ortū habuerit ex cōtractu, circa illud tñ admixtū eſt delictū, vel poſtea tpis progreſſu admiſcetur: iura.n. cōia ſolis debitoribus merè ciuiliter, tribuūt eiuſmodi priuilegia, nō verò debitoribus, qui circa illa delictum miſcēt. In Regno tñ Caſtellæ.l.9.tit.16.li.5. nouæ collect. meritò ſancitū eſt, vt, eſto debitū ſit ex delicto, ſi tñ præciſè ſit intereſſe parti debitū, locū in eo habeat ceſſio bonorū: id tñ tāquā exceptio à iure cōi diſponitur, vt patet verba legis illius expendenti; neq; lex illa ſe extēdit ad pœnā ob delictū parti offenſæ applicatam. Ita refert Coua. ex Repellano, longè antea ſancitū fuiſſe in Regno Galliæ. Fortaſſe aūt, facta extēſione ceſſionis bonorum in his duobus Regnis ad debita ex delicto, quæ rōnem habēt intereſſe, gaudebunt clerici in eiſdē Regnis circa eadem debita priuilegio capitis Odoardus.

18 In hoc † Caſtellæ Regno l.5.ti.9.li.9.nouę collect. ſancitū eſt, vt cōductores redituū regiorū, ipſorū fideiuſſores, atq; *abonadores*, quos vocāt, nō poſſint cedere bonis pro debitis pretij conductionis illorū, iurantq; ſe nō ceſſuros bonis ob ea debita, neq, petituros relaxationē iuramēti, nullamq; haberi volunt eam ceſſionem, eſto illam efficiāt.

In Luſitania, ſi aliquid Regi debeatur, ēt ſi id debitum ſit merè ciuile, non eſt locus ceſſioni bonorum. Ita habetur 4.lib.ord.titu.52.§.antepen. Item ſi debitor ſe recipiat in domibus nobiliū, ne conueniatur circa debitum merè ciuile, & ne reſpondeat citationibus, cedere nō permittitur bonis circa id debitum. Ita hr̄ 3.lib.ord.tit.89.§.vlt.

In eodem Regno rectè, ad obuiandum malis, ſancitum eſt, vt nullus debitor ex contractu cedere poſſit bonis, niſi prius probauerit, tpe contractus habuiſſe tot bona quibus ſecure poterat ſoluere creditori, reſtante verò poſteà fortuna, abſq; ſua culpa, factum fuiſſe impotentē ad ſoluēdum: aut niſi tempore cōtractus manifeſtaſſet creditoribus tenuitatē ſuorum bonorum,& quibus ea eſſent obligata. Ita habetur eodem tit.89. in princ.

19 Dubiū poſtremò hac de re eſt, vtrū renuncians ceſſioni bonorū, ſaltē cū iuro, poſſit nihilominus cedere bonis in † iure euētib permiſſis. Cōis ſnīa, quā refert, nec reprobat, Cou.2.var.reſ.c.1.nu.7. refert ac ſequitur Gut.de iur.cōfi.p.1.c.18.aſſeuerat, eū, qui ſine iuro renunciauit ceſſioni bonorū, poſſe nihilominus bonis cedere in eā inclino, nō quia contrariū, eſſet perpetuo, carceri ſe obligare, ꝙ cū libertate humana pugnat: qm̄ non ſequitur ex eo, qđ quis nō cedat bonis pro debito, ꝙ perpetuo carceri ſe obliget atque in eo debeat manere; cū euenire poſſit, vt ſoluat, aut aliter à carcere liberetur: & qm̄ ante id priuilegiū debitoris cōceſsū, atq; hodie in euētibus, in quibus à iure nō permittitur ceſſio bonorū, nihil in eo, ꝙ bonis cedi non poſſit, cēſetur interuenire indebitè contra libertatē humanā. Legitima aūt rō eſt, qm̄ in cōe bonū, & quia republicæ expedit, conceſsum eſt id priuilegium ne homines, cum paruo, aut nullo, creditorū emolumento, detinerentur perpetuò carceribus, cēſendūq; per epicheiā eſt, nō ita fuiſse cōceſsū, vt permitteretur ei renūciari; eo ꝙ perinde tūc haberet id priuilegiū, ac ſi nō eſset cōceſsū: & qm̄ eadē indecētia,& veluti crudelitas, eſt, vt debitor, facta renūciatione eius priuilegij, detineatur perpetuo in carcere, nō vtendo eo priuilegio, quæ erat, ſi ei nō eſſet renunciatū ac ſimiliter detineretur. Ex eo verò, ꝙ quis iuro ſe aſtrinxiſset ſoluere debitū, nō impediretur, petere, eiq; cōcedi ceſſionē bonorū, qñ ſoluēdo nō eſset: qm̄ per eā ceſſionē aptior potius fieret debitor ad ſoluendū debitū, quā ineptior,& idcirco ea ceſſio nō eſset impedimētū, ꝙ ſolueretur debitum. Qñ autem quis cum iuro renūciaſset ceſſioni bonorū, ſe aſtringendo ad eam nō petendū, tunc vtiq; cum in malum in ſe nō ſit, petere eā nō poſset, niſi ea de cauſa periclitaretur vita ipſius. In hoc tamen Caſtellæ Regno, tranſactis ſex menſibus poſt debitum liquidum, quibus deſtineretur in carcere, eamq; non petere iudex ex præſcripto legis 7.tit.16.lib.5.nouæ collect. teneretur, ac deberet illam concedere, ac exequi: qm̄ renunciatio, ac iurum debitoris, nō impedit vim ac diſpoſitionem illius legis, quæ ortum non habet ex voluntate debitoris, ſed principis, qui id ſtatuit in commune bonum, etiā inuito,& reluctāte debitore, vt ex ea lege liquet.

De reſtitutione in integrū circa contractus, aut quaſi contractus.

DISPVT. DLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum quid.*

2 *Tēpus minori ætatis, quo cōceditur, reſtitutio, quale.*

3 *Reſtitutionis in integrum beneficium cōceditur minoribus etiam quadriennio poſt vigeſimum quintum annum completum.*

4 *Aetatis veniam ante vigeſimumquintum annum impetrans, amittit beneficium reſtitutionis in integrum.*

5 *Minori inueniens ſe lęſum etiā ex facto tutoris, vel alterius adminiſtrantis eius bona hēt in integrū reſtitutionem; vel etiam agere poteſt ad intereße aduerſus eundem tutorem, vel curatorem.*

6 *Reſtitutio in integrum non datur ex contractu, vel quaſi nullo; ſed agitur de nullitate ipſius.*

7 *Minor inueniens ſe læſum ex acceptatione hæreditatis ſibi damnoſę, vel repudiatione ſibi lucroſæ, reſtituitur in integrum læſione probata.*

8 *Minor adoptatus, aut arrogatus habet idem beneficium reſtitutionis in integrum, quod minor legitimus, & naturalis.*

9 *Reſtitutio in integrum minori quibus caſibus non concedatur. & num. 17.*

10 *Læſio quæcunque non ſufficit minori ad obtinendū beneficium reſtitutionis in integrum.*

11 *Minori conceditur in integrum reſtitutio, etiam ſi læſio conſiſtat in lucro ei ceſſante.*

12 *Læſio per minorem probanda eſt, vt reſtitutio in integrum ei concedatur.*

13 *Minor læſus in contractu oneroſo, quomodo reſtituatur.*

14 *Minor quo caſu ex donatione per eum facta, non reſtituitur in integrum.*

15 *Minor mutuū accipiens, læſumq; ſe inueniēs, habet reſtitutionem in integrum, cum onere tātum ſoluendi ex ea pecunia id, quod ex ea ſit factus locupletior.*

16 *Minor læſus in renunciatione, ſeu permutatione beneficij eccleſiaſtici, habet in integrum reſtitutionem, etiam re non integra.*

18 *Beneficium reſtitutionis in integrum tranſit etiam ad hæredes minoris.*

19 *Minori an detur beneficium reſtitutionis in integrum etiam aduerſus tertium poſſeſſoſſem.*

20 *Alcauala non reſtituitur, etiam ſi contractus per beneficium reſtitutionis in integrū reſcindatur.*

21 *Fideiuſſor minoris non liberatur per reſciſſionem contractus beneficio reſtitutionis in integrum.*

22 *Beneficium reſtitutionis in integrum, quibus modis peti poteſt. Et apud quem iudicem, & nu. 23.*

24 *Reſtitutio in integrum coram quo iudice peti poſſit, an loci contractus, an verò domicilij.*

25 *Eccleſia læſa ex contractu cum laico celebrato, corā quo iudice petere poſſit in integ. reſtitutionem.*

26 *Tutor, & alij legitimū adminiſtrationem habētes, poſſunt pro his, quorū bona adminiſtrant, petere, reſtitutionem in integrum, etiam ſine mandato. Fallit in alijs, niſi habeant ad id ſpeciale mandatū, nu. 27. Et intellige hoc, vt nu. 29.*

28 *Reſtitutionem in integrum ſolus pater petere poteſt ſine mandato, non alij conſanguinei.*

30 *Mandatum generale ſufficit ad defendendum cōtra petentem reſtitutionem in integrum, ſed ad eam petendum ſpeciale reperitur.*

31 *Reſtitutionis beneficium competens minori, non prodeſt maiori, ſi res de qua agitur, ſit diuidua, licèt pro indiuiſo ad vtrumque, ſpectet. Sed quid ſi res eſt indiuidua, vt ſeruitus nu. 32.*

33 *Minor ſi maior factus ratificat, ꝙ fecerat in minori ætate, amittit beneficium reſtitutionis in integ. Idē ſi minor contractū iuramento cōfirmauit. n. 34.*

SVpereſt dicamus de reſtitutione in integrū circa contractus, aut quaſi contractus; ꝙ ſolū ad rē præſentem ſpectat. De reſtitutione enim in integrum circa iudicia, commodius dicetur tractatu quinto, vbi de iudiciorum ordine erit ſermo.

1 Eſt † verò reſtitutio in integrum remediū, quo minor læſus ex equitate in priſtinū ſtatū, ac ius reſtituitur, & alij inſtar illius, quibus id iure reperit̃ conceſsū. Atq; beneficiū hoc ex primaria ſua origine cōceſsū eſt cuicunq; ſexus vtriuſq;, ſiue is filius familias ſit, ſiue nō, qui ex cōtractu, aut quaſi contractu, tpe minoris ſuæ ætatis validè (iuxta ea, quæ d. 224. & 261. copioſè dicta ſunt) celebrato, ſe inuenit notabiliter læſum pro tpe, quo celebratus fuit, ſiue per ipſummet minorē fuerit celebratus ſiue per ſuū parentē, ſiue per ſuū tutorē aut curatorē, & ſiue celebratus fuerit cū iudicis decreto, ſiue nō. Ita hr̃. l. 1. & ſequentibus. ff. de in integrū reſt. l. 1. ſequentibus. ff. de minor. l. 1. & ſequētib. tit. 19. par. 6. l. ſi curatorem habens, & antecedentib. ac ſequētibus. C. de in integ. reſt. l. 2. l. ſiquidē, iuncta. l. 1. C. de præd. minor. & l. vl. C. de fideiuſ. minor. in quibus iuribus ſermo eſt de alienatione decreto iudicijs, & reſtitutio in integrum conceditur minori lęſo. l. etiam ſi parte, in princip. ff. de min. c. conſtitutus de in integr. reſt. vbi ſermo eſt de vēditione facta à patre, conſentiētibus ēt filijs minoribus, & præcipitur, vt, ſi facta fuerit ſine requiſitis ſolēnitatibus, quia nō interuenit iudicis decretū, pronūcietur nulla; ſi verò facta fuit interuenientibus ſolēnitatibus requiſitis, & probet̃ minores fuiſſe læſos, reſtituātur in integrū: idē habetur alijs iuribus, dictūq; eſt duabus diſputationibus citatis, & conſentit cōis doctorū ſnīa. Sūt verò hæc omnia copioſius, ac dilucidius explicanda.

2 Atq;, vt à minori † ætate ordiamur, tēpus minoris ætatis, quo ad hoc, & vt tutor, aut curator, minori detur, eſt tēpus vſq; ad vigeſimum quintum annum expletū. Ita habetur l. 1. §. vlti. ff. de minorib. & expreſſius l. 3. §. minorē. ff. eo. tit. vbi habetur, tp̄s hoc cōputandum eſſe à puncto natiuitatis, vſq; ad punctum, in quo vltimo die cōpletur vigeſimus quintus annus: atque bis ſextiles annos cōputandos eſſe cum die, quē plus habent, quā reliqui anni. Si tñ quis naſcatur in vtrouis die, qui in anno bis ſextili ſexto Kalen. Martij dicitur, tunc, cum dies vterq; pro vno reputetur, annus cōpletur ſexto Kalen. Martij anni ſequentis in eadem hora, ac puncto reſpondēte diei, ac puncto, in quo natus fuit. Quæ omnia ſimiliter ſeruanda ſunt in computatione anni profeſſionis religioſorum, & in cōputandis annis, quibus finiūtur contractus, aut terminis, in quibus aliquid, iuxta contractus, eſt ſoluendum. Quod ſi vigeſimus quintus annus ætatis alicuius compleatur ſexto Kalendas Martij anni bis ſextilis, tunc cenſendum eſt cōpleri in die ſecundo, qui ſextus Kalendas

ſendas Martij dicitur, in puncto horæ reſpondente puncto horæ diei anni, in quo natus fuit. Ratio autem eſt, quoniam vterque dies pro vno reputatur: & quoniam dies ſecundus eſt complemẽtum quatuor annorum præcedentium, quibus id deerat ad complementum circuli integri Solis per zodiacum. Quod idem ſeruandum eſt in alijs computationibus integrorum annorum.

3 Porrò remedium hoc, licet † competat minoribus ſolum pro contractibus, aut quaſi contractibus, celebratis tpe minoris ætatis, ſi in eis ſe inueniant læſos modo explicato, & fuſius adhuc explicando, & non pro contractibus, aut quaſi contractibus, celebratis poſtquã minorem ætatem ſunt iam egreſſi, vt hr̃ l. ſi minorem. C. de in integ. reſt. l. 2. tit. 19. par. 6. reſq; ex ſe eſt ſatis perſpicua, qm̃ ea ratione remedium hoc appellatur minorũ; attamen implorare illud poſſunt, conceditq; eis debet, non ſolum toto tpe, quo minores ſunt, ſed etiã quadriennio poſt, nempe vſque ad impletum vigeſimum nonum annum ſuæ ætatis. Ita hr̃ l. vlt. C. de tẽp. in integ. reſt. l. 8. ti. 16 par. 6. & lib. Luſi. ord. tit. 86. §. vlt. & affirmat cõis ſnĩa, quã refert, ac ſequitur Ant. Gom. 2. tom. vari. reſ. c. 14. nu. 7. Atque, ſi res ſit dubia, num contractus celebratus fuerit intra tempus minoris ætatis, ad eũ, qui reſtitutionem petit, probare ſpectat, celebratum fuiſſe tempore minoris ætatis: ſi vera dubiũ ſit, an tpe, quo reſtitutio petitur, tranſactum iam ſit quadriẽnium vltra minorem ætatem ad eam petendã conceſſum, ad aduerſarium, & non ad eum, qui illam petit, probare attinet, eſſe tranſactũ. Vtrumque hr̃ l. ſi minorem, iuncta glo. vlt. C. de in integ. reſt. & l. 2. tit. 19. par. 6. In eo tñ ſenſu quadrienniũ illud vtile cenſetur conceſſum, quòd ſi ob aduerſarij fraudem, vim, aut dolum, vel ob abſentiam minoris, aut aliud iuſtum impedimentum, peti toto illo quadriennio, aut parte aliqua illius, reſtitutio non potuit, tunc ratio non eſt habenda tpis iuſti illius impedimenti, ſupplendumq; eſt id tps vſq; ad quadriennium integrum, in quo toto nullum fuerit impedimentum ad reſtitutionem petẽdam. Idemq; intelligendum eſt de quadriennio conceſſo Eccleſiæ, & alijs, de quibus infra erit ſermo, ad reſtitutionem in integrum petendam. Ita habetur l. vlt. §. vlt. C. de tẽporibus, in integ. reſt. c. 1. & 2. de in integ. reſti. li. 3. Luſi. ord. tit. 86. & vlt.

4 Quando † aliquis veniam ætatis ante vigeſimũ quintum annum impetrauit, iuxta ea, quæ diſpu. 224. §. quo loco, explicata ſunt, tunc ei nõ conceditur beneficium reſtitutionis in integrum ex cõtractu, aut quaſi contractu, celebrato poſt eam ætatis veniam obtentam: quoniam ab eo puncto perinde reputatur quo ad id beneficium, ac ſi maior eſſet. Et quamuis alienare non poſſit bona immobilia vſque ad vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum expletum ſine iudicis decreto: ſi tamen cum iudicis decreto illa alienet poſt eam veniam obtentam, & ante expletum vigeſimũ quintum ſuæ ætatis annum, non gaudet eo priuilegio quo ad eam alienationem. Si vero eam alienet ſine iudicis decreto, cõtractus eſt ipſo iure nullus, neque indiget beneficio reſtitutionis in integrũ. Quòd ſi ante veniã ętatis obtẽtam aliquẽ contractum, aut quaſi contractum, celebraſſet, ex quo eſſet læſus, beneficiumq; reſtitutionis in integrũ ad illud reſcindendum ei inde competeret, tunc quadriennium, quod minoribus datur ad petendam reſtitutionem in integrum poſt vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum expletum, incipit ei currere à puncto veniæ ætatis obtentæ, vt hæc omnia diſputat. 224. citata oſtenſa ſunt, & conſtant ex l. 1. Cod. de ijs, qui ven. æta. impet. ex lib. 1. Luſit. ord. tit. 67. §. *e auendo* fol. 145. & lib. 3. titu. 87. §. 1. & 2.

5 Etiam ſi tutor, aut alius, qui administrationẽ bonorum minoris habeat, aliquid minoris, vigente neceſſitate, atque ſinè ſua culpa, bona fide vendat, aut aliter circa id diſponat, ſi † tamen minor ſe inuenit ex ea venditione, aut diſpoſitione læſum, conceditur ei reſtitutio in integrum. Ita habetur l. tutor vergentibus in princ. ff. de minoribus. Quando autem culpa tutoris, aut curatoris læſio minori in ea alienatione, aut diſpoſitione, proueniſſet, tunc electio eſt penes minorem, vt agat aduerſus tutorem, aut curatorem, ad intereſſe, aut vt petat reſtitutionem in integrum aduerſus eũ, cui res alienata eſt: neque ex eo, quod viam vnam eligat, prohibetur intentare aliam. l. cum etiam, & l. vlt. C. ſi tutor vel curator inter. l. intrà vtile. §. 1. ff. de minor. Si tamen minor vna via obtinuit, quod ſibi debeatur, nõ poteſt id petere ab alio, vt rectè notat glo 2. ca. monemus. 12. q. 2. agens de Eccleſia læſa comparatione prælati aut adminiſtratoris, qui ſua culpa eam læſit. Tametſi rectè ſubiungat, quod ſi Eccleſia rem ſuam obtinuit ab eo, qui illam poſſidebat, beneficio reſtitutionis in integrum, aut alia ratione, agere poterit aduerſus prælatum, aut aliũ, adminiſtratorem eorum bonorum, ad pœnam, & non ad intereſſe. Grego. Lopez. l. 2. citata gloſſ. 2. ait, ſi minor egit ad intereſſe aduerſus tutorem ſuum, aut curatorẽ, poſſe illi cedere ius, quo habet, vt agat aduerſus poſſeſſorẽ beneficio reſtitutionis in integrum; modò tamen tutor, aut curator, ſolum fuerit in culpa alienando, non verò in dolo. Eum legito. Quòd ſi minor per procuratorem ſuum aliquid egiſſet, in quo eſſet læſus, tunc non competit ei reſtitutio in integrũ, niſi prius agat ad intereſſe aduerſus procuratorem, iſq; ſoluendo non ſit: in ſubſidium enim, ſi ſoluendo procurator nõ ſit intereſſe, ſolũ conceditur in eo euentu minori reſtitutio in integrũ l. cum mãdato. ff. de minor. Gloſ. verb. audiri, rõnem tradit diſcriminis inter procuratorem minoris, & tutorem, ac curatorẽ. Idem dicendũ eſt de ijs, quos proxime ſubiungimus. Quod dictum eſt toto hoc. §. de minore læſo comparatione ſui tutoris, aut curatoris, ſimiliter intelligendum eſt de Eccleſia comparatione ſui prælati, aut alterius bonorum ipſius adminiſtratione ſe læſam inueniat: ſi enim culpa illius læſa ſit, poterit aduerſus illum, aut hæredes illius, agere ad intereſſe, vt gloſſa citata affirmat, & docent poſt eam Panor. c. 1. de in integ. reſt. nume. 9. & Grego. Lopez vbi ſupra; aut agere poterit aduerſus eum, cui alienatio fuit facta, benefi-

cio reſtitutionis in integrum. Idem, cum Ioãne de Platea, affirmat Greg. Lop. ibidem de fiſco, ciuitate, aut alia communitate oppidi, qui ſe inueniũt læſi alienatione, aut alio contractu adminiſtratoris eorum bonorum communium, & conſentit Panor. c. 1. citato. Hæ enim communitates (vt videbimus) gaudent etiam priuilegio reſtitutionis in integrum. In dictis toto hoc §. conſentit, Greg. Lop. gl. 2. citata.

Dictum eſt ſupra; beneficium hoc conceſſum eſſe cuicunque, qui ex contractu, aut ex quaſi contractu, tempore minoris ætatis valide celebrato, ſe
6 inuenit læſum: quoniam † ſi contractus ille, aut quaſi contractus, inualidè ſit celebratus, ſitq; proinde nullus, non indiget hoc beneficio, neq; ei cõceditur, ſed agit ex nullitate contractus, vel rei vẽdicatione, vel ad intereſſe, aut, ſi nihil ex ſua parte exhibuit, tuetur ſe, vt nihil ipſe exequutioni mandet, exceptione, quòd contractus nullus fuerit; vt ſi contractus alienationis rei immobilis factus fuit ſine iudicis decreto, aut minor, curatorem habens, ſine illius autoritate contractum celebrauit, & in alijs euentibus, in quibus contractus minoris eſt ipſo iure nullus. Ita habetur l. 3. C. de in integ. reſt. l. 2. C. de præd. minor. & lib. 3. Luſit. ord. tit. 86. §. 2. dictumq; eſt diſp. 224.

Dictum etiam eſt, aut quaſi contractu, qm̃, ſi
7 minor † ſe inueniat ex eo læſum, quòd hæreditatẽ ſibi damnoſam acceptauerit, in quo quaſi contractus cum creditoribus, & legatarijs, defuncti cernitur, vt in calce diſput. 553. explicatum eſt, aut in eo; quòd hæreditatem ſibi vtilem, ac lucroſam repudiauerit etiã ſi cum autoritate curatoris id effecerit, reſtituitur in integrum l. ait prætor. §. non ſolum. 1. ver. ſed et ſi. l. & ſi ſine. §. reſtitutus. l. quod ſi minor. §. Sceuola. ff. de minor. l. 1. & in authẽtica ibi ſubiuncta, & leg. 2. C. ſi minor. ab hæredi ſe abſtinuerit l. 7. tit. 19 par. 6. & alijs iuribus, q̃ Anto. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 14. nu. 4. citat. Debet tñ probari læſio ex parte minoris, citandiq; ſunt creditores defuncti, quando agitur de deferenda hęreditate acceptata: quòd ſi oẽs, aut quidam eorum, abſentes ſint, citari debent per proclamã, & expectari ſpatio trium menſium, interimq; curator dari hæreditati debet per iudicem, qui de ea curet, & inuentarium conficiat. Ita habetur in authentica ſi omnes. C. ſi minor ab hæredit. ſe abſti. in authẽtico vt ſponſal. larg. §. ad hæc quoque, & l. 7. citata, & cum Bald. affirmat Marauta de ord iud. parte 6. c. de citatione nu. 3. Gloſſ. in authentica citata ait, citandos etiam eſſe legatarios. Quod ſi aliquid de hæreditate imbecillitate minoris perijt, ita qđ inde non ſit factus locupletior, ad id non tenetur minor, qui reſtituitur, ſed perit hæreditati. Ita habetur l. ait Prætor. §. pen. in fin. ff. de minor. & affirmat glo. vlt. authentica citata, & cum ea Grego. Lop. l. 7. citata. Eodem etiam modo reſtituitur minor, ſi legatũ ſibi vtile repudiet l. & ſi ſine, in prin. ff. de minor. Eodem quoq; modo, ſi electio ex aliquib. rebus competat minori, vel ex teſtõ, vel alia aliqua ratione, & eligat ex ſui facultate deteriorẽ, ita quod imprudenter tunc eam elegit, quàm non debebat eligere, quia prudentes illam tunc nõ elegiſſent, conceditur ei reſtitutio in integrum: ſecus autem, ſi tunc prudentes, indifferenter ſaltem, eã elegiſſent, ſed poſteà compertum fuiſſet, aliã fuiſſe vtiliorem, ac meliorem, vt ex dicendis magis patebit. Ita habetur l. & ſi ſinè, in princ. ff. de min. & l. 5. tit. 19. par. 6. Idem cum Baldo meritò Anton. Gom. num. 4. citato ait eſſe, ſi aliqui diuidant aliquid cum minore, & minori committant, quã partem velit eligere: ſi. n. ſe inueniat læſum, modo explicato, conceditur ei reſtitutio in integrum. Si autem ſortes bona fide mittantur, eſto minori peior pars ſorte contingat, non conceditur ei reſtitutio in integrum: quia non fuit læſus in pacto, & conſenſu, vt, ſortes mitterentur, ſed poſteà caſu euenit vt, contingente illum deteriori ſorte, pars deterior ad ipſum attineret; cum euenire potuerit, vt pars melior ipſum contingeret.

8 Minor etiam † adoptatus, aut arrogatus, ſi poſtea inueniat ſe læſũ ex eo ſtatu, quia malè ipſius bona adminiſtrantur, aut prauis imbuitur moribus, vel aliqua alia ratione, petere poterit, ac obtinebit reſtitutionem in integrum. leg. 3. §. ſiquis minor. ff. de minor. l. & ſi pubes. ff. de minor. ff. de adopt. & l. 5 titu. 19 part. 6. Si tamen aliquis minor viginti quinque annis, ſed maior viginti, ſe vendat ad pretium participandum quia omnino ſtatum amittit, amittendo libertatem, non conceditur ei reſtitutio in integrum, vt habetur leg. ſi ex
9 cauſa §. Papinianus. ff. de minor. Ex † ingreſſu autem minoris in religionem, quia is minor læſus non manet, non conceditur minori reſtitutio in integrum, vt Pano. c. ex par. num. 16. de reſt. ſpol. adnotauit, & cũ Albe. & Guill. de Cuneo, Grego. Lopez leg. 5. citata gloſſ. 1. ait, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua. In matrimonio item locum non habet reſtitutio in integ. eo ꝙ matrimonium ſemel celebratum, indiſſolubile ex natura rei ſit. Ita Cou. 1. var. reſ. c. 5. nu. 1. & 8. Ant. Gom. 2. tom. var. reſ. c. 14. nu. 2. & alij, quos citant: tametſi circa læſionẽ quo ad cauſam, ſeu litem, circa matrimoniũ, & quo ad dotem promiſſam, & alia cum matrimonio coniuncta, locum habeat reſtitutio in integrũ, vt ijdem doctores rectè affirmant.

Dictum item ſupra eſt; ex contractu tpe minoris ætatis validè celebrato concedi minori reſtitutionem in integrum ſi ſe inuenit notabiliter lęſũ:
10 quoniam † quamuis, vt reſtitutio ei concedatur, non requiratur enormis læſio; neq; quæ excedat æſtimationem dimidij iuſti pretij, ſeu valoris, ſed ſatis ſit longe minor, vt rectè expendit, ac probat Emman. Acoſta, §. & quid ſi tantum par. 2. à nu. 76. non tñ ſufficit quæcunq; minima lęſio, ſed requiritur, arbitrio prudentis iudicis notabilis, hoc eſt, quòd habita ratione rei, de qua agitur, nõ reputetur pro nihilo, aut ferè pro nihilo. Quò. n. cõtractus eſt maioris ſummæ, eò læſio, quæ pro nihilo, aut fere pro nihilo, ſit reputanda, habebit maiorẽ latitudinem. Vt ſi contractus ſit rei valoris mille aureorum, læſio in quatuor, ſex, octo, decem, quindecim, aut viginti aureis, pro nihilo reputabitur; lęſio tamen in decem aureis ſufficiet ad petendam reſtitutionem in integrum, ſi contractus ſit rei valoris centum aureorum. Ita habetur leg. ſcio. ff. de in

de in integ.reſt.& affirmant Pan.c.1. de in integ. reſt.nu.8.& Cou.1.var.reſ.c.3.nu.11.vbi rem do ctè,& prudenter expendit. Obſerua tñ,in aliquibus euentibus particularibus,vt reſtitutio in integrum concedatur,requiri læſionē,non ſolum,quę non pro nihilo,aut,non fere pro nihilo,modo explicato, reputetur, ſed etiā requiri grandem arbitrio prudentis. Nempe,qñ pignus iudiciale minoris publica autoritate diuenditum eſt, ad ſoluendum id,in quo minor eſt condemnatus:licet.n.postea minor reſtituatur aduerſus ſnīam, ſitq; ei reſtituenda pecunia ſoluta; niſi tamen ex venditione pignoris grande damnum ſit ſequutum minori,non reſtituitur in integrum aduerſus venditionē.Ita hr̄ l.ſi ex cauſa,in princ.iuncta gloſſ.vlt.ibi quæ ait,id eſſe peculiare in eo euentu.ff.de minor. Idem eſt, ſi res minoris ex quacunque alia cauſa neceſſaria legis authoritate vendatur, vt hr̄ l.pen. ff.eo.tit.& affirmant Couar.vbi ſupra,& alij, peculiare id eſſe in ijs euentibus.

Illud † eſt obſeruandum, cōcedi minori modo explicato læſo reſtitutionē in integrum nō ſolum ſi læſio conſiſtat in damno minori ipſi emergēte, ſed ēt ſi conſiſtat in lucro ei ceſſante.Ita habetur l. ait prætor,§.vlt. ff.de minor. vbi Vlpianus ſic ait. *Hodie certo iure vtimur, vt & in lucro minoribus ſuccurratur.* Idem hr̄ l.non oīa.ff.eo.tit.& colligit aperte ex c.cōſtitutus,de in integ.reſt.affirmantq; Bar.& cōis doctorū ſnīa,q̄ Ant.Gom.2.tom.var. reſ.c.14.nu.1.refert,ac ſequitur. Doctè tñ Emmanuel Acoſta.§.& quid ſi tātum,par.2.a nu.49.pręſertim à nu.57.obſeruat,reſtitutionem eius læſionis,quæ in dāno emergente cōſiſtit,eſſe magis priuilegiatam,quam eam, quæ conſiſtit in lucro ceſſante:eaq; de cauſa ſine res, circa quam minor eſt reſtituendus,integra ſit,ſiue non conceditur ei reſtitutio in integrum,quando læſio conſiſtit in dāno emergente: quando verò conſiſtit in lucro ceſſante,non conceditur reſtitutio in integrum,ſi res non ſit integra (quoad id,quod eſt diſtractū,ēt ſi pecunia aut aliquid aliud, ſit inde comparatum, vt Panor.loco ſtatim citando affirmat) ſed ſolum reſtituitur,ſi res ſit integra. Atque hoc modo Emmanuel Acoſta intelligit,docteque exponit, & cū alijs iuribus conciliat leg.quod ſi minor. §.Sceuola.ff.de minor. Vbi ſermo eſt de læſione minoris ex lucro ceſſante, & repellitur à reſtitutione in integrum,ſi hæreditas,quam repudiauit, eaq; de cā ad ſubſtitutum tranſiuit,integra nō ſit, ſed diſtracta à ſubſtituto, qui multa vendidit, ac pecuniam ex illa comparauit: quo ad id enim, quod non eſt integrum,non reſtituitur: quam doctrinam prius tradiderat Panorm.c.ex part.num.15.de reſtitut. ſpol.vt idem Emmanuel Acoſta ibidem num.62. admonuit,eamq; ſequitur Couar.1.var.reſol.c.5. num.2.

12 Ad eum, qui † reſtitutionem ex eo capite, petit,quòd,cum minor eſſet, fuit læſus probare ſpectat,tum minorem fuiſſe tempore,quo fuit læſus, tum etiam læſionem ipſam: alioquin reſtitutio ei non conceditur l.ait prætor.1.non ſolum.1.verſi. mihi autem.l.verum. §.ſciēdum.ff.de minor.leg. nam & poſtea. §.ſi minor. ff.de iur.iur.l.ſi minorem,iuncta l minoribus.1. C.de in integ.reſt.& l. 2.ac l.6.in fi.tit.19.par.6.affirmatq; cōis doctorū ſnīa,quam Ant.Gom. vbi ſupra in calce nu.5. refert,ac ſequitur. Exceptionem vero,ꝙ tranſactum ſit quadriennium conceſſum vltra minorē ætatē ad petendā reſtitutionē in integrum,probare ſpectat ad aduerſarium, qui illam opponit, vt habetur l. ſi minorem citata,& ſupra dictum eſt.

Si minor læſus fuit ex contractu vēditionis permutationis,locationis, aut ex quocunque alio one-
13 roſo,diſtinguendū eſt. Qm̄.† ſi lęſio in eo fuit poſita,ac probetur, quod non expediebat rem vēdere,permutare,aut locare,&c. tunc reſtitutio in integrum competit,ac conceditur,ad reſcindendum contractum,remq; repetendam, ac reſtituendum minorem ad ſtatum,in quo ea in parte erat,anteq̄ contractus ille celebraretur, modo res minoris tradita exiſtat:aut,ſi ei datum eſt,quod non expediebat ipſum habere reddit,quòd accepit, & reſtituitur ei pretium. Si verò læſio ſolùm in eo fuit poſita,ac probetur,quòd in pretio,ſeu valore, fuit læſus,ēt ſi læſio non eſſet vltra,aut infra, dimidium iuſti pretij, modò tamen non eſſet tam modica vt illius non eſſet habenda ratio,iuxta ea,quæ ſuprà dicta ſunt,tunc reſtituitur minor ad integrum valorem vſq; ad latitudinem infimi iuſti;aut,ſi plus pretij ipſe dedit,quam res valebat, redditur ei incrementum vſq; ad limites iuſti. Rō aūt vtriuſq; aſſerti eſt,qm̄ reſtitutio in integrum, ſolum reſarcit lęſionē totam,non verò id,in quo is,q reſtituitur,non eſt læſus. Vtrumque aſſertum patet ex l. ſi res.§.1.ff.de iur.dot.& vtrumque aſſertum affirmant gl.vlt.l.ſi quidem.C.de præd.minor.& cū ea Bar.ibi,& Pan.c.cōſtitutus de integ.reſt.n.vlt. qui dicunt,qñ reſtitutio eſt ſolum ad quātitatem pretij, quia ſolum in quantitate pretij fuit læſus minor,aut Eccleſia, tunc optionem eſſe penes emptorē,vel augere pretium vſq; ad limites iuſti,vel reſtituere rem, & accipere pretium, reſcindendo omnino contractum,quia forte nollet à principio emere rem tanto pretio;eo modo, quo diſpoſitum eſt, qñ quis emit rem infra dimidium iuſti pretij ſuoque loco dictum eſt.Communem etiam doctorum ſententiam hac de re refert, ac ſequitur Ant. Gom.2.tom.var.reſ.c.14.nu.1.corol.1.Conſentit etiam in his Cou.1.var.reſ.c.3.num.14. in poſtrema editione. Quo loco obſerua,ſi minor ſimul ſit læſus in eo, quòd rem vendidit, aut permutauit,& in eo quòd eam vendiderit,aut permutauerit,infra dimidium iuſti pretij, poſſe tunc indifferenter agere,vel remedio l.2. C.de reſcind.vendit. vel remedio reſtitutionis in integrum. Cæterùm, ſi agat remedio l.2. in poteſtate emptoris erit, vel augere pretium,vel reſcindere contractum,vt emptor ipſe maluerit; ſi verò agat remedio reſtitutionis in integrum,poterit ipſe indifferenter agere ad reſcindendum contractum,& ad id cogere emptorem,vel agere,vt pretium augeat; ſi tamen ad hoc ſecūdum agat,in poteſtate emptoris, vt dictū eſt, erit nolle augere pretium,ſed velle reſcindere contractum.

Si minor aliquid donauit, eo ipſo in ea donationę cenſetur læſus, ac proinde petere poterit

14 reſtitutionem in integrum. Excipitur, niſi † ex iuſta, rationabili, vel vtili cauſa, donauerit: vt ſi donatio ſit remuneratoria, ac commenſurata obſequijs, ac beneficijs receptis, aut ſit ſponſalitia largitas moderata, attenta qualitate perſonę, ac quantitate patrimonij & conſuetudine regionis: ex his quippe, & ſimilibus donationibus, non cenſetur minor læſus, ac proinde non conceditur ei reſtitutio in integrum, vt habetur l.1. C. ſi aduerſus donat. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut. & affirmat communis doctorum ſnīa, quam Anto. Gom. nu. 1. citato corol. 2. refert, ac ſequitur.

Qñ aliquid ſolutū eſt minori ſine curatoris, ac iudicis autoritate, aut dū ſola curatoris autoritate vel cum curatoris, & iudicis autoritate, quouſque minori cōcedatur reſtitutio in integrū, aut nō concedatur, dictū eſt diſp. 224. à §. ex hactenus dictis.

15 Si minor † mutuū accepit, læſumq; ſe inueniat ex illo, quia facilitate, aut culpa ſua pecunia illa fuit perdita, aut malè conſumpta, petere poteſt, ac obtinebit reſtitutionem in integrum ſoluendo ſolùm ex ea pecunia id, ꝙ ex ea fuerit factus locupletior. Quòd ſi id mutuum ab vſurario accepit, vſurario competit probare, quantum ex eo mutuo ſit effectus locupletior, idq; ſolum pōt ab eo repetere. Si verò mutuū ab aliquo alio accepit, tunc minori incumbit probare, qđ non ſit factus locupletior, ſed læſus manſerit, iuxta regulam generalem ſupra traditā, ac proinde, ſi non probauerit læſionem, cogetur ſoluere totū. Item l.1. & 2. C. ſi aduerſus creditorem, iunctis gloſſis ibi l. patri §.1. ff. de min. & affirmant Bart. & communis ſnīa, quā Ant. Gom. vbi ſupra nu. 2. corol. 5. refert, ac ſequitur, dictumq; eſt in calce diſp. 300.

Quęſt. Vtrum autem, ſi in renunciatione, aut in permutatione beneficij Eccleſiaſtici, facta à minore
16 minor † inueniat ſe notabiliter læſum concedēda ei ſit reſtitutio in integrum, præſertim ſi res iam non ſit integra, ſed beneficium ſit alteri collatū. Multi negant, quos Couar. 1. var. reſ. c. 5. nu. 1. refert Couar. verò ibidem nu. 3. Emmanuel Acoſta. §. & quid ſi tantum, par. 2. nu. 63. & alijs, quos citant, concedendam nihilominus cenſent. Qm̄ nō eſt, cur læſio hæc minoris excludenda ſit à regula iurium generali. Et qm̄ minor, ita læſus, non agit de læſione in lucro ceſſante, quæ proinde reparari non debeat re nō integra, iuxta §. Sceuola citatū, ſed de læſione damni emergentis ex eo, quòd ſua facilitate, & leuitate, ſe priuauit beneficio iā ſuo, effecta renunciatione, aut permutatione illa ſibi nociua. Atq; in hanc ſnīam propendeo. Meritò verò Couar. ibid. nu. vlt. aſſerit, in eiuſmodi permutationibus inæqualibus quoad valorem redituum beneficiorum, locum non habere beneficium l.2. C. de reſc. vend. Qm̄ reditus, temporalia, vt emolumenta beneficijs annexa, vt annexa eis ſunt, rationē ſortiuntur ſpiritualium, quę vendi nō poſſunt, & in quorum commutatione, & venditione, prout ita annexa ſunt, locum habet ſimonia.

17 Denique † ſupra dictum eſt, minori cōcedi reſtitutionem in integrum ex contractu, aut quaſi contractu, tempore minoris ætatis validè celebrato, ſi ſe inueniat notabiliter læſum pro tempore, quo celebratus fuit: qm̄ ſi, qñ fuit ac celebratus vtiliter, prudenter, ſpectatis circumſtantijs tūc concurrentibus, fuit celebratus, qualiter quiuis maior prudens eum celebrare, aut certè conſuleret tunc minori, vt eum celebraret, vtique, quamuis res poſteà noxia eueniat, aut comperiatur, non cōceditur minori reſtitutio in integrum: quoniam tempore, quo celebratus fuit non fuit ex cōtractu, aut quaſi contractu, læſus. Ita habetur expreſsè l. verum. §. ſciendum, & §. vnde Marcellus. ff. de minor. vbi hr̄, quòd ſi minor emit ſeruum ſibi neceſſarium, aut vtilem, & mortuus eſt, aut fugit, non cōceditur illi reſtitutio in integrum: quoniā lęſio non fuit ex contractu, aut tempore cōtractus, ſed ex caſu ſuperueniente. Item dicitur, ſi adiuit hæreditatem pinguem, & prædia caſu fortuito periere, mancipia, ac greges, mortua ſunt, non concedi minori poſtea renūciare illi hæreditatis beneficio reſtitutionis in integrum: quoniam læſus non fuit illam adeundo, temporeve additionis, ſed poſtea caſu fortuito. Conſentit in his l.6. in fine, titul. 19. par. 6. Hoc vero loco obſerua, quando aliquid minori ſoluitur, aut mutuo datur, quoniam ea ipſa ſolutione aut mutuo læſioni, ac iacturæ exponitur propter eius facultatem, imperitiam, ac minorem ætatem, vtique læſio minori poſtea eueniens, vel ipſius facilitate, imprudentia, ac ſegni cuſtodia, vel aliorum nequitia, reputatur data tanquam in cauſa, ea ipſa ſolutione minori facta, aut mutuo illi dato, ac proinde merito ex ea læſione, reſtitutio in integrum ei conceditur: atque ita ceſſat difficultas, quam hac de re excitat gloſ. verb. item reſtituuntur. §. ſciendum citato.

18 Beneficium † reſtitutionis in integrum non ſolum competit aduerſus hæredes eius, contra quē ea reſtitutio datur, vt ex ſe eſt notiſſimum, ſed etiā trānſit ad hæredes eius, cui id beneficium competebat, vt ſcilicet intra totum tempus, in quo ille, ſi viueret, poterat illud petere, poſſint ēt id beneficiū petere hæredes, ſeu ſucceſſores vniuerſales illius, ēt ſi fideicommiſſarij ſint: quia. n. beneficium illud non eſt merè perſonale, ſed pp læſionē conceſſum certis perſonis, tranſit ad hæredes illius, eſto non habeant qualitates, ob quas competebat iam defunctis. Ita habetur l. non ſolū. ff. de in integr. reſt. l. minor aut magiſtratus §. vlt. ff. de mino. & l.8. in fi. tit. 19 par. 6. affirmatque cōis doctorū ſnīa, quam Ant. Gom. vbi ſupra num. 6. refert, ac ſequitur. Immo vero, ſi hæres illius, cui id beneficium competebat, minor etiam ſit, aut legitimum aliud impedimentum habeat, vt abſentiæ in militia, vel aliter cauſa reipublicæ, ob quod ſimiliter concederetur ei beneficium reſtitutionis in integrum, competit ei, vltra hoc totum tēpus, in quo eſt minor, aut legitimè impeditus, totum tempus, quod defuncto competebat, vt verat idem beneficium reſtitutionis in integrum, quod defuncto cōpetebat. Ita habetur l.1.2.3. & 4. ac per totum. C. de tempor. in integ. reſtit.

Vtrum autem reſtitutio in integrum concedatur aduerſus tertium poſſeſſorem; vt ſi minor vendidit, aut aliter valide alienauit rem aliquam, ſeque inueniat notabiliter læſum, & is, qui rem à

minore accipit, trãſtulit eam in alium tertiũ poſſeſſorem, venditione, aut aliquo alio titulo, vtrum
19 † tunc competat minori beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus tertium illum poſſeſſorem. Cui dubio per diſtinctionem eſt ſatisfaciendum. Qm̃, vel minor ſolum ſe inuenit læſũ quo ad quãtitatem pretij, vel quo ad rem ipſam, qm̃ ſibi expediens erat, illam non alienare, eaq; de cauſa petit reſcindi contractũ, ac rem ſibi reſtitui. In hoc poſteriori euentu ſibi cõpetit beneficium reſtitutionis aduerſus quemcunq; poſſeſſorem, apud quem res fuerit reperta. In priori verò, qñ poſſeſſor eam accepit, ignorans emptam, aut alio titulo acceptã fuiſſe à minore, non conceditur aduerſus eum reſtitutio in integrum, niſi in ſubſidium primi, qui illã accepit à minore; quia videlicet, neque ille primus, neque hæres illius, ſunt ſoluẽdo, qđ deeſt ad integrum valorem illius: qñ enim, vel primus ille, vel hæredes illius, ſunt ſoluendo, ſolũ aduerſus illos conceditur minori reſtitutio. Qñ autem vltimus poſſeſſor accepit rem ſciens emptam, aut alio titulo acceptam à minore, tunc minor, aut hęredes illius, indifferenter poſſunt petere aduerſus tertiũ poſſeſſorem, vel aduerſus primum, qui rem a minore accepit, aut aduerſus hæredes illius, reſtitutionem in integrum. Hæc habentur l. in cauſæ. 1. §. interdum, & §. Pomp. ac. l. ſeq. ff. de minor. Lege iñ ſed vbi, eod. titu. ſubiungitur, ſi minor petat, & obtineat reſtitutionẽ ab vltimo poſſeſſore, illũ poſſe agere de euictione aduerſum anteceſſorem ad intereſſe, & ita ordine quodam vſq; ad primũ, qui eam à minore accepit. Hæc eadem affirmat cõmunis doctorum ſnĩa, quam Ant. Gome. nu. 6. citato refert, ac ſequitur, conſentitq; Cou. 1. var. reſ. c. 5. nu. 7. Tametſi, addat, in euentu, in quo minor agere põt ad rem ipſam; ſi non multũ ſua referat, hr̃e potius rem, q̃ æſtimationem illius, non eſſe cogendum tertium poſſeſſorem, qui rẽ emit, illã tradere, ſed pretiũ eſſe minori reddẽdũ à primo poſſeſſore. Ducitur l. ſi ex cauſa in princ. ff. de minor. Cæterũ, vt ſupra dictũ eſt lex illa loquitur peculiariter de pignorib. iudicialib. minoris, autoritate publica diuenditis, & ſtatuit, in eo euẽtu ſi minor aduerſus ſnĩam reſtituatur, contẽtũ eſſe dẽre p̃tio pignorũ; niſi multũ ſua interſit hr̃e pignora ipſa.

Illud eſt obſeruandum cum Laſſarte de decim. vend. c. 14. a nu. 48. vſque ad 54. Qñ minor rẽ aliquam vendidit, atque ſe inuenit læſum, ita vt contractus ſit reſcindendus, tunc vtique, cum contractus venditionis à prin. fuerit validus, gabellariuſ-
20 que ius ad alcaualam † ſemel perfectè comparauerit, non tenetur illam ſibi ſolutam reddere, eſto cõtractus per reſtit. in integ. poſtea reſcindatur. Atque, cum tunc vterq; contrahentium in ſuum priſtinũ ſtatũ reſtitui dẽat, & in Caſtellæ Regno ad vẽditorem ſpectet ſoluere alcaualam, ſanè minor reddere emptori tenetur integrum pretium, quod pro re empta ei dedit, & minor rem ſuam accipiet ac proinde ſolus minor remanebit cũ iactura alcaualæ ſolutæ. In Luſitania verò, cum dimidium tributi illius (quod in eo Regno ſyſa appellãt) ſoluat emptor, & alterum dimidium venditor, vtique vterque cõtrahentium manebit cum iactura dimidij eius tributi. Qñ autem minor beneficio reſtitutionis in integrum recuperat rem ſuam ab vltimo poſſeſſore, ad quem deuenerat interuentu multarum intermediarum empt. ac vendit. tunc, cũ ſemper anterior venditor teneatur ei, qui ab eo emit, de euictione ad integrum intereſſe, certè iactura omnium eiuſmodi tributorum illarum omnium venditionum tam in Luſitania, quàm in Caſtella, ſpectabit ad primum venditorem, qui rẽ, a minore deriuatam, cœpit primo alijs vendere, vt rectè Laſſarte nu. 54. citato reſoluit.

Ex eo verò, quod minori reſtitutio in integrũ
21 concedatur, ſi fideiuſſorem † adhibuit in aſſecurationem contractus, non manet liber fideiuſſor, ſed tenetur loco minoris ad id, quod minori reſarcitur, aut ad intereſſe creditori. Ratio autem eſt, quoniam reſtitutio in integrum locum nõ habet, niſi qñ contractus erat validus, & ex illo conſurrexerat obligatio, quæ eliditur ope reſtitutionis in integrum: fideiuſſor verò obligauit ſe loco minoris, quod obligatio illa firma maneret, ſtareturque contractui, alioquin ipſe ſolueret loco minoris: at verò reſtitutio in integ. um eſt priuilegium perſonale minoris, competens ei, & ſucceſſoribus illius vniuerſalibus loco, & nomine ipſius, non verò fideiuſſori. Neque item minor tenetur fideiuſſori ad id, quod loco ipſius ſoluerit, actione mandati: quoniã ſimiliter reſtituitur in integrum aduerſus eã obligationẽ, qua ex mandato ei tenebatur; eo ꝙ ſimiliter ex eo mandato ſit læſus. Ita ex his fundamentis hr̃ l. in cauſa 1. in prin. ff. de min. l. 2. C. de fideiuſ. min. & l. 5. in fin. tit. 19. par. 6. & affirmat communis doctorum ſentẽtia, quam Ant. Gome. vbi ſupra nu. 9. refert, ac ſequitur.

Quouſq; aduerſus minorem præſcriptio locũ habeat, aut non diſp. 78. & 79. dictum eſt. Quouſque etiam locum habeat reſtitutio in integrũ aduerſus præſcriptionem completam tempore minoris ætatis, aut completam aduerſus Eccleſiam, eoſque, qui priuilegio gaudent minoris, itemque quouſq; maioribus reſtitutio in integrum concedatur ex iuſta, & rationabili cauſa, diſp. 80. copioſè eſt explicatum: quare non eſt, cur de his rebus iterum ſermonem hoc loco faciamus.

22 Beneficiũ † reſtitutionis in integrum peti põt. Primo directè, id exigendo à iudice, & probando, quæ ad id ſupra dicta ſunt eſſe probanda, citata ad id parte, aduerſus quàm id beneficium petitur. Poteſt etiam ſecundo peti incidenter per modum exceptionis. Vt ſi quis agat aduerſus minorem ex aliquo contractu, in quo ſit læſus, excipiendo, ſe eſſe læſum ex eo contractu tẽpore ſuæ minoris ætatis, petereque reſtitutionem in integrum. Hæc tamen exceptio non longiori tempore opponi poteſt, quam iuxta ſuperius dicta peti directè poſſit reſtitutio in integrum: quoniam exceptio tunc ſolum eſt perpetua, quando nõ oritur ex actione, quam quis certo ſolum tempore poſſit intentare: hæc verò oritur, & coniuncta eſt cum iure ad petendam reſtitutionem in integrum, ac proinde non plus durat, quàm quadriennio poſt minorem ætatem, in quo ſolum tempore, poteſt peti reſtitutio in integrum. Hæc Ant. Gom. c. 14. citato nu. 8.

cum communi doctorum ſententia, quam refert.

23 Intertogabis † verò, apud quam iudicem reſtitutio in integrũ petenda ſit. Lex.2. C. vbi & apud quem cognitio in integ.reſt. &c. definit, petẽdam eſſe apud iudicem eius contra quem petitur, quaſi petens actor ſit, & is, aduerſus quem petitur, reus, atque ita iuxta regulam generalem actor forum rei ſequi debeat. Lex 8. titul. 19. ait, petendam eſſe *delãte del iuzgador ordinario del lugar*, vbi Greg. Lop. intelligendum exponit de iudice rei, & non actoris, iuxta l.2. citatam. Continuò autẽ quærit, vtrum in loco, in quo factus eſt cõtractus, q̃n reus ibi non hẽt domicilium, poſſit minor, læſus circa Queſt.

24 eũ contractũ petere † reſtitutionẽ in integrum corã iudice eius loci, ſi ibi reus, contra quẽ eſt petenda, reperiatur. Et cũ Baldo, Guil. à Cuneo, Paul. Caſt. neganter reſpondet; q̃m licèt in loco contractus poſſit quis conueniri, eſto ibi non hẽat domicilium, id tñ ſolum hẽt locũ, ad agendũ ex eo contractu, non verò ad contractũ reſcindendũ: & idẽ affirmant Iaſon, & Decius à Cou. 1. var. reſo.c.4. nu.1. relati. Contrariũ tñ affirmat Cou. ibid. cum Bar. & alijs, quos citat. Etenim iudex ille ordinarius eſt, & verius tunc iudex eius contractus: neq; reddi põt congrua rõ, cur iudex ordinarius ſit, vt agatur coram ipſo ex eo contractu, & non vt, is reſtitutionem petat, qui eo eſt læſus, iuſque ad eam petẽdam hẽt. Lex aũt 2. citata, ſi remittit minorẽ, vt reſtitutionẽ petat corã iudice ordinario territorij rei docet, qđ ordinariæ fieri debet, neque loquitur, q̃n contractus celebratus fuit in alio loco, & is, aduerſus quem reſtitutio eſt petenda, reperitur cum actore in loco, in quo contractus. Deciſ.

Addit Greg. Lop. cauſam reſtitutionis in integrum, poſſe in particulari delegari à principe, & à iudice ordinario domicilij rei. Item addit, reſtitutionem in integrum peti poſſe coram iudice delegato ad vniuerſitatem cauſarum à iudice ordinario domicilij rei. Itemq; à iudice delegato ad vnã tantum cauſam poſſe incident repeti reſtitutionẽ in integrũ, ſi, qui illã petit, lædatur in aliquo actu circa illã cãm, quia id eſt incidenter illam petere, vt cum Paulo Caſtrenſi affirmat, & ea oĩa ſancita ſunt l. vltim. C. vbi & apud quem cog. reſtit. in integ. De iudicibus verò ordinarijs non habentibus certũ territoriũ iuriſdictionis, vt ſunt iudices vniuerſitatum Scholaſticorum, & iudices ordinarij conceſſi aliquib. religionibus, ait Greg. Lop. cum Paulo Caſtrenſi, eos non poſſe reſtituere in integrum, iuxta l. vlt. citatam. Si tñ lex illa expẽdatur, ſanè non denegat eiuſmodi iudicibus reſtituere; in integrum; id tñ denegat delegatis ab eis. Item iudices arbitri reſtituere non poſſunt in integrũ, vt eadem lege hr̃: tametſi gl. ibi dicat, compromitti in eis poſſe, vt iudicent, an ſit reſtituendũ in integrum, quod Bar. Salyc. & alij probant: Bal. verò reprobat. Iudices item pedanei, quales ſunt vicarij Epiſcopi particularium locorum, & iudices oppidorum particularium, ad quæ iudices non mittuntur, qui tribunal ibi habeant, reſtituere nõ poſſunt in integrum, vt eadem lege habetur.

Queſt. Dubiũ eſt, ſi Eccleſia ſe læſam inueniat ex con

25 tractu celebrato cum laico, vtrũ petere poſſit † reſtitutionem in integrũ coram iudice Eccleſiaſtico, an verò ſolum corã iudice ſeculari laico, ſequẽdo iuxta regulã gñalem, forum rei. Inno. c. cum ſit generale de foro competenti. Panor. c.1. de in integ. reſt. nu.18. Marantia de ordine iudi. part.4. diſtinct.11. nu.16. Greg. Lop. l. vlt. gl.1. tit.19. par. 6. & cõis ſententia, quam Couar. 1. var. reſ. c.4. nu. 2. refert aſſeuerant, Eccleſiam petere tũc poſſe reſtitutionem in integrũm, etiam coram iudice Eccleſiaſtico proprio Eccleſiæ, quæ illud petit, idque eſſe priuilegiũ peculiare Eccleſiæ. Et eodẽ modo dicunt poſſe agere coram iudice Eccleſiaſtico de nullitate contractus cum laico ab ea celebrato. Id ſuadet c.1. de integr. reſtit. & multo apertius probat c. pen. de reb. Eccl. non alien. Vbi, cum monaſterium quoddam enormiter eſſet læſum ex contractu cum laico reſtitui, præcipitur in integrum per iudicem Eccleſiaſticum Couar. ibidem tenuit cõi ſnĩæ conſentire, dicens, poſſe dici iudicem Eccleſiaſticum in c. penult. citato, fuiſſe etiam iudicẽ illius laici, eo quòd prouincia illa ſubiecta eſſet domino temporali Eccleſiæ: tametſi ſubiungat, facilè poſſe dici, ſe diuinare. Non arbitror diſcedendũ eſſe à cõi ſententia vſu illorum duorum capitum comprobata. Illud verò probo, quod Couar. ſubiungit, nempe priuilegium illud non eſſe extẽdendum ad bona perſonarum Eccleſiaſticarum atq; adeo ad contractus, quos perſonæ Eccleſiaſticę de bonis ad ſe attinentibus celebrauerint: in eis enim contractibus, ſi minores ſint, ac reſtitutionẽ in integrum petant, ſequi debent forum rei ſed ſolum priuilegium illud habere locum in bonis proprijs Eccleſiarum, qualia erant, de quibus duobus capitibus citatis eſt ſermo.

Vtrum autem vnus petere poſſit reſtitutionem in integrum pro alio. Dicendum eſt tutorem, cu- Dubiũ

26 ratorem, prælatum † œconomum hoſpitalis, aut ſimilis alterius rei, & vniuerſim habẽtes legitimã adminiſtrationem alienorum bonorum, poſſe ꝓ illis, quorum bona adminiſtrant, petere reſtitutionẽ in integrum ſine alio mandato: q̃m ex munere proprio id ipſis incumbit. Inter hos autẽ numera patrem adminiſtrantem bona filij aduentitia. Ita cum Inno. & alijs Pan. c.6. ſuſcitata n.6. de in integ. reſt. & Cou. 1. var. reſol. c.6. nu. vlt. argũ l. ſi actor. C. de appell. qua in lege procurator minoris põt ſine alio mandato appellare à ſnĩa lata contra minorem, & eadem rõne petere reſtitutionem in integrum, cum non plus requiratur mandatũ ad vnum, quam ad aliud eademq; eſt ratio de reliq̃s habentibus adminiſtrationem rerum alienarum. Confirmatur, quia hi oẽs, ſine alio mandato, iurãt de calumnia pro ijs, quorum bona adminiſtrant, vt habetur l.2. §. quod obſeruari. C. de iureiur. ꝓp calum. & l.24. tit.11. par.3. Eadem ſententia colligitur, aut potius conſtat apertè, ex l. vlt. titul.19. par.6. ibi. *onde los que an en poder.* Deciſ.

27 Quando † aliquis non eſt ita legitimus adminiſtrator bonorum alicuius, cui reſtitutio in integrum competit, non poteſt petere reſtitutionẽ pro illo, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum, neque ſufficit generale mandatũ ad omnes ſuas cauſas, & negotio. Ita habetur l. illud. §. vlt. ff. de minor.

Habeş

Habet autẽ id verum, ẽt ſi detur mandatũ gñale ad oẽs ſuas cauſas, & negotia, & addatur clauſula, ẽt ſi ſpeciale mandatũ requirant, vt hr̃ c. qui ad agendũ, & c. q generale, de procu. lib. 6. Quibus aũt clauſulis appoſitis, cenſeretur ad id conceſſũ ſpeciale mandatũ, eſto nulla mentio in particulari facta eſſet de reſtõne in integrũ, dic vt de facultate ad tranſigendũ (quæ ẽt requirit ſpeciale mãdatum) diſpu. 557. §. vlt. dictũ eſt. Admonet verò recte Couar. c. 6. citato num. 2. cum Bart. Innoc. Panor. c. coram de reſt. in integ. n. 6. vbi optime loquitur: & cũ cõi doctorum ſnĩa, vt procurator, aut mãdatarius, petere poſſit reſtõnẽ in integrum in quacunq; cauſa, aut negotio, in particulari mandantis, ſatis eſſe ſi habeat ab eo mandatũ in genere ad petendã loco illius reſtõnẽ in integrũ, neq; eſſe opus, vt exprimat cãm, aut negotiũ, in ſingulari, nec item pſonas, aduerſus quas reſtõ peti debeat. Neq; eſſe parẽ rõnem de mandato patris filio, vt adire poſſit hæreditatem. Ne. n. ex aditione nocumentũ filio obueniat, neceſſe eſt, vt pater hr̃ditatẽ agnoſcat in ſingulari, & circa eã in ſingulari mãdatũ filio det: idẽ vbi ſupra dicit eſſe Panor. vniuerſim, qñ ad aliquid requiritur ſpeciale mandatũ, & ex eo, quod res nõ exprimatur in particulari, imminet detrimentũ, intellige alicui tertio: ex reſtõne verò in integrum raro, aut nunquã, obuenire ei põt nocumentum, cui peteretur. Neque itẽ eſſe parem rõnem, quod, ad iurandũ de calumnia loco mãdantis, accipere ab eo debeat procurator mandatum de cã in ſingulari, eò qđ alioquin facile interuenire poſſet periurium noĩe mandantis: quod tñ nõ cernitur in mandato in genere ad petendã reſtõnem in integrum loco mandantis. Couar. cum Caſſiodoro ibidem vult, ſi qs habeat mandatum ad agendum, defendendum, & ſupplicandum, poſſe admitti ad petendam reſtitutionẽ in integrum loco mandantis; qa, inquit, ſatis eſt ſi tacite ſub generali verborum ſerie mãdatum ſpeciale ſignificetur. Videntur autẽ Caſſiodorus, & Cou. cenſere, in illo verbo, ad ſupplicandũ, mandatũ ſpeciale ad petendam reſtõnem in integrum ſignificari: nã ſub illis alijs, ad agẽdum, & defendendũ, manifeſte hr̃ c. qui ad agẽdum de procu. li. 6. non cõpræhendi, nec ſignificari. Ego verò ea de re non ſum certus. Quare in eo euentu, tanq̃ in re dubia, an procurator illo cenſeretur habere mandatum ſpeciale ad petẽdam reſtõnem in integrũ, admitti poſſet ad illã petendã cum cautione, quod mandans id ratum habebit; quod in euẽtu dubio præcipitur faciendũ l. quod ſi de ſpeciali in prin. ff. de minor. & notant Panor. c. corã citato, nu. 6. & Couar. vbi ſup. nu. 4. Ex eo verò, quod procuratori mãdatum generale detur, cũ clauſula de rato habẽdo quodcunq; geſſerit, non cenſetur tradita ei facultas ad ea, quę mandatũ ſpeciale requirunt, vt cũ gl. Accurſij. l. ſi procuratorem abſentẽ. ff. de procur. & cõi doctorum ſententia, Coua. nu. 4. citato affirmat. Ea. n. clauſula ſolum operatur. vt procurator minime teneatur cauere de iudicato ſoluendo, tametſi alioquin eam cautionem præſtare teneretur, etiam ſi de mandato conſtaret l. 1. C. de ſatiſdando.

Quamuis conſanguinei vſq; ad quartũ gradũ,
pſtita cautione de rato, agere poſſint ea cõſangui-
nei abſentis, ad q̃ gñale illius mandatum ſufficit,
vt hr̃ l. ſed & hæc, in princ. ff. de procu. & l. 10. tit.
28 5. par. 5. reſtõnem † tñ in integrũ ſolus pater põt
petere, non verò reliqui conſanguinei, vt expreſſe
hr̃ l. patri pro filio. ff. de minor. niſi minor prodi-
gus, aut amens eſſet, & haberet cõſanguineos cu-
ratores ſuos: tunc. n. petere poſſent reſtitutionẽ in
integrum loco illius, vt ibidẽ habetur, & ex dictis
ſupra eſt manifeſtũ. Ita Couar. vbi ſup. nu. 5. cum
cõi doctorum ſnĩa, quæ idem regulariter intelli-
gendum eſſe aſſerit in reliquis rebus, quæ ſpeciale
mandatum requirunt. Non obſtat. c. conſtitutus
de in integ reſt. vbi frater ad reſtõnem in integrũ
alteri fratri obtinendã admiſſus eſt. Prætermiſſis
enim alijs reſponſionibus Couar. & aliorum, quę
ſane minime ſatisfaciũt, legitima profecto eſt. Qđ
ibi, non ſolũ frater ille conſors erat litis, ſed etiam
pro ſeipſo reſtitutionẽ petebat, eo quod ipſe cum
ſuo fratre tempore ſuæ minoris ætatis lęſus fuerat
eo contractu: quare cũ ſuam cauſam ageret, eam-
que indiuiduam cum cauſa fratris, & beneficiũ ſi-
bi cõmune cum fratre in eadẽ numero re peteret,
concedi vtiq; ei debuit: neq; profecto contrarium
in hoc euentu intendunt iura citata. Et fortè ſpe-
ciale habuit mandatum à ſuo fratre, vt cauſam,
vtrique communem, eo modo ageret.

29 Quæ † dicta ſunt de ſpeciali mandato neceſſa-
rio ad reſtõnem in integrum alteri petẽdã, intel-
ligenda ſunt, qñ principaliter petitur, ſecus verò
qñ petitur incidenter circa cauſam, aut circa ali-
qua, q̃ contingunt in cauſa, ad quã aliquis habet
mandatum, licet non in particulari ad petendum
reſtitutionẽ circa illa, aut circa contingentia in il-
la: qui. n. mandatũ habet ad aliquam cãm, eo ipſo
cenſetur illud habere ad incidentia in illa. Sicut ẽt
iudex, qui directo, & principaliter nõ põt cogno-
ſcere de reſtitutione in integrũ, eam ve concedere,
põt cognoſcere de reſtõne in integrum circa inci-
dentia in cauſa ſibi cõmiſſa, eamque concedere, vt
ſupra dictum eſt. Ita, iuxta c. ſuſcitata, de in integ.
reſt. & alia iura gloſſ. ibi Panor. & cõis doctorum
ſnĩa, quã Couar. 1. var. reſ. c. 6. n. 1. refert, ac ſequi-
tur. Portò, quicquid quidã in contrariũ dixerint,
vt tandem ait Panor. & cum alijs affirmat Coua.
vbi ſupra, interim dum cauſa principalis perſeue-
rat poteſt eiuſmodi procurator petere reſtitutio-
nem in integrum, ẽt circa ſentẽtias interloquuto-
rias, quæ trãſierint in rem iudicatam, eò quod cõ-
gruo tempore non fuerit ab eis appellatũ: qm̃ ad-
huc cenſetur hr̃e mandatũ ad oĩa, quæ ad eam cau
ſam ſpectant. Circa ſententiam autem definitiuã
cauſæ principalis, poteſt petere reſtitutionem in
integrum, interim dum perſeuerat tempus, ad ap-
pellandum ab ea, conceſſum: eo verò elapſo, quia
iam cenſetur finita cauſa, ob quam habebat man-
datum, non poteſt petere reſtitutionem in inte-
grum ſine nouo particulari ad id mandato.

Licet ad petendã reſtõnem in integrũ, eamque
proſequendã, mandatũ ſpeciale, mõ explicato, re-
30 quirat; ad † defendendũ tñ eũ, aduerſus quẽ ea pe-
titur, ſufficit mandatũ gñale, vt Panor. c. ſuſcitata

citato,

citato,& alij,quos Cou.vbi ſup.n.vlt.refert, ac ſequitur, recte affirmāt reſq; ex ſe eſt ſatis pſpicua. Quando duo,aut plures,habēt rem,vel cām communem,quorū vnus ſit maior,& alter minor(idē dic,qñ vni aliqua alia rōne competit reſtitutio in
31 integrum,& alteri non)tunc,ſi minori† ſit cōceſſa reſtitutio in integrum, & res,de qua agitur, eſt diuidua,nō prodeſt alteri ea reſtitutio,ēt ſi pro indiuiſo res illa ad vtrūque attineret. Ita hr̄ expreſſe l.vnic.C.ſi in cōi eademq; cauſa. Lege iura alia,q̄ Gama deciſ.263.nu.1.cit. Quando autem eſt indiuidua,vt ſeruitus in alieno prędio, gl.vlt.l.citata, & cū ea Paulus Caſtrenſis, voluerunt, reſtitu-
32 tionem† factam minori,prodeſſe ēt maiori,argumento l.ſi in cōe,in princ.ff.quemad.ſeruit.amit. vbi hr̄,ſi ſeruitus cōis alicui cū pupillo,nō pręſcribatur aduerſus pupillum,q̄a interim,dum eſt pupillus, locum nō habeat aduerſus eū præſcriptio, neq; ēt perſcribitur per non vſum illius aduerſus alterum. Item argumento l. loci corpus.§.ſi fundus.ff.ſi ſeruit.vend.vbi hr̄, ſi fundus,cui ſeruitus debetur,plurium ſit,cōpetere vnicuique in ſolidū actionē ad eā ſeruitutem. Ant.vero Gom.2.tom. var.reſ.c.14.n.10.contrarium cum Bar. & cōmuni ſnīa,quam refert,affirmat.Qm̄,inquit,licet minori,qui ſeruitutem habebat, ſibi cōem cum alijs in aliquo prędio,& illam cum illis remiſit,ſi reſtituatur in integrum, integra ſeruitus reſtituatur, cæteri tñ qui illam remiſerunt,repellentur ab vſu illius, argumento l. per fundum. ff.de ſeruit.ruſt. præd. Dicerem, attendendum eſſe,an id,ad quod minor reſtituitur, ita penderet à conſenſu ipſius, vt ſine eo conſenſu, tota conceſſio, totiuſve contractus eſſet nullus,& tunc reſtitutio minoris aduerſus ſuum conſenſum,ſeu contractum, prodeſt alijs, eò quod reliqui conſenſus ſoli nihil efficere potuerunt. Atq; hac rōne lib.3.Luſit.ord.tit.87. §.4. definitur, in contractibus, qui iure Luſitano nulli ſunt,niſi interueniat cōſenſus vtriuſq; cōiugis,ſi vnus eorū ſit maior,& alter minor, contractuſque conſenſu vtriuſque ſit celebratus,& vnus coniugum,qui minor eſt,in integrum reſtituatur aduerſus eum contractum ratione minoris ętatis, eam reſtōnem prodeſſe alteri quia ſine conſenſu eius, qui per reſtōnem in integrum reſoluitur, & annullatur, cōtractus totus corruit, & quo ad nihil hēt firmitatē. Conſentit l.per fundum citata, vbi hr̄,quia ius ſeruitutis in terris per fundū multis cōem,pendet ex conceſſione omniū, eſto multi eorum eam concedant, interim tñ dum aliquis eorum eam non concedit, non eſſe comparatam ſeruitutem,vltimumque cōſenſum anteriores oēs conſenſus confirmare, & illis tribuere vim,eò qđ ſine vltimo nō ſufficiant,eſto,poſtq̄ præſtiti ſūt. qui illos dederunt, repugnare non poſſe illi ſint ſeruituti: vnde conſtat,qđ,ſi oēs conſenſiſſent,& vnus eorū reſtitueretur in integrum aduerſus ſuū conſenſum,deſineret oīno ſeruitus,etiam comparatione cæterorum,quorum conſenſus,vt vim ad eam conſtituendam haberent, à conſenſu huius pendebant,atque adeò reſtō illa cæteris prodeſſet. Si ergo multi eſſent dñi vnius prędij,cui alterum prædium deberet ſeruitutem aliq̄,tunc,ſi oēs domini pdij, cui ſeruitus debebatur, illam remiſiſſent,vel gratis,vel pretio,& vnus eorum poſtea in integrū reſtitueretur aduerſus eam remiſſionem, diſtinguendum eſt.Quia,ſi pdium,cuius erāt domini,erat aliquo modo diuiduū,tunc, eſto p indiuiſo ab illis dñis poſſideretur,diuidi prædiū illud debebat in tot partes, quot erant dñi, ſolique parti,quæ eum contingeret, qui reſtitueretur, deberetur deinceps tota illa ſeruitus, non vero reliquis partibus, vt Bart. Ant.Gom.& alij affirmāt, ac proinde reſtō illa nō prodeſſet cæteris. Si verò eſſet oīno indiuiduū,tunc reſtitutio illa oīb. prodeſſet,tenebunturque reddere pretiū,ſi qđ pro remiſſione ſeruitutis illius accipere. Aduerſus hanc noſtram ſnīam,nihil pugnat.l.ſi cōmunem citata:q̄a ibi ſermo eſt de pſcriptione ſeruitutis indiuiduæ, cōmunis duobus, quæ,ſi non præſcribitur aduerſus vnum eorū,ſed ſalua manet,neq; pręſcribitur aduerſus alterum: vſus.n.cuiuſque illorum duorum, ſufficeret ad interrumpendam præſcriptionem per non vſum comparatione vtriuſque, Neque item pugnat lex,ſi fundus, citata: quoniam, quod cuique eorum actio ad eam ſeruitutem competat,ideò eſt, quoniā eſt indiuidua,ibi verò ſubiungitur,intereſſe ad illam eſſe diuiduum.

33 Si minor, poſtq̄† maior eſt effectus,confirmet, qđ fecerat tpe minoris ætatis, pro quo ſibi competebat bñficium reſtōnis in integrū,exinde amittit circa illud beneficiū reſtōnis; quia à tpe eius confirmationis,aut ratificationis, cenſetur id factum à maiore,vereque à maiore eſt iam effectum. Qua ēt rōne,ſi res minoris immobilis alienata fuit ſine iudicis decreto, ac proinde contractus non valuit, & poſtq̄ eſt effectus maior, confirmet, ratamve habeat eam alienationē, valida ex tunc efficitur. Excipe in vtroque euentu, niſi dolus interueniſſet,maiorque, dum contractū, aut alienationem, ratam haberet, ac confirmaret, dolum ignoraret. Hæc hn̄t l.1.& 2.C.ſi maior iā factus ratū habuerit,& affirmat cōis ſnīa, quā Ant. Gom.vbi ſup. nu.11.refert,ac ſequitur.Si tamen lęſio eſſet vltra dimidium iuſti pretij, adhuc competeret remedium.l.2.C.de reſ.vend. quod maioribus conceditur,vt Ant.Gom.vbi ſupra rectè ſubiungit.

34 Si minor alienationē,† aut cōtractū,iurō confirmauit,tunc, eſto bonū immobile fuerit alienatū ſine iudicis decreto,valet alienatio,aut contractus,neq; locū hēt reſtō in integrū,niſi in læſione interueniſſet iniuſtitia: & tunc,obtenta prius relaxatione iuramēti, præciſe ad effectū, vt contractus ad limites iuſti reduceretur, iuxta ea,quæ diſput.149.& duabus ſequentibus dicta ſunt.

Qui alij beneficio reſtitutionis in integrum gaudeant.

DISPVTAT. DLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an inſtar minoris aduerſus eius contractum habeat, quadriennium ad petendam in integr. reſtitut.*

Quod

Quod ampliatur ẽt in hoſpitalibus, & alijs pijs locis, qui ſub nomine eccleſiæ compræhenduntur. nu. 2.
Fallit tamẽ in aliquibus euẽtibus, vt etiam vltra quadriennium, habeat beneficium reſtitutionis. nu. 3.
Idẽ in republica, & milite, et alijs ſimilibus vt n. 4. 5.

ECcleſia, inſtar minoris, gaudet ẽt priuilegio reſtitutionis in integrũ: quia tñ nõ eſt minor, ſemperq; eſt in eodẽ ſtatu, ſolũ gaudet eo priuilegio quadriẽnio à celebrato cõtractu, aut quaſi cõtractu, læſioneve accepta, ſicut minor gaudet eo priuilegio quadriẽnio, poſtq̃ expleuit vigeſimum quintũ ſuæ ætatis annũ, vſq; ad annũ vigeſimum
1 nonũ. Etq; eodẽ † modo quadrienniũ hoc vtile cõparatione Eccleſię, quo quadrienniũ minoris vtile eſſe, diſputatione præcedente explicatũ eſt. Qđ idẽ intelligendũ eſt de cæteris, quibus bñficiũ reſtitutionis in integrum competit, vt ibidẽ dictum eſt, & cõſtat ex l. vlt. C. de temp. in integ. reſt. Eccleſiam gaudere hoc priuilegio quadrienno illo, cõſtat ex c. 1. de in integ. reſt. iuncta l. vlt. C. de tẽpor. in integ. reſt. & expreſſus ex c. 1. & 2. de reſt. in integ. lib. 6. ex cle. vnica eo. tit. & ex l. vlt. ti. 19. par. 6. conſentitq; communis doctorum ſentẽtia.
2 Nomine † aũt Eccleſiæ hoc loco intelliguntur ẽt hoſpitalia, & alia ſimilia pia loca: ad hæc enim oĩa extendũtur priuilegia Eccleſiæ l. oĩa C. de ſacroſ. Eccleſ. & conſentiũt Panor. c. 1. de in integ. reſt. n. 15. cũ Io. Andr. quẽ citat, & alij, quos referunt, ac ſequũtur Greg. Lopez l. vlt. citata, gl. 1. & Marant. de ord. iud. par. 6. c. 2. actus nu. 85. Cõceditur verò hæc reſtõ, qñ ipſa Eccleſia eſt læſa in iure ſuo, rebuſve ſuis, non aũt, qñ pſonę Eccleſiaſticæ læduntur in his, quæ ſibi obueniunt ex Eccleſia, aut ex ſua dignitate Eccleſiaſtica. Vnde ſi capitulum alicuius Eccleſiæ lædatur in iuribus, aut bonis capituli, quę perſeuerant capituli, ac cõmunitatis, conceditur ei reſtitutio in integrum, ſi verò in reditibus diſtribuẽdis inter ſingulos, quia male illos locauit, non reſtituitur. Eodẽ mõ, ſi beneficiatus agat de iure ipſo bñficij in ſe, put eſt beneficiũ talis Eccleſiæ, ac læſio Eccleſiæ cõtingat, cõceditur ei reſtõ in integrũ: ſi verò contendat cũ aliquo, vtrũ tale beneficiũ ad ſe, vel ad illũ pertineat, aut ſi minori pcio licet reditus eius bñficij, tunc q̃a læſio ad ſe ſpectat, & nõ ad Eccleſiã, non conceditur ei reſtitutio in integrũ. Ita Pan. Greg. Lopez, & Maranta, vbi ſup. n. 84. & cõmunis ſententia, quã citant, reſque ex ſe eſt ſatis manifeſta.

Capite 1. de in integ. reſt. lib. 6. hr. Quãuis Eccleſiæ † vltra quadrienniũ regulariter nõ ſit conce-
3 dendũ beneficiũ reſtitutionis in integrũ, poſſe tñ ei concedi, ſi fraude, ac dolo læſio facta fuit, & id probetur, aut ſi adſit aliqua alia rõnabilis cã, quæ ſuperiorẽ mouere debeat ad reſtõnem vltra quadrienniũ concedendã. Gloſſa verò vlt. ibi, & cum ea Panor. c. 1. de in integ. reſt. n. 2. duas cãs cõmemorant. Primã, ſi prælatus, qui læſit Eccleſiã contractũ noĩe Eccleſiæ celebrãdo, vixit toto eo quadriennio, quo reſtitutio erat petẽda. Secundam, ſi Eccleſia fuit enormiſſime lęſa, pp enormiſſimam enim læſionẽ. c. ad noſtrã (quod eſt penultimũ) de reb. Eccleſ. nõ alie. fuit poſt quadrienniũ Eccleſiæ cõceſſa reſtitutio in integ. vt Pan. & cõis ſnĩa, quã Coua. 1. var. reſ. c. 3. à n. 10. Emmanuel Acoſta §. & quid ſi tm̃, par. 2. à n. 74. referũt ac ſequuntur, affirmat. Lex vlt. tit. 19. par. 6. vt hæc reſtõ extraordinaria Eccleſiæ, aut reipublicæ, læſis, trãſacto quadriẽnio cõcedatur, exigit, vt læſio adeò enormis ſit, vt dimidiũ iuſti valoris excedat. Atq; tũc concedendã ſtatuit reſtõnem vſq; ad triginta tñ annos, & nõ vltra. Rodericus Xuarez allegat. 12. col. pen. ab Emmanuele. Acoſta vbi ſup. nu. 83. & à Couar. c. 3. citato in calce n. 12. relatus, ait, de iure cõi pp enormiſſimã læſionẽ ſolũ cõcedi reſtõnem intra aliud quadrienniũ, ita vt, ſi læſio enormis ſit, ſolũ cõcedatur intra octo annos à contractu celebrato, & læſione ſuſcepta. Meritò tñ Emmanuel Acoſta, & Coua. id repræhendunt. Tum q̃a, vt Hoſtienſis affirmat, poſt decenniũ fuit conceſſa reſtõ in integrũ. c. ad noſtrã citato. Tum ẽt, qm̃ ſi reſtitutio in integrũ vltra quadrienniũ iudicis officio cõcedatur, id officiũ eſſe debet perpetuũ, argumento l. videamus. ff. de eo qđ met. cauſ. cõpetetq; actio 30. annis, iuxta legẽ, ſicut in rem, iuncta gloſſa ibi verbo perſequutione. ff. de præſcript. 30. vel 40. annorũ. Vnde, cõſentaneè ad ius cõe, arbitrantur latã fuiſſe ea in parte legẽ vltimã tit. 19. p. 6. Emmanuel Acoſta ibidẽ. nu. 85. putat, in ea l. vlt. quæ 30. annis Eccleſiæ, & reipublicæ, læſis vltra dimidiũ iuſti valoris, reſtitutionẽ vſq; ad 30. annos cõcedit, non eſſe ſermonẽ de ea reſtitutione in integrũ, de qua loquimur, ſed de reſtitutione, ſeu remedio l. 2. C. de reſ. vẽd. Iure tñ optimo id à Couar. vbi ſup. reprobatur, qm̃, vt cõſtat ex antecedẽtibus in ea lege, totoq; eius decurſu, de reſtitutione in integrũ, prout eſt res diſtincta à remedio l. 2. C. de reſcind. vend. eſt in ea ſermo, atq; in eo cõueniunt Greg. Lop. ac reliqui Hiſpani interpretes. Couar. ibid. n. 13. exiſtimat, reſtitutionẽ in integrũ vltra quadrienniũ ob enormẽ læſionẽ. cõpetere minoribus, Eccleſiæ, & reipublicæ Emmanuel verò Acoſta vbi ſup. nu. 79. ait, nunquam fuiſſe auditũ, minorẽ ob enormiſſimã læſionẽ reſtitutũ fuiſſe poſt quadrienniũ, quo ei cõceditur à cõpleta ætate vigintiquinq; annorũ vſq; ad annũ vigeſimumnonũ expletũ, neq; illi cõpetere vltra id quadrienniũ, ſed cõpetere Eccleſiæ, rõnemque reddit, cur minori denegetur, & Eccleſiæ cõcedatur. Qm̃ inquit, minores, ſi, poſtquã ſunt facti maiores expleto 25. anno, in quadriẽnio ſequenti reſtitutionẽ in integrũ non petant, cenſentur tacitè ratũ habere, & cõfirmare, quod tpe minoris ętatis fuit effectũ, eaq; de cauſa nulla reſtitutio in integrũ deinceps eis cõceditur. Quia verò Eccleſia ſẽper eſt in eodẽ ſtatu, vt minori cõparetur, & priuilegio eius gaudeat, conceſſum meritò ei fuit, vt, quãuis regulariter haberet quadrienniũ ad petendã reſtitutionẽ in integrũ, ſi tñ enormiter ſit lęſa, aut alia rationabilis cauſa occurrat, beneficiũ reſtitutionis extraordinarie ei cõcedatur vltra quadrienniũ. Quo loco obſerua, rõnẽ hanc ęque habere vim in republica, atq; in Eccleſia, q̃ forte cã fuit vt lex vlt. citata, reſtõnem vltra quadriennium ob enormen læſionẽ extẽderet ad rempublicã, & Eccleſiam, nulla de minori facta mẽtione Coua. vbi ſup.

ſup.n.11.& Emmanuel Acoſta par. 2.citata à nu. 82.cēſent, ſtãdo in iure cõi,iudicis prudētis arbitrio eſſe relinquendũ arbitrari,ꝙ cēſenda ſit enormis læſio,vt vltra quadriēniũ reſtõ in integrũ Eccleſiæ cõcedatur,vidēturq; aſſerere ſufficere eã,ꝙ nõ ptingat ad læſionē vltra dimidiũ iuſti valoris.

4 Reſpublica itē,inſtar† minoris,gaudet priuilegio reſtõnis in integ.& eadē rõne princeps nõ recognoſcēs ſuperiorē,quo ad bona coronę,ac fiſci, ꝙ reputãtur reipublicæ bona,& vere sũt bona eius reipublicæ,ꝙ nõ eſt monarchia,ꝙ vnico principe, ſeu capite regatur.Secus aũt res hēt de bonis ſupremi principis,ꝙ non poſſidet quatenus princeps & vt bona reipublicæ, ſed perinde, ac cæteri priuati ſua bona poſſidet.Ita hr̃ l.reſpublica.C.qb.ex cauſis maiores l.rempublicã.C.de iure reip.lib.11.& l.vlt.tit.19.par.6.Id verò intelligendũ eſt, nõ ſolũ de ſuprema,integra,ac tota republica, ſed ẽt de republica cuiuſcunq; ciuitatis,aut oppidi,quę habet *concejo*, regiturq; proinde per aliquē, aut aliquos adminiſtratores,quo ad ea,quę oppido cõia ſunt.Secus aũt de laicis cõgregationib. ſartorũ,& aliorũ opificum. De vniuerſitate aũt ſtudiorum, qa cõitas illa multos habet minores dicũt Panor. & alij,gaudere priuilegio reſtõnis in integrũ. In his cõſentiũt Panor.c.1.de in integ.reſt.nu.14.& 15.Bart.& plerįq; alij,quos referũt,ac ſequuntur Greg.Lopez l. vlt. citata, & Maranta de ordine iud.par.6.cap.ſecundus actus,nu.85.& 87.

5 Militibus, quo ad † id tp̃s, quo militiam exercent,ijs item,qui reipublicæ cã abſentes ſunt,quo ad id tp̃s, quo ita ſunt abſentes,conceditur reſtitutio in integrũ,vt cõſtat. C. de reſt.milit.per totum.Alijs itē cõceditur, de qbus diſp.80. dictum eſt.Inter quos cõputant aliqui,quos Maranta vbi ſup.nu.86.refert,ac ſequitur ruſticos imperitos,ꝙ cõſulere nõ potuerunt peritiores, & alij cõputant ſimplices mulieres.Illud obſerua,militiq.& alijs, qui rudes nõ ſunt, non videri cõcedi reſtitutionē in integrum, quo ad contractus, quos per ſe inierint, ſed quo ad alia,nempe quo ad pręſcriptiones aduerſus ipſos, quo ad iudicia, pignora ipſorum diſtracta,& in his ſimilia,& vt tp̃s,quo eis de cauſis reſtõ in integrum ipſis cõpeteret, ſi eſſent læſi in aliquo,nõ detrahatur de eo tp̃e, in quo ipſi pro illis,quib. ſuccedũt,petere poſſunt reſtitutionē in integrum,ſed, vltra hoc totũ, illud inſup integrũ habeant,vt diſputatione pręcedēte dictũ eſt.Quare non eſt,cur hac de re plura hoc loco dicamus.

In reſtitutione in integrum an res cum fructibus ſit reddenda. Et num, poſt celebratam locationem rei minoris, reipublicæ, aut Eccleſiæ, quod alius pretium augeat, ſufficiens cauſa ſit, vt reſtitutio in integrum concedatur.

DISPVTATIO DLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Fructus circa rem venditam, an veniant in integrum reſtitutione.*

2 *Intellectus ad c. ad noſtram. de rebus eccleſ. non alien.& numero 3.*

4 *Intellectus ad l.quod ſi minor.§.reſtitutio,& l.patri.§. ſi pecuniam ff. de minor.*

5 *Reſtitutio in integrum an concedatur minori aduerſus venditionem perfectam,vbi alius poſtea inuenitur emptor,qui plus pretij offerat.*

QVod ad primum horum attinet. Couar. 1. var.reſ.c.3.nu.1.(cuius ſententiam approbat,approbatamque fuiſſe à Luſitano ſenatu, refert Gama deciſ.212.)Emmanuel Acoſta.§.& q. id ſi tantum, à nu.71. & alij quos referunt, affirmant,quando† reſtitutio fit in integrum,reſtituēdam eſſe rem cũ fructibus ex ea perceptis. Quod probant ex l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de minor. Vbi Paulus iuriſconſultus ſic ait. *Reſtitutio ita facienda eſt, vt vnuſquiſque in integrum ius ſuum recipiat.Itaque,ſi in fundo vendendo circumſcriptus reſtituitur, iubeat prætor,emptorem fundum eum fructibus reddere, & pretium recipere.* Addit iuriſconſultus. Niſi emptor eo tempore dederit minori pretium, quãdo veriſimiliter erat credendum illum diſſipaturum,perditurumve illud eſſe: nam tunc ſolum eſt ei reſtituendum de pretio,quod ex illo remanſerit, aut in quo minor factus ex illo fuerit locupletior:non ſecus ac ſi mutuo eam pecuniam illi dediſſet, ſolum teneretur minor illi reddere,quod ex mutuo remaneret,aut in quo minor ex eo mutuo factus fuiſſet locupletior,vt diſput.573.dictum eſt. Quia tamen is,qui emit, neceſſario ſoluit pretium in recompenſationem rei emptæ, qui verò aliquid dat,non ita neceſſe habet illud dare, ſed abſtinere omnino poteſt à mutuo minori dando, ſubiungit, non ita ſeuere eſſe agendum hac in parte cum emptore, ſicut cum mutuante,eaque de cauſa mutuanti indiſtincte ſolum eſſe reddendum,quod de mutuo ſuperfuerit, aut in quo minor factus fuerit locupletior:emptori verò integrũ ſuum pretium eſſe reddendum, niſi illud eo tp̃e minori ſoluerit, vt credendũ fuerit diſſipaturũ,perditurumve illud: nã tunc ſolum ex eo pretio eſt illi reddendum, quod ſuperfuerit, aut in quo minor factus fuerit locupletior. Hæc ibi. Conſentit Caius iuriſconſultus l.patri.§.ſi pecuniam ff.de minor.vbi addit,ſi minor ex ſua pecunia prædium emit pluris, quam oportuit,iubendum eſſe venditorem reddere pretium cum vſuris,quas ex eo ptio percepit,aut percipere potuit, & accipere prædiũ cum fructib. ex eis perceptis, quatenus minor ex eis factus fuerit locupletior. Si aũt minor prædiũ vẽdidit minori pretio,ꝙ oportuit, teneri emptorem illud reddere cũ fructibus ex eo perceptis(addit gloſſa, & quos percipere potuit, vt de vſuris paulo ante dictum eſt)& accipiet pretium,ſolum quatenus ex illo minor factus fuerit locupletior. Hæc Caius ibi. Idē confirmat Couar.ex l.prędium.ff.de pręd.minor. Cæterum ibi ſermo eſt, qñ contractus fuit ipſo iure nullus, neque minor amiſit dominium prædij venditi, quia ſine decreto iudicis fuit venditum, eaq; de cauſa meritò præcipitur reddi, ei pretium cũ fructibus ex eo perceptis, ſi exiſtant, alioquin agere poſſe ad illorum æſtimationem: ita tamen vt,ſi

vt,ſi ex pretio minor factus fuit locupletior, reddat,in quo factus fuit locupletior, cum vſuris cõſuetis ſolui ex ea pecunia, & vt ſoluat sũptos melioramẽtorum prædij. Porrò noĩe fructuum, ẽt à malæ fidei poſſeſſore perceptorum intelliguntur, qui remanẽt,deductis expẽſis factis in eis colligẽdis,in expẽſis cõputãdo valorẽ induſtriæ appoſitæ probat Cou.vbi ſup.n.3.& a nobis dictum probatumq; eſt,loco infra citãdo,& alibi in ſuperiorib.

Coua.c.3.citato nu.4. doctrina tradita excepit fructus,quos poſſeſſor rei obnoxiæ reſt.in int.percepiſſet bona fide ex re illa,illoſq; bona fide conſumpſiſſet:neque.n.æquitas patitur, vt hos reſtituat,niſi quatenus ex eis fuerit factus locupletior; etenim ad cõſumptus bona fide, ex quib. non eſt effectus locupletior,neq; ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, tenetur, ac proinde ſimpliciter nõ tenetur eos reſtituere. Cæterũ continuò aduerſus hoc obijcit, eiuſmodi poſſeſſorem cenſendum nõ eſſe bona fide illos cõſumpſiſſe ita,vt ab onere eos reddendi, liberetur; quippe cùm,eos conſumpſerit cũ ſcientia,qđ res illa empta,aut aliter accepta, eſſet à minore, ac proinde qđ ex iuris diſpõne obnoxia eſſet reſtõni in integrum cum fructib. ex ea perceptis: id ꝙ Imo. Fel. & alij,quos citat,affirmant,& conſtare vr̃ ex.l.in cãæ 1.§.vlt.ff.de min.dictũq; eſt diſp.573. Etẽm ſola ſcientia in tertio, aut quarto, poſſeſſore eius rei,ꝙ illa accepta fuerit à minore, obnoxiũ illum reddit,vt immediatè reſt.in integ.poſſit aduerſus illum mandari exequutioni, vt rem cũ fructib. reſtituat,ẽt ſi primus poſſeſſor eius rei,q̃ immediatè illã accepit à minore,ſoluendo ſit, vt diſp.573. viſum fuit. Obſeruandũ q̃ppe eſt duplicẽ eſſe malã fidẽ,ſeu non bonam fidem,pp ſciãm,q̃ ignorãtiã excludit. Vnam,qua quis ſcit,ſe poſſidere alienum, & ꝙ ſub culpa teneatur illud reſtituere, aut certè ea de re dubitat. Atque eiuſmodi mala fides nõ eſt in poſſeſſore,de quo loquimur; poſſidet.n. ꝙ verè ſuũ eſt effectũ p alienationẽ factam cũ ſolẽnitatib.oĩb.requiſitis,vt alienatio eſſet valida,ipſeq; dñiũ rei illius cõpararet, ac pinde poſſidet, ꝙ ſinè vlla culpa retinet,retinereq; licitè põt,interim dum reſtõ in integrum illius non petitur. Qđ ſi ipſi conſtat,ſe minori pretio,q̃ par eſſet, rem illã comparaſſe, tenetur qdem in foro conſciæ augere,reſtituereq; ptium vſq; ad latitudinem iuſti & de fructib.ex ea re perceptis,ꝙ rñdet latitudini illi pretij, q̃ reſtituit, atque quo ad id habet malã fidẽ coniunctam cum culpa,attñ tuta conſcia retinet rem illam tanq̃ verè ſuam, interim dum reſt. in integ.illius legitimè non petitur. Altera eſt mala,ſeu non bona, fides, ꝙ ad rem pſentem attinet, qua quis ſcit,ſe poſſidere rem ex iuris diſpõne obnoxiam reſtõni,cum oĩb. fructib.ex ea perceptis, ſi reſtõ illius petatur. Atq; hæc eſt in poſſeſſore, de quo loquimur,quæ & pſcriptionẽ fructuũ impedit,etiã ſi per triennium integrum illos cum ea ſcientia poſſideat,& eſt in cã,vt, ſi illos cum eadẽ ſcientia conſumat, non bona fide illos conſumat, ad effectũ,vt teneatur illos reſtituere, cenſeturque illos ea lege cõſumere, vt, ſi poſteà reſtõ rei illius petatur,teneatur de alijs ſuis bonis eos reſtituere.

Hanc obiectionem ſibimet Cou.obijcit, diſſicileque ab ea,iuxta ſuam ſnĩam,ſe expedit. Etenim in extraordinarijs reſtõnib. in integ. q̃ vltra quadriennium ex iuris diſpoſitione conceduntur, de quib.diſp.præcedente dictum eſt,& de quarũ numero eſt illa,quæ hr̃ c.ad noſtram de reb.Eccl.nõ alien.perſeuerat mala fides,de qua loquimur, vltra quadriennium,qñ quidem,ex iuris diſpoſitione, res vltra quadriennium eſt reſtituenda, cuius contrarium vr̃ Cou.innuere. Præterea, iuxta eandem opin.dicendum eſſet,tertium,& quartũ poſſeſſorem,qui iuſto pretio emiſſent rem, q̃ ſcirent eſſe minoris,teneri in exteriori, & cõſciæ foro reſtituere minori fructus oẽs ex eã re pceptos,ẽt vẽditos,& cõsũptos, eo ꝙ nõ bona fide,modo explicato,eos cõsũpſiſſent,ac vẽdidiſſent: tametſi primus poſſeſſor tenerer̃ eis,ẽt quo ad illos,de euict.

2 Couar. & Emmanuel Acoſta ſibimet ẽt obijciunt,c.ad†noſtram,de reb. Eccleſ. non alien.vbi Summus Põtifex ei, aduerſus quem reſt.in integ. conceditur, relinquit, atq; adiudicat fructus oẽs ex illa re perceptos,cum tñ,vt rectè Coua.& Emman.Acoſta aduerſus Pan.argumẽtantur,fructus illi multũ excederent ſumptus, laborem,& induſtriã,in eis percipiendis, eo ꝙ,vt ex ipſomet textu conſtat, fructus vnius anni æquarent totum ptiũ à poſſeſſore rei illius pro ea re datum,ſatiſq; inſipiens fuiſſet,qui rem aliq̃ pretio emerat,cuius fructus non excederent in valore ſumptus,laborẽ,& induſtriam,q̃ in eis percipiendis, eſſent appoſita, ipſe potius eſſet læſus, q̃ venditor, ac proinde locum non haberet reſtitutio in integrũ, præſertim extraordinaria ob læſionẽ venditoris, qualis illa fuit: cõſequens ergo eſt, vt in reſt.in integrum facta minori,aut Eccleſiæ nõ veniant reſtituẽdi fructus ex re,q̃ reſtituitur,percepti, ſiue illi extent ſiue conſumpti ſint, ſed ſolũ reſtituenda veniat res ipſa,accepto pretio pro dato. Ad hanc obiectionẽ Emma.Acoſta,& Cou. rñdent, hoc eſſe diſcrimẽ inter reſtitutionem in integrum ex gratia, qualis eſt,qua ei,qui ob delictum punitus erat amiſſione ſuorum bonorum, principis gratia reſtituũtur ea bona, & inter reſtitutionem in integrum ex iuſtitia,qualis eſt,qua minor,Eccleſia,aut reſpublica, ordinarie reſtituũtur in integ.qñ læſio interuenit. Qđ in reſtõne gratiæ non veniunt reſtituendi fructus rerũ, quibus ob delictum priuatus quis erat, ſed ſolũ res ipſæ ſine fructibus, ſiue illi exiſtãt, ſiue non,argũ l.idem eſt de Neſtorianis C de hær. vbi, ſi ex filijs hæreticorũ quidã erãt catholici, & quidam hæretici, oĩa bona parentum deueniebãt ad ſolos catholicos,ſi tñ filij hæretici conuertebãtur poſtea ad fidem, reſtituebantur illis ex gratia portiones ipſorum,ſed abſq; ratione fructuum,& adminiſtrationis: qm̃ fructus percepti, pertinebant ad filios catholicos,qui portiones illas illucuſq; adminiſtrauerant. In reſtitutionẽ verò iuſtitiæ reſtituendæ veniũt res cũ fructibus ex eis perceptis, vt ex iuribus in principio huius diſputationis relatis,patet. Quia verò inquiũt hi autores in reſtitutione in integrũ extraordinaria, de qua ſermo eſt. c. ad noſtrã citato,multum permiſcetur gratiæ,eò quod ea reſtitutio vltra quadriennium con-

cócedatur, meritò ſancitũ fuit, vt fructus nõ reſtituerẽtur, ſed permanerent integri illius, aduerſus quem reſtõ conceditur: quare ex doctrina, & definitione illius capitis, non ſequitur, idem, dicendũ eſſe in ordinarijs iuſtitiæ reſtõnibus, quæ petuntur, & conceduntur ordinario quadriẽnij tẽpore.

Certè, neque expoſitio hæc capitis ad noſtram, neque p̃cipua horũ doctorũ ſnĩa, quod in reſtitutione in integrum ordinarie veniat reſtituẽda res cum oĩbus ſuis fructibus mihi probatur, ẽt ſi excipiantur, qui conſumpti ſunt bona fide ante petitionem reſtõnis in integrũ, ex quibus poſſeſſor factus non fuit locupletior. Neq; video, quod attinet ad fructus perceptos ex re minoris, Eccleſiæ, aut reipublicæ, translata ea re contractu valido ad nouum poſſeſſorẽ, qui vere illius eſt effectus dominus toto tpe, quo reſtõ in integrũ petita, & cóceſſa non eſt, cur recedendum ſit à regulis à nobis traditis, & comprobatis diſp. 463. & alijs diſputationibus in ea citatis, vt eo vſq; ad hunc poſſeſſorẽ nõ pertineant, quouſque ibi explicatũ eſt, ad alios ſimiles poſſeſſores, tanquã ad earum rerum veros tunc dominos, attinere. Idemque intelligo de regulis ea diſputatione traditis quo ad melioramenta, expenſaſve, factas in ea re, interim dum dominium illius apud nouum hunc poſſeſſorem perſeuerauit. Quæ omnia idcirco hoc loco non repeto, quoniam ibi copioſe explicata ſunt.

3 Atque, vt ab † expoſitione c. ad noſtram ordiamur. In primis ex l. idem eſt de Neſtorianis, non cõſtat, vniuerſim in reſtõne gratiæ nõ venire fructus p̃ceptos extantes, nec deniq; alijs conceſſos, quin potius, qñ reus reſtituitur in oĩbus ſuis bonis, & aliud non exprimitur, ẽt reſtitui vr̃ in eiuſmodi eorum fructibus quare ex eo, quod lege illa citata, in fauorẽ filiorum, qui tpe mortis parentũ catholici erant, atq, ad præſcindẽdas lites, & difficultates, ſtatuatur, vt fructus percepti ex portionibus filiorũ hæreticorum, qui ad fidẽ conuertuntur, pertineãt ad filios antea catholicos, q̃bus portiones illæ applicatæ erant, nõ colligitur ſufficiẽter, in oĩb. reſtõnibus gratię nullos fructus perceptos ex bonis, ad quę ea reſtitutio fit, pertinere ad eos, qui ad ea bona reſtituuntur. Deinde, reſtitutio ordinaria, quæ intra quadriẽnium minoribus Eccleſijs, ac reipublicæ, conceditur, certe, ſi attendas ad cæteras ſanctiones iuris oĩbus cões, gratia eſt ac merum priuilegium minoribus, Eccleſię, ac reipublicæ, conceſſum: atque qñ contractus erat oĩno iuſtus, & reſtõ ſolum conceditur, quia expediens non erat minori, Eccleſiæ, aut reipublicæ, id alienari, gratia mera eſt, & priuilegium, quod cócedatur ea reſtitutio: qñ vero reſtitutio cóceditur, quia minor, Eccleſia, aut reſpublica defraudati ſunt de iuſto valore, ẽt infra dimidium iuſti, ſanè q̃uis in ſe iuſtitia ſit, vt contractus ille ad æqualitatem reducatur, non minus ſi cõtractus celebratus ſit à minore, q̃ ſi celebratus ſit à maiore, quod tñ tunc reſtitutio non concedatur maioribus, ad vitandã litium multiplicitatem, & cócedatur tm̃ minoribus Eccleſiæ, & reipublicæ, mera gratia eſt: quare ſicut, ex horũ doctorũ ſnĩa, quod reſtõ hæc, in ſe iuſtitiæ, illud admiſceat de grã, qđ concedatur minoribus, Eccleſiæ, & reipublicæ, & nõ alijs regulariter maioribus, non eſt ... cã, qđ fructus p̃cepti non pertineãt ad minores, Eccleſiam, aut rempublicã (dicunt. n. hi autores ad eos pertinere) ſed ad eos, aduerſus quos reſtitutio conceditur: ita neque, quod reſtõ illa extraordinaria admiſceat illud de grã, qđ ex iuſtiſſima cã concedatur vltra quadriennium, eſſe deberet in cã, vt fructus, qui alioquin attinere deberent ad Eccleſiã, pertineãt ad eum, aduerſus quẽ reſtõ conceditur, vt hi doctores affirmãt. Itẽ validiſſime probatur, non eſſe eam legitimam expoſitionẽ illius textus. Qm̃ laicus ille, qui eo cõtractu, adeò inæquali ex parte ſua, enormiſſimè læſerat monaſterium, tenebatur de iuſtitia in foro conſcientiæ, reducere eum ad æqualitatẽ, ſoluendo incrementũ pretij, vſq; ad limites iuſti monaſterio, & inſuper de fructibus quotãnis p̃ceptis, tenebatur ſoluere monaſterio portionẽ, q̃ in eadẽ eſſet proportionẽ (deductis expenſis) ad fructus, q̃ ſibi manerent, in qua erat pretium, qđ pro villa illa dedit, ad pretium, qđ deerat vſq; ad limites iuxta ea q̃ diſp. 349. & 463. dicta ſunt: immo verò in foro exteriori, eò qđ illa emptio eſſet infra dimidiũ iuſti p̃tij, ad id poterat cõpelli, nulla oĩno facta gratia monaſterio, vtendo remedio legis. 2. C. de reſcind. vend. vel ipſe tenebatur offerre villã monaſterio, repetẽdo pretium, & ſoluendo fructus, quo ad portionem explicatã, qui longe maioris valoris erant, q̃ pretiũ, qđ ipſe pro villa dederat, ac proinde ipſe, vltra villam, reſtituere tenebatur monaſterio incrementum valoris eorũ fructuũ, vltra pretiũ, qđ pro ea villa dedit: quod ergo, ex iuſtiſſima illius enormiſſimæ læſionis cã reſtõ illa poſt quadriennium concedatur monaſterio, ad exonerandam ſimul conſcientiam laici illius, eumq; eruendũ à culpa lethali; vtiq; non eſt ſufficiens rõ, cur laico illi debeantur oẽs fructus tanti valoris, cũ illi omnino (iuxta ſnĩam doctorum, cum quibus diſputamus) illi deberẽtur, ſi reſtõ petita fuiſſe intra quadriennium. Quo loco obſerua, ad canonicum ius, & Summum Pontificem, in eo capite pertinuiſſe, ita rẽ illam componere, vt laicus ille in peccato lethali non maneret. Legitimã ergo expoſitionem eius capitis, hanc eſſe cẽſeo, qđ laico illi, ex natura rei (eò quod vt illius contractus in ſe validi villa facta eſſet ipſius, quo ad vtile dñium, pro eo pretio) debebatur portio fructuũ proportionata pretio, quod ſoluit, vereque eam fecit ſuam vi cõtractus illius, interim dum remedio reſtõnis in integrum non fuit reſciſſus, reddito ipſi ſuo pretio: Reliqui verò portionẽ fructuũ laico illi condonarũt monaſteriũ, & Sũmus Põtifex, vt facilius pareret, erueretq; à culpa, & ſine amaritudine villã monaſterio redderet, recepto inſuper ex monaſterio p̃tio, qđ pro illa dedit: illis. n. de cauſis, & monaſterium potuit illi condonare portionem illam fructuũ ad pacem, & charitatem cũ laicis conſeruandam, & qm̃ ipſi inire nõ debuerunt talem cõtractũ, & Summus Põtifex, tanq̃ ſupremũ Eccleſiæ caput, cui ſubſunt bona oĩa Eccleſiarum particularium, potuit eiſdem de cauſis eandem portionẽ illi condonare, æquũque fuit, vt id efficeret,

neque

neq; eſt incóſuetum benignitati, & charitati Eccleſiaſticæ. Quare, de iuſtitiæ rigore, repeti potuit ex laico illo incrementum illud fructuum, quòd ei condonatum fuit: non verò portio, quæ reſpondebat pretio, quod pro eo villa dedit. Atque quo ad eam portionem cõfirmat caput illud ſententiã noſtrã, Emmanueli Acoſta, & Couar. contrariã.

Quod verò attinet ad pręcipuam Emmanuelis Acoſta, & Couar. ſnĩam, Emmanuel. ipſe Acoſta vbi ſup. n. 73. fatetur, contrariũ affirmaſſe Baldũ, & pleroſq; alios, quos citat, habereque cõem Hiſpaniarum praxim, q̃ ſubiungit, veteri, eorum doctorũ autoritate deceptã, erraſſe. Ego aũt tã manifeſtæ ex ipſamet rei natura æquitati, ac iuſtitiæ, eã praxim Hiſpaniarũ inniti cẽſeo, vt q̃uis aliquorũ iuriſconſultorũ placitũ aperte eſſet in contrariũ, dicerẽ, illi eſſe derogatũ ea contraria praxi, ac conſuetudine; meritoque eam praxim eius placiti ab initio non habuiſſe rõnem, ſequẽdo potius id, ꝙ habeat, ac poſtulat natura ipſa rei, q̃ id erroneũ cõtrariũq; æquitati, ac iuſtitiæ, placidũ: hoĩes. n. fuerunt ethnici illi iuriſconſulti, qui errare potuerunt ſcrutando naturam ipſam rei, ac definiendo, quid magis expediret, & ſæpe errarũt, cõtrariaq; inuicẽ aſſeruerunt, ac definierunt immo verò, qui tpe ac iuſſu Imperatoris Iuſtiniani, ex varijs eiuſmodi iuriſconſultorum libris, tã multa placita in corpore iuris ciuilis collegerunt, quædam inter ſe contraria in eo inſeruerunt, vt, cum alijs, affirmat Coua. c. 3. citato, atq; ex ſe ſatis liquet, neque oĩa, vt certa, vñr inſeruiſſe, ſed quędam: vt probabilia, vt ex oĩb. ꝙ magis expediret, ſeligeretur, ac iudicaretur. In corpore itaq; iuris, attendendũ eſt, qñ à principibus ipſis aliquid tanq̃ poſitiuũ ius ſtatuatur, illiq; eſt ſtãdũ, niſi poſteriore alio iure, aut conſuetudine in contrariũ, ſit illi derogatũ. A cæteris verò, q̃ placita, ac mẽtes continẽt iuriſcõſultorũ, ſiue docendo, quid natura ipſa rei habeat, ſiue quid cenſendũ, iudicandũq; ſit, ſuppoſitis alijs poſitiuis iuribus licet non facile, immo egerrime admodum ſit recedẽdum, niſi illis ſimiliter derogatũ ſit poſteriore iure, aut conſuetudine in contrarium, non tñ ita tenaciter eſt illis inhærendũ, vt contrario iuri, ꝙ plus contineat æquitatis, aut rõni, quę manifeſtæ iuſtitię, ac ęquitati innitatur, non ſit potius ſtãdũ. In re itaq. propoſita, cum cõtractus, de quibus diſputamus, & aduerſus quos ius ciuile, conſentiente canonico iure, cõcedit minorib. Eccleſijs, ac rebus publicis, priuilegium reſtit. in int. validi in ſe ſint, transferantq; dñium rerũ, q̃ per eos alienantur, in nouos poſſeſſores, idq. accepta recompenſatione pro eis rebus (loquimur .n. de contractibus oneroſis: nã in gratuitis nõ eſt dubiũ, facienda eſſe reſtõnẽ, ſicut rerũ à minorib. Eccleſijs, aut rebus publicis, gratuito alienatarũ, ita & fructuũ ex eis pceptorũ, p̃ſertim ſi bona fide non ſint conſumpti, ex illiſq; poſſeſſores facti non ſint locupletiores.) Cum, inq̃, eiuſmodi cõtractus validi in ſe ſint, redditaq; compẽſatione, ita transferãt dñium rerum per eos alienatarum in nouos poſſeſſores, vt tuta conſcientia, tanq̃ vere ſua, illas retineant, atq; eis perfruantur, non ſolum in conſciẽ, ſed ẽt in exteriori foro, interim dũ ius illud, ac dñium ope beneficij reſt. in int. nõ eliditur reſciſſo contractu, quo id ius, ac dñium, cõparatum eſt, ſanè nulla æquitas, iuſtitiave, patitur, vt, cum minores, Eccleſiæ, ac reſpublicæ toto illo tpe fruitæ ſint cõpenſatione illa, eave ſubuenerint ſuis neceſſitatibus, poſſeſſor rerum ab eis viciſſim in recõpenſationẽ acceptarũ, non ẽt ſimiliter fruatur, ac retineat fructus totius illius tpis ſaltẽ pro rata iuſti pretij, ꝙ pro eis ſoluerit, ſed teneatur res, & fructus oẽs, ẽt quos percipere potuit, & non perceperit, reſtituere minoribus, Eccleſijs, aut rebus publicis. Profecto, ſi id eſſet priuilegiũ minorum, Eccleſiarum, ac rerũ publicarũ, præterquam ꝙ irrõnabile, ac iniquũ eſſet, cederet in detrimentum minorũ Eccleſiarum, ac rerum publicarum: qm̃ nullus eſſet, qui cum eis vellet cõtractus celebrare: ſatis quippe inſipiens eſſet, qui id onus ſubire vellet, tantoq; diſcrimini ſe ſubijcere. Atq;, vt rẽ preſſius vrgeamus, ſanè, qñ cõtractus fuit oĩno iuſtus, & æqualis, ſed reſcinditur poſtea, ꝙ expediẽs non fuerit minori eam rem alienare, nulla omnino æquitas patitur, vt emptor rei illius minoris, cogatur reddere fructus perceptos, ex re empta cõtractu omnino iuſto, vereq; effecta ſua toto tpe, quo illã poſſedit. Qñ aũt contractus fuit iniuſtus, qa res fuit empta infra pretium iuſtum, læſioque poſita fuit, nõ in alienatione rei, ſed in quantitate pretij, ex dictis diſp. 573. cõſtat ſolum cõcedi minori reſtitutionẽ vſq; ad quãtitatẽ iuſti pretij, nõ verò vt repetat rem venditam: tunc verò ſatis perſpicuum eſt, emptorem ſolum teneri augere pretium vſq. ad limites iuſti, & reſtituere de fructibus perceptis, qui rñdent pretio, ꝙ vſque ad limites iuſti addit: ad vtrumq; vero tenebatur in foro conſciẽ, ẽt ſecluſo beneficio reſtõnis in integrũ.

4 Ad duo † tñ iura in principio huius diſp. pro contraria opinione relata. In primis, ꝙ Caius de vſuris pretij ait, locum regulariter non hẽt inter Chriſtianos, quibus vſuræ non ita permittuntur. Deinde, pp ſolam læſionem in pretio, quia minor vltra pretium iuſtum emit, aut vendidit infra pretium iuſtum licet hẽat locum reſtõ in integrum, vt contractus ad æqualitatem reducatur, reddita portione pretij minori, ſi emit vltra iuſtum pretium, aut aucto pretio minori vſq; ad limites iuſti, ſi vendidit infra iuſtum pretiũ, & inſuper reddita illi portione fructuũ, q̃ rñdet ei portioni pretij, ꝙ deerat vſq. ad limites iuſti, nõ tñ hẽt locum reſtõ, vt reſcindatur contractus, & res cum fructibus reddatur: qm̃ reſto eatenus ſolum hẽt locum, vt reſarciat læſionem minoris, & non amplius, vt diſput. 573. dictum eſt, & colligitur ex prioribus verbis in principio huius diſp. ex Paulo iuriſconſulto relatis: Caius autem, quin & Paulus, cõtrarium innuere vñr. Itẽ, quod Caius addit, minorẽ. ſ. ſolum teneri reddere pretium preciſe, quatenus ex illo factus eſt locupletior, limitandum, atque intelligendum ſolum eſt, qñ fuit ei datum tempore, quo præſumendum erat, vane illud eſſe comſumpturũ, ac perditurum alioquin integrum pretium teneretur reddere, ſiue ex illo factus fuerit locupletior, ſiue non, niſi repugnare velit doctrinæ æquæ ex Paulo iuriſconſulto relatę. Quod autem

rem, de re cum fructibus reddenda, vterque iuriſconſultus docet, ſanè ſi ita intelligant, vt reddendi ſint fructus percepti, interim dum contractus non eſt reſciſſus, ſiue non, modo proportionati ſint pretio, aut alteri rei in recompenſationem datæ, audiendi non ſunt: quoniam id cum æquitate, & iuſtitia, vt explicatum eſt, pugnat. Sufficienter autem vterque contrahentium in integrum ſuum ius reſtituitur, ſi emptor retineat fructus, de quib. loquimur, perceptos interim dum contractus nõ fuit, reſciſſus, ſed res, quam reſtituit, ſua erat illo oneroſo: nam illos iuſtè retinet pro dominio, ac iure, quod in re illa toto eo tempore iuſtiſſime habuit. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quęſt. Quod verò attinet ad ſecundum, Vlpianus l. & ſi ſiue. §. quæſitum ff. de minor. occaſione eius, qđ diſp. 573. dictum eſt, nempe, ẽt ob læſionem, quo ad lucrum ceſſans concedi minori reſtitutione in

5 integrum, quærit, vtrum, ſi † vẽdatur res minoris, & poſt celebratam perfectè venditionem, accedat alius, qui plus pretij offerat pro illa, reſtituendus ſit minor in integrum, ita vt admittendus ſit ſecundus emptor ad augendum pretium, & obtinẽdam rẽ, non ſecus ac ſi perfecta non fuiſſet venditio. Et rñdet affirmanter, prætoreſque cõiter minores reſtituere, & admittere licitationẽ ſecundi emptoris. Idẽ, eadem ratione, dicendũ eſt de locatione rei minoris. Conſentit verò lex 5. ti. 19. par. 6. quæ idem diſponit, modo, inquit, iudex intelligat, *que es gran pro del menor.* Cũ verò Eccleſia, & reſpublica, ẽt oppidorũ, gaudeant priuilegio reſtitutionis in integrũ minorũ, idem cẽſent de rebus venditis, aut locatis ab Eccleſia, republica, aut à ſupremo principe, de bonis, quæ illi cõpetunt, quatenus caput reipublicæ eſt. Vnde inferunt multi, quos Greg. Lopez l. 5. citata verb. *mas por ella*, & Gutier. de qq. prac. lib. 1. q. 38. ſi poſt contractum alicuius initum, ac cõſummatum cum aliquo oppido, quod ipſe vendet carnes oẽs neceſſarias in eo oppido, aut panes coctos, certo aliquo pretio, ſeſe offerat alius, qui precio minori, reipublicęq; vtiliori, idẽ vendet, poſſe oppidũ reſtitui in integrũ, admittereq; hunc alium ad eũ contractum, reiecto illi priori, eſto res non ſit integra: modo tñ hic ſecundus indemnẽ ſeruet illum alium priorem, q̃ reijcitur, ſumẽdo illa eodẽ pretio, quæ ad implendũ eum contractũ præparauerat, & ſoluendo illi æſtimationẽ laboris, & induſtriæ appoſitæ: tam enim, q̃ in integrũ reſtituitur, q̃ is, aduerſus quem reſtituitur, debẽt reddi, quoad fieri poſſit, in ſtatũ priſtinum, ac ſeruari indẽnes. Hoc verò intellige, dũmodò prior ille, in fraudẽ, ne alius, licitaretur, aut, ſi licitaretur, vt grauius onus hi ſubeundẽ imponeret, emeret, & præpararet aliqua, quæ alioqn nõ erat præparaturus: nulli. n. fraus, & dolus dẽnt patrocinari. Priorem ẽt doctrinã intelligunt, modo, ſi primus emptor, aut conductor rem velit pro eodem pretio, quod offert ſecundus, præferatur ſecundo, & perſeueret in contractu, argumento l. penult. & vlt. C. de locat. præd. ciui. lib. 11.

Mihi verò probatur, qđ, cũ Alberico, & cõioti ſnĩa, G ut. & Greg. Lop. vbi ſupra affirmant. Nẽpe, ſi ſeruata non fuit requiſitam ſolemnitas ad id vendendum, aut locandum, contractũ fuiſſe nullum, ac proinde ſine reſtitutione in integrum, admitti poſſe ſecundum licitatorem. Si verò ſeruata fuit debita ſolemnitas, cæterum minor, aut qui minoris priuilegio gaudet, fuit lęſus, vel dãno emergente, quia res fuit vendita, aut locata, infra iuſtũ pretium infimũ, vel in lucro ceſſante, eo quod ea venditio, aut locatio, celebrata nõ fuerit debito, ac cõgruo tempore, aut eo, quod inordinato affectu, dolo, vel negligentia vendentium, aut locantium, minori pretio fuerit res vendita, aut locata quàm alioquin vendita, aut locata fuiſſet, locum eſſe reſtitutioni in integrum, ac proinde admitti poſſe ſecundum licitatorem. Atque in his ſolum euentib. locum habere, intelligendaq; eſſe duo iura citata. Modo tñ, vt addit, ac explicat l. 5. citata, quod addit ſecundus licitator, arbitrio prudentis iudicis, ſi aliquid notabile: nam pro modico emolumento minoris, aut alterius, qui priuilegio minoris gaudet, non conceditur reſtitutio in integrum, vt diſp. 573. explicatum eſt. Quando autem nihil horũ interuenit, ſed res congruo tempore, ac loco, ſeruatis ſolẽnitatibus requiſitis, iuſto pretio vendita fuit, aut locata, qualiter quiuis prudẽs maior ætate eam vendidiſſet, aut locaſſet ſi eſſet ſua, tunc locum nõ habet reſtitutio in integrum, nec reſcindi poteſt contractus, ac admitti nouus licitator. Ratio autem eſt perſpicua, quoniam neq; damno emergente, neque in lucro ceſſante, læſus fuit minor, ſed caſu euenit, vt poſtea alius plus pro ea re licitaretur, atq; adeo augeret lucrum: reſtitutio autem in integrum ſolum habet locum, vbi vera læſio damni emergentis, aut lucri ceſſantis, interuenit. Confirmatur hæc ratio, quoniam, vt habetur l. verum. §. ſciendum. ff. de minor. & diſp. 573. dictum eſt, locum non habet reſtitutio in integrum, quando minor, aut alius loco illius, ſobriè rem adminiſtrauit, qualiter maior illam adminiſtraſſet, ſi eſſet ſua, eſto caſu fortuito ſequatur damnum emergens, ergo longe maiori cum ratione locum non habet reſtitutio in integrum, quando res iuſtè, circumſpectè, ac congruè fuit vendita, aut locata, eſto poſtea caſu alius offerat maius lucrum. Quare, quando res hoc modo geſta eſt, mihi non probatur, quod Gutier. vbi ſupra affirmat, nempe, ſi poſtea alius l. citetur, ita vt commodum magnum inde proueniat pauperibus, ac reipublicæ, locum habere reſtitutionem in integrum, admittendumque proinde eſſe nouum licitatorem, ex magno quippe, aut paruo eiuſmodi lucro, quaſi caſuali, modo explicato, non eſt hæc res admetienda. Atque hæc, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, necnon intemeratæ Virginis Mariæ, dicta ſint de hac re tota de contractibus.

Deciſ.

LAVS DEO.

LAW LIBRARY

THE UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

THE REUEL DRINKWATER AND
SADITHA MC CULLOUGH ROBBINS
FUND ESTABLISHED BY
DR. LLOYD M. ROBBINS

STACK-6

LVD. MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE IVSTITIA ET IVRE TRACTATVS,

Nimirum:

De Maioratibus, & Tributis.
De Delictis, & quaſi Delictis.
De Iuſtitia Commutatiua circa Bona Corporis, Perſonarumque nobis coniunctarum.
De Iuſtitia Commutatiua circa Bona Honoris, & Famæ: Itemque circa Bona Spiritualia.
De Iudicio & Executione Iuſtitiæ per Publicas Poteſtates.

IN QVIBVS QVAESTIONES OMNES, ATQVE DIFFICVLTATES ad has materias pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruosè & accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis deciſæ videntur; ita vt nil amplius relictum ſit, quod ab aliquo deſiderari aut addi poſſit.

Opus non ſolum Studioſis, Theologis, & Canoniſtis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam Seculari verſantibus, apprime vtile & neceſſarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM, altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materiarum ampliſſimo, atque locupletiſſimo.

VENETIIS, Apud Seſſas. M. DC. XI.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegio.

f BQV 113 M67

Illuſtriſs. Nobiliſsimoq; Viro
D. DIDACO DE VERA,
ET PRADO REGIO,
In Neapolitano Regno Conſiliario, ac Supremæ Cameræ Summariæ Præſidi integerrimo.

SI tanta eſt, Vir Illuſtriſſime, inter mortales vis Virtutis, ac potentia, vt propter eam illos quoque, qui longiſſimo à nobis ſunt locorum interuallo diſiuncti, quoſque numquam vidimus, quodammodo nos diligere cogamur, eamque vel in hoſte diligamus; quanto magis noſtros animos ad diligendum affirmabimus moueri, cum illorum, quibuſcum vſu præcipuè ſumus coniuncti, virtutem altiſſimis defixam radicibus, quæ nulla vi labefactari poßit, vel ipſis oculis nobis liceat intueri? Id ego vel in me ipſe ſenſi, quam eßet verum. Cum enim tot annos præclariſſimam virtutem tuam eſſem ſummopere admiratus ab ipſa etiam adoleſcentia tua, vbi primum auſpicijs Illuſtriſſimi Cuſani Marchionis D. Berardini de Barionouo conſobrini tui Clariſſimæ feminæ D. Mariæ de Vera filij in ſupremo primum Italiæ Conſilio, tum demum Regiæ Neapolitani Regni Cancellariæ Regentis celeberrimi Neapolim veniſti, non potui, quin te ſemper plurimum diligerem, quin te ſemper plurimum obſeruarem. Itaque vix crederes, Vir omni virtute ſpectatiſſime, quàm ſæpe animus meus ad initia illa occurrat Adoleſcentiæ tuæ, cum me tibi Iuueni adhuc ad gloriam, ad honores, ad perpetuum decus nato, neſcio, qua mea felicitate mihi contigerit, vt addicerem. Neque vero id omnino fortaſſe mirandum deberet videri; cum nemo tum eſſet non in vrbe Neapoli ſolum, verum ne in vniuerſa quidem Italia, cui non eſſet notum, quibus ſtudijs, quibus diſciplinis, quibus virtutibus eßes excultus; Tum, inquam, cum variarum, maximarumque rerum ſcientia, in primiſque Iuriſprudentiæ ſtudio delectatus, ad eum terminum properabas, quem tibi præclariſſimæ Maiorum tuorum res geſtæ præſcribebant, ac definiebant. Quibus in ſtudijs tantum profeceras, vt non modo præclaram illam omnium fere hominum de te ſuſceptam opinionem confirmaſſes iam, atque æquaſſes; verum etiam pulcherrimis deinde factis, accedente ætate, plurimum auxiſſes in dies. Quamobrem cum ob egregias virtutes tuas, ob ingenij ſuauitatem,

ob eximium in optimas artes ſtudium eſſes omnibus omnium ordinum hominibus amabilis; ita meum quoque animum in te iam propenſum allexiſti, tantoque affectu deuinctum reddidiſti, vt fragranti Virtutum tuarum odore perfuſus, tantum ceperim delectationis, tantum admirationis, vt quem amarem magis, magiſque admirarer, profecto neminem habuerim. Præclara ea fuerunt ſemper, Vir Ampliſſime, quæ tuus animus in omni ætate petiuit, excelſa, ampla, illuſtria, plena dignitatis, ac gloriæ, neque fortaſſe communia cum multis. nam tibi ab ineunte ætate veluti duces ad quandam nominis æternitatem, quæ fuerant à Clariſſimis Maioribus tuis preſſa veſtigia, ea ſemper duxiſti proſequenda. Neque immeritò immortalem Parentum tuorum gloriam, quorum vigebit memoria ſempiterna, tibi quaſi ad longiſſimam metam currenti ob oculos propoſuiſti æquiparandam. mirabilis enim ſemper fuit in familia tua virtutum omnium in omni ætate exercitatio; in qua Pallas omnes artes videtur edocuiſſe, dum ad veram illius imaginem effingendam quodam Naturæ, & Artis ductu, quæ ambæ ad id videntur conſpiraſſe, & armis, & litteris diligentiſſimam ſemper operam nauarit. In quibus adeo Maiores tui inſignes extiterunt, vt eximiam nominis ſibi comparauerint immortalitatem. Plurima ſunt, quæ de Fortiſſimis, Clariſſimisque Viris, quibus familia tua ſemper floruit, narrant Hiſtoriæ; nec tamen ita, vt eorum merita laudes vllæ adæquare videantur: & ne illa nimis vetera ex annalibus fide dignis repetamus, Quanta, Bone Deus, effulſit Virtus Ludouici de Vera Clariſſimi Proaui tui, Equitum (vt aiunt) Commendatarij Ordinis illius, quem in Hiſpania communi vocabulo nuncupant Calatrauam? Ille militaris rei ſcientia periſſimus adeo ſtrenuè Catholico Hiſpaniarum Regi Ferdinando in expeditione illa illati belli Bæthicæ Regioni ſuam operam nauauit, vt ſubiecta eius ope, ac ſolertia Inuictiſſimi Regis imperio Prouincia illa, conuenire ei videretur dictum illud, quod Romanæ princeps eloquentiæ de Magno Pompeio pronunciauit: Difficile dictu eſt, an Hoſtes armati virtutem eius pugnantes magis timuerint, an victi magis adamarint. *Secutus deinde eſt Magnus ille, quem verè Phœnicem inter omnes Hiſpaniæ Proceres licet appellare, Auus tuus Franciſcus Ordinis Sancti Iacobi equitum Commendatarius, Vir ille quidem magni animi, ſummique conſilij, atque Auguſtiſſimo Carolo Quinto, à quo plurimum dilectus eſt, ob maxime egregias virtutes addictiſſimus. Fuit is tanta præditus prudentia, tanta militaris rei peritia, vt neſciam, plus ne ſemper eius in bello virtus, an in pace ſapientia, ac moderatio enituerit, in quo liquido apparebat, quanta eſſet militiæ, & liberalium diſciplinarum concordia. Cuius facta cum omnibus, qui paululum modo rerum ab alijs geſtarum lectione delectantur, ſint notiſſima, duximus omnino ne attingenda quidem: Quandoquidem ſi omnes nunc geſtas ab eo res vellem colligere, ingenti eſſet opus volumine, ac laborioſius plane, quàm turbata Sibyllæ folia velle iterum in ordinem redigere. Tantum dicam, quæ à maximo Duce munera queunt deſiderari, ea omnia in oppugnatione illa Sancti Quintini adeo fortiſſimè, egregiſſimeque præſtitiſſe, vt eius præcipua virtute capto Oppido, ſuum nomen omni monumentorum genere conſecrauerit immortalitati, cuiuſque gloria vel ipſam Inuidiam ſuperauerit. Prætermitto nunc Ampliſſimi Patris tui ſummas virtutes, præclariſſimas res optime geſtas; quòd cum tecum penè coram loqui videar, poſſem fortaſſe exiſtimari velle tuis auribus ſeruire. Verum tu, Vir Illuſtriſſime, longiſſimam ſcis tibi eſſe in tua gente non opum, ac diuitiarum, quibus etiam minime digni ſæpe affluunt, ſed virtutis, & gloriæ perpetuam multorum annorum ſerie quaſi per manus traditam, & ad te ipſum vſque conſeruatam*

tam

tam hæreditatem. Eam tu ad tuendum, augendumque diuini familiæ tuæ nominis decus, atque ornamentum, conſtanter tibi ſemper duxiſti retinendam; vt cum nondum viceſimum primum penè annum ageres in demandato tibi nonnullarum in hoc Regno Prouinciarum Auditoris munere, maxima cum tua laude ea præſtiteris, quæ præſtare certe nemo in illa ætate potuiſſet. Hinc factum eſt, vt cunctis ſpectata morum probitate, ac Iuſtitia, quas cum virtute ſemper duxiſti coniungendas, Excellentiſsimus & acerrimi Iudicij Mirandæ Comes, qui tum Regno huic præerat, dijudicandis in ſuprema Neapolitana Curia ciuilibus cauſis vix Neapolim reuerſum te præfecerit. Nec ſatis hæc eſſe viſa ſunt. Vbi enim illud trium annorum munus vix obiuiſti, continuò Regni huius Secretarij, vt aiunt, Vicem tanta cum prudentia geſsiſti; vt cum nulla eſſet tibi meta ad ampliores in dies honores adipiſcendos, à Philippo II. Regum Maximo primum ad ſupremum illum Conſiliarij gradum ſumma cum tua gloria ſis euectus; deinde vero non multis poſt annis ob egregiam vitæ probitatem, quæ non ſolum optimorum hominum iudicio, verum multitudinis etiam ipſius aſſenſu, communique omnium voce, ac teſtimonio comprobabatur, Regiæ Cameræ Summariæ ſis Præſes creatus. Vides nunc, quàm late pateat tua, tuorumque Maiorum gloria, quæ omnibus Europæ populis nota, ad finitimas illas extremæ Indiæ partes videtur penetraſſe. Verum cum ſentiam, eo me tuarum laudum dicendarum ardore progreſſum, vt epiſtolæ modum exceſſerim, finem faciam; tantumque dicam, mihi ſemper, vt ad dilectionem illam, quam in te habebam, aliquid eſſet acceſsionis, eorum more, qui Perſarum Regem nunquam ſine aliquo munere ſalutabant, munuſculi aliquid adiungere, viſum eſſe vehementer. Itaque cum Ludouici Molinæ è Societate Ieſu Doctoris Theologi celeberrimi, eximij Hiſpaniæ ornamenti, operum poſteriores quatuor tomos Antuerpiæ olim typis mandatos, ad communem ſtudioſorum omnium vtilitatem Venetijs curaſſem imprimendos, illos volui tui nominis æternitati conſecrare. Oro igitur te, obteſtorque, vt meum hoc munus, tibi pluribus nominibus debitum, qua benignitate es præditus, lubentiſsime accipias; in quo tantum meam tuorum immortalium erga me meritorum memoriam velim agnoſcas. Quod ſi à te impetraro, omnia me conſecutum arbitrabor. Vale eximium Chriſtianæ Reipublicæ decus, atque ornamentum.

Amplitudini Tuæ

Perpetuum Addictiſſimus

Hector Soldanellus.

APPROBATIO.

Legi qua potui diligentia Tomum Tertium de Iuſtitia doctiſſimi, & non ſatis pro meritis laudati Doctoris Ludouici de Molina è Societate IESV à Regio Senatu mihi commiſſum : opus quod fidei nihil habet aduerſum; in quo ad amuſſim Theologicam peritiſſimè ac exactiſſimè reducit ea, quę de Maioratibus, Tributis, Delictis & quaſi Delictis circa bona externa, atque de reſtitutione in genere, & circa eadem bona Iuriſperiti diſputant. Quibus labor hic & iucundus & neceſſarius proculdubio erit, ſed maximè Theologis, qui huc vſque non viderant nexos hos iuriſperitiæ titulos cum Conſcientiæ & Theologiæ regulis. Quarè opus digniſſimum mihi viſum eſt, quod typis mandetur. Madriti è noſtro monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis idibus Decembris, anno Domini 1598.

Magiſter Frater Didacus de Auila.

INDEX DISPVTATIONVM, QVAE IN PRIORI PARTE Tertij Tomi continentur.

576 De varijs in Hiſpanijs bonorum vinculis.
577 Maioratus, ſeu primogenium, quid.
578 Licitene Hiſpaniarum primogenita inſtituantur.
579 Maioratus inſtitutio ex legitimis alijs debitis; quando valida ſine Regis facultate, ex conſenſu eorum, quibus legitimæ illæ debentur. Et quędam alia rei huius occaſione examinantur.
580 Maioratus qui legales, & qui ex aliorum inſtitutione.
581 De maioratibus titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio ſimili, à principibus inſtitutis, quã tam perpetuitatem, ac indiuiduitatem, quoad titulus ipſos, & res, quibus ſunt annexi, habeant.
582 De maioratibus, qui à priuatis, ex regia facultate, aut ſine illa, inſtituuntur; & quæ eorum inſtitutio vtilior.
583 Maioratus, ac melioratio, tum vltima voluntate, tum etiam contractu, fieri poſſunt. Et quãdo reuocabiles fiant ab inſtitutore, interim dũ viuit; quando vero irreuocabiles.
584 Vtrum, vt maioratus inſtitutio, ac melioratio in tertio, irreuocabiles reddantur, neceſſaria ſit traditio per actum fictum, vt per clauſulam conſtituti. Et de alijs duobus actibus, quibus eædem diſpoſitiones irreuocabiles efficiuntur.
585 Vtrum, vt maioratus inſtitutio, aut melioratio in tertio contractu inter viuos factæ, irreuocabiles reddantur, ſatis ſit traditio rei vnius, an requiratur omnium ad illas attinentium. Et an traditione irreuocabiles reddantur, etiam quoad bona futura.
586 Quibus alijs actibus maioratus inſtitutio, & melioratio irreuocabiles reddantur.
587 Vtrum, vt maioratus inſtitutio, aut melioratio, irreuocabiles ſint ex capitibus quatuor diſputationibus præcedentibus explicatis, neceſſe ſit accedat acceptatio. Atque ex quibus capitibus reuocari adhuc nihilominus eiuſmodi inſtitutiones poſſint.
588 Inſtituens maioratum ex ſuis bonis, ad eumq; vocans filium ſuum primogenitum, & deſcendentes illius, nulla alia vocatione omnino facta, an finitis deſcendentibus ex illo, maioratus exſpiret, & bona illa libera reddantur.
589 Vtrum deficientibus omnino deſcendentibus ex primo inſtitutore maioratus, exſpiret maioratus; an tranſeat ad collaterales conſanguineos inſtitutoris.
590 Quando in inſtitutione mentio nõ eſt facta de maioratu, quibus verbis ac coniecturis cenſendum erit inſtitutum eſſe maioratum.
591 Qui facultatem obtinuit ad vnum maioratum inſtitueudum, num poſſit inſtituere duos. Et qui facultatem obtinuit ad duos inſtituẽdos, vtrum inſtituere poſſit vnum tantum.
592 De inſtitutione maioratus, vt in eo ſuccedat, quem vltimus poſſeſſor, aut alius, elegerit.
593 Is, cui electio eſt commiſſa, ſi ſemel eligat, an poſſit iterum eligere, & variare in perſona electa. Quod ſi ad maioratum non eligat, qui in eo ſuccedat.
594 Vtrum is, cuius voluntati electio ad maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, teneatur eligere digniorem, vel poſſit dignum, aut etiam indignum, eligere, digniore prætermiſſo.
595 Vtrum is, cuius arbitrio electio ad maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, teneatur eligere digniorem, vel poſſit dignum, aut etiã indignũ, eligere, prætermiſſo digniore. Et quantum peccatum ſit, tam hunc, quam eum, cuius voluntati electio commiſſa eſt, non eligere digniorem.
596 De maioratuũ cõſiſtentia titulo prę́ſcriptionis.
597 Regis facultas, aut confirmatio, qualis neceſſaria, vt ea inſtitutio maioratus ſit valida, quæ Regis facultatem, vt valida ſit, requirit.
598 Vtrum princeps inſtitutionem maioratus inualidam, quod ex Regis facultate non fuerit facta, confirmare poſſit ac validam reddere, poſt mortem inſtitutoris.
599 Quãdo ad maioratus inſtitutionem, neceſſaria eſt regia facultas, num ſatis ſit, ſi ea ſit conceſſa, an vero requiratur, vt literis ſit expedita ante maioratus inſtitutionem, & vtrũ exſpiret, re integra, morte concedentis. Et quid de confirmatione maioratus quoad hæc omnia.
600 Maioratus inſtitutio, vt ſit valida, num ſcripturam requirat. Et vtrum, ſine inſinuatione, valida ſit vltra ſummam, quæ ſine inſinuatione donari poteſt.
601 Vxor vtrum ſine facultate viri poſſit maioratum inſtituere.
602 Vſu rationis carẽs, mutus, minor, & prodigus, num maioratum inſtituere valeant.
603 Filiusfamilias vtrũ maioratũ inſtituere poſſit.
604 Religioſus num maioratum inſtituere poſſit.
605 Damnati ad mortem naturalem, & alij ſerui pœnæ, an inſtituere poſſint maioratum.
606 Ex quibus bonis maioratus inſtitui poſſit. Et num inſtitutio illius ex omnibus bonis ſit valida. Et vtrum ab eccleſiaſticis de ſuis bonis inſtitui poſſit.
607 Maioratum an inſtituere poſſit vxor, vel meliorare vnum filiorum, ex bonis, quę ex altero marito, ſibi obuenere, aut ex medietate lucrorum, ſi ſuperſtitibus filijs prioris mariti; tranſeat ad ſecundas nuptias.

608 Maioratus de re aliena inſtitutus, quatenus validus. Et vtrum ex re emphyteutica feudali, aut ex cenſu, inſtitui valeat. Et quouſque inſtitui valeat de rebus in alio regno conſtitutis. Et vtrum inſtitutio ex regia facultate poſſit contingere legitimas filiorum clericorum, aut religioſorum, vel etiam filiorum, qui poſtea naſcentur.

609 Vtrum in filio vnigenito inſtitui valeat maioratus de tertio, ſaltē ex regia facultate. Et num tunc ſeruari debeat diſpoſitio leg. 27. Tauri.

610 Vtrum in legitimato, aut etiam in illegitimo, inſtitui valeat maioratus.

611 Leges ſeu conditiones, quæ in maioratuum inſtitutionibus adhibentur, quando veræ conditionis, & quando modi, rationem habeant, & quouſque obligent.

612 Cōditio, aut modus, impoſſibilis maioratus inſtitutioni appoſiti, an eam vitient, vel non, ſed habeantur pro non appoſitis. Et deciſio quorundam dubiorum.

613 De cōditionibus appoſitis vocationibus ad maioratus circa matrimonia celebranda.

614 De conditionibus, aut modis, vt vocatus ad maioratum ducere non poſſit vxores certæ qualitatis, aut vt ducere teneatur vxorem arbitrio, vel conſilio alterius.

615 De conditionibus, aut modis, circa nominis ac armorum delationem.

616 Inſtitutores maioratus, aut etiam ſucceſſores in illo, quouſque deſcendentibus inſtitutoris prębere teneantur alimenta, vel etiam dotes fœminis.

617 Vtrum in Hiſpanorum maioratibus iure ſanguinis, an iure hæreditario, ſuccedatur. Et an ſucceſſor, vel etiam inſtitutor variare poſſit cōditiones, modos, & vocationes, prima inſtitutione maioratui appoſita.

618 Num in Hiſpanorū maioratibus iure directo, an obliquo, ſuccedatur.

619 Maioratus poſseſsor nū ſatiſdare teneatur ſucceſsori de rebus maioratus integre reſtituendis.

620 Infamis num in maioratu ſuccedere poſſit. Et num maioratus ſit dignitas.

621 Vtrum amens ſuccedere poſſit in maioratu.

622 Vtrum ſurdus ſimul ac mutus, itemque cæcus, ſuccedere in maioratu poſſint.

623 Vtrum religioſus, aut clericus, ſuccedere poſſit in maioratu.

624 In maioratum Hiſpanorum ſucceſſione, an maior natu ſit cæteris præferendus. Et quouſque illegitime natus ſuccedere poſſit in eiſdē maioratibus.

625 Fœminæ quouſque à ſucceſſione in maioratu excludantur, & ad ſuccedendum in eo admittantur.

626 Repræſentatio quouſque in feudis, in ſucceſſione regni, & in maioratibus Caſtellæ admittenda ſit.

627 In regno, aut in alijs maioratibus Caſtellę, quouſque collaterales ſuccedant, admittendaq; ſit repræſentatio in ea ſucceſſione. Et num ſuccedat proximior vltimo poſſeſſori.

628 Num vltimo maioratus poſſeſſori ſuccedere debeat conſanguineus ipſi proximior, an vero proximior maioratus inſtitutori. Idem de fideicommiſſo familiæ relicto. Et num in eo locum habeat repræſentatio.

629 Exponitur poſtrema pars leg. 40. Tauri circa ſucceſſionem in maioratibus ex præſcripto illos inſtituentium.

630 In ſucceſſione in maioratibus de bonis coronæ regni Luſitani iuxta legem mentalem, an locum habeat repræſentatio, præferēduſque ſit nepos, patruo, an è contrario.

631 In maioratibus Luſitanis de bonis patrimonialibus inſtitutis, an locum habeat repręſentatio, neposque patruo ſit præferendus.

632 Vtrum in ſucceſſione in ipſamet regni Luſitani corona, locus ſit repræſentationi, ac proinde nepos ex primogenito prædefuncto, præferri debeat patruo.

633 Examen quorundam dubiorum in maiorem eorum lucem, quæ hactenus de ſucceſſione in regno, & in alijs maioratibus dicta ſunt.

634 Maioratus eſſe ne poſſit in pēdenti, an non, ſed ab vltimo poſſeſſore trāſeat irreuocabiliter ad proxime vocatum ex exiſtentibus, etiamſi poſtea naſcatur alius proximius vocatus.

635 Fructus bonorum maioratus pendentes tempore, quo ad ſucceſſorem defertur, vtrum integri ad nouum ſucceſſorem pertineant; an vero cum prędeceſſore, ſeu cum ſucceſſoribus in bonis illius, ſint diuidendi.

636 Dominium, & poſſeſſio, tam ciuilis, quàm naturalis, delato maioratu, iure Caſtellæ ad ſequentem ſucceſſorem ipſo iure, abſque vllo prorſus actu, tranſit.

637 De remedio poſſeſſorio, quod maioratus ſucceſſori ex leg. 45. Tauri ſolet concedi pro conſequenda actuali tenuta rerum maioratus.

638 Nonnulla dubia circa præcedētia examinātur.

639 An viuente maioratus poſſeſſore, is, qui poſt eius mortem ſucceſſionem prætendit, poſſit intentare actionē, vt declaretur verus, poſt mortem illius, ſucceſsor.

640 Succeſsor in maioratu, an ad debita inſtitutoris teneatur.

641 Succeſſor in maioratu, an teneatur ſoluere debita prædeceſſoris in illo, qui eius maioratus inſtitutor non fuit.

642 Augmentum factum in rebus maioratus, quotuplex. Et num augmentum quaſi naturaliter, & caſu tempore vnius rebus maioratus obueniens, ad ſucceſſores pertineat.

643 Augmentum per ſe potens conſiſtere, ſeu extrinſecum, quod rebus maioratus, poſſeſſoris induſtria, aduenit, an ad maioratum, ſucceſſoreſque proinde in illo pertineat.

644 Vtrum augmentum intrinſecum, ſeu ita induſtria poſſeſſoris accidens rebus maioratus, vt non poſſit per ſe conſiſtere, pertineat ad maioratum, ad ſucceſſoreſque in illo.

645 Vtrū ex maioratu Trebellianica, aut Falcidia, detrahi poſſit. Et quouſque maioratus poſſeſſor emolumenta ex maioratu percipere poſſit.

Ad

Index Diſputationum.

646 Ad quæ onera maioratus poſſeſſor teneatur. Et num facere teneatur inuẽtarium de rebus maioratus.

647 Maioratus quouſque ab inſtitutore diſſolui poſſit. Et num bona illius à poſſeſſore maioratus propria authoritate alienari valeant, ſaltem per compromiſſum, aut trãſactionem. Et num ſententia lata aduerſus poſſeſſorem, præiudicet vlterius ad eum maioratum vocatis.

648 Num bona maioratus, ac fideicommiſſi, alienari abſque regia facultate aliquibus in euentibus poſſint.

649 Quouſque princeps concedere poſſit facultatẽ maioratus poſſeſſori ad bona maioratus alienanda.

650 Vtrum ſi maioratus inſtitutor prohibuit ea bona, etiam de Regis facultate, alienari, ſucceſſoresque prohibuit eam facultatem petere, aut ea vti, poſſint nihilominus eadem bona ex cauſis prædictis, ex regiaque facultate alienari. Et num, quando ex regia facultate alienãtur, vendi in publica ſubhaſtatione debeant.

651 Qui ex facultate regia rem maioratus emit, an curare teneatur, vt inde alia res maioratui ſubrogetur. Et num, quod in compenſationem pro re maioratus redditur, ſubijciatur eo ipſo vinculo eius maioratus.

652 Examen ac deciſio quorundam dubiorum circa facultates ad alienandum res maioratus, & circa earum alienationem, vi earundem facultatum.

653 Bona maioratus, etiam ex regia facultate permiſſa alienari, aut obligari, an exiſtentibus alijs bonis liberis poſſeſſoris maioratus, alienari, & obligari poſſint.

654 Maioratus ſucceſſor, num ob ingratitudinem, vel in inſtitutorem, vel in anteriorem maioratus poſſeſſorẽ, poſſit ſucceſſione in illo priuari.

655 Poſſeſſor maioratus an illo priuari poſſit ob diſſipationem bonorum, quibus is maioratus conſtat.

656 Maioratus ex bonis patrimonialibus, num ex delicto poſſeſſoris, qui inſtitutor illius nõ eſt, confiſcari valeat.

657 Vtrum propter grauia delicta læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, vel ob crimen Sodomię, poſſeſsoris, confiſcari poſſit maioratus de bonis patrimonialibus ab alio inſtitutus.

658 Vtrum ob crimen læſæ maieſtatis humanę, aut diuinæ, cõmiſſum à poſſeſſore maioratus, qui eum non inſtituit, excludãtur eius liberi, tranſeatque ad vlterius ad eum vocatum. Et de crimine læſæ maieſtatis humanæ.

659 Vtrum ob delictum inſtitutoris poſſit maioratus confiſcari.

660 Num maioratus de bonis coronæ regni, confiſcari ob delictum poſſeſſoris poſſit: & regnũ propter Regis delictum.

661 De varijs tributorum nominibus ac generibus.

662 De varijs vectigalium, eiſque affinium, nominibus, ac generibus.

663 De alcauala, *ſiſa* in Luſitania dicta, & qui à ſolutione illius ſint immunes.

664 Quæ res exemptæ ſint, vt de eis alcauala non ſit ſoluenda.

665 De tributo Luſitano, quod *empoſiçam* vocant.

666 Quis imponere tributum poſſit.

667 Ex qua cauſa tributum de nouo imponi, aut augeri poſſit: & num ea ceſſante, tributum ceſſare etiam debeat.

668 Quæ forma in tributo imponendo ſit ſeruanda, vt ſit iuſtum.

669 Licitumne ſit tributum, vt non ſolum ex ijs, quæ negotiationis cauſa aſportantur, aut venduntur, pars aliqua ſoluatur, ſed etiam ex cæteris rebus, quæ aſportantur, extrahuntur, aut venduntur, id ſoluatur.

670 De exemptione Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum à tributorum ſolutione: & de pœnis ſtatutis tributa eis imponentibus, aut illa ab eis exigentibus, vel accipientibus.

671 Quid nomine Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorũ, in re propoſita intelligatur.

672 In quibus euentibus licite tributa ex Eccleſiaſticis accipiantur.

673 Qui alij à tributorum ſolutione ſint exempti. Et num liceat, aut expediat, aliquos ita eximi, aut reditus tributorum diuendi.

674 Quouſque tributa in conſcientiæ foro ſint ſoluenda.

675 Quando ex mercibus ſolutũ non fuit tributum debitum, an, qui titulo emptionis, aut alio, eas poſtea obtinent, teneantur in conſcientiæ foro illud ſoluere.

676 Tributum vbi ſolui debeat.

677 Quando aliquis rem alterius vendit, permutat, aſportat, aut extrahit, quis ad alcaualę, vel alterius tributi, ſolutionem teneatur.

678 An aliquando emptor ad alcaualam teneatur. Et nõnulla circa pactum, vt ad eam teneatur.

679 Vtrum de parte pretij, quæ nõ deuenit ad venditorem, ſoluere teneatur alcaualam. Et quid de miniſtris, qui exigere tenentur tributa, & inquirere ac manifeſtare ea occultantes, neque id efficiunt.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVORVM EXPLANATIO INTELLIGI ex Priori Parte Tertij Tomi poteſt.

Diſput. 577.

Vende mihi primogenita tua. Iurauit ei Eſau, & vendidit primogenita. Geneſ. 25.

Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, volueritque ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere, non poterit filium dilectæ efficere primogenitum, & præferre filio odioſæ, ſed filiũ odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his, quę habuerit cuncta duplicia: iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Deuteron. 21.

Profanus vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua. Hebr. 12.

Diſput. 595.

Amice, non facio tibi iniuriam. An non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Matth. 22.

Diſput. 624.

In ipſa effuſione infantium vnus protulit manum. Geneſ. 38.

Diſput. 625.

Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habeant, ſed tantum filias, &c. Num. 26.

Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad. Da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui, &c. Num. 27.

Acceſſerunt autem & Principes, &c. vſque ad finem capitis. Num. 36.

Diſput. 661.

Acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, &c. Et inuenies ſtaterem, &c. Matth. 17.

A quibus accipiunt tributum vel cenſum. Ibid.

Licet cenſum dari Cæſari, an non? Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Matth. 22.

Oſtendite mihi nummiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Ibid.

Hunc angariauerunt. Matth. 27.

Diſput. 662.

Vidit hominem ſedentem in telonio. Matth. 9.

Ideo enim tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal. Rom. 13.

Diſput. 674.

Si receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. Deuteron. 20.

Qui vult tunicam tollere, dimitte ei & pallium. Matthæi 5.

A quibus accipiunt tributum vel cenſum. Matth. 17.

INDEX DISPVTATIONVM, QVAE IN POSTERIORI PARTE Tomi Tertij continentur.

680 VARIA genera eiuſmodi delictorũ diſtinguuntur: præcipuè furtum, rapina, & damnum datum.
681 Furtum preſsè quid.
682 De vi publica ac priuata, quas iura appellant.
683 Rapina quid.
684 De varijs furti generibus, & conſequenter etiam rapinæ.
685 Furtum an ex genere ſuo ſit culpa lethalis. Et de quantitate requiſita, vt culpa lethalis ſit.
686 De furtis domeſticorum. Et num ob illa actio furti competat aduerſus domeſticos. Et quid de ementibus, aut alio titulo accipientibus eas res à domeſticis. Et quæ quantitas ſufficiat, vt eiuſmodi furta culpæ ſint lethales. Et num excommunicatio à patre familias obtenta, pro rebus ſibi furto ablatis, comprehendat eiuſmodi furta.
687 De furtis religioſorum.
688 Quando propter notabilem quantitatem, quã quis ab aliquo furatur minimis furtis, quarum ſingula ad culpam lethalem non ſufficiunt, interueniat culpa lethalis ita furantis.
689 Quando ob notabilem quantitatem, quam quis per minima à ſingulis furetur à diuerſis; aut diuerſi, per minima ſinguli, furentur ab eodem; culpa interueniat lethalis.
690 Vtrùm in occulta acceptione rei propriæ, quã alius habet, cernatur furtum.
691 Vtrùm abſque furto licitumque aliquando ſit propria autoritate compenſare occultè, quod alius debet, tantundem de bonis illius accipiendo.
692 Vtrùm lata excommunicatione à prælato, vt, qui rem aliquam accepit, illam intra certum tempus reſtituat; &, qui id ſcit, rẽ intra idem tempus manifeſtet, ea excommunicatio comprehendat eum, qui in compenſationem licitam rem accepit, eumque qui ita acceptam fuiſſe nouit.
693 Vtrùm captiui inter Turcas, ac Saracenos, & alios, cum quibus ex parte noſtra bellum eſt iuſtum, & ex parte ipſorum iniuſtum, verum furtum aut rapinam committant, accipiendo eorum bona, ipſis inuitis.
694 De pœnis ſpiritualibus pro furto, in quo ſacrilegium interuenit, pro furto ſeu rapina piratarum, & pro furto ex naufragio, ſtatutis.
695 De pœnis temporalibus pro furto, & vtrùm licitè homines pro furto interdum occidantur.
696 Quibus & aduerſus quos actio furti competat.
697 De damno iniuſtè indebiteve dato.
698 Vtrùm, qui culpa ſolùm leui, aut leuiſſima, dãnum dedit, teneatur in foro conſcientiæ ante latam ſententiam illud reſtituere; an verò ſolùm in interiori foro teneatur illud reſtituere, ac proinde expectare poſſit in conſcientiæ foro, vt feratur ſententia.
699 De damno in arboribus, aut quod ex arboribus prouenit.
700 De crimine falſi, quatenus ex illo damnum in rebus proximi externis reſultat. Et in primis de eo, qui ſibi, aut alteri, qui in poteſtate ipſius ſit, aut in cuius poteſtate ipſe ſit, ſcribit legatum, aut hæreditatem, in alterius teſtamento, & de eo qui rem eandem duobus vendit.
701 De alijs criminibus falſi, nempe de ſupponente partum alienum, de immiſcente indebitè res aliquas, & de vtente falſis menſuris, & ponderibus.
702 De crimine falſæ monetæ.
703 De damno infecto, quod iura vocant, hoc eſt, quod nondum eſt factum, ſed pendet in futurum.
704 De damno proueniente ex aqua, ratione operis facti in vicino prædio: cuius operis ac dãni comparatione competit ciuili iure actio aquæ pluuiæ arcendæ.
705 De aquæductis, & aqua quotidiana & æſtiua.
706 De noui operis nunciatione, & ſimul de interdicto quod vi aut clam.
707 De ædificijs, operibuſque, ac immiſſionibus, in loco ſacro aut publico, & peculiariter in vijs publicis, & quæ illæ ſint.
708 De itinere, actu, viaque priuatis.
709 Quouſque cuique liceat ædificare in ſuo ſolo proprio, aut non liceat, quia id cedit in alterius, aut in boni communis, damnum ſeu præiudicium.
710 De quaſi delictis circa res externas, iudicis videlicet, qui, ſine dolo, culpabiliter ſententiam iniuſtam tulit; patrisfamilias qui tenetur ad damna ex ijs, quæ eijciuntur de ſua domo, abſque ſua culpa ſecuta; nautarum, cauponum, & ſtabulariorum, qui ſimiliter tenentur de damnis à ſuis datis.
711 Ad damnum à mancipio abſque domini culpa datum quouſque dominus teneatur.
712 Ad damna, quæ animalia bruta abſque domini culpa dant, quouſque eorum dominus teneatur.
713 Vtrùm in foro conſcientiæ, nulla expectata actione, teneatur caput domus ſoluere damna,

abſque

abſque vlla ſua culpa à ſuis domeſticis data, proijciendo, effundendo vel appendendo aliquid indebitè de domo. Idem de nautis, cauponibus, & ſtabularijs, comparatione damnorum ſuorum famulorum. Et de domino mancipij, aut animalis, comparatione damnorum, quæ mancipium aut animal, ſimiliter dederint.

714 Quid ſit reſtitutio, & cuius virtutis ſit actus.

715 Diſcrimen inter reſtitutionem, & ſatisfactionem, & num pro iniuria & offenſa, ſumptis præciſè à damno dato, reſtitutio debeatur.

716 Vtrùm reſtitutio neceſſaria ſit ad ſalutem.

717 De radicibus vnde reſtituendi obligatio oritur.

718 Quouſque obligatio conſurgat reſtituendi ex parte rei acceptæ, ad alterumve attinentis.

719 Quouſque bonæ fidei poſſeſſor rei alienæ, ad alterumve attinentis, fructus illius reſtituere teneatur. Et num tali bonæ fidei poſſeſſori ſolui debeant impenſæ & melioramenta in tali re facta?

720 Ex regula diſput. 718. tradita, nonnulla deducuntur, quibus magis elucidetur.

721 Nonnulla alia circa eum, qui rem alienam cœpit bona fide poſſidere. Et num, ſi titulo emptionis, aut alio oneroſo, cępit illam poſſidere, & poſtea bona fide illam vendat aut permutet, teneatur reſtituere domino illius, quod in commutationem pro illa accepit, comperto alienam fuiſſe.

722 Vtrùm, qui bona fide rem emit, aut permutatione comparauit ex latrone, ſi, dum eam poſſides, ſciat ad alium pertinere, poſſit, vt ſe indemnem ſeruet, reddere eam latroni, & recuperare, quod pro ea dedit; an teneatur illam reddere domino.

723 De malæ fidei poſſeſſore rei alienæ, titulo emptionis, aut quouis alio, quouſque ad reſtitutionem teneatur.

724 Obligationis reſtituendi, quando formalis iniuſtitia anteceſſit, tres partes diſtinguuntur. Et quouſque ſit reſtituẽdum in prima. Nempe, quando neque obligatio reſtituendi oritur ex eo, quòd res aliena iniuſtè ſit læſa aut deſtructa, neque ex re, cuius dominium ad alium attinet.

725 Quouſque ſit reſtituendum, quando reſtituendi obligatio conſurgit ex re iniuſtè vſurpata, aut iniuſtè retenta, quæ ad alterum quo ad dominium ſpectat. Et num deducendæ ſint expenſæ cum ea factæ. Ac num aliquando pereat domino illius, & non iniuſtè detentori.

726 Quouſque ſit reſtituendum, quando obligatio conſurgit ex damno iniuſtè rebus aliorum externis dato.

727 Num, qui impedit aliquem ad aſſecutionem boni alicuius, teneatur id illi reſtituere.

728 De reſtitutione damnorum in bonis externis, quæ ex adulterio ſequuntur, vbi diſputandum. Et num dans operam rei illicitæ, reſtituere teneatur damna, quę abſque alia ſua culpa ſequuntur.

729 Qui ad reſtituendum teneantur. Et de iubente, ſeu mandante, ratumve habente damnum nomine ipſius iniuſtè eſſe datum.

730 De conſulente.

731 Diſcrimen inter mandantem & conſulentem, quando poſt reuocatum mandatum ac conſilium, damnum iniuſtè infertur.

732 De conſentiente. Et num conſentiens aut ſuffragium ferens ad damnum iniuſtum, quando ſine tali conſenſu aut ſuffragio ſimiliter id damnum daretur, ad reſtitutionem illi teneantur.

733 De adulatore & receptatore.

734 De participantibus. Et quouſque ſinguli, in varijs euentibus, reſtituere teneantur.

735 De muto, non obſtante, & non manifeſtante. Et num, qui ſolùm ex caritate ad hæc tenetur, reſtituere, teneatur, ſi illa omittat. Ac vtrùm, qui aliquid accipit, vt ea omittat, reſtituere id teneatur.

736 Vtrùm, vt aliquis reſtituere teneatur damnum iniuſtè datum, ſatis ſit eſſe concauſam iniuſtam illius; an verò neceſſe ſit eſſe cauſam, ſine qua id damnum non eſſet datum.

737 Quouſque, & quo ordine, nouem concauſæ explicatæ, exequutorque ipſe, reſtituere teneantur.

738 Si is, cui facienda eſt reſtitutio, remittat vni concauſarum damni iniuſtè dati obligationem reſtituendi, num reliquæ concauſæ eiuſdem damni maneant nihilominus obligatæ in ſolidum.

739 Cuſtodes diuerſarum rerum, & alij miniſtri publici, qui ex officio ad aliqua tenentur, quouſque periuri ſint, contra iuſtitiam peccent, atque ad reſtitutionem teneantur.

740 Vtrùm cuſtodibus, ſimilibusque alijs miniſtris publicis, fas ſit conuentionem facere circa pœnas. Et vtrùm reſtituere teneantur, ſi quid ita accipiant, antequam ipſis lata ſententia adiudicetur.

741 Cui facienda eſt reſtitutio. Et num fieri debeat domino, prætermiſſo non ſolùm iniuſto illius rei detentore, ſed etiam iuſto.

742 Reſtitutio quouſque hæredibus illius, cui res erat debita, ſit facienda.

743 Vtrùm ſoluens creditori ſui creditoris, liberetur ab onere reſtituendi ſuo creditori.

744 Bona incerta quæ, & quæ diligentia adhibenda, vt ijs, ad quos ſpectant, reſtituantur.

745 De reſtitutione ita incertorum, vt ſcilicet incertum ſit, cui aut quibus in particulari debeantur, certum tamen eſt, alicui aut aliquibus, ex certis quibuſdam, id deberi.

746 De reſtitutione omnino incertorum. Et num inuenta, quando facta diligentia, neſcitur, cuius ſint, reſtitutioni ſint obnoxia.

747 Quibus pauperibus reſtitutio bonorum incertorum fieri debeat. Et num ad illa diſtribuenda neceſſe ſit interueniat Epiſcopi autoritas.

Vtrùm

Index Diſputationum.

748 Vtrum qui circa bona incerta ſummi Pontificis autoritate compoſitionem faciunt, tuti ſint in conſcientia.

749 Luſitanæ leges circa animalia inuenta expenduntur, num iuſtæ ſint.

750 Leges huius Caſtellæ regni circa inuenta.

751 Quid ſit reſtituendum. Quod ſi pereat, aut dũ mittitur, non perueniat ad eum, cui facienda eſt reſtitutio, cui pereat.

752 Vbi & cuius expenſis reſtitutio ſit facienda.

753 Quando reſtitutio ſit facienda. Et num continuè peccet, qui non reſtituit: & quando peccata non reſtituendo numero multiplicentur.

754 De cauſis excuſantibus à reſtitutione ſtatim facienda. Et præſertim de impotentia.

755 Vtrum ad vitandum damnum cuiuſdam tertij, vel commune, aut etiam eius, cui reſtitutio eſt facienda, fas aliquãdo ſit reſtitutionem differre.

756 Num quando reſtitutio fieri debet ſtatim, confeſſarius concedere pœnitenti inducias poſſit ad reſtitutionem differendam. Et quouſque negare abſolutionem debeat non reſtituenti ſtatim.

757 Num condonatio creditoris liberet debitorem à reſtituendi onere.

758 Vtrum debitor per ingreſſum religionis liber à reſtituendi onere maneat.

759 Num creditorem eſſe excommunicatum, ſufficiens cauſa ſit differendi reſtitutionem eius, quod illi debetur.

760 Reſtitutio quo ordine ſit facienda, quive creditores præponendi ſint alijs in ſolutione eorũ, quæ illis debentur.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVORVM EXPLANATIO INTELLIGI ex Poſteriori Parte Tertij Tomi poteſt.

Diſput. 681.

ET reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum. Sap. 10.

Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum, & decantauerunt, Domine, nomen ſanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Ibid.

Diſput. 683.

Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Philip. 3.

Quæ non rapui, tunc exſoluebam. Pſal. 68.

Diſput. 684.

Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Exo. 21.

Diſput. 685.

Neque fures, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. 1. Corinth. 6.

Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matth. 19.

Diſput. 695.

Pro menſura enim peccati erit & plagarum modus. Deuter. 25.

Diſput. 698.

Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum, qui ignem ſuccenderit. Exo. 22.

Diſput. 715.

Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Hebr. 10.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum, ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Matth. 5.

Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue. Exo. 22.

Diſput. 716.

Veruntamen, quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Lucæ 11.

Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum. Nemini quidquam debeatis. Rom. 13.

Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Matth. 22.

Videte, ne fortè furtiuus ſit. Reddite eum dominis ſuis: quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Tob. 2.

Si dixero impio, morte morieris. Et ille egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, vita viuet, & non morietur. Ezech. 33.

Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandium, dixit illi Chriſtus: Nunc vos Phariſæi, quod de foris eſt calicis & catini mundatis; quod autem intus eſt, veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod de foris eſt, etiam id quod intus eſt, fecit. Lucæ 11.

Væ vobis, Scribæ & Phariſæi, qui mundatis, quod de foris eſt calicis, & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina & immunditia. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat id, quod deforis eſt, mundum. Matth. 23.

Miſerere animæ tuæ placens Deo. Eccle. 30.

Ecce, Domine, dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Lucæ 19.

Quia hodie ſalus huic domui facta eſt. Ibid.

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Heb. 10.

Niſi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis. Lucæ 13.

Si diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. 1. Corinth. 1.

Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Matth. 6.

Sed væ vobis Phariſæis, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & prætenditis iudicium & caritatem Dei. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Luc. 11.

Conſilium meum placeat tibi, Rex, & peccata tua eleemoſynis redime: forſitan ignoſcet tibi Deus delictis tuis. Daniel 4.

Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Pſal. 40.

Per miſericordiam & fidem purgantur peccata. Prouerb. 15.

Miſe-

Miſericordia, & veritate redimitur iniquitas. Prouerb. 16.
Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Tobiæ 4.
Eleemoſyna purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam. Ibid. 12.
Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Lucæ 16.
Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. Geneſ. 3.

Diſput. 732.

Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire quàm Deum iudicare. Actor. 4.

APPROBATIO.

Opus hoc de Delictis & quaſi Delictis, Iuſtitiæ Commutatiuæ circa bona externa contrarijs, Clariſs. Doctoris & Profeſſoris Ludouici Molinæ è Societate Ieſu, pari laudis præconio, quo altera huius Tomi pars pridem in lucem edita, dignum eſt. Præſertim cùm reſtitutionis campus in eo maiori diligentia & labore, quàm ab alijs, videatur excultus. Vnde non Sacræ Theologiæ modò, ſed & iuris prudentiæ ſtudioſis, magno vſui futurum eſt: quodque in omnium manibus ſumma cum vtilitate verſetur, digniſſimum. Antuerp. in Seminario Epiſcopali 14. Ianuarij 1608.

Laurentius Beyerlinck, Antuerp.

S. Theol. Licent. Eccleſ. Antuerp. Canonicus, & Librorum cenſor.

INDEX RERVM, ET VERBORVM,

Quæ in hoc R. P. D. Ludouici Molinæ è Societate Ieſu,

Tomi tertij Parte Priore de Maioratibus, & Tributis: tum etiam in Parte Poſteriore de Delictis & Quaſi Delictis, ac de Reſtitutione continentur, accuratus & locupletiſſimus.

Primus numerus Diſputationem, Poſterior Diſputationis numerum ſignificat.

A

Abigeatus.

ABIGEATVS *furtum quod, & quibus pœnis punitur. Quibus item pœnis receptator abigeorum puniatur.* 684. *numero* 6

Abigeatus ac plagij criminum pœnæ. 695. *num.* 42

Abſolui.

Abſolui, qui decimam non ſoluit, nihil impediente præcepto Concilij Tridentini, & Archiepiſcopatus Euorenſis diſpoſitione, quando poſſit, & quando non poßit. 756. *num.* 4

Accipiens.

Accipiens aliquid à fure, vt taceat, quando teneatur illud reſtituere, quando non item. 735. *nu.* 3

Acta.

Acta in iudicio circa maioratus poſſeſſorem, valeant ſimiliter quouſque aduerſus ſucceſſores. 647. *nu.* 4

Actio.

Actio aduerſus diffamantem ſeu iactantem aliquid, quouſque competat ante motam litem circa id, quod iactat ac diffamat. Et num agi eo modo poſſit etiam coram iudice actoris. 639. *nu.* 2

Actio aquæ pluuiæ arcendæ non competit, neque aliqua alia, vt ex prędio ſuperiori non fluat aqua, quæ naturaliter in inferius fluit, eſto inde detrimentum inferiori ſequatur, quando nō eſt ſeruitus in ſuperiori, vt non ita fluat. 704. *nu.* 5

Actio aquæ pluuiæ arcendæ non competit domino agri inferioris, ſi ob ſeruitutem, quam fundus ſuperior ad id habet, aqua decurrat ex illo ac noceat. Et quanto tempore ea ſeruitus præſcribatur. 704. *num.* 13

Actio aquæ pluuię arcendæ mihi competit, quatenus mea id intereſt, ſi ex opere facto aqua noceat viæ prædio meo in alio debitæ. 704. *nu.* 16

Actio aquæ pluuiæ arcendæ quatenus competat aduerſus habentes commune prædium, vnde damnum prouenit, & quatenus competat habentibus commune prędium, cui damnum ſequitur. 704. *nu.* 45

Actio aquæ pluuiæ arcendæ preſſe, quo ad quæ competat. Et quo ad ſeruitutes, aut quaſi ſeruitutes, confeſſoria actio, & negatoria vniuerſalis actio, quid. 704. *nu.* 4

Actio aquæ pluuiæ arcendæ competit dominis agrorum, etiam eorum, qui in vlteriori parte ripæ fluminis ſunt, quando ex aggeribus factis in ripa alicuius priuati, vnda nocet alijs agris, niſi tales aggeres facti ſint à tempore, de cuius initio non extat memoria aut alia ratione rite. Quod ſi ex eo, quod non fierent, longe maius detrimentum ſequeretur agris, in quorum defenſionē facti ſunt, ſoluenda eſt dominis aliorum agrorum æſtimatio damni, quod ex illis eis prouenit. Lege longam ea de re diſputationem. 704. *nu.* 18

Actio aquæ pluuiæ arcendę non competit aduerſus opus factum in flumine, aut in ripa, vel alibi, eſto inde alijs detrimentum proueniat, quando principis, ſenatus, vel autoritate ab eis deriuata, factum eſt. Fieri tamen tunc non debet, niſi in magnum commodum publicum, & compenſatione ijs facta, quibus damnum prouenit. 704. *num.* 32

Actio aquæ pluuiæ arcendæ non competit, ſi aqua noceat alicui prædio ob opus in alio factum à tempore, de cuius initio non extat memoria, aut ſufficienter ad præſcribendum. Et quo modo tempus, de cuius initio non extat memoria, probetur. 704. *nu.* 15

Actio aquæ pluuiæ quatenus competat aduerſus eum, qui opus fecit, vnde damnum prouenit, & poſtea prædium alienauit, & quatenus aduerſus ſucceſſorem. 704. *num.* 46

Actio aquæ pluuiæ arcendæ non competit, ſi quis ſciens fieri opus, ex quo videbat aquam pluuiam nocere prædio ſuo, tacuit: ſecus ſi ignorans id damnum inde prouenturum. 704. *nu.* 2

Actio aquæ pluuiæ arcendæ competit vt deſtruatur opus, & compenſetur damnum à lite conteſtata ſequutum, ſi in agro inferiori, in quem aquæ naturaliter fluunt, fiat aliquid, vnde in ſuperiorem reſtagnent. 704. *nu.* 7

Actio bonorum raptorum non ſolum conceditur vi interueniente, quando illa ſecluſa concederetur actio furti, ſed etiam quando nō tantum ſua intereſſet eius, ex quo res aufertur, vt ſecluſa vi, concedenda eſſet actio furti. 696. *num.* 19

Actio ciuilis in ſeruum, etiam ad pęnam pecuniariam, cū domino, & non cum ſeruo intentatur. Tenetur vero dominus vel iudicatum ſoluere, vel ſeruum noxæ dare. Criminalis vero actio in ſeruum intentatur. 711. *nu.* 1

Actio eadem competit aduerſus facientem opus in loco diſtante, vnde aqua nocet prædio meo. Aduerſus vicinū vero, per cuius prædium pertranſit, competit etiam, ſi ille poteſt id impedire, nec impediat. 704. *nu.* 34

Actio eadem directa competit emphyteutæ ac feudario: & competit etiam aduerſus emphyteutam & feudatarium. 704. *nu.* 43

Actio eadem competit aduerſus fabricantem ſepulchrū, ſi inde aqua noceat, etiam ſi mortuum iam in illud intule-

tulerit. Neque deſtruendo poſtea ſepulchrum actione aquæ pluuiæ, tenetur de ſepulchro violato. 704. nu 44

Actio eadem non competit, ſi aliquid ad cultum vtiliorẽ agrorum pertinens fiat in vno prædio vnde aqua alteri noceat. 704. nu. 35

Actio eadem, quãdo dominus prædij, qui patitur damnũ, illud alienauit, quouſque ad ſucceſſorem, vel ad alienantem, pertineat. 704. nu. 47

Actio eadem non competit aduerſus opus factum in loco publico quo ad directum & vtile dominium ſimul. Si aqua noceat ex opere facto in loco priuato, quæ tamen tranſit per publicum, competit. Et quæ actiones competant aduerſus priuatum, qui in loco publico priuata auctoritate aliquid fecit. 704. nu. 33

Actio furti quouſque competat aduerſus commodatariũ, conductorem creditorem ac depoſitarium, vtentes re commodata, conducta, pignore aut depoſito aliter quã eis liceat. 696. nu. 5

Actio furti vt competat, neceſſe eſt patratum fuiße furtũ formaliter & materialiter ſimul. 696. num. 4

Actio furti quando concedatur, quando non item. 690. numero 2.

Actio furti non tranſit aduerſus furem, & ad hæredes eius, in quem commiſſum eſt furtum, niſi is litem cum fure eſſet conteſtatus. Et num ſufficiat paraſſe actionẽ, Et num querela detur aduerſus furem. 696. nu. 2

Actio furti ad pęnam in omnibus furti ſpeciebus, non trãſit aduerſus hæredes furis, niſi ſit pęna pecuniaria, & lis conteſtata fuißet cum fure ante ipſius mortem. Excipiuntur crimina peculatus, & de reſiduis, in quibus actio ad pęnam pecuniariam tranſit aduerſus hæredes delinquentis, eſto lis cum delinquente non eſſet conteſtata. 696. num. 2

Actio furti ad pęnam ciuilem, & actio ad rem furto ablatam, & ad damna ſubſequuta, quantam diuerſitatem habeant. Poſſunt ſeorſim intentari, aut etiam ſimul incidenter vna ex alia eodem libello. 695. nu. 4

Actio furti quouſque competat aut non competat aduerſus dominum rei eam accipientem à cõmodatario, aut conductore, & quæ alia actio aduerſus eos competat. Et quid ſi vi illam ab eis eripiat. Et quid quando dominus rei illam vi occupat ex legitimo detẽtore qui illam non poſſidet. 696. nu. 6

Actio furti competit aduerſus rei dominum clam propria auctoritate eijciẽtem à poſſeſſione eum, qui in illa erat. Et quas pęnas incurrat, ſi illum vi eijciat. 696. num. 7

Actio furti competit aduerſus debitorẽ, qui pignus ſuum accipit clam à creditore, & ad quid ſe extendat. Et quid ſi vi illud accipiat. 696. nu. 8

Actio ob damnum ab animali alterius datum & tranſit ad hæredes eius, qui damnum eſt paſſus, & aduerſus hæredes domini animalis, ſi lis cum eo domino fuerat conteſtata; alioquin aduerſus eos non tranſit, niſi animal ad ipſos pertranſeat. 712. nu. 8

Actio quæ aduerſus illum competat, qui furtum quidem aggreſſus eſt, neq; tamen furtum compleuit. 695. n. 11

Actionem hanc intentare poteſt etiam is, cui intererat non eſſe datum, vt commodatarius & ſimiles. 712. num. 9

Actione aquæ fluuiæ arcendæ agi aduerſus eum poteſt, vt patiatur purgari, aut vt ipſe purget foſſam, quam ſeruitute habet in agro ſuo, ſi reſtagnet in vicinos agros, & vt ſoluat damna ſequuta à lite conteſtata. Eadem actio competit aduerſus vicinum, inter cuius & meum prædium, non vult ipſe purgare quo ad ſuam medietatem, aut contribuere vt purgetur. Idem de refectione aquę ductus communis. Et de refectione ſepti fluminis quo deducitur aqua ad diuerſa molendina: contribuere enim tenentur domini molendinorum. 704. nu. 14.

Actione aquæ pluuiæ arcendæ ſi quis deſtruere aliquid iubeatur, ſolum tenetur id efficere, quatenus nocet & nõ plus. 704. nu. 39

Actione aquæ pluuiæ arcendæ vtili cogitur dominus agri inferioris permittere dominũ agri ſuperioris purgarę ſuis ſumptibus vias, quibus aqua naturaliter deſcendebat in agrum inferiorem, quando reſtagnat in ſuperiorẽ ob uias in inferiori oppletas ſine opere aliquo in eo facto. 704. nu. 8

Actiones aquæ pluuiæ arcendæ poſt litem conteſtatam ſi factum ſit aliud opus, vnde nouum timeatur damnum noua actio erit intentanda. Quando vero factum eſt aliud, quod impedimentum ſit, ne opus deſtruatur, circa quod lis erat conteſtata, eatenus deſtrui debet, quatenus ad id ſit neceſſe. 704. nu. 40

Actione aquæ pluuiæ arcendæ cogere poteſt dominus agri inferioris, in quem naturaliter fluunt aquæ ex ſuperiori, dominum agri ſuperioris, vt reducat rẽ in priſtinum ſtatum, quando ob aliquid factum, aut deſtructum in ſuperiori aliter fluunt, aut qualitate diuerſa affectæ, ita vt plus noceant, quam antea. 704. nu. 9

Actione eadem poteſt dominus agri inferioris, cogere dominum agri ſuperioris, vt patiatur ſumptibus inferioris refici aggerem, aut aliud agri ſuperioris, ſi ſine notabili illius præiudicio id fieri poteſt, quando inde ſequitur, vt aqua ex ſuperiori fluat, aut aliter fluat, quam conſueuit, cum damno inferioris. 704. num. 10

Actus.

Actus ſeruitus ad quæ ſe extendat, & comprehendit ſeruitutem itineris tanquam partem integrantem etiam quo ad ius. 708. nu. 3

Adminiſtrator.

Adminiſtratores eccleſiæ ſi vi aliquid vſurpent nomine eccleſiæ, eccleſia in nullam prædictarum pęnarum incidit, ſed adminiſtratores ipſi de ſuo illas ſoluere tenentur, etiam de reditibus ad ipſos attinẽtibus, alioqui luunt in corpore. 682. nu. 29

Aduana.

Aduana quid. 662. numero primo.

Aedificium. Aedificare.

Aedificare, aut tenere fortalitium, in confinijs imperij, aut regni, ſub quibus pœnis prohibitum. Hodie de iure huius regni omnino eſt prohibitum facere in quocunque alio loco fortalitium, etiam ſi intuitu faciendi domum ad habitationem propriam id fiat. De iure verò communi licebat, niſi ad æmulationem, aut cum graui ſcandalo alicuius oppidi fieret. 709. nu. 8

Aedificare licet vnicuique in ſuo ſolo, ſuaue area, & in ea in altum ſe tollere vſque ad cęlum, eam non aggrediendo, eſto inde detrimentum vicino ſequatur, niſi ſeruitus ſit in contrarium, aut ſtatutum, vel conſuetudo præſcripta loci alicuius aliud habeat. 709. nu. 1

Aedificare in mari, aut in littore maris, quouſque liceat. 707. num. 11

Aedificatum ante factam nunciationem, vt interdicto quod vi aut clam deſtruatur, neceſſe eſt vt factum ſit, ignorante eo, qui nunciare poterat, id fieri. 706. nu. 5

Aedificia, aut immiſſa, ſeu pendentia, in vias publicas, & in alia loca publica, quouſque prohibita, & diruenda, aut non reparanda. 707. nu. 10

*Aedificia ſiue de nouo fiant, ſiue longe antea ſint facta, fas eſt de iure communi aperire in illis quaſcunque feneſtras, etiamſi pateant inde ſecreta vicinorum. niſi ſeruitus ſit in contrarium. Si tamen quis prohibitus facere aut aperire aliquam, deſiſteret decẽ annis inter præſentes,& viginti inter abſentes, præſcripta aduerſus eũ eſſet ſeruitus,vt illã aperire nõ poſſet.*709.*nu.*4

*Aedificia in hoc regno attolli non poſſunt cum detrimento,vt multa ſecreta domorũ vicinarũ pateãt.*709.*n.*3

Aedificia circa quæ Luſitano iure liceant,aut non liceãt. 709.*numero* 5.

*Aedificij eiuſdem ſi vnus habeat vſumfructum, & alter proprietatem,& id ædificium minetur ruinam,neuter cogere poteſt alterum cauere de damno, quod in eodẽ ædificio ſibi imminet ex tali ruina. Et ratio cur in eo euentu neuter alteri cauere teneatur.*703.*nu.*26

*Aedificium attollere,& feneſtram aperire, quãuis liceat cuiuis,ſi tamen ad æmulationem id efficiat,hoc eſt, nõ animo vtendi iure ſuo,ſed ex odio,vt noceat, impeditur,cogiturque factum deſtruere. Et quando cenſendum ſit factum ad æmulationem.*709. *nu.*7

Ager.

*Agrorum terminos,aut oppidorum limites mouenti,quæ pœna ſtatuta ſit.*695.*nu.* 10

Agere.

*Agere ciuiliter vno modo ſumitur preſſe, pro agere ad intereſſe diſtinctum à pœna: alio modo latè, pro agere etiam ad pœnam pecuniariam.*695.*nu.*6

*Agere criminaliter vno modo ſumitur latè pro agere ad pœnam ſiue corporalem, ſiue pecuniariam: alio vero modo preſſe,pro agere ad pœnam corporalẽ.*695.*nu.*6

*Agi etiam poteſt ob furtum criminaliter ad pœnam corporalem, ſed tunc locum non habet actio ad pœnam ciuilem. Et pro furto imponi non poterat iure communi pœna mortis nec mutilationis.*695.*nu.*5

Alcauala.

*Alcaualæ origo. Et vnde dicta. Quid ſit & in quanta quantitate à principio, & temporis progreſſu fuerit conceſſa.*663.*nu.*1

*Alcauala ex venditione ſoluitur. Et duplex ex permutatione. Et quis eam in hoc regno ſoluat.& quis in Luſitania.*663.*num.*2

*Alcaualam qui ſoluere teneantur, & qui ab ea ſoluenda ſunt exempti.*663.*nu.*3

Alcaualam non debet Rex ex rebus ipſius, quæ venduntur aut permutantur. Neq; item illam debet in aliquo loco dominus alius alcaualæ eius loci. 663.*nu.*4

*Alcaualæ à ſolutione immunes ſunt Eccleſiaſtici, niſi quando negotiantur.*663.*nu.*5

Alcaualam ſoluere tenentur laici, etiamſi Eccleſiaſticis vendant. Quin res venditæ tranſeunt ad eos cum onere,vt,in defectum vendentium,ex illis alcauala ſoluatur.ibid.d

*Alcaualæ à ſolutione quouſque commendatarij immunes ſint,aut nõ ſint,in hoc regno,& in Luſitania.*663.*n.*6

Alcauala quouſque debeatur ex re indiuidua Eccleſiaſtico cum laico communi, ſi vendatur, aut permutetur. 663.*nu.*7

*Alcaualã debet laicus ex fructibus rei Eccleſiaſticæ ſuos iam effectos,ſi illos vendat,aut permutet.*663.*nu.*8

Alcauala debetur, ſi laicus ius aliquod ſuum donatum, aut emptum ex Rege,tertiarum decimarũ Eccleſiarũ huius regni vendat,aut permutet, aut fructus illius. 663.*num.*9

*Alcauala nõ debetur ex bonis hæreditatis iacẽtis vẽdẽtis ſi ſucceſſor poſteà illã adiens,ſit Eccleſiaſticus; aut ſi defunctus ſit Eccleſiaſticus, nulluſque omnino illam adeat.*663.*num.*12

*Alcaualæ à ſolutione quæ loca & perſonæ in hoc regno exempta.*663.*nu.*13

*Alcauala debetur ex re,quã quis vẽdere cogitur.Si tamẽ in vtilitatẽ alterius ac publicã vendere illam cogatur, perſolui etiã ab emptore alcauala debet.*663. *num.*14

*Alcauala debetur ex quacunque venditione ac permutatione rerum,etiamſi merces non ſint res proprij patrimonij venditæ ad ſubleuandam propriam neceſſitatẽ: quod à vectigalibus eſt alienum.*664. *num.*1

*Alcauala ex pane cocto non debetur,& quid nomine eius panis intelligendum.*664.*nu.*2

*Alcauala ex tritico & alijs granis debetur. Niſi exteri mari illa Hiſpalim aſportent.*664.*nu.*3

Alcauala non debetur ex contractu, quo piſtrices tot panes coctos pro certa menſura tritici reddunt. Secus ſi triticum pro panibus commutetur. 664.*nu.*4

*Alcauala ex vẽditione,aut permutatione equi,mulæ,aut muli,quãdo nõ debeatur,& quãdo debeatur.*664.*nu.*5

Alcauala ex diſtractione monetarũ nõ debetur. Ex vẽditione verò argenti,aut auri,quouſq; debeatur. Quid ẽt de ære,& de illis,quæ cudenda afferuntur. 664.*n.*7

*Alcauala ex libris non debetur. Neque debetur quoduis aliud tributum ex libris, qui aliunde in hoc regnum inferuntur.*664.*nu.*8

*Alcauala non debetur ex accipitribus, & alijs auibus ad aucupium inſeruientibus.*664.*nu.*9

*Alcauala non debetur ex bonis,quæ æſtimata traduntur in matrimonium. Et quid ſi tradita ſint inæſtimata, & contracto matrimonio, poſteà ex interuallo æſtimẽtur. Et num validus ſit talis contractus.*664.*nu.*10

*Alcauala non debetur ex partitione bonorum communiũ quoad dominium inter eos, quibus cõia ſunt. Et quid ſi nõ ſit partitio inter hæredes, & interueniat pecunia extranea, aut res alia extranea,qua aliquid commune comparetur: aut ſi,quod commune eſt,etiam hæreditatis,ab extraneo ematur.*664.*nu.*11

*Alcauala debetur ex rebus hæreditatis venditis in ſubhaſtatione,etiamſi ab hæredibus emantur.*664.*num.*12

*Alcauala in quibus alijs euentibus debeatur, emente vno cohæredum aliquid hæreditatis.*664.*nu.*13

*Alcauala non debetur ſi res vendatur tanquam cauſæ piæ. Item neq; ex veſtibus ad cultum diuinum vẽditis, eſto benedictæ nondum ſint.*664.*nu.*14

Alcauala, nec aliud tributum, debetur ex pinis venditis ad ataracanas *Hiſpalenſes.*664.*nu.*15

*Alcauala non debetur ex ſoleis ferreis expenſis in caſtris, aut in præſidijs.*664.*nu.*16

*Alcauala non debetur ex armis iam perfectis ad illorum vſum,& quid armorum nomine intelligatur.*664.*n.*17

*Alcauala ex quibus pharmacis non debeatur, & ex quibus debeatur.*664.*nu.*18

*Alcauala non debetur ex captis bello ex hoſtibus,quando primo venduntur.*664.*nu.*19

*Alcaualæ iam debitæ,& pœnæ eas non ſoluentibus ſtatutæ,quanto tempore præſcribantur.*664. *nu.*20

*Alcaualæ debitores quæ facere teneantur, vt contractus & alcaualas manifeſtent,ne pœnas, ipſis alioquin ſtatutas,incurrant. Et quas diligentias efficere poſſint exactores eius tributi.*664.*nu.*21

*Alcaualæ circa tributum ad praxim cõfeſſionũ.*674.*n.*9

Alcaualam, aut aliud tributũ, quãdo Rex ex iuſta ſuperueniente cauſa licitè exactius, & auctius exigit, nõ poſſunt idem efficere alij, qui antea habebant alcaualas in aliquibus oppidis titulo oneroſo, aut lucratiuo, ritè acquiſitas. 674. nu. 11

Alcauala tributum ex rebus mobilibus venditis vbi ſoluendum, & cui ſoluendum ſit, aut non ſit. 676. nu. 2

Alcaualæ non debetur ex re collocata in regno, in quo alcauala non debetur, ſi ibi ſit tradenda, eſto venditio celebretur in alio regno, in quo alcauala debetur. Econtra verò debetur vbi eſt ſita & tradenda, ſi ibi alcauala debetur, eſto venditio ſit facta in alio regno, in quo alcauala non debetur. 676. nu. 3

Alcauala vt intelligatur vbi debeatur, in quo loco cẽſeatur celebrata venditio, quando per procuratorem, internuncium, aut epiſtolam, inter abſentes eſt facta. 676. num. 4

Alcauala vt debeatur, cenſetur venditio celebrata vbi ſub ratihabitione alterius celebrata eſt, eſto ratihabitio præſtetur poſtea in alio loco. 676. nu. 5

Alcauala vt in aliquo loco ratione traditionis debeatur, non attenditur ad acquiſitionem poſſeſſionis ciuilis per clauſulam conſtituti in loco alio, ſed ad naturalem poſſeſſionem, veramque traditionem. 676. nu. 6

Alcauala rerum immobiliũ ibi debetur, vbi illę ſitę ſunt. Idem de iuribus, quæ cum rebus immobilibus cõputantur, & in rebus immobilib. collocãtur. 676. nu. 7. & 8

Alcauala vt intelligatur cui, & vbi debeatur, arbores ſolo affixæ cum ſolo immobili computantur, ſi vendantur, vt ſolo affixæ maneant. Secus ſi vt exſcindantur. 676. num. 9

Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, ſi vendatur actio, ſeu ius ad rem, ſiue mobilem, ſiue immobilẽ, cenſetur res mobilis vendita, exiſtens in ipſomet venditore, atque in loco, in quo venditor celebrauerit venditionem. 676. nu. 10

Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, quando hæreditas venditur, cenſendum eſt vendi res ipſas mobiles, & immobiles, quib. ea hæreditas cõſtat. 676. n. 11

Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, quãdo venditur rei vendicationis actio, nõ ad rem vendicandam eſt attendendum, ſed ad actionem ac ius vendentis, vt in alijs actionibus, quæ venduntur. 676. nu. 12

Alcauala ex permutatione debetur in loco, in quo fuerint res, quæ permutantur, ſiue mobiles ſint, ſiue immobiles, & quando traduntur, quin quando tradita fuerit vltima, & non antea. 676. nu. 13

Alcauala ſi incapitata ſit in aliquo loco, & inde aliquis incepto anno transferat domicilium, quantum ibi incapitationis ſoluere debeat. 676. nu. 14

Alcaualam tenetur ſoluere is, cuius nomine ac pręſcripto res venditur, aut permutatur. Si autem venditor, aut permutator, mandatũ excedat, quo ad eũ exceſſum tenetur ipſi eam ſoluere. Tabernarij tamen, quando vinum perſonæ ab alcauala non exemptæ vendunt, perinde ad illam tenentur, ac ſi ſuum eſſet vinum. 677. n. 1

Alcaualam nõ debet exemptus, qui per non exemptũ aliquid vendit aut permutat. Illã verò debet non exẽptus qui per exemptum vendit, aut permutat. 677. nu. 2

Alcaualæ quantitatem retinere tenetur emptor ex alienigena quouſque ſibi cõſtet ſolutam eſſe gabellario, etiãſi incola, emptore id ſciente, rem vendat alienigenæ. Emptore verò id ignorante, incola tenetur. 677. nu. 3

Alcaualam debet is, ſub cuius ratihabitione res illius venditur, ſi ratã eam venditionem poſtea habeat. Si verò ratam eam non habeat, nullus alcaualam debet, eſto venditor emptori de rato cauerit. 677. nu. 4

Alcaualam ſoluere tenetur vendens rẽ alienam vt ſuam, ſi emptor ignorabat alienã eſſe. Si verò id ſciebat, contractus eſt nullus, alcaualaque non debetur. 677. nu. 5

Alcaualæ dimidiũ ſoluit in Luſitania emptor. Idem erat quondam in hoc regno. Hodie totam ſoluit venditor. Neque contrarium habet ius commune. 678. nu. 1

Alcaualæ dimidium quando emptor ſoluere in hoc regno teneatur. Et quouſque emptor etiam teneatur admonere gabellarium. Et quando retinere teneatur alcaualam ex pretio. 678. nu. 2

Alcaualæ ſolutionem ſi pacto venditor in emptorem reijciat, gabellarius adhuc illam petit à venditore: ſed venditor recurſum habet aduerſus emptorem. Atque vt gabellarius eam petere ab emptore poſſet, venditor illi cedere deberet actionem. 678. nu. 3

Alcaualam in prædicto euentu (non interueniente ceſſione venditoris) ſi gabellarius petat ab emptore, & emptor coram iudice reſpondere incipiat, cogetur illam ei ſoluere: neque gabellarius, cœpta ea actione, recurſum vllum habet aduerſus venditorem. 678. nu. 4

Alcaualam non debet emptor, eſto venditor immunis à ſolutione alcaualæ, dicat ſe vendere illi talem rem tanto pretio franco à ſolutione cuiuſcunque tributi. 678. n. 5

Alcaualam rei venditæ tanto pretio franco, quantũ talis fuerit arbitratus, debet emptor venditori, ſi ante id arbitrium ius percipiendi alcaualas eius loci ad venditorem deueniat. Alcaualam item debet gabellario, qui gabellario aliquid vendit. 678. nu. 6

Alcaualæ centum & decem aurei debentur, quando prædium venditur mille aureis francis. 678. nu. 7

Alcauala non debetur ex additione in continenti alterius contractus venditioni in recompenſationem partis pretij rei venditæ, niſi cõtractus ita additus, permutatio, aut venditio ſit. 678. nu. 9

Alcaualæ ſolutio iniuſtè cum reſtituendi onere reijcitur in emptorem, ſi triticum lege ſit taxatum quatuordecim argenteis: & quis illo pretio vendat cum pacto vt emptor alcaualam inſuper ſoluat. 678. nu. 10

Alcaualę ſolutio ſi in emptorẽ reijciatur, quod ſoluitur in alcaualam, eſt addẽdum reliquo pretio, vt intelligatur an res vendita ſit vltra dimidiũ iuſti pretij. 678. n. 11

Alcauala an debeatur minor ex vẽditione in maiori pretio, quàm valeat, ſed compenſatione facta eius incrementi, aliquo alio. 678. nu. 12

Alcaualæ de toto pretio rei venditæ, non deducendo expenſas factas in ea vendenda. 679. nu. 1

Alcauala ex eo pretij augmento, quod prometidos *vocant, non debetur.* 679. nu. 2

Alimenta.

Alimenta non alia iure naturali à parentibus filijs debentur, quam ea, ſine quibus vitam conſeruare non poſſent. 578. nu. 6

Alimenta non comprehenduntur in renunciatione ſucceſſioni iuramento confirmata, ſi renuncians aliunde ea non habeat, niſi aliud exprimatur, aut conſtet de mẽte renunciãtis. Et de alimẽtis neceſſarijs omnino ad vitæ conſeruationem, eſſet nulla ea renunciatio. 579. nu. 33

Alimenta non plus tenetur ſucceſſor in maioratu præbere deſcendentibus inſtitutoris, quando maioratus legitimas aliorum non contigit, quam ſi ea bona vinculo maioratus alligata non fuiſſent. 616. nu. 1

Ali-

Alimenta quæ, & qualia relinquenda ſingulis, quibus legitima debebatur, quando maioratus ex regia facultate inſtitueretur contingendo aliorum legitimas, & cur non expediat concedi eam facultatem. 616. *nu.* 2

Alimenta eiuſmodi quibus debeantur, & debentur etiã à matre, ſi ipſa ita maioratum inſtituit, etiamſi filij aliunde competentia habeant alimenta. ibid. nu. 3

Alimentis eiuſmodi nullum imponi poteſt grauamen. ibid. num. 4

Alimenta eiuſmodi neceſſe nõ eſt relinqui titulo hæredis. ibid. num. 5

Alimenta eiuſmodi ſi non relinquantur, aut ſi non relinquantur competentia, non redditur nulla inſtitutio, ſed agitur vt ex bonis maioratus ſoluantur. 616. *numero* 6.

Alimenta competentia ſi inſtitutor maioratus filijs illegitimis non relinquat, agunt vt de bonis vinculatis ipſis ſoluantur. ibid. nu. 7

Alimenta ſi inſtitutor maioratus ſemel competenter tribuit ijs, quibus legitimæ debebantur, aut ex bonis maioratus eis tributæ ſunt, neque ipſe, neque ſucceßores poſtea in maioratu, tenentur illis, aut alijs, alimenta aliter præbere, quam ſi ea bona titulo maioratus non haberent. Et quouſque conſanguineis, & quo ordine, alimenta præbere teneantur. ibid. nu. 8

Alimenta & dos quando ſororibus præſtanda. ibid. nu. 8. *c. & d.*

Alimenta, quæ ob egeſtatem à conſanguineis debentur, iudicis officio petũtur, & quomodo exequutio fiat: quæ vero debentur ratione legitimæ, iure actionis petũtur. ibid. num. 9

Alimenta annua, aut menſtrua, anticipata ſunt ſoluenda. Et vt is, cui debentur, illis ſi poſſit alere extra domum debitoris, ſi velit. 616. *nu.* 10

Alimenta à iudice taxanda ſunt. Qualiter cauſa ſummaria tractari debeat. Neque de illa cognoſcit iudex Eccleſiaſticus inter laicos, niſi incidenter cum cauſa alia Eccleſiaſtica. ibid. num. 11

Alimenta an pacto, vel tranſactione, componi poſſint. ibid. num. 12

Alimentis alioquin debitis, priuari quis poteſt ex cauſis, ex quibus poteſt exhæredari, exceptis neceſſarijs ad vitam conſeruandam. 616. *nu.* 13

Alimenta ſi ſemel integrè tradita ſint, & iterum is alimentis indigeat, quando ei tradi debeant, etiam de bonis vinculatis. ibid. nu. 14

Alimenta quando vnus petit, & alius ei non deberi contendit, quando debitor cogi debeat ea præſtare, & ſumptus ad litem, & quando non. Et quando, cui præſtari iubentur, teneatur cautionem præbere, quod ea reſtituet, ſi ſuccumbat. ibid. nu. 14

Alueus.

Alueus, per quem aqua ad molendinum extrahitur ex flumine publico, publicus locus efficitur, & ripæ vtrinque quo ad vſum. 705. *nu.* 10

Alueus fluminis quid. qualiter varietur. Eſt locus publicus ſicut & flumen, dum aluei fluminis rationem retinet. 704. *nu.* 22

Amens.

Amens ſuccedit in maioratu iuriſdictionem & munus exercendum annexum non habente. 621. *nu.* 1

Amentis ſoboles præfertur, poſito quod ipſe ſit excludendus à regno aut maioratu, nondum adeptis fratre talis amentis. 621. *nume.* 4

Angaria.

Angaria & parangaria quid. 661. *nu.* 13

Animal.

Animal quod damnum dedit, ſi bona fide tranſeat in dominium alterius, nouus dominus tenetur de eo damno. Et ad quid teneatur prior dominus, etiã quando ſciens damnum, illud alienauit. 712. *nu.* 6

Annus.

Annus vnde computandus ad diuiſionem fructuum. Conſonantius autem eſt, quod computetur à die natiuitatis Domini quoad omnes fructus. Idemque habet locum in corona Regni & fructibus illius. Si fructus de biennio in biennium, aut de triennio in triennium colliguntur, pro rata eius temporis elapſi, pertinent ad anteceſſorem. 635. *nu.* 11

Appellatio.

Appellatio de iure communi habet locum, quando in poſſeſſione admiſcetur cauſa proprietatis. 637. *nu.* 6

Appellari à ſententia circa poſſeßionem non poteſt de iure communi, ſecus de iure Caſtellæ, habetque ea appellatio effectum ſuſpenſiuum. 637. *nu.* 6

Aqua.

Aqua æſtiua, & aqua quotidiana quæ. 705. *nu.* 4

Aqua agri ſuperioris ſi pacto, præſcriptione, aut conſuetudine loci, diuertatur aggeribus, aut foßis, vel alia ratione, ne deſcendat in inferiorem, non poteſt dominus agri ſuperioris impedire eam ſeruitutem. Vicini tamen reficere tenentur eos aggeres, aut foſſas, vel inſtrumenta. 704. *nu.* 11

Aqua hyberna quæ. Et quod interdictum quo ad eam competat. 705. *nu.* 5

Aquæ ducendæ ex aliquo prædio, aut per aliquod prædiũ multis commune, vt ſeruitus ſit conceſſa, omnium conſenſus requiritur. Quando quidam eorum conſenſerunt, ſatis eſt ſi accedat aliorum conſenſus, perſiſtentibus illis alijs in ſuo conſenſu, vt conceſſa cenſeatur. 705. *num.* 34

Aquæ ducendæ ſi ſeruitus pluribus concedatur, quando neceſſarius ſit conſenſus aliorum, quando non item. Aqua poſteriori ſemper cenſetur conceſſa ſine præiudicio priorum. Aqua ſi de publico concedatur, à principe intelligitur, quæ ſuperfluat neceſſitatibus publicis, niſi aliud exprimatur. 705. *nu.* 37

Aquæ eiuſmodi facultas educendi, ſi prædio ſit conceſſa, cum domino prædij non expirat. Si vero conceſſa ſit perſonæ, cum ea perſona expirat. Et quando facile ſucceſſori concedetur, adeo vt iniuria illi facta videatur, ſi ei non concedatur. 705. *nu.* 24

Aquæ certæ ducendæ per alienum fundum, qui habebat ſeruitutem, ſi aquæ illi admiſceat aliam quæ cum priori mixta fluat, amittit ius ducendi, etiam priorẽ, à parte aquæductus, à qua incipit fluere mixta: ſecus ſi naturaliter accreſcat & admiſceatur: aut ſi, quæ admixta fuit, poſſit diuerti, aut ſola prior fluat. 705. *nu.* 41

Aquæ pluuiæ nomine, quo ad actionem aquæ pluuiæ arcendæ attinet, etiam fontium & fluuiorum aqua intelligitur. 704. *nu.* 3

*Aquæ pluuiæ arcendæ actione agi aduerſus eum poteſt, vt patiatur purgari, aut vt ipſe purget foſſam, quam ſeruitute habet in agro ſuo, ſi reſtagnet in vicinos agros, & vt ſoluat damna ſequuta à lite conteſtata. Eadem actio competit aduerſus vicinum, inter cuius & meum prædium, non vult ipſe purgare quo ad ſuam medietatem, aut contribuere vt purgetur. Idem de reſe-

refectione aquæductus communis. Et de refectione ſepti fluminis, quo deducitur aqua ad diuerſa molendina: contribuere enim tenentur domini molendinorum. 704.*num.*14

Aquæ pluuiæ arcendæ actio non competit domino agri inferioris, ſi ob ſeruitutem, quam fundus ſuperior ad id habet, aqua decurrat ex illo ac noceat. Et quanto tempore ea ſeruitus præſcribatur. 704.*nu.*13

Aquæ quotidianæ, & æſtiuæ, interdicta. Et aquæ ductus ſeruitus, in quibus aquis habeant locum. 705.*nu.*7

Aquæ venas ſi quis præſcindat in ſuo fundo, quæ deriuabantur in alienum, aut puteum fodiat, quo confluant aquę ex fundo alieno, nulla actio aduerſus eum competit. Si tamen non animo vtendi iure ſuo, ſed nocendi id efficiat, quod præſumitur, quando abſque vllo ſuo emolumento id efficit, actione de dolo cogitur rem deducere ad priorem ſtatum. 704.*nu.*38

Aquam, quæ in ſuo fundo oritur, aut in illum deriuatur, ſeruitute in contrarium non exiſtente, retinere ſibi quis poteſt, etiam facto ad id opere, in ſuo fundo, & non in alieno. Actione tamen de dolo prohiberi id poteſt, ſi animo nocendi vicino, & non vtendi iure ſuo, id efficiat. 704.*nu.*36

Aquam ob hyemalem ſimile interdictum competit, ac circa aquam æſtiuam. 705.*nu* 22

Aquam qui intra annum computatum vſque ad punctũ, in quo prohibetur, ſimiliter bona fide, nec vi, nec clam, nec precario, hauſit de alieno fonte, puteo, lacu, piſcina, ciſterna vel alia ſimili re, ſi prohibeatur competit ei aduerſus prohibentem directum, aut vtile interdictum de fonte nuncupatum, neque eſt neceſſe vt probet habere ad id ius. Idem interdictum competit ei, ſi prohibeatur illi iter, aut via, quibus tranſibat ad eũ aquæ hauſtum, aut ad appulſum pecorum. Et competit ſucceſſori in prædio, ſi tanquam ius prædij eum vſum habebat. Idem interdictum competit, ſi impediatur purgare aut reficere id, vnde hauſtum eum habet. 705.*nume.*31.

Aquam extrahere de flumine publico cuique licitum. Et quouſque ſit prohibitum. 705.*nu.*9

Aquam educendi ex eo loco publico, ex quo ſine facultate principis, ſenatus, aut communitatis, autoritate eorum, non poteſt educi, ſi quis ſit in poſſeſſione, ac prohibeatur, oſtendatque legitimam ad id facultatem quo interdicto illi ſubueniatur. Quando autẽ facultatẽ non oſtendit, alia poſſeſſio ad eã aquam educendam, quã de cuius initio nõ extet memoria, illi nõ ſufficit. 705.*n.*23

Aquam quotidianam ſi quis eduxit non vi, clam, aut precario, bonaque fide, in iureque non errans, ſemel de die, aut de nocte, intra annum computatum vſque ad punctum, in quo prohibetur, idque de loco non indigente facultate principis, aut communitatis, vt inde educeretur, quod interdictum ei competat aduerſus prohibentem, eſto corriualis is ſit, & competit etiam cuicunque ſucceſſori in prædio, ad quod fuit educta. 705.*nu.*19

Aquam æſtiuam qui ſimiliter eduxit ſaltem ſemel de die aut de nocte, priori æſtate, competit ei ſimile aliud interdictum aduerſus ipſum prohibentem. Et quo pacto ſumenda quo ad id ſit æſtas. 705.*nu.*20

Aquam ſi quis ducebat ex flumine publico, per fundum interiectum, qui ad id ſeruitutem aquæ ductus habebat, & fluuius ſubito recedat, relicto alueo antiquo inter ſe & eum fundum, qui alueus ei fundo cedit, non poteſt eam educere per eum alueum, quia non habet ſeruitutem, quam habebat fundus, cui acceſſit. Si vero paulatim recedat & inſenſibiliter, tunc educere illam poteſt per partes aluei, quæ accreuerunt; quoniam reputantur partes eiuſdem fundi, habereque eandem ſeruitutem aquæductus. 705.*nu.*16

Aquam deducendi ex aliquo prædio qui ſeruitutem habet, quando concedere illam, aut partem illius, alteri non poſſit & quando poſſit, & alia quo ad eam aquã. 705.*num.*38

Aquam æſtiuam qui non eduxerat præcedente æſtate, ſed hac, quo interdicto gaudeat aduerſus prohibentem. 705.*num.*21

Aquam publicam, ad prædia certo modo irriganda deputatam, non poteſt ſibi quis plus vſurpare, quam lege, pacto, aut conſuetudine ſit introductum. Si autem aliquid efficiat, quo eam ſibi plus vſurpet, actio competit pluuiæ arcendæ. 704.*nu.*37

Aquam ſi rite prædictis omnibus modis explicatis in poſſeſſione ſim educendi ac deducendi per riuos, & quis me impediat per eos riuos eam deducere, aut illos aliaque ad id neceſſaria reficere, ac purgare, quo interdicto ſubueniat. 705.*nu.*25

Aquæ pluuiæ quæ. Multiplices ſunt. Quatenus earum vſus prohibitus aut permiſſus. 705.*nu.*3

Aquæ priuatæ quæ. Eorum ſunt, in quorum prædijs naſcũtur, & quouſque eis vti eaſque deriuare liceat. Receptę in alijs prædijs priuatis, dominorum eorũ prædiorum efficiuntur. 705.*nu.*2

Aquæductus.

Aquæ ducendæ de nocte ſeruitus ſi vna conceſſione ſit cõceſſa, & aliæ aquæ ducendæ de die, duæ ſunt diſtinctæ ſeruitutes: vnaque amitti poteſt per non vſum illius, non amiſſa alia, qua interuenerit vſus. 705.*nu.*42

Aquæductus illa ſeruitus manet in prædio illo intermedio, tametſi impedita quo ad vſum. Vnde ſi flumen ad curſum antiquum redeat, regreditur vſus eius ſeruitutis, aut ſi facultas adueniat ducendi aquam per loca intermedia. 705.*nu.*17

Aquæductus latè quid, & riuus latè, pro vijs, quibus aqua ducitur. 705.*nu.*1

Aquæductus ſeruitus, aut alia, conceſſa in aliquo prædio, quando in pactum non fuit deductum, qua parte concederetur, & qualis eſſe deberet, qua parte ſit concedenda, & qualis, & num liceat poſtea variare. 705.*nume.*40

Aquæductus ſeruitus in quibus alijs locum habeat: & in quibus ſeruitus hauſtus aquæ. 705.*nu.*6

Arbor.

Arbor ſi ita pendeat in viam publicam, vt commodum tranſitum impediat, impune quo ad id præſciditur, quod eum tranſitum impedit. 699.*nu.*17

Arbor vna cenſetur, ſi duo germina coniungantur in eodem ſtipite, aut in eadem radice, & coniunctio appareat ſuper terram. 699.*nu.*11

Arbor vnius ſi pendeat in prædium alterius, & in altitudine quindecim pedes excedat à terra, admonetur à iudice, vt exceſſum præcidat, alioquin præciditur à domino alterius prædij, & ligna ad ipſum ſpectant. 699.*nume.*16.

Arborum cæſarum damnum ſi datũ ſit animo lucrifaciendi ligna aut arborem, competit etiam actio furti, & actio ad exhibendum ligna aut arborem. 699.*nu.*5

Arborum cæſarum ob damnũ licet competant tres actiones, intentataque vna poſſit rurſum intentari alia, ſolum

lum tamen poteſt intentari quoad incrementum pœnæ.699.num.3

Arborum cæſarum damnum ſi vi datum ſit, competit ſimiliter actio vi bonorum raptorum, aut de vi publica, aut priuata, qualis fuerit vis illata.699.nu.6

Arborum nomine, vt aduerſus eum, qui damnum eis infert, actio peculiaris competat arborum cæſarum. 699.num.1

Augmentum.

Augmentum in rebus maioratus quotuplex.642. numero 1.

Augmentum in rebus maioratus non potens per ſe ſubſiſtere, maioratui cedit. Et quando æſtimatio à ſucceſſoribus ſit ſoluenda, ac quo modo.644.nu.1

Augmentum ſiue latens, ſiue patens, alluuione adueniens prædijs, quæ iure pleno ſunt maioratus, ad ſucceſſores in maioratu ſpectat. Excipe in Luſitania augmentum patens, quod ius regale eſt.642.nu.2

Auris.

Aurium abſciſſio non eſt pęna mutilationis membri, neque iudices ob eam pęnam irregularitatem incurrũt. 695.num.13

B

Bancarius.

B*Ancarij ſeu campſores raptoris pęnas in hoc Regno incurrunt, & eorum fautores, qui cum pecunijs apud ipſos depoſitis fugiunt; & mercatores, eorumque fautores, qui merces credito acceperunt, & ſimiliter fugiunt.695.nu.32*

Bellum.

Bello, quod quis probabiliter ignorabat iniuſtum, aut in quo dubius, de mandato ſuperioris pugnauit, damna data quouſque non reſtituenda.720.nu.3

Beneficium.

Beneficiarius ſi tantundem ſuis ſumptibus meliorauit res maioratus, aut Eccleſiæ, quãtum damnum culpa illius, ſaltem leui in eis fuit ſequutum, locus eſt compenſationi.646.nu.5

Beneficium eccleſiaſticum obtinentes, etiamſi ſacris ordinibus non ſint initiati, eccleſiaſticæ ſunt perſonæ.671. nume.4.

Beneficium curam habens animarum, quando eſt prohibitum haberi cum alio beneficio, id nõ intelligitur, ſi annexè habeatur ad aliud beneficium incõpatibile. 620. numero 6.

Beneficiorum fructus, quouſque ad anteceſſorem hæredeſve illius, & quouſque ad ſucceſſorem in illo ſpectent. 635.num.7

Bona.

Bona fide qui cępit poſſidere rem, & dubitare incipit an aliena ſit, tenetur facere moralem diligentiam, vt id ſciat; ſi id ſcire non poßit, neque occurrat vnde id poſtea ſciri poſſit, licitè eam retinet ac conſumit.721.numero 4.

Bona omnia libera cenſentur, niſi contrarium probetur. 596.numero 1.

Bona circa, quæ debentur priuatis, & quæ idcirco reſtituenda ſunt pauperibus, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs, quia ignoti illi ſunt, quibus fieri debet reſtitutio, aut quia valde ſunt remoti ſine ſpe reuertendi, aut alijs de cauſis compoſitio fieri poteſt autoritate ſummi Pontificis, & quã accommodatè fieri debeat ad creditorum præſumptam voluntatem, & qualiter bulla cruciatæ fiat.748.nu.5

Bonorum externorum raptores, quales etiam ſunt graßatores & piratæ, quibus pęnis iure communi plectãtur, & quæ actiones aduerſus eos competebant.695.nu.30

Bonorum raptorum actio non ſolum conceditur vi interueniente, quando, illa ſecluſa, concederetur actio furti, ſed etiam quando non tãtum ſua intereſſet eius, ex quo res aufertur, vt ſecluſa vi, concedenda eſſet actio furti. 696.numero 19.

C

Capellæ.

C*Apellæ aut ſepulchri inſtitutor ſi præcepit vt ibi arma & nomen apponerentur, implendum id eſt. Non vero ſi præciperet aliquid, quod gentilitatem ſaperet, minimeque deceret.615.nu.9*

Captiui.

Captiui Chriſtiani inuite ab infidelibus capti, licitè fugiunt, & licitè accipiunt competentem ſuorum obſequiorum compenſationem ab ijs, à quibus detinentur, aut qui cauſa eius captiuitatis ac damnorum ipſis fuerunt, etiam tempore treguæ ac pacis.693.nu.2

Caput.

Caput domus in re propoſita quis cenſeatur. Atque quando conſtat, quis damnum id dederit, is ſoluit tale duplum, vel damnum paſſo, vel capiti domus, qui illud ſoluerat loco illius. 710.nu.4

Campſor.

Campſores ſeu bancarij raptoris pęnas in hoc regno incurrunt, & eorum fautores, qui cum pecunijs apud ipſos depoſitis fugiunt; & mercatores eorumque fautores, qui merces credito acceperunt, & ſimiliter fugiunt. 695.num.32

Carbonianum.

Carbonianum edictum quod ſit, quodue priuilegium contineat comparatione impuberis, etiam dum in ventre matris eſt incluſus, latè explicatur.637.nu.12

Carbonianum edictum locum non habet in maioratibus huius regni.637.nu.13

Caſtrum.

Caſtrum aut oppidum ſi alicui concedantur pro ſe, & deſcedentibus illius, cum dignitate Comitis, Marchionis aut alia ſimili, an id caſtrum aut oppidum maioratus rationem ſortiatur, an vero ſit diuidendum inter deſcẽdentes.581.num.1

Cenſus.

Cenſus quot modis vſurpetur. Accipitur pro tributo, eoq; duplici. Quoddam quod ex bonis, pro illorum æſtimatione ſoluebatur. Et erat mixtum inter mere reale & mere perſonale. Et quod tributum mere reale ſit, Aliud erat tributum capitis.661.nu.2

Clauſula.

Clauſula, quod ſemper ſuccedat proximior cognatus, nihil derogat diſpoſitioni legis 40.Tauri.629.nu.3

Clauſula, quod ſuccedant cognati ſeruata gradus prærogatiua; niſi enim adſint aliæ coniecturæ, quæ contrarium, omnino perſuadeant, non cenſetur excluſa repræſentatio l.40.Tauri diſpoſita.629.nu.4

Clauſulæ à tabellionibus in quacunque parte inſtrumenti appoſitæ, niſi apertæ coniecturæ ſint in contrarium, de partium conſenſu appoſitæ cenſentur. 586. numero 4.

Cle-

Clericus.

Clerici à quorumcunque maioratuum ſucceſſione non excluduntur, niſi in inſtitutione eſſet clauſula, quæ excludantur: & qui ſoleant particulari clauſula excludi. Nulluſque eorum cenſetur excluſus, quando maioratus titulo præſcriptionis poſſidetur, niſi de contrario aperte conſtet. Quæ item clerici in adminiſtratione maioratuum exercere per alios debeant. 623.*nu.*6.

Cloaca.

Cloaca quid, & quotuplex fas eſt illam, eſto priuata ſit, reficere ac mundare, etiam ſi ad id neceſſe ſit aperire prædium alienum. Et quo interdicto ſubueniatur, ſi id non permittatur. Fas item eſt illam efficere de nouo & mittere in cloacam publicam. 705.*num.*32

Cloaca in publica ſi aliquid ſit factum, aut immiſsũ quo vſus illius deterior reddatur, res in priſtinum redigitur ſtatum, & fieri impeditur, ſi fieri attentetur. 705.*num.* 33

Commendatarius.

Commendatarij, qui coniugati eſſe poſſunt, non excluduntur à ſucceſſione quorumcunque maioratuum, etiam ſi clauſulam habeant excludentem religioſum. 623.*num.*5

Commodatarius.

Commodatarius, conductor, & Depoſitarius, qui finito contractu rem petitam non reſtituunt, ſed expectãt definitiuam ſententiam, in pænam incidunt inſtar legis ſi quis in tantam. 682.*n.*22

Commodatarius quando tenetur commodanti de re commodata quæ furto ablata eſt, quouſque actio ad commodatarium & quouſque ad commodantem ſpectet. 696.*num.*11

Commodans ſi vi rem commodatam accipiat à commodatario, locans à conductore, aut deponens à depoſitario, non incidunt in pęnam l. ſi quis in tantam, ſed puniuntur pæna arbitraria, & coguntur reddere rem, & reſarcire damna, ſi finitus non erat contractus. 682.*num.* 20

Commodanti quouſque actio aduerſus commodatarium competat. 696.*num.*11

Compenſatio.

Compenſatio occulta licet interdum licita in foro conſciẽtiæ ſit pro damno iniuſte accepto, cur ſimiliter licita non ſit compenſatio aliqua occulta pro iniuria præciſa à damno dato. 715.*num.*11

Compenſatio in foro conſcientiæ quibus conditionibus interuenientibus ſit licita. 691.*num.*1

Compenſatio ſi legitime facta ſit in foro conſcientiæ, & propter illam, qui eam legitime fecit, condemnetur in foro exteriori, non tenetur ſtare ſententiæ, ſi ſine ſcandalo poſſit, quæ in ſola præſumptione fundatur. 691.*num.* 2

Compenſatio quouſque licita aut illicita famulis & ijs qui res aliorum agunt. 691.*num.*4

Compenſans legitime in foro conſcientiæ, dominium comparat rerum, quas in compenſationem accipit. 691.*num.* 3

Compoſitio.

Compoſitio locum non habet circa certa, quæ alicui debẽtur, illique aut hæredibus illius, reſtitui poſſunt, ſed ſolum circa ea, quæ pauperibus ſunt reſtituenda, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs. 748.*n.*1

Compoſitio licet fiat à debitore, qui exequutor eſt teſtamenti, vel ab hærede, circa bona incerta, inde etiam ſoluenda ſunt debita certa, quando non ſunt ſufficientia alia bona vnde ſoluantur. 760.*num.*3

Compoſitio fieri poteſt, etiam circa bona iniuſte acquiſita, quæ quamuis iuſta de cauſa reſtitui nõ poſſunt ijs, quibus debentur, ipſorumve hæredibus, reſtituenda tamẽ ſunt pauperibus, aut inſummendo illa in alijs operibus pijs. 748.*num.*6

Compoſitio locum non habet autoritate Summi Pontificis circa bona Eccleſiaſtica, quorum reſtitutio facienda eſt eccleſijs, pauperibus, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs, & qualiter hodie bullæ cruciatæ in hoc regno fiat. Locum vero non habet circa ea Eccleſiaſtica bona, quæ reſtituenda ſunt conſocijs, ob non intereſſentiam eius, qui illa reſtituere con ſocijs tenetur, aut alia ratione. 748.*n.*2

Compoſitio eiuſmodi quando ſuſpecta cenſenda ſit, vt non liberet in foro conſcientiæ, quando non item. 748.*num.*3

Compoſitionem ſperando, quouſque peccent, qui differunt reſtituere aliqua inſumendo illa in opere pio. Qui autem eſſet in propoſito non reſtituendi, ſi compoſitio nõ concedatur, in ſtatu eſſet damnationis æternæ. 748.*num.* 8

Compoſitionem non poſſunt concedere Epiſcopi, & multo minus princeps ſecularis, circa bona, quæ debentur priuatis, & iuſta de cauſa reſtituenda ſunt pauperibus, aut inſumenda ſunt in alijs operibus pijs. 748.*num.*7

Compoſitione facta, ſi compareat creditor, ad quem attinebant, illi ſunt integre reſtituenda in exteriori & in conſcientiæ foro. 748.*num.*9

Comprehendens.

Comprehendens alium pro debito auctoritate propria, quas pœnas incurrat. 682.*nu.*26

Concauſa.

Concauſa aut cauſa, vt reſtituere teneatur, neceſſe eſt, vt damnum iniuſte ex ea re verè ſit ſequutum. Nec plus effectus tenetur reſtituere, quam quod ſua cauſalitate nc influxu iniuſto attigit. Et multa inde inferuntur. 736.*num.*1

Concubitus.

Concubitus cum Regina, cum Regis conſanguinea, aut cum famula Regis aut Reginæ, quibus pœnis puniatur. 658.*num.*6

Conditio.

Conditio, ſi ingrediar religionem, eamve profitear, non vitiat renunciationem hæreditati iuramento confirmatam. 579.*nu.*16

Conditionum rationem regulariter non habent leges ac conditiones, quæ apponuntur in ipſa maioratus inſtitutione, ſed habent rationem modorum. Et quando conditionum rationem habeant. 611.*nu.*1

Conditio vera de futuro, de præterito, aut de præſenti, apponi ſolet maioratus inſtitutioni quoad perſonarum ad eum vocationes. Onera verò & grauamina imponi ſolent ſub modo, & quando rationem habeant conditionis, etiam ad comparandum dominium, & poſſeſſionem ciuiliſſimam: & quando ſit modus æquipollens conditioni, reſoluenſque in nihilum vocationem, adeò vt fructus percepti reſtitui etiam debeant. 611.*nu.*2

Conditione ſub poteſtatiua, ſi quis vocetur ad maioratũ, vel ad aliam inſtitutionem, vel ſub modo, ita vt æquipolleat conditioni, quia in nihilum redigat vocationẽ, ac ſi nunquam eſſet facta, tradi debet maioratus ita vocato,

cato,præſtita prius ab eo cautione mutiana, aut ſimili mutianæ, de reddendo maioratu cum fructibus ex eo perceptis,ſi conditio,aut modus, ſeruata non fuerint. Secus ſi modus non redigat in nihilum vocationem,ac ſi nunquam facta fuiſſet. Et quam varie modus apponi ſoleat,& quando & quouſque obliget. Et num aliquã do obliget deſerere maioratum in conſcientiæ foro,nulla expectata ſententia.611.num. 3

Conditio poſſibilis non vitiat diſpoſitionem ſed illam ſuſpendit.612.num.1

Conditione ſub impoſſibili quocunque modo facta vltima voluntate maioratus inſtitutio eſt valida,& conditio habetur pro non appoſita. In hoc tamen regno, ſi facta ſit ſub conditione impoſſibili,non natura,ſed facto, nulla eſt.612.num.3

Conditio impoßibilis ſi apponatur inſtitutioni maioratus factæ contractu irreuocabili,nulla ea inſtitutio redditur quoad id præcisè,quod ſub ea fuerit inſtitutum. Si vero apponatur inſtitutioni factæ contractu reuocabili,conditio habetur pro non appoſita, eſtque proinde valida inſtitutio.ibid.num.4

Conditio iniuncta per vltimam voluntatem,vt quis iuret aliquid facturum,aut præſtaturum,in futurum,remittitur regulariter à iure quoad obligationem id iurãdi: non vero quoad obligationem implendi id,quod iurare obligabatur.ibid.num. 5

Conditio iniuncta per contractum irreuocabilem iurandi aliquid facturum,aut impleturum.in futurum,non remittitur à iure: ſecus per reuocabilem.612.n.8

Conditio,aut modus,vt contrahere teneatur cum perſona de tali familia,vel cum tali perſona ſingulari, cũ qua valide id poſſit efficere,valide apponitur vocationi ad maioratum.613.num. 1

Conditio appoſita vocationi ad maioratum per vltimam voluntatem,aut per contractum reuocabilem, ſi duxeris conſanguineam, habenda non eſt pro non appoſita, ſiue addatur, ſi diſpenſauerit Summus Pontifex, ſiue non. 613.num.3

Conditio, ſi contraxerit cum tali, quando appoſita fuit vocato ad maioratum,pro impleta habetur, ſi ita vocatus,non fuit in mora,& per alterum ſtetit. Et quid ſi vocatus moriatur ante aduentum temporis impletionis talis conditionis.ibid.n.4

Conditione ſub eadem ſi quis vocatus ſit ad maioratum, delatoque maioratu,dicat ſe non velle contrahere cum illa,aut contrahat cum alia,tranſit maioratus ad aliũ, eſto poſtea contrahat cum illa,defuncta priori vxore. Si autem ante delatum maioratum ducat aliam,& ea mortua,delationis tempore ducat,quam ducere fuerat grauatus,conſequitur maioratum.ibid.n.5

Conditione ſub eadem ſi quis ſit grauatus,& mulier alteri nubat,non tenetur illam ducere,etiam viduam effectam,qui ſub ea conditione fuerat vocatus.ibid.n. 6

Conditio, ſi contrahat cum aliqua in vltima voluntate, aut in contractu reuocabili, ſi apponatur, & ſtet per mulierem,habetur pro impleta. Si vero apponatur in contractu irreuocabili,non habetur pro impleta,ſed reſtituenda eßet res ſub ea conditione tradita, cum fructibus ex illa perceptis. Hæc vero intelligenda ſunt, niſi in vtraque parte huius doctrinæ, contrarium colligatur ex mente diſponentis,aut contrahentium. ibidem. num. 8

Conditio ſi apponatur vocato ad maioratum, vt, ſi ducat mulierem talis conditionis,amittat, maioratum vlterius vocato,ſi non ſeruetur,maioratus amittitur.614. num. 1

Conditionem eam qui ignorantia inuincibili non ſeruat, eam ducendo,quę conditionis prohibitę non reputabatur,num maioratum amittat,ex mente pręſumpta inſtitutoris pẽdet. Et in dubio,qualis fuerit illius meus, cenſendum eſt,enm non amittere.ibid.n.2

Conditionis talis tranſgreſſio eo modo ſi ſit facta, & res eſſet occulta,non teneretur poſſeſſor eius maioratus in foro conſcientiæ illum deſerere antequam res manifeſtaretur.614.num.3

Conditio appoſita vocato ad maioratum,ſi vxorem ducat arbitratu,aut voluntate alterius,vel iuxta illius conſilium,inualida eſt,habeturque pro non appoſita. Si autem conditio ſit,vt conſulat aliquem circa vxorem ducendum,valida eſt. Quod ſi difficile admodum peti ab illo poſſit conſilium, obligatio non eſſet ſeruandi eam conditionem.ibid.n.4

Conditio ſi appoſita ſit vocationi ad maioratum, aut alteri relicto,ſi is conſulat aliquem ad matrimonium contrahendum,inualidę non redduntur illę diſpoſitiones, ſi ideo is non conſulatur,quia mortuus erat nuptiarum tempore.ibid.n.5

Conditio vera ſi apponatur,vt vocatus ad maioratum aſſumat agnomen & inſignia inſtitutoris,neque dominiũ neque poſſeſſionem ciuiliſſimam comparat, niſi prius conditionem impleat. Atque eo ipſo,quod illam trãſgreditur,reſtituere tenetur ſucceſſori res cum fructibus ex eis perceptis. Et quid quando id apponitur tãquam modus,vt regulariter fit.615.n.2

Conditionẽ an ſumendi agnomen & arma,quando vocatus cenſendus ſit trãſgreſſus, vt maioratus ad vlterius vocatum tranſeat.615.n.3

Conditione ſi aſtrictus ſit vocatus ad maioratum aſſumere agnomen & arma inſtitutoris, tenetur illa aſſumere,eſto minus decentia ſint.615.n.5

Conditionem ſi habeat vnus maioratus,vt ſucceſſor aſſumere teneatur agnomen & arma inſtitutoris ſine admixtione alterius agnominis & armorum, non poteſt aliquis habere illum ſimul cum alio, qui conditionem, aut modum habeat aſſumendi agnomen & arma. Secus ſi inſtitutores vtriuſque ſolum obligent, aßumere agnomen & arma.ibid.n.6

Conductor.

Conductor,commodatarius & depoſitarius,qui finito cõtractu rem petitam non reſtituunt,ſed expectant ſentẽtiam definitiuam in pęnam incidunt inſtar l. ſi quis in tantam.682.num.22

Confirmatio.

Confirmatio in forma communi,actui inualido vires non adhibet, ſed ſolum corroborat validum. Confirmatio vero in forma ſpeciali,actum alioquin inualidum reddit validum,niſi ſurreptitie ſit obtenta.597.n. 3

Confirmatio & approbatio Regis, ſi in ipſo inſtrumento inſtitutionis maioratus inualide inſtituti ſine regia facultate adderetur,confirmatus cenſeretur ex certa ſciẽtia ſeu in forma ſpeciali, & quibus alijs modis idem fieret.597.num.5

Confirmatio quæ in forma communi, & quę in forma ſpeciali & ex certa ſcientia,& quid vtraque requirat, vt valida ſit,nec ſurreptitia cenſeatur.597.n.2

Confirmatio non valet, etiamſi inſtitutor maioratus peteret, vt princeps poſt ſuam mortem eam inſtitutionem confirmaret. 598.n.2

Confirmatio maioratus inualide inſtituti ſine facultate Regis, ſi inſtitutor mandauit illam peti, & incidit in amentiam antequam peteretur, & poſtea petatur vi eius mandati, eſt nulla: quoniam mandatum re integra, expirat amentia mandantis, ſi autem rite aliunde petatur ac obtineatur ex principe ante mortem inſtitutoris valida eſt. 598. n. 3

Confirmare princeps in nullo euentu inſtitutionem inualidam maioratus poteſt, quod de Regis facultate facta non ſit, niſi id poſtularet bonum commune, factaque compenſatione ijs, in quorum præiudicium id cederet, aut niſi illis omnibus libere conſentientibus. 589. num. 1

Conſilium.

Conſilium qui ei dedit, qui furari quinquaginta intendebat, vt furaretur potius centum, ſi dignoſci poſſit, quæ quinquaginta auxit propter id conſilium, tunc conſulens ſolum tenetur reſtituere, in defectum illius quinquaginta: ſi verò dignoſci non poſſunt, reſtituere tenetur integra centum. 736. nu. 2

Conſilio ſuo qui fuit concauſa alicuius damni non liberatur ab onere reſtituendi, eſto faciat cauſam principalē concipere propoſitum reſtituendi, niſi illa opere id reſtituat. 736. num. 8

Conſulens eſto à principio non perſuadeat malum, quod conſulit, ſi tamen poſtea is, cui conſilium eſt datum, inde moueatur ad damnum inferendum, tenetur conſulens illud reſtituere in defectum exequutoris. 730. num. 4

Conſulens, vt reſtituere teneatur damnum ex conſilio datam ſequutum, quis dicatur. Comprehendit vero ſuffragium ferentem ad id damnum. 732. nu. 1

Conſulere licet minus malum, etiam iniuſtum eidem ipſi, cui paratur maius, ſine obligatione reſtituendi: ſecus vt alteri inferatur: nam tunc obligatio eſſet conſulenti id reſtituere in defectum exequutoris. 730. nu. 3

Conſulentium varia genera, & ex quarta culpa vnus, quiſque eorum teneatur, ſi ex ipſius conſilio damnum ſequatur, etiam accipienti ad conſilium. 730. nu. 2

Contractus.

Contractus factus in vno loco nomine alterius, eſto ratihabitio illius alterius præſtetur in alio loco, cenſetur in illo alio celebratus. 676. nu. 5

Conuentio.

Conuentio pro pœna incurſa non eſt illicita ex natura rei ante latam ſententiam. Et eſto, ſit prohibita fieri, nulla oritur obligatio reſtituendi ei, qui illam incurrit. Et quando nulla eſt obligatio reſtituendi etiam alijs. 740. num. 2

Creditor.

Creditor ſi vi aliquid vſurpet à debitore tanquam ſibi debitum, aut in ſecuritatem, vel recompenſationem ſui debiti, quas pœnas iuxta l. ſi quis in tantam, incurrat, & quantum in hoc regno extendantur. Poteſt etiam criminaliter de vi publica aut priuata, ſed locum tunc non habebit actio ad pœnam ex l. ſi quis in tantam. 682. num. 24

Creditoribus num in hoc regno, & in Luſitania detur actio aduerſus ſucceſſores in maioratu inſtituto ex quota bonorum, aut ex re certa: an vero ſolum aduerſus hæredes inſtitutoris. 640. nu. 6

Crimen.

Crimē falſi an incurrat, qui prohibet alium teſtari. 700. nume. 17

Crimen falſi incurrunt pharmacopolæ, qui vnum pro alio pharmacis miſcent, & ad quantam reſtitutionem teneantur. 701. nu. 7

Crimen falſi non incurritur in euentibus explicatis, & diſpoſitio eſt valida, ſi teſtator propria manu ſubſcribat, ſe id illi relinquere in particulari: Idem ſi in generali ſubſcribat, confirmo, quæ tali relinquo, ſi is in poteſtate erat teſtatoris. Si vero non erat in poteſtate illius, crimen falſi non incurrit, & inualida eſſet diſpoſitio. Item quando conſtat teſtatorem præcepiſſe illi ſcribere teſtamentum illud, aut codicillum, & is ſub poteſtate teſtatoris erat, non incidit in crimen falſi, & diſpoſitio eſt nulla. Si vero ſub poteſtate illius non erat, crimen etiam falſi incurrit. 700. nu. 10

Crimen falſi quouſque incurrant, qui arte facta ex cera, non vt oportet conficiunt, aliqua illis miſcendo. Et hoc ac præcedentia crimina qualiter hodie puniātur. 701. nume. 9

Crimen falſi incurrunt, qui ſcienter falſis menſuris aut ponderibus vtuntur. Et multa quæ circa menſuras ac pondera ſtatuta ſunt in hoc regno, ac circa metiendi modum, ad quam reſtitutionem hi omnes teneantur. 701. num. 10

Crimen falſi incurrunt aurifices, qui auro, aut argento, ex quibus artefacta conficiunt, metallum impurius miſcent. 701. nu. 6

Crimen falſi incurrunt qui pulueri ſulphureo, quæ non oportet, miſcent, inutilioremque ad bellum reddunt. Et quam acriter puniendi, & ad quam magnam reſtitutionem teneantur, ſi ad bellum illum vendant, aut conficiant. 701. nu. 8

Crimen falſi qui incurrunt partum ſupponendo, aut ad id cooperando, reſtituere tenentur in conſcientiæ foro dāna omnia ſubſequuta, & qui ante quos. 701. nu. 5

Crimen falſi incurrit, qui eandem rem vendit duobus. Et num neceſſe ſit accepiſſe pretium ab vtroque. 700. nume. 18

Crimen falſi incurreret, & diſpoſitio eſſet nulla ſi patronus, aut conſanguineus patroni, in id ſe ſcriberent hæredes, in quo ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri. Vxor ſi in teſtamento mariti ſcriberet, vt dos ei ſtatim mortuo marito ſolueretur, aut creditor in teſtamento debitoris ſcriberet, vt ante diem, in quo erat ſoluēdum, debitum ei ſolueretur, ſua debita non amitterent; ob id tamen teſtamentum anticipanda eis non eſſet ſolutio. 700. nume. 12

Crimen falſi committit, qui partum ſupponit aut ad id, vel ad quodcūque aliud crimen falſi, cooperatur. 701. nume. 1

Crimen falſi etiam quia confector falſi inſtrumenti, incurrit, qui falſo ſe hæredem aut legatarium, ſcripſit, reſtituereque in conſcientiæ foro tenetur damna omnia alijs inde ſubſecuta. 700. nu. 16

Crimen falſi non incurrit filius emancipatus, validaque eſt diſpoſitio, ſi in teſtamento patris, aut matris, in id totum ſolum ſe ſcribat hæredem, in quo ab inteſtato erat is ſucceſſurus. Si vero in plus ſe ſcriberet, crimen falſi incurreret, & diſpoſitio eſſet nulla. 700. nu. 11

Crimen legis Iuliæ de reſiduis quādo committatur. 684. nume. 5

Criminis falſi pœna venia quibus condonetur, ob præſumptionem ignorantiam, aut minorem ætatem, & alias cauſas, quibus non item, & diſpoſitio nihilominus eſt nulla. 700. nu. 13

Cri-

Criminis falſi pænam qui incurrunt, & qualiter ſint puniendi, & quouſque ad damna inde ſequuta teneantur & num hæredes eorum teneantur, actioque aduerſus illos tranſire debeat. Menſor agrorũ ædificij, tritici, aut alterius rei, ponderator, & qui rationes ſupputat ac perficit nomine aliorum, ſi dolo, aut ſcienter falſum referat & ex quanta culpa teneatur. 701. *num.* 11

Criminis falſi actio aduerſus matrem ob partum ſuppoſitum non ſuſpenditur ob detrimentum ſtatus filij impuberis, & quatenus eo nihil impediente, cauſa filij differatur. 701. *num.* 3

Criminis falſi pæna locum habet in euentibus explicatis, ſi teſtamentum, aut codicillus integre, & cum debita ſolemnitate ſint facta, eſto ex præteritione, aut exhæreditatione, vel ex alia cauſa reddantur nulla. 700. *num.* 14

Criminis falſi actio ob partum ſuppoſitum cooperationẽque ad illum ſupponendum, nullo tempore præſcribitur. 701. *num.* 4

De Crimine falſi accuſare poſſunt criminaliter vxorem, quæ partum ſuppoſuit, vir, & modo filij non ſint talis mulieris; nam hi ſolum poſſunt agere ciuiliter, vt is partus excludatur aduerſus matrem; aduerſus alios vero cooperantes ad id crimen agere poſſunt criminaliter. Alij vero de populo de eo crimine agere nõ poſſunt. 701. *num.* 2

Criminum abigeatus ac plagij pæna. 695. *n.* 42

Criminum legis Iuliæ de reſiduis pæna. 695. *n.* 41

Cuſtos.

Cuſtos & alius miniſter publicus, ſi prohibitus ſit facere conuentionem circa pænam incurſam ante latam ſententiam, peccat illam faciendo, & periurus eſt, ſi dum id munus accepit, iuramentum præſtitit, quod ad id ſe extendat. Quod ſi ſimul alios priuet emolumẽto, quod inde habere debebant, quouſque reſtituere teneatur. 740. *num.* 1

Cuſtodes & alij miniſtri publici, ſi id, cuius curam habẽt de mandatam, illicitum non ſit ſeque adſtrinxerunt iuramento certam formam circa id ſeruare, quoties illã non ſeruant, peccatum periurij lethale incurrunt, niſi abſque dubio intelligant, qui eos iuramento illo aſtrinxerunt, non intendiſſe in eo euentu eos obligare: neque ſunt abſoluendi, niſi ſerio proponant, id deinceps non facere, niſi obtenta prius relaxatione quoad id iuramẽtum. 739. *num.* 2

Cuſtodes, & alij miniſtri publici, qui eos, qui in pænas iuſte impoſitas, inciderunt, condemnari, vt eas ſoluant, non curant, aut qui negligentes ſunt in illis inquirendis & comprehendendis, vt eas ſoluant, de iuſtitiæ rigore reſtituere emolumentum earum tenentur illis, quibus erant applicandæ, ſi cum tanto onere munus ſit ipſis iniunctum, eaque ſit voluntas eorum, quibus pænæ ſunt applicatæ, & qua moderatione id ſit condiẽdum. Et quid quando pæna eſt corporalis. Et quid quando miniſter publicus facultatẽ dedit, vt id fieret, pro quo pæna pecuniaria eſt ſtatuta. 739. *n.* 5

Cuſtodes, & alij miniſtri publici, quando reſtituere non teneantur, quod acceperunt, vt aliquid fieri permitterent contra munus ſuum, illo iam opere impleto, et quãdo reſtituere teneantur. 739. *n.* 6

Cuſtodes, & alij miniſtri publici, ſi ſolum ea permittant, ex quibus nullum damnum ſequitur, nec debetur aliquod tributum, ſed ſolum ea facientes ſubiacent pænæ, tunc, qui hæc efficiunt, ad nullam reſtitutionem tenentur, neque tenentur ſoluere pænam, quam incurrerũt, niſi poſt latam ſententiam. Peccant verò tranſgredientes legem iuſtam. 739. *n.* 4

Cuſtodes, & miniſtri publici, ſi diſſimulatione aut negligentia ipſorum, damna dentur circa ea, quorum curam habent, vt quia non ſoluuntur tributa debita, aut alia ratione, reſtituere illa tenentur illis, quibus ſubſequuta ſunt, in defectum ſolum eorum qui illa dederũt. 739. *num.* 3

Cuſtodes, qui inuigilãt circa aliquid iniuſtum, aut iniquũ, peccant id, cuius curam habent, exequendo, & tenẽtur reſtituere damna ea ſua vigilia alijs ſubſequuta, (regulariter in defectum principalium, qui id munus ipſis iniunxerint) niſi excuſantur inuincibili ignorantia, aut parendo in dubio, quod expellere nõ poſſint à ſuperioribus: neque eos obligat iuramentum de ea re exequenda. 739. *num.* 1

Cuſtodes, qui in confinibus regnorum donationes à tranſeuntibus extorquent, ne eos vexent, reſtituere illas eis tenentur. 739. *num.* 7

Cuſtodes ſyluarum cæduarum, et aliarum ſimilium rerũ, qui conductas habent pænas, ob delicta circa ea cõmiſſa, reſtituere tenentur pretium, quod acceperunt, vt impunè poſſent cædere ligna aut aliud prohibitum facere, pro quo pæna eſt ſtatuta. 740. *n.* 3

Cuſtodes ſyluarum & alij ſimiles, licitè poſſunt ſe abſcõdere, vt tranſgreſſores capiant leges tranſgredientes, neque regulariter tenentur reſtituere dominis ſyluarum damna, quæ tranſgreſſores interim dant. 739. *numero* 8.

D

Damnum.

DAmnum arborum cæſarum imperans, pænis ſubiacet, ac ſi ipſe id eſſet exequutus. Et quid de alijs cooperantibus ad id damnum. Mancipium ſi inſcio domino id det, dominus vel ſoluit damnum ac pænam, vel mancipium noxæ dat. 699. *n.* 8

Damnum arborum cæſarum etiamſi clam ſit datum, agi poteſt vel ciuiliter ad pænam pecuniariam, vel criminaliter ad pænam corporalem. Et quando pæna mortis imponatur. 699. *num.* 7

Ob Damnum arborum cæſarum licet competant tres actiones, intentataque vna poſſit rurſum intentari alia: ſolum tamen poteſt intentari quoad incrementum pęnæ. 699. *num.* 3

Damnum infectum vt ſit ſoluendum, ſi ſequatur, peti debet coram iudice pro tribunali ſedenti, vt de eo caueatur, nec ſufficit peti extra iudicium. Si tamen dominus rei, vnde timetur, caueat extra iudicium ſtipulatione, aut in hoc regno nuda promiſſione, ſoluendum eſt. Et obligatio tunc eſt in foro conſcientiæ, eſto ſtipulatio aut promiſſio probari non poſſint. 703. *n.* 6

Damnum datum à beſtijs feris, quæ incautè ducuntur per vias, aut ligatæ tenentur, quouſque reſarciẽdum, ac puniendum, & quando pæna dupli ſoluendum. 697. *num.* 17

Damnum infectum quid. 703. *n.* 1

Damnum in rebus externis indebitè, hoc eſt, culpa ſaltem iuridica datum, & qua illud dans teneatur ad quid. 697. *num.* 1

Damnum ſi ſufficienter probetur fuiſſe culpabiliter ab aliquo datum, ſtatur, quo ad æſtimationem illius, iuramento,

mento eius, cui datum eſt, accedente iudicis arbitrio, ac moderatione. 697. n. 32

Dãnum ſi timetur ex opere facto in flumine publico, aut in ripa fluminis, publica cautio in decennium præſtari debet alioquin arbitrio Iudicis. 703. n. 10

Damnum ſi timeatur ex ædificio priuato facto in loco publico, cauendum eſt tantũ ædificio, non vero de ſolo, eſto ex ſolo damnum etiam immineat: cum tamen ſi ſolum eſſet priuatum, de eo etiam eſſet cauendum. Vnde ſi ſolum conceſſum eſſet vt eſſet priuatũ gratis, aut pro emolumento aliquo, de illo etiam eſſet cauendum. 703. num. 13

Damnum ita datum, quod niſi id dans firmum haberet propoſitum illud reſtituendi in euentu, quod eueniret, peccaret contra iuſtitiam, reſtituere illud tenetur in conſcientiæ foro nulla expectata ſententia, ſi eueniat, tranſitque ea obligatio ad eius hæredes. 698. n. 3

Damnum culpa datum eſt reſarciendum lege Aquilia et in foro conſcientiæ, etiam quod inde vlterius euenit. Vt ſi interfecit ſeruum tibicinem, & inde ſequitur, quod alij ſerui tibicines ſine illo minus valeant. 697. n. 25.

Damnum idem ſi à pluribus datum eſt in eadem arbore, aduerſus omnes, & ſingulos, competit actio ad duplũ; ſed vno ſoluente, cæteri ei contribuere tenentur. Quando damnum datum eſt arbori multis cõmuni, omnibus competit actio ad duplum diuidendum inter omnes. 699. num. 10

Damnum ob idem actio competit emphyteutæ perpetuo in duplum, quo ad æſtimationem dominij vtilis in eis arboribus, & domino directo quo ad æſtimationẽ dominij directi. Vſufructuario etiã competit ſimilis actio vtilis. Et quatenus competat, aut non competat alijs legitimis contutoribus. 699. n. 12

Damnum ex ruina quando alicui homini obuenire poteſt, iudex ex officio tenetur præcipere dirui id, vnde id damnum imminet, aut ita fulciri, vt id periculum ceſſet. 703. num. 4

Damnum quando datum eſt ab animali communi multis quouſque aduerſus ſingulos & omnes actio competat. 712. num. 12

Damnum, qui aſſerunt abſque lata culpa iuridica datum, non eſſe reſtituendum in foro conſcientiæ ante latam ſẽtentiam. 713. num. 1

Damnum arborum cæſarum ſi vi datum ſit, competit ſimiliter actio vi bonorum raptorum, aut de vi publica, aut priuata, qualis fuerit vis illata. 699. n. 6

Damnum ſecutum ex foueis, & inſtrumentis paratis ad capiendas feras, quando lege Aquilia reſarciendum, quando non item. 697. n. 16

Damnum ſi datum ſit in arboribus ſine dolo ſcientiave quod id detur, competit ſolũ actio legis Aquiliæ: ſi vero cum ea ſcientia & ſine vi, atq; adeo clam, competit ẽt interdictum quod vi aut clam, et peculiaris actio arborum cæſarum ad duplum eius dãni: & quatenus ea actio competat hæredibus dãnum paſſi, & trãſeat aduerſus hæredes eius, qui damnum intulit. 699. n. 2

Damnum, ob quod actio aquæ pluuiæ arcendæ competit, in futurum pendet, & quod ſit, & ad quæ competat ea actio. Et quæ actiones competant ob damnum datum ante actionem de aqua pluuia arcenda conteſtatam. 704. num. 1

Damnum datum animali reperto damnum dando in alieno prædio à domino prædij, reſtituendum eſt quoad exceſſum, quod tale animal dediſſet. Si autem miſſum de induſtria fuiſſet, vt id damnũ daret, compenſari in hoc regno poſſet etiam duplum damni ab eo animali dati. Licitum autem eſſet ſtatutum, quo domino prædij concederetur id animal occidere. 697. n. 22

Damnum ſi idcirco ex animalibus ſequatur, quod quis imperitus ſit illa regere, aut non valeat impetum eorũ continere, ſimiliter eſt reſarciendum. 697. n. 28

Damnum pignori ſi ſit datum, lege Aquilia agit debitor, cuius eſt. Et quando creditor agat. 697. n. 45

Damnum ſi datum ſit vulnere in mancipio, quando vulnus non erat lethale, & mancipium ex mala curatione aut aliunde interijt, non tenetur, qui vulnus inflixit de mancipio occiſo, ſed ſolum de vulnerato. 697. n. 43

Damnum dari poteſt culpa theologica lethali, interueniẽte ſola culpa leui aut leuiſſima iuridica. Fieri item poteſt, vt interueniat culpa iuridica lata cum proximo notabili detrimento, abſq; culpa theologica lethali. 698. num. 4

Damnum idem ſi, antequam prædium alienaretur, datũ fuit in arboribus, & poſtea alienatum fuit, actio ad duplum, duplumque ipſum, pertinet ad eum qui prædium alienauit. 699. num. 13

Damnum datum à mancipio non tenetur reſtituere dominus niſi culpa mancipij ſit datum, aut inde mancipium vel dominus facti ſint locupletiores. 711. n. 2

Damnum iniuſtum concauſãs reſtituere illud tenetur, in defectum cauſæ magis principalis, eſto ſi ipſe non iefluxiſſet, ſequuturus fuiſſet effectus, atque adeo eſto nõ ſit cauſa ſine qua non. 736. n. 5

Damnum datum in re, quæ ab alio erat deſtruenda iniuſte, aut diripienda, integre eſt reſtituendum: Itemque quod datum eſt in re, quę erat peritura, quando de eo euentu erat ignorantia. Quando vero ſcribatur periculum, non plus eſt reſtituendum, quam valeat conſtituta in eo periculo. Si tamen ab aliquo eripiatur, & poſtea deſtruatur, aut conſumatur, integrè eſt reſtituẽda. 726. num. 2

Damnum ſi det fera fugiens, ſe recipiens in ſuam naturalem libertatem, ad nihil tenetur, qui erat dominus illius, eſto illam poſtea capiat, dominiumq; illius ea captura comparet. 712. n. 5

Damnum in eiuſmodi euentu quando ita eſſet datũ cõmunitati, aut priuato, qui illud dedit, teneretur reſtituere, & in defectum illius tenetur cuſtos, poſſetque id reſtituere, de pretio pro ea facultate accepto, & ſi quid ſupereſſet, reſtituere illud teneretur danti. 740. n. 4

Damnum datum ab alio, ſiue ſine culpa, ſiue interueniente illius culpa, etiam theologica, alter reſtituere in foro conſcientiæ nõ tenetur ex natura ipſa rei ſecluſa diſpoſitione iuris humani. 713. nu. 3

Damnum ex animali datum, an in conſcientiæ foro ſit ſoluendum nulla exſpectata ſententia, nec intentata actione, aut tradendum ſit animal noxæ. 712. nu. 13

Damnum in perſona hominis liberi ſi animal alienum det, non competit actio pro eo damno. Pro eo damno tamen inde vlterius ſequuto ſumptuum, aut aliarum rerum externarum actio prædicta competit. 712. n. 3.

Damnum eueniens ex dilatione ſolutionis in tempore præfixo tenetur debitor creditori ſoluere, etiam ſi abſque ſua culpa ſolutionem diſtulerit. Excipitur damnum extrinſecum ex eo, quod pretium rei emptæ ſolutum non ſit in termino præfixo, eſto potuerit. Et quando lethalis culpa interueniat ex culpabili dilatione ſolutionis. 726. nu. 5

Damnum in rebus externis qui iniuſtè dat, æſtimationem illius, & lucrum vlterius ceſſans, ac damnum emergẽs reſtituere tenetur. 726. num. 1

Damnum ſi animal alienum abſque cuiuſquam culpa det cogitur dominus animalis vel illud tradere pro damno vel id damnum ſoluere, & quando de ſubtilitate iuris ea actio ſit decreta, & quando vtilis. 712. num. 2

Damnum in ſatis, & in alijs ſimilibus rebus, æſtimatur, quantum tunc valent, nec plus eſt reſtituendum, Sotus que refellitur. 726. nume. 4

Damnum datum abſque culpa eius, qui iure humano præcipitur illud ſoluere, vt præcipiũtur capita domorum, nauis, cauponæ, ſtabularij, dominus mancipij aut alterius animalis, neque in conſcientiæ neque in exteriori foro tenentur illud ſoluere in alijs euentibus, quam in expreſſis à iure, & quatenus à iure comperitur expreßum. 713. num. 4

Damnum vt conſulens reſtituere teneatur conſilio ipſius datum, quam ample vſurpetur. Fieri vero interdum poteſt, vt conſulens reſtituere teneatur etiam damnũ, quod exequenti latè conſilium fuit ſequutum, & exequutor non teneatur. 730. nu. 1

Damnum ſequutum dando operam rei illicitæ, ex qua natum non erat, ſequi, neque in conſcientiæ, neque in exteriori foro obligatio eſt illud reſtituere. 728. nu. 2

Damnum aliquod ſciẽs fore nomine ac intuitu ipſius dandum, nec cohibens, cũ poßit, reſtituere tenetur id damnum ipſius intuitu datum. 729. nu. 6

Damnum quando eſt periculum ne ex vno crimine vlterius alteri ſequatur, tunc qui committit id crimen, peccat ſimul exponendo ſe ei periculo dandi id aliud damnum, & quouſque ea circumſtantia exprimenda ſit in confeſſionibus. Si autem id damnum ſequatur, obligatio eſt illud reſtituendi. Et vbi diſputandum de damno ex eo ſequuto, quod adultera concipiat. 728. nu. 1

Damnum datum in bonis externis ob rem effuſam aut eiectam ex domo, aut naui, caput domus, aut nauis, ſoluit duplum, ex quaſi delicto. 710. nu. 3

Damnum ſi ex re eiecta, aut effuſa, datum eſt in corpore hominis liberi, morsque eſt ſequuta illius, quantum caput domus, aut qui deiecit, ſoluere teneatur ratione eius mortis, & cui ſit ſoluendum. Si autem non ſequatur mors, quid ſit ſoluendum. 710. nu. 5

Damnum quod dat inuaſus ſine ſua culpa inuaſori aut alicui tertio non tenetur reſarcire. Iniuſtus tamen aggreſſor tenetur de illo l. Aquilia tertio illi. Si interuenit leuis culpa inuaſi in eo dando inuaſori, non tenetur illi reſarcire illud. Si vero interueniat in eo dando cuidam tertio, nec inuaſor illud reſtituat, tenetur ipſe id illi reſarcire. 697. nu. 10

Damnum ſi ſequatur ex re appenſa, aut appoſita, ita vt effundi aut decidere poſſet, ad illud tenentur caput domus, aut qui in culpa eius damni fuerunt, ac ſi ex re eiecta aut effuſa eſſet ſequutum. Et ad quam pœnam teneantur, eſto damnum non ſit ſequutum ob appenſionem, aut appoſitionem periculoſam, & qui ad eam teneantur. Et ad quem ea pœna pertineat. 710. nu. 7

Damnum, quod vi tempeſtatis, aut alia ratione, vnum nauigium dat in alio, aut in quacunque alia re, ſine culpa moderantrum, reſarciendum non eſt: ſecus ſi culpa eorum interuenit. 697. nu. 6

Damnum ſi ex arbore pendente ſuper domum alienã, ei domui proueniat, ſaltem quia frondes decidentes impediunt decurſum aquæ pluuiæ per tegulas, denunciatione domino arboris facta per iudicem, ſucciditur, & euellitur radicitus: quod ſi arboris dominus id non efficiat, ſucciditur à domino domus & ligna ad ipſum pertinent. Eadem actio cõpetit vſufructuario eius domus, ac ſi multi ſint domini eius domus, ſingulis competit. 699. nume. 14

Damnum, qui iniuſte, dat, vltra æſtimationem damni, & lucri aliunde ceſſantis, aut damni emergentis, non tenetur reſtituere fructus, qui ex ea re fuiſſent alioquin percipiendi. 526. nu. 3

Damnum datum ex militum exercitio valde periculoſo, in loco ad id deputato, reſarcire non tenetur miles, niſi de alia eius culpa conſtet: ſecus ſi alibi illud det. Et quando damnum curſu equorum datum l. Aquilia ſit reſarciendum, quando non item. 697. num. 11

Damnum ſi radices arboris alterius inferant fundamentis, aut parietibus alterius domus, ſimiliter ſucciduntur, euelluntur ve radicitus, ne deinceps noceant. 699. nume. 15

Damnum idem ſi colonus dat in prædio, quod conductum habet, agitur aduerſus illum ad id damnum ex conducto, aut actione arborum cæſarum; ſed vna actione intentata, altera locum non habet. ibid. num. 9

Damnum ex eo, quòd culpabili omiſſione detur, non indiget maiori culpa, vt pro illo competat actio legis Aquiliæ, quàm ſi facto culpabili daretur. Tametſi iura actionem & omiſſionem culpabilem appellent vtilem legis Aquiliæ & non directam, & cur ita eam appellent. 697. nu. 9

Damnum etiam ſi culpa leuißima detur, competit pro eo actio legis Aquiliæ. Et quando maior culpa, quam leuißima requiratur. 697. nu. 8

Damnum datum immoderata, ac irrationabili caſtigatione diſciplinæ gratia, lege Aquilia eſt reſarciendum. 697. num. 13

Damnum qui ita eſt paſſus, ſi negligens non fuit in petendo, vt ſibi caueretur, ſed legitimo impedimento abſentia reipublicæ cauſa id non petijt, aut petiuit, & antequam intimaretur parti, domus corruit, tunc tenetur dominus domus quæ corruit, & partes illius, quæ non corruerunt, ei, qui id damnum eſt paſſus. 703. nu. 3

Damnum dans ſcindendo arbores, aut aliud diruendo vel eijciendo, quando l. Aquilia teneatur illud reſarcire, quando non. 697. nu. 14

Damnum quod ex ludo, aut ex impulſione prouenit quando, & à quo lege Aquilia reſarciendum, quando non item. ibid. nu. 12

Damnum ex quo quis tenetur contractu, iurisve diſpoſitione, vt ex commodato, locatione, &c. eſto nulla interueniat culpa theologica, reſtituendum eſt in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia. 698. nu. 8

Damnum datum ex domibus aquæ deiectione ſine ſufficienti præmonitione, aut alterius rei, quæ nocere poſſit in ueſtibus, corpore, aut in alia re, ſoluitur duplum, & in defectum eius, qui illud dedit, ſoluit id caput eius domus. 697. num. 15

Damnum ſi datum ſit concurrentibus multis, occidentibuſq; ſeruũ alienũ, aut animal aliud alienũ, nec conſtet ex cuius vulnere interierit qualiter ciuiliter competat actio l. Aquiliæ aduerſus oẽs, aut ſingulos. 697. nu. 38

Damnum arborum cæſarum licet actio arborum cæſarum pœnalis ſit quoad incrementum ſupra id damnum; & actiones pœnales ſolum concedantur intra annum vtilem; hæc tamen perpetua eſt. 699. nu. 4

Damnũ quod carens vſu rationis dat, quin & puer infantiæ proximus, reſarciendum non eſt. Quando tamen puer poſt ſeptẽnium damnum daret culpa theologica, lethale præſertim, licet non competeret actio legis Aquiliæ ad pœnam, reſarcire tamen illud tenetur in conſcientiæ foro. 697.n.7

Damnum ex eo ſequutum, quod quis canem cõcitet in aliquem, aut ferocem canem ſoluit vt noceat vel illũ deferat, non valendo illum comprimere, ſimiliter eſt reſarciendum. Et quando idem ſit dicendum de cane fero ci inſeruiente ad cuſtodiam, quando non item. Idem de damno ſequuto ex concitatione, ſeu irritatione alterius beſtiæ, quæ nocere ſoleat. 697.n.27

Damnum datum culpa iuridica abſque culpa theologica, non ſolum quoad incrementum l. Aquiliæ ſtatutũ, ſed ẽt quoad damnum ipſum, non eſt obligatio reſtituendi in foro conſcientiæ ante latam ſententiam in exteriori foro. 698.num.6

Debita maioratus inſtitutoris ex vniuerſa hæreditate, ẽtſi legata aliqua ſimul relinquat, tenetur non ſolum primus ſucceſſor, ſed etiam ſequentes, ſi primus id nõ præſtitit, ſoluere, etiamſi neceſſe ad id ſit, aliquid alienare de vinculo. 640 num.1

Damnum ex crimine falſi iniuſte datum, in exteriori & in conſcientiæ foro eſt reſtituendum. Teſtis tamen, qui iuſſus teſtificari, veritatem ſubticuit, crimen falſi incurrit, non tamen tenetur reſtituere ei, quem non adiuuauit, detrimentum, quod vitaſſet: quia ſolum peccauit contra caritatem, & obedientiam, non vero contra iuſtitiam. 700.num.4

Damnum occiſionis mancipij alieni culpa ſaltem leuiſſima, aut pecudis alienæ, reſarcitur lege Aquilia ſolutione ſupremi valoris, quem ea res habuit intra annũ retro, vſque ad punctum occiſionis. Et quid pecudis nomine quoad hoc intelligatur. 697.n.30

Damnum dantem culpa ſolum leui aut leuiſſima, qui aſſerant teneri illud reſtituere in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia. 698.n.2

Damnum in mancipio, ex eo ſecutum, quod quis illi ſuaſit, vt ſe exponeret alicui periculo, vel quod illud impulerit, vel aliter fuerit illi cauſa aut occaſio damni, lege Aquilia reſarcitur. 697.n.26

Damnum dantem dolo aut lata culpa, qui aſſerant teneri illud reſtituere in conſcientiæ foro ante latam ſententiam: non dantem vero illud culpa ſolum leui aut leuiſſima. 698.num.1

Damnum datum ſi quis coram iudice neget, & conuincatur poſtea teſtibus, cogitur & damnum & pœnam l. Aquiliæ ſoluere duplum: ſecus ſi ſua confeſſione, etiã iuramento ei adhibito conſtet. Minor in integrum reſtituitur, vt non ſoluat duplum. Maritus vero ſi de damno in bonis vxoris, aut vxor in bonis mariti, conuincatur, ſolum ſoluunt ſimplex damnum, ſine vlla prorſus pœna. 697.num.36

Damnum ex re aliqua ſi quis ſibi caueri petat ab eo, quẽ credit illius dominum, ſi alius dicat, ſe eſſe dominum tunc qui caueri petit, eligere debet, quem eorum maluerit, vt is ſolus caueat, ſed ſine fideiuſſoribus. 703.num.17

Damnum ſi datum ſit in ſeruo legato in ſingulari (idem de quacunque re alia legata in ſingulari) poſt delatam hæreditatem, & ante eam aditam, vel poſt illam aditam, ad quem actio legis Aquiliæ ratione eius damni attineat. 697.num.46

Damnum dediſſe ſi quis ſit confeſſus, & poſtea probet nullum tale damnum fuiſſe datum abſoluitur. Si vero id damnum fuerit datum, eſto probet ſe illud non dediſſe, nõ abſoluitur, niſi probet quis illud dederit. 697.num.37

Damnum quodcunque aliud datum eidem mancipio aut pecudi, & vniuerſim quodcunque aliud damnum quibuſcunque alijs rebus culpa datum, reſarcitur lege Aquilia in maiori valore, quẽ ea res habuit triginta diebus, vſq; ad punctum talis damni dati. 697.n.31

Damnum timens, poſtulat decretum iudicis, vt de damno caueatur, aut relinquatur res, vnde timetur, ei, qui illud timet. Id decretum denunciatur domino rei, vnde timetur, ſi contumax ſit, neutrum præſtare, alter mittitur in poſſeſſionem rei illius primo ex primo decreto, & deinde, perſeuerante contumacia, ex ſecundo. Atq; ex tunc ea res efficitur omnino illius, neque alteri permittitur cauere de damno. 703.n.53

Damnum licet diſtinctum quid ſit à furto & rapina, ex eis interdum oritur, & cum eis eſt coniunctum. 697.num.3

Damnum ſi immineat domino prædij ex ædificio ab aliquo in eo ratione ſeruitutis debitæ facto, qui id ædificium fecit, cauere ſolum debet, non vero fideiuſſores præſtare. 703.num.19

Damnum ex re eiecta, aut effuſa, ſi datum ſit, quanto tempore competat actio aduerſus caput domus, aut aduerſus eum, qui illud dedit, tum quando damnum datum eſt in corpore, tum etiam quando datum eſt in alijs rebus, & num actio ad hæredes & aduerſus hæredes trãſeat. 710.num.6

Damnum timens, quando mittitur ex primo decreto in poſſeſſionem domus vnde id timet, etiam in ſoli poſſeſſionem mitti debet, eſto ea domus ſuperficiaria ſit. Et quando mitti debeat etiam in poſſeſſionem partium, quæ non minantur ruinam, quando non item. 703.num.57

Damnum ſi ex arboribus & aggeribus timeatur, in quãtam partem eius fundi mitti is debeat in poſſeſſionem, cui non cauetur. 703.n.58

Damnum datum in domo vicina ei, quæ exuritur, ne incẽdium illam & alias deſtruat, reſarcire contribuereve ad illud ſoluendum, non tenentur illi, in quorum commodum id cedit. 637.n.5

Damnum iniuſte datum culpa theologica veniali, reſtituendum eſt in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia. 698.nu.7

Damnum ſi inquilino immineat ex domo conducta, aut ex alia locatoris, licet cautionem de damno infecto petere non poſſit, quo iure, & quando, agere poterit aduerſus locatorem. Et quando deſerere poſſit domum. Si alteri domui inquilini inde damnum immineat, cautionem damni infecti petere poterit. Si à re aliena dãnum immineat domui conductæ, locator & inquilinus cautionem damni infecti petere poſſunt. 703.numero 43

Damnum timens quando mittitur ex primo decreto ſi negligens non fuit & corruit id, vnde damnum timebatur, mittitur in poſſeſſionem ſoli, & remanentium, dum non ſoluitur damnum acceptum, & expenſa, & non cauetur de damno, ſi quod ſequetur. 703.num.56

Ob Damnum datum animali, quando dominus non teneatur. 712.num.10

Dam-

Damnum ſi det animal per aliquid aliud, vt per plauſtrũ, tenetur dominus talis animalis. Si vnum animal aliud concitauit, & concitatum ea de cauſa damnum det, dominus concitantis tenetur, & non dominus concitati. Si animal aggrediens damnum alteri animali det, dominus illius tenetur. Si vero animal inuaſum damnũ inuadenti det, dominus animalis inuaſi ad damnum non tenetur. 712. nu. 4

Damnum qui aſſerant abſque culpa theologica datũ, non eſſe reſtituendum in foro conſcientiæ ante latam ſentẽtiam. Damnum vero culpa theologica lethali datum integre eſſe reſtituendum. Datum autem culpa ſolum veniali, pro parte ſolum eſſe reſtituendum. Excipiunt, quando ex damno, etiam nulla culpa dato, qui id dedit eſt factus locupletior, nam tunc ad id tenetur nulla expectata ſententia. Et quando mancipiũ culpa ſua theologica damnum dedit: nam tunc dominus vel tenetur mancipium noxæ dare, vel id damnum reſtituere. 713. num. 2

Damnum quando dedit animal, & dominus interrogatus in iudicio an ſuum id eſſet animal, neganter reſpondiſſet, tenetur ſoluere integrum damnum. 712. n. 11

Damnum vnde oriatur. 697. num. 2

Damnum ſequutum, de quo fuit cautum, quam moderate æſtimandum, vt ſoluatur. 703. n. 50

Damnum datum culpa iuridica abſque culpa theologica, idque quod lex Aquilia inſuper ſolui ſtatuit, non in pœnam eſt ſtatutum, neque ſtatui potuit, ſed in commune reipub. bonum. 698. n. 5

Damnum ſi ſequatur ex ruina domus, aut alterius rei, neque qui eſt paſſus in re ſua, caueri ſibi de eo petierat, dominus domus, quæ corruit, ad nihil ei tenetur, ſi illi relinquantur rudera, quæ corruerunt ac damnum id dederunt, neque tenetur ea extrahere. Quod ſi extrahere illa velit, tenetur omnia omnino extrahere, & ſoluere damnum datum & cauere de dando ex illorum extractione. 703. num. 2

Damni infecti ſi vſque ad certum diem ſit cautum, & ante eum diem corruit id, vnde damnum timebatur, & quaſſauit aliquid, quod poſt eum diem decidit, ſoluendum id damnum. 703. n. 22

Damni infecti cauendo multis, qui ius habent in re, cui dãnum timetur, non plus illis cauere debet, quam vni ſoli, qui integrum dominium rei illius haberet, quia ſingulis cauere debet quo ad ſuum partiale dãnum. 703. num. 37

Damni infecti ex ædificio publico, aut ex loco publico, nõ cauetur. Recurritur tamen ad principem aut ad poteſtatem aliam publicam, vt periculo ſufficiẽter ſubueniat, aut ut id non deſtruat. 703. n. 14

Damni infecti quia non eſt cautum, eo ipſo quod quis mittitur in poſſeſſionem rei alicuius ex primo decreto, incipit illa habere rationem quaſi pignoris prætorij, vt diſtinguitur à iudiciali, & neque ex lata culpa tenetur ſi illam non reficiat, niſi forte quando dominus eſt abſens. 703. nu. 61

Damni infecti qui cauet nomine proprio, non dat fideiuſſores: qui vero nomine alieno, quod alius, ad quem id ſpectat ſoluet damna ſi euenerint fideiuſſores dat, quod ille ſoluet. 703. n. 16

Damni infecti cautio vni præſtita quoad vnam ſuam domum ruinoſæ vicinam, non ſe extendit ad aliam, ſi illam de nouo acquirat prope eandem domum ruinoſam. Neque cautio præſtita ei circa vnam partem domus, ſe extendit ad partem eiuſmodi domus, ſi ei adiudicetur. 703. num. 34

Damni infecti cauet, qui vias publicas priuata autoritate in ſuum commodum munit: ſecus ſi autoritate publica. 703. num. 15

Damni infecti duobus habentibus eandem domum pro indiuiſo, ſingulis cauetur de dimidio damni: habentes itẽ duo eãdem domũ ruinoſam pro indiuiſo, ſinguli cauent de dimidio damni, quod inde obuenerit. 703. n. 38

Damni infecti viciſſim cauere debent, qui habent res vnde viciſſim damnum timetur. 703. n. 23

Damni infecti cauere debet, etiam qui habet aliquid ſolidum, quando ex remotiori ædificio imminet damnum, quod id ſolidum ſuſtinere & impedire non poterit: domino tamen illius ab alio eſt cauendum, tum de ſuo dãno, tum etiam de cautione, quam ipſe præſtat. 703. num. 25

Damni infecti qui ex vna cauſa cauit, ſi ex alia damnum proueniat, tũc tenetur ille reſarcire damnũ. 703. n. 46

Damni infecti, qui cauit, ſi poſt cautionem id prædiũ alienauit, & ex illo ſequutum eſt damnum, qui cauit tenetur ad illud. Nouus vero ſucceſſor non, niſi ab illo etiã petita & præſtita fuerit cautio. Quod ſi prædium fuiſſet alienatum poſtquam alius fuerat in poſſeſſione illius ex primo decreto, retinet poſſeſſionem eius, quod ex eo prædio remanet, niſi exoluatur damnum acceptũ & expenſæ, & ei caueatur de damno futuro. Si vero alterius perſeueret contumacia, mittitur ex ſecũdo decreto, comparatque poſſeſſionem ciuilem & naturalẽ, ac dominium, niſi dominium ad alium quartum pertineret. 703. num. 64

Damni infecti ob non præſtitam cautionem miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, comparat eo ipſo poſſeſſionem ciuilem & naturalem, præſcribereque cum titulo incipit rem illam, ſi erat alicuius tertij. Si vero erat proxime illam poſſidentis, comparat etiam dominium. Neque poſt ſecundum decretum locus eſt cautioni: niſi locus ſit beneficio reſtitutionis in integrum. 703. num. 69

Damni infecti cui non eſt cautum, miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, non poſſidet eam rem, ſed ſolum legitime illam tenet, ac poſſeſſio perſeuerat apud illum alium: vnde alius poteſt eam præſcribere, & non poſſidens ex primo decreto. 703. n. 62

Damni infecti ob non præſtitam cautionem ſi multi ſimul, aut ſucceſſiue vnus poſt alium, petãt mitti in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, mittendi ſunt, non æqualiter, ſed iuxta proportionem damni, quod quiſque timet ex ea re, ad damnum, quod alij timent. Si vnus eorum fecerat in ea re expenſas, alij in eadem proportione contribuere illi debent, quod expendit. 703. num. 71

Damni infecti ob non præſtitam cautionem iuſto mitti in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi reſiſtat tertius aliquis, quando aduerſus illum & aduerſus poſſeſſionem prædij competat actio, & quando aduerſus ſolum tertium reſiſtentem. Qui ſi mancipium ſit, quando dominus noxæ teneatur illud tradere. 703. numero 67

Damni infecti cautionem petere poteſt, quicunque ius aliquod habet in re, cui damnum timetur, quo ad id præciſe damni, quod ſibi poteſt prouenire. 703. numero 36

Damni infecti non tenetur præſtare fideiuſſores, ſed ſatis

tis eſt ſi promittendo caueat, qui rem poſſidet, quā bona fide à non domino comparauit. 703. n. 21

Damni infecti ſi multi domini diuerſorū prædiorum aut vnius prædij, caueri ſibi poſtulent ratione alterius prædij, ſiue ſimul, ſiue vnus poſt alium, id petant, omnes ſimul & æqualiter mitti ex primo decreto debent in poſſeſſionem eius prædij. Si tamen prius miſſus, poſterius petenti caueat, is in poſſeſſionem nō mittitur. 703. num. 60

Damni infecti ſi de pariete caueat vnus alteri duorum, qui illum habent pro indiuiſo non tenetur ex ea cautione, niſi ipſe ſolus onerauerit eum parietem, idq; in cauſa fuerit damni. 703. n. 29

Damni dati ratione actio quæ competit domino, & hæredibus, illius quoad damnum, & quoad pœnam, ſi his à domino fuerat conteſtata, quatenus competat etiā vſufructuario, vſuario, poſſeſſori rei bona fide, depoſitario conductori, & commodatario. 697. n. 44

Damni infecti ob non præſtitam cautionem à creditori ex re, quam in pignus habebat ſi quis miſſus ſit in eius poſſeſſionem ex ſecundo decreto, præfertur ei creditori, qui eo ipſo amittit ius, quod in ea re habebat. Quādo autem creditor illam habebat hypothecatam, neque ab illo petita fuit cautio ſed à domino rei præfertur creditor, quo ad hypothecariam actionem, modo ſoluat expenſas in ea re factas à miſſo in poſſeſſionem illius, ex ſecundo decreto. Quas tamen creditor ille non ſoluere non teneretur ei, qui titulo emptionis dominium & poſſeſſionem eius rei eſſet conſequutus. Et quę ſit diuerſitatis ratio. 703. n. 73

Damni infecti ob non præſtitam cautionem miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, ſi inde expellatur, aut regrediens ad eam rem non admittatur, quæ actiones aduerſus repugnantem competant. 703. n. 70

Damni infecti cauere debet, qui ædificat, ſi inde damnum imminet, eſto qui eam cautionem petit, aliunde agat ad impediendum id ædificium. 703. n. 35

Damni infecti qui ſibi caueri petit, tot res de calumnia iurare aēt, quoties id petit. Et quid de procuratore, quādo per procuratorem id petit. 703. n. 7

Damni infecti cautio locum non habet ex ſolo ſuapte natura ruinoſo. Si vero timentur ex ædificio in eo ſuper poſito, locum cautio habet. 703. n. 24

Damni infecti, ſi caueri petatur ex re, circa quam duo cōtendunt, is cauere debet, qui eam poſſidet, alioquin is, qui ſibi caueri petit, in poſſeſſionem mittitur ex primo & ſecundo decreto. Quod ſi qui in poſſeſſione erat, uincatur, & aliquod damnum ſequutum ex re illa ſoluat, qui vicit, id ei reſarcit. 703. n. 18

Damni infecti ob non præſtitam cautionem miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, à iudice, & quando mitti debeat ex ſecundo decreto. Minori & abſenti reipublicæ cauſa, reſtitutio in integrum aduerſus eam miſſionē conceditur. 703. n. 68

Damni infecti ſi caueri petatur ex re pertinente ad vnum quo ad proprietatem, & ad alium quo ad dominium vtile, vſūfructum, ſeruitutem, aut aliud ius in re, ſatis eſt ſi proprietarius caueat ſine fideiuſſoribus: quo dato, cæteri cauere ei tenentur ſine fideiuſſoribus pro rata dominij vtilis, aut iuris, quod in re habent. Cæteri ſi ſine proprietario caueant, fideiuſſores præſtare tenentur. Nullo cauere volente in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto is mittitur, qui caueri ſibi petit. Nullus vero ſuum ius, aut dominium partiale amittit, niſi cauere requiſitus, ipſe non caueat. Et quando is, cuius loco ab alio eſt cautum, niſi caueat ei, qui integre cauit, aut ſoluat ei partem damni, quod pro eo ſoluit, amittat illi partem dominij, aut ius, quod in ea re habet. 703. nu. 20

Damni ſi vnus caueat, & alter non, duorum, qui dominium eiuſdem rei habent, is, cui non cauetur, mitti in poſſeſſionem debet partis eius duntaxat, qui non cauet. 703. num. 59

Damni infecti non valet cautio, neque ſoluere tenentur damnum vnus alteri, quando conuenerunt, vt communis paries deſtrueretur, & reædificaretur, etiamſi habeant proxima prædia, quibus id noceat. Cauere tamē tenentur alijs vicinis. Si non errore iuris, ſed ex ſpontaneo infecto, tunc tenentur. 703. nu. 32

Damni infecti cautionem petere ad venditoremne, an ad emptorem rei, cui damnum imminet, interim dum res emptori non eſt tradita, ſpectet, & alia circa id. 703. nume. 42

Damni infecti cauendum non eſt ei de quo conſtat à non domino comparaſſe id, cui damnum imminet, neque cautio bona fide ei antea præſtita eſt valida. Cui vero comparauit bona fide aliquid, vnde damnum timetur, cauere debet aut relinquere eam rem. 703. nu. 40

Damni infecti ſi duobus, habentibus commune id cui dānum timetur, cautum ſit, ſi poſtea vnus comparet partem alterius, tranſit in illum cautio eius partis præſtita, ſi cautum fuerat ei & ſucceſſoribus: ſecus ſi ſucceſſores non fuerant expreſſi. 703. nu. 41

Damni infecti denunciatione facta vt caueatur intra certum terminum, nec præſtita cautione, qui timet damnum, mittitur à iudice in poſſeſſionem rei illius ex primo decreto. 703. nu. 55

Damni infecti ſi ſeruus, communis duobus, ſtipuletur quo ad domum vtrique communem, cenſetur pro vnoquoque eorum ſtipulatus quo ad partem, quam in ea domo habet, eſto maiorem aut minorem partem proportionalem dominij in eo ſeruo habeat. 703. nu. 39

Damni infecti neuter alteri cauet, neque nocet cautio, ſi ſit data, ſi habeant dominium pro indiuiſo eiuſdem ædificij quod minatur ruinam, eſto alter eorum proximū habeat aliud prædium, quod inde etiam periclitetur. Et cur id ita habeat. 703. nu. 29

Damni infecti ſi quis alteri cauit circa demolitionem parietis vtrique communis, quando ad damnum ſecutum teneatur demoliens, quando nō item. Et demolitionis expenſæ num ab vtroque ſoluendæ. 703. nu. 31

Damni infecti non cauetur ei qui illicite ædificauit iuxta aliud ædificium, & qui illicite eſt paſſus ædificari ædificium iuxta ſuum. 703. nu. 45

Damni infecti ex eodem ædificio cauere tenetur proprietarius vſufructuario habenti proximum aliud prædiū, quando ex ſolo imminet periculum ei prædio. Et fructuarius proprietario habenti proximum prædiū, quādo ex aliquo, quod de nouo ædificet in ædificio, in quo habet vſumfructum, imminet periculum proximo prædio. Alter vnius alteri cauere non tenetur. 703. n. 27

Damni infecti ſi iudex caueri nō præcipit, requiſitus dum pro tribunali ſederet, aut poſtea requiſitus non iuſſit mitti in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto & reliqua neceſſaria præſtari, actio in factum ad intereſſe competit ad aduerſus illum, quæ ad hæredes & aduerſus hæredes tranſit. 703. nu. 51

Damni infecti qui cauit ob vitium rei ſuæ, ſi ſequatur dam-

damnum,non ex eo vitio,ſed caſu fortuito,non tenetur de eo damno,niſi ob id vitium ex eo caſu fortuito ſit ſequutum.703.num.49

Damni infecti denunciatio vt caueat, qualis ſufficit, & quot modis fieri poſſit.703.n.54

Damni infecti intra quantum tempus, & vſque ad quem terminum caueri debeat, Iudex cauſa cognita, ſtatuere debet. Et poteſt,ſi res diſtent,delegare id iudici inferiori. Et quid ſi cautio præſtita ſit nullo termino pręfixo.703.num.9

Damni infecti quia non eſt cautum miſſus in poſſeſſionem ſi animo illam non deſerendi recedat eam non amittit: ſecus ſi animo illam deſerendi: quod non præſumitur. 703.num.63

Damni infecti qui cauit ex opere, quod facere intendebat, ſi ipſe id non fecit, nec mandauit, nec ratum habuit, nec factum ſit ab eo, quem ipſe prohibere potuerit, non tenetur de damno inde ſequuto. 703. numero 47

Damni infecti ſi caueri coram iudice ſit petitum, & dum iudex deliberat, damnum ſequatur, competit actio in factum aduerſus dominum rei, vnde damnum prouenit,vt vel illud reſarciat, vel rem relinquat damnũ ex ea paſſo.703.num.52

Damni infecti qui cauit ob aliquod ſuum prædium,ſi aliquid in eo efficiat vtendo iure ſuo, vnde detrimentum vicino prædio proueniat,nõ tenetur de eo damno.703. num.48

Damni infecti ſi procurator alicuius,ei, cuius eſt procurator,caueri petat,cauendum ei eſt, modo procurator de rato caueat. Et quid proteſtari is debeat,qui ita cauet. Quod ſi procuratori tunc non caueatur,mitti debet in poſſeſſionem rei,vnde damnum timetur, ſicut mitti deberet is,cuius eſt procurator.703.n.8

Damni imminentis domui alicui qui cauit, tenetur de dãno ſequuto rebus mobilibus,aut ſe mouẽtibus, in ea repertis,modo ad certos quoſdam pertineant.703.n.44

Damni infecti ob non præſtitam cautionem iuſſo mitti in poſſeſſionem ex primo decreto,ſi reſiſtatur,quæ actiones ad intereſſe ei competant. Illæ ceſſant,ſi illi caueatur,aut admittatur in poſſeſſionem ex primo decreto. Competit vero actio perpetua tranſiens ad ſucceſſores in prædio,ex quo eſt cauendum.703.n.66

Damni dati non in recompenſationem,quod iure humano eiuſmodi omnes ſoluere interdum præcipiuntur, non tenentur illam ſoluere ante latam ſententiam. 713. num. 5

Damni infecti cautio ſi offeratur miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto,tenetur eam admittere,modo ei ſoluantur damnum ſequutum,& expenſæ vtiles factæ, & caueatur de damno futuro.703.n.65

Damni infecti ob non præſtitam cautionem ſi quis miſſus ſit poſſeſſionem alicuius prædij ex ſecundo decreto, & qui illud ea ratione amiſit, habeat aliud prædium vicinum,ratione cuius petat ſibi caueri,nõ tenetur pręſtare ei cautionem.703.n.72

Damni dati in compenſationem,quod prædicti omnes iure humano ſoluere præcipiuntur, ſoluere non tenentur ante latam ſententiam.713.n.6

Damna ſi de induſtria cuſtodis abſque domini culpa ſint data, totum damnum ad pœnam tenetur ſoluere cuſtos. In defectum vero illius, dominus animalium ſolum tenetur ſoluere damnum, vel tradere pro illo animalia noxæ. Ad idem tenetur, ſi culpa leui cuſtodis ſit datum. Si vero leuiſſima aut nulla paſtoris culpa ſit datum,cuſtos ad nihil tenetur: dominus vero ad alterũ duorum,quæ dicta ſunt,tenetur.697.n.21

Damna ex eo ſecuta, quod quis animalia aliena fugauit,aut ita vrſit, vel minatus eſt,vt præcipitarentur, diſparerent,abortum facerent, aut aliud detrimentum acciperent,vel ipſa inferrent,ſimiliter eſt reſarciendũ. 697.num.29

Damna culpa mancipij,ſed abſque domini culpa data,an dominus ſoluere teneatur ante latam ſententiam, aut tradere mancipium noxæ. 711.n.12

Damna ſecuta animali reperto in prædio alieno ex eo quod id animal excludatur,quouſque ſoluenda & quatenus prohibitum ſit tale animal excludere.691.n.23

Damna quæ abſq; iuridica culpa, quorum proinde ratione non competit actio legis Aquiliæ.697.n.4

Damna ab animalibus, cuſtodis aut domini culpa data, quouſque ſoluenda.712.n.1

Damna ſecuta ex eo, quod quis miſericordia motus, ſoluat ſeruum, quem dominus ligatum tenebat, reſarcit lege Aquilia. Si verò ex odio domini aut alia ſiniſtra intẽtione illum ſoluerit,tenetur ex furto. 697. num.18

Damna iniuſta,quæ milites in exercitu dant,quando qui illa exequuntur & quando omnes, teneantur ea reſtituere,hoc eſt,ſinguli ea integra, in defectum aliorum. Et cur non tanto rigore ſinguli præcipiendi ſint reſtituere, ſed vnus quiſque moderatè prudentis arbitrio. 734. num.3

Damna ſecuta ex aduſtione,permixtione vino, tritico, ẽt ſeminato, aut alteri rei, lege Aquilia reſarciuntur. 697.num.25

Damna data in aliorum prædijs, pecudibus aut armẽtis, de induſtria,diuerſimode puniuntur iure communi,Caſtellæ,ac Luſitano.697.n.20

Damna ſecuta iudicum, collectorum tributorum, & aliorum miniſtrorum publicorum culpa circa pignora & alia,reſarcire illa tenentur lege Aquilia 697.n.19

Damna mercibus aut naui, ex eo ſecuta,quod quis ſua culpa nauem perforaſſet, lege Aquilia reſarcienda ſunt. 697.num.24

Damnatus.

Damnatus etiam ad mortem naturalem,meliorare in hoc regno poteſt, & inſtituere maioratum. Idem in Luſitania, excepto, ſi damnatus ad mortem naturalem ſit. Nam in eo regno neque meliorare in tertio, neque maioratum inſtituere poteſt.605.n.2

Damnatorum ad mortem & aliorum ſeruorum pœnæ bona quouſq; de iure communi varijs tẽporibus pertinerent ad fiſcum,inteſtabileſq; eſſent, aut conſanguineis eorum à fiſco relinquerentur. Et quid in hoc regno ſancitum hodie ſit. 605.n.1

Debitum.

Debita quæ anteceſſor in maioratu non pro neceſſitate,neque vtilitate maioratus contraxit, ſoluere non tenetur ſucceſſor in maioratu de bonis maioratus. Neq; aliter ad illa tenetur,quam ſi hæres illius extiterit, idq; pro rata portionis,in qua hæres extiterit.641.n.6

Debita in vtilitatem maioratus,aut pro Reipub.vtilitate ex Regis facultate cõtracta,obligatis ad illa bonis maioratus,ſoluenda ſunt à ſucceſſoribus in maioratu,alienariq; ad ea ſoluenda poterunt ex eadem Regia facultate bona aliqua maioratus.641.n.1

Debita contracta pro fructibus ex maioratu percipiẽdis

non tenentur ſoluere ſucceſſores. Si tamen concernerent vtilitatem ſequentium maiorem in eadẽ maioratu contribuere vnuſquiſque cogi poſſet pro rata ſuæ vtilitatis. 641. nu. 2

Debitor ſi vi eripiat pignus de manu creditoris, dominiũ illius amittit in pœnam creditori, inſtar pœnæ l. ſi quis in tantam. 682. nu. 23

Debitor, qui lucrando in ſeculo ſaltem ſuo laboret & induſtria ſatisfacere debitis poteſt, ingredi non poteſt religionem, neque in ea poteſt recipi prætermiſſa reſtitutione. 758. nu. 1

Debitor ſi religionem profiteatur debitis non ſolutis, tenetur, ſi qua via poſſit aliquid intra monaſterium lucrari, illud reſtituere, neque impediri à prælato quo ad id poteſt. Si quid vero ad monaſterium deuolatur ratione talis religioſi, ante omnia de illo ſatisfaciendum eſt debitis. Et quatenus, ſi in monaſterio ſpes non ſit ſatisfaciendi, ſit vero quod regreſſus ad ſeculum ſatisciet, quatenus regredi teneatur, aut non teneatur. 758. nume. 2

Debitori quando competit actio aduerſus furem, & quando competat creditori. 696. nu. 9

Delinquens.

Delinquens in Regis filios in Regno non ſucceſſores vt puniendus. 658. nu. 8

Depoſitarius.

Depoſitarius, conductor & commodatarius, qui finito contractu rem petitam non reſtituunt, ſed expectant ſententiam definitiuam, in pœnam incidunt inſtar l. ſi quis in tantam. 682. nu. 22

Deportatio.

Deportatio vt hodie non eſt in vſu, ita neq; confiſcatio bonorum in conſequentiam deportationis. 682. nu. 13

Deportationis pœna annexam habebat de iure communi pœnam confiſcationis omnium bonorũ, niſi deportatus haberet deſcendentes aut aſcendentes, vel etiam collaterales vſque ad tertium gradum. 682. nu. 13

Detentor.

Detentor idem iniuſtus rei alienæ ſi res erat vſu conſumptibilis, quæ ſufficienter reſtituitur alia eiuſdem ſpeciei & bonitatis, eamque vendidit quãdo plus valebat, experientiaque compertum eſt, dominum illam fuiſſe ſeruaturum in tempus, quo minus valet ſufficienter reſtituitur tempore, quo minus valet, alia eiuſdẽ bonitatis, lucrumque illud incrementi illius valoris pertinet ad iniuſtum detentorem, tanquam fructus ſuæ induſtriæ. 725. num. 7

Detentor idem iniuſtus reſtituere tenetur rem in valore, quem habebat, quando perijt, aut conſumpta fuit, eſto dominus venditurus eam antea fuiſſet in minori valore. 725. num. 6

Detentor idem iniuſtus rei alienæ ſi res conſumatur, aut pereat, non tenetur reſtituere maiorem valorem, quem poſtea fuiſſet habitura; tenetur tamen illi reſtituere quodcunque lucrum ei ceſſaret, aut damnum emergeret, ea de cauſa in futurum. 725. nu. 5

Dignitas.

Dignitas eadem ſimpliciter ſine alia expreſſione cõceſſa, expirat cum eo, cui eſt cõceßa, niſi à principe vlterius prorogetur, & quando prorogari ab eo cenſeatur. Conceßa item alicui, filio illius, ac nepoti, expirat illis defunctis. 581. nu. 4

Dignitas eadem alicui & ſuis deſcendentibus ac ſucceſſoribus conceſſa, tranſit ad omnes, ad quos iuxta conceſſionis formam ſe extendit. Sed indiuiſa tranſit ad primogenitum tanquam maioratus. Et alicubi eſt conſuetudo, vt licet ad vnum ſolum tranſeat, deſcendentes tamen omnes ex illa nuncupentur. 581. nu. 5

Dignitas eadem ſi concedatur cum oppido, aut cum alio territorio, accipienti & ſucceſſoribus illius, vtrunque iure maioratus deriuatur in perpetuum inſtar regni. Et vtrumque in Luſitania legi mentali eſt ſubiectũ, niſi ab illa concedatur exemptum. ibid. nu. 6

Dignitas eadem, ſi alicui in titulum concedatur in aliquo ſuo oppido, aut oppidis liberis, partibilia manent, nec maioratus rationem ſubeunt, & dignitas cum eo, cui fuit conceſſa, expirat, niſi aliud ſit expreſſum. 581. numero 7.

Dignitas eadem ſi ſimul donetur ad vitam ſolum accipiẽtis, ſed cum oppidis ſibi ac ſucceſſoribus, oppida rationem maioratus non habent, ſed partibilia ſunt, eſto filius eandem dignitatem poſtea à Regẽ obtineat. Secus in Luſitania. ibid. nu. 8.

Dignitas eadem ſi in vno oppido ſibi et ſucceſſoribus concedatur, & ſimul donentur alia oppida, illud, cui annexa eſt ea dignitas, rationem maioratus obtinet: reliqua partibilia ſunt. In Luſitania omnia ſubeunt maioratus rationem. ibid. n. 9

Dignitas ſi conceſſa ſit cum oppidis in feudum, maior natu ſuccedit in dignitate, & in omnibus oppidis, eſto partibilia ſint quoad commoditatem, ſoluendo legitimas fratribus in alijs bonis, aut ex ſola oppidorum cõmoditate. Secus res habet extra feuda. ibid. n. 10

Dignitas preſſe, vt à perſonatu, preſſe etiam ſumpto, diſtinguitur, quid. 620. n. 1

Dignitatis qui incapax eſt directe & in ſe, non eſt incapax illius quando eſt annexa ad aliquid aliud, cuius ſit capax. ibid. num. 5

Dignitatis, iuriſdictionis, iudicãdi, & officij publici, licet ſit incapax mulier, non tamen eſt, quando id annexũ eſt regno, alteri maioratui, aut quibuſuis alijs bonis, quorum ita ſit capax. ibid. nu. 5

Dignitatum quarum infames ſunt incapaces. Talis erit dignitas inſtituta à republica cum reditibus acceſſorijs dignitati. Et non quaſi ipſa acceſſoria ſit reditibus. 620. num. 7

Diſcrimen.

Diſcrimen quoddam inter reſtitutionem, & eam ſatisfactionem, quæ pars eſt ſacramenti pœnitentiæ. 715. numero 12.

Diſpenſatio.

Diſpenſatus ad obtinendam præbendam vnam integram in aliqua Eccleſia, ſi in ea ſint præbendæ aliquæ diuiſæ in duas, aut in plures, non poteſt vi talis diſpenſationis obtinere dimidiam, aut aliam minorẽ partẽ. 591. nu. 3

Diſpenſatus ad permutandum ſuum beneficium cum alio, non poteſt illud permutare cum duobus. 591. nu. 4

Diſpenſatus ad duo, vti ea diſpenſatione poteſt ad vnum eorum ſolum. 591. nu. 11

Diſpenſare non poteſt Summus Pontifex, vt matrimoniũ nullum ob impedimentum iure humano dirimens, fuerit legitime celebratum. Et licet cum prole diſpenſare poßit quoad canonicas inhabilitates, vt habeatur ac ſi fuiſſet legitime nata, idque etiamſi impedimentum iure diuino eſſet dirimens, non tamen, quoad inhabilitates ciuiles, de quarum numero eſt ſucceßio in maioratu. 624. nu. 3

Diſpenſet ſi ſummus Pontifex, vt qui inualide ob impedimentum

mentum iure humano dirimens contraxerunt, prolemque ſuſceperunt, poſſint denuo legitime contrahere, non cenſetur legitimare prolem antea ſuſceptam, aut cum illa diſpenſare in inhabilitatibus. 624.nu.3

Dominus.

Dominus rei vendicare eam poteſt ex quocunque, apud quem illam repererit, nullo ei perſoluto pretio, eſto ille pretio illam comparauerit; neque tentor poteſt eam illi denegare, ſi ſciat dominum illius eſſe, ſed agere de euictione poterit aduerſus venditorem. 721.nu.1

Dominium & poſſeßionem eſſe in ſuſpenſo, nullum eſt abſurdum. 634.nume.7

Donatio.

Donatio quinti facta extraneo contractu, ſtatim eſt irreuocabilis, etiamſi non ex cauſa onerosa fiat, neque ſit facta traditio. Si ſit ſimplex, inſinuatione indiget. Si ea donans inteſtabilis reddatur, eſt nulla. 583. numero 13

Donatio facta filio ſub poteſtate conſtituto vt ſit valida, neceßaria eſt traditio, reuocarique poteſt. 583. nume. 14

Donatio deſcendenti poſſeſſoris maioratus de bonis coronæ regni legi mentali ſubiectis, quouſque valida, & quædam circa hæc. 630.nu.4

Donata in Luſitania à Regibus de corona Regni, legi mẽtali valde arctę ſubijciuntur, & quid ea lex contineat, & quando ſubiecta ei legi non ſunt. 576.nu.10

Dos.

Dotis fructus diſsoluto matrimonio, quouſque ad maritũ hæredesve mariti, & quouſque ad vxorem, hæredesve vxoris attineant. 635.nume.6

E

Eccleſia.

Eccleſia tenetur ſoluere tributum aut perſona eccleſiaſtica ex re, quæ affecta iam aliquo tributo tanquam onere mere reali, ipſius rei, ad ipſam pertranſit. 672. nume. 3

Eccleſiæ adminiſtratores ſi vi aliquid vſurpent nomine eccleſiæ, eccleſia in nullam prædictarum pœnarum incidit, ſed adminiſtratores ipſi de ſuo illas ſoluere tenentur, etiam de reditibus ad ipſos attinentibus, alioqui luunt in corpore. 682.nume.29

Eccleſiæ & eccleſiaſtici ad quæ contribuere non teneantur, eſto ſint in commune bonum ipſis cum laicis, & ad quæ contribuere teneantur, & à quo ad id compellendi. 672.nume.4

Eccleſiæ & eccleſiaſtici, etiam quoad bona ipſorum patrimonialia, exempti ſunt à ſolutione tributorum. 670. num.2

Eccleſiarum & eccleſiaſticorum nomine, vt eis tributa imponi non poſſint, quid intelligatur. 671.nu.1

Eccleſijs & eccleſiaſticis tributa imponentes, ab eis exigentes ac recipientes, aut ad id cooperantes, quas pœnas incurrant. 670.nu.3

Eccleſiaſticum beneficium obtinentes, etiamſi ſacris ordinibus non ſint initiati, eccleſiaſticæ ſunt perſonæ. 671.num.4

Eccleſiaſticæ perſonæ ſi ſint raptores, quibus pœnis iure canonico puniantur. 695.nu.34

Eccleſiaſtici ad aliqua contribuere poſſunt ex rationabili cauſa, ſed tamen non niſi de conſenſu Summi Pontificis. Quando tamen eſſet periculum in mora, ſufficeret epiſcopi & clerici. Et quando ſub lethali culpa contribuere debeant. 672.nu.5

Eccleſiaſticis & alijs exemptis quamuis Princeps præcipere poſſit, vt manifeſtent, quæ aſportauerint, non tamen poteſt ſine eccleſiaſticorum ſuperioribus pœnam imponere id tranſgredientibus. Neque coarctare eos poteſt, vt certo tempore manifeſtent, quæ in futurum ſunt aſportaturi. 672.nu.2

Electio.

Electione in quibuſdam regnis, & in Rom. Imp. ſucceditur. 592. nu.1

Electione ſuccedere aliquem in maioratũ, aut in aliquid aliud, non efficit diſpoſitionem captatoriam. Neque electus accipit id ab electore, ſed ab inſtitutore. 592. nume.2

Eligant vt vltimus poſſeſſor, aut vltimi poſſeſſores, ad ſuccedendum in maioratu, quem voluerint, committere poteſt maioratus inſtitutor, quando facultatem habet inſtituendi maioratum cum ſubſtitutionibus ac nominationibus ad illum, quas voluerit. ibid.nu.3

Eligendi ad maioratum quemcunque inſtitutoris conſanguineum etiam ſpurium, ſi maioratus inſtitutor alteri conceſſit, eligere is non poteſt filium ſpurium inſtitutoris: poterit tamen eligere ſuum proprium filium ſpurium: modo is in hoc regno nõ ſit filius ſacerdotis, aut religioſi profeſſi, vel religioſæ profeſſæ. 592.nu.4

Eligens ad maioratum ex inſtitutoris præſcripto, licet ex parte beneficium ipſe electo conferat, quatenus eum cæteris præfert, quòd penes ipſum eſt efficere, nihil tamẽ ea de cauſa poteſt accipere, neque vllum omnino grauamen imponere. 592.nu.5

Electores ad canonicatus, aut collatores beneficiorum, nihil ea de cauſa poſſunt accipere, neque vllum grauamen penſionis, aut aliud imponere poſſunt. ibidem numero 6

Elector ad maioratum, ſi ſimul dum viueret, cederet vſufructui, qui ad ipſum in reliquum vitæ ſuæ attinebat, poſſet pro ea ceßione emolumentum accipere. ibid. n.9

Eligere ad maioratum, cui eſt commiſſum, vnum tantum poteſt eligere. Secus de electore ad legatum familiæ relictum, quando inſtitutor non expreßit, vt vnus ſolum eligeretur. ibid.nu.10

Eligere grauatus multos ad legatum familiæ relictum, non poteſt eligere vnum ſolum. ibid.nu.11

Eligendi cui eſt conceßa facultas, neque ſe, neque filium ſuum, qui ſub ipſius eſt poteſtate, poteſt eligere, niſi clectus ſuccedere in ea re deberet poſt mortem electoris. Secus quando mater melioraret filium, quem pater eligeret, aut quando ea præſumeretur voluntas inſtitutoris. 592.nu.12

Electio ſi multis ſit commiſſa, eligere poſſunt vnum ipſorum, & ipſe conſentire poteſt in ſui electione. Quin ſi aliquis ipſorum eligatur, & ſuffragia ſint paria accedente ſuffragio ipſius, quo in ſui electione conſentiat, ea pars præualet. 592.nu.13

Eligere poteſt impubes pubertati proximus. 592. numero 14

Eligendi ius, aut arbitrandi aliquid, alicui conceſſum, perſonale eſt, nec poteſt cedi alteri, nec tranſit ad hæredes. Quando autem eſt annexum rei alicui, quæ ad hæredes tranſit, ratione illius tranſit ad hæredes. 592. nume.16

Eligendi facultas ſi in tempus mortis electoris, directa ſit, reuocare elector poteſt electionem dum viuit, etiamſi

etiamſi pluries facta ſit, vltimaque morte illius confirmatur. 593.nu.1

Eligendi facultas ſi directa non ſit in tempus mortis, ſed conceſſa ſit, vel ſimpliciter, vel exprimendo, quod fieri poſſit in vita, aut in morte, tunc ſi ea facultas competat ex cõtractu, eligens variare ac reuocare electionem poteſt ante traditionem rei: elector ſecus poſt traditionem. 593.num.3

Eligendi eadem facultas ſi ex vltima voluntate competat, & electio facta etiam ſit vltima voluntate, reuocari, & variari poteſt. Si vero diſpoſitione inter viuos ſit facta, reuocari non poteſt. ibid.nu.4

Electio quocunque modo ſemel facta, ſi effectum non ſortiatur, poteſt elector iterum eligere. Niſi id ſit propter defectum electi cognitum electori tẽpore electionis (quòd non præſumitur) tunc enim in pœnam priuatur iure eligendi pro ea vice. ibid.nu.5

Elector, cui commiſſum eſt, vt ad fideicommiſſum familiæ relictum eligat, quẽ de familia voluerit, ſi diſcedat nemine electo, omnes vniuerſim de familia in eo ſuccedunt. Non idẽ eſt de maioratu, ſed ſuccedit ſolus primo genitus proximior in gradu, etiam quoad totam commoditatem. 593.nu.6

Elector ad maioratum, aut ad fideicommiſſum, aduenien te tempore deuolutionis illius, eligere tenetur ſtatim ac fuerit requiſitus. 593.nu.7

Electio ſi relicta ſit in electoris volũtate, vt eligat, quem voluerit, inualida eſt, ſi eligat incapacem, aut affectũ qualitate, qua affectos excludit inſtitutor. Secus ſi eligat aliter indignum. 594.num.1

Electio ad maioratum ſi alicui ſit conceſſa libera ex filijs ac filiabus, valida eſt electio minoris natu, etiam fœminæ, prætermiſſo maſculo primogenito digniori. 594. nume.2

Eligendi ad maioratum ſi inſtitutor liberam facultatem alicui conceſſit, in quo euentu eligere poterit inimicum inſtitutoris, & in quibus non. 594.nu.4

Eligendi pauperes ad eleemoſynam, quam relinquit, ſi quis liberam alicui facultatem concedat, valida eſt electio inimici relinquentis eam eleemoſynam. ibidem nume. 5

Electio indigni non redditur nulla ex eo, quod facta ſit ex odio digni, quando, ſecluſo eo odio, non eſſet nulla. ibidem nume. 6

Electio eadem indigni non redditur ex eo nulla, quod facta ſit pretio, ſed annullanda in pœnam, applicando fiſco pretium. ibid.num.7

Electio indigni eſſet nulla, ſi, qui liberam facultatem eligendi, quem vellet, obtinuit, fraudibus illam obtinuiſſet, ſecurum reddendo concedentem, ſe electurum dignum, aut digniſſimum. ibid.num.8

Electio quando concedenda ſit commiſſa, non in voluntatem, ſed in arbitrium electoris. 595.nu.1

Electio ſi in arbitrium electoris ſit commiſſa, & is eligat indignum, prætermiſſo digno, retractanda eſt, eligenduſque eſt dignus: ſi vero eligat dignum, prætermiſſo digniori, retractari non poteſt. 595.nu.2

Electio vt fiat digni, aut dignioris qualiter quis iudicandus ſit dignus aut cæteris dignior comparatione rei, ad quam ſit electio. 595.nu.3

Eligens, vt inſtituat maioratum de bonis, de quibus iuxta præſcriptum legum poteſt ita diſponere, dignum, prætermiſſo digniori ac maiori natu, etiamſi is maioratus iuriſdictionem in alios habeat, non peccat. Idem de ſimiliter meliorante, aut inſtituente fideicommiſſum. 595.num.4

Eligendi ad maioratum, ad meliorationem, vel fideicommiſſum, habens liberam facultatem: ſi eligat indignum, idem fere eſt dicendum, quod de inſtitutore ipſo, qui eodem modo diſponeret, eſt dictum: quamuis grauius peccaret. Quando autem inſtitutor, fiſus de illo quòd eligeret digniorem, eam liberam facultatem illi reliquiſſet, in conſcientiæ foro idem eſſet cenſendum, ac ſi in ipſius arbitrium eam electionem reliquiſſet. ibid.num.6

Electio ſi in arbitrium alicuius ſit commiſſa, tenetur is in conſcientiæ foro eligere digniorem, & tenetur ad reſtitutionem digniori. In foro tamen exteriori ſuſtinebitur electio minus digni, non vero indigni. Et minus dignus ad nullam reſtitutionem tenetur digniori, etiam in foro conſcientiæ. ibid.nu.7

Eligere poteſt ſeruus pœnæ ad maioratum, & ad fideicommiſſum, & ad alia, ad quæ electio in facto conſiſtit. 592.nu.15

Eleemoſyna.

Eleemoſyna in quo ſenſu ſit præſidium maximum contra peccata, & ad vitã æternã conſequendam. 716.nu.6

Eleemoſyna quando ab vno fit per alium, quod inſtrumẽtũ, per quod fit, in peccato ſit lethali, nõ impedit, quod ſatisfactoria ei ſit qui illam fieri præcepit. 747.nu.2

Eleemoſyna ſine reſtitutione ac pœnitentia, quando alienum detinetur, ad ſalutem non ſufficit. 716.nu.5

Emptor.

Emere, quæ præſumuntur furtiua, præſertim furto domeſtico, ſub quibus pœnis prohibitum. 686.nu.8

Emens aut aliter poſſidere incipiens cum dubio, an res ſit aliena, ſi poſtea comperiatur aliena fuiſſe, ad totam reſtitutionem proxime dictum tenetur. Niſi animo id examinandi, ac reſtituendi illam acciperet. Nam tunc minus reſtituere teneretur. Si comperiatur non fuiſſe alienam ad nullam reſtitutionem tenetur. Si facta diligentia, maneat res dubia pro quantitate dubij eſt pars reſtituenda. Quando dubitatur, ad quos ex multis pertineat, qualiter reſtitutio ſit facienda. 723.n.3

Emens, aut accipiens, à mancipijs, à famulis, à filijsfamilias, & ab alijs ſuſpectis, an res ſit ipſorum, vel de mandato aut permiſſu dominorum illam alienent, quouſque iudicandi ſint, aut non ſint, tenere reſtituere. 723. nume. 8

Emens à latrone bona fide rem, quam poſtea ſcit eſſe alienam, reddere poteſt latroni, vt recuperet ſuum pretiũ, aut vt conſulat honori ac famæ latronis, quando id fieri poteſt ſine periculo detrimenti alicuius talis domini. 722. num.1

Emptio vnius rei exiſtimatæ alia, aut rei vitioſæ, quando vitium cauſam dedit contractui, cur nihilominus ſit nulla, venditorque non comparet dominium pretij. 721. num.9

Emptio rei alienæ valida eſt, & emptor transfert dominium pretij in venditorem, licet non comparet dominium rei emptæ. Tenetur vero ei venditor de euictione. Quod ſi emptor eam rem conſumpſit, aut alienauit, vel in poteſtate illius perit, ad nihil tenetur ei venditor. 721. num.8

Emptor quando idem rem reſtitueret furi, vt recuperaret ſuum pretium, credens abſque dubio id ſibi licere, ad nullam reſtitutionem omnino tenetur. 722. nume. 3.

Em-

Emptor idem de iuſtitia,& cum reſtituendi onere, tenetur illam reddere domino,nihil impediente, quod pretium amittat,quando,ſi illam reddat furi, amittat illam dominus,aut periculum eſt ne illam amittat.722. nume.2

Emptor rei alienæ,ſi illam vendat maiori pretio, quam illam emerit,non tenetur reſtituere incrementum illud dominio rei, eo quod non ſit fructus rei, ſed ſuæ induſtriæ.721.nu.10

Emptor tamen & venditor ob moram iniuſtam tradendi mercem, aut pretium, non tenetur ad lucrum ceſſans, aut damnum emergens extrinſeca, ſed ſolum ad intrinſeca: tenentur tamen ad fructus ex re empta,aut vendita,perceptis, & qui percipi potuerunt tempore moræ.724.nu.3

Emphyteuſis.

Emphyteuſis quæ ob delictum emphyteutæ non confiſcetur, & quomodo commoditas ad fiſcum pertineat. 656.num.3

Emphyteuſibus in Luſitanis, ſiue deriuatæ ſint à corona Regni,ſiue non,ſi ad vnum indiuiſæ deuenire debeant, qualiter ſuccedatur, & quis cui præferatur. 633. nume.5

Emphyteuta, qui ad emphyteuſin nominare poteſt, licet non poſſit imponere grauamen rei emphyteuticæ, pro beneficio tamen nominationis ad illam, accipere emolumentum poteſt.592.nu.8

Emphyteuticæ rei fructus,emphyteuſi finita & conſolidata cum proprietate,quouſque ad proprietarium pertineant. Reuoluta vero emphyteuſi ad alium emphyteutam, quouſque ad nouum emphyteutam attineant. 635.num.4

Emphyteuticis in bonis,hoc eſt quoad dominium vtile iure emphyteutico poſſeſſis, eſto deriuata ſint à corona Regni, & eſto corona Regni dominium habeat directum,locum non habet lex mentalis Luſitana, ſed perinde in eis ſucceditur,atque in alijs bonis emphyteuticis.633.num.4

Error.

Error exiſtimantium Reſtitutionem neceſſariam non eſſe ad ſalutem.716.num.1

Excommunicatio.

Excommunicatio incurritur pro furto ſi ſacrilegium ſit cum effractione loci ſacri.694.nu.1

Excommunicatio de cęna Domini incurritur ob furtum regulariter commiſſum circa res naufragij,ſi occupentur animo eas ſibi retinendi.694.nu.6

Excommunicatio vt furtum intra tãtum tempus reſtituatur,aut aliud ſimile fiat,ad quod occultus peccator tenetur,& vt qui id ſcit,illud intra id tẽpus detegat,ortũ habet à correctione media inter fraternam ſeu paternã ac iudicialem, & quid præcedere ante eam denunciationem debeat.692.nu.1

Excommunicatio ſi feratur,vt aliquid intra tantum tempus reſtituatur,non ligat præceptum ac excommunicatio eum, qui illud in recompenſationem licitam occulte accepit. Et quando idem erit dicendum, etiamſi compenſatio facta ſit cum peccato.692.num.2

Excommunicationem an incurrat accipiẽs aliquid de naufragio, quæ niſi ipſe eriperet, ſtatim erant peritura. 694.num.7

Excommunicationem de cęna Domini,non incurret ſimplex, qui licere ſibi arbitraretur aliquid de naufragio vſurpare.694.nu.8

Excommunicationem an incurrant recipientes Turcas, aut alios infideles piratas.694.nu.5

Excommunicationem non incurrunt receptatores piratarum neceſſitate ad euadendum grauia mala. 694. numero 4.

Excommunicati non ſunt ipſo iure incendiarij, ſed ſub excommunicatione ferendæ ſententiæ inhibitum eſt id crimen. Et num id intelligatur de ſolis incendiarijs loci ſacri.694.num.2

Exemplum.

Exemplis explicatur,quouſque quis Reſtituere teneatur, aut non teneatur,ex re,quam bona fide conſumpſit,aut qua eſt vſus,& quo vſque cenſeatur factus inde locupletior, aut non cenſeatur,vt id reſtituere teneatur, in quo,in puncto ſcientiæ,ſe inuenit locupletiorem.720. nume.1.

Exemptio.

Exemptio à tributorum ſolutione licet vendi aliquando licitè poſſit,quin & iura tributorum,grauarique cenſibus poſſint, raro tamen, & ex vrgenti valde cauſa id fieri debet.673.nu.2

Exequutor.

Exequutor quouſque ante alios reſtituere teneatur. 737. nume.4

Expenſa.

Expenſas quouſque detrahere poſſint poſſeſſor malę fidei in conſcientiæ foro ante latam ſententiam de valore rei reſtituendæ.725.nu.13

F

Facultas.

Facultas obtenta à Rege ad inſtituendum vnum maioratum, non ſe extendit ad inſtituendos. 591. nu.2

Facultate regia ſi inſtitutus ſit vnus maioratus, & petatur ac obtineatur alia ad inſtituendum alium,ſurreptitia erit ſecunda,niſi ſit expreſſum,obtentum fuiſſe illã aliam.591.nu.5

Facultas ſi petatur ad inſtituendum alium maioratũ,poſt vnum inſtitutum ex tertio & quinto, ſurreptitia eſt, niſi exprimatur inſtitutum eſſe illum alium maioratũ. ibid.num.6.

Facultatem regiam habens ad inſtituendum vnum maioratum,non poteſt inſtituere alium ex tertio & quinto, ſi vterque quantitatem tertij & quinti excedat. 591. nume.9

Facultatem qui à Rege habet inſtituendi duos maioratus, regulariter inſtituere poteſt vnum ſolum.591.nu.10

Facultatem qui habet inſtituendi maioratum, ſubſtitutiones & nominationes ad eum efficiendo,quas voluerit, committere poterit vltimo poſſeſſori aut vltimis poſſeſſoribus,vt eligant,quem voluerint.592.nu.3

Facultas vt res maioratus certo pretio vendatur alicui certæ perſonæ,ſi non intuitu eius perſonæ facta ſit, ſed in commodum maioratus ac ſucceſſorum in illo, vendi ex eadem facultate poteſt alij in æquale aut in maius commodum maioratus.652. num.3

Facultas alienandi bona maioratus, ſi conceſſa ſit poſſeſſori,tunc non tranſit ad ſucceſſores: ſecus ſi ſucceſſoribus ſit conceſſa.652.nu.5

Facultatem habens ab inſtitutore maioratus,eligendi ad maioratum quemcunque conſanguineum inſtitutoris, etiam ſpurium,eligere non poteſt filium ſpurium inſtitutoris, quia talis filius acciperet eum maioratum à

ſuo

ſuo patre: Eligere tamen poterit filium ipſiuſmet electoris: modo capax ſit id accipiendi ab inſtitutore. 592.num.4

Facultate regia exiſtente cum eadem clauſula tacita aut expreſſa, vt obligari poſſint bona maioratus, poſt ea fieri non poteſt exequutio in bonis maioratus, niſi facta fuerit prius exequutio in bonis liberis poſſeſſoris maioratus, etiam quæ accreuerint vſque ad id momẽtum. 653. num.4

Falſa moneta.

Falſa moneta ſi in domo aliqua cudatur, amittit eam dominus fiſco, etiam ſi id ignorauerit. Et quando illam non amittat. 702.num.3

Falſa moneta vt cudatur, qui ſcienter cooperatur, aut domum, in qua cudatur, adminiſtrãt, eiſdem omnibus ſubiacent pœnis. Excipitur impubes, qui pubertati non eſt proximus, is quippe nullam pœnam incurrit. 702. nume. 2

Falſæ monetæ de crimine accuſans, proemio afficitur, ſi id probetur. Et eſto id non probet, de calumnia non tenetur. 702.nu.7

Falſam monetam cudens detrahendo de pondere, aut de puritate metalli, vel illam tondens, radens, aut tingens lethaliter peccat, & ad quam ac qualem reſtitutionem teneatur. 702.nu.11

Falſam monetam cudens, etiam iuſti ponderis ac materiæ, lethaliter peccat, principique reſtituere tenetur emolumentum, quo illum iniuſtè priuauit, & priuatis, ſi quod damnum inde etiam eis prouenit. 702. numero 10

Falſam cudere monetam agreſſus, ſi ante cuneum adhibitum pęnitentia ductus ceſſauit, non punitur. Et qua pęna puniatur, ſi non deſtitit pęnitentia ductus. 702.num 6

Falſam monetam ſcienter expendens, quibus ſubiaceat pœnis iure communi & huius regni. 702.nu.9

Falſam monetam qui ignoranter aut ſcienter expendit, quouſque, & quo modo reſtituere teneatur. 702.numero 12

Falſam monetam cudere dicitur, qui ſine principis facultate eam cudit, licet legitimam alioquin eam cudat. Et qui non legitimi ponderis, aut non legitimi metalli eam cudit: Bona illius confiſcantur, & extrangulatus crematur. Appellatio ei non admittitur. Neque extrahenti illum de carcere, qui mortis pœnam incurrit. 702. nu. 1

Falſam monetam cudentem loco recognoſcentis ſuperiorem, qui tamen ius habet monetam cudendi, quam pœnam incurrat. 702. nu.5

Falſam monetam qui cudit in prouincia, in qua non expẽditur, vt eam in aliam, in qua expenditur, transferat, deprehenſus in prouincia, in qua illam cudit, ſolum punitur pœna arbitraria: deprehenſus vero in prouincia, in quam illam tranſportat, punitur ordinaria pœna. 702.nu.4

Falſificans monetas, eas tondendo, radendo, aut tingendo, quas pœnas de iure communi, & huius regni incurrat. 702.num.8

Falſum.

Falſi crimen incurrunt, qui ſcienter falſis menſuris aut ponderibus vtuntur. Et multa quæ circa menſuras ac pondera ſtatuta ſunt in hoc regno, ac circa metiendi modum, ad quam reſtitutionem hi omnes teneantur. 701.num.10

Falſi crimen non incurrit, qui ei, qui in ipſius eſt poteſtate, hæreditatem ſcribit, aut legatum, quando totum ad eum ſpectat, cui ſubſcribitur. 700.num.6

Falſi crimen incurrunt qui pulueri ſulphureo, quæ non oportet, miſcent, inutilioremque ad bellum reddunt. Et quam acriter puniendi, & ad quam magnam reſtitutionem teneantur, ſi ad bellum illum vendant, aut conficiant. 701.nu.8

Falſi criminis actio ob partum ſuppoſitum, cooperationemque ad illum ſupponendum, nullo tempore præſcribitur. 701.nu.4

Falſi crimen qui incurrunt partum ſupponendo, aut ad id cooperando, reſtituere tenentur in conſcientiæ foro damna omnia ſubſequuta, & qui ante quos. 701.nu.5

Falſi crimen incurreret, & diſpoſitio eſſet nulla, ſi patronus, aut conſanguineus patroni, in id ſe ſcriberent hæredes, in quo ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri. Vxor ſi in teſtamento mariti ſcriberet, vt dos ei ſtatim mortuo marito ſolueretur, aut creditor in teſtamento debitoris ſcriberet, vt ante diem, in quo erat ſoluendum, debitum ei ſolueretur, ſua debita non amitterent; ob id tamen teſtamentum anticipanda eis nõ eſſet ſolutio. 700. nume. 12

Falſi criminis actio aduerſus matrem ob partum ſuppoſitum non ſuſpenditur ob detrimentum ſtatus filij impuberis & quatenus, eo nihil impediente, cauſa filij differatur. 701. nu. 3

Falſi ſi non incurrat pœnam, qui in teſtamento ſe filio teſtatoris impuberi tutorem ſcripſit, quid inde incurrat. 700.num.15

Falſi crimen incurrunt pharmacopolæ, qui vnum pro alio pharmacis miſcent, & ad quantam reſtitutionem teneantur. 701.num.7

Falſi de crimine accuſare poſſunt criminaliter vxorem, quæ partum ſuppoſuit, vir, & qui ſucceſſuri ſunt, excluſo eo partu ſuppoſito, modo filij non ſint talis mulieris: nam hi ſolum poſſunt agere ciuiliter, vt is partus excludatur, aduerſus matrem: aduerſus alios vero cooperantes ad id crimen agere poſſunt criminaliter. Alij vero de populo de eo crimine agere non poſſunt. 701, nume.2

Falſi criminis pœnam qui incurrunt, & qualiter ſint puniendi, & quouſque ad damna inde ſequuta teneantur, & num hæredes eorum teneantur, actioque aduerſus illos tranſire debeat, menſor agrorum, ædificij, tritici, aut alterius rei, ponderator, & qui rationes ſupputat ac perficit nomine aliorum, ſi dolo, aut ſcienter falſum referat, & ex quanta culpa teneatur. 701, numero 11

Falſi crimen quouſque incurrant, qui arte facta ex cera, non vt oportet conficiunt, aliqua illis miſcendo. Et hoc ac præcedentia crimina qualiter hodie puniantur. 701. num.9

Falſi crimen committit, qui partum ſupponit, aut ad id, vel ad quodcunque aliud crimen falſi, cooperatur. 701. nume.1

Falſi crimen etiam quia confector falſi inſtrumenti, incurrit, qui falſo ſe hæredem, aut legatarium, ſcripſit, reſtituereque in conſcientiæ foro tenetur damna omnia alijs inde ſubſequuta. 700.num.16

Falſi crimen publicum eſt, de quo proinde quiuis de populo accuſare poteſt, excepto crimine partus ſuppoſiti. De crimine autem falſi quiuis accuſat intra viginti annos ab eo commiſſo. 700.nu.2

Falſi criminis pœna locum habet in euentibus explicatis, ſi teſtamentum, aut codicillus integre, & cum debita ſolemnitate ſint facta, eſto ex præteritione, aut exhęredatione, vel ex alia cauſa reddătur nulla. 700. n. 14

Falſi crimen vt incurratur, requiritur dolus, nec ſufficit lata culpa, quæ in criminibus dolo non æquiparatur. Requiritur etiam, vt nocumentum momenti alicuius ex ea falſitate ſequatur, alioquin non punitur pœna ordinaria. 700. nu. 3

Falſi crimen non incurritur in euentibus explicatis, & diſpoſitio eſt valida, ſi teſtator propria manu ſubſcribat, ſe id illi relinquere in particulari: Idem ſi in generali ſubſcribat, confirmo, quæ tali relinquo, ſi is in poteſtate erat teſtatoris. Si vero non erat in poteſtate illius, crimen falſi non incurrit, & inualida eſſet diſpoſitio. Item quando conſtat teſtatorē præcepiſſe illi ſcribere teſtamentum illud, aut codicillum, & is ſub poteſtate teſtatoris erat, non incidit in crimen falſi, & diſpoſitio eſt nulla. Si vero ſub poteſtate illius non erat, crimen etiam falſi incurrit. 700. nu. 10

Falſi crimen quot modis committatur, & quæ pœna pro illo ſtatuta, quando grauior alia, aut mitior, non comperitur ſtatuta. Et deportationis pœna, quamuis in vſu non ſit, cur in Luſitania ſit in vſu. 700. nu. 1

Falſi crimen incurrit, qui ſe, aut eum, qui ſub ipſius poteſtate eſt, ſcribit hæredem, aut legatarium in alterius teſtamento, irritumque eſt, quod ita in teſtamento nuncupatiuo. In foro autem conſcientiæ validum eſt, ſi nulla re ipſa interuenit falſitas. 700. nu. 5

Falſi crimen non incurrit filius emancipatus, validaque eſt diſpoſitio, ſi in teſtamento patris, aut matris, in id totum ſolum ſe ſcribat hæredē, in quo ab inteſtato erat is ſucceſſurus, ſi vero in plus ſe ſcriberet, crimen falſi incurreret, & diſpoſitio eſſet nulla. 700. nu. 11

Falſi criminis pœna venia quibus condonetur, ob præſumptionem, ignorantiam, aut minorem ætatem, & alias cauſas, quibus non item, & diſpoſitio nihilominus eſt nulla. 700. nu. 13

Falſi crimen incurrit, qui eandem rem vendit duobus. Et num neceſſe ſit accepiſſe pretiū ab vtroque. 700. n. 18

Falſi crimen incurrunt aurifices, qui auro, aut argento, ex quibus arte facta conficiunt, metallum impurius miſcent. 701. nu. 6

Falſi crimen an incurrat, qui prohibet alium teſtari. 700. num. 17

Falſi crimen incurrit, & diſpoſitio eſt nulla, quando à duobus, qui ſub poteſtate ſunt teſtatoris, vnus alteri ſcribit legatum, aut hæreditatem, quando poſt mortem teſtaris vnus eorum recaſurus eſt in poteſtatem alterius. 700. num. 9

Falſi crimen non incurrit, diſpoſitioque eſt inualida, quando aliquis alterum ſcribit hæredem, aut legatarium, et ſe ſubſtitutum illi fideicommiſſarium. 700. nu. 8

Familia.

Familia alicuius ſumitur dupliciter. Vno pro deſcendentibus illius, vna cum ipſo. Alio latius, pro familia agnationis illius, cuius ipſe, & deſcendentes ex ipſo ſunt partes. 589. nu. 4

Famulus.

Famulis & ijs qui res aliorum agunt, quouſque compenſatio licita aut illicita. 691. nu. 4

Feudum.

Feudum deficientibus deſcendentibus eius, cui primo fuit conceſſum, expirat. 589. nu. 2

Feudum quod ob delictum feudatarij non confiſcetur, & quis in eo ſuccedat, quando foret confiſcandum. 656. nume. 4

Feudo priuatur feudatarius ſi non leuem contrahat infamiam. 620. nu. 1

Feudo deuoluto ad proprietarium fructus rei feudalis ad quem pertineant. 635. num. 1

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſum familiæ relictum quid, & quo ordine in illo ſuccedebatur. Fas teſtatori erat facere in illo ſubſtitutiones, vincula, & grauamina, quæ vellet. 577. numero 4

Fideicommiſſo familiæ relicto ſuccedunt proximiores vltimis poſſeſſoribus, licet alij ſint teſtatoris proximiores. 628. nu. 1

Fideicommiſſo ſi nominatim ſint expreſſi aliqui ſucceſſores, & poſt illos vocantur, qui ſunt de familia, intelliguntur quoad primos ſucceſſores poſt illos, qui fuerint proximiores teſtatoris ipſius. 628. nu. 1. d

Fideicommiſſum familiæ ſi ſit relictum, ſiue vniuerſale, ſiue particulare ſit, locus in eo non eſt repræſentationi. 628. nu. 3

Fideicommiſſi fructus ad fideicommiſſarium pertinent à puncto traditæ hæreditatis, vel quo grauatus cā tradere, in mora eſt illam tradendi. 635. nu. 3

Fideicommiſſum maioratus, aut alterius iuriſdictionis, ſi ad aliquem deuoluatur, quouſque pęnæ fiſcales eius iuriſdictionis ad fideicommiſſarium pertineant. 635. numero 12.

Fideicommiſſario tenetur hæres grauatus de culpa leui damnorum fideicommiſſo ſubſequutorum, ſi is hæres grauatus commodum aliquod ex eo fideicommiſſo reportauit. 646. nu. 4

Fideicommiſſi res ſi hæres grauatus tantum ſuis ſumptibus ac induſtriæ meliorauit, quantum damnum ſua culpa, ſaltem leui fuerat eis rebus ſequutum, locus eſt cōpenſationi. ibid. 4. verſ. dubium.

Fideicommiſſo detrahere poteſt grauatus, aut grauata, ſi aliunde non habeat competentem dotem aut donationem propter nuptias, quantum ad id ſit ſatis, ſi is, qui grauauit, aſcendens erat cōparatione grauati, aut grauatæ. Et ad quæ alia ſit extendendum. 648. nu. 1

Fideicommiſſo detrahi idem poteſt, non ſolum ſi teſtator tacitè ſolum prohibuit alienari res fideicommiſſi, fideicommiſſum inſtituendo, ſed etiam ſi expreſſè in genere prohibuit eas res alienari: ſecus ſi addiderit, in nullo euentu, aut ſi expreſſerit, nec cauſa dotis. 648. nu. 3

Fideicommiſſum ſi pater grauatus reſtituere filio ſuo familias, dolo, & non ſola culpa diſſipet, & detrimētum ſit notabile, nec facile reparari poſſit, priuatur pater fideicommiſſo & fructibus illius. Si vero interuenia ſola culpa, aut reparari facile poſſit, vel non ſit graue ſolum remouetur ab adminiſtratione, & ex fructibus reparatur damnum. 655. nu. 2

Fideicommiſſum ſi quis non ſit grauatus reſtituere filio ſuo familias, ſed cuicunque alteri, ob diſſipationem ſolum priuari poteſt adminiſtratione, & ex fructibus reparari debent damna; reſiduum vero illorum, hæredi ita grauato reſtitui debet. 655. nu. 3

Fideicommiſſum familiæ relictum & maioratus, in quibus differant. 577. nu. 5

Filius.

Filius maior natu ſi moreretur in bello, nepos ex illo pręferretur patruo in maioratu. 631. nu. 5

Fi-

Filium, aut famulum, corrumpens ad quid teneatur. 684. *nume.* 11

Fiſcus.

Fiſco nõ deuoluitur bonum ob delictum illud poſſidentis, quando in aliorum vtilitatem prohibitum tacitè aut expreſſe illi fuerat illud alienare. 656. *nu.* 5

Fiſco attinentia bona, quando coronæ regni vnita cenſeãtur in Luſitania. 576. *nu.* 11

Flumen.

Flumen preſsè, riuus & torrens quid. 704. *numero* 19.

Flumen publicum quid. 704. *nu.* 20

Fluminis vi ſi delata fuerit planta in prædium alienum, & ibi coaluerit, aut delatum fuerit cruſtum terræ, cedit domino prædij, nec extrahi poteſt. Solui tamen debet valor plantæ, quem habebat ibi delata antequam coaluiſſet, niſi ſuo ingreſſu tantumdem damni dediſſet. Reliqua delata extrahi poſſunt, & quod interdictũ ad id competat; modo ſoluatur damnum eis datum ſuo ingreſſu, & extractione; alioquin relinqui debeat domino prædij. 703. *nu.* 5

Fluminis publici ob curſum mutatum ex aggeribus factis, aut ex alia re facta, damnum alijs proueniens, non præſcribitur ea quaſi ſeruitus minori ſpatio, quam de cuius initio non extet memoria. 704. *nu.* 31

Flumine in publico, aut in eius ripa, nihil fieri poteſt, ob quod flumen curſum mutet; quem in æſtate ſolet tenere, nocereque ea ratione alienis agris. Si autem factum ſit, in priſtinum redigitur ſtatum. Licitum vero eſt cuique, ſe tueri aduerſus inundationes, etiam cum aliorum præiudicio, quibus fas ſimiliter eſt ſe tueri, modo tamen id in cauſa non ſit, quod flumen curſum æſtatis mutet. Et quid æſtatis tempus ſit. 704. *nu.* 27

Flumine in publico quouſque inſtrumenta, quæ aquis mouentur, conficere liceat etiam cum detrimento prius inſtructorum, vt molendina papyri, olei, ſerram aquæ, batuaria. 705. *nu.* 12

Flumine in nauigabili, aut quod nauigabile efficit, neq; in eius ripa fieri poteſt aliquid, quo nauigatio, aut ſtatio nauigiorum deterior reddatur. Si factum ſit, in priſtinum redigitur ſtatum. Et quæ pęnæ in hoc regno ſtatutæ. 704. *nu.* 26

Flumine in publico, aut in eius ripa, fieri poſſunt aggeres, aut quoduis aliud, ad tuẽdos proprios agros, modo alijs caueatur de damno infecto. Quod ſi longe maius damnum videtur eis aggeribus, quã ſit, quod alijs ſequitur, deſtruendi non ſunt, ſed compenſandum eſt damnum dominis aliorum agrorum. 704. *nu.* 28

in Flumine quid factum dicatur & quid in ripa. 704. *nume.* 24

Fluminum publicorum, viarum, ac littorum, communis eſt vſus, ipſa tamen loca publica ſunt, & non priuata. Si tamen ad littora publicorum fluuiorum prædia priuatorum terminentur, via inter prædia & ea littora nõ remanente, ea littora quo ad dominiũ ad eos pertinẽt, quorum ſunt ea prædia. 703. *nu.* 11

Fluminum, quæ nauigabilia dicantur, quæ efficere flumen nauigabile, quæ non item. 704. *nu.* 25

Fortalitium.

Fortalitium reficere quouſque liceat. 709. *nu.* 9

Foſſa.

Foſſa flumini publico ſi fiat, per quam tanta pars fluat, quæ fluminis & non riui rationem ſubeat, locus publicus efficitur. 704. 23

Fructus.

Fructus induſtriæ qui. Et fructus rei qui. 719. *nu.* 1

Fructus rei, qui naturales, qui induſtriales, & qui ciuiles, à iuriſperitis dicantur. 719. *nu.* 2

Fructus rei licet Iuriſconſulti non reputent partus ancillarum, à Theologis tamen ad reſtitutionis negotium inter fructus rei computantur. 719. *nu.* 3

Fructus ſi de biennio in biennium, aut de triennio in triennium colliguntur, pro rata eius temporis elapſi pertinent ad anteceſſorem. 635. *nu.* 11

Fructus dotis diſſoluto matrimonio, quouſque ad maritũ, hæredeſue mariti, & quouſque ad vxorem, hæredeſvè vxoris attineant. 635. *nu.* 6

Fructus rei feudalis ad quem pertineant, feudo deuoluto ad proprietarium. 635. *nu.* 1

Fructus rei emphyteuticæ emphyteuſi finita & conſolidata cum proprietate, quouſque ad proprietarium pertineant. Deuoluta vero emphyteuſi ad alium, quouſq; ad nouum emphyteutam attineant. 635. *nu.* 4

Fructus qui rei vſufructuariæ pertineant ad proprietariũ & qui ad vſufructuarium hæredeſve ipſius, vſufructu finito. 635. *nu.* 2

Fructus beneficiorum quouſque ad anteceſſorem hæredeſvè illius, & quouſque ad ſucceſſorem in illo ſpectent. 635. *num.* 7

Fructus penſionis tempore, quo vacauit, quouſque ad penſionarium hæredeſue ipſius pertineant, & quouſque ad beneficiatum. 635. *nu.* 8

Fructus rei venditæ ad quem attineant. 635. *nu.* 5

Fructus ſi auferantur furto ex agro locato colono pro certa penſione, quam colonus ſoluat, ad ſolum colonum pertinet actio aduerſus furem. Si pro quota fructuum, quam ſoluat domino agri, illum colat, actio pertinet ad vtrumque pro rata. Si colonus ſolum accipiat quotã in mercedem, actio competit ſoli domino agri: ſed colonus eum cogere poteſt vt illam intẽtet, vt ipſe accipiat ſuam partem fructuum, & partem pęnæ deductis expenſis. 696. *nu.* 15

Fructus maioratus pro rata anni diuiduntur inter ſucceſſorem & prædeceſſorem hęredeſvè illius, nec res habet vt in fideicommiſſo. 635. *nu.* 10

Fructus ſi auferantur furto à re immobili, cuius vſusfructus ad aliquem ſpectat, actio aduerſus furem ſoli vſufructuario conuenit. 696. *nu.* 14

Fructuum ad diuiſionem vnde annus computandus. 635. *nume.* 11

Fructibus ex reſtituendis eius rei, quales expenſas deducere debeat is malęfidei rei illius poſſeſſor. 725. *numero* 3.

Fur.

Fur, latro & graſſator in quo differant de iure communi, & quæ pęnæ de eodem iure ſint illis impoſitæ. 695. *nume.* 8

Fur quis nocturnus, & quis diurnus. Nocturnus impune occiditur, non diurnus, niſi telo ſe defendat. 684. *nume.* 1.

Fur non debet ſuſpendi pro furto vnico magnæ quantitatis, quod tribus æquipolleat, niſi lex aut conſuetudo fuerint in contrarium. 695. *nu.* 9

Fur an conueniri poſſit in loco, in quo delictum commiſit, & in quo repertus fuerit cum re furto ablata, & in quo ipſe fuerit repertus, aut res furto ablata. 696. *nume.* 3.

Fur ad quid cogetur in exteriori foro non in pęnam, ſed

quia

quia ad id tenetur ex natura rei in foroque conſcientiæ nulla expectata ſententia. 695. nu. 2
Furem interficere cum quinto decalogi præcepto non pugnat, licitumque publica auctoritate eſſe poteſt, maxime præcedente lege quæ id ſtatuat. 695. nu. 1
Furem interficiens, quando a pœna mortis excuſetur. 695 num. 23
Furem reperiri abſciſſis auribus, licet ſufficiens ſit, vt interrogetur de cauſa abſciſſionis, & niſi aliam probet, vt ſubijciatur tormentis, vt confiteatur duo priora furta, ac ſuſpendatur pro eo tertio: non tamen eſt ſufficiens coniectura, vt probatum cenſeatur, furtum commiſſum poſt illas abſciſſas eſſe tertium. 695. nu. 15
Furem ſimplicem de iure communi nefas erat interficere aut mutilare, etiam pro tertio aut quarto furto: Damnandæ tamen non ſunt leges aut conſuetudines, quę pro tertio furto interficiunt, aut quæ pro furto certæ quantitatis aut qualitatis mutilant, vel interficiunt. Et qualia ea debeant eſſe furta. Et neque fur iugulari debet, ſed furca ſuſpendi. 695. nu. 7
Furium receptatores pœnis furium puniuntur, quando fures cum rebus furtiuis, aut furtiuas res ſcienter recipiunt. Et quid quando fures ſine rebus furtiuis recipiunt, aut occultant. 695. nu. 48
Furibus variæ pœnæ in hoc Regno ſtatutæ. Hodie regulariter, niſi propter nobilitatem commutanda pœna ſit in exilium, flagellantur pro primo furto (tametſi in aliquibus locis, ſi ſoluendo ſint, damnentur pœna dupli ſoluenda offenſo, & ſeptupli ſoluenda fiſco) pro ſecundo flagellantur, & abſcinduntur eis aureis, & pro tertio furca necantur. 695. nu. 12
Furibus pœnæ iure Luſitano ſtatutæ. 695. nu. 24
Furibus, eorum receptatoribus, ac comparticipibus & alijs, quouſque pœna commutetur in pœnam remigandi in triremibus. 695. nu. 22
Furibus hodie pro primo furto imponitur pœna remigandi in triremibus, & pro ſecundo pœna flagellorum, ac remigandi in triremibus. 695. nu. 16
Furibus ſi aures in pœnam abſcinduntur, non eſt ea pœna mutilationis membri, neque iudices ob eam pœnam irregularitatem incurrunt. 695. nu. 13

Furtum.

Furtum domeſticum vt ad culpam pertingat lethalem, maior quantitas eſt neceſſaria, quam in alijs furtis. Neque in omnibus domeſticis ſufficit eadem quantitas. 686. nu. 11
Furtum preſſe vnde dictum. 681. nu. 1
Furtum de iure communi licet circa immobilia non committatur, quæ pœna ſtatuta ſit mouenti terminos agrorum, aut limites oppidorum. 695. nu. 10
Furtum non eſt, ſed aliud delictum, ſi vnus coniux, altero defuncto, aliquid ſubtrahat, aut deneget de hæreditate defuncti, aut de communibus bonis & quę actio aduerſus eum competat. 681. nu. 10
Furtum manifeſtum, tum etiam non manifeſtum, quibus pœnis ciuilibus, ſeu pecuniarijs iure communi puniantur. 695. nu. 3
Furtum regulariter committitur circa res naufragij, ſi occupentur animo eas ſibi retinendi, excommunicatioque ob illud de cœna Domini committitur. 694. numero 6.
Furtum committeret captiuus Chriſtianus, ſi aliquid clã acciperet ab infideli, a quo bello iuſto ex parte infidelium eſſet captus. 693. nu. 1
Furtum quod manifeſtum, & quod occultum. 684. numero 2
Furtum latè, & peccatum furti latè quid. 680. nu. 2
Furtum ad domeſticum ſi aliquis non domeſticus cooperetur, competit aduerſus illum actio furti. 686. numero 9
Furtum domeſticum quando filiusfamilias committat, & quando reſtituere illud in conſcientiæ foro teneatur. Pro illo moderate puniri a patre poteſt. Et cogi illud a iudice reddere ſi extet. Actio in factum conuenit aduerſus eum, vt illud & damna ſoluat, ſi habeat caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia bona. Idem de furto facto a filio emancipato, & de furto facto a patre filio ſuo. Locum tamen non habet in his euentibus actio ad vllam pœnam. 686. nu. 3
Furtum notabile per minima quot modis contingat. 688 num. 1
Furtum non committunt quicunque de Republic. Chriſtianorum, quæ bellum iuſtum habet cum infidelibus, aliquid ex eis infidelibus belli tempore diripiunt, ſed licite id efficiunt. Excipe ſi diripiatur ab eis, qui ex pacto inter nos conuerſarentur, aut ſi qui noſtri ex pacto inter illos verſarentur. 693. nu. 3
Furtum quot modis ſacrilegij rationem ſortiatur ſpecie diſtinctam a furto in ratione furti, & vtraque ratio ex genere ſuo eſt lethalis. 684. nu. 3
Furtum ſacrilegium ſi ſit cum effractione loci ſacri, incurritur pro illo excommunicatio. 694. nu. 1
Furtum rei minimæ ob triſtitiam inde, ac culpam eius, qui id furtum eſt paſſus, quando culpa lethalis. 685. num. 8
Furtum domeſticum quando vxor aduerſus maritum committat. Tunc autem competit aduerſus illam actio, vt id reddat, cum damnis inde ſecutis, non vero furti actio ad vllam pœnam, licet maritus punire moderatè illam poſſit. 686. nu. 2
Furtum eiuſdem numero rei ſi tres ſimul committant, quæ condictio furtiua aduerſus omnes, ac ſingulos competat, & quæ actio furti ad pœnam ciuilem, ac criminalem. 697. nu. 39
Furtum aut vis circa animalia, aut alia ad culturam attinentia, vt puniatur. 695. nu. 19
Furtum non committit, qui rem ſuam clam ab eo accipit, qui illam iniuſte retinebat. Peccat tamen niſi concurrant conditiones requiſitæ ad licitam compenſationem & quæ curare teneatur. 690. nu. 1
Furtum in quo ſacrilegium interuenit, quibus pœnis iure communi Cæſareo puniatur. 695. nu. 35
Furtum quando quis aggreſſus eſt committere, neque eſt furatus, quæ actio aduerſus illum competat, & qua pœna ſit puniendus. 695. nu. 11
Furtum preſſe quid. 680. nu. 3
Furtum ſaltem aliquo modo committit, qui rem ſuam clam ab eo accipit, qui iuſte illam retinebat, teneturque illi reſtituere valorem vſus, quo eum iniuſte priuauit, & damna ſubſequuta etiam lucri ceſſantis, & impedire ne alia ſequantur, atque hæc omnia ex iuſtitia. Et quando actio furti concedatur, quando non item 690. nu. 2
Fur iugulari non debet, ſed furca ſuſpendi. 695. numero 7
Furtum, rapina, aut vis in curia regia, aut in regio caſtro, morte plectitur, & vt mitigata ſit ea lex. 695. num. 18

Furtum notabile per minima à diuerſis ſi factum ſit vni & eidem, quando ſinguli ſub lethali culpa reſtituere teneantur, vel totum, vel vnuſquiſque ſuum minimũ, quando non item. Atque ſi excommunicatio lata ſit non reſtituentibus id furtum, quando ſinguli ea innodentur. 689. num. 2

Furtum per minima à diuerſis maiorem ſummam requirit, vt pertingat ad culpam lethalem, quam ſi fieret ab eodem, & maiorem ſi decurſu temporis, & ſine animo ditandi, quam ſi fieret breuiori tempore, & cum animo ea via ditandi. 689. nu. 1

Furtum idem quibus pœnis iure Luſitano puniatur. 695. numero 29

Furtum quod peculatus dicitur, quibus pœnis puniatur. 695. num. 38

Furtum committitur, ſi inuentum retineatur ab inueniente, & quando id præſumitur. 681. nu. 4

Furtum rei modicæ quando ob damnum vlterius ſecutum eſt culpa lethalis, cum onere reſtituendi etiã damnum comparatione tamen damni locum non habet pœna furti, ſed legis Aquiliæ: neque item excommunicatio lata pro furto non facta mentione de damno. 685. nume. 6

Furtum, rapina, & damnum datum, peccata ſunt ex ſuo genere lethalia. Et licet furtum ex ſuo genere leuius peccatum ſit cæteris, quæ ſunt contra præcepta decalogi, ex circumſtantijs eſſe poteſt grauius. 685. nu. 1

Furtum domeſticum ſi mancipium committat, moderate puniri poteſt à domino. Et quando criminaliter poſſet facere illud puniri à Iudice. Si mancipium bona propria haberet, actio etiam ad pœnam furti pecuniariam aduerſus illum competeret. 686. nu. 4

Furtum quando domeſtici non committant, & quando non lethale. & quando domeſtici reſtituere teneantur, aut non teneantur, quod accipiunt inuito domino. 686. numero 10

Furtum de quacunque re leui ſi verè ſit furtum, culpa eſt venialis. Et quouſque obligatio ſit illud reſtituendi ſub ueniali culpa. 685. num. 5

Furtum vt ſit culpa lethalis, maior quantitas requiritur comparatione opulenti, quàm comparatione habentis tenues facultates. 685. nu. 4

Furtum committitur, non tamen datur actio furti, ſed rerum amotarum, ſi vnus coniux, conſtante matrimonio, aliquid de bonis alterius ſurripiat. 681. n. 12

Furtum domeſticum qui commiſit, niſi ſibi omnino perſuadeat, dominum contentum fore, vt non reſtituat, reſtituere tenetur, aut obtinere ab eo remiſſionem. 686. nume. 13

Furtum conſulens, ſi id conſilium ad furtum fuit cooperatum, ſaltemque quia fur eo conſilio fuit confirmatus, competit actio aduerſus ita conſulentem. Eſto autem ad furtum id conſilium nihil fuerit cooperatum, conſulens puniri debet pœna arbitraria. Diſput. 695. numero 47

Furtum quando committant commodatarius, depoſitarius, conductor, aut habens in pignus, ſi rebus, quas ita habent, vtantur vltra id, ad quod eas habent, inuitis dominis, & quale furtum id ſit. Et qui alij furtum committant. 681. nu. 8

Furtum ex naufragio vt hodie puniatur in hoc regno, reſtituique totum iubetur dominis. Idem de beſtijs cadentibus è ponte, aut aliter periclitantibus, aut pereuntibus. 695. nu. 17

Furti concauſa quando mitius puniatur, quam cauſa principalis. 695. num. 46

Furtum cum effractione, ſed ſine vi illata perſonæ quibus pœnis iure communi puniatur. 695. nu. 27

ob Furtum quando lata eſt excommunicatio niſi intra tantum tempus reſtituatur, & domeſticus, aut aliter coniunctus, furatus eſt, quando ea excommunicatio cenſenda ſit, aut non ſit, eum ligare. Diſput. 686. numero 12.

Furtum faciens de domo, quæ incendium patitur in crimen ac pœnam incidit de ui publica, niſi furetur ligna. 682. num. 5

Furtum per minima ab eodem homine quando culpa lethalis cum reſtituendi onere ſub culpa lethali. Minor autem quantitas ad id requiritur, quo longiori tempore ea ſumma aufertur, præſortim in famulis. 688. nume. 2

Furtum formaliter, & furtum materialiter quid. Pro ſolo autem furto formali, ac materiali ſimul datur actio furti in foro exteriori, aut pro eo, quod præſumitur tale. 681. num. 3

Furtum domeſticum vxoris, liberorum, aut mancipij, etiamſi magnæ quantitatis ſit, locum non habet pro eo actio furti ad pœnam. 686. nu. 6

Furtum in quo ſacrilegium interuenit, quibus pœnis iure huius regni puniatur. 695. nu. 37

Furtum committit tutor, ſi rem pupilli eo inuito vſurpet, actioque furti aduerſus illum datur, ſi de eo animo conſtet: ſi verò non conſtet, ſed præſumatur is animus, competit pœnalis actio de rationibus diſtrahendis: ſi autem non præſumatur, competit ſolum actio tutelæ. 681. num. 13

Furtum idem, & perforatio ad faciendam quodcunque aliud maleficium quibus pœnis iure huius regni puniãtur. 695. nu. 28

Furti actio an detur pro vna gallina, & ſimilibus rebus, & qualis concedatur. 685. nu. 3

Furti alia definitio. 681. num. 16

Furti definitio à Diuo Thoma tradita. Diſput. 681. numero 15

Furti preſsè definitio. 681. num. 2

Furti non punitur, qui inuentum ſibi retinet, quando dominus eius rei eam habebat pro derelicto, eſto inueniens id ignoraret. 681. nu. 5

Furti pœna punitur, & inſuper dominis reddere tenetur res, aut æſtimationes earum ac damna, quicunque oneroſo aut gratuito titulo vel in cuſtodiam acceperit aliquid à mancipijs. 695. nu. 20

Furti quæ quantitas ſufficiens ad culpam lethalem comparatione eorum, qui non pingues habent facultates. 685. nume. 2

Furti actio ad pœnam in omnibus furti ſpeciebus, non tranſit aduerſus hæredes furis, niſi ſit pœna pecuniaria, & lis conteſtata fuiſſet cum fure ante ipſius mortem. Excipiuntur crimina peculatus, & de reſiduis, in quibus actio ad pœnam pecuniariam tranſit aduerſus hæredes delinquentis, eſto lis cum delinquente non eſſet conteſtata. 696. num. 2

Furti ratione actio ad rem, fructus & intereſſe, etiam lucri ceſſantis, quæ condictio furtiua dicitur, aduerſus furem hæredeſque illius competit: quin vendicatio rei furto ablatę competit aduerſus quemcunque illius poſſeſſorem, & competit domino rei, hæredibuſque ſeu ſucceſſoribus in bonis illius. 696. nu. 1

Furti actio quouſque competat aut non competat aduerſus dominum rei eam accipientem à commodatario aut conductore, & quæ alia actio aduerſus eos competat. Et quid ſi vi illam ab eis eripiat. Et quid ſi dominus rei illam vi occupæt ex legitimo detentore, qui illam non poſſidet. 696. nu. 6

Furti actio competit aduerſus rei dominum clam propria auctoritate eijcientem à poſſeßione eum, qui in illa erat. Et quas pœnas incurrat, ſi illum vi eijciat. 696. nume. 7.

Furti actio competit aduerſus debitorem, qui pignus ſuũ accipit clam à creditore, & ad quid ſe extendat. Et quid ſi vi illud accipiat. 696. nu. 8

Furti actio vt competat, neceße eſt patratum fuiſſe furtũ formaliter, & materialiter ſimul. Quando autem aliquis mancipium, aut filium alienum induceret, vt hero aut patri furaretur, ad ſeq; furtum afferret, ſequuto furto ex conſenſu heri, aut patris, vt iniquus ille conſulens puniretur, actio furti competeret aduerſus eum hero aut patri. 696. nu. 4

Furti actio quouſque competat aduerſus commodatarium conductorem, creditorem ac depoſitarium vtentes re commodata, conducta, pignore aut depoſito, aliter quã eis liceat. 696. nu. 5

Furti aduerſus concauſas ad rem furto ablatam, vel ad illius æſtimationem, ad fructus & ad damna inde ſequuta, etiam lucri ceſſantis, condictio furtiua competit, & quatenus ſingulæ teneantur. 695. numero 43.

Furti concauſa aut rapinæ, in quo ſacrilegium, aut alia circumſtantia aggrauans interueniat, vt puniatur. 695. num. 45

Furti aduerſus concauſas actio ad pœnam pecuniariam parti læſæ applicandam competit, vt vna tantum illi ab omnibus ſoluatur, quam præcipue ſoluere tenetur cauſa furti principalis, niſi furtum comparatione illius ſit domeſticum. Ad pœnam vero pecuniariam fiſco applicandam, aut ad pœnam corporalem, competit actio vt ſingulæ concauſæ puniantur integra pœna. Et quando non interueniat furtum propriè ex parte concauſæ, ſolumque teneatur ad intereſſe & damnum, & quando ad nihil. 695. nu. 44

de Furto & damno dato per miniſtros ſuos in nauigio, caupona, aut ſtabulo tenentur nauta, caupo, & ſtabularius. Et ea actio tranſit ad hæredes eius, qui damnum eſt paßus, non vero aduerſus hæredes nautæ, cauponis vel ſtabularij. 710. num. 8

Furto domeſtico rem ablatam, ſi quis ſciens alienam eſſe, illam emat, aut alio titulo comparet, tenetur illam reſtituere domino. Si autem bona fide illã accepit, quouſque reſtituere teneatur. Et quouſque in eis euentibus venditor teneatur emptori de euictione. 686. nu. 7

pro Furto vnico magnæ quantitatis, quod tribus æquipolleat, aggrauari debet pœna, ſed non debet fur ſuſpendi, vbi lex aut conſuetudo non fuerint in contrarium. 695. nu. 9

Furto ſi res vendita, nec tradita, ablata eßet, ita vt periculum ad emptorem ſpectaret, teneretur venditor agere aduerſus furem condictione furtiua & actione furtiua, totumq; emolumentum tradere emptori deductis expenſis, aut cedere emptori actiones aduerſus furem. 696. num. 16

Furto ſi res alteri promiſſa ab aliquo eſſet ablata ex poteſtate promiſſoris, ad promiſſorem ſpectaret agere aduerſus furem condictione furtiua & furti actione, tradereque ei cui illam promiſerat, debet rẽ promiſſam, aut illius æſtimationem: non vero pœnam furti, etiamſi per promiſſorem ſtetiſſet, quominus eam tempore congruo tradidiſſet. 696. nu. 17

pro Furto iure communi imponi non poterat pœna mortis nec mutilationis. 695. nu. 5

Furto ſi ablata ſit aut retineatur quantitas, quæ ita ad culpam lethalem ſufficiat, vt quæcunque minor ad eam non ſufficiat, ſi reſtituatur quæcunque pars illius, reliquum retinetur ſine culpa lethali cum ſola veniali. 688. num. 3

Furto ſi res mobilis auferatur ex vſufructuario, agit vſufructuarius aduerſus furem quoad valorem præciſe vſusfructus, & proprietarius quoad valorẽ præciſe proprietatis. Idem ſi vſufructuarius furetur eam rem quoad proprietatem, aut proprietarius quoad vſumfructum. 696. num. 14

Furto quando res eſt ablata ex œconomo, tutore, aut curatore, actio aduerſus furem ad hos quidem ſpectat, ſed non nomine proprio, neque in ſuum cõmodum, ſed eius, cuius bona adminiſtrãt. Quando autẽ dominus rei eam ex ipſis exigeret, quia culpa ipſorum amiſſa, tunc ſoluere eam non tenerentur, niſi cedente domino ipſis actiones aduerſus furem, atque ex tunc agerent ipſi aduerſus furem in ſuum commodum. 696. nu. 13

Furto ſi res alienæ ſint ablatæ ex eo, qui ſelocauerat aliquid circa illas, aut qui conductas eas res mobiles habebat, quando & quæ actiones competant ei, etiam in ſuum commodum, & quando & quæ actiones competant domino earum rerum, & quando dominus agere aduerſus illos poterit. 696. nu. 10

Furto ſi res à quodam tertio auferatur ex commodatario, ita vt commodatarius ad nihil commodanti teneatur, agere condictione furtiua, & actione furti ad ſolum cõmodantem ſpectat, niſi abſens ſit, aut aliter impeditus: Ad cõmodatarium verò ſolum agere ſpectat ob emolumentum vſus, quo iniuſte fuit priuatus. Quando autẽ commodatarius tenetur commodanti de re cõmodata, quouſque actio ad commodatarium, & quouſq; ad commodantem ſpectet. Et quouſq; actio commodanti aduerſus commodatarium competat. 696. nu. 11

Furto ſi pignus ex creditore, nondum finita pignoris obligatione, ſit à quodam tertio ablatum, furti actio ac certi condictio aduerſus furem ei competunt, & quid debitori inde reddere teneatur. 696. nu. 9

Furto ſi auferantur fructus ex agro locato colono pro certa penſione, quam colonus ſoluat, ad ſolum colonũ pertinet actio aduerſus furem. 696. nu. 15

Furto ſi res vendita, nec tradita, ablata eßet culpa venditoris, nec recuperaretur, teneretur emptori ad damna. Quando vero res venditori periret, ageret vẽditor in ſuum commodum aduerſus furem. 696. nume. 16

Furto quando res eſt ablata à quodam tertio ex depoſitario, actio regulariter aduerſus furem non ad depoſitarium, ſed ad eum, qui depoſuit, pertinet. Et quando ad depoſitarium ſpectet. 696. nu. 12

Furto rem veriſimiliter ablatam, qui in eo regno emit, punitur pœna furis, eſto oſtendat, à quo eam emit. Lege alia ad pœnas furium, aut ementium à furibus, attinentia. 695. num. 25

Furto ſi res in ſingulari legata, ſit ablata poſt mortem teſtatoris, legatario competit aduerſus furem condictio furtiua

furtiua, & furti actio. Si vero ante mortem teſtatoris ſit ablata, legatario ſolum cōpetit rei vendicatio illius aut actio ad æſtimationem: hæredibus vero condictio furtiua.696. num.18

Furta domeſtica quæ ſunt verè furta, neque vſucapi res ita furtiuæ aduerſus verum dominum poſſunt niſi triginta annis.686.nu.1

Furta domeſtica famulorum aut aliorum mercede conductorum, liberti aut patroni, ſi modica ſint, moderate ea punit paterfamilias, & datur actio in factum ad rem, & ad damna ſequuta, non vero furti ad vllam pœnam. Si autem ſint magna, iudex procedit ex officio ad illa punienda pœna ordinaria, & competit actio furti. Et quæ magna cenſenda.686.nu.5

Furtorum quorum cognitio ad iudices de la hermandad ſpectet, & quibus pœnis ea furta puniantur.695. nume.21

Furta in caſtris commiſſa, qualiter puniantur.695. numero 14

Furatus qui eſt aliquid leue, cum animo furandi quantitatem, quæ ad culpam lethalem ſufficeret lethaliter peccauit. In foro vero exteriori ſolum datur actio furti pro eo, quod eſt furatus. 685.nu.7

Furetur ſi eccleſiaſticus, quibus pœnis iure canonico puniatur.695.nu.26

G

Graſſator.

GRaſſator, fur & latro in quo differant de iure communi, & quæ pœnæ de eodem iure ſint illis impoſitæ.695.nume.8

Gratia.

Gratia ſtatim ac conceſſa eſt per verbum, fiat, valida eſt in conſcientiæ foro, eſto literæ non ſint expeditæ. Et quamuis expeditio literarum requiratur, vt fidem de ea faciant in foro exteriori, ſi tamen ſint expeditæ, etiā tempore ſequētis ſummi Pontificis, valet gratia à puncto, quo fuit conceſſa.599.nu.1

Gratia licet ſit ad aliquid faciendum, valida eſt modo explicato ante literarum confectionem, modo non ſit talis, quæ iuxta ſtylum Cancellariæ non ſit expedienda, aut ſit limitanda.599.nu.4

Gratia conceſſa, etiamſi ſit ad aliquid iuxta eam faciendum, non exſpirat morte concedentis, eſto nullus ea gratia fuerit vſus, nec literæ eſſent confectæ: ſucceſſorque debet ea de re literas conficere ſuo tamen nomine. Expirat tamen, quando gratia eſt conceſſa per miniſtros, dependenter à ſubſcriptione principis, ſi literæ integræ non erant confectæ tēpore mortis eius principis. 599. num.6

Grauatus.

Grauatus reſtituere, ſatiſdare tenetur fideicommiſſario de reſtituendo fideicommiſſo vniuerſali aut particulari.619. num.1

Gemini.

Gemini vterque maſculus aut vterque fœmina, ſi nati eſſent, & ignoraretur quis prior, vterque pro indiuiſo ſuccederet cum alio in maioratu. In regno vero deberent ſortes mitti, quis eorum futurus eſſet Rex. 624. num.2

Guidagium.

Guidagium tributum quid. 662. num.10.

H

Hæreditas.

*HAereditatis expilatæ actio **competit priuigno** aduerſus vitricum, aut nouercam, ſi ex hæreditate aui, priuigni, aut alterius, qui non ſit coniux, vitrici aut nouercæ aliquid ſubtrahant. 681.nu.11*

Hæreditatis expilatæ crimē diſtinctum eſt à furto. Quæ actio aduerſus expilatorem competat, & quibus puniatur pœnis.681.nu.9

Hæreticus.

Hæretici, credentes, receptatores, defenſores, fautoreſque eorum, ipſorum deſcendentes quibus pœnis afficiantur. Nec deſcendentes inhabiles ſunt ad ſuccedendum. 658. nume.18

Hidalguia.

Hidalguia alicuius ſi in litem vocetur, ſententiaque aduerſus illum feratur, quibus noceat, pariatque aduerſus illos exceptionem rei iudicatæ. Et quibus conſanguineis non noceat.647.nu.3

Hiſpania.

Hiſpaniarum primogenia an licite inſtituantur. 578. in rubrica.

I

Ignorantia.

IGnorantia craſſa, quod res ad eum non pertineret, à quo illam accipiebat, qui accepit illam abſque vllo dubio, cum tamen meritò dubitare debuiſſet, tenetur poſtea inquirere, an verè ad alium pertineat, vt integre eam illi reſtituat: & remanente dubio, an aliena ſit, tenetur partem illius reſtituere pro dubij quantitate. 723. num.7

Incendiarius.

Incendiarij non ſunt ipſo iure excommunicati, ſed ſub excommunicatione ferendæ ſententiæ inhibitum eſt id crimen. Et num id intelligatur de ſolis incendiarijs loci ſacri. 694. num.2

Incertum.

Incertum, ad quem ex quibus paucis aliquid pertineat, & certum quod ad illorum aliquem pertineat, quomodo omnibus reſtituendum. Si autem tranſactio aut cōpoſitio fiat inter eos circa eam rem, tunc, eſto poſtea comperiatur, ad quem ipſorum attinuerit, non eſt illi reddenda. 745.nu.2

Incerta bona quæ. 744. nume.1.

Incerta bona antequam alteri, quam proprio domino, reſtituantur, aut circa illa ſummi Pontificis authoritate compoſitio fiat, quæ inquiſitio ac diligentia adhibenda, & cuius ſumptibus. 744.nu.2

Incerta bona, qui non facta prius competenti diligentia, inſumpſit in opere pio, aut illa lata ſua culpa tradidit ei, qui ſe finxit verum dominum, comparente poſtea verò domino, tenetur integrè ea illi reſtituere. Et in hoc poſteriori euentu tenetur integrè ea inſumere in opere pio, ſi conſtet illum non fuiſſe verum dominum, nec verus dominus compareat: in dubio autem, tenetur partem, pro debiti quantitate, inſumere in opere pio, & ius illi manet ad ea recuperanda ex illo, qui ſe finxit dominum. 744.nu.4

Incerta quando poſt competentem diligentiam ad inueniēdum dominū, reſtituta ſunt pauperibus, aut ea inſumendo

do in alio opere pio, ſi poſtea cōpareat dominus, tunc, qui illa ita reſtituit, non teneretur ea iterum ei reſtituere, & quid de pauperibus, & de alijs, ad quos deriuata ſunt. 746. nu. 3

Incertorum bonorum ne quis ſe fingat dominum, vt ei tradantur, qua cautela vtendum. 744. nu. 3

Incertorum, cuius ſint; duo genera. 745. nu. 1

Incertorum reſtitutio fieri poteſt pauperibus ſine autoritate Epiſcopi. Et in quibus euentibus poſſit Epiſcopus ſe in ea intromittere, aut eam facere. 747. nu. 3

Incertorum reſtitutio quibus pauperibus fieri debeat. Et num ſi is, qui facere eam debet, pauper ſit, poſſit ſibi etiam partem aut totum applicare. 747. nu. 1

Incertorum omnino poſt factam diligentiam competentem, ad quem pertineant, reſtitutio eſt facienda pauperibus, aut ea inſumenda in alijs operibus pijs. 746. nume. 1

Indictum.

Indicti tributum quod, & quomodo ſoluebatur. 661. nu. 1

Infamia.

Infamia, quæ non inteſtabilem efficit, nec priuat ſucceſſione in bonis liberis, non priuat ſucceſſione in maioratu, qui dignitas non eſt. Quando autem is infamis in pœnam delicti inſuper priuaretur omnibus ſuis bonis, priuaretur etiam eo maioratu. 620. nu. 4

Infamis eodem infamiæ genere, non eſt incapax dignitatis tituli, aut iuriſdictionis, quæ annexæ ſit bonis maioratus, quorum eſt capax, eſto incapax ſit dignitatis directo acquirendæ, hoc eſt, non annexæ ad aliud. 620. nume. 5

Infamia quibus dignitatibus priuet. Talis erit dignitas inſtituta a republica cum reditibus annexis dignitati, & non quaſi ipſa acceſſoria ſit reditibus. 620. nu. 7

Infamiam non leuem ſi contrahat feudatarius, feudum amittit. 620. nu. 10

Iniuria.

Iniuriam priuati paſſi, quamuis licitè exigere de malefactoribus pœnam coram poteſtatibus publicis poſſint; & poteſtates publicæ teneantur de iuſtitia commutatiua illam infligere, non tamen priuati poſſunt ſua autoritate, illam decernere ac ſumere. Secluſa tamen diſpoſitione in contrarium iuris humani, trāſigere poſſunt & accipere aliquid pro iure, quod habent ad pœnā exigendam. 715. nu. 8

Iniuſtitia.

Iniuſtitiæ, iuſtitiæ commutatiuæ circa bona externa contrariæ, varij modi. 680. nu. 1

Inſtitutio.

Inſtitutio maioratus aut melioratio in tertio, vt traditione irreuocabiles reddantur, an ſit neceſſaria omnium traditio. 585. nu. 1

Inſtitutio maioratus aut melioratio factæ contractu oneroſo irreuocabiles eo ipſo redduntur; modo ſi contractus oneroſus ſit matrimonij, contractus fiat cum tertio contrahente, aut ſequatur id matrimonium. 584. nume. 3.

Inſtitutio maioratus à parente per viam diuiſionis hæreditatis ſeu bonorum inter liberos, eſto fiat per viam contractus, vim vltimæ voluntatis habet, vt valeat, eſto inter liberos ſint filijfamilias, & vt reuocari poſſit: non vero vt requirat ſolemnitatem vltimæ voluntatis. 583. num. 5

Inſtitutio maioratus contractus, partim habet rationem contractus oneroſi, & partim donationis ſub modo, & quot donationes ſimul interueniant. Et quid quando vltima voluntate inſtituitur. 577. numero 7.

Inſtitutio maioratus ſine Regis facultate de legitima debita aſcendenti aut deſcendenti, & de alijs bonis, ad quem vocetur is, cui ea legitima debetur, non appoſita prædicta conditione inualida eſt de iure cōmuni quoad legitimam, non vero quoad incrementum. Et de iure Caſtellæ quid. 578. nu. 9

Inſtitutio quando cenſenda ſit maioratus, & quando capella, vt tota iuriſdictio circa illam ad poteſtates eccleſiaſticas pertineat, vt in Luſitania ſit definitum. 576. nume. 15

Interdictum.

Interdictum hoc locum habet quo ad id, quod nondum eſt ædificatum tempore nunciationis factæ, ſecus quo ad partem ædificatam. Quo ad ædificatum vero locum habet interdictum quod vi aut clam, etiam ſi ſola poſſeſſio ad alterum pertinet, & quam latè, vis, & clam, quo ad id ſumatur. 706. nu. 3

Interdicto eodem ſubuenitur vt impediatur via, iter, aut actus eiuſdem quantitatis, & non maioris, quam vſus eſt eo anno. 708. num. 17

Inuentarium.

Inuentarium bonorum maioratus an teneatur facere maioratus poſſeſſor. 646. nu. 8

Inuenta.

Inuenta circa quid iure Caſtellæ ſancitum, & cui applicentur factis certis diligentijs. 681. nu. 7

Inuenta circa quid iure Luſitano ſtatutum. 681. num. 6

Inuenta ſimiliter ſunt reſtituenda. 746. nu. 2

Irregularitas.

Irregularitatem vterque incurrit, ſi vnus lethaliter prius percuſſit, & poſtea alius interfecit. Erit autē in vtroque ea irregularitas ex homicidio voluntario, ſi vterq; formaliter aut virtute interficere intendit 697. nu. 42

Irregularis.

Irregulares ſunt cenſendi omnes, qui concurrerunt ad idē homicidium, quando dubium eſt, quis illorum interfecerit. 697. nu. 40

Iter.

Iter, viam, aut actum, reficere volens, ſi impediatur efficere, quantum iure ſibi competit quo interdicto ei ſubueniatur; modo ſi dubium ſit, probet ſe vſum illis fuiſſe eo anno triginta diebus; & ius verum habere ad eam ſeruitutem, & modo caueat de damno infecto, ſi ex tali refectione timeatur. 708. nu. 18

Iter vt eſt ſeruitus, & via, vt etiam eſt ſeruitus in quo differant, dicunturque priuata. Via publica & iter publicum non differunt. Si autem via publica lapidibus ſtrata ſit, ſtrata peculiari nomine nuncupatur. Luſitanè verò, corrupto vocabulo, quæcunque via publica ſtrada dicitur. 707. nu. 3

Iter, via & actus vt ſeruitutes ſunt, in quo differant. 708. nume. 1

Itineris aut viæ, qui probat ius habere, agere poteſt confeſſoria, vt ſibi permittatur ea reficere, eſto eo anno illis non fuerit vſus: vt vero ex hoc interdicto ei ſubueniatur, neceſſe eſt probet etiam vſum triginta diebus eo anno. 708. nu. 19

Itineris & viæ interdictum quibus, & aduerſus quos competat. 708. nu. 21

Itineris viæque refectio, qualis & quanta permittenda. 708. nu. 20

Itineris ſeruitus ad quæ ſe extendat. 708. nu. 2

Itinere via aut actu, ſi partim dominus prædij dominantis, & poſtea ſucceſſor illius vtantur triginta diebus, ſucceſſori illi competit hoc interdictum aduerſus prohibentem. 708.*nume.* 14

Iubens.

Iubens tacito aut expreſſo mandato quis cenſeatur, vt damno inde ſequuto, reſtituere illud teneatur. 729. *nume.* 2

Iudex.

Iudex eſſe non poſſunt ſurdus & cæcus. 622.*num.* 4

Iudex, qui appellantem percutit, comprehendit, aut inhonorat, eſto ſine armis id efficiat crimen ac pœnam vis publicæ incurrit. 682.*nu.* 6

Iudex ſi abſque dolo culpabiliter ſententiam iniuſtam ferat, ex quaſi delicto tenetur. Et an id ſit delictum cenſendum. 710.*num.* 2

Iuramentum.

Iuramento ſi confirmetur pactum, quo quis filiæ promittat, ſe æquali portione inſtituturum eam hæredem cum filio, aut quo promittat nullum filiorum melioraturũ præ cæteris, aut ſe æqualiter eſſe diuiſurum omnia bona ſua inter filios, validum eſt, modo in Luſitania iuramentum ſit adhibitum de facultate Regis. 579.*nume.* 1. & 2

Iuramentum, quo parens poſt legem Caroli Quinti, confirmet ſe non melioraturum alios filios, in augmentum dotis filiæ, aut ſe melioraturum filiam in augmentum ſimiliter dotis vltra legitimam, inualidum eſt, nec eis promiſſionibus robur tribuit. 579.*nu.* 9

Iuramento nec vi, nec dolo, nec metu extorto, ſi confirmetur renunciatio ſucceſſioni alicui, valida redditur, & quam late ſit intelligenda. Exceptis nonnullis, de quibus diſput. 149 *eſt dictum.* 579.*num.* 13. *Neque poſt eam renunciationem factam à filio patri, ſuccedunt auo nepotes ex eo filio, eſto is filius mortuus ſit ante auum, niſi iuramentum iniuſte fuiſſet extortum. ibid. nume.* 14

Iuramento ſi renunciauit filius, aut filia, hæreditati parentum ante ingreſſum religionis, etiamſi parentes moriãtur poſt profeſſionem talis filij, monaſterium non ſuccedit in hæreditate ita renunciata. ibid. nu. 15

Iuramento confirmatam renunciationem hæreditati non vitiat, quod facta ſit ſub conditione, ſi ingrediar religionem, eamve profitear. ibid. nu. 16

Iuramento licet renunciet quis hæreditati paternæ, etiam ex teſtamento, ſi pater nihilominus eum relinquat hæredem, ſuccedit, & tranſmittit hæreditatem. ibidem. numero 23

Iuramento confirmata renunciatio hæreditati, non reuocatur natiuitate filiorum renuncianti. ibid. nu. 24

Iuramento confirmata renunciatio ſucceſſioni in bonis alicuius non redditur ex eo nulla, quod renuncians ignoraret, iure ciuili eſſe nullam ſecluſo eo iuramento. ibid. nume. 25

Iuramento ſi confirmata ſit renunciatio ſucceſſioni, quod minor, etiam impubes, doli tamen capax ſit, qui renunciauit, non aufert ab ea renunciatione, per iniuriam non extorta, validitatem. ibid. nu. 26

Iuramento ſi quis renunciauit ſucceſſioni per vim, aut metum, licet inde ius non comparet is, in cuius fauorem eſt renunciatum, & relaxari debeat iuramentum, ante relaxationem tamen, qui iurauit, contrauenire non poteſt ei renunciationi. ibid. nume. 28

Iuramento confirmata renunciatio dolo extorta, vt falſis promiſſionibus, aut perſuaſionibus, inualida eſt, nec indiget relaxatione iuramenti. ibid. nu. 30

Iuramento confirmata renunciatio ſucceſſioni, ſi facta ſit vero animo condonandi, quod renunciatur, aut incrementum quod condonatur, comparat verum ius is, in cuius fauorem fit, eſto renuncians minor eſſet, locumq; non habet relaxatio iuramenti, neque reſtitutio in integrum, niſi bonum commune contrarium poſtularet, ob nimiam læſionem, exiguum iudicium, & multam facilitatem renunciantis. ibid. nu. 32

Iuramento confirmata renunciatio ſucceſſioni, non cenſetur comprehendere alimenta, ſi renuncians aliunde nõ habeat, niſi aliud exprimatur, aut intelligatur fuiſſe mentem renunciantis. Et de alimentis omnino neceſſarijs ad conſeruationem vitæ, eſſet nulla ea renunciatio. ibid. num. 33

Iuramentum de minore efficit maiorem, vt ipſum obliget, nec locum habeat reſtitutio in integrum. ibidem. nume. 33.*a*

Iuramento adhibito ſi ſucceſſioni renuncietur contractu mere oneroſo pro emolumento aliquo, & læſio quæcunque interueniat, attento pretio, quo ea ſucceſſio æſtimaretur, quando illi renunciatum fuit, inualida eſt quoad iuramentum in conſcientiæ foro. Et is, cui facta eſt, relaxare tenetur iuramentum, aut ſuperior illius: ante relaxationem vero contraueniri renunciationi non poteſt. ibid. num. 34

Iuramento ſi ſimiliter ſit renunciatum, non conceditur puberi in foro exteriori actio, eſto læſus ſit vltra, aut infra dimidium iuſti pretij, neque competit remedium legis. 2.*C. de reſc. vend. (excipe in Luſitania, ſi iuramentum adhibitum fuit ſine facultate Regis.) Deberet tamen relaxari iuramentum & concedi actio, ſi læſio eſſet tanta, & multi affirmant concedi in enormiſſima læſione. ibid. nu.* 25

Iuramento ſi minor ſolum confirmauit contractum, aut renunciationem oneroſam, in quibus læſus ſit vltra dimidium iuſtæ æſtimationis, ſi non addidit, vnde ſufficienter exprimeret, renunciare beneficio. l. 2. *C. de reſcin. vend. agere ex ea lege poterit. Expediret tamen, vt relaxaretur ei iuramentum. Et id in conſcientia eſt neceſſarium, ſi intendit ſe obligare, nec inde agere. Idem de maiori, ſi confirmauit iuramento actum, ſecluſo iuramento nullum. ibid. nu.* 36

Iuramento licet confirmetur pactum circa rem, quæ per vltimam voluntatem, aut ab inteſtato, ſperatur ex bonis alicuius, niſi accedat cõſenſus illius, eſt inualidum, cum pœna amittendi fiſco quicquid ita paciſcenti ex illo obuenerit. ibid. num. 38

Iuriſdictio.

Iuriſdictio ſi concedatur iudici, non prius valet iudicium, quam literæ cõficiantur ac intimentur iudiciumque antea cæptum eſt nullum. 599.*num.* 2

Ius.

Ius patronatus, & iura alia, quæ in hæredem extraneum non tranſeunt, ad fiſcum non pertinent ob delictum ea poſſidentis. 656.*nu.* 2

Ius quot modis dicatur quis habere ad aliquid. 727.*nu.* 1

Iure ſuo vtendo ſi quis noceat alteri, quamuis ſtando in ſolo iure naturali ad nihil ei teneatur, eſto ſiniſtra intentione, animo illi nocendi, id efficiat, quouſque tamen iure humano actio de dolo aduerſus eum competat, vt deſiſtat, & vt rem ad priſtinum reducat ſtatum. 727. *num.* 5

Iura

Iura duo exponuntur & conciliantur inter ſe. Et quatenus actio ad hæredis nunciati tranſeat, aut non. Et quã to tempore duret actio ex poſteriori edicti parte. 706. *num.*40

L

Læſa Maieſtas.

L*Aeſæ maieſtatis crimen, quando & aduerſus quos cõ mittatur.* 658. *nu.*1

Læſæ maieſtatis crimen, in quibus euentibus iure huius regni accommodate ad ius commune incurratur. Et quibus pœnis puniatur, etiamſi ad exequutionem delicti non deueniatur. Quid de ſcientibus intentari velle id crimen, neque id reuelantibus. 658. *n.*2. & 3

*Læſæ maieſtatis ob crimen, quando domus diruendæ. ibidem. num.*4

*Læſæ Maieſtatis crimen, quando aliquis commiſit, quam infamiam ac pœnas incurrant eius filij, & quouſq; ſucceſſionis cuiuſcunq; ſint incapaces. ib. n.*11

*Læſæ maieſtatis crimen incurrens quibus pœnis puniatur. ibid. num.*10

Læſæ Maieſtatis crimen ſi quis commiſit, filiæ eius ſuccedere matri innocenti poſſunt ſolũ in legitima: alijs vero in quibuſcunq; bonis. 658. *n.*12

*Læſæ Maieſtatis crimen non omnis, qui committit, perduellio dicitur, ſed ſolum qui in certo gradu ac modo illud committit. Atque eius ſolum memoria damnatur poſt mortem intra quinquennium à commiſſo delicto. Et qui ad id citandi. ib. n.*13

Læſæ Maieſtatis de crimine qui ad accuſandum admittã tur: pœnamq; talionis incurrit, qui de eo crimine accuſat, nec illud probat. 658. *n.* 14

*Læſæ Maieſtatis crimen quibus in euentibus iure Luſitano incurratur. ibi. n.*15

*Læſæ Maieſtatis circa crimen, capitaque illius, quanta varietas iure communi, Caſtellæ, ac Luſitano. ibidem. num.*16

Læſæ Maieſtatis inſtar vt puniantur, manus violentas inijcientes, aut inſequentes hoſtiliter Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ad id cooperantes. ibidem. num. 17

*Læſæ Maieſtatis humanæ crimen committentium pœnæ filijs ſtatutæ infamiæ, inhabilitatis ad officia publica ac dignitatis, & vt ſuccedere alijs non poſsint, non ſe extendunt ad nepotes illorum. ib. n.*19

Læſæ Maieſtatis humanæ, aut diuinæ, crimen committentium filij, qui concepti, aut nati ante id crimen ſunt, pœnas non incurrunt ſtatutas filijs ita delinquẽtium. 658. *num.* 20

*Læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, ob crimẽ poſſeſſoris maioratus de bonis patrimonialibus, non excluduntur filij à ſucceſſione in eo, ſi concepti fuerunt ante id crimen commiſſum. ib. n.*21

*Læſæ Maieſtatis in crimen ſi in Luſitania maioratus de bonis patrimonialibus poſſeſſor incidat, filij illius poſt delictum patris concepti, à ſucceſſione in illo excludũtur, & deuoluitur ad vlterius ad eũ vocatum, ſiue maioratus vltima voluntate, ſiue contractu inter viuos fuerit inſtitutus. ib. n.*22

*Læſæ Maieſtatis ob crimen commiſſum à patre maioratus poſſeſſore de bonis patrimonialibus inſtituti, filij cõ cepti poſt id crimen commiſſum, excluduntur à ſucceſſione in illo, tam de iure communi, quam huius regni, ſi vltima voluntate fuit inſtitutus: ſecus ſi inſtitutus fuit contractu inter viuos. ib. n.*23

Læſæ Maieſtatis ob crimen commiſſum à patre eiuſmodi maioratuum poſſeſſore, filij concepti poſt crimen patris, non excluduntur à ſucceſſione in illo ex eo capite præciſe, quod incapaces ſint officij publici ac dignitatis. Et quid de titulo Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, ſi is maioratus eum titulum habet annexũ. 658. *num.*24

Læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, ob crimen commiſſum ab inſtitutore maioratus, non confiſcatur maioratus ante id crimen irreuocabiliter inſtitutus. Neque confiſcatur ob crimen poſt inſtitutionem, ſed ante latam ſententiam commiſſum, quando ob id crimen non confiſcantur bona ipſo iure, ſed per ſententiam. 659. *num.* 1

Læſæ Maieſtatis crimine inſtitutoris maioratus, aut quocunque alio crimine, quo delinquentis bona confiſcantur, confiſcatur maioratus reuocabiliter per vltimam voluntatem, etiam donatione cauſa mortis inſtitutus. 659. *num.*2

*Læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, inſtitutoris, non cõ fiſcatur maioratus ab eo antea contractu inter viuos reuocabiliter inſtitus, niſi ipſe dum vixerit, illum reuocet. ibid. num.*3

Læſæ Maieſtatis ob crimen poſſeſſoris confiſcantur in Caſtella, in Luſitania maioratus de bonis coronæ regni, itemque tituli Comitatus, Marchionatus, & ſimiles. Et quid ob crimen hæreſeos, aut Sodomiæ. 660. *num.* 1

Læſæ Maieſtatis ob crimen, & ob alia, vt confiſcari non poſſit maioratus de bonis coronæ regni, valet priuilegium, aut conuentio: modo confiſcari quoad commoditatem poſſit, ita vt apud delinquentem non maneat. 660. *num.*2

Latro.

Latro, fur & graſsator in quo differant de iure communi, & quæ pœnæ de eodem iure ſint illis impoſitæ. 695. *num.* 8

Lex.

Lex Aquilia, quoad damnum culpa Theologica datum, pœnalis non eſt, tranſitque aduerſus hæredes eius, qui damnum ita dedit, & ad hæredes eius, qui damnum eſt paſsus. 697. *num.*34

Lex Aquilia, quoad exceſſum vltra damnum culpa datum, pœnalis eſt, neque quoad illum obligat, niſi quando poſt latam ſententiam exigitur. Neque tranſit aduerſus hæredes, niſi lis fuerit conteſtata cum eo, qui dã num dedit: neque competit hæredibus eius, qui damnũ eſt paſsus, niſi fuerit conteſtatus litem, aut illam præparauerit. 697. *num.*33

Legis Iuliæ de reſiduis pœna. 695. *n.*41

Leges aut conſuetudines non ſunt damnandæ, quæ pro tertio furto interficiunt, aut quæ pro furto certæ quantitatis aut qualitatis mutilant uel interficiunt. 695. *num.* 7

Leges Luſitanæ quæ de reſtitutione animalium tractant, quod ſint iuſtæ, prolixe probatur. 749. *n.*2

Legitimatus.

Legitimatus etiam reſcripto Principis, ad familiam ſpectat, ſecus adoptatus. 589. *n.* 5

Limes.

Limites oppidorum aut terminos agrorum mouenti quæ pœna ſtatuta ſit. 695. *nu.*10

Lis.

Lis.

Litis ſumptus num ad maioratus poſſeſſorem pertineat, atque ipſe de ſuis bonis teneatur eos facere. 646. numero 7.

Lite conteſtata ob delictum ſerui, ſi ſeruus moriatur, & conſtabat id delictum commiſiſſe, cogitur dominus ſoluere damnum ac pœnam. 711. nu. 4

Locus.

Locus publicus variè vſurpatur, & inter alia, pro loco vſui communi, aut ſaltem ſingulorum de populo deputato. 707. num. 2

Loco in publico quod ædificatum eſt nemine contradicente, quando non ſit deſtruendum, ſed imponendum ſit ſalarium ob publicum ſolum: quando vero ſit deſtruendum. Et quando iubendum vt non reparetur, ſi corruat. Item quando vendicari poſſit, quod ædificatum eſt, etiam in bono communitatis, alijs quo ad vſum non deputato. 707. nu. 15

Loco in publico deputato vſui omnium, aut eorũ, qui ſunt de aliquo populo, ſi aliquid fiat, aut imitatur, quo inter dicto ſubuenitatur. 707. num. 9

Loco in publico, vt in mari, qui piſcari, aut nauigare prohibet, aut ludere in campo publico, lauari in publico balneo, ſpectare in publico theatro, competit aduerſus eum iniuriarum actio. 707. nu. 12

Loco in publico, quo ad vſum, ſi aliquid fiat, aut immittatur, quo alius commoditate ex eo loco ſibi prouenientе priuetur, competit ei interdictum. Secus ſi ex eo quod aliquid fiat in loco priuato, vnde per accidens priuetur commoditate proueniente ex loco publico. Et ſecus ſi commoditas per accidens eueniret aliunde per locum publicum. 707. nu. 13

Loco in publico ſi quis prius ita illicitè ædificauit, vt aduerſus eum interdictum competeret ſi alter ſimiliter ædificet in loco publico cum præiudicio prioris, denegatur priori interdictum ob ſimilem ſuam culpam præteritam. 707. nu. 14

Loca ea publica, quæ quo ad dominium ad ſupremũ principem ſpectant, vt vias publicas, plateas, &c. eſto ab oppidis factæ ſint publicæ, ex rebus priuatis, alienare aut conuertere in aliud non poſſunt validè oppida, aut rectores eorum, abſque principis facultate. 707. numero 7

Loca publica particularium oppidorum, deputata vſibus eorum, qui ſunt de eo oppido, aut aliquorum, vel ad ſumptus communitatis, propria ſunt quo ad dominium eius oppidi: licet ſupremi principis adminiſtrationi ſubiaceant, quate ius id poſtulat commune reipublicæ bonum. 707. nu. 6

Loca publica, quæ quo ad dominium ſupremum principem ſpectant, præſcribi vllo tempore non poſſunt. Tempore tamen de cuius initio non extaret memoria, cenſerentur eius, qui illa obtinuiſſet: quoniam præſumeretur titulus iuſtus atque legitima poſſeſſio. 707. numero 8

Loca ſacra quæ. Muros etiam publicos comprehendunt quæ prohibita ſint fieri aut ædificari in locis ſacris, aut in illis coniunctis. Et quo remedio ſubueniatur. Et quouſque hodie vſu hæc ſeruentur. 707. nu. 1

Lucrum.

Lucrum cum re aliena, quando eſt fructus induſtriæ, neque fur, neque alij tenentur reſtituere. 720. numero 2

M

Maioratus.

Maioratus ac primogenij nõia vnde dicta. 576. n. 5. a. Et qualis ſucceſſio ac repræsẽtatio preſcripta ſit quoad regnum Caſtellæ: quæ ſimiliter locum habent in alijs Caſtellæ primogenijs, quando aliud non cõſtat de illorum inſtitutione. ib. n. 7

Maioratus ac primogenij rationem habet Caſtellę regnũ. Eſt cæterorum caput. Et conſtituta circa illud ſimiliter locum habent in alijs primogenijs, quando aliud ab inſtitutoribus non reperitur expreſſum. 576. n. 7

Maioratus qui de bonis coronæ regni ſint propriè cenſendi inſtituti. 576. n. 8. Et quouſque Reges bona coronæ alienare poſſint. ibid.

Maioratus propriè de bonis coronæ regni inſtituti, à Rege creantur. Et censẽtur creati inſtar maioratus regni, niſi aliud exprimatur. Vt expreſſum eſt quoad bona ab Henrico 2. donata. 576. n. 9

Maioratus in Luſitania de bonis à Regibus de corona regni donatis, quouſque valde arctæ legi mentali eius regni ſubijciantur. Quid illa contineat, & quando ei legi non ſubijciantur. 576. n. 10

Maioratus qui à priuatis de ipſorum bonis inſtituantur. Et quando ad eos inſtituendos Regis facultate non indigeant. Et quos vocare debeant, ſi deſcendentes habeant, &, vltra quintum, de tertio illos inſtituant. 576. num. 11

Maioratus etiam de parte legitimæ aſcendentibus, aut deſcendentibus debitæ, inſtitui, illis non conſentientib. ex regia facultate poteſt. 576. n. 12

Maioratus ſi de bonis inſtitutoris creatus ſit, ij in eo ſuccedunt, quos inſtitutor vocat, & eo ordine, quo illos vocat. Et quos, & quo ordine vocare teneatur, ſi de tertio deſcendentibus debito, illum inſtituat. Quando inſtitutor aliud non diſpoſuit, ſucceditur ordine circa ſucceſſionem in regno præſcripto. 576. n. 13

Maioratus qui aliquibus in locis patronazgos *nuncupẽtur. 576. num. 13*

Maioratus inſtitutio quando cenſenda, & quando capella, vt iuriſdictio tota circa illam ad Eccleſiaſticas poteſtates pertineat, vt in Luſitania definitum. 576. num. 15

Maioratus ſeu primogenia Hiſpaniarum, quam longe diſtent à primogenijs temporis legis naturæ ſcriptæ, & quarundam aliarum nationum. 577. n. 2

Maioratus Hiſpani licet diſtent à fideicommiſſis familię relictis, de quibus iura communia loquuntur, in multis cum illis conueniunt, ex eiſque videntur deriuati. Et quouſque valeat argumentum ab illis ad maioratus. 577. num. 3

Maioratus, & fideicommiſſum familiæ relictum, in quibus differant. 577. n. 5

Maioratum accipit ſucceſſor ab inſtitutore, & non ab vltimo poſſeſſore. Mortuo vero vltimo poſſeſſore, dominium ac poſſeſſio illius transeunt ipſo iure in proxime ad eum vocatum. 577. n. 6

Maioratus inſtitutio contractu, partim habet rationem contractus oneroſi, & partim donationis ſub modo, & quot donationes ſimul factæ cenſeantur. Et quid quando vltima voluntate inſtituitur. 577. n. 7

Maioratus Hiſpaniarum nominis etymologia, & origo. 577. num. 8

Maioratus diuerſum quid eſt à maioratus titulo. Et quid maiora-

maioratus Hiſpanus ſit, varieque apud eos ſumitur. 577.num.9
Maioratus quos licite inſtitui omnes conſentiant. 578. num. 1
Maioratus qui licite inſtitui de bonis patrimonialibus ne gent. 578.num.2
Maioratus, etiam de bonis patrimonialibus, licite inſtituuntur, ſi abuſus vitentur. Et quę emolumenta ex illis ſequantur. 578.n.3
Maioratus quando illicite de bonis patrimonialibus inſti tuantur. 578.n.4
Maioratus inſtitutor ſi liberos habeat, quibus debitę ſint legitimæ, neque de principis facultate licite ac valide poteſt inſtituere maioratum, niſi relinquendo cæteris li beris competentia alimenta, etiam ad contrahendum matrimonium pro ſui conditione. 578.n.6
Maioratus plus ſatis in Hiſpanijs multiplicantur. ibidem num.6
Maioratuum multiplicatio non multum reipub. expedit. 578 num.6.c
Maioratus vt inſtituatur ex legitima aſcendenti debita, concedi non debet facultas à principe, niſi relictis tali aſcendenti competentibus alimentis, ſi illis in digeat, & niſi vt in eo aſcendens ipſe ſuccedat, & poſt eum filius illius maior, aut quem ipſi voluerint. 578. num. 7
Maioratus inſtitutio ſine principis facultate ex legitima eius, qui ad eum vocatur, vna cum alijs bonis ſub conditione, vt, ſi conſentire velit, ſuccedat in eo, alioquin ſumat ſuam legitimam, & ſuccedat alius, valida eſt, ſed pendens ab illius conſenſu: validuſque eſt is conſen ſus filij præſtitus viuente patre. 578.n.8
Maioratus inſtitutio ſine Regis facultate, de legitima de bita deſcendenti, & de alijs bonis, ad quem vocetur is, cui ea legitima debetur, non appoſita prædicta conditione, inualida eſt de iure communi quoad legitimam, non vero quo ad incrementum. De iure vero huius regni, ſi legitima ſit filij, ſuccedit is in omnibus eis bonis, ſed ſine vllo grauamine ac vinculo. 578.n.9
Maioratus ex bonis inſtitutus ex renunciatione iuramen to confirmata, extorta per metum, etiam reuerentialem, quouſque inualidus quo ad ea bona. 579. numero 29
Maioratus inſtitutus ex renunciatione iuramento confirmata, & dolo extorta, vt falſis promiſsionib. aut perſuaſionibus falſis, inualidus eſt quoad id, neque vt contraueniatur tali renunciationi, neceſſaria eſt iuramenti relaxatio. 579.n.30
Maioratus quouſque inſtitui poſſint ex legitimis filijs ac filiabus debitis, etiam ſine regia facultate, renuncianti bus filijs ea in parte ſuis legitimis. Et quam facile maioratus ex eis inſtituti, ſubiaceant calumnijs. 579. num. 43
Maioratus legalis eſt regnum regulariter loquendo. Et quouſque aliquãdo, quibuſque ex cauſis, mutare liceat de modo regiminis ac ſucceſſionis primitus in eo ſtatuto. Regulariter vero non licet. 580.n.2
Maioratus cum titulo, & alij de bonis coronæ huius regni creati, licet aliquid de legali participent, ſimiliter, non legales, ſed à Rege dicendi ſunt creati. 580. num. 3
Maioratus in Luſitania legi mentali ſubiecti, legales re- ctius appellari poſſunt. ibid.n.4
Maioratus legales dici poſſunt, creati in hoc regno ex donatis ab Henrico II. Et commendæ in Peru creatæ. ibid.num.5
Maioratus inſtituti de bonis patrimonialibus, ſimpliciter legales non ſunt, ſed ex priuatorum inſtitutione: licet quidam eorum aliquid de legali participent. 580. num.6
Maioratus rationem ſortitur in Hiſpanijs, neque eſt diui dendum inter deſcendentes, caſtrum, aut oppidum alicui & ſuis ſucceſſoribus conceſſum cũ titulo Comitis, Marchionis, aut alio ſimili. 581.n.1
Maioratus in modum tranſeunt dignitas Comitis, Marchionis, & ſimiles, ad primogenitum, ſi conceſſę ſint alicui & deſcendentibus, aut ſucceſſoribus. 581. num. 5
Maioratus iura, regni ipſius inſtar, deriuantur in perpetuum, dignitas & oppidum ſeu territorium, ſimul con ceſſa alicui & ſucceſſoribus illius. Et in Luſitania vtrunque cenſetur legi mentali ſubiectum, niſi concedatur exemptum ab illa. 581.nu.6
Maioratus rationem non ſubeunt, ſed partibilia manent, oppidũ, aut oppida libera, eſto in illis dignitas aliqua concedatur. Dignitaſque ipſa cum eo expirat, cui fuit conceſſa, niſi aliud fuerit expreſſum. 581.n.7
Maioratus rationem non habent, ſed partibilia ſunt oppi da alicui & ſucceſſoribus conceſſa, quando conceduntur cum dignitate annexa ad vitam tantum accipientis, eſto filius dignitatem poſtea obtineat. Secus in Luſitania. 581.num.8
Maioratus rationem ſolum ſubit oppidum, cui annectitur dignitas, conceſſa accipienti ac ſucceſſoribus, par tibiliaque ſunt alia, ſi ſimul donẽtur eodem modo ſine alia expreſſione. In Luſitania vero omnia ſubeunt rationem maioratus. 581.num.9
Maioratus non ex regia facultate rite inſtitutus, non con fiſcatur ex crimine hæreſeos, læſæ maieſtatis, ac ſodomiæ: ex quibus criminibus confiſcatur inſtitutus ex re gia facultate. Quod intelligitur ſolum, quando ea facul tas erat tunc neceſſaria. Item in illo euentu non tam fa cile poteſt princeps concedere facultatem ad alienandum bona, ex quibus conſtat, quam in hoc. 582. num. 1
Maioratus ſi ex parte inſtitui poteſt ſine regia facultate, & ex parte non, obtenta facultate regia, quæ clauſula vtiliter apponatur. Et iuxta eam cenſenda eſt facta inſtitutio, eſto non apponatur. 582.n.2
Maioratus, qui non aliunde probatur, quam ex legitima ex præſcriptione, inſtitutus cẽſetur abſque regia facultate: niſi ad eum inſtituendum neceſſaria fuerit regia facultas. 582.n.3
Maioratus in Luſitania ex bonis patrimonialibus de Regis facultate inſtitutus, non confiſcatur, etiam ob crimẽ læſæ maieſtatis. Secus inſtitutus de bonis coronæ regni. 582.num.4
Maioratus de bonis patrimonialibus, ſiue propria autoritate, ſiue regia facultate, ſit rite vltima voluntate, aut contractu inter viuos inſtitutus, reuocari in totum poteſt dum inſtitutor viuit, & in quibus euentibus inſtitutus contractu inter viuos reuocari non poſſit. 583.num.1
Maioratus vltima voluntate inſtitutus reuocari non poteſt, ſi princeps ſuam autoritatem interpoſuit, vt irreuocabiliter fieret. Si autem inſtitutor iuramento ſe aſtrinxit, eum non reuocare, periurus eſt eum reuocando, & ad intereſſe tenetur. 583.n.3

Maio-

Maioratus vltima voluntate inſtitutus, vt validus ſit, ſolemnitate indiget eius vltimæ voluntatis, quæ fit. 583. *numero* 4

Maioratus inſtitutio à parente per viam diuiſionis hæreditatis, ſeu bonorum inter liberos, eſto fiat per viam contractus, vim habet vltimæ voluntatis, vt valeat, eſto inter liberos ſint filijfamilias, & ut reuocari poſſit: non vero vt requirat ſolemnitatem vltimæ voluntatis. 583. *nu.* 5

Maioratus hoc modo ſimpliciter inſtitutus, ſi habeat ſolemnitatem ſufficientem in hoc regno ad contractum, & non ad vltimam voluntatem: contractu cenſetur inſtitutus: niſi conſtet inſtitutorem vltimam intendiſſe voluntatem. 583. *nu.* 6

Maioratus ſimiliter inſtitutus ab vxore ſine viri conſenſu & à minore ſine conſenſu curatoris, & iudicis decreto ſi ſolemnitatem habeat ad vltimam voluntatem ſufficientem, cenſetur vltima voluntas, vt valeat. 583. *num.* 7

Maioratus per viam contractus irreuocabiliter inſtitutus, nihil de vltima voluntate participat. 583. *numero* 8

Maioratus contractu reuocabiliter inſtitutus, vna cum donationibus reuocabilibus (donatione cauſa mortis excepta) ad mediam ſpeciem inter vltimam voluntatem, & contractum mere inter viuos, ſpectat. Quoad creationem & initium ſequitur conditiones contractus & quoad reuocabilitatem vltimæ voluntatis. 583. *nume.* 9

Maioratus, ſiue reuocabiliter, ſiue irreuocabiliter inſtitutus, cur inſinuatione non indiget, quando quingentos ſolidos excedit. 583. *num.* 10

Maioratus ſi donationis contractu fit ex quinto in extraneo inſtitutus, aut in deſcendente, ſiue conſtituto in poteſtate, ſiue non, reuocari poteſt; niſi interueniat aliquid vnde iuxta l. 44. *Tauri, reuocari non poſſit.* 583. *nume.* 15

Maioratus inſtitutio facta contractu, vt irreuocabilis redatur, ſatis eſt traditio per actum fictum, & quando ea traditio ſe extendat ad futura. 584. *nu.* 1

Maioratus eadem inſtitutio irreuocabilis redditur traditione coram tabellione ſcripturæ, in qua eſt facta illi, cui facta eſt. 584. *nume.* 2

Maioratus inſtitutio contractu oneroſo, irreuocabilis eo ipſo redditur: modo, ſi contractus oneroſus ſit matrimonij, contractus fiat cum tertio contrahere, aut ſequatur matrimonium. 584. *nume.* 3

Maioratus inſtitutio ſi facta ſit vltima voluntate, nullo trium actuum, qui explicati ſunt, irreuocabilis redditur. Quando autem fieret traditio ex interuallo, non facta mentione, quod id fieret ad implendam illam vltimam voluntatem, cenſeretur facta noua donatio inter viuos irreuocabilis. Quamuis hoc difficultate non careat. 584. *nume.* 4

Maioratus inſtitutio vt traditione reddatur irreuocabilis, ſatis eſt quarundam rerum traditio, nec neceſſaria eſt omnium. 585. *nu.* 1. & 2

Maioratus quando traditione vnius rei, quoad illam ſolam cenſeatur factus irreuocabilis. Diſput. 585. *numero* 4

Maioratus inſtitutor, ſi per clauſulam conſtitutifecit inſtitutionem irreuocabilem, quod exiſtente poſtea aliqua re, interuertat poſſeſſionem illius, non idcirco reuocat priorem inſtitutionem. 585. *nu.* 5

Maioratus inſtitutio reddi poteſt irreuocabilis traditione per clauſulam conſtituti, etiam quoad iura incorporalia, nominaque debitorum. 585. *nu.* 6

Maioratus inſtitutio contractu effecta, adiecto pacto de ea non reuocanda, irreuocabilis redditur. 586. *numero* 1.

Maioratus inſtitutio vt irreuocabilis fiat pacto adiecto de ea non reuocanda, parum refert, ſiue id pactum apponatur in ea inſtrumenti parte, in qua continetur diſpoſitio, ſiue in ea, in qua de exequutione agitur. 586. *num.* 3

Maioratus ex regia inſtitutus facultate, in qua contineatur, quod ſemel inſtitutus reuocari non poſſit, etiamſi per vltimam voluntatem ſit inſtitutus, reuocari deinceps non poteſt. 586. *nu.* 5

Maioratus inſtitutio ſi confirmetur iuramento, quo inſtitutor iuramento aſſerat, ſe illam efficere, non eſt irreuocabilis: ſecus ſi iuramento promittat ſe eam non reuocaturum, aut illi non contrauenturum, & in Luſitania de Regis facultate ſit adhibitum, & quid in Caſtella. 586. *num.* 6

Maioratus inſtitutio vt irreuocabilis in hoc regno ſit ex capitibus explicatis, non pendet ab acceptatione vocati, aut vocatorum ad eum, neque ab acceptatione alterius nomine ipſorum, & quid in Luſitania. 587. *numero* 1

Maioratus inſtitutio, quamuis concurrant capita, ex quibus irreuocabilis redditur, ſi inſtitutus ex regia facultate, clauſulam habente, quod poſtquam fuerit inſtitutus, poſſit reuocari, reuocabilis erit. Et quid ab inſtitutore adhiberi debeat, vt ea clauſula non impediente, irreuocabilis reddatur. ibid. nume. 2

Maioratus inſtitutio irreuocabilis reddita ex capitibus explicatis, reuocari poteſt, ſuperueniente aliquo ex ijs, ex quibus donationes reuocari poſſunt. 587. *numero* 3

Maioratus inſtitutus, etiam irreuocabiliter, à non habente deſcendentes, natiuitate filiorum reuocatur in totũ. Inſtitutus vero ab habente vnicum deſcendentem, natiuitate filiorum, ſolum reuocatur, quatenus contigerit legitimas eorum, retento in maioratu tertio & quinto. 587. *num.* 4

Maioratum vt inſtituat, qui facultatem à principe petit, exprimere non tenetur, quot filios habeat. 587. *numero* 5

Maioratus inſtitutio ſi ex tertio, & quinto ſit irreuocabiliter facta in aliquibus bonis, & bonis decreſcentibus, mortis tempore non tot pertineant ad tertium & quintum, reuocatur quoad exceſſum. Niſi cauſa matrimonij fuerit ea inſtitutio facta: nam tunc is, cui facta eſt, eligere poterit, vt ſtetur bonis, quæ erant tempore, quo fuit facta. Si item donationibus poſtea factis decreſcant bona, illæ ſunt nullæ. ibid. num. 6

Maioratus in inſtitutione ex tertio & quinto, non valet pactum inter patrem & filium ad eum vocatum, quod quoad tertium & quintum ſtetur bonis, quæ pater tũc habet, & non quæ tempore mortis illius fuerint reperta: quoniam id cedit in præiudicium aliorum filiorũ. 587. *num.* 7

Maioratum reuocabilem ſi vterque coniunx de communibus bonis inſtituant, ſuperſtes reuocare illum poteſt quoad ſuam partem. Secus quando vxor eſt ſuperſtes, & maritus de vxoris facultate illum inſtituit. 585. *nume.* 9

Maioratus ſi ſit inſtitutus,finitis vocatis,nõ exſpirat, niſi in inſtitutione fuerit expreſſum, vt tunc exſpiret. 588.*num.*2

*Maioratus tranſit ad deſcendentes primo ad eum vocati, eſto illi deſcendentes non ſint inſtitutoris,quando inſtitutor aliud non expreſſit.*589.*n.*1

Maioratus,deficientibus deſcendentibus inſtitutoris, aut eius,in quo primo fuit inſtitutus,non expirat,ſed tranſit ad collateralem proximiorem. 589. *nu.*3

Maioratus quando nulla facta eſt mentio in inſtitutione, quibus coniecturis iudicandum ſit,aut non ſit,eſſe maioratus inſtitutionem. 590.*nu.*1.*vſque ad nu.*11

Maioratum vnum inſtituendi, qui facultatẽ à Rege obtinuit, vi illius non poteſt duos inſtituere. 591. *nu.*2

Maioratum ſi quis inſtituit ex regia facultate, ſi poſtea petat facultatem aliam ad inſtituendum alium, ſurreptitia erit poſterius obtenta,ſi non exprimatur, fuiſſe antea conceſſam illam aliam. 591.*nu.*5

Maioratus ſi inſtitutus ſit ex tertio & quinto,& petatur facultas ad inſtituendum alium, ſurreptitia erit, niſi exprimatur inſtitutum eſſe illum alium maioratum. 591.*nu.*6

Maioratum vt inſtituat,qui regiam facultatem habet,inſtituere non poteſt alium ex tertio & quinto,ſi vterque quantitatem tertij & quinti excedat. 591.*nu.*9

Maioratus duos vt inſtituat, qui à Rege facultatẽ habet, regulariter inſtituere poteſt vnum ſolum. 591. *nu.*10

Maioratui,aut alteri rei,ſuccedere,quem aliquis, aut aliqui,elegerint,arbitrati fuerint,aut voluerint,non efficit diſpoſitionem captatoriam. Neq; electus accipit ab eligente,ſed ab inſtitutore. 592.*nu.*2

Maioratum inſtituendi, ſubſtitutiones ac nominationes efficiendo,quas voluerit,qui facultatem habet, vocare poterit ad eum maioratum, quem vltimus poſſeſſor,aut vltimi poſſeſſores elegerint. 592.*nu.*3

*Maioratus inſtitutor ſi facultatem alteri conceſſit eligendi ad eum maioratum quemcunque conſanguineum inſtitutoris, etiam ſpurium, eligere is non poteſt filium ſpurium inſtitutoris, poſſet tamen eligere ſuum proprium filium ſpurium. Excipe in hoc regno,ſi ſit filius clerici,aut religioſi,vel religioſæ profeſſorum: nam is in nullius conſanguinei talis parentis bonis poteſt ſuccedere.ibid.nu.*4

Maioratus inſtitutoris ex præſcripto, qui eligit ad maioratum, licet ipſe ex parte beneficium ac gratiam propriam conferat, quatenus præfert electum alijs, quod penes ipſum eſt efficere,nihil tamen pro eo beneficio poteſt accipere, neque vllum omnino grauamen imponere. 592.*nu.*5

Maioratui vt ſucceſſorem eligat,cui eſt commiſſum, vnũ tantum poteſt eligere. Secus de electore ad legatum familiæ relictum, quando inſtitutor non expreſſit vt ſolus vnus eligeretur. 592.*nu.*10

Maioratui ſucceſſoris eligendi,aut rei alteri, quando facultas alicui conceſſa eſt in tempus mortis ipſius directa,reuocare elector poteſt electionem ſemel, aut pluries factam,dum viuit, vltimaque morte illius confirmatur. 593.*nu.*1

Maioratus,aut fideicommiſſum,quando poſt mortem poſſidentis, deuenire debet ad quendam alterum poſſeſſorem, poſſeſſor ante ſuam mortem poteſt tradere illud ſucceſſori,etiam fruendum,idque valide & irreuocabiliter: atque eo modo cenſetur traditum, ſi donatione inter viuos aut alio irreuocabili contractu, ſit conceſſum. Quando tamen ea irreuocabilis traditio in aliquo præiudicaret cuidam tertio,eſſet quoad id inualida: ſecus quoad id,in quo non præiudicaret. 593.*nu.*2

Maioratui,ſi alicui ſit commiſſum, vt eligat quem de familia voluerit,vt in eo ſuccedat, & is moriatur nemine electo,ſuccedit ſolus primogenitus proximior in gradu,etiam quoad totam commoditatem. In fideicommiſſo vero familiæ relicto, ſuccederent in eo euẽtu omnes, qui ſunt de ea familia. 593.*nu.*6

Maioratus,aut fideicommiſſi,adueniente tempore deuolutionis,tenetur elector ad ea eligere ſtatim,ac fuerit requiſitus. 593.*nu.*7

Maioratui vt eligat ſucceſſorem, ſi alicui conceſſa ſit libera facultas ex filijs ac filiabus,valida eſt electio minoris natu,etiam fœminæ, prætermiſſo maſculo primogenito digniori. 594.*nu.*2

Maioratus inſtituendi ſi ſit alicui conceſſa facultas in quocunque filiorum,aut filiarum, voluerit inſtituere illum poteſt in filia,prætermiſſo filio maiori ac digniori. 594 *nume.*3.

Maioratui ſucceſſorem eligendi ſi inſtitutor liberam facultatem alicui conceſſit, quando eligere poterit inimicum inſtitutoris, & in quibus euentibus non. ibid. numero 4.

Maioratum iuxta legum præſcriptum, inſtituens in non adeo digno, prætermiſſo digniori ac maiori natu, etiãſi is maioratus iuriſdictionem in alios habeat, nõ peccat. 595.*num.*4

Maioratum inſtituens in indigno,ſi maioratus iuriſdictionem habeat,& futurum id ſit in perniciem ſubditorũ, culpa eſt lethalis, cum reſtituendi onere damna ſequuta. Quando nullum damnum alijs inde immineret, raro eſſet culpa lethalis. Niſi incapax eligeretur. 595. *nume.*5

Maioratus quomodo titulo præſcriptionis comparetur ac probetur. 596.*nu.*2

Maioratus regiam requirens facultatem vt ſit validus, validus non eſt, ſi poſt eum confectum regia facultas obtineatur, niſi in ea dicatur, confirmari maioratũ antea confectum. Quando autem inſtitutio & facultas eandem continẽt diem,facultas præſumitur anteceſſiſſe niſi contrarium probetur. 597.*nu.*1

Maioratus indigens regia facultate vt ſit validus, ſi ſine ea inualide ſit inſtitutus,vt validus reddatur,non ſufficit confirmatio in forma communi,ſed requiritur in forma ſpeciali: confirmatur vero in forma ſpeciali,quando dicitur confirmari iam antea inſtitutum. 597. *numero* 4.

Maioratus inualide inſtitutus ſine regia facultate,ſi à Rege approbetur,aut confirmetur, in ipſomet inſtrumento,inualide antea confecto,cenſetur confirmatus ex certa ſcientia,ac in forma ſpeciali, validuſque redderetur. Et quibus alijs modis idem fiat. 597.*nu.*5

Maioratus ſi inſtitutus fuit facultate Regis ſurreptitia,aut ſine Regis facultate,neceſſaria, vel cõfirmatus fuit à Rege inualide,& cum eis titulis præſumptis bona fide à ſucceſſoribus fuit poſſeſſus decem annis inter præſentes,& viginti inter abſentes,titulo præſcriptionis eſt comparatum dominium illius. In foro tamen exteriori forte non præſumetur bona fides. 597. *numero* 6.

Maioratus inſtitutionem ex eo nullam,quod de Regis facultate non ſit facta, in nullo euentu poteſt princeps confirmare poſt mortem inſtitutoris,ac validam reddere,

dere, niſi id omnino poſtularet bonum commune, & facta compenſatione ijs, in quorum præiudicium id cederet, aut niſi illis omnibus libere conſentientibus: habetque id verum, etiamſi inſtitutor peteret, vt princeps poſt ſuam mortem eam inſtitutionem confirmaret. 598. num. 1

Maioratus inualide inſtituti ſine regia facultate, ſi inſtitutor mandauit peti confirmationem illius, & poſt mādatum datum, incidit in amentiam, re adhuc integra, vique eius mandati confirmatio obtineatur, eſt nulla: quia mandatum per eam amentiam exſpirauit. Si autem aliunde rite petatur poſt amentiam, & obtineatur ante mortem inſtitutoris, validus efficitur. 598. numero 3

Maioratus inſtitutio, etiamſi inualida ſit ſine Regis facultate ob ſolas ſubſtitutiones, & non ob bona, ex quibus eſt inſtitutus, ſi confirmatio illius obtineatur poſt mortem inſtitutoris, iualida eſt. 598. nu. 4

Maioratus ſi vt valide inſtituatur neceſſaria eſt facultas Regis, neceſſarium eſt in hoc regno vt præcedat confectio literarum eius facultatis, nec ſufficit ſupplicam expeditam eſſe per verbum fiat. 599. nu. 3

Maioratus inſtituēdi facultas conceſſa à principe non exſpirat morte principis, qui illam conceſſit: eſto maioratus vi eius facultatis nondum eſſet inſtitutus: modò tamen literæ ea de re eſſent confectæ ac ſubſcriptæ ab eo principe. 599. nu. 5

Maioratus ſine regia facultate inualide inſtitutus, eſto confirmetur, ſi tamen literæ eius confectionis non ſint integre confectæ tempore mortis eius Regis, exſpirat ea confectio, inualidaque eſt talis maioratus inſtitutio. 599. num. 7

Maioratus inualide inſtitutus, ſi confirmetur viuente inſtitutore, nec tamen literæ eius confirmationis expeditæ ſint viuente inſtitutore, expediri non poſſunt, inualidaque eſt ea inſtitutio. 599. num. 8

Maioratus inſtitutio factæ quidem ab eo, qui facultatem ad illum inſtituendum habebat, ignorante tamen ipſo eam facultatem habere, inualida eſt. Habens tamen facultatem, eſto non exprimat, ſe ex illa maioratum inſtituere, cenſetur ex ea illum inſtituere. Diſput. 599. numero 9

Maioratum inſtituendi qui facultatem à Rege habet, eſto ea non vtatur decennio à puncto conceſſionis, poteſt vi illius eum inſtituere. 599. num. 10

Maioratus inſtitutio neceſſe non eſt, vt fiat ſcriptura publica, ſed ſatis eſt, ſi alijs legitimis probationibus, prout fuerit qualitas inſtitutionis, probetur. Et quid in Luſitania. 600. num. 1

Maioratus inſtitutio quando fieri debet ex regia facultate, neceſſe eſt, vt ea facultas inſtrumento publico ſit cōfecta & à principe ſubſcripta. 600. num. 2

Maioratus in inſtitutione licet neceſſaria non ſit ſcriptura, in promiſſione tamen de non meliorando alio, atque adeo de non inſtituendo in illo maioratu, vt irreuocabilis ſit, neceſſaria in hoc regno eſt ſcriptura. ibid. nume. 3

Maioratus inſtitutio ſufficienter in hoc regno fit ac probatur ſcriptura priuata, vt & alij contractus. ibid. numero 4

Maioratus inſtitutio valet facta in ſchedula, etiam non ſubſcripta, modo in alia ſcriptura publica fiat remiſſio ad illam, & conſtet eam eſſe, ad quam fit talis remiſſio. ibid. num. 5

Maioratus inſtitutio valide ſi effecta ſit, non in inſtrumento publico, fieri expedit publicationem illius coram iudice, citatis ijs, quorum intereſt, validam non eſſe, vt redigatur in publicum inſtrumentum. 600. nu. 6

Maioratus inſtitutio inſinuatione non indiget. ibid. nu. 7

Maioratum inſtituere poſſunt vltima voluntate, aut contractu, dependenter ab alterius facultate, aut ſine ea, qui ſimiliter de ſuis bonis diſponere poſſunt vltima voluntate, aut contractu. Cæteri non poſſunt. 601. numero 1.

Maioratum inſtituere poteſt vxor ſine viri facultate, vltima voluntate, quæ non ſit donatio cauſa mortis. Donatione vero cauſa mortis, aut contractu inter viuos, inſtituere valide illum non poteſt, niſi ex viri facultate, aut iudicis, viro abſente, aut irrationabiliter non conſentiente. 601. nume. 2

Maioratus reuocatio facta ab vxore ſine viri facultate vltima voluntate, quæ non ſit donatio cauſa mortis, valida eſt. Secus ſi ſine viri facultate facta ſit donatione cauſa mortis, aut contractu inter viuos, niſi accedat iudicis facultas ob viri abſentiam, aut quod irrationabiliter præſtare non velit facultatem. 601. num. 3

Maioratum inſtituere non poteſt carens vſu rationis, niſi in lucido interuallo. Neque tutor, aut curator, loco illius, tametſi curator obtinere poſſit confirmationem facti ante amentiam. 602. nu. 1

Maioratum quouſque mutus (etiam morbo) inſtituere nō poſſit, & quouſque poſſit. 602. nu. 2

Maioratum quouſque minor inſtituere non poſſit, aut poſſit: & quouſque neceſſe ſit interueniat curatoris autoritas ac iudicis decretum. 602. num. 3

Maioratum quouſque inſtituere non poſſit prodigus, aut poſſit accedente curatoris autoritate ac iudicis decreto. Ac quando facultas principis eſſet neceſſaria, exprimendum illi eſſet, eam peti, vt prodigus eum maioratum inſtituat. 602. nu. 4

Maioratum quouſque filiusfamilias vltima voluntate inſtituere non poſſit, aut poſſit. 603. nu. 1

Maioratu inſtituto per vltimam voluntatem à filiofamilias de tertio ſuorum bonorum, eoque defuncto, vſuſfructus, qui in bonis eius tertij ad patrem attinebat, perſeuerat in patre toto tempore vitæ ſuæ. 603. numero 2

Maioratum quouſque contractu, etiam donatione cauſa mortis, poſſit filiusfamilias inſtituere, aut non poſſit. 603. num. 3

Maioratum inſtituere poteſt religioſus valide ante nouitiatum, & in nouitiatu, atque in noſtra Societate ante profeſſionem, aut vota coadiutorum, tum vltima voluntate, tum etiam contractu reuocabili. 604. nu. 1

Maioratus inſtitutio irreuocabilis facta in nouitiatu, aut ante, intuitu tamen ingrediendi religionem, eſt nulla, etiamſi iuramento confirmetur, niſi fiat duobus menſibus ante profeſſionem de facultate ordinarij, & ſequatur profeſſio. Quæ autem ante nouitiatum facta eſſet irreuocabiliter, non animo ingrediendi religionem, firma eſſet. 604. num. 2

Maioratum ſi valide inſtituit religioſus, & fructus illius ad ipſum attinere debebant toto tempore vitæ ſuæ, niſi religionē ingrederetur, neque aliud diſpoſuit ante profeſſionem, pertinet vſusfructus toto tempore vitæ ipſius ad monaſterium, ſuccedens in bonis ſui religioſi: & per mortem ipſius, regreditur ad ſucceſſorem in maioratu. In religione vero non ſuccedente in bonis ſui reli-

religioſi, emiſſa profeſſione, & in noſtrę Societate emiſſis etiam votis coadiutorum, pertinet ad ſucceſſorem in maioratu. 604. nu. 3

Maioratum inſtituere non poteſt religioſus poſt ſuã profeſſionem, neque in noſtra Societate poſt vota coadiutorum. Niſi reliquerit filios, & in hoc regno profeſſus ſit non facta diuiſione bonorum inter illos: nam inſtituere poſſet in vno deſcendentium maioratum de tertio. 604. nu. 4

Maioratum non poteſt regulariter inſtituere religioſus facultatem teſtandi habens à Summo Pontifice. Et num licite poſſit eum inſtituere etiamſi ad id ſe extendat ea facultas. ibid. nu. 5

Maioratum inſtituere poſſunt commendatarij Hiſpaniarum, qui non ſunt ordinis Diui Ioannis. Et facilius cõmendatarijs Diui Ioannis poteſt Summus Pontifex concedere facultatem ad inſtituendum maioratum, quã alijs religioſis. 604. nu. 6

Maioratum inſtituere & meliorare poteſt in hoc regno damnatus, etiam ad mortem naturalem. Idem in Luſitania, excepto, quod in eo regno dãnatus ad mortem naturalem, neque maioratum inſtituere poteſt, neque meliorare in tertio. 605. nu. 2

Maioratum inſtituere, aut meliorare, non poteſt eodem genere diſpoſitionis, qui teſtari non poteſt, aut aliter de ſuis diſponere. ibid. nu. 3

Maioratus vt in eis inſtituatur, licet aptiores ſint res omnino perpetuæ, inſtitui tamen poteſt, non ſolũ in cenſibus redimibilibus, ſed etiam in pecunia & alijs rebus, vt ex illis comparentur res fructiferæ perpetuæ. Inſeri etiam maioratui ſolent res mobiles aliquæ, vt nunquã alienentur. 606. nu. 1

Maioratus inſtitutio ex omnibus bonis an ſit valida. ibid. nu. 2

Maioratum inſtituere non poteſt tranſiens ad ſecundas nuptias & filios ex priori matrimonio habens, de bonis titulo lucratiuo ex priori coniuge comparatis, neque de tertio aut quinto eorum bonorum poteſt meliorare. 607. num. 1

Maioratum eundem neque ex regia facultate poteſt inſtituere, niſi expreſſerit ea bona comparata fuiſſe ex priori coniuge. Neque Rex poteſt concedere eam facultatem poſt tranſitum ad ſecundas nuptias. ibid. nu. 2

Maioratum inſtituere poteſt ex arrhis prioris matrimonij mulier, quæ ad ſecundas tranſit nuptias. ibid. nu. 3

Maioratum poteſt inſtituere ex bonis ſuperlucratis in priori matrimonio coniux, qui filios habens ex eodem priori matrimonio, ad ſecundas tranſit nuptias. ib. nu. 4

Maioratum inſtituere ſolum poteſt vir de medietate lucrorum, quæ ad ipſum diſſoluto matrimonio attinebit: de medietate vero, quæ ad vxorem ſpectabit, ad ipſam pertinet inſtituere maioratum teſtamẽto, aut codicillo, ſine viri conſenſu: contractu vero, de conſenſu viri, aut iudicis, accedente Regis facultate, ſi ad id ſit neceſſaria. 607. nu. 5

Maioratus inſtitutus de re aliena validus. 608. nu. 1

Maioratus ex cenſu redimibili qua ratione inſtitui poſſit. 608. nu. 2

Maioratus ex re emphyteutica, aut feudali inſtitui non poteſt ſine proprietarij conſenſu, qui in præiudicium tertij non cedat. 608. nu. 3

Maioratus an inſtitui poſſit ex rebus alterius regni, & iuxta cuius regni leges inſtitui debeat, atque ex cuius Regis facultate. ibid. nu. 4

Maioratus contingens legitimas filiorum, inſtitui poteſt ex regia facultate, eſto aliqui filiorum, aut filiarum, Eccleſiaſtici ſint. ibid. nu. 5

Maioratus inſtitui poteſt de Regis facultate, qui præiudicet filijs naſcituris in legitimis. ibid. nu. 6

Maioratus in illo inſtitui poteſt, qui capax eſt, vt ab inſtitutore eo modo accipiat per vltimam volũtatem aut contractum. 609. nu. 1.

Maioratus ex tertio inſtitui vniuerſim poteſt in Luſitania. In hoc regno, ſi inſtitutor vnicum habeat deſcendentem, ſolum ex quinto inſtitui poteſt, & non ex tertio, niſi conſentiente tali deſcendente, aut ſimpliciter, aut pro emolumento, quod ſub ea conditione illi relinquatur. In parte legitimæ ſi abſolute imponatur grauamen, & non in incremento, omnia ea bona libera manent in hoc regno. Secus de iure communi. 609. nu. 2

Maioratum ſi parens ex tertio vnico deſcendenti, inualide inſtituat, iſque repudiet hæreditatẽ, valet inſtitutio quoad vlterius ad eum maioratum vocatos. 609. nu. 3

Maioratum ſi ex tertio in vnico deſcẽdente inualide quis inſtituit aut grauamen legitimæ deſcendentis impoſuit & vocatus, aut etiam poſt illum ſucceſſor, titulo maioratus triginta annos illum poſſederunt, eneruari deinceps non poteſt ea inſtitutio. ibid. nu. 4

Maioratus inſtitui poteſt ex regia facultate in tertio vnici deſcendentis, quin & in legitima illius. 609. nu. 5

Maioratus ſi ex regia facultate ſit inſtitutus in tertio vnici deſcendentis, aut etiam contingendo legitimam, ſeruari debet ordo in vocationibus. l. 27. Tauri præſcriptus. Et quando princeps diſpenſare poteſt vt non ſeruetur. ibid. nu. 6

Maioratus inſtitui poteſt in legitimato per ſubſequens matrimonium. 610. nu. 1

Maioratus quouſque inſtitui poſſit, aut non poſſit in legitimato reſcripto principis. 610. nu. 2

Maioratus quouſque inſtitui poſſit in filio illegitimo naturali, iure etiam Luſitano. ibid. nu. 3

Maioratus inſtitui nõ poteſt in filio illegitimo ſpurio neq; in facultate regia cẽſendi sũt ſpurij cõprehenſi, niſi id exprimatur. Et quid de matre, & cõſanguineis alijs. ib. n. 5

Maioratus in ipſa inſtitutione leges ac conditiones, quæ apponuntur, regulariter non habent rationem conditionum, quæ ſuſpendant inſtitutionem, ſed habent rationem modorum. Et quando conditionum rationem habeant. 611. nu. 1

Maioratus inſtitutio quoad perſonarum ad eum vocationes, fieri ſolet ſub vera conditione de futuro, de præterito, aut de præſenti. Onera vero & grauamina imponi ſolent ſub modo, & quando rationem habent conditionis, etiam ad comparandum dominium & poſſeſſionem ciuiliſſimam: & quando ſit modus æquipollens cõditioni, reſoluẽſque in nihilum vocationem, adeo vt fructus percepti reſtitui etiam debeant. 611. nu. 2

Maioratus ſi inſtitutus ſit ita vt ad eum aliquis vocetur ſub conditione poteſtatiua, aut ſub modo ita vt æquipolleat conditioni, quia in nihilum redigit vocationem, proinde ac ſi nunquam fuiſſet facta, tradi debet maioratus ita vocato, præſtita prius ab eo cautione mutiana, aut ſimili mutianæ de reſtituendo maioratu cum fructibus ex eo perceptis. Secus ſi modus non redigat in nihilum vocationem, ac ſi nunquam fuiſſet facta. Et quã varie modus apponi ſoleat, & quãdo, & quouſque obliget. Et num obliget aliquando deſerere maioratum in conſcientiæ foro, nulla expectata ſententia. ibid. nu. 3

Maioratus inſtitutio facta vltima voluntate ſub conditione quocũque modo impoſſibili, eſt valida, & conditio habetur pro non appoſita. In hoc tamen regno ſi facta ſit ſub conditione impoſſibili, non natura, ſed facto, nulla eſt. 612. nu. 3

Maioratus inſtitutioni factæ contractu irreuocabili, ſi apponatur conditio impoſsibilis, nulla eſt, quoad id præciſe, quod ſub ea conditione fuerit inſtitutum. Si verò apponatur inſtitutioni factæ contractu reuocabili, conditio habetur pro non appoſita, eſtque proinde valida inſtitutio. ibid. nu. 4

Maioratus inſtitutio vltima voluntate, aut contractu quocunque, facta ſub modo quouis modo impoſſibili, etiam quia remittitur à iure, valida eſt, neque eſt obligatio ſeruandi eum modum, ſed habetur pro non appoſito. ibid. num. 5

Maioratus ſi inſtituatur vltima voluntate, aut contractu reuocabili, vel ad eum quis vocetur ſub conditione, vt iuret ſe facturum, aut præſtaturum aliquid id futurũ, remittitur ei à iure obligatio id iurandi, ſed non obligatio id faciendi. Si vero id contractu irreuocabili iniungatur, neutrum à iure ei remittitur. Onus autem iurandi ſeruari modum poſſibilem, nunquam ei remittitur, & quatenus hodie hæc locum habeant in hoc regno, & in Luſitania. 612. nu. 9

Maioratus ſine regia facultate ſi in hoc regno ex tertio ſit inſtitutus, licet poteſt inſtitutor ad eum vocare quẽcunque ſuum deſcendentem, in quocunque gradu, non tamen præponere poteſt deſcendentibus tranſuerſalem comparatione ſui. Ex quinto vero id poteſt, & in Luſitania ex tertio. 112. nu. 10

Maioratus ex regia facultate ſi inſtituatur contingendo legitimas filiorum, vocari ad eum poſſunt deſcendentes maſculi per lineam maſculinam ex primo inſtitutore, præponendo illos deſcendentibus omnibus per lineam fœmininam ex vltimo poſſeſſore, etiamſi tranſuerſales ſint comparatione vltimi poſſeſſoris. Non tamen præponi deberent tranſuerſales inſtitutoris deſcendentibus eiuſdem per lineam fœmininam: licet hi aſtringi poſſent ſumere agnomen & inſignia inſtitutoris. 612. nume. 11

Maioratus à ſucceſſione licite ac prudenter excludi poſſunt religioſus, ac initiatus ſacris ordinibus. Si tamen in hoc regno abſque regia facultate ſit inſtitutus, excludi non poſſunt, niſi exiſtentibus de numero deſcendentium, &c. ibid. 12

Maioratus ſi ex regia facultate ſit inſtitutus, inualida eſt clauſula, quod ſi poſſeſſor inciderit in crimen læſæ maieſtatis diuinę, aut humanæ vel Sodomiæ, tranſeat ante id crimen, vel ante attentationem, in vlterius vocatũ. Valida autem eſt, ſi ſine regia facultate ſit inſtitutus. ibid. nu. 13

Maioratus ſucceſsioni ſi quis, aut ſi qua, vocetur ſub conditione, aut modo, vt contrahere teneatur cum perſona de tali familia, vel cum tali ſingulari, cum qua honeſte id poſsit efficere, rite ac valide id fit. 613. nu. 1

Maioratus ad ſucceſsionem ſi quis per vltimam voluntatem vocetur ſub conditione, ſi ducat conſanguineam, cõditio non eſt habenda pro non appoſita, ſiue addatur, diſpenſante Summo Pontifice, ſiue non: quoniam id ineſt. 613. nu. 3

Maioratus vt ſuccedat, ſi quis vocatus ſit ſub conditione, aut modo, ſi contraxerit cum tali, pro impletis habentur, quando ita vocatus non fuit in mora, & per alterum ſtat. Et quid ſi vocatus moriatur ante aduentum temporis impletionis talis conditionis, aut modi. ibid. nume. 4

Maioratus ſuceſsioni ſi ſub eadem conditione ſit quis vocatus, & delato maioratu, dicat ſe non velle contrahere cum illa, aut contrhat cum alia, tranſit maioratus ad alium, eſto poſtea contrahat cum illa, defuncta priori vxore. Si autem ante delatum maioratum, ducat aliam, & ea mortua, ducat tempore delationis eam, quam ducere erat grauatus, conſequitur maioratum. ibid. num. 5

Maioratus ad ſucceſſionẽ, ſi ſub eadem conditione ſit quis vocatus, & mulier illa alteri nubat, non tenetur illam ducere qui ſub conditione vt illam duceret, fuerat vocatus, eſto illa vidua iam ſit. ibid. nu. 6

Maioratus ſucceſsioni ſi vocatio fiat cum grauamine, ſi grauatus cum aliqua contrahat, id potius ſolet habere rationem modi, quam conditionis, in quo euentu, quamuis contractu irreuocabili appoſitus eſſet is modus, ſi per mulierem ſtaret haberetur pro impleto. Quando haberet rationem cõditionis, haberetur pro impleta, ſi vltima voluntate, aut in contractu reuocabili eſſet appoſita: ſecus ſi in irreuocabili. Et in vtroque euentu ſtãdum potius eſſet intento diſponentis, aut contrahentiũ. 613. nu. 7. & nu. 8

Maioratus ſucceſſioni ſi aliquis vocetur ſub conditione, aut modo, vt ſi contrahat cum muliere talis conditiotionis, amittat maioratum vlterius vocato, ſi non ſeruetur, maioratus amittitur. 614. nu. 1

Maioratum num amittat, qui ignorantia inuincibili non ſeruat eam conditionem, aut modum, illam ducendo, quæ conditionis prohibitæ non reputabatur, ex mente præſumpta inſtitutoris pendet. Et in dubio, qualis fuerit illius mens, cenſendus eſt, eum nõ amittere ibid. num. 2

Maioratum in prędicto euentu deſerere non tenetur poſſeſſor illius in foro conſcientiæ, antequam ſes detegeretur. ibid. nu. 3

Maioratus ſucceſſioni ſi vocatio fiat ſub conditione, aut modo, vt vxorem ducat ex arbitratu, aut voluntate alterius, vel iuxta illius conſilium, inualida ſunt talis cõditio, aut modus, habenturque pro non appoſitis. Si autem fiat ſub conditione, aut modo, vt conſulat aliquem circa vxorem ducendam, valida ſunt. Si tamen admodum difficile peti ab illo id conſilium poſſet, obligatio non eſſet ſeruandi eam conditionem aut modum ibid. nume. 4

Maioratus, aut quoduis aliud, ſi relinquatur ſub conditione, ſi aliquem conſulat ad matrimonium contrahendũ, non redduntur inualida, ſi idcirco is nõ conſulatur, quia mortuus erat tempore nuptiarum. Quod ſi eſſet modus, nulla ea de re eſt dubitatio. ibid. nu. 5.

Maioratui ſucceſſores vnde ortum habuit, vt agnomen & arma inſtitutoris accipiant, & vt ad id aſtringi conſuerint. Succeſſores vero in vaſijs regnis, arma & inſignia ſingulorum regnorum ſolent accipere: non vero agnominia Regum, quibus ſuccedunt. 615. nu. 1

Maioratus ſucceſſioni ſi aliquis ſub vera conditione vt aſſumat agnomen & inſignia inſtitutoris vocetur, neque dominium, neque ciuiliſſimam poſſeſsionẽ cõparat, niſi prius conditione impleta. Atque eo ipſo, quòd illã trãſgreditur, res cum fructibus ex eis perceptis, reſtituere tenetur ſucceſſori. Et quid quando id apponitur tanquam modus, vt regulariter fit. 615. nu. 2.

Ma-

Maioratus ſucceſſor aſtrictus ſub conditione, aut modo, aſſumere agnomen & arma inſtitutoris, tenetur illa aſſumere, eſto minus decentia ſint. 615. *nu.* 5

Maioratus vnus ſi inſtitutus ſit ſub conditione, aut modo, vt ſucceſſor aſſumat agnomē & arma inſtitutoris, ſine admixtione alterius agnominis & armorum, non poteſt ſimul habere alium maioratum, qui cōditionem, aut modum, aſſumendi agnomen & arma habeat. Secus ſi inſtitutores vtriuſque ſolum obligent aſſumere agnomen & arma. ibid. nu. 6

Maioratus multi ſi in eodem ſucceſſore concurrant, & cætera ſint paria, agnomen & arma antiquioris, itemque paterni, præponi debent agnomini & armis minus antiqui, materni, aut vxoris. Quamuis hæc non omnino vſu ſeruentur, & multa de armis regnorum Hiſpaniarum. ibid. num. 7

Maioratus ſucceſſor an cogi poſſit aſſumere agnomen & arma inſtitutoris, quando inſtitutor id non præcipit. 615. *num.* 8

Maioratus inſtitutio quando legitimas aliorum non contingit, ſucceſſor in illo non plus tenetur præbere alimenta deſcendentibus inſtitutoris, quam ſi ea bona vinculo maioratus alligata non fuiſſent. 616. *nu.* 1

Maioratus vt inſtituatur contingendo legitimas alijs debitas, facultas cur concedi non debeat, aut licite poſſit, & quæ alimenta ac qualia tunc relinquenda ſint ſingulis, quibus legitima debebatur. 616. *nu.* 2

Maioratum qui ita inſtituit, etiamſi mater ſit, quibus alimenta eiuſmodi debeat: debenturque etiam ſi illis non egeant; ſed aliunde competentia habeant alimenta. 616. *numero* 3

Maioratus eiuſmodi inſtitutor imponere nō poteſt vllum grauamen in eo, quod ita relinquit in eiuſmodi alimenta. ibid. num. 4

Maioratus inſtitutor non tenetur relinquere eiuſmodi alimenta titulo hæredis. ibid. nu. 5

Maioratus inſtitutor ſi non relinquat eiuſmodi alimenta, aut ſi competentia illa non relinquat, non redditur nulla inſtitutio, ſed competit actio, vt de bonis vinculatis ſoluantur. ibid. nu. 6

Maioratus inſtitutor, ſi alimenta competentia filijs illegitimis non relinquat, agunt vt de bonis vinculatis ipſis ſoluantur. ibid. num. 7

Maioratus inſtitutor poſtquam ſemel competentia alimenta ijs præbuit, quibus legitimæ debebantur, aut de bonis maioratus collata eis fuerunt, neque ipſe, neque ſucceſſores poſtea in maioratu, tenentur illis, aut alijs, alimenta aliter præbere, quam ſi ea bona titulo maioratus non haberent. Et quouſque conſanguineis, & quo ordine, alimenta præbere teneantur. ibi. nu. 8

Maioratus poſſeſſor, ſi ſemel alimenta integre præſtita ſint, & is, cui data ſunt, iterum egeat, quando ei tradere iterum debeat. ibi. num. 14

Maioratuum Hiſpanorum ſucceſſio anteriori poſſeſſori, qui non ſit ipſemet inſtitutor, eſt iure ſanguinis, & nō hæreditario. 617. *nu.* 2

Maioratus ſucceſſio comparatione immediati inſtitutoris quando ſit, nec iure ſanguinis, nec hæreditario, ſed ex pacto & prouidentia, & quando ſit iure hæreditario. 617. *num.* 3

Maioratus immediatus poſſeſſor, qui inſtitutor non eſt, inſtituere in illo non poteſt hæredem proxime vocatū, neque eſt valida talis hæredis inſtitutio. 617. *nu.* 4

Maioratus poſſeſſor, qui inſtitutor non eſt, mutare non poteſt antiquas primi inſtitutoris conditiones, modos, ac vocationes, neque alias addere. ibid. nu. 5

Maioratus ita inſtitutus, vt exſpirare deberet in vltimo, ad quem deuenit, is vinculare ea bona poſſet, apponendo conditiones, modos, & vocationes, vt vellet. 617. *nume.* 6

Maioratui qui ſuccedit, neque ex regia facultate mutare poteſt conditiones, modos, & vocationes, à primo inſtitutore appoſitas. ibid. nu. 7

Maioratui qui ſuccedit, ſi addat aliqua bona, quæ vinculet, apponere poteſt, etiam priori maioratui, onera, quę priori inſtitutioni non repugnent: non tamen tenentur ſucceſſores ea ſeruare, niſi potiri velint eo augmento maioratus. ibid. nu. 8

Maioratus interim dum reuocabilis eſt, poteſt inſtitutor reuocare conditiones, modos, & vocationes, vt ei libuerit. Secus poſtquam irreuocabilis eſt effectus. ibidem. num. 9

Maioratus ſi teſtamento ita ſit inſtitutus, vt primò vocatus cenſeatur inſtitutus in illo hæres, tunc is ſuccedit directe inſtitutori: reliqui vero obliquè, ſeu fideicommiſſariè. 618. *nu.* 2

Maioratus ſi ita inſtitutus ſit teſtamento, vt rationem habeat legati, aut prælegati, tunc primo ad eum vocatus, rationem ſortitur legatarij, accipereque illum debet ab hærede: comparatione vero vlterius vocatorum is maioratus rationem habet fideicommiſſi particularis. 618. *num.* 3

Maioratus ſi ſit inſtitutus contractu, etiam reuocabili, tā prius ad eum vocatus, quam cæteri ſucceſſores, rationem donatariorum ſub modo habent comparatione inſtitutoris. ibid. nu. 3

Maioratus ſi teſtamento, aut codicillo, ſit inſtitutus, ita vt rationem fideicommiſſi vniuerſalis, aut particularis, habeat comparatione vlterius ad eum vocati, poſſeſſor illius, ſtando in iure communi, ſatiſdare tenetur vlterius vocato, ſi id petat, & inſtitutor eam ſatiſdationem non remiſerit. 619. *nu.* 2

Maioratus ſi inſtitutus ſit contractu, ſiue reuocabili, ſiue irreuocabili, vlterius ad eum vocatus, petere nō poteſt ſatiſdationem ab illius poſſeſſore, niſi ſuperueniat noua cauſa ſuſpicionis dilapidationis, aut deteriorationis illius culpa poſſeſſoris. 619. *nume.* 4

Maioratus inſtitutor remittere poteſt poſſeſſori, ne ſatiſdare teneatur, atque tunc, etiam in euentu dilapidationis, aut deteriorationis, non teneretur ſatiſdare, niſi deterioratio eſſet doloſa, aut ſuſpicio eſſet, doloſam eſſe. 619. *numero* 5

Maioratus inſtitutor ſi ſatiſdationem remiſit, imminente dilapidatione, aut deterioratione, culpa poſſeſſoris, aut illa iam cępta, implorare poteſt vlterius vocatus iudicis officium, qui, ſi opus fuerit, procedere poterit vſque ad ſequeſtrum. ibid. num. 6

Maioratus poſſeſſor, aut alius grauatus fideicōmiſſum reſtituere, fideiuſſoriam cautionem idoneam præſtare tenetur. Si non detur, poterit ſucceſſor petere, vt ipſe in poſſeſſionem eorum bonorum mittatur quouſque detur. Si ſemel aliquam accepter, non poteſt petere aliā, niſi fideiuſſores fugerint, aut facti ſint non ſoluendo. Qualis ſufficiens iudicetur de reſtituendo regno, aut alio maioratu opulentiſſimo. Solus proxime vocatus poteſt illam petere. Si multi contendant eſſe proxime vocatos, vnicuique eſt eadem præſtanda. Et quid ea cautio continere debeat. ibid. nume. 7

Maioratus poſſeſſor ſi ſit de liberis primi gradus inſtitutoris, & proxime vlterius vocatus ſit de deſcendentibus eiuſdem inſtitutoris, non tenetur ſatiſdare, niſi inſtitutos contrarium præcepiſſet. Cogi tamen poteſt facere deſcriptionem bonorum maioratus. Idem de fideicommiſſo. ibid. nu.8

Maioratus poſſeſſor in hoc regno non conſueuit præſtare eiuſmodi cautionem. 619. nu.9

Maioratus Hiſpanus niſi titulum Comitatus, &c. habeat aut niſi habeat iuriſdictionem, dignitas non eſt, niſi late, ſecundum quid, ac improprie. 620. num.3

Maioratus, qui dignitas non eſt, ſucceſſione non priuat infamia, quæ nec inteſtabilem efficit, nec priuat ſucceſſione in alijs bonis liberis. Quando in pœnam delicti is infamis priuaretur omnibus bonis ſuis, priuaretur etiam maioratu. 620. num.4

Maioratu, cui annexum eſt, vt ſit dignitas ratione tituli, aut iuriſdictionis, non excluditur infamis eodem infamiæ genere: quoniam, qui capax eſt bonorum, quibus annexa eſt dignitas, eſt capax annexæ dignitatis, eſto incapax eſſet talis dignitatis directe, quam non annexè ad aliquid aliud acquireret. ibid. nume.5

Maioratus non ideo incapax eſt ſpurius, quod dignitatem habeat annexam. ibid. num.8

Maioratus ſi iuriſdictionem & munus exercendum annexa non habeat, ſuccedit in eo amens. 621. num.1

Maioratu nondum adepto, habente iuriſdictionem, aut dignitatem annexam, excludendum eſſe amentem qui affirment. 621. num.2

Maioratu iuriſdictionem, aut aliam dignitatem annexã habente, non priuatur quis propter amentiam ſuperuenientem poſt illum adeptum. Et quid quando natus eſt ſanæ mentis, & in amentiam incidit ante illum adeptum, & quando habet lucida interualla. ibid. num.3

Maioratu nondum adepto iuriſdictionem habente, excludi non debet amens, aut aliter ob defectum naturalem regimini ineptus, ſed tradi illi debet curator & adminiſtrator loco illius. ibid. nume.5

Maioratus ſi iuriſdictionem ac dignitatem annexam nõ habeat, nõ excluditur à ſucceſſione in illo ſurdus ſimul ac mutus. 622. num.1

Maioratus iuriſdictionem annexam habentis ſucceſſione non excluditur ſurdus ſimul ac mutus, nec cæcus. ibid. numero 3

Maioratus cuiuſcunque eſt capax religioſus, ſi profeſſionem non emiſit, aut in noſtra Societate vota coadiutorum. 623. num.1

Maioratus deuoluitur ad vlterius vocatum etiam quoad commoditatem, eo ipſo quòd religioſus monaſteriorũ, quæ non ſuccedunt in bonis ſuorum religioſorum, profeſſionem emittit, aut in noſtra Societate vota coadiutorum. 623. num.2

Maioratus non habentis iuriſdictionem, attinentiſque ad religioſum, cuius monaſterium ſuccedit in ipſius bonis, pertinet ad monaſterium quoad commoditatem tempore toto, quo is religioſus vixerit: niſi inſtitutio excludat religioſum à ſucceſſione in illo, vt plerunque fit. Eo mortuo integre deuoluitur ad vlterius eo vocatũ. 623. num.3

Maioratus religioſi ſi annexam habeat iuriſdictionem, neque incommoditate ſuccedit monaſterium. 623. n.4

Maioratu à quocunque non excluduntur commendatarij, qui coniugati eſſe poſſunt, etiamſi clauſulam habeat excludentem religioſum. 623. nume.5

Maioratus à nullius ſucceſſione excluduntur clerici, niſi peculiari clauſula excludantur. Et quæ in adminiſtratione maioratuum exercere clerici per alios debeant. ibid. nume.6

Maioratuũ in ſucceſſione quouſque maior natu præferri debeat cæteris. Et quis primogenitus cenſeatur, inter geminos præſertim. 624. nu.1

Maioratui ſuccedent vterque ſimul pro indiuiſo duo gemini, ſi eſſent nati, vterque maſculus, aut fœminæ, & ignoraretur quis eorum natus eſſet prior. 624. numero 2

Maioratui non ſuccedit illegitime natus ex matrimonio mala fide contracto cum impedimento dirimente, etiã de iure humano, neque præfertur proli ex eiſdem parentibus legitimæ conceptæ ex matrimonio rite celebrato poſt diſpenſationem in eo impedimento. 624. numero 3

Maioratus ſi quis incapax ſit quacunque ratione, ſuccedit proxime vocatus, ſi incapax etiam non ſit, alioquin progreſſio inter vlterius proxime vocatos fit quouſque ad capacem deueniatur. ibid. nu.4

Maioratui proxime vocatus, ſi incapax illius ſit effectus & à principe reſtituatur, aut alia ratione incapacitas eſſet, tunc ſi ceſſauit poſt mortem, vltimi poſſeſſoris, aut poſt delationem maioratus alia ratione, non ſuccedit ille, ſed exclusus omnino manet. Si vero tempore delationis ceſſauerat iam incapacitas, tunc is ſuccedit. 624. num.5

Maioratui ſucceſſor proximus ſi renunciet ſucceſſioni in fauorem vlterius proxime vocati, ſibi præiudicat, non verò filijs, ſi eos poſtea habuerit, qui ſuccedent. Ea renunciatio ſi facta eſſet viuente inſtitutore, eſſet nulla, niſi inſtitutor conſentiret & in eo conſenſu perſeueraret vſque ad mortem. Secus ſi defunctus eſſet, eſſetque alius maioratus poſſeſſor. Et quando ſi renuncians minor eſſet, illi competeret reſtitutio in integrũ. 624. num.7

Maioratus duo, ſi reditus vnius eorum excedant quantitatem de dos cuentos, *non poſſunt in hoc regno deuenire ad eundem: ſed eligit, quem eorum vult, & alter deuenit ad ſecundo genitum. Idem quando maioratus habet conditiones incompatibiles in eodem. ibidem. nume.9*

Maioratus ſucceſſor ſi interficiat inſtitutorem, aut vltimum poſſeſſorem, ſucceſſione priuatur. Et quis ſuccedat. Et quando commoditas ad fiſcum pertineat, dũ interfector vixerit. ibid. nu.10

Maioratus in ſucceſſione, itemque in rebus, quæ indiuiſæ ad vnum debent deuenire, maſculus minor natu eiuſdem gradus, præfertur fœminæ. Fœmina vero præfertur maſculis vlterioris gradus, quando aliud non fuit expreſſum. 625. nu.3

Maioratus de bonis donatis ab Henrico idem habet. Maioratu vero legi mentali in Luſitania ſubiecto, fœminæ excluduntur, niſi aliud in particulari ſit conceſſum. ibid. num.4

Maioratus huius regni in ſucceſſione, quæ conſiderentur, vt iudicetur, quis alteri præferatur. ibid. nu.5

Maioratus à ſucceſſione ſi fœminæ excludantur comparatione maſculorum eiuſdem gradus, fauorabilis eſt, lateque proinde intelligenda. Comparatione vero maſculorum eiuſdem gradus, eſt odioſa, ſtricteque intelligenda. ibid. num.6

Maioratus circa ſucceſſionem videndum eſt in vnoquoque

que loco, quanta repræſentatio, iure eius loci, conſuetudine, aut diſpoſitione inſtituenti maioratum, ſit introducta, eique erit ſtandum. 626. num. 2

Maioratuum in ſucceſſione licet ſtando in ſolo iure communi repræſentatio locum non habeat, ex quibus tamē capitibus poſſit locum habere. ibid. num. 4

Maioratuum huius regni qualis ſucceſſio, & cum quanta repræſentatione, ſaltem virtute, ſit ſtatuta, quando aliud maioratuum inſtitutores non diſpoſuerunt. 626. nume. 12

Maioratuum ex donatis ab Henrico II. idem ſucceſſionis, ac repræſentationis modus. ibid. nu. 13

Maioratibus in Luſitanis ſuccedendi, ac repræſentationis modus non habet ſimiliter locum in alijs regnis. ibid. nume. 14

Maioratuum Caſtellæ in ſucceſſione non idcirco nepos ex primogenito prædefuncto præfertur patruo, quòd pater ipſius ius aliquod in ipſum tranſmiſerit, ſed quod legibus eius regni proxime ad eam ſucceſſionem vocetur, excluſo patruo proximiori in gradu vltimi poſſeſſoris. 626. num. 15

Maioratus ſiue vltima voluntate, ſiue contractu fuerit inſtitutus, nullum ius filius præmortuus tranſmittit in ſuum filium, nepotem vltimi poſſeſſoris, ratione cuius nepos excludat patruum, proximiorem in gradu vltimo poſſeſſori. ibid. num. 6

Maioratus in ſucceſſione quando nepos ex filio præmortuo cenſendus eſt prælatus ab inſtitutore, patruo, ex circunſtantijs, ac ex verbis contractus inſtitutionis maioratus, etiam in loco, in quo nulla admittitur repræſentatio. ibid. nume. 17

Maioratus hæreditates non eſſe, nec proinde in eis ſuccedi iure hæreditario, ſed ſanguinis, atque adeo locum ex eo capite non eſſe repræſentationi in ſucceſſione in illis, confirmatur. ibi. nu. 8.

Maioratus quia hæreditates non ſunt, non vacant deficiēte ſucceſſore vſque ad decimum gradum vltimo poſſeſſori, ſed deuoluitur ad quoſcunque proximiores in infinitum. 626. nume. 19

Maioratuum in ſucceſſione huius regni Caſtellæ, quando inſtitutor aliud non diſpoſuit, locum habet repræſentatio in linea collaterali, non ſolum vſque ad filios fratrum, ſed in infinitum. 627. nu. 1

Maioratuum huius regni in ſucceſſione, qui creati ſunt ante leg. 40. Tauri locus non eſt repræſentationi in linea collaterali. ibid. nu. 5

Maioratuum huius regni in ſucceſſione in linea collaterali vltimo poſſeſſori, quis ordo ſeruetur, & quanta cum repræſentatione, quando is nullos omnino habet deſcendentes, & quando aliud non diſpoſuit maioratus inſtitutor. ibid. num. 6

Maioratuum in ea ſucceſſione quanta exorbitatio à iure communi cernatur. ibid. num. 7

Maioratuum in eadem ſucceſſione locum habet repræſentatio in vlterioribus gradibus, hoc eſt, in deſcendentibus ex patruis, & ex patruis magnis, & ita conſequenter. ibid. nume. 8

Maioratuum in eadem ſucceſſione locū habet eadem repræſentatio, eſto collateralis comparatione vltimi poſſeſſoris, neque deſcendens, neque collateralis ſit inſtitutoris maioratus. ibid. num. 9

Maioratuum in ſucceſſione repræſentatio in linea collaterali lege 40. Tauri introducta, non eſt repræſentando ſolum gradum progenitoris, ſed etiam perſonā ipſam cum omnibus ſuis qualitatibus, locum illius ſubeundo ad eos omnes excludendos, quos parens ipſe, ſi ſuperſtes eſſet, excluſiſſet. ibid. nume. 10

Maioratui qui ſuccedit repræſentando perſonam alterius, ſi repræſentatus incapax erat tempore mortis ſuæ, ipſe quoque incapax eſt, & excluditur à maioratu: quando vero vocatus ipſe ſuccedit, vt in linea deſcendentiū in hoc regno, & proximior in linea collaterali vltimo poſſeſſori, tunc incapacitas progenitoris ipſi non nocet, ſi ipſe etiam incapax non ſit. 627. num. 11

Maioratui qui ſuccedere debet de linea tranſuerſali, eſſe debet de ſtirpe inſtitutoris, aut eius, in quo primo fuit inſtitutus, aut certe, in horum defectum, de familia eorundem latius ſumpta. Si enim vltimo poſſeſſori detur proximior de aliena familia, vt frater vterinus ſolum, qui non ſit de eiuſmodi familia, is excluditur. ibidem. numero 12

Maioratuū in ſucceſſione ordo, qui ſeruatur in hoc regno, locum etiam habet in ſucceſſione in feudis, capellis, emphyteuſibus, iurepatronatibus, & in alijs rebus, quæ in diuiſa ad vnum deueniunt. ibid. nu. 13

Maioratuum in ſucceſſione præferuntur proximiores vltimo poſſeſſori, proximioribus inſtitutori, quādo aliud inſtitutor non expreſſit. Seruata tamen in hoc regno repræſentatione in eo ſtatuta. 628. nu. 1

Maioratus vltimo poſſeſſori probās aliquis ſe eſſe cognatum in certo gradu, & aſſerēs ſe eſſe proximiorem, ad alios pertinet probare, non ipſum, ſed alium eſſe proximiorem. 628 nu. 1

Maioratuum huius regni in ſucceſſione, quis cui ſit pręponendus, ſtandum ante omnia eſt diſpoſitioni expreſſæ inſtitutoris, aut quam, ſemoto omni dubio, ex coniecturis intelligitur intendiſſe, eaque pręponenda eſt diſpoſitioni legis 40. Tauri: in dubio autē diſpoſitioni eius legis eſt ſtandum. 629. nu. 1

Maioratuum huius regni in ſucceſſione, quod inſtitutor apponat clauſulam, quod maſculi excludant fœminas, aut præferantur fœminis, nihil cenſendus eſt mutaſſe de diſpoſitione legis. 40. Tauri, niſi aliud addat. 629. numero 2

Maioratuum in eadem ſucceſſione, quod inſtitutor apponat clauſulam, quod ſemper ſuccedat proximior cognatus, nihil derogat repræſentationi lege 40. Tauri ſtatutæ. ibid. num. 3

Maioratuum in eadem ſucceſſione, quod inſtitutor apponat clauſulam quod ſuccedant cognati ſeruata graduū prærogatiua, non cenſeretur derogaſſe repræſentationi lege 40. Tauri ſtatutæ, niſi adſint circunſtantiæ aliæ, quæ contrarium omnino perſuadeant. Idem ſi apponat clauſulam, ſuccedat filius maior natu, etiamſi addat repertus tempore mortis vltimi poſſeſſoris: neque enim cenſetur excludere nepotem ex primogenito antea defuncto. 629. nu. 4. & 5

Maioratibus in Luſitanis de bonis coronæ regni, legique mentali ſubiectis, locū non habet repræſentatio, ac proinde patruus, etiam minor natu, excludit nepotem, niſi contrarium expreſſe fuerit à Rege conceſſum. 630. numero 1

Maioratibus in eiſdem an filia præponi debeat nepoti. 630. nume. 2

Maioratibus in eiſdem nepos maior natu ex filio minori natu, præfertur nepoti minori natu ex filio maiori natu. 630. nume. 3

Maioratuum eorundem legi mētali ſubiectorum donatio

facta deſcendenti vltimi poſſeßoris de bonis talis maioratus, quouſque valida, & quædam circa hæc. 630. num.4
Maioratibus in eiſdem, ſi filius primogenitus moriatur in bello relicto filio, nepote vltimi poſſeſſoris, talis nepos præfertur patruo, filio eiuſdem poſſeſſoris. 630. nume. 5
Maioratus eiuſdem poſſeßor, & filius eius primogenitus ſi eodem bello, aut ex eadem ruina, vel infortunio alio pereant, quis in maioratu ſuccedat. Et in dubio quis an te quem perierit, quis præſumatur ante alium perijſſe. ibid. nu.6
Maioratuum eorundem licet incapaces ſint initiati ordinibus ſacris, religioſi, aut alia ratione exempti à iuriſdictione regia, filij tamen eorum legitimi, in ſucceſſione auo vltimo poßeſſori, præferendi videntur patruo. ibid. nu.7
Maioratibus in Luſitanis de bonis patrimonialibus locus non eſt repræſentationi, ac proinde patruus nepoti præfertur, etiam in linea deſcendentium, atque eſto minor natu ſit, quam nepos. 631. nu.1
Maioratibus in eiſdem filia vltimi poſſeſſoris, etiam minor natu, excludit nepotem ex filio, quando aliud non diſpoſuit inſtitutor maioratus. 631. nu.2
Maioratibus in eiſdem maſculus minor natu excludit fœminam eiuſdem gradus maiorem natu. ibi. nu.3
Maioratibus in eiſdem, ſi defunctis parentibus, ſuccedant nepotes ex varijs filijs, & filiabus, maior natu præfertur cæteris. Si autem contingeret duos eſſe æqualis omnino ætatis, nepos ex filio præponeretur nepoti ex filia, & nepos ex filio maiori natu, præponeretur nepoti ex filio minori natu. ibi. nu.4
Maioratibus in eiſdem, ſi filius maior natu moreretur in prælio, nepos ex illo præferetur patruo. ibi. nu.5
Maioratibus in eiſdem, ſi vltimus poßeſſor, & primogenitus pereant eodem naufragio, aut eadem ruina, & cõſtet patrem, vel vno momento periſſe ante filium, ſuccedit nepos, & excludit patruum. Si vero conſtet filiũ obijße prius, ſuccedit patruus, & excludit nepotem. In dubio præſumuntur periſſe ſimul, & ſuccedit patruus. Ad alios effectus, filius impubes præſumitur periſſe ante parentem, impubes poſt parentem. ibi. nu.6
Maioratibus in eiſdem ante omnia eſt ſtandum diſpoſitioni inſtitutoris, illaque eſt primo conſulenda. Duæ etiã expenduntur clauſulæ diuerſarum inſtitutionum. ibid. nume.7
Maioratuum regni Caſtellæ in ſucceſſione, ſiue illi ſint de bonis patrimonialibus, ſiue de bonis coronæ regni, præfertur conſobrinus vltimi poßeßoris, & ſoboles illius, & in horum defectum, conſobrinæ, & ſobolis illius, patruo eiuſdem vltimi poſſeſſoris. 633. nu.2
Maioratuum Luſitanorum de bonis patrimonialibus in ſucceſſione, patruus vltimi poßeſſoris præfertur conſobrinis eiuſdem vltimi poßeßoris. In maioratibus vero de bonis coronæ regni non ſuccedunt tranſuerſales. 633. nu.3
Maioratui immediate vocatus, ſi tempore delationis maioratus, conceptus iam ſit, ſuccedit in illo. 634. nu.2
Maioratum non eſſe in pendenti, ſed irreuocabiliter pertinere ad eum, qui tempore delationis maioratus inter exiſtentes, fuerit immediatius vocatus, quibus argumentis ſuadeatur. 634. nu.3
Maioratum eſſe in pendenti conceptoque poſt delationem maioratus, qui proximior vocabatur, ipſum ſuccedere & excludi alium, quibus argumentis ſuadeatur, ibid. num.4
Maioratus quando cenſendus ſit ſuſpendi, eſſeve in pendenti, quando non item. ibi. nu.6
Maioratus fructus, non ſicut fideicommiſſi pertinent ad ſucceßorem in fideicommiſſo, ſed pro rata temporis anni diuiduntur inter ſucceſſorem, & prædeceſſorem, hæredeſve illius. 635. nu.10
Maioratus in eadem fructuum diuiſione, vnde annus computandus. 635. nu.11
Maioratus, aut alterius iuriſdictionis, vſusfructus ſi finiatur, conſolideturque cum proprietate, quando non attinebat ad maritum tanquam dos vxoris, quouſque pœnæ fiſcales ex dictis commiſſis ante eum vſumfructum finitum, ad proprietarium ſpectent. ibi. nu.12
Maioratus iuriſdictionem habens, quando ad alterum deuoluitur, fiſcales pœnæ ex delictis commiſſis tempore anteceßoris, quouſque ad anteceßorem pertineant. ibi. num.12
Maioratus, aut iuriſdictionis, vxoris (aut etiam viri quo ad bona ſuperlucrata in Caſtella, & Luſitania) pœnæ fiſcales ex delictis commißis matrimonio conſtante, exequendæ poſt matrimonium dißolutum, quouſque ad virum, aut ad vxorem pertineant. ibi. nu.12
Maioratu delato, continuo tranſit ipſo iure abſq; alia apprehenſione dominium, & poſſeſſio, tam ciuilis, quam naturalis, rerum omnium maioratus ad immediate ad eum vocatum, eſto alius poſſeßionem apprehenderit. 636. nu.1
Maioratus qui ita comparat poßeßionem, non poteſt expellere alium a tenuta, & inſiſtentia in rebus eiuſdem maioratus propria autoritate, ſed iudicis. 636. nu.2
Maioratui idem ſucceſſor non comparat poſſeſſionem rerum maioratus, quam anteceßor amiſerat, & quę erat apud tertium. ibi. nu.2
Maioratui ſucceſſor, nõ fictam, ſed veram comparat eam poßeſſionem, habetque proinde effectus omnes veræ poßeſſionis. 636. nu.3
Maioratus ſucceſſor, etiam iurium incorporalium poßeſſionem comparat, eſto in ventre matris ſit incluſus & comparat poſſeſſionem eiuſdem rationis cum ea quę in prædeceſſore erat, aliam tamen numero. 636. nu.4
Maioratus eſto peculiari Regis facultate inſtitutus non ſit, & eſto ſit capella, anniuerſarium, aut aliud in maioratus modum inſtitutum, dominium, & poßeſſio tranſit eodem modo in proxime vocatum. ibi. nu.5
Maioratibus Luſitanis prædicta non competunt. ibidem nume.6
Maioratus legitimum ſucceſſorem, qui ſe eſſe prætendit, quod ſummarium remedium, & intra quantum tẽpus ei concedatur in hoc regno aduerſus tenentem occupata bona eius maioratus, vt ab ea tenuta deijciatur. Neque intentato eo remedio, & finito, agitur poſtea niſi de proprietate. 637. nu.1
Maioratus qui ſe prætendit legitimum eſſe poſſeſſorem, aduerſus tenentem bona maioratus, eamque tenutam ipſi denegantem, vt poßit intentare remedia poßeſſoria adipiſcendæ, reſtituendæ, ac recuperandæ poſſeßionis. 637. nu.2
Maioratus qui actualem poſſeſſionem acceperat, ſi in ea perturbetur, ab illa deijciatur, quando ſummarium remedium illi competat, quando non item, ſed contendere debeat coram iudicibus ordinarijs. 637. numero 3

Maioratus

Maioratus ſummarium remedium poſſeſſorium ad tenutam obtinendam, admixtam habet cauſam proprietatis, neque conceditur niſi ei, qui oſtenderit, ſe eſſe legitimum ſucceſſorem. 637. nu. 4

Maioratus aduerſus idem remedium poſſeſſorium competunt exceptiones, quæ ſunt circa proprietatem, modo probentur intra tempus eius remedij. ibid. nu. 5

Maioratus circa tenutam ſummarium remediũ licet cauſam proprietatis inuoluat, à ſententia tamen circa tenutam ſolum admittitur ſupplicatio quoad effectum deuolutiuum, & non quoad ſuſpenſiuum. ibid. nu. 6

Maioratus circa tenutæ cauſam examinati, an examinari iterum debeant circa cauſam proprietatis. ibidem. numero 7.

Maioratus poſſeſſori vltimo ſi fœmina propinquior ſit in gradu, & ceſſet repræſentatio, aliuſque contendat, maioratum ad ſe pertinere, quia fœmina excluditur, adiudicanda eſt fœminæ tenuta, niſi alius in continenti probet eam excludi. 637. nu. 10

Maioratus in poſſeſſionem mitti debet venter, quando, ſi ex eo naſcatur maſculus, is ſuccedit: cum cautione tamen præſtita à matre, quod ſi maſculus non naſcetur, reſtituet fructus, præter ventris alimenta, ſucceſſori. ibid. num. 11

Maioratibus in Hiſpanis Carbonianum edictum locum non habet. Et quando ſtatus cauſa, quoad illos, in tempus pubertatis differenda. 637. nu. 13

Maioratus quando tranſit immediate ab inſtitutore, non comparat ipſo iure ſucceſſor poſſeſſionem ciuilem & naturalem, ſicut quãdo deinceps tranſit ab vno in aliũ. Neque ſummarij remedium circa tenutam habet tunc locum. Tametſi quando timerentur mala, poſſet ſupremus ſenatus eodem modo procedere circa tenutam. 638. nu. 1

Maioratus poſſeſſio ciuilis & naturalis, ſi certum ſit quis in eo ſuccedat, certò etiam in eum tranſit: ſi vero ſit dubium, dubium quoque eodem dubietatis gradu eſt, an tranſierit. Et quid circa tenutam & proprietatem faciendum, ſi liquidari non poſſit, ad quem pertineat. 638. num. 2

Maioratus poſſeſſio vt cenſeatur certò ipſo iure tranſijſſe, & vt tenuta adiudicetur, quale inſtrumentum oſtendi debeat, aut qua alia ratione id ſufficienter conſtare ſit cenſendum. 638. nu. 3

Maioratus boni cenſenda eſt poſſeſſio tranſijſſe in ſucceſſorem, locumque eſſe adiudicationi tenutæ, eſto tertius id poſſideat titulo, qui originem non habeat ab inſtitutore, aut de quo aliunde non conſtet ſufficientem eſſe ad legitime alienandum bona maioratus. Neutrum vero locum habet, quando titulus originem habuit ab inſtitutore, aut conſtat fuiſſe legitimum, vel eſt dubiũ, an maioratus inſtitutor eam rem comprehenderit in maioratu. ibid. nu. 4

Maioratus circa tenutam vt remedium ſummarium competat, non conceditur reſtitutio in integrum minoribus, & alijs, aduerſus lapſum ſemeſtris. ibid. nu. 7

Maioratus bona ſi in diuerſis diſtrictis ſita ſint, cauſa eius maioratus tractari debet in prætorio, in quo maior pars eſt collata. Niſi titulus eſſet in vno, eique eſſet annexa minor pars, quæ eſſet in alio: nam tunc cauſa tractari deberet in prætorio diſtricti, in quo eſſet titulus. 638. nume. 11

Maioratus antequam deferatur, regulariter non admittitur lis quis in eo ſuccedere debeat. 639. nu. 1

Maioratus inſtitutoris ex vniuerſa hæreditate, etiamſi legata aliqua ſimul relinquat, tenẽtur non ſolum primus ſucceſſor, ſed etiam ſequentes, ſi primus id non præſtitit ſoluere inde debita omnia talis inſtitutoris, etiamſi neceſſe ad id ſit, alienare aliquid de vinculo. 640. numero 1.

Maioratus inſtitutoris ſimiliter ſucceſſores tenentur ſoluere omnia debita, ſi maioratum teſtamento inſtituit de omnibus ſuis bonis, aut de vniuerſo ſuo patrimonio. Idem in effectu, ſi ſimiliter illum inſtituit contractu. 640. nu. 2

Maioratus ſi ex quota hæreditatis, vt ex medietate, tertia, aut ex alia ſimili parte hæreditatis, ſit inſtitutus, ſiue hæredis titulo, ſiue legatarij, ſiue etiam contractu, ſimiliter ſucceſſores in eo maioratu tenentur, non quidem ad omnia debita inſtitutoris, ſed ad ſimilem partẽ proportionalem eorum debitorum, ibid. nu. 3

Maioratus ſi ex quota bonorum, aut patrimonij, fuit inſtitutus, ſucceſſores in illo ad nulla debita inſtitutoris tenentur. Si tamen plus in maioratum acceperunt, quã deducto toto ære alieno ad eam quotam attinebat, id repetunt hæredes, indeque debita ſoluunt. Idem ſi ex rebus certis inſtitutus ſit maioratus. Et quid de actionibus realibus. ibid. nu. 4

Maioratus ſi inſtitutus irreuocabiliter ſit ex certis bonis ſucceſſores non tenentur ad debita inſtitutoris poſt eam inſtitutionem contracta. ibid. nu. 5

Maioratus poſſeſſor, qui inſtitutor non eſt, ſi debita ex facultate regia cõtraxit in vtilitatem maioratus, aut pro neceſſitate reipublicæ, pro eiſque obligauit bona maioratus, ſoluenda ſunt à ſucceſſoribus ex eiſdem bonis, etiamſi ad id ex eadem regia facultate bona aliqua alienentur. 641. nu. 1

Maioratus ſucceſſores ſoluere non tenentur debita prædeceſſoris contracta pro vtilitate percipiendorum fructuum maioratus. Si tamen concernerent vtilitatem maiorem ſequentium in eodem maioratu, contribuere vnuſquiſque cogi poſſet pro rata ſuæ vtilitatis. 642. numero 2.

Maioratus poſſeſſor ſi ſumptus in maioratus vtilitatem efficiat, ad conſeruationem illius minime neceſſarios, ſiue ex regia facultate, ſiue non, quouſque ſucceſſores ad ea debita teneantur, & quouſque non. Nec pro illis obligari poſſunt bona maioratus. ibid. nu. 3

Maioratus poſſeſſor obligare poteſt bona maioratus pro debitis factis ad neceſſariam illorum conſeruationem, aut ad longe maius eorum commodum, ad eaque tenentur ſucceſſores in maioratu ex eiſdem bonis. 641. numero 4.

Maioratus ſucceſſores tenentur creditoribus pro debitis contractis ab anteceſſore ad neceſſariam ſubuenditionem bonorum maioratus, aut ad augmentum maius bonorum maioratus, etiam vxori anteceſſoris, ſi ea de cauſa dos, aut bona illius paraphernalia imminuta ſunt. Quin ſi pro neceſſaria reparatione, aut confectione ædificij maioratus, mutuo fuiſſet ſumpta pecunia, quæ tota in eo inſumeretur, id ædificium tacite hypothecatum pro eo debito eo ipſo maneret. ibid. nu. 4. verſ. dubium. d. & e.

Maioratui ſucceſſor non tenetur ad debita anteceſſoris de bonis maioratus, quando contracta non ſunt pro neceſſitate, aut vtilitate maioratus. Quod ſi anteceſſori hæres exiſtat, tenetur ad ea debita pro rata portionis, in qua hæres illi extiterit. ibid. nu. 6

Maio-

Maioratus ſucceſſor in Luſitania quouſque ſoluere teneatur quædam ſui anteceſſoris debita.ibid.nu.7
Maioratus rebus quotuplex augmentum.642.nu.1
Maioratus prædijs, quæ pleno iure ad maioratum pertinent, augmentum alluuione adueniens, ſiue latens, ſiue patens ſit, eſto induſtria & ſumptibus ſit adiutum, ad ſucceſſores, tanquam bonum maioratus, pertinet. Excipe in Luſitania augmentum patens, quod ius regale eſt.642.nu.2.& 4.
Maioratus, quando ſolum habet proprietatem, aut ſolum habet dominium vtile alicuius prædij, incrementum latens, aut patens, quouſque pertineant, aut non pertineant ad maioratum, tranſeantque, aut non tranſeant, ad ſucceſſores.ibid.nu.3
Maioratui ſi accreſcat vſusfructus, aut dominium vtile, quæ ad alium attinebant, quia finita ſunt & conſolidata cum proprietate ſine vllo anteceſſoris ſumptu, omnino pertinent ad ſucceſſores in maioratu, nihilque ea de cauſa ſoluere tenentur.ibid.nu.5
Maioratus rebus quod augmentum adueniens per ſe potens ſubſiſtere dicatur. Id ad maioratum non pertinet, niſi rite fuiſſe ei incorporatum conſtet, quod non præſumitur, ac proinde non tranſit ad ſucceſſores in maioratu, ſed eſt bonum liberum.643.nu.1
Maioratus poſſeſſor ſi aliquid præſcribat, vt ad maioratum pertinens, maioratui id cedit: ſecus ſi illud præſcribat, non vt ad maioratum pertinens.643.num.2
Maioratus poſſeſſor ſi retrahat aliquid propter communicationem cum rebus maioratus, non pertinet ad maioratum, ſed eſt liberum, niſi maioratui incorporetur. ibid.nu.3
Maioratus poſſeſſor ſi vſumfructũ, aut aliud, tãdem cum maioratu conſolidandum, ſibi, & non maioratui, antea acquirat, ſiue oneroſo, ſiue lucratiuo titulo, quouſq; id liberum, & non maioratus maneat.ibid.nu.4
Maioratus rebus augmentum adueniens, non potens per ſe ſubſiſtere, maioratui cedit. Et quando æſtimatio ſit ſoluenda, & quo modo ſolui poſſit.644.nu.1
Maioratus poſſeſſor ſi melioramenta ac ſumptus in bonis maioratus efficiat, de quibus l.46. Tauri eſt ſermo, longa diſputatio, quid cenſendum, & num ea lex ſit iuſta. 644.nu.2
Maioratus quacunque ratione inſtituatur, detrahi ex illo non poteſt Trebellianica, aut Falcidia.645.nu.1
Maioratus poſſeſſor ita eo perfrui debet, vt culpabiliter læſum, aut deterioratum illum non relinquat: alioquin damnum iniuſtum datum, de bonis ſuis liberis erit in maioratu reficiendum.645.nu.3
Maioratus poſſeſſor quouſque arbores cędere poſſit, ipſiq; cedant, tam ex ſylua arborum nõ fructiferarum, quam fructiferarum.645.nu.3
Maioratus poſſeſſor reducere ad culturam poteſt ſyluam, aut nemus, aut è contrario aliquid cultum in ſyluam, aut nemus, ſi id cedat in vtilitatem maioratus.645.numero 4.
Maioratus poſſeſſor quouſque captare, ſuaq; efficere poſſit animalia prædiorum maioratus, venãdo, aut piſcando. ibid.nu.5
Maioratus poſſeſſor ſua efficit laudemia ex prædijs emphyteuticis, quæ maioratus ſunt quoad proprietatem. ibid.nu.6
Maioratus poſſeſſor quantum ius habeat in theſauris, venis metallorum, & ſimilium rerum, quæ in prædijs maioratus reperiuntur, ibid. num.7
Maioratus ex iuriſdictione quos fructus percipiat poſſeſſor illius.ibid.nu.8
Maioratus poſſeſſor ad quæ onera ac ſumptus teneatur, aut non teneatur, circa res maioratus.646.nu.1
Maioratus poſſeſſor, hæredeſque illius, ex quanta culpa teneantur, aut non teneantur, ad damna rebus maioratus ſequuta, tenenturque de leui culpa.646.nu.2
Maioratus poſſeſſor ſi ſuis ſumptibus ac induſtria, tantum meliorauit res maioratus, quãtum erat damnum, quod ſua culpa, leui ſaltem, fuerat eis ſequutum, locus eſt cõpenſationi. 646.nu.5
Maioratus poſſeſſor ad quæ tributa & onera teneatur ratione bonorum maioratus.ibid.nu.6
Maioratus poſſeſſor tenetur facere ſumptus litis, ſi contẽdatur ad ipſum non pertinere. Si vero ſint ad minuendum, aut deſtruendum maioratum, nec ſint modici, de bonis maioratus ſunt faciendi.ibid. num.7
Maioratus poſſeſſor an facere teneatur inuentarium bonorum maioratus.ibid. nu.8
Maioratus poſſeſſor alienare non poteſt bona maioratus, & quibus in locis explanata ſint, quæ ad alienationem bonorum illius, ad vſumfructum, ad æſtimationem maioratus, ad effectus aliquos, ſunt dicta.647.num.1
Maioratus aduerſus poſſeſſorem ſi ſententia circa maioratum feratur, quouſque ſucceſſoribus noceat, pariatque circa illos exceptionem rei iudicatæ.647.nu.2
Maioratus cum poſſeſſore acta in iudicio circa maioratum, valeant ſimiliter quouſque aduerſus ſucceſſores. ibid.nu.4
Maioratus poſſeſſor ſi colludat, aut nimis negligenter ac culpabiliter perdat cauſam, ſententia circa maioratum aduerſus ipſum lata quouſque alijs non noceat.647. num.5
Maioratui qui ſuccedere prætendit, ſi litem cum quodam tertio, & non cum maioratus poſſeſſore moueat, ſententia lata, alijs ſucceſſoribus non nocet.647.nu.6
Maioratuum Hiſpanorum bona, neque in dotem deſcendentium ab inſtitutore, alienari poſſunt à poſſeſſore ex eodem inſtitutore deſcendente, vt fideicommiſſa poſſũt quicquid aliqui in contrarium dixerint.648.nu.4
Maioratuũ bona abſque principis autoritate, neq; in euidentem maioratus vtilitatem, permutari poſſunt, aut vendi, vt alia emantur.648.nu.5
Maioratus bona vt alienentur, princeps abſque legitima cauſa concedere non poteſt facultatem.649.nu.1
Maioratus bona vt alienari concedatur à principe, cauſa legitima eſt non leuis neceſſitas, aut vtilitas publica. Et quando cogi ad id poſſet maioratus poſſeſſor. Et quando cambium interuenire debeat.649.nu.2
Maioratus bona vt à principe concedatur facultas alienandi, ſufficiens cauſa non eſt, vt matrimonia poſſeſſoris, aut filiarum illius celebrentur.649.nu.3
Maioratus bona alienandi vt ea facultas concedatur, quæ aliæ cauſæ legitimæ. Et qua cautela ea facultas concedi debeat.649.nu.4
Maioratus bona vt alienentur, poteſt princeps concedere facultatem, alienarique ex illa poſſunt, eſto inſtitutor eam peti, & concedi, & vti ea conceſſa prohibuerit. Et quanta nihilominus ratio ſit habenda eius prohibitionis, quando contrarium non poſtulat bonum commune. Et quando neceſſe ſit, aut non ſit, mentionem facere principi de ea inſtitutoris prohibitione, ne facultas obtenta ſurreptitia cenſeatur.650.nu.1.& 2.
Maioratus inſtitutor quando peti eas facultates, & eis obten-

obtentis vti, prohibuit ſub pœna, aut ſub modo, vt continuo maioratus ad alium tranſiret, quando nihilominus peti, eiſque vti eſſet fas, quando non item. Et quam periculoſum ſit varijs artibus vti ad illas obtinendas. 650.nu.3

Maioratus bona aliqua ſi alienata iam ſint ex regia facultate, quando ſurreptitia erit ſecunda alia facultas, ſi mentio non fuit facta de priori facultate. 650.nu.4

Maioratus bona ſi ex regia facultate alienentur, an vendi debeant in publica ſubhaſtatione, & quæ forma ſeruanda. ibi.nu.5

Maioratus bona vt alienari poſſint, non ſufficit, fiat, miniſtrorum dela camara, *niſi accedat principis confirmatio.* ibi.nu.6

Maioratus circa bona ſi contractus alienationis celebretur ſub conditione, ſi princeps ad id conceſſerit facultatem, validus eſt dependenter ab ea conditione, petendaque eſt facultas. 650.nu.7

Maioratus bona vt alienentur ſi obtenta ſit facultas, nec ſit vſus illius decennio, nulla redditur. 650.nu.8

Maioratus res ſi ex regia facultate vendantur, modo emptor id ſeruet, quod in facultate ei iniungitur, ſecurus eſt, eſto pretium, in re alia inſumatur. 651.nu.1

Maioratus res ſi ſine regia facultate vendatur, aut permutetur, quod in recompenſationem accipitur, non afficitur vinculo maioratus; ſecus ſi ex facultate regia commutatio fiat: pretium tamen valide diſtrahitur ſolum in rei, ad quam facultas eſt data. 651.nu.2

Maioratui incorporatur res maioratui idonea, quādo empta fuit ex pecunia ex re maioratus comparata, vt idonior emeretur. ibi.nu.3

Maioratui ſubrogatum ex alia re eiuſdem maioratus alienata de Regis facultate, id conditiones omnes ſubit vinculi eius maioratus. 651.nu.4

Maioratus ex rebus ab Henrico donatis, ſi ex regia facultate aliquid alienetur, quando facultas cenſenda ſurreptitia, quando res tranſeat libera, & quando cum cōditione, quam antea habeat. 651.nu.5

Maioratus bona ſi ad fiſcum ob delictum attinerent, deſinerent eſſe maioratus: vnde, ſi a Rege donarentur, neq. aliud exprimeret, libera manerent. Et in Luſitania quando tranſirent legi mentali ſubiecta. 651.nu.6

Maioratus res ex regia facultate alienata, ſi vendicetur, quia alienatio fuit nulla, aut recuperetur reſtitutione in integrum, aut ex.l.2. C. de reſ. vend. res manet maioratus, vt antea erat. 651.nu.7

Maioratui res incorporata ex permutatione, aut ex pretio, rei alterius eiuſdem maioratus, ſi euincatur, an illa alia res, tanquam adhuc maioratus, vendicari poſſit. 651.nu.8

Maioratus res ſi ex regia facultate ſubiectæ pignori ſint, aut hypothecæ, neque aliunde ſolui poſſit debitum, vendi præciſe abſque alia facultate poſſunt, quantum ad id ſit ſatis, conſtituique poteſt cenſus eius quantitatis abſque alia facultate, ne vendantur. 652.nu.1

Maioratus res ſi vendi concedatur, ſubijci poteſt pignori, aut hypothecæ, aut conſtitui in ea cenſus ad idem intentum, quando id vtilius maioratui reputatur. 652.nume.2

Maioratus res ſi vendi determinatæ perſonæ pro certo pretio ſit conceſſa, ſi non intuitu eius perſonæ, ſed commodi maioratus vendi ſit conceſſa, vendi ex eadem facultate alteri poteſt cum æquali, aut maiori commodo maioratus. ibi.nu.3

maioratus bona ſi inualide alienentur abſque regia facultate, ex ſuperueniente facultate, neque pœna euaditur, ſi quæ ea de cauſa erat incurſa, neque alienatio valida redditur, niſi confirmetur a principe. 652.nu.4

Maioratus bonum alienandi facultas conceſſa poſſeſſori, tunc maioratus non tranſit in ſucceſſorem: ſecus ſi poſſeſſoribus ſit conceſſa. ibi.nu.5

Maioratus bona ſi alienari, aut obligari concedantur ex cauſa ipſiuſmet maioratus, aut publica, ad quam poſſeſſor maioratus contribuere non teneatur de ſuis proprijs bonis, aut de redditibus maioratus, alienari, aut obligari poſſunt, etiam ſi poſſeſſor maioratus habeat alia bona libera, & eſto in facultate ſit appoſita clauſula, quod id fiat alienatis, aut obligatis prius alijs bonis liberis. 653.nu.1

Maioratus bona ſi alienari, aut obligari concedantur non ex cauſa ipſius maioratus, aut publica, ſemper intelligitur clauſula, alienatis, aut obligatis prius ad id alijs bonis liberis poſſeſſoris maioratus, eſto ea clauſula non exprimatur. neque valet alienatio, aut obligatio bonorum maioratus, niſi quoad ſolam latitudinem vltra talia bona libera. 653.nu.2

Maioratus bona ſi conceſſa ſit facultas, vt obligari poſſit cum clauſula tacita, aut expreſſa, vt obligentur prius bona libera, fieri non poteſt exequutio in bonis maioratus, niſi facta prius exequutione in bonis omnibus liberis poſſeſſoris, etiam quæ accreuerint vſque ad inſtans eius exequutionis. ibi.nu.4

Maioratus bona ſi rite fuerunt obligata, datis ſimul fideiuſſoribus pro eo debito, nec fideiuſſores renunciarunt beneficio, vt prius fieret exequutio in bonis obligatis, non prius fieri poteſt exequutio aduerſus ipſos, quam aduerſus bona maioratus; ſecus ſi renunciarunt; tamet ſi tunc recurſum ipſi habeant aduerſus bona maioratus obligata. ibi.nu.5

Maioratus bona ſi rite alienata irreuocabiliter iam ſunt, eo quod non fuerint tunc bona libera poſſeſſoris maioratus, eſto poſt eam alienationem irreuocabilem conſummatam, eidem poſſeſſori adueniant bona, non retractatur alienatio ſemel rite conſummata, ſed ea bona pertinent ad poſſeſſorem maioratus, & ad ipſius hæredes, ſecus ſi reuocabiliter ſint alienata. 653. numero 6.

Maioratus bona ſi obligata fuerūt in defectum bonorum liberorum poſſeſſoris maioratus, & idem poſſeſſor ante eam obligationem contraxerat alia debita, etiam perſonalia, de bonis liberis ſoluenda ſunt debita illa contracta. Contrarium eſt dicendum, ſi ea debita poſterius fuerunt contracta. Excipe debita, quæ contracta eſſent rationabiliter, ita quod commode vitari non potuerint. 653.nu.7

Maioratu priuari non poteſt quis ob ingratitudinem, aut ob aliud delictum, in anteceſſorem in eo, qui inſtitutor eius maioratus non fuerit. 654.nu.1

Maioratu priuari poteſt propter eandem ingratitudinem quando inſtitutor id decreuit. 654.nu.3

Maioratu inſtituto ex legitima ad eum vocati, quando priuandus ſit ob ingratitudinem, aut ob delictum, in inſtitutorem, quando non item. Et quando commoditas pertineat ad fiſcum ob delictum poſſeſſoris. 654.nume.4

Maioratu hæredis titulo, non ex legitima inſtituto, quando priuandus ſit, aut non ſit, ſucceſſor ob ingratitudinem, aut ob aliud delictum, in inſtitutorem commiſſa, &

ſa, & quando commoditas ad fiſcum pertineat. ibid. nume.5

Maioratu inſtituto irreuocabiliter quando poſſeſſor priuari eo poſſit, aut non poſſit, ob ingratitudinem, ac delictum in inſtitutorem & quando commoditas ad fiſcum pertineat. ibi. nu.6

Maioratu reuocabiliter inſtituto titulo legati, fideicommiſſi, aut contractu inter viuos, quando ſucceſſor excludatur ob ingratitudinem ac delictum in inſtitutorem, & quando commoditas ad fiſcum pertineat. 654. num.7

Maioratus in inſtitutione ſi ſit clauſula appoſita, quod eo ipſo, quod poſſeſſor aliquid illius alienet, aut alienare attentet, ſit illo priuatus, ſi ei clauſulæ contraueniatur, tranſit eo ipſo in vlterius ad eum vocatum. 655. nu.1

Maioratus poſſeſſor ob diſſipationem bonorũ maioratus, ſolum priuari poteſt adminiſtratione illius, & ex fructibus reparari debent omnia damna, reſiduum vero reddi illi debet. 655. nu.4

Maioratus ex bonis patrimonialibus inſtitutus confiſcari regulariter non poteſt ob delictum poſſeſſoris illius, qui inſtitutor eiuſdem non ſit: ſed commoditas pertinet ad fiſcum dum ille vixerit. Idem de alijs, quæ non iure hæreditario, ſed ex pacto & prouidentia deriuari ad aliquos debent. 656. nu.1

Maioratus, aut vſusfructus, ſola commoditas pertinet ad fiſcum tempore, quo delinquens vixerit, quando bona poſſeſſoris maioratus, aut vſufructuarij confiſcantur. Et pertinet ea commoditas, eſto inſtitutor diſpoſuerit, vt in eo euentu, non ad fiſcum, ſed ad maioratus poſſeſſorem, aut ad vſufructuarium. 656. nu.6

Maioratus commoditas ad fiſcum non ſpectat commiſſo à poſſeſſore delicto, ob quod omnia eius bona confiſcātur, quando inſtitutor diſpoſuit, vt à puncto commiſſi talis delicti amitteret maioratum, & tranſiret ad alium. 656. nu.7

Maioratus ex bonis patrimonialibus facultate regia inſtitutus, confiſcatur in hoc regno ex delictis læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ, ac ex Sodomia poſſeſſoris, ſi in facultate regia clauſula apponatur, vt ex eis criminibus confiſcetur; ſecus ſi omittatur. Neque inſtitutor valide imponere poteſt clauſulam, qua id impediatur. 657. nu.2

Maioratus abſque regia facultate de bonis patrimonialibus legitime inſtitutus, ex nullo omnino crimine poſſeſſoris confiſcatur. 657. nu.3

Maioratus eiuſmodi quando in rariſſimo euentu, & confiſcari poſſint, & confiſcati in hoc regno ſint, ex grauiſſimo delicto, poſtulante id bono publico. 657. nu.4

Maioratuum eiuſmodi domus ob crimen poſſeſſoris grauiſſimum læſæ maieſtatis deſtrui non debent, niſi forte compenſatione maioratui aliunde facta. 657. nu.5

Maioratuum eiuſmodi commoditas in tempus vitę illius, ob delictum poſſeſſoris confiſcatur. ibid. nu.6

Maioratus ex bonis patrimonialibus à ſucceſſione non excluduntur filij poſſeſſoris illius propter crimen læſæ maieſtatis humanæ, aut diuinæ, patris, ſi concepti fuerint ante id crimen ab eo commiſſum. 658. nu.21

Maioratus de bonis patrimonialibus poſſeſſor in Luſitania ſi in crimen læſæ maieſtatis incidat, à ſucceſſione in illo excluduntur filij illius poſt delictum patris concepti, & deuoluitur ad vlterius ad eum vocatũ, ſiue maioratus vltima voluntate, ſiue contractu inter viuos fuerit inſtitutus. 658. nu.22

Maioratus de bonis patrimonialibus à ſucceſſione excluduntur filij concepti poſt crimen læſæ maieſtatis patris poſſeſſoris, tam de iure communi, quam huius regni, ſi maioratus vltima voluntate fuit inſtitutus: ſecus ſi contractu inter viuos fuit inſtitutus. 658. nu.23

Maioratuum eiuſmodi ſucceſſione non priuantur filij concepti poſt crimen patris ex eo capite ſolum, quod incapaces ſint officij publici, ac dignitatis. Et quid de titulo Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, ſi is maioratus eum habeat annexum. 658. nu.24

Maioratus irreuocabiliter de bonis patrimonialibus inſtitutus, non confiſcatur crimine læſæ maieſtatis diuinæ aut humanæ, inſtitutoris poſtea commiſſo. Neque confiſcatur ob crimen poſt inſtitutionem, ſed ante latam ſententiam commiſſum, quando ob id crimen non confiſcātur bona ipſo iure, ſed per ſententiam. 659. nu.1

Maioratus reuocabiliter per vltimam voluntatem, etiam donatione cauſa mortis, inſtitutus, confiſcatur crimine inſtitutoris, quo bona ipſius ipſo iure confiſcātur. 659. nume.2

Maioratus reuocabiliter contractu inter viuos inſtitutus non confiſcatur crimine læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanę inſtitutoris poſtea ſubſequuto, niſi inſtitutor eum in vita ſua reuocet. 659. nu.3

Maioratus de bonis coronæ regni, item tituli Comitatus, Marchionatus, & ſimilis, in Caſtellæ & Luſitaniæ regnis confiſcantur ob crimen læſæ maieſtatis poſſeſſoris, & quid ob crimen hæreſeos, & Sodomiæ. 660. numero 1.

Maioratus de bonis coronæ regni, vt confiſcari non poſſit ob crimen læſæ maieſtatis, & ob alia crimina, valet priuilegium, aut conuentio: modo confiſcari quoad commoditatem poſſit, ita vt non maneat apud delinquentē. 660. num.2

Mancipium.

Mancipium fugitiuum, etiamſi ad ſuos tranſeat, nũquam præſcribit libertatem aduerſus ſuum dominum. 684. nume.9

Mancipium, quod ob delictum quæreretur ad pęnam mortis, aut ad aliam grauem corporalem, occultare, & adiuuare ad fugam poſſet dominus, quando contrarium in bonum publicum non eſſet iuſſum. Tradere vero illud abſens poſſet noxæ ob damnum ab eo datum, & pęnam ciuilem. 711. nu.8

Mancipium, quod deliquit, ſi dominus alienauit aut manumiſit, non competit aduerſus ipſum noxalis actio, ſed aduerſus nouum dominum, aut aduerſus mancipium ſui iuris effectum. Quod ſi prior dominus titulo oneroſo illud alienauerat, tenetur nouo domino de re ita vitioſa ſibi alienata. Si autem dolo, ſciens mancipij delictum, illud alienauit, ipſe tenetur ad damnũ & ad pœnam. 711. nu.7

Mancipium ſi inſcio domino det damnum arborum cæſarum, dominus vel ſoluit damnum ac pęnam, vel mancipium noxæ dat. 699. nu.8

Mancipium ſi delictum commiſit domino ſciente, ac prohibere potente, non liberatur tradendo illud noxæ, ſed tenetur ſoluere damnum & pęnam, eſto mancipium alienauerit, manumiſerit, aut mortuum fuerit. 711. nume.5

Mancipium ſtatim atque à domino noxæ datur, dominus amittit dominium illius, & illud is comparat cui noxæ datur. Si tamen mancipium, comparata aliunde pecunia, damnum & pęnam ſoluat, cõſequitur libertatē.

In foro tamen conſcientiæ tenetur ſoluere priori domino damnum culpa talis mancipij ei ſecutum. 711. *numero 6.*

Mancipij defenſionem ſi ſuſcipiat dominus, defendere illud tenetur in loco, in quo deliquit. Si moriatur mancipium ante ſententiam, ad nihil tenetur dominus. Siue ciuiliter, ſiue criminaliter, agatur aduerſus mancipiũ, ſi ex delicto aliquid actoris deuenit ad dominum, aut dominus inde factus eſt locupletior in aliquo, id quoq; poteſt actor petere à domino. 711. *nu.* 9

Mandans.

Mandans quouſque ante alios reſtituere teneatur. 737. *nume.* 3

Mandans ſi expreſsè, aut tacitè reuocauit mandatum, & de reuocatione mandatarij conſtabat, ſi damnum mandatarius det exequendo mandatum, ſolus mandatarius tenetur illud reſtituere; niſi in mandato eſſet admixtũ aliquid conſilij, vnde mandatarius motus fuerit ad id exequendum: nam tunc mandans, tanquam cauſa minus principalis, tenetur reſtituere in defectum exequutoris. Conſulens vero licet conſilium reuocet, & ſuadeat, ne exequutioni mandetur, ſi inde ſequutum ſit damnum, tenetur illud reſtituere in exequutoris defectum. 731. *nu.* 1

Maritus.

Maritus ſi de damno dato in bonis vxoris, aut vxor in bonis mariti conuincatur, ſolum ſoluũt ſimplex damnum ſine vlla prorſus pęna. 697. *num.* 36

Matrimonium.

Matrimonium quando fuit contractum inter conſanguineos aut affines, ſine diſpenſatione ſummi Pontificis, & cum mala fide vtriuſque contrahentium, prolesque fuit ſuſcepta, eſto poſtea ex diſpenſatione legitime contrahant, non legitimatur proles, nec ſuccedit in maioratu, nec præfertur proli poſtea legitimè natæ. &c. 624. *numero* 3.

Melioratio.

Melioraturum non eſſe aliquem filiorum præ cæteris, ſi quis promittat, inualidum eſt pactum de iure communi. Valet tamen ſi confirmatur iuramento, modo in Luſitania iuramentum de facultate Regis ſit adhibitum. 579. *nu.* 1. & 2.

Melioraturum non eſſe aliquem ſuorum deſcendentium, ſi quis in hoc regno promittat contractu inter viuos, eaq; de re conficiatur ſcriptura publica, valet tale pactum, & reddit nullam meliorationem, ſi contra illud fiat. 579. *nu.* 3

Meliorandi deſcendentem in tertio & quinto, ſi promiſſio fiat in hoc regno cauſa matrimonij, aut ex alia oneroſa, valida eſt. Si autem non fiat, facta cenſetur, mortuo, qui illam efficere promiſit. 579. *nu.* 4

Meliorationem non facere filio, qui valide promiſit, cenſetur promittere nec nepoti, nec alij deſcendenti eam efficere. 579. *nu.* 5

Meliorandi pactum validum in hoc regno, etiamſi fiat cum ſolo filio, aut filia, meliorantis, valet, & eſto, qui cum ipſis intuitu illius contraxit, illud remittat, aut ſine liberis decedat, ſimiliter valet. 579. *nu.* 6

Meliorandi ex cauſa oneroſa promiſſio valida, aut non meliorandi alium promiſſio inſtrumento publico facta exſpirant, ſi is, cui facta ſunt, diſcedat ſine ſobole: ſecus ſi ſobolem relinquat. 579. *nu.* 7

Meliorandi, aut non meliorandi, eiuſmodi promiſſiones, vt obligare deſinant, non ſatis eſt remiſſio eius, cui factæ ſunt, ſi alter vi illarum cum eo contraxit, etiamſi remiſſo iuramento confirmetur, ſed vtriuſque eſt neceſſaria, ac ſufficit. 579. *nu.* 8

Meliorandi, aut non meliorandi, eædem promiſſiones inualidæ iam hodie ſunt poſt legem Caroli quinti in fauorem dotis filiarum, vltra ſuas legitimas matrimonij cauſa, etiamſi iuramento confirmetur. Secus comparatione filiorum, atque etiam filiarum ad ingrediendam religionem, & ad alia oneroſa, quæ non ſint matrimonium. 579. *num.* 9

Melioratio reuocari poteſt dum, qui eam fecit, viuit, exceptis aliquibus euentibus, quando contractu inter viuos fuit facta. 583. *nu.* 2

Melioratio vltima voluntate facta, reuocari non poteſt, ſi princeps ſuam autoritatem interpoſuit, vt irreuocabiliter fieret. Si autem inſtitutor iuramento ſe aſtrinxit eam non reuocare, periurus eſt illam reuocando & ad intereſſe tenetur. 583. *num.* 3

Melioratio in hoc regno valida eſt facta in teſtamento, in quo aliquis iniuſte ſit præteritus. Poteſt item melioratus acceptare meliorationem, & repudiare hæreditatem, 583. *nu.* 11

Melioratio facta irreuocabiliter, cõtractus eſt mere inter viuos. Facta vero contractu reuocabili, pertinet ad mediam ſpeciem inter contractum & vltimam voluntatẽ. Vtrouis modo facta ob cauſam, inſinuatione nõ indiget: ea vero indiget, facta non ob cauſam. 583. *nu.* 12

Melioratio in tertio cõtractu effecta, vt irreuocabilis reddatur, ſatis eſt traditio per actum fictum, & quando ad futura ea traditio ſe extendat. 584. *nu.* 1

Melioratio eadem irreuocabilis redditur traditione corã tabellione eius ſcripturæ, in qua eſt facta, illi, cui facta eſt. 584. *nu.* 2

Melioratio contractu oneroſo effecta, irreuocabilis eo ipſo redditur: modo, ſi is contractus ſit matrimonij, fiat cũ tertio contrahente, aut ſequatur matrimonium. ibidem nume. 3

Melioratio ſi facta ſit vltima voluntate, nullo trium actuũ, qui explicati ſunt, redditur irreuocabilis. Quando autem fieret traditio ex interuallo, non facta mentione, quod id fieret ad implendam vltimam voluntatem, cenſeretur facta noua donatio irreuocabilis. ibidẽ nume. 4

Melioratio in tertio vt traditione irreuocabilis reddatur, ſatis eſt quarundam rerum traditio, nec neceſſaria eſt omnium. 585. *nu.* 1

Melioratio in tertio quando traditione vnius rei cenſeatur facta irreuocabilis quoad eam ſolam. ibidem numero 4.

Meliorator ſi per clauſulam conſtituti fecit meliorationẽ irreuocabilem, quod exiſtente poſtea aliqua re, interuertat poſſeſſionem illius, non idcirco reuocat antecedẽtem meliorationem. 585. *nu.* 5

Melioratio reddi poteſt irreuocabilis traditione per clauſulam conſtituti, etiam quoad iura incorporalia, nominaque debitorum. 585. *nu.* 6

Melioratio irreuocabilis redditur pacto adiecto de ea non reuocanda. 586. *num.* 1

Melioratio vt irreuocabilis fiat pacto adiecto de ea non reuocanda, parum refert, ſiue id pactum apponatur in ea inſtrumenti parte, in qua continetur diſpoſitio, ſiue in ea, in qua de exequutione agitur. ibid. nu. 3

Melioratio vt irreuocabilis in hoc regno reddatur ex capitibus explicatis non pendet ab acceptatione vocati,

aut

aut vocatorum,neque alterius nomine ipſorũ, & quid in Luſitania. 587.*nu.*1

Melioratio irreuocabilis reddita ex capitibus explicatis,reuocari poteſt,ſuperueniente aliquo ex iis,ex quibus donationes reuocari poſſunt. 587.*nu.*3

Melioratio in tertio & quinto ſi ſit irreuocabiliter facta in aliquibus bonis,& decreſcentibus bonis,non tot pertineant ad tertium & quintum tempore mortis,reuocatur quoad exceſſum. Niſi melioratio matrimonij cauſa fuerit effecta: nam tunc melioratus,eligere poterit velle ſtare bonis, quæ erant tempore, quo facta fuit. Si item donationibus poſtea factis decreuerunt bona,inualidæ ſunt donationes illæ. 587.*nu.*6

Melioretur ſi aliquis in tertio & quinto, non valet pactum inter ipſum & meliorantem, quod quoad id tertium & quintum ſtetur bonis, quæ tunc pater habet, & non quæ reperta fuerint tempore mortis illius: quoniam id cedit in præiudicium aliorum filiorum. 587. *nume.*7

Melioratio quouſque ex ingratitudine reuocetur. 587. *nume.*8

Melioratione ſi vocentur aliqui in particulari,& deſcendentes eorum in perpetuum, illis omnibus deficientibus, exſpirat melioratio ac vinculum, eſto ſint ſuperſtites alij de familia inſtitutoris meliorationis. 588. *nume.*4

Melioran, iuxta præſcriptum legum, dignum, prætermiſſo digniori,& aptiori,non peccat. 595.*nu.*4

Meliorare indignum,ſi id, in quo melioraretur, eſſet iuriſdictio in alios,& futurum eſſet, vt inde damna iniuſta ſubditis ſequerentur,culpa eſſet lethalis,cum reſtituendi onere damna ſequuta. Quando autem nullum damnum ſequeretur, raro eſſet culpa lethalis. 595. *numero* 6

Meliorare poteſt vxor ſine viri facultate,vltima voluntate,quæ non ſit donatio cauſa mortis. Donatione vero cauſa mortis, aut contractu inter viuos meliorare non poteſt ſine viri conſenſu,aut iudicis,abſente viro, aut irrationabiliter non conſentiente. 601.*nu.*2

Meliorationis reuocatio facta ab vxore ſine viri facultate vltima voluntate,quæ non ſit donatio cauſa mortis, valida eſt. Secus ſi ſine viri facultate facta ſit donatione cauſa mortis,aut contractu inter viuos,niſi accedat iudicis facultas ob viri abſentiam, aut quod irrationabiliter non velit vir facultatem præbere. 601. *numero* 2

Meliorare in hoc regno poteſt damnatus, etiam ad mortem naturalem. Idem in Luſitania de damnato morte ciuili. 605.*num.*2

Meliorare non poteſt eodem genere diſpoſitionis, qui teſtari non poteſt,aut alio diſpoſitionis genere de ſuis bonis diſponere. 605.*nu.*3

Meliorare de tertio & quinto bonorum titulo lucratiuo ex priori coniuge comparatis, non poteſt tranſiens ad ſecundas nuptias, liberoſque habens ex priori matrimonio. 607.*nu.*1

Meliorationem eandem neque ex regia facultate poteſt efficere,niſi expreſſerit, ea bona comparaſſe ex priori coniuge. Neque Rex poteſt concedere eam facultatem poſt tranſitum ad ſecundas nuptias. ibidem. numero 2

Meliorare ex arrhis prioris matrimonij poteſt mulier, quæ ad ſecundas tranſit nuptias. 607.*nu.*3

Meliorare ex bonis ſuperlucratis in priori matrimonio poteſt coniux,qui habens liberos ex eodem priori matrimonio ad ſecundas tranſit nuptias. 607.*nu.*4

Meliorare ſolum poteſt vir de medietate lucrorum, quæ ad ipſum diſſoluto matrimonio attinebit: de medietate vero vxoris,ad ipſam ſpectat meliorare,per teſtamentum,aut codicillum,ſine viri conſenſu: per contractum vero de conſenſu viri, aut iudicis. 607.*nu.*5

Meliorari quouſque poſſit,aut non poſſit, legitimatus reſcripto principis. 610.*num.*2

Modorum rationem regulariter habent, & non conditionum,quæ ſuſpendant inſtitutionem,leges & conditiones,quæ apponuntur in ipſa maioratus inſtitutione. Et quando conditionum rationem habeant. 611.*numero* 1

Modus eſſe ſolent onera & grauamina impoſita perſonis ad maioratum vocatis: & quando rationem habent cõditionis,etiam ad comparandum dominium & poſſeſſionem ciuiliſſimam: & quando ſit modus æquipollens conditioni, reſoluenſque in nihilum vocationem, adeo vt fructus percepti, reſtitui etiam debeant. 611. *numero* 2

Modus ſi adhibitus ſit vocationi ad maioratum,qui æquipolleat conditioni,quia videlicet redigat, ſi non ſeruetur, in nihilum vocationem ac ſi nunquam eſſet facta, tradi debet maioratus ita ad eum vocato, præſtita prius ab illo cautione ſimili Mutianæ, de reddendo maioratu cum fructibus ex eo perceptis, ſi modus non ſit ſeruatus. Secus ſi modus non redigat in nihilum vocationem ac ſi nunquam fuiſſet facta. Et quam varie modus apponi ſoleat,& quando, & quouſque obliget. Et num aliquando obliget deſerere maioratum in conſcientiæ foro,nulla expectata ſentẽtia. 611.*nu.*3

Modus poſſibilis adhibitus, ad ſui obſeruationem quouſque obliget, & quando,illo non ſeruato, diſpoſitio ſit valida. 612.*num.*2

Modus impoſſibilis quocunque modo, etiam quia remittitur à iure, ſi apponatur inſtitutioni maioratus factæ ſiue vltima voluntate, ſiue contractu, etiam irreuocabili,non reddit inualidam diſpoſitionem,neque eſt vlla obligatio eum ſeruandi, ſed habetur pro non appoſito. 612.*num.*5

Modum iniunctum ſeruaturum ac impleturum in futurum ſi quis per vltimam voluntatem aſtringatur iurare,vt obtineat aliquid per eandem vltimam voluntatem ei relictum, non remittitur à iure obligatio id iurandi. 612.*nu.*7

Modus,vt contrahere teneatur cum perſona de tali familia,aut cum tali ſingulari perſona,cum qua honeſte id poſſit efficere, valide apponitur vocationi ad maioratum. 613.*num.*1

Modus ſi appoſitus ſit vocationi ad maioratum, vt contrahat cum tali, pro impleto habetur, ſi vocatus non fuit in mora,& per alterum ſtetit. Et quid ſi vocatus maioratus antea aduentum temporis impletionis talis modi. 613.*num.*4

Modus ſi apponatur vocato ad maioratum, vt non ducat mulierem talis conditionis, alioquin maioratus tranſeat ad ulterius vocatum ſi non ſeruetur, maioratus amittitur. 614.*nu.*1

Modum eum qui non fuerat ignorantia inuincibili, eam ducendo, quæ conditionis prohibitæ non reputabatur, num maioratũ amittat,ex præſumpta inſtitutoris mente pendet. In dubio autem,quæ fuerit mens illius,cenſendum eſt, eum non amittere. 614.*nu.*2

Modi eiuſmodi tranſgreſſio ſi eo modo eſſet facta, & res eſſet occulta, non teneretur poſſeſſor maioratus illum deſerere in foro conſcientiæ antequam res manifeſtaretur. ibid. nu. 3

Modus appoſitus vocationi ad maioratum, vt vxorem ducat arbitratu, aut voluntate alterius, vel iuxta illius conſilium, inualidus eſt, habeturque pro non appoſito. Si autem ſit, vt conſulat aliquem circa vxorem ducendam, validus eſt. Quod ſi difficile admodum peti ab illo poſſit id conſilium, obligatio non eſt ſeruãdi eum modum. ibid. nu. 4

Modus ſi appoſitus ſit vocationi ad maioratum, aut alteri relicto, vt is conſulat aliquem ad matrimonium contrahendum, inualidę non redduntur tales diſpoſitiones, ſi ideo is non conſulatur, quia mortuus erat nuptiarum tempore. ibid. nu. 5

Modus ſi apponatur vt vocatus ad maioratum agnomen & inſignia inſtitutoris ſumat, quando æquipollet conditioni, & ante impletionem nec dominium, nec poſſeſſio comparetur, reſtituique ſucceſſori debeant res cum fructibus ex eis perceptis. 615. nu. 2

Modum, vt aſſumat agnomen & arma inſtitutoris, quando vocatus ad maioratum cenſendus ſit tranſgreſſus, vt maioratus tranſeat ad vlterius vocatum. ibid. numero 3. & 4.

Modus ſi impoſitus ſit vocato ad maioratum, vt aſſumat agnomen & arma inſtitutoris, tenetur illa aſſumere, eſto minus decentia ſint. ibid. nu. 5

Modum ſi habeat vnus maioratus, vt ſucceſſor aſſumere teneatur agnomen & arma inſtitutoris ſine admixtione alterius agnominis & armorum, non poteſt aliquis habere eum maioratum ſimul cum alio, qui conditionẽ aut modum, habeat aſſumendi agnomen & arma inſtitutoris. Secus ſi inſtitutores vtriuſque ſolum obligẽt, aſſumere agnomen & arma. 615. nu. 6

Molendinum.

Molendinum in torrente quouſque conſtruere liceat. Et quando torrens publicus reputetur. 705. nu. 11

Molẽdinum qui prius ædificauit, an comprimere in ſuum commodum poſſit aquam cum detrimento alterius qui poſterius ædificauit. 705. nu. 14

Molendinum ſuper aquas catenis alligatum ad ripas qui uis efficere poteſt priuata auctoritate in quacunq; parte fluminis publici, niſi nauigationem impediat. 705. num. 13

Molendina quouſque conſtruere in eodem flumine liceat, etiam cum damno molendinorum antea ſtructorum & quouſque ad illa extrahere liceat aquam de flumine publico. 705. nu. 8

Monaſterium.

Monaſterium non ſuccedit in religioſi ſui maioratu ſi iuriſdictionem habeat annexam, neque quoad commoditatem. 623. nu. 4

Monaſterium quando ſuccedit in bonis ſui religioſi, ſuccedit etiam in commoditate maioratus non habentis iuriſdictionem, ad ipſumque attinentis, dum talis religioſus vixerit, niſi inſtitutio excludat religioſum à ſucceſſione in eo maioratu, vt plerumque fit. Eo vero religioſo mortuo naturaliter, maioratus integre deuoluitur ad vlterius vocatum. 623. nu. 3

Moneta.

Moneta falſa vt cudatur, qui ſcienter cooperatur, aut domum, in qua cudatur, adminiſtrant, eis de omnibus, ſubiacent pœnis. Excipitur impubes, qui pubertati non eſt proximus: is quippe nullam pœnam incurrit. 702. nu. 2

Moneta falſa ſi in domo aliqua cudatur, amittit eam dominus fiſco, etiam ſi id ignorauerit. Et quando illam non amittat. 702. nu. 3

Monetæ falſæ de crimine accuſans, præmio afficitur, ſi id probetur. Et eſto id non probet, de calumnia non tenetur. 702. nu. 7

Monetam falſam cudere dicitur, qui ſine principis facultate eam cudit, licet legitimam alioquin eam cudat. Et qui non legitimi ponderis, aut non legitimi metalli eam cudit, bona illius confiſcantur, & extrangulatus crematur. Appellatio ei non admittitur. Neque extrahenti illum de carcere, qui mortis pœnam incurrit. 702. num. 1

Monetam falſam ſcienter expendens, quibus ſubiaceat pœnis communi & huius regni. Diſputat. 702. numero 9.

Monetam falſam cudens, etiam iuſti ponderis ac materię, lethaliter peccat, principique reſtituere tenetur emolumentum, quo illum iniuſte priuauit, & priuatis, ſi quod damnum inde etiam eis prouenit. Diſput. 702. nume. 10

Monetam falſam qui ignoranter aut ſcienter expendit, quouſque & quo modo reſtituere teneatur. 702. numero 12.

Monetam falſam cudentem loco recognoſcentis ſuperiorẽ qui tamen ius habet monetam cudendi, quam pœnam incurrat. 702. num. 5

Monetam falſam cudens detrahendo deponderе, aut de puritate metalli, vel illam tondens, radens, aut tingens, lethaliter peccat, & ad quam ac qualem reſtitutionem teneatur. 702. nu. 11

Monetam falſam qui cudit in prouincia, in qua non expenditur, vt eam in aliam, in qua expenditur, transferat, deprehenſus in prouincia, in qua illam cudit, ſolum punitur pœna arbitraria: deprehenſus vero in prouincia, in quam illam tranſportat, punitur ordinaria pœna. 702. nu. 4

Monetam falſam cudere agreſſus, ſi ante cuneum adhibitum pœnitentia ductus ceſſauit, non punitur. Et qua pœna puniatur, ſi non deſtitit pęnitentia ductus. 702. num. 6

Monetas falſificans, eas tondendo, radendo, aut tingendo, quas pœnas de iure communi & huius regni incurrat. 702. num. 8

Montadgo.

Motagdo & ſeruitium quid. 662. nume. 9

Mors.

Mortis pœna vel mutilationis pro furto iure communi imponi non poterat: 695. nu. 5

Mortuus.

Mortuo animali, quod damnum dedit, ante litem conteſtatam, dominus illius ad nihil tenetur, nec etiam ad carnes noxæ dandum. Si moriatur poſt litem conteſtatam, tenetur ſoluere integrum damnum. Si autem alius culpabiliter illud occidit, ſatis eſt, ſi dominus animalis cedat actionem legis Aquiliæ damnum paſſo aduerſus occiſorem, vel ſi ſoluat damnum. 712. num. 7

Mulier.

Mulieres regulariter nubere ſolent ante vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum, ac proinde dum ſunt minores. 579. num. 33. verſi. in eadem. e.

Munus.

Munus quot modis vſurpetur, & in quibus acceptionibus tributi rationem habeat. Et à quibus muneribus exempti ij ſint, qui hidalgos in hoc Regno dicuntur. 661.nu.12

Mutus.

Mutus aut cæcus etiam non à natiuitate, ſuccedere non poſſunt in feudo, quod ſeruitium perſonale exigit. Secus ſi illud non exigat. 622.nu.2

N

Nouum Opus.

NOui operis nunciatio locum non habet, quando ædificatur aliquid in præiudicium ſeruitutis ruſticæ; ſecus ſi ædificetur in præiudicium vrbanæ. Et quòd remedium locum in priori euentu habeat. 706. numero 9.

*Noui operis nunciatio locum habet, non ſolum ſi quis paret ędificare fodiendo ad id terram; ſed etiam ſi ruat ac deſtruat aliquid in alterius pręiudicium, non vero habet locum in plantis, ſiue ſeminet, aut plantet, ſiue metat, aut aliter plantas deſtruat. Diſput.*706. numero 7

Noui operis nunciatio cur fieri poſſit. Si ob prędium multis commune, vni eorum fiat, quouſque eorum domini teneantur. 706.nu.34

Noui operis nunciatio quot modis & qualiter fiat. 706. num.15

Noui operis nunciatio quibus ex cauſis iuſte fiat. Variæ etiam ſanctiones circa ædificia. 706.nu.13

Noui operis nunciatio in quibus locum non habeat; locum tamen habeat interdictum quod vi aut clam: Et in quibus neque interdictum quod vi aut clam locum habeat. 706.nu.8

Noui operis nunciatio locum habet, ſiue opus fiat in oppido ſiue in villa aut in agro: ſiue in loco priuato ſiue in publico. 706.num.12

Noui operis nunciatio ſi remittatur præſtita cautione aut promiſſione, quæ forma in eis præſtandis idonea. 706. num.39

Noui operis nunciatio, intendendo ius proprium noſtrum quibus ex cauſis fiat. Et ad quem pertineat, vt vnum monaſterium, aut vna parochia non ædificetur intra certum terminum alterius comparatione. 706.nu.14

Noui operis nunciatio locum non habet aduerſus fulcientem, aut reficientem ædificium, ſi nihil addat, aut detrahat, quo minus in eodem ſtatu maneat. 706.nu.10

Noui operis nunciatio in quocunque die, etiam feriato fieri poteſt. 706.nu.18

Nuncians.

Nuncians nouum opus primo modo, poſſeſſionem amittit nunciato, eius circa quod nunciat, ſi illam habeat; non vero nuncians duobus alijs modis. 706.nu.16

Nuncians nouum opus, iurare tenetur de calumnia. 706. num.32

Nuncians quouſque de loco publico, aut priuato, in quo ædificatur aut ædificari paratur facere debeat mentionem, aut de parte operis, aut de toto opere. Quando de diuerſis operibus nunciatur, quæ in diſtinctis locis fiant, diſtinctæ nunciationes fieri debent. Et remiſſiones quando diuerſæ eſſe debeant. 706.nu.21

Nunciatus.

Nunciatus ſi ante remiſſionem ædificet, competit aduerſus eum, non ſolum pars ſecunda interdicti de noui operis nunciatione, ſed etiam interdictum quod vi aut clam. Et quanto tempore vnum & alterum, competat. 706.num.46

Nunciatus ſi ſolum poſt nunciationem appoſuerit fundamentum, ita vt id nuncianti non noceat, ad nihil tenetur, eſto poſtea comperiatur non iure ædificans. 706. num.41

Nunciatus ſi ſatis dedit, aut obtulit ſatiſdationem, & per nunciantem ſtetit, vel ſi ratione loci publici fuit ei nunciatum, & promiſit, ac ſimul oſtendit, quo id facere poterat, & impediatur, quo remedio ei ſubueniatur, & intra quantum tempus. Si per nunciantem ſtetit, quo minus ſatiſdationem admitteret, eamque poſtea petat, tenetur nunciatus eam dare, alioquin impune poteſt impediri. 706.nu.44

Nunciatus hodie de iure Codicis, eſto cautionem offerat, ſi nuncians non velit illam acceptare, & oſtendat ſeparatum ad probandum, nunciatum non iure ædificare, non poteſt nunciatus intra tres menſes continuare ædificium, & cætera quæ quo ad id ſunt ſtatuta. Et num ſi nuncians ſuccumbat, competat aduerſus illum actio de dolo ad damna. 706.45

Nunciatum ſi per iudicem ſit alicui opus nouum ad petitionem alicuius, conceſſo iudicis, vt ædificet, eſt ſufficiēs ad id emiſſio. 706.nu.36

Nunciato & nuncianti qua ratione ſufficienter ſit cautũ, aut conſultum ea remiſſione nunciationis legis auctoritate introducta. 706.nu.38

Nuncio.

Nunciare non competit vſufructuario comparatione proprietarij. Et quæ actiones aduerſus eum illi competant. Aduerſus vicinum nunciat nomine proprietarij, tanquam procurator eo ipſo illius. Et proprio nomine quę actiones aduerſus illum ei competant. 706. nu.25

Nunciare opus nouum, ob locum publicum omnibus quo ad vſum communem, cuicunque de eo populo competit. Qui excipiantur. Et num forenſes admittantur. Concurrentibus multis ad nunciandum, idonior eligitur. 706.num.33

Nunciare qui vult coram iudice, ſi iudex ſit abſens, & proteſtetur ſe coram illo velle nunciare, ac adueniente iudice, vel accedendo ad illum cum primum potuerit, coram illo nunciet, cenſetur à puncto proteſtationis coram illo nunciaſſe. 706.nu.17

Nunciare circa res priuatas qui poſſint. Et nuncians, non habens ius ad id, ad quam reſtitutionem damnorum teneatur. 706.nu.43

Nunciare non poteſt vnus condominorum, quādo alter in re vtrique communi ædificare aggreditur. Et quibus alijs remedijs ei ſubueniatur, etiam vt ceſſare efficiat, quando non eſt expediens, quod alter aggreditur facere. 706.nu.31

Nunciat poſſidens rem. Item cui ſubiecta eſt pignori aut hypotheca. 706.nu.26

Nunciat quiuis dominorum loci communis multorum, ratione cuius nunciatur. Nunciatio tamen facta ab vno non prodeſt alijs, niſi nomine eorum ſit facta cauendo de rato, aut ex mandato eorum. 706.num.30

Nunciat dominus rei, circa quam eſt nunciandum, tantũ dominium, vt emphyteuta, aut feudatarius. Et nunciāt ſuperficiarius, aut habens ibi ſeruitutem vrbanam realem. 706.nu.24

Nunciant validè quouſq; pupillus & vxor. 706.num.28

Nuncia-

Nunciatum ſi ſit in commodum priuati, etiam ne aliquid in loco publico fiat, vt remiſſio legis autoritate cenſeatur facta, ſatis eſt ſi nunciatus adhibeat fideiuſſores; quod ſi compertum fuerit non iure eſſe factum, id deſtruet, & ſoluet damna; aut ſi eos offerat, & per nunciantem ſtet, quod illos non recipiat. Quando autem nunciatum eſt in commodum publicum, ſatis quidem eſt, ſi promittat ſe demoliturum; ſed neceſſe eſt, vt coram iudice oſtendat ius, quo ædificare id poteſt. 706. num. 37

Nunciet vt de nouo opere, qui in particulari eſt conſtitutus procurator, aut tutor, vel curator minoris, ſi remittant nunciationem factam, quod poſtea fuerit ædificatum, non deſtruitur. Et quatenus minor in integrum quo ad id reſtituatur. Procuratoris vero generalis remiſſio non valet, vt quod poſt nunciationem ſit ædificatum, non deſtruatur. Qui curam habet locorum publicorum cum facultate ad nunciandum opus nouũ, non valet eius remiſſio: niſi in particulari ſit aliud ei conceſſum, aut conſuetudo aliud habeat. 706. numero 35.

Nunciet ſi procurator opus nouum & nunciatus ſatiſdet, ac procurator progrediatur impedire continuationem ædificij, quæ actio aduerſus eum competat, cogiturque cauere iudicatum ſoluere, alioquin repellitur à iudicio: quod non ſimiliter locum habet in tutore, aut curatore, minoris nomine agentibus. Diſput. 706. numero 43.

Nuncietur ſi multis ædificantibus opus nouum, ſinguli cauere debent: ac ſi multi nuncient, ſingulis eſt cauendum, aut vni omnium loco, ſi omnes in eo conueniant. 706. nu. 42

Nuncietur ſi de opere iam incepto, ne continuetur, expediens eſt, vt teſtes adhibeantur, quantum ante nunciationem eſſet ædificatum, quin vt iudicis autoritate id menſuretur, vt poſtea ſciatur reliquum, quod eſt demoliendum. 706. numero vigeſimo ſecundo.

Nuncient, qui nomine alieno, & qui eorum cauere de rato debeant. Et pro eo, quod, poſt eam nunciationem, eſto de rato non cauerint, fuerit ædificatum, competit interdictum quod vi. 707. numero 29.

Nunciatio.

Nunciatio noui operis in quibus locum nõ habeat: locum tamen habeat interdictum quod vi aut clam: & in quibus neque interdictum quod vi aut clam locum habeat. 706. num. 8

Nunciatio noui operis locum non habet aduerſus fulcientem, aut reficientem ædificium, ſi nihil addat, aut detrahat, quo minus in eodem ſtatu maneat. 706. numero 10.

Nunciatio noui operis cui fieri poſſit. Si, ob prædium multis commune, vni eorum fiat, quo vſque eorum domini teneantur. 706. num. 34

Nunciatio noui operis quibus ex cauſis iuſte fiat. Variæ etiam ſanctiones circa ædificia. 706. num. 13

Nunciatio noui operis, intendendo ius proprium noſtrum, quibus ex cauſis fiat. Et ad quam pertineat, vt vnum monaſterium, aut vna parochia non ædificetur intra certum terminum alterius cõparatione. 706. nume. 14

Nunciatio in rem, & non in ſolam perſonam dirigi debet, vt efficacior ſit, etiam quo ad ignorantes, & tranſeat in poſſeſſionem & qui & quouſque tunc teneatur. 706. num. 19.

Nunciatio in quocunque die, etiam feriato, fieri poteſt. 706. nu. 18

Nunciatio noui operis quot modis, & qualiter fiat. 706. num. 15

Nunciatio noui operis locum habet, ſiue opus fiat in oppido, ſiue in villa, aut in agro, ſiue in loco priuato, ſiue in publico. 706. nu. 12

Nunciatio ſi remittatur præſtita cautione aut promiſſione, quæ forma in eis præſtandis idonea. Diſput. 706. nume. 39

Nunciatio cur potius fieri debeat in loco, in quo ædificatur, aut ædificari paratur, quam extra eum locum. Et opifices, qui ibi operantur, ſi non ceſſent, quouſque ipſi teneantur, & quouſque dominus. 706. numero 20.

Nunciatio noui operis locum non habet aduerſus purgare aut reficere volentem riuum, vel cloacam, aut eam facientem, aut factam mittentem in publicam, etiam per aliena prædia: neque quando ex retardatione operis periculum magnum immineret, etiam priuatum. 706. num. 11

Nunciationis noui operis interdictum quas tres partes contineat. Et quot modis cenſeatur facta remiſſio nunciationis noui operis. 706. nu. 1

Nunciationis noui operis edctum, etiam quo ad ſecundam partem, vt ſcilicet nunciatus deſtruat, quod poſt nunciationem, & ante illius remiſſionem, ædificauerit, locum habet, etiam ſi nunciatus ius habuerit ad ædificandum, modo aperte non conſtaret, per nequitiam & ſine vllo iure nunciari. 706. nu. 2

Nunciationem ante noui operis ſi aliquid factum ſit in re, in qua alius erat in poſſeſſione, ignorante eo fieri, tunc interdictum etiam vti poſſidetis, competit ei in continenti quando id ſcit: antequam poſſeſſionem amittat, vt regrediatur ad priſtinum ſtatum. Diſput. 706. numero 6.

O

Occupans.

Occupans rem morte alicuius, aut alia ratione domino vacantem, cum dubio, an ad ſe vel ad alium pertineat, quam diligentiam facere debeat, vt intelligatur, ad quem pertineat, & qualiter cum illo ſe gerere debeat, & manente poſtea dubio, diuidere cum illo eam debet pro dubij quantitate. Diſputat. 723. nume. 5.

Oppidum.

Oppida ſi donet princeps alicui & ſucceſſoribus cum titulo alicuius dignitatis ſolum illi ad vitam conceſſo; oppida maioratus non ſunt, ſed partibilia, etiamſi filius eundem titulum obtineat. 581. nu. 8

Oppidorum limites aut agrorum terminos mouenti, quæ pœna ſtatuta ſit. 695. nu. 10

Opus Nouum.

Operis noui nunciatio ſi remittatur præſtita cautione aut promiſſione, quæ forma eis præſtandis idonea. 706. numero 39.

Operis noui nunciatio in quocunque die etiam feriato fieri poteſt. 706. nu. 18

Operis noui nunciatio locum non habet aduerſus fulcientem aut reficientẽ ædificiũ, ſi nihil addat aut detrahat, quo mi-

quo minus in eodem ſtatu maneat. 706. nume. 10

Operis noui nunciatio in quibus locum non habeat, locum tamen habeat interdictum quod vi aut clam: Et in quibus neque interdictum quod vi aut clam locum habeat. 706. num. 8

Operis noui nunciatio locum habet, ſiue opus fiat, in oppido, ſiue in villa, aut in agro: ſiue in loco priuato, ſiue in publico. 706. nu. 12

Operis noui nunciatio, intendendo ius proprium noſtrum, quibus ex cauſis fiat. Et ad quem pertineat, vt vnum monaſterium aut vna parochia non ædificetur intra certum terminum alterius comparatione. 706. numero 14.

Operis noui nunciatio quot modis & qualiter fiat, 706. nume. 15

Operis noui nunciatio quibus ex cauſis iuſte fiat. Variæ etiam ſanctiones circa ædificia. 706. nu. 13

Operis noui nunciatio cur fieri poſsit. Si ob prædium, multis commune vni eorum fiat, quouſq; eorum domini teneantur. 706. nu. 34

Operis noui nunciatio locum habet non ſolum ſi quis paret ædificare fodiendo ad id terram; ſed etiam ſi ruat ac deſtruat aliquid in alterius præiudicium: non vero locum habet in plantis, ſiue ſeminet aut plantet, ſiue metat, aut aliter plantas deſtruat. 706. numero 7.

Operis noui nunciatio locum non habet quando ædificatur aliquid in præiudicium ſeruitutis ruſticæ: ſecus ſi ædificetur in præiudicium vrbanæ. Et quod remedium locum in priori euentu habeat. 706. numero 9.

Operis noui nunciatio in rem, & non in ſolam perſonam dirigi debet, vt efficacior ſit etiam quoad ignorantes, & tranſeat in poſſeſſorem, & qui & quouſque tunc teneantuur. 706. nu. 19

Operis noui nunciatio cur potius fieri debeat in loco, in quo ædificatur, aut ædifieari paratur, quam extra eum locum 706. nu. 20

Operis noui nunciatione facta opifices ſi non ceſsent ab opere, quouſque ipſi teneantur, & quouſque dominns ædificij. ibid.

Origo.

Origo & etymologia vocabuli maioratus Hiſpaniarum. 577. num. 8

P

Pactum.

PActum quo quis filiæ promittat, ſe æquali portione inſtituturum eam hæredem cum filio, aut quo promittat nullum filiorum melioraturum præ cæteris, aut ſe æqualiter eſſe diuiſurum omnia bona ſua inter filios, inualidum eſt de iure communi. Validum tamen redditur, ſi iuramento confirmetur. 579. nu. 1. & nu. 2

Pactum in hoc regno contractũ inter viuos, quo quis promittit, ſe non melioraturum aliquem ſuorum deſcendentium, validum eſt, ſi ea de re conficiatur ſcriptura publica, redditque inualidam talem meliorationẽ, ſi fiat. Idem eſt, ſi confirmetur iuramento. Poteſt probari pactum fuiſſe factum ſcriptura publica, ſi fuit deperdita. 579. nu. 3

Pactum in hoc regno factum circa meliorationem alicuius deſcendentium in tertio & quinto cauſa matrimonij, aut ex alia oneroſa, valet. Si autem non fiat, facta cenſetur mortuo, qui illam efficere promiſit. ibid. nu. 4.

Paciſcens valide non meliorare filium, nec nepotem, nec alium deſcendentẽ cenſetur paciſci meliorare. 579. n. 5

Pactum in hoc regno validum de meliorãdo filio, aut filia, matrimonij cauſa, valet, eſto cum ipſiſmet meliorãdis fiat, & eſto illud remittat, qui illius intuitu cum ipſis contraxit, & eſto ſine liberis decedat. 579. nu. 6

Pactum validum de meliorando ex cauſa oneroſa, aut inſtrumento publico de non meliorando alio, exſpirat, ſi is, cui factum eſt, diſcedat ſine ſobole: ſecus ſi ſobolem relinquat. ibid. nu. 7

Pacta eiuſmodi vt obligare deſinant, non ſatis eſt remiſsio eius, cui facta ſunt, ſi alter vi illorum cum eo contraxit etiamſi ea remiſsio iuramento confirmetur, ſed vtriuſque eſt neceſſaria remiſsio, ac ſufficit. ibid. nu. 8

Pacta eadem inualida ſunt iam hodie poſt legem Caroli quinti in fauorem dotis filiarum vltra ſuas legitimas matrimonij cauſa, etiamſi iuramento confirmentur. Secus comparatione filiorum, atque etiam filiarum ad ingrediendam religionem, & ad alia oneroſa, quę nõ ſint matrimonium. 579. nu. 9

Pactum de non ſuccedendo in totum, aut in parte, factum ei, cui eſt ſuccedendum, eſt nullum, ſiue in bonis eius. cui fit tale pactum, debeatur legitima renuncianti ſucceſsioni, ſiue non. 579. nu. 12

Pactum idem ſi iuramento confirmetur, nec vi, nec dolo, nec metu extorto, eſt validum, & quam late intelligendum. Excipiuntnr renunciationes, de quibus diſputatio. 144. eſt dictum. Neque poſt id pactum factum à filio patri, ſuccedunt auo nepotes ex tali filio, etiamſi tempore mortis aui, defunctus ſit is filius, niſi iuramentum iniuſte fuiſſet extortum. ibid. num. 13

Pactum de re, quæ ex bonis alicuius obtineri per vltimam voluntatem, aut ab inteſtato, ſperatur, etiamſi iuramento confirmetur, eſt nullum, niſi accedat conſenſus illius & in eo vſque ad mortem perſeueret, & cũ pęna amittendi fiſco quicquid ex illo obuenerit ita paciſcẽti. Accedente vero conſenſu illius, eſt validum, etiamſi iuramento non confirmetur. ibid. nu. 38

Pacta non aliter valida, quam accedente conſenſu eius, cui eſt ſuccedendum, & perſeuerante in illo vſque ad mortẽ, ſi circa ea is iurauit non reuocare conſenſum, tenetur ſub reatu periurij eum non reuocare. Si id non iurauit, nihil impedientibus iuramentis, quibus hæredes illa firmaſsẽt, poſſet conſenſum ſuum reuocare, irritaq; eo ipſo redderentur, neq; hæredes obligarẽt. 579. n. 40

Pactum futuri hæredis cum creditoribus eius, cui hæres eſſet futurus, ne ab ipſo exigerent ea debita, validum eſt ſine eius conſenſu, cui ſucceſſurus eſt. Secus de pacto, quo debitoribus illius remitteret debita. 579. n. 39

Pactum in inſtitutione maioratus, aut in melioratione non valet in præiudicium aliorum filiorum, quod ſtetur quoad tertium & quintum bonis, quæ pater tunc habet, & non bonis, quæ tempore mortis fuerint reperta. 587. nu. 7

Pęna.

Pęna deportationis annexam habebat de iure communi pęnam confiſcationis omnium bonorum, niſi deportatus haberet deſcendentes, aut aſcendentes, vel etiã collaterales vſque ad tertium gradum. Hodie, vt deportationem non eſt in vſu, ita neque confiſcatio bonorum in conſequentiam deportationis. Et pęna criminis de vi publica, regulariter eſt hodie arbitraria. 682. nume. 13

Pęna mortis vel mutilationis pro furto iure communi imponi non poterat. 695. *num.* 5
Pęna quæ ſtatuta ſit mouenti terminos agrorum, aut limites oppidorum. 695. *nu.* 10
Pęna criminis de vi publica, regulariter eſt hodie arbitraria. 682. *nu.* 13
Pęnam falſi ſi non incurrat, qui in teſtamento ſe filio teſtatoris impuberi tutorem ſcripſit, quid inde incurrat. 700. *num.* 15
Pęnæ fiſcales, quæ inter fructus maioratus aut iuriſdictionis computantur, variæ ſententiæ, num ad anteceſſorem, vel ad ſucceſſorem in ea iuriſdictione pertineant, aut quomodo inter vtrumque ſint diuidendæ. 635. *nu.* 12
Pęnæ quæ iure Luſitano Raptoribus ſtatutæ. 695. *nu.* 33

Parangaria.

Parangaria & Angaria quid. 661. *num.* 13

Pater.

Pater pupillariter ſubſtituens filio impuberi, grauamen poteſt imponere bonis talis filij, etiam legitimæ eius filij. 592. *nu.* 7

Peccatum.

In Peccatis contra iuſtitiam iniuria & offenſa diſtincta eſt à damno dato: atque cum æqualitate damni eſſe poteſt maior iniuria & offenſa in vno peccato, quam in alio. 715. *nu.* 5

Pechos.

Pechos quæ tributa in hoc regno dicantur, à quibus exempti ij ſunt, quos hidalgos vocant. 661. *nu.* 10

Peculatus.

Peculatus furtum quando committatur. 684. *nu.* 4
Peculatus præſertim quoad monetas cudendas, circumcidendas, deſtruendas, aut extrahendas de regno, quibus pęnis de iure huius Regni puniantur. 695. *nu.* 39
Peculatus crimen quibus pęnis iure Luſitano puniatur. 695. *nu.* 40

Penſio.

Penſionis fructus tempore, quo vacauit, quouſque ad penſionarium hæredeſve ipſius pertineant, & quouſque ad beneficiatum. 635. *nu.* 8

Perduellio.

Perduellio non omnis, qui crimen læſæ maieſtatis committit, dicitur; ſed ſolum qui in certo gradu & modo illud committit. 658. *nu.* 13

Pignus.

Pignus ſi furto ex creditore, nondum finita pignoris obligatione, ſit à quodam tertio ablatum, furti actio ac certi condictio aduerſus furem ei competunt, & quid debitori inde reddere teneatur. 696. *nu.* 9
Pignus ſi debitor vi eripiat de manu creditoris, dominiũ illius amittit in pęnam creditori, inſtar pęnæ l. ſi quis in tantam. 682. *nu.* 23
Pignori ſi damnum ſit datum, lege Aquilia agit, debitor, cuius eſt, & quando agat creditor. 697. *nume.* 45

Pirata.

Piratæ rapinam committunt, ac tenẽtur reſtituere omnia damna, quæ ita iniuſte inferunt. 694. *nu.* 3
Piratarum receptatores neceſſitate, ad euadendum grauia mala non peccant, neque excommunicationem incurrunt. 694. *num.* 4

Plagium.

Plagij ac abigeatus criminum pęnæ. 695. *numero* 42.

Prædo.

Prædo in quo euentu reſtituendus eſt in poſſeſſionem rei alienæ qua fuit ſpoliatus. 741. *nu.* 4

Prælatus.

Prælatus & hæredes illius tenentur de leui culpa damnorum ſubſequutorum rebus Epiſcopatus, aut alterius prælaturæ. 646. *nu.* 3
Prælatus vel beneficiarius ſi tantumdem ſuis ſumptibus meliorauerunt res maioratus aut Eccleſiæ, quantum damnum culpa ipſorum, ſaltem leui, in eis fuit ſequutũ locus eſt compenſationi. 646. *nu.* 5

Primogenia.

Primogenia, ſeu maioratus Hiſpani quam longe diſtent à primogenijs tempore legis naturæ, ſcriptæ & quarundam aliarum nationum. 577. *nu.* 2
Primogenia tempore legis naturæ & ſcriptæ, conſueta in Gallia, & in alijs prouincijs legalia ſunt. 580. *numero* 1.
Primogenia, primitiua, primogenia & primogenita, quæ tempore legis naturæ in veteri lege, & apud aliquas alias nationes dicantur. Et non ſunt in Hiſpanijs, licet inſtituentes libere maioratus aut meliorationes rationem habere ſoleant primogenitorum, vt eos præcipue ad eas inſtitutiones vocent. 577. *numero* 1.
Primogenia à priuatis inſtituta de ſuis proprijs bonis, vocantur patronazgos. 576. *nu.* 14

Princeps.

Princeps licita tributa imponere poſſunt ſuis ſubditis, neque id prohibetur Bulla Cænæ Domini. 674. *numero* 2.

Poſſeſſio.

Poſſeſſio, tam ciuilis, quam naturalis, bonorum maioratus tranſit ſtatim ipſo iure abſque vlla apprehenſione in immediate ad eum vocatum, ſtatim ac morte prædeceſſoris, aut alia ratione, maioratus eſt delatus. 636. *n.* 1
Poſſeſſionem, qui ita comparat rerum maioratus, non poteſt expellere alium à tenuta & inſiſtentia in eis rebus autoritate propria, ſed iudicis. 636. *nu.* 2
Poſſeſſionem non comparat idem maioratus ſucceſſor earũ rerum, quarum anteceſſor amiſerat poſſeſſionem, & acquiſierat alius. ibid. b
Poſſeſſio, quam ita comparat maioratus ſucceſſor, non eſt ficta, ſed vera, habetque proinde effectus omnes poſſeſſionis. 636. *nu.* 3
Poſſeſſionem comparat, etiam iurium incorporalium, idẽ ſucceſſor, eſto adhuc ſit in vtero matris, eaque eſt eiuſdem rationis cum illa, quæ erat in prædeceſſore, ſed alio nu. 636. *nu.* 4
Poſſeſſio trãſit eodem modo in proxime vocatum, eſto maioratus ex peculiari Regis facultate inſtitutus non ſit, & eſto ſit capella, aut aliud in maioratus modum inſtitum. ibid. nu. 5
Poſſeſſionis à ſententia data, de iure communi non appellatur: ſecus de iure Caſtellæ, habetque ea appellatio effectum ſuſpenſiuum. 637. *nu.* 6
Poſſeſſio ciuilis, & naturalis maioratus non tranſit ipſo iure mortuo inſtitutore in ſucceſſorem, ſicut tranſit deinceps mortuo quocuuque poſſeſſore in proximum ſucceſſorem. Neque ſummarium remedium circa tenutam, habet locum quando immediate ſucceditur inſtitutori. Tametſi quando timerentur mala, poſſet regius ſupremus ſenatus eodem modo procedere circa tenutam. 638. *nu.* 1.

Poſſeſſio ciuilis & naturalis maioratus, ſi certum ſit quis in eo ſuccedat, certo etiam in eum tranſit: ſi vero ſit dubium, dubium quoque eodem dubietatis gradu eſt, an tranſierit. Et quid circa tenutam faciendum, ſi liquidari non poſſit, ad quem pertineat. 638. *numero* 2.

Poſſeſſio maioratus vt cenſeatur certo ipſo iure tranſiſſe, & vt tenuta adiudicetur, quale inſtrumentum oſtendi debeat, aut qua alia ratione id ſufficienter conſtare ſit cenſendum. 638 *nu.* 3

Poſſeſsio boni maioratus eſt cenſenda tranſiſſe in ſucceſſorem, locumque habet remedium circa tenutam, eſto tertius poſſideat titulo, qui originem non trahat ab inſtitutore, aut de quo aliunde non conſtet ſufficientem fuiſſe ad alienandum legitime bona maioratus. Quando autem titulus originem habuit ab inſtitutore, aut alium de conſtat fuiſſe legitimum, aut eſt dubium, num inſtitutor eam comprehenderit in maioratu, neutrum locũ habet. ibid. nu. 4

Poſſeſſorium remedium, quod interim Hiſpane (entretanto) nuncupatur, quid ſit. Et num intentato remedio ſummario tenutæ, locum aliquando habeat. ibidem numero 10.

Poſſeſsionem & Dominium eſſe in ſuſpẽſo nullum eſt abſurdum. 634. *num.* 7

Poſſeſſione aut officio nullus publica auctoritate, etiam reſcripto Principis eijcitur, niſi prius audiatur. Eiectus vero reſtituitur. 682. *nu.* 19

Poſſeſſor.

Poſſeſſor maioratus an teneatur facere inuentarium bonorum maioratus. 646. *nu.* 8

Poſſeſſor maioratus alienare non poteſt bona maioratus. 647. *num.* 1

Poſſeſſor malæ fidei rei, quam ad alium pertinere ſcit, ad quam reſtitutionem teneatur, quando res perſeuerat, et ad quam quando res perit. 723. *nu.* 1

Emens aut accipiens rem alienam ex ignorantia craſſa, quod eſſet aliena, ad eandem reſtitutionem tenetur. 723. *nu.* 2

Poſſeſſor maioratus ad quæ onera & tributa teneatur ratione rerum eiuſdem maioratus. Diſputat. 646. *numero* 6

Poſſeſſor maioratus ſi retrahat rem aliquam propter communionem illius cum re maioratus, non pertinet ad maioratum, ſed eſt libera, niſi maioratui rite incorporetur. 643. *nu.* 3

Poſſeſſor rei alienæ quibus varijs modis poſſit eſſe affectus quo ad bonam vel malam fidem, quod ſit aliena, explicatur. 721. *nu.* 3

Poſſeſſor bonæ fidei ſi in eo dubio is omittat facere eam diligentiam exiſtente occaſione id ſciẽdi, & quod elapſa ſit ea occaſio, ſpes pereat id ſciendi, reſtituere tenetur partem valoris rei, pro quantitate veriſimilitudinis, quod ea res aliena eſſet. 721. *nu.* 5

Poſſeſſori rei mala fide, quæ expenſæ in ea factæ ſunt ſoluendæ, quæ non item, & quas extrahere, & quouſque poſſit. 725. *nu.* 12

Poſſeſſorium.

Poſſeſſorium remedium, quod interim nuncupatur, quatenus eo vtendum aut non vtendum, intentato remedio tenutæ ſummario. 638. *nu.* 10

Poſſeſſorium remedium ſummarum, admixtã habet cauſam proprietatis, neque ei conceditur, qui non oſtẽderit ſe eſſe legitimum ſucceſſorem. 637. *nu.* 4

Publicum.

Publicam viam reficere nullus prohiberi impunè poteſt. 707. *nu.* 21

Publico in loco, quo ad vſum, ſi aliquid fiat, aut immittatur, quo alius commoditate ex eo loco ſibi proueniente priuetur, competit ei interdictum. Secus ſi ex eo quod aliquid fiat in loco priuato, vnde per accidens priuetur commoditate proueniente ex loco publico. Et ſecus ſi commoditas per accidens eueniret, aliunde per locum publicum. 707. *nu.* 13

in Publico loco autoritate publica licitum eſt ædificare priuatum ædificium, aliquidque deſtruere, dummodo non cedat in aliorum præiudicium ac damnum. Sòlum vero publicum manet, niſi conceſſum ſit, vt ſit etiam priuatum, gratis, aut pro emolumento aliquo. 703. *num.* 12

Publico in loco, vt in mari, qui piſcari, aut nauigare prohibet, aut ludere in campo publico, lauari in publico balneo, ſpectare in publico theatro, competit aduerſus eum iniuriarum actio. 707. *num.* 12

Publico in loco ſi quis prius ita illicitè ædificauit, vt aduerſus eum interdictum competeret, ſi alter ſimiliter ædificet in loco publico cum præiudicio prioris, denegatur priori interdictum ob ſimilem ſuam culpam prætermitam. 707. *nu.* 14

Publica in via quouſque prohibitum ſit facere ſcalas domibus adhærentes, quibus ad domus aſcendatur. 707. *num.* 17

Publica in via, hoc eſt, cuius ſolum eſt publicum & quæ eſt extra oppidum, ne aliquid fiat, aut mittatur, quo deterior ad vſum fiat, & vt ſi factum fuerit, redigatur ad priſtinum ſtatum, atque vt vſus earum viarum alijs non impediatur, quo interdicto ſit ſubuentum. 707. *nume.* 16

Publico in loco quod ædificatum eſt nemine contradicente quando non ſit deſtruendum, ſed imponendum ſit ſalarium ob publicum ſolum: quando vero ſit deſtruendũ. Et quando iubendum vt non reparetur, ſi corruat. Itẽ quando vendicari poſſit, quod ædificatum eſt etiam in loco communitatis, alijs quo ad vſum non deputato. 707. *nu.* 15

Publicas circa vias quid ædilibus eſſet iniunctum vt curarent. Et quatenus ſeruari ac curari debeant. 707. *num.* 20

Q

Quaſi delictum.

Quaſi delicta quæ. 710. *numero primo.*

R

Radix.

R*Adices duæ vnde reſtituendi obligatio oritur, ſumpta reſtitutione preſsè.* 717. *nu.* 1

Rapina.

Rapina ſpecie diſtinguitur à furto, tanquam includens rationem furti, & ſuperaddens nouam ſpeciem iniuſtitię, & quando vtraque lethalis culpa. In ratione tamen furti ſpecie non diſtinguuntur. 683. *num.* 7

Rapina non eſt ſed furtum, ſi vis illata ſit parietibus aut foribus ſine vi illata perſonæ, ac ſine animo eam perſonæ inferendi 683. *nu.* 6

Rapina in foro exteriori non cenſetur ob metum, niſi cadens

dens ſit in conſtantem virum, neque ita acceptum reſtitui iubetur, neque accipiens pœna raptoris punitur. In conſcientia vero reſtituendum eſt, ſi inuoluntarie mixte ex quocunque metu ſit datum. 683. nu. 5

Rapina quando interueniat cũ conſenſu inuoluntario mixte eius, qui illam patitur. 683. nu. 4

Rapina rei de poteſtate eius, qui illam tenet, ſi cum iniuria perſonali eam tenentis ſit facta, tunc actio iniuriarum ipſi competit, eſto res illa nihil ſua referat. 696. num. 20

Rapina, furtum aut vis in curia regia, aut in regio caſtro morte plectitur, & vt mitigata ſit lex ea. 695. numero 18

Rapina quot modis vſurpetur. 683. nu. 1

Rapina aduerſus quos committatur. Qui item pœnam raptorum incurrant. 683. nu. 8

Rapina ſola vi à furto differt. 682. nu. 1

Rapinæ preſſe definitio. 683. num. 2

Rapinæ pœna, viue bonorum raptorum in quibus bonis locum non habeat, ſed ſolum pœna de vi publica aut priuata, aut l. ſi quis in tantam. 683. nu. 3

Rapinæ concauſa aut furti, in quo ſacrilegium, aut alia circumſtantia aggrauans interueniat, vt puniatur. 695. num. 45

Raptor.

Raptorum bonorum actio non ſolum conceditur vi interueniente, quando illa ſecluſa, concederetur actio furti, ſed etiam quando non tantum ſua intereſſet eius, ex quo res aufertur, vt ſecluſa vi, concedenda eſſet actio furti. 696. num. 19

Raptores bonorum externorum, quibus pœnis iure huius Regni puniantur. 695. nu. 31

Raptores ſi ſint perſonæ eccleſiaſticæ, quibus pœnis iure canonico puniantur. 695. nu. 34

Raptores bonorum externorum, quales etiam ſunt graſſatores & piratæ, quibus pœnis iure communi puniantur, & quæ actiones aduerſus eos competebant. In his computantur, qui iuris priuilegio raptores cenſentur. ibid. num. 30

Raptoris pœnas in hoc regno incurrunt campſores, ſeu bancarij, & eorum fautores, qui cum pecunijs apud eos depoſitis fugiunt, & mercatores, eorumque fautores, qui merces credito acceperunt, & ſimiliter fugiunt, aut qui cum quibuſcunque alijs rebus ſcalcam, *& qui hos omnes recipiunt. 695. nu. 32*

Raptorum pœnam qui incurrant. 683. nu. 8

Raptoribus quæ pœnæ iure Luſitano ſtatutæ. 695. numero 33

Ratum.

Ratum habens delictum nomine ipſius factum, pœnam ſpiritualem, vt excommunicationis, aut irregularitatis, pro eo impoſitam, incurrit; non tamen retrotrahitur; vt incurratur à puncto commiſſi delicti. 729. numero 4

Ratum habens delictum nomine ipſius antea patratum, vt pœnas pro eo delicto ſtatutas incurrat, neceſſe eſt, vt quando fuit patratum, fuerit in ſtatu vt potuerit illud percipere. 729. nu. 5

Receptator.

Receptatores ad ludum, ad commeſſationes, & ad ſimilia tanquam concauſæ, quod aliena ibi diſtrahantur, aut conſumantur, quouſque reſtituere teneantur. 733. numero 3.

Receptatores furium pœnis furium puniuntur, quando fures cum rebus furtiuis, aut furtiuas res ſcienter recipiunt. Et quid quando fures ſine rebus furtiuis recipiunt, aut occultant. 695. nu. 48

Receptator quis dicatur, vt tanquam concauſa reſtituere teneatur ablata, damnave data, etiam concauſando ne reſtitutio fiat. Cum receptatoribus compræhenduntur, qui alios in iudicio aut alibi defendunt, ne aliena reddant. Et quouſque ad pœnam liceat nihilominus malefactores in iudicio defendere. 733. nu. 2

Receptatores piratarum neceſſitate, ad euadendum grauia mala, non peccant, neque excommunicationem incurrunt. 694. nu. 4

Recipiens.

Recipientes Turcas aut infideles piratas, an excommunicationem incurrant. 694. nu. 5

Refectio.

Refectionis ſi indigeat res ad multos attinens, quãdo idoneor expenſis omnibus, & quando omnes ſimul ſint admittendi. 703. num. 30

Regnum.

Regum ſucceſſio in Hiſpanijs varia tempore Gothorum, & à tempore Pelagij. Et cur via generationis ſancita ſit ſucceſſio à Pelagij tempore. 576. nu. 2

Regni ſucceſſio via generationis, qualis præſcripta ſit in Hiſpanijs, & cum quanta repræſentatione. 576. numero 5

Regni ſucceſſio ſe extendit ad omnem gradum, etiam vltra decimum. ibid. num. 5. c

Regni Caſtellæ inſignia quæ, quando cœperunt, auctaque fuere. 576. nu. 6

Regnum Caſtellæ primogenij ac maioratus rationem habet. Eſt caput cæterorum maioratuum. Et conſtituta circa illud, locum ſimiliter habent in alijs maioratibus quando aliud ab inſtitutoribus non reperitur expreſſum. ibid. num. 7

Reges quouſque de bonis coronæ regni donare poſſint, eaque alienare. Et qui maioratus de bonis coronæ regni ſint proprie cenſendi inſtituti. ibid. nu. 8

Regni coronæ quando bona confiſcata cenſeantur vnita in Luſitania. 576. nu. 11

Regnum maioratus eſt legalis regulariter loquendo. Et quouſque aliquando, quibuſque ex cauſis, mutare liceat de modo regiminis ac ſucceſſionis primitus ſtatuto. Regulariter vero non licet. 580. nu. 2

Regnum ſi ad fœminam deueniat, iuriſdictionem illius annexam exercet, licet per ſe & directe, hoc eſt, non annexè ad aliud, mulier incapax ſit iuriſdictionis. 620. num. 5. e

Regno ob quæ delicta priuari quis poſſit. Et quando, eſto habeat idoneum ſucceſſorem, concedi regnum alteri poſſit. 620. num. 9

Regno nondum adepto, excludendum eſſe amentem, qui affirment. 621. num. 2

Regno iam adepto non priuatur amens, etiam ob amentiam perpetuam, ſed illi datur curator & adminiſtrator loco illius. Et quid quando ſtatus eſt ſanæ mentis, & ante regnum adeptum incidit in amentiam, & quãdo habet lucida interualla. 621. nu. 3

Regno nondum adepto excludi non debet amens, aut aliter ex defectu naturali ineptus regimini illius, ſed tradi ei debet curator, & adminiſtrator loco illius. Excipitur in hoc regno, niſi ſit collateralis, qui alioquin in hoc regno ſuccedere debebat. ibid. nu. 5

Regni ſucceſſione non excluditur ſurdus ſimul ac mutus, aut

aut cæcus. Exciptur in hoc regno, niſi collateralis ſit comparatione vltimi poſſeſſoris.622.nu.3

Regnum ne diuideretur, & vt tollerentur alia mala, ſi nati eſſent duo gemini, aut duæ geminæ, & ignoraretur quis prior, mitti deberet ſors, quis eorum futurus eſſet Rex.624.nu.2

Regni circa ſucceſſionem videndum eſt in vnoquoque loco quanta repræſentatio ſit introducta. 626.nu.2.

Regnum non eſt hæreditas, neque in eo ſocceditur iure hæreditatio, ſed ex pacto & prouidentia, iureve ſanguinis, vt in alijs maioratibus, ac proinde ſuccedi in regno poteſt repudiata hæreditate, valet pactum circa futuram in eo ſucceſſionem, viuente vltimo poſſeſſore.626. nume.8

Regni ſucceſſor futurus cur iuretur à ſubditis, & quid id iuramentum illi tribuit. Cur item, vbi electione ſucceditur, ſæpe ante mortem poſſeſſoris eligatur. Et quibus nominibus ſucceſſor in regno, aut in Imperio, appellatus quondam fuerit, & hodie appelletur.626.n.10.e.

Regnis huius ſucceſſio qualis, & cum quanta repræſentatione ſit ſtatuta, & cur dicenda ſit potius repræſentatio virtute, quam formalis.ibid.nu.11.

Regni Caſtellæ in ſucceſſione non idcirco nepos ex primogenito prædefuncto, præfertur patruo, quod pater ipſius ius aliquod in ipſum tranſmiſerit, ſed quod legibus huius regni proximi vocatur, excluſo patruo proximiori in gradu vltimo poſſeſſori.ibid.nu.12

Regna non eſſe hæreditates, nec proinde in eis ſuccedi iure hæreditario, ſed ſanguinis, atque adeo locum non eſſe in ſucceſſione in illis repræſentationi ex eo capite, quod hæreditates ſint, confirmatur. 626.nu.18

Regna quoniam hæreditates non ſunt, non vacant deficiente ſucceſſore vſque ad decimum gradum vltimo poſſeſſori, ſed admittũtur proximiores in infinitum.626. nume.19

Regni huius Caſtellæ in ſucceſſione, nulla admittitur repræſentatio in linea collaterali, ſed ſemper ſuccedit proximior in gradu, præferendo in eodem gradu maſculum fœminæ, & maiorem natu, minori natu.627. nume.2

Regni circa ſucceſſionem à republica à principio ſtatutã, nihil innouare poſſunt princeps, aut conſiliarij ipſius ſuis legibus: quin neque reſpublica ipſa, quando iam alicui eſt ius quæſitum.627.nu.2.b

Regno huic ſuccedunt proximiores vltimo poſſeſſori, ſeruata repræſentatione in eo ſtatuta.627.nu.4

Regni Luſitani in ſucceſſione quæ controuerſia eſſe potuit nec tamen fuerit, in linea deſcendentium per mortem Ioannis tertij, explicatur.632.nu.1

Regni Luſitani in ſucceſſione in linea collaterali Regi Hẽrico, quæ controuerſia re ipſa fuerit, dilucide proponitur ac explanatur.632.nu.2

Regem Hiſpaniarum Philippum ſecundum legitimum fuiſſe ſucceſſorem Henrico in regno Luſitano, multis efficaciter ac dilucide probatur, euerſis contrarijs fundamentis.ibid.nu.5

Regni Luſitani in ſucceſſione in corona ipſa, ſi ſtemus in ſola diſpoſitione iuris communis ac Luſitani, patruum nepoti in linea deſcendentium fuiſſe præponendũ oſtenditur.ibid.nu.6

Regni Luſitani origo: in ſucceſſioneque in illo vnde nepos & in nepotis defectum, neptis, & in vtriuſque defectũ pronepos, aut proneptis, præferri in linea deſcendentium patruo, aut patruo magno debeant.632.nu.7

Regni Luſitani in ſucceſſione nulla eſt repræſentatio in linea collaterali, oſtenditurque Philipum ſecundum Hiſpaniarum Regem legitimum fuiße ſucceſſorem Henrico in eo regno, & nulla ratione Dominam Catharinam.632.nu.8

Regni Caſtellæ & Luſitaniæ in corona ſuccedit patruus vltimi poſſeſſoris, excluſis conſobrinis eiuſdem vltimi poſſeſſoris.633.nu.1

Regni coronæ fructus quomodo diuidendi inter predeceſſorem, aut hæredes illius, & ſucceſſorem. 635.nu.11

Regnum quando ad alterum deuoluitur, fiſcales pœnæ, ex delictis commiſſis tempore anteceſſoris, quouſque ad anteceſſorem attineant.635.nu.12

Regno priuari non poteſt legitimus in eo alioquin ſucceſſor propter ingratitudinem in ſuum patrem Regem, cui ſuccedere deberet, eſto is pater legitime illum exhæredaſſet.654.nu.2

Regi maledicens, quas pœnas incurrat. Et in hoc regno media pars bonorum illius confiſcatur.658.nu.5

Regis cum vxore, conſanguinea, aut famula, concubitus, quibus pœnis puniatur.658.nu.6

Regis in filium, regni ſucceßorem, delictum, etiam concubitus cum vxore, aut filia illius vt puniendum. ibid. nume.7

Regis in filios, minime in regno ſucceſſores, delinquens, vt puniendus.658.nu.8

Regnum an confiſcari poßit ob crimen læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, poſſeſſoris.660.num.3

Regnum Caſtellæ applicauit lo moſtrenco fratribus mercenarijs ac Trinitarijs in redemptionem captiuorum, locuſque eſt præuentioni inter eos.750 nu.2

Regni primus inſtitutor fuit Reſpublica ipſa, & non Rex aliquis.638.nu.1.b

Religio.

Religionis ingreßus ſi plus adiuuet, quam impediat, vt debita ſoluantur, debitor licite ingredi religionem poteſt. 578.num.3

Religionem ingredi non poſſet, niſi impleto prius iuramento, aut obtenta remiſſione ab eo, cui ſe obligaßet, qui ad aliquid licitum ſe alicui ſub iureiurando obligaſſet. 758.num.4

Religioſus.

Religioſus nouitius immunis eſt à ſolutione tributorum ex bonis ſuis patrimonialibus. 671.nu.2

Religioſus quouſque prohibitum ſuadere ne legata fiant Eccleſijs matricibus, ſuadendo vt ipſis potius aut ſuis fiant. 727.num.3

Religioſus ſi nondum profeßionem emiſit, aut in noſtra ſocietate vota coadiutorum, capax eſt cuiuſcunque maioratus.623.num.1

Religioſus vt culpam lethalem committat contra votum paupertatis, quæ quantitas ſit ſufficiens. 687. numero 2

Religioſus facultatem teſtandi à ſummo Pontifice habẽs, regulariter non poteſt valide inſtituere maioratum. Et num licite poſſit eum inſtituere, etiamſi ad id ſe extendat talis facultas. 604.nu.5

Religioſi maioratus ſi iuriſdictionem habeat annexam non ſuccedit in eo monaſterium, neque quoad commoditatem. 623.nu.4

Religioſi commendatarij, qui coniugati eſſe poßunt, non excluduntur à ſucceſſione quorumcunque maioratuũ, etiam ſi clauſulam habeant excludentem religioſum. 623.nume.5

Re-

Religioſorum contra votum paupertatis quæ ſint, tum in alijs religionibus, tum in noſtra, quoad eos, qui emiſſis tribus votis poſt duos probationis annos, nec profeſſi, nec coadiutores formati ſunt. 687. nu. 1

Religioſi, quorum monaſteria in bonis illorum non ſuccedunt, ſi profeſſionem emittant, aut in noſtra Societate emittant vota coadiutorum, neque ipſi, neque monaſteria ſuccedunt in maioratu neque in commoditate illius, ſed deuoluitur ad vlterius vocatum. 623. numero 2

Religioſi noſtræ Societatis ſi aliquid accipiant pro miſſis aut alijs miniſterijs, contra votum peccant paupertatis. 687. num. 3

Remiſſio.

Remiſſio pœnæ, qua multi in foro exteriori tenentur pro eodem delicto, ſi fiat vni, non deobligat alios à pœnæ debito. Niſi contrarium circa aliquod delictum ſit lege ſancitum. 738. nu. 2

Remiſſio ſi facta ſit ei, in cuius defectum alij tenebantur id ſoluere, ſi idem debitum à concauſis in foro exteriori petatur, committitur contra eos peccatum contra iuſtitiam, cum reſtituendi onere, quod ita ſoluerint, & damna ea via illis data. 738. nu. 3

Renunciatio.

Renunciatio ſucceſſioni in bonis eius, in quibus renuncianti legitima debetur, vno è tribus modis fit. 579. numero 11

Renunciatio de non ſuccedendo in totum, aut in parte, ei facta, cui eſt ſuccedendum, eſt nulla, ſiue in bonis eius, cui fit renunciaciatio, debeatur renuncianti legitima, ſiue non. 579. nu. 12

Renunciatio, qua renunciatur legitimæ, aut ſucceſſioni, ſub iuramento nec vi, nec dolo, nec metu ex torto, valida eſt, & quam late intelligēda. Excipiuntur renunciationes, de quibus diſp. 144. eſt dictum. Neque poſt renunciationem iuramento confirmatam factam à filio patri, ſuccedūt auo nepotes ex tali filio, etiāſi tempore mortis aui, defunctus eſſet filius, niſi iuramentum iniuſte fuiſſet extortum. 579. nu. 13. & 14

Renunciauit ſi filius, aut filia, cum iuramento parentum hæreditati ante religionis ingreſſum, etiamſi parentes poſt profeſſionem illius moriantur, monaſterium non ſuccedit hæreditati ita renunciatæ. ibid. nu. 15

Renunciationem eandem non vitiat, quod facta ſit ſub cōditione, ſi ingrediar religionem, eamve profitear. 579. numero 16

Renunciatione ex eadem, quod facta ſit, contento, qui religionem ingreditur, quinta, aut minori parte bonorum, quæ renunciat, non cenſetur reſultare læſio religioſo ipſi, aut monaſterio, vt ex eo capite annullari poſſit. ibidem. num. 17

Renunciauit ſi valide filius, aut filia, hæreditati maternę, aut cuiuis alteri, antequam dominium illius conſequeretur, mortua matre, vſusfructus eorum bonorum non pertinet ad patremfamilias talis filij, aut filiæ. Si vero dominium illius, nihil impediente renunciatione, conſequeretur is filius, vſusfructus ad patrem pertineret. ibid. num. 18

Renunciatio hæreditati ſi valide fiat ſub iuramento à filio, aut filia, attendi debet cauſa, ob quam fit: quoniam ſub conditione illius cenſetur fieri renunciatio, eaque proinde ceſſante, inualida redditur renūciatio. Et multa circa id expenduntur. 579. nu. 19

Renunciauerit licet quis valide hæreditati alicuius, ſuccedere tamen eidem poteſt per alium, ad quem deueniat, vt per fratrem ſuum, eſto is illam non adiuerit, ſed tranſmittat. 579. nu. 20

Renunciauit ſi quis valide patris hæreditati, ſi ille ad ſecundas tranſeat nuptias, eaque ratione bona, quæ ex priori vxore accepit, per mortem illius, diuidenda ſint inter filios prioris matrimonij, is filius ſuccedit in portione, quæ ita ex matre ipſum contingit. 579. nu. 21

Renuncians hæreditati, non cenſetur renunciare ijs, quæ deferuntur non iure hæreditario, vt maioratui, feudo, & emphyteuſi non hæreditarijs, niſi aliud de mente renunciantis conſtet. ibid. nu. 22

Renuncians cum iuramento hæreditati paternæ, etiamſi dicat, vt non ſuccedat ex teſtamento, ſi hæres ab eo patre inſtituatur, ſuccedit ac tranſmittit eam hæreditatem. 579. nu. 23

Renunciatio hæreditati iuramento confirmata, non reuocatur natiuitate poſtea filiorum renuncianti. ibidem. numero 24

Renunciatio ſucceſſioni bonis alicuius iuramento confirmata, non redditur ex eo nulla, quod renuncians ignoraret, iure ciuili eſſe nullam ſecluſo iuramento. ibid. numero 25

Renunciantem cum iuramento hæreditati minorem eſſe, etiam impuberem, non aufert validitatem à renunciatione non extorta per iniuriam. ibid. nu. 26

Renuncians paternæ ſucceſſioni cum iuramento, valide renunciat, eſto filiusfamilias ſit, nec alioquin valeat donatio facta ab eo patri. ibid. nu. 27

Renunciauit ſi quis per vim, aut metum, cum iuramento ſucceſſioni, licet inde ius non comparauerit is, in cuius fauorem eſt renunciatū, & relaxari debeat iuramentū ante relaxationem, tamen, qui iurauit, contrauenire nō poteſt renunciationi. 579. nu. 28

Renunciatio iuramento confirmata ex torta per metum, etiam reuerentialem, quouſque inualida, & maioratus inde inſtitutus quouſque inualidus. ibid. nu. 29

Renunciatio iuramento confirmata, & dolo extorta, vt falſis promiſſionibus, aut perſuaſionibus, inualida eſt, neque indiget relatione iuramenti. ibid. nu. 30

Renunciatio ſucceſſioni, quando mere gratuita, quando contractu ex parte oneroſo. ibi. nu. 31

Renunciatio ſucceſſioni iuramento confirmata, ſi facta ſit vero animo condonandi, quod renunciatur, aut incrementum, quod condonatur, comparat verum ius is, in cuius fauorem fit, eſto renuncians minor eſſet, locumque non habet relaxatio iuramenti, neque reſtitutio in integrum, niſi bonum commune cōtrarium poſtularet, ob nimiam læſionem, exiguum iudicium, & multam facilitatem renunciantis. ibi. nu. 32

Renunciatio legitimæ iuramento confirmata, non cenſetur comprehendere alimenta, ſi renuncians aliunde ea non habeat, niſi aliud exprimatur, aut intelligatur fuiſſe mentem renunciantis. Et de alimentis omnino neceſſarijs ad conſeruationem vitæ, eſſet nulla ea renunciatio. 579. num. 33

Renuncietur ſi cum iuramento ſucceſſioni contractu mere oneroſo pro emolumento aliquo, & læſio quæcunque interueniat, attento pretio, quo ea ſucceſſio æſtimaretur, quando illi renunciatum fuit, inualida quo ad incrementum eſt ea renunciatio in conſcientiæ foro. Et is, cui facta eſt, relaxare tenetur iuramentū, aut ſuperior illius. Ante relaxationem vero contrauenire ei renunciationi non poteſt. 579. nu. 34

Renunciatum ſi ſimiliter ſit, non conceditur puberi in foro exteriori actio, eſto læſus ſit vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij, neque competit actio legis 2. C. de reſcind. vend. (Excipe in Luſitania, ſi iuramentum adhibitum fuit ſine regia facultate.) Deberet tamen relaxari iuramentum, & concedi actio, ſi læſio eſſet tanta. Et multi affirmant concedi in læſione enormiſſima. 579. *nume.* 35

Renunciauit ſi minor cum iuramento ſucceßioni contractu oneroſo, in quo læſus ſit vltra dimidium iuſtæ æſtimationis, ſi non addidit, vnde ſufficienter exprimeret, renunciare beneficio legis. 2. C. de reſc. vend. agere ex ea l. 2. poterit. Expediret tamen, vt relaxaretur ei iuramentum. Et id in conſcientia eſt neceſſarium, ſi intendit, ſe obligare, nec inde agere. Idem in maiore, ſi confirmauit iuramento actum ſecluſo iuramento nullum. ibid. num. 36

Renunciatio legitimæ, aut parti illius, conſenſus ve in id, ſi fiant, non quidem ante teſtamentum, ſed in ipſa teſtamenti confectione, aut poſt illud confectum, valida ſunt, etiamſi iuramento non confirmentur: neque poterit agi poſtea aduerſus teſtamentum, in quo ita ſit præteritus, aut exhæredatus, eſto neque hæc, neque alia cauſa ſit in eo inſerta. Et in quo euentu non ſufficiat tacitus conſenſus renunciationis parti legitimæ, ſed requiratur expreſſus. Et in quo alio teſtamentum eſſet nullum, eſto adhiberetur conſenſus poſt teſtatoris mortem, niſi approbaretur in ipſa teſtamenti cõfectione, aut in eo inſereretur cauſa exhæredationis, aut præteritionis. 579. *num.* 37

Renunciatio legitimæ, aut parti illius, in fauorem cohæredis, aut cohæredum, valida eſt, etiamſi iuramento non confirmetur, modo accedat ad id conſenſus eius, in cuius bonis debetur, & in eo perſeueret vſque ad mortem. Idem de quocunque pacto circa ſucceſſionem in bonis illius. Sine tali vero conſenſu, inualida eſt renunciatio, & pactum circa ſucceſſionem in bonis illius, etiamſi iuramento confirmetur: ſub pœna amiſſionis emolumenti hæreditatis fiſco. Idem eſt de diſpoſitione quacunque rei ita obtinendæ, etiamſi hypothecæ ſubijciatur, ſine conſenſu eius, cuius adhuc eſt. ibid. numero 38

*Renunciationes pendentes, vt ſint validæ, à cõſenſu eius, cui eſt ſuccedendũ, & à perſeuerantia in illo vſque ad mortem, ſi circa eas is iurauit non reuocaturum ſuum conſenſum, tenetur, ſub reatu periurij, eum non reuocare. Si vero id non iurauit, nihil impedientibus iuramentis, quibus hæredes eas firmaſſent, poſſet conſenſum ſuum reuocare, irritaque eo ipſo reddentur, neque hæredes obligabunt. ibid. nu.*40

*Renunciationes validæ ſine iuramento, ſi à minore ſine illo ſint factæ, ſubuenitur ei circa illas reſtitutione in integrum. Quo remedio caret, ſi illas iuramento confirmauit. ibid. num.*41

Renunciat valide in ſuum præiudicium ſucceßioni in maioratu proxime ad eum vocatus, in fauorem alterius: non vero in præiudicium ſuorum filiorum, ſi illos poſtea habuerit, qui ſuccedant. Ea tamen renunciatio inualida eſt, ſi fiat viuente inſtitutore, niſi in ea conſentiat, & perſeueret in eo conſenſu vſque ad mortem. Secus ſi alius ſit poſſeſſor maioratus. Et quando ſi renuncians erat minor, competat illi reſtitutio in integrum. 635. *nu.*7

Repræſentatio.

Repræſentatio quanta in ſucceßione in regno via generationis præſcripta ſit in Hiſpanijs. Quæ ſimiliter locũ habet in alijs Caſtellæ maioratibus, quando aliud non conſtat de illorum inſtitutione. 576. *nu.* 5

Repræſentatio in bonis hæreditarijs quouſque habeat locum in linea deſcendentium, & tranſuerſalium. In linea vero aſcendentium locum non habet. Filij fratrum, ſi ſuccedant cũ alijs patruis, repræſentant patres ſuos, & ſuccedunt per ſtipitem. Si autem filij diuerſorum fratrum ſuccedunt ſine alio patruo, non repræſentant, ſed ſuccedunt per capita. Niſi quando ſunt filij fratrum vtrinque coniunctorum, & repræſentando ſuos parentes, excludunt patruum ex altera tantum parte coniunctum: tunc enim ſuccedunt per ſtipitem. 626. *nume.* 1

Repræſentatio, cum ſit priuilegium, licet extendenda plus non ſit, quam comperiatur conceſſa; in vnoquoque tamen regno eſt videndum, num iure, conſuetudine, vel diſpoſitione particulari, ſit maior introducta circa regni ſucceſſionẽ, aut maioratus, vel circa aliquid aliud, eique erit ſtandum. 626. *nu.*2

*Repræſentatio eſt in feudis, non ſolum hæreditarijs, ſed etiam ex pacto & prouidentia. ibid. nu.*3

Repræſentatio licet ſtando in ſolo iure communi, neque in ſucceſſione in regno, neque in alijs maioratibus, locum habeat, ex quibus tamen capitibus poßit locum habere. ibid. nu. 11

Repræſentatio qualis in hoc regno quoad ſucceſſionem in ipſo regno, & in maioratibus illius, quando aliud inſtitutores non diſpoſuerunt, ſit ſtatuta, & cur virtualis potius, quam formalis, ſit nuncupanda. 626. *nume.* 12

Repræſentatio quanta detur in hoc regno in ſucceſſione collateralium vltimo poßeßori maioratus, quando deſunt omnino deſcendentes illius, & quando aliud non diſpoſuit maioratus inſtitutor. 627. *nu.*6

Repræſentationis ac ſucceſſionis is modus, quantum à iure communi exorbitet. 627. *nu.*7

Repræſentatio eadem locum habet in vlterioribus gradibus lineæ collateralis, hoc eſt, in deſcendentibus ex patruis, & ex patruis magnis, & ita conſequenter. 627. *nume.*8

Repræſentatio eadem ac ſucceſſio locum habet, eſto collateralis comparatione vltimi poßeſſoris, neque deſcendens, neque collateralis ſit inſtitutoris maioratus. ibid. nume. 9

Repræſentatio lege 40. *Tauri in linea collaterali introducta, non eſt repræſentando, ſolum gradum progenitoris, ſed etiam perſonam ipſam cum omnibus ſuis qualitatibus, locum illius ſubeundo ad eos omnes excludendos, quos parens ipſe, ſi ſuperſtes eſſet, excluſißet. ibid. nume.* 10

Repræſentando alterius perſonam qui ſuccedit, ſi repræſentatus incapax erat tempore mortis ſuæ, ipſe quoque incapax eſt, & excluditur à maioratu: quando vero vocatus ipſe ſuccedit, vt in linea deſcendentium in hoc regno, & proximior in linea collaterali vltimo poſſeſſori, tunc incapacitas progenitoris ipſi non nocet, ſi ipſe incapax etiam non ſit. ibid. nu. 11

Repræſentatio locum non habet in fideicommiſſo familiæ relicto, ſiue vniuerſale, ſiue particulare ſit. 629. *nu.*3

Repræſentatio non eſt in Luſitania in maioratibus de bonis coronæ regni, niſi contrarium ſit alicui conceſſum,

ac proinde patruus, etiam minor natu, excludit nepotem. 630. nu. 1

Repræſentationi non eſſe locum in ſucceſſione in Regno Luſitano, quæ mouere poterant. 632. nu. 3

Repræſentationi eſſe locum in ſucceſſione in Regno Luſitano, quibus aliqui argumentis ducantur. 632. numero 4.

Repreſſaliæ.

Repreſſaliæ propter damna illata ex alia Repub. quouſque locum habeant auctoritate Reipub. quæ damnum eſt paſſa. 682. nu. 25

Reſcripta.

Reſcripta & conceſſiones principum ita ſunt ſemper exponenda, vt nihil iniquum & contra rectam rationem contineant. 578. num. 6. d

Reſeruare.

Reſeruare nihilominus ſibi Epiſcopi poſſunt lethale peccatum commiſſum ob vſurpationem bonorum incertorum, aut ob dilationem reſtitutionis illorum. Et quæ ea de re ſint in archiepiſcopatu Euorenſi ſancita, & quo modo intelligenda. 747. nu. 4

Reſpublica.

Reſpub. liberæ in ſuos ſubditos parem cum Regibus poteſtatem habent. 666. nume. 2

Rerumpub. variæ regimina. 576. nume. 2

Reſtitutio.

Reſtitutio eorum, quæ ex eis accepta ſunt, qui adminiſtrationem eorum non habent, non ipſis, ſed legitimis earum rerum adminiſtratoribus eſt facienda: cum quanta tamen minori iactura eorum, ex quibus accepta ſunt, fuerit poſſibile. Neque adminiſtratoribus detegenda ſunt furta aliorum, niſi id neceſſarium ſit omnino, vt impediantur damna iniuſta in futurum, & conſulatur ſaluti ſpirituali ita furantium. 741. numero 6

Reſtitutio ſi fiat poſt tempus aliquod eam omiſſam, reſtitui etiam debet lucrum ceſſans ac damnum emergens ex ea iniuſta dilatione reſtitutionis. Pro iniuria verò toto eo tempore ea dilatione facta, ſumpta præciſè à damno dato, reſtitutio non debetur. Diſput. 753. numero 4

Reſtitutio latiſſimè, & preſsè, quid. Diſputat. 714. numero 2

Reſtitutio preſſiſſimè, quid. 715. num. 1

Reſtitutio hoc ordine fieri debet. Si aliquod bonum reperiatur inter bona debitoris, quod quoad dominium ad alterum ſpectet, illi omnino eſt reſtituendum; ſi inter alios creditores nullus ſit, qui ius habeat in re, neque qui priuilegium habeat præſtationis, bona omnia debitoris inter omnes creditores ſunt diuidenda iuxta proportionem quantitatis debiti ad debitum, ex quacunque titulo debeantur. Excipitur debitum titulo gratuito, quod poſt poni debet omnibus debitis, quæ ortum ex liberalitate non habent. Excipitur etiam dos promiſſa filiæ comparatione debitorum aliorum titulo oneroſo. 760. nu. 4

Reſtitutio quādo eſſet in damnum notabile corporis eius, cui eſt facienda, culpa eſſet læthalis eam non differre, niſi ex tali dilatione notabile damnum eam differenti aut alijs immineret. Non tamen eſſet obligatio reſtituendi damna, quæ is, cui eſſet facta, ſibi intuliſſet. 755. numero 2

Reſtitutio quando licitè differtur, neceſſe non eſt petere ad id facultatem à creditore. 755. num. 5

Reſtitutio tribus modis vſurpatur. In duobus prioribus eſſe poteſt actus iuſtitiæ etiam diſtributiuæ. In tertio ſolum eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, eſto debitum reſtituendi, ortum habuerit ex antecedente læſione iuſtitiæ diſtributiuæ. 714. num. 1

Reſtitutio bonorum certorum præponenda non eſt reſtitutioni bonorum incertorum, hoc eſt, quæ debentur operibus pijs, pro animabus eorum quibus ſcitur deberi & ignoratur, qui illi ſint. 760. nu. 2

Reſtitutio accepti illicitè, tam quando dans illicitè dedit, quam quando dedit licitè, cui facienda. 741. numero 8

Reſtitutio vt fiat, impedimentum non eſt, creditorem eſſe excommunicatum, maxime ſi denunciatus non ſit, nec ſit notorius percuſſor clerici. 759. nu. 1

Reſtitutio neceſſaria eſt ad ſalutem eo modo, quo præceptorum decalogi obſeruatio eſt ad ſalutem neceſſaria. 716. num. 2

Reſtitutio vnde dicta. 714. nume. 3

Reſtitutio differri debet ſub culpa lethali, quando reſtitutio cedet in peccatum lethale eius contra ſolam caritatem, cui eſt facienda, ſi ea ratione peccata impedientur, & id fieri poſſit ſine notabili detrimento differentis ſolutionem, & aliorum. Et quando tertia aliqua perſona eo velut inſtrumento adducetur ad peccatum, & ex dilatione impedietur, obligatio ſimiliter eſt illam differendi. 755. nu. 3

Reſtitutio à parte ſolius rei ad alterum attinentis quouſque, & quo ad quæ facienda, aut non facienda. Et quouſque præſcriptio eam facere excuſet, maximè quo ad fructus inde perceptos. 718. nu. 1

Reſtitutio, aut diſtributio aliquorum bonorum, quando à teſtatore iuſſa eſt fieri per aliquos, per illos eſt executioni mandanda. Et quando culpa non eſſet lethalis, hæredem per ſe ipſum id fideliter exequi, & quando nullum eſſet peccatum. 742. nu. 3

Reſtitutio qualiter inter hæredes, aut ſimul etiam inter alios, diſtribui debeat. 742. nu. 2.

Reſtitutio quando cederet in peccatum iniuſtitiæ eius, cui fieri deberet, non ſolum poſſet licitè differri, ſed etiam obligatio eſſet ſub culpa lethali eam differendi, niſi ex tali dilatione ſequeretur graue damnum proprium, aut tertij. Culpa tamen illa non differentis in eo euentu reſtitutionem non eſſet contra iuſtitiam, ſed ſolum contra caritatem, eaque de cauſa reſtituens non teneretur ad damna iniuſta ea re ita reſtituta illata. 755. num. 1

Reſtitutio etiam ſi licitè differatur ob graue detrimentum, tenetur debitor reſtituere creditori, ſi quod lucrum ei ceſſauit, aut damnum emerſit, ex tali reſtitutionis dilatione. 754. nu. 3

Reſtitutio dum longo tempore non fit, quando interueniat vnum numero peccatum, & quando ob interruptionē interueniant multa numero. Et quod ad confeſſionum praxin attinet, qualiter examinandus ea de ſit pœnitens. 753. num. 3

Reſtitutio direpti ex aliqua ciuitate bello iniuſto, quando ignoratur, cuius id fuerit, quo modo facienda. 745. numero 3

Reſtitutio quouſque licitè differri poſſit, aut non poſſit, propter impotentiam, nomine impotentiæ detrimentum graue comprehendendo in rebus externis, aut in rebus altioris ordinis, vt famæ, & honoris, aut corporis, late examinatur. 752. nu. 2

Re-

Reſtitutio ei regulariter eſt facienda, ex quo res eſt ablata, aut in cuius poteſtate damnum eſt datum. 741. numero 1

Reſtitutio Principis ex gratia in priſtinum ſtatum, non habet locum in præiudicium alterius, qualiter intelligendum. 624. num. 6

Reſtitutio quando hæredibus ſit facienda, nec ſatisfiat, ſi in operibus pijs inſumatur. Et quando inſumi poſſit. 742. numero 1

Reſtitutionis obligatio ceßat, quando res debebatur determinata in indiuiduo, & periit, aut ad creditorem non peruenit abſque culpa debitoris, & nec contractu nec iuris diſpoſitione tenebatur ad id detrimentum. Secus ſi nihil horum interuenit. Diſput. 751. numero 2

Reſtitutionis dilatio culpabilis non eſt, ſi de voluntate creditoris, præſumpta ſaltem abſque vllo dubio fiat. In dubio, autem, vel ſtatim eſt facienda, vel obtinenda eſt à creditore facultas. Ignorantia etiam inuincibilis, quod obligatio ſit reſtituendi, à culpa excuſat. 754. num. 1

Reſtitutionis latè, & preßius ſumptæ variæ radices ac tituli. 717. num. 2

Reſtitutionis preſſæ ex parte iniuſtæ acceptionis, tanquam concauſas, quos obligatio conſtringat. 729. numero 1

Reſtitutio ei eſt facienda, qui non iniuſtè illam tenebat, eſto ad alium, quo ad dominium attineret, reſtituendaque ſunt ei omnia damna ex ablatione eius rei, aut deſtructione, illi ſequuta, etiamſi reſtituta ſit proprio domino, admonenduſque eſt proprius dominus eſſe reſtitutam. 741. num. 2

Reſtitutionem differre quando ita ad vitanda peccata, licet, ſi ex ea dilatione damnum creditori ſequatur, obligatio non eſt illud ei reſtituendi. 755. nu. 4

in Reſtitutione rei inuentæ quid obſeruandum. 750. numero 1

in Reſtitutione inuentorum animalium quæ obſeruanda. 749. nume. 1

Reſtituere.

Reſtituere tenetur, qui contraueniendo iuri, quod alius habet, vt recipiat, quod alij liberaliter ei dare voluerint, vel vt aliquid ipſe faciat, illum impedit ab aliquo bono aſſequendo, ſolum tamen quantum id bonum, pro ut ad huc erat in illo ſtatu æſtimabitur. 727. numero 7

Reſtituere tenetur, qui impediuit ne aliquis conſequeretur, quod ſibi erat debitum in iuſtitia quantum id damnum æſtimabitur, attento iure, quod ſolus impeditus aut ſimul cum alijs habebat, & attenta certitudine, aut probabilitate, quod id alioquin conſequuturus fuiſſet. 727. num. 6

Reſtituere in eodem euentu non tenetur etiamſi ex odio, & praua intentione contra ſolam caritatem id efficeret. Si tamen iniuſtè id impediret, non ſolum id, ſed ſimul etiam totum aliud damnum datum tenetur reſtituere. 727. num. 4

Reſtituere in defectum exequutoris quis vt palpo, ſeu adulator teneatur. 733. nu. 1

Reſtituere non tenetur, qui abſque ui ac fraude impedit alium ab aſſequutione eius boni, quod ei non debebatur, ſuadendo ei, à cuius voluntate conferre illud pendebat, ut illud ei non conferret, & aliquando meritorie poteſt id ita impediri. 727. nu. 2

Reſtituere ſtatim quando debitor tenetur, non poteſt confeſſarius inducias illi concedere ad reſtitutionem differendam, eumque abſoluere. 756. nu. 1

Reſtituere tenetur integrum damnum in defectum illud dantis, qui ei, qui decreuerat poſt decem dies illud darè, perſuaſit vt ſtatim illud daret. 736. nu. 3

Reſtituere tenetur legitimo hæredi qui credens ſe legitimum hæredem, lucratus eſt aliquid vltra rei valorem ex re ad hæreditatem attinente. 718. nu. 3

Reſtituere quæ teneatur iniuſtus occcupator aut detentor rei, quæ quo ad dominium ad alterum attinebat. 725. nume. 2

Reſtituere, qui cum poſſint, reſtitutionem in tempus mortis reſeruant, item qui dubitant, an aliqua iuſtè poſſideant eam differunt in tempus mortis, vt examen iniungant ſuis hæredibus, quoque cũ mortis tempore poſſint reſtituere, exequutionem committunt in teſtamento hæredibus, in quanto periculo verſentur. 756. numero 2

Reſtituere tenetur fructus ex ea re perceptos, etiam ſi dominus non fuiſſet illos percepturus, & iam non exiſtant. 725. nume. 4

Reſtituere qui tenetur ob moram tradendi debitum, quod ad creditorem nondum quo ad dominium ſpectat, reſtituere tenetur integrum debitum, & lucrum ceſſans ob eam moram. 724. nu. 2

Reſtituere iuſſus in vna confeßione, ſi in alia accedat, id ſua culpa opere non impleto, quomodo cum illo ſe gerere debeat confeſſarius. 756. nu. 3

Reſtituere quando teneantur famuli, qui impedire poſſunt furta & damna, quæ heris ſuis fiunt, nec impediunt. Quando non item. 735. nu. 5

Reſtituere quis tenetur ex parte rei ad alterum attinentis, quantum inde factus eſt locupletior quando res aut aliquid illius, iam non exiſtit modo non excedat valorem eius, quod non exiſtit. 718. nu. 2

Reſtituere non tenentur tanquam cauſæ indirectæ eorum damna, ab alijs iniuſtè data, qui ſolum ex caritate ea impedire tenentur, etiamſi ex odio ea impedire omittant, ſed ſolum qui ex officio ſeu ex iuſtitia ad id tenentur & qui hi ſint. 735. nu. 2

Reſtituere ex concauſis damni iniuſti qui ante quos teneantur, & qualiter quidam contribuere teneantur, & reſtitui debeat ei, qui loco aliorum reſtituit. 737. numero 1

Reſtituere tenetur pro quantitate dubij remanentis, qui cooperatus ex ſua parte eſt ad damnum iniuſtum, & facta debita diligentia, an verè ſua cauſalitate attigerit id damnum, dubius manet. 736. nu. 6

Reſtituere aliquid quando multi in foro conſcientiæ tenentur, quando remißio, facta uni à creditore alios de obliget, quando non item. 738. nu. 1

Reſtituere non tenetur quicquam, qui rem alienam bona fide emit ac uendidit, ſi non plus pro ea accepit, quam pro illa dedit, aut ſi plus accepit, illud fuit fructus ſui laboris aut induſtriæ. 721. nu. 6

Reſtituere ut teneantur, varij participantium in furto, aut in damno dato, modi, & quouſque vnuſquiſque reſtituere teneatur. 734. nu. 1

Reſtituere ut teneantur damna ab alijs iniuſtè data, tanquam concauſæ illorum indirectæ, qui nomine muti, nõ obſtantis, & nõ manifeſtantis, intelligantur. Et qui ex officio tenentur ea impedire, cum quanto ſuo detrimento ad id non teneantur. 735. nu. 1

Reſtituere ſi tenerentur tres contribuendo partes ſuas, & vnus reſtituat loco aliorum, ſecundus qui reſtituere acceſſerit, tenetur primo reſtituere, non ſolum partem ſuam; ſed etiam dimidium partis eius, qui nōdum reſtituit. 737. *nume.* 6

Reſtituere non tenetur damnum iniuſte datum, qui ratum poſtea habet nomine ipſius eſſe datum: tametſi de cens ſit, vt illud reſtituat. 729. *nu.* 3

Reſtituere non tenetur rem alienam, qui ſine craſſa ignorantia exiſtimans eſſe ſuam, illam prodige deſtruit, aut ex ignauia amittit. 720. *num.* 5

Reſtituere ne teneantur damnum, qui accedentes ad bellum cum aliquibus animo impediendi damnum, quod illi inferre vellent aduerſarijs aduerſarij eos videntes, & credentes accedere ad illos alios adiuuandos, terga verterunt cum ſuo magno detrimento. Diſput. 736. *nume.* 4

Reſtituere non tenetur damnum alteri iniuſte datum, qui, cum ſolum ex caritate illud teneretur impedire, velletque id impedire, illud ei diſuaſit abſque vi, metu, & fraude, eſto ex odio eius, cui id damnum parabatur, id efficeret. Secus ſi vi, dolo, aut fraude, ſeu mendacijs, id efficeret. 735. *num.* 4

Reſtituere tenentur integrum incrementum iniuſtum, aut integrum damnum datum, ex parte iniuſtæ acceptionis, qui ex craſſa ignorantia, quæ ad culpam theologicam ſpectatis circumſtantijs concurrentibus ſufficiat, contractu aut alia ratione, aliquid iniuſtum acceperunt, aut damnum aliquod dederunt. Diſputat. 720. *numero* 4

Reſtituere vnus non tenetur partes aliorum, quando ſolum fuit occaſio vt alij ſimul furarentur: ſecus quando fuit cauſa, & quibus modis cauſa eſſe poſſit. 734. *numero* 2

Reſtituere nihilominus tenetur integram rem, qui dubius an ad ſe pertineat, alterum ſpoliat illa, qui bona fide cæperat illam poßidere. Diſput. 723. *numero* 4

Reſtituere, qui cum poſſint, reſtitutionem in tempus mortis reſeruant: item qui dubitant, an aliqua iuſtè poſſideant eam differunt in tempus mortis, vt examen iniungant ſuis hæredibus, quando mortis tempore poſſint reſtituere, exequutionem committunt in teſtamento hæredibus, in quanto periculo verſentur. 756. *numero* 2

Reſtitui etiam in foro conſcientiæ fiſco, & non delinquenti, aut hæredibus illius, ea debent, quæ tempore latæ ſententiæ confiſcationis delinquenti debebantur, ſub onere id iterum fiſco reſtituendi. Niſi deberetur res determinate in indiuiduo, & per ignorantiam inuincibilem reſtitueretur alteri; & tunc curandum ſine proprio detrimento eſt, vt fiſco reddatur. 741. *nume.* 7

Reſtitui debet eadem numero res, quæ debetur, ſi res determinata in ſingulari debeatur, reſtituique poſſit, & is, cui debetur, contentus non ſit æquiualenti, alioquin culpa incurritur, & reſtituendum eſt damnum, ſi, quia non reſtituitur eadem res culpa debitoris, damnum aliquod ſequatur. Quando debetur res indeterminata in indiuiduo, æquiualenter reſtitui debet. 751. *num.* 1

Reſtitui debet ab eodem bonæfidei poſſeſſore pretium vſus torquis ad ornatum ab eo locati. 719. *nu.* 5

Reſtituit quando aliquis vniuerſim, quod alius reſtituere tenebatur, reſtituere ei tenetur, quod loco ipſius reſtituit. 737. *num.* 5

Reſtituenda quando aliqua in pœnam eſſent pauperibus, aut inſumenda eſſent in alijs operibus pijs, fieri circa illa poteſt compoſitio nō ſolum autoritate ſummi Pontificis, ſed etiam alterius, qui eam condidißet legem. 748. *num.* 4

Reſtituenda eidem tenenti eſt in dubio, an iniuſte illam detinebat. Quando conſtabat, ad eum non attinere, reſtituenda eſt proprio domino, certiorem faciendo detentorem, reſtitutam eſſe, quo ad commodè fieri poſſet. Non tamen licet ex illo eam accipere, vt reſtituatur domino, niſi quando dominus poſſet illam occultè compenſare, aut in flagranti delicto. Diſputat. 741. *num.* 3

Reſtituenda eſt ab eo, qui poſſeſſor illius fuerat bona fide, res cum omnibus illius fructibus, qui ſunt fructus rei, ſi exiſtant, & quantum ex non exiſtentibus factus fuerit locupletior, deducendæque inde ſunt expenſæ. Non vero tenetur reſtituere fructus ſuæ induſtriæ. 719. *numero* 4

Reſtituendi obligatio quando reſultet ex iniuſta retentione rei, qui ad alterum quoad dominium iam ſpectat, varijs exemplis explicatur. 725. *nu.* 1

Reſtituendi obligatio quando oritur ex iniuſta acceptione, iniuſtaue retentione, fieri reſtitutione ſtatim debet ſub reatu culpæ lethalis continuationis ve eiuſdem peccati iniuſtæ accepti onis. Et quid ſufficiat, ut ceſſet continuatio eius peccati. 753. *nu.* 2

Reſtituendi ac compenſandi ad æqualitatem damna iniuſte data obligatio eſt in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia. Iniuria vero ac offenſa ſumptis præcisè à damno dato, non reſtitutio, ſed pœna reſpondet, quā ſubire obligatio non eſt in conſcientiæ foro latam ſententiam. 715. *nu.* 6

Reſtituendi ab onere liberat creditoris condonatio ac remiſſio, modo condonare id poſſit, & condonatio ſit libera, & quot modis libera non cenſeatur. 757. *nu.* 1

in Reſtituendo quis ordo ſeruandus ſit, quando ſufficientia bona non ſunt ad creditoribus omnibus ſatis faciendum. 760. *nu.* 1

Reſtituendi obligatio, ex tribus generibus iniuſtitiæ antecedentis. 724. *nu.* 1

Reſtituendi ab onere vt debitor remiſſione creditoris liberetur, non eſt neceſſe offerri pecuniam debitam creditori, interdumque conſilium eſt, nec illi oſtendi nec offerri. 757. *nu.* 2

Reſtituendi præceptum in ſeptimo decalogi præcepto includitur. 716. *nu.* 3

Reſtituendi præceptum in quo ſenſu ad ſemper obliget. 716. *nu.* 4

Reſtituendi obligationem conſurgere ex ſolo damno, & non ex iniuria & offenſa, ſed pro his petendam eſſe ueniam, ſi offenſus inde ſit commotus, & deberi pœnam ſolum poſt latam ſententiam, & quouſque offendens licitè ſe poſſit defendere in iudicio, ne ſibi imponatur, varijs exemplis explanatur ac comprobatur. 715. *nu.* 9

Reſtituendum, aut ſoluendum, præcisè quia fuit inuentum, caſuve deuenit ad manus alicuius, aut comperitur ad alium pertinere, præcedente bona fide ibi eſt ſoluendum, ubi reperitur. Si autem ſit ad eum mittendum, ad quem attinet, expenſis illius eſt id faciendum. 752. *nu.* 1

Reſtituendum, aut ſoluendum, ſi ſit aliquid ex contractu aut

aut alio ſimili titulo, & locus fuit deſignatus, ibi facienda eſt ſolutio: alioquin in loco, vbi credebatur debitorem tempore ſolutionis habiturum domicilium. Et quid quando res debetur ex contractu merè lucratiuo. 752. nume. 2

Res.

Res iniuſte detenta, ſi perijt, aut deterior eſt reddita, dum ita iniuſtè retinetur, neque conſtat, idem omnino rei illi ſimiliter euenturum in poteſtate domini, reſtituenda illi eſt integre. Quando autem eſſet reddita deterior in optione domini eſſet, vel petere integrum rei valorem, & nolle illam, vel petere illam, & æſtimationem deterioramenti. Quando detentor purgaſset moram, offerendo illam antequam periret aut deterior eſſet reddita, & per dominum ſtaret illam accipere, ad nihil illi teneretur iniuſtus antea detentor. 725. nume. 10

Res quæ tandem conſolidanda eſt cum bono maioratus, ſi antea eam acquirat ſibi, & non maioratui, poſſeſſor illius, ſiue oneroſo, ſiue lucratiuo titulo, quouſque libera, & non maioratus maneat. 643. nu. 4

Res liberæ præſumuntur, & non feudi aut maioratus. 637. num. 9

Rem ſciens aliquam alienam eſſe, & dubitans ad quem trium pertineat, reſtituere illam tenetur diſtribuendo illam inter eos, iuxta probabilitatem, quæ eſt, ad vnum veriſimilius, quam ad alium eam pertinere. 736. num. 7

Res quando non erat vſu conſumptibilis, vt equus, quid in præcedente euentu ſit reſtituendum. 729. nu. 8

Res eadem ſi ſimiliter erat peritura in poteſtate domini, ad nihil illi in conſcientiæ foro ratione illius tenetur iniuſtus detentor. Et quid in foro exteriori. Tenebitur tamen ad fructus, & qui illi, & ad lucrum ceſſans, ac damnum emergens. Diſputat. 725. numero 11

Res ſi iniuſte detenta accreuit in valore poſtquam cœpit iniuſte detineri, & poſtea decreuit, ſi dominus illam vendidiſſet in illo maiori valore, aut illa excuſaſset æqualem ſumptum, ſi tempore, quo plus valuit, fuiſſet ſibi reſtituta, in eo maiori valore eſt ei reſtituenda, eſto, ſi detenta iniuſtè non fuiſſet, illam vendidiſſet antea minori pretio. Quod ſi ſeruaturus eam fuiſſet in tempus, quo decreuit in valore, ſatis eſt eam tunc illi reſtituere. Si res ſit dubia, quid facturus fuiſſet, tunc pro quantitate duobus eſt aliquid de illo incremento illi reſtituendum. 725. nu. 9

Rei alienæ emptor medius, quando poſtea ſcit rem fuiſſe alienam, ad quid teneatur ex iuſtitia, vel ex charitate, aut non teneatur, tam comparatione domini, quam comparatione prioris, aut priorum venditorum, aut poſterioris, vel poſteriorum emptorum, tam quando res adhuc exiſtit, quam quando iam non exiſtit. 721. numero 7

Rem iniuſte detentam habens aut conſumens, reſtituere ante alios illam tenetur. 737. nu. 2

Res determinata in indiuiduo ſi debeatur, interuenitque iniuſta illius detentio, quæ occaſio fuit, quod res periret, aut non deueniret ad creditorem, reſtituenda illi eſt. 751. num. 3

Res quando illicita eſt apta vt inde id damnum ſequatur, facile cum minimum interuenit lata culpa, vt ob eam ſaltem in pœnam, in exteriori foro obligatio iniungi poſſit illud reſtituendi. 728. nu. 3

Res determinata in indiuiduo ſi debeatur, non prius cenſetur ei debito ſatisfactum, quam tradatur creditori, aut alteri, qui vices ad id à creditore habeat. 751. numero 4

Rei nomine in definitione furti quid intelligatur. 681. numero 14

Rem qui non iniuſte antea tenebat, quando incipiat iniuſtè illam detinere, quando tertius aliquis, ſi ad poteſtatem ipſius deueniret, poſſet illam tradere domino, & quando occultè eam poſſe accipere & tradere domino. 741. num. 45

Rex.

Rex quouſque debita ſui prędeceſſoris in regno ſoluere teneantur. 641. num. 7

Reges electione in Hiſpanijs tempore Gothorum creabantur. 576. num. 3

Ripa.

Ripa fluminis quid. Eſt locus publicus, ſaltem quo ad vſum, ſicut & flumen. 704. nu. 21

Ripæ quando priuatæ quo ad dominium, eorum videlicet dominorum, quorum ſunt prædia, quæ ad illas terminantur, & quando publicæ, communes omnibus quo ad vſum. 704. num. 17

Riuus.

Riuis annexa, circa quæ reficienda ac purganda competit prædictum interdictum, ſunt ſpecies, ſepta, incile, cuniculi vaporum. 705. num. 26

Riuos reficienti, aut purganti, dum aduerſus impedientem ſubuenitur interdicto de riuis, locum aduerſus eum non habet noui operis nunciatio. Compelli tamen poteſt cauere de damno infecto, & quæ alia actio aduerſus illum poſſit intentari. Diſput. 705. numero 30

Riuos, & illis annexa, per quæ quis eſt in poſſeſſione ducendi aquam quotidianam aut æſtiuam, ſi aliquis reficere impediatur, ei ſtatim ſubuenitur, eſto ius non oſtendat, quo ad id habet ad reficiendum vero iter, quod illi ſeruit, ius ſimul oſtendat neceſſe eſt. 705. numero 27

Riuos quo ad modum, & qualitates quouſque fas ſit, aut non ſit, mutare. 705. num. 29

Riuos reficere quid, & ad quæ ſe extendat. Purgare quid & ad quæ ſe extendat. 705. nu. 28

S

Sartor.

Sartores, & alij quam pœnam incurrant, qui à mercatoribus aliquid accipiunt, & mercatores qui id eis dant, vt emptores ab ipſis potius, quam ab alijs emant. 691. nume. 4

Satisfactio.

Satisfactio pœnis, quæ in hoc ſæculo à miniſtris publicis aut à Deo pro peccatis infliguntur, multum minuit de pœnis, quæ infligendæ erant igne expurgatorio, aut quæ aliter ſatisfaciendæ erant in hoc ſeculo. 715. numero 7

Satisfactio, quæ pars eſt ſacramenti pœnitentiæ. Diſp. 715. numero 4

Satisfactio, qua Deo pro peccatis ſatisfacimus, quid. Actus eſt ſuo modo iuſtitiæ commutatiuæ ex parte noſtra, Dei comparatione. 715. num. 3

Satisfactio quot modis vſurpetur, & in qua acceptione à reſtitutione preſſiſsime ſumpta diſtinguatur, & com-

& comprehendatur ſub reſtitutione preßè. Diſput. 715. nume. 2

Scriptura.

Scripturæ in eodem protocollo, aut libro eodem die confe ctæ, illa cenſetur prius confecta, quæ in ſuperiori parte reperitur ſcripta. 705. nu. 15

Sententia.

Sententia circa poſſeſſionem non parit exceptionem rei iudicatæ circa proprietatem. 637. nu. 8

Sententia lata in poſſeſſorem maioratus, quouſque noceat alijs ſucceſſoribus, exceptionemque rei iudicatæ quoad alios ſucceſſores pariat. 647. nu. 2

Seruitus.

Seruitus ſi concederetur in prædio vendito cum pacto addictionis in diem, aut cum alio ſuſpendente alienationem, tunc conſenſus ſimul emptoris, & venditoris eſſet neceſſarius, vt firma omnino eſſet. Et conſtituta manet, ſi res cedat, vt prædium maneat eius, qui illam conceßit. Accedente item conſenſu alterius, priore non reuocante conſenſum, firma ſimiliter maneret. 705. numero 36

Seruitus ne altius ædificetur, ſi habeam, & tu altius tollas, ego deſtrui petam, & tu dicas, ex meo conſenſu id feciſſe, & ego negem, deſtruitur, niſi intra tempus tibi præſcriptum probes intentum. Diſput. 703. numero 33

Seruitus, aut quaſi ſeruitus, vt præſcribatur aduerſus rem aliquam publicam, etiam ſi continua ſit, non minus tempus ſufficit, quam de cuius initio non extet memoria. 704. nume. 30

Seruitus altius non tollendi, intelligitur ædificando: vnde plantæ apponi ibi poßint, eſto fini aduerſentur, ob quem conſtituta eſt ea ſeruitus. Seruitus vero ne luminibus officiatur, intelligitur de quacunque re etiam in plantis. 709. nu. 2

Seruitus eſſe poteſt in prædio diſtanti, non exiſtente intermedijs, etiam non impedita quo ad vſum, quando vſus ab intermedijs non pendet, aut obtinetur facultas vtendi ad eum affectum intermedijs. 705. numero 19

Seruitus ſi ſit in vno prædio, non naturalis, ſed pacto acquiſita, vt aqua alterius prædij in ipſum deriuetur, intelligitur de conſueta deriuari, non vero de incremento, ſimul excreſcat. 704 nu. 6

Seruitutis iure foſſam exiſtentem in agro ſuperiori, ne aqua ex illo deriuetur in inferiorem, ſi reſtagnet in agrum, in quo eſt, quod ſit repleta dominus agri inferioris tenetur eam purgare ac reficere. Diſputat. 704. numero 12

Seruitutem in prædio validè ſine proprietario non concedunt vſufructuarius, emphyteuta, aut proprietarius. Hi tamen duo validè illam concedunt in tempus, quo durauerit emphyteuſis, aut feudum, modo ea ſeruitus non ſit vſusfructus. 705. nu. 35

Seruitutem ne ſe attollat aut ne feneſtram faciat, aut aperiat, poteſt quis cogi vendere monaſterio, aut alteri loco publico, quando inde notabile damnum ſequeretur monaſterio, aut loco publico. Et num aliquando cogi etiam poßit comparatione priuati. Diſp. 709. numero 6

Seruus.

Seruus ſi delinquat poteſt Dominus illum defendere. Sequuta verò condemnatione, tenetur vel iudicatum ſoluere, vel ſeruum noxæ dare. Poterit etiam illum non defendere, ſed noxæ ſtatim dare ad vitandos litis ſumptus. 711. num. 3

Seruus multis communis ſi delinquat, quouſque noxalis actio aduerſus ſingulos aut omnes competat. 711. numero 11

Serui ex culpa non tranſit noxalis actio ad hæredes domini niſi ad ipſos ſeruus deueniat. Atque tunc tranſit, non quia hæredes ſunt, ſed quia domini ſunt talis ſerui. 711. nume. 10

Seruum corrumpens conſilio, aut alia ratione ad quid teneatur, & quam pœnam incurrat. Diſput. 684. numero 10

Solutio.

Solutio facta à debitore creditori ſui creditoris, tunc in foro exteriori liberat debitorem comparatione ſui creditoris, quando pro eodem debito ipſe etiam debitor obligatus erat creditori ſui creditoris. Diſput. 743. numero 1

Solutio in ſolo foro conſcientiæ tunc à debitore fieri licitè poteſt creditori ſui creditoris occultè, quando is ſecundus creditor licitè poterat facere occultam compenſationem ex illo creditore debitoris. Diſput. 743. numero 2

Solutio debiti ex contractu, aut ex alio ſimili titulo, quando facienda. Ex dilatione vero ſolutionis quando debitor condemnandus non ſit culpæ læthalis. 753. numero 1

Soluenda ſi ſit res in vno loco, & per debitorem ſtet, quod ibi non ſoluatur, quæ actio aduerſus illum creditori competat: ſi vero ſtet per creditorem, quæ actio aduerſus eum debitori competat. 752. nu. 3

Soluere ſi quis ex delicto tenetur aliquid, ſeruare omnino indemnem tenetur creditorem, ita vt ſuis expenſis illud creditori tradat, demendo, ſi quid creditor erat inſumpturus in ea re tranſportanda. Et quid ſi expenſæ quas debitor in reſtituenda ea re eſſet facturus, nimiæ admodum eßent futuræ. Diſput. 752. numero 5

Soluere mutuarius, aut commodatarius, non tenentur mutuum, aut commodatum, ante tempus contractu præfixum, neque in alio loco, ex eo quod mutuans, aut commodans, in alium migret locum. Diſput. 752. numero 4

Spurius.

Spurius eſt capax maioratus annexam habentis dignitatem. 620. numero 8

Status.

Status cauſa quando in tempus pubertatis differenda. 637. numero 13

Succeſſio.

Succeßioni in Hiſpanijs in regno, qualis via generationis ſit præſcripta, & cum quanta repræſentatione. 576. numero 5

Succeßio iure hæreditario, ex pacto & prouidentia, ac iure ſanguinis quid. 617. num. 1

Succeditur in maioratibus Hiſpanis anteriori poſſeßori, qui non ſit ipſemet inſtitutor, iure ſanguinis, & non hæreditario. 617. num. 2

Succeßio in maioratu comparatione immediati inſtitutoris, quando fit nec iure ſanguinis, nec hæreditario, ſed ex pacto, & prouidentia, & quando fit iure hæreditario. ibid. nume. 3

Succeßio directa, & obliqua, quid. Et diſcrimen inter vtranque. 618. num. 1

Succeſſione in poſſeſſionibus diſtributis per tribus & familias, licet veteri lege filij præferantur filiabus: filiæ tamen præferebantur collateralibus omnibus. Quando tamen filiæ ita in fratrum defectum ſuccedebant, nubere non poterant, niſi homini de ſua tribu ac familia, vt diſtributio poſſeſſionum maneret in eiſdem tribubus ac familijs, notaque eſſet diſtinctio & ſucceſſio tribuum ac familiarum, vt tempore aduentus Meſſiæ intelligeretur deſcēdere ex tribu, & familia, ex quibus erat promiſſus, tanquam vna è notis veri Meſſiæ. 625. nume. 1

Succeſſio in bonis liberis, quam varia diuerſis temporibus iure cæſareo fuerit diſpoſita, & quæ fuerit nouiſſima, quæ in Caſtella & Luſitania vim habet. 625. n. 2

Succedatur ſi in maioratu, aut in re alia, quæ indiuiſa ad vnum deuenire debet, maſculus minor natu eiuſdem gradus, præfertur fœminæ. Fœmina vero præfertur maſculo vlterioris gradus, quando aliud non fuit expreſſum. 625. nu. 3

Succeſſione in maioratu huius regni, quæ conſiderentur, vt iudicetur, quis alteri præferatur. ibidem b. & numero 5

Succeſſione à maioratu ſi fœminæ excludantur comparatione maſculorum eiuſdem gradus fauorabilis eſt, lateque proinde eſt intelligenda. Comparatione vero maſculorum vlterioris gradus eſt odioſa, ſtricteque intelligenda. 625. nu. 6

Succeditur in regno, non iure hæreditario, ſed ex pacto & prouidentia, iureve ſanguinis, vt in alijs maioratibus, repudiataque proinde hęreditate, ſuccedere quis poteſt in regno, valetque pactum circa futuram in eo ſucceſſionē, viuente nec conſentiente vltimo poſſeſſore. 626. nume. 8. & 18

Succeſſio qualis in regno ipſo Caſtellæ, & in cæteris eiuſdem regni maioratibus, ſit inſtituta, quando maioratuum inſtitutores aliud non ſtatuunt ac exprimunt. Et cur in eiuſmodi ſucceſſione interueniat, non quidem repræſentatio formaliter, ſed virtute. Diſput. 626. numero 12

Succedat quo ordine, & quanta cum repræſentatione vltimo poſſeſſori maioratus huius regni, collateralis illius, quando omnino deſunt deſcendentes eiuſdem vltimi poſſeſſoris, & quando aliud non diſpoſuit maioratus inſtitutor. 627. nu. 5

Succeſſionis ac repræſentationis is modus, quantum à iure communi exorbitet. 627. nu. 7

Succeſſione in eadem in linea tranſuerſali locum habet repræſentatio in vlterioribus gradibus, hoc eſt, in deſcendentibus ex patruis, & ex patruis magnis, & ita conſequenter. ibid. num. 8

Succeſſio eadem & repræſentatio locum habet, eſto collateralis comparatione vltimi poſſeſſoris, neque deſcendens, neque collateralis ſit comparatione inſtitutoris maioratus. ibid. nu. 9

Succeſſione in eadem repræſentatio in linea collaterali lege 40. Tauri introducta, non eſt repręſentando ſolum gradum progenitoris, ſed etiam perſonam ipſam cum omnibus ſuis qualitatibus, locum illius ſubeundo ad eos omnes excludendos, quos parēs ipſe, ſi ſuperſtes eſſet, excluſiſſet. ibid. nu. 10

Succedit qui repræſentando alterius perſonam, ſi repræſentatus incapax erat tempore mortis ſuæ ipſe quoque incapax eſt, & excluditur à maioratu: quando vero vocatus ipſe ſuccedit, vt in linea deſcendentium in hoc regno, & proximior in linea collaterali vltimo poſſeſſori, tunc incapacitas progenitoris ipſi non nocet, ſi ipſe incapax etiam non ſit. 627. nu. 11

Succeſſor in linea tranſuerſali eſſe debet de ſtipite inſtitutoris maioratus, aut eius, in quo fuit inſtitutus, vel certe de ipſorum familijs, latim ſumpta familia: ſi enim vltimo poſſeſſori detur proximior de aliena familia, vt frater ſolum vterinus, qui non ſit de eiuſmodi familijs, ſuccedit, qui de familia fuerit proximior, ſaltem per repræſentationem, licet remotior in gradu ſit vltimo poſſeſſori. ibid. nu. 12

Succeſſionis ordo in maioratibus, ſimiliter ſeruatur in hoc regno in ſucceſſionibus in feudis, capellis, & emphyteuſibus, iurepatronatibus, & in alijs rebus, quæ indiuiſa ad vnum deueniunt. ibid. nu. 15

Succedunt in fideicommiſſis familiæ relictis, proximiores vltimo poſſeſſori, licet alij ſint proximiores teſtatori. Idem in maioratu & regno, ſeruata in hoc regno repræſentatione in eo ſtatuta. 628. nu. 1

Succeſſio in maioratibus huius regni, quis cui præferendus ſit, admetienda eſt ex diſpoſitione expreſſa inſtitutoris, aut quam, ſemoto omni dubio, ex coniecturis intelligitur intendiſſe, eaque præponenda eſt diſpoſitioni legis 40. Tauri: in dubio autem diſpoſitioni eius eſt ſtā dum. 629. nu. 1

Succeſſioni in regno Luſitano quæ controuerſia eſſe potuit, nec tamen fuerit, in linea deſcendentium per mortem Ioannis III. explicatur. 732. nu. 1

Succeſſionem circa in eodem regno in linea collaterali Regi Henrico, quæ controuerſia fuerit in linea collaterali, dilucide proponitur, ac explanatur. Diſput. 632. numero 2

Succeſſorem legitimum fuiſſe Philippum II. Hiſpaniarum Regem Henrico in regno Luſitano, multis efficaciter ac dilucide probatur, euerſis contrarijs fundamentis. ibid. nu. 5

Succeſſione in corona regni Luſitani, ſi ſolum ſtemus in diſpoſitione iuris communis, patruum nepoti fuiſſe præponendum in linea deſcendenti oſtenditur. ibidem. numero 6

Succeſſione in corona regni Luſitani vnde nepos, & in nepotis defectum, neptis, & in vtriuque defectum, pronepos, aut proneptis, præferri debeant patruo, aut patruo magno, in linea deſcendentium. Et de origine regni Luſitani. ibid. nu. 7

Succeſſione in corona regni Luſitani, nulla eſt repræſentatio in linea collaterali, oſtenditurque Philippum II. Hiſpaniarum Regem legitimum fuiſſe ſucceſſorem. Henrico in regno Luſitano, & nulla ratione Dominā Catharinam. ibid. nu. 8

Succedit in corona regni Caſtellæ & Luſitaniæ patruus vltimi poſſeſſoris, excluſis conſobrinis eiuſdem vltimi poſſeſſoris. 633. nu. 1

Succedit in maioratibus regni Caſtellæ, ſiue illi ſint de bonis patrimonialibus, ſiue de bonis coronæ regni, Conſobrinus vltimi poſſeſſoris, & ſoboles ex illo, & in eorum defectu, conſobrina, & ſoboles illius, excluduntque patruum eiuſdem vltimi poſſeſſoris. Diſput. 633. numero 2

Succedit in maioratibus Luſitanis de bonis patrimonialibus, patruus vltimi poſſeſſoris, excluditque conſobrinos eiuſdem vltimi poſſeſſoris. In maioratibus vero de bonis coronæ regni, nulli tranſuerſales ſuccedunt. 633. numero 3

Suc-

Succeditur in Luſitania in bonis emphyteuticis, hoc eſt, quo ad dominium ſolum vtile poſſeſſoris, eſto à corona regni ſint deriuata, & eſto corona ipſa regni dominium habeat directum, perinde atque in alijs bonis emphyteuticis, neque in illis habet locum lex mentalis. 633. nume. 4

Succeſſione in maioratu, qui dignitas non eſt, non priuat ea infamia, quæ nec inteſtabilem efficit, nec priuat à ſucceſſione in bonis liberis. Quando autem eo modo infamis priuaretur inſuper in delicti pœnam ſuis omnibus bonis, priuaretur etiam eo maioratu. 620. nume. 4

Succeſſor.

Succeſſor in maioratu neque ex regia facultate poteſt mutare conditiones, modos ac vocationes à primo inſtitutore appoſitas. 617. num. 7

Succeſſor in maioratu, qui actualem poſſeſſionem acceperat, ſi ab alio deijciatur intuitu, quod deiector ſit legitiuus ſucceſſor, deiecto intra ſex menſes competit in ſummarium remedium in ſupremo regio Senatu retinendæ poſſeſſionis, ſi ſolum ſit perturbatus, & adhuc ciuilem retineat poſſeſſionem, & recuperandæ, ſi fuit omnino deiectus. Quod ſi non eo intuitu fuit deiectus, non competit ei id ſummarium remedium, ſed agit ſolum coram iudicibus ordinarijs. 637. numero 3

Succeſſor in maioratu ſi addat noua bona, quæ vinculet, apponere poterit etiam in priori maioratu onera, quæ priori inſtitutioni non repugnent: non tamen tenentur ſucceſſores ea ſeruare, niſi potiri velint eo augmento maioratus. 617. num. 8

Succeſſor iu maioratu an cogi poſſit ſumere agnomen & arma inſtitutoris, quando id inſtitutor non præcepit. 615. numero 8

Succeſſores in maioratu vnde ortum habuit, vt agnomen & arma inſtitutoris accipiant, & vt ad id aſtringi conſueuerint. Succeſſores vero in varijs regnis arma ſeu inſignia ſingulares ſolent accipere, non vero agnomina regum, quibus ſuccedunt. Diſputat. 615. nume. 1

Succedit alteri in re, quam ille alius bona fide cœpit poſſidere, eſto tempore, quo ita ſuccedit, dubium habeat, an ad alium pertineat, ad nullam reſtitutionem tenetur, ſed ſolum ad faciendam moralem diligentiam, an verè ac certè ad illum alium pertineat. 723. numero 6

Suffragia.

Suffragia qui ante damnum integre datum dant, non excuſantur à reſtituendo damno, eſto ſciant ſi ipſi non ſuffragantur, alios poſtea id damnum plenè ſuis ſuffragijs daturos. Qui item poſt damnum integre datum ſuis ſuffragijs augent dedecus, & infamiam iuſte reiecti, reſtituere illi tenentur id dedecoris, & infamiæ augmentum. 732. num. 3

Suffragia ferentes, aut conſentientes, poſtquam aliquid, independenter à poſterioribus ſuffragijs, irreuocabiliter eſt decretum iniuſtè, non tenentur ad damnum plenè iam per anteriores datum. Neque exequutio obligationem reſtituendi inducit in exequentes, quando ſuffragia, licet iniuſta, ius electo contulerunt. Induceret verò, quando exequutio eſſet de re mala, nihil impedientibus anterioribus ſuffragijs ac conſenſibus. 732. nume. 2

Suffragia ſua qui in capitulo renunciant, quibus impediuiſſent damnum ab alijs datum, & qui tacent, quæ ibi dicere aut proponere tenebantur, quibus damnum id impediuiſſent, reſtituere illud tenentur. 732. numero 4

Sumptus.

Sumptus litis num ad maioratus poſſeſſorem pertineant, atque ipſe de ſuis bonis teneatur eos facere. Diſput. 646. nume. 7

Surdus & mutus.

Surdus ſimul ac mutus non repellitur à ſucceſſione in maioratu iuriſdictionem ac dignitatem non habente annexam. 622. nu. 1

Surdus ſimul ac mutus, non excluditur à regno, aut à ſucceſſione in quouis alio maioratu iuriſdictionem habente. Excipitur in hoc regno, ſi collateralis ſit comparatione vltimi poſſeſſoris, & agatur de ſucceſſione in regno. 622. nume. 3

Surdus iudex eſſe non poteſt. 622. nu. 4

T

Tenuta.

Tenuta bonorum maioratus, quo ſummario remedio iniuſtus eorum bonorum tentor ſpolietur à contendente, ipſum eſſe legitimũ ſucceſſorem eius maioratus, & intra quantum tempus id remedium ei concedatur. Neque eo finito, agitur poſtea, niſi de proprietate. 637. nume. 1

Tenutam ſi quis denegat contendenti ſe eſſe legitimum maioratus ſucceſſorem, vt hic intentare aduerſus illum poſſit remedia poſſeſſoria adipiſcendę, retinendæ ac recuperandæ poſſeſſionis. 637. nu. 2

Tenutæ remedium ſummarium poſſeſſorium admixtam habet cauſam proprietatis, nec conceditur niſi ei, qui oſtenderit ſe eſſe legitimum maioratus ſucceſſorem. ibid. nume. 4

Tenutæ aduerſus idem remedium competunt idcirco exceptiones, quæ ſunt circa proprietatem, modo intra tẽpus eius remedij probentur. 637. nu. 5

Tenutæ remedium ſummarium circa bona maioratus, licet inuoluat cauſam proprietatis, à ſententia tamen circa tenutam quamuis in hoc regno admittatur ſupplicatio, ſolum habet effectum deuolutiuum: nõ vero ſuſpenſium. 637. nu. 6

Tenutæ maioratus circa cauſam teſtes examinati, an examinari iterũ debeant circa cauſam proprietatis. ibid. numero 7

Tenuta maioratus adiudicanda eſt fœminæ proximiori in gradu vltimo poſſeſſori, quando alius contendit fœminam excludi, niſi in continenti eã excludi probet. 637. nume. 10

Tenuta maioratus eſt tradenda ventri, quãdo, ſi ex eo naſcatur maſculus, excludit cæteros: cum cautione tamẽ præſtita à matre, quod, ſi maſculus non naſcetur, reſtituet fructus, præter ventris alimenta, ſucceſſori. 637. nume. 11

Tenutæ remedium ſummarium locum non habet quando immediate ſucceditur inſtitutori. Tametſi quando timerentur grauia mala, poſſet ſupremus ſenatus eodem modo procedere circa tenutam. Diſputat. 638. numero 1

Tenutam circa quid faciendum, ſi liquidari non poſſit, ad quem maioratus pertineat. 638. nu. 2

Tenuta maioratus vt adiudicetur, quale inſtrumentum oſten-

oſtendendum, & quid aliud ſucceſſionem in eo probet. ibid. nume. 3

Tenutam rei maioratus adiudicari debere ſucceſſori, non impedit, quod tertius eam teneat cum titulo, quando titulus originem non habuit ab inſtitutore, vel aliunde non conſtat titulum fuiſſe ſufficientem ad alienandum bona maioratus, aut dubium nõ eſt, an inſtitutor eam rem comprehendere intenderit in maioratu. 638. numero 4

Tenutæ remedium non habet locum, ſi poſt intentatum libellum ineptum intra ſemeſtre, computatum à puncto delatæ ſucceſſionis maioratus, intentetur poſt ſemeſtre aliud ex diuerſa cauſa: ſecus ſi ex eadem cauſa. Citatio tamen aduerſarij neceſſaria non eſt intra id ſemeſtre. 638. num. 5

Tenutæ idem remedium ſi intra eos ſex menſes ſit intentatum, & ſuperueniat tertius ad adiuuandum alterum litigantium, repelli non debet: ſecus ſi ad nouum ſuum ius proſequendum. 638. num. 6

Tenutæ vt competat idem remedium, reſtitutio in integrum non conceditur minoribus, & alijs aduerſus lapſum ſemeſtris. ibid. num. 7

Tenutæ idem remedium intentari poteſt intra ſemeſtre, eſto intentata iam fuerit via ordinaria cauſa circa poſſeſſionem, aut proprietatem in alio tribunali. ibidem. numero 8

Tenutæ circa remedium poſt legem decem latam, num concedenda ſit minori reſtitutio in integrum aduerſus probationem omiſſam intra tempus ad probandum cõceſſum. Et num in eo remedio admittenda ſit teſtium reprobatio, ſcripturarum impugnatio, petendaque ſit reſtitutio fructuum, locumque habeat condemnatio, vt reſtituantur, aut abſolutio ab eis reddendis. ibidem. num. 9

Tenutæ remedio ſummario intentato, num aliquando locum habeat remedium poſſeſſorium, quod interim nuncupatur. 638. nu. 10

Terminus.

Terminos agrorum aut limites oppidorum mouenti, quæ pœna ſtatuta ſit. 695. nu. 10

Teſtis.

Teſtes examinati circa cauſam tenutæ maioratus, an iterum examinandi poſtea ſint in cauſa proprietatis. 637. nume. 7

Torrens.

Torrentis aquam fas eſt auertere opere facto in proprio prædio, eſto per accidens inde ſequatur detrimentum aliorum. Modo tamen id non fiat ſine proprio emolumento, animo alijs nocendi. 704. nu. 29

Tributum.

Tributa & onera ad quæ teneatur maioratus poſſeſſor ratione bonorum maioratus. 646. nu. 6

Tributum vnde dictum. 661. nu. 1

Tributum cenſus duplex. Quoddam ſoluebatur ex bonis, ſeu ex patrimonio, pro illius æſtimatione. Et erat mixtum inter mere reale, & perſonale. Aliud erat tributum capitis. 661. nu. 2

Tributum annonæ quod. 661. nu. 2. a

Tributum vectigal preſſe, quid. 661. nu. 3

Tributum ſeruitij ordinarij, & extraordinarij quod in hoc regno. Soluitur pro ratione valoris patrimonij cuiuſque: neque eſt reale, ſed medium inter reale, & perſonale. Et qui exempti ſint ab illo ſoluendo. 661. numero 4.

Tributum capitis de la moneda forera, à ſeptennio in ſeptennium ſoluendum, quod in hoc regno. Et qui ab illo exempti. 661. nu. 5

Tributum aliud capitis, quod Martiniega nuncupatur, & aliud quod dicitur Marcadga, quæ. 661. numero 6

Tributum indicti quod. Et quomodo ſoluebatur. Et vnde initium ſupputandi per indictiones. Vnde item initium ſupputandi per olympias. Et quid ſuperindictum. 661. num. 7

Tributum, quod appellatur collecta, præſtãtiæ, & talliæ, Hiſpane de ramas, & Luſitane fintas, quod. Appellatur etiam ex parte imponentium, impoſitio. Hiſpane pedidos y empreſtidos. Quid item liberalis præſtatio nuncupetur. 661. nu. 8

Tributum, quod borras vocant, quod in aliquibus huius regni locis, & ad quid inſeruiat. 661. nu. 9

Tributa quæ pechos in hoc regno vocant, à quibus exempti ij ſunt, quos hidalgos vocant, quæ. Diſput. 661. numero 10

Tributi vocabulum quam late pateat, ſi ample ſumatur, ſicque vſurpari conſueuerit. 661. nu. 11

Tributum quod, munus dicatur, & à quibus muneribus ij ſint exempti, qui hidalgos in hoc regno nuncupantur. 661. num. 12

Tributa quæ angaria, & parangaria dicantur. 661. numero 13

Tributa vectigalis, gabellæ, aduanæ, portorij, quid. 662. numero 1

Tributum ex rebus, quæ mari aſportantur, decima dicitur in Luſitania, quod decima pars ſoluatur. Et alia inſuper ſoluitur in ſiſam, quam ibi vocant, hic vero alcaualam. 662. num. 3

Tributum peculiare ſoluitur ex rebus aſportatis ex India, Baſilica regione, & ex Æthiopia. Diſput. 662. numero 4

Tributa varia, quæ in hoc regno, & in alijs Hiſpaniarum ſoluuntur, tam ex rebus, quæ mari aſportantur, ac extrahuntur, quam ex alijs rebus. Diſput. 662. numero 5

Tributa confinium regnorum. 662. nu. 6

Tributa ex lanis huius regni. 662. nu. 7

Tributa varia ad portorium, ſeu pedagium attinentia. 662. nume. 8

Tributum montadgo quid. 662. nu. 9

Tributum guidagium quid. 662. nu. 10

Tributum ſalinarium quid. Et aliud piſcibus impoſitum. 662. num. 11

Tributorum vectigalium, preſſe ſumptorum, à ſolutione nullius eſt exemptus, niſi peculiariter eximatur. Hidalgos, quos in hoc regno vocant, exempti ab eorum ſolutione non ſunt. Eccleſiaſtici vero ſunt exempti, niſi dum negotiantur. 662. num. 12

Tributum alcaualæ. Vide alcauala.

Tributum quod ex acceſſu ad aliquem locum alioquin debetur, non debetur, ſi nauis neceſſitate compulſa, vi hoſtium, aut tempeſtatis, eo accedat, neque ibi merces vendat. 663. num. 15

Tributum non debetur ex libris, qui aliunde in hoc regnum inferuntur. Neque debetur alcauala ex libris. 664. nume. 8

Tributum Luſitanum impoſitionis, quid, quibuſque in locis ſoluatur. 665. num. 1

Tributa qui imponere poſſunt. 666. nu. 1

Tri-

Tributa imponens ſine legitima ad id poteſtate, quas pœnas incurrat, eſtque hodie excommunicatus de cœna Domini.666.nu.2

Tributum vt ſit iuſtum ac debeatur, imponi debet ex iuſta cauſa, & quæ talis ſit cenſenda: neque plus imponi debet, quàm cauſa exigat: eaque ceſſante, ceſſare debet, niſi adſit alia iuſta. 667. nu. 1

Tributum grauius, quam poſtulat cauſa legitima, atque adeo iniuſtum, ſi imponat princeps, aut concedant procuratores, & peccant contra iuſtitiam, & reſtituere tenentur populo incrementum. 667. nu.2

Tributum ſi ad defenſionē concedatur, & princeps ſua negligentia nō defendat, reſtituere tenetur ſubditis damna inde ſequuta. 667.nu.3

Tributa quouſque populus principi præſtare debeat, ſiue abſque ſua culpa, ſiue ſua præterita culpa, eis indigeat. Et ad quæ princeps ſubditis teneatur, & cum quanto reſtituendi onere.667. nu.4

Tributa noua exigendi princeps qui ſe periculo exponit inordinatis largitionibus ac ſumptibus, contra iuſtitiam aduerſus ſubditos grauiſſime peccat. Diſp.667. numero 5

Tributum ſi impoſitum ſit in perpetuum quaſi in pactū, non ceſſat, ceſſante cauſa ob quam fuit impoſitum. Et quando æquitas eſſet, vt minueretur: aut certe incrementum aſſeruari deberet in reipublicæ bonum. 667. numero 6

Tributa quæ mercatores ſoluunt ex mercibus, non tam ipſi, quam emptores mercium ex ipſis ſoluunt. 667. numero 7

Tributum ſi princeps accipit pro aliquo, quod concedit, aut remittit, ſi non ſtet conceſſis, aut remiſſis, reſtituere tenetur, quod in tributum loco eius accipit.667. numero 7. c

Tributum vt iuſtum ſit ac debeatur, quæ forma, & quæ proportionalis æqualitas ſeruanda. 668.nu. 1

Tributum ſeruitij huius regni, & alia, colligendi modus ſiſa impoſita, cur damnandus nō videatur. Etiam quo ad exteros.668.nu.2

Tributum vectigalis, aut quaſi vectigalis alcaualæ, ſolum ex rebus, quæ negotiationis cauſa aſportantur, extrahuntur, ac venduntur, ſolui deberet, ſi ſufficienter illo ita ſoluto, ſubueniretur bono communi.669. numero 1

Tributum idem licite imponi poteſt, vt ex alijs etiam rebus ſoluatur, quando aliter non ſufficienter ſubuenitur bono communi.669.nu.2. Et cur iniquum non ſit, exteros etiam illud ſoluere. ibid.num.3

Tributum vt licite ab aliquo exigatur, neceſſe eſt, vt is exemptus non ſit ab eo ſoluendo.670.nu.1

Tributorum à ſolutione exempti ſunt Eccleſiæ & Eccleſiaſtici, etiam quoad bona ipſorum patrimonilia. 670.nume.2

Tributa Eccleſijs & Eccleſiaſticis imponentes, ab eis exigentes, ac recipientes, aut ad id cooperantes, quas pœnas incurrant.670.nu.3

Tributa vt eis imponi non poſſint, quid Eccleſiarum & Eccelcſiaſticorum nomine, intelligatur.671.nu. 1

Tributa ſoluere non tenetur religioſus nouitius de ſuis bonis patrimonialibus.671.nu.2

Tributa multo magis non debent noſtri religioſi, qui, per actis duobus probationis annis, vota emiſerunt, de bonis quorum dominium ante profeſſionem aliquando retinent.671.nu.3

Tributum non debent de bonis ſuis patrimonialibus, qui beneficium obtinent Eccleſiaſticum, etiamſi ſacros ordines non habeant.671.nu.4

Tributa ſoluunt in Hiſpanijs initiati omnes minoribus ſolis ordinibus, qui beneficium non habet Eccleſiaſticum.671.nu. 5

Tributa quibus in euentibus licite ex Eccleſiaſticis accipiantur.672.nu.1

Tributo ſi affecta onere mero reali ipſius rei, res aliqua in Eccleſiam, aut in Eccleſiaſticum pertranſeat, ſolui ex illa adhuc debet tributum.672.nu.3

Tributa quæ ſoluere non teneantur Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici, eſto ſint in commune bonum ipſis cum laicis: & ad quæ contribuere teneantur.672.nu.4

Tributum, ſeu contributionem, præſtare poſſunt Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici ex rationabili cauſa, rempublicā ſecularem adiuuando. Conſenſus tamen ad id requiritur Summi Pontificis: niſi eſſet periculum in mora: nam tunc ſufficeret conſenſus Epiſcopi, & cleri. Et quando ſub culpa lethali ſubuenire eo modo teneantur.672.nume.5

Tributa vt Eccleſiaſtici ſoluant, inualida eſt quæcunque conſuetudo.672.nu.5.c

Tributorum à ſolutione eximi aliqui rationabili ex cauſa poßunt, etiam quoad ſuam poſteritatem. Sine rationabili vero cauſa eximi à principe non poßunt. Nullus autem exemptus cenſetur, niſi probetur. Diſp673. numero 1

Tributorum à ſolutione exemptio licet vendi licite aliquando poſſit, & iura tributorum, grauarique cenſibus poſſint; raro tamen & ex vrgente cauſa id fieri debet. 673.nume. 2

Tributum quouſque licite imponitur bello deuictis.674. numero 1

Tributa iuſta licite imponunt, aut augent, principes ſuis ſuis ſubditis, neque id prohibetur Bulla cœnæ Domini.674.nu.2

Tributa iuſte impoſita, ſi non ſoluantur, peccatum eſt ex ſuo genere lethale, cum reſtituendi onere. Pœna tamen incurſæ non debētur ante latam ſententiam.674. numero 3

Tributa ſi ſint iniuſta, peccant exigentes, cum reſtituendi onere.674.nume.4. Et excommunicationem cœnæ Domini incurrunt. Et quouſque liceat ea denegare.ibid.nu.5

Tributa vetera quouſque cenſenda iuſta, in eiſque locum habeat præſcriptio ex parte principis.674.nu.6

Tributa noua, de quorum iuſtitia non conſtat illicite petuntur & cum reſtituendi onere, & quouſque denegari poſſint. Et quid de exactoribus loco principis.674. numero 7

Tributorum ad praxin, confeſſionum præſertim multa de tributis dicuntur.674.nu.8

Tributis, quæ Regi ſoluere quis tenetur, ſi licite poſſit facere compenſationem, poteſt illam etiam facere, eſto Rex locata tributa alteri habeat. Secus in tributis alteri venditis, aut alio titulo rite alienatis. 674. num.10

Tributum quando Rex ex iuſta ſuperueniente cauſa licite exactius & auctius exigit, non poſſunt idem efficere qui idem tributum aliquorum oppidorum rite acquiſitum antea habebant.674.nu.11

Tributum ſi quod licite mercatores interdum ex mercibus defraudent, curandum eſt à confeſſarijs, ne illud iterum

iterum recipiant ab emptoribus earum mercium in pretio.674.num.12

Tributi circa ſolutionem ſi facta fuit conuentio cum publicano, quando non conſtat eſſe omnino iniuſtum, ſoluendum illi eſt in foro conſcientiæ, quod cum illo fuerit conuentum.674.nu.13

Tributum ſi aliquis iniuſte ex aliquibus mercibus non ſoluit, non tenetur illud ſoluere is, in quem merces titulo emptionis, aut alio tranſierunt: neque in foro exteriori poteſt fieri exequutio aduerſus eum, niſi facta prius in bonis eius, qui illud defraudauit. 675.num.1

Tributum alcaualæ ex rebus mobilibus venditis vbi ſoluendum, & cui ſoluendum ſit, aut non ſit. 676. numero 2.

Tributum non debet exemptus ab illo, qui per non exemptum aliquid vendit, aſportat, aut extrahit. Illud vero debet non exemptus, qui per exemptum illa exercet.677.nu.2

Tributorum exactores, & ad id cuſtodes ſi munus ſuum debite non exequantur, ad quam reſtitutionem teneantur.679.nu.3

Tutor.

Tutor autoritatem poteſt præſtare minori incommodum ipſiuſmet tutoris, quando directe autoritatem præſtat ad minoris commodum, & indirecte ac per reſultantiã ad ſuum.626.c

V

Vectigal.

Vectigal preſſe quid. 661.numero 3

Vectigal gabella, aduana, *& portorium quid. Diſputat.662.nume.1*

Vectigal quantum iure communi ſoluebatur, & ex quibus rebus non ſoluebatur.662.nu.2

Vectigal ex rebus, quæ mari aſportantur, decima dicitur in Luſitania, quod decima pars ſoluatur. Et alia decima inſuper ſoluatur in ſiſam, quam ibi vocant, hic alcaualam.662.nu.3

Vectigal peculiare ſoluitur ex rebus aſportatis ex India, Braſilica regione, & ex Aethyopia. 662. nume.4.

Vectigalia varia, quæ in hoc regno, & in alijs Hiſpaniarum ſoluuntur, tam ex rebus, quæ mari aſportantur, ac extrahuntur, quam ex alijs rebus.662.nu.5

Vectigalia confinium regnorum.662.nu.6

Vectigalia ex lanis huius regni.662.nu.7

Vectigalia varia ad portorium, ſeu pedagium attinentia. 662.nu.8

Vectigalium preſſe ſumptorum à ſolutione nullus eſt exẽptus, niſi peculiariter eximatur. Hidalgos, *quos in hoc regno vocant, ab eorum ſolutione non ſunt exempti. Eccleſiaſtici vero exempti ſunt, niſi dum negotiantur.662.nu.12*

Vectigalia, quæ ex acceſſu ad aliquem locum alioquin debentur, non debentur ſi nauis neceſſitate compulſa, vi hoſtium, aut tempeſtatis, eo accedat, neque ibi merces vendat.663.num.15

Vectigal, aut quaſi vectigal alcaualæ, ſolum ex rebus, quæ negotiationis cauſa aſportantur, extrahuntur, aut venduntur, ſolui debet, ſi ſufficienter illo ita ſoluto, ſubueniretur bono communi.669.nu.1

Vectigal, aut quaſi vectigal alcaualæ, licite imponitur, vt ex alijs etiam rebus ſoluatur, quando aliter non ſufficienter bono communi ſubuenitur. Et cur iniquum non ſit exteros etiam illud ſoluere.669.nu.2

Vendens.

Vendens in aliqua ciuitate vel oppido ſi multos defraudauit in pondere aut menſura, quomodo debeat reſtitutionem facere.745.nu.4

Venditio.

Venditio rei cum pacto in fauorem venditoris efficit illam minoris valoris quoad eam venditionem.678.numero 13.

Via.

Via, alia publica, alia priuata, & alia vicinalis. Publica via interdum ſumitur preſſe pro ea quam Græci Baſilicam, hoc eſt regiam, vocant, & Hiſpanè dicimus Camino real, *Latini prætoriam, conſularem ac militarem ea appellant. Interdum verò ſumitur late pro omni ea, cuius ſolum publicum eſt. Via priuata, quæ & agraria nuncupatur, interdum ſumitur late pro omni ea, quæ non eſt publica primo modo. Quo pacto comprehendit non ſolum iter & viam quæ ſunt ſeruitutes, ſed etiam vias alias, quarum ſolum non eſt publicum, ſed priuatum & vias quarum ſolum eſt publicum & non ſunt viæ regiæ ſeu prætoriæ. Et quæ viæ dicantur vicinales.707.nu.4*

Via publica quando impedita eſt, qui prædium iuxta eam viæ partem habet, tranſitum concedere debet per ſuum prædium, donec id impedimentum ceſſet. 708 nu.8

Via, iter, actus, ſi impedita fuerunt, aut is, qui eis erat vſurus, legitimè fuit impeditus ne eis vteretur, atque intra annum retro vſque ad punctum, quo impedimentũ cæpit, vſus eſt eis triginta diebus, per reſtitutionem in integrum conceditur ei hoc interdictum. Diſput.708. nume.10

Via vicinalis inter aliquas domus quando publica quo ad ſolum, ita vt claudi non poſſit, nec impediri alijs tranſitus: & quando priuata, vt claudi ac impediri tranſitus poſſit. Et quando ad vtrumque vicinum, & quando ad vnum tantum pertineat. Diſputat. 707. nume.19

Via, iter, & actus, vt ſeruitutes ſunt, in quo differant. 708.num.1

Viæ aut itineris, qui probat ius habere, agere poteſt confeſſoriam, vt ſibi permittatur ea reficere, eſto eo anno illis non fuerit vſus: vt vero ex hoc interdicto ei ſubueniatur, neceſſe eſt probet etiam vſum triginta diebus eo anno.708.nu.19

Viæ itinerisque refectio, qualis & quanta permittenda. 708.num.20

Viæ & itineris interdictum quibus, & aduerſus quos competat.708.num.21

Viæ publicæ quo ad vſum ſunt omnibus communes, etiam exteris: quo ad dominium vero ſunt ſupremi principis eius regionis, non recognoſcentis ſuperiorem. Idem de plateis, fluminibus publicis, & de alijs ſimilibus rebus.707.nu.5

Viæ ſeruitus ad quæ ſe extendat.708.nu.4

Viæ ſeruitus quantæ latitudinis eſſe debeat, quando aliud non fuit conuentum. Itineris aut actus latitudo, arbitris eſt definienda, quando pacto non fuit definita, nec partes conueniunt.708.nu.5

Viam, iter, aut actum, reficere volens, ſi impediatur efficere, quantum iure ſibi competit, quo interdicto ei ſubuenia-

uenia-

ueniatur; modo ſi dubium ſit, probet ſe vſum illis fuiſſe eo anno triginta diebus; & ius verum habere ad eam ſeruitutem, & modo caueat de damno infecto, ſi ex tali refectione timeatur. 708. nu. 18

Viam reficere publicam nullus prohiberi impunè poteſt. 707. nu. 21

Viam immittens per agrum alienum, ad damnum datum tenetur, & vendicatur ea agri pars. 707. nu. 22

Via, itinere, aut actu, ſi partim dominus prædij dominantis, & poſtea ſucceſſor illius vtantur triginta diebus, ſucceſſori illi competit hoc interdictum aduerſus prohibentem. 708. nu. 15

Via, itinere, aut actu, per alienum prædium, non vi, clam, nec precario, qui intra annum computatum vſque ad litem conteſtatam triginta diebus, ſaltem interpolatis, eſt vſus, quo interdicto aduerſus impedientem vlterius eadem ſeruitute vti, ſubueniatur. 708. nu. 6

Via in publica, hoc eſt, cuius ſolum eſt publicum & quæ eſt extra oppidum, ne aliquid fiat, aut mittatur, quo deterior ad vſum fiat, & vt ſi factum fuerit, redigatur ad priſtinum ſtatum, atque vt vſus earum viarum alijs non impediatur, quo interdicto ſit ſubuentum. 707. num. 16

Via, itinere, aut actu, ſi quis ſit prohibitus vti per ſe, aut per ſuum domeſticum, & poſtea continuetur vſus, cenſetur vſus vi aut clam. Si tamen dominus ignorauit prohibitionem factam ſuo, & ipſe vſum continuet, non cenſetur vti vi, aut clam. 708. nu. 13

Via, itinere, aut actu, ſatis eſt aliquem vſum eſſe triginta diebus modo explicato, per ſuum familiarem, aut quẽcunque alium nomine ipſius tranſeuntem, vt id interdictum ei competat. Emphyteuta autem, feudatarius, & vſufructuarius tranſeundo, ſibi ipſis competit id interdictum. 708. nu. 9

Via, itinere, aut actu quod precario vtantur familiares domini prædij dominãtis, aut is, cui precario ipſe ſuum prædium dominans conceſſerat, nõ impedit quo minus domino prædij dominantis competat idem interdictum etiam per eum illorum vſum, quando ipſe tanquam re ſibi debita intendebat ſe illoſque vti. 708. nu. 11

Via, itinere, aut actu, ſi quis, vel anteceſſor ipſius in prædio dominante, vſus eſt triginta diebus intra eum annum, tanquam ſeruitute debita, quod poſtea in eodem anno vtatur precario non impedit, quo minus ei competat id interdictum. Idem eſt, ſi intra eundem annum ſuccedat alius in eo prædio & vtatur comparatione illius precario, vi, aut clam. 708. nu. 12

Via, itinere, aut actu, ſi quis aliquem vti prohibuit, & poſtea ſucceſſor ſimiliter prohibeat, cõparatione neutrius competit hoc interdictum. 708. nu. 14

Via in publica quouſque prohibitum ſit facere ſcalas domibus adhærentes, quibus ad domus aſcendatur. 707. num. 17

Via in publica oppidi quouſque fieri poſſit, aut non poſſit, canalis, aut aquareolus. 707. na. 18

Via, itinere, aut actu, qui ita triginta diebus eſt vſus, vt ei concedatur prædictum interdictum, neceſſe eſt vt fuerit vſus cum credulitate, quod ſeruitutem, quam intendit, haberet. Atque ſi interrogatus, veriſimilem rationem reddat, quod id crediderit, tuendus ſine alia probatione eſt in eo interdicto, adhibito ei iuramento, quod cum ea credulitate fuerit vſus, ſi pars aduerſa id petat. Si vero veriſimile ſit non cum ea credulitate fuiſſe vſum, denegandum ei eſt id interdictum. 708. nu. 7

Vias circa publicas quid ædilibus eſſet iniunctum vt curarent. Et quatenus ſeruari ac curari debeat. 707. nume. 20

Violentia.

Violentia non tam late patet, quam vis, & vtrumque quid ſit. 682. nu. 2

Vis.

Vis publica & priuata quid, & in quo differant. Et quot modis vis publica fiat. 682. nu. 3

Vis, quo ad interdictum quod vi, aut clam, quam late ſumatur. Et quam latè ſumatur in eo clam aliquid efficere. 706. nu. 4

Vis, furtum aut rapina in curia regia aut in regio caſtro morte plectitur, & vt mitigata ſit lex ea. 695. nu. 18

Vis latius patet, quam violentia, & vtrumque quid ſit. 682. num. 2

Vis aut furtum circa animalia, aut alia ad culturam attinentia, vt puniatur. 695. nu. 19

Vis publicæ crimen incurrit, & in quas pęnas incidat qui fęminam rapuerit, eſto ſine armis id efficiat. 682. numero 10.

Vis publicæ crimen ac pęnam incurrit, qui per vim coierit cum puero, aut fęmina, eſto ſine armis id efficiat. 682. nume. 9.

Vis publicæ crimen incurrens reſarcire tenetur omnia damna data, & quas pęnas incurrat. 682. nu. 11

Vis publicæ crimen incurrit qui terrendo teſtes, aut iudicem, vel aliter perturbando nimis iudicium, ſentẽtiam obtinet, eſto ſine armis id efficiat. 682. nu. 8

Vis publicæ crimen incurrit, qui curam habens recipiendi reditus regios, per ſe vel per alium, plus, aut noua tributa exigit, eſto ſine armis id efficiat. 682. nu. 7

Vim in aliquibus euentibus in Luſitania inferens, quibus pęnis afficiatur. 682. nu. 4

Vim priuatam inferens reſarcire tenetur omnia damna & quas pęnas incurrat. Et regulariter hodie punitur pęna arbitraria. 682. nu. 14

Vim publicam aut priuatam, ſi mancipium inferat, quibus pœnis ſubiaceat, tam ipſe, quam dominus eius, ſi dominus ſciens, aut ratum poſtea habens, mancipium vim intulit. 682. nu. 15

Vi ſi adminiſtratores eccleſiæ aliquod vſurpent nomine eccleſiæ, eccleſia in nullam prædictarum pœnarum incidit: ſed adminiſtratores ipſi de ſuo illas ſoluere tenẽtur, etiam de reditibus ad ipſos tenentibus, alioqui luũt in corpore. 682. nu. 29

Vi ſi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, deijciatur ex eo, deijciens non incidit in pœnam l. ſi quis in tãtam, ſed punitur pœna arbitraria, & cogitur rem reddere cum fructibus ac reſarcire damna. Idem de ventre miſſo in poſſeſſionem. 682. nu. 21

Vi ſi commodans rem commodatam accipiat à commodatario, locans à conductore, aut deponens à depoſitario, non incidunt in pœnam l. ſi quis in tantam, ſed puniuntur pœna arbitraria, & coguntur reddere rem cum fructibus ac reſarcire damna, ſi finitus nõ erat contractus. 682. num. 20

Vi ſi creditor aliquid vſurpet à debitore tanquam ſibi debitum, aut in ſecuritatem vel in recompenſationem ſui debiti, quas pœnas iuxta l. ſi quis in tantam, incurrat, & quantum in hoc regno extendatur. Poteſt etiam agere criminaliter de vi publica aut priuata, ſed locũ tunc non habebit actio ad pœnam ex l. ſi quis in tantam. 682. nu. 24

Vi ita eijciens a poſſeſſione, etiam ſi miles, ruſticus vel prodigus ſit, in eas pœnas incurrit. Secus carens vſu rationis. Impubes eas non incurrit: Minor vero impubes eas incurrit, ſed ex quacunque cauſa reſtituitur. Neque parens intrans res filij, neque patronus intrans res liberti, eas incurrit. Tutor vero aut curator, occupantes ita poſſeſſionem nomine minorum, eas pęnas incurrunt, ſoluendas de ſuo, nec reſtituuntur. 682.nu.18

Vi ſi proprietarius, aut alius tertius eijciat vſufructuariũ, emphyteutam, vaſallum &c. à re vſufructuaria aut feudali, in quas pœnas incurrat. 682.nu.27

Vi ſi communitas ſecularis aliquid vſurpet nomine ciuitatis aut alterius communitatis, vel mandet id fieri, vel ratum illud habeat, in pęnas incidit ipſa communitas de bonis communitatis ſoluendas. Secus ſi vnus illorũ auctoritate propria communitatis nomine id vi vſurpet. 682.nu.30

Vi auctoritate propria occupans poſſeſſionem rei, in quo alius erat, illam reſtituit cum fructibus, & damnis & quas pęnas legis inſuper incurrat. 682.nu.16

Vi ſe eiectum ex aliqua re in iudicio conquerens, cognoſci ante omnia de vi debet, eaque comperta, reſtituendus eſt ante omnia in poſſeſſionem, eſto eijciens aut quidam tertius in continenti probare velint, rem ad ſe pertinere. 682.nu.31

Vi expellens aliquem à iuriſdictione, quas pęnas incurrat. 682.nu.28

Votum.

Vota realia defuncti implere tenentur hæredes de bonis hæreditarijs, vt & alia bona defuncti; non vero de bonis vinculatis, quibus defunctus eorum poſſeſſor imponere non potuit id onus. Atque implere illa tenentur ſaluis integris legitimis ipſis in eis bonis debitis. 626. nume.9.

Vſusfructus.

Vſusfructus ad patrem in bonis filijfamilias attinens, eſto is filius de tertio ſuorum bonorum vltima voluntate inſtituat maioratũ, ac moriatur, perſeuerat is vſusfructus apud patrem toto tempore vitæ ſuæ. 603. nu.2

Vſufructu finito, qui fructus rei vſufructuariæ pertineant ad proprietarium & qui ad vſufructuarium hæredeſue ipſius. 635. nu.2

Vxor.

Vxor ſine viri facultate inſtituere poteſt maioratum ac meliorationem vltima voluntate; quæ non ſit donatio cauſa mortis. Donatione vero cauſa mortis aut contractu inter viuos, inſtituere valide non poteſt maioratum nec meliorationem, niſi ex facultate viri aut iudicis, viro abſente, aut irrationabiliter facultatem non concedente. 601.nu.2

F I N I S.

Vni & ſoli Deo honor & gloria.

er.
ſit, in-
Im
ir

LVDOVICI MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
DE IVSTITIA ET IVRE
TOMI TERTII
PARS PRIOR.

DE MAIORATIBVS
Bonorumve externorum vinculo.

DISPVTATIO 576. A
De varijs in Hiſpanijs bonorum vinculis.

SVMMARIVM.

1 *Ordo ad præcedentia.*
2 *Varia Rerumpublicarum regimina. Et varia in Hiſpanijs ſucceſſio Regum tempore Gothorum, & à tempore Pelagij.*
3 *Reges electione in Hiſpanijs tempore Gothorum creabantur.*
4 *A tempore Pelagij ſuccedunt via generationis, & cur id ſancitum ſit.*
5 *Quis ordo præſcriptus ab eo tempore ſit in Hiſpanijs ſuccedendi in Regno, & cum quanta repræſentatione.*
6 *Regni Caſtellæ inſignia quæ, quando cœperunt, auctaq; fuere.*
7 *Caſtellæ regnum primogenij ac maioratus rationem habet. Eſt caput cæterorum maioratuum. Atque conſtituta circa illud, locum ſimiliter habent in alijs maioratibus, quando aliud ab inſtitutoribus non reperitur expreſſum.*
8 *Reges quouſque de bonis coronæ regni donare poſſint, eaque alienare. Et qui maioratus de bonis coronæ regni ſint propriè cenſendi inſtituti.* C
9 *Maioratus propriè de bonis coronæ regni inſtituti, à Rege creantur. Et cenſentur creati inſtar maioratus regni, niſi aliud exprimatur. Vt expreſſum eſt quo ad bona ab Henrico II. donata.*
10 *Donata in Luſitania à Regibus de corona Regni, legi mentali valde arctæ ſubijciuntur, & quid ea lex contineat, & quando ſubiecta ei legi non ſint.*
11 *Maioratus qui à priuatis de ipſorum bonis conſtituantur. Et quando ad eos inſtituendos Regis facultate non indigeant. Et quos vocare debeant, ſi deſcendentes habeant, &, vltra quintum, de tertio illos inſtituant.*
12 *Maioratus, etiam de parte legitimæ aſcendentibus, aut deſcendentibus debitæ, inſtitui non conſentientibus illis, ex regia facultate poteſt.*
13 *In maioratibus de bonis inſtitutoris creatis, ij ſuccedunt, quos inſtitutor vocat, & eo ordine, quo eos vocat. Et quos, & quo ordine vocare teneatur, ſi de tertio deſcendentibus debito, illos inſtituat: quando autem aliud non diſpoſuit, ordine ſuccceditur circa* B *ſucceſſionem in regno præſcripto.*
14 *Qui maioratus* patronazgos *aliquibus in locis nuncupentur.*
15 *Inſtitutio quando cenſenda ſit maioratus, & quando capella, vt tota iuriſdictio circa illam ad poteſtates eccleſiaſticas pertineat, vt in Luſitania ſit definitum.*

DISPVTATIONE tertia, huius tractatus ſecundi de iuſtitia, diſtinximus dominium iuriſdictionis à dominio proprietatis, & quid vtrunque eſſet explanauimus. A diſputatione verò 12. de dominio iuriſdictionis diſſeruimus, illud diuidentes in dominium iuriſdictionis ſpiritualis, & in dominium iuriſdictionis temporalis: atque de vtriuſque origine, partibus, ac qualitatibus diximus. A diſputatione autem 32. vſque ad hanc, duobus tomis de iuſtitia præcedentibus, varios titulos explicauimus, quibus iura ac dominia (maximè proprietatis) acquiruntur, & amittuntur. Nunc verò (interim dominium iuriſdictionis ſpiritualis relinquentes, de quo plura dicere, non ad rem

rem hanc de iuſtitia, tametſi tractatu 5. aliquid obiter dicemus, ſed ad tractationes de fide, religione, ac ſacramentis, dicere ſpectat) de vinculis, quibus dominia iuriſdictionis temporalis, & dominia proprietatis, in Hiſpanijs afficiuntur, vt vnita ac indiuiſa maneant, certoque ordine ad eos ſolos deriuentur, qui ex prima inſtitutione, eorumve vinculo, ad illa vocantur, eſt dicendum.

2 Diſputatione 23. tres ſpecies ſupremi dominij iuriſdictionis temporalis, cum communi doctorum ſententia, diſtinximus; præſtantiſſimumque eſſe oſtendimus Monarchiam, hoc eſt, vnius principatum, ſeu regnum. Diximus præterea, quemadmodum ſpecies alias ſupremi dominij iuriſdictionis temporalis, ſic etiam regnum poſſe variè conſtitui; tum quoad maiorem, vel minorem, Regis in rempublicam, & in partes illius poteſtatem; tum etiam quoad ſucceſſionem, vt, mortuo vno, alius eligatur, aut vt generatione ex primo Rege ceteri ſuccedant, vel ſoli maſculi, vel etiam fœminæ, in defectum maſculorum, prout fuerit conſtitutum. Et quidem in Hiſpanijs conſtat, aliter ſucceſſiſſe Reges tempore Gothorum ante Hiſpaniarum deuaſtationem ſub Roderico; & aliter à tempore Pelagij in Legione, & Caſtella: inſtar cuius principatus videtur fuiſſe ſucceſſio in cæteris, poſt Pelagium Hiſpaniarum regnis, Aragoniæ videlicet, Nauarræ, & Luſitaniæ. quæ omnia temporis progreſſu tandem coronæ Legionis & Caſtellę reunita ſunt, accedente his noſtris temporibus nouiſſimo omnium Luſitaniæ regno, morte Henrici, cui Philippus ſecundus Rex noſter Catholicus ac potentiſſimus, ſucceſſit.

3 Vt, tum ex chronicis, tum præcipuè ex varijs Concilijs Toletanis, & antiquiſſimis Hiſpaniarum legibus conſtat, Gothorum tempore ante Hiſpaniarum vaſtationem Reges Hiſpaniarum electione primatum gentis Gothorum, ac Epiſcoporum, creabantur. In quarto enim Toletano Concilio ſub Iſidoro canone vltimo ſic ſcriptum legimus. *Nullus apud nos ſub præſumptione regnum arripiat, nullus excitet mutuas ſeditiones ciuium, nemo meditetur interitus Regum: ſed, defuncto in pace principe, primates totius gentis, cum ſacerdotibus, ſucceſſorem regni conſilio communi conſtituant, vt dum vnitatis concordia à nobis retinetur, nullum patriæ, gentiſq; diſſidium, per vim, atque ambitum moliatur.* Et in quinto Toletano Concilio ſub Eugenio Can. 3. ſic habatur. *Quoniam ſunt inconſideratæ quorundam mentes, & ſe minimè capientes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, qui paßim, licenterq; putant, ad regalis maieſtatis peruenire faſtigia; huius rei cauſa noſtra omnium, cum inuocatione diuina, profertur ſententia, vt ſi quis talia meditatus fuerit; quem nec electio omnium præfecit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, ſit conſortio Catholicorum priuatus.* Et in Concilio ſexto, ſub Salua Narbonenſi Epiſcopo Can. 17. & 18. repetitis canonibus proximè relatis, ſic ſubiungitur. *Rege vero defuncto, nullus tyrannica præſumptione regnum aſſumat, nullus ſub religionis habitu detonſus, aut turpiter decaluatus, aut ſeruilem originem trahens, vel extraneæ gentis homo, niſi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni.* In electione etiam Eruigij Regis, de qua in initio duodecim Toletani Concilij eſt ſermo, perſpicuè etiam conſtat, Reges ſolere tunc eligi procerum & Epiſcoporum ſuffragijs. Idem (referente Molina lib. 1. de primogenijs, c. 2. num. 11. iuncta annotatione prima, quam in eum locum in calce totius operis addit) conſtat ex antiquiſſimo Hiſpaniarum libro, qui Forus iuzgo appellabatur, in cuius proœmio, l. 1. ſic habetur. *En eſta ley dizen, como deuen ſer eſteydos los Principes, y que las coſas, que ellos ganan, deuen fincar à el Reyno.* Et l. 2. habetur. *Doncas eſt ablecemos, que de aqui adelante los Reyes deuen ſer eſteydos en la ciudad real.* (Hoc eſt, Toleti, vbi ſedes regia tempore Gothorum erat) *o en aquel lugar donde murio el otro Rey, con conſejo de los Obiſpos, y de los ricos omes de la corte, y del pueblo, y no deue ſer eſteydo de fuera de la ciudad, ni de conſejo de pocos, ni de villanos del pueblo.* Et aliquibus interiectis, additur. *Mas las coſas, que ellos ganaren, no las deuen auer ninguno de ſus fijos, ſino como mãdare el Rey. Y las coſas que fincaren por ordenar, deuenlas auer ſus ſucceſſores. Y las coſas, que eran ſuyas proprias, y que ganaron antes que fueſſen Reyes, deuen auerlas ſus hijos o herederos.* Idem conſtat ex l. 4. & ſequentibus in eodem proœmio. Hic verò ſuccedendi in regno modus ortum habuiſſe videtur à conſuetudine inter Gothos, qui Hiſpanias bello occuparunt, ſibi deligendi ſupremum ipſorum ducem, defuncto antecedente. Summiſſo verò collo Eccleſiæ, Epiſcoporum ſuffragia, vnà cum procerum laicorum ſuffragijs, ad Regis electionem admiſerunt.

Poſtea verò, occupatis à Saracenis totis ferè Hiſpanijs, tempore Pelagij, qui collectis in Aſturijs reliquijs Chriſtianorum, tanquam illorum omnium Princeps ac Rex, bella gerere aduerſus Saracenos, recuperareq; Hiſpanias cœpit, ceſſauit Regum ſucceſſio electione, viaque generationis ex eodem Pelagio, modo ſtatim explicando, ſuccedere cęperunt. Suſpicor, Hiſpanos eum modum ſucceſſionis Regum communi conſenſu delegiſſe, ac ſtatuiſſe tunc, abrogato illo alio priori. Tum propter incommoda maxima, quæ ex illo alio illuc vſque fuerant experti, quorum mentio fit in Concilijs Toletanis citatis; parandi videlicet mortem Regibus iam electis, vt poſteriores alij de republica in illorum locum ſuccederent; ambitus, factionum, & ſeditionum in nouo Rege creando; pernicioſi valde odij inter Regem nouum electum, eoſque, qui illius electioni, vel non fauiſſent, vel etiam aduerſarij fuiſſent; & ſimilium malorum, quæ Regum ſucceſſio per electionẽ ſecum afferre ſolet. Tum etiam, vt pauci Hiſpani, qui ſub Pelagio Principe reſidui erant, ea ratione vnanimes eſſent, magiſque inter ſe vniti, ad Saracenis reſiſtendum, belloque Hiſpanias recuperãdum. Tum denique, quoniam ſucceſſio Regum via generationis, vt longè minora mala ſecum afferre ſolet, multoque conſonantior rationi eſt, quàm ſucceſſio per electionem; ita longè frequentior eſt in toto orbe, eſſeque proinde potiùs debuit in Hiſpanijs, quam illa alia per electionem: ſatiſque cum vltima hac ratione conſentiunt, quæ l. 5. & quinque ſequentibus, tit. 1. & l. 2. tit. 15. par. 2. de Rege, illiuſque ſucceſſione, traduntur. 4

Lex 2. proximè citata, titu. 15. par. 2. explicans, quo ordine iure maioratus, ſeu primogenituræ, Regum, tum in alijs orbis partibus, in quibus, non electione, ſed generatione in eo ſucceditur, tum præcipuè in Hiſpanijs deferatur, ſic habet. *Maioria en nacer primero, es muy grande ſennal de amor, que mueſtra Dios à los hijos de los Reyes, aquellos que el le da entre los otros ſus hermanos, que nacen deſpues del. Ca a quel a quien eſta honrra quiere fazer, bien da a entender, que lo adelanta, e lo pone ſobre los otros, porque le deuen obedecer, e guardar, aſſi como à padre, e a ſennor.* Et infra. *Los omes ſabios, e entendidos, catando el pro comunal de todos, e conociendo, que particion non ſe podia fazer en los Reynos, que deſtruydos non fueſen, ſegun nueſtro Sennor Ieſu Chriſto dixo, que todo Reyno partido ſeria eſtragado, tuuieron por derecho, que el ſennorio del Reyno, no lo ouieſſe ſino el fijo mayor, deſpues de la muerte de ſu padre. Y eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo, do quier que el ſennorio ouieron por linage, e mayormente en Eſpanna. E por eſcuſar muchos males, que acaecieron, e podrian aun ſer fechos, puſieron, que el ſennorio del Reyno heredaſen ſiempre aquellos,* 5

aquellos, que viniеſſen por linea derecha. E por ende eſtablecieron, que ſi hijo varon no ouieſſe, la hija mayor heredaſſe el Reyno. E a vn mandaron, que ſi el hijo mayor murieſſe, ſi dexaſſe hijo, o hija, que ouieſſe de ſu muger legitima, que aquel, o aquella lo ouieſſe, e non otro ninguno. Pero ſi todos eſtos fallecieſſen, deue heredar el Reyno el mas propinquo pariente que ouieſſe, ſiendo ome para ello, non auiendo fecho coſa, porque lo deuieſſe perder, &c. Vbi vides, ſucceſſionem in regno, iuxta eam legem, conſuetudinemq; Hiſpaniarum, eſſe per lineam deſcendentem ab vltimo poſſeſſore, ita vt maſculus præferatur fœminis, & ſemper primogenitus maſculus legitimus, præferatur cæteris poſteriùs natis, & ſic ordine quodam. Vnde, quia id, in quo ita ſucceditur, debetur primogenito, appellatum eſt primogenium, & quia debetur maiori natu, corrupto vocabulo, Hiſpane eſt appellatum *mayorazgo, à maioria en nacer*, de qua ſermo eſt in principio legis 2. in verbis proximè relatis. In defectu verò maſculorum deſcẽdentium, ſuccedunt fœminæ, ordine etiam natiuitatis. Item vides, in ea linea, mortuo filio maiori natu, relicta ſobole legitima, etiam fœminea, admitti repræſentationem, eiuſmodique nepotem maiorem natu, & neptem in defectum nepotum, preferri patruo, filio vltimi poſſeſſoris, etiãſi is coniunctior ſit vltimo poſſeſſori, & maior natu, quàm talis nepos, aut neptis. Vides prætereà, in defectum omnium deſcendentium legitimorum, ſuccedere conſanguineum legitimum in linea tranſuerſali, propinquiorem vltimo poſſeſſori. Id quod dilucidius adhuc habetur, l. 9. tit. 1. par. 2. illis verbis, *que ſon mas propinquos parientes a los Reyes, a el tiempo de ſu falleſcimiento*, vt ibidem Greg. Lopez notat. Quod intelligendum eſt, in quocunque gradu in infinitum is illi ſit coniunctus, etiam vltra decimum, vt ex dicendis liquebit. Hæc verò omnia latè proſequitur Molina lib. 1. de primog. cap. 3. à num. 6.

Ioannes Lupus de obtentione regni Nauarræ, §. 9. par. 6. & in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. num. 26. ex Luca Tudenſi in ſuo Chronico, dum de Pelagio illi eſt ſermo, refert Pelagij tempore conditam fuiſſe legem, vt regnum deuolueretur per lineam deſcendentem, maſculos præferẽdo fœminis, ita vt, in defectum maſculorum, fœminæ ſuccederent. Molina verò lib. 1. de primogen. cap. 2. num. 13. ait, ſe duos codices antiquiſſimos eius authoris euoluiſſe, nihilque tale apud illum reperiſſe. Poſteà verò annotatione 2. in calce operis, ait, Couarruuiam ſibi oſtendiſſe alium codicem, in quo ita habebatur, vt Ioan. Lupus refert. Poſtremò etiam Gothi eius legibus ſe aſtrinxere, pro lege perpetua ſtatuentes, vt Regis ipſorum filius primogenitus, vel maior, ſi deeſſet primus, ſi pater fuerit Catholicus, cuiuſcunque, etiam minimæ, ſit ætatis, ſubſtituatur in regnum. Si autem deſit filius maſculus, filia eius, ordine prędicto, aſſumatur in dominam: & illa, magnatorum Gothorum prouidẽtia, de nobilibus Gothis accipiat virum, de quo regalis poſteritas conſeruetur. Quamuis autem ibi nulla de repræſentatione fiat mentio, imò eam excludi autumet Molina annotatione 2. citata; veriſimiliùs tamen credo, in ea Hiſtoria, non integram legem referri, ſed partem ſolam præcipuam, legemque totam relatam, quoad ſubſtantiã, fuiſſe latam tempore Pelagij. Lex quippe ſecunda relata, quæ in Partitis anno 1251. editis, continetur, cum ait. *Y eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo, do quier que el ſennorio ouieron por linage, e maiormente en Eſpanna*, (quod intelligi nequit, ante tempora Pelagij, ſed ab illius tempore) apertè innuit, ſucceſſionem in regno per lineam deſcendentem, præferendo ſemper maſculum maiorem natu, longè iam anteà, inſtar cæterarum ferè nationum, ſancitam fuiſſe in Hiſpanijs, longa, per-

A petuaq; conſuetudine, ita vſq; ad illa tempora fuiſſe ſeruatam, neque ibi condi nouum ius. Imò, cùm addatur. *E por eſcuſar muchos males, &c.* apertè etiam innuit, ſequentem partem eiuſdem ſanctionis, vt ſcilicet fœminæ deſcendentes ſuccedant in defectum maſculorum, & vt ſit repræſentatio modo explicato, deficientibusque omnino deſcendentibus legitimis, fiat tranſitus ad propinquiorem vltimò poſſeſſori in linea tranſuerſali, ab eodem antiquo tempore ſimul fuiſſe latam ab eiſdem legumlatoribus, perpetuoq; vſque ad eadem tempora fuiſſe ſeruatam.

Eſt prætereà argumentum non leue, à tempore Pelagij eum ſuccedendi modum fuiſſe cœptum, relicto ſuccedendi modo per electionem, quòd (referente Molina vbi ſupra, num. 14. ex Burgenſi Epi- 6
B ſcopo in Anacephaleoſi, cap. 43. & ex Ioanne Lupo de obtentione reg. Nauar. §. 7. par. 6. in fine) Pelagius, relictis antiquis Gothorum inſignijs, leonem rubeũ in campo albo pro inſignijs aſſumpſit: quod ſignum eſt manifeſtum, nouum regni modum ex tunc incœpiſſe. Poſteà verò (vt ex eiſdem authoribus idem Molina, num. 15. ſequenti refert) Ferdinandus eius nominis primus, qui ex Santia vxore regnum Legionis obtinuit, eiſdẽ inſignijs Caſtellum aureum in campo rubeo, dexteraque leonis parte, auxit, dictusque eſt rex Caſtellæ & Legionis.

Ex his conſtat, non ſolùm Caſtellæ regnum verum eſſe primogenium, ſeu maioratum, quod ad primogenitos, maioreſve natu, modo explicato, deferatur, ſed etiam (vt Molina vbi ſupra nu. 16. & c. 3. 7
C à num. 1. cum Couar. 3. var. reſol. cap. 5. §. 4. & pleriſque alijs, quos citat, rectè ait) eſſe caput omnium primogeniorũ Caſtellæ, ad cuius normam, & iuxta cuius formã, eo ipſo, quòd nomine maioratus creata ſunt, eſto nihil aliud adijciatur, ſunt cenſenda inſtituta, quando aliud non fuit in contrarium expreſsũ: id quod cap. 3. citato ait perpetua conſuetudine ſeruatum eſſe in Hiſpanijs. Quare, ſi quæ controuerſia circa ordinem ſuccedendi in alijs maioratibus orta ſit, eò quòd ex forma creationis maioratus in particulari, de quo agitur, id non conſtet; quia vel nullum inſtrumentum inſtitutionis illius reperitur, vel quia, licèt reperiatur, nihil ea de re fuit expreſsũ; definienda eſt ex iuribus de regni ſucceſſione latis: quod multis Molina, & plurimi alij Doctores, quos
D citat, confirmant: præſertim quoniam, cùm ante leges Partitarum multi eſſent maioratus, vt Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum, quorum mentio fit, l. 11. & duabus ſequentibus, tit. 1. par. 2. nullæ aliæ leges latæ ſunt de ſucceſſione in eis primogenijs & dignitatibus, præter eas, quæ de ſucceſſione in regno fuerunt conditæ, quouſque, creſcente numero maioratuum, anno 1505. latæ circa maioratus ſunt Taurinę leges (de quibus ſermo erit) in quibus ſucceſſio inſtar ſucceſſionis in regno definita fuit, quando aliud à maioratus inſtitutore non fuit expreſſum.

Poſt regnum, ſecundum locum in Hiſpanijs habent maioratus, qui de bonis à corona regni præci- 8
E ſis ac diuiſis, inſtituti ſunt. Vt enim diſp. 25. oſtenſum eſt, & cum multis alijs, quos citat, affirmat Molina, lib. 1. de primog. cap. 3. num. 18. quamuis Rex donare in perniciem publicam non poſſit bona coronæ regni: ſi verò id efficiat, poſſint, tam ipſe, quã ſucceſſores in regno, eam reuocare: donare tamen moderatè, atque etiam remunerare obſequia & beneficia publica poteſt ac debet, & inſtituere dignitates Ducum, Marchionum, Comitum, & alias ſimiles, in publicam vtilitatem, cum reditibus ex bonis coronæ Regni eis dignitatibus annexis, vt adminiſtros competentes ad res publicas, & ad alia habeat, qui ſimul in ſplendorem, ornamentumque curiæ & reipublicæ ſint. Poteſt etiam, vrgente neceſſitate,

& poſtulante id bono cõmmuni, vendere oppida aliqua,& reditus coronæ regni. Quamuis, ſi maioratus aliqui poſtea inſtituantur ex eiuſmodi rebus emptis, aut donatis à Regibus, ab omni prorſus vinculo liberis, pertineant ad maioratus tertij generis, de quibus poſtea erit ſermo, non verò ad maioratus ſecundi generis, de quibus modò loquimur, eſto de bonis à corona regni præciſis ac deriuatis inſtituti ſint.

9 Maioratus ſecundi huius generis à Regibus inſtituuntur, ſuntque cenſendi inſtituti ad normam ſucceſſionis in regno, quando aliud non fuerit expreſſum, vel in ipſamet cuiuſque maioratus creatione, vel lege aliqua publica, peculiari aliqua de cauſa antea, aut poſteà, lata. Sic, cùm Henricus ſecundus plurima largè donaſſet in præiudiciũ huius Caſtellę regni, poſteà, vt id minus detrimenti regno afferret, in ſuo teſtamento de ita donatis in hunc modum cauit; *pero toda via, que las ayan por mayorazgo, y finquen al hijo legitimo mayor de cada vno dellos, y ſi muriere ſin hijo legitimo, que tornen ſus bienes del que aſſi muriere à la corona de los nueſtros Reynos.* Id quod poſteà Reges Catholici Ferdinãdus & Eliſabetha, & poſt illos Philippus ſecundus, tanquam legem ſeruari iuſſerunt, l. 11. tit. 7. lib. 5. nouę collect. Quarè id ſolùm habet locum in donatis ab Henrico ſecundo.

10 In Luſitania verò, cum multa eſſent donata à Regibus de bonis coronæ regni, bellorum præſertim tempore, quæ poſtea compertum fuit cedere in notabile regni detrimentum, Ioannes primus inſtar clauſulæ illius Henrici ſecundi longè antea defuncti, de conſilio ſuorum, legem quandam, longè magis arctam, mente ſua retentam, minimeve ſcripto promulgatam, exequutioni mandari præcepit circa bona coronę Regni illuc vſque à regibus donata, & in futurum donanda: quæ idcirco lex mentalis nuncupata eſt. Eam verò poſteà filius eius Eduardus ſcriptis mandari pręcepit, ac promulgari, quę habetur l. 2. Luſit. ord. tit. 17. & ſequentia continet.

11 In primis, vt donata omnia à Regibus de bonis coronæ regni, eſto donata alicui ſint, & omnibus illius deſcendẽtibus, aut hæredibus, & ſucceſſoribus, & eſto donata ſint cum clauſula, vt diuidi inter eos poſſint, cenſeantur ligata vinculo maioratus, maneantque inalienabilia ac indiuiſa omnino, & per mortem vltimi poſſeſſoris deueniant integra ad filium illius legitimum maiorem natu ex ipſo relictũ; non quidem vt feudalia, neque cum onere ſeruitij feudatariorum; attamen cum onere, vt poſſeſſores, quando à Rege fuerint vocati, teneantur illi ſeruire in bello. Quod ſi vltimus poſſeſſor mortuus fuerit, nulla relicta ſobole legitima virili, deſcendentes per lineam virilem, eſto relinquat filiam legitimam, aut ſobolem virilem ex filia, fœminæ omnes, & maſculi ex eis geniti, excluduntur à ſucceſſione in eis bonis, bonaque illa eo ipſo deuoluuntur ad regni coronam, eique reuniuntur: fœmina tamen ſuccedere poterit, ſi ei peculiariter fuerint ea bona à Rege donata, aut, contractu ea de re inito cum Rege, fuerit ad ſucceſſionem in eis bonis expreſsè vocata. Multò minus in eis bonis ſuccedit frater vltimi poſſeſſoris, niſi illa iterum donentur illi à Rege. Neque item in eis ſuccedit pater, aut auus, vltimi poſſeſſoris, niſi ex facultate Regis, à tali patre, aut auo, adhuc viuente, tranſijſſent ea bona ad vltimum poſſeſſorẽ: nam tunc regrediuntur ad vltimum aſcendentem, à quo fuerunt deriuata, & poſt mortem talis aſcendentis tranſeunt ad legitimam ſobolem ipſius virilem. A ſucceſſione etiã in eis bonis excluditur ſoboles omnis vltimi poſſeſſoris, quę fuerit ordinis ſacri, aut beneficiarius, atque vniuerſim omnis, qui de ſola Eccleſię iuriſdictione fuerit, eſto ſoboles legitima illius virilis, ac per lineam virilem ſit. Ij commendata- A rij, qui inhabiles non ſunt ad contrahendum matrimonium, perinde in eis bonis, tam ipſi, quàm ſoboles ipſorum, ſuccedunt, atque ſi commẽdatarij non eſſent. Si verò inhabiles ſint ad matrimonium contrahendum, vt ſunt commendatarij ordinis Diui Ioannis, licèt ſuccedere poſſint, reque ipſa ſuccedant, ſi legitimi filij maiores natu vltimi poſſeſſoris ſint, neque vltimus poſseſsor aliud à Rege obtinuerit; defunctis tamen eiuſmodi commendatarijs, ea bona ſtatim ad regiam coronam deuoluuntur: eò quòd habere non poſſint ſobolem legitimam. Vltimus tamen poſseſsor eorum bonorum, parens eiuſmodi commendatarij maioris natu, obtinere à Rege, dum viuit, poterit, vt non is ſuccedat, ſed proximior filius legitimus poſt eum commendatarium, B & tunc hic alius filius, & poſt eum, ſoboles ipſius legitima virilis, ac per lineam virilem, quæ maior natu fuerit, ſuccedit. Hæc omnia habentur, tit. 17. citato, §. 1. 2. 3. 7. 8. 11. 12. 13. & 14.

Filius, aut nepos illegitimus comparatione vltimi poſseſsoris horum bonorum, etiamſi naturalis ſit, excluditur à ſucceſſione in eis. Itemque filius arrogatus, aut adoptatus. Filius verò legitimatus per ſubſequens matrimonium, ad ea admittitur: ſecus de quocunque legitimato quouis alio modo: hic enim, & quicunq; arrogatus, aut adoptatus, in eis bonis nõ ſuccedunt, eſto in legitimatione, aut adoptione, apponantur clauſulæ, quibus habiles fiant ad ſuccedendum in quibuſcunque bonis & maioratibus, niſi expreſsè dicatur, etiamſi ſint bonorum coronæ C Regni, fiatque ſimul derogatio eius legis mentalis. Atque in hoc euentu, ſi ſit ſoboles legitima virilis, & per lineam virilem, ſuccedere nõ poſsunt legitimati cum ea clauſula & derogatione, in præiudicium legitimæ ſobolis, etiamſi ea ſoboles legitima poſt eam legitimationẽ naſcatur. Ita habetur ibid. §. 9. & 10.

Conceditur verò, vt poſseſsor terrarum donatarum ex corona regni, qui habuerit filium legitimum maiorem natu, ad quem omnes deuenire debeant, poſſit de facultate Regis, tradere donatione ſimplici, aut ad matrimonium contrahendum, alicui filiæ, aut poſteriori filio, partem earum, quæ non excedant medietatem omnium, & dummodò nullam terram diuidat, idque, etiam non conſentiente, aut inuito filio maiori natu, ad quem omnes illæ D deuenturæ erant. Atque tunc filius, aut filia, quibus ita aliquid de eiuſmodi bonis coronæ regni fuerit traditum, poſſidet illud interim dum viuit: ſi autem moriatur non relicta ſobole virili legitima, ſtatim deuoluitur id ad coronam regni, alioquin ſuccedit ſoboles virilis legitima, etiam ex tali filia, cui id datum eſt, eo modo, quo explicatum eſt, virilem ſobolem vltimi poſseſsoris ſuccedere in eiuſmodi bonis deriuatis ex corona regni. Quando verò quis poſſidet vnicam tantum terram, donatam ex corona regni, tunc, ſi habeat filium maiorem natu, ad quem deuenire debeat, cùm terra illa diuidi nõ poſſit, vt pars illius de conſenſu Regis detur filiæ, aut poſteriori filio, non conceditur illam tradi filiæ, aut E poſteriori filio, etiam de conſenſu Regis, niſi ſimul conſentiat filius maior natu, ad quem terra illa iure maioratus deuenire debebat. Ita habetur ibid. §. 15.

Quando autem vltimus poſseſsor horum bonorum ex regia corona donatorum, habet filium, qui in eis ſuccedere debeat, non poteſt alicui, qui non fuerit filius, aut filia, donare, aut vendere eiuſmodi bona: permutare tamen illa poterit cum alijs ex regia corona donatis, præuia regia facultate; modò tamen eiuſmodi res non ſint inferiores in tertia parte valoris eis rebus, cum quibus fuerint permutatæ. Quòd ſi vltimus poſseſſor bonorum ex corona regni donatorum, legitima ſobole careat, quæ ſuccedere debeat in eis bonis, tunc nulla ratione poterit

eas

cas res cuiquam abſque Regis expreſsa facultate donare, vendere, permutare, aut quouis alio modo alienare: ſi autem id efficiat, eo ipſo ea bona ad regni coronam deuoluuntur, & emptori, aut permutanti cum illo, competit actio de euictione aduerſus eum. Habentque hæc locum, etiamſi à Rege fuiſsent donata cum facultate donatarijs, vt poſsent ea bona donare, vendere, permutare, aut de eis, tanquam de omnino proprijs, diſponere. Ita habetur vbi ſupra, §.16. Hæc verò intellige, niſi poſt legem illam mentalem aliquid cum ea facultate eſset donatum, & cum expreſsa derogatione legis mentalis: nam tunc alienari poſsent, quantum cum ea derogatione eſset permiſsum.

Quando autem Rex ipſe permutat bona aliqua coronæ regni cum aliquo, tunc quouſque bona, quæ Rex ita in permutationem tradit, aut bona, quæ accipit, ſortiantur rationem bonorum coronæ regni, ita vt in his, vel in illis, locum habeat diſpoſitio legis mentalis, & quouſque diſſolui permutatio poſſit in fauorem bonorum coronæ regni, aut non poſſit, lege tit. 17. citato, §.20.

Poſseſsor vltimus eiuſmodi bonorum, ſi ducere velit vxorem, eſto ex priori alio matrimonio ſucceſſorem in eis bonis habeat, poteſt de Regis expreſsa facultate, ſubijcere ea bona hypothecæ pro dote, quam cum vxore accipit, & pro arrhis, quas ei promittit, atque, diſſoluto matrimonio, ſi non ſint alia bona patrimonialia mariti, vnde integrè dos & arrhæ vxori, aut hæredibus vxoris ſoluãtur, quod deerit, ſoluendum erit de reditibus bonorum ita hypothecatorum, donec integrè ſoluantur. Dote verò & arrhis integrè perſolutis, bona coronæ regni pertinent ad ſobolem virilem legitimam vltimi poſseſsoris, ſi eam relinquat: alioquin ad regiam coronam deuoluuntur. Irritum verò eſt pactum, tanquã vſurarium, quòd diſſoluto matrimonio, reditus talium bonorum integri ac præcipui pertinere debeant ad vxorem, aut ad hæredes vxoris, non computandi in ſortem, quouſque dos & arrhæ illi integræ perſoluantur. Hæc habentur tit. 17. citato, §.17.

Vltimus poſseſsor eiuſmodi bonorum, eſto habeat iam filium, qui in eis ſuccedere debeat, poteſt libere ea vendere Regi, aut cum alijs bonis ea cum Rege permutare, vt coronæ regni iterum vniantur nihil impediente præiudicio, quod ſucceſsori in eis bonis inde ſequitur: quoniam ea lege cenſentur donata, vt id fieri poſſit: eamque modificationem rebus antea donatis adhibere libuit principi de ſuorũ conſilio; quoniam multa in præiudicium regni fuerant ante eam legem donata. Ita habetur, vbi ſupra, §.18.

Quod ad donationes attinet, quæ à Regibus fiũt de bonis ad Regis fiſcum ſpectantibus, ſiue ob delictum eius, cuius fuerant, ſiue quòd vacauerint, eò quòd illorum dominus diſceſſerit ab inteſtato, neque hærede vſque ad decimum gradum, neque coniuge relictis, aut quacunque alia ratione, ſequẽti modo definitum eſt ea mentali lege. Quod ſi eiuſmodi aliquod bonum immobile poſt eam legem latam donetur à Rege, poſtquàm illud vnitum iam & incorporatum fuit coronæ regni (id quod re factum cenſetur eo ipſo, quòd eſt ſcriptum in libro bonorum coronæ regni; verbo verò, ſi in inſtrumento, quo id alicui donatur, dicatur, *que nos confiſcamos, apropriamos, ou vnimos, ou encorporamos, os ditos bees, terras, herdamentos, à acoroa de noſſos reynos, e elles aſſi confiſcados, è apropriados, os damos, e doamos*, tunc ea donatio cẽſetur eſse de bonis coronæ regni, ac proinde in re ita donata locum habet lex mentalis: ſi verò donetur antequàm re, aut verbo, modis explicatis, vnitum id ſit coronæ regni, non cenſetur ea donatio facta de bonis coronæ regni, nec proinde in re ita donata locum habet diſpoſitio legis mentalis. Ita habetur tit. 17. citato, §.19. & 24.

Quæ dicta ſunt de alijs bonis coronæ regni à Regibus donatis, aut in futurum donandis, ſimiliter locum habent in iuribus patronatus Eccleſiarum, quę erant coronæ regni, à Regibusque donata ſunt alijs quibus: ea quippe indiuiſa tranſeunt ſimiliter ad ſolam ſobolem legitimam ac virilem, eaq; deficiente, regrediuntur ad coronam regni, vt de alijs bonis coronæ regni dictum eſt. Ita habetur, vbi ſupra, §.4. Ex eo verò, quòd Rex donet alicui terrã, oppidum, aut caſtrum, cum omni iuriſdictione, mero, ac mixto imperio, & cum quocunque alio iure ad Regem ibi attinente, appoſitis quibuſcunque alijs verbis generalibus, etiamſi comprehendere videantur ius patronatus tali loco annexum, ſi nõ fiat expreſsa mentio, quòd ius etiam patronatus annexum donatur, non cenſetur donatum, ſed pertinet ad coronam regni, vt ibidem, §.21. ſubiungitur.

Similiter, quę dicta ſunt de alijs bonis coronę regni à Regibus donatis, intelliguntur de emphyteuſibus, & alijs reditibus coronæ regni: eſto enim à Rege donentur emphyteuſes, hoc eſt, ius proprietarij, dominiumque directum, quod regni corona habet ad res emphyteuticas, cum quibuſcunque clauſulis exorbitantibus, ſi nõ fiat expreſsa derogatio legis mẽtalis, emphyteuſes manent vinculatæ, vt indiuiſe omnino trãſeant ſolum ad legitimam virilem ſobolem modo explicato, eaque deficiente, regrediuntur ad regni coronam, vt de alijs bonis donatis ex regia corona dictum eſt. Ita habetur tit. 17. citato, §.5. Et §.6. ſubiũgitur, vt emphyteuſes de eiuſmodi bonis, hoc eſt, contractus cum emphyteutis, tam quando eiuſmodi bona ſunt coronę regni, quàm quãdo ſunt aliorum donatariorum, regulentur eiſdem iuribus, quibus regulãtur emphyteuſes priuatorum de alijs ſuis proprijs bonis, ita ſcilicet, vt nullum ſit diſcrimen inter vtroſque emphyteuticos contractus.

Quando Rex donauit alicui terram, oppidum, aut caſtrum, in ſolam vitam donatarij, aut vſque ad ſuum Regis beneplacitum, ſi donatarius aliquid inde in emphyteuſim tradiderit perpetuam, aut ad certas vitas, ſine Regis facultate, tunc expirante donatione, regreſsaque re ita donata ad regni coronam, finitur emphyteuſis, niſi Rex perſeuerare velit in contractu emphyteutico. Quando verò aliquid tale donatum fuiſset, *de iuro, e de herdade*, vt in Luſitania vocant, tunc, ſi res ita donata regrediatur ad regni coronam, non tenetur Rex ſtare contractibus malitioſè, aut perſpicuè in notabile detrimentum coronæ regni factis. Ita habetur, vbi ſup. §.22. Hæc ſunt, quæ lex mentalis Luſitana continet, contra quam ſi aliquid à Rege ſit conceſsum, aut diſpoſitum, cum illius derogatione, validum id eſt, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & habetur in eadem ipſa lege, §.23. Et hęc dicta ſint de maioratibus ſecundi generis, hoc eſt, quæ de bonis coronæ regni inſtituuntur. 51

Tertij generis maioratus ſunt, qui à priuatis conſtituuntur de ſuis rebus proprijs, eſto aliqua eorum deriuata, ac præciſa fuerint à regni corona, vt quia illa à Rege emerunt, aut titulo permutationis, donationis, aut recompenſationis obſequiorum, illa libera acceperunt, vel ipſi, vel aliqui anteriores eorum bonorum poſseſsores. Duobus autem modis inſtitui poſsunt maioratus tertij huius generis. Primò, abſque vlla Regis facultate. Si enim quis nullum hæredem habeat, cui partem ſuorum bonorum relinquere teneatur, liberaque is bona poſſideat à vinculo & obligatione, nullaque ſit lex, quæ ipſum impediat de illis pro libito diſponere, eaque ſubijcere vinculo & obligationibus, quæ voluerit, vt nulla talis eſt in his Caſtellæ, & Luſitaniæ regnis, quin potiùs ſunt leges, quæ id permittunt ac conceduṅt, 52

cedunt,vtique is, abſque vlla Regis facultate, poterit de ſuis bonis, aut de eorum parte, inſtituere primogenium cum vinculis & grauaminibus, ordineque ſuccedendi in eis, quem voluerit. Eſto autem hæredē, aut hæredes habeat,quibus, iuxta leges eius regni, partem ſuorum bonorum relinquere teneatur abſque vllo in ea onere & grauamine; de reliqua tamen parte, de qua liberè poteſt diſponere, vt in Luſitania de tertio ſuorum bonorum, ſiue aſcendentes,ſiue deſcendentes habeat, & in hoc Caſtellæ regno de tertio, ſi careat deſcendentibus, & habeat aſcendentes, & de ſolo quinto, ſi deſcendentes habeat, poterit ſimiliter abſque vlla Regis facultate inſtituere pro libito maioratum. Et cùm in hoc regno, ſi multos deſcendentes habeat, hoc eſt, plures, quàm vnum,eſto vnus ſit filius,& alius nepos,filius eiuſdem filij,integrum illi ſit,vltra quintum, meliorare quem eorum voluerit in tertio, apponendo tertio grauamina & vincula,quę voluerit, vocandoque ad ſucceſſionem in illo in infinitum, quos voluerit, modò priùs vocet deſcendentes,&,in defectum deſcendentium,vocet aſcendentes,&, in aſcẽdentium defectum,alios conſanguineos, atque in horum defectum, poteſt vocare extraneos, vt diſput. 158. dictum eſt,& habetur.l.27. Tauri, quæ eſt,l.11. tit.6. lib.5. nouæ colle. vtique is, abſque alia Regis facultate, etiam de eo tertio, inſtituere tunc poterit primogenium intra eos limites lege permiſſos, vt conſuetudine eſt receptum. Quouſque autem, etiam de parte bonorum deſcendentibus, aut aſcendentibus debita, poſſit quis de libera eorum voluntate ac conſenſu, inſtituere maioratum abſque vlla Regis facultate,diſp.579. dicetur. Dicta autem toto hoc, §.multis confirmat Molina lib.1. de primog.cap.1. num.25. & cum Couar. & multis alijs, quos citat, affirmat aduerſus Anton. Gom. in l.45. Tauri, nume.116. legem illam, & cæteras Tauri, non minus habere locum in maioratibus, qui ſine regia facultate, modo explicato, inſtituuntur, quàm in ijs, qui inſtituuntur ex regia facultate.

12 Secundò inſtitui poteſt maioratus de Regis facultate, etiam de bonis ex legum præſcripto aſcendentibus,aut deſcendentibus debitis,idque ipſis deſcendentibus, aut aſcendentibus, minimè conſentientibus. Cùm enim ea bona ſolùm ſint eis debita ex humanarum legum ciuilium præſcripto, quæ à Rege latæ ſunt,ab ipſiusque voluntate pendent,vtique poterit Rex in eis diſpenſare, concedereque facultatem, vt frequenter eam concedit, vt, relictis alijs deſcendentibus, aut etiam aſcendentibus, competentibus alimentis pro eorum conditione & ſtatu, de reliquis bonis inſtituatur primogenium, in familiæ conſeruationem, reipublicæque ornamentum: atq; de eiuſmodi facultate ſermo eſt, l.42.43.& 44. Tauri,quę ſunt lex 2.3.& 4.tit.7.lib.5.nouę collect. Quouſque autem id principi liceat, aut non,explicabitur ex noſtra ſententia diſp.578.concluſ.3.4.& 5.

13 In maioratibus huius tertij generis ij ſuccedunt, quos inſtitutor maioratus vocauerit, eoque ordine, quo eos vocauerit, niſi in maioratu tertium includat, deſcendentibus in bonis ſuis debitum, quando multi ſunt ipſius deſcendentes: tunc enim, quoad id tertium,priùs vocare tenetur deſcendentes, quos voluerit, & in eorum defectu, aſcendentes, & poſt illos cæteros conſanguineos,eo modo,quo voluerit, & nouiſſimè poteſt vocare extraneos, vt paulò antea dictum eſt. Quando autem inſtitutor aliud non expreſſit,in hoc Caſtellæ regno ſancitum eſt,vt tam in maioratibus huius tertij generis, quàm in maioratibus ſecundi generis, eo modo ſuccedatur, quo dictum eſt ſuccedi in regno ipſo, nempe, vt deſcendens legitimus maſculus proximior vltimo poſſeſſori,præferatur cęteris,& vt in defectu maſculorum

A deſcendentium,ſuccedant fœminæ deſcẽdentes eodem ordine, & vt ſi proximior deſcendens maior natu,qui ſuccedere debebat, moriatur ſobole legitima relicta, illa, eſto fœminei generis ſit,repræſentet patrem, locoque patris ſuccedat, & præferatur fratribus patris,& denique vt tunc ſolùm fiat tranſitus in ſucceſſione ad proximiorem in linea tranſuerſali vltimo poſſeſſori, quando omnino defuerit ſoboles legitima deſcendens. Quo fit,vt in hoc regno,quando aliud ab inſtitutore maioratus non fuit diſpoſitum ac expreſſum, ſemper ſuccedatur in maioratibus ſecundi & tertij generis eo modo,quo à tempore Pelagij ſancitum fuit, vt in regno ſuccederetur, atque adeò vt inſtar regni,tanquam primi, ſupremi, ac cæterorum capitis, ſucceſſio ſit in maioratibus,
B quando aliud non fuerit expreſſum. Ita explanatum,definitumq; eſt,l.40. Tauri,quæ eſt lex 5. tit.7. lib.5.nouæ collect. Vtrum autem aliud ſit dicẽdum in Luſitania, in progreſſu huius materiæ dicetur.

Duo ſuperſunt admonenda. Vnum eſt, aliqui- 14
bus in locis huius Caſtellæ regni, & præſertim in hac noſtra ciuitate Conchenſi,primogenia à priuatis inſtituta de ſuis proprijs bonis, appellari *patronazgos:* alia verò ſecundi generis,aut valde pinguia, quæ dominium iuriſdictionis habẽt,nuncupari *mayorazgos*: cùm tamen omnia maioratus & primogeniorum nomine comprehendantur,atq; ſub his nominibus deinceps nobis de illis futurus eſt ſermo.

Alterum eſt, meritò in Luſitania, de communi concordia inter principes ſeculares & prælatos, 2. *Ius Luſitanum.*
C lib.ord.tit.35.§.antepenult. definitum fuiſſe, quan- 15
do bona aliqua vinculantur cum grauamine, vt ex reditibus celebrentur ſacrificia, vel fiant alia opera pia, conſtituta parte aliquota redituum, aut parte alia ex illis determinata, adminiſtratori, qui ordine quodam in eis bonis vinculatis ſit ſucceſſurus, ita quòd reliqui reditus in operibus pijs inſumantur, eam inſtitutionem cenſendam eſſe capellam, quam vocant, ac proinde ad ea bona, ad eamque inſtitutionem, ſe extendere iuriſdictionem eccleſiaſticam. Quando verò bona aliqua vinculantur, vt in eis aliqui ordine quodam ſuccedant, cum grauamine, vt ſucceſſor teneatur ad aliqua ſacrificia, vel ad aliqua alia opera pia ex reditibus eorum bonorum implenda, aut ſine vllo tali grauamine, inſtitutionem eſſe
D cenſendam maioratum, nihil impediente, quòd in inſtrumẽto prioris inſtitutionis dicatur inſtitui maioratum, & in inſtrumento huius poſterioris dicatur inſtitui capellam: quare tunc in poſteriori inſtitutione ſolum ſpectabit ad prælatos Eccleſiæ cogere vt ea ſpiritualia grauamina opere impleātur. Diſputationem hanc totam præmittere libuit in fundamentum eorũ,quæ dicenda ſunt: vt verò,quæ in ea ſummatim ſunt prælibata,non modicā lucem dicendis afferent,ſic ex dicendis dilucidiora reddentur.

DISPVT. 577.

E Maioratus, ſeu primogenium, quid?

SVMMARIVM.

1 *Primogenia, primitiua, primogenia, & primogenita,quæ tempore legis naturæ, in veteri lege,& apud aliquas alias nationes dicantur. Et non ſunt in Hiſpanijs: licèt inſtituentes liberè maioratus, aut meliorationes, rationem habere ſoleant primogenitorum,vt eos præcipuè ad eas inſtitutiones vocent.*

2 *Primogenia,ſeu maioratus Hiſpani, quàm longè diſtent à primogenijs temporis legis naturæ, ſcriptæ, & quarundam aliarum nationum.*

3 *Maioratus Hiſpani licèt diſtent à fideicommiſſis familiæ*

familiæ relictis, de quibus iura communia loquuntur, in multis cum illis conueniunt, ex eiſq; videntur deriuati, & quouſque valeat, aut non valeat, argumentum ab eis ad maioratus.

4 *In fideicommiſſo familiæ relicto, quo ordine ſuccederetur, faſq; teſtatori erat facere in illis ſubſtitutiones, & vincula, ac grauamina, quæ vellet.*

5 *In quibus differant maioratus, & fideicommiſſum familiæ relictum.*

6 *Maioratum accipit ſucceſſor ab inſtitutore, & non ab vltimo poſſeſſore. Mortuo verò vltimo poſſeſſore, ipſo iure dominium & poſſeſſio rerum maioratus tranſeunt in proximè vocatum.*

7 *Inſtitutio maioratus contractu, partim habet rationem contractus oneroſi, & partim donationis ſub modo, & quot donationes ſimul interueniant. Et quid quando vltima voluntate inſtituitur.*

8 *Origo & etymologia vocabuli maioratus Hiſpaniarum.*

9 *Maioratus titulus, res vinculo maioratus alligatæ (quæ, vt eo vinculo affectæ ſunt, propriè maioratus dicuntur) & ius ad talem maioratũ, diuerſa ſunt. Hiſpano autem ſermone, etiam qui dominium maioratus habet, aut ius ad illud,* mayorazgo *dicitur.*

1 VT, quoad fieri poſſit, legitima definitio maioratuum, primogeniorumve, Hiſpaniarum tradatur, nonnulla obſeruanda ſunt. Primũ eſt, quando legibus, vel conſuetudine alicuius regni, aut regnorum, prærogatiua aliqua, aut prerogatiuę conceſſæ ſunt primogenitis, tunc, prærogatiuam illam, aut prerogatiuas, iurave, quę primogenitis vi talis legis, aut conſuetudinis, ad ea competunt, in quibus cæteris poſteriùs genitis præferuntur, latinè appellari primigenia, quaſi prærogatiuæ ac iura primi generatione: dicuntur etiam primitiua, primogenia, & primogenita. Sic, quia ante traditam legem Moyſi, qua ſacerdotium in ea lege traditum à Deo fuit Aaron, & Tribui Leui, dignitas ſacerdotalis, qualis erat in lege naturæ, primogenitis apud Hebræos, & apud alios competebat, vt diſp. 21. eſt dictum: ſane eadem ſacerdotalis dignitas ad primigenia, ſeu primogenita, tunc pertinebat, eaque eſt, quam Eſau primogenitus Iſaac, vendidit Iacob poſteriùs nato, dum, vt habetur Geneſ. 25. pro lentis edulio illi vendidit primogenita ſua. Et quoniam dignitas illa religioſa ac eccleſiaſtica erat, Paulus ad Hebræos 12. illũ appellat prophanum vendendo ita propter vnam eſcam primitiua ſua. Quia item primogenitis apud eoſdem Hebræos ea etiam prerogatiua competebat, vt ex bonis parentum duplam portionem acciperet, vt D. Tho. in caput 12. Epiſtolæ ad Hebræos ait, idque in lege veteri perſeuerabat, vt conſtat ex Deuteron. 21. vbi, non quaſi de nouo id ſtatuatur, ſed quaſi inhibendo abuſum, quem aliqui introducere conabantur aduerſus morem ac ius antiquum, ſic habetur. *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſam, genueritq; ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, volueritq; ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere, non poterit filium dilectæ efficere primogenitum, & præferre filio odioſæ; ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitq; ei de his, quæ habuerit, cuncta duplicia: iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.* Hæc ibi. Quia, inquam, hæc etiam prærogatiua apud Hebręos primogenitis cõpetebat, ad primogenia, ſeu primogenita, ea ſimiliter attinebat. In Gallia etiam fertur, ſimilem prærogatiuam lege publica hodie primogenitis conuenire, vt ſcilicet portionem quandam in bonis parentum habeant præcipuam, in qua cæteris fratribus, poſteriùs natiſq;, præferantur. Hæc itaque, & alia, erant quondam iura primogenitorum, quæ primo-

A genia, aut primogenita, nuncupabantur. Nihil verò eorum habet hodie locum in Hiſpanijs; ſed ſolùm, vt natura ipſa rei poſtulat, poſteriores natu fratres, deferre ſolent honorem natu anterioribus, & maximè primogenito: parentibus autem etiam in Luſitania eſt conceſſum, vt de tertio ſuorum bonorum diſponant, vt libuerit, atque adeò, vt prælegare, aut donare, ex illo poſſint, cui voluerint, vel inſtituere maioratum, ad quem vocent, quem maluerint: idem in hoc Caſtellæ regno eſt eis conceſſum, non ſolùm de quinto, ſed ſimul etiam de tertio, modò de tertio diſponant ſolùm inter deſcendentes: ſolent verò parentes plus affici ad maiorem natu, quàm ad reliquos, vt ipſamet rei natura efflagitat, ſi circumſtantiæ non adſint, quæ ipſos in contrarium permo-
B ueant, præterreque ſolent primogenitum cæteris, inde illi prelegando, aut donando, vel ipſum potiùs, ſobolemque ipſius, quam alios, ad ſucceſſionem in maioratum vocando, ſi quem ex eis bonis inſtituãt; cùm tamen ad id non teneantur, ſed liberi omnino ſint, vt faciant, quod maluerint. Quo fit, vt nulla in Hiſpanijs ſint primogenia, iurave primogeniorum, quibus, vel prærogatiua aliqua dignitatis, præ cæteris fratribus, ſit eis debita, vel portio aliqua precipua in bonis parentum, vel aliquid aliud, ſed æqualiter cũ eis cæteri fratres ſuccedant; niſi aliquid eis præcipuè à parentibus fuerit prælegatum, aut donatum, vel ex libera inſtitutione maioratus à parẽtibus, aut ab aliquo alio, ipſi, ſobolesque ipſorum, pro primi inſtitutoris beneplacito, tacitè, aut expreſsè, ad eum
C maioratum vocentur.

Secundum eſt, ex dictis eſſe ſatis perſpicuum, primogenia Hiſpaniarum, quibus bona vinculantur, vt 2
indiuiſa, & inalienabilia, ordine quodam, iuxta primi inſtitutoris præſcriptum, deriuentur ab vno in alium, lõgo interuallo diſtare à primogenijs, iureve primogenitorum, apud Hebræos, & apud alias nationes. Etenim illa in primogenito cuiuſque familiæ locum habebant, etiamſi ille genitus eſſet à patre tertio, quarto, aut quinto loco nato comparatione fratrum ſuorum: emolumenta verò, quæ is in bonis parenlum præ cæteris fratribus iure primogeniti habebat, vinculata & inalienabilia non erant, quæ neceſſariò ad alium, aut ad alios, deuenire deberent; ſed perinde erant libera, de illiſque poterat diſpo-
D nere, atque de alijs ſuis bonis: quæ tamen locum non habent in Hiſpaniarum primogenijs.

Tertium eſt, quamuis Hiſpaniarum primogenia 3
multum diſtent à fideicommiſſis familiæ relictis, vt perpetuò in ea perſeuerent, & in eis ſuccedant ordine quodam, qui fuerint de familia, de quibus mentio fit, l. cùm ita legatur, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. l. peto, §. fratre, ff. eod. tit. l. vlt. C. de verborum ſignificat. & alijs iuribus, conſentiunt Couar. de pract. quęſt. cap. 38. num. 1. §. primum, & Aluar. Valaſ. conſ. 82. num. 9. multum tamen cum eis conuenire, quin & ab illis, & ab eis, quæ circa illa de iure communi licebant, videri traxiſſe originem: vnde, quatenus cum illis conueniunt, originemque ab eis
E trahunt, meritò cõmunis doctorum ſentẽtia (quam copioſius, quàm alij, refert ac ſequitur Molina, lib. 1. de primogen. cap. 1. num. 7.) aſſeuerat, validum eſſe argumentum ab eiuſmodi fideicommiſſis, & iuribus, quę circa illa ſunt diſpoſita, ad Hiſpana primogenia: ſecus verò quatenus ab illis diſcrepant, diuerſaque ab eis ſunt. Et quamuis à quibuſdam Hiſpana primogenia appellentur fideicommiſſa familiæ relicta; rectè tamen Molina à num. 7. citato probat, multum ab illis differre, ſimpliciterque appellanda non eſſe fideicommiſſa.

In fideicommiſſo familiæ relicto, quando aliud 4
expreſſum non erat per teſtatorem, hoc ordine ſuccedebatur, vt habetur, l. vlt. C. de verborum ſignific.

iuncta

iuncta gloſſ. ibi. verbo. poſt eos. Quòd primò ſuccedebant liberi, ſeu deſcendentes, ita vt proximiores in gradu, cæteris præterrentur: deficientibus verò deſcendentibus, ſuccedebant aſcendentes: poſteà verò collaterales ordine ſuo, vt proximiores erant in gradu: at, deficientibus collateralibus, ſuccedebant gener, aut nurus, qui etiam de familia reputabantur: & poſt hos, ſuccedebant liberti, qui ſimiliter de familia cenſebantur. Integrum præterea erat teſtatori, non eo ordine vocare ad ſucceſſionem in tali fideicommiſſo, ſed quo ordine ipſe vellet, vocareque priùs quoſdam particulares, qui cæteris præferrentur eo ordine, quo ipſe ſtatueret, & poſtea vocare reliquos de ſua familia, vt expreſsè habetur, l. cùm ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. Quarè facere poterat qualcunq; ſubſtitutiones vellet, atque eo ordine & modo, quo eas facere vellet, quando de bonis liberis, nullique alij debitis, eo modo diſponebat, vt ex ſe eſt perſpicuum, & ex eo iure, atque ex alijs conſtat; præſertim cùm nullum ius reperiatur, quod id ei prohibeat. Item, de iure communi facere poterat in eo fideicommiſſo, quæcunque vincula vellet, & apponere grauamina & onera, quæ vellet, modò emolumentum fideicõmiſſi non excederent, vt colligitur ex. l. ab eo. C. de fideicommiſſ. & conſentiunt, l. 1. in fine. C. communia de fideicommiſſ. l. ſed etſi ſic, in fine, ff. de leg. 3. l. planè. 2 in fine, ff. de leg. 1. l. cum hi, §. idem erit dicendum, & §. ſed etſi certa, ff. de tranſ. & l. cum pater. §. eorũ, ff. de leg. 2. ex ſe ſeque eſt res ſatis perſpicua: eò quòd vnicuiq; integrum ſit ſua relinquere cum grauaminibus, quæ voluerit, nulloque iure id reperiatur prohibitum. Quarè, cùm in fideicommiſſo relicto familiæ, fas de iure communi illud relinquenti eſſet, facere ſubſtitutiones, quas vellet, & vocare, quos vellet, eo ordine, quo illos vocare vellet, & apponere in eo vincula; & onera, quę vellet vtique, quamuis de iure communi nõ comperiatur inſtitutio vlla primogenij eo modo, quo Hiſpana primogenia diſputatione præcedente inſtitui explicatum eſt, conſentaneum iuri communi, & integrum iuxta idem iuscommune eſt, vt eo modo inſtituerentur: quin ex ijs, quæ de iure communi circa fideicommiſſa familiæ relicta, ſancita reperiuntur, deriuatum id videtur in Hiſpanijs, additis nonnullis, quæ iure communi erant prohibita, ſed permiſſa.

5 Differunt nihilominus in multis Hiſpana primogenia à fideicommiſſis familiæ relictis. Primo, quòd in Hiſpanijs primogenijs vnus ſolùm ſuccedit in integro primogenio, quod ſemper perſeuerare debet indiuiſum, isque ſucceſſor regulariter eſſe ſolet primogenitus vltimi poſſeſſoris, ſi talis detur, indeq; ea inſtitutio nomen primogenij, ſeu maioratus, ſortita eſt in Hiſpanijs: deficiente verò primogenito, ſuccedit vnus maior natu proximior in gradu, eo modo, quo diſputatione præcedente explicatum eſt; atque maſculus minor natu in eodem gradu, excludit fœminam: in fideicõmiſſo verò familiæ relicto, quando aliud non diſponebat teſtator, ſimul ſuccedebant omnes de familia proximiores in gradu, & fœminę ſuccedebant ęqualiter cum maſculis, vt colligitur ex l. cum ita legatur, §. in fideicommiſſ. ff. de leg. 2. illis verbis, *& qui ex his proximo gradu procreati ſunt*, & ex l. peto, §. fratre, ff. eod. tit. illis verbis: *Omnes fideicommiſſum petent, qui in familia fuerunt*, iunctis ſequentibus verbis, quibus ſtatuitur, vt ſoli proximiores in gradu admittantur, & caueant de illo reſtituendo ſuo tempore poſterioribus in gradu, & vtrobique affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina, num. 7. citato refert ac ſequitur, conſentiunt Couar. de pract. qq. cap. 38. à num. 1. & num. 4. §. primum, & Aluar. Valas. num. 9. citato.

Secundo differunt, quòd fideicommiſſa ſolùm

A poterant relinqui in vltima voluntate, non ſolùm teſtamento, aut codicillo, ſed etiam donatione cauſa mortis, vt diſp. 182. dictum eſt, & conſtat ex l. cum hi, §. idem erit dicendum, ff. de tranſ. l. cum pater, §. eorum, & l. vt hæredibus, ff. de leg. 2. l. Seia, in fine, ff. de dote prælegat. & l. 3. §. vlt. ff. de leg. 3. quin & quacunque ſcriptura, quæ vim vltimę voluntatis haberet, vt colligitur ex l. cum quis decedens, §. cum pater, ff. de leg. 3. & cum Bart. & pleriſque alijs affirmat Molina, vbi ſupra, num. 9. Maioratus autem non ſolum vltima voluntate, ſed etiam contractu inter viuos irreuocabili inſtitui poſſunt, vt ex dicendis liquebit.

Tertio differunt, quòd fideicommiſſarius accipere debet fideicommiſſum ab hærede grauato, nec 6
B prius in fideicommiſſarium trãſit dominium fideicommiſſi, neque item tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ, quam per hæredem grauatum fiat traditio aliquo ex modis diſp. 186. explicatis, exceptis nonnullis euẽtibus ibidem explanatis, vbi etiam dictum eſt, quatum validitas fideicommiſſi de iure communi pendeat ex eo, quòd hæres grauatus adeat hæreditatem, neque è vita diſcedat ante mortem teſtatoris: hæc vero locum nõ habent in maioratu, ſiue inſtituto contractu inter viuos irreuocabili, ſiue reuocabili, aut per vltimam voluntatem: ſemper enim vocatus ad maioratum, cẽſetur eum accipere immediatè ab inſtitutore ipſo, & non ab vltimo poſſeſſore; eoque ipſo, quòd vltimus poſſeſſor è vita diſcedit, aut quacunque alia ratione, ex inſtitutoris præ-
C ſcripto, alius ſuccedere in eo debet, tranſeunt dominium, & actiones omnes in ipſum abſq; alia ceſſione, traditione, aut apprehenſione: quin in Caſtella tranſit etiam poſſeſſio in nouum ſucceſſorem abſq; alia apprehenſione, vt, iuxta l. 45. Tauri, quæ eſt, l. 8. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. in calce diſp. 3. & diſp. 12. dictum eſt. Quarè rectè Molina, cap. 1. citato affirmat, maioratum, etiamſi vltima voluntate ſit inſtitutus, non eſſe fideicommiſſum familiæ relictum, ſed illi eſſe affine, & ab eo traxiſſe originem.

Molina vbi ſupra, num. 16. ait, quando primogenium contractu eſt inſtitutum, eſſe in effectu donationem ſub modo, ſeu ſub conditione & grauamine, facta ab inſtitutore omnibus, qui ab ipſo ad id primogenium vocantur, de qua donatione habetur 7
D ſermo, l. quoties, & alijs iuribus, C. de donat. quæ ſub modo, dictumq; à nobis eſt diſp. 265. & in qua, vt ibidẽ dictum eſt, de iure Caſtellæ, l. 7. tit. 4. par. 5. tranſit dominium ipſo iure, abſque alia traditione, in vocatum poſt vltimum poſſeſſorẽ, eo ipſo, quòd aduenit tempus à primo donatore præſcriptum, vt ei reſtituatur: imò verò de iure eiuſdem regni, l. 45. Tauri, quæ eſt, l. 8. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. tranſit etiam poſſeſſio ciuilis & naturalis, vt paulò ante dictum eſt. Obſerua tamen, quamuis ſit donatio comparatione eorum, qui ad id primogenium vocantur, ſæpè etiam eſſe contractum oneroſum comparatione alterius, cum quo celebratur, vt matrimonium contrahat cum primo, aut cum aliquo ſequenti, vo-
E cato ad id primogenium; atque etiam eſſe contractum oneroſum cum ipſiſmet vocatis, quatenus grauamina aliqua eis imponuntur, & ad aliqua obligantur, ſi ſuccedere in eo primogenito velint. Obſerua etiam, non eſse qualemcunque donationem ſub modo, ſed factam ſimul toti familiæ vocatorum, omnibuſve, qui ad id primogenium ordine quodam in infinitum vocantur: quam proinde neceſse non eſt, vt ſinguli acceptent, etiam ſtando in iure communi, vt omnes ius comparẽt ad illud vi inſtitutionis; alij tamen propinquius, & alij remotius, prout à primo inſtitutore fuerint vocati, vt diſp. 265. citata dictum ex parte eſt. Itemque eam donationem cum modo non eſse qualemcunque, nec modum in eo ſolùm conſi-

conſiſtere, quòd varij ad eam rem donatam vocentur ordine quodam, ſed etiam poſitum eſſe in prohibitione alienationis cuiuſquam bonorum, quę vinculo eius primogenij alligata ſunt, ac diuiſionis eorũ, & in alijs grauaminibus, & oneribus: quo fit, vt, quæ de donatione ſub modo diſput. 265. citata dicta ſunt, non ſimiliter locum habeant in primogenio contractu irreuocabili inſtituto. Si verò (ſubiungit Molina ibidem) idem primogenium vltima voluntate ſit inſtitutum, erit quædam hæredis inſtitutio, legatum, aut prælegatum, factum primò ad illud vocato, & cęteris ordine poſt eum ad idem vocatis, cum oneribus & grauaminibus appoſitis, ita vt abſque vlla reſtitutione id primogenium ipſo iure tranſeat ab vno in alium abſque aliqua reſtitutione præuia, vt dictum eſt. Quare, vt numer. 17. 18. & 19. cum multis alijs, quos citat, ſubiungit, in eiuſmodi inſtitutione tot cẽſentur eſſe donationes, ſubſtitutiones, legata, aut prælegata, ſub modo vt certo tempore finiantur & tranſeant ad alterum (id quod licitum eſt, iuxta. l. vlt. C. de legatis, & alia iura) quot ſunt perſonæ ad tale primogenium vocatæ, etiamſi illæ nondum exiſtant: celeritate enim, & comprehenſione multarum vnico verbo, occultantur, quaſi vnica, & non tot factæ videantur, argumento. l. 3. §. vlt. ff. de donatio. inter virum & vxor. & l. cum te in Gallia. C. ſi certum petat. vbi vnico verbo duo mutua celebrata cenſentur comparatione duorum eidem ſimul mutuantium.

8 Quartò obſeruandum eſt, interdum aliud eſſe id, à quo nomẽ imponatur, originemve trahit, & aliud eſſe id, ad quod ſignificãdum eſt impoſitum: neque eſſe neceſſe, ut id, à quo nomen eſt impoſitum, recurrat cum re, ad quam ſignificandam eſt impoſitum. Vnde, quamuis lapis à lædendo pede ſit dictus, neceſſe non eſt, vt quæcunque pedem lædunt, lapides ſint, aut vt quicunque lapis pedem lædat. In re autem propoſita, quoniam, quando in Hiſpanijs bona aliqua vinculantur, inalienabiliaq; redduntur, vt in eis, indiuiſis, perpetuò, aut vſque ad certum terminum, ſuccedatur, appoſitis aliquibus grauaminibus & obligationibus, aut nullis, præter vinculum & ordinem ſucceſſionis, alijs grauaminibus appoſitis, vocari ad eas inſtitutiones conſueuerunt primogeniti ordine quodam, & in eorum defectum alij, inde effectum eſt, vt eiuſmodi inſtitutiones, à primogenito, maiorive natu, qui ita conſueuit primo loco vocari, dictæ ſint primogenia, & maioratus; corrupto verò vocabulo in Caſtella *mayorazgos*, & in Luſitania *morgados:* nomen verò impoſitum eſt ad ſignificandas eas inſtitutiones vniuerſim, eſto interdũ non vocentur primogeniti, ſed alij, pro arbitrio inſtitutoris, & eſto, in defectum primogenitorum, fiat trãſitus ad alios deſcendentes, vel collaterales, aut etiã extraneos. Quare non eſt cur Molina. cap. 1. citato à nu. 22. & alij, tam anxiè laborent in quærenda definitione, quæ recurrat cum nominis etymologia: etenim res nomine primogenij, maioratusve, in Hiſpanijs ſignificata, latius patet, quàm id, vnde nomen rei eſt impoſitum: definitiones verò recurrere debent cum re nomine definiti ſignificata; non verò cum nominis origine ac etymologia.

9 Poſtremo eſt obſeruandum, tria in re propoſita ſpectari poſſe. Primum eſt, titulus, ſeu inſtitutio ipſa maioratus, qua res aliquæ vinculantur, vniuntur, & inalienabilia redduntur, ad ſuccedendumque in illis ita vinculatis aliqui ordine quodam vocantur. Secundum eſt, res ipſæ ſic vinculatæ, & inſtitutæ, vt in eis ordine quodam ſuccedatur. Tertium verò eſt ius, quod ex eo titulo ac inſtitutione competit vocatis ad ſuccedendum in bonis illis, eaque obtinendum, atque illis fruendum aſſequuto iam illorum dominio. Porrò eiuſmodi ius varium eſt

A comparatione vnius & eiuſdem varijs temporibus concurrentibusque varijs circunſtantijs. Si enim primogenium reuocabiliter ſit inſtitutum, viuatque adhuc inſtitutor, qui poſſit illud reuocare, debilius ius competit primo vocato ad ea bona, & multò debilius poſteriùs vocatis, quam ſi idem primogenium irreuocabiliter ſit inſtitutum, aut ſi morte inſtitutoris ſit confirmatum, factumque iam omnino irreuocabile. Item maius ius habet primò vocatus, quando iam eſt conſequutus dominium eorum bonorum, eiſque fruitur tanquam verus illorum dominus, quàm haberet antequam ea conſequeretur, & quàm habeat ſecundò, aut tertiò vocatus, eſto iam exiſtat in rerum natura, qui ſolùm habet ius ad rem, vt in eis ſuccedat morte anterioris, aut anteriorum

B poſſeſſorum.

His ita conſtitutis, nemini poteſt eſſe dubium, titulum, & inſtitutionem maioratus, nec dici, nec eſſe primogenium, aut maioratum; ſed eſſe, & dici, titulum, inſtitutionemque primogenij, ſeu maioratus. Res verò ipſæ eo titulo iam vinculatæ & inſtitutæ, vt in eis ordine, titulo ipſo præſcripto, ſuccedatur, ſanè, vt ſic affectæ ſunt, meritò dicuntur primogeniũ, & maioratus, hoc eſt, bona debita primogenitis, ſeu vocatis eo titulo & inſtitutione, quo, & ipſa ita iam affecta ſunt, & vocati ius ad illa habent: imò verò correlatiua inter ſe ſunt, ius ad ea bona tanquam debita eo ipſo ad illa vocatis, & debitum eorundem bonorum ita ad illá vocatis, ob ius, quod ad illa habent: horumque duorum reſpectuum, debiti ſcilicet illo modo, ac iuris ſimiliter eo modo, ratio fun-

C dandi, vt dialectici, ac metaphyſici appellant, eſt titulus ipſe, inſtitutioque maioratus, ex qua reſpectus vterque reſultat. Sumpto autem in ea ſignificatione Hiſpaniarum primogenio, ſeu maioratu, ſic poteſt definiri. Eſt affectum vinculo, vt in eo, inalienabili ac indiuiſo, eo ordine ipſo iure ſuccedatur, quo ab illius inſtitutore fuerit ſtatutum. Quando autem audis, affectum, &, vt in eo, intellige, vel affecta, vt in eis: ſumitur enim ſingulare indifferenter pro plurali: vt plurimumque multæ res vinculo vnius, eiuſdemque primogenij vniri conſueuerunt. Ius autem, quod primogenitis, vocatisve ad ſuccedendum, competit vi tituli ac inſtitutionis maioratus, ſanè, quicquid Molina vbi ſupra in contrarium

D dicat, nec primogenium, nec maioratus dicitur, ſed dicitur ius ad primogenium ac maioratum paulò antea definitum, neque eſt concretum aliquod à primogenio deductum, quod ſignificet eum, cui id ius competit. Hiſpanè autem vocabulum, *mayorazgo*, ac Luſitanè vocabulum *morgado*, æquiuocum eſt, ſignificatque, tum primogenium paulò antea definitum, hoc eſt, bona vinculo primogenij affecta: tum etiam in concreto eum, qui ius, vel iam in re, vel adhuc ad rem, illius habet, hoc eſt, poſſeſſorem maioratus, eumque, cui debetur poſt vltimum poſſeſſorem, vt ex communi vſu loquendi liquet. Sumpto ergo in Hiſpanijs barbarè maioratu in poſteriori ſignificatione, nempe pro eo, cuius iam eſt, aut

E cui debetur, in priori ſignificatione paulò antea definita, ſic poſſumus eum definire. Eſt habens ius ad primogenium in priori ſignificatione. Danda autem eſt venia iuriſperitis, minus in perſcrutandis naturis rerum, arteque definiendi exercitatis, ſi non adeò exactas maioratus definitiones tradiderunt. Illud verò doctores, etiam exteri, obſeruant, maioratus nomen, & rem, in ſignificationibus explicatis, eſſe proprium Hiſpaniarum, neque apud alias nationes reperiri; tametſi in Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, & alijs ſimilibus dignitatibus, haud diſſimiliter apud alias etiam nationes ſuccedatur.

Maioratus definitio.

DI-

DISPVT. 578.

Licite ne Hiſpaniarum primogenia inſtituantur.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus quos licitè inſtitui omnes conſentiant.*
2 *Maioratus qui licitè inſtitui de bonis patrimonialibus negent.*
3 *Maioratus de bonis patrimonialibus, ſi abuſus vitentur, licitè inſtituuntur, & quæ emolumenta ex illis ſequantur.*
4 *Quando illicitè inſtituantur.*
5 *Quando deſcendentibus ſunt debitæ legitimæ in bonis inſtitutoris maioratus, neque de principis facultate eſt licita, aut valida inſtitutio, niſi relinquantur competentia alimenta, etiam ſufficientia ad contrahendum matrimonium pro illorum qualitate, reliquis filijs.*
6 *Alimenta non alia iure naturali à parentibus filijs debentur, quàm ea, ſine quibus vitam conſeruare non poſſent.*
7 *Concedi non debet facultas à principe, vt maioratus inſtituatur ex legitima debita aſcendenti, niſi relictis illi competentibus alimentis, ſi illis indigeat, & niſi vt in eo ſuccedat ipſe aſcendens, & poſt eius mortem, filius maior natu illius, aut quem ille voluerit.*
8 *Maioratus inſtitutio ſine principis facultate ex legitima eius, qui ad eum vocatur, vna cum alijs bonis, ſub conditione, vt ſi conſentire velit, ſuccedat in eo, alioquin ſumat ſuam legitimam, & in reliquo ſuccedat alius, valida eſt, ſed pendens ab illius conſenſu: validusq; eſt is conſenſus filij præſtitus viuente patre.*
9 *Inſtitutio maioratus ſine Regis facultate, de legitima debita aſcendenti, aut deſcendenti, & de alijs bonis, ad quem vocetur is, cui ea legitima debetur, non appoſita prædicta conditione, inualida eſt de iure communi quoad legitimam, non verò quoad incrementum. De iure autem Caſtellæ, ſi legitima ſit filij, ſuccedit filius in eis omnibus bonis, ſed ſine vllo grauamine ac vinculo.*

1 Explicatis duabus præcedentibus diſputationibus origine, natura, & generibus primogeniorum Hiſpaniarum, conſequenter dicendum eſt de illorum productione ac ſubſiſtentia in rerum natura. Ac primùm, num licitè inſtituantur. Id quod controuerſum non eſt de prioribus duobus primogeniorum generibus, quæ diſp. 576. explanata ſunt: omnes enim confitentur licitè inſtitui; primum quidem genus, in rectorem & caput totius reipublicæ; ſecundum verò in eiuſdem reipublicæ adiutorium ac ornamentum, vt ſint magnates, qui curiæ ac reipublicæ ornamento ſint, variaque munia in Regis ac reipublicæ obſequium & defenſionem exerceant. Tota verò controuerſia eſt de primogenijs tertij generis, quæ inſtituuntur de bonis patrimonialibus inſtituentium.

2 Cinus, Barbatius, & pauci alij, quos Molina, 2. lib. de primogen. cap. 1. num. 2. refert, cenſuere, in reipublicæ perniciem, contra naturalem rationem atque æquitatem, ac proinde illicitè in conſcientiæ foro, ea inſtitui. Tum, quòd contra iura, naturalemque æquitatem, atque æqualitatem inter filios ſeruandam ſit, vni filiorum relinquere penè omnia bona primogenij vinculo alligata, relinquendo cæteris modicam portionem. Tum etiam, quoniam fœminæ interdum omnino excluduntur ab eiuſmodi primogenijs, etiamſi maiores natu ſint, quàm maſculi: &, quòd pauperes relinquantur ſine compe-

A tente dote, vt, pro ipſarum qualitate, nubere poſſint, recludi cogantur in monaſterijs, inuitasque religioſam aſſumere vitam. Tum denique, quòd ad eiuſmodi primogenia, non melior & aptior, ſed maior natu ſoleat vocari: hominesque, vt eiuſmodi primogenia inſtituant, quibus ipſorum memoria, gentilium potiùs, quàm Chriſtianorum more, inaniter conſeruetur, ſucceſſores aſtringendo ad nominis, inſigniorumq; inſtitutoris ſumptionem ac delationem, allici ſoleant ad opes multas per fas ac nefas comparandas & retinendas, cum pauperum detrimento, multorum iniuria, ac propriæ ſalutis animæ iactura.

Contraria tamen ſententia, quòd ſcilicet licita ſit primogeniorum inſtitutio more Hiſpaniarum, 3
B in quibus maſculi fœminis, etiam maioribus natu, præferantur; eò quòd in maſculis potius, quàm in fœminis, quæ ad maritorum familiam tranſeunt, conſeruetur eorum familia, qui ea inſtituunt; modò tamen abuſus, qui in eis inſtituendis poſſunt interuenire, vitentur; eſt communis Doctorum, quã referunt ac ſequuntur Couar. in 4. decret. par. 2. c. 8. §. 6. num. 5. verſi. quartò deducitur, cap. Raynutius, de teſt. in princ. num. 24. & 3. var. reſol. cap. 5. nu. 5. verſicu. tertiò principaliter, Gregor. Lopez. l. 32. titu. 9. par. 6. verb. *No valdra*, in princip. Ant. Gom. l. 40. Tauri. nu. 56. Padilla in rubr. C. de fideicommiſſ. num. 4. & copioſiùs, quàm alij, Molina lib. 2. de primog. cap. 1. num. 3. quibus ſubſcribit Sotus 4. de iuſt. quæſt. 5. artic. 1. ad 2. Id quippe in ornamen
C tum & robur Reipublicæ cedit, cuia intereſt, illuſtres ac diuites familias, proceresque & optimates habere, qui belli ac pacis tempore ipſi deſeruiant, eamque gubernent & tueantur, ac veluti oſſa & nerui ipſius ſint. Id etiam in totius familiæ, ea primogenia inſtituentium, robur cedit ac firmamentum, dum, qui ad ea, tanquam familię caput, vocatur, cęteris ſuis opibus ac potentia præſidio eſſe ſolet ac iuuamini. Quæ ſane locum non haberent, ſi bona, ex quibus primogenia inſtituuntur, inter multos diuiderentur, integrumque poſſeſſoribus eſſet, ea ſubdiuidere, diſſipare, conſumere, & alienare, vt ex ſe ſatis eſt manifeſtum. Perſpicuitatis autem gratia, ſequentes concluſiones ſunt ſubijciendæ.

Prima eſt. In euentibus omnibus, in quibus in 4 Prima concluſ.
D calce diſputationis 576. explanatum eſt, in his Caſtellæ, aut Luſitaniæ regnis, neceſſariam non eſſe facultatem Regis ad maioratus de bonis patrimonialibus inſtituendos, licitè in exteriori, & in conſcientiæ foro, inſtituuntur. Probatur, quoniam leges horum regnorum omnibus de republica communes, quibus ea diſpoſitio de omnibus ſuis bonis, aut de illorum parte, ſubditis in eis euentibus permittitur, iniuſtæ non ſunt, ſed rationabiles, & æquæ, latæ ab habente ad id authoritatem; neque in ea diſpoſitione præiudicium vllum infertur legitimis portionibus, iuxta leges eorundem regnorum, aſcendentibus, aut deſcendentibus debitis: ergo in exteriori, & in conſcientiæ foro, licitè tales maiora-
E tus inſtituuntur: præſertim cùm, vt dictum eſt, id cedat in commune reipublicæ bonum, & in ſplendorem ac robur familiæ eum maioratum inſtituentis. Semper excludimus abuſus, qui ex inſtituentium nequitia interuenire poſſunt, & loquimur de re ipſa in ſe, ſi nulla mala circumſtantia inficiatur. Nihil enim eſt tam ſanctum, circa quod, hominum nequitia, abuſus interuenire non poſſint: ea tamen de cauſa res ipſa, quæ abuſibus carere eſt nata, damnanda non eſt vt illicita. Quare, ſi quis auiditate memoriam ſui nominis relinquendi, aut ſublimãdi aliquem ex ſuis filijs, vel propinquis, ſuamque exaltandi familiam, iniuſtè, aut inordinatè, aliqua acquirat, vel eas eleemoſynas, aut opera alia pia non faciat,

ciat, ad quæ, pro ſui ſtatus conditione & qualitate bonorum (vt ſi eccleſiaſticus ſit) aut ratione indigentiæ proximorum, tenetur, atque ex bonis ita malè partis, aut peruerſè retentis, & in alijs rebus pijs inſumendis, maioratum inſtituat, id quidem illicitum erit ex his prauis circumſtantijs, & ex nequitia inſtituentis; non verò, quod per ſe, ſeclusis malis circumſtantijs, illicitum in ſe ſit inſtituere maioratum. Non item negamus, ſæpe conſultiùs, longeque melius eſſe, aliter de eiuſmodi bonis diſponere, quàm inſtituere maioratum; ſed, quod contendimus, eſt, hoc malum & illicitum non eſſe, ſed bonum in ſe. Intendere verò ſui nominis memoriam, propriæq; familiæ ſplendorem, atque exaltationem, malum ſanè non eſt, ſi appetitus eius rei moderatus ſit; etiam ſi multa alia ex eis bonis fieri poſſent Deo gratiora, reipublicæ vtiliora, & propriæ ſaluti ſpirituali longè commodiora. Hanc totam concluſionem intendit Molina, vbi ſupra à nume. 5. vbi rectè infert, licitè in Caſtella patrem inſtituere poſſe maioratum filio ſuo naturali, aut nepoti ex illo, de omnibus ſuis bonis, aut de parte eorum, quam voluerit, quando deſcendentibus legitimis caret, eſto habeat aſcendentes legitimos: quoniam, vt diſp. 166. dictum eſt, licèt in eo euentu tali filio, aut nepoti, legitimam non debeat, relinquere tamen illi poteſt omnia ſua bona, aut partem eorum, ſi voluerit. Idem dicendum eſt de iure communi, & in Luſitania, ſi is filius, aut nepos, non eſſet hominis plebeij, quo ad portionem, quam de iure communi aut Luſitaniæ, diſputatione citata explicatum eſt, poſſe illi liberè in eo euentu relinquere; cùm tamen eam illi tunc relinquere non teneatur.

Secunda concluſ. 5 Secunda concluſio. Si maioratus inſtitutor alios deſcendentes, aut aſcendentes habeat, quibus portio legitima in ipſis ſuis bonis debeatur, atque de bonis ita illis debitis, ſine Regis facultate, & ſine præuio eorum legitimo conſenſu, modo diſputatione ſequenti explicando, maioratum inſtituat, tunc vtique illicitè, atque inualidè eum conſtituit, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro.

Hæc notiſſima eſt, eamque affirmat Molina vbi ſupra, numero nono. Cùm enim leges, quæ legitimam portionem in bonis alicuius deſcendentibus, aut aſcẽdentibus illius tribuunt, iuſtæ ac validæ ſint, irritumque & inane reddant, quod in contrariũ fuerit attentatum, vt diſput. 158. & 159. dictum eſt; vtique ea inſtitutio, quatenus ſine Regis facultate, aut legitimo conſenſu eorum, quibus legitima debetur, facta fuerit de legitimis eis debitis, illicita, iniuſta, atque inualida erit, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro.

Tertia concluſ. 6 Tertia concluſio. Quando maioratus inſtitutor deſcendentes habet, quibus legitima portio in bonis ipſius ex legum preſcripto debetur, ſiue Rex illi facultatem concedat inſtituendi maioratum de omnibus ſuis bonis, relinquẽdo cæteris liberis competentia alimenta, vt fieri conſueuit, ſiue concedat facultatem inſtituendi maioratum de omnibus ſuis bonis, non exprimendo vt cæteris liberis competentia alimenta relinqueret, ſemper relinquenda ſunt cæteris competentia alimenta, attenta ipſorum qualitate, quin & fœminis competens dos in ratione alimentorum relinqui debet, vt nubere pro ratione ſui ſtatus, competenter poſſint. Quòd ſi aliter inſtituatur maioratus, neque competentia alimenta relinquantur cæteris liberis, iniqua & inualida eſt ea inſtitutio tam in conſciẽtiæ, quàm in exteriori foro, quatenus competentia alimenta aliorum contigerit, eatenusque reuocabitur, moderamenque illi adhibebitur, etiam in foro exteriori, quatenus fuerit ſatis, vt cæteris liberis relinquantur competentia alimenta. Iniquam autem reputo facultatem, quæ con-

A tineat, vt de omnibus bonis conſtitui poſſit maioratus, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta: neque tutus eſſet in conſcientia, qui, vi illius, maioratum inſtitueret, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta, moderamenque princeps adhibere deberet in foro exteriori. Imò arbitror in Caſtella, vbi legitimæ filiorum ſunt ſolùm octo partes ex quindecim, & ſeptem paretibus liberæ relinquuntur, vt ex illis pro libito inſtituere poſſint maioratum, rarò cõcedi debere facultatem, vt in maioratus inſtitutione contingantur legitimæ reliquorum filiorum, præter legitimam eius filij, qui ad eum maioratum immediatè vocatur.

Tres priores partes affirmat Molina, cum pleriſque alijs, quos citat, vbi ſupra, à num. 10. easque intelligit, etiam quando filij habent aliunde competentia alimenta. Et prima, vnà cum tertia, nempe quòd quando facultas continet, vt relinquantur ceteris liberis competentia alimenta, iniqua & nulla in conſcientiæ, & in exteriori foro, ſit inſtitutio, quæ competentia alimenta eis non reliquerit, reuocandaque ſit, ac moderamen ſit illi adhibendum, quantum ſatis ſit, vt reliquis liberis competentia alimenta relinquantur, notiſſimæ ex ſe ſunt. Etenim cùm, ſecluſa ea facultate, reliquis liberis non ſola competentia alimenta, ſed etiam integræ legitimæ, ex legum præſcripto in conſcientiæ, & in exteriori foro ſint debitæ: ſanè, ſi contra facultatem conceſſam, inſtitutio maioratus competentia alimenta cæteris liberis non relinquat, iniqua ac nulla ea eſt in conſcientiæ, & in exteriori foro, ac proinde reuocanda ac moderanda erit, ita vt competentia alimenta relinquat.

Secunda item pars, vnà cum tertia, nempe quòd quando facultas continet, vt de omnibus ſuis bonis poſſit inſtituere maioratum, non exprimendo vt ceteris liberis alimenta competentia relinqueret, iniqua ſit & nulla in conſcientiæ, & in exteriori foro, ea maioratus inſtitutio, quæ competentia alimenta eis non reliquerit, ſitque reuocanda ac moderanda, quantum ſatis ſit, vt reliquis liberis competentia alimenta relinquantur, aut à maioratus poſſeſſore eis præſtentur, ex eo facilè probantur, quòd in conceſſione illa abſoluta, intelligenda ſit clauſula & conditio apponi conſueta, ſine qua eſſet iniqua, vt ſcilicet reliquis liberis competentia alimenta relinquantur. Et quoniam reſcripta, & conceſſiones principum, ita ſunt ſemper exponenda, vt nihil iniquum & contra rectam rationem contineant, vt cum gloſ. 3. cap. paratus, 23. quæſt. 1. & pleriſque alijs, quos citat, rectè Molina, vbi ſup. nu. 13. ait, concinitque, l. 27. tit. 18. par. 3. verſus finem.

Quartam verò partem, quòd ſcilicet iniqua ſit facultas, quæ contineat, vt de omnibus bonis conſtitui poſſit maioratus, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta, neque tutus eſſet in conſcientia, qui, vi illius, maioratum inſtitueret, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta, moderamenque princeps in foro exteriori ei inſtitutioni adhibere deberet, ex eo probare conatur Molina, vbi ſupra, num. 14. quòd arbitretur, de iure naturali eſſe, teneri patrem relinquere filijs legitimam vſque ad competentia alimenta eis neceſſaria: ſecus verò quoad exceſſum, ac proinde, quòd quãuis princeps diſpenſare poſſit cum patre in lege poſitiua, qua certa quota bonorum ipſius eſt eis debita in legitimã, vt ea lege non obſtante poſſit inſtituere maioratum, contingendo eorum legitimas, non tamen poſſit diſpenſare, vt non accipiant tantùm legitimæ, quantum ſatis ſit ad competentia alimenta: quoniam id eſſet diſpenſare in iure naturali, ad quod non ſe extendit principum poteſtas. Ego verò quamuis arbitrer, de iure naturali eſſe, patrem, ſi poſſit, prouidere filijs

filijs de alimentis, ſine quibus viuere non poſſint, quando ea aliunde non habent, neque ſua induſtria, & labore ſibi illa comparare poſſint, ſatisque congruum eſſe exiſtimem rationis rectæ ductui, ſeu inſtinctui ac propenſioni naturali, qua parentes propendent, vt filijs theſaurizent, eisque parent vnde absque vlla indigentia ſplendidè viuant; non tamẽ arbitror eſſe de iure naturali, vt alimenta, etiam neceſſaria ad vitam tuendam, illis relinquant, aut tribuant, ſi aliunde ea habeant, aut ſua induſtria & labore comparare illa poſſint, nedum vt competentia alimenta illis relinquant, vnde accommodatè ad paternas diuitias, honoremque, & ſtatum ſuum, ac parentum, temporalem hanc & caducam tranſigant vitam: præſertim cùm, quòd vnus in republica lautiùs & ſplendidiùs, quam alius, viuat, altiorisque ſit ſtatus & conditionis, quàm alius, nihil ad ius naturæ attineat, quo ſolo ſpectato, nullus mortalium maior eſt alio, neque illi debetur ſplendidior & lautior vita, quàm alijs. Quare aliunde partem concluſionis propoſitam mihi perſuadeo. Nempe, quòd cum leges, quæ certam quotam bonorum parentum præſcribunt filijs in legitimam, vnde ſuſtententur; & familiam aſſumant, æquæ ſint, rectæque rationis ductui, ac propenſioni naturali, qua parentes filijs theſaurizent, eosque perducere conantur ad ſtatum, in quo non egeant, valdè ſint conſentaneæ, in publicumque reipublicæ bonum cedant, & omnibus de republicæ communes ſint, per easque filij ius ſibi ad ſuas legitimas portiones comparauerint, recta ratio, æquitasque non patiatur, vt in detrimentum ipſorum, princeps vſque adeo diſpenſet in iuribus, quibus legitimæ portiones ipſis ſunt debitæ, vt neque congrua alimenta, iuxta opes, ſtatum, ac conditionem parentum, ad ipſos per obitum parentum deueniant: maximè cùm non multum reipublicæ expediat multiplicatio maioratuũ, imò fortè eſſet longè vtilius, non tot multiplicari, quot re ipſa multiplicati ſunt, & in dies multiplicantur: & cùm plus ſatis multiplicentur, non contingendo legitimas aliorum filiorum, nedum non ita eas etiam contingendo, vt neque competentia alimenta ex magnis parentum opibus cæteris filijs relinquantur.

Vltimam verò partẽ ex eo mihi perſuadeo, quòd cæteri liberi ius ad ſuas adeò moderatas portiones comparatione bonorum omnium ſuorum parẽtum vi legum æquiſſimarum, omnibusque de republica communium, compararũt; neque æquitas patiatur, vt princeps, in tantum eorum detrimentum, diſpenſet in eis legibus, iusque illud ab ipſis auferat; cùm, vt proximè dictum eſt, maius bonum reipublicæ ſit, portiones legitimas ſingulis liberis tradi, quibus, accommodatè ad opes paternas, competenter viuant, quàm multiplicari & augeri maioratus, cum ipſorũ detrimento: præſertim cùm ſufficienter maioratus multiplicentur & augeantur, ſecluſo eo cæterorum liberorum detrimẽto, vt etiam proximè dictum eſt. Equidem, quòd princeps in eo diſpenſet, quòd legitima eius, qui ad maioratũ vocatur, vinculo primogenij ſubijciatur, etiam quando nullus alius eſt deſcendens, omniaq; bona parentum in hoc Caſtellæ regno, iuxta communem, probabilioremque ſententiam, pertinent ad legitimam talis filij, præter quintum, idque ſiue parentes ſimul maioratum ex quinto, aut ex parte quinti, inſtituant, ſiue non, non adeò graue præiudicium tali filio inde ſequitur, vt dicendum ſit, illicitam, irrationabilemq; eſſe eam diſpenſationem; quandoquidem tota legitima eidem filio manet, tametſi vinculo primogenij alligata: multò verò minus detrimentum illi ſequitur, ſi parẽtes nepotem ex eo filio habeant; ſiquidẽ ex tertio & quinto inſtituere poſſent maioratum in nepote, excluſo filio ab eo maioratu: & multò adhuc minus detri-
A mentum illi ſequitur, ſi fratrem, aut fratres haberet;
quoniam, vnà cum maiori, aut cum minori ſua legitima, quò plures fratres haberet, acciperet in maioratum tertium, aut etiam quintum bonorum parentum; cùm tamen poſſet à parentibus excludi à tertio & quinto. Cæterum quòd, ſi ſint duo filij, vnus excludatur ab accipiendis integris quatuor partibus ex quindecim bonorum parentum, quæ ad ipſius legitimam ſpectãt, vt alius pluſquam ex vndecim partibus ſuæ legitimæ, & tertij, ac quinti bonorum patris, obtineat maioratum, ſanè æquitas id non patitur: & multò minus æquitas patitur, vt ſi ſint tres filij, duo excludantur, ſinguli quidem à minore portione ſuæ legitimæ, at ambo ſimul à maiori portione, vt maioratus alterius, inſtitutus ex ſua legitima,
B & tertio, ac quinto parentum, vlteriùs augeatur: neque ſanè id ego principibus conſulerem, vt in eo diſpenſarent. Scio Molinam, vbi ſupra, præſertim num. 26. Couarr. num. 5. citato Anton. Gom. l. 40. Tauri, num. 57. & pleroſque alios, contrarium affirmare, ductos, quòd lex, quotam legitimæ ſtatuens, de iure ſit humano, poſſitque proinde princeps in illa diſpenſare. Scio item receptum id eſſe in praxi ex eo fundamento, & ex autoritate eorum doctorũ. Mihi verò, quod dixi, plus placet. Fundamentum verò in contrarium, locum non habet, quando vi legis humanæ comparatum eſt ius tertio; & quando diſpenſatio non cedit in maius commune bonum, quàm ſit bonum, quod perſiſtit, ſecluſa ea diſpenſatione, & quàm ſit, quod impeditur, adhibita ea di-
C ſpenſatione: in re autem propoſita ius eſt quæſitum filijs vi legis humanæ omnibus communis, neque diſpenſatio cedit in maius bonum publicum, vt oſtenſum eſt.

Doctores hanc quartam concluſionem communiter ſtatuunt. Quando aliquis omnino caret deſcendentibus, habetque aſcendentes, licitè maioratum inſtituit ex principis facultate de omnibus ſuis *Quarta doctorum concluſ.* 7
bonis, priuando aſcendẽtes legitima in bonis ipſius debita. Ita communis ſententia, quam Molina, vbi ſupra, num. 28. refert. Ducuntur illo communi argumento, quòd legitima portio in bonis deſcendentium, ſolùm ſit aſcendentibus debita iure & ſtatuto humano: princeps autem diſpenſare ex rationabili cauſa poſſit, vt is legitima priuetur, cui iure humano
D eſt debita. Meritò Couarr. num. citato, ait, aſcendentibus debita eſſe à deſcendentibus alimenta iure naturali, ſi ea non habeant, ac proinde conſentiet, neque ex regia facultate poſſe inſtitui talem maioratum, niſi relictis eis alimentis, ſine quibus vitam trãſigere non poſſent. Imo verò dubitandum non eſt, neceſſe eſſe vt minimum illis relinqui competentia alimenta, vnde accommodatè ad ſuam cõditionem & ſtatum, congruenter tranſigant vitam, quod Molina, vbi ſupra obſeruat. Qui etiam addit, cùm diſpenſatio, vt maioratus ex omnibus bonis inſtituatur, priuando aſcendentes legitima in eis bonis ex legum præſcripto ipſis debita, fieri non poſſit, niſi ex ſufficienti, ac rationabili cauſa; ſufficiens autem
E & rationabilis non ſit, vt deſcẽdens in aliquo tranſuerſali maioratum inſtituat, qui non pertinet ad familiam ac ſobolem ex ipſo propagandam, ſicut eſt legitima cauſa, vt inſtituatur in vno deſcẽdentium, in quo nomen & familia inſtitutoris conſeruetur; ſibi videri, non poſſe licitè eam facultatem concedi, niſi vt maioratus inſtituatur in aliquo aſcẽdentium, cui legitima debeatur, aut in fratre aliquo inſtitutoris, ad quem ab eo aſcendente deuenire deberet maioratus. Ego verò, iuxta ea, quæ in probatione duarum vltimarum partium concluſionis præcedentis dicta ſunt, exiſtimo, quòd, cum ius ſit quæſitũ aſcendentibus ad ſuas legitimas portiones ex eis bonis vi legum æquiſſimarũ, omnibuſque de republica communium,

munium, quæ in recompenſationem legitimarum, A quæ filijs debentur ex bonis paternis, parentibus eas legitimas in bonis filiorum conceſſerunt, quando filij deſcendentes non haberent, præſertim cum ſæpe ea bona à parentibus in filios emanarint, & filij ſuum eſſe à parentibus acceperint; neque vtilitas tanta ſit boni communis, aut inſtitutoris maioratus, ea etiam via maioratus multiplicari ex legitima parentibus debita; nefas eſſe principibus diſpenſare cum deſcendentibus, ſine aſcendentium conſenſu, vt maioratus inſtituatur ex portionibus aſcendentibus debitis, etiamſi in vno aſcendentium inſtitueretur ex legitima alteri debita. Quando autem vni tantum aſcendentium legitima deberetur, in eoque maioratus inſtitueretur, & poſt eum vocaretur ad maioratum filius maior natu eiuſdem aſcenden- B tis, aut filius, quem aſcendens vellet, tunc, quia id in modicum, aut nullum detrimentum talis parentis cederet, poſſet princeps diſpenſare, vt maioratus, etiam ex legitima ei parenti debita, inſtitueretur.

Quinta concluſ. 8

Quinta concluſio. Si habens deſcendentem, aut aſcendentem, cui legitima in bonis ipſius debeatur maioratum, ſine Regis facultate inſtituat de ea legitima, & alijs ſuis bonis, ad quem vocet eum, cui ea legitima debetur, ſub ea tamen lege, ac conditione eum maioratum inſtituat, vt ſi is, cui ea legitima debetur, conſentire velit in eo grauamine, obtineat maioratum; alioquin accipiat ſolam ſuam legitimam, & incrementum deueniat ad alium; tunc, ſi ille expreſsè conſentiat in eo grauamine C circa ſuam legitimam, aut tacitè maioratum integrum acceptando cum ſcientia, quòd maioratus ſit ita inſtitutus, valida eo ipſo eſt ea inſtitutio, legitimaque, vnà cum incremento, alligata manet vinculo maioratus: ſi verò non conſentiat, liberam tunc accipit ſuam legitimam, & in incremento ſuccedit alius. Concluſio hæc ex ſe eſt ſatis perſpicua, & conſtat ex ijs, quæ diſput. 177. à nobis dicta ſunt. Rectè verò Couar. capit. Raynaldus, de teſtamen. §. 2. num. 4. ait, in hoc euentu, validum eſſe pactum filij cum patre, & conſenſum filij in eo grauamine viuente patre, pro eo emolumento: quoniam non conſentit gratis in eo grauamine, & quaſi imminutione ſuæ legitimæ, ſed pro emolumento maximo. D

Sexta concluſ. 9

Sexta concluſio. Si quis maioratum ſine Regis facultate inſtituat de legitima debita filio, quem non ſuum iura vocant, aut alicui aſcendenti, & de alijs bonis, ad quem vocet eum, cui talis legitima debetur, non appoſita conditione, de qua præcedente concluſione habitus eſt ſermo, valida eſt de iure communi inſtitutio quoad incrementum, non verò quoad legitimam, ſed legitima manet libera ab eo vinculo. Idem, iuxta communiorem ac veram ſententiam, eſt dicendum hodie de eodem iure communi, eſto filio ſuo ſit debita ea legitima, iſque ſimiliter vocatus ſit ad eum maioratum. De iure verò Caſtellæ, ſi legitima ſit debita filio ſuo, vel emancipato, iſque vocetur ad maioratum, ſuccedit quidem in omnibus illis bonis; le- E gitima tamen, & incrementum, libera manent ab eo vinculo, & grauamine. Hæc concluſio tota aſſerta, & probata à nobis fuit diſputatione 177. citata, eaq; de cauſa non plura hac de re hoc loco dicimus.

✠

DISPVT. 579.

Maioratus inſtitutio ex legitimis alijs debitis, quando valida ſine Regis facultate, ex conſenſu eorum, quibus legitimæ illæ debentur. Et quædam alia rei huius occaſione examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Sicut inualidum eſt pactum, quo quis ſibi adimit facultatem teſtandi: ita de iure communi inualidum eſt pactum, quo quis filiæ promittat, ſe æquali portione inſtituturum eam hæredem cum filio: aut quo quis promittat, nullum filiorum melioraturum præ ceteris, aut æqualiter diuiſurum omnia bona inter filios.*

2 *Pacta hæc valida redduntur, ſi iuramento confirmentur.*

3 *In hoc regno, ſi quis contractu inter viuos promiſit, ſe non melioraturum aliquem ſuorum deſcendentium, eaque de re confecit ſcripturam publicam, valet pactum, eſtque inualida ea melioratio, ſi illam efficiat. Idem eſt ſi ſine ſcriptura publica id pactum confirmet iuramento. Poteſt etiam probari teſtibus fuiſſe factum ſcriptura publica, ſi fuit deperdita.*

4 *Promiſsio in hoc regno facta circa meliorationem alicuius deſcendentium in tertio & quinto cauſa matrimonij, aut ex alia oneroſa, valet. Si autem non fiat, facta cenſetur mortuo, qui illam efficere promiſit.*

5 *Qui validè promitteret non meliorare filium, cenſetur promittere non meliorare nepotem, neque alium deſcendentem.*

6 *Pactum de meliorando filio, aut filia, cauſa matrimonij, eſto cum ipſiſmet fiat, & eſto poſtea illud remittat alius, qui cum ipſis intuitu talis pacti contraxit, aut diſcedat ſine liberis, valet.*

7 *Si is, cui facta eſt promiſſio de eo meliorando ex cauſa oneroſa, aut inſtrumento publico de non relinquendo alteri maiorem portionem, moriatur non relicta ſobole, expirat pactum: ſecus ſi ſobolem relinquat.*

8 *Vt eiuſmodi promiſſiones obligare deſinant, non ſatis eſt remiſſio eius, cui factæ ſunt, ſi aliter vi illarum cum eo contraxit, etiamſi ea remiſſio iuramento confirmetur: ſed vtriuſque eſt neceſſaria remiſſio, ac ſufficit.*

9 *Eiuſmodi promiſſiones inualidæ ſunt iam hodie poſt legem Caroli V. in fauorem dotis filiæ factæ vltra illius legitimam matrimonij cauſa. Secus comparatione filiorum, & etiam filiarum ad ingrediendum monaſterium, & ad alia oneroſa.*

10 *Si iuramento poſt eam legem Caroli V. ſe aſtrinxiſſet parens in augmentum dotis filiæ, non meliorare aliquem filiorum, aut meliorare filiam per vltimam voluntatem, nulla ex tali iuramento conſurgeret obligatio.*

11 *Renunciatio ſucceſſioni in bonis eius, in quibus renuncianti legitima debetur, vno è tribus modis fit.*

12 *Nihil impediente renunciatione, vtpote nulla ipſo iure, facta in totum, aut in parte ei, in cuius bonis renuncianti legitima debetur, ſuccedit renuncians in integram ſuam legitimam, & ab inteſtato in maiori portione, ſi maior portio ab inteſtato illum contingat. Quin renunciatio facta ei, in cuius bonis nihil debetur, nihil impedit, quo minus renuncians ſuccedat illi ab inteſtato, & ex teſtamento.*

13 *Renunciatio, qua renuncietur legitimæ, aut ſucceſſioni, ſub iuramento, nec vi, nec dolo, nec metu extorto, valida eſt, & quam latè intelligenda. Excipiuntur renunciationes, de quibus diſp. 149. dictum eſt.*

14 *Jn præcedenti euentu, nec nepotes ſuccedunt auo, cuius ſucceſſioni pater eorum renunciauit, eſto illorum pater ſit mortuus ante auum, niſi iuramentum iniuſtè ex ipſorum patre fuiſſet extortum: nam tunc ſuccedunt.*

15 *Si filius, aut filia, ante ingreſſum religionis paternæ hæreditatis cum iuramento renunciauit, etiamſi parens poſt profeſſionem talis filij moriatur, non ſuccedit monaſterium hæreditati ita renunciatæ.*

16 *Conditio, ſi ingrediar religionem, non vitiat renunciationem hæreditati iuramento confirmatam, factam ſub ea conditione.*

17 *Non cenſetur grauis læſio monaſterij, aut religioſi, ſi prædicto modo, qui religionem ingredi vult, renunciet, reſeruata ſolùm quinta, aut minori parte illius, nec proinde locum habet reſtitutio in integrum.*

18 *Quando filius, aut filia, validè hæreditati materna renunciaſſent, antequam dominium illius conſequerentur, ſiue paterfamilias ipſorum renunciationi conſentiret, ſiue non, vſusfructus illius ad patrem non ſpectaret. Si verò dominium illius conſequerentur, pater compararet vſumfructum illius, etiamſi renunciationi validæ pater conſenſiſſet.*

19 *Quando filius, aut filia, validè cum iuramento renunciat hæreditati paternæ, attēdi debet cauſa, ob quam renunciat: quoniam ſub conditione illius cenſetur renunciare, eaq; proinde ceſſante, inualida redditur renunciatio. Et multa circa id expenduntur.*

20 *Renunciauerit licèt quis validè hæreditati alicuius, ſuccedere tamen eidem poteſt per alium, ad quem deueniat, vt per ſuum fratrem, eſto is illam non adierit, ſed tranſmittat.*

21 *Renunciauit ſi quis validè patris hæreditati, ſi ille ad ſecundas nuptias tranſeat, eaque ratione bona, quæ pater ex priori vxore accipiet, diuidenda ſint inter filios illius, is filius ſuccedit in portione, quæ ex matre ita ipſum contingit.*

22 *Renuncians hæreditatis paternæ, non cenſetur renunciare ijs, quæ non deferuntur iure hæreditario, vt maioratui, feudo, & emphyteuſi non hæreditarijs, niſi aliud de mente renunciantis conſtet.*

23 *Renuncians cum iuramēto hæreditati paternæ, etiāſi dicat ex teſtamento, ſi tamen à patre hæres inſtituatur, ſuccedit & tranſmittit eam hæreditatem.*

24 *Renunciatio hæreditati iuramento confirmata, non reuocatur natiuitate filiorum renuncianti.*

25 *Renunciatio ſucceſſioni in bonis alicuius iuramento confirmata, non redditur ex eo nulla, quòd renuncians ignoraret, iure ciuili eſſe nullam ſecluſo eo iuramento.*

26 *Renunciantem cum iuramento ſucceſſioni eſſe minorem etiam impuberem, non aufert validitatem à renunciatione non extorta per iniuriam.*

27 *Renuncians paternæ ſucceſsioni cum iuramento, validè renunciat, eſto filiusfamilias ſit, nec alioquin valeat donatio facta ab eo patri.*

28 *Renunciauit ſi quis per vim, metum, cum iuramento ſucceſſioni, licèt inde ius non comparet is, in cuius fauorem eſt renunciatum, & relaxare debeat id iuramentum, ante relaxationem tamen, qui iurauit, contrauenire non poteſt ei renunciationi.*

29 *Metu ſi facta ſit renunciatio, etiam reuerentiali, quouſque inualida, inualiduſque quo ad id ſit maioratus ex eis bonis inſtitutus.*

30 *Renunciatio iuramento confirmata, & dolo extorta, vt falſis promiſſionibus, aut falſis perſuaſionibus, inualida eſt, neque eſt tunc neceſſaria relaxatio iuramenti.*

31 *Quando in renunciatione ſucceſſioni iuramento confirmata, læſio renunciantis interuenit, vt explicetur, an valida ſit, & an læſio ſubueniatur, diſtinguitur, quando renunciatio dicatur gratuita, & quando contractu ex parte oneroſo.*

A 32 *Renunciatio ſucceſſioni iuramento confirmata, ſi facta ſit vero animo condonandi, quod renunciatur, aut incrementum, quod condonatur, comparat verum ius is, in cuius fauorem ſit, eſto renuncians minor eſſet, & locum non habet relaxatio iuramenti, neque reſtitutio in integrum, niſi bonum commune contrarium poſtularet ob nimiam læſionem exiguum iudicium, ac multam facilitatem, renunciantis.*

33 *Renunciatio legitimæ iuramēto confirmata, non cenſetur comprehendere alimenta, ſi renuncians aliunde ea non habeat, niſi aliud exprimatur, aut intelligatur fuiſſe mentem renunciantis. Et de alimentis omnino neceſſarijs ad conſeruationem vitæ eſſet nulla ea renunciatio iuramento confirmata.*

B 34 *Si cum iuramento renuncietur ſucceſsioni, contractu mere oneroſo, pro emolumento aliquo, & læſio quæcunque interueniat, attento pretio, quo ea ſucceſſio æſtimaretur, quando ei renunciatum fuit, inualida quoad incrementum eſt talis renunciatio in conſcientiæ foro. Et ſi, cui facta eſt, relaxare tenetur iuramentum, aut ſuperior illius: ante relaxationem verò contrauenire renunciationi non poteſt.*

35 *Jn hoc eodem euentu in foro exteriori puberi non conceditur actio, eſto læſio ſit vltra, aut infra dimidium iuſti pretij, neque conceditur remedium legis 2. C. de reſcind. vend. (excipe in Luſitania, ſi iuramentum adhibitum ſit ſine Regis facultate,) deberet tamen relaxari iuramentum, & concedi actio, ſi læſio ſit vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij.*

C 36 *Si minor ſolùm confirmet iuramento contractum, aut renunciationem oneroſam, in quibus ſit læſus vltra dimidium iuſtæ æſtimationis, neque addat vnde ſufficienter exprimat, renunciare beneficio, l. 2. C. de reſcin. vend. agere poterit ex l. 2. Expediret tamen, vt relaxaretur iuramentum, & id in conſcientia eſſet neceſſarium, ſi ſe intendit obligare, neque inde agere. Idem de maiore, ſi iuramento confirmauit actum, ſecluſo iuramento nullum.*

37 *Renunciatio legitimæ, aut parti illius, conſenſusve in id, ſi fiant, non quidem ante teſtamentum, ſed in ipſa teſtamenti confectione, aut poſt illud confectum, valida ſunt, etiamſi iuramento non confirmentur, neque poterit agi poſtea aduerſus teſtamentum, in quo ita ſit præteritus, aut exhæredatus, eſto neque hæc,* D *neque alia cauſa ſit in eo inſerta. Et in quo euentu non ſufficiat tacitus conſenſus renunciationis partis legitimæ, ſed requiratur expreſſus. Et in quo alio eſſet teſtamentum nullum, eſto approbaretur poſt teſtatoris mortem, niſi approbaretur in ipſa confectione teſtamenti, aut in eo inſereretur cauſa exhæredationis, aut præteritionis.*

38 *Renunciatio legitimæ, aut parti illius, in fauorem cohæredis, aut cohæredum, valida eſt, etiamſi iuramento non confirmetur, modò accedat ad id conſenſus eius, in cuius bonis debetur, & in eo perſeueret vſque ad mortem. Idem de quocunque pacto circa ſucceſſionem in bonis illius. Sine tali verò conſenſu, inualida eſt renunciatio, & pactum circa ſucceſsionem in bonis illius, etiamſi iuramento con-* E *firmetur, & ſub pœna amiſſionis hæreditatis fiſco. Idem eſt de quacunque diſpoſitione rei ita obtinendæ, etiamſi hypothecę ſubijciatur, ſine conſenſu eius, cuius adhuc eſt.*

39 *Pactum futuri hæredis cum creditoribus eius, cui hæres eſſet futurus, ne ab ipſo exigerent ea debita, validum eſt ſine eius conſenſu, cui ſucceſſurus eſt. Secus de pacto, quo debitoribus illius remitteret debita.*

40 *Jn pactis, quæ dicta ſunt valida eſſe accedente conſenſu eius, cui eſt ſuccedendum, & perſeuerante in eo vſque ad mortem, ſi is iurauit, non reuocare eum conſenſum, tenetur ſub reatu periurij illum non reuocare. Si id non iurauit, nihil impediētibus iuramētis,*

quibus

quibus hæredes, aut cohæredes illa firmaſſent, poſſet reuocare conſenſum, & irrita eo ipſo redderentur, neque obligarent cohæredes.

41 Renunciationes, de quibus eſt dictum validas eſſe ſine iuramento, ſi factæ ſine illo ſint à minore, ſubuenitur ei circa illas reſtitutione in integrum. Quo remedio caret, ſi illas iuramento confirmauit.

42 Dicta circa primum renunciationis modum, quouſque locum habeant circa ſecundum, & tertium.

43 Maioratus quouſque inſtitui poſſint ex legitimis filijs ac filiabus debitis, etiã ſine regia facultate, renunciantibus filijs ea in parte ſuis legitimis. Et quam facile maioratus ex eis inſtituti, calumnijs ſubiaceant.

INtegra explanatio eorum, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, examen efflagitat eius, quod primo loco eſt propoſitum. Eius tamen occaſione ſimul libet examinare, quouſque validum ſit, aut non ſit pactum circa ſucceſſionem in bonis alicuius.

1 Quemadmodum de iure ciuili inualidum eſt pactum, quo quis ſibi facultatem teſtandi eo modo, quo voluerit, adimit, ac proinde quo ſe aſtringit, vel aliquem inſtituere hæredem, vel nõ reuocare ſuum teſtamentum, vt diſput. 151. dictum eſt; qua etiam ratione inualida eſt donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, quia per eam ſibi facultatem teſtandi eo ipſo adimit, vt diſp. 280. explicatum eſt: ſic quoq; eodem ciuili iure nullum eſt pactum, quo quis filiæ promittit, ſe ex æquali portione inſtituturum eam hæredem cum filio, eſto in inſtrumento dotali, atque ex cauſa oneroſa matrimonij cum tali filia, id pactum efficiat, atque adeò iure ciuili inualidum eſt pactum, quo quis promittit, nullum filiorum meliorare præ cæteris: quoniam eo ipſo ſibi libertatem adimit, quæ ſibi naturali ac gentium iure competit, teſtandi de eis ſuis bonis, quæ ciuili iure in legitimam filiorum deputata non ſunt, vt voluerit. Ita habetur expreſsè l. pactum quod dotali, C. de pactis, & affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. in princ. num. 2. Ant. Gom. l. 22. Tauri, num. 19. & Gutier. de iur. confirmat. par. 1. capit. 59. à num. 1. Idemque eſſet, ſi pactum contineret, vt donatione inter viuos æqualiter omnia bona ſua præſentia, & futura diuideret inter filios: quia ſimiliter ſibi auferret libertatem teſtandi: ſecus verò, ſi pactum contineret, vt æqualiter donaret aliqua inter viuos filijs, relinquendo ſibi alia bona, vnde libere inter eos teſtaretur, vt Gutier. ibid. cum alijs, recte affirmat.

Vtrum autem pactum illud, quo quis filię promittit, ſe inſtituturũ illam hæredem in portione æquali cum alijs filijs, aut quo promittit ſe nullum filiorum melioraturum, validum reddatur, ſi confirmetur iu-
2 ramento? Communis doctorum ſententia cum Bartol. & alijs, quos in ſimili quæſtione diſput. 151. citauimus, negat: quoniam patrem auferre ſibi eam teſtandi libertatem, eſt contra bonos mores: iuramentum autem de re contra bonos mores, ſeu illicita, eſt nullum. Procul dubio tamen dicendum eſt cum Baldo, Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. in initio, num. 2. & 8. verſ. vlt. & cum alijs, quorum ſententiam amplectitur Gutier. vbi ſupra, nume. 7. reddit validum ac firmum. (Excipe in Luſitania, ſi iuramentum de facultate regia adhibitum non ſit, iuxta ea, quæ diſput. 149. dicta ſunt.) Id quod ſatis eſt perſpicuum ex dictis diſputat. 151. & 280. Neque enim id eſt contra bonos mores, quaſi illicitum ſit, quemquam facultatem teſtandi, ſibi competentem ſtando in ſolo naturali ac gentium iure, reſtringere, aut prorſus adimere, vt præſertim diſput. 151. copioſè oſtenſum eſt: ſed ſolum eſt minimè conſen-

A tiens cum moribus, quos iuriſconſultis viſum eſt, eſſe debere in bene inſtituta republica: iuramentum autem de re non illicita, ſeruandum eſt. Adde, parentem id paciſcentem, non ſibi omnino auferre facultatem teſtandi; quippe, nihil impediente eo pacto, relinquere poſſit filiæ pluſquam filijs, & id non impediat teſtari libere circa extraneos de parte ſuorum bonorum, quæ ad filiorum legitimas non pertinet.

In hoc autem Caſtellæ regno l. 22. Tauri, quæ eſt l. 6. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. derogatum eſt ſanctioni legis, pactum quod dotali, dum prior eius legis pars ſic habet. *Si el padre, o la madre, o alguno de los aſcendientes, prometio por contrato entro viuos de non mejorar alguno de ſus hijos, o deſcendientes, y paſo ſo-*
B *bre ello eſcrittura publica, en tal caſo no pueda hazer la dicha mejora de tertio ni de quinto, y ſi la hiziere, que no valga.* Vbi vides, poſſe aliquem in fauorem filiæ, aut cuiuſuis filij, adimere ſibi poteſtatem meliorandi alium, aut alios, atque adeò relinquendi illos hæredes in maiori portione, quàm fuerit ea, quam reliquerit ei, in cuius fauorem factum fuerit id pactum.
Vt tamen id pactum valeat, & deroget legi, pactum 3
quod dotali, fieri debet in ſcriptura publica, vt apertè in ea l. 22. dicitur, alioquin manet in ſua vi lex, pactum quod dotali. Si autem pactum illud iuramento confirmaretur, validum eſſet, eſto factum non eſſet in ſcriptura publica, ſed in priuata, aut coram teſtibus, vel illud confiteretur is parens, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt, & affirmat Gutier. vbi ſupra, nu. 9.
C Neque iudex eccleſiaſticus, aut ſecularis, tunc relaxare poſſet iuramentum licitè, & ſine fraude, vi, aut metu, factum in fauorem tertij, vt diſp. 149. dictum eſt. Si item pactum de non meliorando factum eſſet in ſcriptura publica, & illa eſſet deperdita, poterit probari per teſtes, pactum fuiſſe factum in ſcriptura publica, argumento l. teſtium, §. vlt. C. de teſt. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. ibid. num. 28. refert, ac ſequitur, & conſtat ex dictis diſp. 448.

Eadem quoque lex in poſteriori ſua parte dero- 4
gat legi, pactum quod dotali, dum ſic habet. *Y anſi miſmo mandamos, que ſi prometio el padre, o la madre, o alguno de los aſcendientes, de mejorar à alguno de ſus hijos, o deſcendientes, en el dicho tertio y quinto,*
D *por via de caſamiento, o por otra cauſa oneroſa alguna, que en tal caſo ſean obligados à lo cumplir y hazer: y ſi no lo hizieren, que paſſados los dias de ſu vida, la dicha mejoria y mejoras, de tercio y quinto, ſean auidas por hechas.* Vbi etiam vides, poſſe etiam quemquam ſibi adimere facultatem teſtandi ad libitum de tertio & quinto, aſtringẽdo ſe id totum relinquere vni filiorum ex cauſa matrimonij, aut ex quacunque alia oneroſa, & nihil illius relinquere alijs filijs, aut deſcendentibus: cum tamen in hoc eodem regno parentes ſolùm de quinto poſſint liberè omnino teſtari, & de tertio ſolùm inter ſuos deſcendentes, ſi plures vno habeant, vt habet communis ac probabilior ſententia, neque, vt valida ſit hæc poſterior pro-
E miſſio, neceſſe eſt, vt fiat in ſcriptura publica. Si ergo pacta, de quibus hac lege eſt ſermo, valida ſunt, & vi huius legis derogant legi, pactum quod dotali, nullo adhibito iuramento, quo confirmentur, ſignum profectò eſt, ea non eſſe contra bonos mores, quaſi illicitum aliquid contineant, ac proinde, eſto hæc lex lata non fuiſſet, ſi iuramento confirmarentur, valida eſſent, nihil impediẽte lege pactum quod dotali, quæ illa nulla reddidit: pacta enim nulla, ſi mala non ſint, vim ex iuramento acquirunt, vt diſp. 149. copioſè probatum eſt. Ant. Gom. ad eandem legem, nu. 20. multa verba prodigit, anxiè laborat, neque ſe ſatis extricat, in defendenda æquitate eius legis. Nec ideſt mirum, cùm falsò exiſtimet, cõtra ius natu-

naturale eſſe, quenquam ſibi auferre facultatem liberè teſtãdi, neque id vim habere, eſto pactum, quo eam ſibi auferat, iuramento confirmetur, vt diſput. 151. & 280. eum cenſere retulimus. Errat verò dum non attendit, nullam eſſe hanc conſequentiam, ſtando in ſolo iure naturali ac gentium, facultatem habent homines teſtandi de ſuis bonis, vt libuerit, ergo contra ius naturale eſt, pacto ſibi eam auferre. Sicut enim, ſtando in naturali ac gentium iure, dominus eſt vnuſquiſque eorum, quæ poſſidet, & liberè de eis poteſt diſponere, tum inter viuos, tum etiã vltima voluntate, & tamen non eſt contra ius naturale, quòd pacto illa efficiat alterius, transferendo in eum dominium illorum, aut quòd efficiat illa alteri debita, auferatque proinde à ſe eam libertatem diſponendi de eis: ita profectò non eſt contra ius naturale, quòd quis pacto à ſe auferat facultatem libere de ſuis rebus teſtandi: ſicut etiam non eſt contra ius naturale, quòd ciuile ius eam facultatem ab eo auferat circa portionem, quam eſſe voluit legitimã deſcendentium, aut aſcendentium.

5 Circa priorem partem legis 22. relatæ eſt obſeruandum, qui promiſiſſet illo modo non meliorare filium, neque etiam poſſe meliorare nepotem, aut alium deſcendentem. Quoniam in eo euentu eadem eſt ratio de nepotibus, & de filijs, eaque apertè fuit contrahentium intentio: in pactis autem voluntati & intento contrahentium eſt ſtandum, & non ſono verborũ duntaxat, nomineque filiorum, quando hæc concurrunt, deſcendentes omnes comprehenduntur, etiam in materia odioſa. Ita Ant. Gom. ad eam l. num. 27. Gutier. vbi ſupra, num. 11. & alij, quos Gutier. citat.

6 Quod ad ſecundam partem eiuſdem legis attinet, Ant. Gom. ibid. num. 22. licèt rectè affirmet, modò pactum fiat ex cauſa oneroſa matrimonij, aut alia, ſatis eſſe ſi tale pactum & promiſſio fiat filiæ, aut genero, eo quòd bona illa non quærantur genero, ſed filiæ, tametſi commoditas vſuſfructus ad generum pertineat; addit tamen, ſi pactum fiat filiæ, non cum genero, ſed filiæ, vt melius contrahat, melioremve & ditiorem maritum inueniat, nullum determinando, pactum eſſe nullum, eſto poſteà aliquis cum ea contrahat ductus eo pacto de illa melioranda. Contrarium tamen arbitror eſſe verum, modò ſequatur matrimonium, cauſave oneroſa, ſub cuius conditione eſt cenſendum factum. Etenim eo ipſo, quod pactum illud fit, vt illa meliorem ac ditiorem maritum inueniat, verè fit *por via de caſamiento, o cauſa oneroſa*, vt lex ipſa exigit ad pacti validitatem, eſto non exprimatur cum quo in particulari id matrimonium & cauſa oneroſa celebrari debeat, & videtur conſentire Gutier. vbi ſupra, num. 13. Bene autem Ant. Gom. ibid. num. 23. addit, eaque in re conſentit cum eo Gutier. vbi ſupra, num. 13. ſi poſtea gener è vita diſcedat, etiam liberis non relictis ex eo matrimonio, aut ſi poſtea gener remittat ſocero id pactũ, validum tamẽ permanere comparatione filiæ: quoniam per id pactum filiæ quæſitum eſt ius ad eã meliorationem, eſto intuitu generi, vt cum ea contraheret, eſſet celebratum, imò eſto cum genero, quatenus in ipſius commodum redundabat, neque volebat aliter cum ea contrahere, eſſet celebratum, argumẽto l. ſi poſt mortem, §. vlt. ff. de bon. poſſeſs. contra tab. Hæc, quæ de promiſſione facta filiæ, vt nubat, dicta ſunt, ſimiliter locum habent de promiſſione facta filio, vt aliquam ducat vxorem, aut ex alia cauſa oneroſa, vt ex eadem lege liquet.

7 Si is, cui facta eſt ea promiſſio de eo meliorando ex cauſa oneroſa, vel cui in inſtrumento publico facta eſt promiſſio, de non relinquendo alteri maiorem portionem hæreditariam, moriatur non relicta ſobole, tunc integrum eſt patri, non ſeruare pa-

A ctum, vtpote eo ipſo finitum: ſecus verò, ſi ſobolem relinquat: nam illa ſuccedit in eo iure defuncto, eumque repræſentat, ac proinde ſimiliter cum illa eſt ſeruandum pactum, atque cum defuncto fuiſſet ſeruandum. Ita Ant. Gom. vbi ſupra, in calce, nume. 24. & num. 25.

Quando eiuſmodi pacta facta eſſent, vt alius con- 8
traheret matrimonium cum eo, cui aliquid tale promiſſum eſt, & ſequeretur matrimonium, hoc alio id ſciente, eaque de cauſa contrahente matrimonium, tunc non ſatis eſſet remiſſio eius, cui id promiſſum eſt, vt parens poſſet relinquere alteri filiorum maiorem portionem, aut eum meliorare, etiamſi remiſſio eſſet facta cum iuramento ab eo, cui id eſſet promiſſum, ſed neceſſarium eſſet, vt is quoque remitte-
B ret, qui ea de cauſa contraxit matrimonium. Ratio eſt; quoniam ea remiſſio, ſine conſenſu huius, cederet in iniuriam & detrimentum huius, qui ea de cauſa contraxit, & de cuius intereſſe ſimul agitur, ſibi etiam virtute promiſſo ex cauſa ſecũ oneroſa, quare ſine huius conſenſu eſſet inualida talis remiſſio, & mala, ac proinde non ſeruanda, eſto iuramento eſſet confirmata. Remiſſio verò vtriuſque eorum ſimul, etiamſi filios haberent, valida eſset, eſto per accidens in detrimentum filiorum redundaret. Ita Gutier. vbi ſup. num. 12. & 13.

Carolus V. anno 1534. in comitijs Madritij ce- 9
lebratis, reſpondendo ad 101. quandam petitionem procuratorum ciuitatum, legem condidit, quæ eſt 1. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. & qua, præter alia circa do-
C tes filiarum eorum, qui bona vinculata habent, ſic ſtatuit. *Mandamos, que ninguno pueda dar, ni prometer, por via de dote ni caſamiento de hija tercio ni quinto de ſus bienes, ni ſe entienda ſer mejorada tacita, o expreſſamente por ninguna manera de contrato entre viuos, ſo pena, de todo lo que de mas, de lo aqui contenido, diere y prometiere ſegun dicho es, lo aya perdido, y pierda.* Dubium verò eſt, vtrum hæc lex, quæ poſterius eſt lata, deroget quoad dotem Filiarum legi 22. Tauri quoad priorem, & poſteriorem ſui partem. Etenim quoad filios, quin & quoad filias ex alia cauſa, quàm dotis & matrimonij, vt ad religionem ingrediendam, perſpicuum eſt, nihil illi derogare: cùm in his euentibus nihil ea lex prima loquatur. Paucis verò dicendum eſt cum Gutier. cap. 59. citato à nu.
D 14. & Baeca, quem citat, illi derogare, ac proinde inualidum eſse pactum publico inſtrumẽto confectũ, quo parentes ſe aſtringant, nulli filiorum relinquere maiorem portionem hæreditariam, quam filiæ, ad eam maritandam, poſseque, nihil eo pacto impediente, meliorare quemcunque alium, aut quoſcunque alios aſcendentium in integro tertio & quinto. Ratio eſt, quoniam pactum illud verè eſset contractus inter viuos via dotis ac matrimonij talis filiæ, quo ei promitteretur aliquid de tertio, aut quinto, vereque illo cenſeretur meliorata expreſsè, aut tacitè, in aliquo tertij, aut quinti, vltra ſuam legitimam, quæ omnia prohibentur, nullaq; redduntur ea lege. Longè verò apertius eſt, nullum eſse pactum, quo
E promitterent meliorare filiam cauſa matrimonij in tertio & quinto, aut in aliqua eorum parte, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Quin, ſi filiæ promitterent, aut traderent in dotem aliquid vltra legitimam, integrum eiſdem parentibus poſtea eſset, diſponere de toto tertio & quinto, meliorando aliquem, aut aliquos deſcendentes in illis, aut legando de quinto, quæ vellent, & meliorando de reliquo quinti, & de integro tertio, deſcendentem, aut deſcẽdentes, quos vellent, qui ita meliorati repeterent in eo euentu à filia illa, quod vltra legitimam accepiſset; eo quòd inualidè ac reuocabiliter ex præſcripto legis primæ citatæ id accepiſset. Solent verò, qui contractum celebrant, obtinere à Rege diſpenſationem in ea lege,

ge, vt illa non obſtante, plus promittant, & tunc valide id efficiunt. Obſerua tamen, quamuis prohibitum, caſſumque redditum ſit, contractu inter viuos dare, aut promittere in dotem filiæ aliquid vltra legitimam; prohibitum tamen non eſſe, illam ſuccedere ab inteſtato parentibus in portione æquali cum reliquis fratribus, neque item prohibitum eſſe, patrem ex teſtamento illi relinquere æqualem portionem cum fratribus, aut maiorem, vel illam omnino meliorare in tertio & quinto. Quare ex ijs, quæ ei filiæ obuenerunt per mortem parētum, rectè poteſt habere in dotem plus, quàm ſuam legitimam, eſto ante mortem parētes ipſi egiſſent, pactive eſſent, de ea maritanda cum tota ea dote, quicquid perperam cum Baeca Gutier. vbi ſup. nu. 17. in contrarium dicat. Quando item filia à parentibus accepiſſet plus dotis, quàm eſſet ſua legitima, aut id illi promiſiſſēt, vtique, ſi ex teſtamento patris tantundem, aut plus, illi obueniret, poſſet licitè totam eam dotem retinere, & exigere incrementum: quoniam iam tunc alio titulo, quàm dotis, id totum ei obueniſſet. Similiter, ſi parentes ab inteſtato ex hac vita deceſſiſſent, & portio, quæ ei ab inteſtato ex illis obueniret, eſſet vltra ſuam dotem, eſto dos excederet nudam ſuam legitimam, poſſet non ſolùm retinere integram ſuā dotem, ſed etiam adduccere illam ad partitionem cum fratribus, vt longè maiorem portionem de bonis parentum acciperet.

10 Dubium verò eſt, vtrum, ſi pater iureiurando cauſa dotis ac matrimonij promittat, nemini filiorum ſe relicturum maiorem hæreditariam portionem, quàm filiæ, aut ſe tempore mortis melioraturum filiam in tanta, vel tanta quantitate, vel in toto tertio & quinto, teneatur id efficere, nihil impediente lege prima citata: an verò tuta conſcientia, nihil impediente eo iuramento, poſſit id non efficere, aut teneatur id non efficere. Gutier. vbi ſupra, numero vltimo affirmat, non obligare in eo euentu iuramentum, vtpote factum in præiudicium filiorum, in quorum fauorem lex illa prima lata eſt; ſed petita prius relaxatione eius iuramenti, poſſe parentes meliorare in toto tertio & quinto, aut in quanta parte illius voluerint quemcunque aliorum filiorum. Sanè, ſi iuramentum illud in eo euentu non obligat, neceſſaria non eſt relaxatio illius: ſi verò obligat, vtique, cùm parens, non meliorando quemquam aliorum filiorum, aut meliorando filiam, vt ſub iureiurando promiſit, nullam iniuriam filijs faciat, ſed potius iure ſuo vtatur, quo etiam non præſtito eo iuramento, licitè, nihil impediente lege prima citata, poſſet ſimiliter vti, vt explicatum eſt, relaxari ei non poterit id iuramentum, nulla vi, metu, aut inuoluntariè præſtitum in filiæ commodum, & in nullam cæterorum filiorum iniuriam. Ex hoc autem alio fundamento videtur potius non teneri illo iuramento, eoque proinde nihil impediente, poſſe in eo euentu meliorare, quem aliorum filiorum voluerit, in toto tertio & quinto, aut in quanta parte eorum voluerit: quòd lex illa prima citata, non ſolùm irritum ac nullum reddit, *dar, o prometer, por via de dote, o caſamiento de ſu hija tertio o quinto*, aut contractu inter viuos tacitè, vel expreſsè, eam meliorare, ſed etiam id prohibet, atque illicitum reddit, vt patet ex illis verbis, *mandamos que ninguno pueda darni prometer, &c.* Et quoniam, in pœnam delicti, addit, *ſopena, que todo lo que de mas, de lo aqui contenido, diere, o prometiere, lo aya perdido y pierda*, vtique videtur intelligendum fiſco, cum ea pœna nulli alteri applicetur: ad eam tamen pœnam, neque filia, neque parentes, tenentur ante latam ſententiam: cum autem exequutio rei fieri prohibitæ, illicita ſit: ſanè eſto iuramento ſit promiſſa, nulla ex eo iuramento oritur obligatio, eò quòd vincu-

A lum iniquitatis non ſit, ac proinde, ad id non exequendum, neceſſaria non eſt iuramenti relaxatio. Dicerem, cum ea promiſſio, & iuramentum, facta fuerint intuitu matrimonij, rationemque habeant contractus onerosi inter viuos, implendi in teſtamento, ac tempore mortis; & tam promiſſio, quàm impletio, ac datio vltra legitimam ea via, prohibita ſint, parentem, qui id promiſit, non teneri illud implere, nihil impediente iuramento, neceſſariamque non eſſe relaxationem illius. Addo tamen, nihil impediente eadem lege prohibitiua, atque illicitum reddente id promittere & implere ea via, poſſe parentem, abſque veniali culpa, meliorare filiam illam, aut illi relinquere portionem æqualem cum cæteris filijs, alia via ſibi licita, quatenus ſcilicet libere B per vltimam voluntatem poteſt diſponere de ſuo tertio & quinto, vt ſibi libuerit, nihil eadem lege impediente.

Deinde dicendum eſt de actu, quo quis omnino, 11 aut ex parte, renunciat ſucceſſioni alterius, in cuius bonis portio legitima ei debetur, quo vſque validus ſit, aut non. Et quidem eiuſmodi renunciatio vno è tribus modis fieri poterit, quod ad rem præſentem attinet. Primò, pacto inito cum eo, cui ſuccedere debet, quo in totum, aut ex parte, renunciat ſucceſſioni illius, contentus, vt nihil ex bonis illius ipſi obueniat, aut vt ſolum ei obueniat tantum, vel tantum, reliquum remittendo. Secundò, conſentiendo in ipſomet actu teſtandi, aut poſt teſtamentum conditum in teſtamento, quo priuatur, aut legitima C tota ſibi debita, aut parte illius. Tertiò, pacto inito cum cohæredibus in fauorem ipſorum, aut alicuius eorum, vt priuetur tota ſua legitima, aut parte illius, conſentiente ſimul illo, in cuius bonis eſt ſuccedendum.

Quod ad primum ex his tribus modis attinet, pa- 12 ctum illud & renunciatio eſt ipſo iure nulla ob mala, quæ inde nota ſunt euenire, ac proinde, eo pacto & renunciatione nihil impedientibus, ſuccedit in integra legitima ſibi debita, & ab inteſtato, in portione æquali cum alijs cohæredibus, ſiue renunciatio facta ſit merè gratis, ſiue ex cauſa onerosa, vt ſi filia contenta tanta, vel tanta dote, renunciet reliquæ ſuæ legitimæ. Imò verò renunciatio ſucceſsioni alicuius vniuerſim eſt inualida, eſto renunD cianti non debeatur legitima in bonis eius, cuius ſucceſsioni renunciat, vnde poteſt nihilominus ſuccedere illi, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, ſi hæres ab illo inſtituatur. Ita habetur l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæred. l. vlt. ff. de ſuis & legit. hæred. l. ſi quando, §. illud, C. de inoffic. teſtam. & l. pactum dotali, C. de coll. affirmatque communis Doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gomez. l. 22. Tauri, num. 1. Couarr. cap. Raynaldus, de teſt. §. 2. in calce, num. 2. & cap. quamuis pactum, par. 3. in initio, num. 1. & Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. num. 5. dictumque ex parte eſt diſput. 149. & 175. §. dixi. Eſt verò ſimiliter nullum pactum & renunciatio: qua aſcendens ſimiliter reE nunciet legitimæ, quæ ſibi debetur in bonis deſcendentis, vt ex iuribus citatis ſatis apertè colligitur, & affirmat gloſ. vlt. l. ſi quando, §. illud, C. de inoffic. teſtam. in vltima ſolutione eius gloſſæ ibi, quam approbat Bartol. vt additio eidem gloſſæ ibidem ſubiungit, & aduerſus Baldum affirmant Anton. Gom. vbi ſupra, num. 3. Molina, 2. de primog. cap. 3. num. vlt. Gutier. de iur. confirm. par. 1. cap. 19. num. 2. & plerique alij, quos Anton. Gom. citat. Quando tamen, vel filius, accepta viuente patre integra ſua legitima, renunciaret ſucceſsioni in bonis patris, vel pater, accepta ſimiliter viuente filio integra ſua portione legitima ſibi debita, renunciaret ſucceſsioni in bonis filij, valida eſſet talis renunciatio. Ita cū Bart.

& Panorm. affirmant additio gloſſæ citata, & multi alij, quos Ant. Gom. in fine, num. 3. citati, & num. 4. refert ac ſequitur. Si tamen, poſt ita acceptam integram legitimam, ſpectato tempore, quo accipitur, accreſcerent bona illius, cui eſt ſuccedendum, poſſet, qui ita illam accepiſſet, agere ad incrementum vſque ad integram ſuam legitimam pro tempore mortis, iuxta l. ſi quando, §. illud, C. de inoffic. teſtamen. conſentiunt Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 1. num. 2.

13 Quamuis pactum, quo filij renuncient portioni legitimæ, & hæreditati paternæ, ſit nullum ipſo iure, vt explicatum eſt: ſi tamen confirmetur iuramento, nec vi, nec dolo, aut metu extorto, validum redditur vi iuramenti. Ita habetur cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. cuius verba ſunt. *Quamuis pactum patri factum à filia, dum nuptui tradebatur, vt, dote contenta, nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet lex ciuilis; ſi tamen iuramento, non vi, nec dolo, præſtito, firmatum fuerit ab eadem, omnino ſeruari debebit: cum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. vbi ſupra, num. 6. Couarr. cap. Raynaldus, de teſt. §. 2. num. 3. verſ. ſecundum, & cap. quamuis pactum, par. 3. in initio, à num. 1. & §. 1. num. 1. & Molina, num. 5. citato, oſtenſumque eſt diſp. 149. & diſp. 175. citatis, exceptis quibuſdam renunciationibus, de quibus ibidem habitus eſt ſermo. Idem, cum multis alijs, quos citat, ait Couarr. cap. quamuis pactum, 3. par. in initio, num. 3. eſſe, ſi ſub iureiurando promittat, ſe renunciaturum hæreditati paternę, cenſerique eo ipſo cum iuramento illi renunciaſſe, ac proinde expelli poſſe à petitione hæreditatis exceptione eius promiſſionis iuramento confirmatæ, atque etiam à dicendo nullo teſtamento, in quo vi talis promiſſionis iuramento confirmatæ fuerit præteritus, aut exhæredatus, iuxta ea quæ ſubijciemus. Hæc verò intelligenda ſunt de iuramento per verum numen, ſeu per verum Deum, etiã ſi præſtitum ſit à Iudæo, vel à Saraceno, vt benè, affirmat Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. nu. 1. cum alijs, quos citat: ſecus autem de iuramento facto per Deum falſum, eſto iurans crediderit eſſe verum Deum, quicquid in contrarium dicat Couarr. ibidem. Etenim, qui ita iurauit, non tenetur efficere, vt eum, per quem iurauit, nõ adduxerit in teſtem infidelis promiſſionis; cùm falſo Deo, non ea reuerentia, ſed ignominia debeatur. Neque iuramentum illud ius tribuit ei, cui ſub eo aliquid promittitur, neque per conſequens vim tribuit contractui, alioquin nullo.

Eo verò ipſo, quòd filius cum iuramento renunciat hæreditati paternæ, cenſetur etiam renunciare legitimæ ſibi debitæ in bonis paternis, & non ſolùm incremento portionis, quòd ſibi obuenire deberet ab inteſtato, vt cum alijs, quos citant, rectè affirmãt Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 3. num. 3. & Gutier. cap. 19. citato, num. 3. Idemque eſt de renunciatione cum iuramento, qua aſcendens renunciat hæreditati ſibi ex deſcendente competenti, vt Gutier. num. 4. ſequenti ſubiungit. Quando quis accepta ſua integra portione pro tempore, pro quo illam accepit, cum iureiurando renunciaſſet ſucceſſioni in reliquis bonis illius, in quibus ea legitima illi debebatur, tunc rectè Couarr. capit. quamuis pactum, par. 3. §. 1. num. 2. propendet, eſto bona illius poſteà accreſcant, ita vt maiorem legitimam eſſet accepturus, niſi cum iuramento renunciaſſet ſucceſſioni in reliquis bonis, non poſſe poſteà petere incrementũ: quoniam cenſetur renunciaſſe in quencunque euentum: & eſto poſteà decreſcerent bona, & minueretur legitima, nihil ille reſtitueret: renunciatioque cũ A iuramento non eſt annullata, vt annullata eſt renunciatio ſine iuramento, vt præiudicare non poſſit ad effectum obtinendi integram legitimam, quando facta eſt ante teſtamenti confectionem, conſentiunt Molina, lib. 2. de primogen. cap. 3. num. 29. & alij, quos citat.

Item eo ipſo, quòd quis cum iuramento renunciat ſucceſſioni abſque vlla limitatione, cenſetur renunciare omni renunciationis modo, tam ſcilicet ex teſtamento, quàm ab inteſtato, eaq; de cauſa, ſi is, cui alioquin ſuccedere debebat, diſcedat ab inteſtato, illi non ſuccedit, vt argumento multorum iurium, rectè cum alijs affirmat Ant. Gom. l. 22. citata, num. 8. conſentiunt Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 3. num. 5. & alij, quos citat. Si item diſcedat con- B fecto teſtamento, in quo illum prætereat, aut exhæredet, etiam nulla appoſita cauſa, neque ipſe, neque alij dicere poſſunt teſtamentum illud nullum; eò quòd vi renunciationis iuramento confirmatæ, non ſit illi debita iam legitima; & is, cui legitima non debetur, dicere non poſſit nullum teſtamẽtum, in quo illa ei non relinquitur, neque tale teſtamentum eſt ex eo capite nullum, vt Anton. Gom. ibidem, argumento multorum iurium, cum communi doctorum ſententia affirmat, dictumque eſt cum eodem autore, 1. tom. var. reſol. cap. 11. nu. 9. & cum communi doctorum ſententia, diſp. 175. §. qui cum.

Vtrum autem, licèt filius, qui ita renunciauit, non 14
ſuccedat parenti, cuius ſucceſſioni renunciauit, nihilominus nepotes ex hoc filio ſuccedant auo. Dicẽdum eſt, ſi tempore mortis aui, ſuperſtes ſit filius, C pater eorum nepotũ, non ſuccedere nepotes, vt affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. l. 22. citata, num. 10. Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §.... num. 7. & Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. num. 47. Ratio autem eſt, quoniam, viuente patre, non ipſi ſuccedent auo, ſed pater, qui per renunciationem iuramento confirmatam, amiſit ius ſuccedendi. Si verò tempore mortis aui defunctus erat filius, pater eorum nepotum, tunc communis ſententia, quam Ant. Gom. l. cit. num. 10. refert, & quam referunt ac ſequuntur Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 2. num. 4. & num. vlt. in fine, & Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. num. 47. cenſet, ſuccedere nepotes. Mihi verò omnino D probatur contraria ſententia, quàm multis, nume. 10. citato Anton. Gome. ſatis doctè confirmat, nempe, nepotes in eo euentu non ſuccedere auo, neque cum patruis, fratribus patris defuncti, neque cũ ſobole ex patruis. Ratio potiſſima eſt, quoniam nepotes, neque cum patruis, neque cum ſobole patruorum ſuccedunt niſi loco ſui patris defuncti, quem repræſentant, atque in portione, in qua ille ſuccedere debebat, ſi ſuperſtes eſſet: ſed tunc patri, ſi ſuperſtes eſſet, nihil omnino deberetur in bonis patris, aui eiuſmodi nepotum, idque vi renunciationis iuramento confirmatæ: ergo neque nepotibus quicquam tunc debetur. Confirmatur, quoniam ea renunciatio iuramento confirmata, pactumve de non E ſuccedendo, verum ius tribuit parenti, vt filio, qui ita cum iuramento renunciauit, nihil relinquat, & vt filius nihil ex eo parente obtineat ab inteſtato: vnde ex iuramento, quo ea renunciatio fuit confirmata, non ſolùm oritur prima vis, & obligatio ex duabus diſput. 149. explicatis, quæ propria eſt, & peculiaris ipſi iuranti, nec ad hæredes illius tranſit, nempe efficiendi, vt Deum non adduxerit in teſtem infidelis promiſſionis, qualis obligatio oritur in eo, qui iurauit ſoluere vſuras, aut centum graſſatori, ne ipſum iniuſtè interficeret; ſed etiam oritur ſecunda, quæ ſe extendit ad hæredes iurantis, ob verum ius, quod ex eo pacto, iuramento confirmato, is, cui iuramentum eſt præſtitum, comparauit: ergo ius, quod ex ea

renun-

renunciatione pater comparauit, etiam ſe extendit ad nepotes, hæredes filij, vt, loco & vice filij, nihil recipiant. Sanè ſi renunciatio illa iuramento confirmata, iniquè eſſet extorta ex filio, ita vt pater nullum ius comparaſſet ex illa, ſed teneretur relaxare iuramentum filio, & eum admittere ad ſucceſſionẽ, ſicut vſurarius tenetur relaxare iuramentum ei, qui iureiurando ſe aſtrinxit ſoluere ei vſuras, tunc nepotis ſuccedere poſſent auo loco filij ipſorum parentes: quippe cum obligatio illius iuramenti ſolùm fuiſſet perſonalis patri, neque à filijs vllum ius, loco patris, abſtuliſſet: ſicut hæredes eius, qui iureiurando promiſit ſoluere vſuras, non tenentur, illo defuncto, eas ſoluere: in eoque ſolo euentu eſſet communis opinio, quam impugnamus: cæterùm, quòd, quando filius verè ius amiſit ad ſuccedendum patri, ob renunciationem iuramento confirmatam, nepotes, mortuo ipſorum patre ante auum, poſſint, loco & nomine illius, ſuccedere auo in portione, in qua ſuccederent, ſi pater renunciaſſet cum iuramento ſucceſſioni, certè id nullam probabilitatem habet, neque autores contrariæ opinionis vllum ſolidum fundamentum afferunt, quo id affirment.

15 Hinc conſtat, falſam eſſe opinionem Socini, & quorũdam aliorum, quos Couar. refert, cap. quamuis pactum, par. 3. §. 2. num. 2. aſſerentium, ſi filius, aut filia, cum iuramento renunciet hæreditati parentum ante ingreſſum religionis, & poſt filij profeſſionem parentes moriantur, reddi inualidam eam renunciationem, ſuccedereque monaſterium in patris hæreditate, non ſecus ac ſi facta à filio non fuiſſet ea renunciatio. Argumentum. Ratio verò eorum erat, quòd renunciatio illa iuramento confirmata, habet hanc tacitam conditionem, ſi hæreditas renuncianti deferatur: hæreditas autem, ſubſequuta morte parentis, poſt filij profeſſionem, nõ deferatur filio bonorum incapaci, ſed monaſterio, quod non renunciauit hęreditati loco filij. Hanc, inquam, opinionem facilè ex dictis conſtat falſam eſſe, veriſſimamque eſſe contrariam, quam cum Bart. Bald. & alijs affirmat Couar. c. quamuis pactum, par. 3. §. 2. nu. 3. Etenim, cùm monaſterio nullum ius competat ad hæreditatem parentum religioſi profeſſi, niſi loco & nomine talis filij, & niſi ius, quod competeret filio, ſi religioſus non eſſet, neque renunciaſſet cum iuramento hæreditati parentum, conſtat, quòd, cùm filio, facta renunciatione iuramento cõfirmata, nullum ius competat ad eam hęreditatem, neque etiam competat monaſterio. Confirmatur, quoniam quando filia, contenta certa dote ad celebrandum matrimonium, renunciat cum iuramento hæreditati parentum, neque ipſa, neque filij, præſertim ipſa viuente, petere poſſent incrementum legitimæ, vt habetur, cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. ergo neque quãdo contenta certa dote ad ingrediendum monaſterium, renunciauit cum iuramento reliquo legitimæ, poterit monaſterium, mortuis parentibus ipſa viuẽte, petere loco & nomine illius, incrementum, cui illa cum iuramẽto renunciauit. Quarè, quamuis quidam, quos Couar. nu. citato refert, & quorum conſilium approbat, dicant, tutum eſſe, vt, quando quæ religionem ingreditur, contenta certa dote, renunciat cum iuramento reliquæ hæreditati parentum, accedat conſenſus monaſterij, hoc eſt, prælati & cõuentus, qui in acquirendo reliquo hæreditatis, poſſunt monaſterio præiudicare, ſanè id non eſt neceſſarium. Reſponſio. Ad rationem verò contrariæ opinionis dicendum eſt, eatenus, eaque de cauſa renũciationem illam habere tacitam conditionem, quoniam, ſi nunquam hæreditas deferatur, vel ipſi renunciãti, vel alteri, cui verè competat loco & nomine illius, inutilis, minimeque neceſſaria eſt renunciatio. Vt ſi renuncians præmoriatur ei, cuius hæreditati renunciat, non relicta ſobole, quę renunciantem repręſentet: ſi enim religioſus profeſſus, nulla facta renunciatione, moriatur ante parentes, nihil hæreditatis, quę alioquin ratione talis filij obuenire debebat monaſterio, pertinet ad monaſterium: facta autem renunciatione iuramento confirmata per eum, qui religionem ingreditur, eſto parentes moriantur ante talem religioſum profeſſum, hæreditas parentum, neq; defertur profeſſo illi, tum quia validè ei renunciauit, tum etiam quia illius incapax eſt; neque item monaſterio, quod ſolum ratione eius religioſi poterat habere ius ad illam; quo tamẽ caret, propter validam eiuſdem religioſi renũciationem prius factã. Quo vſque verò hodie poſt Concilium Tridentinum, valida ſit, aut non ſit, eiuſmodi renunciatio iuramento confirmata, & quòd, vt in Luſitania valida ſit, neceſſe ſit, iuramentum de facultate Regis adhiberi, diſp. 149. dictum eſt.

Illud eſt obſeruandum cum Couar. vbi ſupra, nume. 4. renunciationem reliquo hæreditatis iuramento confirmatam ſub conditione, ſi religionem ingrediar, eamve profitear, non reddi nullam ex ea conditione, quaſi id retrahat ab ingreſſu religionis. Etenim, quòd quis ſecum nõ deferat multa bona ad religionem, vbi nihil habere poteſt, voluntariamque paupertatem ſectari debet, non reuocat à religionis ingreſſu, vt diſp. 207. in fine, dictum etiam eſt. Quin potius affectus ad conſanguineos, & timor, quòd, ſi diuitias multas ſecum ad religionem deferat, pauperem vitam conſanguinei degent, retrahere potius ſolet à religionis ingreſſu. 16

Illud quoque obſeruandum eſt cum Couarr. vbi ſupra, nu. 5. & cum multis alijs, quos Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. num. 27. refert ac ſequitur. Non cenſeri grauem læſionem, ſi, quæ ingreditur monaſterium, contenta dote competenti pro ſui, & monaſterij qualitate ac conſuetudine, renunciet cum iuramento hæreditati reliquæ parentũ, ex qua in quintuplo, aut in longè maiori quantitate, obtinere debebat legitimam portionem, vt ex eo capite annullari ea renunciatio poſſit. Etenim mulier illa, ad eum amplectendum ſtatum perfectionis, in cuius complexu, & electione non decipitur, ſed fœliciſſimè ac prudentiſſimè agit, ſatis competentia accipit bona, reliquaque, niſi illis renunciaſſet, obuenire debebãt monaſterio, eaque de cauſa ipſa non eſt læſa. Neque item monaſterium, quoniam læſio ſupponit id, in quo quis dicitur læſus, eſſe ſuum, aut illi aliquo modo debitum: bona autem illa nunquam fuerunt monaſterio debita: quia non ante ingreſſum illius, vt ſatis eſt perſpicuum: neque poſt ingreſſum: quia integrum fuit mulieri illi, non aliter velle ingredi, quàm cum ſola ea dote, renunciando prius validè, & cum iuramento cæteræ legitimæ, prout re ipſa factum eſt, ac proinde nec poſt ingreſſum facta prius illa valida renunciatione, per quam parentes eius ius ſibi compararunt ad non relinquendum illi, nec monaſterio, reliquum legitimæ illius, fuerunt monaſterio ea bona debita: non ergo monaſterium in eo euentu poteſt dici læſum. Atque hæc noſtra ratio vires omnes continet argumenti, quo Couar. num. 5. citato rem hanc confirmat. Hæc eadẽ confirmant, quæ de validitate diſpoſitionis de ſuis bonis, facta à religioſo ante profeſſionem, diſp. 139. copiosè à nobis dicta ſunt, & quòd poſteà non annullantur profeſſione, nec ius ad illa comparet monaſterium. 17

Ex hactenus dictis dirimenda etiam eſt ea quæſtio, quam Couarr. vbi ſupra, nu. 3. in reſp. ad 2. arg. diſcutit. Num ſcilicet ſi filiusfamilias renunciauit cum iuramento hæreditati maternæ, materque viuente patre, ſub cuius poteſtate ſit adhuc filius ille, moriatur, ea renunciatio præiudicet patri ad effectum, vt non potiatur vſufructu eorũ bonorum materno- 18

ternorum,quo fruiturus fuiſſet,ſi is filius materne hę reditati non renunciaſſet. Ad eam verò quæſtionem dicendum cum eodem Couar.arbitror. In primis,ſi pater conſenſit illi renunciationi validæ ex parte filij,abſque dubio ſibi præiudicaſſe in vſufructu, cui eo ipſo, & cuicunque alteri iuri ad ea bona materna ratione filij, renunciaſſe cenſetur. Deinde,ſi tempore renunciationis hæreditas matris nondùm erat delata illi filio, per validam filij renunciationem præiudicaſſe patri quoad vſum fructum in eis bonis. Ratio autem eſt,quoniam patri non competebat ius ad vſum fructũ in eis bonis, aut in quibuſcunque alijs, quæ deuenire poterant ad eum filium dum in ipſius eſſet poteſtate, niſi dependenter ex eo, quòd re ipſa deuenirent,& efficerentur filij: per eam autem validam renunciationem,id impeditum eſt. Neque obſtat.l.vltim.in prin.& §.1.C.de bonis quæ liber. dũ ſtatuit,quòd ſi deferatur hæreditas filiofamilias, velitque illam repudiare, tunc poſſit illam pater acceptare nomine & loco filij,habebitq; tũc pater vſum fructum illius,quin & pleno iure eam ſibi acquiret,ſi filius erat maior viginti quinque annis, ſinè beneficio filio reſtitutionis in integrum. Non,inquam,obſtat ea lex,quoniam,vt ex ipſamet patet,in ea eſt ſermo de hæreditate iam delata filio; non vero quando renunciatio facta fuit antequam eſſet delata. Quando autem filio eſſet iam delata hæreditas,illique cum iuramento renunciaret, videntur cenſere Couar. & alij,competere patri vſumfructum in illa,nihil impediente valida filij renunciatione,idq; propter diſpoſitionem.l.vlt.citatæ. Cæterùm propendeo in partẽ contrariam. Lex quippe vlt.citata,ſolùm loquitur, quando filius cõtradicit aditioni hæreditatis ſibi iam delatæ,eò quòd arbitretur ſibi eſſe damnoſam, quia ſubiacet pluribus debitis & oneribus,quàm ſit emolumentùm illius:in eoq; euentu meritò concedit patri,vt ſuo periculo,& commodo, eam adeat nomine & loco filij,ad ſeque integrè ea tunc pertineat. Quãdo autem filius validè cum iuramento illi renunciaſſet,condonando illam alteri, atque adeò impediendo ea via,ne dominium ad ipſum tranſiret, condonato toto iure ad illam,quod ſibi competebat,ſanè non concedit ea lex patri, vt illam validè adeat nomine & loco filij ad gaudendum vſufructu illius, & non proprietate,ita vt aliquando pater vſufructuarius ſit aliquorum bonorum aduentitiorum filij, quorum dominium non ad ſe,neque ad filium,ſed ad quendã tertium,ob filij validam renunciationem pertineat, neque rationi eſt conſentaneum,vt id ſtatuat. Poſtremò eſt dicendum,quando filiofamilias defertur hæreditas,cui validè renunciauerat,vt quia mater nihilominus hęredem illum inſtituit,tunc, licèt pater renunciationi conſenſerit, ad ipſum pertinet vſusfructus eorum bonorum:quoniam eo ipſo,quòd ad filij dominium pertinent, debetur patri vſusfructus eorum:& ſicut renunciatio antecedens non impedit filio dominium eorum bonorum,ita neque conſenſus in renunciationem,impedit patri vſumfructum.

19 Quando filius,aut filia,paternæ hæreditati cum iuramento renunciat,attendendum eſt maximè ad cauſam,in cuius fauorem renunciat, & ad quam parens renunciationem petit. Si enim ea cauſa deficiat,cùm renunciatio ſub conditione eius cauſæ facta cenſeatur, eo ipſo expirat renunciatio & obligatio ex iuramento,ac proinde renuncians ſuccedit ei parenti ab inteſtato,& parens ex teſtamento tenetur relinquere ei,vt minimum ſuam integram portionem legitimã, alioquin filius dicere poterit teſtamentum nullum, in quo ita fuerit præteritus,aut exhæredatus. Quarè, ſi deficiant omnes fratres & ſorores renunciantis,totaq; eorum ſoboles, regulariter exſpirat renũciatio. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant.Gom.l.22.citata.n.11.Couar.cap.

A quamuis pactũ.§.3.n.4.& Molina.c.3.citato.nume. 48. Dixi, regulariter tunc exſpirare renunciationẽ: quoniam,ſi filius,aut filia,religionem ingrediens,renunciet cum iuramento ſucceſſioni parentum,videtur renunciare,vt eſto parentes liberos nõ habeant, poſſint ad libitum diſponerẽ de ſuis bonis, vel ad alia pia,vel inter collaterales,vt Couar.num.4.citato. verſ.9.ait. Sub dubio tamen propendet,tunc religioſum illum, ſeu monaſterium loco illius, quando capax eſt ſucceſſionis, ſuccedere parentibus illis ab inteſtato. Maximè autem,qui religionem,facta ea renunciatione ingreditur, relinquere liberum videtur parentibus,vt ad libitum de ipſius bonis diſponant, quando tempore talis renunciationis,nec deſcendentes habebant,nec ſpem eos habendi.

B Si item renunciatio, etiam à non ingredientibus religionem,fiat intuitu,vt parentes opus pium inſtituant,conſtat tunc,etiam ſi nullos alios deſcendentes habeant,non reddi nullam eam renunciationem, modò in ea re bona illa inſumantur,ad idve à parentibus relinquantur, cuius intuitu facta eſt renunciatio. Molina.n.48.citato ait,quando filiæ renunciarẽt legitimis, aut parti earum, vt inde parentes inſtituerent maioratum, validam eſſe renunciationem, eſto moriantur fratres; eò quòd maioratus inſtituatur,vt perpetuò perſeueret.id ſanè verum eſt,cæterùm tũc in defectum,tam fratrum,quàm ſobolis eorum,& ſororum maiorum natu,ſoboliſque earum, ſuccederet in eo maioratu ea filia,quæ ita renunciaſſet:neque enim credendum eſt,filias velle renunciare, vt inſtituatur maioratus, à quo ipſæ excludantur, etiam in
C defectum fratrum & ſobolis eorum,ita vt,ipſis omnino excluſis,deueniat ad tranſuerſales. Couar. vbi ſupra multos examinat & expendit euentus,num in illis filia cenſenda ſit ſolùm renunciaſſe in fauorem vnius fratris,aut in fauorem tantùm fratrum,non verò ſororum,aut etiam in fauorem extraneorum: atque hunc vltimum euentum expendit etiam Ant. Gom.vbi ſupra nume. 12. ſi filius renunciaſſet,quãdo parens non habebat alios filios,nec deſcendẽtes: omnes tamen illi euentus reducendi ſunt ad eam regulam,vt coniecturis,ex circumſtantijs concurrentibus,iudicetur,quę fuerit mens renunciantis:quando verò aliud ex coniecturis non conſtat, cenſendum eſt, non intendiſſe renunciare in fauorem extraneorum:nihilque certius, quam data regula, poteſt hoc
D loco ſtatui.

Licèt quis cum iuramento renunciauerit hæreditati alicuius,verbi gratia, patris, poteſt nihilominùs ſuccedere in bonis illius loco alterius, ad quem immediatè ex patre ea bona deferantur,vt loco fratris, cui is,qui paternæ hæreditati renunciauit,immediatè ſuccedat;idque non ſolùm,ſi is frater, qui immediatè patri ſuccedit,adiuit hæreditatem patris,ſed etiamſi illam,nondùm aditam,tranſmittat in fratrẽ, qui paternæ hæreditati renunciauit,iuxta ea quæ diſputat.180.dicta ſunt. Vtrunque affirmat communis doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Ant.Gom.l.22.citata.nu.3. Coua.c.quamuis pactũ, part.3.§.3.n.2.multiſque id Ant. Gom. confirmat, 20
E eſtque ex ſe ſatis perſpicuum.

Eadem ratione,eſto quis renunciet hæreditati patris,ſi tamen pater tranſeat ad ſecundas nuptias, eaque de cauſa tempore mortis regrediantur ad filios prioris matrimonij bona quæ patri ex priori vxore aduenerant,iuxta ea quæ diſp.163.dicta ſunt, poteſt in eis ſuccedere filius, qui patris hæreditati renunciauit:quoniam ea bona,non niſi obueniunt iure hęreditatio ex patre, ſed tanquam bona, quæ fuerunt matris,diuidenda in eo euentu,ex iuris diſpoſitione, inter filios prioris matrimonij. Ita Couar.§.3.citato.n.1. cum communi doctorum ſententia, quam refert. 21

Simi-

22 Similiter, ſi filius renunciet cum iuramento hæreditati paternæ, non cenſetur renunciare bonis patris, quæ hæreditaria non ſunt, vt feudo, aut emphyteuſi, non hæreditarijs, iuxta ea, quæ diſp. 472. dicta ſunt, niſi conſtet aliud renunciantem intendiſſe. Ita Couar. vbi ſupra. n. 6. cum alijs, quos citat. Idem longè maiori cum ratione dicendum eſt de maioratu, in quo non ſucceditur hæreditario iure, vt videbimus.

23 Filius, qui cum iuramento renunciauit hæreditati paternæ, eſto expreſſerit, neque ex teſtamento illi ſucceſſurum, ſi tamen poſteà hæres à patre inſtituatur, poteſt illi ſuccedere in portione, in qua fuerit inſtitutus, nihil impediente iuramento. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. l. 22. citata. n. 10. verſus finem, Couar. ca. quamuis pactum part. 3. in initio n. 8. Molina lib. 2. de primog. c. 3. nu. 6. Ratio autem potiſſima (præter alia, quibus latè & doctè id probat Ant. Gom. vbi ſupra) eſt: quoniam iuramentum illud præſtitum eſt patri in ipſius fauorem: eo autem ipſo, quòd eum filium hæredem inſtituit, cenſetur remittere illi obligationẽ ex eo iuramento; eoq; ipſo regreditur is filius ad ſtatum, in quo erat ante eam renunciationem, atq; adeò perinde eam hæreditatem nondum aditam, tranſmittit ad ſuos hæredes, ac ſi illi non renunciaſſet, vt rectè Ant. Gom. ibidem cum alijs obſeruat. Qui addit, quamuis renunciatio cũ iuramento facta fuiſſet poſt conditum teſtamentum patris, in quo hæres vnà cũ alijs inſtituebatur, ſi pater teſtamentum non mutauit, cenſeri voluiſſe diſcedere ab antiqua voluntate, ac proinde remittere obligationem iuramenti tali filio, & eum vocare ad hæreditatem. Idem, cum alijs, affirmat eſſe cenſendum, eſto pater poſt eam renunciationem eum filium verbis generalibus inſtituat hæredem, vt ſi dicat, inſtituo omnes filios meos, vel filios meos, hæredes. Idem dicit eſſe Couarru. vbi ſupra, eſto renũciatio cum iuramento facta ſit patri in fauorem alicuius filij, quoniam, cum iuramẽtum, & renunciatio facta ſit patri, & non filio, ſatis eſt, ſi pater obligationem remittat, vocando eum, qui renunciauit ad hæreditatem. Conſentit Molina vbi ſupra, qui de renunciatione cum iuramento ad inſtitutionẽ maioratus in fauorem vnius filiorum loquitur.

24 Vtrum autem ea renunciatio iuramento confirmata reuocetur ex eo, quòd renuncianti poſteà filij naſcantur, iuxta. l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. & ea quæ diſputation. 282. copioſè dicta ſunt, Couarr. cum gloſ. vlt. ibi. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 3. nume. 8. & cum communi doctorum ſententia, quam refert, loquens, quando filia contenta certa dote, renunciat reliquæ paternæ hæreditati, affirmat, non reuocari. Tum quia ea renunciatio non eſt propriè donatio. Tũ etiam quoniam fit præuia cognitione prolis ſuſcipiendæ: cùm fiat, contenta ea dote, ad matrimonium contrahendum, atque adeò ad liberos ex illo procreandos. Molina lib. 2. de primog. cap. 3. à nume. 37. licèt conſentiat, quando renunciatio fit aliquo ſuſcepto, vt ſuſcepta certa dote, vt renuncietur, pluresque doctores alios in cõfirmationem eius ſententię citet; negat tamen, quando renunciatio fit gratis, idq; ſiue renuncietur hæreditati iam delatæ, ſed nondùm aditæ (quoniam, ſi renunciaretur hæreditati iam aditæ, renunciantiſque effectæ, eſſet proprijſſima donatio, nec dubitandum eſſet, reuocari natiuitate filiorum) ſiue renuncietur hæreditati nondùm delatæ, viuente adhuc parente, cuius hæreditati renunciatur: tametſi firmus non ſit in ea ſententia. Mihi verò plus probatur contraria ſententia, quam Molina communem confitetur. Etenim Couarru. & cæteri autores contrariæ ſententiæ, indiſtinctè loquuntur, ſiue ſuſcipiatur aliquid, vel retineatur, pro renunciatione, ſiue omnino gratis fiat: neque quando mulier contenta dote, reliquæ hæreditati renunciat, idcirco negant id eſſe propriè donationem, quia ſuſcipitur eo dos; quoniam negari non poteſt, ſi renunciatio hæreditati nondùm delatæ, aut aditæ, ſit vera donatio, quando nihil recipitur, eſſe etiam veram donationem, quando accepta certa dote renunciatur incremento vſque ad integram legitimam; eò quòd id totum verè ſit filiæ debitum vltra eã dotem, illudq; remittat gratis, prout adhuc eſt in ſpe & dependens ab ipſius acceptatione, cogique poſſit pater filiam dotare: ſed ex eo negant eſſe propriè donationẽ, quòd renunciatio in fauorem & bonum alicuius, eius emolumenti, quod nondùm eſt acquiſitum, ſiue ſit iam delatum ſiue delatio ſit adhuc pendens & in ſpe, nõ ſit propria donatio, quandiu pendet, vt ſit donantis, ab ipſius acceptatione: qua de cauſa, quamuis donatio inter coniuges regulariter non ſit valida, niſi morte donantis confirmetur; eiuſmodi tamen renunciatio vnius coniugis in bonum & fauorem alterius, nõ cenſetur propria donatio, ac proinde ſtatim valet, vt diſput. 289. dictum eſt, multiſque iuribus eſt oſtenſum: atque hoc eodem modo, renunciatio hæreditatis nondùm aditæ, ſiue delata iàm ſit, ſiue non, nõ cenſetur propria donatio, idque ſiue renuncietur integræ hæreditati, ſiue ſolùm parti, accepto, aut retento, reliquo illius: lex autem ſi vnquã C. de reuocand. donat. cùm exorbitans ſit, & quæ iuxta illum diſp. 282. dicta ſunt, intelligi debent de donatione propria. Adde, rationem aliam Couarruuiæ, nempe mulierem, quę contenta certa dote, reliquæ hæreditati renunciat, renunciare præuia cognitione filiorum ex eo matrimonio ſuſcipiendorum, ſuo etiam modo locũ habere in filijs, qui renunciant partibus ſuarum legitimarum, vt inde maioratus primogenito inſtituatur: id enim abſque dubio intelligunt, eſto ipſi liberos in futurum habeant, vt ex ſe eſt ſatis manifeſtũ, ridiculaque eſſet renunciatio ad inſtituendum maioratum ſub conditione tacita, ſi renunciantes liberos non haberent. Molina autem ex eo cenſet legem l, ſi vnquam. C. de reuocand. donat. vim habere in eiuſmodi renunciatione, ac proinde reuocari natiuitate filiorum, quòd præſumptio ſit, renunciantes ſub ea tacita conditione renunciare, eaque eſt potiſſima ratio, cui nititur. Adde etiam, dum filij renunciant, vt maioratus in primogenito inſtituatur (in quo euentu Molina loquitur) non gratis renunciare, ſed in ſuum commodum & emolumentum, nempe vt familia, quorum ipſi partes ſunt, nobilitetur, habeatq; caput in perpetuum, à quo cæteri de familia protegantur & adiuuentur, de quorum numero ipſi ſunt, deſcendenteſque ipſorum, & cum ſpe, vt deficiente ſobole ex primogenito, & ex alijs, priùs vnoquoq; eorum natis, ipſi ſuccedant in eodem primogenio: Molina autem ait, quando non gratis, ſed pro emolumẽto fit renunciatio, non reuocari natiuitate filiorũ renuncianti.

Renunciatio ſucceſſioni in bonis alicuius iuramẽto confirmata, eſto renunciãti debita alioquin in eis eſſet legitima, non deſinit eſſe valida ex eo, quòd renuncians ignoraret, ſecluſo eo iuramento, eſſe nullã iure ciuili. Quoniam ex eo adhibito iuramento obligat, & alter verum ius comparat ad id, cui renunciatur, quia eſt de re licita, neque per iniuriam fuit extorta: vtrunque autem ei renunciationi iuramento confirmatæ conuenit, ſiue iurans ſciret, ſecluſo iuramento, eſſe nullam iure ciuili, ſiue id ignorauerit: quare ignorantia illa vim obligandi ab ea non aufert. Ita Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 1. nu. 3. cum alijs, quos citat. 25

Renunciantem prætereà cum iuramento, minorẽ eſſe, non aufert à renunciatione, propter eandem rationem, validitatem, vt Couar. loco citato, n. 3. cum communi doctorum ſentẽtia, quàm refert, affirmat, & colligitur ex authentica ſacramenta puberum. C. 26

ſi ad-

ſi aduerſus vend. modò tamen per iniuriam non ſit
extorta:quod verum eſſe arbitror cum alijs,quos Co
uar. ibidem citat, etiamſi minor impubes ſit,dummo
dò ſit doli capax:quoniam eſt eadem ratio. Vtrum
autem tunc, ſi minori ex renunciatione iuramento
confirmata,aut ex pacto alio iuramento confirmato,
ſequatur aliqua læſio,relaxari poſſit, ac debeat iura-
mentum,& conſequenter reſcindi debeat renuncia-
tio,aut aliud pactum,quod eo iuramento fuit confir-
matum, dicetur ſtatim.

27 Etiamſi renuncians ſucceſſioni paternæ filiusfa-
milias ſit,alioquinque donatio non valeat inter eum
patrem & filium,valida tamen eſt renunciatio iura-
mento confirmata,propter eandem rationem,vt cô-
ſtat ex c.quamuis pactum,de pactis lib.6.& cum Co
uar.ibidem part.3.§.1.n.5.& alijs diſp.291. & 243.
dictum eſt.

28 Renunciatio cum iuramento paternæ hæredita-
ti,ſi vi,aut metu, ſit extorta, ita quòd ſecluſa tali vi,
aut metu,non fieret,licèt nullum ius tribuat ei,cui eſt
facta, ſed teneatur remittere renuncianti obligatio-
nem ex iuramento, ac proinde reducere rem ad ſta-
tum, in quo erat antequàm facta eſſet ea renuncia-
tio,& ad id cogi poſſit,ac debeat in foro exteriori,ſi
vis,aut metus,ſufficienter probentur, quin & præla-
tus,aut iudex illius,cui renuncians tenetur ex eo iura-
mento,poſſit relaxare iuramentum renuncianti,nul
lamque,eo relaxato,pronunciare talem renunciatio-
nem;renuncians tamen, interim dum relaxationem
iuramenti non obtinet,ſtare tenetur renunciationi il
li,ei non contraueniendo;eò quòd id malum non ſit.
Hoc totum aſſertum conſtat ex dictis diſput.149. At
que hoc vltimum, quòd ſcilicet renuncians obtinere
priùs debeat relaxationem iuramenti, quàm renun-
ciationi contraueniat,aut aduerſus eam agat,perſua-
det aperta ratio; quoniam ſtare ei renunciationi, illi-
ve non contrauenire,vt iuramento ſe aſtrinxit,malû
non eſt:quarè, interim dum iuramentum non fuerit
relaxatum, ſeruare id proculdubio tenetur, ne Deû
adduxerit in teſtem infidelis promiſſionis. Conſen-
tiunt apertè.cap.ſi verò & cap.verum,de iur.iur.vbi
eos,qui metu ſunt inducti ad aliquid non illicitû pro
mittendum,abſolui à iuramento, quo verè obligan-
tur, præcipiuntur, vt id implere non teneantur, eò
quòd iuramentum de re non mala,metu extortû,nô
ſit ipſo iure nullum. Id verò ita neceſſariò eſſe facien
dum, affirmat communis ſententia, quam referunt
ac ſequuntur Couar.1.var.reſ.c.4.n.7.& 8.c.quam-
uis pactum, part.3.§.5.nume.2.& in4.decret.c.3.§.
5.n.2.& Molina lib.2.de primog.c.3.n.13. Tametſi
vterque referat ab aliquibus malè in praxi eſſe rece-
ptum,quando contractus alioquin eſt nullus ſecluſo
iuramento: ſi enim iuramento metu extorto,ſit con
firmatus, ſolent admittere ad contraueniendum tali
contractui,non obtenta priùs abſolutione iuramen-
ti,cum Panormitano,qui id aſſeruit.

Quòd autem renunciatio illa,& ſimiles diſpoſitio
nes,iuramento confirmatæ,ſi interuenit vis,aut me-
tus,quo iniuſtè ſint extortæ,ius non tribuant ei, cui
factæ ſunt, ſatis colligitur ex c. quamuis pactum, de
pactis libr.6.ex cap.cum contingat,de iureiurando,
ex cap.licèt mulier, eodem titu.libr.6.vbi,vt ius tri-
buant,neque relaxari debeat iuramentum, exigitur,
vt ſine vi(latè ſumpta,vt comprehendit iniuſtû me-
tum) ſint factę. Id quod apertius adhuc patet ex au-
thentica ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ. vend.v-
bi id exprimitur:fusè verò dictum,explicatumq; eſt
diſp.149.citata,& affirmant Couarru.c.quamuis pa
ctum, par.3.§.4.num.2. Molina.c.3.citato à num.9.
& communis ſententia,quam referunt. Bene autem
29 Molina ibidem.n.12.obſeruat,ſi renûciatio facta ſit
in fauorem vnius, & metus ad id iniuſtè ab alio ſit il
latus,vt ſi renunciatio ſit facta ab alijs filijs ad inſti-

A tuendum maioratum primogenito,inferente paren-
te metum eis alijs filijs,vt ad id renunciarent parti le
gitimarum,reuocari poſſe ex eo metu maioratum il-
lum quoad eas partes portionû legitimarû,& quoad
emolumenta ex eis percepta,eſto primogenitus iam
illo potiretur, & eſto bona fide,& abſque vlla ſua
culpa,illuc vſque fuiſſet in poſſeſſione illius. Ratio
autem eſt,quoniam actio,quod metus cauſa,eſt in rẽ
ſcripta,& competit, non ſolùm aduerſus inferẽtem
iniuſtè ad id metum,ſed etiam aduerſus omnes, qui
inde emolumentum reportarunt,ſaltem quatenus in
de facti ſunt locupletiores,vt habetur.l. metum autẽ
præſentem.§.vltim. & duab.legib. ſequentib. ff.de
eo quod metus cauſa,conſentitq; communis docto-
rum ſententia.

B Vtrum autem,vt ea renunciatio iuramento confir
mata ius tribuat ei,cui facta eſt,aut in cuius fauorem
eſt facta,ſatis ſit,quòd ex metu reuerentiali ſit facta.
Dicendum in primis eſt,ſi ex eo metu ita facta ſit,vt,
ſi is non interueniſſet, facta nô fuiſſet, nec vellet tûc
renuncians conſentire,eàmve renunciationem pro-
ferre, ſi eo metu non premeretur, tunc non tribuere
ius in foro conſcientiæ. Ratio eſt,quoniam in ea re-
nunciatione condonatio interuenit,neque habet tan
tum voluntarij, quantum requiritur ad conferendû
ius illi,cui fit. Minus quippe voluntaria eſt, quàm
promiſſio vſurarum ad obtinendum mutuum:ea ve
rò promiſſio,quia inuoluntaria, eſto iuramento con
firmetur,ius non tribuat vſurario ad eas vſuras,vt cô
ſtat ex cap.debitores,de iureiur. & in materia de vſu
C ris copiosè dictum eſt. Quia enim mutuans nullum
titulum habet ad eas vſuras,præter promiſſionem ea
rum, vtique,vt illa ius tribueret, admixtum non de-
beret habere inuoluntarium,quòd,ſi neceſſitas, aut
cupiditas mutui non adeſſet,nec promittere,nec ſol
uere vellet eas vſuras:eodemque modo in re propo-
ſita,cùm is,cui renunciatio hæreditatis fit,nullum ti
tulum ad eam hæreditatem habeat,præter renuncia-
tionem illius,vtique,vt ius illi tribuat, debet eſſe ita
voluntaria, vt admixtum non habeat tantum inuo-
luntarium metus reuerentialis,quòd,quando côſen-
tit & renunciat,nullo modo vellet renunciare & cô-
ſentire,niſi ob eum reuerentialem metum. Dicendû
deinde eſt, in foro exteriori ex eo,quòd is,cui renun
ciatio fit,aut qui ad illam inducit,pater ſit,aut in di-
D gnitate aliqua conſtitutus,non præſumi tantum me-
tum reuerentialem in renunciãte, vt inuoluntariam,
modo explicato,renunciationem efficiat,ac proinde
talem,vt,accedente iuramento,ius non tribuat ei,cui
fit, ac proinde ad eum, qui obtendit, ex tanto metu
fuiſſe factam,pertinet id probare,eoque ſufficienter
probato, in eodem exteriori foro pronunciabitur,
fuiſſe eam renunciationem inſufficientem ad tribuẽ
dum ius illi,cui facta ſit, vt hæc omnia conſtant ex l.
1.§.quæ onerandæ, iuncta gloſ.ibi verb. ſolo metu.
ff.quarum rer.act. non datur, vbi, cùm ſermo eſſet
de conſenſu liberti cuidam oneri patrono ſuo ob li-
bertatem,num ex eo,quòd conſenſiſſet, haberet ex-
ceptionem,quòd non teneretur onus ſubire,ſic dici-
E tur. *Sed ſi.* (conſenſit ſcilicet) *poſt interuallum,conceſ-
ſa iam ante a libertate,habet quidem dubitationem:quia
nemo cogebat eum hoc promittere. Sed idem erit proban-
dum* (interueniſſe ſcilicet ſufficientem metum) *&
hoc tamen cauſa cognita,*(ſi *liquido appareat, libertum
metu ſolo, vel nimia patroni reuerentia,ita ſe ſubiecſſe.*
Eadem conſtant ex l.ad inuidiam. C.de his quæ vi,
metùſve cauſa fiunt. Addunt verò Couar. in 4.de
cret.par.2.c.3.§.6.num.4. Molina lib.2. de primog.
c.3.num.9.& alij plerique,quos citant,ſi minæ, aut
verba iniurioſa,accedant patris,aut alterius ſuperio-
ris,vel potentis,qui ad renunciationem,vel ad alium
conſenſum inducit, aut ille nimis crudelis ſit, ſæui-
tiamque præſeferat, tunc eo probato, præſumi, pro-
batum-

batumque cenſeri, renunciationem, aut alium conſenſum, elicitum fuiſſe ex tanto reuerentiali metu, vt inſufficiens ſit ad ius illi tribuendum, cui is conſenſus fuit præſtitus: idque præcipuè cenſeri, quando, qui conſenſit, erat mulier, quæ facilius deterretur, atque ex reuerentiali metu inuoluntariè conſentit, vt cum gloſ. cap. cum locum, de ſponſ. affirmant Couar. cap. 3. citato, §. 4. num. 9. Molina, vbi ſupra, num. 10. Panorm. & alij, quos citant. Atque ex hoc capite ait Molina, num. 9. citato, ſæpe reuocari maioratus inſtitutos ex parte legitimarum cæterorum filiorum, ac filiarum, conquerentibus, & reclamantibus filijs poſt mortem patris, conſenſiſſe in ea renunciatione ex reuerentia, ac metu patris, non verò ſpontaneè, ac liberè, quantum ſatis fuiſſet ad ius earum portionum legitimarum à ſe abdicandum, ac alteri tribuendum. Addunt præterea Couar. cap. 3. citato, §. 6. num. 4. & capit. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 7. & Molina, vbi ſupra, num. 11. quando, qui ex metu reuerentiali conſenſiſſe obtendit, ſi ſimul adſit enormiſſima læſio ex ea renũciatione, aut conſenſu, id ſufficere, vt renunciatio pronuncietur inſufficiens ad ius transferendũ, & vt reuocari poſſit maioratus inde inſtitutus, eſto non probentur minæ, verba iniurioſa, aut ſæuitia, inducentis ad eam renunciationem. Cæterùm quouſque ex enormiſſima læſione, renunciatio iuramẽto confirmata pronunciari debeat, aut nõ debeat, inſufficiens ad trans ferendum ius, mox dicetur.

30 Renunciatio iuramento confirmata, quando renuncians dolo vero, iuxta ea, quæ diſput. 293. & initio diſp. 352. dicta ſunt, inductus fuit ad ita renunciandum, quia videlicet falſis promiſſionibus, aut perſuaſionibus, ad id inductus fuit, alioquin minimè renunciaturus, non ſolum ius ei non tribuit, cui facta eſt, vt colligitur ex capit. quamuis pactum, de pact. lib. 6. ex cap. cum contingat, de iureiuran. & ex cap. licèt mulieres, eod. tit. lib. 6. & ex authentica ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. conſtatq; ex dictis diſp. 149. idque propter rationem, ob quam dictum eſt, ſimilem renunciationem factam ex metu ius non tribuere, quia ſcilicet non habet tantum voluntarij, quantum neceſſe eſt, vt ius renuncianti tribuat; ſed etiam neceſſe non eſt petere relaxationem iuramenti, ad illi contraueniendum, vt cum communi doctorum ſententia, quam referunt, afferunt Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. nu. 2. & 1. var. reſol. cap. 4. in calce, nu. 6. ac Molina, 2. lib. de primog. cap. 3. num. 14. & 25. Ratio autem eſt, quoniam ea renunciatio caret vero conſenſu renunciantis in eo euentu, ac proinde, eſto iuramento confirmetur, non obligat. Etenim, qui renunciat perſuaſionibus, aut promiſſionibus inductus, intelligit, ſi res ita ſeſe habeat, ac proinde ea renunciatio, ac iuramentum, quo confirmatur, habet eam tacitã conditionem, ex mente, ac diſpoſitione iurantis, ac renunciantis, ſi res ita ſe habeat: quare, cùm res non ita ſe habeat, verè non renunciat in eo euẽtu, neque ſe iuramento aſtringit: ſicut, qui iuramento promiſit, ſe ducturum aliquam vxorem, cum qua decem mille aurei in dotem promiſſi ſunt, aut quam credebat virginem, ſi poſtea comperiat, non habere tantam dotem, aut virginem non eſse, non tenetur ducere eam vxorem: quoniam promiſſio illa, ac iuramentum, eam tacitam habent conditionem, ſi tantam habeas dotem, quanta mihi promiſsa eſt, & virgo ſis, vt à me exiſtimaris, eſseque ſolent, decetque eas eſse, quæ nuptui traduntur. Quando in foro exteriori interueniſse verum dolum ſit cenſendum, relinquendum eſt id prudentis arbitrio, attentis circumſtantijs concurrentibus, & qualitate decepti: minus enim ſufficit ad circumueniendam, & decipiendam fœminam, regulariter loquendo, quàm ad

A circumueniendum, & decipiendum virum, vt Molina, vbi ſupra cum Decio, & alijs ait.

Maius autem dubium eſt, quando renunciatio, iuramento confirmata, facta eſt, non quidem interueniente vero dolo, cæterùm interueniente læſione renũciantis, ſaltem enormi, aut enormiſſima (quod multi, non ſatis aptè appellant, interueniente dolo re ipſa) num ea renunciatio ius illi tribuat, cui facta eſt; an verò non, ſed contraueniri ei poſsit, petita prius, & obtenta relaxatione iuramenti, quo confirmata eſt. Arbitror autem rem hanc definiendam eſse ex principijs diſput. 149. iactis, idque aliter magna ex parte, atque à iuriſperitis definitur, de quorum numero ſunt Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. à num. 3. & Molina, lib. 2. de promog. cap. 3. Quæſtio. 31

B à num. 18.

Atque diſtinguendum eſt, num eiuſmodi renunciatio iuramento confirmata, ſit facta, condonãdo, quod renunciatur, omnino, aut ex parte, vel ineundo contractum merè oneroſum, quo, pro aliquo accepto, hæreditati, aut alteri iuri, renuncietur. Exempla prioris euentus ſunt. Vt ſi quis, ingredi volens religionem, cernensq; ſibi ſufficere certam dotem, aut partem ſuæ legitimæ, cæteraque in religione ſibi non eſse neceſsaria, accepta ea portione à parentibus, reliquum hæreditatis, quod ad ſe pertinere poterat, eis cedat cum iuramento, illudve illis renunciet ac donet, vt de illo perinde, atque de alijs ſuis bonis, diſponant; aut illud condonet in fauorem alicuius tertij, vt ſcilicet ſit in dotem alicuius filiæ, ſororis ita ingredientis religionẽ, aut in ad aliud pium

C opus, vel vt adiumento ſit ad maioratum inſtituendum. Item, ſi filij, ac filiæ, contenti certis portionibus, reliquo renuncient, idque condonent, vt inde inſtituatur maioratus in primogenito, qui cedat in familiæ ſplendorem ac præſidium, & qui, in defectũ prolis primogeniti, & cæterorum, qui ſexu, aut ætate antecedunt, deuenire ad vnumquemque renunciantium poſſit. Item, ſi aliquis filiorum, habens aliunde competentia bona, toti paternæ hæreditati renunciet cum iuramento, vt de ea parentes ad libitum diſponant, aut aliquid pium inſtituant, vel in fauorem cæterorum fratrum, aut alicuius eorum, vt illi detur. Id enim eſt condonatio totius hæreditatis, vel parentibus, vel fratri, aut fratribus, in quorum commo

D dum fit renunciatio. Exemplum verò poſterioris euentus eſt, ſiquis, volens ducere vxorem, paciſcatur cum parentibus, circa ſuam legitimam portionem, vt eam ſibi ſtatim tradant, contentusque ſit in ſuam legitimam portionem certa quantitate bonorum, quam ſtatim accipiat, & renunciet reliquo hæreditatis pro ea quantitate. Aut ſi filia, nubere volens, ſimiliter cum parentibus paciſcatur pro certa dote, quam ſtatim accipiat. Eiuſmodi quippe pactum circa legitimam, eſt merè oneroſum, & quamuis filius, aut filia, dicat ſe remittere, & condonare parentibus reliquum, eſto plus legitimæ ad ſe pertineat, ſanè id non eſt vera condonatio, ſi conſtat tũc plus ad ipſius legitimam pertinere, aut ſi certum eſt,

E vt minimum id totum ad ſuam legitimam pertinere, & probabile ſit, quòd plus poſtea pertineat: quia condonatio illa illius incrementi, ſaltem in ſpe, eſt inuoluntaria mixtè, vt ſibi ſtatim tradatur reliquum ſuæ legitimæ: eo modo, quo promiſſio vſurarum ad obtinendum mutuum, eſt inuoluntaria, quia ſi mutuum ſine ea vſura concederetur, non daretur id incrementum: imò in re propoſita, cõtractus ille cum filio, aut filia, eſt vſurarius, quo, pro mutuo virtuali anticipatione ſolutionis partis illius ſuæ legitimæ filio, aut filiæ, talis filius, aut filia, remittit reliquum ſuæ legitimæ.

His iactis fundamentis, ſequentibus concluſionibus ſatisfaciendum eſt dubio propoſito. Prima eſt, 32

Si re-

Prima concluſ. Si renunciatio hæreditati, aut legitimæ, iuramento confirmata, facta ſit vero animo condonandi, vel totum, cui ita renunciatur, vel incrementum vltra id, quod accipitur, aut reſeruatur ex ea legitima, vel ex ea hæreditate, tunc is, cui, aut in cuius fauorem facta eſt, verum ius ad id comparat, eſto, qui renunciauit, minor eſſet; neque concedi renuncianti poteſt relaxatio iuramenti, vt contraueniat renunciationi, neque locus eſt reſtitutioni in integrum. Excipe, niſi ta paruo iudicio rationis renuncians polleret, quando ita renunciauit, adeoque ſua facilitate, & exiguo ſuo iudicio læſus reperiretur, vt bono communi expediens iudicaretur, cogere eum, cui renunciatio facta eſſet, vt relaxaret iuramentum, & cederet renunciationi, vel in totum, vel ex parte: tunc enim prælatus, aut iudex eius, cui facta eſſet renunciatio, poſſet ſimiliter relaxare iuramētum renuncianti in totum, aut ex parte, & reuocare in conſequentiam ſimili modo renunciationem, quantum bono communi expedire iudicaret.

Priorem partem huius concluſionis intendunt, cap. quamuis pactum, de pactis, lib. 6. cap. cum contingat, de iureiur. cap. licèt mulieres, eod. tit. lib. 6. & authentica ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. vt diſp. 149. citata explicauimus. Quia enim, quando vis, metus, aut dolus, non interueniunt, iuramentum ſponte factum, etiam à minore, validum reddit actum non malum, quem confirmat, etiamſi actus ex rationabili cauſa iure humano eſſet redditus nullus eo iuramento ſecluſo; per eumque actum iuramento confirmatum, ius verè ſibi acquirit is, cui aliquid promiſſum, traditum, aut renunciatum eſt; neque ſpoliari iuſtè quis poteſt iure ritè ſemel perfectè comparato ſine rationabili cauſa, maxime quando religio iuramenti id ius præſtitit, & reuerentia, quæ Deo debetur, vt ſtetur ritè conuentis iuramēto confirmatis: inde quatuor illa iura ſtatuerunt, in euentibus illis verum ius eſſe comparatum, etiam ſi actus illi, alioquin inualidi ac nulli, à minore eſſent iuramento confirmati: neque tunc locum eſſe relaxationi iuramenti in præiudicium eius, qui ita ius comparaſſet.

Hoc verò intendiſſe illa iura in illis euentibus ex eo conſtat, quòd excipiunt, niſi iuramentum in illis euentibus extortū eſſet vi, metu, aut dolo: nam tunc is, cui aliquid ſub iureiurando eſſet promiſſum, aut traditum, nullum ius ad id compararet: cùm tamen neceſſaria nihilominus eſſet relaxatio iuramenti, quando vi, aut metu, eſſet iuramentum elicitum, vt dictum eſt, & iura alia affirmant: quare quatuor illa iura actum non malum iuramento confirmatum, quo quis ad aliquid ſe aſtringit, ita validum eſſe volunt, quando vis, metus, aut dolus non interuenere, vt in illis locum non habeat relaxatio iuramenti in præiudicium eius, cui eſt præſtitum, etiamſi minor ſit, quæ illud præſtitit: id quod ſatis apertè ſignificant verba illa capituli quamuis pactum citati; *omnino ſeruari debebit*; hoc eſt, abſque vlla relaxatione. Hoc ipſum volunt Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. num. 30. & plerique alij, quos citat, tametſi non ita dilucidè id explicent, dum affirmant, donationem, ſeu renunciationem gratuitam, iuramento confirmatam, non reſcindi ex enormiſſima læſione. Quo loco obſerua, læſionem propriè non eſſe, niſi cum iniuſtitia, ac proinde cum detrimento ab alio iniuſtè dato: quare locum habet in contractibus oneroſis, ſi æqualitas in eis non ſeruetur: in donatione verò, gratuitave renunciatione, locum non habet, niſi vi, metu, aut dolo, quis inductus ſit iniuſtè ad ita donandum, aut renunciandum: quatenus enim quis vi, metu, aut dolo, iniuſtè illatis, cauſa eſſet iniuſta, vt alius donaret, vel renunciaret, læſiſſe donantem cenſeretur in eo toto, quod inductus, ita iniuſtè do-

A naret. Iuxta eandem etiam priorem partem concluſionis, verum eſt, quod Couar. cap. quamuis pactū, par. 3. §. 2. num. 6. cum plerique alijs, quos citat, rectè affirmat, nempe, vt valida ſit renunciatio iuramento confirmata, nec locum habeat iuramenti relaxatio, vt illi contraueniatur, neceſſe non eſſe, vt filia, quæ ita renunciat legitimæ, aut hæreditati paternæ, accipiat dotem, aut aliquid aliud in recompenſationem: valida quippe eſt renunciatio integræ legitimæ iuramento confirmata, etiamſi nihil in recompenſationem accipiatur, quando filię remanent competentia alimenta, aut dos.

Quando autem filia, aut aliquis alius, renunciaret legitimæ, aut hæreditati parentum, cum iuramento, ſi aliunde non haberet competentia alimenta, pe- 33
B tere illa poſſet, quando nihil in contrarium circa ea alimenta expreſſit, aut intellexit: quoniam in ea abſoluta legitimæ, aut hæreditati, renunciatione intelligenda non veniunt alimenta, quæ, quatenus neceſſaria ſunt ad vitæ conſeruationem, debentur de iure naturali, & de quibus, ſi facta fuiſſet mentio, exciperentur: in diſpoſitione quippe abſoluta, aut vniuerſali, non veniunt illa intelligenda, de quibus, ſi mentio eſſet facta, excepta fuiſſent. Quando autem talis filia, aut filius, renunciaſſet cum iuramento hæreditati, etiam quoad alimenta, aut id ita intellexiſſet, quicquid Ant. Gom. l. 22. Tauri, in calce, num. 12. Molina, nu. 30. citato, & 33. ac alij dicant, arbitror, validam eſſe renunciationem, quando aliunde, vel ex ſuo labore, & induſtria, vel alijs ea ei ſubmini-
C ſtrantibus, ſuſtentare ac conſeruare poſſet vitam: ſecus autem ſi aliunde eam non poſset conſeruare: nam eatenus alimenta debentur de iure naturali à parentibus filijs, eaque renunciatio, quoad eū euentum, eſset mala, & peccatum, ac proinde non obligaret, eſto iuramento eſset confirmata. Quando verò ſine eis alimentis vita ſuſtineri poſset, renunciatio incrementi eorum vſque ad competentem, ac congruam ſuſtentationem pro qualitate ſui ſtatus, vtique mala non eſset ac peccatum, ac proinde, ſi iuramento id confirmaretur, obligaret tale iuramentum, quod abſque vllo peccato poſset ſeruari, ac proinde, niſi prius relaxaretur, contraueniri non poſset tali renunciationi. Vtrum autē relaxari poſſet ac deberet, nihil impediente iure alteri ex illo
D quæſito? Dicendum eſt, ſi adeò indecens eſset, ita renunciantem manere priuatum competentibus alimentis ex ſua legitima, facilitate, imperitia, & prodigalitate ſua, & alterum acceptare eam renunciationem, vt acceptans cogi arbitrio prudentis poſset, ac deberet, relaxare iuramentum renuncianti, illiq; relinquere competentia alimenta ex ſua legitima, tunc poteſtatem publicam prælati, aut iudicis ſecularis, eius, cui facta eſset talis renunciatio, relaxare etiam poſset iuramentum renuncianti, quantum ſatis eſset, vt illi remanerent competentia alimenta; quoniam id bono communi expediret, quod priuato eius, cui facta eſset renunciatio, eſset præponendum: ſecus autem, ſi, prudentis arbitrio, non ita iu-
E dicaretur. Quando autem id ita iudicandum ſit, aut non, ex circumſtantijs concurrentibus prudentis arbitrio eſt committendum.

In eadem parte concluſionis dictum eſt, id etiam habere locum in minore renunciante: quoniam eſt par ratio de minori, & de maiori, quoad hoc, vt conſtat ex authentica ſacramēta puberum, C. ſi aduerſ. vend. quæ de minoribus loquitur, & ex tribus alijs iuribus citatis, quæ vniuerſim loquuntur, nihil exprimendo, quòd ſolùm ſit ſermo de maioribus; & preſertim ex cap. quamuis pactū, de pactis, lib. 6. quod de mulieribus contentis certa dote ad nubendum loquitur: mulieres verò regulariter nubere ſolent ante vigeſimumquintum ſuę ętatis annum, ac proinde dum

dum minores ſunt. Atque hinc emanauit pronunciatum illud commune inter iuris peritos, quod amplectuntur Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 6. verſic. 1. & 2. Aries Pinel. l. 2. C. de reſcind. vend. par. 3. cap. 1. nu. 10. Molina, vbi ſupra, nu. 21. & plerique alij, quos referunt, nempe, iuramentum de minore efficere maiorem, ad effectum vt ipſum perinde obliget, ac ſi eſſet maior, nec locum habeat reſtitutio in integrum aduerſus id, quod à minore iuramento confirmatum eſt, vt ſubiungimus in eadem priori parte concluſionis.

Obiectio. Neque mihi obijcias, l. 56. titu. 5. par. 5. in calce, quæ ſtatuit, ſi emptor vltra dimidium iuſti pretij, aut venditor infra dimidium iuſti pretij, iurauit, eſto res plus, vel minus valeret, nunquam contrauenturum emptioni, aut venditioni, non poſſe tunc illi contrauenire, nec concedi illi actionem, modò, qui id ita iurauit, excederet quatuordecimum ætatis ſuę annum: ſi verò non eſſet tantæ ætatis, poſſe illi contrauenire, non ſecus ac ſi id non iuraſſet. Non, inquam, id mihi obijcias: quoniam in primis ex eo iure potius colligitur, minorem, ſi decimumquartum ætatis ſuę annum excedat, æquari ratione iuramenti maiori, nec locum eſſe reſtitutioni in integrum. Deinde, & potiſſimum, quoniam eo in loco eſt ſermo, de formali, aut virtuali, renunciatione legi 2. C. de reſcin. vend. iuramento confirmata, quæ actionem impedit ex ea lege, vt in calce diſputationis 349. dictum eſt, pronunciaturque ea lege 56. eam impedire, etiam minori, ſi quatuordecimum ætatis ſuæ annum excedat: ſecus verò, ſi eum annum non excedat. Attamen, vt is minor ad actionem in eo euentu ex l. 2. C. de reſcind. vend. admittatur, neceſſe eſt antecedat relaxatio iuramenti ad agendum, idque ea lex ſupponit: cùm enim ſeruari id iuramentum, malum non ſit, ſi præſtitum fuit à minore vſum rationis habente, vtique relaxandum illi eſt antequam ad eam actionem admittatur, alioquin omnino eſt ſeruandum.

Satisfit.

Poſterior verò pars concluſionis ſatis ex ſe perſpicua eſt: quando autem id locum habeat, prudentis arbitrio iudicandum eſt. Eſſe autem renunciantem minorem, præſertim quatuordecim annis, aut eſſe fœminam, multum conducit, vt id locum habeat.

Secunda concluſ. 34 Secunda concluſio. Si renunciatio cum iuramento hæreditati, aut legitimæ, fiat contractu merè oneroſo, quo pro certa dote, aut aliquo alio accepto, illi renuncietur, tunc quæcunque læſio ex eo contractu renuncianti ſequatur, quia videlicet, quod accipitur, non attingit ad integrum valorem legitimæ debitæ, cui renunciatur, quoad id, in quo prudentis arbitrio in infimo pretio iuſto æſtimatur pro tempore, quo illi renunciatur, vtique is, cui talis renunciatio fit, nullum ius ſibi comparat ad id incrementum, ſed in foro conſcientiæ tenetur, quoad illud relaxare obligationem iuramenti, idque incrementum renuncianti reſtituere. Cæterùm renuncians, niſi prius relaxationem iuramenti obtineat, non poteſt contrauenire ei renunciationi; eo quòd ex parte ipſius non ſit de re mala, ſeu illicita. Quando autem contractu merè oneroſo renunciatio facta ſit, nec interuenerit vera condonatio incrementi, prudentis arbitrio ex circumſtantijs concurrentibus eſt iudicandum, atque ad id melius conijciendum inſeruiunt, quæ ante primam concluſionem dicta ſunt.

Poſterior pars huius concluſionis, quòd ſcilicet renuncians non poſſit illi contrauenire, niſi obtenta prius relaxatione iuramenti, ex ſe, & ex ratione in ea ſubiuncta, eſt ſatis perſpicua, eamque communiter affirmant doctores, habetque verum, etiam quando interuenit læſio maxima, ſeu enormis, modò non conſtet renunciantem dolo inductum fuiſſe ad ita renunciandum: nam tunc, vt ſupra dictum eſt, non obligaret iuramentum, ob defectum conſenſus in eo euentu. Ita Aries Pinel. l. 2. C. de reſcin. vend. par. 3. cap. 1. num. 8. Gutier. in Authentica ſacramenta puberum, nu. 96. Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. nu. 3. & 5. Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. nu. 25. Panorm. & alij quos citant.

Prior verò pars ex eo facilè probatur, quoniam contractus ille oneroſus, quo ita legitimæ renunciatur pro minori dote, aut minori alia quãtitate, quàm ſit legitima, æſtimata tempore, quo fit renunciatio illa, prout minus erit valitura tempore, quo foret tradenda, eſt inæqualis, & iniuſtus, & renunciatio illa quoad incrementum eſt in volũtaria mixtè, quin & vſurariè accipitur incrementum illud pro anticipata ſolutione dotis, aut alterius minoris quantitatis, vt ſupra dictum eſt: ergo, eſto iuramento confirmetur, nullum ius ſibi comparat is, cui fit: ſed tenetur relaxare quoad id obligationem iuramẽti, & reſtituere in foro conſcientiæ incrementum illud: ſicut vſurarius, cui ſub iureiurãdo promiſſæ ſunt vſuræ, tenetur quoad id relaxare iuramentum, eaſque non accipere, & acceptas reſtituere, vt conſtat ex ſe, & ex cap. debitores, de iureiur. affirmatque communis doctorum ſententia.

Poſitis his, quæ de renunciatione, remedio, l. 2. C. de reſcind. vend. præſertim interueniente iuramento, de iure communi, & Caſtellæ, in calce diſputationis 349. dicta ſunt, quæ ſimiliter habent regulariter locum in alijs contractibus oneroſis, in quibus læſio vltra, aut infra, dimidium iuſti valoris cernitur, tertia concluſio eſt. Si maior quatuordecim annis contractu oneroſo cum iuramento renunciauit ſuæ legitimæ, promittens ſub eodem iuramento, ſe illi nunquam contrauenturum, non conceditur illi actio in foro exteriori ex l. 2. citata, eſto lęſus ſit vltra dimidium iuſti pretij. Ratio eſt, quoniam de iure communi ei, qui renunciauit remedio, l. 2. citatæ, non competit remedium illius, iuxta communiorem doctorum ſententiam, vt diſputatione citata dictum eſt; & is, qui cum iuramento promiſit, ſe non contrauenturum ex illa lege alicui contractui, cenſetur renũciaſſe remedio illius legis, idque validè, etiamſi minor ſit: quare, cum renunciatio legitimæ contractu oneroſo valida ſit, ſi iuramento confirmetur: & eo ipſo, quòd ſimul eodem iuramento ſit promiſſum, illi non contrauenire, cenſeatur renunciatum remedio illi, vt eadem diſputatione dictum eſt; conſequens profectò eſt, vt tunc actio non concedatur in foro exteriori, neque habeat locum relaxatio illius iuramenti ad effectum, vt actio in eo euentu concedatur. Atque hoc eſt, quod conſentaneè ad gloſ. l. 2. C. de reſcinden. vendi. ad Bartol. & ad communem doctorum ſententiam, diſponit, l. 56. tit. 5. par. 1. paulò antea relata. Dum enim actionem alterius admittit, quando, qui ita cum iuramento renunciauit, non expleuerat decimumquartum ſuæ ætatis annum, vtique id intelligit, obtenta prius relaxatione eius iuramenti de ea re non mala, quod perinde eum ligat, ſi ad iudicium rationis peruenerat, atque ligat puberem: quare impubes admitti in eo euentu non poteſt ad actionem, niſi obtẽta prius relaxatione iuramenti. Eandem concluſionem amplectuntur, Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 4. Gutier. in authentica ſacramenta puberum, nume. 88. & 89. Padilla, l. 2. C. de reſcinden. vendi. num. 32. Molina, lib. 2. de primogen. cap. 3. num. 18. 21. & 22. Gregor. Lopez. l. 56. citata glo. vlt. & alij quos citant. Hi autores communem opinionem, & l. 56. citatam, intelligunt, quando læſus excedit quidem aliquantulum dimidium iuſti valoris; ſecus autem, quando excedit multum, ita vt læſio ſit enormiſſima: tunc enim dicunt, obtenta prius relaxatione

Tertia concluſ. 35

xatione iuramenti, poſſe agere remedio legis 2. C. de reſcind. vend. Ita Couar. vbi ſup. nu. 5. & lib. 2. var. reſ. cap. 4. nu. 5. Padilla, l. 2. citata, nu. 43. & 44. Gutier. in authentica ſacramenta puberum, nu. 92. & Molina, nu. 18. citato, & 24. ac pleriqúe alij, quos citant. Refert autem Molina in calce, nu. 18. citati, quoſdam aſſerere, tunc eſſe grauiſſimam, ſeu enormiſſimam læſionem ad hunc effectum, quando eſt vltra triplum, aut quadruplum: ipſe verò potius cenſet, id arbitrio prudentis eſſe relinquendum. Multi autem, quos Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 3. refert, cenſuerunt, neque ex enormiſſima læſione relaxandum eſſe iuramentum in eo euentu, neque proinde admittendam eſſe actionem. Aries verò Pinel. vbi ſupra, num. 7. & 8. non probat diſtinctionem in re propoſita de læſione graui vltra dimidium iuſti pretij, & grauiſſima, ſeu enormi, vel enormiſſima: quoniam neque in iure eſt vllum ſolidum fundamentum, vnde in re propoſita ſit vnum dicendum de graui læſione, & aliud de grauiſſima, ſeu enormi, vel enormiſſima: & quoniam ſatis enormis læſio eſt, quæ dimidium iuſti valoris excedit: ipſe autem arbitratur in vtrauis concedendam eſſe relaxationem iuramenti, admittendamque actionem in foro exteriori. Mihi etiam, propter has duas rationes, non probatur ea diſtinctio, neq; proinde quòd, in re propoſita, ſit vnum dicendum de graui læſione, & aliud de grauiſſima. Præſertim cùm, ſi vera eſſet ratio, cui Couarr. Molina, & alij innituntur, quod ſcilicet, quando adeſt grauiſſima læſio, præſumatur defuiſſe conſenſum læſi, interueniſſeque dolum lædentis, neceſſaria non eſſet relaxatio iuramenti ad agẽdum. Dicerem verò in Luſitania, cùm renunciatio remedij legis 2. C. de reſcind. vend. inualida ſit, quibuſcunque verbis ſit concepta, vt diſp. 349. dictum eſt, concedendam eſſe relaxationem iuramenti, admittendamque eſſe relaxationem iuramenti, eo ipſo, quòd læſio ſit vltra dimidium iuſti valoris, ſiue exceſſus ſit paruus, ſiue magnus & enormis, vel enormiſſimus. Imò verò neceſſariam non eſſe tunc relaxationem, ſed contractum, ac iuramentum eſſe nullum, ſi iuramentum ſine regia facultate ſit adhibitum, iuxta ea, quæ diſput. 149. dicta ſunt. Adderem cùm, data quacunque læſione notabili in eiuſmodi contractibus oneroſis, etiam ſi non ſit vltra, aut infra, dimidium iuſti valoris, nullum ius ad eam ſibi comparet is, qui ita læſit, eſto contractus iuramento ſit confirmatus, ſed teneatur in foro conſcientiæ illam, nondum acceptam, remittere, aut reſtituere, ſi iam illam accepit, vt concluſione 2. dictũ eſt, idque nihil impediente, quòd ad litium multiplicitatem vitandam, non detur actio in foro exteriori, vt vtrumque diſp. 350. oſtenſum eſt, ſanè abrogandæ eſſent leges, quæ ſonant, quando læſio eſt vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij, concedendam non eſſe actionem, ſi remedio legis 2. C. de reſcin. vend. ſit renunciatum, relaxato prius iuramẽto, ſi contractus iuramento fuit confirmatus, aut ſi cum iuramẽto eidem legi 2. fuit renunciatum. Vnde, quicquid gloſ. l. 2. citata, voluerit, & cum ea communior opinio, ac lex Caſtellæ 56. citata, probandã cenſeo opinionem, quæ aſſerit, data enormi læſione, relaxandum eſſe iuramentum, & admittendam eſſe actionem, præſertim cùm Couar. & alij, & receptam in praxi eam eſſe affirment. Atque vniuerſim, ſi prælatus, aut iudex rei, relaxet iuramentum ad agendũ, tuta conſcientia læſum vltra dimidium iuſti pretij, imò & in minori quantitate, poſſe agere, & accipere, ſi quid de læſione fuerit ei ſatisfactum: cùm reus ipſe, nulla expectata ſententia, teneatur id illi in foro conſcientiæ reſtituere.

Quarta concluſ.

Quarta concluſio. Si minor ſolum iuramento cõfirmet contractum, aut renunciationem oneroſam, A in quibus læſus ſit vltra dimidium iuſtæ æſtimationis, aut iuramento promittat illi non contrauenire, neque addat vnde ſufficienter exprimat, renunciare remedio legis 2. C. de reſcind. vend. ſaltem quia dicat, neque ex minori ętate, neque ex quocunque alio capite, illi contrauenturum, tunc agere poteſt remedio, l. 2. C. de reſcind. vend. vt vel compleatur valor vſque ad limites iuſti, vel vt reſcindatur contractus, vt maluerit alter contrahens. Expediet tamen relaxari prius iuramentum ad cautelam antequam agat. Imò id neceſſarium erit in foro conſcientiæ, ſi eo iuramento intendit ſe obligare, etiam ad non agẽdum ex l. 2. Hanc concluſionem, quoad priorem, ac præcipuam illius partem, affirmant cum gloſ. l. 2. citata, & cum glo. cap. vlt. de empt. & vend. Bart. Panorm. B & communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur, Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 6. Aries Pinel. l. 2. C. de reſc. vendi. par. 3. cap. 1. num. 9. Padilla eadem l. 2. num. 33. Gutier. in authentica ſacramenta puberum, num. 86. & Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. nu. 21. Ratio autem eſt, quoniã minor cenſetur confirmare contractum illũ iuramento, nec illi contrauenturum ex parte minoris ætatis, neque cenſetur renunciare remedio particulari, l. 2. ſibi cum maioribus communi: præſertim in hac materia fauorabili minori, in qua alter ſibi non comparat ius, etiam ex iuramento minoris, ſed tenetur in foro conſcientiæ reſtituere totam latitudinem læſionis. Vnde lex 56. tit. 5. par. 5. ſolùm negat actionem, quando ſufficiẽter expreſſum fuit, C renunciare cum iuramento remedio, l. 2. citatæ, vt eã legem 56. intuenti eſt ſatis perſpicuum. Ex eodem verò fundamento affirmant Anton. Gom. 2. to. var. reſol. cap. 14. num. 20. & Gutier. vbi ſupra, num. 87. ſi maior renunciet hæreditati ſimili modo cum iuramento, ita vt non exprimat ſufficienter renunciare remedio, l. 2. citatæ, ſitque læſus vltra dimidium iuſti valoris, poſſe ſimiliter agere remedio legis 2. citatæ: quoniam confirmare cenſetur renunciationem iuramento, quatenùs ſecluſo iuramento, eſt actus inualidus, non verò quaſi intendat renunciare remedio legis 2. citatæ. Idem dicendum eſt de quocunque alio maiori, vel minori, confirmante ſimili modo iuramento actum, ſecluſo iuramento, inualidũ. Quando autem maior confirmaret iuramento actum vaD lidum, tunc ea confirmatio haberet vim renunciationis, l. 2. citatæ, iuxta dicta in calce, diſput. 349. ac proinde maior ille non admitteretur ad actionem ex ea lege, & ad relaxationem iuramenti, iuxta dicta concluſione præcedente.

Admonet Gutier. vbi ſupra, num. 91. ſi minor iuramento ſe aſtrinxit non contrauenturum ex l. 2. C. de reſcind. vend. alicui contractui, aut renunciationi, & nihil aliud adiecit, poſſe illi contrauenire, ſi res immobilis ab ipſo alienetur ſine iudicis decreto ex eo, quòd ſit nullus contractus ob defectum eius neceſſariæ ſolemnitatis, aut ex beneficio reſtitutionis in integrum. Hæc de primo illorum trium actuum, quibus quis renunciat hæreditati alicuius, pactum E videlicet cum eo ipſo ineundo, cuius hæreditati renunciat.

Quod verò attinet ad ſecundum cõſentiendo ſcilicet in ipſomet actu teſtandi eius, in cuius hæreditate ſuccedere debet, aut poſt teſtamentum cõditum, in teſtamento ab illo confecto, quo priuatur, aut legitima tota ſibi debita, aut parte illius, dicendum eſt. 37 Eiuſmodi conſenſum valere, firmamq; reddere renunciationem legitimę, aut parti illius, eſto talis conſenſus, & renunciatio iuramento non ſit confirmata, neque poſſe deinceps filium agere aduerſus id teſtamentum, in quo ſit præteritus, aut exhæredatus, eſto neque hęc cauſa, conſenſus ſcilicet talis filij, neque alia legitimæ exhæredationis, aut præteritionis, ſit

ſit inſerta in eo teſtamento: quoniam inſertio cauſæ tunc eſt neceſſaria, quando filius, aut aſcendens, contra ſuam voluntatem præteritur, aut exhæredatur: ſecus verò quando ſuo conſenſu. Intelligendum tamen eſt id, modo is conſenſus in ipſo teſtandi actu interueniat, aut poſt teſtamentum confectum, ſiue formalis is ſit, ſiue virtualis & tacitus, modis diſput. 175. §. ſiquis, explicatis; ſecus autem ſi ante teſtamentum adhibitus ſit, vt ibid. §. antecedente, aduerſus Iulium Clarum dictum eſt. Ita iuxta l. non potuit, §. ſi quis ſua manu, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. dictum ibid. eſt cum communi doctorum ſententia, quam Ant. Gom. 1. to. var. reſ. cap. 11. nu. 14. refert ac ſequitur. Hæc eadem affirmant, cum communi etiam doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur idem Ant. Gom. l. 22. Tauri, num. 5. Couar. cap. Raynaldus, de teſt. §. 2. num. 2. & 3. Molina, lib. 2. de primog. cap. 3. num. 7.

Diſp. 175. citata, §. ſecundum eſt, addidimus: Si quis inſtitutus ſit in minori portione, quàm ſit ſua legitima, tūc, eſto eam portionem petat, & recipiat poſt mortem patris, imò eſto chirographum det hæredibus, ſe illam recepiſſe, neque quicquam proteſtetur, remanere ſibi ius, vt petat incrementum, niſi ſpecialiter dicat, aut pactus ſit, ſe ea portione eſſe cōtentum, vt expreſsè habetur, l. ſi quando, §. generaliter, C. de inoffic. teſtam. eaque de cauſa in eo euentu, non ſufficere tacitum conſenſum, quo renuncietur incremēto legitimæ, ſed neceſſarium eſſe expreſſum, vel dum teſtamentum conficiebatur, vel poſt mortem teſtatoris.

Addidimus præterea, ſi quis, ſine cauſa inſerta, eſſet præteritus, aut exhæredatus, atque ſua alicuius, aut aliquorum, ex hæredibus in eo teſtamento ſcriptis intereſſet, id teſtamentum eſſe nullum, quia ab inteſtato maiores portiones hæreditarias acciperēt, tunc quod talis filius præteritus, aut exhæredatus, approbaret id teſtamentum poſt teſtatoris mortem, nihil impediret, quo minus quiuis aliorum hæredum, agere poſſet de nullitate illius; eo quòd verè nullum fuerit tempore mortis teſtatoris: ſecus ſi is filius illud approbaſſet quando conficiebatur, aut in eo eſſet inſerta cauſa exhæredationis, aut præteritionis: quoniam tunc id teſtamentum non fuiſſet nullum tempore mortis teſtatoris. Lege quæ ibi dicta ſunt. Atque hæc dicta ſint de ſecundo actu.

38 Quòd denique ad tertium actum attinet, quando ſcilicet is, cui legitima portio in bonis alicuius debetur, renunciat toti, aut parti illius, in fauorem alicuius, aut aliquorum cohæredum, pacto inito cū ipſis, conſentiente eo, in cuius bonis legitima portio debetur, & cui eſt ſuccedendum, dicēdum eſt. Quamuis inualidum omnino ſit pactum de futura hæreditate certo modo diuidenda, ſi ſit alicuius certi, & determinati hominis (ſocietas enim in genere omniū bonorum, etiam circa bona hæreditaria, valida eſt, vt diſp. 412. dictum eſt) vt ſi filij, viuente patre, aut alij cohæredes, qui hæreditatem alicuius ſperant, viuēte illo, circa eam hæreditatem certo modo diuidēdam paciſcantur, inualidum omnino ſit tale pactū; attamen, ſi accedat cōſenſus eius, cui ſuccedere debent, circa illam eo modo diuidendam, atque adeo circa renunciationem alicuius, aut aliquorum eorum, toti, aut parti, legitimæ ipſis debitæ, in fauorem alicuius, aut aliquorum cæterorum, iſque, cui ſuccedere debent, in eo conſenſu perſeueret vſque ad finem vitæ, validum eſt tale pactum, etiam ſi iuramento non cōfirmetur. Vtrunque habetur expreſsè, l. vlt. C. de pactis, & affirmant Bartol. & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anto. Gom. l. 22. Tauri, à nu. 30. Couar. c. quamuis pactū, par. 3. in initio, num. 1. & ſeq. & c. Raynaldus, de teſt. §. 2. nu. 1. & 2. ac Molina, lib. 2. de primog. c. 3. nu. 2.

A Non ſolùm pactum, de hæreditate viuentis certo modo diuidenda, eſt nullum, niſi accedat eius conſenſus, ſed etiam omne aliud pactum, donatio, diſpoſitio, obligatio, vel ſubiectio hypothecæ alicuius eorum bonorū, eſt ipſo iure nulla, vt conſtat ex l. vlt. citata, cenſeturque in iure quodcunque horum contra bonos mores, ob periculum mortis captandæ viuenti, cuius adhuc ſunt ea bona, & propter alia mala, quæ inde nata ſunt ſequi, vt conſtat ex l. vlt. citata, eaque omnia pacta prohibita ſunt fieri in iure, & qui aliquod eorum exercet, incidit in pœnam amittendi fiſco, quicquid ex hæreditate ad ipſum deuenerit, eo quòd eo ipſo illa efficiatur indignus, vt conſtat ex l. quidam in iure, §. vlt. & l. ſequenti, ff. de donat. ex l. 2. in fin. ff. de his quib. vt indig. iuncta l. Pa- B pinianus, §. meminiſſe, ff. de inoſ. teſt. & affirmant Bart. & communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. nu. 30. citato refert ac ſequitur. Quia ergo id non ſolùm reputatur contra bonos mores propter mala, quæ inde nata ſunt ſequi, ſed etiam prohibitū ſub certa pœna eſt in iure, inde ſequitur, quòd, eſto tale pactum iuramento firmetur, inualidum ſit, niſi accedat conſenſus eius, cui in eis bonis eſt ſuccedendum, quo conſenſu accedente, deſinit id eſſe prohibitum. Ita affirmant (licèt non rem ſic explicent) cum communi doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. num. 30. citato, Couar. cap. quamuis pactum, par. 3. in initio, in calce, num. 1. & nu. 2. & Molina, vbi ſupra, nu. 4. Quia ergo renunciare hæreditati non eſt prohibitum in iure, tametſi C redditum ſit nullum; paciſci verò circa futuram hæreditatem cum aliquo alio ſine conſenſu eius, cui eſt ſuccedendum, non ſolùm eſt redditum nullum, ſed etiam prohibitum ſub certa pœna eſt in iure, inde efficitur, vt illud primum, adhibito iuramento, reddatur validum; non verò hoc ſecundum.

Obſerua tamen, quando futurus hæres paciſcere- 39 tur cum creditoribus eius, cui eſſet ſucceſſurus, ſine illius conſenſu, ne ipſe, deuoluta ad ſe hæreditate, conueniretur, ſed liber ab eo debito maneret, validū eſſet pactum, neque vllam incurreret pœnam: quoniam id ſolùm eſt liberatio à debito, & non diſpoſitio de bonis hæreditarijs, neque eſt obligare ea alicui alteri, neque inde vllum periculum imminet captandi mortem ei, cuius ſunt ea bona. Ita probat D tex. l. & ſuum hæredem, §. idem probat, ff. de pactis, & affirmat communis doctorum ſententia, quam Anto. Gom. l. 22. citata, num. vlt. refert ac ſequitur. Idem vult ibidem Anto. Gom. eſſe, ſi hæres futurus remittat debitoribus eius, cui eſt ſucceſſurus, debitū aliquod in tempus, quo ipſe ſuccedet. Contrarium tamen arbitror eſſe verum: quoniam id occaſio eſse poſset optandi mortē ei, cui eſt ſucceſsurus: & quoniam nihil tale reperitur diſpoſitum in iure.

Cùm pactum inter cohæredes de diuidenda hæ- 40 reditate certo aliquo modo, atque adeò, cùm renunciatio legitimæ, aut parti illius, in fauorem alicuius, aut aliquorum, ex cohæredibus, quod per conſequēs eſt pactum de hæreditate diuidenda inter cohære- E des certo modo, & vniuerſim cùm pactum circa bona, in quibus eſt ſuccedendum cum aliquo alio, validum ſit, eſto non confirmetur iuramento, modo tamen accedat conſenſus eius, cui eſt ſuccedendum, in quo perſeueret vſque ad finem vitæ; ſatis profectò eſt perſpicuum, longè magis eſſe validum, ſi inſuper confirmetur iuramento. Dubitant verò doctores, ſi eiuſmodi renunciatio in fauorem alicuius, aut aliquorum ex cohæredibus, facta ſit patri cum iuramento præſtito illi, aut ſi eiuſmodi pactum factū ſit inter cohæredes inter ſe cōfirmatum iuramēto, accedenteque conſenſu patris, num pater mutare poſſit cōſenſum, & num, ſi illū mutet, filius perinde ſuccedat patri, ac ſi non interueniſset tale pactum, neque præſti-

præſtitiſſet id iuramentum. Ad quod in primis dicendum eſt, cum Couar.cap.quamuis pactum, par. 3. in initio, num.2. aduerſus Decium, ſi pater etiam iuraſſet non mutare conſenſum, tunc, cùm illum nõ mutare, malum non ſit, neque prohibitum patri, vtique periurus eſſet, ſi eum mutaret, nihil impediente, quòd manendo ita obligatum ex iuraméto ad illum non mutandum, reddatur inteſtabilis: id quòd ſatis perſpicuè conſtat ex dictis diſput.151. & alibi, eaque de cauſa non plura hac de re hoc loco dico. Dicendum deinde eſt, quãdo pater ſolùm adhibuit conſenſum, nec ſe obligauit iuramento ad illum nõ mutandum, integrum ſibi eſſe, nihil impediente iuramento filij, aut cohæredum, illum mutare. Quoniam pactum filiorum inter ſe pendens à libero conſenſu ipſius, quod ex diſpoſitione iuris, pro ſuo arbitrio, & voluntate, interim dum viuit, mutare poteſt, tollere à patre non poteſt eam libertatem, & facultatem liberam teſtandi, quantum ius ipſi concedit, neque item iuramétum filiorum id poteſt ab eo adimere. Dicendum tertiò eſt, patre mutante conſenſum, filium, vel cohæredes, non teneri pacto, & iuramento, ſed filium, qui legitimæ, aut parti illius renunciauit cum iuramento in fauorem alicuius, aut aliquorum ex cohæredibus, perinde ſuccedere patri, ac ſi tale pactum, & iuramentum, non interueniſſet. Ita cum Bald. communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Anton. Gom. l.22. Tauri, num.31.& Molina, lib.2.de primog.capit.3. num.4. Ratio autem eſt, quoniam factum illud filiorum, non ſolùm in iure cenſetur cõtra bonos mores, ſed etiam eſt prohibitum ſub pœna amiſſionis totius commodi ex hæreditate, niſi accedat conſenſus eius, cui eſt ſuccedendum, & in eo perſeueret vſque ad finem vitæ, vt dictum eſt, iuxta l.vlt. C.de pactis, & iuxta alia iura, eaque ratione non confirmatur iuramento, niſi accedat ille conſenſus, & perſeueret vſque ad finem vitæ: quare eo ipſo, quòd conſenſus ille mutatur, ac deſinit eſſe, obligare deſinit iuramentum, & pactum cohæredum inter ſe. Vnde probanda non eſt opinio Couarr. cap.quamuis pactum, par.3. in initio, nume.2.7.& 8. qui cùm concedat, pactum filiorum inter ſe, ſine cõſenſu patris, non firmari iuramento, propendet (tametſi trepidus) accedente ſemel conſenſu patris, eſto poſtea illum mutet, teneri filios pacto iuramento confirmato de conſenſu patris inter ſe celebrato. Probanda item non eſt Iaſonis ſententia, qui aſſeuerat aduerſus Baldum, renunciationem legitimæ cum iuramento vnius filiorum, in fauorem alterius, aut aliorum, obligare filium ita renunciantẽ eſto pater mutet voluntatem, ac conſenſum, quòd id ſit renunciatio legitimæ, quæ renunciatio (vt circa primum actũ dictum eſt) confirmatur iuramento. Dicendum quippe eſt, quatenus in fauorem alicuius, aut aliquorum ex cohæredibus facta eſt, tranſire in pactum de certo modo hæreditate inter cohæredes diuidenda, atque eatenus, eſto iuramento confirmata ſit, pendere, vt ſit valida, à conſenſu patris, & à perſeuerantia in illo vſque ad finem vitę, vt dictum eſt, & rectè, cum communi doctorum ſententia, affirmant Ant. Gom. & Molina locis citatis.

41 Circa hunc tertium actum, & ſecundum præcedentem, obſeruandum in primis eſt. Si facti ſint à minore ſine iuramento, ac ſe læſum inueniat, quia expediens ipſi non fuit, eos celebrare, tunc locum habere beneficium reſtitutionis in integrum ad eos reſcindendum, & ad reuocandum, quoad id maioratum, ſi, vt inde maioratus inſtitueretur, facta ſint, vt ex ſe eſt notiſſimum, & ex parte diſp.175. dictũ eſt. Quando autem confirmati eſſent iuramento, locum non haberet reſtitutio in integrum: quoniam iuramentum validè adhibitum, beneficium impedit

reſtitutionis in integrum, iuxta authenticam ſacramenta puberum, C.ſi aduerſ.vend.& alia iura, vt ſupra dictum eſt.

Deinde obſeruandum eſt, quod circa primum actum dictum eſt de renunciatione ob cauſam, attendendum ſcilicet eſſe, num cauſa ceſſauerit, ad iudicandum vtrum renunciatio expiret, etiam ſi iuraméto confirmata ſit, maximè habere locũ circa tertium actum explicatum. Multa etiam alia, quæ circa primum actum dicta ſunt, ſuo etiam modo locum habent circa ſecundum, & tertium actum, vt rem expendenti, facilè liquebit. Et præcipuè locum habent, quæ de vi, metu, & dolo dicta ſunt, vt relaxetur iuramentum, & nulli reddantur omnino eiuſmodi actus, atque inſtitutio maioratus ex hiſce renunciationibus, aut etiam vt nulli iudicentur, etiam ſine relaxatione iuramenti, ſi dolus interuenit. 42

Ex dictis tota hac diſputatione facilè intelligetur, quouſque ex legitimis debitis filijs, aut filiabus, validè inſtitui poſſit maioratus, etiam ſine regia facultate, renunciantibus filijs, aut filiabus validè, aliquo ex tribus modis explicatis, integris ſuis legitimis, aut parti earum, vt inde maioratus inſtituatur, qui cedat, modis explicatis, in bonum totius familiæ, & ipſorum renunciantium: qua de cauſa tam multa de his renunciationibus hoc loco dicta ſunt. Item ex dictis hac eadem diſputatione facilè patet, ex quot capitibus renunciationes explicatæ ſubiaceant calumniæ, atque reuocationi, vel etiam vt pronuncientur fuiſſe ipſo iure nullæ, & in conſequentiam, quouſque calumniæ, reuocationi, aut pronunciationi fuiſſe ipſo iure nullas, ſubiaceant inſtitutiones maioratuum factæ vi eiuſmodi renunciationum. Ait vero Molina, vbi ſupra, num.8. inſtitutores maioratuum ex legitimis filiorum, quò eiuſmodi inſtitutiones ſine regia facultate firmiores ſint, ſolere ſimul vti tribus generibus renunciationum hactenus explicatis. Etenim filij omnes, ex quorum legitimis maioratus inſtituitur, eum approbant in ipſo actu inſtitutionis, aut poſt illum inſtitutum, in eoque conſentiunt; paciſcunturque inter ſe, ex patris conſenſu, vt ita inſtituatur ex ipſorum legitimis, aut ex partibus earum, promittentes ſe nunquam illi contrauenturos, illumve impugnaturos; renunciant item paternæ hæreditati, ſuiſque legitimis portionibus, quatenus ea inſtitutio illas contingit, promittẽtes, ſe nihil aliud ex teſtamento paterno, aut alia occaſione, petituros, quàm quòd ex ſuis legitimis remanſerit, completa integrè ea inſtitutione, eaque omnia iuraméto confirmant. Ait verò Molina, vt eiuſmodi inſtitutiones ex legitimis aliorũ tutiores, & firmiores ſint, ſolere obtineri à Rege facultatẽ, & confirmationẽ. Cæterũ nos diſputatione præcedẽte concluſ.4. & 5. expoſuimus, quouſq; princeps diſpenſare poſſit, vt eiuſmodi inſtitutiones ex legitimis alijs debitis fiãt. 43

DISPVT. 580.

Maioratus, qui legales, & qui ex aliorum inſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Primogenia tempore legis naturæ, & ſcriptæ, conſueta in Gallia, & in alijs prouincijs, legalia ſunt.*

2 *Regnum maioratus eſt legalis regulariter loquendo. Et quouſque aliquando, & quibus ex cauſis, mutare liceat de modo regiminis, ac ſucceſſionis primitus ſtatuto. Regulariter verò non licet.*

3 *Maioratus cum titulo, & alij de bonis coronę huius regni creati, licèt aliquid de legali participent, ſimpliciter non legales, ſed à Rege dicendi ſunt creati.*

Maiora-

4 *Maioratus in Luſitania legi mentali ſubiecti, legales rectius appellari poſſunt.*
5 *Idem de maioratibus ex donatis ab Henrico II. in hoc regno creatis.*
6 *Maioratus inſtituti de bonis patrimonialibus, ſimpliciter non ſunt legales, ſed ex priuatorum inſtitutione: licèt quidam eorum aliquid de legali participent.*

IVxta ordinem initio diſputationis 578. propoſitum, dicendum eſt de varia diuerſorum maioratuum productione, ac ſubſiſtentia in rerum natura; vnde varij maioratuum modi, & qualitates fient manifeſti. Atque prærogatiuæ illæ primogenitorum, quæ primogenia, & primogenita dicuntur, de quibus initio diſp. 577. dictum eſt, quaſque locum diximus non habere in Hiſpanijs, eſſeque longè diuerſas oſtendimus à maioratibus Hiſpanis, omnes erant lege ſtatutæ; & ſunt hodie in Gallia, & in alijs prouincijs, aut certè conſuetudine vniuerſali, placitoque vniuerſali hominum earum prouinciarum, in quibus vigebant, fuerunt introductæ, vt ex dictis diſputatione citata facilè conſtat: eiuſmodi verò conſuetudines vim habent legis. Quo fit, vt prærogatiuæ illæ, ac primogenita illa omnia legalia ſint. 1

Eis verò prærogatiuis omiſſis, vt de ſolis Hiſpanis primogenijs vniuerſim dicamus. In primis regnum hoc Caſtellæ, & regulariter cætera regna, lege introducta ſunt, ac proinde maioratus legales dici poſſunt, hoc eſt, lege conſtituti, & creati, vt eam formam habeant, eoque modo in eis ſuccedatur, quo re ipſa ſucceditur. Id verò de hoc Caſtellæ regno ſatis conſtat ex dictis diſput. 576. vbi oſtendimus, abrogato tempore Pelagij antiquo more, qui Gothorum tempore vigebat, creandi ac ſuccedendi Reges per electionem, conſtitutum, à Pelagio conſentiente republica, fuiſſe, vt via generationis, modo ibi explicato, in eo deinceps ſuccederetur. Regna etiam, & regimina varia diuerſarum rerumpublicarum, ortum habuiſſe à lege ea de re lata, qua diuerſæ nationes ac prouinciæ communi conſenſu, modum ſibi regiminis vnicuique proprium delegerunt, ſatis etiam conſtat ex dictis diſput. 22. & 23. Quando verò multa regna ad eundem Regem deueniunt, accidere id poteſt, vel ſucceſſione hæreditario iure eiuſdem Regis in multa regna, vel pacto, quo prouincia aliqua, aut regnum, dedere ſe vult alteri regno, vel iure belli. In primo euentu ſeruanda eſt forma, ac lex lata in prima eius regni creatione: neque fas eſt nouo Regi quicquam illius formæ mutare, legemve illam aliquo modo tranſgredi, vt regimen vnius cum regimine alterius conueniat, aut aliqua alia de cauſa, niſi vel communi libero conſenſu illius reipublicæ, vel ob delictum eius reipublicæ, aliquid in pœnam iuſtam mutet. Sic regnum Aragoniæ vnitum fuit regno Caſtellæ, matrimonio Catholici Regis Ferdinandi cum Eliſabetha, ſeruataque ſemper fuerunt iura, ſeu *fueros*, quos vocant, eius regni, quouſque rebellione, & inobedientia reipublicæ Aragoniæ præteritis annis, nonnihil de eis acerrimis iuribus in pœnam iuſtam fuit abolitum. In ſecundo etiam euentu, ſiue ea reſpublica ex ſola ſua ſponte ſe dedat alteri Regi, ſiue coacta timore potentiæ illius in cauſa dubia, num ad eum Regem pertineat, ſtandum eſt pacto tunc inter eum Regẽ, & rempublicam illam inito, neque fas eſt Regi, abſque eius reipublicæ libero conſenſu, vel abſque iuſta alia cauſa, quicquam de conſtitutis in ea deditione mutare. In tertio denique euentu, integrum eſt Regi, qui bello iuſto rempublicam aliquam ſibi ſubiecit, vel nihil mutare de antiquo illius regimine, ac ſucceſſione; vel mutare, quæ voluerit, eam omnino 2

A æquando regno, cui accedit, in qualitate, & modo regiminis, ac ſucceſſionis, vt fieri ſolet, aut aliquid diuerſum relinquendo, vel ſtatuendo: modo nihil fiat, quod diſſonum à recta ratione ſit, vel excedens iuſtam pœnam ob delicta commiſſa, vt ex ſe hæc omnia ſatis perſpicua ſunt.

Molina lib. 2. de prim. cap. 2. nume. 4. maioratus legales dici poſſe affirmat caſtra, & oppida, à principe conceſſa ſub titulo Comitatus, Marchionatus, Ducatus, Principatus, aut ſub alio ſimili. Quod intelligere videtur, quando in hoc Caſtellæ regno abſolutè abſque aliqua reſtrictione, ac declaratione, quæ deuiet ab eiuſdem regni imitatione, conceſſa ſunt. Cenſet verò tunc dici poſſe maioratus legales, quatenus (iuxta dicta diſp. 576.) conceſſa reputantur, vt inſtar regni Caſtellæ, quod caput & exemplar cæterorum eiuſdem regni maioratuũ eſt, creata habeantur, quando aliud non fuit expreſſum, ac proinde lex lata circa Caſtellæ regnum, à qua id regnũ legalis maioratus eſt, ad eiuſmodi maioratus antiqua conſuetudine ſeſe extendit, quæ cõſuetudo vim etiam habet legis. Hac eadem ratione dicere poſſet, maioratus reliquos ſine titulo à Rege ſimili modo creatos, dici poſſe legales: eo quòd, vt eadem diſp. 576. dictum eſt, antiqua conſuetudine eodem modo creati cenſeantur, eademq; lex ad eos etiam ſeſe extendat. Potius autem dicerem, eiuſmodi maioratus participare id de legalibus maioratibus, eatenuſque dici poſſe legales maioratus; cæterum ſimpliciter dicendos eſſe maioratus principis inſtitutione creatos: cum non lege ſint creati, ſed principis beneplacito ita tacitè ſubiecti ei legi. 3

Longè verò maiori cum ratione maioratus Luſitani, legi mentali ſubiecti, de quibus diſput. 576. dictum eſt, dici poſſunt legales maioratus; præſertim quando bona coronæ regni, ex quibus conſtant, à principio non fuerunt cõceſſa ſubiecta vinculo maioratus: tunc enim à lege illa mentali habent, tum quòd maioratus ſint, tum etiam quod eam peculiarem formam maioratus habeant: in qua multum deuiant à forma maioratus ipſius regni Luſitani, aliorumque maioratuum. 4

Idem, propter eandem rationem, dicendum eſt, de maioratibus huius Caſtellæ regni conſtantibus ex rebus ab Henrico II. donatis, de quibus eadem diſp. 576. dictum eſt, quam formam ex præſcripto eiuſdem Regis, ac ex lege Ferdinandi, ac Eliſabethæ, & Philippi II. habeant. 5

In nouo orbe, præſertim in Peru, commendæ inſtitutæ ſunt, quæ ad primogenitos, illas obtinentiũ, lege regia deriuantur. Eatenus autem dici poſſunt maioratus legales: & multo magis, ſi à principio lege tales commendæ inſtitutæ ſunt, vt eſſent, & quibus conferendæ eſſent, & vt ad primogenitos illorũ deriuentur. Harum commendarum mentionem fecit Molina, c. 2. citato, nu. 6. maioratuſque legales illas appellat, additque temporales eſſe. Nullam verò maiorem notitiam de illis hucuſque habeo.

Maioratus autem tertij generis, de quibus diſp. 576. dictum eſt, quamuis legibus permittentibus, fiant ac creentur, quia tamen, non à lege, ſed à priuatis pro ſuo arbitrio inſtituuntur, non legales ſunt appellandi, ſed ex priuatorum inſtitutione, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Quatenus tamen in hoc Caſtellæ regno, ſi ab habente deſcendentes ex tertio inſtituantur, quoad id tertium ex legis præſcripto vocari prius debent deſcendentes, & in eorum defectum, aſcendentes, & his deficientibus, collaterales, vt diſput. 576. dictum eſt, vtique eatenus participant de maioratibus legalibus, vocarique poſſunt legales maioratus: ſimpliciter tamen legales non ſunt, ſed ex priuatorum inſtitutione. 6

DISPVT. 581.

De Maioratibus titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio ſimili, à principibus inſtitutis, quantam perpetuitatem, ac indiuiduitatem, quoad titulos ipſos, & res quibus ſunt annexi, habeant.

SVMMARIVM.

1 *An ſi caſtrum, aut oppidum, concedantur perpetuò alicui, & deſcendentibus illius cum dignitate Comitis, Marchionis, aut alia ſimili, id caſtrum, aut oppidum, maioratus rationem ſortiatur, an verò ſit diuidendum inter deſcendentes. Et argumenta ponuntur, quod ſit diuidendum.*

2 *Tale caſtrum, aut oppidum rationem maioratus in Hiſpanijs ſortitur, neque eſt diuidendum.*

3 *Dignitas Comitis, Marchionis, & ſimiles, varijs modis concedi poſſunt.*

4 *Dignitas eadem ſimpliciter ſine alia expreſſione conceſſa expirat cum eo, cui conceditur, niſi princeps illam proroget ad ſucceſſorem. Cenſetur verò eam prorogare, ſi illum verbo, aut ſcripto, nomine eius dignitatis appellet. Si eam princeps conceſſit alicui, filio illius, ac nepoti, illis defunctis expirat.*

5 *Dignitas eadem conceſſa alicui, & ſuis deſcendentibus, tranſit ad omnes, ad quos iuxta formam conceſſionis ſe extendit. Et tranſit indiuiſa ad primogenitum iuxta limites conceſſionis, tanquam maioratus. Alicubi eſt conſuetudo, vt licet ad vnum ſolum tranſeat, omnes tamen deſcendentes nomine eius dignitatis nuncupentur.*

6 *Si cum eadem dignitate oppidum, aut aliud territorium donetur accipienti, & ſucceſſoribus, dignitas, & territorium iure maioratus deriuantur in perpetuum inſtar regni. Et vtrumque in Luſitania legi mentali eſt ſubiectum, niſi concedatur ab illa exemptum.*

7 *Dignitas eadem ſi alicui concedatur in titulum in aliquo ſuo oppido, aut oppidis liberis, partibilia manent ea oppida, & dignitas expirat cum eo, cui fuit conceſſa, niſi aliud ſit expreſſum.*

8 *Oppida ſi donet princeps alicui, & ſucceſſoribus, cum titulo alicuius ex his dignitatibus ſolum illi ad vitam conceſſo, oppida maioratus non ſunt, ſed partibilia, etiamſi filius eundem titulum obtineat. In Luſitania ſecus res habet.*

9 *Multa oppida ſi ſimiliter concedantur, cum dignitate ſibi, & ſucceſſoribus in vno eorum, non aliud exprimendo, id ſolum oppidum ſortitur rationem maioratus, reliqua verò partibilia ſunt. In Luſitania verò omnia maioratus rationem ſubeunt.*

10 *Dignitas ſi conceſſa ſit cum oppidis titulo feudi, maior natu ſuccedit in dignitate & oppidis, eſto partibilia ſint quoad commoditatem, ſoluendo legitimas fratribus in alijs bonis, aut ex ſola oppidorum commoditate. Secus res habet extra feuda.*

11 *Argumenta ſoluuntur.*

OCcaſione eorum, quæ de eiuſmodi maioratibus diſputat. præcedente dicta ſunt, & vt intelligatur, quales in rerum natura producti ex principum inſtitutione ſint cenſendi, quod propoſitum eſt, erit hoc loco examinandum, antequam ad maioratus, ex priuatorum inſtitutione productos, gradum faciamus.

Licet ex dictis diſput. 576. & 577. facilè intelligi poſſit, maioratus omnes Hiſpaniarũ, quando aliud non fuit expreſſum, perpetuos eſſe, bonaque, quibus conſtant, inalienabilia eſſe, minimeque conferenda,

A atque indiuidua, & integra ad vnicum in illo ſucceſſorem pertranſire, qui regulariter eſt inſtitutoris, vel vltimi poſſeſſoris, primogenitus, quando is datur, & aliud ipſa maioratus inſtitutione non fuit diſpoſitum; id quod teſtatur regni ipſius inſtitutio, ad cuius exemplar maioratus alij in Hiſpanijs cenſentur inſtituti, & antiqua conſuetudo, ac finis, ad quem inſtituuntur, vt ſcilicet familiarum dignitas, ac memoria perpetuò in eis conſeruetur, quæ omnia cum pleriſque alijs, quos citat, affirmat Molina, lib. 1. de primog. cap. 1. à num. 1. Licèt, inquam, hæc ita ſint, concertatio tamen non modica fuit inter Hiſpanos iuriſperitos, vtrum, quando princeps alicui, ſibi & ſuis deſcendentibus, perpetuò cõceſſit caſtrum, aut oppidũ, cum titulo Comitatus, Marchionatus, Ducatus, aut alio ſimili, id caſtrum, aut oppidum, poſſideri debeat ab eo, & à ſucceſſoribus illius, iure maioratus, ita vt integrum, atq; indiuiſum debeat ſemper deuenire ad primogenitum; an verò nõ debeat poſſideri iure maioratus, ſed inter deſcendentes ſit diuidendum portionibus æqualibus, perinde atque cætera bona vltimi poſſeſſoris libera. Quæſt. 1. 1

B

Rodericus Suarez l. quoniam in prioribus, limit. 11. inſertis ibi, quæ ea de re dixerat circa Comitatum *de Valencia*, circa quem de ea controuerſia agebatur, aſſeuerat, Quando ſimilia bona titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio ſimili, eo modo conceduntur, neque aliud exprimitur, cenſenda eſſe bona libera, diuidenda inter deſcendentes.

Dicitur primò, quoniam bona omnia libera præſumuntur, ac ſunt cenſenda, non verò vinculo maioratus ſubiecta, niſi ex ſcriptura maioratus aliud oſtendatur, argumento textus, cap. 1. §. inter filiam, & §. defuncto, ſi de feud. defunct. content. vbi id affirmant Baldus & alij: ergo, niſi aliud exprimatur, caſtrum illud, aut oppidum, liberum erit reputandum. Argumentũ primum.

C

Secundò, quoniã dignitas Comitatus, Marchionatus, Ducatus, & ſimiles, non tranſeunt ad hæredes, ſed, vnà cum vita eius, cui primò conceduntur expirant, niſi à principe denuò ſucceſſori concedantur, vt conſtat ex cap. 1. in princ. de feudo Marchiæ ex cap. 1. in fine, de alien. feud. & ex l. 6. in fi. tit. 26. par. 4. Vnde idem Roder. Suar. vbi ſupra ait, in hoc Caſtellæ regno, antiqua conſuetudine fuiſſe ſeruatum, vt, mortuo Comite, Marchione, aut Duce, eiuſmodi dignitates expirent, nec poſſint ſucceſſores eis titulis appellari, niſi Rex eaſdem dignitates eis confirmet. Quare, cum eiuſmodi dignitas, mortuo primo, cui conceſſa eſt, expiret, neque ad hæredes tranſeat; conſequẽs eſt, vt caſtrum, aut oppidum, in perpetuum ei, & deſcendentibus, conceſſum cum eo titulo, & dignitate, ad hęredes, tanquam bonum liberum, tranſeat, inter illos æqualiter diuidendum. Secundum.

D

Tertiò, quoniam quamuis dignitates, Comitatus, Marchionatus, & ſimiles, ad hæredes tranſirent; bona tamen cum eo titulo, ac dignitate à principe conceſſa, diuidenda eſſent æqualiter inter hęredes: licèt enim cap. imperialem, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federic. ſtatuat, feuda Ducatus, Marchionatus, & ſimilia, diuidenda non eſſe; in re tamen propoſita ſermo nõ eſt de bonis feudalibus, ſed de bonis allodialibus, hoc eſt, ita liberis, vt directum eorum dominium ad alterum nõ ſpectet, qualia in Hiſpanijs ſunt bona, etiam maioratui ſubiecta: quare, quæ, §. præterea Ducatus, diſponuntur circa res feudales, extendenda non ſunt ad res alias. Tertium.

E

Quartò, quoniam licèt, §. præterea Ducatus, extendendus eſſet ad bona in Hiſpanijs maioratui ſubiecta; ex eo tamen, quod bona, de quibus agimus, cum titulo dignitatis cõcedantur, non ſequitur eſſe bona maioratui ſubiecta. In primis, quoniam eiuſmodi bona alicui, & ſucceſſoribus illius, conceduntur: Quartum.

tur: in quo euentu, etiam feudalia bona Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, ſimiliter conceſsa, eſſent inter filios diuidenda, niſi expreſsè ſub ea conditione à principe eſſent conceſsa, vt in eis ſolus primogenitus ſuccederet, vt in eo §. notat Hernia, quē ſequitur Alexāder, & Tiraquel. qui plures alios eiuſdem ſentétiæ autores refert. Deinde, quoniam nulla eſt hæc conſequutio, hæc bona non diuiduntur, eò quòd titulo Ducatus, aut Marchionatus ſunt ſubiecta, ergo in eis ſuccedere debet ſolus primogenitus, ita vt neque commoditas eorum inter filios omnes ſit diuidenda. Etenim, quando feudum aliquod cum titulo Marchionatus, aut alio ſimili alicui, & deſcendentibus, conceditur, quamuis nec dignitas diuidatur, eo quòd indiuidua ſit, & deueniat ad ſolum primogenitum, nec ratione dignitatis, diuidantur bona ſub eo titulo conceſsa, vt habetur, §. præterea Ducatus citato; commoditas tamen eorum inter omnes filios diuiditur, vt Bald. ibidem, & plerique alij affirmant.

2 Contraria tamen ſententia in euentu, de quo eſt ſermo, & in cauſa illa Comitatus *de Valencia*, fuit communis iuriſperitorum Hiſpanorum, eamque ſequuntur Ant. Gom. l. 40. Tauri, num. 12. & Molina, lib. 1. de primog. cap. 11. à num. 16. & ſatis conſentaneè loquitur Greg. Lop. l. 12. tit. 1. par. 2. glo. 1. tametſi, quod iudex fuerit in cauſa illa, & adhuc lis pēderet, ſubiungat, non plura ea de re dicere, & l. 6. tit. 26. par. 4. glo. vlt. ſubiungitque Molina, vbi ſup. num. 25. iuxta eam fuiſse iudicatum in ſupremo Pinciano ſenatu in eadem cauſa Comitatus *de Valencia*. Atque in Luſitania nullum ea de re poterat eſse dubium: quandoquidem, vt diſp. 576. ex l. mentali relatum eſt, in eo regno, eo ipſo, quòd bona aliqua ex regni corona donata ſunt, ſortiuntur rationem maioratus, qui indiuiſus omnino debet deuenire ordine ibi præſcripto ad ſolos deſcendentes maſculos vltimi poſseſsoris.

3 Vt verò dilucidius res intelligatur; Dignitas Comitatus, Marchionatus, Ducatus, aut alia ſimilis, vel cōcedi poteſt ipſa ſola quoad officia, munus, ſeu adminiſtrationem, ſine territorio, quod ſimul concedatur ac donetur, cuius ſit ea dignitas ac titulus: vel poteſt concedi vnà cum territorio, cuius ſit dignitas ac titulus. In priori autem euentu, poteſt adhuc altero è duobus modis concedi. Vno, ſimpliciter. Altero verò, exprimendo, quòd pro ſe, & ſuis deſcendentibus ac ſucceſsoribus concedatur.

4 Quando ſimpliciter eo modo conceditur, tunc morte eius, cui fuit conceſsa, expirat, nec tranſit ad primogenitum, aut ad alios filios, vel hæredes illius, nec proinde poteſt primogenitus ea vti, aut ex illa nominari, ſine noua principis conceſſione. Atque id eſt, quod habetur ac diſponitur, capit. 1. in princ. de feud. Marchiæ, & communiter ibidem doctores notant, & affirmat Molina, cap. 11. citato ad finem, num. 21. ſatis tamen eſt, ſi princeps poſt mortem eius, cui fuerat conceſsa, ſucceſsorem illius literis, aut verbo, ex certa ſcientia appellet nomine eius dignitatis, puta Comitem, Marchionem, aut Ducem, vt cēſeatur eam illi de nouo concedere, vt cum Bart. & pleriſque alijs, quos citat, affirmat ibidem Molina, nu. 22. iuxta l. 1. C. de ſententiam paſſis. Quamuis autem lex illa non multum id probet; conſuetudine tamen id in Hiſpanijs eſt receptum. Quando tamen eiuſmodi aliqua dignitas à principe alicui de nouo conceditur, confici ſolet ea de re inſtrumentum, ſeu priuilegium. Quod dictum eſt, quando ea dignitas alicui ſimpliciter conceditur, dicēdum ſimiliter eſt, quando exprimitur, quòd ei ſolū concedatur. Idem quoque ſuo modo eſt dicendum, quando alicui conceditur ſibi, filio, aut etiam nepoti, nempe, finitis vitis horum omnium, expirare dignitatem, niſi iterum

A de nouo vlteriori ſucceſſori à principe concedatur. Atque dum aliquo horum modorum dignitas in Luſitania conceditur, appellatur conceſſa *de merce*, & non *de iuro*.

Quando autem aliqua eiuſmodi dignitas conceditur, exprimendo concedi alicui, & ſuis deſcendentibus ac ſucceſſoribus, tunc trāſit ad omnes, ad quos iuxta formam priuilegij, ſeſe extendit conceſſio, atque in Luſitania dicitur conceſſa *de iuro*. Cæterum ea dignitas perpetuò manet indiuiſa, etiamſi in feudum ſit conceſſa, vt conſtat ex cap. imperialē, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. vbi, ratione dignitatis, diuidi prohibetur res feudalis, cui tanquam titulus eſt annexa; tranſit verò ad ſolum maiorem natu eorum, qui ad eam, iuxta formā con- 5

B ceſſionis, vocantur: regulare quippe eſt, vt, quando res eſt indiuidua, vnuſque tantum ex ſucceſſoribus deuenire ad eam debet, is ſit maior natu ex deſcendentibus, aut ex alijs proximioribus in gradu, deficientibus deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, vt cum Pan. in re propoſita de eiuſmodi dignitatibus, capit. licet, de voto, num. 6. & 9. cap. prudentiam, in princ. nu. 13. de offic. iud. del. & conſ. 3. par. 2. & cum communi doctorum ſententia, quam refert, affirmat Molina, cap. 11. citato, num. 9. & fuſius, num. 24. Vbi tamen conſuetudo viget, vt filij omnes Ducis, Marchionis, aut Comitis, nomine eius dignitatis nuncupentur, vt in Germania & Italia, Molina, vbi ſupra, nume. 25. ex Oldraldo, & alijs vigere refert, illi eſt ſtandum: in Hiſpanijs verò nunquam ea conſue-

C tudo inoleuit.

Quando verò ſimul cum dignitate conceditur, ac donatur territorium, ſeu caſtrum, aut oppidum, vel oppida, quibus, tanquam titulus, ſit annexa, & quæ tranſeant ad ſucceſſores, tunc, eſto non exprimatur, dignitatem donari ſibi ac ſucceſſoribus, non expirat ea dignitas morte eius, cui fuit conceſſa, ſed tranſit ad ſucceſſores, modo paulò antea explicato. Ita cum Hernia, Greg. Lop. l. 12. tit. 1. par. 2. glo. 1. & l. 6. tit. 26. par. 4. glo. vlt. & Molina, cap. 11. cit. num. 19. Et in hoc euentu, communior iuriſperitorum Hiſpanorum ſententia, & cum eis Ant. Gom. l. 40. Tauri, num. 12. & Molina, vbi ſupra, à num. 16. & 25. cenſent, etiam territorium, caſtrū, aut oppida, ita in perpetuum conceſſa, cenſenda eſſe conceſſa iure maio- 6

D ratus, vt indiuiſa tranſeant ad primogenitum, modo explicato. Quoniam dignitas cum territorio cenſenda eſt conceſſa in Hiſpanijs inſtar primi, & ſupremi maioratus, nempe regni, vt membra capiti reſpondeant. Et quoniam ea videtur eſſe mens principis concedentis, & ita expedit principi: tum ad ſplendorem, & ornamentum ſuæ reipublicæ, atque vt memoria magnificentiæ ipſius melius conſeruetur: tum etiam, vt melius ea bona vnita conſeruentur, atque pro illorum magnitudine, qui ea accepit, ipſorumque deſcendentes, ſeruiant Regi, preſertim in bello, vt in Hiſpanijs antiqua conſuetudine eiuſmodi donatarij de bonis coronæ regni, ſeruire Regi tenentur: tum denique quoniam nunquam audi-

E tum fuit in Hiſpanijs, bona, licet ampla, illo modo cum titulo dignitatum ſimiliū conceſſa, diuiſa fuiſſe inter liberos, tanquam bona parentis libera, ſed perpetuò reputata ſunt bona maioratus vinculo alligata: ſtandum verò eſt antiquæ conſuetudini. Et quidem in Luſitania non poteſt eſſe ea de re dubium: eò quòd omnia bona à principe de corona regni donata, eo ipſo cenſeantur vinculo maioratus ligata iuxta legem mentalem, de qua diſp. 576. habitus eſt ſermo. Et idem dicendum eſt de donatis in hoc Caſtellæ regno ab Henrico II. iuxta ea, quę ibidem dicta ſunt. Imò verò, ſi quæ donentur à principe de corona regni Luſitani, cum titulo in eiſdem rebus Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, donatario,

&

& ſucceſſoribus,expirabit dignitas illa eo ipſo,quòd bona illa ad regni coronam iuxta legem mentalem reuertentur,deficientibus deſcẽdentibus vltimi poſſeſsoris: quoniam deficiẽte re,cui titulus, ſeu dignitas erat annexa,deficit etiã titulus ac dignitas. Intellige,niſi donatio illa facta eſset exempta à lege mentali,cũ illius legis derogatione,vt diſp.576.dictũ eſt.

7 Quando autem habenti oppida libera, princeps in aliquibus, aut in aliquo eorum, concederet titulum Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, tunc ex eo titulo ſolo,& conceſſione,non efficerentur bona maioratus, ſed manerent libera inter filios diuidenda, vt antea erant, & expiraret titulus cum vita primi poſseſsoris,niſi aliud eſset expreſsum. Ita cũ Iſernia, Molina,vbi ſupra,num.26.& Anton.Gom. l.40.Tauri, in calce,num.12.

8 Idem Molina,ibidem,num.27.ait, ſi princeps alicui oppida aliqua ſibi, & ſucceſsoribus, donet, cum titulo alicuius ex eiuſmodi dignitatibus, ad vitam ſolum illius expreſsè conceſso,tunc,& dignitatem expirare cum vita illius,& oppida eſse libera,diuidenda inter fratres, nihil impediente, quòd primogenitus obtineat ſibi à Rege dignitatem illam poſt mortem patris. Contra tamen res habebit in Luſitania, ſi oppida illa erant deriuata ex corona regni: nam ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo concedantur, eo ipſo alligata ſunt vinculo maioratus ex lege mentali, vt ſæpe dictum eſt.

9 Num.28. cum Rainerio, & alijs, quos citat, ſubiungit, ſi multa oppida donata à principe ſint alicui ſibi, & ſucceſsoribus,& ſimul in vno illorũ (vt fieri ſolet) ſit ei conceſsus titulus alicuius ex his dignitatibus,ſolùm id oppidum cenſendum eſse alligatum vinculo maioratus, eſseque præcipuum primogenito; reliqua verò cenſenda eſse libera,vna cum cæteris bonis, diuidenda inter omnes. In Luſitania tamen omnia oppida ex corona regni deriuata, cenſebuntur vinculo maioratus alligata, vt dictum eſt.

10 Quæ autem à num.29. cum alijs ſubiungit, nempe primogenitum retinere poſse integrum Comitatum, Marchionatum, aut Ducatum, cum omnibus ſuis oppidis, & caſtris, ſoluendo de alijs liberis bonis parentis integras ſuas legitimas alijs fratribus, ſi ſufficientia ad id alia bona parentis ſint; alioquin de ſua propria pecunia poſse illas eis ſoluere; vel,ſi neutro modo eas integras ſoluere ipſis poſſit, præſtanda eis eſsent competentia alimenta ex emolumentis oppidorum, ac rerum aliarum dignitatis,vt,quæ ad illam pertinent, integra, & indiuiſa maneant; vera eſse exiſtimo in feudalibus eiuſmodi dignitatibus, & quoad oppida & res,quę ad eam dignitatem ſpectant. Quamuis enim alij fratres in rebus,eis dignitatibus feudalibus annexis, partem habeant quoad emolumenta; quia tamen prohibita ſunt diuidi, capit.imperialem,§.præterea Ducatus, de proh.alien. feud.per Federic.vt dignitas,cum rebus omnibus ei annexis, integra maneat; inde efficitur, vt in eiuſmodi dignitatibus feudalibus,ea locum habeant,atque de eis tantum loquuntur autores omnes, quos Molina citat. In dignitatibus verò Comitatus,Marchionatus,au Ducatus, maioratuum Hiſpaniarum, quoad ea,quę proximè ex eodem autore relata ſunt, ſanè ea locum non habent. Vel enim oppida,& alia emolumenta,annexa eis ſunt tanquam bona vinculata maioratus, vel non: primo quidem euentu, integra pertinent ad primogenitum: neque ex eis debetur alijs fratribus legitima: in ſecundo verò euentu, ad dignitatem non attinent, ſed libera omnino ſunt,& ex eis ipſis,atque in eis ipſis, debentur fratribus portiones legitimæ,perinde atque in cæteris bonis liberis, quæ parens reliquerit; neque ſatisfaciet primogenitus, ſi,ipſis inuitis, velit illas eis ſoluere in pecunia,aut in alijs rebus.

A Supereſt reſpondeamus ad argumenta Roderici Suarez. Ad primum dicendum eſt,neceſſe non eſſe, vt id verbis expreſſis ſcriptura maioratus oſtendatur; ſed ſatis eſſe, vt ex modo inſtitutionis intelligatur,eam fuiſſe inſtituentis mentem, atque intentionem: præſertim id comprobantibus alijs vrgentibus coniecturis, & antiqua conſuetudine. Ad primũ argum.

Ad ſecundum dicẽdum eſt, id ſolum eſſe verum, quando talis dignitas conceditur ſimpliciter ratione ſolius adminiſtrationis ſine territorio, quo pacto intelligenda ſunt iura in eo argumento citata: ſecus autem,quando conceditur cum territorio, ſeu oppido, vel caſtro, conceſſo pro ſe, & ſucceſſoribus, cui annexa ſit tãquam titulus: nam tunc,etiamſi dignitas ſimpliciter conceditur, tranſit cum re, cui anne- B ctitur,ad ſucceſſores,vt cum Iſernia affirmat Greg. Lop.l.12.tit.1.par.2.gl.1. & l.6.tit.26.par.4. gl.vlt. & Molina,capit.11.citato,nume.19. Secus item,ſi, quamuis conceſſa eſſet ſine territorio ratione ſolius adminiſtrationis,conceſſa tamen eſſet pro ſe, & ſucceſſoribus: nam tunc non expiraret mortuo eo, cui primò fuit conceſſa, vt ex ſe eſt notiſſimum, & ſatis innuitur, cap.1.in princ. de feu.mar. & habetur expreſsè l.6.citata. Vnde conſuetudo,quam Rodericus Suarez refert, ſolum de rigore habet locum in primo euentu,non verò in ſecundo & tertio, vt Molina,vbi ſupra,num.21.rectè ait. Tametſi ſucceſſores in ſecundo & tertio euentibus vrbanius facient, ſi prius expectent literas principis, quibus eis titulis eos appellet, quas minimo negotio obtinebunt. Ad ſecundum.

C Ad tertium dicendum eſt, nos non duci, vt noſtram amplectamur ſententiam, & communem iuriſperitorum Hiſpanorum,ex §.præterea Ducatus, & ex his, quæ de feudalibus dignitatibus, rebuſque illis annexis, traduntur; ſed ex eo, quod in euentu, de quo loquimur,ex mente concedentis, varijs coniecturis, & ex antiqua conſuetudine comprobata, cenſentur ea caſtra, & oppida alligata vinculo maioratus: quare neque ex ijs,quæ de feudalibus illis bonis traduntur, quòd diuidenda ſcilicet ſint quoad commoditatẽ inter fratres, deduci poteſt argumentum,quòd idem ſimiliter faciendum ſit de commoditate caſtrorum,& oppidorum,vinculo maioratus Hiſpani alligatorum dignitatibus illis. Ad tertium.

Vnde conſtat,quartum argumentum nullius eſſe D momenti. Supponit enim nos duci,ad noſtram ſententiam aſſerendam,ex ijs,quæ de dignitatibus feudalibus, & rebus illis annexis, tradi conſueuerunt: cum tamen longè diuerſo fundamento ducamur; longeque diuerſam rationem eſſe cenſeamus,de rebus feudalibus dignitatibus annexis,& de rebus vinculo maioratus Hiſpani annexis dignitatibus eiuſdem nominis, minimè verò feudalibus. Ad quartũ.

DISPVT. 584.

De Maioratibus, qui à priuatis, ex regia facultate,aut ſine illa inſtituuntur: & quæ eorum inſtitutio vtilior.

E

SVMMARIVM.

1 *Maioratus non ex regia facultate ritè inſtitutus, non confiſcatur ex crimine hæreſeos, læſæ Maieſtatis, & Sodomiæ: ex quibus criminibus confiſcatur inſtitutus ex regia facultate. Quod intelligitur ſolum, quando ea facultas erat neceſſaria. Item in illo euentu non tam facilè poteſt princeps concedere facultatem ad alienandum bona, ex quibus eſt inſtitutus, quam in hoc.*

2 *Maioratus ſi ex parte inſtitui poteſt ſine regia facultate,*

cultate, & ex parte non, obtenta facultate regia, quæ clauſula vtiliter apponatur. Quin iuxta eam eſt cenſenda facta inſtitutio, eſto non apponatur.

3 *Maioratus, qui non aliunde probatur, quam ex legitima præſcriptione, cenſetur inſtitutus abſque regia facultate: niſi ad eum inſtituendum neceſſaria fuerit regia facultas.*

4 *Maioratus in Luſitania ex bonis patrimonialibus de facultate Regis inſtitutus, non confiſcatur etiam crimine læſæ Maieſtatis. Secus inſtitutus de bonis coronæ regni.*

EX dictis diſput.576.& diſp.579.facilè patet,
quouſque priuatus, abſque regia facultate,
inſtituere poſſit maioratum,& quouſq; non
poſſit. Item diſp.578.con.3.& 4. dictũ eſt,
quouſque ex noſtra ſententia, princeps concedere
poſſit facultatem, vt de legitimis aſcendentibus, aut
deſcendentibus debitis,maioratus inſtituatur.

1 Molina,lib.2.de prim.cap.2. à num.10.cum com
muni iuriſperitorum Hiſpanorũ exiſtimatione ait,
ſi maioratus abſque regia facultate validè, ac ſecurè
conſtitui poſſit, vtilius ac firmius inſtitui abſque re-
gia facultate, quàm ex facultate regia. Quoniam,
quando à priuato abſque regia facultate eſt inſtitu-
tus, ſi poſſeſſor in crimen læſæ Maieſtatis diuinæ,
aut humanæ,vel in crimen Sodomiæ incidat, maio-
ratus non confiſcatur, & extinguitur, ſed tranſit ad
vlterius in eo vocatum, modò capax illius ſit, vt in
progreſſu huius materiæ ſuo loco dicetur. Si verò
ex facultate regia ſit inſtitutus, cum in ea facultate
præcipi ſoleat, vt bona tali maioratui ſubiecta, non
poſſint fiſco addici,niſi ex crimine hęreſis,læſæ Ma
ieſtatis humanæ,ac Sodomiæ; vtique ſi poſſeſſor in
aliquod illorum trium criminum incidat, confiſca-
tur,& extinguitur maioratus, nec tranſit ad vlterius
vocatos: eo quòd cum eo onere, & ſub ea lege, cen-
ſeatur conſtitutus. Item,quando maioratus autho-
ritate propria, abſque regia facultate, eſt inſtitutus,
difficilius à principe cõceditur facultas ea bona alie-
nandi,aut ſubijciendi hypothecæ; vtpote ex ſola al-
terius, & non principis voluntate inalienabilia red-
dita. Quando verò facultate Regis eſt inſtitutus,
facilius conceditur facultas ea alienandi, aut ſubij-
ciendi hypothecæ: quoniam, ſicut principis facul-
tate, & authoritate vinculo maioratus ſũt ſubiecta,
ac proinde ſunt facta inalienabilia: ita eiuſdem prin
cipis autoritate redire poſſunt ad priſtinum ſtatum,
ac proinde eximi ab eo vinculo, & alienari poſſunt,
vt enim habetur, l.nihil tam naturale, ff.de reg.iur.
*Nihil tam naturale eſt, quam eodem genere quodq; diſ-
ſoluere, quo colligatum eſt.*

Hinc ſubiungit Molina,quando parentes liberos
habentes, maioratum inſtituunt de bonis,quæ exce-
dunt tertium & quintum (de quibus ſolis tertio &
quinto permiſſum eis eſt in hoc regno conſtituere
maioratum abſque regia facultate) ſolere petere fa-
cultatem ad illum inſtituendum: attamen illum in-
ſtituere,appoſita communiter hac clauſula,quòd il-
lum inſtituunt ex regia facultate quoad id, quod ex-
cedit tertium & quintum; non verò quoad tertium
& quintum, quoad quod ſolũ inſtituere eum inten-
dunt ex propria facultate legibus ſibi permiſſa.

Admonet verò ipſe, quando parentes vnicum ha
berent filium, ſine vllis alijs deſcendentibus, illam
clauſulam ita apppoſitam, non ſolùm non eſſe vti-
lem,ſed etiam eſſe valde damnoſam: quoniam cum
tertium tunc rationem legitimæ haberet compara-
tione eius filij,iuxta communem,ac probabiliorem
opinionem, ac proinde non poſſet illi apponi vllum
grauamen abſque regia facultate,& per conſequens
nec vinculum maioratus; vtique ſi,obtenta ea facul
tate, apponeretur clauſula illa, corrueret, quoad id,
A ea maioratus inſtitutio, neque ſuſtineretur ex regia
facultate prius obtenta, qua tali clauſula eſſet profeſ
ſus, ſe vti nolle: locum quippe tunc haberet prolo-
quium illud, *quod potuit,noluit,& quod voluit,imple-
re nequiuit*,quod habetur cap. cum ſuper abbatia,de
offic.deleg.& affirmant glo.pen.l.multum intereſt,
C.ſi quis alteri,vel ſibi, Bald.& alij. Item admonet,
damnoſam ſimiliter eſſe, ſi inſtitutor habeat multos
deſcendentes,& obtenta prius facultate regia,maio
ratum inſtituat ex tertio, non vocando ad ſucceſſio-
nem in illo deſcendentes, aſcendentes, & alios con-
ſanguineos, ordine præſcripto, l.27. Tauri, de quo
in calce, diſp.576. dictum eſt, atque eam clauſulam
apponat: tunc enim,ſi iuxta facultatem regiam non
aſtringeretur ſeruare eum ordinem,appoſita ea clau
B ſula,corrueret inſtitutio non ſeruato eo ordine:quã-
doquidem profeſſus eſſet, ſe nolle vti ea facultate
quoad tertium; & ſine ea inualida eſt inſtitutio eo
ordine non ſeruato. Quare addit,ea clauſula, præ-
ſertim in euentibus explicatis,eſſe vtendũ,non ſim-
pliciter, vt hactenus cõmuniter factum eſt, ſed pro-
fitendo, ſe nolle regia facultate vti quoad quintum,
neque quoad tertium,niſi quatenus neceſſarium fue
rit ad maiorem eius maioratus conſeruationem, ac
perpetuitatem, ſubſtitutionumque,ac grauaminum
liberam appoſitionem: quoad cætera verò bona, vti
ea velle: quo pacto ea clauſula appoſita, vtilis erit &
proficua. Greg. Lop.l.6.tit.11. par.6.ver. *Que la no
pudieſſe vender*, verſ.quid tamen in caſu, verſus fi-
nem, rectè conſulit, vt qui, obtenta facultate regia,
C maioratum inſtituit,apponat ad maiorem cautelam
clauſulam, qua dicat, ſe ita illum inſtituere ex pro-
pria facultate ſibi iure communi permiſſa, & ex re-
gia facultate, quatenus vti facultate vtrauis vtilius
ſit,vt inſtitutio melius conſeruetur,& maiores vires
habeat. Atque hæc ſanè excludit omnia dubia, &
comprehẽdit omnem euentum, facitque inſtitutio-
nem meliori modo valere in omni euentu, quo ex
vtraque facultate valere poteſt,ac proinde meo iudi
cio, vtilior eſt, quàm illa alia, quàm Molina admo-
net: relataque vbi ſupra hac alia Greg. Lop.clauſu-
la,non negat Molina,ſatis eſſe eam adhibere: addit
tamen, vtilius eſſe vti ea ſua alia: contrarium verò
ego potius exiſtimo.

Illud eſt obſeruandum, rectè Greg. Lop. ver.ci- 2
D tato docere; & probare,quando quis,obtenta regia
facultate, inſtituit maioratum, quem ſine ea poſſet
inſtituere, aut quem ex parte poſſet ſine ea firmius,
melius,& vtilius ſibi,& ſucceſſoribus ſuis, inſtitue-
re, cenſendum eſſe illum inſtituiſſe ex ſua, & non ex
regia facultate, quoad illa, quoad quæ melius, fir-
mius, & vtilius ex ſua ſolum facultate potuit inſti-
tui, ad effectum, vt poſtea quoad id confiſcari non
poſſit ex crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis humanæ,
aut ex crimine nefando, atque ad effectum, vt prin-
ceps poſtea non magis poſſit concedere facultatem
alienandi ea bona, quàm ſi facultatem ad eum inſti-
tuendum non conceſſiſſet. Ratio autem eſt perſpi-
cua: quoniam,qui facultatem à Rege petit ad maio
E ratum inſtituendum, vtique illam petit ad ſecurius,
& melius illum inſtituendũ: non verò ad infirmius
& inutilius ſibi, & ſuis ſucceſſoribus illum inſtituen
dum: neque intendit vti ea facultate, maioratumq;
ex illa inſtituere (quod in poteſtate ipſius eſt, vt Mo
lina,& cæteri confitentur) quatenus nociuũ & inu-
tilius fuerit,ſed præciſè quatenus fuerit vtilius: qua-
re,eſto id non exprimat, ſolum cenſendum eſt velle
vti regia facultate, quatenus eidẽ inſtitutioni eſt ex-
pedientius; non verò quatenus nociuum, minuſque
expediens eſt. Neque vllum eſt abſurdum; quin po-
tius iuridicum eſt reputandum,vt cum Bald. Pan.&
pleriſque alijs, in re propoſita affirmat ibid. Greg.
Lopez.& conſentit Molina, vbi ſupra, à nume.13.
(tametſi

(tametſi aliud intendens) eum, qui duplici iure, ſeu facultate, aliquod totum efficere poteſt, partem vnã facere vno iure (præſertim communi, ſi id ſibi expedientius ſit) ſeu facultate, & partẽ alteram, ad quam non ſe extendit ius commune & ſibi vtilius, alio iure, ſeu priuilegio ac peculiari facultate à Rege impetrata; imò verò ita cenſendum eſt fuiſſe effectum. Quo fit, vt qui facultatem à Rege petit ad maioratũ inſtituendum, quem ſine illa, aut omnino, aut ex parte, poteſt inſtituere, idque firmius & melius, quàm ex regia facultate, non cenſeatur illam petere ad ſuã facultatem eneruandam, ſed præcisè ad ſuam adiuuandam, & ad id ſe extẽdendum, ad quod, vel ex ſua ſola non poteſt, vel non ita firmiter & vtiliter, atque accedente principis facultate; neque aliud ſit cenſendus intendere, quando vtraque præditus facultate maioratum inſtituit. Quare, vt bene loco citato ait Greg. Lop. qui obtenta regia facultate, maioratum inſtituit, quem omnino, aut ex parte, poterat ſine ea facultate inſtituere, in rigore, vt inſtitutio ſit firmior, neceſſe non habet apponere clauſulam, quòd intendit vti vtrauis facultate, prout fuerit vtilius, vt inſtitutio melius conſeruetur, & maiores vires habeat; eo quòd ſine ea clauſula ita eſt cenſendus inſtitutus; ſed ſolùm ad maiorem cautelam, propter ſiniſtras aliquorum cauillationes. Neque enim valet hæc conſequentia, maioratus inſtitutio, quatenus pendet à facultate regia, ſubiacet confiſcationi ex tribus criminibus explicatis, quia Rex non aliter concedit facultatem ad maioratus inſtituẽdos, itemque facilius poteſt princeps cõcedere facultatem ad alienandum bona, quæ vinculo maioratus ex ipſius facultate ſunt alligata, quàm ſi ſine ea facultate eſſent ſimiliter alligata, quoniam qua poteſtate ea alligauit, poteſt illa diſſoluere: ergo, quando maioratus inſtitutus fuit præuia regia facultate, eadem locum habebant quoad ea, quæ ſimul interueniente propria facultate, & ad quæ ſola propria facultas ſufficiens fuit, vinculo maioratus alligata ſunt: neque enim ea dependenter à regia facultate, vinculo maioratus ſunt alligata, ſed ſolùm aſſiſtente regia facultate, minimeque vires auferente à propria inſtitutoris facultate, virtute eiuſdem propriç inſtitutoris facultatis maioratus vinculo alligatæ ſunt; ac proinde non deſinunt habere tãtam vim ac firmitatem, quãtam haberent, ſi minimè aſſiſtente regia facultate, per propriam inſtitutoris facultatem eodem vinculo alligarentur: quare non probo contrariam Molinæ ſententiam, quam apertè vbi ſupra innuit.

Hinc ad quæſtionem, quam Molina, vbi ſupra, num. 13. excitat, nempe, ſi ab eo, qui regiam ad maioratum inſtituendum habebat facultatem, maioratus ſit inſtitutus, vtrum cenſendũ ſit, eum inſtituiſſe ex regia facultate, an verò ex propria iuxta commune ius. Hinc, inquam, ad hanc quæſtionem, non ſolùm eſt dicendum, vt Molina dicit, cenſendum eſſe inſtitutum ex propria facultate, ac iuxta ius commune; eo quòd id melius & vtilius inſtituenti ſit; modo tamen, vt ſubiungit, non fuerit neceſſaria ad eum illo modo inſtituendum regia facultate; quia tunc arbitrandum eſt, eum inſtituiſſe ex regia facultate; ſed etiam, iuxta proximè dicta eſt dicendum, ſi ex parte neceſſaria fuit regia facultas, & ex parte non, ſed vtilius ex propria facultate quoad id inſtitueretur, iudicandum eſſe, quoad id neceſſaria non eſſet regia facultas, inſtitutum eſſe ex propria facultate, & quoad aliud ex facultate regia.

Quando autem maioratus non aliunde probatur, quàm ex legitima temporis immemoriabilis pręſcriptione, iuxta ea quæ diſput. 75. explicata ſunt, dicendum cum eodem autore, num. 18. ſequenti eſt, cenſendum eſſe inſtitutum ex propria facultate: quia ſimiliter id melius poſſidenti eſt, actuſque potius cen-

A ſetur factus iure communi, quàm particulari ac priuato: & quoniam regia facultas in facto conſiſtit, quod non præſumitur, niſi probetur. Quando autem maioratus ex immemoriabili præſcriptione probatus, conſiſtere non poſſet quoad aliquid, niſi ortum habuiſſet à regia facultate, tunc, quoad id, inſtitutus iudicaretur ex regia facultate: quoniam, quando immemorabilis præſcriptio adeſt, præſumuntur à principio interueniſſe omnia neceſſaria ad titulum & legitimam poſſeſſionem, vt ex cap. 1. de præſcrip. lib. 6. diſp. citata dictum eſt, & conſentit capit. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignific. ſecluſa autem neceſſitate priuilegij, vt maioratus conſiſtere poſſit, multo melius eſt ſine priuilegio, ac facultate regia eſſe maioratum inſtitutum, quàm ex regia facultate, ac priuilegio, ac proinde maiorem vim habet

B tunc ſola præſcriptio, quàm priuilegium. Imò verò in rebus, in quibus præſcriptio, intra immemorabilem ſufficit, præſtantior eſt præſcriptio ac firmior, quam priuilegium; quod principis voluntate, qua fuit conceſſum, poteſt reuocari, vt cum Innoc. & alijs, rectè Molina, vbi ſupra, num. 20. ait.

Quæ hactenus dicta ſunt de confiſcatione maioratus ex tribus illis criminibus, ſi inſtitutus ſit ex facultate regia, non videntur eſſe in vſu in Luſitania; neque ſub ea conditione facultas illa videtur ſolere concedi. Quinto enim lib. ordinationum, tit. 3. §. 15. cũ de crimine leſæ Maieſtatis ſit ſermo, ſic habetur. *Eo que em qualquer dos ditos caſos cometeſe traicam ſe teuer beens de morgado, ou feudo, ou foro, que deueſſen*

C *vyr per geracam deſcendente, ou andar em peſſoas, ſe elle per iuſtica morrer, nom auera o fiſco os ditos beens, mas auelos à aquelle, à quem por bem da inſtituicam è condicam do ſeu feudo, morgado, ou à foramento pertencerem. E fugindo ò dito culpado da terra, de maneira que ſe nom poſſa ne le comprir à pena da juſtica: em tal caſo auera o fiſco os ditos beens en quanto viuer o dito culpado, pois que os elle nom pode auer po la maldade que cometeo, è morto elle, os anera aquelle, a que de dereito pertemcerem, ſegund o forma da tal ordenanca è inſtituicam de ſeu contrato, ſem os mais auer o fiſco por racam da dita maldade.* Paragrapho tamen ſequenti ſubiungitur, ſi feudum, aut maioratus, vel emphyteuſis, eſſent de bonis coronæ regni, tunc confiſcari atque redire ad coronam regni, vt de eis diſpo-

D nat Rex, vt ſibi libuerit.

Ius Luſitanum. 4

DISPVT. 583.

Maioratus, ac melioratio, tum vltima voluntate, tum etiam contractu, fieri poſſunt. Et quando reuocabiles ſint ab inſtitutore, interim dum viuit: quando verò irreuocabiles.

SVMMARIVM.

E 1 *Maioratus de bonis patrimonialibus, ſiue propria authoritate, ſiue regia facultate, ſit rite vltima voluntate, aut contractu inter viuos inſtitutus, reuocari in totum poteſt dum inſtitutor viuit, & in quibus euentibus inſtitutus contractu inter viuos reuocari non poſſit.*

2 *Melioratio reuocari poteſt dum, qui eam fecit, viuit, exceptis nonnullis euentibus quando contractu inter viuos fuit facta.*

3 *Maioratus, & melioratio, vltima voluntate inſtituta, reuocari non poſſunt, ſi princeps ſuam authoritatem interpoſuit, vt irreuocabiliter fierent. Si inſtitutor iuramento ſe aſtrinxit ea non reuocare, periurus eſt, ſi ea reuocet, & ad intereſſe tenetur.*

Maio-

4 *Maioratus vltima volũtate inſtitutus, vt ſit validus, indiget ſolemnitate eius vltimæ voluntatis, in qua eſt inſtitutus.*

5 *Inſtitutio maioratus à parente per viam diuiſionis hæreditatis ſeu bonorum inter liberos, eſto fiat per viã contractus, vim vltimæ voluntatis habet, vt valeat, eſto inter liberos ſint filij familias, & vt reuocari poſſit: non verò vt requirat ſolemnitatem vltimæ voluntatis.*

6 *Maioratus hoc modo ſimpliciter inſtitutus, ſi habeat ſolemnitatem ſufficientem in hoc regno ad contractum, & non ad vltimam voluntatem, cõtractu cenſetur inſtitutus: niſi conſtet inſtitutorem vltimã voluntatem intendiſſe.*

7 *Maioratus ſimiliter inſtitutus ab vxore ſine viri cõſenſu, & à minore ſine curatoris conſenſu, & iudicis decreto, ſi habeat ſolemnitatem ad vltimã voluntatem ſufficientem, cenſetur vltima volũtas, vt valeat.*

8 *Maioratus per viam cõtractus irreuocabiliter inſtitutus, nihil de vltima voluntate participat.*

9 *Maioratus contractu reuocabiliter inſtitutus, vnà cum donationibus reuocabilibus (donatione cauſa mortis excepta) ad mediam ſpeciem inter vltimam voluntatem, & contractum merè inter viuos ſpectat. Quoad creationem & initium, ſequitur conditiones contractus, & quoad reuocabilitatem, naturam vltimæ voluntatis.*

10 *Maioratus, ſiue reuocabiliter, ſiue irreuocabiliter ſit inſtitutus, cur inſinuatione non indigeat, quando quingentos ſolidos excedit.*

11 *Melioratio in hoc regno valida eſt, facta in teſtamẽto, in quo aliquis iniuſtè ſit præteritus. Poteſt item melioratus acceptare meliorationem, & repudiare hæreditatem.*

12 *Melioratio facta irreuocabiliter, contractus eſt merè inter viuos. Facta autem contractu reuocabili, pertinet ad mediam ſpeciem inter contractum & vltimam voluntatem. Vtrouis modo facta ob cauſam, inſinuatione non indiget: ea verò indiget, facta non ob cauſam.*

13 *Donatio quinti facta extraneo contractu, ſtatim eſt irreuocabilis, etiã ſi non ex cauſa onerosa fiat, neque ſit facta traditio. Si ſit ſimplex, inſinuatione indiget. Si ea donans inteſtabilis reddatur, eſt nulla.*

14 *Eadem de donatione ex quinto facta deſcendenti, qui non ſit in poteſtate donantis, dicenda. Si facta ſit filio ſub poteſtate conſtituto, vt ſit ualida, neceſſaria eſt traditio, reuocarique poteſt.*

15 *Maioratus ſi ex quinto extraneo ſit inſtitutus donationis contractu, aut deſcendenti, ſiue in poteſtate cõſtituto, ſiue non, poteſt reuocari, niſi aliquid interueniat unde iuxta l. 44. Tauri reuocari non poſſit.*

1 Maioratum fieri poſſe pro arbitrio inſtituentis, tam vltima voluntate, quàm cõtractu inter viuos, quando ex regia facultate inſtituitur, ex eo conſtat, quòd, vt Molina lib. 2. de primog. c. 2. nu. 22. refert, in omnibus regijs facultatibus, quæ ea de re conceduntur, hæc verba apponi ſolent. *Os damos licentia y facultad, para que en nueſtra uida, o al tiempio de nueſtra muerte por nueſtro teſtamẽto, o poſtrimera uolũtad, por uia de donacion entre uiuos, o por cauſa de muerte, o por otra mãda, o inſtitucion, o por otra qualquier uia de diſpoſiciõ, &c.* Poſſe item inſtitui maioratum, tam ex regia facultate, quàm ex propria, lege permiſſa, vel vltima voluntate, vel contractu inter viuos, pro arbitrio inſtituentis, & ſemper eſſe reuocabilem ab eo interim dum viuit, exceptis quibuſdam euẽtibus ibidem explicatis, habetur. l. 44. Tauri, quæ eſt. l. 4. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. & in hunc modum habet. *El que hiziere algun mayorazgo, aunque ſea con autoridad nueſtra, o de los Reyes que de nos uinieren, ora por uia de contra-*

A *to, ora en qualquier ultima uoluntad, deſpues de hecho pueda lo reuocar a ſu uoluntad. Saluo, ſi el que lo hiziere por contrato entre uiuos, ouiere entregado la poſſeſſiõ de la coſa, o coſas contenidas enel dicho mayorazgo, a la perſona en quien lo hiziere, o a quien ſu poder ouiere: o le ouiere entregado la eſcritura dello ante eſcriuano: o ſi el dicho contrato de mayorazgo ſe ouiere hecho por cauſa oneroſa con otro tercero, aſſi como por uia de caſamiento, o por otra cauſa ſemeiante; que en eſtos caſos mandamos, que no ſe pueda reuocar. Saluo ſi en el poder de la licẽcia, quel el Rey le dio, eſtuuieſſe clauſula, para que deſpues de hecho lo pudieſſe reuocar: o que al tiẽpo que lo hizo el que lo inſtituyo, reſeruaſſe en la meſma eſcriptura en que hizo el dicho moyorazgo, el poder para lo reuocar: que en eſtos caſos mãdamos, que deſpues de hecho, lo pueda reuo-*

B *car.* Vbi vides, maioratũ ſemper eſſe reuocabilẽ ab inſtitutore dum viuit, niſi inſtitutus ſit contractu inter viuos, & inſtitutor tradat poſſeſſionem rei, aut rerum, quibus conſtat maioratus, perſonæ in qua eum inſtituit, aut alteri, qui facultatẽ ad id ab eo habeat; vel inſtitutionis inſtrumentum ante tabellionem illi tradat; aut ſi inſtitutio facta ſit ob cauſam oneroſam cũ aliquo tertio. Et nihilominus, etiam in his tribus euentibus, poſſe ab illo reuocari, ſi vel in facultate à Rege ad eum maioratum inſtituendum conceſſa, appoſita ſit clauſula, quòd poſt inſtitutionem poſſit illum reuocare, vel ſi inſtitutor inſtrumento ipſo, in quo maioratum inſtituit, ſibi reſeruauit facultatem ad eum reuocandum.

Eodem modo melioratio in tertio alicui deſcendentium fieri poteſt, vel per vltimam voluntatem, 2

C vel contractu inter viuos, pro arbitrio meliorantis, & eſt reuocabilis ab eo interim dum viuit, niſi in ſimilibus alijs tribus euentibus, excepto, ſi meliorans ſibi in eis euentibus in eodem contractu reſeruauit facultatem eam reuocandi, aut niſi eueniat cauſa, ex qua donatio perfecta, ac ritè facta, poſſit reuocari. Ita habetur. l. 17. Tauri, quæ eſt. l. 1. titul. 6. lib. 5. nouæ collect. & ſic habet. *Quando el padre, o la madre, meiorare a alguno de ſus hijos, o deſcẽdientes legitimos, en el tercio de ſus bienes en teſtamento, o en otra poſtrimera uoluntad, o por otro algun contrato entre uiuos, aora el hijo eſte en poder del padre, que hizo la dicha meiora, o no, faſta la hora de ſu muerte la puede reuocar quãdo quiſiere. Saluo, ſi hecha la dicha meiora por cõtrato en-*

D *tre uiuos, ouiere entregado la poſſeſſion de la coſa y coſas en el dicho tercio contenidas a la perſona a quien la hiziere, o a quien ſu poder ouiere, o le ouiere entregado ante eſcriuano la eſcriptura dello, o el dicho contrato ſe ouiere hecho por cauſa oneroſa cõ otro tercero, aſſi como por uia de caſamiento, o por otra coſa ſemeiante: que en eſtos caſos mandamos, que el dicho tercio no ſe pueda reuocar, ſi no reſeruaſſe el que lo hizo en el miſmo contrato el poder para lo reuocar, o por alguna cauſa, que ſegun leyes de nueſtros reynos las donaciones perfectas, y con derecho hechas, ſe pueden reuocar.*

Quouſque autem his duobus iuribus corrigatur ius commune, tam quoad donationes ſimplices filijsfamilias à parentibus, in quorum poteſtate ſunt,

E quàm quoad ſimplices donationes factas, vel filijs emancipatis, vel filijs non emancipatis, comparatione eorum parentum, in quorum poteſtate non ſunt (quod idem intelligendum eſt comparatione extraneorum, ſi in aliquo eorum inſtituatur maioratus, de quo. l. 44. Tauri eſt ſermo) diſp. 243. & diſpu. 291. dictum eſt.

Ex l. 44. Tauri relata, facilè conſtat, exceptis tribus euentibus explicatis, maioratum, ſiue vltima voluntate, ſiue contractu inſtitutum, poſſe ab inſtitutore, dum viuit, reuocari, non ſolùm quoad ſubſtitutiones & vocationes, ſed etiam integrè, ita vt bona maneant prorſus libera, vt antea erant, quod Molina. 4. de primog. cap. 2. nu. 1. rectè aduerſus Peraltã affirmat,

firmat, qui perperam, & abſque vllo fundamento aſſeruit, reuocari ſolùm poſſe quoad ſubſtitutiones & vocationes, non verò in totum.

Molina ibidem num. 2. iuxta Bartoli & communem doctorum ſententiam, quòd teſtamentum, etiámſi iuramento promiſſorio de illo non reuocando, præſtito hæredi, ſit confirmatum, poſſit nihilominus licitè pro libito teſtatoris reuocari, quam copioſè ac dilucidè diſput. 151. impugnauimus, conſequenter aſſeuerat, maioratum teſtamento, vltimave voluntate inſtitutum, eſto confirmatum ſit iuramento de illo non reuocando, præſtito perſonæ, in qua inſtituitur, poſſe nihilominus licitè pro libito inſtitutoris reuocari. Addit cum alijs, quos citat, neque ſi princeps ſuam authoritatem interponat ad petitionem inſtitutoris maioratus in vltima voluntate & eius, in cuius perſona inſtituitur, vt talis maioratus irreuocabilis deinceps ſit, poſſe nihilominus inſtitutorem liberè eum reuocare, reuocationemque tunc
3 validam eſſe. Nos verò, iuxta ea quæ diſputatione citata, copioſè dicta ſunt, aſſerimus. Quamuis maioratus (idem de melioratione intellige) vltima voluntate inſtitutus, ſi nec prædictum iuramentum, nec prædicta illa principis authoritas interueniat, poſſit pro libito validè ac licitè reuocari; ſi tamẽ prædicta principis authoritas interuenit, inualidè reuocari: ſi verò interuenit iuramentum illud incurrere lethale peccatum periurij, inſtitutorem, qui illum reuocare attentauerit, tenerique, tam ipſum, quàm hæredes ipſius, ei, cui præſtitum eſt iuramentum, ad intereſſe. Et quoniam vtrunque ſatis perſpicuè ac fusè diſputatione citata oſtendimus circa hæredis inſtitutionem, eademque eſt ratio de maioratus inſtitutione vltima volũtate, nihil aliud addendum hoc loco hac de re duximus.

4 Quando maioratus teſtamẽto, aut alia vltima voluntate, inſtituitur, tanquam ea ipſa vltima voluntas reputanda eſt talis inſtitutio, ac proinde requirit ſolemnitatem eius vltimæ voluntatis, in qua fit: quod verum affirmat Molina lib. 1. de primog. ca. 12. nu. 2. etiamſi in ea inſtitutione verba aliqua adhibeantur, quæ donationem, ac proinde contractum præſeferant; eò quòd ea verba iuxta materiam ſubiectam accipienda ſint: præſertim in inſtitutione maioratus, quæ ob ſui reuocabilitatem, etiamſi in contractu fiat (exceptis tribus euentibus explicatis) multum de natura vltimæ voluntatis participat.

5 Idem author lib. 1. ca. 12. citato. nu. 4. ſubiungit, ſi maioratus à parente per viam diuiſionis hæreditatis ſeu bonorum ſuorum inter ſuos liberos fiat, vt frequenter fieri ſolet, relinquendo primogenito certa quædam bona iure primogenituræ, & reliqua diuidendo inter alios filios, tunc, eſto is maioratus & ea bonorum diſtributio, per viam contractus fiat, habere vim vltimæ voluntatis: quod intelligendum eſt, ad effectum vt, (etiam de iure communi) valeat ea inſtitutio & partitio, eſto inter eos liberos ſint aliqui filij familias comparatione diſtribuentis ea bona, & vt reuocari poſſit pro libito inſtituentis ac diuidẽtis ante ipſius mortem, nec confirmetur, niſi morte inſtituentis vt diuidentis: non verò ad effectum, & requirat ad ſui validitatem ſolemnitatem vltimæ volũtatis, nec ſufficiat ſolemnitas contractus: cum enim verè ſit contractus, & per viam contractus ſit id effectum, & non per viam vltimæ voluntatis, ad illius validitatem ſufficiet ſolemnitas ad validitatem contractus neceſſaria. Quòd autem, etiam de iure cõmuni, contractus ille vim ſupremi iudicij, hoc eſt, vltimæ voluntatis habeat quoad prædicta, colligitur apertè ex. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. famil. hercíſ. ex. l. vlt. illis verbis, *ſiue quocunque modo ſcripturæ*. C. eod. tit. conſentiunt. l. parentibus. C. de in offic. teſt. & alia iura, atque ſtando in ſolo iure communi, affirmat commu-

A nis ſententia, quam Molina lib. 1. ca. 12. citato. nu. 5. atque etiam à nũ. 1. refert ac ſequitur.

Neque obſtat, ſi quis dicat, maioratum inter deſcendentes hoc modo per viam diuiſionis bonorum inſtitutum, videri quandam legitimæ deputationem à parente in vita factam, quæ de iure communi ſtatim valet, etiamſi à parẽte filio in eius poteſtate conſtituto fiat iuxta. l. ſi non mortis, in princ. ff. de inofficio. teſt. quam Angel. ibi & alij, iuxta eum textum affirmant, non poſſe vlterius reuocari poſtquàm ſemel facta eſt. Non, inquam, id obſtat. Primò, quoniam, vt Ant. Gom. l. 17. Tauri. nu. 5. Molina vbi ſupra. n. 6. & alij, quos citant rectè aſſerunt, falſum eſt, nõ poſſe eam legitimæ deputationẽ ac donationem ſemel filiofamilias factã, reuocari: contrarium quip-
B pe habetur expreſsè, l. cum bonis. C. de donat. vt optimè Ant. Gom. nu. 3. citato ait. Secundò, quoniã, vt Molina vbi ſupra ſubiungit, eſto id gratis daretur, ſecus tamen res habet, quando omnia bona inter liberos diuiderentur, etiam pro legitima: quoniam id vim vltimæ voluntatis obtineret ad effectum, vt interim dum is parens viueret, poſſet ab eo reuocari. Tertiò, quoniam ſi ſimiliter gratis, id daretur, quãdo ſola legitima traderetur, eò quòd eſſet quaſi debiti ſolutio: ſecus tamen res haberet, quando interueniret melioratio: quoniam id non eſſet debiti ſolutio, ac proinde reuocari optimè poſſet.

Quando autem maioratus inſtitueretur à parente eodem modo per viam quidem diuiſionis bonorum inter liberos, cæterùm ſimpliciter, neque exprimen-
C do, quòd per vltimam voluntatem, neque quòd per viam contractus, tunc longè maiori cum ratione obtineret vim vltimæ voluntatis quoad effectus explicatos, vt ſcilicet reuocari poſſet interim dum inſtituens viueret, nec confirmaretur niſi morte illius, etiam ſtando in ſolo iure communi, vt rectè Molina. cap. 12. citato. nu. 22. affirmat: quoniam ſi, etiam quando expreſsè inſtituitur, per contractũ vim habet vltimæ voluntatis quoad eos effectus, longè maiori cum ratione eandem vim habebit, ſi ſimpliciter inſtituatur, nullo exiſtente peculiari iudicio, quòd per viã contractus inſtitui intendatur: quod, præter iura citata, cõfirmatur ex. l. quoties. C. famil. erciſ.

Dubium tamen emergit, vtrum tunc cenſeri debeat inſtitutus omnino per vltimam voluntatem, 6
D ita vt requirat ſolemnitatem neceſſariam ad vltimã voluntatem, alioquin valida non ſit inſtitutio, ſi tota ea ſolemnitas non ſit adhibita: an verò non ſit cenſendus inſtitutus per vltimam voluntatem omnino & ſimpliciter, ſed per viam contractus, ac proinde ſatis ſit ſolemnitas ad contractum requiſita. Et quãuis, ſtando in ſolo iure communi, non multum vtilitatis ex diſſolutione huius dubij pẽderet, eò quòd, vt diſp. 128. dictum eſt, de iure communi, ad validitatem ac firmitatem teſtamenti inter liberos, ſatis ſint duo teſtes, ſicut ad validitatem contractuum, attamen in hoc Caſtellæ regno, in quo eadem ſolemnitas requiritur ad firmitatem vltimæ voluntatis inter liberos, quæ neceſſaria eſt ad firmitatem vl-
E timæ voluntatis inter extraneos, vt ex. l. 3. Tauri, quę eſt. l. 2. titu. 4. lib. 5. nouæ collect. eadem diſp. 128. dictum eſt, cùm tamen longè minor ſufficiens ſit ad firmitatem contractuum, ſane non parum refert deciſio eius dubij: maximè cum maioratus, de quibus agimus peculiares Hiſpaniarũ ſint. Optimè verò ad hoc dubium reſpondet Molina vbi ſupra. nu. 25. quòd, cùm diuiſio bonorum fieri poſſit, tum per vltimã voluntatẽ, tum etiam per contractum, vt dictum eſt, & præſertim maioratus inſtitutio, vt habetur. l. 44. Tauri. vtique quando ſimpliciter fit, eo modo eſt cenſendum facta, quo melius ſuſtentetur maioratus inſtitutio, ac bonorum diuiſio. Vnde, ſi adhibita ſit ſolemnitas ad vltimã voluntatẽ neceſſaria, cenſen-

cenſenda erit facta per vltimam voluntatem, ſi verò ſolum ſit adhibita ſolẽnitas ſufficiẽs ad contractum, cenſenda erit facta per contractum. Atque ita ſuſtinentur in prætorijs (referente Molina vbi ſupra nu. 28.) multi Hiſpani maioratus ſimpliciter inſtituti diuidendo bona inter liberos, & non adhibita ſolemnitate requiſita ad firmitatem vltimæ voluntatis, ſed ſolùm adhibita ſolemnitate requiſita ad contractum. Atque iuxta hanc doctrinam exponit Burgum de Paz. l. 3. Tauri, qui dixit, ad validitatem eiuſmodi diuiſionis bonorum factæ ſimpliciter, neceſſariam eſſe ſolemnitatem vltimæ voluntatis, vt intelligatur, vt ualeat tanquam vltima voluntas: ſecus verò, vt valeat tanquam contractus. Et exponit. l. 7. tit. 1. part. 6. dum, iuxta commune ius, exigit ad validitatem diuiſionis bonorum factæ, non in teſtamento in ſcriptis, ſed verbo tenus, duos teſtes rogatos, ſvt intelligatur, vt valeat tanquam vltima voluntas: non verò vt valeat tanquam contractus: nam inauditũ eſt, vt ad ſolemnitatem contractus requiratur, vt teſtes ſint rogati. Eſt tamen obſeruandum, ſi apertè conſtet, inſtitutorem maioratus per viam diuiſionis bonorum intendiſſe id efficere in vltima voluntate, & non per viam cõtractus, tunc, vt firma ſit inſtitutio, neceſſariam eſſe ſolemnitatẽ vltimæ voluntatis, nec ſufficere ſolemnitatem contractus, argumento. l. nõ codicillum. C. de teſt. & l. illud. §. tractari. ff. de iure codic. & eorum, quæ diſp. 132. dicta ſunt.

7 Similiter ait ibidem Molina, ſi maioratus inſtitutus ſit ab vxore ſine viri conſenſu, aut a minori ſine curatoris autoritate, & iudicis decreto in ijs, in quibus iudicis decretum requiritur, tunc, ſi non conſtet intendiſſe inſtituere illum per viam contractus, ſed abſolutè illum inſtituiſſe, adhibitaque ſit ſolemnitas ad firmitatem vltimæ voluntatis requiſita, ſuſtineri eiuſmodi inſtitutiones tanquam vltimas voluntates, in quibus neque vxor indiget viri conſenſu ad validitatem, neque minor conſenſu tutoris, aut iudicis autoritate, eſto ſolemnitates hæ neceſſariæ ſint ad validitatem, vt aliorum contracuum, ſic etiam inſtitutionis maioratus per viam contractus, quod ad minores quidem attinet, de iure communi: quoad vxorem verò de iure horum Caſtellæ & Luſitaniæ regnorum, vt etiam de donatione cauſa mortis diſpu. 288. dictũ eſt, & de cõtractibus vniuerſim diſp. 343.

8 Quando maioratus, non per viam diuiſionis bonorum, nec in vltima voluntate, ſed per modum contractus eſt inſtitutus, tunc, ſi irreuocabiliter ſit inſtitutus aliquo ex tribus modis. l. 44. Tauri expreſſis, & fuſius ſequentibus diſputationibus explanandis, aut aliquo alio modo ex ſubijciendis eiſdem ſequentibus diſputationibus, ſane talis contractus, aut donatio, ita eſt contractus ſimpliciter & omnino inter viuos, ac validus, vt nihil de vltima voluntate participet, neque quoad reuocabilitatem, neque vt indigeat morte inſtitutoris, vt confirmetur. Sicut enim donatio cauſa mortis amittit naturam donationis cauſa mortis, & tranſit in donationem inter viuos eo ipſo, quòd aliquid ei aduenit, vnde irreuocabilis reddatur, vt diſputa. 287. iuxta varia iura, cum communi doctorum ſententia dictum eſt: ita quando inſtitutioni maioratus per viam contractus, aliquid eiuſmodi aduenit vnde irreuocabilis ac firmus redditur, non indigens in hoc Caſtellæ regno morte inſtitutoris vt confirmetur, ſortitur plenè rationem contractus inter viuos, nihil participans de vltima voluntate, vt rectè Molina. libr. 1. de primog. c. 12. nu. 21. ait.

9 Denique quando maioratus eſt inſtitutus per viam cõtractus reuocabiliter in hoc Caſtellæ regno iuxta diſpoſitionem legis. 44. Tauri, etiam quando inſtitutus eſt diuidendo bona inter liberos, ſed per viam contractus, modis ſupra explicatis, & non per vltimam voluntatem, rectè cum Greg. Lopez. l. 4. titul. 11. part. 4. verb. *en ſu vida.* & cum alijs, quos citat, affirmat Molina vbi ſupra à nu. 8. reſultare mediam ſpeciem contractus, inter vltimam voluntatem, & eum contractum merè inter viuos, qui non ſapit naturam vltimæ volũtatis: atque hanc ſpeciem ait comprehendere etiam omnes donationes, quæ non, niſi donantis morte, confirmantur, quales ſunt donationes inter cõiuges, & patris ac filij, de quibus diſp. 289. & 290. dictum eſt. (excipe donationẽ cauſa mortis, quæ quia aliquantulum plus conuenit cũ legatis, quàm illæ aliæ, vt diſpu. 287. & potiſſimum diſpu. 288. explicatum eſt, quamuis comprehendi etiam poterat ſub eadem ſpecie, & donatio verè ac contractus ſit, placuit tamen iuriſconſultis, inter vltimas voluntates eam potius computare) eamque ſpeciem affirmat diſtinctam eſſe a legato & fideicommiſſo, & denique ab omni vltima voluntate: eatenus verò ait eſſe mediam inter merum contractum inter viuos, & vltimam voluntatẽ, quòd, cùm verè contractus ſit, aut donatio, participat tamen de vltima voluntate, non ſolùm, quòd reuocari poſſit (id quod precario, & contractibus innominatis, interim dum fines pacti nudi non egrediuntur, de iure cæſareo conuenit) ſed ſimul etiam ac præcipuè, quòd morte donantis, ſeu diſponentis, confirmentur: quod illis alijs contractibus, qui ſimpliciter & omnino ſunt inter viuos, non conuenit. Vnde quem admodum diſpu. 288. de donatione cauſa mortis cũ communi doctorum ſententia, quam retulimus, dictum eſt, ſi ſpectetur quoad ſui initium, ordinationem, ſeu productionem, plus accedere ad contractum, quàm ad vltimam voluntatem: ſi verò ſpectetur quoad effectum & ſtabilitatem, poſtquam eſt producta, quatenus ſcilicet reuocari poteſt, accedere plus ad vltimam voluntatem: ita de eiuſmodi inſtitutionibus & donationibus mediæ huius ſpeciei, eſt dicendum, quoad ſui videlicet initium, ordinationem, ac diſpoſitionem, eſſe contractus: quoad effectum verò & ſtabilitatem, participare naturam vltimæ voluntatis, eoque ex capite ſortiri mediam quandam ſpeciem inter meros contractus inter viuos, & vltimã voluntatem, vt rectè Molina vbi ſupra nu. 16. affirmat. Quare in contractibus mediæ huius ſpeciei, ſufficit ſolemnitas, quæ in cõtractibus eſt neceſſaria, neque eſt neceſſaria maior, quæ ad vltimam voluntatẽ exigitur: quoniã ſolemnitas ad initium ac productionem diſpoſitionis requiritur. In donatione verò cauſa mortis, quoniam placuit iuriſconſultis, plus illi de natura vltimæ voluntatis tribuere, & cum vltimis voluntatibus eam computare, maiorem ſolemnitatem, diſp. 288. explicatam, ad illam neceſſariam eſſe ſtatuerunt. Qua etiam ratione noluerunt, neceſſariam eſſe inſinuationem ad donationem cauſa mortis, eſto ſummam quingentorum ſolidorum excederet, vt eadem diſp. 288. oſtenſum eſt: cùm tamen regulariter in donationibus mediæ ſpeciei, de qua loquimur, vt in donatione inter coniuges, & inter patrem & filium, neceſſaria ſit; eò quòd inſinuatio ad initium & productionẽ donationis ſpectet, vt eadem diſp. 288. citata, & duabus ſequentibus, comprobatum eſt.

Dixi, regulariter in donationibus, ſeu diſpoſitionibus mediæ huius ſpeciei, neceſſariam eſſe inſinuationem: quoniam quemadmodum in maioratibus, etiam irreuocabiliter inſtitutis, neceſſaria non eſt inſinuatio ob uarias rationes, quas diſp. 279. explicauimus, ita neque neceſſaria, propter eaſdem rationes, eſt inſinuatio in maioratibus reuocabiliter contractu aliquo inſtitutis: quandoquidem rationes illæ non minus in reuocabili, quàm in irreuocabili militent. Non ergo eſt legitima ratio, cur in maioratu inſtituto contractu reuocabili, inſinuatio non ſit neceſ- 10

neceſſaria,quam Molina lib.2.de primog.c.8.n.21. reddit, quia videlicet contractus ille v.timæ voluntati æquiparatur, vt diſp.288.à nobis obſeruatū eſt, ſed legitimæ ſunt,quas diſpu.279.annuente eodem authore,reddidimus.

11 Quæ dicta ſunt de maioratus inſtitutione, dicenda ferè ſunt de melioratione in tertio, iuxta.l.17. Tauri. Si enim in vltima voluntate,aut per viam diuiſionis bonorum ſit facta, ita vt in vltima voluntate facta cenſeatur,reuocabilis eſt interim, dum inſtitutor viuit. Valida autem eſt eiuſmodi melioratio, atque etiam in quinto,eſto in hoc Caſtellæ regno facta ſit in teſtamento,in quo aliquis iniuſtè ſit præteritus,vt diſp.175.dictum eſt. Item integrum eſt meliorato in tertio & quinto, acceptare meliorationē, & repudiare hæreditatem meliorantis (id quod locū ſimiliter longè maiori cum ratione habet, etiāſi melioratio facta eſſet ex contractu) vt diſp.204.dictum eſt; vbi explicatum etiam eſt, quouſque tunc melioratus teneatur pro rata ad debita defuncti.

12 Quando melioratio in tertio facta eſſet contractu irreuocabili in euentibus,de quibus eſt mentio.l.17. Tauri citata,& qui copioſius diſputationibus ſequētibus explanabuntur, tunc contractus eſt merè inter viuos. Quando verò facta eſſet quouis alio contractu,eſſet reuocabilis,neque confirmaretur,niſi morte meliorantis, ac proinde talis contractus attineret ad mediam illam ſpeciem inter contractus merè inter viuos & vltimam voluntatem,ſufficeretq; proinde ad illius firmitatem ſolemnitas ad contractum requiſita. Quòd ſi ea melioratio,aut quæuis alia donatio facta inter viuos filiæ, aut filio, quæ iuxta. l.26. Tauri, quæ eſt.l.10.tit.6.lib.5.nouæ collect. cēſetur eo ipſo melioratio quoad eam latitudinem in tertio & quinto,facta ſit ob cauſam, vt regulariter fieri ſolet,tunc melioratio illa non indiget inſinuatione, eſto quingentos ſolidos excedat,iuxta dicta diſp.279. Si vero eſſet facta contractu,& non eſſet donatio ob cauſam,inſinuatione indigeret, quoad exceſſum vltra quingentos ſolidos.

Obſeruat verò optimè Molina lib.1.de primog. c.12.nu.19. Legem.17. Tauri loqui ſolùm de melioratione in tertio facta alicui deſcendentium, vt patet intuenti eam legem, ac proinde, quæ dicta iuxta
13 eam legem ſunt,intelligenda eſſe,de ſola melioratione in tertio,ſiue facta ſit filio ſub poteſtate eius parētis,à quo melioratur, conſtituto, ſiue non,ac proinde ea lege corrigi ius commune circa donationem factam de tertio deſcendentibus, iuxta dicta ſupra & fuſius diſp.243.& diſput.291. Quòd verò attinet ad meliorationem in quinto per viam contractus, aut donationis incorrectum manet ius commune. Quarè,ſi ea melioratio contractu,aut donatione,facta ſit alicui extraneo,ſtatim efficitur irreuocabilis, etiam ſi nec facta fuerit ex cauſa oneroſa, cum aliquo tertio,nec fuerit facta traditio rerum donatarum. Obſerua tamen,ſi ea donatio facta extraneo, non ſit ex cauſa, ſed ſit donatio ſimplex indigere inſinuatione quoad exceſſum vltra quingentos ſolidos. Præterea, ſi ea donatione ſimplici inteſtabilis redderetur donator,eſſet inualida. Concinit Anto. Gom.l.17. Tauri.num.10.

14 Hæc eadem dicenda ſunt de donatione ex eodē quinto,facta à quouis parentum deſcēdenti, qui ſub ipſius poteſtate nō eſt. Si verò donatio de eodē quinto,facta eſſet filio in poteſtate donantis conſtituto, tunc,vt valida eſſet,requireretur traditio rei donatę, poſſetque,poſt traditionem factam reuocari à parēte interim dum viueret,nec confirmaretur,niſi morte talis parentis,vt hęc omnia,quod ad filios attinet, explicata ex iure communi ſunt diſp.243.& 291. citatis:cùm enim,quoad meliorationem ex quinto, nihil in hoc Caſtellæ regno ſancitum ſit, quod dero-
A get diſpoſitionibus iuris communis, vtique quo ad hæc,vt bene Molina vbi ſupra ait,ſtandum eſt diſpoſitionibus iuris communis.

Rectè etiam ibidem Molina ſubiungit,ſi ex quin 15
to maioratus ſit inſtitutus alicui extraneo contractu donationis,aut etiam alicui filio,vel deſcendenti, ſiue in poteſtate conſtituto,ſiue non,tunc,niſi aliquid interueniat, quod iuxta.l.44.irreuocabilem illā efficiat, poſſe ab inſtitutore pro libito reuocari dum viuit,iuxta eandem legem 44. Tauri. Atque hoc eſſe diſcrimen, maximè attendendum, interim dum aliud non diſponitur,inter inſtitutionē maioratus ex quinto,& meliorationem, ſeu donationem,ſine maioratus inſtitutione ex eodem quinto, factam extraneo, aut deſcendenti, qui non ſit in ita donantis poteſta-
B te;quòd inſtitutio maioratus reuocari poteſt,melioratio verò illa ex quinto non item.

DISPVT. 584.

Vtrum,vt maioratus inſtitutio, aut melioratio in tertio,irreuocabiles reddātur,neceſſaria ſit traditio per actum verum,an ſufficiat per actum fictum,vt per clauſulam conſtituti. Et de alijs duobus actibus,quibus eędem diſpoſitiones irreuocabiles efficiuntur.

C

SVMMARIVM.

1 *Maioratus inſtitutio,aut melioratio in tertio, factæ contractu,vt irreuocabiles reddantur, ſatis eſt traditio per actum fictum, & quando ea traditio ſe extendat etiam ad futura.*

2 *Maioratus eadem inſtitutio,aut melioratio,irreuocabiles redduntur,traditione coram tabellione ſcripturæ,in quo factæ ſunt,eis quibus ſunt factæ.*

3 *Inſtitutio maioratus,aut melioratio, factæ contractu oneroſo, irreuocabiles eo ipſo redduntur; modo, ſi contractus oneroſus ſit matrimonij, contractus fiat cum tertio contrahente, aut ſequatur id matrimonium.*

D 4 *Maioratus inſtitutio, aut melioratio,ſi factæ ſint vltima voluntate,nullo trium actuū,qui explicati ſunt, irreuocabiles redduntur. Quando autem fieret traditio ex interuallo, non facta mentione, quòd id fieret ad implendam vltimam illam voluntatem,cenſeretur facta noua donatio inter viuos irreuocabilis. Et num id locum etiam habeat in maioratu.*

QVæſtio hæc excitatur ad maiorem explanationē trium actuum, quibus,ex l.17. & 44. Tauri,diſputatione præcedēte relatum eſt,maioratus inſtitutionē, & meliorationē in tertio,irreuocabiles reddi. Et,quod ad primum eorum,q̄ circa primum actum,hoc eſt,cir-
E ca irreuocabilitatem ex traditione,propoſita ſunt,attinet,diſp.13.iuncta diſp.12.antecedente,explicatū eſt,qui ſint actus veri,& qui ficti,quibus poſſeſſio cōparetur. Atque,licèt de oībus fictis idem in re propoſita dicendum ſit, ſi contingat poſſeſſionem rerum, quæ ad maioratum,aut meliorationem ſpectāt,quouis eorum tradi,præcipui tñ,quibus id eueniet, ſunt per clauſulam conſtituti, aut per reſeruationem vſusfructus earum rerum:qui duo actus, vna cum cæteris fictis,diſp.13.citata explanati ſunt.

Hoc item conſtituto, breuiter dicendum eſt. Etiamſi traditio per actum fictum fiat, ut per clauſulā conſtituti, qua videlicet maioratus inſtitutor, aut qui meliorationem facit, profiteatur in ſcriptura inſtitutio-

ſtitutionis,aut meliorationis,ſe res illius maioratus, aut tertiū,in quo meliorat,deinceps poſſidere nomine eius,in quo maioratus inſtituitur,aut qui in eo tertio meliorat,ſatis eſſe,vt ea inſtitutio,aut melioratio, facta p contractū,irreuocabilis,ac firma oīno reddatur. Ita cōis ſnīa,quā referunt ac ſequunt Ant. Gom. l.17.Tauri.nu.15.& Molina li.4.de primog.ca.2.à. n.4. Rō autē eſt,qm̄ verè p actum fictum transfertur poſſeſſio ciuilis in eū, cui fit ea traditio per eum actū fictum,& comparat dominium rei ita traditæ, ſi habeat ad id titulum ſufficientem, vt diſp.13.citata,& alijs,oſtenſum eſt. Atque,ſi per clauſulam conſtituti tradatur ita poſſeſſio bonorum maioratus,aut tertij, in quo facta ſit melioratio,exprimendo,tradi pręſentium & futurorum,aut tradendo illam eorum bonorum abſolute, tunc ſe extendit ea traditio & poſſeſſio, etiam ad bona futura, pro tempore tamen, quo erunt futura, redditurque proinde ea inſtitutio maioratus,aut melioratio,firma & irreuocabilis, etiam quoad bona futura,vt cum pleriſque alijs,quos referunt,affirmant. Ant. Gom.l.17.Tauri.nu.11. & 12. & Molina vbi ſupra.num.7.

Ibidē ſubiungit Molina.n.13.cum Tellio Ferd.ſi inſtitutor maioratus,aut qui in tertio meliorauit, ꝓfeſſus eſt,primò vocatum,aut melioratum, poſſidere ſatis eſſe id,vt cenſeatur in illum translata poſſeſſio,atque adeo,vt inſtitutio maioratus, aut melioratio,effecta ſit irreuocabilis,iuxta glo.l.ab emptione, verb.conſtituātur.ff.de pactis. Gloſſa tn̄ illa ſolùm dicit,ſi,qui titulum in alium trāſtulit, confiteatur,ſe nomine illius poſſidere eā rē,cēſeri illā traditā: profiteri autē aliquē,ſe nomine alterius, in quem titulum trāſtulit,poſſidere,nihil profectò à clauſula cōſtituti differt. Itē ſubiungit,cum eodē Tellio,& alijs,etiā quoad bona,quorū maioratus inſtitutor, aut meliorator,eſt dn̄s,ſed caret eorum poſſeſſione,& quoad nomina debitorum,reddi inſtitutionem irreuocabilem,ſi inſtitutor, aut meliorator,cedat actionem ad illa in primò vocatum,aut melioratum, iuxta gloſ.l. vlt.in prin.verb.portionibus.ff.de donationibus,argumento.l.illam.C.eod.tit.&.l.vlt.iuncta gl.vlt.ibi. C.quando fiſcus vel priuatus.

Inter actus fictos,quibus de iure cōi trāsfertur poſſeſſio,vnus eſt,vt diſp.13.citata dicebamus,qn̄ traditur ſcriptura, non quidē de nouo confecta,qua titulus confertur ei,qui mittendus eſt in poſſeſſionē, ſed antiqua, qua prior poſſeſſor titulum illius habebat. Atq; ſi tradatur eiuſmodi ſcriptura ab inſtitutore maioratus,aut à meliorāte,rei ad maioratum,aut ad meliorationē ſpectātis,ei,q ad maioratum primò vocatur,aut q meliorat,eo ipſo cenſebit trāslata poſſeſſio rei ea ſcriptura contentæ in eum, ac proinde,quoad eā rē,maioratus,aut melioratio,reddetur irreuocabilis. Neque hæc traditio ſcripturæ eſt,de qua fit mentio.l.17.&.44.Tauri: ſed hic modus tradēdi poſſeſſionē,ſub primo modo cōprehenditur è tribus, quibus eis duabus legibus dr̄,inſtitutionem maioratus,
2 aut meliorationē, reddi irreuocabilē. Eadē verò diſpu.13.oſtēdimus,de iure huius Caſtellæ regni, etiā traditione ſcripturæ de nouo confectæ, qua alicui titulus eius rei cōferet,trāsferri in eū poſſeſſionē eiuſdē rei. Atque de traditione eiuſmodi ſcripturæ,qua maioratus inſtituit,aut melioratio fit, ſermo eſt duabus legibus citatis, dum dr̄ traditione illius corā tabellione, reddi ſecundo modo inſtitutionē maioratus,aut meliorationē,irreuocabiles. Quia.n.de iure cōi traditione eiuſmodi ſcripturæ, non cenſet tradita poſſeſſio,ad tollenda dubia, opus fuit addere ꝑm illum modum, quo diſpoſitiones illæ redderētur irreuocabiles vt cum alijs,quos citant,affirmant. Ant. Gom.l.17.Tauri.nu.16.& Molina.c.2.citato.n.10. Vbi,cum Tellio,Molina ſubiungit,cum iura illa ad eum effectum exigant,vt ſcriptura illa tradatur corā

A tabellione,non ſatis eſſe, ſi tradatur illi coram iudice,vel coram aliquo alio;tametſi addat,quando euētus occurreret;in quo tradita eſſet,non coram tabellione,ſed coram alio,eſſe ea de re cogitandum.

Vt verò expediamus,nos etiam à tertio actu, quo 3
inſtitutio maioratus, aut melioratio, irreuocabiles redduntur, ſatis perſpicuè cōſtat ex duobus iuribus citatis,non ſatis eſſe,ſi fiant ex cauſa, aut ob cauſam oneroſam, vt ex cauſa matrimonij, ſed inſuper eſſe neceſſarium, vt fiāt cum tertio aliquo,cui id oneroſum ſit:verba.n.eorum duorum iurium in re propoſita ſic habent;*por cauſa oneroſa con otro tercero:* Quarè eſto in aliquo homine inſtitutus ſit maioratus,aut homo aliquis melioratus ſit, ad contrahendum matrimonium,ſi tn̄ actum ea de re non ſit cum ea, quæ
B cum illo debet contrahere,aut cum aliquo loco eius, reuocari poterit maioratus,aut melioratio. Si tamē, poſt inſtitutum maioratum, aut factā meliorationē, virtute talis inſtitutionis,aut meliorationis,celebret mrimoninm, tunc eo ipſo redduntur irreuocabiles, quia iā tunc ea inſtitutio, & contractus,ſe extēdit ad tertium illum,ſubitq; comparatione illius rationem contractus oneroſi: neque ſatis erit tunc conſenſus ita inſtituti,aut meliorati,vt reuocari poſſit in præiudicium vxoris,& filiorū,vt hæc oīa cum Tellio aſſeuerat Molina vbi ſupra.num.16. Imò verò, eſto diſſolutum eſſet matrimonium ſine liberis, conſenſus viri,in quo inſtitutus eſſet maioratus, ſatis non eſſet ad illum reuocandum: eò quòd id cederet in præiudicium cæterorum, qui ad eum maioratum irreuoca
C biliter ea ipſa inſtitutione vocati etiam ſunt. Quando maioratus,aut melioratio,facta eſſent ad contrahendum matrimonium contractu celebrato cum tertio,comparatione cuius ea ſubirent rationem cōtractus oneroſi,tūc,inquit vbi ſupra Molina cum Tellio Fernandez,ſi non ſequeretur matrimoniū, poſſe reuocari maioratum aut meliorationem, quaſi facta irreuocabiliter ob eam cauſam, ſeu ſub conditione eius cauſæ, cauſa non ſubſequuta. Quod ſi,orta controuerſia inter aliquos, illa componeretur trāſactione, vno inſtituēte maioratum in perſona alterius ex aliquibus bonis,tunc,quia eo ipſo inſtitutio celebrata eſſet contractu oneroſo comparatione inſtituti,ſane ea inſtitutio continuo eſſet irreuocabilis.

Dubium eſt, vtrum ſicut, quando maioratus eſt 4
D inſtitutus contractu inter viuos, aut melioratio eodem modo facta eſt,& ſequitur traditio, aut aliquis alius ex tribus actibus explicatis, redditur inſtitutio,aut melioratio irreuocabilis;ita reddātur, quando inſtitutio, aut melioratio, factæ fuerunt vltima voluntate. Ad quod,quicquid Peralta, à Molina.ca. 2.citato.nu.19.relatus, dixerit, proculdubio ſimpliciter dicendum eſt,non reddi, præſertim in hoc Caſtellę regno iuxta.l.17.& 44.Tauri,quæ expreſsè ſtatuunt, ſolùm reddi irreuocabiles ex quouis eorum trium actuum, quando factæ ſunt contractu inter viuos:ſecus autem,quando factæ ſunt vltima voluntate. Quare ſi traditio rerum ad maioratum,aut meliorationem attinentium, fiat intuitu implendi diſ
E poſitiones illas factas ex vltima voluntate, aut mentione facta,quòd ad illas implēdas id fiat,tunc vtiq; quamuis dominium & poſſeſſio earum rerum tranſeat in accipientem,iuxta ea quæ diſp.287. de donatione cauſa mortis dicta ſunt, quādo illi accedit traditio,nihilominus reuocabiles adhuc remanent, vt rectè affirmant Ant. Gom.l.17.Tauri.n.vlt. Molina à nu.19.citato,& alij, quos referunt,quib. conſentit Couar.in Rub.de teſt.part.2.nu.vlt.§.vlt. Imò verò (iuxta ea,quæ diximus diſpu.193.§.vlt.circa legatū, quando accedit traditio teſtatoris ad illud implendum dum viuit) tranſeunt diſpoſitiones illæ tunc in donationes cauſa mortis ſequuta traditione, quæ traditio dominium rei donatæ cōfert, ſed reuocabi-

le,neq; impedit reuocationem talium donationũ,ſicut neq; impedit reuocationẽ donationis cauſa mortis,vt diſp.287.dictũ eſt. Qñ autẽ præceſſiſſent inſtitutio maioratus,aut melioratio,factæ in vltima volũtate, & ex interuallo ſequeretur poſteà traditio rerũ ad maioratũ,aut meliorationẽ,attinẽtiũ, nulla facta mentione, ꝙ ad vltimã voluntatẽ exequutioni mandandã id fiat,tunc cõis opinio,quã referũt ac ſequũtur Ant.Gom.& Molina vbi ſupra affirmat,cenſeri factã de nouo donationẽ inter viuos earũdẽ rerum, ſubſequuta traditione, ac proinde reddi irreuocabiles,iuxta ea quę de legato priùs facto,ſequuta poſteà ex interuallo traditione ſine vlla mentione, quòd ad mandandum exequutioni tale legatum id fiat, affirmat communis doctorum ſententia,quam ijdem doctores ibidem atque à nobis dictum eſt diſp.193.§. vlt.& Ant.Gom.1.tom.var.reſ.c.12.n.4. ac Couar. in Rub.de teſt.par.2.nu.vlt.§.vlt.referunt ac ſequũtur. Rectè verò ait Couar.vbi ſupra,per eiuſmodi donationem præſumptam de eadem re factam ex interuallo cenſeri extinctum priùs legatum. Hoc loco obſerua, quamuis dictum ſit,Molinam hæc omnia affirmare;numero tamen 20.in fine,ſubiungere, nõ carere id difficultate, quando maioratus priùs eſſet inſtitutus in vltima voluntate, & poſteà ſequuta eſſet traditio rerum ad eum maioratum attinentium. Quoniam ad hoc, vt ex traditione rerum maioratus facta ex interuallo,cenſeatur facta noua donatio inter viuos,opus eſt dicamus, inſtitutorem receſſiſſe à prima inſtitutione, & aliam de nouo intendiſſe efficere,quod,inquit,non facilè eſt præſumendum. Vnde addit,quando id euenerit, rem maturius eſſe cogitandam.

DISPVT. 585.

Vtrum,vt maioratus inſtitutio, aut melioratio in tertio,contractu inter viuos factę, irreuocabiles reddantur,ſatis ſit traditio rei vnius, an requiratur omnium ad illas attinentium. Et an traditione irreuocabiles reddantur, etiam quoad bona futura.

SVMMARIVM.

1 *Argumenta proponuntur,quòd vt inſtitutio maioratus,aut melioratio in tertio, traditione irreuocabiles reddantur,neceſſaria ſit omnium traditio.*
2 *Maioratus inſtitutio,& melioratio in tertio,vt traditione irreuocabiles reddantur,ſufficit quarundam rerum traditio.*
3 *Satis ſit argumentis in contrarium.*
4 *Maioratus,& melioratio, in tertio quando traditione vnius rei cenſeantur factæ irreuocabiles quoad eam ſolam rem.*
5 *Maioratus inſtitutor,aut meliorator,ſi per clauſulã conſtituti fecit eas diſpoſitiones irreuocabiles, quòd exiſtente poſteà aliqua re, interuertat poſſeſſionem illius,non idcirco reuocat eas diſpoſitiones.*
6 *Maioratus inſtitutio,ac melioratio, reddi poſſunt irreuocabiles traditione clauſula conſtituti, etiã quoad iura incorporalia,& quoad nomina debitorum.*

1 QVod neceſſaria ſit omnium earũ rerũ traditio,alioquin reuocabiles maneant inſtitutiones illæ quoad res non traditas, ſuaderi poteſt. Primò,ex illis verbis legis.17. Taurij; *auiendo entregado la poſſeſſion de la coſa y coſas en el dicho tertio contenidas;* ex quibus conſtat,ad irreuocabilitatem omnino meliorationis, non ſufficere traditionem rei vnius ad illam attinentis,ſed requiri (Primum argumentum.)
A traditionem omnium. Et quamuis in alijs editionib. verba illa habent; *la poſſeſſion de la coſa o coſas;* in noua tamen collectione copulatiuè habent; *la poſſeſſion de la coſa y coſas:* cui editioni eſt ſtandum.

Secũdò,qm̃ eiſdẽ duobus iuribus hr̃,fieri eiuſmodi inſtitutiones irreuocabiles; *auiendo entregado la poſſeſſion de la coſa y coſas;* quibus verbis ſatis apertè innuitur,trãslationẽ poſſeſſionis rerũ ad maioratũ, aut ad meliorationẽ ptinentiũ, efficere eiuſmodi diſpoſitiones irreuocabiles: ſed,qñ diuerſæ res ptinẽt ad maioratũ aliquẽ,aut ad meliorationẽ,apprehẽſione poſſeſſionis vnius earũ,nõ comparatur poſſeſſio reliquarũ, eſto ad comparãdã poſſeſſionẽ rei vnius, non ſit neceſſe apprehendere illam quoad oẽs illius partes,ſed ſatis ſit apprehendere illã per partem,animo tñ per eã apprehenſionẽ poſſidendi rem totã, vt (Secundum.)
B vtrumque initio diſp.13.oſtenſum eſt: ergo traditione quarundam rerum ex his, quæ pertinent ad maioratum aliquem,aut ad meliorationem,non efficiuntur eiuſmodi diſpoſitiones irreuocabiles quoad res cæteras ad eaſdem inſtitutiones attinentes.

Tertiò,rõ quare traditione rerũ ad maioratũ, aut meliorationẽ attinẽtiũ ;eiuſmodi diſpoſitiones irreuocabiles fiũt;eſt, qm̃ ea traditione trãsfertur earũdẽ rerũ dñium in perſonã, in qua maioratus eſt inſtitutus,aut qui eſt melioratus, eſto aliqñ poſſeſſio earũ non comparetur,vt ſi erat apud aliquẽ tertiũ,vt in calce diſpu.13.citatæ oſtendimus:ſed qñ traditio ſit quarundã rerũ,& non oĩum,ad aliquã harũ diſpoſitionũ attinentium,comparatur ſolùm dominium earum,q̃ tradũtur,non verò reliquarũ:ergo traditione (Tertium.)
C ſolùm quarundã ex illis non reddunt̃ eiuſmodi diſpoſitiones irreuocabiles,quoad res minimè traditas.

Caſtillo,& Tellius.l.17.Tauri,in hanc ſñiam ꝓpendent,qñ non additur clauſula conſtituti,quæ,iuxta dicta diſputatione pręcedente,comprehendat pręſentia & futura, quæ eo actu ficto tradita,cenſeãtur pro tempore(quod ad futura attinet)quo illa erunt.

Ant.Gom.l.17.Tauri.à n.11.& ĩ calce.l.23.cẽſet, ſatis eſſe tradi rẽ,aut res aliquas,vt irreuocabiles fiãt eiuſmodi diſpoſitiones,ẽt quoad res cæteras, quãuis nondũ exiſtãt. In eadẽ ſñia eſt Molina lib.4. de primog.c.2.à n.23.modo tñ,inqt,traditio alicuius, aut aliquarũ rerũ,eo animo adhiberetur,ut diſpoſitio irreuocabilis efficeret̃. Sane in hãc ſñiam propendeo, 2
D tameſi tutũ ſemp iudicẽ,addere clauſulã conſtituti,q̃ res oẽs comprehẽdat, aut tradi corã tabellione ſcriptura eius diſpoſitionis. Pręter multa alia,quib. Ant. Gom.l.17.citata ducit̃,hanc ſñiam confirmãt Molina. Primò,q̃a.l.7.Tauri,de melioratione in tertio loquitur:tertiũ autẽ,vt ex l.23. Tauri conſtat,accipiendũ eſt de bonis,non præſentibus, ſed q̃ tẽpore mortis meliorantis reperientur:& idẽ eſt dè inſtitutione maioratus ex tertio & quinto,iuxta.l.44.Tauri:intelligitur.n.de bonis, q̃ tẽpore mortis inſtitutoris fuerint reperta;ac ꝓinde hę inſtitutiones,& aliæ, bona futura reſpiciũt,quorũ traditio fieri neq̃t ſtatim,niſi p actũ fictũ;neq;,ſi p actũ fictũ ea fiat, ſortit̃ effectũ, 3
E niſi p cõparationẽ ad tẽpus, in quo res illæ erunt, vt diſputatione p̃cedẽte dictũ eſt: cũ ergo in his oĩbus diſpoſitionibus,& in alijs, q̃ cõprehẽdunt bona aliqua adhuc acquirẽda,nõ poſſit fieri traditio oĩum rerũ p actum verũ ante mortẽ diſponẽtis,ad effectũ,vt diſpoſitiones ipſę ante eã mortẽ irreuocabiles reddãtur,neq; ſit credẽdum.l.17.& 44.Tauri loq̃ ſolũ ad eũ effectũ de traditione p actum fictũ,ſed potius per actũ verum,cõſequẽs ꝓfectò eſt,ut intẽtum earum legũ nõ ſit,neceſſariã ad irreuocabilitatẽ earũ diſpoſitionum eſſe traditionẽ rerum oĩum ,ſed ſufficere alicuius,aut aliquarum, animo eaſdẽ diſpoſitiones irreuocabiles ea traditione reddendi: præſertim cum.l. 44.Tauri,etiã in noua collectione, ſub diſiunctione habeat. *Saluo ſi ouiere entregado la poſſeſſiõ de la coſa ò coſas.*

coſas. vbi apertè innuitur, neceſſariã ad id nõ eſſe traditionem omniũ, ſed ſufficere alicuius, aut aliquarũ, nuſquamque legamus, neceſſariam eſſe traditionem omniũ. Secundò, quoniã legibus. 17. & 44. Tauri in verbis, quæ nũc expendimus, nõ agitur ea traditione de tranſlatione poſſeſſionis rerum ad maioratũ, aut ad meliorationẽ pertinentiũ; ſed de irreuocabilibus reddendis eis diſpoſitionib. traditione ea facta: reddere verò eas diſpoſitiones traditione irreuocabiles, ſane nõ minus pendet ex animo inſtitutoris maioratus, aut meliorantis, quã reſtitutio hæreditatis traditione facta fideicõmiſſario, pendeat à voluntate hæredis illam reſtituentis: ſed, vt hæres grauatus reſtituere hæreditatẽ, cẽſeatur reipſa eam totam reſtituere ad effectũ, vt actiones omnes, tam actiuæ, quã paſſiuæ tranſeant in fideicõmiſſarium, ſatis eſt, ſi tradat vnam, aut multas res hæreditatis, animo tradendi totam hæreditatem, vt habetur. l. reſtituta, ĩ prin. ff. ad Treb. his verbis, *Reſtituta hæreditas videtur re ipſa, ſi fortè paſſus eſt hæres poſſidere res hæreditarias, vel totas, vel aliquas earũ, hac mente, vt vellet reſtituere, & ille ſuſcipere*, dictumque vtrumque eſt diſp. 186. ergo eadem ratione, vt diſpoſitiones, de quibus loquimur, irreuocabiles traditione fiant quoad omnia, ſatis eſt, tradi vnam, aut multas res, ad eas diſpoſitiones attinentes, neque eſt neceſſe, tradi omnes.

Ad primũ. 3 Ad primum ergo argumentum in contrarium dicendum eſt, ibi, *de la coſa y coſas*, cõiunctionem æquipollere diſiũctioni *o coſas*, ꝙ frequens eſt in iuribus, ut habetur. l. ſæpè ff. de verb. ſig. preſertim cùm lege. 44. in eadem noua collectione habeatur, *de la coſa o coſas*: & cùm neutro in loco ſit ſermo de omnibus rebus, vt conſtat ex legum ipſarum intento explicato.

Ad ſecundum. Ad ſecũdum negandum eſt, eodem modo requiri traditionẽ ad poſſeſſionẽ comparandam, & ad irreuocabiles efficiẽdas diſpoſitiones aliquas expreſſione, ſeu declaratione animi per eam traditionem, vel ad aliud ius conferendum ſimili animi declaratione, vt ex l. reſtituta citata cõſtat, & affirmãt Bar. & alij, quos Molina vbi ſupra n. 28. refert ac ſequitur: quare, eſto traditione alicuius rei, aut rerum aliquarum, ad eandem diſpoſitionem, attinẽtium, ſolũ comparetur poſſeſſio earum, quæ traduntur; non verò earũ, quæ non traduntur, nihilominus traditione alicuius earum rerum, animo ea traditione irreuocabilẽ reddendi diſpoſitionem, irreuocabilis efficitur quoad omnia vniuerſim, quæ ſub illa cadunt.

Ad tertium. Ad tertium neganda eſt maior: nõ enim irreuocabilitas pendet à dominij tranſlatione, vt conſtat, q a quando diſpoſitiones fiunt contractu oneroſo cum quodam tertio, irreuocabiles eo ipſo redduntur, neque tamen transfertur dominium, niſi accedat traditio: ſed irreuocabilitas pendet ex eo, quod id fiat, qđ à lege eſt diſpoſitum, vt ſit ſufficiẽs ad reddendas illas irreuocabiles: ꝙ in re propoſita eſt traditio, ſaltẽ alicui⁹, vel aliquarũ rerũ animo firmas illas efficiẽdi.

Ibidem Molina. nu. 30. ait, ſi quando fit traditio alicuius, aut aliquarum ex rebus ad maioratũ, vel ad meliorationẽ attinentiũ, addatur, id fieri ad maiorẽ eius diſpoſitionis firmitatẽ, vel vt reuocari non poſſit, aut aliud ſimile, cẽſendum eſſe eam traditionem eſſe factã animo reddendi irreuocabilem totam diſpoſitionem, idemque eſſe, ſi tradantur omnia præſentia ad eam diſpoſitionẽ attinẽtia, eſto nihil aliud exprimatur: quia tunc inſtitutor, aut meliorans, fecit
4 totũ, ꝙ pro tũc facere ad id poterat: ſecus autẽ, ſi ex multis rebus, quæ erant in proſpectu, & ad eam diſpoſitionẽ attinebant, tradat vnam, nihil aliud exprimẽdo: quia tũc quoad eam ſolam, cẽſebitur facta irreuocabilis talis diſpoſitio; nõ verò quoad reliquas.

5 Numero. 31. idem autor aduerſus Telliũ, cæterũ conſeptaneè ad Ant. Go. l. 17. Tauri. nu. 12. addit. Si maioratus inſtitutor, aut meliorãs, conſtituit ſe poſ-

A ſeſſorẽ bonorum maioratus, aut meliorationis, loco vocati primò ad maioratũ, aut loco meliorati, quamuis cum Baldo, & alijs ſit dicendum, ſi interuertat poſſeſſionem comparatione rei alicuius futuræ ad eam diſpoſitionem attinentis, dicẽdo, ſe non comparare poſſeſſionẽ eius rei uocato ad maioratum, aut meliorato, ſed ſibi, non acquiri illi poſſeſſionem, nihil impediente clauſula conſtituti antecedente, quæ ad eam etiam rem ſeſe extendebat: nihilominùs per eam poſſeſſionis interuerſionem, non cenſeri reuocatam maioratus inſtitutionem, aut meliorationem, etiam quoad eam rem. Ratio autẽ eſt, quoniam per clauſulam conſtituti facta fuit à principio ea inſtitutio omnino firma & irreuocabilis ſimpliciter, & quoad omnia: poſſeſſio autẽ per eandem clauſulam,
B q̃ quoad eam rem pẽdebat ex illius exiſtentia, potuit interuerti & impediri proteſtatione illa, & animo non acquirẽdi poſſeſſionẽ eius rei illi alteri, ſed ſibi: ſicut, poſt acquiſitã alicui poſſeſſionẽ, poteſt ab illa deturbari, eamq; amittere, comparante eam altero.

Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 13. affirmauit, eſto, quãdo ex tertio fiebat maioratus inſtitutio, aut melioratio, inſtitutor, aut meliorans, ſe cõſtituiſſet poſſeſſorem loco primò vocati, aut meliorati, ſolùm rerum præſentium ad eam diſpoſitionem attinentium, diſpoſitionem reddi irreuocabilem, etiam quoad futura. Ait verò Molina vbi ſupra. nu. 32. verũ quidẽ id eſſe, ſi inſtitutor, aut meliorãs, hac via intẽderet efficere diſpoſitionẽ irreuocabilem, maleq; ea de cauſa reprehendi à Tellio in eadem lege: quia tunc irreuo-
C cabilitas ſe extendit ad omnia, etiamſi traditio per eam clauſulam conſtituti ſolùm ſe extendat ad præſentia: ſecus verò ait eſſe, ſi non ſignificauit, ſe ea uia intendere firmam, aut irreuocabilem efficere eam diſpoſitionem: quia tunc ſolùm manebit irreuocabilis quoad præſentia, non verò ad futura.

Tellius. l. 17. Tauri. n. 56. aſſerit, in rebus incorporalibus, in quibus maioratus inſtitutor, aut meliorans, poſſeſſionem non habet, non poſſe fieri maioratum, aut meliorationem, irreuocabilem, niſi ceſſio earum rerum incorporalium interueniat, etiãſi maioratus inſtitutor, aut meliorans, ſe conſtituat poſſidere bona omnia maioratus, aut meliorationis nomine primò uocati, aut meliorati. Id uerò probat, quia in iuribus incorporalibus, ut in nominibus de-
D bitorum, non aliter fieri poteſt traditio, quã per ceſſionem, ut conſtat ex l. 3. in prin. ff. pro ſocio, ubi habetur, nomina debitorum acquiſita ab uno ex ſocijs, adminiſtrando negotium ſocietatis, non communicari alijs ſocijs, niſi cedantur: cùm tamen res aliæ acquiſitæ negotium ſocietatis adminiſtrando, ſtatim cæteris ſocijs pro indiuiſo, ex ipſamet iuris diſpoſitione, acquirantur, poſtulante id ita contractu ſocietatis, ut habetur. l. 1. & 2. ff. pro ſocio, & ſuo loco dictum à nobis eſt: quare, vt aliqui dicunt, ſocietas uim habet clauſulæ conſtituti loco aliorum ſociorum: unde cùm in ſocietate, ui clauſulæ illius conſtituti uirtualis, non fiat traditio rerum incorporalium alijs ſocijs, neque proinde comparent poſſeſſionem ea-
E rum abſque ceſſione; conſequens eſt, ut neque ſi inſtitutor maioratus, aut meliorans, conſtituat ſe poſſidere bona maioratus, aut meliorationis, loco primò uocati, aut meliorati, cenſeatur facta traditio, aut tranſlata poſſeſſio rerum incorporalium, ac proinde neque reddita, quoad illa, ſit ea inſtitutio irreuocabilis.

Meritò autem Molina ubi ſupra. nu. 35. iuxta hactenus dicta, ait. Si maioratus, aut melioratio, conſiſtat in rebus corporalibus, & incorporalibus, ut regulariter conſiſtere ſolet, tunc per clauſulam conſtituti effici diſpoſitionẽ, etiam quoad incorporalia, irreuocabilem, eſto daremus, neque traditionem eſſe factam, neque poſſeſſionem eſſe tranſlatam, quoad 6

res incorporales: quoniam ſatis eſſet traditio quoad res corporales animo firmandi totam diſpoſitionē, qui animus colligitur ex clauſula conſtituti quoad omnia, vt cenſeretur facta irreuocabilis quoad omnia vniuerſim. Dicendum deinde eſt, ſi res incorporales eius naturæ ſint, vt quaſi affixæ ſint rei alicui corporali, vt ſunt iuriſdictio alicuius loci, vſusfructus præ iij alicuius, & aliæ ſimiles, vel ſint eius naturæ, vt poſſeſſio earum comparari poſſit vſu illius, vt eſt ius eligendi, aut præſentandi, tunc falſum eſſe, per clauſulam conſtituti adhibitam ab eo, qui verè poſſidebat, non cenſeri factam traditionem quaſi poſſeſſionis talium rerum incorporalium abſq; vlla ceſſione: quemadmodum abſq; ceſſione poteſt comparari poſſeſſio, aut quaſi poſſeſſio earum rerum incorporalium per actum corporalem, aut per vſum iuris earum, vt diſp. 14. oſtenſum eſt. Lex autem 3. ff. pro ſocio, non loquitur de eiuſmodi rebus incorporalibus, vt illam intuenti eſt ſatis perſpicuum; ſed ſolùm loquitur de nominibus debitorum, hoc eſt, de debitis, ad quæ cōpetit ſolùm actio perſonalis; quorum proinde quaſi poſſeſſio non videtur qua alia ratione poſſit transferri in alium, quàm per ceſſionē: æquitasq; poſtulabat, vt eiuſmodi iura contractu ab vno ſociorum comparatione alicuius, qui ſe illi obligauit, non prius competerent alijs ſocijs, quam ab illo ſocio eis cederentur aduerſus eum debitorem, vt actionem aduerſus illum intentare poſſent. Alias reſponſiones adhibet Molina, vbi ſupra, nu. 36. legi illi 3. quæ videri apud illum poſſunt. Denique ait, quando maioratus, aut melioratio, ſolùm conſtaret iuribus incorporalibus eius naturæ, cuius ſunt nomina debitorum, quòd raro, aut nunquam eueniet, tūc clauſulam conſtituti habere vim ceſſionis, ac traditionis eorū, vt cum Molinæo affirmat. Eum legito.

DISPVT. 586.

Quibus alijs actibus maioratus inſtitutio, & melioratio irreuocabiles reddātur.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus inſtitutio, & moderatio in tertio, contractu celebratæ, adiecto pacto de eis non reuocandis, irreuocabiles redduntur. Et quibus rationibus quidam ſibi contrarium immeritò perſuadeant, & quo modo reſpondeant ad fundamentum veræ ſententiæ.*

2 *Satis ſit argumentis.*

3 *Maioratus inſtitutio, aut melioratio, vt irreuocabiles fiant pacto adiecto de eis non reuocandis, parum refert, ſiue id pactum apponatur in ea inſtrumenti parte, in qua continetur diſpoſitio, ſiue in ea, in qua de exequutione agitur.*

4 *Clauſulæ à tabellionibus in quacunque parte inſtrumenti appoſitæ, niſi apertæ coniecturæ ſint in contrarium, de partium conſenſu appoſitæ cenſentur,*

5 *Maioratus inſtitutus ex regia facultate, in qua continetur, quòd ſemel inſtitutus, reuocari non poſſit, etiamſi per vltimam uoluntatem ſit inſtitutus, reuocari deinceps non poteſt.*

6 *Maioratus inſtitutio ſi confirmetur iuramento, quo inſtituens iuramento aſſerat, ſe illam efficere, non eſt irreuocabilis: ſecus ſi iuramento promittat, ſe eam non reuocaturum, aut illi non contrauenturum: & in Luſitania de Regis facultate ſit adhibitum: & quid in Caſtella.*

Conueniunt Molina, lib. 4. de primog. capit. 2. num. 40. Tellius, l. 17. Taur. nu. 91. & alij antiquiores eius legis iterpretes, ex eo, quòd l. 17. & l. 44. A Tauri, tres ſoli actus explicati commemorētur, quibus eiuſmodi diſpoſitiones irreuocabiles reddātur, non propterea excludi alios, vnde idem euenire poſſit. Atque in primis cōtrouertunt, num ex pacto addito de non reuocāda aliqua ex his diſpoſitionibus, irreuocabilis reddatur. Reſpondet verò Molina ibidem affirmanter cum Tellio, l. 17. Tauri, num. 99. & cum Peralta, quos refert. Quoniam, ſicut donatio cauſa mortis, quæ ſui natura reuocabilis eſt, ſi ei addatur pactum, aut promiſſio donantis, de ea non reuocanda, redditur irreuocabilis, ac tranſit in donationem inter viuos, vt conſtat ex l. vbi ita donantur, & conſentiunt, l. ſi alienam, §. Marcellus, in fine, & l. Senatus, §. mortis cauſa, in fine, ff. de mortis cauſ. donat. dictumque eſt, diſp. 287. vbi communem ea B de re doctorum ſententiam retulimus: ſic multo magis eiuſmodi diſpoſitiones ita de iure huius Caſtellę regni reuocabiles, vt reddi irreuocabiles tacite poſſint aliquo trium actuum adiectione, de quibus, l. 17. & 44. Tauri eſt ſermo, & qui diſputationibus præcedentibus explanati ſunt, reddentur quoque irreuocabiles expreſſo pacto de eiſdem non reuocandis: quod longè plus exprimit mentem ea in parte diſponentis, quàm exprimant illi actus. 1

Idem Molina ſubiungit, multoties ſe vidiſſe ea de re fuiſſe acriter controuerſum circa inſtitutiones maioratuum cum eo pacto de illis non reuocandis, contendentibus aliquibus, poſſe nihilominus reuocari ſequentibus rationibus.

Primò, quoniam quādo aliquis facit donationem C cauſa mortis cum pacto, vt in nullo alio euentu res reddatur, niſi donatarius, qui eam acceperit, moriatur ante donantē, poteſt nihilominus donans illam reuocare, vt affirmat glo. l. ſi alienam, §. Marcellus, verb. qui acceperit, ff. de donat. cauſ. mor. quam ſequuntur Bald. & alij: quòd ſane non aliunde euenit, niſi quia, quādo donatio eſt reuocabilis, pactum de illa non reuocanda, non efficit eam irreuocabilē: cùm ergo diſpoſitiones, de quibus loquimur, factæ cōtractu inter viuos, ſeu donatione, reuocabiles ſint ex diſpoſitione, l. 17. & 44. Tauri, exceptis euentibus eiſdem legibus expreſſis; conſequēs eſt, vt ex pacto, de eis non reuocādis, non reddantur irreuocabiles. Argumentū primum.

Secundò, quia quando diſpoſitio eſt reuocabilis, pactum, aut ſtipulatio acceſſoria de ea non reuocanda, D eſt etiam reuocabilis, l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig. & glo. l. ſi patronus, verb. Fauiana, ff. ſi quid in fraud. patron. Secundum.

Tertiò, quoniam clauſula de non reuocando, ſolet aſſiduè poni poſt verba diſpoſitionis, potius ad exequutionem, quàm ad ſubſtantiam diſpoſitionis: clauſulæ autem, quæ ad contractus exequutionem apponuntur, non ſolent alterare eius ſubſtantiam, vt colligitur ex Clement. 1. in fi. de præben. & affirmant Panorm. & alij. Tertium.

Quartò, quoniam clauſula de non reuocando, ſolet apponi à Tabellionibus: eiuſmodi autem clauſulæ nihil operantur, niſi conſtet fuiſſe à contrahentibus appoſitas, vt Bar. Panor. & alij tradunt. Quartum.

E Qui hæc ita affirmant, ad legem vbi ita donatur, quæ præcipuum fundamentum eſt cōtrariæ opinionis, reſpondent. In eo iure non aliud haberi, niſi donationem, quæ alioquin futura erat cauſa mortis, ex pacto de non reuocando, effici donationem inter viuos, atque adeò irreuocabilem: diſpoſitiones autem, de quibus loquimur, ſunt donationes inter viuos, & reuocabiles ex diſpoſitione, l. 17. & 44. Taur. niſi aliquid accedat ex ijs, quæ in eiſdem legibus commemorantur, vnde irreuocabiles reddantur: cùm ergo pactum de illis non reuocandis, nihil illorum ſit, inueniatq; illas donationes inter viuos reuocabiles ex earundem legum præſcripto; conſequens eſt, vt irreuocabiles eas non efficiat.

Secundò

Secundò reſpondent, idcirco, l. vbi ita donatur, ex pacto de non reuocando induci irreuocabilitatem donationis, quoniam efficit, vt donatio cauſa mortis tranſeat in donationem inter viuos: quando autem contractus, de quo inter partes conuenit, non poteſt tranſire in aliam ſpeciem contractus, vtique, ſi reuocabilis ſit, non tranſibit in contractum irreuocabilem additione pacti de illo non reuocando: pactum enim contra naturam, & ſubſtantiam contractus, eſt nullum, vt conſtat ex l. cum precario 1. in princ. ff. de precar. & affirmant Bart. & alij.

Ad primũ argum.

2 Perſiſtendum tamen eſt in priori ſententia. Vnde ad primum argumentum poſterioris dicendum eſt, eam gloſſam apertè pugnare cum textu ibi, ipſamque gloſſam confiteri, textum ibi innuere cõtrarium: vnde à Bart. & communi doctorum ſentẽtia reprobatur, quam referunt, ac ſequuntur Ant. Gom. tom. 2. var. reſ. cap. 4. num. 22. Couar. in rub. de teſt. par. 2. nu. 11. Iul. Clar. 4. lib. ſentent. §. donatio. q. 4. num. vlt. & Molina, vbi ſupra, num. 45. dictumque eſt, diſput. 287. Item gloſſa illa, iuxta textum ibi, non loquitur de donatione cum ſolo pacto, de nunquam illa reuocanda, in quo euentu donatio illa trãſit omnino in donationem inter viuos, quę nullo modo poteſt reuocari, iuxta l. vbi ita donatur, ff. de dona. cau. mor. & communem doctorum ſententiam, quam gloſſa illa nõ negat: ſed loquitur de donatione cum pacto, vt in nullo alio euẽtu res donata reddatur, niſi donatarius, qui eam accepetit, moriatur ante donantem; virtute cuius pacti donatio illa retinet de donatione cauſa mortis, quòd ſi donatarius moriatur ante donantem, donatio reddatur nulla; id quòd conuenire donationi cauſa mortis, eſſeq; illi commune, cum legatis oſtendimus, diſp. 287. quare licèt donatio, de qua ea gloſſa loquitur, & de qua in eo textu erat ſermo, virtute contineat pactum de nunquã illa reuocanda, habet tamen pactum continẽs modum, ſeu conditionem, quòd, ſi donatarius moriatur ante donantem, donatio reddatur nulla; in quo differt à mera donatione inter viuos, idque retinet de donatione cauſa mortis: & quia id retinet, voluit gloſſa illa, ſed malè, contra textum ipſum, & communem doctorum ſententiam, pactum illud aliud virtuale, de nunquam illa reuocanda, non reddere illam irreuocabilem, ſed poſſe donantem pœnitere, valideq; eam reuocare. Quę autem Molina, vbi ſupra, nu. 46. addit ex mente Baldi, & quorundam aliorum, quòd ſcilicet, ſi donationi, quæ alioquin eſſet cauſa mortis, aut quæ alioquin eſſet reuocabilis, addatur pactũ de illi non contraueniendo, etiamſi id pactum iuramento ſit confirmatum, non reddatur irreuocabilis, diſp. 287. eſt à nobis impugnatum, oſtenſumque eſt, pacta de non contraueniendo, & de non reuocãdo,

3 æquipollere in re propoſita. Illud etiam obſerua, vt inſtitutio maioratus, aut melioratio, irreuocabiles fiant ex pacto de eis non reuocãdis appoſito, parum referre, ſiue id pactum apponatur in ea inſtrumenti parte, in qua continetur inſtitutio, ac diſpoſitio, ſiue in ea, in qua agitur de exequutione. Cùm enim de ſubſtantia, & natura harum diſpoſitionum non ſit, vt reuocari poſſint, ſicut eſt de natura, & ſubſtantia donationis cauſa mortis; ſed ſolùm ſint reuocabiles ex diſpoſitione, l. 17. & 44. Tauri, niſi addatur aliquid vnde irreuocabiles reddãtur, quòd non variat naturam, & ſpeciem earum diſpoſitionum, ſed ſolũ efficit eas diuerſas accidentario; vtique ex eo, quod eiuſmodi pactũ apponatur in exequutione ad corroborationem, & firmitatem eorum, quæ antea diſpoſita fuerant in inſtitutione, non ſumitur argumentum, quòd non ſit poſitum ex voluntate contrahentium, ſed ex conſuetudine tabellionum: ſicut ſumitur in donatione cauſa mortis, cuius natura deſtruitur appoſitione talis pacti: neque enim facilè creden-

A dum eſt, contrahentes voluiſſe in exequutione deſtruere, quòd in diſpoſitione ſtatuerunt, voluiſſeq; efficere tranſire illud in diſpoſitionem alterius ſpeciei: de qua re, diſp. 287. diximus quid ſentiremus, quod attinet ad donationem cauſa mortis, de qua ſola nobis ibi erat ſermo. Lege, quæ eo loco dicta ſunt.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum dicendum eſt, illud eſſe verũ, quando tale pactum eſt redditum nullum, quia eſt contra bonos mores, aut quia ita expedit reipublicæ: tunc enim pactum de non reuocando, id quòd eſt reuocabile, perſpicuè eſt nullum, atque de eiuſmodi pacto eſt ſermo, l. ſtipulatio hoc modo concepta: quando autem nullum eſt, abſurdum quòd eſt reuocabile, corroborari, & effici irreuocabile, vt in inſtitutio-

B ne maioratus, aut in melioratione; aut quando pactum, de non reuocando, facit diſpoſitionem, cui apponitur, tranſire in aliam ſpeciem licitam, & irreuocabilem, diuerſam ab ea, quæ eſſet, ſi non apponeretur ei id pactum, vt quãdo diſpoſitioni, quæ alioquin eſſet donatio cauſa mortis, apponitur pactum de ea non reuocanda, validum eſt tale pactum, redditque diſpoſitionem irreuocabilem, vt ex ſe liquet, & conſtat in donatione cauſa mortis. In gloſſa autem in eodem argumento citata, ſermo eſt, quando iure eſt permiſſum alicui reſcindere donationem aliquam, quia in fraudem ipſius alicui ab alio factam: tunc enim quamuis donans illam feciſſet ſub certa pœna, ſi ab alio reuocaretur, nihil impediente eo pacto, & pœna donantis, poſſet reuocari ab eo, in cuius frau-

C dem facta eſſet: quia acceſſorium illud non adimit ius huic tertio ad principale reuocandum in præiudicium ipſius factum. Longè autem diuerſa eſt ratio, quando aliquid erat ab aliquo reuocabile; neque vllum erat abſurdum, quòd irreuocabile redderetur, & ab ipſomet, à quo poterat reuocari, redditum eſt irreuocabile per pactum de eo non renocando, vt in re propoſita cernitur.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum eſt, illud intelligendũ eſſe, quando clauſulæ illæ, ſeu verba aliqua, incidenter in exequutione apponerentur, & quæ non manifeſtè diſpoſitionem augerẽt, interpretarentur, ampliarẽt, aut corroborarent: ſecus autem, ſi manifeſtè id efficerent: nam tunc, eſto poſt diſpoſitionem apponantur, non minorem vim habent, quàm ſi in ipſamet

D diſpoſitione infererentur. Potiſſimum autem hoc vim habet, quando diſpoſitio ex ſua natura indifferens eſt, vt vel reuocabilis maneat, vel reddatur firma, & irreuocabilis adhibito aliquo, quòd tacitè, aut expreſsè, eam irreuocabilem reddat, vt ſunt inſtitutio maioratus, & melioratio: quocunque enim loco, aut tempore id fiat, etiam poſt confectum inſtrumentum, irreuocabilis redditur.

Ad quartũ. 4

Ad quartum dicendum eſt, cum tabelliones miniſtri publici ſint, potius cenſeri, quæ apponunt, ex partium conſenſu, & cõuentione apponere, vt cum Felino, & alijs rectè Molina, vbi ſupra, num. 51. ait, & concinunt, l. vlt. C. de fideiuſſ. & alia iura: quare, niſi coniecturæ ſint apertæ in contrarium, cenſen-

E dum ſemper eſt, clauſulas omnes de conſenſu partium fuiſſe appoſitas.

Ad primum verò, quod ad fundamentum prioris ſententiæ reſpondetur, dicendum eſt. Quamuis in ea lege id ſolùm habeatur; inde tamen colligi ſufficienter noſtrum intentum. Pactum enim de non reuocando, adueniens donationi, quæ alioquin eſſet cauſa mortis, idcirco facit eam trãſire in nouam ſpeciem donationis inter viuos, quia efficit illam irreuocabilem, & irreuocabilitas pugnat cum natura, & eſſentia donationis cauſa mortis: quare, quia pactum illud, ſublatis impedimentis, efficere habet irreuocabile id, cui apponitur, efficere conſequenter habet trãſire donationem eam in aliam ſpeciem donationis

nationis inter viuos: cùm ergo diſpoſitiones, de quibus loquimur, aptæ ſint fieri irreuocabiles aduentu eius, quod ad id ſufficiens ſit, multoq; potentius ad id ex ſe ſit pactum expreſſum de illis non reuocãdis, quam alia tacita inducta à l. 17. & 44. Tauri ad id efficiendum; conſequens profectò eſt, vt multo magis pactum de non reuocando id efficiat; præſertim cùm nulla lege redditum ſit irritum ad id efficiendum. Eſſe autem diſpoſitiones, de quibus loquimur, reuocabiles intra limites donationis inter viuos, talesque illas inuenire pactum de eis non reuocandis, nihil profectò impedit, quòd eius vi reddantur irreuocabiles, ſicut redduntur illis alijs actibus, qui ex legum præſcripto irreuocabiles eas efficiunt.

B Ad ſecundum negandum eſt, idcirco pactum de non reuocando, inducere irreuocabilitatem in donatione, quæ alioquin eſſet cauſa mortis, quia facit illam tranſire in aliam ſpeciẽ contractus; ſed è contrario, quia inducit irreuocabilitatem in ea, & irreuocabilitas pugnat cum natura, & eſſentia donationis cauſa mortis, tranſire eam facit in aliam ſpeciem contractus: quare neganda eſt conſequentia, qua infertur, ex eo, quòd diſpoſitiones, de quibus loquimur, ſint donationes inter viuos, neque appoſitione eius pacti tranſire poſſint in aliam ſpeciem contractus, infertur, non poſſe reddi eo pacto irreuocabiles: ad hoc enim, vt pactum de non reuocando, irreuocabilem reddat diſpoſitionem aliquam, impertinens eſt, quod tranſire eam faciat in aliam ſpeciem contractus, aut non. C

5 Molina, vbi ſupra, cum Peralta ait, ſi in facultate regia ad maioratum inſtituendum expreſsè habeatur, vt, ſi is maioratus ſemel inſtituatur, non poſſit deinceps reuocari; tunc eo ipſo, quòd ex ea facultate eſt inſtitutus, reuocari non poteſt: quoniam facultas ei conditioni, ſeu modo fuit aſtricta: & quoniam ea fuit eo ipſo intentio, & mens inſtitutoris. Id Molina reſtringendum arbitratur, modo in contractu, & non in vltima voluntate, ſit inſtitutus, quia arbitratur vltimam voluntatem, neque ex principis authoritate, neque ex iuramento, reddi poſſe irreuocabilem. Contrarium verò nos docuimus diſp. 583. iuxta ea, quæ diſp. 151. copioſius dicta ſunt: quare, ſi ex facultate illa regia in vltima voluntate inſtituatur, non dubito reddi irreuocabilem. D

6 Quando inſtitutio maioratus, aut melioratio, in eo ſenſu confirmata eſſet iuramento, quod inſtituẽs maioratum, aut meliorans, iuramento affirmaret, ſe eum maioratum ita inſtituere, aut ſe ita facere eam meliorationem, tunc, quia iuramentum potius eſſet aſſertorium, quàm promiſſorium, & quia caderet ſupra inſtitutionem in ſe reuocabilem, reuocari vtique poſſet, nihil impediente eo iuramento. Ita Molina, cap. 2. citato, num. 56. cum communi doctorum ſententia, quam refert, dictumque in ſimili euentu eſt, diſput. 287. circa donationem cauſa mortis ſimiliter iuramento confirmatam cum Couar. & alijs. Quando autem aliqua earum inſtitutionum promitteretur non reuocari, & iuramento id confirmaretur, E tunc ex natura rei irreuocabilis redderetur: quia, vt dictum eſt, ſolùm pactum, de illa non reuocanda, efficit illam irreuocabilem, nedum pactum iuramento confirmatum. Diximus, ex natura rei: quoniam in Luſitania, niſi iuramentum de Regis facultate eſſet adhibitum, non ſolùm non redderet illam irreuocabilem, ſed etiam efficeret eam nullam eo ipſo, juxta ea, quæ diſp. 149. dicta ſunt. Idem erit in hoc Caſtellæ regno, eo quòd ea inſtitutio, ſecluſo iuramento, ſit valida; & contractus, atque obligationes, alioquin validi, ſi confirmentur iuramento, eo ipſo in hoc regno ſint nulli, vt eadem diſputatione dictũ eſt. Niſi dicas, has diſpoſitiones eſſe donationes

A perpetuas, quas in hoc regno fas eſt confirmare iuramento: aut niſi aliqua eiuſmodi diſpoſitio fieret in dotem, quam etiam permiſſum in eodem regno eſt confirmare iuramento, vt diſputatione citata dictum eſt. Quæ dicta ſunt de pacto iuramento confirmato non reuocandi aliquam harum diſpoſitionum, ſimiliter dicenda ſunt, de pacto iuramento confirmato illi non contraueniendi: quoniam, vt diſput. 287. (hoc idem affirmando circa donationem cauſa mortis) dictum eſt, ſatis ei diſpoſitioni contraueniret, qui eam reuocaret, ac proinde pactum de nõ reuocando, comprehẽditur in pacto de non contraueniendo. Lege quæ ibi dicta ſunt. Nobiſcum conueniunt in hoc vltimo multi, quos Ant. Gabr. lib. 2. communium opin. tit. de iureiurando, concluſ. 10. B num. 11. refert, tametſi refragetur Molina, vbi ſupra, num. 57. cum quibuſdam alijs quos citat.

DISPVT. 587.

Num, vt maioratus inſtitutio, aut melioratio irreuocabiles ſint ex capitibus quatuor diſputationibus præcedentibus explicatis, neceſſe ſit accedat acceptatio. Atque ex quibus capitibus reuocari adhuc nihilominus eiuſmodi inſtitutiones poſſint.

C

SVMMARIVM.

1 *Maioratus inſtitutio, aut melioratio in tertio, vt irreuocabiles in hoc regno ſint ex capitibus explicatis, non pendet ab acceptatione vocati, aut vocatorum, neque alterius nomine ipſorum. Et quid in Luſitania.*

2 *Quamuis concurrant capita, ex quibus maioratus inſtitutio irreuocabilis in hoc regno redditur, ſi tamen inſtitutus ſit ex regia facultate habente clauſulam, quòd poſtquam fuerit inſtitutus, reuocari poſſit, reuocabilis erit. Et quid adhiberi debeat, vt ea clauſula non impediente, irreuocabilis efficiatur.*

D 3 *Inſtitutio maioratus, aut melioratio, irreuocabiles redditæ ex capitibus explicatis, reuocari poſſunt ſuperueniente aliquo ex ijs, ex quibus donationes reuocari poſſunt.*

4 *Maioratus inſtitutus, etiam irreuocabiliter, à non habente deſcendentes, natiuitate filiorum reuocatur in totum. Inſtitutus verò ab habente ſaltem vnicum deſcendentem, natiuitate filiorum, ſolùm reuocatur quatenus contigerit legitimas eorum retento in maioratu tertio, & quinto.*

5 *Maioratum, vt inſtituat, qui facultatem à principe petit, exprimere non tenetur, quot filios habeat.*

6 *Si maioratus, aut melioratio, ex tertio, & quinto irreuocabiliter ſint facti in aliquibus determinatis bonis, & decreſcentibus bonis, tempore mortis non tot ad tertium, & quintum pertineant, reuocantur quoad exceſſum. Niſi cauſa matrimonij fuerint effecti: nam tunc is, cui fuerint facti, eligere poterit velle ſtare bonis: quæ erant tempore, quo ſunt facti. Si item donationibus poſtea factis decreſcant bona, illæ ſunt nullæ.* E

7 *In inſtitutione maioratus, aut in melioratione non valet pactum in præiudicium aliorum filiorum, quòd ſtetur, quoad tertium, & quintum bonis, quæ pater tunc habet, & non bonis, quæ tempore mortis fuerint reperta.*

8 *Melioratio quouſque ex ingratitudine reuocetur.*

Maio-

9 *Maioratum reuocabilem ſi vterq; coniux de communibus bonis inſtituant, ſuperſtes reuocare illum poteſt, quoad ſuam partem. Secus quando vxor eſt ſuperſtes, & maritus de facultate vxoris illum inſtituit.*

QVod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt attinet, magno nos onere hoc loco leuabunt, quæ diſput. 263. & duabus ſequentibus dicta ſunt. Molina, 4. lib. de primog. cap. 2. à num. 58. affirmat, niſi interueniat acceptatio eius, qui primò ad maioratum vocatur, quantumuis interueniat quoduis ex capitibus explicatis, vnde dictum eſt, inſtitutionem maioratus reddi irreuocabilem, poſſe nihilominus reuocari ab inſtitutore, eſto iuramento, ſine tali acceptatione, promiſerit eam non reuocare; idque nihil impediente in hoc Caſtellę regno, l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. quæ eſt l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. quæ perſpicuè videtur contrarium diſponere, non ſolùm quando inſtitutio accepta eſt à quocũque alio nomine primi vocati, præſertim à tabellione, ſed etiam quando à nullo eſt accepta, modo tamen inſtituens ſe intenderit obligare ad illam non reuocandam, vt ex capitibus explicatis tacitè ex legis diſpoſitione, aut expreſsè, ſe intendit obligare. Præſertim, addit Molina, cùm maioratus inſtitutio fieri ſoleat cũ multis grauaminibus iniunctis vocatis ad eum, atque adeò inſtitutio illa non ſit mera donatio, ſed ex parte ſit contractus onerosus, qui, ad validitatem, acceptationem, mutuumq; conſenſum, requirit. Arbitratur etiam, nihil impediente acceptatione tabellionis, tanquam miniſtri publici, nomine abſentis vocati ad maioratum (per quam acceptationem actionem vtilem acquiri ita vocato conſitetur, dependentem à ratihabitione ipſius) poſſe inſtitutorem maioratus reuocare inſtitutionẽ ante ſequutam ratihabitionem eo modo vocati. Addit verò, quando donatio fit pluribus ordine quodam, vni poſt alium, ſi fiat illis tanquam priuatis, neceſſariam eſſe acceptationem cuiuſque eorum, vt reuocari non poſſit comparatione vniuſcuiuſque eorum, alioquin, ſi à ſolo primo acceptetur, poſſe reuocari comparatione cæterorum, interim dum ab eis non fuerit acceptata. Si autem donatio, ſeu inſtitutio, familiæ ſit facta, vt in maioratibus fit, quamuis ad eam inſtitutionem multi vocentur ordine quodam, tanquam membra, & partes familiæ, tunc eo ipſo, quòd à primo inſtitutio eſt acceptata, redditur irreuocabilis quoad omnes, vt conſtat ex l. 44. Tauri, in qua diſponitur, quòd eo ipſo, quòd traditio eſt facta primò vocato, redditur inſtitutio ſimpliciter, & omnino irreuocabilis.

1 Quamuis verò maioratus ex aliquo è capitibus explicatis irreuocabilis reddatur, eſto non acceptetur à primò vocato; ex dictis tamen tribus diſputationibus citatis conſtat, contrarium ferè in his omnibus eſſe dicendum, atque Molina affirmat. In primis enim oſtendimus, in hoc Caſtellæ regno, non ſolùm quando donatio, aut maioratus acceptatus eſt à quodam tertio priuato nomine abſentis (in quo omnes conſentiunt) nedum à tabellione miniſtro publico, ſed etiam quando à nullo eſt acceptatus, modo tamen inſtitutor intenderit ſe obligare ad eũ non reuocandum, poſt l. 3. ord. citatam, quę eſt l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. non poſſe reuocari. Oſtendimus item, ſi inſtitutio confirmetur iuramento eam nõ reuocandi, ſi ſecluſo iuramento, eſſet reuocabilis, vi iuramẽti irreuocabilem reddi, etiam ante acceptationem. Præterea oſtendimus, acceptationem tabellionis, tanquam miniſtri publici etiam extra iudiciũ, non ſolùm parere actionem vtilem abſenti ante acceptationem ipſius dependenter ab eiuſdem ratihabitione, ſed etiam efficere irreuocabilitatem ab ea-

A dem ratihabitione ſimiliter dependentem: Molinamq; ſibi non conſtare, dum ex fundamento, quo ducitur, concedit competere actionem vtilem, & negat interim irreuocabilitatem ab acceptatione dependentem. Habent verò hæc omnia ſimiliter locum in melioratione tertij facta. Item oſtendimus, quòd in inſtitutione maioratuũ apponi ſoleant grauamina, tam parui illa eſſe momenti comparatione vtilitatis, & commodi maioratuum, vt nullus ſit futurus, qui inſtitutionem ob ea grauamina non acceptet, ac proinde eiuſmodi inſtitutiones appellandas non eſſe contractus oneroſos, ſed gratuitos ſimpliciter, atque donationes, ac proinde inſtitutoris obligationem tacitam, aut expreſſam, ad aliquam ex his inſtitutionibus non reuocandam, non pendere in hoc B Caſtellę regno poſt l. 3. citatam, ab acceptatione vocati; tametſi pendens ſemper ſit, ad hoc vt ea obligatio non diſſoluatur, à ratihabitione vocati, aut vocatorum ad illam. Ac ſane, ſi eiuſmodi inſtitutiones contractus eſſent ſimpliciter oneroſi, idque in cauſa eſſet, vt ad obligandum inſtitutorem ad eam non reuocandam, neceſſaria eſſet acceptatio, & mutuus conſenſus, non ſolùm eſſet neceſſarius conſenſus primo vocati, ſed etiam cæterorum omnium, vt obligatus maneret inſtitutor comparatione cuiuſcunque eorum omnium, ſicut neceſſarius eſſet conſenſus cuiuſque eorum, vt vnuſquiſq; obligatus maneret ad grauamina, quæ in recompenſationẽ ſubire deberet. Item diſp. 265. citata oſtendimus, quando donatio multis eſt facta ordine quodam, nempe cũ C grauamine, vt primus donatarius totã donationem, aut partem illius, reſtituat ſecundo, & ſecundus tertio, quouſque grauamen illud de iure huius regni, aut communis remitti poſſit, aut non poſſit, ante acceptationem ſecundi, aut tertij donatarij. Lege quæ tribus diſputationibus citatis, quoad hæc omnia dicta ſunt.

Illud obſerua, in inſtitutione maioratuum in Luſitania, & ſimiliter in melioratione in tertio, quando hæc fiunt contractu inter viuos, ſtandum eſſe diſpoſitioni iuris communis, quando reuocari poſſint, aut non poſſint: perinde enim de illis iudicandum eſt, atque de cæteris donationibus ſimiliter factis. In eo verò regno ad irreuocabilitatẽ neceſſaria erit acceptatio, niſi inſtitutio confirmata eſſet iuramen- D to appoſito ex facultate Regis: & ſufficeret acceptatio per tabellionem, iuxta ea, quæ de iure eius regni, diſp. 264. dicta ſunt, iunctis quæ diximus diſp. 263. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod ad ſecundum attinet. In primis quamuis 2
cõcurrant tria illa capita, aut eorum aliquod, ex quibus dictum, iuxta l. 44. Tauri, eſt, inſtitutionem maioratus reddi irreuocabilem; ſi tamen maioratus ex regia facultate ſit inſtitutus, atque in ea facultate cõtineatur, quòd, poſtquàm fuerit inſtitutus, poſſit liberè ab inſtitutore reuocari, quam clauſulam Molina, vbi ſupra, num. 78. affirmat communiter apponi in regijs facultatibus; tunc, eſto ex cauſa oneroſa matrimonij ſit inſtitutus, ſitq; facta traditio, poteſt E nihilominus ab inſtitutore liberè reuocari, vt expreſsè habetur, l. 44. Tauri, & affirmat Molina, nume. 78. citato: neque eſt cur conqueratur, quæ, freta ea inſtitutione, nupſit alicui; quandoquidem prius à lege fuit admonita, eam inſtitutionem tunc eſſe reuocabilem. Subiungit verò ibidem Molina, nu. 79. optimum conſilium eſſe, quando maioratus ita ex regia facultate inſtitueretur, vt, qui illum irreuocabilem inſtituere vellet, hanc clauſulam adijceret; quòd promittit maioratum perpetuo firmum ac ratum habere, eumque nunquam reuocare ex quacunque cauſa, quæ ad illius reuocationem ſuperueniat, & quòd renunciat poteſtati ſibi regia facultate conceſſæ, vt, poſt eum inſtitutum, reuocare illum poſſit, promittitque,

titque, ſe nunquam ea facultate vſurum. Ait verò Molina, adhibita ea clauſula, ceſſare omnia dubia. Cùm enim in fauorem inſtitutoris ſit conceſſa, valida erit illius renunciatio. A

Quando maioratus, aut melioratio, irreuocabiliter, modis explicatis, ſunt inſtituta, reuocari nihilominus ex iuris diſpoſitione poſſunt, aliquo ſuperueniente ex ijs, quæ ad reuocationem donationis iure ſunt diſpoſita: id quod non obſcurè docet, l. 17. Tauri, quæ eſt l. 1. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. dum in illius calce habetur: *No ſe puede reuocar ſino por alguna cauſa, que ſegun las leyes de nueſtros reynos, las donaciones perfectas y con derecho hecha ſe pueden reuocar.*

4 Hinc efficitur, ſi liberi naſcantur ei, qui, quòd deſcendentes non haberet, maioratum in aliquo alio irreuocabiliter inſtituerat, reuocari in totum maioratum illum ea filiorum natiuitate, iuxta ea, quæ diſput. 282. copioſè dicta ſunt, & affirmat Molina, vbi ſupra, num. 81. cum alijs, quos citat. Si autem maioratus inſtitutus erat in aliquo deſcendentium, & naſcantur poſtea alij filij, ſolùm reuocabitur quouſque contigerit legitimam eius filij, aut eorum filiorum, idque dempto non ſolùm quinto, ſed etiam tertio, quæ maneāt vt antea in maioratu, etiamſi maioratus inſtitutus eſſet in vnico filio, quādo non erāt alij deſcendentes, vt aduerſus Calaguritanum Epiſcopum, & Greg. Lop. copioſè, diſput. 283. oſtendimus, & Molina, vbi ſupra, aſſeuerat. Quo in loco ſubiungit, cum doctrina hæc vera vniuerſim ſit in alijs donationibus factis filio, quando poſtea naſcūtur alij, vt diſp. 283. citata dictum eſt; multo magis habere locum in inſtitutione maioratus: eo quòd, quò plures filios diues aliquis habet, eo pronior eſſe ſoleat ad inſtituendum maioratum, in quo nomen familiæ, diuitiæ, & ſplendor conſeruentur, nec bona inter multos æqualiter, aut ferè æqualiter, diuiſa, quaſi in nihilum redigantur: quæ etiam cauſa mouere ſolet principem, vt facilius concedat facultatē, vt etiam contingendo legitimas filiorum, maioratus inſtituatur, relinquendo tamen alijs filijs competentia bona, ſeu alimenta. Atque hac ratione affirmat ibi Molina, cum Couar. 1. var. reſol. cap. 20. num. 9. eum, qui facultatem petit à principe ad maioratum inſtituendum, non teneri exprimere, quot filios habeat: cum pluralitas eorum conferat ad facilius eam obtinendum. B C 5

6 Ex eodem fundamento euenit, ſi maioratus ex tertio, & quinto ſit irreuocabiliter inſtitutus in aliquibus bonis determinatis, poſteaque decreſcant bona inſtitutoris, ita vt tempore mortis, deducto ære alieno, non tot bona ad tertium & quintum pertineant, reuocari eum maioratum quatenus, iuxta quantitatem bonorum, quæ tempore mortis fuerint reperta, contigerit legitimas, ſeu portiones aliorum liberorum: eo quòd, vt habetur, l. 23. Tauri, quæ eſt, l. 7. tit. 6. nouæ collect. tertium & quintum accipienda ſint, attenta quantitate bonorum, quæ reperta fuerint tempore mortis meliorantis, aut diſponentis. Excipe, niſi melioratio facta ſit, aut maioratus ex tertio & quinto ſit inſtitutus, ex cauſa oneroſa matrimonij: nam tunc melioratus, aut vocatus ad maioratum ex ea cauſa, eligere fauore matrimonij poteſt, vt ſtetur bonis, quæ meliorator, aut inſtitutor maioratus habebat quando id diſpoſuit, vt habetur, l. 29. Tauri, quæ eſt, l. 3. tit. 8. lib. 5. nouæ collect. Excipe etiam, niſi diminutio in bonis reperta tempore mortis proueniat ex donationibus, aut alijs meliorationibus, poſterius factis ab eo, qui irreuocabiliter meliorauerat, aut maioratū inſtituerat ex tertio & quinto: poſteriores enim donationes, aut meliorationes ſunt nullæ, ac proinde p̄iudicare nō poſſunt priori diſpoſitioni irreuocabiliter factę, vt ex ſe eſt ſatis pſpicuū, vt ead. l. 29. innuitur. Ita Molina, vbi ſup. n. 82. D

Dubium eſt, ſi pater melioret filium, aut in eo inſtituat maioratum ex tertio & quinto, atque pater & filius renuncient diſpoſitioni l. 23. Tauri, quatenus ſtatuit, vt quoad tertium & quintum ſtetur bonis, quæ pater tempore mortis habuerit, paciſcanturque inter ſe, vt quicquid poſtea tempore mortis patris eueniat, ſtetur quoad tertium & quintum bonis, quæ pater tempore meliorationis, aut inſtitutionis maioratus habebat, valida ſit ea renunciatio ac pactum. Quæſtio.

Tellius eadem l. 23. Tauri, à num. 4. & l. 25. nu. 3. affirmanter reſpondet. Ducitur verò. Primò, quoniam lex illa 23. Tauri, nec concernit fauorem patris, nec filij meliorati, nec cæterorum fratrū, quippe incertum ſit, an bona patris augeri, vel minui debeant vſque ad tempus mortis, ac proinde ex eo pacto nullum præiudicium cuiquam eorum prouenit, argum. l. de fideicommiſſo, C. de tranſ. & l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſta. quare valida eſt ea renunciatio & pactum. Argumentū primum.

Secundò, quia quando filio tradita fuit à patre integra legitima, ſpectato tempore traditionis, & filius ea fuit contentus, non poteſt petere incrementū poſtea, eſto bona patris accreſcant, etiamſi pactum illud non fuerit iuramento confirmatum, vt Butriaca, Bald. & alij affirmant: quare ſicut eiuſmodi pactum circa legitimam eſt validum, cùm tamen legitima, ex præſcripto iurium, attendatur habita ratione quantitatis bonorum parentum tempore mortis, conſequens profectò eſt, vt eodem modo ſit validum pactum inter patrem & filium, de quo modo nobis eſt ſermo. Secundum.

Contrarium tamen eſt affirmandum cum Molina, vbi ſupra, num. 83. Ratio autem eſt, quoniam lex 23. Tauri, in fauorem cæterorum filiorum lata eſt, ne minuantur ipſorum legitimæ, & ne aliquando eueniat, vt tempore mortis ſolum tertium & quintū reperiatur bonorum, quæ erant tempore, quo facta eſſet melioratio, aut maioratus inſtitutio, & reliqui filij omnino ſine legitima maneant: ſolumque in fauorem matrimonij eſt conceſſum, vt quando melioratio aliqua ad matrimonium contrahendum facta ſit, poſſit, ita melioratus, ſtare indifferenter, vel bonis, quæ parentes habebant tempore talis meliorationis, vel quæ reperta fuerint tempore mortis, vt melioratus maluerit: legi autem, quæ in aliquorum fauorem lata eſt, præiudicari non poteſt renunciatione, & pactis aliorum. 7

Ad primum verò argumentum in contrarium dicendum eſt, falſum eſſe, legem illam non concernere fauorem cęterorum fratrum, pactumque illud inter parentem, & filium melioratum, perſpicuè cedit in præiudicium aliorum fratrum; cùm multo tutior ſit ſors filij ita meliorati adhibito eo pacto, quàm ſors aliorum. Iura autem, quæ in contrarium citantur, ſolùm habent locum, quando ſors eſſet æqualis, neque vllum pręiudicium inde pararetur, præſertim contra legem, quæ contrarium, in fauorem quorundem ſtatuit, vt in re propoſita euenit. Ad primū.

Ad ſecundum negandum eſt, eum filium nō poſſe petere incrementum legitimæ, ſi id pactum iuramento non ſit confirmatum: vt enim diſp. 579. cum Couar. & Molina dictum eſt, id ſolùm habet verū, quando ea renunciatio iuramēto confirmatur. Præterea, cùm pater, vltra legitimas, habeat magnā portionem, de qua liberè poteſt diſponere, & quæ filijs in legitimas non debetur, pactum illud non cederet in præiudicium aliorum filiorū, quoad id, quod ipſis in bonis patris deberetur: quod ſi aliquando id pactum, etiam iuramento confirmatum, præiudicium afferret fratribus, quia contingerētur legitimæ ipſis tēpore mortis patris debitę, vtiq; nullū eſſet tale pactum, etiā iuramento confirmatū, in præiudiciū ita aliorum filiorum, vt rectè Molina, nu. 83. citato ait. Ad ſecundum. E

Vtrum

Vtrum autem maioratus irreuocabiliter inſtitutus, reuocari ab inſtitutore poſſit ob ingratitudinem à primò vocato commiſſam, iuxta ea, quæ de reuocatione donationis ob ingratitudinem, diſp. 381. dicta ſunt, aut excludi à ſucceſſione in illo ea de cauſa poſſit, aut debeat, commodius examinabitur in ſequentibus.
8 Melioratio autem perinde, atque cæteræ donationes, reuocari ex ingratitudine poterit. Quouſque autem id fieri poſſit, quando ex cauſa onerosa matrimonij facta eſt, diſput. 281. citata explicatum eſt.

9 Quando duo, vt vir, & vxor, reuocabilem maioratum condiderunt, etiam de communib. vtriuſque bonis, poſſe ſuperſtitem, quoad ſuam partem, illum reuocare mortuo altero; ſecus autem, quando vnus ſolus, puta vir, eum ita inſtituit de communibus bonis ex facultate vxoris, diſp. 152. eſt explanatum.

DISPVT. 588.

Inſtituens maioratum ex ſuis bonis, ad eũque vocans filium ſuum primogenitum, & deſcendentes illius, nulla alia vocatione omnino facta, an finitis deſcendentibus ex illo, maioratus exſpiret, & bona illa libera reddantur.

SVMMARIVM.

1 *Proponuntur argumenta, quòd finitis vocatis ad maioratum, maioratus expiret.*
2 *Maioratus ſi ſit inſtitutus, finitis vocatis, non expirat, niſi in inſtitutione fuerit expreſſum, vt tunc expiret.*
3 *Satisfit argumentis.*
4 *Melioratione ſi vocentur aliqui in particulari, & deſcendentes eorum in perpetuum, illis omnibus deficientibus, expirat melioratio ac vinculum, eſto ſint ſuperſtites alij de familia inſtitutoris.*

Antequam ad alias formas maioratus creandi, ac producendi deueniamus, examinandum eſt, quanta perpetuitas in Hiſpanis maioratibus ſit cenſenda, quãdo quidã ad eos vocantur, non facta de alijs mentione.

1 Quod autem, finitis illis deſcendentibus maioratus expiret, eaque bona libera reddantur, ſuaderi poteſt. Primò, quoniam quando vnus, aut multi, ordine quodam, ad fideicommiſſum aliquod vocantur, in perſona vltimi vocatorum, ea bona libera, minimeque fideicommiſſo ſubiecta, manẽt, l. cùm pater, §. libertis, in fine, & l. qui ſolidum, §. prædium, ff. de leg. 2. l. pater filium, §. fundum Titianũ, ff. de leg. 3. ergo finitis vocatis ad maioratum, expirat maioratus, eaque bona libera redduntur. (Primum argumentum.)

Secundò, quoniam quando quis diſponit, ea diſpoſitio de caſu ad caſum non extenditur, & multò minus de perſona ad perſonam, ſed caſus ab ita diſponẽte omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris communis, vt Bart. & doctores communiter affirmant, argumen. l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthu. l. ſi mater, §. vlt. ff. de vulg. & pupil. & l. ſi extranei, ff. de condict. cau. dat. Imò verò caſus eueniens præter teſtatoris diſpoſitionem, non comprehenditur in ea diſpoſitione, etiamſi eſſet maior ratio idem in eo diſponendi, vt Cyn. Anchar. & alij à Molina, lib. 1. de primog. cap. 4. nu. 3. relati, rectè affirmant: ergo finitis vocatis ad maioratum, fieri non poteſt extenſio ad alios, ac proinde maioratus expirat eaque bona libera redduntur. (Secundum.)

A Confirmatur hæc ratio, quoniam teſtatoris, aut diſponentis voluntas, quæ expreſſa nõ fuit in diſpoſitione, nullius eſt effectus, vt Baldus, & pleriq; alij, quos Molina, vbi ſup. nu. 6. refert, probè affirmant, argumen. l. quidam cùm filium, ff. de hæred. inſt. & aliorum iurium: quare, licèt maioratus inſtitutor, qui ad eum vocauit filium ſuum primogenitum, & deſcẽdentes illius, intẽderet, vt is maioratus ad alios ſe extenderet, id non erit curandum, ac proinde deficientibus deſcendentibus ex tali filio, expirabit maioratus, eaque bona libera fient. (Confirm.)

Tertiò, quoniam fideicommiſſum, vinculum, & inalienabilitas rerum, onus ſunt, & grauamen, vt ex ſe eſt notiſſimum, ideoque ceſſare in dubio debent: ſemper enim in dubijs benignior pars eſt eligenda,
B & quæ minus debitorem, perſonamque honoratam grauet, l. ſi fuerit, §. vlt. ff. de reb. dub. l. ſi ita relictũ, §. vlt. ff. de leg. 2. l. apud Iulianum (alias incipit, idem Iulianus,) §. ſcio, ff. de leg. 1. & l. nũmis, ff. de leg. 3. ergo quando maioratus inſtitutor vocauit filium primogenitum, & deſcendentes illius, & non aliud expreſſit, eis finitis, expirat maioratus, & bona manent libera. (Tertium.)

Quartò, in maioratus inſtitutione, vel expreſſim bona maioratus alienari prohibentur, vel ſaltem tacitè alienari cenſentur prohibita eo ipſo, quòd maioratus inſtituitur, vt ex dictis diſp. 576. & ſequẽtibus, ſatis liquet: ſed, quando aliqui deſignati alienare prohibentur, ea alienandi prohibitio non extẽditur vltra perſonas expreſſas, quin potius bona deinceps
C alienari poſſunt: vnde, ſi pater filio alienare prohibuit, ea prohibitio non extenditur ad nepotem, vt conſtat ex l. pater filium, §. fundum Titianum, ff. de leg. 3. qua ratione, quando pater filio aliquid relinquit cum clauſula, vt id non alienet, ſed, ſi deceſſerit ſine liberis, id deueniat ad fratrem, cenſet Couar. 3. var. reſo. cap. 5. num. 4. cum Accurſio in authentico, de reſtit. fideicommiſſis, glo. vlt. & cum Bart. prohibitionem illam vltra eum filium non extendi ad nepotem, aut ad fratrem, ſi is filius ſine liberis deceſſerit, atque ita exponit ibi Accurſium: ac denique prohibitio alienandi facta aliquibus expreſſim, non ſe extendit vltra eas perſonas expreſſas, vt habetur eodem authentico citato, §. nos igitur: imò verò ibidẽ diſponitur, quando prohibitum eſt alienari aliquid
D extra familiam, eam prohibitionem non ſe extendere vltra quartam generationem niſi aliud adijciatur, recteque Couarr. nu. 4. citato aduerſus quoſdam affirmat, idem cenſendum eſſe, ſi prohibitio alienationis fiat extra deſcendentes: quoniam tam latè patet familia, quàm deſcendentes, imò comprehendit plures. Et quamuis diſpoſitio illa authentici illius rigida ſit quoad hoc vltimum, vt nu. 4. citato rectè Couar. affirmat, ſitque hodie derogata, l. 27. Tauri, quæ eſt l. 11. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. vbi prohibitio alienandi cenſetur facta in perpetuum, eſto non exprimatur, quòd ſit vltra quartam generationem, quando, qui id prohibuit, non expreſſit, vt eſſet vſque ad certum tempus, aut quoad aliquos ſolùm: attamen
E ex dictis ſatis liquet, prohibitionem, ſiue expreſſam, ſiue tacitam, factam aliquibus, non ſe extendere vltra eos, quibus eſt facta: quare, quando maioratus inſtituitur, & ad eum vocantur primogenitus, & deſcendentes illius, eis deficientibus, expirat prohibitio, & maioratus, manentque ea bona libera, vt alienari poſſint. (Quartum.)

Contraria ſententia eſt affirmanda cum Molina, lib. 1. de primog. cap. 4. num. 12. Couar. 3. var. reſol. cap. 5. num. 4. verſic. 4. & verſic. 5. Gregor. Lop. l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *mayoria*, & verb. *el mas propinquo pariente*, §. vnde ſi aliquis, verſ. de natura tamen, Anton. Gom. l. 40. Tauri, num. 59. & alijs, quos citant. Nempe eo ipſo, quòd maioratus inſtituitur, cenſeri 2
inſtitu-

inſtitutum perpetuum, ita vt ad omnes vniuerſim de familia inſtitutoris, etiam vſque ad milleſimum gradum, deueniat, eſto aliqui expreſſi ſint, ad quos deueniat, dummodo non ſit expreſſum, quòd ad eos tantum adueniat, aut quòd eis deficientibus, expiret. Probatur, quoniam vt ex dictis diſput. 576. & alijs ſequentibus conſtat, de natura Hiſpanorum maioratuum eſt, idque conſuetudo in Hiſpanijs ſeruat, vt inſtar Caſtellæ regni, tanquam capitis atque exemplaris, ſint perpetui, & in defectum deſcendentium, ac propinquorum ſe extendat ad omnes vniuerſim, qui ſunt de familia inſtitutoris, vt ita in ea perpetuo conſeruetur, eoque ipſo, quòd aliquis maioratum inſtituit, cenſetur, ipſamet maioratus inſtitutione, facere ſubſtitutiones omnes ad eiuſmodi perpetuitatem illius in familia neceſſarias; quin & omnes illæ maioratus nomine comprehenduntur, atque exprimuntur, ſi non in ſingulari, certè in communi quodam, in quo omnes continentur, ac comprehenduntur: ſicut, quando fideicommiſſum familiæ relinquitur, omnes vniuerſim, qui ſunt & erunt de familia, cenſentur comprehenſi, ac ordine quodam cenſentur ad eum vocati quò fuerint in gradu proximiores, vt conſtat, l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. & alijs iuribus. Et ſicut in fideicommiſſo familiæ relicto, eſto aliqui à teſtatore expreſſim in ſingulari ad eum nominentur, ſuccedunt illi quidem primò in illo eo ordine, quo vocati ſunt, cæterum, eis extinctis, ſuccedunt cæteri de familia in perpetuum, quò proximiores fuerint, vt conſtat, l. cùm ita legatur, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. illis verbis; *admitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine* (hoc eſt, ex familia) *defuncti fuerint:* ita res habet in propoſito, vt quamuis maioratus inſtitutor quoſdam dumtaxat nominauerit, ſeu vocauerit in particulari, dummodo tamen cæteros non expreſſerit excludendos, illi quidem in particulari expreſſi, ac vocati, admittantur ante reliquos, cæterum, eis extinctis, admittantur reliqui de familia, quò in gradu fuerint proximiores, qui omnes inſtitutione ipſa maioratus vocati, ac expreſſi in eo verbo maioratus cenſentur.

Ad primū. 3 Ad primum ergo argumentum in contrarium, conceſſo antecedente, diſtinguendum eſt conſequens. Si enim intelligatur finitis vocatis in particulari ad maioratum, neganda eſt conſequentia: quoniam, vt maioratus non expiret, ſatis eſt, ſi perſeuerent vocati, & comprehenſi nomine ipſo maioratus, vt explanatum eſt, eſto finiti ſint vocati in particulari. Si verò conſequens intelligatur, finitis vocatis, tam in particulari, quàm in communi nomine maioratus, concedenda eſt conſequentia, ſed id non eſt contra nos, neque inſeruit inſtituto argumentantis.

Ad ſecundum. Ad ſecundum, conceſſo ſimiliter toto antecedente, eodem modo eſt diſtinguendum conſequens. Si enim intelligatur de vocatis ſolum in particulari, neganda eſt conſequentia. Si verò etiam de vocatis, ac comprehenſis nomine maioratus, concedenda eſt, ſed id non eſt contra nos, nec inſeruit inſtituto.

Ad confir. Ad confirmationem dicendum eſt, diſponentis quidem voluntatem, quæ in diſpoſitione expreſſa non ſit in particulari, neque in aliquo verbo generali, in quo illa comprehendatur, nullius eſſe effectus; cæterum eam quæ, licèt expreſſa non ſit in particulari, expreſſa tamen, & comprehenſa eſt verbo aliquo generali, vt in re propoſita omnes de familia proximiores in gradu comprehenſi ſunt verbo maioratus, eſſe maximi effectus: eaque de cauſa, deficientibus deſcendentibus ex tali filio, qui peculiariter, & primò ſunt vocati, adhuc vocatos eſſe proximiores conſanguineos in gradu.

A

Ad tertiū. Ad tertium, conceſſo antecedente (quamuis dici poſſet, inſtitutionem, & conſeruationem maioratus eſſe fauorabilem, ac proinde in dubio extendendam) neganda eſt conſequentia: quoniam, in ea ipſa inſtitutione maioratus, vocati cenſentur proximiores de familia, finitis omnino eo filio primogenito, & deſcendentibus ex ipſo.

Ad quartū. Ad quartum, admiſſo toto, neganda eſt vltima conſequentia: in inſtitutione enim ipſa maioratus comprehenditur, vt deficientibus primogenito, & deſcendentibus illius, ſuccedant perpetuò in eo proximiores in gradu de familia, vt ſæpe dictum eſt.

Non deſuere, qui aſſeruerint, omnes de familia ordine quodam cenſeri vocatos ad ſucceſſionem in

B

maioratu modo explicato, quando maioratus ſimpliciter eſt inſtitutus, nulla in particulari facta vocatione ad illum, aut quando inſtituitur maioratus, & ſimul adijcitur, vt in eo ſuccedant filius primogenitus, & deſcendentes illius, vel aliæ adijciuntur vocationes ad ſuccedendum in illo: cùm enim primò maioratus inſtitutus ſit in rebus ipſis, vtique perſonæ, quæ poſtea ad ſucceſſionem in illo vocantur, non mutant perpetuitatem priorem maioratus in ſe, & quoad vinculum, tacitamque prohibitionem alienationis earum rerum. Cæterùm quando maioratus inſtitutio fit primò in perſonis, addendo, quòd ea bona poſſideant iure maioratus, vt ſi inſtitutor dicat, relinquo talia bona filio meo primogenito, aut filio meo, & deſcendentibus illius, vt ea

C

poſſideant iure maioratus, referente Molina, lib. 1. de primogen. capit. 4. nume. 31. multi dubitarunt, an eis perſonis extinctis, expiraret maioratus: eo quòd inſtitutio illa principaliter cenſeretur facta in perſonis, fauoreq́; perſonarum. Verumtamen dicendum eſt, cum eodem Molina, ibidem, cum Couar. 3. var. reſolut. capit. 5. nume. 1. & 3. & cum multis alijs, quos referunt, præſertim Couar. in editione Cæſarauguſtana, idem etiam in hoc euentu eſſe cenſendum, quod in præcedente. Eo enim ipſo, quòd de maioratus inſtitutione fit mentio, dicendo, quòd ea bona iure maioratus poſſideantur, iuxta nominis huius vim, ac ſignificationem in Hiſpanijs, communemque intellectum, ac interpretationem conſuetudine receptam, intelligatur vin-

D

culum perpetuum, ad eumque cenſentur vocati omnes de familia proximiores in gradu, ita tamen, vt ij, in quibus maioratus inſtituitur, & qui ad eum in particulari vocantur, præferantur cæteris modo ſupra explicato. Lege hac de re, ſi placet, longiorem diſputationem apud Molinam, vbi ſupra.

Hoc loco obſerua, cùm melioratio non includat perpetuitatem talem, quàm dicit maioratus, ſi quis nomine meliorationis, & non maioratus, vocet deſcendentes alicuius in perpetuum, aut aliquorum duorum, finitis illis, expirare meliorationem, eſto ita meliorationem inſtituens, alium filium, aut filios habeat, quos non vocet, nec eorum deſcen- 4

E

dentes: vt reſpondi in melioratione facta ab habente tres filias, qui ad eam vocabat filiam ſecundò genitam, & deſcendentes omnes in perpetuum ex illa, in defectumque eorum vocabat filiam tertio loco natam, & deſcendentes omnes ex illa in perpetuum, nullum alium ad eam meliorationem vocando. Cùm autem vtraque filia mortua eſſet ſine deſcendentibus, dixi expiraſſe meliorationem, neque ſuccedere in ea ſobolem ex filia primogenita, quæ ſoboles ſuperſtes erat, & ſucceſſionem prætendebat.

DISPVT.

DISPVT. 589.

Vtrum deficientibus omnino deſcendentibus ex primo inſtitutore maioratus, expiret maioratus; an tranſeat ad collaterales conſanguineos inſtitutoris.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus tranſit ad deſcendentes primò ad eum vocati, eſto illi deſcendentes non ſint inſtitutoris, quando inſtitutor aliud non expreſſit.*

2 *Feudum, deficientibus deſcendentibus eius, cui primo fuit conceſſum, expirat.*

3 *Maioratus, deficientibus deſcendentibus inſtitutoris, aut eius, in quo primò fuit inſtitutus, non expirat, ſed tranſit ad collateralem proximiorem.*

4 *Familia alicuius ſumitur dupliciter. Vno, pro deſcendentibus illius, vna cum ipſo. Alio latius, pro familia agnationis illius, cuius ipſe, & deſcendentes ex ipſo, ſunt partes.*

5 *Legitimatus, etiam reſcripto principis, ad familiam ſpectat. Secus adoptatus.*

1 VT explicetur plenius, quanta ſit maioratuum Hiſpanorum perpetuitas, hæc etiã quæſtio examinanda eſt. Ait verò Molina, lib. 1. de primog. c. 4. nu. 37. quęſtionẽ hanc minus habere difficultatis, quando maioratus inſtitutor eũ inſtituit in fratre ſuo, aut in aliquo trãſuerſali cõſanguineo remotiori, vel in aliquo prorſus extraneo, vtrum ſcilicet tranſire debeat ad deſcendentes inſtituti, etiamſi illi non ſint deſcẽdentes inſtitutoris, ſed vel ſint tranſuerſales, vel omnino extranei comparatione inſtitutoris. Perſpicuum quippe eſt, iuxta naturam, ac perpetuitatem maioratuum Hiſpanorum hactenus pręcedentibus diſputationibus explicatam, eo ipſo, quòd maioratus in aliquo inſtituitur, quicunque is ſit, ad eum vocari omnes deſcendentes ita inſtituti, non ſecus, ac ſi in filio primogenito inſtitutoris is maioratus inſtitueretur, quando aliud ab inſtitutore non ſit expreſſum. Eſt enim ex ſua natura, primaque origine iuribus, & conſuetudine recepta, maioratus Hiſpanus perpetuus, ac indiuiduus, neque eius perpetuitas vi primæuæ ipſius originis conſuetudine receptæ in alijs potius videtur intelligi conſeruanda, quàm in deſcendentibus primi inſtituti, quando ab inſtitutore aliud non eſt expreſſum: cum affectionis ratio, quæ in primo inſtitutore comparatione primi vocati conſideratur, conſideretur etiam comparatione deſcendentium illius ad effectum, vt nulli alij cenſeantur prælati in vocatione ad eum maioratum: niſi expreſſiſſimè aliud ab inſtitutore ſit expreſſum, argumento, l. cùm auus, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, l. cùm acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & aliorum iurium.

Præcipuum autem dubium eſt, quando maioratus inſtitutus eſt in primogenito inſtitutoris, illiusq; deſcendentibus, an deficientibus omnino deſcẽdentibus primi inſtitutoris, nõ ſolùm per lineam primi inſtituti, ſed etiam per lineas omnes fratrum primi inſtituti, qui omnes deſcendentes ſunt primi inſtitutoris, deficiat maioratus, an verò non, ſed deueniat ad collaterales primi inſtitutoris, deſcẽdentes ve eorum. Similiter dubium eſt, ſi maioratus inſtitutus ſit in aliquo collaterali inſtitutoris, aut in alio prorſus extraneo, vtrum deficientibus omnino deſcendentibus ex primo inſtituto, expiret maioratus, an verò deueniat ad alios collaterales primi inſtituti, qui proximiores ſint in gradu.

A Quòd expiret, deficientibus omnino deſcendentibus ex primo inſtitutore, aut (quando primò inſtitutus deſcendens non eſt ex inſtitutore) deficientibus omnino deſcendentibus ex primo inſtituto, ſuaderi poteſt. Argumentum. 2 Quoniam ita res definita eſt in feudis, quando aliud expreſſum non eſt in feudi inueſtitura, vt ſcilicet, deficientibus omnino deſcendentibus ex primo, cui feudum fuit conceſſum, expiret feudũ, & deuoluatur ad proprietarium, vt conſtat ex cap. 1. §. & quia. verſic. cùm verò Conradus, de his qui feu. dar. poſſ. vbi habetur, quòd ſi feudum ab aliquo acquiratur, ſuccedunt in eo omnes, qui deſcendentes illius per lineam maſculinam fuerint, etiamſi illi comparatione vltimi poſſeſſoris tranſuerſales ſint: fratrem autem primò accipientis feudum, & cęteros B tranſuerſales comparatione primò acquirentes feudum, in eo non ſuccedere, niſi aliud in inueſtitura fuerit expreſſum. Idem conſtat ex cap. 1. §. filia, de ſucceſſ. feudi, & apertius ex capit. 1. ſi capitanei, de feudo Marchiæ, dictumque à nobis eſt, diſp. 472. & diſp. 473. & conſentit communis doctorum ſententia: quare idem videtur dicendum quoad maioratus ſucceſſionem, vt argumento ducto ex feudis, affirmat Greg. Lop. l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *mayoria*, poſt medium, verſ. Item pone.

3 Contraria tamen ſententia eſt affirmanda cũ Molina, vbi ſup. nu. 39. nempe deficientibus deſcendentibus inſtitutoris, aut collateralis, vel omnino extranei, in quo maioratus ſit inſtitutus, tranſire ad collateralem proximiorẽ gradu. 4 Ratio eſt, quoniam maC ioratus Hiſpanus in perpetuum cenſetur inſtitutus, vt conſeruetur memoria inſtitutoris, non ſolùm in deſcendentibus inſtitutoris, aut primò inſtituti, atq; adeo in familia, cuius inſtitutor, aut primo inſtitutus, ſit caput, quæ eſt vna ex vſurpationibus familiæ, quæ commemorantur, l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſig. ſed etiã, vt, quando deſcẽdentes ex familia ita vſurpata defecerint, conſeruetur in familia agnationis inſtitutoris, aut eius, in quo primò inſtitutus eſt maioratus, de qua etiam familia ſermo eſt, §. citato, & ſequentib. & l. vlt. C. eod. tit. Etenim agnationis familia comparatione inſtitutoris maioratus, aut eius, in quo primò maioratus eſt inſtitutus, ſumitur primò cõparatione patris, qui ſit primum caput, cuius deſcendentes per alios fratres, ſunt agnati, ſeu D propinqui, de eadẽ familia proximiores inſtitutori, aut ei, in quo primo maioratus eſt inſtitutus: deinde ſumitur cõparatione aui paterni, & ita conſequẽter, quò caput remotius ſumitur, eò deſcendentes ex illo ſunt propinqui remotiores in gradu: Atque capita eiuſmodi, in familia cõprehenduntur, quorum ſunt capita, vt habetur l. familiæ, ff. de verb. ſig. immediateq; poſt deſcẽdentes cẽſentur vocati ad maioratũ, ſi ſuperſtites ſint, & poſt eos collaterales. Quòd autẽ familia agnationis ita ſumatur, præter alia, quæ habentur l. pronunciatio citata, §. cõmuni iure, §. item appellatur, ſic habetur. *Item appellatur familia pluriũ perſonarũ, quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcitur, ſicut dicimus, familiam, quaſi à fonte quodam* E *memorię.* Nomine verò, *vltimi progenitoris*, in ea lege intelligitur retro cõputando, vt ibid. Alciatus obſeruat: vnde ratione habita ſuperioris alicuius capitis, à quo familia cognationis multorum incipiat, quorum vnus inſtitutor ſit maioratus, non ſolùm deſcẽdentes ex ipſo, ſed etiam collaterales eiuſdem, de communi illa ſua agnatorum familia dicũtur, cuius primum caput, non ipſe, ſed ille alius ſuperior eſt, à quo omnes effluxerunt. Sumi item modo explicato agnatorum familiam, etiam ad ſuccedendum in fideicommiſſo familiæ relicto, cui maioratus Hiſpanus multum eſt ſimilis, conſtat etiam ex l. vlt. C. de verbor. ſignific. iuncta glo. ibi, in verb. poſt eos, vbi de familia illa non ſolùm dicuntur deſcendentes re-

linquentis id fideicommiſſum, ſed etiam reliqui pro pinqui collaterales eiuſdem. Porrò rationi eſt valde conſentaneum, vt qui in ſui memoriam familiæque ſuæ, aut alienæ, maioratum inſtituit, velit, vt deficientibus ſuis deſcendentibus, atque adeo familia, cuius ipſe eſt primum caput, ſuccedat familia agnationis, cuius ſua familia erat veluti pars, ſuaque memoria in illa maiori, & vniuerſaliori familia conſeruetur quoad membra eiuſdem familiæ ipſi propinquiora. Idemque dicendum eſt, quando maioratus inſtituitur in familia alicuius collateralis, aut prorſus extranei, vt in illa memoria inſtitutoris conſeruetur, ſplendeatque deinde illa alia familia alterius, in quo maioratus inſtituitur, Concinit. l.2.titul.15. par.5. vbi in regni Hiſpani ſucceſſione, ad cuius exẽplar Hiſpani alij maioratus cenſentur inſtituti, ſtatuitur, vt deficientibus omnino Regis deſcendentibus, regnum deueniat ad proximiorem collateralem Regis conſanguineum.

5 Subiungit Molina, vbi ſupra, num.44. cum Couar.in 4.decret.cap.8.§.10.num.2. & cum communi doctorum ſententia, quam vterque refert, legitimatum, etiam ex reſcripto principis, fieri ex cognatione, & familia eius, cui legitimatur, comparatione omnium, qui de cognatione, & familia ſunt, ac proinde, in defectum legitimorum, conſeruari maioratus perpetuitatem, etiam in legitimatis: ſecus verò in diſpenſatis quoad alia. Quo vſque autem legitimari principis reſcripto aliquis poſſit, aut nõ poſſit, in aliorum præiudicium, ad ſuccedendum in maioratu, feudo, & in alijs ſimilibus rebus, & quouſque ſuccedere poſſint, aut non poſſint, tum ipſi, tum etiã naturales filij, copioſè explicatum eſt, diſput. 172. & duabus ſequentibus, & diſput. 475. Adoptiuus autem filius non reputatur de familia, & agnatione, ad ſuccedendum in maioratu, & in ſimilibus alijs rebus, etiam in defectum filiorũ legitimorum: quoniam non eſt filius, & agnatus verus, vt rectè Molina, vbi ſupra, num.50. affirmat, & conſentiunt, quæ diximus diſput.190.

Ad argum. Ad argumentum verò in contrarium dicendum eſt, illud eſſe ius peculiare feudorum, quod longè arctius ante Corradum erat, vt conſtat ex §. & quia citato: quo fit, vt inde nullum ſolidum argumentum fiat ad Hiſpanos maioratus, quorum inſtitutio, ac perpetuitas eſt valde diuerſa.

DISPVT. 590.

Quando in inſtitutione mentio non eſt facta de maioratu, quibus verbis, ac coniecturis cenſendum erit inſtitutum eſſe maioratum.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus quibus coniecturis præſumatur inſtitutus, quando in inſtitutione nulla fit mentio de maioratu.*

2 *Maioratus præſumitur inſtitutus, quando diſponens ſufficienter exprimit, ſe facere diſpoſitionem, quæ perſeueret in perpetuum.*

3 *Maioratus cenſetur inſtitutus, quando diſponens hæc verba adiecit, vt bona perpetuo in familia ſua conſeruentur, &c.*

4 *Maioratus inſtitutio facta colligitur, quando aliqua bona relinquuntur, vt in eis ſuccedant primogeniti de familia.*

5 *Maioratus inſtitutio etiam inde facta conijcitur, ſi inſtitutor ea relinquat bona ſuæ propriæ cognationi, agnationi, aut familiæ, vt perpetuo primogenituræ ordine in eis ſuccedatur.*

A 6 *Maioratus inſtitutio hinc quoque facta ſumitur, ſi teſtator relinquat bona ſua filio, aut alicui conſanguineo, vt in eis perpetuo ſuccedatur, ſeruato ordine primogenituræ.*

7 *Maioratus inſtitutio prætereà facta præſumitur, ſi teſtator grauauit ſucceſſores in aliquibus ſuis bonis, vt nomine propriæ familiæ perpetuo appellari debeant, inſigniaque eiuſdem familiæ deferre.*

8 *Maioratus deinde inſtitutio facta creditur, ſi teſtator maſculis propriæ familiæ bona ſua relinquat, ita vt vnus eorum, ac proximior in eiſdem ſuccedat.*

9 *Maioratus item inſtitutus præſumitur, ſi teſtator relinquat bona ſua omnia, aut aliqua filio primogenito, ita vt ea deueniant, vel tranſeant de maiori in maiorem, &c.*

B 10 *Maioratus itidem factus cenſetur, ſi in ſcriptura inſtitutionis verba aliqua reperiantur, quæ maioratus coniecturam præ ſe ferant.*

11 *Maioratus denique inſtitutus præſumitur, ſi teſtator ante ſuam diſpoſitionem profeſſus eſt, ſe velle facere maioratum. Vnde ſi poſtea in ea diſpoſitione ſint coniecturæ inſtitutionis maioratus, profeſſio illa complebit integram ſufficientem coniecturam.*

EX dictis duabus præcedentibus diſputationibus, iunctis alijs antecedentibus, facile cõſtat, quando in inſtitutione dictum expreſsè eſt, maioratum inſtitui, diſpoſitionem habere perpetuitatem duabus præcedentibus diſputationibus explanatam, atque ad omnes ibi explicatos ſe-

C ſe extendere. Idem intellige quando in inſtitutione mentio facta eſt *de patronazgo*, iuxta conſuetudinem huius Conchenſis ciuitatis, & aliorum locorum: nomine enim *de patronazgo*, maioratus intelligitur. Quando autem de maioratu non eſt facta mentio, 1 ſequentes coniecturas tradit Molina, lib.1. de primog.cap.5. quibus maioratum inſtitutum eſſe iudicetur, ac proinde inſtitutionem ſe extendere ad omnes duabus præcedentibus diſputationibus explicatos, & quibus decidantur lites, quæ ea de re frequenter oriri ſolent.

Prima eſt, quando in proœmio diſpoſitionis ap- 2 ponuntur verba, quibus diſponens ſufficienter exprimit, ſe facere diſpoſitionem, quæ perſeueret in perpetuum, vt ſi dicat, cupiens memoriam meam

D conſeruare, atque illam perpetuam facere in omnibus primogenitis familiæ meæ, vel ſi dicat, quoniam ex maioratuum inſtitutione reſultat familiarum cõſeruatio; aut ſimilia alia verba adijciat; tunc eſto in diſpoſitione ſolùm faciat particulares quaſdam ſubſtitutiones primogenitorum ex ſua familia, alienandi prohibitionem addendo, nec maioratus nomine vtatur, aut meminerit, dummodo tamen terminum non præſcribat, quando diſpoſitio finiatur, cenſetur inſtituere maioratum, qui ad omnes duabus præcedentibus diſputationibus explicatos, ſe extendet. Ratio eſt, quoniam ex præfationibus intelligitur intentum diſpoſitionum, eſto minus in diſpoſitione ſit expreſſum, idque, quod in diſpoſitio-

E ne non eſt expreſſum, colligitur, ac ſuppletur ex intento in præfatione explicato, vt conſtat ex l.vlt.ff. de hæred.inſtit.& ex l.vlt. ff.de teſtamentaria tutel. & cum Bartol.& communi doctorum ſententia, affirmat Molina, vbi ſupra, numero ſecundo. Imò verò in ipſa iuris, ac legum diſpoſitione, ſi initium, & quaſi proœmium fiat generale, eſto poſtea ſubijciantur verba ſpecialia, intelliguntur diſpoſitiones generaliter, iuxta initium, ac proœmium legis, vt conſtat ex l.regula, §.vltimo, ibi. *Nam initium conſtitutionis generale eſt*, ff.de iur. & fact. ignor. iuxta quem textum Bartol. communiter receptus, dixit, ſi præfatio legis ſit generalis, lex ipſa generice intelligenda eſt, eſto in ſequentibus ſpecificè diſponat.

Et

Et Bald. quem alij ſequuntur, in eadem lege dixit, prætationes præſtare lumen diſpoſitioni, & per eas tolli incertitudinem. Item Socin.dixit,verba indefinita,& generalia diſpoſitionis, declarari ex ratione adducta in prooemio. Idem Soc.& Dec.addiderũt, prętationem cauſam finalem diſpoſitionis oſtẽdere, ex qua diſpoſitio ipſa extẽditur,& ampliatur. Quos omnes, & multos alios, eandem doctrinam amplectentes,refert Molina,vbi ſup. à num.3.

3 Secunda eſt, quando poſt aliquas ſubſtitutiones, ſeu vocationes primogenitorum, diſponens hæc verba adiecit, vt bona perpetuo in familia mea conſeruentur; aut ſi bona alienari expreſſa ratione prohibeat,vt in familiæ primogenitis cõſeruẽtur. Etenim, licèt ſola verba diſpoſitiua ſufficienter non decidãt, atque exprimant aliquid, ſi tamen ratio reddita, ac ſubiuncta eius diſpoſitionis id decidat, & comprehendat, comprehenſum cenſetur id in diſpoſitione, quando diſpoſitio non repugnat: à fine enim à diſponente expreſſo ſuæ diſpoſitionis, intellectus, ac cõprehenſio diſpoſitionis ſumi debet,vt multis Molina,vbi ſup.à num.7.confirmat. Quod inde confirmatur,quia quando bona à diſponente alienari prohibentur,reddita, ac ſubiuncta ab ipſo ea ratione, vt in familia perpetuo conſeruentur, ex eiuſmodi reddita ratione cenſetur inductum fideicõmiſſum perpetuum inter omnes de familia, vt cum cõmuni doctorum ſententia,quam referunt, affirmant Couar. cap. Raynaldus,de teſtam.in princ.nu.9.& Molina, vbi ſup.nu.16. Hanc verò doctrinam veram eſſe exiſtimo, quando vocatis aliquibus expreſſis primogenitis ad inſtitutionem,adiecit prohibitionem abſolutam,minimeq; directã ad ſolos ita vocatos,qua abſolutè prohibuit, ea bona alienari, reddita ea ratione, vt perpetuo in familia conſeruentur: ſecus autem ſi, vocatis expreſſim aliquibus primogenitis, ipſos prohibuit ea bona alienare: quamuis enim tunc rationẽ reddat,vt perpetuo in familia conſeruentur; id quidem erit ratio motiua, & finalis earum particulariũ vocationum, & prohibitionis, qua ita vocatos alienare ea bona prohibuit; atque hæc duo erunt media conducentia, & partialia, vt is finis ſequatur, ſi vltimus ex ita vocatis, & prohibitis alienaret, idem poſtea, & alij ſimiliter efficiant: non tamẽ ex tali prohibitione, & ratione reddita, ſufficienter colligetur inſtitutio maioratus, aut fideicommiſſi perpetui in ea familia: id quòd aperte colligitur ex l.pater filiũ, §.fundum Titianum,ff.de leg.3.vbi,cùm pater fundum Titianum filio reliquiſſet, ac prohibuiſſet filiũ eum alienare, rationemque eius prohibitionis hanc reddidiſſet, *ita demum fiet, ut fundus Titianus de nomine ueſtro* (hoc eſt,de veſtra familia) *nunquã exeat;* definitur, non induci fideicommiſſum familiæ, ſed ſucceſſorem tali filio in eo fundo,poſſe illum alienare. Neque ſane eſt negandum,illud in eo textu appoſitum fuiſſe rationem,ac finem,cur is paterfilio prohibuerit alienationem eius fundi, vt negare videtur Molina,vbi ſup. nu. 17. Eſt tamen ita ratio,ac finis vnde fuit motus, vt ad eum finẽ ſolùm adhibere intenderit id conducens,& partiale mediũ. Vnde Couar.& alij ſolùm loquuntur, quando prohibitio alienandi eſt abſoluta, minimeque directa ad ſolos aliquos expreſſim vocatos, & redditur ea ratio, vt perpetuo ea bona in familia conſeruentur.

4 Tertia eſt, ſi bona aliqua relinquantur, vt in eis ſuccedant primogeniti de familia. Idem eſſet ſi diceretur, vt in perpetuum, aut vt ſemper, ſuccedat in eis primogenitus de familia. Nomine enim primogeniti in genere, nullo particulari deſignato, intelligitur, quicunque fuerit repertus in infinitum talis, defuncto vltimo poſſeſſore. Quòd ſi ex filijs vltimi poſſeſſoris mortuus fuerit filius primogenitus ſobole non relicta, tunc, qui maior natu fuerit ex reliquis filijs legitimis ſuperſtitibus, ſortitur rationem primogeniti. Si autem nulla ſit ſoboles vltimi poſſeſſoris, ſuccedet proximior tranſuerſalis primogenitus. Lege multa, quibus Molina, cap. 5. citato, à num. 18. hæc confirmat.

Quarta eſt, ſi inſtitutor relinquat ea bona ſuę propriæ cognationi, agnationi, aut familiæ, vt perpetuo primogenituræ ordine in eis ſuccedatur: in quo ſanè euentu nulla poteſt eſſe difficultas, cenſeri inſtitutũ maioratum. Quando autem familiæ aliquid relinqueretur,& non illo modo diſtinguẽdum eſt. Quoniam ſi exprimatur, vt perpetuo in familia conſeruetur,tractuve temporis, tunc ſucceditur iure fideicõmiſſi familiaris,ſeu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ intra familiam, ita vt omnes proximiores in gradu ſimul ſuccedant,vt diſp.577.explicatum eſt. Si verò nihil tale exprimatur,ſucceditur vulgari ſubſtitutione, atque in prima vice, qua ſucceditur, expirat ſucceſſio vi primę illius inſtitutionis, relictæve familię. Ita Ant.Gom.l.43.Tauri,& multo copioſius Molina, vbi ſup. à nu.23. cum cõmuniori doctorum ſententia,quam refert. Quia verò raro in Hiſpanijs hoc eueniet,longiorem de hac re ſermonem non facio. 5

Quinta, in qua nihil etiam difficultatis eſt, ſi teſtator bona ſua relinquat filio,aut alicui conſanguineo,vt in eis perpetuo ſuccedatur ſeruato ordine primogenituræ, vel vt ſemper, aut in infinitum, in eis primogenitus ſuccedat. Seruari enim maximè,perpetuo ſemper, aut in infinitũ, ordinem primogeniture, & ordinẽ maioratus,idem ſunt. Item æquipollet, primogenitum perpetuo ſemper, aut in infinitum ſuccedere. Hanc quintam coniecturam confirmat Molina,vbi ſupra, nu.23. teſtibus multis minimè ad id neceſſarijs. 6

Sexta,ſi teſtator grauauit ſucceſſores in aliquibus ſuis bonis,vt nomine propriæ familię nominari perpetuo debeant, inſigniaq; eiuſdem familiæ deferre. Inde enim coniectura in Hiſpanijs ſumitur,ea bona vinculo maioratus eſse ligata,vt quam plurimi,quos Molina,cap.5.citato,num.34.refert,affirmant: additq; Molina, ſemper vidiſse in forenſibus controuerſijs maximi momenti, æſtimatam multum eſse, ad agnoſcendum maioratus naturam, ac perpetuitatem, hanc armorum, & nominis coniecturam: id quod approbat,quãdo ſimul adſunt prohibitio alienandi ea bona,aut aliquę primogenitorum vocationes, vel alia maioratus veſtigia: ex ſola verò armorum delatione,nominiſque familię appellatione alicui, aut aliquibus iniuncta, quando nullæ aliæ adeſſent coniecturæ, ait, non videri ſufficienter corroborari maioratus inſtitutionem. 7

Septima,ſi teſtator maſculis propriæ familiæ bona ſua relinquat, ita vt vnus eorum,ac proximior,in eiſdem bonis ſuccedat. Quòd ſi adderet, ſemper, aut perpetuo,vel aliud ſimile verbum, nullam apud me ea coniectura difficultatem contineret. Verbum autem illud,in eiſdem bonis,continuitatem denotare videtur,ita vt non ſit vnica ſucceſſio. Circa eam coniecturam longam ſubijcit Molina, vbi ſupra, à num.35.diſputationem. Eum legito. 8

Octaua, ſi teſtator relinquat bona ſua omnia, aut aliqua filio primogenito,ita vt deinceps in eis ſuccedatur, aut ea deueniant, vel tranſeant de maiori in maiorem,vel de primogenito in primogenitum, aut de hærede in hæredem, vel de maſculo in maſculum gradatim,aut ſucceſſiue. Ita merito affirmat Molina,vbi ſup.nu.39.cui alijs,quos citat. 9

Nona, ſi in ſcriptura inſtitutionis verba aliqua reperiantur, quæ coniecturam maioratus præſeferant, non tamen adeo vrgentia, vt maioratum perſuadeant, ac ſimul cum eis concurrat conſuetudo ſuccedendi in eis bonis iure maioratus: licet enim immemoriabilis non ſit, ea tamen conſuetudo, ac exe- 10

exequutio, vnà cum eis verbis, integram coniecturam efficient: præſertim cum in dubio melior ſit conditio eius poſſeſſionis, quòd id ſit maioratus. Ita Molina, num. 39. citato, & lib. 2. cap. 6. num. 57. Vbi in poſtrema editione, cum plurimis autoribus, quos citat, ſubiungit, ſatis ad id eſſe cõſuetudinem decem annorum: ad præſcriptionem autem cum titulo requiri arbitratur tempus quadraginta annorum: nos verò diſput. 75. diximus, ſufficere tempus ordinarium, decem videlicet annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.

11 Decima, ſi teſtator ante confectum teſtamentum, eamve diſpoſitionem, profeſſus eſt, ſe velle facere maioratum: ſi enim id poſtea duobus teſtibus probetur, ſintque in ea diſpoſitione coniecturæ inſtitutionis maioratus, non tamen adeò vrgentes, vt id omnino perſuadeant, profeſſio illa complebit integram ſufficientem coniecturam, conſeciſſe maioratum. Ita cum Bart. & alijs Molina, c. 5. citato, nu. 40.

Ex his, & alijs ſimilibus coniecturis, perſuadere ſibi poterit omnino prudens iudex, inſtituentis animum, atque intentum fuiſſe condere maioratum: id quod prudentis ſemper iudicis arbitrio eſt relinquendum, penſatis omnibus circumſtantijs concurrentibus: atque, vt Molina, conſentaneè ad Iulium Clarum, lib. 3. ſenten. §. teſtamentum, in calce, q. 79. cùm alijs rectè affirmat, interdum concurrent multæ coniecturæ tales, vt ſingulæ non perſuadeant maioratus inſtitutionem, omnes tamen ſimul ſumptæ, eam conuincant. Interdum verò tales occurrent circumſtantiæ, ac coniecturæ, vt ſibi perſuadeat, non eſſe maioratus inſtitutionem.

DISPVT. 591.

Qui facultatem obtinuit ad vnum maioratum inſtituendum, num poſſit inſtituere duos. Et qui facultatem obtinuit ad duos inſtituendos, vtrum inſtituere poſſit vnum tantum.

SVMMARIVM.

1 *Quibus rationibus Greg. Lop. ſibi perſuadeat, obtenta facultate ad inſtituendum vnum maioratum, ex illa poſſe inſtitui duos.*
2 *Ex facultate principis ad inſtituendum vnum maioratum, inſtitui non poſſunt duo.*
3 *Diſpenſatus ad obtinendum præbendam vnam integram in aliqua eccleſia, ſi in ea ſint præbendæ aliquæ diuiſæ in duas, aut in plures, non poteſt vi illius diſpenſationis obtinere dimidiam, aut aliam minorem partem.*
4 *Diſpenſatus ad permutandum ſuum beneficium cum alio, non poteſt permutare illud cum duobus.*
5 *Maioratus vnus ſi inſtitutus ſit ex regia facultate, & poſtea obtineatur alia ad inſtituẽdum alium, ſurreptitie obtinebitur, niſi fuerit expreſſum obtentam fuiſſe illam aliam.*
6 *Inſtitutus ſi ſit maioratus vnus ex tertio & quinto, & petatur facultas à Rege ad inſtituendum alium, ſurreptitia erit niſi exprimatur, inſtitutum iam eſſe illum alium maioratum.*
7 *Soluuntur argumenta.*
8 *Variæ ſententiæ referuntur, num habens regiam facultatem ad inſtituendum vnum maioratum, poſſit inſtituere poſtea alium ex tertio & quinto.*
9 *Habens regiam facultatem ad inſtituendum vnum maioratum, non poteſt alium inſtituere ex tertio & quinto, ſi vterque quantitatem tertij & quinti excedat.*
A 10 *Facultatem regiam habens ad inſtituendos duos maioratus, regulariter inſtituere poteſt vnum ſolum.*
11 *Diſpenſatus ad duo, quando vti ea poteſt ad vnum eorum ſolùm.*

PRoſequendo maioratuum inſtitutiones, ſeu productiones in rerum natura, quod propoſitum eſt, erit nobis conſequenter examinandum. Quod ad priorem partem attinet, Greg. Lopez. l. 32. tit. 9. par. 6. verb. *no ualdra*, verſic. an autem vigore, & l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *dexaſſe hijo y hija*, in fine, cenſet, eum, qui à Rege facultatem habet ad conſtituẽdum maioratum in vno ſuorum filiorum, poſſe inſtituere duos, aut plures, in varijs filijs. 1

B Id probat ex l. vnum ex familia, §. ſi duos, ff. de legat. 2. Ex illo enim paragrapho, iuncto principio eiuſdem legis, conſtat eum, cui aliquid eſt relictum, vt tempore ſuę mortis eligat vnum de familia, quem voluerit, cui illud relinquat, poſſe eligere duos, aut plures, illudque inter illos diuidere. Argumentũ primum.

Idem probat ex l. 1. in princ. & §. quamuis, ff. de libe. aſſign. Vbi, cùm in principio eius legis relatum eſſet ſenatuſconſultum, quo ſtatutum eſt, ſi in patronum aliquis filiorum aſſignatus à manumittente ſit liberto, eum eſſe patronum illius, §. quamuis, additur, eſto ſenatuſconſultum in ſingulari loquutum ſit de filio aſſignato in patronum, & de liberto, cui aſſignatur, idem eſſe, ſi plures filij deſignentur in patronos, aut ſi pluribus libertis patronus, aut patroni ſi- C militer deſignentur: quare, eſto facultas concedatur inſtituendi vnum maioratum, poterunt, vi eiuſdem facultatis, inſtitui multi in varijs filijs. Secundum

Idem præterea probat, quoniam maior fauor eſt filiorum, quòd in eis multi maioratus inſtituantur, quàm quòd inſtituatur vnus ſolus. Tertium.

Contrariam ſententiam meritò affirmat Molina, 2. de primog. c. 4. nu. 47. Quoniam facultas Regis ad maioratum inſtituendum ex bonis, ex quibus ſine ea inſtitui non poterat, eſt diſpenſatio, vt conſtat: vnde ſequitur, facultatem ad inſtituendum vnum, extendi non poſſe ad duos ex eiſdem bonis inſtituendos: eſt enim diſpenſatio ſtricti iuris, quæ extendenda non eſt, vt diſp. 173. dictum eſt, etiã ad caſum, in quo erat maior ratio, vt potius in eo diſpenſaretur, vt conſtat D ex c. cui de non ſacerdotali, §. 1. de præben. lib. 6. vbi habetur, diſpenſatum ad obtinendam quandam prębendam integrã in aliqua Eccleſia, ſi in ea ſint etiam dimidiæ, vt in multis ſunt dimidij canonicatus, aut dimidiæ portionariæ, non poſſe, vi talis diſpenſationis, obtinere dimidiam, Concinit. c. 1. §. vlt. de filijs presb. lib. 6. iuxta quam doctrinam dixit Ant. de Butrio, quem ſequitur Molina, vbi ſup. nu. 49. diſpenſatum ad permutandum ſuum beneficium cum alio beneficio, non poſſe illud permutare cum duob. beneficijs. In re autẽ propoſita, cùm intentum facultatum ad inſtituendũ maioratũ, ſit, vt familiæ nomẽ conſeruetur, & ſint homines nobiles, & diuites, qui ſplẽdori ſint reipublicæ, eamq; defendant, ad quòd E deſeruit, bona inſtitutoris maioratus perſeuerare indiuiſa in vno, & non diuidi, atque exinaniri, partita inter multos; conſequens eſt, vt difficilius diſpẽſetur ad inſtituendos duos maioratus, quã ad inſtituendũ vnum. Qui autẽ contendit, obtinentem facultatem ad inſtituendum vnum maioratum, in vno filiorum, poſſe conſtituere duos, eadẽ ratione concedet, poſſe cõſtituere tres, quatuor, quinque, aut plures; præſertim, cùm iura, quibus nititur, eodem modo loquantur de electione trium, quatuor, aut plurium de familia, & ſimiliter de deſignatione in patronos in quocunque numero: id autem aſſerere valde eſſet abſurdum. Vnde Molina ibidem ait, conſuetudine eſſe receptum, vt qui, inſtituto vno maioratu ex facultate 2 3 4

regia,

regia,inſtituere vult alium,obtineat ad id nouam fa-
5 cultatem à Rege. Imò iure optimo ſubiungit,facultatem,ſeu diſpenſationem ſecundam ad id obtentã, eſſe ſurreptitiam ac nullam, niſi facta ſit mentio de prima iam obtenta : quoniam difficilius concedet princeps ſecundam poſt primam, quàm eam conceſ-
6 ſiſſet,ſi prior non antecederet. Quin arbitror,ſi de tertio & quinto ſuorum bonorũ inſtituiſſet iam maioratum vnum, ſurreptitiam eſſe facultatem ad inſtituendum alium , niſi explicetur inſtitutum eſſe primum : quoniam ſimi'iter difficilius multo conceditur facultas,ſi exprimatur, inſtitutum iam eſſe illum alium maioratum,quàm ſi id ſupprimatur.

Ad primũ.

Ad §. ſi duos,dicendum eſt,illud non eſſe diſpen-
7 ſationem,neque contra præſumptam voluntatem teſtatoris, qui ſolùm intendebat,id legatũ non egredi de familia , ſiue vni de familia, cui vellet, ab hærede grauato relinqueretur , ſiue inter multos de familia illud diuideret, vt ius ipſum interpretatur : quòd ſi conſtaret , intentum teſtatoris fuiſſe , vt vni tantùm relinqueretur, & vt in vno indiuiſum perſeueraret, (quod non habent fideicommiſſa familiæ relicta , vt diſputatione præcedente,& diſput. 577. dictum eſt) tunc hæres grauatus diuidere illud non poſſet inter multos : in re autem propoſita facultas principis ad inſtituendum vnum maioratum,eſt diſpẽſatio, quæ extendenda non eſt,ad id præſertim,quod princeps difficilius concederet.

Ad ſecundum.

Ad l. 1. §. quamuis, ff. de liber. aſſign. dicendum ſimiliter eſt , id non eſſe diſpenſationem , ſed permiſſionem , ac diſpoſitionem , vt plures , aut vnus , patroni deſignentur vni, aut multis libertis ; ridiculumque eſſe , inde ſumere argumentum ad rem , de qua diſputamus.

Ad tertiũ.

Ad illud aliud,negandum eſt,id eſſe maiorem fauorem filiorum : quoniam non eſt primi filij,in quo inſtituendus eſſet vnicus maioratus , neque cæterorum,in quibus maioratus non inſtituitur;quibus melius eſt eſſe vnum inter omnes potentem ac diuitem, qui cæteris ſit præſidio,& in quo multum ſplendeat, ac conſeruetur familiæ nomen , quàm inſtitui duos maioratus , in quibus bona illa diuidantur. Adde, fauorem totius familiæ , & ſplendorem reipublicæ , præponderare fauori alterius filij, in quo maioratus ſecundus inſtitueretur.

8 Hinc diluetur illa quæſtio , quam diſputat Moli-
D na,lib. 2. de primog. cap. 10. num. 74. Vtrum ſcilicet, qui habet regiam facultatem ad inſtituendum maioratum, poſſit, inſtituto vno maioratu virtute eius facultatis,inſtituere alium ex tertio & quinto, virtute legum regiarum.

Greg. Lop. l. 32. tit. 9. par. 6. verb. *no ualdria*, col. 2. verſ. & an habens , primò ait , partem affirmantem ſuaderi poſſe ex l. vlt. C. de repud. hæred. per quem tex. Bal. ibi nu. 7. dixit, tempus dilationis ex priuilegio conceſſum cruce ſignatis,non confundi cũ tempore dilationis cõuentionalis, ſed poſſe cruce ſignatos vti dilatione conuentionali , & inſuper dilatione priuilegij : quam ſententiam ſequuntur, Alexan. &
E alij,quos Molina,vbi ſup. nu. 75. refert. Deinde,eo fundamento non obſtante,cõtrarium affirmat Gregor. Lop. vbi ſup. ductus ea ratione,quòd credẽdum non ſit,principem velle duplici onere filios grauare, regiæ videlicet , atque legalis facultatis, argum. cap. mandatum,de reſcrip. & aliorum iurium.

Molina,vbi ſup. ait,ſe iam hanc queſtionem circa quandam opulentam hæreditatem decidiſſe. Atque in hunc modum eam reſoluit. Si enim,inquit,qui habebat eam regiam facultatem,abſolutè inſtituit primum maioratum,non exprimendo vtrum eum inſtitueret ex regia facultate , an ex legum permiſſione, cenſeri inſtituiſſe eum ex legũ permiſſione,iuxta ea, quæ docuerat eod. 2. lib. de primog. cap. 2. & nos di-

A ximus diſp. 582. Idem verò ait maiori cum ratione eſſe dicendum,ſi, quando eum maioratum inſtituit, expreſsè dixit , ſe eum inſtituere ex permiſſione legum,& non ex regia facultate. Atque tunc ait,non poſſe inſtituere alium maioratum ex tertio & quinto,neque item ex regia facultate : cùm, vt proximè , de mente illius,dictum eſt,facultas ad inſtituendum vnum maioratum, non ſe extendat ad inſtituendum duos, etiamſi vnus ſit ex tertio & quinto , & alter ex regia facultate: quoniam ſurreptitia eſſet facultas ad inſtituendum vnum , poſt inſtitutum alium , niſi de primo inſtituto facta eſſet mẽtio principi : & eadem ratione non poteſt ſe ea facultas extendere ad inſtituendum alterum,poſt vnum inſtitutum. Addit verò Molina, dubitandum nõ eſſe, poſſe tunc ex regia
B illa facultate augere maioratum prius inſtitutum ex tertio & quinto . Si verò,inquit,qui maioratum primum inſtituit, expreſſit , ſe illum inſtituere ex regia facultate,tunc,ſi bona, ex quibus ille maioratus conſtat,excedunt in aliquo tertium & quintũ,non poſſe inſtituere alium maioratum: quia iam regia facultas aliquid operata eſt quoad eum exceſſum. Si verò nõ excedit tertium & quintum, poſſe ex tertio & quinto inſtituere alium maioratum : dummodo vtroque maioratu limites facultatis non excedantur , & maneant reliquis filijs competentia alimenta.

Ego in primis diſput. 578. concl. 4. & 5. dixi, quo-
uſque ex noſtra ſententia concedi poſſint eiuſmodi 9
facultates, vt, vltra tertium & quintum, inſtituantur maioratus . Deinde arbitror dicendum eſſe,ſi vter-
C que maioratus ſimul ſumptus , tertium & quintum non excedat, inſtitui eos poſſe,ſiue adſit regia facultas, ſiue non, vt ex ſe eſt notiſſimum . Si verò illam excedat,inſtitui non poſſe . Quoniam princeps non cenſetur concedere facultatem ad inſtituendum maioratum , qui contingat legitimas alijs debitas , niſi includendo ſimul,ac prius,tertium & quintum. Neque cenſetur concedere facultatem,vt diuidatur bona in tot maioratus,quòd,vt dictum eſt, fini inſtitutionis maioratuum repugnat. Et quoniam , ſicut ſurreptitia eſſet facultas ad inſtituẽdum maioratum obtenta poſt inſtitutum vnum ex tertio & quinto , niſi de eo mentio fieret principi, vt dictum eſt : ita non eſt cenſendus concedere facultatem , vt maioratus inſtituatur contingendo legitimas,& reſeruan-
D do ex tertio & quinto bona , vnde alius abſque ſua facultate inſtituatur.

Doctrina verò illa Baldi , quod priuilegium non impediat facultatem , quæ aliunde competat , intelligenda eſt, quando inde non ſequeretur graue præiudicium tertio . Et quando non conſtaret , principem non intendere concedere priuilegium , vt ſeorſim ſit vſus illius , & ſeorſim ſit vſus facultatis aliunde competentis , vt in re propoſita per epicheiam conſtat.

Quæſtio.

Quod ad ſecundam partem in titulo diſputationis propoſitam attinet, Greg. Lop. l. 32. tit. 9. par. 6. verſ. ſupra citato,cenſet,habẽtem facultatem à principe ad duos maioratus inſtituendos , non poſſe in-
E ſtituere vnum ſolum . Ducitur l. 1. ff. de optione legata,& doctrina Bart. ibi,qui ait,habentem facultatem ad eligendos duos, non poſſe eligere vnum ſolùm . Et quoniam in eo, quod duo inſtituantur maioratus, cernitur fauor filiorum.

Argumentum.

In contrariam ſententiam propendet Molina , c. 10
4. citato, nu. 56. nempe inſtituere poſſe vnum ſolum. Ducitur, quoniam facultas conceſſa alicui à principe, vt inſtituat duos, aut plures maioratus non eum arctat,vt eos inſtituat, ſed ſolùm permittit; poteritque proinde , qui eam obtinuit, nullum inſtituere. Neque ea facultas in filiorum,ſed in eam obtinentis fauorem eſt conceſſa,vt ex ſe liquet : & poteſt cõfirmari, quoniam cùm, vt oſtenſum eſt, facultas prin-

cipis ad conſtituendum vnum maioratum, extendi A non poſſit ad duos inſtituendos, vtique, ne ſit ita arctatus, ſed inſtituere poſſit, non ſolùm vnum, ſed etiam multos, conceditur ei ea facultas: quod autem ad ampliorem facultatem, atque ad volentis inſtituere petitionem eſt conceſſum, dependenter ab ipſius voluntate, vt id efficiat, ſi velit, operari non debet reſtrictionem. Confirmari hæc etiam poſſunt, quoniam princeps, vt experientia eſt compertum, facilius concedit facultatem ad inſtituendum vnum maioratum, quàm duos; ſi autẽ illam concedit ad duos, eſt ad petitionem eos inſtituere volentis, eiusq; contemplatione: quare, in facultate ad duos maioratus inſtituendos, non agitur de fauore filiorum, ſed de fauore inſtituentis, id illi permittendo, non verò ipſum arctando. B Præterea hæc confirmantur, quoniam, ſi is, qui facultatẽ à principe obtinuit ad multos maioratus inſtituendos, vnum ex dimidia bonorum parte inſtituat, & reliqua bona, ex quibus ſecundum maioratum poterat inſtituere, libera reliquis filijs relinquat, perſpicuum eſt, validũ eſſe maioratum inſtitutum: cùm maior fauor reliquorum filiorum ſit, cætera bona eis libera relinquere, quàm alligare ea alteri vinculo maioratus: ergo, qui facultatem habet ad multos maioratus inſtituendos, validè, ac licitè inſtituere vnum poteſt. In hanc ſententiam cum Molina propendeo, quando princeps nõ concederet eam facultatem depẽdenter ex eo, quòd alius etiam maioratus inſtitueretur in aliquo alio filio, qui Regi eſſet dilectus, vel aliqua alia ratione: quòd raro, aut nunquam, eueniet. C

Ad argum. Ad l. 1. ff. de opt. leg. dicendum eſt, ibi ſolùm haberi, eum, cui legatur optio ex ſeruis in plurali, ſolùm poſſe eligere vſque ad tres. Non tamen negatur, ſed potius innuitur, eligere poſſe ſolùm duos, aut vnum: quare textus ille à nobis pugnat. Ex dictis verò in priori huius diſputationis parte conſtat, in inſtitutione duorum, aut plurium maioratuum, non cerni fauorem filiorum.

11 Non obſtat ſi quis obijciat, facultatem inſtituendi duos maioratus, diſpenſationem eſſe, ideoq; ſtrictè eſſe intelligendam. Nam quando in fauorem alicuius diſpenſatum eſt, vt duo quædam inter ſe diuerſa efficere poſſit, integrum illi eſt, vti ea diſpenſatione ad vnum, & non ad aliud. Neque id eſt, extendere diſpenſationem ad aliquid ea non conceſſum: ſed eſt non vti diſpẽſatione ad omne, ad quod, D in ipſius fauorem, eſt conceſſa.

DISPVT. 592.

De inſtitutione maioratus, vt in eo ſuccedat, quem vltimus poſſeſſor, aut alius, eligeret.

SVMMARIVM.

1 *Electione in quibuſdam regnis, & in Romano imperio ſucceditur.* E

2 *Vocari ad maioratum, aut ad aliquid aliud, quem aliquis, aut aliqui, elegerint, arbitrati fuerint, aut voluerint, non efficit diſpoſitionem captatoriam: neque qui ita ſuccedit, accipit id ab electoribus, ſed à primo inſtitutore. Emphyteuſim tamen nominationis, accipit nominatus à nominante.*

3 *Facultatem habens inſtituendi maioratum cum ſubſtitutionibus, & uocationibus, quibus voluerit, committere poterit vltimo poſſeſſori, aut vltimis poſſeſſoribus, vt eligant, quem voluerint.*

4 *Facultatem habens ab inſtitutore maioratus, eligendi ad maioratum quemcunque conſanguineum inſtitutoris, etiam ſpurium, eligere non poteſt filium ſpurium inſtitutoris: quia talis filius acciperet eum maioratum à ſuo patre: eligere tamen poterit filium ſpurium ipſiuſmet electoris: modo capax ſit accipiendi id ab inſtitutore.*

5 *Elector ad maioratum ex inſtitutoris præſcripto, licèt ex parte ipſe beneficium conferat electo, ipſum alijs præponendo, nihil tamen ea de cauſa poteſt accipere, neque vllum omnino grauamen imponere.*

6 *Electores ad canonicatus, aut ad beneficia, nihil ea de cauſa accipere poſſunt, neque vllum grauamen penſionis, aut alterius rei, poſſunt apponere.*

7 *Pater tamen pupillariter ſubſtituens filio impuberi, grauamen poteſt imponere bonis talis filij, etiam legitimæ eius filij.*

8 *Emphyteuta, qui ad emphyteuſim nominare poteſt, licèt non poſſit imponere grauamen rei emphyteuticæ; pro beneficio tamen nominationis ad illam, accipere emolumentum poteſt.*

9 *Elector ad maioratum, ſi cederet vſuifructui illius, qui ei competebat in ſuam vitam, pro ea gratuita ceſſione rei ad ipſum attinentis, accipere emolumentum poſſet.*

10 *Eligere ad maioratum, cui eſt commiſſum, vnum tantùm poteſt eligere: ſecus de electore ad legatum familiæ relictum, quando ab inſtitutore non fuit expreſſum, vt vnus ſolùm eligeretur.*

11 *Grauatus eligere multos ad legatum familiæ relictum, non poteſt eligere vnum ſolùm.*

12 *Eligendi facultas cui eſt conceſſa, neque ſe, neque filium ſub ſua poteſtate conſtitutum, poteſt eligere: niſi electus ſuccedere deberet in ea re poſt electoris mortem. Secus quando mater filium melioraret, quem pater eligeret: & quando apertè conſtaret, eam fuiſſe inſtitutoris uoluntatem.*

13 *Electio ſi multis ſit commiſſa, eligere poſſunt unum ipſorum, & ipſe poteſt in ea electione conſentire. Quin ſi aliquis ipſorum eligatur, & ſuffragia ſint paria, accedente ſuffragio ipſius, quo in ſui electione conſentiat, ea pars præualet.*

14 *Impubes pubertati proximus eligere poteſt.*

15 *Eligere poteſt ſeruus pœnæ ad maioratum, & ad fideicommiſſum, & ad alia, ad quæ electio in facto conſiſtit. Idem de religioſo.*

16 *Ius eligendi, aut arbitrandi aliquid, alicui conceſſum, perſonale eſt, nec poteſt cedi alteri, nec tranſit ad hæredes. Quando autem eſt annexum rei alicui, quæ ad hæredes tranſit, ratione illius tranſit ad hæredes.*

SOlent interdum maioratus, tametſi raro, inſtitui, vt in eis ſuccedat, non primogenitus, aut alius determinatus, ſed is, quem elegerit vltimus poſſeſſor, vel aliquis alius. Quin & re- 1
gna, atque imperia, ſunt ita interdum inſtituta, vt in eis ſuccedat, quem regni magnates, aut aliqui alij ad id deputati, elegerint: eoque modo ſucceditur hodie in Romano imperio, vt diſput. 24. dictum eſt, & in regno Poloniæ. Fideicommiſſa etiam, quæ familijs relinquebantur, frequenter antiquitus inſtitui ſolebant, vt in eis ſuccederet is, aut ſuccederent ij de familia, quos vltimus poſſeſſor eligeret. Melioratio quoque interdum fit ab vno parente alicui ex filijs, quem alter parentum, aut aliquis alius elegerit. Porrò electionem ita committi in arbitrium, aut
in voluntatem alterius, aut aliorum, non efficit inſti- 2
tutionem captatoriam, aut inualidam: neque, qui ita rem accipit, aut ſuccedit in ea inſtitutione, cenſetur id accipere ab electore, aut ab eo, cuius arbitrio cõmiſſum eſt, ſed ab inſtitutore, vt hæc omnia, cum communi doctorum ſententia, explanauimus, atque oſtendimus, diſp. 157. eaque affirmat Molina, lib. 2. de primog. cap. 4. à num. 1. Excipe tamen quoad vltimum

timum

timum eligentem,ſeu nominãtem ad emphyteuſim nominationis,prẽſertim hæreditariam:quoniam nouus emphyteuta ab hoc cenſetur accipere, iuxta ea quæ copiosè diſ.480.dicta ſunt. Diſputatione etiam citata explicauimus, quid in prædictis, & in alijs ſimilibus inſtitutionibus, interſit inter committi aliquid electioni alterius,& inter committi arbitrio alterius. Lege,quæ eo loco dicta ſunt.

3 Quia quando electio ad maioratum, aut ad aliud ſimile, alteri committitur ab inſtitutore, is, qui ex tali electione ſuccedit, non cenſetur id accipere ab electore, ſed ab inſtitutore: eò ꝙ is dare cenſeatur, qui alteri committit,vt nominet,aut eligat, & nõ is, qui nominat,aut eligit,vt cõſtat ex iuribus diſp. 157. à nobis ad id citatis,& ex alijs,quę Molina vbi ſupra num.5.citat;inde cum Greg. Lopez.l.32.tit.9. part. 6.verb.*no valdra*.col.6.verſ.& poteſt dici,idem Molina.n.7.colligit,ſi quis habeat à Rege facultatem inſtituendi maioratum cum omnibus vocationibus, ſubſtitutionibus, ac fideicommiſſis, quæ apponere voluerit, poſſe, vt eiuſdem facultatis, relinquere perpetuò omnibus vltimò poſſeſſorib. eiuſdem maioratus facultatem eligendi ſucceſſorem:cùm enim, qui ſuccedit ex electione vltimi poſſeſſoris,non cenſeatur vocatus ad maioratum, ac ſubſtitutus vltimo poſſeſſori,ab ipſo poſſeſſore vltimo, qui eum eligit, ſed à primo inſtitutore, qui facultatem eligendi vltimo poſſeſſori conceſſit:conſequens eſt,vt is,qui ex regia facultate poteſt quaſcunque vocationes ac ſubſtitutiones facere,poſſit facultatem eligendi vltimis poſſeſſoribus committere: quandoquidem ipſe eſt, qui vocat,ſubſtituit,ac confert maioratum interuentu electionis,quam vltimo poſſeſſori concedit; non verò poſſeſſor vltimus, qui ex ipſius facultate eligit.

4 Ex eodem fundamento nume.8.ſequenti colligit cum Bar.& pleriſque alijs,quos citat,eum,cui à maioratus inſtitutore electio ſucceſſoris in maioratũ eſt commiſſa,cum facultate eligendi, etiam ſpurium conſanguineum inſtitutoris, nõ poſſe eligere filium inſtitutoris ſpurium:quia, cùm is electus accipiat ab inſtitutore,& non ab eligente,talis filius ſpurius acciperet eũ maioratũ à ſuo patre; cum tamen incapax ſit ad ſuccedendum patri. E contrario verò merito colligit, cum Paulo Caſtrenſi & alijs,eiuſmodi electorem eligere poſſe ſuum proprium filium ſpuriũ, ſi conſanguineus ſit inſtitutoris,quem alioquin poſſet eligere, ſi non eſſet filius ipſius. Ratio autem eſt, quoniam tunc is filius non accipit eum maioratum à ſuo patre,qui ipſum eligit, ſed à primo inſtitutore, mediante electione patris ad id illi cõceſſa. Sic diſp. 167.in calce concluſionis.3.dictum eſt cum cõmuni doctorum ſententia, iuxta leg.ſi is qui.ff.de vulgari, quãdo pater ſubſtituit pupillariter filio ſuo legitimo impuberi, poſſe illi ſubſtituere alterum ſuum filium ſpurium;non quidem quoad bona, quæ tali filio legitimo aduenerunt ex eodem patre, ſed quo ad bona,quæ aliunde ei obuenere:quoniam licèt ſubſtitutio illa fiat à patre ſpurij, non tamen ſpurius accipit ea bona à patre,ſed à fratre,mediante patris ſubſtitutione. Diſputatione tamen citata conclu.5.diximus, in hoc regno ſpurium filium clerici,religioſi,aut religioſæ profeſſorum, in nullius conſanguineorum talis parentis bonis poſſe ſuccedere.

5 Quando electio ſolùm ab inſtitutore vltimo poſſeſſori cõmiſſa eſt,conſtat vltimum poſſeſſorem nõ poſſe imponere grauamen in ea re ei,quem ad illam elegerit,niſi aliunde ei compenſet id onus; ac tũc in poteſtate ita grauati erit, vel relinquere compenſationẽ illam,& non exequi grauamen illud; vel,retenta compenſatione, grauamen exequi. Ita colligitur ex l.vnũ ex familia.§.ſed ſi fundũ.ff.de leg.2. Hinc diſputat Molina vbi ſupra à nu.10.num legitima ratio,cur elector non poſſit imponere electo grauamẽ

A in re illa,ſit ea, quã doctores cõmuniter reddere ſolent,& quæ ex dictis videtur colligi,quia videlicet electus non accipit eam rem ab eligente, ſed à primo inſtitutore,eligẽſque,eligendo, actum neceſſarium, ſibi à primo inſtitutore iniunctum, efficit: &,iuxta communem regulam ex l.ab eo. C.de fideicommiſſis, & alia iura, nullus grauare eum poteſt, quem non honorauit, aliquid videlicet ei tribuendo, in quo,aut ratione cuius,grauamen imponat.

Et aduerſus hãc rationem ipſe ſic obijcit. Quãuis verum ſit,ſi ſpectemus facultatẽ eligendi,quæ ab inſtitutore electori eſt collata,& neceſſitatẽ, qua ex facultate, ac diſpoſitione inſtitutoris, elector tenetur eligere aliquẽ indeterminatè ad eam rem, eamq; eo ipſo illi cõferre, id non eſſe liberalitatẽ ac beneficiũ B electoris,ſed primi inſtitutoris,ꝙ ſolum ſignificant verba illa.l.vnũ de familia.§.ſi de falcidia. ff.de leg. 2. *Non enim facultas neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis* (electionis ſcilicet) *beneficium eſt:* quamuis itẽ verum ſit, ſi ſpectemus rem ipſam, quæ eadem electione confertur, collationem illius per eam electionem non eſſe liberalitatem ac beneficium electoris, ſed primi inſtitutoris; quia res illa non confertur,vt electoris,ſed vt inſtitutoris,ab eo ad id deputata; ꝙ etiam probant verba illa eiuſdem. §. *Quid eſt enim, quòd de ſuo uideatur reliquiſſe,qui,quòd reliquit, omnino reddere debuit?* videlicet ex pſcripto ac ordinatione primi inſtitutoris:quamuis,inquã, hæc vera ſint, nihilominus, ſi ſpectet actus ipſe electionis,vt emanat ab electore,in cuius poteſtate eſt præferre ea ip- C ſa electione vnum,quem ipſe maluerit,cæteris,negari non poteſt electorem,quatenus eo actu præfert electum cæteris, conferre ei beneficium,exercereque in eum liberalitatem, imò verius conferre illi eã ipſam rem,vt ex ſe notiſſimum,concinitque.l. vtrum. §.cum quidam.ff.de rebus dub.illis verbis; *an impoſita neceſſitate dandi,ſolùm ei diſtribuendi liberum arbitrium concedat;* quibus verbis apertè ſignificatur,impoſitam quidem eſſe electori neceſſitatẽ dandi, ſeu eligendi; arbitrium tamen,vt nunc potiùs, quàm alios,eligat,ſibi eſſe conceſſum,tanquam beneficium ſibi collatum, quo ipſe vti in alios pro arbitrio poſſit. Confirmatur ex gloſſa vltima.ca.relatum,de prębend.communiter recepta, quæ ait, prælatum liberalitatem quidem non exercere beneficia eccleſiaſti- D ca conferendo ea ex parte,qua conferre illa tenetur; exercere tamen liberalitatem, vtique gratia cum eo, cui illa confert,quatenus in poteſtate ipſius erat,conferre illa,non huic, ſed alteri, qua ratione collationes præbendarum donationes nuncupantur. c.venerabilis,de præb.&.c.conſultationibus, de don.& alijs iuribus.

Quia verò,qui alium honorat, aliquidque illi confert, etiam minus principaliter, videtur poſſe illum grauare ea ex parte,qua illum honorat, beneficiumque illi cõfert, refert Molina vbi ſupra Petrum Peralta aſſerentem, eiuſmodi electorem non poſſe quidem grauare electum onere pecuniario, aut in re ipſa,ad quam eſt electus, quam accipit principaliter à E primo inſtitutore; poſſe tamen illum grauare onere inæſtimabili pecunia, quale erit,vt deferat arma eligentis, agnomineque ipſius vocetur, vel vt patiatur eligentem,ipſiuſque deſcendentes,ſepeliri in capella electi. Meritò autem idem Molina ibidem hanc ſententiam improbat, tanquam inauditam, reguliſque iuris contrariam.

Legitima autem ratio,cur elector in ſimilibus rebus non poſſit pro beneficio & cõmodo electionis, onus quodcunque imponere,etiam delationis armorum,aut ſumptionis agnominis electoris, neque vllum omnino pretium,eſt,quam tradit Molina vbi ſupra num.19. Quia ſcilicet inſtitutor grauauit,aut ſtatuit, vt res tota à ſe inſtituta, miniſterio tamen electionis,

ctionis,ad electum deueniret, conferreque alicui ius A eligendi ad id,ſine vllo alio emolumento,quòd inde poſſet ob eam electionem in recompenſationem reportare, fuit non modicum beneficium illi impenſum:quarè tenetur id gratis exhibere,tanquam beneficium ſibi ab inſtitutore impenſum,quòd gratis côferret ei,quem ad id eligeret:quia ergo,ſi rem cũ grauamine quocunque conferret,non eam totam ſimpliciter reſtitueret; quia minus valeret cum illo grauamine,quàm ſine illo,argumento. l. 1. §. ſi hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. & l. fundi partem. ff. de contrah. emp. gratiſque tenetur facere electionem vi primæ inſtitutionis,atque muneris,ſeu beneficij;ad eligendum ſuſcepti,inde efficitur, vt neque grauamen vllum poſſit imponere,neque quicquam in recompẽſationem beneficij electionis poſſit accipere. Concinit. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de leg. 2. illis B verbis; *Qui quod reliquit,omnino reddere debuit;* omnino dixit,nihil retinendo, neque vllam recompenſationem accipiendo. Hac eadem ratione,electores ad

6 canonicatus per concurſum,& ad ſimilia alia, nihil accipere poſſunt pro electione, & multò minus imponere canonicatui grauamen quodcumq;. Et propter eandem rationem prælati, qui præbendas conferunt,miniſtros ad eas eligendo, non poſſunt pẽſiones,aut aliud grauamen, pro electione illis imponere,vel quidquam accipere,neque poſſunt eas diuidere. c. 1. circa finem,vt eccleſ. benef. c. vlt. 1. q. 3. c. maioribus de præb. & alijs iuribus.

7 Non ſic dicendum eſt de patre ſubſtituente pupillariter filio impuberi: nam talis pater imponere C poteſt grauamen ei ſubſtituto, etiam quoad legitimam filio impuberi debitam, & quoad alia bona eius filij impuberis,quæ non ex patre, ſed aliunde ei obuenere,vt diſp. 184. §. Pater,oſtendimus. Is enim pater,ex iuris diſpoſitione,non ſolùm habet electionem ſubſtituti ei filio,ſed etiam autoritatem perinde diſponẽdi ea ſubſtitutione de bonis filij illius, in euentum, quod filius intra annos pubertatis ex hac vita diſcedat, atque idem filius poſſet de eiſdem diſponere, ſi ſui iuris iam effectus,teſtaretur: ac proinde ſicut filius ille poſſet ſuum hęredem,etiam ab inteſtato,grauare:ita pater poteſt,grauare,vel ſubſtitutum,vel hęredes ab inteſtato eius filij,grauamine circa ea bona,quo voluerit,vt diſputatione citata dictũ

8 eſt. Non item illo modo eſt etiam dicendum de em- D phyteuta, qui ius habet eligendi, aut nominandi ad ſuam emphyteuſim ex contractu emphyteutico inito cum proprietario. Quia enim ſuum proprium vtile dominium confert, contractu oneroſo comparatum,vt diſpu. 480. copioſè oſtendimus,ſanè non nudum miniſterium,ſeu factum,eligendo, ſeu nominãdo exercet, ſed veram rem ſuam electione ac nominatione cônfert,eaque de cauſa,non ſolùm ſi ea emphyteuſis hæreditaria ſit, poteſt pro nominatione, ſeu electione ad illam,accipere intereſſe, ſed meo iudicio,etiamſi ſit ex pacto & prouidentia,poteſt illud accipere:tametſi rei ipſe emphyteuticæ,eò quòd alterius ſit quoad dominium directum, non poſſit imponere grauamen. E

9 Denique non illo modo dicendum eſt in electione ad maioratum,quando vltimus poſſeſſor ita eligeret,vt maioratum,etiam quoad ũſumfructum, transferret in electum ante tempus,quo teneretur eum in illum transferre:tunc enim, ratione eius donationis vſusfructus illius in id tempus,imponere poſſet grauamen, quod non excederet valorem talis vſusfructus,nec tranſiret ad alios,quàm ad eum, in quẽ maioratus eo modo transferretur. Ita Molina vbi ſupra nu. 32. cum Peralta,quem citat.

10 Quando legatum relictum fuit alicui, vt permaneret in familia,cum facultate grauato, vt eligeret vnũ de familia,quem vellet,vt in eo ſuccederet,tunc, ex iuris interpretatione,vt diſputatione præcedente dictum eſt,eligere poteſt,uel unum,uel plures de familia,inter quos diuidatur,ut conſtat ex l. vnum ex familia. §. ſi duos,iunctis antecedentibus in eadem lege. ff. de leg. 2. Cùm enim inſtitutum primi teſtatoris fuerit, ut id legatum de familia non egrederetur, & in eiuſmodi legato non ſuccedat unus tantùm de familia, ſed uel ſuccedant omnes uel proximiores omnes in gradu, ut ſæpe in ſuperioribus dictum eſt, iuris interpretatione intelligitur eum, qui grauatus eſt eligere vnum de familia,quem ipſe uoluerit,poſſe eligere multos. Quando tamen teſtator expreſſiſſet,uelle,ut unus tantùm eligeretur,in quo id legatũ perſeueraret,tũc elector non poſſet niſi unum ſolùm eligere. Vnde quia Hiſpani maioratus diuidi ſunt prohibiti inter multos ex prima eorum in eiſdẽ Hiſpanijs origine,longa conſuetudine perpetuò ſeruata;conſequẽs eſt,ut,ſi electio ſucceſſoris ultimo poſſeſſori commiſſa ſit,eligere non poſſit multos,ſed vnum tantùm. Ita cum Bald. & alijs Molina vbi ſup. num. 45.

Bart. & communior doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra nume. 55. refert, è contrario cenſuerunt, grauatum eligere multos de familia ad aliquod legatum,poſſe eligere unum dumtaxat. Contrarium affirmarunt idem Bart. ſibi contrarius. Padilla,& alij, quos Molina ibidem etiam refert. Qui tamen cum Bald. cenſet,quæſtionem in hunc modũ eſſe dirimendam. Vt ſi eadem ratio militet in electione unius tantùm,& in electione multorum,poſſit eligere unum dumtaxat: ſi uerò non militet eadem ratio teneatur multos eligere. Ego uerò potiùs exiſtimo eſſe abſolutè dicendum cum ſecunda ſententia, 11 teneri eligere multos. Quoniam quando non eſt iuris interpretatio in contrarium, qualis eſt illa ſubnixa optimæ rationi, quòd grauatus eligere ad legatũ relictum familiæ unum, poſſit eligere multos de familia,utique ſtandum eſt uerbis teſtatoris.

Is,cui eligendi facultas eſt conceſſa, non poteſt 12 eligere ſeipſum. l. ſi mandauero. 1. §. ſi ſibi centum. ff. mandati. c. per noſtros. de iure patro. & c. cùm ad noſtram. de inſtitu. gloſ. 2. l. planè. ff. quòd cuiuſque uniuerſ. quæ multas rationes eius rei reddit, & gloſ. 1. c. cum in iure peritus, de elect. Bart. & communis doctorum ſententia,quam Molina ubi ſupra. num. 58. refert ac ſequitur. Quin neque,qui facultatem eligendi habet,poteſt eligere eum filium ſuum,qui ſub ipſius ſit poteſtate,ſecus autem ſi ſit emancipatus,ut Molina ibidem, numer. 59. cùm Peralta ſubiungit; eoque modo conciliat opiniones Saly. & Bal. quę uidebantur inter ſe contrariæ. Quia uerò ratio,cur filius ſub poteſtate electoris conſtitutus, eligi ab electore nô poſſit, eſt:quia cum uſusfructus bonorum eius filij ad patrem ſpectet,eligendo eum filium, eligeret quodammodo ſeipſum,ſuumue commodum; meritò infert Molina, ultimum poſſeſſorem maioratus, cui ſucceſſoris electio ſit cômiſſa,poſſe eligere filium ſub ipſius poteſtate conſtitutum: quippe cùm is filius ſuccedere non debeat in maioratu, niſi poſt mortem patris electoris. Idemque dicẽdum eſt de electione ad fideicommiſſum familiæ relictum, cui ſuccedendum ſit poſt mortem electoris, & de quacunque alia ſimili electione,propter eandem rationem. Quando autem elector ad ſucceſſionem in maioratu,nô eſſet ultimus poſſeſſor maioratus, ſed alius tertius,tunc elector ille non poſſet eligere filiũ ſuum, qui ſub ipſius eſſet poteſtate,ut rectè Molina ibidem ſubiungit. Quando mater melioraret in ultima uoluntate unum filiorum, quem pater eligeret, tunc credo eligere poſſet pater filium ſub ipſius poteſtate conſtitutum:& uniuerſim idem poſſet efficere,quando ex coniecturis conſtaret,eam fuiſſe mentem inſtitutoris,aut meliorantis.

Quan-

13 Quando duobus, aut pluribus electio ad aliquid eſſet commiſſa, poſſet vnus eligere alterum ipſorũ, atq; alter poteſt conſentire ſuæ electioni. Imò ſi ſuffragia electorum ſint paria, vt ſi, ex ſeptem electoribus, tres eligant quartum ex eiſdem ſeptem, & tres reliqui eligant extraneum, atq; is quartus conſentiat ſuæ electioni, ea pars præualebit. Ita habetur. c. cum in iure. de elect. Quo in loco, reprobata gloſſa ibi, quæ contrarium aſſeruit, idem affirmant Panorm. & communis ſententia, quam Molina vbi ſupra. nu. 61. refert ac ſequitur, & conſentit Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. part. 2. verb. *en Eſpanna*.

14 Vtrum autem, ſi vltimus poſſeſſor maioratus, aut fideicommiſſi, ſit impubes pubertati proximus, eligere poſſit ad maioratum, aut fideicommiſſum. Idem dicendum eſt, quod diſp. 480. dictum eſt de electione eiuſdem ad emphyteuſim.

15 Seruus autem pœnæ, licèt nominare, aut eligere ad emphyteuſim non poſſit, poterit tamen eligere ad maioratum, vel fideicommiſſum. l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. eò quòd electio hæc in ſolo facto conſiſtat, non verò nominatio ad emphyteuſim, vt diſp. 581. dictum eſt. Idem dicendum videtur de religioſo iam profeſſo, iuxta ea quæ diſput. 482. ſubiuncta ſunt.

Ius eligendi aut arbitrandi, ſi alicui ſit cõceſſum, eſt perſonale illius, nec tranſit ad hæredes. l. ſi quis arbitratu, l. ſequenti. ff. de verbo. obligat. Vnde cedi non poteſt alteri, neque poteſt competere alteri ratione eius, cui conceſſum eſt. l. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud, & l. vlt. in prin. ff. de verb. oblig. Quando tamen competeret ratione rei alicuius, quæ transferri poſſet ad hæredes, tunc, vnà cum ea re, ius illud ad hæredes tranſiret, vt ex ſe eſt notiſſimum. Lege quoad hæc Molinam vbi ſupra. nu. 62.

DISPVT. 593.

Is, cui electio eſt commiſſa, ſi ſemel eligat, an poſſit iterum eligere, & variare in perſona electa. Quòd ſi ad maioratum non eligat, quis in eo ſuccedat.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi facultas ſi in tempus mortis electoris directa ſit, reuocare elector poteſt electionem dum viuit, etiamſi pluries facta ſit, vltimaque morte illius confirmatur,*

2 *Maioratus, aut fideicommiſſum, quando poſt mortem poſſidentis deuenire debet ad quẽdam alterum, tunc poſſeſſor poteſt ante ſuam mortem illud tradere ſucceſſori, etiam fruendum, idque validè & irreuocabiliter, atque eo modo cenſetur traditum, ſi donatione inter viuos, aut alio irreuocabili contractu, ſit conceſſum. Quando tamen ea irreuocabilis traditio in aliquo præiudicaret cuidam tertio, eſſet quoad id inualida: ſecus quoad id, in quo illi non præiudicaret.*

3 *Eligendi facultas ſi directa non ſit in tempus mortis, ſed cõceſſa ſit, vel ſimpliciter, vel expreſſum ſit, quod fieri poſſit in vita, aut in morte, tunc, ſi talis facultas competat ex contractu, eligens poterit variare ante traditionem rei electo: ſecus poſt traditionem.*

4 *Eadem eligendi facultas ſi ex vltima uoluntate competat, & facta etiam electio ſit vltima uoluntate, reuocari poteſt. Si uerò diſpoſitione inter uiuos ſit effecta, ſemel facta, reuocari non poteſt.*

5 *Electio quocunq; modo ſemel facta, ſi effectum nõ ſortiatur, poteſt elector iterum eligere. Niſi effectum non ſortiatur ob defectum electi cognitum electori tempore electionis (quod non preſumitur) tunc enim* A *in pœnam priuatur iure eligendi pro ea uice.*

6 *Elector, cui commiſſum eſt, ut ad fideicommiſſum familiæ relictum, eligat quem ex familia uoluerit, ſi diſcedat nemine electo, omnes uniuerſim de familia in eo ſuccedunt. Non idem eſt de maioratu, ſed ſuccedit ſolus primogenitus proximior in gradu, etiã quoad totam commoditatem.*

7 *Elector ad maioratum, aut ad fideicommiſſum, adueniente tempore deuolutionis illius, eligere tenetur ſtatim, ac fuerit requiſitus.*

Vod ad priorem partẽ huius diſputationis attinet, diſtinguendum eſt. Quoniã ſi facultas eligendi in tempus mortis directa ſit, quia videlicet dictum eſt, quòd B elector tempore mortis, vel cum morietur, aut vſq; ad ſuam mortem, eligat quem voluerit ex aliquibus ad maioratum, aut quem, vel quos voluerit ad fideicommiſſum, ita quòd ex multis ei commiſſum ſit eligere vnum, aut multos, vel omnes, prout ipſe voluerit, tũc, eſto ſemel eligat, aut pluries, electioque facta ſit donatione inter viuos, aut quouis alio contractu, poteſt elector variare, iterumque eligere, dum viuit, & ſemper per poſteriorem electionem redditur nulla prior. Cum enim electio eo modo commiſſa: ſtatum ſpectet, qui tempore mortis reperietur, vt tunc eligat, quem voluerit, aut quem magis expedire iudicauerit; atque electio antea facta de aliquo determinato, eſſe facilè poſſet in præiudicium aliorum, qui tempore mortis reperiẽtur, ſi eſſet irreuocabilis, nec C firmitas eius penderet ex eo, quòd morte electoris confirmaretur, vtique omnis talis electio ante electoris mortem facta, reuocabilis pro libito eiuſdem electoris eſt, atque adeò nullam habet firmitatem, niſi quæ tanquam poſtrema, electoris morte fuerit confirmata. Ita probat. l. cùm pater. §. à filia, & affirmat gloſ. 2. ibi. ff. de leg. 2. & l. vnum ex familia, in prin. aſſeritque gloſ. ibi uerb. mutetur. ff. eod. titu. atque aſſeuerat Bartol. & communis doctorum ſententia, quam Molina lib. 2. de primog. c. 4. nu. 23. refert ac ſequitur. 1

Quando verò maioratus, aut fideicommiſſum, poſt mortem poſſidẽtis deuenire debet ad alterum, vel reſtitui debet alteri determinatæ perſonæ, tunc poſſeſſor illius poteſt ante ſuam mortẽ id tradere D ſucceſſori, etiam fruendum, idque validè & irreuocabiliter, atque ita cenſetur traditum, ſi donatione inter uiuos, aut alio irreuocabili contractu, ſit conceſſum. Ita habetur. l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. Ratio autem eſt, quoniam quando aliquid deuenire debet ad aliquem determinatum, in eo, quòd traditio præueniatur, eaque irreuocabiliter fiat, nullum præiudicium alteri tertio ſequitur, ac proinde validè irreuocabiliter fit. Atque ita gloſſa. l. poſt mortem citata uerb. reſtituere, & doctores communiter, quos Molina vbi ſupra à num. 25. refert ac ſequitur, conciliant eam legem cum alijs iuribus citatis, quæ primo aſpectu pugnare inter ſe uidebantur. Quando autẽ ea irreuocabilis traditio in aliquo præ E iudicaret alicui tertio, qui, ea traditione non facta tẽpore mortis tradentis, ſuccedere debebat in eo maioratu, aut fideicommiſſo, tunc, quatenus illi præiudicat, redditur nulla: non uerò quatenus illi non præiudicat. Verbi gratia, ſi hæres grauatus eſt reſtituere fideicommiſſum poſt mortem ſuam alicui determinatæ perſonæ, ſub conditione, quòd, ſi ea perſona moreretur ante talem hæredem grauatum, fideicommiſſum illud reſtitueretur alteri, tunc, ſi hæres grauatus ante ſuam mortem illud fruendum irreuocabiliter tradat fideicommiſſario, cui ille alius eſt ſubſtitutus, ſi eueniat, ut talis fideicommiſſarius moriatur ante hæredem grauatum, traditio illa irreuocabilis, nihil impedit, quo minus, poſt mortem hæredis grauati, 2

uati, ſubſtitutus in eis bonis ſuccedat: vſusfructus verò perceptus à fideicommiſſario, quia non præiudicat ſubſtituto, validè & irreuocabiliter fuit à fideicommiſſario illo perceptus. Et idem eſſet, ſi maioratus irreuocabiliter eſſet datus ſucceſſori fruendus ſtatim, antequàm vltimus poſſeſſor è vita diſcederet, & eueniret, vt ſucceſſor ille moreretur ante illum alium vltimum poſſeſſorem: tunc enim fructus maioratus, interim irreuocabiliter percepti ab illo ſucceſſore, validè atque irreuocabiliter eſſent percepti. Imò verò quamuis vltimo poſſeſſori eſſet commiſſum, ab inſtitutore, vt in tempus ſuæ mortis eligeret ad maioratum, quem vellet ex aliquibus, aut teſtator hæredi grauato iniunxiſſet, vt ad fideicommiſſum eligeret tempore ſuæ mortis, quem vellet ex aliquibus, ſane, ſi irreuocabiliter traderet maioratum, aut fideicommiſſum vni, ſtatim ab eo fruendum, quamuis reuocari poſſet electio, quia in præiudicium aliorum eſſet irreuocabiliter facta; vſusfructus tamen perceptio toto tempore, quo elector ille viueret, ſpectaret ad irreuocabiliter electum: quia in eo nullum præiudicium ſequitur illis alijs, electorque ille potuit in eo ſibi ipſi præiudicare. Ita, cum gloſſ. 2. l. cum pater. §. ſi à filia. ff. de legat. 2. Molina vbi ſupra. nume. 31. Paulus Caſtrenſis, & alij, quos citat. Idem Molina ibidem à nume. 25. cum alijs, quos citat, conſentit in hactenus dictis. Concinit etiam ex parte, quod cum Emanuele Acoſta diſpu. 186. dicebamus, nempe ſi hæres ſit grauatus reſtituere poſt mortem ſuam hæreditatem alicui, aſſignato ſubſtituto, cui reſtituatur in euentu, quod fideicommiſſarius ille moriatur ante hæredem grauatū, tunc, ſi hæres grauatus profiteatur religionem Diui Franciſci, aut noſtram, vel in noſtra coadiutoris vota emittat, non ſtatim tradendum eſſe fideicommiſſum illi fideicommiſſario, ſed exſpectādam eſſe mortem naturalem talis religioſi, vt ſi ante eam fideicommiſſarius moriatur, fideicommiſſum tradatur ſubſtituto.

3 Quando autem facultas eligendi non eſt directa in tempus mortis, ſed conceſſa eſt, vel ſimpliciter & abſolutè, vel cum expreſſione, vt fieri poſſit, tam in vita, quàm in morte, tunc, ſi facultas eligendi alicui competat ex contractu, eligens poterit variare, & poſt vnam electionem factam, eam reuocare, & iterum eligere. l. eum qui certarum. §. vlt. ff. de verb. oblig. gloſſa. l. ſtatu liberum. §. Stychum, verb. non poterit. ff. de leg. 2. Bart. & communis doctorum ſentētia, quam Molina vbi ſupra. num. 35. refert ac ſequitur. Quod intelligerem, ante traditionem rei electo, ſecus verò poſt traditionem, & perfectum omnino ſemel contractum, atque adeò poſt traditum dominium rei electæ. Molina ibidē cum Bal. & alijs, quos refert, ait, eligentem ex contractu, poſſe ſemel tantum variare, & non pluries. Ante perfectum verò omnino contractum traditione, non video vnde id probent.

4 Si verò eiuſmodi electio non competat ex contractu, ſed ex vltima voluntate alicuius, tunc, ſi eligens vltima etiam ſua voluntate elegit, & non contractu inter viuos, ſane, cùm de natura vltimæ voluntatis ſit, vt, niſi morte ita diſponentis confirmetur, reuocari poſſit, integrum erit eligenti reuocare eam ſuam electionem interim dum viuit. Ita Molina vbi ſupra. num. 36. cum communi doctorum ſententia. Qui id confirmat ex l. cum pater. §. à filia. ff. de leg. 2. vbi iuriſconſultus, quando facultas eligendi erat conceſſa deſtinata in tempus mortis, quæſtionem, vtrum filia reuocare poſſet electionem, idcirco propoſuit, quando donatione inter viuos fuerat effecta, quoniam, ſi facta fuiſſet in vltima voluntate, nullum poterat eſſe dubium, reuocari poſſe.

Si verò, quando facultas eligendi ex vltima volun- A tate competit, eligens non vltima voluntate elegit, ſed contractu, ſeu diſpoſitione inter viuos, tunc, ſemel facta, reuocari non poteſt. l. ſerui electione in prin. & l. huiuſmodi. §. Stychum, ff. de leg. 1. l. apud Aufidium. ff. & optione legat. & l. ſtatu liberum. §. Stychum. ff. de legat. 2. vbi gloſa verb. non poterit, quod ad legata attinet, reddit eam rationem, quam reddit. l. apud Aufidium citata, quia videlicet, facta electione, tranſit dominium rei legatæ in legatariū, factaque cenſetur exequutio, vt ait gloſſa. l. ſerui electione citata. Conſentit in his communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra. numer. 37. refert ac ſequitur.

5 Intelligendum tamen eſt, electionem eo modo ſemel factam, non poſſe variari, ſi ſortita ſit effe- B ctum: vniuerſim enim, ſi facta electio effectum non habuit, poteſt elector iterum eligere, imò quoties opus fuerit vt electio effectum ſortiatur, vt probat. cap. ſi electio, de elect. libro 6. Vbi diſponitur, ſi electio facta, non fuerit ſortita effectum confirmationis electi, eò quòd electus conſentire noluit, aut quia, poſt conſenſum, ante confirmationem renuntiauit, aut quia mortuus eſt ante conſenſum, vel confirmationem, aut denique quia electio, propter electi vitium electoribus occultum, fuit pronuntiata nulla, poſſe iterum fieri electionem ab eiſdem electoribus: ad quam conceditur eis tantum tempus à diſſenſu, renunciatione, morte, ſeu pronunciatione nullitatis, quantum eis competeret, ſi eadem præbēda de nouo vacaret. Quod gloſſa ibi, & communis C ſententia, quam vbi ſuprà Molina numero 38. amplectitur, extendendum cenſet ad reliquas electiones, concinuntque l. hæc conditio, in prin. ff. de condition. & demonſtra. & l. qui per ſalutem ff. de iureiuran. Quando tamen electio pronunciaretur nulla propter vitium electi, quod cognitum eſſet electoribus, non poſſent tunc iterum eligere: quòd eligentes, ſcienter ad id indignum iuris indignitate, hoc eſt, qui ex diſpoſitione iuris incapax ad id eſſet, priuentur iure eligendi pro ea vice c. gratum. de poſt. præl. ca. cum in cunctis. §. vltim. & c. bonæ memoriæ 2. de elect. & alijs iuribus, quæ Molina vbi ſupra cum alijs citat. Vbi cum Peralta aduerſus Bartol. & quoſdam alios, ait, præſumendum non eſſe, electorem ſcientem vitium electi, ſed potiùs illud ignorantem, D eum elegiſſe. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

6 Quod ad ſecundum attinet. In fideicommiſſo relicto; vt detur, cui de familia hæres grauatus voluerit, ſi is hæres è vita diſcedat, nullo electo, tunc omnes de familia, qui ſuperſtites fuerint, ſiue proximiores ſint in gradu, ſiue remotiores, æqualiter in illo ſuccedent: & ſi qui eorum diſceſſerint poſt mortem hæredis grauati, tranſmittent ſuum ius in ipſorum hæredes. Ita habetur l. cum quidam, & l. vnum ex familia §. rogo ff. de leg. 2. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra num. 41. refert ac ſequitur. In maioratu autem Hiſpano, quoniam de natura illius, ſeu conſuetudine E Hiſpaniarum, primaque maioratuum inſtitutione, eſt, vt, ſecluſo iure eligendi, ab inſtitutore poſſeſſori vltimo, aut alicui alteri relicto, ſuccedat in illo vnus ſolus, ne diuidatur, iſque ſit primogenitus, vtique, ſi elector è vita diſcedat nullo electo, ſuccedet ſolus primogenitus. Ita Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *en Eſpanna*. verſ. ſed pone, & Molina vbi ſupra nu. 42. Qui rectè à Padilla l. cum quidam. nu. 24. diſcedit, quatenus Padilla affirmat, in eo euentu, rem maioratui ſubiectam, deuenire quidem debere indiuiſam ad primogenitum, cæterum commoditatē ex illa diuidendam eſſe inter omnes de familia. Cōtrarium quippe exigit Hiſpanus maioratus, etiā quoad commoditatem & fructus.

Electio

7 Electio ad maioratum,aut fideicommiſſum, fieri debet ſtatim,atque elector fuerit requiſitus,adueniẽte tempore ſucceſſionis in eo maioratu, aut reſtitutionis talis fideicommiſſi. Ita cum Bar.& alijs Molina vbi ſupra,argumento l.cum quidam. citatæ. Neque refragatur, l.vlt.§.ſed & ſi quis. C.commu. de leg.quæ annum concedit:ea enim lex,ſi rectè expendatur, non præſcribit annum, vt,quando electio rei legatæ pertinet ad hæredem,non poſſit compelli,ante eum annum elapſum,eligere,quam rem velit dare,& implere legatū: id enim eſſet irrationabile: ſed vt incidat in pœnam,vt electio deuoluatur in legatarium. Multo autē minus eſt ea lex intelligenda,quaſi id tempus ſit concedendum ad eligendam perſonā, quæ poſtquam tempus ſuccedendi aduenit,ſuccedere debeat in maioratu,aut fideicommiſſo.

DISPVT. 594.

Vtrum is, cuius voluntati electio ad maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, teneatur eligere digniorem, vel poſſit dignū, aut etiam indignum eligere, digniori prætermiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſi relicta ſit in electoris voluntate, vt eligat, quem voluerit,inualida eſt,ſi eligat incapacem,aut affectum qualitate,qua affectos excludit inſtitutor. Secus ſi eligat aliter indignum, aut minus dignum.*

2 *Si electio ad maioratum ſit alicui libera conceſſa ex*
4 *filijs & filiabus,valida eſt electio minoris natu,aut fœminæ, prætermiſſo primogenito digniori.*

3 *Maioratum inſtituendi ſi ſit alicui cōceſſa facultas in quocunque ſuorum filiorum, aut filiarum uoluerit, inſtituere illum poteſt in filia,prætermiſſo filio maiori, ac digniori.*

4 *Eligendi ad maioratum liberam facultatem ſi inſtitutor alicui conceßit,in quo euētu eligere poterit inimicum inſtitutoris, & in quibus non.*

5 *Eligendi pauperes ad eleemoſynam, quam relinquit, ſi quis alicui liberam facultatem concedat,eligere is poterit inimicum illius.*

6 *Ex odio digni eligere indignum,non reddit nullam electionem,quæ nulla non eſſet ſecluſo eo odio.*

7 *Quod pretio ſit facta eadem indigni electio, nō reddit illam nullam,ſed annullandum in pœnam, applicando fiſco pretium.*

8 *Electio indigni eſſet nulla, ſi qui liberam facultatem eligendi, quem vellet,obtinuit, fraudibus illam obtinuiſſet, ſecurum reddendo concedentem, ſe electurum dignum, aut digniſſimum.*

Diſputatione ſequente hoc idem examinabimus,quando electio in arbitrium alicuius commiſſa eſt, vt ſcilicet ex aliquibus eligat, quem arbitratus fuerit idoneiorē: in hac verò diſputatione,quando electio in voluntatem electoris commiſſa eſt.

1 Quando ergo electio in volūtate electoris relicta eſt, vt eligat, quem voluerit,quamuis electio ſit nulla,ſi eligat indignum,iuris indignitate,hoc eſt, incapacem iuris diſpoſitione maioratus, aut rei alterius, ad quam commiſſa eſt electio,vt ex ſe eſt notiſſimū; ſi tamen prætermiſſo digno,eligat indignū indignitate facti,hoc eſt, ob quam ex iuris diſpoſitione non eſt incapax rei,ad quam ſit electio,valida eſt talis electio; niſi in conceſſione,vt eligeret quem vellet, appoſita eſſet reſtrictio,quæ eum excluderet,vt ſi dixiſſet, qui non ſit tali vel tali vitio, aut tali qualitate af-

A fectus,quæ illum excluderet: tunc enim electio eius, qui eo vitio, aut qualitate, eſſet affectus, eſſet nulla, vtpote quę ſe extenderet ad id,ad quod facultas non eſſet conceſſa. Multo autem magis eſſet valida electio, ſi prætermiſſo digniori, electus eſſet dignus. Vtrum autem peccet, qui prætermiſſo digno, eligit indignum, aut qui, prætermiſſo digniori, eligit minus dignum, diſputatione ſequente dicetur. Quod autem electio indigni in euentu explicato valida ſit, & multo magis electio digni, prætermiſſo digniori, habetur expreſſe l.cum quidam.ff.de leg.2. & affirmant glo. l.ex facto §.ſi quis rogatus 2.verb. voluerit.ff.ad Trebel. Barto. & communis doctorum ſententia,quam Molina li.2.de primo. c.5.nu.1. refert ac ſequitur. Quòd verò,ſi in conceſſione,vt eligeret
B quem vellet,appoſita eſſet reſtrictio, quæ indignum excluderet, aut quæ excluderet aliqua alia qualitate affectum,electio ita excluſi,eſſet nulla, ex ſe eſt notiſſimum,& ex ratione reddita, quia ſcilicet electio ſe extenderet ad id,ad quod facultas non eſſet conceſſa, atque habetur expreſsè, l.cum quidam, & l.cum pater,§.rogo,ff.de leg.2.

Ex dictis colligunt Molina vbi ſupra, & Grego. 2
Lopez.l.2.ti.15.par.2.verb.*en Eſpanna*,eum,cui libera facultas eſt conceſſa ab inſtitutore eligendi ex filijs,quem voluerit,validè prætermittere primogenitum,& eligere ſecundo, aut vlteriori loco genitum, etiamſi primogenitus dignior,& aptior ſit. Imò colligit Molina, ſi facultas eligendi ex filijs & filiabus ſit conceſſa, validè eligere filiam, prætermiſſis ma-
C ſculis: quoniam ad id ſeſe extēdit ea facultas: neque ordo ſucceſſionis in maioratibus, ex prima maioratus in Hiſpanijs inſtitutione cōſuetudine ſeruatus, locum habet,quando inſtitutor aliud ſtatuit, aut fieri permiſit, committens id liberæ electioni alterius. Lege multa,quibus Molina vbi ſupra hęc cōfirmat.

Vtrum autem, ſi Rex conceſſit alicui facultatem 3
inſtituendi maioratum in vno ex filijs, aut filiabus, quem vellet,validè pater illud inſtituat in filia, prætermiſſis filijs,etiam ad id magis idoneis. Greg. Lopez.l.3. titu.13.par.6. verb.*mugeres*, colum.3.verſ. & ex his inferre poteris,negat,& idem aſſerere videtur l.2.tit.15.par.2.verb.*hijo varon*. Contrarium verò meritò aſſeuerat Molina c.5.citato num.6. Quo-
D niam libera facultas eligēdi ex filijs,& filiabus,quē, aut quam,voluerit,vt in eo,aut in ea, maioratum inſtituat,id ſignificat: & quando libera ad id facultas eſt conceſſa, nō curatur de modo ſucceſſionis in maioratibus conſuetudine in Hiſpanijs recepto: quoniam diſpoſitio inſtitutoris,ex libera ad id facultate ſibi conceſſa,præualet tali conſuetudini: ſicut, ſi ex tertio & quinto ſuorum bonorum idem pater inſtitueret maioratum,poſſet pro ſuo ſolo arbitrio abſq; alia facultate,inſtituere eum in filia,prætermiſſis filijs,& conſentit l.40. Tau.in fi.

Vtrum autem,ſi maioratus inſtitutor liberam eli- 4
gendi facultatem alicui concedat, valida ſit electio, ſi elector inimicum inſtitutoris eligat,affirmāter eſt ſimpliciter reſpondendum cum Molina, vbi ſupra
E nume.7. & cum communi doctorum ſententia: id enim apertè habetur l.cum quidam.ff. de leg.2. vbi diſponitur,eiuſmodi electorem validè eligere poſſe indignum,eumve,qui offendit,niſi teſtator,ſeu inſtitutor reſtrinxerit facultatē eligendi ad ſolos dignos: tunc enim eligi non poſſunt, qui offenderint, vt ibi ſubiungitur. Nec doctrinæ huic refragatur l. Lucius Titius 2.§. Lucius Titius Damam,ff.de leg.2. vnde colligitur in generali diſpoſitione teſtatoris non cenſeri comprehenſum eum, qui teſtatori eſt odioſus, aut inimicus,niſi probetur,mentem teſtatoris fuiſſe hunc etiam comprehendere. Non,inquam §. ille refragatur: quoniam præter alia, quæ in gloſſa vltima ibi habentur,lex illa loquitur,quando duobus libertis,

tis, eò quod fuiſſent infenſi, teſtator antea ademiſ- A
ſet, quod in genere ſuis libertis, quos plures alios ha
bebat, relinquebat: niſi enim duo illi liberti probēt,
mutaſſe teſtatorem animum ex veriſimilibus conie-
cturis, vt quia iam ex parte in gratiam patroni redie
rant, cenſendi non ſunt comprehenſi: non verò ha-
bet id locum in re propoſita, quando inſtitutor ma-
ioratus non ſignificauerat, ſe velle excludere cogna
tum, qui ipſum offenderat, à maioratu, ad quem li-
beram eligendi facultatem alicui relinquebat. Moli
na vbi ſupra cum Paulo Caſtrenſi & Padilla, ſolum
reſpondet, paragraphum illum non habere locum,
quando inſtitutor liberam abſque vlla reſtrictione
facultatem alicui eligendi ex quibuſdam relinquit.
Doctrinam tamen traditam intelligendam cenſet,
quando inimicitiæ anteceſſerant, & ſequitur conceſ B
ſio facultatis liberæ ad eligendum: imputare enim ſi
bi debet inſtitutor, qui eas inimicitias ſciebat, quod
non excluſerit inimicum à facultate, quam concede-
bat ad eligendum ad maioratum. Si autem inimici-
tias ignorauerit, aut poſtea ſequutæ ſint, non poterit
inimicus eligi ad ſucceſſionem in eo maioratu, vt cū
Baldo, & alijs Molina affirmat. Excipe, niſi inimi-
cus ille in gratiam redijſſet cum eo inſtitutore iuxta
ea quæ diſp. 178. & 212. dicta ſunt. Item eandem do
ctrinam intelligendam arbitratur cum Cumano &
alijs, quos citat, quando inimicitiæ non erant capita
les: ſi enim eſſent capitales, cum eiſdem autoribus
exiſtimat, ſiue anteceſſerint, ſiue ſequutę ſint, & ſiue
eas ſciuerit, ſiue ignorauerit maioratus inſtitutor,
non poſſe eum inimicum eligi ad eum maioratum. C
Intellige tamen, niſi in gratiam ante mortem inſti-
tutoris cum eodem inſtitutore redijſſet, iuxta dicta
duabus diſputationibus citatis. Ad quod non ſatis
eſt, vt rectè aduerſus Baldum Molina vbi ſupra nu-
me. 12. cum pleriſque alijs, quos citat, ait, inſtituto-
rem maioratus contritum ex hac vita diſceſſiſse, ac
proinde in eo ſenſu remiſiſſe delictum inimico, ꝙ
odium aduerſus illum depoſuerit: id enim non ſatis
eſt, vt relinquere illi velle inſuper ſua bona cenſea-
tur, eumque eligi ac vocari ad maioratum à ſe inſti-
5 tutum. Quando autem offenſus ſtatuiſset, vt aliqua
ſua bona inter pauperes diſtribuerentur, eligendos
arbitrio alicuius, tunc, vt rectè Molina ibid. nu. 13.
ſubiungit, quoniam id intuitu Dei, atque ad defun-
cti ſatisfactionem eſſet relictum, eligi poſſent, qui of D
fenderunt, ad eam eleemoſynam, vnà cum alijs pau
peribus, ſi ipſi æquè pauperes eſsent, æquèque Deo
eſset gratum, ſecluſa antecedente offenſa, inter illos
etiam diſtribui: quoniam, quòd illi offenderint, con
duceret, vt opus eſset Deo magis gratum, & defun-
cto magis ſatisfactorium: neque eſt credendum, de-
functum contrarium intendiſse.

Quod dictum eſt, quando electio ſucceſsoris in li
bera electoris voluntate relicta eſt, validam eſse ele-
ctionem, etiamſi indignus ſit electus, intelligit Moli
na vbi ſupra num. 15. cum Bart. & alijs, quos citat,
modò electio indigni facta nō ſit dolo electoris, qui,
quoad id, rationem ſortitur mandatarij inſtitutoris.
Ita colligitur apertè ex l. creditor. §. Lucius, ff. mād. E
Id verò intelligendum eſt de dolo vero, vt diſtingui
tur à lata culpa, atq; adeo à dolo ſolum præſumpto,
vt cum Bart. & alijs Molina ſubiungit. Idem autor
ibidem nu. 20. rectè aduerſus quoſdam ait, quòd ele
ctor ſciens & prudens elegerit indignum, non ſatis
eſse, vt dolo eum elegiſse ſit cenſendus, atque adeò
vt electio pronuncianda ſit nulla: cum enim facul-
tas ad liberè eligendum, quem vellet, etiam ad indi-
gnum ſe extenderit, vt conſtat ex l. cum quidam, ff.
de leg. 2. ſanè, quòd ſciens & prudens vſus fuerit iu-
re, facultate ſibi conceſſa comprehenſo, non conſti-
tuit eum in dolo. Addit verò ipſe cum alijs, ſi ex o-
dio digni eligat indignum, vt digno noceat, cenſen-

A dum eſſe doloſè elegiſſe, ac proinde tūc electionem
eſse nullam. Tametſi dicat non ſatis eſse, dignum in
ſenſum electori fuiſſe, vt elector cenſeatur animo il-
li nocendi elegiſse indignum, ac proinde ut cenſea-
tur, electionem illam dolo eſſe factam, atque adeò
eſſe nullam, niſi is animus aliunde probetur, ut quia
elector dixerat, ſe odio illius digni electurum eſse a-
lium. Exempla adhibet in eo, qui in odium ſubſti-
tuti, ſi ipſe ſine liberis decedat, concubinam duceret
in vxorem in articulo mortis, vt filij ex ea ſuſcepti le
gitimi fierent, atque excluderent ſubſtitutum. Item
in eo, qui ex eodem ſubſtituti odio, ingrederetur reli
gionem, eamque profiteretur, vt ſuccederet mona-
ſterium. Licèt enim, ſi de eo animo conſtaret, do-
lus interueniſſe cenſeretur, neque excluderetur ſub-
B ſtitutus, vt cum communi doctorum ſententia, quā
refert, affirmat; ſi tamen de eo animo aliunde non
conſtaret, quàm ex antecedente odio, non cenſere-
tur id factum ex dolo, ac proinde ſubſtitutus non ex
clūderetur. Cæterum, ſicut in calce diſput. 172. cū 6
Menchaca, Domino Franciſco Sarmiento, & alijs,
quos citant, conſentaneè ad Couar. ſatis perſpicuè,
ni fallimur, oſtendimus, dolum nō cerni in eo, quòd
quis in odium ſubſtituti ducat concubinam vxorem
aut profiteatur religionem, ad ſubſtitutum excludē-
dum, vereque ſubſtitutum excludi, nihil impedien-
te eo ſiniſtro & prauo animo: quoniam ille vſus eſt
iure ſuo, tametſi praua intentione: qui autem iure
ſuo vtitur, non eſt cenſendus doloſus, neque iniu-
riam vllam alicui in eo efficit. (Neque hanc no-
C ſtram, & doctorum, quos citauimus opinionem im-
pediunt, quæ poſtea in ſui defenſionem adiecit Mo-
lina in calce ſui operis ad numerum 27. capitis 5. li-
bro ſecundo.) Ita in re propoſita dicendum cenſeo:
cum enim libera facultas eligendi, quem elector vo-
luerit, ſeſe extendat ad indignum, ad effectum, vt va
lida ſit electio; ſanè quamuis elector ex odio digni,
indignum eligat, nullum dolum committit, neque vl
lam facit ei iniuriam, ac proinde electio non eſt nul
la; tametſi iniqua ſit & peccatum; tum ex illo pra-
uo animo, tum etiam ex eo, quòd indignus prætera-
tur digno. Confirmari autem poteſt, eam electio-
nem ex dolo interueniente non reddi nullam eo mo
do, quo alienatio, non animo adminiſtrandi, ſed de-
fraudandi, facta ab illo, cui adminiſtratio libera bo-
D norum conceſſa eſset ab eo, cuius eſsent ea bona, eſ-
ſet nulla, de qua alienatione ſermo eſt §. Lucius ci-
tato. Quoniam alienatio hæc non cenſetur compre
henſa in ea libera bonorum adminiſtratione conceſ
ſa, vt in eo §. expreſsè habetur: electio verò indigni
comprehenſa cenſetur in libera electione ad maio-
ratum conceſsa, vt habetur leg. cum quidam citata.
Item alienatio, non animo adminiſtrandi, ſed de-
fraudandi, eſt verus dolus commiſsus in eum, qui
adminiſtrationem ſuorum bonorum conceſſit: non
ſic autem electio indigni ex odio digni eſt dolus in
concedentem liberam electionem commiſsus, vt ex
ſe liquet: quin neque eſt dolus aduerſus dignum o-
miſsum, ſed eſt prætuliſse ei alterum ex odio illius,
E intra latitudinem tali electori ad eligendum conceſ
ſam, quod longè diuerſum eſt à dolo: ergo eiuſmo-
di electio indigni non redditur nulla ex dolo, qui in
ea interueniat. Atque hinc euerſa ſimul manet opi
nio Gregor. Lopez. l. ſecunda, titu. 15. parte ſecun-
da, verb. *en Eſpanna* ſub finem, vbi, quamuis cogi-
tandum id relinquat, vult, ſi maritus, cui ab vxore ſit
commiſsum, vt ex filijs eligat ad maioratum ab ea-
dem vxore inſtitutum, vnum, quem voluerit, elege-
rit ſecundo genitum, omiſso primogenito, neque ad
præferendum ſecundo genitum, moueatur ex iuſta
cauſa, ſed ex odio irrationabili, non valere electio-
nem. Quam ſententiā ex parte etiam impugnat Mo
lina vbi ſupra nu. 25.

Molina

7 Molina vbi ſupra n.30. aliud exemplum adhibet, quando electio indigni dolo cenſenda ſit facta, ac proinde ſit nulla. Nempe quando facta eſt accepta, aut promiſſa re aliqua in pretium, aut in compenſationem talis electionis. Quia enim electio gratis abſque vlla compenſatione fieri debet, vt diſputa. 592. oſtenſum eſt, ſi aliquo accepto, aut promiſſo, pro ea electione, ſit facta, tanquam doloſa, eſt ipſo iure nulla, aut annullanda, etiamſi dignus electus ſit. Miror tamen, quod hic autor doloſam eam electionem ex eo capite appellet: neque enim video in quo dolus talis electionis conſiſtat. Tenebitur quidem elector in foro conſcientiæ reſtituere, quod ita acceperit, tanquam nullo iuſto titulo acceptum (niſi dicas poſſe retineri in pretium iuſtum ſceleris patrati talis electionis in gratiam indigni ita electi, & pro periculis animæ, honoris, aut etiam pecuniæ, quibus, id ſcelus patrando, ſe expoſuit elector in gratiam electi, iuxta ea quæ diſputat. 94. dicta ſunt) Poterit item, in pœnam iuſtam delicti vtrinque patrati, pronunciari nulla ea electio, fiſcoque poterit applicari in pœnam iuſtam, quod datum, promiſſum, aut acceptum fuerit; cæterum, quod doloſa ea electio ſit, quæ non egreditur facultatem ad eligendum ab inſtitutore maioratus electori conceſſam, non video qua ratione probabili ſecurè id affirmari poſſit.

8 Doloſa ſanè eſſet ea electio, atque ex eo capite nulla, ſi elector, vt indignum contra inſtitutoris voluntatem eligeret, inſtitutori aliquibus mendacijs perſuaderet, vt tam amplam facultatem ipſi committeret, ſecurum eum reddendo, quod eligeret dignum, aut digniſſimum, vel ſi aliquibus alijs fraudibus eam amplam facultatem ab illo extorſiſſet. Atque hæc de hac diſputatione ſufficiant.

DISPVT. 595.

Vtrum is, cuius arbitrio electio ad ſucceſſionem commiſſa eſt, tenetur eligere digniorem, vel poſsit dignum, aut etiam indignum eligere, prætermiſſo digniori. Et quantum peccatum ſit, tam hunc, quam eum, cuius voluntati electio commiſſa eſt, non eligere digniorem.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando cenſenda ſit commiſſa, non in voluntatem, ſed in arbitrium electoris.*

2 *Electio ſi in arbitrium electoris ſit commiſſa, & is eligat indignum, prætermiſſo digno, retractanda eſt, eligenduſque eſt dignus; ſi verò eligat dignum, prætermiſſo digniori, retractari non poteſt.*

3 *Vt eligatur, qualiter iudicandus ſit aliquis dignus aut cæteris dignior, comparatione rei, ad quam ſit electio.*

4 *Eligens dignum ad maioratum inſtituẽdum de bonis, de quibus iuxta legum præſcriptum poteſt ita diſponere, prætermiſſo digniori, & maiori natu, etiamſi is maioratus iuriſdictionem in alios habeat, non peccat. Idem de ſimiliter meliorante, aut inſtituente fideicommiſſum.*

5 *Maioratum inſtituens in indigno, ſi maioratus iuriſdictionem habeat, & futurum id ſit pernicioſum ſubditis, culpa eſt lethalis cum onere reſtituendi damna ſubditis ſequuta. Quando verò nullum damnũ alijs inde immineret, rarò id eſſet culpa lethalis, niſi incapax eligeretur.*

6 *Eligendi ad maioratum, ad meliorationem, vel fidei-*

A *commiſſum, habens liberam facultatem, ſi eligat indignum, idem fere eſt dicendum, quod de inſtitutore ipſo, qui eo modo diſponeret, eſt dictum: quanuis grauius peccaret. Quando autem inſtitutor, confiſus de illo, quod ſemper eligeret digniorem, eam liberam poteſtatem illi reliquiſſet, in conſcientiæ foro idem eſt cenſendum, atque ſi in ſolum ipſius arbitrium eam electionem reliquiſſet.*

7 *Electio ſi in arbitrium alicuius ſit commiſſa, tenetur is in conſcientię foro eligere digniorem, & tenetur ad reſtitutionem digniori. In foro tamen exteriori ſuſtinebitur electio minus digni, non vero indigni, & minus dignus ad nullam reſtitutionem tenetur digniori, etiam in foro conſcientiæ.*

B TVnc electio commiſſa cenſetur, non liberæ voluntati electoris, ſed eius arbitrio, quando electoris arbitrio, iudicio, diſcretioni, aut prudentiæ commiſſa eſt, aut quando dictum fuit, vt electionem faciat, vt ſibi fuerit viſũ, aut vt fuerit arbitratus, vel ſimilia alia verba fuerint appoſita, quæ arbitrium, prudentioremque ac meliorem electionem ſignificent. Ita cum Bartol. & alijs Molina lib. 2. de primog. ca. 5. nu. 49. concinit l. fideicom. §. quanquam ff. de leg. 3. 1

Quando electio, non in libera electoris voluntate, ſed eius arbitrio relicta eſt, non poteſt eligere indignum, ſed tenetur eligere dignum; alioquin electio retractabitur, & maioratus, aut id, ad quod commiſsa eſt electio, conferetur digno. Ita habetur leg. 2
C cum quidam iuncta gloſsa 3. ibi, & l. cum pater §. rogo, ff. de leg. 2. & l. fideicommiſsa. §. quanquam. & § ſequenti ff. de leg. 3. & affirmat Barto. & communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſuprà nu. 46. refert ac ſequitur. Si tamen eligat dignũ, prętermiſſo digniori, valida eſt talis electio, neq; retractari poteſt. Ita glo. 3. l. cum quidã, ff. de leg. 2. quã Bar. ibi & doctores communiter ſequuntur, vt affirmat Molina nu. 46. citato. Ratio autem eſt, quoniam, ſi in electionibus, ſiue ex iuris, ſiue ex hominis diſpoſitione, ex eo admitteretur retractatio, atque annullatio electionis, quòd, digno electo, dignior eſset prætermiſſus, lites circa electiones valde multiplicarentur, in reipublicæ, & electorum maximum præiudicium, ideoque noluerunt iura, vt electiones ex eo capite re
D tractari, ac nullæ reddi poſsent. Vnde meritò Molina vbi ſupra nu. 48. cum communi doctorum ſententia, reprobat Pan. & Decij opinionem, qui cenſuerunt, doctrinam hanc eſſe intelligendam, quando ab electione non fuit appellatũ intra tempus à iure ad appellandum conceſsum, quaſi, ſi appelletur ab electione, ac probetur digniorem fuiſse prætermiſſum, reuocanda ſit electio. Quia vero rem hanc de electione digni, prætermiſso digniori, late vniuerſim examinamus tra. 6. vbi proprius locus eſt hęc vniuerſim examinandi, non plura hac de re hoc loco dicimus. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod ad ſecundum verò attinet, relinquendo tractatui 6. diſputationẽ de electione, tum ad beneficia
E eccleſiaſtica, tum etiam ad officia publica, tam ſecularia, quàm eccleſiaſtica, hoc loco ſolùm dicendum erit de electione ad maioratum ſeu fideicommiſsũ, & ad meliorandum aliquem in quantitate, in qua leges permittunt meliorationem fieri pro libito diſponentis de ſuis bonis.

Illud verò ante omnia eſt obſeruandum, pro qualitate rei, ad quam fuerit electio, iudicandum eſse, quis cenſendus ſit ea dignus, & quis indignus; quis itẽ alio dignior, vt trac. 6. explanabitur. Atq; ſi quis vel mediocriter, idoneus ſit ad rẽ, ad quam ſibi fieri debet electio, cenſendus eſt ea dignus. Si verò nulla ratione ſit ad eam idoneus, vel quia ſuis corruptis moribus facilè illã diſſipabit, ac perdet, aut damno, & no- 3

& nocumēto erit alijs, præſertim ſibi ſubditis ratione eius maioratus aut adminiſtrationis, vel quia caret iudicio ac prudentia, aut alijs dotibus, ad eam ad miniſtrandam neceſſarijs, vel ingratus valde exiſtit inſtitutori rei illius, iudicandus eſt ea indignus. In re autem propoſita, non ex eo ſolùm iudicandus quis eſt dignior alijs, ꝙ ſit ſanctior, aut literis eminētior cæteris; ſed ex eo, quòd ſpectatis ſimul cæteris circūſtantijs concurrentibus, iudicatur maioratui regendo, & adminiſtrando, illiuſque oneribus ſubeundis, aptior, eſto literis, aut ſanctitate ab alio, aut alijs prę cellatur. Quare, quia maioratus inſtituuntur, vt nomen ac nobilitas familiæ conſeruetur, & augeatur, & vt præſidio atque ornamento ſint reipublicæ, multum, vt quis idonior alijs ad eum iudicetur, conducet, ſi militiæ ſtrenuitate, ciuili vrbanitate, & alijs ſimilibus naturalibus donis, quæ ad id conferunt, alios excedat. Multum etiam ad id conducet, eſſe natu maiorem inter ſuos fratres: præſertim cum Hiſpaniarum conſuetudine, primaq; maioratuum inſtitutione, primogeniti in eis ſoleant ſuccedere, aptioreſque ſint, vt in eis familia conſeruetur.

His ita conſtitutis; Ioan. Lupus capit. per veſt. de don. inter vir. & vxo. notat. 3. §. 26. Ant. Gom. l. 17. Tauri, nu. 18. & alij, quos Molina vbi ſup. num. 59. citat, aſſeuerant, parentem, qui filiū ex tertio & quinto meliorat, aut maioratum ex eodem tertio & quinto inſtituit, teneri in foro conſcientiæ, ſub reatu culpæ lethalis, eligere ad id, non ſolùm dignum, ſed etiam digniorem ex filijs. Id confirmant ex l. fœminæ in prin. C. de ſecund. nup. Vbi diſponitur, matrē tranſeuntem ad ſecundas nuptias, quæ tenetur filijs prioris matrimonij reſeruare, quæ ex titulo lucratiuo ipſi ex patre eorum aduenerunt, poſſe vni ex illis ea prælegare; modò tamen in illum, non ex ſola voluntate, ſed ex cōtemplatione meritorum, iudicium ſuæ liberalitatis direxerit. Argumentum.

4 Quod tamen ad inſtitutorem maioratus de bonis ſuis, aut ad meliorantem de eiſdem bonis attinet, de quibus ex præſcripto legum, aut ex principis facultate, liberè poteſt diſponere, vel ſimpliciter, vel inter deſcendentes, dicendum eſt cum Coua. reg. peccatum pa. 2. §. 7. nu. 7. & cum alijs, quorum opinionem refert Molina, vbi ſup. nu. 64. & quam ſequitur nu. 67. non peccare, ſi maioratum inſtituat in filio digno, aut eumelioret, prætermiſſo digniori. Probatur, quoniam ea bona propria ſunt parentis ita de illis diſponentis; neque ex commutatiua, aut diſtributiua iuſtitia, ſunt debita cæteris excluſis; quin potius ei parenti integrum eſt relictum, eo modo de illis diſponere: ergo, eligendo dignum, nō peccat, eſto prętermittat digniorem, etiam maiorem natu. Neq; ſanè in eo cerni poteſt vitiū acceptionis perſonarum: quoniā, vbi nulla eſt ratio debiti, ſed diſpoſitio eſt de bonis proprijs, de quibus pro ſuo arbitratu pōt quis eo modo diſponere, nō poteſt eſse vitiū acceptionis perſonarū, vt, iuxta illud Mat. 20. *Amice non facio tibi iniuriam. An non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam eſt, quod ego bonus ſum?* ait D. Th. 2. 2. q. 63. art. 1. ad 3. & tract. 6. dicetur. Habētq; hęc locum, etiamſi maioratus includat iuriſdictionē temporalem in ſubditos: quoniā ſatis eſt; dignū illis prę ficere, qui eam iuriſdictionē per ſe, vel per alios, in ipſos exerceat. Confirmatur, quia, qui ex eo ius patronatus habet præſentandi miniſtrū ad aliquam Eccleſiam, quoniā ipſe, aut anteceſsores ipſius, de ſuis bonis eā dotarunt, licitè ad eam præſentat dignū, prætermiſso digniori, etiamſi ad beneficium, ꝙ curam habeat animarum, miniſtrum præſentet, vt tract. 6. oſtendemus: ergo quando quis inſtituit maioratum de ſuis bonis patrimonialibus, eſto iuriſdictionē ſecularē includat, ſatis eſt, ſi dignū ad eum maioratū eligat. Præſertim cū nullus ſit, qui diffiteatur, ad ta-

A lem maioratū, & ad regna vocari poſſe in infinitum primogenitos, nihil impediēte, quod probabiliter ſit futurū, vt inter eos aliqui indigni ſuccedant. Regnū quippe Iudæorū à Deo fuit ita inſtitutū, cum pręſciret, multos futuros peſſimos, Regnoque illo indignos. Hoc dilucidius reddetur ex dicendis tract. 6.

Vtrum autem inſtitutor maioratus, poſſit maioratum inſtituere in filio indigno, aut meliorator poſſit meliorare filium indignum, prætermiſſis dignis. Dicendū eſt, ſi id efficiat, validè illud efficere: itemque non peccare contra iuſtitiam, aduerſus dignos, quos prætermittit: eo ꝙ ea bona nulli alteri ſint debita, atque adeò nulli alterius iuri præiudicet in ea inſtitutione, aut melioratione. Si tamen is maioratus, aut ea melioratio, includeret iuriſdictionem temporalē, Ad argum. 5

B & tam perditis eſset moribus, qui ita inſtitueretur, aut melioraretur, vt iniuſtitiā in ſibi ſubditos exerceret, eaque inſtitutio, aut melioratio, in perniciem, ac detrimentum cederet ſubditorum: tunc non dubito, inſtitutorem, aut meliorantem, non ſolum peccare lethaliter contra charitatem ita eum inſtituendo, aut meliorando, ſed etiam peccare contra iuſtitiam aduerſus eos ſubditos, cum onere reſtituēdi damna ſubſequuta ex ea inſtitutione. Probatur, quoniā eſset cauſa eorum damnorum. Et quoniam ea iuriſdictio à ſupremo principe, tanquā pars totius iuriſdictionis tēporalis reipublicæ, fuiſset tandē ad eum deriuata, vel emptionis, vel donationis, aut alio ſimili titulo; nec princeps potuit liberiorem, aut ampliorem, illam in ipſum transferre quā ſibi cōpeteret: princeps

C autem lethaliter peccat, cum onere reſtituendi dāna ſi alicui parti reipublicæ ſciens & prudens, præficiat aliquē, qui indignus ea adminiſtratione ſit, futuruſque ſit pernicioſus & iniuſtus ſubditis illis, vltra 6. videbimus, idque ex ſe ſatis liquet: ergo eodem modo peccabit, & ad reſtitutionem tenebitur, qui in eiuſmodi filio maioratum inſtituerit, aut qui eum meliorauerit in eis bonis. Quando autem maioratus, aut melioratio iuriſdictionem non includeret, affirmat Couar. nu. 7. citato, non eſse peccatum inſtituere, aut meliorare indignum; ſed ſolum ad decentiā, & honeſtatem moralem, atque adeò ad virtutē ſpectare, non inſtituere indignum, & præferre dignū, aut digniorem; prætermiſſionem verò eius honeſtatis, aut eius actus virtutis, non eſse peccatum. Sub-

D ſcribit verò Molina vbi ſupra num. 70. quando melioratio, aut inſtitutio, ſolum eſset de quinto, quod liberè parens relinquere poſset extraneo: ſecus ſi eſſet de tertio, quod debitum eſt deſcendentibus, licèt nō huic, aut illi in particulari: & multò magis, ſi maioratus inſtitutio, ex regia facultate, contigerit legitimas aliorum filiorum. Equidem dicerem, ſi inſtitutus, aut melioratus, non eſset futurus noxius alijs notabiliter in eis bonis, neque illa eſset dilapidaturus, vt non poteſt ea dilapidare, ſi vinculo maioratus ſint alligata, rarò damnandum eſse culpæ lethalis, qui ita inſtitueret, aut melioraret indignum, etiā de tertio, cuius diſpoſitio perinde libera relicta eſt parentibus inter deſcendentes, ac ſi non eſset debita: præſertim cum nepotibus, aut pronepotibus, poſ

E ſit liberè relinqui, quibus legitima non eſt debita. Culpa tamen eſset venialis, præferre in eiuſmodi bonis notabiliter indignos facti indignitate. Relinquere verò aliquid ad id de iure indignis, hoc eſt, incapacibus, non ſolum eſset culpam lethalis, ſi quantitas ad culpam lethalem ſufficeret, ſed etiam inualidum eſset quicquid ita attentaretur, cum onere illud reſtituendi, vt, dum de ſucceſſione illegitimorum habitus eſt ſermo dictum eſt.

Ad l. autem fœminę. dicendum eſt, eam facultatē ſublatam iam eis eſse de iure authenticorum ea bona relinquendi alicui filiorum prioris matrimonij, ſed teneri illa diuidere æqualiter inter eos filios, vt

diſp.

diſp.431. dictum eſt. Præterea ea mulier diſponebat de eis bonis, non tanquam de proprijs, ſed tanquam de bonis mariti; qua de cauſa facultas illa ita alligata meritis filiorum relicta fuit ei ex præſcripto eius legis: quo facultas poſteà omnino ſublata ab ea eſt: in re autem propoſita, parentes diſponunt de ſuis proprijs bonis iuxta legum, aut facultatis principis permiſſionem. Quod ſi argumentum vllam vim haberet, probaret etiam, inſtitutionem maioratus, aut meliorationem, factam digno, prætermiſſis dignioribus, eſſe ipſo iure nullam: ſicut, ſi mulier illa, iuxta l. fœminæ, non diſtribueret ea bona inter filios pro quantitate meritorum, diſtributio erat ipſo iure nulla.

6 Quod verò attinet ad eum, in cuius liberam voluntatem eſt relictum, vt eligeret, quem vellet, ad maioratum, aut ad meliorationem; vt ſi vxor eā electionem relinqueret liberæ mariti voluntati, vt eligeret ex liberis vtrique communibus, ſanè idē ferè dicendum cenſeo, quod de inſtitutore ipſo dictum eſt, tam de electione digni, prætermiſſo digniori, quā de electione indigni; ſaltem quādo is verè intelligeret, liberam omnino electionem eſſe ſibi relictam, qualem inſtitutor habebat; & non quando confitendo de illo, quòd id, quod magis expediret, efficeret, tam ampla facultas eſſet ei relicta: nam tunc in foro conſcientiæ cenſendum eſſet, tanquam in arbitratorem electionem illam eſſe ei relictam, ac proinde idem dicendum in eo foro erit, quod de eo, in cuius arbitrio electio eſſet relicta, ſtatim ſubijciemus: tūc enim honoris tantum gratia, atque ad lites in exteriori foro præſcindendas, cenſenda eſſet commiſſa electio ſub ea forma. Inſtitutor autem, qui ampliſſimam illam aliam facultatem alicui reliquit, ſibi imputare debet, ſi indignus, præter ſuam intentionem ac voluntatē, eligatur: atque, ꝙ nos hac de re aſſerimus, iura planè ſatis apertè ſignificant. Neq; Bar. à Molina vbi ſup. nu.71. relatus, huic noſtræ doctrinæ aduerſatur: de eo quippe loquitur, in cuius arbitrio electio eſt commiſſa, quando ait, non cenſeri ei commiſſam facultatem ad eligendum indignum. Dixi, ferè idem eſſe dicendum: quoniam grauius erit peccatum, eum, cuius liberæ voluntati electio eſt cōmiſſa, eligere indignū, quàm proprium dominum ac diſpoſitorem eorum bonorum, idem efficere: cum ſit credēdum dominū conſilium electorem nihil ſiniſtrum eſſe effecturū, tantam facultatem ei commiſiſſe.

7 Quod denique ad eum attinet, cuius arbitrio electio commiſſa eſt, dicendum eſt cum Molina, teneri in foro conſcientię eligere digniorem, nec ſatis eſſe, ſi dignum eligat: tametſi in exteriori foro ad litibus obuiandum, toleretur ea electio digni: non verò indigni, vt ſupra dictum eſt. Quod autem in foro conſciētiæ teneatur is eligere digniorem, neque ſatis ſit eligere dignum, vel ex eo conſtat, quod idcirco eius arbitrio ſit commiſſa electio, vt eligat meliorem, idque ſignificat forma illa, quem fueris arbitratus, eſſe ſcilicet aptiorem ac digniorem.

Molina non explicat, vtrum, ſi elector tunc eligat dignum, prætermiſſo digniori, vltra peccatum, teneatur ad reſtitutionem digniori emolumenti, quo eum priuauit, ſi, ſciens & prudens alterum eſſe minus dignum, aut non adhibita morali diligētia ad id examinandum & agnoſcendum, eum elegit. Iuxta id verò, quod quondam copioſè probauimus, & tra. 6. ſubijciemus, atque in quo idem Molina vbi ſupra nu.57. nobiſcum conuenit aduerſus quoſdam alios, gauiſuſque ſum, eum nobiſcum ea in parte reperiſſe conſentientem, nempe, quando electio eſt per concurſum, edicto appoſito, quòd id dabitur digniori, eligentem minùs dignum, teneri ad reſtitutionē digniori, dicendū arbitror. In re propoſita, eligentē, ex aliquibus certis ſtatutis ab inſtitutore, minus dignū,

A prætermiſſo digniori, teneri ad reſtitutionē digniori. Ducor qm̄ eo ipſo ius habent ad rem illam ſoli illi deputati ab inſtitutore, habentque ius ex præſcripto eiuſdem inſtitutoris, vt detur digniori, cōmiſſūque eſt electori, vt iudicet, quis ſit dignior & aptior, ſuoque iudicio & electione eam illi conferat; quarè, ſi ſua culpa eligat minus dignū, prætermiſſo digniori, præiudicat ſua nequitia & culpa iuri illi iuſtitiæ dignioris, atque adeò iniuſtitiam aduerſus illum cōmittit, cum reſtituendi onere. Quia verò locus proprius hæc copioſius examinādi ac probandi, non eſt præſens diſputatio, ſed tractatus ſextus, hac de re nō plura hoc loco ſubijciam. Illud vero eſt obſeruandū, minus dignum ita electum, neque peccare acceptando electionem, & occupando rem ad quam eſt electus, neque proinde teneri ad reſtitutionem illius digniori: quod copioſè tract.6. oſtendemus, & affirmant Molina vbi ſup. nume.75. & alij quos citat, & quos nos copioſius eodem tract.6. citabimus.

DISPVT. 596.

De maioratuum conſiſtentia titulo præſcriptionis.

SVMMARIVM.

1. *Bona omnia libera cenſentur, niſi contrarium probetur.*
2. *Maioratus titulo præſcriptionis vt acquiratur ac probetur.*

CVm bona præſumantur libera, minimeq; vinculo maioratus ſubiecta, ad eūq; proinde, qui vinculo maioratus ea eſſe ſubiecta cōtēdit, orta ea de re cōtrouerſia, probare ſpectet, ea vinculo maioratus ſubiecta eſſe; ſanè, qn̄ non adeſt perſpicua probatio tituli ad id legitimi, atque indubitati, atque adeo qn̄ oīno non conſtat de origine ac creatione talis maioratus, titulo p̄ſcriptionis eū conſiſtere, legitimeque poſſideri, eſt probandū, vt diſp.75. dicebamus. Ibi verò oſtendimus, de iure huius Caſtellæ regni l.41. Tauri, quæ eſt l.1.tit.7.lib.5. nouæ collect. qn̄ de nullo oīno conſtat titulo, neceſſe eſſe probare, ita conſuetudine, ſeu poſſeſſione, de cuius initio non extat memoria, ſemper tanquam bona maioratus illa fuiſſe poſſeſſa, & qualis ac quā qualificata ea probatio eſſe debeat. Diſputatione verò 76. ſubiecimus, quid interſit inter cētenariā præſcriptionē, & præſcriptionē de cuius initio non extat memoria, & quomodo vtraque probetur. Eadem item diſp.75. & diſp.590. coniectura 9. oſtendimus, cum titulo minimè indubitato, quantum tempus ad præſcribendum ea bona eſſe maioratus, tum aduerſus præſentes, tum etiā aduerſus futuros, ſufficiat. Qua de cauſa non eſt cur plura hac de re hoc loco dicamus. Longiſſimam verò his de rebus diſputationem Molina lib.2. de primog. capite 6. Omnia tamen admetienda ſunt ad ea, quæ locis citatis nos breuiſſimè explicauimus.

(Margin: 1 beside "CVm bona"; 2 beside "eſt l.1.tit.7.lib.5.")

DISPVT. 597.

Regis facultas, aut confirmatio, qualis neceſſaria, vt ea inſtitutio maioratus ſit valida, quæ Regis facultatem, vt valida ſit, requirit.

SVMMARIVM.

1. *Maioratus regiam requirens facultatē ut ſit ualidus, ualidus non eſt, ſi poſt eum cōfectum regia facultas obtinea-*

obtineatur:niſi in ea dicatur,confirmari antea confe ctum. Quando autem inſtitutio & facultas eandem continent diem præſumitur facultas anteceſſiſſe, niſi contrarium probetur.

2 *Confirmatio,quæ in forma communi,& quæ in forma ſpeciali & ex certa ſcientia, & quid vtraque requirat,vt valida ſit,nec ſurreptitia cenſeatnr.*

3 *Confirmatio in forma communi, actui inualido vires non adhibet,ſed ſolum corroborat validum. Confirmatio verò in forma ſpeciali,actum alioquin inualidum reddit validum,niſi ſurreptitiè ſit obtenta.*

4 *Maioratus indigens regia facultate vt ſit ualidus, ſi ſine ea inualidè ſit inſtitutus, ut ualidus reddatur, non ſufficit confirmatio in forma communi,ſed requiritur in forma ſpeciali:in forma autem ſpeciali confirmatur, quando dicitur confirmari antea inſtitutum.*

5 *Si in ipſo inſtrumento inſtitutionis maioratus inualidè inſtituti ſine regia facultate,adderetur approbatio & confirmatio Regis,confirmatus cenſeretur ex certa ſcientia,ſeu in forma ſpeciali, & quibus alijs modis idem fieret.*

6 *Maioratus ſi inſtitutus fuit facultate Regis ſurreptitia,aut ſine Regia facultate neceßaria, uel confirmatus fuit à Rege inualidè, & cum eis titulis præſumptis bona fide à ſucceſſoribus fuit profeßus decem annis inter præſentes, & uiginti inter abſentes, titulo præſcriptionis eſt comparatum dominium illius. In foro tamen exteriori fortè non præſumeretur bona fides.*

DIcẽdum eſt deinde de aliquibus ſolẽnitatibus requiſitis, vt maioratus validi inſtituantur ac creentur. Et primò de facultate Regis,& de confirmatione, q̃n, ſine Regis facultate neceſſaria,inſtituti à principio ſunt.

Ex dictis diſp. 576.& 579. ſatis conſtat, quando, vt maioratus validè inſtituatur, neceſſaria ſit Regis facultas;quando non item. Prætereà diſp. 578. conſ. 3.4.& 5. explanatum eſt, quando, ex noſtra ſententia,poſſit Rex eam facultatem concedere, & quando concedere eam non poſſit. Et diſp. 582. eſt examinatum,num vtile, aut inutile ſit,maioratus, qui abſque Regia facultate validè poſſunt inſtitui, ex Regia inſtitui facultate.

1 Quod ad rem præſentem attinet l.42. Taur.quæ eſt l.5.tit.7.lib.5.nouæ collect. ſic eſt ſancitum. *Ordenamos y mandamos,que la licencia del Rey para fazer mayorazgo,proceda a el fazer mayorazgo, de manera, que aũque el Rey de licencia para fazer mayorazgo, por uirtud de la tal licencia no ſe confirme el mayorazgo,que de antes eſtuuiere hecho. Saluo ſi en la tal licencia expreſſamente dixeſſe,que aprobaua el mayorazgo que eſtaua hecho.* Hinc vides,quando maioratus inſtitutio indiget facultate Regis,vt ſit valida,non ſatis eſſe ſubſequi ex interuallo eam facultatem,ſed neceſſe eſſe antecedere,aut certè ſimul,dum maioratus inſtituitur, concedi & haberi eam facultatem,alioquin inualida erit talis inſtitutio. Obſeruat autem bene Molina li. 2. de primog. c.7. à nu. 1. cum pleriſque alijs, quos citat,quando aliquid ita requiritur, vt ſit validus aliqs actus,eſſe de ſubſtantia,formave præſcripta ſeruãda in eo actu,vt ſit validus. Itẽ obſeruant optime Anto. Gom. ad l.42. Taur. nu. 3.& Molina.c.7. citato. nu. 51. ſi facultas Regis,& maioratus inſtitutio, confectæ reperiantur eadẽ die,præſumi anteceſſiſſe facultatem Regis,niſi contrarium probetur:quia quando conſtat, duos actus eodẽ die eſſe celebratos, & vnus eſt neceſſarius ac prærequiſitus, vt alter ſit validus, præſumitur anteceſſiſſe prærequiſitum, vt cum pleriſque alijs,quos citant,affirmant. Conſentiunt,quę tradit Ludouicus Gom. de non iudicando iuxta formam ſupplicæ.q.15.

A Vt verò intelligatur,qualis confirmatio inſtitutionis maioratus requiratur, vt ea inſtitutio valida reddatur,quæ,cùm indigeret principis facultate,vt eſſet valida,facta tamen fuit ſine facultate, obſeruandum eſt. Duplicem diſtingui confirmationem. Vnã,quæ appellatur in forma communi,quando ſcilicet, non præcedente informatione in particulari de actu,qui confirmatur,& de circumſtantijs neceſſariò exprimendis illius, adhibetur cõfirmatio illius à ſupremo principe,aut ab alio, ad quem ſpectat confirmatio. Altera,quæ appellatur in forma ſpeciali,atque ex certa ſcientia, quando ſcilicet præceſſit informatio in particulari de actu,& de circumſtantijs illius neceſſariò exprimendis,aut id totum inſertum eſt inſtrumento confirmationis. Eſto autem intendatur con- 2

B firmari aliquid in hac poſteriori forma, ſi tamẽ ſuppreſſum fuit in informatione aliquid neceſſariò exprimendum ad factum attinens,quia videlicet,ſi exprimeretur, vel actus non confirmaretur,vel difficilius,attentis circumſtantijs concurrentibus, confirmaretur,tunc confirmatio eſt ſurreptitia ac nulla, vt conſtat.cap.1.cap.qui ad noſtram. c.porrecta. de cõfirmat.vtili vel inutili,& ex alijs iuribus, idque ſiue id conſtet ex ſupplica,aut facto inſerto in confirmatione,ſiue aliunde. Panor.cap.1.num.6. & fuſius.c. examinata.num.5.& 6.de confirmat.vtil. vel inutil. rectè ait,ſi cõfirmatio fiat in forma communi,& apponantur verba,cõfirmamus tibi poſſeſſiones, quas iuſtè & pacificè poſſides,vel confirmamus compoſitionem,ſicut prouidè facta fuit,vel ſimilia alia ver-

C ba apponantur, tunc verba illa efficere ſenſum conditionalem,videlicet, ſi iuſtè & pacificè poſſides, ſi prouidè facta fuit, vt conſtat ex eodem. c.examinata,& ex.c.quia diuerſitatem, de conceſ.præb. Si verò confirmatio fiat in forma particulari, efficere ſenſum cauſalem, nẽpe, quia iuſtè & pacificè poſſides, quia prouidè facta eſt,ac proinde ea verba nihil magis infirmare confirmationem factam in forma ſpeciali,quàm ſi non eſſent appoſita,vt conſtat ex capit. venerabilis.de confirmat. vtil.vel inutil. Addit. Panor.c.examinata citato.num.vltimo, eſto in confirmatione,non ſit inſertus tenor actus, qui confirmatur, ſi tamen appoſita ſit clauſula ex certa ſcientia (idem intelligetur,ſi appoſita ſit clauſula de plenitudine poteſtatis, & maximè ſi vtrauis clauſula appo-

D ſita,additum ſit,ſupplentes omnem defectum) cenſeri confirmitationem factam in forma ſpeciali. Conſentiunt,quæ à nobis,cum pleriſque alijs autoribus, quos citauimus, diſputa. 174. §. quamuis.dicta ſunt. Si tamen conſtaret aliquid,ad factum attinens,fuiſſe ſuppreſſum, quod difficiliorem confirmationem redderet,eſſet nihilominus ſurreptitia:id tamen præſumendum non eſt, appoſitis eis clauſulis, quando conſtat. Si item,appoſitis eis clauſulis, reſtrictio adderetur, aut aliquid apponeretur, vnde conſtaret, principem non intendere, vt eædem clauſulæ omnem effectum,quem ſonant,habeant,tunc non omnem eum effectum habebunt,vt eadem diſp. 174. §. non immeritò,additum eſt. Hæc verò non ſic exa-

E ctè explicat Molina.c.7.citato.nu.9.

Obſeruandum deinde eſt, hoc eſſe diſcrimen inter confirmationem in forma communi, & confirmationem in forma ſpeciali. Quòd ſi actus, qui in forma communi confirmatur, validus in ſe, ſecluſa ea confirmatione, non erat, ex confirmatione non redditur validus:vnde eiuſmodi confirmatio in forma communi, actui inualido vires non tribuit, ſed ſolùm actui valido tribuit vires, maiuſque robur ac firmitatem,vt conſtat ex.c.vlt.de confirmat. vtil. vel inutil.& ex c.quia aduerſitatem, de conceſ. præb.& cum Hoſtienſi, & communi doctorum ſententia, affirmant Molina vbi ſupra.nu.7. Confirmatio autem in forma ſpeciali actum,alioqui in ſe inualidum 3

validum

validum reddit: quoniam ad id à principe, aut ab alio habente ad id poteſtatem adhibetur. Ita colligitur apertè ex cap. 1. & cap. veniens, iuncta gloſſa ibi verb. confirmatum, de tranſact. & ex. c. venerabilis de confirmat. vtil. uel inut. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra nu. 8. refert, ac ſequitur. Excipe, niſi ſurreptitiè ſit adepta: tunc enim, ex ſurreptione, inualida talis confirmatio redditur, vt dictum eſt.

4 Hinc iam facilè intelliges, cùm ea inſtitutio maioratus, quæ, vt ualida ſit, Regis indiget facultate, ſi ſine ea fiat, ſit prorſus inualida, etiã ſi, poſtquàm facta fuerit, accedat Regis facultas, vt l. 42. Tauri eſt dipoſitum, vtique, vt valida reddatur Regis confirmatione, neceſſe eſt, vt cōfirmatio fiat in forma ſpeciali, neque ſatis eſt, ſi fiat in forma communi, petendo confirmationem maioratus iam antea inſtituti, eamque obtinendo, non exprimendo quouſque Regis facultate indigeat. Ita Molina vbi ſupra nu. 6. Quãdo ergo, poſt maioratum inſtitutum, talis facultas ad eum inſtituendum obtinetur, quæ, ſi obtenta fuiſſet ante eum inſtitutum, validum illum redderet, tunc, ſi in ea facultate expreſsè adhibeatur approbatio, aut confirmatio maioratus illius ſine ea facultate inſtituti, valida vtique erit ea confirmatio. Atque hoc eſt, quod ſignificant verba illa. l. 42. Tauri. *Saluo ſi en la tal licentia expreſſamente ſe dixiſſe, que approbaua el maiorazgo que eſtaua hecho.*

5 Illud obſerua, ſi in ipſa inſtitutione maioratus, facta inualidè ſine Regis facultate, adderetur approbatio, ſeu confirmatio eiuſdem maioratus, abſque alia facultate, vtiq; tunc, cùm confirmatio illa eſſet ex certa ſcientia, valida redderetur præcedens maioratus inſtitutio. Idem eſſet, ſi conſtaret aliunde, de tradita plena notitia, de ipſa inſtitutione antecedente, & de circumſtantijs omnibus neceſſariò exprimẽdis, confirmationem fuiſſe obtentam. Idem quoque eſſet, ſi confirmatio contineret tales clauſulas, ex quibus conſtaret, mentem principis confirmantis eſſe, approbare eam inſtitutionem cum omnibus circũſtantijs in ea contentis. Cùm enim poteſtas, ad id omne confirmandum, eſſet in principe, vtique, ſi ex clauſulis confirmationis conſtaret, intendiſſe confirmare eam inſtitutionem cum omnibus circũſtantijs in ea contentis, redderetur ea præcedens maioratus inſtitutio.

6 Idem Molina. capit. 7. citato, nume. 11. & fuſius. capit. 6. num. 52. & duobus ſequentibus, addit. Si facultas ad maioratum inſtituendum fuit ſurreptitia, idque latuit ſucceſſores in maioratu, qui proinde cum bona fide eo titulo illum poſſederunt quadraginta annis, ſatis id eſſe ad illum præſcribendum tanquam maioratum. Idem eſſe affirmat, ſi maioratus fuit inſtitutus ſine regia facultate, cum tamen ad inſtitutionem neceſſaria fuiſſet Regis facultas, & obtenta à Rege confirmatione in forma ſolùm communi, ſucceſſores bona fide cum eo titulo illum poſſederunt quadraginta annis, vt cum multis alijs, quos refert, aſſeuerat. Idem ego dicerem, ſi ſine ea confirmatione, ſed cum ſola inſtitutione bona fide quadraginta annis illum poſſediſſent. Imò idem dicerem, ſi cum quocunque prædictorum titulorum bona fide decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, illum poſſederint, iuxta ea, quæ diſput. ſeptuageſimaquinta, dicta ſunt, & diſputatione præcedente retulimus. Fortaſse tamen aliquando in his euentibus bona fides non præſumetur in foro exteriori.

DISPVT. 598.

Vtrum princeps inſtitutionem maioratus inualidam, quòd ex Regis facultate non fuerit facta, cõfirmare poſſit ac validam reddere, poſt mortem inſtitutoris.

SVMMARIVM.

1 *Princeps in nullo euentu inſtitutionem inualidã maioratus, quòd de Regis facultate facta non ſit, poteſt confirmare poſt mortem inſtitutoris, ac validam reddere, niſi id omnino poſtularet bonum commune, factaq; compenſatione ijs, in quorum præiudicium id cederet, aut niſi illis omnibus liberè conſentientibus.*

2 *Id autem verum habet, etiamſi inſtitutor peteret, vt princeps poſt ſuam mortem eam inſtitutionem confirmaret.*

3 *Confirmatio maioratus inualidè inſtituti ſine facultate Regis, ſi inſtitutor mandauit, illam peti, & incidit in amentiam antequam peteretur, & poſtea petatur vi eius mandati, eſt nulla: quoniam mandatum, re intrgra, exſpirat amentia mandantis. Si autem ritè aliunde petatur ac obtineatur ex principe ante mortem inſtitutoris, valida eſt.*

4 *Maioratus inſtitutio etiam ſi inualida ſit ſine Regis facultate ob ſolas ſubſtitutiones, ſi confirmatio illius obtineatur poſt mortem inſtitoris, inualida eſt.*

DEciſio huius quæſtionis pendet ex dictis diſp. 174. ea verò de cauſa paucis eam cõprehendemus, remittentes lectorem ad ea, quæ ibidem copioſius ex ſuis principijs deducta ac comprobata ſunt.

Gregor. Lopez. l. 32. titu. 9. par. 6. verb. *No valdra*, colum. vltim. verſic. ſed an ſi quis, partem amplectitur affirmantem. Citat verò ad id Angelum in additionibus ad Bart. l. penult. C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib. 12. vbi eum textum ad id notat, quòd princeps concedere poſſit priuilegium perſonæ iam defunctæ, validum iuris fictione reddendo teſtamentũ illius poſt eius mortem, ſtatuendo liberum eundem qui ſeruus erat. Primum argumētum.

Id præterea confirmat ex c. quia Ioannes. 12. quæſtio. 5. vbi teſtamentum à quodam Archiepiſcopo factum abſque Romani Pontificis facultate, Romanus Pontifex poſt mortem Archiepiſcopi illius confirmat, ex quibus videtur colligi, validam ſimiliter reddi poſſe, confirmatione principis poſt mortem eius, qui maioratum inſtituit, eam inſtitutionẽ, quæ fuerat ex eo nulla, quòd abſque facultate principis fuerit effecta. Secundum.

In eadem ſentẽtia eſt Menchaca de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 26. nu. 89. modo ea confirmatio fiat, inſerta maioratus inſtitutione.

Contrarium tamen proculdubio eſt dicẽdum, in principe uidelicet non eſſe poteſtatem ad id efficiendum, niſi iudicaret ita omnino expedire bono communi, quod raro, aut nunquam, eueniet. Et niſi tunc compenſaretur aſcendentibus, aut deſcendentibus, inſtitutoris eius maioratus, quod ſua intereſt, inſtitutionem perſeuerare nullam, ipſoſque ſuccedere in eis bonis minimè vinculatis. Loquimur autem quando inſtitutio abſque regia facultate idcirco eſt nulla, quòd contingat legitimas deſcendentium, aut aſcendentium. 1

Tres euentus diſtinguit, ac diſput. Molina lib. 2. de primog. c. 7. à num. 14. Primus, quando princeps poſt

poſt mortem inſtitutoris, ignorando tamen mortuum eſſe, ac proinde ius deſcendentibus, aut aſcendentibus eſſe quæſitum ad ea bona, ſaltem dependẽter ab aditione futura, confirmat maioratus inſtitutionem. Atque in hoc euentu meritò ait, confirmationem eſſe nullam: quoniam incognita fuit principi qualitas illa iuris illius iam eo mõ delati aſcendentibus, aut deſcendentibus, quæ qualitas, vt minimum, difficiliorem multo redderet eam confirmationem, ac proinde nulla eo ipſo, ac ſurreptitia eſt cenſenda.

Secundus, quando, cognita quidem morte illius, adhibitiſque quibuſdam clauſulis, minimè tamen examinatio iure aliorum, cui ea confirmatio præiudicabat, neq; illi in particulari derogando, eam inſtitutionem confirmauit. In quo euentu multis contendit, confirmationem eſſe nullam. Quia tamen ex his, quæ in tertio euentu ſubiungemus, facilè conſtabit, nullam eſſe confirmationem eo modo factam, non plura circa eam dico.

Tertius eſt, quando principi conſtat, mortuũ eſſe inſtitutorem, & propterea quòd inſtitutio fuerit nulla: ius morte inſtitutoris eſſe quæſitum ad ea bona aſcendentibus, aut deſcendentibus, & quantum ac quale illud ſit. Atque tunc quæritur; vtrum de plenitudine poteſtatis (excepto euentu illo, quòd omnino ita expediat bono communi, & quòd compenſatio fiat iis, qui id ius compararunt) licitè ac validè poſſit princeps confirmare eam inſtitutionem, ac præiudicare iuri iam ita quæſito deſcendentibus, aut aſcendentibus, Vt autem diſp. 174. in re alia ſimili dicebamus, conueniunt doctores, quos ibi citauimus, & ex parte citat Molina vbi ſupra. num. 28. ſi adita ſit iam hæreditas, & comparata ſit poſſeſſio, nec licitè, nec validè poſſe id efficere principem: quoniam non poteſt ſpoliare deſcendentes illos, aut aſcendentes dominio earum, ſemel iam rite comparato. Idem affirmant ferè omnes ij dem autores, quos diſputatione citata retulimus, & quos ſequitur Molina. num. 28. citato, quando hæreditas erat iam adita, ſed nõdùm erat comparata poſſeſſio: quonam ex iuris ciuilis diſpoſitione, per ſolam aditionem, ſine poſſeſſione, fuit dominium earundem rerum comparatum, quo ſemel rite acquiſito, non poteſt princeps iuſtè, aut validè ſpoliare eos deſcendentes, aut aſcendentes. Quãdo autem hæreditas illa erat quidem eis deſcendentibus, aut aſcendentibus delata, ſed nondum erat ab ipſis adita, Molina vbi ſupra, & alii, quos diſputatione citata retulimus, contendunt, poſſe principem de plenitudine poteſtatis validè illos eo iure ſpoliare. Addit tamen Molina in calce. num. 33. Hoc autem non credimus vnquam chriſtianiſſimos Hiſpaniarum principes abſque magna atque publica cauſa facturos: cùm abſque conſcientiæ diſcrimine, atq; abſque maxima filiorum, aliorumque deſcendentium, vel aſcendentium, quibus iam hæreditas delata eſt, iactura fieri non poſſit: ſicque nũquam in Hiſpaniarum regnis id factum fuiſſe vidimus, aut ab aliis accepimus. Hæc ille. Nos verò diſput. 174. citata, ſatis perſpicuè, ni fallimur, oſtendimus, nec licitè, nec validè poſſe confirmari talem maioratus inſtitutionẽ; eaq; de cauſa non plura hac de re hoc loco dicimus. Illud admonuerim, ſi quando aliqua eiuſmodi inſtitutio à principe in hoc Caſtellæ Regno confirmaretur adhibitis quibuſcunque clauſulis, confirmationibus, & derogationibus, mandandam non eſſe exequutioni à poteſtatibus publicis, eò quòd apertè id ſit in præiudicium tertii, iuxta ea, quæ ſanctè ac prudenter. l. 1. 2. & 3. titu. 14. lib. 4. nouæ collect. diſpoſita ſunt. Addit vbi ſupra Molina. num. 34. ſi ij omnes, quibus præiudicium afferre poſſet ea confirmatio maioratus, illam peterent à principe, tunc principem validè ac licitè poſſe eam adhibere: de qua

A re nullum ſanè poteſt eſſe dubium.

Ad primum vnde Greg. Lopez ad contrariam opinionem affirmandam ducebatur, dicendum eſt, Ibi eſſe ſermonem de ſeruo oblato principi, vt in eius cubiculo ſeruiat, quem vult eo ipſo eſſe liberũ: idque priuilegium extendit ad eiuſmodi ſuos ſeruos iam mortuos, vt valeant eorum teſtamenta, ac ſi fuiſſent hominum liberorum; cùm verò id in nullius tertij ſit præiudicium, ſed in ſuum ſolum, qui ſuccedere debebat in eis bonis; ſanè licitè ac validè illud poteſt efficere: inde verò non ſequitur, efficere id etiã poſſe in eo, de quo diſputauimus, quod eſſet in præiudicium atque in iniuriam manifeſtam deſcendẽtium, aut aſcendentium, qui ad ea bona, morte inſtitutoris talis maioratus, ius comparaſſent. Ad primũ.

B Ad ſecundum verò dicendum eſt, Summũ Pontificem illi Archiepiſcopo promiſiſſe, ſe confirmaturum id teſtamentum, vt ex eodem textu conſtat; quæ promiſſio vim habuit confirmationis illius in vita eiuſdẽ Archiepiſcopi, facultatiſq; ad illud validè ac firmiter conficiendum, antequã ad ea bona ius, morte eius Archiepiſcopi, alteri quæreretur: quarè inde non ſequitur, principem confirmare poſse inſtitutionem maioratus inualidã, poſtquàm morte inſtitutoris ius eſt comparatum ad ea bona deſcendentibus, aut aſcendentibus eius inſtitutoris. Ad ſecundum.

Dubium eſt, vtrum quando, qui inualidè maioratum, ob defectum regiæ ad id facultatis, inſtituit, petiuit à principe in ea inſtitutione, vt eam confirmaret, poſſit princeps poſt mortem talis inſtitutoris va
C lidè illam confirmare. Greg. Lopez. l. 32. tit. 9. part. 6. verb. *no valdra*. colum. 11. verſi. quæro præterea, & Menchaca de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 26. nume. 105. & 160. affirmanter reſpõdent, argumento eorum, quæ dicta ſunt diſp. 173. §. penult. & diſp. 147. §. illud etiam, nempe, ſi pater inſtituit filium ſuum, naturalẽ hæredem, petendo à principe, vt velit eum legitimare, atque adeò ſub conditione, ſi princeps velit eum legitimare, tunc ſubſequuto principis conſenſu poſt mortem patris, qui (ſi pater ſobolem legitimam nõ reliquit) facile obtinebitur, effici talem filium legitimum, & ſuccedere ex eo teſtamento patri, vt habetur, in authentico quib. mod. efficiantur ſui. §. ſi verò is, & l. 6. titu. 15. part. 4. Eodem modo inquit Greg. Lopez. ibidem col. pen. verſ. item nota, ſi quis inuali
D dè, ob defectum eiuſdem facultatis, inſtituat maioratum, ſub conditione tamen, ſi princeps velit eam inſtitutionem confirmare, poſse principem validè eã confirmare.

Contrarium verò dicendum eſt cum Molina. ca. 7. citato à. nu. 36. idque ob ea, quæ circa præcedentem quæſtionem dicta ſunt. Ratio autem diuerſitatis inter eam legitimationem poſt mortem patris in eo euentu, & confirmationem maioratus in his euentibus, de quibus diſputamus, eſt. Quoniam, vt ex authentico citato conſtat, & diſput. 147. explicatum eſt, princeps eam facultatem ſibi reſeruauit ad legitimandum poſt mortem patris, ſi id pater ita poſtularet dum viueret, atque adeò, quòd ſuccederet
E filius illegitimus, aut non, ſed hæreditas deuolueretur ad hæredes ab inteſtato mortuo eo patre, pendens fuit ex eo, quòd ipſe vellet annuere votis ac petitioni patris, aut non. In re autem propoſita, agitur de præiudicio deſcendentium, aut aſcendentium, quod contingantur legitimæ ipſis ex iuris diſpoſitione, atque iuxta id, quod poſtulat natura ipſa rei, debitæ in bonis, ex quibus inſtitutus eſt talis maioratus. Præterea, non ſolùm ex iuris diſpoſitione, & per epicheiam, princeps non ſibi reſeruauit facultatem confirmandi poſt mortem inſtitutoris inualidam inſtitutionem maioratus, ſine ipſius facultate factam, atque adeò non fecit dependens ab ipſius confirmatione, quòd deſcendentes, aut aſcendentes, in re propoſita

poſita compararent, aut non compararent perfectũ ius morte talis inſtitutoris, ſed etiam apertè ſanciuit, vt ea inſtitutio eſſet nulla, nec redderetur valida ſequenti confirmatione, quæ ab ipſo fieret, vt apertè conſtat, l. 42. Tauri: quare non eſt vtrobique eadem ratio, neque quod de legitimatione in eo euentu eſt ſancitum poſt mortem patris, extendendum eſt ad confirmationem inſtitutionis maioratus inualidæ poſt mortem inſtitutoris.

3 Vtrum autem, ſi is, qui maioratum, ob defectum facultatis principis ad eam inſtitutionem illius requiſitæ, inualidè inſtituit, incidat in amentiam, valida ſit confirmatio eius maioratus facta poſt furorem talis inſtitutoris, ſed ante mortem eiuſdẽ, Greg. Lop. vbi ſupra, col. 12. verſic. item nota, rectè ait, ſi is, qui ita maioratum inſtituit, mittat ad Regem, vt confirmet eam inualidam inſtitutionẽ, atque, dum ita miſit, incidit in amentiam, re integra, antequàm res executioni mandaretur, confirmationẽ poſtea obtentam vi talis mandati, eſſe nullam: eo quòd mandatũ expiret morte, aut amentia mandantis re integra, vt conſtat ex l. ſi quis alicui, ff. de acquiren. hæred. & in calce diſput. 552. eſt dictum. Non tamen arbitror Gregorium Lopez negaturum, confirmationẽ eius maioratus alioqui factam à Rege, non vi illius mandati inſtitutoris, ſed aliunde legitimè petitam, validam eſſe; cùm ipſe, vt ex dictis conſtat, aſſeuerat, tametſi falsò, confirmationem illam validè fieri poſſe à principe, etiam poſt mortem inſtitutoris. Molina tamen citato, cap. 7. num. 44. ſententiam Greg. Lop. refert, quaſi omnino aſſeruerit, cõfirmationem eius maioratus nulla ratione validam eſſe, ſi obtineatur poſt furiam, & ante mortem talis inſtitutoris. Ipſe verò contrarium meritò affirmat, quando princeps, ſciens inſtitutorem in furiam poſtea incidiſſe, cognitaque prius tota ſerie inſtitutionis, eam confirmaret ad petitionem illius antequàm fureret, vel ad petitionem vocati ad maioratum, vel certè ad petitionẽ curatoris talis furioſi, qui, vt contractus, & alia exercere poteſt nomine talis furioſi, ſaltem ex decreto iudicis: ſic poterit id petere, ſequendo voluntatem legitimam furioſi ea in parte dum ſanæ erat mentis. Ratio potiſſima eſt, quoniam per furiam, interim dum inſtitutor viuit, non compararunt deſcendentes, aut aſcendentes, ius perfectum ad ſuas integras legitimas, & ad cætera bona eius maioratus inter ipſos diuidenda: eaque de cauſa princeps tunc diſpenſare poterat in ijs legibus, ex quibus, per mortem inſtitutoris, ea bona deferuntur ad ipſos deſcendẽtes, aut aſcendentes, ac proinde confirmare poterit maioratum illum rationabiliter inſtitutum, ad cuius inſtitutionem concedere potuit facultatem antequàm inſtitueretur, ſi tunc ab illo peteretur. Neque quicquam huic ſententiæ refragatur, l. ſi quis alicui, ff. de acquir. poſſeſſ. Neque ſanè Gregor. Lop. quicquam rei ita acceptæ refragari exiſtimat.

4 Si, vt maioratus inſtitueretur, neceſſaria non erat Regis facultas, quia non contingebat portiones legitimas deſcendentium, aut aſcendentium, attamen neceſſaria erat propter ſubſtitutiones, aut vocationes, quæ contra præſcriptum, l. 27. Tauri, ſeu l. 11. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. ad eum fierent quoad tertium, in quo is maioratus inſtituebatur in aliquo deſcendentium, tunc ait Gregor. Lopez, vbi ſupra, columm. penult. verſic. aduerte etiam, neceſſarium non eſſe, vt facultas Regis præcedat inſtitutionem, iuxta præſcriptum l. 42. Tauri, ſed ſatis eſſe, ſi ſequatur quoad id eam inſtitutionem, poſſeque eam confirmationem validè fieri poſt mortem inſtitutoris. Meritò tamen contrarium affirmat Molina, cap. 7. citato, num. 50. Quoniam, quæ eſt ratio de tota inſtitutione, aut de parte præcipua, vt præcedere debeat facultas Regis neceſſaria, vt ea ſit valida, neque

A ſufficiat eam ſubſequi, eadem eſt de parte, quæ ſimiliter regia facultate indiget, vt ſit valida, præſertim cum lex 42. Tauri vniuerſim loquatur.

DISPVT. 599.

Quando ad maioratus inſtitutionem neceſſaria eſt regia facultas, num ſatis ſit, ſi ea ſit conceſſa; an verò requiratur, vt literis ſit expedita ante maioratus inſtitutionem. Et vtrum expiret, re integra, morte concedentis. Et quid de confirmatione maioratus quoad hæc omnia. B

SVMMARIVM.

1 *Gratia ſtatim, ac eſt conceſſa per verbum, fiat, valida eſt in conſcientiæ foro, eſto literæ non ſint expeditæ: & quamuis expeditio literarum requiratur, vt fidẽ de ea faciant in foro exteriori, ſi tamen ſint expeditæ, etiam tempore ſequentis Summi Pontificis, valet gratia à tempore, quo fuit facta.*

2 *Iudici ſi iuriſdictio concedatur, non prius valet iudicium, quàm literæ conficiantur, ac intimentur, iudiciumq; antea captum, eſt nullum.*

3 *Maioratus ſi vt validè inſtituatur, neceſſaria eſt facultas regia, neceſſarium eſt in hoc regno, vt præcedat confectio literarum eius facultatis, neque ſufficit ſupplicam expeditam eſſe per verbum, fiat.* C

4 *Gratia licèt ſit ad aliquid faciendum, valida eſt modo explicato ante literarum confectionem, modò non ſit talis, quæ iuxta ſtylum Cancellariæ non ſit expedienda, aut ſit limitanda.*

5 *Maioratus inſtituendi facultas conceſſa à principe, non expirat morte principis, qui illam conceſſit, eſto maioratus nõdum vi eius facultatis eſſet inſtitutus; modò tamen literæ ea de re eſſent confectæ, ac ſubſcriptæ ab eo principe.*

6 *Gratia conceſſa, etiam ſi ſit ad aliquid iuxta eam faciendum, expirat morte concedentis, eſto nullus ea gratia ſit vſus, nec literæ eſſent confectæ, ſucceſſorq; debet ea de re literas conficere, ſuo tamen nomine.* D *Expirat tamen, quando gratia eſt conceſſa per miniſtros, dependenter à ſubſcriptione principis, & literæ non fuerant confectæ tempore mortis eius principis.*

7 *Maioratus ſine regia facultate inualidè inſtitutus, eſto confirmetur, ſi tamen literæ eius confirmationis non ſint integrè confectæ tempore mortis eius Regis, expirat ea confirmatio, inualidaq; eſt talis maioratus inſtitutio.*

8 *Maioratus inualidè inſtitutus, ſi confirmetur uiuente inſtitutore, nec tamen literæ eius confirmationis expeditæ ſint uiuente inſtitutore, expediri non poſſunt, inualidaq; eſt ea inſtitutio.*

9 *Maioratus inſtitutio facta quidem ab eo, qui habe-* E *bat regiam facultatem ad eum ita inſtituendum, ignorante tamen ſe habere eam facultatem, inualida eſt. Habens autem facultatem, eſto non exprimat ſe ex illa maioratum inſtituere, cenſetur ex ea illum inſtituere.*

10 *Maioratus inſtituendi qui facultatem à Rege habet, eſto ea non utatur decennio à puncto conceſſionis, poteſt ui illius eum inſtituere.*

QVod ad primum attinet, ſciendum eſt, 1 controuerſiam eſſe, num, vt gratia conceſſa valeat, ſatis ſit eam conceſſam eſſe à principe per verbum, fiat, an inſuper ſit neceſſe, vt de ea ſint vlterius literæ confectæ, & omnino

nino

Argumentum. nino expeditæ. Et quòd neceſſarium etiam ſit hoc ſecũdum, ſuadetur. Quoniam, vt Ludouicus Gom. in præfatione regulæ de non iudicando, iuxta formã ſupplicæ, refert Adrianus ſextus in proœmio eiuſdẽ regulæ, adiecit hęc verba, *Cùm ante confectionem literarum gratia Apoſtol ca ſit informis*. Vnde domini de Rota, vt habetur deciſ.458. in nouis, & referunt idem Ludouicus Gom. vbi ſupra, quæſt.1. & Molina, lib.2. de primog. cap.7. num.53. affirmant Aegidius Bellamera, & alij, quos referunt, per expeditionem literarum datur forma, & perfectio gratiæ, quę ante eam dicitur informis, & imperfecta, atque idẽ probat regula Cancellariæ citata: qua ratione dixit idem Aegidius, conſ.34. gratiam habere tacitã conditionem, ſi literæ expediantur: ideo enim, inquit, Summus Pontifex habet tot officiales in Cancellaria ad expeditionem literarum, vt literæ ab eis ante expeditionem reijci poſſint, earumq́; expeditio poſſit recuſari, & vt apponantur clauſulæ, iuxta ſtylum curiæ explanantes, ac reſtringentes conceſſionem ſupplicæ: quo fit, vt ante earum expeditionem nihil ſit perfectum, & conſummatum, vt Felyn. in rubr. de cõſt. & alibi affirmat. Id quòd validè confirmatur ex reg.53. Cancellariæ, quæ habet, diſpenſationes non ſuffragari, niſi literis expeditis.

Contrarium affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur idem Ludouic. Gomeſ. quæſt.1. citata, §. penult. & vlt. & quæſt.15. Staphilæus de liter. gratiæ, c. quibus modis expirent literæ ad beneficia, fol.203. num.8. Gigas, de penſ. quæſt.34. nu.1. & 7. & quæſt.40. num.2. Ant. Gom. l.41. Tauri, num.2. & refert, atque ex parte ſequitur Molina, vbi ſup. num.55. Nempe gratiam, ſtatim, ac conceſſa eſt per verbum, fiat, validam in ſe eſſe, & perfectam quoad ſubſtantiã, atque adeo in foro conſcientiæ: ad probationem autem, atque vt ex illa agi poſſit in iudicio, indigere expeditione literarum. Quod confirmatur, quoniam gratia donatio quædã eſt: donatio autem ſtatim, ac facta eſt, eſt in ſe valida, eſto inſtrumentum donationis nondum ſit confectum. Idem probant cap. inſtitutionis, 25. q.2. & Clement. dudum, §. nos enim, de ſepul. quibus in locis habetur, gratias, & priuilegia, ſolo verbo facta, valida eſſe. Eandem ſententiam apertè definit deciſio Rotæ 882. in antiquis.

Ad argum. Ad ea verò, quæ in contrarium adducta ſunt, dicendum eſt, illa intelligenda eſſe de forma, & perfectione poſtea regulis Cancellariæ inducta, vt gratia probari poſſit, atque vt ex illa agi poſſit in iudicio. Atque hoc eſt, quod ſonat, & intendit regula Cancellariæ 53. relata: non enim dicit, diſpenſationes eſſe inualidas literis non expeditis, ſed non ſuffragari, id eſt, nihil adiuuare in exteriori foro, & iudicio: eo tamen ipſo, quòd literæ expediuntur, ſuffragantur à puncto gratiæ conceſſæ, & non ſolùm à puncto expeditionis literarum: eaque de cauſa data non ſit à puncto expeditionis literarum, etiamſi, mortuo Summo Pontif. qui eam conceſſit, literæ expediantur nomine ſequentis Pontificis in forma, *Quia rationi congruit, &c.* ſed ſit à puncto gratiæ conceſſæ.

2 Regula verò de non iudicando iuxta formam ſupplicæ, ſolùm loquitur de literis iuriſdictionem concedentibus iudicibus, qui eis deputãtur, atque ad eos ea regula dirigitur, & reſpicit initium iudicij: vnde, ſi inchoetur iudicium, conceſſa ſupplica, & ante literas expeditas, & intimatas, eſt omnino nullum, nec reualidatur ex eo, quòd in progreſſu eiuſdem iudicij literæ expediantur, & præſententur: quod non eſt extendendum ad alia, vt Gom. vbi ſupra, quæſt. 6. & cum eo Molina, cap.7. citato, in calce, num.56. rectè obſeruat.

Iuxta hæc, ad primam partem quæſtionis propoſitæ dicendum videbatur, ſatis eſſe, ſi facultas Regis

A ad maioratum inſtituendum, qui ſine ea validè inſtitueretur, antecedat maioratus inſtitutionem; modo tamen poſtea literæ de ea facultate expedirentur. Molina tamen, vbi ſup. nu.57. doctrinam hactenus traditam, cum Bal. l. falſus, nu.21. C. de furt. & alijs, quos citat, ſic intelligendam, ac limitandam putat. Quòd quando gratia nihil amplius, quàm Regis cõceſſionem requirit, vt ſi ea remittat obligationẽ aliquam, aut aliquid iam factum confirmet, vel aliam ſimilem gratiam efficiat, quæ nõ ſit priuilegium, aut gratia ad aliquid vlterius faciẽdum, quod illicitè, aut inualidè fieret ſine ea gratia, tũc vera ſint, quæ dicta ſint, nempe gratiam validam, ac perfectam in ſe eſſe ſtatim, atque eſt conceſſa, tametſi, vt probetur, indigeat literarũ expeditione. Quando verò gratia con-

B ceditur ad aliquid faciendũ, quod ſine ea gratia non liceret, aut inualidè fieret, tunc, vt illud liceat, validè ve ex ea gratia fiat, non ſatis eſſe, ſi gratia ſit cõceſſa, ſed opus etiam eſſe, vt ante vſum illius ad eum actũ, ſit omnino perfecta, literiſve omnino expedita; alioquin actum, vi eius gratiæ exequutioni mandatum, eſſe nullum. Quare, quia facultas ad maioratum inſtituẽdum, eſt gratia, vt id validè vlterius fiat, quòd ſine illa eſſet inualidum, non ſatis, inquit, eſt ad hoc, vt inſtitutio maioratus valida ſit, ſi anteceſſerit facultas ad id, & conceſſio per verbum, fiat, ſed neceſſe vlterius eſt, vt literæ eius facultatis ſint omnino expeditæ ante inſtitutionem talis maioratus. Hoc ipſum, quoad maioratus inſtitutionem, ait, comprobatur ex eo, quòd verbum, fiat, in his regijs facultati-

C bus, non à principe, ſed ab eius primarijs conſiliarijs, qui *de la camara* dicuntur, profertur: quod non tantas vires habere debet, quantas habet idem verbum prolatum à principe: Baldus autem, & alij, loquuntur, quando verbum, fiat, profertur à principe. Id præterea, in re propoſita, ex eo corroboratur, quòd aliquando eueniat, poſt factam eam conceſſionem ab eiuſmodi regijs conſiliarijs, principem recuſare eam ſubſcribere, & fruſtrari effectu: niſi enim à principe, confectis iam literis, ea facultas ſubſcribatur, vires non habet, vt conſtat, l.10. tit.4. lib.5. nouæ collect. His accedit, in ipſa regia facultate literis expedita, præſcribi formam maioratus inſtituendi, quæ interdum variatur: notitia autem illius præcedere debet maioratus inſtitutionem, neque id

D eſt validum, quod ignorata forma adhuc ad id præſcribenda, fuerit inſtitutum. Hinc Molina, vbi ſupra, num.60. ait, tradi poſſe legitimam rationem decidendi ad regulam Cancellariæ de non iudicando iuxta formam ſupplicæ: quòd cùm gratia, facta ſignatura ſupplicæ, ſit ad aliquid vlterius faciendum, non ſufficiat, vt id exequutioni validè mandari poſſit, ſupplicam eſſe ita conceſſam à principe, ſed vlterius neceſſe ſit, literas eſſe expeditas. Atque inde vlterius reprehendit Gloſſatorem antiquum eiuſdẽ regulæ, & Ludo. Gom. quæſt.1. circa eandem regulam, qui aſſeuerat, regulam ea in parte exorbitantem eſſe à iure communi.

Certè, quamuis probem, quod docet, neceſſariam 3

E videlicet eſſe in hoc regno expeditionem literarum facultatis regiæ ad inſtituendum maioratum, antequam is maioratus inſtituatur, propter peculiaria illa, quæ cernuntur in ea facultate, & quoniam ſimpliciter non eſt facultas principis, interim dum, confectis iam literis, ab eo non ſubſcribuntur; ſolidius tamen fundamentum videre vellem in alijs 4 gratijs ad aliquid vlterius faciendum, quam eam eſſe opinionem Bal. ita conciliantis varia dicta. Conſtat enim, ante regulas Cancellariæ, validam fuiſſe in ſe gratiam per verbum, fiat, conceſſam, etiam ad aliquid ex ea gratia efficiendum, vt habet deciſio Rotæ 882. in antiquis, & affirmat communis doctorum ſententia: quare, cùm regulæ, quæ non loquuntur

tur

tur de reſcriptis iuriſdictionis ad iudicandum, non videantur efficere nullius ualoris ſimpliciter, quoad exequutionem, gratias ad alia conceſſas ante expeditionem literarum, ſed ſolum, vt ante eam expeditionem fidem faciant, nec ſuffragentur in foro exteriori; ſanè, quando gratia à principe ipſo eſſet iam conceſſa ſola ſignatura ſupplicæ, aut etiam ſolo uerbo (quod vocant, viuæ vocis oraculo) ſi non eſſet talis, quæ, iuxta ſtylum Cancellariæ, non eſſet expedienda, aut eſſet limitanda, valida in ſe eſſet, atque in foro conſcientię, quoad id, in quo non eſſet limitanda, idque quamuis eſſet gratia ad aliquid efficiendum, vt ad abſoluendum de aliquibus criminibus, ad legẽdos libros alioquin prohibitos, ad conſequendas indulgentias aliqua recitando, vel ad aliquid aliud faciendum, & ad alia: id quod ſonant apertè iura ſupra citata, & affirmat communis doctorum ſententia. Imò, literis poſtea expeditis, ex quibus conſtaret de tempore conceſſionis factæ à principe, valida iudicarentur in exteriori foro exequutioni mandata ex ea gratia poſt illam conceſſam etiam ante literas expeditas.

5 Quod ad ſecundam partem in titulo huius diſputationis propoſitam attinet, l.43. Tauri, quæ eſt, l.2. ti.7.lib.5. nouæ collect. ſic habet. *Las licentias que nos auemos dado, y dieremos de aqui adelante, o los Reyes que depues de nos vinieren, para fazer mayorazgo, no expiren por la muerte del Rey que las dio, aunque aquellos, aquiẽ ſe dieron, no ayan uſado dellas en uida del Rey, que las concedio.* Ratio verò huius diſpoſitionis eſt, quoniam ea facultas eſt priuilegium & gratia: gratia autem, etiam re integra, non expirat morte concedentis, habetur cap. ſi ſuper de gratia, de offic. de leg. lib. *6*.

Molina vbi ſupra num. *61*. & *62*. ſicut rectè affirmat legem. 42. Tauri intelligendam eſſe, de facultate literis expedita, neque ſatis eſſe facultatem à ſupremis miniſtris *de la camara*, ſupplicæ annuendo, eſſe conceſſam: ita legem hanc. 43. merito intelligit, de facultate ſimiliter literis expedita: ſola enim facultas, quæ ab ipſo pincipe nondum emanauit, principis ipſius ſubſcriptione, ſeu fiat, expirat morte concedentis, illo alio modo imperfectè per ſuos miniſtros facta, niſi à ſucceſſore, cõfectis literis, ſubſcribatur, ſeu
6 adhibeatur, fiat. Id verò, iuxta Baldi ac ſuam opinionem, paulò antea probatam. nu.63. extendere conatur ad omnem gratiam conceſſam ad aliquid faciendum, quaſi illa ſemper expiret morte concedentis, etiamſi ab ipſo principe conceſſa ſit per verbum, fiat ipſiuſmet principis, aut per ſignaturam ſupplicæ, ſi tempore mortis ipſius nõ ſint expeditæ literæ. Communem verò ſententiam, ſtylo Curiæ comprobatã, quæ affirmat, gratiam per ſolum verbum, fiat, conceſſam, non expirare morte principis concedentis, ſed principem ſucceſſorem eam debere facere expedire, tametſi ſuo iam nomine proprio, facta mẽtione de prædeceſſore, qui eam conceſſerat, vnde emanauit forma illa expediendi eiuſmodi literas Curiæ Romanæ, quæ incipit. *Rationi congruit*, &c. Hanc, inquam, communem ſententiam, ſtylo Curię comprobatam, reſtringere conatur ad ſolas gratias, quas appellat perfectas, quæ videlicet non ſunt ad aliquid vlterius vi earundem gatiarum efficiendum. Contrarium tamen eſt affirmandum, quando gratia eſt conceſſa, non per miniſtros depẽdenter à principis ſubſcriptione, qualis eſt facultas huius Regni ad inſtituendos maioratus, idque habet ſtylus Curię: egoq; ipſe vidi literas à ſucceſſore Summo Pontifice expeditas ſub forma congruit, facta mentione de eadem ipſa gratia conceſſa prius à ſuo prædeceſſore, cum tamẽ gratia eſſet ad aliquid vlterius, vi eiuſdem gratiæ efficiendum.

Iuxta eandem ſuam ac Baldi ſententiam. nu.65.
A ait, Si maioratus ſine regia facultate inualidè factus, confirmetur à principe, iuxta diſpoſitionem. l.42. Tauri, tunc, cum ea confirmatio ſit gratia perfecta, quæ validam reddit anteactam inſtitutionem inualidam, neque eſt ad aliquid vlterius vi eiuſdem gratię efficiendum, validam eſſe eam confirmationem ante expeditionem literarum circa illam, neque eã gratiam expirare morte principis, qui conceſſit, literis nondum expeditis. Contrarium ſanè exiſtimo eſſe verum. Etenim in hoc Regno, ſicut facultas ad maioratum inſtituendum, ita confirmatio antea inſtitu- 7
ti fit à ſupremis miniſtris *de la camara*, dependenter à regia ſubſcriptione literis cõfectis, ſeu à fiat ipſiuſmet Regis, adhibito tunc primũ, quando literas ſubſcribit: quare, cũ nondum acceſſiſſe, fiat, Regis, in
B cauſa ſit, tum, quòd expeditio literarum facultatis ad inſtituendum maioratum antecedere neceſſario debeat inſtitutionem ipſam, vt ſit valida, quoniam ſi adeſſet, fiat, ante confectionem literarum, neceſſaria ad id non eſſet literarum confectio; tum etiam vt, literis nondũ confectis, gratia expiret morte principis, à cuius miniſtris, pro munere ipſis cõceſſo, fuit conceſſa, non verò cauſa vtriuſque effectus ſit, quòd ſit facultas ad aliquid efficiẽdum mediante ipſa gratia, conſequens profectò eſt, vt idem dicendum ſit de confirmatione maioratus iam antea inualidè inſtituti; cum ſit prorſus eadem ratio. Confirmatur hæc noſtra ſententia, quoniam lex.42. Tauri loquitur de confirmatione maioratus in ea ipſa cõceſſione facultatis ad eum inſtituendum, præuiaque con-
C ceſſione ipſius facultatis: ſic enim habet; *ſaluo ſi en la licentia expreſſamente ſe dixeſſe, que approbaua el mayorazgo que eſtaua hecho:* ſi ergo conceſſio facultatis eſt inualida, nondum literis expedita, expiratque morte concedentis, idque, non propter rationem, quam cum Baldo reddit Molina, ſed propter illam aliam lõgè diuerſam, quam ipſe etiam reddit, conſequens profectò eſt, vt idem, propter eandem rationem dicendum ſit de confirmatione maioratus quæ facultatem ad eum inſtituẽdum ſupponit, eiq; innititur.

Nume.*66*. ſubiungit, ſi maioratus inualidè inſtitutus, confirmatus ſit viuente inſtitutore, nec tamen li- 8
teræ confirmationis ſint expeditæ eo uiuente, poſſe eas expediri poſt mortem inſtitutoris: quoniam gra-
D tia erat perfecta, iuſque per eam erat quæſitum inſtituto in eo maioratu, & ablatum à ſuccedẽtibus in eis bonis ab inteſtato. Multum tamen de hac doctrina dubito: quoniam gratia non cenſetur integrè & perfectè facta ante, fiat, principis; neque proinde ius eſt ſimpliciter quæſitum inſtituto; & ablatum à ſucceſſoribus ab inteſtato ante idem, fiat, principis; alioquin princeps non poſſet denegare ſuum, fiat, conceſſioni eius facultatis, & approbationis, quando literæ ad ipſum afferrentur ſubſcribendæ; cum tamẽ poſſet, ſi de ſola facultate ante maioratum inſtitutum ageretur, vt ipſemet Molina affirmat: longeque difficilius ſit, concedere facultatem & approbationem poſt maioratum indebitè inſtitutum, vt nihi-
E lominus ualeat, quàm concedere ſolam facultatem ad illum inſtituendum, antequam ſit inſtitutus: cum ergo ante ſubſcriptionem principis, ipſiuſque, fiat, non ſit ius quæſitum indebitè inſtituto in eo maioratu, neque ablatum à ſucceſſoribus ab inteſtato, morteque inſtitutoris ſucceſſores ab inteſtato comparent integrè ius ad ea bona ſi ipſis antea non fuit ſublatum; conſequens profectò eſt, vt in ipſorũ præiudicium literæ non poſſint poſt mortem inſtitutoris validè expediri.

Vtrum autem inſtitutio maioratus, facta quidem ab eo qui habebat facultatem regiam ad eum ita in- 9
ſtituendum, attamen ignorante tunc, ſe habere eam facultatem, valida ſit. Molina vbi ſupra nume.*67*. negan-

neganter reſpondet cum Bald. Bart. & alijs. Præſertim cùm in regia facultate præſcribi ſoleat forma, in qua maioratus conſtitui debeat, & actus, qui ex forma ab alio præſcripta fieri debet, non valeat, ignorata ea forma tunc. Concinit. deciſ. Rotæ 145. in nouis. Confirmatur etiam, quoniam gratia & priuilegium antequàm ad notitiam eius perueniat, cui eſt conceſſum, regulariter ei non ſuffragatur, argumento l. vlt. iuncta gloſ. ibi verb. præſtitis, C. de conſul. lib. 12. Lege alia, ex quibus Molina hæc confirmat, eſtque mihi probabilis ea opinio. Qui tamen, habens facultatem Regis ad inſtituẽdum maioratum, ipſum inſtituit, eſto non exprimat, ſe illum inſtituere ex ea facultate, cenſetur ex illa illum inſtituere, quãdo id neceſſarium eſt, vt ſit valida inſtitutio: quoniam actus ſemper cenſetur factus ex eo capite, ex quo melius eſt eum eſſe factum, quando ex varijs capitibus potuit inſtitui, eſto id non exprimatur. Ita communis doctorum ſententia, quam Molina, vbi ſupra, num. 69. ſequitur. Et quoniam res ſatis ex ſe eſt perſpicua, non plura addo.

10 Vtrum autem, ſi quis impetrauit facultatem ad inſtituendum maioratum, eaque non vtatur decennio integro à puncto conceſſionis, amittat eam facultatem, ac priuilegium, ita vt deinceps ſine noua facultate non poſſit validè inſtituere eum maioratũ, Gregor. Lopez. affirmare videtur l. 6. tit. 11. par. 6. verb. *que no la pudieſſe vender*, col. penult. verſ. quid autem ſi alicui, argumento, l. 1. ff. de nund. quæ habet, ſi quis facultatem obtineat ad celebrandas nundinas ſtatutis temporibus in aliquo ſuo territorio, quas, ſecluſa ea facultate, celebrare non poterat, ſi illa non vtatur decennio integro à puncto conceſſionis, amittere talem facultatem. Et multò magis argum. l. 42. tit. 18. par. 3. quæ vniuerſim habet priuilegia, ad faciendum aliquid, quòd non licebat ſecluſo eo priuilegio, per non vſum earum decennio integro à puncto cõceſſionis, amitti: tale autem eſt priuilegium, ſeu facultas ad inſtituendum maioratum. Molina tamen, vbi ſup. nu. 70. contrarium affirmat. Et quamuis alteri etiam nitatur fundamento, quod non probo, maximè attenta diſpoſitione, l. 42. citatæ: id tamẽ ex eo cum hoc eodẽ autore mihi perſuadeo, quod ſub hac forma eiuſmodi facultates ſoleant concedi, *os damos facultad para que en vueſtra vida, o al tiempo vueſtra muerte, podays, &c.* quę conceſſio vſque ad vltimum ſpiritum per totam vitæ periodum eius, cui ea facultas conceditur, manifeſtè ſeſe extendit.

DISPVT. 600.

Maioratus inſtitutio, vt ſit valida, num ſcripturam requirat. Et vtrum ſine inſinuatione, valida ſit vltra ſummam, quæ ſine inſinuatione donari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus inſtitutio neceſſe non eſt, vt fiat ſcriptura publica, ſed ſatis eſt ſi alijs legitimis probationibus, prout fuerit qualitas inſtitutionis, probetur. Et quid in Luſitania.*

2 *Maioratus inſtitutio quando fieri debet ex regia facultate, neceſſe eſt, vt ea facultas inſtrumento publico ſit confecta, & à principe ſubſcripta.*

3 *Maioratus in inſtitutione licet ſcriptura neceſſaria non ſit: in promiſſione tamen de non meliorando alio, atque adeo de non inſtituendo in illo maioratu, ut irreuocabilis ſit, neceſſaria in hoc regno eſt ſcriptura publica.*

4 *Maioratus inſtitutio ſufficienter in hoc regno fit, ac* A *probatur ſcriptura priuata, vt & alij contractus.*

5 *Eadem inſtitutio valet facta in ſchedula, etiam non ſubſcripta, modo in alia ſcriptura publica remiſſio fiat ad illam, conſtetque eam eſſe, ad quam fit ea remiſſio.*

6 *Maioratus inſtitutio, quando validè eſt facta, non inſtrumento publico, fieri expedit publicationem illius coram iudice, citatis ijs, quorum intereſt, validam non eſſe, ut redigatur in publicum inſtrumentum.*

7 *Maioratus inſtitutio inſinuatione non indiget.*

LEx 41. Tauri, quæ eſt l. 1. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. ſuadere videtur, ad maioratus inſtitutionem neceſſariam eſſe ſcripturam. Diſponit B enim maioratus inſtitutionem probari poſſe per ſcripturam inſtitutionis, & per ſcripturam facultatis regię ad illum inſtituendum (quando ad inſtitutionem neceſſaria eſt talis facultas) modo eiuſmodi ſcripturæ tales ſint, quæ faciant fidem in iudicio. Aut, amiſſis ſcripturis, per teſtes, qui iuxta diſpoſitionem tenoris deponant de tenore talium ſcripturarum, iuxta ea, quæ diſp. 448. copioſè explanata ſunt. Aut, denique, quando de ſcriptura, initioque inſtitutionis, non conſtat, titulo præſcriptionis, modo diſp. 75. & 76. & diſp. 596. iuncta diſp. 590. explicato. Cùm ergo exceptio aliquorum euentuum firmet regulam in contrarium, conſequens eſt, vt extra duos poſteriores euentus, ſemper neceſſaria ſit ſcriptura, vt habet primus euentus, id quod vel ex eo po- C teſt confirmari, quòd maioratus in perpetuum inſtituantur, legeſque, ac conditiones in eorum inſtitutionibus apponi ſoleant, quæ in perpetuum ſeruari debent, quarum memoria, & obſeruatio ſcriptura indiget.

Dicendum tamen eſt cum Anto. Gom. l. 41. Tauri. num. 2. & Molina, lib. 2. de primog. cap. 8. num. 1. 1 quamuis maioratus inſtitutio ſcriptura fieri ſoleat, ob rationem proximè redditã, & propter alias; ſcripturam tamen, neque eſſe de eius ſubſtantia, & forma, neque neceſſariam eſſe ad probationem, ſed ſolùm ad faciliorem, & meliorem probationem, poſſeque probari quouis alio legitimo modo, quo probantur vltimæ voluntates, ſi ea inſtitutio in vltima voluntate ſit effecta, vel quo probantur ſimiles aliæ D diſpoſitiones inter viuos. Excipe in Luſitania, vbi probatio diſpoſitionum regulariter non admittitur, niſi per ſcripturam publicam, aut per confeſſionem partis contrariæ, iuxta 3. lib. ord. tit. 45. & ea quæ diſput. 260. dicta ſunt. Ratio verò huius aſſertionis eſt, quoniam nulla eſt lex, quæ excludat alias probationes inſtitutionis maioratus, alioquin de iure legitimas pro qualitate inſtitutionis, vt per teſtes, qui præſentes fuerunt, aut per confeſſionem partis contrariæ: lex quippe 41. Tauri, licet earum trium probationum ſolùm meminerit, vt præcipuarum, atque vt tertiam ſtatueret, quando de titulo non conſtat, neque de initio inſtitutionis, & vt modum quo nunc poſſeſſio, de cuius initio non extat memoria, proba- E ri debebat, reliquas tamen legitimas probationes nõ excludit. Vt autem cum Beroio, & alijs, affirmant Molina, vbi ſupra, nu. 3. & Aluar. Valaſ. de iur. emphyt. quæſt. 7. nume. 18. quamuis lex ſtatuat modos aliquos, quibus probari aliquid poſſit, aut debeat, non proinde cenſetur modos alios legitimos probationis excludere, ac proinde, ad alios excludendos, neceſſe eſt, vt addat, reliquos excludi, aut non admitti: præſertim cùm probationes ſint fauorabiles, ac proinde extendendæ, & amplectendæ omnes iuris diſpoſitione pronunciatæ legitimæ: lex verò 41. Tauri non excludit alias legitimas probationes, vt conſtat illam expendenti. Quare ceſſat argumentum ex ea lege. Confirmatio verò ſolùm probat, vtile

vtile ac congruum eſſe, vt ſemper ſcriptura publica conficiatur. A

2 Quando autem maioratus ex regia facultate inſtituitur, tunc, vt valida ſit ea facultas, atque adeo inſtitutio maioratus ex illa facultate, neceſſe eſt, vt redacta ſit ea facultas in ſcriptis publico inſtrumento à Rege ſubſignato propter ea, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt: id quod, tanquam communiter receptum, affirmat Molina, vbi ſupra, nu. 7. In alijs autem gratijs, licet, vt fidem faciant in foro exteriori ad id, ad quod ſunt conceſſæ, neceſſe ſit vt ſint redactæ in publicum inſtrumentum, vt tamen probentur conceſſæ, ad effectum, vt ſucceſſor in regno concedat, vt in publicum inſtrumētum redigantur, nec cenſeantur expiraſſe, ſatis eſt, ſi per teſtes probentur factæ, vt diſputatione præcedēte dictum ex parte eſt aduerſus Molinam, qui conſentaneè ad ſuam illam falſam opinionem loquitur. B

5 Quamuis in maioratus inſtitutione neceſſaria nō ſit ſcriptura, ſiue inſtituatur reuocabiliter, ſiue irreuocabiliter, in ea tamen promiſſione, quam parentes faciunt de non meliorandis aliquibus filijs, atq; adeò de non inſtituendo maioratu in aliquo eorum, neceſſaria eſt ſcriptura publica in hoc Caſtellæ Regno, iuxta l. 22. Tauri, quæ eſt l. 6. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. vt ea promiſſio reuocari non poſſit, vt eadē lege habetur, atque cum Tellio Fernandez, affirmat Molina, vbi ſup. nu. 13. neque ſufficit ſcriptura priuata, aut quoduis aliud genus probationis.

4 Ex dictis Molina, vbi ſupra, num. 10. colligit maioratum inſtitui poſſe ſcriptura priuata, ſi inſtitutoris manu ſignata ſit, teſtibuſque comprobata. Si enim inſtitutio maioratus ſolis teſtibus comprobari poteſt, longè magis poterit cōprobari ſcriptura priuata teſtibus ſufficientibus in ea adhibitis, ab eiſque comprobata, aut quam inſtitutor recognoſcat, ac confiteatur à ſe confectam, id quod colligitur ex l. 41. Tauri, illis verbis, *ſiendo tales las dichas ſcripturas, que hagan fe:* eiuſmodi ſiquidem ſcriptura, ſic comprobata, fidem facit in iudicio, vt colligitur ex l. contractus, C. de fide inſt. ex cap. 2. eod. tit. & ex l. 114. & l. 119. tit. 8. par. 3. C

5 Colligit præterea, num. 11. validam eſſe inſtitutionem maioratus factā in ſchedula, etiamſi illa non ſit ſubſcripta ab inſtitutore, neque in ea ſit appoſitus dies, menſis, & annus, in quo ſit confecta, neque alia ſolemnitas, & etiamſi inſtitutio fit inſtituendo hæredem in eo maioratu eum, qui ad illum primò vocatur, & qui in ea ſchedula nominatur: modo tamen inſtitutor in alia ſcriptura authentica ſe remittat ad inſtitutionem maioratus, & formam in ea ſchedula præſcriptam; & modo abſque dubio conſtet, eam eſſe ſchedulam, ad quam inſtitutor ſe remittit in illa alia ſcriptura authentica. Conſentiunt doctrina Bartol. & multorum aliorum, quam ibidem Molina refert, & quæ à nobis diſputat. 127. ea de re dicta ſunt. Quæ autem ſolemnitas de iure huius regni, & Luſitaniæ, neceſſaria ſit, vt validum ſit teſtamentum, ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupatiuum, & vt validus ſit codicillus, atque adeò, vt valida ſit inſtitutio maioratus in eis facta; & num de iure huius Regni Caſtellæ ſublata hodie ſit differentia inter codicillum, & teſtamentum, de qua re diſputat copioſè Molina, vbi ſup. nu. 23. dictum à nobis eſt diſput. 125. & ſequentibus, vſque ad 131. D E

6 Admonet optimè Molina, vbi ſup. nu. 9. quando maioratus validè, iuxta hactenus dicta, eſſet inſtitutus, & non in inſtrumento publico ea de re cōfecto, tūc fieri debere publicationem eius inſtitutionis coram iudice ad petitionē eius, vel eorū, cuia intereſt, validā eam eſſe, & citatis omnibus, quibus intereſt, validam non eſſe, & denique ſeruata forma, de qua in calce, diſp. 126. dictum eſt, vt comperto ea ratione validam eſſe, reque ita à iudice pronunciata, publica autoritate conficiatur ea de re publicum inſtrumentum, vt in poſterum ſciatur, quid in ſucceſſione in eo maioratu ſeruandum ſit, & ne ſubſtantia eius inſtitutionis memoriæ fragilitate perire poſſit, iuxta l. 2. & communem doctorum ſententiam ibi, C. de teſtam. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis propoſita ſunt.

Secūdum verò copioſè examinauimus diſp. 279. 7
oſtendimuſque inſinuatione non indigere.

DISPVT. 601.

Vxor vtrum ſine facultate viri poſſit maioratum inſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Qui vltima voluntate, aut contractu, diſponere poſſunt de ſuis bonis, ſine alterius facultate, aut ex facultate alterius, inſtituere poſſunt ſimiliter maioratum. Cæteri inſtituere illum non poſſunt.*

2 *Vxor ſine viri facultate inſtituere poteſt maioratum, ac meliorationem vltima voluntate, quæ non ſit donatio cauſa mortis. Donatione verò cauſa mortis, aut contractu inter viuos, inſtituere validè non poteſt maioratum, nec meliorationem, niſi ex facultate viri, aut iudicis, viro abſente, aut irrationabiliter facultatem non concedente.*

3 *Maioratus, aut meliorationis, reuocatio facta ab vxore ſine viri facultate ultima uoluntate, quæ non ſit donatio cauſa mortis, ualida eſt. Secus ſi ſine uiri facultate facta ſit donatione cauſa mortis, aut contractu inter uiuos, niſi accedat iudicis facultas ob uiri abſentiam, aut quod irrationabiliter præbere non uelit facultatem.*

Dicendum deinde eſt, qui inſtituere poſſint maioratum. Atque ex dictis diſput. 576. & 579. ac alibi in præcedentibus, conſtat, quando, & quouſque poſſit quis maioratum inſtituere de ſuis bonis, tam ſine regia facultate, quàm ex facultate regia, modo bona habeat, vnde fiat; neque eſt id, quod hoc loco intendimus diſputare. Sed, poſito quòd habeat ea bona, atque id ex eis capitibus poſſit alioquin facere, quibus aliunde impediatur, ne id validè efficiat. Atque in genere dicendum eſt, qui diſponere de ſuis bonis per vltimam voluntatem poſſunt, poſſe per vltimam voluntatem inſtituere maioratum: qui verò diſponere de eis non poſſunt per vltimam voluntatem; neque per vltimam voluntatē poſſunt de eis inſtituere maioratum, aut meliorare: qui autem de ſuis bonis per vltimam voluntatem diſponere non poſſint, à diſp. 136. explanatum eſt. Item dicendum eſt eos, qui per contractum poſſunt diſponere de ſuis bonis, poſſe contractu inſtituere maioratum, aut meliorare: qui verò validè non poſſunt celebrare contractum, aut non niſi ex facultate alterius, ſimiliter neque contractu poſſe inſtituere maioratum, aut meliorare: diſputatione autem 261. & alijs in progreſſu materiæ de contractibus, explanatum eſt, qui cōtractus celebrare non poſſint; aut non ſine alterius facultate. Nūc verò ad maiorē perſpicuitatem rei, de qua agimus, aliqua in particulari examinanda ſunt. 1

Quod ad vxorem attinet, cùm illa prohibita non ſit diſponere de ſuis bonis per vltimam volūtatem, abſque viri facultate, excepta donatione cauſa mortis, vt ſtatim ſubijciemus, vtique inſtituere poteſt validè per vltimam voluntatem teſtamento, aut codicillo, maioratum abſque vlla viri facultate, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & affirmat Molina, lib. 2. de primog. 2

primog.cap.9.nume.3. Cùm verò de iure huius regni, atque Luſitaniæ, celebrare non poſſit contractus abſque viri facultate, vel iudicis, abſente viro, aut viro renuente eam concedere, quando recta ratio poſtulat, vt eam concedat, vt copioſè oſtendimus diſput.343. iuxta l.55. Tauri, iunctis 54. antecedente, & tribus ſequentibus, quæ hodie ſunt, l.2. iunctis prima, & tribus ſequentibus, tit.3.lib.5. nouæ collect. vtique ſine eadem viri facultate non poterit validè inſtituere maioratum, aut meliorare, contractu; ſecus autem ex viri facultate. Atque diſputatione citata oſtendimus, quando tacitè cenſeatur eam à viro habere. Habet autem id verum, etiamſi talis inſtitutio, aut melioratio, fieret contractu reuocabili; imò etiamſi fieret donatione cauſa mortis; eò quòd donatio cauſa mortis plus, quoad ſui initium, habeat rationem contractus, quam vltimæ voluntatis: qua de cauſa indiget facultate viri talis contractus initio neceſſaria. Hæc omnia affirmat Molina, num.3.citato. Vltimum verò oſtendimus diſpu.288. cum communi doctorum ſententia, quam referunt, ac ſequuntur idem Molina, capit.9.citato, num.4. Couar. in rubr.de teſtam.par.3. num.12. Anton. Gomeſ. 2.tom.var.reſolut. capit.4. nume.16. §.quarto infertur, & Gutier.de iuramen. confir.cap.13. num.4.7.8.& 9. nec probamus contrariam Nauarri ſententiam, 3.lib.conſil. tit.14. de donationibus, conſil.3. Ex dictis rectè infert Molina, vbi ſupra, nume.5. inualidam eſſe reuocationem maioratus ritè inſtituti, ſi ea reuocatio fiat à muliere ex contractu ſine viri facultate: ſecus autem ſi ea reuocatio abſque viri facultate fiat in vltima voluntate, quæ non ſit donatio cauſa mortis.

DISPVT. 602.

Vſu rationis carens, mutus, minor, & prodigus, num maioratum inſtituere valeant.

SVMMARIVM.

1 *Maioratum conſtituere non poteſt carens vſu rationis, neque tutor, aut curator, loco illius. Tametſi curator obtinere poſſit confirmationem à principe facti ante amentiam. In lucido verò interuallo inſtitui maioratus poteſt.*

2 *Maioratum quouſque mutus (etiam morbo) inſtituere non poſſit. Et quando poſſit.*

3 *Maioratum quouſque minor inſtituere non poſſit, aut poſſit, & quouſque neceſſe ſit interueniat curatoris autoritas, ac iudicis decretum.*

4 *Maioratum quouſque inſtituere non poſſit prodigus, aut poſſit accedente autoritate curatoris, ac iudicis decreto. Et quando facultas principis eſſet neceſſaria, exprimendum eſſet principi, eam peti, vt prodigus talem maioratum inſtituat.*

1 CVm maioratum inſtituere, ſiue vltima voluntate, ſiue contractu, actus ſit humanus, ac deliberatus, facile conſtat, vniuerſim eum, qui vſu rationis caret, interim dum eo caret, inſtituere non poſſe validè maioratum; ſicut neque teſtari validè poteſt, vt diſput.136. oſtenſum eſt, neque celebrare contractum, vt diſput.261. viſum eſt. In lucido tamen interuallo, ſicut teſtari, & contractum celebrare validè poteſt, vt diſp.136. dictum eſt, vbi etiam adiecimus, quando, antecedente amentia, præſumendum ſit, aut non ſit, vltimam voluntatem, aut contractum in lucido interuallo facta eſſe; ſic inſtituere tunc poteſt validè maioratum. Conſentit, præter illa, quæ diſput.136. citata dicta

A ſunt, communis doctorum ſententia, quam Molina lib.2.de primog.c.9.nu.27. refert ac ſequitur.

Tutor autem, aut curator, carentis vſu rationis, ſicut teſtari loco, & nomine illius nō poteſt; eò quòd id ad liberam omnino diſpoſitionem de eis bonis, & ad quaſi donationem pertineat, quę tutoribus, & curatoribus, denegata ſunt: ita neque nomine illius inſtituere poteſt maioratum de eiſdem bonis. Et quãuis is tutor, aut curator, celebrare poſſit contractus alios nomine mente capti, quos expedire iudicauerit, donare tamen nomine, ac loco illius non poteſt, niſi præcisè, quæ fœdum, atque inurbanum eſſet non fieri nomine illius, vt diſp.224.§.porrò, & diſp.227. oſtenſum eſt: eaque ratione, cùm inſtituere maioratum contractu, ad liberam diſpoſitionem de bonis

B carẽtis vſu rationis, & ad largam quaſi donationem de illis ſpectet, tutoribus, & curatoribus id efficere loco, ac nomine carẽtis vſu rationis denegatum eſt. Conſentit Molina, vbi ſup.nu.31. Qui addit, quando aliquis, dum ſanæ erat mentis, conſtituiſſet maioratum rationabiliter, attamen ſine regia facultate, cũ tamen inſtitutio regia indigeret facultate, poſſe curatorem petere, & obtinere à principe confirmationem illius, ante mortem talis inſtitutoris. Cui doctrinæ conſentiunt, quæ in calce, diſput.598. dicta ſunt: neque video, qua iuſta ratione Molina, nu.31. citato trepidè hac de re loquatur.

Si à natiuitate ſit aliquis ſurdus & mutus, aut morbo mutus ſit effectus, neque ſcribere ſciat, condere 2
non poteſt teſtamentum, niſi ſit miles, aut illud con-

C dat ad pias cauſas: alias verò vltimas voluntates, & contractus celebrare poteſt, vt diſput.136. oſtenſum eſt. Inde verò facilè conſtat, quouſque maioratum, vel vltima voluntate, vel contractu, inſtituere poſſit, & quouſque teſtamento, hæredisve inſtitutione, illum inſtituere non poſſit.

Minor, ſi impubes ſit, hoc eſt, ante quatuordecimum annum expletum, & fęmina ante duodecimũ, 3
vt teſtari validè non poteſt, etiam cum tutoris autoritate, vt diſp.136. oſtenſum eſt: ita neque teſtamento, aut codicillo, inſtituere validè poteſt maioratum, etiam de tutoris autoritate. Neque tutor, loco ac nomine minoris, poteſt id validè efficere propter ea, quæ de tutore, & curatore carẽtis vſu rationis paulò antea dicta ſunt, quæ expreſſius definita in iure ſunt

D de tutore, & curatore minoris, etiam quãdo iam minor ad vſum rationis deuenit, quàm de alijs rationis vſu carentibus. Minor verò pubes factus, ſicut teſtari poteſt de ſuis bonis, etiam ſine autoritate curatoris, & ſine iudicis decreto, vt conſtat, quia prohibitus nō reperitur id efficere, & quoniam colligitur apertè ex l. Aurelio, §. Caius, & affirmat gloſſ. 1. ibi. ff.de liber.leg. & ex alijs iuribus, communique doctorum ſententia, quæ omnia Molina, vbi ſup.nu.7. refert ac ſequitur: ita teſtamento, aut codicillo, validè poteſt inſtituere maioratum ſine curatoris autoritate, & ſine iudicis decreto.

Via autem contractus dicendum eſt. Minorem, ſi infans ſit, aut infantiæ proximus, quemadmodum

E nullum poteſt celebrare contractum validè, etiam de tutoris autoritate, & iudicis decreto, vt diſp.224. eſt comprobatum: ita neque poſſe validè inſtituere maioratum contractu aliquo, etiamſi ad id accedat tutoris autoritas, & iudicis decretum. Sed neque tutor nomine illius poteſt eum inſtituere, eſto nomine illius poſſit celebrare alios contractus minori vtiles: quoniam inſtitutio maioratus ad liberam diſpoſitionem de bonis minoris, & ad largam quaſi donationem de eiſdem bonis ſpectat: quæ tutoribus, & curatoribus, vt dictum eſt, ſunt denegata. Si verò minor ſit iam pubes, aut pubertati proximus, quemadmodũ ex autoritate tutoris, aut curatoris, (vel etiam ſine autoritate curatoris, ſi pubes factus eo careat,

aut

aut veniam ætatis obtinuit) poteſt validè celebrare contractus, accedente iudicis decreto, ſi res, de qua diſponitur, ſit immobilis, aut mobilis pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſit; ſecus autem, ſi non accedat autoritas tutoris, aut curatoris, ac iudicis decretum, vt diſp. 224. comprobatum eſt: ita, accedēte eadem tutoris, aut curatoris autoritate, & iudicis decreto, validè pōt ex cōtractu inſtituere maioratū: ſecus aūt ſi non accedat; idq; eſto cōtractus, in quo maioratus inſtituitur, ſit reuocabilis, imò eſto ſit donatio cauſa mortis: niſi. n. donatio cauſa mortis facta ſit à minore cū autoritate tutoris, aut curatoris, & cū iudicis decreto, in ijs, circa quæ iudicis decretū eſt neceſſariū, aut niſi facta ſit teſtamento, aut codicillo, vel confirmata ſit iuramēto talis minoris, inualida eſt ea donatio. Quin in Luſitania, niſi ex Regis facultate id iuramētum adhibeatur, erit inualida, ſi iuramento cōfirmetur, vt de donatione cauſa mortis hæc omnia in calce diſput. 288. comprobata ſunt. Atque in his omnibus, quæ de inſtitutione maioratus facta à minore dicta ſunt, conſentit Molina vbi ſup. à nu. 6.

4 Quod ad eum prodigum attinet, cui adminiſtratio ſuorum bonorum eſt interdicta, ſicut ille diſponere non poteſt de ſuis bonis teſtamento, aut codicillo, etiamſi curatoris ipſius accedat autoritas, vt diſput. 167. eſt oſtenſum: ita neque teſtamento, aut codicillo, poteſt validè inſtituere maioratum. Sed neque curator illius, nomine eiuſdem, poteſt validè eū inſtituere, propter ea, quæ de curatore minoris, & carentis vſu rationis dicta ſunt. Cæterum, ſicut prodigus autoritate ſui curatoris, & interueniente iudicis decreto circa immobilia, & circa ea mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, poteſt celebrare quemcunque contractum, vt diſp. 224. iuncta diſp. 220. dictum eſt: ita accedente eadem autoritate curatoris, aut etiam iudicis decreto, poteſt validè inſtituere maioratum ex contractu, etiam donatione cauſa mortis. Quòd ſi ad inſtitutionem neceſſaria etiam eſſet principis facultas, neceſſe tūc eſſet, principi manifeſtari eum, cui talem facultatem concedit, prodigum eſſe, cui adminiſtratio ſuorum bonorum eſt interdicta: alioquin ea facultas eſſet ſurreptitia, ac nulla; quandoquidem manifeſtata non fuit principi circunſtantia, quæ valde eum retardare poſſet à tali facultate concedenda. In his conſentit Molina vbi ſupra à num. 32.

DISPVT. 603.

Filiusfamilias vtrum maioratum inſtituere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Maioratum quouſque filiusfamilias ultima voluntate inſtituere poſſit, aut non poſſit.*

2 *Vſusfructus ad patrem in bonis filijfamilias attinens, eſto is filius de tertio ſuorum bonorum vltima voluntate inſtituat maioratum, ac moriatur, perſeuerat is vſusfructus apud patrem toto tempore vitæ ſuæ.*

3 *Maioratum quouſque contractu, etiam donatione cauſa mortis, poſſit filiusfamilias inſtituere, aut non poſſit.*

1 Filiusfamilias, ſi impubes ſit, quemadmodū, etiam de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus teſtari non poteſt, ita neque teſtamento, aut codicillo poteſt validè inſtituere maioratum. Si verò pubes ſit, quemadmodum de tertio ſuorum bonorum caſtrenſiū, aut quaſi caſtrenſium (in quibus bonis cōputa in clerico, non ſolum

A bona, quę poſt ordines ſacros, aut beneficium obtentum, acquiſiuit, ſed etiam patrimonium, ad cuius titulum ordinatus eſt) liberè teſtari poteſt (nam in reliquis duabus partibus eorū bonorum parentes ſuccedunt) vt hæc omnia diſp. 138. explanata ſunt: ſic de eodem tertio validè teſtamento, aut codicillo, inſtituere poteſt maioratum. De bonis verò aduentitijs, quamuis de iure communi, & in Luſitania neq; de cōſenſu patris (niſi ad pias cauſas de conſenſu patris) teſtari poſſit; de iure tamē huius regni validè de tertio eorū bonorum pōt teſtari, vt diſpu. 138. citata hæc oīa oſtenſa ſunt: ideoque, quāuis in Luſitania de eodē tertio inſtituere non poſſit maioratū, in hoc tamen regno validè de eodē tertio, ſine vllo patris cōſenſu, inſtituere eū poteſt teſtamento, aut codicillo.
B Conſentit in his Molina lib. 1. de primog. c. 9. nu. 12.

Inſtituto verò maioratu de eodē tertio bonorum 2
aduentitiorū, in quibus pater habet vſumfructum, aut de maiori eorum bonorum quātitate ex regia facultate, dubiū eſt, vtrum vſusfructus poſt mortē eius filij perſeuerare debeat cū patre, interim dum pater vixerit, ita quod ſola proprietas morte eius filij deuoluatur ad vocatum ad eum maioratum, interim dum pater vixerit, & vſusfructus conſolidetur cum proprietate, pertineatq; ad ita vocatum, ſolum poſt mortem eius patris. Fateor, dum de eiuſmodi vſufructu bonorum aduentitiorum, de quibus liberè filius familias diſponere poteſt vltima voluntate, fui locutus, varium me fuiſſe. Diſputatione enim 138. citata & diſp. 163. cum cōmuni doctorum ſententia, quā
C retuli, aſſerui, pertinere ad patrem: quoniam ita deducitur ex principijs iuris, neque contrarium reperitur expreſſe ſtatutum iure huius regni, dum filiofamilias de eodem tertio bonorum diſponere permittitur: tametſi diſp. 163. citata addiderim, æquū eſſe, vt ſtatueretur, filium, etiam de eo vſufructu, poſſe diſponere, nec pertinere ad patrem; ductus ea ratione, quam non expreſsi, quod modicum quid id tertium eſſe ſoleat, & quod de eo filius diſponere ſoleat pro anima ſua, ad piasve cauſas, durumque ſit, filium ad id expectare debere mortem patris, & cum nō ſit dicendum, iudicandum eſſe, conceſsum illi eſſe diſponere de eo vſufructu ſtatim ad pias cauſas, non verò, ſi partem eius tertij relinquat matri, aut alicui extraneo: ſequutus iuris principia, & communem ſenten-
D tiam, vtroque loco citato, reiecta Ant. Gometij ſententia affirmaui, eum vſumfructum pertinere ad patrem. Poſtea vero diſp. 232. permotus illa eadē æquitate, vt diſpoſitio de eo vſufructu ſtatim filio concederetur pro anima ſua, per epicheiam exiſtimādum cenſui, eam fuiſse mentem l. 6. Tauri, quæ diſponere de eo tertio filiofamilias conceſſit, amplectendāque iudicaui ſententiam Antonij Gometij, quam duobus prioribus locis reprobaueram; oblituſque fui, iuxta hanc ſecundam ſententiam, duo illa alia priora loca aptare: nunc verò, re attentius conſiderata, licet neutra ſua probabilitate careat (id quod ſatis innuit Molina, vbi ſup. nu. 24. dum propendens in communiorem ſententiam, eamque amplectens ad-
E dit, quando caſus contigerit rem eſſe maturius conſiderandam) ego etiam in communem ſententiam propendeo: quoniam l. 6. Tauri, ſemper eodem modo eſt intelligenda: durum autem videtur, quod ſi filius maioratum inſtituat de tertio ſuorum bonorum, aut de maiori quantitate ex regia facultate, pater in tempus vitæ ſuæ priuetur eo vſufructu, & ſuccedat alius vocatus ad eum maioratum, & quod l. 6. Tauri id ſtatuere intenderit.

Quod vero ad contractus attinet. Si filiusfamilias pubes ſit, & bona habeat caſtrenſia, aut quaſi 3
caſtrenſia, tunc, ſicut libera de illis diſpoſitio ei competit via contractus inter viuos, etiam ſine conſenſu patris, quin & donatione cauſa mortis, vt in calce

diſput.236. & initio diſput.231. atque diſput.261. oſtenſum eſt, ſic de tertio eorum bonorum valide inſtituere poterit maioratum ſine vllo patris conſenſu, tum contractu inter viuos, tum etiam donatione cauſa mortis. Quin & de omnibus eis bonis inſtituere illum poterit in euentum, quod tempore mortis ipſius, nullos aſcendentes, neque deſcendentes habeat: ſi enim tunc aſcendentes habuerit, non poteſt illos priuare duabus partibus ſuorum bonorum: ſi verò habeat deſcendentes legitimos, priuare ſimiliter eos non poterit quatuor partibus ſuorum bonorum; tametſi inter alios poterit inſtituere maioratũ de tertio & quinto, vt ſæpè dictum eſt. Quòd ſi is filiusfamilias impubes ſit, ſicut, neque de conſenſu patris, poteſt diſponere de eis bonis contractu inter viuos, aut vltima voluntate, vt diſput. 230. & 231. citatis, oſtenſum eſt: ita neque de eodem patris conſenſu poterit validè inſtituere maioratum.

De bonis verò aduentitijs, ſi is filius liberam habeat eorum adminiſtrationem & vſumfructũ, quẽadmodum poteſt abſque patris conſenſu libere diſponere contractu inter viuos de eis bonis, vt diſp. 261. viſum eſt, & conſtat ex authentico, vt liceat matri & auiæ, in prin. §. res autem, & cum Bar. & communi doctorum ſententia affirmat Molina, vbi ſupra, num. 16. quin & donatione cauſa mortis de iure huius regni, tametſi nõ de iure communi, aut Luſitano, vt vtrunque diſpu. 288. comprobatum eſt: ſic quoque de tertio eorundem bonorum poterit contractu inter viuos, aut donatione cauſa mortis, validè abſque patris conſenſu inſtituere maioratum: nõ verò donatione cauſa mortis in Luſitania, niſi de patris conſenſu.

Denique de bonis, quorum adminiſtratio & vſuſfructus pertinet ad patrem, quemadmodum filiusfamilias ſine conſenſu patris non poteſt diſponere, ẽt quoad ſolam proprietatem, contractu inter viuos, vt diſp. 261. oſtenſum eſt, ſed neque donatione cauſa mortis de iure communi ac Luſitano: ſecus verò quoad tertium de iure huius regni, vt vtrunque diſput. 288. explanatum eſt (de conſenſu vero patris, etiamſi is filius vigeſimumquintum annum non excedat, poteſt tum contractu inter viuos, tum etiã donatione cauſa mortis, validè celebrare contractus, vt diſp. 161. & 188. viſum eſt) ſic quoque ſine patris conſenſu non poterit valide inſtituere maioratum de tertio ſuorum bonorum, niſi ſolùm in hoc regno donatione cauſa mortis: de patris verò conſenſu valide poterit illum inſtituere, tum contractu inter viuos, tum etiam donatione cauſa mortis, tam in hoc regno, qum in Luſitania. Conſentit verò in his omnibus Molina vbi ſupra à num. 16.

D I S P V T. 604.

Religioſus num maioratum inſtituere poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Maioratum inſtituere poteſt religioſus validè ante nouitiatum, & in nouitiatu, atque in noſtra Societate ante profeſſionem, aut vota coadiutorum, tum vltima voluntate, tum etiam contractu reuocabili.*

2 *Maioratus inſtitutio irreuocabilis facta in nouitiatu, aut ante, intuitu tamen ingrediendi religionem, eſt nulla, etiamſi iuramento confirmetur, niſi fiat duobus menſibus ante profeſſionem de facultate ordinarij, & ſequatur profeſſio. Quæ autem ante nouitiatum facta eſſet irreuocabiliter, non animo ingrediendi religionem, firma eſſet.*

A 3 *Maioratum ſi validè inſtituit religioſus, & fructus illius ad ipſum ſpectare debebant toto tempore vitæ ſuæ, niſi religionem ingrederetur, neque aliud diſpoſuit ante profeſſionem, pertinet vſusfructus toto tempore vitæ ipſius ad monaſterium ſuccedens in bonis ſui religioſi, & per mortem ipſius regreditur ad ſucceſſorem in maioratu. In religione verò non ſuccedẽte in bonis ſui religioſi, emiſſa profeſſione, & in noſtra Societate etiam emiſſis uotis coadiutorum, pertinet ad ſucceſſorem in maioratu.*

4 *Maioratum inſtituere non poteſt religioſus poſt ſuam profeſſionem, atque in noſtra Societate poſt uota coadiutorum. Excipe niſi reliquerit filios, & in hoc regno profeſſus ſit non facta partitione bonorum inter illos: nam tunc inſtituere poteſt in uno deſcen-* B *dentium maioratum de tertio.*

5 *Religioſus facultatem teſtandi à Summo Pontifice habens, regulariter non poteſt ualidè inſtituere maioratum. Et num licitè poſſit eum inſtituere, etiamſi ad id ſe extendat talis facultas.*

6 *Maioratum inſtituere poſſunt commendatarij Hiſpaniarum, qui non ſunt ordinis Diui Ioannis. Et facilius Diui Ioannis commendatarijs poteſt concedi facultas à Summo Pontifice licitè inſtituendi maioratum, quàm alijs religioſis.*

1 CVm diſp. 36. oſtenſum ſit, teſtamẽtum religioſi factum, tam ante nouitiatum, quã in ipſo nouitiatu, validum eſſe, nec poſtea annullari profeſſione; niſi quando religio- C ſus, poſt illum factum, ſe obtuliſſet religioni, dicendo, ſe, & omnia ſua bona religioni offerre; per quæ verba intelligeretur reuocare quancunque antecedẽtem ſuam vltmam voluntatem circa bona ſua, eáq; applicare monaſterio: cum item ibidem oſtenſum ſit, Cõcilium Tridentinum nihil innouaſſe circa vltimas voluntates factas ante nouitiatum, aut in ipſo nouitiatu, conſequens profectò eſt, vt maioratus inſtitutio facta per quancunque vltimam volũtatem à religioſo ante nouitiatum, aut tempore nouitiatus, valida ſit; & vt profeſſione, aut etiam emiſſione votorum coadiutorum in noſtra ſocietate, cõfirmetur, atque irreuocabilis fiat.

Idem eſt dicendum de inſtitutione maioratus facta ante nouitiatum, vel tempore nouitiatus, contra- D ctu inter viuos, cæterum reuocabili. Cùm enim talis contractus, vtpote reuocabilis ad nutum ante profeſſionem, aut ante uota coadiutorum in noſtra ſocietate, non plus habeat rationem renunciationis bonorum, quàm vltima voluntas, neque vllam inducat obligationem in diſponente; ſicut neque vltima voluntas vllam obligationem in illum inducit; vtique nihil circa eam maioratus inſtitutionem innouauit Concilium Tridentinum, inualidam eam reddendo, vt ex dictis diſput. 139. citata facile liquet, ac proinde confirmabitur, reddeturque irreuocabilis, profeſſione, aut emiſſione votorum coadiutorum in noſtra ſocietate.

2 Inſtitutio verò maioratus irreuocabiliter facta cõ- E tractu aliquo, vel tempore nouitiatus, vel ante nouitiatum, intuitu tamen ingrediendi religionem, etiãſi iuramento eſſet confirmata, nulla proculdubio eſſet poſt definitionem Cõcilij Tridentini diſp. 139. relatam: quoniam vere eſſet renunciatio eorum bonorum intuitu religionis. Excipe, niſi fieret de conſenſu ordinarij duobus menſibus ante profeſſionẽ, & ſequeretur profeſſio, vt diſputatione citata ex Cõcilio Tridentino eſt dictum. Ea verò inſtitutio irreuocabilis maioratus, quæ ante ingreſſum in nouitiatu facta fuiſſet abſque vllo intuitu religionem ingrediendi, valida proculdubio eſſet, neque ingreſſu redderetur nulla, ſiue ingrediẽs poſtea profiteatur, ſiue non, ſed egrediatur religionem, vt ſatis cõſtat ex ijs,

quæ

quæ diſp. 139. dicta ſunt: quo in loco iacta ſunt fundamenta ad hæc omnia, eaque de cauſa non pluribus ea confirmo.

Molina lib. 2. de primog. c. 9. à num. 38. his de rebus latè diſputat: tametſi de diſpoſitione Concilij Tridentini non meminerit, remque diſputet, nulla ratione habita de ea definitione, atque de irritatione, tam renunciationis factæ à nouitio de ſuis bonis, quàm obligationis circa ea bona, quam eo tempore ſuper ſe inducat.

3 Illud eſt obſeruandum, ſi religioſus ante profeſſionem inſtituit validè maioratum, vel in ſeculo, vel in nouitiatu, ſi ita illud inſtituit, vt (non ſpectato ipſum eſſe religioſum) fruitio illius non pertineret ad vocatos ad illum, niſi poſt mortem ſuam naturalē, tunc, ſi profiteatur religionem, quæ ius habet ad bona ſuorum religioſorum, neque aliud expreſſit ac diſpoſuit ante ſuam profeſſionem, vſuſfructus eorum bonorum pertinet ad monaſterium toto tempore, quo ipſe vixerit, & poſt mortem ſuam naturalē ſpectat ad vocatum ad eum maioratum. Si verò profiteatur religionem, quæ ius non habet ad bona ſuorum religioſorum, aut in noſtra ſocietate vota emittat coadiutoris, continuò vſuſfructus pertinet ad vocatum ad eum maioratum. Hæc facilè patent ex dictis diſp. 140. præſertim. §. quin & bona.

4 Poſt profeſſionem religioſus, & in noſtra ſocietate poſt vota coadiutorum, inſtituere non poteſt maioratum, neque ex vltima voluntate, neque contractu: quoniam nullam iam habet diſpoſitionem antecedentium ſuorum bonorum, neque velle, aut nolle. Excipitur pater, aut mater, qui liberos reliquit, & religionem eſt profeſſus non facta partitione bonorum inter filios: nam, iuxta authenticam ſi qua mulier. C. de ſacroſanc. Eccleſ. & authenticam nūc autem. C. de Epiſco. & cler. hodie in hoc regno meliorationē facere poterit de tertio, aut inſtituere maioratum de illo in aliquo deſcendentium, vt diſput. 141. dictum eſt: de qua re diſputat copioſè Molina, vbi ſup. à nu. 54.

5 In calce eiuſdem diſp. 141. dictum eſt, quouſque aliquibus religioſis profeſſis beneficiarijs, vel in ſeculo degentibus, vel etiam alijs, concedi à Summo Pontifice aliquando ſoleat facultas teſtandi, aut diſponendi de aliquibus bonis: & cum ea facultas, niſi aliud exprimatur, intelligi nō debeat niſi ad pias cauſas, vt ibidem dictum eſt, inſtituere ex eis bonis non poterunt maioratum. Quod ſi aliquando facultas ad id ſe extendat, vt, ſi eum inſtituat, factum teneat; videat religioſus, qui eum inſtituit, quo fine, qui cū ipſius profeſſione, atque ſtatu conſentiat, illum inſtituat, & de quibus bonis, vnde deriuatis, & qua ratione acquiſitis, eum inſtituat.

6 Eadem diſputatione aduerſus Nauarrum oſtendimus, commendatarios milites Hiſpaniarum, exceptis ordinis Diui Ioannis, poſſe teſtari, & maioratus inſtituere, etiam de reditibus ſuarum commendarum; neque eſt cur illa hoc loco repetamus. Illud admonuerim, facilius militibus commendatarijs ordinis Diui Ioannis, pro rebus bene geſtis in bello, in Eccleſiæque defenſionem, poſſe concedi à Summo Pontifice facultatem teſtandi de aliquibus bonis, aut inſtituendi de illis maioratum, quam alijs religioſis, qui milites non ſint: quoniam id non adeo dedecet modum religionis ipſorum, vt dedecet modum & ſtatum cæterorum religioſorum: & quoniā id incitamento eſſe poſſet cæteris eiuſdem religionis, quorum profeſſio eſt armis Eccleſiam defendere & propagare id accuratius, atque ſtrenuius, in bonum eiuſdem Eccleſiæ exercendi.

A

DISPVT. 605.

Damnati ad mortem naturalem, & alij ſerui pœnæ, an inſtituere poſſint maioratum.

SVMMARIVM.

1 *Damnatorum ad mortem, & aliorum ſeruorum pœnæ, bona quouſque de iure communi varijs temporibus pertinerent ad fiſcum, inteſtabilesq́; eſſent, aut cō ſanguineis eorum à fiſco relinquerentur. Et quid in hoc regno ſancitum hodie ſit.*

2 *Damnatus, etiam ad mortem naturalem, meliorare in hoc regno poteſt, & inſtituere maioratum. Idem in Luſitania, excepto, ſi damnatus ad mortem naturalem ſit: nam in eo regno, neque meliorare in tertio, neque maioratum inſtituere poteſt.*

3 *Qui teſtari non poſſunt, aut aliter de ſuis bonis diſponere, neque maioratum inſtituere poßunt, neque meliorare, eodem genere diſpoſitionis.*

Præter illa, quæ diſp. 9. & diſp. 481. de eiuſmodi ſeruis pœnæ copioſè dicta ſunt, quib. addenda ſunt, quæ ſequuntur; obſeruandū, pro deciſione huius quæſtionis cū Molina, li. 2. de primog. c. 10. nu. 69. eſt, de iure antiquo digeſtorū, vt conſtat ex l. 1. ff. de bo. damn. iuncta. l. capitaliū, in prin. ff. de pęnis, & ex varijs alijs iurib. damnatos oēs ad mortē naturalem, aut ciuilem, eō ipſo, in conſequentiā amittere omnia ſua bona fiſco, inhabileſq; omnino fuiſſe ad teſtandū, aut diſponēdum de eis quoquo modo. Poſtea verò, eam pęnam confiſcationis omniū bonorum ita dānatorum, paulatim fuiſſe remiſſam, ac tandē in authentico vt nulli iudicum. §. vlt. & in authentica bona dānatorum. C. de bon. proſcr. & l. 5. ti. 31. p. 7. ſtatutū fuiſſe, vt ſi ita dānatus haberet deſcendentes, aut aſcendentes (vel ēt collaterales vſque ad tertium gradū, vt authen. bona damnatorum addit) ea bona non ſpectarent ad fiſcū ſed ad eiuſmodi conſanguineos proximiores in gradu, æqualiter inter eos diuidenda, iuxta l. ſi deportatus, & l. vlt. C. de bonis proſcr. Quare hi conſanguinei, non accipiebant tunc ea bona à dānato, ſed legis beneficio, modo explicato, inter ipſos diuidenda. Vt verò notant Bar. & cōis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequūtur Molina. nu. 69. citato, & Greg. Lopez. l. 5. citata gl. vlt. & habetur expreſsè eadem. l. 5. quod, iuxta diſpoſitionē authenticorum, quæ citata ſunt, bona damnatorum deueniant eo modo ad conſanguineos damnati, & non pertineant ad fiſcū, ſolùm habeat locum, quādo in conſequentiam damnationis ad mortem naturalem, aut ciuilem, ea bona ex preſcripto. l. 1. ff. de bonis damnatorū, & aliorum ſimilium iurium, attinere debebant ad fiſcum; non verò quando leges expreſsè ſtatuunt, vt pro delictio aliquo bona omnia, aut pars bonorum delinquentis, eo delicto confiſcentur: tunc enim, eſto deſcendentes, aut aſcēdentes habeat, ea bona pertinēt ad fiſcum, & non ad conſanguineos delinquentis. 1

Obſeruandum deinde eſt, quamuis hæc ita diſpoſita ſint de iure communi, vt tamen diſp. 9. citata dictū eſt l. 4. Tauri, quæ eſt l. 3. ti. 4. lib. 5. nouę collect. in hunc modū fuiſſe ſtatutum. *Mandamos que el condenado por delito a muerte ciuil, o natural, pueda hazer teſtamento, o codicilo, o otra qualquier vltima voluntad, o dar poder a otro que la haga por el, como ſino fueſſe condenado: el qual condenado, y ſu commiſſario puedan diſponer de ſus biennes: ſaluo de los que por el tal delicto fueßen confiſcados, o ſe ouieren de confiſcar, o aplicar a nueſtra camara, o a otra perſona alguna.* Idem diſpoſitum antea fuerat. l. 5. ti. *dellas mandas.* lib. 3. fori. 1

His ita explicatis, controuertunt doctores Hiſpani, num hodie poſt l.4. Tauri, & l.5. tori, poſſit damnatus morte ciuili, aut naturali, de tertio & quinto ſuorum bonorum meliorare, quem deſcendentium voluerit, aut inſtituere maioratum, perinde ac ſi dãnatus non eſſet: ſicut de ſuis bonis teſtamento, codicillo, aut quauis alia vltima voluntate, teſtari poteſt, àc ſi damnatus non eſſet, vt apertè ſonat l.4. Tauri relata. Rodericus Xuarez. l. quoniam in prioribus, quem ſequutus eſt Couar. in rubr. de teſt. part. 3. numero 27. in priori editione, negat: quoniam arbitratur adhuc conſanguineos non accipere à damnato ipſo, ſed ex diſpoſitione legum, neque iuxta. l.4. Tauri, poſſe damnatum relinquere ea bona ſuis conſanguineis, niſi æqualiter ea diuidendo inter proximiores in gradu.

2 Contrarium verò eſt proculdubio, affirmandum cum Greg. Lopez gloſſa vltima citata, Tellio Fernãdez. l.4. Tauri nume. 17. Molina vbi ſupra. nu. 69. & cum Couar. in Cæſarauguſtana editione. nu. 27. citatò, qui relatis Gregorio Lopez, & Tellio Fernãdez, eorum opinioni poſtea adhæſit. Perſpicuè enim, l.4. Tauri liberam de ſuis bonis damnato ad mortem ciuilem, aut naturalem relinquit diſpoſitionem, non ſecus ac ſi damnatus non eſſet. Quòd ſi adſtrictum illum reliquiſſet ad diuidendum æqualiter ſua bona inter proximiores in gradu, ni hil profectò ita damnato conceſſiſſet: cùm, ſi ab inteſtato moreretur, ſimiliter ea bona eſſent inter ſuos conſanguineos diuidenda.

In Luſitania verò, quia, vt diſpu. 9. & diſp. 481. viſum eſt, ſolùm permittitur damnato ad mortem naturalem teſtari de ſuo tertio ad quædã opera pia ibi commemorata; vtique de eo tertio, neque meliorare quenquam deſcendentium, neque facere alia legata, neque inſtituere maioratum poterit. Secus autem de damnatis ad mortem ciuilem, vt diſputationibus citatis dictum eſt.

3 Quoad reliquos autem, quos in progreſſu huius de Iuſtitia materiæ hactenus explicauimus, vel in ſequentibus dicemus, teſtari non poſſe, aut diſponere de ſuis bonis, ſimiliter dicendum eſt, non poſſe de eiſdem bonis eodem modo inſtituere maioratum.

DISPVT. 606.

Ex quibus bonis maioratus inſtitui poſſit. Et num inſtitutio illius ex omnibus bonis ſit valida. Et vtrum ab Eccleſiaſticis de ſuis bonis inſtitui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus vt in eis inſtituatur, quamuis aptiores ſint res omnino perpetuæ, inſtitui tamen poteſt, non ſolũ in cenſibus redimibilibus, ſed etiam in pecunia & alijs rebus, vt ex illis emantur res perpetuæ. Inſeri etiam maioratui ſolent res mobiles aliquæ, ut nunquã alienentur.*

2 *Maioratus inſtitutio ex omnibus bonis, an ſit ualida.*

3 *Maioratus an validè, ac licitè ab eccleſiaſticis inſtitui de ſuis bonis poſſint.*

DIximus, qui inſtituere poſſint maioratũ. Nunc dicendum eſt, ex quibus bonis valeat inſtitui. Vnde cõſtabit, ſi quid aliud dicendum erat circa perſonas, quæ inſtituere valent, aut non valent, maioratum.

1 Cum Hiſpani maioratus ex ſui primæua inſtitutione, atque adeò ex ſui natura, quam ex ea inſtitutione, primaque origine, ſortiti ſunt, perpetui ſint, faci-

A lè liquet, ſola immobilia bona, aut quę cum immobilibus computantur, idonea ſimpliciter eſſe, ex quibus Hiſpani maioratus inſtituantur. Id quod multò magis locum habet in eis, quàm in feudo, aut emphyteuſi, ſi ad ſolam perpetuitatem attendas, quæ longè maior eſt in his maioratibus, quàm in feudo, aut emphyteuſi. Ex alio autem capite, quod ſcilicet dominium rei feudalis, aut emphyteuticæ, diuidi debeat inter dominum principalem, ſeu proprietarium, & vaſallum, aut emphyteutam, ita videlicet, quòd dominium ſolum vtile attineat ad vaſallum, aut emphyteutam, & directum maneat apud dominũ principalem, plus exigunt feudum, aut emphyteuſis, quã maioratus, vt ſolum conſtituantur in rebus immobilibus, aut quæ cum immobilibus cõputãtur, vt de feu-
B do eſt definitum. cap. 1. §. vlt. de feud. cog. Imò, quia non ſolùm dominium diuiditur eo modo inter emphyteutam & proprietarium, ſed etiã origo emphyteuſis fuit, vt res traderetur emphyteutæ ad culturã & meliorationem, quod ſolum habet locũ in rebus immobilibus, ſeu ſoli, non verò in his, quæ cũ immobilibus computantur, vt ſunt cenſus, inde effectum eſt, vt emphyteuſis inter alia differat à feudo, quod feudum etiam in rebus, quæ cum immobilibus computantur, conſtitui poſſit, vt ex. §. citato liquet: emphyteuſis verò ſolum in rebus immobilibus conſtitui valeat, vt diſp. 445. explanatum eſt.

Quamuis ſolæ res perpetuæ, & quæ emolumentũ parere ſolent, ſimpliciter idoneæ ſint, magiſque accommodatæ, vt ex eis Hiſpanus maioratus cõſtitua-
C tur, quàm res aliæ, ſolet tamen interdum conſtitui, etiam ex rebus non omnino perpetuis, vt ex cẽſibus redimibilibus, ea tamẽ lege, vt, ſi redimantur, pretiũ ſeruari debeat, vt, quàm primum ſe obtulerit occaſio, iterum ex eo ematur alius æqualis cenſus, & ita perpetuò maioratus integer perſeueret. Solet etiam maioratus aliquando inſtitui ex pecunia, & ex alijs rebus vſu conſumptibilibus, ea lege, vt ex eis emantur res immobiles, aut cenſus, etiam redimibiles, eadem lege proximè explicata. Atque, vt bene Molina lib. 2. de primog. c. 10. nu. 6. admonet, ne pretiũ cenſuum, qui redimuntur, à poſſeſſore maioratus, vt ſæpe euenire ſolet, conſumatur, præcipere maioratus inſtitutor deberet, ut cenſus cum ea clauſula inſtituerentur, & emerentur, vt redemptio non alteri fieri
D poſſet, quàm publico depoſitario, aut perſonæ per iudicem deputatæ, & vt, alteri facta, eſſet nulla, atque, vt quam primum ſeſe offerret occaſio iterum emẽdi cenſum, emeretur: hoc verò ſecũdum, ob ſuum emolumentum, diligenter is curabit, vt exequutioni mandetur, qui poſſeſſor tunc fuerit maioratus.

Item aliqua mobilia, quæ duratione ac perpetuitate ferè æquantur rebus immobilibus, vt ſunt gemmę aliquæ, res aureæ, & argenteæ, arma, & his ſimilia, inſeri maioratui ſolent, ita vt ex eis etiam maioratus conſtet, neque vnquam poſſint alienari, ſed in familiæ ſplendorem, & in inſtitutoris memoriam, perpetuo in eodem maiotatu conſeruentur. Lege quoad hæc omnia Molinam vbi ſupra. à. nu. 1. vſque ad 8.
E Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod ad ſecundum attinet, quæ hoc loco dici poterat, copioſè dicta, atque ex ſuis principijs deducta à nobis ſunt diſp. 280. 2

Quod denique attinet ad tertium, fuſè id explicatum eſt à diſput. 142. præſertim diſput. 148. dum occaſione teſtamenti Eccleſiaſticorum, late diſſeruimus de varijs ipſorũ bonis, atq; explanauimus, quouſque de illis licitè, aut validè, diſponere poſſint, tum inter viuos, tum etiam vltima voluntate, & quouſque vtrouis modo validè, aut licitè inſtituere poſſint maioratus. 3

DISPVT. 607.

Maioratum an inſtituere poſſit vxor, vel meliorare vnum filiorum, ex bonis, quæ ex altero marito ſibi obuenere, aut ex medietate lucrorum, ſi ſuperſtitibus filijs prioris mariti, tranſeat ad ſecundas nuptias.

SVMMARIVM.

1 *Maioratum inſtituere non poteſt tranſiens ad ſecundas nuptias, & filios ex priori matrimonio habens, de bonis titulo lucratiuo ex priori coniuge comparatis, neque de tertio, aut quinto eorum bonorum poteſt meliorare.*

2 *Neque ex regia facultate poteſt de eis bonis inſtituere maioratum, aut meliorare, niſi expreſſum fuerit, ea bona ex priori coniuge fuiſſe comparata. Neque Rex poteſt eam facultatem concedere poſt tranſitum ad ſecundas nuptias.*

3 *Maioratum inſtituere poteſt, & meliorare, ex arrhis prioris matrimonij mulier, quæ ad ſecundas tranſit nuptias.*

4 *Inſtituere maioratum, & meliorare ex bonis ſuper lucratis in priori matrimonio poteſt coniux, qui habens filios ex eodem priori matrimonio, ad ſecundas tranſit nuptias.*

5 *Maioratum, & meliorationem ſolùm poteſt inſtituere vir de medietate lucrorum, quæ ipſum contigerit tempore diſſoluti matrimonij: de medietate verò lucrorum, quæ ad vxorem attinebit, inſtituere ipſa poteſt maioratum, aut meliorare, per teſtamentum, aut codicillum, ſine conſenſu viri: per contractum de viri, aut iudicis conſenſu, aut etiam de facultate Regis, ſi neceſſaria ſit.*

1 QVod ad bona attinet, quæ vni coniugum titulo lucratiuo ex altero coniuge obuenerunt, quæ ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, ſuperſtitibus filijs ex tali priori matrimonio, reſeruare illis debet, æqualiter inter ipſos diuidenda, iam diſp. 431. diximus, eum coniugem, neque ex illis bonis, neque ex tertio, aut quinto eorum, poſſe maioratum inſtituere, aut meliorare aliquem filiorum, aut deſcendentium, ſed teneri illa ęqualiter diuidere inter eos filios prioris matrimonij, aut relinquere vni ſoli, ſi eum tantum ex eo matrimonio habeat.

2 Molina lib. 2. de primog. cap. 10. nume. 61. rectè ait, eſto is coniux facultatem obtineat à Rege inſtituendi maioratum in vno filiorum, etiam de bonis alijs filijs debitis, niſi aliud in ea facultate exprimatur, non poſſe ex eis bonis inſtituere maioratũ: quoniam in ea facultate non cenſentur comprehenſa ea bona, ſed ſola propria bona volentis inſtituere maioratum, quæ tanquam legitimę eis filijs debeantur. Ego adderem, neque Regem poſſe concedere eam facultatem, eo ipſo, quod morte parentis defuncti, à quo ea bona titulo lucratiuo emanarunt, & tranſitu ad ſecundas nuptias, cõiugis ſuperſtitis, ad quem deuenere, comparatum eſt ius filijs ſuperſtitibus cõiugis defuncti diſpoſitione legum, vt ea bona æqualiter inter ipſos diuidantur.

3 Quod ad arrhas attinet, eadem diſp. 431. oſtendimus, non ſolùm ſi mulier ad ſecundas nuptias non tranſeat, in quo Molina vbi ſup. num. 64. nobiſcum conuenit, ſed etiamſi tranſeat ad ſecundas nuptias, ſuperſtitibus filijs ex eo matrimonio, poſſe ex eis, non ſecus, atque ex quibuſcunque alijs ſuis bonis,

A meliorare, quem filium uoluerit in tertio, & quinto, & inſtituere maioratum: cuius contrarium aſſeruit Molina vbi ſup. nume. 62. cum Roderico Xuarez. Ratio autem, cui eo loco innixi fuimus, eſt: quoniã arrhæ non deueniunt ex viro in vxorem titulo lucratiuo, ſed oneroſo. Idem diximus de eo lecto, quòd de bonis viri in hoc regno tribuitur viduæ, & quod appellant *came biudal*, quodque amittit ſi ad ſecundas trãſeat nuptias: ſi enim ad ſecundas nuptias non trãſeat, perinde de illo diſponit, atque de alijs ſuis bonis: præſertim, quia titulo oneroſo, ex legum huius regni diſpoſitione, illud acquirit.

4 Quod ad medietatem bonorum ſuper lucratorũ attinet, quæ ad vxorem in hoc regno, & in Luſitania ſi matrimonium contractu arrharum & dotis celebrauit, aut ad hæredes illius, diſſoluto matrimonio
B ſpectat, ſane cum vxor vero contractu ſocietatis eã medietatem comparauerit, eſto trãſeat ad ſecundas nuptias, ſuperſtitibus filijs ex priori matrimonio, in quo eam medietatem acquiſiuit, perinde de illa poteſt diſponere, & meliorare ex tertio & quinto illius, quem deſcendentem voluerit, aut inſtituere maioratum, atque de alijs ſuis bonis, vt ex dictis diſput. 435. atque aliàs ſæpe, facile conſtat.

5 Interim verò dum matrimonium conſtat, quia adminiſtratio & diſpoſitio communium lucrorum, aliquantulum liberior in hoc regno, quàm in Luſitania, marito competit, vt diſp. 275. & 454. oſtenſum eſt, quamuis abſque vxoris conſenſu, dotare poſſit maritus communem filiam, aut donare ad nuptias
C communi filio de eiuſmodi lucris communibus, ita vt dimidium ad vxorem ſpectet, intra limites tamen legitimæ in omnibus bonis vxoris tali filiæ, aut filio debitæ, & aliud dimidium ſpectet ad ſe, vt diſput. 424. comprobatum eſt, non tamen poteſt diſponere de quantitate medietatis lucrorum, quæ, diſſoluto matrimonio, factaque computatione omnium vniuerſim bonorum, comperta fuerit ad vxorem ſpectare, inſtituendo de tertio & quinto illius medietatis maioratum, aut meliorando in eo aliquem filiorum: quia non ſunt bona ipſius, ſed vxoris: ſolumque pro inde id poterit facere de medietate lucrorum, quæ ad ipſum ſpectabit, & de reliquis alijs ſuis bonis. ad vxorem verò ſemper ſpectabit diſpoſitio libera de tertio & quinto omnium vniuerſim ſuorum bono-
D rum, etiam de tota medietate lucrorum, quæ ad ſe competierur, diſſoluto matrimonio, attinere, idque vel per vltimam voluntatem, vel de conſenſu viri, aut iudicis, diſpoſitione inter viuos, modo diſp. 601. explicato, poteritque liberè de tertio & quinto, vel inſtituere maioratum, vel meliorare, quem ſuorum deſcendentium voluerit, vel aliter ad ſuum libitum diſponere, modo quocunque legibus permiſſo, aut Regis facultate à ſe obtenta, idque nihil impediente, quòd maritus, abſque ipſius conſenſu, dotauerit filias, aut donauerit filijs ad nuptias, de communibus lucris. Poſtea enim, tempore communis partitionis, tenentur eiuſmodi filij, aut filię, adducere ad communem aceruum, quæ ita acceperunt: & qui-
E dem, ſi excedant legitimas portiones ipſis debitas in bonis patris ac matris, & inſuper meliorationem de tertio & quinto, quam pater de ſuis ſolis bonis potuit eis facere, & quam cenſetur illis eo ipſo feciſſe, quòd eas dotes, aut donationes ad nuptias ſine conſenſu vxoris eis fecit, reliquum tenentur reſtituere bonis matris, ſi aliter de eo mater diſpoſuit, aut diſponere uelit, vt ex parte diſput. 424. dictum eſt. Hæc ſatis perſpicua ſunt ex ſe, & ex dictis locis citatis, conſentitque Molina vbi ſupra à nume. 65. vbi reſpondet ad quædam iura huius regni, quæ ex parte refragari videbantur, tametſi non ita dilucidè & accuratè hæc omnia explanet.

DISPVT. 608.

Maioratus de re aliena inſtitutus, quatenus validus. Et vtrum ex re emphyteutica, feudali, aut ex cenſu inſtitui valeat. Et quoſque inſtitui valeat de rebus in alio regno conſtitutis. Et vtrum inſtitutio ex regia facultate poſſit contingere legitimas filiorum clericorum, aut religioſorum, vel etiam filiorum, qui poſtea naſcentur.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus inſtitutus de re aliena an validus ſit.*
2 *Maioratus ex cenſu, etiam redimibili, vt inſtitui poteſt.*
3 *Maioratus ex re emphyteutica, aut feudali, ſine cōſenſu proprietarij, inſtitui non poteſt, qui in tertij præiudicium non cedat.*
4 *Maioratus an inſtitui poſſit ex rebus alterius regni & iuxta cuius regni leges, & ex cuius Regis facultate inſtitui debeat.*
5 *Maioratus contingens legitimas filiorum, inſtitui poteſt ex regia facultate, eſto aliqui filiorum, aut filiarum, eccleſiaſtici ſint.*
6 *Maioratus de facultate Regis inſtitui poteſt, qui præiudicet filijs naſcituris in legitimis.*

1 QVod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, idem prorſus dicendum eſt, ſiue maioratus inſtituatur de re hæredis, ſiue de re alia aliena, quod de ſimili legato de re aliena, diſp. 196. dictum eſt, & conſentit Molina lib. 2. de primog. c. 10. nu. 7. eaque de cauſa non plura hac de re hoc loco dico.

2 Quod attinet ad ſecundum. Si cenſus ſit perpetuus, eſto redimibilis ſit, ex illo inſtitui poteſt maioratus perpetuus, præcipiendo, vt ex pretio redēptionis iterum alius cenſus ematur, modo diſput. 606. explicato.

3 Ex re verò emphyteutica, aut feudali, ait Molina vbi ſupra. nu. 71. poſſe inſtitui maioratum, quando iuxta ea, quę copioſè à nobis à diſput. 472. explanata ſunt, tranſmitti in perpetuum, etiam in extraneos ſucceſſores, poſſunt. Quamuis autem dicendum ſit, ex eo capite nullam eſſe repugnantiam, quòd inde maioratus inſtitueretur (neque ſane ex Iulio Clar. 4. lib. ſent. §. feudū à. nu. 4. & ex alijs doctoribus, quos Molina in eius ſententiæ cōfirmationem citat, plus colligitur, neque de inſtitutione maioratus Hiſpani ex eiuſmodi rebus illi loquuntur) attamen ex alio capite, quòd ſcilicet res emphyteutica reddetur peioris conditionis comparatione proprietarij, difficiliuſq; conſolidabitur cum dominio directo, & priuabitur proprietarius à percipiendo ex illa laudemio, nō video, qua ratione ex eiuſmodi rebus inſtitui poſſit maioratus Hiſpanus, aut imponi poſſit nouum grauamen abſq; conſenſu proprietarij præſtito, vel quando primò illam conceſſit in emphyteuſim, aut feudum, vel poſtquàm primò conceſſa ſit, minimeque eo conſenſu in tertij præiudicium cedente, qui titulo maioratus, aut alio ſimili, ius habeat ad ſuccedendum in eadem proprietate.

Quod ad tertium attinet, Molina vbi ſupra. nume. 79. cum Licirier. & Tiraquello ait. Si bona, quæ quis habet in alio regno, mobilia ſint, quæ ibi conſiſtere non debeāt, ſed aſportari, ſaltē per literas, poſſint, aut debeant, in hoc aliud regnum, tunc de eis diſponi poteſt ac debet iuxta leges huius regni, obten-

A taque facultate ab hoc Rege, non verò à Rege alterius regni, vt ex ſe eſt notiſſimum: debent tamen inde emi in hoc regno bona immobilia, aut quæ pro immobilibus reputantur, vt ex eis cōſtare poſſit maioratus Hiſpanus, vt diſp. 606. dictum eſt. Eodē modo inſtitui poteſt maioratus in hoc regno ex reb. immobilibus alibi ſitis, ſi inſtitutor præcipiat eas ibi vendi, iuxta leges eius regni, & ex pretio emi in hoc res alias, ex quibus maioratus conſtet, aut cum illis permutari, vt ex ſe eſt etiam ſatis perſpicuum. Quando verò maioratus inſtituendus eſſet ex rebus immobilibus perſeueraturis vinculo maioratus ſubiectis in alio regno, tunc, cum res illæ legibus eius regni, & non huius, ſubiaceant, maioratus inſtitui debet iuxta leges eius regni, & non huius: obtentaque facultate (ſi ad id neceſſaria ſit) ab illo rege, & non ab hoc.

B Quod attinet ad quartum. Multorum opinio fuit ſi filius aliquis iam eſſet clericus, aut Monachus, vel filia monialis, maioratum non poſſe ex Regia facultate poſterius cōceſſa inſtitui, qui minuat portiones eorū legitimas. Et ſimiliter inualidū eſſe ſtatutū poſtea conditum, qui fœminas moniales excludat à ſucceſſione in aliqua re, à cuius ſucceſſione, ſecluſo eo ſtatuto, fœminæ non eſſent excluſæ. Ita Io. And. reg. ſine culpa, de reg. iur. l. 6. Panor. Felinus, & pleriq; alij, quos Molina vbi ſupra nu. 80. & 81. refert, & in eam ſententiam propēdere videtur Greg. Lopez. l. 32. ti. 9. p. 6. ver. *no valdra*. col. 2. ver. ſed an. tametſi relinquat id cogitandū: quoniam, inquit, ſi id verum eſſet, inde ſubuerterentur multæ maioriæ inſtitutæ contingendo legitimas clericorum, religioſorum, & religioſarum. 4

C Meritò autem contrariam ſententiā affirmat ibidem Molina, nu. 38. eſtq; in praxi recepta. Ratio aūt eſt, quoniā leges, quib. filijs, & filiabus, legitima portio tantæ, vel tantæ quantitatis, vltra id, quod ad congruam ſuſtentationē ſufficit, debetur ac defertur, ciuiles ſunt principis ſecularis, communes, tam laicis, quàm clericis, & religioſis, illiſque ſubiacent Eccleſiaſtici, ſicut & cæteris legibus quæ ad regimen publicum ſpectant, nec ſunt contra Eccleſiaſticā libertatem, tametſi iuxta eas iudicari, ac puniri nō debeāt Eccleſiaſtici à poteſtatibus ſecularibus, ſed à ſuis Eccleſiaſticis, vt vtrūque in calce diſp. 21. & 364. inter examinandū, an clerici teneantur ſtare pretio frumēti lege ciuili taxato, dictū, explanatumque eſt: quare ſicut Rex poſſet mutare ciuiles leges, augendo, aut minuendo legitimas, eaque variatio æquè haberet locum circa filios & filias, ſpectantes ad Eccleſiaſticā iuriſdictionem; & circa filios & filias ſeculares: ita æque, antequā ius ad filios & ad filias, ſit delatū morte parentum, poteſt diſpenſare in eiſdem legibus, vt pro ſplendore reipublicæ, bonoque communi, minuantur legitimę cæterorum filiorum & filiarū, ſiue Eccleſiaſtici ſint, ſiue ſeculares, & inſtituatur maioratus in primogenito, aut in aliquo alio. 5

D Quod denique ad vltimum attinet. Greg. Lopez, col. 2. citata admonet, vt ex facultate regia minui etiā poſſint legitimæ filiorum, qui nondū ſunt nati, expedire, vt de illis etiam fiat mentio: quoniam exhęredatio, & grauamen in legitima, factū per patrem, non ſe extendit ad poſthumos, niſi exprimatur, argumento, l. ex facto, ff. de vulg. Molina verò vbi ſup. nu. 84. meritò ait, ex communi tenore facultatum regiarū, quæ ad id ſolent concedi, ſatis deprehendi, facultatē ſe extendere ad minuendas legitimas naſciturorum. Dicitur enim. *que poda ys inſtituir de todos vueſtros bienes, que agora teneys, o tuuieredes de aqui ade lante, y hazer mayorazgo en vno de los hijos que al preſente teneys, o tuuieredes de aqui adelante*. Quare ad omnia bona, & comparatione quorūcunque filiorum, etiā naſciturorum, ſe extendit ea facultas, modò reliquis competentia maneant alimenta. 6

E

DI-

DISPVT. 609.

Vtrum in filio vnigenito inſtitui valeat maioratus de tertio, ſaltem ex regia facultate. Et num tunc ſeruari debeat diſpoſitio legis 27. Tauri.

SVMMARIVM.

1 *Qui capaces ſunt, vt vltima voluntate, aut contractu, accipiant ab aliquo, capaces ſunt, vt in eis maioratus eis vijs ab illo inſtituatur.*

2 *Maioratus ex tertio in Luſitania inſtitui poteſt. In hoc regno ſi inſtitutor habeat vnicum deſcendentem, ſolum ex quinto inſtitui poteſt: in tertio non, niſi conſentiente illo, aut ſimpliciter, aut pro emolumento, quod illi relinquitur ſub conditione, ſi conſentiat. Si in parte legitimæ abſolutè relinquatur, in hoc regno grauamen, & in incremento, omnia ea bona libera manent: ſecus de iure communi.*

3 *Si parens in tertio unico deſcendenti inualidè inſtituat maioratum, iſque hæreditatem repudiet, ualet inſtitutio, comparatione ulterius ad eum maioratum uocatorum.*

4 *Maioratum ſi ex tertio in unico deſcendente inualidè quis inſtituit, aut grauamen legitimæ deſcendẽtis impoſuit, & uocatus, aut etiam poſt illum ſucceſſor, titulo maioratus triginta annis illum poßiderũt, eneruari deinceps non poteſt ea inſtitutio.*

5 *Maioratus ex facultate Regis inſtitui poteſt in tertio unici deſcendentis: quin imillius etiam legitima.*

6 *Maioratus ſi ex regia facultate inſtituatur in tertio unici deſcendentis, aut etiam contingendo legitimam, ſeruari debet ordo in uocationibus l. 27. Tauri præſcriptus. Et quando princeps contrarium concedere poßit.*

1 Dicendum conſequenter eſt, in qua perſona maioratus inſtitui poſſit, aut non. Atque vniuerſim dicendum eſt, qui incapaces non ſunt, vt vltima voluntate, aut cõtractu ab aliquo accipiant, ſimiliter capaces eſſe, vt vltima voluntate, aut contractu, in eis maioratus ab illis inſtituatur. Ob difficultates verò peculiares, non nulla in particulari ſunt examinanda.

2 Atque in primis dubitandum non eſt, etiam in filio vnigenito inſtitui poſſe in Luſitania maioratũ de tertio bonorum parentis illum inſtituentis, & in hoc Caſtellæ Regno de quinto, quoniam hæc omnia ſint extra legitimas filiorum, ac deſcendentium de quibus libera diſpoſitio parentibus relinquitur. Sicut comparatione aſcendentium: quando deſcendentibus carent, in vtroque regno libera eis relinquitur diſpoſitio de tertio, de quo proinde liberè inſtituere poſſunt maioratum etiam in quocunque extraneo, vt ex dictis in calce diſpu. 576. & alibi ſæpe conſtat.

In hoc vero Caſtellæ Regno, cum, vt ibidem, & alibi, dictum eſt, tertium ſit legitima comparatione filiorum, cum facultate parenti meliorandi in eo, quem deſcendentem voluerit, ſi plures vno habeat, aut inſtituendi in eo maioratum, ſubſtituendo, aut vocando ad id tertium, præſcriptos, leg. 27. Tauri, de quibus in calce diſpu. 576. dictum eſt, vtique conſentit communis ſententia, ac probabilior iuriſperitorum Hiſpanorum, ſi parens vnicum filium habeat ſine alio deſcendente, tam ex illo, quam ex aliquo alio filio, non poſſe ex eo tertio inſtituere maioratum aut meliorare in illo, vel imponere illi vllum grauamen, eo quod tunc ad legitimam eius filij id tertium ſpectet, quæ omnino immunis eſt à grauamine, vt diſpu. 177. comprobatum eſt. Ita Greg. Lopez. l. 1. tit. 15. part. 2. verb. maioria. in fine, & l. 8. titul. 4. part. 5. verb. à otro. Couar. 1. var. reſ. c. 19. nu. 3. Ant. Gom. l. 17. Tauri nu. 19. & ca. 40. num. 55. & plerique alij, quos Molina lib. 2. de prim. c. 11. num. 3. refert ac ſequitur, dictumque à nobis eſt. diſp. 283. cũ alijs, quos ibi retulimus. Si tamen is parens habeat quidem aliquem deſcendentem, etiam ex eo filio, tunc, cum in tertio poſſit meliorare eum nepotem, prætermiſſo filio, aut inſtituere ex eo maioratum, ad quem eũ nepotem vocet, vtique poterit meliorare in eo tertio filium, aut inſtituere ex tertio maioratum, cum grauaminibus, & vocationibus, quos l. 27. Tauri permittit ac præſcribit. Ita aduerſus Ant. Gom. l. 17. Tauri nu. 19. Couar. 1. var. reſ. ca. 19. nu. 4. & Molina c. 11. citato num. 5.

Si tamen parens, qui nullum alium habeat deſcendentem, præter vnicum filium, ex tertio & quinto ita inſtituat maioratum, vt ſi filius conſentire in eo noluerit, quintum ad ipſum non perueniat, ſed ad aliquem extraneum, vel ad cauſam piam, tunc tenebitur is filius, vel amittere quintum illud ita vinculatum, vel conſentire in eo maioratu, & vinculo ex tertio & quinto, quo poſito conſenſu, eo ipſo manebit is maioratus validè inſtitutus. Imo, ſi idem grauamen apponatur, etiam in maiori parte legitimæ, aut non tota legitima, idem erit dicendum. Ita, cum Baeca, Molina vbi ſupra nu. 8. iuxta l. ab eo, C. de fideicommiſſ. reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua. Si item filius validè conſentiret in eo grauamine, aut in inſtitutione maioratus, vel poſt mortem talis parẽtis, vel ante mortem, iuxta ea, quæ diſpu. 579. copioſè dicta ſunt, tunc valida etiam eſſet ea inſtitutio, vt ibi explanatum eſt, & Molina vbi ſup. nu. 9. affirmat.

Quando tamen parens grauamen ſine cõſenſu talis filij apponeret in legitima, aut in parte legitimæ, & in incremento vltra legitimã, atque è vita diſcederet, tunc licèt de iure communi validum eſſet grauamen, ac vinculum in incremento, non verò in legitima, de iure tamen huius regni neque in incremẽto eſſet validum, ac proinde ea bona omnia manerent libera tali filio, vt in calce diſpu. 177. comprobatũ eſt. Quòd ſi parens in vita inſtitueret maioratum irreuocabilem ex tertio, atque eum traderet in vita vnico filio fruendum, tunc cenſeretur filius acceptatione, ac fruitione eius maioratus, conſentire in eo vinculo pro emolumento vſus fructus interim dum pater viueret, & pro emolumento, quòd is maioratus irreuocabiliter eſſet inſtitutus in ſuum emolumentum, nec poſſet reuocari, natis alijs filijs, aut alijs deſcendentibus, & inſtitui poſteà in illis. Ita, cum Segura, & Peralta, Molina vbi ſuprà nu. 4. concinit. l. ab eo, C. de fideicommiſ.

Si parens in tertio bonorum inualidè inſtituit maioratum in vnico filio, ſi ille repudiet hæreditatem, eaque bona deueniant ad alium hæredem ab inteſtato, valet ea inſtitutio maioratus in tertio comparatione ſecundi ad eum maioratum vocati, & comparatione ſequentium vocatorum. Ita Greg. Lopez l. 2. tit. 25. part. 1. verb. *mayoria*, in fine, & Molina vbi ſupra, num. 9. 3

Molina vbi ſupra num. 7. cum Roderico Xuarez, & Baeca, addit. Si filius vnicus à grauamine maioratus in tertio, aut in maiori parte legitimæ, non reclamauit toto tempore, quo vixit, & bona eadem filius primogenitus, aut alius legitimus in eo maioratu ſucceſſor, triginta annis titulo maioratus poſſedit, tunc ex lapſu tanti temporis excluditur ſucceſſor ab impugnatione eius grauaminis, iuxta gloſſam, & textum ibi, argumento à contrario ſenſu l. licet C. de iure deliber. Hæc quando maioratus inſtitutus fuit in filio vnico ex tertio bonorum abſque regia facultate. 4

Quod

5 Quod autem ex regia facultate inſtitui poſſit maioratus in vnico filio, non exiſtentibus alijs deſcendentibus inſtitutoris, non ſolum ex tertio, ſed etiam ex maiori parte legitimæ, aut ex tota legitima illius diſp. 578. concluſ. 3. oſtenſum eſt, idque affirmant Greg. Lopez. l. 23. tit. 9. par. 6. glo. 1. Anton. Gomeſ. l. 40. Tauri, in calce, num. 55. & Molina, capit. 11. citato, num. 10.

Vtrum autem, quando ex regia facultate ita inſtituitur maioratus ex tertio in vnico filio, non exiſtentibus tunc alijs deſcendentibus inſtitutoris, atque etiam quando exiſtentibus alijs filijs, & deſcendentibus, ex regia facultate maioratus inſtituitur, contingendo legitimas aliorum filiorum, relinquendoque illis competentia alimenta, vtrum, inquam, tunc inſtitutor ſeruare teneatur in vocatione ordinem præſcriptum, l. 27. Tauri, quæ eſt, l. 11. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. de quo ordine in calce diſp. 575. dictum eſt, vt ſcilicet aſcendentes inſtitutoris vocari non poſſint, niſi deficientibus omnino deſcendentibus, neque tranſuerſales vocari poſſint, niſi deficientibus etiam aſcendentibus, & omnino extranei non poſſint vocari, niſi deficientibus tranſuerſalibus cõſanguineis. Molina, vbi ſupra, à num. 11. rem diſputat in vtranque partem, neque eam definire audet, quòd dicat, latam fuiſſe ſententiam in cauſa ea de re grauiſſima in Pinciano prætorio, quod neceſſarium nõ fuerit ſeruare eum ordinem, & ab ea ſit ſupplicatũ, adhucque, quando illa ſcripſit, lis penderet inter viros nobiliſſimos. Ex rationibus verò, quas conficit, & quòd hanc partem poſteriori loco confirmet, dicatque pro ea fuiſſe latam ſententiam, ſatis innuit, ſe in eam partem propendere: quam etiam videtur aſſerere Anto. Gom. l. 40. Tauri, num. 55. Potiſſimum tamen pro contraria ſententia fundamentum eſt: Quòd ordo ille, l. 27. Tauri, præſcriptus debere ſeruari in inſtitutione maioratus ex tertio, idcirco ſancitus eſt, quando ſunt multi filij, aut deſcendentes inſtitutoris, quoniam id tertium eſt legitima comparatione filiorum, eaque de cauſa noluit lex illa concedere vinculum, & maioratus inſtitutionem in eo tertio, niſi ſub eo onere, vt ſeruaretur ordo ille: quando autem facultas conceditur, vt contingatur in legitimis vltra id tertium, multo vrgentior ratio eſt, vt idem ordo ſeruetur.

6 Sanè dicerem, ſi facultas ſolùm cõcedatur, vt maioratus inſtituatur in tertio vnici filij, aut etiam contingendo vlterius illius legitimam, neq; amplius exprimatur, non cenſeri diſpenſatum, vt etiam non ſeruetur ordo, l. 27. Tauri, meritò præſcriptus: quoniã diſpenſatio tunc in eo, quòd vinculum maioratus in eo tertio apponatur, nõ habet annexum, vt vocationes fiant non ſeruato eo ordine præſcripto, quando vinculum apponitur tertio, & multo magis quando vinculum apponitur vlteriori parti legitimæ: plusq; eſt diſpenſare in primo, & ſecundo ſimul, quam in ſolo primo: vnde niſi ſecundum etiam proponatur, & concedatur, non cenſetur in eo diſpenſatum. Adde, iuxta ea, quæ diſp. 578. concl. 3. 4. & 5. dicta ſunt, ex noſtra ſententia, quãuis princeps diſpenſare poſſit, vt vinculum apponatur in tertio vnici filij, aut etiam in legitima, eo quòd nõ agatur de magno illius præiudicio; non tamen poſſe diſpenſare, vt id tertium, & legitima, ad quæ habet ius vi legum huius regni, grauentur vinculo maioratus, ad quem vocẽtur alij, excluſis proprijs filijs talis vnici filij: vnde, iuxta ea, quæ ibidem dicta ſunt, non conſulerem, vt princeps diſpenſaret, vt, excluſis filijs, ac deſcendentibus talis vnici filij, alij præponerentur, aut vt concederetur facultas ad inſtituendum maioratum contingendo legitimas aliorum filiorum, præſertim vocando ad eum maioratum ante eos filios, & eorum deſcendentes, alios remotiores, ac collaterales con-

A ſanguineos. Hæc tamen non impediunt, quòd princeps ex rationabili cauſa poſſit diſpenſare, vt in aliquibus euentibus locum non habeat ordo præſcriptus, l. 27. Tauri, ad effectum, vt ad eum maioratum non vocetur, qui ex deſcendentibus ſtultus ſit, aut alia ratione minus aptus ei maioratui, aut vt in eo non ſuccedant religioſi, aut clerici.

DISPVT. 610.

Vtrum in legitimato, aut etiam in illegitimo, inſtitui valeat maioratus.

SVMMARIVM.

B

1 *Maioratus inſtitui poteſt in legitimato per ſubſequens matrimonium.*

2 *Maioratus quouſque inſtitui poſsit, aut non poſſit, in legitimato reſcripto principis.*

3 *Maioratus quouſque in filio illegitimo naturali inſtitui poſſit, etiam iure Luſitano.*

4 *Maioratũ an poſsint parentes inſtituere in filio ſpurio.*

QVod ad primum attinet, dicendum eſt. 1
Si quis per ſubſequens matrimonium legitimatus ſit, cum is computetur cum natis legitimè, nihilque ab eis differat, vtique perinde in eo inſtitui de nouo poterit maioratus, atque in legitimè nato. Hæc omnia conſtant
C ex dictis diſp. 172. Quo in loco explanatum etiã eſt, quouſque eiuſmodi filius ſuccedere poſſit, aut non poſſit in maioratu iam antea inſtituto.

Legitimatus autem reſcripto principis, ſi ritè ob- 2
tenta ſit legitimatio, propoſitis principi, quæ neceſſe eſt illi proponi, ne legitimatio ſit ſurreptitia, neque appoſita in ea ſit clauſula, ſine præiudicio filiorum legitimorum, aut ſuccedentium ab inteſtato, quamuis nihil à legitimis differat, vt in bonis parentum, & aliorum conſanguineorum ſuccedat, quia tamen parentes non plus vnicuique eorum relinquere poſſunt, quàm vni ex legitimis, cui minima portio fuerit relicta, vt habetur in authentica quib. mod. nat. effic. ſui. §. & quoniam variè, & l. vlt. §. vlt. C. de natu. lib. vtique, ſi alij deſcendentes legitimi exiſtant, neque
D eos poſſunt parentes in hoc regno meliorare in tertio, aut in quinto, neque in Luſitania in tertio, neque proinde in eis poſſunt inſtituere maioratum, vt diſput. 173. §. vtrum autem, eſt oſtenſum, & affirmat Molina, lib. 2. de primog. cap. 11. à nu. 17. cum communi doctorum ſententia, quam refert. Quando autem nulli eſſent deſcendentes, neque appoſita eſſet clauſula, ſine præiudicio ſuccedentium ab inteſtato, inſtitui in eis optime poſſet maioratus, vt Molina, vbi ſupra, num. 24. rectè affirmat, & facile liquet ex dictis diſp. 173. citata.

Quòd ad illegitimos attinet. De iure huius re- 3
gni, ſi pater filium naturalem habeat, & ſimul deſcendentes legitimos, tunc pater non poteſt filio na-
E turali relinquere, niſi quod voluerit de quinto ſuorũ bonorũ, detractis inde ſumptibus ſepulturæ, & alijs legatis, vt conſtat ex l. 10. Tauri, quę eſt, l. 8. tit. 8. lib. 5. nouæ collect. dictumque eſt diſp. 166. & affirmat Molina, vbi ſupra, nume. 25. Quòd ſi reditus eius, quod pater filio naturali ita reliquerit, ſuperent alimenta ei filio ad congruam ſuſtentationem neceſſaria, tunc credo, relinquere id ei poterit vinculo maioratus alligatum. Si autem is pater deſcendentes legitimos non habeat, eſto habeat aſcendentes legitimos, poterit ei filio naturali relinquere omnia ſua bona, aut quam partem eorum voluerit, vt habetur eadem l. 10. Tauri, & diſputatione citata dictum eſt, affirmatque Molina, num. 25. citato: poteritque illa

relin-

relinquere ei vinculo maioratus aſtricta, ſi competentia alimenta ſuperent. Idem dicendum eſt, de matre comparatione filij naturalis, quòd de patre dictum eſt, ſi mater deſcendentes legitimos habeat. Si verò eis careat, tunc filij naturales ei ſuccedunt ex teſtamento, & ab inteſtato, non ſecus ac ſi eſſent legitimi, ac proinde eodem modo poſſet in aliquo, aut in aliquibus eorum, inſtituere maioratum, ac ſi eſſent legitimi. Vtrumque habetur l.9. Tauri, quæ eſt l.7.tit.8.lib.5.nouę collect. dictumque eſt, diſputat. 166. citata.

Ius Luſit. De iure Luſitano, ſi filius naturalis ſit hominis plebei, perinde ſuccedit patri, ac ſi eſſet legitimus, vt diſp. 166. dictum eſt, atque adeo perinde in eo poterit inſtituere maioratum, atque in quouis alio filio legitimo. Si verò ſit hominis non plebei, & pater habeat alios deſcendentes legitimos, nihil poteſt ei relinquere, vt diſputatione citata dictum eſt, ac proinde, nec poterit inſtituere maioratum in eo. Quòd ſi deſcendentibus careat, & habeat aſcẽdentes, ſolùm de tertio poterit ei relinquere, quod voluerit, vt loco citato dictum eſt, ac proinde inſtituere poterit inde maioratum in eo, ſi reditus ſuperẽt competentia alimenta talis filij. Si autem aſcendentibus etiam careat, poterit relinquere omnia ſua bona, aut quã partem eorum voluerit, vt vbi ſupra dictum eſt, atque adeo poterit inſtituere inde maioratum in eo. Filius autem naturalis, cùm de iure cõmuni, & Luſitano, perinde ſuccedat matri, ac ſi legitimus filius eſſet illius, vt diſp. 166. citata concluſ. 7. & poſt concluſionem 8. dictum eſt, perinde mater poterit inſtituere maioratum in illo, atque in filio legitimo.

4 In filio verò ſpurio parentes non poſſunt inſtituere maioratum. Ita Molina, vbi ſup. à num. 26. Ratio autem eſt, quoniam parentes relinquere ei non poſſunt aliud, præter alimenta, vt diſp. 167. comprobatum eſt. Excipe matrem in regno Caſtellæ comparatione quorundam ſpuriorum, de quibus ibid. concluſ. 7. & 8. dictum eſt. Addit Molina, vbi ſup. nu. 3. cũ Greg. Lop. l. 32. tit. 9. par. 6. verb. *no valdria*, col. 7. etiamſi maioratus inſtituatur cum ampla regia facultate vocandi ad eum quoſcunque, non intelligi conceſſam facultatem ad vocandos ſpurios filios inſtituentis maioratum: quoniam ea facultas ſolum intelligitur de capacibus eorum bonorum, irrationabiliſque eſſet facultas, quæ ſe ad ſpurios extenderet, neque in facultate vniuerſali cenſentur comprehẽſi ij, ad quos eam non extenderet, qui illam conceſſit, ſi de eis interrogatus fuiſſet in particulari.

In ſpurio autem inſtitui poteſt maioratus ab eo conſanguineo illius, aut prorſus extraneo, à quo ſpurius accipere poteſt bona, vel per vltimam voluntatem, vel donatione inter viuos, iuxta ea, quæ diſput. 167. explanata ſunt. Ita Molina, vbi ſupra, nu. 33. Eadem ratione vocari etiam ab illo poteſt ad eundem maioratum poſt primum ad eum vocatum, eſto illum inſtituat in legitimo, aut in illegitimo.

DISPVT. 611.

Leges, ſeu cõditiones, quæ in maioratuum inſtitutionibus adhibentur, quando veræ conditionis, & quando modi rationem habeant, & quouſque obligent.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus in inſtitutione ipſa leges ac cõditiones, quæ apponuntur, regulariter non habent rationem conditionum, quæ ſuſpendant inſtitutionem, ſed modorũ. Et quando conditionum rationem habeant.*

A 2 *Maioratus inſtitutiones quoad perſonarum ad eum vocationes, fieri ſolent ſub vera conditione de futuro, de præterito, aut de præſenti. Onera verò, & grauamina imponi ſolent ſub modo, & quando habeant rationem conditionis, etiam ad comparandum dominium, & ciuiliſſimam poſſeſſionem: & quando ſit modus ęquipollens conditioni, reſoluensq́; in nihilum vocationem, adeò vt fructus percepti, reſtitui etiam debeant.*

3 *Maioratus ſi inſtitutus ſit ita vt ad eum aliquis vocetur ſub conditione poteſtatiua, aut ſub modo, ita ut æquipolleat conditioni, quia in nihilum redigit vocationem, perinde ac ſi nunquam eſſet facta, tradi debet maioratus ita vocato, præſtita prius ab eo cautione mutiana, aut ſimili mutianę, de reſtituendo B maioratu cum fructibus ex eo perceptis. Secus ſi modus non redigat in nihilum vocationem, ac ſi nunquam eſſet facta. Et quàm variè modus apponi ſoleat, & quando, & quouſque obliget. Et num obliget deſerere maioratum in conſcientiæ foro, nulla expectata ſententia.*

NVnc dicendum eſt de legibus, ſeu conditionibus, quæ in maioratuum inſtitutionibus, ſeu creationibus apponuntur: explicandumque eſt, quando rationem veræ conditionis habeant, & quando rationem modi: & quouſque diſpoſitionem ſuſpendant, aut nullam reddant, niſi eueniant, aut obſeruentur: & quouſq; ad ſui obſeruationem obligent. Quid autem ſit conC ditio, tam preſsè, quàm latè, diſput. 208. quid idem modus, & in quo à conditione differat, diſput. 208. explanatum eſt.

Molina, lib. 2. de primog. cap. 12. num. 2. rectè ait. Quod attinet ad leges, ſeu conditiones, cum quibus maioratus inſtituitur, nos poſſe agere, vel de ipſa creatione, & inſtitutione maioratus in ſe; vel de vocationibus, ac ſubſtitutionibus ad illum. Si de creatione, & inſtitutione maioratus in ſe agamus, dicendum eſt, leges, & conditiones, quæ apponuntur, vt quòd ea bona non poſſint alienari, quòd ſucceſſores in eo maioratu tales, vel tales, eſſe debeãt, quòd hoc, vel illud, facere teneantur, & pleraque alia, quæ apponi ſolent, etiamſi ſub nomine conditionis apponantur, aut ſub aliquo æquiualẽti, vt ſi dicatur, dumD modo hoc, vel illud fiat, regulariter non habere rationem conditionis comparatione talis inſtitutionis 1 & creationis maioratus, ſed habere rationem modi, cum quo aut ſub quo, inſtituitur. Ratio autem eſt, quoniam (vt cum eodem autore ibid. num. 4. & cap. 15. à nume. 20. & cum communi doctorum ſententia, diſp. 108. copioſè dictum eſt) cùm hoc ſit diſcrimen inter conditionem preſsè, & modum, quòd licèt vtrunque ſit de futuro, conditio tamen ſuſpendit diſpoſitionẽ, cui apponitur, vt vim non habeat quouſq; conditio impleatur, & dependenter ex eo, quòd impleatur; modus verò diſpoſitionem, cui apponitur, non ſuſpendit, ſed diſpoſitio ſtatim vim habet antequàm modus impleatur, cùm, inquam, hæc ita E ſint, & eiuſmodi leges, ac conditiones non apponantur, vt inſtitutiones maioratus in ſe ſint quoad ſuam ſubſtantiam, naturam, & eſſentiam, vimq; habeant, ſed vt melius in futurum conſeruentur, melioremq; progreſſum habeant, aut vt onera aliqua ratione eorundem maioratuum, qui ad illos vocãtur, ſubeant, & adimpleant; proculdubio eiuſmodi leges rationem non habent conditionum, quę maioratuum inſtitutiones ſuſpendant, & nullas reddant, ſi non impleantur, ac proinde, quæ bona eo vinculo alligata efficiant libera, ſed habent rationem modorum, ſub quibus, & cum quibus maioratus inſtituuntur; qui modi quamuis obligent ad ipſorum impletionem, eorum tamen tranſgreſſio non reddit nullas maio-

ratuum

ratuum inſtitutiones,ſed bona vinculo nihilominus maioratus manent alligata, vt antea erant.

Dixi,leges & conditiones appoſitas maioratuum inſtitutionibus,regulariter non habere rationē conditionum, ſed modorum, comparatione earundem inſtitutionum: quoniam, ſi conditiones aliquæ perſpicuè apponantur, vt inſtitutiones ipſæ in ſe vim habeant, ſortianturque rationem inſtitutionis maioratus,tunc vtiq; verę erunt conditiones,& non modi,comparatione earūdem inſtitutionum. Vt ſiquis dicat, ſi filius meus impubes ante pubertatis annos ex hac vita deceſſerit, omnia bona illius alligo vinculo maioratus, vt in eo tali, vel tali ordine ſuccedatur; proculdubio tunc cōditio illa, ſi filius meus ante pubertatis annos è vita diſceſſerit, cum ad conſiſtentiam talis maioratus requiratur, vera eſt conditio comparatione illius maioratus; neque prius inſtitutio illa vim habet, quàm ea conditio ſit impleta. Idem erit, ſi quis dicat, ſi naues ex India hoc anno bona aliqua mihi attulerint,volo ex illis emi reditus, aut bona immobilia,quæ vinculo maioratus ſint alligata, aut quibus augeatur maioratus iam antea inſtitutus. Aut ſi dicat, ſi filius meus mortuus fuerit ante me,talia bona, quæ ad ipſum deuenire debebāt, ſint vinculo maioratus alligata,vel accreſcant maioratui iam antea inſtituto. Eiuſmodi quippe conditiones verè requiruntur ad exiſtentiam, aut augmentum eiuſmodi maioratuum, atque ab earum impletione pēdet,quòd inſtitutiones illæ ſint maioratus,ac proinde verè habent rationem conditionum comparatione talium inſtitutionum.

2 Si autem agamus de legibus,& conditionibus,cū quibus maioratus inſtituuntur,non quoad ipſas maioratuum inſtitutiones in ſe, ſed quoad vocationes, & ſubſtitutiones ad illos, tunc conſiderare poſſumus,vel vocationes ipſas perſonarum, ſeclusis grauaminibus,& oneribus,quę perſonis ita vocatis imponuntur; vel conſideratis grauaminibus,& oneribus,quæ illis imponuntur. Vocationes ipſæ perſonarum,ſeclusis grauaminibus, & oneribus, quæ illis imponuntur,fieri ſolent ſub veris, ac proprijs conditionibus, vel de futuro, vel etiam de præſenti, aut de præterito; tametſi primis perſonis vocatis,in quibus maioratus inſtituitur, raro apponi ſoleat conditio. Sic poſt primum vocatū ad maioratum,vocari conſueuit proximior frater, ſi vocatus ſine liberis deceſſerit, & vnuſquiſque vocatorum poſt primum, ſub tacita conditione vocatur, ſi ſuperſtes ſit tempore mortis anterioris poſſeſſoris, & ita de alijs veris, ac proprijs conditionibus, à quibus pendet, quòd vocatio vim habeat, effectumq; ſortiatur: quare, cùm ſuſpendant vocationes ipſas, dependentesque illas efficiant ab euentu eiuſmodi conditionum, verè, ac propriè ſunt conditiones comparatione talium vocationum. Onera verò, & grauamina appoſita in ipſa maioratus inſtitutione perſonis ad eum vocatis, regulariter eſſe non ſolent conditiones comparatione vocationum,ſed modi: quoniam non ſuſpendūt vocationes,ſed ſunt onera iniuncta vocatis,poſtquā vocationes ſortitæ fuerint effectum. Hæc Molina, cap. 12.citato à num. 12.

Molina,vbi ſup.nu.15.ait. Si grauamen aliquod vocato ad maioratum ſit impoſitum, cum onere,vt, antequam poſſeſſionem apprehendat,iuret ſe impleturum omnia in inſtitutione contenta,aut vt aliquid aliud efficiat; tunc id grauamen rationē habet conditionis comparatione apprehenſionis realis poſſeſſionis, eamque ſuſpendet; tametſi in eo euentu dominium, & poſſeſſio ciuiliſſima, quam abſque vllo actu vero,aut ficto, introduxerunt iura huius regni circa bona maioratus, non deuoluantur ad ita vocatum ad maioratum ante id grauamen impletum: id quod nos cum Ant. Gom. diximus diſp. 208. §. Bart.

A Imò verò addit Molina cum Greg. Lop. l. 7. titu. 4. par. 5. verb. *poſſeſſion,* ſi adimpletio grauaminis illius iniuncta ſit,vt fiat,antequam vocatus ad maioratum in eo ſuccedat,comparetque dominium,& ciuiliſſimam poſſeſſionem illius, ſuſpendet hæc omnia grauamen illud, ac proinde rationem habebit veræ cōditionis comparatione ipſiuſmet ſucceſſionis, acquiſitionis dominij, ac ciuiliſſimæ poſſeſſionis bonorū maioratus: id quod etiam facilè conſtat ex dictis cum Bart. diſputatione citata.

Quod ſi inſtitutor maioratus in ipſa inſtitutione dicat, quòd ſucceſſor, qui non impleuerit quoduis ex grauaminibus impoſitis, aut aliquod, vel aliqua ex illis, cenſeatur non vocatus, aut præteritus, addens, quòd non intendit vocare, nec vocat, ad eius B maioratus ſucceſſionem, niſi eos, qui ea grauamina iniuncta ſeruauerint; id quod Molina affirmat, in multis Hiſpanis maioratibus apponi; dubium eſt, vtrum ea vocatio ad maioratum ſit pura, hoc eſt,nō conditionalis, ſed ſub modo, reſoluenda tamen, in nihilumve redigenda, eo ipſo, quòd modus, & grauamen impoſitum,non impleatur, vt de venditione cum pacto adiectionis in diem habetur, l. 2. ff. de in diem adiect. dictumq; eſt diſp. 377. & 378. an verò ſit potius ea vocatio dicenda conditionalis, pendēs, vt ſit vocatio eius,qui illa vocatur, & q vi illius mittitur in poſſeſſionem rerum maioratus,ab ea conditione, ſi grauamina adimpleat, nullumq; eorum toto tempore,quo vixerit, tranſgrediatur.

Molina,lib. 2. de primog. c. 12. nu. 18. propendet, C eſſe potius inſtitutionem conditionalē. Videtur duci, quoniam in ea diſpoſitione, ſi ſucceſſor in maioratu grauamen non impleat, ita diſpoſitio redditur nulla,vt maioratus ſit reſtituendus cum fructibus ex illo perceptis: quod conuenit ei, qui tenet rem ſibi conceſſam ſub conditione pendente in futurum: is enim dominium illius non conſequitur, neque fructus illius fecit ſuos,niſi depēdenter ex eo,quòd conditio impleatur; impletaq; conditione, retrotractio fit,cenſeturq; à principio dominium comparaſſe,& fructus rei illius feciſſe ſuos: ſi verò conditio deficiat,cenſetur nunquam fuiſſe dominus,nunquamq; feciſſe ſuos fructus rei illius,ac proinde tenetur eam reſtituere cum fructibus ex illa perceptis. Quando autem res alicui cōceditur, ac traditur purè, hoc eſt, D non ſub conditione, ſed ſub modo, & grauamine, tunc, eſto ita ſub eo modo, pacto, aut grauamine,ſit conceſſa,vt eo ipſo, quòd contrarium eueniat, diſpoſitio reſoluatur, ſanè, cùm dominium illius ad eum toto tempore antecedente pertinuerit, fructus fecit ſuos,neque tenetur illos reſtituere,ſed rem ſolam,vt de venditione cum pacto adiectionis in diem cum Tiraquello,& paucis alijs,arbitratur.

Exiſtimo tamē vocationem illam ad maioratum non eſſe conditionalem, ſed ſub modo, reſoluēdam tamen, ſeu in nihilum redigendam, eo ipſo, quòd modus,& grauamen non impleatur,cumque ita vocatum, ac poſſeſſorem maioratus, dominum fuiſſe eius rei,fructuſque illius feciſſe ſuos, toto tempore E antecedente tranſgreſſionem modi, ſeu grauaminis,illo modo impoſiti: non ſecus,atque emptor rei cum pacto adiectionis in diem, hoc eſt, vt ſi illius emptor intra certum tempus meliorem emptionem offerat venditori, res ſit non vendita optione venditoris, dominus eſt rei emptæ toto tempore, quo emptio impletione pacti illius non reſoluitur, ac redigitur in nihilum, & efficit pro illo tempore fructus rei illius ſuos,atque ſi eo tempore res pereat,perit emptori,& non venditori, vt diſput. 377. & 378. hæc omnia oſtenſa ſunt. Cæterùm exiſtimo,falſum eſſe, quod contra gloſſ. l. 2. C. de in diem adiect. & contra communem opinionem, Molina cum paucis affirmat, nempe, ſi pactum ſit, quòd res ſit non vendita,

vendita,

vendita, aut quòd habeatur pro non vendita, reſoluta venditione ex eo, quòd alius meliorem emptionem intrà id tempus offerat, non teneri prioré emptorem reſtituere rem cum fructibus ex ea pceptis, vt perſpicuè ex varijs iuribus duabus diſputationibus citatis oſtendimus, quidquid in contrarium cum eodem Molina innuerimus diſputat. 208. citata, antequàm rem in ſuo proprio loco diſputa. 377. & 378. examinaremus. Dixi, ſi pactum ſit, quòd res ſit non vendita, aut quòd habeatur pro non vendita: quoniam, ſi pactum ſit, quòd diſſoluatur venditio, aut quòd non vlterius progrediatur, tunc, cum pactum non ſit reſoluens atque annullans venditioné à principio, vtique fructus medio tempore percepti, ad emptorem ſpectant, vt diſp. 377. & 378. oſtendimus. Illud addo in re, de qua diſputamus, quádo ſcilicet ita imponitur modus, aut grauamen, vt ſi nõ impleatur, aut ei contraueniatur, qui contrauenerit, cenſeatur nunquam vocatus, eam diſpoſitionem æquipollere conditionali, ac proinde cenſeri, ac ſi à principio fuiſſet nulla, & per conſequẽs ex natura rei inducere obligationem reſtituendi rem cum fructibus ex illa perceptis: id quod ipſe Molina tandem in ſequentibus videtur confiteri, præſertim in diſpoſitionibus, quæ maioratus non ſunt. Neque congruam reddit rationem, cur non idem dicendum ſit in maioratibus, vt in calce. nu. 30. confitetur, ideoque relinquit rem cõgitandam quando caſus euenerit.

3 A numero 23. addit Molina, ſi aliquid relictum alicui ſit per vltimam voluntatem ſub conditione poteſtatiua negatiua, ne aliquid tranſgrediatur, quæ non, niſi per mortem illius, poteſt eſſe impleta, debere id ei tradi præſtita cautione Mutiana, de qua in calce diſputa. 206. dictum eſt, quòd videlicet, ſi id fuerit tráſgreſſus, reſtituet & rem, & fructus omnes ex ea perceptos, iuxta. l. Mutianæ. ff. de condition. & demonſt. Et quamuis cautio Mutiana propriè ſolũ habeat locum, quando res ita relinquitur ſub conditione poteſtatiua negatiua; meritò tamen addit, communem doctorum reſolutionem eſſe, ſimili modo cauendum eſſe de re cum fructibus reſtituéda, quando aliquid ſimiliter ita relinquitur alicui ſub modo, quòd, ſi eum tranſgrediatur, cenſeatur nunquam vocatus, aut amittat legatum, vel hæreditatem, aut donationem cauſa mortis, ac ſi ei non fuiſſet id relictũ. Cæterùm addit cum Bar. & communi doctorũ ſententia, hoc eſſe diſcrimen inter vtranque cautionem, quòd, cum conditio ſuſpendat diſpoſitionem, cui apponitur, in euentum conditionis, neque antea res ſit debita ſimpliciter ac tradenda, quàm conditio impleatur, modus verò non ſuſpendat diſpoſitionem, cui apponitur; ſanè, quando diſpoſitio eſt ſub conditione negatiua poteſtatiua, cautio adhibita, quod res cum fructibus reſtituetur in euẽtu, quo is, cui ea res ita eſt relicta, cõditionem fuerit tranſgreſſus, tribuit illi actionem ad petendam & obtinendam eã rem: quoniam ad id ea cautio à Mutio fuit introducta, vt, quod alioquin ſimpliciter non erat debitum, nec tradendum ei, cui ſub ea conditione erat relictum ante purificatam eam conditionem, adhibita ea cautione, eſſet ei debitum, ac tradendum. Cautio autẽ de modo implendo, ſimilis Mutianæ cautioni, non tribuit actionem: quoniam res ſub eo modo relicta debetur ante modum impletum, eo quod modus ille non ſuſpendat diſpoſitionem, ac proinde ſimpliciter competit ad illam actio: quia tamen eam peteti excipi, ſeu opponi poteſt, quod relicta ſit ei ſub illo modo, & quòd, ſi modum tranſgrediatur, quod facile euenire poteſt, cenſebitur, ac ſi ei non fuiſſet relicta; vtiqueex cautione illa oblata ac pręſtita, cõpetit ei replicatio, quòd id impedire, nec poſſit, nec debeat, effectũ ſuæ actionis, & traditionem rei ſimpliciter iam ſibi debitæ, præſtando eam cautionem.

A Ex hactenus dictis videtur dicendum, ſiue maioratus inſtitutus ſit ſub conditione poteſtatiua negatiua, ſiue ſub modo, præſertim ſi clauſula apponatur, quòd, eo non ſeruato, cenſeatur non vocatus, qui illum ſit tranſgreſſus, præſtandam eſſe cautioné Mutianam, aut modalem ſimilem Mutianæ, à vocato ita ad maioratum, & teneri reſtituere rem cum fructibus ex illa perceptis, in euentu quod illa conditio nõ impleatur, aut quod tranſgreſſio fiat modi, ſeu graua minis ita iniuncti: idque non ſolum quando maioratus fuit inſtitutus per vltimam voluntatem, in qua propriè habet locum cautio Mutiana, ſed etiã quando inſtitutus fuit contractu inter viuos, id non impedit, quod in tali contractu locum habet cautio Mutiana, ſicut in donatione cauſa mortis, & in alijs vltimis voluntatibus, vt diſp. 285. poſt. 4. concluſionem

B oſtenſum eſt. Si verò ſit inſtitutus irreuocabiliter, id etiam non impedit, quod locum in eo habeat cautio modalis ſimilis Mutianæ, & cum Barto. & communi doctorum ſententia affirmat Molina vbi ſupra, numer. 8.

Idem tamen Molina ibidem. num. 29. ſubiungit, quamuis de ſtricto iuris rigore ita dicendum ſibi videatur in maioratibus; nunquam tamen ſe vidiſſe poſſeſſorem maioratus ſub ea conditione negatiua poteſtatiua, aut ſub eo modo, coactũ fuiſſe præſtare cautionem de re cum fructibus perceptis reſtituenda, ſi cõditionem, aut modum ſit trangreſſus, neque arbitrari talem poſſeſſorem à iudicibus ad id fore cogendum, eſto id petatur.

C Hac tamẽ Molinę opinione nihil obſtante, in qua ipſemet in fine. n. 39. firmus merito non remanet, dicendum arbitror. Si ad maioratum fiat vocatio ſub vera conditione poteſtatiua negatiua, tunc, cum diſpoſitio & vocatio ſuſpendatur in euentum impletæ conditionis, vtique, ſi vocatus ſub ea conditione, illam non adimpleat, reſtituere in conſciẽtiæ, & in exteriori foro, tenetur vlterius vocato, rem cum fructibus ex ea perceptis, cogique poteſt, ac debet præſtare cautionem Mutianam de re cum fructibus perceptis reſtituendis in euentu tranſgreſſionis conditionis. Ratio autem eſt, quoniam inſtitutor maioratus inſtituere potuit eum de ſuis bonis, vt ſibi placuit, neque cenſetur vocaſſe ad ea bona quenquam, niſi ſub ea vera conditione ſuſpenſiua talis vocationis: quare

D præſtanda in eo euentu eſt cautio Mutiana, aut alia illi ſimilis (ſi vocatio fiat contractu) de re cum fructibus reſtituenda in euentu non ſeruatæ conditionis. Et quod reſtitutio rei cum fructibus vim in hoc euẽtu habeat nulla expectata ſententia, ſatis conſtat ex dictis in calce diſpu. 96. Si vero ad maioratum vocatio fiat, non ſub conditione, ſed ſub modo, tunc (vt cum Vlpiano. l. 2. §. vlt. iuncta. l. 3. ſequenti. ff. de donat. diſp. 208. dictum, explanatumque eſt) attendendũ præſertim in inſtitutione maioratus eſt, quæ fuerit mens inſtitutoris, quia vel eam ſatis expreſſit, vel coniecturis, & circumſtantijs, ſufficienter intelligitur, atque illi eſt ſtandum. Interdum enim modus apponitur tanquam cauſa ſolum motiua ad inſtituẽ-

E dum, ſine animo ad illum obligandi. Interdum vero cum animo ad eum obligandi, ſine pęna tamen amiſſionis maioratus, et multò minus amiſſionis fructuũ ex illo perceptorum vſque ad inſtans tranſgreſſionis modi. Et tunc ſatis conſtat, cogi quidem poſſe maioratus poſſeſſorem ad eum modum ſeruandum: non tamen, ob illum non ſeruatum, priuari poſſe maioratu, aut fructibus ex illo perceptis. Atque in hoc, & in priori euentu, ſatis perſpicuum eſt, non poſſe cogi ad præſtandam cautionem ſimilem Mutianæ, de re cum fructibus ex ea perceptis reſtituendis. Aliquando vero fit inſtitutio cum modo, exprimendo ſufficienter, quod eo ipſo, quod tranſgreſſio fiat modi, priuetur maioratu, & deueniat ad ulterius vocatum

A vocatum. Atque tunc priuabitur quidem poſſeſſor, qui modũ fuerit tranſgreſſus, maioratu ipſo, & conſequenter perceptione in poſterum fructuum ex illo: non tamen priuabitur fructibus vſque ad id tempus ex illo perceptis: quandoquidem id non ſtatuit inſtitutor ipſe, & in re propoſita, non plus eſt quis priuandus ob tranſgreſſionem, quàm inſtitutor decreuerit. In hoc verò euentu ſatis conſtat, neceſſariam non eſſe cautionem ſimilem Mutianæ de re, cum fructibus ex ea perceptis reſtituendis: atque hoc ſolùm probat prima ratio, quam Molina vbi ſuprà. numero 29. adhibet cur in maioratibus ſub modo, neque neceſſaria ſit, neque adhiberi ſoleat, cautio ſimilis Mutianæ de reſtituendis fructibus ex maioratu perceptis. Denique aliquando ſufficienter exprimit B inſtitutor maioratus, velle, vt ſi modus, aut grauamina adhibita, non ſeruentur, eo ipſo tranſgreſſor cenſeatur nunquam vocatus ad eum maioratum: atque tunc, quicquid in contrarium velit Molina (ea de re minimè firmus) dicendum eſt, teneri, non minus in maioratu, quàm in alijs diſpoſitionibus, reſtituere res cum fructibus ex eis perceptis, ac proinde cogi poſſe ad præſtandam cautionem ſimilem Mutianæ, quòd fructus perceptos etiam reſtituet, idque immediatè vocato in defectum ipſius: qui ſanè ius eo ipſo habebat ad omnia ea bona, ſecus ac ſi tranſgreſſor modi nunquam fuiſſet vocatus, aut mortuus fuiſſet tẽpore, quo maioratus ad ipſum deuenit. Neque in eiuſmodi inſtitutionibus verè dicitur, hęc adhibere ad ſolum terrorem: cum aliud ſonent verba C inſtitutoris, neque ſit veriſimilis præſumptio, quòd aliud inſtitutor voluerit, quàm verba inſtitutionis perſpicuè ſonant.

Illud eſt obſeruandum, quando modi ſeu grauamina imponuntur vocatis ad maioratum, cum clauſula formali, aut virtute, adhibita, vt, ſi tranſgrediantur aliquem talium modorum, aut grauaminum, cenſeantur nunquam vocati ad eum maioratum, ſed eo ipſo à principio vocatus cenſeatur, qui vlterius immediatè eſſet vocatus; tunc, in pœnam modi non impleti, ſtatutam ab inſtitutore cenſeri ſucceſſionis ademptionem, & translationem in alium, iuxta. leg. 2. ff. de his quæ nomine pœnæ. Cum autem ea pœna nihil iniuſtitiæ, aut fœditatis, contineat, ſed inſtituatur ad conſeruationem maioratus, & obſeruationẽ onerum, quæ non iniquè iniunguntur, implerique à D ſucceſſore potuerunt, vtique vim habet, ſtatimque ea pœna mandari debet exequutioni in foro exteriori, iuxta. l. citatam, & leg. vnicam. C. eodem titul. & alia iura, vt cum alijs, quos citat, rectè Molina vbi ſupra numero 31. ait. Vtrum autem in foro conſcientiæ tranſgreſſor modi teneatur in eo euentu deſerere maioratum, & tradere illum ſucceſſori, cum fructibus ex illo perceptis, nulla expectata ſententia. Certè, ſi ea fuit mens ac voluntas inſtitutoris, ad id teneretur, iuxta ea quæ diſputat. 96. dicta ſunt: quoniam potuit ad ſua bona non aliter velle uocare ſucceſſores, quam cum tãto onere: ſufficienterque clauſula illa adhibita, exprimere videtur, eam fuiſſe ſuã E mentem, cui in foro conſcientiæ eſt ſtandum, ut diſput. 96. citata dictum eſt. Ego vero non conſulerem inſtitutoribus maioratuum, vt id tãtum onus, quod multum illaquearet conſcientias vocatorũ, eis imponerent; ſed ſolùm, quod inciderent in pœnam amittendi maioratum, quem ſucceſsor poſset in iudicio petere, & obtinere.

DISPVT. 612.

Conditio, aut modus, impoſsibilis, maioratus inſtitutioni appoſiti, an eam vitient, vel non, ſed habeantur pro non appoſitis. Et deciſio quorundam dubiorum.

SVMMARIVM.

1 *Conditio poſſibilis non vitiat diſpoſitionem, ſed illam ſuſpendit.*

2 *Modus poſſibilis adhibitus, ad ſui obſeruationẽ quo vſque obliget, & quando, illo non ſeruato, diſpoſitio ſit valida.* B

3 *Maioratus inſtitutio facta ultima uolũtate, ſub conditione quocunque modo impoſſibili, eſt valida, & conditio habetur pro non appoſita. In hoc tamen regno, ſi facta ſit ſub conditione impoſſibili, non natura, ſed facto, nulla eſt.*

4 *Maioratus inſtitutioni factæ contractu irreuocabili, ſi apponatur conditio impoſſibilis, nulla eſt, quoad id præciſè, quod ſub ea cõditione fuerit inſtitututum. Si uerò apponatur inſtitutioni factæ contractu irreuocabili, conditio habetur pro non appoſita, eſtque proinde valida inſtitutio.*

5 *Maioratus inſtitutio ultima uoluntate, aut contractu quocunque, facta ſub modo quouis modo impoſſibili, etiam quia remittitur à iure, ualida eſt, neque eſt* C *ulla obligatio ſeruandi eum modum, ſed habetur pro non appoſito.*

6 *Conditio iniuncta per ultimam uoluntatem, quis iuret aliquid facturum, aut præſtaturum, in futurum, remittitur regulariter à iure, quoad obligationem iurandi, non uerò quoad obligationem implẽdi id, quod iurare obligabatur.*

7 *Modum iniunctum ſeruaturum ac impleturum in futurum ſi quis per ultimam uoluntatem aſtringatur iurare, vt obtineat aliquid per eandem ultimam uoluntatem ei relictum, non remittitur a iure obligatio id iurandi.*

8 *Conditio iniuncta per contractum irreuocabilem iurandi aliquid facturum, aut præſtaturum in futurum, non remittitur à iure: ſecus ſi reuocabili.*

D 9 *Maioratus ſi inſtituatur ultima uolũtate, aut contractu reuocabili, uel ad eum quis uocetur, ſub conditione, ut iuret ſe facturum, aut præſtaturum aliquid futurum, remittitur ei à iure obligatio id iurandi, ſed non obligatio id efficiendi. Si uerò id contractu irreuocabili iniungatur, neutrum à iure ei remittitur. Onus autem iurandi ſeruare modum poſſibilem, nunquam ei remittitur. Et quatenus hæc hodie locum habeant in hoc regno, & in Luſitania.*

10 *Maioratus ſine regia facultate ſi in hoc regno ex tertio ſit inſtitutus, licèt poſſit inſtitutor ad eum uocare quencunque ſuum deſcendentem in quocunq; gradu, non tamen præponere deſcendentibus tranſuerſales comparatione ſui. Ex quinto uerò id poteſt, & in* E *Luſitania ex tertio.*

11 *Maioratus ex regia facultate ſi inſtituatur contingendo legitimas filiorum, uocari ad eum poſſunt deſcendentes maſculi per lineam maſculinam ex proximo inſtitutore, præponendo illos deſcendentibus omnibus per lineam fęmininam ex ultimo poſſeſſore, etiamſi tranſuerſales ſint comparatione ultimi poſſeſſoris. Non tamen præponi deberent tranſuerſales inſtitutoris deſcendentibus per lineam fęmininam: licet hi aſtringi poſſent ſumere agnomen & inſignia inſtitutoris.*

12 *Maioratus à ſucceſſione licitè ac prudenter excludi poſſunt religioſus & initiatus ordinibus ſacris. In hoc regno ſi abſq; regia facultate iſtitutus ſit de tertio,*

tio, non poſſunt excludi, niſi exiſtentibus alijs de numero deſcendentium.

13 Maioratus ſi ex regia facultate ſit inſtitutus, inualida eſt clauſula, quòd ſi poſſeſſor inciderit in crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, vel Sodomiæ, tranſeat ante id crimen, vel ante attentationem, in ulterius uocatum. Valida autem eſt, ſi ſine regia facultate ſit inſtitutus.

1 Conditionem poſſibilem, tam de facto, quàm de iure non vitiare maioratus inſtitutionem, aut vocationem ad illum, vel quacunque aliam diſpoſitionem, ſub ea factam, quin potius illam ſuſpendere, vt, ſi talis conditio non ſequatur, inualida ſit inſtitutio; vocatio, aut diſpoſitio ſub ea facta, notius eſt, quàm vt diſputatione indigeat, ſatiſque conſtat ex dictis diſp. 206. & aliàs ſæpe, atque ex iuribus, quæ Molina lib. 2. de
2 primog. cap. 12. num. 34. citat. Quatenus item modus poſſibilis adhibitus, ad ſui obſeruationem obliget, & quando, illo non ſeruato, diſpoſitio reddatur nulla, aut non, ex dictis diſputatione præcedente, & diſp. 208. ſatis liquet. Quare ſolùm eſt dicendum de conditione, & modo, impoſſibilibus.

3 Quot ſint genera conditionum impoſſibilium, tam de facto, quàm de iure, diſputat. 206. explanatum eſt. Quod ad quæſtionem propoſitam circa conditionem impoſſibilem attinet, paucis, iuxta ea, quæ diſputat. 206. & diſput. 185. copioſè explanata ſunt, eſt dicendum. Similitudo maioratus fiat vltima voluntate ſub conditione quocunque modo impoſſibili, etiam de iure, inſtitutionem eſſe validam, & conditionem haberi pro non appoſita, vt diſput.
4 206. comprobatum eſt. De iure verò huius regni. l. 4. & 5. titu. 4. par. ſexta excipitur, ſi conditio ſit impoſſibilis, non natura, ſed ex facto, modo diſputatione citata explanato: duo enim illa iura cum Bart. & quibuſdam alijs ſtatuerunt, conditionem eo modo impoſſibilem, reddere nullam vltimam voluntatem, in qua apponitur: nos verò diſputatione citata contrarium ſatis perſpicuè oſtendimus eſſe verum, ſtando in iure communi, cnm Emmanuele Acoſta & alijs.

Si verò inſtitutio ſit facta contractu, alioquin irreuocabili, ſub cõditione impoſſibili quocunq; modo, tunc inſtitutio eſt eo ipſo nulla: quoniam conditio tunc non habetur pro non appoſita. Ita copioſè comprobauimus diſput. 206. concluſ. 1. & diſp. 285. concluſ. 2. Obſerua tamen, ſi conditio impoſſibilis apponatur inſtitutioni ipſi, tunc inſtitutionem reddi nullam: ſi verò ſolùm apponatur vocationi, aut vocationibus aliquibus ad maioratum, tũc ſolas eas vocationes reddi nullas, non verò inſtitutionem ipſam, iuxta ea quæ diſputatione pręcedẽte dicta ſunt, & affirmàt communis opinio, quam ibi retulimus. Dixi, ſi inſtitutio fiat contractu alioquin irreuocabili: quoniam ſi fiat donatione cauſa mortis, conditio habetur pro non appoſita, vt, cum communi doctorum ſententia, quam retulimus, probauimus diſput. 206. concluſ. 2. & diſputat. 285. concluſio. 2. Si item fiat donatione, ſeu contractu inter viuos reuocabili, ſimiliter affirmat Molina vbi ſupra nume. 40. conditionem impoſſibilem haberi pro non appoſita: in eamq; ſentẽtiam nos tandem diſp. 285. in calce concluſ. 2. propendimus.

5 Quod verò ad eandem quęſtionem circa modum impoſſibilem attinet, dicendum eſt. Siue maioratus inſtitutio facta ſit vltima voluntate, ſiue contractu, etiam, irreuocabili, modum non vitiare diſpoſitionem, ſed haberi pro non appoſito, neq; obligare ad ſui obſeruationẽ, ſiue impoſſibilis ſit, de iure, ſiue de facto. Cùm enim diſpoſitionem non ſuſpendat, talis modus inſuper appoſitus, eã non vitiat: & cùm nul-

A lus ad impoſſibile obligetur, ſanè non obligat ad ſui obſeruationem. Ita communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra à nume. 41. refert ac ſequitur, dictumque à nobis eſt diſp. 208.

Diſp. 206. ante primam concluſionem, oſtenſum eſt, cum conditionibus impoſſibilibus de iure computari, quæ à iure remittuntur; vt ſi aliquis hæres inſtituatur, aut aliquid alicui per vltimam voluntatem relinquatur, etiã per donationem cauſa mortis, ſub vera conditione, vt iuret, ſe aliquid facturũ, aut præſtaturum, in futurum: talis enim obligatio iurandi ſe id effecturum, ei remittitur à iure, tametſi teneatur id efficere non præſtito iuramento, vt diſpoſitio valida ſit. Dixi, facturum, aut præſtaturum, in futurũ: quoniam, ſi conditio ſit, vt iuret, aliquid fieri in præ- 6
B ſenti aut factum eſſe in præteritum, tale iuramẽtum non remittitur, vt ibidem dictum eſt. Duos etiam euentus ibi explicauimus, in quibus conditio iurandi aliquid efficere, aut præſtare, in futurum, non remittitur quoad iuramentum.

Vtrum autem, ſi quid relinquatur alicui per vltimam voluntatem cum onere, vt iuret, ſeruare modum iniunctum, remittatur ei ſimiliter obligatio id iurandi, & relinquatur ſolùm obligatio ſeruãdi modum, iuramento minimè præſtito. Molina vbi ſupra num. 47. cum Bart. & communi doctorum ſententia, meritò neganter reſpondet; tametſi id non probet authentica cui relictum. C. de indict. vid. tollen. quam citat, & in qua ſermo eſt de conditione: neque in ea eſt ſermo de iuramento ſeruandi con- 7
C ditionem, ſed quòd, ſi relictum ei tradatur præſtita cautione, quòd, ſi conditionem non impleuerit, reſtituet rem cum fructibus, tunc, ſi res ſit immobilis, iuret illam reſtituturum, & inſuper ſubijciat hypothecæ competentia aliqua bona, vnà cum illa, pro reditibus reſtituendis. Ratio autem, cur id locum non habeat in modo, ſicut in conditione, eſt. Tum quia de modo non reperitur id ſtatutum; ſicut ſancitum comperitur de conditione. Tum etiam, quoniam, quando aliquid relinquitur ſub conditione poteſtatiua, nulla eſt obligatio implendi conditionem, ſed poteſt libere omitti, amittendo relictum ſub ea conditione: eaque de cauſa noluit ius, vt teneretur iurare eam ſeruare, eſto à teſtatore eſſet ei iniunctũ. Quando autem aliquid relinquitur ſub modo, &
D acceptatur, conſurgit eo ipſo obligatio ſeruandi modum: eaque de cauſa noluit impedire ius, vt integrum teſtatori eſſet iniungere illi ſimul arctiorem iuramenti obligationem.

Vtrum autem quemadmodum, ſi vltima voluntate aliquid relinquatur ſub conditione, vt is, cui relinquitur iuret, ſe aliquid facturum, aut præſtaturum, in futurum, remittitur conditio iuramenti: ita etiã remittatur, ſi aliquid ſimiliter iniungatur ex cõtractu. Gloſ. l. quæ ſub conditione in princ. verb. interuenit. ff. de condi. inſti. Bart. pleriq; alij affirmanter reſpondent. Cõtrarium verò affirmant alij, quos referunt ac ſequuntur Grego. Lopez l. 6. titu. 4. p. 6. gl. 1. Acoſta l. cùm tale. §. ſi arbitratu limit. 2. nu. 4. 8
E ff. de condit. & demon. & Molina vbi ſup. num. 49. Ratio autem eſt, quoniam ea conditio iuramenti, turpis non eſt ex natura rei, neque inualida, ſecluſo iure humano illam remittentis: licèt autem iure ciuili remiſſa comperiatur in vltimis voluntatibus, exceptis duobus, euentibus; non tamen remiſſa reperitur in contractibus.

Hinc, quod ad maioratus attinet, ait Molina vbi ſupra à numer. 46. ſi maioratus inſtituatur, vel ad eum aliquis vocetur, vltima voluntate, aut reuocabili contractu (qui, quoad hoc, æquipollet vltimæ voluntati) ſub vera conditione, vt iuret, ſe aliquid facturum, aut præſtaturum, liberatur quidem ab onere id iurandi; non verò ab onere id adimplendi, 9

vt inſtitutio, aut uocatio, vim habeat, validaque ſit. Si verò ſimiliter inſtituatur maioratus, aut uocatio ad eum fiat, contractu irreuocabili, non liberatur eo modo vocatus ab onere, etiam præſtandi iuramẽtum, vt inſtitutio, aut vocatio, vim habeat, validaque ſit. Quòd ſi inſtitutio, aut vocatio, ſit cum onere iurandi ſeruare aliquem modum poſſibilem, liciteq; iniunctum, quòd regulariter fit in ſimilibus inſtitutionibus maioratuum, tunc, ſiue inſtitutio, aut uocatio, fiat vltima voluntate, ſiue contractu, neque liberatur ita vocatus ab onere talem modum implendi, neque ab onere aſtringendi ſe iuramento eum implendi. Hæc omnia conſtant ex proximè dictis ac examinatis, neque alia indigent probatione. Hæc tamen hodie ferè locum non habent in hoc Caſtellæ regno poſt.l.11. & 12. titu.1. lib.4. nouæ collect. quibus iuribus nulla redditur obligatio confirmata iuramento, niſi ſit minoris, aut alterius, cuius obligatio nulla eſſet, ſi non confirmaretur iuramento, vt diſput.149. dictum eſt, vel niſi Eccleſiaſticus eſſet, qui ſe ita iuramento deberet obligare. Ita Gregor. Lopez glo. citata, & Molina, vbi ſupra numero 50. Multò verò minus habent locum in Luſitania, vbi omnis obligatio confirmata iuramento ſine Regis facultate, eſt ipſo iure nulla, vt eadem diſputat. 149. viſum eſt.

10 Dubium deinde eſt, vtrum pater eam legem, ſeu conditionem, apponere poſſit in maioratu, quem inſtituit, vt, ſi ſolum adſint filiæ ab ipſo proximè, aut remotè, generatæ, & filij ex eis vlterius geniti, tranſeat maioratus ad maſculos per lineam virilem procreatos vlterioris lineæ ac gradus. Ad quod paucis eſt dicendum, conſentaneè ad Molinam vbi ſupra à nu. 51. Si maioratus abſque regia facultate ſit inſtitutus ex tertio, tũc, licèt poſſit præponere maſculos, à ſe tamen deſcendentes, per lineam virilem, quibuſcunque fœminis, à ſe etiam deſcendentibus, & filijs ex eis procreatis, etiamſi tales fœminæ, & filij ex eis procreati, proximiores ſint in gradu inſtitutori, quàm maſculi per maſculinam lineam deſcendentes, imò etiam ſi tales maſculi per lineam maſculinã deſcendentes, tranſuerſales ſint, & remotiores in linea, comparatione vltimi poſſeſſoris, quàm ſint filij, & filij ex eis procreati; nihilominus in hoc Caſtellæ regno, nec licitè, nec validè, poſſet ſtatuere, vt tranſuerſales comparatione ipſius, præferantur fœminis à ſe deſcendentibus, & maſculis ex eis legitimè procreatis. Ita habetur.l.27. Tauri, quæ eſt.l.11. ti.6. lib.5. nouæ collect. in calce diſp.576. & aliàs ſæpe, dictum eſt. Ex quinto verò ſi quis in hoc regno inſtituat maioratum, & ex tertio in Luſitania, cum fas ſit hæc relinquere extraneis, fas erit vocare ad eum maioratum quoſcunque, præponendo trãſuerſales deſcendentibus, quin & omnino extraneos. Sicut, qui nec deſcendentes, nec aſcendẽtes habet, poteſt ex ſuis bonis inſtituere maioratum, & vocare ad eum quoſcunque voluerit, & eo ordine, quo voluerit, vt in calce diſp.576. & aliàs ſæpe, dictum eſt.

11 Quando autem maioratus ex regia facultate eſt inſtitutus contingendo legitimas filiorum, quouſque ex noſtra ſententia id liceat, aut non, dictum eſt diſp.578. præſertim concl.3. par. vltima. Dato autẽ licitè inſtitui, licitè quoque inſtitui poteſt, vt ſemper deſcendentes per lineam maſculinam ex primo inſtitutore, præponantur deſcendentibus ex eodem inſtitutore per lineam fœmininam, eſto deſcendentes per lineam maſculinam tranſuerſales ſint comparatione vltimi poſſeſſoris, habeatq; is deſcendentes per lineam fœmininam. Probatur, quoniam id cedit in conſeruationem propriæ familiæ primi inſtitutoris, & impedit, ne maioratus ille tranſeat in alienam familiam, ratione filiæ, quæ homini de aliena familia nubat, cuius liberi ad familiam viri, cui il-

A la nupſerit, pertinent, & non ad familiam primi inſtitutoris. Præterea, quoniam ea vocatio æqualis eſt filijs omnibus primi inſtitutoris, ex quorum legitimis inſtitutus eſt maioratus: ſolùm exiſtẽte hac inæqualitate, quòd ſemper deſcendentes ex filio maiori natu per lineam maſculinam, præferentur deſcendentibus per eãdem lineam maſculinam ex filio poſterius nato; quod poſtulat ipſa maioratus inſtitutio & natura. Quòd verò inſtituatur maioratus, aut inſtitui concedatur, ita vt etiam trãſuerſales per lineã maſculinam comparatione primi inſtitutoris, vt deſcendentes ex fratre illius, præferantur deſcendentibus per lineam fœmininam eiuſdem inſtitutoris, nõ ſolùm diſſonat à ſucceſſione in regno Caſtellæ, & ab eo, quod conuenit reliquis maioratibus Hiſpanis, inſtar illius, ſed etiam abſurditatem quandã ac
B indecentiam non paruam continere videtur, iniuriaq; filijs primi inſtitutoris videtur fieri, vt in maioratu, inſtituto ex legitimis ipſis debitis, præferantur ipſis, deſcendentibuſq; ipſorum, deſcendentes eorum, quibus nihil tale erat debitum: vnde non conſulerem, vt talis inſtitutio fieret, neque vt facultas ad eam faciendam cõcederetur: ſed apponi poſſent, & deberent grauamina, vt ſi nullus eſſet deſcendens per lineam maſculinã ex primo inſtitutore, qui ſuccederet in eo maioratu, deſcendens per lineam fœmininam, teneretur ſumere cognomen, & arma, ſeu inſignia primi inſtitutoris.

De ea conditione, vt ſi aliquis religioſus, aut religioſa, vel ſacris ordinibus initiatus ſit, ſuccedere nõ 12
C poſſit in maioratu, ſed ſuccedat, qui poſt illum ad eum vocatur, iam dictum eſt diſp.207. concl.2. validè, prudenter, ac licitè eam apponi, idque cũ Cou. 1. var. reſ. c.19. nu.11. & cũ Molina vbi ſup. nu.54. & pleriſque alijs, quos citant. Quo in loco rectè Molina addit, ſi maioratus in hoc regno ex tertio bonorum ſit inſtitutus abſque regia facultate, neque hos, neque furioſum, mutum ac ſurdum, neque quoſcunque alios defectum aliũ patientes, poſse excludi propter diſpoſitionem legis.27. Tauri. Quod intellige, de omnimoda excluſione, ita ut ordo in ea lege præſcriptus non ſeruetur: ſecus verò intra limites eius ordinis, vt ſcilicet, ſi alius deſcendens primi inſtitutoris exiſtat, non ſuccedat deſcendens, qui eis qualitatibus ſit affectus, & ita de aſcendentibus & de trãſ-
D uerſalibus: id quod poſtea in fine operis in additione ad eundem numerum obſeruauit Molina, exponens, quæ antea minus cautè dixerat.

Vtrum autem validè ea clauſula, ſeu conditio apponi poſſit, vt ſi poſseſſor maioratus in crimen incidat Sodomiæ, læſę Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, hora præcedente delictũ, aut in quo puncto delictũ committere attentauerit, maioratus tranſeat eo ipſo in ſequentem vocatum, in quo nullum ſit impedimentum, idque ad effectum, vt nunquã maioratus ad fiſcum deuoluatur, ſed perpetuo conſeruetur in familia inſtitutoris? Ad hoc paucis cũ Molina. c.12. citato. nu.57. dicendum eſt. Si maioratus ex regia facultate ſit inſtitutus, adhibita clauſula in ea faculta- 13
E te, vt, ſi poſſeſſor maioratus in aliquo illorum trium criminum inciderit, maioratus ad fiſcũ deuoluatur, vt regulariter ſolere adhiberi diſp.582. dictum eſt; tunc inualidè apponi illam clauſulam ac conditionem, vtpote contra tenorem facultatis conceſſę, ſeu contra conditionem, cum qua facultas illa fuit conceſſa, ac proinde in fraudem fiſci: quare, ſubſequuto aliquo ex illis delictis, commiſſo à maioratus poſſeſſore, confiſcabitur maioratus, non ſecus ac ſi ea clauſula ab inſtitutore illius non fuiſſet appoſita. Si autem maioratus ſit inſtitutus abſque regia facultate, tunc, cum vnicuique liberè de ſuis bonis diſponenti, fas ſit apponere quaſcunque voluerit conditiones ac leges non iniquas; nulla verò ſit ini-

qui-

quitas, ſed potius debita cautela in ea conditione & lege, vt maioratus à ſe inſtitutus perpetuo in ſua familia conſeruetur, nec pereat, & deuoluatur ad fiſcum, aut ad quemcunque alium; vtique validè, ſuoque iure vtendo, apponere poterit clauſulam illam: in quo nullam fraudem, aut iniuriam, fiſco facit.

D I S P V T. 613.

De conditionibus appoſitis vocationibus ad maioratus circa matrimonia celebranda.

S V M M A R I V M.

1 *Vocatio ad maioratum ſub conditione, aut modo, vt contrahere teneatur cum perſona de tali familia, vel cum tali ſingulari perſona, cum qua honeſtè poſſit contrahere, valida eſt.*

2 *An conditio, ſi contraxeris cum conſanguinea, habenda ſit pro non appoſita, diſcutitur, & variæ ſententiæ referuntur.*

3 *In uocatione ad maioratum per ultimam uoluntatem ſub conditione, ſi duxeris conſanguineam, ſiue addatur, diſpenſante Summo Pontifice, ſiue non, quia id ineſt, conditio illa non eſt habenda pro non appoſita.*

4 *Conditio, aut modus, appoſiti vocationi ad maioratus, ſi contraxeris cum tali, pro impletis habentur, quando ita vocatus, non fuit in mora, & per alterum ſtat. Et quid ſi ita vocatus moriatur ante aduentum temporis impletionis talis conditionis, aut modi.*

5 *Si ſub eadem conditione vocatus quis ſit ad maioratũ, & delato maioratu, contrahat cum alia, aut dicat ſe nolle contrahere cum illa, tranſit maioratus ad aliũ, eſto poſtea ducat eandem, quam ducere fuerat grauatus. Si autem ante delatum maioratum ducat aliam, & ea mortua, ducat tempore delationis eam, quam ducere fuerat grauatus, conſequitur maioratum.*

6 *In eodem euentu, ſi mulier nubat alteri, eſto tempore delationis maioratus, vidua ſit, non tenetur illum ducere, qui ſub conditione, vt illam duceret, fuerat ad maioratum vocatus.*

7 *Conditio, ſi contrahat cum aliqua, in vltima voluntate, aut in contractu reuocabili, ſi apponatur, & ſtet per mulierem, habetur pro impleta. Ci verò apponatur in contractu irreuocabili, non habetur pro impleta, ſed reſtituenda eſſet res ſub ea conditione tradita cum fructibus ex illa perceptis. Hæc verò intelligenda ſunt, niſi in vtraque parte huius doctrinæ contrarium colligatur ex mente diſponentis, aut contrahentium.*

8 *Maioratus ſucceſſioni ſi uocatio fiat cum grauamine, ſi uocatus cum aliqua contrahat, id potius ſolet habere rationem modi, quàm cõditionis, in quo euentu ſemper, ſi ſtet per mulierem, habetur modus pro impleto. Si haberet rationem conditionis, locum haberet doctrina proximè tradita.*

1 EX dictis diſp. 207. facilè conſtat, validam eſſe conditionem, ſi quis ad maioratum vocetur ſub conditione, vt ducere teneatur vxorem talis familię, aut vt ducere teneatur talem ſingularem fęminam, modò, vt habetur l. cùm ita legatum, ff. de condit. & demonſtr. honeſtè, decenter, ac licitè id efficere poſſit; & eodem modo conſtat validam eſſe conditionem, qua mulier aliqua vocetur ad maioratũ, ſi nubat ſimiliter alicui ſingulari viro. Quoniam id ſimpliciter nõ impedit matrimonium, liberorumque, in commune reipublicę bonum, procreationem. Et quoniam, quamuis nefas ſit timore pœnę adducere aliquem ad contrahendum cum aliqua, eaque pœnæ appoſitio ſit ipſo iure nulla; fas tamen eſt præmio ad id eum inducere, relinquendove ei aliquid ſub conditione, ſi ducat aliquam vxorem. Ita, præter ea, quæ ibidem dicta ſunt, communis ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Couar. in Epit. par. 2. cap. 3. §. 3. nume. 6. Emmanuel Acoſta, l. cum tale, §. ſi arbitratu, ff. de condit. & demonſtr. lim. 6. num. 1. & Molina lib. 2. de primog. cap. 13. à num. 1. Eodem etiam modo validè aliquis vocatur ad maioratum aliquem, aut aliquid ei relinquitur, cum modo & obligatione, vt ducat aliquam certam vxorẽ, alioquin priuetur ea ſucceſſione in maioratu, aut hæreditate, vel legato, vt cum alijs rectè affirmant Couar. §. 3. citato num. 7. & Molina vbi ſup. nu. 4. Qui addit, frequentius in vocatione ad maioratum apponi modum, & obligationem, vt ducat talem, vel vt ducat ex tali familia, quàm apponatur tanquam conditio, vocationem ſuſpendens.

Dubium autem eſt, vtrum, ſi aliquis vocetur ad maioratum, ſub conditione, aut modo, vt ducat aliquam ſibi conſanguineam vxorem, conditio illa, tanquam de iure impoſſibilis, eo quòd prohibitum, nullumque ſit redditum tale matrimonium iure canonico, ſit habenda pro non appoſita in inſtitutione maioratus facta per vltimam voluntatẽ, aut per contractum reuocabilem, iuxta ea quæ diſputationibus pręcedentibus dicta ſunt: an non, ſed tanquam poſſibilis ſit iudicanda, eo quòd tale matrimonium validè ac licitè celebrari poſſit diſpenſatione Summi Pontificis. Quæſtio. 2

Gloſſa l. 2. verb. voluerit, C. de inſtitut. & ſubſtitut. & apertius gloſſa, l. vter ex fratribus, verb. conſobrinam, ff. de condition. inſtitut. pro non appoſita eſſe habendam affirmant, ex illo fundamento, quòd id matrimonium illicitum, nullumque ſit iure canonico. Et idem, iuxta eas gloſſas, ſtatuerunt conditores partitarum, l. 14. tit. 4. par. 6. Atque hoc idem affirmat Emmanuel Acoſta, lib. 1. ſelect. interpret. cap. 8. num. 14. Ad id verò, nempe quòd poſſibilis ſit ea conditio ex diſpenſatione Summi Pontificis, quæ non difficilè concedi ſolet, quando conſanguinitas, aut affinitas, eſt in quarto gradu, de quo ipſe diſputat, atque etiam quando eſt in tertio, reſpondet, conditionem de iure impoſſibilem attendendam eſſe ſecundum ſtatum præſentem, non verò ſecundum eum, qui eſſe poteſt, facta variatione in iure, qua validum, aut licitum reddatur, quod ex iure, quo nunc vtimur, inualidum eſt, aut illicitum, vt expreſſe habetur l. continuus, §. cum quis, ff. de verborum obligat. vbi habetur, ſtipulationem ſub conditione, ſi Titius rem ſacram, aut publicam, vt plateam, vendat, eſſe nullam, eo quòd conditio illa ſit impoſſibilis de iure, quòd prohibet, nullaſq; reddit tales venditiones: neque refert (ſubiungit textus ille) quòd poſſit ius, id prohibens, variari: *quoniam non ſecundum futuri temporis ius, ſed ſecundum præſentis, æſtimari debet ſtipulatio.* Fundamentũ quod inualida ſit.

Vt quid de hac re ſit dicendum, ſubijciamus, obſeruandum eſt. Duobus modis poſſe aliquem vocare ad maioratum, aut ad aliquid aliud, ſub conditione, ſi contrahat cum conſanguinea. Vno, addendo, ſi diſpenſauerit Summus Pontifex. Altero, nihil addendo. In priori euentu, conſentiunt Acoſta, num. 14. citato, & Molina, vbi ſupra, nume. 8. quibus concinit Couar. in Epit. par. 2. cap. 3. in prin. num. 8. ſi conſanguinei ſint ſolùm in quarto, aut in tertio gradu, in quibus non difficilè admodum ſolet Summus Pontifex diſpenſare, conditionem cenſendam eſſe poſſibilem, ac proinde habendam non eſſe pro non appoſita, iuxta l. apud Iulianum (alias idem Iulianus) §. conſtat, ff. de leg. 1. & l. intercidit, ff. de condit. & demonſtr. Si verò conſanguinei ſint in ſecũdo gradu, in quo ægrè admodum & difficilè diſpen-

diſpenſat Summus Pontifex, quamuis eatenus ea conditio dici poſſit impoſſibilis, & cenſeatur in iure, quatenus, quod difficilè admodum euenit ac raro, dicitur latè impoſſibile, cenſent tamen Couar. & Acoſta, vbi ſupra, cùm id potius ſit difficile, quam impoſſibile, conditionem non eſſe nullam, neque eſſe habendam pro non appoſita: quibus non refragatur Molina, ſi attendantur iura, quæ erant ante Concilium Tridentinum, & diſpenſationes, quæ in ſecundo gradu concedebantur, licèt raro, ante idem Concilium. Cæterum, inquit, hodie, cum ſeſſio. 24. Concilij Tridentini in decreto, de reformatione matrimonij, capit. 5. præcluſa ſit via Summis Pontificibus diſpenſandi in ſecundo gradu, reputanda erit impoſſibilis de iure ea conditio, ac proinde habenda erit pro non appoſita. Sic enim in eo capite habet Concilium Tridentinum. *In contrahendis matrimonijs, vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raro, idq́; ex cauſa, & gratis concedatur. In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos principes, & ob publicam cauſam.*

Decisio. 3 Propendeo tamen in opinionem Acoſtæ, & Couar. etiam poſt Concilium Tridentinum. Quoniam concilium illud nec intendit, nec potuit præcludere viam Summis Pontificibus, ne diſpenſarent in ſecundo gradu, ſed ſolũ patres ibi expreſſerunt, quid, tanquam expediens, faciendum iudicauerint: cùm autem poſt id compertum ſit, Summos Pontifices, præſertim Sixtum Quintum, non ſemel in ſecundo gradu diſpenſaſſe, ſanè interim dum vſu præcluſa omnino non eſt ea via, recedendum non videtur ab illa alia opinione. Quam ſententiam poſtea amplexatus eſt Molina in additione ad numerum vndecimum, cap. 13.

Obiectio. Quòd ſi quis aduerſus hactenus dicta nobis obijciat, l. cum hæres, §. 1. ff. de ſtatu lib. vbi conditio penè impoſſibilis, vitiat diſpoſitionem, vt ſi libertas alicui relicta ſit ſub conditione de facto penè impoſſibili.

Satisfit. Dicendum eſt, id potius confirmare hactenus dicta: quoniam ea conditio non habetur pro nõ appoſita in vltimis voluntatibus. Deinde dicendum eſt, ex adiectione talis conditionis impoſſibilis, aut penè impoſſibilis, vt facto impleatur, ibi cenſeri animum ita diſponentis fuiſſe, nihil concedere, vt apertè ſignificant verba illa eius, §. *quia nec animus dandæ libertatis eſt*, ei videlicet, qui ſub tali conditione eam concedit: qui verò vocat ad maioratũ ſub conditione, ſi ducat conſanguineam, modo Summus Pontifex diſpenſet, ſatis exprimit, ſe animum habere, vt obtineat maioratum implendo eam conditionem in euentu, quòd Summus Pontifex diſpenſare in eo matrimonio velit.

In poſteriori verò euentu, quando nihil additum fuit de recurſu ad Summum Pontificem, & de eius diſpenſatione, licèt, quod ſupra dictum eſt, voluerit Emanuel Acoſta; mihi tamen potius probatur opinio Molinæ vbi ſupra num. 7. iunctis ijs, quæ in fine operis ad eundem numerum addit. Nempe perinde eſſe ac ſi expreſſiſſet, ſi Summus Pontifex diſpẽſet, ac proinde idem eſſe dicendum in poſteriori, quod in priori euentu. Nam catholici non aliter obligare intendunt ad matrimonium cum conſanguineâ contrahendum, neque de alio matrimonio intendunt, quam de valido ac licito, ac proinde in ea obligatione ea conditio ineſt, ſi Summus Pontifex diſpenſare velit, non minus, quam in promiſſione facta Romæ, dandi Epheſi, ineſt conditio, poſt tempus neceſſarium, vt ad Epheſum perueniatur, vt habetur l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum oblig. & ſemper conditiones, quæ inſunt, pro expreſſis habentur. l. 1. in princip. & l. conditiones extrinſecus, ff. de condit. & demonſtrat.

Duæ autem gloſſæ, & l. 14. quæ in contrarium citantur, intelligendæ ſunt, quando conditio eſſet vt omnino duceret conſanguineam, etiam non diſpenſante Summo Pontifice: nam tunc conditio eſſet impoſſibilis de iure. Lex verò continuus, §. cum quis, ff. de verborum obligat. non pugnat cum hac noſtra ſententia: pugnaret verò, ſi nos diceremus, conditionem ducendi conſanguineam, ex eo eſſe poſſibilem de iure, quòd in futurum mutari poſſet ius, excludendo ab impedimentis ad contrahendum matrimonium, tertium & quartum gradus conſanguinitatis, & affinitatis: quemadmodum Concilium Tridentinum mutauit ius, excludendo à talibus impedimentis, tertium & quartum gradum affinitatis ex copula fornicaria, itemque reliquos, præter primum, ex impedimento publicæ honeſtatis. Itaque quando aliquid iniungitur, quod validè ac licitè fieri poteſt ex diſpenſatione principis, ſoletque ea diſpenſatio peti & obtineri, ineſt tacitum præceptum, vt diſpenſatio petatur, & vt, obtenta diſpenſatione, id licitè impleatur, vt in re propoſita; ac proinde, quod ita iniungitur, non eſt de iure impoſſibile: quando autem aliquid ſolùm eſt poſſibile de iure, quia abrogari poteſt ius, cum quo pugnat, non cenſetur poſſibile de iure: quia attenditur ius præſens; non verò ius, quod eſſe poteſt in futurum, vt rectè docet §. cum quis citatus.

Ad fundamentum in contrariũ.

Obiectio. Neque refert, ſi quis nobis obijciat, inſtitutionem ſpurij ſimpliciter factam, eſſe nullam: ſi verò fiat ſub conditione, ſi princeps diſpenſet, validam eſſe, vt in calce diſputat. 169. dictum eſt, argumento l. in tempus, iuncta gloſſa ibi verb. cum capere, ff. de heredi. inſtitut. quare eodem modo vocatio ad maioratum ſub conditione, ſi contrahat cum conſanguinea, valida non erit, niſi addatur conditio, ſi Summus Pontifex diſpenſauerit.

Satisfit. Non, inquam, id refert: quoniam, vt bene Molina in additione ad nume. 7. citata ait, propterea in hoc ſecundo euentu, eſto conditio illa non addatur, cenſenda eſt ineſſe ex inſtitutoris intentione; quoniam alioquin præciperet enorme peccatum, quod nulla ratione effectum eſſet habiturum: & quoniam in communi modo loquendi ea conditio ineſſe intelligitur: quæ omnia non cernuntur in illo alio euentu.

Illud cum Molina, vbi ſupra, nume. 13. & cum alijs, quos citat, admonuerim. Satius eſſe abſtinere ab eiuſmodi conditionibus, & modis, onus iniungendi, vt celebretur matrimonium, non ſolum cum conſanguinea, ſed etiam cum aliqua alia determinata in ſingulari: eo quòd triſtem euentum ſoleant habere matrimonia, quæ non omnino liberè celebrantur, ſed timore amittendi aliqua, quis adducitur ad contrahendum cum ea, cum qua non vellet, aut aliqua adducitur ad nubendum ei, cui nubere non vellet.

Ex dictis in calce diſputat. 206. & 207. conſtat, 4 ſi quis vocatus ſit ad maioratum, aut ei ſit aliquid relictum, ſub conditione, vt ducat aliquam vxorem, tunc, ſi illa non velit, aut nubat alteri viro, hoc parato, nec tardante ſuſcipere illam vxorem, aut ſi illa moriatur, hoc ſimiliter non exiſtente in mora contrahendi cum illa, conditionem haberi pro impleta: ſecus autem, ſi eo modo grauatus ſuſcipere illam vxorem, moriatur ante tempus implendi conditionem: tametſi fortaſſe hoc vltimum locum non habeat in vocatione ad maioratum, ex præſumpta voluntate inſtitutoris, de quo credendum non eſt, vt hic non faciat fructus ſuos tempore, quo deuolutus eſt ad eum maioratus, neque tempus aduenit implendæ conditionis. Hæc eadem ſimiliter intelligenda ſunt de modo iniuncto ducendi aliquam, niſi quòd, ſi hic moriatur ante tempus implendi modum, non idcirco non cenſetur vocatus ad maioratum, ac proinde ſi, poſt maioratum ad ipſum delatum,

delatum,moriatur ante tempus, in quo modum implere debebat,facit fructus ſuos temporis,quo maioratum poſſedit, vt hæc omnia facilè conſtant ex dictis diſp.208.& conſentit Molina vbi ſup. num. 24. etiam quando id eſſet iniunctum inſtitutione maioratus contractu irreuocabili,eaque probat ex l.ſi Titio in prin.ff.de leg.1.& ex l. ſi quis eum. ff.de condit.& demonſt.atque ex communi ſententia Bar.& aliorum: frequentiuſq; hæc onera in maioratuū inſtitutionibus imponuntur appoſito modo,quàm appoſita conditione.

Molina vbi ſup.nume. 14.ait,eum,qui,ſub onere ducendi aliquam,vocatus eſt ad maioratum,aut cui aliud ſub eodem onere eſt relictum,adueniente tempore implendi conditionem,aut modum, ſolere requirere illam,vt ſecum matrimoniū celebret: quod ſi,requiſita,non velit, cenſetur eo ipſo impleta conditio,aut modus,poteritque contrahere cum quacūque alia, abſque timore amittendi maioratum , aut quoduis aliud ſub eo onere ſibi relictum . Addit cū Acoſta l.cum tale.§.ſi arbitratu limit.6.nu.15.ſi illa, data opera,ſe celauerit,ne requiſitio ei fiat, atque adeò impedimentum adpletioni conditionis,aut modi,apponat,habetur conditio pro impleta,ac proinde poterit ille contrahere cum quacunque voluerit. Admonet verò,vt ex precepto iudicis requiſitio fiat in domo illius coram illius domeſticis, aut conſanguineis,vel vicinis, vt melius conſtat, ſe celaſſe, requiſitamque fuiſſe,iuxta l.4. §.prætor ait, & ea quæ ibi traduntur,ff.de dam. infect.

5 Si grauatus accipere aliquam vxorem modo explicato,poſt maioratum delatum, ducat aliam, cenſetur eo ipſo defeciſſe conditio, ac proinde tranſit maioratus ad ſucceſſorē,eſto poſtea,mortua ea vxore,ducat illam,quam ducere erat grauatus . Ita cum Acoſta limit.6.citata. num.3. Molina,vbi ſupra nume. 16. Imò verò,ſi delato iam maioratu ad ita grauatum, vocatus vlterius ad eum maioratum,interroget eum, cui maioratus delatus eſt, an ducere uelit eam vxorem , cum qua contrahere eſt grauatus, reſpondeatque non velle,cenſetur eo ipſo etiam defeciſſe conditio,& tranſit maioratus in vlterius vocatum,neque ille prior maioratum recuperat,eſto poſtea mutet conſilium,& ducat illam alteram,vt cum eodem Acoſta limit.6.citata,nume.9.affirmat Molina vbi ſupra nume.18. argumento l.pater Seuerinam in princip.ff.de condit.& demonſtrat.vbi textus interpretatur, conditionem, ſi non nupſerit, ſi nubere noluerit. Si tamen ante delatum maioratum ducat aliam vxorem,eaque iam mortua tempore delati maioratus,cum illa contrahat, cum qua ab inſtitutore contrahere iuſſus fuerat,cenſetur impleuiſſe conditionem, eaque cenſetur nunquam defeciſse: eò quòd impletio,aut defectio conditionis,attendatur, poſt delatam rem ſub ea conditione relictam. Ita Molina,nu. 16.citato.

6 Si mulier,quam vocatus ad maioratum ex inſtitutoris præſcripto ſuſcipere tenebatur vxorem , poſt maioratum delatum,alteri nubat,tunc,eſto maritus eius moriatur,antequam vocatus ad maioratum ducat aliam , non tenetur ita vocatus eam ducere, eſto illa id vélit ac petat: quoniam inſtitutor de primis illius nuptijs intelligere videtur: & quoniam nubendo alteri poſt delatum maioratum, ſciens vocatum ad illum teneri ducere ipſam , cenſetur renunciaſſe ei conditioni ac grauamini . Ita , cum Bald. & aliis,Acoſta limit.6.citata. num.4.& Molina vbi ſup. nume.17.

7 Communior ſententia doctorum,quam referunt ac ſequuntur Gregor. Lopez.l. 14.tit.4.par.6. verb. *e noſe le embargara*, & Emmanuel Acoſta l. cum tale.§.ſi arbitratu.limit.6.num. 17.affirmat,in vltimis quidem voluntatibus,ſi conditio ſtet,quo minus im-

A pleatur, per mulierem, quæ noluit nubere cum eo, cui aliquid eſt relictum , ſi cum ipſa contrahat, vel ſtet quia mortua eſt ante tempus conditionis implēdæ, haberi pro impleta: ſecus autem in contractibus. Vnde ſequeretur, quòd , ſi maioratus inſtitutus eſſet contractu irreuocabili,ſub cōditione,ſi vocatus ad eum contraheret cum aliqua, & conditio ex eo non impleretur, quòd illa nubere ei non vellet, aut moreretur ante tempus conditionis implendæ, tranſiret maioratus ad vlterius vocatum : imò verò, ſi quis ſub illa conditione eſſet vocatus, fructus aliquos percepiſſet ex eo maioratu ad ſe iam ſub ea conditione delato, teneretur eos etiam reſtituere, vna cum maioratu ipſo, vocato vlterius ad illum.

B Mihi verò dicendum occurrit,magna ex parte cōſentaneè ad Molinam, vbi ſupra à num. 19.& ad alios,quos Acoſta nu. 18.citato refert. In primis eiuſmodi grauamina potius tanquam modos,quàm tanquam conditiones, ſolere imponi vocatis ad maioratus: in quo euentu,ſi per mulierem ſtet, quo minus talis modus impleatur,ſiue quia nubere nō vult cum ita vocato,ſiue quia mortua eſt ante tempus,in quo modus impleri deberet,haberi pro impleto,iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt. Deinde dicendum occurrit,quamuis concedendum ſit id diſcrimen inter vltimas voluntates, & contractus, ad effectum, vt, quando aliud non conſtat de mente diſponentium ex veriſimilibus coniecturis, attentis circunſtantijs concurrentibus,ita iudicetur; attamen, quando ex C re ipſa,quæ agitur,& ex circunſtantijs concurrentibus, contrarium ſufficienter præſumitur, ſtandum eſſe contrariæ menti diſponentium, non ſolum in contractibus, ſed etiam in vltimis voluntatibus. Sic l.legatum, C.de conditio.inſert. definitur, cum patruus conſobrinæ legatum reliquerit ſub conditione, ſi cum filio patrui illius contraheret matrimonium, mortuo eo filio, exſpiraſſe legatum propter defectum impletæ conditionis: quoniam præſumitur,non aliter intendiſſe eum teſtatorem relinquere illi conſobrinæ legatum illud, niſi nuptiæ omnino ſortirentur effectum. Eodemque modo intelligenda eſt l. 14.titu.4.par.6. quæ,cum iuxta regulam generalem de vltimis uoluntatibus, in quibus apponūtur conditiones mixtæ ex poteſtatiuis & caſualibus, D multos caſus definiat; definit tamen, ſi alicui relictum ſit legatum ſub conditione, ſi aliquam ducat vxorem , & illa moriatur ante tempus contrahendi cum illa exſpirare legatum ob non impletam conditionem fortuito illo euentu mortis illius: quod intelligendum eſt iuxta diſpoſitionem l.legatum citatæ, atque in caſu illius legis, aut in alio ſimili, in quo ſimiliter omnino præſumatur, eam fuiſſe voluntatem teſtatoris, iuxta quam legem ea lex 14.ſancita eſt. Eodem modo eſt è contrario dicendum in contractibus,ſi aliquando apertis coniecturis conſtet,mentem diſponentis fuiſſe,eſto conditio mixta ex poteſtatiua & caſuali deficiat caſu fortuito, aut alia ratione,ſine culpa eius, cui id onus eſt iniunctū, E eſſe nihilominus diſpoſitionem validam, ſane ſtandum erit eius voluntati, validaque erit tunc reputanda ea diſpoſitio,eſto conditio illis de cauſis deficiat: quoniam is, qui eam conditionem appoſuit, ſolùm intendit, quando culpa grauati ea conditione, talis cōditio deficeret,eam diſpoſitionem reddi nullam, non ſecus ac ſi ea conditio eſſet modus,& non conditio. Sic,in uocationibus ad maioratum,etiam contractu irreuocabili,ſub ſimilibus conditionibus mixtis ex poteſtatiuis & caſualibus, appoſitis in fauorē cuiuſdam tertij,vt fœminæ,cum qua intendit maioratus inſtitutor,vt contrahat,qui ad eum uocatur,rectè ait Molina vbi ſupra num.26. ſi tales conditiones non deficiant culpa vocati,ſed caſu fortuito, aut

culpa alicuius tertij, vel quod is, in cuius bonū ſunt A appoſitæ, non velit præſtare, quod ad id ex parte ipſius eſt requiſitum, nō reddi inualidam vocationem ſub ea conditione factam: quia abſque dubio ea eſt voluntas ſub tali conditione vocatis ad maioratum. Cùm enim primo loco ſub conditione illa eum vocet, quem præ cæteris omnibus optat obtinere eum maioratum, in eoque conſeruari nomen, & familiā, & qui coniunctior eſſe ſolet, vtique cenſendum non eſt, ob defectum eius conditionis abſque vlla illius culpa, velle; vt alius, quem vlterius vocat, & illi priori poſtponit, ſuccedat ſine eadem conditione in eodem maioratu, illeq; prior eo iam adepto, priuetur, atque emolumentis ex illo perceptis. Hoc idē confirmat Molina, vbi ſupra, num. 26. argum. l. cum tale, §. falſam cauſam, ff. de conditionibus, & demon- B ſtrationibus, atque ex glo. 1. l. quæ ſub conditione, §. quoties, verb. defectus, ff. de conditio. inſtitut. & ex gloſ. l. 1. verb. manifeſtum, C. de inſtitut. & ſubſtit. quorundamq; doctorum autoritate. Itemque, quoniam voluntas præſumpta inſtitutoris primum locū obtinere debet in interpretanda eius diſpoſitione, iuxta l. in conditionibus, in princ. ff. de condit. & demonſtrat. cuius verba ſunt. *In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet*, (vbi gloſ. ait, vt prolata conditio non habeatur pro conditione, ſi illud voluit teſtator) *eaque regit conditiones*. Quæ verba, & gloſſa, apertè confirmant hanc noſtram, & Molinæ, ſententiam.

Ex his facilè conſtat, eſto ab aliquo tertio impeditum eſſet matrimonium vocati ad maioratum per C vltimam voluntatem ſub conditione, ſi aliquam duceret vxorem, ſi tamē nulla fuit culpa ita vocati, quo minus matrimonium celebraretur, non amittere maioratum ex præſumpta voluntate teſtatoris, vt rectè Molina, vbi ſupra, num. 27. obſeruat. Nihil impediente, quòd, ſi culpa tertij, abſque vlla culpa eius, cui hęreditas, aut legatum, ſunt relicta ſub conditione mixta ex poteſtatiua, & caſuali, impediatur impletio conditionis, nō habeatur pro impleta, ſed pro deficiente, in vltimis voluntatibus, deturq; actio ita inſtituto aduerſus impedientem ad intereſſe, vt habetur l. inde Neratius. §. idem Iulianus, ff. ad l. Aquil. Modò tamen ille ſit ſoluendo, alioquin conditio habetur pro impleta in vltimis voluntatibus, vt ibi affirmat gloſſa, non ſecus, ac ſi impedimentum obue- D niſſet à natura, & non culpa alterius, haberetur conditio pro impleta in vltimis voluntatibus, vt ibidem affirmat textus, & latè proſequitur hæc Molina, vbi ſupra, à num. 20. Interim enim dum intereſſe obtineri poteſt ab eo, cuius culpa conditio illa non fuit impleta, voluit illud ius, vt, etiam in vltimis voluntatibus, haberetur pro non impleta, contra regulam alioquin generalem in eiſdem vltimis voluntatibus. In re autem propoſita, contrarium erit dicendum ex præſumpta inſtitutoris maioratus voluntate, nēpe, etiamſi malitia alterius impeditum ſit matrimonium, dari quidem mulieri, aut hæredibus illius, actionem ad intereſſe aduerſus impedientem; vocatum verò ad maioratum ſub ea conditione, neque E maioratu, neque emolumentis inde perceptis, eſſe priuandum; eò quòd abſque vlla ipſius culpa conditio non ſit impleta: in quo euentu ea præſumenda eſt eſſe voluntas inſtitutoris, eſto maioratus contractu irreuocabili ſit ab eo inſtitutus. Lege apud Molinam in additione ad nu. 26. & 27. citatos, duas exceptiones in vtraque re propoſita.

DISPVT. 614.

De conditionibus, aut modis, vt vocatus ad maioratum ducere non poſſit vxores certæ qualitatis: aut vt ducere teneatur vxorem arbitrio, vel conſilio alterius.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, aut modus, appoſita vocato ad maioratum, quòd maioratus tranſeat ad vlterius vocatum, ſi ducat mulierem talis conditionis, vt ex Iudæis, aut Saracenis, niſi ſeruentur, tranſit maioratus ad vlterius vocatum.*

2 *Maioratum num amittat, qui ignorantia inuincibili non ſeruat eam conditionem, aut modum illum ducendo, quæ conditionis prohibitæ non reputabatur, ex mente præſumpta inſtitutoris pendet. Et in dubio, qualis eius mens fuerit, cenſendum eſt, eum non amittere.*

3 *Quando res eſſet occulta, non teneretur poſſeſſor maioratus illum deſerere in foro conſcientiæ, antequam id detegeretur.*

4 *Ad maioratum vocatio ſi fiat ſub conditione, aut modo, vt vxorem ducat ex arbitratu, aut voluntate alterius, vel iuxta conſilium illius, inualida eſt talis conditio, aut modus, cenſeturq; non appoſita. Si autem fiat ſub conditione, aut modo, vt conſulat aliquem circa vxorem ducendam, valida ſunt. Si tamen admodum difficile peti ab illo id conſilium poſſet, obligatio non eſt ſeruandi eam conditionem, aut modum.*

5 *Vocatio ad maioratum, aut relictum, ſub conditione, ſi conſulat aliquem ad matrimonium contrahendū, non expirant regulariter, ſi ille non conſulatur, quia mortuus erat tempore nuptiarum. Quod ſi eſſet modus, nulla ea de re eſt dubitatio.*

Qvod ad primum attinet, ex dictis diſput. 207. ſatis conſtat, eiuſmodi conditionē, aut modum, validè imponi, niſi apponatur in pœnam. Talis enim conditio non impedit ſimpliciter matrimoniū, liberorumq; procreationem in commune reipublicæ bonum. Quare, ſi ea conditio non impleatur, aut fiat tranſgreſſio modi inducētis priuationem maioratus, deuolutionemque illius ad vlterius vocatum, amittitur maioratus, l. cum ita legatum, l. hoc modo, & l. hoc genus, ff. de condit. & demonſtrat. & affirmat communis doctorum ſentētia, quam Molina, lib. 2. de primog. cap. 13. num. 28. refert, ac ſequitur. Quare, ſi maioratus inſtitutor onus vocatis iniungat, vt contrahere non poſſint cum deſcendentibus ex Iudæis, aut ex Saracenis, vel cum ignobilibus, vel cum habente aliquam aliam ſimilem qualitatem, neque ea conditio, aut modus, cum ea præciſione obligans, ſeruetur, tranſit maioratus ad ſequentem ad illum vocatum. 1

Dubium autem eſt, vtrum, ſi ita vocatus contraxit cum ea, quæ communiter reputabatur carere eis omnibus qualitatibus, & inſuper, facta competenti diligentia ad id ſciendum, non competit illas habere, ac proinde ignorans inuincibiliter eas habere cum illa contraxit, poſteaq; comperiatur eas habere, vtrum, inquam, tunc amittat maioratum. Molina, vbi ſup. à nume. 28. tametſi trepidus, & anceps, tanquam in æquiorem, & benigniorem ſententiam, propendet, præſertim quando id onus iniungitur tanquam modus, & non tanquam conditio, vt regulariter iniungi ſolet in eiuſmodi vocationibus ad maioratum, non amittere maioratum. Quæſtio.

Ducitur

Fundamentum. Ducitur l.ſi quis patrem,ff.ad Maced.vbi,qui pecuniam mutuo dedit ei filiofamilias, qui communi æſtimatione talis non habebatur, conceditur aduerſus eum actio,nihil impediente ſenatuſconſulto Macedoniano, non ſecus, ac ſi filius familias non eſſet. Quamuis enim, qui cum alio contrahit, inueſtigare diligenter qualitates illius debeat, an habeat aliquã, quæ vitiet contractum, aut impediat, ne ex illo actio competat, alioquin id ſibi imputare debet, vt habetur l.qui cum alio,ff.de reg.iur.id tamen fallit quando ignorantia eſſet multum probabilis, ac iuſta, ſeu inuincibilis,ex eo,quia ille publicè reputabatur nihil tale habere,argum.l.miles, §.mulier, ff.ad l.Iuliam, de adul.& l.Barbarius,ff.de offic.prætor.per quæ iura id affirmant Alex. Decius, & alij, quos Molina, num.30.refert.

2 Potius tamen dicendum arbitror, id expendendum,iudicandumque eſſe ex verbis, & affectu inſtitutoris maioratus,& ex alijs circumſtantijs concurrentibus: quare,ſi intelligatur, mentem inſtitutoris fuiſſe, etiam quando vt modum id diſpoſuit, velle, vt, eſto ex ignorantia inuincibili contraheret cũ muliere eius qualitatis, amitteret maioratum,& tranſiret ad vlterius vocatum, ne ea macula reperiretur in ſucceſſore,qui tãquam caput familiæ ipſius obtinere deberet eum maioratum, vtique illum amitteret ſucceſſori: quoniam validè, ac licitè apponere potuit eum modum illa de cauſa. In dubio tamen cenſendum eſſet illum non amittere,etiamſi tanquam conditio id fuiſſet appoſitum: quoniam in dubio melior eſt conditio poſſidentis: & quoniam in dubio propendendum eſt in eam ſententiam æquiorem,ac benigniorem, vt ille abſque vlla ſua culpa non amittat maioratum.

3 Dubium eſt. Quid, ſi abſque dubio ſit præſumptio,mentem inſtitutoris fuiſſe,vt,eſto cum ignorantia inuincibili contraheret cum muliere eius qualitatis, amitteret nihilominus maioratum, & tranſiret in vlterius vocatum? tenebiturne in foro conſcientiæ illum relinquere, & tradere ſucceſſori, eo ipſo, quod ſibi conſtet, mulierem cum qua contraxit, affectam eſſe ea qualitate? Dicendum arbitror, ſi res ſit occulta, cum in rebus honoris, & famæ, interim dum res eſt occulta,& nulla oritur infamia, perinde res habeat,ac ſi non eſſet, præſumendum eſſe, inſtitutoris voluntatem non eſſe, vt in eo euentu poſſeſſor maioratus,qui ad ipſum plus, quàm cæteri vocati,pertinet,cum tanto ſuo dedecore, & detrimento, relinquat maioratum, & alteri eum tradat: præſertim,quia id efficere non poſſet,niſi rem manifeſtando,eò quòd non poſſit pro ſuo libito priuare ſucceſſione illius liberos ſuos ex illa vxore,illique ſtatim ſe opponent,niſi res detegatur,ac ſciatur, qua de cauſa in ipſorum detrimentum eum alteri tradat. Neque veriſimile eſt, inſtitutorem velle in eo euentu exponere illum tanto periculo conſcientiæ,vt cũ ſuo tanto detrimento bonorum temporalium, honoris, ac famæ,exerceat rem adeò difficilem, qualis eſt id detegere, & ſpoliare ſe eo maioratu. Atque in dubio, an illa adeo irrationabilis eſſet mens illius,melior eſſet conditio poſſidentis. Præſumendumque eſſet, principem non velle admittere adeo duram,& irrationabilem conditionem,ac modum,ita inſtituentis maioratus.

Ad fundamentum. Ad l.verò,ſi quis patrem, dicendum eſt,longè diuerſam eſſe ratiõe de priuilegio Macedoniani conceſſo filijsfamilias circa mutuum ipſis factum, & de diſpoſitione alicuius de ſuis bonis inſtituendo maioratum pro ſuo beneplacito, & cum grauaminibus & modis, non iniuſtis, quæ vellet. Hoc enim ſecundum vim habet, etiam circa ignorantes inuincibiliter, ſi ea ſit mens inſtitutoris: primum verò, & alia, quæ ſimiliter iure poſitiuo ſunt inſtituta, æqui-
A tas non patiebatur,vt ſe extenderent,etiam ad ignorantes inuincibiliter cum iactura ſuorum propriorum bonorum.

Molina vbi ſup.num.34.ait,ſe aliquando vidiſſe, vocatos ad maioratum cum eiuſmodi clauſulis, antequam cum aliqua matrimonium celebrarent, corã iudice loci à quo eius mulieris origo pendet, inquirere de gente illius, longaſq; probationes ea de re ad perpetuam rei memoriam facere. Non tamen probat eiuſmodi nimiam, & extraordinariam diligentiam in iudicio,ne ex ea dolus præſumatur, & ne occaſio ſit litium ea ipſa de re: præſertim cum,vt vllius eſſent momenti aduerſus vlterius vocatum, fieri deberent,ipſo ad eas faciendas citato. Laudat verò diligentem earum qualitatum extra iudicium inquiſi-
B tionem factam, ne ipſe circumueniatur, & vt, ſi circumuentum ſe inueniat, poſſit eas præſentare in iudicio ad probãdam ſuam ſufficientem diligentiam, & ignorantiam inuincibilem, quatenus id prodeſſe ei, iuxta hactenus dicta poterit. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod ad ſecundum attinet, ſi cõditio, aut modus 4
ſit,vt ducere teneatur vxorem arbitrio alterius, puta patris,aut matris,curatoris,aut alterius, inualida eſt talis conditio, aut modus, tanquam impeditiua matrimonij,eiuſque libertati contraria. Ita habetur l. cum tale,§.ſi arbitratu (alias incipit,reſcriptum eſt) & l.filiæ ſuæ,ff.de condit.& demonſtr.l.turpia,§.1. ff.de leg.1.& affirmat communis ſententia, quam referunt, ac ſequuntur Molina vbi ſup.nume.35.&
C Acoſta,§.ſi arbitratu.ampl.vlt.atque diſput.207.ex Gama retulimus, iuxta eam fuiſſe iudicatum in Luſitano ſenatu circa legatum fœminę cum eo onere relictum. Eamque ſententiam ait Molina intelligere doctores communiter,ſiue in arbitrium,ſiue in liberam voluntatem alterius, tales nuptiæ relinquantur. Cùm autem diſputatione pręcedente dictum ſit, validam eſſe diſpoſitionẽ, qua aliquid alicui relinquitur, ſi talem determinatam duxerit, neque id minus cum libertate nuptiarum pugnet; quàm ſi idem relinquatur eidem ſub conditione,vt arbitrio talis ducat vxorem, imò minus, cùm arbiter multas ſub diſiũctione poſſit ei proponere,ex quibus vxorem eligat,profectò non facilè redditur ratio, cur vna conditio validè ſit appoſita, & non alia. Neque video
D quid aliud de hac re commodius dici poſſit, quàm hæc pendere ex diſpoſitione iuris humani, illiq; eſſe ſtandum interim, dum non abrogatur,& aliud ſancitur. Vtinam autem pauciora ciuilia iura ab Ethnicis fuiſſent ſancita,& à principibus Chriſtianis in ſuis regnis recepta.

Si autem conditio,aut modus,ſit,vt petere teneatur ab aliquo conſilium, quam ducat vxorem, ſanè quia, illo petito, non aſtringitur illud ſequi, ſed ducere poterit,quam voluerit,tunc ea conditio,aut modus, validè apponitur, vt communis doctorum ſententia affirmat, quam Molina vbi ſup.nu.36.refert ac ſequitur. Neque eſt audiendus Acoſta ampliatione citata,qui cõtrarium affirmat, ductus ea ratio-
E ne, quòd ea cõditio retardare poſſit matrimonium, dum acceditur ad petendum conſilium,& demoratur. Dum enim id excogitare voluit tanquam rationem, cur cõditio, vt ducat vxorem alterius arbitrio, nulla ſit, hanc aliam ſibi perſuaſit opinionem, contra communem doctorum ſententiam, quam communem ſententiam confirmat l.cum tale,§.Męuię, ff.de condit.& demõſtr. dum ea lex docet, validam eſſe conditionem,quæ non impedit,ſed retardat matrimonium. Quod præſertim habet locum ex tam iuſta cauſa,atque eſt,vt conſilium petatur ad vtilius, & melius celebrandum matrimonium. Quando autem conditio eſſet, vt non ſolum conſilium peteretur, ſed etiam vt iuxta illud celebraretur matrimonium,

monium,inualida eſſet conditio: quia iam eſſet conditio alterius arbitrio illud celebrādi. Quando item tam diffici è peti poſſet, vt id impedimento eſſet, vt celebrarentur matrimonia,ceſſaret obligatio ſeruandi talem conditionem, aut modum, vt cum Panor. & alijs,affirmat Molina vbi ſup.nu.39.

5 Dubium eſt, quādo aliquid eſt relictum alicui ſub conditione,vt ad matrimonium celebrandum conſulat aliquem deſignatum, ſi is deſignatus è vita diſcedat ante tempus contrahendi, vtrum exſpiret legatum, aut relictum, quaſi deficiente conditione, ſub qua eſt relictum. Alexand. Felin.& Roder. Xuarez. quos Molina vbi ſup.num.4. refert, affirmanter reſponderunt,ducti l.cum tale.§.ſi arbitratu,ff.de cond.& demonſt. vbi habetur,ſi diſcedat perſona, cuius arbitratui nuptiæ commiſſæ ſunt, legatum non ceſſare: quia conditio pro nihilo eſt: ex quo textu inferri videtur,quod ſi conditio fuiſſet valida,mortuo eo,cuius arbitrio res eſt commiſſa,defeciſſe conditio cenſetur. Quamuis autem Molina numero 41.ſubiungat,ſententiam hanc ſimpliciter ſumptam veram eſſe,admittendam tamen non eſſe in Hiſpanis maioratibus propter rationem diſputatione præcedente redditam,quia videlicet non eſt præſumendum, mētem inſtitutoris eſſe,vt primò vocatus,ob non impletam eam conditionem abſque vlla ſua culpa, priuetur maioratu,& tranſeat ad vlterius vocatum. Quāuis,inquam,ita ſentiat Molina;ego tamen, neque eā ſententiam admittendam regulariter cenſeo in legatis,non ſolum ſi tanquam modus legati id apponatur (in quo omnes conueniunt) ſed etiam ſimpliciter: quoniam rarò ex circunſtantijs concurrentibus præſumendum erit, eam fuiſſe voluntatem teſtatoris, qui & legatum, & conditionem illam, in bonum ſolius legatarij ſolet ſtatuere: in ſimilibus autem conditionibus potius voluntati teſtatoris, quàm generalibus regulis conditionum eſt ſtandum,vt diſputatione præcedente dictum,comprobatumque eſt.

DISPVT. 615.

De conditionibus, aut modis, circa nominis, ac armorum delationem.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſores in maioratu vnde ortum habuit, vt agnomen & arma inſtitutoris accipiant, & vt ad id aſtringi cōſueuerint. Succeſſores verò in varijs regnis arma,ſeu inſignia ſingulorum ſolent accipere,non uerò agnomina Regum,quibus ſuccedunt.*

2 *Si ad maioratum aliquis vocetur ſub vera conditione, vt aſſumat agnomen & inſignia inſtitutoris, neque dominium, neque ciuiliſſimam poſſeſſionem comparat, niſi prius conditionem impleat. Atque eo ipſo, quòd illam tranſgreditur, res cum fructibus ex eis perceptis, reſtituere tenetur ſucceſſori. Quando verò id apponitur tanquam modus(vt regulariter fit) cōparat dominium ac poſſeſſionem ante modum impletum,niſi inſtitutor aliud ſtatuat. Atque tunc modus æquipollet conditioni. Et quando ex tranſgreſſione eiuſmodi res cum fructibus ſint reſtituendæ.*

3 *Conditionem aſſumendi agnomen & arma inſtitutoris quando uocatus cenſendus ſit tranſgreſſus, ut maioratus ad alium tranſeat.*

4 *Modum,ut aſſumat agnomen & arma inſtitutoris quando uocatus ad maioratum cenſendus ſit tranſgreſſus,ut maioratus tranſeat ad ulterius uocatum.*

5 *Vocatus ad maioratum ſub conditione,aut modo, vt aſſumat agnomen & arma inſtitutoris,aſſumere illa tenetur,eſto minus decentia ſint.*

A 6 *Maior atus unus ſi inſtitutus ſit ſub cōditione, aut modo,ut ſucceſſor aſſumat agnomen & arma inſtitutoris ſine admixtione alterius agnominis & armorū, non poteſt ſimul habere alium maioratum,qui conditionem, aut modum, aſſumendi agnomen ac arma habeat. Secus ſi inſtitutores utrinſque ſolum obligent aſſumere agnomen & arma.*

7 *Quando multi maioratus in eodem ſucceſſore concurrunt, ſi cætera paria ſint, cognomen & arma antiquioris,itemque paterni,præponi debent agnomini et armis minus antiqui,materni,aut uxoris. Et quando hæc non omnino uſu ſeruentur. Et multa de armis regnorum Hiſpaniarum.*

8 *Cogi an poſſit ſucceſſor in maioratu ſumere agnomen & arma inſtitutoris, quando id inſtitutor non præcepit.* B

9 *Capellæ,aut ſepulchri, inſtitutor ſi præcepit ut ibi arma,& nomen apponerentur,implendum id eſt. Non uerò ſi præciperet fieri aliquid, quod gentilitatem ſaperet,minimeque deceret.*

CVm maioratus Hiſpani, inter alios fines inſtitui ſoleāt,in memoriam eius,qui illorum eſt autor,atque in ſplendorem, memoriamque familiæ, quæ ab eo propagatur, cuiuſque ille præcipuum eſt caput, à quo cæteri nobilitatem, agnomenque accipiunt; inde effectum eſt, vt conſuetudine in Hiſpanijs ſit introductum, vt ſucceſſores in maioratu agnomen primi inſtitutoris accipiant,eiuſque arma,ſeu inſignia,deferant, & vt ad vtrunque maioratus inſtitutores non immeritò aſtringere ſoleant futuros ſucceſſores in eo maioratu. Ex eo autem præcepto in Hiſpanijs non colligitur, mentem inſtitutoris maioratus eſſe, vt filijs præferantur maſculi vlterioris gradus ac lineæ,vt bene Molina affirmat lib.2.de primog.ca.14. nume.9. quicquid ſit de alijs nationibus ob varios earum mores ac ſtatuta. Succeſſores autem in regno,arma quidem,ſeu inſignia, regni accipiunt: quod ſi plura regna illis accreſcant,vel ex matrimonio, quod contrahant,vel iure ſucceſſionis,aut belli, variorum etiam regnorum arma,ſeu inſignia accipiunt,vt vſu in Hiſpanijs,& extra Hiſpanias eſt receptum;agnomina verò anteceſſorum non accipiunt: propterea quòd, ob regiæ dignitatis præſtantiam, ſatis vnicuique Regum ſit ſuum nomen proprium. In Gallia licet non ſint maioratus more Hiſpaniarum, vt tamen Molina lib.2.de primog.c.14.numero 2.ex Tiraquello refert, ſolus primogenitus arma,ſeu inſignia, familiæ plana atque ſimplicia defert; cæteri verò filij poſterius nati aliquid eis admiſcent; vt ſit aliquod diſcrimen, quo primogeniti à non primogenitis ſecernantur ac dignoſcantur. In Hiſpanijs verò,cum ſucceſſores in maioratu,qui primogeniti eſſe ſolent, teneātur arma & cognomen accipere,cæteri ad neutrum aſtringuntur: tametſi vtrunque honoris cauſa accipere ſoleant. 1

Cum autem præceptum,quo maioratus inſtitutor onus ſucceſſoribus in eo maioratu iniungit,vt cognomen ipſius aſſumāt, armaque ſeu inſignia ipſius deferant, iuſtum ſit, nihil iniquitatis,aut indecentiæ cōtinens,vtique ſeruandū eſt à ſucceſſoribus in maioratu; alioquin eo ſunt priuādi, trāſitque in vlterius vocatum, vt affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Greg. Lopez.l.3.titu.4. p.6. glo. vlt. & Molina vbi ſup.nu.10.concinitque, l.hoc iure,§.vlt.ff.de donat.& l.ſi ſciendum & l.facta, §.ſi ſub conditione verſ.ſi verò nominis ff.ad Trebel. Hęc verò duo poſteriora iura manifeſtè ſupponunt,hæredem ſub conditione inſtitutum, vt accipiat nomen teſtatoris, etiamſi grauatus ſit reſtituere hæreditatem alteri,teneri eam conditionem,aut modum implere,& idem ſupponunt de ſimili legatario, 2

cæte-

cæterum quando non vult eſſe hæres: quia iudicat id ſibi non expedire, & cogitur hæreditatem adire, vt eam continuo reſtituat fideicõmiſſario, iuxta ea quę diſp. 186. dicta ſunt, meritò in eis iuribus ſubiungitur, poſſe iudicem eam cõditionem remittere, vt hæreditatem, non in ſuum, ſed in fideicommiſſarij tantummodò commodum, adeat.

3 Quando quis ad maioratũ eſſet vocatus ſub vera conditione, ſi agnomen, arma, ſeu inſignia, inſtitutoris aſſumeret, tũc ſanè neque dominium, neque poſſeſſio illius, etiam ciuiliſſima, tranſiret in illum, niſi impleta conditione, ac dependenter ab impletione conditionis: eaque de cauſa aſſumere illa teneretur, antequam apprehenderet realem eorum bonorum poſſeſſionem: quandoquidem nihil eſſet, quod impedire poſſet, ſe ſtatim eo nomine appellari, & profiteri arma aſſumere, eaque depingi, aut ſculpi ſtatim facere, niſi iam eſſent depicta, aut inſculpta, in rebus maioratus, vt eſſe ſolent in domo, & in rebus alijs, quæ ad ipſum deueniunt. Quin, ſi occuparet bona maioratus, neque conditionem illam tempore congruo impleret, tenetur reſtituere vlterius vocato res cũ fructibus ex illis perceptis, iuxta ea quæ diſp. 611. dicta ſunt. Vt tamen Molina vbi ſup. num. 12. benę obſeruat, rarò hoc onus vocatis ad Hiſpanos maioratus imponi ſolet tanquam conditio, ſed eis tanquã modus ſolet id onus imponi. Quare neceſſe non eſt, eum, qui ad maioratum ſub eo modo vocatur, illum implere ante dominium & poſſeſſionem, etiam realem, maioratus comparatam, ſed ſatis eſt implere cũ poſteà tempore congruo. Quod intellige, niſi inſtitutor præcipiat, vt id fiat ante comparatam poſſeſſionem, etiam ciuilem, iuxta ea quæ diſpu. 611. dicta ſunt. Atque tunc modus conditioni æquipollebit: ſicut etiam conditioni æquipollebit, ſi inſtitutor, eſto non præcipiat modũ impleri ante apprehenſam poſſeſſionem, præcipiat tamen, vt, qui eum non ſeruauerit, cenſeatur nunquam vocatus ad eum maioratum: in quo euentu, ſi modo contraueniatur, res, cum fructibus ex eis perceptis, reſtitui debent vlterius vocato, vt ibidem hęc omnia dicta ſunt. Atque vniuerſim idem circa hunc modum eſt dicendum, quod circa modos iniunctos ab inſtitutore maioratus ibidem in genere eſt dictum.

4 Quando cognominis, armorumque, delatio tanquam conditio vocato ad maioratum eſt iniũcta, ſtatim ac maioratus alicui eſt delatus, tenetur cum primum commodè potuerit, eam implere; alioquin eo ipſo maioratum amittit vlterius vocato; præſertim, ſi admonitus, conditioni contraueniat, vt bene Molina vbi ſup. nu. 13. & à nu. 20. ait. Imò eo ipſo, quòd contrauenit, aliud nomen, & alia arma deferendo, & non illa, meo iudicio, etiamſi admonitus non ſit, cenſetur conditio defeciſſe, amiſſumq́; proinde eſſe maioratum vlterius ad illum vocato.

Quando verò id onus tanquam modus iniũctum eſt vocatis ad maioratum, dubium eſt, vtrum, vt is, ad quem maioratus eſt delatus, illum, ob non obſeruatum eum modum, amittat vlterius uocato, neceſſe ſit, eum admoneri prius à iudice, & poſt admonitionem elabi annum integrum, in quo modum non impleat, queadmodum vt hæres, aut legatarius, vel exequutor teſtamenti, amittant hæreditatem, legatum, aut commodum à teſtatore ipſis relictum, ob nõ mãdatam exequutioni voluntatem teſtatoris ipſis ab eo iniunctam, neceſſe eſt, vt, admoniti à iudice, labatur poſt eam admonitionem annus integer, in quo illã non impleant, vt ex authentico hoc amplius. C. de fideicom. & ex authentico de hęredib. & fal. §. ſi quis autem non implens. diſp. 251. dictum eſt.

Molina vbi ſupra, cum rem fuſè diſputaſſet, nume. 23. rectè ait. Etiamſi maioratus inſtitutio, modique iniunctio, per vltimam voluntatem eſſent factæ, requiri quidem interpellationem, vt modum ſeruet, non tamen eſſe neceſſarium elabi annum, vt maioratum amittat, & deuoluatur ad vlterius ad illum vocatum, neque in re propoſita locum habere diſpoſitionem illorum authenticorum. Ratio eſt, non ſolum, quoniam modus, de quo loquimur, breuiſſimè impleri poteſt, per epicheiamque eſt cenſendum, authenticã illamde illo non fuiſſe loquutã, ſed etiã quoniam is, ad quem maioratus eſt deuolutus, deferendo aliud nomen, & alia arma, non ſolùm non ſeruat modum, ſed etiam illum tranſgreditur, eique contrariatur, repugnando oneri ab inſtitutore ſibi iniuncto, cum illius iniuria & vilipendio: in quo euentu credendum non eſt, voluntatem inſtitutoris eſſe, vt priùs elabatur annus, in quo toto contraueniatur diſpoſitioni ipſius, antequam ille maioratu priuetur: neque item eſt credendum, id diſponere intendiſſe: diſputatione autem citata dictum eſt, quando conſtat aliud intendiſſe teſtatorem, voluntati ac diſpoſitioni illius eſſe ſtandum, neque expectandum annũ, iudiciſque admonitionem. Adderem, eo ipſo, quod modo contraueniatur, vtendo alio nomine, aliaque arma, & non inſtitutoris, aſſumendo ac deferendo, amittere maioratum ob modi tranſgreſſionem, & deuolui ad ulterius vocatum, eſto nulla admonitio præceſſerit: admonitionem verò ſolùm dicerem neceſſariam, quando ille ſe haberet negatiuè, neque inſtitutoris arma, neque aliqua alia, aſſumendo ac deferendo.

Quę autem de eiuſmodi conditione, aut modo, dicta ſunt, quando maioratus vltima voluntate fuit inſtitutus, multò magis habent locum, quando cõtractu irreuocabili fuit inſtitutus: quoniam authentica, hoc amplius, ſolùm loquitur in vltimis volũtatibus: & quoniam, vt cum communi doctorum ſententia ait Molina, vbi ſup. num. 24. modi & conditiones in contractibus appoſiti, ſi tempus non ſit præfinitum, intra quod impleri poſſint, quàm primum commodè fieri poſſit, impleri debent, neque illis vnquã eſt contraueniendum. Quòd ſi in maioratus inſtitutione, quocũque modo facta ſit, ponatur clauſula, quòd quandocunque poſſeſſor, modo, aut conditioni, alicui contrauenerit, priuetur maioratu, vt frequenter apponi ſolet, tunc eo ipſo, quòd contrauenitur, poſſeſſor illius poteſt priuari maioratu.

Molina vbi ſupra nume. 25. ait, teneri vocatum ad maioratum ſeruare conditionem, aut modũ, impoſitum aſſumendi cognomen inſtitutoris, & deferendi eius arma; modo tamen honeſta ſint, & non turpia ac indecentia, comparatione eius, qui ad maioratum vocatur. Ducitur. l. ſed ſciendum, & l. facta, §. ſi ſub conditione, verſ. ſi verò nominis. ff. ad Treb. quæ id docent de hærede ſub illa conditione grauato reſtituere alteri hæreditatem. Atque in eadem ſententia eſt Greg. Lopez. l. 3. titu. 4. par. 6. glo. vlt. Certè diuerſa eſt ratio de hærede grauato, qui non vult adire hæreditatẽ, & cogitur illam adire, vt eam tradat fideicommiſſario, de quo illis in iuribus eſt ſermo: is enim non tenetur aſſumere cognomen teſtatoris, ſi indecens ſibi ſit, etiamſi ſub ea conditione ſit hæres inſtitutus, neque tunc neceſſe eſt, vt iudex remittat talem conditionem, aut modum: atque id eſt, quod illa iura diſponunt. In inſtitutore verò maioratus, qui ſui memoriam deſiderat, & cum eo onere ad fruendum ſuis bonis vocat, neminem cogendo vocationem acceptare, non uideo cur reijciẽda ſit conditio, aut modus, eſto id cognomen, & arma, minus decentia ſint vocatis ad eum maioratum. Et quando maioratus contractu irreuocabili eſſet inſtitutus, ſub eaque conditione vocationes fierẽt ad eum maioratum, certe inualida eſſet vocatio, niſi impleretur ea conditio, vt ex dictis in præcedentibus ſatis liquet.

Quan-

Quando vnus maioratus eſſet inſtitutus ſub conditione, aut modo, vt poſſeſſor illius teneretur aſſumere ſolum cognomen, aut ſola arma inſtitutoris, ſine admixtione alterius nominis, aut aliorum armorum, vt aliquando ſolet præcipi, tunc, ſiue alius maioratus ſit ſimiliter inſtitutus, ſiue ſub conditione, aut modo, vt aſſumat cognomen, & arma inſtitutoris, non poteſt unus & idem ſuccedere ſimul in vtroq; maioratu, ſed tenetur alterum eorum eligere, quem maluerit: eò quòd adimplere non poſſit præceptum vtriuſque inſtitutoris, & onus, ſub quo vterque maioratus eſt relictus. Ita Molina vbi ſupra, nume. 26. & 27.

Vtrum autem idem ſit dicendum, quando vterq; inſtitutor præcipit aſſumi cognomen ipſius, & arma, nihil addendo, quo iniungeret, vt ea ſola, ſine aliorũ admixtione, aſſumerentur. Multi, quos Molina vbi ſupra nu. 28. refert, affirmanter reſponderũt, quamuis nôn loquantur in particulari de maioratibus Hiſpanis. Ducti, quòd, cum id iniungatur in inſtitutoris ac familiæ memoriam, atque ex parte inſtitutor; eiuſque familia, obſcuretur admixtione alterius cognominis, & armorum, cenſendum ſit, id illos intendiſſe. Molina tamen num. 30. ait, id nunquam in Hiſpanijs in forenſibus controuerſijs fuiſſe admiſſum, cõtrariumque vſum eſſe receptum, cui eſt ſtandum. Ei verò conſuetudini ſuffragatur, quod, qui cognomen & arma vtriuſque inſtitutoris defert, ſimpliciter paret præcepto ac grauamini ab vtroque iniuncto. Et quoniam, cum vtraque forma in maioratuum inſtitutionibus conſueuerit poni, nempe, vt ſola inſtitutoris arma & cognomen, aſſumantur ſine alia admixtione, & vt aſſumantur arma & cognomen; ſane, q, primum intendebat, ſibi imputare debet, quod id non ſufficienter expreſſerit, vtendo ſecunda forma, & nõ prima. Adde, in regnis, concurſu plurimorũ regnorum in vno Rege, admiſceri arma plurium regnorũ: maioratus autem Hiſpani, regna, præſertim Hiſpana, imitantur, quando aliud inſtitutione non fuit expreſſum. Adde etiam, ex concurſu duorum maioratuum in vno, augmento diuitiarum, & potentiæ, vnũquemque inſtitutorum, eiuſque familiam, magis nobilitari, celebrioremque fieri, quàm ſi ille vno tãtum maioratu potiretur.

7 Quando multi maioratus in vno homine concurrunt, ſi cætera ſint paria, cognomẽ & arma antiquioris præferri debent cognomini & armis minus antiqui, ita vt antiquioris cognomen & arma primo loco aſſumantur & apponantur, argumento, l. 1. C. de cõſul. lib. 12. l. 1. C. de præfect. prætor. libr. 12. & l. 1. ff. de albo ſcrib. & cum alijs affirmat Molina vbi ſup. num. 36. Dixi ſi cætera ſint paria, quoniam, ſi maioratus poſterior ſit longè maior ac excellentior, præponuntur eorum arma & cognomen, argumento ferè iurium omnium, quę citata ſunt. Sic Philippus II. Hiſpaniarum Rex, cùm morte Henrici, Luſitanum regnum, vna cum prouincijs Orientalibus, & Occidentalibus, ei annexis, accepiſſet, honorificum locũ in titulo ſuorum regnorum, atque in armorum collocatione, vt par erat, illi cõceſſit, eum præferẽdo multis alijs regnis iam antea coronæ Caſtellę annexis. Si item maioratui ex parte patris accedat maioratus ex parte matris, aut vxoris, etiamſi antiquior, & aliquãtulum maior, ratio poſtulat, vt maioratus paternus primum locum obtineat. Sic quamuis à Legionenſi regno recuperari cœperit Caſtellæ regnum poſt Hiſpanias à Saracenis occupatas: quia tamen Caſtellæ regnum hæreditarium fuit Ferdinando primo, Legionenſe verò ei acceſſit ex Santia vxore, vt diſputa. 576. dictum eſt; Caſtellæ regnum in titulo, & collocatione armorum, Legionẽſi regno ab eo tempore prælatum fuit. Neque refert, quod idem Caſtellæ regnũ prælatum etiam remanſerit coronæ Aragoniæ, quã-
A do matrimonio Ferdinandi quinti Aragoniæ Regis cum Eliſabetha Caſtellæ Regina coniuncta ea regna fuerunt. Tum quoniam id in pactum fuit ita deductum. Tum etiam, quoniam non expediebat, vt Aragoniæ regnum à Caſtellano deriuatum, illique quondam feudatarium, vſque ad captam hanc noſtram ciuitatem Conchenſem, quando ob ſuppetias ad illam capiendam à Rege Aragoniæ allatas, dominium etiam directum eius regni illi condonatum eſt, caput fieret Caſtellani regni, atque Hiſpaniarũ. His, quòd attinet ad Legionenſe regnum, accedit, quòd, cũ Caſtella, ante Hiſpanias à Saracenis occupatas, caput, Gothorum tempore, fuerit Hiſpaniarum, ſuaq; amplitudine longè antecederet Legionenſe regnũ, neque Chriſtiani dominium Caſtellæ, & cæterarum
B Hiſpaniarum, ex eo amiſerint, quòd bello iniuſto à Saracenis fuiſſent occupatæ; meritò tunc (recuperata præſertim parte regni Caſtellæ ab Hiſpanis, qui ad Legionem confugerãt) idem Caſtellæ regnũ prælatum eo modo Legionenſi fuerit regno. Ex his conſtat, immeritò Carolum Molinæum vitio Hiſpanis vertere, quòd in titulo, & armis Caſtellanum regnum Legionenſi antiquiori in Hiſpaniarũ recuperatione præferamus.

Admonet Molina vbi ſupra numer. 45. Quæ hactenus dicta ſunt, de præferendo vno maioratu alteri quoad cognomen & arma, quando vnus & idẽ ſuccedit in duobus maioratibus, quæ aſtringunt ſucceſſorem in eis aſſumere cognomen, & arma primi inſtitutoris, ſolùm intelligenda eſſe ex quadam de-
C centia & congruitate, non verò quòd ad id omnino & ſimpliciter aſtringatur: conſuetudine enim in Hiſpanijs eſt receptum, vt pro arbitrio præponere poſſit cognomen & arma eius, cuius voluerit, modo vtriuſque inſtitutoris arma, & cognomen, aſſumere non omittat.

Dubium eſt, vtrum, quando maioratus inſtitutor 8
non præcepit, ſucceſſorem in eo, cognomen & arma primi inſtitutoris aſſumere, ſit ad id cogendus, poſſitque ea de cauſa priuari maioratu. Ad quod Molina vbi ſupra numero. 46. rectè reſpondet, non poſſe ea de cauſa priuari maioratu. Neque ego video, cur ad id cogi poſſit, eſto decens, gratique animi ſit, id efficere. Molina ait, quando inſtitutor eſſet nobiliſſimus, poſſe ſucceſſores ad id cogi à iudicibus a-
D lijs ad id mitioribus ſtatutis eis pœnis, niſi id efficiãt. Eum legito.

Opere item eſt omnino implẽdum, ſi capellæ, aut 9
ſepulchri, inſtitutor præcipiat, ut arma, aut etiam nomen, ipſius in eis apponantur. Si tamen præciperet aliquid fieri, quod ſaperet Gentilitatem, minimeque deceret uirum Chriſtianum, id implendum nõ eſſet, vt cum Greg. Lopez. gloſ. vlt. citata Molina vbi ſup. nu. 47. rectè affirmat.

DISPVT. 616.

Inſtitutores maioratus, aut etiam ſucceſſo-
E res in illo, quovſque deſcendentibus inſtitutoris præbere teneantur, aut non teneantur, alimenta, vel etiam dotes fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus inſtitutio quando legitimas aliorum non contingit, ſucceſſor in illo non plus tenetur præbere alimenta deſcendentibus inſtitutoris, quàm ſi ea bona uinculo maioratus alligata non fuiſſent.*

2 *Maioratus ut inſtituatur contingendo legitimas alijs debitas, facultas cur concedi non debeat, aut licitè poſſit*

poſſit, & quæ alimenta, ac qualia relinquenda ſingulis, quibus legitima debebantur.

3 *Quibus relinquenda ſint eiuſmodi alimenta, & debẽtur, etiam à matre, ſi ipſa ſit, quæ cum maioratum inſtituit, debẽturque etiamſi filij non egeant, aliundeque competentia habeant alimenta.*

4 *Inſtitutor maioratus in eo, quod ratione alimentorum ita relinquit, nullum poteſt imponere grauamen.*

5 *Non eſt neceſſe eiuſmodi alimenta relinqui titulo hæredis.*

6 *Maioratus inſtitutor ſi non relinquat alijs filijs alimenta, aut competentia alimenta, non redditur nulla inſtitutio, ſed agitur, ut de bonis maioratus ſoluantur.*

7 *Illegitimis filijs ſi inſtitutor maioratus competentia alimenta non relinquat, agunt ut de bonis uinculatis ipſis dentur.*

8 *Alimenta competentia poſtquam ſemel data ſunt ijs, quibus legitima debebatur, neque maioratus inſtitutor, neq; ſucceſſores in eo tenentur illis, aut alijs, alimenta aliter præbere, quàm ſi ea bona titulo maioratus non haberent. Et quouſque conſanguineis, & quo ordine alimenta tribuere teneantur.*

9 *Alimenta, quæ ob egeſtatem à conſanguineis debẽtur: officio iudicis petuntur, & quo modo exequutio fiat, quæ uerò debentur ratione legitimæ, iure actionis petuntur.*

10 *Alimenta annua, aut menſtrua, niſi aliud ſit diſpoſitum, anticipata ſunt ſoluenda.*

11 *Alimenta à iudice taxanda, & qualiter cauſa ſummaria tractari debeat. Neque de illis cognoſcit iudex Eccleſiaſticus inter laicos, niſi incidenter cum cauſa Eccleſiaſtica.*

12 *Circa alimenta an paciſci, ac tranſigi poſſit.*

13 *Alimentis alioquin debitis, priuari quis poteſt ex cauſis, ex quibus poteſt exhæredari, exceptis neceſſarijs ad vitam conſeruandam.*

14 *Alimenta ſi ſemel integrè tradita ſint, & iterum is alimentis indigeat, quando ei tradi debeant, etiam de bonis vinculatis.*

15 *Alimenta quando vnus petit, & alius ei non deberi contendit, quãdo debitor cogi debeat ea præſtare, & ſumptus ad litem, & quando non, & quando is, cui præſtari iubentur, teneatur cautionem præbere, quòd ea reſtitues, ſi ſuccumbat.*

1 QVando, vt maioratus inſtituatur, neceſsaria non eſt regia facultas, quia in eo non continguntur legitimæ alijs filijs debitæ; ſed illis ſaluæ manent, ſane non alia incũbit neceſſitas, vel inſtitutori maioratus, vel ſucceſsori in illo, præbendi alimenta aſcendentibus inſtitutoris, vel deſcendentibus, quàm illa, quę incumbit alijs, qui neque maioratum inſtituũt, neque in eo ſuccedunt; de qua copiosè dictum eſt diſp. 168. diſp. 228. §. cauſæ legitimæ, & potiſſimum diſput. 228. in quinto effectu patriæ poteſtatis. Idem dicẽdum eſt, quando maioratus ex regis facultate inſtituitur, non quòd contingãtur legitimæ, ſed quod, quãdo in hoc regno maioratus inſtituitur ex tertio, prætermittatur ex parte, aut in totum ordo in eo euentu præſcriptus l. 27. Tauri, quæ eſt 11. titul. 6. libro 5. nouæ collect. tunc enim, cum non contingantur legitimæ alijs debitæ, non magis, vel inſtitutori maioratus, uel ſucceſſori in illo, neceſſitas incumbit alimenta præbere aſcendentibus, uel deſcendentibus inſtitutori, quàm ſi ipſa ea bona haberet uinculo maioratus minimè alligata.

2 Quando autem maioratus inſtituitur ex regia facultate, eò quòd ea inſtitutione contingantur legitimæ deſcendentibus, aut aſcendentibus debitæ, iam ſupra diſput. 578. præſertim concluſione. 3. & 4. diximus, noſtra ſententia non debere, nec poſse con-
A cedi eam facultatem, in præiudicium aliorum deſcendentium, quibus maior legitima ex legum præſcripto ſit debita. Itemque, deficientibus deſcendentibus, nec debere, nec poſse, cõcedi facultatem, vt in uno aſcendentium conſtituatur maioratus, cum præiudicio aliorum, quibus minuatur portio legitima eis ex legum præſcripto debita. Oſtendimus præterea, eſto uera eſset multorũ ſentẽtia, qui affirmãt, poſſe Regem concedere talem facultatem, valideq; ac licitè ex ea facultate inſtitui maioratum, contingendo, ipſis inuitis, legitimas deſcendentibus, aut aſcendentibus, debitas; nihilominus relinquenda eſſe ex eiſdem legitimis eiuſmodi deſcendentibus competentia alimenta, pro qualitate, & conditione cuiuſque, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurren-
B tibus, atque relinquenda eis eſſe, non tantum tribuẽdo ſingulis eorum competentia alimenta ſingulis annis, interim dum viuunt, quæ exſpirent, & ceſsẽt eis defunctis; ſed etiam relinquenda, tribuendaque eſse vnicuique ad alimenta competentia bona, quibus cõgruentem ſtatum, ſiue matrimonij, ſiue alium, poſſit aſsumere, & in eo competenter ſuſtentari, de eisque diſponere in tempus poſt mortem ſuam. Vnde fœminis ad alimenta tribuenda eſt competens dos, vt nubere honeſtè poſſint pro qualitate ſui ſtatus & cõditionis. Id verò diſputatione citata oſtendimus cũ Molina, & cum communi doctorum ſententia, tametſi ex longè diuerſo fundamento ab illo, cui Molina nitebatur; neque erit opus hoc loco illa repetere. Diximus verò cum eodem autore, & pleriſque a-
C lijs relinquenda neceſsario eſse eiuſmodi alimenta ſingulis alijs filijs, ac filiabus, etiamſi aliunde habeãt competentia alimenta, & longè maiores opes: quæ omnia circa alimenta iterum aſseuerat ac cõfirmat idem Molina, cum pleriſque alijs, quos citat. li. 2. de primog. c. 15. Nunc uerò addendum ducimus, tam difficilè id taxari, & mandari integrè exequutioni, & tam multas difficultates ac lites circa ea oriri alimenta, quæ eiuſmodi maioratuum inſtitutores deſcẽdentibus præſtare tenentur, & quæ poſteà ſucceſsores in eodem maioratu tenentur præſtare, ut hoc ipſum confirmet, minimè expedire concedi facultatẽ ad maioratum inſtituendum contingendo aliorum deſcendentium legitimas; præterquam quòd, noſtra ſententia, id licitè fieri non poſſit, vt diſputatione ci-
D tata oſtendimus.

Vt autem, poſita aliorum opinione, & conſuetudine, qua eiuſmodi facultates à Rege concedi ſolẽt, 3
& iuxta illas maioratus conſtitui, contingẽdo legitimas aliorum deſcẽdentium, rem hanc ad ſummam redigamus. Quia eiuſmodi alimenta cæteris deſcendentibus debentur, tanquam portiones legitimarum ipſorum, quas nefas eſt vlterius minuere, vt inde maioratus inſtituatur, ſed portiones illæ, tanquam competentia ſingulis alimenta modo ex parte explicato ſunt illis tradendæ, ſucceduntque loco integrarum legitimarum, ipſis alioquin ex legum præſcripto debitarum, id quod docet communis doctorum ſentẽtia, quam referunt ac ſequuntur Couaru. 4. libr. De-
E cret. part. 2. cap. 7. §. 6. nu. 15. Molina. c. 15. citato. nu. 2. & Gregor. Lopez. l. 11. tit. 4. par. 6. gl. 1. inde efficitur, vt eiuſmodi alimenta longo interuallo diſtẽt, ab alimentis, quæ vel filijs illegitimis debentur, uel quę debentur alijs conſanguineis legitimis egentibus, ſiue aſcendentibus, ſiue deſcendentibus, aut collateralibus, ex ſolo capite indigentiæ & paupertatis eorum, de quibus diſputationibus, in principio huius citatis dictum eſt.

Quare, quamuis mater, ratione indigẽtiæ filiorũ, non teneatur filijs ſuis illegitimis, aut etiã legitimis, niſi ad lac uſque ad triẽnium, ſi commode illud præbere eis poſſit, & ad reliqua alimenta teneatur pater, vt diſp. 168. circa quintũ effectũ patriæ poteſtatis dictũ

eſt in

eſt,in re tñ propoſita,ſi mater de parte ſua maioratũ ex facultate regia conſtituat,legitimas aliorũ filiorũ contingendo,ſane quia alijs filijs ęque debetur legitima in bonis patris, tenetur illis relinquere competentia alimenta modo explicato,ſaltẽ quãtũ ſufficiat ad medietatem eorum alimentorum, ita vt reliquam medietatem accipiant de bonis patris. Ita Molina c. 5.citato nu. 3. Hæc tñ alimenta neque à patre, neque à matre,debentur nepotibus,aut pronepotibus , qñ competentia alimenta acceperunt ipſorũ parentes, aut ſi ipſorum parentes ſuperſtites ſint. qm̃ eiuſmodi alimenta debentur loco legitimæ,& legitima non debetur nepotibus,aut pro nepotibus, niſi deficientibus ipſorum parentibus,qui illam non accepiſſent,atque tunc,ſicut legitima illis deberetur, non per capita,ſed per ſtipitem,ita & alimenta:quare quod,ad cõpetentia alimenta,accepturus eſſet parens, diuidendum eſſet inter nepotes,aut pronepotes. Atq; in hoc ſenſu accipiendum eſt, quod Molina vbi ſupr.nu. 5. hac de re docet.

Quamuis item , quando alimenta filijs debentur ſolum ratione indigentiæ eorum , ceſſet hoc debitũ, ſi illi aliunde habeant vnde competenter ſe ſuſtentent,vt locis citatis,& alibi,dictum à nobis eſt ; in re tamen propoſita,eſto aliunde cæteri filij habeant cõpetentia alimenta,debentur,relinquendaque neceſſariò illis ſunt,a patre,& matre,maioratum ex regia facultate inſtituentibus ;ſicut etiam legitima eis debebatur,eſto alioquin eſſent ditiſſimi. Ita cũ alijs,quos citat,Grego. Lopez vbi ſup.& Molina,cap.5. citato nu.6.Qui addunt, eiuſmodi alimenta iure actionis peti : illa verò alia officio iudicis:de qua re inferius: idque confirmat,deberi,eſto filij competentia aliunde habeant alimenta.

Prætereà , quamuis fœminis,quibus alimenta ex capite ſolius indigentiæ debentur , poſſit dari dos, quæ reſpondeat alimentis , vt nubant ; non tamen obligatio eſt tradi plus , quàm annua alimenta, quæ exſpirent cum morte eius , cui ob indigentiam debentur , niſi ſobolem relinquat , quam alimentare etiam ſit neceſſe,vt locis citatis dictum à nobis eſt: nihilominus filiabus legitimis , quibus portio legitima debebatur in bonis inſtituentium maioratum ex regia facultate,relinqui nomine alimentorum debet cõpetens dos,vt nubant,ſi ita velint,& de qua diſponere poſſint poſt mortem ſuam,vt dictum eſt: atque id eſt,quod nomine alimentorum, comparatione filiarum,intelligitur in regijs facultatibus , quæ permittunt inſtituere maioratum de legitimis aliorum filiorum,relinquendo tamen ſingulis competentia alimẽta . Comparatione etiam filiorum intelliguntur alimenta competentia ad aſſumendum congruum ſibi ſtatum , hoc eſt,vnde reditus competentes habeant, & de quorum capitali , tanquam verè illius domini , poſſint diſponere in tempus poſt ipſorum vitam. Ita Molina vbi ſup.à nu.7. Couar.nu. 15.citato. Grego. Lopez gloſ. 1.citata, & communis doctorum ſententia,quam referunt.

4 Cum eiuſmodi alimẽta loco legitimæ ex legis præſcripto debitæ ſuccedant , imò ſit,quod de legitima diminui, etiam ex facultate Regis , non poteſt, vtiq; ſicut legitimæ apponi non poteſt grauamen , ſi vero apponatur,eſt ipſo iure nullum,vt diſp. 177.oſtẽſum eſt:ita neque eiuſmodi alimentis apponi poteſt grauamen vllum;ſi verò apponatur,eſt ipſo iure nullũ . Ita Molina vbi ſupra nu. 11. & communis doctorũ ſententia,quam refert. Qui nu. 12. addit,ſi pater aliquid vltra competentia alimenta alicui aliorũ filiorum relinquat , poſſe in eo incremento apponere ei grauamen. Ego ſane id non probo. Etenim,cum integra legitima ſit ei alioquin debita ; neque æquitas poſtulet,vt parens conſtituat maioratum contingendo legitimas filiorum,& inſuper ſibi reſeruet de ter-

A tio,& quinto,aliquid de quo libere poſſit diſponere, ſane quicquid reliquerit vni filiorum intra terminos legitimæ ipſi alioquin debitæ,tãquam legitima illius eſt id reputandum , neque vllum grauamen poterit parens in eo apponere .

5 Poſito,legitimam filijs titulo inſtitutionis, & non alio,relinqui poſſe,idque non ſolum de iure communi,ſed etiam de iure huius Caſtellæ regni,vt cũ Molina,c.5.citato.nu. 17.diſpu. 175.oſtendimus,dubium eſt. Vtrum ſimiliter,quãdo maioratus ex regia facultate inſtituitur, contingendo legitimas,& ſolum illis relinquendo competentia alimenta, quæ loco legitimarum ſuccedunt,& tanquam portiones legitimarũ eis relinquuntur,quas nefas eſt vlterius, etiam ex regia facultate,minuere,neceſſe ſit eis relinqui titulo in B ſtitutionis hæredis,an verò ſatis ſit quouis alio titulo eis relinqui . Dicendumque eſt cum eodem Molina vbi ſup.nu. 20.ſatis eſſe,quouis alio titulo eis relinq. Id quod probat,qm̃ tales maioratus non aliter , quã ex regia facultate,inſtitui poſſunt,vt ex dictis cõſtat: formæ autem regiarum facultatum habent inſtitutores poſſe primogenium inſtituere ex teſtamẽto , vel ex quauis alia vltima voluntate, vel donatione cauſa mortis,vel inter viuos,vt maluerint, dummodo alijs filijs alimenta relinquãt:cum ergo,in quo inſtrumẽto tales maioratus inſtituũtur,relinqui poſſint ac debeant cæteris filijs alimenta illa, neque hæredis inſtitutio locũ habeat in codicillo, donatione cauſa mortis , & multò minus in contractu inter viuos : conſequens profectò eſt , vt ex ipſiſmet facultatibus con C ſtet,neceſſe non eſſe relinquere cæteris filijs ea alimẽta titulo hæredis inſtitutionis,ſed ſatis eſſe quouis alio legitimo titulo ea eis relinqui : id qđ in praxi eſſe receptum,teſtatur Molina vbi ſupra , tametſi in calce.nu. 23.ſubiungat , tutius eſſe , ſi in ipſiſmet regijs facultatibus exprimatur , ſatis eſſe quocunque titulo relinqui cæteris filijs ea alimenta , vt aliquãdo fuiſſe expreſſum,ait ſe vidiſſe.

6 Dubium deinde eſt,vtrum,ſi parens regia facultate maioratum inſtituat,nec cæteris filijs alimẽta relinquat, poſſint cæteri filij dicere nullam eam maioratus inſtitutionem,quaſi eo ipſo cenſeãtur ab eo parente præteriti . Potiſſimum verò dicere poſsunt eã nullam ex eo,quod in regijs facultatibus apponi ſoleat ea clauſula;*con tanto que ayays de dexar,y dexoys,* D *a los ueſtros hijos,y hijas,que agora teneys,y tuuieredes de aqui adelante,en quien no ſuccediere el dicho mayorazgo,alimentos;* quæ clauſula conditionalis videtur , ac proinde,ea deficiente , nulla videtur eſse maioratus inſtitutio ſub ea conditione conceſsa. Molina nihilominus vbi ſupra à nu. 24.multis contendit , validam eſse,nec poſse dici nullam,ſed cæteris filijs,de bonis vinculo maioratus alligatis,tribuenda eſse competẽtia alimenta modo explicato : atque ita ait, ſe vidiſse aliquando pronunciatum. Ducitur potiſſimũ. Quoniam ea clauſula potius habet rationem modi,quem maioratus inſtitutor implere teneatur,vel in ipſa maioratus inſtitutione,vel poſteà in alia ſcriptura , aut re ipſa alimenta alijs filijs præbendo,& ad cuius im E pletionem iudex cogere poſſit,etiam poſt maioratus inſtitutorẽ defunctũ,quum habeat rationẽ conditionis. Imò verò id non eſt aliud,quã obligatio, quæ in eſt ex natura rei eo ipſo,quod conceditur talis maioratus inſtitutio , eſto in facultate non exprimeretur : qñ autẽ illis verbis exprimitur, non aliud exprimi intẽditur,quàm ad quod maioratus inſtitutor tenebatur,eſto non exprimeretur; quod propriè non eſt cõditio,ſed modus,ſeu obligatio concomitans. Longè vero maiori cum ratione , quando maioratus inſtitutor relinqueret quidem cæteris filijs alimenta , attamen minimè ſufficientia, dicere non poſsent nullam ea de cauſa eandem inſtitutionem , ſed ſolùm poſsent agere ad incrementum , quod ipſis , iudicis arbi-

arbitrio, eſt præſtandum, de ipſis bonis vinculatis, minuendo ad id, quantum ſit ſatis maioratum. Meritò verò admonet Molina, potius iudici eſſe inclinandum in fauorem cæterorum filiorum, vt ſcilicet vnuſquiſque competentia alimenta accipiat, quàm in fauorem maioratus. Eadem quoq; ratione, ſi vni cuique filiorum eſſent ab inſtitutore maioratus relicta competentia bona ad alimenta, eorumque aliquod poſtea euinceretur, de bonis ipſis vinculatis eſſet id reſarciendum illi, à quo eriperetur, vt bene idem autor ibidem affirmat. Addit Molina, vbi ſupra num. 42. vt maioratus ſucceſſores liberentur ab innumeris litibus & contentionibus, quæ circa eiuſmodi alimenta quotidie excitantur, ſolere eorũ inſtitutores impetrare à principibus, vt in eiuſmodi facultatibus exprimatur, quòd tribuendo ſingulis filijs, aut filiabus, certam quantitatem, cenſeantur accepiſſe competentia alimenta, aut dotes: concediq; ſæpè ſolere, ac exprimi, oblata prius principi quantitate bonorum inſtitutoris maioratus, & oblato numero filiorum eiuſdem inſtitutoris. Eam verò clauſulam ait Molina utilem eſſe, tametſi non omnino litibus aditum præcludere. Quòd profectò confirmat, minimè expedire, concedi facultatem ad maioratus inſtituendos, contingendo legitimas aliorum filiorum.

7 Sicut filijs illegitimis à cæteris ipſorum parentibus, qui inſtitutores non ſint maioratus, competentia alimenta debentur, ſi illa aliunde non habeant, vt diſp. 168. copioſè explicatum eſt: ita debentur à parentibus maioratuum inſtitutoribus; cum nulla omnino ſit ratio, cur hi ab hac obligatione excipiantur: quare, ſi illis ea non relinquant, tribuenda illis ſunt de bonis ipſis maioratus vinculatis: ſicut & cæteris filijs legitimis, ſi competentia alimenta eis maioratus inſtitutor non relinquat, tribuenda eis ſunt de bonis maioratus vinculatis, vt paulò antea dictũ eſt. Ita Molina vbi ſup. à nu. 42. qui copioſam ea de re texit diſputationem: ſatis verò ſunt, quæ vniuerſim de eiuſmodi alimentis illegitimorum diſp. 168. à nobis dicta ſunt.

8 Dubium eſt, quando primus maioratus inſtitutor competentia alimenta, ac dotes tribuit cæteris filijs ac filiabus, aut de bonis maioratus illis ſufficienter perſoluta ſunt, num ſucceſſores poſtea in maioratu, ſi illi ad paupertatem deueniant, teneantur illis iterum præbere alimenta. Et num, defunctis illis, qui poſtea ſucceſſerint in maioratu, teneantur ſuis fratribus, & ſororibus, egentibus, tribuere alimenta, & dotes. Ad quod paucis dicendum eſt, non ad aliud eos teneri, quàm tenerentur, ſi non ſuccederẽt in maioratu, & ſimiliter eſſent diuites, & fratres, aut ſorores, eadem egeſtate laborarẽt: quare non tenentur quatenus ſucceſſores in eo maioratu, ſed quatenus diuites; eodemque modo tenebuntur, aut nõ tenebũtur, ſiue maioratus à principio inſtitutus fuerit ex regia facultate contingendo legitimas filiorũ primi inſtitutoris, ſiue non ita inſtitutus fuerit, ſed fuerit legitimè abſque regia facultate inſtitutus. Atque hoc tandem eſt, quod vult Molina vbi ſupra à nu. 56. licèt rem non ita explicet, & quod vult Ant. Gom. l. 40. Tauri, nu. 75.

Iuxta ea ergo, quæ diſp. 228. circa quintum effectum patriæ poteſtatis explanata ſunt, dicendũ eſt. Si tales fratres, aut ſorores, matrem, aut alios aſcendentes habeant, ſiue per lineam paternam, ſiue maternam, qui eis ſufficientia alimenta præſtare poſſint, eiuſmodi poſſeſſores maioratuum nõ teneri ea illis præſtare. Ita affirmant optime Anto. Gom. nume. 75. citato, & Molina vbi ſup. nu. 68. Neque probo, quę idem Molina in fine operis. num. 58. 59. addit. Nempe maioratus ea lege eſſe inſtitutos in Hiſpanijs, vt quicunque poſſeſſor eorum in infinitum

A teneatur ex eo maioratu alere fratres ſuos egentes: nulla enim talis lex vnquã fuit appoſita inſtitutioni maioratuum, etiamſi ex regia facultate maioratus fiat: ſed ſolùm præcipitur inſtitutori maioratus relinquere competentia alimenta reliquis ſuis filijs: ſi autem id non efficiat, tranſit id onus in poſſeſſorem maioratus, vt ex bonis illius vinculatis, id efficiat. Neque quod in feudis, in quibus iure Francorum ſuceditur, more & lege receptum ſit, vt ſucceſſor in illo teneatur fratribus, & ſororibus præſtare victum, & militiam, quicquam vrget, vt idem de ſucceſſoribus in maioratibus Hiſpaniarum dicendum ſit. Ratio autem cur, ſi fratres, aut ſorores, poſſeſſoris maioratus aſcendentem aliquem habeant, qui eis alimenta præſtare poſſit, non teneatur poſſeſſor maioratus ea eis præſtare, eſt. Quoniam, vt diſp. 228. B oſtenſum eſt, hæc obligatio incumbit aſcendentibus, comparatione deſcendentium, ſicut & deſcendentibus comparatione aſcendentium, ita ſcilicet, vt pater ante omnes teneatur hæc præbere filio, & poſt patrem, mater, poſt matrem verò, aſcendentes alij, & quò in gradu fuerint proximiores, eo prius tenentur, & alij remotiores non tenentur, niſi in defectum proximiorum: eodemque modo filij primo loco tenentur ſubuenire parentibus, & in defectum filiorum tenentur nepotes, & ita conſequenter: quare collaterales, vt fratres comparatione fratrum, aut ſororum, non tenentur, niſi in defectum aſcendentium omnium ac deſcendentium. Quòd ſi fratres, aut ſorores, egeant, neque aſcendentes habeant, qui alimenta eis poſſint miniſtrare, in primis C frater, quantumcunque diues, non tenetur illis tam abundanter ſuppeditare alimenta, quàm abundanter dictum eſt, inſtitutorem maioratus ex regia facultate contingendo legitimas filiorum, teneri ceteris filijs, ac filiabus, ea præſtare: ſed ſolùm, ſi commodè poſſit ſine ſuo notabili detrimento & egeſtate, tenetur illis tribuere annua, aut menſtrua alimenta, quibus moderatè vitam traducant, attenta eorũ qualitate, & circumſtantijs omnibus concurrentibus, atque apponentibus illic ſuam induſtriam & laborem, quantum par ſit pro eorum qualitate & conditione. Iura autem apertè innuunt ſororibus, ſi ſint ex eodem patre, ſiue ex eadem matre etiam ſint, ſiue non, teneri fratrem, non ſolùm præſtare annua, D aut menſtrua alimenta moderata eo modo, quo explicatum eſt, ſed etiam teneri illis tradere in dotem, quod ſatis ſit ad perpetua alimenta cum viro, apponentibus eiſdem ſororibus ſuam induſtriam modo explicato. Ita apertè innuitur argumento à contrario ſenſu, l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtra. tutor. & habetur. l. 28. titu. 16. par. 5. dictumque eſt diſp. 224. §. cauſæ legitimæ, & affirmant Molina vbi ſup. nume. 60. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. num. 101. & alij, quos citat. Sorori verò ex eadem matre, ſed non ex eodem patre, vt ibidem ſubiecimus, ſi aliunde non habeat competentia alimenta, neque habeat aſcendentem, aut deſcendentem, qui ad illa ei teneatur, & poſſit dare, tenetur quidẽ E frater præbere alimenta modo explicato interim dum illa vixerit, iuxta. l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat. l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tutelis, & rationibus & alia iura circa fratres mox citanda, & conſentit Molina vbi ſupra nu. 61. cum alijs, quos citat: non tamen tenetur eam dotare, vt ſatis apertè habetur l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tuto. atque ex parte conſentit Molina num. 60. citato: non tamen probo diſtinctionem, quàm poſtea num. 62. ſubiungit, quòd ſcilicet, ſi ſit ſermo de dote, quæ excedat alimenta, non teneatur frater eam ſororem ita dotare: ſecus verò ſi ſit ſermo de dote, quæ alimenta non excedat: contrarium quippe nos oſtẽdimus diſp. 224. citata, vbi euertimus ea, quibus

Mo ina nititur. Quoad fratres verò eſt dubium, nũ, ſi inopes ſint, & non habeant aſcendentes, aut deſcendentes, qui illa eis præbeant, teneatur frater diues, ſiue maioratus ſit, ſiue non, alimenta eis præbere, & ad id cogi poſſit in foro exteriori. Communis doctorum ſententia id affirmat, etiamſi tales fratres ſint ſolùm naturales, Molinaque teſtatur ita ſæpè fuiſſe iudicatum, tametſi ſolùm quando frater, qui ea præſtare compellitur, eſt maioratus; ſubiungit tamen idem neceſſariò eſſe iudicandum etiamſi maioratus non ſit, & idem teſtantur alij. Conſentiunt etiam. l. qui filium. ff. vbi pupil. educari debeat. l. 1. §. ſed nonullos. ff. de tutel. & rationibus. l. quamuis, & l. ſed & ſi. ff. ſolut. matr. l. tutor. §. vlt. ff. de adminiſt. tutor. l. mutus. in fine. ff. de iur. dot. l. ſi quis pro vxore. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxo. Quibus in iuribus, licèt id non expreſsè tradatur, approbatur tamen, quod tutor aut curator, loco & nomine minoris in his alimentis expenderit, & quod vxor ex ſua dote in ſimilibus etiã alimentis expẽderit, quaſi in eo non liberalitas, ſed debita ſolutio cernatur. Atque ita plus adhuc in hanc ſententiam, modo propè deo, quàm diſpu. 228. in calce quinti effectus patriæ poteſtatis, in eam inclinauerim. Illud tamen ſubiungam, ſtando in ſolo iure naturali, id ſimpliciter non eſſe debitum, ſed ſolum ex quadam honeſtate morali ac decentia, poſtulante id pietate, & coniunctione naturali; quòd genus debiti, niſi accederet diſpoſitio iuris humani, quæ id ſolui præciperet, ſatis non eſſet, vt frater diues cogi poſſet illud ſoluere. Quo fit, vt id non plus ſit extendendum, quàm fuerit iure humano ſtatutum, receptumque fuerit in praxi. Vnde merito Molina vbi ſup. nu. 67. cum multis alijs, quos citat, de quorum numero eſt Emanuel Acoſta lib. 2. ſelect. interpr. c. 20. nu. 2. ait, fratrem diuitem non teneri præbere alimenta conſobrinis filijs fratrum egentium, iureq; optimo reprehendit contrarium fuiſſe aliquando iudicatum.

9 Hoc verò, inter alia, eſt diſcrimen inter eiuſmodi alimenta, quæ à fratre, vel aſcendentibus, debentur titulo egeſtatis, & illa alia, quæ ab inſtitutore maioratus debentur cæteris alijs tanquam partes legitimarum ipſorum: quòd, quæ titulo egeſtatis debentur, peti debent officio iudicis, vt conſtat ex l. ſi quis à libertis in prin. & §. vtrum autem. ff. de liber. agnoſcen. l. 2. & ſequentibus. C. de alend. lib. c. cum haberet, in fi. de eo qui dux. in matrim. & affirmant gloſſæ iuribus citatis, & communis doctorum ſententia, quam Molina, vbi ſupra nume. 70. refert ac ſequitur. Quæ verò alimenta ratione legitimæ debentur, iure actionis, ſicut & ipſa legitima, petenda ſunt, vt Molina ibidem & num. 6. cum Baldo & Iaſone affirmat.

Si maioratus poſſeſſor, aut quicunque alius, iuſſus præſtare certa alimẽta, ea præſtare detrectet, aut remoretur, pignorum captura, eorumque diſtractione, ea ſoluere iudicis officio eſt cogendus. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agnoſc. & affirmat Molina vbi ſup. nu. 71. Atque ob technas, verſutias, & tergiuerſationes, eiuſmodi debitorum alimentorum, qui ex odio, & auaritia, mille modis impedire ſolent exequutionem, conſueuerunt iudices ſupremi, iuxta multorum doctorũ ſententiam, quam ibidem Molina, num. 72. refert ac ſequitur, conſtituere vnum prædium in bonis talis debitoris, quod reddat ſufficienter ea alimenta, vt ex illius reditibus, pacificè illa is percipere valeat, cui debentur. Quòd ſi id prędium locatum ſit, compellitur debitor alimentorum, cedere iura aduerſus conductorem, & mandatum dare in cauſa propria, vt ex illo is, cui debentur, plenè ea percipiat.

10 Alimenta, quæ in ſingulos annos, aut in ſingulos menſes, conſtituta fuerint reddi, ſoluenda ſunt anticipata, initio cuiuſque anni, aut menſis, ſicut & ſimilia legata ad alimenta, niſi contrarium fuerit expreſſum, neque enim alimenta moram patiuntur. l. 1. C. quãdo dies leg. ced. l. nec ſemel in prin. ff. eodem tit. & affirmant Bart. & communis doctorum ſententia quam Molina vbi ſup. nume. 73. refert ac ſequitur. Item alimenta præſtanda ſunt, vt is, cui debentur, ſe ex illis alat extra domum eius, cui illa debet, ſi ita huic expediat, ſaltem ad vitanda iurgia, vt, cum alijs, quos citat, Molina, nume. 74. ſubiungit. Qui addit, ſoluenda eſſe in pecunia, refertq; Angelum aſſerentẽ, ſe pluries ita vidiſſe iudicatũ, & alios conſentientes. Verumtamen. l. cum ij. §. vult igitur. ff. de tranſ. vnde id confirmat, non multum vrget.

Alimenta iudicis arbitrio taxandá ſunt, argumento. l. 2. ff. vbi pupil. educ. deb. Qualiter autem cauſa tractari ſummariè debeat, diſput. 228. in quinto effectu patriæ poteſtatis dictum eſt. Licet autem Cou. in 4. decret. par. 2. c. 8. §. 6. nu. 6. cum Bar. & alijs, velit, iudicem Eccleſiaſticum cognoſcere de ea poſſe, etiam inter laicos, merito tamen Molina vbi ſupra id negat: niſi incidenter de alimentis cognoſceret vna cum cauſa alia Eccleſiaſtica. 11

Molina vbi ſupra nume. 77. ait, fauore alimentorum, quæ filijs debentur, iure introductum eſſe, vt ſuper eis, nec paciſci, nec etiam cum iuramento tranſigi poſſit. Nos verò diſp. 557. oſtendimus, ſolùm eſſe inualidam tranſactionem ſine decreto iudicis quorumcunque alimentorum, quæ ex vltima voluntate debeantur in futurum, quibuſcunque ea debeãtur: ſecus verò circa alimenta, de quorum numero ea ſunt, de quibus hac diſputatione eſt ſermo. Item oſtendimus, validam eſſe illam aliam tranſactionem, ſi iuramento confirmetur. Lege, quæ copioſè ibi dicta ſunt. 12

Ex qua cauſa poteſt vnus alterum exhęredare, poteſt etiam ei denegare alimenta alioquin eidem debita, de quibus hac diſputatione dictum eſt. Exceptis his, ſine quibus conſeruare non poſſet vitam, vt in calce diſp. 168. & diſp. 176. poſt cauſas exhæredationis, dictum eſt. Conſentit Molina lib. 2. de primog. c. 16. nu. 1. Ibidem à num. 4. copioſè diſputat quæſtionem, num validæ ac iuſtæ ſint leges, quæ filios ideo exhæredant, quòd abſque parentum conſenſu contrahunt matrimonium: quo in loco ex parte nobiſcum conſentit. Quia verò rem hanc fusè examinauimus diſp. 176. circa vndecimam exhæredationis cauſam, ſolùm addendum putauimus. Si talis filia aliunde non habeat competentia alimenta, æquitatem poſtulare, vt non eouſque exhæredetur, vt non maneant illi competentia alimenta, atque adeò dos, quæ ad illam in totam vitam ſufficiẽs ſit: in quam ſententiam inclinat etiam Molina vbi ſup. num. 15. 13

Dubium eſt, vtrum ſi illis, quibus in hac diſputatione dictum eſt, alimenta, aut dotes, deberi, ſemel integrè perſoluta ſint, eaq; amittant, ac deueniãt ad egeſtatem, ſint iterum alia neceſſariò illis tradẽda. Molina vbi ſup. à nume. 22. diſtinguit. Quòd aut dos, vel alimenta, collata ſunt ab eis, qui illis, quibus collata ſunt, legitimam debebant: aut ab alijs, qui legitimam non debebant. Et rurſus, vel talis dos, aut alimẽta, perierũt culpa eius, cui collata ſunt, vel abſque culpa caſu fortuito. Si collata ſunt eis, quibus legitima debebatur, & abſque eorum culpa perierunt caſu fortuito, tunc cum Barto. & alijs, quos citat, ait tradendam eſſe aliam dotem, & alia alimẽta. Ego potius dicerem, ſi non integra legitima fuit alicui tradita in dotem, aut in alimenta: quia incrementum regia facultate vinculo maioratus fuit alligatum, vel quia reſeruatum illi fuit tradendum poſt mortem parentum, tunc augendam eſſe dotem intra quantitatem integram legitimæ, tametſi aliquantulum 14

tulum minorem,quàm præcedentem,ſi tota competens antea illi tradita fuit: quandoquidem ratio eſt habenda dotis antea datæ, quæ ei perijt, cui tradita fuit,& quam in ſuam portionem legitimam tenetur computare. Eſt verò tunc dos augenda,eſto ad id neceſſarium ſit demere de bonis uinculo maioratus alligatis: neque enim æquitas patitur, vt vna filia maneat,ob caſum fortuitum, ſine dote,ſaltem moderata & tenui pro ſua conditione & ſtatu, vt maioratus ex incremento ſuæ legitimæ creatus,integer alteri perſeueret:quare,eſto defunctus eſſet parẽs,qui cum maioratum creauit, ſucceſſor in maioratu de bonis illis vinculatis teneretur eodem modo augere dotem. Quod ſi incrementum vſque ad integram legitimam parentes reſeruaſſent tradendum tali filiæ poſt ſuam mortem, tunc ex illo ſimiliter augẽda eſset dos. Quòd ſi non ſufficeret,aut integram legitimam ea filia accepiſset in dotem, aut etiam pluſquam legitimam,tunc, ſi parentes commodè id efficere poſſent,tradere illi tenerentur ad alimenta,quãtum ſatis eſset,vt,parcè viuendo,apponendoq; propriam induſtriam,talis filia vitam poſset tranſigere, vt dictum eſt: non verò plus illi tradere tenerentur, quàm commodè poſſent, vt ſupra vtrumque dictũ eſt. Quæ de dote dicta ſunt, dicenda ſimiliter ſunt de alimentis competentibus tradendis filijs,ſiue donatione ad nuptias,ſiue quacũque alia ratione, ſi alimenta illa abſque culpa talis filij, caſu fortuitò pereant: eſt enim vtrobique eadem ratio.

Quod ſi dos,vel alimenta competentia,ſemel tradita ab eo,qui debitor erat legitimæ illi,cui ea tradidit, pereant culpa eius, cui tradita ſunt, tunc ſane non iterum debet ei aliam competentem dotem,neque alia competentia alimenta. Si tamen commodè id efficere poſſit,cogendus erit tradere illi ſubleuamen aliquod annuum,aut menſtruum,vnde, apponendo ſimul ſuam propriam induſtriã, parcè viuat. Ita Molina vbi ſup.cũ alijs,quos citat,atque id probant,quæ ſupra dicta ſunt,& quæ dicta ſunt diſput. 228.circa quintum effectum patriæ poteſtatis.

Quando dos,vel alimenta,data eſsent ab eo, qui debitor non eſset legitimæ, vt à fratre diuite, ſorori inopi,aut fratri inopi,tunc,ſi culpa accipientium perijſsent, ac conſumpta eſsent, conueniunt omnes, non teneri tradere illis alia. Quando autem caſu fortuito perijſsent,multi,quos Molina vbi ſupra nume.29.refert,idem affirmant. Ipſe verò,cum alijs, contrarium cenſet. Certè,cum ſupradictum ſit,obligationẽ fratri diuiti dotandi ſororem, & alimentandi fratres inopes,nõ eſse de iure naturali, ſed de iure ciuili,non uidetur extendenda, vt ſæpius teneatur præſtare dotem, aut alimenta, quæ neceſsaria non ſint ad uitæ conſeruationem, quaſi id onus ius ciuile imponere ei intenderit:tametſi conſulendum id ſit,tanquam melius,& tutius,fratri diuiti,qui cõmodè, abſque notabili ſuorum filiorum detrimento,id facere poſſit. Atque propter opinionum varietatem conſulit Molina vbi ſupra,num.28. vt frater, qui primò alimenta alteri fratri ex obligatione tribuit, non ea ſoluat in pecunia, aut in alijs rebus, quæ conſumi poſsunt,ſed ea potius cõſignet in ſuis proprijs reditibus, conſignando ibi annuam, aut menſtruam,portionem,vnde is frater,dum vixerit, ſuſtentetur.

15 Dubium eſt, quando aliquis peteret alimenta ſibi debita,iuxta dicta tota hac diſputatione,& oriretur lis inter eum, & illam, à quo illa petit, vno contendente ſibi deberi: & altero id negante,ac ſe defendente,vtrum tunc,interim dum lis pendet, nec cauſa eſt integrè definita,cogendus ſit reus tribuere actori competentia alimenta, quibus ſe ſuſtentet,& litem proſequatur. Ad quod in primis dicendum eſt,ſi actor diues ſit ita vt aliunde competentia ha-

A beat alimenta,quibus & ſe ſuſtentet,& litem proſequatur,tribuenda illa non eſſe, ſed expectandũ eſse finem & euentum litis. Ita Couar.de pract.qq.c.6. in calce,nu.6.Molina vbi ſup.nume.49.& communis doctorum ſententia,quam citat,idq; apertè probant. l.ſi inſtituta. §. de inofficioſo, ibi, *propter inopiam pupilli.* ff.de inofficioſo teſta.l.ult. ibi, *ſi aliqua alia facultas eſse non poterit.* C. de ordine cognitionum,& l.extraneo.ff.de ventre in poſſ.mitt. Quando autem quis eſſet in poſſeſſione,vt alimenta ei præſtarentur,expelli à poſſeſſione non poſſet propter litem obortam,antequam omnino vinceretur,ſiue diues eſſet,ſiue pauper.

Quando autem, qui alimenta petit, pauper eſt, tunc obtenta ea de re vna ſententia, eſto reus ab illa
B appellaſſet, cogendus eſſet, interim dum lis penderet, tradere tali actori competentia alimenta, vnde & ſuſtentari poſſet,& litem proſequi. Ita colligitur ex l.ſi inſtituta. §.de inofficioſo.ff.de inoffic.teſta. & ex l.vlt. C.de ord.cognitionum,& affirmant Molina vbi ſupra à nu.30.& alij quos citat. & conſentit Couar.nu.6.citato. Idemque dicendum eſt,eſto nulla ſit obtenta ſententia,quando aliquis eſt in quaſi poſſeſſione, quòd eſt filius, aut alius deſcendens, vel aſcendens, aut etiam frater eius, à quo petit alimenta,ſi eo titulo ei debeantur;argumento.l.vlt.C. de ord.cogn.& affirmat Molina vbi ſup.à num.36. Neque diſsentit Couar.c.6.citato, imò ita deciſum eſt à patribus Rotæ, poſt deciſiones antiquas, ſub titulo de iudicijs,deciſ.2. Adde,eſto nõ ſit in ea qua-
C ſi poſſeſſione,reuſque neget illum ſuum deſcendentem,aſcendentem,aut fratrem eſſe,iudicem ſumere debere ſummariam cognitionem,& cõperto ex fama, aut ex vnico teſte omni exceptione maiori, vel etiam ex iuramento alimenta petentis, vnà cum alijs coniecturis,quæ cum iuramento actoris tantam fidem faciant,quantam vnus teſtis omni exceptione maior,cogere debet reum præbere illi alimẽta competentia ad ſe interim ſuſtentandum,& litem proſequendam, iuxta l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.l.ſi neget.ff.de lib.agn.& l.vlt.nu.19.p.4. quæ (iuncto Greg. Lopez.ibi.) tradit, quæ de iuramento actoris dicta ſunt. Conſentiunt gl.vlt.l.vlt.C.de liber.alen. Molina vbi ſupra à nu.39.& Couar. c.9.citato. nume.8.& alij, quos citant.

D Vtrum autem is,cui alius cogitur ita alimẽta præſtare,teneatur,antequam illa ei exhibeantur,præſtare cautionem,quòd,ſi in cauſa ſuccubuerit, illa reddet. Couar.c.6.citato.num.7.affirmat, Molina verò vbi ſupra à nu.41. quamuis dicat, ita in forenſibus cõtrouerſijs ſolere fieri,etiã in filio, qui eſt in quaſi poſseſſione filiationis, propendet tamen in contrariam ſententiam in eo,qui eſt in quaſi poſseſſione tituli,ob quem ea alimenta debẽtur:quoniam,inquit, eſto poſtea ſuccumbat,non tenetur alimenta percepta reſtituere. Sane dicerem,eum,qui eſt in poſſeſſione alimenta percipiendi, non teneri prædictam cautionem præſtare. Reliquos verò eam exiſtimo præſtare teneri, ſaltem iuratoriam, ꝙ ea reſtituent,
E quando commodè potuerint,ſi ſuccubuerint,etiam ſi ſint in quaſi poſſeſſione tituli,vnde debentur. Atque in primis, ſi doloſè illa petiuerunt, & acceperunt, ſcientes ſibi non deberi, tunc dubitandum nõ eſt,in conſcientiæ,& in exteriori foro,teneri illa reſtituere,tanquam iniuſtè formaliter,& materialiter accepta: id quod apertè docent.l.1.& 4.ff.ſi mulier ventris nomine. Si verò ea petiuerunt & acceperũt, arbitrantes ſibi deberi,ſane, poſt ortam controuerſiam, ea lege & conditione illa accipere debent, vt, ſi ſibi non debentur,ea,quando cõmode potuerint, reſtituant ei,à quo materialiter iniuſtè ea accipiunt, atque adeò cauere debent de illis reſtituendis in eo euentu, ſaltem iuratoria cautione, ſi aliam non poſ-

poſſint exhibere: neque enim iuſtitia patitur, vt ille alius illa omnino indebita aliter præſtare cogatur, quàm ſub tali conditione, & cautione. Lex autem. 1.§.intereſt.ff.ſi mulier vent.nom. certè nihil in cōtrarium docet. Neque item.l.1.§.ſed etſi incertū. ff.de vent. in poſſ.mitt. Ibi enim ſolùm habetur, minus malum eſſe, in dubio, iubere alimenta præſtare ei, qui in ventre prægnantis latet, cuius creduntur eſſe bona defuncti, quàm ea illi denegare: id uerò nō tollit, quòd, ſi illa non erant ei debita, ſint illi reddenda, ad quem alioquin pertinebant, & qui contendebat, non eſſe illi alteri debita. Vel dic, id in eo euentu fauore fœtus fuiſſe conſtitutum, neque eſſe extēdendum. Atque hinc magis placet, quia id ſonant ea iura, potuitq; in commune bonum ſtatui.

Obiectio. Quòd ſi quis nobis obijciat. l.vlt. C.de ord. cog. vbi cum ei, qui in poſſeſſione erat ſuæ libertatis, controuerſia circa illā moueretur, isque, qui cōtendebat illum eſſe ſuum mancipiū, eripuiſſet ab eo ſua bona, iubetur, cū cōſtaret ad illum, qui in poſseſſione erat ſuæ libertatis, ea bona pertinuiſſe, illi ea reſtituere; modo tamen, qui eſt in poſseſsione ſuæ libertatis, cautionē præſtet, ꝙ ſi ſuccubuerit in cauſa libertatis & per conſequens compertum fuerit illa bona ad illum alterum pertinuiſse tanquā bona ſui mancipij, illa integra ei reſtituētur; alioquin ponātur in ſequeſtro, quouſq; cauſa libertatis dirimatur. Inſuper pręcipitur, vt ſi aliunde is, qui contenditur eſse mancipium, non habeat bona, vnde ſe alat, & proſequatur litem; dentur ei inde competentia alimēta: neque in eo textu is præcipitur vllam præſtare cautionem, ꝙ ſi ſuccubuerit, illa reddet. Satisfit. Si quis, inquam, hoc nobis obijciat, dicendum eſt. Propterea illum, qui in poſseſſione eſt ſuæ libertatis, nō iuberi præſtare cautionem, quoniam, quicquid in eo euentu mancipiū illud poſtea acquiſierit, ad eundē dominum ſpectat, ac proinde impotens omnino eſt futurum ad eas expenſas, & alimenta ſoluenda. Non verò ſic res habet in ſimilibus alimentis, quæ hominibus liberis iudicis præcepto cogeretur quis exhibere.

Quando aūt eiuſmodi alimēta præſtanda ſint, interim dum lis pendet, ad eam proſequendam, & ad ſuſtentationē eius, qui illam proſequitur. Quicquid quidam in contrariū dixerint, affirmandū eſt, cum Cou.nu.7.citato, Molina vbi ſup.à num.47.& cum communi ſententia, quam referunt, id iudicis arbitrio eſſe relinquendum ac definiendum.

DISPVT. 617.

Vtrum in Hiſpanorum maioratibus iure ſanguinis, an iure hæreditario ſuccedatur. Et an ſucceſſor, vel etiam inſtitutor, variare poſſit conditiones, modos & vocationes, prima inſtitutione maioratui appoſitas.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio iure hæreditario, ex pacto & prouidentia, ac iure ſanguinis quid.*

2 *Succeditur in maioratibus Hiſpanis anteriori poſſeſſori, qui non ſit ipſemet inſtitutor, iure ſanguinis, & non hæreditario.*

3 *Succeſſio in maioratu comparatione immediati inſtitutoris, quando ſit, nec iure ſanguinis, nec hæreditario, ſed ex pacto & prouidentia: & quando ſit iure hæreditario.*

4 *Maioratus immediatus poſſeſſor, qui inſtitutor nō eſt, inſtituere non poteſt hæredem in illo ad eum proximè vocatum, eſtq; nulla ea inſtitutio.*

5 *Maioratus poſſeſſor, qui inſtitutor non eſt, mutare non poteſt antiquas primi inſtitutoris conditiones, modos, ac vocationes, neque alias addere de nouo.*

6 *Maioratus ſi ita inſtitutus eſſet, vt exſpirare deberet in vltimo, ad quem deuenit, is vinculare ea bona de nouo poſſet, & inſtituere conditiones, modos, ac vocationes, quæ vellet.*

7 *Neque ex regia facultate poteſt ſucceſſor in maioratu mutare conditiones, modos, ac vocationes, à primo inſtitutore appoſitas.*

8 *Succeſſor in maioratu ſi addat noua bona, quæ vinculet, apponere poterit, etiam in priori maioratu onera, quæ priori inſtitutioni non repugnēt: non tamen tenentur ſucceſſores ea ſeruare, niſi potiri velint eo augmento maioratus.*

9 *Maioratus interim dum reuocabilis eſt, poteſt inſtitutor mutare conditiones, modos, & vocationes, vt ei libuerit. Secus poſtquam irreuocabilis eſt effectus.*

HActenus quid eſſet maioratus Hiſpanus explicauimus, & de illius creatione, productione, ſeu inſtitutione, diſſeruimus. Nunc verò de ſucceſsione in illis diſputandum, atque primo loco, quod propoſitum eſt, erit examinandum.

1 Quod ad titulum huius diſputationis attinet, is facilè intelligitur ex dictis diſp.471. & ex alijs ſequentibus. Quando enim neceſſe eſt ſucceſsorem eſse hęredem, nec poteſt, repudiata hæreditate, ſuccedere in maioratu, aut in re alia, de qua agitur, dicitur ſuccedi in illa iure hæreditario, idque, quod inſtitutum eſt, vt eo modo in illo ſuccedatur, appellatur hæreditarium aut ſimpliciter, aut mixtè, vt de emphyteuſi, & feudo, hæreditarijs ſimpliciter, aut mixtè, diſp. 472.citata dictum eſt. Quando verò neceſse non eſt ſucceſsorem eſse hæredem, ſed poteſt, repudiata hęreditate, ſuccedere in maioratu, aut in re alia, de qua agitur, dicitur ſuccedi in illa ex pacto & prouidentia, & quod ita inſtitutum eſt, vt in eo ſuccedatur, dicitur non hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia, vt de emphyteuſi, & feudo, ex pacto & prouidētia diſputatione citata dictum eſt. Atque, quando hoc modo iure propinquitatis, & agnationis, ſucceditur, dicitur ſuccedi in tali re, non iure hęreditario, ſed iure ſanguinis, vt diſputatione citata dictum etiā eſt. Vnde iam ſatis liquet, quid titulo huius diſputationis inquiramus.

2 Multi, quos Molina lib.1.de prim.c.8.num.1.refert, aſſeruerunt, in maioratu iure hæreditario ſuccedi, quos ſequi videtur Anto.Gom.l.40.Tau.nu.72. in prin.tametſi quidā eorum non loquantur de maioratibus Hiſpaniarum, ſed de iure illo primogenitorum Galliæ, & quarundam aliarum nationum, de quo diſp.577.dictum eſt. Hanc quęſtionem ait Molina tetigiſse. Greg. Lopez.l.9.ti.7.par.2.verb.*del linage*, eamque reliquiſse indeciſam. Si tamē ibi Gregorius rectè expēdatur, ſatis perſpicuè affirmat, ſuccedi iure ſanguinis, & non hæreditario: quæſtio autem, quam indeciſam relinquit, eſt, vtrum nihilominus pater poſſit exhæredare filium regno, ſicut & alijs bonis. De qua re ſuo loco infra erit ſermo.

Contrariā ſententiam, ꝙ ſcilicet ſuccedatur iure ſanguinis cōparatione anteceſsoris poſseſsoris, qui non fuit ipſemet inſtitutor maioratus, affirmat meritò Molina vbi ſup.à nu.2.cū Greg.Lopez.l.4.tit. 15.p.2.gl.1.cū Pinel.l.1.C.de bo.mater.p.3.nu.99. verſ.quod aūt à fortiori, & pleriſq; alijs, quos citat. Id quod ex ſe eſt ſatis perſpicuū, & probatur. Qm̄ eiuſmodi ſucceſsores non accipiunt maioratum ab immediato anteceſsore, ſed à primo inſtitutore, à quo ad illū vocātur, ſine vlla prorſus dependentia à collatione, aut vocatione, qua vocentur ab immediato poſseſsore: neq; ſuccedūt, quia hęredes immediati an-

ti anteceſſoris, ſed quia obtinent eũ gradum coniunctionis, vel vltimo poſſeſſori, vel primo inſtitutori, aut alicui alteri, quem poſtulat ac præſcribit inſtitutio & vocatio ad eum maioratum ex diſpoſitione primi inſtitutoris: ergo ita vocatus, ſuccedere poteſt in maioratu, repudiata hæreditate immediati poſſeſſoris; ac proinde non ſuccedit in illo iure hæreditario, ſed ſanguinis. Idem probat l. 2. titu. 15. par. 2. vbi de regno Caſtellæ, cuius inſtar maioratus inſtituũtur, dicitur *doquier que el ſennorio ouieren por linaje e mayormente en Eſpanna*. Addit meritò Molina in fine operis, in additione ad nume. 3. eiuſdem c. 8. cum multis alijs, quos citat, eſto maioratus inſtitutor vocet ad maioratum proximiorem hæredẽ vltimi poſſeſſoris, aut aliter in vocationibus mentionẽ de hæredibus ſucceſſorum faciat, intelligendum id eſſe, de hæredib. iure ſanguinis, quales ſunt, qui proximè ab inteſtato ſuccedunt, non verò de hęredibus iure inſtitutionis à poſſeſſoribus maioratus.

3 Dixi, ſuccedi iure ſanguinis comparatione anteceſſoris poſſeſſoris, qui non fuit ipſemet maioratus inſtitutor: quoniam de eo, qui immediatè accipit maioratum à primo inſtitutore, diſtinguendum eſt. Aut enim maioratus inſtituitur ex ſolo tertio & quinto bonorum, vel ex eorum parte, vel ex re, aut rebus certis, ad quintum bonorum inſtitutoris attinentibus: aut inſtituitur ex tota hæreditate, vel ex quota hæreditatis, etiamſi ſit ex tertia, & quinta parte hæreditatis, vel ex tertio & quinto bonorum vna cum legitima, aut parte legitimæ talis ſucceſſoris, quæ vna cum tertio & quinto grauetur vinculo maioratus ſub conditione, vt ſi vocatus noluerit conſentire in eo vinculo ſuæ legitimæ, priuetur maioratu ex tertio & quinto illo bonorum. In priori euentu, quãdo ſcilicet inſtituitur maioratus ex tertio & quinto bonorum, aut ex rebus ad illa attinentibus, dicendum eſt. Eum, qui ita immediatè accipit maioratum à primo inſtitutore, non ſuccedere in illo iure hæreditario, etiamſi teſtamento inſtitutus ſit talis maioratus, ſed integrum illi eſſe, repudiare hæreditatẽ inſtitutoris, & ſuccedere nihilominùs in eo maioratu. Ita habetur expreſsè l. 21. Tauri, quæ eſt. l. 5. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. dictũmque eſt diſput. 204. eo enim modo melioratus, ſiue vincula ſint appoſita, ſiue non, repudiare poteſt hæreditatem, & acceptare meliorationem, vt l. citata expreſsè habetur. Cæterum tunc propriè non eſt dicendum eſſe ſucceſſionem iure ſanguinis, ſed ex pacto, & prouidentia primi inſtitutoris. In poſteriori verò euentu, cùm maioratus ſit inſtitutus, ſaltem ex portione hæreditatis, neque ita ſit inſtitutus, vt diuidi poſſit, & acceptari ac obtineri pro vna parte, & repudiari ac diſſolui pro alia, dicendum eſt, eum, qui ita illum accipit à primo inſtitutore, ſuccedere in illo eodem primo inſtitutori iure hæreditario, ita vt non poſſit in illo ſuccedere, niſi hæres exiſtat in parte hæreditatis, in qua eſt inſtitutus, vt eſt perſpicuum: reliquos verò ſucceſſores poſteriùs vocatos, nõ ſuccedere in illo iure hæreditario, ſed iure ſanguinis, vt dictum eſt, ac proinde poſſe in illo ſuccedere, repudiata hæreditate reliquorum ſucceſſorum. Quo fit, vt vnus & idem maioratus ſit hæreditarius cõparatione eius, in quo fuit inſtitutus, & ex pacto, & prouidentia, ſeu vt in illo iure ſanguinis ſuccedatur, comparatione reliquorum, qui vlterius ad illum vocantur. Atque hęc ſunt, quæ multis diſputat Molina vbi ſupra à nu. 10. Reliqua, quæ hac de re hoc loco dici poterant, copiosè explanata ſunt diſput. 204. citata.

4 Cum in maioratu comparatione anterioris poſſeſſoris, qui non fuit illius inſtitutor, non ſuccedatur iure hæreditario, ſed ſanguinis, neque maioratus ab illo, aut ex diſpoſitione illius, accipiatur, ſed ab inſtitutore, atque ex diſpoſitione primi inſtitutoris, con-
A ſtat talem anteriorem poſſeſſorem non poſſe in illo inſtituere hæredem vlterius ad illum vocatum, talemq; inſtitutionem eſſe nullam. Id quod de feudo habetur c. 1. in prin. de ſucceſ. feudi, illis verbis, *nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente*. Et ita affirmant Molina vbi ſup. nu. 20. & cõmunis doctorum ſententia, quam refert. Neque probo Antonium Gom. l. 40. Tauri. num. 80. quatenus ab hac doctrina ex parte diſcrepare videtur.

Ex eodem fundamento prouenit non poſſe vltimum maioratus poſſeſſorem, antiquas primi inſtitutoris conditiones, modos; ac vocationes mutare. l. cum filiusfamilias. ff. de milit. teſt. illis verbis: *Quia hæreditati quidem ſuæ miles, quam vellet ſubſtitutionem facere poteſt: verum tamen alienum ius tollere non po-* 5
B *teſt*. Neque item poteſt alias conditiones, modos, aut vocationes de nouo apponere: cum enim nihil ab eo nouus ſucceſſor accipiat, ſed à primo inſtitutore, nõ poterit nouum onus ei imponere. l. ab eo. C. de fideicommiſ. l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de leg. 2. & l. ſi arrogator. ff. de adop. affirmatque communis doctorũ ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couarru. c. ſi hæres in calce. num. 9. & Molina. c. 8. citato, num. 21.

Quando autem maioratus veniet ad vltimum vocatorum, ita vt nullus iam ſupereſſet de familia ex his, qui diſput. 588. & 589. commemorati ſunt, qui ſuccedere poſſet; tunc, cùm ea bona futura deinceps eſſent libera, & tanquam de bonis liberis diſponere poſſet vltimus poſſeſſor pro libito, vtique inſtituere 6
C de illis poſſet maioratum apponendo nouas conditiones, vocationes, aut modos, quoniam ille non eſſet maioratus antiquus, qui in eo vltimo poſſeſſore expirauit, ſed de nouo creatus. Ita Molina vbi ſupra num. 24. cum Peralta.

Vtrum autẽ ex regia facultate poſſint apponi nouæ cõditiones, aut modi, aut fieri nouæ vocationes, in maioratu à prædeceſſore aliquo inſtituto, ſiue talis maioratus abſque regia facultate ſit inſtitutus, ſiue inſtitutus ſit ex regia facultate, quod Molina diſput. c. 8. citato à nu. 28. Nos rem copiosè examinauimus diſp. 174. concluſ. 5. & 6. & partem negãtem definiuimus, eam ex ſuis deducendo principijs. 7

Quando ſucceſſor in maioratu addit, ſeu vinculat, bona aliqua ſua propria priori maioratui, tũc ad- 8
D dere poteſt conditiones, & modos, nõ ſolùm bonis, quæ de nouo addit, vt ex ſe eſt notiſſimum, ſed etiam priori maioratui: modò tamen in nullo repugnent cum prioribus conditionibus, modis & vocationibus: quippe in nullo contraueniri poſſit priori inſtitutioni, in nulloq; illa fruſtrari valeat. Obſerua tamen, nouas conditiones, & modos, non obligare ſucceſſores in antiquo illo maioratu, niſi ex hypotheſi, ſi ſuccedere ſimul velint in bonis de nouo additis ac vinculatis priori maioratui: quare quicumque ſucceſſor in antiquo maioratu poterit nolle adimplere eas conditiones, & modos, cõtentus ſolis bonis prioris maioratus. Ita Molina. c. 8. citato. nume. 35. Qui conſulit, vt nunquam conditiones, præſertim repu-
E gnantes, priori maioratui addant, ne eueniat, vt, bona, quæ addunt, diuidantur à bonis prioris maioratus in diuerſos poſſeſſores, vt contra ipſorum intentum, ſæpe euenit in aliquibus maioratibus Hiſpanis, quibus factæ fuerunt eiuſmodi additiones.

Inſtitutor verò maioratus, interim dum maioratus reuocabilis ab eo fuerit, mutare poteſt conditiones, modos, ac vocationes, pro ſuo libito, & alias facere. Qui enim reuocare maioratum à ſe inſtitutum poteſt, longè maiori ratione poterit conditiones, modos, & vocationes pro libito in eo variare. Poſtquàm verò maioratus irreuocabilis eſt effectus, non poteſt modos, conditiones, & vocationes in præiudicium vocatorum mutare: quoniam donationi iam 9

Perfectæ, & irreuocabili non poteſt grauamen in præiudicium donatariorum apponi, vt diſp. 265. oſtenſum eſt, & vtrumque affirmat Molina capit. 8. citato, nume. 37. Quando autem maioratus reuocabilis ſit, aut irreuocabilis, diſput. 583. & quatuor ſequentibus, præſertim. 587. ad effectum, vt apponi iã non poſſit nouum grauamen, eſt explicatum.

DISPVT. 618.

Num in Hiſpanorum maioratibus iure directo, an obliquo, ſuccedatur.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio directa, & obliqua, quid. Et diſcrimen inter vtramque.*

2 *Si maioratus teſtamento ſit inſtitutus, ita ut primò uocatus in eo cenſeatur hæres inſtitutus, tunc is ſuccedit directè inſtitutori: reliqui uerò oblique, ſeu fideicommiſſariè.*

3 *Si maioratus teſtamẽto, aut codicillo ſit inſtitutus, ita ut rationem legati, aut prælegati habeat, primò ad eum uocatus, rationem ſortitur legatarij, accipereq́; illum debet ab hærede: comparatione uerò ulterius uocatorum in maioratu, rationem habet fideicommiſſi particularis.*

4 *Si maioratus contractu, etiam reuocabili ſit inſtitutus, tam primus uocatus, quàm cæteri ſucceſſores, rationem habent donatariorum, ſub modo comparatione inſtitutoris.*

1 QVod propoſitum eſt, erit deinde examinandum. Quid autem ſit ſuccedere directè, & quid, obliquè, ſeu fideicommiſſaria ſubſtitutione, diſput. 124. & 155. & 182. explanatum eſt. Illud verò inter alia eſt diſcrimen inter directam, tanquam veri hæredis directi, ſucceſſionem, & obliquam, ſeu fideicommiſſariã: Quòd ſuccedens directè, de iure ciuili adire poteſt hæreditatem, & de iure prætorio poteſt petere bonorum poſſeſſionem, ipſo iure abſque alterius miniſterio: ſuccedens verò obliquè, ſeu tanquam fideicõmiſſarius, ſuccedit mediante alio, per quem, cuiuſque miniſterio, res fideicommiſſo, reſtitutioni ve ſubiecta, ad ipſum deriuatur, vt locis citatis explanatum eſt, & cum Barto. Baldo, & alijs tradit Molina lib. 1. de primog. c. 14. nu. 2.

2 Hoc ita conſtituto, dicendum eſt. Si maioratus inſtitutus ſit teſtamento, vel ex tota hæreditate, uel ex quota illius, atque adeò titulo hæredis, vel etiam conſtitutus ſit titulo inſtitutionis hæredis ex quota bonorum, aut ex re certa, ita tamen, vt nullus alius ſit ſimul inſtitutus hæres ex reliqua hæreditate, aut ex quota illius, vel ſi alius fuit inſtitutus hæres, & re ipſa non extitit hæres, quia vel mortuus eſt ante teſtatorem, vel repudiauit hęreditatem, vel aliqua alia ratione, tunc primò vocatus ad eum maioratum, ſuccedit in illo directè tanquam verus illius hæres uniuerſalis, potens adire immediatè maioratum, & poſſeſſionem illius capere, repræſentatque perſonã defuncti, eo ipſo, quòd maioratum, eamve hæreditatẽ adit, tranſeuntque proinde ipſo iure in eum actiones actiuæ, & paſſiuæ, defuncti. Hæc omnia conſtant ex dictis diſp. 155. vbi, aliud agendo, copioſè à nobis explanata, & comprobata ſunt, oſtenſumq́; eſt, ita inſtitutum, eſſe in his omnibus hæredem vniuerſalem: atque hæc eadem ſunt, quæ Molina vbi ſup. à nu. 15. intendit ac probat; tametſi non adeò, vt nos, ſeipſum explicet.

In his eiſdem euentibus, in quibus primus vocatus ad eum maioratũ, verus exiſtit hæres, directeq́;

A in illo inſtitutori ſuccedit, ait Molina vbi ſup. à nume. 10. vlterius ad eundem maioratum ab inſtitutore illius uocatos, non ſuccedere in illo inſtitutori directè, ſed indirectè, tanquam fideicõmiſſarios, ſubſtitutosve ordine quodam fideicommiſſariè, comparatione primi uocati, & ſequentium anteriorum vocatorum. Id verò probat hac ratione, ad quam congruum reſponſum reddi non poſſe ait. Quoniam, cum primus ſucceſſor in eo maioratu, ſucceſſerit in illo tanquam hæres directus, deſinere non potuit eſſe hæres. l. hæreditas ex die. l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſti. §. hæres. inſtitu. eod. titu. & l. 11. titu. 3. par. 6. dictumque eſt diſpu. 156. Ratio uerò eſt, quoniam ſicut iura prohibent, quemquam diſcedere ex parte teſtatum, & ex parte inteſtatum, ex parte ſuarum

B rum rerum, niſi ſit miles, cui id priuilegium eſt conceſſum, vt diſp. 155. dictum eſt: ita prohibent quemquam, quoad tempus, diſcedere ex parte teſtatum, & ex parte inteſtatum, niſi in milite, vt diſput. 156. eſt oſtenſum. Quare ſi quis inſtituatur hæres in totam vitam ſuam, & poſt eius mortem alius hæres in eadem hæreditate inſtituatur, cenſetur primus grauatus per mortem ſuam reſtituere hæreditatem illi alteri, atque adeò ſolus primus cenſetur hæres directus, ſecũdus verò indirectus, & fideicommiſſarius, vt conſtat. §. vlt. inſtit. de pupill. ſubſt. & l. precibus, verſ. ſi verò poſt pubertatem. C. de impuber. Quod verum habet, non ſolum ſi ſecundus inſtituatur per verba communia directæ & indirectæ inſtitutioni, ſed etiam ſi inſtituatur per verba directa & ciuilia:

C quoniam ex iuris benigna interpretatione obliquantur, vt ſecundus cenſeatur inſtitutus, non directè, ne inſtitutio ſit nulla, ſed indirectè & fideicommiſſariè, vt ſit valida, vt aiunt glo. l. verbis ciuilibus, verb. voluntatem. ff. de vulgari, & glo. c. ſi pater. de teſtament. lib. 6. quas doctores communiter ſequuntur, & concinunt. l. ex facto, in primo reſponſo, & l. Sceuola. ff. ad Treb. Quare, cum in euentibus, de quibus loquimur, primus ad maioratum uocatus, ſuccedat directè inſtitutori tanquam hæres illius vniuerſalis, reliqui ulterius uocati, ſolùm ſuccedunt indirectè & fideicommiſſariè.

Obijcies, qui obliquè, & fideicommiſſariè ſuccedit, capit id, in quo ita ſuccedit, principaliter quidẽ à primo inſtitutore, à quo id eſt deriuatum; & qui Obiectio.

D ad id eum ita vocauit, cæterum mediante anteceſſore, de manuque anteceſſoris, qui id debet ipſi reſtituere, vt diſp. 186. oſtenſum fuit: qui verò ſecundò, tertiò, aut vlterius vocatus ad Hiſpanum maioratum, in eo ſuccedit, nulla indiget reſtitutione anteceſſoris; ſed continuò, atque ille è vita diſcedit, dominium, & poſſeſſio, tam ciuilis, quàm naturalis, eius maioratus, ipſo iure trãſit in proximè uocatum, abſque vlla traditione & apprehẽſione, etiamſi hic ignoret, ad ſe eſſe delatum eum maioratum, dicitur que naturaliter poſſidere, per quemcumque tentorem eorum bonorum, non ſecus atque, qui domum habet locatam, dicitur eam poſſidere naturaliter per ſuum inquilinum, qui eam tenet, & habitat, vt

E habetur. l. 45. Tauri, quæ eſt. l. 8. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. dictumque eſt in calce diſput. 3. & 12. ergo ſecundò, tertiò, aut vlterius vocatus ad maioratum, directè & immediatè ſuccedit inſtitutori, non verò obliquè & fideicommiſſariè, mediante anteceſſore immediato.

Ad maiorem huius argumenti dicendum eſt, de ratione quidem indirectæ ac fideicommiſſariæ ſucceſſionis eſſe, vt id, in quo ita ſucceditur, deriuetur à primo inſtitutore ac teſtatore per hæredem directum, aut alios etiam inter medios, iuxta inſtitutoris diſpoſitionem: in eo enim eſt poſitum, quòd non directè, ſed indirectè, per interpoſitum, vel interpoſitos alios hæredes, à quibus proximè & immediatè Satisfit.

hære-

hæreditas deriuetur, ſuccedatur inſtitutori ac teſtatori: quòd verò traditio re, aut uerbo, fieri debeat ab immediato anteceſſore, vt ſequens comparet dominium, aut etiam poſſeſſionem, & vt ad eum tranſeant actiones actiuæ & paſſiuæ, quamuis ſit conſonum fideicommiſſo, naturæque indirectæ ac fideicommiſſariæ ſucceſsionis, ideoque iure ſit ſtatutū, vt regulariter ita fiat, antequam effectus illi ſequantur; non tamen eſt id de intrinſeca ratione fideicōmiſsi, ſucceſsioniſque indirectæ, neque à iure eſt ſtatutum, vt ſemper traditio re, aut verbo, fiat, vt ſequatur illi effectus: ſæpe enim ex diſpoſitione iuris ſequuntur illi effectus ſine tali præuia traditione, vt in calce diſpu. 186. oſtenſum fuit. Quare, ſi quid argumentum probat, ſolùm eſt, eiuſmodi fideicommiſſum eſſe extraordinarium & irregulare, nec ſeruare leges omnes fideicommiſsi, vt diſputat. 577. explicatum eſt: non verò non eſſe fideicommiſſum latè, & ad effectum, vt in eo ſecūdò, aut vlterius vocati: ſuccedant indirectè teſtatori ac inſtitutori illius. Obſeruat tamen Molina, vbi ſup. num. 15. quòd quamuis ita ſecundò, aut vlterius vocatus ad maioratum, abſque ulla traditione, mortuo anteceſſore, comparet ipſo iure dominium & poſſeſſionem, tam ciuilem quàm naturalem, attamen actualem poſſeſſionem, ſeu tenentiam earum rerum, quæ in facto conſiſtit, & non parui eſt momenti, vt in progreſſu huius materiæ patebit, comparat ab anteceſſore, aut ab hæredibus anteceſſoris, vel à quocunque alio, penes quē ſit: & pro illa obtinenda competit ei interdictū adipiſcendi talem poſſeſſionem, ſeu tenentiam, vt cum Baldo, & alijs quos citat, ſubiungit, & nos dicemus inferius.

Peralta l. 3. §. qui fideicommiſſum, nume. 27. & ſequentibus. ff. de hæred. inſti. aſſeruit, in maioratibus omnibus Hiſpanis regia facultate inſtitutis, ſecundò & vlterius vocatos, ſuccedere directè primo inſtitutori. Quoniam, inquit, in eiuſmodi facultatibus conceditur inſtitutoribus poteſtas faciendi vocatos omnes ad eos maioratus hæredes directos ipſi inſtitutori: licèt autem contrarium de iure ſit ſtatutum; id tamen locum habet, quando aliud lege nō eſt ſancitum, vt conſtat in milite, qui ex legis priuilegio poteſt vſq; ad certum tempus inſtituere aliquē, vt ſibi ſit hæres directus, vt diſp. 156. oſtenſum eſt: cum autem princeps uelut lex ſit animata, qui, vt ea de re poteſt legem ſancire, ita poteſt id priuatis facultate ac priuilegio concedere; conſequens eſt, vt in Hiſpanis maioratibus regia facultate creatis, omnes uocati ad eos maioratus, ſuccedant directè inſtitutori. Molina verò vbi ſup. à nume. 17. licet fateatur, legis diſpoſitione, aut principis facultate ac priuilegio id poſſe fieri; meritò tamen negat tales facultates concedi, quin potius contrarium apertè ſonantes ac concedentes, vt patet ſingulas intueri. Quamuis autem ampliſsima poteſtas in eis concedatur inſtituendi maioratus contractu, aut vltima voluntate, vt libuerit; id tamen intelligitur, ſeruata natura contractus, aut vltimæ voluntatis, & ſeruata iuris diſpoſitione circa illos: neque enim intendit princeps facultatem concedere ad iuris diſpoſitionem peruertendam, niſi quatenus verbis perſpicuis & expreſſis id conceſſerit: imò verò conceſſiones amplæ iuxta iuris diſpoſitionem ſunt intelligendæ, quando de intento principis diſpenſandi ea in parte in iure, luce clarius non conſtiterit.

Hactenus dictum eſt, quando primò vocatus ad maioratum verè in illo exiſtit hæres inſtitutori: tunc enim ſolùm locum habet quæſtio, an primus ſolus ſuccedat directè tanquam hæres primo inſtitutori, & num reliqui ſuccedant indirectè in illo tanquam fideicommiſſarij vniuerſales.

3 Si maioratus inſtitutus ſit in teſtamento, ſed non ex vniuerſa hæreditate, aut ex quota hereditatis, ſed ex quota bonorum, aut ex re, vel ex rebus certis, etiamſi titulo hæredis ſit inſtitutus; ſi tamen ſimul ſit alius inſtitutus hæres ex reliqua hæreditate, aut ex quota hereditatis, qui, mortuo teſtatore, verè hæres exiſtat, tunc inſtitutio illa maioratus rationē ſolùm habet legati, aut prælegati, comparatione primò ad eum vocati, & non hæreditatis, vt diſp. 155. copioſè dictum eſt, ac proinde primò vocatus non ſuccedit in eo maioratu tanquā hæres directè inſtitutori, ſed tanquam legatarius, qui accipere debet ea bona de manu hæredis: reliqui verò ſuccedunt in eo maioratu indirectè tanquam fideicommiſſarij particulares madiante anteriore eius maioratus poſſeſſore; tametſi dominium, & poſſeſsio ciuilis, & naturalis, ipſo iure ſine alia apprehenſione ad eos tranſeat, mortuo anteriori eius maioratus poſſeſſore, vt dictum eſt, quando maioratus habet rationem fideicommiſsi vniuerſalis, comparatione ſecundò, aut vlterius ad eum maioratum uocatorum. Hæc eadem dicenda ſunt, quando in teſtamento, aut codicillo, inſtitutus eſſet maioratus ex quota bonorū, vt ex tertio & quinto, deductis alijs legatis, & impenſa funeris, ex quinto; & quādo inſtitutus eſſet ex parte quotæ bonorū tertij & quinti, vel ex rebus determinatis, etiam ſi primò ad eum maioratum vocaretur primogenitus, qui ſimul hæres extiterat in ſua legitima portione in eodem teſtamento eidem maioratus inſtitutori. Ratio autem eſt quoniam in his omnibus euentibus, talis maioratus habet rationem legati, aut prælegati, comparatione primò ad eum vocati, & conſequenter habet rationem fideicommiſsi particularis comparatione cæterorum ad eum vlteriùs vocatorum, vt ex ſe ſatis liquet. Atque hæc ſunt, quæ intendit Molina vbi ſup. nu. 8. & 9. tametſi non ita exactè rem explicet.

Quando verò maioratus inſtitueretur contractu, 4
etiam reuocabili, cum in eo contractu hæres inſtitui non poſsit, etiamſi reuocabilis ſit, atque adeò quoad ipſius confirmationem accedat ad vltimam voluntatem, vt diſpu. 563. dictum eſt; vtique primò vocatus ad maioratum contractu inſtitutum, nō ſuccedit directè tanquam hæres primo inſtitutori, ſed potius habet comparatione illius rationē primi donatarij ſub modo; & ſimiliter vocati vlterius ad eū maioratum, non habent rationem fideicommiſſariorum, ſed vlteriorum donatariorum ſimiliter ſub modo comparatione eiuſdem primi inſtitutoris, vt diſput. 577. dictum eſt. Atque hæc ſunt, quæ Molina vbi ſupra à num. 6. intendit, quamuis non ita exactè explicet.

DISPVT. 619.

Maioratus poſſeſſor num ſatiſdare teneatur ſucceſſori, de rebus maioratus integrè reſtituendis.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus reſtituere, ſatiſdare tenetur fideicommiſſario de reſtituendo fideicommiſſo vniuerſali, aut particulari.*

2 *Maioratus ſi teſtamento, aut codicillo, inſtitutus ſit, ita vt rationem fideicommiſsi vniuerſalis, aut particularis, comparatione vlterius vocati habeat, poſſeſſor illius, ſtando in iure communi, ſatiſdare tenetur vlterius vocato de illo integro reſtituendo, ſi id petatur, & inſtitutor eam ſatiſdationem non remiſerit.*

3 *Subſtituto directo ex teſtamento cauere tenetur anterior hæreditatis poſſeſſor.*

Si

4 *Si maioratus inſtitutus ſit contractu, ſiue reuocabili, ſiue irreuocabili, vlterius ad eum uocatus petere non poteſt ſatiſdationem ab illius poſſeſſore, niſi ſuperueniat noua cauſa ſuſpicitionis, dilapidationis, aut deteriorationis illius culpa poſseſſoris.*

5 *Maioratus inſtitutor remittere poteſt, ne poſſeſſor ſatiſdare teneatur, atque tunc, etiam in euentu dilapidationis ac deteriorationis, non tenetur ſatiſdare, niſi deterioratio eſſet doloſa, aut ſuſpicio eſſet, doloſam eſſe.*

6 *Licet maioratus inſtitutor ſatiſdationem remiſerit, imminente tamen dilapidatione, aut deterioratione, culpa poſſeſſoris, aut illa iam cœpta, implorare vlterius vocatus poteſt officium iudicis, qui, ſi opus fuerit, procedere poterit vſque ad ſequeſtrum.*

7 *Maioratus poſſeſſor, aut alius, qui de re reſtituenda ſatiſdare teneatur, fideiuſsoriam cautionem idoneam dare tenetur. Si autem non detur, poterit ſucceſſor petere, vt ipſe in poſſeſſionem eorum bonorum mittatur, quouſque detur. Si ſemel aliquam acceptet, non poteſt petere aliam, niſi fideiuſſores fugerint, aut facti ſint nō ſoluendo. Et qualis ſufficiens iudicetur in regno reſtituendo, aut in alio opulentiſſimo maioratu. Solus proximè vocatus poteſt illam petere. Si multi contendant, ſe eſſe proximè vocatos, unicuique eſt eadē præſtanda. Et quid ea cautio continere debeat.*

8 *Maioratus poſſeſſor ſi ſit de liberis primi gradus inſtitutoris, & proximè vlterius vocatus ſit de deſcendentibus eiuſdem inſtitutoris, non tenetur ſatiſdare, niſi inſtitutor contrarium præcepiſſet, cogi tamen poſſet facere bonorum maioratus deſcriptionem. Idem in fideicommiſſis.*

9 *Maioratus poſſeſſor in hoc regno non conſueuit præſtare eam cautionem.*

1 Diſputatio hæc coniuncta, & quaſi appendix eſt præcedēti. Dicemus verò, quid de rigore iuris ſit dicendum. Et quando locum ſatiſdatio hæc non habeat. Et quæ hac in parte ſit conſuetudo huius regni.

Hæres grauatus hæreditatem, aut partem illius reſtituere, tenetur ſatiſdare de illa reſtituenda fideicōmiſſario adueniente tempore à teſtatore præſcripto vt illam reſtituat, ſi fideicommiſſarius eam ſatiſdationem ab hærede petat: eodēque modo anterior fideicommiſſarius, ad quem hæreditas deuenit, tenetur ſatiſdare ſequenti fideicommiſſario, ſi eam ſatiſdationem ab eo petat, idemque eſt in fideicommiſſis particularibus. l. cum Artemidoram, C. vt in poſſeſ. leg. l. peto. §. fratre, & l. vnum ex familia. §. quod ſi talia, in fine. ff. de leg. 2. l. vlt. C. de legat. l. 1. & ſequētibus, ff. vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur, & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina lib. 1. de primog. c. 15. nu. 1. & Anton. Gom. l. 40. Tauri nu. 78. refert.

2 Hinc oritur quæſtio, vtrum ſimiliter poſſeſſor maioratus, ſiue primus vocatus ad eum ſit, ſiue vlterior, teneatur ſatiſdare vlterius vocato, de rebus maioratus reſtituendis. Ad quam reſpondendum eſt, ſi maioratus teſtamento, aut codicillo, ſit inſtitutus, ita vt rationem hæreditatis, aut legati, habeat comparatione primi ad eum vocati, & conſequenter ita vt rationem fideicommiſſi vniuerſalis, aut particularis comparatione vlterius vocatorum habeat, teneri poſſeſſorem ſatiſdare, ſi id petat ſequens ad eum vocatus, idque eſto nulla ſuſpicio, aut periculum, ſuperueniat dilapidationis, ac detrimenti eorum bonorum. Excipitur, niſi inſtitutor eam ſatiſdationē remiſerit. Priorem partem ſufficienter atque euidenter probant iura citata, Cum enim poſſeſſor fideicommiſſi, tā vniuerſalis, quàm particularis, ſatiſdare eo modo teneatur fideicommiſſario immediato, id exigenti, qui in eis bonis ſuccedere debet, vt ſtatuunt iura citata: maioratuſque, de quo loquimur, rationem habeat fideicommiſſi vniuerſalis, aut particularis, comparatione vlterius ad eum vocati immediatè, vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt; neque contrarium comperiatur ſancitum in maioratibus: vtique poſseſſor maioratus ſatiſdare eo modo tenebitur vlterius vocato immediatè, ſatiſdationem poſcenti, quando inſtitutor eam ſatiſdationem tali poſſeſſori non remiſit: id quod cum Palatios Ruuios, & aliis, affirmant Anton. Gom. numero 78. citato, & Molina vbi ſupra à numero 2.

Neque idcirco (ſubiungit ibidem Molina nume. 8.) ceſſat ſatiſdandi obligatio, quod mortuo poſſeſſore, dominium & poſſeſſio ciuilis ac naturalis rerum maioratus tranſeat ipſo iure abſque alia apprehēſione & traditione in vlterius vocatum, poſſitq; nouus ſucceſſor eas vendicare ex quocunque, apud quē fuerint repertæ, vt diſputatione præcedente dictum eſt: quoniam, vt ea cautio præſtanda ſit, ſatis eſt, quod ſola facti poſſeſſio, ſeu tenentia, ſit reſtituenda ab anteriori poſſeſſore, hæredibuſve illius. Vt enim habetur l. inter omnes, iuncta gloſſa ibi verb. hęreditate, communiter recepta ff. qui ſatiſdare cog. quando aliquis inſtitutus fuit hæres ſub conditione pendente in futurum, datuſque illi fuit ſubſtitutus directus in euentu, quod conditio deficeret, vtique tunc, deficiēte poſteà conditione ſubſtitutus ille directus, non capit hęreditatem ab inſtituto ſub conditione, eſto ita inſtitutus eam occupaſſet, ſed illam ſibi vendicat, vbicunq; eam repererit; & tamen in ea lege, inſtitutus ſub conditione, qui hæreditatem occupauerat, cogitur ſatiſdare ſubſtituto, quòd in euentu, quòd conditio defuerit, eam integram hæreditatem illi reſtituet: quod ait Molina ſummè eſſe notandum, vt intelligatur, neque in eiuſmodi maioratibus Hiſpanis, neque in fideicommiſſis, quæ quoad dominium, aut etiam poſſeſſionem, tranſeunt in fideicommiſſarium abſque vlla reali, aut verbali traditione, de quibus in calce diſp. 186. dictum eſt, ceſſare obligationem eorū poſſeſſori, ſatiſdandi de illis integrè reſtituēdis. Anton. verò Gom. in calce nu. 78. citati, hanc etiam aliā tradit vtilitatem ſatiſdationis in his euentibus, vt ſcilicet, timore huius ſatiſdationis, non diſſipentur, neq; alienentur eiuſmodi bona, & vt, ſi alienata fuerint, & fuerit difficultas aliqua in eis recuperandi, fideiuſſores teneantur ſoluere ſumptus ea de cauſa factos.

Peralta l. 3. §. qui fideicommiſſam num. 29. & 30. ff. de hæredit. inſtit. iuxta eam ſuam opinionem diſputatione præcedente improbatam, quod quando maioratus ex regia facultate fuit inſtitutus, omnes ad illum vocati ſuccedant directè primo inſtitutori, ſubiungit, poſſeſsores talium maioratuum, non teneri ſatiſdare ſucceſsori de eis integrè reſtituendis, niſi quando aliqua ſuperuenerit ſuſpicio de diſſipatione, alienatione, aut deterioratione earum rerum culpa poſseſsoris. Ducitur leg. inter omnes, iuncta gloſsa ibi, verb. hæreditate, ff. qui ſatiſdare cogantur. Gloſsa enim ibi ait, hæredē cogi poſſe à ſubſtituto directo, ſatiſdare de hæreditate non minuenda, idque, inquit Peralta, in euentu, quod ſuperuenerit iuſta cauſa, ſeu ſuſpicio explicata, vt habetur in fine textus. Rem tamen tanquam nouam cogitandam Peralta relinquit.

Vt tamen bene Molina vbi ſupra à numer. 5. ſubiungit, hæc opinio falſa eſt. Primò, quoniam falſum eſt, ſecundò, aut vlterius vocatos ex teſtamento, aut codicillo, ad maioratum ſuccedere inſtitutori directè, vt diſputatione præcedente dictum eſt: ipſe aūt Peralta non negat, ſi ſuccedant indirectè ac fideicommiſsariè, illis ſatiſdandum eſse ab interiore poſseſsore de integra hæreditate reſtituenda, eſto nulla noua cauſa ſuſpicionis ſuperueniat.

Secun-

3 Secundò, quoniam falſum eſt, ſubſtituto directo ex teſtamento, non teneri hæredem, anteriorem ve poſteriorem hæreditatis, ſatiſdare de integra hæreditate reſtituenda, etiamſi noua cauſa ſuſpicionis nõ adueniat. Contrarium enim habetur ea ipſa lege, inter omnes, cui Peralta nititur. Duo quippe caſus in ea lege continentur. Primus, quando vnus eſt inſtitutus hæres ſub conditione, & alius eſt ei datus ſubſtitutus in euentu, quod conditio deficiat: quòd ſanè eſſe nequit, niſi ex teſtamento. Atq; in hoc euẽtu perſpicuè ea lex diſponit, teneri hæredem ſub ea conditione inſtitutum, hæreditatemque occupantẽ, cauere ſubſtituto de illa reſtituenda, ſi conditio deficiat: quod communis doctorum ſententia, quã Molina vbi ſupra num. 6. refert, intelligit, ſtatim à principio, eſto nulla cauſa ſuſpicionis ſuperueniat: quod lex etiam apertè ſonat. Quare, quando ex teſtamento ſubſtitutus eſt datus, ſiue directus, ſiue fideicommiſſarius, ſemper eodem modo eſt illi cauẽdum, vt, iuxta eam legem, communis doctorum ſententia affirmat. Secundus caſus ponitur in fine eiuſdem legis, quãdo ſcilicet cautionis petitio dependet ex contractu, ſeu ex alia cauſa, quæ non ſit ſubſtitutionis ex teſtamento, aut codicillo. Et tunc ait Iuriſconſultus, cauendum eſſe ex cauſa ſuperuenienti ſuſpicionis, & non alias, iuxta ea, quæ ſubiungemus.

Dixi in poſteriori parte aſſertionis, qua ad quæſtionem reſpondemus; Excipitur, niſi inſtitutor eã ſatiſdationem remiſerit. Quoniam, quando teſtator ſatiſdationem remittit, non tenetur poſſeſſor rei fideicommiſſo ſubiectæ, ſatiſdare proximo fideicommiſſario de ea integre ei reſtituenda, vt habetur l. 2. l. Artemidoram, & l. penult. C. vt poſ. leg. l. pactum. ff. de pact. authen. contra. §. 1. C. ad Trebell. l. auia, §. vlt. ff. de condi. & demonſt. De eiuſmodi verò remiſſione ſtatim fuſius dicetur.

4 Molina cap. 15. citato num. 8. ait, ſi maioratus inſtitutus ſit contractu reuocabili, iuxta ea quæ diſput. 583. dicta ſunt, tunc, quoad ſatiſdationem, eſſe idem dicendum, quod de maioratu, teſtamento, aut codicillo, inſtituto, eſt dictum. Ducitur, quoniam, vt diſput. 583. dictum eſt, habet vim vltimæ voluntatis, quoad reuocabilitatem, & ſtabilitatem. Ego autem contrarium longè probabilius exiſtimo, dicendum videlicet eſſe, quod de maioratibus inſtitutis contractu irreuocabili mox ſubiungemus. Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi diſpoſitio ſimpliciter nõ eſt vltima voluntas, ſed ſimpliciter eſt contractus, participans aliquid de vltima voluntate: neque maioratus ita inſtitutus, eſt hæreditas, aut legatum, comparatione primò ad eum vocati, neque fideicommiſſũ vniuerſale, aut particulare, comparatione vocatorũ vlteriùs ad eum; ſed eſt donatio ſub modo comparatione vlteriùs ad eum vocatorum, vt diſput. 577. & diſputatione præcedente, cum eodem autore dictum eſt: quæ autem de illo cautionis modo in iure comperiuntur diſpoſita, manifeſtè ſunt ſancita de legatis, & fideicõmiſſis, tam vniuerſalibus, quàm particularibus, quacũque vltima voluntate ſint relicta, ſiue ea ſit teſtamentum, ſiue codicillus, idque fauore vltimæ voluntatis: atque hoc ſolum eſt, quod Rofredus, & alij à Molina ibidẽ relati affirmant: quare, cum inſtitutio maioratus contractu reuocabili, ſimpliciter ſit contractus, & non vltima voluntas; maioratuſque inſtitutus, ſit donatum ſub modo, & non hæreditas, legatum, aut fideicommiſſum, conſequens profectò eſt, vt quoad cautionẽ, non ſequatur regulam præſcriptã in iure circa vltimas voluntates, & hæreditates, aut legata, deriuanda ad multos ordine quodam; ſed ſequatur regulam contractuũ, ac donatorum ſub modo multis ordine quodam.

Quando maioratus inſtitutus eſt contractu irreuocabili (idem noſtra ſententia eſt dicendum, iuxta A proximè dicta, quãdo inſtitutus eſt contractu reuocabili, tunc vlteriùs ad illum vocatus, petere non poteſt ſatiſdationem à poſſeſſore, niſi ſuperueniente noua cauſa ſuſpicionis dilapidationis, aut deteriorationis illius ex parte poſſeſſoris.) Ita habetur l. in omnibus ff. de iudicijs, & l. inter omnes, in fine ff. qui ſatiſdare cogantur, & affirmat communis Doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gomeſ. l. 40. Tauri num. 78. & Molina vbi ſupra in calce, nume. 8.

Sicut autem in legatis, hæreditatibus, & fideicom- 5
miſſis, tam vniuerſalibus, quàm particularibus, remitti à teſtatore poteſt cautio, idque etiam poſteà ex interuallo pacto aliquo, aut contractu, vt conſtat ex iuribus ea de re ſupra citatis, præſertim ex l. pa-
B ctum. ff. de pactis: ita etiam remitti poteſt ab inſtitutore hæc cautio, quæ locum habet in diſpoſitionibus ex contractu, vt ex eiſdem iuribus conſtat præſertim ex l. pactum citata.

Quando maioratus, vel quæuis alia res, venit reſtituenda, ſiue ex vltima voluntate, ſiue ex cõtractu, & qui id ita diſpoſuit, remiſit anteriori poſſeſſori cautionem ſucceſſori, tunc, eſto poſſeſſor ille dilapidet ea bona, nõ tenetur præſtare cautionem ad petitionem ſucceſſoris, ſed alijs remedijs erit ſubueniendum ſucceſſori. Ita habetur expreſsè l. vlt. ff. vt legat. ſeu fideicommiſ. nom. caue. & affirmant Bar. & communis Doctorum ſententia, quam Molina, c. 15. citato num. 9. refert ac ſequitur. Excipitur, niſi poſſeſſor dolo dilapidet ea bona: nam dolo aliquid
C fieri in præiudicium tertij, non eſt ferendum; eſſet enim contra bonos mores: neque eſt credẽdum, eũ, qui cautionem remiſit, intellexiſſe etiam in eo caſu: in diſpoſitionibus quippe generalibus, non cenſetur id comprehenſum, de quo, ſi diſponens in particulari interrogaretur, id vtique excepiſſet. Imò verò, vt idem Molina ibidem numer. 29. & 30. ſubiungit, ac rectè probat, teſtator remittere non poteſt, vt, exiſtente ſuſpicione ex vrgentibus iudicijs doloſæ dilapidationis, poſſeſſor non caueat de dilapidatione doloſa.

Iuxta diſpoſitionem legis vltimæ citatæ, meritò Molina vbi ſupra num. 10. reprehendit Peraltam §. qui fideicommiſſam citato numer. 30. dum aſſeruit, poſſeſſorem maioratus, non poſſe remittere ſatiſda-
D tionem in caſu dilapidationis: niſi enim Peralta intelligat, in caſu dilapidationis dolo factæ, vtique loquitur contra leg. vlt. citatam, quæ ſtatuit, remiſſa cautione ab inſtitutore, cenſeri remiſſam, etiam in euentu dilapidationis, eſto inſtitutor euentum dilapidationis non expreſſerit, nedum ſi eum expreſſerit.

Quando remiſſa eſſet cautio, eaque de cauſa ſuc- 6
ceſſor, qui dilapidationem imminentem timet, non poſſet eam petere, poſset nihilominus implorare officium iudicis, antequam dilapidatio incipiat, aut ſi incepit, ne vlterius progrediatur, vt iudex ex ſuo officio illam impediat, argumento, l. 3. C. qui bon. ced. poſſeſ. & l. vltim. ff. quod met. cauſ. & affirmãt Bart.
E & communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra nu. 11. refert ac ſequitur. Ait verò gloſ. l. vlt. ff. vt legat. ſeu fideicommiſ. nomi. caueat. poſse iudicem procedere vſque ad ſequeſtrum. Vtrum autem maioratus poſseſsor ob dilapidationem poſſit priuari maioratu, infra ſuo loco examinabitur.

Cautio autem, quam is, qui rem ſubiectam reſtitu- 7
tioni poſſidet, in euentibus explicatis præſtare tenetur, ſi à ſucceſsore exigatur, eſt fideiuſſoria, l. ſi is à quo, §. vltim. ff. vt in poſſeſ. legat. l. 1. ff. vt legat. ſeu fideicommiſ. nomi. caueatur, iuncta l. prætoriæ ſtipulationes, ff. de prætorijs ſtipulationibus. Et præſtãda eſt, etiam pro rebus immobilibus, l. 1. in prin. iuncta gloſsa ibi, verb. ſtipulentur, ff. vt legat. ſeu fideicommiſ.

miſ.nomine caueat.l.is cui,§.bonorum autem appellatione, ff.vt in poſſeſ.legat. Atque eam ſatiſdationem dare tenetur, etiam is,qui diues eſt; & idoneus ad ſoluendum,habens multa bona immobilia,l.1.in prin.ff.vt legat.ſeu fideicommiſ.nomi. caueat. cum tamen in alijs euentibus,is,qui notoriè eſt diues, & idoneus ad ſoluendum,ſatiſdare non cogatur,vt cũ Iaſone Molina vbi ſup.num.17.affirmat. Quòd ſi is, qui ſatiſdare tenetur de re integrè reſtituenda, non velit ſatiſdare,tunc ſucceſſor petere poterit,vt mittatur ipſe in poſſeſſionem eorum bonorum donec ille alius ſatiſdet.l.1.& ſequentib.ff.& C. vt in poſſeſſ. legat. Atque hæc omnia affirmat Molina vbi ſupra num.14.Qui autem ſemel ſatiſdedit,cogi non poteſt iterum ſatiſdare, etiamſi alius cauſetur,ſatiſdationẽ prçteritam non fuiſſe idoneam:ipſe autem ſibi imputet,quòd antea illam acceptauit,neque obiecerit,idoneam non eſſe.l.ſi is,à quo,§.vltim.ff. vt in poſſeſſ.legat.& affirmat Molina ubi ſup.nu.11. Excipitur,niſi fideiuſſores dati aufugiſſent, aut facti eſſent non ſoluendo ex poſt facto bonorum ſuorum amiſſione: tunc enim denuò cautio erit adhibenda, l.planè.ff. vt in poſſeſſ.legat. & alijs iuribus, quæ Molina ibidem citat.

Eſſe autem debet prædicta cautio idonea. l.quoties,ff.qui ſatiſdar.cogat. Quando autem ex magna æſtimatione maioratus,vt ſi eſſet regnum, ingens ducatus,aut marchionatus,vel alius opulentiſſimus maioratus, pro quo ſufficienter fideiuſſores adhiberi non poſſent,tunc ea cautio erit præſtanda,quæ iuxta rei qualitatem,præſtari poſſit,argumento,l.de creatione C.de epiſcop.audient.illis verbis; *ſi autem non talis eius cenſus inueniatur, tunc & fideiuſſio, in quantum poſſibile eſt,ab eo exploretur.* Ad quem textũ Albericus ait,ita conſultum fuiſſe in fauorẽ Reginæ Frãciæ,quæ fuit tutrix filij ſui primogeniti. Concinit,l. vlt.§.ſin autem non talis,C.de cur.furioſ. Vbi eadẽ verba habentur cum illis,quæ ex l.de creatione.relata ſunt,& affirmant multi quos Molina vbi ſup.nu. 19.refert ac ſequitur.

Eam verò ſatiſdationem petere à maioratus poſſeſſore is ſolus poteſt, qui proximè eſt ei ſucceſſurus: vt enim habetur l.Paulus,ff.de prætorijs ſtipulat.calumnioſè petere ſatiſdationem videtur is, quẽ alius antecedit. Vtrum autem, ſi proximus ſucceſſor abſens,aut impeditus ſit, vel ſit negligens,poſſit eã petere,qui vlterius proximè vocatur,alibi dicetur. Qđ ſi multi prætendant, vnuſquiſque eorum ſe eſſe proximiorem ſucceſſorem,tunc ſingulis eſt ſatiſdandũ: quoniam poſſeſſor maioratus in eo non grauatur; quandoquidem eodem fideiuſſore poteſt ſingulis, & omnibus,cauere,futurumque ſit,vt vni tantũ eorũ teneatur. Ita habetur,l.ſi duo, ff.vt legator.nom. cauea. Atque hæc omnia affirmat Molina vbi ſupra numero 20.

Forma autem ſatiſdationis præſtandæ, hæc erit. Quòd fideiuſſores ſe aſtringant, maioratus poſſeſſorem,adueniente die reſtituendi rem,aut res,maioratui ſubiectas, integrè eas reſtituturum, dolumque malum in maioratus reſtitutione abfuturum, ita vt neque in rebus maioratus ſeruitus aliqua imponetur neque aliquid aliud dolo fiet, ex quo deteriores reddantur,l.1.ff.vt legat.nomi.cauea.& l.vltim.in fine, C.de legat.& affirmat communis doctorum ſententia,quam Molina vbi ſup.num.24.refert ac ſequitur. Non tamen tenetur maioratus poſſeſſor cautionem præſtare de rebus maioratus arbitrio boni viri fruendis:hæc quippe cautio ab vſufructuario præſtatur,vt habetur, l.1.ff.vſufructuarius quemadmod.caueat. & quid ea cautio contineat diſput.7.dictum eſt:non verò præſtatur à poſſeſſore maioratus, qui interim dum legitimus poſſeſſor illius eſt, verè eſt dominus rerum maioratus, vt diſp.3.& alias ſæpe dictũ à nobis eſt:dñs enim rei,etiamſi illa reſtitutioni ſit ſubiecta,non hanc poſteriorem cautionem præſtat,ſed ſolum illam priorem,quæ longè pauciora continet, vt cum Azone affirmat Molina vbi ſup.nu.25. Quamuis autẽ teſtator remittere poſſit fideicommiſſario, ac maioratus poſſeſſori, priorem illam cautionẽ, vt ſupra oſtenſum eſt; non tñ poteſt remittere poſteriorem cautionẽ vſufructuario,vt diſp.7.dictum eſt, & habetur l.ſcire debetis,C.vt in poſſeſ.legat.l.ſi pecuniæ,ff.eod.tit. & l.2.C.de vſufruct.atque affirmant Bar.& communis doctorum ſententia,quam Molina vbi ſup.nu.27.refert ac ſequitur. Qui meritò cum Aries Pinello,l.1.C.de bon.mater. part.2.nu.67.& alijs, reijcit ſententiam Baldi, & quorundam aliorum,qui dixerunt,quamuis teſtator remittere nõ poſſit vſufructuario eam cautionem,poſſe nihilominus ei concedere,vt adhibere poſſit fideiuſſorem pauperem,minimeque idoneum. Iura quippe ſtatuũt, vſufructuarium debere ea in parte cauere vtiliter ac idoneẽ §.cõſtituitur. inſt.de vſufructu:obligatio autem inopis,nulla cenſetur, pariaque ſunt non fideiubere,& fideiubere minimè idoneè,l.quoties,ff. qui ſatiſdare cog.

8 Quando fideicommiſſarius, aut poſſeſſor maioratus, eſſet de liberis primi gradus inſtitutoris maioratus,hoc eſt(vt diſp.187.§.quę hactenus,eſt explicatum)de liberis inſtitutoris,quibus legitima portio in bonis inſtitutoris debetur,& immediatus vlterior ſucceſſor, eſſet etiam de numero deſcendentium ex primo inſtitutore, tunc talis fideicommiſſarius, aut poſſeſſor maioratus, ſatiſdare nõ tenetur ſucceſſori immediato, niſi inſtitutor ſatiſdare præcepiſſet. Ita habetur,l.iubemus,§.in ſupra dictis, & §.Illud etiã, iuncto principio eiuſdem legis, C.ad Trebell. & affirmant gloſ.vltim.§.illud etiã citato,gloſ.vltim.l.cũ Artemidoram, C.vt in poſſeſ.legat.& cõmunis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſup.num.31.refert ac ſequitur. Quia verò,poſt primum vocatũ ad maioratum,raro poſſeſſor maioratus eſſe ſolet de liberis primi gradus inſtitutoris, raro etiam locum habet hæc exceptio in maioratibus Hiſpanis, vt Molina ibidem ſubiungit. Addit verò Molina num.32.in hoc euentu,in quo fideicommiſſarius, aut poſſeſſor maioratus, non tenetur ſatiſdare proximo vlteriori ſucceſſori, poſſe nihilominus eũ proximum ſucceſſorẽ cogere poſſeſſorem maioratus, vt deſcriptionẽ authenticam efficiat bonorum maioratus,vt tempore reſtitutionis conſtet,quæ ea bona ſint,quã deſcriptionem ait,diſtinctum quid eſſe ab inuentario. Ea autem de re copioſè nos diximus diſp.219. ideoque ad eum locum lectorem remittimus.

9 Obſeruat Molina vbi ſupra nu.35.quamuis, quæ de cautione à poſſeſſore maioratus præſtãda immediato ſucceſſori tota hac diſputatione dicta ſunt, in ſe ſint veriſſima, atque ex principijs iuris euidenter deducta, nihilominus ſe nunquam vidiſſe, aut audiſſe,talem cautionem, extra dilapidationis bonorũ maioratus ſuſpicionem,præſtitam, aut petitam,vnquam fuiſſe. Arbitratur verò ex ignorãtia,quòd præſtari deberet,nõ fuiſſe petitam,ſimulque ad id adiuuaſſe, non multum vtilitatis in ea exigenda interuenire: præſertim cum bona maioratus eſſe ſoleãt immobilia, quorum dominium & poſſeſſio ciuilis ac naturalis tranſit ipſo iure,defuncto poſſeſſore maioratus,ad vlterius ad illum vocatum,etiamſi aliqua ex illis deueniſſent ad tertium aliquem poſſeſſorẽ. Et quòd ad obtinendam actualem poſſeſſionem, ſeu tẽtionem eorum bonorum, multa ſummaria remedia atque exequutiua legibus regijs introducta ſunt, de quibus infra erit ſermo. Exiſtente autem ea conſuetudine,vt nec petatur,nec concedatur,fortaſſe, eſto hodie petatur,deneganda eſſet.

DISPVT. 620.

Infamis num in maioratu ſuccedere poſſit. Et num maioratus ſit dignitas.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas,& perſonatus, vtrunque preſsè vt vnum ab altero diſtinguitur, quid vtrunque ſit.*

2 *Dignitas,& perſonatus latè,quid. In materia fauorabili latè ſumuntur. In odioſa ſumuntur ſtrictè.*

3 *Maioratus Hiſpanus, niſi titulum Comitatus, &c. aut iuriſdictionem habeat, dignitas non eſt, niſi latè ſecundum quid, ac impropriè.*

4 *Succeſſione in maioratu,qui dignitas non eſt, non priuat ea infamia,quæ nec inteſtabilem efficit, nec priuat à ſucceſſione in bonis liberis. Quando autem eo modo infamis priuaretur inſuper in delicti pœnam ſuis omnibus bonis, priuaretur etiam eo maioratu.*

5 *Infamis eodem genere infamiæ non priuatur ſucceſſione in maioratu, cui annexum eſt, vt ſit dignitas ratione tituli,aut iuriſdictionis: quoniam,qui capax eſt bonorum, quibus annexa eſt dignitas, eſt capax annexæ dignitatis,eſto incapax eſſet dignitatis, directè,quam non annexè ad aliquid aliud acquireret.*

6 *Beneficium curam habens animarum quãdo eſt prohibitum haberi cum alio beneficio, id non intelligitur, ſi annexè habeatur ad aliud beneficium non incompatibile.*

7 *Quarum dignitatum ſit incapax infamis,& inter eas eſt, ſi à republica ſit inſtituta dignitas, habens annexos reditus,ita vt ipſi acceſſorij ſint reditus, et non è contrario.*

8 *Spurius capax eſt maioratus annexam habentis dignitatem.*

9 *Regno ob quæ delicta priuari quis poſſit, & quando, eſto habeat idoneum ſucceſſorem, concedi regnum alteri poſſit.*

10 *Feudo priuatur feudatarius, ſi non leuem contrahat infamiam,*

EXaminandum deinde eſt, qui in maioratu ſuccedere poſſint. Atque vt melius intelligatur,num in maioratu ſuccedere poſſit infamis, explicandum prius eſt, vtrum maioratus dignitas ſit.

Conſentaneè ad Panorm.c.de multa, de præben. num.21. Staphilæum de liter.grat. de modo & forma interpretandi,&c.pag. 100.in paruis,ac Syluest. verb.dignitas,& ad alios, quos citant,dignitas duobus modis vſurpatur. Vno,preſsè, vt diſtinguitur 1 à perſonatu,& à quocunque alio officio præeminentiam aliquã habente, vt eſt curatus, ſyndicus, & ſunt alij. Dignitas ita ſumpta,conſentaneè ad l.honor.ff. de honorib.& muner. eſt præeminentia cum adminiſtratione,ſeu iuriſdictione. Quod intelligo,de ordinaria. Vicarij enim pedanei dignitates non ſunt: ſecus verò de vicario generali,qui iuriſdictionem habet ordinariam, vnumque tribunal efficit cum Epiſcopo,aut cum quouis alio iudice, cuius eſt Vicarius generalis,vt tracta.5.dicetur: qua de cauſa, vt Staphilæus vbi ſupra nu.12. cum alijs, quos citat, rectè ait dignitas eſt. Tametſi,cùm tanquam pars dignitatis Epiſcopi, vnicum cum illo efficiês dignitatem, cenſeatur,id non impediat,quo minùs aliam dignitatem Eccleſiaſticã poſſit ſimul obtinere, vt Panor. vbi ſupra aſſerit. Sic Guardiani, Abbates,Priores, Rectores,& alij ſuperiores religionum, iuriſdictionem ordinariam in ſuos religioſos habentes, prælati ac dignitates ſunt,vt Panorm.vbi ſupra affirmat, &

A conſtat ex cap.in damnationibus §.verum, de elect. lib.6. Eodem modo Rectores,ſeu priores,Eccleſiarum collegialium, quia iuriſdictionem in reliquos eiuſdem Eccleſiæ miniſtros habent,dignitates ſunt. Idem affirmant Panor.ibidem, Staphilæus vbi ſup. num.3.& alij, de Archidiacono, quia ex ſuo munere, primaque inſtitutione in Eccleſia, iuriſdictionẽ aliquam habet,eamque alicubi retinet,ex ſuoque nomine dignitatem ſonat, atque ex conſuetudine inter dignitates computatur,eſto multis in locis nullã hodie iuriſdictionem habeat. Perſonatus autẽ preſsè, vt ibidem Panorm.ait, eſt quædam præeminentia in Eccleſia ſine iuriſdictione;vt quia habet ſtatum honorificum in choro præ alijs,aut aliud ſimile.

Latè verò ſumuntur in iure dignitas, & perſona- 2
B tus,vt comprehendunt vtrunque:quin extenduntur etiam ad alia officia: vt curatus interdum appellatur perſonatus. Hæc verò eueniſſe ait Panor. ex varia loquendi conſuetudine in diuerſis regionibus. Ait verò Staphilæus vbi ſup.nu.5. quamuis in materia larga,& fauorabili, nomine dignitatis comprehẽdatur perſonatus; in materia tamen ſtricta, nomine vnius horum alterum non comprehendi.

Explicato quid ſit dignitas, quod attinet ad quæſtionem,num maioratus dignitas ſit. Couarr.1.var. reſol.c.15.num.14.in calce,§.penult.& §.vltim.ait, maioratum Hiſpanum velut dignitatem quandam cõſtitui,vt,qui eum obtinet,caput ſit familiæ,eiuſq; honores præcipuos habeat:eſſeque dignitatem confirmat autoritate Archidiaconi,& quorundam alio-
C rum,quos citat. In eadem ſententia eſt Anto. Gom. l.46.Tauri nu.1. & ſunt plerique alij, quos Molina lib.1.de primog.c.13.num.1.refert. Meritò tamen Molina ibidem num.4.cum Cino,& Carolo Molinæo affirmat, maioratum Hiſpanum in eo præcisè, quòd maioratus Hiſpanus eſt, non eſſe publicam, propriamve, ac preſſam dignitatem. Ex accidenti 3 verò vt ſi ſit Regnum, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, aut ſi ſine titulo habeat oppida, aut caſtra ſubditos ac iuriſdictionem habentia, erit dignitas preſsè ac propriè,iuxta ea,quæ de dignitate preſsè ac propriè dicta ſunt. Vtrumque ſatis ex ſe,& ex explanatione dignitatis preſsè ac propriè liquet. Et primum probat Molina ,quoniam quiuis priuatus, habens bona in ſuum tertium & quintũ, etiamſi ab-
D iectus ſit, poteſt ex illis, abſque vlla regia facultate, inſtituere maioratum: quòd ſi deſcendentibus, & aſcendentibus, careat, poteſt ſimiliter eum inſtituere ex omnibus ſuis bonis, vt ex dictis in præcedentibus conſtat: dignitas autem nõ ab alio,quàm à principe, aut ad id à principe facultatem habente, inſtitui poteſt: ſicut iuriſdictio à principe,ſupremave poteſtate, deriuari debet. Quin neque prærogatiua primogenitorum, de qua diſput.377. dictum eſt, & quæ hodie locum habet in Gallia, dignitas propriè appellari poteſt, vt ex explicatione dignitatis propriè eſt manifeſtum: alioquin primogeniti omnes in dignitate eis in regionibus dicendi eſſent conſtituti, quod nemo concedet. Illa quippe prærogatiua,
E vt cum Cino Molina, vbi ſupra rectè ait, familiaris ac domeſtica eſt, non verò publica: eaque ratione, vt cum Carolo Molinæo ſubiungit, non propriè, ſed largè duntaxat & impropriè ſumpto vocabulo, appellari poteſt dignitas: quo modo eam ſumpſiſſe doctores contrariæ ſententiæ eſt cenſendum, atque exponendum.

His ita conſtitutis,vt ad præcipuam quæſtionem Quæſtio. deueniamus,ſuaderi poteſt,infamem,ſiue iuris,ſiue facti infamia, ſuccedere non poſſe in maioratu,præſertim quando maioratus eſt dignitas, annexamve habet dignitatem.

Primò, quoniam notati infamia iuris, aut facti, Argumentũ non aſcendunt ad dignitates,l.2. C.dignitat.lib.12. primum.

& l.1.

& l.1.C.de infamib.lib.10.gloſsa l.2.§.miles,verb. ſacramento, ff.de his,qui notantur infamia, Bartol. & alij,quos Molina ca.13.citato num.8.refert. Probare etiam idem in re propoſita,videtur l.2.titul.15. part.2.vbi de ſucceſſione in Regno Caſtellæ, ad cuius exẽplum ſucceditur in Hiſpaniarũ maioratibus, ſic eſt diſpoſitum:*ſuceda el pariente mas propinquo,ſiẽdo hombre para ello, e no auiendo hecho coſa,por donde lo deuieſſe perder.*

Secundum. Secundò, quoniam infamis repellitur à ſucceſſione in feudo, quin & propter infamiam ſuperuenientem priuatur feudo iam acquiſito, vt conſtat,c.1.iuncta gloſsa 1.ibi, an ille, qui interfecit fratrem domini.&c.& ex ca.1.§.illud argumento à contrario ſenſu,quæ fuit prima cauſa. benef. amit. & affirmant doctores,quos Molina vbi ſupra nu.10. refert ac ſequitur.

4 Prima concluſ. Prima hac de re concluſio eſt. Quando, infamia non eſt talis, quæ infamem inteſtabilem reddat, & incapacem ſucceſſionis,vtique tunc neque eum priuat ſucceſſione in eo maioratu,qui non eſt dignitas. Hanc ſtatuit Molina vbi ſup. num.11. Probatur verò, quoniam infamis ea infamia, de qua loquimur, poteſt hæres inſtitui,poteſtque ei legari,& fideicommitti,neque leges ab eo tollunt iura ſucceſſionis,l.in arenam,& l.fratres,C.de inofficioſ.teſtam. inſt.eodem tit.in prin.verſ.ſoror.Bar.& communis ſententia,quam ibidem Molina refert ac ſequitur: ſicut etiam,ob eam infamiam,non amittit poteſtatem teſtãdi de ſuis bonis,argumento, l.2.C.de ſecund.nupt. & affirmat Molina ibidem cum alijs,quos citat: ergo eiuſmodi infamis non priuatur ſucceſſione in eo maioratu,qui non eſt dignitas. Quando autem infamis ob aliquod crimen, inſuper in pęnam priuatur bonis,ſucceſſioneque, tunc vtique, ſicut amittit alia bona,ita amittit maioratum: & ſicut priuatus cenſetur ſucceſſione in alijs bonis, ſic etiam ſucceſſione in maioratu. Ita Molina vbi ſupra nu.12.

5 Secunda concluſ. Secunda concluſio: Quando aliquis infamia, de qua præcedente concluſione eſt ſermo, eſt infamis, propter eam non priuatur ſucceſſione in eo maioratu,qui in ſe dignitatem habet. Ita Molina vbi ſupra nume.13.& conſentiunt alij. Ratio autem eſt,quoniam licet, ex diſpoſitione iuris,infamis repellatur à dignitatibus obtinendis,& ab obtentis;id tamen locum habet ac verum eſt, quando de ſola dignitate agitur principaliter; ſecus verò quando annexa eſt bonis,in quibus ſucceditur: in conſequentiam enim bonorum, quibus ea dignitas eſt annexa, ſuccedere etiam poteſt per accidens in dignitate eis annexa: quoniam propter eam priuandus non eſt ſucceſſione in bonis,quibus illa eſt annexa,& quorum, ea ſecluſa,eſt capax. Ita decidit notabiliter ac optimè Baldus,l.1.nu.1.C.de ſecund.nupt.quem ſequũtur Molina & multi alij,quos num.13.citato refert. Agens enim ibi Baldus de muliere, quæ ante annum elapſũ à morte prioris mariti ſecundò nubit,eratque de iure communi infamis, tametſi de iure canonico ea pęna,& aliæ,ſublatæ ab ea hodie ſint,vt diſpu.145.dictum eſt,ſic Baldus de ea ait,*Pone, quòd quædam mulier,quæ habet comitatum ex ſucceſſione parentum, nubit infra annum luctus, nunquid iſtam dignitatem & Comitatum perdet? Videtur, quod ſic,quia eſt infamis. Contrarium credo, quia iſta dignitas & iuriſdictio eſt quid hæreditarium:& iſta mulier retinebat bona, vt his* (ideſt,nubendo non amittebat ſua bona) *Item iſta dignitas venit in conſequentiam hæreditatis,& eſt annexa territorio:& aliquid retinetur in conſequentiam,quod nõ retinetur principaliter.* Hæc Baldus ibi. Confirmatur, quoniam fœminæ,quæ à iudicando,& ab omni officio publico,repelluntur,l.2.ff.de reg.iur.capaces tamen ſunt eorum,ſi iuriſdictio eis obueniat in conſequentiam ſucceſſionis, poſsuntque in eo euentu iu-

A dicare,vt cum Innocen.Panor. Felino,& alijs, iuxta cap.dilecti,de arbitris,affirmat Molina vbi ſupra numero 14.Quarè,ſi regnum ad ipſas iure ſucceſſionis deueniat,regiam iuriſdictionem exercent, vt conſuetudo teſtatur,& concinit cap.cum deuotiſſimam, iũcto capite ſequenti 12.quæſt.2. Vnde Angelus,l.cum prætor,§.vltim.numero, 2.ff.de iudic.cum dixiſſet fœminas,& furioſos, incapaces eſſe iuriſdictionis, quia lex reſiſtit,vt eis committatur,addit, intelligendum eſſe id,niſi iuriſdictionem habeãt iure proprietatis,& ſucceſſionis: quoniam tunc, quemadmodũ ſuccedunt in bonis,ita etiam ſuccedunt in dignitate, & iuriſdictione. Et Angelum ſequuntur Decius conſilio 498. Purpuratus conſilio 368. Proſper paſetus conſilio 72. Cannol.leg.2.numero 4.ff.de regul.

B iur.qui ait,hoc ideò euenire,quia iuriſdictio non venit principaliter,ſed in conſequentiam ſucceſſionis. Confirmatur præterea ex doctrina Bartol. l.vltim. numero 10. C.de ſent.paſſis,vbi ait,in ijs,quæ acceſſoriè veniunt,neceſſariam non eſſe habilitatem comparatione acceſſorij in ſe ſpectati,ſed ſatis eſſe habilitatem comparatione principalis,vt & principale,& acceſſorium in conſequentiam principalis, obtineri poſſint. Atque doctorum horum autoritate ait incertus autor tractatu de crimine læſæ maieſta.quæſt.9, numero 8. Inhabilitas, quæ reſpicit conſequutiua, & ea, quæ acceſſoriè veniunt, non attenditur, nec impedit, quin aliquis omnia conſequatur, quæ in conſequentiam veniunt. Idem tradit Bartol. cum alibi,tum leg.1.in prin.& concinit gloſſa,& additio

C gloſſæ ibi, ff.de autoritat.tuto. colligiturque ex ipſo textu. Vbi Vlpianus ait, licet tutor præſtare non poſſit autoritatem minori in rem, ſeu commodum tutoris, quando principaliter cernitur tutoris commodum, poſſe tamen illam præſtare, quando principaliter interuenit & attenditur commodum minoris, licet acceſſoriè & comitanter per accidens ſequatur commodum tutoris. Vt ſi debitor tutoris hæredem reliquit minorem, poteſt tutor præſtare autoritatem minori, vt adeat eam hæreditatem, nihil impediente quòd ex ea aditione minor fiat debitor talis tutoris eius quantitatis, quam defunctus debebat tutori. Et cum leg. quidam ſunt ſerui, ff. de pœnis, iuriſconſultus dicat, deportatis negarĩ ea, quæ ſunt iuris ciuilis,vt teſtari, non verò ea, quæ

D iuris ſunt gentium, vt emere, & vendere, ait Bartol.ibi numero 1.quod quamuis actiones ſint iuris ciuilis, vt habetur,§.1.inſtit.de act.& alias ſæpe, eo ipſo, quòd eis permittuntur contractus, qui ſunt de iure gentium,in conſequentiam,& non principaliter,eis conceduntur actiones,quæ ex eis contractibus reſultant.

Prædicta etiam confirmantur ex ca.ſuper eo, de præb.libr.6.vbi cum ca.de multa.extra eodem titulo ſancitum eſſet, vt habens perſonatum vel aliam dignitatem,non poſſit habere ſimul parochiam,& curam animarum, neque ea prohibitio extenderetur ad præbendas alias, definitur, habentem perſonatum, poſſe abſque Romani pontificis diſpenſatio-

E ne,nihil impediente eo capite,habere ſimul præbendam, eſto præbendæ illi annexa eſſet parochia habens curam animarum, & iuriſdictionem ſpiritualem: quoniam cum parochia illa eſſet acceſſoria, & annexa præbendæ, eſto annexum dignius ſit, quam præbenda,propter curam animarum, & iuriſdictionem ſpiritualem,habetur ratio principalis, cui alterum eſt annexum,quod cum perſonatu eſt compatibile,& in conſequentiam illius,poteſt ſimul obtineri annexum curam habens animarum, in quo præbendatus ille non tenetur reſidere eo ipſo,quod eſt annexum præbendæ, ſed illud adminiſtrat per vicarium perpetuum,cui cura earum animarum,& iuriſdictio illa ſpiritualis,incumbit.

Aduer-

Obiectio. Aduerſus hactenus dicta nõ obſtat, quòd Burgos de Paziunior. quæſt. 3. ciuili. num. 63. tentauerit, poſſe defendi contrarium ſecundę concluſionis propoſitæ, euertendo fundamentum ex Baldo, cui illa nititur, hac ratione. Quòd quando ſimul concurrunt in eadem perſona duæ regulæ, vna permiſſiua, & altera prohibitiua, ſeu negatiua, ſemper præualere debet prohibitiua, ſeu negatiua, tanquam potentior: eo ꝗ negatio vim habeat vniuerſalis, quaſi dicat omnino non fiat, ſeu in nullo euentu. Et quod quando cõcurrunt duæ cauſæ, vna, quæ prodeſt, & altera, quæ nocet, præualet, quæ nocet.

Satisfit. Non, inquam, hoc obſtat, quoniam regulæ illæ intelligendæ ſunt, quando ſunt circa eodem modo ſpectatum. Vt ſi quis ex vno capite ſit habilis ad aliquid, ex alio verò idem eodem modo ſpectatum prohibetur illi, præualet prohibitio. In re autem propoſita, vt multipliciter, ſatiſque efficaciter eſt oſtenſum, prohibitio dignitatis infami eſt, ſolum directè: ſecus verò acceſſoriè, in conſequentiam rei alterius, ad quam non eſt inhabilis, & cui ea dignitas eſt annexa. Ac planè lex 1. in princi. ff. de autoritat. tutor. oſtendit, eo modo intelligendas eſſe regulas illas: nam interpretatur Vlpianus, prohibitionẽ, qua tutor prohibetur præſtare in ſuum commodum autoritatem ſuam minori, intelligendam eſſe, in ſuũ commodum principaliter ac directè: ſecus verò minus principaliter & acceſſoriè, intẽdẽdo pręcipuè cõmodum minoris.

Obiectio. Non item aduerſus hactenus dicta obſtat, ſi quis dicat, quod principaliter in maioratu attendi debet, eſſe iuriſdictionem & dignitatem: quare, qui incapax eſt dignitatis ob infamiam, erit etiam in conſequentiam iuriſdictionis ac dignitatis, incapax ſucceſſionis in bonis, quæ eam iuriſdictionem ac dignitatem habent coniunctam. Non, inquam, id obſtat.

Satisfit. Quoniam re vera, quando maioratus habet iuriſdictionem & dignitatem, quod eſt principale, tãquam id, cui alterum eſt annexum, ſunt bona ipſa; quæ iuriſdictionem ac dignitatem tanquam qualitatem & ornamentum, habent adiuncta, & non è contra, bona ipſa cenſentur vt qualitas & ornamentum additum atque adiunctum iuriſdictioni ac dignitati: id quod manifeſtè cenſet Baldus in fundamento ex ipſo adducto, quem cæteri ſequuntur: concinitque deciſio cap. ſuper eo. de præb. libro 6. ſupra relata: in præbenda enim illa, cui parochia cum cura animarum, & iuriſdictione ſpirituali, eſt adiuncta, licet dignior ſit parochia, præbenda tamen cenſetur principalis, tanquam id, cui alterum eſt annexum: quarè licet in maioratu illuſtrior ac ſplendidior ſit iuriſdictio ac dignitas, quàm ſint bona alia, quibus iuriſdi-
6 ctio ac dignitas eſt adiuncta & colligata, id tamen non impedit, quòd rationem qualitatis, atque adiuncti & annexi habeat comparatione eorum bonorũ, illaque proinde ſequatur, & non è contra: id quod apertè colligitur ex l. & ſi non ſint, §. perueniamus, ff. de auro & argento legat. Vbi iuriſconſultus ait, gemmas longè pretioſiores auro inſculptas, cedere auro tanquam principali, ad quod ornandum ſunt appoſitæ, rationemque reddit, dicens. *Semper enim, cum quærimus, quid cui cedat, illud ſpectamus, quid cuius rei ornãdæ cauſa adhibeatur.* Vnde, quando ius patronatus ad præſentandum ad beneficia, annexum eſt bonis aliquibus temporalibus, ſequitur bona illa tanquam adiunctum, & non è contra, venditiſque bonis illis temporalibus, cum eis tranſit, eſto pluris emantur, propter eam qualitatem adiunctã, quæ omnino eſt inuendibilis.

7 Confirmari etiam poteſt ſecunda concluſio propoſita. Quoniam expulſio infamis à dignitatibus, & officijs publicis, intelligenda eſt, de officijs & dignitatibus, à republica ipſa inſtitutis, quæ ſunt bona ipſius reipublicæ, vt conferantur ſuis membris, in quibus bonis plus iuris habet princeps, ad prohibẽdum, ne in illis ſuccedant, eisve cõferãtur, qui tales, vel tales qualitates habuerint, quam in alijs priuatorũ bonis: non verò intelligitur de dignitatibus annexis bonis priuatorum, quę priuati, ſiue interueniente Regis facultate, ſiue non, ritè inſtituerunt, vt ordine ſucceſſionis deuenirent ad ſuos poſteros, ad eoſve, qui eſſent de ſua familia, vel ad quos pro ſuo arbitrio ad ea vocarunt: in his enim principes non tantam poteſtatem habent, quantam in alijs. Et quamuis iuriſdictio omnis, maioratus, & dignitas, à principe fuerit à principio deriuata, aut conceſſa, poſtquam tamen eam conceſſit, vel pretio, quo oppida maioratus ex ipſo fuerunt empta, vel collata in remunerationem obſequiorum, ac rerum bene geſtarum pro republica, tam ipſa, quàm titulus ducatus, marchionatus, aut comitatus, vt eo modo ſucceſſione deuenirent, vel certè donatione ex parte, aut omnino, vtique non tã tam poteſtatem habet princeps in eis bonis, & in dignitatibus, ſemel ita conceſſis, quantam habet in illis alijs dignitatibus & officijs publicis. Quando autem dignitas aliqua creata eſſet in republica, ſeu munus cum reditibus oppidorum illi annexis, aut cum alio emolumento, velut ſtipendio eius muneris, tunc, quamuis conceſſa eſſet alicui & ſucceſſoribus ordine quodam, ſi tamen aliquis, qui in ea ſuccedere debebat, aut qui illam iam obtinebat, efficeretur infamis, priuaretur illa, & deueniret ad vlterius ad illam vocatum: quoniam tunc principale eſſet ea dignitas ac munus in republica, & acceſſoriũ in competentem ſuſtentationem, eſſent bona illi annexa.

Conſentaneè ad hactenus dicta, obſeruat Molina vbi ſup. nu. 16. cum pleriſque alijs, quos citat. Quãuis ſpurius vilis conditionis reputetur, cum tamẽ ſuccedere poſſe in maioratu, etiamſi iuriſdictionem ac dignitatem habeat annexam, modò tamen is ſpurius capax ſit ſucceſſionis comparatione eius, qui talem maioratum inſtituit, quique eiuſmodi ſpurium ad eũ maioratum vocat. 8

Ad primum argum. Ad priorem partem primi argumenti iam ex hactenus dictis ſatis conſtat, duo illa iura Codicis non eſſe intelligenda de dignitatibus, in quibus ſucceditur in conſequentiam aliorum bonorum, quibus tales dignitates, tanquam principalibus, ſunt annexæ, vt ſunt dignitates maioratuum, ſed de dignitatibus, quæ principaliter acquiruntur, & ſunt bona, ſeu munera reipublicæ.

Quod ad ſecundam partem attinet. Greg. Lopez. ibi, & Molina c. 11. citato num. 17. verba illa priora *ſiendo hombre para ello*, intelligunt de aptitudine perſonæ, ſecluſis moribus, vt dummodò non ſit amens, fatuus, mutus & ſurdus, aut alio ſimili affectus naturali defectu. Poſteriora verò, nempe, *e no auiendo hecho coſa, por que lo deuieſſe perder*, intelligunt de aptitudine proueniente ex moribus. Quoniam, quamuis priora verba ex ſe aptitudinem etiam prouenientem ex moribus comprehendant; additione tamen poſteriorum, intelligenda ſunt de aptitudine naturali. Poteſt etiam dici, poſteriora verba addita fuiſſe ad maiorem explicationem, & expreſſionem. Quod ad primam aptitudinem attinet, dicetur tribus diſputationibus ſequentibus quov ſque cõtraria ineptitudo impediat, aut non impediat, ſucceſſionem in Regno, & in alijs maioratibus. Quòd verò attinet ad poſteriorem aptitudinem, dicendum eſt cum Greg. Lopez. & Molina vbi ſupra, & cum pleriſque alijs, quos citant, Ob infamiam, aut delictum, regulariter nõ priuari aliquem regni ſucceſſione, aut regno iam adepto, niſi crimen ſit hæreſis, ob quod, vt amittit alia bona, ſic etiam regni ſucceſſionem, aut regnum iam adeptum. Ob crimen etiam læſæ maieſtatis humanæ, vt ſi filius Regi, patri, aut alter, qui ius ſuccedendi ha- 9

di habet, vltimo poſſeſſori, mortem illi, aut deturbationem à regno intentet, vel bellum aduerſus ſuã rẽpublicam iniuſtè inferat, amittit regni ſucceſſionẽ. Si item pernicioſus valde eſſet Eccleſiæ, aut ſuæ propriæ reipublicæ, priuari poſſet regno, ſucceſſioneq; in illo. Imò quãdo ſucceſſor eſſet hæreticus, aut pernicioſus valde Eccleſiæ, eſto haberet filium, aut aliũ proximiorem conſanguineum, minimè conſortem in eo delicto, ad quem regnum deuolui deberet, poſſet Summus Pontifex concedere regnum illud alijs, qui ſua potentia illum coercerent, depellerentq; de regno, quando legitimus alioquin ſucceſſor non poſſet, aut non vellet, id efficere: quoniam id poſtulat bonum commune Eccleſiæ, & regulariter regni etiam illius: ſatis tamen eſt id omnino poſtulare Eccleſiæ bonum ſpirituale, vt diſp. 29. oſtenſum eſt. In alijs autem maioratibus priuatis, quoniam poſſeſſor hæreticus, aut pernicioſus bono publico, ſufficienter coerceri poteſt ac puniri à principe, cui eſt ſubiectus, locum non habet, vt is maioratus concedatur alicui extraneo, & priuetur eo is, qui in defectum talis hæretici, aut pernicioſi bono publico, ad eum maioratum vocatur, eique ſucceſſioni eſt aptus.

10 Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, quamuis id verũ ſit in feudo (modò tamen infamia ſit grauis: nam ob leuem infamiam feudum nõ amittit, neque expellitur ab alia dignitate, vt habetur. c. 1. §. illud, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. & cum Baldo Inn. & alijs, affirmat Molina vbi ſup. nu. 20.) in maioratu tamẽ id non habere locum. Neque eſt validum in re propoſita argumentum à feudo ad maioratum: præſertim cum ratio, ob quam id in feudo eſt ſtatutum, nempe quia infamis non poteſt eſſe in curia, vt expreſſè habetur, c. 1. an ille qui interficit fratrem domini, & feudatarius teneatur ad ſeruitium perſonale principi exhibendum, locum non habeat in maioratibus.

DISPVT. 621.

Vtrum amens ſuccedere poſsit in maioratu.

SVMMARIVM.

1 *Amens ſuccedit in maioratu iuriſdictionem & munus exercendum annexum non habente.*

2 *Quando maioratus eſt regnum, aut alius habens annexam iuriſdictionem, aut dignitatem, contrariæ referuntur opiniones.*

3 *Regno iam adepto, non priuatur amens, etiam ob amentiam perpetuam, ſed illi datur curator & adminiſtrator loco illius. Et quid quando natus eſt ſanæ mentis, & ante regnum adeptum, incidit in amentiam, aut habet lucida interualla. Longè minus priuari poteſt alijs maioratibus, qui regno priuari non poteſt.*

4 *Præfertur ſoboles talis amentis, poſito quod ipſe ſit excludendus à regno, aut maioratu, nondum adeptis fratri talis amentis.*

5 *Amens, aut aliter, ex defectu naturali ineptus regimini regni, aut alterius maioratus, excludi non debet ab eis nondum adeptis, ſed tradi illi debet curator & adminiſtrator loco illius. Excipitur in hoc regno, niſi ſit collateralis, qui alioquin ſuccedere in regno deberet.*

1 QVando maioratus conſtat bonis nullam habentibus iuriſdictionem, ac munus annexum exercendum, tunc dubium non eſt, amentem, etiam à natiuitate, perpetuaque amentia, ſuccedere poſſe in eo maioratu, per- A inde atque in alijs ſimilibus bonis nullo uinculo maioratus ſubiectis. Ita Molina lib. 1. de primog. ca. 13. nu. 22. Ant. Gom. l. 40. Tauri. num. 62. Greg. Lopez, l. 2. verb. *ſiendo para ello*, & communis opinio, quam Molina refert. Ratio autem eſt, quoniam amentia non reddit amentem incapacem ſucceſſionis. l. 1. ff. de bon. poſſ. infant. vel furioſ. delata. l. vlt. §. tali. C. de curat. furioſ. §. ſui. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur & alijs iuribus, quæ Molina citat.

Quando autem maioratus habet iuriſdictionem, 2
aut dignitatem, adiunctam, voluerunt idem eſſe dicendum Ioan. Igneus, & Carolus Molinæus, relati à Molina vbi ſupra num. 24. etiam quando maioratus eſt regnum, dandumque tunc eſſe tali Regi mente capto coadiutorem, qui regni iuriſdictionem exer- B ceat, regnumque adminiſtret. Ducuntur fundamento illo Baldi, & communi, diſputatione præcedente relato: quoniam ſucceſſio in eam iuriſdictionem ac dignitatem, eſt in conſequentiam aliorum bonorũ, quibus ea iuriſdictio & dignitas eſt annexa, & quorum talis amens eſt capax.

Contraria verò ſententia eſt communis multorũ, quos referunt ac ſequuntur Molina vbi ſup. num. 25. Ant. Gom. l. 40. Tauri. num. 69. & Greg. Lopez. l. 2. citata. verb. *ſiendo hombre para ello*. Ducuntur, quoniã lex, aut diſpoſitio priuati, præferens primogenitum ſecundò genito, aut alteri immediato cõſanguineo vltimi poſſeſſoris, intelligẽda nõ eſt, quãdo id eſſet contra publicam vtilitatem, quæ conſiſtit in eo, quòd regna, prouinciæ, ditiones, ac dignitates, ab ha- C bilibus & idoneis, non verò ab inhabilibus, & prorſus ineptis, adminiſtrentur, regantur, ac gubernẽtur: quarè lex, aut diſpoſitio priuati, quæ vocat primogenitum, aut alium proximiorem conſanguineum, ad eiuſmodi maioratus habentes iuriſdictionem, ac adminiſtrationem, intelligendæ ſunt, modo ita vocati ad id ſint habiles, & non prorſus inepti. Id quòd ſatis expreſſit. l. 2. titul. 15. part. 2. dum dixit, *ſiendo hombre para ello*: nulla autem videtur maior ineptitudo ex parte perſonæ, ſecluſis moribus, quàm carere aliquem vſu rationis perpetuo, maximè à ſua natiuitate, aut antequam ad ipſum regnum deueniat, aut ad alium de numero maioratuum, de quibus loquimur. Neque refert, ait Molina vbi ſupra nume. 29. quòd in ea lege, verba illa, *ſiendo hombre para ello*, non ſint D appoſita, dum erat ſermo de deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, etiam fœminis, ſed poſteà dum diſponitur, ꝙ deficientibus oĩbus omnino deſcẽdentibus vltimi poſſeſſoris ſuccedat proximior conſanguineus collateralis vltimi poſſeſſoris, additur illa reſtrictio, *ſiendo hombre para ello*, quaſi id non ſit neceſſarium in deſcendentibus vltimi poſſeſſoris, ſed hi, nihil eo defectu impediente, ſuccedant: cæterum tunc regnũ adminiſtretur per coadiutorem ad id electum per rempublicam, aut nominatum, à prædeceſſore. Non inquam, id refert, ait Molina, quoniam clauſula reſtringens appoſita in fine ſcripturæ, omnia antecedentia reſtringit. Et quoniã verba, quæ vlterius ſubiunguntur, *ſi no auiendo hecho coſa, por donde lo deuieſ- E ſe perder*, intelliguntur, etiam de deſcendentibus, eos que comprehendunt. Reſponderi tamen poteſt. primum intelligendum eſſe, quando reſtrictio non eſt manifeſtè appoſita ſolum proximè dicto, vt in ea lege manifeſtè apponitur. Et quando non erat peculiaris ratio, cur ſimiliter non apponeretur deſcendentibus. Ex affectu enim maiori vltimi poſſeſſoris ad ſuam ſobolem, facilè oriri poterant diſſenſiones & mala, ſi videret ſuam ſobolem minus aptam, repellendam eſſe & priuandam regno, facileque per fas, & nefas, curare poſſet, vt illa perſeueraret in regno. Præſertim, cum ineptitudo illa facilè poſſet ſuppleri per coadiutorem, & ex deſcendente minus apto generari poſſet deſcendens aptus. Ad ſecundum

dum dici poſſet, illud, eſto non apponeretur, ex ſe eſſe manifeſtum, neque illud impediret ſolùm ne regnum adipiſcerentur, ſed etiam priuari ob illud poſſent regno, etiam iam adepto, vt verba illa, *por donde lo deuieſſe perder*, ſatis exprimunt. ineptitudo verò ex parte perſonæ, ſecluſis moribus, ſi aduẽniat poſt regnum adeptum, etiamſi perpetua ſit, non eſt ſatis ad Regem priuandum regno, vt dicemus, ipſeque Molina affirmat, ſed tunc tradendus eſt illi coadiutor.

3 Autores communis ſententiæ eam limitant: Primò, quando amentia ſuperuenit poſt regnum, aut maioratum, adeptum: tunc enim, non ſolùm ſi amentia perpetua non ſit, ſed etiam ſi perpetua ſit, ſine ſpe ſanam mentem recuperandi, non amittit is, qui regnum adeptus eſt, ea de cauſa id regnum, ſed datur illi curator, & coadiutor, qui nomine illius regnum adminiſtret, idque apertè ſtatuitur. l. 3. tit. 15. part. 2. Si enim Rex iudicium rationis amittat, ſtatuitur, dandum eſſe illi curatorem, & adminiſtratorem regni, modo ibi præſcripto, qui regnum adminiſtret, vel quouſque Rex ad ſuam redeat mẽtem, vel vſque ad mortem illius, ſi ſcilicet amentia perpetua eſt. Quando item amentia haberet lucida interualla, confitentur etiam, non eſſe priuandum regno, etiam nondùm adepto, ſed tradendum illi eſſe curatorem, ac adminiſtratorem. Quando verò amentia eſt perpetua, & aduenit ante regnum, aut maioratum adeptum, cenſent plerique autorũ communis ſententiæ, ſi amentia non fuit à natiuitate, eſto ſuperuenerit ante regnum adeptum, non eſſe priuandum regno, ſed dandum illi eſſe curatorem, & adminiſtratorem regni. Ducuntur, quoniam eo ipſo, quòd fuit natus ſine amentia, capaxque regni, comparauerit, radicatumque fuerit in eo ius ad id regnum, aut maioratum, vt primæ inſtitutionis, ſiue lege, ſiue contractu, ſiue vltima voluntate, fuerit inſtitutum à republica, vel à priuato aliquo, vt alibi copioſiùs dicetur: & ſicut, propter ſuperuenientem amentiam perpetuam, nõ poteſt quis ſpoliari regno, aut maioratu iam adepto, ita neque iure ad illud vi primæ inſtitutionis comparato eo ipſo, quòd fuit natus capax illius. Molina tamen vbi ſupra arbitratur, ſatis eſſe, vt quis priuetur ſucceſſione in regno, ſi amentia perpetua illi aduenerit ante regnum debitum & adeptum: quoniam ius illud ad ſuccedendum in tali regno, radicatum in illo à puncto ſuæ natiuitatis, eſt reuocabile ante punctum ſucceſſionis, morte illius, aut ſuperueniente inhabilitate ad id regnum: & quoniam habilitas attendenda eſt in puncto ſucceſſionis: quòd non obſcurè innuunt verba illa. l. 2. tit. 15. par. 2. *ſiendo hombre para ello*, tempore ſcilicet ſucceſſionis.

4 Secundò limitant eam ſententiam ad effectum, vt excluſo primogenito vltimi poſſeſſoris propter amentiam, ſuccedat ſecundò genitus, aut alius, qui vlteriùs vocatur, vt id intelligatur, quando talis amens non habet filium regni capacem tempore ſucceſſionis: ſi enim illum haberet, is filius, nepos vltimi poſſeſſoris, præfertur filio ſecundo genito ex eodem vltimo poſſeſſore, & cuicunque alteri conſanguineo vltimi poſſeſſoris, vt ex le. 1. titu. 15. par. ſecunda. eſt notiſſimum, & affirmant Gregor. Lopez ibi verb. *ſiendo hombre para ello*, Molina vbi ſupra. nume. 39. & alij, quos citant. Dicunt verò, ſi talis amens filium habeat tempore ſucceſſionis regni: quoniam ſi tunc filiũ non habeat, ſaltem iam conceptum, eaq; de cauſa ſucceſsit filius ſecundo genitus vltimi poſſeſſoris, eſto poſt eã ſucceſsionem naſcatur filius ex tali amente, præfertur illi filius ſecundo genitus, itẽque ſoboles poſteà ipſius: ſucceſsit enim, qualitaſq; neceſſaria ad ſuccedendum eſſe debent tẽpore ſucceſsionis, neque ſucceſsio eſſe debet, aut põt, in ſu-

A ſpenſo. l. non oportet. ff. de lega. 2. l. interuenit. ff. de leg. præſt. l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cog. quo in textu exprimitur, ſatis eſſe, vt ſit conceptus tempore ſucceſſionis, nec ſufficere ſi poſtea cõcipiatur. l. pen. §. quandiu. ff. vnde legit. & alijs iuribus, & affirmat Gregor. Lopez verb. *ſiendo hombre para ello*. Molina vbi ſup. nu. 39. & alij, quos citant. De hac tamen re inferius diſp. 634. erit ſermo.

Decisio.

Vt de hac re tota dicam, quod ſentio. Sanè multũ propendeo, raro eſſe aliquem priuandum ſucceſſione in regno, & multò minus in alijs maioratibus habentibus iuriſdictionem annexam, ob naturalẽ defectum perſonæ, eſto amẽtia perpetua ſit: eò quòd ineptitudini ex eo capite ad regni adminiſtrationem ſubueniri poſſit, curatore, & adminiſtratore creato B à republica, interim dum ille vixerit: & longè maiora mala ſequi ſint apta ex contentionibus, num ille priuari ſucceſſione debeat, an non. Et quoniã non 5 multum intereſt inter id dubium, an priuari debeat regno iam adepto ob eiuſmodi ineptitudinem, & an ex eodem capite priuari debeat ſucceſſione: omneſque conueniant priuari non debere regno iam adepto, ſed ſubueniri ineptitudini debere conſtitutione curatoris ac gubernatoris nomine & loco ita inepti. Accedit, conſentire ex parte. cap. grandi, de ſupplen. negli. prælat. lib. 6. in quo tamen capite autores contrariæ ſententiæ fundare ſolent ſuam opinionẽ. Ineptitudo quippe illa Regis Sanctij Luſitani ſanè à natura ipſa fuit ſtatim à puncto natiuitatis, antequã regnum adipiſceretur; cognita tamẽ fuit in progreſ- C ſu adminiſtrationis: neque tamen priuatus fuit regno tanquam incapax illius tempore ſucceſſionis, ſed ſolùm fuit conſtitutus curator, qui loco & nomine illius, regnum adminiſtraret. Reſponderi tamen poſſet, illũ non fuiſſe mente captum omnino, ſed inſufficientem ſolùm ad regni adminiſtrationẽ, in quo euentu, licèt ineptitudo eſſet à puncto natiuitatis, non debebat excludi à ſucceſſione regni, ſed ſolùm tradi illi debebat adminiſtrator loco illius. Nõ tamen ſatisfacit omnino hæc reſponſio. Si enim aliquis ſimpliciter ſit ineptus regni adminiſtrationi, quia bono communi non expedit illum adminiſtrare regnum, ſine vlla ſpe, quòd aliquando rectè ac ſufficienter, ſaltem mediocriter, illud adminiſtrabit, vtique ſimpliciter eſt iudicandus omnino ineptus: D quare, ſi omnimoda ac ſimpliciter ineptitudo priuat à ſucceſſione regni, iudicandus ille fuiſſet, nunquã in regno ſucceſſiſſe, tanquam ad id ſemper ineptus. Longè autem minùs eiuſmodi ineptitudines priuare debent à ſucceſſione in alijs maioratibus: quandoquidem longè facilius ſuppleri ea ineptitudo poſſet curatore, & adminiſtratore, loco & nomine ita inepti. Præſertim cùm eiuſmodi ſucceſſores in talibus maioratibus, habeant publicas poteſtates ſuperiores, quæ prouidere poſsint, ac debeant, de idoneis adminiſtratoribus. Solùm autem video faceſſere nobis negotium verba illa. l. ſecunda, titu. 15. part. ſecunda. *ſiendo hombre para ello*, quæ ſolùm intelligenda arbitror, in ſucceſsione collateralis in re- E gno, vt perſpicuè ſolùm in eo euentu loquuntur: in eoque ſolo ius illud huius regni voluit, non ſuccedere collaterales: ineptũ verò cenſerem oẽm eum, qui tempore ſucceſsionis talis eſſet, vt iudicaretur aptus non futurus ad regni gubernaculũ ſine curatore, aut adminiſtratore, ac proinde cẽſerem repellendum à ſucceſsione in regno omnem amentem, etiã ſi lucida haberet interualla, & omnẽ mutum ſimul ac ſurdum, & cæcum, etiam ſi ſagaces eſſent.

Ad id vnde ducuntur.

Ad illam verò aliam rationem contrariæ opinionis, quòd ſcilicet diſpoſitio vocans primogenitum, intelligenda non ſit, contra publicam vtilitatem, de inhabili, dicendum eſt. Inhabilitatem illam ſuppleri electione adminiſtratoris idonei,

eáque ratione ceſſare detrimentum reipublicæ: longéque maiora mala publico bono ſequi ex eo quòd inhabilis à ſucceſſione eſſet repellendus: inde enim ſeditiones in republica, & lites in re graui, orirētur. Sicut autem conſultius fuit iudicatum reipublicæ, vt Reges via generationis ſuccederent, eſto multi futuri eſſent minus apti, quàm ſi electione optimatum eſſet ſucceſſio, idque ob ſeditiones reipublicæ euitandas: ita conſultiùs eſt reipublicæ non repelli inutilem, ſupplendo eius ineptitudinē electione coadiutoris & adminiſtratoris, quàm illum repellere, eaque via oſtiũ diſſenſionibus, & litibus, in re adeò graui aperire. Ac ſanè, ſi ea ratio contrariæ ſententiæ vim haberet, eodem modo dicendum eſſet, inutilem expellendum eſſe à regno etiam iam adepto: quod autores eius ſententiæ negant.

DISPVT. 622.

Vtrum ſurdus ſimul ac mutus, itemque cæcus, ſuccedere in maioratu poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Surdus ſimul ac mutus non repellitur à maioratu iuriſdictionem ac dignitatem non habente annexam.*
2 *Mutus, aut cæcus, etiam non à natiuitate, ſuccedere non poſſunt in feudo, quod ſeruitium perſonale exigit. Secus ſi illud non exigat.*
3 *Surdus ſimul ac mutus, & cæcus, non repelluntur à regno, aut ab alio maioratu iuriſdictionem habente. Excipitur in hoc regno, ſi collateralis ſit comparatione vltimi poſſeſſoris.*
4 *Iudices eſſe non poſſunt cæcus, & ſurdus.*

1 QVando maioratus conſtat ex bonis nullam iuriſdictionem ac dignitatem habentibus annexam, dicendum eſt, etiam ſi ſucceſſor mutus ſimul ſit ac ſurdus à natiuitate, non propterea repellendum eſſe à ſucceſſione in maioratu: idque propter rationem ſimilem ei, quam diſputatione præcedente reddidimus, cur mente captus perpetuò à ſua natiuitate, expelli non poſſit à tali maioratu. Quia videlicet mutus & ſurdus incapax non eſt ad ſuccedendum in bonis, quin potiùs iura ſucceſſionis illi conceduntur. l.mutum. ff.de acquirend.hæredit.§.vltim. inſti.de hæred.qualit.& l.prima, §.mutus. ff.de hæred.inſti. quare ſuccedere optimè poterit, etiam in bonis vinculatis, quando annexa non habent iuriſdictionem ac dignitatem

2 Confirmari hoc poteſt, quoniam licèt mutus, aut cæcus, etiam ſi tales non ſint à natiuitate, ſed poſteà ex accidente, ſuccedere non poſſint in feudo, cap.primo, an mutus, vel aliàs imperfectus. c.primo, §.mutus, Epiſcopum vel Abbatem, vbi habetur mutum ex accidente retinere non poſſe feudum anteà adeptum, relinquendũ tamen illi eſſe de reditibus, ita vt non egeat, & dilucidiùs. lib.6. titul.26. par.4. ſed tamen locum non habet, quando feudum nullum exigit ſeruitium, aut exigit tale, quòd præſtari poſſit à muto, aut à cæco, vt conſtat ex ratione, quam reddunt prædicta iura, cur mutus, & cæcus, non poſſint ſuccedere in feudo, quia videlicet non poſſunt præſtare ſeruitium, & affirmant Gregor. Lopez. l.6. citata verba. *mudo o ciego*, & Molina lib. primo, de primogen. cap.13. num.43. & communis ſententia, quam referunt: quare, cùm eiuſmodi maioratus nullum exigant ſeruitium, neque habeāt aliquam adminiſtrationem, ſuccedere in illis poterunt mutus, & cæcus.

A Quando autem maioratus habet annexam aliquam iuriſdictionem, poteſt ſuaderi, mutum ſuccedere non poſſe in eo maioratu. Primò, quoniam Argumentũ primum. mutus ſuccedere non poteſt in feudo, quando feudum habet adiectum onus ſeruitij, quòd à muto præſtari non poſſit, vt ex iuribus proximè citatis conſtat: cùm ergo mutus iudex eſſe non poſſit, atque adeò neque iuriſdictionem exercere, vt conſtat. l.cum prætor. §.vltim. ff.de iudicijs. & lib.4. titul.4. par. tertia. validumque ſit argumentum à feudo ad maioratum, quando cernitur eadem ratio, conſequens eſt, vt mutus ſuccedere non poſsit in eiuſmodi maioratu.

Secundò, quoniam in hoc regno, l.6. citata, tit.26. Secundum. part. quarta. ſancitum eſt, vt mutus, ſurdus, aut cæcus, ſuccedere non poſsit in feudo: in hoc autem B regno, nullum aliud feudi genus fuit vnquam auditũ, quàm conceſsiones factæ à principe nobilibus oppidorum cum iuriſdictione, ob quæ oppida tales nobiles tenentur ad certum ſeruitium, vt ad ſeruiendum principi tempore belli certo numero militum, qui vulgo, *lancas* dicuntur, & ad alia: eaque de cauſa, ratione eiuſmodi oppidorum, vaſalli Regis peculiariter nuncupantur: licet enim cæteri etiā in hoc regno vaſalli Regis ſint ac dicantur, & ad fidelitatē ei aſtricti, conſuetudine tamen eſt obtentum, vt peculiariter hi vaſalli Regis, ratione eiuſmodi oppidorum, dicantur, vt colligitur ex l. prima, in fi. tit 25. iuncta l.2. titu.26. par.4. ſicque in regijs prouiſionibus & epiſtolis, hi peculiariter dicuntur vaſalli ra- C tione oppidorum, vt Molina vbi ſupra, num.48. ait, quo fit, vt de iure huius regni, mutus nō ſuccedat in eiuſmodi maioratibus iuriſdictionem habentibus.

Confirmatur præcedēs ratio, quoniam licet eiuſ- Confirm. modi conceſsiones oppidorum in Hiſpanijs naturam feudi in cæteris non retineant, feuda tamen ex conſuetudine Hiſpaniarum dici poſſunt, ac proinde in illis locum habebit diſpoſitio. l.6. citatæ, vt in eis ſuccedere non poſsint ſurdus, mutus, aut cæcus. Etenim diuerſæ prouinciæ diuerſas ſeruant conſuetudines in feudis: in Italia quippe, mortuo parente feudi poſſeſſore, æquis portionibus diuiditur feudũ inter filios: in Gallia verò primogenitus ſuccedit in toto feudo: & in Germania diuerſa conſuetudo ſeruatur, vt affirmant multi, quos Molina vbi ſupra, nu D me.49. refert ac ſequitur. Vnde Baldus, & alij, quos Molina ibidem, num.50. ſequitur, rectè affirmant, ſi Germano concedatur feudum in Italia, cenſeri conceſſum iuxta Italiæ cōſuetudinem. Si verò Italo concedatur in Germania, cenſeri conceſſum iuxta Germaniæ conſuetudinem. Qua ratione, quamuis in aliquibus feuda aliqua à natura feudorum degenerent, feuda tamen cenſentur: pacto enim, aut conſuetudine, à natura feudi poteſt recedi, & nihilominùs feudum propriam naturam feudi non ſeruans, feudum adhuc erit, ſuntque in eo ſeruādæ cęteræ leges & cōditiones feudi, vt habetur. c.1. de feudo non habente propriam naturam feudi, & conſentit vbi ſupra Molina, nu.51. cum alijs, quos citat: qui cum Baldo, E & alijs ſubiungit, eſto dominus vaſallum omni ſeruitio liberet, non proinde feudum ratione cuius tale ſeruitium antea debebatur, deſinere eſſe feudum.

Tertiò, mutus, eò quòd ſit inhabilis ad regnũ gu- Tertium. bernandum, non ſuccedit in regno, vt conſtat ex illis verbis. l.2. titu.25. part.5. *ſiendo hombre para ello:* ergo neque in alijs maioratibus habentibus iuriſdictionem oppidorum. Conſequentia probatur. Tum quia in maioratibus Hiſpanis, quando aliud non eſt diſpoſitum, eo modo ſuccedit ur, quo in regno, ad cuius exemplum ſunt inſtituti. Tum etiam quoniā vnumquodq; oppidum reſpublica ſuo modo cenſetur, nomineq; reipublicæ ad multa comprehēditur, vt ad effectum, vt reſtitutio in integrum ei concedatur

tur eo modo, quo reipublicæ integræ conceditur, vt ſuo loco in calce materiæ de contractibus dictũ eſt: magnumque detrimẽtum oppido etiam ſequatur ex eo, ꝙ inhabilis ad ipſum regendum, ei præficiatur.

Quartùm. Quartò, quoniam id videtur diſpoſitum. l. 10. tit. 4. lib. 6. nouæ collect. quæ ſic habet. *Quando acaeciere, que algunos de los vaſſalos, que de nos tienen tierra, muriere, ſean proueydos de la libráca del ſueldo ſus hijos primogenitos, qui fueren habiles para ello: y aſi lo entẽde mos mandar, y lo miſmo entendemos hazer delas lãcas, y officios de rationes y quitaciones, quæ vacaren.*

3 Cum diſputatione præcedente dictum à nobis ſit, amentem perpetua amentia, etiam ſi à natiuitate ſit talis, expellendum non eſſe à regni ſucceſſione, niſi quando ſuccedere deberet collateralis ea inhabilitate affectus; idque propter diſpoſitionem legis 2. titu. 15. part. 2. quæ id in eo ſolo euentu ſtatuit; à ſucceſſione verò in alijs maioratibus talem amentem expellẽdum non eſſe; ſanè longè maiori cum ratione idem dicendum eſt de muto, qui compos ſui eſt, cõtractuſque, qui verbis non indigent, vt fiant, validè cum eo celebrantur etiam ſine curatore, vt cum Bar. & communi doctorum ſententia affirmat Molina vbi ſup. nume. 59. Mutum verò cenſemus repellendum à regni ſucceſsione, ſi collateralis ſit vltimo poſſeſſori, propter diſpoſitionem legis. 2. citatæ; eò quòd verè inhabilis ſit ad regni adminiſtrationem, vt diſputatione præcedente à nobis dictum eſt: à ſucceſſione verò in alijs maioratibus minimè eum expellendum arbitramur: ſicque definitum fuit in hoc regno circa marchionatum de *Villanueua*, in quo ſucceſſit mutus & ſurdus à natiuitate, quem ex facie nouimus cõiugatum, & in poſſeſſione ſui marchionatus. Molina autem vbi ſup. a nu. 48. nobiſcum hac in re conſentit, neque excipit, vt nos, quando collateralis mutus ſuccedere debebat vltimo poſſeſſori. Arbitror tamẽ eum non multum ſecum conſentire, dum amentem cenſet expellendum, & non mutum ſimul ac ſurdum à natiuitate; cum hic etiam ſimpliciter ineptus ſit regimini regni.

Ad primũ argum. Ad primum argumentum in contrarium, conceſſa maiori, & minori ibi virtute ſubſumpta, quoad priorem partem, neganda eſt quoad poſteriorẽ, nempe validum eſſe argumentum à feudo ad maioratũ, quando militat vtrobique eadem ratio. Si enim aliquid in feudo conſtitutum ſit extra regulas iuris cõmunis, nempe quòd mutus, ſurdus, ac cæcus, repellatur à ſucceſſione in feudo, eo quòd idoneus nõ ſit ad præſtandum ſeruitium feudo annexum, ſanè iura illa nullam vim habent in maioratibus ob aliam æqualem, aut etiam maiorem ineptitudinem ad maioratum, antequam idem expreſſim in maioratibus ſtatuatur: quoniam exorbitantia à iure communi ſtatuta in feudis, extendenda non ſunt ad alia ex eo ſolũ, quòd circa feuda ſint ſancita. Adde, in maioratibus iuriſdictionem, ad quam exercendam per ſe ipſum ineptus eſt mutus, poſſe exerceri per interpoſitã perſonam ad id electam.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, legem illam. 6. de ſolis feudis propriè loqui, vt patet illam expendenti & conferenti cum alijs legibus eiuſdem tituli, & tituli. 25. antecedentis: conditores enim Partitarum, etiam de feudis proprijs notitiam aliquam tradere voluerunt, colligendo & inferendo in eiſdem Partitis iura aliqua feudorum vnà cum alijs diſpoſitionibus iuris ciuilis, & canonici, vt ſumma iuris, quam colligebãt ac tradebant, integra eſſet & perfecta, ſiue in Hiſpanijs vſus aliquis eſſet feudorum, ſiue non. Preſertim quia eſſe poterat in futurum aliquis feudorum vſus, & quia expedit, iuriſperitos notitiam aliquam habere eorum omnium, quorum mentio fit in iure communi, vt ex parte ſciant ea, quorum vſus diſpoſitio eſt in alijs prouincijs, & vt non laborent in æquiuo-

A co, ac decipiantur. Adde, præſertim in Galacia, vſum aliquem eſſe feudorum: multi enim feudatarij ſunt Eccleſiæ Sancti Iacobi, & alijs Eccleſijs ac monaſterijs. Quamuis autem in eis iuribus Partitarum, quorum mentio fit in ſecundo argumento, ſermo ſit de eo genere vaſallorum, vnà cum aliis generibus, quorum mentio fit in eis legibus, & in alijs eorum duorum titulorum; ſanè de eis non eſt ſermo tanquam de feudatariis, & feudis, ſed tanquam de re longè diuerſa, vt expendenti ea iura, eaque cum alijs eorundem titulorum conferenti, erit ſatis perſpicuum.

Ad confirmationem verò negandum ſimiliter eſt, ex conſuetudine Hiſpaniarum, eas oppidorum conceſſiones eſſe, aut dici feuda: de eis enim, tãquam de B re longè diuerſa à feudis, fit mentio in eis duobus titulis, neque vnquam feuda fuerunt, ſed res longè diuerſæ: quarè, quæ verè in eo argumento ſubiunguntur, non perſuadent eas conceſſiones feuda eſſe. Ad confir.

Ad tertium negandum eſt, eam ineptitudinẽ muti, excludere à ſucceſſione in regno, aut in alio maioratu, præterquam ſi ſit collateralis vltimo poſſeſſori, quoad regni ſucceſſionem, propter id ius poſitiuum huius regni, in eo ſolo euentu, vt dictum eſt. Neque inde poteſt ſumi argumentum ad id extendendũ ad alios euentus, aut ad alios maioratus: eo quòd ea diſpoſitio exorbitans ſit à regulis iuris communis: neque eſt eadem ratio de aliis euentibus, & multò minus de aliis maioratibus, qui facilius & ſine detrimẽto, per interpoſitam perſonam ad id electam, admi- C niſtratur, vt dictum eſt. Ad tertiũ.

Ad quartum dicendum eſt, ibi non eſſe ſermonẽ de maioratibus, ſed de ſtipendiis, quæ à Rege dãtur parentibus ad vitam ipſorum; eaque præcipere Regem, vt dentur filijs primogenitis habilibus. Cùm enim Rex ea ſtipendia volũtariè præſtet propter ſeruitium, noluit, vt darentur filijs primogenitis, niſi habiles eſſent ad id ſeruitium. Ad quartũ.

De cæco, & omnino ſurdo, ſed non muto, facilius dicendum eſt, poſſe eos obtinere, non ſolum maioratum non habentem annexam iuriſdictionem, vt eſt notiſſimum; eo quòd iure ſuccedendi non ſint priuati, ſed etiam habentem iuriſdictionem. Licet enim exercere non poſſint iudicis officium, vt de ſurdo habetur. l. cum prætor. §. vlt. ff. de iud. & de cæco affir- D mant gloſ. & Bart. l. cæcus. ff. eod. tit. habeturque de vtroque, l. 4. tit. 4. part. 3. obtinere tñ poſſunt iuriſdictionem, quam per alterum exerceant, vt gloſſa & Bar. citati, de cæco affirmant. Adde, cæcum & ſurdũ poſſe conſtituere per ſe idoneos miniſtros ad exercitium iuriſdictionis ac iudicandi, & ab illis exigere rationem adminiſtrationis: quin ſimul cum illis poterunt gubernare, ea, ad quæ ipſi minus ſunt idonei, per ipſos adminiſtros exercendo. Conſentiunt Molina vbi ſup. nu. 66. Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *ſiendo hombre para ello*, & alij, quos citant. Arbitror vero propter hæc eadem verba legis illius. 2. ſi ſint collaterales, qui in hoc Caſtellæ regno ſuccedere de- E beant vltimo eiuſdem regni poſſeſsori, excludendos eſſe à ſucceſſione; eo quod ſimpliciter apti non ſint ad regnum gubernandum. 4

D I S P V T. 623.

Vtrum religioſus, aut clericus, ſuccedere poſsit in maioratu.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſus ſi nondum profeſſionem emiſit, aut in noſtra Societate vota coadiutorum, capax eſt cuiuſcunque maioratus.*

K 3 *Reli-*

2 *Religioſi, quorum monaſteria in bonis illorum non ſuccedunt, ſi profeſſionem emittant, aut in noſtra Societate emittant vota coadiutorum, neque ipſi, neque monaſteria, ſuccedunt in maioratu, neque in commoditate illius, ſed deuoluitur ad vlterius vocatum.*

3 *Quando monaſterium ſuccedit in bonis ſui religioſi, ſuccedit etiam in commoditate maioratus non habentis iuriſdictionem, ad ipſumque attinentis, dum talis religioſus vixerit; niſi inſtitutio excludat religioſum à ſucceſſione in eo maioratu, vt plerumque fit. Eo verò religioſo mortuo naturaliter, maioratus integrè deuoluitur ad vlterius vòcatum.*

4 *Religioſi maioratus ſi iuriſdictionem habeat annexam, non ſuccedit in eo monaſterium, neque quoad commoditatem.*

5 *Commendatarij, qui coniugati eſſe poſſunt, non excluduntur à ſucceſſione quorumcunque maioratuum, etiam ſi clauſulam habeant excludentem religioſum.*

6 *Clerici à quorumcunque maioratuum ſucceſſione non excluduntur, niſi in inſtitutione eſſet clauſula, qua excludantur: & qui ſoleant particulari clauſula excludi. Nulluſque eorum cenſetur excluſus, quando maioratus titulo præſcriptionis poſſidetur, niſi de contrario apertè conſtet. Quæ item clerici in adminiſtratione maioratuum exercere per alios debeant.*

1 Religioſus, ſi nondùm profeſſionem emiſit, aut in noſtra Societate ad gradũ coadiutoris aſſumptus eſt, ſuccedit in maioratu, quicunque is maioratus ſit. Quoniam vſque ad profeſſionem, aut ad vota coadiutorum in noſtra Societate, incapax non eſt ſucceſſionis in quibuſcunque bonis, dominijque illorũ, iuxta ea quæ diſp. 139. & 140. copioſè dicta ſunt.

2 Religioſus earum religionum, quarum domus, collegia, ac monaſteria, incapacia ſunt ſucceſſionis loco ſuorum religioſorum, vt ſunt domus & collegia noſtræ Societatis, & monaſteria omnia fratrum de obſeruãtia D. Franciſci, eorumque, qui ſtrictiùs adhuc viuunt ſub regula eiuſdem Beati Franciſci, vt duabus diſputationibus citatis dictum eſt: religioſus, inquam, harum religionum, eo ipſo, quòd profeſſionem emittit, aut in noſtra Societate vota coadiutorum, pro mortuo reputatur ad effectũ, vt neque ipſe, neque monaſteriũ, aut alius loco illius, ſuccedere poſſit in quibuſcunque bonis, ſed deuoluuntur ad alios hæredes ab inteſtato, aut ad vlteriùs vocatum ad ea bona: vt duabus diſputationibus citatis dictum explanatumque eſt. Quare eiuſmodi religioſi, & monaſteria eorum, ſuccedere non poſſunt in vllo maioratu, ſed perinde talis maioratus deuoluitur ad vlteriùs vocatum, ac ſi religioſus ille è vita diſceſſiſſet, aut natus non fuiſſet. Hæc facilè conſtãt ex dictis duabus diſputationibus citatis, & conſentit communis doctorum ſententia, Molina lib. 1. de primog. cap. 13. nume. 69. ſequitur. Qui enim incapax eſt ſucceſſionis pro mortuo naturaliter reputatur: l. prima, §. ſed ſi patruus: ff. de coniungend. cum eman. liber.

3 Quod ad religioſos attinet, quorum monaſteria capacia ſunt ſucceſſionis loeo eorum, dicẽdum eſt. Si maioratus non habeat iuriſdictionem ac dignitatem annexam, ſuccedere monaſterium, ratione eius religioſi, in eo maioratu, recipereque commoditatem totam ex illo interim dum talis religioſus vixerit: eo verò naturaliter mortuo, tranſire maioratũ ad vlteriùs ad eum vocatum. Quando autem ex prima inſtitutione excluderetur religioſus à ſucceſſione in eo maioratu, vt plerunque fit, tunc, tali religioſo profeſſionem emittente, tranſiret maioratus ad

A vlteriùs ad eum vocatum, nec ſuccederet monaſterium. Ratio primæ partis eſt, quoniam eiuſmodi monaſterium capax eſt, ratione ſui religioſi profeſſi, ſucceſſionis bonorum, neque eſt vlla ſufficiẽs ratio, cur non etiam capax ſit ſucceſſionis in tali maioratu. Eam partem affirmat communis doctorum ſententia, quam inter alios referunt ac ſequuntur Ant. Gom. l. 40. Tauri. num. 66. Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. par. 2. ver. *ſiendo hombre para ello*, Gama deciſ. 6. Molina vbi ſupra, num. 95. & alij, quos nos diſput. 140. citauimus: affirmatque Gama & Molina ita pronunciatum fuiſſe in Luſitania, & Caſtella. Tametſi Molina non admodùm firmus ad eam ſententiam accedat: motus præſumpta contraria voluntate inſtitutoris maioratus, qui in bonum, & memoriã ſuæ B familiæ, præſumendus eſt inſtituiſſe eum maioratũ, & vt arma & inſignia deferret; quæ locum non habent in ſucceſſione monaſterij, nec cenſendũ eſt inſtitutorem id velle, aut intendiſſe. Secunda verò pars, quòd ſcilicet, mortuo eo religioſo, tranſeat maioratus ad vlteriùs vocatum, facilè probatur. Quoniam ſucceſſio in maioratu, eſt ex vocatione primi inſtitutoris, de quorum numero non eſt monaſterium, neque vocati accipiunt maioratum ab vltimo poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore: quare religioſus ille, ſua profeſſione, præiudicare non potuit cæteris vocatis, vt, eo mortuo, non ſuccedat, qui ſuccederet, ſi ipſe ſimiliter moreretur in ſæculo. Solùm ergo obtinebit monaſterium maioratum illum, & commoditatem ex illo, interim dum is religioſus vixerit.

C Tertia verò pars ſatis eſt nota, nec probatione indiget: quoniam primus inſtitutor eam legem apponere potuit bonis ita vinculatis, quæ ſatis congrua eſt fini, ad quem maioratus ſolet inſtitui.

Quando verò maioratus habet iuriſdictionẽ adiunctam, eſt maius dubiũ, an ſimiliter ſuccedat monaſterium. Pars, quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Quæſtio.

Primò, quoniam eiuſmodi monaſterium capax eſt ſucceſſionis bonorum ratione illius ſui religioſi, vt diſput. 139. & 140. copioſè oſtenſum eſt: ergo, in conſequentiam cæterorum bonorum talis maioratus, quorum paulò anteà dictum eſt eſſe capacem, erit etiam capax iuriſdictionis ac dignitatis eiſdem bonis annexæ. Ad primũ.

Secundò, quoniã religioſus ille profeſſione emiſ- Secundum.
D ſa retinet ius prioritatis in gradu, iuraque omnia cognationis, vt ex ſe eſt notiſſimum: quoniam in alijs hæreditatibus ac bonis ſuccedit vt proximior in gradu, locoque illius ſuccedit monaſterium, & excludit remotiores. Retinet item iura ſanguinis, & ſuitatis, vt de iure ſuitatis nos diximus diſput. 179. Succedit item in feudo, quando ex eo non debetur ſeruitium, quod à monacho, vel monaſterio, præſtari non poſſit, vt, cum communi doctorum ſententia, diſput. 140. dictum eſt. Item, exiſtente ſtatuto, quòd excludit fœminas propter maſculos, ipſe, monaſteriumque loco illius, excludit fœminas; vt hęc omnia affirmant Doctores, quos Molina vbi ſupra, nu. 73. refert ac ſequitur: ergo ſuccedet monaſterium, loco
E talis religioſi, in maioratu iuriſdictionem ac dignitatem annexam habente.

Pars verò quæ negat, confirmatur. Primò, quo- 4 Deciſio.
niam ius regni, ducatus, marchionatus, comitatus, & ſimilia iura, non tranſeunt ad monaſterium; ſed continuò, profeſſione emiſſa, tranſeunt ad illos, ad quos iure ſanguinis, mortuo eo religioſo, erant deuentura, vt ait gloſ. 1. c. ſcripſit nobis. 27. q. 2. tametſi rectè ſubiungat, ex eo textu non colligi id efficaciter, eamque gloſſæ opinionem amplectuntur Archidiac. & alij, & Molina vbi ſupra, nu. 86. Ant. Gom. l. 40. Tauri. nũ. 66. & Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *ſiendo hombre para ello*, referunt ac ſequuntur, & nos diſput. 140. retulimus ac ſequuti ſumus; ac ſa-

nè val-

nè valde abſurdum, minimeque bono communi expediens eſſet, quod eiuſmodi iura ad monaſterium tranſirent, vt ex ſe eſt notiſſimũ: cum ergo id ob iuriſdictionem annexam eueniat, eademque ſit ratio de cæteris maioratibus, habentibus iuriſdictionem annexam; & multi maioratus ſine titulo ſint, qui longè maiorem iuriſdictionem habent, quàm aliqui ex maioratibus cum titulò marchionatus, aut comitatus; neque certa latitudo iuriſdictionis præſcribi poſſit, vltra quam maioratus non poſſit deuenire ad monaſterium, & cum qua, aut cum minori poſſit; conſequens profectò eſt, vt nullus maioratus habens iuriſdictionem, poſſit deuenire ad monaſterium. Secundò, quoniam in feudo, vnde debetur ſeruitium, quod monachus, ac monaſterium præſtare non poſſunt, nõ ſuccedit monaſterium, vt diſp. 140. cum communi doctorum ſententia dictum eſt: ergo neque ſuccedet in maioratu habente iuriſdictionem annexam, quam congruè monachus & monaſterium exercere & adminiſtrare non poſſunt. Tertiò, quoniam in maioratus diſpoſitione, ſicut in quacunque alia, is non ſuccedit, de quo, ſi diſponens, quando diſponebat, interrogaretur, an vellet, & intenderet, vt ſuccederet, proculdubio reſponderet neganter: ſed dubitandum nõn eſt, ſi inſtitutores regnorum, ducatuũ, marchionatuum, comitatuum, & aliorum maioratuum habentium iuriſdictionem, interrogarentur, quãdo eos inſtituebant, an vellent, & intenderet, ſi aliquis ex vocatis profiteretur religionem, vt monaſterium, loco illius, in eis ſuccederet, eaque adminiſtraret, interim dum ille viueret, reſponſuros neganter: ergo monaſterium in eis non ſuccedit. Atque hæc vrgens ratio non modicum ſuadet, idem dicendum eſſe de maioratibus non habentibus iuriſdictionem annexam. Quartò, quoniam præcipuus finis inſtitutionũ maioratuum, eorum præſertim, qui iuriſdictionẽ habent annexam, eſt, vt memoria inſtitutoris, eiuſque familia cum ſplendore conſeruetur: ex ſucceſſione verò monaſterij, toto tempore, quo perſeuerat vita eius, qui ad illum erat vocatus, & profeſſus eſt illam religionem, memoria inſtitutoris maioratus, ſplẽdorque familiæ ipſius, ſupprimuntur, & quaſi abolẽtur, nec nomen & arma inſtitutoris, nec familiæ & maiorum ornamenta, cõſpiciuntur & apparent; quo fit, vt credendum non ſit, inſtitutorem voluiſſe, & intẽdiſſe, vt monaſterium in eo euentu ſuccederet. Neq; enim, quod ad vnum finem & effectum eſt inſtitutum, debet operari contrarium. Poſtremò, quoniam id habet vniuerſalis Hiſpaniarum conſuetudo, cui eſt ſtandum: nunquam enim auditum fuit, monaſterium ſucceſſiſſe in maioratu ſui religioſi profeſſi, habente iuriſdictionem annexam, vt teſtatur. Molina vbi ſup. nu. 94. qui addit, tempore, quo illa ſcribebat, ita iudicatum fuiſſe in ſupremo Caſtellæ ſenatu in quodam opulentiſſimo maioratu, tametſi à ſentẽtia fuerit ſupplicatum, ſiſque adhuc penderet. Propter has verò & alias rationes, quas Molina vbi ſupra accumulat, hanc ſententiam amplector, tanquam communem gloſſæ & doctorum, quos in prima harum rationum citauimus.

5 Quod verò attinet ad commendatarios Hiſpaniarum profeſſos, qui vxores ducere poſſunt, cõſtat monaſteria non comparare ipſorum bona, ſed ipſos eſſe veros dominos eorum, quæ acquirunt, neque eſſe integrè & perfectè religioſos, vt diſp. 141. oſtẽſum à nobis eſt. Quarè capaces ſunt eiuſmodi maioratuum, in hiſque ſuccedunt antiqua Hiſpaniarum cõſuetudine, perinde ac ſi commendatarij nõ eſſent: & eſto in maioratus inſtitutione appoſita ſit clauſula, quod clericus, aut religioſus, non poſſit in eo ſuccedere, non propterea eiuſmodi commendatarij ab eo excluduntur: quoniam nõn cenſentur comprehenſi nomine religioſorum ſimpliciter.

A Illud vero eſt obſeruandum, monaſteria, non idcirco excludi à ſucceſſione eiuſmodi maioratibus, quòd capacia non ſint iuriſdictionis temporalis, ſi illis à principibus, aut ab alijs eorum monaſteriorum fundatoribus concedantur: multa quippe ſunt monaſteria, quæ eiuſmodi iuriſdictiones habent: ſed quòd inſtitutores maioratuum ad regimen publicum, aut ad ſplendorem ſuarum familiarum, & conſeruationem nominis ac memoriæ ipſorum, nulla ratione cenſendi ſunt vocare ad ſucceſſionem in eis monaſteria, etiam nomine & loco profeſſorum, qui, ante profeſſionem in eis monaſterijs, ad eos maioratus eſſent vocati; neque id expediat bono communi, & regimini populorum, conſeruationique ſplendoris familiæ.

B Ad primum ergo argumentum in contrarium, cõceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia: quoniam, quòd ſuccedant in eis bonis, & in iuriſdictione annexa, apertè eſt contra mentem & intentum inſtitutorum, cui eſt ſtandum. Ad primũ argum.

Ad ſecundum, conceſſis omnibus, quæ in antecedente continentur, neganda eſt conſequentia, propter eandem rationem, quia ſcilicet repugnat menti & intento inſtitutorum eiuſmodi maioratuum, vt in eis ſuccedant monaſteria loco ſuorum religioſorũ; cui tamen menti ac intento eſt ſtandum. Ad ſecundum.

Quod ad clericos attinet, dicendum eſt, ſuccedere poſſe, non ſolum in maioratibus, qui non habent iuriſdictionem annexam, ſed etiam in illis, qui illam annexam habent, etiam in regnis. Quoniam verò C capaces illorum ſunt, tanquam proprij eorum domini: neque eiuſmodi donatio pugnat cum ſacerdotio, aut Pontificatu, etiam Summo. Imò verò & Summus Pontificatus, & aliqui Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, quin & Abbatiæ, habere ſolent iuriſdictionem temporalem annexam, ad maiorem ſplendorem & ornatum earum dignitatum, vt diſp. 24. dictum eſt. Debent tamen ſacerdotes, & Pontifices, adminiſtrare eiuſmodi temporalia dominia, quoad ea, quæ nõ decet eos per ſe ipſos exercere, aut ipſis nimiam curã, & diſtractionem afferre poſſent, per miniſtros ad id electos. Et quando expediret attendere regimini ſæculari, quale eſſet regni, relinquere debent beneficia curam animarũ habentia. Sic vidimus Cardinalem Henricũ, quando morte Sebaſtiani Regis ſucceſſit in Luſitaniæ regno, tãquam propinquior Regi Sebaſtiano, reliquiſſe continuò Archiepiſcopatum Euorenſem, & Abbatiam de *Alcobaca*. Quod autem clerici ſuccedere poſſint in eiuſmodi maioratibus, præter conſuetudinem receptam, & ea quæ diſputatio. 29. citata à nobis dicta ſunt, affirmat communis ſentẽtia, quam referunt ac ſequuntur Anto. Gom. nu. 66. citato, Greg. Lopez, verb. *ſiendo hombre para ello*, ſæpius citato, & Molina vbi ſupra, nume. 96. Si tamen in creatione maioratus appoſita eſſet clauſula, quæ clericos ab eo excluderet, tunc clerici in eo non ſuccederent, vt eſt perſpicuum. Solent autem ſæpe maioratuum inſtitutores partim ad tollenda dubia, partim ad remouendos aliquos à maioratuum ſucceſſione, apponere clauſulam, quòd in eis ſuccedere non poſſit amens, mutus, ſurdus, cæcus, religioſus, clericus, mulier, aut alij, prout inſtitutores plures, aut pauciores, excludere volunt: eiſque clauſulis ac diſpoſitionibus eſt ſtandum. Admonet verò bene Molina vbi ſupra, num. 100. quando maioratus non conſtat ſcriptura, ſed immemorabili præſcriptione, non cenſeri appoſitam eiuſmodi clauſulam, niſi occurente caſu aliquis ſimilis fuerit excluſus, tèmpore ad id præſcribendum ſufficiente: neque plures, vi talis præſcriptionis, excludi tunc, quàm fuerit compertum, tempore ad id præſcribendum neceſſario, fuiſſe excluſos. Ratio eſt, quoniam immemorabilis præſcriptio

ptio bonorum aliquorum tanquam maioratus, ſo- A
lùm probat, quæ ſunt de natura maioratus: non ue-
rò hæc alia, quæ maioratui accidentaria ſunt.

DISPVT. 624.

In maioratuum Hiſpanorum ſucceſſione, an maior natu ſit cæteris præferendus. Et quouſque illegitimè natus ſuccedere poſſit, aut non poſsit, in eiſdem maioratibus.

SVMMARIVM.

1 *Maioratuum in ſucceßione quouſque maior natu cæteris præfertur. Idem in capellis, & in alijs rebus, quæ indiuiſæ, deuenire ordine quodam ad vnũ debent. Et quis primogenitus dicatur, præſertim inter geminos.*

2 *Gemini vterque maſculus, aut vterque fœmina, ſi nati eſſent, & ignoraretur quis prior, vterque pro indiuiſo ſuccederet cum alio in maioratu. In regno verò mitti ſortes deberent quis eorum futurus eſſet Rex.*

3 *Quando matrimonium fuit contractum inter conſanguineos, aut affines, ſine diſpenſatione Sũmi Pontificis, & cum mala fide vtriuſque contrahentium, proleſque fuit ſuſcepta, eſto poſtea ex diſpenſatione legitimè contrahant, non legitimatur proles, nec ſuccedit in maioratu, nec præfertur proli legitimè poſtea natæ. Et eſto impedimentum eſſet de iure humano, non poteſt diſpenſare Summus Pontifex, vt matrimonium antea fuerit legitimum, nec proinde ea ratione efficere, vt proles fuerit legitima: licèt quoad ſolas inhabilitates canonicas, & non ciuiles (de quarum numero eſt ſucceßio in maioratu) poßit diſpenſare Summus Pontifex, vt reputetur ac ſi ſine illis fuiſſet nata, & id ſolùm efficere videtur, ſi dicat, diſpenſare, vt id matrimonium fuerit validum. Poteſt etiam Summus Pontifex diſpenſare quoad eaſdem inhabilitates, eſto impedimentum eſſet dirimẽs iure diuino.*

4 *Maioratus ſi quis incapax ſit quacunque ratione, ſuccedit proximè vocatus, ſi incapax etiam nõ ſit, alioquin progreßio fit inter proximè vocatos, quouſque deueniatur ad capacem, qui ſuccedat.*

5 *Ad maioratum proximè vocatus, ſi incapax illius ob delictum ſit effectus, & à principe reſtituatur, aut incapacitas alia ratione in eo ceſſet, tunc, ſi incapacitas ceſſet poſt mortem vltimi poſſeſſoris, aut poſt delationẽ maioratus alia ratione, non ſuccedit ille, ſed excluſus manet. Si uero tempore delationis incapacitas ceſſauit, tunc is ſuccedit.*

6 *Reſtitutionem principis ex gratia in priſtinũ ſtatum non habere locum in præiudicium alterius, qualiter intelligendum.*

7 *Maioratui ſucceſſor proximus, ſi renunciet ſucceſſioni in fauorem ulterius vocati, ſibi præiudicat: non uerò filijs, ſi poſtea habuerit, qui ſuccedent. Ea autem renunciatio ſi facta eſſet uiuente inſtitutore, nulla eſſet, niſi inſtitutor conſentiret, & in eo conſenſu perſeueraret uſque ad mortem. Secus ſi defunctus eſſet, & eſſet alius maioratus poſſeſſor. Et quando, ſi renuncians minor eſſet, illi competeret reſtitutio in integrum.*

8 *Egregia ex hoc fundamento deciſio cuiuſdam euentus in Luſitania.*

9 *Maioratus duo, ſi reditus unius eorũ excedant quantitatem* de dos cuentos, *non poſſunt in hoc regno deuenire ad eundem, ſed eligit, quem eorum vult, & alter deuenit ad ſecundò genitum. Idem quando maioratus habent conditiones incompatibiles in eodem.*

10 *Maioratus ſucceſsor ſi occidat inſtitutorem, aut ultimum poſseſſorem, ſucceßione priuatur. Et quis ſuccedat. Et quando commoditas ad fiſcum pertineat, dum interfector uixerit.*

EX dictis diſp. 556. 577. & alijs ſequentibus, 1
conſtat, in maioratibus Hiſpanis, quando
aliud non eſt expreſſum, aut aliud non po-
ſtulat repræſentatio, vel ſexus, ratione cuius
maſculus minor natu in eodem gradu præfertur fœ
minæ maiori natu, neque adeſt impedimentũ, quod
ea ſucceſſione excludat maiorẽ natu, ſemper in ma-
B ioratu ſuccedere vltimo poſſeſſori maiorẽ, non qui-
dem dignitate, aut alijs qualitatibus, ſed natu, ſeu
ætate, computata à puncto natiuitatis, qui illi eſt ma
gis coniunctus. Imò verò quia in eiuſmodi bonis
vinculatis ſucceſſio eſt eo modo à maiori natu in
maiorem natu, bona illa maioratus, ac primogenia
in Hiſpanijs dicta ſunt, vt duabus diſputationibus
citatis explicatum eſt. Ita cum Tiraquello & alijs,
affirmant Molina lib. 1. de primog. c. 1. nu. 1. & 2. &
Greg. Lopez. l. 2. tit. 13. par. 2. verb. *Mayoria.* Qui, cũ
Angelo, Aretino, & Roderico Xuarez, rectè ſubiun-
git, vniuerſum, quando aliquid inſtituitur, aut relin
quitur, vt indiuiſũ, deueniat ad aliquos ordine quo-
dam, vt capella, vel aliud ſimile, ſemper intelligi ma-
iorẽ natu eius gradus aut qualitatis prȩferẽdum eſſe
C cæteris eiuſdem gradus, aut qualitatis, quando aliud
ab inſtitutore non eſt expreſſum.

Porrò in maioratib. Hiſpanis ſuccedit vltimo poſ
ſeſſori maior natu, etiam ſi natus ſit ante obtentum
à tali vltimo poſſeſſore eum maioratum: quare prȩ
fertur nato poſt eum maioratum obtentum, argu-
mento. l. ſenatoris filium. ff. de ſenatorib. illis verbis.
Nec intereſt, an in ſenatoria dignitate illum ſuſceperit,
an ante dignitatem ſenatoriam. l. cum aduocatio. C.
de aduocatis diuerſ. iudiciorum. & l. neque Doro-
theum. C. de decurionib. illis verb. *Etſi ante paternas*
illuſtres dignitates natus eſt, & affirmant Tiraquel-
lus Licirier, & alij, quos referunt ac ſequuntur Mo-
lina vbi ſup. nume. 3. Ant. Gom. l. 40. Tauri, nu. 67.
& Greg. Lopez. vbi ſupra verb. *ſino el hijo mayor*, in
D prin. idque conſuetudine eſt receptum, tametſi res
quondam fuerit controuerſa.

Cenſetur maior natu in re propoſita, etiam qui,
mortua matre, ventre ſciſo, in lucem editus eſt vi-
uus, vt Gregor. Lopez ibidem rectè ſubiungit: quo-
niam per Epicheiam id ita intelligendum eſt. Talis
fuit Cæſar, qui inde nomen accepit: & fuit Dux Al-
banus ſtrenuiſſimus, ac clariſſimus belli dux, qui
multis rebus præclarè geſtis, ſubiugata Philippo Re
gi Luſitania, ſenio confectus, in Olyſſiponenſi vr-
be vitam finiuit.

Quando duo gemini naſcuntur, vt Eſau, & Ia- 2
cob, qui primo loco naſcitur, etiam per momẽtum,
cenſetur primogenitus, eſto alter prius fuiſſet con-
E ceptus, aut prius manum extraxiſſet, vt Geneſ. 38.
Zaram prior extraxit manum, quam retraxit, natuſ
que eſt prior Phares primogenitus Iudæ ex Tha-
mar: & Eſau, qui prior fuit natus, primogenitus fuit
obtinuitque ius primogenituræ, quod poſtea vendi
dit, punctũ enim plenæ ac perfectæ natiuitatis, quo-
ad hoc ſpectatur, non verò conceptionis, vt cum Ti
raquello ait Molina vbi ſup. nu. 4. 5. & 17. conſentit
Ant. Gom. l. 40. Tauri. nume. 68. cum pleriſq; alijs,
quos citat, & concinunt. l. Aretuſa, & l. idem erit. ff.
de ſtatu hominum.

Quamuis autem gemini naſci ſimul naturaliter
non poſſint, ſed vnus poſt alium naſci debeat, vt ha
betur. l. Aretuſa citata, ſi tamen poſtea non conſtet,
quis

quis geminorum,quorum alter ſuccedere in maioratu debebat,ante alterum natus ſit, quia id notatũ non fuit,aut aliqua alia ratione,tunc, ſi alter ſit maſculus,& altera fœmina,maſculus ſuccedit in maioratu: non ſolùm,quia in maioratibus Hiſpanis maſculus excludit fœminam maiorem natu, ſed etiam quoniam in dubio, maſculus præſumitur prior natus, eo quòd id fauorabilius ſit,argumento.l.ſi fuerit,in fine.ff.de reb.dub.& aliorum iurium,quę Anton.Gom.vbi ſupra citat,& habetur expreſsè.l.12.titu.33.par.7. Quando verò uterque eſt maſculus, aut vtraque eſt fœmina, variæ ſunt doctorum ſententiæ,quid tunc faciendum ſit, quas copioſè referunt Licerier lib.1. de primog. q.11. & Tiraquellus de primog.q.17. quaſdamq; ex eis refert Anto. Gom. nume.68.citato. Communior verò inter eas eſt,quã approbant Ant.Gom.ibidem, Molina vbi ſup. nume.19.& Greg.Lopez.l.12.citata. glo.3. & quam ſtatuit in hoc regno.l.12.citata. Vtrũque videlicet æquè ſuccedere in eo maioratu, ac proinde vtrũque dominium & poſſeſſionem illius comparare pro indiuiſo,debereque pro indiuiſo illum adminiſtrare, quouſque compoſitio & diuiſio maioratus inter eos fiat. Idem verò arbitratur Ant.Gom.dicendum eſſe in regno,excluſis opinionibus eorũ,qui dicebant, ad magnates Regni tunc ſpectare dicere, quem illorum potius vellent in Regem. Itemque eorũ, qui dicebant,ſortem eſſe tunc mittendam, quis illorum futurus eſſet Rex. Molina etiam vbi ſup. à num.20. quamuis primo loco argumentetur, quòd deciſio.l.12. citatæ locum non habeat in regno, ſed in alijs maioratibus; eo quòd iuxta.l.2.titu.25.par.1.regno diuiſio repugnet,ac proinde quòd amplectenda videatur opinio eorum; qui dicebant, ad proceres regni ſpectare eligere, quis eorum futurus eſſet Rex; poſtea tamen amplectitur eandem Antonij Gometij opinionem,propter mala,quę ſequerentur,ſi electio tunc locum haberet, aitq; regnum diuiſionem inter duos non ſuſcipere, excepto eiuſmodi euentu ad euitanda maiora mala: ipſeque, & alij, referunt ſæpe in imperio multos imperaſſe ſimul, & in Hiſpanijs multos etiam ſimul regnaſſe. Reijcit etiam Molina opinionem,quòd primogenitus,qui naſceretur primò ex vno illorum,ſuccedere deberet in toto regno. Etenim primogenitus ex altero, non minus ſuccederet in iure patris ſui,quàm ille alius ſuccederet in iure ſui patris. Sanè ego propendeo,tunc ſortem eſſe mittendam inter illos, quis eorum futurus ſit Rex,ſi in id proceres regni,procuratoreſq; ciuitatum conueniant, ad ſuum regnum integrum & indiuiſum ſeruandum,pacemq; ac bonum reipublicæ conſeruanda,idque etiam inuitis,idque ignorantibus,geminis illis: quare ſortes de conſenſu reipublicæ mitti deberent,ſtatim in illorum infantia,iſq; ſolùm prouinciandus,habenduſq; eſſet Rex,quem ſors contingeret. Ducor,quoniam ius regni à republica emanauit in Regem,in ſobolemque ipſius,iuxta leges à republica præſcriptas: quando autem ſuperuenit euentus minimè excogitatus, in quo bonũ reipublicę periclitatur,& de quo,ſi tunc occurriſſet, ipſa reſpublica diſpoſuiſſet, prout communi bono ac paci reipublicæ expediret,excipiendo illum à cõmuni & vniuerſali lege circa regni ſucceſſionem lata,ſanè euentus ille à communi lege,ab eadem republica lata,cenſetur exceptus,ad ipſamque rempublicam tunc, occurrente eo euentu, ſpectat ſtatuere, quid facto opus ſit in bonum ſuum,regni pacem,& communis boni conſeruationem: quare tunc tota reſpublica ſuperior eſt illis geminis,vt ipſis etiam inuitis, minimeque conſultis, ſtatuat quid facto opus ſit: ſicut tempore ſchiſmatis, quando duo eſſent Summi Põtifices, factaque accurata diligentia,ſciri non poſſet,quis eorũ eſſet indubitatus, reliquum

A Eccleſiæ corpus, Cõciliumve generale,illis eſſet ſuperius,vt illis,etiam inuitis,ſtatueret,ac pronunciaret,quid in eo euentu eſſet faciendum,quidque Eccleſiæ bono expediret. Porro in re de qua diſputamus, nulla alia uia æquior, & melior geminis ipſis, bono,ac paci reipublicę,ſeſe offert,quam ſi reſpublica ipſa,quoad primates & proceres, procuratoreſque ad id miſſos à ſingulis ciuitatibus, in generali conuentu ſtatuat, vt ſors inter ipſos geminos,quis eorum ſit futurus Rex, mittatur, relicta alteri congrua ſuſtentatione. Atque in eiuſmodi euentu, qui ab orbe condito in regno nõ euenit, neque eueniet, ſi fortè aliquando eueniret,prudentium arbitrio eſſet ſtandum, natura rei, reipublicæ iuriſdictione,& bono communi,ſpectatis; non verò legum deciſio-B nibus,quæ de hac re non loquuntur. Et fortè expediret, vt lex publica hac de re in particulari conderetur,ad continendum varia hominum iudicia, & affectus,pacemque & bonum reipublicæ ſeruanda, ſi caſus ſimilis forte eueniret.

Quouſque autem filius naturalis,legitimatus per ſubſequens matrimonium,ſuccedat in maioratu,& excludat poſterius natum ex eodem matrimonio; quouſque item legitimatus per reſcriptum principis, aut etiam illegitimus, ſuccedere poſſit, aut non poſſit,in maioratu,quæ omnia Molina diſputat lib.3.de primog.ca.1.à nu.6.& c.2.à nu.1.& 3.copioſe à nobis explanata ſunt diſp.172.& duabus ſequentibus,iunctis quę dicta ſunt diſp.165. verſus finem, & diſput.610.

C Illud ſolùm addam. Quando matrimonium contractum fuit inter conſanguineos aut affines,ſine diſpenſatione Summi Pontificis, atque ex parte neutrius contrahentium adfuit bona fides,proleſq; fuit ſuſcepta,tunc eſto poſt eam ſuſceptam, Sũmus Pontifex cum eis diſpenſet, & cõtrahant legitimum matrimonium, filius ille, ante legitimum matrimoniũ natus, vtpote ſpurius, & non naturalis, non legitimatur per ſubſequens matrimonium, ac proinde nec ſuccedere poteſt in maioratu, & præferri filio poſterius ex legitimo matrimonio nato, vt ex ſe eſt notiſſimum, & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina lib.3.de primog.c.2.num.10. refert ac ſequitur. 3

Idem tamen autor.nu.12.ſubiungit, quando im-D pedimentum, dirimens illud prius matrimonium, erat ſolùm de iure humano, vt ſunt gradus omnes affinitatis,& conſanguinitatis,in quibus diſpenſare ſolet Summus Pontifex, poſſe Summum Pontificem ab illo matrimonio, alioquin nullo de iure humano,in quo vero conſenſus interuenit,auferre impedimentum illud canonicum,ac prounciare & declarare tale matrimonium validum,atque tunc prolem effici legitimam,ac ſi matrimoniũ illud à principio fuiſſet legitimũ,& ſuccedere in maioratu,præferrique cæteris filijs, poſt ablatum impedimẽtum ab eiſdem parentibus legitimè genitis. Citat pro ea ſententia Panor.c.venerabilem.num.2.qui filij ſint legitimi, Couar.in epit.c.8.§.num.13. & pleroſque E alios,quos etiam Couar. citat.

Ego verò non dubito, ſententiam hanc falſam eſſe. Atque in primis ſi intelligant, Summum Pontificem efficere poſſe,vt matrimonium, quod à principio fuit nullum propter id impedimentum canonicum, reddatur à principio validum,diſpenſando in tali impedimento,illudque auferendo, ſanè non dubito eſſe id pluſquam falſum. Neque enim habet Summus Pontifex ad præteritum potentiam,vt validum matrimonium efficiat, quod validum re ipſa non fuit,& vt non adfuerit impedimentum illud canonicum, quod verè affuit tempore contracti illius matrimonij,eo quòd in illo non fuerit diſpẽſatum: quare diſpenſare iam nõ poterit, vt à principio non adfue-

adfuerit,ac proinde vt non fuerit nullum matrimo-
nium, quod nullum ob id impedimentum re ipſa
fuit. Quo fit, vt ſine nouo contrahentium conſen-
ſu,nouoque inter eos matrimonij cõtractu,poſt im
pedimentum ſublatum,non poſſit inter eos eſſe le-
gitimum matrimonium,ac proinde, vt Sũmus Pon
tifex non poſſit efficere,vt antiquus conſenſus ſuffi
ciat ad legitimum matrimonium,diſpẽſando in ve-
ro canonico impedimento,quod aderat tempore ta
lis conſenſus,nullumque eum ad legitimum matri-
monium re ipſa reddidit,ſed neceſſarius omnino ſit
ad verum & legitimum matrimonium , prolemque
legitimam generandam , nouus inter ipſos mutuus
conſenſus,nouuſque matrimonij contractus. Pote-
rit quidem Summus Pontifex, prolem illam natam
illegitimè,ita legitimare,quaſi à principio nata fue-
rit legitimè; non quidem efficiendo, vt nunquã fue
rit illegitima,quoniam id eſſet ad præteritum poten
tia , contradictionemque implicat , ita vt nec Deus
poſſit id efficere;ſed auferendo ab illa omnem inha
bilitatem canonicam, quæ ſub ipſius iuriſdictionẽ
cadit,efficiendoque,vt, quoad inhabilitates canoni
cas,reputetur,ac ſi à principio eſſet legitimè nata;at
que id ſolùm eſt cenſendus facere, ſi legitimum di-
cat ſe efficere matrimoniũ,illegitimè priùs contra-
ctum:idque ſolum velle videntur Panor Couar.&
alij autores eius ſententiæ:non tamen poteſt effice-
re,vt matrimonium , quod fuit illegitimum ac nul-
lum,fuerit validum,ac proinde,vt proles ex illo pro
creata non fuerit illegitima. Quia ergo proles verè
fuit illegitima, nec Summus Pontifex efficere va-
let,vt talis non fuerit,atque eo ipſo, quòd illegitima
fuit,contraxit inhabilitates canonicas, atque etiam
ciuiles,quæ ſimpliciter non ſubiacent poteſtati Sũ-
mi Pontificis,ſed principũ ſecularium,vt diſp.173.
oſtenſum eſt ; vtique quamuis Summus Pontifex
poſſit eam legitimare,vt reputetur,quaſi nata fuerit
legitimè,quod attinet ad inhabilitates canonicas,&
id cẽſeatur facere, ſi dicat legitimum ſe efficere ma
trimonium , illegitimè contractum, non tamen po-
teſt,aut cenſetur id efficere, quoad inhabilitates ci-
uiles,atque adeò,vt ſuccedat in maioratu, præfera-
turque in ea ſucceſſione filio poſterius ex eiſdem pa
rentibus legitimè nato .

Nonnulla obſerua. Primum eſt. Eſto impedimẽ
tum matrimonium dirimens non ſit de iure huma-
no,ſed diuino,etiam naturali, proleſque ex tali ma-
trimonio nullo,ſit ſuſcepta, poſſe nihilominus ſimi
liter Pontificem Summum eam legitimare,quaſi à
principio eſſet concepta legitimè. Quoniam inhabi
litates canonicæ,quas proles illa,ita naſcendo, con-
traxit,omnes ſunt de iure humano,ſubiacentque iu
riſdictioni Summi Pontificis: eaque de cauſa, quã-
uis non poſsit diſpenſare in impedimento,efficere-
que,vt inter eos parentes legitimè contrahatur ma-
trimonium; poteſt nihilominus ſimiliter abolere ab
ea prole inhabilitates canonicas ex ea illegitima na-
tiuitate eueniẽtes,atque ſi nata eſſet ex matrimonio
nullo ob impedimentum canonicum iure humano
introductum. Secundum eſt.Quando Summus Põ
tifex pronunciaret, fuiſſe validum matrimonium,
ex quo proles aliqua fuiſſet ſuſcepta,& de quo dubi
tabatur,an validum eſſet,tunc prolem nõ legitima-
ri, ſed in conſequentiam pronunciationis validita-
tis matrimonij , ex quo fuit ſuſcepta , pronunciari
prolem ſemper fuiſſe legitimam. Tertium eſt. Quã-
do Summus Põtifex,ſuſcepta prole ex matrimonio
nullo,ob impedimentum dirimens illud iure huma
no,diſpenſaret in impedimento, vt parentes denuò
legitimè cõtraherent,tũc nõ cenſeri legitimare pro-
lem illegitimè antea ſuſceptã,niſi id exprimatur. At
que hæc duo poſteriora affirmat Cou. vbi ſup.cum
cõi doct. ſententia,& vtrũque eſt ſatis perſpicuum.

A Si primogenitus,is ve,qui alioquin primò ad ma- 4
ioratum vocatur,incapax illius ſit, vel incapacitate,
quæ ex diſpoſitione inſtitutoris, vel quæ ex legis di-
ſpoſitione,à ſucceſſione in illo excludat,vt ob deli-
ctum,aut quacunque alia ratione, tunc, qui vlterius
vocatur,ſiue ob repræſentationem, ſiue,quòd pro-
ximior ſit,& maior natu cæteris,ſiue quacũque alia
rõne , ſuccedit in illo , niſi incapax ipſe ſimiliter ſit:
nam tunc progrediendum in eodem ordine eſt,quo
uſque deueniatur ad vlterius primò vocatum,qui ca
pax illius ſit : ita affirmat Molina lib.3. de primog.
c.2.nu.13.reſque ex ſe eſt notiſſima .

Dubium tamen eſt,vtrum, ſi is, qui incapax erat 5
ob delictum,reſtituatur à principe,aut aliqua alia ra
tione ceſſet illius incapacitas,ſuccedat,ceſſante inca
B pacitate,in maioratu . Diſtinguendum verò eſt. Si
enim tẽpore mortis anterioris poſſeſſoris, delatęve
ſucceſſionis in maioratu , aderat incapacitas , pro-
pter quam ius eius maioratus delatũ eſt ad vlterius
ad illum vocatum,tunc,eſto poſtea à principe reſti-
tuatur,aut alia ratione ceſſet incapacitas illius , non
conſequitur maioratum , ad alium iam ſemel dela-
tum . Succeſsio enim,nec per momentum eſſe po-
teſt in pendenti, quando ab inſtitutore non fuit ap-
poſita conditio,quæ eam ſuſpenderet,ſed continuò
defertur irreuocabiliter ad eum,quem primò inue-
nerit illius capacem ex vocatis ad ipſum , vt diſput.
621.dictum eſt,& diſput.634.copioſius dicetur: ne
que in præiudicium eius,qui ob incapacitatem inter
medij,aut intermediorum , comparauit dominium
C ac poſſeſsionem ciuilem & naturalem eius maiora-
tus ſtatim,ac ſucceſsio delata eſt,poteſt princeps po
ſtea habilem intermedium reddere,ad effectum, vt
ille alius dominio,& poſſeſsione talis maioratus, ſe
mel comparatis, priuetur. Imò verò,eſto de iure hu
ius regni ſtatim,ac defertur maioratus, non compa
raret is,qui primò inueniretur illius capax,dominiũ
ac poſſeſsionem illius, ſed ad comparandum domi-
nium,neceſſarium eſſet adire eum maioratum,non
poſſet princeps , in præiudiciũ iuris ea delatione ita
ad illum comparati , habilem reddere alium , illum
reſtituendo ad priſtinam capacitatem , eumve legi-
timando,vt diſp.174.oſtenſum eſt, & affirmat Mo
lina vbi ſup.nu.14.

Quando autem incapacitas erat ante mortem vl
D timi poſſeſſoris,ante delatamve ſucceſsionem ad a-
lium vlteriorem,& ſimul reſtitutione principis, aut
alia ratione, ceſſauit incapacitas ante mortem eiuſ-
dem ultimi poſſeſſoris,ante delatamve ſucceſsionẽ
ad vlteriorem alium propter eam incapacitatẽ,tunc
dicendum eſt cum Molina vbi ſupra , & cum alijs ,
quos citat (conſentaneè ad quorum ſententiam lo-
quitur Emmanuel Acoſta.§.& quid ſi tantum,p.2.
nu.24.& 52.) incapacitatem præcedentem non im
pedire,quo minus hic,tempore delationis iam habi
lis,ſuccedat in maioratu. Etenim in ſucceſſione ma
ioratus,ſolùm mortis anterioris poſſeſſoris, delatio
niſve eius maioratus,ſpectatur, vt intelligatur, quis
in eo tanquam habilis tunc,primoque ad eum voca
E tus,ſuccedat:quare,cum is,qui inhabilis antea erat,
habilis tũc ſit,ac primò uocatus, vtique is ſuccedet,
& præferetur cæteris .

Quòd ſi quis obijciat,reſtitutionem principis ex 6
mera gratia,qualis hæc eſt,etiamſi pleniſſima ſit, in Obiectio.
telligendam eſſe,ſine præiudicio tertij, iuxta.l.2. in
fine.ff.de ſententiam paſſis,& affirmant Bar.& ple
rique alij.l.Gallus. §.& quid ſi tantum. ff. de liber.
& poſth. ſecus autẽ in reſtitutione,quæ eſt iuſtitiæ;
quę aũt utraque reſtitutio ſit,diſp.575.dictũ eſt:qua
re, qñ incapacitas , principis reſtitutione ac benefi-
cio,tolleretur,nõ eſſet intelligẽda ad effectũ, vt ſuc
ceſsione in eo maioratu is priuaretur,ad quẽ deferre
tur,ſi ea incapacitas reſtitutione illa nõ eſſet ablata.
Di-

Satisfit. Dicendum eſt,quamuis ex l.illa.2.id minimè colligatur, intelligendum tamen eſſe,quoad bona deportati applicata fiſco,propter deportationem, aut aliud ſimile delictum: ſi enim fiſcus ritè illa alienaſſet,& deportatus integrè reſtitueretur à principe,reſtitutio illa intelligenda non eſſet cum præiudicio illius tertij. Quando tamen aliquis per accidens contrahit ex delicto,aut aliunde, incapacitatem aliquã ad ſuccedendum in maioratu, aut in alia ſimili re, præſertim ſi capax illius natus ſit, tunc nihil impedit,quòd princeps, pro poteſtate quã ad id habeat, eam incapacitatem auferat, & quòd ſi tempore delationis rei illius,ſit ablata,factuſq; ille ſit capax,perinde in re illa ſuccedat,ac ſi nunquam eam incapacitatem contraxiſſet. Confirmatur ex l.1.§.vlt.ff.de bonorum poſſ.cont.tabul.vbi habetur, quòd ſi quis habebat filium,& ex illo nepotẽ,& filius,ante mortem patris,deportetur,aut in metallum mittatur,ſuccedat nepos auo;eo quòd filius deportatus pro mortuo reputetur. Additur tamen,ſi filius ante mortem patris reſtituatur, ipſe, excluſo nepote, ſuccedit in hæreditate paterna. Etenim ius primæuum,ex incapacitate ſuſpenſum ac impeditum, ſublato impedimento,reualidatur,& conſolidatur.

Obiectio. Si quis item obijciat.l.ſi alienum. §.in extraneis. ff.de hæred.inſtit. Vbi habetur,vt hæres, non ſuus, ex teſtamento inſtitutus,ſuccedat in hæreditate,neceſſe eſſe,vt ſit capax illius tempore confectionis teſtamenti,tempore mortis teſtatoris,& tempore aditionis hæreditatis: nihil tamen impedire,niſi intermedijs illis temporibus,nempe à confecto teſtamẽto vſque ad mortem teſtatoris, vel à morte teſtatoris vſque ad aditionem hæreditatis, incapacitatem contrahat,modo,dum inſtitutus eſt hæres,& quando moritur teſtator, ac quando adit hæreditatem, eam incapacitatem non habeat.

Satisfit. Dicendum in primis eſt,textũ illum ex parte confirmare noſtram ſententiam, dum incapacitas contracta ante delatam hæreditatem,poſt teſtamentum confectum,& deleta iam in puncto delatæ hæreditatis, non impedit ſucceſsionem in illa. Dicendum deinde eſt,textum illum ſolum habere locum in hæreditate delata ex teſtamento: non verò in maioratibus Hiſpanis, in quibus aditio non eſt neceſſaria, & ad quos vocantur,qui non exiſtunt tempore inſtitutionis ac vocationis, neque tempore mortis inſtitutorum,ac proinde qui,eo quòd eis tẽporibus nondum exiſtant, capaces eiſdem temporibus non ſunt ſucceſsionis in illis: quare in maioratibus Hiſpanis ſolùm attendendum eſt, an vocatus immediatè ad illos, tempore delationis illorum, capax eorum ſit, an non,vt rectè hæc affirmat Molina vbi ſup. n.18.

7 Quando primogenitus renunciaret ſucceſſioni in fauorem ſecundò geniti, tunc ea renunciatio,ſeu ceſsio ſucceſsionis maioratus, ipſi præiudicaret,& ſuccederet ſecundò genitus,vt Molina vbi ſup.nume.21.& ſequentibus ait. Cæterùm,ſi primogenitus liberos haberet tempore talis renunciationis,vel poſtea illos procrearet, renunciatio illa non poſſet illis præiudicare, vt idem autor rectè ibi ſubiungit, & probat lib.1.cap.6.num.45. reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua. Qui.cap.2.citato.nume.22.cum Ang. & alijs,rectè ait, ſi ea renunciatio ſit facta à filio inſtitutoris maioratus,ipſo inſtitutore viuente,tunc inualidam eſſe,niſi inſtitutor in ea conſentiat, & perſeueret in eo conſenſu toto tempore vitæ ſuæ,iuxta ea quæ diſput. 579.dicta ſunt. Si verò facta ſit mortuo illo, & viuente alio poſſeſſore eius maioratus, tunc validam eſſe ſine cõſenſu talis poſſeſſoris: quoniam tunc non eſt pactum de ſuccedendo poſſeſſori vltimo,in boniſque illius, ſed de ſuccedendo in bonis primi inſtitutoris iam defuncti, cedendo iuri ſuccedendi ab illo præſcripti & deriuati. Si tamen,qui ita

A cederet,minor eſſet, nec iuramento eam ceſſionem confirmaret, tunc competeret illi reſtitutio in integrum,vt Molina vbi ſup. num.25. ſubiungit. Lege quę diſp.576.citata circa eam reſtitutionem à nobis dicta ſunt.

Iuxta hęc dicendum eſt,rectè factam fuiſſe in Luſitania ſequentem deciſionem, quam Gama refert deciſ.92. Quędam mulier,quæ poſt matris mortem, poſſeſſorem tũc cuiuſdam maioratus, in eo erat ſucceſſura,cum filium haberet primogenitum ex quodam priori matrimonio,illi ad nuptias in alimenta, atque ad ſuſtinenda onera matrimonij, promiſerat tertiam patrem redituum illius maioratus,à puncto quo mortua matre,ad ſe deferretur,& totum maioratum,cum omnibus illius reditibus,à puncto mortis ſuæ. Filius ille mortuus fuit ante mortem auiæ,relicto filio primogenito. Hic primogenitus, nepos eius, quæ id promiſerat patri ad nuptias, mortua proauia,& deuoluto maioratu ad auiam,eam tertiã partem redituum oetebat. Contendebatur,illi non deberi,triplici ratione. Prima, quia pactũ illud fuit nullum,vtpote in pręiudicium alterius,ad quem fortè deuolueretur maioratus ille, mortuo patre talis nepotis ante matrem. Secunda, quia pactum illud de futura ſucceſsione in tali maioratu,viuẽte adhuc proauia illa, poſſeſſore illius, erat nullum ſine illius conſenſu, in quo perſeueraret vſque ad mortem. Tertia,quoniam mortuo eo, cui tertia pars illa redituum promiſſa fuerat ad alimenta,& ad ſuſtinenda onera matrimonij, ceſſauit obligatio tota eius promiſſionis: cum neque ſuperſtes eſſet, qui inde erat alimentãdus,neque perſeueraret matrimonium,cuius onera inde ſuſtineret. Merito tamen deciſum fuit deberi tertiam illam partem redituum eius maioratus filio defuncti, tempore toto, quo auia viueret,& poſsideret maioratum:reliquas verò duas partes poſt mortem auiæ non deberi,neque etiam illam tertiam,niſi poſt mortem auiæ ad ſe maioratus pertineret: quia in præiudicium alterius ſucceſſoris in eo maioratu poſt mortem auiæ,nihil auia potuit validè promittere: quòd autem nepos, dum auia viueret,potiretur tertia illa parte redituum loco auię,nullum præiudicium parabat alteri ſucceſſori. Quo fit, vt prima ratio contra hoc nullas habeat vires. Secũdam verò nullas haberi, ex proximè dictis liquet. Quoniam id non eſt hæreditas proauiæ,ſed bonum iure ſanguinis,ex inſtitutione & pręſcripto primi inſtitutoris,deriuandum à proauia in auiam. Tertia item non obſtat,quoniam,quòd inde alimeata ſumeret,& ſuſtineret onera matrimonij,erat finis & cauſa motiua donandi illud ei ad nuptias;non verò erat modus,vim habens conditionis, vt ſcilicet ſolũ perſeueraret ea donatio,dum ille,& matrimonium perſeuerarent. Adde id traditum fuiſſe in alimenta ſibi, & ſuis:eſto autem ipſe non preſeuerauerit,perſeuerabant tamen ſui, geniti ex eo matrimonio. Adde etiam,inter matrimonij onera ſuſtinenda, computari computentem educationem & ſuſtentationem filiorum, illiſque relinquere, vt competenter viuerent: quæ omnia, illo defuncto, & diſſoluto matrimonio, perſeuerabant, tanquam effectus, præteriti matrimonij. 8

Quando duo maioratus ad eundem primogenitum in regno deuenire deberẽt,ſi reditus vnius eorum excederet valorem *de dos quentos*, tunc is primogenitus eligere debet,quem maluerit eorum maioratuum, & maioratus alter deuenire debet ad ſecundò genitum: quia ita,in bonum commune,ſancitum eſt in hoc regno. l.7.tit.7.lib.5.nouæ collect. & affirmat Molina vbi ſup.nu.29.dictumque à nobis eſt. diſp.174. 9

Quando ſimiliter duo maioratus, habentes conditiones & leges incomparabiles, in eodem primogeni-

genito concurrunt, vt quòd teneatur ſolùm deferre A
arma & inſignia eius familię, ſine permixtione alio-
rum armorum, aut inſignium, aut quòd vocari de-
beat ſolo nomine eius familiæ, ſine permixtione no-
minis alterius, tunc is primogenitus ſimiliter eligere
debet vnum eorum, quem maluerit, & alter deuenit
ad ſecundo genitum. Ita Molina vbi ſup. nume. 30.
diſputationeque 611. dictum eſt.

10 Quando primogenitus, iſve, qui ad maioratum
primò vocatur, interficit eum, cui ſuccedere in ma-
ioratu debet, diſtinguendum eſt cum Grego. Lopez
l. 2. titu. 15. part. ſecunda, verb. *ſino el hijo mayor*.
Quoniam ſi occiſus ſit ipſe maioratus inſtitutor, tũc
dubium non eſt, quin occidens maioratum amittat,
niſi occiſus illi pepercerit delictum antequàm mo-
riatur, ac voluerit, vt nihilominus ſuccederet in ma- B
ioratu iuxta ea, quæ diſputation. 178. dicta ſunt. Si
verò occiſus ſit, non quidem maioratus inſtitutor,
ſed alius eius maioratus vltimus poſſeſſor, eſt ma-
ior difficultas: quoniam occidens, non ex præſcri-
pto occiſi, ſed primi inſtitutoris, ſuccedere debebat
in eo maioratu, à quo, & non ab vltimo poſſeſſore,
cenſendus eſt eum accipere. Placet tamen Grego-
rio Lopez, & Molinæ vbi ſupra, numero 31. alijſ-
que, quos citant, illum eo ipſo effici indignum ſuc-
ceſſione in eo maioratu, iuxta ea quæ diſputat. 178.
dicta ſunt, ac proinde expelli à ſucceſſione in illo.
Tunc verò arbitratur Molina ibidem, & libro pri-
mo, cap. nono, à numer. 25. commoditatem maio-
ratus in vtroque euentu pertinere ad fiſcũ toto tem-
pore, quo occiſor vixerit, iuxta dicta diſputat. 178. C
citata: niſi clauſulæ inſtitutionis maioratus diſpo-
nant, vt continuò maioratus tranſeat ad vlterius ad
illum vocatum. In quo euentu, ſi occidens filium
legitimum habeat, tempore mortis anterioris poſ-
ſeſſoris occiſi, talis filius ſuccedet in maioratu; &
eſto ſit filiusfamilias, pater non habebit vſumfru-
ctum, ſed ad filium, vnà cum proprietate, ſpecta-
bit, iuxta ea, quæ diſputation. 178. citata dicta ſunt.
Quòd ſi occiſor in eo euentu, tempore mortis ante-
rioris poſſeſſoris occiſi, deſcendentem non habeat,
cum ſucceſſio in pendenti eſſe non poſſit, tranſit
maioratus tunc ad ſuperſtitem vlterius vocatum, &
eſto occiſori naſcantur poſteà filij legitimi, non ex-
cludent eum, qui antea maioratum ritè obtinuit, ne-
que ſobolem illius, quamuis poſterius ſit generata. D
Quãdo autem commoditas maioratus ſpectaret ad
fiſcum toto tempore, quo occidens viueret, tunc, cũ
non alio titulo fiſcus eam obtinere poſſet, quàm no-
mine & loco occiſoris, qui verus eſſet ſucceſſor in
eo maioratu, ſed indignus vſu, & commoditate ex
illo propter ſuum delictum, vtique, ſi is occiſor, poſt
patratum delictum, ſobolem legitimam generaret,
ea ſuccederet in eo maioratu, tanquam proximè ad
illum vocata poſt mortem occiſoris, qui vſque ad
ſuam mortem verus fuit ſucceſſor in eo maioratu,
priuatus tamen commoditate & vſu illius propter
ſuum delictum. Quæ dicta ſunt de occidente ante-
riorem poſſeſſorem maioratus, extendenda arbitra-
tur Molina. capit. ſecundo, citato. numero 33. iuxta E
gloſſam. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir, verb. ſatisfacere. ff.
ſoluto matrimon. ad filium vltimi poſſeſſoris,
qui eum ęgrotum non curauit: ſecus autem
ad tranſuerſalem ſucceſſorem vltimi
poſſeſſoris, qui non tenetur il-
lum ægrotum curare, vt
tenetur deſcendens
curare ſuum a-
ſcenden-
tem. Molinam ibidem legito. Et quoad
dicta hoc. §. lege diſputa-
tionem. 654.

A

DISPVT. 625.

Fœminæ quouſque à ſucceſſione in maioratu excludantur, & ad ſuccedendum in eo admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Lege iudiciali veteri, filij maſculi in ſuccedendo in poſſeſſionibus diſtributis per tribus & familias, præponebantur filiabus: ſed filiæ præponebantur tranſuerſalibus omnibus. Quando verò ita ſuccedebant in poſſeſſionibus, nubere non poterant homini de alie-*
B *na tribu, & de aliena cognatione, vt diſtributio poſſeſſionum in tribubus ac familijs conſeruaretur, notaq́; eſſet diſtinctio & ſucceſſio familiarum, vt tempore aduentus Meſſiæ intelligeretur ex familia, ex qua erat promiſſus deſcendere, tanquam vna è notis veri Meſſiæ.*

2 *In ſucceſſione in bonis liberis, quàm varia diuerſis tẽporibus iure Cæſareo ſint diſpoſita. Et quid habeat ius nouiſſimum.*

3 *In maioratus ſucceſſione, & in alijs quæ indiuiſa ad vnum debent peruenire, maſculus eiuſdem gradus, licèt minor natu, præfertur fœminæ, licèt fœmina prę feratur maſculo vlterioris gradus, quando aliud in inſtitutione non fuit expreſſum.*

4 *Idem quoad maioratum de bonis donatis à Rege Hen-*
C *rico. Non verò de maioratibus Luſitanis legi mentali ſubiectis.*

5 *In ſucceſſione in maioratibus huius regni, quando aliud non fuit diſpoſitum, linea tota deſcẽdentium ex vltimo poſſeſſore, prę fertur omnibus alijs, etiam proximioribus in gradu. Deinde proximior in gradu, prę fertur remotiori. Et inter eos, qui ſunt eiuſdem gradus, maſculus præfertur fęminæ, & maior natu, minori natu.*

6 *Excluſio fœminarum eiuſdem gradus cum maſculis à ſucceſſione in maioratu fauorabilis eſt, & extendenda. Excluſio verò earum comparatione maſculorum vlterioris gradus, eſt odioſa, & reſtringenda potius, quàm amplianda.*

D VT rem velut ab ouo deducamus, à iure- 1
que diuino ordiamur. Cùm Numero-
rum 26. Deus præcepiſſet Moyſi, nume-
rare populum à viginti annis & ſupra
per tribus & cognationes, ſeu familias, ac diuidere
inter maſculos tribuum, & familiarum, terram pro-
miſſionis: mortuuſque eſſet Salphaad de tribu Io-
ſeph, relictis filiabus quinque, abſque filijs; illæque
Num. 27. acceſſiſſent ad Moyſem, contendentes, æ-
quũ non eſſe, vt ipſę, noĩe & loco patris ſui defuncti,
qui maſculũ non reliquit, non acciperent poſſeſſio-
nes inter cognatos patris ſui, deleretur q́; nomẽ pr̃is
earum de familia ſua. Re ad dñm delata, Dominus
reſpondit. *Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis*
E *poſſeſſionem inter cognatos patris ſui, & ei in hæreditatẽ
ſuccedant. Ad filios autem Iſrael loqueris hæc. Homo
cùm mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit
hæreditas: ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fra
tres ſuos: quòd ſi & fratres non fuerint, dabis hæredita-
tem fratribus patris eius: ſin autem nec patruos habue-
rit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi ſunt. Eritq́;
hoc filijs Iſrael ſanctum lege perpetua.* Vbi vides, le-
ge hac iudiciali, quæ Chriſti morte ceſſauit, & de ſo-
la ſucceſſione in bonis immobilibus terræ promiſ-
ſionis diuiſæ per tribus & familias inter filios Iſrael
loquebatur, vt rectè Caietanus ibi obſeruat, & ex cõ
textu eſt ſatis perſpicuum, filios maſculos præponi
filiabus: filias tamẽ præponi maſculis vlterioris gra-
dus.

ſit frater maſculus maior natu comparatione cæterorum, is, ſine vlla repræſentatione, illi ſuccedit, vt coniunctior ipſi pręceteris. Si vero ſit defunctus, & reliquit ſobolem, tunc ſi filius maſculus maior natu illius, inter filios maſculos, ſit ſuperſtes, is ſuccedit, repræſentando perſonam patris ſui, & excludit patruos omnes, proximiores in gradu poſſeſſori vltimo, quàm ipſe ſit. Quòd ſi is filius mortuus etiam ſit, relicta ſobole, filius ſimiliter eius ſuccedit, repręſentãdo perſonam patris & aui, & excludit reliquos omnes. Et ita conſequenter, deſcẽdens vlterius maſculus, in defectum huius ſuccederet, repræſentando perſonas patris, aui, & proaui. Itaque, mortuo vltimo poſſeſſore maioratus ſine deſcẽdentibus, attendendum eſt, quis fratrum ipſius fuerit illi coniunctior, præferendo ſemper maſculos fœminis, & inter maſculos, iudicando maiorem natu coniunctiorem defuncto, quàm minorem, & ſimiliter, inter fęminas. Et ſemper coniunctior hoc modo, præfertur cæteris fratribus, ſi exiſtat. Si verò non exiſtat, & ſobolem relinquat, ſinguli de ea ſobole, repręſentando perſonam illius, præferũtur cæteris fratribus defuncti, & toti illorum ſoboli. Ita quod, ſi habuit filium maſculum maiorem natu cæteris, hic rurſus, & tota ſoboles ipſius, eodem modo præferatur cæteris; ipſe quidem, repræſentando patrem ſuum, & ſoboles ſuo ordine, pręponendo maſculos eiuſdem gradus fęminis, & maiorem natu eiuſdem ſexus minori, repræſentando patrem & auum, præferatur cęteris, tam patruis, fratribus patris ſui, quàm patruis magnis, fratribus aui ſui. Et ita conſequenter eo modo, quo in linea deſcẽdentium diſputatione prę-cedẽte eſt explicatum, ſemper ſobolem totam eius, qui ad maioratum vlterius vocatur immediatè præferri reliquis in linea deſcendentium ex eodem vltimo poſſeſſore. Atque hoc planè eſt, quod perſpicuè intendit, & diſponit, ſecunda pars legis 40. Tauri collata cum prima eiuſdem legis parte.

7 Hinc intelliges, ſecundam partem legis 40. Tauri, eſto non maiorem ſtatueret repræſentationem in linea collaterali, quàm de iure communi ſtatuta ſit in ſucceſſione iure hæreditario, multum exorbitare à iure communi. In primis enim, ius commune ſolùm admittit repræſentationem in hæreditatibus: hæc verò lex eã admittit in maioratibus, in quibus, non hæreditario, ſed ſanguinis iure, atque ex pacto & prouidentia, ſuccedit ur. Deinde, ius commune in linea collaterali ſolùm admittit repræſentationẽ vſque ad filios fratrum prius defunctorum: hæc verò lex eam extendit ad nepotes, & ad omnes alios fratrum deſcendentes. Item de iure communi non reperitur repręſentatio ad excludendos patruos, ſed ſolùm ad ſuccedendum æqualiter cum ipſis (non tamen omnino æqualiter, ſed patruis ſuccedentibus per capita, & alijs ſolùm per ſtipitem) niſi conſobrini ſint filij fratrum ex vtroque latere coniunctorũ, & patrui ſint fratres ex altero tantùm latere coniuncti; nam tunc conſobrini eos omnino excludunt, vt diſputatione præcedente dictum eſt: hæc verò lex admittit repræſentationem ad omnino excludendũ à ſucceſſione in maioratu patruos ex vtroque latere coniunctos, vltimo maioratus poſſeſſori. Præterea, iuxta Azonis, & veriorem ſententiam, ius commune ſolùm admittit, vt conſobrini repræſentent patres ſuos ad ſuccedendum vnà cum patruis in hæreditate defuncti: ſecus autem, vt ſoli conſobrini, filij diuerſorum fratrum, ſuccedant patruo: nã tunc non ſuccedunt in ſtirpes repræſentãdo patres ſuos, ſed ſuccedunt in capita, idque in ſucceſſione in hæreditatibus eſt lege definitum in hoc Caſtellæ regno, vt diſputatione præcedente dictum eſt: hæc verò lex Tauri repræſentationem admittit ad ſuccedendum in maioratu, etiam ſi nulli ſuperſtites ſint

A fratres vltimi poſſeſſoris maioratus, ſed ſoli conſobrini ex multis fratribus: atque adeò, ſi ex fratre maiori defuncti ſuperſtes ſit vnus filius minor natu, quàm ſint filij ex alijs fratribus, aut ſuperſtes ſit ſola filia, illa repræſentando patrem ſuum, fratrem maiorem defuncti, excludit à maioratu filios maſculos, etiam natu maiores aliorum fratrum minorum defuncti: cùm tamen, ſi locum non haberet repræſentatio, filij maſculi minorum fratrum, excluderẽt fœminam illam, filiam fratris maioris, etiamſi eſſent natu minores, quàm illa, & filij maiores ætate fratris defuncti natu minoris, excluderent filium maſculum minorem natu fratris natu maioris defuncti: quandoquidem in ſucceſſione in maioratu, quando locum non habet repræſentatio, ex ijs, qui B pares ſunt gradu, maſculus, etiam minor natu, præfertur fœminæ: &, inter maſculos, qui maior eſt natu, præfertur minori natu.

Dubium eſt, vtrum, iuxta eandem ſecundam partem 8
legis 40. Tauri, admittenda ſit repręſentatio, ad Dubium.
ſuccedendum in maioratu, in vlteriori gradu, quàm fratrum. Vt, ſi poſſeſſor maioratus, nec fratres habeat, nec deſcendentes ex fratribus, habeat tamen patruos; vtrum, ad ſuccedendum in eo maioratu, filius patrui, natu maioris defuncti, aut in defectum filij, filia maior talis patrui, repræſentet patrem ſuũ, & excludat reliquos patruos, & ſobolem ipſorum: & ſimiliter nepos, aut neptis, talis patrui maioris defuncti, repræſentent patrem ſuum defunctum, & auum, ad excludẽdos patruos, & ſobolem reliquam C eorum. Eodem modo, ſi is poſſeſſor maioratus, neque patruos habuit, habuit tamen plures patruos magnos, fratres aui ſui, num filius patrui magni maioris natu defuncti, aut filia, in defectum filij, repręſentet patrem ſuum, & excludat reliquos patruos
magnos, & totam eorum ſobolem. Ad hoc reſpon- Deciſio.
dendum arbitror affirmanter: quoniam ea ſecunda pars de linea tota collaterali loquitur indiſtinctè, vt, quandocunque pater, auus, aut proauus, alicuius, ſi ſuperſtes eſſet, ſucceſſurus in maioratu eſſet vltimo illius poſſeſſori, & excluſurus erat reliquos, filius eius, &, in eius defectum, nepos, &, in defectum nepotis, pronepos, & ita conſequenter repræſentent perſonas ſuorum anteceſſorum defunctorum, perindeque ſuccedant, reliquoſq́; excludant, atque ſuc- D cederent, & excluderẽt illi, quorum perſonas repræſentant: vbi enim lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus: præſertim quando diſpoſitio tota à iure communi exorbitat. Conſentit Molina lib. 3. de primog. c. 7. nu. 11. in calce concluſionis 5. tametſi addat, deliberandum de hoc eſſe, quando caſus contigerit.

Dubitant doctores, vtrum tranſuerſales, de qui- 9
bus ſecunda pars legis 40. Tauri loquitur, ita debeat Dubium.
eſſe tranſuerſales vltimo maioratu poſſeſſori, cui eſt ſuccedendum, vt nihilominus eſſe debeant deſcendentes primi maioratus inſtitutoris: an verò ſatis ſit, ſi tranſuerſales etiam ſint comparatione inſti-
tutoris. Ad quod dicendum eſt intelligendam eſſe Deciſio.
E de quibuſcumque tranſuerſalibus vltimo poſſeſſori, ſiue deſcendentes ſint primi inſtitutoris, ſiue nõ, ſed tranſuerſales, aut etiam prorſus extranei. Lex enim illa abſolutè, & abſque vlla diſtinctione loquitur de ſucceſſione tranſuerſalium: quod proculdubio intelligendum eſt, vltimo poſſeſſori, vt ſatis lex ipſa innuit: & quoniam lex 2. titu. 15. part. 2. de tranſuerſali proximiori conſanguineo vltimo poſſeſſori regni loquitur: & de eodem tranſuerſali eſt eodem modo intelligenda lex 40. Tauri: præſertim cum reliqui maioratus, quoad fieri poſſit, cenſendi ſint creati inſtar regni, vt ſæpe dictum eſt. Cũ itaq; lex illa de ſucceſſione in linea trãſuerſali loquatur, admittat in ea linea, & ſucceſſione, abſolutè, & ſine re-

reſtrictione,repræſentationem, vtique neque nos reſtringere,& diſtinguere debemus. Vnde,ſi primus maioratus inſtitutor inſtituit maioratum in fratre, aut in filio fratris,ꝙ ipſe deſcendẽtibus careret,certè,qñ aliquis poſſeſſor eius maioratus temporis progreſſu, deſcendentibus careret, is inſtitutor vocaſſe eſt cenſendus collateralẽ talis deſcendentis, eſto collateralis etiã eſſet,& non deſcẽdens, primi ipſius inſtitutoris. Si item maioratũ inſtituiſſet in extraneo, & tandem maioratus deueniret ad poſſeſſorem,qui deſcendentibus careret,vocaſſe eſſet cenſendus collaterales eius poſſeſſoris:qui tamen (ſicut & reliqui anteceſſores poſſeſſores eius maioratus) eſſent extranei prorſus comparatione inſtitutoris. Rem hãc diſputant copioſè Couar.de pract.qq. capit.36.nu.10.Molina vbi ſupra.num.8.& Acoſta de ſucceſſione patrui & nepotis,part.2.a num.29.& 3.part. nu.59.nobiſcũque conſentiunt, tametſi non loquantur de collaterali comparatione vltimi poſſeſſoris, qui comparatione primi inſtitutoris,neque deſcendens, neque collateralis ſit, ſed prorſus extraneus. Plurimi autem, quos pro contraria ſententia Couarr.refert,non loquuntur de repræſentatione iuxta legem 40.Tauri, ſed iuxta commune ius,ac proinde nobis non aduerſantur.

10 Molina 3.lib.de primog.c.6.à nu.48.quamuis ad aliud inſtitutum,atque aliter;optimè tamen ponderat verba illa ſecundæ partis legis.40.Tauri;*De manera de ſiempre el fijo, y ſus deſcendientes legitimos por ſu orden,repreſenten la perſona de ſus padres, aũque ſus padres no ayan ſuccedido en los dichos mayorazgo.* Nõ enim dixit,*repreſenten el grado de ſus padres:* id quippe ſatis non eſſet,vt fœmina deſcendens ex illo,qui, ſi ſuperſtes eſſet,excluderet fratrem ſuum natu minorem,ipſa,repræſentando gradum patris ſui,excluderet eundem ſuum patruum,fratrem patris ſui:cũ propter ſexum, & maiorem ætatem, adhuc patruus illam excluderet. Sed dixit,*repreſenten la perſona de ſus padres*,ipſam ſcilicet ſuſtinẽdo, locumque illius, cum omnibus illius qualitatibus,ſubeundo, ad effectum excludendi omnes,quos is parens, ſi ſuperſtes eſset,excluſiſset, Atque hac de cauſa in hoc Caſtellæ regno, filia vnica fratris iam defuncti vltimi poſſeſsoris maioratus excludit à ſucceſſione eius maioratus,patruos ſuos omnes maſculos, ſubeundo perſonas patris ſui:& nepos ſimiliter, ſubeundo perſonas patris ſui,& aui,antea defunctorum,eoſdem patruos ſuos magnos excludit.

11 Illud magnopere eſt obſeruandum. Aliud eſse, quempiam ſuccedere in maioratu, tanquam vocatũ ad ſucceſſionẽ ipſamet inſtitutione,eo pacto, quo in hoc Caſtellæ regno diſputatione præcedente explicatũ eſt, vocari ordine quodam deſcendẽtes vltimi poſseſsoris,quin &, in defectũ deſcendentium omnium, vocari proximiorem conſanguineum vltimi poſseſsoris:aliud verò ſuccedere repræſentãdo perſonam alterius, qui, ſi ſuperſtes eſset, ſuccederet in eo maioratu,eo modo, quo in linea collaterali diſponitur ſecũda parte legis.40.Tauri,& paulò ante explicatum eſt. In priori enim euentu, incapacitas anteceſsoris, qui ſuccedere debebat immediatius, vt patris prædefuncti,niſi ſit ex delicto,quòd filiũ,vna cum patre,incapacem ad ſuccedendum in eo maioratu efficiat, non nocet poſterius vocato ad eum maioratum. Quoniam is poſterior,neque accepit maioratum ab eo immediato anteceſsore.neque ad illum ab eo vocatur,neq; ſuccedit in illo repræſentãdo,& ſubeundo perſonam illius ex legis, aut inſtitutoris, diſpoſitione; ſed accipit illum à primo inſtitutore, ex vocationeque illius,atque ex ſua propria perſona quæ ab inſtitutore, poſt illum anteceſsorem, aut in defectum illius,vocata immediatè fuit:qua de cauſa ipſi non nocet incapacitas anteceſsoris. In poſteriori verò euentu, quia ſolum ſucceditur repræſentando, & ſubeundo perſonam alterius, qui ſuccedere deberet,ſi eſset ſuperſtes,vtique, ſi ille contraxit inhabilitatẽ,ob quã,eſto viueret, nõ poſset ſuccedere, ſanè,quãuis in vita ſua fuerit aliqñ capax talis ſucceſſionis,deſcendentes illius non ſuccedent in eo maioratu,repræſentando perſonã illius, vtpote incapacẽ ad ſuccedendũ in eo,eſto viueret. Neque.n.per repræſentationem poteſt quis plus iuris cõparare,quã haberet is,cuius perſonam repræſentant. Obſeruatñ,eſto aliquis,qñ mortuus eſt,relicta ſobole, relinqueret alium, qui ipſum præcederet in ſucceſſione in eo maioratu,totamque proinde ſobolem ipſius;ſi tamen is præceſsor moreretur ſine ſobole, nihilominus ſobolem illius alterius prædefuncti, repræſentãdo ipſum prędefunctum,excludere poſse fratrẽ aliũ vltimi poſseſsoris. Vt ſi vltimus poſseſsor careat ſobole,& habeat tres fratres; mediuſque eorum, relicta ſobole,moriatur,& poſteà moriatur ſine ſobole primus illorum trium fratrum; ac poſteà moriatur poſseſsor ipſe maioratus; vtique ſoboles ſecũdi fratris,ipſum repræſentando, excludet tertiũ fratrem, eſto ſecundus frater nunquam,dum viueret, habuerit ius ad ſuccedendum in eo maioratu,niſi in ſpe,& dependenter ex eo,quod frater maior natu moreretur ſine ſobole ante ipſum. Vt enim ſoboles ipſius ſuccedat poſteà in maioratu,ipſum repræſentando; excludatque fratrem natu minorem, ſatis eſt, quòd mortuus fuerit capax illo modo ſucceſſionis, ita quod,ſi ipſe viueret tempore mortis fratris maioris, ipſe ſuccederet in eo maioratu.

12 Illud etiam eſt obſeruandum, vt in linea tranſuerſali ſuccedat in maioratu proximior conſanguineus vltimi poſseſsoris,aut alius ipſius deſcendens, eũ repræſentãdo,neceſse eſse,vt ſit de ſtirpe eius, qui maioratum inſtituit, aut in defectum deſcendentiũ ex inſtitutore,vt ſit collateralis illi;vel,ſi maioratus inſtitutus fuit in aliquo collaterali,aut in aliquo prorſus extraneo inſtitutoris,neceſse eſt, vt qui ſucceſsurus eſt in linea collaterali,vltimo poſseſsori, tanquã proximior illi,aut repræſentando proximiorẽ,ſit de ſtirpe eius, in quo maioratus fuit inſtitutus, aut illi collateralis : alioquin,ſi ſit de alia ſtirpe, eſto proximior ſit vltimo poſseſsori,non ſuccedit in eo maioratu, ſed ſuccedit proximior de ſtirpe inſtitutoris, aut de ſtirpe eius, in quo maioratus fuit inſtitutus. Verbigratia, ſi vltimus poſseſsor maioratus ducat eã vxorẽ,quæ habebat filium ex priori matrimonio; & ſuſcipiat ex ea filium primogenitum talis poſseſſoris maioratus, atque decedat, relicto eo filio ſuo primogenito,qui ſuccedit in maioratu:ſi talis primogenitus moriatur ſine prole, non ſuccedit illi in eo maioratu frater ſuus vterinus,eſto ſit illi proximior, quàm cæteri ipſius conſanguinei; eò quod ſit de familia inſtitutoris,neque de familia eius, in quo primò fuit inſtitutus is maioratus, ſed de alia familia; ſed ſuccedit proximior vltimo poſseſsori, qui ſit de familia inſtitutoris,aut eius,in quo maioratus eſt inſtitutus,vt patruus aliquis,aut patruelis,vel alius,qui de ea familia repertus fuerit ei proximior. Ita Molina lib.3.de primog.cap.9.nume.2.idque ex ſe eſt ſatis notum.

13 Quæ dicta ſunt hac, & præcedente diſputatione, circa ordinem ſuccedendi in maioratibus huius Caſtellæ regni,ſimiliter intelligenda ſunt in ſucceſſione in feudo,emphyteuſi,anniuerſarijs,ſeu capellis, aut iurepatronatus, quando hæc in modum maioratus inſtituta,aut conceſsa ſunt,vt indiuiſa de vno in alium deriuentur in familia aliqua. Ita Couarr.de pract.qq.c.38.nu.13.§.pen. Molina li.3.de primog. c.6.nu.41.& c.3.nu.19.& lib.1.c.1.num.26.& 27. Quid autem dicendum de iure communi & Luſitano,infra explanabitur.

DI-

DISPVT. 628.

Num vltimo maioratus poſſeſſori ſuccedere debeat conſanguineus ipſi proximior; an verò proximior maioratus inſtitutori. Idem de fideicommiſſo familiæ relicto. Et num in eo locum habeat repræſentatio.

SVMMARIVM.

1 *In fideicommiſſis familiæ relictis ſuccedunt proximiores vltimo poſſeſſori, licèt remotiores ſint inſtitutori. Idem de ſucceſſione in regno & maioratibus, ſeruata in hoc regno repræſentatione in ea ſtatuta.*

2 *Vltimo maioratus poſſeſſori ſi quis probet ſe eſſe cognatum in certo gradu, & dicat ipſum eſſe proximiorem in gradu, non ad ipſum ſpectat id probare, ſed ad alios probare pertinet, eum non eſſe proximiorem.*

3 *In fideicommiſſo familiæ relicto, ſiue particulare ſit, ſiue vniuerſale, locus non eſt repræſentationi.*

Quæſtio. ID quod ſæpè in præcedẽtibus dictum eſt, nempè proximiorem vltimo poſſeſſori maioratus, debere in maioratu ſuccedere, quando aliud in inſtitutione non fuit expreſſum, eſto alius reperiatur, qui proximior maioratus inſtitutori ſit; modo tamen is non ſit de extranea familia inſtitutori, aut ei, in quo maioratus fuit inſtitutus; eſt hoc loco, antequam ad alia transſeamus, examinandum, an verum ſit.

Argumentũ primum. Pars, quæ negat, ſuaderi poteſt. Primò, quoniam is, qui, poſt vltimum maioratus poſſeſſorem, vocatur ad maioratum, non vocatur ab vltimo poſſeſſore, ſed ab inſtitutore, neque accipit maioratũ ab vltimo poſſeſſore, ſed ab inſtitutore, vt ſæpè in præcedentibus dictum eſt; mentique primi inſtitutoris eſt ſtandum, quem intenderit, poſt vltimum poſſeſſorem, ſuccedere in eo maioratu: cũ ergo credendũ ſit, magis dilectum fuiſſe inſtitutori ſibi propinquiorem, quàm remotiorem, eſto propinquior eſſet vltimo poſſeſſori, eumque proinde potius ad eum maioratũ vocaſſe; conſequens eſt, vt in eo euentu proximior inſtitutori, nõ verò proximior vltimo poſſeſſori, ſuccedat in maioratu.

Secundum. Secundò, quoniam, quãdo fideicommiſſum à teſtatore relictum fuit familiæ, nominatis tamen aliquibus in particulari, qui illud primò obtinerent, ſic ait Modeſtinus. l. cũ ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. *In fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem eius admitti poſſunt* (id eſt, debent) *qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos* (vnde colligunt doctores, quos Couarru. pract. qq. cap. 38. num. 4. §. 6. refert ac ſequitur, eos omnes inuicem fideicommiſſariè cenſeri ſubſtitutos, vt fideicommiſſum ad alios non trãſeat, antequam omnes ſint extincti) *qui ex nomine* (id eſt, familia) *defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moritur: &* (admitti ſcilicet debent) *qui ex his*, id eſt, qui inter eos, *proximo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.* Vbi vides, relicto fideicommiſſo familię, nominatis aliquibus, qui primo loco illud obtineant, non ſuccedere his poſſeſſoribus eos de familia teſtatoris, qui ipſis ſint proximiores, ſed qui proximiores ſint teſtatori, tempore, quo ille mortuus eſt, quando teſtator aliud in particulari non expreſſit: ergo idem erit dicendum in ſucceſſione in maioratu, vt ſcilicet non ſuccedat vltimo poſſeſſori, qui illi proximior fuerit in gradu, ſed qui proximior in gradu inſtitutori fuerit.

A

Confirmatur, quoniam, vt conſtat ex l. vlt. C. de verborum ſignif. iuncta gloſ. ibi verb. poſt eos, in fideicommiſſo familiæ relicto, ſuccedunt, qui ſunt de familia tanquam cognati teſtatori eo ordine, quò eidem ſuccederent ab inteſtato: ergo eodem modo in maioratu ſuccedent inſtitutori, qui proximiores ipſi fuerint in gradu, ac ſi eiſdem ſuccederent ab inteſtato.

Propter coniunctionem vnius quæſtionis cum alia, dicendum primo loco eſt de fideicommiſſo familiæ relicto, non in modum maioratus, ſed vt diuidatur ordine quodam ſemper inter proximiores in gradu de ea familia, ita vt à proximioribus in gra-
B du deriuetur ad alios proximiores, modo diſputation. 577. explicato. Quæritur verò, vtrum in eo fideicommiſſo ſuccedere debeant proximiores vltimo poſſeſſori; an verò teſtatori, quando duo aliqui, aut plures reperti fuerint, vnus proximior vltimo poſſeſſori, & alter teſtatori. Communior, vt videtur, doctorum ſententia, quam refert Molina libro primo, de primogen. capit. ſexto, numero 46. & quam refert ac ſequitur Couarruuias de pract. quæſtio. capit. 38. à numero primo, propter rationes propoſitas, aſſeuerat, ſuccedere proximiores teſtatori, non verò vltimo poſſeſſori, quando aliud non conſtat de voluntate teſtatoris. Omnes enim conſentiunt, in eiuſmodi diſpoſitionibus, ſemper ex ipſiſmet, attentis omnibus circumſtantijs concur-
C rentibus, expendendum eſſe, quæ fuerit voluntas diſponentis; & quidem, ſi illa deprehendatur, ſufficienterve colligatur, illi eſſe ſtandum. Quando verò aliunde neutra pars deprehenditur fuiſſe voluntatem illius, communior Doctorum ſententia, vt dictum eſt, aſſeuerat, ſuccedere proximiorem teſtatori.

Contrarium verò affirmant alij quamplurimi, 1
quos Couarru. vbi ſupra refert, & quos referunt ac ſequuntur Molina vbi ſupra, numero 74. & libro 3. capit. 9. numero primo, & à numero vndecimo. Iul. Clarus tertio lib. Senten. §. teſtamentum. queſt. 70. numero 14. Gama deciſ. 354. numero 9. Aluar. Vallaſ. de iure emphyt. q. 50. num. 34. nempe ſuccedere proximiorem vltimo poſſeſſori, eſto alius proxi-
D mior ſit teſtatori.

Vt verò vtranque quæſtionem ſimul expediamus. Quod ad maioratus attinet. Couarru. 38. citato, numero 6. & 10. conſentit, ſuccedere in maioratu proximiorem vltimo poſſeſſori, tam in linea deſcendentium, quàm nõ exiſtentibus deſcẽdentibus, in linea tranſuerſali, admiſſa ſemper ex repræſentatione, tã in linea deſcendentium, quàm in trãſuerſali, quam lex 40. Tauri in prima, & in ſecunda ſui parte, admittit ac ſtatuit. Neque ſucceſſionẽ in maioratibus legibus aliarum ſucceſſionũ, etiam in fideicommiſſis familiæ relictis, ſtatutis eſſe arctandam. Idem autor ibidem. nu. 3. §. ſecunda concluſio (quem refert, & explicat Molina. ca. 9. citato. nu. 1.
E meritò affirmans, omnes in eo cõuenire) ait, ſi fideicommiſſum relictum ſit familię, atque via recta deſcendat à teſtatore per lineam deſcendentium à filijs ad nepotes, & à nepotibus ad pronepotes, & ita in infinitum, verum eſſe in eo fideicommiſſo, dum ita deriuatur, proximiorem vltimo poſſeſſori ſuccedere in eo, eſto ſit alius proximior teſtatori. Quoniam fideicommiſſa deſcendentibus ab aſcendentibus relicta cum grauamine vt alteri reſtituantur, ſemper habent eam tacitam conditionem, ſi ita grauatus ſine liberis deceſſerit, iuxta l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtr. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſt. & l. 10. tit. 4. par. 6. dictumq; eſt diſputat. 190.

Quod verò attinet ad maioratus Hiſpanos, notiſſimum eſt, ſuccedere ſemper proximiorem vltimo poſſeſſori, eſto remotior ſit inſtitutori, ſeruato ſemper in hoc Caſtellæ regno, quoad lineam deſcendentium, ordine præſcripto. l. 2. tit. 15. part. 2. & prima parte legis. 40. Tauri, & quoad tranſuerſalem in ijs maioratibus, quæ regnum non ſunt, ſeruata repræſentatione, ſecunda parte legis 40. Tauri ſtatuta. Primum probant apertè duo iura citata. Secundum verò, quod ad regnum attinet, probat perſpicuè lex. 2. illis verbis. *Porro ſi toccos fallecieſſen* (deſcendentes ſcilicet ex vltimo poſſeſſore) *deue heredar el reyno el mas propinquo pariente*, eidem videlicet vltimo poſſeſſori, vt ex ſe. & ex contextus ordine liquet. Et quoniam primus regni inſtitutor fuit Reſpublica ipſa, & non Rex aliquis: vnde ibi non poteſt eſſe ſermo de propinquiori regni inſtitutore. Idem non minus perſpicuè probat lex. 9. tit. 1. p. 2. illis verbis: *o algunos de los otros, que ſon mas propinquos parientes a los Reyes al tiempo de ſu fallicimiento*. Hæc eadem iura idē probant de reliquis huius Caſtellæ regni maioratibus, argumento à regno ad cæteros maioratus, tanquam ab exemplari & primo omnium, ad cuius normam cenſentur alij inſtituti, quãdo aliud non eſt expreſſum. Idem etiam probat ſecunda pars legis. 40. Tauri, quæ inſuper ſtatuit, quãta nihilominus repræſentatio in ea collaterali linea ſit admittenda. Rex item Sebaſtianus in Luſitania. l. 13. titu. 1. part. 6. declarauit ac ſtatuit, vt in maioratibus, qui non eſsēt de bonis coronæ regni (in illis enim ſolum ſuccedūt filij maſculi vltimi poſſeſſoris, iuxta legem mentalē) ſuccederet proximior conſanguineus vltimo poſſeſſori, quando inſtitutor maioratus aliud non expreſſit. Sic enim lex illa habet. *Ordenou el Rey noſſo ſenhor, que de aquien diante nos morgados, e benes vinculados de qualquier qualidade, ſucceda o parente mais chegado a o vltimo poſſuidor, quando o primeiro inſtituidor nano declarat, ou diſpoſer, en otra maniera. E na ſucceſſano dos bienes da corona, nāno hauera lugar eſta ley, e ſe gardara a cerca diſſo a diſpoſicano das ordenaco ancse das doacones dos taes benes*.

Hæc ſententia, quæ communis eſt in maioratibus, vſque in Hiſpanijs recepta, vt referunt ac ſequūtur Molina de primog. c. 6. n. 47. & lib. 3. c. 9. & Aluar. Valaſ. num. 34. citato, confirmatur à Molina in fideicommiſſis familiæ relictis, his fere rōnibus, paulò amplius à nobis corroboratis. Primò, quoniam, ſi in maioratus ſucceſſione, aut in fideicōmiſſo familiæ relicto, attendenda eſſet proximitas, non comparatione vltimi poſſeſſoris, ſed comparatione primi inſtitutoris, aut teſtatoris, id ſanè ex communiter euenientibus eſſet impoſſibile vt deprehenderetur ac ſciretur, vel certè eſſet adeo difficile, vt, moraliter loquendo, impoſſibile iure optimo poſſet appellari: quarè id irrationabiliter, ac perniciosè eſſet ſtatutum, quod de nullo prudente ac probo inſtitutore eſt præſumendum; quo fit, vt, ad euitandū tantum abſurdum, credendum non ſit, eam fuiſſe inſtituentium mentem, ſed per Epicheiam contrarium ſit arbitrandum, & amplectendum. Quod autem id abſurdum ſequatur, facilè patet, quoniam in maioratibus, aut in eiuſmodi fideicommiſſis, inſtitutis retro à ducentis annis, aut ſupra, omnino ſciri non poteſt, quis proximior primo inſtitutori: eo quòd ad id neceſſe eſſet ſcire & cōputare generationes omnes, quæ ab illo, mediantibus ſingulis illius filijs, & mediantibus alijs remotioribus deſcendētibus, profluxerunt, quod eſſet impoſſibile: præſertim cum, interim dum ſucceſſio eſſet per lineam directam ex vltimo poſſeſſore, ſuccederet proximior in eo ordine vltimo poſſeſſori, eſto remotior eſſet à primo inſtitutore, vt dictum eſt, & ſolum quando eſſet tranſitus ad collateralem (quod longè rarius euenit) eſ-

A ſet facienda ſupputatio illa, vſque ad primum inſtitutorem, vt intelligeretur, quis eſſet illi proximior: quod omnino eſſet impoſſibile. Et quamuis in his maioratibus, qui de nouo inſtituuntur, interim dum non longius progrediuntur generationes, difficile non eſſet deprehendere, quis eſſet proximior conſanguineus primo inſtitutori, temporis tamen progreſſu, eſſet omnino ſimiliter impoſſibile, ac proinde abſurdum illud locum habet in omnibus maioratibus ac fideicommiſſis familiæ relictis. Et multò magis habet locum in fideicommiſſis, in quibus fideicommiſſum ſemper diuiditur inter omnes, qui pares ſunt in gradu poſt vltimum poſſeſſorem: qua de cauſa eſſe debent multi vltimo poſſeſſores, eo plures, quo longius progreſſæ fuerint generationes: B quarè incipiendo à ſingulis, difficilius computarentur generationes, vt deprehenderetur, quis, tãquam proximior conſanguineus teſtatori, vnicuique eorum ſuccederet, in portione eius fideicommiſſi, quæ ad ipſum deuenit. Secundò, quoniam, licet (quando fideicommiſſum relinquitur familiæ exprimendo, vt ante omnes ſuccedant in eo certi deſignati, & poſteà ſuccedant, qui ſunt de familia, non exprimēdo, qui ante quos) ſuccedant ex ijs, qui ſunt de familia, non qui proximiores ſunt illis deſignatis, ſed qui in primo, proximiorive gradu ſunt teſtatori, vt habetur. l. cum ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. ſecundo, poſteà tamen ſuccedunt, qui ſunt de familia gradatim eo ordine, quo ſucceditur ab inteſtato, vt habetur. l. vlt. C. de verbor. ſignific. & affirmant C gloſ. §. in fideicommiſſo. citato, verb. moreretur, & Doctores communiter: in ſucceſſione autem in ordine ab inteſtato, ſemper attenditur proximitas cōparatione vltimi poſſeſſoris. Tertio, quoniam eadem affectione, qua inſtitutor motus fuit, ad præferendum vltimum, aut vltimos poſſeſſores, cæteris, eſt præſumenda, vt cenſeatur alijs præferre, qui fuerint proximiores vltimis poſſeſſoribus, ſi aliud non expreſſit: quæ ratio concludit neceſſario in ijs, qui ab vltimo poſſeſſore, & ab inſtitutore, deſcendunt, iuxta. l. cum auus, & alia iura ſupra ad hoc probandū citata: in alijs verò ex quadam veriſimilitudine, & præſumpta inſtitutoris voluntate, non modicum idem confirmat. Quartò, quoniam in feudo paterno, licet non ſuccedant, niſi deſcendentes ex primo, D cui conceſſum eſt, vt conſtat, c. 1. de ſucceſſione fratrum, in eo tamen ſuccedunt ſemper proximiores vltimo poſſeſſori, eſto non ſint proximiores ei, cui primo eſt conceſſum, & à quo in reliquos eſt deriuatum, vt patet. c. 1. de natura ſucceſ. feud. & notāt Yſernia, & alij, quos Molina. c. 9. citato. nu. 14. refert ac ſequitur: ergo idem erit in maioratibus ac fideicommiſſis familiæ relictis.

Ad primum ergo argumentum in contrarium, conceſſa maiori, nempe maioratum, aut fideicommiſſum, capi ab inſtitutore, mediante tamen vltimo poſſeſſore, cuius verè fuit effectum toto tempore, quo illud poſſedit, mentique ac voluntati inſtitutoris eſſe ſtandum, neganda eſt minor, ad eum præ- E cisè effectum, de quo agimus. Eo enim ipſo, quod inſtitutor voluit talem maioratum, aut fideicommiſſum, eſſe vltimi poſſeſſoris quoad dominium, & ab eo deriuari, præſumendum eſt, voluiſſe, vt ad proximiores illius deriuaretur, ſiue ipſi inſtitutori proximiores etiam eſſent, ſiue non, præſertim propter abſurda grauia, quæ ſequerentur, ſi illud aliud intēdiſſet, ac voluiſſet, vt explicatum eſt. *Ad primū argum.*

Quod ad ſecundum argumentum attinet, obſerua, gloſſam in eo. §. in fideicommiſſo, verb. & qui ex his, & poſt eam Couar. cap. 38. citato. nu. 3. uerſ. deinde, Molinam. c. 9. citato. n. 12. et pleroſq; alios, ita exponere eum paragraphum, quod quando teſtator reliquit fideicommiſſum familiæ, nominatis ali- *Secundum.*

tis aliquibus,qui primò illud obtinerent, primo cen ſerentur vocati illi nominati; deinde illi de familia, qui proximiores eſſent teſtatori tempore mortis illius;& tertio loco,*qui ex his* (proximioribus ſcilicet gradu teſtatori,vt ipſi exponunt(*proximo gradu procreati ſunt*. Ego verò non ita intelligo eum paragraphum,ſed vt dilucidè,& abſque vlla vi,illud expoſuit in argumento propoſito. Nempe,quòd primo cenſeantur vocati illi nominati;deinde verò, nō ſucceſſores eorum, ſed qui ſunt de familia defuncti tempore, quo ille mortuus eſt:& id planè ſignificatur dum poſt illa verba;*aut poſt eos*(nominatos ſcilicet in particulari)*omnes extinctos*;ſubiūgitur;*qui ex nomine*(id eſt,ex familia)*defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur.* Deinde explicat Modeſtinus quo ordine familia defuncti cenſeat à teſtatore poſt illos nominatos vocata,dicens,*aut*(id eſt,& admitti ſcilicet debent)*qui ex his* (non quidem proximioribus in gradu defuncto, vt gloſſa,& alij exponūt, ſiquidem nullos tales adhuc Modeſtinus expreſſerat; & quaſi verbum,*ex his* ſignificet parentes procreandorum proximo gradu,& gloſſa intelligit, & exponit;ſed *qui ex his*(id eſt,qui inter eos,qui ſunt de familia)*proximo gradu* (teſtatori)*procreati ſunt*(ſiue ab ipſo inſtitutore,ſiue ab alio) Atque cum textu ita expoſito planè conſentiunt verba illa, qui in eo vlterius ſubiunguntur, *niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit*;id eſt,niſi ſpecialiter teſtator voluerit vlteriores alios illis præferre. Itaque, noſtra ſententia, non diſtinguit Modeſtinus in eo euentu, tres gradus vocatorum, vt volunt autores, quos impugnamus, nempe nominatim vocatos, & poſt eos,proximiores in gradu teſtatori,& poſt hos, qui ex his proximo gradu procreati ſunt; ſed diſtinguit duos ſolos priores gradus:quia ſolum intēdit docere,in eo euentu, poſt primos nominatim vocatos, non ſuccedere proximos ipſis gradu, ſed proximos gradu teſtatori. Qui autem vlterius ſuccedant, non docet, ſed intelligendum relinquit ex alijs iuribus, quę id explicant,de quorum numero ſunt.l. peto.§. fratre.ff.de leg.2.& l.vlt.C.de verbo.ſignific. nempe ſuccedere ſemper proximiores in gradu vltimis poſſeſſoribus,qui eo ipſo cenſent ur vocati,quòd fideicommiſſum familię relinquitur,ſiue abſolutè familię relinquatur,nullis in particulari nominatis, q primò ſuccedant;ſiue nominatis aliquibus (etiā poſterioribus in gradu) qui primo ſuccedant & præferantur cæteris,vt in euentu eius.§.in fideicommiſſo, fit. Hinc intelliges, falſam eſſe opinionem Molinæ libro primo,de primog.capit.5.numero 27.à §. His tamen,vbi longè aliter exponit,§.in fideicommiſſo, quaſi ſolus vnus gradus cenſeatur vocatus, quando fideicommiſſum relictum eſt familiæ, neque eſt expreſſum relinqui, vt perpetuò in ea conſeruetur (atque hoc idem affirmat Anton. Gom. leg.40. Taur. numero 43.)exponit Molina, quod ſolum ſuccedāt proximiores in gradu ab illis procreati,ſi illi alij nō acceptauerint; ſecus autem ſi acceptauerint; quia tunc,inquit,in illis primis expirat fideicommiſſum. Item exponit, quod ſuccedatur tunc non fideicommiſſaria ſubſtitutione, ſed vulgari. Sanè hæc falſa & commentitia ſunt; deſtruuntque rationem fideicommiſſi,contra textum,qui fideicommiſſum illud appellat familiæ relictum:tunc enim non eſſet fideicommiſſum,ſed legatum, addita ſubſtitutione in illo vulgari. Contrarium autem ſententiam affirmat communis doctorum ſententia, quam refert ac ſequitur. Couar.de pract.qq.c.38.nu.4.§.primum, & c.Rainutius.de teſt.§.2.num.7. Imo contraria apertè colligitur ex l.vlt. C.de verb.ſignif quæ docet, in fideicommiſſo ſimpliciter relicto familiæ, ſuccedi gradatim;& vltra cognatorum teſtatori gradus,cōnumerantur duo alij,generi ſcilicet, ac nurus & li-

bertorum. Ad ſecundum ergo argumentū dicēdum eſt,ſolum probare, quando fideicommiſſum relinquitur familiæ cum ea limitatione,aut declaratione, vt nihilominus illo potiantur, primo quidē loco expreſſim nominati, poſt hos expreſſim nominatos non ſuccedere proximiores ipſis in gradu, ſed proximiores defuncto de familia, ſpectato tēpore, quo defunctus mortuus eſt:non verò probare, quando fideicommiſſum relictum fuit familiæ abſq; aliqua limitatione,aut declaratione,aut quando regreſſum eſt ad proximiores teſtatori de familia,extinctis primo loco expreſſim nominatis,nō ſuccedere vlterius ſemper proximiores vltimo poſſeſſori: quod tamen erat probandum, vt argumentum vim aliquam aduerſus noſtram ſententiam haberet,

Ad confirmationem dicendum eſt, ibi ſolum eſſe ſermonem, quòd cenſentur vocati gradatim ad fideicommiſſum ſecūdum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, ita tamē,vt poſt omnes conſanguineos & ordine vocatos, cenſeantur vocati gener,aut nurus, & poſt hos,liberti;eo quòd hi omnes de familia cenſeantur, vt ibi habetur. Cæterum is ordo intelligitur,vt ſciatur,qui primò illud fideicommiſſum accipere debeant ſtatim poſt mortem teſtatoris. Et idē ordo intelligitur reſpectu vltimi poſſeſſoris, vt intelligatur,qui illi,poſt quos,ſuccedere debeant in eo fideicommiſſo. Quo fit,vt ſemper reſpectu eius,à quo proximè fideicommiſſum deriuatur in alios, atque adeò reſpectu vltimi poſſeſſoris,ſuccedant ij,qui ꝓximiores illi ſunt in gradu, iuxta ordinem, quo eidē ſucceditur ab inteſtato. Et eodem modo ſucceditur in maioratu:admiſſa tamen,aut non admiſſa, repræſentatione formaliter,aut virtute,prout, iuxta iura, & mores diuerſorum regnorum admittitur, aut nō admittitur: & ſuccedente ſemper vno duntaxat in maioratu,illo ſcilicet,qui iuxta eadem iura, ac mores diuerſorum regnorum,ad eum vocatur. Ad confir.

Obſeruat Molina.c.9.citato.nu.21.cū alijs,quos citat. Si quis probans,ſe eſſe cognatum vltimi poſſeſſoris maioratus (intellige,in certo gradu) aſſerat ſe eſſe proximiorem illi, eaque de cauſa ad ſe attinere maioratum illum, talis præſumitur,eaque de cauſa ad eum non pertinere probare,ſe eſſe proximiorem, ſed ad alium pertinere probare,eum non eſſe proximiorem. Arbitror tamen,ſi duo ſimul accedant,quorum quiuis dicat,ſe eſſe proximiorem, tūc neutri tradendum eſſe maioratū,niſi prius probetur, quis eorum ſit proximior. 2

Quæſtio. Circa fideicommiſſum familiæ relictum controuertunt etiam doctores, num in eo locum habeat repræſentatio de iure communi ſtatuta, ita ſcilicet, vt in eo filij fratris prædefuncti, eſto diſtēt plus vno gradu, quàm ipſorum patrui,ſuccedant ſimul cum patruis, ſed per ſtipitem repræſentando perſonam patris defuncti, atque adeò in portione eius fideicommiſſi, in qua pater,ſi ſuperſtes eſſet, ſuccedere debebat. Gloſſa.leg.cum ita legatur.§.in fideicommiſſo,verb.proximo.ff.de leg.2.affirmanter reſpondet,eā ſequuntur plurimi, quos referunt ac ſequuntur Couar.de pract.qq.c.38.nu.4.& Molina libr.3. de primog.c.6.nu.44.& c.7.nu.20.

Argum. Argumentum,cui hæc opinio nititur,& cui Molina.num.20.citato ait non poſſe reddi congruum reſponſum,eſt. Quod in fideicommiſſo familiæ relicto,eo ordine ſucceditur teſtatori, & poſt eum vltimis eiuſdem fideicommiſſi poſſeſſoribus,quo ſucceditur diſcedentibus ab inteſtato,vt colligitur ex.leg. vlt.iuncta gloſſa ibi verb.poſt eos,C.de verb. ſignific.ſed in ſucceſſione ab inteſtato datur de iure communi repræſentatio, vt cum patruis ſuccedant filij fratris prædefuncti,vt diſpu.626.dictum eſt: ergo in ſucceſſione in fideicommiſſo familiæ relicto, ea repræſentatio eſt admittenda.

Couar.nume.4.citato multos euentus excipit, in quibus in eo fideicommiſſo ait, repręſentationem locum non habere: quos latè ibi diſputat. Peralta vero.§.in fideicommiſſo.citato, cenſet, in fideicõmiſſo vniuerſali familiæ relicto, eo quòd hæreditas ſit, admittendam eſſe repræſentationem: ſecus verò in particulari; propterea quòd hæreditas non ſit, ſed legatum eo modo familiæ relictum. Molina tamen in calce nume. 20. citati, etiam in fideicommiſso particulari eam admittendam arbitratur: quoniam, inquit, etiam in fideicommiſso particulari ſucceditur, ex, l. vlt. C. de verb. ſignif. eo ordine, quo ſucceditur diſcedentibus ab inteſtato. Vnde. c. 6. num. 44. citato, inter alios euentus, in quibus ait, admittendam eſſe repræſentationem extra hæreditatem, ſtando in iure communi, hunc connumerat. Quia verò Molina de numero eorum autorum eſt, qui cenſent, ſtando in iure communi, etiam quando filij diuerſorum fratrum prædefunctorum ſuccedunt patruo ab inteſtato ſine alijs patruis, fratribus eiuſdẽ defuncti, locum eſse repræſentationi; admonet. c. 7. citato. nu. 21. de iure huius regni, quia filij diuerſorum fratrũ in linea collaterali ſolum ſuccedunt patruo defuncto in capita, quando ſine alio patruo ſuperſtite illi ſuccedunt iuxta. l. 5. titu. 13. part. 6. vt diſput. 626. dictum eſt, eodem quoque modo de iure huius regni ſuccedere in eiuſmodi fideicommiſſo familiæ relicto: ſecus autem de iure communi, vt ipſe arbitratur. Nos verò contrarium aſseruimus eſse verum de iure communi diſp. 626. citata, & alibi. Idem autor rectè in prin. nu. 20. citati admonet, in fideicommiſso familiæ relicto, non in modum maioratus, vt indiuiſum ad vnum tantũ deueniat, ſed vt diuidatur inter eos, qui in eodem gradu proximiori teſtatori, aut vltimo poſtea poſseſsori, fuerint reperti, locum nõ habere in hoc Caſtellæ regno tantam illam repręſentationem, quanta. l. 40. Tauri in maioratibus ſtatuta eſt, ſed ſolum eam, quę de iure communi eſt ſancita in hęreditatibus ab inteſtato. Lex enim illa Tauri ſolum ſtatuit eam repręſentationem in ſucceſſione in maioratu, vt conſtat ex illis verbis eiuſdem legis. *En la ſucceſſion del mayorazgo*.

3 Contrariam ſententiam, quòd ſcilicet in fideicõmiſſo familiæ relicto locus non ſit repręſentationi, non ſolum ſi ſit fideicommiſsum particulare, de quo eſt ſermo. §. in fideicommiſſo. citato, quippe cum ſub titulo de leg. 2. & non ſub titulo ad Trebellianum, textus ille collocetur, ſed etiamſi ſit fideicommiſsum vniuerſale, aſseuerant plerique alij, quos referunt. Couar. nu. 4. citato, & Molina. nume. 20. citato. & quos refert ac ſequitur Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 50. à nu. 29. & quoad fideicommiſsum vniuerſale. num. 42. quem omnino amplectendum cenſeo. Tam multi verò autores pro vtraque ſententia citantur, vt non facile diſcernas, quæ earum ſit communior. Ratio autem noſtrę ſententiæ eſt, quoniam fictio repręſentationis ſolum eſt admittenda, quatenus in iure conceſsa reperitur: de iure autem communi non reperitur conceſsa extra hęreditates: qua de cauſa in fideicommiſso particulari nulla ratione eſt concedenda. Licet autem repręſentatio de iure communi cõceſsa reperiatur in hæreditatibus, ſane id ſolum eſt, vel ad ſuccedendum ab inteſtato, vel ad ſuccedendum ex teſtamento, quoad portionem legitimam filijs debitam: ſi enim aliquis filiorum moriatur ante patrem, aut matrem, ſobole relicta, ea ſoboles repręſentat talem filium ad obtinendam eam portionem, quę illi, ſi ſuperſtes eſset, deberetur: ęqualiter diuidendam inter filios ipſius, nepotes aui, aut auię, qui teſtati fuerint. Si autem aliquis ex eiuſmodi nepotibus ſit etiam mortuus, ſobole relicta, filij huius nepotis, pronepotes teſtatoris, patrem ſuum etiam repręſentant, vt obtineant portio-

A nem inter ipſos æqualiter diuidendam, quam pater ipſorum in bonis proaui ſui erat obtenturus, & ita conſequenter. Cæterum, quòd in portione, de qua teſtator liberè poterat diſponere, etiamſi illam titulo hæredis relinquat, detur in iure repræſentatio, inauditum profectò eſt, minimeque proinde admittendum, interim dum non eſt ſancitum: in quo ſenſu vera eſt opinio Anton. Gom. l. 8. Tauri. numero 17. & aliorum, quos citat: tale autem eſt fideicommiſſum vniuerſale, de quo loquimur, vt ſi aliquis de portione, in qua non eſt debita portio legitima, ſed liberè poteſt diſponere, relinquat hæredem familiam ſuã, fideicommittendo, vt à proximioribus conſanguineis de familia ordine quodam deriuetur ſemper in familia: aut ſi aliquis, non habens deſcendentes,
B neque aſcendentes, relinquat familiam patris, aut fratris ſui, hæredem in omnibus ſuis bonis grauando, vt ſemper à proximioribus de familia deriuentur in alios, interim dum familia perſeuerauerit; tũc vtique in eiuſmodi hæreditate locum non habet repræſentatio, niſi teſtator exprimat velle, vt ita in eis bonis ſuccedatur, vt deſcẽdentes repræſentent ſuos aſcendentes vſque ad talem, vel talem gradum in linea deſcendentium, aut etiam tranſuerſalium. Ratio autem eſt, quoniam, vt dictum eſt, inaudita eſt in iure repræſentatio in tali hæreditate. His accedit, quamuis fideicommiſſum hæreditas ſit, comparatione primi inſtituti, grauati reſtituere hæreditatem, non tamen ita propriè eſſe hæreditatem reſpectu ſequentium: neque vllam mentionem in iure eſſe, quòd
C in fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus ſit locus repręſentationi. Accedit etiam repræſentationem fictionem eſſe: fictiones verò locum non habere in fideicommiſſis, argumento. l. fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſt. & l. Statius. §. vlt. ff. de iure fiſci.

Ad argumentum in contrarium dicendum eſt, ibi, explicato, qui in familia comprehendantur, comprehendique, vltra propinquos, generum & nurum, atque libertos: doceri, in fideicommiſſo familiæ relicto ſuccedi gradatim, ita vt, poſt conſanguineos omnes de familia, ſuccedant gener & nurus & poſt hos, ſuccedant liberti. Gloſſa verò ibi verb. poſt eos, ſic ait. Et nota, primò vocari liberos, ſecundò parentes, tertiò collaterales, quartò generum, & nurum, quinto libertos. Ac ſane textus ſolos tres gradus di- Ad argum.
D ſtinguit, nempe, vt, ante generum & nurum, ſuccedant cognati, & poſt generum, & nurum, ſuccedant liberti, & id appellat gradatim. Quo autem ordine ſuccedere debeant cognati inter ſe, id non explicat, ſed ſupponit id intelligi ex alijs iuribus, nempe ex. l. cum ita legatur. §. in fideicommiſſo, ex. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. vbi habetur, propinquiores in gradu teſtatori, ſeu de familia, cui legatum relinquitur, ſuccedere primo loco, & deinde deriuari ordine graduũ: vbi nulla eſt mẽtio de repræſentatione. Quòd autem deſcendentes præponãtur aſcendentibus teſtatoris, & aſcendentes collateralibus, & quòd in ſingulis his lineis ſemper proximiores teſtatori, aut, poſt mortem teſtatoris, proximiores vltimis poſſeſ-
E ſoribus, præponãtur remotioribus in gradu, id ſupponit ille textus intelligi ex alijs iuribus, quæ eum ordinem ſucceſſionis præſcribunt in hæreditatibus ab inteſtato, & ex parte alligant teſtatores ad eundem ordinem ſeruandum. Vnde nihil de repræſentatione formaliter, aut virtute, in ſucceſſione in fideicommiſſo relicto familiæ, eo in textu ſtatuitur. Adde textum illum conditum fuiſſe ante iura authenticorum, quando nulla erat repræſentatio in linea collaterali: &, extra hæreditates, neque in authenticis, neque ante authentica, eſt vlla repræſentatio ſtatuta: quare ex eo textu non colligitur repræſentatio in fideicommiſſis familiæ relictis. Neq; ex eo, quòd textus ille præſcriberet expreſsè ſucceſſio-

nem

nem gradatim in ſingulis illis tribus lineis cognatorum familiæ, comparatione fideicommiſſi familiæ relicti, ſequeretur, introducere repræſentationem, ita vt, qui de inferiori gradu eſsent, ſuccederent ſimul per repræſentationem in eo fideicommiſso, cũ his qui de ſuperiori, & proximiori gradu ſunt: quin potius cõtrarium colligeretur, nempe eos, qui de inferiori gradu ſunt, nunquam ſuccedere in eo fideicommiſso, niſi poſt mortem eorum, qui eſsent de ſuperiori gradu: alioquin ſucceſſio non eſset ſimpliciter gradatim. Ad argumentum ergo in forma, neganda eſt maior, ſi intelligatur per omnia eodẽ modo ſuccedi in fideicommiſso familiæ relicto, atque ſucceditur ab inteſtato in hæreditatibus poſt iura authenticorum: contrarium enim proximè eſt à nobis ſatis perſpicuè oſtenſum.

DISPVT. 629.

Exponitur poſtrema pars legis. 40. Tauri circa ſucceſſionẽ in maioratibus ex præſcripto illos inſtituentium.

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſſione maioratuum huius regni ante omnia ſtãdum eſt diſpoſitioni expreſſæ inſtitutoris, aut quã, ſemoto omni dubio, ex coniecturis intelligitur intendiſſe, præponendaque eſt diſpoſitioni legis. 40. Tauri. In dubio verò diſpoſitioni eius legis eſt ſtandum.*

2 *In ſucceſſione maioratuum huius regni, cum ex diſpoſitione legis. 40. Tauri, licet maſculi excludant fœminas eiuſdem gradus, non tamen excludant fœminas anterioris gradus, eſto in eo ſit ſolùm per repræſentationem, vtique clauſula inſtitutoris, quòd maſculi excludant fœminas, aut fœminis præferãtur, niſi aliud exprimatur, nihil mutat de diſpoſitione legis. 40. Tauri.*

3 *Clauſula, quòd ſemper ſuccedat proximior cognatus, nihil derogat diſpoſitioni eiuſdem legis. 40. Tauri.*

4 *Idem de clauſula, quòd ſuccedant cognati ſeruata gradus prærogatiua: niſi enim adſint coniecturæ aliæ, quæ contrarium omnino perſuadeant, non cenſetur excluſa repræſentatio lege. 40. Tauri diſpoſita.*

5 *Idem de clauſula, ſuccedat maior natu, etiamſi addat, qui repertus fuerit tempore mortis vltimi poſſeſſoris.*

CVm lex. 40. Tauri modum ſucceſſionis in maioratibus, quoad deſcendentes ex vltimo poſſeſſore, in prima ſui parte ſtatuiſſet: & in ſecunda, quoad collaterales illi; & quouſque repræſentatio in utraque linea, formaliter, aut virtute, locum haberet, vt diſput. *626.* & diſp. *627.* relatum, explanatumque eſt; protinus in tertia ac poſtrema parte ſubiecit, illa omnia locum habere, ac intelligẽda eſſe. *Saluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el que primeramente conſtituyo y ordeno el mayorazgo: que en tal caſo mandamos, que ſe guarde la voluntad del que lo inſtituyo.*

1 Hinc conſtat, ad intelligendum ac iudicandum, quis ſuccedat in maioratu aliquo, ante omnia inſpiciendam, conſulendamque eſſe, inſtitutionem ipſam, atque ex ipſa ſi quid in ea diſpoſitum apertè cõperiatur, id præcipuè eſſe iudicandum. Quando verò aliter in ea non fuerit compertum diſpoſitũ, ſtandum eſt diſpoſitioni legis 40. Tauri. Vt tamen in maioratu aliquo, propter diſpoſitionem inſtitutoris diſcedendum ſit à diſpoſitione primæ aut ſecundæ partis legis Tauri circa ſucceſſionem & repræſentationem in ea ſtatutam, neceſſe eſt, vt ex ea inſtitu-

A tione conſtet abſque dubio, inſtitutorem aliud inſtituiſſe ac voluiſſe: in dubio namque diſpoſitioni legis Tauri erit ſtandum. Et quidem, quando expreſſis verbis aliud maioratus inſtitutor diſpoſuit, ei diſpoſitioni eſt ſtandum, vt omnes confitentur, & lex Tauri ſtatuit. Quando verò ex diſpoſitione ipſa inſtitutoris, coniecturæ ſunt aliud uoluiſſe atque intendiſſe, quam habeat lex Tauri; attamen diſpoſitio non eſt omnino expreſſa, licet Molina lib. 3. de primog. c. 8. à nu. 1. longam ea de re texat diſputationem, paucis cum eodem autore, & cum alijs, quos citat eſt dicendum. Si coniecturæ ex ipſamet diſpoſitione ſint tales (etiamſi extrinſecus alijs coniecturis adiuuentur) vt, ſemoto omni dubio, ſecurè intelligatur, id inſtitutorem intendiſſe ac voluiſſe, ſtandum

B tunc eſſe eius ita perſpicuè coniecturatæ voluntati, ac diſpoſitioni, poſthabita ea in parte diſpoſitione legis Tauri: quoniam tunc verè dicitur, id diſpoſuiſſe ac voluiſſe. Concinit Gama deciſ. 51. num. 8. multis id confirmans. Si verò coniecturæ non ſint tales, quæ omne dubium ſemoueant, tunc, poſthabitis eis veriſimilibus ac probabilibus cõiecturis, ſtandum eſt diſpoſitioni legis Tauri. Cõſentiunt Greg. Lopez. l. 3. titu. 13. par. *6.* verb. *mugeres*, col. 7. propè finẽ. verſ. idemq; dicendum eſt, & Couar. de pract. qq. c. 38. in calce. nu. 10.

Dubium eſt, vtrum, ſi quis in inſtitutione maioratus excludat fœminas propter maſculos, cẽſeatur derogare legi 40. Tauri, quatenus ſtatuit, quòd, ſi ſuperſtes ſit filia vnica primogeniti, præmortui ante 2

C patrem poſſeſſorem maioratus, neptis excludat patruum à ſucceſſione maioratus aui: ita ſcilicet, vt vi illius alterius inſtitutionis, qua maſculi præferuntur fœminis, ſit contrarium dicendum; nempè patruũ illum excludere eã neptem in ſucceſſione eius maioratus, ac proinde, quòd ea inſtitutio deroget ea in parte diſpoſitioni legis Tauri, quæ, quoad id, originem traxit ex l. 2. tit. 15. par. 2. quæ idem de ſucceſſione in hoc Caſtellæ regno ſtatuerat.

Vt, quid ſentiamus, melius intelligatur, obſerua. Nos non loqui ſtando præcisè in iure communi, in quo facilè ex dictis diſputationibus præcedentibus, conſtat, diceturque etiam in ſequentibus, non eſſe repræſentationem, etiam virtute, in ſucceſſione maioratuum, eò quòd hæreditates non ſint; ac proin-

D de, niſi aliud peculiariter ſit diſpoſitum in ipſa maioratus inſtitutione, patruus excludet, non ſolùm neptem, ſed & nepotem procreatum ex filio primogenito poſſeſſoris maioratus prædefuncto. Idẽ etiã dicemus eſſe in maioratibus Luſitaniæ, eò quòd in regno nulla peculiaris repræſentatio, etiam virtute, ſit ſtatuta, ſed ſtetur ea in parte iuri communi. Solùm ergo quæſtio illa locum habet in hoc Caſtellæ regno, num, vi illius inſtitutionis, cenſeatur derogatum ea in parte legi. 40. Tauri, & legi 2. citatæ.

Obſerua deinde, quòd cùm vi earum duarum legum, maſculus in hoc Caſtellæ regno excludat fœminam, etiam maiorem natu, in eadem linea & gradu, etiamſi nihil exprimatur in inſtitutione maiora-

E tus: ſecus verò fęminam exiſtentem in priori linea, aut in anteriori gradu eiuſdem lineæ, vt diſputationibus præcedentibus explanatum eſt; & clauſula illa, quòd maſculi excludant fœminas, aut præferantur fęminis, eas omnino non excludat, ſed ſolum ſignificet, maſculos illis præferri; tenui meo iudicio, niſi in maioratus inſtitutione aliquid reperiatur, vnde abſque dubio intelligatur, inſtitutorem intendiſſe, vt maſculi, etiam ex vlteriori gradu ac linea, fęminas excludant, non cenſerentur, vi eius clauſulæ, plus excluſæ, quàm lege Tauri propter maſculos excluſæ comperiantur: præſertim, cùm, vt paulò antea dictum eſt, in qualicunque dubio, an inſtitutor ſua inſtitutione derogare intenderit legi Tauri, ſtan-

ſtandum ſit diſpoſitioni eius legis, nec cenſendum ſit illi eſſe derogatum.

His ita conſtitutis, dicẽdum eſt cum Molina vbi ſupra nu.7.& cum alijs,quos citat. Si ex inſtitutione ipſa maioratus abſque dubio intelligatur, inſtitutorem excludere intendiſſe fœminas propter maſculos, etiam vlterioris gradus ac lineæ, tunc patruum illum excludere eam neptem, quoniam ſufficienter ea inſtitutione intelligitur derogare intendiſſe ea in parte.legi.40.Tauri: lex autem ea Tauri in poſtrema ipſius parte ſtatuit,vt quando inſtitutor maioratus id diſponit, ſtetur eius diſpoſitioni ac voluntati, non verò ipſi legi. Cõſentit cum aſſertione hac c.1. de eo,qui ſibi, vel hæredibus ſuis: tum in antecedentibus,tum etiam ibi. *Non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſsione,donec maſculus ſupereſt, ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit inueſtitus.* Si verò ex inſtitutione ſolùm intelligatur, inſtitutorem voluiſſe excludere fœminas propter maſculos, ſed non perſpicuè propter maſculos alterius lineæ ac gradus, tunc ſtandum erit diſpoſitioni legis Tauri: eò quòd illi non derogetur tali diſpoſitione, ac proinde neptis præfertur in eo euentu patruo. Iuxta hæc intelligendi ſunt Couarr.pract.qq.c.38.num.8. Greg. Lopez l.3.titul.13.par.6.verb.*mugeres*, colum.7. & Anto. Gom.l.40.Tauri.nu.62.& 63.

3 Dubium deinde eſt,ſi inſtitutor maioratus diſpoſuit, vt ſemper maioratus deueniret ad proximiorẽ cognatum,vtrum per eam clauſulam derogaſſe cenſeatur legi.40.Tauri,vt patruus, tãquam proximior poſseſsori,præferatur nepoti, filio filij antea defuncti ipſius maioratus poſseſsoris, & vniuerſim, vtrũ per ea verba cẽſeatur derogaſse repræſentationi omni formaliter,aut virtute, de qua ſermo eſt eadem lege.40.Tauri. Molina.c.8.citato,num.11.ait,multos ex ſcribentibus dicere ſolere, per ea verba excludi repræſentationem.

Argumentum. Quod confirmãt ex l.ſi libertus præterito. §.vlt. ff.de bon. libert. vbi habetur, ſi patronus mortuus eſt,relicto vno filio, & ex alio antea defuncto, relictis duobus nepotibus, & poſtea libertus moriatur ab inteſtato, tunc hæreditatem liberti pertinere totam ad filium patroni, quia pertinet ad proximiorẽ hæredem;non verò partem illius pertinere ad duos illos nepotes; ſi uerò patronus mortuus ſit ſine filijs,cæterum relicto nepote vno ex vno filio defuncto,& ex alio relictis duobus, poſteaque libertus ab inteſtato moriatur, ſuccedere in ea hæreditate ęqualiter,& per capita,omnes illos nepotes. Vbi uides, quia hęreditas illa pertinet ad proximiorem,aut proximiores, deſcendentes ex patrono, locum non eſse repræſentationi. Atque Couar.c.38.citato.num.4. §.tertiò ad intellectum,& multi alij ex iis,qui affirmant, in fideicommiſso familiæ relicto locum eſse repræſentationi,excipiũt,niſi teſtator dixerit, vt ſuccedat proximior in gradu: quia tunc,inquiunt, intelligendum eſt, de proximiori ſimpliciter: non verò per fictionem repræſentationis: præſertim cum (vt Couar.ait)dubio nõ careat ea opinio,quę affirmat, in tali fideicommiſſo locum eſſe repræſentationi. Eam verò ſuam ſententiam confirmant hi doctores ex l.ſi libertus.citata. Nos verò iam ſupra diſputatione præcedente perſpicuè oſtendimus,in fideicõmiſſo familiæ relicto locum non eſſe repræſentationi,neque in euentu,quem hi doctores excipiunt,neque in quocunque alio, quando teſtator repræſentationem perſpicuè non introduxerit. Idem ſupra diximus de ſucceſſione in maioratibus, ſtando in iure communi,atque in Luſitania. Quare propoſita quęſtio ſolùm habet locum in hoc Caſtellæ regno, ſuppoſita.l.Tauri,& l.2.tit.15.par.2. Atque in hoc regno,mihi probatur opinio Molinæ vbi ſupra, quòd ſcilicet per ea verba non cenſeatur derogatum legi Tauri: Quoniam ea verba intelligenda ſunt iuxta id ius regni,nempe de proximo cognato, iuxta ordinem in hoc regno præſcriptum ad ſuccedendum in maioratibus,& de proximo,ſaltem per repræſentationem,iuxta eandem regni diſpoſitionem. Et quoniam frequentiſſima eſt, & erat ante legem Tauri, ac appoſitio verborum in inſtitutionibus maioratuum:quare,ſi illa derogaret diſpoſitioni legis Tauri, fruſtranea maxima in parte ea lex redderetur. Denique,quoniam vt minimum eſt dubiũ, num inſtitutores maioratuum eis verbis derogare intendãt legi 40. Tauri: vt autem dictum eſt, in dubio ſtandum eſt diſpoſitioni illius legis.

Ad textum in lege ſi libertus,quamuis aliter Molina reſpondeat, in promptu ſanè eſt legitima reſponſio. Ad argumẽtum. Quòd de iure communi ſolùm reperiretur repræſentatio introducta, deſcendentium comparatione aſcendentium, aut de iure authenticorum filiorum fratris, præciſè ad ſuccedendum patruo, fratri patris ipſorum prędefuncti;libertus verò,neque eſt aſcendens comparatione deſcẽdentium patroni,neque collateralis: eaque de cauſa in ſucceſſione ab inteſtato hæreditati illius, qua ſuccedunt deſcendentes patroni præmortui, locum non habet repræſentatio;atque hæc eſt ratio, quare in eo textu meritò dicitur, ſolùm exiſtere hæredes liberto ab inteſtato proximiores in gradu patrono defuncto, abſque vlla repræſentatione.

Dubium item eſt,num,ſi maioratus inſtitutor vocet ad eum cognatos ſuos, additis his verbis, ſalua gradus prærogatiua, cenſeatur derogaſſe legi 40. 4
Tauri,ita vt neque ex linea deſcendentium, ſeu primogenitorum, nepos poſſeſſoris maioratus ex filio primogenito defuncto, excludat patruum, neque ex linea collaterali,filius fratris maioris natu,excludat patruum. Partem affirmantem ſuadere videtur,quòd verba illa ſignificãt, debere ſuccedere proximiorem in gradu, & excludere reliquos, abſque vlla repræſentatione, vt patet ex authentica defuncto. C.ad Tertull.vbi id ea verba ſignificant. Tametſi eo in loco ſit ſermo de linea aſcendentium, in qua locum nõ habet repræſentatio; neque aliud ibi videantur ea verba ſignificare,quàm quòd dum eſt proximior in gradu defuncto ſine liberis, vt pater, & non exiſtit mater, excludat auos maternos, tanquam proximior in gradu defuncto:& ſimiliter, qñ eſt mater,& nõ pater,excludat auos paternos:quando verò mater,& pater,defuncti ſunt, ſi ex vna parte ſit vnus tantùm auus, & ex alia ſint duo, qui ſunt omnes pares in gradu,omnes quidem ſuccedũt, ſed vnus accipit dimidium hæreditatis,& duo alij alterum dimidium,inter ſe ęqualiter diuidendum,vt in authentica diſponitur. Ex ea autem authentica Couarr.c.38.citato,nu.4.§.quarto,vbi aſſerit,quamuis (ex ipſius ſentẽtia)in fideicommiſſo familiæ relicto locus ſit repræſentationi; ſi tamen à teſtatore apponantur ea verba, ſalua gradus prærogatiua, locum non habere repræſentationem. At verò Aluar. Valaſ.q.90.citata,num.37.cum Peralta,non immeritò eum,& reliquos eiuſdẽ opinionis,redarguit,quòd l. cũ ita legatur.§.in fideicõmiſſo, & l.peto. §.fratre. ff.de leg.2.virtute ea verba apponantur, dum dr̃,& exponitur,vt ſuccedat proximior in gradu,q; idẽ eſt ac ſaluari gradus prærogatiuã. Idem Aluar. Valaſ. ibidẽ ait,in fideicõmiſſo familię relicto,& in inſtitutione maioratus,ſi apponãtur ea verba,ſalua gradus prærogatiua,locũ non eſſe repræſentationi,& idem affirmãt alij,quos Molina vbi ſup.nu.16.refert. Cæterum obſerua. Aluarũ Valaſ.non loqui in hoc Caſtellæ regno,poſita diſpoſitione,l.2.tit.15.p.2. & legis 40.Tauri:ſed loqui ſtãdo in iure cõi,atque in Luſitania,vbi ipſe meritò cẽſet,in fideicõmiſſo familię relicto; & in maioratu,ẽt nõ appoſitis eis verbis,locum

cum

cũ non eſſe repræſentationi: quia tamẽ multi contrarium affirmant, tum in fideicommiſſo familiæ relicto, tum etiam in maioratu, ait, ſi apponantur ea verba, excludi dubium, atque, etiam doctores contrariæ opinionis, in rebus ita dubijs teneri dicere, tũc non eſſe locum repræſentationi.

Molina vbi ſupra nume. 17. propendet ac cenſet, non ſine formidine partis oppoſitæ, in maioratibus huius Caſtellæ regni, etiam ſi ea verba apponantur, nihil derogari diſpoſitioni legis. 40. Tauri. Et, quãuis ipſe vniuerſim de ſucceſſione in maioratibus loquatur, mihi eius ſententia vera ſimpliciter videtur in maioratibus huius Caſtellæ regni. Quoniam de iure huius regni. l. 2. titu. 15. par. 2. & l. 40. Tauri, linea primogenitorum præfertur cuicunque alteri lineæ, etiamſi, propter mortem antecedentium primogenitorum, is, qui ſuperſtes ex illis manet, longius diſtet gradu ab vltimo poſſeſſore, quam alij ex reliquis lineis: quare is ſeruata prærogatiua graduũ eius lineæ, quæ cæteris lineis præfertur, ſuccedit vltimo poſſeſſori, eſto, habita ratione ſolius gradus, & non lineæ, alius ſit proximior in gradu eidem vltimo poſſeſſori. Item, quoniam quando de iure communi, aut alicuius regni, locum habet repræſentatio, ſanè gradus prærogatiua ſeruatur ſuccedendo, repræſentando ita gradum ſuperiorem, ac proximiorem vltimo poſſeſſori, ex priuilegio & diſpoſitione eius iuris: licet enim ſimpliciter gradus prærogatiua non ſeruetur, ſeruatur tamen per repræſentationem, atque iuxta diſpoſitionem eius regni, quod ſufficit. Quare, cum modo explicato, intelligi poſſit ea diſpoſito inſtituentis maioratum, vt non diſcordet à diſpoſitione legis. 40. Tauri, & in qualicunque dubio an inſtitutor maioratus diſcordare voluerit à diſpoſitione legis. 40. Tauri, non ſit ab ea recedendũ, vt ſupra dictum eſt: conſequens profectò eſt, vt propter ſola illa verba, niſi adſint aliæ circumſtantiæ & coniecturæ, quæ ſimul perſuadeant contrariam fuiſſe mentem inſtitutoris maioratus, recedendum non ſit à diſpoſitione legis. 40. Tauri.

5 Ex eo itẽ, quod inſtitutor maioratus dixerit, ſuccedat filius meus maior natu, certè, niſi adſint alia, vnde intelligatur, intendiſſe præferre filium quemcunque ſuum, qui repertus fuerit tempore mortis ſuæ, nepoti ex primogenito antea defuncto: non eſt cenſendus in hoc Caſtellæ regno eum prætuliſſe nepoti illi, contra diſpoſitionem legis. 2. titu. 15. par. 2. & legis. 40. Tauri, vt bene ait Molina vbi ſup. nume. 19. Quoniam filius maior natu, & primogenitus, idem ſunt. Et quoniam non eſt certum (imò cõtrarium veriſimilius) intendiſſe eis verbis præiudicare iuribus illis: ſi enim id intendebat, magis perſpicuis verbis efficere id debebat: vt autem ſæpius dictum eſt, in dubio ſtãdum eſt in hoc regno diſpoſitionibus illorum iurium.

Vtrum autem, ſi maioratus inſtitutor dixit, ſuccedat filius, qui maior viuus manſerit tempore mortis vltimi poſſeſſoris, cenſendum ſit voluiſſe præiudicare eiſdem iuribus, præponereque filium ſecundò natum ſuperſtitem, nepoti ex primogenito poſſeſſoris antea defuncto? Quæſtionem diſputat Molina vbi ſupra num. 20. multis pro vtraque parte citatis doctoribus; qui tamen, ſi legantur, non diſputant quæſtionem attentis legibus huius regni, ſed ſtando in iure communi. Imò Panor. & alij, loquentes de maioratibus huius regni ante legem. 40. Tauri attenta. l. 2. tit. 15. par. 2. & conſuetudine huius regni, vt, mortuo primogenito, relicto filio, aut filia, is, aut ea, ſuccedat, excluſo patruo, partem negantẽ definiunt, nempe eis verbis non intelligi derogare iuribus, & conſuetudini huius regni. Molina quæſtionem non definit: eo quòd dicat, cauſam grauem ea de re tunc pendere. Satis verò videtur pendere in partem ne-
A gantem quam ſecundo loco confirmat. Et pro qua citat. l. 2. titu. 15. p. 2. quæ cum in Caſtellæ regno, & conſequenter in alijs Caſtellanis maioratibus, dicat ſuccedere primogenitum poſt mortem patris, addit defuncto primogenito ante mortem patris, ſuccedere filium ab eo primogenito relictum, aut filiam, in patris defectum. Ego in eandem ſententiam inclino in hoc Caſtellæ regno poſitis iuribus citatis, & conſuetudine illius, niſi ex circumſtantijs alijs abſque dubio intelligatur, intendiſſe præponere filium ſecundo genitum nepoti ex primogenito, & præiudicare ea in parte iuribus citatis. Ducor tum propter illa verba ex l. 2. relata. Tum etiam, quoniã verba illa inſtitutionis, iuxta iura citata, & conſuetudinem huius regni, intelligi optime poſſunt, de filio
B maiori, qui tempore vltimi poſſeſſoris viuus remanſerit, in ſe, aut in ſobole legitima ab eo relicta, quę locum illius ſubit ex diſpoſitione eorum iuriũ in hoc regno. Tum denique, quoniam in qualicunque dubio, an inſtitutor maioratus intenderit præiudicare iuribus huius regni, non eſt ab eis recedendum, vt dictum eſt.

Concinit, quod Couar. aduerſus Bart. & quoſdã alios definit. c. 38. citato. num. 11. Nempe, ſi inſtitutor maioratus dicat, ſuccedat filius primogenitus, & poſt eum ſecundò genitus, mortuo primogenito ante vltimum poſſeſſorem, relicta ſobole, non præponi filium ſecundo genitum, ſoboli primogeniti defuncti: Quoniam, ſi maioratus inſtitutus ſit ab aſcendente, habet inſtitutio eam conditionem tacitam,
C ſi primogenitus ſit mortuus ſine liberis, ex l. cũ auus. ff. de cond. & demonſt. ex l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis, ex l. & generaliter. §. cum autem. C. de inſtitu. & ſubſtit. & ex l. 10. ti. 5. par. 6. Et quoniam, ſi primogenitus obtinuiſſet maioratum, poſt eum obtineret eundem maioratum proles ipſius, & non frater ipſius ſecundò genitus: quoniam in primogenito intelligitur ipſe, & ſoboles ipſius: quare ſimili modo intelligitur ipſe, & ſoboles loco ipſius, ſi ipſe ſit defunctus, attẽtis diſpoſitionibus huius regni, quę eum ſucceſſionis modum ſtatuunt, quando maioratus inſtitutor aliud manifeſtè non exprimit: idque locum ſimiliter habet in hoc regno, etiam in ſucceſſione in linea collaterali. Obſerua tamẽ, priorem rationem Couarruuiæ non multum vrgere, iux-
D ta expoſitionem, quam eis iuribus cum Acoſta diſput. 631. trademus.

DISPVT. 630.

In ſucceſsione in maioratibus de bonis coronæ regni Luſitani iuxta legem mentalem, an locum habeat repræſentatio, præferendusque ſit nepos patruo, an è contrario.

E *SVMMARIVM.*

1 *In maioratibus Luſitaniæ ſubiectis legi mentali, locũ non habet repræſentatio, ſed patruus excludit nepotem ex primogenito ante defuncto. Niſi aliud expreſsè conceſſum ſit à Rege in donatione eorum bonorum.*

2 *Filia an in eiſdẽ maioratibus præponi debeat nepoti.*

3 *In eiſdem maioratibus nepos maior natu ex filio minori natu, præfertur nepoti minori natu ex filio maiori natu.*

4 *Donatio deſcendenti poſſeſſoris maioratus de bonis coronæ regni legi mentali ſubiectis, quouſque valida, & quædam circa hæc.*

In-

5 *In eiſdẽ maioratibus ſi filius primogenitus moriatur in bello, relicto filio nepote vltimi poſſeſſoris, talis nepos præfertur patruo.*

6 *Quando pater & filius primogenitus eodẽ bello, aut ex eadem ruina pereunt, quis ſuccedat in maioratu. Et in dubio, quis prior cenſeatur periiſſe.*

7 *Eorundem maioratuum licèt incapaces ſint initiati ordinibus ſacris, religioſi, aut alia de cauſa exempti à regia iuriſdictione, filij tamen eorum legitimi, in ſucceſsione auo vltimo poſſeſſori, præferendi videntur patruo.*

DIcendum eſt nunc de ſucceſſione in maioratibus Luſitanis. Et primò in maioratibus de bonis coronæ regni, deinde in maioratibus de bonis patrimonialibus, & tertiò in ipſo Luſitano regno: duę enim priores diſputationes, aditum faciliorem, ac lucem præbebũt ad tertiam facilius ac dilucidius expediendã. Quæ autem ſit lex mentalis, & qui ſint maioratus de bonis coronæ Luſitani regni iuxta eam legem inſtituti, diſp. 576. explanatum eſt.

Quòd in eiuſmodi maioratibus de bonis coronæ regni locum habeat repræſentatio, ſitque proinde præferendus nepos vltimi poſſeſſoris, filius ex primogenito defuncto, patruo, filio ſecundò genito eiuſdem vltimi poſſeſſoris, ſuaderi poteſt. Primò, (Primum argum.) quoniam ante eam legem mentalem, multa de eiuſmodi bonis ex corona regni donatis, deferebantur iure hæreditario, tanquam bona vi præcedentium donationum effecta patrimonialia donatariorum, ſucceſſorumque eorundem donatariorum, vt ex diſcurſu eiuſdem legis conſtat: non eſt ergo veriſimile, autorem eius legis, alligando illa vinculo maioratus, voluiſſe auferre repræſentationem, quoad ſucceſſionem in illis: præſertim cum Luſitaniæ regnũ à Caſtellæ regno ſit deriuatum, prouinciaque illa ſubiecta antea fuerit legibus, & moribus Caſtellæ, & longè antea quàm lex illa mentalis conderetur, lege & moribus in Caſtellano regno eſſet receptum, vt inſtar ipſius regni, in reliquis maioratibus, nepos ex primogenito defuncto præferretur patruo, vt teſtatur. l. 2. tit. 15. par. 2. quare veriſimile potius eſt, Ioãnem primum, autorem illius legis, iuxta modum ſucceſſionis in maioratibus in vicino regno Caſtellæ, eos maioratus inſtituiſſe. Maximè cum credendũ non ſit, ea ſua lege voluiſſe dirimere, quoad eos maioratus, quæſtionem illam adeo celebrem & controuerſam inter doctores, num nepos præferri debeat patruo, ſtatuendo, patruum in eis maioratibus preferendum eſſe nepoti filio primogeniti antea defuncti.

(Secundum.) Secundò, vt conſtat ex lege mentali lib. 2. ordinat. titu. 17. §. 15. filio primogenito, viuente vltimo poſſeſſore, debetur maioratus vi legis mentalis, vt illum obtineat poſt mortem patris, atque adeò dum is filius viuit, habet iam ius ad illud: ius autem illud deſcendit ex contractu inter viuos, quo ea bona donata ſunt anteceſſori, ſibi & deſcendentibus ſuis, tametſi lex mentalis diſpoſuerit, vt deſcendant ad filium maiorem natu, & conſequenter ad deſcendentes illius, alligata vinculo maioratus: cum ergo ius ex donatione alicui tertio comparatum, vt ſcilicet ſuccedat in rẽ donata poſt tantum tempus, aut poſt vitam donatarij, ſi is tertius moriatur ante aduentũ eius temporis, tranſmittat illud ad ipſius hæredes, vt habetur. l. quoties. C. de donationib. quæ ſub modo, dictumq; à nobis eſt diſpu. 265. conſequens eſt, vt ſi is primogenitus, relicta ſobole, decedat ante patrem poſſeſſorem maioratus, tranſmittat id ius in filium ſuum primogenitum, nepotem poſſeſſoris, atque adeò vt is nepos ſuccedat in maioratu, excluſo patruo.

A Tertiò, quoniam intentum eius legis mentalis, vt (Tertium.) conſtat ex §. illius. 18. eſt, quòd bona donata ex corona regni, citius ad coronam regrediantur, diſcedente vltimo maioratus poſſeſſore ſine liberis per maſculinam lineam procreatis: id verò facilius obtinebitur, ſi nepos, ex filio primogenito præmortuo, præponatur patruo: quippe facilius eueniet, quòd is nepos moriatur nullis liberis ex ſe generatis, quam mori ſine liberis patruum, longè maiorem natu tempore mortis vltimi poſſeſſoris: ergo ex fine & intento legis mentalis, nepos præponetur patruo.

Quartò, quoniam ipſemet Ioannes primus, au- (Quartum.) tor legis mentalis, in ſuo teſtamento ſtatuit ac declarauit, quòd ſi ipſo ſuperſtite, filius ſuus primogenitus Eduardus è vita diſcederet, ſuccederet in regnò B nepos ipſius Dominus Alfonſus, Eduardi filius, nõ verò Dominus Petrus, filius ſecundò genitus ex eodem Ioanne primo: incredibile autem eſt, ſtatuiſſe ac declaraſſe in ſuo teſtamento contra ſuam legem mentalem.

His nihil impedientibus, dicendum eſt cum Em- 1 manuele Acoſta in q. de patruo & nepote, par. 1. à nu. 9. cum Aluar. Valaſ. de iure emphyt. quæſt. 50. à num. 13. & cum Gram. deciſ. 174. in eiuſmodi maioratibus Luſitanis de bonis regiæ coronæ, patruũ excludere nepotem. Quod intellige niſi ex donatione aliqua principis ſimilium bonorum, contrarium conſtet. Sicut enim priuatus inſtitutor maioratus de ſuis bonis patrimonialibus, poteſt pro ſuo arbitratu conſtituere alium ordinem ſuccedendi in eo, C ab illo quo ſuccederetur, ſtando in iure communi, aut priuato in eo regno, vel ſtando conſuetudini ea in parte in eo ſeruata: ita princeps donare poteſt de bonis coronę regno maioratum, ſtatuẽdo ordinem ſuccedendi in eo, quem voluerit, ac proinde præponendo in Luſitania nepotẽ patruo. Quare ante omnia conſulenda ſunt inſtrumẽta donationum, & iuxta illa erit iudicandum. Quando autem contrarium non fuerit deprehẽſum fuiſſe in eis diſpoſitũ, quod dictum eſt, erit in Luſitania affirmandum, circa eiuſmodi maioratus.

Ratio præcipua noſtrę aſſertionis, quam cum doctoribus citatis aſſeueramus, & quæ conſuetudine recepta eſt in Luſitania, hæc eſt. Quoniam in eiuſmodi maioratibus non ſuccceditur hæreditario iure, D ſed ſanguinis, atque ex pacto & prouidentia: eaque de cauſa, ſtando in iure communi locus non eſt in eis repræſentationi, qua nepos remotior in gradu, quàm patruus, comparatione vltimi poſſeſſoris, præponatur patruo illi propinquiori, vt enim ex dictis diſp. 626. & cæteris ſequentibus, liquet, de iure communi locus non eſt repræſentationi extra hæreditates: ſed neque de iure Luſitano eſt formaliter, aut virtute, ſtatuta repræſentatio in eiuſmodi maioratibus, vt in hoc Caſtellæ regno in ipſius maioratibus eſt ſtatuta, quin potius ex Luſitanis ordinationibus apertè colligitur, non eſſe repræſentationem, ſed patruum præponendum eſſe nepoti tanquam proximiorem in gradu vltimo poſſeſſori, qui ex ordine iuris E ſuccedere illi debet, ſi neque formaliter, neq; virtute, ſit locus repræſentationi.

Comprobemus verò hæc omnia. Quòd in eiuſmodi maioratibus non ſuccedatur iure hereditario, ſed ſanguinis iure, atque ex pacto & prouidentia, ſatis dilucidè eſt oſtẽſum diſp. 626. Concinunt etiam Luſitanæ ordinationes lib. 4. tit. 35. §. 2. vbi habetur ſucceſſorem in eiuſmodi maioratu, poſſe repudiare hæreditatem anteceſſoris in eo maioratu, & eũ obtinere: qui autem hæreditario iure ſuccedit in re aliqua, non poteſt eam obtinere, repudiata hæreditate eius, cui in illa ſuccedit. Quòd autem de iure communi locus non ſit repræſentationi extra hæreditates, ex dictis diſp. 626. & alijs ſequentibus, ſatis conſtat.

ſtat. Quòd item, vbi non eſt repræſentatio, patruus præponendus ſit nepoti, res eſt perſpicua, atque hęc affirmant Bart. & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Acoſta vbi ſupra à nume.15. Aluar. Valaſ.q.50.citata à nume.13. & Gama deciſ.174.à num.15.& 11. Quòd denique de iure Luſitano, nec formaliter, nec virtute, ſtatuta ſit repræſentatio in eiuſmodi maioratibus, ſed potius ex Luſitanis ordinationibus apertè colligatur, non eſſe repræſentationem, patruumque præponendum eſſe nepoti, probatur. Quia in primis non proferetur locus, in quo ea repræſentatio ſtatuatur, aut innuatur. Deinde verò, quoniā in ipſamet. l.mentali lib.2.ord.ti.17.§.1.de eiuſmodi bonis vinculo maioratus, vi eiuſdem legis, alligatis, quoad ſucceſſionem ſic dicitur *fiquem ſempre ente iramente, por morte do poſſuidor dos taes bones e terras a o ſeu fil ho varam mayor, que delle fiquar.* Vbi vides vocari ad maioratum, non primogenitum, ſed filium ipſius poſſeſſoris maſculum maiorem natu, qui tempore mortis ipſius ſuperſtes fuerit, quicunque is fuerit, ſiue primò, ſiue ſecundò, aut tertiò genitus, & ſiue ſoboles ſuperſtes ſit ex anterioribus filijs defunctis, ſiue non. Filium enim præciſè vocat ipſiuſmet poſſeſſoris, & non nepotem, quando per mortem vltimi poſſeſſoris filius remanet; eumque filium illius ad eum maioratū vocat, qui inter eos, qui tempore mortis patris fuerint ſuperſtites, maior natu ſit: quare qualitates, filij ipſius, & maioris ętatis, & ꝙ ſuperſtes ſit tēpore mortis ipſius, exigit in ſucceſſore, vt cæteris præponatur. Quòd ſi.§.3.ad excludendū fœminam à ſucceſſione in eiuſmodi bonis, addit. *E quando per morte do poſſuidos, non fiquar tal filho varam, nem neto varā legitimo, filho de filho varam lidimo, e ficar filha, &c.* Vtique quando id, ad excludendam filiam, & ſobolem ex filia, addit, dū primo loco ponit *tal filho*, hoc eſt; maiorem ętate inter eos, qui tempore mortis poſſeſsoris fuerint ſuperſtites, quòd eſse non poteſt, niſi nullo prorſus filio remanente, & ſecundo loco addit, *nem neto varam legitimo, filho de filho varam lidimo*, proculdubio in primo gradu conſtituit quemcūque filium, & in ſecundo nepotem: quare patruum nepoti præponit. Fertur verò, referente Acoſta vbi ſupra num.12.verſ.ſexto, & Aluar. Valaſ.q.50.citata in calce.18.dum hic paragraphus anno 1519.lectus fuiſset coram Rege Emmanuele, proauo Regis Sebaſtiani, & auo Regis noſtri Philippi, dixiſse, perſpicuum omnino illum eſse in fauorem patrui. Alia verba eiuſdem legis expendunt Acoſta, & Valaſcus, in fauorem patrui: ſatis autem ſit nos prædicta expendiſse. Idem probatur ex lib.4.ord.tit.62. §. *e finando ſe.* iuncto. §.penult.eiuſdem tituli. In §. enim penul.ſtatuitur, vt in emphyteuſi de bonis coronæ regni (quæ indiuiſa in maioratus modum tranſire debent iuxta legem mentalem) quoad ſucceſſionem ſeruetur, quod de emphyteuſi nominationis, atque adeò ex pacto & prouidentia, in alijs bonis diſpoſitum erat. §. *e finando ſe*, citato. Ibi autem ſtatutum fuit, quod ſi emphyteuta, nemine nominato, ex hac vita diſcedat, relicto filio, & ſimul nepote ex filio maiori natu prædefuncto, cenſeatur nominatus filius, & non nepos, atque adeò, vt filius ſuccedat in ea emphyteuſi, excluſo nepote. Vbi vides, præponi patruum nepoti ex filio maiori natu, tum in bonis coronę regni, quę in modum maioratus deferuntur: tum etiam in bonis alijs, quæ ex pacto & prouidentia ad vnum tantum deferri debent. His accedit, in Luſitania inſtrumenta donationum de bonis regiæ coronæ, quæ Gama deciſ.174.à num.1.refert, idem, quod lex mentalis, adhuc expreſſius & apertius, ſignificare. Quòd ſi aliquod inſtrumentum præfert apertè nepotem patruo, id potuit Princeps pro ſuo beneplacito efficere, & tunc formæ eius donatio-

A nis, ac modo ſucceſſionis in eo contentę, eſt ſtandū, vt ſupradictum eſt. Prædictis etiam accedit, tot latas eſſe ſententias in Luſitania in fauorem patrui, excludendo nepotem, etiam ab ipſiſmet Regibus, quas refert Gama deciſione citata à nu.9. vt conſuetudo Luſitaniæ poſſit id etiam appellari, vt idem autor affirmat. Nō obſtat hactenus dictis, quòd in eadem lege ſæpe dicatur, eadem bona conceſſa fuiſſe alicui, & eius ſucceſſoribus, & hęredibus, vel obueniſſe iure hæreditario, vt conſtat ex §.1.eiuſdem legis, & ex pleriſque alijs, & perſpicuè ex §.17. Quoniam ibi eſt ſermo ante legem mentalem: lex autem ipſa mentalis ſtatuit, vt, etiamſi in poſterum ita concederētur ſemper eſſent alligata vinculo maioratus, vt indiuiſa iure ſanguinis, atque ex pacto, & prouidentia eiuſ- B dem legis, deferrentur modo hactenus, & diſp.576. relato, & explicato.

Acoſta vbi ſupra num.28.rectè infert, quòd, licèt patruus eſſet minor ætate, quā nepos, præferendus nihilominus eſſet nepoti in eiuſmodi maioratu de bonis coronæ regni: & id approbat Aluar. Valaſ.q.50.citata nu.26. Ratio autem eſt, quoniam in l.mentali, & 4.lib.ord.§.penul.iuncto.§. *e finando ſe*, conſentaneè ad ius cōmune, primo loco vocatur filius vltimi poſſeſſoris, tanquam coniunctior vltimo poſſeſſori gradu uno, quā ſit nepos, & inter filios vocatur qui maior fuerit ſuperſtes tempore mortis, quicunque is ſit: & ſecundo loco, in defectum filiorū, vocatur nepos: quare, eſto filius ſit minor ætate, quā nepos, antecedere debet nepotem in ſucceſſione e- C ius maioratus, tanquā cōiunctior vno gradu vltimo poſſeſſori, neque habente locum in ea ſucceſſione repræſentatione.

2 Idem Acoſta.nu.29.& par.2.num.24.verſ.in maioratu, aſſeuerat, ſi filia, ex pacto & cōceſſione Principis, admittatur ad ſucceſſionem eiuſmodi maioratus de bonis regiæ coronæ, non excludere nepotem ex filio prædefuncto, ſed nepotem illi eſſe præferendum. Ego dicerem, ſi à principio conceſſionis eorū bonorum in maioratum, concederetur, vt ſuccederet filia, conſulendam eſſe formam, inſtrumentúve, conceſſionis. Et quidem, ſi id concederetur filijs, tam maſculis, quàm fœminis, & nepotibus; aut cōcederetur filijs, & in eorum defectum filiabus, aut certæ filiæ deſignatæ; tunc certè, cum filiæ promiſcuè D cum filijs vocarentur, aut in defectum filiorum, cenſebuntur vocatę in primo gradu: & cum non ſit locus repræſentationi, præferētur nepotibus ex filijs.

Dubium eſt, ſi tempore mortis vltimi poſſeſſoris, nullus ipſius filius ſit ſuperſtes; habeat tamen nepotes ex varijs filijs; & eueniat, vt nepos ex filio minori natu, ſit maior ætate, quàm nepos ex filio maiori, quis nepos alteri ſit præferēdus in ſucceſſione in maioratu, de quo nobis eſt ſermo? neposne minor ætate ex filio prius nato? an potius nepos maior ætate ex filio poſterius nato? Quæſtionem hanc excitat Acoſta vbi ſup.nume.30. Et in ſententiam, quòd nepos maior natu ſit præferendus, citat Baldum. Pro contraria verò citat Yſerniam & Tiraquel. tametſi neu- E tri loquantur de eiuſmodi Luſitanis maioratibus. Mihi probatur ſententia Acoſtæ ibidem, cum quo conſentire videtur Aluar. Valaſ.nu.26. Nempe, in eiuſmodi maioratibus in quibus locum non habet repræſentatio, etiam virtute, præponendum eſſe nepotem natu maiorem ex filio poſterius nato, nepoti natu minori ex filio prius nato. Ratio eſt, quia ſunt pares in gradu, & ille ſuperat hunc in qualitate ætatis, neque eſt locus repræſentationi.

3 In lege mentali.§.15.habetur, ſi poſſeſſor eiuſmodi maioratus de bonis coronæ regni (ſiue ſit is, cui primo ea bona donata à Rege ſunt, ſiue ad quem tādem deuenerunt) voluerit quoddam, aut quædam, ex eis prædijs donare, alicui filio, aut filiæ, ſecundò,

dò, tertiò, aut vlteriùs genitis, viuente primogenito, in cuius præiudicium id cedit, poſſe id efficere de licentia Regis, etiamſi is primogenitus non conſentiat. & etiamſi expreſſim donatio à Rege fuerit poſſeſſori ipſi, & tali filio primogenito: modo tamen, quod ita de facultate Regis donauerit, non ſit integrum dimidium bonorum de corona regni, quę poſſidet; & modò non diuidat prædium aliquod, ſed integrum illud donet. Atque exprimitur, quòd ſi ea donatio facta ita fuerit filiæ in dotem ad nubendũ, illaq; ſine filio, aut nepote, moriatur, cõtinuò, ꝙ ita fuit ei donatum, deuoluatur ad coronã regni: ſi verò reliquerit filium, aut nepotẽ ex filio, ad eum id deueniat, & poſteà ad ſucceſſores illius, iuxta diſpoſitionẽ legis mentalis. Additur, quando talis maioratus conſiſtit ſolùm in uno prædio, de illo non poſſe fieri talem donationem filio, aut filiæ, poſterius natis, ſine facultate Regis, & conſenſu primogeniti eiusue, qui tunc primo ad eum maioratum vocatur, atque adeo in cuius præiudicium ea donatio cedit.

4 Circa vltimam partem huius §. quęrit Acoſta vbi ſup. nu. 31. Si pater habens hoc prædium de bonis coronæ regni, illud de facultate Regis donet primogenito, isq́ue primogenitus moriatur viuente patre, relictoq́ue filio, vtrum, quando mortuus fuerit pater, filius eius ſecundo genitus, poſſit extrahere a nepote prædium illud, tanquam ad ſe attinens per mortem patris. Acoſta affirmanter reſpondet. Ducitur, quoniam legislator ille non vult per donationem Regis autoritate vallatam, præiudicium ei fieri, quem lex mentalis ad eum maioratum vocat: filius autem ſecundo genitus, mortuo primogenito, vocatur ad eum maioratum per legem mẽtalem, excluſo nepote ſuperſtite: quare, ſicut ſi, viuẽte primogenito, pater de facultate Regis, & ſine conſenſu talis primogeniti, id prædium donaſſet filio, aut filiæ, vlterius genitis, maneret quidem id prædium apud eum donatarium, interim dum pater viueret, ſed, eo mortuo, filius primogenitus obtineret id prædium; ita in re propoſita, nepos ex primogenito, retinebit id prædium interim dum auus vixerit, ſed, eo defuncto, ſpectabit ad patruum, filium ſecundo genitum donatoris.

Argumentum.

Ego contrarium arbitror eſſe omnino verũ. Ratio eſt, quoniam donationes factæ iuxta formã eius paragraphi, validæ ſunt & irreuocabiles, nihil impediente, quòd in præiudicium alterius cedãt: id quòd Acoſta non negat, ſed neque negare rectè poteſt. Cũ enim ea bona deriuata ſint ex corona regni, modumq́ue intenderit lex mentalis adhibere donationibus antea à Regibus factis, & in futurum faciendis, de eis bonis, ita, vt minus in præiudicium regni, & plus in Regis, & ſubditorum vtilitatem cederẽt, modi ea lege adhibiti, validi ſunt, etiamſi in præiudicium redundent eorum, ad quos alioquin res illæ erant deuenturæ, quia vel non deuenient, vel deuenient minori cum eorum emolumẽto: neque ad eos modos adhibẽdos, neceſſarius fuit conſenſus eorũ, in quorum præiudicium, modo explicato, cedunt. Atque ita ceſſant ea, quibus vlterius ex iure communi Acoſta ſuam ſententiam confirmat, quæ in materia, ac re longè diuerſa, locum habent. Sic, in priori parte eius paragraphi, donatio facta à poſſeſſore ex Regis facultate, & ſine cõſenſu primogeniti, ad quẽ ea bona erant deuentura, valida omnino eſt, & irreuocabilis: neque poſtea ea bona reuertuntur ad eum primogenitum, ſed ad filium, aut ad nepotem ex filio fratris, aut ſororis, cui ea donatio facta eſt: quòd ſi ſine ſobole ex linea virili decedant, reuertũtur cõtinuo ad coronam regni, vt hæc omnia ex priori parte eiuſdem paragraphi liquent. In poſteriori verò parte, quoniam ea donatio erat totius maioratus, ita vt nihil remaneret primogenito, aut cuicunque alteri ad eum maioratum vocato immediatè, voluit legislator, vt non aliter donatio eſſet valida, quã ſi ſimul adeſſet facultas Regis, & conſenſus vocati eo modo immediatè: non tamen exegit conſenſum cuiuſcunque vlterius vocati, etiamſi id in ipſius præiudiciũ cedere poſſet. Quare, ſi ea donatio fieret ſorori, aut filio tertio genito, de conſenſu primogeniti, valida omnino eſſet, & omnino irreuocabilis, eſto primogenitus moreretur poſtea ante patrem, & ſucceſſurus eſſet filius ſecundo genitus in eo maioratu, ſi non eſſet facta ea donatio: neque is filius ſecundo genitus, poteſt tunc poſt mortem patris reuocare eã donationem. Quia ergo ad donationem eius prædij ſatis eſt facultas Regis, & conſenſus primogeniti, neque neceſſarius eſt cõſenſus ſecundo geniti, eſto, deficiente primogenito, filius ſecũdo genitus ſit ſucceſſurus in eo: & primogenitus ſicut poteſt conſentire, vt donetur à patre in vita cuicunque alteri fratri ſuo, aut ſorori, ita poteſt conſentire, vt ſibi donetur in vita patris, vel ſimpliciter, vel ad matrimoniũ contrahẽdum, vel ex alia cauſa; vtique eo ipſo, quòd de facultate Regis, & conſenſu ſuo, ſibi donatũ eſt, cõparat dominium illius, accedente traditione, & donatio efficitur irreuocabilis, ac proinde per mortem ipſius, tanquam iam vltimi legitimi poſſeſſoris, tranſit ad ſuum filium, & nõ pertinet ad ſuum fratrem, etiam per mortem patris, ad quem prædium illud iam non ſpectabat.

Ad maiorem argumenti Acoſta, dicẽdum eſt. Si in ea eſſet ſermo, etiam de donatione; de qua in priori parte eius paragraphi eſt mentio, falſam omnino eſſe, vt ex ipſomet paragrapho conſtat, explicatũq; eſt. Si verò ſit ſolùm ſermo de donatione, de qua agitur in poſteriori paragraphi parte, dicendum eſt, veram eſſe, ſi intelligatur de eo, qui lege mentali vocatur immediatè, quando donatio fit, ac ſine ipſius conſenſu: falſam verò eſſe, ſi intelligatur de vlterius tunc vocato, qualis eſt filius ſecundò genitus, aut ſi intelligatur, etiam accedente conſenſu immediatè tunc vocati. Vnde minor non eſt ad propoſitum: nã filius ſecundo genitus, non vocabatur immediatè, quando facta fuit donatio: eo ipſo quòd ritè facta fuit donatio: & eo ipſo quòd ritè facta fuit donatio primogenito, de conſenſu ipſius, & facultate Regis, iuxta formam poſterioris partis eius paragraphi, factusq; proinde eſt filius primogenitus legitimus poſſeſſor ac dominus rei illius, exſpirauit totum ius remotũ, quòd, vi legis mentalis, filio ſecundo genito competebat, vt explanatum eſt, ac proinde deſiuit eo ipſo lege illa vocari. Quòd ad cõſequens verò attinet, diſpar ominino eſt ratio de donatione, de qua in priori illius parte fit mentio, & de qua mentio eſt in poſteriori. Prior quippe illa donatio eſſet nulla, propterea quòd in ea ſeruata non eſſet forma poſterioris partis. §. 15. poſterior verò eſt donatio valida, quia in ea ſeruatur ea forma.

Ad argumẽtum.

Dubium eſt, ſi filius primogenitus poſſeſſoris eiuſmodi maioratus de bonis Regiæ coronæ, moriatur in acie belli, relicto filio, nepote eiuſdẽ poſſeſſoris, vtrũ, mortuo poſtea maioratus poſseſsore, ſuccedat in maioratu filius ſecundo genitus, an verò nepos filius primo geniti defuncti. Et ratio, quare in hoc euẽtu nepos videatur præterendus patruo ſecundo genito, eſt: Quoniã primogenitus, qui in acie mortuus eſt, reputatur viuere per gloriã, quoad ea, quę cõmodum ipſi, aut ad ipſum attinentibus, afferre poſſunt, vt conſtat ex l. bello amiſſi. ff. de excuſation. tutor. ex §. ſed & ſi in bello, inſt. eod. tit. & ex §. fœminæ. inſt. de adop. quare tempore mortis poſſeſſoris maioratus, reputabitur filius eius, in acie defunctus, adhuc viuere, vt filius ipſius damnum ex ea morte non reportet, ſed perinde ſuccedat in aui maioratu, ac ſi pater ipſius adhuc viueret, & trãſmitteret ad eũ ma- 5

iora-

ioratum. Acoſta vbi ſupra, num. 34. conſentaneè ad alios, quos citat, rectè ex hoc fundamento affirmat, in eo euentu nepotem præferendum eſſe patruo, atque ita ait accepiſſe iudicatum fuiſſe in Luſitania. Nec probo opinionem Gamæ deciſ. 174. qui, cum num. 10. confiteatur ita in Luſitania fuiſſe iudicatũ, ibidem tamen & nume. 1. ac 9. contrariam affirmat ſententiam cum quodam Gundiſaluo Valaſco, ductus ſatis debili ratione. Nempe, quòd nepos, interim dum pater viuit, non ſuccedat auo in maioratu: quare, ſi quando auus moritur, pater eius nepotis viuere per gloriam reputatur, nepos non ſuccedit tũc auo in eo maioratu. Ad hanc quippe rationem dicendum eſt, patrem defunctum in bello, reputari viuere ſolum quoad ea, quæ ipſi, & ad eum attinentibus, commoda ſunt: quoad reliqua verò ſtari veritati, ac proinde haberi pro defuncto: vnde reputatur in eo euentu viuere ad effectũ, vt maioratus per ipſum tranſeat in ſuum filium, ipſeque, quaſi viuus, illum obtineat, & excludat ſuum fratrem ſecundo genitum: ad effectum verò, vt ratione ipſius continuo tranſeat ad ſuum filium, ſtatur veritati, mortuuſque reputatur, vt verè mortuus eſt.

6 Quando pater poſſeſſor maioratus, & filius primogenitus, relicto filio, ruina domus, naufragio, aut alio ſimili euentu periere, ſi conſtat, patrem ante filium, vel vnico momento, perijſſe; tunc, cum breui illo tempore ſucceſſerit filius patri, tranſmittit maioratum in ſuum filium, qui excludit patruũ. Quòd ſi filius ſobolem tunc virilem non reliquiſſet, maioratus deuolueretur ad coronam regni: eo quòd illi non ſuccedat frater ſuus ſecundogenitus, ſed bona deuoluantur ad regni coronam. Si autem conſtaret ſimul omnino perijſſe vel filium obijſſe, vnico ſaltem momento ante patrẽ, tunc ſuccederet filius ſecundogenitus, excluſo nepote: quia ſucceſſio eſſet immediatè patri, & nõ filio primogenito. Denique in dubio, quis prior obijſſet, præſumptio eſt iuris, obijſſe poſterius eum filium primogenitum puberem, atque adeò deueniſſe ad eum maioratum ex patre. l. qui duos. §. cum in bello, & §. ſi Lucius. ff. de reb. dub. qua de cauſa ſuccederet in eo maioratu filius ipſius, excluſo patruo, vt cum alijs Acoſta vbi ſup. nume. 36. ait; tametſi res hæc non careat dubio. Imò verius videatur, non eſſe tunc locum tali præſumptioni, ſed ſuccedere filiũ ſecundogenitum, excluſo nepote, vt in ſimili re diſputatione ſequẽti dicetur. Acoſta ibidem rectè ſubiungit, cum præſumptio illa ſit ex pietate, benignaq; iuris interpretatione, in fauorem filij puberis, & eorũ, qui ad illum attinent, vtique in euentu, quòd filius ille pubes ſobolem virilem non haberet, atque adeo quòd ſi is mortuus eſſet poſterius, maioratus deuolueretur ad regni coronã iuxta legem mentalem, tunc id non eſſe præſumẽdum, ſed potius perijſſe ſimul, vt bona, ex æquitate & pietate, deuenirẽt ad filium ſecundogenitum, aut ad alium maſculũ ex linea virili, ſucceſſorem vltimo poſſeſſori, & nõ deuoluerentur ad regni coronam: præſertim cum dura ſit ea deuolutio ad coronam regni, lexque ipſa mentalis, quæ id ſtatuit, dura etiam ſit.

7 Lege mentali. §. 7. ſtatuitur, ſi is, qui alioquin immediatè ad eiuſmodi maioratum vocabatur, ſit omnino exemptus à regia iuriſdictione, quia initiatus ſacris ordinibus, aut beneficiatus, vel religioſus, hunc non poſſe ſuccedere in maioratu, ſed deuolui ad fratrẽ proximiorem: quòd ſi nullus alius ſit, qui iuxta legem mentalẽ ſuccedere in eo maioratu poſſit, tunc per mortem vltimi poſſeſſoris, deuoluitur ad regiã coronã. Dubium verò eſt, num, ſi is, qui ita immediatè vocabatur, filium legitimum habẽs, ordines ſacros ſuſcipiat, aut ſi ingrediatur religionẽ, vel obtineat Eccleſiaſticum beneficiũ, mortuo po-

A ſtea vltimo maioratus, poſſeſſore, ſuccedat in eo filius huius, an nõ, ſed ipſum excludat patruus, frater eius, qui, ſi eſſet de iuriſdictione ſeculari, ſucceſſurus in eo maioratu erat. Et quãuis, ſi ad ſola verba legis attendas, patruus in eo euẽtu preponendus nepoti videatur, certè per Epicheiã, legum interpretẽ, in euentibus, qui ſi, qñ lex condebatur, legiſlatori occurriſſent, eos excepiſſet, potius dicendũ videtur, in eo euentu exceptionem illã à regia iuriſdictione, impedimento quidẽ illi eſſe, ne ipſe eũ maioratũ obtineat: nõ verò, vt id impedimento ſit, ꝙ, loco ipſius, tranſeat ad ſuũ filium, minimè eo impedimẽto affectum, qui patruo meritò præponatur. Et qñ euẽtus hic accideret, cõſulẽdus eſſet princeps, vt eã legem in eo euentu interpretaretur. Ita Acoſta vbi ſupra
B nu. 33. Qui, iuxta additionẽ in margine ad gloſſam. §. ſed ſi in bello, verb. per gloriã, inſti. de excuſ. tut. rectè ſubiungit, cum cõi ſententia, quam ea additio affirmat, ſi is primogenitus per religionis ingreſsũ incapax eſſet effectus ſucceſſione in eo maioratu, reputari, ac ſi eſſet mortuus in bello, & viueret per gloriam ſine eo impedimento, vel ac ſi eo impedimento non eſſet affectus, idq; ad effectum, vt is maioratus tranſiret in filium ſuum, ne deueniret ad fratrem ſuum minorem natu, patruum filij ſui.

Supereſt rñdeamus ad argumenta initio diſputationis propoſita. Ad primum ergo dicendum eſt, quãuis multa ex eiuſmodi bonis (tanquã vi donationis regiæ, formæque, qua donata erãt, effecta patrimonialia, & libera donatariorũ, eorumque, qui in
C illis ſucceſſerãt) iure deferrentur hęreditario ante legem mentalẽ, ſicut & cętera libera bona eorũ, qui illa poſſidebãt, vt ex decurſu eiuſdẽ legis mẽtalis conſtat; eo tñ ipſo, ꝙ lege mentali alligata ſunt vinculo maioratus, ac proinde ꝙ eſt ſancitũ, vt deinceps iure ſanguinis in eis ſuccederetur, præſertim forma ea lege præſcripta, perſpicuè ſublatã eſſe repræſentationẽ in ſucceſſione in eis bonis. Ad id verò, ꝙ dicitur de deriuatione regni Luſitani à regno Caſtellę, dicendũ eſt, quãuis vim aliquam habeat quoad ſucceſſionẽ in ipſa corona regni, vt diſpu. 632. dicetur; deriuatum tñ eſſe, tanquã diſtinctam rempublicã, quæ iure cõi, & ius particularibus legibus in progreſſu ipſius latis, magiſq; accedentibus ad ius cõe, quã ad priuatum ius Caſtellæ gubernata fuit, vt ex ordi-
D nationibus Luſitanis liquet: qua de cauſa maioratus in Luſitania, tã de bonis coronæ regni, quàm de bonis patrimonialibus, ſemper iudicati ſunt inſtituti iuxta cõe ius, qñ inſtitutor aliud nõ expreſſit, & nõ iuxta Caſtellæ ius, & conſuetudinẽ. Vnde in Luſitania ſemper ad iudicandũ de eiuſmodi maioratibus, habitus fuit recurſus ad ius cõe, & nõ ad ius & conſuetudines circa maioratus regni Caſtellæ, vt ex ſententijs circa maioratus in Luſitania latis, atq; ex ſcriptoribus Luſitanis, ſatis liquet. Cõſonat verò lex ipſa mentalis, quæ accõmodatè ad ius cõe, quoad modũ ſucceſſionis, & non accommodatè ad ius & conſuetudinẽ Caſtellæ, lata fuit. Atque ad declinãdam controuerſiã, quæ, ſtando in iure cõi, eſt inter docto-
E res, qñ ad maioratum vocantur primogeniti, ſub nomine primogenitorũ, num, ſaltẽ virtute, primogenitus ex primogenito defuncto repræſentet patrem, & excludat patruũ, lata eſt lex mentalis, vocãdo ad eiuſmodi maioratum, filium maiorem natu vltimi poſseſsoris, qui fuerit repertus tẽpore mortis ipſius, & ſecundo loco, in defectum omnium filiorũ, nepotem, vt explicatum eſt: in qua forma communis doctorum ſententia affirmat, non habere locum repræſentationem, ſtando in iure communi.

Ad primũ argum.

Ad maiorem ſecundi argumenti dicendum eſt, eum maioratum deberi primogenito, primogenitumque habere ius ad illum, ſi ſuperuiuat patri, deficiente vero conditione, comparare filium ſecundò

Ad ſecundum.

genitum,vi ipſiuſmet legis mentalis,ius ad illum, & nō nepotem,vt oſtenſum eſt. Quòd autem ius illud primogeniti deſcēdat ex cōtractu donationis principis, accedente, & cooperante ſimul lege mentali, non tollit, quòd ſit cōditionale,modo explicato,& quòd,deficiente conditione, primogenitus nō tranſmittat illum ad ſuum filium,nepotem vltimi poſſeſſoris, vt in calce diſp.626.oſtenſum eſt: quo in loco latum oſtendimus eſſe diſcrimen inter ius,quod vocatus ad maioratum comparat ad illum,etiamſi maioratus contractu donationis,aut alio,ſit inſtitutus, ad effectum,vt cōditionale ſit,modo explicato, nec tranſmittere illud poſſit,& inter ius,quod ex donatione in commodum particulare alicuius facta,is cō parat,ita vt tranſmittere illud ad ſuos poſteros,perinde atque alia ipſius bona poſſit.

Ad tertium. Ad tertium dicendum eſt, quamuis intentum legis mentalis ſit,vt bona non maneant in perpetuum extra regiam coronam,ſed ad eam reuertantur,non tamen ea omnia in ea fuiſſe ſtatuta,vt,quanto citius eſſet poſſibile,regrederentur, neque expediebat tanto rigore,& calliditate,ſtatui: vnde potius eſt attendendum,quid re ipſa in ea ſit ſtatutum;quàm, admetiendo eam legem ex fine illo, quem intendit argumentum,peruertenda ſit falſo intellectu & interpretatione. Adde,ſæpè,& vt plurimum,euenire, vt bona maioratus regrediantur citius ad coronam regni, ſuccedente filio ſecundo genito, quàm ſuccedente nepote. Solent enim filij ſecundò geniti non ducere vxores,ſed ſeruire in bello, & in alijs miniſterijs Regiis, dum ſpem proximam non habent ad maioratum, eo quòd competentia bona non habeant, iuxta ipſorum conditionem,ad ſuſtinēda onera matrimonij,neque vxores diuites inueniant; & ita tardius vxores ducunt, minuſque tempus habēt ad filios procreandos,in quos maioratus deriuetur, quā habeant nepotes. Adde etiam,filios ſecūdò genitos, maturiores eſſe ætate,& viribus robuſtiores,vt redditibus maioratus Regi ſeruiant,iuxta onera eorum maioratuum.

Ad quartū. Ad quartum dicendum eſt, ſiquid probat id argumentum,ſolum eſſe,id locum habere in regno ipſo Luſitaniæ,ob ea,quæ diſp.632. dicenda ſunt:nō verò pugnare cum lege mentali,aut idem locum habere in maioratibus, de quibus in lege mentali eſt ſermo, vel in maioratibus de bonis patrimonialibus in Luſitania,inſtitutis.

DISPVT. 631.

In maioratibus Luſitanis de bonis patrimonialibus inſtitutis, an locum habeat repræſentatio,nepoſquè patruo ſit præferendus.

SVMMARIVM.

1 *In maioratibus de bonis patrimonialibus locus nō eſt repræſentationi in Luſitania, ac proinde patruus præfertur nepoti,etiam in linea deſcendente, & etiamſi minor natu ſit quam nepos.*

2 *In eiſdem maioratibus filia vltimi poſſeſſoris,etiā minor natu,excludit nepotem ex filio,quando aliud nō diſpoſuit maioratus inſtitutor.*

3 *In eiſdē maioratibus, maſculus minor natu excludit feminā eiuſdē gradus maiorē natu, lege Sebaſtiani dirimente controuerſiam, quæ ea de re antea erat.*

4 *In eiſdem maioratibus ſi ſuccedant nepotes ex varijs filijs ac filiabus,defunctis parentibus ipſorū, maior natu,etiamſi ſit ex filia,præponitur cæteris. Si pares eſſent omnino ætate,qui eſſet nepos ex filio,præferre-*
A *tur nepoti ex filia, & qui eſſet ex filio maiori natu, præferretur nepoti ex filio minori natu.*

5 *Si filius maior natu moreretur in bello, nepos ex illo, præferretur patruo.*

6 *In eiſdem maioratibus,ſi vltimus poſſeſſor & primogenitus pereant eodem naufragio,aut eadem ruina, & conſtet patrem, vel vno momēto, periјſſe ante filium, ſuccedit nepos, & præfertur patruo. Si verò conſtet filium prius obijſſe,ſuccedit patruus,& præfertur nepoti. In dubio, cenſentur obijſſe ſimul, & prefertur patruus.tametſi ad alios effectus filius pubes præſumatur periјſſe poſt parentem, & impubes ante parentem.*

7 *In eiſdem maioratibus ante omnia eſt ſtandum diſpoſitioni inſtitutoris,illaque eſt conſulenda.*

B 8 *Duæ expēdūtur clauſulæ diuerſarum inſtitutionum.*

Vm in eiuſmodi maioratibus, nō hæreditario iure,ſed ſanguinis,atq;ex prouidentia inſtitutoris, ſuccedatur,vt facilè patet ex dictis diſp.626. cōſtat ex dictis eiſdē diſputationibus, & ex dictis diſputatione præcedēte, locū nō eſſe in ſucceſſione eiuſmodi maioratuū repræſentationi,ſtādo in iure cōi. Sed neq; de iure Luſitano eſt in eis locus repræſentationi: eo ꝙ nō proferatur locus,vnde illa colligatur. Et qm̄ lib.4.ord. tit.62.§.*e finando ſe*,manifeſtè in emphyteuſi nominationis,quæ proinde nō iure hæreditario,ſed ex pacto & prouidētia,indiuiſa ad vnū tātū,in maioratus modū,defertur,ſtatuit, vt decedēte ab inteſtato vltiC mo poſſeſſore,cēſeatur nominatus ad eā,ſuccedatq; in ea filius maſculus maior natu vltimi poſſeſſoris, & preferatur filiæ eiuſdē vltimi poſſeſſoris,etiāſi illa maior natu ſit,quā filius: itemque, vt filius,aut filia,vltimi poſſeſſoris,preferantur nepoti,etiāſi filius ſit fratris natu maioris. Vbi vides præponi patruum, & amitam,nepoti, etiamſi filius ſit fratris natu maioris,ac proinde locum nō eſſe repræſentationi. Sic enim habet ordinatio illa. *E ſiquando per ſua morte algum filho ledimo,neto,ou biſneto varam,em tal caſo deue eſſe foro ſiquar a elle,e pagar à pēſam delle ſegundo formado cōtracto: e bem aſsi a a filha,ou neta,nano auēdo hi filho varam,poſto que ſeya mais moco que a filha, ou neta: e onde ouuer hi o dito filho, ou filha,non auera o dito foro neto,ou neta,poſto queo neto ſeja filho de filho* D *mais vel ho;e onde muitos filhos,ou filhas,ouuer,ſepre a maior dos filhos,ou a maior das filhas,a a mēgo a dos filhos,aia o dito foro.* Concinunt prætereà, quæ ex lege mētali circa maioratus de bonis coronæ regni lib.2. ord.titul.17.diſputatione præcedente relata ſunt:ex quibus conſtat,de iure Luſitano non eſſe locū in eis maioratibus repræſentationi, ſed patruum præferri nepoti:eadē verò eſt ratio de eiuſmodi alijs maioratibus de bonis patrimonialibus i eo regno inſtitutis. Conſentiunt, in eiuſmodi maioratibus de bonis patrimonialibus non eſſe locum repreſentationi in Luſitania, Acoſta de ſucceſſione patrui & nepotis part. 2.à num.15.& Aluar. Valaſ.de iure emphyt.q.50.à nu.28.ac proinde præponendū eſſe patruum,filium E ſecundò,aut tertiò genitum,vltimi poſſeſſoris,nepoti, filio ex primogenito defuncto, etiam in linea deſcendentium,comparatione vltimi poſſeſſoris,nedū in linea collaterali. 1

Dubitabit forte aliquis,vtrū ſaltē, qn̄ maioratus inſtitutor fuit aſcendēs comparatione vltimi poſſeſſoris,atque adeò comparatione primogeniti defuncti relicto filio,nepote eiuſdem vltimi poſſeſſoris, is nepos excludat patruum,quaſi poſt eum primogenitū vocatus ſit ad maioratū frater eius ſecundo genitus,ſub tacita conditione,ſi primogenitus ſine liberis deceſſerit,iuxta.l.cū auus.ff.de cōd:& demonſt. l.cū acutiſſimi,C.de fideicommiſ.l. & generaliter. §.cum autē,C.de inſtit.& ſubſt.& l.10.tit.5.par.6.

Ad

Ad quod neganter eſt reſpondendum cum Acoſta vbi ſupra nu. 20. in reſponſione ad quintum. Vna enim è præcipuis interpretationibus eorum iurium eſt, quòd intelliguntur, quando grauatus reſtituere aliquid, in particulari, atque abſolutè & cum effectu eſt vocatus ad illud: ſecus autem, quando ſub conditione, quæ deficit: primogenitus autem ille, neque in particulari fuit vocatus, ſed ſi in eo ordine & gradu naſceretur: neque vocatus fuit abſolutè, ſed ſub conditione, ſi ſuperuiueret vltimo poſſeſſori, vt diſput. *626.* & diſputatione præcedente, dictum eſt; neque obtinuit maioratum illum deficiente conditione: ſi autem illum obtinuiſſet, immediatè poſt ipſum vocabatur filius ipſius, & non frater: in defectum verò ipſius, qui non ſucceſſit in maioratu conditione deficiente, ſtando in iure communi, & Luſitano, vocatus fuit frater ipſius ſecundogenitus, non verò filius ipſius, vt dictum eſt.

Quæ dicta ſunt intelligi debent, etiamſi filius ſecundogenitus, minor ſit ætate, quàm filius nepos ex primogenito. Quoniam, vt diſputatione præcedente in ſimili euentu dictum eſt, quando ceſſat repræſentatio, proximior in gradu vltimo poſſeſſori præponi debet remotiori, etiamſi proximior ſit minor ætate, quàm remotior.

2 Quin filia vltimi poſſeſſoris in Luſitania, præfertur nepoti ex primogenito antea defuncto, etiamſi ille deſcendat per lineam maſculinã, & ſit maior ætate, quàm amita, & conſeruanda ſit in eo familia inſtitutoris, & vltimi poſſeſſoris, nõ verò in amita, filia vltimi poſſeſſoris. Quoniam, licèt in Luſitania, quando aliud nõ expreſſit inſtitutor maioratus, maſculus eiuſdem gradus præferatur fœminæ, etiã ætate maiori, vt Rex Sebaſtianus lege ſtatim referenda declarauit, ſatis conſentaneè ad ordinationes Luſitanas lib. 4. tit. 62. §. *e finando ſe*, & ad id, quod natura ipſa rei in re propoſita poſtulat; mulier tamẽ proximior in gradu, quando illa incapax non eſt ſucceſſionis, neque locũ habet repræſentatio (vt in re propoſita vtrũque euenit) excludit maſculũ remotiorem in gradu, & maiorẽ ætate, eò quòd talis fœmina proximior ſit vltimo poſſeſſori: idque in emphyteuſi nominationis in qua ſuccedunt in modũ maioratus, ſtatuit ordinatio Luſitana, §. *e finando ſe*, citato. Atque in his conſentit Acoſta vbi ſupra in calce, num. 20. & nu. 21. Reijcienda eſt ergo ſentẽtia Gamæ deciſ. *69.* & 337. qui, cum repræſentationem nõ admittat, nihilominus cenſet, nepotem ex filio, etiã ætate minorem, præferendum eſſe amitæ, ductus, ꝙ ita affirmet Bart. quẽ Doct. communiter ſequũtur. Bartolus enim non loquitur ſtando in iure & cõſuetudine Luſitana: eiuſque doctrina pugnaret apertè cũ ordinationibus Luſitanis. §. citato, & cum lege Sebaſtiani quin & cũ principijs iuris cõis, eiuſque proinde ſententiæ non eſt ſtandum. Et contrariam ſententiam ipſemet Gama amplectitur deciſ. 345.

3 Fuit quondam in Luſitania controuerſia, num, quando aliud non expreſſit inſtitutor maioratus de bonis patrimonialibus, fœmina maior natu in eodem gradu præferenda eſſet maſculo minori natu; vt filia maior natu, filio minori natu; & neptis maior natu, nepoti minori natu; & ita cõſequenter: cõtrariæque ea de re fuerunt opiniones, & pro parte vtraque latæ fuerunt ſententiæ, vt ſatis ſignificat lex ipſa à Rege Sebaſtiano anno 1557. lata, ad eam cõtrouerſiam dirimẽdam, & teſtatur Gama deciſ. 51. deciſ. *69.* deciſ. 129. & deciſ. 337. Lex verò Sebaſtiani eſt. 12. titu. 1. par. *6.* legum extrauag. & ita habet: *Orde nouel Rey Dom Sebaſtiano noſſo ſenhor (por tirar as duuidas, que muytas vezes ſe mouiano, ſe nos morgados ſuccederia a filha mais velha, ouo varano mais moço, ſeu irmano em que auia diuerſas ſentencas e opiniones) que ſempre o filho varano ſucceda nos ditos moorgados e beens vinculados, e preceda ſua irmana, poſto que ſe ja mais velha. E ſendo a dita duuida entre outros parentes em igoal graomais chegado a o vltimo poſuidor, ſempre o varano precedera na ſucceſſano a femea, poſto que ella ſe ja mais velha. O que ſe entendera, nano declarando, ou diſponendo o inſtituidor em quaeſquer dos ditos caſos doutra maneira: por que o que elle ordinar, ſe comprira. E na ſucceſſano dos benes da coroa nano auera lugar eſta ley, e ſi guardara acerca diſſo a diſpoſicano das ordeajones, e dracones dos taes benes.* Porrò lex hæc eſt declaratoria, & tanquam veriorem, & conſonantem ordinationibus. §. *e finando ſe*, citato, & in qua plus proſpicitur memoriæ, & conſeruationi familiæ inſtitutoris maioratus, magiſque eſt iuxta mentem inſtitutoris, eligit eam opinionẽ. Quare ei legi eſt ſtandum, etiam in maioratibus ante eam legem inſtitutis.

4 Quando vltimus maioratus poſſeſſor mortuus eſt ſine filijs, & filiabus; attamen relictis nepotibus ex varijs filijs, aut etiam ex filiabus, maſculus inter eos, qui fuerit maior natu, erit præferẽdus in ſucceſſione eius maioratus, etiamſi filius ſit filij poſterius nati, vltimi maioratus poſſeſſoris; idq; propter ea, quæ in ſimili euentu diſputatione præcedente dicta ſunt. Conſentit Acoſta par. 2. citata in calce, nu. 24. Qui nu. 25. addit, ſi caſu eueniret, vt nepotes diuerſorum fratrum pares eſſent ætate, tunc nepotem ex filio ſeniori, præferendum eſſe: quoniam illi in cęteris ſunt pares, & in illa qualitate, quòd vnus ſit filius filij maioris, excedit alterum: magis autem conſentaneum eſt menti inſtitutoris, quòd vnus eorũ tantum admittatur ad maioratum, iſque ſit filius filij maioris natu vltimi poſſeſſoris, quàm quòd maioratus diuidatur inter illos: atque pro diſpoſito ea in re eſt habendum, quod veriſimile eſt defunctum diſpoſiturum fuiſſe, ſi agnoſceret eum caſum euenturum, argumento legis tale pactum. §. vlt. ff. de pact. Placetque mihi hæc opinio in Luſitano regno, vbi diſpoſitum non eſt, quòd maioratus in ſimili euentu inter vtrumque diuidatur. Et eadem ratione dicerem, ſi duo illi nepotes, pares ætate eſſent, vnus ex filio, & alter ex filia, vltimi poſſeſſoris, nepotem ex filio, quamuis iuniore, præponẽdum eſſe nepoti ex filia ſeniori: quia qualitas illa, quòd ſit ex filio, cæteris paribus, præponderat, præſertim poſt legem Sebaſtiani paulò antea relatam.

5 Quando filius maior natu vltimi poſſeſſoris, relicto filio, moreretur in acie, tũc nepos præferretur patruo, propter ea, quæ in ſimili euentu diſputatione præcedente dicta ſunt: eſt quippe eadem ratio, tam in his, quàm in illis, maioratibus, eaque de cauſa non plura hac de re hoc loco dico.

6 Quando filius primogenitus, relicto filio, periret cum patre, poſſeſſore maioratus, ruina eadem, naufragio, aut alio ſimili caſu, ſi conſtaret patrem ante filium, vel breuiſſimo tempore obijſſe, tunc, cum breui illo tempore maioratus deuolutus eſſet ad eum filium, vtique tranſiret ex eo filio ad ſuum filium, nepotem prioris illius poſſeſſoris maioratus, & excluderet patruum, vt eſt notiſſimum. Si verò cõſtaret, filium, vel tempore breuiſſimo, obijſſe ante patrem, tunc maioratus, de quo loquimur, tranſiret immediatè ad filium ſecundogenitum vltimi poſſeſſoris, tanquam ad proximiorem illi in gradu, excluderetque nepotem. Tota verò difficultas eſt, quando non conſtat, quis, ante quem, mortuus ſit, num iuris præſumptione (iuxta ea, quæ diſputatione præcedente in ſimili dubio dicta ſunt) cenſendũ ſit filium puberem ſuperuixiſſe patri, atque adeò ex tali filio deuolutum fuiſſe maioratum ad filium ab eo relictũ, nepotem prioris maioratus poſſeſſoris: an verò id non ſit præſumendũ, ſed vtrũque ſimul obijſſe, ac proinde immediatè, ex antiquo poſſeſſore,

re,tranſij ſſe maioratum ad deſcendentem ſibi pro-
ximiorem in gradu,hoc eſt,ad filium ſecundò geni-
tum excluſo nepote remotiori in gradu tali vltimo
poſſeſſori. Vt autem quid de hac re dicendum ſit,
intelligatur, obſeruandum eſt. In euentibus,in qui-
bus ius non expreſſit,vnum ex ita pereuntibus præ-
ſumi obij ſſe ante alium,cenſendum eſſe, vtrumque
è vita diſceſſiſſe ſimul. Ita probant l. qui duos, in
princip.& §.ſi maritus.l.quod de pariter, & duæ le-
ges ſequentes.ff.de reb. dub.& conſentire videtur.
l.ex facto.§.ſi quis autem.ff.ad Trebell. Quod verò
ad rem præſentem attinet,lex,qui duos.§.cũ in bel-
lo,& §.ſi Lucius.ff.de rebus dub. ad effectum expli
candi ac definiendi,quis hęres exiſtat defuncto,ſta-
tuunt. Si pater,& filius pubes,moriantur in bello,
ruina,naufragio,aut alio ſimili modo,neque cõſtet,
quis ante quem,obierit,pręſumi patrem obij ſſe an-
te filium,atque adeò filium hæredem illo breui tem
pore extitiſſe patri, filioque ſuccedere matrem. Si
verò pater,& filius impubes, illo modo moriantur,
neque conſtet,quis ante quem,præſumi, filiũ obij ſ-
ſe ante patrem, ac proinde ad hæredes patris deue-
nire hæreditatem, quàm is filius ex patre erat habi-
turus,ſi ſuperuixiſſet patri. Atque ibi eſt ſermo nõ
ſolùm quoad id,quod tali filio obuenire debebat ex
diſpoſitione legis,ſed etiam quoad id, quod obueni
re ei debebat ex diſpoſitione hominis, quicquid
Acoſta,vt ſupra num.26.in contrarium dicat; vt,ſi
pater eum inſtituat hæredem ſolum, atque eum in-
ſtituat vltra ſuam legitimam, vt conſtat ex §. ſi Lu-
cius citato. Idem ſtatuitur de matre,quod ſcilicet,ſi
naufragio pereat cum filio pubere, neque conſtet
quis ante quem obierit,cenſeatur perij ſſe prius ma-
trem. Si verò naufragio pereat ſimul cũ filio impu-
bere,præſumatur perij ſſe filium ante matrem,vt ha
betur l.cum impubere,& l.ſi mulier. ff.de reb.dub.
His ita poſitis ac explanatis, Acoſta vbi ſup.nu.25.
& 26.ait,in maioratibus,de quibus loquimur,eſſe di
cendum, ſi filius primogenitus, relicto filio, pereat
cum patre maioratus poſſeſsore, nec cõſtet quis an-
te quem perierit,præſumi vtrumque perij ſſe ſimul,
ac proinde maioratum deuolui ad filium ſecũdò ge
nitum, excluſo nepote,filio talis primogeniti, ſimul
cum patre maioratus poſſeſſore defuncti. Rationẽ
reddit,quoniam, quòd filius pubes præſumatur mo
ri poſt matrem,eſt ad effectum, vt obtineat hæredi-
tatem ad ſe attinentem, illive debitam ex diſpoſitio
ne legis. (Adde tu,vel vt ſimul eam obtineat,vnà cũ
portione, quam pater inſuper illi voluerit relinque-
re ex teſtamento,titulo hęredis: neque enim æquitas
poſtulabat,vt ad vnam partem hęreditatis præſume
retur mortuus poſt patrem,& ad aliam non) maio-
ratus autem non erat debitus primogenito illi ex di
ſpoſitione legis,ſed merè ex hominis diſpoſitione il
li erat obuenturus, ſi moreretur poſt patrem,ad quẽ
effectum non præſumitur in ſimilibus euentibus pe
rijſse poſt patrem. Atque hac ratione, quando ali-
quis grauatus erat reſtituere fideicommiſsum alteri
ſub ea cõditione,ſi ipſe,ſine liberis decederet,vt ex-
ſpiret fideicommiſsum, nec trãſeat ad illum alium,
propterea quòd conditio non ſit impleta, ſed hæres
ita grauatus cenſeatur diſcedere ſuperſtite filio, nõ
ſatis eſt, quòd tempore mortis habuerit filium, ſi is
filius eodem naufragio,ruina,aut ſimili infortunio,
cum ipſo perijt,nec conſtat obijſse poſt patrẽ: quo-
niam,ſiue is filius pubes eſset, ſiue impubes, præſu-
meretur non obijſse poſt patrem: ac proinde patrẽ
diſceſſiſse ſine filijs, pertinebitque fideicommiſsũ
ad illum alium, cui erat relictum ſub conditione, ſi
hæres grauatus ſine filijs diſcederet, vt ſatis apertè
videtur docere.l.ex facto.§.ſi quis autem,citato. Ta
metſi Accurſius ibi verb.filium, cum §.intelligat de
filio impubere, quaſi ſi filius pubes eodẽ infortunio

A cum patre pereat,cenſeatur obijſse poſt patrẽ. Cæ-
terùm §.ille,ſi rectè expendatur, de filio vniuerſim
loquitur. Neque contrarium eſt dicendum,quando
maioratus fuit inſtitutus ab aliquo aſcendente, vel
fideicommiſsum fuit relictum ſub ea conditione ab
aliquo aſcendente,vt præſumendum tunc ſit,filium
puberem obijſse poſt patrem, argumẽto legis, cùm
auus.ff.de rebus dubijs.l.cũ acutiſſimi. C.de fidei-
commiſſis.l.& generaliter.§.vlt. C.de inſti.& ſub-
ſtit.vt Socinus,ab Acoſta relatus,voluit. Quoniam
iura illa ſolum inducunt tacitam conditionem, ſi
hæres grauatus ſine liberis deceſserit, quando ſine
vlla conditione aſcendens grauauit ſuum deſcen-
dentem reſtituere aliquid alteri: in re autem propo-
ſita, etiam quando appoſita fuit expreſsa ea condi-
B tio: filius pubes non præſumitur mortuus ante pa-
trem,ex §. ſi quis citato: eo quòd non ad effectum,
vt is filius aliquid obtineat ex diſpoſitione legis in
bonis patris ipſi debitum, ſed ad obtinendum ali-
quid ex mera diſpoſitione hominum. Idem verò
longè magis eſt dicendum, quando ea conditio eſt
ſolùm tacita: quare iura illa non ſunt ad propoſitũ.
Ex hactenus dictis facilè intelliges,idem dicendum
in Luſitania eſse, de maioratibus de bonis coronæ
regni inſtitutis: neque enim ſunt debita primogeni-
tis, vi præcisè legis mentalis: neque vt hæreditas,&
tanquam bona patris: ſed inſtituta ſunt ex principis
donatione,vt deueniant ad filium maiorem,qui per
mortem patris fuerit repertus,idq; ex pacto & pro-
uidentia principis.

C Hactenus tota hac diſputatione rem hanc exami- 7
nauimus ac definimus, ſtando in iure communi, &
Luſitano. Quia tamen ante omnia eſt ſtandum vo-
luntati inſtitutoris maioratus,ſi aliud ipſe voluerit,
ac expreſse ſtatuerit,modo diſp.*629.* explanato, vt
ex ipſiſmet legibus Sebaſtiani 12.& 13. tit.1.par.*6.*
legum extrauagantium,& ex dictis diſputatione ci-
tata perſpicuè conſtat, ſemper ante omnia adiudi-
candum,quis in vnoquoque eiuſmodi maioratuum
ſuccedat,conſulendum eſt inſtrumentum inſtitutio
nis illius, eaq; quæ in eo fuerint ſufficienter expreſ-
ſa,erit ſtandum: quando autem aliud non fuerit ſuf-
ficienter expreſsum, ſtandum erit hactenus à nobis
ex iure communi, & Luſitano, explanatis.

Acoſta vbi ſupra à num.1. hanc refert inſtitutio- 8
D nem eiuſdem capellæ, ſeu maioratus, iuxta ordina-
tionum lib.2.tit.25.§.antepenult. *Eu leixo por admi-
niſtrador da dita capella a Gonſalo meu filho; e per ſua
morte, quero que venha à o ſeu filho mayor, que elle te-
uer, ſendo de legitimo matrimonio nado. E que da hi em-
di ante peta ſempre, ande per o dito modo em os que del-
le deſcenderen.* Cùm autem Gundiſaluus maiora-
tum hunc obtinuiſset, per mortem inſtitutoris, ſo-
laſque filias habuiſset, ante Gundiſaluum mortua
fuit filia primogenita, relicta quadam filia, nepte
Gundiſalui. Mortuo verò Gundiſaluo,lis eſse cę-
pit inter neptem, quæ contendebat ad ſe pęrtinere,
& filiam ſecundò genitam. Aitque Acoſta,ſe con-
tuliſse pro filia ſecundò genita, quæ & maioratum
E obtinuit per tranſactionem, modico dato nepti ex
filia primogenita: lõgamq; ea de re attexit ibi Aco-
ſta diſputationem.

Quamuis autem id (iuxta hactenus dicta) dicen-
dum eſset, ea forma non attenta, atque in dubio,
ſi ex forma perſpicuè non intelligatur contrarium;
neque omnino repugnare intendam hac in rè Aco-
ſtæ; certè potius inclinarem in fauorem neptis, at-
tenta ea forma. Finge enim, inſtitutorem habere
alium filium,aut filios,pręter Gundiſaluum (vt for-
tè plures habebat) & Gundiſaluum mori ante inſti
tutorem, certè ex forma illa filius Gũdiſalui de-
functi,& nepos inſtitutoris,ſuccedit in maioratu ex
cluſo patruo,filio eiuſdẽ inſtitutoris: expreſsè enim

forma

forma illa, poſt Gūdiſaluum, vocat filium, aut filiā, maiorem Gundiſalui, & excludit patruū, cum ergo ipſa forma ſubiungat. *E aſſi da hi em diante pera ſempre ande per a dito modo em os que delle deſcenderem;* certè elegit lineam deſcendentem primogenitorū, ſeu maiorum natu, excluſis alijs deſcendentibus, tā ipſiuſmet inſtitutoris, quàm cuiuſcunque alterius vltimi poſſeſſoris: ſicut inſtitutor à principio præpoſuit filium, aut filiam, Gundiſalui, cæteris fratribus eiuſdem Gundiſalui, filijs eiuſdem inſtitutoris maioratus: quo fit, vt neptis Gundiſalui ex filia primogenita, iuxta eam formam inſtitutionis, præponi debeat filiæ poſterius natę eiuſdem Gundiſalui, atque amitę comparatione eius neptis.

Gama deciſ. 51. & deciſ. 337. controuerſum fuiſſe ait: vtrū, nihil impediente. l. 12. Sebaſtiani, ſupra relata, qua, in ſucceſſione maioratus prę fert maſculum minorem natu, fœminę maiori natu eiuſdem gradus, quando inſtitutor aliud non expreſſit ac diſpoſuit, ſit nihilominus fœmina maior natu prę ferenda maſculo minori natu, quando maioratus inſtitutor in hunc modum diſpoſuit, *E per falecimiento da quelle, que aſi o ouuer ficara a o ſeu filho, mayor, e a ſi ſera pera ſempre a ſu linagem a o mayor e mais chegado:* quaſi his verbis ſufficiēter maioratus inſtitutor expreſſit, intēdere, vt maior in eodem gradu, ſiue is fœmina eſſet, ſiue maſculus, præferretur cęteris. Gama propendet, tunc fęminam maiorem natu eſſe pręferendam maſculo, quaſi id ſufficienter verbis illis expreſſerit, qui maioratum inſtituit. Refert tamen vtrobique ſententiam latam fuiſſe pro maſculo. Ac ſanè merito lata fuit: nam ſenſus illorum verborum eſt: *ao ſeu filho maior, ou* (in defectu ſcilicet filiorum) *filha mayor.* Et ſatis eſt eſſe dubium, an maioratus inſtitutor intenderit præferre filiam maiorem natu, filio minori natu, vt pro filio, iuxta legē Sebaſtiani, ſit ferenda ſententia.

DISPVT. 632.

Vtrum in ſucceſsione in ipſamet Regni Luſitani corona locus ſit repræſentationi; ac proinde nepos ex primogenito prędefuncto, præferri debeat patruo.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia explicatur, quæ eſſe potuit, & non fuit, circa ſucceſſionem in regno Luſitano Ioanni tertio in linea deſcendentium.*

2 *Controuerſia proponitur, quæ re ipſa fuit in ſucceſſione in eodem regno Henrico in linea collaterali. Punctumque ſtatus ve controuerſiæ, dilucidè proponitur ac explanatur.*

3 *Quæ mouere poterant, in ſueceſſione in regno Luſitano locum non eſſe repræſentationi.*

4 *Quibus aliqui ducantur, in ſucceſſione in regno Luſitano locum eſſe ei repræſentationi, quæ de iure communi eſt in hęreditatibus.*

5 *Repelluntur copioſè, multaq; adducuntur, quibus oſtēditur, Philippum Secundum Hiſpaniarum Regem legitimum fuiſſe ſucceſſorem Henrico in regno Luſitano.*

6 *Dubium proponitur. Atq; ſtando in ſolo iure communi, ac Luſitano, oſtenditur, etiam in linea deſcendentium, in ſucceſſione in regno ipſo Luſitano, patruum pręponendum fuiſſe nepoti.*

7 *Regni Luſitani origo, in ſucceſſioneque in illo vnde nepos, & in defectum nepotis neptis, & in defectū vtriuſque, pronepos, aut proneptis, pręferri in linea deſcendentium patruo, aut patruo magno debeant.*

8 *In ſucceſſione in corona regni Luſitani, nulla eſt repræſentatio in linea collaterali, oſtenditurq; Philippum Secundum Hiſpaniarum Regem legitimum fuiſſe ſucceſſorem Henrico in regno, & nulla ratione Dominam Catharinam.*

Quæſtio hæc locum habere potuit in Luſitania per mortem Ioannis tertij, ſi eueniſſet, vt ex multis filijs, quos genuit, ſuperſtes aliquis eſſet tempore mortis ipſius. Cum enim princeps Ioannes eius filius, qui vxorem duxerat Dominam Ioannam Caroli quinti filiam, è vita diſceſſerit ante patrem, manente Domina Ioanna prægnante, ex qua natus eſt poſthumus Sebaſtianus; ſanè, ſi ſuperſtes eſſet aliquis filiorum Ioannis tertij, quando ipſe obijt: haberet hæc quæſtio locum. num ſcilicet nepos Sebaſtianus, natus ex filio maiori natu, ſuccederet in regno, excluſo patruo: an è cōtra patruus ſuccederet excluſo nepote. Quia tamen filij omnes Ioannis tertij de medio erāt ſublati, locum tunc non habuit hæc quæſtio, ſed abſque vlla controuerſia ſucceſſit Rex Sebaſtianus. 1

Per mortem verò Regis Sebaſtiani, aut potius Regis Henrici, oriri cœpit quæſtio, ſed in alio repræſentationis gradu. Cum enim tempore mortis Regis Sebaſtiani, nulla ſuperſtes eſſet proles ex ipſius auo Ioanne tertio, eo quòd princeps Hiſpaniarum Carolus, primogenitus Philippi regis noſtri Catholiciſſimi, & Mariæ primæ ipſius vxoris, Ioannis tertij filiæ, iam antea fuerat defunctus: recurrendum fuit ad prolem ex Rege Emmanuele, proauo Sebaſtiani, & patre Ioannis tertij. Et quia ex filijs Regis Emmanuelis, ſolus erat ſuperſtes Henricus Cardinalis, vltimo loco ex Emmanuele genitus, is, tanquā proximior in gradu Regi Sebaſtiano, eidem abſque controuerſia in regno ſucceſſit. Per mortem verò Henrici, controuerſia eſſe cœpit inter reliquos de ſtirpe Regis Emmanuelis, quis eorū ſuccedere deberet Henrico in regno. Solum verò referā, ex ſtirpe regis Emmanuelis eos, inter quos aliquo modo eſſe poterat cōtētio. Quod ad filios regis Emmanuelis attinet. Poſt Ioannem tertium primogenitum natus fuit Ludouicus, qui vxorem non duxit: reliquit tamen Dominum Antonium filium illegitimum. Cum autem illegitimi in regno non ſuccedant, præſertim exiſtente ſobole legitima; ſanè non eſt cur vlla poſſit oriri contentio, aut difficultas, nū ille iure ſanguinis, aut hæreditario, ſuccedere deberet in eo regno. Poſt Ludouicum natus fuit Eduardus. Hic vxorem duxit Dominam Eliſabetham filiam Ducis Brigantini: ex qua reliquit Eduardum, qui ſine ſobole mortuus eſt ante Regem Sebaſtianum. Reliquit prætereà duas filias. Maior earum natu, vxor fuit Ducis Parmenſis: mortua autem eſt ante Regem Sebaſtianum, relicto filio, qui nūc dux eſt Parmenſis. Hic eo ſolo potuit titulo contendere de regno, quòd repræſentaret matrem maiorem natu, quam Dominam Catharinam, filiam minorem natu eiuſdem Eduardi, & quòd repræſentaret auum: qui ſi ſuperſtes fuiſſet, proculdubio ſucceſſiſſet in regno, tanquam filius Regis Emmanuelis maior natu reliquis poſt Ludouicum. Quia tamen in linea collaterali ad ſuccedendum patruo, neque de iure communi, neque de iure Luſitano, locus eſt repræſentationi vltra filios fratrum, vt diſputatio. 626. & alibi, dictum eſt; non eſt, quòd Dux Parmenſis, nepos Eduardi, fratris Henrici, contenderet de regno titulo repręſentationis, neque alio aliquo: quandoquidem remotior erat in gradu Henrico Regi, quàm Rex Philippus, & quam Domina Catharina. Quod attinet ad Dominam Catharinam, filiam ſecundam Eduardi, vxorem Ioānis Ducis Brigantini, eo titulo contendit ad ſe pertinere re- 2

gnum,

gnum, quòd repræſentaret ſuum patrem, qui, vt dictum eſt, cæteris erat præferendus, vt Henrico in regno ſuccederet. Deniq; quod attinet ad filias Regis Emmanuelis, ſolum eſt, quòd loquamur de Domina Eliſabetha, Imperatrice, Caroli quinti vxore: & filia maiori natu Emmanuelis, quàm fuerit alia, quæ nupſit Duci Sabauriæ: cum enim ſoboles ex hac alia relicta, minor natu ſit, quàm Rex Philippus, Imperatricis filius, & ſit ſoboles ex filia Emmanuelis iuniore, nó eſt quòd de regno contendat, collata cum Rege noſtro Philippo. Solum ergo ſupereſt controuerſia, inter Regem noſtrum Philippum maſculum maioréque natu inter ſuperſtites nepotes regis Emmanuelis, conſobrinoſque regis Henrici, & Dominam Catharinam, fœminam, ac minorem natu, nũ ipſa iure repræſentationis, præferẽda eſſet Regi Philippo maſculo, ac maiori natu: an verò locus non ſit repræſentationi, Rexque Philippus, quia maior natu, parque in gradu, & quia maſculus, etiamſi minor eſſet natu, ſit illi præferendus, iuxta legem Sebaſtiani. 12. tit. 1. par. 6. legum extrauag.

3 Emmanuel Acoſta hanc quęſtionem examinans, exemplo propoſito, non in hac poſteriori controuerſia, in qua ſermo eſt de ſucceſſione in linea collaterali, ſed in priori, in qua ſermo eſt de ſucceſſione in linea recta, in quæſtione de patruo & nepote par. 3. in prin. penè inextricabilem hanc controuerſiam appellat. Atque, quòd nepoti patruus eſſet præferendus in linea deſcendentium; & patruus, vel amita, conſobrino in linea collaterali; & deficientibus patruis, conſobrinus maſculus ſit præferendus fœminæ conſobrinæ, etiam maiori natu, nedum conſobrinus maior natu, conſobrinæ minori natu, qualis eſt Rex noſter Philippus, comparatione Dominę Catharinæ perſuadere apertè videntur, quæ duabus diſputationibus pręcedentibus dicta ſunt. In quibus hæc omnia cum Emmanuele Acoſta, Aluaro Valaſ. Gama, & communi Luſitanorum ſententia, ac praxi, ita definiuimus in Luſitania, tã quoad maioratus de bonis regni coronæ, in quibus lege mentali apertè id ita ſancitum eſt in linea deſcendentium (nam in collaterali non conceditur ſucceſſio in eis bonis, eo in regno, ſed continuò deuoluuntur ad coronam regni, vt diſputat. 630. ex lege mentali oſtenſum eſt) quàm in maioratibus de bonis patrimonialibus: eò quòd neque de iure communi, neque de iure Luſitano, locus ſit repręſentationi in maioratibus in dictis euentibus: quod definitum ita videatur lege mentali, & 4. lib. ord. tit. 62. *e finando ſi*; neque videatur eſſe maior ratio in ipſa corona regni: quam, tanquam primum & ſupremum maioratum, imitari, quoad ſucceſſionis modum, ſolent cæteri maioratus in vnoquoque regno, vt diſputa. 576. & alias ſæpe in præcedentibus, dictum eſt, adeò vt à regno ad cæteros regni maioratus, & à cæteris maioratibus ad regnum, valeat argumentum, quando apertè nõ comperitur contrarium diſpoſitum circa regnum, & cæteros maioratus, vt in Luſitania contrarium diſpoſitum non deprehenditur.

4 Acoſta, & cum eo Aluar. Valaſ. licet in prædictis omnibus nobiſcum conueniant, quoad maioratus Luſitanos, tam de bonis coronæ regni, quàm de bonis patrimonialibus, vt duabus diſputationibus præcedentibus conſtat; in regno tamen Luſitano, & in quocũque alio, in quo particulariter aliud circa ſucceſſionem in illo ſancitum non ſit, cenſent locũ eſſe illi præciſè repræſentationi, quæ de iure communi locum habet in hæreditatibus, ac proinde in ſucceſſione in regno nepotem patruo eſſe præferendũ. Ita affirmant Acoſta vbi ſupra num. 2. & Aluar. Valaſ. de iure emphy. q. 50. numero 2. & 10. & diſpu. 626. relatum eſt. Idem dicerent in linea collaterali de cõſobrino filio fratris ſenioris prædefuncti, compara-
A tione patrui iunioris; & de conſobrino filio fratris prædefuncti, comparatione amitæ, eſto illa maior eſſet natu fratre ſuo prædefuncto præſertim poſt legẽ 12. citatam Sebaſtiani, quæ in maioratibus præfert maſculum iuniorem, fœminæ ſeniori eiuſdem gradus: id quod plus habet locum in regno, quàm in cæteris maioratibus; conſuetudineque eſt receptum, etiam in regno Luſitano, in quo ſemper filius natu minor, prælatus fuit filię ſeniori: eo quòd maſculus aptior regni gubernaculo ſit, quàm fœmina. Ducuntur hi autores hoc ſolo argumento. Quòd alij maioratus hæreditates non ſint, neque in eis iure hæreditario, ſed ſanguinis, ex pactoque & prouidentia ſuccedatur, eaque de cauſa, ſtando in iure communi, & Luſitano, locus in eis non ſit repræſentationi: regnũ
B verò hæreditas ſit, iureque hereditario in eo ſuccedatur: quod dicunt expreſſum eſſe c. licet de voto, doctoreſque omnes ibi id obſeruare: eaque de cauſa affirmant, in ſucceſſione in regno eam repræſentationem eſſe admittendam, quæ in hæreditatibus.

Nos diſpu. 625. luce clarius oſtendimus nihil tale 5
colligi ex ca. licet de voto, ſed potius contrarium, in regniſque iure ſanguinis, ex pactoue ac prouidentia reipublicæ, quo regnum, moduſque ſuccedendi in illo inſtituta ſunt, ſuccedi in illo: ſicut in alijs maioratibus iure ſanguinis, ex pactove & prouidentia eorum, qui illos inſtituerunt, ſucceditur: quare corruit fundamentum ac doctrina eorum doctorum: ſtandoque in iure communi & in ſolis ordinationibus ac legibus ſcriptis Luſitanis, locus non eſt repre-
C ſentationi: dicendumque potius eſſet in linea recta, patruum præponendum eſſe nepoti: & in tranſuerſali, proculdubio eſt dicendum patruum tanquam proximiorem in gradu, excludere conſobrinum, filium fratris ſenioris prędefuncti, & amitam, propter eandem rationem, illum etiam excludere: conſobrinum item maſculum præſertim maiorẽ natu, excludere conſobrinam fœminam & quemcunque alium conſobrinum maiorem natu; eaque de cauſa regnum Luſitanum, per mortem Hẽrici patrui Regis noſtri Philippi, & Dominæ Catharinæ, attinuiſſe ad Regem Philippum, & non ad Dominam Catherinam.

Adde, eſto admitteremus, regnum eſſe hæreditatem, iureque hæreditario deferri, non continuò in-
D de ſequi, ſtando in iure communi, & Luſitano, in ſucceſſione in illo, nepotem eſſe patruo anteponendum, aut in collaterali linea, conſobrinum ex fratre ſeniore prædefuncto, præponendum eſſe patruo, & multò minus conſobrinam iuniorem ex fratre maſculo, etiam ſeniori, præponendam eſſe conſobrino ſeniori, etiam ex ſorore prędefuncta. Ratio autem eſt, quoniam de iure ciuili, antequàm repręſentatio eſſet introducta, ſoli proximiores in gradu ſuccedebant defuncto, atque adeò in linea deſcendentium, filius excludebat nepotes ex alijs filijs defunctis: & in linea collaterali, patruus excludebat cõſobrinos. Poſteà verò ex quadam humanitate, & æquitate fuit introductum, non quidem, vt nepotes ex filijs de-
E functis, pręferrentur patruis, ſed vt ſuccederent cum illis, non ęqualiter, ſeu per capita, ſed per ſtipitem, quaſi repręſentando ac ſuſtinendo perſonam patris, ad accipiendam pręciſè portionem, quam pater ipſorum, ſi eſſet ſuperſtes erat accepturus, diuidendam per capita inter ipſos, ſiue multi eſſent, ſiue pauci. Vnde nunquam intentum iuris fuit, pręponere illos patruis, proximioribus ſimpliciter ei in gradu, cui erat ſuccedendum, vt ſi aliquid, quod indiuiduum ad vnum tantum deſcendentium, eũque proximiorem in gradu, & maiorem natu, eſſet deriuandum, vt ſunt regna, & cæteri maioratus, in eo pręferretur nepos ex primogenito defuncto patruo proximiori in gradu, ſed ſolum, vt non eſſent omnino

no excluſi à portione hæreditaria, quam, cum reliquis filijs, obtenturus erat pater eorum, vt intuenti iura, quę repræſentationem in linea deſcendentium ſtatuerunt, erit perſpicuum, & affirmant inter alios Gama deciſ. 174. nu. 5. Baldus & alij, quos Acoſta vbi ſupra, nu. 48. refert: quod intelligunt, vt Acoſta refert, eoſque intelligit, etiamſi iure hæreditario deferatur, tanquam indiuidua hæreditas, quæ ad vnũ tantum eſt deuetura. Vnde ordinationes Luſitaniæ lib. 4. tit. 62. §. *eſinandoſe*. licèt admittant ab inteſtato nepotes ex primogenito prædefuncto ad hæreditatem aui, vnà cum patruis, filijs eiuſdem aui idque per ſtipitem, repræſentando perſonam illius; ſi tamen ſit aliqua emphyteuſis nominationis in bonis aui, quæ ad vnum tantum indiuiſa ſit deuentura, in illa filium maiorem natu eiuſdem aui, qui tempore mortis aui fuerit repertus ſuperſtes, præferunt nepoti ex primogenito, vt ſæpè dictum eſt, idque conſentaneè ad ius commune; eò quòd nepos, eſto ſit filius filij primogeniti, præferendus non ſit patruo, ſed è contrario, patruus ſit illi anteponendus, tanquam ſimpliciter proximior in gradu ei, cui ſuccedditur. Hoc idem dicendum multò magis eſt in linea collaterali, de filio fratris maioris natu prædefuncti, cõparatione patrui ſuperſtitis. Cùm enim quondàm ſoli fratres ſuperſtites admitterentur ad ſuccedendum fratri, tanquam proximiores ei in gradu, non verò conſobrini ex fratre defuncto, eò quòd vno gradu eſſent remotiores, de iure authenticorum, ex quadam humanitate & æquitate, conceſſum fuit, vt ipſi ſoli, & non nepotes vlli ex fratre defuncto, etiáſi pater eorum eſſet etiam defunctus, admitterentur ad hæreditatem, idque non æqualiter cum patruis, & per capita, ſed per ſtipitem, quaſi repræſentando, & ſuſtinendo perſonam patris ad accipiendam pręciſè portionem, quam ipſorum pater, ſi ſuperſtes eſſet, erat acceptur us, inter ipſos ęqualiter diuidendã. Vnde nunquam fuit intentum iuris, præponere illos, aut quemquam illorum, patruis, proximioribus ſimpliciter ei in gradu, cui eſt ſuccedendum, & à cuius ſucceſſione erant antea omnino excluſi, vt ſi aliquid indiuiſum ex bonis defuncti erat præcipuũ deuẽturum ad vnum dũtaxat proximiorem in gradu, & natu maiorem, in eo præferretur conſobrinus ex fratre maiori natu defuncto, patruo, ſimpliciter proximiori in gradu; ſed è contrario, is patruus, tanquã proximior ſimpliciter præferretur cõſobrino illi, vt ſimiliter liquet intuenti iura authenticorum, quæ eam repræſentationem, minus amplam, quàm in linea deſcendentium, introduxerunt. Multo verò minus eſt dicendum, defunctis omnibus patruis, fratribus eius, cui eſt ſuccedendum, conſobrinam natu minorem, filiam fratris maioris, præponendam eſſe conſobrino maiori natu, fratris, aut ſororis, minoris defunctæ. Ratio autem eſt, quoniam, iuxta veriorẽ ſententiam, quę in iure videtur eſſe expreſſa, in conſobrinis ſolùm habet locum repræſentatio ad ſuccedendum patruo, quando eſt illis ſuccedendum cum alijs patruis, aut amitis: ſecus autem quando, defunctis cæteris patruis, & amitis, ipſi ſoli ſuccedunt patruo, vt diſp. 626. dictum eſt, copioſiuſq; diſp. 164. eſt oſtenſum: quare, cum in re propoſita ſuccedatur patruo Henrico Regi; defunctis prius cæteris omnibus fratribus, & ſororibus illius; cõſequens profectò eſt, vt, eſto admitteremus regnũ eſſe hæreditatẽ, cõſobrinus natu maior, qualis eſt noſter Rex Philippus, præponendus ſit conſobrinæ Dñæ Catharinæ, natu minori: tum quia eſt maſculus, & maſculus in eodẽ gradu præfertur fęminæ, ẽt ſeniori, præſertim in ſucceſſione regni, tum ẽt quia eſt maior natu.

Prædicta confirmantur ex eo, quòd mortuo Rege Apuliæ, cum nepos illius Rex Vngarię, & Carolo Marcello primogenito prædefuncto, regnum ſi- A bi deberi contenderet: è contra verò Robertus filius ſecundò genitus eiuſdem Regis Apuliæ ſibi deberi, tanquã proximiori in gradu patri vltimo poſſeſſori, affirmaret, Bonifacius Roberto regnum adiudicauit. Bart. in authẽ. poſt fratres. C. de legit. hæred. eam rationem reddit, quòd regnũ illud eſſet feudatarium Eccleſiæ, ac proinde deriuaretur ex conceſſione dominica. Meritò autem ratio illius reprehenditur ab Emmanuele Acoſta vbi ſupra, nu. 50. & Aluaro Valaſ. q. 56. citata, & à pleriſque alijs. Cũ enim in feudo locus ſit reprę ſentationi, vt diſp. 626. oſtẽſum eſt, vtique, regnum illud eſſe feudatarium, non impedire, ſed adiuuare debebat, vt deueniret potius ad nepotem, patris prædefuncti perſonã reprę ſentando, quàm ad patruum. Legitima profectò B ratio, cur patruo, & non nepoti, ſtando in iure communi, meritò fuerit adiudicatũ, eſt. Quoniam cum regnum, & aliæ dignitates, Ducatus, Marchionatus, Comitatus & ſimiles, indiuiſę ad vnum tantum deuoluantur: & repræſentatio de iure communi nõ facit patruum deterioris conditionis, quàm nepotẽ, vt dictum, oſtenſumque eſt; vtique, quamuis regnũ Ducatum, Marchionatum, aut Comitatum eſſe feudum adiuuare debebat, vt nepos ex primogenito, repræſentando patrem, de illo participaret cum patruo; deferri tamen debere, propter dignitatem annexam, vni tantum, excludit omnino nepotem: idq; eſto admitteremus, regnum iure hæreditario deferri, quòd tamen eſt falſum, ſiue tale regnum ſit feudum, ſiue non, vt diſp. 626. oſtenſum eſt. Quando C enim feudum eſt Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, quamuis alioquin nepos cũ patruo, & conſobrinus ex fratre, ſimiliter cum patruo, admitti debebat ad ſucceſſionem in illo, quia tamen defertur indiuiſum ad vnum tantum, præfertur proximior ſimpliciter in gradu, nihil impediente, quòd in feudis, etiam ex pacto & prouidentia, locus ſit repræſentationi, vt diſp. 629. dictum eſt.

His accedit, in ijs regnis (in quibus Caſtellæ ius non viget, quod ad regnum vocat lineã primogenitorum, eamq; omnino cæteris præfert, etiáſi deſit in ea maſculus, ſolaq; fęmina exiſtat, vt diſpu. 626. explanatum eſt) eos, qui propter repræſentationẽ arbitrantur nepotem ex primogenito præferendũ eſſe patruo, difficilè admodum admittere, neptẽ præ- D ponendam eſſe patruo, multiq; id negant: & Acoſta, qui vbi ſup. nu. 63. multum propendet, in regno potius, quam in maioratibus ex bonis patrimonialibus, eſſe præferendam, ægrè id defendere, falſoque inniti fundamento, quod diſp. 626. copioſè à nobis fuit impugnatũ. Quòd ſi neptis in linea deſcendentium nõ ſit præferenda patruo, eſto admitteretur regnum iure hæreditario deferri, locumque eſſe in eo repræſentationi: eò quòd, ſi ea neptis eſſet filia primogenita vltimi poſſeſſoris, excluderetur à ſuo fratre minori natu, multoq; maiori cũ ratione, qñ eſt neptis ex primogenito, excludi debeat ab eodem patruo, vtique in linea tranſuerſali, multo magis excludi debet conſobrina, ex fratre ſeniori prædefuncto, E à patruo, eſto admitteremus regnum eſſe hæreditatem, iureq; hæreditario deferri, & in eo eſſe locum repræſentationi. Et eadem, imò maiori ratione (eò quòd ceſſet repræſentatio in ſolis conſobrinis, defunctis omnibus fratribus & ſororibus eius, cui eſt ſuccedendum) idem eſt dicendum de cõſobrina ex fratre maiori, comparatione conſobrini ex iuniori fratre, aut ex ſorore, maximè quando conſobrinus maior eſt ætate, quàm ex conſobrina, quòd ea conſobrina præferenda non ſit tali conſobrino.

Dices. Quid ergo tandem dicendũ cenſes in ſucceſſione in corona regni Luſitani? Affirmabiſne, 6 ſublata omnino repræſentatione, etiã virtute, vniuerſim proximiorem in gradu vltimo poſſeſſori,

qui

qui ſuperſtes fuerit tempore mortis illius, non ſo-
lum in linea collaterali, ſed etiam in linea deſcēden
dentium, ſuccedere illi in regno, hoc dumtaxat ob-
ſeruato, quòd ex ijs, qui fuerint in eodem proximio-
ri gradu, ſemper maſculus, licèt minor natu, pręfera
tur fœminæ? Hincne conſequenter dices, ſi quan-
do Ioannes tertius mortuus fuit, ſuperſtes fuiſſet ali
quis ex filijs ex ſe genitis, præferendum eum fuiſſe
Sebaſtiano principi, filio primogeniti antea defun-
cti? Quòd ſi ita ſit dicendum in regni ſucceſſione,
quis quæſo Regum filiam ſuam nuptui tradat pri-
mogenito eius Regis, qui alios filios habuerit? cum
facilè euenire poſſit, vt primo genitus ex illa, regno
priuetur, mortuo patre ante auum, regni poſſeſſorē?
His accedit (referente Acoſta vbi ſup. nume. 56. ex
Iacobo à Saa in tractatu de primogenitura) Ioan-
nem primum Luſitaniæ Regem, mentaliſque legis
autorem, teſtamento ſuo pronunciaſſe, regnum ad
nepotem ſuum Dominum Alfonſum ex Eduardo
primogenito pertinere, in euentu, quòd Eduardus
ante ipſum Ioannem primum è vita diſcederet, ex-
cluſo patruo Domino Petro, filio ſecundo genito ex
eodem Ioanne primo: addidiſſeque, vt in æternum
in regni ſucceſſione idem modus ſeruaretur, vt ſci-
licet nepos, ex primogenito defuncto, ſuccederet in
regno, excluſo patruo. Quamuis autem Gama de-
ciſ. 174. num. 14. relata ex aliorum aſsertione hac hi
ſtoria, ad probandum in maioratibus de bonis coro
næ regni, nepotem patruo eſse præferendum, primò
dicat; negatur talia verba inſerta fuiſse in eo teſta-
mento: continuò tamen ſubiungit: quòd ſi ille talia
verba protuliſser, ſoli Regi id conuenire diceremus
ex Baldo &c. Et ad quoddam aliud aduocatorum
argumentum pro eadem ſententia, Alfonſum vide-
licet quintum, quando matrimonium cōtraxit cum
Eleonora quæ à Luſitanis *excellente ſenhora*, à Ca-
ſtellanis verò *la Beltraneia*, vulgo nuncupata eſt, de-
claraſſe, ſi Ioannes, eius primogenitus ex priori vxo
re, ante ipſum obiret, nepotem ex illo ſuccedere de-
bere in regno, non verò filium huius ſecundæ vxo-
ris: ad hoc, inquam, argumentum reſpōdet Gama,
iam dictum eſſe, diuerſum eſse in Rege, qui ſpecia-
liter potuit hanc declarationem facere. Accedit præ
terea referente Acoſta ibidem, nume. 55. eam opi-
nionem, vt nepos, ex filio primogenito antea defun
cto, præferatur patruo, multum inualuiſſe in regnis
Galliæ, & Angliæ, vt eam creſcentem ſemper, ac
inualeſcentem, ſeruare potius debeamus, Baldo
autore.

Sanè, attento iure communi, quod extra hæredi-
tatem, repræſentationem non admittit, ac proinde
in regno eam non admittit, eo quòd in illo, non iure
hæreditario, ſed ſanguinis ex pactove & prouiden-
tia ſuccedatur, vt diſput. 629. luce clarius oſtenſum
eſt: itemque attento, quòd neque in hæreditate ius
commune eam admittit ad præferendum nepotem,
aut conſobrinum patruo, atque adeò, vt id, quod in
diuiſum ad vnum tantum, vltimo poſſeſſori proxi-
miorem, eſt deuenturum, vt ſunt Regnum, Duca-
tus, & his ſimilia, eſto eſſet hæreditas, deueniat po-
tius ad nepotem, aut conſobrinum, quā ad patruū,
proximiorem ſimpliciter in gradu vltimo poſſeſſo-
ri; ſed ſolùm ius commune eam admittit in hæredi-
tate diuidua, vt de illa participet nepos, aut conſobri
nus, cum patruo, non omnino æqualiter, ſed patruus
per capita, nepotes verò, aut conſobrini, ſolùm per
ſtipitem, modo ſupra explicato, attento præterea, de
iure Luſitano, nullam aliam repręſentationem, quā,
quæ de iure communi eſt ſancita, comperiri ſtatu-
tam; imò verò in maioratibus regiæ coronæ apertè
eſſe expreſſum, nullam eſſe repræſentationem, ſed
patruum nepoti & conſobrino, præferri: itemque
attento, idem colligi ex ordinationibus Luſitanis
A circa maioratus de bonis patrimonialibus, attento
etiam hoc, & pręcedente vſu circa maioratus de bo
nis regię coronæ, & de bonis patrimonialibus, in eo
regno recepto, communi doctorum ſententia com-
probato, vt hæc omnia duabus diſputationibus præ
cedentibus oſtenſa ſunt; cum tamen in vnoquoque
regno maioratus cæteri inſtar regni ſoleant inſtitui,
eoque modo in eis ſuccedatur, quo in regno quando
inſtitutor aliud non expreſſit, aut lege publica diuer
ſa ſancita non ſunt de regno, & de alijs maiorati-
bus: denique attēto, rempublicam Luſitanam, poſt-
quàm regnum eſſe cœpit, tanquam rempublicam à
Caſtellana omnino diſtinctam ſe geſſiſſe, ſuas pecu
liares leges ac iura ſtatuendo, in eiſque potius com-
muni iuri, quàm Caſtellano, ſe conformando, & vbi
B ius, aut conſuetudo Luſitana non eſſet, ad ſolùm cō
mune ius recurrendo, ex illoque iudicando, ac diri-
mendo controuerſias: ſane inquam, his omnibus
attentis, ſi morte Ioannis III. aut quocunque alio
tempore, id eueniſſet, adeò inextricabilis penè quæ-
ſtio oriretur, num nepos patruo in regni ſucceſſio-
ne eſset præponendus, an è contra patruus nepoti,
(maximè cum oſtenſum apertè ſit, caput, vnde Aco
ſta & Aluar. Valaſ. tentarunt, nepotem patruo eſſe
præferendum, quia videlicet regnum eſt hæreditas,
nullius omnino eſſe momenti) vt mirandum non eſ-
ſet, quamplurimos ſententiam in patrui fauorem eſ-
ſe laturos, nihil omnino impediente, quòd Ioannes
primus, & Alfonſus quintus, contrarium in ſuis te-
ſtamentis pronunciaſſent. Neque enim ad Reges
C ſpectat de regni ſucceſſione diſponere: ſed ad rem-
publicam totam in principio creationis regni, aut
poſtea, dubio aliquo orto, id attinet. Quod ſi ex iure
abſque dubio conſtat, ad quem regnum attineat, vti-
que teſtamentum Regis, imò & reſpublica, non poſ
ſunt ab eo aufferre regnū, pronunciando, ad alium
ſpectare, aut id de nouo ſtatuendo, vt hæc omnia la-
tius diſp. 627. explanata, oſtenſaq; ſunt.

7 Ex hoc verò alio capite, quod Acoſta vbi ſup. nu-
mero vltimo tangit, videtur in linea deſcēdentium,
non ſolùm nepos, ſed & neptis, & in defectum ne-
potis, & neptis, pronepos, & proneptis, præferri in
ſucceſſione regni Luſitani, patruo filio ſecundò ge-
nito vltimi poſſeſſoris regni. Et quamuis res non ca
reat difficultate aliqua, propter ea, quæ proximè di-
D cta ſunt; ſimpliciter tamen credo id eſſe verum: nec
dubito, in euentu propoſito Sebaſtianum, aut quē-
cunque alium, obtenturum fuiſse regnum excluſo
patruo. Cum enim Luſitanum regnum in hunc mo-
dum ex Caſtellano regno ſit deriuatum, quòd ob
ſuppetias allatas, & res bene geſtas aduerſus Mau-
ros, quondam Rex Caſtellæ extero cuidam tradidiſ-
ſet filiam vxorem, eamque Luſitaniæ partem, quæ
ex Mauris erat recuperata, in dotem cum illa ſub ti-
tulo Comitatus, ei dediſset, ſua induſtria poſtea Lu-
ſitani, pugnando aduerſus Mauros, oppidaque mul
ta de poteſtate eorum eripiendo, multum auxerunt
Comitatum illum, donec Alfonſus Henricus, Co-
mes antea Luſitaniæ, Rex à ſuis eſt acclamatus.
E Quia itaque tunc, nullis de nouo latis legibus circa
id regnum, & circa ſucceſſionem in illo, Rex fuit ac
clamatus, vtique creatus uidetur quoad ſucceſſionē
deinceps in eo nouo regno, inſtar vltimi pręcipui re
gni à quo, modo explicato, nouum regnum deriua-
tum fuit: aut (quod idem eſt) iuxta conſuetudinem
regnorum Hiſpaniarum à tempore Pelagij, quam
lex 2. tit. 15. par. 2. exprimit: quo fit, vt de ſucceſſio-
ne in regno Luſitaniæ, cenſendum ſit, iuxta conſue-
tudinem lege. 2. citata expreſsam, quæ nepotem ex
primogenito præfert patruo, & neptem in factum
nepotis, & pronepotem, aut proneptem, in defectū
nepotis, & neptis præfert patruo magno, vt diſput.
626. copioſè explanatum eſt. Si mauis dic (& in idē
re-

recidit) Regnũ illud perſeueraſſe quoad ſucceſſionem, & quoad alia, quæ expreſſe mutata non ſunt, quale erat antea, dum erat Comitatus Caſtellæ: in Comitatibus autem, & in reliquis maioratibus, inſtar Caſtellani, & Legionis regni, ſuccedebatur tũc, vt diſput. 626. & aliàs ſæpe in præcedentibus dictũ, oſtenſumque eſt. Ad hoc verò attendentes Ioannes primus, & Alfonſus quintus, quod ſupra relatum eſt, meritò in ſuis teſtamentis pronunciarunt, ad tollendam difficultatem, quæ, vel ex iure ſolo communi, vel ex lege mentali, vel ex conſuetudine, & iure circa maioratus de bonis patrimonialibus eiuſdem regni, oriri facile poterant circa ſucceſſionem in ipſamet regni corona. Hoc idem poſtulabat bonum & pax regni, & vt primogeniti, in eo regno ſucceſſores, tempeſtiuè competentes vxores ducere poſſent dignitati futuri Regis. Et hæc conſuetudo eſt, quæ iure optimo plus inoleuit in Gallia, Anglia, & in alijs regnis, vt ſupra relatum eſt.

8 Interrogabis. Quid de linea collaterali circa ſucceſſionem in eadem corona regni Luſitani cenſes eſſe dicendum? Reſpondeo. Nullam in ea omnino admittendam eſſe repręſentationem: ſed proximiorem conſanguineum in gradu vltimo illius poſſeſſoris, ſuccedere in eo, præferendo maiorem natu eiuſdem gradus, minori, & maſculum fœminæ: quare, cum Regi Henrico vltimo Luſitani regni poſſeſſori, ſoli fuerint proximiores in gradu, Rex Philippus & Domina Catharina, Rexq; Philippus maior fuerit natu, ac maſculus; Domina verò Catharina minor natu, ac fœmina eſſet; proculdubio Rex Philippus in eo regno ſucceſſit, iureque optimo illud obtinuit. De Domino verò Antonio non eſt cur loquamur: cum illegitimè fuerit natus, & minor fuerit ętate, quàm Rex Philippus. Quòd in linea collaterali nulla omnino ſit admittenda repręſentatio ad ſuccedendum in eo regno, conſtat. Quoniam neque de iure communi, neque de iure Luſitano, locum habet, vt oſtenſum eſt. Neque in ſucceſſione in vicino regno Caſtellæ, neque in maioratibus eius regni ante legem Tauri ſtatutis, locum habet, vt conſtat ex l. 2. tit. 15. par. 2. & copioſè, clariuſque luce diſput. 627. oſtenſum eſt: nullum verò aliud caput ſupererat, vnde cum colore aliquo dici poterat, repræſentationē in linea collaterali eſſe admittendam, quoad ſucceſſionem in corona regni Luſitani, quàm ſi in vicino regno Caſtellæ, aut in antiquis eius regni maioratibus, locum haberet ea repræſentatio, vt paragrapho præcedente dictum eſt. Quòd ſi quis cum Molina contendat, repræſentationē in linea collaterali, quæ lege. 40. Tauri ſancita eſt quoad maioratus Caſtellæ, locum habere in ſucceſſione coronæ Caſtellæ, & in maioratibus antiquis eius regni; eaque ratione admittendam eſſe in ſucceſſione in corona regni Luſitani; is in primis attendat, deciſionē illius legis, nunquam admiſſam eſſe in Luſitania, ſed contrarium lege fuiſſe ſtatutum, conſuętudineque eſſe ſemper ſeruatum. Deinde attendat, nos diſpu. 627. luce clarius oſtendiſſe, eam Molinæ opinionem falſam eſſe. Poſtremo aduertat, ſi repręſentatio ea lege introducta, locum in ſucceſſione in corona Luſitana haberet, tunc morte Sebaſtiani Regis, regnum illud non pertinuiſſe ad Henricum (qui tamen ſine vlla controuerſia illud obtinuit) ſed attinuiſſe ad Ducem Parmenſem, qui hodie viuit, tanquam ad nepotem Eduardi ex filia primogenita: ſi enim Eduardus tempore mortis Sebaſtiani ſuperſtes eſſet, vtique regnũ obtineret, excluſo Henrico, tanquam fratre iuniore, & excluſa Imperatrice, tanquam fœmina: iuxta eam verò legem Tauri, repræſentatio locum habet in linea tota collaterali, ſeſeque extēdit, etiam ad nepotes, & pronepotes deſcendentes ex ea linea, vt diſput. 627. comprobatum eſt. Item, ſi ea repræſentatio in ſucceſsione coronæ regni Luſitani locum haberet, regnum illud per mortem Henrici non pertineret ad Dominam Catharinam, filiam natu minorem Eduardi, ſed ad Ducem Parmenſem, nepotem Eduardi, ex filia maiori natu: quandoquidem ex lege Tauri repræſentatio ſe extendit, non ſolùm ad filios fratrum, ſed etiam ad nepotes, vt ex eadem lege, & ex dictis diſp. 627. ſatis liquet. Quo fit, vt Domina Catharina ſemper à ſucceſsione in eo regno excludatur.

A

DISPVT. 633.

Examen quorundam dubiorum in maiorem eorum lucem, quę hactenus de ſucceſſione in regno, & in alijs maioratibus dicta ſunt.

B

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſſione in corona regni Caſtellæ & Luſitaniæ, patruus vltimi poſseſſoris excludit conſobrinum & conſobrinam eiuſdem vltimi poſſeſſoris.*

2 *In maioratibus huius Caſtellæ regni, ſiue ſint de bonis coronæ regni, ſiue de bonis patrimonialibus, conſobrinus vltimi poſſeſſoris, & filius ex illo, & in defectum ſobolis ex conſobrino, & conſobrina, & ſoboles illius, excludunt patruum eiuſdem vltimi poſſeſſoris.*

C

3 *In maioratibus Luſitanis de bonis patrimonialibus, patruus vltimi poſseſſoris, excludit conſobrinos eiuſdem vltimi poſseſſoris. In maioratibus verò de bonis coronæ regni, locum non habet quæſtio: quia non ſuccedunt collaterales vltimo poſseſſori.*

4 *In bonis emphyteuticis, hoc eſt, quoad dominium vtile iure emphyteutico poſseſsis, eſto deriuata ſint à corona regni, & eſto, regni corona dominium habeat directum, locum non habet lex mentalis Luſitana, ſed perinde in eis ſucceditur, atque in alijs bonis emphyteuticis.*

5 *In emphyteuſibus Luſitanis, ſiue deriuatæ ſint à corona regni, ſiue non, ſi ad vnum indiuiſæ deuenire debeant, qualiter ſuccedatur, & quis cui præferatur.*

D

IN complementum eorum, quæ à diſp. 626. dicta ſunt, nonnulla ſuperſunt dubia examinanda. Primum eſt. Si vltimus regni, aut alterius maioratus, poſſeſſor ſine liberis, deſcendentibusue, & ſine fratribus, diſcedat, habens conſobrinum ex fratre prædefuncto, & patruum, vter eorum in regno, aut in alio maioratu, ſuccedat; conſobrinusne vltimi poſſeſſoris, an patruus eiuſdem vltimi poſſeſſoris, qui patruus erit magnus comparatione talis conſobrini vltimi poſſeſſoris? Acoſta in quæſtione de patruo & nepote par. 3. nu. 33. & 34. hoc dubium excitat, agens de ſucceſsione in regno. Reſpondetque, quamuis vterque ſit in tertio gradu cõparatione vltimi poſſeſſoris; & patruus vltimi poſſeſſoris ætate excedat conſobrinum; in ſucceſsione tamen in regno, conſobrinum præponendum eſſe patruo. Ducitur, quoniam in regno, eo ꝙ in illo iure hæreditario ſuccedatur, locus eſt repræſentationi in linea collaterali, comparatione aſcendentium, ita ſcilicet, vt conſobrinus vltimi poſſeſſoris, repræſentet patrem ſuum defunctum, vſque eius repræſentationis, aſcendat ad ſecundum gradum: quare, quia in aſcendentibus, comparatione deſcendentium, nõ eſt locus repræſentationi, vt etiam ille patruus repræſentet filium ſuum, fratrem vltimi poſſeſſoris; conſequens eſt, vt cõſobrinus ille excludat patruum

E

vltimi

vltimi poſſeſſoris. Atque hac eadem ratione dixi-
mus nos ſupra diſpu.164. cum communi doctorum
ſententia,conſobrinum illum in hæreditatibus, ſuc-
cedendo ab inteſtato eidem patruo, excludere om-
nino ab hæreditate illius, patruum illum patrui ſui;
eo quòd per repræſentationem,proximior eſset vno
gradu ei,de cuius hæreditate agitur, quàm eſſet pa-
truus eiuſdem defuncti,in cuius hęreditate ſuccedi-
tur. Idem addit Acoſta,num.35.eſſe dicendum, de
conſobrina,filia fratris Regis vltimi poſſeſſoris, cō
paratione patrui eiuſdem Regis: quoniam fœmina,
neque in regno Luſitaniæ,neque in regno Caſtellę,
neque regulariter in alijs regnis (præter regnum
Galliæ, in quo ob legem Salicam fœminæ in regno
non ſuccedunt)excluditur omnino à ſucceſſione in
regno;tametſi maſculus eiuſdem gradus, ei præpo-
natur: quare cum conſobrina illa, repræſentando
patrem ſuum Regis fratrem, proximior ſit Regi v-
no gradu, quàm ſit patruus eiuſdem Regis; conſe-
quens eſt,vt,tanquam eo modo ei proximior, exclu
dat patruum Regis,maſculum,maioremque ætate,
à ſucceſſione regni. In maioratibus autem Luſita-
nis de bonis patrimonialibus (addit Acoſta ibidem
num.39.quoniam locus non eſt repræſentationi, vt
diſput.631.oſtenſum eſt)non ſolùm patruus vltimi
poſſeſſoris talis maioratus, excludet conſobrinam
eiuſdem poſſeſſoris maioratus; eo quòd, licèt ſit in
eodem gradu cum illa, ſuperat tamen illam ſexu &
ætate:ſed etiam excludet conſobrinum eiuſdem poſ
ſeſſoris,ob ſolum exceſsum ætatis. In maioratibus
verò de bonis coronę eius regni, quia non ſuccedūt
collaterales vltimo poſseſſori,ſed ſoli deſcendentes
maſculi ex linea maſculina,vt diſp.630.dictum eſt,
locum non habet dubium propoſitum.

1 Ad dubium verò propoſitum ex noſtra ſententia
dicendum eſt. In corona regni Caſtellæ, & Luſita-
niæ,patruū vltimi regni poſseſſoris,præferri in ſuc-
ceſſione conſobrinæ, & conſobrino, eiuſdem poſ-
ſeſsoris:eo quòd neutro in loco ſit repræſentationi
locus in linea collaterali ad ſuccedendum in corona
regni,vt diſputationibus præcedentibus, & diſput.
627.ſufficienter eſt probatum: & patruus ætate ſu-
peret conſobrinum;conſobrinam verò,etiam ſexu.
2 Quòd verò attinet ad maioratus,dicendum eſt. In
hoc Caſtellæ regno, ſiue maioratus ſit de bonis co-
ronæ regni,ſiue de bonis patrimonialibus,conſobri
num,& in illius defectum,conſobrinam,& in horū
defectum,etiam nepotem,aut neptem, ex fratre ul-
timi poſseſsoris,excludere patruum eiuſdem vltimi
poſseſsoris, propter repræſentationem amplam in
3 linea collaterali, lege 40. Tauri introductam circa
vtroſque maioratus, vt hæc omnia conſtant apertè
ex dictis diſp.627. in Luſitania vero patruus vltimi
poſseſsoris maioratus de bonis patrimonialibus ex
cludit conſobrinum,& conſobrinam,eiuſdem vlti-
mi poſseſsoris, vt rectè Acoſta dicebat: idque pro-
pterea quòd in eis maioratibus locum nō habeat re-
præſentatio,vt diſp.631.dictum eſt, & patruus con
ſobrinam vltimi poſseſsoris ſexu, & ętate excedat:
conſobrinum verò ſola ætate. In maioratibus au-
tem Luſitanis de bonis coronæ regni, iam dictum
eſt,locum non eſse dubio propoſito. Quòd ſi ſubie
cti non eſsent legi mentali, idem de illis eſset dicen
dum, quòd de maioratibus ex bonis patrimoniali-
bus eſt dictum.

4 Cum, vt conſtat ex dictis in calce diſputationis
præcedentis,& diſp.626.tam ſucceſſione in corona
regni Caſtellæ, quam in ſucceſſione in corona re-
gni Luſitani, nepos, ex primogenito prædefuncto
vltimi Regis poſseſsoris, excludat patruum,& ami
tam,filios eiuſdem Regis, & longè magis excludat
nepotes ex eodem patruo, & amita, eſto natu ſint
maiores, quàm ipſe nepos ex primogenito; idque
A propterea quòd in vtroque regno ad coronam re-
gni immediate poſt primogenitum, vocetur ſobo-
les ipſius,excluſis patruis, totaque ipſorum ſobole,
interim dū aliquis de ſobole primogeniti eſt ſuper-
ſtes. Cum hæc,inquam,ita ſint,dubium ſecundum
eſt,num idem dicendum ſit de maioratibus Luſita-
nis,de bonis patrimonialibus,& emphyteuſib. Lu-
ſitanis, tum de bonis priuatis, tum etiam de bonis
coronæ regni.

Quo loco obſerua. Aliud eſse loqui, de dominio
directo bonorum coronæ regni Luſitani: aliud ve-
rò de emphyteuſi,dominiove vtili emphyteutarum
de bonis coronæ regni,ſiue dominium directū per-
tineat ad coronam regni, ſiue deriuatum ſit ex co-
rona regni, & poſsideatur ab aliquo titulo maiorā-
B tus iuxta legem mentalem. Quando enim dominiū
aliquod directum deriuatum eſt ex corona regni Lu
ſitani,ſiue coniunctum, cōſolidatumque habeat vti
le, ſiue non, ſed ad alium titulo emphyteuſis perti-
neat,in illo dominio directo habet locum lex men-
talis. Et hoc eſt,quòd habetur lib.2. ord.tit.17.§.5.
In dominio verò vtili ac emphyteutico bonorum
regiæ coronæ,ſiue tales res datæ ſint in emphyteu-
ſim ab ipſo Rege, eorumve miniſtris, ſiue ritè datæ
ſint ab aliquo alio eorundem bonorum poſſeſſore,
& ſiue dominium directum ad ipſam coronam per
tineat,eique ſit incorporatum,ſiue ab ea ſit diuiſum
ad aliquemque priuatum ſit deriuatum, in tali vtili
ac emphyteutico dominio,locum nō habet lex mē-
talis; ſed deuenire id emphyteuticum dominium
C poteſt ad fœminam, ſobolemq; illius maſculinā, ac
fœmininam;contractuſque circa eiuſmodi emphy-
teuſes facti, legibus aliarum emphyteuſiū ſubiacēt,
eodemque modo in eis emphyteuſibus ſucceditur,
quo in emphyteuſibus de bonis priuatis. Atque hoc
eſt,quod diſponitur,& habetur eod.ti.17.§.6& lib.
4.ti.62.§.penult.

Hoc ita conſtituto, ad ſecundum dubium eſt di- 5
cendum. Non idem eſse dicendum in maioratibus
Luſitanis de bonis patrimonialibus, & in emphy-
teuſibus Luſitanis, tam de bonis coronæ regni, quā
de bonis priuatis, quando in modum maioratus ad
vnum tantum, quem vltimus poſseſsor nominaue-
rit,deueniunt,vt ex parte conſtat ex dictis diſp.631.
Etenim,cum in his omnibus locum non habeat re-
D præſentatio, vtique, eſto maſculus eiuſdem gradus
in eis omnibus præferatur fœminæ, etiamſi illa ma-
ior ſit ætate,vt conſtat ex l.22.tit.1.par.6.legum ex-
trauag.& ex lib.4.ord.titu.92.§.*e finando ſe*,iuncto.
§.penult.& diſput.631.dictum eſt;nihilominus pa-
truus, & etiam amita tanquam proximiores in gra-
du vltimo poſſeſsori, præferuntur nepoti ex primo
genito defuncto, vt ex eiſdem iuribus liquet, & di-
ſputatione citata dictum eſt. Item,extinctis omni-
bus filijs vltimi poſseſsoris, nepos maſculus maior
natu,qui repertus fuerit, eſto ſit ex filio minori, aut
etiā ex filia, etiam iuniori, præfertur cæteris nepoti-
bus,etiāſi ex filio primogenito ſint procreati,vt be-
ne Acoſta vbi ſup.nu.43.conſentaneè ad Bar.& ad
E pleroſque alios,quos citat,aſſeuerat. Ceſſante enim
repræſentatione, maſculus maior natu in vnoquo-
que gradu,præfertur cæteris: & in defectum maſcu
lorum, fœmina eius gradus maior natu, præfertur
cæteris. Neque refert(vt benè Acoſta cū alijs ſubiū
git)ſi nepos maior natu,filius ſit fœminæ, vt præte-
ratur cæteris. Licet enim,quando fœmina omnino
excluditur à ſucceſſione in maioratu aliquo, aut in
re alia, maſculus ex eadem fœmina à ſucceſſione in
tali re excludatur; eo quod ſucceſſio per mediū in-
capax omnino non poſſit facere ſaltum in aliquem
inde vlterius procreatum;qua ratione,quia in maio
ratu de bonis coronę regni Luſitani nō poteſt ſucce
dere fęmina, neque etiā ſuccedere poteſt maſculus

ex ea procreatus,vt Luſitanæ ordinationes lib.2.tit. A 27.§.11.definiunt,reddendo rationem paulò antea à nobis redditam,idque hiſce verbis; *Que poys a filha, de que tal lidimo varam deſcendeo,nam podia auer a dica terra,a ſua incapacidade faz o ſeu deſcendente nã a poder auer,e ſegundo leys Emperiaes a dita terra nam pode fazer ſalto a o dito ſeu deſcendente varam*. Licet inquam, hæc ita ſint, nihilominus quando fœmina, incapax rei illius non eſt, quia omnino à re illa non excluditur,ſed ſolum ei præfertur maſculus eiuſdem gradus, etiamſi minor natu ſit, vt euenit in rebus, de quibus diſputamus, tunc qualitas ipſius non impedit maſculinam ipſius prolem, quæ eam qualitatẽ non habet; quando locus non eſt repræſentationi; ſed maſculus proximior ſimpliciter in gradu,maiorque natu,præfertur cæteris,ſiue ex filio maiori, ſiue B ex minori,aut etiam ex filia,ſit genitus.

Acoſta vbi ſupra n.46.circa ordinationem Luſitanam lib.4.tit.62.§.ante penultimo,quæ de eiuſmodi emphyteuſi, quoad ſucceſſionem aſcendentium deſcendentibus,ſic diſponit. *E todo eſto que dito auemos nos filhos,e netos,que ſam da linha deſcendente; auera lugar,eſſe guardara, no da linha aſcendente,conuẽ a ſaber,pae,mai,a uoos;nam auendo hi nenhus da linha deſcendente.* Circa hanc,inquam,ordinationem Acoſta rectè,iuxta hactenus dicta, ait, dictumque à nobis eſt diſput.489.ſi vltimus eiuſmodi emphyteuſis poſſeſſor,nemine ad illam nominato, moriatur ſine deſcendentibus,& ſine patre ac matre,ſuperſtitibus auo paterno,& auo materno, eum auum ex his ſuccedere in ea emphyteuſi,qui fuerit maior natu. Cũ C enim ſint pares in gradu,neque locus ſit repræſentationi,maximè,quia in aſcendentibus comparatione deſcendentium vniuerſim locum non habet repræſentatio; vtique præfertur maior ætate, neque impedit eum eſſe ex parte patris: quia licet pater vltimi poſſeſſoris præferatur matri, & auus auiæ; eo quòd inter æquales in gradu ſemper maſculus,licet minor ætate, præferatur fœminæ; mater autem,quia proximior in gradu,præferetur auo paterno: inter auos autem paternum & maternum, cum locus non ſit repræſentationi, & pares ſint ſexu & gradu, vtique præferetur,qui ętatis prę rogatiua alterum excelluerit;neque id impedit,eum, qui maior eſt ætate, eſſe auum maternum:quoniam qualitas ex parte matris, quæ ipſam in ſucceſſione in ea emphyteuſi poſtpo- D nit patri, non tranſit in auum maternum, neque ibi eſt vllum impedimentum.

DISPVT. 634.

Maioratus eſſe ne poſſit in pendenti, aut non,ſed ab vltimo poſſeſſore tranſeat irreuocabiliter ad proxime vocatum ex exiſtentibus, etiamſi poſteà naſcatur alius proximius vocatus.

SVMMARIVM.

1 *Exempla propoſitæ quæſtionis proponuntur.*
2 *Ad maioratum immediatè vocatus,ſi conceptus iam ſit tempore delationis maioratus,is ſuccedit.*
3 *Quibus argumentis ſuadeatur, maioratum non eſſe in pẽdenti,ſed irreuocabiliter pertinere ad eum, qui tempore delationis, inter exiſtentes,eſt immediatius vocatus.*
4 *Quibus argumentis pars contraria ſuadeatur.*
5 *Maioratus quando cenſendus ſit eſſe in pendenti,ac ſuſpendi,quando non item.*
6 *Argumenta pro vtraque parte ſoluuntur.*
7 *Dominium & poſſeſſionem eſſe in ſuſpenſo, nullum eſt abſurdum.*

Exemplum eſt, ſi maioratus inſtitutor vocet 1
aliquem; ad eum, ſi ex filia, aut ex filiabus, maſculi filij non exiſtant. Si enim eueniat, quòd tempore mortis vltimi poſſeſſoris, aut amiſſionis eius maioratus alia de cauſa,filia, aut filiæ,exiſtant,ſed ſine liberis maſculis, ac proinde ſuccedat vocatus ille ſub ea conditione negatiua; caſuque poſtea eueniat, vt filia concipiat,& pariat filiũ maſculum,qui,ſi tempore mortis illius vltimi poſſeſſoris,aut delationis eius maioratus, extitiſſet,præferendus,iuxta formam illius inſtitutionis, erat illi alteri,ſit nihilominus poſtea præferendus, quaſi mortuo vltimo poſſeſſore,aut alia de cauſa delato eo maioratu, quòd vocatus ſub ea conditione ſuccedere debeat in eo maioratu,aut filius, qui poſtea fortè ex filia naſcetur,pendens ſit ex eo, quòd in futurum cõditio illa negatiua impleatur,aut non impleatur, atque adeò interim,dum ſpes eſt filiorum ex filia, ſucceſſio in eo maioratu ſit in pendenti ab euentu conditionis contingentis ad vtrumlibet,quoad perſonã, quæ ſuccedere in eo debet. Aliud exemplum eſt, ſi maioratus ſit relictus ſub conditione,aut modo, ita vt poſſeſſor,qui id fuerit tranſgreſſus, eum maioratum amittat,tranſeatque ad vlterius ad eum vocatũ, iuxta ea,quæ diſp.611.& ſequẽtibus dicta ſunt,eueniatque,vt tempore tranſgreſſionis, vnus ex tũc exiſtentibus immediatè ſit vocatus,& poſtea concipiatur ac naſcatur aliquis, immediatius poſt illum vltimum poſſeſſorem vocatus. Vt ſi vltimus ille poſſeſſor tempore tranſgreſſionis,atque amiſſionis maioratus carebat filiis,ideoque ſucceſſit in eo maioratu ipſius frater:& poſtea natus eſt ei filius, qui præferendus erat illi patruo, fratri patris ſui, vtrum talis patruus irreuocabiliter poſſideat eum maioratũ ſibi,& ſuis deſcendentibus:an verò,nato poſtea eo filio illi alteri vltimo poſſeſſori,ad eum deuoluatur,patruusque eo ſpolietur.

Obſeruat optimè Molina lib.3.de primog. c.10. 2
nu.1. Hanc quæſtionem non excitari de eis immediatius vocatis, qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris, aut delati maioratus, erant iam concepti, licet nondum eſſent nati: qui enim concepti iam erant, pro natis, ad effectum vt ad eos maioratus ſpectet, cæteriſque poſterius vocatis præferantur, reputantur:filii quippe ſtatus attenditur,vel penes tẽpus cõceptionis,vel penes tempus natiuitatis,prout melius ei fuerit,vt,quoad libertatem,dictum, oſtenſumque eſt in calce diſp.33.&,vt legitimus reputetur, ac ſit, diſp.172.in prin. Et præter iura ibi citata, rem propoſitam probant,l.qui in vtero,ff de ſtatu hominũ, cuius verba ſunt. *Qui in vtero eſt perinde,ac ſi in rebus humanis eſſet,cuſtoditur, quoties de cõmodis ipſius partus quæritur.* & l.cum inter. C.de fideicommiſſ.liber. & affirmat communis doctorum ſententia,quã Molina.n.1.citato refert.

E Quòd maioratus in prædictis, & aliis ſimilibus 3
euentibus,non ſit in pendenti,ſed ſtatim irreuocabiliter ei acquiratur,qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris,aut delationis eius maioratus, compertus fuerit immediatius vocatus,ex actu exiſtentibus tũc in rerum natura,aut iam conceptis,ſuaderi poteſt.

Primò,quia in maioratibus frequẽter ſucceditur Primum argum.
ex vltima voluntate inſtitutoris,& ſemper ex diſpoſitione perſonæ iã defunctæ:diſpoſitiones verò morientium,eſſe non poſſunt in ſuſpenſo tempore ceſſionis earum,vt conſtat ex l.vlt.in fine,ff.communi prædior.cuius verba ſunt. *Neque enim,ſicut viuentiũ, ita & defunctorum,actus ſuſpendi receptum eſt.*

Secundò, quoniam ſi maioratus poſſet eo modo Secundum.
eſſe in pendenti, ſequeretur, dominium bonorum maio-

maioratus eſſe etiam eo tempore in pendenti, ſeu in aere, ita vt eo tempore nullus eſſet eorum bonorum dominus: dominium autem eſſe non poteſt in pendenti, ſed continuò ad vnum aut ad alium pertinere debet, præſertim bonorum maioratuum huius Caſtellæ regni, quorum non ſolum dominium, ſed etiã poſſeſſio ciuilis, & naturalis, ex diſpoſitione legis. 45. Tauri, tranſit continuò ab vltimo poſſeſſore in proximum ſucceſſorem, ita vt neque per momẽtum temporis vacet.

Tertium. Tertiò, quoniam in maioratus ſucceſſione attendi non debet proximitas eorum, qui nec nati, nec cõcepti ſunt, tempore delatę ſucceſſionis, neque hi, qui ex poſt facto nati, & concepti fuerint, excludere eos debent, qui ſemel ſucceſſerint, vt probat. l. 1. §. ſi qs proximior, ff. vnde cognat. cuius verba ſunt. *Si quis proximior cognatus naſci ſperetur* (quia ſcilicet in vtero geſtatur) *ſed vbi natus non eſt* (id eſt, ſi non naſcatur) *admittimus eum, qui poſt ventrem proximus videbatur: Sed hoc ita demum erit accipiendum, ſi hic, qui in vtero eſſe dicitur, viuo eo, de cuius bonorum ſucceſſione agitur, fuerit conceptus. Nam, ſi poſt mortem, neque obſtabit alijs, neque ipſe admittetur: quia non fuerit proximior cognatus ei, quo viuo, nondum animal fuerit.* Vbi vides, conceptum aliquem eſſe poſt delatam hæreditatem, qui, ſi antea conceptus fuiſſet, tanquam proximior, ſuccederet, atque excluderet cæteros, non ſufficere, vt ſuccedat, eoſque excludat. Idem probant. l. vlt. §. quandiu. ff. vnde legitimi. l. 1. §. ſciendum, & l. Titius, ff. de ſuis & legit. hæredib. l. ſi quis filio exhæredato. §. 1. ff. de iniuſto rupt. & §. cum aũt, verſ. planè, inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato defert.

Quartum. Quartò, quoniam in maioratus ſucceſſione, proximitas, habilitas, ſeu capacitas ſucceſſoris, attendi debet tempore mortis vltimi poſſeſſoris, aut delatæ ſucceſſionis, ſicut & in legatis, & in hæreditatibus, l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. l. interuenit. ff. de leg. præſtand. ergo, qui tempore delationis maioratus, proximior non fuerit vltimo poſſeſſori, eo quòd nondũ ſit conceptus, perpetuò manet ab eo excluſus. Idem eſt, ſi tunc habilis non ſit.

Quintum. Quintò, quoniam in cõditionibus, ſatis eſt impletas eſſe tẽpore delati legati, hæreditatis, aut alterius ſucceſſionis, quicquid poſtea mutetur, & eueniat, cõcinit. l. ſi quis hæredem. C. de inſt. & ſubſt. & præter Baldum à Molina vbi ſupra num. 8. citatum, lege alia quæ lib. 1. c. 6. nu. 16. addit: quare, cum in euentibus, de quibus loquimur, nullus alius proximior ſucceſſor vltimo poſſeſſori exiſtat, atque in eo qui tunc exiſtit, dentur conditiones omnes ab inſtitutore ad ſuccedendum in eo maioratu ſtatutæ, ſanè is irreuocabiliter ſuccedet, quicquid poſtea eueniat, concipiaturque ac naſcatur alius vltimo poſſeſſori proximior præcedenti.

Sextum. Sextò, quoniam admiſſo ad maioratus ſucceſſionem eo, qui tempore mortis, aut delationis maioratus, inuenitur proximior vltimo poſſeſſori, linea ex ipſo deriuata, præfertur cæteris lineis, quæ eo ipſo excluſæ cenſentur, quòd is, ex cauſa tunc exiſtente, admiſſus eſt, eſto ea cauſa, ob quam tunc ipſe eſt admiſſus, & cæteri ſunt excluſi, non perſeueret, argumento. cap. 1. §. quin etiam, in titulo, Epiſcopum vel Abbatem. Vbi habetur, ſi feudum alicui ſit conceſſum, ibi, & deſcendentibus eius, maſculis & fœminis, excludaturque filia ob filium, illa, ſemel excluſa, nũquam deinceps admittitur, etiamſi ille moriatur, careatque deſcendentibus, vt ex eo textu colligunt, & affirmant multi quos Molina lib. 1. de primog. c. nu. 22. refert,

Septimum. Septimò, quoniam eo ipſo, quòd ſucceſſio maioratus huius regni in proximiorem eſt ſemel ingreſſa, non poteſt ad alium, etiam proximiorem illi alteri vltimo poſſeſſori, tranſire, donec is, qui illum

A obtinuit, & omnes, qui ex ipſo profluxerint, deficiant, vt diſputatio. 626. & alijs ſequentibus oſtenſum fuit.

Octauum. Octauò, quia actus ſemel perfectus, ac conſummatus, non vitiatur, etiamſi deueniat ad caſum, à quo incipere non potuit. l. pluribus. §. & ſi placeat, iuncto ſummario ibi. ff. de verb. oblig. l. vt pomum. §. 1. ff. de ſeruit. regul. factum legitimè, de reg. iur. li. 6. quare, ſi is, qui proximior erat vltimo poſſeſſori tempore delati maioratus, ad eum admiſſus eſt, vtique ex eo, quòd poſtea concipiatur ac naſcatur alius proximior, non debet ſemel admiſſus, ipſiuſque ſoboles, ab eo maioratu excludi, vt ſuperueniens proximior admittatur.

Confirm. Confirmatur, quoniam, quando ius alicui quæſi- B tum eſt ex ea exiſtentia cauſæ, is non erit eo iure priuãdus, eſto cauſa poſteà deficiat. l. non potuit, §. ſed ſi poſt mortem, ff. de bonor. poſſ. contr. tab.

Nonum. Nono, quoniam non poteſt diſcedere quis ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus, niſi ſit miles, vt diſputat. 156. oſtenſum eſt: ſi autem dominium maioratus aliquo tempore eſſet in pendẽti, maioratus inſtitutor pro eo tempore eſſet inteſtatus: ne igitur in id abſurdum incidamus, dicendum eſt, proximiorem vltimo poſſeſſori, repertum tempore delati maioratus, ſuccedere in eo irreuocabiliter, eſto poſtea concipiatur & naſcatur alius proximior eidem vltimo poſſeſſori.

Pars contraria. 4 Pars tamen contraria, quòd ſcilicet eiuſmodi ſucceſſiones, ſint in pendenti, conceptoque ac nato eo, C qui proximius vocatur, is à principio cenſeatur ſucceſſiſſe, & excludat omnino alterum, qui, in huius defectũ, vocabatur, ſequẽtibus argumẽtis ſuadetur.

Primum argum. Primo, quoniam ſequens vocatur ſub conditione in defectum proximioris, hoc eſt, ſi vocatus proximius non exiſtat, vt in exemplo illo in principio huius diſputationis propoſito, ſi filię maſculos filios nõ habuerint, ſuccedat Petrus: quare, vt ita ſub ea conditione vocatus, ſuccedat in eo maioratu, neceſſe eſt, purificetur, impleaturve, ea conditio; atque adeò neceſſe eſt, vt exſpectetur, donec vel filiæ ſine filijs maſculis moriantur, vel impoſſibile iudicetur, eas naturaliter poſſe habere filios: vocatus quippe ſub conditione negatiua, quæ a ſola ipſius poteſtate non depẽdet, admittendus non eſt ad id, ad quod ita vocatur, D niſi prius conſtet, contrariam affirmatiuam conditionem impleri non poſſe. l. quicquid aſtringendæ. §. vlt. & l. ita ſtipulatus (155.) §. ſed & ſi, ff. de verbo. oblig. l. pecuniam. ff. ſi certum petat. & l. hoc genus, iuncta gloſſa ibi. ff. de condit. & demonſt. Vnde rectè dixit Baldus. l. Mutianæ. ff. eod. titu. conditiones negatiuas non impleri, niſi per reductionem contrariæ affirmationis ad impoſſibile: id quod aperte colligitur ex. l. hoc genus, citata; conſentitque authentica cui relictum. C. de indict. vid. tol.

Secundum. Secundò, quia interim dum eſt ſpes, ſubſtitutionem in perſona primi ſubſtituti locum habituram, locum non habet cæterorum ſubſtitutio, qui in illius defectum vocati ſunt, vt ex ſe liquet, & ex. l. ſi mater. E §. vlt. ff. de vulg. atque ex alijs iuribus.

Tertium. Tertiò, quoniam in legato familiæ relicto, in quo iuxta gradus prærogatiuam ſucceditur, non ſolum cenſentur ſubſtituti, qui tempore mortis teſtantis, aut delati legati familiæ, reperiuntur de familia, ſed etiam naſcituri. leg. peto. §. fratre. iuncta gloſſa ibi, verb. ex familia. ff. de legat. 2. iuxta quem textum, & gloſſam, dixit ibi Baldus, quod ſi tempore mortis teſtantis, aut delati legati familiæ, ſit vnus tantũ proximior in gradu, & ſperetur alius in eodem gradu, licet admittatur ad totum legatũ, qui tũc fuerit proximior in gradu, tenetur tamen iuxta eum textum, cautionem præſtare, quòd partem reſtituet pari in gradu, ſi naſcatur.

Quar-

Quartum. Quartò, quoniam, quando maioratus inſtitutor vocat ad eum, filium maiorem natu talis fœminæ, ſi illa filios habuerit, ſi verò filios non habuerit, vocat Titium, ſanè eam conditionem non reſtringit ad tẽpus mortis vltimi poſſeſſoris, ſed abſolute, abſque aliqua reſtrictione, eam profert: in quo euentu, ſatis eſt, quocunque tempore eam filios habere, ſiue tempore delati maioratus, ſiue poſt, vt conditio impleta cenſeatur ad effectum, vt filius eius mulieris, ſuccedat in maioratu, excluſo Titio, & vt defeciſſe cenſeatur ad effectum, vt Titius ab eo maioratu excludatur. Ita probat. l. hæc conditio, in prin. ff. de condit. & demonſtr. illis verbis, *vt qui ſic teſtatus fuerit, impleri ſolummodo conditionem voluerit, nec ſatis* (id eſt multum) *exegerit, quando*. Probat etiam, l. ſi quis hæredem. C. de inſt. & ſubſt. illis verbis. *Sancimus, quocunque tempore impleta fuerit conditio, ſiue viuo eo ſiue mortis tempore, ſiue poſt mortem conditionem videri eſſe impletam*. Probat item. l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. illis verbis; *quandocunque* erit, & probant alia iura.

Quintum. Quintò, quoniam ſæpè, ex circumſtantijs concurrentibus, præſumendum erit, voluntatem inſtitutoris maioratus eſſe, vt in eo ſuccedat proximius vocatus, qui poſtea conceptus, & natus eſt, quàm qui proximior vltimo poſſeſſori exiſtẽs reperietur, tempore delati ex illo maioratus: poteſt verò ſubſtitui & vocari, etiam qui poſt mortem præcedentis naſcetur. l. ſubſtitui. ff. de vulgar. ſtandumque eſt præſumptæ inſtitutoris voluntati, eique, quòd æquitas plus poſtulat. l. ex facto, ff. de vugari. l. nõ ſine C. de bon. quæ liber. Quibus adde, quòd quamuis diſcedenti ab inteſtato reputetur proximior, qui tempore mortis illius talis fuerit, vt ei ſuccedat, ſaltẽ quia erat iam conceptus; quando tamen diſpoſuit, is cenſetur proximior, qui, poſt omnes teſtamento vocatos, reperitur talis, etiamſi cõceptus & natus ſit poſt mortem illius, vt habetur. §. proximus inſt. de legit. agnat. ſucceſs.

Sextum. Sextò, quoniam iura, quæ ſtatuunt, eum, qui tempore mortis teſtatoris, aut vltimi poſſeſſoris, nec natus, nec conceptus eſt, non poſſe ſuccedere, intelligẽda ſunt, quando diſpoſitio erat pura: ſecus, quando erat conditionalis: in hac enim diſpoſitione, non tẽpus mortis, ſed purificatæ, impletæve cõditionis, attendi debet. l. eum qui poſt. ff. de cond. & demonſt. l. interuenit. ff. de legat. præſt. & l. cum pater. §. hęreditatem. ff. de leg. 2.

Res hæc controuerſa eſt, doctoreſque pro vtraque parte habet, quos Molina lib. 3. de primog. cap. 10. nu. 15. & 25. refert. Ipſe verò. nu. 38. priorem ſententiam in ſucceſſione in maioratibus Hiſpanis, etiamſi anniuerſaria, ſeu capellæ, feuda, aut emphyteuſes in modum maioratus, ſint, vniuerſim amplectitur, maximè quando maioratus morte vltimi poſſeſſoris defertur: in quo euentu, nume. 44. ait, ita frequenter receptum eſſe in praxi. Ducitur, quoniam Hiſpanorum primogeniorum natura ea eſt, vt illorum ſucceſſio, nec ad momentum vacare poſſit, ſed ſtatim, mortuo vltimo poſſeſſore, in ſequentem, qui eo tempore proximior inuenitur trãſire debeat, ita vt maioratus ſemper poſſeſſorem ac dominum verum & legitimum habeat, vt l. 45. Tauri, accommodatè ad horum maioratuum naturam, ſtatuitur. Vnde ait, quamuis in alijs diſpoſitionibus, conditiones negatiuæ non cenſeantur purificatæ ac impletæ, donec conſtet, contrarium eſſe iam impoſſibile; in Hiſpanorum tamen primogeniorum ſucceſſione illas pro impletis habendas eſſe, ſi tempore mortis vltimi poſſeſſoris contrarium non ſit impletum: quoniam ex eorũdem Hiſpanorum primogeniorum natura, omnes referuntur ſolùm ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris, delationiſve maioratus, & quando con-

A ditionibus negatiuis certum tempus formaliter, aut virtute, eſt adiectum, ſolùm id eſt ſpectandũ, vt in defectum contrarij euẽtus, vſq; ad id tempus, ſit locus eo ipſo ſubſtituto. l. quicquid aſtringendæ. §. ſi ſtipulatus. ff. de verb. obl. & l. ſi peculium. §. vlt. ff. de ſtatu lib.

Ego, licet idem credam eſſe dicendum in maioratibus, in quibus conditio non apponitur; quando tamen conditio apponitur, qua aliquis vocatur ſub cõditione negatiua, verbi gratia, vt ſuccedat aliquis, ſi talis fœmina, aut fœminæ, filios non habuerint, non puto id ita vniuerſim eſſe dicendum, ſed attendendum eſſe ad formam talis diſpoſitionis, & ad circunſtantias concurrentes. Et quidem, ſi non comperiatur, mentem inſtitutoris fuiſſe, vt conditio illa B locũ habeat ſolũ vſque ad inſtans mortis vltimi alicuius poſſeſſoris, aut delati maioratus ex illo, crediderim, ſuſpendi ſucceſſionẽ, quouſque ex illis naſcantur filij, aut intelligatur, impoſſibile eſſe naturaliter eas filios habere, vt intelligatur, quis in eo maioratu ſuccedat. Si enim inſtitutor dixit ſi talis fœmina ſine filijs ex hac vita diſcedat, ſuccedat Petrus, alioquin ſuccedat filius maior ex illa, vtique, ſi fœmina illa ſuperſtes ſit, ſine filijs quidem, cæterum cum ſpe filiorũ tempore mortis vltimi poſſeſſoris, & maiori cum ratione tẽpore delati maioratus ex illo, quacunque alia ex cauſa, non ſuccedet Petrus, ſed in ſuſpenſo erit maioratus, quouſque illa filium habeat, aut moriatur ſine filio, vel alia ratione impoſſibile ſit eã filium habere, ſaltẽ capacem ſucceſſionis; ſi. n. C ea mulier religionẽ profiteatur, eo ipſo incapax erit filij, qui in maioratu ſuccedere poſſit. Si verò inſtitutor dicat, poſt talem ad eũ maioratum vocatũ, ſuccedat filius maior talis fœminę, ſi illũ habuerit, alioquin ſuccedat Petrus, tunc vtique coarctaſſe intelligitur conditionẽ ad punctum delatæ ſucceſſionis, ex tali poſſeſſore, maximè ne ſucceſſio ſit in ſuſpenſo, & ita regulariter eſt præſumendũ, atq; adeò regulariter vera eſt opinio illa Molinę: nihilominus, quã do contrarium ſignificant & perſuadent verba inſtitutoris, vt in exemplo propoſito, vtique contrariũ erit dicendũ. Neque id pugnat cum natura maioratuum Hiſpanorum, quibus non repugnat ad tẽpus eſſe in ſuſpenſo, præſertim quando id ita voluit, ac ſtatuit, inſtitutor. Lex autem 45. Tauri intelligenda D eſt ſi in rerum natura iam exiſtat vocatus, neque vocatus ſit ſub conditione aliqua pendente in futuro tempore delationis maioratus. 5 Deciſio quæſtionis.

Quando delatio maioratus ex eo prouenit, quòd vltimus poſſeſſor tranſgreſſus eſt conditionem, ſeu potius modum, ex cuius tranſgreſſione maioratus inſtitutor ſtatuit, vt eo ipſo poſſeſſor illum amitteret, & tranſiret ad vlterius ad eum vocatũ, diſputat Molina à nu. 44. citato num, ſi poſt trãſgreſſionem alius proximius vocatus naſcatur, ſit hic præferendus illi, qui proximior erat tempore tranſgreſſionis modi, aut cõmiſſi delicti. (Vt, ſi poſſeſſor maioratus tempore tranſgreſſionis modi habebat filiam, & poſtea natus ſit filius; aut carebat filijs, & poſtea natus E eſt ei filius; an talis filius præferẽdus ſit filiæ, aut collaterali proximiori, tempore tranſgreſſionis modi. Atque arbitror, quæſtionẽ hanc magna ex parte ex ijs eſſe dirimendam, quæ diſput. 87. & 96. à nobis dicta ſunt. Et quidem, ſi in pœnam ſit id ſtatutum, vt regulariter cẽſendum eſt in pęnã eſſe ſtatutũ; eo modo, quo collegis priuatio collegiaturæ, ob aliqua delicta, aut ob tranſgreſſionẽ aliquarum legum, & ſcholaſticis priuatio iuris ſuffagij ad cathedram, ſtatuitur, tunc in hunc modũ eſt diſtinguendum. Quoniã, ſi ſolùm dicitur, vt ſi id cõmiſerit, priuetur maioratu, aut propter tale factũ eo priuetur, neque addatur, ſit ipſo iure, aut ipſo facto, eo priuatus, tũc, cum vltimus poſſeſſor, nec dominiũ eius maioratus, nec

O poſſeſ-

poſſeſſionem, amittat ante latam ſententiam, eo ꝙ pœna illo modo ſtatuta non debeatur ante latam ſententiam, vtique, ſi nunquam lata ſententia, nũquam poſſeſſor eius maioratus, illum amittet: ſi verò aliquando feratur, & ſpolietur maioratu, pertinebit ad eum, qui in puncto latæ ſententiæ fuerit proximior vltimo poſſeſſori, eſto alius fuerit proximior tempore trãſgreſſionis modi, aut delicti commiſſi: & eſto, qui tempore delicti cõmiſſi erat proximior, litem intentaſſet, eamque proſequutus fuiſſet vſque ad ſententiam. Si verò pœna illa fuit ſtatuta ipſo iure, aut ipſo facto, additumque fuit, vt continuò ſine ſententia maioratus, aut dominium illius trãſiret ad vlterius vocatum; tunc vtique pertinet maioratus ille ad eum, qui proximior erat tempore tranſgreſſionis modi, eſto poſtea, ante ſententiam latam, & ſpoliationẽ maioratus factam quoad tenutam, & actualem apprehenſionem, naſcatur alius proximior vltimo poſſeſſori. Imò credo, tunc poſſeſſorem maioratus teneri in conſciẽtiæ, & exteriori foro, relinquere maioratum & fructus illius, proximo tunc ſucceſſori, nulla exſpectata ſententia: quoniam inſtitutor id ita ſtatuere potuit, ſufficienterq; eis verbis expreſſit, eam eſſe ſuam mentẽ & volũtatem, iuxta ea, quæ diſp. 96. citata. dicta ſunt. Si verò pœna illa priuationis ipſo facto, aut ipſo iure, fuit ſtatuta, neque additum fuit, vt dominium continuò tranſiret in proximè vocatũ, nulla exſpectata ſententia, aut aliud ſimile, vnde intelligatur, mentẽ inſtitutoris eſſe, vt ante ſententiam maneat illo priuatus; tunc non tenetur eum relinquere, eoq; ſe ſpoliare, pœnamque exequi ante latam ſententiam, iuxta ea, quæ diſputationib. citatis dicta ſunt: ſed tutò eum retinet, ac poſſidet, quouſque ſentẽtia feratur: ꝙ ſi nunquam ſentẽtia feratur, eũ tuto retinet, temporeq; mortis ſuæ, illum tranſmittit ad tunc proximè vocatum, eſto proximè vocatus, non extiterit tempore tranſgreſſionis modi, delictiq; commiſſi, iuxta ea, quę diſputationibus citatis dicta ſunt, iunctis ijs, quæ diximus diſp. 95.

Dubium autem eſt, ſi in hoc euentu ſententia feratur, num ſuccedat, qui proximior erat tempore delicti commiſſi; an verò, qui proximior fuerit tempore latæ ſententiæ. Et quidem, ſi ad ius ſtrictum attendamus, uidetur dicendum, ſuccedere eum, qui proximior erat tempore delicti cõmiſſi. Quoniam iuxta ea quæ diſp. 95. dicta ſunt, ſententia in eo euentu retrotrahitur ad tempus commiſſi delicti, ab eoque puncto maioratus, & fructus ex illo percepti, pertinent ad proximè vocatum: atque iuxta ea, quæ ibi dicta ſunt, proximè tunc vocatus, comparauit ius in re in tali maioratu, & in fructibus illius, vt de fiſco comparatione bonorum illius, cui ipſo iure ob delictum confiſcantur, dictum ibidem eſt: ex eo verò, quòd tempore latæ ſententiæ natus eſt alius proximior, ſpoliari non poteſt ille prior iure in re ſemel comparato: maximè quia pronũciatio ſententiæ nõ videtur eſſe aliud, quã declaratio iuris ita alteri quęſiti à tempore ita commiſſi delicti ob id delictum, atque adiudicatio & collatio eorum bonorum illi, ob ius ab eo tempore illi quæſitum: quæ locum habere non uidentur comparatione alterius poſterius concepti ac nati. Atque hæc certe magnam vim habere videntur, vt maioratus adiudicari debeat in hoc euentu proximiori tempore delicti, vltimo poſſeſſori. Molina vbi ſupra, cum alijs, quos citat, contrariũ affirmat, etiam quando dictum eſt, quòd ſtatim eo ipſo, facta modi tranſgreſſione, aut commiſſo delicto, dominium tranſeat in vlterius vocatum. Sed certè non probo eorum ſententiam.

6 *Ad primum argum. pro priori parte.*

Supereſt, vt percurramus argumẽta pro vtraque parte propoſita, vt intelligatur, quantam vim habeant, aut non. Ad primum ergo priori loco propoſitum pro opinione, quã ex parte amplectimur, con-A ceſſa maiori, neganda eſt minor: inſtitutió enim hæredis, legatum, aut aliæ diſpoſitiones vltimæ, factæ ſub vera conditione pendente in futurũ, in ſuſpẽſo ſunt, quouſque intelligatur, in quam partem conditio eueniat, vt diſp. 206. & aliàs ſæpè, dictum eſt. Ad legem verò vlt. in fi. ff. commun. præd. prętermiſſis alijs ſolutionibus, quas Molina. c. 10. citato à nu. 26. refert, legitima reſponſio eſt. Quòd lex illa loquitur, quando ad eãdem perfectam & integram diſpoſitionem cõparatione vnius numero obiecti, neceſſarius eſt conſenſus, diſpoſitione partialis multorũ, vt, ad concedendam ſeruitutem in eodem prædio multis communi, neceſſaria eſt conceſſio ſingulorum, habentium partiale dominium eius prædij, alioquin conceſſio non valet, nec ſeruitus in eo præ-B dio reſultat. Ea autem lege ſtatuitur, quod, ſi tres, verbi gratia, poſſideant idem numero prædium pro indiuiſo, & vnus concedat ſeruitutem in illo, & illo ſuperſtite, nec reuocante conceſſionem, concedat ſimiliter eam alius, duæ iſtæ partiales cõceſſiones interim dum non reuocantur, nec illi moriuntur, ſunt in pendenti ex eo, quòd reliquus tertius eam concedat, itá vt ſi accedat cõceſſio tertij, antequam illi reuocent conceſſiones ſuas, manet integrè & perfectè ea ſeruitus in eo prædio conceſſa. Quando autem aliquis in vltima voluntate eam concedit, niſi ſimul adſint cõceſſiones cæterorum, ſiue per vltimam voluntatem, ſiue conceſſione inter viuos, quando dies legati illius, ſeu cõceſſionis illius per vltimam voluntatem cedit, tunc, eſto poſtea ex interuallo accedãt, C non valet cõceſſio illa per ultimam voluntatẽ; quia voluntates morientium non poſſunt eſſe illo modo in pendenti, vt, ſi ex interuallo accedant conceſſiones aliorum, validæ ſint: ſed ſi, quando cedunt, non adſunt aliæ partiales requiſitæ, inualidę prorſus redduntur. Excipe, niſi teſtator expreſſerit, quod quandocunque aliorum conceſſio acceſſerit, valeat ſua adhibita per eam vltimam uoluntatem: nam tunc voluntati teſtantis, eo modo expreſſæ, eſt ſtandum, vt Molina vbi ſupra, cum alijs, rectè ait. Ecce de quibus voluntatibus morientium ſit in ea lege ſermo, & de qua ſuſpenſione.

7 *Ad ſecundum.*

Ad ſecundum dicendum eſt, nullum eſſe abſurdum, ſi dominium maioratus ſit etiam aliquãdo in pendenti: id enim poteſt ſtatuere maioratus inſtitu-D tor, ſi uoluerit, apponendo conditionem, quæ verè ſuſpendat ſucceſſionẽ, vt dictum eſt; tametſi, quando ſufficienter id non exprimit, nõ ſit id cenſendũ. Sicut enim relinquendo hæreditatem ſub conditione, dominium rerum hæreditariarum eſt in ſuſpenſo, neque id aliquod eſt abſurdum, ita in re propoſita, nullum eſſet abſurdum, quòd dominium rerum maioratus, ex expreſſa uoluntate inſtitutoris, eſſet tempore aliquo in pendenti. Imò Molina & cæteri doctores contrariæ opinionis, negare non poſſunt, dominium bonorum rerum maioratus eſſe poſſe in pendenti. Si enim conceptus ſit proximior vocatus, & nondum animatus anima rationali, vtique, ſaltẽ eo tẽpore, quo embryo rationali anima ca-E ret, poſt mortem vltimi poſſeſſoris, nullus eſt dominus earũ rerum, ſed erit is, qui cõceptus eſt, quando fuerit animatus anima rationali, & dependenter ex eo, ꝙ ea animetur. Finge præterea, poſt mortẽ naturalem alicuius vltimi poſſeſſoris, vocari filiũ fęminę alicuius, ſi eũ habuerit, alioquin vocari Petrum, atq; vltimũ poſseſsorem profiteri religionẽ Diui Franciſci. Vtique, ſi ſpes ſit, eam mulierem filium habituram ante mortem naturalem talis religioſi, dominium maioratus illius toto illo tempore erit in pendenti: quia ad nullum eorum vocatorum pertinebit tunc: eò ꝙ vocati ſint ſub conditione, & conditio pẽdeat: neque item pertinebit ad ita profeſſum, aut ad monaſterium: quia incapacia ſunt talis dominij,

Lege,quæ diſput. 186. in ſimili euentu à nobis dicta ſunt. Diſpoſitionem autem legis 45. Tauri iam dictum eſt,intelligendam eſſe regulariter: quia regulariter proximè vocatus exiſtit ſimpliciter in rerum natura tempore delati maioratus, neque vocari conſueuit ſub conditione, tempore delati iam maioratus,pendente adhuc in futurum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum eſt, id eſſe verum & confirmare ſententiam, quã amplectimur, quando diſpoſitio eſt pura,aut ſucceditur ab inteſtato, in quo euentu loquuntur,veraq; ſunt,iura illa omnia citata,id ita ſtatuẽtia. Secus autem rem habere, ſi aliud exprimat teſtator, aut inſtitutor maioratus, qui apponat conditionem, quæ verè pendeat in futurum, etiam poſt mortem vltimi poſſeſſoris, ſub qua aliquẽ proximius vocet, qui poſt mortem vltimi poſſeſſoris naſcetur.

Ad quartũ. Ad quartum ſimiliter dicendum eſt, id eſſe verum,& confirmare ſententiam, quam amplectimur, quando diſpoſitio eſt pura: ſecus verò quando manifeſtè appoſita fuit conditio, quæ perſpicuè pendeat adhuc in futurum,tempore mortis vltimi poſſeſſoris: in eo quippe euentu nondum eſt delata ſucceſſio comparatione alicuius determinati, ſed quando determinata fuerit conditio in alteram partem,cenſebitur delata ſucceſſio; atque penes id tempus attenditur proximitas, habilitas, ſeu capacitas, ſucceſſoris, iuxta eademmet iura, quæ in eo argumento citantur.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum eſt, id quidem verum eſſe, & ſimiliter confirmare ſententiam quam amplectimur. Cæterum, quando ab inſtitutore maioratus appoſita fuit conditio circa vocationem ad illum, quæ perſpicuè non ſit impleta tempore mortis vltimi poſſeſſoris, aut tempore amiſſionis, qua is vltimus poſſeſſor maioratum amittat, ſed perſpicue pendeat adhuc in futurum,non cenſebitur tunc delatus ſimpliciter alicui in particulari, quouſque ea conditio in alteram partem determinetur, atque pro eo puncto temporis erit ſpectandum, quis proximius ad eum maioratum vocetur, atque adeò, cui in particulari ex præſcripto inſtitutoris deferatur.

Ad ſextum. Ad ſextum dicendum eſt, id eſſe verum, & confirmare ſententiam, quam ſequimur, quando aliquis ſimpliciter, & abſolute admittitur, quia videlicet, abſque aliqua conditione pendente adhuc in futurum maioratus ad eum ſpectat: quando autem non ſpectaret ad eum,niſi ſub cõditione,poſt mortem vltimi poſſeſſoris pendente adhuc in futurum, tunc ille, neque ſimpliciter ſuccedit, quia nondum ſimpliciter delatus alicui in particulari eſt talis maioratus, antequam conditio in alteram partem determinetur,vt ſæpe dictum eſt, neque illi tradendus maioratus,ſed conſtituendus eſt curator & adminiſtrator eorum bonorum,qui illa ei tradat,ad quem, purificata conditione, compertum fuerit maioratum pertinere.

Adſeptimũ. Ad ſeptimum ſimiliter dicendum eſt, id verum eſſe,& confirmare noſtram ſententiã, quando ſucceſſio ſimpliciter & abſolutè eſt ingreſſa ad aliquẽ: non verò,quando ad aliquem ſpectat ſub conditione pendente adhuc in futurum.

Ad octauũ & ad cõfir. Eodem modo dicendum eſt ad octauum, & ad confirmationem: eſt enim in eis ſermo de delatione maioratus alicui in particulari, ac conſummata, ac de iure tali delatione perfectè quæſito. Non verò quando delatio,& ius,adhuc pendent à purificatione conditionis pendentis in futurum.

Ad nonum. Ad nonum,conceſsa maiori,neganda eſt minor, in euentu, in quo maioratus inſtitutor vocaſſet aliquem ad eum ſub conditione perſpicuè pendente in futurum poſt mortem vltimi poſseſsoris. Licet enim interim dum conditio penderet, dominium

A eorum bonorum ad nullum determinatum in particulari pertineret; purificata tamen poſteà conditione,retrotraheretur ſucceſſio ad punctum mortis vltimi poſseſsoris, iuriſque fictione, ab eo puncto cenſeretur is fuiſse dominus eius maioratus: quare ſicut, qui inſtituit hæredem ſub conditione pendente in futurum,non cenſetur diſcedere pro parte temporis inteſtatus; quia,purificata conditione retrotrahitur ſucceſſio ad tempus mortis teſtatoris: ita in re propoſita, maioratus inſtitutor non cenſetur diſcedere pro parte temporis inteſtatus.

Ad argumẽta pro parte poſſeſſoris. Ad argumenta verò partis contrariæ dicendum eſt. Ea quidem concludere, quando perſpicuè maioratus inſtitutor,ſub conditione pendente in futurum poſt mortem vltimi poſseſsoris, vocaret eum,

B qui poſt eam mortem proximior, ſaltem quoad vocationem ad eum maioratum eſset futurus: ſecus autem, quando non vocaret ſub conditione, quæ poſt mortem vltimi poſseſsoris,aut poſt amiſſionẽ, qua ex alio capite maioratum amitteret, penderet in futurum, vt dictum eſt, regulariter non vocare ſub tali conditione. Quare ea argumenta nihil concludunt,cõtra opinionem,quam nos amplectimur.

Ad primũ. Vnde ad primum negandum eſt, ſequens proximè vltimo poſseſsori tempore mortis illius, vocari ſub conditione, ſi alius proximior poſtea non exiſtat:non enim ſub tali conditione, ſed abſolutè ac ſimpliciter cenſetur vocatus,niſi inſtitutor maioratus aliud perſpicuè expreſserit.

Ad ſecundum. Vnde ceſsat, quod in ſecundo argumento adducitur.

C Neque enim eſt ſpes, quòd alius proximior, eſto poſteà naſcatur, ſuccedat: cùm abſolutè proximus vltimo poſseſsori tempore mortis illius ſit vocatus.

Ad tertiũ. Ad tertium conceſso toto, neganda eſt cõſequentia,quæ inde intenditur inferri. In legato enim illo familiæ relicto, omnes, qui progreſsu temporis fuerint de familia, cenſentur vocati, ſecundum gradus prærogatiuam, vt inter omnes, qui fuerint in proximiori gradu, æqualiter diuidatur, vt diſputatio. 577. & alias ſæpe dictum eſt: ad maioratum verò vnus tantùm abſolutè, & ſimpliciter vocatur, qui vltimo poſseſsori fuerit proximior,quando ille fuerit mortuus,aut quando ex illo delatus fuerit maioratus ex alia cauſa, niſi inſtitutor maioratus aliud

D expreſserit, vt dictum eſt.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum eſt, explicatum iam eſse, quando ea conditio cenſenda ſit appoſita tanquam pendẽs adhuc in futurum poſt mortem vltimi poſſeſsoris,atque adeò quãdo vim habeat id argumentum: explicatum item eſse, quando non ita cenſenda ſit appoſita, neque, in re propoſita ſucceſſionis in maioratu,habeat locum id argumentum.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum eſt,nunquam id eſse præſumendum in ſucceſſione in maioratu Hiſpano, niſi id maioratus inſtitutor ſufficienter exprimat,vt explanatum eſt. Quod verò vlterius in eodem argumento ſubiungitur, nullam vim habet in ſucceſſione in maioratu Hiſpano, vt ſuccedat,qui poſt vl

E timum poſseſsorem nõdum fuerit proximior, quia nondum ſit conceptus,niſi inſtitutor,ſub conditione pendente in futurum poſt mortem eiuſdem vltimi poſseſsoris,eum apertè vocet,vt dictum eſt.

Ad ſextum. Ad ſextum concedendum eſt, ea iura non habere locum, quando diſpoſitio eſt conditionalis; cæterum id in re propoſita, intelligendum eſt de conditionali diſpoſitione, quæ pendeat in futurum tempus mortis vltimi poſseſsoris: non eſt tamen prǽſumenda talis,niſi id ſufficienter exprimat maioratus inſtitutor, vt dictum eſt.

DISPVT. 635.

Fructus bonorũ maioratus pendentes tempore, quoad ſucceſſorẽ defertur, vtrum integri ad nouum ſucceſſorem pertineant, an verò cum prædeceſſore, ſeu cum ſucceſſoribus in bonis illius, ſint diuidendi.

SVMMARIVM.

1 *Feudo deuoluto ad proprietarium, fructus rei feudalis, ad quem pertineant. Et quatenus id ſeruandum, nume. 9.*

2 *Vſufructu finito, qui fructus rei vſufructuariæ pertineant ad proprietarium, & qui ad vſufructuariũ, hæredeſue ipſius.*

3 *Fideicommiſſi fructus ad fideicommiſſariũ pertinent à puncto traditæ hæreditatis, vel quo, grauatus eam tradere, in mora eſt illam tradendi.*

4 *Rei emphyteuticæ fructus, emphyteuſi finita & conſolidata cum proprietate, quouſque ad proprietariũ pertineant. Deuoluta verò emphyteuſi ad alium emphyteutam, quouſque ad nouum emphyteutam attineant.*

5 *Venditæ rei fructus ad quem pertineant.*

6 *Fructus dotis, diſſoluto matrimonio, quouſque ad maritum, hæredeſve mariti, & quouſque ad vxorem, hæredeſve vxoris, attineant.*

7 *Beneficiorum fructus quouſque ad anteceſſorem, hæredeſue illius, & quouſque ad ſucceſſorem in illo ſpectent.*

8 *Penſionis fructus tempore, quo vacauit, quouſque ad penſionarium, hæredeſue ipſius, pertineant, & quouſque ad beneficiatum.*

9 *De fructibus feudi, quod num. 1. fuit dictum, quatenus ſeruandum.*

10 *Fructus maioratus pro rata anni diuidũtur inter ſucceſſorem & prædeceſſorem, hæredeſue illius, nec res habet vt in fideicommiſſo.*

11 *Annus vnde computandus ad diuiſionem eiuſmodi fructuum. Conſonantius autem eſt, quòd computetur à die natiuitatis Domini quoad omnes fructus. Idemq; habet locum in corona regni, & fructibus illius. Si fructus de biennio in biennium, aut de triennio in triennium colliguntur, pro rata eius temporis elapſi, pertinent ad anteceſſorem.*

12 *De pœnis fiſcalibus, quæ inter fructus maioratus, aut iuriſdictionis, computãtur, variæ ſententiæ, num ad anteceſſorem, vel ad ſucceſſorem in ea iuriſdictione pertineant, aut quo modo, inter vtrumque ſint diuidendæ. Et quid cenſendum, quando titulo fideicommiſſi ea iuriſdictio ad aliquem deuenit. Quid quando titulo emptionis. Quid quando vſufructus conſolidatus eſt cum proprietate. Quid item quando alius ſuccedit in regno, aut in quouis alio maioratu, vel in Epiſcopatu, etiam ſede uacante. Quid præterea de maioratu uxoris, aut de alia illius iuriſdictione, datis marito in dotem, diſſolutoq; matrimonio. Et quid denique de maioratu uxoris aut mariti, quæ ad bona ſuperlucrata in his Caſtellæ & Luſitanię regnis.*

1 EXplicato, quis in maioratu ſuccedat, explicandum reſtat, num fructus rerum maioratus pertineant ad anteceſſorem poſſeſſorem, heredeſve, ſeu ſucceſſores in bonis illius; an verò ad nouum ſucceſſorẽ, vel potius ſint diuidendi inter nouum & antiquũ poſſeſſorem, & qualiter diuiſio fieri debeat. Et cum de hac re nihil A de iure communi, Caſtellæ, aut Luſitaniæ, ſit ſancitum circa bona maioratus in particulari, ait Molina lib. 3. de primog. c. 11. ex his, quæ circa alia ſunt ſancita, rem hanc eſſe definiendam.

In feudis. c. 1. §. hic conſequenter, in titulo, hic finitur lex. ſtatuitur, ſi feudum uacet proprietario, & vaſallus moriatur, poſt finitum menſem Auguſti, ante Kalendas Martias, omnes fructus feudi anni illius pertinere ad vaſallum defunctum, & ad hæredes illius; & nihil eorum ad proprietarium: ſi verò vaſallus moriatur à Kalendis Martij vſque ad finitum Auguſtum, fructus omnes feudi pertinere ad dominum directum, & nihil eorum attinere ad vaſallum defunctum, hæredeſque ipſius.

Vſufructuarius, cum dominus non ſit fructuum, 2
B niſi poſtquam illos perceperit, aut alius nomine ipſius, ſaltem à ſolo per ſe, vel per aliũ nomine ipſius, eos ſeparãdo, ſed dominium eorũ, dum pendent, ſeparatique nomine vſufructuarij non ſunt, pertineãt ad dominũ prędij, & vſufructuarius ſolùm habeat ius ad illos percipiendos, & efficiẽdos ſuos, interim dum viuit, morteque ipſius finiatur vſufructus, vtique ſi moriatur, fructus, quos vſque ad mortem ſuã perceperit, & ſeparauerit ex prædio, ad ipſum ſpectant, & ad hæredes ipſius: qui autem pendentes manſerint, etiamſi maturi ſint, & apti vt colligãtur, aut vt antea colligerentur, & qui deciderint, nec ſeparati, nec collecti ab vſufructuario pertinẽt ad proprietariũ: quo fit, vt fructus eius prędij non diuidantur, inter proprietarium, & hæredes vſufructuarij,
C pro rata tẽporis anni, in qua is vſufructus ad vſufructuariũ pertinuit, vt diſp. 7. dictum eſt, & conſtat ex §. is vero, inſt. de rerum diuiſ. ex l. defuncta, in prin. ff. de vſufruc. ex l. ſi vſufructuarius. ff. quib. mod. vſufruct. amit. ex l. in ſingulos, in fine. ff. de annuis leg. & conſentit communis doctorum ſententia.

Hæres grauatus reſtituere hæreditatem (idem in 3
telligе de quocumque fideicommiſſario grauato reſtituere alteri fideicommiſſum) à puncto, quo fideicommiſſario tradit hæreditatem, aut in mora eſt eã illi tradendi, fructus omnes hæreditatis pertinent ad fideicommiſſarium, etiamſi per maiorem partem anni pertinuerit hæreditas ad grauatum eam reſtituere, quia non antea dies fideicommiſſi ceſſit. Ita habetur. l. Heronnius. 1. de vſuris, cuius verba
D ſunt. *Fructus, qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, ex terra percipiuntur: ad fideicommiſſariũ pertinere, licèt maior pars anni ante diem fideicommiſſi cedentem præteriſſe dicatur;* probatumq; à nobis eſt diſp. 187. Vbi etiam explanatum eſt, quouſque hæres grauatus teneatur, aut non teneatur computare in quartam Trebellianicam fructus antea ex hęreditate perceptos, & ad ſe pertinentes.

De emphyteuta dicendum eſt, eo ipſo, quòd fini- 4
tur, & reuertitur ad proprietarium, fructus omnes rei emphyteuticæ pẽdentes, minimeque ab emphyteuta antea percepti, pertinere ad dominum directum, vt de vſufructuaria re, finito vſufructu, dictũ eſt; id quod copioſè probat Caldas de renouat. em
E phyt. quæſtio. 10. à nume. 1. & affirmat communis doctorum ſententia, quam fuſè refert, conſentitque Molina lib. 3. de primog. cap. 11. nume. 7. Qui rectè addit, pertinere etiam eos fructus, nondum ab anteriori emphyteuta defuncto perceptos, ad ſequẽtem emphyteutam, quando morte emphyteutę nõ finitur emphyteuſis, ſed tranſit ad vlterius ad eam vocatum: quod intelligo, quando tranſit præcipua, in eaque ex pacto & prouidentia ſucceditur: alioquin, etiam quoad fructuum pendentium æſtimationem, diuidenda eſt inter hæredes. Porrò in euentibus, in quibus dictum eſt, fructus pendentes nondum ab anteriori emphyteuta perceptos, ſpectare ad proprietarium, aut ad ſequẽtem emphyteutam, intelli-

intelligendum eſt, perſolutis ſumptibus factis in eis ad eum ſtatum perducendis, & valore laboris & induſtriæ circa eos appoſitæ: quod enim ſupereſt, detractis ita ſumptibus, intelligitur nomine fructuum, vt ſæpe in hoc tractatu dictum eſt. Quod ſimiliter intelligendum eſt de fructibus rei vſufructuariæ finito vſufructu, & de fructibus cęterarum rerum, de quibus loquimur.

5 Fructus rei venditæ pendentes tempore perfecti contractus emptionis, modo diſp. 398. explicato, ad emptorem pertinent, vt copioſè eadem diſputatione eſt traditum. Quando autem contractus reſoluitur poſt ſemel celebratum, ad quem fructus medio tempore percepti ſpectent, diſput. 377. eſt explanatum, & diſp. 376. ad quem pertineant ex contractu conditionali medio tempore, quo conditio fuit pendens.

6 De iure communi, diſſoluto matrimonio, fructus dotis eius anni, in quo diſſoluitur, computando illum à puncto, in quo matrimonium fuit celebratum, & tradita fuit dos, diuiduntur inter vxorem & hæredes mariti, aut inter maritum & hæredes vxoris, pro rata eius partis anni vltimi, in qua perſeuerauit id matrimonium, ad reliquam partem eiuſdem anni, ita vt in eadem proportione maritus, aut hæredes mariti, recipiant portionem omnium fructuum dotis totius eius anni, deductis expenſis, ad portionem, quàm recipiat vxor, aut hæredes vxoris, quam proportionem habet pars eius anni. in qua perſeuerauerit matrimonium, ad reliquam, in qua fuit iam diſſolutũ. Ita habetur l. diuortium. ff. ſolu. matrim. & alijs iuribus, quæ diſpu. 432. citauimus. Lege etiam, quæ diſp. 442. dicta à nobis ſunt. Cùm enim fructus dotis de iure communi traderentur marito pro oneribus matrimonij ſuſtinẽdis, meritò fuit ſancitum, vt pro rata temporis vltimi anni, in qua ſuſtinuit onera matrimonij, reciperet partem omnium fructuũ eius anni, & reliqua pars attineret ad vxorem, aut ad hæredes vxoris.

7 Quod ad fructus beneficiorum attinet, ſuppoſita illa conſuetudine huius regni, ac Luſitaniæ, & Galliæ, vt de reditibus ſuorum beneficiorum Eccleſiaſtici, qui prælati nõ ſint, teſtentur, & vt cõſanguinei ipſorũ perinde eis ab inteſtato ſuccedãt in eiuſmodi bonis, atque in alijs eorundem beneficiorum bonis, de qua diſput. 148. dictum eſt: dubiũ eſt, qualiter fructus beneficij eius anni, in quo beneficiarius moritur, aut relinquit, vel amittit beneficium, diuidendi ſint inter ipſum, hæredeſve, ipſius, & inter nouum in beneficio ſucceſsorem. Communior multo ſententia eſt, beneficiarium comparari vſufructuario, ac proinde fructus ex beneficio perceptos, vſque ad tempus ſuæ mortis, vel, in quo ex alia cauſa incipit ad ipſum non attinere, ſpectare ad ipſum, hæredeſve ipſius: reliquos verò fructus eiuſdem anni pertinere ad ſucceſsorem. Ita glo. c. ſi propter verb. primi anni, de reſcrip. lib. 6. & gloſsa cap. præſenti, verb. reſeruare, de off. ord. lib. 6. & gl. vlt. lib. 1. C, de annonis ciuilib. lib. 1. & doctores, quos citat Couar. 1. var. reſol. c. 15. nu. 12. & refert ac ſequitur Gigas de penſ. q. 53. nu. 1. Vnde iuxta hanc ſententiam erit dicendum, ſi beneficium, quoad fructus fuit locatum pro certo pretio, ſiue anticipata, ſiue poſtpoſita ſolutione talis pretij, tunc, ſi beneficiarius poſt collectos omnes fructus beneficij eius anni moriatur, integrum pretium eius locationis ad ipſum, hæredeſve ipſius, pertinere, & nihil ad ſucceſsorem in eo beneficio, ſiue ſolutum iam eſset defuncto pretium, ſiue non, ſed ad totum eſset adhuc à conductore ſoluendum, vel pars reſtaret ſoluẽda, iuxta l. defuncta. in prin. ff. de vſufr. Si verò beneficiarius moriatur, nullis adhuc fructibus eius beneficij perceptis, tunc, ſicut nihil eorum fructuum ad

A ipſum, hæredeſve ipſius ſpectaret, ſed omnes pertinerent ad ſucceſſorem in beneficio: ita totum pretium locationis (ſi illi ſucceſſor ſtare vellet) attineret ad ſucceſſorẽ, eſto ſolutio eius pretij, aut partis illius facta eſſet anticipata defuncto: de bonis enim illius eſſet reddenda. Si autem beneficiarius moriatur, collecta iã parte fructuum beneficij eius anni, tunc iuxta proportionem valoris eius partis collectæ ad partem non collectam, diuidendum eſſet pretium locationis inter ipſum & ſucceſſorẽ. Vt enim ex l. defuncta citata conſtat, & copioſè à nobis diſput. 368. explanatum eſt, ſemper penſio, pretiũve fructuum ſequitur fructus ipſos, ita vt ad eum pertineat tota, ad quem fructus pertinent integri, aut eo modo inter aliquos ſit diuidenda, quo inter eos diuidendi ſunt fructus. B

Hac tamen opinione non obſtante, mihi probatur opinio Couarr. nu. 12. citato. Auendanij reſp. 5. nu. 1. & Molinæ c. 11. citato. num. 4. quam ex parte aſſeruit Albericus, & quidam alij, quos Couarr. refert, ſequi attẽtarunt. Nempe ad beneficiarium defunctum, hæredeſve illius, ſpectare partẽ fructuum, pretijve locationis beneficij, pro rata tẽporis anni, in quo illud habuit ad tempus in quo deſijt illud habere, cõputando annum à natiuitate Domini, ad natiuitatem, vt in Hiſpanijs computatur conſentaneè ad ius canonicum infra citandum. Ratio autem eſt. Tum quia beneficiarius ſuo modo eſt dominus beneficij, & non vſufructuarius: tametſi in eo vſufructuario comparetur, quòd diſpoſitio de illo in tempus C poſt ſuam mortem, non ſpectet ad ipſum, ſed ipſo defuncto, vacet, prouiſioque illius ſpectet ad alium. Tum præcipuè quoniam fructus, reditusve beneficij, dantur propter officium & adminiſtrationem, & ſuſtinenda onera officij, ipſiuſq; beneficij, & in congruam ſuſtentationem beneficiarij: quare pro rata tẽporis, in quo prædeceſſor officiũ habuit, oneraq; ſuſtinuit, & ſuſtentari ex illo debuit, pertinent fructus illius ad ipſum non ſecus atque iuxta l. diuortio. ff. ſoluto matr. & alia iura, fructus dotis, qui marito dantur ad matrimonij onera ſuſtentanda, ſpectant vltimo anno ad maritum, pro rata partis eius anni, in qua onera matrimonij ſuſtinuit. Atque hæc ſententia in noſtro Conchenſi Epiſcopatu recepta eſt, fructus enim beneficij diuiduntur inter D anteceſſorem, & ſucceſſorem, pro rata partis anni, computati à natiuitate Domini, quo anteceſſor, beneficium obtinuit; & eodem modo credo receptam eſſe in reliquis Hiſpaniarum Epiſcopatibus; Molinaque vbi ſupra teſtatur, ſe vidiſſe illam receptam frequentiſſimè in forenſibus controuerſijs, eodemque modo ait ſolitos eſſe diuidi fructus commendarum ſancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcãtaræ, iuxta conſtitutiones ordinum earum militarium.

8 Quod ad eos attinet, qui penſiones in beneficijs Eccleſiaſticis habent, multi, quos Couar. vbi ſupra. nu. 13. refert, & Gigas de penſionib. q. 49. & 53. refert ac ſequitur, cõparandos exiſtimant vſufructuarijs, eo quòd ipſorum penſio, cum eorundẽ vita fi- E niatur, & conſolidetur cum beneficio: non ſecus atque vſusfructus cũ vita vſufructuarij finitur, & cõſolidatur cum proprietate. Vnde num. 53. citato infert Gigas, iuxta l. defuncta. ff. de vſufructu, dicendum eſſe; Si integri fructus beneficij eius anni ſint iam collecti, tẽpore, quo pẽſionarius moritur, etiãſi nondum aduenerit tẽpus, in quo penſio erat illi ſoluenda, ſoluendã eſſe hæredibus illius integram penſionem: Si verò nihil fructuum eius anni ſit collectum, quando ille moritur, etiamſi tẽpus ſolutionis penſionis aduenerit, imò eſto eſſet iam ei ſoluta, nihil illius ei deberi, aut hæredibus illius, ſed teneri illos de bonis defuncti, reſtituere quod acceperãt. Si autem pars fructuum eius anni erat collecta, & pars

reſtabat colligenda, ad illum, hæredesve illius, perti
nere ſolùm partem penſionis proportionatam fru-
ctibus collectis.

Dicendum tamen eſt cum Couar. ibidem con-
ſentaneè ad Auendannium, & ad Molinam, quod
de alijs beneficijs dictum eſt. Soluendam videlicet
pro rata partis anni, quam vixit, computati à natiui-
tate Domini. Quoniam licèt penſionarius, quoad
illud, quod Gigas commemorat, ſimilis vſufructua-
rio ſit, ſimpliciter tamen non eſt vſufructuarius, ne-
que hac in parte admetiendus eſt legibus, quæ de v-
ſufructuario latæ ſunt. Etenim penſio, non in fru-
ctibus beneficij eſt collocata, ſed in beneficio ipſo;
neque ſoluenda eſt pars fructuum, ſed certa pecu-
niæ quantitas, regulariter loquendo. Præterea pen-
ſio in alimenta penſionario eſt aſſignata: eaque de
cauſa pro rata temporis, quo uixerit, eſt ei ad eadem
alimenda ſoluenda. Atque ita in Hiſpanijs eſt con-
ſuetudine receptum, vt pro rata partis ultimi anni,
quam vixit, ei, hæredibusue ipſius, ſoluatur.

9 His ita explicatis, vt ad maioratus deueniamus.
In primis, quod de feudis eſt ſancitum, minimè cen
ſent eſſe accommodatum maioratibus Couar. vbi
ſup. num. 14. Molina, c. 11. citato, num. 10. & pleri-
que alij. Id quippe peculiariter in feudis, minime-
que conſentaneè cum recta ratione, & cum iure cõ-
muni, fuit à collectoribus feudorum ſancitum, ne-
que eſt ad alia accommodandum. Imò verò, vt plu-
rimi, quos Couarr. ibidem refert ac ſequitur, affir-
mant, neque in feudis eſt id ſeruandum, niſi ubi con
ſuetudine fuerit receptum: ſed potius, quòd fructus
percepti vſque ad mortem feudatarij, ad ipſum, hæ-
redesue ipſius, pertineant: qui uerò percepti nõ fue-
rint, attineant ad proprietarium, vt de uſufructua-
rio, atque emphyteuta dictum eſt: vnde textus ipſe,
vbi id in feudis eſt ſancitum, ſubiungit: quoſdã hoc
alio modo faciendum eſſe affirmare. Præterea id ſo
lùm habet locum, quando feudum ad proprietariũ
reuertitur: quando enim deuoluitur ad alium feuda
tarium, ſuccedentem iuxta inueſtituram, & iura feu
dorum in eo feudo, id locũ non habet, ſed vel, quod
de vſufructuario dictum eſt, vel potius, vt Couar. in
ca. ce. nume. 14. citati, & quidam, quos Acoſta in q.
de patruo & nepote, par. 3. num. 23. refert, nec repro
bat, & quos Molina vbi ſup. nume. 11. refert ac ſe-
quitur, affirmant, quòd fructus vltimi anni diuidan
tur inter defunctum & ſucceſſorem, pro rata partis
eius anni, quam defunctus uixit. Cum enim feudum
propter ſeruitium conferatur, atque in alimenta, æ-
quitas poſtulat, vt in vltimo anno defunctus, hære-
desve ipſius, pro rata temporis, quo ſeruiuit, fructus
feudi percipiat. Et eodem modo æquitas, propter
eandem rationem, poſtularet, vt fructus inter feuda
tarium, & propietarium, diuiderentur, quando feu-
dum ad proprietarium deuolueretur.

10 Quod ad fructus tempore mortis ultimi maiora-
tus poſſeſſoris, aut tempore delationis maioratus ex
quacunque alia cauſa, attinet, Hiſpani doctores in
duas partes diuiſi ſunt. Quidam arbitrantur, fructus
perceptos vſque ad punctum delationis maioratus,
attinere ad anteceſſorem; reliquos verò, nondum
perceptos, ad ſucceſſorem: ſicut quando finitur vſuſ
fructus, ſeu potius ſicut quando finitur fideicommiſ
ſum, tranſitque in fideicommiſſarium, vt ſupra di-
ctum eſt, iuxta. l. Herennius. 1. ff. de vſuris, & alia
iura: etenim maioratus, ſucceſſioque in illo, multũ
fideicommiſſo eſt ſimilis, vt diſpu. 577. & aliàs ſæpè
dictum eſt. Sententiam hanc amplectuntur Anton.
Gom. l. 40. Tauri, num. 74. Acoſta in q. de patruo &
nepote, par. 3. à nu. 13. & Gama deciſ. 318. nu. 6. &
fuſius deciſ. 350. referuntque Gama, & Acoſta ita
ſenatum Luſitanum iudicaſſe; & Molina vbi ſupra
nu. 11. refert, eodem modo etiam in hoc Caſtellæ re

A gno fuiſſe aliquando iudicatum. Couar. verò num.
14. citato, Molina, num. 11. citato, & Auendannius
reſponſo. 5. citato, potius cenſent, fructus maioratus
diuidendos vltimo anno eſſe inter anteceſſorem, &
ſucceſſorem, pro rata partis eius anni, in qua anteceſ
ſor maioratum obtinuit. Ratio autem eſt, quoniam
anteceſſor maioratus poſſeſſor verè fuit dominus re
rum maioratus, tam quoad vtile, quàm quoad dire-
ctum dominium, toto tempore, quo maioratum ob-
tinuit. Et quoniam maioratus datus, inſtitutusque
fuit, vt ex fructibus, reditibusue illius, poſſeſſor illius
ſuſtentaretur, ſplendoremque familiæ ea ſuſtenta-
tione, & fructibus, conſeruaret toto tempore, quo il
lum poſſideret, ſuſtineretque onera hæc & alia ip-
ſius maioratus: quare æquitas, inſtitutioque ipſa po
B ſtulat, vt pro rata temporis, quo maioratum quis ob
tinuerit, fructus percipiat: eo modo, quo de iure cõ-
muni maritus pro rata temporis, quo ſuſtinet matri-
monij onera, percipit fructus ex dote vxoris. Atque
hæc ſententia mihi probatur, iuxta quam Couar. &
Molina referunt iudicatum fuiſſe in Granatenſi prę
torio: eamque receptam in praxi video in hac ciuita
te Conchenſi, eodemque modo receptam eam arbi
tror in cæteris huius regni locis. Recipi etiam in Lu
ſitania deberet, tanquam rationi & æquitati magis
conſentanea. Neque eſt eadem ratio de hærede gra
uato, reſpectu fideicommiſſarij: nam fideicommiſ
ſum in gratiam fideicommiſſarij videtur relictum
à puncto, à quo iniũgitur, vt ei reſtituatur; vnde per
cipere debet omnes omnino fructus ex fideicommiſ
C ſo à puncto, quo fideicõmiſſum ei cedit: præſertim,
cùm hæres grauatus, ex diſpoſitione iuris, tanquam
ſuum proprium cõmodum detrahat quartam Tre-
bellianicam: maioratus verò æqualiter relinquitur
omnibus ſucceſsoribus ad effectum, ad quem in fa-
milia eſt inſtitutus: vnde æqualiter ſucceſsores fru-
ctus & emolumenta illius pro rata temporis, in quo
unuſquiſque eorum dominus ac poſſeſſor illius fue-
rit, debent percipere.

Dubium verò eſt, à quo die annus, in quo anteceſ 11
ſor maioratus poſſeſſor mortuus eſt, aut ex alia cau
ſa maioratus eſt ad ſucceſſorem delatus, ſit numerã-
dus, vt pro rata partis eius anni, in qua anteceſſor il-
lũ poſſedit, ad ipſum, aut ad hæredes ipſius, attineat
æqualis pars proportionalis fructuum maioratus e-
D ius anni. Molina vbi ſup. nume. 18. relatis alijs opi-
nionibus, ait, ſi res maioratus locatæ ſint, annum cõ
putari, quoad res ita locatas, à puncto anni, quo in-
cepit is locationis contractus. Si verò res locatæ nõ
ſint, aut quoad eam partem rerum maioratus, quæ
locatæ non fuerint, diſtinguit. Si enim, inquit, res
eius qualitatis ſint, vt earum fructus; vel penſiones,
toto fermè anno indifferenter percipiantur, annus
erit computandus à die natiuitatis Domini. Quia
annus ſimpliciter ſumptus, iuxta ſtylum Romanæ
Curiæ ſic ſemper computandus eſt ex extrauag. 1.
§. nos de omnipotentis, & ex extrauag. quemadmo-
dum. de pœnit. & remiſs. inter communes, conſtat,
& affirmant gloſ. vlt. in extrauag. 1. de cenſib. inter
E communes & deciſio rotę. 50. in nouis, atque in hoc
regno Caſtellæ Ioannes eius nominis primus, refe-
rente Greg Lop. l. 54. titu. 18. p. 3. glo. 3. precepit ab
eodem die annum computari, & idem in Luſitania
ſtatuit Ioannes etiam primus, vt habetur. 4. lib. ord.
tit. 51. Obſerua tamen, in literis apoſtolicis annum
à die incarnationis ſolere ſupputari. Lege verò cir-
ca variam anni ſupputationem Couar. 1. var. reſol.
cap. 12. nume. 1. Si verò, ait Molina res maioratus
eius qualitatis ſint, vt earum fructus certo anni tem-
pore percipiantur, tunc ex eo tempore, quo percipi
ſolent, aut quo veteres eiuſmodi fructus percepti
ſunt, ſolet computari ſequens annus. Vnde, ſi redi-
tus ſint tritici, aut hordei, annus incipit à feſto Aſ-
ſum-

ſumptionis Beatæ Virginis, hoc eſt, à decima quinta die Auguſti. Si verò ſint vini, incipit à feſto ſancti Michaelis menſis Septembris. Si autem ſint ex fructibus pecudum, aut armẽtorum, incipit à die S. Petri menſis Iunij. Quòd ſi ſint ex oleo, incipit à prima die Ianuarij. Atq; ſcio, iuxta hanc Molinæ opinionem factam fuiſſe diuiſionem fructuum quorundam maioratuum inter anteceſſores & ſucceſsores in hac ciuitate Conchenſi. Sed certè hæc varietas annorum comparatione diuerſorum fructuum eiuſdem maioratus, non eſt ſatis rationi conſentanea, neque æqualis comparatione anterioris & poſterioris ſucceſsoris in maioratu; introductaque videtur in fauorem anteceſsoris defuncti, vt reſtituere non teneatur partem fructuum integrè perceptorum, & nihilominus habeat partem in fructibus, qui nondum fuerint percepti: tametſi, quia nouus ſucceſsor ſimiliter eſt futurus anteceſsor comparatione alterius, qui morte ipſius ſequetur in eodem maioratu, æqualis ea ratione ſit omnibus ſucceſsoribus. Rationabiliorem verò diuiſionem exiſtimarem, ſi annus, quoad omnes vniuerſitatis fructus, ſupputaretur à natiuitate Domini præcedente in ſequentem natiuitatem, & diuiderentur inter anteceſsorem, & ſucceſsorem, pro rata partis eius anni, qua is maioratus ad vnumquenque eorum pertinuit, vt in beneficijs Eccleſiaſticis fit. Illud eſt obſeruandum, ſi fructus eius ſint conditionis, vt non ſingulis annis, ſed de biennio in biennium aut alio longiori tempore colligantur, tunc eiuſmodi fructus diuidendos eſſe inter anteceſsorem, & ſucceſsorem, pro rata partis totius eius temporis, in qua anteceſsor maioratũ obtinuit. Illud etiam eſt obſeruandum; quæ dicta ſunt, ſimiliter habere locum in diuiſione fructuum coronæ regni inter anteceſsorem, & ſucceſsorem, in regno: cum regnum maioratus ſit, & in eo ſuccedatur iure ſanguinis, & non iure hæreditario, vt diſp. 626. aduerſus Emmanuelem Acoſta, & Aluar. Valaſ. oſtenſum eſt.

12 Dubium eſt, ad quem ſpectent pęnæ fiſcales, quãdo delictum commiſsum eſt tempore anteceſsoris, & condemnatio, aut exequutio pœnæ, facta eſt tempore poſterioris. Molina, vbi ſup. nu. 19. refert multorum ſententiam, qui affirmant, quando delictum commiſsum eſt tempore anteceſsoris, pœnam ad anteceſsorem ſpectare, etiamſi ſententia feratur, aut fiat exequutio, tempore poſterioris. Ratio eorum eſt, quoniã eo ipſo, quod delictum fuit commiſſum fiſcus comparauit ius ad pęnam fiſcalem ex eo delicto, ac proinde ſpectat ad eum, qui dominus erat tunc maioratus, cuius eſt ille fiſcus, & cuius, ratione dominij iuriſdictionis, ſunt veluti fructus pęnæ illæ fiſcales. Et idem dicendum eſt de Epiſcopo, ad cuius cameram tunc ſpectabant pœnæ fiſcales ex eo delicto, quando ſede vacante, aut tempore ſucceſſoris, lata eſt ſententia condemnatoria, aut facta eſt exequutio pœnæ.

Deinde num. 20. refert multorum aliorum ſentẽtiam, qui affirmant, ſi pęna ipſo iure fuit incurſa ob delictũ tempore anteceſſoris commiſſum, ad anteceſſorem ſpectare eam pęnam, eſto ſententia feratur, aut exequutio fiat, tempore ſucceſſoris. Ratio eorum eſt, quoniam, quando pęna ipſo iure eſt ſtatuta, ſtatim, commiſſo delicto, comparat fiſcus ius in re comparatione illius, ac proinde pertinet ad eum, cuius tunc erat fiſcus. Si verò pœna non erat ipſo iure ſtatuta, tunc, eſto delictum commiſſum fuerit tempore anteceſſoris, non ſpectat ad eum niſi tempore illius lata ſit ſententia. Ratio autem eorum eſt, quoniam pœna ita ſtatuta, non debetur ante latam ſententiam, neque ante ſententiam eſt ius ad illam, ac proinde non habet rationem fructus maioratus, aut iuriſdictionis, iam percepti, ſed ſolùm veluti ſemi-

A nati terræque mandati. Si autem tempore anteceſſoris lata fuit ſententia, tunc, eſto exequutio fiat tempore ſucceſſoris, pertinet pęna ad anteceſſorem: eò quòd per ſententiam comparauerit ius in re, atque perfectum, comparatione talis pœnæ. Baldus relatus à Molina vbi ſup. nume. 23. voluit, ſi concluſum fuit in cauſa tempore anteceſsoris, eſto ſententia feratur tempore ſucceſsoris, ſpectare pœnam ad anteceſsorem. Subiungit verò Molina, dubitari poſse de veritate huius dicti Baldi. Quòd ſi ſententia lata fuit tempore anteceſsoris, eſto ab ea ſit appellatum, & confirmata ſit ſententia tempore ſucceſsoris, pœna ſpectat ad anteceſsorẽ, vt Boerius, Carolus Molinæus, & Alexander, à Molina ibid. num. 14. relati, affirmant. Subiungit verò Molina, id hodie deciB ſum eſse lege regia lata in comitijs Pincianis ann. 1548. cap. 86. tametſi ea lex appoſita non ſit in noua collectione legum: ea quippe lege ſancitũ fuit, quando pœna, aut pars pęnæ, applicatur iudici, qui ſententiam tulit, deberi eam pęnam iudici, qui in prima inſtantia ſententiam tulit, eſto ab ea ſit appellatum, & confirmetur poſtea per iudicem ſuperiorem.

Molina vbi ſupra. nu. 25. addit, ſequentia verba. Quamuis hæc omnia in vſufructuario, ſeu in emptore, vel donatario, fructuum iuriſdictionis, vera ſint: in caſu tamen, de quo agimus, dubia mihi videntur. Imò proculdubio exiſtimamus, quòd ſi in eo anno, quo vltimus maioratus poſseſsor mortuus fuit, cauſa deciſa fuerit, pęna fiſcalis pro rata inter hæredes vltimi maioratus poſseſsoris, & ſequentem ſucceſsoC rem, diuidenda ſit. Cum enim pęnæ fiſcales fructus iuriſdictionis eſse dicantur; conſequẽs eſt, vt idem, quod in alijs fructibus paulo ante reſoluimus, ſit dicendum. Ideoque cauti eſse debent vltimi maioratus poſseſsoris hæredes, vt infra annum liteſeiuſmodi decidi curent: ſi enim poſt annum decidantur, nihil ſibi ex pęnis fiſcalibus adijciendum erit: niſi malitioſè harum litium deciſio poſt annum lapſum retardata fuerit: id namque, quòd in fraudem hæredum factũ fuit, eis nullo pacto nocere poterit. Quæ omnia in pœna, quæ non ipſo iure irrogatur, intelligẽda ſunt. Si enim pęna fiſcalis ipſo iure incurſa fuerit, inter hæredes vltimi maioratus poſſeſsoris, & eiuſdem ſucceſsorem, pro rata diuidi debet, etiamſi poſt annum ſententia declaratoria proferatur; dum D modò vltimo anno delictum commiſsum fuerit: cũ enim pœna ipſo iure incurratur, non eſt conſiderandum tempus condemnationis, ſed tempus delicti, prout paulò ante oſtenſum eſt. Ex quibus decidi poterit, quid dicendum ſit, quando ſententia tempore vltimi maioratus poſseſsoris lata fuit, & tẽpore ſequentis ſucceſsoris exequutioni mãdata. Si enim vltimo anno ſententia lata fuit, pœna fiſcalis inter vltimi poſseſsoris maioratus hæredes, & ſequentẽ ſucceſſorem, diuidenda erit, non habita exequutionis ratione. Non enim in his exequutio, ſed condemnatio, conſideratur, vt ſuperius oſtenſum eſt. Quæ omnia, retenta ea opinione, quòd ſcilicet fructus vltimi anni inter hæredes vltimi maioratus poſE ſeſsoris, & ſequentem ſucceſsorem, diuidendi ſint, quam ſuperius tanquam probabiliorem elegimus, vera eſse videntur. Hæc Molina de verbo ad verbum.

Ego autem, inhærendo his eiſdem principijs, iuxta hactenus dicta tota hac diſputatione, longè aliter hæc definienda cenſeo. Quod vt intelligatur, obſeruo. Eo ipſo, quod delictum eſt commiſsum, pro quo pœna fiſco applicata, eſt impoſita, ſi pęna ipſo iure, aut ipſo facto, non ſit impoſita, comparare fiſcum, non quidem ius in re, ſed ius ad rem comparatione eius pęnæ; ac proinde pęnam illam habere iam tunc rationem fructus fiſci, ſeu dominij iuriſdictionis, non quidem iam percepti, ſed quaſi ſeminati,

ti,ac terræ mandati, vt dicebant autores ſecũdæ ſententiæ ſupra relatæ: in quo autores primæ & ſecũdę ſententiæ conueniunt, neque ab eis Molina hac in parte diſſidet. Ratione enim eius iuris ad rem à fiſco comparati ad eam pœnam, ea pœna eſt iam veluti fructus fiſci, non perceptus, neque ad maturitatem perductus, ſed quaſi ſeminatus, ac terræ mandatus, fiſcoque illo imperfecto modo iam debitus, & quaſi annexus, & adhærens. Obſeruo deinde, ſiue pœna fiſcalis ſit ipſo iure ſtatuta, ſiue non, nondum habere rationem fructus percepti, ſed percipiendi, dependenter ex eo, quòd ſententia condemnatoria feratur, & exequutioni ea ſententia mandetur: ante ſententiam enim exequutioni mandatam, pœna fiſcalis non habet rationem fructus ex fiſco & iuriſdictione percepti, ſed adhuc percipiendi: imò ante ſententiam exequutioni mandatam, non comparat fiſcus, aut princeps ratione fiſci, ac iuriſdictionis temporalis, dominium eius pœnæ, ſed ſolum ius ad illã, aut in illa, perfectius, aut minus perfectum, liciteque delinquens, eam retinet, vt ſuam adhuc, etiam poſt latam ſententiã, interim dũ non exigitur, & ſentẽtia exequutioni non mandatur, vt diſput. *66.* & diſput. *95.* dictum eſt, poteſtque illam præſcribere aduerſus fiſcum, cum ſcientia, quòd ita debeatur, & quòd lata ſit ſententia condemnatoria, vt eiſdem diſputationibus dictum, oſtenſumque eſt. Quarè, vſque ad exequutionem ſententiæ, pęna fiſcalis non habet rationem fructus ex iuriſdictione percepti, ſed pendẽtis, maturi tamen, & apti omnino ad collectionem, ſi lata ſit iam vltima ſentẽtia condemnatoria, ſolaque deſit exequutio; vel magis, aut minus, elõgati à maturitate & perceptione ante latam ſententiam, prout ſolum fiſcus acquiſierit ius ad rem comparatione talis pœnæ, vel ius in re, & prout plus, aut minus, diſtet ſententia condemnatoria.

His ita conſtitutis, vt rem latius definiamus, dicẽdum eſt. Si agamus de hærede grauato reſtituere dominium iuriſdictonis comparatione fideicommiſſarij, de emptore, aut vſufructuario (qui non ſit maritus comparatione dotis vxoris) eiuſdem dominij iuriſdictionis, tunc à puncto ceſſionis fideicommiſſi, emptionis celebratæ, ac finiti vſusfructus, pęnas omnes fiſcales ob delictum anteà commiſsũ, quæ mandatæ non fuerint exequutioni, pertinere ad fideicõmiſſarium, ad emptorem, atque ad dominum directum, & non ad vſufructuarium, tanquam fructus ex iuriſdictione adhuc pendentes, minimeque perceptos; quos omnes attinere ad fideicommiſſarium, ad emptorem perfecta venditione, & ad dominum directum finito vſufructu, in principio huius diſputationis eſt comprobatum. Quòd verò attinet ad poſſeſſorem maioratus, comparatione ſucceſſoris, ad Epiſcopum, comparatione ſucceſſoris, aut in hoc regno comparatione cameræ Apoſtolicæ tempore ſedis vacantis, & ad maritum vſufructuarium tempore conſtantis matrimonij, comparatione maioratus vxoris, aut alterius illius iuriſdictionis, dicẽdum eſt. Si delictum commiſſum ſit poſt feſtum natiuitatis Domini eius anni, in quo iuriſdictio deuoluitur ad alium, aut in marito poſt vltimum annum matrimonij à die, quo ſupra dictum eſt, ſupputari debere, atque intra eundem annum feratur ſententia, & pęna exequutioni mandetur, tunc eam pœnam annumerandam eſſe cum reliquis fructibus eius integri anni eius maioratus, Epiſcopatus, aut dotis vxoris, atque omnes eos fructus diuidendos eſſe inter anteceſſorem, & ſucceſſorem, aut inter maritum, vel hæredes mariti, & vxorem, vel hæredes vxoris, pro rata pártis eius anni, in quo anteceſſor obtinuit maioratum, vel Epiſcopatum, aut in quo perſeuerauerit matrimonium, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt. Si verò delictum fuit commiſſum ante eum annũ, ſed exe-
A quutio pœnæ fiſcalis facta fuit in eo anno, vel poſt eum annum, vel delictum commiſſum fuit in eo anno ante mortem anteceſſoris, vel ante matrimoniũ diſſolutum, & pœna mandata eſt exequutioni poſt eum annum, tunc de eiuſmodi pœna fiſcali idem dicendum eſt, quod de alijs fructibus maioratus, Epiſcopatus, aut dotis, qui non percipiuntur ſingulis annis, ſed longiori tempore: atque iuxta proportionem temporis, à commiſſo delicto, in quo anteceſſor obtinuit maioratus, vel Epiſcopatũ, aut perſeuerauit matrimonium, ad reliquum tempus, vſque ad eam pœnam mandatam exequutioni, perceptum ve fructum eius pœnæ fiſcalis, diuidi ea pœna debet inter anteceſſorem, & ſucceſſorem aut inter maritum, vel hæredes mariti, & vxorẽ, vel hæredes vxo-
B ris. Atque eo mõ diuidi, diſſoluto matrimonio, debet pœna fiſcalis maioratus, tam mariti, quàm vxoris, in hoc Caſtellæ regno, & in Luſitania, ad effectum, vt pars pœnæ proportionalis, qui reſpondet tempore conſtantis matrimonij, pertineat ad bona ſuperlucrata, diudenda inter virum & vxorem. Lex verò in comitijs Pincianis lata, quam ſupra ex Molina retulimus, nihil cum noſtra ſententia hactenus explicata pugnat: illa enim non loquitur de pęna fiſcali, ſed de pęna, aut parte pęnę, applicata iudici ferenti ſententiam condemnatoriam de crimine: quæ ſanè meritò applicatur iudici, qui in prima inſtantia ſententiam tulit, eſto ab illa ſit appellatũ, & poſteà approbata ſit per iudicem, aut iudices ſuperiores. Hæc ſunt, quæ ex natura rei, de iuriſque rigore, mi-
C hi dicenda videntur. Si verò alicubi contrarium ſit receptum, expendendum erit, num in eo loco conſuetudo ſit præſcripta, cui ſit ſtandum.

DISPVT. *636.*

Dominium, & poſſeſsio, tam ciuilis, quàm naturalis, delato maioratu, iure Caſtellæ ad ſequentem ſucceſſorem, ipſo iure, abſque vllo prorſus actu, tranſit.

SVMMARIVM.

1 *Maioratu delato, continuò tranſit ipſo iure abſq; alia*
D *apprehenſione dominium, & poſſeſſio, tam ciuilis, quam naturalis, rerum omnium maioratus ad immediatè ad eum uocatum, eſto alius poßeſſionem apprehenderit.*

2 *Qui ita comparat poſſeſſionem ciuilem ac naturalem, nõ poteſt autoritate propria expellere alium à tenuta & inſiſtentia in rebus maioratus. Si item tempore anteceſſoris alius acquiſierat poſſeſſionem rerum aliquarum maioratus, quàm prædeceſſor amiſerat, poſſeſſio earum rerum non tranſit in ſucceſſorem.*

3 *Poſſeſſio, quam ita comparat maioratus ſucceſſor, non eſt ficta, ſed uera, habetque effectus omnes poſſeſſionis.*

E 4 *Poſſeſſio, etiam iurium incorporalium, tranſit in immediatè uocatum, etiam in uentrem, hoc eſt, in illum dum eſt in utero matris: & tranſit eiuſdem rationis cum ea, quæ erat in prædeceſſore, ſed alia numero.*

5 *Prædicta omnia habent locum, etiamſi maioratus ex peculiari Regis facultate inſtituti nõ ſint, & etiamſi ſint capellæ, anniuerſaria, & alia in maioratuũ modum inſtituta.*

6 *Maioratibus Luſitanis prædicta non competunt.*

HOc quoque ad ſucceſſionem in maioratu ſpectat: eaque de cauſa eſt hoc loco explanãdum. 1
Vt in calce diſpatationis 3. & diſputationis 12. dictum

ctum eſt, de iure huius regni.l.45. Tauri, quæ eſt.l. 8.titu.7.lib.5.nouæ collect. eſt ſancitum, vt mortuo vltimo maioratus poſſeſſore (idem intelligendũ eſt, delato maioratu ex quacunque alia cauſa, cũ ſit par ratio) continuò, abſque vllo actu, vi diſpoſitionis eius legis, ipſo iure tranſeat poſſeſſio, tam ciuilis, quã naturalis, rerum omnium eius maioratus, in immediatum, iuxta eius maioratus inſtitutionem, ſucceſſorem, eſto alius in vita anteceſſoris apprehenderit earum rerum poſſeſſionem, aut anteceſſor eã illi tradiderit. Cum autem, exiſtente in aliquo legitimo titulo ad dominium rei alicuius comparandum, continuò, atque is poſſeſſionem eius rei acquirit, comparet etiam eiuſdem rei dominium, vtique ex eadem lege conſtat, non ſolum tranſire in ſequentem ſucceſſorem ipſo iure poſſeſſionem ciuilem, & naturalem, ſed etiam dominium. Verba legis.45.hæc ſunt. *Mãdamos, que las coſas, que ſon de mayorazgo, agora ſean villas, o fortalezas, o de otra qualquier calidad que ſean, muerto el tenedor del mayorazgo luego, ſin otro acto de apprehenſion de poſſeſſion, ſe traſpaſſe la poſſeſſion ciuil, y natural, en el ſiguiente en grado, que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo, deuiere ſucceder en el, aunque aya otro tomado la poſſeſſion dellas en vida del tenedor del mayorazgo, o el muerto, o el dicho tenedor, le aya dado la poſſeſſion dellas.*

Quidam arbitrantur, legem hanc, quod attinet ad dominij tranſlationem, ſtatim, mortuo vltimo maioratus poſſeſſore, habuiſſe ortum ex.l.quoties, C.de donat. quæ ſub modo, quaſi ex ea lege colligatur, ſi aliquid alicui donatum ſit ſub modo, vt poſt tempus aliquod deueniat ad alium, ſtatim, tranſacto eo tempore, dominium illius, abſque aliqua traditione, tranſire ipſo iure in eum alium. Nos verò contrariũ oſtẽdimus diſp.3.citata. & fuſius diſp.265. Potiùs verò ex parte videtur habuiſſe originem ex,l.7.tit.4. par. 5.qua in hoc regno ſancitum eſt, in eo euentu, tũ dominium rei illius, tum etiam poſſeſſionem, tranſire in alium ipſo iure, abſque aliqua traditione, vt vtraque diſputatione, cum Roderico Xuarez, Greg. Lopex & Molina dictum, oſtẽſumque à nobis eſt. Lex verò hæc noſtra Tauri id vniuerſim in ſucceſſione in maioratibus ſtatuit, etiamſi vltima voluntate, aut quouis alio modo ſint inſtituti: ſtatuitque id, non ſolum de dominio, & poſſeſſione ciuili, ſed etiã de poſſeſſione naturali: preterea id ſtatuit, etiamſi poſſeſſio in morte, aut in vita, vltimi poſſeſſoris, in alium eſſet trãslata: quare longè amplior eſt hæc noſtra lex quoad maioratus, quam lex illa.7.quoad eam donationẽ ſub eo modo.

Lex.45. Tauri, ſtatuta multa Galliæ, & Italiæ, imitata videtur, de quibus diſpu.3.& 12.dictum eſt, quæ, vna cum rerum hæreditariarum dominio, etiã poſſeſſionem in hæredem abſque aliquo actu vero, vel ficto, ipſo iure eo ipſo tranſmittunt, quòd hæreditatem adit. Cæterum, vt cum Tiraquello Molina lib.3.de primog.cap.12.nume.14.ait, poſſeſſio illa ſolum eſt ciuilis, non verò naturalis: vi autem legis 45. Tauri etiam poſſeſſio naturalis rerum maioratus transfertur, vt perſpicuè ex ea conſtat. Præterea ſtatuta illa Galliæ, & Italiæ (excepto quodam Mediolanenſi, quod nullam pronunciat poſſeſſionem, quam poſt mortem eius, cui iure hæreditario eſt ſuccedendum, tertius aliquis ante hæreditatem aditam occupauerit) non transferunt in hæredem poſſeſſionem rei hæreditariæ ab alio occupatam ante mortẽ, vel poſt mortem eius, cui eſt ſuccedendum, vt cũ eodem Tiraquello & alijs, Molina vbi ſupra n.7.affirmat: lex vero.45. Tauri, poſſeſſionem rerũ maioratus, ſiue ante mortem vltimi poſſeſſoris, ſiue poſt, & ſiue autoritate eiuſdem vltimi poſſeſſoris, ſiue ſine illa, ab alio occupatam, trãsfert ipſo iure in legitimũ in eo maioratu ſucceſſorem, vt ex eadem leg. liquet.

A Obſeruat tamen ibi.num.12. Molina cum Baldo, Tiraquello, Greg. Lopez.l.7.titu.4. part.5. ver. *poſſeſſion*, & cum alijs, quos citat, etiamſi lex.45. Tauri poſſeſſionem ciuilem & naturalem transferat in legitimum ſucceſſorem, eſto ab alio ſit accepta: eum tamen legitimum ſucceſſorẽ, non poſſe ſua propria autoritate expellere ab ea tentione tertium illũ, qui poſſeſſionem rei, aut rerum maioratus habet occupatam: ſed teneri adire iudicem, & proponere interdictum, de quo diſputatione ſequenti erit ſermo, occupatamque habentem poſſeſſionem citare, iudiciſque autoritate eum expellere: non quidem à poſſeſſione ciuili, aut naturali; cum neutram is tertius habeat, ſed vtraque, vi leg.45. Tauri, tranſlata ſit in ipſum legitimum ſucceſſorem; neque eſſe poſſit ſimul B in vtroque ſubiecto; eo quòd non poſſint duo ſimul eandem rem in ſolidum poſſidere eodem modo: ſed à nuda tentione, & inſiſtentia in rebus illis: quæ tentio, & inſiſtentia, cum poſſeſſio non ſit, habere non poteſt effectus poſſeſsionis, de quibus diſputatio.16. dictum à nobis eſt: quare præſcribere eam rem, aut res, non poterit ea tentione, neque lucrari fructus earum, neque poterit alium poſſeſsionis effectum habere ex ijs, quos diſputatione citata explicauimus. Ita Molina vbi ſupra num.18.& Ant.Gom.leg.45. Tauri.num.17. 2

Item obſeruat bene Molina vbi ſupra nu.17.cum Tiraquello, quando vltimus maioratus poſſeſſor, tempore mortis, non habebat poſſeſsionem rei, aut rerum aliquarum, maioratus, vel ciuilem, vel natura C lem, ſed illa erat apud alium, non quidem tradita illi ab vltimo maioratus poſſeſſore, ſed aliunde, tunc eam poſſeſsionem, quæ illo modo erat apud alium tempore mortis vltimi poſſeſſoris, non tranſire in nouum ſucceſſorem, ſed manere apud eum, qui illam habebat: neque enim lex.45. Tauri intendit, aut poteſt, ſpoliare hunc tertium ea ſua poſſeſsione rei, aut rerum, maioratus: ſed de eiuſmodi poſſeſſione perinde eſt cenſendum, ac ſi non eſſet poſſeſsio rei maioratus.

Poſſeſſio ciuilis, vel naturalis; quæ abſq; vllo actu vero, vel ficto, ipſo iure transfertur, aut acquiritur, vi vnius, aut cuiuſuis alterius legis, vel ſtatuti, eſt vera & propria poſſeſſio, & non ficta, quicquid aliqñ dixerit Baldus in contrarium, habetque effectus ve- 3
D ræ ac propriæ poſſeſſionis. Etenim poſſeſſio ius quoddam eſt, quod vi legis poteſt concedi: & quãuis regulariter, ſtandoque in ſolo gentium iure, apprehenſione acquiratur; attamen pendet multum ex diſpoſitione iuris humani, qualiter acquiratur: quare ſicut ius humanum ſtatuere potuit actus fictos, quibus poſſeſſio compararetur, de quibus diſput.13.dictum eſt: ita ſtatuere poteſt, vt interdum, vi legis, qua id ſtatuit, acquiratur ipſo iure abſque vllo prorſus actu. Ita doctores, quos referunt ac ſequuntur Molina vbi ſupra, num.19. & Ant.Gom. l.45. Tauri, numer.11. Gutier. de pract. quæſtion. lib.2.q.87. à nu.7. & probat apertè. c.contingit de dolo & contu. vbi actor, in euentu illius capitis, ela- E pſo anno, vi eiuſdem capitis, ipſo iure verus poſſeſſor conſtituitur: ſic enim habent verba illius; *uerus conſtituatur, elapſo anno, poſſeſſor*.

Cum poſſeſsio ciuilis & naturalis rerum maioratus, tranſeat, mortuo priori poſſeſſore, ipſo iure, vi 4
legis.45. Tauri, in proxime ad eũ maioratũ vocatũ, conſtat nec momentum dari poſt mortẽ vltimi poſſeſſoris, in quo proxime ad eum vocatus non obtineat eam poſſeſſionem ciuilem, & naturalem, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & affirmat Molina vbi ſupra cum aliis, quos citat. Eſſe verò eiuſmodi poſſeſſionem ciuilem & naturalem, quæ tranſit in proximè vocatum, diſtinctam numero ab ea quæ erat in prædeceſſore eiuſdem maioratus poſſeſſore, tametſi eiuſ-

eiuſdem rationis & ſpeciei cum illa, ſi ille tempore A
mortis erat in poſſeſſione rerum maioratus, ex ſe eſt
notiſſimum: alioquin poſſeſſio eadem numero tran
ſiret de ſubiecto in ſubiectum, quod lex humana nō
poteſt efficere; idque affirmant Molina vbi ſup. nu-
mero 22. & Ant. Gom. l. 45. Tauri. num. 114. Tran-
ſit verò in proxime vocatum, non ſolum poſſeſſio
rerum corporearum maioratus, ſed etiam iuriũ in-
corporalium eiuſdem maioratus, quæ quaſi poſſeſ-
ſio à multis appellatur, vt diſputa. 2. 3. & 12. dictum
eſt, poteſtque appellari poſſeſſio latè vt ibidem di-
ctum etiam eſt. Quòd autem ea quoque poſſeſſio in
eum tranſeat, & ex ſe ſatis liquet, & affirmant Moli
na vbi ſup. nu. 23. & alij, quos refert. Quia verò poſ-
ſeſſio, de qua lege. 45. Tauri eſt ſermo, ipſo iure tran
ſit in proxime ad maioratum vocatum, abſque vllo B
ipſius, vel alterius, actu, conſequens eſt, vt tranſeat in
infantem, & in quoſcunque alios vſum rationis non
habentes, vel ignorantes, modo proximè ad maiora-
tum ſint vocati. Ita doctores, quos Molina vbi ſupra
nu. 24. & Ant. Gom. l. 45. Tauri. nu. 112. referunt ac
ſequuntur. Qua etiam ratione, vt ibidem Molina
ſubiungit, tranſit etiam in ventrem, hoc eſt, in ma-
trem prægnantem, ratione fœtus, quando fœtus, ſi
in lucem edatur, proximè vocatus eſt, iuxta. l. 1. & ſe
quentes, & ea quæ ibi doctores notant. ff. de ventre
in poſſ. mitt.

5 Dubium eſt, vtrum lex. 45. Tauri, quoad transla-
tionem ipſo iure poſſeſſionis ciuilis & naturalis bo-
norum maioratus in proximè ad eum maioratũ vo-
catum, intelligenda ſit ſolum de maioratibus regia C
facultate inſtitutis, an verò etiam de cæteris maiora-
tibus, qui ptopria autoritate, iuxta legum præſcriptũ
ac facultatem, inſtituuntur. Anto. Gom. l. 45. Tauri.
num. 116. & l. 40. num. 55. paucique alij, quos Moli-
na lib. 1. de primogen. c. 1. num. 26. & Gutier. lib. 2.
qq. pract. q. 86. referunt, cenſent, intelligendam eſſe
de ſolis maioratibus regia facultate inſtitutis. Ducũ-
tur, quoniam hi ſoli nomine maioratuum in hoc re
gno intelliguntur. Contraria tamen ſentẽtia eſt pro
culdubio affirmanda, nempe etiam de reliquis maio
ratibus, & anniuerſarijs, ſeu capellis, ſimilibusq; re-
bus, quæ in modum maioratus inſtituuntur, eſſe in-
telligendam. Ita affirmant Rodericus Xuarez alleg.
19. verſ. ſed omnia iſta, Couar. 3. var. reſ. ca. 5. nu. 6.
Padilla in Rub. C. de fideicommiſ. num. 9. Molina, D
lib. 1. de primogen. ca. 1. num. 25. & 26. & lib. 3. ca.
13. num. 62. Gutier. q. 86. citata, iuncta. q. 85. antece-
dente, & alij, quos Molina & Gutier. citant. Ratio
autem eſt, quoniam lex 45. Tauri de rebus maiora-
tuum indiſtinctè & vniuerſim loquitur: nomine au-
tem maioratuum in hoc Caſtellæ regno, etiam illi in
telliguntur, qui non ex peculiari facultate Regis in-
ſtituuntur: qui enim iuxta legum præſcriptum ex pri
uata autoritate inſtituuntur, vtique ex regia faculta-
te, tametſi non particulari, ſed omnibus communi,
inſtituũtur: facultas quippe legis, facultas eſt Regis,
qui eam legem tulit, vt bene Molina. nume. 25. cita-
to ait. Et quòd nomine maioratus, etiam illi in hoc
regno intelligantur, qui ſine peculiari Regis faculta E
te inſtituuntur, conſtat apertè. ex. l. 44. Tauri, quę ſic
habet. *El que hiziere mayorazgo, aunque ſea con auto-
ridad nueſtra, &c.* Cum enim hæc lex dicat, etiamſi
autoritate noſtra fiat, manifeſtè ſupponit, & affir-
mat, eum, qui ſine ea particulari autoritate fit, eſſe in
hoc regno, & dici maioratũ. Item lex. 8. (quę eſt. 45.
Tauri) & duæ ſequentes, tit. 7. lib. 5. nouæ collect. de
quibus diſputatione ſequenti erit ſermo, de eiſdem
maioratibus loquuntur, vt eſt perſpicuum: lex verò.
10. ſic habet. *Mandamos, que en los pleytos y negocios,
ſobre bienes de mayorazgo y vinculados, que conforme
a la ley paſſada, &c.* Vbi vides, pro eiſdem reputare
bona maioratuum, & bona vinculata, quocũq; mo-

A do vinculata ſint. Denique nomine maioratuum, in
hoc regno intelligi etiam eos, qui ſine peculiari Re-
gis facultate inſtituti ſunt, facile conſtat ex dictis di-
ſpu. 576. & 577. atque ex cæteris ſequentibus in to-
to hoc de maioratibus tractatu.

In Luſitania, neque dominium, neque poſſeſſio 6
ciuilis, aut naturalis tranſit ipſo iure, mortuo vltimo
poſſeſſore, in proximè ad maioratum vocatum, ſed
indiget apprehẽſione per actum verum, aut fictum.
Emmanuel Acoſta in. quæſt. de patruo & nepote
parte 3. numero 15. excipit maioratus eius regni de
bonis coronæ regni, in quibus contendit ex verbis
quibuſdam legis mentalis tranſire ipſo iure domi-
nium in proximè vocatum; non verò poſſeſſionem.
Ipſum legito.

B

DISPVT. 637.

De remedio poſſeſſorio, quod maioratus ſucceſſori ex l. 45. Tauri ſolet concedi pro conſequenda actuali tenuta rerum maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Quod ſummarium remedium in hoc regno conceda-
tur, & intra quantum tempus, aduerſus tenentem
occupata bona maioratus, ei, qui prætendit, ipſum eſ-
ſe legitimum in eis bonis ſucceſſorem, vt ille alius te*
C *nuta eorum bonorum ſpolietur. Neque poſtea contẽ
ditur, niſi de proprietate.*

2 *Maioratus qui ſe prætendit eſſe legitimum ſucceſſo
rem aduerſus tenentem bona maioratus, eamque te
nutam ei denegantem, vt intentare poſſit remedia
poſſeſſoria adipiſcendæ, retinendæ, ac recuperandæ
poſſeſſionis.*

3 *Succeſſor in maioratu, qui actualem poſſeſſionem ac-
ceperat, ſi ab alio deijciatur intuitu, quod deiector
ſit legitimus ſucceſſor, deiecto intra ſex menſes com
petit ſummarium remedium in ſupremo regia ſena
tu retinendæ poſſeſſionis, ſi ſolum ſit perturbatus, &
adhuc ciuilem retineat poſſeſſionem, & recuperãdæ,
ſi fuit omnino deiectus. Quod ſi non eo intuitu,
fuit deiectus, non competit ei id ſummarium*
D *remedium, ſed agit ſolum coram iudicibus ordi-
narijs.*

4 *Remedium ſummarium poſſeſſorium, de quo eſt ſer-
mo, admixtam habet cauſam proprietatis, neque ei
conceditur, qui non oſtenderit, ſe eſſe legitimum ſuc-
ceſſorem.*

5 *Idcirco aduersùs illud admittuntur exceptiones circa
proprietatem, modo intra tempus eius remedij pro-
bentur.*

6 *Appellari à ſententia circa poſſeſſionem nō poteſt de
iure communi: ſecus de iure Caſtellæ, habetq; ea ap-
pellatio effectum ſuſpenſiuum. Quando in poſſeſſione
admiſcetur cauſa proprietatis, habet de iure commu
ni locum appellatio, etiam quoad effectum ſuſpen-*
E *ſiuum. Remedium verò circa tenuta maioratus, ad-
mittit ſupplicationem, quoad effectum deuolutiuũ,
& non quoad ſuſpenſiuum.*

7 *Teſtes examinati circa cauſam tenutæ maioratus,
an iterum examinandi poſtea ſint in cauſa proprie-
tatis.*

8 *Sententia circa poſſeſſionem non parit exceptionem
rei iudicatæ circa proprietatem. Et quid quando in-
uoluitur cauſa proprietatis ſolum incidenter. Et lata
circa tenutam maioratus, eam non parit.*

9 *Res liberæ præſumũtur, & nō feudi, aut maioratus, et
ideo, qui cōtẽdit ad ſe deuolui tãquã liberas, & non
ad aliũ tanquã feudi, aut maioratus, mitti in poſſeſ-
ſionem debet, niſi contrarium in continẽti probetur.*

Maio-

10 *Maioratus vltimo poßeſſori ſi fœmina proximior in gradu ſit, & ceſſet repræſentatio, aliuſque contendat, maioratum ad ſe pertinere, quia illa excluditur, adiudicanda eſt fœminæ tenuta, niſi alius in continēti probet eam excludi.* A

11 *In poſſeſſionem maioratus eſt venter mittendus, quotieſcunque, ſi ex eo maſculus naſcatur, is ſuccedit, cū cautione præſtita à matre, quod ſi maſculus non naſcetur, reſtituet fructus, præter ventris alimenta, ſucceſsori.*

12 *Carbonianum edictum quod ſit, quodve priuilegium contineat comparatione impuberis, etiam dum in vētre matris eſt incluſus, latè explanatur.*

13 *Carboniannm edictum locum non habet in maioratibus huius regni. Et quando cauſa ſtatus in tempus pubertatis differenda.* B

1 HOc loco ſupponimus, quæ diſp. 16. de remedijs poſſeſſorijs dicta à nobis ſunt. Quod verò ad rem præſentem attinet; quamuis, vt diſputatione præcedente dictum eſt, mortuo vltimo maioratus poſſeſſore, aut ex quacunque alia cauſa delata ex illo maioratu, poſſeſſio, tam ciuilis, quàm naturalis, rerum maioratus, tranſeat ipſo iure, vi legis. 45. Tauri in legitimum in eo maioratu ſucceſſorem; quia tamen ſæpè euenit, vt alius, qui iniuſtè prætendit ſe eſſe eiuſdem maioratus legitimum ſucceſſorem, in detentione bonorū illius perſiſtat, eamque armis ac violentia defendat; neceſſarium fuit de opportunò remedio vero ac legitimo in eo maioratu ſucceſſori, prouidere, cuius C virtute, etiam tenutam, breuiter ac ſummariè conſequeretur, rixæq; tumultus, ſeditiones, ac cædes, quæ ex eiuſmodi contentionibus oriri ſolent, euitarētur. Hac de cauſa ad exequutionem & declarationem legis. 45. Tauri, Carolus. V. in comitijs anno. 1543. Madritij celebratis, pragmaticam edidit; quæ eſt. l. 9. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. eaque ſtatuit, vt, mortuo maioratus poſſeſſore, ſi aliquis, tanquam legitimus in eo maioratu ſucceſsor, poſſeſſionem illius vſurpauerit, & alius poſteà ſuperueniat, qui dicat, ſe eſse legitimum in eo maioratu ſucceſsorem, ac proinde ad ipſum, vi legis. 45. Tauri, tranſijſſe dominiū & poſſeſſionem ciuilē ac naturalem eius maioratus, teneatur hic, intra ſex menſes ab ea poſſeſſione ab alio oc- D cupata, adire regium ſupremum ſenatum, & petere, vt ille alius à tenuta eijciatur, ac ſibi, tanquam legitimo ſucceſſori, tradatur: alioquin, ſi intra eos ſex mēſes id non petat, alius defenditur in poſſeſſione; ſolūque hic poterit de proprietate eius maioratus contēdere cum illo in eo regio prætorio ad quod ex cauſa ſpectabit. Quando verò, intra prædictos ſex menſes, hic ſupremum regium ſenatum adit. citato aduerſario, aliquando conceditur iudex, qui ſummariè de ea re cognoſcat, cauſamque inſtruat, præcepto ei impoſito, vt ſtatim, ac de cauſa cognoſcere cęperit, præſcribat vtrique litigantium ſpatium quinquaginta dierum, intra quòd dicant, probent, ac præſentent coram ipſo, quæ voluerint, neque vlla ratione is terminus prorogari valeat, & vt, cōcluſo ſummariè ne- E gotio intra id tempus, illud deferat ad ſupremum regium ſenatū, in quo videatur, nullaque admiſſa alia probatione, ſententia à ſenatu feratur, quis, tāquam legitimus in eo maioratu ſucceſſor, tenere eum debeat: & vt, quamuis ab ea ſententia ſupplicetur, mandetur nihilominus continuò, abſque vllo obſtaculò, exequutioni. Mandata tamen ſententia exequutioni, admittitur ſupplicatio, & præſcribitur litigantibus terminus ſolum quadraginta dierum, qui nulla ratione poſſit etiā prolongari, intra quem probent, & præſentent, quæ voluerint: eo verò tranſacto, iterum profertur ſententia. Quod ſi poſterior hæc ſententia confirmet pręcedentem, negotium remittitur

A ſtatim ad prætorium, ad quod attinebat, vt in eo ex profeſſo, minimeque ſummariè, litigetur de poſeſſione & de proprietate. Si verò prior ſententia reuocetur, hæc ſecunda ſentētia mandatur continuò exequutioni, eique maioratus tenuta reſtituitur, qui vi prioris ſententiæ fuerat ab ea ſpoliatus, cauſaque ſimiliter remittitur continuò ad prætorium, ad quòd attinet, examinanda ſimiliter denuo quoad poſſeſſionem & proprietatem. Quando autem ſupremum regium ſenatum iudicat neceſse non eſse mittere iudicem, qui cauſam examinet, ac præparet, ſenatus ipſe conſtituit ſimiliter litigantibus primum terminū quinquaginta dierum, in quo probent, & pręſentent ipſi ſenatui, quæ voluerint: & poſtea in gradu ſupplicationis præſcribit ſecundum quadraginta dierum, B eodemque modo profertur, & mandatur exequutioni, prima ſententia, & poſtea ſecūda, ſi à prima, exequutioni mandata, ſit ſupplicatum.

Lex. 9. citata Caroli quinti, ſic habet. *Mandamos, que quando alguno, o algunos, ocurrieren a nueſtro conſeio, ſobre pleytos y cauſas de mayorazgos, o ſobre el remedio de la ley paſſada (45. Tauri) pareciendo a los del nueſtro conſeio, que es caſo, en que ſe deue dar iuez, le den y en la comiſſon, que lleuare, le manden, que en comencando a entenderen el negocio, aſigne termino de cinquenta dias alas partes, por todos los terminos y plazos: el qual no ſe pueda prorogar, ni alargar, por ninguna manera, ni cauſa: dentro del qual los oyga: y las partes ante el digā, y aleguen, y preſenten los mayorazgos, y otros titulos y eſcrituras y probancas, que quiſieren. Y hecho y concluſo* C *el negocio detro de los cinquenta dias, ſin otra mas concluſio, ni proregacion para lo determinar, ſe trayga ante los del nueſtro conſeio, y traydo ſe vea y determine, luego, ſin que aya, ni den lugar a otra elegacion ni probanca, y la ſentencia, que en ello dieren, ſe execute ſin embargo de qualquier ſuplicacion, que dellas ſe interpuſiere, Y executada, ſe reciba la ſupplicacion, y ſe den otros. 40. dias: y no ſe puedan prorogar ni alargar: dentro de los quale pręſentem y prueuen las partes, lo que quiſierin, y vierē que les conuiene, para que en el dicho grado de ſupplicacion ſe vea y determine lo que fuere iuſticia. Y ſi la ſentencia fuere confirmatoria, ſe remita el negocio al Preſidente y oydores de la nueſtra audiencia, que hagan en el iuſticia. Y en caſo que la ſentencia, que fuere dada por los del nueſtro conſeio en el dicho grado de ſupplicion fuere reuoca-* D *toria, que la ſentencia de reuiſta ſea lleuada a pura y deuida execucion: y en cuyo fauor ſe diero, ſea pueſto en la tenencia delos bienes, del tal mayorazgo, ſin embargo, que la ſentencia de viſta aya ſido executada, y no quede otro remedio, ni recurſo alguno; y el pleyto ſe remita ala dicha nueſtra audiencia en poßeſſion y propriedad, dōde las partes ſigan ſu iuſticia. Y la miſma forma, y ordē ſuſo dicha, mandamos que ſe tenga y guarde, quando alos de nueſtro cōſeio pareciere que ſe deue conocer del tal negocio en el conſeio, y no embiar iuez para que en el ſe dē los dichos cinquēta dias de termino, ſin que ſe pueda prorogar mas, dentro del qual las partes digan y aleguen y prueuen y preſenten, lo que quiſieren: y luego ſe vea el dicho pleyto, y la ſentencia, que dieren, ſe execute, y executa-* E *da, ſi alguna de las partes ſupplicare, ſe guarde y cumpla la orden ſuſodicha. Y declaramos que lo que anſi fuere ſentenciado en nueſtro conſeio, y executado, ſea auido ſolamente por tenencia de bienes. Y en caſo que algun poſſeedor de mayorazgo falleciere, y el que pretende ſer llamado a el tal mayorazgo, tomo la poſſeſſion dell y eſtuuiere en ella por medio anno, y paſſado el dicho tiempo, otro viniere a el nueſtro conſeio pidiendola por virtud de la dicha ley de Toro, mandamos; que en tal caſo no ſe de iuez, ni ſe conozca del en el nueſtro conſeio, ſino que ſe remita ala dicha nueſtra audiencia.*

Poſtea verò Rex noſter Philippus Secundus anno 1560. tulit legem. 10. titu. 7. citati, lib. 5. nouæ collect. qua ſtatuit, vt prædicta omnia eodem modo ſeruaren-

narentur, hoc ſolò excepto. Quòd prædicta prima & ſecunda ſententia ſupremi regni ſenatus, intelligeretur, non ſolùm quoad tenutam, ſed etiam quo ad poſſeſſionem; & remiſſio cauſæ ad alia prętoria, fieret ſolùm, vt examinaretur, quoad ſolam proprietatem, & non quoad poſſeſſionem, niſi in conſequentiam proprietatis, Lex illa 10. ſic habet. *Mandamos, que en los pleytos y negocios ſobre bienes de mayorazgo, y bienes vinculados, en que conforme ala ley paſſada ſe conoce en el nueſtro conſejo, que determinados los tales negocios en viſta, y grado de reuiſta, en el nueſtro conſejo, la remiſſion ſe haga alas nueſtras audiencias, tan ſolamente quanto ala propriedad, y no anſi miſmo quanto ala poſſeſſion, como haſta aqui ſe ha hecho: de manera que la ſentencia, y determinacion del conſejo, ſea, y ſe entienda ſer en poſſeſſion: y que ſobre lo aſſi ſentenciado no aya, ni pueda auer, otro pleyto, y juyzcio de poſſeſſion: guardandoſe en todo lo demas todo lo contenido en la dicha ley: Lo qual ſe entienda y guarde en todos los negocios, que al preſente penden, y de aqui adelante pendieren en el nueſtro conſejo: excepto en aquellos que al tiempo de la data y publicacion deſta ley, eſtuuieren ya viſtos en el nueſtro conſejo, que en aquellos no ſe guarde ni entienda eſta ley y declaracion.*

2 Circa hæc eſt obſeruãdum, quòd, cum legitimus in maioratu ſucceſſor, mortuo vltimo poſſeſſore. vi legis 45. Tauri, ipſo iure verè conſequatur poſſeſſionem ciuilem & naturalem rerum maioratus, ſolet ex eadem lege Tauri, aduerſus res eas tenentes, intentare interdictum adipiſcendi eam tenutã; actualemve tentionem & apprehenſionem earum rerum, qua caret, & quæ eſt apud illum alium, eam petendo, vt ſibi tradatur, & alius de ea eijciatur. Cũ enim eiuſmodi tenuta & apprehenſio earum rerũ, quaſi perfectio & complemẽtum ſit naturalis poſſeſſionis earũdem rerum, vtique ſicut interdictum adipiſcendæ competit comparatione poſſeſſionis ciuilis, &, obtenta poſſeſſione ciuili, competit comparatione poſſeſſionis naturalis, vt ſatis ex ſe eſt perſpicuum, & Tiraquellus, ac alij, quos Molina lib. 3. de primog. c. 13. num. 2. refert ac ſequitur, affirmant, exemplo adhibito in hæredibus, qui ex ſtatutis Galliæ, & Italiæ comparatur ipſo iure poſſeſſionem rerum hæreditariarum eo ipſo, quòd hæreditatem adeunt, & competit eis interdictum adipiſcendæ comparatione poſſeſſionis naturalis, quàm nondum habent: ita ei, qui habet poſſeſſionem ciuilem & naturalem rei alicuius, aut rerum aliquarum, ſi careat earum tentione & apprehenſione, competit ei remedium adipiſcendæ poſſeſſionis quoad eã tentionem, tanquam quoad complementum & vltimam perfectionẽ integræ omnino ac perfectæ poſſeſſionis naturalis earundem rerum. Sic ei, qui poſſeſſionem ciuilem & naturalem rei alicuius comparauit per clauſulam conſtituti, qua prior legitimus eiuſdem rei poſſeſſor, ac tentor, ſe conſtituit nomine illius eam poſſidere, iuxta ea quę diſput. 13. dicta ſunt, competit interdictum adipiſcendæ tentionis atque apprehenſionis realis eiuſdem rei, quam ille alius adhuc retinet, nec vult tradere, vt cũ Tiraquello affirmat Molina vbi ſupra, nu. 4. Idem verò habet locum in re propoſita, cum ſit eadem prorſus ratio, vt idem Molina ibidem rectè aſſeuerat.

Addit ibidem Molina, nu. 6. cum pleriſque alijs, quos citat, eum, qui prætendit ſe eſſe legitimum in maioratu ſucceſſorem, non ſolum poſſe intentare interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis comparatione tenutæ, qua caret, ſed etiam poſſe ſeorſim intentare, aut etiam ſimul accumulare, remediũ retinendæ poſſeſſionis, quatenus, qui tenutam atque realẽ occupationem rerum maioratus ei denegat, ſibiq; retinet, eo ipſo quodãmodo eum perturbat in poſſeſſione naturali & ciuili, quam ipſo iure, morte vltimi eius maioratus poſſeſſoris, cõparauit: quin addit, poſſe ſimul accumulare interdictum recuperandæ poſſeſſionis, quatenus comparatione rei alicuius, aut rerum aliquarum, eiuſdem maioratus, poterit fortaſſe eſſe deturbatus, ac ſpoliatus, vel à poſſeſſione naturali, vel etiam à ciuili; vtileque interdum eſſe ait, omnia accumulare, maximè addendo clauſulam, quatenus ſibi neceſſarium fuerit, ſicque ait ſæpe vidiſſe actorem, qui ſe legitimum ſucceſſorẽ in maioratu aliquo prætendit, petere, vt ei actualis tenuta ac poſſeſſio bonorum maioratus cõferatur, ipſum tuendo ac defendendo, & reintegrando in ea, quatenus ſibi vtile ac neceſſarium fuerit. Ipſum legito.

3 Dubium eſt, ſi aliquis, vi legis 45. Tauri, mortuo vltimo maioratus poſſeſſore, tanquam legitimus in eo ſucceſſor, poſſeſsionem actualem illius apprehendat, &, poſt illam ita apprehenſam, ab alio deijciatur ab ea poſſeſsione, num competat ita deiecto remedium ſummarium in eo regio Senatu ex eadem lege 45. Tauri paulò antea explicatum, an non: ſed contendere debeat de recuperanda, aut retinenda, eadem poſseſsione, via ordinaria coram alijs competentibus de eadem re iudicibus. Ad hoc dicẽdum eſt cum Molina vbi ſupra, nu. 8. quamuis etiam non competat remedium adipiſcendæ poſſeſsionis; eò quòd, qui ſemel eam obtinuit, tali interdicto poſtea non gaudeat, vt diſput. 16. dictum eſt, ſi tamen ille alius eum à poſſeſsione turbauit, aut deiecit, eo intuitu, quòd ipſe eſſet legitimus in eo maioratu ſucceſsor; & intra ſex menſes, ab ita obtenta ab eo alio poſſeſsione, accedat ad ſupremum regium ſenatũ, competere ei remedium illud ſummarium quoad interdicta reſtituendæ, ſi ſolùm ſit turbatus, neque omnino deiectus à poſſeſsione, ſaltem ciuili, omnium, aut aliquorum eorum bonorum: atque etiam recuperandæ poſſeſsionis amiſſæ. Ratio autem eſt, quoniam accedit intra ſpatium ſex menſiũ lege 10. relata præſcriptum, vt ei ſubueniatur eo remedio ſummario. Et quoniam perſeuerat finalis ratio, ob quam id remedium iuxta id tempus conceſſum eſt; nempe, ne ita contendentes, vnus aduerſus alterũ, ſe eſſe legitimum eius maioratus ſucceſſorẽ, & occupantes, aut ſe inuicem eijcientes à poſſeſsione earum rerum, deueniant ad arma, & vt impediantur cædes, tumultus, ac ſeditiones. Quòd ſi, qui ita occupaſſet poſſeſsionem, alterumque ab illa turbaſſet, aut eieciſſet, non id feciſſet eo intuitu, quòd ipſe eſſet legitimus in eo maioratu ſucceſſor, ſed aliquo alio, tunc locum non haberet remedium ſummarium ex l. 45. Tauri: ſed eiectus contendere deberet via ordinaria coram iudicibus, ad quos alioquin ſpectaret, vt rectè Molina ibidem ſubiungit, ac obſeruat.

4 Obſeruat optimè Molina vbi ſupra, nu. 9. remedium hoc poſſeſſorium, quod ex l. 45. Tauri conceditur, eius eſſe qualitatis, & naturæ, vt admixtam habeat cauſam proprietatis, neque poſſit illud obtinere, niſi, qui prius oſtenderit, ſe eſſe legitimum in eo maioratu ſucceſſorem, Atque adeò ad ſe pertinere proprietatem. Sunt enim quædam interdicta poſſeſſoria eius naturæ & qualitatis, vt admixtam habeant cauſam proprietatis, de quibus eſt ſermo. l. 2. §. quædam. ff. de interdictis, cuius verba ſunt. *Quædam interdicta rei* (id eſt proprietatis) *proſequutionem continent.* Et paucis interiectis, additur. *Nam proprietatatis cauſam continet hoc interdictum.* Idẽ docetur. l. 3. §. hoc autẽ. ff. de itin. actuq; priu. & vtrobique, atque etiam alibi, id communiter tradunt doctores: de horum numero eſt interdictum quorum bonorum, de quo diſput. 16. eſt dictum. Cum enim competat hæredibus, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ad adipiſcendã poſſeſsionẽ bonorum, quę

tempo-

tẽpore mortis erant defuncti, ſanè, vt alicui, vi eius interdicti, poſſeſſio bonorum defuncti concedatur, oportet prius doceat, ſe eſſe legitimum eius defuncti hæredem ex teſtamento, aut ab inteſtato, atque adeò eo titulo ad ſe attinere proprietatem eorum bonorum, quorum poſſeſſionem petit. Id quòd manifeſtè habetur l. 1. C. quorum bonorum, cuius inter alia, hæc ſunt verba. *Interdicto quorum bonorum, non aliter poſſeſſor conſtitui poteris, quàm ſi te defuncti filium eſſe probaueris.* Hinc Baldus, Tiraquellus, & alij rectè affirmant, quamuis ſtatutis Galliæ, & Italiæ, hæres ipſo iure, hæreditate adita, comparet poſſeſſionem illius ciuilem, vt tamen de vnoquoque in particulari conſtet, eam comparaſſe, & in conſequentiam interdicto quorum bonorum poſſeſſio etiam naturalis ei tradatur, neceſſe eſſe, cum probare, ſe eſſe legitimum defuncti hæredem ex teſtamẽto, aut ab inteſtato. Hoc idem in re propoſita ſatis apertè colligitur ex l. 45. Tauri, quæ poſſeſſionem ciuilem, & naturalem ſtatuit ipſo iure trãſire in eum, *que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo deuiere ſucceder en el:* vt ergo quis vt talis in ea poſſeſſione defendatur, vel ad eam reſtituatur, aut etiam, in conſequentiam eius poſſeſſionis, tenuta, beneficio ac remedio eius legis, ei concedatur, neceſſe eſt prius ex maioratus inſtitutione, aut aliunde, ſufficienter probet, ſe eſſe ſucceſſorem immediatum in eo maioratu: atque ita in praxi eſſe receptum affirmat Molina vbi ſupra in calce, num. 11.

5 Hinc rectè Molina vbi ſuprà, nume. 12. cum pleriſque alijs, quos citat, primo intert. Tam in hoc interdicto, quam in quocunque alio adipiſcendæ, retinendæ, aut recuperãdæ poſſeſſionis, quod cauſam proprietatis admiſcet, admittẽdas eſſe aduerſus eũ, qui illud intentat, exceptiones cauſam proprietatis concernentes. Cùm enim eiuſmodi interdictum concedi illi non debeat quo ad poſſeſſionem, quantumcunque ſit priuilegiatus, niſi is perſpicuè doceat ad ſe attinere proprietatem, vtique quæcunque exceptiones ipſum excludunt à proprietate, impedimento illi ſunt, ne tali interdicto gaudeat. Atque hoc eſt, quod doctores intendunt, dum aiunt, in his interdictis poſſeſſorijs annexam habẽtibus cauſam proprietatis, quicquid proprietati detrahit, poſſeſſioni etiam detrahere. Conſentit Greg. Lopez. l. 7. titu. 4. part. 5. verb. *poſseſſion* & l. 2. titu. 14. par. 6. verb. *luego.* Id verò, quoad præſens interdictum ex l. 45. Tauri, quæ eſt l. 8. titul. 7. lib. 5. nouæ collectio. iuncta l. 9. & 10. ſequentibus, cum ſummarium ſit, intelligendum eſt, modo exceptiones, concernentes proprietatem, probentur in continenti: ſi enim altiorem requirant indaginem, non impediunt exequutionem huius interdicti, reſeruanturque examinandæ, ac probandę, quando de proprietate agetur: id quippe regulariter ſeruatur in quocunque ſummario iudicio. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell. l. ſi is à quo. ff. vt in poſſeſ. legat. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend. gloſ. l. 2. verb. quamuis. C. de edicto diui Adr. toll. & affirmat Greg. Lopez. duobus locis citatis, & Molina vbi ſupra, nu. 15. Qui rectè reprehẽdit Gregorium Lopez, quatenus ſubiungit, id ſaltem habere locũ, quando maioratus teſtamento fuit inſtitutus: neque enim vlla congrua reddi poteſt ratio, cur non idem ſit dicendum quando contractu fuit inſtitutus. Dicuntur verò huiuſmodi exceptiones in continenti probari, ſi intra terminũ à iure præſcriptum, vt ea inſtantia ac iudicium ſummarium finiatur, probentur, vt cũ Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. ſummariè, & cum pleriſque alijs, Molina ibid. nu. 16. affirmat. Qui tam ibi, quã c. 4. eiuſdem libri, nume. 44. rectè ait, in re propoſita exceptiones proprietatẽ cõcernentes, probari in cõtinenti, ſi probentur intra quinquaginta dies. l. 9. tit.

A 7. lib. 5. nouæ collectio. traditis, vt contendentes de maioratus poſseſsione probent, quæ voluerint.

Molina vbi ſupra nu. 17. ex eo, quòd interdictũ, de quo loquimur, ſit eius naturæ & qualitatis, vt admiſceat cauſam proprietatis, habere affirmat, quòd quamuis de iure communi regulariter non poſſit appellari à ſententia lata circa poſseſſionem, vt habetur l. vnica. C. ſi de moment. poſ. fuerit appell. idq; propterea quòd damnum breue illius ſententiæ recuperari poſſit dum litigabitur de proprietate; nihilominus poſſit appellari, ſeu ſupplicari, à ſententia lata circa poſſeſsionem maioratus, vt habetur l. 9. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. Vt enim ex Baldo & Tiraquello refert, quando interdictum admixtam habet cauſam proprietatis, appellari poteſt, etiam de iure 6

B communi, à ſententia lata circa poſseſsionem. Dictum verò eſt, regulariter de iure communi appellari non poſse à ſententia lata circa poſseſsionẽ: quoniam in regno Caſtellæ, vt Molina ibidem ſubiungit, admittitur appellatio à ſententia circa poſſeſſionem, etiamſi interdictum admixtam nõ habeat cauſam proprietatis: habetque ea appellatio, non ſolũ effectum deuolutiuum, ſed etiam ſuſpenſiuum, ita vt ſententia vim nõ habeat, nec mandari poſsit exequutioni, tradendo poſseſsionẽ ei, cui per eam ſententiam adiudicata ſit, interim dum à iudice ſuperiore non eſt confirmata. Atque interdictum circa poſſeſsionẽ maioratus, de quo loquimur, deuiat in hoc ab ea conſuetudine in hoc regno introducta contra l. vnicam. C. ſi de momen. poſ. fue. appell. Quamuis

C enim interdictum hoc admixtã habeat cauſam proprietatis, ſupplicatio tñ à ſententia iuxta illud circa poſseſsionem lata, non habet effectum ſuſpenſiuũ, ſed ſolum deuolutiuum: ſententia quippe exequutioni mandatur, nihil impediente ſupplicatione, vt l. 9. citata ſancitum eſt.

Molina vbi ſup. num. 20. cum alijs, quos citat, ait. Quãuis teſtes adhibiti in ſummario iudicio poſseſſionis, fidem poſteà non faciant in petitorio, ſeu in cauſa proprietatis, ſed ſint iterũ examinãdi, argum. c. veniens de teſtib. l. penul. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. (quod poſtea cum Butriaca & Alex. limitare videtur, niſi teſtes, parte citata, plenè ſint examinati) in re tamẽ propoſita, teſtes examinatos in lite ſumma- 7

D ria circa poſseſsionẽ maioratus, fidem poſtea facere in cauſa proprietatis, neque eſse iterũ examinãdos. Tũ quia cauſa hæc poſseſsionis ſimul admiſcet cauſam proprietatis. Tum etiam qm̃ teſtes exactè, citataq; parte, hac in cauſa examinantur. Addit tamen, ſe aliqñ vidiſse in cauſa ampliſſimi cuiuſdã maioratus, teſtes ſuper poſseſsionẽ ac tenutã ſemel examinatos, ex conſilio doctiſsimorũ aduocatorum fuiſſe iterum in cauſa proprietatis examinatos: quod, ſubiungit, ad maiorem cautelam fuiſse factum.

Numero 22. idẽ Molina cum Bart. & Iaſ. addit, quãuis ſñia circa poſseſsionem, etiãſi ſit vltima, aut ab ea non ſit appellatũ, regulariter non pariat exceptionẽ rei iudicatæ circa proprietatẽ, ſed integrũ ſit 8

E ita victo circa poſseſsionem intentare litem, quo ad proprietatẽ, nihilominus, qñ cauſa poſſeſſionis adiunctã habet cauſam proprietatis, parere exceptionẽ rei iudicatæ, nõ ſecus, ac ſi circa proprietatẽ fuiſſet lata. Tametſi nõ immeritò Alexander, à Molina ibidẽ relatus, id limitandũ cenſeat, qñ de proprietate principaliter tractatur ſimul cũ poſseſsione; non verò quando ſolùm incidẽter tractatur de proprietate. Ac, quicquid ſit de alijs cauſis, meritò Molina ibidem ſubiungit, in re propoſita, ſententiam circa poſseſsionem, non parere exceptionem rei iudicatæ circa proprietatem: cum apertè lege. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. nouæ collectio. ſancitum ſit, vt ea ſententia ſolum intelligatur de poſseſsione, integrumque re-

linquat contendere de proprietate: imò cauſa pro-
prietatis non ſpectat ad ſupremum Regium Sena-
tum, in quo remedium ſummarium circa poſſeſsio-
nem maioratus agitur, atque omnino definitur, ſed
ad alia prætoria, vt eiſdem iuribus ſtatuitur.

9 Capite 1. §. inter filiam, ſi de feudo defuncti con-
tent. meritò ſancitur, ſi, mortuo parente, relicta vni-
ca filia, contentio inter eam filiam, & remotiores
maſculos agnatos, circa prædium aliquod defuncti
oriatur; agnatis aſſerentibus, illud eſſe feudale, ac
proinde ipſos, & non filiam, in eo ſuccedere, con-
tra verò, filia aſſerente, eſſe allodiale, ſeu liberum,
ac proinde ad ſe, tanquam ad hæredem patris, atti-
nere; filiam mittendam, tuendamque eſſe in poſſeſ-
ſione eius prædij, tractandamque eſſe cauſam pro-
prietatis: quoniam res præſumuntur liberæ, niſi con
trarium probetur & conſentit communis doctorũ
ſententia, quam Molina lib. 3. de primogen. cap. 4.
num. 41. refert ac ſequitur. Qui iure optimo, nu. 42.
cum alijs, quos refert, ſubiungit, idem eſſe, ſi ſoror
ſuccedat fratri, & remotiores cognati ſimilem con-
trouerſiam moueant circa prædium aliquod defun-
cti. Rectè tamen cum alijs, quos refert, addit, ſi
remotiores agnati in continenti probent, id prædiũ
eſſe feudale, denegandam eſſe poſſeſſionẽ eius præ-
dij tali fœminæ, & tradendam eſſe agnatis remotio
ribus defuncto.

Hinc oritur dubium, ſi defuncto vltimo maiora-
10 tus poſſeſſore, filia, aut alia fœmina, ſit illi proxi-
mior in gradu, & agnatus maſculus remotior in gra
du contendat eum maioratum ad ſe pertinere; eò quod
ex illius inſtitutione fœmina excludatur, exiſtente
maſculo, num fœmina propinquior ſit mittenda in
poſſeſſionem, ſeu in tenutam illius, vt poſtea de pro
prietate contendatur. Reſpondetq; bene Molina.
cap. 4. citato. num. 44. & c. 13. num. 23. non eſse mit-
tendam in poſſeſsionem, ſeu in tenutam, ſed exami-
nandam eſse cauſam poſseſsionis permixtim cum
proprietate intra quinquaginta illos dies. l. 9. titul. 7.
lib. 5. nouæ collect. præſcriptos: ferendamq; eſse ſen
tentiam circa tenutam ac poſseſsionem in ſupremo
regio ſenatu, vt lege illa, & 10. ſequenti ſtatuitur. Si
enim intra id tempus remotior agnatus, ex inſtru-
mento inſtitutionis maioratus, aut aliunde, perſpi-
cuè valuerit probare, fœminam ab eo maioratu ex-
cludi, tunc, iuxta earum legum diſpoſitionem, dice-
tur in continenti id probaſſe, ac proinde ipſe, & nõ
fœmina propinquior, admittetur ad poſseſsionem
eius maioratus. Quòd ſi intra id tempus non potue-
rit id perſpicuè probare, cùm præſumptio ſit pro fœ-
mina propinquiore, eò quòd ex l. 40. Tauri, & ex
l. 2. tit. 15. par. 2. ea excludat maſculum remotiorem
in gradu, niſi contrarium ſtatuerit maioratus inſti-
tutor, vtique tunc ea fœmina mittenda erit in poſ-
ſeſsionem eius maioratus.

Dubium deinde eſt, ſi maioratus inſtitutio exclu-
11 dat omnino fœminas, num, ſi poſseſsor maioratus
ſine liberis maſculis decedat, cæterum relicta vxore
prægnante, venter mittendus ſit in poſseſsionem,
propter ſpem, & veriſimilitudinem, quòd filius na-
ſcetur: an nõ, ſed proximior maſculus in gradu, qui
iam eſt ſuperſtes, ſit in poſseſsionẽ mittẽdus. Auen-
danius reſponſione. 28. cenſet, facta diligenti inqui-
ſitione, an prægnãs ſit, & adhibitis poſtea cuſtodia,
& cautelis, de quibus l. 1. §. de inſpiciendo. ff. de ven
tre inſpiciendo, & l. 17. tit. 6. part. 6. neque ventrem,
neque proximiorem maſculum, eſse in poſseſsionẽ
mittendos, ſed conſtituendum eſse curatorem bo-
nis maioratus, interimque ſeruandum eſse maiora-
tum velut in ſequeſtro, quouſque exitus ventris
intelligatur: idque propter incertitudinem, an par-
tus, vel proximior alius, ſuccedet in eo maioratu: in-
terimq; ſuſtentandam eſse mulierem de bonis ma-

A ioratus, & quoad ea præcisè alimenta, ventrem mit-
tendum eſse in poſseſsionem, eſto ea mulier aliun-
de habeat vnde ſe ſuſtentare poſsit, iuxta l. 1. §. mu-
lier. l. curator, & l. cum venter. ff. de ventre in poſs.
mitt. Pelaez. verò de maioratib. par. 3. quæſtio. 2. af-
firmat ventrem eſse in poſseſsionem mittendũ, præ
ſtita tamen cautione, per mulierem, quòd ſi filiũ ma
ſculum non pepererit, reſtituet omnes fructus legi-
timo alteri ſucceſsori, argumento. l. C. de Carbon.
edic. & l. 1. ff. eodem titu. Exceptis tamen alimentis,
quibus alita fuerit, dum ventris euẽtus exſpectatur:
nam hos ſoluere non tenetur, niſi ſe finxiſset præ-
gnantem, vt conſtat. ff. de ventr. in poſ. mit. iuribus
citatis. Contrarium tamen affirmat hic autor, ſi vl-
timus maioratus poſseſsor, relinquat filiam, quæ à
B maioratu non excludatur, niſi ob maſculum eiuſdẽ
gradus, & relinquat vxorem prægnantem: aſseue-
rat enim, tunc eam filiam mittendam eſse in maio-
ratus poſseſsionem, donec vxor illa grauida pariat
filium: quoniam, ſi filiam pariet, ea excludetur ab il
la altera filia eiuſdem vltimi poſseſsoris maioratus,
vtpote ſenior. Gutier. verò de pract. qq. lib. 2. q. 87.
arbitratur in vtroque euentu, ventrẽ in poſseſsionẽ
maioratus eſse mittendum, præſtita cautione ſupra
dicta, & ſatis cõſentaneè ad hanc ſententiã loquun-
tur Molina lib. 3. de primog. c. 12. nu. 24. vt diſputa
tione præcedente relatum eſt, & Greg. Lopez. l. 3.
tit. 23. par. 4. gl. 1. Atque hæc ſententia mihi proba-
tur: quoniam fœtus ad effectum, vt in poſseſsionẽ
mittatur eorum bonorum, in quibus ſuccedet, ſi na
C ſcatur, & ad cætera, quæ ad ipſius commodum ſpe-
ctant, reputatur ac ſi eſset iam natus. l. qui in vtero.
ff. de ſtatu hom. & l. 3. tit. 23. par. 4. eaque de cauſa,
interim dum eſt dubium, an naſcetur, vel an naſce-
tur eius ſexus, vt ſuccedat, venter in poſseſsionem
mittitur, vt conſtat ex l. 1. §. ſed & ſi incertũ. §. qua-
re, & §. vlt. ff. de vent. in poſs. mitti.

Illud eſt obſeruandum, cum poſseſsio ex l. 45.
Tauri, tam ciuilis, quàm naturalis, nõ tranſeat, mor
tuo vltimo maioratus poſseſsore, niſi in legitimum
immediatum ſucceſsorem, atque poſseſsoriũ reme
dium ex ea. l. admixtam habeat cauſam proprieta-
tis, vtique aduerſus petentem tenutam ac poſseſsio
nẽ maioratus, admitti debet exceptio, quòd ſit ſpu-
rius, aut aliter illegitimus, & quæcunque alia, quæ
D eum oſtendant incapacem illius; modo, vt dictum
eſt, probentur intra tempus. l. 9. titul. 7. lib. 5. nouæ
collectionis, ad opponendum, & probandum præ-
ſcriptum. Ita Molina lib. 3. de primoge. c. 13. nu. 24.
& conſentiunt plerique alij, quos citat, reſque ex ſe
eſt ſatis perſpicua.

Dubium verò eſt, ſi is, cui ſpurium, aut aliter ille-
gitimũ eſse, obijcitur, impubes ſit, aut in matris ven
tre adhuc lateat, mittendus ſit in poſseſsionem, ma
ioratus, præſtita ſatiſdatione, aut, ea non præſtita,
mittendus ſit ſimul cum aduerſario in poſseſsionẽ
maioratus, & nihilominus differenda ſit cauſa illa
ſtatus perſonæ, ſeu illegitimitatis, in tempus, quo pu
bes fuerit, iuxta priuilegium Carboniani edicti.

E Vt quid circa hoc dubium dicendum ſit intelli-
gatur, obſeruandum eſt. Carbonianum edictum, 12
ſeu beneficium ac priuilegium à Carbone prætore
fuiſse introductum, eaque de cauſa Carbonianum
fuiſse nuncupatum. Id edictũ continet, ſi pater, aut
auus paternus, prætereat impuberem, ita vt, ratione
præteritionis, contra tabulas poſseſsio in hæredita-
te illius ei competat, & dum hæreditatem, illiuſque
poſseſsionem petit, illi obijciatur, non eſse filium
illius, aut non eſse legitimum, vel eſse mancipium,
eaq; de cauſa ab hæreditate, illiuſq; poſseſsione eſ-
ſe repellendũ; cõtinet, inquã vt iudex procedet tũc
ſummariè ad cognitionẽ eius obiectionis, ſeu exce-
ptionis cauſæve ſtatus illius, an ſcilicet non ſit eius

filius,

filius,vel ſit illegitimus,aut ſeruus: & quidẽ,ſi adhibita illa ſummaria & breui cognitione,certò & abſque vllo dubio cõperiat,rem ita habere, vt illi obijcitur,repellat eum ab hæreditate, & ab illius poſſeſſione,eamque tradat alijs legitimis hæredibus: ſi verò rem quouis modo dubiã reperiat, mittat in poſſeſſionem impuberem,aut ventrem, hoc eſt, matrẽ ratione fœtus, & differat cauſam ſtatus in tempus, quo ille ad pubertatem deueniet, præſtita cautione per impuberem,aut eius matrem, quòd ſi poſtea id probetur,quòd illi obijcitur, reſtituet hæreditatem cum fructibus,exceptis ſolis alimentis neceſſarijs talis impuberis,aut ventris: niſi mater ſe finxiſſet prægnantem: nam tunc etiam alimenta reſtituere teneretur,vt ſupra dictum eſt. Quòd ſi cautionem non præſtet, aduerſarius ſimul cum impubere, aut cum ventre, mittitur in poſſeſſionem eorum bonorum vſque ad tempus pubertatis talis impuberis. Atque hoc appellatur Carbonianum edictum.

Antequàm autẽ reliqua, quæ ad hoc Carbonianum edictum ſpectant, addamus, explanemus vnde hæc conſtent, atque comprobentur. Quòd hoc edictum,ſeu beneficium, competat impuberi à patre,aut ab auo paterno,præterito, cui ea ratione cõpetit contra tabulas,id eſt, contra teſtamentum,bonorum poſſeſſio,conſtat ex l.prima. §.non tantum. iuncto verſ.& generaliter. ex l.tertia.in princip. ff. de Carboniano edicto. Adde etiam legem.2.titul. 14.par.ſexta,quæ etiam exprimit, hoc edictum tantum competere, quo ad hæreditatem patris, aut aui paterni.

Quòd autem hoc edictum cõpetat, ſi ei obijciatur quæſtio de ſtatu, quoad aliquid eorum,quę commemorata ſunt, conſtat ex l. prima, in princip.§.ſi quis non.§.ſed & ſi quis.l.3.§.ſi quis liberet, & per totum titulum,ff.de Carbon.edict. Competit verò hoc edictum,quando ſeruitus obijcitur patri, aut adulteriũ matri,vt cauſa eius ſtatus differatur in tempus pubertatis filij, ſi id redundat in impedimentũ, quo minus filius eorum impubes, conſequatur hæreditatem patris, aut aui paterni, vt quia tali impuberi obijcitur eſſe mancipium, aut ſpurium,vel nõ eſſe filium,aut nepotem talis aui,vt conſtat ex §.ſed & ſi quis,citato,& ex l. Titia.ff.eo.tit. Secus autem ſi non redundet in tale impedimentum filij, vt habetur eadem l.Titia: tunc enim continuò cauſa ſtatus examinatur.

Quòd autem iudex tunc procedere debeat ſummariè ad cognitionem exceptionis ſtatus,habetur l. 1.in prin. ff.de Carbon.edi.l.7.tit.22.par.3.& aliàs ſæpè. Quòd verò,ſi comperiat, quod excipitur,& opponitur, certò & abſque vllo dubio eſſe verum, repellere debeat impuberem ab hæreditate & poſſeſſione illius,habetur l.3.§.cauſæ.ff.de Carbo.edicto,vbi additur, in qualicumque dubio mittendum eſſe impuberem in poſſeſſionem, & differẽdam eſſe cauſam in tempus pubertatis, & idẽ habetur l.2. C.eod.tit.& l.7.citata. Expendere tamen debet iudex ex circumſtantijs concurrentibus, an plus expediat impuberi, differri cauſam ſtatus in tempus pubertatis; an verò tunc ventilari,quia facilè expedietur in fauorem impuberis: & quia tunc facilius probabitur, quàm poſtea: & quia, probata tunc cauſa ſtatus,non erit illi neceſſe tradere cautionem, quam fortè non poterit præſtare, atque ita aduerſarius,ob eam cautionem non præſtitam, non mittetur ſimul cum impubere in poſſeſſionem eorum bonorum, euitabunturque alia damna,quæ inde poterunt oriri. Quod ſi comperiret expedire, vt tunc cauſa ſtatus examinetur,differẽda non eſt,ſed continuò eſt examinanda; alioquin differenda erit. Ita habetur l.3. §.duæ autem.ff.de Carb.edic.& l.7.titul.22. par.3. Idem cauſa ſtatus differri poteſt in tempus puberta-

A tis, ſi impubes ſolum contendat mitti in poſſeſſionem eorum bonorum: ſi verò contendat, ſibi etiam adiudicari tunc proprietatem omnium, aut aliquorum bonorum, differri nõ poteſt quæſtio ſtatus, ſed ſtatim debet integrè & perfectè examinari ac definiri. Ita habetur l.3.§.miſſum. ff.de Carb.edict. & l.2.tit.14.part.6.

Quòd verò venter,ſeu mater ratione fœtus,mitti ſimiliter debeat in poſſeſſionẽ, ac proinde gaudeat Carboniano, perinde atque impubes iam natus, ex ſe,& ex dictis ſupra, ſatis eſt perſpicuũ, & habetur, l.cum mater.ff.de Carbonian.edict. & l.7. titul.22. part.3.

Quòd verò impubes,aut mater,præſtare debeant prædictam cautionem, alioquin aduerſarius ſimul B cum impubere, aut cum ventre, mittetur in poſſeſſionem eorum bonorum vſque ad pubertatem, habetur l.1.C.de Carbo.edic.& l.1.§.1.ff.eod.titu.& alias ſæpe. Quando impubes non cauit,eaq; de cauſa aduerſarius eſt miſsus ſimul in poſſeſsionem eorum bonorum, quouſque curator bonis tradi debeat,vt exequatur circa illa,quæ neceſsaria ſunt, habetur l.ſed etſi is.§.1. & §.vltim. ff.de Carbon.edi. Quando aduerſarius ſimul eſt cohæres cum impubere, cui ſtatus cauſam obijcit, tunc, eſto impubes caueat, ſimul tamen cum eo mittitur aduerſarius in poſseſſionem eorum bonorum. Ita habetur l.ſed & ſi is,in prin.ff.de Carbon.edict. Id tamen intelligo, niſi aduerſarius partem ſuam accepiſset, in qua eſt indubitatus hæres,& de reliqua parte impuberis cõ- C tenderet: nam tunc, data ſatiſdatione ab impubere pro ea parte, de qua ſola eſt contentio, mittendus non eſset aduerſarius ſimul in poſseſsionem illius. Quando impubes non ſatiſdedit, eaque de cauſa ſimul cum eo miſsus eſt aduerſarius in poſseſsionem hæreditatis, tunc, adueniente pubertate, niſi qui fuerat impubes, ſatiſdet poſtquàm fuerit requiſitus, ipſoque non ſatiſdante, ſatiſdet aduerſarius, amittit, qui fuerat impubes, poſseſsionem, & traditur integra aduerſario: eaque de cauſa,qui fuerat impubes, deſinit eſse reus, & deinceps contendere debet de proprietate,non vt reus,ſed vt actor. Ita habetur l. de bonis.§.vlt.ff.de Carb.edic.

Impubes,interim dum eſt in poſseſsione hæreditatis, atque etiam venter, ali debent de eis bonis, ſi- D ue cauerint, ſiue non, & eſto poſteà vincantur, reſtituere non tenentur ea alimenta, ſed ſolùm reliquum hæreditatis cum fructibus. Et præſtari inde debent impuberi, etiam ſumptus pręceptoris,& reliqui, qui ad competentia ipſius alimenta, attenta qualitate perſonæ, & circumſtantijs concurrentibus, fuerint neceſsaria. Ita habetur l.ſed & ſi. §.an autem veſcendi,& l.de bonis.§.non ſolùm alimenta. ff.de Carboniano edict. l.7. titul. 22. par. tertia, & l.ſecunda,titul.14.part.6. Aduerſarius verò,qui ſimul cum impubere miſsus ſit in poſseſsionem, ali non debet de eis bonis,ob quæ impuberi controuerſiam mouet ſtatus. l.de bonis. §.qui pupillo. ff. de Carbon.edict.

E Non ſolùm filius impubes, ſi à patre, aut ab auo paterno, ſit præteritus, gaudet Carboniano edicto, ſed etiam ſi eis ſuccedat ab inteſtato, excludique ab eorum hæreditate ab aliquo velit, mota aduerſus eum controuerſia de ſtatu, gaudet ſimiliter eodem edicto, locumque habent omnia, quæ hactenus explicata ſunt. Ita habetur l. prima, §. ſi quis filium.l.3.in princip.& l.de bonis. §.huic autem.ff. de Carb.edic.conſentiunt.l.7.titul.22.par.3.& l.2. tit.14.par.6.

Exhæredatus verò à patre, aut ab auo paterno, non gaudet Carboniano edicto. l.1. §. ſi quis non, in fine,& §.Pomponius.ff.de Carb.edi. Excipitur, niſi pater addat hanc cauſam, quia conceptus eſt ex adul-

adulterio, idque non conſtet eſſe verum: quia in eo A euentu non cenſetur exhæredaſſe illum, ſi ſit filius ſuus legitimus, ac proinde illi ſuccedet, quaſi non ſcripſiſſet tale teſtamentum, atque adeò ab inteſtato, mittique proinde debet in poſſeſſionem, modo ſupra explicato,& differri debet cauſa ſtatus in tempus pubertatis, ſi ita expediat tali impuberi. Idem eſt, ſi pater dixerit, quiſquis ſe filium meum nominauerit,exhæres eſto,& non conſtet,eum,qui ſe nominat filium illius,talem non eſſe. Vtrunque habetur.l.1.§.idem ait,ff.de Carb.edict. Item, ſi exhæredatus dicat, & probet,teſtamentum,quo eſt exhæredatus, eſſe nullum, tunc,quia ſuccedet patri, aut auo ab inteſtato,ſi aliquis ei obijciat,non eſſe filium eius,cui ſuccedere intendit, gaudet Carboniano edicto. Ita habetur.l.ſi impubes, §.interdum, ff.de Carb.edict.

In hærede inſtituto ex teſtamento, etiamſi impubes ſit, locum non habet Carbonianum edictum, quamuis illi obijciatur, non eſſe filium eius, qui ipſum inſtituit:aut alia quæſtio ſtatus. Ratio autẽ eſt, quoniam eo ipſo,quod eſt inſtitutus,& id conſtat ex teſt amento, cuius nullum vitium in continenti probatur,competit illi bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, mittique proinde debet à iudice abſolutè,nullaque cautione præſtita, in poſſeſſionem hæreditatis,bonorumve,quæ conſtiterit tempore mortis fuiſſe defuncti. Ita habetur,l.1.§.Pomponius,l.3.§.quãuis ſcripto.& l.cum ſiue.ff.de Carb. edict. l.2.C.de edicto Diui Adria.tollend.& l.2.tit.14.pa.6. Quòd ſi tunc impuberi cauſa ſtatus obijciatur,quæ ſi probaretur, excluderetur is impubes ab ea hæreditate: vtique tunc,ſi liquido,& abſque omni dubio,in continenti aduerſus eum probetur, omnino erit ſtatim impubes excludendus ab ea hæreditate, ac proinde locum non habebit Carbonianum edictum: ſi verò non ſtatim liquido probetur,ſed maiori egeat indagine,impubes mittitur abſolutè in poſſeſſionem hæreditatis, nulla omnino præſtita cautione,atq; adeò locum non habet Carbonianum edictum quoad primam ſui partem: quæſtio verò ſtatus reſeruatur in tempus pubertatis, niſi aliud plus expediat ipſi impuberi: ea verò reſeruatio non eſt ex Carboniano edicto,ſed ex conſtitutionibus ſapientum,vt iura vocant,quibus ſtatutum eſt,vt,ſi quæſtio ſtatus aduerſus impuberem moueatur, ea reſeruetur in tempus pubertatis, ſi ita impuberi expediat,eſto locum non habeat Carbonianum edictum. Ita habetur expreſſè leg.tertia, §.quamuis ſcripto,& leg.de bonis, in princ.iuncta gloſ.ibi.ff.de Carbonian.edict. Atque hac ratione, quamuis Carbonianum edictum, vt ex hactenus dictis patet, ſolum habeat locum in hæreditatibus; idque quando ſucceditur ab inteſtato, aut filius eſt præteritus, non verò in legatis, aut fideicommiſſis; attamen.leg.tertia,in fine principij, ff.de Carbonian.edict.habetur, ſi alicui impuberi legatum,aut fideicommiſſum,relinquatur, vt filio, & aduerſus eum controuerſia de ſtatu moueatur,vt excludatur à tali legato,aut fideicommiſſo,eam controuerſiam ſeruandam eſſe in tempus pubertatis, ſi ita impuberi ſit expediens;idque ex regula illa generali ex conſtitutionibus ſapientum,non verò ex Carboniano edicto.

In eo tamen euentu poſthumus inſtitutus à patre,gaudebit Carboniano edicto,ſi poſtquam fuerit natus à legitimis alioquin hæredibus, negetur filius teſtatoris, dicaturque fuiſſe ſuppoſitus, cum vxor prægnans non eſſet,aut abortum feciſſet:tunc enim, ſi facta ſummaria inquiſitione,res comperiatur dubia, talis impubes ex Carboniano edicto, & mittetur in poſſeſſionem bonorum,præſtita cautione, & reſeruabitur cauſa ſtatus in tempus pubertatis. Ita habetur.leg.prima,§.Pomponius, & leg.tertia, in prin.ff.de Carbonian.edict. Reddit verò egregiam rationem gloſſa.§.Pomponius citato, cur potius in poſthumo hærede inſtituto, locum id habeat in eo euentu,& non in impubere iam nato, qui hæres inſtituatur. Quoniam de eo,qui iam erat natus, cõſtat eum fuiſſe,quem teſtator inſtituit: de poſthumo verò, de quo coniecturæ ſunt fuiſſe ſuppoſitum, non conſtat eſſe eum,quem teſtator inſtituit:quia inſtitutus eſt ſub tacita conditione, ſi naſcetur ex ſua vxore,ac proinde non conſtat fuiſſe inſtitutum. Quare, ſi verè conſtaret,poſthumum inſtitutum, natum eſſe ex ea vxore, ſed obijceretur fuiſſe conceptum ex adulterio cum alio viro,locum non haberet Carbonianum edictum; ſed ſi,facta inquiſitione,res comperirietur dubia,ille ſimpliciter,& ſine cautione,mit B teretur in poſſeſſionem bonorum defuncti, & quæſtio de ſtatu ex regula generali reſeruaretur in tempus pubertatis.

Dubium eſt, ſi filius impubes prætereatur à matre, contendatque teſtamentum eſſe nullum quoad hæredum inſtitutionem, aut eſſe annullandum, ipſumque ſuccedere debere tali matri,cauſaque ſtatus illi obijciatur, vtrum gaudeat Carboniano edicto: ſicut in ſimili euentu gauderet,ſi à patre fuiſſet præteritus. Item, ſi matri,auiæ auo materno fratri, aut cuiuis alteri agnato,ſuccedat ab inteſtato, eique obijciatur cauſa ſtatus, qua ab ea hæreditate repellatur,num ſimiliter gaudeat Carboniano edicto. Lex de bonis,in princip.ff.de Carbonia. edict. ſatis perſpicuè affirmat, locum non habere, vt, iuxta Car- C bonianum edictum, mitti debeat in poſſeſſionem eorum bonorum,præſtita cautione, ſi in ea non ſit, alique debeat de eis bonis. Subiungit verò,cauſam ſtatus differendam eſſe ex generali ſapientum conſtitutione in tempus pubertatis, ſi ita impuberi expediat. Ratio autem eſt,quoniam edictum ac beneficium illud, ſolum conceditur impuberibus quoad hæreditatem patris,aut aui paterni, non verò quoad hæreditatem aliorum. Qua etiam ratione,ſi impubes ſuccedere velit in hæreditatem liberti, tanquam filius patroni defuncti, & ei obijciatur, non fuiſſe filium illius, ac proinde ei non deberi, non gaudet in eo euentu Carboniano edicto: quia non agitur de hæreditate patris ſui, ſed de hæreditate liberti à patre ſuo defuncto. Ita habetur lege ſi im- D pubes, paragrapho ſi pupillus,& lege cum ſine,in fine digeſtis de Carboniano edicto. Atque in hoc poſteriori iure additur, idem eſſe de iure ſepulchrorũ, eo quòd hæreditas non ſit. Gregorius autem Lopez,leg.ſecunda,titulo 14.parte 6.verbo *de ſu padre*, ſequutus Iaſonem, ſatis debili fundamento voluit Carbonianum edictum competere impuberi, etiam comparatione matris, ſiniſtraque interpretatione conatur exponere. §.ſi pupillus,citatum: meritoque Molina libro tertio de primogenitura,capite decimo tertio, numero trigeſimo quarto, eum impugnat, arbitraturque Carbonianum edictum locum non habere quoad hæreditatem maternam. Ait verò, idcirco iuris conſultum conceſſiſſe hoc e- E dictum impuberi quoad hæreditatem tantum patris, & aui paterni: quoniam pater tenetur alere filium,& non mater,niſi in defectum patris: & idem eſt de iure communi de auo paterno in defectum patris, ſub cuius poteſtate de eodem iure eſt nepos, vt diſputatione 168.& 228.in quinto effectu patriæ poteſtatis,dictum eſt: quare quia in hæreditate patris defuncti,debentur filio alimenta, & non ita in hæreditate matris, conceſſit ius ciuile edictum illud impuberi comparatione hæreditatis patris, & aui paterni,non verò comparatione hæreditatis matris. Addit Molina,rationes alias potuiſſe permouere ad id iuriſconſultum. Ac ſanè ratio,quæ præcedentem coadiuuat, eſt. Quoniam pater vſufructuarius eſt in

In bonis filij familias, & ſimiliter auus paternus de iure communi, non verò mater: idcircoque priuilegium illud ea etiam ratione videtur impuberi conceſſum comparatione hæreditatis patris, & aui paterni, non verò comparatione hæreditatis matris. Quia verò de iure huius regni, & Luſitaniæ, nepos non eſt in poteſtate aui paterni, neque auus paternus eſt vſufructuarius in bonis illius, materque, vt diſp. 228. citata oſtendimus, tenetur de iure horum duorum regnorum alere filium in defectum patris, & non auus paternus; ſed æquè, in defectum patris, ac matris, tenentur aui paterni & materni nepotem alere; dicerem ſanè Carbonianum edictum, de iure horum regnorum competere impuberi ſolùm comparatione patris, non verò etiam comparatione aui paterni. Illud denique obſerua, ſicut quando filius inſtitutus eſt hæres à patre, neque eſt neceſſarium, neque habet locum Carbonianum edictum, eſtò ei obijciatur quæſtio ſtatus: quia mittitur in poſſeſſionem abſolutam eius hæreditatis, nulla præſtita cautione, & cauſa ſtatus reſeruatur in tempus pubertatis ex conſtitutione ſapientum generali, vt ſupra dictum, oſtenſumque eſt: ita ſi inſtituatur à matre, aut à quouis alio conſanguineo, vel etiam extraneo, idem prorſus eſt dicendum: atque lex ſecunda titulo decimoquarto, parte ſexta in hoc ſolo euētu, vniuerſimque comparatione omnium inſtituentium hæredes, loquitur: tametſi adhibeat exemplū, quando ad cauſam ſtatus deuenit, in patre, & auo paterno: quorum comparatione duntaxat habent locum, quæ de edicto Carboniano de iure communi diſpoſita ſunt, quorum aliqua ibi ſubiungit, ut quòd impubes interim ali debeat de ea hæreditate, & quòd ſolum mittatur in poſſeſſionem, neque proprietas illi adiudicetur. Hæc quòd attinet ad rem de Carboniano edicto, quæ exactius hoc loco à nobis explanata ac definita eſt, quàm fuerit ſupra diſp. 246. Atque haud ſcio an eam omnino coluerit ac explicauerit Molina vbi ſup. à nu. 28.

His ita conſtitutis, vt ad dubium, cuius occaſione dicta ſunt, veniamus. Quidam, quos Molina vbi ſup. nume. 26. refert, affirmant Carbonianum edictum locum habere in maioratibus Hiſpanis: de eorum numero eſt Gregorius Lopez, leg. ſecunda, titulo decimoquarto, par. 6. glo. vltima; tametſi in fine eius gloſſæ ſubiungat, habere locum in maioratibus, qui deferuntur iure inſtitutionis ex teſtamento, non uerò in alijs: & uidetur intelligere, etiam in inſtitutis eo modo à matre, iuxta ea, quæ circa Carbonianum edictum eum arbitrari cum Iaſone, ſupra eſt relatum. Et Padilla lege ea, quam Codice de fideicommiſſ. ait, ſe in cauſa grauiſſima accepiſſe, vſu eſſe receptum, vt in Hiſpanis maioratibus locum habeat Carbonianum edictum. Id verò quidam confirmant, quoniam Carbonianum edictum locum habet in feudis, vt Baldus, & alij, quos Molina vbi ſupra nu. vigeſimoſeptimo refert, cenſent. Molina ubi ſupra num. trigeſimo ſecundo annuit, in maioratibus à patre, & ab auo paterno, inſtitutis, non ex contractu, ſed ex teſtamento, neque aliter, quàm iure inſtitutionis hæredis, locum habere Carbonianum edictum. Et poſtea à numero 36. ait, in maioratibus à matre, aut ab alio, quàm à patre, vel ab auo paterno, inſtitutis, etiamſi teſtamento iure inſtitutionis hæredes creati ſint, locum non habere Carbonianum edictum: tametſi, quando quæſtio ſtatus impuberi obijceretur ad illum excludendum à maioratu, illa differenda eſſet ad tempus pubertatis illius: non tamen impubes ille mittendus eſſet in poſſeſſionē talis maioratus ex Carboniano edicto. Ea uerò de cauſa admonet, vt, quando timeretur, eā quæſtionem obijciendam eſſe impuberi, quò excluderetur à maioratu, curarent, qui illius curā gerunt,

A vt apprehenderet prius poſſeſſionem, quàm quęſtio obijceretur, vt delata quęſtione in tempus pubertatis, conſeruaretur, ac defenderetur, in ea maioratus poſſeſſione ſemel acquiſita.

Iuxta ea, quæ de Carboniano edicto dicta à nobis ſunt, 13 dicendum arbitror, nunquam in maioratibus Hiſpanis habere locum, vt quis ex Carboniano edicto mittatur in poſſeſſionem alicuius eorum. Ratio autem eſt, quoniam Carbonianum edictum nunquam habet locum, niſi in hæreditate patris, aut (de iure communi) aui paterni: de iure verò Caſtellæ, & Luſitano, locum non habet in hæreditate aui paterni, vt dictum eſt: maioratus autem Hiſpanus, ſi demas, quando titulo hæredis eſt inſtitutus, & tūc præcisè comparatione eius, in quo eſt inſtitutus, nō B verò comparatione cæterorum, qui vlterius ad eum vocantur, non habet rationem hæreditatis, neque in eo ſucceditur iure hæreditario, ſed ſanguinis, vt diſput. 617. dictum eſt: quare ſi demas, eum ſolum euētum, in maioratibus Hiſpanis non poteſt habere locum Carbonianum edictum, poſſeſſiove ex Carboniano edicto. Quòd verò neque in illo euentu locum habeat, etiamſi talis maioratus ſit eo modo inſtitutus à patrē, probatur. Quoniam Carbonianum edictum locum non habet in hærede inſtituto, ſed ſolum in hærede ab inteſtato, aut præterito, quibus quæſtio ſtatus obijcitur, vt ab hæreditate excludantur, vt ſupra dictum eſt: ergo in euentu, de quo agimus, locum non habet Carbonianum edictum: ſed ſiue maioratus eo modo eſſet inſtitutus à patre, ſiue C à matre, ſiue à quocunque alio, iſque, in quo hæredis titulo eſt inſtitutus, excludi ab illo intēderetur obiecta illi cauſa ſtatus, neque ea cauſa incontinenti aduerſus eum perſpicuè, ita vt nullum ſupereſſet dubium, probaretur, mittendus abſolutè, & abſque vlla cautione eſſet in poſſeſſionem eius hæreditatis ac maioratus, exactiuſque examen eius cauſæ ſtatus remittendum eſſet in tempus pubertatis. Porrò in reliquis, qui ad maioratum vocantur poſt eum, in quo maioratus eſt inſtitutus, quocunque modo is maioratus fuerit à principio inſtitutus, ſi aliquis eorum ſit impubes, & ei cauſa ſtatus obijciatur, qua excludi à ſucceſſione in eo maioratu intendatur, tunc, niſi illa in continenti, hoc eſt, intra quinquaginta dies ad id lege 9. tit. 7. libro 5. nouæ collectio- D nis ſtatutis, ita perſpicuè probetur, vt nullum ſuperſit omnino dubium rem ita habere, mittendus ſimiliter eſt impubes abſolutè, & abſque vlla præſtita cautione, in poſſeſſionem eius maioratus, non ex edicto Carboniano, ſed vi inſtitutionis maioratus, qua perſpicuè is impubes vocatur, ſecluſa cauſa ſtatus: cauſa verò ſtatus differenda eſt in tempus pubertatis. Quando verò, præter cauſam ſtatus, aliquid aliud interueniret, vnde dubium eſſet, an is impubes, vel potius alius, ſuccedere deberet in eo maioratu, tunc res ſummariè eſt examinanda in ſupremo regio ſenatu, modo l. 9. & 10. titul. 7. lib. 5. nouę collection. præſcripto, & in principio huius diſputationis explicato, ferendaque eſt in eo ſenatu ſen- E tentia, quis eorum mittendus ſit in tenutam & poſſeſſionem eius maioratus: niſi elapſi fuiſſent ſex menſes à pacifica poſſeſſione in eo maioratu: nam tunc aduerſus eum, qui ita poſſediſſet, non conceditur remedium, de quo l. 9. & 10. citatis, ſed defendendus eſt ille in poſſeſſione eius maioratus, ſolumque poteſt contendi aduerſus illum de proprietate, idque via ordinaria, vt ijſdem legibus præſcribitur.

DISPVT. 638.

Nonnulla dubia circa præcedentia examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis & naturalis maioratus non tranſit ipſo iure mortuo inſtitutore in ſucceſſorē, ſicut tranſit deinceps mortuo quocunque poſſeſſore in proximum ſucceſſorem. Neque remedium ſummarium circa tenutam, habet locum, quando immediatè ſucceditur inſtitutori. Tametſi quando timerentur mala, poſſet regius ſupremus ſenatus eodem modo procedere circa tenutam.*

2 *Poſſeſſio ciuilis & naturalis maioratus, ſi certum ſit quis in eo ſuccedat, certò etiam in eum tranſit: ſi verò ſit dubium, dubium quoque eſt an tranſierit. Et quid circa tenutam faciendum, ſi liquidari non poſſit, ad quem pertineat.*

3 *Poſſeſſio maioratus vt cenſeatur certò ipſo iure tranſiſſe, & vt tenuta adjudicetur, quale inſtrumētum oſtendi debeat, aut qua alia ratione id ſufficienter conſtare ſit cenſendum.*

4 *Poſſeſſio bonorum maioratus eſt cenſenda tranſiiſſe in ſucceſſorem, locumq; habere remedium tenutæ, eſto tertius id poſſideat titulo, qui originem non habeat ab inſtitutore, aut de quo aliunde non conſtet ſufficientem fuiſſe ad legitimam alienationem bonorum maioratus. Quando autē titulus originem ab inſtitutore habuit, aut aliunde conſtat fuiſſe legitimum, aut dubium eſt, num inſtitutor eam rē in maioratu comprehenderit, neutrum habet locum.*

5 *Tenutæ remedium non habet locum, ſi poſt intentatū libellum ineptum intra ſemeſtre computatum à puncto delatæ ſucceſſionis maioratus, eſto antea eſſet accepta poſſeſſio, poſt ſemeſtre intentetur aliud aptum ex alia cauſa: ſecus ſi ex eadem. Citatio tamen aduerſarij neceſſaria non eſt intra ſemeſtre.*

6 *Tertius ſuperueniens poſt ſex menſes elapſos, intentata per alios intra illos actione, ſi ad adiuuandum alterum litigantium accedat, repelli non debet. Secus ſi ſuum ius proprium intentare de nouo velit.*

7 *Aduerſus lapſum eius ſemeſtris non datur reſtitutio in integrum minoribus & alijs, vt remedium id ſummarium intentare poſſint.*

8 *Remedium idem tenutæ intentari poteſt intra ſemeſtre eſto intentata iā fuerit via ordinaria cauſa poſſeſſionis, aut proprietatis, in alio tribunali.*

9 *Vtrum poſt legem 10. latam circa tenutæ remedium, concedatur minori reſtitutio in integrum aduerſus probationem omiſſam intra tempus ad probandum conceſſum. Et vtrum admittenda ſit teſtium reprobatio in eo remedio, & impugnatio ſcripturarum, petendaq; ſit reſtitutio fructuum, faciendaq; ſit condemnatio, aut abſolutio circa eos ſoluendos.*

10 *Poſſeſſorium remedium, quod interim nuncupatur, quatenus eo vtendum, aut non vtendum, intentato remedio tenutæ ſummario.*

11 *Maioratus bona ſi in diuerſis diſtrictis ſita ſint, cauſa eius maioratus tractari debet in prætorio, in quo maior pars eſt collocata. Niſi titulus eſſet in vno, eiq; eſſet annexa maior pars, quæ eſſet in alio: nam tunc in prætorio diſtricti, in quo eſſet titulus, tractari deberet.*

1 NOnnulla dubia examinanda ſuperſunt circa dicta præcedēte diſputatione. Primum eſt, vtrū diſpoſitio legis 45. Tauri, quòd mortuo maioratus poſſeſſore, poſſeſſio eius maioratus ciuilis & naturalis trāſeat

ipſo iure in proximè vocatum, itemque remedium poſſeſſorium ex ea lege ſtatutum. l. 9. & 10. titul. 7. lib. 5. nouæ collect. locum habeant, etiam in eo, qui immediatè accipit maioratum ab ipſo inſtitutore, eo defuncto, an verò ſolùm habeat locum in ſucceſſoribus vlterioribus. Ant. Gom. l. 45. Tauri, nu. 117, locum habere arbitratur, etiam in eo, qui immediatè ſuccedit ipſimet maioratus inſtitutori. Quoniam videtur eſſe eadem ratio: idque, propter quod diſpoſitio illa emanauit, nempe, vt melius maioratus conſeruarentur, locum etiam habet in ſucceſſione ipſimet inſtitutori: poteſtque, mortuo maioratus inſtitutore, oriri controuerſia, quis in eo maioratu debeat ſuccedere, quam ſimiliter expediat ſummariè in ſupremo regio Senatu expediri. Contrariam tamen

B ſententiam meritò amplectitur Molina libr. 3. de primogen. cap. 13. nu. 40. nempe, non habere locum in eo, qui maioratus inſtitutori ſuccedit, ſed in reliquis: quemadmodum lex 7. titul. 4. part. 5. quæ ſtatuit, vt ſi quis donet aliquid alicui ſub modo, vt poſt certum tempus illud reſtituat alteri, accedente eo tempore ipſo iure tranſeat, quoad dominium & poſſeſſionem, in illum alium (cuius inſtar condita fuit lex 45. circa maioratus) non habet locum in primo donatario, qui rem immediatè accipit à donante, etiamſi donatio eſſet facta in tempus, quo donās moreretur, ſed ſolùm habet locum in cęteris donatarijs ſub illo modo poſt primum, qui rem illam accipere debent ab anterioribus donatarijs. Id conſtat ex ipſamet lege 45. Tauri, quatenus dixit, *muerto el tenedor del mayorazgo, luego ſin otro acto, &c.*

C non enim dixit, *muerto el inſtituidor del mayorazgo*, ſed *muerto el tenedor*: Et addidit, *ſe traſpaſſe la poſſeſſion ciuil y natural en el ſiguiente en grado*: quę verba denotant, alium ſucceſſiſſe, cui ſit hic ſequens in gradu: inſtitutor enim gradum non facit ſucceſſionis. Item idem cōſtat ex illis verbis eiuſdem legis. *Aunque otro, aya tomado la poſſeſſion dellos en vida del tenedor del mayorazgo; o el muerto, o el dicho tenedor, le aya dado la poſſeſſion dellos.* Quæ verba apertè oſtendunt, antecedentia intelligi non poſſe de maioratus inſtitutore. Si enim ea verba ad maioratus etiam inſtitutorem referrentur, diſponerent rem ſatis abſurdam, atque à recta ratione, & à principijs iuris alienam, nempe transferri in proximè

D vocatum ad maioratum poſſeſſionem, etiam eorū bonorum, quæ maioratus inſtitutor tempore mortis ſuæ non poſſideret, imò quorum poſſeſſionē ipſe dum viueret alteri tradidiſſet, cuius contrarium habet rei ipſius veritas, & diſput. 636. eſt oſtenſum. Concinit in re propoſita Acoſta in quæſtion. de patruo & nepote par. 3. nu. 15. quoad translationē dominij maioratuum bonorum coronæ regni ex lege mentali. Neque verum eſt, eſſe eandem rationem in ſucceſſore maioratus inſtitutori, vt proximè eſt explanatum. Præſertim cum maioratus inſtitutor regulariter poſſit, interim dum viuit, reuocare maioratum, & diſponere de rebus illius, vt libuerit: neque eadem cura eſſe debuerit legiſlatoribus de im-

E mediata inſtitutori ſucceſſione, circa quam ad ipſum prouidere ſpectabat: ſed de tempore poſt mortem illius, quando, ipſo iam defuncto, quidam ex ipſius præſcripto alijs ſuccedunt, vt maioratus melius tunc conſeruaretur, atque minori cum tumultu, rixis, & perturbationibus, in eo ſuccederetur. Neque, ſi militaret eadem ratio in ſucceſſione primo inſtitutori, lex illa, quæ à iure communi eſt exorbitans, extendenda eſſet ad primam ſucceſſionem, præſertim cum id non ſonet, ſed contrarium. Admonet tamen Molina vbi ſupra numero 42. ſi aliquando in prima ſucceſſione ampliſſimi maioratus difficultas oriretur, quis in eo ſuccedere deberet, meritoq; timeretur inde oriri poſſe graues rixas & ſeditiones,

ditiones,poſſe ſupremũ regium ſenatũ aduocare ad ſe cauſam,vt,iuxta,modum præſcriptum,l.9. & 10. tit.7.li.5.nouæ collectionis pronunciaretur, quis in tenutam ac poſſeſſionem eius maioratus eſſet mittẽdus;non quidem, quòd in eum tranſijſſet ipſo iure poſſeſſio ciuilis & naturalis ex præſcripto legis.45. Tauri,aut quòd diſpoſitio legis,9.& 10.tit.7.citato ſeſe extenderet ad eum euentum, ſed quòd id poſtularet regimen reipublicæ,paxque & tranquillitas regni,ac populorum.

2 Secundum dubium eſt,vtrum ex,l.45.Tauri poſſeſſio ciuilis & naturalis tranſeat ipſo iure ſolum in expreſſim vocatum ad maioratus ſucceſsionem ipſamet maioratus inſtitutione,an verò etiam in eum, qui ex coniecturis cenſetur vocatus. Dicendum autem eſt,ſi coniecturæ ſint tales,quæ perſuadeant, eũ eſſe vocatum, vereq; eſſe ſucceſſorem immediatũ in eo maioratu,tunc in eum cenſendum eſſe ipſo iure tranſijſſe vtramque poſſeſſionem,idque tanta firmitate & certitudine,quanta firmum,certumq; fuerit,eum eſſe immediatum ſucceſſorem:atque id comprehendunt verba illa legis 45.Tauri, *que conforme ala diſpoſicion del mayorazgo deuiere de ſucceder en el*: ſi verò id non ſit firmum & certum,ſed ambiguum, eadem ſanè eſt ambiguitas, an verè in eum ipſo iure tranſierit vtraque illa poſſeſſio. Atq; iuxta hoc intelligendi,accipiendique ſunt, Couarruuias tertio variarum reſolutionum capite quinto, numero ſexto in principio. Molina vbi ſupra numero 43.& doctores,quos Molina citat. Obſerua tamen,diſpoſitionem legis,9.& 10.titu.7.libro 5.nouæ collectio. locum habere,etiam dum eſt ambiguum, quis immediatè ſuccedat in maioratu. Si tamen intra tẽpus eis iuribus præſcriptum, vt ſummariè cognoſcatur de ea cauſa, ſententiaque proferatur circa tenutam ac poſſeſsionem,liquidari non poſsit,quis ad eum maioratum veriſimiliter vocetur,neuter in tenutam, ac poſſeſsionem vi ſententiæ mittetur;ſed vel iubebuntur eodem modo ſe habere circa poſseſsionẽ, vt anteà ſe habebant, ſine vllo præiudicio iuris alterius, etiam quoad tenutã & poſseſsionem vel iubebitur, maioratum eſse in ſequeſtro, & eos contendere ſimul de proprietate & poſseſsione iudicio ordinario minimeque ſummario, quouſque res liquidetur. Quòd ſi liquidari non potuerit, ſed res ſemper dubia permanſerit,iubebuntur tranſigere circa illã,vel iudicum ac Regis autoritate, maioratus inter eos, pro dubij qualitate,diuidetur:eo quòd in eo euentu neutrius eorum ſit melior conditio,tanquam ab initio bona fide,ac pacificè, eum maioratum poſsidentis,ſed æqua ſit vtriuſque conditio, quoad humanã, prudentumque exiſtimationem.

3 Quemadmodum, quando quis mittitur in poſseſsionem hæreditatis defuncti ex eo, quòd hæres ab eo inſtitutus eſt,neceſse eſt,vt oſtendat teſtamẽtum ipſum abſque vllo vitio,vnde id conſtet,vt habetur l.ſecunda,Cod.de edicto Diui Adrian. toll.& ex.l. 2.titu.14.part.6. dictumque eſt diſputatio.246.aut certè neceſse eſt,oſtendat exemplar ex originali ipſo tranſumptum de iudicis mandato cum citatione partis; alioquin tranſumptum,ſine citatione partis, & iudicis mandato,non ſufficit,vt conſtat ex authẽtica ſi quis in aliquo.C.de edend. & ex.cap. primo, de fide inſtrum.iunctis gloſsis vtrobique, & affirmant doctores,quos referunt ac ſequuntur Gregorius Lopex.l.ſecunda,citata verb. *carta de teſtamento*,& Molina vbi ſupra numero 44.ita in re propoſita,vt ex l.45.Tauri cenſeatur,mortuo vltimo maioratus poſseſsore,tranſijſse ipſo iure poſseſsio ciuilis & naturalis in aliquem,tanquã in eum,*que conforme ala diſpoſition del mayorazgo deuiere ſucceder en el*, vt eadem, l.45.Tauri habetur, atque adeo, vt vlterius vi eiuſdem legis à ſupremo regio ſenatu mittatur in A tenutam ac poſseſsionem eius maioratus, iuxta l.9. & 10.titulo 7.libro 5. nouæ collectionis neceſse eſt vt oſtendatur ipſum originale inſtitutionis maioratus, vnde id conſtet, aut tranſumptum ex illo factum de iudicis mandato, ac citata parte. Ita Molina numero 44. citato. Qui tamen ſubiungit, ſe vidiſse in ſupremo regio Caſtellæ ſenatu, præſtitam fuiſse tenutam, bonorumve cuiuſdam maioratus poſseſsionem, cuidam ex quodam exemplari primogenij antiquiſsimo, quod penes vltimum maioratus poſseſsorem fuit inuentum,fueratque ſemper habitum tanquam vera maioratus ſcriptura, & cui multa alia veritatis adminicula aſsiſtebant. Quando enim multi,vi talis ſcripturæ, & inſtitutionis in ea contentæ, ſucceſserunt in eo maioratu, neque B conſtat de originali, neque vnquam de eo tranſumpto, & modo ſuccedendi, fuit dubium, aut controuerſia, vtique prudentis arbitrio, perſuaſio id ſufficientiſsima eſt, quod ita res habeat,idque tranſumptum de iudicis mandato, citataque parte, fuerit quondam de originali extractum,aut quòd adeo notum fuerit quondam ijs, qui ius ad eum maioratum prætendere poterant; ita habuiſse originale, quod ipſi conſueuerunt, vt neceſse non fuerit ipſos citari, vt id tranſumptum ex originali deduceretur. Item,quando nullum extat originale, nec tranſumptum,inſtitutionis alicuius maioratus, & à tempore, de cuius initio non extat memoria, abſque dubio habita ea bona ſemper fuerunt, vt maioratus, & in eis, vt in maioratum, fuit ſemper ſucceſsum, C vel iuxta ordinem,l.2.titulo 15.parte 2.& l.40.Tauri præſcriptum, vt regulariter in eo euentu ſuccedatur, vel alio, de quo legitima præſcriptione ac conſuetudine conſtet,tunc id ſatis erit, vt, mortuo vltimo maioratus ſucceſsore,ipſo iure ex l.45. Tauri cenſeatur poſseſsio ciuilis & naturalis tranſijſse in proximum,iuxta eum ordinem,ad talem maioratum vocatum, & vt tenuta & poſseſsio illius aduerſus reclamantem, à ſupremo regio ſenatu, iuxta diſpoſitionem legis nonæ & decimæ titulo ſeptimo libro quinto,nouæ collectionis ei tradatur. Ita Molina vbi ſupra numero 50.aduerſus quoſdam, quos citat.

Tertium dubium eſt, vtrum, quòd ex lege 45. 4
Tauri,mortuo vltimo maioratus poſseſsore,trãſeat D ipſo iure poſseſsio ciuilis & naturalis rerũ maioratus in proximè vocatum,etiamſi tertius aliquis eſset in poſseſsione earum rerum, ſolum habeat locum, quando tertius ille poſsidebat ſinè titulo, an verò etiam quando cum titulo res aliquas maioratus poſsidebat,vt titulo emptionis,donationis, aut alio ſimili. Lex quippe 45.Tauri licet exprimat,tranſire poſſeſsiones illas,etiamſi tertius aliquis eſset in poſſeſſione,quam vel ipſe occupaſſet,vel vltimus maioratus poſseſsor ei tradidiſset, non tamen exprimit, id habere locum,etiamſi cum titulo eſset in ea poſſeſſione:& cum ſit correctoria iuris communis,non videtur extendenda ad hoc ſecundum;ſed ſolum videtur intelligenda quoad primum, quod ſonat, & in E quo poteſt habere locum. Similiter conſequẽter eſt dubium,num remedium legis nonæ & decimæ, titulo ſeptimo,libro quinto,nouæ collectionis habeat locum, etiam aduerſus hunc cum titulo poſsidentem res aliquas maioratus. Molina vbi ſupra à nume. 52. mouet hoc dubium. Et placet, cum eo numero 55. dicamus. Quòd ſi titulus originem non traxit ab ipſo maioratus inſtitutore, ſed ab aliquo vlteriori poſſeſſore,ſola ſua autoritate,& abſque cauſa legitima,vt quia donauit, vendidit, aut alio modo alienauit res aliquas maioratus, tunc,cum talis titulus ſit eo ipſo apertè nullus,habendus eſt pro nõ titulo,cõſentiũtque Baldus & alij,quos citat,atq; adeò aduerſus ita poſsidẽtem,habet locum diſpoſitio legis 45.Tauri,

& reme-

& remedium ex lege 9. & 10. citatis: præſertim cum id remedium poſſeſſorium admixtam habeat cauſam, ſeu examen, proprietatis. Si verò titulus talis alienationis ab ipſomet maioratus inſtitutore habuit ortum, vel alienatio ex debitis illius fuit facta, vel interueniente regia facultate, tunc dicẽdum eſt, earum rerum poſſeſſionem, non tranſire ipſo iure in proximè vocatum ad maioratum, mortuo vltimo maioratus poſſeſſore, neque contra talem poſseſſorem habere locum remedium ex l. 9. & 10. titu. 7. libro 5. nouæ collectionis, ſed id negotium via ordinaria apud iudices ordinarios, & apud prætoria alia, à ſupremo regio prætorio, eſſe expediendum. Idemq; eſt dicendum, quando dubitatur, an res aliqua comprehenſa fuerit ab inſtitutore in maioratu, vel non. Hæc enim omnia extra iudicium ſummarium ſunt, altioriq; egent indagine.

¶ Cum in calce legis 9. titu. 7. lib. 5. nouæ collectionis habeatur, quòd, vt remedium legis illius, & ſequentis, concedatur ei, qui contendit, ſe eſſe legitimum immediatum ſucceſſorem in maioratu aliquo aduerſus eum, qui, tanquam legitimus in eo ſucceſſor, occupatam habet poſseſſionem, ſeu tenutam, eiuſdem maioratus, neceſſe eſt, vt ille accedat ad id petendum in ſupremo regio ſenatu intra ſex menſes à puncto, quo hic alius eo modo occupauit poſſeſſionem illam ac tenutam; alioquin, ſi, elapſo eo ſemeſtri, accedat, remedium illud ei non concedatur. Cum hæc, inquam, ita ſint, quartum dubium eſt ſi hic accedat quidem intra id ſemeſtre, ſed proponat ineptum libellum & actionem: poſteà uerò, elapſo eo ſemeſtri, proponat aptum libellum & actionem ex alia cauſa ac radice, vtrum audiẽdus ſit, quo ad hunc ſecundum libellum & actionem; vel non, ſed repellendus ſit ac remittendus, vt via ordinaria petat eum maioratum coram alijs iudicibus, atque in alio prætorio. Dicendum autem eſt, cum Molina vbi ſup. nu. 56. ſi ſecunda cauſa omnino diſtincta ſit à prima, repellendum eſſe: eò quòd ea cauſa, poſt elapſum ſemeſtre, intẽtetur ac proponatur in ſupremo regio ſenatu, & primæ, tanquam ineptæ, habenda non ſit ratio, quin potius, tanquam non propoſita, ſit habenda. Satiſque conſentaneè ad hoc loquuntur gloſſa l. ſi pater. verb. ſtatus Cod. de ſtatu defunctorum, gloſſa in authentica offeratur. verb. pro nihilo. Cod. de litis conteſt. quas ſequuntur doct. quos Molina vbi ſup. citat.

Quintum dubium eſt, ſi in eodem euentu, aptam quidem actionem intra ſemeſtre illud in ſupremo regio ſenatu propoſuit, attamen intra idem ſemeſtre non citauit aduerſarium, illam ei intimari faciens, vtrũ ſit repellendus ab eo ſummario remedio. Quòd ſit repellẽdus, ſuadere videtur doctrina Baldi l. vlt. iuncta gloſſa ibi, verb. exordium. C. de temporib. & reparationib. appel. vbi ait, exiſtente ſtatuto, quòd teſtamentum non inſinuatum, poſſit inſinuari, niſi prius fuerit petita illius caſſatio, ſi circa caſſationem propoſitus ſit libellus, nec parti ſit intimatus, poſſe teſtamentum inſinuari: quia libellus nõ intimatus, perinde reputetur, ac ſi nõ ſit propoſitus. Iuxta quã doctrinam ait etiam Angelus, ſi ſit ſtatutum, quòd à ſententia debeat intra decem dies appellari, & intra alios viginti dies, qui appellauit, proſequi debeat appellationem, atque hic intra eos viginti dies proponat libellum ad proſequutionem appellationis, neq; illum intra eos dies intimari faciat aduerſario, non ſatisfecit illi ſtatuto. His tamen non obſtantibus, Molina vbi ſupra nume. 58. & Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 89. cenſent, eum, qui intra ſemeſtre aptam actionem propoſuit in ſupremo regio ſenatu, eſto poſt ſemeſtre citet aduerſarium, cauſamque illi intimet, repellendum non eſſe ab eo remedio. Ratio eſt, quoniam lex 9. citata, vt is non repellatur ab eo

A remedio, non exigit, vt cauſam incipiat, aut eam proſequatur intra id ſemeſtre, ſed ſolùm, vt illam proponat in ſupremo regio ſenatu: ſic enim habet. *Y paſsado el dicho tiempo otro viniere a el nueſtro conſejo pidiendola, mandamos, que en tal caſo no ſe de juez, ni ſe conozca, &c.* quare ſatis eſt accedere intra id tempus ad regium ſenatum, eamque in eo petere. Id quod confirmat Molina ex doctrina Baldi l. prima, Codice quando libellus prin. nu. tertio, vbi ait, quòd aut ſtatutum nihil aliud exigit, quàm libelli productionem, & tunc non ſit neceſſaria citatio, ſed ſufficiat ſola libelli oblatio; aut requirit aliquem proceſſum, & tunc neceſſaria ſit citatio, quæ initium eſt cuiuslibet proceſsus: cuius dictum ſequitur Felinus capit. illud. de præſcripit. numero vndecimo. B Subiungit verò Molina, ſe vidiſſe ita fuiſſe pronunciatum in quodam euentu. Gutierrius vbi ſupra redarguit hac confirmationem Molinæ: quoniam, inquit, cum lex 9. citata proceſſum etiam requirat ſummarium, præſcribendo partibus ſpatium quinquaginta dierum, intra quod probent & præſentent, quę voluerint, ſane ex doctrina illa Baldi cõtrarium potius erat dicendum. Friuola tamen eſt hæc redargutio. Lex enim illa, vt hic non repellatur à remedio illo, & vt ei concedatur proceſſus ille ſummarius, non exigit proceſſum ipſum, ſed ſolùm exigit, vt is accedat ad regium ſenatum, & offerat libellum intra id ſemeſtre.

Sextum eſt, ſi maioratus poſſeſſor tradat in vita ſua poſſeſſionem illius alicui, tãquam legitimo poſt C ſe ſucceſſori in eo maioratu, vtrum, ſi labantur ſex menſes à puncto, quo hic ita occupare ac poſſidere cœpit eum maioratum, in quibus alius, qui prætendit ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, non accedat ad ſupremum regium ſenatum ad petendum remedium legis nonæ & decimæ titulo ſeptimo, lib. quinto nouæ collectionis ſtatutum, & nihilominus accedat intra ſex menſes poſt mortem vltimi poſseſſoris, ſit audiendus, ſubueniẽdumq; illi ſit eo remedio, an non. Dicendum verò eſt cum Molina vbi ſupra num. 59. cum Padilla l. poſt mortem nu. 23. & cum Gutier. de pract. qq. lib. 2. quæſt. 90. ſubueniendum eſſe illi. Quoniam hic non eſt legitimus ſucceſſor in eo maioratu, interim, dum ille alius vltimus poſſeſſor illius viuit, neque proinde ius habet toto illo tempore D ad petendam tenutam & poſſeſſionem illius, neque item in ipſum, ante mortem vltimi poſſeſſoris tranſiuit, vi legis 45. Tauri, poſſeſſio eiuſdem maioratus ciuilis & naturalis, vt ui earum petere poſſet tenutã, ac petere poſſet retentionem, aut recuperationem, earundem poſſeſsionum: quare ſemeſtre illud computandum eſt à tempore, quo, poſt mortem vltimi poſſeſsoris, alius, tanquam legitimus in illo ſucceſſor, occupare illum cœperit. Id quod apertè ſtatuit lex. 9. ſæpius citata, dum habet. *Y en caſo, que algun poſſeedor de mayorazgo, tomo la poſſeſsion del* (illo ſcilicet iam defuncto) *y eſtauiere en ella por medio año, y paſſado aquel dicho tiempo, &c.* Vbi vides, ſemeſtre illud ſupputandum eſſe à poſſeſſione occupata E poſt mortem vltimi poſſeſſoris, & non antea. Admonet tamen bene Molina vbi ſupra, ſi poſſeſsor vltimus maioratus aliter, quàm per mortem, amitteret maioratum, tunc ſemeſtre illud ſupputandum eſſe à puncto occupatæ poſſeſſionis per eum, qui intenderet, ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, poſtquam ultimus poſſeſsor ea de cauſa in uita ſua amitteret maioratum: tunc enim pro mortuo eſt habendus talis vltimus poſſeſsor ad effectum, vt ſuccedatur illi in maioratu, argumento legis Gallus. paragrapho & quid ſi tantum. digeſtis & de lib. & poſthum. illis verbis; *vt ad ſimilitudinem mortis cæteri caſus admittendi ſint;* & legis ſi necem, §. ſi deportatus, ff. de bonis libert.

Septi-

6 Septimum eſt, ſi remedium ex lege nona & decima ſæpiues itatis, intra prædictos ſex menſes ſit inter aliquos intentatum, & elapſis iam eis ſex menſibus, ſuperueniat tertius aliquis, qui ſe opponat eidẽ liti, vtrum ſit admittendus, vna cum reliquis; an verò ſit repellendus. Molina in fine operis, in additionibus ad capit. 13. lib. 3. nume. 17. reſpondet. Si hic tertius ſuperueniat ad coadiuuandum vnum ex iam antea litigantibus, admittendum eſſe: eo quòd teneatur proſequi litem in eo ſtatu, in quo eam inuenit, neque ſit nouus diſtinctus actor, ſed coadiuuans vnum ex iam antea litigantibus. Si verò ſe opponat ad excludendos cæteros, iuſque ſuum proprium contra eos proſequendum, admittendũ non eſſe. Eſtque hoc ſecundum ſatis perſpicuum ex lege nona & decima citatis. Hoc verò ſecundum cenſet Molina limitandum, niſi hic tertius oppoſitionẽ proponat ante initium quinquaginta dierum, qui in prima inſtantia legis nonæ tradi præcipiũtur ad probationes faciendas, aut initio eorũdem dierum. Falſam tamen exiſtimo hanc Molinæ limitationem: id enim in præiudicium litigantium cederet; cum elapſis illis ſex menſibus, non habeat hic ius ad cauſam tenutæ & poſſeſſionis eius maioratus remedio ſummario, de quo agimus; ſed ſolum ad cauſam proprietatis via ordinaria: neque, quod unus intra ſex menſes legitimè in ſuum commodum intentauerit ſummarium remedium poſſeſſorium earum legum, tribuit huic tertio ius, vt, poſt elapſos ſex menſes, contra præſcriptum earum legum, ipſe etiam in ſuum proprium commodum idem intentet, aut proſequatur. Neque video iura, vnde Molina id poſſit probare.

Quæſtio. Octauum eſt, vtrum, elapſo ſemeſtri illo legis 9. citatæ, minoribus, ignorantibus, & abſentibus, competat remedium reſtitutionis in integrum aduerſus eum temporis lapſum, vt nihilominus remedium poſſeſſorium ex lege 9. & 10. citatis, eis concedatur.

Primum argum. Pars affirmans ſuaderi poteſt. Primò, quoniam licèt minori denegetur reſtitutio in integrum quoad exceptionem declinatoriam fori, aut dilatatoriã, ſi non ſit maximi præiudicij, vt affirmant Innoc. & alij, quos referunt ac ſequuntur Couar. de pract. qq. cap. 26. num. 4. verſ. 5. Molina cap. 13. citato, nu. 60. & 61. & Gutier. de pract. qq. lib. 1. q. 52. nume. 4. & lib. 2. q. 91. num. 1. quando tamen ſunt notabilis pręiudicij, conceditur minori, & alijs, qui eodem priuilegio gaudent, reſtitutio in integrum, vt doctores, quos Molina, & Gutier. vbi ſupra referunt ac ſequuntur, aſſeuerant: in re autem propoſita, maximi præiudicij eſt minoribus, ignorantibus, & abſentibus, quòd per lapſum ſemeſtris careãt remedio ſummario poſſeſſorio legis 9. & 10. titu. 7. citati; non ſolum, quòd vtiliſſimum ipſis ſit agere ita ſummariè, & in ſupremo regio ſenatu, aduerſus ita tenentem occupatum maioratum, ſed etiam, quòd agere non poſſint deinceps de poſſeſſione, ſed de ſola proprietate, maneantque priuati longo tempore poſſeſſione, ac proinde fructibus maioratus, quibus ſumptus efficere poſſent in lite, ſubeantq; rationem actorũ, & non reorum, quoad cauſam proprietatis; quæ omnia maxima profectò ſunt detrimenta: eſt ergo illis concedenda reſtitutio in integrum quoad id remedium aduerſus lapſum eius ſemeſtris.

Secundum. Secundò, quoniam licet, ſtando in ſola leg. 9. citata, non eſſet tantum præiudicium minoribus, ignorantibus, & abſentibus, non concedi eis reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum ſemeſtris, quoad remedium poſſeſſorium eius legis; eo quod ſolum eſſet quoad tenutam, non verò quoad poſſeſſionẽ; agereque proinde via ordinaria poſtea poſſent de poſſeſſione & proprietate, qua de cauſa, tempore

A eius legis, reſtitutio illa eis non concedebatur; poſtquam tamen leg. 10. ſequenti ſancitum fuit, vt remedium illud eſſet circa tenutam ac poſſeſſionem, nec poſt illud liceret via ordinaria agere, niſi circa ſolam proprietatem, ſanè maximum præiudicium eſt minoribus, ignorantibus, & abſentibus, non concedi eis reſtitutionem in integrum quoad id remediũ aduerſus lapſum ſemeſtris: quare, cum lege 10. expreſſum non ſit, vt eis denegetur, & ſanctiones, quę aliquid ſtatuunt, niſi contrarium exprimant, non impediant concedi minoribus reſtitutionem in integrum circa ea, quæ ſtatuunt, ſi quando ex omiſſione aliqua ſe inueniant notabiliter lęſos; conſequens profectò eſt, vt, in re propoſita, concedi eis reſtitutio debeat.

B Contrarium eſt potius dicendum cum Molina, num. 60. & 61. citatis, & cum Gutier. de pract. qq. libro 2. q. 91. videturque receptum in praxi. Neque enim eſt credendum, leges illas 9. & 10. intẽdiſſe ita remedium poſſeſſorium ſtatuere ac introducere, vt poſſeſſores pacificè ſuorum maioratuum, poſt multum temporis, ſex, decem, aut plurium annorũ, poſſent circa tenutam ac poſſeſſionem eorum inquietari remedio illo ſummario, & deturbari à ſua poſſeſſione breui illa cauſæ cognitione: eaque de cauſa ſtatuiſſe videntur, vt, poſt ſemeſtre talis poſſeſſionis, locum non haberet id ſummarium remedium. 7
Quo loco obſerua, ex eo, quod in eo euentu, non cõcedatur hoc remedium, non reddi eos deterioris cõditionis, tam quoad cauſam poſſeſſionis, quam quo
C ad cauſam proprietatis, qui prætendunt ſe eſſe legitimos maioratus ſucceſſores, quàm ſi id remedium non eſſet introductum, neque impediri, quin litem intentent quoad poſſeſſionem, aut proprietatem, prout ius alioquin ad eam intentandam habuerint, etiam ex l. 45. Tauri. Aliud quippe eſt loqui, poſt intentatum id remedium intra ſemeſtre, de quo loquimur, & latam vltimam ſententiam in ſupremo regio ſenatu eo ſummario remedio, virtute cuius ſententiæ vni litigantium traditur tenuta ac poſſeſſio eius maioratus; & in hoc euentu ſtatuitur. leg. 10. vt ita victus, contendere deinceps non poſſit coram iudicibus ordinarijs de poſſeſſione, ſed ſolum de proprietate: & aliud eſt loqui, quando, ob lapſum ſemeſtris, non conceditur id ſummarium remediũ:
D tunc enim non denegatur ei, cui id remedium non conceditur, intentare litem via ordinaria circa poſſeſſionem, aut proprietatem, prout ius habuerit: tametſi, cum alius tanto tempore fuerit in pacifica tenuta ac poſſeſſione eius maioratus, hic cenſeatur deiectus à poſſeſſione ciuili & naturali, quàm ex l. 45. Tauri, tanquam legitimus in eo maioratu ſucceſſor, poterat prętendere, ſemperque partes actoris, & nõ rei agere debeat, ſiue cõtendat de poſſeſſione, quod efficere non poterit, niſi permiſcendo cauſam proprietatis, oſtendendoque ſe eſſe legitimum ad eum maioratum vocatum, & non illum alium; ſiue contendat de proprietate, & in conſequentiam proprietatis de poſſeſſione.

E Molina & Gutier. ſuam ſententiam confirmant ex eo, quod l. 8. titu. 11. lib. nouæ collect. aduerſus lapſum temporis ad retractum conceſſi, non detur minoribus reſtitutio in integrum, vt diſp. 370. dictum etiã eſt, idemque dicendum fuiſſe innuunt cum Tiraquello, ſtando in ſolo iure communi: eàdem verò eſt ratio de lapſu ſemeſtris, de quo agimus. Cæterũ inde potius educitur argumentum in contrarium: vt enim diximus. diſput. 370. & colligitur ex c. conqueſtus, de in integ. reſtitut. niſi ea leg. 8. expreſſum fuiſſet, vt minoribus non concederetur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis ad retractum conceſſi; vtique concedenda illis fuiſſet reſtitutio in integrum aduerſus eũ temporis lapſum: quare, cum

eadem

eadem ſit ratio in lapſu ſemeſtris, de quo nunc agi-
mus,& in lapſu temporis ad retractum conceſſi, &
lege 9. ac 10. non ſit expreſſum, vt aduerſus lapſum
ſemeſtris non concedatur minoribus reſtitutio in
integrũ,quemadmodum lege illa.8. fuit expreſſum,
vt non concederetur aduerſus lapſum temporis cõ
ceſſi ad retractum; conſequens eſt, vt concedenda
eis ſit reſtitutio aduerſus lapſum ſemeſtris. Dicen-
dum tamen eſt,quod ſicut per Epicheiam aſserimus
non concedendam eſſe reſtitutionem aduerſus lap-
ſum ſemeſtris, eo quod præſumendum non ſit le-
giſlatores voluiſse,vt poſseſsores maioratuum,poſt
lapſum tanti temporis pacificæ eorum poſseſſionis,
inquietarentur & deturbarentur ab ea poſseſſione
eo ſummario remedio: ita præſumendum eſt,quod
ſi dum condiderunt eas leges 9.& 10. eis occurriſ-
ſet explicare, quod aduerſus lapſum eius ſemeſtris,
non concederetur reſtitutio in integrum, id expreſ-
ſiſsent,ſicut expreſserunt circa lapſum temporis re-
tractus; cum ſit eadem ratio.

Ad primũ argum. Ad primum verò argumentum in contrariũ,con
ceſſa maiori, ad minorem dicendum eſt, non aliud
illis inde ſequi detrimentum, quam quod de poſſeſ
ſione non poſſint agere remedio ſummario, ſed via
ordinaria. Etenim quamuis intentent remedium
ſummarium intra ſemeſtre aduerſus habentem oc-
cupatam tenutam ac poſſeſſionem maioratus, ſubi-
re debent rationem actoris, & alter rei, carereque
debẽt tenuta maioratus,& fructibus, quouſque poſ
ſeſſio maioratus eo remedio ſummario ipſis adiudi
cetur:quamuis item intra ſemeſtre non intentent re
medium ſummarium, ſed ab eo ſint excluſi lege no
na,& decima citatis, agere tamen poſſunt via ordi-
naria ad poſſeſſionem,eo modo,quo agerent reme-
dio ſummario, tametſi maiori cum indagine ſimul
quoad proprietatem, quod aliquando vtilius ipſis
eſſe poterit. Cum autem lex 9.& 10. citatæ,quæ re-
medium illud ſummarium conceſſerunt ac introdu
xerunt, nunquam illud conceſſerint, niſi intentare-
tur intra ſemeſtre illud, etiamſi minores, ignoran-
tes,aut abſentes ſint,qui illud intentare poterant,vt
recta ratio poſtulabat non concedi,legeſque ipſæ ſo
nant, & per Epicheiam eſt credendum fuiſſe ſtatu-
tum,ſane,quod poſt ſemeſtre illud minoribus,igno
rantibus, & abſentibus, non concedatur reſtitutio
in integrum aduerſus lapſum eius temporis, neque
vlla fit eis iniuria, neque proprie id habet rationem
detrimenti,eorum cõparatione: ſicut neque iniuria
illis fit,aut vllum eſt propriè detrimentum,quòd eis
non concedatur reſtitutio in integrum aduerſus la-
pſum temporis conceſſi ad retractum.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, iam eſſe oſtenſum,
eos,quibus,ob lapſum ſemeſtris,non conceditur re
medium illud ſummarium,poſſe via ordinaria intẽ-
tare actionem circa poſſeſſionem & proprietatem;
ſicut tempore legis 9. ante latam legem 10. poterant
ſimiliter eodem modo agere: quòd autem lege 10.
ſancitum fuit,ſolum eſt,quod,qui remedio ſumma-
rio egiſſent,ſi lata eſſet aduerſus eos vltima ſenten-
tia circa tenutam & poſſeſſionem eo remedio ſum-
mario, non poſſent deinceps contendere niſi circa
ſolam proprietatẽ via ordinaria: quare eis, quibus,
ob lapſum ſemeſtre, denegatur remedium ſumma-
rium,non maius detrimentum ſequitur lata leg. 10.
quàm ſi ea lex lata non fuiſſet,ſed eſſemus adhuc in
tempore ſolius leg. 9. Quo fit,vt ſicut ante legem de
cimam reſtitutio in integrum minoribus,ignoranti-
bus,& abſentibus, non concedebatur aduerſus la-
pſum ſemeſtris, neque modo ſit eis concedenda.
Ad argumentum ergo in forma,neganda eſt maior.
Et, quoad minorem, dicendum eſt, id verum eſſe,
quando per Epicheiam non intelligitur contrariam
fuiſse mentẽ legiſlatoris,vt in re propoſita intelligi-
A tur, & omnes confitentur, quod attinet ad ſolam
legem 9. citatam: decima quippe nihil circa rem
propoſitam loquitur, aut innouauit, vt explana-
tum eſt.

Controuertit Molina in additionib. in fine ope- 8
ris,nume. 16. circa cap. 13. lib. 3. dubium quoddam,
quod in hoc noſtro ordine dubiorum,quę hac diſpu
tatione examinamus,eſt nonum. Nempe, vtrum ſi
is,qui ſe exiſtimat legitimum ſucceſſorem in maiora
tu aliquo, litem circa eum intentauit via ordinaria
coram iudicibus ordinarijs,poſſit, ſi nõdum ſit ela
pſum ſemeſtre, in quo aduerſarius ſit in tenuta, &
poſſeſſione eius maioratus,eam litem ſuſpẽdere,&
intentare iudicium ac remedium ſummarium legis.
9. & 10. quæ ſæpius citatæ ſunt, in ſupremo regio
B ſenatu. Et quamuis rem ipſe diſputet pro vtraque
parte,eamque cogitandam reliquerit,quando caſus
occurrerit, maximè propter lites motas, aut quæ ea
de re, circa lites iam motas, poterant excitari; ſanè
propendeo,id iure fieri poſſe. Id quippe non eſt trã
ſire de petitorio ad poſſeſſorium, ſeu de cauſa pro-
prietatis ad cauſam poſſeſsionis, in eodem tribuna-
li; ſed cũ adhuc pateat ei via ſummaria in ſupremo
ſenatu,eo quod ſemeſtre non ſit elapſum,eſt vti ſuo
iure lege. 9.& 10. citatis ſibi conceſſo,intentando in
eo iudicium ſummarium,quod ſimul cum cauſa te-
nutæ,& poſſeſsionis, admixtam habet cauſam pro-
prietatis. Idem autor lib. 3. c. 13. nu. 61. excitauerat
dubium,num ſcilicet,eſto maiori, quod proxime di
ctum eſt, eſset denegandum: minori tamen, per re-
C ſtitutionem in integrum,eſset concedẽdum. Atque
reſpondet affirmanter, ſi ita longè melius atque vti
lius eſset tali minori: ſecus verò, ſi aliqua de cauſa
vtilius,aut certè æquè,aut ferè æquè, vtile eſset pro-
ſequi viam ordinariam:quoniam,cum tunc,ex omiſ
ſione remedij illius ſummarij,non eſset notabiliter
læſus,locum nõ haberet reſtitutio in integrum, quæ
non, niſi notabiliter læſis, conceditur.

Decimum dubium eſt,vtrum,ſi minor intra ſeme 9
ſtre intẽtauit remedium poſſeſsorium legis. 9.& 10.
quæ citatæ ſunt, aut aduerſus eum fuit idem reme-
dium intentatum, & omiſit probationẽ aliquam in
tra quinquaginta dies eiſdem iuribus ad probandũ
in eo iudicio ſummario præſcriptis, reſtituatur in
integrum poſt lapſum eorum quinquaginta dierũ,
D ad eam probationẽ adhibendam. Molina, c. 13. cita
to,nu. 63.& Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 88. conſen
taneè ad Couar. de pract. qq. c. 17. num. 4. verſ. ſex-
tum,& ad alios doctores, quos citant, aſseuerant,
ſtando in ſola lege. 9. citata, quando in hoc iudicio
ſummario ſolum agebatur de tenuta maioratus,&
poſt illud abſolutum cauſa poſseſsionis & proprie-
tatis remittebatur ad alia prætoria,locum non fuiſ-
ſe reſtitutioni illi in integrum: ſicq; teſtatur Moli-
na tempore illius legis. 9. ante latam legẽ. 10. ſe nun
quam vidiſse conceſsam talem reſtitutionem in in-
tegrum,quin potius,cum ſemel fuiſset petita,dene-
gatam eam fuiſse.

Tota autem difficultas eſt, poſt latam legem 10.
E qua,qui,hoc remedio ſummario intẽtato, vincitur
excluditur omnino à poſseſsione, neque deinceps
agere poteſt,niſi via ordinaria, de ſola proprietate.
Cùm enim id maximum ſit detrimentum, certe
omiſsio rei cuiuſcũque, quæ ad victoriã conducere
poterat in eo iudicio ſummario, notabilis læſio eſt,
ac ꝓinde aduerſus eã reſtitui minor debet. Id quod
ex eo poteſt cõfirmari, quoniam in remedijs poſseſ
ſorijs adipiſcẽdæ,retinendæ, vel recuperandæ poſ-
ſeſsionis, minor reſtituitur aduerſus probationem
omiſsam,vt affirmat gl. vlt. l. vnica. C. ſi de momen
tanea poſseſsione fuer. appel. quam ſequuntur do-
ctores cõmuniter,quos referunt ac ſequuntur Cou.
verſ. ſextum citato,& Molina,ac Gutier. vbi ſupra.
Con-

Contrarium,quod ſcilicet,etiam poſt legem. 10. cōcedenda non ſit ea reſtitutio in integrum,ſuadere videtur,quod eadem lege. 10. habetur; *guardandoſe en lo demas*(præterquam,quod ſententia eius iudicij ſummarij intelligatur, non ſolum quoad tenutam, ſed etiam quoad poſſeſſionem, & deinceps in alijs prætorijs agi poſſit ſolum de proprietate(*Todo lo contenido en la dicha ley*(nona ſcilicet antecedente)cum ergo tempore legis.9.nec concederetur, nec concedenda eſſet,ea reſtitutio in integrum,vt dictum eſt, & ſatis apertè innuitur eadem lege.9.illis verbis; *el qual(termino* ſcilicet *de cinquenta dias)no ſe pueda prorogar,ni alargar,por ninguna manera ni cauſa*. Et infra, *ſin otra mas prorrogacion ni concluſion para lo determinar.* Et rurſus,*ſin que aya,ni den lugar,a otra alegacion ni probanca*:conſequens eſt, vt neque poſt legem decimam,& ea,quæ in illa ſancita ſunt, debeat ea reſtitutio concedi.

Ad hoc tamen reſponderi poſſet, quamuis poſt legem decimam eadem forma ſeruari debeat,quę lege nona ſancita eſt; quia tamē lege decima de nouo eſt conſtitutum, vt in eo ſummario iudicio definiatur omnino,non ſolum cauſa tenutæ,ſed etiam poſſeſſionis, ita vt deinceps agi non poſſit, niſi de ſola proprietate;conſequens per Epicheiam eſt cenſendum,relictam fuiſſe reſtitutionem in integrum,quæ locum habet in remedijs omnibus poſſeſſorijs, ſeu in cauſis, in quibus agitur integre de ſola poſſeſſione,maximè cum remedium ſummarium,de quo loquimur,habeat admixtam cauſam proprietatis:quare ſtylus iure optimo tempore ſolius legis 9.introductus,ac perpetuo ſeruatus,vt ſcilicet in iudicio ſummario de ſola tenuta,non concederetur reſtitutio in integrum aduerſus probationem omiſſam, non eſt cenſendus perſeuerare tempore legis. 10. in iudicio ſummario de tota cauſa poſſeſſionis, ſed potius eſt cenſendus omnino mutatus,prout res ipſa poſtulat, de qua in eo iudicio ſummario tempore legis. 10.agitur. Item reſponderi ad illa eadem poſſet,legem. 9. verbis expreſſis non denegare reſtitutionem in integrum:ex generalibus autem verbis,quibus aliquid ſtatuitur,non cenſetur ſublatum remedium reſtitutionis in integrū,ſi res, de qua agitur,illud alioquin poſtulat; neque in lege ita generali comprehenſæ cenſentur perſonæ, quæ quoad id alioquin habent priuilegium niſi de illis expreſſa mentio fiat.l.decurionibus. C. de ſilentiarijs lib.12. Atque,nihil impedientibus verbis relatis ex lege.9.locum eſſe reſtitutioni in integrum,ſi res,de qua agitur, illā exigat, confirmat.cap.coram,de in integr.reſt. Vbi cū Toletanæ & Bracharenſi Eccleſijs,contendentibus de Hiſpaniarū primatu,aſſignatus fuiſſe terminus quidam peremptorius, Bracharenſis Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus illum elapſum.

Molina vbi ſupra, numero 65.adeò dubiam rem hanc arbitratur, propter rationes in vtraque partem allatas:vt ad eius deciſionem regiam declarationem neceſſariam eſſe dicat, eaque de cauſa ſubiungat;quando caſus contigerit,ea de re eſſe deliberandum. Idem numero 66.cenſet circa dubium illud, an in hoc remedio & iudicio ſummario poſt legem 10.citatam,admittenda ſit teſtium reprobatio. Licet enim in iudicio ſummario & exequutiuo, quando non agitur de poſſeſſione concedenda,aut auferenda,non admittatur teſtium reprobatio, vt cum Couarr.capit.17.citato.numero quarto, verſ.ſeptimo, & Capicio, affirmat, idque ita in re propoſita ſeruaretur tempore ſolius legis.9.citatæ, quando ſolum agebatur eo remedio ſummario de tenuta maioratus;poſt legem tamen decimam citatam, cum agatur de integra poſſeſſione,videtur admittenda teſtium reprobatio, vt admitti debet ac conſueuit in interdictis poſſeſſorijs,iuxta Bar.in extrauag.ad re- A primendum,verb.4.ſummariè, & alios, quos idem Molina ibidem,& Couar.num.4.citato verſ. quòd ſi ageretur,referunt ac ſequuntur. Quia tamen lex. 10. reſiſtere videtur eo modo, quo circa præcedens dubium explicatum eſt, idem dicendum cenſet Molina circa hoc,& circa præcedens dubium. Idē quoque dicendum cenſet. a num.67.circa hoc aliud dubium,an in hoc eodem iudicio ſummario poſt legē. 10.citatam locū habeat publicatio. Quamuis enim tempore ſolius legis.9.quando agebatur de ſola tenuta,non fieret publicatio: tametſi partibus ſemper daretur copia probationum ſine publicatione: quia tamen in iudicijs poſſeſſorijs,etiam ſummarijs,quādo de plena poſſeſſione agitur, publicatio eſt neceſſaria,iuxta Bart.in extrauag. ad reprimendum. ver. B figura,& alios,quos Molina citat: idque ita vſu receptum refert,idem quoque dicendum eſſet poſt legē, 10.in iudicio ſummario,de quo agimus, niſi ſimiliter eadem lex,modo explicato, reſiſtere videretur. Idem numer.68.ait dicendum eſſe circa dubium,an poſt legem. 10.citatam,in hoc iudicio admittēda ſit impugnatio,ſeu contradictio ſcripturarum. Quamuis enim in iudicio de ſola tenuta non admitteretur tempore ſolius legis.9.neque in quolibet alio iudicio ſummario circa poſſeſſionem non integram,niſi eſſet aliqua falſitatis ſuſpicio, quæ breuiſſimè examinari poſſet,vt cum Couarr.nume.4.citato verſ. nono,& cum Maſuero, & Capicio ait:in remedijs tamen poſſeſſorijs, in quibus de plena poſſeſſione agitur,nulli dubium eſt,eſſe admittendam impugnatio- C nem,ſeu reprobationem ſcripturarum,vitia circa illas excipiendo,ſeu obijciendo: atque idem efficiendum eſſe circa hoc remedium ſummarium circa integram poſſeſſionem maioratus poſt legem. 10.niſi. modo explicato,eadem lex reſiſteret. Atque ex hactenus dictis ſubiungit Molina,num.69. decidendā eſſe quæſtionē, num in hoc remedio ſummario poſt legem 10.citatam admittenda ſit petitio fructuū maioratus,faciendaque ſit condemnatio, vt ſoluantur, vel abſo'utio ab eorum ſolutione, ſi ei adiudicetur poſſeſſio maioratus,qui illum tenebat,eoſque percepit. Quamuis enim tempore ſolius legis.9.quando ſolum agebatur de tenuta maioratus,& non de poſſeſſione, nunquam condemnatio fructuū facta fuerit, etiamſi multoties fuerit petita, poſt legem ta- D men. 10.cum in hoc remedio ſummario agatur de poſſeſſione integra adiudicanda, vtique in conſequentiam illius, condemnatio fructuum eſt facienda,ſi poſſeſſio illi adiudicetur, qui maioratum non tenebat. Etenim ea condemnatio in interdictis poſſeſſorijs fieri debet,quēdo de plena poſſeſſione agitur,vt cum alijs,quos ſubiungit,ait, plurium autem, aut paucorum,pro qualitate interdicti. Quamuis autem hoc ita perſuadere videatur hæc ratio, reſiſtit tamen, modo explicato, remque dubiam facit, lex. 10.citata.

Gutierrius.q.88.citata cenſet, etiam poſt legem, 10.citatam,neque reſtitutionem illam in integrum, neque reliqua,quæ commemorata ſunt, habere lo- E cum:de condemnatione verò ad fructus non loquitur. Non verò alio fundamento ducitur,quàm quòd id ſonare videatur lex. 10.citata ex his,quę ſupra expenſa ſunt,reſiſtatque proinde his omnibus. Cæterum licet Molina in eandem partem propendere modo aliquo videatur, certe res non caret difficultate maxima.

Vt vndecimum dubium intelligatur,ac expediatur, 10
obſeruandum eſt. Interdum iudices, ad pacem conſeruandam,& rixas vitandas,inter eos, qui contendunt de aliqua re, & eorum vterque contendit, ſe eſſe in poſſeſſione actuali eius rei, ſolere ſummariè agnoſcere,examinare,& definire per ſententiam interloquutoriam,à qua non admittitur appellatio,

aut

aut ſupplicatio, præſertim in ſupremis tribulationibus, eò quod modici admodum ſit præiudicij, quis eorum potius cenſendus ſit eſſe in poſſeſſione eius rei, tuerique proinde in ea debeat, interim dum lis principalis pendet, idque ſine vllo prçiudicio iuris alterius partis, tam circa proprietatem, quàm etiã circa poſſeſſionem, de qua agitur, non ſummariè, ſed exactè in principali iudicio, quod pendet. Atque remedium hoc poſſeſſorium, & interloquutoria hæc ſententia, quæ nõ eſt de poſſeſſione ſimpliciter, ſed quis pro poſſeſſore ſit habendus, & tuẽdus, interim dum exactius res examinatur ac definitur, etiam circa poſſeſſionem, appellari conſueuit, interim, Hiſpanè *entre tanto*; dum ſcilicet lis principalis pendet & res ſimpliciter ac omnino definitur: de quo remedio fusè Couar. de pract. qq. capit. 17. citato, & nos fortè tractatu. 5. dicemus. Hoc ita conſtituto, dubium vndecimum eſt, vtrum hoc interdictum ſummarium, quod locum habet, etiam interim dum cauſa poſſeſſionis examinatur, habeat locum, etiam quando ſummariè, iuxta legem. 10. citatam, agitur de tenuta ac poſſeſſione integra maioratus. Molina vbi ſupra à nu. 71. ait, locum non habere: quoniam iudicium, quo iuxta legem. 10. agitur de poſſeſſione, eſt ſummarium, & dum pendet vnum iudicium ſummariũ circa poſſeſſionem, nec debet, nec poteſt, intentari aliud iudicium ſummarium circa eandem poſſeſſionem. Hoc tamen limitat, niſi veriſimiliter timeatur, partes ad arma interim deuenturas, aut aliud ſcandalum timeatur: tunc enim ſenatores ſupremi regij ſenatus impedire debent id malum, ſiue prouidẽdo ac pronũciando, vt interim is ſit in poſſeſſione, quẽ ex probationibus, aut aliunde intelligitur fuiſſe in poſſeſſione tempore litis motæ, vel ſequeſtrãdo maioratum pro eo tempore, ſi non conſtet, quis tempore litis motæ fuerit in poſſeſſione. Itaque reſolutio eſt, licet rarò vtendũ ſit vno ex ijs duobus remedijs ſummarijs, interim dum pendet alterum; quia tamẽ vnum eſt breuius, ac magis ſummarium, quàm alterum, nullam eſſe repugnantiam, quod aliquando, ad occurrẽdum alicui malo non leui, ſit vſus breuioris, interim dum pendet minus breue.

11 Vltimum dubium eſt, cum terminato remedio ſummario, ſiue quondam iuxta legem. 9. citatam, quoad ſolam tenutam, ſiue hodie poſt legem. 10. etiam quoad poſſeſſionem, cauſa remittenda ſit ad alia prætoria, ſi eueniat, vt pars eius maioratus ſit in diſtricto Granatenſis prætorij, & pars alia in diſtricto Pinciano, ad quod eorum prætoriorum ſit tunc cauſa remittenda. Reſpondet bene Molina vbi ſupra n. 73. cum Tiraquello, & alijs, remittendam eſſe ad prætorium, in quo maior pars eius maioratus fuerit ſita, iuxta. l. ſi fideicommiſſum in prin. ff. de iudiciis, & l. qui ita. §. vlt. ff. ad Trebell. Si tamen caput maioratus eſſet in vno diſtricto, & reliqua eius maioratus ei capiti eſſent annexa, tunc licet maior pars eſſet in alio diſtricto, cauſa remittenda eſſet ad prætorium, in cuius diſtricto eſſet caput, vt Molina, cũ Tiraquello, & aliis ſubiungit. Secus verò quando capiti, aut oppido tituli, reliqua non eſſent annexa, vt ait Tiraquellus. Tametſi addat Molina, cauſam Comitatus de *Buendia*, à regio ſenatu remiſſam fuiſſe ad prætorium Granatenſe, in cuius diſtricto erat caput eius Comitatus, nihil impediente, quòd maior pars eiuſdem maioratus ſita eſſet in diſtricto Pinciani prætorij. Addit verò, iudices fortè ex alijs cauſis fuiſſe ad id permotos, ideoque id exemplum non facilè eſſe ad alia trahendum.

A B C D E

DISPVT. 639.

An viuente maioratus poſſeſſore, is, qui poſt eius mortem ſucceſſionem prætendit, poſſit intentare actionem, vt declaretur verus, poſt mortem illius ſucceſſor.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter viuente maioratus poſſeſſore, non admittetur lis, quis illi ſuccedere debeat.*

2 *Actio aduerſus diffamantem, ſeu iactantẽ aliquid, quouſque competat ante motam litẽ circa id, quod iactat ac diffamat. Et num agi eo modo poſſit, etiam coram iudice actoris.*

Vltimo loco, quoad rem hanc totã de ſucceſſione in maioratibus quod propoſitũ eſt, erit examinandum. Adeò verò id controuerſum fuiſſe refert Molina lib. 3. de primog. c. 14. vt contrariç ea de re in huius regni prçtorijs latæ fuerint ſententiæ. 1

Pars, quç affirmat, ſuaderi poteſt Primò ex l. 1. C. de fideicommiſ. vbi definitur, legatarium agere poſſe pro legatis annuis, non ſolum ſibi iam debitis, ſed etiam, quæ debebuntur, & quorum dies nondũ ceſſerit, ſed erunt in futurum præſtanda. Argumentũ primũ.

Secundò, ex leg. 1. C. de ſententia, quæ ſine certa quantitate profertur, vbi habetur, valere ſententiam de vſuris nondum debitis: ſed quæ debebuntur toto tempore, quo certa pecunia in poſterum non ſoluetur: quo fit, vt exerceri iudicium poſſit circa ius de futuro. Secundum.

Tertio, ex l. lege Aquilia ſi deletum, ff. ad legem Aquil. vbi, ob deletum à debitore chirographum, in quo debitum ſub conditione continebatur, permittitur creditori ius conditionale, ante aduentum conditionis, in iudicium proponere. Tertium.

Quartò, ex l. ſi rem alienam. 1. §. vlt. ff. de pig. act. & ex l. ſi mandauero tibi. 1. ff. mandat. ex quibus iuribus colligitur, ſi intentetur iudicium circa ius, quod nondum eſt, & iudicio adhuc pendente, ius efficiatur præſens, iamque exiſtens, ex cauſa præterita, aliquo alio ſuperueniente, poſſe pronunciari, eſſeque validam ſententiam: vnde vlterius colligitur, eſſe validum iudicium circa ius de futuro inchoatum: neque enim proferri validè poſſet ſententia circa actionem nullam, & quæ admitti non potuit. Quartum.

Quintò, ex l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damno infecto, vbi habetur, cautionem, non ſolum pro damno præterito, ſed etiam pro futuro, ſi eueniat, reſarciendo, poſſe peti, deberique concedi. Quintum.

Sextò, ex l. ſi contendat. ff. de fideiuſ. Vbi habetur, reum poſſe intentare actionem, vt pronuncietur ſibi competere exceptionem, qua ſe in poſterum defendat, ſi forte actio aduerſus ipſum intentetur, quam ea exceptione poſſit excludere: cum autẽ, antequã actio intentetur, nemo poſſit exceptione vti, eo quod exceptio ſit actionis excluſio, vt habetur. l. 2. ff. de except. conſequens eſt, vt actio, & iudicium illud, ſit circa ius de futuro. Sextum.

Septimò, ex l. ſi duo patroni, in prin. ff. de iureiur. & ex l. vti frui. §. vtrum. ff. ſi vſufruct. pet. ex quibus conſtat, eum, cui ius aliquod competit, petere poſſe, vt declaretur ſibi competere: vnde Bart. §. vtrum citato, iuxta eum textum, dixit, quamuis Comes poſſideat Comitatum, poſſe petere, vt declaretur, ſibi competere: quare eadem ratione videtur ſucceſſor in maioratu poſſe petere, vt, antequam is, cui ſuccedere debet, moriatur, pronuncietur, ipſum eſſe legiti- Septimum.

gitimum ſucceſſorem illi, pronunciando ipſum iam habere ius ad illi tunc ſuccedendum.

Octauò, id maximè locum habebit, ſi vel maioratus poſſeſſor, vel alius, qui prætendat, ſe eſſe ſucceſſorem poſſeſſori, aliquid dicant, quo detrahãtiuri eius, qui prætendat ſe eſſe legitimum ſucceſſorē, & quo quaſi infamia iuri ipſius irrogetur: tunc.n. hic contendere poterit in iudicio cum illis, vt cogãtur deſinere id iactate, perpetuumque ſilentium eis imponatur, pronuncieturque, ipſum habere ius, legitimũque eſſe in eo maioratu ſucceſſorem poſt illum obtinentem, aut aduerſarij contrarium probent, iuxta l. diffamari. C. de ingenuis & manumiſſis.

Sententiã hanc amplectuntur Rodericus Xuarez Allegat. 4. Simanchas de primog. Hiſp. l. 1. ca. 28. & ex parte Couar. 1. var. reſ. c. 18. n. 8. Qui in editione Cæſarauguſtana, quaſi eis annuens, refert Aries Pinellum, Ant. Gom. & Molinam, poſt eã editionem, contrarium affirmaſſe. Et iuxta eandem ſententiam ait Molina vbi ſupra numero 9. ſe vidiſſe pluries latam fuiſſe ſententiam apud ſuprema huius regni tribunalia.

Contrariam ſententiam amplectuntur idem Rodericus Xuarez allegat. 3. qui allegat. 4. ſubiungit, iuxta eam fuiſſe pronunciatum in Pinciano prætorio, Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. numer. 78. qui ait, in cauſa magni momenti fuiſſe ita pronunciatum in Luſitania. Ant. Gom. l. 40. Tauri. nu. 79. Padilla. l. 1. C. de fideicommiſ. num. 31. Molina. libr. 3. de primog. cap. 14. numer. 10. & 17. qui refert multos alios pro eadem ſententia, maximè in fideicommiſſis. Subiungit tamen. numero 31. quaſdam limitationes, de quibus infra erit ſermo, iuxta quas loquuti videntur Couar. nume. 8. citato, & Rodericus Xuarex. allegat. 4. atque Greg. Lopez. l. 1. titu. 2. gloſ. vlt. part. 3.

Hęc ſententia confirmatur. Primò, quoniam iudicium fundari non debet in petitione, qua admiſſa, iudicium ex eo, quòd poſteà eueniet, põt reddi inane & fruſtratorium, ſaltem iudices non tenentur de ea re cognoſcere, neque debẽt, & multò minus tenetur aduerſarius reſpondere, niſi adſit de præſenti aliqd ſibi aduerſum & contrarium, rõne cuius circa futurum præiudicium aliquod ac detrimẽtum poteſt actori euenire, niſi tunc iudicium, etiam circa futurũ, intentet ratione eius, ꝙ de pręſenti obuenit; vt quãdo de præſenti deletur ab aduerſario chirographũ, quo aliquid in futurum ſub conditione debebatur: atque hanc limitationem apertè adhibet. lex. 1. tit. 2. part. 3. in fine, & ſatis apertè eadem lex innuit reliquum, quod proximè aſſerimus, idque, quod probare intendimus, nempe, actorem intentare non poſſe iudicium, niſi circa rem pręteritam, aut pręſentem, non verò circa futuram, cuius habet ſpem, aut ius in ſpe, quod fruſtrari poteſt, excepto caſu limitationis propoſitæ. Id verò totum, excepta limitatione adhibita habetur. l. non quemadmodum. ff. de iudicijs, ex qua lex. 1. tit. 2. p. 3. deſumpta eſt, & l. Atteius, §. in hoc iudicio. ff. de aqua pluuia arcenda. Item, quòd iudex nõ teneatur admittere iudicium, quòd, modo explicato, fruſtuari poteſt. Confirmatur ex l. litigatores. §. vlt. ff. de recept. arbitris. Vbi habetur, ſi partes compromittant in arbitrum, appoſita pœna ei, qui non paruerit ſententiæ, quæ pœna promittatur ſub conditione pendente in futurum, vt ſi nauis ex Aſia venerit, arbitrum non eſſe cogendum proferre ſententiam, antequam purificata ſit conditio, nauiſque ex Aſia venerit, ne, ſi conditio non impleatur, iudicium ex eo ſit inefficax, quod damnatus cogi non poſſit pęna illa ſtare ſententiæ. Verba illius textus hæc ſunt. *Arbitrum non prius cogendum ſententiã dicere, quã conditio extiterit* (ſub qua ſcilicet pœna promiſſa ſit) *ne ſit inefficax ſententia, deficiente conditione.* Cõcinit. l. 26. tit. 4. p. 3. quæ, iuxta legẽ litigatores citatã, ſtatuit, arbitrum non eſſe cogendum ferre ſententiam, niſi cõpromittentes in illo ſe obligaſsẽt ſub aliqua pęna ſtare latæ ſententiæ: nam alioquin non tenerentur ſtare ſententiæ, *E aſi* (ait lex illa) *el trabaio, quę ouieſen paſſado en cyendolas*) partes ſcilicet cõpromittentes) *toruarſeles ya en eſcarnio, y en verguenca.* Quod ſi iudicium admitteretur, viuente adhuc vltimo maioratus poſſeſsore, quo pronũciaretur, quis è duobus, eo iudicio contendentibus, ſuccedere deberet in eo maioratu poſt mortem talis poſseſsoris, ſanè id iudicium poſt multas contentiones, odij occaſiones, expenſas atque alia mala, facile reddi poſſet inane & fruſtratorium, mortuo eo, qui pronunciaretur legitimus ſucceſsor, ante talem poſseſsorẽ, vel nato legitimo ſucceſsore: quo fit, vt tale iudiciũ admittendum non ſit, tanquam noxium, bonoque reipublicæ aduerſum: maxime cum mortuo vltimo poſseſsore, intra breue tempus, remedio poſseſsorio de quo duabus præcedentibus diſputationibus dictum eſt, in regio ſupremo ſenatu, orta ea contentione, pronunciandum ſit, quis mitti in poſseſſionẽ eius maioratus, tanquã legitimus in eo ſucceſsor, debeat: in quod tempus, qui in vita vltimi poſseſoris contendere vellent, parare potius deberent breues, ſummarias, atque efficaces probationes, quibus vni eorum, qui potiores illas paratas habuerit, adiudicetur poſſeſſio, ac defendatur & protegatur in illa. Satis quippe eſt, rempublicã ex cauſſis de præterito, & de pręſenti, fixis iam & inuariabilibus litibus vexari innumeris, neque expedit admitti etiam lites ſuper iure de re futura adhuc incerto, an, poſt mortem vltimi poſseſsoris litiganti competere debeat, vnde multa mala, ſæpe ſine vllo emolumẽto, oriri poſsunt, vt experientia, ſine vllo emolumento, fuiſse nõ rarò ſubſequuta, ſatis teſtatur. Quare longe alienũ à Chriſtiana, beneque inſtituta republica, eſse debet, tales cauſas admittere.

Secundo idem probatur, quoniam tractus futuri temporis, id ve, quod in futurum, euenire poteſt, nõ ſpectat ad iudicis officium, vt habetur. l. 1. §. 1. ff. de vſuris, cuius verba ſunt. *Quid enim pertinet ad officiũ iudicis futuri temporis tractus.*

Tertio idem probatur, ex leg. ſi ita ſcriptum. §. 1. ff. de leg. 2. ibid. *Nec pertinet ad nos antequam dies veniat.*

Quarto, quoniam proximitas in ſucceſſione in maioratu attendi debet tempore, quo maioratus ſucceſſio defertur: cum ergo ante mortem vltimi poſseſſoris ea proximitas ſciri non poſſit, cum interim, dũ poſseſsor viuit, poſſit facile variari; conſequens eſt, vt contentio de ſucceſſione in maioratu, quis cui ſit præponendus, audiri non debeat ante mortem vltimi poſseſsoris.

Quintò, quoniam ſi is, qui prætendit, ſe eſse proximum ſucceſsorem in maioratu poſt mortem vltimi poſseſsoris, timet, ne teſtes, quos ad id probandum adhibere intendit, moriantur, diſcedant, aut obliuiſcantur, poterit eos facere examinari ad perpetuam rei memoriam, vt ad iudicium ſummarium ex lege nona, & decima, titulo ſeptimo, libro quinto, nouæ collectionis tempore mortis vltimi poſseſſoris paratas habeat probationes. Præterea intentare iudicium ordinarium viuente vltimo poſseſſore, vt declaretur tunc, quis poſt illius mortem ſuccedere debeat in maioratu, poterit præiudicio non modico eſſe ei, qui illud intentat, ne, ſi vltimus poſseſsor moriatur ea lite adhuc pendente, non concedatur ei, illo mortuo, iudicium ſummarium, ſed proſequi cogatur cœptum illud aliud ordinarium iudicium: id quod Molina vbi ſupra. numero 16. teſtatur cuidam eueniſse, non ſine magno ſuo detrimento: quo fit, vt expediens non ſit, eiuſmodi iu-

dicium intentare, viuente vltimo poſſeſſore, neque id admitti debeat: niſi in euentu exceptionis in primo argumento, quo hoc ipſum confirmamus, ex lege. 1. titulo. 2. parte. 3. relatæ, cui conſentiunt alia iura.

Ad primũ argum. Ad primum ergo argumentum in contrarium dicendum eſt, in ea lege eſſe ſermonem de iure iam cõparato ex teſtamento defuncti ad annua alimenta, in eo teſtamento ei à teſtatore relicta, de quo ibi eſt ſermo: licet enim in teſtamento minus ſolemni eſſet id annuum legatum ei relictum; quia tamen hæres illud ſoluerat per aliquot annos, eaque ſolutione fuerat profeſſus, eam verè fuiſſe voluntatem teſtatoris, cenſetur confirmatum id legatum, nec poſſe hæredem illud iam non ſoluere, iuxta ea, quæ copioſè à nobis diſputatio. 81. hac de re dicta ſunt: atque hic textus confirmat etiam doctrinam, quam ibi ſtabiliuimus de teſtamentis minus ſolemnibus, quando conſtat eam verè fuiſſe mentem ac voluntatem teſtatoris. Quia ergo in ea lege id legatum annuum, in teſtamento minus ſolemni relictum, pronunciatur validum eo ipſo, quod tanto tempore hæres illud ſoluit, ac proinde pronunciatur legatarium comparaſſe verum ius ad illud, definitur, legatarium, nõ ſolum poſſe petere ab hærede, ſi quæ annua alimenta in præteritum non ſoluerat, ſed etiam tempore futuro, quæ ipſi debebuntur, quaſi hæres, dum legatarius vixerit, non poſſit ei illa denegare. Hoc verò nihil ad rem de iure nondum integrè ad aliquid futurum acquiſitum, ſed quod pendet à morte alterius, qui ſuperuiuere poterit ei, qui illud obtendit, & ab aliis euentibus, qui illud poterunt impedire, vt interim, dum ille alius viuit, neque eſt perfectè acquiſitum, non poſſit circa illud is, qui illud obtendit, agere, vt pronuncietur ſibi competere poſt mortem illius alterius, ſeque proinde eſſe verum immediatum in ea re ſucceſſorem illi.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, ibi eſſe ſermonem, quando quis primum condemnatus eſt ſoluere certam pecuniæ quantitatem: & poſteà, cum eſſet in mora eam quantitatem ſoluendi, damnatus erat, ſi intrà certum alium terminum eam non ſolueret, vt ſolueret deinceps certas vſuras. Id autem ius eſt iam perfectè quæſitum eo ipſo, quòd ea ſententia iuſtè eſt lata. Prætereà id quaſi in pœnam illi ſtatuitur, quam in futurum incurrat, ſi non ſoluat: quod nihil ad rem, de qua agimus, vt ſcilicet poſſit quis contendere in iudicio, vt pronuncietur, ſibi competere ius, vt alteri, adhuc viuenti ſuccedat in maioratu, poſt mortem illius.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum eſt, aduerſarium, debitorem ve ſub conditione, iniuriam iam actu exiſtentem feciſſe illi, qui ſub illa conditione creditor erat, per quam iniuriam deterius reddidit illud talis creditoris ius in futurum: eaque de cauſa concedi illi agere: tum aduerſus id delictum & iniuriam; tum etiam, vt teſtibus probetur id debitum ſub conditione, & in conſequentiam debitor condemnetur illud in futurum ſoluere, vt tenebatur, ſi conditio, ſub qua id debebatur, eueniat. Atque hunc euentum, & alios ſimiles, continet exceptio ſupra relata, quam lex 1. titul. 2. part. 3. adhibet regulæ, quòd agi non poſſit de iure in futurum, quod adhuc ex euentibus pendet: quarè nihil id pugnat cum re, de qua diſputamus. Hac eadem ratione, ſi maioratus poſſeſſor deſtruat, aut alienet res maioratus, quaſi vinculo maioratus non ſint ſubiectæ, vel cancellet, aut rumpat inſtrumentum inſtitutionis maioratus, vel aliquid aliud faciat, quod præiudicet iuri ſucceſſoris in futurum, poterit aduerſus id agere ſucceſſor, tanquam legitimus, poſt eum poſſeſſorem, ſucceſſor, vt in nullo iuri ipſius in futurum præiudicetur. Quòd ſi nihil ad ipſum attinere ei obijciatur, poterit contendere, & probare, ſe eſſe legitimum ſucceſſorem. Ita Molina c. 14. citato nu. vlt.

Ad quartũ. Ad quartum, prætermiſſis alijs ſolutionibus, dicendum eſt, probare; ſi ſimiliter ex maioratus inſtitutione iudicium intentetur, & admittatur, viuente adhuc maioratus poſſeſſore quo contendatur, quis poſt mortem illius ſit legitimus in eo maioratu ſucceſſor; & pendente iudicio, ſequatur mors poſseſſoris, proferaturque ſententia in eo iudicio, quis ſit legitimus ſucceſſor, validam eſſe eam ſententiã: quod nullus diffitetur. Non tamen id argumentum probare, admittendum eſſe tale iudicium interim dum vltimus maioratus poſseſſor viuit, quod tamen erat probandum.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum eſt, cum is, qui domum habet, quæ ruinam minatur, vnde alijs damnum poteſt prouenire, teneatur periculum iam præſens euitare, mirum non eſſe, ſi cogatur cauere, quòd ſoluet damnum, ſi quòd ſequetur ex eo, quòd periculum iam præſens non velit euitare, cõfiſus, quòd id damnum non ſequetur: loco enim periculi præſentis, quod vitare iam tenetur, cautio illa, etiam præſens, ſi illud non vitare eligat, ab eo exigitur, vt vicini indemnes ſeruentur. Neque inde ſumitur argumentum, quòd poſſit quis intentare iudicium, vt declaretur, ipſum habere ius ad id, quod ſibi in futurum poteſt competere.

Ad ſextum. Ad ſextum dicendum eſt, aliud eſſe ius ad excipiẽdum aduerſus aliquam actionem, eamque excludendũ, ſi intentetur: aliud verò eſſe excipere actu, actionemque excipiendo excludere. Illud primum eſſe poteſt ante actionem, meritòque poterit quis, tanquam iam præſens, & perfectè compertum velle illud probare, intentando actionem, qua illud probet, dum iam illud habet, ſi ſit periculum, quòd in futurum, dum actio aduerſus ipſum intentabitur, non facilè, aut non tam facilè illud probabit. Ad argumentum ergo in forma, conceſſa maiori, & minori, neganda eſt conſequentia: diuerſa enim ſunt, ius ad excipiendum, & exceptio ipſa, ſeu actu excipere: quod eſſe non poteſt, niſi intentata prius actione ab aduerſario. Nihil ergo contra noſtram ſententiam ex eo argumento colligitur.

Ad ſeptimũ. Ad ſeptimum, conceſſo antecedente, conceſſo item eo, quod circa illud dicitur, eò quod in eo antecedente ſit ſermo de iure iam pleno, & perfectè acquiſito, neganda eſt conſequentia: eo quòd ius illud ſit adhuc imperfectum, pendenſque, cum minimum, à morte vltimi poſseſſoris ante eum, qui id ius, ad illi proximè ſuccedendum, ſe habere contendit.

Ad octauũ. Quod ad octauum argumentum attinet, quidam arbitrantur, diſpoſitionem legis diffamari, ſolum habere locũ, q̃n diffamatio eſt circa id, quod ad ſtatũ, qualitatemve perſonæ diffamatæ, attinet; vt quia, ingenuus affirmatur libertus, de quo ſolo caſu eſt ſermo in illa lege; aut pſona libera affirmatur mãcipiũ; vel legitimè natus, dr̃ illegitimus, aut, qui honeſto loco eſt natus, aſſeritur labẽ aliquã circa genus ſuũ habere; & in ſimilibus euẽtibus. Atque, cũ lex diffamari in Luſitania multò latius intelligeretur, ac practicaretur, ſancitũ l. 3. ti. 1. p. 3. legũ extrauag. fuit, vt in poſterũ in eo regno, neq; intelligeretur, neq; practicaretur, de diffamatione circa bona externa, & cauſas ciuiles, ſed ſolũ de diffamatione circa ſtatũ, & qualitatẽ perſonæ. Meritò tñ cõmuniter intelligitur, etiam de diffamatione circa bona externa; quòd non negat lex Luſitana citata, ſi de lege ipſa in ſe ſit ſermo, ſtandoque in ſolo iure communi, prout etiam in eo regno intelligebatur, & practicabatur, ante eam legem tertiam: ſicque intelligẽdam eſſe probat copioſè, ac bene, Molina vbi ſup. à n. 23. & conſentit Couar. 1. var. reſ. c. 18. Cæterum intelligenda

eſt ea

eſt ea lex de diffamatione circa ius perfectè acquiſitum, quale habet ingenuus, quia aſſeritur libertus, de quo in ea lege eſt ſermo; non verò de iure ſolum in ſpe adhuc, & dependenter ex eo, quod qui illud habet, non moriatur ante vltimum poſſeſſorem, & ex alijs euentibus: eſto enim alius aſſerat, ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, idque iactet, admitti non debet circa hoc iudicium, niſi mortuo prius vltimo poſſeſſore, aut niſi, qui id iactaret, aliquam aliam iniuriam efficeret, qua præiudicium pararet iuri illi ita in ſpe, vt dictum eſt. Ad argumentum ergo negandum eſt antecedens: lex quippe diffamari, non loquitur, niſi de diffamatione circa ius iam perfectè quæſitũ, quale non eſt ſucceſſoris in maioratu, interim dum alius eſt dominus, & poſſeſſor illius legitimus.

2 Dubium vero eſt, in euentibus, in quibus ex. l. diffamari, poteſt agi aduerſus diffamantem modo explicato, an ſit neceſſe agere coram iudice diffamantis, qui in eo iudicio rationem rei ſubire videtur: an verò agi etiam poſſit coram iudice diffamati, coram quo diffamans intentare deberet actionem, ſi prætenderet, verum eſſe, quod diffamat ac dicit, eaque de re agere vellet: tunc enim diffamatus rationem ſubiret rei, ac proinde coram iudice ipſius ea cauſa eſſet peragenda. Simile dubium eſt in caſu ſexti argumenti, ſi quis agere vellet ex l. ſi cõtendat, vt pronunciaretur ſibi competere exceptionem aduerſus actionem, quæ contra ipſum poſſet intentari, an teneretur intentare id iudicium coram iudice ſui aduerſarij, qui in eo iudicio rei videtur ſubire rationẽ; an verò poſſit illud intentare coram ſuo proprio iudice, corã quo aduerſarius intentare deberet actionem, quam ipſe excludere intendit exceptione, ad quam opponendam probare intendit, ſe iam habere ius. Quamuis autem quidam contendant, iudicium ex l. diffamari, & ex lege ſi contendat, intentari ſolum poſſe coram iudice diffamantis, aut alterius, aduerſus quem probari intenderetur competere ius ad excipiendum, eo quod illi in eius iudicijs rationem reorum videantur habere, actorque ſequi teneatur forum rei: contraria tamen ſententia eſt communis, quam Couar. c. 18. citato à n. 4. refert, nempe intentari etiam poſſe coram iudice diffamati, aut eius, qui ius ad excipiendum habet. Etenim id nõ eſt aliud quam ſi diffamãs arbitratur verum eſſe, quod diffamat, id intentet coram eo iudice competente; alioquin ſilentium ei ab eo iudice imponatur: & conſtituere, ſe habere verum ius ad excipiẽdum coram eo iudice, coram quo aduerſarius opponere deberet actionem, quam ea exceptione debet excludere. Atque hæc communis ſententia mihi placet: quæ quoad iudicium ex lege diffamari, ſtatuta eſt, leg. ſecunda, titu. 1. part. 3. legum extrauagantium in Luſitania.

DISPVT. 640.

Succeſſor in maioratu an ad debita inſtitutoris teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Debita Maioratus inſtitutoris ex vniuerſa hæreditate, etiãſi legata aliqua ſimul relinquat, tenentur nõ ſolum primus ſucceſſor, ſed etiam ſequẽtes ſi primus id non præſtitit, ſoluere, etiamſi neceſſe ad id ſit alienare aliquid de vinculo.*

2 *Idem ſi maioratus teſtamento inſtituatur de omnibus inſtitutoris bonis, aut de vniuerſo patrimonio. Quin idem in effectu eſt, ſi ſimiliter inſtituatur cõtractu.*

3 *Maioratus ſi ex quota hæreditatis, vt ex medietate, tertia, quarta, aut alia ſimili hæreditatis parte ſit in-* A *ſtitutus, ſiue hæredis titulo, ſiue legatarij, ſiue etiam contractu, ſimiliter ſucceſſores in eo maioratu tenentur, non quidem ad omnia debita inſtitutoris, ſed ad ſimilem partem proportionalem eorum debitorum.*

4 *Maioratus ſi ex quota bonorum, aut patrimonij, ſit inſtitutus, ſucceſſores in illo ad nulla inſtitutoris debita tenentur. Si tamen plus in maioratum acceperunt, quàm deducto toto ære alieno ad eam quotam attinebat, id repetunt hæredes, vt inde ſoluant debita. Idem ſi ex rebus certis maioratus ſit inſtitutus. Semper etiam actio realis, quæ competebat aduerſus bona, ex quibus maioratus eſt inſtitutus, competit ratione earum aduerſus ſucceſſores.*

5 *Maioratus ſi inſtitutus irreuocabiliter ſit ex certis bo-* B *nis, ſucceſſores nõ tenẽtur ad debita inſtitutoris, poſt eam inſtitutionem contracta.*

6 *Creditoribus num actio in hoc regno & in Luſitania detur aduerſus ſucceſſores in maioratu inſtituto ex quota bonorum, aut ex re certa: an verò ſolum aduerſus hæredes eius inſtitutoris.*

HActenus de natura & creatione maioratus Hiſpani, deque ſucceſſione in illo, dictum eſt, ſimul explicando aliqua, quæ res ipſæ, de quibus diſſerebamus, quaſi poſtulare videbantur, cum eiſque erant connexa. Nunc quædam alia circa eoſdẽ maioratus erunt explananda, vt affectus, & connexa cũ ipſorũ natura, intelligantur, ſicq; exacta de illis cognitio habeatur. C Atque primo loco id, quod propoſitum eſt. Dicendum verò erit, primò in hac diſputatione de debitis inſtitutoris maioratus: & in ſequenti de debitis anteceſſoris poſſeſſoris, qui maioratus iſtitutor non fuit.

Quod ergo ad rem propoſitam attinet, quando 1 maioratus inſtitutor illud inſtituit ex vniuerſa hæreditate, eſto aliqua de ſuis bonis legauerit, notiſſimum eſt, ſucceſſorem in eo maioratu, teneri ad omnia debita inſtitutoris defuncti: eſt enim hæres vniuerſalis, ſeu in ſolidum, comparatione talis inſtitutoris, illique iure hæreditario ſuccedit, vt diſp. 617. oſtenſum eſt, ac proinde in illud tranſeunt actiones omnes defuncti, tam actiuæ, quæ defuncto competebant, quàm paſſiuæ, quæ aduerſus illum poterant intentari, atque adeò tenetur ad omnia debita, & o- D nera defuncti, & ad legata ex ipſiſmet defuncti, bonis, iuxta, ea quæ diſput. 155. copioſè explicata ſunt, conſentitq; communis doctorum ſententia, quam Molina lib. 1. de primog. c. 10. à n. 1. refert ac ſequitur. Quo loco obſerua, non plura bona cenſenda eſſe tunc relinqui vinculata ab inſtitutore eius maioratus, quàm quæ ſuperfuerint, perſolutis omnibus legatis, & debitis omnibus defuncti, extractis ſumptibus neceſſarijs, vt impenſæ funeris, inuentarij, & alijs ſimilibus: quæ omnia perſoluenda erunt è bonis mobilibus: quando verò hæc non fuerint ſatis, diſtrahenda ſunt bona immobilia, quantum ſit ſatis ad omnia ea perſoluenda, etiamſi defunctus præceperit ea non alienari: quoniam id præceptum vim ſo- E lum habet, quoad alienationem voluntariam: ſecus verò quoad neceſſariam, vt habetur. l. pater filium in prin. ff. de leg. 3. l. filiusfamilias. §. diui. 2. verſ. qđ ſi liberis. ff. de leg. 1. l. cum fidei hæredis, ff. de fideicommiſ. libertatib. l. peto. §. prędium. ff. de leg. 2. & l. alienationes. ff. familię hercis.

Nõ ſolũ aũt primus, q ita inſtitutori hæreditario iure ſuccedit in maioratu, tenet ex bonis inſtitutoris ſoluere debita inſtitutoris, ſed & quicũq; alius, q in eo maioratu vlterius ſucceſſerit, ſi debita aliqua eiuſdẽ inſtitutoris cõpareant, aut nõdũ ſoluta fuerint à prædeceſſore, tenetur ſimiliter ea ſoluere de bonis inſtitutoris, etiamſi opus ſit ad id vendere aliqua de vinculo maioratus. Rõ aũt eſt, qm̃ ſequentes ſucceſ-

ſores in maioratu illo, poſt primum, rationem ha-
bent fideicommiſſariorum vniuerſalium compara-
tione inſtitutoris, eaque dẹ cauſa, eo ipſo, quod ma-
ioratus ad eorum vnumquemque tranſit, vna cum il
lo, tranſeunt etiam actiones, tam actiuæ inſtitutoris,
vt ſi quæ bona, aut iura, compareant ad eum perti-
nuiſſe, ea recuperent, & vniant tali maioratui, quam
etiam paſſiuę, vt ſoluant de bonis inſtitutoris, ſi quę
debita illius, aut legata, de nouo comparuerint, aut
antea ſoluta non fuerint, vt diſp. 186. ex multis iuri-
bus copioſè oſtendimus, conſentitque communis
doctorum ſententia, & in re propoſita affirmat Mo
lina c. 10. citato. nu. 1.

2 Quæ hactenus dicta ſunt, intelligenda ſimiliter
ſunt, ſi quis teſtamento maioratum inſtruat de vni-
uerſis ſuis bonis, aut de vniuerſo ſuo patrimonio: li-
cet enim nomine bonorum, extra teſtamentum, in-
telligantur bona defuncti, deducto ære alieno. l. ſub
ſignatum, §. bona. l. bonorum. 1. l. proprie. ff. de ver
bor. ſignif. & l. mulier bona. ff. de iure dot. ac proin-
de in eũ, ad quem ita bona omnia alicuius pertinẽt,
non tranſeant de rigore iuris actiones paſſiuæ illius,
quando tamen omnia bona ex teſtamento, aut vni-
uerſum patrimonium, vel aliud, quod idem ſonet, a-
licui relinquuntur, id cenſetur hæredis in ſolidũ in-
ſtitutio, iuxta ea, quæ diſpu. 155. §. his ita, à nobis ex-
plicata ſunt: præterea cenſetur fideicommiſſum vni
uerſale, ſi hæres vlterius grauetur, id alteri reſtitue-
re, ac proinde actiuæ & paſſiuæ actiones defuncti,
tranſeunt in ita inſtitutum, & in ſubſtitutum fidei-
commiſſarium; non ſecus ac ſi hæreditas, quæ æs a-
lienum comprehendit, defunctumque repræſentat,
eſſet eidem relicta. Ita præter ea, quæ diſputatione
citata dicta ſunt, probant, l. nam quod, §. vltim. iun-
cta lege ſequenti, & l. cogi. in prin. ff. ad Trebell. &
l. 3. in prin. ff. de bonor. poſſ. & alia iura, quæ gloſſa
ibi verb. plerunque, citat, & affirmant Bart. & com-
munis doctorum ſententia, quam Molina. c. 10. cita
to. num. 5. refert ac ſequitur. Quando autẽ quis extra
teſtamentum contractu, etiam reuocabili, inſtitue-
ret maioratum de omnibus ſuis bonis (quod rarò
eueniet) tunc, cum nomine omnium bonorum il-
lius, ſolum intelligantur, quæ, deducto ære alieno,
ad ipſum ſpectant, & ex iuribus ſupra citatis, & cõ-
muni doctorum ſententia, conſtat, tunc vtique, de
iuris rigore, non tranſirent in poſſeſſorem huius ma
ioratus actiones paſſiuæ defuncti: tametſi, in effectu
aduerſus eum vtique tranſirent. Cum enim tũc non
daretur hæres, qui perſonam defuncti repræſenta-
ret, aduerſus quem tranſirent, & qui rurſus ab hoc
exigeret, ſi quid de ære alieno non integrè ex hæredi
tate defuncti extracto, retineret, vltra bona proprie
defuncti, vtique creditores ipſi agere immediatè ad-
uerſus hunc poſſent, vt, quod inſuper haberet, reſti-
tueret: aut petere poſſent, vt hæreditati defuncti il-
lius ab inteſtato, curator daretur, qui ex ea hæredita
te, perſonam defuncti reprẹſentante, aduerſus quam
paſſiuę actiones defuncti, iuxta ea quæ diſputatio.
155. dicta ſunt, tranſiſſent, ſolueret ęs totum alienũ,
& quod ſupereſſet, eo integrè ſoluto, traderet, tan-
quam bona defuncti, vocato ad maioratum, cautio-
ne, ab eo vocato prẹſtita, vt, ſi amplius debere defun
ctum poſtea probaretur, id etiam ex eiſdem bonis
perſolueret. Atque hoc eſt, quod Molina. nu. 5. cita-
to cum alijs, quos refert, vult, ac intendit. Quo loco
obſerua, in euentu, de quo diſputamus, nõ prius eſſe
tradendam poſſeſſionem actualem bonorum defun
cti ei, in quo eo modo inſtitutus eſſet maioratus om-
nium bonorum, quam ſe aſtringeret ad ſoluendum
totum ęs alienum, ſi quod in futurum comperiretur
defunctum debere, atque tũc, vi eius pacti & obliga
tionis, tranſirent aduerſus eum actiones omnes paſ-
ſiuę defuncti. Obſerua item, hodie in hoc regno, e-

A tiamſi non ita ſucceſſor in maioratu ſe aſtrinxiſſet
ad debita defuncti inde ſoluenda, concederetur crę
ditoribus actio immediata aduerſus illum, vt inde
debita defuncti ſolueret, iuxta ea quę ſubiungemus
ſtatim, dum ſermo erit de maioratu inſtituto de par
te, aut quota, bonorum defuncti. Denique obſer-
ua, non ſolum, quando alicui teſtamento relinquun
tur omnia bona, nomine, omnium bonorum, cõpre-
henditur, etiam æs alienum, ſicut in hęreditate, ac
proinde tranſeunt in eum actiones actiuę & paſſiuę
defuncti, vt dictum eſt: ſed etiam, quando princeps
deportato reſtitui omnia ſua bona, aut alicui alteri
ſimili, cenſetur reponere illum in ſtatu, quoad ſua
bona, in quo erat, antequam illa amitteret, ac proin-
de nomine, omnium bonorum, comprehenduntur
B iura & actiones, regrediunturque proinde ad illum
actiones actiuæ & paſſiuę, quę, ſi id delictum non
commiſſiſſet, ei & aduerſus eum, competerent. Ita
habetur. l. princeps bona. ff. de verborum ſignificat.
& affirmant ibi Bartol. & communis doctorum ſen
tentia.

Si maioratus ſit teſtamento inſtitutus ex quota 5
hęreditatis, puta ex dimidia hęreditate, ex duabus
tertijs, ex vna tertia, ex quarta, aut ex alia hęreditatis
quota, tunc tranſeunt actiones actiuę & paſſiuę de-
functi in primum ſucceſſorem in eo maioratu, tan-
quam in verum hęredem vniuerſalem defuncti, nõ
tamen in ſolidum, ſicut neque hęres eſt in ſolidum
defuncto, ſed pro rata portionis hęreditatis, ex qua
inſtitutus eſt maioratus, iuxta ea, quę diſput. 155. di-
C cta, oſtenſaq; ſunt, atq; in re propoſita affirmat Mo
lina vbi ſupra num. 6. cum communi doctorum ſen-
tentia. Eodemque modo tranſibunt pro eadem ra-
ta in reliquos ſucceſſores in eodem maioratu, tan-
quam in fideicommiſſarios vniuerſales comparatio
ne primi inſtitutoris, ſi quę debita eiuſdem inſtituto
ris comparauerint, aut nondum fuerint ſoluta, iuxta
ea quę diſpu. 186. dicta ſunt. Eodem verò modo, ſi
maioratus ſit inſtitutus ex quota hęreditatis, non ti-
tulo hæredis, ſed titulo, & nomine legati (poteſt e-
nim legatum relinqui ex quota hęreditatis, vt ex iuri
bus citandis conſtat) tranſeunt ſimiliter actiones a-
ctiuę & paſſiuę inſtitutoris, pro rata eiuſdem portio
nis hęreditatis, in primum, & in conſequenter voca
tos ad eum maioratum, non quidem quaſi verè ſint
D hęredes, & fideicommiſſarij vniuerſales, cum ſint
legatarius, & fideicommiſſarij particulares, neque
in eo euentu vim habeant cętera, quę ex ſenatuſcon-
ſultu Trebellianico circa fideicommiſſarios vniuer
ſales ſancita ſunt, vt apertè vtrunque conſtat ex. leg.
mulier. §. vlt. ff. ad Trebellian. & aſſeuerat ibi gloſſa
vlt. ſed quoniam, cum id legatum ex quota hęredita
tis, & non ex quota bonorum, relictum fuerit, & in
quota hęreditatis actiones actiuę, & ęs alienũ, onuſ
que ad id ſoluendum nomine & loco defuncti con-
tineantur, eo ipſo, quod id legatum eſt relictum, ſi-
ue ex teſtamento, ſiue ex codicillo, cenſetur teſtator
actiones actiuas, & paſſiuas, pro rata tranſtuliſſe,
ſuo nomine ac loco, in legatarium, & in fideicom-
E miſſarios particulares, ad quos id legatum deriuari
ſtatuit, vt apertè habetur. l. ſi quis ſeruum, §. vlt. ff.
de leg. 2. & ibi affirmat communis doctorum ſentẽ-
tia, conſentitque gloſsa vltima citata, in fine: & quã-
uis nullam rationem reddat textus ille, quare in talẽ
legatarium trãſeant actiones actiuę & paſſiuę defun
cti pro rata, ſane ea eſt, quam nos reddidimus, quę
verè fuit ratio fundamentalis eius textus, nẽpe quo-
niã, cum nomine portionis hęreditatis, comprehen
datur etiam proportionalis pars tum ęris alieni de-
functi, oneriſq; illud ſoluendi: tum etiam actionum
actiuarũ, vtique eo ipſo, ꝙ legatum quotę hęredita-
tis relinquitur, cenſetur, ex prẹſcripto defuncti,
transfundi, vna cum ęquali quota bonorum, quota
etiam

etiam proportionalis actionum actiuarum, & æris alieni oneriſq; illud ſoluendi loco ac nomine defuncti. Atque, quoad hoc præciſè, eiuſmodi legatarius habetur tanquam hæres, quod ſcilicet ad eum perinde, atque ad hæredem, tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ defuncti: ſicque accipienda ſunt, quæ cum Anto. Gom. & Molina hac de re diximus diſp. 204. in principio. Hinc dico, quamuis hæres inſtitui non poſſit, niſi teſtamento, ſi tamen maioratus inſtituatur contractu ex tota hæreditate, aut contractu, vel codicillo, ex quota hæreditatis, tunc, quamuis ita vocatus ad maioratum, non ſit hæres, ſed potius donatarius, aut legatarius, eius ſummæ, ex qua ita maioratus inſtituitur; in eum tamen tranſibunt actiones actiuæ & paſſiuæ defuncti, ex præſcripto & inſtitutione defuncti, perinde ac ſi hæres ſimiliter eſſet inſtitutus: quod non videtur attendiſſe Molina vbi ſupra. nu. 7. arbitratus actiones actiuas, & paſſiuas defuncti tranſire in alium non poſſe, niſi in verum hæredem: cuius contrarium perſuadent, tum ratio à nobis reddita, tum etiam lex ſi quis ſeruum. §. vlt. ff. de leg. 2. & conſentit. l. mulier. §. vlt. iūcta gloſſa vlt. ibi. in fine. ff. ad Trebell.

4 Quando maioratus ex quota bonorum fuit inſtitutus, tunc in vocatum ad eum maioratum, neque actiones actiuæ, neque paſſiuę inſtitutoris tranſeunt; ſed illę competunt hæredibus, & aduerſus hæredes, inſtitutoris pro rata portionis hæreditariæ, in qua vnuſquiſque eorum fuit inſtitutus: vocatus vero ad eum maioratum, accipit, deducto toto ære alieno, eam portionem bonorum, ex qua maioratus fuit inſtitutus, de manu hæredū, aut de patrimonio defuncti, quoad id eius portionis, quod non acceperat ab inſtitutore in vita illius. Hæc conſtant ex. l. cum autem, ff. de leg. 2. & ex l. 1. C. ſi certū petatur, & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra. n. 8. refert ac ſequitur. Quod ſi poſt acceptam eam portionem, detegatur plus æris alieni defuncti, vnde intelligatur, plus accepiſſe vocatum ad maioratum, quam ad illam quotam bonorum inſtitutoris attineret, tunc creditores agunt aduerſus hæredes, & non aduerſus hunc: hæredes verò agunt aduerſus hunc cōdictione indebiti, repetendo, quod plus receperat, pluſque ei per errorem fuit ſolutum, quam ei quotæ bonorum inſtitutoris maioratus eſſet debitum.

Multo minus, ſi maioratus inſtitutus fuit ex re, aut ex rebus certis, vt ex fundo, aut domo, vel ex certis prædijs, tranſeunt actiones actiuæ aut paſſiuæ, inſtitutoris in ſucceſſorem in eo maioratu; ſed ſolum tranſeūt in hæredem, aut hęredes, inſtitutoris: actio enim perſonalis non ſequitur poſſeſſorem rei aut rerum, in particulari. l. 1. §. hæres præcepto, & l. cogi. §. inde ſequitur. ff. ad Trebell. l. quoties, C. de hæredib. inſt. & affirmat Molina vbi ſupra num. 10. cum communi doctorum ſententia. Obſerua tamen, ſi id contingeret, quoad æſtimationem circa legitimas alijs in bonis inſtitutoris debitas, neque facultas interueniret principis, qua eas poſſet ita minuere, aut pars eius æſtimationis neceſſaria eſſet ad debita inſtitutoris ſoluenda, ita vt ſaltem quarta hæreditatis maneret hæredi, aut hæredibus, eiuſdem inſtitutoris, tunc licet ad eo modo inſtitutum non tranſirent actiones defuncti paſſiuæ: nihilominus hæredes agere poſſent condictione indebiti aduerſus ita inſtitutum, vt de ea æſtimatione redderet, quantum ſatis eſſet ad legitimas alijs debitas, & ad illo modo perſoluenda debita defuncti.

Quod dictum eſt, actiones ſcilicet, quæ competebant creditoribus aduerſus inſtitutorem maioratus ex quota bonorum, aut ex prædio, aut prędijs certis, non tranſire in poſſeſſorē eius maioratus, intelligenda ſunt, quando actio erat perſonalis aduerſus maioratus inſtitutorem: ſecus verò quando erat realis, ſeu

A hypothecaria: ſi enim bona, ex quibus conſtat maioratus, alteri erant hypothecata, aut eorū dominiū ad alterum pertinebat, vtique agere poterit, vel rei vendicatione, vel pignoratitia, aut hypothecaria, actione aduerſus poſſeſſorem maioratus, vt ex ſe eſt perſpicuum, & cōſtat ex l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluribus hæredib. l. 1. C. de hęreditarijs actionibus l. 3. §. hæres. ff. commodati, ex l. 5. tit. 2. part. 5. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſup. nu. 12. refert ac ſequitur.

Illud autem eſt obſeruandū, in euentibus, in quibus dictum eſt, ſucceſſorē in maioratu teneri ad debita inſtitutoris, ſaltem quia hæredibus inſtitutoris competit actio aduerſus poſſeſſorem maioratus, vt reddat aliquid, intelligendū eſſe id, niſi talia debita 5
B contracta ſint poſt eum maioratum ritè & omnino validè ab eo irreuocabiliter inſtitutum. Tunc enim, ſicut reuocare eum non poteſt in totū, aut ex parte: ita neque obligare eum, aut bona, ex quibus conſtat, poteſt, neque vlla debita illius perſonalia, præiudicium tali maioratui ritè & omnino validè ab eo irreuocabiliter inſtituto, afferre poſſunt. Ita Ant. Gom. l. 40. Tauri, in calce. num. 72. Peralta. l. 3. §. qui fideicommiſſam. n. 124. ff. de hæred. inſti. & Molina vbi ſupra. n. 11. qui ait, pluries vidiſſe id ita fuiſſe practicatum, ac intellectum.

Ab hactenus dictis tota hac diſputatione, nō diſſentiunt, ſed conſentiunt cum eis, quæ habētur, libr. 3. Luſit. ordinat. titu. 75. in prin. tametſi non omnia, quæ à nobis explanata ſunt, contineant.

C Circa ea, quæ de debitis eius, qui maioratum inſtituit ex quota ſuorum bonorū, aut ex prędio, vel prædijs certis à nobis explicata ſunt, quod ſcilicet non tranſeat aduerſus ſucceſſores in tali maioratu actiones perſonales, quæ erant creditoribus aduerſus inſtitutorem, ſed tranſeant aduerſus hæredes eiuſdem inſtitutoris, qui hæredes agere rurſus poterūt aduerſus ſucceſſorem in maioratu, vt reddat, quod plus accepit tanquam ad eum maioratum pertinens, quā erat accepturus, modo à nobis explicato: circa hæc, inquam, quę à nobis ita, ſtando in iure communi, explicata & comprobata ſunt, longam texunt diſputationem Molina vbi ſupra. num. 13. & 14. & Gutier. de pract. qq. lib. 2. qō. 58. num ſcilicet lege. 21. Tauri, quæ eſt. l. 5. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. eatenus corre- 6
D cta ſint, quaſi ea lex concedat creditoribus inſtitutoris actiones aduerſus ſucceſſores in eo maioratu, vt plerique ex doctoribus Hiſpanis autumant, eas concedere creditoribus meliorantis, aduerſus ſimili modo melioratum in tertio & quinto bonorum: eadem vero prorſus eſt ratio, de eo modo meliorato, & de ſucceſſore in maioratu inſtituto ex quota bonorum, aut ex rebus certis. Nos verò diſputatio. ducenteſimaquarta, rem hanc examinauimus, & cum Molina (cui Gutierrius conſentit) oſtendimus, non corrigere ius commune; tametſi tutius dixerimus cum Molina eſſe, vt, propter opinionum varietatem, creditores meliorantis, aut inſtituentis maioratum, actionem intentent ſimul aduerſus hęredes melio-
E rantis, aut inſtituentis maioratum, & aduerſus melioratum, aut ſucceſſorem in tali maioratu, in quo etiam conſentit Gutierrius vbi ſupra. numero 18. Ibidem Gutierr. numero 19. addit, quicquid ſit in puncto iuris, ſi tamen creditores actionem intentent aduerſus melioratum, aut aduerſus ſucceſſorem in maioratu, vt id ſoluat, quod re ipſa debet de bonis meliorantis, aut inſtituentis maioratum, quod tandem cogetur ſoluere, ſi hęredes meliorantis, aut inſtituentis maioratum, id condicant, vt creditoribus per ipſos ſoluatur, in praxi ſuſtinendam eſſe eam actionem, & libellum creditorum, cogendumque eſſe ſoluere creditoribus, vt circuitus ille vitetur, argumento, leg. dominus teſtamento, iuncta gloſſa vltima ibi. ff. de condict. indebiti, qui textus quotidie ad id

allegatur, quod, cauſa vitandi circuitum, datur ei actio, cum quo nullum negotium eſt geſtum, ſi verè id ad eum pertineat, & l. cum fundus, §. ſeruum tuũ imprudens. ff. ſi certum petatur: & quoniam in hoc regno iudicandum eſt inſpecta facti veritate, vt habetur. l. 10. tit. 17. lib. 4. nouæ collect. idemque ſancitum eſt in Luſitania lib. 3. ord. titu. 49. Doctrina verò hæc Gutier. maximè habebit locum in hoc Caſtellæ regno propter diſpoſitionem, l. 21. Tauri citatæ. Eum legito.

DISPVT. 641.

Succeſſor in maioratu, an teneatur ſoluere debita prædeceſſoris in illo, qui eius maioratus inſtitutor non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Debita in vtilitatẽ maioratus, aut pro reipublicæ vtilitate ex Regis facultate contracta, obligatis ad illa bonis maioratus, ſoluenda ſunt à ſucceſſoribus in maioratu, alienarique ad ea ſoluenda poterunt ex eadẽ regia facultate bona aliqua maioratus.*

2 *Debita contracta pro fructibus ex maioratu percipiẽdis, non tenentur ſoluere ſucceſſores. Si tamẽ concernerent vtilitatem maiorem ſequentium in eodẽ maioratu, contribuere vnuſquiſque cogi poſſet pro rata ſuæ vtilitatis.*

3 *Maioratus poſſeſſor ſi ſumptus in maioratus vtilitatẽ efficiat, ad conſeruationem tamen illius non neceſſarios, ſiue ex regia facultate, ſiue non, quovſque ſucceſſores ad ea debita teneantur, & quovſque non. Nec pro eis bona maioratus obligari poſſunt.*

4 *Maioratus poſſeſſor obligare poteſt bona maioratus pro debitis factis ad neceſſariam illorum conſeruationem, aut ad longè maius commodum maioratus, ad eaque tenentur ſucceſſores in maioratu ex bonis eiuſdem maioratus.*

5 *Id verum habet, tenẽturque ſucceſſores ad debita creditoribus, etiam vxori comparatione dotis & bonorum paraphernalium, nihil impediẽte. l. 46. Tauri. Quin ſi pro neceſſaria reparatione, aut confectione ædificij maioratus, mutuo ſumeretur pecunia, quæ tota in eo conſumeretur, tacitè hypothecatum pro eo debito id ædificium eo ipſo maneret.*

6 *Debita, quæ anteceſſor in maioratu non pro neceſſitate, neque vtilitate maioratus contraxit, ſoluere non tenetur ſucceſſor in maioratu de bonis maioratus. Neque aliter ad illa tenetur, quam ſi hæres illius extiterit, idque pro rata portionis, in qua hæres extiterit.*

7 *Rex quovſque debita ſui prædeceſſoris in regno ſoluere teneatur.*

8 *Maioratus ſucceſſor in Luſitania quovſque quædam anteceſſoris ſui debita ſoluere teneatur.*

1 QVod attinet ad debita prædeceſſoris in maioratu, qui inſtitutor eius non fuit, diſtinguendum eſt. Quoniam, aut ea debita contracta ſunt contemplatione maioratus, pro eius conſeruatione ac vtilitate: aut aliter sũt contracta, pro vtilitate, aut libito prædeceſſoris.

Quando contemplatione maioratus, pro illius conſeruatione ac vtilitate, contracta ſunt, tunc, ſi interuenit regia facultas ad ea debita cõtrahenda, aut ad bona maioratus pro illis hypothecanda, vtique onus ea ſoluendi, trãſit ad ſucceſſores in maioratu: poteruntque aliqua bona maioratus ad id vendi, aut aliter alienari, vt ſatisfiat eis debitis, quando cõmodior alius modus eis ſatisfaciẽdi non occurrerit. Ita Molina lib. 1. de primog. c. 10. nu. 15. Sic vidimus an

A nis præteritis, cũ Rex ſeruitium à poſſeſſoribus maioratuum pro reipublicæ indigentia exigeret: & quidam poſſeſſor cuiuſdam maioratus, grauatus eſſet multo ære alieno: facultatem illi Regem conceſſiſſe, vt annuum cẽſum redimibilem certæ quantitatis ſuper bona maioratus venderet, vnde pecuniam ad id ſeruitium neceſſariam compararet; cum autem hic paulo poſt mortuus eſſet ſine liberis, & germanus frater ſuccederet in maiotatu illo, onere illo cenſus ex regia facultate ea de cauſa grauato, vtique tam ipſe, quam reliqui ſucceſſores in eo maoratu, tenentur ex reditibus eius maioratus ſoluere annuũ illũ cenſum, quovſque liberalitate alicuius ipſorum redimatur, aut diuendatur pars maioratus, vnde id onus redimatur; atque auferatur.

B Quando autem debita ſine regia facultate contracta ſunt maioratus contemplatione, pro illius conſeruatione ac vtilitate, iterum eſt diſtinguendum. Quoniam, aut ea debita contracta ſunt ex cauſis ad maioratus perpetuã conſeruationem neceſſariis, ita ſcilicet, ꝙ, niſi fierẽt illæ expenſæ, res maioratus perirent, aut valde redderentur deteriores: aut contracta ſunt ex cauſis ad perpetuã maioratus conſeruationẽ & vtilitatẽ voluntarijs, quia ſcilicet ſine illis res maioratus perſeuerarent quidem ſine notabili detrimẽto, attamen expenſæ illæ vtiliores in perpetuum res maioratus reddiderunt; vel denique debita illa contracta ſunt ex cauſis, quæ ad fructuum collectionem attinebant, vel ad impenſam, quam maioratus poſſeſſor facere tenebatur.

C In hoc tertio euentu, ſucceſſor in maioratu, non tenetur ſoluere eiuſmodi debita, neque anteceſſor potuit pro illis obligare bona maioratus: quoniam ſolutio earum expenſarum, ad poſſeſſorem tunc maioratus ſpectabat ex reditibus maioratus, eo quod ex debito ſuo, aut pro ſua ſolum vtilitate, eas fecerit: quare hæres illius tenetur ea debita ſoluere, iuxta vires hæreditatis talis tunc poſſeſſoris maioratus, non vero ſucceſſor in maioratu, niſi hæres ſimul ſit talis anteceſſoris: atque tunc tenebitur, quatenus hæres illius, de alijs eiuſdem prædeceſſoris bonis, non vero quatenus ſucceſſor in maioratu, neque de bonis maioratus, aut de reditibus maioratus, qui a pũcto mortis prædeceſſoris ad ipſum ſpectant. Hæc ex ſe ſunt nota, eaque affirmat Molina. ca. 10. citato. nume. 18. 2

D 23. §. ſi vero, & nu. 24. & in calce. num. 27. & confirmantur ex c. ex præſentiũ, de pig. vbi, cum ſacerdos quidã defunctus bona quædã mobilia ſuæ Eccleſiæ in pignus tradidiſſet pro debito contracto, nõ ex Eccleſiæ, ſed ex ſua neceſſitate, præcipitur, vt hæres illius ſoluat debitum, & res illæ reddantur Eccleſiæ: quæ pignoris rationem, eo ꝙ non eſſent ſacerdotis illius, ſed Eccleſiæ, neq; pro Eccleſiæ neceſſitate fuerint obligatæ, ſubire nõ potuerũt: neq; Eccleſia, aut ſucceſſor in illa, ad ſolutionem talis debiti teneatur, eò ꝙ pro Eccleſiæ illius neceſſitate, aut vtilitate, nõ ſit contractum. Rectè verò Molina vbi ſupra ſubiungit, ſi debita illa eſſent contracta pro expenſis factis in rebus maioratus, ex quibus vtilitas redunda-

E ret in ſucceſſores, quia ſcilicet propter illas fructus perciperent vberiores, tunc, pro rata vtilitatis, quam ſuo tempore perciperet, cõtribuere teneretur ad eas expenſas, ſeu ad ea debita, ita vt, quòd contribueret, incrementum vtilitatis, quam perciperet, non excederet, neque contribueret plus, quam pro rata vtilitatis ſuæ, ad ratam vtilitatis anteceſſoris, ac ſequentiũ ĩ maioratu, eſto ĩcremẽtũ vtilitatis eſſet lõgè maius.

In ſecundo vero euentu, quando ſcilicet debita eſſent contracta ex cauſis ad maioratus perpetuam conſeruationem, ac vtilitatem, non quidem neceſſarijs, ſed voluntarijs, dicendum eſt. Si facultate regia eſſent contracta, tunc bona ipſa manere ad eiuſmodi debita obligata (Regem tñ non debere eã concedere, niſi euidenter conſtaret, id eſſe in maiorem 3

multo

multo vtilitatem maioratus, quam ſit quantitas eorum debitorum, aut niſi bonum cõmune reipublicæ poſtularet, vt id ita fieret) ac proinde ſucceſſores in maioratu manere etiam obligatos, & teneri illa ſoluere eo modo, quo de cenſu illo, in bonis cuiuſdam maioratus ex regia facultate conſtituto, in principio huius diſputationis dictum eſt. Ita Molina. n. 27. citato, §. ſi verò; licet modum ſolutionis non explicet. Si verò ſine tali facultate eſſent contracta, tunc maioratus bona non manerent pro eiuſmodi debitis obligata, neque alienari poſſent ad illa ſoluẽda, neque proinde ex illis ſolui poſſent. Vnuſquiſque tamen ſucceſſorum in maioratu pro ratione maioris vtilitatis, quã ob eos ſumptus perciperet, cogi poſſet aliquid proportionale, prudentis arbitrio taxandum, de reditibus contribuere, modo in calce tertij euentus præcedẽtis à nobis explicato. Quod ſi quid ſoluendum ſupereſſet, illud tenerentur ſoluere hæredes eius poſſeſſoris, qui ea debita contraxit, idque de hæreditate illius, modo in eodem tertio euentu etiam à nobis explicato: alioquin creditores id amitterent. Hæc intendere & affirmare videtur Molina §. ſi verò citato, iuncto §. ſequenti, & num. 18. licet rem non adeò exactè explicet, & facilè patent ex dictis in tertio euentu præcedẽte: præter illud, quòd bona maioratus non manerent pro eis debitis obligata, neque ad illa ſoluenda poſſent alienari, aut ex illis ſolui poſſent. Quod tamen probat Molina §. ſi verò citato: quoniam cum id cedere facilè poſſet in deſtructionem maioratus, & in maximum grauamen, & detrimentum ſucceſſorum in illo, vtiq; nõ eſt cenſenda conceſſa illi facultas, vt, obligando bona maioratus, aut reditus alioquin à ſucceſſoribus percipiendos ex illo, id efficiat, quòd vtile iudicat futurum maioratui, neque omnino eſt neceſſarium ad eius maioratus conſeruationem: ſed ex ſuis ſolũ bonis, condonando id maioratui, & ſucceſſoribus in illo, poteſt ſolum id efficere, ſi velit, aut certè periculum totum in ſe ſuſcipiendo, quod ea de cauſa vinculum maioratus nulla ex parte diſſoluetur, neque id continget reditus, alioquin ex eo maioratu à ſucceſſoribus percipiendos; quòd ſi ea lege illos noluerit facere, ab eis efficiendis ſe contineat.

4 In primo verò euentu, quando ſcilicet debita cõtracta eſſent ex cauſis ad maioratus perpetuam conſeruationẽ neceſſarijs, ſoluenda eſſent de bonis maioratus pro eis debitis obligari, atque ad eorum ſolutionem tenerẽtur ſucceſſores in maioratu, eſſentq; eo modo ſoluenda, quo de cenſu illo ex regia facultate in quodam maioratu cõſtituto, in principio huius diſputationis dictum eſt. Ita Molina vbi ſupra à num. 15. & num. 25. communiſque doctorum ſententia, quam refert. Quod autem ſucceſſores in maioratu tenerẽtur ei ſoluere de bonis maioratus, probat c. 1. de ſolut. Vbi pronunciatur, debita à prædeceſſore in Eccleſiæ neceſſitate contracta, ſoluenda eſſe à ſucceſſore de bonis talis Eccleſiæ: eademque eſt ratio de debitis à prædeceſſore in maioratu pro neceſſitate eiuſdẽ maioratus cõtractis, quia ſcilicet, niſi eis ſumptibus repararetur, deterior multo redderetur, longeq; maius detrimẽtum illi obueniret, quam ſit quantitas debitorũ ea de cauſa contractorum: tunc enim negotium maioratus geſſit vtiliter, ac proinde maioratus ipſe, ſucceſſoreſq; in illo, ratione illius, atque de bonis illius, tenerẽtur ei, & creditoribus ea in parte illius, ad ea debita, actione negotiorum geſtorum. Atque idem dicendum eſſe arbitror, quando, licet cauſæ non eſſent neceſſariæ, eſſent tamen adeò vtiles, quòd ex eis ſumptibus, ac debitis, longè plus valoris, & emolumenti, accreuerit maioratui, quam ſunt ſumptus illi ac debita: tunc enim maioratus ipſe, & ſucceſſores in illo ratione illius, tenerentur illi, & creditoribus illius, ad ea debi-

A ta actione negotiorum geſtorum. Imo verò ſimilia debita c. 1. de ſolut. cenſentur contracta pro neceſſitate Eccleſiæ & maioratus, hoc eſt, pro longe maiori vtilitate, quam ſi facta non eſſent: quod enim vtile eo modo eſt, neceſſarium etiam dicitur, ſumpto neceſſario latè, vt comprehendit etiam vtile, vt in proœmio Porphirij, & aliàs ſæpe notatur. Neque refert, ſi quis dicat, maioratus bona neque hypothecari, neque alio modo alienari poſſe, ex præcepto inſtitutoris, ex maioratuſq; ipſa natura, ac proinde nec obligari poſſe pro eiuſmodi debitis, neq; diuendi partem eorum ad ea debita ſoluenda. Nam id intelligendum eſt, ex cauſa voluntaria: ſecus autem ex cauſa neceſſaria, qualis hęc eſt: in prohibitione enim alienationis excluſa cenſetur alienatio ex cau-
B ſa neceſſaria, vt probant iura, quæ in principio diſputationis præcedentis ad hoc citauimus, & affirmat communis ſententia, quam ad rem propoſitam Molina vbi ſupra, num. 20. refert ac ſequitur. Neq; enim credendum eſt, maioratus inſtitutorem, qui res maioratus idcirco alienari prohibuit, vt perpetuo in familia conſeruarentur, id etiam voluiſſe in euentu, quòd ſi pars non alienaretur, aut, ſi omnes non exponerentur periculo alienationis partis eorum, omnes hypothecæ pro debito aliquo ſubijcien do, omnes, aut longè maior earũ pars, omnino periret: id quippe hominis eſſet prorſus inſipiẽtis, & qui contrarium præciperet, quam eo ſuo præcepto intenderet. Hæc omnia confirmantur ex l. pater filiũ, in princ. ff. de leg. 3. Vbi, cum pater bona, quæ hy-
C pothecæ alteri obligata habebat pro certa pecuniæ quantitate, quam illi debebat, in fideicommiſſum filio reliquiſſet, prohibendo illa alienare, aut hypothecæ ſubijcere, vt in perpetuum in familia conſeruarentur; filiuſque ea hypothecæ alteri ſubieciſſet pro æquali pecuniæ quantitate, quam mutuo accepit, vt ſolueret illud debitum patris, pro quo eadem bona pater hypothecæ ſubiecerat, quæſitum fuit, an hæc ſecunda hypotheca valida eſſet, vel nõ, ſed eſſet nulla, vtpote contra præſcriptum patris. Reſpondetur verò, validam eſſe: quia ex cauſa neceſſaria ad ſoluendum debitum patris, neque aliter ea hypothecæ ſubijciendo, quam à patre eſſent ſubiecta, ſed ſolum commutando creditorem, cui hypothecæ eſſent ſubiecta: quo fit, vt longè maiori cum ratione
D validè pars bonorum maioratus alienetur, aut omnia bona hypothecæ ſubijciantur, ad euitandũ longe maius eorundem bonorum damnum, aut etiam ad commodum eorundem bonorum longè magis augendum.

Molina vbi ſupra num. 25. quærit, an, iuxta hunc textum, qui ex regia facultate conſtituiſſet cenſum aliquem in bonis maioratus, ſi illũ redemiſſet, poſſet abſque noua facultate, ęqualem alteri concedere in eodem maioratu, commutando tantum creditorem, cui is cenſus debeatur. Ac reſpondet. Si id fiat concedendo cenſum ſecũdo, vt ex pecunia redimat primum, id fieri poſſe: quoniam ſolum eſt commutare creditorem eiuſdem quantitatis ſine vllo maio-
E ri onere, atque primam obligationem ſecũda extinguendo, vt in caſu textus citati factum eſt. Poſtquã autem ſemel extinxiſſet cenſum ex ſua, aut ex aliena pecunia mutuo accepta, non poſſet ſine noua facultate conſtituere æqualem cenſum, niſi is, cui antea debitus erat cenſus, tẽpore diſſolutionis, aut in continenti poſt diſſolutionem, ceſſiſſet ei actionem, quã habebat in bona maioratus: quòd virtute eſt cõceſſiſſe illi eundem cenſum, aut ius cenſus in eadem bona maioratus pro ea pecunia, vt vtrunque colligitur ex l. Modeſtinus. ff. de ſolu. ex l. Papinianus. ff. mãd. & ex l. 11. tit. 12. par. 5. Credo tamen in hoc euentu bona maioratus manere obligata redemptori eius cenſus pro pecunia, qua eum redemit, idque nego-

tiorum

tiorum geſtorum actione, niſi ex mera liberalitate,
condonando id maioratui & ſucceſſoribus illius,
cenſum redemiſſet.
Dubium eſt, vtrum ſi eiuſmodi debita ſint con-
tracta ad reparandum, aut reficiendum, aut de no-
uo ædificandum in domibus maioratuum, aut ad a-
lia de quibus eſt ſermo. l.46. Tauri, quæ eſt. l.6. tit.7.
lib.5. nouæ collect. teneatur ſimiliter ea ſoluere ſuc-
ceſſores in maioratibus de bonis ipſorummet maio
ratuū. Ratio autem peculiariter dubitandi de eiuſ-
modi debitis eſt, quoniam eadem l.46. Tauri. ſanci-
tur, vt valorem eiuſmodi melioramentorū, ac ſum-
ptuum, non teneantur ſoluere ſucceſſores in maiora
tu vxori anteceſſoris, qui illos fecit, aut filijs, vel hæ-
redibus, ac ſucceſſoribus illius, eſto ea de cauſa mi-
nor pars bonorum ſuperlucratorum, aut nihil, adue
niat vxori illi, & eſto filij minorem conſequantur
legitimam, quam alioquin eſſent accepturi. Merito
tamen Molina vbi ſupra nume.16.& 18. Gutier. de
pract. qq. lib.2. q.84.& Burgos de Paz iunior de ma
ioratib. q.7. à num.42. cenſent, etiam eiuſmodi debi
ta ex cauſa neceſſaria eſſe ſoluenda, & pro illis obli
gari poſſe bona maioratus. Ratio autem eſt, quo-
niam lex illa ſolum loquitur de vxore & filijs poſ-
ſeſſoris maioratus, qui eas expenſas, ac melioratio-
nes, fecit; eo quòd bona illa eſſent ipſiuſmet poſſeſ-
ſoris maioratus propria, neque ad legitimas filiorū,
aut ad partem vxoris ſpectarent, niſi ex hypotheſi
quòd tempore mortis patris, aut mariti, extarent, ne
que eſſent conſumpta: lōgè verò alia ratio eſt de cre
ditoribus, qui ad id mutuo dederunt, aut in quorum
damnum tales ſumptus facti ſunt, de quibus credi-
toribus ea lex non loquitur, quæ, tanquam exorbi-
tans, non eſt ad eos extendenda. Imò credo, eſto
debita illa ex cauſa voluntaria eſſent contracta, vtili
tamen maioratui, ſi non ſupereſſent bona poſſeſſo-
ris maioratus, qui ea debita cōtraxit, vnde ſolueren-
tur, poſſe creditores petere de bonis maioratus in-
crementum perpetuum in eis bonis factum, vt ſcili-
cet de maioratu tantundem æſtimationis detrahere-
tur in parte aliqua illius, aut vt cenſus annuus in eo
maioratu cōſtitueretur ſoluendus creditoribus, vn-
de id incrementum eis perſolueretur. Hæc eadem
ſimiliter ſunt dicenda comparatione vxoris poſſeſ-
ſoris maioratus, qui tales ſumptus fecit, quando de
dote, aut de bonis paraphernalibus vxoris, eos feciſ
ſet: quoad hæc enim bona vxor rationem creditoris
habet magis priuilegiati, quam ſint cæteri: neque de
vxore, quoad hæc ipſius propria bona, minimè ſibi
cum marito communia, loquitur lex 46. Tauri, ſed
ſolum quoad communia lucra ſibi cum marito. Il-
lud etiam eſt obſeruandum cum Molina vbi ſupra,
num.19.& 23.& cum alijs doctoribus citatis, ſi pe-
cunia mutuo detur ad reficiendam, aut reparandā,
domum maioratus, aut ad aliquid in ea ædificandū,
vel ad aliud maioratus ædificium, neque plus ad id
ſit mutuo datum, quam ad illud ſit neceſſarium, ſit-
que in eo re ipſa expenſum, eſto ædificium non ſit
pro eo debito expreſsè hypothecatum, manere ta-
men non ſolum de iure huius regni, ſed etiam de iu-
re communi, pro ea pecunia ac debito tacitè eo ipſo
hypothecatum cum priuilegio prælationis, vt diſp.
438. nos latè oſtendimus, nihil impediente, quòd id
ædificium ſit bonum maioratus: modo tamē ex cau-
ſa neceſſaria ſit id expenſum: non verò ex volunta-
ria tantum ac vtili: quoniam iam ſupra dictum eſt,
ex cauſa voluntaria nō poſſe res maioratus expreſ-
sè, aut tacitè ſubijci hypothecæ à ſucceſſoribus in
maioratu contra naturam rerum maioratus, inſtitu
toriſque illius præceptum. Hæc quando debita con
tracta ſunt maioratus contemplatione, ad illius con
ſeruationem, ac vtilitatem.
5 Quando verò debita non ſunt ita contracta, ſed
A pro vtilitate, neceſſitate, aut libito, poſſeſſoris maio
ratus, tunc, ſi ſucceſſor in maioratu tali antecedenti
poſſeſſori hæres illius exiſtat, tenebitur ad debita il-
lius, non de bonis, aut fructibus, maioratus, neque
quatenus ſucceſſor eſt in maioratu, ſed de bonis præ
deceſſoris hæreditarijs, pro rata ſolum portionis, in
qua hæres illi exiſtit, ac iuxta vires eius portionis, ſi
inuentarium conficiat. Hæc nota ſunt ex ſe, & ex
dictis diſputatione præcedente, eaq; affirmat cum
Peralta Molina. c.10. citato, nu.28.
Quando verò ſucceſſor in maioratu hæres præde 6
ceſſori non exiſtit, non tenetur ad eiuſmodi debita
prædeceſſoris. Ita communis doctorum ſententia,
quam referunt ac ſequuntur Molina vbi ſup. nu.29.
Greg. Lopez. l.4. titu.15. par.2. verb. *ſus deudas*, &
B Ant. Gom l.40. Tauri, nu.72. Ratio autem eſt, quo-
niam in eo maioratu non ſuccedit iure hæreditario,
ſed ſanguinis, neq; illud accipit à prædeceſſore, ſed
ab inſtitutore, ex illiuſque præſcripto ac ordinatio-
ne, vt diſpu.617.& 626. eſt comprobatum: quare bo
na maioratus libera omnino ſunt ab omnibus eiuſ-
modi debitis prædeceſſoris, & ſucceſſor in illis liber
etiam eſt, eorum ratione.
Neque refert, ſi quis obijciat, l.4. titu.15. p.2. dici, 7
Regem ſuccedentem in regno, teneri ſoluere debita
ſui prædeceſſoris: vnde ſequi videtur, ſucceſſores in
reliquis maioratibus, teneri ſimiliter ſoluere debita
ſuorum in eiſdē maioratibus anteceſſorū: eo quòd,
etiam in regno, iure ſanguinis ſuccedatur, & non iu
re hæreditario, vt diſputationibus citatis oſtenſum
C eſt: valeatq; argumentum à regno ad cæteros maio-
ratus, quando in eis peculiariter non eſt aliud diſpo
ſitum. Non, inquam, id refert. Primò, quoniam lex
illa loqui videtur, quando ſucceſſor in regno, ſimul
eſt hæres prædeceſſori, vt regulariter euenire ſolet:
in quo euentu, de bonis liberis, quæ ad hæreditatem
à prædeceſſore relictam ſpectāt, tenetur ea ſoluere.
Secundò, quoniam debita anteceſſoris in regno, re-
gulariter contracta ſunt in bonū regni, ad illius con
gruam adminiſtrationem, atque ad ſubueniendum
neceſſitatibus regni occurrentibus: in quo euentu,
ſucceſſor in regno tenetur ea debita ſoluere: quòd
non ita euenit in debitis anteceſſorum in alijs maio
ratibus. Tertiò, quoniam, ſi quæ alia ſupereſſent de-
bita anteceſſoris in regno, quæ ex duobus capitibus
D explicatis ſucceſſor in regno non teneretur ſoluere
de rigore iuſtitiæ, certè teneretur ea ſoluere ex decē-
tia, & munificentia Regis: quæ plus in Rege ſplen-
dere debent, præſertim ad debita anteceſſoris ſol-
uenda, qui ſibi ſanguine valde coniunctus eſſe ſolet,
quam in alijs maioratuū ſucceſſoribus: &, poſt Re-
gem, plus ſplendere debent in opulentiſſimorū ma-
ioratuum ſucceſſoribus, quam in alijs, qui non in a-
deò opulentis maioratibus ſuccedunt. Propter tria
itaque capita explicata ſimul ſumpta, dictum eſt ab-
ſolutè l. illa 4. teneri ſucceſſorem in regno ſoluere
debita ſui prædeceſſoris: neq; ſemper, & quoad om
nia in ea lege commemorata, ad quæ abſolutè teneri
affirmat, intelligit teneri ex iuſtitia, ſed interdum,
E & quoad aliqua, ex ſola honeſtate & decentia: com-
memorat enim etiam teneri facere eleemoſynam,
& orare pro anima prædeceſſoris defuncti, & quæ-
dam alia, ad quæ conſtat ſolum teneri ex decētia &
honeſtate morali: atque id planè ſignificant verba
illa in principio legis, *tenudo es por derecho y por bion
eſtanca*, hoc eſt, ex bono & æquo, honeſtateve mo-
rali. Reijcienda eſt ergo ſententia Emmanuelis
Acoſta in q. de patruo & nepote par.3. num.9. arbi-
trantis, ſucceſſorem in regno, idcirco de iuſtitia te-
neri vniuerſim ſoluere debita ſui prædeceſſoris, cū
tamen alij ſucceſſores in alijs maioratibus ſoluere
non teneantur debita ſuorum in eis anteceſſorum,
quòd Rex ſuccedat in regno ſuo anteceſſori hære-
ditario

ditario iure; reliqui verò iure ſanguinis: cuius contrarium perſpicuè nos oſtendimus diſput. 626.

Quidam, quos Molina vbi ſuprà num. 22. refert, arbitrati ſunt, ſucceſsorem in maioratu, ſoluere debere debita prædeceſsoris, ſi contracta ſint pro neceſsaria ſuſtentatione perſonæ prædeceſsoris, aut ſi parua ſint, aut ad exonerationem animæ anteceſsoris attineant; vel ſi contracta ſint ad funus anteceſſoris. Merito verò Molina contrarium, etiam in his euentibus affirmat. Quoniam bona maioratus, ex præſcripto inſtitutoris libera omnino eo ipſo manent ſucceſsori, quòd anteceſsor è vita diſcedit: neque eſt cur ſucceſsor ad ea debita obſtrictus ex bonis maioratus maneat.

8 Ius Luſit. In Luſitania verò lib. 4. ord. tit. 35. §. 1. & 2. ſancitum eſt, vt, ſi anteceſsor in maioratu, inſtituto ſiue de bonis regiæ coronæ, ſiue de bonis patrimonialibus, mortuus fuerit, relictis debitis, quæ de alijs bonis liberis ipſius ſolui non poſſint, & debita contracta ſint ex obſequijs regno, aut Regi factis, aut in ſuſtentandis ac educandis filijs, aut debeatur famulis ob eorum obſequia, vel debeantur ex contractu matrimonij, tunc ſucceſsor in eo maioratu ex reditibus maioratus teneatur intra quatuor annos ſoluere ſolum æſtimationem redituum duorum annorũ, à puncto mortis prædeceſsoris, ſoluendo ſingulis ex illis quatuor annis dimidium redituum vniuſcuiuſque illorum duorum priorum annorum, quantũ inde ſatis ſit, vt debita integrè ſoluantur. Quod ſi reditus eorum duorum annorum ſatis non ſint ad ea debita ſoluenda, tunc diuidantur inter creditores pro rata quãtitatis, quæ cuique debetur, & quod defuerit, maneat inſolutum, illudque creditores amittant.

D I S P V T. 642.

Augmentum factum in rebus maioratus, quotuplex: Et num augmentum quaſi naturaliter & caſu tempore [illegible] rebus maioratus obueniens, ad ſucceſſores pertineat.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentum rebus maioratus quotuplex.*

2 *Augmentum ſiue latens, ſiue patens, alluuione adueniens prædijs, quæ iure pleno ſunt maioratus ad ſucceſſores in maioratu ſpectat. Excipe in Luſitania augmentum patens, quod ius regale eſt.*

3 *Ad maioratũ quando ſolum pertinet proprietas, aut ſolum pertinet dominium vtile alicuius prædij, quouſque incrementum latens, aut patens pertineat, aut non pertineat ad maioratum, tranſeatque proinde, aut non tranſeat ad ſucceſſores.*

4 *Idem de incremento latenti, aut patenti, eſt dicendũ, quando induſtria ac ſumptibus fuit etiam factum, aut quando ſumptus, aut pars eorum, ſolui debeat à ſucceſſoribus, aut de bonis maioratus.*

5 *Maioratui ſi accreſcat vſusfructus, aut dominium vtile, quæ ad alium attinebant, quia finita ſunt, & conſolidata cum proprietate, ſine vllo ſumptu anteceſſoris, omnino pertinent ad ſucceſſores in maioratu, nihilque ea de cauſa ſoluere tenentur.*

1 DIcendum deinde eſt, num augmentum rebus maioratus obueniens, naturam rerum maioratus ſortiatur, an non, ac proinde vtrum ad ſucceſsores in eo maioratu pertineat, vel non. Poteſt verò aliquid rebus maioratus accreſcere, vel quaſi naturaliter & caſu, vt ſunt ea, quæ alluuione, aut ſimili modo rebus maio-

A ratus accreſcunt, de quibus diſputat. 57. dictum eſt: vel induſtria poſſeſſoris maioratus, ſub quo augmento, etiam illud intellige, quòd in rebus maioratus, aut circa illas, poſſeſſori maioratus donatione, aut alio titulo conceſſum eſt, aut etiam præſcriptione comparauit. Porrò augmentum huius poſterioris generis, duplex eſſe poteſt. Quoddam, quod conſiſtere poteſt ſeparatum à rebus maioratus; quod extrinſecum augmentum quidam vocant: & aliud quod omnino cedit rebus ipſis maioratus, nec proinde conſiſtere poteſt ſeparatum ab illis; quod aliqui intrinſecum rebus maioratus appellant. De primo autem genere augmenti, ex his tribus explicatis, dicemus paucis hac diſputatione: de alijs verò duobus dicemus duabus ſequentibus diſputationibus, B vt ſermo ſit dilucidior, nec diſputationes tædium longitudine pariant.

2 Diſp. 57. citata dictum, oſtenſumq; eſt, incrementum alluuione accreſcens, eſſe duplex: quoddam latens, & aliud patens, & quid vnumquodque eorum ſit. Ibidem oſtenſum etiam eſt, vtrunque augmentũ accreſcere prædio, cui aduenit, pertinereque proinde ad eum, cuius id prædium eſt pleno iure, hoc eſt, quoad dominium vtile & directum: neque ea de re eſſe vllam controuerſiam: quare cum poſseſsor maioratus dominus eſse ſoleat prædiorum maioratus, tam quoad directum, quàm quoad vtile dominiũ, conſequens eſt, vt ad ipſum vtrunque augmentum pertineat: & cum pertineat ratione ipſiuſmet prædij, cuius eſt dominus, tanquam pars & augmẽtum C eius prædij, conſequens etiam eſt, vt cum prędio ipſo conſolidetur, naturamq; illius, tãquam eius pars, ad illud ve ſpectãs, ſortiatur, ac proinde vt, ſicut prædium ipſum ad vinculum maioratus attinebat; ita quoque incrementum illud ad maioratus vinculum pertineat, atque adeo vt ſpectet ſimiliter ad ſucceſſores in maioratu. Ita Molina lib. 1. de primog. c. 26. num. 17. In Luſitania autem, quando incrementum patens, ius regale ſit, ac proinde ad coronam regiam ſpectet, & non ad poſseſsores maioratus, neque ad poſseſsores prædiorum, quæ vinculo maioratus alligata non ſunt, diſputatio. 57. citata dictum eſt.

3 Diſput. 57. citata, & diſput. 462. diximus, incrementum, tam latens, quàm patens, finito vſufructu, D feudo, aut emphyteuſi, attinere pleno iure ad proprietariũ, neque teneri ſoluere aliquid pro illo vſufructuario, vaſallo, aut emphyteutæ. Itemque dum vſusfructus perſeuerat, incrementum patens pertinere pleno iure ad proprietarium: latens verò, ſpectare, quoad proprietatẽ, ad proprietarium, & quoad vſumfructum, ad vſufructuarium. Dum autem perſeuerat emphyteuſis, dictum eſt, tam incrementum latens, quàm patens, pertinere ad proprietariũ quoad proprietatem: & quoad vſumfructũ ad vſufructuarium. Denique, quod ad feudum attinet, diximus, de iure communi feudorum, vtrunque incrementum pertinere pleno iure ad proprietarium, & neque quoad vtile dominium ac vſumfructum ſpe- E ctare ad feudatarium, etiam dum feudum perſeuerat. De iure verò huius regni l. 30. tit. 28 par. 3. ſancitum eſse, vt dum feudum perſeuerat, patens incrementum pleno iure pertineat ad proprietarium: latens verò, quoad vtile ſolum dominium, ſpectet ad vſufructuarium. Molina verò nu. 17. citato, veriorẽ ſententiam arbitratur, vt, quod de emphyteuſi dictum eſt, locum ſimiliter habeat in feudo. Quamuis autem ea ſententia in ſe, ſecluſaque iuris diſpoſitione, æqua ſit; ſuppoſitis tamen feudorum iuribus, & lege Caſtellæ citata, falſam eam arbitror, tam extra hoc Caſtellæ regnum, quàm in hoc regno. Lege, quæ diſputationibus citatis dicta à nobis ſunt. Ex his intelligitur, quãdo poſseſsor maioratus proprieta-

prietarius eſt rei, cuius alius habet vſumfructũ, aut A dominium vtile emphyteuticum, aut feudale, quo uſque incrementum latens, aut patens, eius rei, ad ipſum ſpectet. Itemque, quando ipſe maioratus poſſeſsor, eſt emphyteuta, aut feudatarius, alteri quoad bonũ aliquod maioratus, quando ad ipſum ſpectet.

4 Illud admonuerim, quæ dicta ſunt de incremento, de quo in hac diſputatione nobis eſt ſermo, locũ ſimiliter habere, etiamſi, appoſita aliqua induſtria poſseſsoris maioratus, factiſque aliquibus ſumptibus, in fluuio diuertundo, obſtaculaque ei obijciendo, vt recedat, neque paulatim deſtruat prædiũ maioratus, ſed potius ab eo recedendo, illud augeat, tale incrementum, ſiue latens, ſiue patens, in medioq; fluminis relictum, proueniat. Etenim id incrementum, eſto ea induſtria, & ſumptibus, adiuuetur, vt B fiat ac reſultet, ex gentium tamẽ iure, atque ex iuris ciuilis diſpoſitione, ad ipſammet rei naturã accommodatè, cedit prædio præexiſtenti, tanquam pars, atque incrementum illius, eandem naturam & qualitatem cum illo habens, vnumque cũ illo efficiens: neque aliud ea induſtria, & ſumptibus fit, quàm vt id, quod antea erat, & cum eo prædio ſubtus aquas continuabatur, appareat, aptumque culturæ, & fructibus ferendis, reddatur, terra aliqua interdum alluuione ei aucta. Poterit quidem aliquando, qui eã induſtriam appoſuit, eoſque ſumptus fecit, æſtimationem eorum ſumptuum petere, aut partis eorum, vt de incremento induſtria poſseſsoris maioratus in eo facto dicemus: incrementum tamen illud velut pars eſt præexiſtens & latens prædij maioratus, C eandem qualitatem & naturam cum illo eo ipſo habens, quòd apparet & accreſcit, ac proinde computari debet cum incremento, de quo hac diſputatione nobis eſt ſermo: non verò cum ijs incrementis, de quibus duabus ſequentibus diſputationibus nobis futurus eſt ſermo.

5 Si cum proprietate rei maioratus, conſolidetur vſusfructus, qui ad alium ſpectabat, aut dominium vtile emphyteutæ, aut feudatarij, vel morte eorum, vel quia alia ratione finitum fuit tempus, pro quo vſusfructus, emphyteuſis, aut feudum, fuerant conceſſa, vel quod emphyteuta, aut feudatarius, in commiſſum inciderint: tunc, quia talis vſusfructus, aut dominium vtile, abſq; vllo facto, aut induſtria poſſeſſoris maioratus, ex cauſa præcedente proprietatis D vinculo maioratus alligatæ, aduenit, conſolidatur, vnumque efficitur cum illa, complens integrum dominium eiuſdem rei, ſortitur planè qualitatem proprietatis, cui ita aduenit, & accreſcit, ac proinde manet vinculo maioratus alligatum, pertinetque ad ſucceſſores in maioratu, non ſecus atque, quod alluuione rebus maioratus abſque vlla induſtria accreſcit, atque adeò nihil, ratione illius, debent ſucceſſores in maioratu, aut bona ipſa maioratus, anteceſſori, cuius tempore id cum proprietate conſolidatum eſt. Ita Molina vbi ſupra nume. 18. cum alijs, quos refert, qui rectè ſubiungit, idem dicendum eſſe quoad incrementum valoris, quod temporis progreſſu habent bona E ipſa maioratus in ſe, fructuſq; ac reditus maioratus. Conſentiunt, quoad vtrunque, quę diſput. 433. diximus de vſufructu, qui conſtante matrimonio conſolidatur cum proprietate capitalis viri, aut vxoris, & doctores, quos ad id citauimus.

DISPVT. 643.

Augmentum per ſe potens conſiſtere, ſeu extrinſecum, quod rebus maioratus, poſſeſſoris induſtria, aduenit, an ad maioratum, ſucceſſoreſque perinde in illo, pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus rebus quod augmentum adueniens per ſe potens ſubſiſtere dicatur. Illud ad maioratum non pertinet, niſi ritè fuerit ei incorporatum ac factum maioratus, quod non præſumitur, ac proinde non pertinet ad ſucceſſores in maioratu, ſed eſt bonum liberum.*

2 *Maioratus poſſeſſor ſi aliquid præſcribat, vt ad maioratum pertinens, maioratui cedit: ſecus ſi illud præſcribat non vt ad maioratum pertinens.*

3 *Retrahat ſi poſſeſſor maioratus rem aliquam propter communionem illius cum re maioratus, non pertinet ad maioratum, ſed eſt libera, niſi maioratui ritè incorporetur.*

4 *Res quæ tandem conſolidanda eſt cum bono maioratus, ſi antea acquirat eam ſibi, & non maioratui, poſſeſſor illius, ſiue oneroſo, ſiue lucratiuo titulo, quo uſque libera, & non maioratus, maneat.*

Exempla ſunt, quæ diſput. 463. §. illud verò, diſputando de melioramentis in rebus emphyteuticis factis, adhibuimus. Vt ſi poſſeſſor maioratus titulo oneroſo, aut lucratiuo, fundum comparet, fundo maioratus coniunctum, eique vtile, & ex vtroque vnum efficiat: eiuſmodi enim incrementum induſtria poſſeſſoris maioratus eſt comparatum in cenſu in principio diſputationis præcedentis explicato, poteſtque per ſe conſiſtere diuiſum à reliquo fundo maioratus, vt antea erat. Item, ſi habens oppidum ſine iuriſdictione, aut ſine quadam parte illius, vel ſine ijs reditibus, quos *Alcaualas*, vocamus, iuriſdictionem, aut alcaualas, comparet titulo oneroſo emptionis, aut permutationis, vel lucratiuo principis donatione: tale quippe dominium iuriſdictionis, aut alcaualarum, eius oppidi, poteſt per ſe conſiſtere ſubiecto ſeparatum à reliquo dominio eiuſdẽ oppidi, vt antea erat. Simili modo, ſi habens Marchionatum, aut Comitatum, vel Ducatum, comparet alia oppida oneroſo titulo, vel lucratiuo, tale incrementum cõſiſtere poteſt per ſe ſeparatum ab alijs oppidis ac bonis eius Marchionatus, Comitatus, aut Ducatus. Variaque alia adhiberi poterunt ſimilia exempla.

Hoc ita explanato, dicendum eſt. Eiuſmodi incrementa non ſortiri rationem maioratus, neq; proinde pertinere ad ſucceſſorem in eo maioratu, ſed manere bona libera, diuidenda inter hæredes eius, qui illa comparauit, non ſecus atque alia eiuſdẽ poſſeſſoris maioratus bona libera, poſſeque poſſeſſorẽ maioratus perinde de eis diſponere, atque de alijs ſuis bonis liberis. Excipe, niſi ex facultate principis, aut alias validè, ab eo, qui ea comparauit, vnita atq; incorporata eſſent maioratui; quod nõ præſumitur, niſi conſtet: tunc enim euidens eſt ſortiri vinculum ac qualitatem cæterorum bonorum maioratus, ac proinde deriuari cum illis ad ſucceſſores in eo maioratu. Vtrũque affirmat Molina, cum communi ſententia, quam refert, lib. 1. de primog. cap. 26. à nu. 3. ſolumque primum probatione indiget. Ex eo verò ſatis facilè liquet: quoniam eiuſmodi bona ſuã peculiarem ac ſeparatam habent conditionem, indigentque

gentque ſeparata poſſeſſionis apprehẽſione, ac præſcriptione, vt hæc omnia expreſsè habētur l. qui fundum. §. 1. ff. pro emptore. Id etiam totum, quod probare intendimus, apertè confirmat ac docet capit. 1. §. è contrario, de inueſt. de re aliena facta, cuius verba ſunt. *Si quid feudo à vaſallo additum ſit, ſi quidem tale adiectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit, id eſt, vt per ſe cenſeatur, vt prædium, id non accreſcit feudo. Si verò per ſe non poſſit ſubſiſtere, vt ſeruitus* (in feudali prædio acquiſita: quæ proinde cohæret tali feudali prædio, tanquam ipſi debita, & non domino, cui ſolum ratione prædij debetur) *pleriſque placet, feudo accreſcere: & ſicut partem feudi diſponendam* (id eſt, cẽſendam) *eſſe*. Eandem doctrinam docent in feudo, & emphyteuſi, Iulius Clarus 4. lib. Sententiarum. §. feudum, q. 88. Aluarotus, Carolus Molinæus, & alij, quos Iulius Clarus & Molina vbi ſupra, referunt. Habet verò hæc doctrina verum, non ſolum ſi, quod aduenit rebus maioratus, ſit res per ſe diuerſa, vt nouum prædium, aut nouum oppidum, ſed etiamſi ſit acceſſorio rei maioratus, dummodò, in ſenſu explicato, poſſit per ſe ſubſiſtere, vt ſunt iuriſdictio, aut pars iuriſdictionis oppidi maioratus, vel Alcaualæ illius, quæ de nouo comparētur, aut aliud ſimile, vt Iulius Clarus, & Molina vbi ſupra, Greg. Lopez l. 2. titu. 15. par. 2. verb. *ſino el hijo mayor* in fine colum. 4. & communis ſententia, quam referunt rectè affirmant. Neque refert (ſubiungit ibidē Molina cum Carolo Molinæo) quod dicitur, adiacētia ſcilicet & acceſſoria, ſequi naturam principalis, argumento l. ſi quando. C. de bonis vacantibus, & ſimilium iurium: quoniā, inquiunt, intelligenda ſunt, quando acceſſoria expreſsè adiecta fuerunt cū qualitate principalis rei, aut quando is, qui ipſa adiacentia rei addidit, de ipſa re diſponit, agiturq; de interpretatione eius diſpoſitionis, & non alias. Iuxta hāc doctrinam ait Molina ibidem, ſe vidiſſe pronunciatum, bombardas, & alia ſulphurea inſtrumenta, quę maioratus poſſeſſor in caſtro appoſuerat maioratus, bona libera eſſe, diuidenda inter hæredes poſſeſſoris illius maioratus, neque ſpectare ad vinculū maioratus: quoniam inuentum non fuit, eum poſſeſſorem illa vinculaſſe maioratui illi.

2 Si poſſeſſor maioratus rem præſcribat, tanquam maioratus, tunc res illa maioratui accreſcit, & non pertinet ad hæredes talis poſſeſſoris, ſed tranſit ad ſucceſſores in eo maioratu: eſt enim id incremētum maioratui, quatenus maioratus eſt, titulo præſcriptionis: non ſecus atque, quod prædijs maioratus alluuione accreſcit, incrementum eſt maioratus, quatenus maioratus eſt. Si verò illam præſcribat, non tanquam rem maioratus, tunc manet bonum liberum, & pertinet ad hæredes poſſeſſoris maioratus. Ita communis doctorum ſententia, quam Molina, vbi ſupra nu. 7. refert ac ſequitur, & cōſentit Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. p. 2. verb. *ſino el hijo maior*, in calce columnæ 4. & colum. 5. reſque eſt ſatis perſpicua, dictumque eſt in calce, diſp. 69.

Quæſtio. Dubium eſt, vtrum, ſi poſſeſſor maioratus iuxta ea, quæ diſput. 371. & 372. dicta ſunt, retraxit rē, eò quòd communis eſſet cum re maioratus, aut retraxit ius emphyteuticum, pro eodem pretio, quo emphyteuta illud vendebat, aut vendidit, eò quòd proprietas ad maioratum attinebat, an res, vel ius emphyteuticum ita retracta, pertineāt ad maioratum, tranſeantq; proinde ad ſucceſſorem in illo, vel non, ſed ſint bona libera, ad hæredes poſſeſſoris maioratus attinentia, ſi maioratus poſſeſſor, dum viueret, illa non incorporauit in maioratu.

Primum argum. Quòd efficiantur bona maioratus, ſuadere videtur. In primis, quòd titulo maioratus comparata, retractaq; ſint: neque enim poſſeſſor maioratus potuit illa retrahere, niſi titulo bonorum maioratus: quare illa videtur comparaſſe maioratui, affeciſſeq; qualitate bonorum maioratus.

Secundum. Deinde verò, quoniam acquiſitio illa prouenit ex cauſa trahente originem ab ipſo maioratus inſtitutore, qui rem in emphyteuſin tradidit, eamve communem cum alia acquiſiuit, ac proinde ea acquiſitio cẽſenda eſt, ac ſi eſſet facta in vita inſtitutoris maioratus: bonorum quippe augmentum poſt mortē teſtatoris aduenięs, iudicatur, ac ſi viuo teſtatore obueniſſet, quando pendet ex cauſa trahente originē à vita teſtatoris, iuxta l. in ratione 1. §. imperator, & §. ſequenti, & apertius l. ſerui, qui apud hoſtes, ff. ad leg. falcid. quare cum, ſi acquiſitio illa facta fuiſſet tempore inſtitutoris maioratus, atque ab ipſo inſtitutore maioratus, bona illa ad maioratum attinuiſſent, idem prorſus eſt dicendum, eſto acquirantur eo modo à ſucceſſore in maioratu.

3 Deciſio. Dicendum tamen eſt, cum Molina cap. 26. citato nu. 8. nō attinere ad bona maioratus, ſed attinere ad bona ipſius maioratus poſſeſſoris libera. Etenim, quod ita acquiritur à maioratus poſſeſſore, conſiſtere per ſe poteſt ſeparatum à bonis maioratus, vt erat antea quàm ab eodem maioratus poſſeſſore compararetur, comparatumque eſt facto, & pecunia ipſius poſſeſſoris maioratus, & non de bonis maioratus: quod autem ita acquiritur, non pertinet ad maioratum, ſed res libera eſt, vt ex verbis relatis ex §. è contrario, de inueſtit. de re aliena facta, liquet. Quando tamen res eſſet retracta ex pecunia, quam maioratus inſtitutor reliquiſſet, vt bona immobilia emerentur, quæ incorporarentur maioratui, aut ea lege res retraheretur, vt incorporetur maioratui, vel, poſtquàm eſſet retracta, legitimè maioratui incorporaretur, tunc dubium non eſſet, attinere ad vinculum maioratus.

Ad primum arg. Ad primum verò argumentum in contrarium dicendum eſt, quamuis ex eo bona illa ſint comparata, quòd, qui ea retraxit, dominus eſſet bonorū maioratus, cum quibus illa communionem quandam habebant; non tamen vi ſolum eorum bonorum ea comparaſſe, ſed beneficio legis retractum concedentis in eo euentu, factoque ſuo proprio, & ſua propria pecunia, neque illa maioratui comparaſſe, ſed ſibi, tametſi, quia dominus tunc eſſet, bonorum maioratus, cum quibus eam communionem habebant: quare, ius ſibi tunc ad retractum competens, fuit quaſi fructus & emolumentū ex maioratu perceptum; quod vtique ad ipſum, & non ad maioratum, ſpectat, perinde atque alij fructus & emolumenta ex eodem maioratu ab ipſo percepta.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, neceſſarium nō eſſe, cauſam illam traxiſſe originem ab inſtitutore maioratus: ante maioratus enim inſtitutorem potuit id trahere originem. Eſto autem admittamus, traxiſſe originem à maioratus inſtitutore, dicendum tamen eſt, eam non fuiſſe cauſam totam retractus & acquiſitionis illius, ſed ſolum fuiſſe partem cauſæ & conditionē ſine qua non eſſet locus retractui & acquiſitioni illi: ſimul autem cum ea cauſa, aut conditione ſine qua non, cauſas retractus & acquiſitionis illius fuiſſe, tum legem retractum concedentem, tum etiā factum proprium, pecuniamq; propriam poſſidentis maioratum, quibus res illas ſibi, & non maioratui; retraxit, vt dictum, explanatumque eſt: vnde negandum eſt, acquiſitionem illam perinde cenſendā eſſe, ac ſi facta eſſet in vita inſtitutoris, & ab ipſo inſtitutore, vt id ad maioratum attineret. Ad id verò, quod ſubiungitur, augmentum ſcilicet bonorū teſtatoris, factum poſt mortem illius, cenſeri, ac ſi factum fuiſſet in vita illius, quando pendens fuit ex cauſa trahente originem à vita teſtatoris, dicendum eſt, id verum eſſe quando cauſam illam præcisè conſequitur, aut præcipuè: non verò, quando ſolum occaſio,

caſio,& minus præcipua cauſa,præceſſit in teſtato- A
ris vita. Si enim quis, poſtquam hæreditate ſibi ob-
ueniente,acquiſiuit proprietatem,aut partem fundi
pro indiuiſo, quæ libera omnino fuit, ſua pecunia
retrahat dominium vtile aut aliam partem,quam a-
lius vendat,ſatis perſpicuum eſt, id non cedere bo-
nis defuncti,ſed ſuis,proprijs,quamuis, quod obti-
nuerit proprietatē, aut partem fundi pro indiuiſo,
ratione cuius habuit ius retractus,originem duxerit
à defuncto eo modo,de quo nunc diſputamus.

Illud rectè admonet Molina vbi ſupra, poſtquā
res à maioratus poſſeſſore eſſet ita retracta ſua pecu
nia,non teneri eum, vel hæredes illius, tradere illā,
vt vniatur maioratui, etiamſi ſucceſſor in maioratu
offerat pecuniam,qua retracta fuit,vel maiorem rei
illius æſtimationem: quoniam,poſtquam ritè ad ip- B
ſius dominium libera eo retractu deuenit, non te-
netur illam alienare, etiam vt maioratui vniatur.
4 Si tamē id eſſet emphyteuſis, & quòd finiretur tem
pus contractus, vel quòd emphyteuta incideret in
commiſſum, conſolidaretur cum proprietate, tunc
ipſo iure vniretur bonis maioratus, ad maioratum-
que deinceps pertineret,tanquam bonum illius. De
vſufructu, qui in re, aut in rebus aliquibus maiora-
tus,ad aliquem attinebat,dicendum eſt. Si à poſſeſ-
ſore maioratus redimatur, antequam morte illum
poſſidentis finiretur, aut antequam finiretur aliud
tempus,pro quo erat conceſſus, tunc toto tempore,
quo apud illum alium erat perſeueraturus, pertine-
re liberum ad poſſeſſorem maioratus, aut ad hære-
des illius,niſi ab eo,à quo eſſet redemptus,incorpo- C
ratus eſſet maioratui. Ratio eſt, quoniam redēptus
poteſt per ſe cōſiſtere,quin vniatur proprietati ma-
ioratus, vt erat, antequam redimeretur,in perſona
eius, qui illum tunc poſſidebat, ac proinde toto eo
tempore cenſetur liberum, minimèque ad maiora-
tum pertinēs, niſi à redemptore vniatur maioratui,
Mortuo autem eo, qui illum antea poſſidebat, aut
finito quouis alio tempore, pro quo illū poſſidebat,
cum tunc ipſo iure, ſine vllo facto poſſeſſoris maio-
ratus,aut cuiuſuis alterius,eſſet regrediēdus ad pro-
prietatem maioratus,& cū ea conſolidandus,vt de-
inceps ad maioratum pertineret,vtique ab eo pūcto
regreditur ad proprietatem, ſpectatque ad maiora-
tum,& ad ſucceſſores in illo. Idem dicendum eſt,ſi
is,ad quem pertinebat is vſusfructus,antequā finia- D
tur, renunciet illum in fauorem poſſeſſoris maiora-
tus:toto enim tempore, quo apud ipſum perſeuera-
re debebat pertinet liberum ad poſſeſſorem maio-
ratus,& ad hæredes illius: ſecus autem,ſi illū renun
ciaſſet in fauorem ipſius maioratus,vt continuò cō-
ſolidaretur cum proprietate: à puncto enim renun-
ciationis, pertineret ad maioratum, & ad ſucceſſo-
res in illo,tanquam bonum maioratus, vt eſt notiſ-
ſimum. Hæc Molina vbi ſupra nu. 9.

Idem, propter eandem rationem, ex eiſdemque
fundamentis,eſt dicendū,ſi cenſus annuus erat col-
locatus in rebus maioratus, qui alicui & ſucceſſori-
bus illius,ſolueretur, aut aliquid aliud erat inde ſol-
uendū. Si enim onus illud redimatur à poſſeſſore E
maioratus,aut ei ab illo, cui debebatur, cōdonetur,
neque intelligatur condonari maioratui ipſi,vt ma-
ioratus deinceps liber maneat ab eo onere,aut redi-
mi,vt ſimiliter maioratus maneat liber,ſed cōdona-
ri poſſeſſori, aut ſibi ab eo redimi, quod præſumi-
tur ac cenſetur,niſi contrariū conſtet; tunc is cēſus,
aut onus,debetur ex maioratu à ſucceſſoribus dein-
ceps in illo, illi,cui fuit condonatum, aut à quo fuit
redemptum, ipſiuſq; ſucceſſoribus poteſtq; ipſe de
illo perinde diſponere, atque de alijs ſuis bonis, &
idem poſſūt ſucceſſores ipſius in eo cenſu, aut one-
re poſt ipſum. Ita Molina vbi ſupra nu. 10. reſq; ex
ſe,& ex iactis fundamentis,eſt ſatis perſpicua.

DISPVT. 644.

Vtrum augmentum intrinſecum, ſeu ita induſtria poſſeſſoris accedens rebus maioratus,vt non poſſit per ſe conſiſtere, pertineat ad maioratum, ad ſucceſſoreſque in illo.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum in rebus maioratus non potens per ſe ſubſiſtere,maioratui cedit. Et quando æſtimatio à ſucceſſoribus ſit ſoluenda,ac quo modo.*

2 *Maioratus poſſeſſor ſi melioramenta ac ſumptus in bonis maioratus efficiat,de quibus lege 46. Tauri eſt ſermo,quid cēſendum, fusè expenditur,& num æqua ea lex ſit.*

EXempla ſunt,vt ſi ædificium in ſolo maio- 1
ratus fiat,aut plantetur vinea,oliuetum,po
marium,aut aliud ſimile, vel ſi ſeruitus ali-
qua prędio maioratus acquiratur,aut ſimi-
lia in rebus maioratus fiant, quæ per ſe, retinentia
eandem rationem,non poſſint conſiſtere.

Atque in primis dicendum eſt,hæc omnia eo ipſo
quod facta ſunt,aut aduenere, cedere maioratui,ac
proinde pertinere quoad dominium ad ſucceſſores
C in maioratu. Vtrum autem aliquid ratione eorum,
ſolui debeat poſſeſſori maioratus, qui tunc erat,aut
hæredibus illius,explicabitur ſtatim. Quòd autem
cedant maioratui, dominiumque eorum vnà cum
rebus ipſis maioratus, pertineat ad ſucceſſores in
eo maioratu,probant cap. 1. §. è contrario,verſ. ſi ve
rò.de inueſt.de re alien. facta cap. primo, §. ſi vaſal-
lus,in tit. hic finitur lex., & affirmat communis do-
ctorum ſententia,quam Molina lib. 1. de primogen.
cap. 26. nu. 11. refert ac ſequitur,& nos latius retuli-
mus,ſequutiq; ſumus diſput. 462. & 463. conclu. 2.
agentes de ſimili incremento,ſeu melioratione in re
emphyteutica facto: eiuſmodi quippe incrementa,
cum per ſe conſiſtere non poſſint retinendo eandē
naturam,cedunt rei,cui adhærent atque adueniunt,
D ac proinde ad dominium eius ſpectant, cuius eſt ea
res,vt diſp. 57. dictum,oſtenſumque eſt.

Quod verò ad id attinet,num ſoluendum aliquid
ſit ratione eorum poſſeſſori maioratus, qui tunc e-
rat, & cuius induſtria aduenerunt, hæredibuſve il-
lius,dicendū eſt. Si id ſeruitus ſit realis, prædio ma-
ioratus acquiſita, ſiue titulo oneroſo emptionis, aut
alio ſimili,ſiue lucratiuo,vt donationis, comparata
ſit,nec donata,aut legata ſit maioratui, ſed poſſeſſo
ri illius,neq; poſſeſſor maioratus eā, ſiue lucratiuo,
ſiue oneroſo titulo cōparatam, applicauerit ac dona
uerit maioratui, deberi tali poſſeſſori illius æſtima-
tionē illius,quantū æſtimabitur tempore,quo ad ſe-
quentem ſucceſſorem tranſierit,neque teneri dedu-
E cere de æſtimatione illa,ſi quos veluti fructus,ſeu e-
molumenta,ex illa percepit. Si verò gratis data ab
aliquo tertio maioratui fuit, vt eſſet ipſiuſmet maio
ratus,aut à poſſeſſore maioratus, quocunque titulo
cōparata,applicata fuit maioratui,vt eſſet ipſius ma
ioratus,tunc nihil illi,aut hæredibus illius, ratione il
lius deberi. Vtrūque affirmat cōis doctorū ſenten-
tia,quam Molina vbi ſup. nu. 11. 12. 13. & 14. refert
ac ſequitur, & ſatis vtrunque patet ex dictis à nobis
diſp. 462. & 463. citatis. Atque hoc ſecundū ſatis ex
ſe eſt perſpicuum, Idem etiam dicendum eſt, ſi ti-
tulo præſcriptionis ſit comparata: cum enim compa
retur, vt debita prædio maioratus, vtique tanquam
bonum maioratus, eo præſcriptionis titulo compa-
ratur.

ratur. Primum verò probatum à nobis eſt, tametſi agendo de emphyteuſi, in calce diſp.462.& diſput. 463.concl.2.& in calce eius diſputationis, vbi diximus,eum, qui dominium, ſaltem vtile, rei habet, in quo melioramenta fecit, non teneri deducere de valore melioramentorum,fructus, quos ex ea re percepit:eo quòd titulo dominij,ſaltē utilis,eius rei, ſuos illos fecit,interim dū res illa ſua perſeuerauit. Itemque ſoluendum huic eſſe ualorem melioramentorū, quantum æſtimabuntur tempore, quoad alium tranſierint,ſiue id multum ſit,ſiue parum: id quod pręcipuè habet locum in poſſeſſore maioratus,qui utile ac directum dominium eorum bonorum habuit, eiſque melioramentis, tanquam eorum etiam dominus, fruitus eſt toto tempore, quo maioratus apud ipſum perſeuerauit. Hæc, quæ de ſolutione æſtimationis talis ſeruitutis poſſeſſori maioratus,aut hęredibus illius, facienda, dicta ſunt, intelligi debent, ſtando in iure communi, vimque habent in Luſitania. Vtrum autem contrarium ſit dicendum in hoc Caſtellæ regno propter legem 46. Tauri, ſtatim explicabitur.

Vnde autem ſolui debeat hæc æſtimatio, vtrum ſcilicet de bonis proprijs ſucceſſoris in maioratu, vel de bonis ipſius maioratus, an verò de reditibus maioratus. Dicendum arbitror,iuxta ea quę diſput. 641.copioſè dicta ſunt, cogendum non eſſe ſucceſſorem in maioratu ſoluere totam eam æſtimationē de ſuis proprijs bonis, aut de reditibus maioratus, qui ad ipſum ſpectant. Cum enim ſeruitus illa,commoditaſque ex illa percipienda, ad ſucceſſores in maioratu, poſt ipſum ex præſcripto inſtitutoris futuros,ſimiliter pertineat,æquitas non patitur, vt ipſe ſolus de ſuis bonis, de reditibusve maioratus ad ipſum attinentibus, eam totam æſtimationem perſoluat. Neque item recta ratio docet,ut ipſe ſimiliter,aut hæredes ipſius, à ſucceſſore in eo maioratu eandem æſtimationem petant & accipiant, atq; ita res procedat in infinitū, ſemper anteriore poſſeſſore eam integram petendo,& accipiendo à ſucceſſore: præſertim cum ita fieret,vt nunquam anteceſſores quicquam ob illam perceptam ſoluerent,ſed ſemper integrum onus reijcerent in ſucceſſores. Iuxta ea ergo,quæ diſput.641.citata dicta ſunt vel conſtituendus eſſet annuus cenſus in re maioratus perexiguus,cuius capitale æquaret, aut fere æquaret, eam æſtimationem,vt id loco commoditatis,quam ex ea ſeruitute percipiunt,ſinguli quotannis ſoluerent hæredibus poſſeſſoris,cui ea æſtimatio debebatur: vel aliquid modicum ſeparandum eſſet de vniculo maioratus pro ea ſeruitute, ſi illa commodior multo eſſet maioratui, quàm illud modicum, quod ſepararetur, & alienaretur ad ſoluendam eam æſtimationem: vel, ſi neutrum ſucceſſores in maioratu velint, permittere debent, vt dominus prædij, quod eam ſeruitutem debet alteri prædio maioratus, illam redimat ſoluendo pretium illius, poſſeſſori illi, cui ea æſtimatio debetur; aut certè poſſeſſor ille,hęredesve illius, faciant de illa, quod voluerint, iuxta c.1.§.ſi vaſſallus in titu.hic finitur lex,qui ſic habet. *Si vaſſallus in feudo aliquod ædificiū fecerit, vel ipſum ſua pecunia meliorauerit,& contigerit poſtea,vt vaſſallus ſine filio maſculo decedat, dominus aut patiatur ædificium auferri,aut ſoluat pretium meliorationis. Idem dico,ſi pretio ſeruitutem fundo acquirat.* Hæc ibi.

Quæ de ſeruitute dicta ſunt,quando non condonatur maioratui à tertio aliquo,aut à poſſeſſore maioratus, vt ſit deinceps maioratus, & pertineat gratis ad ſucceſſores in maioratu,ſimiliter diceda ſunt, ſtando in iure communi,atque adeò in Luſitania,de ædificijs,& alijs ſimilibus incrementis,ſeu melioramētis,factis induſtria poſſeſſoris,quæ non poſſunt per ſe conſiſtere,nec cōdonata maioratui ſunt, nem-

A pe,eſſe ſoluenda tali poſſeſſori,aut hęredibus illius, quantum æſtimabuntur tēpore, quo ad ſequentem in maioratu tranſierint,nō deducendo inde fructus, quos talis poſſeſſor ex eis melioramentis,aut ex maioratu percepit, iuxta ea quæ paulò ante de ſeruitute dicta ſunt, & copioſius ſunt comprobata diſputatione 463.citata,atque affirmat Molina,vbi ſup.nu. 14.cum alijs,quos refert. Soluenda uerò eſſe,nō de bonis proprijs ſucceſſoris in maioratu, neq; de fructibus maioratus,qui ad eum attinuerint, ſed eo modo,quo circa ſeruitutem explicatum eſt, idque propter ea, quæ circa ſeruitutem dicta ſunt. Atque in hoc differt ſucceſſor in maioratu, à fideicommiſſario,& à proprietario,cum quo conſolidatur emphyteuſis,quando finitur ſine culpa emphyteutæ, & ab
B aliis ſimilibus. Cum enim hi liberè recipiant fideicommiſſum,aut dominium vtile, minimeve alligata,vt ad alios deriuentur, tenentur ipſi de ſuis bonis ſoluere melioramenta in fideicommiſſo, aut in prædio emphyteutico facta ab anteceſſore poſſeſſore, eo quòd in ipſorum commodum cedūt,atque agendo ſimul eorum,& ſuum negotium,facta ſunt,iuxta ea quæ diſput.463.dicta ſunt,& quæ de fideicōmiſſo habentur. l.domos, ff.de leg.1. concinunt etiam §.certè,inſt.de rer.diuiſ.l.ſi quis ſciēs,& l.ſi in area, C.de rei vend. & affirmat cōmunis doctorum ſententia,quam Molina c.26.citato, nu.14.refert ac ſequitur:ſucceſſor verò in maioratu, quia accipit bona minimè libera, ſed ſubiecta reſtitutioni vlterius ad ea vocatis ex pręſcripto inſtitutoris, non tenetur
C de ſuis bonis ſoluere ea melioramenta, vt circa emphyteuſim paulò ante dictum eſt: ſed eo duntaxat modo ſunt ſoluenda, aut permittenda auferri, quo circa ſeruitutem eſt explicatum.

In hoc autem regno lata his de rebus eſt lex 46. 2
Tauri,quæ eſt l.6.ti.7.li.5.nouę collect.& ſic habet. *Todas las fortalezas, que de aqui adelante ſe hizieren en las ciudades, y villas,y lugares, y heredamientos, de mayorazgo,y todas las cercas de las dichas ciudades,villas,y lugares de mayorazgo,aſſi las que de aqui adelāte ſe hizieren de nueuo como lo que ſe reparare,o meiorare en ellas,o aſi meſmo los edificios,que de aqui adelante ſe hizieren en las caſas de mayorazgo,labrando,o reparando,o reedificando en ellas,ſean anſi de mayorazgo,como lo ſon,o fueren las ciudades,y villas,y lugares,y heredamientos,y caſas,donde ſe labraren. Y mandamos, que, en todo ello ſuceda el que fuere llamado a el mayorazgo, con los vinculos,y conditiones en el mayorazgo contenidas,ſin que ſea obligado a dar parte alguna de la eſtimacion,o valor de los dichos edificios,a las mugeres del que lo hizo,ni a ſus hijos,ni a ſus herederos,ni ſucceſſores. Pero poſt eſto no es nueſtra intencion,de dar licentia,ni facultad, para que ſin nueſtra licencia,o de los Reyes, que de nos vinierē,ſe puedan hazer,o reparar,las dichas cercas,o fortalezas: mas que ſobre eſto ſe guarden las leyes de nueſtros reynos,como en ellas ſe contiene.*
D (marginal mark beside "mientos,y caſas" above)

Circa hanc verò legem multa ſe offerunt dubia. Primum eſt. An iuſta ſit,& æqua. Multi enim eam iniuſtam,atque iniquam,& abrogandam, arbitran-
E tur, quatenus poſſeſſori maioratus permittit inſumere in eiuſmodi rebus partem bonorum ſuperlucratorum vxoris, aut vniuerſa bona ſuperlucrata ipſa inuita: & ſtatuit,nihil ei reſtitui debere à ſucceſſoribus in maioratu. Si enim partem etiam dotis illius aut etiam bonorum paraphernalium, inſumeret,tunc vtique,cum illa,hæredeſque illius,verè ſint creditores ad recuperanda ea bona, quæ omnino ſunt illis debita,& non,vt bona ſuperlucrata,ſolum ſub conditione, ſi tempore diſſoluti matrimonij ſuperſint minimè conſumpta, vtique illa recuperare poſſunt vxor,hæredeſque illius,de incrementis,ſeu melioramentis,factis in bonis maioratus,nihil ea lege 46.Tauri impediente,vt diſp.641.dictum eſt: ne-

que enim ea lex locum habet comparatione debitorum, quæ à poſseſsore illo maioratus omnino debẽtur, neque aliunde ſolui poſsunt, quàm ex maiori illo valore maioratus ratione eorũ melioramentorũ, vt diſputatione citata dictũ eſt. Item iniuſtam illã, & abrogandam arbitrãtur, quatenus poſseſsori maioratus permittit, inſumere in illis rebus de legitimis alijs filijs in bonis ipſius debitis, & iubet, ſucceſsores in eo maioratu, nihil de valore eorũ melioramentorum teneri ſoluere filijs illis. Quòd enim attinet ad aſcẽdentes, ſi is maioratus poſseſsor eos habeat, & careat deſcendentibus, cum non adeò ſit illis debita portio legitima in bonis ipſius, ſicut filijs, non adeò iniqua cenſetur ea lex. Et multò minus quo ad alios hæredes, ac ſucceſsores illius, qui de numero aſcendentiũ ac deſcendentium non ſunt. Cum enim integrum ſit poſseſsori illi maioratus, eos ſumptus non facere, poſſitq; ipſe pro ſuo arbitratu eiuſmodi hæredes priuare bonis ſuis, nulla ſane eſt iniquitas, quod lege ſtatuatur, vt, ſi illos ſumptus fecerit, cenſeantur omnino condonati maioratui, nec ſucceſsores in illo teneantur eis hæredibus, quicquã ratione illorum ſoluere. Nos rem hanc diſpu. 433. expendimus, & quãuis, cum Anto. Gom. ad eandem legem, & cum Molina c. 26. citato, nu. 14. (quibus conſentiunt Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. p. 2. num. 71. Gut. de pract. qq. lib. 2. q. 81. Burgos de Paz iunior q. 6. de maioratibus, & alij, quos citant) cẽſuerimus, damnandam non eſse eam legem, quatenus ſtatuit, ſucceſsores in maioratu non teneri ſoluere, etiã vxori, & liberis poſseſsoris maioratus, eiuſmodi expenſas; eò ꝙ de ſuis proprijs bonis, aut de reditibus maioratus, non teneantur, vt oſtenſum eſt, & difficile de vinculo maioratus, aut aliunde, ſolui poſſint, aut debeant; diximus tamen ſubueniri debere vxori, & filijs, ſtatuẽdo, vt poſseſsor maioratus, qui filios haberet, non plus poſset in eiuſmodi rebus expendere, quam quintum ſuorum bonorum, aut etiam ſimul tertium, ſi ſucceſsor in eo maioratu, eſset de numero ſuorum deſcendentium, & vt totum aſsumere deberet in ſuum capitale, & in medietatem bonorum ſuperlucratorum, quæ ipſum contingit, vt vxor indemnis omnino, atque etiam filij, in ſuis portionibus legitimis, ſeruarentur. Quòd ſi deſcendentibus careret, ſtatui deberet, vt non plus in eiuſmodi rebus poſſet inſumere, quàm ſuum capitale, & medietatem lucrorũ, quæ ipſum contingit, eoſque omnes ſumptus in ſuam partem ſumeret, ſeruaretq; vxorem indemnem quoad ſuũ capitale, & quoad ſuam medietatẽ lucrorum. Atque ad hæc ego in conſcientiæ foro aſtringerem poſseſsorẽ maioratus, nihil. l. 46. Tauri impediente. Illud tamen eſt obſeruandum, ſi poſseſſor maioratus moderatum aliquid inſumeret in rebus maioratus meliorandis, pro quantitate ſuorum bonorum, ac redituum maioratus, quamuis id minueret bona ſuperlucrata aliqua ex parte, quia non eſsent tot, ac ſi illud non eſset ita inſumptum, quamuis item minueret ſimiliter legitimas filiorum, tunc vtique non teneretur id accipere in partem ſuam, ẽt in ſuam medietatem bonorum ſuperlucratorũ: quoniam id ſpectat ad ſumptus, quos ipſum, pro quantitate ſuorũ bonorum, decẽt, neque limites ſumptuũ egrediuntur, quos ſimiles ſui facere potuerunt, ipſeque efficere poterat in haſtiludio, aut alia ſimili re, ad recreationem, & ſplendorem ſui ſtatus, & conditionis, attinente, ac proinde non egrediũtur limites ſumptuum, qui ad ipſum, tanquam ad dominũ ſuorum bonorum, familiæque totius adminiſtratorem, ſpectant: tales autem ſumptus non tenetur ſumere in partem ſuam, etiam quoad medietatem bonorũ ſuperlucratorum. Et fortaſse l. 46. Tauri, de eiuſmodi ſumptibus in meliorandis bonis maioratus factis ſolum loquitur: noluitque, vt, quamuis extarent, at-

A tinerent, etiam quoad partem eorũ, ad vxorem, aut ad filios, aut vt ſucceſsores in maioratu, ratione eorum, tenerentur quicquam eis ſoluere.

Hinc facilius diſsoluetur hoc ſecundum dubium circa eandem legem. Querunt aliqui, num, quamuis ſucceſsores in maioratu non teneantur ſoluere vxori, aut liberis aliquid de ſumptibus à poſseſsore maioratus factis in eiuſmodi melioramentis, nihilominus poſseſsor ipſe, qui illos fecit, teneatur, comparatione vxoris, ſumere illos in medietate lucrorũ, quæ ad ipſum ſpectat; ſi vero plus aliquid inſumpſit, teneatur id accipere in partem ſui capitalis, relinquendo vxori, integrum ſuum capitale, & inſuper ſuam integram medietatem lucrorũ: & ſimiliter cõparatione filiorum, teneatur id accipere in ſuum quintũ
B & tertium, ita ut legitimæ alijs filijs, ex legum præſcripto omnino debitæ, non minuantur. Burgos de Paz iunior q. 8. de maioratibus, rem hanc quod ad vxorem attinet, fusè in vtrãque partem diſputat, eãque indeciſam, cogitandumq; circa illam, relinquit. Gutier. quoque de pract. qq. lib. 2. q. 84. nu. 3. ait, difficilem eſse eam quæſtionem, illamque diſputare in vtranque partem Burgos de Paz indeciſamque relinquere. Iuxta proximè dicta, eſt dicendum. Si ſumptus non ſint, qui excedant, quos pro quantitate bonorum maioratus, poſseſsoriſque illius, poſset ipſe maioratus poſseſsor, tãquam ſuorum bonorum, & familiæ adminiſtrator, efficere, eiuſmodi poſseſsorẽ non teneri ſumere illos, vel in ſuam medietatem lucrorum, vel in ſuum tertiũ & quintũ, vt in calce du-
C bij præcedentis dictum eſt. Si verò excedant, quoad exceſsum tantum, teneri illos eo modo aſsumere, vt mihi, conſentaneè ad rectam rationem, per Epicheiam, legũ interpretem, probabiliter dicendum videtur. Succeſsores verò in maioratu, neque de ſuis bonis, neque de melioramentis ipſis, aut de bonis maioratus, teneri incremẽtum illud ſoluere, niſi excedat tertium & quintum bonorum talis poſseſsoris maioratus, atq; tunc teneri ſolũ ſoluere exceſsum eius tertij & quinti, modo circa ſeruitutem ſupra explicato, neque eſse implenda alia legata eiuſdem poſſeſsoris maioratus, vtpote inualida, eo quòd nullũ, tempore mortis, habuerit quintum, de quo poſset illa relinquere.

Ex dictis quoque diſsoluetur tertiũ dubiũ circa
D eandem legem. Quærunt enim multi, vtrũ lex illa ſit ſolùm intelligenda quãdo ſumptus ſunt moderati, attenta qualitate poſseſsoris, redituum maioratus, quantitate filiorum, & attentis cæteris circunſtãtijs concurrentibus: non verò quando ſunt exceſſiui, attentis eiſdẽ circunſtantijs. Et quidem Aries Pinel. num. 71. citato, Burgos de Paz. q. 7. de maioratibus nu. 27. Gutier. vbi ſupra q. 83. nu. 3. & alij, quos citãt, intelligendã eam cenſent ſolùm, quãdo ſumptus ſunt illo modo moderati: ſecus vero quãdo prudentis arbitrio ſunt exceſſiui, & ex illis vtilitas magna reſultat ſucceſsorib. in maioratu: nam tunc tenentur ſucceſsores in maioratu eos ſumptus ſoluere, ne vxor, & filij, maneant in tãto & tam irrationabili de-
E trimento. Dicendum verò arbitror, ſi ſumptus, modo in duobus præcedentibus dubijs explanato, exceſſiui ſint, teneri maioratus poſseſsorem, qui illos fecit, ſumere ſolum incrementum in ſuã medietatẽ lucrorũ, aut in ſuũ capitale, cõparatione vxoris, & comparatione filiorum, in ſuum tertium & quintũ: ſi verò aliquid plus ſit inſumptum, id ſolum teneri ſoluere ſucceſsores in maioratu, modo circa ſeruitutem, & alias meliorationes factas, explicato.

Quartum dubium eſt, vtrum, quãuis ſucceſsores in maioratu non teneantur ſoluere eos ſumptus, de quib. le. 46. Tauri eſt ſermo, vxori, filijs, aut alijs hęredib. eius poſseſsoris, qui illos fecit, nihilominus vxor, filij, & alij hæredes, poſſint tollere ſibi ea me-

liora-

lioramenta,ſi ſine præiudicio maioratus,quoad ſtatum,in quo erat antequam ea melioramenta fierēt, auferri poſſint. Molina cap.26.citato,num.16.affirmanter reſpondet,propter iura quædam,quæ id diſponunt & nos diſp.463. citauimus,in alijs euentibus, in quibus ſucceſsor in re, in qua melioramenta ſunt facta, non tenetur ea ſoluere. Addit tamen,ſi ſucceſſor in maioratu uelit ſoluere tali vxori, filijs, aut hæredibus,quantum ea melioraméta valent,extracta ex prædijs maioratus, tunc non poſse illos ea extrahere,iuxta iura quę in calce diſputationis 463. citauimus,& ea quæ in illis alijs euentibus nos ea de re diximus. Eſt tamen contrarium proculdubio affirmandum in melioramētis factis in maioratibus, de quibus modo diſputamus,nempe vxorem,filios, aut alios eius hæredes,qui illa fecit, non poſse ea extrahere. Etenim lex ipſa 46. Tauri diſponit, quòd eo ipſo, quòd ſunt facta, maneant vinculo maioratus alligata,& ſint prorſus inalienabilia,nullo perſoluto pretio æſtimationis eorum vxori,filijs,aut alijs hæredibus eius, qui illa fecit: ſic enim ea lex habet. *Sean aſsi de mayorazgo, como lo ſon,o fueren, las ciudades,y villas,y lugares,y heredamientos,y caſas,donde ſe labraren. Y mandamos, que en todo illo ſucceda el que fuere llamado al mayorazgo, con los vinculos, y condiciones en el mayorazgo contenidas, ſin que ſea obligado a dar parte alguna de la eſtimacion,o valor de los dichos edificios a las mugeres del que los hizo, ni a ſus hijos, ni a ſus herederos:* non eſt ergo integrum his, ea,ſemel vinculo maioratus alligata,auferre ex eo,quòd æſtimatio,aut pars ſumptuum,eis non ſoluatur,vt apertè hæc ipſa lex diſponit.

Quintum dubium eſt, vtrum ea lex intelligenda ſit ſolum in expenſis factis in ijs tantum rebus maioratus de quibus loquitur, an verò de expenſis, & melioramentis factis in quibuſcunque rebus maioratus,vt in ædificandis molendinis in prædio maioratus, in illis reficiendis, & in alijs ſimilibus, ijs,de quibus lex illa non loquitur. Molina cap.26.citato, nume.15.abitratur,vniuerſim eam legem eſse intelligendam,etiam de melioramentis,quæ non expreſſit. Ducitur,quoniam ratio,cur lata eſt,quia ſcilicet æquitas non patitur, vt ſucceſsor de ſuis bonis aut de reditibus maioratus ad ſe attinentibus,ea ſoluat, vim habet in omnibus vniuerſim melioramentis, factis in rebus maioratus: lex autem extendenda eſt ad omnia,ad quæ ſe extēdit ratio, propter quam eſt lata,eaque omnia cenſenda eſt comprehendere: vnde,quę in ea lege fuerunt expreſsa,in quibus vim haberet,ſolùm gratia exempli ait fuiſse expreſsa. Atque ita ſubiungit fuiſse aliquando iudicatum in ſupremo ſenatu,tametſi itum ſit in contrarias ſententias, interdumque in contrarium fuerit iudicatum. Contrarium arbitror eſse dicendum cum Burgos de Paz.q.7.citata,nu.15. & cum Gutier.quæſt.82. citata,& cum alijs, quos citant, qui etiam referunt, ita fuiſse ſæpe iudicatum. Potiſsimum ducor,quoniam lex illa dura eſt, atque exorbitans, vtpote quæ quoad melioramenta actu exiſtentia in rebus ipſis maioratus, denegat vxori partem lucrorum ad ipſam attinentem,& filijs incremētum legitimarum: & quoniam perſpicuè ea lex id diſponit ſolùm in eis tantum bonis quæ exprimit;neque ex ſerie illius vlla eſt effigies, quòd illa expreſserit ſolum gratia exempli, & quòd voluerit eam diſpoſitionem ad alia etiā extendi: lex autem dura & exorbitans, etiam ex pari,aut maiori ratione, extendenda non eſt ad alia quæ non exprimit,& de quibus non diſponit; atque, in re propoſita cōſtat, eam fuiſse rationem, aut eam ſolam fuiſse rationē,quam Molina refert, vnde moti ſunt legiſlatores ad illa in eis rebus ita ſtatuēdum: quare circa alia melioramenta , illa in hoc Caſtellæ regno ſunt dicēda,quę circa ſeruitutes,& vniuerſim

A circa melioramenta facta in rebus maioratus, ſupra diximus dicenda eſse ſtando in iure communi.

Sextum dubium eſt, vtrum lex 46. Tauri, quoad verba illa; *y anſi meſmo los edificios, que de aqui adelante ſe hizieren en las caſas de mayorazgo,labrando,o reparando,o edificando en ellas*; intelligēda ſint ſolùm de domibus habitationis maioratus; an verò etiā de alijs,quæ pertinent ad maioratum,ſed factę ſunt ad habitationem colonorum,aut in molēdino ad habitationem eius,qui curam illius, illudve conductum habet,aut quæ factæ ſunt ad eas locandū alijs. Burgos de Paz.q.7.citata,nu.18.ait,circa hanc quæſtionem à peritiſsimis aduocatis itum fuiſse in cōtrarias ſententias,eamque indeciſam relinquit: fortè ne aduerſaretur auo ſuo,quem refert aſseruiſse,de omni- B bus vniuerſim domibus,ad maioratum attinētibus, intelligendam eſse eam legem. Atque hanc opinionem amplectitur Gutierrius vbi ſup.q.83. Qui refert, Pelaes exiſtimare ſolum eſse intelligendam de domo habitationis maioratus. Equidem cenſeo,intelligendam eam legem eſse,de quibuſcūque domibus dicatis ad habitationem maioratus,ſiue in curia ſiue in loco,in quo præcipuè reſidet,ſiue in oppido, aut oppidis ſui maioratus,ſiue in ſaltu,aut in loco alio recreationis:non verò de domibus uinculo maioratus alligatis,quæ dicatæ non ſunt ipſius habitationi. Lex enim illa,quæ dura & exorbitans eſt,ſtrictè ſanè eſt intelligēda, neque alias domus planè ſonat, quàm dicatas maioratus habitationi, quæ ſimpliciter dicuntur *las caſas de mayorazgo*.

C Ex eiſdem verbis legis 46. Tauri, in præcedenti dubio relatis,conſtat,ſi quis domum, etiā ad habitationem poſseſsorum maioratus, de nouo conſtruat in ſolo maioratus,non habere locum in illis diſpoſitionem eius legis,quoad eam maioratus meliorationem. Etenim verba illa non comprehendunt domū de nouo factam,ſed ædificium factum in domo maioratus præexiſtente,eam augendo,aut reficiēdo,vt ex verbis ex ea lege relatis conſtat. Quin,ſi domus æquata eſſet ſolo,aut exuſta omnino, iterumque ędificaretur,in illa non haberet locū lex 46. Tauri, quoniam,vt copioſè & doctè Burgos de Paz.q.7. citata à num.19.probat,id non eſt reficere domum præcedentem,neque in ea aliquid ędificare,ſed eſt nouam domū efficere in ſolo maioratus,in quo alia numero D diſtincta antea erat. Ipſum legito. Placet verò quod Molina c.26.citato in fine nu.12.ait,videlicet,ſi ſeruitus domui maioratus ematur, aut alio titulo acquiratur,vt luminum,vel ſtillicidij, aut alia ſimilis,in illa habere locum legem 46. Tauri: quoniam id quaſi quippiam additum,atque auctum domui maioratus reputatur.

DISPVT. 645.

Vtrum ex maioratu Trebellianica, aut falcidia,detrahi poſſit. Et quouſque maioratus E poſſeſſor emolumenta ex maioratu percipere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus quacunque ratione inſtituatur, detrahi ex illo non poteſt trebellianica, aut falcidia.*

2 *Maioratus poſſeſſor ita eo perfrui debet, vt culpabiliter læſum, deterioratūve illum non relinquat: alioquin damnum iniuſtè datum, de bonis ſuis liberis erit in maioratu reficiendum.*

3 *Maioratus poſseſsor quouſque arbores cædere poſſit, ipſique cedant,tam ex ſylua arborum non fructiferarum,quam fructiferarum.*

4 *Maioratus poßeſſor ſyluam, aut nemus, reducere po-*
teſt ad culturam, aut è contrario, aliquid cultum in
ſyluam, aut nemus, ſi id cedat in euidentem vtilita-
tem maioratus.
5 *Maioratus poſſeſſor quouſque capere, interficere, ſua-*
que ea ratione efficere poſſit bona prædiorum maio-
ratus, venando ac piſcando.
6 *Maioratus poſseſsor ſua efficit, non ſolum penſiones*
ex prædijs emphyteuticis, quæ maioratus ſunt quoad
proprietatem, ſed etiam laudemia.
7 *Maioratus poſseſsor quantum ius habeat in theſau-*
ris, venis metallorum, & ſimilium rerum, quæ in
prædijs maioratus reperiuntur.
8 *Maioratus ex iuriſdictione quos fructus percipiat*
poſseſsor illius.

1 Diſput. 187. iuncta diſput. 186. dictum eſt
copioſè de quarta Trebellianica, & diſp.
213. de falcid. Cum autem utrobique o-
ſtéſum ſit, ſi teſtator expreſsè prohibeat
eas quartas deduci, vel fideicommiſſum, aut legatũ,
alienari, deduci tunc eas non poſſe: & in verbo ma-
ioratus Hiſpani comprehendatur ac ſignificetur, vt
bona, quæ vinculo maioratus alligantur, perpetuò
conſeruentur inalienabilia, atque ita integra, & vni-
ta tranſeant ad omnes, qui ab inſtitutore ad eum vo
cantur; conſequens profectò eſt, vt, eſto maioratus
teſtamento inſtituatur, iſque, in quo inſtituitur, hæ-
res eorum bonorum conſtituatur, detrahere ab illis,
aut à parte eorum, ex qua ſola inſtituitur maioratus,
non poſſit trebellianicam, aut falcidiam, ſed integra
deuenire debeant ad vlterius vocatum, vt bene Mo
lina lib. 1. de primog. ca. 17. nu. 18. & à nu. 26. docet
ac probat. Quare ſuperfluam hoc loco reputo lon
gam hac de re diſputationem, quam eo capite Mo-
lina texit.

2 Quod ad ſecundum, in titulo huius diſputationis
propoſitum, attinet, dicendum in genere eſt. Cũ ma
ioratus poſseſsor dominiũ, tam vtile, quàm directũ,
rerum maioratus habeat, cæterum in alienabile, ob-
noxiumq; vt integrum, illæſumque, vlterius ad eun
dem maioratum vocatis reſtituatur, vt ſæpe dictum
eſt; conſequens ſanè eſt, vt ita poſseſsor maioratus
eo perfrui, fructuſque & emolumentum ex illo per-
cipere poſſit, vt nihilominus ea de cauſa læſus, ac de
terioratus, ad ſucceſſorem non tranſeat; & vt ex bo-
nis eiuſdem liberis reſarciri id detrimẽtum debeat,
& perſolui damnum, ſi quod inde ſucceſſoribus in
eo maioratu obuenerit, quia minores fructus, mino-
raque emolumenta, ea de cauſa ex illo percipient.

3 Hinc, ſi in maioratu ſit ſylua cædua, hoc eſt, quæ
inſeruit, vt cedatur, lignaque inde, tanquam fructus
& emolumẽta, extrahantur, quia ex ſtipitibus, ac ra
dicibus, renaſcuntur, vt habetur l. ſylua. ff. de verb.
ſig. Adde tu, vel terra ſua ſponte ea profert, vel ex ſe
minibus, quæ ex arboribus ſyluestribus decidunt, na
ſcuntur, aut etiam conſuetum eſt arte & induſtria,
loco exciſorum, in ea plantari, vt ſuo tempore exci-
dantur, & extrahantur. Hinc, inquam, ſi in maiora-
tu ſit talis ſylua cædua, poteſt maioratus poſſeſſor
cædere ex illa arbores, dummodo non excedat con
ſuetum modum cædendi illas ex ea ſylua, & poteſt
illas vendere: hæc enim fructus ſunt ex eadem ſyl-
ua. l. diuortio. §. ſi fundus. ff. ſolu. matr. & conuenit,
l. 27. in princ. tit. 11. par. 4. Non verò debet maiora-
tus poſſeſſor adeò reſtringi, vt vſufructuarius, de
quo diſp. 7. dictũ eſt, quouſque poſſit vti rebus, qua
rum habet vſumfructum: cum enim poſſeſſor maio
ratus dominus ſit rerum maioratus, quoad vtile &
directum dominium, ſanè licitum illi eſt eis frui, fru
ctuſve & emolumenta ex eis percipere, infra dolũ,
diſſipationemque ac detrimentum manifeſtum ea-
rum: debet quippe eis uti, & non abuti in detrimen-
A tum ſucceſſorum in eo maioratu: quare, vt diſp. 619.
dictum eſt, non tantam cautionem exhibere tenetur
quantam vſufructuarius, ſed ſolum tenetur cauere
de dolo lata ve culpa, quæ dolo æquiparatur; imò de
conſuetudine huius regni, nullam præſtat cautionẽ,
niſi quando de diſſipatione eſt ſuſpicio, vt ibidem
dictum eſt. In his conſentit Molina lib. 1. de primo
gen. c. 22. à nu. 1. Ex ſylua autem non cædua, ex cide
re non poteſt arbores fructuoſas, niſi id vtilius eſſet
ſyluæ, oliuetum vetuſtum renouando, amputatione
ramorum, relictoque ſolo ſtipite, aut excidẽdo quaſ-
dam arbores, & alias vtiliores & magis fructuoſas,
earum loco inſerendo, l. ſed ſi grandes, & l. æquiſſi-
mum. §. fructuarius, ff. de vſufruct. l. diuortio. §. ſi
fundum, ff. ſolu. matrim. & l. 27. tit. 11. par. 4. affir-
matque Molina vbi ſupra cum pleriſque alijs, quos
B citat. Quamuis autem arbores grandes fructiferæ, ſi
vento, aut alio infortunio, ſint euulſæ, ad fructua-
rium non pertineant, neque eis vti poſſit, niſi pro re
paratione domus eius ſyluæ, cuius habet vſumfru-
ctum, vel ad ſuum vſum, comburendo ex illis, quæ
ad alium vſum non ſpectant; ſed eiuſmodi arbores
ad proprietarium ſpectant; idemque ſit dicendum
de arboribus non fructiferis, ſimiliter euulſis, quas
ipſe excidere non poſſet, vt habetur l. arboribus, ff.
de vſufructu: quamuis item, ſi ſimiles arbores eradi
centur in fundo dotali, quas maritus, tanquam fru-
ctus ex eo fundo non poterat excidere, non perti-
neant ad maritum de iure communi, ſed pretium ea
rum cedat in augmentum dotis, vt habetur l. diuor-
C tio. §. ſi fundum, verſ. ſed ſi vi. ff. ſolu. matrim. & l.
27. titu. 11. par. 4. nihilominus, ſi ſimiles arbores era
dicentur, aut exſiccentur, in prædio maioratus, ſanè
ad poſſeſſorem tunc maioratus pertinent, tanquam
ad verum earum dominum, vt bene Molina vbi ſu-
pra num. 6. affirmat. Tenebitur tamen alias, loco ea-
rum, plantare, ſi id poſtulet natura rei, atque ſtatus
eius prædij.

Vtrum autem poſſeſſor maioratus poſſit nemus, 4
vel ſyluam, maioratus extirpare, ac conuertere in
pratum, vineam, oliuetum, hortum, noualia, aut in
aliud ſimile, vel rem aliam ſimilem, in aliam com-
mutare. Omnes conueniunt quando ex ea varia-
tione detrimentum ſequeretur maioratui, ſucceſſo-
ribuſque in illo, nefas id eſſe, tenerique eum maiora-
D tus poſſeſſorem, ad damna inde ſequuta. Quando
verò ex ea variatione nullum ſequitur detrimentũ,
ſed potius emolumentum, & commoditas maiora-
tus ad ſucceſſorem in illo. Multi circa rem emphy-
teuticam, aut feudalem, arbitrantur, nefas eſſe em-
phyteutæ, aut vaſallo, id efficere ſine facultate pro-
prietarij; ſi verò id efficiat, incidere in commiſſum:
eos retulimus diſput. 457. rem hanc diſputando cir-
ca emphyteuſim, de eorumque numero eſt Molina
lib. 1. de primog. c. 22. nu. 7. vt ibi retulimus: qui ſimi
liter ibidem arbitratur, nefas etiam eſſe, poſſeſsorem
maioratus idem efficere in re maioratus. Nos verò
diſputatione citata, contrarium affirmauimus eſſe
regulariter verum circa emphyteuſin, conſuetudi-
E neque in Luſitania eſſe receptum, idque propter ea,
quæ ibidem à nobis dicta ſunt. Longè vero magis
exiſtimamus, idem eſſe dicendum circa bona maio-
ratus, quando id cõſtat fieri in vtilitatem euidentem
maioratus & ſucceſſorum, licèt fortè aliquis eorum
potius optaret, rem illam retinere formam, quam an
tea habebat. Ducor, non ſolùm quoniam poſſeſſor
maioratus, verè eſt dominus vtilis & directus earũ
rerum, dum illas poſſidet, ad ipſumque independen
ter à quocunque alio, pertinet adminiſtratio, & com
moditas earum; ſed etiam, quoniam ea in re potius
eſt attendenda voluntas inſtitutoris maioratus, quã
ſucceſſorum in illo: præſumpta autem inſtituto-
ris voluntas eſt, vt id fiat in rebus maioratus, quòd
cedit

A cedit in euidentem utilitatem earum,& ſucceſſorũ, eſto id alicui ſucceſſorum diſpliceat. Adde,ſi re ipſa ex ea variatione nullum detrimentum ſequitur ſucceſſoribus ad nullam reſtitutionem eiſteneri,eſto id eiſet factum contra pręſumptam uoluntatem eorũ, atque inſtitutoris: tranſgreſsio quippe illa uoluntatis eorum, attineret quidem ad iniuriam,cui correſpondet pœna,ſi feratur ſententia & ea pœna impo natur; non verò haberet rationẽ damni illati,quod reſtitutione eſſet reſarciendum.

5 Quoad animalia, quæ in nemore maioratus continentur,in lacubus,paludibus columbarijs,& in ſimilibus maioratus locis,dicẽdum eſt. Quamuis mero vſufructuario, non plura ex eiuſmodi animalib. capere liceat,ſuaque efficere,ac diuendere, quã ita, vt totidem in eis locis maneant, quot erant quando B frui cępit, vt habetur l.vſufructuarium venari, §. ſi in viuarijs,ff.de vſufructu; nihilominus maioratib. ſimilia loca poſſidentibus, aliquid plus licet: modo enim notabiliter non reddant illa deteriora, nimiũ conſumendo animalia eorum locorum, venari, & piſcari,capereque poterunt,quæ voluerint. Ita Molina vbi ſup.à nu.8.cum alijs,quos citat. Lege, quæ de eiuſmodi animalibus diſp.41.dicta ſunt.

Quòd ſi maioratus prædia aliqua habeat, quorũ alij ſint emphyteutæ, maioratus uerò poſſeſſor, ſit proprietarius,tunc non ſolùm pertinẽt ad eum poſſeſsorem penſiones emphyteuticæ, tanquam fructus proprietatis, vt ex ſe liquet, ſed etiam laudemia, quæ ſoluuntur ex alienatione rei emphyteuticæ: hæc enim reputantur etiam veluti fructus pro- C prietatis. Ita Molina vbi ſup. nume. 12. cum alijs, quos citat.

6 De theſauris,& venis metallorum,& aliarum ſimilium rerum,repertis in prædijs maioratus,de quibus Molina lib.1.de primog.ca.23.diſputat,quouſque ad maioratus poſseſsorem attineant, dictum à nobis eſt diſp.54. & 56.

7 Quod attinet ad fructus,ſeu emolumenta,iuriſdictionis, quando maioratus iuriſdictionem habet. In primis inter eos fructus computantur pœnæ fiſcales, ſi conceſsione principis ad eum maioratum ſpectent,etiamſi contineant res immobiles, vt bene Molina,cũ pleriſque alijs,quos citat, aduerſus quoſdam alios aſseuerat lib.1.de primog.ca.25.à nu.20. Quomodo autem eiuſmodi fructus, ſeu pœnæ, ex delictis commiſsis tempore anteceſsoris in maioratu, quando pœna exequutioni eſt mandata tempore ſucceſsoris,inter vtrunque ſint diuidendi, diſpu. 635.explicatum eſt.

8 Deinde inter fructus iuriſdictionis computantur,conſtituere arcium præfectos,iudices, qui loco, & nomine poſseſsoris maioratus, iuſtitiam adminiſtrent,decuriones,tabelliones, & alios miniſtros publicos. Vt enim cum Inno.& pleriſque alijs,quos citat,bene ait Fel.c.cum olim.num.2.de maiorat.& obed. quos etiam refert ac ſequitur Molina c.25.citato nu.2. quando quis habet ius ad aliquid faciendum, vt ad eligendum, præſentandum, conferendum, vel aliud ſimile, vſus ac exequutio eius iuris, eſt quaſi fructus,qui inde percipitur,& qui per conſequens percipitur ex dignitate,præbenda, aut munere,cui id ius eſt annexum. Sic fructus Epiſcopatus eſt, conferre beneficia, eligere, aut ſimilia facere. Fructus autem canonicatus eſt, ferre ſuffragium in capitulo, & eligere ad aliqua. Eodemque modo fructus maioratus, habentis iuriſdictionem, eſt, eligere magiſtratus, ac miniſtros publicos, ad eandem iuriſdictionem exercendam. Quia tamen de eiuſmodi electione, & quando miniſtri à maioratus poſseſsore conſtituti exſpirent, dicetur commodius tractatu quinto, illuc vſque res hæc differatur.

DISPVT. 646.

Ad quæ onera maioratus poſſeſſor teneatur. Et num facere teneatur inuentarium de rebus maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus poſſeſſor ad quæ onera & ſumptus teneatur, aut non teneatur,circa res maioratus.*

2 *Maioratus poſſeſſor, hæredeſque illius,ex quanta culpa teneantur, aut non teneantur, ad damna rebus maioratus ſubſequuta,tenenturq; de leui culpa.*

3 *Prælatus, & hæredes illius, tenentur de leui culpa damnorum ſubſequutorum rebus Epiſcopatus, aut alterius prælaturæ.*

4 *Fideicommiſſario tenetur hæres grauatus de culpa leui damnorum fideicommiſſo ſubſequutorum, ſi is hæres grauatus commodum aliquod ex eis bonis reportauit.*

5 *Maioratus poſſeſſor, aut prælatus, vel beneficiarius, ſi tantundem ſuis ſumptibus meliorauerunt res maioratus, aut Eccleſiæ, quantum damnum culpa ipſorum, ſaltem leui, in eis fuit ſequutum, locus eſt compenſationi.*

6 *Ad quæ onera & tributa teneatur poſseſsor maioratus ratione rerum eiuſdem maioratus.*

7 *Sumptus litis, num maioratus ad poſseſsorem pertineat, ipſe de ſuis bonis tenetur facere. Si verò ſit circa deſtruendum, aut minuendum maioratum, & ſint modici, idem poſseſsor tenetur illos facere. Si ſint magni, de bonis maioratus, ita vt in ſucceſsoris redundent, ſunt faciendi. Et ad quos teneatur vſufructuarius.*

8 *Maioratus poſseſsor an facere teneatur inuentarium bonorum maioratus.*

Dicendum deinde eſt,ad quæ onera, ſumptusve maioratus poſseſsor teneatur. 1
Quemadmodum autem diſput.456. de emphyteuta dictum eſt, teneri eum ad impenſas cum re emphyteutica, attinẽtes ad conſeruationem, quoad id fieri poſſit, eius rei in ſtatu, in D quo illam accepit, atque ad fructuum collectionem, facereque eas debere de ſuo, ſeu de fructibus, quos ex ea percepit: eaque de cauſa reficere teneri domũ emphyteuticam, ſeu quodcunque aliud emphyteuticum ædificium; non tamen inſtaurare illud, ſi vetuſtate,aut alio infortunio, abſq; ſua culpa,corruit, aut exuſtum eſt,& multo minus tenetur illud diruere,& inſtaurare,ſi vetuſtate,aut aliqua alia de cauſa, abſque ſua culpa,ruinam minetur: teneri etiam reficere aggeres,& purgare foſsata,alueosve agrorum: itemque teneri reficere & purgare puteum,atque,ſi lege,ſtatuto,aut conſuetudine loci,vel præcepto,teneatur vnuſquiſque munire lapidibus viam,pro ſitu & qualitate domus,quam poſſidet, aut contribuere E ad mundandum locum aliquem vico proximũ, vel deputatum ad proijciẽdas ſordes eius vici, aut aliud ſimile, ad ea omnia teneri emphyteutam de ſuo, & de fructibus rei emphyteuticæ,vt ibi iuribus,autoritate Bartoli,Baldi,atque aliorũ, quos Aluar. Valaſ. de iure emphy.q.26.à nu.1. refert ac ſequitur comprobatum eſt: ſic etiam ad eaſdem expenſas tenetur poſſeſsor maioratus in bonis,aut ob bona maioratus,ex fructibus & emolumentis,quæ inde perceperit. Atque hoc modo intelligi debent, quæ Molina lib.1.de primog.cap.27.num.5.& 6. cum alijs, quos citat, docet. Ad hæc enim ferè omnia, etiam vſufructuarius tenetur, vt diſputatione citata,& diſput.7.dictum eſt,& conſtat ex l.diuortio §.impen-

dia. ff.ſolu.matr. ex l.vſufructu legato in fine, & ex
lege hactenus,ff.de vſufructu,& multò magis tene-
tur maioratus poſſeſſor,qui utile & directum domi
nium rerum maioratus habet; atque ratione emo-
lumẽtorum, quę inde percipit, tenetur bono earum
rerum proſpicere, hoſque omnes ſumptus facere:
alioquin tam ipſe, quàm hæredes ipſius, tenentur
ſucceſſori in maioratu ad eos ſumptus, & ad dam-
na ex eo ipſi, & bonis maioratus, ſubſequuta, quòd
facti non fuerint. Ad alios autem inſolitos ſum-
ptus, magnique valoris, de quibus eadem diſp.456.
dictum eſt,ſi poſſeſſor maioratus cogatur cõtribue-
re,pro ratione prædiorum maioratus,vt ad aggeres
magni valoris conficiendos, quibus vi fluminis ob-
ſiſteretur,ne eos, & alios agros perderet, arenaque
obrueret, atque ad meatus faciendos, quibus palu-
des,& loca inaquoſa,exſiccarentur,& ad cultum re
digerentur,in maioratus,& aliorum prædiorum vti
litatem,tunc non teneretur maioratus poſſeſſor eos
facere de ſuis proprijs bonis,neque de fructibus ma
ioratus: ſed conſtitui poſſet cenſus redimibilis, au-
toritate principis,totius eius ſummæ in bonis maio
ratus,cuius reditus ſoluerent poſſeſſores maioratus
de fructibus maioratus,ſi tantum,aut plus,accreue-
runt fructus & emolumenta quotannis ex bonis ma
ioratus ob eos ſumptus,quantum ſunt eiuſmodi re-
ditus; aut diuendi, principis autoritate, deberet ali-
quid de bonis maioratus, vnde illi ſumptus integri
ſoluerẽtur,iuxta ea quæ diſp.641.& 644.dicta ſunt.
Idem eſt dicẽdum,ſi opus eſſet aliqua reficere, quæ
abſque poſſeſſoris maioratus culpa, vel vetuſtate
corruerũt,vel minantur ruinam,vel exuſta ſunt,ma
gnoque indigent ſumptu. Neque enim hæc tenetur
facere poſſeſſor maioratus de ſuis proprijs bonis,
neque de fructibus, quos ex maioratu percipit: ſed
poteſt ea reficere, ſi commodum id omnino ſit, de
bonis ipſiuſmet maioratus aliqua ad id,principis au
toritate,diuendendo, vel cenſui ea ſubijciendo quo
ad totam quantitatem eorum ſumptuum, iuxta ea
quæ diſputationibus citatis dicta ſunt, & conſentit
Molina vbi ſup. nu.7.

2 Quando culpa poſſeſſoris maioratus, aliquid de
bonis maioratus perijt,aut deterius eſt redditum,di
ſtinguendum eſt. Quoniam, ſi dolo, aut lata culpa
(quæ dolo æquiparatur) illius perijt,aut deterius eſt
redditum, tunc tenẽtur id inſtaurare ac ſoluere,tam
ipſe,quàm hæredes ipſius, vt omnes conſentiunt,ar
gumento,l.mulier,§.ſed enim ff.ad Trebel. quæ id
diſponit de hærede grauato comparatione fideicõ-
miſſarij, ſi aliquid de fideicommiſſo dolo, aut lata
culpa,talis hæredis pereat,aut deterius ſit redditum
& conſentit communis doctorum ſententia, quam
Molina cap.27.citato,nume.1. & 4. refert ac ſequi-
tur. Quando autem aliquid de bonis maioratus pe
rijt,aut deterius eſt redditum,culpa leui poſſeſſoris.
Peralta relatus à Molina num.4.citato aſſeruit, ne-
que ipſum,neque hæredes ipſius, teneri illud ſolue-
re. Ducitur, quoniam neque hæres grauatus tene-
tur ſoluere fideicommiſſum, quod culpa leui ipſius
perijt,aut deterius eſt redditum, etiamſi quartã de-
trahat, iuxta opinionem Alexandri: eo quòd id ſit
modicum commodum hæredis,comparatione com
modi fideicommiſſarij, eaque de cauſa hęres in ſo-
lum commodum fideicommiſſarij cenſeatur inſti-
tutus hæres, grauatuſque fideicommiſſum reſtitue-
re: vnde, inquit Peralta,cum poſſeſſor maioratus,
neque quartam Trebellianicam de rebus maiora-
tus detrahat,non tenetur de leui culpa,ſed ſolùm de
dolo & lata culpa,ſi res maioratus pereat, deterior-
ve reddita ſit, Molina vbi ſupra nume.4.& 6. quod
ad hæredem grauatum attinet comparatione fidei-
commiſſarij,conſentit,ſolùm teneri de dolo & lata
culpa,non verò de leui,eſto quartam legis beneficio

A detrahat: ſecus autem, ſi aliquid iudicio teſtatoris
detrahat. Quòd uerò attinet ad poſſeſſorem maio
ratus,cenſet teneri etiam de leui culpa, non verò de
leuiſſima. Atque in hoc ſecundo omnes conueniũt.
Quòd vero teneatur etiam de leui culpa,probat. Tũ
quia iudicio inſtitutoris maioratus recipit fructus il
lius toto tempore vitæ ſuæ. Tum etiam, quoniam
æquè maioratus eſt inſtitutus in commodum primi
ad eum vocati,in quo fuit inſtitutus,& ſequentium;
quippe vnuſquiſque eorum ſolùm recipiat fructus
eius maioratus toto tempore vitæ ſuæ, & eum reſti-
tuat integrum ſequenti: fideicõmiſſarius verò, quia
accipit fideicommiſſum liberum,longè maius emo-
lumentum reportat, quàm hæres grauatus,eſto hæ-
res grauatus quartam detrahat, & ideo hæres inſti-
B tutus, & grauatus cenſetur gratia ſolius fideicom-
miſſarij. Quod de maioratus poſſeſſore affirmat, 3
teneri ſcilicet, tam ipſum, quàm hęredes ipſius, e-
tiam de culpa leui maioratui ipſi, & ſucceſſori in il-
lo,affirmat etiam Molina vbi ſupra numero 2.cum
alijs, quos citat,de prælato, ſi bona aliqua Eccleſiæ
culpa ipſius pereant,aut deteriora reddita ſint: quã-
doquidem beneficia æquè ſint inſtituta in commo-
dum poſſeſſoris,& ſucceſſorum, æqualeque omnes
ex beneficio commodum reportent. Vnde, inquit,
moribus in hoc Caſtellæ regno eſſe receptum, vt
mortuo prælato,ad petitionem ſucceſſoris,obtinea-
tur in ſupremo regio conſilio quoddam ordinariũ
præceptum, vt corrector ciuitatis eius Epiſcopa-
tus, aut ciuitatis vicinioris ac dignioris, efficiat, vt
C hæredes Epiſcopi defuncti, & ſucceſſor, nominẽt
æſtimatores, ſeu taxatores damnorum, quæ culpa
prædeceſſoris fuerint reperta in bonis Epiſcopa-
tus, & quòd, ſi duo illi taxatores diſcordent, corre-
ctor nominet tertium, idque, quod duo æſtimato-
res iudicauerint, perſoluant hæredes defuncti, ac
tradant ſucceſſori, vt bona Epiſcopatus refician-
tur, integraque perſeuerent. Quamuis autem idem
conſuetum non ſit fieri in maioratibus; addit tamẽ
Molina,ſi coram iudicibus ordinarijs petatur à ſuc
ceſſore in maioratu,ſimiliter concederetur. Ego ve
ro dicendum arbitror, etiam hæredem grauatũ, qui 4
commodum quodcunque ex fideicommiſſo repor-
tat,ſiue illud reportet beneficio legis,ſiue iudicio te
ſtatoris,teneri fideicommiſſario de leui culpa detri-
D menti talis fideicommiſſi: quandoquidem eo ipſo
hæres eſt inſtitutus in ſuum,& fideicommiſſarij,cõ
modum: quando autem diſpoſitio eſt in commodũ
duorum,tenetur vnus alteri de culpa leui, non verò
de leuiſſima,niſi contrarium ſit de iure diſpoſitũ:in
re autem propoſita tantum abeſt, vt ſit contrarium
diſpoſitum,vt hoc ipſum ſit expreſsè in re propoſi-
ta ſancitum,vt apertè conſtat,l.cum res §.culpa,iun
cta gloſ.ibi, & l.ſi ſeruus legatus, §.cum quid, ff.de
leg.1.l.7.tit.11.par.6.& alijs iuribus,quę diſp.194.
§.cum hactenus,nos citauimus,in quibus iuribus di
ſponitur,ſi hæres,aut exequutor, nihil commodi ex
teſtamento reportet, teneri ſolùm de dolo, & lata
culpa,ſi legatum,aut fideicommiſſum pereat, nõ ve
E rò de leui: ſi verò commodum reportet, teneri etiã
de leui,non verò de leuiſſima: neque eſt neceſse, vt
locum habeat regula illa, alioquin generalis in con-
tractibus, & in alijs diſpoſitionibus,quòd commo-
dum ſit æquale,aut quòd non reportetur legis bene
ficio ac diſpoſitione, ſed aliunde; neque eſt textus,
vnde id colligatur. Lex verò ſimiliter,§.ſed enim,
ff.ad Treb. quæ ait, hæredem grauatum teneri ſo-
lùm fideicommiſſario de dolo & lata culpa, intelli-
gitur, iuxta gloſsam ibi, & communem doctorum
ſententiam,quã ſequitur Gregor. Lopez. l.7.citata
verb. *por ſu culpa*, & quam Molina nu.4. citato re-
fert, quando is hæres nullum commodum ex tali fi-
deicommiſso reportat.

Du-

Dubium. Dubium autē eſt, vtrum, ſi culpa poſſeſſoris maioratus, ſaltem leui, aliquid in bonis maioratus deterioratum ſit, & nihilominus longè maiores meliorationes fecit in rebus alijs melioratus, detur compenſatio, ita vt propter maiores meliorationes, non teneatur ad minora detrimenta. Idem dubium eſt de prælato, cuius culpa aliquod detrimentū ſubſequutum eſt in bonis Eccleſiæ, qui tamen longè maiores meliorationes fecit in alijs bonis eiuſdem Eccleſię, Gre. Lopez. in fine gloſſæ citatæ, remittit ad ea, quæ notantur l. ſi negotia. ff. de nego. geſt. Molina verò aſſeuerat, iuxta quandam regulam Bart. in eadem lege ſi negotia, locum non habere compenſationem, ſed teneri nihilominus hęredes ad damna ſubſequuta: refertque, ſe ita vidiſſe iudicatum in cauſa cuiuſdam pręlati, cuius culpa aliqua bona Eccleſię deteriora reddita ſunt, & licèt multa millia ducatorū de ſuo inſumpſiſſet ædificando, & meliorando atq; augendo bona Eccleſiæ, hæredes coacti ſunt reficere minora damna, culpa talis prælati, in alijs eiuſdē Eccleſiæ bonis ſubſequuta. Longè verò, inquit, maiori cum ratione idem dicendum eſt de poſſeſſore maioratus, qui, iuxta l. 46. Tauri; repetere nō poteſt melioramenta in bonis maioratus facta. Idem prætereà cōfirmat Molina ex l. ſi quis negotia. ff. de nego. geſt. vbi habetur, ſi negotiorum geſtor ſoluit indebitum, & etiam recuperauit indebitum ei, cuius negotium geſſit, locum non eſſe compenſationi.

5 Deciſio. Contrarium tamen exiſtimo rationi conſentaneum, atque omnino verum. Atque in primis ex l. illa, ſi negotia, in fine, potius colligitur, locum habere compenſationem, quàm non habere, vt legem illam intuenti erit ſatis perſpicuum. Deinde verò longè diuerſa ratio eſt, de eo, qui egit duo negotia alicuius; vnum vtiliter, & alterum ſua culpa inutiliter; & de eo, cuius culpa aliquod damnum ſubſequutum eſt in bonis maioratus, aut Eccleſiæ, quæ poſſidebat, aut adminiſtrabat, & ſimul ſuis proprijs ſumptibus & expēſis auxit ac meliorauit lōgè plus eaſdem res. Etenim, qui vtiliter geſſit vnum eorū negotiorum, rem fecit eius, cuius negotium ita geſſit in cōmodum, atque etiam in damnū illius, ita vt, ſi vtiliter, prudentis arbitrio, negotiū illud eſset aggreſſus, & damnum aliquod eſset ſequutum abſque ipſius culpa id damnum totum pertinuiſset ad eū, cuius negotium geſſiſset, & inſuper ei, qui negotium ita geſſit, cōpeteret actio negotiorū geſtorū aduerſus illum alterum ad ſumptus, & ad valorem induſtriæ: qua de cauſa, qn̄ ſuccedit commodum, pertinet totum ad eum, cuius negotium eſt geſtum, neq; debet, aut poteſt, compenſare cum eo damnū aliud, quod ſua culpa in negotio alio, aut in re alia, quam geſſerit, obuenit, ſed tenetur integrū illud ſoluere. Qui verò ſuis ſumptibus auget & meliorat res maioratus, aut Eccleſię, eis ſumptibus & meliorationibus ſuis proprijs collatis bonis Eccleſiæ, aut maioratus, verè compenſat ac ſoluit, ſi quod damnū longè minus ſua culpa alioquin eiſdem rebus obuenit; quare æquitas nō patitur, vt ipſe, aut hæredes ipſius, cogantur iterum id damnum cōpenſare. Neque lex 46. Tauri, quæ non vniuerſim de quibuſcunque melioramentis loquitur, vt præcedentibus diſputationibus eſt oſtenſum, negare intendit eiuſmodi compenſationem, etiam in melioramentis, de quibus ea lege eſt ſermo: cum ratio illius legis non militet in eiuſmodi ęquiſſima compenſatione, neque id cedat in vllum grauamen ſucceſsorum in maioratu. Lex verò, ſi quis negotia, quam Molina citat, nullā profectò vim habet. Cùm enim id, quod negotiorum geſtor recuperauit, indebitum ei, cuius negotium geſtum eſt, reſtituendum ſit ei, qui illud ſoluit, ac proinde nullum inde emolumentum eueniat ei, cuius negotiū gerere intendit, nulla ſanè æquitas patitur,

A vt cum eo valore compenſet, quod ſua culpa indebitè ſoluit de bonis eius, cuius negotium agebat.

6 Maioratus poſſeſſor non ſolùm tenetur ad onera & grauamina ab inſtitutore maioratus ſucceſſoribus in eo impoſita, ſed etiam ad tributa & onera omnia, quæ imponuntur, aut debentur, ratione rerum maioratus, ſiue realia ſint rebus ipſis maioratus impoſita, ſiue perſonalia ratione rerum maioratus, & ſiue antea fuerint impoſita, ſiue de nouo imponentur. Niſi fortè aliquid inſolitum & extraordinarium imponeretur, cōcernens perpetuam rerum maioratus vtilitatem, vt ſupra, & diſp. 456. dictū eſt de contributione ad aggeres, & meatus, magni ſumptus, pro vtilitate diuerſorum agrorum. Nam tunc de bonis maioratus eſſet id ſoluendum, vel cenſum
B annuum autoritate principis collocãdo in rebus maioratus, vel diuendendo aliquid de bonis maioratus eadem principis autoritate, vt ſupra dictum eſt. Quòd maioratus poſſeſſor ad ea omnia onera & tributa teneatur de fructibus maioratus, ſatis conſtat ex dictis diſp. 456. vbi idem oſtenſum eſt de emphyteuta & feudatario, ratione dominij vtilis, & de vſufructuario ibi, & diſpu. 7. ratione ſolius vſusfructus, idque de vſufructuario habetur l. hactenus §. modica l. ſi pendētes, §. ſi aliquid cloacarij, & l. vſufructu relicto. ff. de vſufruct. l. quæro. ff. de vſufruct. legat. & l. neque ſtipendium. ff. de impenſ. rer. dotal. vbi habetur, maritum, de iure communi vſufructuariū bonorum dotalium vxoris, teneri ſoluere tributa omnia prædiorum dotalium, neque poſſe repetere
C poſteà, quod ita ſoluerit. Reddit verò rationē textus, *quia onus fructuum hæc omnia impendia ſunt*. eumq; proinde comitantur, qui fructus prædij, vnde, aut cuius occaſione ſoluuntur, percipit. Cùm ergo poſſeſſor maioratus dominus ſit rerum maioratus, tam quoad vtile, quàm quoad directum dominium, fructuſque earum percipiat, longè maiori cū ratione ad ea omnia onera & tributa tenebitur ratione dominij & eorundem fructuum. Imò verò, ſi quæ onera, aut tributa realia, ſoluta non ſint ex eiſdem bonis à prædeceſſore, tenetur ipſe ea ſoluere ratione rerum maioratus, quæ in ipſum tranſierunt, & quæ eo onere reali affectæ ſunt: ſi verò ipſe ea ſoluerit, actio ei competit aduerſus hæredes prædeceſſoris, qui illa ſoluere tenebatur, vt ea ipſi ſol-
D uant, vt diſput. 456. citata circa emphyteutam oſtenſum eſt. Præter autores ibi citatos, quoad poſſeſſorem maioratus, hæc affirmant Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 2. nu. 72. Molina c. 27. citato nu. 8. & communis ſententia, quam citant.

7 Si lis aduerſus poſſeſſorem maioratus intentetur quoad maioratū ipſum, aut quoad aliquid ad maioratū ſpectans, diſtinguit bene Molina c. 27. citato, nu. 11. cū Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mat. p. 2. nu. 68. & 69. Quòd aut lis intentatur quoad cōmodum ipſius maioratus poſſeſſoris duntaxat, quia contendit alius ad ſe potius pertinere, vel quo ad aliquā partē fructuum, quā aliquis contendat ad ſe attinere, nihil de iure ipſo maioratus in ſe litigando, neq; conten-
E dendo illū minuere: aut lis intentatur aduerſus ipſū maioratum in ſe, intendendo illū minuere, aut abolere. In primo euentu, cū non agatur de detrimēto, aut cōmodo ipſius maioratus in ſe, ſed de cōmodo ſolo, aut detrimento poſseſsoris, ſumptus oēs litis pertinent ad ipſum maioratus poſseſsorem, etiamſi magni ſint: quoniam iniuſtum eſset propter ſolum commodum, aut incommodum, poſseſsoris maioratus, ſine vllo detrimento ipſius maioratus in ſe, grauare, aut minuere, bona maioratus, ſumptus talis litis ſoluendo de bonis ipſis, ſeu de proprietate maioratus, vt cum alijs, quos citant, probè notant duo autores citati. Atque idem rectè affirmat Pinellus, & conſentit Molina, de vſufructuario, vt ſcilicet,

cet, ſi lis ſimilis aduerſus eum intentetur, quæ nihil A attineat ad proprietatem, ipſum ſolum teneri ſoluere ſumptus eius litis; non verò proprietarium. Quod limitarē, niſi proprietarius teneretur vſufructuario de euictione: tunc enim, quæ de euictione circa rem venditam, & de lite aduerſus emptorem, aut poſſeſſorem, intentata, diſp. 380. dicta ſunt, ſimiliter habe rent locum in eo vſufructu, & lite, quæ circa eum vſum fructum, vſufructuario intentaretur. Adhuc verò periſto in diſcrimine inter vſufructuarios alios, & patremfamilias vſufructuarium in bonis aduentitijs filij familias, à nobis diſp. 7. & 8. cũ Ant. Gom. & alijs tradito, quod ſcilicet alij non teneantur ad ſumptus litium proprietatem concernentium: pater verò teneatur de fructibus ad ſumptus litis circa proprietatem bonorum filij familias, quicquid Pinellus, B & Molina vbi ſupra renuant. Cum moderatione tamen, quam Alexander, relatus à Pinello numero 68. citato, adhibet, nempe, quòd ſi ſumptus litis excedant fructus bonorum filij familias, tunc incremẽ tum inſumatur ac ſoluatur de proprietate ipſa bonorum filij familias. In poſteriori verò euentu, quando ſcilicet lis intentatur aduerſus maioratum in ſe, intendendo illum minuere, aut abolere, tunc, ſi expenſæ ſint modicæ, quod iudicandum eſt prũdentis arbitrio attenta quantitate redituum maioratus, tenetur eas ſoluere maioratus poſseſsor de fructibus maioratus: quoniam etiam merus vſufructuarius tenetur ad modicos ſumptus circa bona quibus fruitur: ſi verò impenſæ litis ſint magnæ, ſoluendę ſunt de pro C prietate ipſa maioratus, in cuius bonum, ac conſeruationem perpetuam fiunt, vel principis autoritate collocando cenſum redimibilem in bonis ipſis maioratus, vnde tales impenſæ fiant, quem ſucceſſores in illo quotannis de reditibus ſoluant donec liberalitate alicuius eorum redimatur, vel aliquid de bonis maioratus ad eos ſumptus, eadem principis autoritate diuendendo.

8 Vtrum autem poſſeſſor maioratus teneatur conficere inuentarium de rebus maioratus, diſp. 219. explanatum eſt.

DISPVT. 647.

Maioratus quouſque ab inſtitutore diſſolui poſſit. Et num bona illius à poſſeſſore maioratus propria autoritate alienari valeant, ſaltem per compromiſſum, aut tranſactionem. Et num ſententia lata aduerſus poſſeſſorem, præiudicet vlterius ad eum maioratum vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus poſſeſſor alienare non poteſt bona maioratus. Et quibus in locis explanata ſint multa, quæ ad alienationem, & ad vſumfructum boni maioratus pertinent.*

2 *Sententia lata in poſſeſſorem maioratus, quouſque noceat alijs ſucceſſoribus, exceptionemque rei iudicatæ quoad alios ſucceſſores pariat.*

3 Hidalguia *alicuius ſi in litem vocetur, ſententiaque aduerſus illum feratur, quibus noceat, pariatque aduerſus illos exceptionem rei iudicatæ. Et quibus con ſanguineis non noceat.*

4 *Acta in iudicio circa maioratus poſſeſſorem, valeant ſimiliter quouſque aduerſus ſucceſſores.*

5 *Maioratus poſseſsor ſi colludat, aut nimis negligenter ac culpabiliter perdat cauſam, ſentẽtia circa maioratum aduerſus ipſum lata, quouſque alijs non noceat.*

6 *Sequens in maioratu ſucceſſor ſi cum quodam tertio, & non cum maioratus poſſeſſore, de ſucceſſione contendat, ſententia aduerſus eum lata, alijs non nocet.*

SVpereſt dicamus de diſſolutione maioratus vel omnino, vel ex parte, de que illius amiſſione. Et quidem quouſque maioratus, ſemel inſtitutus, reuocari, aut diſſolui poſſit, ab inſtitutore ipſo, & per conſequens alienari ea ratione poſſint, aut non poſſint, bona ſemel vinculo maioratus alligata, à diſp. 583. copioſè eſt explanatum.

À diſpu. 464. explicatum eſt, quæ nomine alienationis intelligantur. Et à diſp. 466. præſertim diſput. 1 470. dictum eſt, quemadmodum ſucceſſor in maioratu alienare propria autoritate non poſſit bona vinculo maioratus alligata, neque concedere alteri, etiam in tempus vitæ ſuæ, vſumfructum eorum bonorum, & quando vſus fructus bonorum maioratus filij familias patri competat, & quando non competat. Diſput. 433. dictum eſt, ſi vxor in dotem dedit marito maioratum ad ipſam attinentem, fructus dotis de iure communi ad maritum pertinere. Et diſp. 431. dictum fuerat, quo pacto maioratus mariti, aut vxoris, in hoc Caſtellæ regno, & in Luſitania, æſtimentur ad quantitatem arrharum, quam vir in vtro que regno promittere vxori poterat. Item diſp. 491. oſtenſum eſt, ſucceſſorem in maioratu ſtare non teneri locationibus de rebus maioratus factis per ſuũ anteceſſorem.

À diſput. 556. egimus de tranſactione & compromiſſo. Et diſput. 557. oſtendimus, tranſactionem & compromiſſum, facta à poſſeſſore maioratus circa res maioratus, eſſe nulla, & in quibus euentibus vali da ſint.

Solum ergo ſupereſt dicamus hoc loco de vltimo, quod in titulo huius diſputationis eſt propoſitum. Vtrũ ſcilicet ſentẽtia aduerſus poſſeſſorem maioratus circa res maioratus lata, præiudicet cæteris, qui ad eum maioratum poſt illum vocantur, an non, ſed intentare rurſus litem circa idem poſſint.

Dicendum autem eſt, ſi ſententia aduerſus maio- 2 ratus poſſeſſorē feratur, quod maioratus ad ipſum nõ pertineat, vel quod eum amittat, aut quod res ali qua vinculo maioratus non ſit alligata, præiudicare D cæteris ad eum maioratum vocatis, vel qui, eo poſſeſſore excluſo, ipſi etiam excluduntur, etiã ſi eiuſmodi ſucceſſores, neque per proclama ſint citati, aut aliter certiores fuerint effecti. Ita communior doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couarr. de pract. qq. c. 13. numero 9. iunctis ijs, quæ dixerat, numero 5. antecedente, Anton. Gom. l. 40. Tauri. numero 73. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. matern. part. 3. numero 43. Greg. Lopez. l. 20. titu. 22. part. 3. verb. *pero caſos y ha*, & Molina lib. 4. de primog. cap. 8. numero 3. Ratio autem eſt, quoniam quando lis agitur cum vero & præcipuo contradictore, à cuius iure cęterorum ius pendet, victo eo, cæteri in eũ victi cenſentur, quatenus ius cæterorum à iure illius pende- E bat, eaque de cauſa, eſto nec citati, nec conſcij fuerint, ſententia tamen lata in primum & præcipuum, nocet in conſequentiam cæteris, & parit etiã aduer ſus illos exceptionem rei iudicatæ. Neque refert, quod in re propoſita cęteri vlterius ad eum maioratum vocati, neque maioratum accipere deberent à poſseſsore tunc illius, ſed ab inſtitutore, ex præſcripto ve inſtitutoris, neque ius ad illum haberent ab eodem poſseſsore, ſed ab inſtitutore, vt ſæpe in præcedentibus dictum eſt, vt in tali poſseſsore cæteri victi omnino ea ſententia non cenſeantur: quoniam licet ius habeant ab inſtitutore, id vtique habent, ſi poſseſsor ita victus, illud haberet, depẽdenterve ex eo, quod illud haberet, atque poſt eum, & per eum poſſeſ-

poſseſsorem, ex eiuſdem inſtitutoris præſcripto: quare,quæ ſententia declarat poſſeſſorem ius habere,vel quia non erat vocatus ad eum maioratum,vel quia bona illa alligata non fuerũt vinculo primogenij,aut non legitimè,ac validè,vtique in conſequentiam,idem declarat quoad cæteros,qui in illo cẽſentur excluſi,quive,dependẽter à iure illius, obtẽdere poterant ius ad eum maioratum. Idẽ eſt de ea nobilitate,quam *hidalguia* vocant. Si enim aliquis ſit vi-
3 ctus,cæteri,qui ex illo originem trahunt, cenſentur ea ſententia victi omnino in illo, paritque proinde ea ſententia,etiam aduerſus eos,exceptionem rei iudicatæ,vt rectè Molina vbi ſupra cum Otalora affirmat:quoniam poſteri nobilitatem habent ex illo,dependenterque ex eo, quod ille nobilitatem eam haberet. Frater vero victi, & deſcendentes ex tali fratre, quoniam non habent eam nobilitatem ex victo illo,ſed ex patre illius,contendere adhuc poſſunt, ſe eam nobilitatem habere,patremque ſuum, ac auum eam habuiſſe, neque ſententia aduerſus fratrẽ lata, exceptionem rei iudicatæ parit aduerſus ipſos. Ac ſane,quando in euentibus propoſitis non aliud eſſet argumentum ad probandum,ſententiam latam aduerſus præcipuum,ex cuius iure cæterorum ius pendet, parere etiam exceptionem rei iudicatæ aduerſus ſucceſſores poſt illum,etiam minimè citatos,ac ignaros quam vtilitas publica,quę id poſtulat,vt finis litibus imponatur,id ſatis eſſe deberet, vt per Epicheiã intelligeremus eam fuiſſe mentem legum latorum, argumento.l.ſingulis, ff.de excep rei iud. In re autem propoſita, non ſolum ratio reddita id omnino perſuadet,ſed probat.leg.1.§.quamuis,verſ. denunciare & verſ.denunciari.ff.de ventr. inſpici. In vtroq; enim verſiculo habetur,relictam prægnantem à marito defuncto, denunciare id debere omnibus, qui hæreditatem mariti immediatè ſperant, ſi illa prægnans non ſit,vt cuſtodiam,ſi velint,adhibeant:non verò alijs,qui poſt hos hæreditatem ſpectant. Verba autem verſ.denunciari,hæc ſunt. *Denunciari autem oportet ijs,quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit,vt puta primo gradu hæredi inſtituto, non etiam ſubſtituto,* nempe fideicommiſſario hæredis. Quid clarius dici potuit; Idem probat.l.ex contractu.ff.de re iudicata. Vbi, cum pupilla eſſet damnata ex contractu patris,& illa, per reſtitutionem in integrum,abſtinuiſſet à paterna hęreditate,deuolueretúrque hæreditas ad ſubſtitutum,vel ad cohæredem, aut ad proximiorem in gradu, ſi ille circa idem intentare vellit litem, competit contra eum exceptio rei iudicatæ: quoniã ius huius,ea in parte,pendens erat ex iure pupillæ illius,quæ fuerat omnino victa. Probant præterea.l.ſi patro.§.vlt.ff.ad Treb.& l.ſuperatus verſ. atqui. ff. de pigno. Accedit,hanc ſententiam receptam eſſe in hoc regno in praxi,vt,cum Simancas, teſtatur Molina vbi ſupra.

4 Non ſolum autem ſententia, quæ tranſit in rem iudicatam,lata contra poſſeſſorem maioratus,nocet vlterius ad eum vocatis, ſed etiam omnia in iudicio cum eo circa maioratum acta, eſto deuentum nõ ſit ad ſententiam. Ita communis doctorum ſententia quam Molina vbi ſupra. numero 5.refert ac ſequitur. Eſt enim regula recepta,acta in iudicio, nocere eis omnibus,quibus ſententia nocere ſolet, quã probant.c.inter dilectos.§.atteſtationes,de fide inſtru. argumento a contrario ſenſu,& l.ſed & ſi poſſeſſori.§.vltim. in fine,argumento etiam contrario ſenſu.ff.de iureiur. Hac ratione inſtantia cœpta cũ maioratus poſseſsore, tranſit in ſequentes poſseſſores, ita vt nõ debeat lis denuo cum ipſis inchoari,ſed ſequens ſucceſſor in eo ſtatu ſubire debeat iudicium, in quo ab anteceſsore fuerit relictum, vt idem Molina ibidem cum communi doctorum ſententia ſubiungit, idqua confirmat ex.leg.in iudicio.ff.familiæ
A herc.cuius ſummarium Bartoli ſic habet, *In ſucceſſorem ſingularem ex neceſſitate tranſit inſtantia iudicij*. Addit vero cum Bald.& Ang.vt inſtantia in ſucceſſorem tranſeat,neceſse non eſse,litem fuiſse conteſtatam cũ anteceſsore,ſed ſatis eſse præceſſiſse ſimplicem citationem,aut libelli oblationem.

Quæ tamen dicta ſunt, intelligi debent,dummo-
do maioratus ſucceſsor litem diligenter proſequa- 5
tur,atque in ea bona fide, & ſine dolo,ac negligentia, verſetur. Si enim cum aduerſario colludat, aut in lite negligenter ſe gerat,vel lis,ob ipſius contumaciam,eo abſente tractetur,lis eo modo peracta,afferre non poteſt prȩiudicium ſequentibus ſucceſsoribus,vt conſtat ex l.ex contractu,in fine,ff.de re iud. l.à ſententia, & leg.ſi perluſorio.ff.de appel.l.ſi ſe-
B ruus plurium,§.1.& §.ſi quis ante, ff.de leg. 2. & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Molina vbi ſup. num. 7.& Aries Pinel.l.1:C.de bon.mater.part.3.num. 50.limit.4. Addit Molina ibi.nume.8.cum pleriſque alijs,quos citat,probata fraude,aut colluſione, ſententiam nõ nocere ei,contra quem lata eſt. Aiunt vero,probari fraudem,aut colluſionem, eo ipſo; quod principalis victus non curauit deducere, vel exhibere ſua iura: quod ait Molina probare apertè.l.ſi ſeruus pluriũ. §.ſi quis ante,illis verbis,*vel minus plene defendit cauſam.* ff.de leg.1.Idem cum Aries Pinel.numero 50. citato,& cum pleriſque alijs,quos citat, dicendum ſubiungit,quando maioratus poſseſsor,qui litem bona fide ac diligentiſſime eſt proſequutus,à ſẽtẽtia,
C contra ipſum lata, non appellabit,aut non ſupplicauit,quando locus eſt ſupplicationi, & non eſt locus appellationi,& quando deſeruit appellationem,aut ſupplicationem,iam interpoſitam. Poteſt quippe in his euẽtibus ſucceſsor in maioratu appellare,aut ſupplicare,vel proſequi deſertam appellationẽ,aut ſupplicationem. In annotationibus vero in fine operis. nume.13.addit, hoc intelligendum eſſe,non ſolum in prima,ſed etiam in ſecũda ſupplicatione, qua ſub obligatione maximæ pœnæ ſupplicatur, niſi ſententia pro ſupplicante feratur: quod intelligendum arbitror,quando ex maxima cauſa, omninoque rationabiliter,ita ſupplicaretur,ad effectum,vt tranſacto tempore ad ſupplicandum conceſso anteceſsori, illoque minime intra illud ſupplicante, poſſit ſucceſ-
D ſor ſupplicare intra idem tempus computatũ à puncto,in quo ſententia ad ipſius venit notitiam. Addit verò Molina, quando interpoſita fuit ſecunda ſupplicatio ab anteceſſore,ſi ex maxima cauſa, rationabiliterque omnino, fuit interpoſita prudentis arbitrio, tunc teneri ſucceſsorem ſoluere pœnam, ſi cõfirmata ſit ſententia. Arbitror vero ſoluendam tunc eſse de bonis maioratus,in cuius vtilitatem fuit ſupplicatio interpoſita,ſi ſuperſint bona eius maioratus,lata ea ſententia. Si verò non rationabiliter fuit interpoſita ea ſupplicatio,tunc hæredes anteceſsoris, qui illam interpoſuit,teneri ſoluere pęnã; ea vero de cauſa,ſolent poſseſsores maioratus,vt ait Molina, antequam interponant ſecundam ſupplicationem, con-
E ſulere peritiſſimos aduocatos, an id omnino expediat,& ex illorum iudicio, in ſcriptis accepto ac ſeruato, ſolere illam interponere, vt ipſi,ipſorumque hæredes,non cogantur pœnam ſoluere de ſuo,ſi ſententia confirmetur.

Quando,viuente maioratus poſseſsore, non ipſe, 6
ſed ſequens ſucceſsor,litem mouit cuidã tertio, qui etiam eius maioratus ſucceſſionem prætendebat, ea lis ſolis ipſis litigantibus prȩiudicabit. Tunc enim iudicium illud inchoatum, actumque eſset,nõ cum illo, cui principaliter ius ad maioratum defendendum attinebat,ſed cum eo, qui poſt eius mortẽ ſucceſſionem in illo prętendebat. Ita Aries Pinel.num. 50.citato.limit.5.Molina vbi ſupra num.11.& pleri-

que alij, quos citant. Si tamen ea lis à ſucceſſore in maioratu tractetur cum poſſeſſore, circa illum excludendum ab aliquo iure in eo maioratu, tunc, quia agitur de iure præſenti ipſius poſſeſſoris maioratus, vtique ea lis cæteris præiudicium afferet, vt Molina ibidem ſubiungit.

DISPVT. 648.

Num bona maioratus, ac fideicommiſſi, alienari, abſque regia facultate, aliquibus in euentibus poſsint.

SVMMARIVM.

1 *De fideicommiſſo ſolui, aut promitti, poteſt competẽs dos, aut donatio propter nuptias, grauati, aut grauatæ, illud alteri reſtituere, quando, qui grauauit, aſcendens erat grauati, aut grauatæ, neque aliunde compleri, competens dos poteſt, aut donatio propter nuptias.*

2 *Extendendum id eſſe ad alimenta neceſſaria grauato, & liberis ſuis, ad liberandum eum à captiuitate, aut vinculis, & ad ſimilia alia vrgentia, qui arbitrentur.*

3 *Hæc locum habent, etiamſi teſtator, non ſolum tacitè inſtituendo fideicommiſſum, ſed etiam expreſsè prohibuerit in genere ea bona alienari: ſecus ſi dixerit, in nullo euentu, aut neque in dotem, aut ad donationem propter nuptias.*

4 *Maioratuum Hiſpanorum bona, neque in dotẽ deſcendentium ex inſtitutore alienari poſsunt, vt fideicommiſſa poſsunt, quicquid aliqui in contrarium aſſeruerint.*

5 *Maioratus bona abſque principis autoritate, neque in euidentem maioratus vtilitatem permutari poſſunt aut vendi, vt alia emantur.*

DIſp. 640. oſtenſum eſt, debita inſtitutoris maioratus ſoluenda eſſe à ſucceſſoribus in eo de bonis maioratus, aut integrè, aut contribuendo ad ea debita, vt ibi explanatum eſt. Imo dictum eſt, non plura bona cenſenda eſſe pertinere ad vinculum maioratus, quam quæ ſuperfuerint, deducto toto ære alieno inſtitutoris. Addidimus verò, ſi quæ debita contracta eſſent ab inſtitutore poſt maioratum irreuocabiliter inſtitutum, ad illa non teneri ſucceſſores in eo maioratu ex bonis, ex quibus irreuocabiliter fuiſſet inſtitutus. Lege, quæ ibi dicta ſunt.

1 Quod ad fideicommiſſum attinet, quamuis eo ipſo, quod aliquis grauatus eſt reſtituere aliquid, tacitè ſit prohibitus id alienare in præiudicium eius, cui eſt reſtituendum, in fauorem tamen dotis, & donationis ante nuptias, ſeu propter nuptias (de qua ſermo erit de iure communi, & diſput. 290. eſt dictum quid ea de iure communi eſſet) ſancitum eſt, vt, ſi aliquis, aut aliqua, ab aſcendẽte eſſet grauatus, aut grauata, reſtituere aliquid alteri, & legitima eius nõ eſſet ſatis ad competentem dotem pro qualitate ſuæ perſonæ, aut ad ſoluendam eiuſmodi dotem antea promiſſam, poſſet, quod deeſſet, promittere, aut ſoluere, de eo fideicommiſſo: non tamen poſſet augere dotem ſemel promiſſam de tali fideicõmiſſo: & ſimiliter, vt grauatus reſtitueret, ſi legitima ipſius nõ ſufficeret ad competentem donationem propter nuptias, quã de nouo promitteret, aut promiſiſſet, poſſet promittere, & ſoluere, incremẽtum de tali fideicõmiſſo: non verò augere donationem propter nuptias iam antea ſemel promiſſam. Ita ſancitum eſt in authentico de reſtitutionib. §. quam ob rem, & §. hæc igitur. Idem, licet non ita copioſe, habetur in au-

A thentica res (quæ ex illo alio authentico fuit deſumpta) C. communia de legat. & ſic habet. *Res, quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem & obligari, ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis, ſiue donationis propter nuptias, obligationem, permittitur res prædictas in eam cauſam alienare, vel obligare, pro modo honeſtati perſonarum commodo. Ea enim, quæ communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.* Idem fuerat ex parte ſancitum. l. mulier. §. cum proponeretur, & l. à filia. ff. ad Trebell.

Hæc vero hoc modo intelligenda ſunt, vt, ſi tempore ſolutionis dotis, aut donationis ante nuptias, ſatis ſint legitima, & alia bona libera eius, qui id ſoluere debet, & inſuper fructus fideicommiſſi tũc extantes inde ſoluatur, & non de fideicommiſſo ipſo, [B] & eadem ratione non poteſt promitti de fideicommiſſo in dotem, aut in donationẽ propter nuptias, quando prædicta omnia ſufficiunt ad competẽtem dotem, aut donationem. Ita habetur expreſsè. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. & affirmat communis doctorum ſentẽtia, quam refert ac ſequitur Molina lib. 4. de primog. c. 6. nu. 15. Quando autem illa omnia non ſufficiunt ſolutioni, ſolui debẽt de fideicommiſſo ipſo, etiamſi totum exhauriatur, vt nu. 16. cum alijs, quos citat, ſubiungit.

Hæc tamen diſpoſitio intelligenda eſt, quãdo is, qui reſtituere grauauit, erat aſcendens comparatione grauati: ſecus autem ſi erat collateralis, aut omnino extraneus: tunc enim grauatus, neque pro ſe, [C] neque pro aliquo ſuorum deſcendentium, & multo minus pro ſorore, poteſt promittere, aut ſoluere ex eo fideicommiſſo dotem, aut donationem propter nuptias, quicquid in contrarium dixerit gloſſa Accurſij. §. quam ob rem citato, verb. ſi non ſufficeret, in fine. Quod enim aſſerimus, ſatis apertè innuitur illo eodem. §. & affirmant Bartol. & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couarr. 3. var. reſolut. c. 6. nu. 10. verſ. primum, Anto. Gom. l. 40. Tauri. nu. 87. verſ. 4. & Molina lib. 4. de primog. cap. 6. nu. 3. & 6.

Paulus Caſtrenſis & plerique alij, quos Molina vbi ſupra, nu. 4. refert, reſtringere authenticã citatã voluerunt, vt ſolum intelligatur, quando parens, qui fideicommiſſum reliquit, tenebatur, dotare de- [D] ſcendentem, aut donare illi propter nuptias, etiam vltra legitimam, & quando talis parens reſtituere tenebatur dotem, quam filiusfamilias, ipſo viuente, acceperat, quaſi id promittendum, aut ſoluendũ eſſet de fideicommiſſo, tanquam debitum talis parentis: in quo planè nulla eſſet difficultas, neque neceſſaria ad id erat ea diſpoſitio: quippe cum debita inſtituentis maioratum, aut fideicommiſſum, de eo maioratu, aut fideicommiſſo ſint ſoluenda, quando non remanent alia bona inſtituentis, vnde ſoluantur, vt in principio huius diſputationis, & diſput. 640. dictum eſt. Communis verò, atque amplectenda ſententia, quam vbi ſupra Molina refert ac ſequitur, & cum qua Ant. Gom. vbi ſupra verſ. primo [E] conſentit, eſt in contrarium. Nempe intelligenda eſſe ea iura, etiamſi ad id cogi non poſſet parens, quaſi id ſancitum ſit, non tanquam debitum eius parentis, ſed accommodatè ſolum ad id, quod præſumendum eſt, intentionem eſſe illius, eſto ad id non teneretur, neque cogi ad id poſſet.

2 Extendenda verò ea authentica cum communi doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur, arbitrantur Couarr. num. 10. citato, verſ. quarto, & Molina vbi ſupra n. 7. & conſentit Antonius Gom. nume. 87. citato, verſ. ſecundo, vt intelligatur, poſſe grauatum aliquid reſtituere, illud alienare, etiã pro reſtituenda dote competenti, quam accepit, eſto illam acceperit poſtquam ita fuerit grauatus, & poſt-

quam

quam mortuus fuerit teſtator,& eſto mulier,quæ illam tradidit,agnouerit virum,qui illam accipiebat, grauatum eſse id reſtituere alteri. Id verò probant, quia ea authentica ſtatuunt,poſſe ita grauatum promittere & tradere competentem donationem propter nuptias in eo euentu de re obnoxia reſtitutioni: cum ergo, de iure communi, donatio propter nuptias facta vxori, ſit in ſecuritatem dotis, quod integrè ſoluetur,vt diſput.290. dictum eſt; conſequens eſt, vt ſicut in eo euẽtu donari poteſt propter nuptias ex re ſubiecta reſtitutioni, quando legitima portio ad id nõ ſufficit, ita etiam ſolui ſimiliter poſſit dos accepta de eadem re obnoxia reſtitutioni. Lege Couarruuiam,qui doctè & copioſè hæc explicat & confirmat.

Bartol.& communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton.Gom.num.87.citato, verſ. octauo, & Molina vbi ſupra numero 8. & 9. eadem authentica, aduerſus gloſsam in authentica res quæ verb.obligationem,extendunt, vt res,ſubiecta reſtitutioni, alienari poſſit pro alimentis neceſſarijs eo modo grauato, & illius liberis, quibus alimenta præſtare tenetur,atque pro redemptione eorundem,vel pro alia ſimili vrgenti cauſa. Conſentit Couarru.2.var.reſolut.cap.16.num.9. verſ.pen. tametſi excipiat,quando is eſt in carcere,aut in egeſtate,ob graues ſuas culpas. Cum Bart. addit Ant. Gom.vbi ſupra verſ.7.etiam poſse alienari pro dote filiæ ad ingrediendum monaſterium,conſentitq; Molina vbi ſupra numero 16. Hoc verò intelligerem,quando ad ingreſſum monaſterij non eſſet neceſsarium plus dotis, quàm ad maritandam eam filiam competenter ad qualitatem ſuæ perſonæ. Qui verſ. 10.cum alijs ſubiungit: quod ſemel in competentem dotem fuiſset datum de fideicommiſso,etiã ſi poſtea matrimonium diſsoluatur,& dos ad mulierem reuertatur, non pertinere ad fideicommiſſum, ſed quoad eam quantitatem, manere perpetuò extinctum id fideicommiſsum. Idem affirmat gloſſa in authentica res quæ. C. de fideicommiſſis.verb. obligationem,& affirmant Bart. & alij,ibi in margine citati.

3 Dubitant doctores, vtrum, ſi teſtator non ſolum tacitè prohibuit alienari aliqua bona, inſtituendo ex eis fideicommiſsum,grauandoue vt alicui, aut aliquibus, ordine quodam reſtituerentur, ſed etiam expreſse prohibuit ea alienari, locum habeat diſpoſitio prædictorum authenticorum, vt ſcilicet in dotem, aut donationem propter nuptias poſſint, modo explicato,alienari. Communis doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Couarr. nu.10. citato verſ.ſecundo,Greg. Lopez.l.6.titu.11.par.6. verb.*que la pudieſse vender*, colũ.4. verſu item etiã, & Molina vbi ſupra à numero 10.locum habere affirmant. Ratio autem eſt, tametſi illi non ita eam reddant. Quoniam prohibitio expreſsa in genere alienationis rei tacitè alioquin alienari prohibitæ, niſi addatur,nullo modo,aut in nullo euentu, vel aliud ſimile, quo ex mente diſponentis extenſio fiat ad euentus de iure alioquin nihil impediente tacita eiuſdem diſponentis prohibitione, permiſsos, licet fortior ſit ac magis perſpicua,quam ſola tacita eiuſdem prohibitio, non tamen ad plura ſeſe extendit, quam ſola tacita: vnde de vtraque prohibitione intelligi debent verba illa in initio authenticæ res quę, ſupra relata. Pauci verò,quos Antonius Gom.vbi ſupra refert ac ſequitur, affirmant contrariam opinionem,nempe,appoſita expreſsa prohibitione alienationis in genere, locum non habere diſpoſitionem eorum authenticorum. Non tamen eſt recedendum ab illa alia ſententia,quam Ant.ipſe Gom. fatetur eſse communem. Quando autem teſtator prohibuit expreſsè alienationem rerum,quas fidei-

A commiſso ſubijciebat, etiam in dotem,aut donationem propter nuptias, fatetur communis doctorum ſententia, quam doctores citati, & inter eos Antonius Gom.vbi ſupra referunt ac ſequuntur, locum non eſſe diſpoſitioni eorum authenticorum,ac proinde neque in dotem, neq; ad donationem propter nuptias, in euentibus explicatis, neque ex alia cauſa pia,poſſe validè alienari. Idem dicerem,ſi in alienatione expreſſa appoſuit verba illa, nullo modo, aut in nullo euentu, vel aliud ſimile, vnde ſufficienter exprimeret,nullum excipere euentum, quem ſub ipſius poteſtate eſſet validè prohibere. Ducuntur hi autores,quoniã,inquiunt,authentica illa id ſtatuunt ex præſumpta voluntate teſtatoris,in euentibus, qui eis authenticis excipiuntur;quando verò teſtator ex-

B primit ſufficienter, contrariam eſſe mentem ac voluntatem ipſius, illi eſt ſtandum,neque locum habet ea authenticorum diſpoſitio. Dicerem(& credo hãc eſſe mentem eorundem autorum) iura illa non fundari ſolum in præſumptione, ſed ex plenitudine poteſtatis id ſtatuere legiſlatorem, accommodatè ad præſumptam teſtatoris voluntatem,ſiue ea ſit eorũ voluntas,ſiue non,interim dum teſtatores aliud non ſufficienter exprimunt. Quare iura illa non ſtatuunt ſolum ac declarant,quid habeat natura ipſa rei, quaſi in ſola præſumptione id fundetur,ſed ſtatuunt verum ius poſitiuum,accommodatè ad id,quod videtur,eſſeque debet,mens teſtatorum in eis euentibus, integrum illis relinquendo contrarium ſufficienter exprimere ac ſtatuere.

C Paulus verò Caſtrenſis,& alij,relati à Couar.numero 10.citato verſ. cæterum,& ab alijs cenſent, etiamſi teſtator in particulari exprimat, vt res fideicommiſſo ſubiectæ, alienari non poſſint in dotem, aut in donationem propter nuptias, locũ nihilominus eſſe authenticis citatis,poſſeque proinde alienari non ſecus,ac ſi talis expreſſa & particularis prohibitio non fuiſſet appoſita. Ducuntur illa alia opinione eiuſdem Pauli Caſtrenſis ſupra relata, ac impugnata, quod ſcilicet diſpoſitio eorum authenticorũ ſolum habeat locum, quando teſtator inſtituens tale fideicommiſſum,obligationem habebat dotandi, aut donandi propter nuptias,vel ſoluendi dotem, vſque ad eam quantitatem,ad quam non ſufficerẽt legitimæ filij,aut filiæ,neque alia bona libera eorum,

D aut teſtatoris,neque item reditus fideicommiſſi: in quo euentu nulli poteſt eſſe dubium,prohibitionem illam expreſſam,atque in particulari teſtatoris, non poſſe impedire, quin tale debitum ipſius ex fideicõmiſſo ſoluatur,iuxta ea,quę in principio huius diſputationis,& diſputa.640.dicta ſunt. At verò communis ac vera opinio loquitur,quando teſtator non tenebatur dotare, aut donare propter nuptias, vſque ad illam quantitatem,vt,relicta filiæ,aut filio, integra ſua legitima,non teneretur:maxime in hoc Caſtellæ regno, in quo integrum eſt parenti de quinto ſuorum bonorum diſponere,vt libuerit, relinquẽdo illud,etiam extraneo; & inſuper de tertio poteſt inter deſcendentes diſponere,etiam vt libuerit;modo

E tamen,ſi ei alij diſpoſitioni fideicommiſſi,aut maioratus,vincula adhibeat,ſeruet ordinem in vocationibus ad id fideicomiſſum,aut ad eum maioratum, lege 27. Tauri,quæ eſt. lex 11. titulo 6. libro 5. nouæ collection. præſcriptum:maximè item in Luſitania, vbi teſtator poteſt de tertio ſuorum bonorum diſponere,vt libuerit, etiam relinquendo illud extraneo. Hinc Couarr. verſu.cæterum citato, & Molina vbi ſupra numero 12.rectè diſtinguunt. Quod ſi pater, etiam in his regnis tenebatur ad eam quãtitatem dotis,ad quam integram ſoluendam neceſſe eſſet accipere aliquid de fideicommiſſo,aut de maioratu, ab eo inſtituto,quia promiſerat in Luſitania filiæ in dotem totam eam quantitatem, aut etiam in hoc Caſtellæ

ſtellæ regno ex principis facultate, quæ facillime ad
id conceditur (ſine ea vero facultate inualida eſt pro
miſſio filiæ in dotem quantitatis vltra legitimam illi
debitam, vt ſępe dictum eſt, & conſtat ex lege prima
titulo ſecundo, libro quinto nouę collectionis) tunc
locum habere eam diſpoſitionem illorum authenti-
corum, nihil impediente expreſſa prohibitione in
particulari teſtatoris in contrarium. Et idem eſt, ſi
ad nuptias promiſerat filio, vltra legitimam, tantam
quātitatem, ad quam ſoluendam eſſet neceſſe ſume
re de bonis fideicommiſſo aut vinculo maioratus, à
teſtatore ſubiectis. Cęterum id non habet locum vi
diſpoſitionis illorum authenticorum, ſed quia id per
tinet ad debita eiuſdem teſtatoris, quæ ſoluēda ſunt
de bonis fideicommiſſo, aut vinculo maioratus, ab
eodem teſtatore ſubiectis, quando non ſunt alia bo-
na, vnde ſoluantur. Quando vero pater inſtituens
fideicommiſſum, ad nihil filio, aut filię, tenetur vl-
tra legitimam, tunc, ſi in particulari exprimat, vt bo
na eis fideicommiſſi non alienentur, etiam in dotē
filiæ, alienari poſt mortem ipſius ad id non poſſunt;
alioquin poterūt ad id alienari, iuxta diſpoſitionem
prędictorum authenticorum. Donatio vero propter
nuptias, de qua in illis authenticis eſt ſermo, non eſt
in vſu in his regnis, vt diſpu. 290. dictum eſt. Certè,
cum in his regnis longe maior legitima filijs ſit prę-
ſcripta, quam eſſet de iure communi, integrumque
parentibus relinquatur de alijs ſuis bonis libere di-
ſponere, & conſtituere fideicommiſſa, atque appo-
nere grauamina, quæ voluerint, modis explicatis, cē
ſerem, debere abrogari in his regnis diſpoſitionem
illorum authenticorum, quę ad nihil aliud inſeruit,
quam ad lites circa fideicommiſſa, & maioratus, &
vt fruſtrētur mentes ac voluntates inſtituentium fi-
deicommiſſa, & maioratus, qui, dum ignorant, ne-
ceſſe eſſe exprimere in particulari, quod ea bona, ne-
que in dotem, neque ad quidquam aliud poſſint alie
nari, id pretermittunt adiungere: cum tamen inten-
dant, quod neque ex illis cauſis alienatio fiat, ſed di-
ſpoſitiones ipſorum, vt ſonant, inuiolabiliter obſer-
uentur. Hęc quod attinet ad fideicommiſſa.

4 Quod vero ad maioratus Hiſpaniarum attinet.
Hiſpani doctores, quos Molina vbi ſupra num. 17.
refert, fere cenſent, quę dicta ſunt de fideicommiſ-
ſis, locum ſimiliter habere in maioratibus; quando
poſſeſſor maioratus, de liberis, ſeu de deſcendenti-
bus, eſt inſtitutoris, & comparatione eorum, qui de
liberis ſunt eiuſdem inſtitutoris, vt de fideicommiſ-
ſis dictum etiam eſt. Atque vt, quę magis certa ac re-
cepta ſunt, primo loco dicamus. Cōueniunt, quādo
dos, aut donatio ad nuptias, certę quantitatis debe-
retur ab inſtitutore maioratus, id ſoluēdum eſſe de
bonis maioratus, quando non ſunt alia bona inſtitu
toris, vnde ſoluatur: quoniam id ſpectat ad ęs alienū
inſtitutoris, quod de bonis maioratus eſt ſoluēdum,
quando non eſt aliunde, vnde ſoluatur, vt ſępe di-
ctum eſt. Conueniunt item, ſi maioratus inſtitutor
expreſſit in particulari, vt bona maioratus, neque
ad dotem, neque ad aliquid aliud, alienentur, quan-
tumcunque pium, alienari tunc non poſſe, ac proin-
de locum non habere diſpoſitionem illorum authē-
ticorum, vt de fideicommiſſis dictum eſt. Idem dixi
mus nos eſſe, ſi adhibuit clauſulam, vt in nullo euen
tu, aut vt nulla ex cauſa, alienarentur, vel aliud ſimi-
le adhibuit, quod ęquippolleat. Antonius vero Go-
me. ſufficere exiſtimat, ſi maioratus inſtitutor in ge-
nere expreſſit, vt non alienarentur, vt circa fideicō-
miſſa ex illo eſt relatum. Quando vero, neque maio
ratus inſtitutor eſt debitor, neque expreſſit in parti-
culari, vt neque ad dotem, neque ad aliquid aliud bo
na maioratus alienarentur, cenſent plurimi docto-
res, quos Molina. nume. 17. citato refert, locum ha-
bere in maioratibus diſpoſitionem illorum authen-

A ticorū, ac proinde alienari ea bona ex cauſis, ex qui-
bus de iure communi eſt dictum poſſe fideicōmiſ-
ſa alienari. Attamen res certe eſt duriſſima, & quę
perſpicuè pugnat cum natura maioratuum, & cum
mente eos inſtituentium, vt perpetuo integri ſeruen
tur, in bonum & ſplendorem familię, atque vt me-
moria inſtitutoris perpetuò in illis cōſeruetur: facile
enim ea ratione minuerentur ac abolerentur autori
tate propria eos poſſidentium, idque eſſet aperire
oſtium multis litibus, ad eos ipſos maioratus labefa
ctandos, & vt ſucceſſor pugnaret cum anteceſſore,
qui, obtentu ſimilium cauſarum, aliqua, aut omnia
bona alienaſset. Hinc Gregor. Lopez. verſu cita-
to multis contrariam ſententiam perſuadet, & am-
plectitur, quæ Molina vbi ſupra non admodum fir
B ma iudicat. Couarru. etiam numer. 10. citato in fine
in eandem ſentētiam propendet, ratione alia, quam
etiam Molina merito non ſatis firmam arbitratur.
Ipſe verò Molina intrepide affirmat, diſpoſitionem
eorum authenticorum locum non habere in maio-
ratibus Hiſpanis, numeroque vigeſimoprimo teſta
tur, vidiſſe ſemper in forenſibus controuerſijs eam
diſpoſitionem in maioratibus non admitti. Duci-
tur, quoniam maioratus Hiſpani in cōmune reipu-
blicæ bonum ſunt introducti, vt in republica fami-
liarum ſplendor, vires, ac nobilitas, conſeruentur:
diſpoſitio vero illorum authenticorum ſolū habeat
locum in fideicommiſſis ad priuatum ſolum cōmo
dum alicuius, aut aliquorum, attinentibus, cui com-
modo præponitur publicum & commune bonum
C matrimoniorum: atque id ſignificant illa verba in
vtroque authentico appoſita; *ea enim, quæ communi-
ter omnibus proſunt, his, quæ ſpecialiter quibuſdam vti-
lia ſunt, præponimus:* quare diſpoſitiones illæ intelli-
gi non poſſunt in maioratibus, in commune reipu-
blicæ bonum introductis. Præterquam autem, quod
id apertè ſonant verba illa relata, ſane in hoc euen-
tu, cum concurrat priuilegium illud dotis, & dona-
tionis propter nuptias, cum non minus publica ma
ioratuum vtilitate, confunditur ac corruit id priuile
gium, maximè cum in maioratibus agamus de dam
no, diminutione, & abolitione illorum vitandis, &
in dote, & donatione propter nuptias, de cōmodo,
cum maioratuum præiudicio, fauore matrimonij
acquirendo. Neque refert, ſubiungit Molina ibidē.
D numero vigeſimotertio quod multi doctores, quos
citat, aſſerant, diſpoſitionem eorum authenticorū
locum habere, etiamſi id fideicommiſſum relictum
ſit Eccleſiæ, aut alicui alteri piæ cauſæ, in quibus fa-
uor publicus cernitur. Quoniam, inquit, vel ea opi-
nio eſt falſa, vel intelligenda eſt, quando fideicom-
miſſum pium reſpicit priuatam vtilitatē, vt ſi quid
ſepulchro, aut capellæ, alicuius ſit relictum: ſecus ve
rò, quando reſpicit publicam vtilitatem. Huic ratio
ni Molinæ addo, naturam ipſam maioratuum ex ſe
omnino efflagitare, vt in eis locum non habeat ea
diſpoſitio, neque eſt dubitandum, eam omnino ſem
per eſſe mētem ac voluntatem maioratus inſtituen
tium, qui ſi, quando illos inſtituebant, interrogaren-
E tur, an vellent, vt in aliquo euentu, etiam cauſa do-
tis, poſſent alienari, ac minui & diſſolui, proculdu-
bio neganter reſponderent: quare illa diſpoſitio iu-
ris communis in re longè diuerſa, extendenda non
eſt ad maioratus Hiſpanos. His accedit, diſpoſitio-
nem illam illorum authenticorum, ſolum habere lo
cum in fideicommiſſis: &, cum ſit exorbitans à iure,
extendenda non eſt vltra illos: maioratus autē con
tractu inter viuos inſtituti, fideicommiſſa non ſunt,
ſed donationes ſub modo, vt diſputat. 577. & alias,
dictum eſt: quare in illis locum nō habebit ea diſpo
ſitio: nemo autem dicet, in maioratibus quibuſdam,
ſpectata ſola maioratus natura, ſine alia expreſſio
ne, aut prohibitione alienationis, facta ab inſtituto-
re

re,locum habere diſpenſationem illam authenticorum,& in alijs non:præſertim cum, licet maioratus vltima voluntate inſtituti,multum participet de natura fideicommiſſorum , de quibus iure communi eſt ſermo,multum tamen ab illis diſtent,vt diſputa. 577.dictum eſt.

Quæri poteſt,num bona maioratus propria autoritate permutari poſſint pro alijs vtilioribus maioratui;aut vendi, vt res maioratui vtilior inde ematur. Rñdendum verò eſt cum Molina vbi ſup. n.26.neganter. Neque.n.expedit talem poteſtatem eſſe in maioratus poſſeſſore, cuius occaſione facile minuere ac perdere poterit bona maioratus in præiudiciũ familiæ,ac memoriæ inſtitutoris, & cum detrimẽto ſucceſſorum in eodem maioratu,vt diſp.641.dictum ex parte eſt. Sed ea autoritas eſt in principe,cuius eſt ex cauſa interpretari defunctorum voluntates, eaſque alterare. Quando tamen aliquid prohibitum eſſet alienari in ſolam vtilitatem eius , cui relinquitur,tunc ipſe in euidentem ſuam maiorem vtilitatẽ, poſſet id autoritate propria alienare: atque ita Molina cum alijs,quos.nu.27.citat, exponit quædam iura,quæ eiuſmodi licitam alienationem ſonant.

5 Quod autem maioratus poſſeſſor pro reficiendis bonis maioratus , aut pro quacunque alia cauſa neceſſaria, obligare poſſit bona maioratus, ita vt alienari ex ea cauſa tandem poſſint,diſput. 641.644. & 646.dictum eſt.

De extinctione rerum maioratus,illarumve tranſitione in alterius dominium, titulo præſcriptionis, & quantum temporis ad id neceſſarium ſit,diſp.79. dictum eſt.

DISPVT. 649.

Quovſque princeps concedere poſſit facultatem maioratus poſſeſſori,ad bona maioratus alienanda.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus bona vt aliene̅tur, princeps abſque rationabili & legitima cauſa concedere non poteſt facultatem.*

2 *Maioratus bona ut alienari concedãtur à principe, cauſa legitima eſt neceſſitas non leuis, aut utilitas publica. Et quando cambium interuenire debeat.*

3 *Maioratus bona ut à principe concedatur facultas alienandi,ſufficiens cauſa non eſt,ut matrimonia poſſeſſoris,aut filiarum,celebrentur.*

4 *Maioratus bona alienandi vt ea facultas à principe concedatur,quæ aliæ cauſæ legitimæ,& qua cautela ea facultas concedi debeat.*

1 Dicendum eſt conſequẽter de alienatione bonorũ maioratus ex regia facultate,ſumpta alienatione latè,vt ẽt hypothecã comprehendit: Sunt vero iacta huius rei fundamenta diſpu. 174. In primis verò nõ poteſt ſupremus princeps facultatem concedere ad alienandum bona maioratus abſque rationabili ac legitima cauſa,vt ex ſe eſt perſpicuum,liquetque ex dictis diſput. 174.citata. Neque enim abſque legitima cauſa põt mutare vltimas volũtates ac diſpoſitiones defunctorum:neque abſque eadem legitima cauſa poteſt priuare eos , qui ex diſpoſitione inſtitutoris vocãtur in poſterum ad ſucceſſionem in maioratu,maioratu ipſo integro, aut parte illius,emolumentiſque ex illo: ſi verò pro libito principis, abſque legitima & ſufficienti cauſa bona maioratus alienari poſſent, etiam à legitimo poſſeſſore illius,vtique,abſque eadem le-

A gitima ac ſufficienti cauſa, mutaretur voluntas ac diſpoſitio inſtitutoris circa res ſuas proprias vinculo maioratus alligatas,priuarenturque vocati in poſterum ad eum maioratum,toto maioratu , aut parte illius, emolumentoque, quod inde erant percepturi.

Vt vero cauſas ſufficientes examinemus, ex quibus ea facultas concedi poſſit. In primis,ſi id ita, nõ leuiter,ſed multum,exigat cauſa publica,cõcedi poteſt,ac debet,ea facultas:imo cogi ad id poteſt maioratus poſſeſſor. Eſt tamen obſeruandum,dupliciter id exigere poſſe cauſam publicam. Vno,nõ quidem gratis, ſed adhibito cambio, quo tantũdẽ,aut plus, maioratui accreſcat. Vt ſi ad publicum ædificium, quod multum reipublicæ ſpirituali, aut temporali, B cõmodo,vel ornatui,referat,neceſſe ſit euertere domus aliquas,aut accipere aliud prædiũ,quæ ad maioratum ſpectent,ſane ea eſt legitima cauſa, nõ ſolum ad concedẽdam facultatem,vt id ita alienetur ac extrahatur de maioratu,ſed etiam,vt,reluctante maioratus poſſeſſore,cogatur id efficere, eripiaturque de illius poteſtate. Quia tamen in eo,& in alijs ſimilibus euentibus,maioratus poſſeſſor,nec tenetur, nec poteſt, id concedere gratis in maioratus detrimentum,vt ex ſe conſtat,ſed vel priuatus, aut conuentus religioſorum,ad id ædificium ſuis ſumptibus faciendum, illud poſtulantes, vel reſpublica ipſa ad idem ædificium ſuis ſumptibus faciendum ſimiliter illud poſtulans, tenentur illud ſufficienter compẽſare de priuatis,aut de communibus bonis, vtique tũc cam- C bium æquale interuenire debet,quo tantundem, aut plus,accreſcat maioratui,eoque modo facultas ad id alienandum,aut eripiendum,ac extrahendũ de maioratu,concedi debet , vt ea ipſa facultate efficaciter prouideatur,vt tantundem,aut plus,cum effectu accedat ac vniatur maioratui. 2

Altero vero modo exigit cauſa publica,ut abſque ullo cambio & compenſatione , alienetur aliquid de bonis maioratus, aut onus cenſus redimibilis in eo, cõſtituatur , eique ſolutioni ſtrictiſſimæ hypothecæ maioratus ſubijciatur ,interim dũ non redimitur de reditibus eiuſdẽ maioratus , aut liberalitate alicuius ſucceſſorũ. Exempla ſunt,ſi principis iuſſu aggeres magni ſumptus fiant ad vim fluminis alicuius cõprimendã,ne perdat agros , coganturque dñi agrorum D ad eos contribuere ſumptus, debeantque contribuere agri ad maioratũ ſpectantes , aut ſi fiant ſimiliter aluei magni ſumptus ad exſiccandũ agros,ut redigãtur ad cultum,utilioreſque multo fiant, contribuere que debeant,agri maioratus magnã aliquam quantitatem : tunc enim contribuere id tenetur maioratus poſſeſſor abſque alia cõpenſatione, quam vtilitatis, quæ inde accreſcit eiſdem agris maioratus, vt diſp. 641.& 644.ac alibi dictũ eſt: & cum id totũ nõ cenſeatur de ſuo,aut de fructib.maioratus,contribuere is,qui maioratum tunc poſſidet, ſanè vel principis facultate diuendi debet aliquid de bonis maioratus vnde id ſoluatur;vel debet de eiuſdẽ principis facultate vendi in eo maioratu cenſus redimibilis , vnde E ſũma pecuniæ ad eos ſumptus ſufficiens habeatur. Atq; deberet tunc imponi onus poſſeſſorib. maioratus,vt de fructibus annuis maioratus, non ſolum ſoluerent penſiones cenſus,ſed ẽt quotannis modicum quid deponerent, quo vſq; paulatim tota ſumma haberetur,vnde tandẽ cenſus redimeretur,ac maioratus maneret liber:neq; iniurioſum,aut oneroſũm,id videri deberet contribuentibus quotannis illud ad redemptionem cenſus, quandoquidẽ ſoboles ipſorũ omnium,ac conſanguinei,ſuccedere in eo maioratu deberent in æternũ,neque id eſſet ſoluendum, niſi de reditibus maioratus , relicta ipſis competenti ſumma eorumdẽ annuorum redituũ. Aliud accipe exemplum. Si maioratus poſſeſſor,quia bona illa de

S regia

regia corona emanarunt,teneatur de ſuo,pro quantitate bonorum maioratus, ſeruire Regi in bello, eumve in eo comitari,vt tenentur maioratus Hiſpani,neque habeat vnde id efficiat, niſi vendendo aliquid de vinculo maioratus, vel cenſum redimibilẽ in eo conſtituendo:vel ſi bonum,& vtilitas publica, poſtulet,vt ad hoſtes profligandos,ſubditi ſuis ſumptibus ad bellum procedant, vel contribuant ad eos ſumptus pro quantitate ſuarum facultatum; neque aliter poſſeſſor maioratus poſſit id onus ſubire, quã vendendo aliquid de vinculo maioratus,vel maioratum cenſui ſubijciendo:tunc enim ex regia facultate poſſet, ac deberet,id efficere,quin ad id cogi poſſet,nullũ cãbiũ reddẽte principe,aut republica ipſa. Attamẽ tunc,ſi quia is poſſeſſor perditè vixerat, aut prodigè expendendo, multo ære alieno eſſet grauatus,neceſſe eſſet ſubijcere maioratum cenſui,aut aliquid ex vinculo vendere:cum tamen,ſi moderatè vixiſſet, reditus maioratus fuiſſent ſatis ad id onus ſubeundum;vtique tantũ in poſterum eſſet illi quotannis relinquendum de reditibus eius maioratus, quantum eſſet ſatis congruæ eiuſdem ſuſtentationi: reliquum vero eſſet ſumendum ad penſiones cenſus perſoluendas, & ad parandam pecuniæ quantitatẽ, qua cenſus redimeretur, aut emeretur maioratui, quantum ea de cauſa ex eo vinculo fuiſſet alienatũ: quod ſi pecunia,quæ ita dum ille viueret, compararetur,non eſſet ad id ſatis,ſucceſſores deberent, arbitrio prudentis,de reditibus maioratus aliquid quotannis contribuere,quovſque pecunia ad id neceſſaria congregaretur, & maioratus ad priſtinum ſtatum reſtitueretur: id enim, quod perditus ille coactus fuiſſet expendere de maioratu ad neceſſitatem illam publicam, quaſi reale eſſet onus bonorũ eius maioratus, quod ſucceſſores pro rata de reditibus maioratus tenerentur ſoluere, quando perditus ille non eſſet ſoluendo. Eodem verò modo,ſi moderatè ille vixiſſet, neque reditus maioratus ſufficerent ad tantam pecuniam ſimul pro bono publico expendendam,ipſe,& ſucceſſores in eo maioratu,tenerentur,temporis progreſſu,contribuere,prudentis arbitrio,pro rata,quovſque,modo explicato,integrè illa ſolueretur, maioratuſque in priſtinum ſtatum reſtitueretur.

3 Vtrum autem cauſa publica ſit, eaque ſufficiens ad concedendam facultatem, vt bona maioratus alienentur, aut hypothecæ ſubijciantur, vel grauentur annuo cenſu,qui in eis bonis conſtituatur,vt dotes filiabus,aut alijs deſcendentibus poſſeſſoris maioratus,conſtituantur,ac tradantur, aut vt poſſeſſor ipſe maioratus ſe obliget ad ſoluendas arrhas & dotem,quam cum vxore recipit,vel ad ſolam dotẽ ſoluendam. Principes, vt referunt Couarr.3. var. reſ.c. 6. Greg. Lopez,l.6.titu.11. parte 6.verb. *que la non pudieſſe uender*,colum.6.in fine uerſ.& licet,& Molina lib,4.de primog.cap.3.à numero 3.iuncto. cap. 18.num.1.libr.1.ſolent eas concedere,& Couarr.id cenſet fieri poſſe,quando maioratus ex regia facultate fuit inſtitutus. Gregor.vero Lopez.ſatis trepide loquitur,& admonet regios conſiliarios, vt non facile eas concedant,ne contra ius poli id efficiant,& cũ onere reſtituendi damnum,quod maioratui in præiudicium voluntatis ac memoriæ inſtitutoris,ac vocatis vlterius ad eum,inde prouenit. Molina etiam multum dubitat, an id iuſte ac licite fieri poſſit, reſtrictioneſque & cautelas adhibet, quibus fiat, ſi quando fieri oportebit. Sane,quando inſtitutor maioratus debitor non eſſet earũ dotium, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt(ſi enim debitor eſſet,ſoluẽdæ eſſent de bonis vinculatis, quando nõ eſſent alia bona libera eiuſdem inſtitutoris,unde ſoluerentur, imo non plura bona cenſenda eſſent pertinere ad vinculum maioratus,quã quæ ſupereſſent,

A deducto eo,& quocunque alio ære alieno eiuſdẽ inſtitutoris,vt ibidẽ dictum eſt)credo principẽ nõ poſſe ad id tribuere facultatem,neque,ſi eam tribuat,validam eſſe, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt,iunctis ijs,quæ diſp.174.comprobata ſunt, idque non ſolum quando inſtitutor expreſsè prohibuit alienari ea bona, etiam in dotem,ſed etiamſi id non prohibuerit expreſſe. Ratio eſt,quoniam ea,neque ex diſpoſitione iuris humani, neque ſimpliciter,debentur ab inſtitutore maioratus,neque ex bonis,quæ vinculo maioratus alligauit,vt diſputatione præcedente eſt oſtenſum;quod ſi deberentur, neceſſaria ad id non eſſet facultas regia,neque item id eſt cauſa publica,quæ vllam ad id inducat obligationẽ, vt etiam diſputatione præcedẽte eſt oſtẽſum, atque
B vt Molina.c.3.citato.nu.4.recte ait, neque pro quacunque cauſa publica,fas eſt concedere facultatem, vt bona maioratus alienentur: ſicenim concedi poſſet, vt alienarentur pro reparandis itineribus, vel plateis,aut theatris, vel pro reparandis ac cõſtruendis Eccleſijs,quod nemo dicet:cum ergo diſp.174. citata oſtenſum ſit, principem non poſſe inuertere ac mutare,diſpoſitiones inſtitutorum maioratuum abſque vrgente & neceſſaria cauſa, præiudiciumve afferre uocatis omnibus ad illos, etiamſi maioratus ex facultate regia ſit inſtitutus,ut ibidem ſatis perſpicuè,ni fallimur,comprobatum eſt, & copioſè diſputat,atque oſtendit Molina c.3.citato a nu.7. conſentitque Ant.Gom.l.40. Tauri.nu.89.conſequẽs profecto eſt, vt concedere non poſſit facultatẽ ad alie-
C nandum, aut ſubijciendum hypothecæ bona maioratuum pro eiuſmodi dotibus conſtituendis, aut ſoluendis,etiamſi id exigat poſſeſſor maioratus,qui nihil poteſt circa infringendam uoluntatem inſtitutoris, aut circa id, quod præiudicium in eo maioratu ulterius ad eum ab inſtitutore uocatis parere poterit. Quod ſi conceſſæ hactenus ſunt aliquæ eiuſmodi facultates,ſane id ex eo ortum habuit,quod regij conſiliarij ſibi perſuaſerunt id eſſe licitũ, innixi minime ſolidis fundamentis, ductique aliorum autoritate.

Quod ex regia facultate alienari poſſint bona maioratus,aut cenſui,uel hypothecæ ſubijci, pro ſoluẽdis debitis inſtitutoris talis maioratus,quãdo aliunde ſolui non poſſint,itẽque ex cauſa neceſſaria repa- 4
D rationis eorundem bonorum, nemini poteſt eſſe dubium: cum etiam abſque regia facultate hæc liceãt, ut diſp.641.644.646.& diſputatione præcedente,dictum eſt.

In maiorẽ etiam maioratus utilitatẽ, ut ſumptus circa res maioratus fiant, unde maior utilitas maioratui proueniat,quã ſit, quod ad eos ſumptus ex bonis illius fuerit alienatũ.cõcedi ualidè ac licitè poteſt facultas ad bona maioratus alienanda. Itẽque concedi poteſt facultas ad uẽdẽdum, aut permutandũ res maioratus, ut ex pretio,aut in commutationẽ pro re maioratus,alia utilior ei ſubrogetur, & uniatur maioratui. Ita Molina li.4.de prim.c.4.a nu.1. Anton. Gom.l.40.Tau.nu.82.in fine,& Greg. Lopez.l.10.
E tit.26.p.4.uerb.*uendiendo*.col.4.& id eſt ſatis perſpicuũ,quod multis probat Molina. Neque.n.prohibitio alienationis in fauorẽ alicuius,aut aliquorũ,intelligitur,qñ id euidẽter cedit in maius commodum & utilitatẽ eorundẽ: accedente præſertim principis ad id autoritate ac facultate, quæ in re propoſita neceſſaria eſt,ut diſputatione præcedẽte, & alibi dictum eſt,ne,quod intuitu maioris utilitatis aliorũ ita alienando fieret,facile cederet in eorundẽ detrimentũ: atque id eſt,quod intendunt ac probant Ant.Gom. & Molina ubi ſup. Merito uero num.12. ſubiungit Molina,ad obuiãdum incommodis, quæ eiuſmodi facultatibus ad uendendum, aut permutandum res maioratus, ut aliæ utiliores accreſcant maioratui, facile

facile obuenire poſſunt, vel re, quæ accreſcere debet, non exiſtente adeo vtili maioratui, vel poſſeſſore cõſumente in alijs rebus pecuniam comparatã ex alienatione rei maioratus, principes, eorumve conſiliarios, non prius debere concedere eiuſmodi facultates, quam re diligenter ac ſufficienter examinata, atque in euentu ſolum, in quo, ſi maioratus inſtitutor, vocatique vlterius ad eum, adeſſent, conſenſum præberent, remque ad id proculdubio libenter alienarent: itemque non prius debere eas facultates concedere, quam facta iam conuẽtione inter partes de re, quæ loco eius, quæ alienatur, ſit ſubroganda maioratui, & ea lege, vt pretium ex re maioratus, quæ alienatur, tribuatur venditori rei ſubrogandæ. Neque item debere concedi eiuſmodi facultates, ad alienandum domos antiquas inſtitutoris maioratus, deputatas habitationi eorum, qui ad eum maioratum vocantur, de quibus eſt veriſimile, inſtitutorem maioratus, ſi adeſſet, repugnaturum, præſertim cum inde aboleri poſſet ex parte memoria inſtitutoris maioratus. Qua eadem ratione concedi non debet facultas, vt alienetur res maioratus, exiſtens in prouincia, in qua erat ſolum, domiciliumve, inſtitutoris, vt ſubrogetur res in alia prouincia exiſtens, quando dubium eſſe poteſt, an id gratum eſſet futurum inſtitutori maioratus, ſitque etiam gratum futurum cæteris ſucceſſoribus in eo maioratu: quæ omnia prudentis arbitrio ſunt relinquenda, penſatis omnibus circunſtantijs concurrentibus. E contra verò, ſi res aliqua maioratus longè diſtet a ſede & domicilio inſtitutoris & ſucceſſorum in eo maioratu, vbi ſunt pleræque res ad eum maioratum attinentes, cauſa ſufficiens, vt concedatur facultas ad eam alienandã, vt ſubrogetur alia æque vtilis in loco magis vicino, erit illa longe maior diſtantia. Atque hoc eſt, quod Grego. Lopez affirmauit. l. 6. titul. 11. parte 6. verb. *que la no podeſſe uender*, col. pen. verſ. ſed an ſit, & cõſentit Molina vbi ſup. nu. 19. Neſcio vero cur à nu. 15. reprehendat Greg. Lopez, quaſi aliud intenderit ac voluerit.

DISPVT. 650.

Vtrum, ſi maioratus inſtitutor prohibuit ea bona, etiam de Regis facultate, alienari, ſucceſſoreſque prohibuit eam facultatem petere, aut ea vti, poſſint nihilominus eadẽ bona ex cauſis prędictis, ex regiaque facultate alienari. Et nũm, quando ex regia facultate alienantur, vendi in publica ſubhaſtatione debeãt.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus bona vt alienentur, poteſt princeps cõcedere facultatem, alienarique ex ea poſſunt, eſto inſtitutor eam peti, & concedi, & ea conceſſa prohibuerit vti. Et quanta nihilominus ratio ſit habenda talis prohibitionis, quando contrarium non poſtulat cõmune bonum.*

2 *Quando neceſſe ſit, aut non ſit, mentionem facere principi de ea prohibitione, voluntateve inſtitutoris, ne facultas alienandi obtenta ſurreptitia cenſeatur.*

3 *Maioratus inſtitutor quando peti eas facultates, & eis obtentis vti, prohibuit ſub pęna aut modo, vt continuo maioratus ad alium eo ipſo transiret, quando peti nihilominus ac eis vti eſſet fas, quando nõ item. Et quam periculoſum artibus varijs vti ad illas obtinendas.*

4 *Obtenta vna facultate ad alienandum, factaque iuxta illam alienatione, quando ſurreptitia erit ſecunda facultas, ſi facta non fuit mentio de priori facultate.*

5 *Maioratus bona ſi ex regia facultate alienentur, an vendi debeant in publica ſubhaſtatione, & quæ forma ſeruãda.*

6 *Maioratus bona vt alienari poſſint, nõ ſufficit, fiat, miniſtrorum* de la camera, *niſi a principe approbetur.*

7 *Maioratus circa bona ſi contractus alienationis celebretur ante obtentam à principe facultatẽ, ſub conditione tamen, ſi princeps facultatem velit concedere, ualidus eſt depẽdẽter ab ea cenditione petendaque eſt facultas.*

8 *Maioratus bona ut alienentur ſi obtenta ſit facultas, nec ſit uſus illa decennio, nulla redditur.*

QVod ad primum attinet, dicendum eſt. Etiamſi maioratus inſtitutor expreſſerit, nolle, vt princeps facultatem concedat, vt bona, ex quibus maioratum inſtituit, alienentur, vel prohibuerit ea, etiam ex facultate regia alienari, poſſe nihilominus principem ex cauſis legitimis concedere facultatem, ut alienentur; poſſeque maioratus poſſeſſorem ex regia facultate, præſtita ex eiſdem cauſis, ea alienare. Ita Molina lib. 4. de prim. c. 3. num. 28. Ratio autem eſt, quoniam prohibitio inſtitutoris maioratus, non poteſt à principe auferre eam poteſtatem ad facultatem concedendã vt ex legitimis cauſis ea bona alienentur, quam, quia ſupremus princeps eſt, habet: neque, dum princeps eam facultatem concedit, interpretatur ſolum uoluntatem inſtitutoris, quaſi ſolum in principe ſupremo ſit poteſtas ad concedendam eam facultatẽ interpretando inſtitutoris uoluntatem: ſed poteſt legitima ex cauſa mutare defuncti uolũtatem, eaque poteſtate tunc utitur. Quo loco obſerua, ſi maioratus inſtitutor uiueret, poſſe principem contrauenire ea in parte eius uoluntati, quantum præciſè poſtularet bonum commune; non uerò quantum poſtularet ſuũ bonum inſtitutoris priuatum: quoniã unuſquiſque, dum uiuit, eſt ſuorum bonorum moderator & arbiter; neque princeps poteſt contrauenire eius uoluntati, niſi dum commune bonum aliud, non leuiter, poſtulat: poſtquam autem ille eſt defunctus, aliquid amplius princeps poteſt in bonũ inſtitutionis talis defuncti, quãdoquidem ille iam non uiuit, qui, pro ratione temporum & circunſtantiarum, poſſet mutare conſilium, ſtatuereque, quod plus expedit communi bono; inſtitutionique ipſi. Non tamẽ negarem, in his, quæ ad ſolum bonum ipſius maioratus, & ſucceſſorum in illo, ſpectant, aliquam rationem eſſe habendam, quod inſtitutor maioratus expreſſerit, nolle, vt princeps alienationem concedat, neque ut poſſeſſores illius illa utantur, ut omnino ea facultas non concedatur, niſi quando diſpoſitio illius eſſet prorſus irrationabilis, ſi intelligeret, etiam in eo euentu, & cum eis circunſtantijs, nolle, ut concederetur: neque enim facile eſt contraueniendum diſpoſitionibus defunctorũ, quoad ea, quæ præiudicium bono communi non afferunt: maxime cũ experientia compertum ſit, uſus facultatum principum, ut res maioratus alienentur, ſæpe habere peſſimum exitum, uel quod non fiat accuratum examẽ, an cauſæ ſint legitimæ; uel quod teſtes, non ut oportet, teſtificentur, morem gerere uolentes ijs, qui eiuſmodi facultates petunt, alienationeſque deſiderant; uel quod poſſeſſores maioratuum in alijs rebus conſumant pecunias earum alienationũ: aut quia id, quod inde comparant, maioratuique ſubrogatur, non ſit tam utile, atque erat, quod ex principis facultate fuit alienatum.

2 Hinc facilè patet, quid dicendum ſit ad dubium, quod Molina vbi ſupra, lib. quarto, cap. 3. num. 29. excitat. Vtrum ſcilicet, quando maioratus inſtitutor prohibuit alienationem earum rerum fieri, etiā ex facultate principis, vtive prohibuit ea facultate conceſſa, neceſſe ſit mentionem facere principi de ea clauſula ante impetrationem facultatis; alioquin facultas obtenta, cenſenda ſit ſubreptitia ac nulla. Paucis verò dicendum eſt, excepto hoc vltimo euentu à nobis proximè explicato, neceſſarium non eſſe facere mentionem de ea clauſula. Ratio eſt, quoniam ea clauſula nulla eſt omnino comparatione cęterorum euentuum; eo quod maioratus, inſtitutor nō poſſit ea clauſula minuere poteſtatem principis, neque in eis euentibus retardaret, ſi ſciretur, principem ad eam facultatem concedendam: clauſularum autem, vel reſcriptorum, quę nulla ſunt, vel quę exceptione poſſunt elidi, neceſſe non eſt facere mentionem, vt poſterius reſcriptum, aut facultas poſterius obtenta, valida ſint, vt notat gloſſa. cap. ex tenore, de reſcri. verb. negatio, in fine. gloſ. cap. cum noſtris, verb. de facto, de conceſſio. præbend. Felin. & alij, quos Molina vbi ſupra, num. 32. refert ac ſequitur. In euētu autem proximè à nobis explicato, quoniā ea clauſula retardare ac impedire deberet principem, ne in eo euentu facultatem concederet, ſanè non eſt nulla, arbitrorque, ſi ſubticeatur, cēſendam eſſe ſubreptitiam facultatem, quæ, ea ſuppreſſa, fuerit obtenta.

3 Quando maioratus inſtitutor adeo ſeuerè ſucceſſoribus in perpetuū prohibuit alienationem bonorum illius, vt eo ipſo, quod facultatem ad id quoquo modo peterent, aut ipſis quoquo modo oblata, etiam proprio motu, vterentur, amitterent maioratum, & continuo abſque alia ſententia, aut declaratione, tranſiret in vlterius ad eum vocatum, rectè ait Molina vbi ſuprà, num. 36. poſſe nihilominus principem eam validè concedere (quod intelligerem, ſecluſo euentu duobus paragraphis præcedētibus explicato) derogareque clauſulas omnes, quibus maioratus inſtitutor prohibuit eam petere, aut ea oblata, vel obtenta, vti; qua derogatione facta, vim non habet pœna illa, conditio, aut potius modus ab inſtitutore appoſitus, vt, ſi poſt eam derogationem petatur, aut ea oblata ac obtenta vtatur, amittat maioratum. Ratio autem eſt quoniam, vt ex hactenus dictis conſtat, maioratus inſtitutor, non poteſt eam poteſtatem auferre à ſupremo principe, aut eam illi minuere. Adderem ego, neque quicquàm validè facere, aut ſtatuere, quo vſui illius præiudicetur, aut quo vſus ille impediatur, ſaltem in præiudicium boni communis. Quare, quando contrarium poſtularet omnino bonum commune, credo, tranſgreſſionem eiuſmodi, qui tunc cenſendus eſſet de iure impoſſibilis, non eſſet in cauſa, vt maioratus poſſeſſor, qui eum tranſgrederetur, amitteret maioratū. Quādo verò bonum commune non omnino poſtularet eam alienationem, tunc licitè, ac validè, potuit maioratus inſtitutor apponere eum modum omnibus ſucceſſoribus in eo maioratu ad meliorem illius cōſeruationem, nolendo, vt quiſquam in eo ſuccedat, illumve poſt ſucceſſionem retineat, niſi cum eo onere: quippe cum integrum ipſi ſit de eis ſuis bonis diſponere, vt voluerit, & cum onere, quo voluerit, modo rectæ rationi, ac diſpoſitioni iuris humani, non ſit contrarium, vt verè id onus cōtrarium tunc non eſt. Tunc autem non auderem affirmare, poſſe maioratus poſſeſſorem, ſine periculo amittendi ſucceſſori in conſcientiæ, & in exteriori foro eum maioratum, petere à principe facultatem, non quidem, vt poſſit alienare aliquid maioratus, ſed vt poſſit petere ab eo facultatem ad id faciendum, facta prius per principem derogatione clauſularū teſtamenti, quibus ſub eo modo eam petere, aut ea obtenta vti, prohibetur. Etenim, qui ſub eo modo prohibet petere facultatem ad alienandum, ſimul eſt cenſendus prohibere ſub eodem modo, petere facultatem ad facultatem alienandi petendam: potiuſque eſt attendendum ad mentem diſpoſitionis, quam ad verba, quibus fit & exprimitur: ſicut potius eſt attendendum ad mētem legis, quam ad verba. Et quemadmodum contra legem fit, in fraudemve legis peccatur, quando verba ſeruantur, & tranſgreſſio mentis legis fit: ita diſpoſitionem ſub eo modo tranſgreditur, qui verba diſpoſitionis ſeruat, & mentem eiuſdem diſpoſitionis tranſgreditur. Eodem etiam modo crederem, tranſgredi eam diſpoſitionem, atque amiſſionem maioratus propter eū modum appoſitum incurrere eum poſſeſſorem, qui curat, vt tertia perſona in camera regia, vbi eiuſmodi facultates conceduntur, producat memoriale, quod vocant, in quo imperſonaliter, & ſine expreſſione nominis vltimi poſſeſſoris, aut alterius perſonæ impetrantis, dicatur, quod in maioratu, quem Titius inſtituit, ſunt clauſulæ talis tenoris, &c. & quod iam nunc neceſſe eſt alienari aliqua bona eius maioratus, aut hypothecæ ſubijci, ex cauſis, quæ in eo memoriali exprimuntur, ac proinde ex eiſdem cauſis ſupplicari regiam maieſtatem, vt proprio motu, & ex certa ſcientia, concedat poſſeſſori maioratus reſcriptum, in quo derogetur prædictis clauſulis, & concedatur ei licentia, vt abſque incurſione pœnarum, ſeu potius, nihil impediente modo ab inſtitutore appoſito, poſſit facultatem ad id efficiendum impetrare, eaque obtenta vti. Teſtatur vero Molina, vbi ſupra numero trigeſimo nono, ſolere concedi eiuſmodi reſcriptum, ſeq; aliquando conſuluiſſe, vt ita petatur, & poſtea virtute illius peti, & concedi facultatem ad ea bona alienandum. Addit verò, in hoc caute eſſe procedendum propter rigorem clauſularum recentium maioratuum, quæ diligentiſſimè examinari debent antequam maioratus poſſeſſores eiuſmodi facultates impetrent, ne aliquid faciant, in quo eis contraueniant, & in cauſa ſint, vt amittant maioratum, & qui ea bona emunt, aut quibus cenſui, aut hypothecæ, virtute earum facultatum ſubijciuntur, in diſcrimen adducantur amittendi, quod ita dederint. Hæc Molina. Sane hæc ita attentare, non minus eſſe puto contra eam diſpoſitionem ſub eo modo, quam attentare illud aliud, de quo immediate antea eſt à nobis dictum, periculiſque, etiam animæ, valde ea plena eſſe timeo. Inſtitutores maioratuum his technis oſtium præcluderent, ſi clauſulam apponerent; vt ſucceſſores, neque per ſe, neque per alium, quicquam omnino facerent, quo facultatem obtinere à principe, directe, aut indirecte, intenderent, aut illa oblata, vel obtenta, vterentur, alioquin eo ipſo tranſiret maioratus, ſine alia declaratione ac ſententia ad vlterius ad eum vocatum: nullus enim dubitare poteſt, ea omnia eſse directe, vel indirecte, modo aliquo facere aliquid, quo ea facultas obtineretur. Quod ſi obligarent vocatos ad maioratum, vt antequam maioratum acciperent, iuramento ſeſe aſtringerent ad hoc ita ſeruandum, & ad nihil ſub eodem modo ac pœna faciendum, quo directe, aut indirecte, relaxationem talis iuramenti intenderent, res magis eſſet corroborata. Ac fortaſſe expediret, vt raro admodum, atque ex neceſſarijs omnino cauſis, adhibitoque rigoroſo earum examine, & adhibitis exactiſſimis cautelis, ne cederent in detrimentum bonorum maioratus, eiuſmodi facultates in regia camera cōcederentur. Homines quippe, intuentes maioratuum diſſipationes ac imminutiones ex eiuſmodi facultatibus, tam ſolicitè, dum maioratus inſtituunt, & tam ſerio curant, oſtiū alienationibus ex eiuſ-

ex eiuſmodi facultatibus omnino præcludere.

Dubium. 4 Dubium eſt, vtrum, ſi maioratus poſſeſſor antea impetrauit facultatem ad alienandum aliqua bona, eaque vt eius facultatis alienauit, & poſtea petat aliã facultatem, teneatur facere principi mentionem de prima, alioquin ſecunda cenſeatur inualida tanquã ſurreptitiè obtenta. Partem affirmantem ſuadere vi detur, quod conceſſio eiuſmodi facultatum, ſit diſpenſatio: diſpenſatio vero addita priori diſpenſationi, ſit nulla ac ſurreptitia, niſi de prima fuerit facta mentio diſpenſanti, vt conſtat cap. vltim. de filijs presb. lib. 6. & l. 3. in fine, C. de Epiſcop. audien. Ob quem textum dixit ibi Guliel. de Cuneo, inualidam eſſe remiſſionem ſecundam de aliquo crimine, niſi principi remittenti, fuiſſet facta mentio de alia priori remiſſione alterius criminis eiuſdem delinquẽtis. Molina vbi ſupra diſtinguendum arbitratur. Quod ſi noua facultas ad alienandum concedatur ex eadẽ priori & antiqua cauſa, ex qua facta iam antea fuit facultas ad alienandum, inualida ac ſurreptitia ſit ſecunda facultas, niſi facta ſit principi mentio de prima facultate obtenta. Si vero noua facultas petatur ex alia noua ſuperueniente cauſa, ſit valida, minimeque ſurreptitia, eſto facta non ſit mentio de priori cõceſſa facultate: quoniam quæuis diſtincta cauſa ſufficiens ex ſe eſt, vt noua ex ipſa concedatur alienatio.

Argumẽtũ primum. Secundum.

Ad primũ. Ad cap. vltim. de fil. presb. reſpondetur. Difficilius inhabili ad duo, & ad vtrunuis ſeorſim, concedi vtrunque, quam vtrunuis concedatur, eaque de cauſa ſurreptitia in eo capite cenſetur ſecunda diſpenſatio ad alterum, vna cum primo, atque adeo vt obtineat vtrumque ſimul, quando non fit mentio de prima diſpenſatione, qua iam alterum obtinebat. Ad ſecundum. Ad legem 3. citatam, ſimiliter dicendum eſt, magis eſſe indignum noua venia alterius delicti eum, cui iam antea delictum alterum eſt remiſſum, quam ſi nullum fuiſſet ei remiſſum: eaque de cauſa in ea lege conceditur, vt qui non ex graui delicto detinentur in carcere, eruantur in feſto Paſchatis, niſi iam antea in alio feſto propter aliud delictum eruti eſſent. Deciſio. Sane dicerem, arbitrio prudentis, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, eſſe iudicandum, quando ſecunda facultas ad alienandum petitur ex noua cauſa, num, ſi concedens ſecundam facultatem, notitiam haberet de prima iam conceſſa, denegaret forte ſecundam. Si enim illam denegaret, aut certe merito id eſſet timendum, quia cauſa ſecunda non eſſet adeo vrgens, & quia notabiliter minueretur maioratus, addita ſecunda alienatione primæ, tunc cenſendum eſt, inualidam, ſurreptitiamque eſſe ſecundam facultatem, non facta mentione de prima: alioquin valida, minimeque ſurreptitia erit cenſenda; eo quod non dubitetur, ſimiliter fuiſſe concedendam, eſto de prima facultate antea conceſſa, facta fuiſſet mentio.

5 Ex eo, quod res, quæ iudicis autoritate, aut decreto venduntur, in publica ſubhaſtatione vendi debeant, colligit Molina. c. 3. citato. num. 44. vtile eſſe, ac tutum, vt res maioratus, quæ principis facultate alienantur, in publica vendantur ſubhaſtatione; conſentiuntque verba illa in eiuſmodi facultatibus regijs apponi conſueta; *uendiendola en publica forma;* quę intelligi ſolent, in publica ſubhaſtatione, vt Molina ait. Addit tamen, ſi aliter venditio bona fide, pretioque iuſto fiat, forſan deficiente ſolemnitate ſubhaſtationis, ſuſtinebitur. Tempus ad vendendum in ſubhaſtatione requiſitum, de iure communi non eſt definitum, ſed iudicis arbitrio relinquitur, vt cũ Bar. & alijs, Molina ibidem. numero 46. ſubiungit. Expediens vero eſſe ait, vt immobilia triginta, mobilia vero nouem diebus, in ſubhaſtatione trahantur, exemplo eius, quod in alijs euentibus fieri ſolet. Quãtus, inquit, eſto non tantum tempus in rebus maioratus ſub haſta vendendis inſumatur, annullanda non ſit venditio; modo tempus competens fuerit inſumptum, bonaque fide, abſque dolo, ea venditio fuerit celebrata: quoniam, vt, cum Gregorio Lopez. leg. 6. titulo. vndecimo, par. 6. verb. *que la no pudieſſe uender.* col. 9. verſ. aduerto etiam, ſubiungit, ſolũ in eiuſmodi venditione requiritur bona fides, atque adeo tempus congruum ſpectatis circunſtantijs concurrentibus.

6 Cum in hoc regno facultas ad alienandum bona maioratus, conceſſa per verbum, fiat, antequam literæ conficiantur, & ſubſcribantur à principe nõ contineat, fiat, ipſius principis, ſed miniſtrorũ, quos vocant *de la camera*, poſſitque à principe denegari ea facultas, iuxta ea quæ diſp. 599. copioſe de facultate ad inſtituendum maioratum dicta ſunt; vtique facultas illa per verbum, fiat, miniſtrorum *de la camera*, etiamſi teſtibus probetur, aut per ipſum inſtrumentum miniſtrorum *de la camera*, non ſufficit ad bona maioratus alienanda, neque cenſetur gratia & diſpẽſatio ad ea bona alienandum integrè & perfectè cõceſſa, expiraretque ea conceſſio morte principis, vt hæc omnia diſputatione citata explanata, comprobataque ſunt. Si uero ea facultas conceſſa fuiſſet immediatè à principe per uerbum, fiat (cuius contrariũ habet ſtylus huius regni) aut per ſubſignationem principis literarum ea de re confectarum, tunc gratia, ac illa diſpenſatio, eſſet integrè ac perfectè conceſſa quoad ſubſtantiam & eſſentiam illius, neque expiraret eius principis morte, poſſetque probari teſtibus, qui de gratia ita conceſſa ſufficienter teſtificarentur, aut de literis à principe ſubſignatis, ſi literæ non comparerent, ut ex dictis diſputatione citata liquet. Atque ad hæc admetienda ſunt, quæ Molina hac de re tradit ubi ſup. nu. 47.

Si poſſeſſor maioratus circa alienationem rerum maioratus contractum celebret, ut ſi uendat rẽ maioratus tãto pretio, aut illam permutet cum alia ſub conditione, ſi princeps facultatem ad id conceſſerit, confirmareue uelit eum contractum, tunc neuter contrahentium poteſt ab eo contractu reſilire, altero inuito, ſed principis conſenſus eſt requirendus, ut uideatur, an conditio purificetur, ualiduſque omnino, ac firmus ſit contractus, an vero conditio deficiat, & contractus reddatur nullus. Ita Molina ubi ſupra. nu. 48. cum Luca de Pena, & Matthæo de Afflictis. 7

Regia facultas ad alienandum bona maioratus, nulla redditur per non uſum illius decennio, ut ex dictis in calce diſp. 599. ſatis liquet. Neq; eſt eadem ratio de facultate principis ad inſtituendum maioratum, propter uerba, quæ in hac ſecunda facultate apponi ſolent, & ibidem relata ſunt. Atque ad hæc ſunt etiam admetienda, quæ Molina hac de re ubi ſupra. nu. ult. tradit. 8

DISPVT. 651.

Qui ex facultate regia rem maioratus emit, an curare teneatur, vt inde alia res maioratui ſubrogetur. Et num, quod in compenſationem pro re maioratus redditur, ſubijciatur eo ipſo vinculo eius maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus res ſi ex regia facultate vendantur, modo emptor id ſeruet, quod in facultate ei iniungitur, ſecurus eſt, eſto pretium in re alia conſumatur.*

2 Maioratus res ſi ſine regia facultate vendatur, aut permutetur, quod in recompenſationem accipitur, non afficitur vinculo maioratus: ſecus ſi ex facultate Regis commutatio fiat. Pretium tamen valide diſtrahitur ſolum in re, ad quam data eſt facultas.

3 Si ex pecunia comparata ex re maioratus, ematur res maioratui idonea ab eo, ad quem illam maioratui emere ſpectabat, efficitur maioratus, niſi expreſſerit, ſibi, & non maioratui, eam emere. Atque in hoc euentu, ſi ſucceſſor in maioratu velit illam maioratui accipere, ad maioratum attinebit.

4 Maioratui ſi vniatur aliquid ex pecunia, aut ex permutatione rei eiuſdem maioratus cum illa ex regia facultate, ſortitur conditiones vinculi cæterarum rerum, adeo vt, ſi maioratus in hoc regno erat ex donatis ab Henrico, aut in Luſitania erat ſubiectum legi mentali, id etiam eandem conditionem ſubeat.

5 Maioratus ex rebus ab Henrico donatis, ſi ex facultate Regis aliquid alienetur, quando facultas cenſenda ſit ſurreptitia, & alienatio nulla, quando res tranſeat libera, & quando cum conditione, quam antea habebat.

6 Maioratus bona ſi ad fiſcum ob delictum attinerent, continuo deſinerent habere maioratus vinculum: vnde, ſi à Rege donarẽtur, libera eſſent, niſi aliud exprimeret. Et in Luſitania quando tranſirent legi mẽtali ſubiecti.

7 Maioratus res ex regia facultate, alienata ſi vendicetur, quia alienatio fuit nulla, aut contractus recindatur ex l.2.C.de reſc. vend. aut beneficio reſtitutionis in integrum, res manet maioratus, vt antea erat.

8 Res maioratus incorporata ex permutatione, aut ex pretio rei alterius eiuſdem maioratus, ſi euincatur, an illa alia res, tanquam res adhuc perſeuerãs maioratus, vendicari poſſit.

1 QVod ad primum attinet, ſuaderi poteſt, emptorem rei maioratus ex regia facultate, conceſſa, vt ex ea pecunia res alia maioratui ſubrogetur, vel vt aliquid aliud fiat, teneri, vt ſit ſecurus, curare, vt ex ea pecunia id ematur, aut id fiat, ob quod ea facultas fuit conceſſa. Quoniam, vt diſp. 300. copioſe oſtendimus, non eſt ſecurus, qui contrahit cum Eccleſia, ciuitate, aut minore, niſi id conuertatur in vtilitatem Eccleſiæ, ciuitatis, aut minoris: ergo, qui emit aliquid maioratus, non erit ſecurus, niſi pretium in vtilitatem maioratus conuertatur, vel inſumatur in cauſa, ad quam id à principe alienari eſt permiſſum.

Dicendum tamen eſt, cum Molina libr.4.de primog.cap.4.nume.21.& 23.eiuſmodi emptorem ſecurum eſſe, eſto pecunia illa poſtea non inſumatur in eo, ad quod fuit conceſſa facultas, vt alienari ea res poſſet; modo tamen, ſi quid in facultate fuit iniunctum emptori (vt iniungi conſueuit, vt pecuniã tradat tali depoſitario) id efficiat: quare, ſi ſolum ei iniungatur, vt pecuniam tradat in ſequeſtrum depoſitario, quouſque res alia ematur, aut vt ille aliquid ex illa efficiat, tutus eſt emptor eo ipſo, quod, iuxta formam facultatis, eam tradit ei depoſitario, quicquid poſtea de illa fiat: ſi vero ſolum in facultate cõcedatur poſſeſſori vendere id poſſe, vt tale, vel tale quid, ex pretio efficiat, tutus erit emptor, tradendo pretium ei poſſeſſori, & multo magis, ſi in facultate exprimatur, vt pretium illi tradatur. Probatur, quoniam hic celebrat contractum iuxta præſcriptum facultatis ad eum valide celebrandum, neque plus ei iniungitur, quàm vt eo modo ſoluat pretiũ. Et quoniam, quæ diſput. 300. citata dicta ſunt, ſolum habẽt locum in contractu mutui, facto Eccleſiæ, ciuitati, aut minori, vt ibidem oſtendimus; non vero in alijs contractibus, neque id priuilegium extenſum reperitur ad maioratus, aut comparatione bonorum maioratus: quare illa aptari nequeunt rei, de qua nunc diſputamus. Idem confirmatur ex.l.vlt.ff.de exercit.act. Vbi quando exercitor, hoc eſt, qui nauem locat ad vehendum homines, aut merces, magiſtrum illi præfecit, qui illam in ſui abſentia gubernaret, parteſque exercitoris ageret, ſi nauis in itinere refectione indigeat, & aliquis mutuo det pecuniã magiſtro ad eam refectionem neceſſariam, modo illam det loco & tempore, quo ad eam refectionem erat neceſſaria, neque plus det quam ad id ſit neceſſarium, tenetur exercitor ei mutuanti de ea pecunia mutuata, eſto à magiſtro nauis in ea refectione non ſit cõſumpta, ſed in re longè diuerſa: quia ſatis eſt mutuanti, ſi in id, quod naui erat neceſſarium, mutuam pecuniã dedit, vt exercitor ad id mutuum teneatur, neque curare tenetur, vt pecunia in eo inſumatur, ad qđ tunc neceſſaria erat, mutuoque ab ipſo data eſt: atque idẽ prorſus eſt in re propoſita: ſatis quippe eſt, vt emptor rei maioratus eam emat ex facultate principis, data ex cauſa, quam princeps neceſſariam iudicauit, & ad quam vendi facultatem dedit, neque tenetur curare, vt pretium in ea re inſumatur, neque aliud facere, quàm id, quod in facultate regia fuerit ei iniunctum circa pretij ſolutionem. Idem confirmatur ex. l.1.§.non autem, à verſ. vnde quærit. ff.eod.titu. vbi idem ſtatuitur, quod ex.leg.vlt.relatum eſt. Confirmatur etiam ex.l.liberto.in prin.ff.de neg.geſt. vnde merito Bar.l.alio, ff.de alim.& cib.legatis, dixit, exequutores teſtamenti vẽdant rem defuncti ad ſoluendum contenta in teſtamento, emptores eſſe ſecuros, eſto exequutores pretium in vſus alios conuertant.

Quod ad ſecundum attinet, ſuaderi poteſt, pretium, ex re maioratus vendita comparatum, aut quoduis aliud in recompenſationem pro ea acceptũ non affici eo ipſo vinculo maioratus, quaſi ſubrogatum maioratui loco rei ex illo legitimè alienatæ, niſi id expreſſe dicatur, & multo minus, ſi quid poſtea ex eo pretio ematur. Quoniam pretium, licet in vniuerſalibus, vt eſt hæreditas, ſuccedat loco rei; non tamen ſuccedit in particularibus, vt conſtat. l.qui vas. §.vlt.ff.de furtis, l.venditor ex hæreditate. ff.de hæred. vel act.vend. Neque item res ſuccedit loco pretij.leg.ſed & ſi res.§.1.ff.de pet.hæred. qua ratione definitum eſt, rem emptam ex pecunia aliena, nõ effici eius, cuius erat illa pecunia, ſed emptoris, vt conſtat, l.ſi ea pecunia, C.de rei vendic. & alijs iuribus, quæ diſp. 327. concluſ. 2. citauimus, quo in loco rem hanc late docuimus. 2

Diſtinguendum vero eſt. Quod aut res maioratus fuit alienata ſine facultate principis ad id legitima, & tunc pretium, aut aliud in recompẽſationem acceptum, pro ea re maioratus, non afficitur vinculo maioratus, neque ad maioratum pertinet. Ita Molina c.4.citato.n.30. Ratio autem eſt, quoniã alienatio illa rei maioratus fuit nulla, dominiumque illius adhuc ad poſſeſſorem maioratus ſpectat, ſpectabitque ad ſucceſſores reliquos in eodem maioratu, qui vendicare illum poterunt, tanquam rem perſeuerantem maioratus; venditorque, aut hæredes illius, tenebuntur emptori de euictione, quare pretium ad venditorem, aut ad hæredes illius, ſpectabit: idẽque eſt de re alia quacunque accepta in recompenſationem pro re illa maioratus: vt hæc omnia concluſione. 2. citata, explanata à nobis ſunt.

Quando autem res alienata fuit legitima ex principis facultate, idque vt ex pretio alia emeretur, quæ ſubrogaretur, & vniretur maioratui, aut permutatã fuit pro re alia, quæ incorporaretur maioratui, tunc dicendum eſt, pretiũ, donec ex illo res alia ematur, quæ

quæ maioratui vniatur, pertinere ad maioratum, aſ-
ficiq; vinculo maioratus, & ſimiliter rem permuta-
tione comparatã pro alia re maioratus continuo affi
ci vinculo maioratus, ad maioratumque pertinere.
Probatur, quoniam venditio, aut permutatio, ex ea
legitima facultate, eſt agendo negotium maioratus,
ad quod ea facultas data eſt, neque aliter eſſet vali-
da, aut aliter facta præſumitur, qñ ex tali facultate
eſt facta: ergo pretium pertinet ad maioratum, inte-
rim dum ex illo nõ comparatur res alia; & ſimiliter
res permutatione pro re maioratus acquiſita, perti-
net continuo ad maioratum tanquam vinculo illius
eo ipſo affecta, quæ proinde alienari non poteſt ſine
noua facultate. Patet conſequentia, quoniã, quando
res aliqua ad aliquem, vel ad aliquid ſpectans, vendi
tur, aut permutatur, negotium illius, ad quẽ, aut ad
quod, pertinet, rite atque legitime agendo, vtiq; pre
tium, aut res permutatione acquiſita, ad eum, vel ad
illud idem, pertinet. Neque refert, quod in particu-
laribus pecunia non ſuccedat loco rei. Tũ quia ma-
ioratus eſt quippiam vniuerſale, vt probat, & cum
multis, quos citat, affirmat Molina libro primo de
primog. c. 26. nu. 19. Tum etiam, quoniam illud in-
telligendum eſt, quando res non vẽditur, aut permu
tatur, agendo negotium eius, ad quem, vel ad quod,
ea res ſpectat, ſed ſuum proprium; quod eſt præſu-
mendum, quando non ſunt circũſtantię, quę perſua
deant agi negotiũ eius, ad quem, vel ad quod, ea res
ſpectat, vt in re propoſita perſuadet, rem vendi, aut
permutari, ex facultate conceſſa præciſè ad agendũ
negotium vinculi maioratus. Econtra verò, licet in
vniuerſalibus pretium, aut res, pro qua alia permuta
tur, ſuccedat loco eius rei, id intelligitur, niſi res ven
datur, aut permutetur, agendo negotium propriũ,
& non hæreditatis, aut rei alterius vniuerſalis; vt ſi
res vendatur, nõ tanquã pars rei vniuerſalis, ſed tan
quam mere particularis: quod tñ nõ præſumitur, qñ
venditur ab eo, ad quem adminiſtratio rei vniuerſa-
lis pro tũc ſpectat. Limitatio adhibita in venditione
rei ſpectantis ad aliquid vniuerſale, colligitur aper-
tè ex l. ſed etſi lege. §. 1. iuncta gl. ibi. verb. côuertit,
ff. de pet. hæred. conſentitque gloſſ. vlt. l. imperator.
§. vltim. ff. de lege ſecunda quæ eo modo conciliat
vtráque legem. Limitatio verò adhibita in venditio
ne rei particularis, colligitur ex leg. 1. C. ſi quis alte-
ri vel ſibi, conſentitq; Grego. Lopez. lege 49. titu. 5.
part. 5. gloſ. prima. Atque hæc ſunt, quæ intendit
Molina, capit. quarto, citato numero trigeſimo pri-
mo, & trigeſimo ſecundo, licet rem non adeo exa-
ctè explicet.

Dictum eſt, pretium, donec ex illo res alia ema-
tur, quę maioratui vniatur, pertinere ad maioratum:
quoniam, cum facultas ad rem vendendam, conceſ-
ſa ſit, vt ex pretio alia ematur, quæ maioratui vnia-
tur, ſane, licet interim dum ex eo pretio res illa alia
non emitur, quæ vniatur maioratui, pretium illud
ad maioratum attineat, vinculoque maioratus ſit
alligatum, vt non ad aliud poſſit alienari, quam ad
emendam rem, quæ loco prioris maioratui vniatur;
non tamen ita eſt affectum vinculo maioratus, vt
ſimpliciter ac omnino ſit prohibitum alienari, quin
potius eo ipſo permiſſum eſt alienari, abſque no-
ua alia facultate, ad emendam eam rem, quæ ma-
ioratui vniatur. Hinc intelliges, ſi maioratus poſ-
ſeſſor in alijs rebus inſumat pretium illud, emendo
mobilia, aut immobilia, quæ conſtet non emi, vt v-
niantur maioratui, & quæ ad id non inſeruiant, pre
tij dominium non tranſire in venditorem earum
rerum, neque in alios, quibus titulo oneroſo, aut lu-
cratiuo, datum ſit à venditore; quin potius, ſi con-
ſtet de toto pretio, aut de parte illius, vbi & apud
quem ſit, ita vt intelligatur eſſe hanc numero pecu-
niã, vẽdicare eam poſſe ſucceſſores in eo maioratu:
A imò verò, ſi conſtet, in quo aceruo ſit permixta cum
alia pecunia, ita vt, ob permixtionem cũ maiori alia
copia pecuniæ, dñium illius per accidens tranſierit
in poſſeſſorem, iuxta ea quę diſp. 326. ante reſpõſio-
nem ad primum argumentũ dicta ſunt, cõpetit ius
in re poſſeſſoribus maioratus, vt ex eo aceruo ea pe-
cuniæ quantitas maioratui tradatur, & in ea præfe-
rentur cæteris creditoribus poſſeſſoris eius acerui,
vt ibi copioſè explanatum eſt. Hæc eadem dicenda
ſimiliter ſunt, quando facultas vendendi rem maio-
ratus, datur, vt ex pretio aliquid aliud fiat: interim
enim dum id non fit, pretium ad maioratũ pertinet,
& vinculo illius eſt affectũ: quando verò in eo inſu-
mitur, ad quod fuit conceſſa facultas, vt res maiora-
tus venderetur, tunc verè alienatur, tranſitq; domi-
B nium illius in accipientem: quòd ſi in re alia inſuma
tur, inualida eſt ea alienatio.

Quando ex pretio rei maioratus, poſſeſſor emit 3
rem aliquam, ſiue expreſsè illam emerit, vt eſſet ma-
ioratus, loco rei antea ex maioratu alienatæ, ſiue ni-
hil exprimendo, modo tñ talis qualitatis ea res ſit,
quæ inſeruiat, vt maioratui vniatur, præſumitur ac
cenſetur empta, vt ſit maioratus, ac proinde eo ipſo
afficitur vinculo maioratus, ad maioratumq; perti-
net, loco rei antea ex illo venditæ. Ita Molina c. 4. ci
tato, n. 33. Ratio autem eſt, qm̃ licèt, qui ex pecunia
aliena aliquid emit, cenſeatur ſibi, & non dño pecu
niæ, id emere, vt ex iuribus diſp. 327. cõcl. 2. à nobis
citatis, liquet; excipitur tamen, qñ illi incũbebat age
re ea in parte negotiũ eius, cuius erat ea pecunia, aut
C rei, ad quam ex pecunia ſpectabat, vt res ex ſe, & ex
ſupradictis, eſt ſatis perſpicua, atq; vtrunque colligi
tur ex l. 49. tit. 5. par. 5. & ex iuribus, quæ ibi Grego.
Lopez citat: tunc enim præſumitur agere ea in par-
te, nõ ſuum negotium, ſed alterius, aut rei, ad quam
ea pecunia ſpectabat; eaque de cauſa in re, de qua di
ſputamus, poſſeſſor maioratus pręſumitur emere ex
ea pecunia rem illam, non ſibi, ſed maioratui, cuius
illa pecunia erat. Quando verò maioratus poſſeſ-
ſor ex ea pecunia emit rem mobilem, aut aliam,
quæ maioratui non inſeruiebat, vel expreſſit eme-
re eam, non maioratui, ſed ſibi: tunc quidem ea res
ad maioratum non ſpectat; attamen ſucceſſores in
maioratu vendicare poſſunt pecuniam; qua ea res
fuit empta, ſi ſciatur vbi ſit ea numero, quæ erat ma-
D ioratus, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt: emptor verò
rei illius ea pecunia, hæredeſque ipſius, tenebuntur
venditori de euictione talis pecuniæ: ſi verò pretiũ
aliunde venditori non perſoluatur, repetere poterit
rem venditam, penes quemcunque fuerit reperta, &
quocunque titulo ad poſſeſſorem peruenerit: quo-
niam, vt in materia de venditione, & aliàs dictum
eſt, venditor non amittit dominium rei venditæ,
etiamſi illam tradiderit, donec verè ſit ei pretium ſo
lutum, aut illud habeat pro ſoluto. Illud obſer-
uandum cenſeo, ſi maioratus poſſeſſor, ex ea nu- 4
mero pecunia, quæ erat maioratus, ad id deputata,
vt ex ea maioratui res idonea emeretur, rem qui-
dem emat, ſed cum expreſſione, quòd ſibi, & non
E maioratui, illam emat, attinere nihilominus ad ma-
ioratum, ſi idonea ſit maioratui, aut ſi maioratus
eam velit, quia aliunde ſucceſſores in eo comparare
non poſſunt maioratui eam pecuniam, præferen-
duſque ſit maioratus ea in re cæteris creditoribus
eiuſdem emptoris. Ratio autem eſt, quoniam ea
pecunia ad id erat deputata, vt inde emeretur res
maioratui, & non vt emeretur adminiſtratori illi
eius pecuniæ: neque ſola intentio & expreſſio illius,
quòd ſibi velit emere eam rem ex pecunia maiora-
tus, præiudicium afferre ea in parte poteſt maiora-
tui: ſicut, quamuis adminiſtrator bonorum mino-
ris aut Eccleſiæ, qui ex pecunia minoris, aut Eccle-
ſiæ, emit rem aliquam, intendat emere illam ſibi, &
non

non minori,aut Eccleſiæ,in optione tamen minoris aut Eccleſiæ,eſt,accipere eam ſibi,quaſi ſibi eo pretio emptam, ut habetur l.49. citata, & alijs iuribus, quæ ibi Greg. Lopez.citat: multò verò magis id locum habet in re propoſita; eo quòd eam pecuniam acceperit poſseſsor maioratus, deſtinataque eſset, vt inde maioratui emeret,& non ſibi. Quare nõ eſt eadem ratio de hoc, & de depoſitario, qui ex pecunia,quam habet in depoſito,minime deputata,vt ipſe ex illa deponenti aliquid emat, ſibi aliquid emit: in quo euentu ſibi,& non deponenti,comparat dominium rei emptæ ex pecunia deponentis:quòd diſcrimen non ſatis attendit Molina, vbi ſupra nu.35.

Quando ex pretio rei maioratus alienatæ,emitur alia,quæ vnitur maioratui,aut quacunque alia ratione res una ſubrogatur & vnitur maioratui, loco alterius,ſuccedit ea res in maioratu cum omnib. qualitatibus cæterarum rerum,quæ ad eum maioratum pertinent,ac ſi à principio cum alijs vnita eſſet eidẽ maioratui,vt ex ſe eſt perſpicuum,& affirmant Gregor. Lopez.l.6.ti.11.par.6. ver.*que no la pudieſſe vender*,colum.penult. §.item pone, verſ.aduerte etiam & Molina ubi ſupra num.36. Hinc Molina nu.38. rectè infert,ſi habenti maioratum,ex bonis coronæ huius regni donatis ab Henrico ſecundo, facultas concedatur uendendi aliquod eorum, ut ex pretio aliud ematur,ac ſubrogetur eidẽ maioratui,vel permutandi illud cum alio,tunc,quod accedet maioratui loco alterius alienati ex illo,ſortietur conditiones eius maioratus, ac proinde, ſi vltimus talis maioratus poſſeſsor, ſine liberis diſcedat, etiam quod ita in eo maioratu fuerit ſubrogatum, regredietur ad regiam coronam. Idem dic in Luſitania,ſi facultas ſimilis concedatur alienandi aliquid de bonis maioratus,in quo vim habeat lex mẽtalis:ſi enim vltimus talis maioratus poſſeſsor,ſine liberis maſculis decedat,id etiam, quod in eo maioratu, ſimiliter fuerit ſubrogatum, vna cũ cæteris eiuſdem maioratus bonis,reuertetur ad regiam coronam.

5 Dubium eſt, ſi quis habeat maioratum ex rebus ad Henrico ſecundo donatis, & Rex concedat illi facultatem alienandi aliquod eorum bonorum pro aliqua maioratus neceſſitate,abſque obligatione aliquid loco illius ſubrogandi, pretiumque ſit conſumptum,num res illa tranſeat ad illum tertium, cũ onere, quod antea habebat, vt ſcilicet, ſi vltimus illius poſseſsor ſine liberis decedat, redeat ad regiam coronam. Greg. Lopez.l.10.ti.26.par.4.verb. *vendiendo*,col.4. verſ.ſed an pretium, affirmanter reſpondet. Quoniam,inquit,id onus eſt veluti ſeruitus realis eius rei, quæ cum ea tranſit ad quencunque eius rei poſſeſsorem. Melius tamen Molina, ca.4.citato nu.40.diſtinguit.Quod aut Rex tempore conceſſiones eius facultatis, id onus eius rei ignorabat, quia nulla de illo mentio ei facta eſt: aut illud ſciebat. Si ignorabat,tunc ait: vel facultatem fuiſse nullum,atque adeò alienationem fuiſse nullam, vel rem tranſijſſe ad emptorem cum eo onere,etiamſi emptor id ignorauerit: atque in hoc ſecundum propendet Molina. Dicerem,ſi uenditor,qui eam facultatem obtinuit,carebat liberis,aut ſpes erat magna, quod res illa,minime vendita,citius deuolueretur ad coronam regni,quam tranſeundo ad emptorem, tunc facultatem,ac alienationem cẽſendas eſſe nullas, ſaltem ad effectum,vt mortuo venditore ſine liberis,continuò id bonum redeat ad regni coronam: quoniam ſi eã qualitatem ſciret tunc Rex,& eas circunſtantias,nõ concederet eam facultatem,niſi fortè cum ea reſtrictione, vt mortuo venditore ſine liberis, res ſtatim ad coronam regni rediret, aut certè illam concederet longè difficilius, ac proinde cẽſenda eſt ea facultas ſurreptitia,& alienatio nulla,ad effectũ, vt mortuo venditore ſine liberis, res perſeueret apud em-

A ptorem, & apud ipſius liberos, nec redeat ſtatim ad regiam coronam. Si verò æqualis ſpes erat,quòd ea res æquè cito rediret ad regiam coronam, tranſeundo in emptorem, ac manendo apud venditorem, tunc dici poteſt,cum Molina, facultatem, & venditionem,fuiſse validas,ſed rem tranſire cum ſuo onere, vt, vltimo illius poſseſsore decedente ſine liberis, res continuò ad regiam coronam redeat. Ratio autem eſt, quoniam princeps cenſendus non eſt, intendiſse renunciare ſuo illi iuri, quod ignorabat, cum tanto coronæ regni detrimento: quare ea facultas intelligenda eſt, abſque vllo coronæ regni detrimento. Vnde admonet Molina eos, qui ex regia facultate emũt res maioratus, aut in eis cẽſum emunt, cautè attendere debere, num ea bona ſint ex dona-
B tione Regis Henrici, & num Rex, ſciens talia eſse, eam facultatem concedat, remittatque id onus earum rerum: an non, ne fortè,mortuo vltimo poſſeſſore ſine liberis, cogantur reddi liberæ coronæ regni.

Si verò Regi, tempore conceſſionis facultatis,ſignificatum fuit, ea bona ex donatione Regis Henrici profluxiſse, facultatemque aliquid alienandi ex illis conceſſit, non reſeruando in ea facultate coronæ regni ius ſuum,tunc cenſendum eſt,intendiſſe remittere id onus ac qualitatem, illudque liberũ omnino tranſijſse in emptorem. Ita Molina vbi ſupra numero 43.reſque ex ſe ſatis eſt manifeſta. Habet autem locum præſertim ex eo,quòd in facultatibus regijs ad bona maioratus alienanda,apponi ſo-
C leat,concedi facultatem alienandi ea bona tanquam libera, non obſtantibus vinculis, ſubſtitutionibus, & alienationis prohibitionibus:ex quibus verbis, à principe ſcienter prolatis,qualitas maioratus ab eiſdem bonis aufertur, eaque libera omnino efficiuntur. Quando tamen facultas concederetur ad alienãdum aliquid,appoſitis his verbis; *ſin periuiſio de nueſtra corona real*; quæ,referente ibidem Molina,interdum apponi ſolent, tunc ſatis perſpicuum eſt, non cenſeri remiſsam eam qualitatem ,ſiue de illa mẽtio facta fuerit in ſupplica, ſiue non.

Quod attinet ad alienationes cum regia, aut ſine regia facultate,bonorum, in quibus in Luſitania locum habet lex mentalis, lege, quæ diſput.576. dicta ſunt.

D Si bona maioratus ex delicto aliquo ad fiſcũ per- 6
tinerent,continuò amitterent vinculum antiqui maioratus. Quarè,ſi princeps ea donaret,neque exprimeret, vt eſsent alligata eodem vinculo maioratus, quo antea erant,vel alio, libera cenſentur in poteſtate donatarij. Ita Greg. Lopez.l.6.ti.11.par.6. verb. *que no la pudieſſe vender* in prin.& Molina vbi ſupra nu.45.& alij,quos citat. In Luſitania autem, quando eiuſmodi bona cẽſenda eſsent ſubiecta legi mentali,& quando non diſput.576. dictum eſt.

Si res maioratus ex regia facultate vendita, aut permutata cum alia, vendicetur à maioratus poſſeſſore, eo quod alienatio fuerit nulla, tunc facilè conſtat,rem illam nunquam, quoad dominium,deſijſ-
E ſe eſse maioratus illius, ac proinde affectam redire, ac manere, vinculo eiuſdem maioratus. Ita Molina,vbi ſupra nume.47. cum pleriſque alijs, quos citat. Idem quoque dicendum cenſet,ſi redeat reſciſſione contractus ex l. 2. C. de reſcindenda venditione,aut beneficio reſtitutionis in integrum, nihil impediente, quod dominium illius medio illo tempore fuerit apud eum,cui antea fuerat alienata. Ratio autem eſt (licet ille eam non reddat) quoniam reſcinditur contractus agendo negotium maioratus, tametſi in beneficio reſtitutionis in integrum, cooperetur ad reſciſsionẽ priuilegium minoris,qui rem alienauit: cæterum is, qui illam alienauit tanquam rem maioratus, petit reſtitui in ſtatum, in quo an-
tea

tea erat, qui ſanè erat ſtatus rei maioratus ab ipſo poſſeſſæ.

7 Quæſtio. Dubium eſt, ſi ex facultate Regis vendatur res aliqua maioratus, vt ex pretio res alia commodior maioratui ematur; aut ex facultate Regis res aliqua maioratus permutetur pro alia; & poſtquàm res illa ex eo pretio empta fuerit, aut permutatione acquiſita, euincatur, quia aliena erat cuiuſdam tertij, vel aliqua alia ratione: vtrum tunc locus ſit repetitioni rei, quæ antea ex maioratu pro illo pretio vendita fuerat, aut permutatione fuerat pro alia tradita, an non, ſed maioratus, poſſeſſoreſque illius, vtraque debeant carere.

Molina, c.4. citato, nume.47. reſpondet, eo ipſo, quòd res permutata euincitur, poſſe maioratus poſſeſſorem vendicare rem maioratus pro ea permutatam. Quod probat ex cap. ſi beneficia, de præb. lib. 6. vbi affirmat, doctores communiter id notare. (Primum argum.) Quando verò, pretio comparato ex re maioratus, empta fuit maioratui res alia, quæ euicta eſt, diſtinguit. Quoniam, ſi facultas conceſſa erat, ut res maioratus venderetur, vt ex pretio res alia, determinata in ſingulari, emeretur maioratui, tunc, inquit, euicta ea re, poteſt vendicari res maioratus, quæ ad emendam illam, quæ euicta eſt, fuit vendita. (Secundum.) Id probat, quoniam in eo euētu, facultas conceſſa à principe ad rem maioratus uendendam, vt illa alia emeretur, eſt cenſenda nulla, vtpote ex falſa cauſa conceſſa: ſicut decretum iudicis ad vendendam rem minoris ex falſa cauſa interpoſitum, eſt nullum, poteſtque minor, nihil venditione ex eo decreto obſtante, vendicare rem ita venditam, vt habetur l. 1. §. 1. illis verbis: *Manente pupillo actione, ſi poſtea potuerit probare obreptum eſſe prætori*: & apertius l. magis. §. penul. ff. de reb. eo rũ. Quod, inquit, adeò verum eſt, vt decretum, ex falſa cauſa interpoſitum, nullam efficiat venditionem, etiamſi falſa cauſa in ipſo decreto expreſſa non ſit, vt, cum Alexandro, ex prædictis iuribus affirmat. Id quod ait in regijs facultatibus, eis de rebus conceſſis, apertius procedit: quoniam nunquam aliter conceditur facultas regia ad alienandam rem maioratus, vt ex eius pretio res alia ſubrogetur, niſi facta relatione, quòd id ipſi maioratui vtilius ac expedientius ſit: ex quo, inquit, conſtat, facultatem nullam eſſe; cum hæc ſit cauſa finalis conceſſionis eiuſdem: etiamſi id ex ignorantia & ſimplicitate, non autem ex dolo, principi narratum ſit, vt probat capit. ſuper litteris, de reſcr. & affirmat Felin. ibi, & doctores cõmuniter: (Tertium.) atque ad hæc ait eſſe maximè aduertendũ, vt intelligatur, quantis periculis ſint ij obnoxij, quibus res maioratus diſtrahuntur. Si autem, inquit, facultas conceſſa eſt ad hoc, vt res maioratus vendatur, pretiumque deponatur, vt ex eo res alia ematur, quæ loco illius ſubrogetur, dicendum erit, ſi emptor tenorem ac formam facultatis obſeruauit, pretium deponendo, etiamſi ex illo poſtea empta ſit maioratui res aliqua, quæ euincatur, emptor rei maioratus ad nihil tenebitur, neque poterit res maioratus ſemel ritè ab eo empta, vendicari. Si enim emptor rei maioratus ea lege venditæ, vt ex pretio alia ematur, quæ loco alienatæ maioratui ſubrogetur, non tenetur curare, vt ea res ematur ac ſubrogetur, vt ſup. dictum eſt, ſecuruſque manet: facta pretij conſignatione, etiamſi poſtea pretium in vſus alios conuertatur, ſanè longè maiori cum ratione idem dicendum erit, quando ex pretio res alia empta fuit, quæ poſtea ſit euicta. Hæc Molina ibi.

Deciſio. Ego verò in hoc quidem vltimo cum Molina cõſentio: in duobus autem prioribus ab eo aſſertis, lõgè ab illo diſſentio, arbitrorq; falſa ea eſſe. Etenim permutatio illa non ſolum ſi ſtipulatione ſit vallata, vt regulariter vallari ſolet, ſed etiam ſi non ſit vallata ſtipulatione, eo ipſo, quòd traditio eſt vtrinque fa-

A cta, eſt contractus completus ac veſtitus, vt diſputatione 255. explanatum eſt: quòd ſi aliquid euincatur ex vtrinque traditis, non propterea diſſoluitur contractus, ſed, qui id tradidit, tenetur de euictione, ac proinde, ſi alter, quod ſibi traditum fuerat, bona fide alteri alienauit, non poteſt ab illo, ad quem peruenit, vendicari; ſed ſolum, qui illud in permutationẽ tradidit, aut hæredes illius, tenentur alteri de euictione eius rei, quæ ei in permutationem tradita fuerat. Et multò magis hæc vim habent in hoc Caſtellæ regno, vbi ſublata eſt differentia pacti nudi & veſtiti, daturq; ex pacto nudo actio, vt diſput. 258. dictum eſt. Capitulũ aũt ſi beneficia, de præb. lib. 6. quod in confirmationem ſuæ ſententiæ Molina citat, quaſi eo ipſo, quòd duæ res permutatæ ſunt vna cum alia, (Ad primũ.)

B ſi vna euincatur, poſſit, qui illam accepit, vendicare, quam in permutationem pro ea dedit, vbicunque illa fuerit reperta, & ad cuiuſcunque manus deuenerit, ſanè id non probat. In eo enim capite, ex quadam æquitate, conſentaneeque ad rectam rationem circa Eccleſiaſtica beneficia, eſt ſtatutum, quòd qui beneficium dimiſit, occaſione, quod ei collatum eſt alterum beneficium incompatibile, quod accipiens ignorabat collationem illius ad ſedem pertinere Apoſtolicam, ſi ſtatim, ac ſcit à ſede Apoſtolica eſſe alteri collatum, illud ſine mora, & contradictione, dimittat, poſſe liberè occupare beneficium antea à ſe dimiſſum, eſto collatum ſit cuicunque alteri, quod ſanè (præſertim cum gloſſa ibi verb. ſine culpa, id appellet priuilegium) trahi non poteſt ad rerum temporalium permutationes, vt ſcilicet, ſi euicta ſit res

C in permutationẽ ſibi pro alia tradita, poſſit ipſe vendicare & occupare, quam dedit, vbicunque illam repererit: cum ius ciuile aliter huic conſuluerit, nempe vt, qui eam ipſi tradidit, hæredesve illius, teneantur ei de euictione. Qua ratione, qui rem permutauit pro re alia maioratus, ſi ea, quam ipſe tradidit, euincatur, tenebitur maioratui, poſſeſſorive illius de euictione: quemadmodum, ſi res ipſi tradita ex maioratu, euincatur, tenebitur ipſi, qui illam cum eo permutauit, de euictione.

Quòd item dicit, vendita uidelicet ex facultate principis re maioratus pro pretio, vt ex illo res certa & determinata ematur maioratui, ſi illa euincatur poſtquam maioratui empta fuerit, vendicari poſſe 8

D rem maioratus: eo quòd facultas à principe ad eam venditionẽ conceſſa, fuerit nulla, & per conſequens ea venditio ex ea facultate fuerit etiam nulla, vtpote ex falſa cauſa conceſſa: falſum profectò, valdeque à recta ratione alienum, mihi uidetur. Etenim, vt facultas à principe conceſſa ad vendendam rem aliquam maioratus, ſit valida, præſertim comparatione eius, qui contractum formaliter, & materialiter iuſtum ac oneroſum ex ea facultate celebrat, qualis eſt, qui eam ex ea facultate iuſto pretio emit, nihil ſe aſtringendo, quòd res, quę poſtea ex eo pretio maioratui emetur, ſit verè illius, cum quo diſtinctus contractus celebratur emptionis rei alterius pro eodem pretio, vel pro parte illius, aut etiam pro eo pretio &

E aliquo alio incremento: vt, inquam, ea facultas in hoc euētu comparatione huius ſit ualida, & emptio & vẽditio ex eadem facultate immediatè profecta, ſit etiam ualida, ſatis eſt, vt cauſa, quæ tunc ſe offerebat, & prout tunc ſe offerebat, eſſet iuſta & rationabilis, nullo interueniente dolo, aut ſcientia contraria, ex parte huius emptoris; neque ad hunc emptorem ſpectabat, vel illud aliud, vel cauſam examinare, ſed ad principem, qui facultatem concedebat, ad ſuoſve miniſtros, & ad poſſeſſorem maioratus, qui in ſuum, & in maioratus commodum, eam facultatem petebat, id ſpectabat, emptorque hic tuto ſe potuit, ac debuit, committere examini principis, ſuorumve miniſtrorum, & cauſæ, quã princeps iuſtam

ac

ac rationabilem iudicauit: neque, quòd poſtea ſecũda emptio alterius rei ex eo pretio, non proſperè ſuccedat maioratui ex cauſa aliqua occulta, vllum præiudicium parere debet, aut poteſt, emptori primo, vt emptio à ſe ritè ac iuſtè formaliter, & materialiter rei maioratus celebrata, firma ac ualida non ſit; modo tamen, ſi iniunctum ei fuit, ut pretium non aliter traderet, quàm in emptionem illius alterius rei, aut venditori eiuſdem rei, vel alicui depoſitario, qui in eam emptionem illud ſeruet, opere impleuerit: neque ſanè recta ratio, beneque inſtituta reſpublica, aliud poſtulabat, irrationabileſque omnino eſſent leges, quæ contrarium ſtatuerent, vt, attentè rem conſideranti, ſtatim lumen ipſum rationis oſtendit: quare nequaquam credendum eſt, iura quæ Molina in confirmationem ſuæ ſententiæ citat, eam intendiſſe, aut ex illis eam ſequi. Adde, poſſeſſori maioratus aduerſus venditorem rei euictæ, competere actionẽ de euictione, non ſolùm ad pretium, quod pro ea rededit, ſed etiam ad intereſſe, vt eam maioratui emat vel aliam, ex qua commodum æquale ſequatur, vel tantum ſoluat, quantum maioratui, poſſeſſoribusve illius, intererat eam rem non eſſe euictam: ei verò, qui rem maioratus emit & pretium ſoluit, vendicata re ab ipſo ritè empta, nullum remedium competit aduerſus ſecundum venditorem, cum quo ipſe non celebrauit contractum. Ad duo verò iura, vnde Molina præcipuè eam ſententiam colligit, dicendũ eſt, illa habere locum, quando iudici fuit ſignificatum, minorem grauatum eſſe ære alieno, neceſſariumq; eſſe ad illud ſoluendum, vendere id immobile minoris; cum tamen grauatus non eſſet ære alieno; aut illi propoſita fuit alia iuſta cauſa ad alienãdum, quæ verè non erat; in quo ſanè reperiretur obreptio, de qua in eis iuribus eſt ſermo. Si tamen, quia prædiũ vnum multò magis expediebat minori, quam aliud, cuius erat dominus, iudex decretum interponeret; vt venderetur, vt ex pretio compararetur illud aliud tunc vtique valida eſſet prima venditio; quia ex vera cauſa rationabiliter exiſtimata, fuiſſet venditum, neque in eo decreto reperiretur obreptio; & eſto poſtea, vel caſu fortuito non ſequeretur emptio illius alterius, vel emptum euinceretur, non diſſoluitur prior venditio ritè, & rationabiliter, atque abſque obreptione tunc facta. Adde, id, de quo in eis iuribus eſt ſermo, eſſe priuilegium minoris, quod non reperitur conceſſum maioratibus, poſſeſſoribusve maioratuum: quare inde non trahitur validum argumentum ad id, de quo diſputamus. Quòd autem in ſupplica facultatem ad vendendum rem maioratus, mentio fiat, quòd id maioratui vtilius ſit, ſanè, quod ad primam venditionem attinet, nihil falſum proponitur: & licèt, quatenus ad ulteriorẽm emptionẽ ordinatur, falſum id in ſe ſit, ſatis protectò eſt, quòd ex circunſtantijs, quæ tunc occurrunt & cognoſcuntur, vtile rationabiliter ac prudẽter habeatur, vt nulla, comparatione primæ uenditionis, interueniat obreptio, validaque proinde ſit ea facultas prudenter data, & venditio ex illa ſubſequuta. Ad capit. uerò ex litteris de reſcrip. vbi habetur, eſto in petitione reſcripti, ex ignorantia & ſimplicitate, ſuppreſſum fuiſſet aliquid, quod ſi fuiſſet propoſitum, reſcriptum non concederetur, eſſe nullum tale reſcriptum, neque iudicem poſſe procedere ex eo reſcripto, niſi fortè ad cognoſcendum & examinandum, num verè tale quid ſuppreſſum fuerit, an non. Ad illud, inquam, caput dicendum eſt, id locum quidem habere in gratijs, & in ſimilibus conceſſionibus, atque etiam in re propoſita, ſi, antequam ea facultas exequutioni mandetur, ſciatur, rem aliam, ad quam res maioratus venditur, euinci poſſe: ſecus autem, ſi in re propoſita, & in ſimilibus alijs, quę in damnum cedere poſſunt eorum, cum quibus ex ea facultate contractus celebratur, id ignorant, rationabiliterque, modo explicato, ea facultas ſit petita, & conceſſa.

Ad ſecundum.

Ad tertiũ.

DISPVT. 652.

Examen, ac deciſio, quorundam dubiorum circa facultates ad alienandum res maioratus, & circa earum alienationẽ, vi earundem facultatum.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus res ſi ex regia facultate pignori, aut hypothecæ ſubijciantur, vendi abſque alia facultate poſſunt, quando aliunde non poteſt ſolui debitum, præciſè quantum ad id ſatis. Poteritq́, cenſus ſuper maioratum abſq; alia facultate conſtitui, ne vendantur.*

2 *Maioratus res ſi vendi concedatur, pignori & hypothecæ ſubijci poteſt, & in ea conſtitui cenſus ad idem intentum, quando id vtilius maioratui eſt.*

3 *Facultas vt res maioratus certo pretio vendatur alicui certæ perſonæ, ſi non intuitu eius perſonæ facta ſit, ſed in commodum maioratus ac ſucceſſorum in illo, uendi ex eadem facultate poteſt alij in æquale, aut in maius commodum maioratus.*

4 *Maioratus ſi bona inualidè alienentur ſine regia facultate, ex ſuperueniente regia facultate non euaditur pœna, ſi qua antea ob eam alienationem erat incurſa, neq; ualida redditur talis alienatio, niſi ex ea facultate confirmetur.*

5 *Facultas alienandi bona maioratus, ſi conceſſa ſit poſſeſſori, tunc non tranſit ad ſucceſſores: ſecus ſi ſucceſſoribus ſit conceſſa.*

Primum dubium eſt, vtrum ſubiectis rebus maioratus pignori, aut hypothecæ, ex regia facultate, poſſint tales res ſuo tempore, abſque noua Regis facultate, vendi, ad ſoluendum debitum, pro quo erant pignori, aut hypothecæ, ſubiectæ, quando aliunde non ſoluitur. Ad quod affirmanter eſt reſpondendum cum Gregor. Lopez. l. 6. titu. 11. par. 6. verbo *que la no pudieſſe vender*, col. 8. verſ. & ſi data, & cum Molina lib. 4. de primog. cap. 5. num. 2. idque probat. l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus. ff. de reb. eorum, qui ſic habet. *Si pupillus dedit res pignori ex permiſſu prætoris, nonnulla erit dubitatio an alienatio poſſit impediri. Sed dicendum eſt, poſſe creditorẽ ius ſuum exequi. Tutius tamen fecerit, ſi prius prætorem adierit.* Cõſentiunt Bald. & alij, quos Molina refert, & quæ à nobis dicta ſunt diſp. 538. §. quãdo aliquid ritè, ſuffragaturque ratio: quoniam, qui concedit antecedens, concedit & conſequens, quod neceſſariò ex illo infertur: ea quippe ratione, vt ait Bart. res alienari prohibita, non poteſt ſubijci pignori, aut hypothecæ, quia inde peruenitur ad venditionem eius rei, ſi debitum aliunde non ſoluatur. Atque ita Molina ibidem teſtatur, pluries vidiſſe vendi res maioratus, hypothecæ ſubiectas, ad ſoluenda ea debita, abſque noua Regis facultate. Neque dictis refragatur eadem l. ſi pupillorum, §. ſi prætor: quoniam in eo paragrapho ſolum dicitur, ex decreto, & facultate prætoris ad ſubijciendum pignori, aut hypothecę, rem minoris, non poſſe tutorem, aut curatorem, eam immediatè vẽdere ad aliquid aliud, aut è contra, ex decreto & facultate prętoris ad rem minoris vendendam, non poſſe procedere tutorem, aut curatorem, ad eam ſubijciendam pignori, aut hypothecæ. Obſeruant Greg. Lopez. colum. 8. citata, verſ. aduerte, Molina vbi ſupra num. 4. conſentaneè ad alios, quos citant, & ad ea, quæ copioſè diſput.

put. 538. citata explicata à nobis ſunt. In tali vendi- A tione pignoris, aut hypothecæ, ex rebus maioratus, ſicut in hypothecis, & pignoribus cæterarum rerũ, quæ liberæ ſunt dolum, aut fraudem, interuenire nõ debere. Vnde ſi pro dotis reſtitutione caſtrum, ſeu oppidum, maioratus ſit obligatum, in quo multa redituum membra inueniantur, quorum unum ad dotis ſolutionem ſufficiat, illud ſolum vendi debet, & non oppidum, aut reliqua membra: debetque uendi, quod minus detrimentum maioratui afferat, ſi illud ſufficiat ad debitum ſoluendum, in quo boni uiri arbitrium verſari debet, argumento l. magis puto, §. non paſſim, & §. ſequenti. ff. de reb. eorum, & diſputatione citata dictum eſt. Hinc rectè Molina, iuxta eundem, §. non paſſim, infert, poſſe inter creditorem, & maioratus poſseſſorem, cõuenire, vt potius B ſuper bona maioratus conſtituatur annuus cenſus redimibilis pro ſolutione eius debiti, quam aliquid de eiſdem bonis maioratus vendatur ad idem debitum ſoluendum: quoniam, quod poteſt pro debito aliquo ſoluendo omnino alienari, maiori cum ratione poterit ſubijci cenſui redimibili pro eodem debito ſoluendo, ne vendatur, in perpetuumque à maioratu præſcindatur. Sicque ait, ſe pluries, in initio conſtitutionis dotis, vidiſſe, virtute facultatis Regiæ ad obligandum bona maioratus pro reſtitutione eius dotis, in matrimonialibus capitulis diſponi, vt ſi, diſsoluto matrimonio, intra tantum tempus dos nõ reſtituatur, aut arrhæ non ſoluantur, ex tũc maneat impoſitus cenſus annuus redimibilis tantæ quantitatis ſuper eiſdem maioratus bonis ad rationem qua- C tuordecim, aut viginti, pro uno, vt fuerit inter partes conuentum, pro dote, & arrhis, quouſque ſoluantur: atque ratam ſemper vidiſſe eam cenſus conſtitutionem. Idem verò autor, nu. 7. admonet, quando bonum aliquod maioratus hypothecę, aut pignori, eſſet ſubiectum pro ſolutione dotis, & arrharum, diſſoluto matrimonio, vxorem, aut hæredes illius, petere non debere, vt mittantur in poſſeſſionem eius pignoris, aut hypothecæ, interim dum dos, aut arrhæ, non ſoluuntur, ſed potius petere debere, vt id vendatur, vt ex pretio dos, & arrhæ, ipſis ſoluantur: ne, ſi poſſeſſionem pignoris illius, aut hypothecæ accipiant, reditus computare debeant in partem ſolutionis dotis, & arrharum, vt eos computare tenentur, iuxta ea quæ diſput. 321. & ſequentibus, dicta ſunt. Quibus in diſputationibus examinauimus, quæ Mo- D lina ibidem nu. 6. docet, & quid tenendum ſit, definiuimus.

2 Quæſtio. Secundum eſt. Vtrum, quando à principe conceſſa fuit facultas ad rem maioratus vẽdendam poſſit maioratus poſſeſſor, qui illam obtinuit, vi eius facultatis eandem rem pignori, aut hypothecæ, ſubijcere, quatenus, cui eſt conceſſum maius, cenſetur conceſſum, quod eſt minus.

Argum. primum. Pars, quæ negat, ſuaderi poteſt. Primò, ex l. ſi pupillorum, §. ſi prætor, ff. de reb. eorum, vbi diſponitur, ſi à iudice ſit decretum interpoſitum, quo tutori concedat vendere res minoris, non poſſe tutorem, vi eiuſdem decreti, ſubijcere illas pignori, aut hypo- E thecæ, quaſi à forma decreti non ſit diſcedendum, etiam in eo, quod minus eſt, minorique minus damnoſum: unde Bal. & alij, quos Molina vbi ſupra nu. 11. citat, affirmant, regulam, l. non debet, ff. de regu. iur. quæ ſic habet: *Non debet, cui, quod plus eſt, licet, quod minus eſt, non licere*; locum non habere in decreto, & idem affirmat gloſsa l. nõ debet citata: eadem autem videtur eſse ratio de facultate principis conceſsa ad vendendum res maioratus, quæ nihil à decreto ad id faciendum differt: atque ex illo iure id affirmat Greg. Lopez. de facultate principis ad vẽdendam rem maioratus, l. 6. tit. 11. p. 6. verb *que la no pudieſſe vender*, col. 8. verſ. & ſi data.

Secundum. Secundò, ex gloſsa l. 2. verb. vendiderit, C. de patrib. qui filios diſtrax. quæ aſserit, quamuis ea lege patri, qui fame perit, permittatur uendere filium ad eam euadendam egeſtatem; non tamen integrum eſſe illi eum ſubijcere pignori ad eandem egeſtatem euadẽdam. Eam verò gloſſam ſequitur Iaſ. l. in ſuis ff. de libe. & poſth. ductus, quòd morali ratione, difficiliùs concedenda ſit filij pignoratio, quàm venditio: eo quòd facilius quis moueatur ad pignorandũ, quàm ad vendendum; eaque de cauſa, qui facultatẽ ad vendendum concedit, cenſendus nõ ſit, eam concedere ad pignorandum: quæ ratio, & cauſa, æquè vim habent in rebus maioratus.

Tertium. Tertiò, quoniam facultas ad uendendum rẽ maioratus, eſt diſpenſatio: diſpenſatio autem ſtrictè eſt intelligenda, neque extẽdenda eſt de caſu ad caſum, etiam ex maioritate rationis, vt diſp. 173. præſertim §. item diſpenſatus à Sũmo Pontifice, explanatum, comprobatumque eſt.

Molina vbi ſupra à nume. 15. ait, quamuis, quod ſuadere uidentur hæc argumenta, receptum ſit; attamen ſibi contrarium videri omnino verum, & amplectendum. Atque, quando facultas alienandi rem maioratus, eſset conceſsa, dubitandum non eſt, non ſolùm poſse illam vendi, ſed multò magis poſſe hypothecæ, ac pignori, ſubijci: cum hoc ſecundum multò minus ſit, minuſque maioratui nociuum, quàm primum, & vtrunque verbo alienationis comprehendatur. Quando verò facultas hypothecæ, aut pignori, ſubijciendi rem maioratus, eſſet conceſsa: non eſset cenſendum concedi, poſse vẽdere annuum cenſum, etiam redimibilem, ſuper eã, aut ſuper maioratum: cum hoc ſecundum plus ſit, quam primum, magiſque nociuum maioratui, ſucceſsoribuſque in illo; & multò minus, ſiue illud primum, ſiue hoc etiam ſecundum, eſset conceſsum, cẽſendum eſset conceſsum eſse, vendere, aut permutare, rem maioratus: cum hæc longè ſint maiora, neque, nomine illorum aliorum comprehendantur. Difficultas ergo ſolum eſt, quando conceſsa eſt facultas ad vendendum rem maioratus, num cenſenda ſit etiam conceſsa facultas ad illam pignori, aut hypothecę, ſubijciendam, vel etiam ad vendendum annuum cenſum in illa. Ad quod dicendum arbitror, ſi id, attentis circunſtantijs omnibus concurrẽtibus, vtilius, minuſve nociuum, ſit maioratui, ſucceſsoribuſque in illo, vt regulariter erit, tunc abſque dubio cenſendum eſse id conceſsum in facultate ad vendendum: ſi verò ex circunſtantia aliqua ſit tunc minus vtile, magiſque nociuum maioratui, & ſucceſſoribus in illo, vt aliquando ex circunſtantia aliqua eſse poterit, tunc in facultate ad uendendum, non cenſeri conceſsum, quod ita magis nociuum fuerit. Atque ſententiam Molinæ hoc modo arctatam, & explicatam, amplector, veriſſimáque eſse arbitror. Primò, ex regula illa, quòd cui conceſsum eſt, quod eſt maius, cenſetur conceſsum, quod eſt minus: præſertim ſi vtilius id ſit fini & intento, ad quod maius conceditur: in re autem propoſita, difficultas concedendi alienationem, eſt in bonum & conſeruationem maioratus: ſi ergo longè magis conſulitur bono & conſeruationi maioratus, hypothecæ, aut pignori, ſubijciendo rem maioratus, vel etiam ſuper eam conſtituendo cenſum redimibilem, quàm eam vendendo, & præſcindendo omnino à maioratu, vt in æternum ad eum non reuertatur, eaque ratione obtinetur ſufficienter intentum, ad quod facultas ad uendendum rem maioratus eſt conceſſa, ſatis ſanè perſpicuum eſt, id licere, eamque eſſe mentem principis talem facultatem concedentis, eique menti, & intento principis erit ſtandum: id enim cenſendum eſt cõprehendi in diſpoſitione, eſſeque diſpoſitum, de quo, ſi princeps interrogaretur, dum

id

id diſponebat,an vellet,id comprehēdere, ad idque ſeſe extendere ſuam diſpoſitionem, affirmāter proculdubio reſpōdere. Quin addo,eo ipſo,quòd princeps venditionem rei maioratus conceſſit,& vtilius multo eſt maioratui,eam non vendi,ſed ſubijci hypothecæ,aut pignori,vel conſtitui in illa cenſum redimibilem , ſi hoc aliud poſſeſſor maioratus potius efficiat,erit validum ac ratum, actione negotiorum geſtorum : cum prætermittat vtiliter, & in bonum maioratus,venditionem,quam validè ac licitè poterat efficere,efficiatque loco illius,quod minus damnoſum,vtiliuſque eſt maioratui, ac ſucceſſoribus in illo;cui proinde contractui,& commutationi rei minus nociuæ pro magis nociua , tanquam rei vtilius ipſis,& maioratui,geſtæ,ſtare tenentur . Secundò, quoniam nomine venditionis , omnis alia ſpecies alienationis comprehenditur l. ſtatu liberi à cæteris, in fine.ff.de ſtatu lib.ibi; *Quoniam lex duodecim tabularum emptionis uerbo omnem alienationem complexi uidetur;* & affirmant gloſ.1.l.2. C.de vſucapionib.pro empt. Bartol.& alij,quos Molina vbi ſuprà numero 16.citat: id verò maximè locū habet, quando id fauorabilius eſt,magiſque inſeruiens intento, ad quod facultas ad vendendum conceditur;ac proinde quando ex eo capite eſt præſumendum,eā fuiſſe principis mentem concedentis vendi poſſe aliquā rem;quæ omnia in re propoſita concurrunt. Confirmatur ex l.ſicut,§.ſi permiſerit. ff.quib.mod.pign. vel hypothe.ſoluatur, vbi habetur, permiſſa venditione rei alicuius, cenſeri permiſſum omnem alium actum alienationis illius,ex quo non maius ſequitur præiudicium , & de quo non minus eſt præſumendum, permittentem ſimiliter eum velle.

Ad primū. Ad §.ſi prætor,cui primum argumentum nititur, variè reſpondet Molina vbi ſupra à num.20. intenditque, eam diſpoſitionem ſolū habere locum quoad tutorem,& curatorem,minoris,neque eſſe extendendam ad alia,maximè ad rem præſentem: præſertim cum facultas,quæ conceditur ad vendendā rem maioratus , concedatur domino pro tunc rei illius: tutor verò,& curator,domini non ſunt rei minoris, ſed adminiſtratores ſolùm . Et quoniam aliquando expedit vendi rem aliquam immobilē minoris, non verò ſubijci pignori,aut hypothecæ . Dicerem paragraphum illum exorbitantem,quatenus diſponit, in decreto facultatis ad vendendam rem minoris, non cenſeri conceſſam facultatem ad eam hypothecæ ſubijciendam , ſolùm habere locum, intelligendumque eſſe,quando non expedit,rem minoris hypothecæ ſubijci,cum tamen vtile ſit, eam tunc vendi:ſecus autem,quando vtilius eſt,minuſve nociuū, eam hypothecæ ſubijci,quàm vendi : ſi enim tutor, aut curator,qui decretum validum,facultatemve habet ad eam vendendam,illam vtilius hypothecæ ſubijciat,aut pignori tradat, vel cenſum redimibilem ſuper eam conſtituat,reſeruando eam minimè venditam minori,validus ſanè tunc eſt talis contractus, neque contrarium diſponere rationabiliter ac validè potuit paragraphus ille,nec proinde id intelligendus eſt diſponere intēdiſſe: cum, ſaltem actione negotiorum geſtorum,validus ac ratus neceſſariò iudicaretur. Idemque prorſus dicendum eſt de facultate vendendi rem maioratus.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, contrarium apertè affirmare eam gloſſam, & cum ea Doctores ibi , ac definiri, l.8.titul.17. part.quarta, tametſi ea gloſſa ſubiungat, quoſdam id dicere, quod in eo argumento refertur; quorum opinionem non approbat. Ratio verò Iaſonis , qua ſibi contrarium perſuadet, ſanè nullius eſt momenti : naturali quippe ratione facilius concedenda eſt facultas ad rem aliquam pignori; aut hypothecæ, ſubijciendam , quàm ad eam vendendam, omninoque alienandam.

A Ad tertium dicendum eſt,quòd quamuis facultas ad vendendum rem maioratus, ſit diſpenſatio; & diſpenſatio ſit ſtrictè intelligenda,neque extendenda ſit de caſu ad caſum ; in re tamen propoſita, non extenditur;cum verbum, venditio , omnem alienationis ſpeciem comprehendat, vt dictum eſt; ſed eligitur , quod minus eſt inter comprehenſa in facultate, idque in vtilitatem ipſius maioratus,& ſucceſſorum in illo. Adde,quamuis id non liceret directè vt facultatis ac diſpenſationis;licere tamen, facta diſpenſatione & poteſtate in eo,quod maius eſt,agendo vtiliter negotium maioratus , commutandoque magis nociuum in minus nociuum , ex præſumpta omnino principis voluntate,vt explicatum eſt. Adde etiam, quando diſpenſatio eſt circa rem in detri-
B mentum alicuius,vt in re propoſita in detrimentū bonorum maioratus , ſed propter commodum ipſiuſmet maioratus , aut ex iuſta alia & rationabili cauſa,diſpenſationem quidem eſſe ſtrictè intelligendam,vt non plus noceat, quàm ſit cōceſſum , neque extendatur ad nocendum in eo , quod non eſt conceſſum;non tamen,vt minus nocumentum non pręponatur maiori : ad eum enim præcisè effectum,recta ratio efflagitat,vt diſpenſatio latè intelligatur,vt ea ratione minus nocumentum eius, cuius commodum quæritur,maiori præponatur. (Ad tertium.)

3 Quæſtio. Tertium dubium eſt . Vtrum,ſi conceſſa à Rege ſit facultas ad vendendam rem maioratus Petro ex certo pretio inter ipſum , & maioratus poſſeſſorem conuento, valida ſit ex eadē facultate venditio eiuſ-
C dem rei pro eodem pretio, aut maiori paulo.

Ad primū. Pars,quæ negat,ſuaderi poteſt . Primò,ex l.cum ſeruo.ff.de contr.emphy.vbi habetur,ſi quis iubeat ſeruo ſuo,aut liberæ perſonæ,vendere rem aliquam ſuam certæ determinatæ perſonę,& ille vendat eam rem alteri,eſſe inualidam venditionem .

Secundum. Secundò, quoniam facultas ad vendendum rem maioratus , eſt diſpenſatio, quæ ſtrictè eſt intelligenda.

Tertium. Tertiò , quoniam conſenſus, ſeu facultas Regis vaſallo , vt vendat feudum alicui determinatæ perſonæ;non poteſt validè extendi, vt vendatur pro eodem pretio,aut maiori,alteri,vt affirmant Yſer. Afflictus , & Sigiſmundus Neapolitanus , à Molina c.5.citato,nu.31.relati.

D Quamuis Gregorius Lopez . l.6.titul.11. part.6. verb.*que la no pudieſſe vender* . columna 9. verſ.item pone,ſententiam hanc amplectatur in maioratibus, eamque tutiorem affirmet Molina vbi ſupra, num. 32. Meritò tamen idem Molina ibidē ait, verius videri,validam eſſe eam venditionem,defendendamque eſſe poſtquam fuerit facta, niſi ex peculiari ratione conceſſa ſit à principe facultas ad eam rem Petro in particulari vendendam, & non alteri . Ratio autem eſt,quoniam in ea diſpenſatione, & facultate,nō agit Rex negotium ſuum,ſed maioratus, poſſeſſoriſque illius,quibus nihil refert,vt ea res potius Petro,quàm Paulo,vendatur, modo pro eodem pretio,æqueque ſecurè, vtriuis vendatur, imò commo-
E dius eſt, vēdere eam Paulo, ſi plus offerat pretij,aut ſecurius ei vendatur:quare in ea facultate nō eſt cenſendus nominatus Petrus cauſa reſtrictionis , niſi ſint coniecturæ aliquæ,quæ id perſuadeant, ſed cauſa demonſtrationis, quæ nihil reſtringit.

Ad primum argum. Ad primum verò argumentum in contrarium dicendum eſt cum gloſſa prima ibi, illud intelligendū eſſe,quando dominus rei, qui eam vendi iuſſit,nō erat alteri eam venditurus,nolebatque proinde , vt alteri venderetur : ſecus verò quando ſimiliter erat venditurus eam alteri, nihilque curabat, cui venderetur:in re autem propoſita,quando non occurrunt circunſtantiæ,quæ contrarium perſuadeant, cenſendum eſt,principem mētionem feciſſe de Petro, gratia

tia

tia ſolum demonſtrationis, ac proinde facultatem conceſſiſſe ad cuicunque pro eodem pretio æquè tuto eam rem vendendum, vt dictum eſt. A

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, eo ipſo, quòd de Petro gratia ſolum demonſtrationis facta eſt mentio in ea facultate, vt eſt præſumendum, niſi adſint circunſtantiæ, quæ contrarium perſuadeant, non intelligi latè eam facultatem ex eo, quòd ea res ex eadem facultate Paulo vendatur.

Ad tertium. Ad tertium dicendum eſt, longè diuerſam eſſe rationem de feudo, in quo Rex ſibi vaſallum eligit idoneum, qui ſibi ſeruiat; agatque de negotio ſuo, & de re ſua: quare, niſi intelligatur aliunde, gratia ſolùm demonſtrationis expreſſiſſe, cui venderetur, cenſendus eſt conceſſiſſe eam facultatem ad vendendum illi ſoli. B

4 Quartum dubium eſt. Vtrum, ſi facta ſit alienatio, vel hypotheca, vel maioratus antequam facultas ad id obtineatur ex principe, facultas poſteà obtenta, validam ac firmam reddat antecedentem alienationem, vel hypothecam. Ad quod in primis dicendum eſt, ſi ob eam antecedentem alienationem, vel hypothecam, poſſeſſor maioratus, ex præſcripto inſtitutoris, incidit in pœnam amittendi maioratum vlterius ad eum vocato, vel in aliquã aliam; ex facultate poſtea obtenta, non euadere eam pœnam iam incurſam ob talem alienationem: neque principem priuare poſſe iure ex eo delicto iam antea quæſito ſucceſſorem in maioratu per eam facultatem, imò neque per expreſſam remiſſionem pœnæ, iuxta ea quæ diſputatio. 174. & alias, dicta ſunt. C Conſentit Molina vbi ſupra, numero trigeſimoſexto. Dicendum deinde eſt, eſto alienam nullam pœnam incurreret, ſed ſolùm alienatio ſine principis facultate facta, eſſet nulla, non reddi validam perſequentem principis facultatem, niſi princeps, conſcius de ea alienatione antecedente, eam confirmet ſua facultate. Ratio autem eſt, quoniam ea facultas non eſt cenſenda tradita ad id confirmandum, quod contrà maioratus inſtitutionem, & cum alienantis culpa factum eſt, niſi id in ea facultate exprimatur. Ita Molina vbi ſupra numero trigeſimoquarto.

5 Quintum dubium eſt. Vtrum facultas conceſſa poſſeſſori maioratus ad alienãdum rem aliquam maioratus, tranſeat ad ſucceſſorem in eo maioratu, D ita vt ſucceſſor ex ea ipſa facultate poſſit illam alienare, ſi anteceſſor vſus non fuit facultate illa, Molina vbi ſupra, numero trigeſimoſeptimo, cum Celſo, neganter reſpondet. Ratio eſt, quoniam permiſſio vendendi rem aliquam, ſi is, cui facta eſt, eam non vendidit, non tranſit in ſucceſſorem in ea re, leg. ſicut. §. ſi debitor, ff. quibus modis pign. ſoluat. Et quoniam conceſſio omnis, quæ ad actum ſpectat, in dubio cenſetur perſonalis, eaque de cauſa ad ſucceſſorem non tranſit, leg. apud Iulianum (alias idem Iulianus) §. ſi quis alicui, ff. de legat. primo. Item quoniam eiuſmodi facultas eſt diſpenſatio, quæ ſtrictè eſt intelligenda. Conſentit Gregorius Lopez. columna nona citata, verſic. ſed pone 1. tametſi eam limitet, vt ſecus ſit, quando per- E ſeuerat cauſa, ob quam conceſſa eſt. Placet verò, quod Molina ait, id ſcilicet verum eſſe, modò facultas conceſſa ſit, non poſſeſſori illi in particulari, vt ipſe eam exequutioni mandet, ſed quando conceſſum eſt poſſeſſoribus, vt id ex ea cauſa alienari poſſit.

DISPVT. 653.

Bona maioratus, etiam ex regia facultate permiſſa alienari, aut obligari, an, exiſtentibus alijs bonis liberis poſſeſſoris maioratus, alienari, & obligari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus bona ſi alienari, aut obligari concedantur ex cauſa ipſiuſmet maioratus, aut publica, ad quam poſſeſſor maioratus contribuere non teneatur de ſuis proprijs bonis, aut de reditibus maioratus, alienari aut obligari poſſunt, etiamſi poſſeſſor maioratus habeat alia bona libera, & etiamſi in facultate ſit appoſita clauſula, quod alienatis, aut obligatis prius alijs bonis liberis.*

2 *In facultate alienandi, aut obligandi, bona maioratus, non ex cauſa ipſius maioratus, aut publica, ſemper intelligitur clauſula, alienatis prius ad id bonis liberis poſſeſſoris maioratus, eſto non exprimatur. Neque valet alienatio, aut obligatio, niſi quoad latitudinem vltra bona libera talis poſſeſſoris.*

3 *Obligatio bonorum maioratus aut alienatio ſi facta ſit, appoſita illa clauſula, aut ea ſubintellecta in facultate Regis, non præcedente obligatione aut alienatione bonorum liberorum, quæ vere exiſtant, num alienatio & obligatio bonorum maioratus ſit tunc omnino nulla?*

4 *Exiſtente facultate regia cum eadem clauſula tacita, aut expreſſa, vt obligari poſſint bona maioratus, poſteà fieri non poteſt exequutio in bonis maioratus, niſi facta fuerit prius exequutio in bonis liberis poſſeſſoris, etiam quæ accreuerint vſque ad id momentum.*

5 *Maioratus bona ſi ritè fuerunt obligata, datis ſimul fideiuſſoribus pro eo debito, nec fideiuſſores renunciarunt beneficio, vt prius fieret exequutio in bonis obligatis, non prius fieri poteſt exequutio in bonis obligatis, quam in eis bonis maioratus. Secus ſi renunciarunt: ſed ipſi tunc recurſum habent aduerſus bona maioratus.*

6 *Maioratus bona ſi ritè alienata irreuocabiliter iam ſint, eo quòd non fuerint tunc bona libera poſſeſſoris maioratus, eſto poſt eam alienationem irreuocabilem cõſummatam, eidemq; poſſeſſori bona libera adueniant, nõ retractatur alienatio ſemel ritè conſummata, ſed ea bona pertinent ad ipſum, & ad hæredes ipſius.*

7 *Maioratus bona ſi obligata fuerunt in defectum bonorum liberorum poſſeſſoris maioratus, & idē poſſeſſor ante eam obligationem contraxerat alia debita, etiam perſonalia, de bonis liberis ſoluenda ſunt debita illa antea contracta.*

8 *Contrarium eſt dicendnm, ſi debita fuerunt contracta poſt obligata bona maioratus & libera, tacitè ſaltem. Excipitur, niſi ea debita rationabiliter ſint contracta, ita quòd commodè ac rationabiliter vitari alienatio non potuerit.*

Diſputatio hæc præcipuè non habet locũ, quando bona maioratus vendi, aut obligari, permittuntur ex neceſſitate, aut in vtilitatem ipſiuſmet maioratus, aut in cauſam publicam, ad ſubueniendum reipublicę, iuxta ea quæ diſputatio. 640. 641. 644. 646. 649. dicta ſunt: tunc enim ratio nõ eſt habenda bonorum poſſeſſoris maioratus, quæ prius alienētur, aut obligentur, ſed ſolùm aliorum bonorum liberorum ipſius inſtitutoris maioratus, quæ rarò eſſe ſolent, niſi tempore eius, in quo maioratus fuit primo inſtitutus, ha-

T

habendaque eſt eorum ratio,vt prius ex illis ſoluantur debita,& onera,inſtitutoris,quàm,ad illa ſoluēda ac implenda , bonum aliquod maioratus alienetur,aut obligetur , vt diſputatio. 640.& alijs citatis, dictum eſt. Solum verò habet præcipuè hæc diſputatio locum,quãdo in ſubſidium, quia poſſeſſor maioratus non habet ſufficientia alia libera bona , vnde aliquid fiat,vt vnde dotet filiam,aut quæ poſſit obligare pro dote,quam ipſe,aut filius ipſius , qui ſuccedere debet in maioratu,accipit cū vxore , aut ſimul pro arrhis ſoluendis , vel ex aliqua alia cauſa ei permittitur,ad aliquid alienare quippiam de maioratu, vel obligare ad id maioratus bona hypothecæ ea in id ſubijciendo. Tametſi,vt diſp.649. iunctis ijs,quę in poſteriori parte diſput.648.dicta ſunt,à nobis eſt comprobatum,illæ non ſint iuſtæ cauſæ, ex quibus princeps licitè,aut validè poſſit eas facultates concedere. Quia tamen conceduntur,miniſtris,quos vocant *de la camera*, aliorum autoritate ductis,id licitè ac validè fieri poſſe hactenus arbitrantibus , de hac re erit dicendum: & quoniam aliqua fortè occurrere poterit legitima cauſa , ex qua ſimile quid validè ac licitè concedatur.

1 Molina libr.4.de primog.cap.7. in princi. refert, in regijs facultatibus,quæ ad bona maioratus alienãda,aut hypothecæ ſubijcienda,conceduntur,frequēter ſolere addi clauſulam;quòd prius alienentur,aut obligentur,bona libera (intellige poſſeſſoris maioratus) & eis deficientibus,alienentur,aut obligētur, bona maioratus ; aut quòd alienatio,vel obligatio, fieri valeat de bonis maioratus, deficientibus bonis liberis poſſeſſoris . Refert etiam,interdum facultates abſolutè concedi,vt alienari,aut obligari,poſſint bona maioratus ad aliquid , nulla appoſita ſimili clauſula. Et quidem,quando facultas concederetur ad alienandum,vel obligandum,bona maioratus,ex cauſa ipſiuſmet maioratus,aut publica,ad quam poſſeſſor maioratus tribuere non teneretur de ſuis proprijs bonis liberis,aut de reditibus maioratus, iuxta ea quæ diſputationibus citatis explicata ſunt , tunc, eſto apponeretur ea clauſula , cenſenda eſſet appoſita ex conſuetudine expedientis litteras , & ex eiuſdem,vel imperitia,vel inaduertentia, ac proinde de illa non eſſet curandum,ſed alienari,aut obligari,ad id poſſent ſola bona maioratus, etiamſi poſſeſſor illius multa ſua bona libera haberet : quoniam ſumptus illi de ſolis bonis maioratus fieri debent,vt diſputationibus citatis dictum eſt; irrationabiliterque tunc princeps vellet,vt prius in eo euentu alienarentur,aut obligarentur , ad id bona omnia libera poſſeſſoris maioratus,& vt ſolum, in eorum defectum, alienarentur,& obligarentur bona ipſius maioratus quod de intento principis nulla ratione eſt præſumēdum: eaque de cauſa clauſula illa conſuetudini,imperitiæ,aut oſcitantiæ,litteras expedientis,eſt tribuēda. In ſequentibus ergo non loquemur in hoc euentu,ſed in alijs,in quibus diximus præcipuè habere locum hanc diſputationem .

2 His ita conſtitutis,primum dubium in hac diſputatione eſt . Si conceſſa ſit regia facultas abſoluta ad alienandum, vel hypothecæ ſubijciendum bona maioratus,nulla earum clauſularum appoſita,quæ frequentius apponi conſueuerunt, quod ſcilicet id fiat, deficientibus bonis liberis poſſeſſoris maioratus,aut inſtitutoris illius,quæ prius alienentur, aut obligentur,vtrum ſubintelligenda ſit ea clauſula, ita vt procedi non poſſit ad alienandum, aut obligandum bona maioratus , niſi quo ad id,quod defuerit , alienatis prius,aut obligatis bonis liberis. Molina vbi ſup. à numero 1.partem affirmantem amplectitur,quam veram eſſe exiſtimo. Eam probat ex lege,pater filiū in princip.verſ.idem quæſiuit,ff.de leg.3. vbi habetur , fideicommiſſi bona alienari poſſe ad ſoluenda

A debita teſtatoris, qui illud reliquit,quando non ſunt alia bona libera eiuſdē teſtatoris, vnde ea debita ſoluantur:ſecus quando ſunt alia bona,vnde ſoluãtur : quarè facultas ex iuſta cauſa ad alienãdum bona fideicommiſſi,aut maioratus,ad aliquid efficiendum, ſemper intelligitur , niſi adſint bona libera vnde id fiat , aut quatenus bona libera ad id efficiendum nō ſufficerent:alioquin profectò,neque adeſſet iuſta & ſufficiens ad id cauſa,neque licitè, neque validè,poſſet princeps id concedere in detrimētum iuris fideicommiſſarij,aut vocati vlterius ad maioratum: quo fit,vt, eſto ea clauſula non exprimatur,ex natura ipſa rei,iuriſque diſpoſitione,ſit intelligenda,neque vlla ratione ſit præſumendum , principem aliud velle, aut concedere : cum neque,ſi id vellet,aut intende- B ret , licitè , aut validè, poſſet illud efficere , præiudicando,ſine vlla iuſta cauſa,iuri ea in parte fideicommiſſarij, aut vlterius vocatorum ad eum maioratū . Atque hæc ſanè ſola ratio ad intentum probandum ſufficit, quam non ita efficaciter conficit ac explicat Molina vbi ſupra. Deinde eam probat ex authētica res quæ,C.communia delegatis,& ex authētico,vnde illa deſumitur,quibus in iuribus,vt diſ.649.explanatum eſt,conceditur fideicommiſſario vlterius grauato,fideicommiſſum reſtituere,ex illo dotare filiã, aut nepotem,deſcendentem teſtatoris, qui id fideicommiſsum inſtituit,quando legitima talis filiæ, & alia bona libera eiuſdem filiæ, ac patris,ad id nō ſufficiunt:ſecus verò ſi ſufficiant:quarè facultas ex iuſta cauſa ad alienãdum bona fideicommiſſi, aut ma- C ioratus,vt aliquid fiat , quod alioquin efficere debebat fideicommiſsarius,aut poſseſsor maioratus , de bonis ſuis,intelligitur ſimiliter, niſi adſint bona libera eiuſdem fideicommiſsarij, aut poſseſsoris maioratus,quæ prius ad id alienentur,aut obligentur, aut quatenus ea bona ad id non fuerint ſatis:alioquin ſimiliter,neque adeſset iuſta & ſufficiens ad id cauſa, neque licitè,neque validè,poſset princeps id concedere,locumque ſimiliter haberent reliqua,quæ præcedente ratione addita ſunt,& quæ breuitatis cauſa non repeto. Atque hæc ratio probat,de bonis liberis fideicommiſsarij,aut poſseſsoris maioratus: præcedēs verò de bonis liberis inſtitutoris fideicommiſſi, aut maioratus .

Quia ex ſtylo cameræ Regis, licet frequentius in D eiuſmodi facultatibus apponi ſoleat clauſula illa, interdū tñ omittitur; ſummoque conatu contēdere ſolēt,qui eas facultates petunt,vt omittatur, idque obtinēt,id verò contēdunt,quia ea appoſita,rarò inueniunt,qui annuos reditus emere ex tali regia facultate in rebus maioratus uelint, & ea non appoſita,facilius,qui eos emãt,inueniūt,vt Molina vbi ſup.nu.3. hæc oīa teſtatur. Hinc ſubiungit,cū in quadam eiuſmodi facultate appoſita nō fuiſset clauſula illa,obligataque fuiſsent ſola bona maioratus,ſe vidiſse propoſitã qōnem ſatis controuerſã , an ſub intelligēda nihilominus eſset ea clauſula,neque valeret obligatio,procedive nō poſset ad alienationē ob talē obligationē bonorū maioratus,niſi deficiētibus , aliena- E tiſq; ad id prius bonis oībus liberis. Contendebatur quippe , ꝙ,cū ex ſtylo cameræ regiæ interdū apponatur ea clauſula,& interdum omittatur,ēt de induſtria,contēdētibus & obtinētibus id,qui eã facultatē petunt , quando apponitur , ſeruanda eſset forma : quando verò omittitur, pro omiſsa,minimeque ſeruanda,eſset ea clauſula habenda:quia,quando princeps id ſeruari vult,illud in facultate exprimit : quãdo uerò illud non exprimit , ſignum eſt,ad id nō intēdere obligare:quoniam,ſi ſeruari vellet, ad idque obligare intenderet, illud expreſſiſset. Hac tamen conſideratione non obſtante, Molina ibidem nu. 5. meritò ſubiungit, non ſatis eſse clauſulæ illius omiſſionem,vt ſubintelligi , ſeruarique non debeat , ſed neceſ-

neceſſariam ad id etiam eſſe appoſitionem clauſulę, non obſtantibus iuribus à nobis ſupra citatis, aut alterius clauſulæ æquipollentis, qua iuribus illis ſufficienter derogetur. Ego verò dico, principem, neque licitè, neque validè, apponere poſſe eam clauſulam, qua præiudicium afferatur iuri vocatorum vlterius ad eum maioratum; vt ſatis perſpicuè probant duæ rationes ex iuribus citatis à nobis ſupra confectæ.

Ex dictis infert Molina, quando poſſeſſor maioratus ex facultate, in qua omiſſa eſt clauſula illa, deficientibus alijs bonis liberis, obligauit ſola bona maioratus, cum tamen eſſent bona libera, quæ poſſent obligari, & quæ prius obligari & alienari, ad id deberent, poſſe filium primogenitum, aut quemcunque alium ſucceſſorem in maioratu, tempore mortis anteceſſoris, reuocare eam obligationem, aut alienationem, ſaltem quoad latitudinem bonorum liberorũ, quæ obligari, aut alienari, prius debebant, vt mox dicetur: eaque de cauſa debere eſſe cautos creditores, vt non ex ſola eius clauſulæ omiſſione perpetuam ſecuritatem ſibi promittant, & vt ſaltem, cum bonis maioratus, obligari, ſubijcive hypothecæ faciant cætera bona libera eiuſdem maioratus poſſeſſoris, vt, ſi à bonis maioratus omnino, aut ex parte, excludãtur, eò quòd eſſent bona libera, quæ prius obligari ac alienari debebãt, recurſum ad ea habeant: id quod moleſtiſſimum, ac valdè nociuũ eſſet cæteris filijs eiuſdem maioratus poſſeſſoris.

3 Secundum dubium eſt. Si appoſita clauſula illa in facultate Regis, aut ea ſubintellecta, facta ſit obligatio bonorum maioratus, aut alienatio, non præcedente obligatione, aut alienatione, bonorum liberorum, quæ verè exiſtant, num obligatio, & alienatio, bonorum maioratus, ſit tunc omnino nulla; an verò ſolum vſque ad quantitatem bonorum liberorum, quæ prius obligari, & alienari debebant ita vt quoad reſiduum ſit valida. Ad hoc placet reſponſio Molinæ vbi ſupra numero ſexto, nempe non eſſe omnino nullam, ſed ſolum quoad quantitatem bonorum liberorum, quæ prius obligari & alienari debebant: quoad reſiduum verò eſſe validam, niſi ſit talis res, quæ ex parte non potuerit alienari, aut obligari: & conſentiunt quoad hoc vltimum, quæ diximus diſputatione 467. Ratio autem præcipua huius aſſerti eſt, quoniam clauſula illa adhibita, aut ſubintellecta, in ea facultate, non eſt conditio, cuius tranſgreſſio reddat nullum omnino vſum eius facultatis, ſed ſolum eſt reſtrictio eius facultatis, vt ſcilicet alienatio, aut obligatio, bonorum maioratus, non habeat locum, niſi in defectum bonorum liberorum, & præcisè quantum fuerit opus vltra bona libera, vt intuenti formã facultatis, quando in ea apponitur ea clauſula, eſt ſatis perſpicuum, atque ex intento eam apponentis ſatis conſtat. Quarè ſicut quando ex facultate Regis ad inſtituendum maioratum contingendo legitimas filiorum, appoſita expreſsè clauſula, vt competentia alimẽta ſingulis filijs relinquantur, vel illa ex ipſamet rei natura intellecta, ſi maioratus inſtituatur, non relictis ſingulis filijs competentia alimenta, valida eſt inſtitutio, detrahendo de illa ſolum vſque ad competentia alimenta ſingulis filijs, quoad quàm quantitatem ſolã eſt nulla ea inſtitutio, vt diſput. 578. concluſ. 3. & diſputatione 616. §. dubium deinde eſt, explanatũ fuit; eò quòd ea clauſula non ſit conditio, ſed reſtrictio facultatis, vt ſolum ſe extendat ad cætera bona, non verò ad competentia alimẽta filijs debita: ita res habet in propoſito.

4 Tertium dubium eſt, quando regia facultas conceditur, vt bona maioratus hypothecæ ſubijciãtur, ſeu obligentur, appoſita, vel intellecta, clauſula, non exiſtentibus alijs bonis liberis, quæ obligentur, aut hypothecæ ad id ſubijciantur, num intelligi id de-

A beat de bonis liberis, quæ fuerint tempore, quo contrahitur ea obligatio ac hypotheca; an etiam de bonis liberis, quæ fuerint tẽpore exequutionis, ſi opus ſit poſteà vendi pro ea obligatione & debito, bona hypothecata, ita ſcilicet, vt prius oporteat fieri exequutionem, non ſolum in bonis liberis, quę fuerint, aut aduenerint tempore contractę hypothecæ in bonis maioratus, ſed etiam in bonis liberis, quæ accreuerint poſt contractam hypothecam in bonis maioratus, & extiterint tempore talis exequutionis; ſolũque fieri debeat exequutio in bonis maioratus, quoad id, quòd defuerit ad integrum debitum perſoluẽdum, vltra bona libera à principio obligata, aut obliganda, atque etiam vltra bona libera, quæ inſuper reperta fuerint tempore talis exequutionis. Ad quod
B dicendum eſt cum Molina c. 7. citato num. 8. & 19. hypothecam, ſeu obligationem bonorum maioratus, ſolum intelligendam eſſe quoad id, quod defuerit ad integrum debitum ſoluendum, vltra bona libera, tam à principio contractæ hypothecæ bonorum maioratus, ſimul cum illis obligata, aut obliganda, quàm quæ accreuerint, aut aduenerint, vſque ad tẽpus exequutionis. Ratio autem eſt, quoniam, in præiudicium iuris vlterius vocatorum ad eum maioratum, non plus obligari potuerunt bona maioratus, etiam ex facultate principis, quã in defectum vtrorumque bonorum liberorum, vt ex duabus rationibus ſupra factis ſatis eſt manifeſtum: quarè illo modo cenſenda eſt conceſſa facultas à principe, & contracta hypotheca bonorum maioratus.

C Quartum dubium eſt. Si poſſeſſor maioratus ex facultate Regia ritè obligauit bona maioratus, & ſimul ad maiorem ſecuritatem adhibuit fideiuſſores, num in euentu, quod exequutio fieri debeat pro eo debito, deficientibus bonis liberis, in quibus ea fiat, poſſit fieri immediatè in bonis maioratus; an verò prius conueniendi ſint fideiuſſores, & in eorum defectum, fieri debeat in bonis maioratus. Molina vbi ſupra numero 9. diſtinguit. Quòd aut fideiuſſores renunciarũt beneficio excuſſionis: aut ei non renunciarunt: iuxta ea quæ de vtraque re diſputatione 545. copioſè explicata ſunt. In primo euentu, quando ſcilicet beneficio excuſſionis renunciarunt, poteſtque proinde exequutio fieri immediatè, vel aduerſus debitorem principalem, ipſiuſque 5
D bona, vel aduerſus fideiuſſores, bonaque eorum optione creditoris, vt diſputatione citata comprobatum fuit, dicendum eſt. In optione creditoris tunc eſſe, petere ſuum debitum, vel immediatè à fideiuſſoribus, vel ex bonis maioratus actione hypothecaria. Quando enim bona fideicommiſſi, aut maioratus, ritè obligata ſunt, eſto adhibiti ſimul ſint fideiuſſores, & illi beneficio excuſſionis renunciauerint, integrum creditori eſt, exequutionem pro ſuo debito facere, vel aduerſus fideiuſſores, vel in bonis talis fideicommiſſi, aut maioratus: quoniam eo ipſo, quòd ritè pro eo debito obligata ſunt, facta ſunt libera ad effectum, vt deficientibus alijs bonis liberis, fiat in eis exequutio eius debiti. Ita Molina vbi
E ſupra cum Paulo Caſtrenſi, Curt. Iuniori, & Padilla, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua. Idem confirmat Molina, quoniam bona maioratus non plus grauantur ex eo, quòd creditor debitum ex eis exigat, quàm ſi illud ex fideiuſſoribus exigeret: quoniam, vt diſputatione 544. fusè eſt explicatum, ſi creditor ex fideiuſſoribus recipiat debitum, cedere eis tenetur actiones, quas aduerſus poſſeſſorem maioratus, bonaque ipſa maioratus habebat, vt id ipſi recuperent ex bonis maioratus, ex facultate regia factis liberis ad effectum, vt ex eis id debitũ, ad quod ex eadem facultate ſunt obligata, ſoluatur: quin & poſſeſſor maioratus actione mandati, & negotiorum geſtorum, tenetur id omne eis ſoluere de bonis maio-

maioratus, & inſuper tenetur eis ſoluere dãna om-
nia ipſis ex eo ſubſequuta, quòd congruo tempore
creditori non ſoluerit, vt ibidem dictum eſt. In ſecũ
do vero euentu, quando ſcilicet fideiuſſores benefi
cio excuſſionis non renunciarunt, dicendum eſt cũ
eodem Molina vbi ſupra num. 12. Creditorem non
poſſe cogere fideiuſſores ſoluere id debitum, niſi
prius facta excuſſione in bonis maioratus, & quãdo
neque actione hypothecaria potuerit debitum recu-
perare ex ipſis bonis maioratus, tunc ſolum tenebũ-
tur ei fideiuſſores, vt ex dictis diſp. 544. conſtat, reſ-
que eſt ſatis perſpicua.

6 Quintum dubium eſt, ſi regia facultate, deficien-
tibus tempore alienationis bonis liberis, ritè alienen
tur bona maioratus, num, ſi poſt alienationem con-
ſummatam, ſuperueniat poſſeſſori maioratus, qui rẽ
ita alienauit, bona libera, debeat ea alienatio retracta
ri compenſatione facta ex bonis liberis, quæ poſteà
aduenerunt, vt bonum illud ad maioratum regredia
tur. Dicendum autem eſt cum Gregor. Lopez. l. 10.
tit. 26. par. 4. verb. *uendiendo*, col. 5. verſ. quid autem,
& l. 6. titul. 11. par. 6. verb. *que la non pudieſſe uender*,
col. 7. verſ. quid autem ſi Rex, & cum Molina vbi ſu
pra nu. 13. retractãdam non eſſe eam alienationem,
ſed bona libera, quæ poſt eam conſummatã, poſſeſ-
ſori maioratus aduenerunt, ad ipſum, hæredeſq; ip-
ſius, pertinere: ſecus verò eſſet, ſi alienatio non eſſet
conſummata, ſed poſt obligationem contractam, an
te exequutionem, & alienationem proiectam, ea bo
na aduenisſent, vt ſupra dictum eſt. Ratio præcipui
huius aſſerti eſt, quoniam factum legitimè, ſi cõſum
matum ſit, eſto deueniat ad caſum, à quo incipere
non potuit, nõ retractatur, vt habet regula, legitimè
factum, de reg. iur. libr. 6. conſentit gloſſ. communi-
ter recepta in authentica res quæ, C. communia de
leg. verb. obligationem. Lege alia, quibus Molina
idem confirmat.

Vtrum autem ex bonis liberis ita poſt eam aliena
tionem acquiſitis, teneatur poſſeſſor maioratus, &
poſt mortem illius, teneantur hæredes eiuſdem, ſub-
rogare in maioratu aliquid æquiualens rei ex eo ma-
ioratu alienatæ. Greg. Lopez. verſ. quid autẽ ſi Rex,
citato, ait, quòd fortè ad id efficiendum tenebuntur,
& quòd erit optimum conſilium, quòd in regijs fa-
cultatibus ſic exprimatur. Melius verò Molina vbi
ſupra à num. 16. diſtinguit. Quòd ſi res ex maioratu
fuit ſemel irreuocabiliter conſummatè alienata, non
teneantur poſſeſſor maioratus, aut hæredes ipſius,
ex bonis liberis poſteà acquiſitis, quicquam ſubroga
re, vt probant hactenus dicta. Si verò fuit aliquid a-
lienatum reuocabiliter, vt res aliqua cum pacto de re
tro vendendo, vel fuit annuus cenſus redimibilis vẽ
ditus in rebus maioratus, teneatur poſſeſsor maiora
tus id redimere ex bonis liberis, quæ ei aduenerint,
quando, in defectum bonorum liberorum eiuſdem,
id reuocabiliter fuit alienatum: etenim cenſendum
eſt tunc, principem ea lege permittere talem aliena-
tionem, vt ſi bona libera ei adueniant, quorum defe
ctu id permittit, ex eis id redimatur, neque id onus
maioratui, aut ſucceſſoribus in illo, in eo euentu re-
ſeruetur: ſecus verò, quando non in defectum bono
rum liberorum poſſeſſoris maioratus id alienatum
fuit, ſed in vtilitatem ac neceſſitatem maioratus, aut
ex cauſa publica, iuxta ea quæ in principio huius di-
ſputationis dicta ſunt: nam tunc id totum onus, ad
maioratum ipſum attinet, niſi aliquis ex ſucceſſori-
bus ſua liberalitate velit ſolus illud ſubire.

7 Sextum dubium eſt. Si mortuo maioratus poſſeſ
ſore, qui ex facultate regia bona maioratus obliga-
uit, hypothecæue ſubiecit, aut illo adhuc viuente, re-
periantur bona libera illius, ſed tot alijs debitis gra-
uata, vt, ſi inde ea perſoluantur, nihil ex illis ſuperſit,
vtrum debitum tũc pro quo bona maioratus fuerũt

A obligata, ſoluendũ ſit ex eis bonis liberis; an verò ex
bonis maioratus pro eo obligatis. Ad quod dicẽdum
eſt cum Molina vbi ſup. num. 17. Si debita illa fue-
runt contracta antequam bona maioratus pro illo a-
lio debito ex facultate principis hypothecæ fuerint
ſubiecta, tunc, eſto ſint debita perſonalia, ſoluẽda eſ
ſe de bonis liberis: illud verò aliud debitum ſoluen
dum eſſe integrum de bonis maioratus ex facultate
principis pro eo obligatis. Ratio autem eſt, quoniã
non plura cenſentur eſſe bona alicuius libera, quam
quæ ſuperſint, deducto toto ære alieno illius: quarè
facultas principis ad obligandũ bona maioratus pro
debito aliquo in defectum bonorum liberorum poſ
ſeſſoris eiuſdem maioratus, nomine, bonorum libe-
rorum, in eo euentu, non intelligit, quæ obnoxia sũt
B perſoluendis alijs debitis iam contractis, ſed quæ ſu
perfuerint debitis illuc vſque cõtractis perſolutis; ea-
que de cauſa in eo euentu totum id debitũ, pro quo
bona maioratus ex facultate principis fuerunt obli-
gata, ex eiſdem bonis maioratus eſt ſoluendum: ne-
que attendendum arbitror quoad hoc, num debita
antecedẽtia fuerint magis priuilegiata, vel æquè, aut
minus, quàm hoc aliud debitum, vt Molina attẽden
dum innuit.

Præcipua autem difficultas eſt, quando debitum, Quæſtio. 8
pro quo bona maioratus ex principis facultate ſunt
hypothecata, eſt antiquius, quam alia debita, nũ ſol-
ui debeat de bonis liberis, quæ reperta fuerint tẽpo-
re exequutionis, etiamſi ſint apud tertium aliquem
poſſeſſorem, vtpote quæ prius hypothecata fuerunt
C pro eo debito, pro quo etiam hypothecata ſunt bo-
na maioratus, quam hypothecata eſſent pro alijs de
bitis, ſolumque de bonis maioratus, pro eo debito hy
pothecatis, ſoluendum ſit, quod defuerit vltra ea om
nia bona libera, ad integrè ſoluendum id debitum;
eò quòd, vt ſupra dictum eſt, facultas ad obliganda,
hypothecandave, bona maioratus, ſolum intelliga-
tur, obligatis prius generali hypotheca cæteris om-
nibus bonis liberis præſentibus & futuris poſſeſſo-
ris maioratus, factaque prius exequutione in illis,
quam in bonis maioratus; quaſi, licet ex maioratu ob
ligentur ex facultate Regis omnia bona pro eo debi
to, aut ſolum quædam certa, quæ ſufficiant ad inte-
grum id debitum inde ſoluendum, illudque ſuperẽt
in valore, nihilominus cenſeantur ſolum obligata in
D defectum bonorum liberorũ, vnde ſoluatur, & præ-
cisè quantum vltra ea omnia bona libera defuerit ad
integrum id debitum ſoluendum; eò quòd facultas
illa eam tacitam, aut expreſſam, limitationẽ habeat,
iuxta ea quæ ſuprà, præſertim in ſecundo dubio, di-
cta ſunt. Neque refert quòd, hoc dato, cæteri poſte-
riores creditores, non ſolum perſonales, ſed etiam
hypothecarij, manerent fruſtrati ſuis debitis, ſine vl
la ſolutione, niſi fortè eſſent magis priuilegiati: quo-
niam idem prorſus eſſet, quãdo ſola bona libera poſ
ſeſſoris maioratus eſſent hypothecata pro primo de-
bito, quod ea omnia bona exhauriret: reliqui enim
omnes poſteriores creditores, etiam hypothecarij,
manerent ſimiliter fruſtrati ſuis debitis, ſine ſolutio-
E ne, niſi eorum aliquis haberet hypothecã magis pri-
uilegiatam: vnuſquiſque autem videat, cũ quo con-
trahat, & quali ſecuritate, poſtuletque idoneos fidei
iuſſores, vt ſit tutus.

His tamen non obſtantibus, Molina vbi ſup. a n.
18. æquiorem & probabiliorem arbitratur contrariã
ſententiam, nempe, quod nihilominus id debitum,
pro quo bona maioratus fuerunt obligata, debeat in
tegrũ ſolui de bonis maioratus, bonaque libera poſ-
ſeſsoris maioratus ſeruari debeant ſoluendis debitis
poſteriorum creditorum, quando ad ea ſoluẽda ne-
ceſsaria ſunt: tametſi in calce nu. 31. tandẽ rem hãc,
tanquam valde dubiam, cogitandam relinquat, quã-
do caſus occurrerit.

Id

Id verò vt perſuadeat, præmittit. Ad conſtituendam à principio hypothecam in bonis maioratus, ſatis eſſe, quòd tempore contractæ obligationis maioratus, poſſeſſor non habeat bona libera, vel debeantur pro cōtracta prius obligatione. Quod probat ex verbis facultatum, quæ ad alienandum, aut hypothecę ſubijciendum, bona maioratus conceduntur: in quibus frequenter dicitur, quod deficientibus bonis liberis, valeant bona maioratus obligari, vel quòd obligari poſſint, dummodo prius bona libera obligentur, & in eorum defectum obligentur bona maioratus: quo ordine ſeruato, manent ex eo tempore bona maioratus obligata. Quod ſanè eſt veriſſimum, neque enim obligatio bonorum maioratus pendere debet vſque ad tempus exactionis, ſed contrahitur ſtatim, tametſi tempore exactionis nō ſimpliciter ſit mandanda exequutioni ea obligatio, ſed ita demum, ſi alia bona libera non exiſtant, in quibus fiat: id quippe non ad ſubſtantiā obligationis, ſed ad exequutionis actioniſve ordinem ſpectat. Id quod in fideiuſſorijs obligationibus liquet. Tam enim fideiuſſoria, quàm principalis obligatio, ad cuius ſecuritatem fideiuſſio adhibetur, contrahuntur à tempore factæ obligationis; ſed ex ipſa rei natura tempore executionis, prius ſunt excutienda bona principalis debitoris, neque aliter, quā in eorum defectu, poteſt ad bona fideiuſſoris deueniri, niſi huic priuilegio, quod fideiuſſio ex natura ipſa rei habet, fuerit per fideiuſſorem tacitè, aut expreſsè, renunciatum, vt diſp. 345. dictum eſt: hoc tamen priuilegium non tollit, quod fideiuſſoria obligatio ſtatim à principio ſit contracta.

Hoc ita conſtituto, duos euentus diſtinguit Molina. Vnus eſt, quando bona maioratus, hæc, aut illa in particulari, ſubiecta ſunt hypothecæ pro debito aliquo (quod genus hypothecæ, particularis expreſſa hypotheca nuncupatur, vt in materia de pignoribus dictum eſt) & ſimul bona ſubijciuntur hypothecæ vniuerſali pro eodem debito, iuxta clauſulā expreſſam, aut intellectam, facultatis ad ſubijciēdum bona maioratus hypothecæ, de qua in principio huius diſputationis dictum eſt. Alter eſt quando bona maioratus omnia, & ſimul bona libera, pro eodē debito hypothecæ ſubijciuntur.

In primo euentu ait, creditorem, cui ex facultate principis bona aliqua maioratus hypothecæ particulari obligata ſunt, nō poſſe facere exequutionem in bonis liberis, ipſi vniuerſali hypotheca ſimul obligatis, in præiudicium poſteriorum creditorum, quibus uniuerſali, aūt particulari, hypotheca poſterius obligata ſunt, ſi ad ſolutionem ſui debiti ſufficiant bona maioratus ſibi ſpeciali hypotheca obligata, alioquin poſſe extēdere exequutionem, etiam ad bona libera vniuerſali hypotheca ſimul ſibi obligata, quantum præciſè ſit ſatis ad complementum ſui debiti; quoniam l. 2. C. de pignorib. ex quadam æquitate, aduerſus iuris rigorem, ſancitum eſt, vt is, cui aliquid, vel aliqua ſpeciali hypotheca obligata ſunt, etiamſi alia bona eiuſdem debitoris vniuerſali hypotheca ſint etiam ei obligata, non poſſit in præiudicium poſteriorum debitorum facere exequutionem in bonis ſibi vniuerſali hypotheca obligatis, niſi quando bona ſpecialiter ei hypothecata, non fuerint ſatis ad integrum ſuum debitum ſoluendum; atque tunc ſolum poſſe extendere exequutionem ad alia bona ſibi etiam obligata, quantum præciſè ſit ſatis ad ſuum integrum debitum: idque vt omnibus creditoribus, tam prioribus, quā poſterioribus, quoad fieri poſſit, integrè ſoluatur, vt doctores ibi notant. De qua lege, & de eius intellectu, dictum à nobis eſt, diſputat. 536. §. lege 2. C. de pignoribus, &c: Ea autem lex, vt bene Molina vbi ſup. n. 24. cum alijs, quos citat, ait, locum habet, etiamſi aliquid im-

A mobile ſit particulari hypothecæ ſubiectum: tunc enim exequutio non debet incipere à mobilibus vniuerſali hypotheca comprehenſis, in præiudiciū poſteriorum creditorum.

In ſecundo verò euentu, licet ex Corneo, ex Couar. 3. variar. reſolut. capit. 18. num. 2. ver. ſeptimo, & ex alijs referat, quamuis prior creditor habeat hypothecam magis vniuerſalem, ac comprehenſiuam magis, quàm poſterior, ſi non habeat hypothecam particularem rei, aut rerum aliquarum determinatarum in ſingulari, creditorem poſteriorem non poſſe compellere priorem, vt faciat exequutionem in bonis, quæ in hypotheca poſterioris non comprehenduntur: eò quòd l. 2. citata, vtpote quæ exorbitās eſt, extendenda non ſit vltra id, quod diſponit: vult B tamen idem in ſecundo euentu eſſe dicendum, quod in primo: eò quòd hypotheca bonorum maioratus, cum re ipſa maioratus comprehendat certa & determinata bona, quæ neque accreſcunt, neque decreſcunt, dicenda ſit particularis hypotheca, at verò hypotheca bonorum liberorum ſit vniuerſalis, ſeu vniuerſaliſſima: quippe cum idē ſit dicere, ſubijcio omnia bona mea præſentia, & futura hypothecæ, ac dicere, omnia mea bona libera: quoniam non libera, non cenſentur comprehenſa in bonis, quæ hypothecæ ſubijciuntur, niſi ex peculiari principis facultate expreſſè ſubijciantur. Confir. primo. Confirmat Molina vbi ſupra nu. 31. in ſecundo euentu eſſe ſaltem in optione creditoris, cui bona maioratus, & bona libera ſunt obligata, facere exequutionem in bonis maioratus, præ- C termiſſis bonis liberis, quæ poſterius ſint alijs obligata: quoniam non poterit facere exequutionem in bonis liberis ſine litibus cum poſterioribus creditoribus quibus ſunt obligata: quando autem eſt lis &, controuerſia circa vnum pignus, ſeu hypothecam, dimitti illud pignus poteſt, & fieri poteſt exequutio circa aliud, in quo controuerſia non ſit, vt habetur, l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ver. ſed & illud, ff. de re iudicata, cuius verba ſunt. *Sed & illud debet dici, vbi controuerſia eſt de pignore, id dimitti debere, & capi aliud, ſi quod eſt ſine controuerſia.* Addit Molina in confirmationem, opinionem hanc æquiſſimam eſſe: Secundo. ſi enim inquit, debitum, pro quo bona maioratus hypothecata ſunt, ex bonis liberis ſoluendum eſſet, facilè omnia bona libera maioratus poſſeſſoris in hoc D ſolo conſumerentur, omneſque alij creditores, qui frequenter egentes ſunt, creditis ſuis fraudarentur: cum vt plurimum debita hæc maximę quantitatis eſſe ſoleant: quod nimium rigoris cōtineret. Quamobrem, inquit, hanc opinionem, dum ſemel is caſus accidiſſet, admiſſam vidimus.

Deciſio. Arbitror, contrariam ſententiam in vtroque euentu eſſe verā, quod ſatis probabile ſubiungit eſſe Molina, limitatam tn̄, ſeu intellectam, vt ſubiungemus. In primis autem, licet confitendum ſit, ſtatim à principio, qn̄ bona maioratus ex principis facultate hypothecę ſubijciuntur, manere obligata; nihilominus dicendum eſt, manere quidē ea omnia obligata, quæ tunc hypothecæ ſubijciuntur, ſed cum limitatione, E & reſtrictione, quantum ſatis ſit, vt obligatis ſimul bonis liberis, & facta prius in illis exequutione, ſolū ex bonis maioratus exequutio fiat, quantū de fuerit ad integrum debitum ſoluendum: neque enim plus, aut aliter, cenſentur bona maioratus obligata, aut cōcedi poteſt à principe facultas, vt aliter in præiudicium tertij obligentur, nempe in præiudicium vocatorum vlterius ad eum maioratum, vt ſupra dictum eſt, præſertim dubio primo, & ſecundo. Quod verò ad primum euentum attinet ex duobus, quos Molina diſtinguit, ſatis perſpicuum eſt, legem ſecundam Cod. de pignori. locum non habere, quando aliquid ſpeciali hypotheca eſt ſubiectum cum ea limitatione, vt præciſè maneat obligatum in defectum bono-

rum omnium liberorum, quæ ſimul generali hypothecę ſubijciuntur, & conſequenter cum limitatione, vt prius exequutio fiat in eiſdem bonis liberis vniuerſali hypothecę ſubiectis, & poſteà in particulari hypotheca ſolum, quantum defuerit ad integrum debitum ſoluendum. Quòd verò ad ſecundũ euentum attinet, ſanè multo minus habere poteſt locum in illo lex 2. citata, quàm in primo, ex eo quod dicatur, etiam in ſecundo euẽtu hypothecam bonorum maioratus eſſe particularem: quare, cum oſtenſum ſit, eam legem locum non habere in primo euentu, conſtat multò minus habere locum in ſecundo.

Ad primam confir. Ad primam verò confirmationem dicẽdum eſt. multò maiores lites oriri cum poſſeſſore maioratus, & cum ſucceſſoribus in illo, ex eo, quòd creditor eligat facere primò exequutionem in bonis maioratus, multoque facilius in eis vincetur, quàm ſi illam faciat primò in bonis liberis: vnde, quod adducitur ex l. à Diuo Pio, locum non habet in propoſito.

Ad ſecundam. Ad ſecundam verò confirmationem dicendum eſt, non eſſe æquiorem opinionem, quæ veritati non innititur: pauperes verò creditores, videant cũ quo celebrent ſuos contractus, & qua ſecuritate eos celebrent: præſertim cum agatur de præiudicio inſtitutoris maioratus, & vocatorum ad illũ. Rigorem verò huius ſententiæ aduerſus pauperes mitigat ſequens hæc ad illam reſtrictio & explicatio. Quòd ſcilicet, quãdo debita poſteriora rationabiliter ſunt contracta à poſſeſſore maioratus, in rebus, quæ ab illo rationabiliter excuſari non poterant, ſoluenda tunc ex bonis liberis ſint ea omnia debita, etiamſi perſonalia ſint, neque habeant hypothecam tacitã, aut expreſſam. Ratio autem eſt, quoniam princeps, qui facultatem ad obligandum bona maioratus concedit, obligatis prius bonis liberis eiuſdem poſſeſsoris maioratus præſentibus & futuris, in quibus reditus maioratus comprehenduntur, non cenſetur impedire congruos ſumptus, competentemque ſuſtentationem ex illis, poſſeſsoris maioratus, neque id eſſet rationabile: quare ſolum ea bona libera cẽſentur ſimul cum bonis maioratus obligata, quæ ſuperfuerint, deductis competentibus & rationabilibus omnibus expenſis talis poſſeſsoris maioratus.

Ad quem autem probare attineat, bona libera non exiſtere, vt ad exequutionem in bonis maioratus poſſit deueniri, lege Molinã vbi ſup. à nu. 32.

DISPVT. 654.

Maioratus ſucceſſor num ob ingratitudinem, vel in inſtitutorem, vel in anteriorem maioratus poſſeſſorem, poſſit ſucceſſione in illo priuari.

SVMMARIVM.

1 *Maioratu priuari non poteſt quis ob ingratitudinem, aut aliud delictum, in anteceſſorem in eo, qui inſtitutor eius maioratus non fuerit.*

2 *Regno priuari non poteſt legitimus in eo alioquin ſucceſſor, propter ingratitudinem in patrem Regem, cui ſuccedere debet, eſto pater legitimè eum exhæredaſſet.*

3 *Maioratu priuari poteſt ſucceſſor propter ingratitudinem in prædeceſſorem, quando inſtitutor id decreuit ac ſtatuit.*

4 *Maioratu inſtituto ex legitima ad eum vocati, quando priuandus ſit ob ingratitudinem, aut delictum, in inſtitutorẽ, quando non item. Et quando commoditas pertineat ad fiſcum, ob delictum poſſeſſoris.*

5 *Maioratu hæredis titulo, non ex legitima, inſtituto, quando priuandus ſit, aut non ſit, ſucceſſor ob ingratitudinem, aut ob aliud delictum, in inſtitutorẽ commiſſu, & quando commoditas ad fiſcum attineat.*

6 *Maioratu inſtituto irreuocabiliter, quando ſucceſſor priuari eo poſſit, aut non poſſit, ob ingratitudinem ac delictum in inſtitutorem, & quando commoditas ad fiſcum attineret.*

7 *Maioratu irreuocabiliter inſtituto titulo legati fideicommiſſi, aut contractu inter viuos, quando ſucceſſor excludatur ob ingratitudinem ac delictum in inſtitutorem, & quando commoditas ad fiſcum pertineat.*

Dicendum eſt deinde de amiſſione maioratus, ob culpam eius, qui illum amittit, ſiue antequam ad poſſeſſionẽ illius aduenerit, ſiue poſt illam adeptam. Et primò ob ingratitudinem. 1

Atque, ſi de poſseſsore maioratus, qui inſtitutor illius non eſt, agemus, paucis eſt dicendum. Ob ingratitudinem aduerſus ipſum commiſsam, ſucceſsorem in eo maioratu non poſse illo priuari. Ita communis ſententia, quam Molina, lib. 1. de primogen. cap. 9. à nu. 2. refert ac ſequitur, eandemque amplectuntur Anto. Gom. l. 40. Tauri num. 71. & Acoſta de patruo & nepote, par. 3. nu. 21. Ratio autem eſt, quoniam, cum hic nouus ſucceſsor in eo maioratu, non debeat illum accipere à proximo poſseſsore illius, neque ex præſcripto illius, neque tanquam hæreditatem, & bonum illius, ſed illum accipiat ab inſtitutore, ex præſcriptoque inſtitutoris, & tanquam bonum illius, ſibi tanquam fideicommiſsum vniuerſale, aut particulare, vel tanquam rem donatam ſub modo, in tempus vitæ ſuæ relictum; vtique ingratitudo, aut delictum aliud, aduerſus immediatum poſſeſsorem, non eſt cauſa, vt priuetur ea ſucceſſione; ſed, ſi pœna ob id delictum is ſucceſsor ſit dignus, à iudice eſt ea puniendus, illi infligendo, quam pœnã in eo euentu leges alioquin ſtatuunt, vel alia arbitraria. Conſentit l. filiusfamilias, §. cum pater. ff. de legat. 1. vbi filius exhæredatus legitimè à patre, capit nihilominus fideicõmiſsum tali patri, ab auo ita exhæredati, relictum filijs ac familiæ. Conſentiũt etiã alia iura, quæ Molina vbi ſup. citat. Sicq; ex Peralta refert, pronunciatũ fuiſse in ſupremo regio Caſtellæ ſenatu circa Ducißam de *Najara*, & Comitiſsã de *Valencia*, quam pater exhæredauerat omnib. bonis: comprobata enim fuit ea exhæredatio in bonis patris liberis: non verò quoad bona maioratus, à prædeceſſoribus vinculo alligata maioratus.

Emmanuel Acoſta vbi ſup. nu. 13. cenſet, ſi pater regni poſſeſſor, exhæredet legitimè primogenitum ſuum regni ſucceſſorem, manere eo ipſo priuatũ regno. Ducitur, qm̃ arbitratur, regnum hæreditatẽ eſſe, iureq; hæreditario deferri. Cùm autem regnum nũquam hæreditario, ſed ſemper ſanguinis iure, atque ex pacto & prouidentià, deferatur, vt diſp. 626. & alijs ſequentibus, luce clarius eſt demonſtratum, quo in loco, Caput, licèt de voto, copioſè ac legitimè à nobis eſt explanatum, euerſa profectò manet illius hac de re ſententia. 2

Obſerua tamen, ſi maioratus inſtitutor ſanciret, vt ſucceſſor in maioratu, propter ingratitudinem aduerſus proxime maioratus poſseſsorẽ, poſset ab eo excludi, tunc ob tale delictum excludi poſset, vt cum Peralta rectè ait Molina vbi ſupra. num. 3. Peralta conſulit, vt maioratus inſtitutores eam clauſulam in inſtitutione adhibeant, ne ſucceſſores in maioratu inſolentes ſint aduerſus anteceſſores poſſeſſores: annuitque Molina, modo tamen anteceſsores poſſeſsores pater ſint, aut auus, vlterius ad eunt maioratum vocati: quoniam eiuſmodi ſucceſsor plus reuerentiæ debet patri, & auo, quàm alijs remotioribus maioratus poſſeſſoribus. 3

Quan-

4 Quando ingratitudo, aut delictum, commiſſa ſunt aduerſus inſtitutorem ipſum maioratus diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi maioratus inſtitutus eſt ex legitima illi in bonis inſtituentis debita, qui ad eũ vocatur, quique ingratitudinem aduerſus inſtitutorem commiſit, tunc, ſiue maioratus teſtaméto, ſiue quacunque alia ratione, ſit inſtitutus, & ſiue ante inſtitutionem, ſciente, vel ignorante inſtitutore, delictum ac ingratitudinem, ſiue poſt inſtitutionem, ante mortem inſtitutoris, vel eo iam defuncto, delictum, ſeu ingratitudo, ſint cõmiſſa, ſanè, niſi inſtitutor maioratus exhæredet teſtamento ita ad eum vocatum, inſerta cauſa legitima exhæredationis, ac ſufficienter probata per ipſum inſtitutorem, aut per hæredem, aliumve ad eum maioratum vocatum, ille ingratus ad eum maioratum vocatus, ſuccedit in illo, tum in exteriori, tum etiam in conſcientiæ foro: ſecus autem, ſi ipſemet maioratus inſtitutor eum exhæredaret in teſtamento appoſita in eo legitima cauſa exhæredationis ac probata legitime per ipſum aut poſtea per hæredem, aut ſucceſſorem: tunc enim ita exhæredatus excludetur ab eo maioratu, ſiue ſit iam in poſſeſſione illius, ſiue non, & ſuccedet ulterius ad eum vocatus, vel fiet ex eo maioratu, quod diſpoſuerit, qui illum inſtituit. Ita Molina vbi ſupra à num. 8. & à nume. 15. atque perſpicue hæc omnia conſtant ex dictis copioſe à nobis diſp. 175. vbi late oſtendimus, eum, cui ita legitima debetur, ac proinde ita vocatum ad eum maioratum, non aliter poſſe priuari à parente, qui illum inſtituit, ſua legitima, & in conſequentiam maioratu ex ea legitima inſtituto, quam facta ab eodem parente exhæredatione illius à tali legitima, inſerta eius exhæredationis iuſta cauſa ex his, quas diſpu. 176. ſequenti explicauimus: neque ſufficere aliam cauſam, præter illas, etiamſi æque grauis, aut grauior, illis ſit, vt diſp. 176. ſatis efficaciter, ni fallimur, probauimus aduerſus Molinam, c. 9. citato, & aduerſus pleroſque alios, quos ibi citauimus. Quia ergo hæc omnia locis citatis ſuſe à nobis oſtenſa ſunt non plus immoror in illis nunc probandis, ac explicandis.

Dices. Quamuis exhæredatio illo modo cauſa inſerta & probata, neceſſaria ſit, vt vocatus ita ad maioratum, eo poſſit priuari, quoad legitimam præciſe ipſius, qua conſtat talis maioratus; ſi tamen maioratus conſtaret ſimul alijs bonis inſtitutoris, vt regulariter conſtare ſolet, neceſſaria non eſſet talis exhæredatio, vt excluderetur ab eo maioratu, quoad incrementum illud bonorum, quo ita ſimul cõſtaret, ſed ſufficeret ingratitudo, quam ſufficere ſubijciemus ad excluſionem ab integro maioratu in euentibus, in quibus maioratus non conſtat legitima debita vocato, aut vocatis, ad illum. Ad hoc dubium reſpondet optime Molina vbi ſup. num. 16. Quod quia maioratus res eſt indiuidua, quæ vnita, minimeve diuiſa, deferri ſemper ad vnum debet, ex ipſamet maioratus natura, voluntateque inſtitutoris, vtique eo ipſo, quod vocatus ad maioratum, in quo legitima ei debetur, excludi non poteſt ab ea parte eius maioratus, niſi exhæredetur, appoſita & probata legitima exhæredationis cauſa, neque etiam excludi poteſt à reliqua eiuſdem maioratus parte, niſi ſeruata eadem forma, & conditione. Poſſet quidem maioratus illius inſtitutor declarare ac velle, quod ſi cauſa exhæredationis non probaretur ſufficienter, aut ſi is, cui legitima ex illo debetur, poſt mortem ipſius, ipſove id ignorante dum uiueret, aliquam ingratitudinem committeret, diſſolueretur maioratus quoad eam legitimam portionem, & quoad reliquum is excluderetur ab eo maioratu, ſtandumque tunc eſſet voluntati ac diſpoſitioni illius: interim tamen, dum id nõ ſtatueret, maioratus ex ſua natura, ac ex præſumpta inſtitutoris voluntate, manere, deferrique deberet A indiuiſus, & cum neceſſario deferretur, quoad legitimam, ad ita ingratum, per concomitantiam deferretur etiam quoad reliquum. His accedit, exhæredationem fieri debere in totam hæreditatem alicui debitam, aut relictam, vt ſit valida, vt diſp. 175. §. exhæredatio, vt ſit ualida, dictum eſt.

Illud vero eſt obſeruandum, ſi ingratitudo, vel delictum, eſſet tale, quod ob illud, qui id committeret, priuandus eſſet hæreditate fiſco, tanquam ea indignus, vt ſi interficeret inſtitutorem maioratus, vel aliquid aliud committeret, ex ijs, quę diſp. 178. commemorata ſunt, ob quæ quis, tanquam indignus, priuatur hæreditate, pertinetque ad fiſcum, tunc, quamuis maioratus ille, ob vinculum, non pertineret ad fiſcum, neque quoad proprietatẽ, neque quoad vſum B fructum, ſed finita uita talis propter id delictum maioratu indigni, attineret ad ulterius ad illum vocatum; commoditas tamen ex eo maioratu, interim dum talis, illo indignus, viueret, ad fiſcum utique attineret. Ita Molina vbi ſup. nume. 12. Lege quæ diſput. 178. & in calce diſp. 624. dicta ſunt. Et ſimul obſerua, ſi tale eſſet delictum, ob quod incapax omnino ſucceſſionis, ac proinde ſucceſſionis in eo maioratu, efficeretur, qui illud committeret, tũc neque commoditas tranſiret ad fiſcum, ſed continuo maioratus ad eum deuolueretur, qui vlterius ad illum eſſet vocatus, vt cum alijs, quos citat, affirmat Molina ubi ſup. nume. 27. Qui vero hi ſint, tum de iure communi, tum de iure huius Caſtellæ regni, aut Luſitani, lege, quæ diximus diſput. 154. 481. in calce diſputationis C 624. & diſput. 605. Hoc uero limita, niſi talis ſit maioratus, & tale delictum, ob quod maioratus extinguatur, & pertineat ad fiſcum, iuxta ea, quę intra ſuo loco dicenda ſunt: tunc enim ea omnia bona talis maioratus ſpectant omnino ad fiſcum.

Quando vero maioratus titulo hæredis eſt inſtitutus, cæterum non ex legitima eius, qui ad eum proxime vocatur, quique hęres eorum bonorum ita vinculatorum inſtituitur, tunc, quamuis integrum ſit inſtitutori reuocare eum maioratum interim dum viuit, etiamſi nullæ inimicitiæ inter ipſum, & ita ad eũ vocatum, ſint exortæ, nullamque vocatus ingratitudinem committat; ſi tamen, dum viuit, eum non reuocet, eſto, inſtitutore viuente, exortę ſint graues inimicitiæ inter ipſum, & ita vocatum & eſto vocatus D cauſa fuerit earum inimicitiarũ, atque eſto vocatus quamcunque ingratitudinem, inſtitutore viuente, aut eo iam defuncto, aduerſus eum committat, imo eſto inſtitutorem interfecerit, non cenſetur reuocata maioratus, eaque hæredis, inſtitutio. Si tamen crimen ſit de numero eorum, propter quæ hæres efficitur hæreditate indignus, iuxta ea quæ diſpu. 178. explanata ſunt, tunc amittit fiſco, non quidem maioratum, ob vinculum illius ſed commoditatem ex illo, interim dum, qui tale crimen commiſit, viuit, modo feratur ſententia, qua ad eam pœnam is condemnetur. Excipe, niſi inſtitutor maioratus ſciuerit delictum dum viueret, illudque remiſerit, ſaltem virtute, eum uidelicet maioratum eo modo inſtituendo E poſt ſcientiam eius delicti, aut antea eo modo inſtitutum, cum poſſet, ſufficienſque ad id tempus haberet, illum non reuocando. 5

Prima totius huius aſſerti pars, quod ſcilicet is maioratus inſtitutor poſſit, dum viuit, pro libito eũ reuocare, etiamſi nullæ inimicitiæ ortæ ſint inter ipſum, & ad eum vocatum, nullamque hic aduerſus inſtitutorem commiſerit ingratitudinem, ſatis ex ſe perſpicua eſt. Voluntas quippe teſtatoris vſque ad mortem eſt deambulatoria, poteſtque proinde teſtator, interim dum viuit, pro libito reuocare quicquid per vltimam voluntatem antea ſtatuerit.

Secunda vero, quod ſcilicet, ſi dum viuit, eum nõ reuocet, eſto ortę ſint graues inimicitiæ inter ipſum,

A & vocatum ad eum maioratum, culpa ita vocati, imo eſto vocatus inſtitutorem interficiat, valida nihilominus ſit ea maioratus atque hæredis inſtitutio, conſtat ex diſcrimine, quod ea in parte eſt inter legata, de quibus mox dicetur, & hæredis inſtitutionem, quod ſcilicet hæredis inſtitutio illis de cauſis inualida non reddatur, niſi à teſtatore reuocetur, vt conſtat ex l. ex parte. ff. de adimend. leg. & tradit gl. 1. l. 3. §. vltim. ff. eo. tit. atque affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina ca. 9. citato, nu. 25. refert ac ſequitur, reiecta opinione Barto. qui, confundens cauſas, ob quas aliquis redditur hæreditate indignus, & ob quas hæreditas ad fiſcum pertinet, cum cauſis vnde inſtitutio hæredis nulla reddatur, perperam affirmauit, quod ſi inimicitiæ culpa hæredis ſint ortæ, reddatur propter eas inualida hæredis B inſtitutio.

Vltima vero pars, & limitatio illi ſubiuncta, explanata, comprobataque à nobis eſt diſput. 178. citata, iunctis ijs, quæ ante hoc totum aſſertum dicta à nobis ſunt, eamque, cum limitatione ſubiuncta, affirmat Molina vbi ſup. num. 24. cum communi doctorum ſententia, quam refert. Quibus nume. 27. in hoc euentu addit, quando crimen redderet incapacem omnino ſucceſſionis in hæreditate, in eoq́; proinde maioratu, eum, qui illud commiſiſſet, aut ſuperueniret alia cauſa, ex qua incapax redderetur, tūc, neque commoditatem maioratus pertinere ad fiſcum, ſed maioratum cum tota illius commoditate ſpectare eo ipſo ad vlterius ad eum vocatum, idemque eſſe dicendum, quādo inſtitutio haberet clauſulam, quod C ſtatim, commiſſo crimine, maioratus deuolueretur ad ulterius ad eum vocatum. De qua re infra dicetur, ſimulque explicabitur, quando maioratus, crimenque, ſint eius naturæ, vt continuo maioratus extinguatur, integerque deuoluatur quoad omnia bona, ex quibus conſtabat ad fiſcum.

6 Si maioratus, non titulo hæredis ſit inſtitutus, ſed donationis, aut legati, vel alio ſimili, tunc, ſi irreuocabiliter ſit inſtitutus, priuari eo non poteſt ingratus aduerſus inſtitutorem, niſi ex cauſis ingratitudinis, ex quibus donatio, etiam conſummata traditione, poteſt reuocari, iuxta legem. vlt. C. de reuoc. donat. Ita communis doctorum ſententia, quam Molina, c. 9. citato, nu. 31. refert ac ſequitur. Et quoniā id copioſe à nobis diſp. 281. explanatum eſt, eo lecto D rem remittimus.

Hinc conſtat, propter inimicitias ortas inter inſtitutorem, & vocatum ad maioratum priuari eo nō poſſe vocatum ad eum maioratum, niſi ortum habeant ex aliqua ingratitudinum ea lege contentarū, vt cum Molina, & communi doctorum ſententia, diſputatione citata dictum eſt. Quod ſi delictum tale ſit, vt propter illud vocatus ad maioratum eo reddatur indignus, tunc vtilitas ex eo maioratu pertinebat ad fiſcum, interim dum vocatus ad eum vixerit, niſi ſimul delictum ſit tale, vt propter illud ſit etiam eo omnino priuandus.

Illud obſerua, ex eo, quod ingratus in inſtitutorem, tali maioratu priuetur ob aliquam ex cauſis lege citata commemoratis, nō propterea diſſolui maioratum, ſed tranſire ad ulterius ad eum vocatum, qui ingratus non fuerit: ei enim à principio cenſetur etiam facta eadem donatio, ſub modo, quæ proinde comparatione ipſius, & vlterius ad eum vocatorum, non poteſt ſine cauſa legitima reuocari. E

Molina vbi ſupra, cum communi doctorum ſententia, aſſeuerat, vocatum ad eiuſmodi maioratū irreuocabilem, non ſolum poſſe eo priuari ob aliquā ex cauſis ingratitudinis l. vlt. citata commemoratis, ſed etiam ex alijs æqualibus, aut grauioribus cauſis, nos vero ſatis ſolide, ni fallimur, oſtendimus contrarium diſp. 281. citata.

Eadem diſputatione cum Molina, & cum communi doctorum ſentētia, quam retulimus, diximus, quamuis, ſi cauſa ingratitudinis, ſufficiens ad priuādum ingratum eo maioratu, cognita fuit à maioratus inſtitutore, nec eum illo priuauit, aut priuare eſt aggreſſus, cum poſſet, non poſſint poſtea hæredes inſtitutoris, vlteriusve ad eū maioratum vocati, priuare eum ingratum eo maioratu ex illa cauſa; ſi tamen inſtitutor maioratus illam ignorauit, aut cum eam ſciuerit, neque illam remiſit, neque tempus habuit ad intentandum priuare ita ingratum eo maioratu, poſſe hęredes inſtitutoris, vocatumve vlterius ad eum maioratum, illum eo priuare, intentando, loco defuncti, aduerſus eum accuſationem cauſamq́; ingratitudinis aduerſus eum probando.

Ex dictis eadem diſputatione liquet, ingratū antequam cauſa ingratitudinis aduerſus ipſum ſufficiēter probetur, & feratur ſententia, non teneri relinquere maioratum, ſed tuta conſcientia poſſe illū retinere: eo quod diſpoſitio legis vltimæ. C. de reuoc. donat. pœnalis ſit, ac proinde locum non habeat ea diſpoſitio, niſi poſt latam ſententiam.

Poſtremò illud admonuerim, ſi maioratus eſſet inſtitutus irreuocabiliter ex cauſa oneroſa, vt ſi inſtitutus eſſet in aliquo ad ducendum aliquam vxorem, quæ aliter contrahere non uellet cum illo, vel ſi inſtitutus eſſet in aliqua in dotem, vt nuberet alicui, tunc ingratitudinem ita vocati ad eum maioratum, non ſufficere ad eum priuandum illo, in præiudiciū alterius coniugis, & prolis ex eo matrimonio, vt diſputatione citata de ſimili donatione ex cauſa oneroſa dictum eſt.

Quando maioratus reuocabiliter eſſet inſtitutus, 7
ſiue in modum legati, prælegati, aut fideicommiſſi, ſiue contractu inter viuos reuocabili, tunc, ſi ortę eſſent graues inimicitiæ inter inſtitutorem, & vocatū ad eum maioratum, eſto ex parte inſtitutoris eſſent ortæ, cenſeretur vocatus ita ad maioratum, eſſe ab eo tacite ac valide excluſus, niſi ante mortem inſtitutoris ad amicitiam redijſſent; non tamen diſſolueretur maioratus, ſed tranſiret ad ulterius ad eum vocatum. Quo loco obſerua, ſi inimicitiæ vſque ad mortem inſtitutoris perſeuerarent, eſto inſtitutor maioratus tempus haberet ad excludendum ita vocatum ſibi inimicum, ab eo maioratu, imò eſto codicillum efficeret, neque in eo illum excludere, cenſeretur nihilominus tacitè ab eo excluſus, niſi inſtitutor contrarium declararet.

Quando vocatus ad maioratum grauem iniuriā, etiam poſt mortem, inferret inſtitutori, propter quam indignus eſſet eo maioratu, tunc maioratus ad fiſcum pertineret quoad commoditatem, interim dum ille uiueret, niſi inſtitutor maioratus, dum viueret, eam iniuriam remiſiſſet, iuxta ea quæ diſp. 212. citata dicta ſunt. Et quoniam hæc omnia ibidem à nobis comprobata, explanataque ſunt, idcirco hoc loco non plus circa ea immoror. In eis conſentit Molina. c. 9. citato à num. 38. Ac licet diſputatione citata ſolùm nobis fuerit ſermo de tacita legatorum & fideicommiſſorum, reuocatione; idem tamen dicendum eſt de relictis contractu inter viuos reuocabili, vt bene Molina vbi ſup. nume. 42. ait. Quoniam eiuſmodi contractus, quoad ipſorum reuocabilitatem ac finem, naturam habent legatorum, vltimarumque voluntatum, vt ſæpe dictum eſt. Illud inſuper obſerua, ad probandam eiuſmodi tacitam reuocationem legatorum, ac fideicommiſſorum, ac proinde tacitam excluſionem à maioratu, de qua hoc. §. eſt habitus ſermo, ſufficere duos teſtes, vt cū Molina, & Cou. diſputatione citata dictum eſt.

DI-

DISPVT. 655.

Poſſeſſor maioratus an illo priuari poſſit ob diſsipationem bonorum, quibus is maioratus conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus in inſtitutione ſi ſit clauſula appoſita, quod eo ipſo, quod poſſeſſor aliquid de illo alienet, aut alienare attentet, ſit illo priuatus, ſi ei clauſulæ contraueniatur, tranſit eo ipſo in vlterius ad eum vocatum.*

2 *Fideicommiſſum ſi pater grauatus reſtituere filiofamilias dolo, & non ſola culpa, diſſipet, & detrimentum ſit notabile, nec facile reparari poſſit, priuatur pater fideicommiſſo, & fructibus illius. Si vero interueniat ſola culpa, aut reparari facilè poſſit, vel non ſit graue, ſolùm remouetur ab adminiſtratione, & ex fructibus reparatur damnum.*

3 *Fideicommiſſum ſi quis non ſit grauatus reſtituere filio ſuo familias, ſed cuicunque alteri, ob diſſipationem, ſolùm priuari poteſt adminiſtratione, & ex fructibus reparari debent damna, reſiduū vero eorum ita grauato reſtitui debet.*

4 *Maioratus poſſeſſor ob diſſipationem bonorum maioratus, ſolùm priuari poteſt adminiſtratione illius, & ex fructibus reparari debent omnia damna: reſiduum vero reddi illi debet.*

1 QVando in maioratus inſtitutione appoſita eſt clauſula, quod eo ipſo, quod ſucceſſor illius aliquod ex bonis, quibus conſtat, alienet, priuetur eo maioratu, aut ſit eo ipſo illo priuatus, & maioratus, dominiumque rerum omnium illius, tranſeant in ulterius vocatum, vt frequentiſſime hodie in maioratuum inſtitutionibus, non ſolum id apponi ſolet, ſed etiam, quod eo ipſo, quod poſſeſſor alienare aliquid attentet, ſit eo ipſo priuatus maioratu, & tranſeat continuo in vlterius ad eum uocatum, vt Molina, lib. 1. de primog. in calce capitis, 16. teſtatur apponi hodie frequentiſſime, tunc ſuperflua eſt hæc diſputatio: quoniam, ſi alienet, aut alienare attentet (quando hoc etiam ſecundum ſub ea pœna & modo eſt prohibitum) conſtat poſſe eo ipſo illo priuari, vt idē Molina ibidem ait, & conſtat ex dictis diſp. 611. Quando vero non eſt appoſita ea clauſula, vt in maioratibus antiquis apponi non conſueuit; aut diſſipatio non fieret alienando, ſed aliqua alia ratione, quę ſimili clauſula, appoſita in maioratus inſtitutione, non eſſet comprehenſa: locum tunc habet quæſtio propoſita.

2 Lege imperator. ff. ad Trebel. cum quidam hæreditatem patri cuidam familias reliquiſſet, eumque grauaſſet, vt eo ipſo, quod filius ita grauati, egrederetur patriam poteſtatem, ei hæreditatem reſtitueret: probatumque eſſet, hæredem grauatum multa in fraudem fideicommiſſi feciſſe, ea ſcilicet bona diſſipando. Adrianus Imperator præcepit, eam hæreditatem reſtitui filio illi, nondum à patria poteſtate egreſſo, neque in uita talis filij patrem habere quicquam iuris in ea bona, ſed filium, poſt hæreditatem ita acceptam, comparari circa ea bona militi, quia perinde poteſt illa adminiſtrare, eaque defendere, & circa illa agere, atque eis frui, ac ſi eſsent bona ipſius caſtrenſia. Reddit vero rationē textus, quare imperator in eo euentu id præceperit. Nam inquit, *quia cautiones non poterant interponi, conſeruata patria poteſtate.* (eo quod pater non poſſit ciuiliter obligari filio adhuc exiſtenti ſub ipſius poteſtate, vt habetur. §. item inutilis, inſt. de inutilib. ſtipulat. l. frater à fra-
A tre. ff. de condict. indeb. & alijs iuribus) ideo *damnum conditionis fraudem inflixit,* (id eſt præcipit, vt pater ſuſtineret damnum reſtituendi hæreditatem ante conditionē egreſſus filij ab ipſius poteſtate implētam, in pœnam fraudis, quam commiſit.) In fine uero textus ſubiūgitur. Si pater egeat, debere nihilominus de reditibus hæreditatis ita reſtitutæ, alimenta, iudicis officio, ei pręſtari ob paternam reuerentiam. Hinc Molina. cap. 16. citato, nume. 1. iuxta ſententiam plurimorum aliorum, quos citat, colligit, ſi proxime ſucceſſor vltimo maioratus poſſeſsori, ſit filius familias illius, iſque vltimus poſſeſsor, non leuiter, ſed multum, diſſipet bona maioratus, poſse illo priuari, relictis ex reditibus illi alimentis, ſi eis egeat, tradendumque eſſe maioratum tali filio fruendum,
B & adminiſtrandum, ſaltem dato ei curatore circa eam adminiſtrationem, ſi talis filiusfamilias minor adhuc ſit.

Hoc ipſum cōfirmat Molina ex l. cogi, §. ſi pater, ff. ad Treb. vbi habetur, ſi pater grauetur reſtituere hæreditatem filio ſub ipſius poteſtate conſtituto, & pater recuſet eā adire, quia dicit ſibi eſſe ſuſpectam, poſse patrē cogi à prætore eā adire ad filij petitionem, in filij damnū, ac commodum. Hic tamē text. nihil ſanè facit ad rē, de qua diſputamus: neq; enim, vt Molina vult, id fit; quia pater recuſando ita adire hæreditatē, diſſipet bona fideicommiſſi filio relicti: neque fit in pœnam patris propter culpam, priuādo patrem emolumento iam quæſito, aut quod quęrere vellet, vt fit in euētu legis, Imperator, & fieret, ſi poſ-
C ſeſsor maioratus eo priuaretur, quia bona diſſiparet quibus conſtat: ſed fit iure fideicommiſsarijs omnibus communi, quo cogere poſsunt hæredes grauatos, vt in ipſorum damnum, ac commodum, adeant hæreditatem, quam tanquam damnoſam, adire recuſant, eaque de cauſa tunc amittant totum hæreditatis commodum, vt diſp. 186. dictum eſt.

Molina vbi ſup. nu. 2. refert, magnam eſſe controuerſiam, vtrū hodie de iure Codicis reuocata ſit diſpoſitio illa legis, Imperator, refertq; Cumanum & Imol. aſſerentes, reuocatam eſse. Ducuntur, quoniā ratio eius deciſionis, vt ex ipſamet lege conſtat, fuit, quia pater obligari ciuiliter, ac proinde cauere, non poterat filio, dum ſub ipſius erat poteſtate: at verò, inquiunt, iam hodie de iure Codicis, cauere poteſt
D pater filio circa bona filij aduentitia, vt conſtat ex l. iubemus. §. in ſupra dictis, C. ad Trebel. conſentireque videtur gl. vlt. in authentica ſi parens. C. de inoff. teſt. Numero vero. 5. ſubiungit Molina, quāuis ea obiectio vrgentiſsima ſit, communem tamen doctorum ſententiam cum Barto. quam ipſe refert ac ſequitur, eſse in contrarium, nempe legem Imperator, correctam non eſse iure Codicis. Improbat verò rationem quandam huius opinionis multorum dicentium, idcirco affirmandum eſſe, legem Imperator correctam non eſse de iure Codicis: quoniam quamuis interponi cautiones inter patrem & filium de iure Codicis poſſint; filius tamen non tenetur ſe committere fragilitati cautionis, iuxta legem cogi.
E §. idem quæritur. ff. ad Trebel. Ait verò Molina rationem hanc fragilem eſſe, eo quod textus ille in re longè diuerſa loquatur. Alias rationes reddit Molina ibidem à nume. 6. quæ certè mihi non probantur: contendit quippe, non ea potiſſima ratione, id in eo euentu lege Imperator fuiſse ſancitum, quòd cautiones inter patrem & filium præſtari non poſſint: cum tamen eam textus apertè reddat: vna cum culpa & dolo patris, cur hæreditate illa, emolumentoque ex ea, priuetur in pœnam iuſtā. Ego dicerem, cum communi ſententia, legem Imperator, vim habere poſt ius illud Codicis: cæterū ea ratione; quòd ius illud Codicis admittit quidem cautionem inter patrem & filiumfamilias circa fideicommiſſum; attamen

tamen

tamen in duobus tantum euentibus, qui in eo, §. exprimuntur, de quorum numero non eſt euentus legis Imperator: quare non eſt cur dicamus, legem Imperator eo iure Codicis eſſe correctam.

Molina vbi ſupra nume. 12. ait, maximam etiam eſſe controuerſiam inter Doctores, num, vt pęna ac deciſio legis imperator, locum habeat, opus ſit, patrem diſſipare dolo bona fideicommiſſi; an verò ſatis ſit, culpa ac negligentia illius illa notabiliter lędi, vt priuetur fideicommiſſo. Et quamuis Molina cū multis contendat, ſatis eſſe culpam ſine dolo; mihi tamen contrarium, cum alijs probatur in euentu legis Imperator, in quo in pœnam priuatur pater non tantum adminiſtratione, ſed etiam commodo toto hæreditatis, quod ad ipſum ante tempus reſtitutioni præfinitum attinebat, vt ex ipſa lege cōſtat. Cùm enim leges pœnales reſtringendæ ſint, neque extendendæ ad id, quod non ſonant; & lex illa perſpicuè eam pœnam patri infligat propter diſſipationē bonorum fideicommiſſi fraudulentam ac doloſam, vt patet ex illis verbis eius legis; *ac multa in fraudem fideicommiſſi fieri probarentur*. Et rurſus; *ideo damnum conditionis propter fraudem inflixit*; ſanè, vt ea tanta pœna locū habeat, fraus vera eſt neceſſaria, doluſq; verus: alioquin ſolum conſuletur filio, priuando patrem adminiſtratione, atque ex fructibus reſarciendo damna fideicommiſſi, reliquumq; fructuū reddendo patri, ad quem ſpectat, interim dum tempus reſtitutionis talis fideicommiſſi non aduenit.

Bart. & alij, vt Molina vbi ſup. nume. 14. refert, cenſuere, quando diſſipatio fideicommiſſi fraudulenta, eſt talis, quod poſtea facilè ſubueniri poteſt filiofamilias, repararíq; poteſt facile damnum, vt ſi pater alienet bona immobilia fideicommiſſi, quæ poſtea filius poterit vendicare, locum non habere diſpoſitionem legis Imperator: ſecus autem quando facilè reparari non poteſt: vt ſi deſtruat immobilia, aut alienet mobilia. Paulus vero Caſtrenſis, & alij, quod dictum eſt de alienatione immobilium, limitant, niſi alienatio fiat potentibus, à quibus difficilè poſtea extrahentur. Molina verò arbitratur, legem Imperator habere locum, etiam in alienatione immobilium facta quibuſcunque: quoniam nō eſt modicum detrimentum, quod poſtea filius ſubiturus eſt in litibus, quando ea bona voluerit vendicare: & quoniam deficere poterunt probationes. Ego ſanè dicerem, quando arbitrio prudētis, ſpectatis omnibus circunſtantijs, non eſſet magnum filij detrimētum, quoniam res facilè, & ſine ſumptibus, poſſent recuperari, ſufficere quidem eam diſſipationē, vt pater remoueretur ab adminiſtratione, continuoque ea bona poſſent, ac deberent, recuperari; non tamē, vt pater priuaretur fructibus fideicommiſſi; inſumendo tamen ex illis quantum eſſet ſatis, vt recuperaretur, & repararetur integrum fideicommiſſum, & eatenus ſolum admitterem Bartoli & aliorum opinionem.

Obſeruant Doctores, quos Molina cap. 16. citato à nu. 17. refert ac ſequitur, non quamcunque dilapidationem bonorum fideicōmiſſi, eſſe ſatis, vt pater eo priuetur, ſed neceſſariam eſſe magnam arbitrio prudētis, quantitateq; fideicōmiſſi ſpectata; id quod ſatis ſignificant verba illa legis Imperator; *ac multa in fraudem fideicommiſſi fieri probarentur*: quare, ſi fideicommiſſum plurimis rebus conſtet, non ſatis ad id eſt vnius tantum rei diſſipatio, ſed pluriū requiritur, aut vnius, quę multis valore æquipolleat. Sufficeret tamen non tanta diſſipatio, vt pater à iudice, filio id petente, admoneretur ac præciperetur, ne vlterius in diſſipatione progrederetur, alioquin priuandum eſſe eo fideicommiſſo: eo vero vlterius in illa progrediente, eſſe tunc illo priuādum, vt Molina, & alij, affirmant. Dicerem, ſaltem remouendū

A eſſe ab adminiſtratione, poſtulante id filio, ſi damnum adhuc non eſſet multū; ex fructibuſq; id damnum eſſe reparandum, & reliquum fructuum patri eſſe reddendum, interim dum tempus non adueniret illud reſtituendi.

Molina vbi ſupra numero vigeſimo ſexto, refert Baldum, & poſt eum Alexandrum, intellexiſſe legem Imperator, vt deciſio illius, quod ſcilicet pater propter nimiam fraudulentamq; diſſipationē priuari omnino debeat fideicommiſſo, & fructibus illius, ſolum habeat locum, quando dilatio reſtitutionis illius appoſita fuit in bonum & fauorem filij: quando vero appoſita fuit in bonum & fauorem patris, vt pater eo tempore fideicommiſſo perfrueretur, locū non habere eam legem, ſed priuandum eſſe tunc patrem ſola adminiſtratione eorum bonorum, fructuſque vſque ad tempus reſtitutionis, eſſe illi reddendos. Merito autem contrarium affirmat, ſufficienterque ibi probat Molina. Etenim fideicommiſſum, de quo ſermo eſt lege Imperator, manifeſte in bonum patris fuit ſub nomine hæreditatis illi relictum vſque ad tempus reſtitutionis; quod ſignificant verba illa; *damnum conditionis propter fraudē inflixit*: ſemperque præſumitur, in bonum hæredis relinqui vſque ad tempus reſtitutionis, niſi contrarium aliunde conſtet. Id quidem Baldo & Alexandro libenter darem, quod dicunt fuiſſe faciendum, niſi in pœnam patri id in ea lege ſtatuiſſet Adrianus Imperator: ſecluſa enim pœna, quod dicunt, eſſet ſanè faciendum ac ſtatuendum: lex quippe illa pœnalis eſt ea in parte.

C Quærit Molina à numero vigeſimo nono, num lex imperator locum etiam habeat in hærede grauato reſtituere hæreditatem ei, qui filiuſfamilias ipſius non ſit, ſed emancipatus, aut alius conſanguineus, vel extraneus. Et aduerſus Bartol. & multos alios, quos citat, arbitratur locum habere. Conſequenter vero toto eo capite affirmat, eandem legem imperator locum ſimiliter habere, in quocūque maioratus poſſeſſore, ſiue maioratus per mortem illius deuenire debeat ad filium ipſius familias, ſiue ad emancipatum, ſiue ad alium conſanguineum, vel extraneū, argumēto ſumpto à fideicommiſſo ad maioratum. 3

Ego vero arbitror, legem illam locum non habere, niſi in ſolo fideicommiſſo filiofamiliàs à patre re- 4
D ſtituendo, vt Bart. & plerique alij affirmant: in nulloque maioratu locum habere: ſed in alijs fideicōmiſſis, ſi hæres grauatus diſſipet bona fideicōmiſſi, remoueri poſſe ab adminiſtratione, & ex fructibus reſarciendum eſſe, ſi quid deterius in eo fideicommiſſo reddidit, ex eiſdemque fructibus eſſe faciendos ſumptus neceſſarios ad vendicanda bona inde ab eo alienata: atque incrementum fructuum, ei eſſe reddendum vſque ad tēpus reſtitutionis talis fideicommiſſi. Atque idem dicendum arbitror de quocunque poſſeſſore maioratus, remoueri videlicet eū poſſe ab adminiſtratione, ſi bona maioratus diſſipet, aut alienet, & ex fructibus inſtauranda eſſe, quę deteriora reddita ſunt, & vendicanda eſse bona in-
E de alienata, atque, quod ſuperfuerit ex reditibus, per ſolutis labore & induſtria adminiſtratoris, reddendum eſse tali poſseſsori maioratus, interim dum vixerit, neque priuari poſse eo emolumento. Ducor, Nō ſolum, quia lex illa id peculiariter ſtatuit in parte grauato, eo quod ſatiſdare non poſset filiofamilias, vt perſpicuè in ea lege habetur, & quoniam tandem bona patris deriuanda eſsent in filium, filiuſq; alimenta ei præbere teneretur, etiam de alijs ſuis bonis, ſi reditus fideicommiſſi non ſufficerent, paterq; eis indigeret: ſed etiam potiſſimum ducor, quoniam lex illa pœnalis eſt, quo ad eam priuationem omnimodam emolumenti illius ex ea hæreditate, vt ex ſe eſt notiſſimum, & ex ipſamet lege conſtat, verbis illis:

illis: *damnum conditionis propter fraudem inflixit*, id eſt; ea pœna Imperator Adrianus eum puniuit: leges autem pœnales extendi non debent, etiam ex paritate, aut maioritate rationis, ad alium caſum, pro quo ea pœna non eſt expreſsè ſtatuta. Porrò maioratus, licet quando titulo hæredis, legati, aut prælegati, eſt inſtitutus, rationem habeat fideicommiſſi familiæ relicti; in multis tamen ab eo diſtat, vt diſput. 577. ac alibi, explanatum eſt: quando vero aliter eſt inſtitutus, neque illo modo habet rationem fideicómiſſi, ſed rei donatæ ſub modo: quo fit, vt lex illa pœnalis ad maioratus, qui fideicommiſsa non ſunt, extendi nulla ratione poſsit: ſed neque ad maioratus, qui licèt ſint fideicommiſsa, non tamen ſunt fideicómiſsa patri relicta, vt ad filium ſuum familias morte illius deueniant: quare, cum maioratus omnes eodem iure hac in parte cenſeri debeant: conſequens profectò eſt, vt in nullo maioratu haberet locum deciſio legis imperator. Adde, maioratum titulo hæredis legati, aut prælegati, inſtitutum, licèt fideicommiſsi familiæ relicti rationem aliquo modo habeat, ac proinde ea ratione dici poſse uideretur in eo habere locum legem imperator, quando à patre in filium ipſius familias deriuari deberet: multum tamé ab eo fideicommiſso, à fideicommiſsoque ſimpliciter, diſtare, ac proinde neque ad eum ſolum extendi poſse pœnam legis imperator.

DISPVT. 656.

Maioratus ex bonis patrimonialibus, num ex delicto poſſeſſoris, qui inſtitutor illius non eſt, confiſcari valeat.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus ex bonis patrimonialibus inſtitutus, confiſcari regulariter non poteſt ob delictum poſſeſſoris illius, qui inſtitutor eiuſdem non ſit: ſed commoditas pertinebit ad fiſcum dum ille vixerit. Idem de alijs, quæ non iure hæreditario, ſed ex pacto & prouidentia deriuari ad aliquos debent.*

2 *Ius patronatus, & iura alia, quæ in hæredem extraneum non tranſeunt, ad fiſcum non pertinent ob delictum ea poßidentis.*

3 *Emphyteuſis, quæ ob delictum emphyteutæ non confiſcetur, & quando commoditas ad fiſcum pertineat.*

4 *Feudum quod, ob delictū feudatarij non confiſcetur, & quis in eo ſuccedat, quando foret confiſcandum.*

5 *Fiſco non deuoluitur bonum ob delictum illud poßidentis, quando in aliorū vtilitatem prohibitum tacitè aut expreſsè, illi fuerat illud alienare.*

6 *Maioratus, aut vſusfructus, ſola commoditas tranſit ad fiſcum toto tempore, quo poſſeſſor maioratus, aut vſufructuarius vixerit, quando ob illius delictum bona omnia confiſcantur. Et tranſit, etiam ſi inſtitutor diſpoſuerit, vt ad fiſcum non tranſiret, ſed permaneret apud poßeſſorem maioratus, aut vſusfructus.*

7 *Maioratus commoditas ad fiſcum non ſpectat commiſſo à poſſeſſore delicto, ob quod omnia eius bona confiſcantur, quando inſtitutor diſpoſuit, vt à puncto commiſſi talis delicti amitteret maioratum, & tranſiret ad alium.*

SVpereſt dicamus de extinctione maioratus ob confiſcationem ex delicto. Ne vero res hæc longitudine tædium pariat, in aliquot diſputationes erit ſecanda. Atque primo dicendum erit de maioratu ex bonis patrimonialibus eum in-A ſtituentis creato, & de confiſcatione ob delictum legitimi poſſeſſoris, qui inſtitutor illius non ſit. Secundo, vtrum ſaltem propter atrociſſima & fœdiſſima delicta, læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, atque Sodomiæ, talis poſſeſſoris, confiſcari is maioratus poſſit. Tertio, vtrum propter delictum læſæ maieſtatis humanæ, aut diuinæ, eiuſdem poſſeſſoris, excludanlur à ſucceſſione in illo eius liberi, & ſuccedat vlterius ad eum uocatus. Quarto, vtrum propter delictum inſtitutoris, eiuſmodi maioratus confiſcari poſſit. Quinto denique, vtrum maioratus de bonis coronæ regni confiſcari poſſit ob delictum poſſeſſoris illius, & regnum propter Regis delictum.

1 Quod ad primum attinet, breuiter cum Ant. Gomez. l. 40. Tauri. nu. 91. Grego. Lopez. l. 6. verb. *que B la no pudieſſe vender*, in prin. Molina, lib. 4. de primo gen. c. 11. à nu. 1. & cum pleriſque alijs, eſt dicendū, eum maioratum confiſcari non poſſe propter delictum talis poſſeſſoris, exceptis euentibus diſputatione ſequenti explicandis: tametſi commoditas ex illo, niſi aliud id impediat, ad fiſcum pertineat toto tépore, quo vixerit is poſſeſſor, ob cuius delictum bona ipſius omnia confiſcantur. Ratio fundamentalis primi ac præcipui, quod hoc noſtrum aſſertum continet, nempe maioratum, de quo loquimur, confiſcari non poſſe ob delictum ita eū obtinentis, hæc eſt. Quoniam is poſſeſſor, licet dominus ſit eius maioratus, id tamen dominium habet ex præſcripto inſtitutoris, atque ſolum in tempus, quo vixerit, niſi reſtrictio alia ab inſtitutore ſit appoſita, qua in bre-C uius adhuc tépus aliquibus in euentibus illud ei concedat; poſtea vero tranſit in vlterius ad eum maioratum ab eodem inſtitutore vocatum, & in alios ordine quodam, ex præſcripto eiuſdemmet inſtitutoris, qui proinde omnes eum maioratum accipiunt non ab immediato poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore, tanquam rem illius, ipſis in id tempus relictam: quare ſinguli ius habent ad ita ſuccedendum in eo maioratu, atque ut ipſorum fiat, eoque perfruantur, vi primæ inſtitutionis, atque ab inſtitutore ipſo, & non à proximo poſſeſſore: quia ergo, licet poſſeſſor ſuo delicto, quo confiſcationem ſuorum omnium bonorum meretur, ſibi poſſit præiudicare, non tamen præiudicare poteſt vocatis vlterius ad eum maioratum, in iure, quod habent, non ab eo, ſed à pri-D mo inſtitutore, vt, poſt talem poſſeſſorem, ſuccedát in eo maioratu, eumque obtineát; inde euenit, quod is maioratus confiſcari non poſſit in præiudicium vlterius ad eum uocatorum, ob delictum legitimi illius poſſeſſoris. Atque idem, propter eandem rationem, eſt dicendum de quacunque alia re, quam ita poſſidet is delinquens, vt non pro arbitrio ipſius deriuanda ex ipſo ſit ad quemcunque ipſe voluerit, vel ab inteſtato deriuanda ſit ad quoſcunque ipſius hæredes, ſed ex pacto & prouidentia, aut ex iuris diſpoſitione, deuentura ſit ad certum aliqué, aut ad aliquem ex certis: neque enim ſuo delicto præiudicare ijs poteſt, qui ex eo pacto & prouidentia, iuriſve diſpoſitione, iųs habent ad eam rem poſt il-E lum ita obtinendam.

Hæc confirmantur. Primò, quoniam iuspatronatus, & alia iura, quæ tranſire non poſſunt in hæredem extraneum, tranſire in fiſcum non poſſunt ex delicto ea poſſidentis; ſed confiſcatis cæteris bonis delinquentis, tranſeunt ad deſcendentes ex illo, vt conſtat ex l. libertorum. ff. de iure patron. & ex l. eorum, ff. ad legem Iuliam maieſt. atque affirmant Barto. & alij, quos Molina lib. 4. de primog. cap. 11. nu. 2. refert ac ſequitur: ergo maioratus, qui ex præſcripto inſtitutoris deuenire debet ordine quodam ſolùm ad certos ad eum uocatos, in eorum præiudicium, non pertinebit ad fiſcum ex delicto eum poſsidentis. 2

Se-

3 Secundò, quoniam ex eodem fundamento prouenit, quòd emphyteuſis, quæ non poteſt deuenire ad hæredes extraneos emphyteutæ, ſed ad certos quoſdã, aut ad ſolos deſcendentes emphyteutæ, non confiſcetur ob delictũ emphyteutæ, ſed tranſeat ad eos, ad quos per mortem illius eſt deriuanda, niſi ex eodem delicto incapaces ſint illius, ſolaque commoditas ex illa, pertinet ad fiſcum, interim dum talis delinquens, cuius bona confiſcantur, viuit, vt hæc omnia diſput. 481. cum Bartol. & cum communi doctorum ſententia, quam Iul. Clarus. 4. libr. ſenten. §. emphyteuſis quæſt. 29. & Molina, c. 11. citato, num. 4. referunt ac ſequuntur, eſt oſtenſum eadem verò eſt ratio, imò longè maior, vt maioratus, qui ex præſcripto inſtitutoris ad certos ſolos ordine quodam deuenire debet, non confiſcetur ob delictum legitimi illius poſſeſſoris.

4 Idem confirmat, quòd, propter eandem rationẽ, feudum, ſi antiquum ſit, & tale, ut deuenire non poſſit ad extraneos, ob delictum vaſalli, ob quod confiſcantur bona illius, non confiſcatur: & licet, quia feudum comparatione proprietarij habet ſe ſicut maioratus de bonis coronæ regni deriuatus, deſcendentes ita delinquentis, ſuccedere nõ poſſint in illo, ſed tranſeat ad vlteriores agnatos talis delinquentis, qui deſcendentes ſint primi, cui tale feudum fuit conceſſum, & à quo fuit deriuatum; quòd ſi nulli tales ſint, extinguatur, redeat ad proprietarium, idemque eueniat, ſi feudum ſit nouum, conceſſum ipſimet delinquenti, ſibi, & ſuis deſcendentibus, quia extinguitur & conſolidatur cum proprietate; non tamen confiſcatur, ſi fiſcus ſit alterius domini; neque, ſi fiſcus ſit eius domini, cuius eſt proprietas talis feudi, & conſolidatio cum proprietate, in euentibus explicatis, eſt propriè confiſcatio vt hæc omnia cum alijs, quos refert, affirmat Iul. Clarus, libr. 4. ſenten. §. feudum, quæſtio. 74. iuncta quæſtio. 66. conſentitque Molina vbi ſupra, nume. 3. ac concinit. cap. primo, §. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. contẽnt. ſit, &c.

5 Tertiò, quoniam bonum delinquentis, quod non in ipſius tantùm vtilitatem, ſed in aliorum, prohibitus eſt alienare ab eo, à quo ad ipſum deuenit, propter delictum legitimè illud poſſidentis, non poteſt confiſcari; quoniam confiſcatio alienatio quædam eſt; vt cum Bart. affirmat Couar. reg. poſſeſſor. par. 3. §. 1. nume. 6. in princ. Iul. Clar. quæſtio. 66. & 84. citatis, & communis ſententia, quam Molina vbi ſupra num. 5. copioſe refert ac ſequitur: cum ergo poſſidens legitimè bona maioratus, prohibitus ſit, in ipſiuſmet maioratus inſtitutoris, & in aliorum vtilitatem, ea alienare; conſequens eſt, vt propter delictum maioratum poſſidentis, bona maioratus confiſcari non poſsint.

Quartò, quoniam etiam bona tacite prohibita alienari, qualia ſunt bona fideicommiſſi, reſtitutionive ſubiecta, non pertinent ad fiſcum ob delictũ grauati ea reſtituere, ſed trãſeunt ad fideicommiſſariũ, vt patet l. ex facto. §. ex pacto in fi. ff. ad Treb. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fiſc. & l. cũ pater §. hęreditatem. ff. de leg. 2. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſup. nu. 6. refert ac ſequitur: ergo multo minus bona uinculo maioratus alligata, ſpectabunt ad fiſcum ob delictum legitimi poſſeſsoris.

Quintò, quoniam, vt habetur. l. 3. de interd. & releg. qui delictum committit, ob quod bona eius confiſcantur, ſolùm amittit fiſco bona ſua propria libera, nõ verò ea, quæ à genere, maioribusve habet, generi reſtituenda, conſentit. l. emancipatum. §. vlt. ff. de ſenatorib. ergo maioratus, ob delictum cum poſſidentis, non amittitur fiſco, ſed tranſit ad ulterius ab inſtitutore ad eum vocatos.

A Hæc confirmantur ex iure Luſitano lib. 5. ord. titu. 3. §. 15. vbi, conſentaneè ad ius commune, ſancitum eſt, confiſcatis bonis poſseſsoris maioratus inſtituti de bonis patrimonialibus, ob crimen læſę, maieſtatis, non confiſcari eiuſmodi maioratũ, ſed tranſire ad ulterius ad eum maioratum vocatum, modo incapax illius ob crimen patris non reddatur, vt in calce diſp. 582. relatum à nobis eſt. Conſentiũt, quæ ex eodem titulo tertio. §. 12. 14. & 17. diſp. 481. relata etiam à nobis ſunt.

Quamuis maioratus ob tale delictum legitimè eũ poſsidentis, ob quod bona omnia illius confiſcantur, ad fiſcum non tranſeat: commoditas tamen, fructusve omnes, & emolumenta, ex eo maioratu, interim dum ille vixerit, niſi ſit aliquid, quod id impe- 6
B diat, ad fiſcum pertinent, nomine & loco talis delinquentis, tanquam bona eius delinquentis, toto tempore, quo uixerit, ad quæ ius habebat tempore delicti ratione dominij tunc in eo maioratu. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici. ff. de iure fiſ. lib. 5. L uſit. ord. tit. 3. §. 15. multiſque id confirmat Anto. Gom. num. 91. citato, & conſentit Gam. deciſ. 352. in fine. Molina lib. 4. de primog. cap. 11. nume. 11. iuxta ea quæ lib. 1. cap. 20. tradiderat, vult, ſi bona fideicõmiſsi, aut bona maioratus, tacite ſolum prohibita ſint alienari, inſtitutione ipſa fideicommiſsi, aut maioratus, tunc, non ſolum tranſire in fiſcum commoditatem fideicommiſsi, aut maioratus, ſed etiam verum vſumfructum: ſi vero etiam expreſse prohibita ſit alienatio bonorum fideicommiſsi, aut maiora
C tus, tranſire ſolum in fiſcum commoditatem fideicommiſsi, aut maioratus, interim dum delinquens vixerit, non vero vſumfructum. Nos vero contrarium ſatis perſpicuè, ni fallimur, oſtendimus diſput. 470. iuncta diſput. 461. Nempe, ſiue prohibitio ſit ſolum tacita, ſiue ſit etiam expreſſa, modo tamen aliud non addatur, tranſire ſolum commoditatem vſusfructus, aut maioratus, in fiſcum, non vero vſum fructum verum: quia id eſset uera alienatio bonorũ fideicommiſsi, aut maioratus, quod cum prohibitione, ſiue expreſsa, ſiue citata, alienationis fideicõmiſſi, aut maioratus, pugnat. Lege quæ ibi copioſè dicta ſunt. Quamuis autem doctores aliquando dicant, vſumfructum pertinere ad fiſcum; ſumunt tamen vſumfructum late & improprie, pro ſola com-
D moditate quæ tanta percipitur, quanta fiſco competeret, ſi verus vſusfructus ad eum toto eo tempore pertineret. Lex verò Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fiſ. nihil contra hanc noſtram ſententiam docet. Ibi enim ſolum ſtatuitur, quòd ſi hæres grauatus deportetur, & amittat fiſco bona ſua, non ſtatim fideicommiſsum eſt tradendum fideicõmiſſario, ſed pertinet ad fiſcum (intellige quoad commoditatem) toto tempore, quo hæres grauatus uixerit, nondumque tempus reſtitutionis aduenerit: præſertim cum ibi ſermo eſset de matre grauata reſtituere hæreditatem filio, euenireque poſset, vt filius ante matrem ſine liberis moreretur, vt ibi dicitur, quo dato, expiraret fideicommiſsum illud; cum is
E filius ad nullum alium, quàm ad matrem, tranſmittere ius illius fideicommiſsi poſset. Lege quæ diſpu. 189. dicta ſunt. Rectè Molina, c. 11. citato, num. 13. obſeruat, eſtò inſtitutor maioratus præciperet, vt neque ad momentum commoditas ex maioratu, delicto commiſso per poſseſsorem illius, pertineret ad fiſcum interim dum ille uiueret, ſed attineret ad eũ delinquentem, pertinere nihilominùs ad fiſcum: quoniam id in fauorem delinquentis eſset ſtatutũ, & in fraudem fiſci, ſine ullo emolumento maioratus ipſius in ſe, aut vlterius ad eum vocatorum, ad quod non ſe extendit facultas inſtituentis maioratum. l. filiusfamilias. §. Diui Seuerus. 2. ff. de legat. primo. Neque repugnat. l. Imperator. ff. de fideicom-

commiſs. libert. vbi habetur, quòd ſi teſtator legarit alicui certos ſeruos, ea lege ac conditione, ut nulli alij ſeruiant, ſi legatarij bona ob delictũ confiſcetur, non debere ſeruos illos confiſcari dum viuit talis legatarius, ſed debere ſtatim manumitti. Non, inquam, ea lex repugnat: quoniam eo ipſo, quod manerent mancipia eo tempore, vt alicui alteri in fiſci commodum ſeruirent, contrauenire tur legi illi ac conditioni in ipſorum ſeruorum, & nõ in legatarij, commodum, cui fiſcus ſuccedit, appoſitæ: eaque peculiari ratione, ex præſcripto teſtatoris, neque in tẽpus uitæ delinquentis ſuccedit in eis fiſcus.

7 Molina, c. 11. citato. nu. 16. referens etiam ſe ad ea quæ dixit lib. 2. c. 12. nu. vlt. ait, ſi inſtitutor maioratus dicat, ꝙ eo ipſo, quòd maioratus poſſeſſor tractauerit, aut ſtatuerit, de tali delicto committendo, ob quod confiſcari debeant eius bona, amittat maioratum, & tranſeat ad ſequentem ad eum vocatum, qui capax ſit illius, cum tota commoditate, tunc commoditatem ex eo maioratu, neque dum delinquens uixerit, pertinere ad fiſcum, ſed ad ſequentem ad eum vocatum: quoniam id non eſt ſtatutum in fraudem fiſci, ſed in bonum ſuæ familiæ & maioratus: & quoniam de bonis ipſius diſponere potuit inſtitutor maioratus eo modo, pro ſuo libito. Addit, contrarium eſſe dicendum, ſi dicat, quòd à puncto cõmiſſi iam delicti, tranſeat eo ipſo maioratus, & commoditas tota ex illa, ad vlterius ad eum vocatum: quoniam, inquit, ius ſemel ex delicto fiſco acquiſitum ad commoditatem illam toto tempore, quo delinquens vixerit, non poteſt per eam diſpoſitionem auferri à fiſco. Ego verò exiſtimo, etiam in hoc euentu, commoditatem ex eo maioratu, dum delinquẽs vixerit, non pertinere ad fiſcum, ſed ad vlterius ad eum maioratum vocatum. Ratio autem eſt quoniam inſtitutor in ſuum commodum, & in commodum ſuæ familiæ, vocatorumq; vlterius ad eum maioratum, inſtituere illum potuit de ſuis bonis illo modo, ſtatuendo, vt ſtatim à commiſſo delicto, maioratus, & in conſequentiam illius, tota ex illo commoditas, tranſirent ad vlterius ad eum maioratum vocatum: &, cum ea diſpoſitio facta ſit ante commiſſum delictũ, & per conſequens ante vllum ius ad eam commoditatem ex eo delicto fiſco quæſitũ, tametſi facta ſit in tẽpus, quo delictum cõmitteretur, atq; ex hypotheſi, ſi committetur, & in tẽpus, quo ex eo delicto ius ad eam commoditatem fiſco acquireretur, niſi id præueniretur ac impediretur ea iuſta ac rationabili diſpoſitione, certe valida atq; æqua eſt ea diſpoſitio, eſtque abſque vlla fraude in fiſcũ: eo quòd diſponẽs eo modo, ſuo iure vtatur, ita de ſuis bonis diſponendo, neque in longius tempus, quam vſque ad punctum cõmiſſi delicti, maioratum, & commoditatẽ ex illo, ita delinquenti concedendo. Atque propter eiuſmodi diſpoſitiones diximus ſupra commoditatẽ ex maioratu pertinere ad fiſcum interim dũ durat uita eius, qui illum obtinebat, & cuius bona ob delictum confiſcantur, niſi ſit aliquid, quod impediat, eum ad fiſcum eo tempore ſpectare.

DISPVT. 657.

Vtrum propter grauia delicta læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, vel ob crimen Sodomiæ, poſſeſſoris, confiſcari poſſit maioratus de bonis patrimonialibus ab alio inſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Proponuntur argumenta partis affirmantis.*

A 2 *Maioratus ex bonis patrimonialibus facultate regia inſtitutus, confiſcatur in hoc regno ex delictis læſæ maieſtatis diuinæ, humanæ, & ex Sodomia poſſeſſoris, quando facultas conceditur cum clauſula, vt ex eis criminib. poſſint confiſcari: ſecus quando ſine ea clauſula conceditur. Neque inſtitutor apponere poteſt clauſulam, quæ eam cõfiſcationem impediat. In Luſitania vero non confiſcantur.*

3 *Maioratus abſque regia facultate de bonis patrimonialibus legitime inſtitutus, ex nullo omnino crimine poſſeſſoris illius confiſcatur.*

4 *Maioratus eiuſmodi quando in rariſſimo euentu confiſcari poſſent ex grauiſſimo delicto, poſtulante id omnino bono publico, factumque fuerit in hoc regno.*

B 5 *Maioratuum eiuſmodi domus ob crimen grauiſſimũ læſæ maieſtatis poſſeſſoris deſtrui non debent, niſi forte compenſatione maioratui aliunde facta.*

6 *Argumentis ſatis fit.*

Pars affirmans, ſuaderi poteſt. Primo, quoniam propter crimen læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, confiſcantur omnia bona ipſo iure, quæ in dominio ſunt committentis tale crimen, vt Diſput. 95. oſtenſum eſt: bonorum autem maioratus, eſt legitimus dominus talis maioratus poſſeſſor: ergo, ſi crimen læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, committat, confiſcabuntur bona eius maioratus. Argum. primum.

Secundo, quoniam leges regiæ, quæ concedunt imponere vincula & grauamina tertio, & quinto, eaque bona vinculo alligare maioratus, & quæ vniuerſim concedunt vinculo maioratus ſubiicere bona, in quibus, neque aſcendentibus, neque deſcendentibus debetur legitima, non cenſentur concedere, vt inſtitutores eiuſmodi maioratuum poſſint eo ipſo bona illa perpetuo eximere ac liberare à confiſcationis periculo ob delicta eorum, ad quos deuenerint, neque in generica illa earum legum permiſſione cenſetur conceſſum, quod ob eiuſmodi, & alia crimina, ea bona confiſcari nequeant: præſertim cum principes nunquam, aut raro, id concedere ſoleant: eo quod id eſſet habenas laxare ad eiuſmodi grauiſſima crimina in reipublicæ perniciem committenda; eſſetque remittere ius confiſcandi, quod inter regalia iura computatur; neque in generali permiſſione rei alterius, qualis eſt maioratus inſtitutio, id cenſeatur cõceſſum, de quo ſi interrogaretur princeps, neganter reſponderet, ſi in ipſius poteſtate ſit id denegare, aut concedere. Secundum.

C D

Tertio, quoniam cõtra leges eſt bona incidentiũ in crimen læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, fiſco nõ addiſci: ergo maioratus inſtitutor ſuo præcepto, eaque maioratus inſtitutione, id efficere non poterit; quandoquidem nemo efficere poteſt, vt leges in ſuo teſtamento locum non habeant. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Imo, ſi id fieri poſſe concederetur, facile poſſent homines ita de ſuis rebus diſponere, vt in fiſcum deuenire nõ poſſent, eaque ratione criminum pœnas eludere: quod eſſet valde abſurdum: præſertim cum non infima condemnationis pars, propter quam homines multum à criminum patratione retrahuntur, ſit bonorum confiſcatio. Tertium.

E

Quarto, princeps cõcedere poteſt facultatem, vt bona, vinculo maioratus alligata, iuſtis de cauſis alienentur, ſiue tales maioratus ex regia facultate, ſiue ſine illa, inſtituti ſint, vt ſupra oſtenſum eſt: ergo longe maiori cum ratione poterit illa confiſcare ob grauiſſima delicta, quæ ſunt aduerſus ſuam regiam coronam, in perniciemque publicam. Quartum.

Quinto, quoniam feuda ob crimen læſæ maieſtatis humanæ confiſcantur, etiam in agnatorum præiudicium, vt habetur cap. primo, §. denique, quæ fuit Quintum.

prima cauſa beneficij amittendi; licet quando crimina ſunt leuiora, ob quæ feudum ammittitur, ſi feudum ſit paternum, excludantur quidem ab eo, etiam deſcendentes eius, qui id delictum commiſit, non vero agnati alij illius, qui deſcendentes ſunt ex primo, cui feudum ſibi, & ſuis deſcendentibus fuit conceſſum, vt habetur cap. 1. §. ſi vaſallus culpam, ſi de feudo defuncti contentio, &c. & diſputatione præcedente dictum eſt: ergo eodem modo propter crimen læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, confiſcabitur maioratus, etiam ſine regia facultate inſtitutus.

Sextum. Sexto, à regno ad alios maioratus, validum eſt argumentum: ſed regnum propter crimen hęreſis confiſcatur, expelluntur; ab eo, tam qui id crimen cōmiſit, quā ſucceſsores illius, vt ex parte in calce diſp. 620. dictum eſt: ergo longe maiori cum ratione, confiſcabuntur alij maioratus ob crimen læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ.

Septimum. Septimo, iura libertorum, quæ ad extraneos tranſire nō poſſunt, ex crimine lęſæ maieſtatis, in primo gradu eius criminis contra perſonam ipſam principis, aut regnum, confiſcantur: eſt enim ſpeciale, vt propter immanitatem, perniciemque tantam reipublicæ ex eo crimine, etiam id genus bonorum delinquentis, quod ex genere delinquenti prouenit, deriuādum in deſcendentes, ſoloſque eos, qui ex eo ſunt genere, confiſcetur, eoque deſcendentes ac familia priuentur, vt habetur. l. 1. in fine, C. de bonis libert. Ex quo textu. Baldus, Cynus & Alberic. limitant cætera iura dicentia, iura libertorum, & cætera omnia, quę tranſire non poſsunt ad hæredes extraneos, non poſse tranſire ad fiſcum, vt locum non habeant in crimine læſę maieſtatis in eo gradu: quo fit, vt propter crimen læſæ maieſtatis humanæ, aut etiam diuinæ, commiſſum à poſſeſſore maioratus, confiſcari bona maioratus poſſint ac debeant.

Simancas de Catholicis inſtitutionibus titu. 9. à num. 258. hanc partem affirmantem veram eſſe aſſeuerat, etiam quando maioratus legis, priuataque inſtitutoris autoritate, abſque vlla Regis peculari facultate, fuit legitime inſtitutus, ductus ferè argumentis propoſitis.

2 Eſt tamen diſtinguendum. Quoniam, ſi eiuſmodi maioratus de bonis patrimonialibus inſtitutus ſit ex regia facultate, tunc, cum eiuſmodi facultas in hoc Caſtellę regno concedi non ſoleat, niſi appoſita clauſula, vt confiſcari non poſſint, niſi ex crimine læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, vel ex crimine Sodomię, vt diſput. 582. dictum eſt, vtique, ſi ea clauſula in facultate ſit appoſita, & maioratus ex ea facultate ſit inſtitutus, confiſcari ex quolibet ex his criminibus, à maioratus poſseſſore commiſso, optimè poterit, vt diſputatione citata dictum eſt. Ratio autem eſt, quoniam princeps non aliter eam facultatem cōcedit, quàm ſub illo onere: eaque de cauſa, qui ex tali facultate maioratum conſtituit, ſub illo onere reipublicæ, ac principis fiſco vtili, eum cenſetur conſtituere, ac proinde, ſi aliquis ex ſucceſsoribus in aliquod ex illis tribus criminib. incidat, confiſcatur maioratus, eoque proinde priuantur cæteri ad eum vocati. Diſputatione autem citata explanatum eſt, ſi facultas illa principis neceſsaria nō erat ad eum maioratum inſtituendum, aut ſi neceſsaria erat quo ad aliquid, & non quoad alia, quando maioratus ſit cenſendus inſtitutus ex ea facultate, & quando non ſit cenſendus ex illa inſtitutus, aut quouſque ex ea ſit cenſendus inſtitutus, & quouſque non, ad effectum, vt ex illis criminibus confiſcari poſſit, aut non poſſit. Item eadem diſputatione dictum eſt, in Luſitania id non apponi in facultatibus ad maioratus inſtituendos, neque proinde ex eo capite locum in eo regno eſse confiſcationi ex illis tribus criminibus.

A Obſeruat verò optimè Molina libro quarto, de primogen. capit. 11. numero 63. quando maioratus inſtitutus eſset ex regia facultate, in qua ea clauſula eſset appoſita, maioratus inſtitutorem, nihil poſse apponere valide in inſtitutione, quo impedire poſſit confiſcationem eiuſmodi maioratus in euentu, quòd aliquis poſseſsorum illius in aliquo illorum trium criminum incideret, etiamſi apponat clauſulam, quòd eo ipſo, quòd maioratus poſseſsor cogitauerit, vel tractauerit, de eo crimine patrando, amittat maioratum tunc, aut in hora antecedente, & tranſeat eo ipſo in vlterius ad eum vocatum. Quoniam ea omnia eſsent appoſita in fraudem legis ac conditionis, ſub qua conceſsa eſset ea facultas, eſſentque proinde nulla, ſemperque lex, ſub qua facultas eſt conceſsa, & cum qua maioratus eo ipſo cenſetur inſtitutus, eſt implenda.

B Quando in facultate regia ad maioratum inſtituendum, appoſita non eſset ea clauſula, vt ex quouis ex tribus criminibus enumeratis confiſcari valeat, tunc vtique (iuxta ea quæ dicemus de maioratibus non ex regia facultate legitimè inſtitutis) eſt dicendum cum Molina vbi ſupra nume. 65. confiſcari non poſse. Ratio autem eſt. Tum quoniam eiuſmodi facultates, licet frequentius concedi ſoleant appoſita ea clauſula, interdum tamen ſine ea clauſula conceduntur: quando autem aliquid vno, & altero modo, concedi ſolet, non eſt ſupplendum ac cenſendum appoſitum, quod frequentius apponi ſolet: ſicut quando ſemper id apponi fuit conſuetum, eſt ſupplendum ac cenſendum appoſitum.

C Tum etiam, quoniam ex ipſamet rei natura, atque ex iuris diſpoſitione, maioratus non confiſcantur ex illis criminibus: quod autem omittitur accommodatè ad ipſam rei naturam, & ad iuris diſpoſitionem, non eſt ſupplendum ac cenſendum appoſitū, ſed ſolùm id, quod conſentaneè ad ius commune, apponi eſt conſuetum.

Quia ergo eiuſmodi maioratus ex facultate regia inſtituti, non inſtituuntur de bonis principis, coronæve regni, ſed de bonis patrimonialibus eos inſtituentis: atque ex natura rei, & ex diſpoſitione iuris, locum in eis non habet confiſcatio ex illis tribus criminibus poſſeſſoris illius, eaque ratione, ſi omittatur

D clauſula in facultate ad eos inſtituendum, quòd confiſcari poſſint ex quocunque illorum trium criminum, locum non habet ex eis criminibus confiſcatio, vt proximè dictum eſt; rectè Molina, vbi ſupra numero 69. infert, ſi apponatur clauſula in ea facultate, quòd ex nullo illorum criminum confiſcari valeant, vt interdum apponitur, validam eſſe eam clauſulam, neque eſſe contra bonos mores: præſertim cum non in fauorem delinquentis, ſed inſtitutoris, vlteriuſque ad eum maioratum vocatorum fauorem, ea clauſula apponatur.

Quando non conſtat, vtrum maioratus ex regia facultate fuerit inſtitutus, an non, Simancas vbi ſupra in poſtrema editione. numero 275. arbitratus

E eſt, cenſendum eſſe ex regia facultate fuiſſe inſtitutum, in eaque facultate appoſitam fuiſſe eam clauſulam, quòd confiſcari ex aliquo ex tribus criminibus commemoratis poſſit. Merito tamen Molina vbi ſupra nume. 7. potius cenſendum affirmat, non fuiſſe ex regia facultate inſtitutum, nec proinde poſſe ex eis criminibus confiſcati. Res quippe potius ex iure communi cenſenda eſt inſtituta, quam ex priuilegio, & ex facultate principis, quando aliud aliunde non conſtat. Hæc de maioratibus ex regia facultate inſtitutis.

Si vero maioratus de bonis patrimonialibus abſque facultate regia ſit legitime inſtitutus, dicendum eſt. Neque ex crimine Sodomiæ, neque ex crimine læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, poſſeſſoris legitimi 3

gitimi illius, poſſe confiſcari, vt de eiuſmodi maioratibus ex criminibus in genere, ex quibus bona ea cõmittentis confiſcantur, diſputatione præcedente dictum, comprobatumque eſt. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Gregor. Lopez. leg. 6. tit. 11. par. 6. verb. *que no la pudieſſe vender*, in prin. & l. 2. titu. 7. partit. 7. verb. *manda que le fueren hechas*, Ant. Gom. l. 40. Tauri. nu. 91. & Molina. c. 11. citato. nu. 31. & 34. Eam vero ſufficienter probant rationes, quibus diſputatione præcedente comprobauimus in genere, ob delicta, ob quæ bona omnia poſſeſſoris maioratus confiſcantur, non confiſcari eiuſmodi maioratus: neque eſt cur, ſpectata ſola natura rei, & diſpoſitione iuris, tria illa delicta enormia, ac reipublicę perniciofiſſima, excipiantur, cum in iure non reperiantur excepta. Ac ſane concedi interdum ac frequenter in hoc Caſtellæ regno facultatem ad condendos maioratus de bonis patrimonialibus, in euentibus à iure alioquin non permiſſis, appoſita clauſula in ea facultate, quod nihilominus confiſcari tales maioratus poſſint ob quoduis illorum trium criminum manifeſtè indicat, ſecluſa ea clauſula, & acceptatione illius tacita, vel expreſſa, ab inſtitutore maioratus locum non habere confiſcationem in maioratibus de bonis patrimonialibus, ſicut ex alijs criminibus, ſic ex illis tribus. Atque id aperte probat. l. eorum ff. ad l. Iul. maieſt. quæ ob crimen læſæ maieſtatis habet non confiſcari iura libertorum: & multo apertius. l. iura libertorum. ff. de iure patron. quæ ob perduellionis crimen, hoc eſt, læſæ maieſtatis in primo gradu, non confiſcari ea iura affirmat: ſic enim habet; *Iura libertorum liberis, cum pater eorum erat perduellionis damnatus, ſalua eſſe, Diui Verus & Antoninus benigniſſimè reſcripſerunt: ſicut alia cauſa punitorum, liberis iura libertorum ſalua ſunt.* Niſi forte dicas, id peculiariter de iuribus libertorum ſancitum ex benignitatę eſſe, vt iuribus citatis ſatis aperte habetur: liberoſque (præſertim primi gradus) alioquin ob crimen parentum læſæ maieſtatis primi gradus, vt incapaces ſunt omnis ſucceſſionis, vt diſputatione ſequente dicetur, ita, ſecluſa ea benigna iuris diſpoſitione circa iura libertorum, incapaces eſſent ſuccedendi in eis iuribus. Eandem ſententiam confirmat Molina vbi ſupra num. 33. ex l. 3. tit. 2. par. vbi de eo, de quo poſt mortem probatur, criminis perduellionis fuiſſe reum, habetur *y ſu heredero no lo pudiere defender, ni ſaluar con derecho, deue el Rey iuzgar el muerto por infamado de traicion, y mandar tomar a el heredero todos los bienes, que vuo de parte del traidor*, quaſi quæ ex genere, aut ex alterius inſtitutione, ad eum peruenerunt, neque ob crimen perduellionis, ad fiſcum pertineant. Eadem ſententia longe apertius, accommodate ad naturam ipſam rei, ad diſpoſitiones iuris communis, definita, ſancitaque eſt, lib. 5. Luſitanarum ord. titu. 3. §. 15. verbis in calce diſp. 582. à nobis relatis, vbi expreſſe habetur, maioratum de bonis patrimonialibus ab alio anteceſſore inſtitutum, non pertinere ad fiſcum ob crimen læſę maieſtatis primi gradus, commiſſum à legitimo illius poſſeſſore, neque itẽ alia ſimilia bona, quæ deriuari ex illo ad quoſcunque extraneos non poſſint.

4 Quando multum intereſſet reipublicæ, maioratus ex bonis patrimonialibus inſtitutos diſſolui, ac confiſcari, ob crimen læſæ maieſtatis humanæ, aut etiam diuinæ, poſſeſſorum illorum, quia non facile ſubueniri poſſet reipublicæ bono, & obuiari eius diſſolutioni ac perditioni, niſi tantam pœnam ſtatuẽdo, aut etiam infligendo, in euentu aliquo particulari, tunc vtique, ſicut Rex, ſi pernicioſus eſſet Eccleſiæ, aut ſuæ reipublicæ, ob hæreſim, aut ob aliud delictum, neque ſucceſſor legitimus in regno poſſet obuiare tanto malo, poſſet Summus Pontifex donare id regnum alicui extraneo, qui pernicioſum illum Eccleſię, ab illo deijceret, nihil impediente damno, quòd per accidens ſequitur ſucceſſori, etiam innocenti, vt in calce diſp. 620. in reſponſione ad primũ argumentum dictum eſt: ita quando non aliter ſubueniri poſset malo publico ac vaſtationi reipublicæ, poſset princeps punire poſseſsores maioratuum, qui crimen læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ patrarent, vnde tantũ malum immineret, priuatione omnimoda maioratuum, eaque fiſco applicare, puniendo ita per accidens vlterius ad eos uocatos, in poſſeſsoribus ipſis eorum maioratuum, & per ſe poſſeſſores ipſos, tam in ipſiſmet, quam in filijs, & in reliquis eorum ſucceſsoribus. Sic Carolus Quintus ob inſolentias tempore communitatum, & occupationem reipublicæ, ab autoribus, & conſortibus illarum ſeditionum, ac comprehenſionem Reginæ Ioannæ matris ipſius, atque infantæ, pragmatica, quam *de Bormes* appellant, diſsoluit maioratus hominum illorum, eoſque fiſco applicauit, vt Molina cap. 11. citato à num. 57. copioſe refert. Id tamen fieri non debet, niſi vrgente cauſa maxima reipublicę, cui aliter commode ſubueniri nõ poſſit, atque prius pœna tanta in damnum innocentum comminari, & ſtatui deberet delinquentibus, niſi deſiſterent, quam exequutioni, cum damno innocentum mandaretur, niſi atrocitas & immanitas delicti, bonumque publicum id omnino exigerent in aliorum exemplum.

Ex dictis diſsolui poteſt ſequens quæſtio. Cũ ob crimen læſæ maieſtatis humanæ in primo gradu, dirui poſſint, ac ſoleant, domus præcipuæ delinquentis, & idem fieri poſſit, ac ſoleat, in crimine hęreſis, præſertim, ſi quis autor fuit hæreſis alicuius, eamve introducere conatus eſt in aliqua republica. Cum inquam, ea pœna, inter alias, crimen læſæ maieſtatis puniatur, iuxta cap. Felicis de pœnis lib. 6. vbi inſequentes, percutientes, aut comprehendentes, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, aut ad id conſiliũ, auxilium, &c. dantes, tanquam rei criminis læſæ maieſtatis puniuntur, eaque ratione, inter alias pœnas, hæc etiam eis ibi ſtatuitur. *Fiant habitationes eius deſertæ, vt non ſit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam, & perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur*, & iuxta c. 1. §. conuenticulos, de pace iuramento firm. ibi, *& domus eius deſtruantur*, atque iuxta l. 6. titu. 13. & l. 9. tit. 19. par. 2. Quin & aliquando domus aratro ſubijci poſt ruinam ſolent, ſaleque ſeminari. Cum inquam, ea pęna imponi ob crimen læſę maieſtatis ſoleat, dubium eſt, vtrum, quando maioratus de bonis patrimonialibus abſque regia facultate fuit inſtitutus, domus talis maioratus deſtrui poſſit ob crimen læſæ maieſtatis poſseſsoris illius. Greg. Lop. l. 6. citata verb. *las caſas*, cum Bart. negat. Idem cum eodẽ Bart. & alijs, quos citat, cenſet Molina vbi ſup. nume. 75. quoniam domus, in qua ius alteri competit, deſtrui cum illius præiudicio non poteſt ob crimen alterius. Subiungit tamen Molina, id male ſeruari: quoniam in eiuſmodi euentu, in exemplum aliorũ, ob criminiſque atrocitatem tranſgredi iudices ſolẽt omnes iuris regulas. Sane id fieri non deberet, niſi facta compenſatione maioratui earum domorum, quando iuxta hactenus dicta, ad fiſcum non attinerent, ex alijs eiuſdem delinquentis bonis, quæ ad fiſcum ſpectarent. 5

Ad maiorem primi argumenti initio huius diſputationis propoſiti, dicendum eſt, ob crimen læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, confiſcari omnia bona, quorum delinquens eſt dominus tempore commiſſi delicti; abſolute quidem ac ſimpliciter, ſi abſolute, atque ſine vlla reſtrictione ſit eorum dominus: ſi vero cum aliqua reſtrictione ſit illorum 6 Ad primũ argum.

dominus, cōfiſcari quatenus eſt dominus, ad ipſumque ſpectant: vnde, quia vnuſquiſque maioratus poſſeſſor, ex præſcripto inſtitutoris, ſolum eſt dominus maioratus in tempus vitæ ſuæ, cum onere, vt bona poſt mortem eius, ex præſcripto eiuſdem inſtitutoris, tranſeant in vlterius vocatum, ob delictum poſſeſſoris confiſcantur ſolum in tempus totum vitæ talis poſſeſſoris, quoad commoditatem, quam is poſſeſſor toto tēpore vitæ ſuæ erat ex eis bonis percepturus, vt diſputatione præcedente dictum eſt: non vero in reliquum tempus.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, permiſſionem illam earum legum inſtituendi eo modo maioratus de bonis patrimonialibus, non eſſe priuilegium (ſi modo demus, poſſe illum inſtituere de tertio legitimæ filiorum in hoc Caſtellæ regno) ſed eſſe non impedire B id, quod ex natura rei, atque iuxta regulas iuris communis, licet. Item eo ipſo, quod fas eſt eo modo maioratus de bonis patrimonialib. inſtituere, ex natura rei, atq; ex principijs iuris cōis, maioratibus ita inſtitutis eſſe innatū, vt confiſcari non poſſint ob delictū eos poſſidentis, niſi in ſolū tēpus, quo ille vixerit: quare, quod eiuſmodi maioratus confiſcari non poſſint ob delictum eos poſſidentis, non prouenit conceſſione aliqua principis, quæ interueniat, aut ſit præſumenda, vt argumentum ſupponit, in quo vis tota eius nititur, ſed prouenit ex natura ipſa ipſorummet maioratuum, ex eorumque inſtitutione: conceſſo ergo, quod neque id concedat princeps, neque cēſeatur concedere, neganda eſt conſequentia, quæ, C conceſſo toto eo argumento, eſſet inferenda, nempe, quod poſſint eiuſmodi maioratus confiſcari omnino ob delictum eos poſſidentis: quoniam, quod non poſſint confiſcari, prouenit ex natura ipſa horum maioratuum, & non ex tacita, aut expreſſa principis conceſſione.

Ad tertium. Ad antecedens tertij argumenti dicendum eſt, contra leges quidem eſſe, bona incidentium in crimen læſæ maieſtatis, non confiſcari; eo tamen modo, quo dominium eorum ad ipſos ſpectat, vt in reſponſione ad primum argumentum dictum eſt: vnde quia dominium bonorum maioratus, non ſpectat ad legitimum illius poſſeſſorem, niſi in tempus, quo ille vixerit, & poſt id tempus, ex præſcripto inſtitutoris, pertinet ad vlterius ad eum vocatum, qui, id ita inſtituendo, vtitur iure ſuo circa ſua propria D bona, ſane non eſt contra leges, quod, ſi is poſſeſſor in crimen læſæ maieſtatis inciderit, bona eius maioratus ſolum confiſcentur in tempus, quo ille vixerit, & poſtea tranſeant ad vlterius ad eum maioratum vocatum, vt in eadem reſponſione ad primum argumentum eſt dictum: quare corruunt cætera, quæ in eodem argumento ſubiunguntur. Neque, quod maioratus inſtitutor ea ſua inſtitutione per accidens ſit in cauſa, vt bona maioratus delicto poſſeſſoris confiſcari non poſſint in præiudicium ulterius ab ipſomet inſtitutore ad eum maioratum vocatorum, ſequitur, vt deludantur pœnæ legibus ſtatutæ: quoniā E in cæteris bonis, quę plurima ſunt, exerceri poſſunt, & in bonis ipſis maioratuum, quatenus præciſè ad delinquentem attinuerint, & per accidens eſt, ex natura maioratus, quod confiſcari non poſſint in præiudicium vlterius ad eum vocatorum.

Ad quartum. Ad quartum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia: quoniam id non eſt iuſta & legitima cauſa in bonum inſtitutoris & familiæ: in bonum autem reipublicæ ſine cambio, non ſatis eſt, vt fiat, quæcunque cauſa, ſed neceſſaria eſt vrgentiſſima, ex qua ſupra dictum eſt, poſſe bona maioratus confiſcari.

Ad quintum. Ad quintum, conceſſo antecedente, quoniam bona feudalia à principe deriuantur, & conceduntur in feudum, vnde dari poſſunt, & data cenſentur, cū

A eo onere, lege, ac grauamine, vt etiam dicemus de maioratibus de bonis coronæ regni inſtitutis; neganda eſt conſequentia: quoniam longe diuerſa eſt ratio de maioratibus ex bonis patrimonialibus, maxime abſque regia facultate inſtitutis, de quibus nunc loquimur.

Ad ſextum. Ad ſextum, conceſſa maiori, ſi cætera ſint paria, ad minorem dicendum eſt. Id eſſe verum, quando id ita omnino efflagitat commune reipublicæ bonum, cui aliter non poſſit ſubueniri, quod præponendum eſt bono priuato vlterius vocatorum ad regnum, etiamſi innocentes ſint: non vero eſſe verū, quando id non omnino efflagitat commune reipublicæ bonum: vnde concedenda etiam eſſet conſequentia, quando id ſimiliter omnino exigeret commune reipublicæ bonum: quia tamen non ita facile id euenire ſolet in priuatis maioratibus, ſicut in regno, neganda eſt conſequentia, eo quod cætera non ſint paria.

Ad ſeptimum. Ad ſeptimum Molina vbi ſupra nu. 38. improbata ſententia gloſſarum quarundam, quæ eam legem primam intelligūt de crimine læſæ maieſtatis in primo gradu, contraria vero iura in ſecundo, dupliciter ad eam legem primam reſpondet. In primis, quod ea lex intelligatur, de quibuſdā iuribus libertorum, quæ tranſire poſſunt ad extraneos. Deinde vero, quod intelligatur, interim dum delinquens vivit: quod nihil cum dictis hactenus de maioratibus pugnat. Si tamen reſponſiones illæ recte expendantur, comperietur, nihil ſoliditatis habere. Legitimam vero reſponſionem eſſe exiſtimo, eam legem primam latam fuiſſe poſt legem quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. qua ſancitum eſt, filios eius, qui committit crimen læſę maieſtatis in primo gradu, incapaces eſſe ſucceſſionis, nō ſolùm patri, ſed etiam auis, quin & matri, atque alijs extraneis, vt diſputatione ſequente explicabitur, atque adeo neque in iuribus libertorum poſt eam legem ſuccedere poſſunt; eaque de cauſa. l. 1. citata, etiam filij ab eis iuribus excluduntur, & applicantur fiſco, interim dum non fuerit perſona illorum capax.

DISPVT. 658.

Vtrum ob crimen læſæ maieſtatis humanę, aut diuinæ, commiſſum à poſſeſſore maioratus, qui eum non inſtituit, excludantur eius liberi, tranſeatque ad vlterius ad eum vocatum. Et de crimine læſæ maieſtatis humanæ.

SVMMARIVM.

1 *Læſæ maieſtatis crimen quādo, & aduerſus quos committatur.*

2 *Læſæ maieſtatis crimen quibus in euentibus iure huius regni, accommodate ad ius commune, incurratur.*

3 *Maieſtatis crimen gradus primi, quod. Quam acriter puniri debeat. Puniuntur conſortes, etiamſi ad ſolum conſilium, ſeu tractatum ſit deuentum. Et num conſcij id non detegentes puniri debeant, & quouſque. Conſors item ſi illud detegat, quouſque à pœna liberetur.*

4 *Læſæ maieſtatis ob crimen, quando domus diruendæ.*

5 *Regi maledicens, quas pœnas incurrat. Et in hoc regno media pars bonorum illius confiſcatur.*

6 *Concubitus cum Regina, cum Regis conſanguinea, aut cum famula Regis, aut Reginæ, quibus pœnis puniatur.*

Regis

7 *Regis in filium, regni ſucceſſorem, delictum, etiã concubitus cum vxore illius, aut filia, vt puniendum.*
8 *Delinquens in Regis filios, in regno non ſucceſſores, vt puniendus.*
9 *Gradus alij criminis læſæ maieſtatis.*
10 *Læſæ maieſtatis crimen incurrens, quibus pœnis puniatur.*
11 *Filij incidentis in crimen læſæ maieſtatis, quam infamiam ac pœnas incurrant, & quouſque ſucceſſionis cuiuſcunque ſint incapaces.*
12 *Filiæ committentis crimen læſæ maieſtatis, ſuccedere matri innocenti poſſunt in ſola legitima: alijs vero in quibuſcunque bonis.*
13 *Perduellio non omnis, qui crimen læſæ maieſtatis cõmittit, dicitur, ſed ſolum qui in certo gradu ac modo illud committit. Atque eius ſolum memoria damnatur poſt mortem intra quinquennium à commiſſo delicto, citandique ad id ſunt deſcendentes illius.*
14 *Læſæ maieſtatis de crimine qui ad accuſandũ admittantur: pœnamque talionis incurrit, qui de eo crimine accuſat, nec illud probat.*
15 *Quibus in euentibus crimen læſæ maieſtatis in Luſitano iure incurratur.*
16 *Quanta varietas de iure communi, Caſtellæ, & Luſitaniæ, circa crimen læſæ maieſtatis, capitaque illius.*
17 *Inſtar criminis læſæ maieſtatis vt puniuntur, etiam hoſtiliter inſequẽtes Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ad id cooperantes.*
18 *Hæretici, credentes, receptatores, defenſores, fautoreſque eorum, ipſorumque deſcendentes, quibus pœnis afficiantur. Nec deſcendentes inhabiles ſunt ad ſuccedendum.*
19 *Pœnæ infamiæ, inhabilitatis ad publicum officium, aut dignitatem, & vt ſuccedere alijs non poſſint, filijs committentium crimẽ læſæ maieſtatis humanæ impoſitæ, ad nepotes non extenduntur.*
20 *Filij nati, aut concepti, ante crimen patris, qui crimen læſæ maieſtatis humanæ, aut diuinæ, commiſit, non incurrunt pœnas filijs eo modo delinquentium ſtatutas.*
21 *Filij concepti ante hæreſin, aut crimen læſæ maieſtatis patris poſſeſſoris maioratus ex bonis patrimonialibus, non excluduntur à ſucceſſione in eo maioratu.*
22 *Si in Luſitania poſſeſſor maioratus de bonis patrimonialibus in crimen læſę maieſtatis incidat, à ſucceſſione in illo remouentur filij illius, & deuoluitur ad vlterius ad eum vocatum ſiue maioratus vltima voluntate, ſiue contractu inter viuos fuerit inſtitutus.*
23 *A ſucceſſione maioratus de bonis patrimonialib: excluduntur filij concepti poſt crimen læſæ maieſtatis patris poſſeſſoris, tam de iure communi, quàm huius regni, ſi maioratus vltima volũtate fuit inſtitutus: ſecus ſi contractu inter viuos fuit inſtitutus.*
24 *Maioratuum eiuſmodi ſucceſſione non priuantur filij concepti poſt patris crimen ex eo capite ſolum, quòd incapaces ſint officij publici, ac dignitatis. Et quid de titulo Comitatus, Ducatus, aut Marchionatus, ſi is maioratus eum habeat annexum.*

DIſputatio hæc quaſi appendix eſt præcedentis, qua quærimus, vtrum ſaltem propter crimen læſæ maieſtatis humanę, aut diuinæ, poſſeſſoris maioratus, excludantur à ſucceſſione in illo liberi ita delinquentis, & ſuccedat, non quidem fiſcus, ſed vlterius ad eũ vocatus

1 Vt vero res hæc melius intelligatur, obſerua. Crimen læſę maieſtatis committi aduerſus principem, aut rempublicam, non recognoſcentem ſuperiorẽ, vt aduerſus Summum Pontificem, Imperatorem, Regem, rempublicam Venetorum, Genuẽſium, & aduerſus alios non recognoſcẽtes ſuperiorem: ſiue crimen ſit aduerſus perſonam ipſam talis ſupremi
A principis, ſiue aduerſus ipſius ſtatum, ſiue aduerſus aliquid, quod in detrimẽtum principis, ipſiusve ſtatus, redundet, iuriſq; diſpoſitione cenſeatur ſupremi principis maieſtatem lædi, iuxta ea quæ dicẽtur. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. c. 2. nu. 6. & 10. Iul. Clar. lib. 5. ſententiarum. §. læſæ maieſtatis crimen, nume. 2. & Greg. Lopez. l. 1. tit. 2. par. 7. gl. 1. conſone ad eam legem. Quando autem princeps modo aliquo recognoſceret ſuperiorem, attamen adminiſtratio tota ſuæ reipublicæ, ſuive potentatus, ſibi omnino incumberet, vt in aliquibus potentatibus Italiæ, & Germaniæ, cernitur, fortaſſe crimen à ſibi ſubdito in perſonam, aut in ſtatum talis principis, commiſſum, reputaretur crimen læſæ ma-
B ieſtatis, in eoque locum haberent pœnæ, vel omnino, vel magna ex parte, patratoribus eius criminis à iure ſtatutis. Atque ita reconciliari poſſunt controuerſię & doctores, quos Iul. Clar. ubi ſup. nu. 3. refert, tolerarique debet conſuetudo multorum locorum, vt eiuſmodi crimina, tanquam læſę maieſtatis, puniantur pœnis à iure ei crimini ſtatutis.

Item, vt aliquis aduerſus principem, vel rempublicam non recognoſcentem ſuperiorem, dicatur crimen læſæ maieſtatis commiſiſſe, neceſſe eſt, vt is ſubditus illius, membrumque eius reipublicæ ſit: ſi enim ſit de aliena republica, non cenſebitur crimen læſæ maieſtatis commiſiſſe, etiamſi principem occidat, aut rempublicam prodat: niſi prius factus eſſet de ea republica, quam prodit, aut cuius principem
C interficit, vt colligitur ex clementina paſtoralis, de re iud. & ibi not. gloſ. verb. non ſubfuit, & affirmat communis doctorum ſententia, quam Iul. Clarus, vbi ſup. num. 6. & Ant. Gom. cap. 2. citato. nu. 10. referunt ac ſequuntur, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua: Non tamen probo, quod idem Iul. Clar. ibid. nu. 7. cum Card. Alex. ſubiungit. nempe clericum, natum & commorãtem in aliqua republica, eſto crimen in principem, aut in rẽpublicam, cõmittat, quod ſi laicus de eadem republica commiſiſſet, eſſet crimen lęſæ maieſtatis, non incidere in crimen læſæ maieſtatis. Ducitur, quoniam per ſacros ordines egreditur iuriſdictionem principis, reipublicæque ſecularis. Hoc, inquam, non probo. Quoniam ordines ſacri
D non faciunt, vt clericus ille non ſit pars eius reipublicæ, & vt non regatur legibus & iuriſdictione eiuſdẽ reipublicæ, vt Diſp. 31. & alias, dictum eſt, neque efficiunt, vt non habeat in dominum temporalem, caput ſupremum eius reipublicæ: ſed ſolum eſt exemptus à tribunali eius principis, vt puniri, aut iudicari, ab eo non poſſit, niſi iuſta de cauſa ei relaxetur. Vnde committit quidem tunc verum crimen læſæ maieſtatis, & pro qualitate criminis, ac perſonæ, puniendus eſt à ſuo iudice Eccleſiaſtico, tãquam reus læſæ maieſtatis in ſuum principem, & in ſuam rempublicam, cuius eſt pars: atque, ſi crimen tanta pœna ſit dignum, vt hoc, de quo loquimur, dignum re ipſa eſt, ex dicendiſque tractatu ſequenti erit mani-
E feſtum, degradari debet, & tradi puniendus iudici, ac principi ſeculari, tanquam eius criminis reus.

De iure huius Caſtellæ regni: l. 1. titu. ſecundo, 2
par. 7. & l. prima, titu. 18. lib. 8. nouæ collect. iuncta l. 6. titu. 12. par. 2. accommodate ad ius commune, ſequentes euentus commemorantur, in quibus crimen læſæ maieſtatis humanæ incurritur. Primus, ſi 3
Regem interficeret, percuteret, aut comprehenderet (*prender* Hiſpane dicimus) aut eum à regia dignitate, eijceret. Atque hoc crimen grauius, quam alia læſæ maieſtatis, puniri debet, vt iurib. citatis habetur. Lex 6. citata, de incidentibus in crimen læſæ maieſtatis ĩ gradu explicato, ait; *deuen morir por ello lo mas cruelmente, y lo mas abiltadamente, que puedan pẽſar*. Greg. Lopez ibi ait, intelligendum eſſe id de

morte crudeliori,& viliori,cõſueta: quoniam iudex non poteſt punire pœnis inconſuetis: iudicem verò ait,mitigare in hoc euentu non poſſe pęnam. Habenda tamen erit ratio delinquentis,ac circunſtantiarum criminis,in pœna imponenda. Et princeps ſupremus,aut reſpublica ipſa, pro arbitrio imponere poterit pœnam inconſuetam in eo euentu, prout rationi conſonum, publicæque vtilitati expedire iudicauerit. Iul. Clar. vbi ſup. num. 8. ait, de conſuetudine patratores criminis læſæ maieſtatis, ſolere viuos concidi in fruſta, fruſtaque ipſa appendi in locis publicis. Non tamen idem mos eſt in omnibus regionibus, ſed aliter ac aliter in diuerſis regionibus crimen hoc punitur.

Eſt verò obſeruandum, in primo hoc huius criminis gradu, ob illius atrocitatem, & perniciem reipublicæ maximam, non ſolum puniri pœna ordinaria huic gradui ſtatuta, actum conſummatum, ſed etiam cõſilium, tractatumve, ac deliberationem, de eo committendo: & longè maiori cum ratione ita delinquentes puniri debent ea pœna, ſi in eo delicto mandando exequutioni fuerint vlterius progreſſi. Licèt enim in hoc delicto, ſicut & in reliquis, nõ puniatur ſolus actus internus, deliberatiove ſola interna; ſi tamen exterius fuerit id tractatum, ac deliberatum, etiamſi delinquentes non ſint vlterius progreſſi, tam ipſi, quàm conſilium, fauorem, aut auxilium, ad id dantes, puniuntur pœnis ordinarijs eius delicti, capitis, confiſcationis omnium bonorum, & cæteris, de quibus erit ſermo, vt expreſsè habetur l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſt. l. 1. & 2. tit. 1. par. 7. & l. 1. ti. 18. lib. 9. nouæ collec. & affirmat commu nis doctorum ſententia, quam Couar. in clemen. ſi furioſus par. 2. in prin. num. 7. & Iul. Clar. vbi ſupra num. 15. referunt ac ſequuntur. Verba legis 1. citatæ tit. 2. par. 7. hæc ſunt. *La primera e mayor, y la que mas fuertemente deue ſer eſcarmentada, es, ſi ſe trabaiere alguno de muerte de ſu Rey* (id eſt molitus id fuerit) *o de fazerle perder en vida la honra de ſu dignidad, trauaiando ſe con enemigo, que ſea otro Rey, o que ſu ſennor ſea deſaporado del reyno.* Et multò apertius habentur omnia explicata lege 6. titu. 13. par. 2. vbi omnes illæ pœnæ extẽduntur ad omnes, quidquam eorum, quæ dicta ſunt, aduerſus Regem ſtatuẽtes ac molientes, & ad omnes ad id conſilium, fauorem, aut auxilium dantes, iuxta legem quiſquis citatam.

Lege 6. ſubiungitur, id ſcientes, niſi id detegant, in eaſdem incidere pœnas. Quòd Greg. Lopez. ibi verb. *qualquicr que lo ſupieſſe.* & Anto. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 2. num. 8. in calce limitationis tertiæ, limitant, modò id poſſint ſufficienter probare: alioquin magno diſcrimini ſe exponerent, iuxta legem 5. C. ad leg. Iul. maieſt. Grego. Lopez ibidem ait, id conſentaneum eſſe legi quiſquis, in fine, C. ad leg. Iul. maieſt. In ea tamen lege ſermo non eſt de nude ſcientibus parari necem principi, aut exitium reipublicæ, ſed de conſortibus & participibus in eo conſilio & coniuratione: niſi paragraphum penultimum eius legis intelligere velis, etiam de ſcientibus, qui conſortes delicti non ſint, quo pacto eum intelligit Anto. Gom. limitatione citata, qui veram in puncto iuris affirmat ſequentem Bart. opinionem. Bartolus verò, & multi alij, relati à Iulio Claro lib. 5. ſenten. §. vlt. q. 87. num. 2. & ab Anton. Gom. vbi ſupra, cenſent, ſcientem tale conſilium, nec reuelantem, puniẽdum eſſe pœna capitis: nullam verò mentionem faciunt de alijs pœnis conſortibus in eo delicto ſtatutis. Multi verò alij, quos Iul. Clarus ibidem, & Anton. Gom. referunt, improbant ſententiam Bart. Et quamuis fateantur, puniendum eſſe eum pœna arbitraria; cenſent tamen, iniquum eſſe, illum ea ſola de cauſa interficere. Iulius verò Clarus annuit Bartolo, quando quis eſſet conſcius parari mortem Regi

A (& idem dicet de conſcio parari exitium reipublicæ) niſi id detegeret, cum poſſet, propter graue dãnum, quod reipublicæ immineret, quod ſinguli ſubditi, ſi poſſint, arctè tenentur vitare: neque hæc ſententia mihi diſplicet. Iuxta Barto. verò ſententiam id acrius adhuc ſancitum eſt in hoc regno l. 6. citata. L. quiſquis. §. vlt. C. ad leg. Iul. mai. de conſortibus factionis, conſentientibuſque in illa, habetur, ſi quis eorum illam detegat, antequam vlterius ipſe procedat ad alium actum, non ſolum parcendum illi omnino eſſe, ſed etiam præmio eſſe afficiendum. Si verò id detegat, progreſſus quidem iam ad aliquid aliud in eo delicto, cæterum antequam aliunde ſciatur, parcendum illi eſſe, non tamen afficiendum eſſe præmio. Lex 5. titu. ſecundo, par. 7. idem ſta-

B tuit, cæterum in primo euentu ait, eum non habere locum, vt detegens coniurationem præmio afficiatur, ſi iuramento eam iam confirmauerat. Et eadem ratione eam legem intellige, ſi poſt conſpirationem, & communem conſenſum, ad aliquid aliud in eo delicto fuerat progreſsus, iuxta §. vltimum citatum. Lex verò Luſitana lib. quinto, ordin. tit. 13. Ius Luſit.
§. 11. conſentit cum lege quiſquis §. vltimo citato: excipit tamen in primo euentu eum, qui fuit autor coniurationis: hunc enim non cenſet præmio afficiendum, etiamſi rem detegat, antequam vlterius ſit progreſsus in delicto. Item exprimit, non ſolum ſi res ſit iam aliunde detecta, ſed etiã ſi decretum iam erat eam aliunde detegere, non eſse parcendum conſorti, qui rem detexerit.

C Lex 6. titu. 13. par. 2. ſtatuit, eum, qui Regem interficit, aut comprehendit (*prender* Hiſpanè dicimus) & qui ad id auxilium, fauorem, aut cõſilium dederunt, vltra alias pœnas, ea etiam eſse puniẽdos, quòd eorum domus, & alia eorundem ædificia, diruantur, nec vltra ædificentur. Eos verò, qui ſolum ferro, aut re alia, Regem percuſserunt, & qui conſilium, fauorem, aut auxilium, ad id dederunt, incidere quidẽ in alias pœnas crimini læſæ maieſtatis ſtatutas, non tamen eorum domus, & alia eorundem ædificia, eſse diruenda.

Qui autem principi maledicit leuitate petulanti, 5
aut temulentus, & qui iurauit per vitam principis aliquid implere, neque impleuit, tantum abeſt, vt cẽ-

D ſendi ſint rei læſæ maieſtatis, vt de ea re non ſit curandum, vt tanquam principi contumelioſi, puniantur: qui verò maturo iudicio, ſeu ex profeſso, principi maledixerit, aut de eo ſiniſtrè detraxerit, licet reus nõn ſit læſæ maieſtatis; cauſa tamen ad principem eſt remittenda, vt, num vlterius ea de re ſit inquirendum, infligẽdaque ei ſit aliqua pœna, ſtatuat. Ita habetur l. vnica. C. ſi quis Imperatori maledixerit, & l. 1. & 2. C. ad leg. Iul. maieſt. In hoc verò regno l. 11. titu. 26. lib. 8. nouæ collect. ſic ab Henrico eſt ſancitum. *Quien dize mal de nos, o a alguno de nos, o de nueſtros hijos, es aleuoſo por ello, y la mitad de ſus bienes ſon para la nueſtra camara, y el cuerpo a nueſtra merced.*

E Lex 1. titul. 18. lib. 8. nouæ collect. in eodem pri- 6
mo gradu læſæ maieſtatis computat, ſi quis in Regis honorem delinquat, rem habendo cum ipſius vxore, aut cum ipſius filia, quæ nondum ſit coniugata. Item, ſi aliquid eorum, quæ ſi in Regem fiant, dicta ſunt attinere ad primum gradum læſæ maieſtatis, eadem quis in principem regni ſucceſſorem efficiat. Excipitur, niſi princeps, regni ſucceſsor, interficere, percutere, aut comprehendere, vellet Regem, aut expellere eum à regia dignitate: nam tunc, quæ ſubditi aduerſus principem regni ſucceſsorem efficerent, in Regis defenſionem, non ſolùm non eſſent crimen, ſed digni ob illa eſsent præmio.

Quod ad primum attinet, obſerua, ante eam legem, concubitum cum eiuſmodi Regis filia, non attinuiſſe

tinuiſſe ad crimen læſæ maieſtatis, vt conſtat ex l. 2. titu. 14. par. 2. Vbi, qui rem habet cum filia Regis, cum Regis ſorore, aut cum alia Regis conſanguinea, quæ in domo Regis eſſent, aut ſub cura Regis in loco aliquo à Rege relictæ, aut collocatę, puniebatur morte, ſi comprehendi poſſet: ſi verò fugeret, nec poſſet capi, puniebatur amiſſione omnium ſuorum bonorum, & perpetuo exilio à regno. Banitus verò (Hiſpanè *encardato*) eo modo cum deportatis computatur, vt habetur l. 4. titu. 18. par. 4. Atque eadem pœna ſtatuitur ei, qui aliquam extraheret de ea domo. Qui verò conſilium ad talem concubitum dediſſet, eruebantur ei oculi, & amittebat omnia bona ſua. Qui autem concubitum habet cum filia, aut alia conſanguinea Regis, quæ non ſit ita in domo, & ſub cura & cuſtodia Regis, ea lege ſtatuitur, non ita acriter puniri debere, ſed arbitrio Regis ac iudicis, pro qualitate delicti. Lege 3. titulo 14. par. 2. additur, Si quis concubuerit cum fœmina, quæ eſt in ſeruitio Reginæ, aut aliquid cum ea fecerit, vnde illa infamiam concubitus contrahat, ſi in flagranti delicto comprehendatur, vt interficiatur. Si verò non fuerit deprehenſus in flagranti delicto, & ſit nobilis, exulat à regno, & impunè interfici poteſt à conſanguineis talis mulieris, iuxta ea, quæ ibi, & l. 3. titu. 16. p. 2. habentur. Si verò non ſit nobilis, capitis pœna punitur, etiamſi in flagranti delicto non ſit comprehenſus: quòd ſi aufugiat, amittit omnia bona ſua.

7 Quod verò attinet ad ſecundum de principe, idē quoque ſtatuitur l. 1. titu. 15. par. 2. Quarè, iuxta ea, quæ vtrobique dicuntur, ſi quis concubuiſſet cum vxore principis, aut cum filia illius nondum nupta, incideret in crimen læſæ maieſtatis primi gradus, & in pœnas pro tali crimine ſtatutas. Eadem lege 1. titu. 15. par. 2. habetur, ſi aliquid fieret in Regem, aut in principem, quod attineret ad primum gradum læſæ maieſtatis, attinere etiam ad eundem gradum, ſi fiat contra Reginam, aut contra principis vxorem. Niſi illæ aliquid commiſiſſent, vnde dignæ eſſent, quæ id paterentur, & ex Regis conſenſu id exequutioni mandaretur.

Vtrum autem, ſi Rex diſſiparet bona regni, dignusve eſſet, qui priuaretur adminiſtratione, poſſet princeps, regni ſucceſſor, propria autoritate in illum conſurgere, eumque à regni adminiſtratione mouere. Rectè Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. citato, verb. *o deſheredar a ſu padre*, neganter reſpōdet: ſed recurrere deberet ad Summum Pontificem, eiuſque autoritate remouēdus eſſet, ſi cauſam ad id ſufficientem iudicaret. In eiuſmodi enim rebus recurri ſolet, & debet ad Summum Pontificem, vt res ipſa ex ſe poſtulat, ne aduerſus caput regni inferiores ſententiam dicant, vt capit. intellecto, de iure iur. & capit. grandi, de ſuppl. neg. præl. lib. 6. fuit recurſum.

8 Qui alios filios Regis præter regni ſucceſſorem, interficeret, percuteret, aut comprehenderet, non incideret in crimen læſæ maieſtatis, neque pœnas ei crimini ſtatutas incurreret: ſed ſolùm erit plectendus pœna mortis, aut, ſi comprehendi non poſſit, vt ea pœna in eo exequutioni mandetur, amittit omnia ſua bona, & exulat à regno. Ita habetur l. 1. tit. 15. p. 2. vbi Greg. Lopez. gloſ. vlt. ait, ſi poſteà capiatur interfici debere: ſed tunc reſtituere debet fiſcus bona, quæ ex illo occupauerat.

9 Secundus euentus, in quo de iure huius regni crimen læſæ maieſtatis committitur, eſt. Si quis ad inimicos tranſeat, vt pugnet aduerſus Regem, aut regnum, vel vt illi malum inferat; aut opem facto, vel conſilio, eis dederit; aut epiſtolam, vel nuncium ad eos miſerit, vt aliquid præparent, vel parent, contra Regem, in damnum terrarum ei ſubiectarum. Ita habetur l. 1. titulo 2. par. 7. & l. 1. titul. 18. libr. 8. nouæ collectionis, conſentiunt etiam l. 1. 2. 3. 4. & pe-

A nult. ff. ad leg. Iul. Maieſt. & lex fallaciter, C. de abolitionibus. Qui tamen opem, vel auxilium daret, vt oppugnaretur ciuitas, aut oppidum, & non vt eriperetur Regi, aut regno, neque vt damnum Regi, aut regno, inferretur, non cenſeretur reus læſæ maieſtatis, ſicut neque qui ciuitatem ita oppugnaret. Ita Gregor. Lop. cum Salyceto l. 1. citata, verb. 10. *a el reyno.* Lege ſi quis barbaris C. de re milit. libr. 12. viuum comburi eum ſancitur, qui, factione cum barbaris facta, facultatē illis faceret deprædandi noſtros: aut qui, etiam ſine præuia factione, prædam ab eis factam, cum illis diuideret.

Tertius eſt, ſi quis facto, aut conſilio, ſit conatus, vt gens, aut locus, Regi ſubiectus, aduerſus eum rebellent, eive non obediant vt antea. Ita habetur l. 1.
B tit. 2. par. 7. & l. 1. tit. 18. lib. 8. nouæ collect. & concinit l. 4. ff. ad leg. Iul. maieſt.

Quartus, ſi cum Rex, aut dominus, minimè ſubiectus Regi, aut reipublicæ, cui aliquis eſt ſubditus, vellet ei tradere loca, aut illi obedire, ſoluendo ei tributum, & is ſubditus, facto, aut conſilio, id impediret. Ita habetur iuribus proximè citatis.

Quintus, quando aliquis à Rege tenens propugnaculum, aut oppidum, nō vult illud tradere Regi petenti, aut illud tradit hoſtibus, aut ſua culpa, vel dolo, illud capitur ab hoſtibus, vel in defenſionem illius, ſufficienter muniti, vitam non exponit. Ita habetur l. 1. titu. 2. par. 7. l. 1. titu. 18. libr. 5. nouæ collectionis, & l. 3. iunctis gloſſis ibi ff. ad leg. Iul. maieſt. Lex verò 1. titu. 2. citato, addit. Similiter in hoc
C crimen incidere, qui muniret aliquem locum, vt inde aduerſus Regem, aut rempublicam, pugnaret. Et qui propugnaculum, aut oppidum, aliter, quàm à Rege, teneret, neque illud ei, iuſtè petenti, vellet tradere. Et hoc ſecundum addit etiam l. 1. titu. 18. lib. 8. nouæ collect.

Sextus, ſi quis Regem in bello deſereret tranſeundo ad hoſtes, vel aliò diſcedendo ſine Regis facultate, interim dum aſſiſtere tenebatur, aut ſi dolosè pugnare inciperet ſine Regis facultate, aut illo inſcio, vt caperetur, aut damnum aliud ei obueniret, aut hoſtibus ſecreta Regis, in eius damnum, manifeſtaret. Ita habetur duobus iuribus huius regni citatis. Atque pugnare dolosè illo modo ad primū euentum poſſet ſpectare, ſequutaque morte, aut captura, Re-
D gis, domus, & alia illius ædificia, dirui deberent.

Septimus, ſi quis ſeditionem regni faceret, aut cōiurationes iuramento confirmatas, vel ſine iuramento, in Regis, aut regni, damnum. Ita habetur duobus iuribus citatis, & l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. Hic etiam euentus, ad primum etiam poterit aliquando ſpectare.

Octauus, ſi interficiat aliquem, *de los adelantados mayores del Rey, o de los conſeieros honrados del Rey, o de los caualleros, que ſon eſt ablecidos para guardar ſu cuerpo, o de los iudgadores, que han poder de iudgar por ſu mandado en ſu Corte.* Ita habetur leg. 1. titu. 2. parte 7. Nomine verò *de los adelantados mayores*, Proreges intelligere videtur. Lex prima. ff. ad legem Iu-
E liam maieſt. inter reos criminis læſæ maieſtatis eum computat, *cuius opera & conſilio dolo malo conſilium initum fuerit, quo quis magiſtratus populi Romani, qui ve imperium, poteſtatemve habeat, occidatur.* Nomine verò, *de conſeieros honrados*, intelligit ſupremos conſiliarios, apud principis perſonā reſidentes in ſupremo eius conſiſtorio, quos etiam comprehendere videntur verba ex l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. proximè relata, & multo apertius comprehendit, tum eos, tum etiam illos, qui à latere ſunt Regis, ad perſonā eius armis defendēdam l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. quæ ſic habet. *Quiſquis cum militibus, vel priuatis, vel barbaris, ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, vel dederit de nece* (multo

tò magis in id crimen, & in pœnas ei ſtatutas, incidet, qui interfecerit, etiam nulla præuia factione) *etiam virorum illuſtrium, qui conſilijs & conſiſtorio noſtro interſunt, & ſenatorum etiam (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt) vel cuiuslibet poſtremo, qui nobis militat*) exponit gloſſa, id eſt, circa noſtrum latus in militia armata, vel inermi (*cogitauerit (eadem enim ſeueritate uolun: atem ſceleris, qua effectum, puniri iura voluerunt) ipſe quidem, vtpote maieſtatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis.* Illi verò, qui in curia regia poteſtatem à Rege habent ad iudicandum, non video vbi de iure communi comprehendantur, niſi in illis verbis leg. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. *magiſtratus populi Romani*. Qui verò in hoc Caſtellæ regno cæteros iudices, aut præfectos, interfecerit, qui Regis nomine rempublicam adminiſtrant, non incidunt in crimen læſæ maieſtatis, ſed acriter, arbitrio Regis, ſunt puniendi, qui eos interficiunt, capiunt, percutiunt, aut aliter inhonorant, habita ratione perſonæ delinquentis: miniſtri offenſi, delicti, cauſę, ob quam commiſſum eſt, & modi, quo eſt commiſſum, ac loci, & temporis, in quo eſt commiſſum, vt habetur lege prima titulo 16. parte ſecunda. Obſerua verò ex l. quiſquis, non ſolum incidere in crimen læſæ maieſtatis, & in pœnas ei crimini ſtatutas, qui interfecerit Proreges, & Senatores, vel eos qui à latere ſunt Regis, ad eius perſonam defendendam, ſed etiam, qui factionem, aut conſilium, ad id faciendum inierit, etiamſi vlterius non ſint progreſſi, vt circa primum euentum, quoad perſonam Regis explicatum eſt.

Dubitant verò doctores, ſi quis conſiliarium Regis, aut alium ex commemoratis, interfecerit priuato odio in perſonam illius, & non quia miniſter Regis eſt, neque in odium, & damnum Regis, aut Regni, num cenſendus ſit reus læſæ maieſtatis, incidatque in pœnas ei crimini ſtatutas. Iulius Clarus 5. libro ſẽtentiarum, §. læſæ maieſtatis crimen. num. 5. cenſet, quocunque odio, & animo, id fiat, cenſendum eſſe incidere in crimen læſę maieſtatis. Gregorius vero Lopez. l. 1. tit. 2. par. 7. verb. *Adelantados mayores*, in fine, iuncto verb. *O a el reyno*, contrarium innuere videtur. Neutra ſententia ſua probabilitate caret: propendeo tamen in Iulij Clari ſententiam: quia id priuilegium perſonis eorum, in reipublicæ bonum videtur eſſe conceſſum.

Nonus, ſi, cum Rex ſecuritatem alicui in particulari, vel oppido, aut prouincia, concederet, & ſubditus illi Regi, cõtra eiuſmodi ſecuritatem a Rege datam, eam ſciens, interficeret, aut aliud faceret, quod eſſet contra eam ſecuritatem, incideret in crimen læſæ maieſtatis, & in pœnas pro eo crimine ſtatutas: niſi ſe, ſuaque defendendo ab eo, qui ea gauderet ſecuritate, id efficeret. Ita habetur l. 1. tit. 2. part. 7. iuncta l. vltim. titu. 16. par. 2. & l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. Qui autem percuteret eum, aut aliud damnum ei inferret, qui ſolam haberet tacitam ſecuritatem, qualem habent, qui vocantur ad curiam, aut ad eam veniũt, & ex illa reuertuntur, non ſunt rei criminis læſæ maieſtatis, ſed acrius, quàm ſi idem maleficium in alios exercerent, puniuntur. Vide legem vltimam, tit. 16. parte 2.

Decimus, ſi, cum aliqui in obſides dati eſſent Regi, aliquis ipſius ſubditus, aut quenquam illorum, ſine Regis facultate, interficeret, aut in cauſa eſſet, vt fugerent. Ita habetur l. 1. tit. 2. par. 7. l. 1. tit. 18. lib. 8. nouæ collect. & l. 1. ff. ad leg. Iul. mai.

Vndecimus, quando aliquis in vincula erat coniectus ob crimen læſæ maieſtatis, & alius eum inde extrahit, aut in cauſa eſt, vt inde fugiat, incidit hic in crimen læſæ maieſtatis, l. 1. titulo 2. parte 7. & l. 4. in fine, iuncta gloſſa ibi ff. ad leg. Iul. maieſtat. conſentit l. 14. titul. 29. parte 7. Idem meritò Anton. Gomc. 3.

A tom. variar. reſolut. cap. 2. num. 7. dicit eſſe, ſi, poſtquam eſſet damnatus, eriperetur de manu miniſtrorum publicorum.

Duodecimus, ſi Prorex, Caſtellanus, au exercens, tanquam caput, quamuis aliam adminiſtrationem eam non deſerat, iubẽte Rege, & nõ tradat, cui Rex præceperit, cum omnibus, quæ ad caſtrum, aut propugnaculũ, attinent, ſi, quod tradendum eſt, caſtrũ, aut propugnaculum ſit, incidit in crimen læſæ maieſtatis. l. 1. titul. 2. part. 7. & l. 2. & 3. ff. ad leg. Iul. maieſtat. Quando Rex vocaret Caſtellanum ad ſe, vt traderet caſtrum, neque ille veniret, idem crimẽ incurreret, niſi id efficeret, quia ex ſuo diſceſſu caſtrũ periclitaretur, aut ipſe eſſet captus, infirmus, aut ita vulneratus, vt venire non poſſet. Ita habetur l. 18. B tit. 18. par. 2. vbi Gregorius Lopez. arbitratur, non euadere id crimen, & pęnas pro eo impoſitas, ſi ex alijs cauſis ęquè vrgentibus, aut vrgentioribus, non accederet. Contrarium verò exiſtimo verum: quoniam, quando cauſæ eſſent æquè, aut magis vrgẽtes, vt ſi in itinere paratæ illi eſſent inſidiæ, aut aliud mortis certum, aut valde probabile, periculum ei immineret, nulla eſſet culpa non venire, imò peccatum eſſet accedere: vbi autem culpa non interuenit non accedendo, incurri non poteſt crimen læſæ maieſtatis in eo, quod non accedat, neque pęnæ, ſine crimine & culpa, poſſunt iuſtè imponi. Vtrum autem, ſi quis, ſine Regis facultate, relinqueret adminiſtrationem, cui tanquam caput, eſſe præfectus, incideret in crimen læſæ maieſtatis. Lex 3. in fine. ff. ad leg. Iul. C maieſt. affirmare videtur. Id verò Greg. Lopez. l. 1. citata verb. *dexa el oficio*, cum Luca de Pena, meritò limitat, niſi ex diſceſſu ab adminiſtratione nullum notabile periculum bono publico immineret, & ex iuſta & rationabili cauſa eam reliquiſſet.

Decimustertius, ſi quis infringeret malitioſè, aut auferret, imaginem Regis, in ipſius honorem in loco aliquo dicatam, crimen incurreret læſæ maieſtatis, l. 1. tit. 2. part. 7. & l. 4. in fi. & duabus ſequentib. ff. ad leg. Iul. maieſt.

Quartumdecimum annumerat, l. 1. titul. 2. par. 7. quando quis falſam cudit monetam, falſificat ſigillum, aut ſignum Regis. Primum ait ibi Gregorius Lopez. eſſe dictum iuxta opinionem Azonis, inſtar criminis læſæ maieſtatis. Attamen l. 2. C. de fal. mo- D net. apertè ſtatuitur, eſſe crimen læſæ maieſtatis, atque illud incurrere, iuxta vtranq; legem citatam affirmant Couarr. de collat. veter. num. c. vlt. nu. 4. & Anto. Gom. l. 83. Taur. num. 5. de qua re ſermo erit tract. 3. diſp. 72. Et ſecundum dubitat ibi an ſit limitandum, vt intelligatur de miniſtro publico. Eum legito, & quæ ad id citat.

In omnibus euentibus criminis læſæ maieſtatis 10
explicatis, in hoc regno Caſtellæ, qui illud committit, aut ad illud conſilium, vel auxilium, dat (intellige in euentibus, in quibus explicatum eſt, ſufficere ſolam coniurationem, ſeu mutuum conſenſum exterius expreſſum, etiamſi non ſequatur effectus: in alijs verò, dummodo ſequatur effectus eorum euen- E tuum) incurrit ſequentes pœnas. In primis pœnam mortis corporalis. l. 2. titul. 2. par. 7. iuncta l. 6. tit. 13. par. 2. inſti. de pub. iud. §. publica autem iudicia, & l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.

Deinde bona omnia illius confiſcantur, modo diſput. 95. explicato. Ita habetur l. 2. tit. 2. par. 7. iuncta l. 6. tit. 13. part. 2. & l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. Quòd autem tunc, ſi bona viri ob eiuſmodi, aut aliud, delectum confiſcentur, relinquenda ſint vxori ſua dos, & bona paraphernalia, ac medietas lucrorum, & quod ſimiliter, ſi ob hoc, aut aliud crimen confiſcentur bona vxoris, relinqui viro debeat reliquum ſuum capitale, & medietas lucrorum, Diſput. 434. explanatum, comprobatamque eſt, & conſentiunt.

tiút l.2.citata,l.quiſquis.§.vxores. C.ad leg.Iul.ma
ieſt.ordinationes Luſitanæ lib.5.tit.3. §.19.incipit
Eſendo caſado,& cap.decreuit, de hæret.lib.6. Du-
bium verò eſt, vtrum ſicut caput decreuit, citatum
ſtatuit,vt nihilominus,ſi vxor,quando contraxit cũ
viro,ſciebat eum eſſe hæreticum,amittat fiſco dotẽ:
ſecus autem, ſi poſt contractum matrimonium cum
illo,id ſciuit: neque ſcientia tempore contractus ma
trimonij præſumitur in ea,niſi probetur, vt vtrunq;
affirmat gloſſa vlt.ibi:ita,ſi vxor tempore cõtractus
matrimonij ſciebat eum,cum quo contrahebat,reũ
eſſe criminis læſæ maieſtatis humanæ, amittat ſimi-
liter ſuam dotem fiſco. Ad hoc reſpõdet bene Gre.
Lop.l.2.citata verb.*dote de ſe mugere*, eã nõ amitte-
re: quoniam licèt validum ſit argumentum, quoad
pœnas, à crimine læſæ maieſtatis humanæ ad hære-
ſin,tanquam à crimine minori ad maius, argumen-
to capitis vergentis extra eodem titulo; non tamen
è contrario valet argumentum à crimine hæreſeos
ad crimen læſæ maieſtatis humanæ: & quoniã,mu-
lierem contrahere cum eo,quem ſciebat hæreticum,
ſeipſam ſuſpectam de hæreſi facit, periculoque ſe
exponit amittendi fidem, & quodammodo fauere
videtur hæreſi mariti:quę non ſimiliter locũ habent
in crimine læſæ maieſtatis humanę.

11 Item omnes eorum filij manent perpetuo infa-
mes, ita vt nunquã obtinere poſſint munus militiæ,
vel dignitatem,aut officium publicum. Ita habetur
l.2.tit.2.p.7.& l.quiſquis,§.filij, in fi. C.ad leg.Iul.
maieſt. Et quamuis lex 2.huius regni citata, primo
aſpectu excludere ab hac pęna videatur filias: fortè
tamen excluſio filiarum intelligenda eſt,non quoad
hanc pœnam,ſed quoad ſequentẽ, quam eadẽ lex 2.
cum hac pęna coniungit. Etenim lex quiſquis §.fi-
lij,& §.ad filias,C.ad leg.Iul.maie. vnde lex illa ſe-
cunda deſumpta eſt,non excludit filias ab ea pœna,
ſed ſolum à ſequenti ſucceſſionis in hęreditate alte-
rius parentis, & extraneorũ, vt liquet intuẽti legem
quiſquis,duobus §§.citatis. Niſi fortè dicamus,hãc
& ſimilem aliam legem Luſitanã, quam infra refe-
remus, etiam infamiã voluiſſe à filiabus auferre, vt
circa legem Luſitanam infra ſubijciemus. Quid au-
tem in re propoſita nomine officiorum publicorũ,
intelligatur,explicant l.3.& 4.tit.3.lib.8.nouæ coll.
licet ad aliud inſtitutum,nempe, vt ea obtinere non
poſſint filij & nepotes hæreticorum, qui de hæreſi
damnati ſunt,eſto reconciliati ſint Eccleſię. Quo in
loco principi, aut ad id ab eo deputatis, reſeruatur
declaratio,num aliquid ſit officium publicũ,præter
ibi connumerata,quando de aliquo fuerit dubitatũ,
an inter officia publica ſit computãdum. Illud verò
eſt obſeruandum,quãuis hęc pęna, & ſequens,locũ
in hoc regno habeant in crimine læſæ maieſtatis in
omnibus euentibus ſupra commemoratis, vt cõſtat
ex l.2.citata,de iure tamen cõi, ſolum videri eas pœ
nas habere locũ in coniurationibus circa necẽ prin-
cipis,aut conſiliariorum principis, vel aliorũ,de qui
bus ſermo eſt,l.quiſquis, in princ. C.ad leg.Iul.ma-
ieſt.& longè maiori cum ratione,in progredientib.
vlterius in eo crimine: ſolum enim de hoc gradu cri
minis læſę maiſtatis eſt in ea lege ſermo:neque pęnę
ſunt extẽdẽdæ vltra id,ad quod ſunt impoſitæ:præ
ſertim hæ,quæ,in odium parentũ,in filijs innocen-
tibus,parentes nocentes puniunt;quod pęnarum ge
nus plus,quam pęnæ aliorum generum,eſt coarctan
dum: ſi tñ coniuratio eſſet ad perdendam rempubli
cam,non dubitarem, locum in eo euentu habere eã
pęnam, ac proinde vniuerſim in eo, qui perduellio
propriè diceretur,iuxta ea quæ ſubijciemus. Aliqua
ex parte conſentire videntur Iul.Clar.lib.5.ſenten-
tiatum,§.læſæ maieſtatis crimen,n.14. & alij,quos
citat. Quin.& Greg.Lop.l.2.citata verb.*ſus hijos*, in
fi.eã legem huius regni reſtringendã arbitratur quo

A ad hanc,& ſequentem pęnam,vt ſolum intelligatur
de criminibus, de quibus loquitur & intelligitur l.
quiſquis citata. Illud etiã obſerua,ſi mater in crimen
hoc læſæ maieſtatis incidat,filios,& filias, illius hãc
etiam incurrere pęnam,vt cum Accur.l.quiſquis,§.
filias.ver.minus auſuras, C.ad leg.Iul.ma. affirmãt
doctores cõmuniter,quos Iul.Clar.vbi ſup. n.13.&
Greg.Lop.verb.*ſus hijos* citato,referunt ac ſequun-
tur,ſatis conſonè ad textum, qui de filijs cõmittẽtis
id crimen indiſtinctè loquitur, ſiue mas ſit,ſiue fœ-
mina;tametſi,quia crimen hoc rarò admodum à fę-
mina cõmittitur,ſermo de viro præcipuè in eo tex-
tu habeatur. Item,non ſolum omnes filij & filię,pri
uantur vniuerſim bonis omnibus,quæ tempore cõ-
miſſi delicti erant delinquentis, aut ad illa ius habe-
B bat,quia omnia confiſcantur, ſed etiam omnes filij
maſculi priuantur ſucceſſione, tam ex teſtamento,
quàm ab inteſtato,matris innocentis,& auorum ſi-
militer innocentum,& reliquorum propinquorum,
quin & ſucceſſione ex teſtamento extraneorum,ita
vt,neque hæreditatem,neque legatum,accipere poſ
ſint,vel à propinquis,vel à prorſus extraneis,ſed ma
neant in perpetua abiectione & paupertate, ab his
omnibus prorſus excluſi, in odium atque in pęnam
parentum, & ne filij parentum veſtigia ſequantur.
Ita habetur l.2.tit.2.p.7. quoad omnes euentus cri-
minis læſæ maieſtatis commemoratos, & l.quiſquis
§.filij,C.ad leg.Iul.maieſt.quoad delicta, de quib.
in ea lege eſt ſermo,quoad quæ ſola cenſet Gregor.
Lop.vbi ſupra intelligendam & arctandam eſſe le-
C gem ſecundam citatam,iuxta ea quæ circa præcedẽ-
tem pęnam dicta ſunt. Et quãuis aliqui aſſeruerint,
eiuſmodi filios excludi ab illis bonis, tanquã eis in-
dignos,pertinereque loco eorum filiorum ad fiſcũ;
& alij id temperauerint, vt ſolum attinerent ad fiſ-
cum,quando ex teſtamento eſſent eis relicta, nõ ve
rò quando filij ſuccederent in illis ab inteſtato; pla-
cet tamẽ opinio Azonis & Bal.quam Gre.Lop.l.2.
citata verb.*ni puedan auer*, & Ant.Go.3.to.var.reſ.
c.2.nu.14.amplectuntur,nẽpe tales filios eſſe illorũ
omniũ bonorum prorſus incapaces, ac proinde le-
gata eſſe nulla,& cedere hæredibus ſcriptis:hæredi-
tates verò cedere hęredib.ab inteſtato, aut alijs co-
hæredib. ſcriptis,id quod ſonat lex 2.citata. Vtran-
que autẽ legem eſſe intelligendã,etiã de filijs eman-
D cipatis,affirmat Gre.Lop.cum alijs,quos citat,ver.
ſus hijos,citato,ſatis conſonè ad vtrãque legẽ. Idem
author ibidẽ,Cou.2.var.reſ.c.8.n.3.Molina li.4.de
pri.c.vlt.n.56.& Iul.Cla.vbi ſup.nu.11. cum alijs,
cum cõique ſententia,quam referunt, eaſdem leges
intelligunt,ẽt de filijs illegitimis,quoad hãc & prę-
cedentem pęnas. Vtrum autẽ,quoad vtranque intel
ligendæ ſint tantũ de filijs natis poſt delictũ cõmiſ-
ſum,an etiam de natis ante cõmiſſum delictum, &
vtrum intelligendæ ſint de ſolis filijs,an verò etiam
de nepotibus, commodius ſubijciemus inferius.

Filiæ verò committentis crimen læſæ maieſtatis, 12
in euentibus,in quib.dictum eſt,filios excludi à ſuc
ceſſione matri,ipſæ nõ omnino excludũtur,ſed ob-
E tinere poſſunt à matre ſolã ſuam portionẽ legitimã
in bonis matris,tam ex teſtamẽto, quã ab inteſtato,
non verò incrementũ aliquod ſupra illã: & quoniã
tempore legum partitarum, & de iure cõmuni,erat
quarta pars bonorũ matris inter filios diuidẽda, ea
ſola eis cõceditur,l.2.citata,& l.quiſquis, §.filię,C.
ad leg.Iul.maie. Hodie verò, vt rectè ait Gre.Lop.
l.2.citata verb.*la quarta parte*, & cõſentiunt ordina
tiones Luſitanæ inferius citandæ, obtinere poſſunt,
ꝙ de iure huius,& Luſitaniæ regni, auctum eſt in le
gitimis. Aliis verò conſanguineis,& extraneis,ſucce
dere poſſunt in omnibus bonis, ac ſi pater earũ cri-
men id nõ cõmiſiſſet, vt bene Gre.Lop.cum Saly-
ceto ibi ſubiungit:quoniã id prohibitũ eis nõ repe-
ritur:

ritur:& quoniam apertius adhuc id ſonat l. 2.citata,
quam l.quiſquis.

13 Qui hodie hoſtes dicuntur, hoc eſt, cum quibus
reſpublica bellum gerit,& non piratæ,aut qui, ut la
trunculi,deprædantur,vt habetur,leg.hoſtes, ff.de
verb.ſig.perduelliones poſteà dicti ſunt,vt habetur
l.quos nos,ff.eod.tit. Poſtea verò perduellionis cri-
men vſurpatum eſt,pro crimine eius,qui animo ho-
ſtili aduerſus rempublicam,aut principem, anima-
tus eſt,animo deliberato atque exterius expreſſo,ali
quid contra principem aut rempublicam,moliendo
vt habetur l.vlt.ff.ad l.Iul mai. vnde perduellionis
crimen,non omnia crimina læſæ maieſtatis compre
hendit,ſed ſolum,quæ ſunt in perſonam principis,
aut reipublicæ, hoſtili animo perdendi principem,
aut rempublicam,vt l.vlt.citata habetur. De eo au-
tem, qui in hoc perduellionis crimine incidit pecu-
liater eſt ſancitum,vt eſto de eo crimine, dum viue-
ret,non eſſet accuſatus,morte delinquētis id crimē,
ob illius immanitatē,non extinguatur,vt extinguun
tur alia crimina, ſed delinquentis memoria poſſet
poſt mortē accuſari & damnari,vt bona illius à pun
cto commiſſi delicti cōfiſcarentur, & ipſe,ac eius fi
lij pronunciarentur infames,incidiſſeque in cęteras
pęnas ſupra explicatas. Deſcendentes tamen illius
admonendi,citandique ſunt, vt accedant ad defen-
dendum defunctum: quòd ſi ſufficienter eum non
defenderint ac purgauerint de eo crimine, dānatur
de illo,& in conſequentiā,damnatur memoria,pro-
nunciaturque,eum,& ipſius filios,in pęnas ſupra ex
plicatas incidiſſe. Ita habetur l.vt.ff.ad l.Iul.mai.l.
pen.& vlt.C.eo.tit.l.ex iudiciorum,ff.de accuſa.§.
per contrarium inſt.de hære. quæ ab inte. de ſer.§.
publica autem iudicia,iuncta gl.vlt.ibi,inſt.de pub.
iud.l.3.tit.2.& l.7.Iul.Cla.vbi ſup.nu.26. cum Gi-
gante,& cum communi doctorum ſentētia,ait,per-
duellionis defuncti crimen,eiuſque memoriam, ſo-
lum poſſe accuſari & dānari,bonaq; illius confiſca-
ri,quinquennio à cōmiſſo delicto: quoniā eo tēpore
actio illa præſcribitur:cōſentiunt quæ diſp.73.dicta
à nobis ſunt. Aliud verò res habet in crimine hære-
ſeos,vt ibidem,& diſp.66.dictum etiam à nobis eſt.

14 Ad accuſandum in crimine lęſę maieſtatis admit
tuntur etiam infames,& cæteri, qui ab accuſatione
in reliquis criminibus repelluntur l.famoſi, & l.in
quęſtionibus,ff.ad leg. Iul.mai.& l.3.tit.2. iuncta l.
2.& l.26.tit.1.par.7. Qui verò de eo crimine accuſa-
uerit,neque illud probauerit, incurrit pęnam talio-
nis l.3.& l.26.citatis,cui pęnę ſubeſt,qui de crimine
capitali alium accuſat,neque illud ei probat; niſi ad
ſe accuſatio ratione perſonæ interfectæ ſpectet, leg.
vlt.C.de accuſationib.& l.26.citata. Si verò crimen
læſæ maieſtatis ſolum ſemiplenè ab accuſante pro-
betur,torqueri,vna cum accuſato,poterit,vt rei veri
tas inueniatur,l.3.C.ad leg. Iul.mai.

Ius Luſit. De iure Luſitano li.5.ord.ti.3.à§.in ſequentibus
euentibus committi dicitur crimen læſæ maieſtatis.
*Primeramente,ſe algū trataſſe morte de ſeu Rey, ou da
Reynha ſua molher,ou da alguun dos ſeus filhos, ou fi-
lhas,lidimos:ou a ello deſſe aiuda conſelho,ou fauor.*

*Item,ſe o que teuer Caſtello,ou fortaleza,do Rey, el-
le,ou aquille,que de ſua mano teuer,ſe aleuantar con el-
la,e a nom entregar loguo capeſſoa do Rey,ou a quem pe
ra yſſo ſeu ſpecial mandado teueſſe.*

*Item,ſe em tempo de guerra algun ſe foſſopera pera os
miguos do Rey para guerrear contra ſeus reynos.*

*Item,ſe algun deſſe conſelho a os ymiguos do Rey per
carta, ou per qualquer outro auiſo,en ſeu deſeruiço, ou
de ſu real eſtado.*

*Item,ſe algun fezeſſe conſelho,e confedera çan contra
oRey e ſeu eſtado,ou trataſſe de ſe aleuantar contro elle,
ou pera yſſo deſſe aiuda,conſelho,ou fauor.*

Item, ſe a o que foſſe preſſo per qualquer dos ſobre di-

A *tos caſos de trayçan, algun deſſe aiuda, ou ordenaſſe co-
mo defeito fogiſſe,ou foſſe tirado da priſam.*

*Item,ſe algun mataſſe,ou feriſſe da propoſito empre-
ſença do Rey alguna peſſoa,que eſteneſſe en ſua compa-
nhia.*

*Item,quando algun em deſprezo do Rey quebrantaſ
ſe,ou derribaſſe alguna ymagen, ou armas raes poſtas
em ſemelhança do Rey e por ſua honra e reuerença.*

*E em todos eſtes caſes,ou cada huun delles,he propia-
mente cometido o crime da leſa mageſtade, e auido per
tredoro que os cometer. Eſendo o cometedor conuencido
e contenado per cada vm delles,morrera à naturalmēte
morte cruel;e todos ſeus benes,que ouer ao tempo da con
denaçam,ſeram confiſcados pera a coroa do reyno, poſto
que filhos tēda,aſi machos como femeas,ou otros alguns*
B *deſcendentes, ou aſcendentes,aui los antes ou depoys de
ter cometido tal maleficio*(quod,quoad confiſcationē
bonorum delinquentis à puncto commiſſi delicti,
de qua eſt ſermo, iuxta omnium opinionem eſt ve-
rum,neque poteſt cuiquam eſſe dubium) *E ſendo os
al crime notorio,ſeran ſeus beens confiſcados per eſſe meſ
mo feito,ſem outra alguna ſentença.*

*E em qualquer deſtes caſos a cima declarados,onde os
filhos ſam excluſos da herança do padre, ſe forem varo-
nes,ficaram infamades pera ſempre de maneira,que nū
ca poſſam auer honra de caualaria,nem doutra dignida
de,nem officio, nem poderam herdar a parente,nū outro
eſtranho,nem ab inteſtato,nem por teſtamento, en que
fiquem herdeyros,nem auer coſa alguna,que lhe ſeiada-
da,ou leixada,anſi antre viuos,como per qualquer poſtri*
C *meira vontade ſaluo ſendo primeiramēte reſtituidos por
o Rey a ſua primeira fama è eſtado,a qual pena aueram
pola maldade,que ſeu pay cometeo.*

Circa quæ nota,ſicut lex 2.titu.2.par.7.in omni-
bus euentibus criminis læſæ maieſtatis lege 1.eiuſdē
tituli commemoratis, afficiebat filios delinquentis
hac vtraque pęna: ita & hanc Luſitanam legem idē
efficere in omnibus euētibus commemoratis. Item
pęnam infamiæ, & excluſionis ab officiis & digni-
tatibus, crederem afficere etiam filias, iuxta legem
quiſquis,C.ad leg. Iul.maieſt.propter ea, quæ ſimi-
liter circa legem ſecundam citatā ſupra dicta ſunt.
Item obſerua,hanc legem excludere filios ita delin-
quentium hoc crimine,non ſolum à ſucceſſione ma
tri,aſcendentibus, ac cęteris per vltimam voluntatē
D ex teſtamento,aut ab inteſtato, ſed etiam per dona-
tionem inter viuos,tam reuocabilem,quam irreuo-
cabilem:quod nota, quoad ſucceſſionem in maiora
tibus,qui donatione inter viuos inſtituti ſunt.

*Peroo as filhas dos taes tredores poderā herdar à ſuas
mais,ea outros parētes,aſſi per linea dereita aſcendētes
è deſcēdētes,como per linha tranſuerſa, è quaeſquer ou-
tros eſtranhos,anſi ab inteſtado o que lhes dereitamente
pertencer,como per teſtamēto,ou otro qualquer iuſto titu
lo de vltima vontade,ou de antre viuos:è eſto nom ſendo
os taes peſſeas,a que ſe ouer de ſoceder culpados em o tal
caſo:porque em tam ſuas fazenda ſeram confiſcadas.*

Quo loco videtur conceſſum filiabus, ſuccedere
matribus in omnibus earum bonis,ac ſi pater talium
E filiarum in id crimen non incidiſſet. Et forte lex Lu
ſitana, & l.2. huius regni infamiam, etiā à filiabus,
auferre intenderunt.

A.§.20.ſic ibidē ſtatuitur. *E quanto a outros caſos,
que o dereito tābē chama crime de leſa mageſtade dapri
meira cabeça,aſſi como ſe algun trataſſe morte de alguū
aſcēdēte do Rey,ou deſcēdente a fora os a cima declara-
dos, ou yrmano do Rey,outio do Rey, ou yrmano de ſeu
pay,o de ſua maym,da quella parte de que o reyno ſuce-
de,ſendo a tal peſſoa contra que ſe eſte caſo cometer lidi
ma,quer ſeia macho,quer femea. Item ſe o Rey em ſua
poſſoa per ſimeſmo ſeguraſſe alguna peſſoa, ou gente de
alguna comarca,cidade, ou uilla,e aquelles, de que aſi
deſſe a dita ſegurāça a quebrantaſem;em eſtes caſos,em*

eſte

eſtę capitolo decrarados os cometedores efeitores delles, ou qualquer delles, morreraã morte natural, e ſeus beẽs ſoram confiſcados, poſtoque deſcendentes, ou aſcendẽtes, tenham: porem ne elles ſeram auidos por tredores, nem ſeus filhos ficaram infamados, nem inhabiles pera ſoccceder, nom excluſos das honrras, officios, e dignidades.

E por que aalem dos caſos ſobreditos ha hi outros, en que ſegundo dereito ſe comete o crime de leſa mageſtade, que o dereito cham a capitolos da ſegunda cabeça, aſſi como, ſe alguun tiraße per força de poder de iuſtiça o contenado per noſſa ſentença, que leuaſſem a iuſtiçar por noſſo mandado, ou de noſſos officiaes, que pera ello noſso podere autoridade teueſſem.

Item, ſo nos forem dados arrefeens, e alguun os mataſſe, feriſſe, o offendeſe, ſem iuſta cauſa, ſabendo que nos eram dados en arrefeens e durando per arrefeens, ou les deſse aiuda, fauor, aazo, ou tonſelho pera fogir de noſſo poder.

Item, ſe alguun quebranteſse noſſo carcere, e delle tiraſse o preſſo, que ia era condenado, ou en iuyzo ouueſſe confeſſado o maleficio porque era preſſo, por ſe delle nom fazer iuſtiça.

Item, ſe alguun mataſse, ou feriſſe, ſeu ymiguo, ſendo preſſo em noſa priſa, tomando delle venguança.

Item, ſe alguun mataſse, ou feriſse alguũ noſſo offiçal da iuſticia, que offico de iulgar tenha, ſobre ſeu officio. Inclinare videtur in ſententiam, quòd ſi quis interficiat conſiliarium Regis, aut alium ſimilem, odio priuato, non incidat in crimen læſæ maieſtatis.

Item, ſe alguun Corregedor, ou iuiz foſſe embia dopor nos a alguna comarca, cidade, ou villa, e depois por alguna razam ceſſaſſe ſu officio, e mãdaſemos la a outro official nouo conoſſas cartas e poderes pera ello ſofficientes, e a primeiro Corregedor, ou iuiz, lhes non quiſeſſe obedecer: em eſtes caſos, e outros ſemelhãtes, que o dereito chamada ſegunda cabeça, aalem dauerem as penas, que por dereito comum, e noſſas ordenações deuem auer, perderaam ſeus beens os cometedores dos ſobreditos caſos, e ſeram confiſcados, poſto que tenham deſcendentes, ou aſcẽdentes, lidimos. En eſtas meſmas penas aſſi as que merecerem ſegundo forma de dereito, e noſſas ordenaçones, como perdimento de fazenda, do modo que dito he encorrerraam qualeſquer capitanes noſſos, ou feitores, ou qualeſquer noſſos officiaes de qualquer qualidade que ſeiam, que no entregarem os taes carreguos, ou officios que teuerẽ, a aquelles, que para ello leuarem noſſas prouiſiones.

16 Ex dictis conſtat, magnam eſſe diſcrepantiam in crimine læſæ maieſtatis de iure Luſitano, & de iure Caſtellæ, & communi. Conſtat etiam, ſæpe ſumi æquiuoce crimen læſæ maieſtatis primi gradus, primive capitis, & ſecundi, tum ſi Luſitanum ius, commune, & Caſtellæ conferas inter ſe, tum etiamſi modũ loquendi doctorum attendas.

Paragrapho penultimo, & vltimo, tit. 3. citati, habetur, memoriam delinquentis de iure Luſitano dãnari poſt mortem in omnibus euentibus primi capitis, ſeu à principio commemoratis, ob quos filij manent infames, nec ſuccedere poſſunt alijs conſanguineis, aut extraneis; in reliquis verò omnibus, in quibus crimen patris non ita in filijs punitur, non damnari memoriam delinquentis poſt mortem: ſed ſi è vita diſceſsit, antequam lis aduerſus eum intentaretur, vna cum vita illius, extingui etiam delictum.

17 Capite fęlicis, de pęnis lib. 6. meritò, tanquã rei lęſæ maieſtatis humanæ, dãnatur, qui hoſtiliter fuerit inſequutus Cardinalẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, etiamſi vlterius non ſit progreſſus, & qui eũ percuſſerit, aut cõprehenderit, vel ſocius fuerit aliquid horũ facientis, aut fieri mandauerit, aut factum (intuitu intellige ipſius) ratũ habuerit, aut conſiliũ ad id dederit, vel fauorẽ, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit, ſcienter eũdem. Cum .n. Cardinales S. Romanæ Eccleſiæ, conſiliarij ſint Summi Pontificis, qui ſupremus eſt princeps, certè non minus committitur crimẽ læſæ maieſtatis in delictis ſimilibus aduerſus Cardinales, quam aduerſus conſiliarios ſupremos cæterorum principum, aduerſus quos committi lege quiſquis C. ad leg. Iul. mai. eſt ſancitum, vt ſupra dictum eſt. Quod vero ad rem præſentẽ attinet, prætermiſsis alijs grauiſsimis pęnis, in eo capite eiſtatutis, qui in aliquo prædictorũ criminũ inciderit, inhabilis redditur eo capite ad ſuccedendum alteri ex teſtamento, & ab inteſtato. Licet verò eorum filijs, & nepotibus, grauiſsimæ aliæ pęnæ in eo capite imponantur, quibus parentes tanti ſacrilegij patratores, in eis puniantur, non tamen video illos inhabiles reddi, ad ſuccedendum, etiam ex teſtamento, aut ab inteſtato. Quarè id impedimento non erit, vt ſuccedant in maioratibus, etiam per vltimam voluntatem inſtitutis: niſi dicas, filios ſubiacere pęnis legis quiſquis, §. filij. C. ad leg. Iul. maieſt. quod cum Gigante, & communi doctorum ſententia, innuere videtur Iul. Clar. vbi ſupra nu. 4.

Quod ad hæreticos, credẽtes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, attinet, horumque omniũ filios, licet alibi de ipſorum pęnis dicendũ ſit, quod ad rem præſentem attinet. Hæretici, neque teſtari poſſunt, neque hæredes inſtitui, aut accipere fideicõmiſſum, vel legatum, ex teſtamento, etiam militis, vt patet l. Manichæos, & l. vlt. C. de hæret. & l. 4. titul. 26. par. 7. Quòd ſi aliquid, antequam de hæreſi condemnarẽtur, obtinuerint, vel ad illud ius habuerint, id totum amittunt fiſco à puncto commiſsi delicti, ſequuta ſententia condemnatoria; adeò, vt ſi maioratum legitimè obtinuiſſent, neque aliud haberet inſtitutio legitima illius, pertineret, interim dum ita condemnatus viueret, ad fiſcum quoad vſumfructum, vt duabus diſputationibus præcedentibus dictum eſt. Prætereà hæretici, cedentes, receptatores, & fautores eorum, admitti non poſſunt ad vllum beneficium Eccleſiaſticum, aut officium publicum, Eccleſiaſticum, vel ſeculare, ac proinde, neque ad vllã dignitatem: quod ſi ſecus fuerit attentatum, irritum id totum eſt & inane, vt habetur c. quicunque, §. hæretici, & c. vt commiſſi §. vlt. & c. ſtatutum 2. de hæret. lib. 6. 18

Quod verò ad filios hæreticorum attinet, non video, illos, propter crimen hæreſeos parentum, inhabiles reddi ad ſuccedendum ex teſtamẽto, aut ab inteſtato, aſcendentibus, aut alijs cõſanguineis, vel extraneis, vt redditi ſunt filij committẽtium crimẽ læſæ maieſtatis humanæ l. quiſquis C. ad leg. Iul. maie. & alij iuribus huius, & Luſitaniæ regnorũ, ſupra citatis. Et cũ pęnę, præſertim illæ, quæ in filijs innocẽtibus parentes nocentes puniunt, extendendæ non ſint ad euentus, in quibus non ſunt ſtatutę, nõ valet argumentũ, quod ſi parentes, cõmittentes crimen lęſę maieſtatis humanę, illo mõ puniuntur in filijs, filij quoque cõmittentiũ crimen læſæ maieſtatis diuinæ eiſdẽ pęnis ſubiaceant: neq; eo vſus eſt Innocentius III. c. vergentis. de hęret. ſed ſolum ad probandũ, nemini debere mirũ videri, quod ipſe eo in capite ſtatuat, vt bona hęreticorũ pp hęreſeos crimẽ cõfiſcentur; quandoquidẽ leges humanę idem ſtatuerint in minori crimine lęſę maieſtatis humanę. Imò verò ex eo capite contrariũ colligitur, nẽpe, quod licet pęna iuſtè ſtatuta in crimine læſæ maieſtatis humanæ, iuſtè quoque ſtatui longè maiori cum ratione poſſit in grauiori crimine læſæ maieſtatis diuinę; interim tamen, dum extenſa non eſt ad crimen læſæ maieſtatis diuinæ, non habet in eo locum, ex eo precisè, quod in crimine læſæ maieſtatis humanæ ſit cõſtituta. Et quòd filij hæreticorum non puniantur ea pœna, quòd ſuccedere alijs non poſſint, affirmat cõmunis doctorum ſententia, quam Anton. Gomez. 3. tom. variar. reſol. c. 2. nume. 13. refert ac ſequitur.

Filij

Filij tamen hæreticorum, credentium, receptatorum, & fautorum hæreticorum, vſque ad ſecundam generationem, ſunt inhabiles ad beneficia eccleſiaſtica, & ad officia publica, atq; adeo ad dignitates, perinde atque parentes ipſorum, vt habetur c. quicũque, §. hæretici, & c. vt commiſſi, §. vlt. de hæret. lib. 6. Poſteà verò id limitatũ fuit per Bonif. VIII. c. ſtatutum 2. eo. tit. lib. 6. Primò, vt intelligatur per lineam paternam vſque ad ſecundam generationẽ, hoc eſt, ad filios & nepotes: per maternam verò ad primam duntaxat, id eſt, ad filios: quare ſi ſola mater ſit hæretica, filij tantum, & non nepotes, ſunt ad illa inhabiles. Item, ſi pater ſit hæreticus, nepotes ex filio, ſunt ad illa inhabiles: ſecus verò nepotes ex filia, vt conſentaneè ad hoc ius ait Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 2. n. 4. Secundo id limitauit, vt intelligatur ſolum de filijs & nepotibus eorũ hæreticorum, qui emendati non ſint, & reincoorporati Eccleſiæ, exequendo pœnitentiam ipſis impoſitã, aut parati illã ſuſcipere & exequi. Dubium verò eſt, vtrum hæc limitatio ſecunda Bonifacij viij. locum hodie habeat in hoc Caſtellæ regno quoad officia publica poſt legem 3. tit. 3. lib. 8. nouæ colle. quæ ſic habet. *Mandamos, que los recõciliados por el delicto de la heregia y apoſtaſia, ni los hijos y nietos de los quemados y cõdenados por el dicho delito, haſta la ſegũda generaciõ por linea maſculina, y haſta la primera por linea femenina, no puedã ſeruir, &c.* Vbi vides, filios, & nepotes, non ſolũ relaxatorum brachio ſeculari, & combuſtorũ, ſed etiam filios & nepotes damnatorum ob crimen hæreticæ prauitatis, aut apoſtaſiæ, quales etiã ſunt filii & nepotes eorum, qui Eccleſiæ ſunt reconciliati, excludi ab officiis publicis: porrò princeps ſecularis extẽdere id ita in ſuo regno validè ac licitè potuit. Dicendũ tamen videtur, eam legem non extẽdere id vltra caput ſtatutum citatũ, neque ab illo diſcrepare: quoniam optimè intelligi poteſt iuxta illud caput: & iura poſteriora intelligi debẽt iuxta anteriora, quoad commodè fieri poſſit: eo quòd iuriũ correctio ſit vitanda, maximè canonici à ciuili: præſertim cum ea lex in reliquis ſe accommodet omnino ad diſpoſitionem illam iuris canonici. Verba autem illa, *ni los hijos y nietos delos quemados y cõdenados por el dicho delito*, intelligẽda ſunt copulatiuè, ſiue ita condemnati concremati ſimul ſint viui, aut mortui, vel eorũ tantum oſſa, aut eorundem tantũ ſtatua, & ita lex comprehendit omnes, de quibus notitia habetur in tribunalibus S. Inquiſitionis horum regnorũ ſufficiẽs ad condemnationem de crimine hæreſis, ſiue reconciliati Eccleſiæ ſint, ſiue non: prior enim pars comprehendit reconciliatos omnes, ſecunda verò reliquos hæreticos, & eorum filios, aut nepotes, iuxta limitationem capitis ſtatutum citati.

19 Dubium circa ſuperius dicta eſt, vtrum duæ illæ pœnæ filiis delinquentium crimine læſæ maieſtatis humanæ, l. quiſquis, §. filii, l. 2. tit. 2. p. 7. & tit. 3. citato ordinationum Luſitanarum ſancitæ, nempe, vt ſint infames, nullumque officium publicum, ac dignitatem poſſint obtinere, & vt nec matri, nec aliis aſcendentibus, collateralibus, aut prorſus extraneis, ſuccedere poſſint ab inteſtato, aut ex teſtamento, etiam in legato, aut fideicommiſſo, ſeſe extendant, etiam ad nepotes ita delinquentium. Couarruuias 2. variarum reſolut. cap. 8. num. 2. Iul. Clar. lib. 5. ſententiarum, §. læſæ maieſtatis crimen, num. 13. Molina lib. 4. de primog. cap. vlt. num. 50. & communior ſententia, quam referunt, licèt non loquantur de pœna incapacitatis ad ſuccedendum ex teſtamẽto, aut ab inteſtato, de qua tamen dicendum arbitror, abſque vllo dubio non extendi ad nepotes, eo quòd l. quiſquis, §. filii, C. ad leg. Iul. maieſtat. & l. 2. titul. 2. par. 7. ac lex Luſitana de filiis ſolis loquantur, nomineque filiorum in legibus pœnalibus, præſertim in

A iis, quæ innocentes puniunt, non intelligantur nepotes, licet, inquam, de hac pœna Couarru. & illi alii, non loquantur, de illa tamen alia infamiæ, & excluſionis ab officiis publicis, & dignitatibus, cenſent, eam etiam extendi ad nepotes ex parte patris. Ducuntur, quoniam licèt vi legis quiſquis citatę, §. filii, ad nepotes non extendatur, propter ea, quæ proximè dicta ſunt, vnde Gre. Lo. l. 2. citata. ver. *ſus hijos*, col. 2. rectè ait. tempore ſolius illius legis, eam pœnã ad nepotes non fuiſſe extenſam, referunt tamen Couarruuias & Gregorius Lopez ex Alberico, & Salyceto, & aliis, poſtea Federicum tuliſſe legẽ quandam, qua liberos omnes committentium crimen læſæ maieſtatis diuinæ aut humanæ, affecit infamia, eoſque excluſit ab omnib. officiis publicis, ac dignitatibus: nomine verò, liberorum deſcendentes omnes comprehenduntur. Ex benignitate autem canonica ſummi Pontifices poſtea ſtatuerunt, vt pœna illa in crimine hæreſeos non ſe extenderet, niſi ad ſecũdam generationem, & Bonifacius viij. c. ſtatutũ de hæret. lib. 6. noluit eam pœnã egredi filios per lineam fœmininam, aut delinquente matre, vt dictum eſt. Iuxta hæc autem, ſtãdo in iure Cæſareo, omnes vniuerſim deſcendentes, ex cõmittente crimen læſæ maieſtatis humanæ, eſſent infames ac incapaces officiorum ac dignitatum poſt eam Federici legẽ. Meritò autem Gre. Lopez vbi ſup. cenſet, quicquid ſit de iure cõi Cæſareo, in hoc tamen Caſtellæ regno, neque eam pœnam extendi ad nepotes: ſed vtranque comprehendere ſolos filios: quoniam lege 2. citata ſolis filiis eſt impoſita: imò eadem lex ſatis apertè ſignificat, infamiæ pœnam, inhabilitateſque ad officia, fœminas non comprehendere. Atque iuxta hæc accipienda, admetiendaque ſunt, quæ de hac re tradit Anto. Gom. 3. to. variar. reſ. c. 2. nu. 15. Idem dicendum eſt de iure Luſitano: quoniam neutra pœna tit. 3. citato impoſita eſt, niſi ſolis filiis, excluſis prorſus filiabus. Vnde quando lex 6. ti. 13. par. 2. & Lex Luſitana tit. 3. citato, in prin. affirmant, crimen læſæ maieſtatis humanę reddere infames omnes de genere, aut de progenie ita delinquentis, intelliguntur de infamia facti, qua omnes ea de cauſa in minori æſtimatione, minuſque apti ad officia, & dignitates habentur; non verò de infamia illa alia iuris, vt Greg. Lop. l. 6. citata verb. *e todo ſu linage*, rectè affirmat.

D Dubium deinde eſt, vtrum eædem duæ pœnæ filiis ob delictum parentum impoſitæ nempe de iure Cæſareo, vt, ob crimen læſæ maieſtatis humanæ à patre commiſſum, filij, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſuccedere poſſint matri, aliis aſcendentibus, collateralibus, & prorſus extraneis, & vt ſint infames, neque obtinere poſſint officia publica, ac dignitates: & de iure canonico & Cęſareo, vt filij hęreticorum, aut etiam nepotes, infames ſint, neque obtinere poſſint beneficia eccleſiaſticæ, officia publica, ac dignitates, ſeſe extendant, etiã ad filios natos, aut conceptos, ante crimen patris; an verò ſolũ ad filios natos poſt crimen patris. Quæſtio.

E Quod ſeſe extendant ẽt ad cõceptos & natos ante crimen patris, ſuaderi põt. Primò, ex l. quiſquis, §. filii, iuncto §. filias, C. ad leg. Iul. maieſt. quo in loco filij indiſtinctè eius, qui crimen læſæ maieſtatis humanæ cõmiſit, ſubijciuntur prædictis pœnis, non diſtinguẽdo, num nati ſint poſt patris delictũ, vel antea: atque, inter alias, ea ratio redditur. *In quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij, criminis exempla metuuntur*: id verò non minus habet locũ in filijs antea conceptis, aut ẽt natis, quã in poſtea natis. Et §. filias, hæc redditur ratio, quare illæ nõ adeò ſeueris pœnis ſubijciãtur. *Mitior circa eas debet eſſe ſñia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe cõfidimus*: æquè aũt timẽdũ eſt de filiis natis ante crimẽ pñs, ꝙ audebũt exẽplaq; pñs ſequẽtur, ac de filiis natis poſt crimẽ pñs. Argumentum primũ.

Con-

Confir. Confirmatur ex l. 2. tit. 2. p. 7. vbi, ſtatuendo filijs maſculis prædictas duas pœnas, ait. *E demas todos ſus hijos que ſean varones, &c.* ob quod verbum vniuerſale, *todos*, in eam ſententiam propendet ibi Greg. Lopez, cum Alberico, & Salyceto, quamuis relinquat rem magis cogitandam.

Secundum. Secundo, ex c. ſtatutum 2. de hæret. lib. 6. vbi pœnis iuris ſubijciuntur filij eorum hæreticorum, qui tales eſſe, vel tales diſceſſiſſe, probantur, ſine reconciliatione Eccleſiæ: cum autem poſt mortem generare non potuerint filios, liquido conſtat, etiam eos filios ſubijci eis pœnis, qui ante patris crimen conceꝑti, natique fuerint.

Tertium. Tertiò, ex c. vnico de ſchiſmat. lib. 6. vbi lata ſententia à Bonifacio viij. contra Ioannem de Columna tanquam contra ſchiſmaticum, dum ad filiorum pœnam deuenit, ait, contra natos inſuper, & poſteros dicti Ioannis.

Quartum. Quartò, ex c. fœlicis de pœnis lib. 6. vbi filij vniuerſim, atque indiſtinctè, inſequentium, percutientium, aut comprehendentium, Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, priuantur beneficijs habitis, & inhabiles ad beneficia, & officia publica pronunciantur.

Quintum. Quintò, ex extrauag. Pauli iij. aduerſus Enricum Angliæ Regem, incipit, cum redemptor, &c. in qua pœnæ imponuntur filijs eiuſdem Enrici natis, & naſcituris.

Sextum. Sextò, ex l. 3. tit. 3. lib. 8. nouæ collectionis vbi reconciliati ob crimen hæreſeos, & filij indiſtinctè concrematorum ac damnatorum ex eodem crimine pronunciantur incapaces officij publici.

Septimum. Septimò, quoniam, quando inquiſitores hæreticæ prauitatis damnant aliquem de hæreſi, ſubiungunt, *y declaramos por inabiles, e incapaces, a los hijos, y hijas, del dicho fulano, y a ſus nietos por linea maſculina, para poder auer, tener, y poſſeer, dignidades, beneficios, anſi Eccleſiaſticos, como ſeglares, que ſean publicos, o de honrra.*

Hanc ſententiam, innixi aliquibus ex argumentis propoſitis, præter Gregorium Lopez, amplectuntur Couarr. 2. variarum reſolutionum, capit. 8. à nume. 5. Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. c. 2. nume. 16. qui aſſerit, in puncto iuris veram eſſe, & aſſerendam; contrarium tamen eſſe amplectendum, & aſſerendum in hoc Caſtellæ regno propter iura inferius citanda. Eandem amplectuntur Caſtrus lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. vlt. & lib. 1. de leg. pœn. c. 7. document. 2. corol. 1. & alij, quos Molina c. vlt. citato in calce, nu. 55. refert.

20 Deciſio. Contraria tamen ſententia eſt longè communior quam amplectuntur Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. hæreſis, num. 17. & læſæ maieſtatis crimen, num. 12. & alij, quos referunt ac ſequuntur Simancas de Catholicis inſt. tit. 29. nu. 23. & Molina nu. 55. citato, atque hæc ſanè nobis probatur.

Primò, quoniam licèt filij nati, aut concepti, ante hæreſin, aut crimen læſæ maieſtatis patris, ſubſequuto eo crimine patris, quaſi per communicationem idiomatum, dicantur filij hominis hæretici, aut perduellionis; non tamen quando nati, aut cõcepti, ſortitiq; rationem filiorum fuerunt, filij erant hominis iam tunc; aut antea, hæretici, vel perduellionis: quarè in odioſis, & præſertim, vt innocentes puniatur, in ipſiſmet ob crimen patris, tanquam filij parentis hæretici, aut perduellionis, non ſunt ij computandi inter filios hæretici, aut perduellionis, qui ante crimen patris nati, aut concepti ſunt: maximè, cum ſtatuta, & leges, dum de filijs comparatione qualitatis alicuius parentis loquuntur, & præſertim ad pœnã infligendam, potiſſimum ſi innocens illa puniendus ſit, formaliter loquuntur de filijs, qui poſt eam qualitatem nati, aut cõcepti ſunt, vt ſunt quam plurima

A exempla in iure, & doctoribus, quorum aliqua proximè ſubijciemus. Atque, inter alia, quæ addemus, id egregiè confirmat, l. ex facto, ff. ad Treb. vbi filij nati poſt crimen patris, ſecernuntur à filijs natis, aut conceptis, ante id crimen, & reputantur tanquã filij nati ex alio patre, propter diuerſam qualitatẽ comparatione filiorum, quam ex eo crimine ſortitur. Ibi enim cum relicta hæreditas cuidam fuiſſet, vt eam poſt mortem ſuam alteri reſtitueret, ſub ea conditione, ſi hæres ita grauatus ſine liberis decederet; iſque hæres deportatus fuiſſet; reſpondit Vlpianus, quamuis deportati filij non faciant deficere eam conditionem, eò quòd reputentur ac ſi nati non fuiſſent; id tamen intelligendum eſſe, de filijs cõceptis poſt deportationem; ſecus verò de conceptis ante deporta-

B tionem: quoniam, poſtea concepti, videtur quaſi geniti ac nati ab alio homine, propter criminis qualitatem, quæ ſuperuenit, eumque diuerſum, quoad eam qualitatem & conditionem, comparatione filiorum effecerit verba. Vlpiani hæc ſunt. *Nos quidem hic dicemus, cõceptos quidem ante deportationem, licèt poſtea edantur, efficere, vt conditio deficiat: poſt deportationem verò ſuſceptos, quaſi ab alio* (id eſt, a parente à ſe ipſo diuerſo genitos) *non prodeſſe*, vt ſcilicet conditio deficiat. Atque ad id doctores communiter ibi, & alibi, notant eum textum.

Secundò, quoniam, quæ hæreticus, aut perduellio, egit ante crimen ob quod inhabilis redditur ad ſimilia in poſterum agenda, valida vtique ſunt: imò concilium Toletanum 12. ſub Eruigio can. 7. cũ ſta-

C tuiſſet in pœnam ei, qui uocatus ad bellum, non veniſſet, vt teſtis eſſe non poſſet, id meritò reſtrinxit, vt intelligeretur circa ea ſolùm, quæ poſt eã culpam eueniſſent: quoniam æquitas non patiebatur, vt qui ante eam culpam ius habebat, vt hic teſtimoniũ in ipſius fauorem ferret, eo priuaretur: ergo pari ratione delictum parentis reddere quidem inhabiles poterit ad aliqua filios poſt id delictum ex eo parente genitos: ſecus verò filios genitos ante id delictũ, qui iam antea habiles omnino erant, iuſque ſuæ habilitatis comparatum omnino habebant.

Tertò, ex l. ſi ſenator, C. de dignit. lib. 12. vbi habetur, ſi ſenator habebat filios natos ante adeptam dignitatem, eos nõ gaudere nobilitate & priuilegijs eius dignitatis: ſecus verò de natis poſt eam adeptã.

D Eadem diſtinctio ad eum effectum gaudendi priuilegijs alicuius muneris, aut dignitatis, innuitur apertè inter filios natos poſt dignitatem adeptam, & natos ante adeptam eam dignitatem, l. ſi decurio 3. C. de decurionib. lib. 10. illis verbis; *nec ipſe, nec liberi eius poſt talem ipſius dignitatem procreati, quod patriæ debetur* (id eſt, ad quæ priuati tenentur) *valeant declinare.* Eadem non minus apertè innuitur, l. Doctitij, & l. penult. illis verbis; *tam ipſi, quàm liberi eorum poſt eiuſmodi adeptam dignitatem procreati;* atque l. vltima ills verbis; *ſuaque poſteritate, quam poſtquàm meruerit dignitatem, vel actum geſſerit, ediderit; anterioribus filijs in conditione priſtina remanſuris*; eod. tit. Et præter alia iura communia, in quibus idem habe

E tur, l. 1. titu. 1. lib. 6. nouæ collectionis, ſic habetur. *Y que los hijos, que ouieren auido, antes de la caualleria no gozen de la exempcion y priuilegios de la caualleria de ſus padres, y que los, que an, o ouieren, deſpues de la caualleria, que aquellos gozen de la dicha libertad con la meſma carga, y no otros ni de otra guiſa;* quod ius cõſonum eſſe iuri communi ex dictis conſtat, & affirmant Otalora de nobilitate 4. par. principali, cap. 2. & alij. Ratio autem, quare priuilegium nobilitatis patri conceſſum, non competat filijs antea natis, niſi id in aliquo euentu ſufficienter exprimatur, vel iuris diſpoſitione, vt in euentu quodam fuit expreſſum, l. vlt. citata, C. de decurionib. lib. 10. vel priuilegio principis, hæc ſanè redditur: quoniam filij antea nati-

nati cœperant iam antea habere ſtatum hominũ plebeiorum,neque virtute tunc continebantur in patre cui tale priuilegium ſibi,& poſteris,concedebatur. Hinc profectò hoc efficaciſſimum conficitur argumentum. Quod ſi in fauorabilibus,& in priuilegijs, conceſſum parenti ſibi,& liberis,non ſe extendit ad liberos ante id adeptum natos,niſi apertè exprimatur,multò magis pœna impoſita alicui, & liberis illius,præſertim ſi ea in poſteris innocentibus parens puniatur,non ſe extendat ad poſteros natos ante parentis crimen,ob quod ea pœna ei imponitur. Hoc loco obſerua, eo ipſo, quòd aliquis natus eſt ex parente, in quo tempore natiuitatis, aut conceptionis, talis filij, nullum erat impedimentum,vt is filius cõſequeretur ingenuitatem,nobilitatem,capacitatem, ſeu habilitatem, ad aliqua, ea ſibi ſuo quaſi iure ea natiuitate,aut conceptione,acquiſiuiſſe, ac effeciſſe ſua propria:ſicut autem æquitas,rectaque ratio,non patiuntur,vt cæteris alijs rebus iam ſuis effectis, priuetur quis ob delictum alterius,etiamſi is pater,aut mater ſit,neque id vnquam iuribus reperimus ſtabilitum : ita neque æquitas, rectaque ratio, patiuntur, vt ingenuitate, nobilitate, habilitateque ad ſuccedendum alijs ex teſtamento, aut ab inteſtato, & ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, & officia publica,ſemel integrè ac perfectè natiuitate acquiſitis,priuetur quis in pœnam ob delictum alterius, etiamſi ille pater, aut mater ſit: neque ulla ratione eſt credendum, eam fuiſſe mentem legum latorum, qui nulla ratione credendi ſunt intendiſſe ſtatuere ſuis legibus,niſi iuſta,& æqua,rectæque rationi conſentanea: quare licet concederemus, nobilitatem,& alia priuilegia (quæ fauores & gratiæ ſunt) alicui,& liberis illius conceſſa, ſeſe extendere etiam ad filios ante eam nobilitatem ac priuilegium genitos, aut conceptos,nulla profectò ratione eſſet idem concedendum de priuatione illarum aliarum rerum in pœnam ob delictum alterius, qua innocens illo modo puniatur. Vnde inſt. de ingenuis §.ſed & ſi,ſic ſcriptum legimus. *Si mater libera concepit, deinde facta ancilla pariat,placuit,eum,qui naſcitur,liberum naſci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero eſt.* In quæ verba Portius,& alij,rectè dixerunt,ea ratione id procedere,quia huic partui concepto,iam eſt quæſitum ius ingenuitatis,quod non debet ex calamitate matris tolli. Conſentit l.filiam, ff. de ſenatoribus cuius verba ſunt; *Nam quæſita dignitas liberis, propter caſum patris auferenda non eſt.* Et lege generali, ff.de ritu nuptiarum, habetur; *Dignitas filijs quæſita, propter crimen patris non eſt auferenda.*

Quartò, exemplo peccati originis, & pœnarum ob illud, quibus Adami poſteri omnes per virilem ex illo propagationem deriuati,punimur. Sicut enim,ſi ante peccatum Adami aliquis,aut aliqui,concepti fuiſſent, illi ſanè non contraxiſſent peccatum originis,neque puniti fuiſſent pœnis, quibus à Deo genus humanum ob illud peccatum punitur,vt affirmat communis Theologorum ſententia, & inter alios aſſeuerat Auguſtinus ad Bonifacium, & refertur 1.quæſtio.4.cap.iam itaque,& de conſecrat. diſtin.4.ca.quærit; quia illi, vtpote iam ſeparati ex Adamo, nec in illo potentia iam tunc contenti, non peccaſſent in illo, nec proinde pœnis illius peccati punirentur; ſed ſolùm in illo peccauimus pœniſque eius peccati, licèt non propria, ſed aliena voluntate commiſſi, illi ſoli punimur,qui tunc eramus potentia ac virtute in illo, in illiusve lumbis, quibus proinde omnibus amiſit dona,ſibi, & nobis collata,quibus genus humanum liberum ac exemptum erat à pœnis omnibus ex eo peccato ſequutis : ſic ſimilitudine quadam, licet filij non contrahant reliqua parentum peccata, quantumuis enormia, dum

A tamen in noſtris parentibus ſumus, modo explicato, potentia ac uirtute, puniri licitè à republica in commune bonum poſſumus propter peccata aliqua enormia, multumque reipublicæ nociua, non ſolùm priuatione bonorum temporalium, quæ ex eis parentibus in nos deriuari alioquin debuerant, ſed etiam habilitatibus, & iuribus, quæ conceptione ac natiuitate noſtra ex eis parentibus fueramus alioquin conſequuti: ſecus verò priuatione bonorum habilitatum, ac iurium quæ concepti & nati ex illis ante ipſorum tale peccatum, iam erant effecta nobis propria: his enim ſemel perfectè acquiſitis, priuari non poſſumus ob alienam culpam, ſed ob noſtram, aut totius cõmunitatis, ſeu reipublicæ, cuius ſumus partes: id quod ſatis docet ac intendit Auguſt. B duobus illis capitibus citatis.

Quinto,ex l.2. C.de libert. & eorum liber. Vbi, quando libertus, ſeu liberta, in ſeruitutem reuocatur à patrono ob ingratitudinem aduerſus ipſum cõmiſſam, addit Imperator, *filijs etiam, qui poſtea nati fuerint, ſeruitutis: quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc eſſe ortos conſtiterit, dum libertate illi potirentur.* Et ex l.emancipatum, §.primo,ff. de ſenatoribus cuius verba ſunt: *Si quis conceptus quidem ſit, antequam pater eius à ſenatu amoueatur, natus autem poſt dignitatem amiſſam magis eſt,vt quaſi ſenatoris filius intelligatur: tempus enim conceptionis ſpectandum, pleriſque placuit.* In quibus iuribus vides quamuis delictum parentis, noceat filijs poſtea conceptis,& pœna illius eos afficiat; non tamen nocere C filijs ante id delictum conceptis,neque pœnam ex eo delicto ad eos ea iura extendere. Atque argumento huius poſterioris iuris,dixit glo. verb. aſpergit l. Diuo Marco Cod. de quæſtionib. quòd ſi filius ſenatoris macula aſpergitur,& prius, quàm eam cõtraheret, habuit, vel genuit filium, non nocet huic nepoti ſenatoris, quo minùs filius & nepos ſenatoris dicatur, & priuilegio ſenatori, & poſteris illius conceſſo, perfruatur. Neque ſatiſfacit reſponſio Couar. nume. 5. citato verſ.4. quod ſcilicet in his ſit ſermo de priuilegijs, quæ filijs competunt ex tranſmiſſione parentis conceptionis ratione; quæ iam acquiſita, non poſſunt ob patris crimen à filijs tolli. Etenim eadem ratione ob crimen patris quodcunque non poterunt bona, habilitates, ac iura, filijs na- D tiuitate ex ſuis parentibus ſemel perfectè acquiſita, in pœnam ob patris crimen à filijs auferri, *etiam ſi ea non à patre, ſed à genere, à ciuitate à rerum natura tribuerentur,* eisve obuenirẽt, iuxta, l.3. ff. de interdict.& releg.

Sextò, ex concilio Tolet. 13.ca.1.vbi,cum indulgentia omnibus illis concedatur, qui in infidelitatẽ inciderant, ſic ſubiũgitur; *Quod etiam de filijs eorum decernimus obſeruandum,qui poſt admiſſum ſcelus, nati eſſe produntur.* Quaſi illi ſoli reſtitutione indigerẽt: non verò,qui nati eſſent ante crimen patris cõmiſſum. Fuit verò illud concilium totius Hiſpaniæ, in conuentu vniuerſali Eccleſiaſticorum, & laicorum: eaque de cauſa lex illa à republica ſeculari, & E Eccleſiaſtica,vt in eis concilijs mos erat, fuit lata.

Septimo, ex l.6.tit.27.par.2.verſus finem, vbi, loquendo de pœnis eorum, qui crimen læſæ maieſtatis incurriſſent, filiorumque ipſorum, ſubiungitur. *Pero eſto no ſe entiende de los hijos, que ouieſen hecho antes que erraſen, mas de los que deſpues hizieſen, ſeyendo ellos tan de mala ventura, que viuos fincaſen. Ca los derechos, que fallaron los antiguos de Eſpanna, en todas las coſas, alli do puſieron pena a los hijos, por razon de ſus padres, ſiempre guardaron eſto, que non ouieſen pena los que ante auian, que el fecho malo fizieſen. Fueras en de ſi fueſen cõ ellos aparceros* (id eſt ſocij) *en los yerros. E a los otros, que metieron en la pena, fue por que los hizieron deſpues que eſtauan ponçonnados en el mal,*

que

que ouieſen focho:teniendo ſe,que en alguna razon recu uieſſen a aquellos miſmos. Porende mandaron, que fueſen deſtruidas,de guiſa que nunca pudieſſen hazer mal, ni la tierra fincaſe poren de denoſtada, e los otros, que lo oyeſen,tomaſen onde eſcarmiento. Item ex l. 3. titulo 8. libro 8. nouæ collectionis illis verbis. *Pero decimos, que ningun traidor,ni aleuoſo,ni ſu hijo,que vuo deſpues que hizo la traicion,o alaue,no pueda reptar a otro.* Neque ad priorem illam legem ſatisfacit euaſio, quam in fine illius,ſub dubio,tradere tētat Gregorius Lopez,dicens,intelligendam eſſe de ſola pœna expulſionis à regno,quæ paulo antea in eadem lege ſtatuitur filijs incurrentium crimen læſæ Maieſtatis humanæ:non verò in reliquis eorundem filiorum pœnis. Neque enim vlla erat ratio,quare id ſolum in ea pœna ſtatueretur,non verò in alijs infamiæ, incapacitatis ad ſuccedendum alijs, & ad obtinenda officia publica,quæ ſunt longè grauiores pœnæ. Item, quia ratio illa,quæ in ea lege redditur,*ca los derechos que fallaron los antiguos de Eſpanna, en todas las coſas alli do puſieron pena à los hijos por razon de ſus padres, ſiempre guardaron eſto,que no quieſen pena los que antes auian,que el hecho malo hizieſen*,vtique apertè omnes eorum pęnas comprehendit. Atque ob hæc tam aperta iura Anton. Gomez. num. 16. citato arbitratur,hanc noſtram ſententiam amplectendā in hoc regno eſſe. Idem cenſet Couarr. verſ. 4. citato circa crimen læſæ Maieſtatis humanæ;non verò circa hæreſeos crimen, quia exiſtimat,eas diſpoſitiones huius regni ad hoc crimen non ſe extēdere: arbitratur que de iure canonico eas ſeſe extēdere, etiā ad filios ante patris hæreſin natos: ſed certè verba proxime relata de vniuerſis pœnis loquuntur;neque legiſlatores Hiſpani id ſtatuerunt, niſi ſpectata ipſamet rei natura,ſequendoque diſpoſitiones iuris communis, tam ciuilis,quàm canonici. In calce enim legis 6. citatæ hęc verba ſubijciuntur. *Como quier que ſegun las leyes de los emperadores,los hijos deſtos omes atales, nō deuen auer eſt a pena.*

Ratio autem illa;cur filij poſt crimen patris nati, eis pœnis puniantur,non verò,qui ante id crimē cōcepti ſunt, quia videlicet illi alij nati ſunt à radice iā infecta, & timetur, ne mores parentum, ita iam infectorum,ſequantur in reipublicæ perniciem: certè, quoad hanc ſecundam partem,de timore, quòd ſequentur mores parentum, ſolum eſt ratio adiuuās, & non tota,nec præcipua. Is verò timor non ita vrget, aut probabilis eſt in ijs filijs natis ante crimen patris,qui cōſortes criminis non fuerint, ſicut in ijs, qui poſteà nati ſunt, non ſolum quia ſtirps,vnde illi profluxere,nondum erat infecta eo crimine & prauo affectu,ſed etiam quia conſtat,ſequutos nō fuiſse patrem in crimine eo patrando, cum tamen iam exiſterent in rerum natura,ſequique eos poſsent, ſi eſſent adulti,dolive capaces.

Ad primum arg. Ad primum ergo argumentum in contrarium dicendum eſt,quod quamuis lex quiſquis,de filijs, nulla facta diſtinctione, quod nati ſint poſt crimen patris,aut non,loquatur,ex alijs tamen iuribus citatis, quæ ſtatuunt, crimen parentis ſolum nocere poſſe filijs natis poſt id crimen,non vero antea conceptis, eſſe eam limitandam ac exponendam,quod ſolū intelligatur de filijs natis poſt tale crimen patris. Quā uis enim lex indiſtincte loquens,regulariter indiſtinctè ac vniuerſaliter ſit intelligenda:id tamen non habet locum, quando limitatur ac reſtringitur per alia iura:prę ſertim, quando indiſtinctè intellecta, non ſolum rigida eſſet & inhumana, ſed etiam eſſet irrationabilis, vtpote puniens filium prorſus innocentē ob delictū patris in bonis, quæ iam erant effecta propria talis filij qn̄ ſuperuenit crimē parentis in quo is filius non cōtinebatur iā in potētia, ſed erat prorſus ab eo ſeparatus. Adde, eiuſmodi leges punientes cri

A mina,quæ in perniciē ſūt publicā,quæq; reipublicæ maxime expedit ea vitari,ſolere ad terrorē ſcribi ac promulgari ita,vt,quam maxime fieri poſſit,ſonent ſeueritatem, eaque de cauſa non ſolere diſtinguere, qui non comprehendantur,ſed id relinquere diſtinguendum,intelligendum,ac limitandum, ex alijs iuribus: id quod obſeruandum eſt pro reliquis iuribus,quæ in alijs ſequentibus argumentis ſubijciuntur,ne eadem in ſingulis repetamus. Ad id vero,qđ in eodem argumento ſubiungitur,dicendum eſt,nomine criminis hæreditarij,intelligi, vi propagationis ac generationis tranſmiſſi,iuxta illud Aug. 1. retract. *Quia in primo parente eramus,dum peccauit, idcirco illius crimen factum eſt in nobis hæreditariū*, hoc eſt,à parente in nos natiuitate ac generatione tranſ-

B miſſum: quare id locum habet ſolum comparatione filiorum,qui poſt illud crimen nati,conceptiq; ſunt; non vero comparatione eorum,qui ante, id crimen fuerunt concepti,de quibus,cur potius timendū ſit, ne parentum exempla ſequantur,quam de antea cōceptis; ſupra explicatum eſt: vbi diximus eum metum,ne exempla parentum ſequantur, non fuiſſe totam,neque præcipuam cauſam, cur pœnæ illæ filiis poſt id crimen conceptis ac natis imponerentur,ſed eſſe partem cauſæ minus præcipuam. Quod autem minus timendum eſſet,filias,conceptas poſt crimen patris,ſequuturas fore exempla parentis, fuit etiam cauſa coadiuuans,cur mitius circa eam pœnam cum eis ageretur,, quam cum maſculis poſt idem crimen conceptis.

C Ad confirmationem dicendum eſt,eam etiam legem ex alijs, tam iuris communis, quam huius regni, ſupra relatis, limitandam atque intelligendam eſſe,de omnibus filijs conceptis poſt crimen patris. Idcirco autem in ea lege appoſitum eſse verbum *todos*,ſeu omnes, vt intelligeretur,nullum poſt crimē patris conceptum,excipiendum eſse, ſiue is eſset filius legitimus,ſiue naturalis,ſiue etiam ſpurius,vt ſupra dictum eſt. Ad confir.

Ad ſecundum in primis eſt dicendum cap. quicūque. §. hæretici. ca. vt commiſſi. §. vlt. & c. ſtatutum. 2. in prin. licet de filijs hæreticorum indiſtincte loquantur, intelligenda tamen eſse de ſolis filijs natis ac conceptis poſt crimen patris. iuxta alia iura, quæ id ſufficienter exprimunt, vt in reſponſione ad pri- Ad ſecundum.

D mum dictum eſt. Quod vero attinet ad eam reſtrictionem adhibitam eodem. cap. ſtatutum, de qua in ſecundo argumento eſt ſermo, nempe quod ea pœna non comprehendat filios natos poſt crimen parentum, quando parentes obierunt conciliati Eccleſiæ, ſed eos ſolos, quorum parentes in ſuo errore perſiſtunt, aut in eo vitam finierunt, dicendum eſt, quod licet parentes illi poſt ſuam mortem non potuerint filios generare, inde non ſequitur ex ea reſtrictione colligi, quod ſit in eo capite & in ea reſtrictione ſermo de filijs conceptis ante crimen patris: quoniam ſuperſtites eſſe poterant tempore mortis talis hæretici filij concepti & nati poſt crimen illius, in quibus locum haberet ea reſtrictio,

E nempe,quod ſi pater diſcederet reconciliatus Eccleſiæ, in eis filijs non haberet locum ea pœna: ſi autem diſcederet impęnitens, pœna illa haberet in eis locum.

Eodem modo dicendum eſt ad ca. filii vel hæredes,de hæret. lib. 6. vbi habetur,quod ſi aliqui in infirmitate conſtituti,vocent hęreticos, vt per impoſitionem manuum eorum accipiant conſolationem, atque ita ex hac vita diſcedant,cenſeantur diſceſſiſſe hæretici,neque filii, aut hæredes eorum poſt illorum mortem admittantur ad probandum,non ſanę mentis illos eam impoſitionem manuum ſuſcepiſſe,ſi, dum viuerent, diffamati erant de hęreſi, aut conſtet ſanæ mētis illos præcepiſse eos vocari. Hinc enim,

enim volunt aliqui, etiam filios natos ante crimen, incidere in pœnas filijs hæreticorum impoſitas: quoniam filij illi nati erant ante id crimen. Ad hoc dicendum eſt, in eo textu non eſſe ſermonem de pœna, qua filij hæreticorum priuentur bonis, aut habilitatibus, quæ iam erant propria ipſorummet filiorum: ſed de probatione, tam ipſorum, quam quorumcunque aliorum hæredum, quod illi non fuerint, aut diſceſſerint, hæretici, ad effectum, vt, in conſequentiam hæreſis, non confiſcentur bona omnia eorundem hæreticorum: illa autem non eſt proprie pœna filiorum, aut hæredum, ſed illorum hæreticorum, eſto redundet in detrimentum talium filiorum, & hæredum, qui in eis bonis erant ſucceſſuri, ſi, tanquam bona hæretici illius, non confiſcarentur.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum eſt, ibi nomine, natorum, filios ſignificari, & nomine, poſterorum, cæteros illius deſcendentes: id vero intelligendum eſt de filijs, & poſteris, natis, poſt crimen patris, iuxta interpretationem aliorum iurium, vt in reſponſione ad primum dictum eſt. Adde, filios illius Ioannis, com participes fuiſſe in eo crimine, vt in eo capite innuitur.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum eſt, id ius indiſtinctè loquens, ſimiliter intelligẽdum eſſe de ſolis filijs conceptis poſt crimen, iuxta alia iura, quæ id exprimũt, vt in reſponſione ad primum dictum eſt.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum eſt, intelligi de natis ex Ana Bolema poſt crimen eiuſdem Henrici: non vero de antea natis ex Catharina legitima eius vxore, vt fuit Maria, quæ fuit vxor ſecunda Regis noſtri Philippi.

Ad ſextum. Ad ſextum dicendum eſt, id ſimiliter eſſe limitandum & intelligendum, de filijs conceptis ac natis poſt crimen parentum, iuxta diſpoſitionem iuris communis, & ea, quæ in reſponſione ad primum dicta ſunt.

Ad ſeptimũ. Ad ſeptimum dicendum eſt, eam ſententiam cuius forma ex iure communi eſt deprompta & conſtituta, ſemperque eodem modo, pronunciatur, intelligendam eſſe iuxta diſpoſitionem iuris cõis.

21 Supereſt definiamus, quòd in titulo huius diſputationis eſt propoſitum, atque ad quod explanandũ ac definiendũ, tam multa hactenus dicta ſunt. Nempe, vtrum ob crimen hæreſeos, aut læſæ Maieſtatis poſſeſſoris maioratus, qui inſtitutor illius non fuit, aut ob ſimile crimen eius, ad quem proximè deuenire maioratus debebat, excludantur eius filij, aut etiã nepotes, à ſucceſſione in eo maioratu, tranſeatq; ad vlterius ad eum vocatum, qui incapax illius non ſit. Atque in primis dicendum eſt, ſi tales filij, aut nepotes, concepti ſint, aut nati, ante crimen commiſſum, non excludi à tali maioratu, vt ex dictis liquet. Si verò concepti ſint poſt id crimen commiſſum, quòd attinet ad crimen læſæ Maieſtatis humanæ, in euentibus, in quibus oſtenſum eſt, filios ſolos illius maſculos, vel de iure communi, vel de iure huius regni, vel de Luſitano iure, reddi incapaces ad ſuccedendum, etiam alijs aſcendentibus, collateralibus, ac extraneis, dicendum eſt.

22 Ius Luſit. In primis de Luſitano iure, ſiue maioratus inſtitutus fuerit vltima volũtate, ſiue cõtractu inter viuos, filios cõmittentis ita crimen læſæ maieſtatis, reddi omnino incapaces ad ſuccedẽdum in eo maioratu, tranſireq; proinde ad vlterius ad eum maioratũ vocatum. Ratio autem eſt, q̃m de iure Luſitano, vt cõſtat lib. 5. ord. tit. 3. §. 12. filij cõmittentis tale crimẽ, manent incapaces omnino ad ſuccedẽdum, vel per vltimam voluntatem, vel donatione, aut contractu alio inter viuos, cuicunque: quare in nullo horũ maioratuum poterunt ſuccedere, accipereq; illũ, à primo inſtitutore, ex præſcriptove illius, ſed in euentu,

A quòd ad ipſos eſſet alioquin deuoluendus, tranſibit ad vlterius ad eum vocatum qui incapax illius non ſit. Id quod ſatis innuit ordinatio ipſa Luſitana ibidem. §. 14. iuncto 17. ibi, *que para ello ſe ja capaz*.

De iure verò communi, atque huius Caſtellæ regni, cum filij committentis id crimẽ, ſolum redditi ſint incapaces ad ſuccedẽdum ab inteſtato, aut quouis alio modo per vltimam voluntatem, etiam in legatum, aut fideicommiſſũ, non verò donatione, aut alio contractu inter viuos, vt conſtat ex l. quiſquis, §. filij. C. ad leg. Iul. maieſt. & ex l. 2. titu. 2. p. 7. ſupraq; explanatum eſt, dicendum eſt cum Greg. Lopez eadem l. 2. verb. *mandas que les fueren fechas*, ſi maioratus per vltimam voluntatem ſit inſtitutus, tunc, quia comparatione talis filij haberet rationẽ B fideicõmiſſi vniuerſalis, aut particularis, in quo ſuccederet primo inſtitutori, per vltimam voluntatem ab eo illi relicto, non poſſe in illo ſuccedere, ſed deuolui ad vlterius ad illum à primo inſtitutore vocatum, qui illius incapax non ſit. Si verò inſtitutus ſit contractu inter viuos, in illo ſuccedere. Vtrum autẽ ex eo, quòd infamis etiam ſit, & incapax ad officia, & dignitates, ex hoc alio capite ſit ab eo repellẽdus, mox dicetur dum ſermo fuerit de crimine hæreſis. 23

Argumentũ primum. Molina lib. 4. de primog. c. vlt. n. 50. etiam ex primo illo capite cõtrarium affirmat. Ducitur. Primò, quoniam cum maioratus ſucceſſio à primo inſtitutore, non autem à ſequenti ſucceſſore, pendeat, vtique ex eo tempore, quo primogenitus natus eſt, ſibi acquiſitum fuit quoddam ius primogenituræ for- C matum ex ſpe firma ac inuariabili, etiã patre viuente: quòd ius nulla lex de crimine læſæ maieſtatis loquens, à filio potuit auferre, ſed ſolum potentiã ſuccedendi in ijs, quæ eo tempore acquiſita non erant.

Secundum. Secundò, quoniam ſi filij proditoris, incapaces eſſent ſucceſſionis eius maioratus, quem pater obtinebat, ſequeretur hoc quoddam maximum abſurdum, quòd maioratus ſucceſſio ad tranſuerſales cognatos tranſiret, excluſis filijs.

Miror ſanè Molinam, adeò debilibus argumẽtis reiciſſe opinionem illam Greg. Lopez ſolidè deductam ex duobus iuribus citatis, quod attinet ad filios natos poſt crimen patris: de alijs enim iam dictum eſt, non excludi ab eo maioratu.

Ad primũ. Ad primum ergo illius argumentum dicendum D eſt, ſi loquatur de filio nato poſt crimen patris, falſum eſſe talem filium à tempore, quo natus eſt ſibi acquiſiuiſſe ius illud: lex enim antequam ille conciperetur, dum adhuc erat in lumbis patris, fecit illum incapacem ad ſuccedendum in eo maioratu, ac proinde, in pœnam criminis patris, impediuit, ne in eo id ius reſultaret, vt dictum eſt.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, id non ſolum non eſſe maximum, ſed etiam nullum eſſe abſurdum in eo euentu, in quo filij nondum concepti meritò ob crimen patris facti ſunt à lege incapaces talis ſucceſſionis; non verò filii eorundem, ſi exiſtant tempore delationis talis maioratus, aut in defectum eorum, alii collaterales.

E Quod attinet ad crimen hæreſeos, quatenus filii hæreticorum, aut etiam nepotes eorum per lineam maſculinam, facti ſunt infames, & incapaces ad obtinendum officia publica ac dignitates, itemq; quod attinet ad crimen læſę maieſtatis humanę, quatenus ſimiliter filii incidẽtium in hoc crimen, eo ipſo ſunt infames & incapaces ad obtinẽda officia publica ac dignitates, dicendum eſt. Nihil impediente ea infamia, & incapacitate, eo ipſo, quòd eiuſmodi filii, aut nepotes, nati poſt crimen patris, aut aui, incapaces nõ ſunt ſuccedendi aliis ab inteſtato, & ex teſtamento, atq; obtinendi bona temporalia, donatione, & aliis cõtractibus inter viuos, ſuccedere, in conſequentiam bonorum temporalium, poſſe etiam in vinculo ma- 24

lo ma-

lo maioratus, de quo nũc loquimur, & in iuriſdictione temporali, qua conſtet, & quam habeat annexã, vt copioſè diſp. 620. oſtenſum à nobis eſt. Dixi, ſuccedere poſſe in vinculo maioratus, de quo nunc loq mur: quoniã, ſi maioratus inſtitutus ſit de bonis coronæ regni, à principe quondam alicui, & ſucceſſoribus illius, etiam in remunerationem obſequiorũ rerumque bene geſtarum, ei donatis, tunc num ex alio capite extinguatur maioratus, deuoluaturque ad fiſcum, coronamve regni, crimine hæreſeos, læſæ maieſtatis humanæ, aut Sodomiæ, tale maioratum poſſidentis, quatenus ſcilicet eiuſmodi bona cenſentur donata ſub ea lege & conditione, vt confiſcari poſſint ex quouis illorum trium criminium eum maioratum poſſidentis, diſp. 660. dicetur. Cum verò tituli, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & ſimiles ex principis donatione ac conceſſione deriuentur, eidẽ ſanè legi ac conditioni videntur ſubiacere. Quando tamen is, qui ad eiuſmodi maioratum vocatur, incideret in aliquod illorum criminum, antequã maioratus ad eum deuolueretur, tunc non confiſcaretur, ſed, poſt mortem poſſeſſoris, pertineret ad vlterius ad eum vocatum, qui, iuxta ea quæ dicta ſunt incapax illius non eſſet.

DISPVT. 659.

Vtrum ob delictum inſtitutoris poſſit maioratus confiſcari.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus irreuocabiliter de bonis patrimonialibus inſtitutus, non confiſcatur ob crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, inſtitutoris poſteà commiſſum. Neque confiſcatur ob crimen poſt inſtitutionem, ſed ante ſententiam latam commiſſum quãdo ob id crimen non ipſo iure, ſed per ſententiam bona confiſcantur.*

2 *Maioratus reuocabiliter per vltimam voluntatem, etiam donatione cauſa mortis, inſtitutus, confiſcatur crimine inſtitutoris, quo bona illius ipſo iure confiſcantur.*

3 *Maioratus reuocabiliter contractu inter viuos inſtitutus, non confiſcatur crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, inſtitutoris poſtea ſubſequuti, niſi inſtitutor eum reuocet in vita ſua.*

1 NVnc dicendum eſt de delicto inſtitutoris maioratus de ſuis bonis patrimonialibus num ob delictum ipſius, ob quod cætera eius bona confiſcantur, confiſcetur etiã maioratus ab eo inſtitutus in præiudicium eorũ, qui ab eo in talem maioratum vocati ſunt. Atque in primis dicendum eſt, ſi delictum commiſſum eſt poſt eum maioratum irreuocabiliter ab eo inſtitutum, tunc ob delictum is maioratus non poteſt confiſcari. Ita Molina libro 4. de primog. ca. vlt. numero 18. reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua. Quoniam, ſicut maioratus inſtitutor non poteſt contractu, aut alia ratione, alienare bona, ex quibus conſtat, poſtquam irreuocabiliter inſtitutus eſt, vt ſupra dictum ſuo loco eſt: ita neque delicto poteſt ea alienare, & efficere, vt ad fiſcum pertineant. Quin, ſi crimen eſſet tale, ob quod bona delinquentis confiſcarẽtur, non ipſo facto, ſed poſt latam ſententiam, maioratus irreuocabiliter medio illo tempore inſtitutus, non confiſcarentur, ſubſequuta ſententia confiſcationis bonorũ talis delinquentis: ſicut neque donatio, medio illo tempore facta, confiſcaretur. Ita habetur. l. poſt contractum. ff. de donat.

2 Quando autem maioratus reuocabiliter eſt inſti-

A tutus, diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi per vltimam volũtatem inſtitutus ſit etiam donatione cauſa mortis, tunc confiſcatur, tanquam bona adhuc delinquẽtis nemini adhuc obligata. Et quoniam vltima voluntas, non ſolum incidentis in crimen læſæ Maieſtatis, diuinæ, aut humanæ, ſed etiam cuiuſcunque ſerui pœnæ, de iure communi (de Luſitano vero, ſi ad mortem naturalem ſit damnatus, & in hoc Caſtellæ regno, quando ad mortem damnatur, & bona illius, aut pars eorum, confiſcantur) quoad id, qđ confiſcatur, eo ipſo redditur nulla, etiãſi facta ſit ante crimen commiſſum, vt diſputatione 9. & copioſius diſputatione 481. oſtenſum eſt. Conſentit Molina vbi ſup. à n. 19. & de donatione cauſa mortis dictum cum eodem autore eſt diſp. 287.

B Si uero maioratus per contractum inter viuos reuocabilem ſit inſtitutus, dicendum eſt: non confiſcari, etiam ſubſequuto crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ: ſi tamen delinquens eum ante ſuam mortem reuocet, tunc eo ipſo ad fiſcum ſpectat. 3 Ita Anton. Gom. l. 40. Tauri, numero 91. Molina vbi ſupra numero 23. & alijs, quos citat; Quod ſi aliud intendit Simancas de Cathol. inſti. titulo nono, numero 256. non eſt hac in re audiendus. Ratio autem primi ac præcipui, quod aſſerimus, eſt. Quoniam contractus ille inter viuos validus fuit, & per eum ius compararunt vocati ad maioratum, tametſi reuocabile per inſtitutorem, interim dum inſtitutor viuit: ius autem eum reuocandi, non tranſit ad fiſcũ: quoniam eſt perſonale. Eadem vero eſt prorſus ratio C de donatione à viro facta vxori, quæ inualida nõ redditur ex eo, quod vir in crimen læſæ Maieſtatis, aut in aliud ſimile, incidat, neque ad fiſcum pertinet, ſed ad vxorem, niſi vir eam reuocet, dum viuit: Ita, quod attinet ad crimen læſę Maieſtatis, habetur expreſſe. leg. quiſquis, §. vxores. C. ad leg. Iuliam maieſtat. & ex eo, §. id ibi affirmat gloſſa verb. titulo donationis, miror que Molinam, & alios, non citare ius hoc expreſſum in fauorem huius ſententiæ, eamque expreſſam gloſſam. Idem probat. l. res vxoris, C. de don. inter vir. & vxor. quam ad id citant gloſſa, Molina, & alij.

DISPVT. 660.

D Num maioratus de bonis coronæ regni, confiſcari ob delictum poſſeſſoris poſſit: & regnum propter Regis delictum.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus de bonis coronæ regni, item tituli Comitatus, Marchionatus, & ſimiles in Caſtellæ & Luſitaniæ regnis confiſcantur ob crimen læſæ Maieſtatis poſſeſſoris. Et quid ob hæreſeos, & Sodomiæ crimina.*

2 *Maioratus de bonis coronæ regni, ut confiſcari non poſſit ob crimen læſæ Maieſtatis, & ob alia crimina, valet priuilegium, dummodo confiſcari poſſit ita ut cõmoditas ad delinquentem non pertineat.* E

3 *Regnum an confiſcari poſſit, ob crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ, poſſeſſoris.*

QVod ad primum attinet, paucis eſt dicendum. 1 In hoc Caſtellæ regno, & in Luſitania, confiſcari poſſe ob crimen læſæ Maieſtatis. Rõ eſt, quoniã bona coronæ regni, ſub ea tacita lege & conditione, cenſentur tradita in maioratum, vt amittantur, & confiſcentur ob crimen lęſę Maieſtatis, ingratitudinemque in ipſam regni coronam, vnde deriuantur, commiſſam. Idem dicerem de titulo Ducatus, Marchionatus, comitatus,

tus,& ſimilibus,à Rege conceſſis:maximè,quia cõcedi conſueuerunt alligati oppido, conceſſo de bonis coronæ regni. Ita expreſſe eſt definitum in Luſitania lib.quinto,ord.titu.3.§.15.cuius verba ſunt. *Pero ſe algun trouxeſſe feudo,morgado ou foro,do Rey, quer in perpetuum,querem peſſoas,& cometeſſe tal crime de leſa mageſtade, per que ſous beens deueſem ſer confiſcados, en tal caſo,eſſe morgado, feudo,ou foro ſera tornado a o Rey, pera fazer dele, o que for ſua merce.* Atque idem in hoc Caſtellæ regno ſancitũ eſt pragmatica Henrici Secundi, quæ referente Molina libro 4.de primog.c.vlt.num.41.ſic habet. *A lo que me pediſtes por merced, que ſi,lo que Dios no quiera,alguno de qualquier eſtado; o condicion de los mis reynos, fueſe contra mi ſennorio y homra y prouecho de mis reynos alcandoſe con villa,o caſtillo, o haziendo della guerra, y no viniere à mi llamamiento, ſiendo requerido por mi,y fuere contra el mi conſejo,menoſpreciando mis cartas, y no viniere al termino por mi en las mis cartas aſſignado, por ſi o por ſu procurador, por las villas, o caſtillos que tuuiere en el mi reyno,o cayere en caſo,que deua perder los bienes,que ſea la mi merced,que de los ſus bienes,que deuieſe perder, que ſi fueſen ſin donadio y merced de los Reyes onde yo vengo, que por los de mi conſejo ordenemos dellos lo que la mi merced fueſſe. Pero, ſi ouiere villa,o caſtillo, o otra heredad, por donacion de los Reyes mis anteceſſores, que los tales bienes, que aſi deuiere perder,tornen a la corona real,donde fueron partidos,y vos lo prometieſſe aſi. A eſto vos reſpondemos de conſejo,acuerdo,y autoridad de los de mi conſejo,que me demandais coſa que cumple a mi ſeruicio,y a el prouecho de mis reynos,como buenos y leales vaſallos,y vos lo tengo en ſeruicio,y me aplaze,y vos prometo de lo anſi hazer y cumplir de la guiſſa que vos demandais, y que las maneras,que ſe an de tener cerca dello,que lo ordena*
A *ra mi conſejo aguiſa,que bien y cumplidamente ſe haga lo que demandais en eſta razon.*

Vtrum autem idem in vtroque regno ſit dicen- 2
dum in crimine hæreſis,& Sodomiæ. Certè in hoc Caſtellæ regno id perſuadere videtur, quod in facultatibus,quę concedi ſolent ad inſtituendum maioratus de bonis patrimonialibus inſtitutoris,ea cõditio, & lex apponitur, quod confiſcari poſſint, ex eis criminibus,& ex crimine læſæ maieſtatis humanæ: quare longe maiori cum ratione concedi videntur bona coronæ regni in maioratum,ſub eadem lege & conditione, vt confiſcari & reuerti poſſint ad
B regni coronam, ex quouis eorum trium criminum. Quid verò de hac re ſit cēſendũ,aliorum ſit iudiciũ. Molinam legito quoad hæc omnia vbi ſup.à nu.39.

Idem autor ibidem num.69.vult, quamuis princeps maioratum de bonis coronæ regni concedat cum priuilegio & conditione, vt neque ex illis criminibus poſſit confiſcari,ex crimine tamē læſæ Maieſtatis humanæ poſſe confiſcari, ac redire ad regni coronam. Ducitur,quoniam non valet conuentio, vt donatio ex ingratitudine reuocari non poſſit. Sanè,ſi conuentio,priuilegium,& conditio, eſſet,vt in tempus delinquentis, commoditas ex eo maioratu
C confiſcari non poſſet, quaſi apud illum manere deberet, & quaſi ille in eo maioratu, quatenus ad ipſum præcisè attinet, puniri non poſſet,verum diceret: quoniam ea conuentio, ac priuilegium, eſſet contra bonos mores: cæterùm conditio, priuilegium, & conuentio, quòd confiſcari non poſſit in præiudicium familiæ eius,cui primo conceditur, & cæterorum innocentiũ,qui ad eum vocantur non video cur ſint contra bonos mores,atque inualida.

Quod ad ſecundum de regno attinet diſputatio- 3
ne 620. dictum eſt,quid tenendum ſit.

F I N I S.

LVDOVICI MOLINAE E SOCIETATE IESV, DE IVSTITIA ET IVRE TOMI TERTII PARS PRIOR.

DE TRIBVTIS.

A DISPVTATIONE *prima huius ſecundi tractatus, explicauimus, quid eſſet ius & dominium, & quæ eſſent partes quaſi integrantes dominij, deque ſubiecto illius, rerumque, quoad dominium, diuiſione, diſſeruimus. A diſput. verò 21. diſtinguentes dominium in genere in dominium iuriſdictionis, & proprietatis, de origine dominij iuriſdictionis, deque partibus illi ſubiectis egimus. A diſput. autem 32. vſque ad diſput. 575. præcipuos tradidimus titulos, quibus rerum dominia acquiruntur, & amittuntur, aliaque, quæ connexa, adminicula, & coniuncta erant cum eiſdem titulis. A diſput. verò 576. de maioratibus, vinculo ve bonorum externorum, diximus: vnde dominium iuriſdictionis temporalis magis elucidatum manet: reliqua verò, quæ ad idem temporalis iuriſdictionis dominium ſpectant propria ſunt tractatus quinti; eaque de cauſa in illum locum ea reſeruamus. Nunc autem diſſerendum conſequenter nobis eſt de tributis, quæ laicis poteſtatibus, ratione dominij iuriſdictionis, quæque in commune reipublicæ bonum debentur. De ſuſtentatione verò, quæ Eccleſiaſticis poteſtatibus debetur, inferius in materia de religione, ſi Deus vitam conceſſerit, eſt dicendum.*

DISPVT. 661.

De varijs tributorum nominibus ac generibus.

SVMMARIVM.

1 *Tributum vnde dictum.*
2 *Cenſus quot modis vſurpetur, Accipitur pro tributo, eoque duplici. Quoddam, quod ex bonis, pro illorum æſtimatione, ſoluebatur. Et erat mixtum inter mere reale, & mere perſonale. Et quod tributum mere reale ſit. Aliud erat tributum capitis.*
Vectigal preſsè quid.
Tributũ ſeruitij ordinarij, & extraordinarij, quod in hoc regno ſoluitur pro ratione valoris patrimonij cuiuſq; non eſt reale, ſed medium inter reale & perſonale. Et qui exempti ſint ab illo ſoluendo.
5 *Tributum capitis* de la moneda forera, *à ſeptennio in ſeptennium ſoluendum, quod in hoc regno. Et qui ab illo exempti.*
6 *Tributum aliud capitis, quod* Martinega *nuncupatur, & aliud, quod dicitur* Marcadga, *quæ.*
7 *Indicti tributum quod, & quomodo ſoluebatur. Et vnde origo ſupputandi per indictiones. Vnde etiam ſupputandi per olympiades. Quod item ſuperindictum. Meritoq; ſeruitium ordinarium huius regni indi-*

indictum, & extraordinarium ſuperindictum appellari poſſunt.

8 *Collectæ, præſtantiæ & talliæ, quæ Hiſpanè* deramas, *Luſitanè* fintas, *nuncupantur. Appellantur etiam impoſitiones, Hiſpanè* pedidos y empreſtidos. *Et quid liberalis præſtatio nuncupetur?*

9 *Tributum* borra *nuncupatum, quod? Et ad quid inſeruiat?*

10 Pechos *quæ tributa in hoc regno dicantur, à quibus exempti ij ſunt, quos* hidalgos *vocant.*

11 *Tributi vocabulum quam latè pateat, ſi amplè ſumatur, ſicq; vſurpari conſueuit.*

12 *Munus quot modis vſurpetur, & in quibus acceptionibus tributi rationem habeat. Et à quibus muneribus ij exempti ſint, qui* hidalgos *in hoc regno dicuntur.*

13 *Angaria & parangaria quid.*

1 ORdiendum verò nobis eſt ab explanatione variorum nominum, variorumque generum tributorum. Atque in primis vocabulum, tributum, aut etiam tributus (vtroque enim modo dicitur, vt cum Aulo Gellio, lib. 13. cap. 19. noctium Atticarum, Otalora de nobilitate par. 1. cap. 2. num. 4. obſeruat, concinitque illud Plauti in Epid. *Tributus maior penditur*) autore Varrone, referenteque Calepino, dicitur à tribubus, quod ea pecunia, quæ ad bella, in ſubſidiumque reipublicę ſolui pręcipiebatur, tributim, hoc eſt per ſingulas tribus, iuxta cenſum, facultatesve cuiuſque à ſingulis ſoluebatur. Albericus in dictionario, verb. tributum, ab Otalora vbi ſupra relatus, voluit, dictum eſſe à tribus gentium generibus, ex quibus populus Romanus creatus eſt: vnde etiam tribunos plebis dictos fuiſſe affirmat. Feſtus verò (referente Calepino) ait, dictum eſſe à tribuendo, quia ex priuato in publicum tribuitur, iuxta illud Ciceronis. 2. de off. *Danda etiam eſt opera, ne, quod apud maiores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum.* Vlpianus etiã l. ager. §. ſtipendium. ff. de verb. ſig. à tribuendo dictum affirmat. Sic enim ait. *Stipendium ab ſtipe* (id eſt, modico ære) *appellatum eſt: quod per ſtipes, id eſt, modica æra, colligatur, Idem hoc* (quod ſcilicet eo modo colligitur) *tributum appellari Pomponius ait. Et ſanè appellatur à contributione tributum: vel ex eo, quod militibus tribuatur.* Hæc de origine nominis tributi.

2 Quod vero ad rem attinet, vt diſput. 381. dictum eſt, cenſus à cenſendo, hoc eſt, æſtimando, dictus, vno modo ſumitur pro rerum, ſeu facultatum, cuiuſque æſtimatione, quæ fit, vt pro earum ualore, tribuat vnuſquiſque in commune bonum, tributumve ſoluat. Quo autem modo eiuſmodi æſtimatio de iure communi fieri deberet, habetur. l. forma, l. vitia, & alijs iurib. ff. de cenſ. l. 2. & 3. C. de cenſib. lib. 11. Inde vero diximus nomen hoc accommodatum vlterius fuiſſe, tum ad ſignificandum facultates & bona cuiuſque, quæ ad id cenſeri, æſtimarive, conſueuerunt; tum etiam ad ſignificandum tributum ipſum, quod inde ſoluebatur, vt conſtat ex l. 2. C. ſine cenſu vel reliquis, &c. & ex alijs iuribus. Imo vero, vt ibidem dictum eſt, inde vlterius nomen eſt extenſum ad ſignificandum tributum, quod per capita familiarum, in ſignumque ſubiectionis ſupremo principi erat impoſitum ac ſoluebatur: de quo ſermo eſt Matth. 22. quando interrogatus fuit Chriſtus; *Licet cenſum dare Cæſari, an non?*

Hinc intelliges, cenſum, pro tributo, duplicem fuiſſe. Quendam, qui ſoluebatur ex bonis cuiuſque pro illorum quãtitate, ad quod fiebat bonorum ſingulorum hominum æſtimatio: variatoque eorundẽ bonorum ſtatu; quoniam bona cuiuſque facile ac-

A creſcũt, & decreſcunt; æſtimatio quoque bonorum, quæ ſcribebatur in catalago cenſitorum, hoc eſt, eorum, qui eiuſmodi æſtimationes faciebãt, & quantitatem cenſus, ſeu tributi, cuiq; pro æſtimatione bonorũ illius, decernebant, variebatur in eodem catalogo, vt ex l. forma & ex alijs iuribus citatis, eſt manifeſtum: & cõſequenter cenſus, ſeu tributũ, in eadem proportione augebatur, aut minuebatur, in illo eodem catalago. Vnde conſtat, tributum hoc fuiſse reale, patrimonij, ſeu bonorum cuiuſque, pro eorũdem bonorũ æſtimatione; & deberi à perſona ratione eorundem bonorũ, dum ipſius erant: tranſeuntibus vero eis bonis ad alium, tranſire etiam ad illũ obligationem ſoluendi, ratione eorum, tributum: pereuntibus vero bonis, ceſſare etiam obligationem
B ſoluendi inde tributum, pro quantitate eius quod perijt, minoriſq; æſtimationis, quæ in eiſdem bonis manet. Melius tamen dicemus, quando tributum eſt ſtatutũ, vt vnuſquiſq; pro quantitate valoris ſui patrimonij ſoluat cõtribuendo ad aliquã certã ſummam, quam reſpublica tota, aut talis populus, ſoluere debet principi, tale onus, ac tributum non eſſe mere reale, ſed eſſe mixtum, ſeu participans de reali & perſonali, vel potius retinere mediam quandam naturam inter mere reale, & mere perſonale: quoniam ratione bonorum, & propter bona, tenetur perſona illud ſoluere, dum fuerint ipſius: non tamẽ onus illud & tributum eſt infixum & collocatum in bonis: eaque de cauſa, quando ea bona tranſeunt in alium poſſeſſorem, tenetur quidem nouus poſſeſ-
C ſor, ratione illorum, ſoluere deinceps tributum, quod propter illa debetur: nõ tamen, quod propter illa fuit debitum à ſuo anteceſſore, etiam in defectũ talis anterioris poſſeſſoris, qui non ſoluit, eſto ſoluendo non ſit: quoniam onus illud non erat merè reale, rebus infixum: ſed debitum à perſona, ratione eorum bonorum, hoc eſt, pro quantitate valoris, ſeu ęſtimationis illorum, & dum ea bona erant ipſius. Idem dico, quando non eſt ſtatuta certa ſumma, quæ à tota republica, aut ab aliquo populo, contribuendo illo modo, ſoluatur principi: ſed in tributũ eſt ſtatutũ, vt vnuſquiſque, pro quantitate valoris ſui patrimonij, ſoluat quotanuis principi, ad rationem vnius, verbi gratia, pro centum, aut pro quinquaginta, ſiue omnia ea tributa maiorem, ſiue mino-
D rem, ſummam efficiant: tale quippe tributum non eſt merè reale infixum ipſis rebus, ſed eſt medium inter merè perſonale, & reale debitum ſolum à perſona, ſed pro quantitate & æſtimatione ſui patrimonij, dum fuerit patrimonium ipſius. Quando autem tributum aliquod collocatũ eſſet in aliquo prædio, vt ex illo certum quid ſolueretur, ita ſcilicet, vt prædium ipſum tributarium eſſet in ſe, tunc tributum illud eſſet mere reale, & comitaretur prædium, tanquam onus illius, & tãquam debitum ex illo, ac proinde eſſet tale prædium obligatum, uon ſolum pro tributis ex illo in poſterum ſoluendis, ſed etiam pro antea ex illo debitis, etiam ab antiquo eius prædij poſſeſſore, nondumque ſolutis. Ita habetur. l. Impe-
E ratores in princ. ff. de publican. l. cum poſſeſſor. §. vlt. ff. de cenſib. l. 2. & l. vltim. C. ſine cenſ. vel reliquis, &c. Idque, vt his duobus iuribus habetur, etiãſi venditor tale prædium vendidiſſet, ſuſcipiendo in ſe onus ſoluendi cenſum. Hoc loco obſerua, de iure communi, cenſum, ſeu tributum, de quo loquimur, in prædijs ipſis videri collocatum facta æſtimatione cuiuſque prædij, quantum inde fiſco, ſeu principi, eſſet ſoluendum, vt ex iuribus citatis conſtat. Vtrum autem etiam ex bonis mobilibus, pro illorũ valore cenſus ſolueretur, nõ mihi eſt ſatis exploratum. Illud etiam obſerua, de fructibus agrorum fuiſſe aliquando ſtatutam in cenſum, ac in reale tributum, Imperatoribus certam quotam, nempe quin-

qua-

quageſimam partem hordei,ac frumenti,quadrageſimam vini,& vigeſimam lardi,hoc eſt, ſuillarũ carnium,vt conſtat ex l.modios. C.de ſuſceptorib. præpoſitis lib.10. Atque eiuſmodi cenſus,& ſi quid aliud ſimile ſoluitur, videtur appellari annona, quæ inter tributa,late ſumpto nomine tributi,computatur,& conſentit gloſſa.l.1.§.1.verb. pendant. ff.de publican. & vectig.

Alius vero erat cenſus, qui ſoluebatur, non quidẽ de bonis pro illorum quantitate, qualis eſt hactenus explicatus, qui idcirco dicebatur tributum rei, hoc eſt,patrimonij, ſed qui ſoluebatur pro capite cuiuſque familiæ; eaque ratione appellabatur, non quidẽ tributum rei, & patrimonij, ſed tributum capitis. De eiuſmodi cenſu ac tributo eſt ſermo.l.vlt. §. Diuus Veſpaſianus,ff.de cenſib.illis verbis; *Tributum is remiſit capiti*. De eodem etiam mentionem fecit gloſ.in rub. C.de annonis. Et qui eiuſmodi tributũ ſoluebant,apud Romanos dicebantur capite cenſiti: aitque Otalora vbi ſupra nume. 7. hoc tributum eos ſolos ſoluiſſe,qui propter rei familiaris tenuitatem,illud aliud rei ac patrimonij ſoluere non poterant. Affirmat vero,quando caput familiæ erat vir, ſoluiſse aureum integrum,ſeu auri drachmam:quãdo uero erat mulier, ſoluiſse dimidium aurei: nihil tamen affert,vnde id probet,aut conſtet. Nos vero diſp.400. de eiuſmodi cenſu, ſeu tributo capitis Iudæis à Romano Imperatore impoſito, quo ſoluebatur didrachma,vt Matth.17. conſtat, hoc eſt,nummus ponderis duarum drachmarum,diximus fuiſse nummum argenteum duarum drachmarum,ac proinde duorum regalium argenteorum: nam regalis argenteus drachmam appendet, detracta modica quantitate pro eis monetis cudendis, vt ibidem oſtenſum eſt. Vnde ſtaterem in ore piſcis repertum, qui erat ponderis quatuor drachmarum, quatuorve regalium argenteorum, iuſſit Chriſtus ſolui pro ſe & pro Petro,cum prius illo eodem capite oſtendiſſet,liberum ſe eſſe à ſolutione eius cenſus ac tributi. Hinc dico denarium cenſus Matth. 22. oſtenſum Chriſto,fuiſse ponderis duarum drachmarum,duorumve regalium argenteorum.

Cenſus,ſiue ſit rei ac patrimonij,ſiue capitis,penſitatio publica etiam nuncupatur, vt ait gloſsa in rubr.C.de cenſib. & cenſitoribus lib.11. Tametſi latius pateat,& ad plura ſe extendat, publica penſitatio, vt conſtat ex gloſ.in rubr.& ex toto titulo, C.ſi propter publicas penſitationes: quamuis etiam penſitatio potius ſignificet actum ſoluendi cenſum & ſimilia alia,quæ annuatim, aut alijs ſtatutis temporibus, fiſco ſunt ſoluenda, quàm cenſum ipſum in ſe. Vterque etiam cenſus proprijſſimè, & preſſe appellatur tributum, vt tributum à vectigali diſtinguatur.

3 Eſt enim vectigal preſſe & proprie, quod ſoluitur ex rebus ac mercibus, quæ vehuntur de loco ad locum,ratione loci publici, per quem tranſeunt, aut quo afferuntur. Vnde glo.l.1.§.1.vendant, ff.de publican. & vectig. diſtinguit vectigal à tributo,quod vectigal ſit id quod ſoluitur ex rebus,quę vehuntur, dictum à vehendo, quondamque octaua pars eorũ, que vehebantur,ſoluebatur,vt patet.l.ex præſtatione,& l.allegatis. C.de vectigalib.& commiſſis:at vero tributum ſit id,quod ſoluitur, ratione ſoli, ab eo, qui illud poſſidet. Adde tu,vel ratione totius patrimonij,aut per capita familiarum. Quod verò cenſus vtroque modo acceptus, ſit tributum ſumptum preſſe, præterquam quod id affirmat communis doctorum ſententia,colligitur ex. l. 1. C.in quib.cauſ. pig.tacitè contr. vbi cenſus tributum appellatur, & ex alijs iuribus. Item ex illo Chriſti Matth.17. vbi, cum, qui didrachmam in cẽſum capitalem petebat, dixiſsent Petro,*Magiſter veſter non ſoluit didrachma;*

A præuenit eum Chriſtus dicens, *Quid tibi videtur; Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum?* vbi cenſum tributum etiam appellauit. Et cum Matthæus.cap.22. referat Phariſæorum diſcipulos cum Herodianis interrogaſse Chriſtum, *Licet dare cenſum Cæſari;* Marcus.c.12.& Lucas.c.20. referunt interrogaſse, *Licet dare tributum Cæſari?* quia cenſus, etiam capitis,& tributum, idem ſunt. Eodem modo videtur ſumpſiſse Paulus ad Rom. 13.tributum preſse & proprie, vt à vectigali diſtinguitur, pro vtroque cenſu, qui in ſubiectionis ſignum, in ſumptuſque principis ac miniſtrorum illius,ſoluebatur, dum dixit.*Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram,ſed etiam propter conſcientiam: ideo enim & tributa præſtatis* (in ſignum ſcilicet ſubiectionis) B *miniſtri enim Dei ſunt. Reddite ergo omnibus debita; cui tributum,tributum; cui vectigal,vectigal,cui timorem,timorem; & cui honorem,honorem.* Eodem modo ſumi videtur tributum. c.ſecundo de cenſib.vbi exponuntur verba Pauli relata,vt à nobis ſunt expoſita. Atque eodem modo ſumi videtur.cap.ſi tributum, iuncto.c.magnum. 11.q.1.

Vterque cenſus, tributumve vtrunque, rei ſcilicet, ſeu patrimonij, & capitis, ſoluitur Regi in hoc 4
Caſtellæ regno. A triennio enim in triennium(modo tamen ad comitia vocet,quę noſtri *Cortes* vocãt, in vnoquoque triennio, ibique pro ſequẽti triennio petatur ac concedatur p procuratores ex ciuitatibus ad ea comitia miſſos,iuxta l.2.titu.7.lib.6.nouæ collect.) regnum totum antea ſoluebat ei trecẽtos C *cuentos de marauedis*,centum ſcilicet *cuentos* pro ſingulis annis,atque hoc eſt,quod appellatur ſeruitium ordinarium: iam vero hodie ſoluuntur ei quadringenti quinquaginta quatuor *cuentos*,cẽtum videlicet quinquaginta pro ſingulis annis,&quatuor in ſtipendia, vt fertur, pro augmento quodam numeri ſenatorũ, quod regnum petiuit, vt citius cauſæ in ſupremis tribunalibus expedirentur. Atque incrementum hoc ſupra trecentos *cuentos*, appellatur ſeruitium extraordinarium. Inſuper ſoluit regnum in ſtipendium, pro colligendo hoc ſeruitio, ad rationem quindecim pro mille,miniſtris,qui hoc ſeruitium Regi debent recipere à ſingulis communitatibus oppidorũ, quæ id collectum tradere eis debent: Hoc uero munus recipiendi hoc ſeruitium Regi, ſtipendiumque D illud,deputatum eſt ijs procuratoribus *de Cortes*,qui ſeruitium illud nomine ciuitatũ ac regni in ſequens triennium Regi concedunt,vt habetur.l.9.titu.7.libro 6. nouæ collect. Hi vero eliguntur duo in vnaquaque ciuitate,quæ procuratores mittit:vnus *de numero de los Regidores* eius ciuitatis:alter vero ex alijs nobilibus eiuſdem ciuitatis. Quantum autem ex tota hac ſumma totius ſeruitij, ſoluere debeat vnaquęque regio, & vnumquodque oppidum vniuſcuiuſque regionis, à miniſtris ſupremis bonorum Regis eſt iam ſtatutum. In vnoquoque vero oppido, vt ſinguli, qui ſui iuris ſunt, contribuant ad eam ſummam,quam ad id oppidum ſoluere ſpectat,patrimonium,ſeu bona cuiuſque,æſtimantur,non ſolum im E mobilia,ſed etiam mobilia; rationemque,quo nam pacto bona,tam immobilia,quam mobilia,æſtimari debeant,conſtitutam habent: atque pro ualore patrimonij cuiuſque illo modo æſtimati,iubentur ſinguli contribuere plus, vel minus, eius ſummæ. Vt vero hæc omnia rite fiant,ceſſentque abuſus,& quo ad fieri poſſit, æqualitas inter omnes ſeruetur, latæ ſunt variæ leges, quæ habentur lib.6. nouæ collect. titu.14.à leg.3. vſque ad 13. Lege autem 1. 2. & à l.15.explanatur,qui non eximantur ab eiuſmodi cõtributione,multaque priuilegia antea conceſſa,reuocantur. Lege autem 5.ti.9.lib.7.nouæ collect. ſancitur,vt,qui degerit in vno loco,ſi bona aliqua alia habeat in alio loco, ibi contribuat ad hoc ſeruitium,

iuxta

iuxta valorem rerum,quas ibi habuerit. Hinc iam ſatis eſt perſpicuum,cenſum hunc,ſeu tributum,eſſe rei ac patrimonii,non vero capitis. Non tamen ex hac ſupputatione,& ęſtimatione ad hanc contributionem,prædia in hoc Caſtellæ regno efficiũtur tributaria portionis, quæ, pro illorum æſtimatione,eorum poſſeſſores iubentur ſoluere, vt de iure communi fiebat, ſed libera omnino manent. Quare in hoc tributo locũ habet id, quod ſupra dicebamus, ita ſcilicet eſſe tributum rei & patrimonij, vt mediam quandam naturam retineat inter tributum mere perſonale,& mere reale,neque affixum ſit rebus ipſis,ſed debeatur à perſonis ratione valoris, ſeu æſtimationis earum rerum,atque dum poſſeſſores earum ſunt.

Aliquibus vero in locis, vt ſe eximant ab onere æſtimandi ſingulorum bona, exigendique ab vnoquoque portionem, quæ illum, iuxta valorem ſui patrimonij contingit, vt in hac ciuitate Conchenſi, Hiſpali, & in quibuſdam aliis, rationem aliam habent colligendi,ac ſoluendi eam ſummam,quam ea ciuitas contribuere tenetur. Et quidem in hac Conchenſi ciuitate auctum tantillum habent pretium ponderum, carnium,& piſcium,ac menſurarum vini,& olei,idque pretii incrementum *ſiſa* vocant,quã non ſoluũt Eccleſiaſtici, dum res eiuſmodi emunt; neque item ij nobiles,quos *hidalgos* vocant,eo quod exempti ſint à contributione ad id ſeruitium: atque ex illa *ſiſa*,incrementove illo pretii, quod ciuitas locatum habet pro tanta pecuniæ quantitate,quæ ſufficiat ad eam totam ſummam ſeruitii ſoluendam,& ad ſoluendum cenſum, ſeu tributum capitum, de quo ſtatim erit ſermo, vtrumque ſoluitur ſine moleſtia illud exigendi à ſingulis,æſtimandique patrimonium ſingulorum.

5 Alius cenſus,ſeu tributum aliud, capitis, ſoluitur etiam Regi in hoc Caſtellę regno à ſeptennio in ſeptennium,decem & ſex videlicet marauedini, & in regno Legionis duodecim dumtaxat, ab vnoquoque capite familiæ,ſeu domus, appellaturque *moneda forera*, daturque in ſignum recognitionis ſupremi dominii. Et quamuis nobiles,quos *hidalgos* vocant,exempti ſint,non ſolum à præcedente,ſed etiã ab hoc tributo: in priuilegiis tamen, quæ aliquibus aliis conceduntur exemptionis à tributis, excipi ſolet hoc tributum *de la moneda forera*; eo quod peculiariter in ſignum & recognitionem ſubiectionis ſupremo principi ſoluatur. Vnde in aliquibus eiuſmodi priuilegijs (referente Otalora,cap.2. num.10.citato) ſic ſcriptum legitur; *Os hazemos gratia y merced que no pecheys en los pechos y derramas, &c. excepto en la moneda forera.* Et l.10.titu.18.part.3.habetur,etiam ſi alicui concedatur priuilegium,vt ſit exẽptus à ſolutione tributorum,niſi in eo priuilegio exprimatur, vt etiam ſit exemptus *de la moneda forera*, non cenſeri exemptum à ſolutione illius, eo quod in ſignum ſubiectionis, recognitioniſque ſupremi dominii ſoluatur,& notat ibi Greg. Lopez gloſſa 1. Qui autem exempti nihilominus ſint ab hoc tributo,& quæ ratio in eo colligendo ſit tenenda,& cætera,quę ad illud ſpectant,habentur copioſe lib.9.nouæ collect.tit.32.

6 Alius etiam cenſus, ſeu tributum aliud, capitis ſoluitur, quod appellatur *Martiniega*: eo quod in feſto ſancti Martini ſoluatur. Vnuſquiſque enim, qui eſt ſui iuris, neque propter nobilitatẽ hidalgiæ, aut alia ratione, eſt exemptus, ſoluit in hoc tributum quotannis duodecim marauedinos in feſto ſancti Martini. Eſt hoc etiam tributum in hac Conchenſi ciuitate, ſimul cum præcedentibus, ſoluitur ex *ſiſa*. Eſt vero hoc tributũ antiquius,quam ordinariũ & extraordinarium ſeruitium. Aliud ſimile erat tributum, quod ſoluebatur in menſe Martio, inde-

A dictum eſt *Marcadga*, de quo mentio fit.l.10.citata. & l.23.tit.18.par.3.atque ibi Greg. Lop.alicubi ſolui,& appellari,*el buey de Marco*.

Indictum tributum dicitur, quod denunciatur, & præcipitur,vt ſoluatur. Qua ratione,quodcũque tributum de nouo indicitur,denunciatur,ac præcipitur,vt ſoluatur, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum, ſtatutis certis temporibus,appellari poteſt indictum tributum videlicet. Peculiariter vero in iure appellatur indictum,id ſolemne tributum, quod Romanis ſoluebatur ſingulis quindecim annis, diuiſis in tria luſtra, hoc eſt,in tres quinquennios, ex quibus illi quindecim anni conſtabant. In quorum primo ſoluebatur certa ferri quantitas, ad arma militibus conficienda, in ſecundo certa argenti quantitas,ad ſti- B pendia militibus ſoluenda; & in tertio certa quantitas auri,vt reponeretur in reipublicæ ærario. Vel(vt alij volunt)in primo quinquennio ſoluebatur certa auri quantitas,in ſecundo argenti, & in tertio æris. Lege gloſſam in rub. C. de indictionibus libro decimo, gloſſam in authentico, vt præponatur nomen Imperatoris, verb.indictionis,glo.c.inter dilectos, de fide inſtr.verb.indictionis, & gloſſam in principio Codicis, de Codice Iuſtiniani confirmando, verb.ſeptimæ indictionis. Quia enim indictiones, ſeu admonitiones fiebant, vt ſe omnes pararent ad eam ſummam contribuendam,id tributum indictũ fuit nuncupatũ,& denunciationes ac admonitiones indictiones ſunt appellatæ, ſiue à principio fuerit indictum vt eſſet in perpetuum,ſiue non, ſed pro pri- C mo quinquẽnio,aut ad certum tempus,& poſtea fuerit factum perpetuum, vt quibuſdam placet. Sicut autem Græci,cum antea tempora ſupputarentur ab anno diluuij, (qui mos apud Hæbreos perſeuerauit) inſtitutis ludis Olympicis, qui de quadriennio in quadriennium celebrabantur,cęperunt computare tẽpora per Olympiades, quę quatuor idcirco annis conſtabant, & cœperunt trecentis tribus annis poſt Troiam deletam,& viginti octo annis ante Romam conditam: ſic Romani ſupputationes temporum per indictiones introduxerunt,vt finitis quibuſque quindecim annis ſolutionis integri illius tributi,noua inciperet indictio. Atque in primo,ex ſingulis his quindecim annis, dicebant eſſe primam indictionem;in ſecundo,ſecundam;& ita conſequenter D vſque ad quindecim; ſingulis enim annis videbatur fieri indictio,vt eo anno ſolueretur pars proportionalis ſummæ ſoluendæ intra totum quinquennium. Et quoniam Chriſtus natus eſt, tribus elapſis annis à cœpta noua indictione eius quindennii,in quo natus eſt,ſi adiungas annis à Chriſto nato, tres annos, & à tota ea ſumma annorum demas omnes quindẽnios iam finitos, vtique anni,qui remanent ex quindennio vltimo incœpto,nondumque finito, conficiunt indictionem præſentem. Vt ſi ſimus in primo anno talis quindennii,ſumus in indictione prima;ſi in ſecundo,ſumus in indictione ſecunda,& ita vſq; ad quindecim annos finitos, quando iterum incipit noua alterius quindenij indictio; ſicque intelliges E hunc ſupputandi modum paſſim repertum in literis Apoſtolicis,ac alibi. Superindictum appellatur incrementum tributi indictum, additumque tributo antea indicto. Iuxta hæc,ſeruitium ordinariũ,quod regnum hoc ſoluit Regi trecentorum *cuentos* in vnoquoque triennio,ſoluendo illi centum *cuentos* ſingulis annis, factaque denunciatione prius ſingulis annis regionibus ſingulis,ſinguliſque illarum oppidis, quantum vnaquæque regio, & quantum vnuſquiſque populus, contribuere debeat eius ſummæ. vt ſint parati tempore ſolutionis, neque exequutores ad illos,elapſo eo termino,mittantur,qui, cum illorũ maiori ſumptu ac detrimento,eas contributiones accipiant, appellari optime poteſt indictum, ſimile 7

illi

illi alteri Romanorum. Extraordinarium uero ſeruitium,centum quinquaginta quatuor *cuentos*,inſuper ſoluendorum ſimiliter per partes æquales eiſdẽ tribus annis, appellari etiam recte poteſt ſuper indictum.

8 Quando Princeps, ac Reſpublica, petit à ſubditis ſummam aliquam ad tempus, pro neceſſitate, aut vtilitate reipublicæ occurrente,& populi eam acceptant ac ſoluunt, aut quando communitas oppidi petit à ſingulis ſummam aliquam ad ſumptus ipſiuſmet communitatis oppidi, aut ad aliud populo vtile,& id ſoluunt,id fieri ſolet, contribuentibus ſingulis pro quantitate ſui patrimonii, eo modo, quo dictum eſt contribui in hoc regno ad ſoluendum ordinarium, & extraordinarium ſeruitium. Atque indictiones, vt ita contribuant, diuiſioneſque illo modo totius ſummæ per ſingulos, & contributiones ipſæ, appellari ſolent collectæ, præſtantiæ,& talliæ, à colligendo, præſtando, & taxatione, videturque Italicum ac Gallicum nomen *tallia*, Hiſpanè dicuntur *derramas*, Luſitanè *fintas*. Ex parte vero principis aut communitatis, eas petentis, dicuntur impoſitio: Hiſpanè, *pedidos y empreſtidos*, ad nunquam ſoluendum. Lege Syluestrum verb. gabella.1.numer.4. Gab.in 4.diſt.15.q.4. art.1.notab.4. Otaloram c.2.citato.n.15.& 21.& alios,quos citat. Sic,ſex annis elapſis,qui finiuntur hoc anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoſexto,petiuit, atque obtinuit Rex ab hoc regno octies centies centenas ducatorum (*ocho millones* noſtri uocant) ſoluendas intra ſex annos ad bellorum ſumptus, & ad ſubueniendum reipublicæ Chriſtianæ neceſſitatibus. In hac autem ciuitate Conchenſi, etiam collectæ ſolui ſolent impoſita ſiſa, vnde tota ſumma colligatur ac ſoluantur.

Quando autem princeps aliquid petit à ſingulis, penes ipſos relinquendo,an, & quantum velint dare, vt Carolus. V. petiuit in hoc regno, quando Galli Turcas in ipſorum adiutorium conuocarunt, & Rex noſter Philippus vltra *ocho millones*, quos petiuit & obtinuit à regno, ſimul à communitatibus populorum, Eccleſiarum cathedralium, & à priuatis,petiuit,vt,quod vnuſquiſque vellet, id conferret ad id,ad quod *millones* petierat,tunc id nõ habet rationem tributi,neque perpetui,neque ad tẽpus, ſed liberalis præſtationis ac contributionis.

9 In locis iuriſdictionis huius Conchenſis ciuitatis ſubiectis, & in quibuſdam aliis, quicunque in eis habet centum oues, aut plures in quantocunque numero, ſoluit quotannis agnam vnam anniculam, quam *borra* vocant. Eiuſmodi autem deputatæ ab initio fuerunt,vt his conferrentur, quos vocant *caualleros de la ſierra*; cuius munus eſt,cuſtodire loca cædua,vt non,niſi iuxta leges præſcriptas,ligna ſcindantur. In hac vero ciuitate Conchenſi,cum quatuordecim ſint parœciæ,ſancitum fuit, vt,qui certæ qualitatis eſſent, equumque haberent,ad ſortes quotannis in feſto S. Michaelis admitterentur, atque ordine quodam ex duabus parœciis,duo ædiles(*almotazanes* noſtri vocant) ſorte eligerẽtur eius anni, vnus ex eiuſmodi vicinis vnius earum parœciarum, & alter ex alia:qui ex eo munere non modicos reditus,emolumentumque habent. Ex ſex vero,ex aliis duodecim parœciis, ſorte ſimiliter eligerentur ſex, quos vocant *caualleros de la ſierra*,ſinguli ex eiuſmodi vicinis ſingularum earum parœciarum. Cæterum admittuntur ad has ſortes, ſicut & ad ſequentes, etiam vicini ſexagenarii, qui equum non habent. Si tamen eiuſmodi ſexagenario ſors contingat, cenſetur electus,non *en cauallero de la ſierra*, ſed in ſortẽ, de qua mox erit ſermo, iterumque eligitur alius ex eadem parœcia,ex his ſolum,qui equum habent, *en cauallero de la ſierra*. Hi vero omnes ſic ad id munus A electi, contenti ſunt ſolo emolumento pœnarum illorum, quos in aliquo delicto circa ligna cædenda comprehendunt. Ex reliquis vero aljs ſex parœcijs eliguntur totidem,ſinguli ex ſingulis,inter quos, & inter ſenes ſexagenarios, ſi qui electi fuerant ex alijs ſex parœcijs, diuiduntur æqualiter borræ illius anni, ad nullumque munus pręſtandum, propter id emolumentum,tenentur. Eiuſmodi vero omnes ſortes ordine quodam inter omnes parœcias diuidũtur, ita vt ſingulis ſeptem annis ad omnes deueniat ſors muneris ædiliũ,& ſimiliter alternentur in reliquis duabus ſortibus.

Hactenus enumerata,& his ſimilia,quæ non ex liberalite, ſed iniuncta in reipublicæ ac principum ſubſidium,ſoluuntur,non ob aſportationem, aut ex- 10
B portationem,rei alicuius,vel ob tranſitum, aut propter venditionem,vel contractum alium, neque ob aliquem alium actum,meo iudicio,habent proprijſſimam ac preſſam rationem tributi, vt diſtinguitur à vectigali. Atque hæc omnia,etiam quæ ſoluuntur ad ſumptus & in vtilitatem populi,in quo quis habitat(exceptis, quę ſoluuntur in vtilitatem prędiorum cuiuſcunque contribuentium,à quibus neque eccleſiaſtici ſunt exempti, vt infra videbimus)appellãtur in Caſtellę regno *pechos*, à verbo antiquo *pechar*, hoc eſt,tribuere,& ſoluere,ſatis frequenti in legibus partitarum,& in alijs antiquis iuribus huius regni, & ita hodie (referente Otalora ca.2.citato,numero 5.)in Galatia *al pechero* vocant *ome de paga*. Quare tributum preſſè, vt diſtinguitur à vectigali,& ab a-
C lijs iuribus regiis,quę ad vectigalia reducuntur,tanquam eis affinia,& de illis participantia,& *pechos* in hoc Caſtellę regno,idẽ ſunt. Ab his autem omnibus ſoluendis immunes in hoc regno ſunt,qui nobilitate *de hidalguia* gaudent: reliqui vero, ab onere ſoluendi ea omnia tributa,nũcupantur *pecheros*. Quicquid autem Otalora de nobilitate,part.1.c.1.& c.2. nu.5.& 6.dicat, vocabulum *pechos* in hoc regno, minus late patet,quam vocabulum *derechos*: nam *todos pechos*,qui Regi debentur, *derechos* Regis ſunt,& inſuper vocabulum *derechos* Regis,comprehendit vectigalia omnia, & quæ ad illa reducuntur, *ut alcaualas,montadgos*,& his ſimilia, atque etiam iura ſalinarum, piſcationum,mineralium, & ſimilia alia, quæ diuerſa ſunt à vectigalibus. Vocabulum vero *rentas*
D *del Rey*,latius adhuc patet,quã *derechos del Rey*,quoniam comprehendit *todos los derechos reales*,& inſuper reditus omnes alios ex prędiis, & bonis reliquis coronę regni.

Quamuis autem tributum preſſe, vt à vectigali diſtinguitur,ſit,quod explicatum eſt; atque hoc idem ſit,quod ab ſtipe ſtipendium eſt dictum: eo quod, vt habetur.l.ager.§.ſtipẽdium.ff.de verb.ſig. ſupra que eſt explicatum, per ſtipes colligatur; videaturque vocabulum, ſtipendium, inde vlterius extẽſum ad mercedes militum ſignificandas; propterea quod inde ſoluebantur, & ad id potiſſimum ſtipendia, tributa ve,colligerentur, vt habetur. §.ſtipendium citato: quamuis,inquam, hęc ita ſint, nihilominus voca- 11
E bulum,tributum,à tribuendo dictum,optime poteſt extendi ad ſignificanda etiam vectigalia omnia, eaque,quæ ad vectigalia reducuntur,vt ſunt *alcaualas*, *montadgos*,& his ſimilia, de quibus infra erit ſermo: quin & ad ſignificanda iura ſalinarum, piſcationũ, mineralium,& ſimilia alia: ſicque frequenter ſumitur à doctoribus, & in communi vſu loquentiũ ſermone Hiſpano, in eaque ſignificatione reperitur vſurpatum in legibus partitarum:atque in eadẽ ampla ſignificatione eſt à nobis ſumptum in titulo toti huic materię præfixo,ſępeque deinceps in hac tractatione ſumetur.

Antequam ad vectigalia, eaque, quę vectigalibus affinia ſunt, tranſitum diſputatione ſequente 12

faciamus

faciamus, obſeruandum eſt. Vocabulum, munus, vt habetur. l. munus proprie. ff. de verb. ſign. tria ſignificare. Significat enim donum. De qua ſignificatione nihil ad præſens inſtitutum. Item ſignificat officium, ſeu adminiſtrationem cum honore, vt dicimus munus ducis, legati, anteſignanti, magiſtratus, &c. His adiunge munera, quę in vtilitatem ſunt publicam, & quamuis honores non ſint, nihil tamẽ ingenuum ac nobilem virum dedecent, ac proinde inter onera non computantur. Eiuſmodi ſunt munera tutoris, & curatoris, & eis ſimilia. Tertio ſi: tio ſignificat onus, diſtinctum ab officio in ſecunda muneris acceptione explicato. Atque hoc modo ſumptum eſt triplex, vt habetur l. 1. & ſequentibus præſertim, l. vlt. ff. de munerib. & honorib. & notăt Panormit. c. non minus, de immunit. eccleſ. & Doctores communiter. Quædam enim ſunt patrimonialia: eiuſmodi ſunt tributa omnia hactenus explicata, itemque ſuſcipere hoſpites de mandato Principis, aut Communitatis, vel iuxta legem, aut morem eius loci: licet enim aliquid de obſequio & miniſterio propriæ perſonæ, aut domeſticorum, in hoſpitio interueniat; quia tamẽ plus inſeruiunt bona externa, hoſpites recipientis, patrimoniale onus ſimpliciter id dicitur, vt conſtat iuribus citatis: talia itẽ ſunt tribuere equum, currum, aut aliquid aliud, vt inſeruiat in aliquo opere, aut vt aſportet aliquid in exercitu, tribuere nauem, aut aliud ſimile. Alia ſunt perſonalia, vt quod aliquis per ſe ipſum ſeruiat in aliquo opere, aut eat in bellum, vel exerceat quodcunque munus, accepto ſtipendio: aſtringi enim ad id, eſto ſtipendium iuſtum ei ſoluatur, eſt onus; perſonale tamen, & non patrimoniale. Alia denique ſunt mixta ex perſonali, & patrimoniali; vt ſi quis aliquid horum præſtare cogatur ſuis proprijs ſumptibus. Vt autem habetur, l. munus propriè. ff. de verb. ſignif. munus in ſecunda & tertia acceptione, eſt munus proprie: in prima vero pro dono, non eſt ita proprie ac preſſe. Illud eſt obſeruādum, nobiles, quos *hidalgos* in hoc Caſtellæ regno vocant, quamuis exempti non ſint à munere in ſecunda ſignificatione ex tribus ſupra explicatis, exemptos tamen eſſe à munere in ſignificatione tertia, hoc eſt, non ſolùm à tributis omnibus hactenus explicatis, ſed etiã à muneribus, ſeu oneribus perſonalibus, mixtiſque ex perſonalibus & patrimonialibus. A munere in ſecunda & tertia ſignificatione, dicta eſt immunitas, atque immunis, id eſt, munera non ſubiens, ab eiſve ſubeundis exemptus: dictus etiam eſt municeps, quaſi muneribus ciuitatis, aut oppidi ſubiectus, vt conſtat. ff. ad municipales. & ff. de iure immunitatis. C. de municipibus & originariis lib. 10. & titulis ſequentibus.

13 Angaria, & parangaria, iuxta l. neminẽ. C. de ſacroſanct. eccleſ. iuncta gloſ. 1. & 2. ibi, iuxta l. nemo ducum, cum ſequẽtibus. C. de curſu publico & angarijs lib. 12. videntur fuiſſe munera perſonalia aliquid vehendi, præſertim in tranſitu exercitus, pro vtilitate publica, vel propria perſona, vel ſimul cum iumentis, aut plauſtris: quod ſi ſine ſtipendio fieret, ita vt onus ſimul eſſet perſonale & patrimoniale, dicebatur parangaria (alij ſcribunt perangaria, à per, id eſt, valde, & ango) E contra vult gloſſa. c. nõ minus, de immuni. eccleſ. verb. angarijs, vt ſcilicet angariæ dicantur munera perſonalia propriis ſumptibus, & parangariæ ſumptibus alienis. Angari, iuxta Calepinum, dicuntur, qui ſeruorum ac iumentorum onera baiulant, & videtur Perſicum nomen. Inde angariari, eſt ſumere aliquem, vt tanquam mancipium, vel iumentum aliquid baiulet. iuxta illud Matth. 27. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius*: Alij dicunt, angariam eſſe graue onus ac tributum, maxime ſi ſit iniuſtum, quod pacto ſumi videtur, cap. non minus citato, & parangariam eſſe grauiſſimum onus ac tributum, præſertim iniuſtum.

DISPVT. 662.

De varijs vectigalium, eiſque affinium, nominibus, ac generibus.

SVMMARIVM.

1 *Vectigal, gabella, aduana, & portorium, quid?*
2 *Vectigal quantum iure communi ſoluebatur. Et ex quibus rebus non ſoluebatur.*
3 *Vectigal ex rebus, quæ mari aſportantur, decima dicitur in Luſitania, quod decima pars ſoluatur, Et alia decima inſuper ſoluitur in ſiſam, quam ibi vocant, hic vero alcaualam.*
4 *Vectigal peculiare ſoluitur ex rebus aſperitatis ex India, Braſilica regione, & ex Aethyopia.*
5 *Varia vectigalia, quæ in hoc regno, & in aliquibus alijs Hiſpaniarum ſoluuntur, tam ex rebus, quæ mari aſportantur, aut extrahuntur, quam ex alijs rebus.*
6 *Vectigalia confinium regnorum.*
7 *Vectigalia ex lanis huius regni.*
8 *Vectigalia varia ad Portorium, ſeu Pedagium attinentia.*
9 Montadgo *& ſeruitium quid.*
10 *Guidagium tributum quid.*
11 *Salinarum tributum, & aliud ex piſcibus impoſitũ.*
12 *Vectigalium à ſolutione nemo exemptus, niſi peculiariter eximatur. Illi, quos* hidalgos *in hoc regno vocant exempti ab illis non ſunt. Eccleſiaſtici ab iis ſunt exempti, niſi dum negotiantur.*

VEctigal, vt à tributo preſse ſumpto diſtinguitur, à vehendo eſt dictum, vt diſputatione præcedente explanatum eſt. 1
Græcè τέλος nuncupatur. Inde *telonion*, atq; ad idioma Latinum accommodatum, telonĩu, dicta eſt menſa expoſita, vt ſoluatur, ratioque illius in ea exigatur, & *telones*, dicti ſunt, qui illud exigunt. De horum numero erat Matthæus, quem proinde ſedentem in telonio vocauit Chriſtus, vt habetur Matth. 9. Marci 2. & Luc. 5. Vectigal gabella etiam nuncupatur, & *Aduana*, tametſi in hoc Caſtellę regno *aduanæ* potiſſimum dicantur vectigalia, quę ſoluuntur in confinijs regnorum, quãdo terra aliquid aſportatur de regno in regnum, aut etiam mari. Itẽ vectigalia portoria appellantur. l. omnibus. C. de vectig. Hiſpane *portazgos*. l. 5. titu. 7. par. 5. & Luſitanè *portajem*. Tametſi in Hiſpanijs nomen hoc nõ omnia vectigalia ſoleat comprehendere, ſed ſolum ea, quæ ſoluuntur ob tranſitum per aliquem locum, aut ob inuectionem, vel extractionem mercium. Eſt verò vectigal (vt id etiam comprehendit, quod vectigali eſt affine) vt eadem præcedente diſputatione eſt dictum, tributum (ſumpto vocabulo late) quod ſoluitur ob aſportationem, aut exportationẽ, rei alicuius, vel ob tranſitum, aut propter venditionem, vel contractum alium, aut ob aliquem alium actum. Tametſi vectigal, & gabella, aliquãdo ſumantur latius, & improprie, nempe vt tributum preſſe ſumptum etiam comprehendunt, maxime vocabulum gabella.

De iure communi in vectigal ſoluebatur octaua pars rerum, quæ aſportabantur, aut exportabantur: 2 eaque de cauſa, qui id tributum exigebant, octauarij dicebantur, l. ex præſtatione, & l. à legatis. C. de vectigal. l. 5. titulo 7. par. 5. Neque ſoluebatur ex ijs rebus,

rebus,quas quis aſportabat ad ſuum,familięque ſuę vſum,aut ad fiſcum, vel ad ius colendum,l. vniuerſi. C. eod.titu. & l.5.titu.7. par.5. Et quando totum vectigal princeps non habebat ſibi peculiariter applicatum, in tres partes diuidebatur, & pars tertia ad ciuitatem, vel ad oppidum attinebat, in quo ſoluebatur,ad ſumptus illius publicos: reliquæ vero duæ partes ad principem ſpectabant. l. vlt. C. eod. titu.

3 In Luſitania ex rebus,quæ mari inferuntur,decima pars regulariter ſoluitur in vectigal Regi: ideoque id vectigal decima nuncupatur. Et quamuis quondam in Luſitania ea decima ſolueretur in mercibus; poſtea tamen optio mercatoribus facta fuit, vt vel in mercibus, vel in æſtimatione, ſolueretur; ęſtimatioque valde fauorabilis fiebat mercatoribus. Et quoniam,quando merces vendendæ inferuntur, ſimul,quando inferuntur,coguntur mercatores ſoluere aliam decimam in ſiſam,quam in eo regno vocant (in hoc vero *alcauala* dicitur) nec poſtea,dum merces illæ venduntur,ſiſa alia ſoluitur;mercatores vero euehendo pretium earum mercium iuxta tributa,quæ ſoluunt,& iuxta alios ſumptus, ac circunſtantias concurrentes,id recuperant ab emptoribus: quoniam,inquam,hæc ita ſeſe habent, quando primam illam decimam ſoluebant, non in mercibus, ſed in æſtimatione,ex ſingulis centum, quæ ita mari inferebant,ſoluebant in vtrunque tributum viginti Regi. Quoniam in primam decimam, ex centum debebant decem: & quia hæc etiam decem ipſis relinquebantur in mercibus vendendo alijs, accipiendoque ab eis ſolam æſtimationem eorum, ex integra centum, quæ proinde uendenda ipſis relinquebantur,ſoluebant aliam integram decimam quo ad æſtimationem, atque adeo ex centum ſoluebant viginti quoad æſtimationem. Quando uero primam decimam ſoluebant in mercibus, quia ſolum ipſis vendenda relinquebantur cætera nonaginta, ſolum ſoluebant in ſiſam nouem, quæ ſunt decima pars ex nonaginta,atque adeo ex centum ſolum ſoluebant decem & nouem. In meo autem diſceſſu ex Luſitania, mercatores conquerebantur, quod æſtimationes non fierent fauorabiles, ſed adeo rigidæ, vt ipſi potius eligerent ſoluere primam decimã in mercibus, & nihilominus cogerentur eam ſoluere quoad æſtimationem. Certe, ſi id fiebat, ſola conductorum eorum vectigalium autoritate,id erat iniquum: ſed relinquenda eſſet optio mercatoribus, aut accipienda eſſet ea decima ſolum in mercibus, etiam inuitis mercatoribus, ſi id potius eligerent conductores, vel Rex ipſe. Quod ſi Regis autoritate fuit introductum,vt etiam introductum eſt Hiſpali, tunc ſicut Rex augere poteſt tributa intra limites iuſtitiæ: ita illud ſtatuere potuit, modo iuſtitiæ limites id ferant. Quantum autem ſoluatur in vectigal ex rebus, quæ ex Luſitania mari extrahuntur, ignoro: & quæ res in eo regno immunes ſint ab eo vectigali,aut ex illis plus,vel minus, ſoluatur. Hæc vero vectigalia,ex rebus,quæ mari aſportantur,aut mari extrahuntur, quoniam in eo regno ſoluuntur,ratioque illorum redditur,in quibuſdam domibus ad id deputatis, quas *Alfandegas* vocant, appellantur in eo regno, *derechos da alfandega*.

4 Ex rebus, quæ in Luſitaniam aſportantur ex India Orientali,ex Braſilica regione, ex Aethiopia, & ex alijs locis, ad quæ Rex aditum proprijs ſumptibus aperuit,eaque proprijs ſumptibus ſuſtentat,defendit, ac auget, peculiaria vectigalia ſoluuntur in domo peculiari deputata,vbi res hæ inferantur,examinentur,ratio eorum reddatur, ac tributa ſoluantur, quæ *caſa da India* nuncupatur.

5 In hoc autem Caſtellæ regno,quantum ſit ſoluẽdum, de nouoque vt ſoluatur ſit auctum, ex rebus,

A quæ mari aſportantur, aut extrahuntur, *del Almoxarifaſgo del Arcobiſpado de Seuilla, y Obiſpado de Caliz*,& ex rebus, quæ terra Hiſpalim inferuntur, aut ex Hiſpali extrahuntur, & quando Alcauala ſit inſuper ſoluenda,ac quantum, habetur libro nono nouæ collectionis titu.22.& 24. Deputatæ vero ſunt domus aduanarum,vbi hæc vectigalia ſoluantur,& ratio eorum, ac mercium, ex quibus ſoluuntur, exigatur,tam in hoc, quam in alijs ſimilibus *Almoxarifazgo*. Quantum autem ſoluendum ſit ex rebus, quæ in nouum orbem deferuntur, & ex rebus, quæ inde in Hiſpanias aſportantur, habetur eodem libro 9.titu.26. Hæc vero vectigalia pertinent *a el Almoxarifazgo de las Indias*, qui diſtinctus eſt ab Hiſpalenſi,ratioque harum rerũ peculiariter redditur B in domo contractionis Hiſpalenſi. Quantum item ſoluendum ſit in *Almoxarifazgo* regni Granatenſis ex ſimilibus rebus,quæ extrahuntur, aut aſportãtur,atque etiam *de la ſeda* eius regni,habetur eodem lib.9.titu.23. (iuncto.22. antecedente) & titu.30. Quantum ſimiliter ſoluendum ſit *en el Almoxarifazgo de Murcia, Cartagena, y Lorca*, habetur ibidem titu.25. Item ex his,quæ mari extrahuntur,aut inferuntur,*en la prouincia de Guipuzcoa y condado de Vizcaya*, decima pars ſoluitur,vt habetur lib.9.citato titu.28.vbi lege,quæ circa hæc diſponuntur. Idem vectigal eodem modo ſoluitur ex rebus,quæ mari inferuntur, aut extrahuntur, *en Galicia, Aſturias, quatro ſacadas y en Ribadeo y Nauia*; niſi inferantur ex locis coronę huius Caſtellæ regni,aut extrahantur ad C ea loca. Ita habetur lib.9.tit.29.vbi lege alia,quæ diſponuntur.

Decima quoque ſolui regulariter conſueuit in cõfinijs regnorum ex mercibus, & rebus non ſolum, 6 quæ inferuntur ex alio regno, ſed etiam quæ extrahuntur. Et cum antea ex rebus, quæ extrahebantur ex Caſtella in Luſitaniam, & ex Luſitania in Caſtellam,ſolui non conſueuerit,ſaltem integra decima, in regno vnde extrahebantur, Rex Luſitaniæ Sebaſtianus anno 1563.leg.15.titu.3.par.5. legum extrauag.ſtatuit,vt etiam ex mercibus,& cibarijs, quæ ex Luſitania in hoc Caſtellæ regnum extraherentur,ſolueretur in Luſitania decima propter ſimilem legem latam in hoc Caſtellæ regno, anno 1559.quæ eſt l.1.titu.13.lib.9.nouæ collect.qua ſan D citum fuit, vt ex mercibus & rebus, tum quæ ex Luſitania terra inferrentur in hoc regnum, tum etiam ex hoc regno inferrentur in illud, ſolueretur in hoc regno decima pars æſtimationis. In eadem uero lege.1. mentio etiam fit de ſimilibus decimis,quæ ſoluuntur in confinijs regnorum Aragoniæ, & Nauarræ. Hoc vero,& alia vectigalia,ex rebus, quæ terra ex Luſitania extrahuntur, aut in Luſitaniam inferuntur, ſoluntur in Luſitania in domibus ad id in eius regni confinijs deputatis quas *Alfandegas* etiã vocant: in hoc vero regno in omnibus, quas *aduanas* appellant, eiuſmodi etiam uectigalia aduanæ dicuntur.

Quæ autem vectigalia impoſita inſuper ſint ex la 7
E nis,quæ ex hoc Caſtellæ regno mari, aut terra, in alia regna extrahuntur, habetur lib.9.nouæ collect. titu.32.& titu.22.l.3.§.penult. Quæ item prohibita ſint extrahi ex hoc Caſtellæ regno,aut ad illud afferri, magna ex parte habentur lib.6.nouæ collect.titulo.18.

Quæ vectigalia ſunt impoſita ac ſoluuntur ex re- 8
bus quæ in ciuitates, & oppida, inferuntur, aut ex eis extrahũtur, vel ob tranſitum per oppidum, pontem lintrem, aut alium locum, portorium dicuntur, Hiſpane vero *portazgo*, & Luſitane *pordagem*. Appellantur etiam pedagium. Quin & aliquando hoc nomen, ſicut & portorium, extenditur ad ſignificãdum vectigalia vniuerſim,gabellas v. Eiuſ-

modi vectigalibus adiunge, quæ impoſita ſũt ac ſol A
uuntur in aliquibus domibus publice deputatis, vt res aliquæ in eis vendantur, appendantur, aut menſurentur, nempe triticum, & alia grana, oleum, piſces, & ſimilia.

Ad portoria, ſeu pedagia, ſuo modo ſpectant vectigalia, quæ ex pecudibus, & armentis, ſoluuntur in tranſitu eorum, per pontem, aut per aliqua alia loca, in quibus conſtitutum eſt, vt aliquid ob eorum tranſitum ſoluatur. Atque inter alia eiuſmodi vectigalia, interdum in hoc regno eſt conſtitutũ, vt ſoluatur *aſadura*, hoc eſt, ſi pecudes, aut armenta ad certum numerum peruenianr, vt ſoluatur vnum, quod receptor eius tributi elegerit, modo non ſit, quod tintinnabulum defert, & quaſi dux eſt cæterorum. B

9 Pertinet etiam vectigal illud ex eiuſmodi animalibus, quod *montadgo* ac ſeruitium vocãt, & ſoluitur ob tranſitum eorum à termino in terminum, iuxta diuiſionem terminorum ad id præſcriptam in hoc regno: itemque dum eiuſmodi animalia vendenda deferuntur ad nundinas, aut *mercados*, quos in hoc regno vocant. De quo vectigali, in qua quantitate, & vbi ſoluendum ſit, longus ſermo habetur libr. 9. nouæ collectionis titulo vigeſimo ſeptimo iuncta. l. vlt. tit. 25.

10 Quod pro ducatu per aliquem locum ſoluitur, aut pro protectione, vt ſecurius homines, ipſorumque res, tranſeant, ſi tanquam tributum ſit impoſitum, quod teneantur omnes ſoluere, guidagium appellatur. Quod vero ſoluitur à priuatis ijs, qui C
ſuas operas eis locat, vt illos ducant ac protegant in itinere aliquo, non eſt tributum, liciteque accipitur, etiam ex ijs, qui immunes ſunt à ſolutione quorumcunque tributorum, vt ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ.

11 Vectigal ſolet imponi ſali, quod conficitur, aut ex trahitur de terra: eiuſmodique vectigalia ſalinaria peculiari nomine dicuntur in iure. Ex piſcibus etiam, qui capiuntur, ſolet piſcatoribus plerиſque in locis vectigal imponi. Multis etiam alijs rebus vectigal eſt impoſitum.

Non eſt vero nobis hoc loco animus tradere in particulari notitiam omnium vniuerſum vectigalium: id enim laborioſum eſſet valde, perdifficileque ac moleſtum; præſertim cum res hæc valde in- D
conſtans ac varia ſit non ſolum in diuerſis regnis ac locis, pro diuerſitate ſtatutorum ac conſuetudinum cuiuſque eorum, ſed etiam in vno & eodem regno ac loco temporis progreſſu: meliuſque tributa in ſingulari, & quæ res exemptæ ſint, vt ex eis tributa non ſoluantur, addiſcitur experientia in vnoquoque loco, ex ipſiſque pœnitentibus, & interrogantibus caſus conſcientiæ, quam poſſint certis regulis, aut tractatione tradi ac comprehendi. Quæ tamẽ dicta ſunt, & quæ tribus diſputationibus ſequentibus addemus, proponenda cenſuimus, ad aliqualem maiorem illorum notitiam.

12 Illud eſt obſeruandum, à vectigalibus ſoluendis neminem cenſeri exemptum, niſi peculiariter ſit ex E
preſſum, ab aliquo, vel ab aliquibus, aut ab omnibus uectigalibus, ſoluendis eximi. l. omnium. leg. à præſtatione, & l. à legatis. C. de uectigalibus, & l. 5. titul. 7. parte 5. Quare ij nobiles, quos in hoc regno *hidalgos* uocant, licet immunes ſint à ſolutione tributorum preſſe ſumptorum, de quibus diſputatione præcedente dictum eſt; immunes tamen non ſunt à ſolutione vectigalium, eorumque, quę à vectigalibus ſunt affinia. Eccleſiaſtici uero, quia immunes ſunt ab omnibus vniuerſim tributis, ſumpto tributorum nomine latè, immunes quoque ſunt, etiam à uectigalibus ſoluendis, niſi negotientur proprie: quoad ea enim, in quibus cernitur negotiatio propria, ipſis indecens, atque interdicta immunes non ſunt à uectigalium ſolutione, ut infra ſuo loco dicetur: quo pacto eſt intelligenda, lex 5. titulo ſeptimo, par. 5.

DISPVT. 663.

De alcauala, Siſa in Luſitania dicta. Et qui à ſolutione illius ſint immunes.

SVMMARIVM.

1 *Alcaualæ origo, & vnde dicta, quid ſit, & in quãta quantitate à principio, & temporis progreſſu, fuerit conceſſa.*

2 *Alcauala ex venditione ſoluitur, & ex permutatione duplex, & quis eam ſoluat in hoc regno, & quis in Luſitania.*

3 *Qui alcaualam ſoluere teneantur, & qui ab ea ſoluẽda ſint exempti.*

4 *Alcaualam non debet Rex ex rebus ipſius, quæ venduntur, aut permutantur. Neque item illam debet in aliquo loco dominus alius alcaualæ eius loci.*

5 *A ſolutione alcaualæ immunes ſunt Eccleſiaſtici, niſi quando negotiantur. Neque laici immunes ab ea ſunt, ex eo quod vendant Eccleſiaſticis: quin in defectum laicorũ vendentium, res ad Eccleſiaſticos tranſeunt cum onere, ut inde alcauala ſoluatur.*

6 *Commendatarij in hoc regno & in Luſitania, quouſq; immunes ſint, aut non ſint, à ſolutione alcaualæ.*

7 *Alcauala quovſque debeatur ex re indiuidua laico cum Eccleſiaſtico communi, ſi uendatur, aut permutetur.*

8 *Alcauala quovſque debeatur ex fructibus rei eccleſiaſticæ, quos ex ea recipit laicus.*

9 *Alcauala debetur, ſi laicus ius aliquod ſuum, donatũ aut emptum ex Rege, tertiarum decimarum Eccleſiarum huius regni vendat, aut permutet.*

10 *Ex iure illo nõ debent poſſeſſores illius eccleſiaſticum ſubſidium, quod ex bonis eccleſiaſticis in hoc regno Regi ſoluitur.*

11 *Eccleſiaſticus, qui ab Alcaualæ ſolutione eſt immunis, ſi moriatur, atque hæreditate iacente uel ab inteſtato uendantur aliqua bona ad ſatiſfaciendum creditoribus defuncti, utrum ex tali uenditione debeatur alcauala, an non.*

12 *Alcauala non debetur ex bono aliquo hæreditatis iacentis vendito, ſi ſucceſſor poſtea illam adiens ſit Eccleſiaſticus, aut ſi defunctus ſit Eccleſiaſticus, nulluſque illam adeat.*

13 *Quæ loca & perſonæ exempta in hoc regno à ſolutione alcaualæ.*

14 *Alcauala debetur ex re, quam quis vendere cogitur. Si tamen in vtilitatem alterius ac publicam uendere eam cogatur, perſolui, etiam ab emptore, debet alcauala.*

15 *Vectigalia, quæ ex acceſſu ad aliquem locũ alioquin debentur, non debentur, ſi nauis neceſſitate compulſa, vt hoſtium, aut tempeſtatis, eo accedat, neque ibi merces, vendat.*

Dicendum peculiariter eſt de duobus tributis, quę uectigalibus ſunt affinia, & cũ eis computanda, iuxta ea quæ duabus pręcedentibus diſpu. dicta ſunt. Nempe de Alcauala, hac, & ſequenti diſputatione, & de tributo impoſitioni Luſitano diſp. 665.

Quod ad Alcaualam attinet, origo huius tributi, uocabulique, quo ita nuncupatur, hęc fuit in hoc 1
Caſtellę regno, ut ex uarijs hiſtorijs referunt Laſſarte de decima uenditionis in pręfatione à numero 19. & alij. Cũ Rex Alfonſus undecimus, aut (ut alij vocant)

vocant) duodecimus (poſt quem ad hæc vſque tempora nullus alius fuit eius nominis, quicunque tandem is fuerit) ad Mauros ex Hiſpanijs depellēdos, expugnandamque in particulari Aluezira ciuitatē, tributum preſsè tentaret imponere, quod *pecho* in hoc regno dicitur, & quod ſoluerent, etiam ij nobiles, quos *hidalgos* vocant, ne plebs reliqua nimiū grauaretur: nobiles, vt ſuam immunitatem à ſoluendis eius generis tributis illæſam conſeruarent (referente Caſtillo in Hiſpana Gothorum Regum hiſtoria lib.4. diſcurſu.8.) reſponderunt, *tributo noie daremos, mas darleemos alque vala tanto como, lo que pide*, hoc eſt, aliud diuerſum, in ratione videlicet vectigalis, aut vectigali affinis, à quo ſoluendo nobiles nō ſunt immunes. Lingua enim Hiſpana antiqua, vt conſtat ex legibus partitarū, & ex alijs hiſtorijs, ſcripturiſque antiquis, atque etiam hodie Luſitana lingua, *al*, aliud, ac reliquum, ſignificat. Sicque in Burgenſi ciuitate anno. 1342. vt conſtat ex antiqua chronica eius Alfonſi vndecimi. ca. 263. & referunt Zamalloa in compendio hiſtoriarum Hiſpaniæ, & Illeſeas in Pontificali hiſtoria li.6. c.19. illi primo ad id cōceſſerunt vigeſimam, aut (vt alij volunt) trigeſimam, partem pretij rerū omniū, quæ venderentur, tam mobiliū, quā immobilium, ſiue venderentur, & emerētur negotiatione proprie dicta, ſiue non: idque tributū inde dictum fuit *Alque vala*, poſtea vero, corrupto nomine, mutatoq; *e* in *a* dictū fuit Alcauala. Capta vero Algezira: ſed perſeuerantibus bellis, regnique neceſſitatibus, aut ēt excreſcentibus, anno. 1349. in comitijs Complutenſibus, idem tributum cōfirmatum, conceſſumque eidem Regi fuit ſimpliciter & abſque temporis limitatione, vt referunt Montaluo. l.50. titu.6. part.1. verb. *que Pharaon* col.4. & Zamalloa. c.17. citato. & 23. Poſtea vero tēpore Hērici ſecundi, anno. 1366. in Burgenſi ciuitate, vigeſima illa, aut trigeſima pars pretij, duplicata, aut triplicata fuit, conceſſumque illi fuit, vt eſſet deinceps decima, vt referunt Petrus Lopez Ayala in chronica Regis Petri crudelis, anno regni illius. 17. c.19. & Zamalloa lib.14. citato. ca.18. Tempore vero Henrici. III. filij Ioannis primi, & nepotis Henrici II. cum anno. 1390. impubes regnare cępiſſet, tutores illius ſubditis conceſſerunt, vt ſolum ſoluerent vigeſimā pretij partem: factus vero pubes anno. 1393. regnique adminiſtratione ſuſcepta, vltra eam vigeſimam, ſex quaſdam alias monetas, annuentibus ſubditis, exegit, quæ fere aliā vigeſimā ęquabant, vt Laſſarte vbi ſup. n.22. ex hiſtoria huius Regis Hērici manu ſcripta, ca.14. & 21. refert. Affirmat vero ibidē Laſſarte, poſtea Reges decimā exegiſſe & accepiſſe. Arbitror tamen, nunquam exacte fuiſſe traditam & acceptā, ſed ſemper reclamaſſe & renuiſſe populos tantū tributum integre ſoluere. Vnde mortuis Regibus Catholicis, adminiſtranteque hæc regna prudentiſſimo, religioſiſſimo, ac rectiſſimo Archiepiſcopo Toletano Fratre Franciſci Ximenes, incapitatum fuit hoc tributum pro ea ſumma, quam regnum totum contribueret, quæ neque ad vigeſimam partem pertingebat. A triginta vero circiter annis, exhauſto Regis patrimonio, creſcentibuſque bellorū ſumptibus, & aucta ſunt alia tributa, & hoc cępit exacte ac dure exigi, non ſine populorum querimonia, multiſq; in locis incapitatum fuit pro longe quidem maiori ſumma, quam vnquam antea, ſed quæ non pertingit ad decimam exacte perſolutam: multaque minime incapitata remanſerunt, ex quibus decima exigitur ac ſoluitur, ſed non ſponte omnino, ſed quoniā ſubditis non aliud permittitur. Neque his reditibus Alcaualæ potitur Rex, ſed potiūtur priuati, qui pro pecunia ad bellorum ſumptus tradita, hoc ius, & pleraque alia Regis iura, empta habent, ſed cum pacto de retrouendendo.

2 Tomo præcedente dictum eſt, tributum hoc alcaualæ exigi ſolum ex pretio venditionis, atque ex permutatione: in qua cenſentur eſſe duplex venditio, eaque de cauſa ex permutatione duplex alcauala exigitur iuxta æſtimationem vtriuſque rei, quæ permutatur vna pro alia. Dictum etiam eſt, in hoc Caſtellæ regno integram alcaualam ſoluere venditorem, ac proinde ad eum ſolum eſſe attendēdum, num exemptus ſit ab ea ſoluenda, vt intelligatur, an ex capite exemptionis debeatur, aut non debeatur. In Luſitania vero dimidium debere emptorem, & dimidium venditorem, ac proinde ad vtrumque eſſe attendendum, vt intelligatur, num vterque, aut alter, vel neuter, ex capite exemptionis debeāt portiones ſiſæ, quæ ſingulos contingunt. Hæc, & pleraq; alia circa alcaualam tradita ſunt tomo præcedente, quæ ex indice verb. *Alcauala* facile deprehendūtur, vbi tradita ſint: neque eſt animus ea in hac tractatione repetere, ſed ſolum in progreſſu addere, quæ dicenda ſuperſunt.

3 Explicandum vero eſt, qui alcaualam ſoluere teneantur, qui non item. Lex. 1. titulo 18. libro 6. nouæ collectio. quæ lata fuit à Regibus Catholicis anno. 1491. in caſtris obſidionis vrbis Granatenſis, nullū oppidum, aut locum, nullumque omnino, quantumcunque nobilis is ſit, excipit à ſolutione eius tributi, eſto ſe excuſent vſu, aut conſuetudine, etiam immemoriabili, eam non ſoluendi, vel quacunque alia ratione, aut priuilegio conceſſo. In fine tamen legis additur. *Saluo, ſi las tales mercedes y franquezas fueren aſentadas en los nueſtros libros de lo ſaluado, y ſobre eſcriptas de nueſtros contadores mayores*, Etiam exteri, qui ad hoc regnum accedunt, aliquidque in eo vēdunt, aut permutant, à ſolutione huius tributi non excuſantur, vt habetur leg. 24 titulo 19. eiuſdem libri: ea enim conditione exteri accedere ad alia regna, & ibi negotiari, permittuntur, dummodo ea tributa iuſta ſoluant, quæ ibi ſunt impoſita, ut recte notant multi, quos Laſſarte de decima uend. cap.19. n.3. refert ac ſequitur. Lex autem. 1. titulo 18. lib.9. nouæ collect. quatenus ſtatuit, ut nullus eximatur a ſolutione alcaualę, etiam uſu & conſuetudine, de cuius initio nulla extet memoria, uel quacunque alia ratione, quamuis ortum habere potuerit ab antiquiori lege Alfonſi undecimi, quæ eſt l.1. in fine tit.15. libr.5. nouæ collect. quæ ſic habet. *Y aſi miſmo lo que las leyes dizen, que las coſas del reino no ſe pued.n ganar por tiempo, ſe entienda de los pechos y tributos a nos deuidos*; & utraque lex ortum habere potuerit ab alia antiquiori lege. 6. tit.29. p.3. quę ſonat, in tributis locū non eſſe præſcriptioni tēporis cuiuſcunque, etiā immemoriabilis, ut affirmant multi, quos Gregor. Lop. ibi uerb. *tributos*, & Laſſarte de decim. vend. c.19. a n.4. referūt ac ſequūtur, & conſentit Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q.8. à 32. conſentaneè ad ius Luſitanū, quod in calce. n.36. refert, de qua re uidenda ſunt, quæ dicta à nobis ſunt diſp.74. & 75. Licet, inquā, ea lex. 1. ortū quoad id habere potuerit à duabus alijs antiquioribus citatis, quatenus tñ ſimul caſſat priuilegia antea conceſſa, exceptis, quæ in fine eiuſdē legis excipiuntur, & quę legib. ſequentibus exprimuntur, de quibus ſtatim erit ſermo; arbitror eā legem, quoad eam totam uniuerſalitatem, ortum ſimul ex eo habuiſſe, quod Catholici Reges, pro poteſtate regia ad tributa imponenda, rationabili ex cauſa, atque in commune reipublicę bonū, ad belli ſumptus, & vt æque omnes de republica grauarētur, noluerunt deinceps quenquam ab eo tributo eſſe exēptum, præter paucos ea lege & ſequentibus expreſſos, ob peculiares, præcipuas ac rationabiles cauſas ſufficienter examinatas.

4 Rex in primis, cuius ſunt hæc iura, immunis eſt à ſolutione alcaualę, quando res ipſius venduntur,

ſiue illæ immobiles,ſiue mobiles ſint, ac proinde,e-
ſto alcaualam alicuius loci habeat locatam alicui,nõ
debetur cõductori alcauala pretij earum rerũ, quas
Rex in eo loco vendiderit, aut permutauerit. Ita ha
betur.l.3.titu.18.libr.9.nouæ collect.& l.3.titu.17.
atque.l.licitatio.§.fiſcus.ff.de publicanis. Ratio au
tem eſt,vt recte cum Bart.& alijs,affirmat Laſſarte
de decim.vend. cap.19.numero 8.quoniam nullus
ſibi ipſi eſt tributarius,nulluſque ſibi ipſi quicquam
debet. Rex autem ſolum locat alcaualã, quæ ſibi de-
betur. Hinc recte.cap.18.à n.92.collegit, ſi alcauala
alicuius loci,nõ ad Regem, ſed ad dominum parti-
cularem eius loci ſpectet, vt ad aliquos in hoc regno
pertinet,tunc eo ipſo dominum eius loci eã non de-
bere ex rebus ipſius,quas vendit: quia nemo ſibi ali-
quid debet:quare,ſi alcaualam eius loci alicui locet,
ex pretio rerum domini eius loci,quas vẽdiderit,aut
permutauerit,in eo oppido,non debetur conducto-
ri alcauala. Si tamen ciuitas alcaualam,non ſuã, ſed
Regis,locet alicui nomine & loco Regis,ciuitaſque
ipſa vendat rem aliquam,aut permutet,propriam ip
ſiuſmet ciuitatis,tunc ex pretio talis rei alcaualã de-
bet conductori:quoniam ciuitas exempta non repe-
ritur in hoc regno à ſolutione Regi alcaualæ rerum
ſibi propriarum,quas vendiderit,aut permutauerit:
conductori vero debetur alcauala omnis eius ciuita
tis,quæ Regi erat ſoluenda.

5 Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonę,ſicut vniuer-
ſim exemptæ ſunt à ſolutione aliorum tributorũ, vt
diſp.31.dictum eſt,& inferius ſuo loco dicetur, vbi
etiam explicabitur, quæ perſonæ Eccleſiaſticæ di-
cantur,vt priuilegio hoc perfruantur: ita, ſi aliquid
vendant,aut permutent,de ſuis proprijs rebus, im-
munes ſunt à ſolutione alcaualæ: in hoc quidem re-
gno venditores à tota,in Luſitania vero,ſiue emãt,
ſiue vendant,ſolum à dimidia:quoniam in eo regno
emptor dimidium ſoluit illæ, & venditor aliud di-
midium. Ita habetur.l.6.titu.18.lib.6.nouæ collect.
& libr.5.legum extrauag. Luſitanarum titu.3.l.12.
Si tamen aliquid vendant, aut permutent, nego-
tiando, tunc ſicut quoad eas res immunes non ſunt
à ſolutione aliorum tributorum,vt diſpu.342.dictũ,
comprobatumque eſt,vbi copioſe eſt etiam explica-
tum,quando negotiari ſint cenſendi, quando non
item; additumque eſt, in quibus euentibus priuile-
gium immunitatis à ſoluendis tributis amittant; ita
neque immunes ſunt à ſolutione alcaualæ ex rebus
ita venditis,aut permutatis,vt habetur.l.7.tit.18. ci-
tato,& l.12.citata.

Ex eo autem,quod dũ alcauala laicis eſt impoſita
ex rebus,quas vendunt,aut permutant,accreſcãt pre
tia eiuſmodi rerũ ob id tributũ ſoluendũ, indeque
per accidens ſequatur,quod Eccleſiæ,& Eccleſiaſti
ci,carius eas ab illis emant,virtuteque proinde alca-
ualã ſoluant,nõ idcirco res, quas laici Eccleſiaſticis
vendunt,aut cum eis permutant,immunes ſunt a ſo
lutione alcaualæ ex pretio, eſto Eccleſiaſtici paciſcã
tur ſe emere tales res,immunes faciendo venditores
ab eo tributo. Ita habetur, libro 8.titulo 18.citato
vbi hæc verba adduntur. *Y ſi los uendedores no pu-
dierẽ ſer auidos,que de los heredamientos y otras coſas,
que ſe uendieren a los dichos clerigos,y perſonas Eccleſia
ſticas,ſe pueda cobrar el alcauala. Por lo qual queremos
y mandamos que ſiempre,y en todo coſo y en todo tiem-
po,ſean obligados los dichos heredamientos y coſas, que
fueren vendidas.* Vbi vides,hypothecæ,onerique rea
li,ſubijci res ita venditas pro ea alcauala, vt ex ipſis
ſoluatur in defectum venditoris,etiamſi ad poteſta-
tem ac dominium Eccleſiarum, aut Eccleſiaſtico-
rum deueniant; quoniam tranſeunt ad illos cum eo
reali onere. Quod ob Eccleſiaſticorum iactantiam,
qui ex eo capite obtendebant, eas res alcaualæ non
eſſe ſubiectas, viliuſque proinde ipſis eſſe venden-
A das,ait Laſſarte de decim.vend.cap.19.numero 11.
fuiſſe ſancitum. Non plus tamen res illæ ad id tribu
tum tenebuntur,quam in defectum venditorum, ac
proinde quo tempore venditores præſcriberent, vt
ab ipſis exigi non poſſet,præſcriberetur ſimul,vt ex
eiſdem rebus non ſolueretur, vt recte Laſſarte ſub-
iungit. Ratio autem iuſtæ deciſionis legis illius, vt
cum alijs Laſſarte, vbi ſupra numero decimo ait;
hæc eſt. Quoniam, ſicut ex eo, quod mercatores
portoria, & alia tributa ſoluant ex mercibus, quas
vendendas aſportant, indeque per accidens ſequa-
tur, quod pro quantitate eorum tributorum res ca-
rius vendantur, vt diſputatione præcedente dictum
eſt, non vilius clericis venduntur à mercatoribus,
quam vendantur laicis, neque aliquid mercatori-
B bus de eis tributis detrahitur ex eo,quod partem ea-
rum vendituri ſint Eccleſiaſticis: ita ex eo,quòd res
mobiles,aut immobiles vendãtur Eccleſiaſticis,im-
munes non ſunt venditores ab alcauala earum re-
rum: eſto per accidens ſequatur, quod Eccleſiaſtici
carius emant. Exemptio quippe Eccleſiaſticorum,
& Eccleſiarum,ſolum eſt,vt ipſi non ſoluant tribu-
tum ex ſuis rebus: non vero,vt alij non ſoluant tri-
butum ex rebus, quæ emptione, aut permutatione,
ad ipſos ſunt peruenturæ, eſto per accidens ſequa-
tur, quod carius ob ea tributa ad ipſos perueniant.
Similis alia lex huic hactenus explicatæ, lata eſt in
Luſitania.3.parte.leg.extrauag.titulo 3.lege.12.§.
2.& 3.

Priuilegia hæc Eccleſiaſticorum extenduntur in 6
C Luſitania,etiam ad commendatarios ordinis Chri-
ſti,modo commendam, aut *tenzam*, habeant: ſecus
ſi nudum habitum ſine *tenza* habeãt,vt conſtat. 3.p.
legum extrauag.titul.3.l.13.& 14. Idem credo eſſe,
in eo regno de reliquis commendatarijs, qui non
minus, imo plus, participant de religione. In hoc
vero Caſtellæ regno,commendatarij omnes,qui cle
rici non ſunt etiamſi ſint ordinis Diui Ioãnis, quo-
ad fructus ſuarum commendarum,ſi illos vendant,
aut permutent,dum ipſorum manent,immunes ſũt
à ſolutione alcaualæ ex illis: eo quod vere ſint fru-
ctus bonorum Eccleſiaſticorum, hoc eſt,commẽda
rum ipſis collatarum: ex venditione vero herbarum
ſuarum commendarum, ſoluunt alcaualam, vbi eſt
conſuetudo,vt ſoluatur: ex bonis autem ipſorum pa
D trimonialibus,aut aliunde acquiſitis,ipſiſve obueniẽ
tibus,ſi illos vendant, aut permutent,coguntur ſol-
uere alcaualam,vt conſtat ex.l.9.titu.18.lib.9.nouæ
collect. Eam legem approbat Laſſarte vbi ſupra.nu.
92. Si res tamen eſſet integra,potius conſulerem,vt,
ſaltem commendatarij Diui Ioannis,cum alijs Ec-
cleſiaſticis, quo ad immunitatem à ſoluendis tribu-
tis,annumerarentur.

Quando res vendenda communis ac indiuidua 7
eſt Eccleſiaſtico cum laico,ſi communi conſenſu vẽ
datur,neque in ea vẽditione negotiatio interueniat,
tunc,quamuis venditio ac res vendita,indiuidua ſit,
quia tamen diuidi aliquo modo poteſt quoad pre-
tium,iuxta portionem,quam pro indiuiſo vnuſquiſ-
E que eorum in ea re habet,vtique ex parte pretij,quę
laicum contingit,iuxta portionem,quam pro indiui
ſo in ea re habebat, alcauala debetur: non vero ex
parte pretij,quæ ad Eccleſiaſticum pertinet. Sicut,
quando Eccleſiaſticus rem cum laico permutat,alca
uala debetur à laico ex ea permutatione, iuxta ęſti-
mationem rei,quam ipſe permutat,non vero ab Ec-
cleſiaſtico,iuxta ęſtimationem rei ſuæ: eſto permuta
tio vnica atque indiuidua ſit. Ita Laſſarte vbi ſupra
nu.16.cum pleriſque alijs, quos citat, & Conſentit
Couar.de pract.qq.c.34.nu.2.concinitque,l.6.titu.
18.citato illis verbis; *por lo que a ellos* (Eccleſiaſticis
ſcilicet) *teca y puede tocar*.

Quando laicus conductum ab Eccleſia, aut ab 8
Eccle-

Eccleſiaſtico, habet aliquid quod fructus reddat, vt beneficium Eccleſiaſticum, prædium, aut aliud ſimile, vel aliqua alia ratione & titulo ſuos effecit eos fructus, quos loco Eccleſiæ, aut Eccleſiaſtici percipit, tunc, ſi illos vendat, aut permutet, ex ea venditione aut permutatione: alcaualam debet: quoniam vendit, aut permutat, quod eſt ſuum effectum illis alijs titulis, nec perſeuerat Eccleſiæ, Eccleſiaſticæve perſonæ: & quoniam priuilegium Eccleſiæ, aut Eccleſiaſtici, eſt perſonale, nec tranſit ad laicum. Ita Syluester verb. excommunicatio. 9. q6. 48. Laſſarte vbi ſupra, nu. 27. & alij, quos citant, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua, vſuque recepta. Si tamen clericus circa rem ſui patrimonij, vel circa rem aliam ſuam, ineat cum aliquo contractum ſocietatis, vt ſcilicet accipiat dimidium, aut tertiam partem, fructuum, vel ineat contractum locationis, vt accipiat tot, vel tot menſuras tritici, tunc de parte fructuum, quæ ad ipſum ſpectat, eſto eam iubeat vendere, non debet alcaualam: quoniam venditur, vt clerici.

9 Vt conſtat ex titul. 21. libr. 9. nouæ collect. tertiæ decimarum Eccleſiarum huius regni, donatę à ſummis Pontificibus ſunt Regibus, coronæve huius regni, in ſubſidiū ad bellorum ſumptus, & ad expenſas alias. Eo autem ipſo ea tertia decimarum pro indiuiſo præciſa cenſetur à ſacerdotijs, boniſque Eccleſiaſticis, & donata cenſetur Regibus, coronæve huius regni, in eum finem: iuſque eam accipiendi, dum partitio fit decimarum ſingularum Eccleſiarum, quod Regibus, vi illius conceſſionis ac donationis competit, non eſt ius Eccleſiaſticum, & ſpirituale, ſed laicum ac ſeculare, à ſummis Pontificibus ipſis conceſſum in bonis ea ipſa conceſſione ac donatione præciſis à patrimonio Chriſti, & à numero bonorum Eccleſiaſticorum, factiſque ſecularibus regiæ coronæ. Quia vero bona illa, iuſque illud, ſimpliciter & abſque vlla reſtrictione, aut prohibitione alienationis, regibus, coronæve regni, donata ſunt, vtique diſpoſitio, tum de rebus ipſis, tum etiam de eo iure, perinde, poſt eam conceſſionem ac donationem, Regibus competit, atque diſpoſitio de alijs iuribus ac rebus coronæ regni. Quia ergo Reges partem huius iuris diuerſis donarunt, partem vendiderunt, aut irreuocabiliter, aut cum pacto de retrouendendo, ſaltem cenſum redimibilem ex eis reditibus concedendo, inde oritur dubium, num, ſi priuati, ad quos prędictis titulis reditus illi, & partes iuris illius integri, Regibus, coronæve huius regni cōceſſi pertinent, vel reditus, vel ius ſuum ad illos vendāt, aut permutent, ex ea venditione, aut permutatione, alcaualam debeant. Et quidem dicendum eſt, ſi illi priuati eccleſiaſtici non ſint, aut alio titulo immunes non ſint, à ſolutione alcaualæ, eam debere. Ratio autem eſt, quoniam, vt ex dictis liquido conſtat, ea bona eccleſiaſtica & ſpiritualia non ſunt, neque alia ratione ipſa, aut ea vendentes, vel permutantes, exempta ſunt à ſolutione alcaualæ. Atque hoc eſt, quod multis Laſſarte vbi ſupra, à numero 29. vſque ad 34. intendit.

10 Hinc oritur dubium admodum difficile multorum iudicio ac meo. Quanam videlicet ratione, priuati poſſeſſores partium huius iuris, contribuere teneantur ad ſubſidium à ſummis Pontificibus Regibus huius regni inſuper conceſſum, temporiſque progreſſu auctum, de reditibus bonorum omnium eccleſiaſticorum huius regni, etiam ſi ad laicos deuenerint? Etenim pars illa decimarum eo ipſo, quod Regibus, coronæve huius regni, donata eſt, eſſe deſijt Chriſti patrimonium, bonumque eccleſiaſticū, factaque eſt bonum ſeculare, quin & videtur fuiſſe exempta à iuriſdictione Summorum Pontificum, cœpitque pertinere quoad diſpoſitionem ad Hiſpaniarum Reges, vt de illa re ipſi diſpoſuerūt, donando, & vendendo, abſque recurſu ad Summos Pontifices, & abſque eorum diſpenſatione: qua ergo ratione, ſubſidium à Summis Pontificibus impoſitū, vt de bonis omnibus eccleſiaſticis, etiamſi ad laicos deuenerint, ſoluatur, ſoluendum etiam erit de iſtis bonis, quæ eccleſiaſtica iam non ſunt: Equidē, quòd ex commendis, & ex penſionibus, etiam ſi ſecularibus conceſſæ in ipſorum vitam ſint, ſolui id ſubſidium debeat, recta ratio id poſtulat: quoniam ea bona adhuc eccleſiaſtica ſunt, iuriſdictionique Summi Pontificis ſubiacent: quod vero etiam ex eiuſmodi bonis ſolui debeat, quæ eccleſiaſtica nō ſunt, ſed fuerunt, neque ſubiecta remanent iuriſdictioni & adminiſtrationi Summorum Pontificum, non videtur id æquum, rationique conſentaneum præſertim ſi, ante impoſitum, aut auctum tale ſubſidium, facta ſunt bona ſecularia, ad priuatoſque eorū poſſeſſores deuenerunt, titulo præſertim oneroſo. Adde, Reges ipſos, ex ea parte decimarum, quæ ipſorū eſt, neque ad alios adhuc deuenit, non contribuere ad ſubſidium: quoniam ipſis debetur ex conceſſione Summorum Pontificum: nullus autem ſibi ipſi debet, ac proinde neque contribuit ad id, quod ſibi debetur, atque ita videmus vſu eſſe receptum, quod quamuis Rex conuenerit cum eccleſijs huius regni, vt ſibi certam ſummam quotānis pro ſubſidio conferant, ad quam contribuant pro rata omnes, qui bona obtinent eccleſiaſtica, neque tamen ipſe ad eam ſummam contribuit ex prædicta ſua portione decimarum, neque, qui cenſum annuum emptum ab eo habent quotannis ipſis ſoluendum, ac conſignatum in tertia alicuius eccleſiæ particularis, neque qui emptam omnino, ac irredimibiliter, ab eo habent tertiam decimarum alicuius loci, aut partem aliquam illius, contribuunt: vnde non video, quo iure reliqui, qui partem aliquam habent tertiæ decimarum alicuius loci, aut integras illius loci tertias, non ſolum titulo oneroſo, ſaltem in recompenſationem ſuorum obſequiorum, ſed etiam titulo merè lucratiuo, cogendi ſint ſoluere ac contribuere ad id ſubſidium, vt videmus vſu receptum, eos cogi ac ſoluere. Reſpondet Laſſarte capit. decimo nono, citato, numero trigeſimo quinto, Quia caritatiuum hoc ſubſidium eſt onus iniunctum, non quidem eccleſiaſticis perſonis, ſed reditibus potius ac prouentibus totius eccleſiæ in his regnis, idque adeò generaliter, vt (iuxta mentem ac verba bullæ Pauli Tertij, qui primus illud conceſſit, & aliorum, qui illud auxerunt) reditus quoſcunque ac fructus, qui verè eccleſiaſtici ſunt comprehendat, nullo facto perſonarum diſcrimine, ad quas deuenerint, ſiue eccleſiaſticæ ſint, ſiue laicæ; conſequens eſſe, vt, cū eiuſmodi tertiarum fructus, primordialiter, atq; ex ſua origine eccleſiaſtici ſint, eccleſijſque fuerint ſoluti, eo quòd ex eccleſiarum decimis detrahantur, eo ipſo, quod à Summis Pontificibus eſt prædicto modo vniuerſaliter ex bonis eccleſiarum huius Regni conceſſum, ea omnia bona afficiat, tranſeantque proinde cum eo reali onere ad qualcunque perſonas, etiamſi laicæ ſint, ac proinde teneantur illud ſoluere, ad illudve contribuere. Hæc tamen Laſſarti reſponſio ac ratio, ſolida profectò non eſt, ſed ex multis capitibus infirma ac nulla. In primis enim, ipſemet numero 36. confitetur, tertias cōceſſas fuiſſe à Benedicto Duodecimo Regibus, coronęque huius regni, liberas omnino, & abſque tali onere ſubſidij; cum verò oſtenſum ſit, eo ipſo deſiiſſe eſſe bona eccleſiaſtica, & manſiſſe ſecularia, exempta è iuriſdictione Summorum Pontificum; ſanè Paulus Tertius & poſteriores Summi Pontifices, nō potuerūt illis imponere poſtea id onus reale, neque id intenderunt ſua illa conceſſione illius ſubſidij in omnibus bonis eccleſiaſticis huius regni, ad quoſcunque

que illa deuenirent,etiamſi laici ſint: nam illa iam tunc non erant bona Eccleſiaſtica, ſed fuerant longè antea, & iam tunc non erant: quare ea conceſſione ſubſidij ſub illa forma, non cenſentur comprehendere eiuſmodi tertias,neque de eis loqui, ſed ſolum de bonis, quæ tempore eiuſdem conceſſionis ſubſidij erant Eccleſiaſtica,etiamſi à laicis poſſiderentur. Neque Gigas de penſionibus quæſtio. 38. quem Laſſarte in confirmationem ſuæ reſponſionis citat,loquitur de eiuſmodi bonis præciſis antea à bonis Eccleſiaſticis,& factis ſecularibus,ſed ſolum ait, penſionarios laicos,de bonis,quæ Eccleſiaſtica permanent, ſubiectaque iuriſdictioni & adminiſtrationi Summorum Pontificum, teneri contribuere ad eiuſmodi ſubſidia caritatiua bonis Eccleſiaſticis, ex quibus ea penſio ſoluitur,impoſita. Deinde,cũ Regibus ipſis,ex forma illa conceſſionis Pauli. III. & aliorum Summorum Pontificum,non cenſeatur impoſitum id caritatiuum ſubſidium,vt illud ex tertijs ſoluant,aut ad illud contribuant, neque vſu ſit receptum,vt ipſi,vel qui ab ipſis titulo emptionis habent partem aliquam iuris,redituumve, earum tertiarũ, ad illud contribuant: vtique neque,qui ab ipſis Regibus partem aliquam eius iuris quocunque titulo habent,tenentur, ob eandem Summorum Pontificum formam,quicquam ad id ſubſidium contribuere:quandoquidem nomine,ac loco ipſorum Regũ, reditus earum tertiarum recipiunt, eo modo,quò illi eos percepiſſent,ſi ea pars iuris apud illos perſeueraret. Item ipſe Laſſarte in principio ſuæ reſponſionis ait, ſubſidium hoc ex mente, & ex verbis Pauli III. & aliorum Summorum Pontificum, eſſe onus iniunctum prouentibus, reditibus, ac fructibus totius Eccleſiæ huius regni,qui verè Eccleſiaſtici ſũt: ex eo autem, quòd fructus eiuſmodi tertiarum,primordialiter atque ex ſua origine, hoc eſt,antequam præſcinderētur,& donarentur coronæ huius regni, fuerint Eccleſiaſtici, Eccleſijſque ſoluerētur (quod duntaxat probat,eos detrahi ex decimis Eccleſiarũ) non ſequitur, tempore conceſſionis eius ſubſidij, perſeueraſſe bona vere Eccleſiaſtica,quin potius cõtrarium ſupra eſt à nobis oſtenſum: quare non rectè ex eo ſuo fundamento deducit,conceſſione eius ſubſidij, manſiſſe bona earum tertiarum affecta eo onere reali,cum eoque tranſijſſe,ac tranſire ad quoſcunque eorum poſſeſſores: quin potius contrarium ex eodem fundamento rectius colligitur, nempe onus illud ea bona non affeciſſe, eò quòd iam tunc, neque Eccleſiaſtica bona eſſent, neque ſubiecta diſpoſitioni ac iuriſdictioni Summorum Pontificum. His omnibus perſuaſus,arbitror,eos,qui à Regibus partem iurium earum tertiarum quocunquetitulo ritè obtinuerunt, non teneri ad contributionem ſubſidij, quod Regibus de bonis Eccleſiarum huius regni ſoluitur: ſed per errorem definitum fuiſſe; eos ad illud contribuere teneri: eſſeque id corrigendum.

Quæſtio. 11 Dubium eſt,ſi Eccleſiaſticus, qui ab al caualæ ſolutione eſt immunis, moriatur, atque hæreditate iacente, hoc eſt, nondum adita per hæredem teſtamentarium vel ab inteſtato vendantur aliqua bona per teſtamentarios, aut per procuratorem datum hæreditati, vel ad ſoluendos ſumptus funeris talis defuncti, vel ad ſoluendum creditoribus defuncti, aut legatariis, vtrum ex tali venditione alcauala debeatur,an non. Hoc dubium mouet Laſſarte ca. 19. citato numero 38. Dixi hæreditate iacente: quoniã, cum per aditionem hæreditatis, hæres dominiũ bonorum omnium hæreditatis conſequatur, transeātque in ipſum actiones omnes paſſiuæ, & actiuæ,defuncti, vt diſputatio. 3. & diſputatio. 155. oſtenſum eſt, vtique, ſi quid tunc hæreditatis vendatur, tanquam hæreditatis bonum,ſiue per hæredem venda-
A tur,ſiue per teſtamentarios ex præſcripto teſtatoris, ſiue per curatorem datum hæreditati ob abſentiam hæredis,aut ex alia iuſta cauſa,venditur tunc, vt pertinens iam quoad dominium ad hæredem, locoque hæredis,ac proinde,ſi hæres immunis ſit à ſolutione alcaualæ,quia Eccleſiaſticus,aut aliqua alia ratione, alcaualam ex tali venditione non debet, ſiue defunctus eſſet Eccleſiaſticus, ſiue non, ſed eſſet laicus, qui,ſi ipſe venditionem eam celebraſſet, alcaualam deberet. Si verò hæres immunis non ſit ab alcaualæ ſolutione, quia laicus tunc eam debet, eſto defunctus eſſet Eccleſiaſticus: quoniam immunitas Eccleſiaſtici defuncti ad non ſoluendam alcaualam, erat priuilegium perſonale ipſius, quod cum bonis non tranſit ad hæredem. Cum verò hæres is, qui in iure
B ſuus nuncupatur,dominus ſit bonorum hęreditatis à puncto mortis eius,cui ita ſuccedit, cum facultate tamen eam repudiandi,ut diſputatio. 180. explanatum eſt,tunc,ſi quid de tali hæreditate vendatur,antequam talis hæres eam acceptet,aut repudiet, idem omnino eſt dicendum,modo poſteà is hęres eam hęreditatem non repudiet,nempe, ſi immunis non ſit à ſolutione alcaualę,eam deberi, ſiue Eccleſiaſtico, ſiue laico ſuccedat; ſi verò immunis ſit,eam non debere,eſto ſuccedat laico,qui illam deberet. Hinc dico,quando morte alicuius Epiſcopi,aut alterius beneficiarij, vel clerici,aliqua pertinent ad cameram Apoſtolicam, tanquam ſpolia vel ad ſequentem ſucceſſorem in Epiſcopatu,aut beneficio, iuxta ea quę copioſè diſputatio. 142. explicata ſunt, deducto ta-
C men inde toto ęre alieno,& funeris competentis expenſa, tunc ſi quid eorum bonorum vendatur à puncto mortis talis defuncti,ad ęs illius alienum ſoluendum, aut ad aliam neceſſariam impenſam; etiamſi ea venditio fiat per laicum, vt in hoc regno fieri conſueuit per Correctorem ciuitatis, in qua eſt cathedra Epiſcopalis talis Epiſcopi defuncti,vtique ex tali venditione non debetur alcauala: quia bona, vnde id venditur, pertinent ad cameram Apoſtolicam, aut ad ſucceſſorem in beneficio, qui Eccleſiaſtici ſunt,immunéſque a ſolutione alcaualę: laici autem, aut quicunque alij,qui ea bona vendunt,id efficiunt loco ac nomine eorum, ad quos ea bona per mortē talis defuncti ſpectant,eorumque negotium ac partes agendo.

D Tota difficultas eſt, quando ex hęreditate adhuc iacēte,ad nulliuſque proinde dominium adhuc pertinente,aliquid venditur, vel ad funeris impenſam, vel ad debita defuncti ſoluenda, vel ad rem aliam, vtrum ex huiuſmodi venditione alcauala debeatur. Laſſarte affirmat deberi, eſto defunctus fuiſſet clericus, aut quicunque alius exemptus à ſolutione alcaualę, & eſto poſteà hęres ab inteſtato, aut ex teſtamento,illam adeat, comparetque proinde dominiũ illius ea aditione,ſitque clericus,aut alicuius ratione exemptus à ſolutione alcaualę,& eſto nullus eam adeat,quia bona non ſufficiunt ad ęs alienũ defuncti ſoluendũ, vendanturque,vt pretiũ inter creditores diſtribuatur, & vt ſepeliatur defunctus. Ducitur,
E qm̃ priuilegiũ Eccleſiaſtici defuncti,vt ex venditione,aut permutatione, ſuorũ bonorũ non ſolueret alcaualã,erat perſonale illius; quod proinde cum vita illius exſpirauit,neque ad hęredes illius tranſit,neq; bona,quę quoad dominiũ fuerũt eius clerici,comitatur: quoniam bona illa,ante aditionem, non pertinent ad hęredem,vt ex priuilegio hęredis clerici vēditio illa, facta ante talem aditionem,immunis ſit à ſolutione alcaualę: quo fit,vt in omnibus illis euentibus propoſitis, ex venditione bonorum hæreditatis clerici iacentis,debeatur alcauala.

Contrarium arbitror eſſe verum, quando hęres, qui poſtea hęreditatē adit,eſt Eccleſiaſticus, aut ex alio capite immunis à ſolutione alcaualę; idque ſiue Deciſio. 12
defun-

defunctus, cui ſuccedit, fuerit Eccleſiaſticus, ſiue laicus: itemque, quando defunctus fuit Eccleſiaſticus, nulluſque poſtea hæreditatem adit, ſed bona uendũtur ad æs defuncti alienum ſoluendum, aut ad funeris impenſam, pretiumque totum in his inſumitur. Ratio primi eſt, quoniam licet, quando res dominũ habet, ad dominum regulariter ſpectet eam uendere, aut loco & nomine illius vendi: quando tamen caret domino, vt in eo euentu, vtique ad eum ſpectat eam uendere, locoque ac nomine illius publica autoritate cenſetur uendi, qui ius ad illam habet, qualis in re propoſita eſt hæres, ad quem ea hæreditas, vel primo, vel in aliorum defectum, pertinet, ſub conditione tamen, ſi vti uelit eo iure, eamve adire uelit: vnde hæres ipſe, ſciens ad ſe eſſe iam delatam hæreditatem aliquam, ac dubius, an ſibi expediens ſit eam adire, vendere illam poteſt, aut res aliquas ex illa, ſub conditione, ſi illam adeat, rataque erit ea venditio ſubſequuta aditione, impletave ea conditione, ſub qua eſt facta talis venditio, vt hæc omnia patent ex dictis diſput. 340. iunctis ijs, quæ diſput. 337. dicta ſunt de venditione ſub conditione: neque tunc is vẽditor, ſi ſit Eccleſiaſticus, debitor erit alcaualæ eius venditionis à ſe factæ, ſiue hæreditas delata ad eum ſit morte Eccleſiaſtici, ſiue morte ſecularis: quare, ſi aliquid ex ea hæreditate valdè vendatur, vel à teſtamentarijs, vel à curatore dato hæreditati, vel à iudice, ad debita defuncti ſoluenda vel ad aliquam aliam rem, venditio cenſetur facta nomine ac loco hęredis, aut hęredum, modo ſequatur poſtea aditio per eos hæreditatis, ac proinde, ſi illi Eccleſiaſtici ſint, immunis erit ea uenditio à ſolutione alcaualæ. Ratio verò ſecundi eſt, quoniam licet priuilegium Eccleſiaſticorum, vt immunes ſint ab alcaualę, & aliorum tributorum ſolutione, ſit perſonale, ac proinde ipſis competat, & ipſorum bonis, donec ipſorũ ſunt neque tranſeat ad hæredes, neque comitetur ea bona eo ipſo, quod ad alium tranſeunt; nihilominus abſque vllo dubio, per epicikeiam, eſt cenſendum competere Eccleſiaſticis quoad ipſorum bona, dũ ad alium non tranſierunt, ſed ſunt hæreditas ipſorũ adhuc iacens, quæ Eccleſiaſtici defuncti locum præcisè ſubit, eumque repræſentat, maximè, quãdo nullus poſtea adit hæreditatem, ſed diuenditur ad ſepulturam talis Eccleſiaſtici defuncti, & ad ſolutionem debitorum illius; tunc enim negotium & partes Eccleſiaſtici defuncti aguntur ea venditione, ad exonerandam ipſius conſcientiam, & ad præſtandum, & efficiendum ex eiſdem bonis, quæ ad ipſum ſpectãt: credendum autem non eſt, ita priuilegium exemptionis à ſoluendis tributis Eccleſiaſticis fuiſſe conceſſum, vt ad eorũ bona in eo ſtatu, atque ad prædicta, defuncti loco, ex eiſdem bonis exequenda, non ſe extendat; neque id ſanè conſonum eſſet rectæ rationi. Confirmatur, quoniam dum hæreditas Eccleſiaſtici defuncti ita iacet, neque adita eſt per hæredem, etiam laicum, non ſolum teſtamenti inſinuatio, vt diſput. 250. dictum eſt, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, & non ad ſecularem, ſed etiam conſtituere curatorem eis bonis, eaque ad prædicta diuendi facere, & ſoluere debita defuncti, vt Laſſarte ipſe vbi ſupra num. 44. cum communi doctorum ſententia affirmat, in praxique eſſe receptum confitetur: quod nõ aliunde prouenit, niſi quia bona illa adhuc reputantur, & ſunt, bona clerici defuncti, quæ ad alium non tranſierunt, eaque de cauſa adhuc gaudẽt priuilegio fori Eccleſiaſtici, tanquam bona adhuc reputata Eccleſiaſtici, nihil impediente, quòd id fori priuilegium perſonale ſit, neque tranſeat ad hæredes, neque comitetur eadem bona eo ipſo, quod ad alium ſpectant; qua de cauſa eo ipſo, quòd hæres ſecularis eam hæreditatem adit, conſequiturq; proinde ea aditione dominium illius, illa eadem circa ea bona efficere pertinet ad iudicem ſecularem: quo fit, vt idem dicendum ſit de hoc alio clericorum priuilegio, de quo diſputamus, nempe extendi ad hæreditatem Eccleſiaſtici adhuc prædicto modo iacentem.

Quæ autem loca, & quæ perſonæ in particulari, & quouſque exemptæ in hoc Caſtellæ regno ſint à ſolutione alcaualæ ex rebus, quas vendunt, aut permutant, habetur lib. 9. nouæ collect. titu. 18. à l. 11. vſque ad 33. Lege etiam Laſsarte, cap. 19. citato à nume. 93. 13

Dubium eſt, vtrum quando aliquis publica autoritate cogitur aliquid uendere, quia ita poſtulat bonum publicum, iuxta ea quæ diſputatione 341. explanata ſunt, immunis is ſit à ſolutione alcaualę ex tali uenditione. Quòd ſit immunis, arbitrantur Parladorius & Auend. relati à Laſſarte, cap. 19. citato à nume. 99. 14 Quæſtio.

Id verò ſuaderi poteſt. Primò, quoniam neceſſitas excuſat à ſolutione tributi, argumento, l. Cæſar, & habetur apertè, l. vlt. §. ſi propter neceſſitatem, ff. de publican. In primo enim iure habetur, ſi merces aliquæ à certo die prohibitæ erant extrahi ex loco aliquo, & nauis cum illis ante eum diẽ ſoluerat à portu eius loci, neceſſitateque, vi tempeſtatis, aut metu hoſtium, ad eum portum eſt regreſſa, eſto poſt eum diem cum eiſdem mercibus iterum egrediatur, non cenſeri tranſgreſſam eam legem ac prohibitionem: quoniam merces illæ ante eum diem fuerunt extractæ, & neceſſitas nauem illam reduxit ad eum locũ. In ſecundo verò habetur, ſi nauis, aut aliquis cum mercibus, ſimili neceſſitate accedat ad aliquem locum, ad quem àcceſſurus non erat, neque intendat ibi eas uendere, ſed periculo ceſſante, eas inde deferre, neque vectigal ex illis debere (eſto, ſi aliter acceſſiſſet, illud deberet) neque proinde incidere in commiſſum amittẽdi eas merces ex eo, quòd id vectigal non ſoluerit, eſto merces depoſuerit. Idem habetur adhuc explicatius, lib. 9. nouæ collect. tit. 22. l. 2. verſus finem. §. *pero ſi las dichas*, ti. 27. l. 18. & tit. 29. l. 8. & conſentiunt Bar. & alij, l. 1. C. de naufragijs lib. 11. conſentaneè ad eum textum. Primum argum. 15

Secundò, quoniam cum venditio ſine conſenſu eſſe non poſſit; eo quòd venditio mutuo conſenſu vendentis & ementis perficiatur, vt ſuo loco eſt dictum; celebrari non poteſt ac perfici ab inuito: quare, qui inuitus ac coactus à principe, lege, aut magiſtratu, rem ſuam dat, & accipit pretium, non cenſetur eam vendere ob defectum conſenſus, ſed magis vim pati, ab eoque ex iuſta cauſa extrahi autoritate publica, & in ſatisfactionem damni reddi ei pretiũ; quod longè diuerſum eſt à vera uenditione: vnde, cum ex ſola venditione, ac permutatione alcauala debeatur: conſequens eſt, vt ex eo alio negotio alcauala non debeatur. Secundum.

Laſſarte autem ibidem num. 100. rectius arbitratur, veram eſſe venditionem, tametſi publica autoritate, ac præcepto, ex iuſta cauſa celebratam, ac proinde, cum à ſolutione alcaualæ non reperiatur exempta, deberi ex illa, ob generalitatem legis 1. titu. 18. libro 9. nouæ collectionis. Ceterum, quando non ob culpam vendentis cogitur eam rem vendere, ſed ſolum ex publica ac ſufficiente cauſa iuſta, tunc æquitatem, ac iuſtitiam poſtulare, vt venditor omnino indemnis ſeruetur, ac proinde, vt pretium illius rei integrum, intra totam iuſti latitudinem, ei ſoluatur, quam maximum iuſtè ei ſolueretur, ſi inde ſoluturus non eſſet alcaualam: imò & aliquid amplius deberet ei ſolui in recompenſationẽ, quod inuitus ſpolietur re ſua, & ad quam eſt affectus, iuxta l. 2. tit. 1. p. 2. illis verbis; *tenudo es por derecho de le dar ante buẽ cambio, que vala tanto, o mas, de guiſa que el finque pagado o bien viſta de homes buenos*, & inſuper vt ei reſar- Deciſio.

ſarciatur, quod ex alcauala eſt ſoluendum: quando quidem non ſua ſponte rem vendit, neque iuſtè poteſt cogi vendere cum damno, vt ex valore, pretiove iuſto eius rei ſuæ, ſoluat alcaualam: quarè id totum redundare debet in ementem, qui ex ea cauſa iuſta obtinet, vt ea res vendi cogatur. Dixi, quando non ob culpam vendentis, cogitur rem ſuam vendere: quoniam, ſi ob ſuam culpam cogatur eam vendere, vt mancipium ob ſæuitiam, qua cum eo vtitur, iuxta ea quæ diſp. 341. citata dicta ſunt; tunc cogi poteſt illud vendere pro iuſto pretio, quod inuenerit, & inſuper, vt ex tali pretio ſoluat alcaualam.

Ad primũ. Ad primum ergo argumentum in cotrarium dicendum eſt, aliud eſſe loqui de vectigalibus, quę debentur ex tranſitu mercium per aliquem locum, aut ex aſportatione earum in eum locum; & aliud de vectigalibus, aut quaſi vectigalibus quæ debentur ex celebratione contractus. Iura verò, quæ in eo argumento citantur, meritò ſtatuiſſe, vt quando quis neceſſitate compulſus, vel refectionis nauis, vel tempeſtatis, aut periculi hoſtium, vel alterius ſimilis, accedit ad portum, aut ingreditur aliquos fines, præcisè vt euadat id periculum, & poſteà cum eiſdem rebus ac mercibus egrediatur, non teneatur ſoluere vectigalia, quæ alioquin ex eo acceſſu, aut tranſitu per eũ locum, ſoluere teneretur. Cæterum, ſi is idem, eſto cauſa eius acceſſus fuerit ea vrgens neceſſitas vẽdat ibi eas merces, & cogitur ſoluere vectigalia, quæ ex tranſitu per eum locum, vel ex acceſſu, ad eum locũ, debentur, ſicut ea ſolueret in loco, ad quem res eas aſportabat, & cogitur inſuper ſoluere quaſi vectigal, quod ex tali venditione debetur, vt eiſdem iuribus citatis habetur: quare neceſſitas, præſertim iuſtè impoſita, celebrãdi aliquem contractum, non eximit à ſolutione tributi, alias impoſiti, vt ſoluatur ex eo contractu: tametſi vt dictum eſt, quando aliquis abſque ſua culpa, in ementis bonum, cogeretur celebrare venditionem, emens teneretur eum ſeruare indemnem, ſoluendo loco illius id tributum impoſitum, eſto emens eſſet Eccleſia, aut perſona alia, quę ex venditione rei ſuæ exẽpta eſſet à ſolutione alcaualæ. Neque probo expoſitiones alias ad iura citata, quas Laſſarte vbi ſupra nõ rectè adhibet.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, quamuis ad venditionem conſenſus venditoris ſit neceſſarius: quando tamen ex iuſta cauſa cogitur quis, ſeu ei præcipitur, rem ſuam vendere, ſatis eſſe conſenſum illius in uoluntarium mixtè, ex præcepto illo iuſto, coactioneve illa iuſta. Et præterea ſatis eſſe conſenſum publicæ poteſtatis loco & nomine illius, vt vẽditio perficiatur: ſicut enim poteſtas publica, ex rationabili, & iuſta cauſa, poteſt loco ſubditi remittere, quod ei debetur, & abſoluere aliquem à iuramento, quo tali ſubdito tenebatur: ita, nomine & loco illius, poteſt celebrare venditionem, & quencunque alium contractum, etiam illo inuito. Neque dubito, Regẽ poſſe ſimul ex ſua propria perſona ſubire rationem emptoris, & loco ſubditi, tanquam dominus ſupremus illius, ſubire rationẽ venditoris, quando ex iuſta cauſa rẽ ſubditi ipſius, illo prorſus inuito, pro iuſto pretio ſibi vſurpat, celebrareque hoc modo veram venditionem, quicquid in contrarium Laſſarte, vbi ſup. nu. 108. dicat.

DISPVT. 664.

Quæ res exemptæ ſint, vt de eis alcauala non ſit ſoluenda.

SVMMARIVM.

1 *Alcauala debetur ex quacunque venditione, ac permutatione rerum, etiamſi merces nõ ſint, & ſint res proprij patrimonij venditæ ad ſubleuandã propriam neceſſitatem: quod à vectigalibus eſt alienum.*

2 *Alcauala ex pane cocto non debetur, & quid nomine eius panis intelligendum.*

3 *Alcauala ex tritico & alijs granis debetur. Niſi exteri mari illa Hiſpalim aſportent.*

4 *Alcauala non debetur ex contractu, quo piſtrices tot panes coctos pro certa menſura tritici reddunt. Secus ſi triticum pro panibus commutaretur.*

5 *Alcauala ex venditione, aut permutatione, equi, mulæ, aut muli, quando non debeatur, & quando debeatur.*

6 *Vendi an cenſeatur equus, aut mula, cum ſella, & ornamentis, quibus ſunt affecti dum venduntur.*

7 *Alcauala ex diſtractione monetarum non debetur. Ex venditione verò argenti, & auri, quouſque ſoluenda, & quid, etiam de ære, quæ cudenda afferuntur.*

8 *Alcauala ex libris non debetur. Neque debetur quod uis aliud tributũ ex libris, qui in hoc regnum aliunde inferuntur.*

9 *Alcauala non debetur ex accipitribus, & ex alijs ſimilibus auibus ad aucupium inſeruientium.*

10 *Alcauala non debetur ex bonis, quæ æſtimata tradũtur in matrimonium. Et quid ſi ex interuallo, celebrato matrimonio, & eis traditis æſtimẽtur, & num talis contractus valeat.*

11 *Alcauala non debetur ex partitione bonorum cõmunium quoad dominium inter eos, quibus communia ſunt. Et quid ſi non ſit partitio inter hæredes, & interueniat pecunia extranea, aut res aliæ extraneæ, qua aliquid commune comparetur: aut ſi, quod commune eſt, etiam hæreditatis, ab extraneo ematur.*

12 *Alcauala debetur ex rebus hæreditatis venditis in ſubhaſtatione, etiamſi ab hæredibus emantur.*

13 *Alcauala in quibus alijs euentibus debetur, emente vno hæredum partem hæreditatis.*

14 *Alcauala non debetur ſi res vendatur tanquam cauſæ piæ. Item neque ex veſtibus ad cultum diuinum venditis, eſto benedictæ non ſint.*

15 *Alcauala, nec aliud tributum debetur ex pinis venditis ad ataracanas Hiſpalenſes.*

16 *Alcauala non debetur ex ſoleis ferreis expenſis in caſtris, aut in præſidijs.*

17 *Alcauala non debetur ex armis iam perfectis ad illorum vſum. Et quid armorum nomine intelligatur.*

18 *Alcauala ex quibus ſpharmacis non debeatur, & ex quibus debeatur.*

19 *Alcauala nõ debetur ex captis bello ex hoſtibus, quãdo primò venduntur.*

20 *Alcaualæ iam debitæ, & pœnæ eas non ſoluentibus ſtatutæ, quanto tempore præſcribantur.*

21 *Alcaualæ debitores quæ facere teneantur, vt contractus, & alcaualas manifeſtent, ne pœnas, ipſis alioquin ſtatutas, incurrant. Et quas diligentias efficere poſſint exactores eius tributi.*

QVoniam tributum hoc, non mercibus ſolis eſt impoſitum, eo modo, quo vectigalia, ſeu portoria, ſolis mercibus adductis, aut tranſportatis impoſita ſunt; ſed contractui venditionis, ac permutationis fuit impoſitum, & à populis ex eiſdem contractibus conceſſum, vt ſcilicet ex pretio rei vẽditæ, & ex æſtimatione rei permutatę, trigeſima, vigeſima, aut decima pars ſolueretur, qua Regis ærarium ad publicos ſumptus augeretur, nulla omnino facta exceptione in rebus, quæ uenderentur, aut permutarentur, neque in cauſa, ex qua uenderentur, aut permutarentur, utrum ſcilicet ad ſubueniendum propriæ neceſſitati, vel ad negotiationem diſtraherẽtur: inde effectum eſt, vt

vt quamuis vectigalia de iure communi,& huius re gni,ſolùm ſoluantur ex rebus,quæ mercimonij cau ſa tranſportantur,adducuntur,aut extrahuntur,atque adeò ex ſolis mercibus,nõ verò ex ijs,quæ quis ad ſuum,ſuæque familiæ vſum affert, vt habetur,l. vniuerſi.C.de vectig.l.ſi publicanus,§.de reb. ff.de publican.& l.5.ti.7.par.5.dictumque diſp.662.eſt; nihilominus alcauala ſoluenda ſit ex quibuſcunque rebus venditis,aut permutatis,ſiue illæ merces ſint, ſiue non,& ſiue ſint res vẽditæ ex proprio patrimonio,ſiue aliunde comparatæ,atque ſiue ad ſubleuandam propriam neceſſitatem , ſiue ob quãcunque aliam cauſam ſint venditæ,vt vſu eſt receptum iuxta generalitatem legis 2. in quaternione alcaualæ, quæ habet ; *que paguen el alcauala de todo lo que ſe vendiere*. Quo fit,vt quamuis negari non poſſit, tributum hoc eſſe rigoroſum, non ſolum quoad id, quod ſoluitur,ſi integra decima exigatur ac ſoluatur, ſed etiã quatenus impoſitum eſt vt ſoluatur , etiam ex rebus proprij patrimonij , ad ſubleuandamque propriam neceſſitatem venditis,aut permutatis;non tamen ex hoc ſecundo capite ſubnotandum iniuſtitiæ ſit, vt eum ſubnotat Dominicus à Soto 3.de iuſt.q.6.ar.7. de qua re diſp 669.redibit ſermo.

2 Quamuis regulariter ex rebus venditis, aut permutatis,alcauala in hoc regno exigatur; à lege tamẽ 34.titu.18.lib.9.nouæ collect. res nonnullæ eximuntur,vt ex earum venditione,aut permutatione, alcauala nõ debeatur. Atque in primis ea lege ſtatuitur, vt ex pane cocto alcauala non ſoluatur. Quo loco Laſſarte de decima vend.c.20. nu.4. meritò intelligit quẽcunque panem coctum, quo homines, etiam ſterilitatis tempore, aut pro patriæ more,veſcuntur, vt eſt panis ordeaceus,miliaceus, fauaceus,ex *maiz* in nouo orbe , & alij ſimiles. Licet enim ſimpliciter nomine panis, triticeus intelligatur, reliqui verò cum addito,ordeaceus, fauaceus, &c. panes dicantur: in re tamen propoſita,panis quicunque ex quauis grani farina confectus,intelligitur. Panes autem ſalis, quos Hiſpanè dicimus, ex cocto ſale confecti, meritò iudicati ſunt non exempti , vt ex eis alcauala non ſoluatur,vt ibidem Laſſarte nu. 5.ſubiungit. Et idem dicendum eſt de ſimilibus, qui Hiſpano ſermone panes dicuntur,vt *pan de azucar, pan de higes*, tametſi materia huius non coquatur.

Quando maſſæ panis aliquid admiſceretur, vt caſeus,oua,maſſa alia ex ſaccharo,aut melle,& alijs rebus confecta, vel quoduis aliud,ita vt rem inde confectam,tranſire faciant in aliam ſpeciem,ſi,quod ita reſultat,vendatur,aut permutetur , debetur alcauala,neque propter maſſam veri panis admixtã,quidquam erit de alcauala detrahendum, vt rectè Laſſarte ibidem ſubiungit. Si tamen maſſæ veri panis tantillum olei,aut butyri,admiſceretur, ita ut reſultans ſimpliciter eſſet panis, arbitror tunc alcaualam non deberi,etiam propter oleum, butyrum, aut lac, admixtum.

3 Ex tritico tamen,aut ex alijs granis,ſi vendantur aut permutentur,alcauala debetur. Lege tamen 36. ti.18.lib.9.nouæ collect.excipiuntur exteri,qui mari aſportant frumẽtum, Hiſpali vendendum, idque his verbis. *Mandamos que ſe en francos,y no paguen alcauala los eſtrangeros de fuera de nueſtros reynos,de el pan que traxeren por la mar à vender à Seuilla*. Nomine autem *de pan*, non ſolum triticum,ſed & ſechale (*centene* noſtri appellant) & ordeum, ac milium,intelligo. Hæc tamen immunitas ſolis exteris, illud mari aſportantibus vendendum Hiſpali, conceditur: non uerò naturalibus, eſto mari Hiſpalim ex alijs regnis illud aſportent. Eſtque illud priuilegium ſolis exteris conceſſum quoad primam venditionẽ, aut permutationem: vnde, ſi poſtea iterum vendatur,aut permutetur,etiam ab exteris,debetur ex tali

A venditione,aut permutatione,alcauala,vt rectè Laſſarte vbi ſup.nu.64.obſeruat.

Laſſarte vbi ſupra à nu.8.latè diſputat,an ex contractu,ſatis frequenti in hac ciuitate, & alibi,quo pi- 4 ſtricibus dantur tot,vel tot, menſuræ tritici cum pacto,vt ex ſingulis reddant tot,vel tot libras panis cocti,debeatur alcauala. Ac paucis dicendum eſt, ex neutra parte deberi. Ratio autem eſt, quoniam eſt contractus innominatus,qui ad contractum locationis & conductionis reducitur , quo piſtrices operas ſuas locant ad conficiendum panes ex eo tritico, apponendo induſtriam,inſtrumenta, ligna, & ſal,pro incremento furfurum , vel panum, quod ſuperfuerit, redditis tot libris panis talis , vel talis qualitatis, pro vnaquaque menſura:ex ſola autem venditione,
B ac permutatione, alcauala debetur. Neque refert, quod piſtrices,quæ triticum ex multis ſub ea forma contractus accipiunt , panes confectos ex tritico vnius,alteri tradant: quoniam id eſt, quaſi mutuo accipere panes ex uno tritico, ad ſoluendum ſid debitum,quod poſtea perſoluent ex panibus ex alio. Et quoniam dominium tritici & panum, in ipſas piſtrices tranſit: eo quòd contractus ille ſimul habeat permixtum cõtractum depoſiti impropriè ſumpti, quo triticum,aut pecunia depoſita,tranſit in dominium depoſitarij ,vt reddatur,vel eadem pecunia,vel alia, & vt reddantur panes confecti ex eodem tritico, vel ex alio:ex neutro autem contractu debetur alcauala. Quando autem aliquis aſportaret panes coctos,atque illos daret in commutationem pro triti-
C co,quia tunc eſſet vera commutatio, vtique, qui triticum pro panibus commutaret,deberet alcaualam, iuxta æſtimationem tritici: eo quòd triticum,ſi permutetur,aut uendatur,exemptum non ſit, vt ex illo alcauala ſoluatur : qui verò panes pro tritico permutaret , eam non deberet, eo quòd ex panibus coctis non debeatur.

Lege 34.citata,poſtquàm dictum eſt.*Mandamos, que no ſe pague alcauala de pan cozido*. Additur.*Ni de* 5 *los cauallos,ni de las mulas y machos de ſilla,que ſe vendieren y trocaren enſillados y enfrenados*, Mexia Pótius in repetitione legis Toleti,p.2.fund.4.nu.10.à Laſſarte,vbi ſup.nume.18 relatus,arbitratur, ex venditione, aut permutatione , quorumcunque equorum ſiue aſſueti ſint ſellam geſtare,ſiue non,ſed indomi-
D ti ſint,& ſiue vendantur,ant permutentur,*enſillados y enfrenados*,ſiue nõ,deberi ex ea uenditione,aut permutatione,alcaualam: eaſque conditiones ſolùm in ea lege afficere *mulas & mulos* , ſolumque proinde neceſſarias eſſe,vt ex mularum,ac mulorum venditione,aut permutatione,alcauala nõ debeatur . Ego ſane idem omnino dicerem, ſi ad ſola verba eius legis reſpicerem : quoniam rectè eum patiuntur ſenſum,etiamſi poſt verbum,*ni de los cauallos*,ſolum apponatur virgula, & non punctum: nam reliqua omnia verba, ad ſequens membrum coniunctionis attinere videntur,nempe,*ni de mulas y machos de ſilla:* & quoniam recta ratio poſtulare uidebatur , vt in belli,reipublicæque fauorem,maius priuilegiũ con-
E cederetur venditioni ac permutationi equorum,quã mularum, ac mulorum . Cæterum dicendum eſt cũ Laſſarte vbi ſupra, Didaco Perezio, & Ceſſo, quos refert, eas conditiones afficere etiã equos, ac proinde neceſſarium etiam eſſe, vt interueniant in venditione,aut permutatione,eorum,vt ex his contractib. alcauala non debeatur : atque ita eſſe in praxi receptum teſtatur Laſſarte vbi ſupra. Id verò perſuadet in primis lex 15.tit.18. eiuſdem 9.lib. nouæ collect. Vbi cum pronuncietur immune à ſolutione alcaualæ oppidũ *de la Puebla de Villo franca del Arzobiſpo*, excipit,*de las azemilas,y potros,y aſnos y yeguas,&c. que no ſean de ſu labrãza, ni para ſu proueymiẽto y mãtenimiento, es nueſtra merced que ſe pague el alcauala*.

Vbi

Vbi vides,ex pullis equinis, & ex equabus(quod intelligendum eſt, dum ſellæ non ſunt aſſueti) etiam eos priuilegiatos ſoluere alcaualam: nomine autem equorum in ea lege 34.etiam pulli equorũ, & equæ, ſi ſellam geſtent,& cum ea & fræno vendantur, aut permutentur,comprehenduntur, vt ex eorum venditione, aut permutatione, alcauala non debeatur. Idem perſuadet lex 2.§.vlt.titu.17.lib.6. nouæ collect. vbi habitantibus à Tago verſus Beticam , & in ipſa Betica , itemque habitantibus in vlteriori parte Tagi *deſde los puertos de Guadarrama*, in Toleti regno vſque ad ciuitacenſem (*Ciudad Rodrigo* Hiſpanè dicitur) quibus in locis meliores equi,quàm in reliquo Hiſpaniarum , generantur ac nutriuntur, in priuilegium conceditur, ſi equas ad equorum generationem habeant,vt ex prima venditione quorumcunque earum partuum, hoc eſt, equorũ,aut equarum,progenitorum,ſiue partus primus, ſiue ſecundus, ſiue quicunque alius ſit, *agora los vendan enſillados o enfrenados,o encerro,no paguen ni ſe les lleue alcauala alguna.* Ecce in priuilegium eis conceditur, vt quamuis partus non vendant *enſillados y enfrenados*, non ſoluant alcaualam : quòd ſi ex venditione quorumcunque equorum alcauala non deberetur, etiamſi ſellæ nondum eſſent aſſueti, neque affecti eſſent conditionibus requiſitis in mulis, vt ex eorum venditione non debeatur alcauala, vtique nullum priuilegium peculiare illis hominibus concederetur.

Laſſarte vbi ſupra obſeruat, lege 34. nomine, *de cauallas,rocines* etiam intelligi,& vniuerſim animalia ſpeciei equinæ,nihil impediente, quòd lex 6.titu. 15.part.6. dum in ea dicitur, *corriere cauallo,a rocin*, tanquam diuerſa memorentur,intelligi etiam equá: quia in maſculino fœmininum etiam intelligitur, maxime in priuilegijs. Et quoniam ad bellum,ſi hoſtes fugare longo tractu neceſſe ſit vtilior eſt equa, quàm equus, eo quòd equa currendo mingere poſſit,non verò equus,ſed neceſſe ſit illi ſubſiſtere, grauemque moleſtiam , maximumq; periculum, equus patiatur ex retentione vrinæ currendo . Item quia equa ad multa alia eſt valde vtilis.

Obſeruat item , cum alijs, ut ex venditione, aut permutatione,equorum,mularum, & mulorum,alcauala non debeatur, neceſſe eſſe, non ſolum aſſuetos eſſe ſellæ,ſellamque ſolere geſtare,ſed etiam vendi *enſillados y enfrenados*, vt lex citata apertè habet. Vnde, ſi equus, deportationi onerum cum clitellis deputatus,appoſita ſella ac fræno,quibus quondam fuit aſſuetus,vendatur,aut permutetur, tunc,quia talis equus non eſt *de ſilla*,debebitur alcauala. Si tamẽ poſſeſſor illius permixtim illo vteretur, nunc ſellam ei apponẽdo, nunc clitellam , tunc quia verè eſſet *de ſilla*, licet permixtim eſſet etiam *dealbarda*,nõ deberetur alcauala. Idem intellige de mulis. Quamuis autem equus,aut mulus,ſi *de ſilla*,ſi tamen non vendatur,aut permutetur,*enſillado y enfrenado*, debetur alcauala:quia lex apertè eam conditionem exigit,vt ex his contractibus alcauala non debeatur. Vtrum autem vendi ſimul debeant ſella & frenum , vnà cũ equo,aut mula,vel mulo , vt ex tali venditione alcauala non debeatur:an verò ſatis ſit ſolum vendi animal *enſillado y enfrenado*, vt ex illo non debeatur alcauala. Laſſarte vbi ſupra num.25.cum Didaco Perezio arbitratur, neceſſe eſſe vtrũque vẽdi,alioquin alcauala debebitur ex equo,mula,aut mulo . Quando verò vtrumque venditur , ex neutro deberi alcaualam , nihil impediente , quod ex venditione ſellæ aut fræni,ſeorſim ab equo,mula, aut mulo, deberetur alcauala,vt habetur l.38.eiuſdem tituli. Ait verò , deberi vendi ſolam ſellam & frænum vna cum equo,mula,aut mulo , non verò tegumentum ſellæ: nam ex illo alcauala debebitur. Quamuis autem ſel-

A la,& frænum,pretioſa ſint,ſi tamen cum equo, mula, aut mulo, prædicto modo vendantur, ex illis, & ex equo, aut mula, vel mulo, alcauala non debebitur.

Quando equus,mula, aut mulus, venditur, nulla 6
facta mentione de ſella,& fræno,quæ ſimul venderentur,cenſeri venditos,non ſolum cum ſella,& fręno,ſed etiam cum cæteris ornamentis, vt habetur l. ædiles 2.in prin.& §.vendendi,ff.de ædil.edic,Conſentiunt Anto.Gom.2.tom.variar.reſol.c.2.nu.15. & alij,quos citat. Si verò non ea de cauſa erant tũc ita ornati , ſed itineris , aut deambulationis in illis gratia quamuis lex illa dicat,non cenſeri tunc vendita ornamenta; rectè tamen Laſſarte vbi ſup.nu.27. ait,ex circumſtantia legis huius regni,quòd alcauala
B non debeatur, ſi ſimul ſella, & frænum vendantur, cenſeri vendita ſimul ſellam, & frænum.

Eadem lege 34.citata additur, alcaualam non eſ- 7
ſe ſoluendam *de la moneda amonedada*: quod intelligit Laſſarte vbi ſupr.nu.31. de quacunque moneta, qua aliquid ematur,aut quę permutetur pro alia pecunia,aut pro quacunque alia re,ſiue permutetur, vt pecunia,ſiue ratione materiæ,iuxta ea,quæ in materia de cambiis dicta à nobis ſunt, & ſiue moneta valorem,vt moneta,habeat in hoc regno,ſiue nõ: quoniam omnis talis verè dicitur *moneda amonedada*. Lege 18. titul.17. lib.9. nouæ collectionis habetur. *Que el platero o cambiador , o mercader , que comprare plata de qualquier perſona que ſea,pague cinco marauedis por marco de alcauala, y no mas. Y que ſi eſte pla-*
C *tero,o cambiador,o mercader , vẽdiere pieza de plata de vn marco,o dende arriba , que pague otros cinco marauedis por marco,y no mas . Y ſi fuere la venta dende a inſo de vn marco de coſas menudas , que ſolamente pague el alcauala de lo que ganare en aquella plata,quitada la coſta . Y que otras perſonas algunas no paguen alcauala de la plata que vendieren. Y que eſtos plateros, y cambiadores,y mercadores , anſi en la venta, como en la compra,ſean creidos por ſu juramento . Y en quanto a las coſas de oro, mandamos,que de el oro ageno que labrare qualquier platero no pague alcauala de la labor, Pero que de el oro que labraren , o hizieren labrar para vender,y de lo que vendieren en qualquier manera, que pague el alcauala a razon de dos marauedis por onza, ſolamente de lo que ganare en el oro,ſacado el precio que*
D *le cueſta y no mas.* Lege 4.tit.18.lib.9. nouæ collec. habetur. *Anſi meſmo no ſe pague alcauala de la plata,y vellon, y cobre, y raſuras,que ſe cõpraren, y vendieren para las caſas de la moneda, en que nos mãdaremos labrar en nueſtros reynos, y para qualquier dellas.* Lege verò 72.tit.21.li.5.nouæ collect.quæ recẽtior eſt, ſic habetur. *Mandamos que qualquier, o qualeſquier perſonas, que truxerẽ de fuera de los dichos nueſtros reinos y ſennorios , o de dentro de ellos, anſi por mar, como por tierra , à las dichas nueſtras caſas de moneda , o a qualquier dellas, que nos mandamos labrar, oro, o plata, o vellon, o plomo, o cobre , o raſuras de monedas , o qualquier coſa dello, o otras qualeſquier coſas,que en las dichas nueſtras caſas de moneda fueren meneſter , que*
E *no ſean tenudos de pagar, ni paguen , derechos ningunos de alcaualas ni diezmos,ni quintos, &c.* vbi etiam ab omni vectigalium genere hæc omnia immunia redduntur. Lege 2.tit.22.lib.9.nouæ collect.§.*de qualquier* . cum ſermo ſit *del almoxarifazgo de Seuilla*, ſic habetur. *De qualquier oro de tiuar , que ſe truxere a la dicha ciudad , trayendo ſe para labrar a la caſa de la moneda, no pague derechos algunos de almoxarifazgo: pero ſi lo truxere por mercaduria para vender , o para paſſar adelante , pague de la entrada cinco marauedis por ciento,y de la ſalida dos marauedis y medio por ciento. Y ſi ſe vendiere , a de pagar el alcauala a la renta, que perteniciere.* Et §.*el marco*,habetur. *El marco de plata a de pagar veniendo por tierra,traiendoſe por trato y*

to y

to y mercaduria, ſeis marauedis por marco de entrada al dicho almoxarifazgo: ſecus *ſi viniere para labrarſe. Mas ſi uendiere, pague de cada marco de lo que fuere en paſta, o en rieles, diez marauedis por marco, y de lo que fuere labrado en tazas, y jarros, y otras coſas, ocho marauedis por marco a la renta de loro y plata. Y de lo que ſacare labrado, o por labrar, por algunos plateros, o por otras perſonas por trato de mercaduria, pague tres marauedis por cada marco. Pero de la plata que metieren en la dicha ciudad qualeſquier perſonas, o ſacaren de ella, quo ſea para ſu ſeruicio, iurando que no la lleuan para uender, no paguen della derechos algunos.*

8 Eadem lege 34. titu. 18. lib. 9. nouæ collect. additur, vt non ſoluatur alcauala *de los libros, aſi de latin, como do romance.* (adde, vel cuiuſuis alterius idiomatis: illi enim, vt frequētiores, ſunt expreſſi *en quadernados, o por en quadernar, eſcritos de mano, o de molde*. Hæc enim omnia librorum nomine continentur, iuxta l. librorum, ff. de leg. 3. Non ſolum alcauala ex libris nō debetur in hoc regno, ſed etiam libri, qui afferuntur, immunes omnino ſunt ab omni alio tributo. Ita habetur l. 21. titulo 7. libro primo, nouæ collectionis.

9 Eadem lege 34. ſubiungitur, vt alcauala non ſoluatur, *de falcones ni de azores, ni de otras aues de caza.* Intellige, ſiue ex alijs regnis aſportentur, ſiue in his ſint natæ ac nutritæ: ex earum enim venditione, aut permutatione, alcauala non debetur.

10 Lege 35. libro nono nouæ collection. ſic habetur. *Mandamos que no ſe pague alcauala de las coſas que ſe dieren en caſamiēto, quier ſean benes muebles, o raizes.* Quia enim, quādo res, ſiue mobiles, ſiue immobiles, æſtimatæ dantur marito in dotē, venditio illarum facta cenſetur marito, ita vt poſteà, diſſoluto matrimonio, non ſpectent ad vxorē, vel hæredes vxoris, bona ita tradita, ſed æſtimatio, ſub qua tradita ſunt, vt, dum de contractu ſocietatis inter coniuges habitus eſt ſermo, fuit copioſè à nobis explicatum, in fauorē dotis, ac matrimonij, ſtatuitur hac lege, vt ex tali venditione alcauala non debeatur. Habet autem id verum, ſiue à principio, quando dos conſtituitur, æſtimentur bona tradenda in dotem: ſiue, conſtituta dote in certa ſumma valoris tradenda, ſoluatur ea ſumma poſteà in rebus mobilibus, & immobilibus, facta æſtimatione earum tempore traditionis, vt bene Laſſarte cap. 20. citato n. 36. ait: quoniā in vtroq; euentu verè dicitur. *darſe las tales coſas en caſamiento*, æſtimatas videlicet, ita vt fiat earum venditio. Quando autem res fuiſſent à principio traditæ in dotem non æſtimatæ, ita ut earum dominium ad uxorem pertineret, ſi poſteà ex interuallo conueniret inter uxorem & uirum, ut cenſerentur traditę in tanta, vel tanta æſtimatione, quam vir deinceps deberet loco dotis, ait Laſſarte ibidem nume. 37. ex tali venditione deberi alcaualam: quoniam tunc res illæ non dantur marito *en caſamiento*, ſed antea erāt datæ, & poſteà ex interuallo fit earum venditio. Vtrum autem validus ſit is contractus inter coniuges ita ex interuallo. Lex ſi ita conſtante, iuncta l. antecedente. ff. de iur. dot. & l. ſi mulier. ff. de pact. dotal. validum eum pronunciant, modo id vtile ſit vxori. Adde tu, & modo ea via vir non cenſeatur aliquid donare vxori: nam tunc, quoad id, eſſet donatio inter coniuges, quæ valida non eſſet, niſi morte confirmaretur, iuxta ea quæ de donationibus inter coniuges ſuo loco dicta ſunt. Atque ita ad concordiam adduci poſſunt Couar. de pract. qq. ca. 28. n. vlt. verſ. 11. & Laſſarte vbi ſupra nume. 38. dum Couarru. cum aliis, quos citat, negat eum contractū eſſe validum, quia eſſet donatio inter coniuges, & dum Laſſarte validum, iuxta iura citata, eum affirmat, ſi vxori vtilis ſit.

11 Eadem lege 35. ſubiungitur, vt alcauala non ſol-

A natur, *de los bienes de los defuntos, que ſe repartieren entre ſus herederos, aunque interuengan dineros, y otras coſas entre los tales herederos para ſe igualer.* Laſſarte vbi ſupra à nume. 42. longam texit diſputationem, vtrum diuiſio rerum cōmunium aliquibus pro indiuiſo, ſiue illi hæredes ſint, ſiue ſocij, qua ſolæ res ita communes diuidantur ac diſtribuantur inter eos, quam partem quiſque præcipuam, plenoque dominio ac iure, accipere debeat, contractus ſit, & qualis contractus dici debeat. Et quidem, contractum eſſe, nulli poteſt eſſe dubium: cum ſit plurium in idem placitum ac conſenſus, quo ſinguli cæteris cedunt, ac concedunt dominium pro indiuiſo, aut ius, quod habebant in cæteras partes, vt vnuſquiſque pleno dominio, aut iure, accipiat partem, quā omnes conueniunt, vt accipiat.

B Qualis autem contractus ſit. Laſſarte arbitratur eſſe permutationem, qua vnuſquiſque eorum permutat cum reliquis cohæredibus dominium, quod pro indiuiſo habet in reliquis partibus, pro dominio, aut iure pleno partis, quam diuiſione accipit, ſeu pro dominio, aut iure, quod cohæredes pro indiuiſo habebant in ea parte. Vnde conſequenter intendit, eſto extranea pecunia ab ea hæreditate, aut extranea alia res non interueniat, vt diuiſio perficiatur, deberi ab vnoquoque, ſecluſo priuilegio huius legis, alcaualam ex tali diuiſione ac partitione, iuxta valorem dominij pro indiuiſo in reliquis partibus, quod vnuſquiſque alijs cedit, & permutat, pro ſimili dominio cæterorum in ea parte, C quam ipſe pleno iure ex cæterorum conſenſu accipit. Atque deberi re ipſa alcaualam dicturus eſt ex ſimili partitione bonorum communium ſociorum: eo quòd in ea diuiſione conceſſum non reperiatur ſimile priuilegium ei, quod conceſſum eſt partitioni inter hæredes bonorum hæreditariorum; tametſi Laſſarte non ſibi conſtet, & tandem concludat, neque ex ea diuiſione inter ſocios deberi alcaualam.

Ego verò exiſtimo, eū contractum non eſſe permutationem, ſed illi ſimilem, vt affirmat gloſſa ſecunda, l. prima, Cod. commu. vtriuſque iudic. quicquid in contrarium dixerit, non rectè Paulus Caſtrenſis: ſed neque eſſe alienationem, vt Laſſarte vbi ſupra nume. 47. fatetur, & concinit authenticum D de litigioſis in princip. illis verbis; *Quando res litigioſæ per ſucceſſionem ad hæredes perueniunt, non debet alienatio intelligi earum inter hæredes diuiſio*; cum nulli eo contractu concedatur à reliquis pars bonorum antea omnibus communium, quæ non eſſet tota illius totalitate rei, ſed non integri ac pleni dominij, ſed partialis partialitate dominij; eo quòd ſinguli eſſent domini totius partis, & reliquarum, ſed pro indiuiſo, atque adeò partialiter partialitate dominij, & non rei, comparatione omnium, & ſingularum, quantumcunque minutarum. Meo autem iudicio, contractus ille eſt innominatus, quo dominium illud totale, totalitate earum omnium rerum, & totalitate dominij, ſeu comparatione omnium hære- E dum, aut ſociorum, & partiale pro indiuiſo, partialitate dominij, & non rerum, comparatione ſingulorum, communi conſenſu appropriatur ſingulis totalitate dominij in diuerſis partibus integrantibus eam bonorum vniuerſitatem, in ea proportione quoad valorem earum portionum, in qua cohæredes habebant partiale dominium pro indiuiſo in toto, cedentibus ſingulis in reliquis partibus dominio pro indiuiſo, vt reliqui ſimiliter cedant. Vnde eſt contractus innominatus, quo vnuſquiſque cedit alijs partialitatem dominii cęterarum partium, vt ipſi viciſſim cedant partialitates dominii eius integrantis partis, quam ipſe accipit, atque adeo reducitur hic contractus ad contractum innominatum

tum

tum,do vt des, nõ tamen eſt propriè ac verè permu
tatio,ſed longè diuerſus contractus. Neque hic con
tractus,licèt diuiſio, aut partitio bonorum dicatur,
habet proprium ac peculiare nomẽ: quoniam id no
men commune etiam eſt partitioni, qua aliqui par-
tiuntur inter ſe rem,in qua vnus habet vnam medie
tatem deſignatam,& alius aliam, atque alijs rerum
partitionibus id nomen conuenit: vt verò aliquis cõ
tractus ſit nominatus, neceſſe eſt, vt habeat nomen
ſibi peculiare ac proprium, vt diſputatione 253. cũ
Bart. & cum communi doctorum ſententia, eſt di-
ctum. Quia ergo alcauala ſolum debetur ex vendi
tione & permutatione,conſequens eſt, vt ex diuiſio
ne explicata bonorum hæreditatis,aut bonorum ſo
cietatis inter ſocios,non debeatur: ac proinde,vt ad
eximendam eam diuiſionem bonorum defuncti in-
ter hæredes à tributo alcaualæ, neceſſaria non fue-
rit diſpoſitio ex lege 35. relata: ſed,quod ad eam di-
uiſionem ſolam attinet, id ſcriptum ſit ad maiorem
explicationem, & ad tollenda dubia,quæ ex opinio-
ne aſſerentium,eam eſſe permutationem, facilè po-
terant ſuboriri.

Quando verò in diuiſione bonorum communiũ
inter hæredes, aut inter ſocios, interuenit extranea
pecunia, aut extranea alia res, qua perficiatur diui-
ſio, & compenſetur aliquid dominij pro indiuiſo,
cui vnus cohæredum vel ſociorum, aut aliqui cohæ
redum,vel ſociorum,cedunt in fauorem alterius, il
ludque ei concedunt, qui id compenſat ea pecunia,
aut ea re extranea, tunc vera interuenit venditio ta-
lis partis dominij, aut iuris, pro ea pecunia, debere-
turque alcauala ab eam vendente, niſi priuilegio le-
gis 35. relato, cohæres eſſet exemptus: vera item eſ-
ſet tunc permutatio rei, quæ non eſſet pecunia, pro
ea parte dominij,aut iuris,debereturque proinde du
plex alcauala,vna à permutante eam partem domi-
nij aut iuris,pro ea re,iuxta æſtimationem talis par-
tis dominij, aut iuris, & altera à permutante talem
rem pro ea parte dominij,aut iuris,iuxta eſtimatio-
nem valoris eius rei,niſi vterque priuilegio eiuſdem
legis eſſet ſimiliter exemptus à ſolutione alcaualæ.
Atque in his euentibus continet ea lex verum priui-
legium, comparatione eorum cohæredum. Quòd
autem ſit vera venditio partis illius dominij pro in-
diuiſo, aut iuris, pro pecunia extranea, quæ non ſit
pars hæreditatis,quæ diuiditur, facilè conſtat ex di-
ctis diſputationis 336. vbi oſtendimus, iura & par-
tes dominij, illud quaſi integrantes,etiamſi ſint do-
minij partes pro indiuiſo, poſſe vendi, eſſeque ve-
ram venditionem, ſi commutentur pro pecunia.
Quod item ſit vera permutatio partis illius pro re ex
tranea,quæ non ſit pecunia, etiam probatur. Quia
eſt commutatio rei vendibilis,quæ non eſt pecunia
pro re ſimiliter vendibili, quæ pecunia non eſt: id
autem eſt permutatio. Et quoniam,quando eſt vera
venditio,ſi loco pretij,reddatur res vendibilis, quæ
non eſt pecunia,reſultat permutatio. Hinc dico, ſi
in diuiſione inter ſocios bonorum ſocietatis, inter-
ueniat extranea pecunia à bonis ſocietatis, qua ali-
quis ſociorum compenſet partem dominij pro indi
uiſo,aut iuris,aliorum ſociorum, eſſe veram vendi-
tionem talis partis dominij,aut iuris,ac proinde,qui
eam vendunt,cum neque hac,neque alia lege,exem
pti ſint à ſolutione alcaualæ, eam debere pro quan-
titate pretij,quam pro ea parte dominij,aut iuris,ac
cipiunt. Similiter, ſi interueniat res extranea, quæ
non ſit pretium, qua eadem pars compenſetur, eſſe
veram permutationem, ac proinde vtrinque deberi
alcaualam,iuxta æſtimationem partis dominij,quæ
ita permutatur, & rei, pro qua permutatur. Hoc
idem ſimiliter dicendum eſt,ſi inter hæredem & le-
gatarium ſit aliquid commune pro indiuiſo ex bo-
nis defuncti, & vnus pecunia, aut re alia diuerſa ab

A eo,quod erat commune vtrique,compenſet partem
dominij alterius: erit enim venditio, aut permuta-
tio,debebiturque ſimiliter alcauala: eo quòd exem-
ptio & priuilegium legis 35. citatæ, ſolum ſe exten-
dat ad hæredes, dum communia bona defuncti di-
uidunt inter ſe: non verò etiam ſe extendat ad hęre
dem & legatarium: quod quidam non attendunt.
Quia itaque quando diuiſio bonorum communium
pro indiuiſo perficitur,nulla omnino interueniente
re extranea, qua compenſetur pars aliqua eius domi
nij, ſolum fit commutatio dominij antea inter eos
diuiſi ad diuiſionem ſubiecti talis dominij, in do-
minium in eaſdem res diuiſum ex parte ipſarum re-
rum,ac plenum comparatione cuiuſcunque earum:
quia cum antea ſinguli haberent dominium omniũ
B ac ſingularum earum rerum, ſed partiale partialita-
te dominorum,atque adeò ex parte ſubiecti talis do
minij, poſtea habent dominium totale ex parte ſu-
biecti,ſed partiale ex parte rerum, atque obiecti ta-
lis dominij,cæterum in eadem proportione ex par-
te rerum & obiecti,in qua antea erat partiale ex par
te ſubiecti,& totale ex parte rerum:inde efficitur,vt
contractus ille,neque vẽditio ſit, neque vera permu
tatio rei pro re, ſed contractus alius innominatus,
quo conueniunt,ut dominium antea omnium ipſo-
rum,diuiſum ad diuiſionem ſubiectorum,iuxta pro
portionem quotæ hæreditatis,in qua quiſque eſt hæ
res,redigatur in dominium totale ex parte vniuſcu
iuſque ſubiecti,& partiale ex parte rerum,in eadem
proportione ex parte rerum,in qua antea erat ex par
C te ſubiectorum, vt vnuſquiſq; integram & liberam
habeat adminiſtrationem,fruitionem, ac diſpoſitio
nem eius partis, ſicut ea diuiſione integrum & ple-
num illius conſequitur dominium:id verò fit,virtu-
te cedentibus eo ipſo ſingulis partibus dominij ad
diuiſionem ſubiecti, quas habebãt in partibus, quas
alij pleno dominio conſequuntur,vt alij ſimiliter ce
dant partibus ſimilibus dominij eius portionis, quã
quiſque pleno iure conſequitur. Quando autem
pars dominij ad diuiſionem ſubiecti, compenſa-
tur re extranea,ſi res,qua ita compenſatur,ſit pecu-
nia,eſt vera venditio eius partis, vt oſtenſum eſt: ſi
verò ſit alia res, eſt vera permutatio, vt etiam eſt o-
ſtenſum.

Obſeruat verò rectè Laſſarte vbi ſup. nume.49.
D ſi bonum aliquod hæreditatis communis cõueniat,
vt is illud obtineat,qui plus pro eo dare voluerit,ſi-
ue is de cohæredibus ſit,ſiue non:tunc,ſi aliquis,qui
cohæres non ſit,illud obtineat,quia plus, quàm om
nes alij, pro eo obtulit, tunc cohæredes alcaualam
ex illo ita vendito debent: quoniam ea venditio,ad
diuiſionem inter hæredes perficiendam ordinata,
non eſt exempta leg. 35. citata ab alcauala: eo quòd
emptor non ſit cohæres, ſed quidam extraneus, vt
conſtat verba eius legis expendenti.

Numero 50. cum Carolo Molinæo ſubiungit. Si 12
conueniat inter hæredes, vt vel omnia bona hæredi
tatis,vel quædam eorum vendantur in ſubhaſtatio-
ne cuicũque qui plus pretij obtulerit,vt quotidie fit
E (*almoneda publica* à noſtris dicitur) & aliquis cohæ-
redum aliquid inde emat,vt quicunque alius emere
illud poſſet,offerẽdo pro illo plus pretij, quam alij,
tunc ex tali venditione facta, vt pretium hæreditati
cedat,& poſtea inter cohæredes omnes,vna cum a-
lijs rebus hæreditatis,diuidatur, deberi alcaualam:
quia eiuſmodi venditio,etiamſi à cohærede fiat, nõ
eſt,de qua eſt ſermo leg. 35. citata. Arbitratur verò,
integram alcaualam tunc deberi, etiam partis, quã
pro indiuiſo is emptor in ea re habebat: quoniam li
cet nullus rem ſuam emere poſſit; partem tamen
ſuam,quam pro indiuiſo habet, emere poteſt ſimul
cum alijs,emereque in eo euentu cenſetur, quando
totum pretium rei emptæ,accreſcit hæreditati,vt in-

ter cohæredes omnes, loco rei venditæ, diuidatur, vt illa eſſet inter ipſos diuidenda.

13 Numero 52. ſubiungit. Si ſint, verbi gratia, tres, aut quatuor, cohæredes, & vni eorum cæteri tribuant tantum pecuniæ, non de ipſa hæreditate, ſed de bonis alijs ipſorum, vt recedat, & cohæredes remanentes integram hæreditatem inter ſe diuidant, tūc ex tali venditione partis hæreditatis, quæ ad illum attinebat, debere venditorem illius alcaualam: quoniam illud non eſt vendere partem aliquam, vt inter omnes cohæredes perficiatur diuiſio, de qua ſola venditione eſt ſermo. leg. 35. citata, dum ea venditio eximitur à ſolutione alcaualæ: ſed eſt venditio cohæredibus partis ſuæ, non ad diuiſionem perficiendam, ſed perinde atque ſi eodem modo venderetur cuiuis extraneo. Quòd ſi ille cederet iuri ſuo pro re extranea, quæ non eſſet pretium, eſſet vera permutatio, de qua ſimiliter ſermo non eſt lege 35. citata, ac proinde duplex alcauala deberetur. Excipe, niſi tranſactione aliquid ei daretur, vt eo contentus, deſiſteret à iure, quod prætendebat: nam ex tranſactione alcauala non debetur.

Addit cum Carolo Molinæo, ſi diuidendus ſit fundus inter cohæredes, qui commodè diuidi in partes inter eos poſſit, & vnus eorum, vt retineat integrum fundum, alteri aliúde tribuat pretium, in quo conuenerint, aut rem aliam loco pretij, tunc, quia venditio illa, aut permutatio, non fit, vt partitio perficiatur, quæ ſine ea commodè fieri poteſt, ſed emẽte vno ab altero ſuum ius, perinde atque quicunque alius emere ab eo illud poſſet, vtique ex tali venditione, aut permutatione, deberetur alcauala. Si verò res aliter non poſſet commodè partiri, quia erat mancipium, equus, aut parua domus, vel magna, quæ tamen congruam diuiſionem in varias illius partes non ſuſciperet; tunc, quoniam ea emptio, aut permutatio, inter cohæredes, ad diuiſionem perficiendam ordinaretur, non deberetur ex illa alcauala.

Cum eodem Carolo Molinæo rectè numer. 56. ſubiungit. Si poſt perfectam diuiſionem inter cohæredes, vnus eorum vendat aliquid de parte, quam accepit, alteri cohæredi, aut cum illo eam permutet, etiamſi permutatio fiat pro alia re, quæ ſimiliter fuit hæreditatis, tunc non ſecus deberi alcaualam ex tali venditione, aut permutatione, quàm ſi celebraretur cum quocunque extraneo. Ratio autem eſt, quoniam priuilegium illud legis 35. conceditur, vt partitio inter cohæredes perficiatur, atque vſque ad eam partitionem perfectam: quarè venditio, aut permutatio illa, facta poſt perfectam diuiſionem, non gaudet eo priuilegio, vt eſt perſpicuum. Si tamen, poſt factam diuiſionem inter cohæredes, aliquis, aut aliqui, conquerantur, non rectè ac iuſtè eſſe factam, & vel cohæredes conueniant, vt iterum diuiſio fiat, vel ſententia iudicis ad id compellantur, tunc, ſi ad ſecundo eam perficiendam; neceſſe ſit, aut inter cohæredes conueniat, vt alicui aliquid in recompenſationem ab aliquo, aut ab aliquibus ex hæredibus reddatur, eſto illud ſit pecunia extranea ab hæreditate, aut res alia ex tali compenſatione nō debebitur alcauala: quoniam facta eſt ad diuiſionem inter cohæredes omnino, exactiuſve perficiendam, vt rectè Laſſarte vbi ſupra numero 58. ſubiungit.

Quando neceſſe eſt vendi bona aliqua hæreditatis ad exonerandam conſcientiam defuncti, ſoluendo æs alienum, aut ad implenda legata aliqua, etiam pia, quæ impleri vſque ad tantam, vel tantam quantitatem præcepit, aut ad aliud ſimile, tunc ex ea venditione hæredes, ſi laici ſint, alcaualam debent, eaq; computatur inter ſumptus ex hæreditate neceſſariò factos, decreſcitque id proinde ex hæreditate. Ita

A cum Bart. affirmat Laſſarte vbi ſupra nu. 60. teſtaturque receptum eſſe in praxi.

Quando autem teſtator præcepiſſet, talia ſua bona, vel omnia, vendi, & pecuniam inſumi in cauſa 14 pia, tunc ex venditione non deberetur alcauala: quoniam venditio facta cenſeretur nomine ac loco piæ cauſæ, & hæres, qui illam vendidiſſet ex præſcripto teſtatoris, ſolum cenſeretur habere rationem exequutoris ea in parte teſtamẽti: pia autem cauſa cum Eccleſia computatur, vt ex venditione, aut permutatione rei ad ſe pertinẽtis, neque alcaualam, neque aliud tributum debeat.

Laſſarte vbi ſupra num. 71. refert, cum veſtimenta ad ſacrum faciendum, antequam benedicerẽtur, vendita eſſent cuidam Eccleſiæ, & gabellarius alcaualam B ex ea venditione exigeret, latam fuiſſe ſententiam in prætorio valiſoletano, non deberi: eò quòd conſuetum non ſit, ex his, quę ad res ſacras conficiũtur, ac venduntur, ſolui alcaualam. Idque cum Laſſarte approbo, fauore rerum ſacrarum religionis.

Lex 37. titul. 18. lib. 9. nouę collectionis ſic habet. 15 *Es nueſtra merced, que no ſe pague alcauala, ni almoxarifazgo, ni otros derechos algunos, de los pinos, que qualeſquier perſonas vendieren para las nueſtras ataraçanas de Seuilla, en qualquier manera, ſegun que ſe vſo y acoſtumbro ſiempre.*

Lege 38. qui ſoleas ferreas equis apponunt, eximuntur à ſolutione alcaualæ earum, quas inſumpſerint 16 in caſtris, & in preſidijs.

Armorum quorumcunque, ſiue offenſiua ſint, ſiue 17 C defenſiua, alcauala non debetur, vt ſubijcitur ibidem l. 40. & 41. Atque, eſto aliqua arma prohibita ſint, quia tamen non idcirco deſinunt eſſe arma, ex illis etiam, ſi vendantur, aut permutentur, alcauala non debetur, vt rectè ait Laſſarte vbi ſupra num. 67. Intelligi verò ea lex debet, de armis, quæ propriè talia ſunt, vtpote inſtituta ad defendendum, vel offendendum, vt ſunt enſes, ſicæ, ſulfurea quæcunque tormenta, & alia eiuſmodi: ſecus de cultellis ad menſam, & ad alios vſus, quàm ad defendẽdum, vel offendendum, inſtitutis, vt bene Laſſarte vbi ſupra n. 68. ait, nihil impediente, quòd, vt refert, aliquando lata ſit in contrarium ſententia, & quòd per accidẽs eis aliquando offenſio, aut defenſio fiat. Item, vt ex venditione, aut permutatione armorum, alcauala D non debeatur, neceſſe eſt, vt vendantur, *eſtando hechas y acabadas en la forma que ſe ſuele y acoſtumbra vſar de ellas.* Vnde, eſto enſes acuti iam, & lucidi, cæterum ſine capulo vendantur, aut permutentur, ex illis debebitur alcauala: quoniam non vtuntur homines illis ad offendendum, vel defendendum, ſine capulo. Vnde in eadem lege ſubiungitur. *Pero que de las coſas de que ſe hazen las dichas armas, y de las miſmas armas, no eſtando acabadas en la forma y perfecion, de que ſe ſuele vſar dellas, y de los aparejos para vſar de ellas, aunque ſean tocantes y anexos a las miſmas armas, mandamos que ſe pague el alcauala, quãdo ſe vendieren, o trocaren.* Nomine verò, armorum, neque ſellæ equorum, & ſellis annexa, neque frena, & E calcaria, comprehenduntur, ſed ex horum vẽditione, aut permutatione, alcauala debetur. l. 38. citata.

Cum l. 14. titul. 17. libr. 9. nouæ collectionis ſanci- 18 tum fuiſſet, vt pharmacopolæ ex medicamentis, & alijs ad ſuam officinam attinentibus, alcaualam ſoluerent, poſteà Catholici Reges anno 1491. lege quadam, quæ habetur poſt omnes titulos nouæ collationis, decreuerunt, vt ſolum eam ſoluerent ex medicamentis ſimplicibus, quæ venderent: ſecus verò ex compoſitis. Hoc verò intelligit Laſſarte vbi ſupra à num. 72. quòd ex rebus, quas vendunt, quales à natura ſunt productæ, ſine vlla induſtria artis circa illas appoſita, debeant alcaualã: itemq; ex eis rebus, quæ, licet arte compoſitæ ſint, ęquè tamen inſeruiunt

ſeruiunt ægris & ſanis, quas exprimit ea lex illis verbis. *Pero que ſi los dichos boticarios vendieren confites de qualquier manera, o diacitron, o botes de conſerua, e otras ſemeiantes coſas, que ſuelen dar a ſanos, que de eſtas, y de otras ſemeiantes paguen alcauala.* Si autẽ medicamentum, aut ad id inſeruiens, tale ſit, vt arte ſit confectum, vt in ea lege connumerantur, *aguas de alquitare*, hoc eſt, ſublimatæ aquæ, vt borraginis, endiuiæ, roſarũ, & ſimiles (quæ alioquin medicamenta ſimplicia videbantur appellanda) ex illis diuenditis alcauala non ſoluatur.

19 Lege 10. tit. 18. lib. 9. nouæ collectionis ſic habetur. *Es nueſtra merced, que no ſe pague alcauala alguna de los captiuos, y ganados, & de otras coſas, que qualleſquier perſonas, anſi de cauallo, como de apie, ſacaren de tierra de moros en tiempo de guerra, y las vendieren en eſtos nueſtros reinos, ellos o otros por ellos, deſpues de ſacado y pueſto en ſaluo, y que eſto ſe entienda de la primera venta.* Sermo eſt de captis bello iuſto ex hoſtibus. Et idem intelligerem de captis bello iuſto ex quibuſcunque alijs hoſtibus huius regni, quãdo primò tales res à capiẽtibus, aut ab alijs loco ipſorum, venderentur, aut permutarentur.

20 Alcaualæ iam debitæ, & pœnæ ſtatutæ eas non ſoluentibus, quanto tempore, ſi non exigantur, pręſcribantur, ita vt deinceps à debitoribus earum exigi nõ poſſint, hr̃ l. 19. & 20. tit. 17. li. 9. nouę collect.

21 Quæ facere teneantur debitores alcaualarum, vt contractus, & alcaualas manifeſtent, ne incidant in pœnas alioquin eis ſtatutas: & quas diligentias facere poſſint exactores horum tributorum, habetur tit. 19. lib. 9. nouæ collect.

DISPVT. 665.

De tributo Luſitano, quod Empoſicam vocant.

SVMMARIVM.

1 *Tributum impoſitionis Luſitanum quid, quibuſque in locis ſoluatur.*

1 HOc peculiare tributum ſoluunt in Luſitania Regi ciuitates Olyſſipo, Euara, & Scalabis (*Samaren* hodie vocant) & earum territoria. Cum regni illius conſuetudine ac ſtatutis, loca, in quibus curia Regis cõmoratur teneantur toti curiæ Regis præſtare hoſpitium, interim dum curia in eis cõmoratur; frequentiuſque multò in eis tribus locis, quàm in alijs eius regni, curia commoraretur; notabileque grauamen habitatores eorum ſentirent ex hoſpitio, attinentiũ ad curiam, tam frequenti, & tanto tempore; potius elegerunt conferre Regi aliud tributum, quam ſubiectos eſſe, vt, vellent, nollent, tenerentur eiuſmodi hoſpites in ſuis domibus ſuſcipere, interdum nõ ſine periculo adulteriorum cum ipſorum vxoribus, & ſtupri filiarum. Atque, vt ab eo onere *de apoſentaduria*, vt vocant) liberarentur, Regi conceſſerũt tributum quoddam, tum in quibuſdã alijs rebus, quæ venderentur, tum præcipuè in vino, quod non per amphoras integras, ſed minutim eis in locis venderetur. Atque ſtatuerunt, vt deinceps vini amphora, quæ antea conſtabat duodecim menſuris, quas *canadas* vocant, in Caſtella verò *acumbres* dicimus, diuideretur in tredecim minores, & vna attineret ad Regem in impoſitionis tributum. Atque, quamuis valorem illius ij Regi ſoluant, qui vinum vendunt minoribus menſuris, quàm ſit amphora: emptores tamen illud ſoluunt: quoniam minores hæ menſuræ tanto pretio venduntur populo, quanto venderentur,

A ſi eſſent maiores, vt pretium vnius ex tredecim Regi ſoluatur. De iuſtitia huius tributi, non eſt cur dubitemus: cum ex pacto horum populorum cum Rege, loco illius alterius oneris ſoluatur: quarè, ſi illud alterum onus iuſtum erat, & hoc tributum eſt iuſtum, ſi per ſe ſolum ſumatur. Poſteà verò Rex Sebaſtianus ſtatuit, vt in toto Luſitaniæ regno, non ſolum vini menſuræ, ſed etiam tritici, atque aliarũ rerum, eſſent æquales: atque ita amphora vini cœpit in eis tribus locis cõſtare ſolum duodecim maioribus menſuris, quas *canadas* vocant, vt antea conſtabat: relinquendo vendentibus vinum, vt in pretio cuiuſque harum menſurarum tantum accreſcerent, quantum ſatis eſſet ad ſoluendum Regi decimam tertiam partem pretij, vt antea ſoluebatur. Conſilio

B verò, & ſuggeſtione mea, dum Euoræ docerem, & ibi commoraretur Sebaſtianus Rex, factum eſt, vt tributum hoc incapitaretur (vt vocant) non ſine magno tunc emolumento Regis, & maiori illius ciuitatis, ſublato ſimul de medio ingenti periculo animarum, ſublatiſque frequentibus ſcrupulis in confeſſionibus audiendis, eorum, qui frequentiſſimè, cum venderent viginti, verbi gratia, amphoras vini per minores menſuras, occultabant dimidium, & interdum plus, atque interdum minus, ne tantum tributi ſoluerent: neque facilè, neque ab omnibus confeſſarijs inducebantur, vt reſtituerent, multique ex ijs, qui in id crimen incidebant, nullo ſcrupulo tenebantur, neque id ad confeſſionem deferebant. Cum autem periculum hoc animarum ſæpiſſimè

C eſſem expertus; & à quodam viro ſeculari, prudente, ac timorato, qui bonum populi tunc curabat: intellexiſſem, non magnos reditus ex eo tributo eius ciuitatis deuenire quotannis ad Regem: fereque totam eam ſummam inſumi in ſtipendijs publicorum miniſtrorum, qui curam iudicandi de eo tributo & vt colligeretur, habebant, quique id efficiebant non ſine magna plebis vexatione, nec ſine multis permixtis abuſibus in perniciem ſuarum animarum, vt in ſimilibus rebus euenire ſolet, alloqui feci Regem vt contentus eſſet ſibi ipſi tota ea ſumma, quæ magna ex parte diſtribuebatur inter miniſtros illos publicos, & quam deinceps ciuitas ipſa Regi integrã ſolueret, contribuentibus ad illam, qui in ea ciuitate habebant vineas (ferè enim hi ſoli in ea ciuitate vi-

D num vendunt) pro quantitate vinearum cuiuſque, quod & factum eſt, non ſine ingenti lætitia & commodo populi, eorum præſertim, qui vineas poſſidebant. In meo autem diſceſſu ex Luſitania audiui, non defuiſſe, qui Regi noſtro Philippo ſuggeſſerit, longè maiorem ſummam ei obuenturam ſi tributum illud ſolueretur, vt antea ſoluebatur, obtinuiſſeque, vt rediret ad priſtinum ſtatum, non ſine magno ciuitatis illius mœrore, ac vexatione. Neſcio quid hodie hac de re fiat.

DISPVT. 666.

Quis imponere tributum poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Tributa quis imponere poſſit.*
Reſpub. liberæ in ſuos ſubditos parem cum Regibus poteſtatem habent.

2 *Tributa imponens ſine legitima ad id poteſtate, quas pœnas incurrat, eſtque hodie excommunicatus de cœna Domini.*

DIcendum eſt conſequenter, quæ conditiones neceſſariæ ſint, vt tributa ſint iuſta, ac debeantur in cõſcientię foro. Atq, prima conditio ad id neceſſaria eſt, vt imponatur ab habente ad id autoritatem. Vt autẽ doctores 1

ctores communiter colligunt ex cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. ex cap. innouamus de celib. eiuſmodi ſunt, legitimi Imperat. Reges, & cōcilia vniuerſalia. Nomine Regū intelligūtur, qui nōn recognoſcunt ſuperiorem, vt ferè omnes Reges hodie eum non recognoſcunt in temporalibus. Aut ſaltem, qui quoad adminiſtrationem ſui regni, tributorumque impoſitionem, eum nō recognoſce-
2 ret. Intelliguntur præterea reſpublicæ liberæ, quę ſuperiorem in temporalibus ſimiliter non habent, vt ſunt hodie Venetorum, Genuenſium, & aliæ ſimiles. Eiuſmodi enim reſpublicæ in ſuos ſubditos parem cum Regibus poteſtatem habent. Atque, vt vniuerſim dicam, qui ſuperiorem temporalem non habent, imponere ſibi ſubditis tributa poſſunt, ſi adſint reliquæ conditiones neceſſariæ, quas ſequentib. diſputationibus explicabimus.

Sub Concilio generali ſummus Pontifex intelligitur, qui parem cum vniuerſali Concilio poteſtatem habet, eſtque illius caput, & eſt ſupra reliquum eiuſdem concilij, vt vtrunque in materia de fide oſtendimus. Quando autem audis generale conciliū, aut Summum Pontificem, imponere poſſe tributa, intellige, comparatione laicorum minimè ſibi quoad temporale dominium ſubditorum, quantum prę ciſè neceſſitas finis ſpiritualis omnino poſtulat: ſecluſa enim ea indigentia finis ſpiritualis, Summus Pontifex, & eadem ratione concilium vniuerſale, nullam poteſtatem in laicos habet, vt diſput. 29. eſt oſtenſum: ac proinde imponere eis non poteſt tributa. Eis verò, qui quoad temporale dominium ſunt ei omnino ſubiecti, quales ſunt, qui de terris ſunt patrimonij Eccleſiæ, imponere tributa poteſt, vt & cę teri Reges imponere ſibi ſubditis ea poſſunt: habet quippe Summus Pontifex eorum comparatione parem, eandemque, cum Regibus poteſtatem, vt diſp. 29. citata dictum eſt.

Ciuitates ſuperiorem habentes, & reliqui, qui ſuperiorem in temporalibus recognoſcunt, imponere non poſſunt tributa abſque ſuorum ſuperiorum facultate, vt colligitur apertè ex capit. innouamus de cenſib. ex cap. ſuper quibuſdam de verb. ſig. ex l. vectigalia. ff. de publican. & ex l. 2. & 3. Cod. vectigal. nou. inſt. non poſſ. Ex eorum verò facultate imponere ea poſſunt, quantum eis fuerit permiſſum, vt ex eiſdem iuribus liquet. Hinc eſt, quod Reges, & alij principes feudatarij Summo Pontifici, eiq; proinde ſubiecti, & inferiores in temporalibus, ſi eam poteſtatem à Summo Pontifice cum temporali dominio acceperunt, vt Rex Neapolitanus accepit, imponere tributa poſſint in terris talis feudi. Ciuitates etiam Regibus ſubditæ, facultatem habere ſolēt ad collectas ſubditis imponendas ad ea, quæ ad neceſſarios ſumptus publicos neceſſaria ſunt, quādo aliūde non habent, vnde fiant. Eandem etiam facultatem habere ſolent cætera oppida. Quin potiùs id cum regimine ipſorum eſt coniunctum.

Qui ſuperiorem non habet in temporalibus, ſi ex conſuetudine antiqua, de cuius initio nulla extet memoria, accipere conſueuit tributa aliqua, legitimè in poſterum ea recipit, etiam non conſtet de facultate ad id ſuperioris: quoniam ex tanto tempore præſumitur interueniſſe omnia ad id neceſſaria. (Excipe, niſi aliunde ſint coniecturæ ſufficientes, ſemper ea accepiſſe cum mala fide) ita habetur cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſig. idque ibi notat Panor. Minus autem tempus, quam hoc, nō erit ſatis ad præſcribendum ſine titulo eiuſmodi ius vectigalium, & ſimilium rerum, quas ſupremus princeps ſibi ratione ſuæ dignitatis reſeruat, vt notat ibi Panor. & nos cum eodem Panor. Bart. & alijs, oſtēdimus diſp. 75. vbi de hac re copioſè diximus, iuraq; citauimus Luſitana, & huius regni, quæ coniecturas

A tradunt, quando cenſendum ſit poſſeſſionem eiuſmodi iuris, etiamſi à tempore ſit, de cuius initio non extet memoria, fuiſſe mala fide, ac proinde id non ſufficere ad præſcriptionem. Ibi etiam diximus cū Couarruuia non ſatis eſſe ad præſcribendum eiuſmodi ius cum titulo aduerſus principem, ſpatium quadraginta annorum, ſed neceſſarium eſſe ſpatium centum annorum. Lege quæ eo loco dicta ſunt.

Alfonſus à Caſtro 1. de leg. pœnali cap. 10. reprehendit Ioannem Med. quæſt. 13. de reſtitut. colligentem ex cap. ſuper quibuſdam §. præterea de ver. ſig. antiquam conſuetudinem accipiendi tributa, tribuere poteſtatem imponendi noua tributa ei, qui talem habet conſuetudinem. Quāuis autem verum
B ſit, id directè in eo capite non contineri, ſed ſolum ex eo capite haberi, antiquam conſuetudinem accipiendi tributum aliquod, parere ei ius via præſcriptionis illud in poſterum accipiendi, qui poteſtatem alioquin non habet ad illud de nouo imponendum: quamuis item verum ſit, conſecutionem hanc eſſe nullam; hic ex antiqua conſuetudine, de cuius initio non extat memoria, accipit tale tributum, ergo poteſt illud augere, aut imponere aliud de nouo; nihilominus, ſi aliquis ſit in antiqua conſuetudine imponendi noua tributa, aut augendi iam impoſita, quia probatur, à tempore, de cuius initio non extat memoria, variis temporibus noua impoſuiſſe tributa, aut auxiſſe impoſita, tanquam qui poteſtatem ad id haberet, vtique ea conſuetudine præſcriberet ta-
C lem poteſtatem ex iuſta cauſa noua imponendi tributa, & antiqua augendi.

Qui ſine legitima ad id authoritate, tributa impo nit, aut impoſita auget, excōmunicādus eſt, ſi admo nitus, non deſiſtat, & nō ſatisfaciat c. ſi quis Romipetas 24. q. 3. & c. innouamus de cenſibus. Imo eſt hodie excommunicatus excommunicatione Cęnæ Domini, vt inferius dicemus. De iure verò Cęſareo, eſt perpetuo exilio damnandus, vt habetur l. vlt. C. vectigal. noua inſt. non poſſe. 3

DISPVT. 667.

D Ex qua cauſa tributum de nouo imponi, aut augeri poſſit: & num, ea ceſſante, tributum ceſſare etiam debeat.

SVMMARIVM.

1 *Tributum vt ſit iuſtum ac debeatur, imponi ex iuſta cauſa debet, & quæ talis ſit cenſenda, nec plus imponi debet, quam cauſa exigat: eaque ceſſante, ceſſare debet, niſi adſit alia iuſta.*

2 *Tributum grauius, quam poſtulat legitima cauſa, atque adeo iniuſtum ſi imponat princeps, aut concedāt procuratores, & peccant contra iuſtitiam, & reſtituere populo tenentur incrementum.*

3 *Tributum ſi ad defenſionem concedatur, & princeps ſua negligentia ac culpa non defendat, reſtituere tenetur ſubditis damna ex ea negligētia illis ſequuta.* E

4 *Tributa quouſque populus principi præſtare debeat, ſiue abſque ſua culpa, ſiue ſua præterita culpa eis indigeat. Et ad quæ princeps ſubditis teneatur, & cum quanto reſtituendi onere.*

5 *Tributa noua exigendi princeps, qui ſe periculo exponit inordinatis largitionibus ac ſumptibus, contra iuſtitiam aduerſus ſubditos grauiſſimè peccat.*

6 *Tributum ſi impoſitum ſit in perpetuum quaſi in pactū, non ceſſat, ceſſante cauſa, ob quam fuit impoſitum. Et quando æquitas eſſet, ut minueretur: aut certè incrementum aſſeruari deberet in reipublicę bonum.*

7 Tributa, quæ mercatores ſoluunt ex mercibus, non tã ipſi, quàm emptores mercium ex ipſis ſoluunt.

1 SEcunda conditio neceſſaria, vt tributum ſit iu
ſtum, & debeatur in conſcientia, eſt. Vt impo
natur ex iuſta cauſa: neque plus exigatur, quã
cauſa poſtulat: & vt ceſſante cauſa, ob quam
eſt impoſitum, ceſſet etiam ipſum tributum: niſi for
tè ſuperueniat alia, ob quam iuſtè idem tributũ im-
poni de nouo poſſet, ſi antea impoſitum non fuiſſet
ob illam aliam cauſam, quæ ceſſauit: tunc enim, ſi-
cut ex cauſa ſuperueniente iuſtè poſſet de nouo im-
poni: ita iuſtè poteſt in eo exigendo ac recipiendo
perſeuerari. Omnis autem cauſa iuſta imponendi de
nouo, aut augendi tributum, ad hanc reducitur. Qđ
id ita exigat vtilitas ac neceſſitas publica, cui per ea,
quæ principi ad id deputata, conceſſaque ſunt, non
poſſit ſufficienter ſubueniri. Etenim ſubditi reipu-
blicæ, cuius ſunt partes, ſubuenire tenentur, non ſo-
lum ſua, ſed & ſeipſos exhibendo, ac exponendo,
quando bonum ac neceſſitas publica id ita efflagi-
tat: eaque de cauſa, exigente id communi, publico
que bono, cui non poſſit aliter commodè ſubueniri,
cogi poſſunt contribuere, quantum poſtulat, & quã-
diu id poſtulat publica neceſſitas ac bonum. Ceſſan
te verò publica neceſſitate, princeps in ſuam, & in
ſuorum priuatam vtilitatem, non poteſt tributa im-
ponere, aut impoſita augere, vel continuare, quæ ob
cauſam, quæ iam ceſſauit, ritè fuerunt impoſita. Ne-
que enim populus eſt propter principem, ſed è con-
trario, princeps eſt propter populum, cui eſt præpo-
ſitus, in bonum ac commoditatem illius: eaque de
cauſa tributa non ad voluntatem, & vtilitatem prin
cipis ſunt admetienda, ſed ad vtilitatem ac neceſſi-
tatem publicam eius communitatis, cui tãquam ad-
miniſter, defenſor, cuſtos, ac rector eſt conſtitutus:
contentuſque eſſe debet princeps ijs, quæ ad com-
petentem ſuſtẽtationem & ſumptus ipſius, pro qua-
litate ſtatus & reipublicæ, & ad publicas neceſſita-
tes ſufficiunt, neque plus reſpublica ſubditorum te-
netur ei tribuere. Vnde ſi, quæ illi à populis tributa
ſunt, non ſufficiunt ad ſtipendia competentia mini
ſtrorum publicorum, ad reparationem pontium, do
morum publicarum, mœnium, & ad ſimiles, aut ma
iores vtilitates ac neceſſitates publicas, aut ad reſi-
ſtendum hoſtibus, tunc princeps imponere poteſt
noua tributa, aut antiqua augere, quantum, & quan-
diu ſimiles cauſæ id poſtulauerint: eis verò ceſſanti-
bus, ceſſare, ac minui debent tributa, iuxta cauſas,
atque exigentias publicas, quæ ceſſauerint. In hac
conditione, & in præcedente, diſputatione antece-
dente explicata, vt tributa ſint iuſta, & debeantur in
conſcientia, conueniunt Caiet. in ſumma verb. ve-
ctigal. Ioan. Med. de reſtitut. q. 13. & 14. Driedo de
libert. Chriſt. lib. 2. cap. 5. Caſtrus 1. de leg. pœnal. c.
5. & 10. Gab. in 4. d. 15. quæſt. 5. Syluest. verb. ga-
bella 3. Angel. verb. pedagium, Sotus 3. de iuſ. quęſ.
vlt. art. vlt. Couar. regul. peccatum part. 2. §. 5. in fin.
D. Antoni. 2. par. ti. 1. c. 13. D. Thom. in Epiſtola ad
Duciſſam Brabantiæ opuſc. 21. in reſponſ. ad 6. in-
terrogationem, & doctores communiter.

2 Hinc iam facilè intelligitur, ſi princeps imponat
tributum grauius, quàm cauſa efflagitat, reſtituere
teneri ſubditis exceſſũ, niſi illud inſumat in re alia,
ad quam iuſtè etiam imponere poſſet tantundem
tributi. Peccare etiam grauiter, ad reſtitutionemque
teneri ſubditis, in defectum principis procuratores,
quos vocant *de Cortes*, ſi tributum iniuſtum conce-
dant principi in damnum populorum. Item intelli-
getur facilè, ſi princeps tributa nõ inſumat in eo, ad
quod collata à ſubditis ſunt, ſed in alijs, ad quæ ſub-
diti non tenentur præſtare tributa, teneri id ſubdi-
tis reſtituere, ſubditoſque poſſe illud compenſa-

A re, denegando, & occultando alia tributa debita.
Quod ſi tributum ſoluatur, vt ſubditi defendãtur 3
à piratis, aut ab alio incõmodo, & princeps ſua ne-
gligẽtia, aut culpa non defendat, tenetur ſubditis ad
damna eis ſubſequuta. Atque ſubditi, ſi videãt, eum
non reſtituturum damna, & ſufficienter ipſis cõſtet
culpa principis non fuiſſe impeditos, quia cum poſ-
ſet, & deberet, ea non impediuit, poſſunt occultè
ea damna compenſare. Non tamen eſt facilè dijudi
care, an culpa principis non fuerint impedita: cùm
fortè vires ſufficientes non habuerit, aut non fuerit
in poteſtate ipſius ſe tam ſedulo ſufficienter præpa-
rare. Addunt verò doctores, ſi tributum ſoluitur ob
defenſionem, & princeps non defendat competen-
ter, poſſe ei denegari id tributum: quia, cum ipſe nõ
B ſtet contractui, illum ex ſua parte implendo, neque
ſubditi tenentur ex ſua parte contractum implere,
ſoluendo tributum. Lege inter alios Medinam qõ.
14. citata §. aliud dubium. Quòd ſi princeps ſuffi-
cienter prouidit, & dux ei rei præfectus, ſua culpa ea
damna non impediuit, vt tenebatur, ipſe eſt, qui de
ſuo patrimonio ea tenetur reſtituere, & non prin-
ceps, qui neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte
iniuſtę acceptionis, eo quòd ſufficienter prouiderit,
ad eam reſtitutionem tenetur.

Dubiũ eſt. Quod, ſi princeps ſua culpa deueniat 4
ad ſtatum, in quo non habeat competentes ſum-
ptus pro ratione eius reipublicæ, quam adminiſtrat,
& cui eſt præfectus; vt ſi vanè conſumpſit, aut do-
nauit ſuum patrimonium, bonave coronæ regni, ac
C reditus, ſeu iura, ad id illi collata, vel ſi intulit bellũ
iniuſtum, aut inutile, reipublicęque nociuum, quod
in cauſa fuit, vt ad eam deueniret egeſtatem, teneã-
turne tunc ſubditi contribuere, vt habeat compe-
tentes ſumptus ad defenſionem & conſeruationem
reipublicæ, atque ad ſplendorem, pro eiuſdem reipu
blicæ dignitate.

In primis dicendum eſt. Si ſine ſua culpa ad eum
deueniſſet ſtatum, vel caſu aliquo, vel ob ſumptus
neceſſarios ad bellum, arbitrio prudentis communi
bono neceſſarium, aut rationabile ac vtile, tunc ſub
ditos teneri contribuere, non ſolum ad ſufficien-
tem conſeruationem ac defenſionem reipublicę, &
ad alia eidem reipublicæ neceſſaria, ſed etiam ad cõ
petentes ſumptus familiæ eiuſdem principis, vt æ-
D quitas poſtularet, paterenturque ſubditorum facul-
tates: id quippe eſt quaſi proprium ſtipendiũ à ſub-
ditis principi debitum, computaturque inter reipu-
blicæ neceſſaria. Ita Diuus Thom. reſp. 6. cit. Med.
q. 13. & doctores communiter. Ratione verò huius
ſtipendij, reuerentiæ, atque obedientiæ, quæ ſubditi
principi ſuo debent, ac præſtant, ipſe viciſſim tan-
quam ex contractu, tenetur eos gubernare, ac defen
dere, adminiſtrare illis iuſtitiam, & curare bonum
commune ipſorum. Quare ſi, vel dolo, vel lata cul-
pa, aut leui, ipſius hoſtes mari, aut terra illos diri-
piant, depopulentur, aut in ſeruitutem redigant, ip-
ſe tenetur illis ad reſtitutionem eorum omniũ dam-
norum. Similiter ſi dolo, data culpa, aut leui, ipſius,
E alicui ſubditorum non adminiſtretur iuſtitia, vel fu
res, aut graſſatores, aliquẽ eorum diripiant, vel dam
num aliud ei inferant, vel patiatur potẽtes opprime-
re pauperes, aut quoduis aliud iniuſtum fieri in ſua
republica patiatur, tenetur reſtituere damna omnia
ita ſubditis ſubſequuta. Secus autem eſſet, ſi ſine
ſua culpa, quia non plus potuit, aut culpa ipſius leuiſ-
ſima, aliquid horum eueniret: quoniam regulare eſt,
quando aliquis tenetur ex contractu, qui in vtilita-
tem cedit vtriuſque contrahentium, ſolum eum te-
neri de culpa leui, non autem de leuiſſima, vt diſpu-
tatione 293. & 285. & aliàs ſæpe, dictum eſt.

Deinde ad dubium propoſitum directè eſt dicen
dum, quando ſua culpa ad eum ſtatum deueniret,

teneri in primis ſubditos contribuere, quæ neceſſaria eſſent ad defenſionem & conſeruationẽ ſuæ reipublicæ, vt æquitas poſtularet, paterenturq; vires ipſorum, attentiſque circumſtantijs omnibus concurrentibus. Item tenerentur contribuere ad ſumptus competentes principi, attenta qualitate ſtatus illius, ac reipublicæ, atque iuxta circumſtantias omnes cõcurrentes: quoniam illi ſumptus computantur inter res neceſſarias reipublicæ. Ita propendet Medina. q. 13. citata. legendusque eſt D. Ant. 2. p. titu. 1. c. 13. §. 2. Addo, tunc principem contentum eſſe debere mediocribus ſumptibus. Si autem ad abundantiam temporis progreſſu deueniret, reſarcire deberet, ac teneretur populis, quod ſua culpa fecit illos plus inſumere, tam contribuendo ad defenſionem, & ad alia reipublicæ neceſſaria, quam ad ſumptus ipſius, ſi idem ipſe eſſet, qui damnũ ſua culpa intulit, & qui poſtea ad pinguem deueniret fortunam.

5 Hoc loco obſeruandum eſt, Principes, qñ inordinatis ac ſuperfluis largitionibus, vltra id, quod poſtulat ratio & ſtatus ipſorum, aliiſque ſuperfluis ac vanis ſumptibus, periculo ſe exponunt grauandi in futurum populos, grauiſſimè peccare lethaliter peccato iniuſtitiæ, ob nocumentum, quod inde irrationabiliter parant populis: qui, quoties ea de cauſa reſpublica in poſterum indiguerit, cogendi ſunt cõtribuere, grauandique ſunt nouis exactionibus ac tributis. Quo fit, vt confeſſarij ac conſiliarij Regũ, ad expendendum peccatum, quod in Regum prodigalitatibus interuenit, & obligationem, quam in poſterum habent continendi ſe in ſuis ſumptibus, ne tributis populos vexent; non ſolum debent attendere, quod Reges ſua prodigunt, ſed ſimul animaduertere debent, quod ſe iniuſtè ea ratione exponunt periculo grauandi populos. Adde, Reges tunc prodigere ea, quę populi ipſi à principio, & poſtea temporis progreſſu eis, coronæve regni, dederunt, vt eſſent in reditus ad ſumptus ipſorum, & ad reipublicæ defenſionem. Quo fit, vt principes quadam ex parte ſint diſpenſatores potius, quam domini bonorum coronæ regni, redituumque eorundem bonorum.

6 Quando ſupra dictum eſt, ceſſante cauſa, ob quã tributum eſt impoſitum, debere ceſſare tributũ, intelligi debet, quando tributum non eſt impoſitũ in perpetuum quaſi ex pacto, quo princeps pro eo tributo in ſe ſuſcipit cuſtodiam maris à piratis, faciendo ſumptus, qui in futurum fuerint ad id neceſſarij, ſiue multi ſint futuri neceſſarij, ſiue pauci, aut etiam nulli, vel pro defenſione ab hoſtibus & latronibus in ſuo regno, vel pro alijs ſimilibus rebus, ac ſumptibus reipub. neceſſarijs. Tunc enim licet nulli ſint piratæ ac latrones, nulliq; ſint neceſſarij ſumptus ad defenſionem eorum, qui mari, aut terra, merces comportant, aut deferũt, decreſcantque ob diuturnam pacem ac ſecuritatem reipublicæ ſumptus, licitè Rex accipit vectigal pro mercibus, quæ aſportantur, ac deferuntur, impoſitum, & ſimilia alia tributa in perpetuum impoſita; modo paratus ſit facere ſumptus, qui in futurum ad ea omnia fuerint neceſſarij. Ita doctores communiter: defenſionemq; à piratis & latronibus, protectionemque mercatorum, qui merces comportant, & exportant, reddit lex 5. tit. 7. par. 5. tanquam cauſam iuſtam accipiendi vectigalia, ſeu portoria, ex mercibus, quas afferũt ac deferunt. Obſerua tamen, quòd quando principes petituri eſſent de nouo longe maiora vectigalia, quoties ſemel conſtituta nõ ſufficerent ad ſumptus, & in ſtipendium pro defenſione aſportantiũ merces, vt ordinariè facere ſolent, æquitas poſtularet, vt quando res ad eum ſtatum deuenirent, vt pauci, aut nulli, ſumptus eſſent neceſſarij, vel quia cõfinia regnorum ad eundem principem pertinerent, vel aliqua alia de cauſa, remitteretur aliquid de vectigalibus: alioquin maxima inæqualitas eſſet inter principem, & eos, qui illa de cauſa ſoluere coguntur, vectigalia, cum, creſcente cauſa maiorum ſumptuum, ſubditi cogantur augere tributa; & deficiente cauſa, princeps nihilominus accipiat eadem tributa. Et quidem quando, ſuperueniente cauſa, ex illa accreuerunt vectigalia aut alia tributa, illa vtique ceſſante, decreſcere debent, iuxta ea quæ dicta ſunt: niſi alia noua aliunde aduenerit, vnde iuſtè perſeuerent, vt dictum eſt. Quando autem vectigalia, & alia tributa, non ſunt aucta ex ſuperueniente cauſa, ſed data ſunt à principio in perpetuũ, modo in hoc §. explicato, tunc, ſi pro temporum circumſtantijs, ac tranquillitate, & pace, non ſint tot neceſſaria, tenetur princeps reſeruare incrementum in publico ærario, ad neceſſitates, quę ſuperuenerint, ne tunc opus ſit grauare populos nouis tributis; & vt pecunia ita in ęrario publico congregata, terrori ſit hoſtibus, ac defenſio reipublicæ. Quando enim ita eſt parata, non audent exteri bellum mouere, aut iniuriam inferre: ſi verò bellum moueant, aut aliam iniuriã inferant, facilè ea pecunia exercitus inſtruitur, quo Reſpublica defendatur, & arceantur piratę, ac vindicentur illatæ iniuriæ.

Illud eſt hoc loco obſeruandum. Vectigalia, quæ ex mercibus ſoluere coguntur mercatores, non tam 7
redundare in grauamen ac ſumptus ipſorum, quam in grauamen & ſumptus eorũ, qui illas ex ipſis ſunt empturi. Mercatores quippe, quo carius emunt merces, quas aſportant, & quo plura tributa ex eis ſoluunt, maioreſque ſumptus cum illis faciũt, eo carius eas vendunt, quatenus, computatis omnibus, competens extrahant lucrũ. Quo fit, vt grauamina eiuſmodi magna ex parte redundent in populos, ſeu in emptores earum mercium, & non in mercatores: tamen ſi emptores ad id non attendãt, neque tantum moleſtiæ ita ſentiant, quantum ſentirent, ſi emerent res minori pretio, alioquin iuſto, & inſuper cogerẽtur ſoluere ea tributa, quæ emendo carius ob illa iã antea à mercatoribus ſoluta, reipſa ſoluunt.

Si Rex propter aliquid, quod concedit, aut remittit, imponat aliquod tributum, vt Diſput. 665. dictum eſt in Luſitania Olyſſiponæ, Eboræ, & Scalabi, fuiſſe impoſitum tributum Empoſitionis loco hoſpitij debiti curiæ Regis, tunc ſi Rex non ſtet cõceſſis, eive, quod remiſit, & tenetur reſtituere tributum, quod accepit à tempore, quo non ſtetit contractui, & populi non tenentur ei ſoluere tale tributum. Quod ſi ex parte non ſtetit contractui, tenetur pro rata reſtituere, quod accepit, & populi pro rata poſſunt denegare ei tale tributum, tantundemve aliunde compenſare.

DISPVT. 668.

Quæ forma in tributo imponendo ſit ſeruanda, vt ſit iuſtum.

SVMMARIVM.

1 *Tributum, vt iuſtum ſit, ac debeatur, quæ forma, & quæ proportionalis æquitas ſeruanda.*

2 *Modus colligendi tributum ſeruitũ huius regni, & alia, impoſita ſiſa, cur damnandus non videatur. Etiã quoad exteros, qui illud tunc etiam ſoluunt, cum alioquin non teneantur,*

Tertia conditio, vt tributum ſit iuſtum, & in conſcientiæ foro debeatur, eſt. Vt in eo 1
debita ſeruetur forma, hoc eſt, æqualitas, & cõmenſuratio, non ſolũ per cõparationẽ ad cauſam, ita videlicet vt nõ excedat, quod ne-

ceſſarium eſt ad id, quod imponitur, & vt ſit commẽſuratum viribus eorum, quibus imponitur, nec ſit impoſſibile, vt vtrunque diſputatione antecedente circa ſecundam conditionem, vt tributum ſit iuſtũ, eſt explicatum: ſed etiam, vt in eo ſeruetur æqualitas proportionis geometricæ inter perſonas, quibus imponitur, ita ſcilicet vt, iuxta proportionem ac facultatem virium cuiuſque, imponatur ac exigatur, neq; pauperes cogantur tantum contribuere, quantum diuites & potentes, quando non eſt res modica præcipue impoſita in ſignum ſubiectionis. Partes enim reipublicæ iuxta vires cuiuſque ſubuenire tenentur communi bono, neceſſitatibuſque publicis. Hoc autem intelligendum non eſt mathematicè, ſed moraliter, vt recta ratio præſcripſerit ac docuerit æquum eſſe vnumquemque contribuere, attento ſtatu reipublicæ, ac viribus cuiuſque. Præterea intelligendum eſt, quãdo tributum exigitur ob commune bonum, quod æque ad omnes ſpectat: quando vero exigitur propter bonum, quod peculiariter reſpicit quoſdam illi præcipue ſunt grauandi. Vt mercatores, & alij, qui peculiariter indigent defenſione à piratis, graſſatoribus, & latronibus, præcipue ſunt grauandi tributo ad ſumptus ad id neceſſarios: tametſi, vt in calce diſputationis præcedentis dictum eſt, id tandem emptores mercium maxima ex parte ſoluant, dum pretium pro eis reddunt. Item, ſi aliquis legitime ſit exẽptus à ſolutione tributi, eo quod ipſe, aut ipſius maiores, aliquid vtiliter egerunt in commune bonum, nõ eſt iſte grauandus, vt cæteri, quoad id, in quo eſt exemptus. In conditione hac, vt tributum ſit iuſtum, & debeatur in conſcientia, conueniunt doctores cõmuniter, Caietan. in ſumma verb. vectigal, Driedo de libert. Chriſt. libro. 2. c. 5. Alfon. à Caſtro. 1. de lege pęnali. c. 5. & c. 10. Gabriel. in 4. diſ. 15. q. 5. Med. de reſt. qõ. 13. Sotus. 3. de iuſt. q. vltim. artic. vltimo, & alij.

2 Ex hac conditione neceſſaria, vt tributum ſit iuſtum, Caſtrus. c. 5. citato infert, iniuſtum eſſe modũ illum, quo tributum ſeruitij ordinarij, & extraordinarij huius regni, ſoluendum à ſingulis iuxta cuiuſque facultates, & aliæ ſimiles contributiones, in hac ciuitate Conchenſi, & in quibuſdam aliis locis, colliguntur impoſita ſiſa quibuſdam rebus, quæ venduntur, modo diſput. *661.* explicato, vt ementes, pro rata copiæ earum rerum, quas emunt, ex pretij augmento contribuant ad illius ſolutionem. Cum enim, inquit, mechanici, qui non multum diuitijs abundant, ſæpe habeant neceſſe plura ex illic rebus emere, ob maiorem familiam, quam ad ſuum officium exercẽdum eſt illis neceſſe habere, quam ſit neceſſe emere ex eiſdem rebus ditioribus, qui minorem habent familiam; ſane in contributione illa ad id tributũ ſoluendum, non ſeruatur geometrica æqualitas, vt pro quantitate facultatum cuiuſque, plus, aut minus, contribuant, ſed ſępe eueniet, vt, qui minores habuerit facultates, plus contribuat, quam, qui habuerit maiores. Ego vero licet videam eum modum colligendi id tributum, expoſitum eſſe illi inæqualitati, non tamen auderem illum condemnare: pręſertim cum vſu ſit receptus plurimis in locis. Et cum de illo nulla vnquam fuerit audita querimonia, neque à priuatis audierim fuiſſe vnquam optatum, vt modus ille mutaretur: quin potius, ſi attentaretur mutari, vt ſinguli non illo modo, ſed ſimul contribuerent pecuniam pro cuiuſque diuitiis, omnes reclamarent, vt potius priori hoc alio modo colligeretur. Ducor, quoniam populus minus grauatur, minoremque moleſtiã ſentit, ita per partes adeo minutas ſoluendo tributum illud dum res emunt, quam ſi illud ſolueret ſimul. Pręſertim cum, ad ſoluendum illud ſimul, neceſſarij eſſent exactores, qui impignorationibus, & ſtipendio ea de cauſa ipſis debito, occaſio eſſet longe maiora-

A tum ſumptum, moleſtiarum, ac inquietudinum. Ducor item, quoniam, quando populus eſt magnus & per capita eſt ſingulis familiis ſumma aliqua diſtribuenda iuxta vires & facultates cuiuſque, ordinarie ſolet oriri longe maior inæqualitas ex eorum arbitrio, qui ad id iudicandum, ac ſtatuendum ſunt electi, coniuncta cum longe pluribus querimoniis, & odiis, aduerſus arbitratores, & cum grauioribus conſcientiarum periculis, quam oriatur ex hoc alio modo contribuendi ad id tributum. In ijs autem rebus, in quibus mathematice attingi non poteſt æqualitas, is modus eſt eligendus, qui ſuauior eſt, & in quo plura euitantur incommoda, minuſque à iuſto deuiatur, eoque modo contenti eſſe debent priuati de republica. Præſertim cum lex ſit communis, eueneritque (B) per accidens, eos eſſe eius conditionis, vt plus cęteris grauentur, quod contra accidere potuit, eueniretque poterit in futurum.

Maius dubium eſt de iis, qui non ſunt de eodem populo, qui, quando res eiuſmodi emunt, ſoluunt incrementum illud; cum tamen ad peculiare eius populi tributum non teneãtur. Ac ſane ſubueniri huic incommodo debere, ſi commode id fieri poſſet. Niſi, cum Medina de reſtitu. ad finem quæſtionis. 15. id excuſemus; tum quia præſcripta antiqua conſuetudine eſt receptum: tum etiam quoniam nullus exterorum cogitur emere eiuſmodi res, illudq; eſt pretium earum in eo loco: tum deinque quoniã mutuo id compenſatur; quando ij qui ſunt huius populi, emunt ſimiliter in aliis populis: regiminaque prouin- (C) ciarum, ac populorum, poſtulent, vt quando ſimile quid in vno populo rite eſt ſecundum ſe ſancitum, id ferant, qui ad eum populum accedere voluerint, & in eo commercium circa id habere, etiam in tranſitu per eum locũ. Hæc vero omnia dilucidiora redduntur ex ſequenti diſputatione.

DISPVT. *669.*

Licitumne ſit tributum, ut non ſolum ex ijs quæ negotiationis cauſa aſportantur, aut venduntur, pars aliqua ſoluatur, ſed ètiam ex cæteris rebus, quæ aſportãtur, (D) extrahuntur, aut vẽduntur, id ſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Tributum vectigalis, aut quaſi vectigalis alcaualæ; ſolũ ex rebus, quæ negotiationis cauſa aſportantur, extrahuntur, aut venduntur, ſolui deberet, ſi ſufficienter, illo ita ſoluto, ſubueniretur bono communi.*
2 *Tributum idem imponi licitè poteſt, vt ex alijs etiam rebus ſoluatur, quando aliter non ſufficienter ſubueniretur bono communi.*
3 *Cur iniquum non ſit, exteros etiam illud ſoluere.*

HAec diſputatio ad formã ſeruandã in tributis imponendis ſpectat, appendixque (E) proinde, & quaſi membrum eſt præcedentis. Caietan. verb. vectigal in princ. & in fine, vt iniuſta condemnat vectigalia, quę imponuntur pro rebus, quæ non negotiationis cauſa, ſed ad propriũ vſum, ipſiuſve familię, aſportantur. Idẽ diceret de tributo, quod ſoluitur ex venditione, aut permutatione rerũ, quę non negotiationis cauſa venduntur, emũtur, aut permutãtur, quale eſt alcaualahuis regni, & ſiſa Luſitana, ut diſp. *663.* & *664.* dictũ eſt. Ducitur, quoniã tunc, qui plus indigẽt, & plures habent filios, plus grauantur, quam alii, qui ditiores ſunt, & minorem habent familiam: quippe cum qui plus indigent, pluresque habent filios; plura neceſſe habent vendere, emere, & aſportare; ad propriam

priam ſubleuandum neceſſitatem. Confirmat item ſuam ſententiam ex l. vniuerſi. C. de vectig. vbi præcipitur, vt ex rebus, quæ ad vſum proprium, aut ruris colendi gratia, vehuntur; non exigantur vectigalia, & pœna capitis ſtatuitur accipientibus vectigalia pro eiuſmodi rebus. In eadem ſententia ſunt quidam alij. Sotus etiam 3. de iuſt. q. vlt. art. vlt. & Ledeſm. 2.4. q. 18. art. 3. iniuſtitiæ damnare videntur, quod pro his, quæ venduntur ad ſubleuandum propriam neceſſitatem, accipiatur decima pars pretij: & quod in Luſitania, qui ad proprium vſum ac familiæ emit, cogatur ſoluere dimidium ſiſæ.

1 *Prima concluſio.* Prima vero concluſio ſit. Si ad competenter ſubueniendum communi bono, ſatis eſſet accipere vectigal de ijs, quæ aſportantur, extrahuntur, emuntur, aut venduntur, negotiationis cauſa, tunc æquitas poſtularet, vt de ijs, quæ aſportantur, emuntur, aut venduntur, ad propriam familiæve ſubleuandam neceſſitatem, vectigal, aut quaſi vectigal alcaualæ, ſeu Luſitanæ ſiſæ non acciperetur. Quoniam id ad humanitatem, ac decentiam quandam ſpectaret, tolleretque aliqua minus decentia, propter quæ lata fuit l. vniuerſi citata, quæ ad humanam ius ſpectat, nō vero ad naturale: eaque de cauſa poteſt per ſequens aliud contrarium ſtatutum, aut per contrarium vſum, abrogari.

2 *Secunda concluſ.* Secunda concluſio. Quando, vt competenter bono communi ſubueniretur, neceſſe eſſet exigere vectigal, aut quaſi vectigal, etiā de his rebus, quæ aſportantur, extrahuntur, emuntur, aut venduntur, ad propriam, familiæve ſubleuandam neceſſitatem, nō eſt temere damnādum, quod de his etiam rebus exigatur vectigal, aut quaſi vectigal alcaualæ, ſeu ſiſæ Luſitanæ. Præſertim cum, non ſolum in Hiſpanijs, ſed etiā in multis alijs locis, ſit id more introductū. In hac concluſione conueniunt Driedo de libert. Chriſt. libro ſecundo capite 5. Medina quæſt. 15. de reſtitu. in poſteriori quæſtionis parte, Gabr. in 4. diſtin. 15. quæſtio. 5. Diuus Anton. 2. parte titulo primo, capite 14. §. vltim. Syluest. verb. gabella. 3. nume. 14. & ſequentibus, Nauar. in Manu. cap. 17. in calce. num. 202. & alij. Probari autem poteſt, quoniam, vt probe argumentatur Medina, decimę, quę præcipiuntur ſolui in ſtipendium ac ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, nihil continent iniuſtitiæ; cū in veteri lege fuerint de iure diuino, & in noua fuerint præceptæ ab Eccleſia: at in ſolutione earum nō cernitur proportio Geometrica, vt vnuſquiſque de Eccleſia contribuat iuxta vires & facultas ſuas, quin potius, qui pauperiores ſunt, ſæpe plus contribuunt: cęterum, cum ingens quędam copia imponenda fuerit Dei populo in ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, qui ipſis inſeruiunt, quæſitus fuit ille ſuauis modus ſubueniendi, vt de fructibus, quos quiſque perciperet, decimam partem ad id contribueret: id quod minus moleſtum eſt fidelibus, quam ſi ingens illa copia diſtribueretur ſoluenda quotannis per capita iuxta patrimonium & vires cuiuſque, difficiliuſque multo colligeretur, & magna cum perturbatione ac querimonia: pari ergo ratione, cum princeps cogere ſubditos poſſit vt iuxta vires cuiuſque, tantam ſummam contribuant per capita, quantam ex vectigalibus, & quaſi vectigalibus colligit, etiam de rebus, quæ aſportantur, & emuntur, ac venduntur, ad propriam ac familiæ ſubleuandam neceſſitatem; quandoquidem ea tota neceſſaria eſt ad ſubueniendum competenter bono communi; ſane eligere potius hunc ſuauiorem modum poterit, quem minus ſentiunt populi, nihil impediente, quod ex ea lege ac modo, alioquin omnibus æquali ac communi, per accidens inæqualitas ſequatur, quia videlicet accidit, hos eſſe pauperiores, opuſque, illis eſſe plura, quam alios, emere, aut vendere, vel aſportare ad propriam, ac familiæ ſubleuandam neceſſitatem; cum è contrario potuerit res euenire, poſſitque in poſterum mutari in contrarium. Confirmare vero poſſumus hunc modum ſuauiorem eſſe populis. Quoniā, ſi Rex eis proponeret, vt quantam ſummam per partes ita ſoluunt, inter ſe per capita, iuxta vires cuiuſque, diuiderent ac ſoluerent, vtique potius eligerēt eam ſoluere per partes eo modo, quo illam ſoluunt, quā per capita, niſi ſoluendo per capita ingens ſummæ illius fieret remiſſio.

Antequam autem concluſio propoſita vlterius confirmetur, diluenda eſt quædam quaſi obiectio. 3
Obſeruant enim in re propoſita doctores aliqui. Quod, cum huiuſmodi vectigal, aut quaſi vectigal, de rebus emptis, venditis, aut aſportatis, ad quotidianum vſum, & ad ſubleuandam propriam neceſſitatem, ſoluatur loco talliæ, & collectæ, quam per capita princeps imponere poſſet cuique ſubditorum iuxta vires & facultates cuiuſque, æquitas nō patitur, vt exteri illud ſoluant. Reſponderi tamen poteſt, conſuetudine eſſe receptum, vt, quando tale vectigal, aut quaſi vectigal, impoſitum eſt in aliquo regno, illud exteri ibi ſoluant, quando aliquid emunt, vendunt, aut aſportant ſicque contribuant ad neceſſitates eius regni, atque ea quaſi lege admitti ad commercium in eo regno. Id vero, quod ita contribuunt ad neceſſitates eius regni, compenſatur ex eo, quod ſubditi eiuſdem regni in ſimili euentu contribuunt in alijs regnis. Item cum, dum exteri ſunt in aliquo regno, protegantur ab eo regno, & ius in illo, ſi opus fuerit, illis dicatur, adminiſtratioque eius Reipublicæ in ipſorum commodum cedat, nulla ſane videtur iniquitas, ſi ex eis, quæ vendunt, emunt, aut aſportant, ad quotidianum vſum, propriamque ſubleuandam neceſſitatem, perinde contribuere cogantur, ac naturales.

Confirmatur deinde concluſio propoſita. Quoniam vectigalia, aut quaſi vectigalia, quæ mercatores ſoluunt ex ijs, quę aſportāt, emunt, aut vendunt, negotiationis cauſa, potius reſultant in grauamen aliorum, qui eas res empturi ſunt ad ſubleuandam propriam, ſuęque familię neceſſitatem, quam redundent in grauamen ipſorum mercatorum, vt in calce diſputat. 667. eſt oſtenſum: quoniam, quo mercatores ex rebus, quas aſportant, emunt, aut vendunt, negotiationis cauſa, plura vectigalia, aut quaſi vectigalia ſoluunt, eo carius res eaſdem vendunt, coguntque proinde emptores refundere ipſis in pretio eadem tributa. Quo fit, vt quæ inęqualitas obijcitur ex eo, quod tributum, aut quaſi tributum ſoluatur ex ijs rebus, quæ aſportantur, emuntur, aut venduntur, ad ſubleuandum propriam neceſſitatem, cernatur ſimiliter in eo, quod mercatores vectigalia, aut quaſi vectigalia ſoluant ex rebus, quas aſportant, emunt, aut vendunt negotiationis gratia: quandoquidem hæc ipſa tributa tandem ſoluunt, qui eas res emunt ad ſubleuandam propriam neceſſitatem.

DISPVT. 670.

De exemptione Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, à tributorum ſolutione: & de pœnis ſtatutis tributa eis imponentibus, aut illa ab eis exigentibus, vel accipientibus.

SVMMARIVM.

1 *Tributum vt licite ab aliquo exigatur, neceſse eſt vt exemptus is non ſit ab illo ſoluendo.*

Eccle-

2 *Eccleſiæ,& Eccleſiaſtici, etiam quoad bona ipſorum patrimonialia, exempti ſunt à ſolutione tributorum.*

3 *Eccleſijs,& Eccleſiaſticis, tributa imponentes, ab eis exigentes, ac recipientes, aut ad id cooperantes, quas pœnas incurrant.*

1 QVarta conditio neceſſaria, vt tributum ſit iuſtum, & in conſcientia debeatur, eſt. Vt non illi imponatur, neque ab eo exigatur, qui exemptus eſt ab illo ſoluendo. Quare hæc conditio ſolum reddit tributũ iniuſtum, comparatione eius, qui legitime eſt exemptus ab eo ſoluendo, ſi imponatur, vt ab illo ſoluatur, vel ſi ab eo exigatur.

2 Ab oneribus & tributis ſoluendis, exempti cum primis ſunt Eccleſiæ, & Eccleſiaſticę perſonę, adeo vt Eccleſiaſtici, neque de bonis ſuis patrimonialib. ſoluere teneantur tributa, vt conſtat. ca. non minus, & c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. c. quanquam de cenſibus lib. 6. clementina præſenti de cenſib. ca. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. & in authentica. item nulla communitas. C. de Epiſc. & cler. vbi prohibetur, collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, imponere Eccleſiis, piis locis, & Eccleſiaſticis perſonis. Per quæ iura ſublata ſunt iura ciuilia antiquiora, quæ præcipiebant accipi onera aliqua ab Eccleſiis, aut ab Eccleſiaſticis perſonis. Quo autem iure exemptio hæc Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, bonorumque eorum, introducta ſit, Diſput. 31. præſertim concluſ. 5. oſtendimus, de iure humano, ciuili & canonico, concurrente Principum ſecularíſque Reipublicæ, donatione fuiſſe introductam, neque reuocari poſſe per ſeculares poteſtates. Atque, præter doctores ibi citatos, lege Io. Med. de reſt. q. 15. Couar. de pract. qq. c. 31. & alios, quos Couar. citat.

Pœnæ ſtatutæ eis, qui Eccleſiis, Eccleſiaſticis perſonis, & eorum bonis, onera, aut tributa imponunt, vel ab eis exigunt, aut recipiunt, ſunt, quæ ſequũtur. Capite non minus, iuncto cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ. conſules ciuitatum, & quicunque alii poteſtatem habentes, & fautores eorum, qui Eccleſias, Eccleſiaſticos viros, bona eorum, aut pauperum vſibus deputata, grauant talliis, collectis, aut exactionibus, ſi admoniti non deſtiterint, ſunt ipſo facto excommunicati, neque ab ea excommunicatione poſſunt abſolui, donec competenter ſatisfaciant. Eandem pœnam incurrunt, qui eis in officio ſucceſſerint, niſi & ipſi, intra menſem à puncto ſucceſſionis in officio ſatisfecerint. Quod intellige, quando penes ipſos eſt, vt communitas, vel qui ad id tenetur, ſatisfaciat. De ſuo enim, ſi ipſi inde non facti ſint locupletiores, ſatisfacere non tenentur: & abſque ſua propria culpa incurrere non poſſunt excommunicationem.

3 Item c. quãquam de cenſib. lib. 6. iuncto c. primo de immun. Eccleſ. lib. 6. ipſo facto excommunicantur quæcunque perſonæ, cuiuſcunque ſint conditionis, aut ſtatus, quæ ab Eccleſiis, vel à perſonis Eccleſiaſticis, pro perſonis ipſis Eccleſiaſticis, vel pro rebus earum, aut Eccleſiarum, exigunt, vel extorquẽt, per ſe, vel per alium, ſuo nomine, vel etiam alieno, pedagium, vel guidagium: modo res quas Eccleſiaſtici deferunt, aut deferri faciunt, non deferant negotiationis cauſa: nam pro eiuſmodi rebus, negotiationis cauſa delatis, exigere poſſunt ab ijs quęcũque tributa ab aliis debita, vt infra dicetur. Ibidem etiã præcipitur, vt à prædicta excommunicatione, qui illam incurrerit, non prius abſoluatur, quam exacta pedagia, aut guidagia reſtituat, & pro tranſgreſſione competenter ſatisfaciat. Item præcipitur, vt ſi communitas fuerit, quæ id delictum commiſit, locus illius ipſo facto incurrat ſententiam interdicti,

A à quo non prius relaxationem obtineat, quam ſimili modo reſtituat, ac ſatisfaciat. Nomine vero pedagii. cap. quanquam citato, intelliguntur quæcunque portoria ac vectigalia, ſiue accipiantur pro perſonis ſiue pro rebus, mari, aut terra aſportatis, vel extractis, aut pro rebus emptis, aut venditis. Vnde non ſolum, qui ab Eccleſiaſticis exigunt tributa pro rebus ipſorum, mari, aut terra, non negotiationis cauſa, aſportatis, vel extractis, incidunt in hanc excommunicationem, ſed etiam, qui exigunt alcaualas, vel ſiſas, tam Luſitanas, quam huius regni. Ita Nauar. in Manu. cap. 27. num. 128. & conſentit Caiet. ver. excommunicatio. c. 40. iuncto. cap. 39. Qui autem imponunt collectas, ſeu talias, non incurrunt excommunicationem capitis quanquam, iuxta Caiet. c. 40. B citato. Ratio autem eſt, quoniam tributa illa non comprehenduntur nomine pedagiorum. Incurrunt tamen excommunicationem capitis non minus, & capitis aduerſus, de quibus ſupra loquuti ſumus: itemque incurrunt excommunicationes, quas ſubijciemus.

Cum autem facere ſoluere quæcunque tributa de bonis Eccleſiarum, aut Eccleſiaſticorum, quæ negotiationis cauſa non deferuntur, ſit contra Eccleſiæ libertatem, vt Caiet. verb. excommunicatio. c. 31. & alij obſeruant, atque ex ſe eſt ſatis perſpicuum, conſtat autores ſtatutorum, vt eiuſmodi tributa ſoluantur, aut vt Eccleſiaſticis, onera quæcunque imponãtur, ſcriptoreſque eiuſmodi ſtatutorum, nec non poteſtates, conſules, rectores, ac conſiliarios locorum, C in quibus talia ſtatuta, aut conſuetudo, edita, aut ſeruata fuerint, itemque eos, qui iuxta ea ſtatuta, aut cõſuetudinem, iudicare præſumpſerint, aut in publicam formam redigere, quod ita ſit iudicatum, incidere in excommuncationis ſententiam latam prædictis omnibus, c. nouerit, de ſent. excõmu. Ab hac tamen, & à quacunque alia, excommunicatione excuſabit probabilis ignorantia, quod illis de cauſis incurratur. Lege circa hæc Nauar. c. 27. citato. nume. 19. & 20.

Quin hodie, qui eiuſmodi ſtatuta, pragmaticas, aut decreta, fecerint, ordinauerint, ac publicauerint, vel eis fuerint vſi, ſunt excommunicati in Bulla cœna Domini clauſula 14. Eaque de cauſa, qui iuxta eiuſmodi ſtatuta, tributa, aut quæuis alia onera, exe- D gerint ab Eccleſiaſticis, ſunt excommunicati de cœna Domini.

Hoc loco inferendæ eſſent cenſuræ capitis clericis, de immun. Eccleſ. lib. 6. niſi id caput reuocatum eſſet Clementina vnica de immun. Eccleſ.

Clementina præſenti, de cenſib. Diæceſanis præcipitur, vt poſtquam nouerint aliquos in ſententias incidiſſe excommunicationis, aut interdicti, à iure ſtatutas, quod proprio, vel alieno nomine exegerint pedagia, aut guidagia, ab Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis, de bonis, quæ non negotiationis cauſa detulerint, eas denuntient, & faciant à ſuis ſubditis denunciari, donec, qui eas ſententias incurrerunt, reſtituãt & de tranſgreſſione competenter ſatisfaciant.

E Poſtremo hodie quicũque Eccleſiis, perſonis Eccleſiaſticis, aut ipſorũ bonis, imponunt quodcunq; tributi genus, vel onus quodcunque (ſiue reale ſit, ſiue perſonale, aut mixtum, modis diſp. 661. explicatis) aut id exigunt, vel ab ſponte dante accipiunt, vel per ſe, vel per alios, directe, aut indirecte, aliquid horum facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem, aut votum, ſeu ſuffragium, palam, vel occulte, præſtare nõ fuerint veriti, ſunt ipſo facto excõmunicati excõmunicatione Bullæ cœnæ Domini. Et quamuis id ex parte conſtet ex clauſula 5. (de qua ſermo erit paulo poſt) apertiſſime tñ liquet ex clauſula 17. quæ inter alia, ita habet *Excommunicamus, qui collectas, decimas, tallias, præſtan-*

ſtantias, & alia onera, clericis, prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum, monaſteriorũ, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumq́; fructibus, reditibus, & prouentibus huiuſmodi, abſque Romani Pontificis ſpeciali & expreſſa licentia, imponunt, & diuerſis, etiam exquiſitis, modis exigunt, aut impoſita, etiam abſponte dantibus, & concedentibus, accipiunt: nec non qui per ſe, vel alium, ſeu alios, directe, vel indirecte, prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem, aut votum, ſeu ſuffragium, palam, vel occulte, præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, &c. Ex quibus conſtat, etiam exactores eiuſmodi tributorum, aut onerum, & omnes ad ea imponendum, exigendum, aut recipiendum, quoquo modo cooperantes, eſſe excommunicatos ea excommunicatione Bullæ cœnæ Domini. Excuſabuntur tamen ratione obedientiæ à peccato, & per conſequens à cenſura, ſubditi, qui, ignorantes aliquid horum indebitè peti, aut (facta debita diligentia) ea de re dubitauerint, iuſſi à principe, aut à poteſtatibus publicis, hæc exegerint. Nam ſubditus, in dubio, parere tenetur ſuperiori, vt in materia de bello, ac alibi oſtendimus. Ij autem, qui ſubditi non fuerint, aut qui non iuſſi, in dubio, an id ſit licitum, ea exigunt, neque à peccato excuſantur, neque à cenſura.

Nauar. cap. 27. citato, nu. 128. arbitratur eos, qui exigunt portoria, ſiſas, & gabellas, ab Eccleſiaſticis de ijs, quæ non negotiationis cauſa aſportant, aut vendunt, incurrere quidem excommunicationem c. quanquam de cenſib. lib. 6. quæ reſeruata non eſt Summo Pontifici, non tamen incurrere excommunicationem Bullæ cœnæ Domini. Id ſibi perſuadet, quoniam quamuis quinta clauſula eius Bullæ ſic habeat; *Anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas, ad id poteſtatem nõ habentes, inponũt, vel exigunt*: nihilominus, inquit, in ea clauſula non excommunicantur, qui exigunt pedagia, aut gabellas, prohibitas comparatione cæterarum perſonarum, puta Eccleſiaſticarum, aut militum priuilegiatorum, ſed qui exigunt pedagia, & gabellas in ſe prohibita: quo fit, inquit, vt, qui à clericis ea exigunt pedagia, & gabellas, quæ licite exiguntur à laicis, quamuis peccent, & incurrant excommunicationem, cap. quanquam de cenſibus. lib. 6. non tamen incurrant excommunicationem Bullæ cœnæ Domini. Hæc eadem fuit ſententia Caieta. verb. excommunicatio. cap. 71. Idem ſibi perſuadet Nauar. quoniam arbitratur, clauſula 17. paulo antea à nobis relata, ſolum prohiberi tributa, & grauamina circa reditus Eccleſiaſticos, non verò circa patrimonialia bona clericorum, aut circa quæcunque alia eorum bona poſtquam iam facta ſunt clericorum. Atque in eadem etiam ſententia fuit Caieta. verb. excommunicatio. cap. 27. Reiicienda tamen proculdubio eſt hæc ſententia: quoniam clauſula. 17. aperte excommunicat imponentes quæcunque onera perſonis Eccleſiaſticis, aut eorum bonis. Atque in fine innouat pœnas capitis non minus, & capitis aduerſus, de immunit. Eccleſ. quæ capita de pedagiis, & grauaminibus impoſitis perſonis Eccleſiaſticis, eorumque bonis patrimonialibus loquuntur. Quod verò attinet ad quintam clauſulam, probabilior eſt ſententia Angeli verb. excommunicatio. 7. caſu 23. Sylueſt. verb. excommunicatio. 9. caſu 21. ſummæ, Tabienſis verb. excommunicatio. 5. caſu 19. qui omnes affirmant, excommunicationem capitis quanquam de cenſib. lib. 6. comprehendi in ea quinta clauſula. Confirmatur, quoniam eiuſmodi tributa prohibita ſunt à iure imponi Eccleſiaſticis: quod autem prohibitum eſt comparatione aliquorum, ſimpliciter dicitur prohibitum: quo fit, vt, qui eiuſmodi tributa exigit ab Eccleſiaſticis, incidat in excommunicationem illius quintæ clauſulæ, quæ excommunicat exigentes tributa prohibita.

DISPVT. 671.

Quid nomine Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, in re propoſita intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum nomine, vt eis tributa imponi non poſſint, quid intelligatur.*

2 *Religioſus nouitius immunis eſt à ſolutione tributorum ex bonis ſuis patrimonialibus.*

3 *Errare oſtenditur, & excommunicationem incurrere, affirmantem, noſtros religioſos, qui peractis duobus probationis annis, vota emiſerunt, ante profeſſionem perſonas non eſse Eccleſiaſticas, deberique tributa de bonis, quorum adhuc dominium retinent.*

4 *Beneficium Eccleſiaſticum obtinentes, etiamſi ſacris ordinibus non ſint initiati, eccleſiaſticæ ſunt perſonæ.*

5 *Tributa ſoluunt in Hiſpanijs clerici omnes in minoribus, qui beneficium non habent eccleſiaſticum.*

Antequam euentus ſubijciamus, in quibus fas eſt ab Eccleſiaſticis accipere tributa, explanandum eſt, quid nomine Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, in re propoſita intelligatur. Atque Eccleſiarum nomine, etiã pia loca, vt hoſpitalia, & ſimilia, intelliguntur, ac res deputatæ in eleemoſynas, & in ſuſtẽtationem pauperum, & alia pia opera. Authentica enim item nulla communitas. C. de Epiſco. & cler. etiam piorum locorum meminit: & c. non minus, de immunit. Eccleſ. meminit bonorum pauperum Chriſti vſibus deputatorum, & vtrunque diſputatione præcedente relatum eſt: eadem vero eſt ratio de bonis deputatis ad res alias pias. 1

Religioſi omnes, & religioſæ, approbatæ religionis, & ii qui ſunt eremitæ, qui profeſſionem emittant, inter Eccleſiaſticas perſonas computãtur. Alij autem, qui hermitis, quas vocant, inſeruiunt, vel in eremo, etiam cum habitu particulari, degunt, ſed in eõrũ non ſunt religionis alicuius approbatæ, quia Eccleſiaſticæ perſonæ non ſunt, neque immunes ſunt à ſolutione tributi: niſi peculiare priuilegium, quoad hoc eis concedatur, vt l. 30. titu. 18. lib. 9. nouæ collect. conceſſum eſt quibuſdam incluſis inter parietes gratia pœnitentiæ, quas in hoc regno *emparedadas* dicimus.

De nouitiis autẽ approbatæ religionis, num quoad hoc inter perſonas Eccleſiaſticas ſint computandi, ita ut ipſorum patrimonialia bona eo tẽpore immunitate, vt ex illis tributum nõ ſoluatur, gaudeãt. Laſſarte de decim. vend. c. 19. nume. 50. ait, cum lis ea de re mota eſſet, inter conductorem alcaualæ, & talem nouitium, eumve, qui partes illius agebat, rem tranſactione fuiſſe compoſitam. Arbitratur vero, ſi ea de re lata fuiſset ſententia, ferendam fuiſſe in fauorem conductoris alcaualæ, vt ſcilicet de eis bonis venditis, non negotiationis gratia, ſolueretur. Ducitur, quoniam ante profeſſionẽ, dum nouitius eſt, non eſt vere religioſus, ſed redire pro libito ad ſeculum poteſt. Arbitror tamen inter perſonas Eccleſiaſticas eſſe computandum, eoque tempore bona illius patrimonialia immunia eſſe à ſolutione tributi. Ducor, quoniam reuera eo ipſo, quod vt nouitius, receptus eſt in religione approbata, pars eſt communitatis eius religionis, quæ vere eſt communitas perſonarum Eccleſiaſticarum, eſtque is nouitius in via, vt perfecte, & indiſſolubiliter vniatur eidem cõmunitati, 2

nitati, ac proinde eo ipſo reputatur perſona Eccle- A ſiaſtica & gaudet, tũ priuilegio canonis, ſi quis ſuadente diabolo; tum etiam priuilegio fori, vt exemptus ſit, non ſolum à ſecularibus poteſtatibus, ſed etiam ab ordinario Eccleſiaſtico: ſolumque ſubeſt poteſtatibus eius religionis, vt vtrunque oſtendetur tractatu 3. ſequenti: quare reputari etiam debet perſona Eccleſiaſtica, vt gaudeat hoc alio priuilegio Eccleſiaſtico, vt ſcilicet ipſe, bonaque patrimonialia ipſius, immunita ſint à ſolutione tributi. Et quidem, quod attinet ad tributa, quæ vectigalia, aut quaſi vectigalia, non ſunt, & quæ licet vectigalia ſint, non tamen debentur ratione bonorum, ſed perſonæ, vt ex tranſitu per pontem, nullus dubitabit, eiuſmodi nouitium immunem eſſe à ſolutione talium tributorũ, idque conſuetudine eſt receptum, neque aliunde id B prouenit, niſi quia computatur inter perſonas Eccleſiaſticas, vereq; eſt perſona Eccleſiaſtica, tametſi cum facultate, liberave poteſtate, redeundi ad ſeculum, deſinendique eſſe perſona Eccleſiaſtica: quare, tanquam perſona eodem modo Eccleſiaſtica, immunis etiam erit à vectigalibus ex bonis ſuis patrimonialibus, dum ita fuerit nouitius, idque poſtulat recta ratio, fauorque religionis, & Eccleſiæ.

3 Laſſarte vbi ſupra, cum definiuiſſet, ex ſua ſententia de bonis patrimonialibus nouitiorum religionũ deberi tributum, addidit hæc verba. Quod eſt magni momenti aduertiſſe pro fratribus Societatis Ieſu: etenim iſti, non vt cęteri religioſi poſt annum probationis, iuxta tex. in c. ad Apoſtolicam de regul. & ſanctum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. eodem titu. c. 15. ſed multos poſt annos in religione illa ſanctiſſima profitentur, vt refert idem Sanctum Concilium vbi ſupra c. 16. atque adeo fiet, quod ſi procurator monaſterij vendiderit aliqua bona cuiuſuis iuuenis, eam religionem ingreſſi, qui nec profeſſus fuerit, neque ſacros ordines ſuſceperit, regiæ decimæ locum faciat. Hæc ille. Qui ſupponit in hac ſua ſententia, omnes, qui in hac noſtra Societate profeſſionẽ nondum emiſerunt, aut ſacros ordines non ſuſceperunt, non eſſe perſonas Eccleſiaſticas, etiam peractis duobus annis probationis, neque eſſe vere religioſos, eaque de cauſa ex bonis eorum patrimonialibus deberi tributa. Hæc vero ex ignorantia inſtituti noſtri, atque duarum definitionum hac de re Gregorij decimi tertij, profecta ſunt. Et quod, ſicut in D alijs religionibus non ſunt plures gradus, quam nouitiorum, & profeſſorum, ita credidit rem habere in noſtra: cum tamen ex ipſa religionis inſtitutione, approbationeque, atque definitione ſedis Apoſtolicæ, in noſtra religione inter nouitios noſtræ Societatis, & profeſſos, ſint tres alij gradus vere ac ſimpliciter religioſorum, qui diſput. 139. à nobis explicati ſunt, vbi etiam attulimus definitiones duas Gregorij decimi tertij, promulgatas, quibus id definit, prohibens ſub pęna excommunicationis latę ſententię, & ſub alijs pœnis, id in controuerſiam reuocare, nedũ contrarium ſentire, aut affirmare. Quare hic autor, niſi ignorantia excuſaretur, certe in eas pœnas incidiſſet hæc affirmando. Quo fit, vt error ſit affirma- E re, noſtros religioſos, finito nouitiatu, emiſſiſque tribus votis conſuetis, religioſos non eſſe vere ac ſimpliciter ante profeſſionem, & conſequenter affirmare, non eſſe perſonas Eccleſiaſticas, deberique ex bonis ipſorum patrimonialibus tributum, niſi ſacros ordines ſuſceperint. Lege quæ diſput. 139. copioſe hac de re dicta ſunt.

4 Nomine etiam perſonarum Eccleſiaſticarum, in re propoſita, intelliguntur omnes ordinibus ſacris initiati. Item quicunque beneficium obtinent Eccleſiaſticum, etiam ſi ordinibus ſacris initiati non ſint, vt omnes conueniunt, & habetur l. 2. titu. 4. lib. 1. nouæ collect.

Medina de reſt. q. 15. aſſeruit, intelligi etiam, qui vel ſola prima tonſura ſunt inſigniti. Quod ſi id intelligat etiam de coniugatis, eſt ſententia, etiam ante definitionem Concilij Tridentini, aperte falſa, & contra. c. vnicum de cleric. coniug. lib. 6. vbi habetur, clericos coniugatos, ſolum gaudere priuilegio canonis, vt ſcilicet, qui violentas manus in eos ſuadente diabolo iniecerit, ſit excommunicatus; & priuilegio fori, videlicet vt iudicari non poſſint pro delicto ciuiliter, aut criminaliter, à iudice ſeculari: non gaudere vero reliquis priuilegijs Eccleſiaſticis. Vnde colligunt gloſſa ibi, & communis doctorum ſententia, quam Couar. de pract. qq. c. 31. nu. vlt. refert ac ſequitur, eos non eſſe immunes à tributis, quibus laici ſubiacent, dictumque à nobis eſt diſp. 571. In eodem etiam capite additur, vt gaudeant duobus priuilegijs explicatis, neceſſe eſſe, vt contraxerint cũ vnica & virgine, & vt deferant tonſuram & veſtes clericas. Et Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. c. 5. reformatione, aliam conditionem addidit clericis coniugatis, vt gaudeant priuilegio fori, nempe, quod ab Epiſcopo ſint deputati miniſterio alicuius Eccleſię. In reliquis vero, qui non eſſent coniugati, ſtatuit, vt non gauderent priuilegio fori, niſi beneficium haberent Eccleſiaſticum, aut deferrent habitum & tonſuram, & ſimul, de mandato Epiſcopi, inſeruirent miniſterio alicuius Eccleſiæ, vel niſi ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos, verſarentur.

Solum ergo eſt dubium, vtrum eiuſmodi clerici primæ tonſuræ, aut in minoribus conſtituti, teneantur ſoluere tributa, quæ laici ſoluunt. Et quidem ſtando in ſolo iure canonico, dicendum videtur, eos immunes eſſe à tributis: quandoquidem cap. vnico de clericis coniug. lib. 6. & Concil. Trid. vbi ſupra, ſolum reſtringunt priuilegiũ eorum fori, non vero reliqua eorũ priuilegia, atque ita ſentiunt Couar. & multi alij, quos refert nu. vlt. citato. Rex tamen Philippus II. poſt Conc. Trid. l. 2. ti. 4. lib. 1. nouæ collect. ſtatuit, vt eiuſmodi omnes clerici, qui beneficiũ non haberent Eccleſiaſticum, quoad cauſas mere ciuiles, non gauderent priuilegio fori, ſed iudicarẽtur à iudicibus ſecularibus, & ut immunes non eſſent à ſolutione tributorum, ſed perinde ea ſoluerẽt, ac cæteri laici. Idem, quoad ſolutionem tributorum ſtatuerat Rex Emmanuel in Luſitania. l. 12. ti. 3. par. 5. legum extrauag. vt argumento à contrario ſenſu, ex ea lege, quæ ſolum eximit à tributis conſtitutos in ordinibus ſacris, & beneficiarios, perſpicue conſtat: atque hoc in his duobus regnis conſuetudine eſt receptũ: conſuetudoque videtur cœpiſſe introduci propter multitudinem eorum, qui ſine delectu prima tõſura, aut minoribus ordinibus, initiabantur, ſolo intuitu gaudendi priuilegijs Eccleſiaſticorum, quoad forum, & quoad alia: quod redũdabat in præiudiciũ principis, qui ea de cauſa multis tributis defraudabatur: atque in præiudiciũ cæterorum laicorum, inter quos ſolos ſeruitia & onera erant diſtribuenda, & quos neceſſe erat plus grauari tributis, taciteq; conſenſiſſe videtur Eccleſia, permittendo, vt iuſte ea de cauſa conſuetudo hæc in his regnis introduceretur.

DISPVT. 672.

In quibus euentibus licite tributa ex Eccleſiaſticis accipiantur.

SVMMARIVM.

1 *In quibus euentibus licite ex Eccleſiaſticis tributa accipiantur.*

Prin-

2 *Princeps quamuis præcipere poſſit vt Eccleſiaſtici, & alij exempti, manifeſtent, quæ aſportauerint; non tamen poſſunt ſine Eccleſiaſticorum ſuperioribus, pœnam imponere id tranſgredientibus. Neque coarctare eos poſſunt, vt certo tempore manifeſtent, quæ in futurum ſunt aſportaturi.*

3 *Tributum ſoluere tenetur Eccleſia, aut perſona Eccleſiaſtica, ex re, quæ affecta iam aliquo tributo tanquam onere mere reali, ipſius rei, ad ipſam pertranſit.*

4 *Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici ad quæ contribuere non teneantur, eſto ſint in commune bonum ipſis cum laicis, & ad quæ contribuere teneantur, & à quo ad id compellendi.*

5 *Contribuere ad aliqua ex rationabili cauſa poſſunt Eccleſiaſtici, ſed non niſi de conſenſu Summi Pontificis. Quando tamen eſſet periculum in mora, ſufficeret conſenſus Epiſcopi & clerici. Et quando ſub lethali culpa contribuere debeant.*

1 IN ſequentibus euentibus licite tributa ex Eccleſiaſticis accipiũtur. Primus eſt. Quando aliquid deferunt, aut aſportant, emunt, vendunt, vel permutant, negotiationis gratia: tũc enim licite coguntur ſoluere ea omnia tributa, quæ eiſdem ex rebus ſoluerent laici, vt habetur. c. quanquam de cenſib. lib. 6. clement. præſenti eodem titul. iuncto. c. vltim. de vita & honeſt. clericor. Neque hic euentus, aut quicũque alius, in quo licite ex Eccleſiaſticis tributa accipiuntur, cenſendi ſunt comprehenſi in Bulla cœnæ Domini: mens quippe Summi Pontificis in ea bulla eſt, excommunicare eos ſolos, qui onera, aut tributa iure non permiſſa imponi, Eccleſiaſticis, aut eorum bonis, imponunt, aut ab eis exigunt, vel accipiunt. Illud admonuerim, legem 12. Luſitanam titu. 3. par. 5. leg. extrauag. plus iuſto coarctare priuilegium Eccleſiaſticorum, dum ſtatuit, ſi emant bona immobilia, exceptis ijs, quæ, attenta ipſorum qualitate, inſeruiunt ad eorum habitationem aut competentem ſtatum, teneantur ſoluere ſiſam. Dicendum nanque eſt, eſto emant aliqua ipſis ſuperflua, modo tamen ea non emant ad reuendendum ac lucrandum illis rebus, non teneri ſoluere ſiſam. Etenim ius canonicum, cui hac in parte eſt ſtandũ, ſolum permittit accipere tributa ex contractu Eccleſiaſticorum, aut ex aſportatione, vel delatione rerum, ſi id efficiant negotiationis cauſa: quo fit, vt accipientes tributa ex eis, quæ emunt, non cauſa negotiationis, incidant in excommunicationem Bullæ cœnæ Domini, nihil impediente, quod ea ſuperflua Eccleſiaſticis ſint. Quando autem clericus dicendus ſit, aut non ſit, aſportare, aut deferre, emere, vendere, aut permutare aliquid, negotiationis cauſa, copioſe diſp. 342. eſt à nobis explanatum. Lege etiam, quæ ſupra diſput. 663. circa exemptionem Eccleſiaſticorum à ſolutione alcaualæ dicta ſunt.

2 Dubium. Dubium eſt, vtrum comparatione Eccleſiaſticorum, ſit iuſtum ſtatutum illud Luſitanum, lex ve illa Alfondegæ, qua præcipitur, vt perſonæ priuilegiatę, quæ aliquid ex aliquo loco ſunt aſportaturæ, teneantur menſe Ianuario ſcribere illud in catalogo priuilegiatorum eius domus (quod *alealdar*, quod eſt aſportandum, dicitur) alioquin, ſi quid aſportauerint, quod eo menſe non fuerit prius in eo catalogo ſcriptum, teneantur, perinde ac cæteri ſoluere ex illo tributa.

Prima concluſio. Huic dubio ſatisfaciendum eſt ſequentibus concluſionibus. Prima eſt. Bene poteſt Rex præcipere, vt quæcunque perſonæ, etiam Eccleſiaſticæ, quæ exemptæ ſunt à ſolutione tributi, teneantur nihilominus manifeſtare tributorum receptoribus, quæ aſportauerint, aut vendiderint: non tamen poteſt ſtatuere pœnam perſonis Eccleſiaſticis, quæ id omiſerint, A ſine autoritate Summi Pontificis, aut prælatorum ipſorum, & multo minus eam ab illis exigere. In hac concluſione conueniunt doctores. Quoniam iure optimo poteſt Rex velle ſcire, quæ aſportantur, aut venduntur, vt diſcernat, an vere ſint Eccleſiaſticorum, & an vere immunes ſint à tributo, vel non: debentque Eccleſiaſtici ei ſtatuto ſe conformare, vtpote rationabili & æquo. Quia tamen Rex, comparatione Eccleſiaſticorum, nullam uim habet coerciuã vtique, neque pœnam poteſt illis ſtatuere, neque illam exequutioni mandare, abſque Summi Pontificis autoritate. Vnde videmus lege 12. Luſitana, ti. 3. par. 5. l. extrauag. nulla appoſita pœna, ſtatui, vt quãuis Eccleſiaſtici immunes ſint à ſolutione tributorũ ex ijs, quæ non cauſa negotiationis aſportauerint, B aut vendiderint, teneantur tamẽ ea manifeſtare publicis miniſtris ad id conſtitutis.

Secunda concluſ. Secunda concluſio. Iniuſtum, & contra libertatem Eccleſiaſticam, eſt ſtatutum, vt Eccleſiaſtici in menſe Ianuario teneantur manifeſtare ac ſcribere, quæ ſunt aſportaturi, vt niſi illa eo mẽſe ſcripſerint, vel aſportare ea non poſſint, vel, ſi aſportauerint teneantur ſoluere ex illis tributum. Probatur concluſio. Quoniam id reſtringit priuilegium Eccleſiaſticum, priuatque Eccleſiaſticos iure ſuo: cum fieri poſſit, vt menſe Ianuario non indigeant rebus, aut animum non habeant eas aſportandi, & poſtea, vel eis indigeant, vel animum mutent. Quo fit, vt condentes id ſtatutum, aut illud quouis modo exequutioni mandantes, incidant in excommunicationem Bullę C cœnæ Domini. Neſcio tamen an in eo regno adhuc id ſtatutum perſeueret: ſcio enim ea de re Regem Henricum fuiſſe admonitum, dum nondum ad regni faſtigium deuenerat.

Quando dubitatur, an id, quod Eccleſiaſticus aſportat, aut vendit, ſit ſuum, vel alterius, aut num illud afferat, vel vendat, negotiationis cauſa, ſtãdum eſt iuramento talis perſonæ Eccleſiaſticę, vel miniſter publicus probare debet contrarium: niſi attenta qualitate rei & perſonæ, perſpicuum eſſet, rem nõ eſſe talis perſonæ Eccleſiaſticę, aut aſportari, vel emi, ac vendi, negotiationis cauſa. Ita fieri præcipitur. l. 12. citata ti. 3. par. 5. leg. extrauag.

Secundus euentus, in quo Eccleſia, aut Eccleſiaſtica perſona, tenetur ſoluere tributum ex aliqua re, 3 D eſt. Quando res aliqua, antequam deueniret ad Eccleſiam, aut ad perſonam Eccleſiaſticam, habebat onus reale, vt inde vel tributum, vel penſio aliqua, ſolueretur: tũc enim, qa res onere aliquo mere reali affecta, tranſit cum ſuo onere, vtique, ſi ad Eccleſiam, aut ad perſonam Eccleſiaſticam deueniat, tenetur ea Eccleſia, aut perſona Eccleſiaſtica, ſoluere ex illa id tributum, aut onus reale: ſecus autem, ſi ex re deberetur, interim dum erat talis, vel talis poſſeſſoris, iuxta ea, quæ diſp. 661. dicta ſunt. Ita Inno. & Panor. c. non minus de immun. eccl. Sylu. verb. immunitas. 1. nu. 19. & alij.

Vt autem intelligatur tertius euentus, in quo Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, contribuere tenen- 4 Dubium. E tur ad aliqua, animaduertendum eſt. Eſſe dubium inter doctores, num Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, contribuere ad ea teneantur, quæ ad bonum, Eccleſiaſticis cum laicis commune, ſpectant, vt ad reficiendos pontes, muros, aquæductus, ad ſternendum vias, & ad his ſimilia. Innoc. & quidam alii ex iuriſperitis, quos Sylu. verb. immunitas. 1. nu. 20. citat, affirmanter reſpondet. Atque id probat, ex l. ad inſtructiones. C. de ſacroſ. Eccl. vbi id aperte habetur. In contraria tamen ſententia ſunt Panor. Bart. & plerique alii, quos Sylu. ibid. etiam citat.

Prima concluſio. Sit vero prima concluſio. Si bonum publicum, Eccleſiaſticis cum ſecularibus commune, ad quod tributum imponitur, nõ reſpicit bona Eccleſiæ Eccleſia-

cleſiaſticaſq; perſonas, niſi quodammodo remote, quatenus ſci licet Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, ſunt partes eius reipublicæ, quæ proinde ea ratione ſimiliter, ac reliquę reipublicæ partes, gaudere debent eo bono, vt quando tributa imponuntur ad reficiendos muros, ad conſtruendum arcem, ad conficiendum, vel reficiendum publicum pontem, ad mundandum, vel aperiendum publicum puteum, vel ad fontem publicum, aut aquæductum, non teneantur Eccleſiaſtici ſoluere id tributū: quin potius, qui illud eis imponunt, aut ab eis exigunt, vel accipiunt, incurrunt excommunicationes diſputatio. 670. relatas. Concluſio hæc eſt Panorm. cap. non minus de immun. Eccleſ. & plurium aliorum, quos refert Sylueſt. vbi ſupra, & colligitur aperte ex c. non minus citato. Confirmari autem poteſt, quoniam ſi quotieſcunque bonum, ad quod tributum imponitur, commune eſt, modo explicato, Eccleſiaſticis cum laicis, tenerentur Eccleſiaſtici ad illud contribuere, illudque ſoluere, tunc nullum eſſet priuilegium Eccleſiaſticorum quoad tributa: quādo quidem omnia ſoluuntur in bonum illo modo Eccleſiaſticis cum laicis commune, nempe in conſeruationem, defenſionem, ſplēdorem, & augumentum reipublicæ. Ad legem verò, cui contraria ſententia nititur, dicendum eſt, abrogatam eſſe per authenticam, item nulla communitas. C. de Epiſc. & cler. & per alia iura canonica diſp. 670.

Secunda concluſ.

Secunda concluſio. Quando bonum, ad quod contribuitur, reſpicit peculiaria aliqua prædia, ita quod ſoli eorum domini, ob emolumentum, quod inde talibus prædijs reſultat, debent ad id contribuere, tunc, ſi Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticæ perſonæ habeant ibi aliqua prædia, quæ eodem modo eo emolumento perfruuntur, ac reliqua prædia, debent perinde ad id contribuere, ac domini laici cęterorum prædiorum. Vt, ſi vermes depopulentur aliquos agros in particulari, aut vis fluminis perdat aliquos agros in particulari, atque ad ſubueniendum ei malo, neceſſe ſit dominos, aut poſſeſſores eorum agrorum, contribuere, tunc Eccleſię, perſonęve Eccleſiaſticę, quæ ibi habuerint agros, tenentur pro rata contribuere ad eos ſumptus. Similiter, ſi agri aliqui, propter nimiam humiditatem, ſint infructiferi, atque, vt fructiferi reddantur, neceſſe ſit aperiri foſſam, quo confluat, & deriuetur aqua eorum agrorum, tūc ſi Eccleſia, aut Eccleſiaſtici, domini ſint aliquorum eorum agrorum, contribuere tenentur pro rata ad eam foſſam aperiendam, ac conſeruandam. Idem eſt, ſi ad irrigandos aliquos agros, neceſſe ſit facere aquæductum, & in ſimilibus alijs euentibus. Ratio autem eſt. Quoniam bonum, quod intenditur, & ad quod contribuitur, directe ac proxime reſpicit bona Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticorum. Ita Panor. loco citato, & alij, quos Sylueſt. vbi ſupra refert ac ſequitur. Idem merito dicunt eſſe, ſi vicini omnes contribuant ad ſternendam lapidibus viam, quæ eſt ante ianuas ipſorum: tunc enim Eccleſiaſtici, qui ibi habent domos, tenentur ſimiliter contribuere.

Tertia concluſio.

Tertia concluſio. In euentu præcedentis concluſionis, ſeculares non poſſunt per ſe ipſos compellere Eccleſiaſticos, vt contribuant, ſi Eccleſiaſtici renuant, ſed id efficere debent per Epiſcopum, aut per alium legitimum iudicem talium Eccleſiaſticorum. Imo, ſi res ad multos Eccleſiaſticos pertineat, fieri debet de conſenſu, non ſolum laicorum, ſed etiam Eccleſiaſticorum, habita ea de re conſultatione inter Epiſcopum & Eccleſiaſticos. Quod enim ad diuerſos attinet, de omnium conſenſu ſtatui, mandarique decet exequutioni. Ita Panor. c. non minus citato, & alij. Neque ad eiuſmodi contributionem, quæ eo modo priuatum commodum Eccleſiarum, aut Eccleſiaſticorum reſpicit, neceſſarius eſt conſenſus Summi Pont. Neque ea de re eſt ſermo. c. aduerſus de immun. Eccl. aut in Bulla cœnæ Domini.

5 Quartus euentus, in quo tributum, aut grauamē, iuſte ac licite imponitur & exigitur ex Eccleſijs, & ex Eccleſiaſticis perſonis, eſt. Quando id ex rationabili cauſa fit, de conſenſu & facultate Summi Pontificis. Ita colligitur ex c. aduerſus de immu. Eccleſ. & ex Bulla cœnæ Domini clauſula 17. reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua. Quondam. c. non minus de immunit. Eccleſ. permiſſum erat, vt, ſi Epiſcopus & clerus conſpicerent publicam neceſſitatem, aut commoditatem, remotè in ſenſu explicato concluſione prima euentus præcedentis, ad ipſos pertinentem, cui ſoli ſeculares non poſſent commode ſubuenire, ſtatuere poſſent certam contributionem, per Eccleſias, aut Eccleſiaſticas perſonas, faciendam, ad ſubueniendum ei neceſſitati, aut commoditati: ita tamen, vt ad eam faciendam compelli nō poſſent per ſeculares, ſed ſeculares illam acciperent tanquam gratiam ab Eccleſiaſticis impenſam. Non tamen ſufficiebat Epiſcopus ſolus ad id ſtatuendum, ſed ſimul erat neceſſaria conſultatio Epiſcopi cum clero, & vtriuſque conſenſus. Poſtea vero. c. aduerſus eod. titu. & clauſ. 17. Bullæ cœnæ Domini ad obuiādum aliquibus incommodis, ſancitum eſt, vt abſque conſenſu Sum. Pont. deinceps id conſtitui non poſſet. Obſeruant tamen Panor. c. non minus citato. Syluest. verb. immunitas. 1. nu. 20. & alij. Quando neceſſitas eſſet tanta, adeoque vrgens, vt abſque periculo communis boni, ac ſcandali, expectari non poſſet reſponſum Summi Pontificis, poſſe Epiſcopum & clerum concedere eam Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, contributionem. Quoniam præſumendum non eſt, Summum Pontificem velle in eo euētu, vt ipſius expectetur beneplacitū: id enim eſſet irrationabile & iniquum. Adderem, ſi bonum commune omnino periclitaretur, ſi Eccleſiaſtici non cōtribuerent, lethaliter peccare, niſi contribuant, & niſi ſua contributione bono communi ſubueniant: atque adeo tunc lethale peccatum eſſe expectare Summi Pontificis beneplacitum; ſi ex mora commune bonum notabile pateretur detrimentum.

Illud poſtremo hoc loco addiderim, inualidam eſſe aduerſus Eccleſiaſticam libertatē quancunque contrariam conſuetudinem, atque adeo nullo tempore aduerſus eandem libertatem præſcribi. Ita habetur in authentica caſſa. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. non minus de immun. Eccleſ. & alijs iuribus.

DISPVT. 673.

Qui alij à tributorum ſolutione ſint exempti. Et num liceat, aut expediat, aliquos ita eximi, aut reditus tributorū diuendi.

SVMMARIVM.

1 *Eximi ex rationabili cauſa poſſunt aliqui, etiam quoad ſuam poſteritatem, à tributis. Sine rationabili vero cauſa eximi à principe non poſſunt. Et nullus exemptus cenſetur, niſi id probetur.*

2 *Exemptio à tributorum ſolutione licet vendi aliquando licite poſſit, quin & iura tributorum, grauariq́ cenſibus poſſint: raro tamen, & ex vrgenti valde cauſa id fieri debet.*

1 IN hoc regno ij, quos *hidalges* vocant, ab oneribus ſunt exempti, & à tributis preſſe, non vero à vectigalibus & quaſi vectigalibus, vt diſp. 661. & ſequentibus, dictum eſt. Qui autē alii in particulari ſint exēpti, vel omnino, vel ex parte, tam in hoc,

hoc, quam in alijs regnis, ex cuiuſque priuilegii eſt intelligendum: & qui ſufficiens ad id priuilegium non oſtenderit, tanquam minimè exemptus eſt habendus. Titulo autem 18. lib. 9. nouę collect. traduntur loca aliqua, & perſonę, in hoc regno exempta, vt diſp. 663. dictum eſt.

2 Quod autem ad ſecundam partem, in titulo diſputationis propoſitam, attinet, nempe vtrum fas, expedienſq; ſit, aliquos ab oneribus, & tributis eximi, dicendum eſt. Fas expedienſque id eſſe quando ita poſtulat commune reipublicæ bonum. Vt in remunerationem pro rebus in bello, aut alibi, in reipublicæ non modicam vtilitatem, communeque bonũ, geſtis, fas eſt aliquos immunes reddere ab oneribus, & tributis, eximendo etiam totam eorundem poſteritatem, ſi ita recta ratio poſtulet. Hoc modo in hoc regno ij nobiles, quos *hidalgos* vocant, quorum maiores hoc regnum de Maurorum poteſtate, extraxerunt, aut aliqua in eo valde vtiliter geſſerunt, quique ornamento ſunt reipublicæ, & peculiariter ad illius defenſionem tenentur (tametſi, qui non ex priuilegio tales ſunt, ſed ex antiqua generis nobilitate, non ſoleant cogi ad bellum, ſed ſolum inuitari, ea que inuitatio ſufficiat, vt Otalora de nobilitate part. 2. c. 6. refert) exempti ſunt ab oneribus, & tributis preſſe, vt dictum eſt. Rationabilibus item ex cauſis poſſunt aliqui ab oneribus, & tributis eximi, vt medici, doctores in quacunque facultate, milites, & alij ſimiles, qui vtiles ſunt reipublicæ, ad tuẽdam hominum ſalutem, ad rempublicam gubernandam, ac bonis moribus imbuendam, ad illius defenſionem, & ad ſimilia alia. Expediret vero, quãdo reliqua tributa, quę principi ſoluũtur, ſufficiũt ad illius cõpetentes ſumptus, ad Reipublicæ defenſionem, & ad ſubueniendum bono communi, vt ſi Rex aliqua ex cauſa rationabiliter aliquem eximeret à tributorum ſolutione, id decreſceret principi ex ſumma tributorum ipſi à tota cõmunitate præſtanda ne, exemptione quorundam, alijs plus grauarentur. Quandoquidem tributa ad id, inter alia, principi ſoluuntur, vt inde competenter remuneret res bene geſtas in reipublicę vtilitatem. Quando autem oppidum aliquod eximeret medicum, aut alium, cuius opera indiget, à ſolutione tributorum, tunc id redundare non debet in imminutionem ſummæ tributorum, quæ ex oppido principi debetur, oppidani, vel de communibus bonis oppidi, vel de ſuis bonis priuatis, id reſarcire debent principi. Quando autem, principe iuſta de cauſa eximente aliquos à ſolutione tributorum, non remanerent illi ſufficientes reditus ad ſuos competentes ſumptus, & ad ſubueniendum bono communi, tunc licite à reliquis exigere poſſet tantã ſummam, quanta ad id eſt neceſſaria, cogereque proinde reliquos, vt, quę exempti ſoluere debebant, ipſi ſoluant. Ratio autem eſt, quoniam ad rempublicam ſpectat, remunerare vtiliter geſta in commune bonum, atque ad id contribuere, quando reliqua, quæ contribuit, ad id non ſufficiunt.

Abſque legitima autem cauſa, nefas eſt principi eximere quoſdam à tributorum ſolutione, etiamſi ab aliis non exigat, quod illi erant ſoluturi. Ratio autem eſt. Tum quia nefas eſt abſque rationabili cauſa eam efficere inæqualitatẽ in republica, vt aliqui cõtribuere teneantur ad bonum cõe, aliqui non item. Tum etiam, quoniam, ſi temporis progreſſu tributorũ reditus non fuerint ſufficientes ad ſubueniendũ bono cõi, reliqui cogendi ſunt augere tributa. Tum denique, qm̃ ſi à principio, quãdo tributa ſtatuũtur, lex fieret, qua ſanciretur, vt quidã illa ſoluerent, alij non itẽ, nulla tunc interueniẽte legitima cauſa eius inęqualitatis, vtiq; lex eſſet iniuſta: idem vero eſt qñ poſtea tẽporis progreſſu idem ſtatuitur priuilegijs irrationabilib. ex iuſta ve cauſa ortũ nõ habentibus.

A Vtrum autem, vrgente neceſſitate, quia princeps non habet cõpetentia bona ad ſubueniendũ bono cõmuni, fas illi ſit vẽdere aliquibus pro copia aliqua pecuniæ exemptionẽ deinceps à tributorum ſolutione, atque ab alijs onerib. ſubeundis. Reſpondendũ eſt affirmanter cum Soto. 3. de iuſt. q. vlt. art. vlt. & cũ alijs, quãdo populi parati non ſunt ad contribuẽdum, vt vrgenti illi neceſſitati, quantum ſatis ſit, ſubueniatur. Ratio aũt eſt, quoniam ſicut princeps tũc augere poſſet tributũ ſubditis omnibus: ita releuando reliquos ab eo augmẽto, poterit quoſdã pro ſumma non modica pecuniæ eximere omnino ab oneribus & tributis. Eadẽ ratione, vrgẽte neceſſitate, nec populis facile volentib. contribuere, quantũ ſatis eſt vt ei neceſſitati ſubueniatur, poſſet princeps vẽdere B reditus tributorũ alicuius oppidi, aut oppidorũ, vel vendere annuum cenſum redimibilem ſuper eiſdẽ reditibus. Hæc tñ omnia, quoad fieri poterit, vitãda ſunt. Tum ne venæ, quibus in ærario publico ad publicos ſumptus cõgregantur diuitiæ, præſcindãtur, temporiſq; progreſſu neceſſe ſit alias aperire in populi grauamen ac perniciem, imponẽdo noua tributa. Tum etiã quoniam emptores eiuſmodi vectigalium, ſolent longe ſeuerius, quã princeps, ea exigere: cũ tamen aliquãdo æquitas, imo & iuſtitia, poſtulet, vt ſeuere non exigantur, ſed multum de illis remittatur. Aliqua circa hæc tangunt Panor. c. peruenit de immun. Eccl. & Sylu. verb. gabella. 4. nu. 9. & 10.

C

DISPVT. 674.

Quouſque tributa in conſcientiæ foro ſint ſoluenda.

SVMMARIVM.

1 *Tributum quouſque licite imponatur iuſto bello deuictis.*

2 *Principes licita tributa imponere poſſunt ſuis ſubditis: neque id prohibetur Bulla cœnæ Domini.*

3 *Tributa iuſte impoſita, ſi non ſoluantur, peccatum eſt lethale pro materiæ quantitate, cum reſtituendi onere. Pœnæ tamen incurſæ non debentur ante latam ſententiam.*

4 *Tributa, ſi ſint iniuſta, peccant exigentes, cum reſtituendi onere, & quouſque liceat ea denegare.* D

5 *Sententiam etiam excommunicationis de cœna Domini incurrunt.*

6 *Tributa vetera quouſque cenſenda iuſta, in eiſque locum habeat præſcriptio ex parte principis.*

7 *Tributa noua, de quorum iuſtitia non conſtat, illicitè petuntur, cum reſtituendi onere, & quouſque denegari poſſint.*

8 *Ad praxin confeſſionum, & vt res ex parte elucidetur, multa de tributis, quæ ad id conducunt.*

9 *De alcauala ad eandem praxin.*

10 *Qui compenſationem alterius debiti, quod Rex ei debet, poteſt facere in tributis, quæ ipſe Regi debet, poteſt etiam illam facere, eſto Rex ſua tributa alteri locata habeat. Secus ſi rite donata, aut vendita alteri habeat.* E

11 *Alcaualam, aut aliud tributum, quando Rex ex iuſta ſuperueniente cauſa licite auctius exigit, non poſſunt idem efficere alij, qui antea habebant alcaualas in aliquibus oppidis titulo oneroſo, aut lucratiuo, rite acquiſitas.*

12 *Tributum, ſi quod licite mercatores in mercibus defraudent, curandum eſt confeſſarijs, ne iterum illud accipiant ab emptoribus earum mercium in pretio.*

13 *Tributi circa ſolutionem, ſi facta ſit conuentio cum publicano, quando nõ conſtat eſſe omnino iniuſtum, ſoluendum illi eſt in foro conſcientiæ, quod cum illo fuerit conuentum.*

1 HActenus explicauimus conditiones neceſſarias vt tributum iuſtum ſit, & in cõſcientiæ foro debeatur. Obſeruat vero Victoria de iure belli in poſteriori relectionis parte nu. 57. dictumque à nobis eſt diſp. 121. deuictis bello iuſto hoſtibus, fas eſſe imponere illis tributum in recompenſationem ſumptuum belli, & damnorum, atque in pœnam, iuſtamve vindictam; modo tamen tributum commenſuratum ſit damnis, ſumptibus in eo bello iuſto factis, & culpæ deuictorum, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus. In euentu etiam, quod terra tota iuſte ab eis poſſet auferri, & tradi alijs, licite concedi victis poſſet ſub tanto tributo, cum quanto ex pacto licite poſſet alijs tradi. Concinit ſcriptura Deuter. 20. Vbi habetur, ſi ciuitas, aduerſus quã eſt bellum iuſtum, aperuerit portas, & ſe ipſam dederit, populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, ac ſeruiet ſub tributo. Ad hanc itaque cauſam eſt etiam attendendum, vt iudicetur, an tributum ſit iuſtum.

2 Quando conditiones, à diſp. *666*. explanatæ, concurrunt, tunc tributa, iuxta eas impoſita, ſunt iuſta, neque, qui illa de nouo imponunt, peccant, aut incurrunt aliquã excommunicationem, neque ea fuit vnquam mens Summi Pontificis in Bulla cœnæ Domini, quicquid aliqui trepidauerint, vbi non erat timor. Neque enim Summus Pontifex coarctare poteſt legitimam poteſtatem, quam principes ſeculares in ſuos ſubditos habent, imponendi illis noua tributa, antiquaque augendi, quando concurrunt conditiones, vt illa iuſta, ac licita ſint, explanatæ. Quin potius tunc, etiam renuentibus ſubditis, nolentibuſque ea acceptare, poteſt princeps eos cogere, vt illa acceptent, ac ſoluant: eo quod iuſtitia tunc à parte ipſius pugnet. Vnde ad oſtendendum non fuiſſe vnquam mentẽ Summi Pontificis impedire in eo euentu imponere noua pedagia, aut gabellas, aut augere poſita, adduntur hodie in quinta clauſula Bullæ cœnæ Domini verba illa; *ad id poteſtatem non habentes;* quæ antea non apponebantur.

His ita conſtitutis, vt mentem noſtram circa quæſtionem in titulo diſputationis propoſitam, aperiamus, ſequentes ſtatuendæ ſunt concluſiones.

3 Prima eſt. Quando tributa impoſita ſunt concurrentibus conditionibus omnibus explicatis, vt ſint iuſta tunc, qui ea non ſoluunt, peccant lethaliter, modo quantitas, quam ſoluere omittunt, tanta ſit, quæ ad culpam lethalem in materia furti ſufficiat, atque in conſcientiæ foro ad reſtitutionem nõ ſolutorum tenentur: non tamen tenẽtur reſtituere pœnam ſtatutam ea non ſoluentibus, aut non manifeſtantibus merces, vel aliquam aliam diligentiam omittentibus antequam condemnentur. Quando autem aliqui conducta habent tributa, ipſis facienda eſt reſtitutio: quoniam conduxerunt ius totum, quòd princeps ad illa habebat. Ita affirmat communis doctorum ſententia, quã ſequuntur Io. Med. de reſt. q. 13. Caſtr. de leg. pœnal. c. 10. Sotus. 3. de iuſt. q. vlt. ar. vlt. Caie. verb. vectigal. Coua. reg. peccatum. par. 2. §. 5. & multi alij, quos Couar. & alij citant. Tametſi pauciſſimi alij refragentur, non attendentes, tributa non eſſe pœnas impoſitas per leges tributorum, neque deberi ſolum ex obedientia, quia præcepta ſolui quocunque modo, ſed deberi, vt res ſolui præceptas iuxta id, quod poſtulat natura rei, ac debitum ſubditorum ſuæ reipublicæ, ac principi, vt inſtitutionis ipſius reipublicæ, in reipublicæ bonum ac conſeruationem, atque pro adminiſtratione ac defenſione reipublicæ, eſſeque proinde res eo ipſo ex iuſtitia debitas, quod concurrentibus conditionibus explicatis ſtatuuntur, ac ſolui præcipiuntur: ſolum vero vt melius ab omnibus ſoluantur, pœnæ eiſdem legibus ſtatuuntur tributa non ſoluentibus, aut alia tranſ-

Prima concluſio.

A gredientibus, quæ ad maiorem cautelam merito ſunt ſtatuta. Quo loco obſerua, quando competentia alia bona non ſunt deputata ſupremo capiti ac principi reipublicæ, vnde competenter ſuſtentetur, perſoluat miniſtros publicos, conſeruet ac defendat rempublicam, eſſe illi iure naturali debita in genere tributa competentia ad ea omnia, idque vi ipſius inſtitutionis reipublicæ, vt dictum eſt: determinationem vero eorum, nempe quod tantum, vel tantum, ſoluatur, & quòd hoc, vel illo modo, & ex his, vel ex illis rebus ſoluatur, attinere ad ius poſitiuum: eo tamen ipſo, quòd hęc iuſte, ac iuxta conditiones explicatas, ſunt taxata, ac conſtituta, debita ſunt à ſubditis obligatione iuſtitiæ: quoniam conſtituta iuxta ius iuſtitiæ, quòd princeps habet, non ſolum, vt ea conſti-
B tuat, ſed etiam, vt ſoluantur: quare, qui illa ſoluere omittunt, non ſolum peccant contra obedientiam principi debitam, ſed etiam cõtra iuſtitiam, non minus quam, qui tranſgreditur pretium iuſtum frumẽti lege taxatum, peccat, non ſolum contra obedientiam, ſed etiam contra iuſtitiam, ac proinde vtrique ad reſtitutionem in foro conſcientiæ tenentur. Neque, vt eiuſmodi tributa ſint ſimpliciter ac plene debita, quando de eorum omnium iuſtitia omnino cõſtat, quia videlicet in eis omnibus imponendis ſeruatæ ſunt conditiones omnes explicatæ, neceſſe eſt à publicanis, ab alijs ve miniſtris publicis, exigantur: eaque de cauſa, qui in abſentia publicanorum vendunt, aut permutant, vel aliquid aſportant, aut deferunt, vnde tributa debeantur, & multo magis, qui
C fraudulenter hæc efficiunt, tributaque occultant, tenentur ad eorum reſtitutionem in conſcientię foro, quando de eorum omnium iuſtitia & æquitate omnino, vt dictum eſt, conſtat. Hæc noſtra ſententia ita explicata confirmatur ex illo ad Rom. 13. *Ideo & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes.* Quaſi ratione miniſterij, quod exercent, reipublicæque adminiſtrationis, debita principibus ſint tributa. Vnde ſtatim ſubiungit Paulus. *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal, &c.* Confirmatur item ex illo Matt. 22. vbi interrogatus Chriſtus; *Licet cenſum dari Cæſari?* Reſpondit. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Quo in loco Hieron. de tributo id intelligit. Et Matt. 17. quando miniſtri publici didrachma exege-
D runt, licet oſtenderit ſe immunẽ eſſe à tributo; aperte tamen innuit reliquos tributi eſſe debitores. Atque, vt hominibus ea in parte exemplum in ſua perſona relinqueret, miraculo eſt vſus, vt pro ſe, & pro Petro, tributum ſolueret.

Secunda concluſio. Quando conſtat tributa eſſe iniuſta, quia ſcilicet cõſtat, aliquam ex conditionibus explicatis, vt tributum ſit iuſtum, deficere, tunc, qui illa imponunt, augent, exigunt, aut exigi faciunt, & denique, qui ad quoduis horũ quoquo modo cooperantur, lethaliter peccant, & ad reſtitutionem tenentur eis ipſis à quibus acceptum eſt, quod ita in tributum iniuſtum fuerit acceptum. Subditi vero non tenẽtur in conſcientia illa ſoluere, poſſuntque
E non ſolum tributa, & id vnde exiguntur, occultare, & fraudibus ad id vti, dummodo mendacia, & periuria in his non interueniant, ſed etiam poſſunt ea aperte denegare: modo tamen inde nõ ſequatur ſcãdalum, graueve malum publicũ: tunc enim locũ habet illud Chriſti Matt. 5. *Qui vult tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Hæc omnia notiſſima ſunt: quoniam contra iuſtitiam tunc exigerentur.

4 Secunda concluſ.

Vtrum autem, qui eiuſmodi tributa laicis de nouo imponunt, aut augent, ſint excommunicati excommunicatione Bullæ cęnæ Domini, & ſimiliter, qui ea exigunt? Conueniunt omnes, quãdo eiuſmodi tributa ſunt iniuſta, atque adeo imponi prohibita, ob defectum poteſtatis in imponente, incurrere

excom-

excommunicationem quintæ clauſulæ Bullæ cœnæ Domini, propter verba illa eiuſdem clauſulæ; *ad id poteſtatem non habentes*. Probabilius tamen exiſtimo omnes, qui à tempore, quo clauſula illa quinta apponi cõſueuit in ea Bulla, tributa quouis modo iniuſta impoſuerunt, vel imponunt, aut illa augent, vel exigunt, incurrere eam excommunicationem quia re vera tributa prohibita imponunt, augent, aut exigũt. Verba autem illa; *ad id poteſtatem non habentes*; ſolum fuerunt appoſita ad declarandum, mẽtem Summi Pontificis non eſſe, arctare manus principibus, vt tributa iuſta imponere non poſſint, vt ſupra dictum eſt. Illud obſerua, quondam fuiſſe inter doctores cõtrouerſum, an, qui tributa iniuſta ſolum augent, incurrant eam excommunicationem. Et quoſdam affirmaſſe, eam incurrere. Ducebantur, quoniam augere iniuſte tributum, erat de nouo imponere id incrementum iniuſtum. Alij vero negarunt, eam incurrere: quoniam id non erat nouum tributum imponere. Ad dirimendam vero eam controuerſiam, approbandamque priorem illam affirmãtem ſententiam, quæ vera erat iuxta legiſlatoris mentem, iam hodie in ea clauſula apponuntur verba illa; *vel augent*; quæ antea non apponebantur.

6 Quando dubitatur, an tributa imponantur, vel impoſita fuerint, concurrentibus omnibus conditionibus neceſſarijs, vt ſint iuſta & potiſſimũ quando dubitatur, an impoſita fuerint concurrente cauſa ad id iuſta, diſtinguunt doctores. Quoniam vel tributa ſunt antiqua, de quorum initio nulla extat memoria, vel ſunt noua. Si ſint antiqua, de quorum principio non ſit memoria, affirmant communiter, ea à ſubditis in conſcientia deberi. Quoniam præſumendum eſt, iuſta ex cauſa fuiſſe impoſita, cæteraque neceſſaria, vt fuerint iuſta, interueniſſe. Et quoniam in dubio melior eſt conditio poſſidentis: princeps autem eſt in poſſeſſione accipiendi ea tributa tanquam ſibi vere debita. Item, quoniam, eſto cauſa à principio non fuerit iuſta, aut aliud ad iuſtitiam talium tributorum defuerit, debita tamen iam nunc ſunt principi in conſcientia, & in foro exteriori, titulo præſcriptionis. Confirmatur hæc ſententia ex c. ſuper quibuſdam §. præterea, de verb. ſignif. quo in loco, inter tributa minime interdicta, connumerantur ea, de quorum initio non extat memoria. Et quãuis caput illud, ſi recte expendatur, ſolum loquatur de tributis non interdictis ex parte autoritatis eius, qui illa imponit, ſtatuatque, vltra ſupremos principes, etiam eum poſſe illa imponere, qui à tempore, de cuius initio non extat memoria, illa imponit, liciteve eum accipere id tributum, quod ipſe, anteceſſoreſque ipſius, acceperunt à tempore, de cuius initio non extat memoria: eadem ſane eſt ratio, quod præſumantur iuſta, cenſeanturque proinde non interdicta, ex cæteris capitibus neceſſarijs, vt iuſta ſint: quandoquidem ex tempore, de cuius initio non extat memoria, non minus præſumentur interueniſſe cætera capita, quam interueniſſe præſumatur autoritas ex parte imponentis, qui alioquin eam non habet, imo magis cętera capita præſumuntur. Sententiam tamen hanc communem doctorum intelligo, quando nunquam fuit ſuſpicio, & controuerſia de iniuſtitia eius tributi, aut de ceſſatione cauſe, ob quã fuit impoſitum. Si enim temporis progreſſu fuit ſemper querimonia de aliquo tributo, vt de graui & iniuſto, ac ſine ſufficiẽti cauſa introducto: aut quod ceſſauerit cauſa, & quod cum ea id tributum ceſſare omnino debuerit, aut ex parte; certe antiqua conſuetudo id recipiendi, non eſt ſufficiens ad pacandas principum conſcientias, & ad auferendum ius ſuum à ſubditis. Ratio autem eſt, quoniam in eo euentu non eſt præſumẽda in principibus bona fides in hoc ſenſu, quaſi abſque dubio, quod hoc tributum ſit iu-

A ſtum, fuerint in poſſeſſione illud exigendi ac recipiendi, & quod, orto dubio, fecerint debitam diligentiam ad veritatem inquirendam, retrahente, & excæcante eos, tributorum cupiditate. Et quoniam rari ſunt, qui verum illis ea de re loquantur, quique his de rebus dubium vllum mouere illis audeant, cupientes eis placere, odiumque illorum extimeſcentes. Et quoniam populi, quorum id intereſt, non audent ſe principibus opponere ea in re, neque ſufficienter audiuntur. Quare in antiquis tributis non facile videtur admittẽda præſcriptio, neque item præſumptio de iuſtitia eorum: ſicut præſumptio non eſt de iuſtitia nouorum tributorum, quando non conſtat de iuſtitia cauſę, ob quam ſunt impoſita, & de reliquis conditionibus neceſſarijs, vt ſint iuſta, de qua

B re mox dicemus. Longè verò maiori cum ratione non eſt admittenda præſcriptio in tributis antiquis, quando ſemper fuit notum, cauſam fuiſſe iniuſtam, aut de ea ſemper non debili coniectura fuit dubitatum. Solum ergo erit admittenda præſcriptio circa antiqua tributa, idque, quod communis doctorum ſententia circa illa tradit, quando non eſt memoria de initio alicuius tributi, & ſimul ignoratur cauſa, ob quam fuit impoſitum; aut, ſi cauſa ſcitur, iuſtitia tamen illius nunquam in controuerſiam fuit adducta; vel, ſi adducta aliquando fuit, leuiter fuit adducta, debilibuſque fundamentis. Atque iuxta hæc acciperem, quæ Med. de reſtit. quæſt. 13. & 14. hac de re tradit.

Quando tributa ſunt noua, & non conſtat de il- 7

C lorum iuſtitia, ſed dubitatur, an deſit aliquid ex requiſitis, vt ſint iuſta, affirmant doctores communiter, non deberi in conſcientia, ſed poſſe defraudari, modo periuria, & mendacia, non interueniant: imo denegari poſſe, ceſſante ſcandalo, & graui damno publico. Ita Caiet. verb. vectigal, Angel. verb. pedagium. num. 6. Syluester verb. gabella 3. num. 9. Gabriel. in 4. d. 15. q. 5. concluſ. 7. Med. de reſt. q. 13. & alij, quos citant. Ratio autem eſt, quoniam in dubio, melior eſt populi conditio poſſidentis. Et quoniam in iure eiuſmodi noua tributa præſumuntur iniuſta, quando de contrario non conſtat. Vnde cap. quanquam de cenſibus, lib. 6. dicitur, tributa regulariter eſſe contra iura, tum canonica, tum ciuilia. Et c. peruenit de cenſib. ait Summus Pontifex, neceſſe

D eſſe ſcire prius cauſam, propter quam cenſus ſit ſoluendus, quam ſoluatur. Quod ſi ſubditis cauſa tributi alicuius reddatur, & de iuſtitia illius dubitent, neceſſe eſt vt conſulant peritos, debitamque adhibeant diligentiam ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam illius indagandam, ne forte principem debito priuẽt tributo: interim tamen dum de iuſtitia cauſæ illius non conſtat, non tenentur in conſcientia ſoluere id tributum. Princeps autem, qui, dubitans, an cauſa ſit iuſta, tributum imponit, lethaliter peccat: quoniam periculo ſe exponit iniuſtitiam exercendi in ſubditos. Neque comparatione tributorum, quæ ita accipit, dicitur poſseſſor bonæ fidei: eaque de cauſa tenetur ad illorum reſtitutionem, niſi, poſt il-

E la accepta, ei conſtet de iuſtitia cauſæ. Qui vero nomine principis ad exactionem talium tributorum cooperatur, ſi ſciat, principem de iuſtitia cauſæ dubitare, & ipſe etiam dubitet, lethaliter peccat ea exigendo, atque ad reſtitutionem tenetur, nihil impediente, quod eidem principi ſit ſubditus, & quod à principe iuſſus, id efficiat. Ratio autem eſt, quoniam ea exactio eſt cooperatio ad principis peccatum. Quando autem ſubdito non conſtat, principem peccare in ea exactione, tunc, eſto ipſe dubitet de iuſtitia cauſæ, iuſsus à principe, licite exigere poteſt ea tributa, neque ad aliquam tenebitur reſtitutionem, eſto poſtea ipſi conſtet de iniuſtitia cauſæ; modo ex tributis non ſit factus locupletior: nam tunc tenebitur,

tur,quantum ſe inuenerit inde locupletiorem,& nõ
amplius: eo quod non teneatur ex parte iniuſtæ ac-
ceptionis,quia non peccauit parendo in dubio prin
cipi, ſed tenetur ſolum ex parte rei acceptæ. Quod
autem non peccauerit parendo in dubio principi id
iubenti,inde conſtat,quod obedientia in dubio,an,
quod præcipitur,ſit licitum,excuſat ſubditum à pec
cato,vt diſputatione 113. & alias,dictum eſt. Quan
do aliquis non eſſet ſubditus, ſi, dubius de iuſtitia
cauſæ,exigeret tributa,aut,eſto ſubditus eſſet, ſi nõ
non iuſſus, illa exigeret, lethaliter peccaret, iux-
ta ea quæ diſputatione citata dicta ſunt, atque ad
reſtitutionem teneretur; quoniam exponeret ſe
periculo ad iniuſtitiam cooperandi, neque eum
excuſaret tunc obedientia ſui ſuperioris, id illi præ-
cipientis.

8 His omnibus ita propoſitis ac explicatis, vt ad
praxin eorum, qui confeſſiones audiunt, ad caſuſ-
que conſcientiæ reſpondent, aliquid, velut neceſſi-
tate ductus, ſub aliorum iudicio, addam, in primis
dico. Facillimum in re propoſita eſſe hanc conclu
ſionem in vniuerſali ſtatuere ac definire. Nempe,
tributa,de quibus conſtat iuſta eſſe, quia in illis con
currunt conditiones ad id neceſſariæ, atque à diſpu
tatione 666. explicatæ, deberi in conſcientia,eaque
defraudantes teneri ad integram eorum reſtitutio-
nem,quin & debitores talium tributorum,teneri ea
offerre miniſtris publicis, quando miniſtri publi-
ci ignorant ea deberi, vt in hac diſputatione defi-
nitum, comprobatumque à nobis eſt. Difficilli-
mum verò eſſe definire, an tot tributa, quot hodie
in vnaquaque prouincia ſunt ſtatuta, iuſta ſint, vt
quicunque aliquid ex illis defraudauerit, cogendus
in foro conſcientiæ ſit, id totum reſtituere ac offer-
re:definireque quouſque iuſta ſint,aut non ſint,co-
gique proinde homines in conſcientiæ foro debeat,
aut non debeant,ea in particulari reſtituere.

Deinde, cum ex vna parte tam multæ conditio-
nes explicatæ,neceſſariæ ſint, vt ſingula tributa ſint
iuſta:ex alia verò parte,tot tributa in vnaquaq; pro
uincia ſint hodie multiplicata, & aucta: inde effe-
ctum eſt,vt ius canonicum,& doctores,tributa no-
ua,augmentaque noua veterum tributorum,præſu-
mant iniuſta, quando de eorum iuſtitia nõ conſtat,
vt ſupra dictum eſt, ac proinde in conſcientiæ foro
non obligent ad eorum ſolutionem. Conſentaneè
ad hanc doctrinam Caieta. verb. vectigal ſic dixit.
*Tot conditiones exiguntur ad iuſta vectigalia, ut diffici
lè fortè ſit inuenire uectigalia iuſta: & propterea meri-
tò damnata regulariter dicuntur utroque iure.* Hæc il
le. Driedo quoque lib. 2. de libert. Chriſt. ca. 5. hæc
protulit verba. *Cæterum quia his noſtris ſeculis impoſi
tiones,ſeu exactiones uectigalium,ſeu pedagiorum,pro
pter aliquam ex ſupradictis quatuor cauſis contingit ple
runque eſſe illicitas,ideò non facilè iniungendus eſt ſcru
pulus eiuſmodi uectigalia defraudantibus, præſertim
pauperibus, &c.* Mitto alia his conſentanea, quæ ab
aliis dicuntur.

Antequam autem concluſiones generales ſubij-
ciam ad praxim accommodatas, quibus aperiam,
quod ſentio,aliquid in maiorem lucem dicam de ali
quibus tributis in particulari. Quod ad ea vectiga
lia attinet, quæ in confinijs regnorum ex rebus ter-
ra,aut mari aſportatis, vel delatis,ſoluuntur, & por
toria,ac pedagia dicuntur,obſeruandum eſt. Cau-
ſam,ob quam ſunt impoſita,affirmari,defenſionem
ac ſecuritatem eorum, qui merces extrahunt, & a-
ſportant. Quòd ſi ea cauſa fuit, ſanè omnino, aut
maxima ex parte, ceſsauit, maximè in confiniis re-
gnorum Hiſpaniarum, quæ parent eidem Regi, &
in quibus tranſitus terra eſt ab vno in aliud. Vide-
mus verò eiuſmodi pedagia, non ſolum imminuta,
ſed valde aucta eſse, vt conſtat ex varijs legibus, ea

A de re latis,quæ habentur lib. 9. nouæ collectionis va
rijs titulis,& de quibus ex parte in ſuperioribus ha-
bitus eſt ſermo. Victoria autem in commentariis
manu ſcriptis in 2.2. quæſtio. 62. articu. 3. eiuſmodi
vectigalia,antequam augerentur,appellabat latroci
nia: fortè ductus, quòd cauſa ceſsauerit, & quod ri-
goroſè exigerentur,maximaque cum vexatione trã
ſeuntium: cum verò hodie valdè ſint aucta, & lon-
gè maiori cum rigore exigantur,neſcio quid de illis
hodie diceret. Fortaſse autem prima origo quon-
dam horum vectigalium, non fuit ſolum onus de-
fendendi aſportantes, & extrahentes merces,ſed e-
tiam vt principes inde quoque haberent ex parte vn
de rempublicam defenderent, & vnde ſumptus in
ea neceſsarios facerent. Atque legibus,quibus au-
B cta eiuſmodi vectigalia ſunt, ea cauſa redditur, quòd
cum exhauſtum eſset patrimonium regium, diuen-
ditis,cum pacto de retrouendendo plurimis ex redi
tibus regni, & accreſcerent valde neceſſitates regni
ingentibus ſumptibus diuerſorum bellorum,viſum
fuit,nullibi commodius, minorique cum grauami-
ne ac moleſtia ſubditorum,poſse reditus augeri,qui
bus regni neceſſitatibus ſubueniretur, quàm auctis
tributis in eiuſmodi mercibus,& rebus,quæ ex vno
regno extrahuntur in aliud, aut ex alio inferuntur.
Et quamuis mercatores hęc tributa in egreſsu,& in
ingreſsu regnorum ſoluant, maxima tamen ex par-
te redundant in detrimentum, non ipſorum,ſed eo
rum,qui eas merces ſunt poſtea empturi, quibus ca
rius ob ea tributa venduntur, quique proinde in eo
C augmento pretii eas ſoluunt. Redundat etiam ali-
qua ex parte in detrimentum eorum, qui illas vendi
derunt in regno, vnde extrahuntur: mercatores e-
nim, attendentes ad magna tributa, quæ ex illis po-
ſtea ſunt ſoluturi, nolunt eas emere, niſi minori pre
tio. Atque ita videmus,poſtquàm lanis in earum ex
tractione, quouſque ex portubus Hiſpaniarum na-
ues ſoluunt, tot tributa ſunt aucta, minori pretio a-
lienigenas eas emere à nutrientibus greges, vel de-
que decreuiſse lanarum pretium in hac ciuitate Cõ
chenſi,& alibi: id quod in cauſa eſt, vt greges in mi
nori numero nutriantur,pręſertim cum adeò etiam
accreuerint herbarum pretia, vt reditus Regii au-
geantur: quod in cauſa eſt, vt in detrimentum re-
gni,ipſorumque redituum regiorum,decreſcant hę
D naturales diuitiæ lanarum, & gregum, quæ non in-
fimum locum tenent inter naturales Hiſpaniarum
diuitias. Illud,præter alia,circa hæc tributa, ſcru-
pulum ingerit, quòd, vt dictum eſt, incolæ alterius
regni, in quod merces inferuntur, tandem ſoluunt
tributa, quæ in egreſsu ex alio regno ex mercibus
ſoluuntur: æquitas autem non patitur, vt ad ſubue-
niendum neceſſitatibus vnius regni, tributa impo-
nantur ſubditis alterius regni. Reſponderi tamen
poteſt,principem mercibus,dum ſunt in ſuo regno,
id tributum imponere, neque cogere, vt extrahan-
tur, neque permittere uelle, vt ex ſuo regno extra-
hantur, niſi cum eo onere: per accidens autem eſ-
ſe, quòd inde in alio regno accreſcat pretium ea-
E rum, & quod ſubditi alterius regni eas carius
emant.

Quod ad alcaualã attinet, de origine illius in hoc 9
regno diſputatione 665. dictum eſt à principioque
ſolam vigeſimam,aut trigeſimam partem pretij fuiſ
ſe conceſſam,ſolumque ad tempus: poſtea verò cre-
uiſſe vſque ad decimam partem: nunquam tamen
magna cum exactione,ſummoque cum rigore fuiſ-
ſe exactam: neque credo populos vnquam omnino
ſpõtaneè illam ſoluiſſe,ſed magnis cũ querimonijs,
& quia aliud eis non permittebatur. Atque ante tẽ-
pora Regis noſtri Philippi ſecundi,magna ex parte
per capita familiarum ſoluebatur quotãnis, iuxta cu
iuſq; negotia,neq; ſoluebatur iſto modo pars vigeſi
ma.

ma. Item quoad id,quod non per capita,ſed ex venditionibus ipſi ac permutationibus ſoluebatur, valde remiſsè exigebatur, & pro modico pretio compoſitio fiebat cum publicanis,ſeu exactoribus. Tempore verò Regis Philippi,cum valde exhauſtum eſſet regale patrimonium ob ingentes bellorum ſumptus, & indies eadem de cauſa vrgerent magis ac magis regni neceſſitates,hoc tributum,non ſine querimonia & clamore populi,cœpit integrè,& cum rigore exigi. Multi verò populi elegerunt potius ſoluere ingentem quandam ſummam quotannis per capita familiarum,iuxta vẽditiones,ac permutationes cuiuſque, quæ tamen re ipſa longè minor eſt, quàm idem tributum integrè perſolutum,quàm ferre exactorum moleſtias,illudque integrè ſoluere. In Luſitania verò idem tributum, quod *ſiſa* vocant,primum fuit impoſitum ad tempus à Rege domino Petro, deinde à Rege domino Ferdinando, poſtea à Ioanne primo,ad bellum contra Caſtellanos,& nõ ad Ceptam capiendam, vt aliqui dixerunt, & inde videtur perſeueraſſe vſque in hodiernum diem. Et quamuis tempore Ioannis ſecundi, & Ioannis tertij,populus petierit, vt tolleretur; his tamen Regibus committentibus negotium hoc viris doctis,conſtitutum,reſponſumque populis fuit,ob multas cauſas,quæ temporis progreſſu ſuperuenerunt,permanere debere ac ſolui,vt in capitibus comitiorum(*de las Cortes* vocant)regni habetur. Et fortè iam hodie, ſi tributum hoc,præcipuum inter reditus coronæ regni,auferreretur,ægrè maieſtas Regia ſuſtẽtari poſſet, qualiter tempore Regum Luſitanorum ſuſtentabatur, ſubuenirique ægrè poſſet bono communi; tametſi ſemper populi minimè ſpontaneè, ſed coacti potius,ſoluiſſe videantur hoc tributũ. Cardo iuſtitiæ huius tributi in hoc verſatur, vt expendatur, num totum hoc, ſimul cum omnibus alijs, neceſſarium ſit ad ſumptus competentes Regiæ maieſtatis, & ad competenter ſubueniendum publicis neceſſitatibus. Si enim neceſſarium eſt,iuſtum eſt,nihil impediente,quòd populus tenuerit:quoniam,vt in ſuperioribus eſt dictum,ſi concurrant cõditiones omnes requiſitæ,vt tributum ſit iuſtum, poteſtatem habet princeps ad cogendum populum, etiam renuentem,vt illud ſoluat. Quòd ſi tributum hoc immoderatum eſt, attentis alijs omnibus tributis ac reditibus regijs,non tenetur populus in conſcientiæ foro reſtituere exceſſum, eſto fraudib. vtatur ad illud non ſoluendum,occultando merces aliquas,aut decipiendo miniſtros publicos,qui illud exigunt.

Sotus 3.de iuſt.quæſtio.vlt.art.vlt.& Victoria 2.2.quæſt.62.art.3. loquentes de hoc tributo huius regni ante tempora Philippi, & Ledeſ.2.4.quæſt.18. art.3.loquens de eodem in hoc regno, & in Luſitania,affirmant,ſi ſine fraude ac dolo,non ſe occultãdo dum aliquid vendunt,ſed celebrando contractũ modis, quoad eum locum, conſuetis, illud non ſoluant,quia non accedit publicanus,neque alius miniſter publicus,qui illud exigat,nõ teneri in conſcientia illud reſtituere. Ducuntur, quia conſuetudine non eſt receptum,vt homines ſoluant hoc tributum niſi quando ab eis exigitur. Et quoniam cum tributum ſit graue & magnum,lex eſſet intolerabilis,quę præciperet,vt ſeuerè ſolueretur, & vt tenerentur homines quærere publicanum ad illud ſoluendum:eaque de cauſa eſſet fortè vltra poteſtatem, quã princeps à republica accepit, ad condendas leges, atque adeo iniuſta. Atque ad id,inquiunt,attẽdentes principes, non ſolent exigere ſeuerè hoc tributum, ſed per miniſtros publicos compoſitionem faciunt cum ſubditis, vt aliquid minus ſoluant, quàm debeant. Qua eadem de cauſa,non puniunt eos, vt fures, qui illud defraudant. Quia ergo,inquiunt,cõſuetudine non eſt receptum, vt vendentes quærant publica-

A num, & multo minus vt reſtituant, quæ publicano non comparente,non ſoluunt, cogendi non ſunt in conſcientiæ foro, illud reſtituere. Si autem fraudibus, aut ſe occultando, aliquid non ſoluerint,aut venienti publicano, & interroganti circa quantitatem mercium, aut circa aliquid aliud, non protulerint verum,tunc, inquiunt, tenentur in conſcientiæ foro reſtituere totum,quod ita defraudauerint.

Contrarium ſane principes ſuis legibus intendũt atque ſtatuunt, tam circa alcaualam, quam circa alia tributa,quæ habent impoſita, etiam in confinijs regnorum,& in alijs locis, vt conſtat legenti eas leges libro 9. nouæ collect. varijs in titulis, & legenti quaterniones, inſtructiones, ac leges circa id latas in domibus aduenarum, & in alijs locis. Eis B quippe apertè intendunt,ac ſtatuunt, vt omnia vniuerſim tributa impoſita, integrè ipſis ſoluantur, tanquam omnino ipſis debita:præcipiuntque,vt omnes miniſtris publicis ad id deputatis manifeſtent quæcunque vendiderint, aut permutauerint, antequam ea vendant, vel permutent, aut intra certos dies à celebrato contractu, etiamſi non interrogentur,neque requirantur à miniſtris publicis,& vt quęcunque aſportauerint,aut extraxerint, ſimiliter manifeſtent,etiam non requiſiti,adeundo domus ad id deputatas,miniſtroſque ipſos publicos:grauiſſimæque pœnæ ſunt ſtatutæ,integrè hæc omnia non ſeruantibus, amittendi merces ipſas, aut ſoluendi duplum, vel quadruplum,ſeueriſſimeque exequutioni mandãtur,vt experientia ipſa teſtatur: quòd ſi,vt auc- C tores citati affirmant, qui res vendunt, aut permutant,ex quibus alcauala debetur, nõ tenentur, etiam in foro conſcientiæ,quærere miniſtros publicos, eiſque manifeſtare, quæ vendunt, aut permutant,vt alcaualam recipiant,ſanè iniuſtę eſſent tales pœnæ,neque exigi vlla ratione poſſent: eò quòd pœna imponi non poſſit, & multo minus exigi, niſi ob veram culpam. Id etiam,quod Nauar.in Manu.c.17.in fine num.202.docet, nempe quando publicanus petit ab aliquo,vt iuret,an vendiderit,& quantum vendiderit, vt inde conſtet, quantum tributi debeat, non teneri iurare,idque in onus ſuæ conſcientiæ recipere, ſed ſatis eſſe, ſi dicat,ſe paratum eſſe ſoluere, quæcunque publicanus probauerit ipſum debere: hoc,inquam,quod Nauarrus ſic docet, friuolum ſa- D nè eſt,contrarium legibus his de rebus ſtatutis,coguntque in foro exteriori ſoluere, quantum publicanus petierit,eſto publicanus id non probet,niſi qui à publicano interrogatur, ſub iureiurando affirmet, quæ, & quanto pretio ea vendiderit: imò ſi legem fuit tranſgreſſus, non manifeſtando illas tempore congruo,illas amittet,aut in aliam pœnam, lege ſtatutam,incidet.

Meæ partes hoc loco non ſunt,definire,quę tributa in particulari iuſta ſint, & quæ iniuſta: neque vtrum omnia ſimul ſumpta iuſta ſint, an non, ſed an ſit aliquis exceſſus, quem principes moderari,& auferre teneantur. Quoniam neque,ſi id vellem definire,poſſem: eò quòd neque origines & cauſas ſin- E gulorum ſciam: neque reipublicæ neceſſitates in particulari, & quantum cuique earum ſit neceſſarium, vel quouſque vnaquæque prouincia, ex diuerſis, quæ eidem principi parent, teneatur ad eam contribuere, eive neceſſitati ſubuenire, maximè ſi ad commodum alterius prouinciæ, & non ad ſuum proprium, ſpectat; neque item ſciam quomodo, & in quibus, expendantur tributa, quæ à populo colliguntur;& vtrum ceſſauerint cauſæ, ob quas tributa aliqua fuerunt impoſita, an non, ſed potius vel eædem perſeuerent, vel aliæ æquales, aut maiores, ſuperuenerint; & num principes ea exequantur,ad quæ tributa ſunt impoſita,vel non: neque ſummam tributorum omnium intelligam, & cæterorum re-

dituum coronæ regni, diuerſorumve regnorum eidem Regni ſubditorum,& quantum ex illis ſit donatum, aut diuenditum, cum pacto ſaltem de retro uendendo: ex quorum tamen omnium, multarumque aliarum rerum, perfecta cognitione pendet ea definitio. Neque facilè, etiam his omnibus cognitis,& examinatis,idoneus ad id ſufficienter definiẽdum iudicabitur. Quo fit, vt nullum tributum in particulari, neque omnia ſimul ſumpta, huius, vel alterius prouincię,condemnem,neque id munus meum hoc loco ſit. Princeps ſupremus,& qui illi ſunt à conſilijs, tenentur ſub reatu culpæ lethalis, oneris reſtituendi,atque interitus æterni,hæc examinare, & attẽdere,ne plus iuſto populum tributis grauent: temperareque tenentur à largitionibus, & ſumptibus nõ neceſſariis, eò magis, quo populos plus ſentiunt grauatos tributis, ob vrgentes & maximas reipublicæ, atque Eccleſiæ neceſſitates, regaleque patrimonium ære alieno preſſum. Curare item tenentur, cauſis vrgentibus ceſſantibus omnino, aut magna ex parte, populum etiam recreare, leuando illum à parte oneris tributorum: & fugere occaſiones bellorum minimè neceſſariorum, & aliarum rerum, vnde graues reipublicæ neceſſitates accreſcunt, aut non,vt par eſt, minuuntur. Neque enim principes gratia ſui ſunt,ſed ſunt gratia populi, vt bono illius maiori proſpiciant, ipſumq; foueant ac defendant. Ad praxin verò confeſſionũ, atq; ad ſolum conſciẽtiæ forũ,quod hoc loco potiſſimum intẽdo, ſequentes addã concluſiones,conſentaneè ad ea,quę hactenus à nobis dicta ſunt,neq; alia egent probatione.

Tertia concluſ.

Tertia in ordine eſt. Qui ſibi perſuaſerit,omnia vniuerſim tributa alicuius prouinciæ,eſſe iuſta,is in conſcientiæ foro reſtituere cogat, quicquid inde quouis modo fuerit defraudatum,aut non ſolutum, etiamſi miniſtri publici non comparuerint.

Quarta concluſio.

Quarta concluſio. Qui certò nouerit aliquod,aut aliqua tributa eſſe iniuſta, is non ſolum non cogat reſtituere,quod ex talibus tributis iniuſtis fuerit defraudatum, ſed etiam permittat facere compenſationem eorum, quæ in tributum ita iniuſtum ſoluerit,defraudando tantundem ex alijs tributis iuſtis.

Quinta concluſio.

Quinta concluſio. Qui in tanta multitudine tributorum (attenta præſumptione iuris,& doctorum ea in parte,& attentis omnibus, quę hactenus dicta ſunt) dubius fuerit,an ſit aliquis exceſſus iniuſtus,is, ante factum,inclinet populum ad ſolutionem,præſertim quando ſolutio ex illo exigitur: poſt factum verò non cogat reſtituere, quando, quæ defraudauit, attenta qualitate perſonæ, & negotiorum eius, non excedunt id,quod,comparatione talis perſonę, ſuſpicatur,aut dubius eſt,eſſe exceſſus in tributis populo impoſitis. Ita Syluest. verb. gabella 3. §. vltim. Quod confirmat,quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis. Et quoniam confeſſarius præcipiendo in eo euentu reſtituere, exponeret ſe periculo auferendi,quod ſuum eſt,ab eo,cui ita præciperet reſtituere. Conſentiunt,quæ ex Caietano, & ex Driedone,ſupra à nobis relata ſunt. Illud etiam in horum maximam confirmationem eſt hoc loco obſeruandum. Si tributa omnia integrè & fideliter ſoluerentur,ſanè principes non imponerent tot, quot imponunt; quia pauciora impoſita ſufficerent: atque ſola alcauala integrè ſoluta, ad ingentem ſummam perueniret: cum ergo principes tot tributa imponãt ac multiplicent, quoniam ſingula non integrè ac fideliter ſoluuntur, ſanè non eſt cur,qui,attenta qualitate ſuæ perſonæ,& negotiorum,moderatè defraudauerit, vel ex alcauala, vel ex alio tributo, etiamſi fraude aliqua vtatur,cogatur in foro conſcientiæ vſque ad vltimum quadrantem reſtituere: ſi ex reliquo tributorum,quod non defraudauit, cõpetenter contribuit ex ſua parte ad neceſſitates publicas. Prin-

A ceps ergo,prout viderit tributa ſibi deberi,inuigilet per ſuos miniſtros exactioni,eoque vſque in tributis exigendis ſit rigoroſus, quouſque ei conſcientia dictauerit id eſſe æquum,accedente ſimul conſilio peritorum. Nos verò,qui priuati ſumus,neque facilè principes condemnemus: neque eos,qui moderatè defraudant,& competenter contribuunt, cogamus in conſcientiæ foro reſtituere, plus iuſto eos in dubio grauantes,oſtiumque ſalutis æternæ eis præcludentes,ac denegantes illis abſolutionem. Iuxta hæc cenſendum,dicendumque eſt de illis,qui alcaualam defraudant. Qui enim,iuxta hactenus dicta iudicauerit,eum,qui alcaualam moderatè defraudat,cogẽdum in foro conſcientiæ non eſſe reſtituere,is, eſto comperiat aliquem intra eos limites defraudaſſe cũ
B fraude,non cogat eum reſtituere:quoniam fraus in re propoſita non facit quenquam obnoxium reſtitutioni, qui,ſi idem ſine fraude efficeret,nõ teneretur reſtituere. Curandum quidem eſt,vt periuria non interueniant: quoniam id eſſet lethalis culpa periurij: item vt non interueniant mendacia, quæ eſſent culpæ veniales,eaque ratione omnino vitandæ;non tamen ea de cauſa iniungenda eſt obligatio reſtituẽdi. Curandum item eſt,vt ſemper populum inclinemus ad obediendum principibus,ad recteque de illis ſentiendum,vt pax reipublicæ,atque obedientia, & reuerentia,principibus debitæ,cõſeruentur. Quare his, quæ hactenus in fauorem populi dicta ſunt, ſumma cũ dexteritate vti debent confeſſarij,ſolum ne iugum ſacramenti pœnitentiæ efficiant graue,&
C ne cogant reſtituere,quod in conſcientia cogere nõ poſſunt,& ne uiam ſalutis æternæ præcludant multis,qui,eſto præcipiantur,non reſtituent,diſcedentque ex hac vita cum conſcientia erronea, non conſulentes ſaluti animæ ſuæ. Poſtquam hæc ſcripſi legi commentarium Nauarri cap. fraternitas, qui habetur in fine ſuorum conſiliorum, in quo à numero 41. cum hac doctrina ex alio fundamento conſentit. Eum legito.

Dubium eſt hoc loco. Vtrum,ſi Rex aliquid de- 10
beat alicui, quod aliter non poſſit commodè ab eo recuperare, niſi faciendo occultam compenſationẽ in bonis illius; & Rex locata habeat tributa; fas ſit facere eam compenſationem in tributis, quæ is debet,nihil impediente,quòd inde per accidens dam-
D num ſequatur iis,qui conducta à Rege habent ea tributa. Ad quod quicquid alii in contrarium dicant, affirmanter eſt reſpondendum. Ratio autem eſt, quoniam per cõtractum locationis nõ abdicat Rex à ſe dominium,aut quaſi dominium, iuris ad tributa, ſed ſolum cõcedit conductoribus ius aliud, vt loco & nomine ſui recipiant ea tributa,ſintque proinde eis debita, quatenus,ſecluſa ea locatione, Regi ſunt debita,atque id ſane eſt locare illis ius, quod apud ſe manet: ſicut,qui locat alicui domum,non abdicat à ſe dominium domus, ſed domum,cuius manet dominus,ei locat, concedendo illi ius ad vſum, & fruitionem illius nomine & loco ſui tanto, vel tã to tempore: & ſicut,qui habet beneficium, quod in
E iure quodam ſpirituali conſiſtit,illudque locat,non abdicat à ſe dominium, aut quaſi dominium, iuris ſpiritualis, in quo ratio beneficii conſiſtit, neque illud conductori concedit,ſed ſolũ vi locationis trãſfert in illum ius quoddam temporale longè diuerſum,ad percipiendos fructus illius, loco & nomine ſui,& vt illi loco talis beneficiarii ſint debiti, eo modo præciſè,quo beneficiario ſunt debiti, neque plus poteſt illi concedere: quare,cum eo ipſo, quòd quis habet iuſtam compenſationem aduerſus Regẽ partis tributorum, ea illi non debeat, vtique neque debet illa conductori, cui loco & nomine Regis ſunt debita præciſè quatenus debita ſunt Regi. Neque Rex locatione iuris tributorum, poteſt deteriorem facere

facere conditionem eorum, qui illa ei debẽt, & quorum ſunt domini, antequam illa ſoluant, plus iuris aduerſus debitores transferendo, quam ipſe aduerſus eos habeat, aut ſit in poſterum habiturus. Neque valet exemplum eorum, cum quibus diſputamus, quo apertè decipiuntur. Dicunt enim, quod ſicut, ſi Rex vendat, & transferat dominium ſui equi in alterum, non poſſum ego facere compenſationem eorũ quæ mihi Rex debet, in eo equo, qui fuit Regis, & iam non ad Regem, ſed ad alterũ pertinet: ita, poſtquam Rex tributa locauit, & tranſtulit ius ad illa in conductorem, non poſſum ego facere occultam cõpenſationem eorum, quæ mihi Rex debet, in tributis, quæ debeo. Eſt quippe longè diuerſa ratio in equo, & in tributis. Quod enim Rex locat, non ſunt tributa à me ſoluenda, neque eorum dominium in alterum tranſit, ſed apud me manet interim dum ea non ſoluo: quod autem Rex locat, eſt ſuum proprium ius ad tributa accipienda, quod apud ſe manet, & ſolum transfert per locationem ius longè diuerſum, ad tributa loco & nomine ipſius percipienda, quatenus præcisè fuerint ei debita, vt explicatum eſt: quarè ego, compenſando quæ mihi Rex debet, in tributis, quæ nondum ſolui, non facio compenſationem in re, cuius dominium ad alterum ſpectat, ſed in re, quæ eſt mea, & quam deberem locatori loco & nomine Regis, niſi haberem ius ad eam compenſationem.

Quando Rex donaſſet, aut vendidiſſet, tributa alicuius oppidi, ita vt dominium, aut quaſi dominiũ, eius iuris tributorum in alterum tranſtuliſſet; tunc, quia non Regi deinceps deberentur tributa, quæ oppidani illius loci debent, ſed deberentur illi alteri, vtique oppidani illi non poſſent facere compenſationem eorum, quæ Rex ipſis debet, in illis tributis.

11 Nonnulla ſunt obſeruanda. Primum eſt. Cum ante tempora Philippi ſecundi alcaualæ in hoc regno non exigerentur ſummo rigore, ad rationem vnius pro decem, neque tunc fortè exigi eo rigore potuiſſent, ſanè, quod ob vrgentes poſteà regni neceſſitates, fas fuerit Regi alcaualas maiori cum rigore exigere, id non tribuit ius eis, qui vel titulo donationis, vel emptionis, antea habebant alcaualas aliquorum oppidorum, vt poſſint ſimiliter maiori illo cum rigore eas exigere: quoniam ipſi non habent eam iuſtam cauſam grauandi plus eo modo, eove tributo, ſuos ſubditos, quam habet Rex: quarè ipſi non plus, quam antea, poſſunt exigere: quod ſi exigant, tenentur id reſtituere eis ipſis, à quibus id acceperunt. Ne autem in regno eſſet inæqualitas, Rex ipſe poſſet illis augere id incrementum, illudque ſibi accipere, nihil impediente titulo donationis, aut venditionis: quoniam non plus tunc eis eſt donatum, aut venditum, quàm ſolui tunc conſueuerit.

12 Secundum eſt. Tributa, quæ mercatores ex mercibus, rationeve earum, ſoluunt, regulariter redundare in alios, qui eas ab eis, aut ab alijs, poſteà emũt, eò quòd tanto carius eis vendantur, quanto maiora tributa ſunt ex eis ſoluta, vt in hac, & in præcedentibus diſputationibus, dictum eſt. Hinc attendere debent confeſſarij, & qui ad caſus conſcientiæ reſpondent, ne, ſi mercatores aliquid de tributis aliquando defraudent, quod, iuxta hactenus dicta, reſtitutioni non ſit obnoxium, illud poſteà vendendo merces, recuperent ab emptoribus: ſed tantò vilius eas vendant, quantum ex tributis defraudauerint: alioquin ipſi non ſoluerent id tributi principi, & nihilominus illud recuperarent in pretio ab emptoribus: quod eſt manifeſta iniuſtitia, niſi mercatores ſufficientem rationem reddant, qua ea iniuſtitia purgetur.

13 Tertium eſt. Quando cum publicano facta eſt cõ-

A poſitio circa alcaualam, aut circa aliud tributum, de cuius iuſtitia aut iniuſtitia, neutra ex parte omnino conſtabat, tunc, quia id eſt veluti quædam trãſactio, maximè, ſi in ea conuentione aliquid de tributo fuit remiſſum, ſoluendum in conſcientia eſſe, quòd inter vtrunque fuerit conuentum, cum ſemper contractibus iuſtis ſit ſtandum.

DISPVT. 675.

Quando ex mercibus ſolutum non fuit tributum debitum, an, qui titulo emptionis, aut alio, eas poſteà obtinent, teneantur in conſcientiæ foro illud ſoluere.

B

SVMMARIVM.

1 *Tributum ſi iuſtè aliquis ex aliquibus mercibus non ſoluit, non tenetur illud ſoluere is, in quem merces titulo emptionis tranſierunt, neque in exteriori foro poteſt fieri exequutio aduerſus eum, niſi facta prius exequutione in bonis eius, qui illud non ſoluit.*

Partem affirmantem videntur amplecti Sylueſt. verb. gabella 3. in calce nu. 18. Poteſt verò confirmari. Primò, quoniam id tributum eſt onus reale eius rei, ex qua debetur: quippe cum ex illa debeatur: res autem, ad quencunque pertranſeat, tranſit cum ſuo onere reali: eaque C de cauſa is, ad quem pertranſeunt merces, ex quibus non eſt ſolutum tributum, tenetur illud ex eis ſoluere. Argum primum.

Secundo, quoniam bona omnia eius, qui tributũ debet, ſunt tacitè hypothecata fiſco pro eiuſmodi tributo, vt patet l. 1. & 2. Codic. in quib. cauſ. pig. vel hyp. & leg. 1. Cod. ſi propter publicas penſit. ergo princeps, cui tributum debetur, habet ius in re in merces, vnde debetur, ac proinde, ad quencunque tranſeant, tranſeunt cum eo onere reali, vt ex ipſis ſoluatur. Secundum.

Noſtra verò concluſio eſt. Etiamſi quis, ſciens ex mercibus non eſſe ſolutum tributum, vel quia non habebant id ſigillũ Regis, quod indicat ex illis fuiſſe ſolutum, vel aliqua alia ratione, eas emat, aut alio D titulo in dominium illarum deueniat, non tenetur ſoluere ex illis tributum, niſi in defectum eius, qui illud non ſoluit, qui non habeat alia bona, vnde illud ſoluat, ſed onus totum pertinet ad eum, qui illud ex illis debebat, nec ſoluit, interimque dum ille habet bona, vnde ſoluat, ille ſolus tenetur illud ſoluere, in ſoliſque illius bonis poteſt fieri exequutio, etiã in foro exteriori: in re verò, vnde tributum debebatur, ſolum poteſt fieri exequutio, quando nulla alia fuerint reperta bona principalis debitoris, in quibus exequutio pro eo debito fiat. 1 Concluſ.

Atque in primis, quod ad tributum alcaualæ attinet, ac ſiſæ Luſitanæ, cum illud non debeatur ex re vendita, aut permutata, neque debeatur pars rei illius, ſed debeatur ex venditione, aut permutatione, E decima pars pretij, aut valoris, atque in hoc regno totum tributum debeat venditor, & in Luſitania dimidium debeat venditor, & dimidium emptor, ſatis apertè conſtat, illud eſſe debitum perſonale, eſto dicamus rem venditam, aut permutatam, eſſe tacitè pro illo hypothecatam: quando autem debitum eſt perſonale, eſto habeat hypothecam, ſolum tenetur illud ſoluere perſona, quæ illud debet: ex hypotheca autem, quæ ad alterum deuenit, ſolui nõ debet, neque dominus illius, tenetur ſoluere id debitũ, niſi facta prius excuſſione in bonis debitoris perſonalis, compertoque non habere bona, vnde ſoluatur, vt à diſp. 534. dictum eſt. Idem conſtat eſſe dicẽdum,

dum, quando ex mercibus non debetur in tributum pars aliqua,ſed certa pecunia;eſt enim eadem ratio. Idem eſt dicẽdum,quando non debetur pars aliqua mercium,ſed debetur quota valoris earundem mercium in pecunia, vt in hoc regno deberi ex reb. quæ mari, aut terra, in illud ex alijs regnis aſportantur, aut ex eo extrahuntur, atque introductum iam hodie eſſe in Luſitania diſp.662.dictum eſt.

Præcipua autem difficultas eſt,quando ex mercibus debetur decima pars earundem mercium, atque in mercibus ſoluitur, vt quondam in Luſitania ſoluebatur. Si autem probauerimus,neque tunc emptorem mercium,ex quibus tributum non eſſet ſolutum,teneri ad illius ſolutionem, niſi in defectum eius,qui illas portauit,illudque debebat,idque ſolum in euentu, in quo facta prius excuſſione in bonis illius,non inuenirentur bona,vnde ſolueretur,aut niſi, dum merces exiſtunt, Rex intentet actionem, vt ex illis decima pars ei ſoluatur, propter tacitam hypothecam in illis,vt ex eis ſoluatur,ſane liquido conſtabit, multo magis noſtram ſententiam veram abſolute eſſe in reliquis euentibus. Id vero probatur, quoniam dominium totum earum mercium, quæ, verbi gratia,mari,aut terra aſportabãtur,antequam deuenirent,erat totum eius, qui illas aſportabat, aut cuius nomine, ac loco aſportabantur, & nullum ius interim Rex ad illas,aut ad partem earum,habebat: eo autem ipſo,quod peruenerunt,atque introductæ ſunt,comparauit ſibi Rex,non quidem dominium, ſed ius, ad partem decimam earum indeterminate, cum tacita hypotheca in eiſdem mercibus, & in reliquis bonis illius,cuius erant, vt ſolueretur: nihil autem horum impedit translationem dominij illarum omnium in emptorem, aut in quemcunque alium, ad quem deueniant quouis alio titulo oneroſo, aut lucratiuo, modo tamen accedat traditio; ſed ſolum manent tales merces obnoxię,vt ex illis ſoluatur Regi decima pars: quod onus pertinet ad eum,qui illas introduxit,tanquam ad perſonalem debitorem eius tributi,non vero ad eum ad quem poſtea dominium earum translatum eſt, niſi in defectum principalis debitoris, factaque prius excuſſione in bonis illius: tametſi propter tacitam hypothecam in illis, vt ex illis decima pars indeterminate Regi ſoluatur;habeat Rex ius illam extrahendi ex illis, interim dum extant,ſi eam petat: quod ſi non petat, ſolus, qui illas introduxit,& cuius tunc erant,tenetur ſoluere Regi id tributum: nouus vero dominus,non,niſi in defectum bonorum prioris debitoris,aut, ſi ex illis decima pars exigatur interim dum extiterint. Sicut, ſi eædem merces obnoxiæ non eſſent ſolutioni talis tributi ex illis,& dominus earum, partem decimam illarum indeterminate vendidiſſet vni,nec tradidiſſet,ſubijciendo illi hypothecæ eaſdem merces,& reliqua ſua bona, in ſecuritatem contractus, & poſtea vendidiſſet,ac tradidiſſet eas omnes merces cuidam tertio,vtique tertius hic comparaſſet dominium illarum omnium, neque teneretur quidquam ſatisfacere priori emptori,ſed venditor teneretur illi ad damna ſubſequuta ex eo,quod venditioné illam non perfecerit omnino & complete cum ipſo, traditione illius decimæ partis,vt diſput.369.dictum eſt:tametſi interim, dum exiſterent merces illæ, poſſet primus emptor,propter hypothecam in illis, vt ex eis decima pars ſolueretur,& adimpleretur contractus,exigere decimam partem,eamque de poteſtate eas merces poſſidentis,extrahere.

Ad primum arg.

Ad primum ergo argumentum in contrarium dicendum eſt. Ex eo,quod aliquid ex re aliqua debeatur, non ſequi, id eſſe onus reale eius rei,ſed poterit eſſe debitum perſonale duntaxat ratione eius rei: in re autem propoſita, propter priuilegium fiſci, cui conceſſa eſt tacita hypotheca in bonis debentis tributum,vt id tributum ſoluatur, eſſe onus reale, ſed hypothecæ vniuerſalis duntaxat:quæ non reddit eũ, in quem hypotheca pertranſit, obnoxium, vt ex illa ſoluat id tributum, niſi in defectum principalis debitoris, & facta prius excuſſione in bonis illius, vt dictum eſt.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum dicendum eſt,ex ea tacita hypotheca non plus probari, quàm quod proximè explicatum eſt. Quamuis autem in vtraque lege prima citata, non videatur eſſe ſermo de omni vniuerſim tributo,ſed ſolum de reali, quod ex prædijs de iure cõmuni debebatur; inuentum tamẽ iuris videtur eſſe, vt ob quodcunq; tributum bona illud debentis ſint fiſco tacitè hypothecata. Adde,quaſi contractũ interuenire inter aſportantem merces, & fiſcum,vt ex eis id tributum ſoluatur; bona autem contrahentis cum fiſco,eo ipſo ſunt tacitè hypothecata pro impletione contractus, vt habetur l. 2. citata C. in quibus cauſ.pig.vel hypot.

DISPVT. 676.

Tributum vbi ſolui debeat.

SVMMARIVM.

1 *Difficultas vnde oriatur.*

2 *Alcauala ex rebus mobilibus venditis, vbi ſoluenda, & cui.*

3 *Alcauala non debetur ex re collocata in regno,in quo alcauala non debetur,ſi ibi ſit tradenda, eſto vẽditio celebretur in alio regno,in quo alcauala debetur. Econtra verò debetur vbi eſt ſita & tradenda,ſi ibi alcauala debetur,eſto venditio ſit facta in alio regno, in quo alcauala non debetur.*

4 *Alcauala vt intelligatur vbi debeatur,in quo loco cẽſeatur celebrata vẽditio, quando per procuratorem, internuncium, aut epiſtolam celebratur inter abſentes.*

5 *Contractus factus in vno loco nomine alterius, eſto ratihabitio illius alterius præſtetur in alio loco, cenſetur in illo alio celebratus.*

6 *Alcauala vt in aliquo loco ratione traditionis debeatur,non attenditur ad acquiſitionem poſſeſſionis in loco alio per clauſulam conſtituti,ſed ad realem traditionem.*

7 *Alcauala rerum immobilium ibi debetur, vbi res ſitæ ſunt. Et quid excipiatur.*

8 *Idem de iuribus, quæ cum rebus immobilibus computantur: debetur enim in loco, vbi ſunt res immobiles, in quibus collocantur.*

9 *Arbores venditæ,affixæ quidem, ſed vt excidantur ac ſeparantur,res mobiles venditæ reputantur. Immobiles verò reputantur,ſi uendantur,ut ſolo affixę maneant.*

10 *Alcauala ut intelligatur cui,& ubi debeatur,ſi uẽdatur actio ad rem,ſiue mobilem, ſiue immobilem, cenſendum eſt uendi rem mobilem in uenditore ipſo exiſtentem,atque in loco, in quo venditor celebrauerit uenditionem:*

11 *Alcauala ut intelligatur ubi,& cui debeatur,ſi hæreditas uendatur, cenſendum eſt,uenditas eſſe res ipſas mobiles, aut immobiles, quibus ea hæreditas conſtat.*

12 *Alcauala ut intelligatur ubi,& cui debeatur, quando uenditur rei uenditionis actio,non ad rem uendicandam,ſed ad actionem ac ius uendentis, eſt attendendum,ut in alijs actionibus,quæ uenduntur.*

13 *Alcauala ex permutatione debetur in loco, in quo fuerint res,quæ permutantur,ſiue mobiles ſint, ſiue immobiles,& quando traduntur, quin quando tradita fuerit ultima,& non antea.*

Alca-

14 *Alcauala ſi incapitata ſit in aliquo loco,& aliquis in medio anni transferat inde domicilium, vbi ſoluere debeat,& quantum incapitationis.*

1 QVod propoſitum eſt,erit conſequenter examinãdum: eo quod peculiares habeat difficultates, prçſertim circa alcaualæ ſolutionem. Quoniam vero ſæpe contingit, vt varijs in locis ſint varij domini, quibus alcauala debetur,& varij,qui ab eodẽ,vel a diuerſis dominis conductas eas habent, quibus proinde debentur,atque etiam contingit,vt diuerſis temporib. non ſolum varijs in locis,ſed etiam in vno,& eodem loco, varij ſint, quibus debeatur, vel quia mortuus eſt prior dominus, & alius ſucceſſit, cui debeatur,vel quia diuerſis annis varij ſunt conductores, quib. eo in loco debeatur,quamuis diſpu.337.dictum ſit,alcaualam,quæ debetur ex contractu venditionis, deberi eo ipſo,quod contractus perfectus cenſetur mutuo conſenſu contrahẽtium,deberique domino,aut conductori,qui tunc eſt:quia tamen contractus poteſt eo modo celebrari, & perfici in vno loco, & res vendita eſſe poteſt in alio,& tradi poteſt in loco etiã diuerſo,explicandum eſt,cuius loci domino,aut conductori,debeatur alcauala, locine,in quo celebratur cõtractus,aut in quo erat tũc res vendita, vel in quo facta eſt traditio? Maxime,quia ad obuiandum fraudibus,leges peculiares hac de re latæ ſunt:neq. idem conſtitutum ſit circa venditionem rerum mobilium & immobilium.

2 Quod ad res mobiles, (comprehendendo in eis ſe mouentes,hoc eſt,animalia) attinet;lata eſt l. 5. titul. 17. libro nono,nouæ collectionis,quæ ſic habet. *Muchas dudas acaecen ſobre en que lugar, y a que arrendador, ſe a de pagar el alcauala de las ventas de los bienes muebles y ſe mouentes. Y por euitallas, y tambiẽ por obuiar los fraudes, que los vendedores, y compradores, ſuelen hazer,mandamos,que la alcauala de todos los tales bienes muebles, y ſe mouentes, ſe pague en el lugar donde ſe celebrare la venta, entregandoſe en el lo que ſe vende,o eſtando en el al tiempo de la uenta, aunque deſpues ſe entregue en otra parte. Pero,ſi en un lugar ſe uendiere la coſa mueble,o ſe mouente,que eſtuuiere en otro, mandamos,que entregandoſe en el lugar do eſtuuiere,ſe pague alli el alcauala. Mas ſi lo que ſe uende no eſta en el lugar do ſe haze la uenta, ſino en otro, y ſe uende con condicion,que ſe aya de entregar en otro lugar differente de aquel do eſtaua, y de aquel do ſe hizo la uenta, mandamos que el alcauala ſe pague en el lugar do tenia el uẽdedor,lo que a ſi uendio,quando ſe otorgo la uenta. Saluo ſi el lugar,donde eſtaua la coſa uendida,es lugar franco de alcauala:ca en tal caſo mandamos,que el alcauala de eſta uenta ſe pague en el lugar realengo donde ſe entregare. Y ſi el tal lugar, donde ſe entregare,no fuere realẽgo,y fuere de ſennorio,de que nos no cobramos alcauala, ſe pague en el lugar realengo mas cercano del lugar de ſẽnorio,donde ſe entregare,con el quatro tanto del alcauala:y que no ſea eſcuſado de la pagar,aunque mueſtre que la pago en otra parte. Y que las iuſticias de la tal ciudad, uilla,o lugar,do eſto acacciere,executẽ luego en los tales uendedores y en ſus bienes por la dicha alcauala, con la dicha pena de el quatro tanto.*

Quoniam res mobiles,ob ſuum motum, varijs in locis tradi poſſunt, lata eſt hæc lex ad fraudes vitandas,& difficultates dirimendas:quæ lex vim habet, eſto nulla interueniat fraus: quoniam finis vitandi fraudes,ſolũ fuit cauſa motiua, & impulſiua ad hoc modo ſtatuendum, atque ad ſic diſtinguendos hos euentus.

Quando tempore celebratæ venditionis,res vendita erat in loco,vbi celebrata eſt venditio,ſtatuitur hac lege primus euentus,vt ſcilicet, tunc alcauala in eo loco ſoluatur, eſto traditio eius rei fiat poſtea in A alio loco,vel quia caſu id ita factum eſt,vel ex pacto prçcedente,vt in eo diſtincto loco traderetur. Hinc ſequitur,quod ſi locus,in quo ita erat res,& celebrata fuit venditio, erat immunis a ſolutione alcaualæ, alcauala non debeatur,eſto traditio poſtea fiat in loco non immuni. Excipitur, niſi in priuilegio aliud contineatur. quo pacto l. 18. tit. 18. lib. 9. nouæ collectio. priuilegium cõceſſum incolis oppidi *de Symancas*,vt non ſoluant alcaualam,arctatum eſt, dummodo res venditas ibi tradant, alioquin ſoluunt ex illis alcaualam. Sic enim habent verba illius legis; *que todas y qualeſquier perſonas que uẽdieren qualeſquier mercadurias y otras coſas en el dicho lugar de Symancas, y las entregaren alli realmente y ſin fraude,que no paguen alcauala alguna dellas.* Recte vero Laſarte de decima. B vend. c. 4. nu. 5. ait,ſi aliquis ex eis incolis vendat in eo oppido rem ibi exiſtentem,& eam tradat in alio loco, vbi alcauala debetur,debere alcaualam non ei,ad quem pertinent alcaualæ loci traditionis,ſed ei ad quem pertinent tributa *de Symancas:* quoniam eo ipſo,quod in eo oppido res ibi exiſtens venditur,& propter traditionem in alio loco exempta non eſt ea venditio a ſolutione alcaualę,debetur ex ea vẽditione in oppido,vbi celebratur venditio, & non in oppido, vbi fit traditio rei venditæ. Illud vero circa hunc primum euentũ obſerua,eo ipſo,quod res venditur,deberi alcaualã gabellario,qui in eo loco tunc eſt,illumque poſſe illam ſtatim exigere,nulla exſpectata traditione:quoniam nõ debetur ex traditione, ſed ex venditione,vt diſput. 337. oſtenſum eſt:& in C hoc euentu,non eſt pendens ex traditione,vt intelligatur,ad cuius loci gabellariũ pertineat,vt pendens eſt in alijs,de quibus ſtatim erit ſermo.

Secundus euentus eſt,quando res exiſtens in vno loco, venditur in alio diuerſo,& traditur in eo loco vbi fuit venditio celebrata:tunc enim alcauala debetur gabellario loci,in quo vendita & tradita eſt res; non vero gabellario loci,in quo erat res tempore vẽditionis. Hic euentus conſtat ex illis verbis legis 5. relatæ; *la alcauala de todos los bienes muebles ſe pague en el lugar donde ſe celebrare la uenta, entregandoſe en el lo que ſe uende.* Quia vero,niſi in eo loco fieret etiã traditio,alcauala non deberetur gabellario eius loci vt ex eadem lege conſtat,& ex dicendis erit manifeſtum,vtique,facta venditione in loco diuerſo ab eo; D in quo eſt res vendita,pendens eſt a traditione futura,vt intelligatur,ad cuius loci gabellarium alcauala pertineat. Quia tamen alcauala non debetur ex traditione,ſed ex venditione mutuo conſenſu ementis & vendentis celebrata,atque eo ipſo; quod ita celebrata eſt:vt diſpu. 337. eſt oſtenſum,vtique ſequuta poſtea traditione,non debetur gabellario,qui fuerit tẽpore traditionis in loco,in quo alcauala eſt ſoluenda,ſed gabellario,qui erat tempore celebratæ venditionis,ſi diuerſi erant in eo loco, vno,& alio tempore. Ita Laſarte vbi ſup. nu. 6. Qui nu. 7. ab hoc ſecundo euentu excipit, quando res, quæ erat in loco non immuni ab alcauala,venditur & traditur in loco immuni,quaſi tunc ſolui debeat alcauala in loco nõ im- E muni,vbi erat tempore venditionis; iux. l. 4. titul. 20. lib. 9. nouæ collect. exceptis quibuſdam locis immunibus ibi exceptis & commemoratis. Cæterum ibi non videtur eſſe ſermo,quando res tempore venditionis erat in diſtincto loco ab eo, in quo venditur, ſed de rebus,quæ deferuntur ad nundinas, *& mercados frãcos*,& ibi venduntur,præcipitque ſolui alcaualam earum in locis; vnde delatæ ad eas nundinas ſunt,exceptis quibuſdam locis priuilegiatis ibi commemoratis. Eam legem videas.

Tertius euentus eſt. Quando contractus venditionis celebratus eſt in vno loco, re vendita exiſtẽte tunc in alio,ſi traditio fiat in loco,in quo res tunc erat,ibi debetur alcauala,& non in loco, vbi celebratus

tus fuit contractus venditionis. Ita diſponitur l. 5. relata illis verbis. *Pero ſi en un lugar ſe vendiere la coſa mueble, que eſtuuiere en otro, mandamos, que entregandoſe en el lugar do eſtuuiere, ſe pague alli el alcauala.* Quamuis enim ex contractu celebrato per mutuum conſenſum debeatur alcauala & non ex traditione: eaque de cauſa, iuxta dicta diſp. 337. ſoluenda alcauala eſſet in loco contractus: ad vitandas tamen fraudes voluit, l. 5. relata, vt quando res tempore contractus eſſet in vno loco, & ibi fieret traditio, ibidē ſolueretur alcauala, & non in alio diuerſo, in quo celebratus eſſet contractus. Quo fit, vt, ſi, locus, in quo res erat, & in quo eſt tradita, erat immunis à ſolutione alcaualæ, non debeatur alcauala, etiamſi locus, in quo celebratus fuit contractus, immunis non eſſet: è contra verò, ſi locus, in quo celebratus fuit contractus, erat immunis, & locus, in quo erat res, & in quo fuit tradita, non erat immunis, alcauala debeatur, vt bene ait Laſſarte vbi ſupra nu. 12. Obſeruandum tamen eſt, cum Laſſarte ibidem n. 13. quòd cū etiam in euentu, de quo diſputamus, debeatur alcauala ob contractum, & ex contractu antea celebrato, & non ex traditione, ſed ſolum res & traditio inſeruiant, vt, iuxta diſpoſitionem eius legis, intelligatur cuius loci gabellario debeatur alcauala, vtiq; debebitur gabellario loci, in quo res ſita erat, & tradita ſit: cæterum debebitur gabellario eius loci, qui erat tempore, quo venditio in illo alio loco fuit celebrata, non verò gabellario, qui fuerit tempore traditionis, ſi contingat in loco traditionis fuiſſe diuerſos tempore venditionis celebratæ, & tempore traditionis rei venditæ. Quia tamen, antequam traditio rei venditæ in eo euentu fiat, eſt in pendenti, cuius loci gabellario debeatur alcauala, ſanè quinque dies lege 31. tit. 19. lib. 9. nouæ collect. præſcripti à puncto contractus venditionis celebrati, in quibus venditor certiorem teneatur facere gabellarium de ea venditione, currere in eo euentu non incipient ante conſummatam venditionem per traditionem: quia ante talem traditionem neſcitur, cui gabellario alcauala ſit ſoluenda, ac proinde ad quem ſit recurrendum, vt rectè Laſſarte ibidem ſubiungit.

Laſſarte vbi ſupra, n. 15. arbitratur, ſi vēditio rei, quæ non eſt in hoc regno celebretur in hoc regno, tradenda extra hoc regnum, vbi illa eſt, putà in Aragonia, vbi alcauala non debetur, in Gallia, aut in Italia, deberi alcaualam in hoc regno, in loco vbi ea vēditio fuerit celebrata, ſiue ab hominibus huius regni ſiue ab exteris. Ducitur, quoniam re vera ex ſolo cōtractu venditionis debetur in hoc regno alcauala, eique contractui, nudo conſenſu perfecto, hoc tributum eſt impoſitum: & quamuis, quando res tempore contractus erat in alio loco, & traditio ibidem ſubſequeretur, præcipiatur, vt alcauala ſoluatur, non gabellario loci, in quo eſt celebratus contractus, ſed loci in quo eſt res, & fit traditio, id intelligendum eſt, quando res eſt in eodem regno, non verò, quando eſt in alio: quo fit, vt in euentu, de quo diſputamus, alcauala ex contractu venditionis celebrato in hoc regno, debeatur in hoc regno in loco, vbi celebratus fuerit contractus. E contrario verò vult, ſi venditio celebretur in alio regno, de re ſita in hoc atque tradenda vbi eſt ſita, non deberi alcaualam. Ego verò potiùs in vtroque euentu dicerem contra
3 rium. Quoniam alcauala videtur per epicheiam impoſita vēditionibus ex rebus, quæ ſunt in hoc regno, ſaltem tempore traditionis; non verò de rebus, quæ neque ſunt, neque traduntur, in hoc regno: quoniam id non videbatur poſtulare recta ratio: & quoniam hanc fuiſſe mentem inſtitutionis huius tributi, ſatis conſtat ex l. 5. relata, quoad res mobiles, iuxta quam contrarium eſt dicendum in vtroque euentu: & quo ad res immobiles conſtabit ex inferiùs ſubijciēdis.

Si tamen res eſſet in loco ditionis Hiſpaniarum, ad quem ſe extendunt leges Caſtellanæ de alcauala, tunc, eſto res eſſet in vno regno, & venditio celebraretur in alio eiuſdem ditionis, perinde eſſet iudicandum de alcauala, in quo eorum locorum deberetur, ac ſi res eſſet in vna ciuitate, & venditio celebraretur in alia eiuſdem regni, vt ſi res hic eſſet Conchæ, & venditio celebraretur Hiſpali.

Quartus euentus eſt. Quando res tempore venditionis erat in vno loco, & venditio celebrata eſt in alio & conuenit, vt traditio fieret in quodam tertio loco diſtincto ab illis alijs duobus, tunc alcauala debetur in loco, in quo res erat tempore venditionis, & non in loco, in quo venditio fuit celebrata, neque in loco deſtinato ad traditionem rei venditæ. Excipitur, ſi alcauala pertinebat ad Regem, & locus, in quo res vendita erat tempore venditionis, exemptus erat à ſolutione alcaualæ: nam tunc debetur in loco deſtinato ad traditionē: niſi alcaualæ eius loci pertineant ad alium dominum, quam ad Regem: nam tunc præſumptione iuris & de iure, deſtinata præſumitur traditio in eo loco in fraudē alcaualæ Regis: atque tunc præcipitur ſolui alcauala in loco, in quo alcaualæ ad Regem pertineant, qui huic fuerit vicinior, & in pœnam fraudis illius præſumptæ, ſtatuitur, vt in eo viciniori loco quadruplum alcaualæ ſoluatur, & vt id exequutioni mandari curet iudex eius loci vicinioris, in quo in eo euentu alcauala eſt ſoluēda. Hic quartus euētus cum duabus exceptionibus additis, habetur perſpicuè l. 5. relata ab illis verbis; *Mas ſi lo que ſe uende no eſte en el lugar a do ſe haze la uenta*, vſque ad finem legis. Quo loco obſerua, quartum hunc euentum, vt ſcilicet in eo alcauala ſoluatur in loco, in quo erat res vendita tempore traditionis, eſſe vniuerſalem, ſiue alcauala illius pertineat ad Regem, ſiue ad quencunque alium; neque aliam pati exceptionem, niſi quando eſt exemptus, & ſecluſa ea exemptione, alcauala deberet pertinere ad Regem: nam tunc in Regis fauorem, ſancitum eſt, vt alcauala ſoluatur in loco deſtinato ad traditionē: quod intellige, niſi ſimiliter ſit exemptus: nam tunc alcauala omnino non debetur. In his conuenit Laſſarte vbi ſupra à num. 16. qui multis ea diſputat. Et rectè num. 19. ait, quando locus, in quo erat res, immunis erat ab alcauala, atque deſtinando ibi traditionem, venditor eſſet omnino immunis ab ea ſoluēda, durum eſſe, præſumi fraudem in venditore, deſtinante traditionem in loco, in quo alcaualæ ad dominum aliquem particularem ſpectant, ac proinde illi tunc imponi ratione eius culpæ pœnam quadrupli: quia potius eſt præſumenda commoditas emptoris, aut venditoris, ex traditione in eo loco. Atque ego iudicarem abrogandam eſſe, non ſolum eam pœnā, tanquam iniuſtam vtpote impoſitam ob culpam, cuius nulla extat legitima præſumptio, ſed etiam abrogandam eſſe totam eam limitationem ei quarto euētui appoſitam.

Dubium eſt. Quid, ſi res tempore celebratæ venditionis ſit in vno loco, & venditio celebretur in alio, neque deueniatur ad traditionem, quia fortè emptor illam remiſit venditori, aut reſciſſus fuit contractus ante traditionem, aut res ante traditionem perijt. Laſſarte ubi ſupra nu. 21. arbitratur, ſoluendam tunc eſſe alcaualam in loco celebratę uenditionis, & non in loco ubi erat res uendita: quoniam alcauala debetur ex contractu, neque eſt expreſſum, ut in eo euentu alcauala ſoluatur in loco, in quo res uendita erat tempore contractus. Contrarium exiſtimo uerum, ſoluendam uidelicet eſſe in loco, in quo erat res uendita. Atque in primis, ſi tempore uenditionis cōueniſſet, ut traderetur in loco celebratę uenditionis, tunc utique in eo loco ſoluenda eſſet alcauala: neque de hoc euentu loquutus eſt Laſſarte. Si item conuenit,

Dubium.

Decisio.

uenit, ut traderetur in loco, in quo erat res uendita, neque deuentum eſt ad traditionem, in eo ſanè erit ſoluenda. Si autem conuenit, vt traderetur in tertio loco, neque locus, in quo erat res vendita, immunis erat à ſolutione alcaualæ, ſanè eſto ad traditionem tunc nō deueniatur, ſolui alcauala debet in loco, vbi erat res vendita, idque eſt, quod decidere expreſsè videtur lex 5. relata in vltima ſui parte: neque tunc traditio actualis in tertio loco, impedit, quo minùs locus rei præferatur loco contractus, quoad ſolutionem alcaualæ in eo: quarè neque impedire debet, eſto ad traditionem in eo loco non ſit deuentum. Quando autem locus, in quo erat res vendita, erat exemptus ab alcauala, & locus deſtinatus ad traditionem, exemptus non erat, tunc, quoniam eo ipſo, quòd ita conuentum fuit, alcauala debeatur in loco, in quo deſtinata eſt traditio, credo in eo debere ſolui, eſto ad traditionem non ſit deuentum. Quando autem nihil de traditione fuit conuentum, credo locum, in quo res erat tempore celebrationis contractus, præferendum eſſe, quoad ſolutionem alcaualæ in eo, loco celebrationis contractus. Tum quoniam veriſimilius eſt, traditionem futuram fuiſſe potiùs in eo, quam in loco celebrationis contractus. Tum etiam quoniam quando traditio fit in tertio loco, locus, in quo erat res, præfertur loco celebrationis contractus, vt ex vlt. par. legis 5. relatæ conſtat; cum tamen traditio tunc non magis vni aliorum locorum faueat, quàm alteri: ergo, cæteris paribus, locus, in quo erat res tempore celebratæ venditionis, præfertur loco venditionis celebratæ.

4 Laſſarte vbi ſupra n. 23. cum Baldo, obſeruat. Si venditio per nuncium, aut epiſtolam, perficiatur inter abſentes, vt diſp. 337. poſſe perfici eſt oſtenſum, tunc in eo loco cenſeri celebratam venditionem, ad effectum, vt ex parte loci, in quo fuit celebrata iuxta hactenus dicta, intelligatur, ad quem gabellarium alcauala pertineat, in quo vtriuſque conſenſus interuentu nuncij, aut epiſtolæ, coniungitur, atque exprimitur. Vnde, ſi per procuratorem ſuum, aut mandatarium, ad eum celebrandum contractum nomine ipſius, vnus abſens celebret contractum cum alio, vtique in loco, in quo procurator, aut mandatarius, exprimit conſenſum, exiſtente ibi alio, qui ſimul cōſenſum ſuum exprimat, cenſetur celebratus contractus. Idem eſt, ſi ibi vterque abſens exprimat conſenſum per ſuum procuratorem, aut mandatarium. Qđ ſi per internuncium, qui ſolum referat voluntatem & conſenſum alterius, ſolumque proinde ſubeat rationem meri nuncii, vel per epiſtolam, quæ conſenſum ſimiliter explicet, contractus celebretur, Laſſarte ait, cenſeri celebratum in loco, in quo, accepto ita nuncio, aut epiſtola, alter conſentit. Ego verò multū dubito. Etenim conſenſus debet deuenire ad notitiam alterius, vt perficiatur venditio, quando alium non ſubſtituit loco ſui, qui eum conſenſum acceptaret: eaque de cauſa venditio perfici ac conſummari cenſetur in loco, in quo vltimo recipitur mutuus alterius conſenſus. Hoc tamen aliorum iudicio relinquo plenius definiendum.

5 Quando vnus, credens eam eſſe voluntatem abſentis, vendit rem illius in vno loco, aut eam nomine illius emit, & poſteà ſequitur ratihabitio abſentis in alio diuerſo loco, dubium eſt, in quo iſtorum duorū locorum cēſeatur facta venditio ad effectum, vt iuxta hactenus dicta, intelligatur ad quem gabellarium, ratione loci contractus, alcauala pertineat. Laſſarte vbi ſupra n. 24. conſentaneè ad quandam eiuſdē autoris opinionem, quam diſp. 337. retulimus, ac impugnauimus, aſſeuerat, cenſeri celebratam venditionē in loco ratihabitionis: quoniam à ratihabitione pendebat is contractus, vt eſſet validus ac firmus. Contrarium verò eſt dicendum, iuxta ea quæ diſputatio

A ne citata explicata ſunt. Ratio autem eſt, quoniam ratihabitio ſolum eſt conditio, ſine qua contractus antea celebratus non erat validus, ſeu à qua pendebat, vt à principio eſſet validus, ſequutaque proinde ratihabitione, retrotrahitur, vt contractus à principio, & in loco, in quo fuit celebratus, fuerit validus ac firmus: quarè, ſequuta ratihabitione, in illo alio cenſetur perfectus, atque à puncto, in quo in eo fuit celebratus, atque adeò ibi ex parte loci debetur alcauala, vt ſatis liquet ex natura ipſa ratihabitionis, & ex ijs, quæ diſp. 337. dicta ſunt.

Dubium eſt, ſi res exiſtens in vno loco, vendatur 6 in alio, & per clauſulam conſtituti venditor in loco celebrati contractus ſe conſtituat poſſidere nomine emptoris, atque adeò per eum actum fictum B poſſeſſionem illius illi tradat, cenſeatur res tradita in loco venditionis ad effectum, vt in eo potius, quàm in loco, ubi res uendita erat tempore uenditionis, debeatur alcauala. Meritò Laſſarte ubi ſuprà n. 25. negat. Quoniam in lege 5. relata ſermo eſt de traditione uera & reali, quæ adhuc reſtat facienda, tranſlata poſſeſſione in emptorem per eum actum fictum, ut in materia de maioratibus dictum eſt, quæque ſola eſt uera traditio. Adde, per eum contractum transferri in emptorem poſſeſſionem ſolam ciuilem rei exiſtentis in alio loco, non uerò tradi ipſam rem in loco celebrati contractus, de qua traditione ſermo eſt lege 5. relata.

Illud eſt obſeruandum, quamuis ut dictum eſt alcauala regulariter non debeatur in loco traditionis C rei uenditæ, aut ad eam traditionem conſtituto, qñ diuerſus eſt à loco, in quo celebrata fuit uenditio, & à loco, in quo erat res tempore uenditionis; nihilominus in contractibus, quando res promiſſa fuit tradi, aut ſolui, in loco diuerſo ab eo, in quo celebratus fuit contractus, exigendam eſſe in loco deſtinato ad eam traditionem, & coram iudice eius loci, non vero in loco, vbi celebratus fuit contractus. Ita habetur l. contraxiſſe. ff. de actionib. & obliga. l. hæres. §. vlt. iuncta gloſſ. vlt. ibi. ff. de iud. & l. 3. ff. de bon. autorit. iud. poſſ.

Quando bona immobilia venduntur, aut permu- 7 tantur, alcauala ſoluenda eſt in loco, vbi tales res ſitæ ſunt, non vero vbi celebrata fuit venditio, ſi in loco diſtincto fuit celebrata. Ita habetur l. 9. tit. 17. lib. D 9. nouæ collect. quæ ſic habet. *Mandamos, que el alcauala de los bienes de raizes, que ſe vendieren, o ſe trocarē ſe pague en el lugar donde eſtuuieren los bienes.* Laſſarte vbi ſupr. num. 30. ait, propter vniuerſalitatem eius legis, id locum habere, etiamſi deuentum nunquam ſit ad traditionem, vt quia remiſſa fuit res vēdita ante traditionē, vel quia reſciſſus fuit contractus. Subiungit vero, ſe contrarium in hoc euentu fuiſſe dicturum, vt dixerat ſupra de re vendita exiſtente in alio loco, nunquamque tradita. Nos vero eam ipſius opinionem ſupra impugnauimus, & cum noſtra ſententia cōſentit deciſio huius legis 9. circa alcaualam bonorum immobilium.

Eadem lege 9. fit ſequens exceptio. *Mandamos,* E *que las alcaualas de las heredades, que los vezinos de la ciudad de Seuilla uendieren, o trocarē, en la dicha ciudad y ſu tierra, y en los ſennorios de el Axarafe, y ribera, aſi a vezinos de la dicha ciudad de Seuilla, como de otras qualeſquier partes, ſea para los arendadores de las alcaualas de la dicha ciudad de Seuilla, y no para los arrendadores de los lugares do eſtuuieren las tales heredades.*

Nomine bonorum immobilium, etiam quæ cum immobilibus computantur, intelliguntur ea lege 9. vt ſcilicet in loco, vbi illæ fuerint, alcauala ſoluatur; vt ſi vendatur, aut permutetur vſusfructus fundi alicuius, ſeruitus talis, aut annuus cenſus in re immobili, & his ſimilia, ſolui debet alcauala gabellario loci, in

in quo fuerit ea res immobilis, cuius hæc ſunt veluti partes, & in quibus hæc collocantur. Ita Laſſarte vbi ſupra a num. 30. & nos copioſe diſputa. 384. diximus, ex venditione, ac permutatione cēſus realis, deberi alcaualam in loco, in quo ſunt res immobiles, ſuper quas collocatur, aut eſt collocatus; & quādo collocatur in diuerſis rebus, varijs in locis exiſtentibus deberi in omnibus eis locis, in vnoquoque pro rata valoris prædij, aut prædiorum, quæ ibi ſunt, ad valorem prædiorum, quæ ſunt in alijs locis. Lege quæ ibi dicta ſunt.

9 Dubium eſt, ſi vēdantur arbores aliquot, ſolo adhuc affixæ, num venditio illa cenſenda ſit rerum immobilium, vt alcauala pertineat ad conductorem alcaualæ hæreditatum, & vt venditio illa, quoad alcaualam, ſequatur regulas venditionis rerum immobilium: an vero venditio illa cenſenda ſit rerum mobilium. Plantæ quippe, dum adhuc ſolo ſunt affixæ, partes rerum immobilium cēſentur, dominiumque earum ad dominum ſoli ſpectat, vt ſæpe in hoc ſecūdo tractatu dictū eſt, eſto alius emptione ius habeat eas excidendi, ſuaſque ſeparatione efficiendi. Placet vero ſententia Laſſartes vbi ſupra nu. 33. cum Tiraquello: Nempe ſi arbores illæ vendantur, vt excidantur, a ſolove ſeparentur, & fiant res mobiles, atque ementis, venditionem illam cenſendam eſſe rerum mobilium perinde atque quando fructus pendentes venduntur, vt ſeparentur: licet enim dum emuntur & pendent, partes ſint rei immobilis, puta prędij, in quo plantę ſunt affixæ: ſeparanti tamen res ſunt mobiles, atque per epicheiam, etiam dum pendent, cenſendi ſunt empti, vt res mobiles, quandoquidem emuntur vt ſeparentur, fiantque ſeparatione res mobiles. Si vero plantę aliquot emantur, vt perſeuerent affixæ in eodem ſolo, indeque fructus ab emente ex illis percipiantur, tunc emptio earum plantarum cenſenda eſt emptio rerum immobilium, partiſve hæreditatis, in qua ſunt affixæ.

10 Dubium eſt, ſi vendatur actio ad rem, ſiue mobilem, ſiue immobilem (vendi enim poſſe diſput. 340. oſtenſum eſt) vtrum cenſenda ſit vendita res mobilis, aut immobilis & vbi cenſenda ſit tunc eſſe res vēdita. Ad hoc dicendum eſt, vt ex dictis diſpu. 202. & 465. facile patet, non cenſendam eſſe venditam rem proprie mobilem, aut immobilem, ſed rem incorporalem, quæ ad tertium quoddam genus rerum ſpectat. Atque, quod ad rem præſentem attinet, cenſendam eſſe vēditam rem mobilem, hoc eſt, ius & actionem competentem creditori ad eam rem mobilem, aut immobilem, quod ius & actio in ipſomet creditore illud vendente reſidet, ac proinde res vendita cenſetur eſſe in loco, vbi fuerit creditor ipſe tempore venditionis, acceſſionis talis iuris & actionis, vt probè Laſſarte vbi ſupra a num. 36. ait. Eo autem ipſo, quod venditio eſt perfecta, atque ſolutum eſt pretium, tranſit ſine vlla ceſſione per venditorem eius actionis ac iuris, tranſit etiam actio directa, vt diſpu. 340. citata comprobatum eſt. In quo ergo loco ſoluenda ſit alcauala talis venditionis, regulandum ideſt iuxta ea, quæ de venditione rerum mobilium dicta ſunt. atq; cenſendum eſt, rem venditam eſſe, vbi fuerit venditor tempore celebrationis venditionis.

11 Quod ſi vendatur hęreditas (vendi enim eam poſſe poſtquam fuerit delata, diſput. 340. oſtenſum eſt) tunc, cum eo ipſo, quod illam vēdit, eſto antea illam non adierit, cēſeatur eam adire, velleque eſſe hęres, aditione vero ipſa comparet dominium bonorū hęreditatis, vt diſputat. 3. oſtendimus; vtique vt probe Laſſarte vbi ſup. num. 30. ait, non ſolum cenſetur vēdere ius hæreditatis incorporale, ſed etiam res ipſas, quę ea aditione ipſius ſunt quoad dominium; ac proinde alcauala rerum immobilium talis hæreditatis, quoad valorem pretij, quod eis correſpondet, debetur in loco ubi fuerint res illæ immobiles (quemadmodum ad retractum in hoc regno rerum immobilium, quando uendita eſt hæreditas, diſtinguuntur in hæreditate uendita res immobiles à rebus mobilibus, ut in ſolis immobilibus habeat locū retractus) alcauala uerò rerum mobilium eiuſdem hęreditatis, pertinet ad locum, aut ad loca, uel celebratæ uenditionis, uel ubi tempore uenditionis fuerint, aut ubi traditæ emptori fuerint, iuxta regulas ſupra traditas circa uenditionem rerum mobilium.

Iuxta hæc, quæ de hæreditate uendita dicta ſunt, vult Laſſarte vbi ſupra nu. 40. Si is, cui rei vēdicatio competit, quia dominium rei, quam alius poſſidet, ad ſe ſpectat, vendat cuidam tertio eam rei uendicationis actionem, quæ non ſecus vendi poteſt, ac cæteræ actiones, tunc, ad intelligendum ad cuius loci gabellarium ſpectat alcauala eius uenditionis, non eſſe attendendum ad actionem incorporalem, quę uēditur, & ad locum, in quo eſt uenditor, quando illā uendit ac cedit emptori, iuxta ea quæ uniuerſim de actionum uenditione cum hoc eodem autore dicta ſunt ſupra: ſed attendendum eſſe ad locum rei, quæ eſt uendicanda, nempe ubi exiſtat tempore, quo celebrata eſt uenditio actionis, quaſi res ipſa ſit tunc vendita, & ad locum, in quo fiet illius traditio, iuxta ea, quæ de rebus hęreditariis proximè dicta ſunt, q̄n hæreditas fuit uendita. Ducitur quoniam emptor talis actionis, non conſequitur dominium rei uendicādæ quòd erant apud uenditorem, ante traditionē rei uendicandæ, & quando ea traditione illud conſequitur, non conſequitur illud ab eo, de cuius poteſtate extrahitur, & qui eam tradit, ſed à venditore titulo emptionis, atq; ceſſionis eius actionis, eodē emptionis titulo. Contrarium exiſtimo eſſe dicendum, nēpe excipiendam non eſſe actionem rei uendicationis à numero actionum uniuerſim, quoad doctrinā de eis uenditis traditam. Neq; eſt eadem rō de hæreditate adita, ac uendita, & de actione rei uendicationis. 12 Etenim, quando adita hæreditas eſt uendita, dominium rerum hæreditariarum pertinebat ad uenditorē tpe celebratæ uenditionis, & poſſeſſio etiā, ſi illam apprehendit: quòd ſi nondum eam apprehendit, nullius tunc erat poſſeſſio; ſed ad hæredem, qui hæreditatem vendidit, pertinebat eam apprehendere, &, facta venditione, & ceſſione hęreditatis in empto eſt, pertinet ad emptorē eam apprehendere, nō extrahendo illam de poteſtate alterius, ſed uenditore ipſo illam tradente: quarè res ipſæ hæreditatis ſimul venduntur, tradendæ ab ipſo uenditore, ſiue ipſe illas iam poſſideat, ſiue non. Quòd ſi alius poſſeſſionem hæreditatis apprehendiſſet, tanquā ſuæ: & legitimus hęres eā adijſſet, ac uendidiſſet cuidā tertio, & ceſſiſſet in eum ius ſuum, ut lite illam extraheret de poteſtate alterius, tunc non cenſerentur uenditæ res hæreditatis, ſed ſola hæreditas incorporalis, & actio ad res illas, atque tunc idem dicendum eſſet de hæreditate ita uendita, quod de actionibus uenditis ſupradictum eſt. Quando autem rei uendicatio uenditur, ſola actio venditur, & non res, quæ eſt in poteſtate alterius, niſi remotè, & in cōſequentiā alterius, ſcilicet ipſius actionis; quatenus ui talis actionis reſtat obtinenda quoad dominium, ac poſſeſſionem, ſeu traditionem. Licet autē emptor cōſequatur poſteà dominium rei uendicandæ, titulo emptionis, atq; quatenus erat, & perſeuerabat venditoris; traditionē tamen conſequitur ex tertio poſſeſſore, ex quo vendicatur, & vnà cū traditione ac poſſeſſione, conſequitur dominium titulo uenditionis ac ceſſionis talis actionis, quod vſq; ad tale inſtans perſeuerauit venditoris: vnde, quòd tunc dominium non conſequatur à tertio poſſeſſore, nihil impedit, quod à principio, non res, ſed ſola rei vendicationis actio ſit empta. Hæc de alcauala ex venditione.

Quod

13 Quod verò ad eam attinet, quæ ex permutatione debetur: cum non debeatur, niſi ex contractu permutationis profectò: permutatio verò re perficiatur, hoc eſt, mutua traditione vtrinque facta, vt ex vocabulo ipſo permutationis liquet, & copiosè diſpu. 253. & 254. eſt dictum; conſequẽs profectò eſt, vt ſemper in eodem loco concurrant, celebrari permutationis contractum, & exiſtere rem, quæ permutatur, ac tradi, ac proinde, vt ſemper in eodem loco, in quo exiſtunt ac traduntur res, quæ permutantur, debeatur alcauala, tum rerum immobilium, tum etiam mobilium, ac proinde vt, quod attinet ad alcaualam ex permutatione, ſeruandum ſit, etiam in rebus mobilibus, quod legem 9. tit. 17. lib. 9. nouæ collect. ſupra eſt relatum diſponere circa venditionem & permutationem rerum immobilium: quin alcauala non debebitur, niſi quando tradita ſit res vtraque, quæ permutatur. Laſſarte vbi ſupra n. 30. & copioſius c. 17. num. 36. iunctis antecedentibus, & ſequentibus, quamuis primum admittat, quando permutatio incipit à traditione rerum, quæ permutantur, nullo præcedente pacto de permutando in futurum; quando tamen præceſſit pactum, quo aliqui ſe aſtrinxerunt in poſterum permutare res mobiles, cenſet ex illo pacto, attento iure huius regni, quo pactum illud nudum, eſto vallatum non ſit ſtipulatione, neque alio veſtimento contractuum, parit hodie obligationem ciuilem, neque licèt ab eo pœnitere, vt diſputatio. 253. & 257. eſt oſtenſum, deberi alcaualam, perinde atque ex venditione rerum mobilium mutuo conſenſu conſummatam, ac proinde ad intelligendum, ad cuius loci gabellarium alcauala ex eo pacto pertineat, attendendum eſſe ad locum, in quo erant res ex eo pacto permutandæ, quando tale pactum celebratum fuit, & ad locum, in quo poſteà fiet earum traditio, regulaſque traditas circa venditionem rerum mobilium, ſimiliter eſſe ſeruãdas circa eiuſmodi rerum mobilium permutationem. Contrarium exiſtimo verum cum Parladorio libro rerum quotidianarum cap. 3. §. 4. num. 53. Nempe illam non eſſe permutationem, ſed contractum de permutando; & cum alcauala in hoc regno ſolum debeatur ex venditione ac permutatione, non verò ex alijs pactis, ſiue nominatis, ſiue innominatis, & ſiue nudis, ſiue veſtitis, vtique, ſicut ex pacto de vendendo in futurum, eſto vallatum ſit ſtipulatione, aut alio contractus veſtimento, non debetur alcauala in hoc regno, vt idem Laſſarte affirmat, eò quòd non ſit venditio; ita ex pacto de permutando non debebitur. Quarè, eſto ex illo oriatur ciuilis obligatio in hoc regno, & detur actio, ſi tamen contrahentes mutuo conſenſu illud reſcindant, neque deueniant ad actualem permutationem, non debebitur ex illo alcauala. Id verò, vnde Laſſarte ducitur, vt illam aliam ſibi perſuadeat opinionem certè nullius eſt momenti. Finge enim in hoc regno non eſſe tale ius, quod ex quocunque pacto, etiam nudo, oriatur ciuilis obligatio ac detur actio, ſed vigere ſolum commune ius, certe, ſi præcederet pactum de permutando vallatum ſtipulatione, aut cohærens in continenti cum alio contractu, ex quo oriretur ciuilis obligatio, ac daretur actio, vel eſſet confirmatum iuramento, ex tali pacto de permutando in futurum, non deberetur alcauala: quia non eſſet permutatio, ſed pactum de permutando, ex quo non debetur alcauala, niſi opere compleatur, tranſeatque in conſummatam permutationem; cum tamẽ ex illo oriatur ciuilis obligatio, & detur actio, ſtando in iure communi: cum ergo non aliud circa pactum de permutando in futurum, & circa alia ſimilia pacta nuda, ſancitum ſit in hoc regno, niſi ꝙ ex illis oriatur ciuilis obligatio & detur actio, perinde ac ſi vallata eſſent ſtipulatione: conſequens profectò eſt, vt id ius peculiare huius regni, non tribuat pacto illi, vt ſit permutatio, ac proinde, vt ex illo debeatur alcauala antequam opere compleatur, tranſeatque in permutationem perfectam, & conſummatam, ex qua ſolum, & ex venditione, ſancitum eſt in hoc regno, vt alcauala ſoluatur, ac proinde vt vniuerſim in hoc regno alcauala ex contractu permutationis ſolum debeatur in locis, vbi fuerint res ipſæ permutatæ, hoc eſt, in locis vbi facta fuerit ipſarum, aut quarundam earum, traditio, ſiue tales res mobiles ſint, ſiue immobiles.

Vltimo loco eſt obſeruandum cum Laſſarte de decim. vend. capit. quarto, numero 41. in conditione 65. conuentionis regni fuiſſe ſancitum, quando alcauala in aliquo loco *eſta encabeçada*, ita quòd ad ſummam conuentionis contribuere debeant incolæ, ſeu vicini eius loci quotannis dum conuentio illa, ſeu *encabeçamiento* durat, tunc, quamuis integrum ſit cuicunque incolæ, ſeu vicino, transferre domicilium in alium locum, iuxta legem 1. titulo 9. libro ſeptimo, nouæ collect. ſi tamen illud transferat, & locus, vnde illud transfert, habet vltra trecentos vicinos, tenetur contribuere ad eam ſummam in vnoquoque eorum oppidorum, pro rata temporis eius anni, in quo in eis habitauit. Si verò locus, vnde domicilium transfert, non habeat vltra trecentos uicinos, tunc eo anno contribuit ibi totum, quod contributurus eſſet, ſi integro eo anno ibi habitaſſet: in alio verò loco, ad quem domicilium tranſtulit, nihil eo anno contribuet, ſed ſequentibus. Quando autem domicilium mutatur in locum deſertum, ſeruandum eſt circa hoc, & circa ea tributa, quæ *pedidos* vocant, quod l. 40. titu. 6. libro ſeptimo, nouæ collect. eſt ſancitum. 14

DISPVT. 677.

Quando aliquis rem alterius vendit, permutat, aſportat, aut extrahit, quis ad alcaualæ, vel alterius tributi ſolutionem teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Alcaualam tenetur ſoluere is, cuius nomine ac præſcripto res venditur, aut permutatur. Si autem venditor, aut permutator, excedat mandatum quoad exceſſum tenetur ipſe eam ſoluere. Tabernarij tamen quando vinum perſonæ ab alcauala non exemptæ vendunt, perinde tenentur eam ſoluere, ac ſi ſuum eſſet vinum.*

2 *Alcaualam non debet exemptus uendens, aut permutans, per non exemptum, nec debet uectigal ex re, quam per eum aſportat, aut extrahit. Econtra verò ea tributa debet non exemptus, qui per exemptum ea exercet.*

3 *Alcaualæ quantitatem retinere tenetur emptor ex alienigena quouſque ſibi conſtet, ſolutam eſſe gabellario, etiamſi incola, emptore id ſciente, uendat rem alienigenæ. Emptore uerò id ignorante, incola tenetur.*

4 *Alcaualam debet is, ſub cuius ratihabitione res illius uenditur, ſi ratam eam uenditionem poſtea habeat. Si uerò ratam illam non habeat, nullus alcaualam debet, eſto uenditor de rato emptori cauerit.*

5 *Vendens, aut permutans, rem alienam ut ſuam, ad alcaualam tenetur, ſi emptor ignorabat alienam eſſe. Si id ſciebat, contractus eſt nullus, alcaualaq; non debetur.*

1 RES aliena duobus modis vendi, aut permutari, poteſt. Vno vt aliena, atque loco & nomine eius, cuius ea res eſt. Altero, vt propria vendentis, eſto ipſius non ſit, ſiue id venditor ignoret, ſiue ſciat alienam eſſe,& malè faciat; ac peccet, eam ita vendendo aut permutando. Si priori modo illam vendat, aut permutet,tanquam mandatarius, aut procurator, ea in parte domini illius rei, aliquo ex modis explicatis, præſertim diſp.548.551.& 552.tunc nō ipſe eſt, qui debet ex tali venditione,aut permutatione,alcaualā, ſed is,cuius eſt ea res, & cuius nomine ac loco facta eſt venditio,ſiue mandatum (latè ſumpto vocabulo vt comprehendit cōſtitutionem procuratoris)ignorent ementes, aut cum illo permutantes, ſiue illud ſciant. Quòd ſi mandatarius excedat mandatum, & quoad exceſſum ſit inualidus contractus, comparatione domini, cuius eſt ea res, quatenus videlicet quoad talem exceſſum, eſt in præiudicium eius, nec teneatur ipſe ſtare tali venditioni,iuxta ea quæ diſp. 552.explanata ſunt,tunc, quemadmodum mandatarius quoad exceſſum tenetur emptori,aut ſecum permutanti,de euictione,& emptor, aut ſecum permutans,tenentur illi de pretio,aut de re viciſſim permutata,vt eadem diſp.552.viſum eſt, ac proinde, etiam quoad eum exceſſum,eſt valida ea venditio,aut permutatio,ex parte talis mandatarij, & emptoris, aut ſecum permutātis:ita,quoad eum exceſſum, tenetur mandatarius ſoluere alcaualam, & non dominus rei venditæ, aut permutatæ. Quòd autem, quando res aliena de mandato domini venditur, aut permutatur,neque mandatum exceditur,dominus rei teneatur ſoluere alcaualam, & non mandatarius habetur expreſsè l.8.tit.17.lib.9.nouæ collect.quæ ſic habet. *Aunq. el dueño de la coſa vendida, uendiendoſe en ſu nombre, es obligado a pagar el alcauala, y no el que la uende.* Cōſentit lex vlt.ff.de inſtitor. act. & affirmāt Laſarte & doctores quos citat, de decima vend. ca. 15.à n. 5. Nihilominus tamen eadem l. 8. citata ſtatuitur,vt tabernarij, aut quicunque alij, vendentes vinum alterius perſonæ,quæ exempta non ſit à ſolutione alcaualæ,teneantur in ſe retinere alcaualam ex vino,quod ita vendiderint:& perinde teneantur recurrere ad collectores alcaualæ,& reliqua præſtare, ac ſi vinum eſſet ſuum, & vt collectores alcaualæ, poſſint illam exigere indifferenter, vel ab illis, facta exequutione in ipſorum bonis, ſi eam continuo non ſoluant,vel à domino vini venditi.

2 Illud verò eſt obſeruandum cum eodem Laſarte vbi ſupra n.9.& cum alijs,quos citat.Quòd ſi dominus rei venditæ,aut permutatæ, immunis ſit à ſolutione alcaualæ,vt ſi clericus ſit, quamuis eam vendat, aut permutet per laicum, abſque negotiatione tamen propriè dicta,non deberi alcaualam : quoniā exemptio attendi debet ex parte eius,cuius eſt res uēdita,aut permutata, & cuius loco ac nomine venditur,aut permutatur,& nō penes inſtrumentum, aut mandatarium,quo mediante venditur, aut permutatur. Cōſentit l.8.citata,illis verbis,*que los taberneros, y otros,que uendieren uino de qualeſquier perſona que deuia alcauala,ſean tenudos de retener,&c.* Vbi ſatis innuitur, exemptionē attendendam eſſe penes perſonam,cuius eſt res vendita, & non penes inſtrumentum,quo venditur. Idem eſt,ſi iudicis autoritate vēdatur res eius qui immunis eſt à ſolutione alcaualæ: neque enim ex ea re illius vendita ipſo inuito, debetur alcauala. Ait verò bene n.9.citato Laſarte, ꝙ ad effectum exemptionis à tributo,ſatis eſt quòd is, cuius eſt res,& ex cuius mandato venditur, aut permutatur,exemptus ſit à ſolutione alcaualæ,modò cōſtet de mandato illius vendi,aut permutari, eſto id ignorauerit emptor,aut cum eo permutans. Licèt enim mandatarius,ſi mandatum nō manifeſtauit emptori,neq. expreſſit nomine alterius vendere; teneatur

A ipſe venditori,& venditor ipſi, & non domino rei, interimque dum de mandato non conſtat, teneatur etiam ipſe ad alcaualæ ſolutionem: eo tamen ipſo,ꝙ mandatum antecedens oſtenderit, ac legitimè probauerit,& conſtet ſimul rem eſſe mandantis,eumq; exemptum eſſe à tributo, nō debebitur tributum ex ea venditione, aut permutatione, de mandato illius facta. Eodem modo, ſi quis nomine exempti à tributo,negotiumq; illius ea in parte agens, aſportet, aut extrahat aliquid,de quo,niſi eſſet perſonæ ita exemptæ,deberetur vectigal,eo ipſo,quòd ſufficienter cōſtet,nomine,& ut rem ita exempti, deferri, vectigal illud non debebitur. E cōtrario autem, ſi exemptus vēdat,permutet,aſportet,aut extrahat, rem minimè

B exempti,debetur tributum; peccatque exemptus,& ad reſtitutionem tenetur:ſi tanquam ſuam eam rem vendat,permutet,aut aſportet,vel extrahat.

Cum l.32.tit.19.lib.9.nouæ collect. ſancitum ſit, 3
vt ſi rei venditor,aut permutator, incola non ſit eius loci,teneatur emptor,aut qui cum illo permutat, tantum pretii,aut valoris,penes ſe retinere,quantum ſatis ſit ad integrè alcaualam ſoluendam, quo vſq; debitor illius chirographum collectorum alcaualæ afferat, quo teſtentur ipſis eſſe ſatisfactum: alioquin emptor,aut permutator, illam de ſuo ſoluat. Cùm hæc,inquam,ita ſancita ſint,ait rectè Laſarte vbi ſupra n.8.quod ſi incola eius loci vendat in eo rem exteri alicuius,ac manifeſtet emptori,ſe illam vendere de mandato,aut nomine illius exteri, tunc emptorē

C teneri ſeruare tantum de pretio,quantum ſatis ſit,vt ſoluatur alcauala,interim dum non conſtat, ſatisfactum eſſe collectori alcaualæ: quoniam exterus ille rem uendit,ac debet alcaualam:non verò mandatarius,qui loco & nomine illius eam rem uendidit. Si autem incola ille rem vendens,non manifeſtet, ſe illam vendere de mandato, aut nomine illius exteri, tunc ipſe cenſetur illam vendere ad effectum, vt teneatur emptori de euictione,& vt ipſe ſoluere teneatur alcaualam, quando dominus rei eam non ſoluerit, ac proinde emptorem tunc non teneri retinere de pretio donec alcauala ſoluatur.

Quando autem aliquis venderet, aut permutaret, 4
rem alienā ſine mandato eius,cuius eſt,attamen nomine,& loco illius,eius negotium agens, idque ma-

D nifeſtans,tunc quia venditio non eſt valida, niſi dependenter à ratihabitione eius,cuius eſt ea res,ut diſp.337.ac alibi dictum eſt, vtique, ſi ratihabitio poſteà ſequatur,debetur alcauala ab eo, cuius ea res erat,& cuius nomine venditio facta eſt. Si verò ratihabitio non ſequatur,nulla debebitur alcauala: quoniam ex venditione,aut permutatione nulla,alcauala non debetur,vt eadem diſputatione,& alibi dictū eſt. Habet autem id verum, etiamſi venditor de ratihabitione cauerit emptori. Licèt enim tunc uenditor emptori teneatur ad intereſſe, vt diſputatione 268.§.tertius,comprobatum eſt; quia tamen non idcirco ea venditio eſt ualida, neque uenditor tenetur ad intereſſe ui talis uenditionis,ſed ex pacto de rato

E inſuper addito,quod non eſt uenditio neque permutatio, ex quibus ſolis contractibus alcauala debetur, utique ex eo quòd,qui de rato cauit, ad intereſſe emptori teneatur, non ſequitur deberi alcaualam ex ea venditione.

Quando aliquis rem alienam uendidit, aut permutauit, non de mandato domini rei, neque nego- 5
tium illius agens, ſed ſuum, ſiue ignorans eam rem eſſe alienam,ſiue ſciens alienam eſſe,eam uēdat, aut permutet,modo tamen emptor,aut qui cum eo permutat,non ſciat eſſe furtiuam, validus eſt cōtractus ad effectum,ut uenditor dominium pretij,aut rei in commutationem acceptæ, acquirat, teneaturque alteri de euictione,ac proinde vēditor, ac permutator

ad al-

ad alcaualam tenetur tanquam ex vero contractu venditionis & permutationis, nomine proprio celebrato. Quod autem validus ſit vterque contractus modo explicato, ac proinde quod venditor, & permutator, ad alcaualam ex eiſdem contractibus teneatur, copioſe eſt comprobatum diſpu. 327. neque eſt neceſſe illa hoc loco repetere. Quando autem emptor ſciebat rem eſſe furtiuam, eamque emit, tunc inualidus eſt is contractus, vt ibidem oſtenſum eſt, ac proinde ex eo contractu inualido alcauala non debebitur: pretium tamen amittetur illis, quibus eo loco explicatum eſt. Atque hæc de hac diſputatione ſufficiant.

DISPVT. 678.

An aliquando emptor ad alcaualam teneatur. Et nonnulla circa pactum, vt ad eam teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Dimidium alcaualæ ſoluit in Luſitania emptor. Idem quondam erat in hoc regno. Hodie totam ſoluit venditor. Neque contrarium habet ius commune.*

2 *Alcaualæ dimidium quando habet emptor ſoluere in hoc regno teneatur. Et quouſque emptor teneatur etiam facere certiorem gabellarium. Et quando retinere teneatur alcaualam ex pretio.*

3 *Alcaualæ ſolutionem ſi pacto venditor in emptorem reijciat, gabellarius adhuc illã petit a venditore. Sed uenditor recurſum aduerſus emptorem habet. Neq; gabellarius cogere emptorem poteſt eam ſoluere, niſi venditor illi actionem ceſſerit.*

4 *Alcaualam in prædicto euentu (non interueniẽte ceſſione venditoris) ſi gabellarius petat ab emptore, & emptor coram iudice reſpondere incipiat, cogetur illam ei ſoluere, neque gabellarius, cœpta ea actione, recurſum vllum habet aduerſus venditorem.*

5 *Alcaualam non debet emptor, eſto venditor, immunis à ſolutione alcaualæ, dicat ſe vendere illi talem rem tanto pretio franco à ſolutione cuiuſque tributi.*

6 *Alcauala rei venditæ tanto pretio franco, quantũ talis fuerit arbitratus, debet emptor vẽditori, ſi ante id arbitrium ius recipiendi alcaualas ad venditorẽ deueniat. Alcaualam item debet gabellario, qui gabellario aliquid vendit.*

7 *Alcaualæ centum & decem aurei debentur, quando venditur prædium mille aureis francis.*

8 *Ex vendito actio competit, vt impleantur pacta in cõtinenti addita venditioni, ſi addita ſint velut in recõpenſationem partis pretij: ſecus ſi non in talem velut in compenſationem ſint addita.*

9 *Alcauala non debetur ex additione in continenti alterius contractus venditioni in recompenſationem partis pretij rei venditæ, niſi contractus ita additus, permutatio, aut venditio ſit.*

10 *Alcaualæ ſolutio iniuſte cum reſtituendi onere reijcitur in emptorem, ſi triticum lege ſit taxatũ quatuordecim argenteis, & quis illo pretio vendat cum pacto, vt emptor alcaualam inſuper ſoluat.*

11 *Alcaualæ ſolutio ſi in emptorem reijciatur, quod ſoluitur in alcaualam, eſt addendum reliquo pretio, ut intelligatur, an res vendita ſit vltra dimidium iuſti pretij.*

12 *Alcauala an debeatur minor ex uenditione rei minori pretio, quam valeat, ſed compenſatione facta eius incrementi aliquo alio.*

13 *Venditio rei cum pacto in fauorem uenditoris efficit illam minoris ualoris quoad eam uenditionem.*

A IN Luſitania teneri emptorem ad dimidium al- 1
caualæ, & venditorem ad alterum dimidiũ, ſæ
pe eſt dictum. Atque idem ius fuiſſe quondã in
hoc regno, refert Laſſarte de decima vend. ca.
15. nu. 1. Poſtea vero ſancitum eſt, vt ſolus venditor
ad integrum teneatur, vt ſæpe eſt relatum. Quamuis
vt pluries in præcedentibus affirmauimus, id regula
riter redundet in emptores, quibus eo carius res ven
duntur, quo plus alcaualę, & aliorum tributorum, ex
eis ſoluitur: id quod, cum Cornel. Tacito, & Aemi-
lio Ferrato, affirmat Laſſarte vbi ſup. nu. 3.
Doctores plurimi, quos copioſe refert Aries Pi-
nel. l. 1. C. de reſcind. vend. p. ſecunda. cap. 3. nu. 40.
colligunt ex l. debet. ff. de ædict. edict. de iure com-
muni alcaualam, & ſimilia tributa ex venditione,
B in dubio potius deberi ab emptore, quam a vendito
re, quaſi de iure communi potius ac frequentius im-
ponerentur emptori, quam venditori. Merito tamẽ
idem autor cum Carolo Molinæo, & Laſſarte, cap.
quintodecimo citato, nume. primo, & ſecundo, con-
tendunt nihil tale ex eo iure colligi. Etenim in eo ſta
tuitur, ſi emptor ob vitium rei culpa venditoris non
detectum, agat redhibitoria, contractuſque reſcinda
tur, venditorem, non ſolum teneri reddere pretium
ſed & expenſas omnes, quas emptor fecit, non ſuo
marte, & ex mera ſua voluntate, ſed vi cõtractus, aut
ex conuentione & præſcripto venditoris. Quod ſi
(ſubiungit textus) forte debeatur vectigal ex tali con
tractu, & forte iure aliquo priuato ſancitum ſit, vt il-
lud ſoluat emptor, hoc etiam teneri reddere vẽdito-
C rem emptori: quia vi contractus illud ſoluit: & quia
venditor, qui ita fuit in culpa, tenetur ſeruare empto
rem omnino indemnem ex eo contractu. Sane, cum
textus ille bis appoſuerit particulam forte, nõ innuit
ſolere frequentius id tributum imponi emptori, ſed
ſolum poſſe euenire, vt ei imponatur.
In hoc itaque regno, in quo ſancitum eſt, vt ſolus 2
venditor alcaualam ſoluat, quærimus, num aliquan-
do, maxime ex pacto, illã ſoluere teneatur emptor;
& quouſq; tunc conueniri poſſit, aut debeat. Atque
iam in ſuperioribus ex lege tertia, aut quarta, tit. 17.
& ex l. tertia, tit. 18. lib. 9. nouę collect. eſt dictum, ex
oleo, quod Hiſpali venditur, non Regis, ſed priua-
torum, dimidium alcaualæ ſoluere emptorem, & di
midium uenditorem. Lege item 31. in fine tit. 19. li.
D 9. nouæ collect. quamuis ſolus venditor præcipiatur
ſoluere alcaualam, & efficere certiorem collectorẽ
intra quinque dies à celebrato cõtractu ſub pęna du
pli, ad maiorem tamen cautelam præcipitur etiam
emptori, vt ipſe quoque collectorem certiorem effi-
ciat de re, quam emerit, aut permutatione acquiſie-
rit, & à quo, intra tres dies à contractu celebrato,
ſub eadem pœna. Si tamen uenditor certiorem fa-
ciat collectorem intra quinque dies, emptor non ſu
biacet pœnæ, eſto certiorem illum non effecerit. Le
ge vero 32. ſubiungitur, ſi uenditor, aut permutator,
non ſit incola loci, in quo celebratur contractus aut
eſto ſit incola, *fuere hombre poderoſo, o official nueſtro*
del tal lugar, emptor teneatur reſeruare ex pretio,
E quantum ſatis ſit ad ſoluendam alcaualam, donec ſi
bi conſtet, ſatisfactum eſſe collectori, aut compoſi-
tionem cum illo eſſe factam, ſub pœna, vt ipſe em-
ptor ſoluat illam duplam. Excipitur, quando uen-
ditur vinum, aut uenduntur alia ad victum ſpectan-
tia, *pormendo*: nam tunc emptor ad id non tenetur.
Laſſarte cap. 15. citato, num. 10. nomine *de podero-*
ſo, intelligit etiam uenditorem, aut permutatorem,
adeo pauperem, vt periculum ſit, eum poſtea non
habiturum vnde alcaualam ſoluat. Quia tamen lex
illa eſt pœnalis, & nomen, potentis, neque impro-
prie comprehendit pauperem; ſane reijcienda eſt ea
ipſius ſententia.
Si quis vendat rem aliquam tanto pretio *franco*, 3
hoc

hoc eſt, libero à ſolutione alcaualæ, ita vt pacto inter ipſum & emptorem reijciat in emptorem onus ſoluendi alcaualam, quod poſſe fieri ex ſe liquet, & colligitur ex l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de actio. emptio. tunc nihilominus gabellarius cogere poteſt venditorem ſoluere alcaualam; quoniam priuatorũ pacta, neque fiſcum, neque quenquam alium, priuare poſſunt iure, quod aduerſus aliquem habeat, reijciendo ſuum onus in alium, vt conſtat ex l. inter venditorem. ff. de pact. Quare lex 8. titul. 18. lib. 9. nouę collect. quæ ſtatuit, ſi clericus à laico rem aliquam pretio *franco* à ſolutione alcaualæ, poſſe nihilominus gabellarium alcaualam petere à tali laico, qui ita vendidit, nihil ſtatuit ſupra id, quod ius commune habet. Venditor tamen, qui rem vendidit pretio frã co, reijciendo in emptorem onus ſoluendi alcaualam, recurſum ex eo pacto habet aduerſus emptorem actione ex vendito, vt ſibi ſoluat alcaualam, quam venditor ipſe ſoluit, vel vt præueniat gabellarium, eique ſatisfaciat, vt conſtat ex l. inter debitorem citata, iuncta gloſſ. ibi, ex lege 2. Cod. de hæredit. vel actio. vend. & ex l. ea conditione. C. de reſcinden. vend. Vtrum autem vi talis pacti inter venditorem & emptorem, poſſit gabellarius compellere emptorem, vt ſibi alcaualam ſoluat, merito Laſſarte vbi ſupra numero decimotertio, negãter reſpondet, niſi venditor prius gabellario ceſſerit actionem ex illo pacto, & conſentit aperte l. 2. C. de hæred. vel act. vend.

4 Quamuis, vt dictum eſt, gabellarius non poſſit cogere eiuſmodi emptorem, vt ſibi alcaualam ſoluat, niſi venditor illi actionem ceſſerit, quia emptor excipere, ſeu opponere poterit, ipſum eam illi non debere, nihilominus, ſi gabellarius agere cœperit ad eam alcaualam aduerſus emptorem, & emptor iudicium ſua ſponte ſuſcipiat, ita gabellarius proſequi cum eo iudicium debet, vi pacti cum venditore ad illam ſoluendam, & oneris emptoris eodem pacto in ſe ſuſcepti, vt eſto gabellarius recurrere velit ad venditorem, vt eam ſoluat, repellere optime eum poſſit venditor, iuxta diſpoſitionem legis. 2. Co. de pact. quæ habet, quando quis vendidit hæreditatem aliquibus, licet creditores, quibus aliquid hæreditas debet, actionem non habeant aduerſus emptores, ſed aduerſus hæredem, qui hæreditatem vendidit, qui rurſus actionem habet aduerſus emptores, vt id, & cætera onera hæreditatis ſuſtineant; nihilominus, ſi creditores actionem intentent aduerſus emptores, emptoreſque ſua ſponte actionem ſuſcipiant, eiuſmodi creditores non habent poſtea recurſum aduerſus hæredem, ſed repelli poſſunt exceptione ex pacto tacito, vt lege citata habetur: idemque prorſus eſt in re, de qua diſputamus. Gloſſa vltim. ibi, & doctores communiter, id intelligunt, de pacto eo ipſo tacito eiuſmodi creditorum cum hærede, quod nolunt eum conuenire, ſed contenti ſint conuenire emptores hæreditatis. Atque tunc, cum ad pactum tacitum conſenſus tacitus vtriuſque partis ſit neceſſarius, dicendum erit, ex parte creditorum eſſe conſenſum tacitum, qui colligitur ex actione, quam aduerſus emptores hæreditatis intentant, prætermiſſo hærede: ex parte vero hæredis, eſſe conſenſum omnino præſumptum, quod id gratum ſibi ſit, illudque velit, eſto id ita fieri ignoret, neque ea de re interrogetur.

Laſſarte vbi ſupra. numero 16. potius exiſtimat eam legem eſſe intelligendam, de pacto tacito inter creditores hæreditatis, & emptores eiuſdem hæreditatis, vt prætermiſſo hærede, locoque hæredis, emptores hæreditatis conueniantur: eo enim ipſo, quod creditores aduerſus emptores actionem intentant, & emptores ſponte iudicium illud ſubeunt, vt poſtea euitent iudicium hæredis de re eadem aduerſus ipſos, tacite cenſentur vtrique in eo pacto conuenire; idque validum eſt, eſto hæres non paciſcatur, quatenus liberari hæredem, cedit in commodum emptorum hæreditatis, argumento l. ſi vnus §. quod ſi ſine ff. de pact. Magis vero lex ſecunda citata loqui uidetur de hoc pacto tacito inter creditores hæreditatis, & inter emptores, quam de illo alio creditorum cum hærede, vt bene Laſſarte. num. 16. citato probat.

5 Ex hactenus dictis infert bene Laſſarte vbi ſupra num. 17. eſto in hoc Caſtellæ regno venditor, qui lege, aut priuilegio, immunis eſt à ſolutione alcaualæ, dicat ſe uendere tanto pretio franco rem ſuam, ſubijcereque emptorem oneri, vt ſoluat quodcunque tributum ex illa fuerit debitum, non proinde emptorem teneri ſoluere alcaualam, neque gabellarium poſſe illam ab eo exigere, niſi expreſſe in fauorem gabellarii, dixerit venditor, dum rem vendebat, ſe renunciare priuilegio ſuo, quo immunis eſt à ſolutione tributi. Ratio autem eſt, quoniam ſolus venditor debet in hoc regno alcaualam, & non emptor, neque vi pacti, quod pretio franco res vendatur, & quod emptor teneatur ad tributa, quæ ex illa debentur, aliter cenſetur emptor debitor alcaualæ, aut alterius tributi, quam quatenus venditor ad illud teneatur: quare cum in re propoſita, venditor ratione ſui priuilegij ad alcaualam non teneatur, neque emptor ad illam tenebitur, ac proinde gabellarius exigere iuſte ab illo eam non poterit.

6 Idem Laſſarte nume. 18. ex eod. cap. affirmat, ſi quis vendat fundum ſuum tanto franco pretio, quãtum Titius fuerit arbitratus, atque poſt uenditionẽ ea forma contractam, eueniat ut alcaualæ hæreditatum eius loci ad venditorem pertineant, quia uidelicet illas conduxit tanto pretio, & poſtea ſequatur Titij arbitrium, venditorem ultra pretium à Titio taxatum, non poſſe petere ab emptore alcaualam. Ducitur, quia emptor non tenetur ad illam, niſi ratione venditoris, & quantum venditor teneretur: eo autem ipſo, quod alcaualę ad uenditorem pertinent, venditor alcaualam non debet; eo quod nullus ſibi ipſi quicquam debere poſſit: ergo tunc emptor alcaualam non debet. Potius tamen exiſtimarem contrarium, niſi Titius in eo euentu, ultra pretium alioquin francum, arbitratus eſſet incrementum alcaualæ ſoluendum uenditori. Ratio eſt, quoniam venditor cenſetur uendidiſſe tota latitudine pretii franci & alcaualæ, quæ tota latitudo eſt pretium iuſtum rei ſuæ: & quoniam illa alcauala ad ſe pertinet, non nomine proprio, ſed nomine & loco Regis, neque ad ſe pertinet titulo gratuito, ſed oneroſo: quare in eo euentu ex eo, quod per accidens titulo oneroſo ad ipſum deuenerit ius recipiendi alcaualas loco & nomine Regis, æquitas non patitur, ut priuetur emolumẽto illo, parteque illa iuſti pretij rei ſuæ, quod ex conuentione debebatur Regi loco ſui, atque ex re ſua, & ſibi loco Regis. Idem Laſſarte ibidem cum Parladorio recte ſubiungit. Si uenditor gabellario ipſi fundum ſuum vendit centum aureis, gabellarium, perſoluto pretio, poſſe exigere alcaualam, aut eam deducere de pretio antequam pretium ſoluat: quoniam eſt diſtinctum debitum, quod uenditor ex uẽditione illa debet gabellario.

7 Illd cum Laſſarte vbi ſup. num. 19. Carol. Molinæo, Parladorio, & alijs, eſt notandum. Si quis vendidit fundum pretio franco, hoc eſt, *horro de alcauala*, mille aureis, non ſatisfacere emptorem gabellario, ſi inſuper illi ſoluat centum aureos, qui sũt decima pars mille aureorum: quoniam alcauala ſoluenda ex uenditione, eſt decima pars integri pretij, atque adeo, quod in alcaualam ſoluitur, computandum eſt in latitudine tota pretii, unde alcauala ſoluitur: ex mille autem & centũ aureis pretij, debẽtur in

alcaua-

alcaualam centum & decem; cētum quidem ex mille,& decem ex alijs centum. Atque hoc iure,inquit, Laſſarte vtimur. Subiungit autem,neque iterum ex illis decem debet ſolui unus in alcaualam, & ex illo vno decima pars,& ita conſequenter: quoniá,quando venditur res pretio franco mille aureis, tantum aſcendere debemus in pretio vltra mille, quouſque ſoluta integre alcauala, maneant venditori mille aurei. At certe,niſi & ille aſcenſus totus in pretio fiat, remanere non poſſunt emptori mille,perſoluta integre gabellario ex pretio alcauala: quare, in rigore, totus ille aſcenſus,quicquid Laſſarte in contrarium dicat,fieri debet. Tametſi æquitas poſtulet, vt in eo rigoroſo ac graui tributo,non tāta exactio fiat. Quo fit, vt, ſi id non habeat vſus, vt habere non videtur ſtandum ſit conſuetudini.

8 Eſt vero ad negotium alcaualæ, de quo diſputamus,& ad pleraque alia magnopere obſeruandum, ex l.qui fundum, ex l.fundi partem. ff. de contrah. empt. ex l.tenetur. §.primo, ex l.ſi ſterilis. §. ſi tibi, ff.de act.empt. ex l.ſi vendidero, in fine, iuncta l.ſequenti. ff.de ſeruis export. pacto venditionis alicuius rei pro aliquo pretio, multipliciter poſſe coniungi in continenti pactum aliud. Primo, quaſi in augmentum pretij, ſeu recompenſationis pro ea re vendita: quia ſcilicet intereſt vendenti tale aliud pactū impleri, eaque de cauſa rem vendit minori pretio, quam alioquin illam venderet,niſi ſimul interueniret ea recompenſatio impletionis illius alterius pacti. Sic,inter alia iura,habetur. l.fundi partem citata,quæ eſt Iaboleni iuriſconſulti, vt habent codices emendatiores,& non Labeonis,à cuius ſententia in ea lege diſceditur. Verba eius legis hæc ſunt. *Fundi partem dimidiam ea lege vendidiſti, vt emptor alteram partem, quam retinebas, annis decem, certa pecunia in annos ſingulos, cōductam habeat. Labeo & Trebatius negant, poſſe ex vendito agi, vt id, quod conuenerit, fiat. Ego cōtra puto; ſi modo ideo vilius fundum uendidiſti, ut hæc tibi conuentio præſtaretur: nam hoc ipſum pretiū fundi uidetur, quod eo pacto uenditus fuerat: eoq; iure utimur.* Hactenus lex illa. Secundo,quia licet res iuſto alioquin pretio vendatur, intereſt tamen venditori non aliter eam vendere,quam ſub pacto alio in continenti ſubiuncto. Vt,ſi alicui offeratur pretium iuſtum pro domibus, quas inhabitat; & quia nō habet alias ad habitationem,neque forte facile eas cōmode inueniet,deducat in pactum,vt emptor ſimul alias ſuas domos in tot annos certo aliquo pretio ipſi locet, quia aliter non vult vendere, nec deſerere domus ſuas: quia enim hoc ad intereſſe ſpectat venditoris,quo iuſte non vult carere, quia alioquin moleſtiam,iacturam,& incommodum patietur,vtique iuſte hoc grauamen exigit ac imponit emptori pro domibus ſuis,quaſi in partem inſuper pretij,ſeu intereſſe pro ſuis domibus. Hoc itaque differt hic poſterior euētus à priori,quod in priori aliquid de pretio iuſto rei venditæ detrahitur propter grauamen ex pacto adiecto quę pars pretij eo pacto adiecto cōpenſatur: in poſteriori vero ob pactum adiectum nihil de pretio iuſto detrahitur,quo res venderetur, ſi domorum dominus alias domus haberet ad ſuam commodam habitationem;attamen ſicut uenditor, propter id ſuum incommodum, quod ex vēditione ſequitur,poſſet,dum rogatur, petere augmentū pretij, quo id incommodum compenſaretur, ita, loco eius augmenti, petere poterit in eandem compenſationem, celebrationem ſimul illius alterius contractus. Quod ad rem itaque pręſentem attinet,parum refert, ſiue propter contractum adiectum venditor minuat de pretio iuſto rei,ſiue non minuat,ſed compenſet aliquod ſuum detrimētum, in cuius compenſationem iuſte exigere poſſet pretij augmentum:nā virtute vtrobique aliquid de pretio,quod poterat iu-

A ſte exigi,minuitur propter pactum adiectum. Quia ergo, quando in aliqua venditione permiſcetur aliquid permutationis,aut alterius contractus, ſiue nominati,ſiue innominati,quo, vna cum pretio conſtituto, compenſatur totus valor rei venditæ, aut pretium totum,quod pro illa ex quacunque circunſtantia poterat iuſte exigi,contractus ſimpliciter quoad compenſationem totam reputatur venditio, vt diſpu.337.oſtenſum eſt (modo tamen pretium excedat reliquum valoris, quod pactis alijs permixtis atque in continenti additis compenſatur) inde efficitur, quod omnibus iuribus citatis concedi dicatur actio ex vendito ad impletionem ſimilium contractuum in continenti venditioni adiectorum, aut ad intereſſe,ſi impleri iam nō poſſint: id quippe totum
B pertinet ad exactionem integri pretij, ſeu valoris cōſtituti pro re vendita: pretium autem, & res loco pretij, quæ ex venditione debetur,actione ex vendito exiguntur.

Illud inſuper obſerua,contractui venditionis poſſe addi in cōtinenti pactum minime ad ſubſtantiam venditionis ſpectans, vtpote ad intereſſe, aut quaſi intereſſe,vendentis,pro re, quæ venditur, nihil attinens:& tunc,eſto in continenti pactum illud adijciatur venditioni,ſimulque cum illa celebretur, imo eſt vendens non vellet rem vendere,niſi celebrando ſimul id aliud pactum, non competit venditori actio ex vendito ad cogendum emptorem,vt impleat hoc pactum,aut ad intereſſe ex eo,quod illud non impleuerit:ſed agere debet ex illo alio pacto,ſiue nomina-
C to,ſaltem qui ſtipulatione vallato,ſiue innominato, veſtito tamen cohærentia in continenti contractus venditionis,cum quo eſt ſimul celebratus. Niſi tamen pactum contineret quid inhumanum,& irrationabile attentis circunſtantijs concurrentibus; vt ſi mancipium venderetur certo pretio,appoſito pacto certę pœnę,ſi illud manumittat:tunc enim ea pœna exigi non poſſet, eſto ſtipulatione ſit promiſſa, vt habetur.l.ſi venditor. ff.de ſeruis export. Exempla eius,quod pręcipue obſeruamus,ſunt, verbi gratia,ſi Petrus ſimul vendidit Ioanni agrum, & illi locauit domos,aut equum, vel ab eo conduxit, vel aliquod aliud pactum celebrauit, non quaſi in commutationem ſimul pro re vendita, aliquo ex duobus modis ſupra explicatis, non competit Petro actio ex vendi-
D to aduerſus Ioannem, vt adimpleat eos contractus, aut vt ſoluat intereſſe,ſi illos tempore congruo non impleuit:quoniā contractus illi nihil attinent ad contractum vēditionis,ad illiuſve ſubſtātiam:ſed agere debet ex ipſiſmet cōtractibus, locationis,cōductionis,ſtipulationis,aut alterius, quē ſimul cū venditione celebrauit,vt cōſentit aperte.l.fundi parte citata, & habetur.l.ſi vēditor citata. Vbi additur,ſi quis vēdit ancillam cū pacto, ne proſtituatur, aut ne in alia loca deportetur; quoniam id intereſt vendenti, atque ad pium illius affectum attinet, idque quaſi in partem pretij, & recompenſationis pro ancilla, exegerit; agi poterit ex vendito, vt eis pactis ſtetur, & impleantur.

E Quæ dicta ſunt intendit Laſſarte de decima ven. 9
c.15.citato à nume.19.cum Carolo Molinæo, Andræa ab Exea,& alijs,quos citat; tametſi nō ita exacte ea explicent. Illud vero non probo,quod Laſſarte vbi ſup.à nu.24.ex hactenus dictis intendit. Nempe in euentibus,in quibus dictum eſt,pactum in cōtinenti venditioni appoſitum, augere pretium pro re vendita, eaque de cauſa competere venditori actionem ex vēdito,vt id pactum impleatur, poſſeq; ex vendito agere ad intereſſe, ſi tempore congruo non impleatur,in eis,inquam, euentibus, prudentis arbitrio æſtimandum eſſe, quantum ex tali pacto accreſcat pretij conuenti pro re vendita,vt inde etiam alcauala exigatur, ac ſoluatur. Hoc profecto non probo.

probo. Quoniam alcauala in hoc regno, & in Luſitania, ſolum debetur ex mera venditione, quoad verum ac formale pretium conuentum pro re vẽdita, & ex permutatione: quod ſi uenditioni permiſceatur aliquid permutationis, vterque contractus, præciſè vnus ab alio, conſideratur, atque ex mero contractu uenditionis, ſpectato præciſè à permutatione, debetur vna alcauala: ex permutatione vero, prę ciſè ſpectata à venditione, debetur duplex alcauala, vt diſput. 337. cum hoc eodem autore comprobatũ aperte eſt. Quod ſi venditioni, aut permutationi, admiſceatur aliquis alius contractus, ſiue nominatus, ſiue innominatus, ex illo profecto non debetur alcauala. Quare, ſi pro re vendita minus ueri pretij, hoc eſt, pecuniæ, conueniatur, quam talis res vendita valeat, & loco alterius partis valoris eiuſdem rei, ineatur ſimul alius contractus locationis, conductionis, vel alius ſimilis, nominatus, aut innominatus, quo compenſatur illa alia pars valoris rei venditæ, vtique neque ex tali locatione, conductione, aut alio contractu, debebitur alcauala, vt eſt notiſſimum; neque item ex compenſatione ipſa talis partis æſtimationis rei venditæ eo contractu in continenti appoſito, quæ uirtute eſt diſtinctus alius contractus innominatus, do eandem rem venditam, quoad id æſtimationis, ſeu eam partem æſtimationis remitto, vt mecum ſimul ineas hunc alium contractum: ex nullo ſi quidem contractu innominato, præter permutationem, alcauala debetur, vt dictum eſt. Equidem æquiuocatio fuiſſe videtur, quæ hunc fefellit autorem in re, de qua diſputamus. Etenim quando in venditione, vna cum vero pretio, hoc eſt, cum pecunia, compenſatur res vendita aliqua alia re, ſi pretium ſuperet valorem alterius rei, contractus reputatur ſolum venditio, ad effectum actionis, quæ ex illo competit, vt integer compleatur, quæ actio nuncupatur ex vendito: idque, quo res vendita, vna cũ pretio, compenſatur, pretium, ſeu pars pretij, talis rei venditę reputatur: quoniam non extrahit contractum à ratione venditionis veræ, vt diſputat. 337. dictum eſt: atque iuxta hanc doctrinam, & in hoc ſenſu, loquuntur, l. fundi pars, & alia iura ſupra citata, quæ in eo euentu actionem ex vendito concedunt. Cæterum, quod ad alcaualam attinet, ſolum reputatur venditio, quod vero pretio compenſatur, & quatenus vero pretio compenſatur, vt ibidem oſtenſum eſt. Quod ſi admiſceatur ſimul permutatio, inde etiam duplex alcauala debebitur. Ex admixtione vero cuiuſcunque alterius contractus, ſiue nominati, ſiue innominati, nulla ſane alcauala debetur, vt ſæpe dictum eſt.

10 Iuxta hactenus dicta, recte Laſſarte vbi ſupra nume. 15. infert aduerſus Ludouicum Mexia, falſam eſſe illius ſententiam, qua aſſeruit, ſi triticum lege iuſta ſit taxatum quatuordecim regalibus argenteis pro taneca, quam vocant, licite venditorem poſſe recipere ab emptore quatuordecim regales pro ea, cũ pacto, vt emptor ſoluat inſuper alcaualam. Ducitur, quoniam in eo euentu, venditor ſolum accipit in pretium quatuordecim regales lege taxàtos. Cum vero alcauala in hoc regno à venditore ſit ſoluenda de ipſo pretio, vtique, reijciendo onus alcaualæ in emptorem, pluſquam quatuordecim regales accipit in pretium: imo tunc maiori pretio vltra quatuordecim regales, quam ſit decima pars eorum, cenſetur vendidiſſe: quoniam eam decimam partem, & inſuper decimam partem eius decimæ partis, cum minimum cogetur ſoluere emptor loco venditoris, vt ſupra oſtenſum eſt. Quare, non ſolum id erit in fraudem legis, cum onere reſtituendi totum eum exceſſum, ſed etiam ſi vltra venditionem tritici pro quatuordecim argenteis, initum cũ ea ſit aliquod aliud pactum in grauamen emptoris, & in commodum venditoris, quod pecunia ſit æſtimabile; id etiam factum cenſetur, ac vere eſt, in fraudem legis, cum onere reſtituendi eam æſtimationem, vt habetur. l. prima, titu. 25. lib. 5. nouæ collect. & diſput. 364. dictum eſt.

Ex dictis facile conſtat, ſi res, cuius pretium lege non ſit taxatum, vendatur cum pacto, vt emptor ſoluat alcaualam, ad iudicandum, an pretium ſit vltra dimidium, aut infra dimidium, iuſti pretij, in eo eſſe computandum, etiam quod emptor ſoluit in alcaualam, vt eſt ſatis perſpicuum, & obſeruat Laſſarte vbi ſup. num. 27. 11

Quod ſi res, quæ longe minus valet, vendatur maiori pretio, ſed compenſante venditore id, quod plus accipit, vel locatione alterius ſuæ rei eidem emptori minori pretio, vel aliquo alio, quod det ei aut faciat in fauorem illius, tunc contractus ex ea compenſatione redditur æqualis ac iuſtus. Quod ſi id, quod inſuper dat in compenſationem, ſit vendibile, cenſetur facta venditio vtriuſque rei pro eo pretio, atque ex tota latitudine pretij debebitur alcauala. Si vero non fiat illius venditio, ſed ſit locatio, aut contractus alius, tunc, in rigore, atque in conſcientiæ foro, non debebitur ex toto eo pretio alcauala, ſed ſolum ex ea parte, ex qua reſultat iuſta venditio illius rei. In foro tamen exteriori fortaſſe non audietur venditor, qui ita contraxiſſet, ſed ex toto pretio accepto titulo venditionis illius rei, cogetur ſoluere alcaualam. 12

Laſſarte vbi ſup. num. 33. obſeruat, ſi res vendatur cum pacto in fauorem venditoris, quod rem ipſam afficit, neque ita liberam relinquit emptori, ac eſſet, ſi ſine eo pacto venderetur, tunc id pactum minoris valoris illam reddere ad talem venditionem. Vt ſi vendatur cum pacto de retrouendendo, aut cum alio, quo integrum venditori relinquatur, reſoluere venditionem; vel ſi res vendatur cum pacto, vt ex ea inſuper certus annuus cenſus ſoluatur: vel mancipium vendatur cum pacto, vt intra tantum tempus manumittatur, vel vt non extrahatur ex tali prouincia. 13

D I S P V T. 679.

Vtrum de parte pretij, quæ non deuenit ad vẽditorem, ſoluere teneatur alcaualam. Et quid de miniſtris, qui exigere tenentur tributa, & inquirere, ac manifeſtare ea occultantes, neque id efficiunt.

S V M M A R I V M.

1 *Alcauala debetur de toto pretio rei venditæ, non deducendo expenſas factas in illa vendenda.*

2 *Alcauala ex eo pretij augmento,* quod prometidos *vocant, non debetur.*

3 *Tributorum exactores, & ad id cuſtodes, ad quã reſtitutionem teneantur, ſi debite munus ſuum nõ exequantur.*

DVbium eſt vtrum de pretio, pro quo res venditur, deduci debeant expenſæ à venditore factæ in re vendenda, vt in illa aſportanda ad locum, in quo eſt vendenda, item quod datur ei, qui loco domini eam vendit, & quod datur proxenetæ, atque ſimiliter alię expenſę, ita vt de ſolo reliquo pretij, quod ad venditorem deuenit, ſoluere debeat alcaualam, non vero de illa parte, quæ conſumitur in ſimilibus expenſis. Licet quidam, quos Laſſarte de decima vend. c. 16. num. 1. 1

referr,

refert, arbitrati fuerint, de pretio rei venditæ deducendas eſſe ſimiles expenſas, & de ſola reliqua parte eius pretij ſoluendam eſſe alcaualam: dicendum tamen eſt cum eodem Laſſarte ibidem. num. 3. Parladorio, & alijs, in hoc regno ſoluendam eſſe de toto pretio, pro quo res venditur, nullas omnino deducendo expenſas in re vendenda effectas: ſicut etiam Eccleſiæ ſoluitur decima omnium fructuum, nō deducendo expenſas in eis colligendis factas; cum tamen fructus intelligi ſoleant, qui remanent deductis expenſis. Ratio autem potiſſima huius aſſertionis eſt, quoniam hoc tributum impoſitum eſt, vt ſoluatur ex toto pretio, pro quo res vendita fuerit: ſi enim lex 1. titulo 17. lib. 9. nouæ collect. habet *Quæ paguen porrazon della* (alcaualę ſcilicet) *de cada diez marauedis vno, de todo el precio porque vendierem.* Atque ita receptum eſt in praxi. Ac ſane, ſi expenſæ eſſent deducendæ de pretio, oſtium magnum litibus, ac defraudationibus alcaualæ aperiretur.

2 Dubium deinde eſt, quando in rebus, quæ venduntur in publica ſubhaſtatione, interueniunt *prometidos*, quos vulgus vocant, vt, verbi gratia, quod quicunque licitatus fuerit ſupra alios, accipiat quartam, aut tertiam partem eius pretij, quod ſupra alios fuerit licitatus, ita vt ſi nullus ſupra ipſum ſit poſtea licitatus, ſed ipſi res vendatur, retineat de incremento illo eam tertiam aut quartam partem ipſi promiſſam: ſi vero alius ſupra ipſum ſit licitatus, vltimus, qui fuerit licitatus, & cui res fuerit vendita, teneatur de integro pretio illi ſoluere eam tertiam, aut quartam partem pretij, quod ipſe auxit ſupra alios. Dubium, inquam, eſt, vtrum quando in vēditione interueniunt eiuſmodi *prometidos*, quæ ſoluenda ac deducenda ſunt de toto pretio, quod vltimus, cui res venditur, fuerit licitatus, ſit ſoluenda alcauala à venditore de toto integro pretio, an vero ſolum de eo, quod ad ipſum peruenit, deducta reliqua parte, quę ad *prometidos* ſpectat. Parladorius à Laſſarte vbi ſup. nu. 4. A relatus, cenſet, alcaualam ſolum eſſe ſoluendam de parte pretij, quæ ad venditorem deuenit, deducta reliqua, quę ad *prometidos* ſpectat. Laſſarte vero vbi ſupra num. 6. contrarium affirmat. Ratio autem illius eſt, quoniam id totum vere eſt pretium rei illius venditæ, & vt tale tenetur vltimus licitator anterioribus ſoluere: quę ipſis debentur *de prometidos*, tanquā debita illis à venditore, quæ vltimus licitator ex pretio rei venditæ illis ſoluit loco & nomine venditoris, qui ea illis promiſit ſub ea conditione, ſi licitarentur, vt re ipſa licitati ſunt. Item quoniam venditor duo genera cōtractus in eo euentu celebrat. Vnum, venditionis cum vltimo licitatore, cui rem vendit B pro integro pretio pro illa ab eo promiſſo. Alterum vero genus eſt cōtractuum innominatorum cum ſingulis licitatoribus, nempe de tertia, aut quarta parte pretij, quod licitando auxeris, vt ita augeas ac liciteris, ſiue tibi res vendatur, ſiue non; modo tamen illa in tali publica ſubhaſtatione tādem vendatur: quod autem impleto hoc contractu innominato a ſingulis licitantibus, eis à venditore debeatur ea pars pretij, quæ detrahenda eſt de integro pretio, pro quo res tandem fuerit vendita, vtique non impedit, quominus res tandē pro toto eo pretio ſit vendita, ac proinde quod venditor ex toto eo pretio debeat alcaualam ſoluere. In hanc ſententiam inclinarem, niſi au- C direm contrarium in more eſſe poſitum: cui eſt ſtandum, maxime in materia hac odioſa.

De cuſtodibus, & alijs miniſtris publicis, qui ex 3 officio tenentur inquirere aſportantes merces, & celebrantes venditiones, aut permutationes, & alia, ex quibus tributa debentur, tum vt ea ſoluant, tum etiam vt tranſgredientes leges ea de re latas, ac ſe occultantes, pœnis eiſdem legibus ſtatutis afficiantur, neque id opere præſtant, commodius dicetur inferius in materia de reſtitutione, dum ſermo fuerit, ad quam reſtitutionem teneatur non obſtans, & non manifeſtans.

F I N I S.

LVDOVICI MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
DE IVSTITIA ET IVRE
TOMI TERTII
PARS POSTERIOR.

DE DELICTIS, ET QVASI DELICTIS,
Iuſtitiæ commutatiuæ circa bona externa contrarijs.

DISPVT. 680.

Varia genera eiuſmodi delictorum diſtinguuntur: pręcipuè furtum, rapina, & damnum datum.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitiæ, iuſtitiæ commutatiuæ circa bona externa contrariæ, varij modi.*
2 *Furtum latè, & peccatum furti latè, quid.*
3 *Furtum preſsè, quid.*

1 DICENDVM eſt conſequenter de vitijs iuſtitiæ commutatiuæ circa bona externa contrarijs: & ſimul de quaſi delictis circa eadem bona. Multis autem modis euenit iniuſtitia circa bona externa, iniuſtitiæ commutatiuæ contraria. In primis in contractibus: idque dupliciter. Vno modo, celebrando iniuſtum contractum cum aliquo, aliquidve iniuſtè eo contractu ab illo exigendo, aut accipiendo. Atque in tali iniuſtitia interuenire ſolet conſenſus, inuoluntarius tamen mixtè, ex parte eius, qui eam iniuſtitiam patitur; ſiue conſentiat ex ignorantia, quia videlicet ignorat iniuſtitiam, quam patitur; ſiue ſciens & prudens, preſſus tamen neceſſitate aliqua, aut ratione alia, ad id adductus. Hoc modo committitur vſura; & vitium circumuentionis, & ſupergreſſionis fratrum, de quo Paulus 1. ad Theſſalon. 4. vt quando aliquid venditur, aut locatur, vltra iuſtum pretium, vel emitur, aut conducitur, infra pretium iuſtum, vel venditur res vitioſa, non detecto vitio, quod uendens detegere tenebatur, varijſque alijs modis: qui ferè patent ex hactenus dictis, præſertim in materia de contractibus. Altero modo interuenit iniuſtitia ex contractu, non implendo id, ad quod quis ex contractu tenetur. Vt ſi emptor, aut conductor, non ſoluat pretium, vel venditor, aut locator, non tradat rem venditam, aut locatam, vel commodatarius non tradat rem commodatam congruo tempore, aut quouis alio modo aliquis ſua culpa id non impleat, quod ex contractu iuſto, aut ex quaſi conrractu, implere tenetur, vt ſi hæres non ſoluat debita aut legata defuncti. Atque cum hoc iniuſtitiæ genere coniungere poſſumus, quando quis non implet id, quod lege iuſta, aut ex alio capite, implere ex iuſtitia tenetur, vt quando non ſoluit tributa iuſta, aut uoluntatem teſtatoris non implet iuxta onera ſibi iniuncta. Quia verò hi omnes iniuſtitiæ modi circa res externas, iuſtitiæ commutatiuæ circa eaſdem res contrarij, facilè patent ex ijs, quæ toto hoc ſecundo tractatu dicta ſunt, & quæ in progreſſu huius ſecundæ ſecundæ ſubijciuntur, non eſt cur plura hoc loco circa eiuſmodi vitia dicamus.

Deinde euenit iniuſtitia circa bona externa, iuſtitiæ commutatiuæ contraria, vſurpando extra contractum res aliorum externas, aut damnum illis iniuſtè inferendo. Atque hoc modo committuntur furtum, rapina, & datio iniuſta damni: quæ ſunt tria vitia, cum quaſi delictis eis annexis, de quibus hoc loco diſputare intendimus.

Eſt verò obſeruandum, furtum ſumi interdum latiſſimè: quo pacto omnem iniuſtitiam circa res ex- 2

ternas, exequutioni mandatam, ſuo ambitu comprehendit. Dixi exequutioni mandatam: quoniam, vt habetur. l. prima. §. primo. ff. de furtis, ſola cogitatio furti faciendi, id eſt, actus internus, etiamſi aliquam attentationem externam habeat adiunctam, quæ non perueniat ad effectum contrectationis rei alienæ, quemadmodum non eſt furtum, ita non facit furem. In hac ſignificatione vſurpatur furtum ſeptimo illo præcepto decalogi: *Non furtum facies*. Omnis enim iniuſtitia circa res externas, exequutioni mandata (nomine exequutionis etiam omiſſionem exequutionis comprehendendo, non ſoluendo, quod quis ex iuſtitia ſoluere tenetur) prohibetur eo præcepto. Decimo uerò illo alio præcepto: *Non concupiſces rem proximi tui*, actus internus circa omnem eam iniuſtitiam, nondum exequutioni mandatus, prohibetur. Quo fit, vt peccatum furti latiſſimè ſumptum, omnia prohibita utroque præcepto comprehendat. Licèt enim furtum ſignificet ſolùm externum actum à peccato interno emanantem, illudve coniunctum habens atque includens: quoniam, niſi à vero peccato interno furti emanaret, illudque coniunctum haberet ac comprehenderet, nón eſſet furtum formaliter, ſed materialiter; peccatum tamen furti etiam actum merè internum, decimo præcepto decalogi, ad maiorem rei explicationem, prohibitum, & attentationem actu externo ſine effectu, comprehendit. Furtum hoc modo ſumptum non diſtinguitur contra rapinam, ſed eam ſuo ambitu amplectitur. Vnde Auguſt. quæſtio. 71. in Exod. & refertur, capit. pœnale. 14. quæſtio. 5. *Furti*, inquit, *nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ: non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit: ſed vtique furti nomine, in lege veteris teſtamenti, & rapinam intelligi voluit: à parte enim totum ſignificauit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur*. id eſt, à furto, quod pars eſt ſubiecta iniuſtæ acceptionis rerum proximi, ipſam iniuſtam acceptionem in toto ſuo ambitu ſignificauit: nomine, iniuſtæ acceptionis, eam etiam comprehendendo, quæ in contractibus interuenit, duobus modis ſupra explicatis. Quin & ſub furto ita latè ſumpto, comprehenditur omnis iniuſta damni datio circa res externas, vt qua iniuſtè exuruntur, aut demoliuntur, ſegetes proximi, aut aliud damnum rebus externis illius iniuſtè infertur. Imò verò nomine, iniuſtæ acceptionis, damni datio iniuſta comprehenditur in materia de reſtitutione, quando dicimus, obligationem reſtituendi interdum oriri ex parte iniuſtæ acceptionis, & interdum ex parte rei acceptæ. Quæ omnia furti nomine in ſeptimo præcepto decalogi intelliguntur.

3 Alio modo ſumitur furtum præciſè, non ſolum, vt diſtinguitur contra iniuſtitias circa res externas proximorum, quæ eueniunt in contractus, aut ex contractibus, modis ſupra explicatis, ſed etiam vt diſtinguitur contra rapinam, hoc eſt, violentam vſurpationem iniuſtam rerum externarum proximorum, & contra damnum circa eaſdem res iniuſtè datum, hoc eſt, eas non accipiendo, ſed deſtruendo, aut deteriores eorũ dominis, ac tentoribus, reddendo. Atque de furto in hac ſignificatione eſt nobis hoc loco ſermo.

DISPVT. 681.

Furtum preſsè quid.

1 *Furtum preſsè vnde dictum.*
2 *Furti preſsè definitio.*
3 *Furtum formaliter, & furtum materialiter, quid. Pro ſolo autem furto formali ac materiali ſimul, datur actio furti in foro exteriori, aut pro eo, quod præſumitur tale.*
4 *Furtum committitur, ſi inuentum retineatur ab inueniente, & quando id præſumitur.*
5 *Furti non punitur, qui inuentum ſibi retinet, quando dominus eius rei eam habebat pro derelicto, eſto inueniens id ignoraret.*
6 *Circa inuenta quid iure Luſitano ſtatutum.*
7 *Circa inuenta quid iure Caſtellæ ſancitum, & cui applicentur factis certis diligentijs.*
8 *Furtum quando committant commodatarius, depoſitarius, conductor, aut habens in pignus, ſi rebus, quas ita habent, vtantur vltra id, ad quod eas habent, inuitis dominis, & quale furtum id ſit. Et qui alij furtum committant.*
9 *Expilatæ hæreditatis crimen diſtinctum eſt à furto. Quæ actio aduerſus expilatorem competat, & quibus puniatur pœnis.*
10 *Furtum non eſt, ſed aliud delictum, ſi vnus coniux, altero defuncto, aliquid ſubtrahat, aut deneget de hæreditate defuncti aut de communibus bonis, & quæ actio aduerſus eum competat.*
11 *Expilatæ hæreditatis actio competit priuigno aduerſus vitricum, aut nouercam, ſi ex hæreditate aui, priuigni, aut alterius, qui non ſit coniux vitrici, aut nouercæ, aliquid ſubtrahant.*
12 *Furtum committitur, non tamen datur actio furti, ſed rerum amotarum, ſi vnus coniux, conſtante matrimonio, aliquid de bonis alterius ſurripiat.*
13 *Furtum committit tutor, ſi rem pupilli eo inuito vſurpet, actioq; furti aduerſus illum datur, ſi de eo animo conſtet: ſi verò nõ conſtet, ſed præſumatur is animus, competit pœnalis actio de rationibus diſtrahendis: ſi autem non præſumatur, competit ſolùm actio tutelæ.*
14 *Rei nomine in definitione furti quid intelligatur.*
15 *Furti definitio à D. Tho. tradita.*
16 *Furti alia definitio.*

VT habetur, l. prima, in princ. ff. de furtis, & §. furtum inſtit. de oblig. quæ ex delicto, conſentitque Iſidorus, lib. quinto, Etymolog. cap. 26. furtum, vt Labeo ait, cui conſentit Varro, lib. 14. rerum diuinarum, dicitur à furuo, id eſt nigro, quòd clam, & obſcurè fiat, & plerumque nocte. Vel, vt Sabinus ait, dicitur à fraude, aut, vt alijs placet, dicitur à ferendo, id eſt, auferendo: quia fur aufert ab alio, & ſibi affert, quod fit contrectando rem, eamque ferendo de loco in locum. Vel vocabulum fuit à ſermone græco originem traxit, quo fur Phor appellatur: id quod, referente Calepino, Gellio magis placuit. 1

2 Definitur verò furtum, l. prima, cita. §. vlt. & inſtit. §. citato, contrectatio fraudulоſa lucrifaciendi cauſa, vel rei, vel vſus illius, vel poſſeſſionis. Poſita autem eſt in hac definitione vox, contrectatio, potius quàm vſurpatio, vt vſum rei alienæ inuito domino comprehendat. Porrò, contrectatio fraudulоſa duo includit. Vnum eſt, vt non ſit aperta, vidente & reſiſtente domino, atque adeò vt non ſit per vim: tunc enim eſſet rapina, & non furtum preſsè ſumptum, de quo loquimur. Vnde per particulam, fraudulоſa, eo modo intellectam, reijcitur rapina à ratione furti. Alterum verò, quod includit, aut ſupponit, eſt, quòd ſit rei alienæ, ea ex parte, qua committitur furtum; contrectatio enim rei propriæ, furtum non eſt, itemque, quòd fiat inuito domino. Quando enim conſtat, contrectationem eſſe iuxta domini voluntatem, neque fraus, aut occultatio, eſt neceſſaria, neque

quę in ea contrectatione, aut vſurpatione, cernitur furtum.

3 Et quidem, quod ad conſcientiæ forum attinet, ſi contrectans credat dominum rei fore inuitum, nec tamen ſit, committit furtum formaliter, ac peccat; non tamen committit furtum materialiter. Si verò credat, meritoque ſibi perſuadeat, dominum non fore inuitum, & dominus inuitus ſit, committit furtum materialiter, non verò formaliter, ac proinde nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur ex parte acceptionis, ſed ſolùm ex parte rei acceptæ, quod ex illa extat, aut quantum ex ea fuerit factus locupletior. Quod verò ad forum externum attinet, ſemper contrectans rem alienam, præſumitur inuito domino eam contrectare, ac proinde, vt fur punitur, niſi ſufficientes adſint coniecturæ, vnde contrarium præſumatur. Neque, vt præſumatur non contrectaſſe inuito domino, erit ſatis, ſi rei dominus dicat poſtea, contrectationem non fuiſſe factam ipſo inuito: quoniam, niſi ſint veriſimiles aliæ coniecturæ, quæ id perſuadeant, contrarium præſumitur ad id delictum in commune bonum puniendum. Ita gloſ. l. inter omnes. §. rectè. verb. verumtamen. ff. de furtis, & concinit. l. qui vas. §. vetare. ff. eodem titu. atque cum Barto. & Panorm. & cum communi doctorum ſententia, quam refert, affirmat Anton. Gom. 3. Tom. var. reſolu. cap. quinto, nume. 1. & 2. apud quem lege circumſtantias aliquas, quæ in foro exteriori perſuadent contrectationem non fuiſſe factam inuito domino. Quòd ſi contrectatio facta fuiſſet concurrentibus circunſtantijs, quæ ſuaderent, dominum non futurum inuitum, atque contrectans, id ſibi perſuadens, rem alienam contrectaret, tunc, eſto poſtea comperiretur, dominum fuiſſe inuitum, talis contrectans non diceretur furtum commiſiſſe, nec proinde aduerſus eum daretur furti actio. Ita habetur l. inter omnes. §. rectè, & l. qui re. ff. de furtis, & inſtit. de oblig. quæ ex delict. §. placuit, vbi hæc elegans ratio redditur; *quia furtum ſine affectu furandi non committitur*. Quando autem quis crederet ſe contrectare rem alienam inuito domino, ſi poſtea comperiretur dominum re ipſa non fuiſſe inuitum, quamuis peccauerit furti peccato, aduerſus eum tamen non conceditur actio furti in exteriori foro: quia iniuriam re ipſa non intulit domino rei, licèt ſe eam inferre crediderit. Ita Vlpianus aduerſus Pomponium, qui contrarium affirmauit. §. rectè citato, conſentit. l. falſus. §. qui alienum. ff. eod. tit. vt ſubiungam.

4 Quando aliquid inuenitur, ſi accipiatur lucrifaciendi cauſa, hoc eſt, animo id ſibi retinendi, committitur furtum, non ſolùm in conſcientiæ, ſed etiam in exteriori foro, & vt tale punitur, etiam ſi inuentor neſciat cuius ſit, ita habetur l. falſus. §. qui alienum. ff. de furtis, & l. vltim. §. omnes. C. vnde vi. Et quando aliunde non ſunt ſufficientes coniecturæ, quòd id non acceperit animo ſibi retinendi, præſumitur accepiſſe vt id ſibi retineret, quando dominum non quæſiuit edicto publico, aut præconis voce, concinit. §. qui alienum citatus verſ. plerique, &

5 cum alijs affirmat Anton. Gom. vbi ſupra num. 2. lege falſus. §. qui alienum citato, habetur, quando dominus rei inuentæ illam habuit pro derelicto; tunc eſto qui illam inuenerit, id ignorauerit, eamque animo ſibi retinendi acceperit, non eſſe puniendum, vt furem: eo quòd re ipſa nulli furtum fecerit. Noluit enim ius punire furtum formale, niſi quando coniunctum eſſet cum furto materiali, vt ſupra dictum eſt.

6 Quinto lib. Luſita. ord. titu. 41. ſtatuitur, vt, ſi inuentor rei alicuius, ſciat cuius ea ſit, teneatur eam illi tradere, eſto ab eo non petatur: ſi verò ea vtatur ſine domini voluntate, puniatur ac ſi eam furto acceptiſſet. Si verò ignoret, cuius ea ſit, teneatur illam intra triginta dies præconizare in locis publicis ad id conſuetis: quòd ſi id intra eos dies non fecerit, & ea vtatur, punitur vt fur. Inſuper ſtatuitur, ſi res inuenta fuerit ſeruus, teneatur intra quindecim dies eum manifeſtare, vel proprio domino, vel iudici *da cabeza do almoxarifado da comarca emque for achado*, alioquin punitur vt fur. Ibidem ſubiungitur præmium propoſitum inuentoribus auium alienarum ad aucupium attinentium, vt accipitrum, atque item inuentoribus mancipiorum, de qua re diſput. 83. §. obijcies, dictum eſt. Item de expenſis factis cum re inuenta ſoluendis inuentori, ſubiungitur ibi ſermo, dictumque eſt diſputat. 83. citata. Cum quibus computa iuſtum pretium laboris & induſtrię appoſitæ, etiam in extrahenda re aliena à periculo, vt ex ore lupi; de qua re diſput. 41. dictum eſt.

Ius Luſit.

7 Lege 6. & 7. titu. 13. lib. 6. nouæ collect: ſtatuitur, vt quæcunque inuenta ſtatim tradantur iudici loci, in quo fuerint inuenta. & cum l. 6. citata, tranſacto anno, in quo non compareret dominus, res inuenta applicaretur fiſco; lege tamen 7. ſtatuitur, vt inde xillam deponat, *en poder de perſona, o perſonas, idonea, que la tenga de manifieſto por vn ano y dos meſes: y el que aſi la hallare, o aquel a quien perteneciere por priuilegio, vſo, y coſtumbre, lo moſtrenco; hagalo en eſte in terim pregonar por publico y conocido pregonero del lugar, do la coſa fuere hallada, cada mes en dia de mercado. Y mandamos que el miſmo dia, que fuere hallada, la notifique el que la hallare ante el eſcribano del concejo del dicho lugar. Y ſi haſta el termine de vn ano y dos meſes el ſenor de la coſa hallada viniere, libremente le ſea reſtituida, pagando las coſtas que fueren hechas en la guardar. Y ſi aquel, o a quien pertenece lo moſtrenco, no hiziere las diligencias deſuſo contenidas, pierda el derecho, que le compete a el moſtrenco, y la coſa hallado la reſtituyga como por hurto*. Atque hæc eſt lex, cuius Anton. Gom. numero ſecundo, citato meminit, & quod in hoc Caſtellæ Regno ait eſſe ſancitum. Vbi vides, neque inuentori, neque cuicunque alteri, cui ex priuilegio, & vſu res inuenta concedatur, aliter eam concedi, & appropriari, quàm ſi prædicta obſeruet: quin potius, ſi aliquid prætermittat, & rem vſurpet, puniri vt furem: quando autem ea omnia ritè ſeruarentur, meritò publica autoritate adiudicatur res inuentori, ſi dominus non compareat intra annum & duos menſes, aut alteri, cui ex priuilegio ſit ita conceſſa. Cum verò nullibi videamus id ſeruari, nullus in hoc Regno conſequitur dominium eiuſmodi rerum ea ratione. Atque adeò, quando illa non ſeruantur, vt minimum tenetur inuentor facere moralem competentem diligentiam, vt dominus illius comperiatur, illique tradatur: ſi autem, illa facta, dominus non comparuerit, aut ſpes iam non ſit, quòd dominus compareat, quia congruo tempore facta non fuit competens diligentia, inſumenda eſt ea res in eleemoſynis, aut in alijs operibus pijs, pro anima eius, cuius fuerit. Vtrum autem obligatio ſit eam tradendi fratribus Mercenarijs, aut Trinitatis, qui affirmant, ſe habere priuilegium, vt ipſis in captiuorum redemptionem tradatur inferius in materia de reſtitutione eiuſmodi inuentorum dicetur. Certè cum videamus, eos non ſeruare pręſcripta ea lege ſeptima, vt dominus inuenire eam poſſit, ac conſequi; inuentor, qui illa ſeruare vellet ad vnguem, non teneretur eam illis tradere in pręiudicium dominorum, ſed facta ea competenti diligentia, dominoque non comparente, meritò iuxta eam legem, compararet dominium talis rei.

Caſtellæ.

Per particulam, fraudulosa, quatenus ſupponit eſſe inuito domino, excluditur præterea à ratione

furti acceptio rei alienæ per vſuram, aut per alium contractum iniuſtè: id quippe fit conſentiente domino, tametſi inuoluntariè mixtè.

Additur in definitione, lucri faciendi cauſa: quoniam, ſi quis rem accipiat, non ut eam ſibi reſeruet, aut alteri, ad quem ſciat eam non pertinere, ſed vt eam illi reſeruet, ad quem pertinet, aut vt cautiorem eum reddat, non committit furtum.

Additur deinde, vel rei, vel vſus illius, vel poſſeſſionis: quoniam non ſolum committitur furtum, ſi res omnino alterius (quod nomine rei in ea definitione intelligitur) integre lucrifaciendi gratia vſurpetur; ſed etiam ſi accipiatur quoad ſolum vſum, aut ſi quoad poſſeſſionem, aut tentionem, quæ ad alterum ſpectat, accipiatur eo inuito: nomine enim poſſeſſionis, tentio etiam, ſaltem legitima, in ea definitione comprehenditur. 8 Vnde, ſi quis rem aliquam commodatam habeat ad certum vſum, & ea vtatur ad alium, aut per longius tempus, vel ſpatium, inuito domino, committit furtum in ea contrectatione. l.qui iumenta, ff.de furtis, §.furtum autem. inſti.de oblig. quæ ex delicto, & diſput. 195. dictum eſt, vbi ex Couar. adiecimus, quando certum non eſſet eum vſum futurum contra domini voluntatem, eum cõmodatarium cenſendum non eſſe commiſiſſe furtum: idque habetur, §. placuit. inſt.eo.titu. Quin, eſto intelligeretur dominum futurum inuitum, eũ commodatarium non cenſendum eſſe infamẽ, neque damnandum tota pœna furibus ſtatuta. Idem dicendum eſt de eo, qui rem habet conductam ad certum vſum, vt habetur, §. furtum autẽ citato. Eodem etiam modo, ſi creditor vtatur pignore, aut depoſitarius re depoſita, inuito domino, committit furtum, vt habetur. §. furtum autem citato, & alijs iuribus, quæ citauimus diſp. 524. & diſp. 535. quibus in locis hac de re dictum eſt. Simili modo, ſi quis rem contrectet quoad ſolam poſſeſſionem, priuando alterum poſſeſſione, in qua erat, eo inuito, committit furtum aduerſus eum, eſto nõ eſſet dominus rei: aut ſi rem contrectet, priuando aliquem, ipſo inuito, tenentia, qua eam rem iure ac legitimè tenebat, vt ſi pignus accipiat de poteſtate creditoris, qui illud tenebat, aut rem locatam de poteſtate eius, qui illam habebat conductam, aut rem depoſitam de poteſtate depoſitarij, vel cuſtodis, committit furtum aduerſus eos, vt habetur. §. furtum autem citato. l. in actione. §. qui rem. l. ſi is qui. ff. de furtis. §. aliquando. §. furti autem. inſt. de oblig. quę ex delicto. l. 9. tit. 14. par. 7. & alijs iuribus. Quando tamen dominus rei, qui illam commodauerat, illam aufert à commodatario, non competit commodatario actio furti aduerſus commodãtem, niſi retinere eam poſſet ratione expenſarum, aut alterius debiti, quo ei commodans tenebatur, vt habetur l. creditoris. §. dominus, & l. ſi is qui. ff. de furt. Si tamen nondum finitum fuerat tempus, pro quo res fuerat commodata, agere poterit actione commodati; vt ei reſtituatur, imò & ad damna. Quin obſerua, furtum non dici committi, niſi aduerſus eum, qui poſſidet, ſaltem per alterum, vel rem legitimè tenet. Quare, eſto dominium ad vnum pertineat, ſi tamen ille, neque per ſe, neque per alium, ſit in poſſeſſione illius rei, non dicitur furtum committi aduerſus eum, ſed aduerſus poſſeſſorem, vel legitimum tentorem rei illius. De his tamen omnibus dicetur copioſius diſput. *696*.

9 Hinc, ſi quis ex hæreditate, quæ ad ipſum non pertinet, aliquid indebitè vſurpet, ſiue hęreditas adhuc iaceat, quia à legitimo hærede nondum eſt adita, ſiue ab eo ſit adita, eaque aditione comparauerit dominium, ſed nondum poſſeſſionem illius obtinuerit: iuxta ea quæ diſput. 3. & aliàs ſæpe, dicta ſunt, is non dicitur fur preſſe, neque in pœnas furi à iure

A ſtatutas incidit; ſed incidit in crimen aliud diſtinctum, quod appellatur expilatæ hæreditatis, vt conſtat. l. ſecunda, & per totum titulum. ff. de crimine expilatæ hæred. l. vlt. & per totum. C. eodem titu. & l. 21. titu. 14. par. 7. Ceſſat verò id crimen eo ipſo, quòd obtenta eſt hæreditatis poſſeſſio per unũ ex hæredibus, etiam ſi alij poſſeſſionem non comparauerint, iſque aliquid amoueat in præiudicium cæterorum, vt habetur. l. prima, C. eodem titu. Qui verò rem modo explicato ex hæreditate vſurpat, hęreditatem ve expilat, cogitur reddere eam rem legitimo hæredi, vna cum fructibus ex illa perceptis, agiturque rei uendicatione. l. 21. citata, & conſentiunt lex ſecunda, & ſequentes. ff. de crimine expil. hære. Quin & fructus, qui percipi ex ea potuerunt, B & ſua negligentia non ſunt percepti, cogetur ſoluere: atque ad fructus exiſtentes competit rei uendicatio, ad non exiſtentes uerò condictio, vt conſtat. l. malæ fidei, de condict. ex lege, & l. aduerſus. C. de crim. expil. hære. Inſuper, qui in id crimen incidit, ſi nobilis ſit, in exilium ad tempus, arbitrio iudicis conſtituendum, mittitur, aut alia pœna arbitraria pro qualitate criminis, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, damnatur. Si verò non ſit nobilis, damnatur in metalla tempore iudicis arbitrio ſtatuendo, vt habetur. l. prima, §. expilatores. ff. de effractoribus, & l. 21. citata. Hodie verò in hoc Regno, cum vſus non ſit damnandi ad metalla, ea pœna commutatur in pœnam remigandi in triremibus. l. 3. titu. 13. lib. quarto, nouæ collect. in pœ- C nam ſtatuitur rei, qui occupauerit poſſeſſionem hæreditatis defuncti, qui legitimos alios hæredes habuerit, vt vltra illam, eis reſtituat inſuper æſtimationem integram illius.

10 Si vnus coniugum ex hæreditate alterius coniugis defuncti, aut in hoc Regno ex bonis communibus, aliquid iniuſtè amoueat, illudve ad partitionem non afferat, non competet hæredibus alterius coniugis defuncti aduerſus eum actio ex furto, aut expilatæ hæreditatis; quia neutrum crimen cenſetur committere: ſed mitior quædam alia ad rem, & aduerſus eum, in matrimonij honorem, conceditur. Atque circa ea ex his, quæ adhuc extiterint, competit rei uendicatio, circa reliqua verò condictio. Ita habetur l. aduerſus. C. de crimi. expil. hære: D & l. malæ fidei. C. de condict. ex lege, & l. vxor. ff. de crim. expil. hære.

11 Aduerſus vitricum autem, ſi aliquid iniuſtè vſurpet, non quidem ex hæreditate ex ſua vxore defuncta delata priuigno, ſed ex auis priuigni, aut aliunde, competit priuigno actio expilatæ hæreditatis: & idem dicendum eſt de nouerca comparatione priuigni, ſi de hæreditate ad ſuum priuignum ex alio, quàm ex ſuo coniuge defuncto, delata, aliquid iniuſtè vſurpet. Ita habetur l. 2. & 3. C. de crimi. expil. hære.

12 Quando vnus coniugum aliquid, conſtante adhuc matrimonio, iniuſtè accipit de bonis alterius, licèt verè furtum committit, vt habetur l. prima, & E penult. ff. rerum amotarum: in honorem tamen matrimonij, vt ibidem l. 2. habetur, noluit ius aduerſus id ita accipientem concedere actionem ex furto, ſed mitiorem multo aliam rerum amotarum, ad vendicandum, quod extiterit rerum ita amotarum, & fructuum inde perceptorum, & ad condicẽdum, quod fuerit conſumptum, damnaque omnia ex tali amotione ſubſequuta. Ita habetur ff. & C. rerum amotarum per totum.

13 Vtrum autem aduerſus tutorem agi poſſit actione furtiua, ſi rem pupilli eo inuito ſibi vſurpet, quaſi verè furtum aduerſus pupillum committat? lex 5. titu. 14. par. 7. negare videtur, ſed ſolùm ait, agi aduerſus eum poſſe actione de rationibus diſtrahendis

hendis quam iura vocãt, quæ, finita tutela, datur ad uerſus tutorem, quando dolo aliquid aduerſus pupillum fecit, condemnaturque in duplum æſtimationis eius rei, ſoluendum pupillo, aut hæredibus illius: eſtq; proinde ea actio pœnalis, quoad id, quod ſoluere iubetur vltra æſtimationem eius rei, non verò quoad æſtimationem in illo duplo incluſam, ac proinde, ſi actio non ſit intentata aduerſus tutorem dum ille viueret, eo defuncto, non competit quoad id incrementum aduerſus hæredes illius: ſecus autem quoad æſtimationem in illo duplo incluſam, & quoad damna, ſi quæ inde pupillo ſint etiam ſequuta: nam quoad hæc actio non eſt pœnalis, ſed proſequutiua veri debiti, quæ proinde tranſit aduerſus hæredes talis tutoris, vt hæc omnia habentur l. 1. §. de rationibus, & l. 2. ff. de tutel. & rationibus diſtrah.

Cæterùm rectè Greg. Lopez. l. illa. 5. diſtinguit. Quod aut verè conſtat, tutorem, animo id furandi, aliquid pupilli vſurpaſſe, ac proinde interueniſſe verum dolum in ea vſurpatione: atque tunc dicendum eſſe, commiſiſſe verum furtum, darique actionem de furto aduerſus illum, qua intentata, ceſſat circa id delictum actio de rationibus diſtrahendis, vt hæc omnia perſpicuè habentur duobus iuribus citatis, affirmantque ibi glo. Barto. & alij, aut non conſtat de tali animo, ſed præſumitur, & tunc locum non habere actionem de furto, ſed ſolùm de rationibus diſtrahendis ad duplum æſtimationis eius rei. Atque hoc tantum voluiſſe legem 5. citatam, & haberi duobus iuribus citatis. Aut denique dolus non interuenit tutoris, ſaltem ſufficienter præſumptus, & tunc ſolùm competit aduerſus tutorem, & aduerſus hæredes illius, actio tutelæ, ad eam rem, aut ad æſtimationem illius, recuperandam. Iuxta hæc ergo dicendum eſt, tutorem, ſi rem pupilli ſibi illo inuitò vſurpet, committere furtum verum. Quando verò de eo animo plenè non conſtat, non concedi actionem de furto aduerſus illum.

14 Illud obſerua, nomine rei, in definitione furti, intelligi rem externam, de earum numero, de quibus in hoc ſecundo tractatu de iuſtitia nobis eſt ſermo, vt D. Thom. 2.2. quæſtio. 66. ar. 3. rectè ait: Vnde vſus alienę vxoris, ſeu potius abuſus ad adulterium, inuito viro, cuius eſt uxor, non eſt furtum, neque rapina, ſi per vim fiat; quia non eſt rei alienæ quoad dominium, inuito domino; eo quòd vir non ſit dominus vxoris, neque vxor ſit res illius externa, de qua loquimur, ſed ſit perſona illi coniuncta: quare diſputatio de his, & de alijs ſimilibus criminibus, non ad hunc ſecũdum de iuſtitia tractatum, ſed ad tertium ſequentem ſpectat.

Hac eadem ratione, vſurpatio filiorum alienorum, aut hominum omnino ſui iuris, vt alibi vendantur, & in ſeruitutem redigantur, non eſt furtum: quoniam parentes in filios non habent ius tanquam in res externas ipſorum: neque homines ipſi, quibus ea iniuria fit immediatè, habent ius in ſe ipſos tanquam in res ipſorum externas: quare ea iniuria eſt in perſonas proprias, quæ, ſi aliis ſint coniunctæ, redundat etiam in perſonas coniunctas, eſtque proinde iniuria etiam earum, vt tractatu ſequenti dicetur: neutrorum tamen comparatione eſt furtum, aut rapina, de qua in hoc tractatu loquimur. Si tamen mancipium vſurpetur alienum, domino inuito, vel mancipium ipſum ſe ſubtrahat à domino ſuo, verum furtum committitur: quoniam mancipium res eſt externa, cuius dominus verum habet dominium.

Iuris periti, iuxta. §. quod autem, verſ. abolita, inſtit. de vſucapionibus, negant eſſe furtum, niſi rei mobilis, & idem affirmat, l. prima, titu. 14. par. 7. & glo. verb. rei. §. primo, inſtit. de oblig. quæ ex delicto: vnde particulę, rei, poſitæ in definitione furti, addunt, mobilis: per quam excludunt à ratione furti, occupationem, inuito domino, tum rei immobilis, vt fundi, tum etiam rei incorporalis, vt ſeruitutum, & ſimilium incorporalium rerum. Theologis placet, etiam eiuſmodi rerum poſſe eſſe furtum, vt ſi quis rupta ſcriptura, qua res immobilis ad alterum pertinebat, aut conficta aliqua ſcriptura, occupet rem alterius, aut, mutatis limitibus, ſignis ve, quibus agri diuiduntur, occupet partem agri alterius. Atque hæc etiam fuit ſententia antiquorum iuris conſultorum, vt refertur verſiculo citato, vbi dicitur, abolitam iam eſſe eam ſententiam. Et l. prima, citata, cum dictum eſſet; *Otro ſi dezimos, que no puede ome furtar coſa, que no ſea mueble*: additur; *como quier que los almogauares entran y furtan à las vagadas caſtillos o villas: pero no es propriamente furto*. Et ſimile quid ſubiungitur. l. vlt. eiuſdem tituli.

Caiet. 2.2. q. 66. ar. 3. & Sotus. 5. de iuſt. quæſt. 3. art. primo, carpunt definitionem iuriſconſulti, hactenus explicatam, quæ & longa eſt, & non nullis calumnijs ſubiacere videtur. Cæterùm ad rem iuris peritorum, eo præſertim modo, quo à nobis explanata eſt, toleranda eſt, dicendiſque in ſequentibus non parum inſeruiet.

D. Thom. artic. 3. citato, in hunc modum furtum definit: Eſt occulta acceptio rei alienæ. Nomine rei alienæ intelligit, quæ ſit alterius quaſi poſſeſſio aliquo modo, ſaltem per legitimam illius tentionem, atque adeò, quæ ſit bonum externum aliquo modo illius: per quam particulam reijcit à ratione furti acceptiones iniuſtas, quæ ſunt iniuriæ in perſonam, ſaltem coniunctam, ad quam res illa aliquo modo pertinet, non tamen tanquam poſſeſſio illius, vt ſunt vſurpatio vxoris alienæ, aut filiorum alienorum. Nomine item rei alienæ intelligit, quæ ad aliũm pertineat aliquo modo, ſaltem quoad poſſeſſionem, aut quoad legitimam tentionem: vnde neceſſe non eſt exprimere, quod acceptio, ſeu contrectatio, ſit rei, vel vſus, vel poſſeſſionis illius. Nomine verò acceptionis, veram acceptionem intelligit: vnde per eam particulam reijcit à ratione furti iniuſtam damni dationem rerũ externarum aliorum, eas non accipiendo, ſed deſtruendo, aut deteriores reddendo. Particulam verò, occulta, eo modo intelligit, quo nos expoſuimus particulam, fraudulosa, definitionis iuriſconſulti. Vnde in ea intelligit, quòd acceptio non fiat vidente ac renitente eo, cuius ea res eſt, quoad id, in quo furtum aduerſus eum committitur: quo fit, vt per eam particulam, rapina à furti ratione reijciatur. Intelligit præterea, quòd fiat non conſentiente eo, etiam tacitè aut præſumptè, ad quem ea res quoad id pertinet, atque adeò quòd ea acceptio iniuſta ſit. 15

Fortaſſe melius poſſumus ita definire furtum: Eſt acceptio iniuſta boni externi, abſque vi, & abſque vllo conſenſu eius, cuius eſt ſaltem quoad legitimam tentionem. Per particulam acceptio reijcitur à ratione furti iniuſta damni datio, in qua nulla interuenit acceptio. Reijcitur etiam iniuſta retentio rei alteri debitæ, quæ, vt non eſt acceptio, ſed mora iniuſta reddendi, quod ad alterum ſpectat, ita non eſt furtum. Per particulam iniuſta, reijcitur à ratione furti, acceptio boni ad alterum attinentis, etiam illo inuito, in qua nulla cernitur iniuſtitia. Talis fuit expoliatio, qua filij Iſrael Aegyptios ſpoliauerunt bonis illorum externis, ipſis inuitis. Iniuſta enim non fuit: eo quòd facta fuerit præcipiente Domino, vt habetur Exod. 11. & 12. qui vniuerſalis, ac ſupremus eſt Dominus rerum omnium, à quo cætera dominia ſunt deri- 16

uata ac pendent, fueritque facta in recompenſationem iuſtam pro obſequijs Aegyptijs præſtitis, & oppreſſione iniuſta, quã ab eis fuerant paſſi, iuxta illud Sap. 10. *Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum.* Et infra: *Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum. & decantauerunt, Domine, nomen ſanctum tuũ, & victricem manum tuam laudauerunt pariter:* idest, poſtquam ſe viderunt omnino liberatos ab Aegyptis, illis demerſis in mari rubro, & cum ſpolijs, quæ Domino præcipiente ab illis abſtulerant, ac ſecurè iam poſſidebant, laudauerũt nomen ſanctum Domini, gratias agentes Deo, tum pro ſpolijs, tum etiam pariter pro victrice manu Domini. Talis etiã eſt acceptio, qua bonum alterius in extrema neceſſitate accipitur, quantum præcisè eſt neceſſe, ad eam neceſſitatem euadendam: licita enim eſt eiuſmodi acceptio, vt in materia de eleemoſyna dictum eſt. Quouſque autem id obnoxium poſtea ſit reſtitutioni, aut non, ibidem explanatum eſt.

Per particulam, boni externi, excluditur a ratione furti acceptio iniuſta vxoris alienæ ad ea abutendum, & acceptio, tam illius, quàm filiorum alienorum, ad àlibi eos vendendum, aut redigẽdum in ſeruitutem: neque enim hęc ſunt furta, vt dictum eſt. Acceptio verò iniuſta mancipij alieni, ut alteri ſeruiat, verum eſt furtum.

Per particulam, abſque vi, excluditur rapina a furto preſsè, de quo loquimur. Commodius verò ea particula apponitur in ea definitione, quam particula, occulta; quoniam furtum eſſe poteſt non occultè, ſi fiat à longè, vidente domino, ita tamen vt illud impedire non poſſit, nullaque vi, & abſque animo eam inferendi. Aut ſi fiat, vidente ac tacente domino, vt conſulat honori ſuris, ac famæ, aut alia de cauſa, abſque vlla vi domino illata. Denique per particulam, & abſque vllo conſenſu eius cuius eſt, reijciũtur à ratione furti acceptiones iniuſtæ vſurariæ, & aliæ ex contractu iniuſto, quæ furta non ſunt, de quibus loquimur, vt diſputatione præcedente dictum eſt.

Quòd ſi, conſentiente omnino eo, cuius id eſt, ſaltem tacitè, aut meritò præſumptè, acceptio fieret, tunc non eſſet iniuſta: quoniam volenti ac conſentienti omnino, ſine inuoluntario mixtè, nulla fit iniuria, ac proinde talis acceptio longè diuerſa eſſet à furto. Melius autem in eadem particula dicitur, eius cuius eſt, quàm domini: quoniam furtum non ſolum committitur aduerſus dominum rei, ſed etiam aduerſus ſolum poſſeſſorem, aut legitimum tantum illius detentorem: hi autem domini non ſunt illius; eſt tamen res eorum quoad eam poſſeſſionem, aut legitimam tentionem.

DISPVT. 682.

De vi publica & priuata, quas iura appellant.

SVMMARIVM.

1 *Rapina ſola vi à furto differt.*
2 *Vis latius patet, quam violentia, & vtrumque quid ſit.*
3 *Vis publica & priuata quid, & in quo differant. Et quot modis vis publica fiat.*
4 *Vim in aliquibus euentibus in Luſitania inferens, quibus pęnis afficiatur.*
5 *Furtum faciens de domo, quæ incendium patitur, in crimen ac pœnam incidit de vi publica, niſi furetur ligna.*
6 *Iudex, qui appellantem percutit, comprehendit, aut*

aut inhonorat, eſto ſine armis id efficiat, crimẽ ac pęnam vis publicæ incurrit.
7 *Vis publicæ crimen incurrit, qui curam habens recipiẽdi reditus regios, per ſe uel per alium, plus aut noua tributa exigit, eſto ſine armis id efficiat.*
8 *Vis publicæ crimen incurrit, qui terrendo teſtes, aut iudicem, vel aliter perturbando nimis iudicium, ſententiam obtinet, eſto ſine armis id efficiat.*
9 *Vis publicæ crimen ac pœnam incurrit, qui per vim coierit cum puero, aut femina, eſto ſine armis id efficiat.*
10 *Vis publicæ crimẽ incurrit, & in quas pœnas incidat, qui fęminam rapuerit, eſto ſine armis id efficiat.*
11 *Vis publicæ crimen incurrẽs reſarcire tenetur omnia damna data, & quas pœnas incurrat.*
12 *Pęna interdictionis aquæ & ignis aboleuit, & eius loco ſuccedit deportatio.*
13 *Pęna deportationis annexam habebat de iure communi pęnam confiſcationis omnium bonorum, niſi deportatus haberet deſcendentes, aut aſcendentes, vel etiam collaterales vſque ad tertium gradũ. Hodie, vt deportatio non eſt in vſu, ita neque cõfiſcatio bonorum in conſequentiam deportationis. Et pœna crimis de ui publica, regulariter eſt hodie arbitraria.*
14 *Vim priuatam inferens reſarcire tenetur omnia damna, & quas pęnas incurrat. Et regulariter hodie punitur pena arbitraria.*
15 *Vim publicam aut priuatam, ſi mancipiũ inferat, quibus pœnis ſubiaceat, tam ipſe, quam dominus eius, ſi dominus ſciens, aut ratum poſtea habens, mancipiũ vim intulit.*
16 *Vi autoritate propria occupans poſſeſſionẽ rei, in quo alius erat, illam reſtituit cum fructibus & damnis, & quas pęnas inſuper incurrat.*
17 *Aduerſus ui ita occupantem poſſeſſionẽ, licet ſimul poſſit agi de ui publica aut priuata, & ad rem fructus, atque ad damna ſequuta, non tamen ad alias pęnas legis ſi quis in tantam: ſed una actio pęnalis aliam impedit.*
18 *Vi ita eiciẽs à poſſeſſione, etiam ſi miles, ruſticus, uel prodigus ſit, in eas pęnas incurrit. Secus carens vſu rationis. Impubes eas non incurrit: minor verò pubes eas incurrit, ſed ex quacumque cauſa reſtituitur. Neque parens intrans res filij, neque patronus intrans res liberti, eas incurrit. Tutor uerò, aut curator, occupantes ita poſſeſſionem nomine minorum, eas pœnas incurrunt, ſoluendos de ſuo, nec reſtituuntur.*
19 *Poſſeſſione, aut officio, nullus publica autoritate, etiã reſcripto principis, eijcitur, niſi prius audiatur. Eiectus uerõ reſtituitur.*
20 *Vi ſi commodans rem commodatam accipiat à commodatario, locans à conductore, aut deponens à depoſitario, non incidunt in pęnam legis ſi quis in tantam, ſed puniuntur pœna arbitraria, & cogũtur reddere rem, & reſarcire damna, ſi finitus non erat contractus.*
21 *Vi ſi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, deijciatur ex ea, deijciens non incidit in pœnam ſi quis in tãtam, ſed punitur pœna arbitraria, & cogitur reddere rem cum fructibus ac reſarcire damna. Idẽ de uentre miſſo in poſſeſſionem.*
22 *Commodatarius, conductor, & depoſitarius, qui finito contractu rem petitam non reſtituunt, ſed expectant definitum ſententiam, in pęnam incidunt inſtar legis ſi quis in tantam.*
23 *Debitor ſi ui eripiat pignus de manu creditoris, dominium illius amittit in pęnam creditori, inſtar pœnæ legis ſi quis in tantam.*
24 *Vi ſi creditor aliquid uſurpet à debitore, tanquam ſibi debitum, aut in ſecuritatem uel recompenſationẽ ſui debiti, quas pęnas iuxta legem ſi quis in tantam*

incur-

incurrat, & quantum in hoc regno extendantur. Poteſt etiam agere criminaliter de vi publica aut priuata, ſed locum tunc non habebit actio ad pęnam ex lege, ſi quis in tantam.

25 *Repreſalia propter damna illata ex alia re publica, quouſque locum habeant autoritate rei publicæ, quæ damnum eſt paſſa.*

26 *Comprehendens alium pro debito autoritate propria, quas pęnas incurrat.*

27 *Vi ſi proprietarius, aut alius tertius, eijciat vſufructuarium, emphyteutam, aut vaſallum, à re vſufructuaria, aut feudali, in quas pęnas incurrat.*

28 *Vi expellens aliquem à iuriſdictione, quas pœnas incurrat.*

29 *Vi ſi adminiſtratores eccleſiæ aliquid vſurpēt nomine eccleſiæ, eccleſia in nullam prædictarum pęnarū incidit, ſed adminiſtratores ipſi de ſuo illas ſoluere tenentur, etiam de reditibus ad ipſos attinētibus, alioqui luunt in corpore.*

30 *Vi ſi cōmunitas ſecularis aliquid vſurpet nomine ciuitatis, aut alterius communitatis, vel mandet id fieri, vel ratum illud habeat, in pęnas incidit ipſa cōmunitas de bonis communitatis ſoluendas. Secus ſi vnus illorum autoritate propria, communitatis nomine id vi uſurpet.*

31 *Si quis in iudicio cōqueratur ſe eiectum ex aliqua re, cognoſci ante omnia de ui debet, eaque comperta, reſtituendus ante omnia eſt in poſſeſſionem, eſto eijciēs aut quidam tertius, in cōtinenti probare uelint, rem ad ſe pertinere.*

1 ANtequam ad varias furti ſpeciens deſcendamus, & ad pœnas pro illis ſtatutas, dicendum eſt de rapina: quæ, vt ex duabus præcedentibus diſputationibus liquet, à furto preſsè ſumpto in eo differt; qđ in furto vis nō interueniat, interueniat verò in rapina. Vnde cum, interuenire vim, culpā ac dolū delictū aggrauet, ſanè rapina, cæteris paribus, grauius delictum eſt, quā furtum, eaque, quę de furto ſunt dicenda, ferè oīa in rapina locum habent: eo quòd, interueniēte vi, quod alioquin furtum preſsè erat futurum, tranſeat in rapinam, ac proinde locum in rapina habeant, tum furti omnes ferè ſpecies, tum etiam pęnę pro illis ſtatutæ, niſi quatenus, ratione vis, aliquid in iure auctum, aut variatum, circa rapinam fuerit repertum. Prius verò, in maiorem lucem, dicendum hac Diſputatione erit de vi publica & priuata, quas iura appellant.

2 Illud verò eſt obſeruandum, cum Gregorio Lopez. leg. prima, titulo decimo, parte ſeptima verbo, fecha a otro, & verb. comete. conſentaneè ad Bartolum, & ad Paulum Caſtrenſem quos citat, & conſentit Antonius Gomez. 3. tom. varia. reſ. capitulo quarto, in princip. Violentiam preſsè ſumptam quam iuris periti appellant, tum abſolutam, tum etiam præciſam, requirere impetum in eum factum, qui violentiam patitur: vim verò etiam ſine impetu inferri: vnde latius patet vis, quàm violentia, preſsè ſumpta: quotieſcumque enim aliquid violenter fit, fit ui: non tamen quicquid fit vi, fit uiolenter. Si enim aliquis efficiat aliquid, inductus ad id metu incuſſo, cadente in conſtantem virum, neque tamen ipſe contingatur, impetuſve in eum non fiat, quo id facere efficiatur, aut quo aliquid ab eo eripiatur, dicitur pati vim, uiue id effeciſſe, concinitque l. prima, iunctis ſequentibus. ff. de eo quod met. cauſa, non tamen dicitur paſſus violentiam preſsè, ſed latè, pro ut violentia comprehendit etiam eam, quam iuriſperiti conditionatam vocant, qua quis metu cogitur facere aliquid, aut conſentire in aliquo, in quo, ſecluſo metu, non conſentiret, quæ proinde conditionalis dicitur, cauſatque inuoluntarium mixtè, De vtraque violentia diximus prima ſecundæ quæſtio. 6. art. 5. & 6. iuxta c. maiores cauſæ, §. vlt. de baptiſm. & eius effectu, & iuxta alia iura, cum D. Thom. in 4. & cum communi doctorum ſententia.

Quando itaque aliquis, impetu in eum facto, aliquid eo impetu efficere cogitur, aut ab eo eripitur, dicitur propriè preſsè pati violentiam; ſiue qui eam violentiam infert, præualeat, ſiue non. Effectus autem, qui ex violentia ſequitur, dicitur actus ſeu effectus violentus: qui vero ſequitur ex ſola vi ſine violentia, dicitur actus vi effectus, non tamē violentus propriè & preſsè: vterque tamen dicitur propriè vi factus.

Hoc ita cōſtituto, ſi vis latè ſumpta, ut ſub ſe vio 3
lentiam comprehendit, alicui iniuſtè inferatur, tūc, ſi armis inferatur, dicitur uis publica, ut habetur. l. 1. & ſequentibus. ff. ad legem Iuliam de vi publi. §. itē lex Iulia, inſtitu. de publi. iudic. & l. prima, titul. 10. part. 7. Si uero inferatur ſine armis, dicitur uis priuata. l. ſi quis aliquem. & per totum. ff. ad legem Iuliā de ui priuata. §. item lex Iulia. inſtitu. de publi. iudi. & l. prima, citata. Nomine autem, armorum, in re propoſita, intelligitur, quicquid nocere ferireve poſſit, ſiue ſit enſis, telū, fuſtis, lapis, ſiue quoduis aliud. Ita habetur. l. prima, & ſequentib. l. armatos. l. pen. §. telorum. ff. ad legem Iuliam, de ui public. & l. prima, tit. 10. par. 7. Qui ita armatus aliquem in caſtro, aut domo, includit, aut oppugnat, vel comprehēdit, aut efficit ad aliquid ſe obligare, & longè maiori cū ratione, ſi efficiat cum aliquid elargiri, cenſetur uim publicam ei intuliſſe. lib. primo, titul. 10. part. ſeptima, l. qui cet. & l. qui dolo. §. primo. ff. ad legem Iul. de ui publi. Idē ſtatuere videtur, l. 1. citata de eo, qui cum hominib. armatis aggreditur exurere, aut diripere, domos, in quibus aliqui habitant, aut in quibus aliquid aſſeruatur, vel nauem, eſto opere id non cōpleat, & longe magis, ſi id opere compleat, conſentaneè ad l. 3. & ad l. hi qui ædes. ff. ad leg. Iul. de ui publica, eam legas, & Greg. Lopez l. 1. citata, idemque affirmat Anto. Gom. vbi ſuprà.

Qui cętum hominum armatorum congregauerit (Caſtellanè *aſſonada*, Luſitanè uero *aſſuada*, nuncupatur) ad uim aliquam faciendam, eſto neque illam efficiat, neque eam efficere attētet, incidit in pęnam legis Iuliæ de vi publica ſola congregatione ipſa hominum ad id facinus. Ita habetur. l. 3. & l. qui cętu. ff. ad leg. Iul. de ui pub. iūcta l. ult. C. eod. tit. et l. 2. tit. 10. p. 2. Vbi cū Baldo, Grego. Lopez ad eiuſmodi cætum neceſſarios eſſe affirmat ad minimum decem homines, ſi pedites ſint; aut quatuor, ſi ſint equites. Quo loco obſerua, legem 1. & ſequentes. ff. ad leg. Iul. de vi publ. ut aliquis incidat in crimen de vi publica, & in pęnā pro eo crimine ſtatutā, uideri aſſerere ſatis eſſe, ſi arma congreget, de quibus præſumptio ſit, ad aliquid tale congregari. Non tamen tantus rigor videtur eſſe vſu receptus. Illud etiā obſerua, cum vnicuique licitum ſit ſe defendere, vim vi repellendo, vtique, qui homines armatos congregat, vt ſe defendat à vi ac damno quod ipſi paratur, & qui ea de cauſa cum ipſo congregantur, non incidere in crimen legis Iuliæ de vi publica, vt eſt ſatis perſpicuum, & habetur. l. 7. tit. 10. par. 7. conſentiūt lex quoniam multa, C. ad leg. Iul. de publ. & alia iura, quæ Gregor. Lopez ibi citat, tradiditque Azo. à Greg. Lopez ibidem relatus. Lege etiā circa eiuſmodi congregationes hominum armatoum, vt priuati inuicem pugnent, & damna inferant, Legē 16. & 17. tit. 26. par. 2. & pęnas, quę ſtatuūtur, l. 1. & ſequentibus, tit. 15. lib. 8. nouæ collect. Inter alia autem, qui ex eiuſmodi cętibus aliquid occupauerit, iubetur illud duplum reſtituere ei, à quo abalatum eſt, & inſuper quadruplum fiſco Regis.

Lib.

4 Ius Luſit. Lib. 5. Luſitanar. ord. tit. 15. qui congregatis aliquibus vltra ſuos domeſticos, ingreditur domum alienam, vt domino domus, aut alicui alteri, qui in ea ſit, nocumentum inferat, aut eum percutiat, afficitur pœna mortis. Intelligo tamen, ſi percuſſerit, vt ex ijs, quæ mox ibi ſubiunguntur, conſtat. Quòd ſi non percuſſerit, ſi, qui ita cum hominibus armatis domum alienam intrauerit, fuerit plebeius, flagellatur publicè *com barazo ò preguam*, & exulat decem annis in inſulam diui Thomę. Si verò fuerit homo maioris notæ, exulat decem annis ad loca Aphricę *com preguam na audiencia*. Qui modo prædicto congregauerit homines ad nocumẽtum alicui inferẽdum, eſto neque domum alienam cum eis intret, neque alicui noceat, ſi ſit *fidalgo*, mittitur in carcerem, & exulat quatuor annis in locis Africæ, ac ſoluit cẽtum aureos, dimidium accuſanti, & dimidium fiſco Regis ſi verò ſit *eſcudiero ou caualeiro*, mittitur ſimiliter in carcerem, & exulat tribus annis in locis Africæ, ac ſoluit quinquaginta aureos eodem modo diuidendos. Quod ſi plebeius ſit, flagellatus publicè *com barazo o preguam*, ac ſoluit viginti quinque aureos ſimiliter diuidendos. Si autem eos non habeat, exulat duobus annis in locis Africæ. In pœnas omnes explicatas incidunt ſinguli, qui ad id conuenerint, hoc ſolum excepto, quòd in primo euentu, in quo dictum eſt, eum, qui congregat ita homines, & ingreditur domum alienam, ac percutit, puniri pęna mortis naturalis, qui illum comitati ſunt, ſolum puniuntur morte ciuili. Si homines modo prædicto congregentur ad damnum alicui inferendum, eſto non exeant, ad id efficiendum, incurruntur ſolæ pœnæ pecuniariæ explicatæ, nõ verò cæteræ pœnæ: Iudex verò loci, in quo quoduis horum acciderit, præcipitur facere inquiſitionem circa quoduis horum delictorum ex ſuo officio, eſto à nemine ad id requiratur, & procedere ad punitionem delinquentium. Item, qui vi domum aliquam ingreditur confringendo fores, aut ex cardine illas extrahẽdo, ad percutiendum, aut occidendum, aliquem, aut ad rapiendum, vel furandum, vel ad opprimẽdam fęminam, aut ad illam inde extrahendam, vel ad iniuriam aliam inferendam alicui, qui intra eam domum ſit, eſto intentum opere non compleat, exulat in perpetuum in inſulam diui Thomæ, & inſuper ſoluit iniuriam ei, cui illam intulerit, atque etiam damna, ſi quæ intulit.

5 Propter criminis inhumanitatem ſancitum eſt, vt qui de domo, quæ incendium patitur, aliquid furatur, eſto ſine armis id efficiat, modo, quod furatur, non ſint ligna, quæ fomentum incendio præſtare poſſunt, incidat in crimen vis publicæ, atque in pęnam pro eo crimine ſtatutam. Ita habetur l. 3. §. itẽ tenetur. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & l. 3. tit. 10. par. 7. In illo autem §. item tenetur, ſolum ſubijcitur huic crimini, ac pœnæ, qui ex incendio rapuerit: rapere autem, amouere cum vi importat, atque adeò veram rapinam, vt habetur, l. 3. verſ. non ſolum. ff. de incendio. Tametſi interdum latius etiam ſumatur, vt eſt idem, quòd furari, ſiue cum vi, ſiue ſine vi. Lex verò 3. tit. 10. par. 7. etiam eum huic crimini ac pœnæ ſubijcit, qui clàm aliquid de incendio tulerit, niſi ſint ligna. Quando autem aliquis auferret aliquid de incendio, vt illud aſſeruaret domino, tunc nõ incurreret hoc crimen ac pęnam, vt habetur l. 3. tit. 10. par. 7. & concinit. lib. 3. §. non tantùm. ff. de incend. In idem crimen ac pęnam incidit, qui cum armis de incẽdio rapit, aut prohibet dominum res ſuas de incendio eripere. Ita habetur lib. 3. verſ. ſed & qui. ff. ad leg. Iul. de vi public. Lex verò 3. titu. 10. par. 7. ſic habet: *Otro tal hierro decimos que faria, el que ſe paraſe con armas, y defendieſe à los que vinieſen à matar el fuego, que lo no mataſen, o que no aiudaſen à ſacar las coſas del Sennor de la caſa que ardieſen, diciendo malicioſamente, que las dexaſen arder.* Vbi vides, multum explicare, quomodo paragrapho, ſed & qui, intelligatur, prohibere dominum res ſuas de incendio eripere intelligitur enim etiam prohibendo alios, ne adiumento ſint, vt eripiantur.

6 Iudex, qui appellantem ad ſuperius tribunal, ea de cauſa percuteret, comprehenderet, aut necaret, vel inhonoraret, incurreret crimen de vi publica, & pœnam ob illud ſtatutam, perinde ac ſi armis vim intuliſſet. Ita habet. lib. 4. tit. 10. par. 7. conſentaneè ad lib. lege Iulia. 1. & 2. ff. ad leg. Iul. de vi public. Greg. tamen Lopez idem arbitratur, non ſatis eſſe inhonorare verbo ea de cauſa ita appellantẽ, ſed neceſſe eſſe facto illum inhonorare. Id autem verum videtur ſtando in iure communi: lex tamen illa apertè contrarium videtur ſtatuere.

7 Qui curam habent recipiẽdi reditus regios, ſi per ſe, vel per aliũ, plus exigant & accipiãt, quàm ſit debitũ, vel ipſi, aut alij, aut ſi noua tributa exigãt, incidunt in crimen ac pœnam legis Iuliæ de vi publica, etiamſi armis ad id nõ cogant. lib. vlt. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & lib. 5. tit. 10. par. 7. Vide etiam legem penult. & vltim. titul. 7. part. quinta. vbi etiam pœna dupli puniuntur, ſi exigatur à parte læſa intra annum.

8 Qui terrendo eſt in cauſa, vt iudices non iuſtè iudicent, vel vt iudicium non rectè procedat, terrendo teſtes, ne verum dicant, aut aliter iudicium minis perturbando, & ita obtinet ſententiam aduerſus aliquem, incidunt in crimen de vi publica, & in pœnam illius, perinde ac ſi, quod ita obtinent, armis vi eriperent. Ita habetur, l. qui dolo, in princ. & §. item qui cum telo. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & lib. 6. tit. 10. part. 7. Lex vero 6. exigit, vt cum armis accedant, & minentur iudici, aut teſtibus, vel alius, à quibus iudicium pendet, & idem exigere videtur. §. qui cum telo.

9 Item qui puerum, vel fęminam, vel quemcunque per vim ſtuprauerit, eſto ſine armis id efficiat, incidit in hoc crimen, & in pœnam illi ſtatutam. Ita habetur. l. 3. §. præterea. ff. ad leg. Iul. de vi public. Vbi ſtuprare latè videtur ſumi, pro coitu cum virgine, vidua, coniugata, aut cum puero, vel cum quocũque alio, iuxta legem inter ſtuprum. ff. de verbor. ſign. vt ſatis innuunt verba. §. præterea citati: modo enim per vim coitus fiat, inciditur in hoc crimen, & concinit. l. mariti. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult.

10 Qui rapuerit vacantem (gloſſa exponit, viduam: ſed melius dic, nõ nuptam, ſiue vidua ſit, ſiue virgo, ſiue quæuis alia) vel nuptam, incidit in crimen de vi publica, eſto ſine armis id efficiat, & capite plectitur. Si autem pater nõ accuſet, accuſare poteſt quicunque alius, etiam elapſo quinquẽnio. Ita habetur l. qui cetu. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Eadem pœna ſtatuitur. §. item lex Iulia de vi publica, uerſi. ſin autem, inſti. de publi. iudi. ubi ſermo eſt de quacunque muliere, ſiue vidua, ſiue virgo, ſiue coniugata, aut quęuis alia: pœnaque extenditur etiam ad opem ferentes ad id flagitium, dum committitur. Idem fuſius habetur. l. 1. C. de raptu virgi. Et hoc crimen in hoc Regno, ſi fiat *en yermos y deſpoblados, eno qualquiera lugares poblados*. Si raptores cum eiuſmodi fœminis egreſſi fuerint in agrum, pertinet cognitio ad iudices, *de la hermandad*. l. 2. titul. 13. §. nouæ collection.

11 Qui uim publicam infert, ſiue cum armis, ſiue ſine illis, in euentibus explicatis, præterquam quòd reſarcire tenetur omnia damna inde ſubſequuta, etiam fructuum, qui percipi poterant, & non fuerunt ea de cauſa percepti, ut habetur. l. 1. §. ex die. ff. unde vi. l. ſi de poſſeſſione. C. eod. tit. c. grauis, de reſtitu. ſpoliat. l. 10. tit. 10. par. 7. & alijs iuribus, ſi mancipiũ

nou

non ſit,incidit in pęnam perpetuæ deportationis,vt habetur. §.item lex Iulia de vi publ. inſti.de publ.iu

12 dic. Licèt enim, l.qui dolo.§.vlt.ff.ad leg.Iul.de vi publ.pœna interdictionis aquæ & ignis pro hoc cri mine imponatur, loco tamen illius ſucceſſit poſtea deportatio,vt gloſſa ibi affirmat, & habetur l.3. ff. ad leg.Iul.peculatus : vnde interdictio aqua & igni

13 locum iam non habet. Is autem qui deportabatur, eo ipſo omnia bona ſua amittebat fiſco, vt habetur l.3.citata.ff.ad leg.Iul.pecul.l.eius qui.§.ſi cui,ff.de teſt.& alijs iuribus. Poſteà verò de iure authenticorum ſancitum fuit,vt ſi is aſcendẽtes,vel deſcendentes, haberet vſque tertium gradũ, proximiores in gradu ea bona obtinerent,nec confiſcarentur. Ita habetur in authentico,vt nulli iudicum. §.vlt. & in authentica bona damnatorum.C.de bonis præſcriptorum : in qua id extenditur ad collaterales vſque ad tertium gradum ita damnati. Hinc iam intelliges l.8.titu.10.part.7.quæ, conſentaneè ad ius com mune, incidenti in crimen de vi publica in euentibus explicatis, ſi mancipium non ſit, imponit pœnam deportationis, & confiſcationis omnium bonorum, ſi deſcendentes, & aſcendentes, vſque ad tertium gradum non habeat. Conditores enim eius legis, cum aliquibus, quos ibi Grego. Lopez refert, eam literam authenticorum ſequuti ſunt, quæ non meminit collateralium vſque ad tertium gradum. Gregor. vero Lopez ad eandem legem.8.ait, hodie pęnam deportationis non eſſe in vſu,& conſequenter locum etiam non habere confiſcationem omnium bonorũ,quæ de iure communi in conſequentiam deportationis habebat locum : eaque de cauſa pęnã pro vi publica eſſe hodie arbitrariam. Et Iul. Clarus l.5.ſent.q.83.nu.4.ait, committens vim publicam,ſeu priuatam,hodie ex generali conſuetudine punitur arbitrio iudicis, citatque autores, qui id affirmant. Eſſe tamen prædictas pœnas ſtatutas de iure cõmuni, multum iudicem adiuuabit, vt videat quam pœnã arbitrari atque imponere debeat. Quãdo armati homines congregantur ad vim inferendam, non ſolum, qui illos congregauit, incidit in prædictas pęnas, ſed etiam ſinguli, qui ad id ſcienter congregati ſunt. Ita habetur.l.8.citata,conſentaneè ad l.3.§.vltim.& ad l.4.ff.ad legem Iuliam de vi public.& ad §.item lex Iulia de vi publ. inſtit.de publi.iudic. Quod ſi,quando quis cum hominibus armatis vim infert, aliquis interficiatur, vel ex parte aggreſſi, vel etiam ex parte aggreſſoris, tunc quia aggreſſor, qui eos homines congregauit, in culpa fuit eius homicidij, is punitur pęna mortis. Ita habetur.l.quoniam multa. C.ad leg. Iul.de vi publi.& l.prima,citata.

14 Qui uim priuatam aduerſus aliquem committit (excipe euentus,de quibus infrà erit ſermo, in quibus aliæ pęnæ ſtatuuntur, ſiue ea vis cum armis ſiue ſine armis fiat) præterquam,quòd tenetur ad dãna inde ſubſequuta, eo modo quo circa vim publicam dictum comprobatumque eſt, punitur amiſſione tertię partis ſuorum bonorum,vt habetur.l.1.ff. ad legem Iul.de vi priuata.§.item lex Iulia de vi pu blica inſti.de publi.iudi.& l.8.titu.10.par.ſeptima. Item relegatur ad tempus iudicis arbitrio, vt habetur eadem.l.8.& affirmant gloſſa.l.Quoniam multa verb.relegatione.C.de vi pub.& Azo.Non tamẽ video ius commune,quod id ſufficienter probet:nã l.2.ff.de termino moto,quam Grego. Lopez.l.8.citat.ſolum loquitur de crimine termini moti. Item, qui vim priuatam infert, (& longè magis qui infert vim publicam) punitur pęna infamis, ad effectum vt amittat officium publicum,ſi quod habeat,& publicum officium non poſſit deinceps obtinere, niſi prius à principe in priſtinum ſtatum reſtituatur. Ita habetur l.1.& vlt. ff.ad leg.Iul. de vi priuata. l.ſer-

A uos.C.ad leg.Iul.de vi publ.& l.8.citata. Vt tamen ſuprà dictũ eſt, Iulius Clarus, cum alijs,ait,hodie, etiam vim priuatam,puniri pęna arbitraria.

Quando mancipium vim infert, diſtinguendum 15 eſt. Quoniam,ſi inſcio, aut domino prohibere non valente,vim efficiat,punitur mancipium pęna mortis. Si verò domino iubente(intellige,aut etiam ratum id poſtea habente) vim intulit, mancipium ſolum damnatur in perpetuum ad metalla, & dominus manet infamis modo paulò ante explicato. Quòd ſi dominus vilis perſona ſit, aut nobilis,qui bis,aut pluries, vim intulerit per ſe, aut per ſeruum, punitur ac ſi ipſe vim intuliſſet. Quod ita intellige, ſi mancipium vim publicam intulerit, puniatur dominus ac ſi eam vim publicam ipſe intuliſſet, vltra B pęnã mancipij ad metalla,quæ in dominũ, qui man cipium eo ipſo amittit,redundat. Si vero mancipiũ vim priuatam intulerit;punitur dominus ac ſi illam ipſe intuliſſet. Ita habetur l.ſeruos. C.ad legem Iul. de vi publ.& l.8.citata. Nonnulla tamen obſerua. Primum eſt,legem octauam citatã ſolùm loqui,conditoreſque illius intellexiſſe legem ſeruos citatã, iuxta quam ea lex octaua lata fuit, quando mancipiũ vim publicam infert; non vero quando infert vim priuatam. Cùm tamen quidam legem ſeruos,intelligant,quando mancipium infert ſolùm vim priuatam:alij vero rectius,quando mancipium infert, ſiue vim publicam,ſiue priuatam: de vtraque enim vi eſt ſermo in illo titulo Codicis. Vtraque autem lex ſolum irrogat domino, ſi vilis non ſit, etſi antea ſi- C mile delictum non fecit, pęnam infamiæ, quando ipſe mancipio delictum mandauit, quoniam ſimul etiam eum punit amiſſione mancipij ad metalla : alioquin enim mandans pęnam ordinariam, pro delicto ſtatutam, ſubire debet. Secundum eſt,ſi mancipium, vim inferendo de mandato domini, quenquam interficiat, præſertim ſi limites mandati non exceſſit, tunc non ſolum mancipium eſſe occidendum; ſed etiam dominum eſſe puniendum tãquam occiſorem : iura enim citata ſolùm ſunt intelligenda, quando in vi illata non interuenit homicidium. Tertium eſt, ſi vi illa, facta à mancipio de mandato domini, damnum aliud inferatur, dominum teneri inſuper ad integrum damnum compenſandũ. Quartum eſt, legem ſeruos, quando de vilibus per- D ſonis, aut quæ aliàs ſimile aliud flagitium commiſerant,loquitur, non perſpicuè loqui, quando ſuo mancipio vim inferre præceperunt: legem verò 8. citatam, cum gloſſa eadem l.ſeruos. verb.infames, ita illam intellexiſſe, & de eis dominus fuiſſe loquutam, ſolumque eis addidiſſe in pęnam, vt exularent, ac ſi ipſi id flagitium per ſe ipſos commiſiſſent. Lex tamen ſeruos, totam pęnam merito eos tunc ſubire præcipit, impoſitam inferentibus per ſe ipſos eam vim. Quintum eſt, legem ſeruos, iudici, qui id crimen probatum, diſtulerit eis pęnis pũnire, aut qui abſoluerit talem reum, vel pęna mitiori eum puniuerit, imponere pęnam infamiæ in ſenſu ſuprà explicato. Sextum verò eſt, E peculiare in ea lege eſſe, vt mancipium mitius puniatur,quando de mandato alterius flagitium facit, & quando ſine mãdato id exequitur: id quod gloſſa ibi obſeruat.

Quando quis vi, propria authoritate, occupat 16 rem,in cuius poſſeſſione eſt alius, ſiue illa immobilis ſit, ſiue mobilis, reſtituere eam cogitur cum fructibus, & damnis omnibus ſubſequutis, & inſuper incidit in pęnam, vt, ſi erat vi illam occupantis, amittat eam ei, à quo illam occupauit: ſi autem non erat vi illam occupantis, cogitur inſuper reſtituere æſtimationem illius ei, à quo eam occupauit,etiam ſi hic iniuſtè eam poſſideret. Ita habetur l. ſi quis in tantam. C.vnde vi,l.10. titul.10.part.7. l.prima, tit.

tit.13.lib.4.nouæ collect.& alijs iuribus,quæ Diſp. 16.dum ſermo nobis eſſet de interdicto vnde vi, citauimus: quo in loco adiecimus aduerſus multos,rē ita vi occupantem, non teneri ad hanc pœnam ante latam ſententiam: quoniam pęna non debetur ante latam ſententiam, eſto ipſo iure eſſet ſtatuta. Lege, quæ ibi copioſe dicta ſunt:ea enim de cauſa non plura hoc loco hac de re dicimus.

17 Dubitabis, nūaduerſus ita vi eijciētem alterū de poſſeſſione agi poſſit ad pęnā legis Iuliæ de vi publica,ſi cū armis eū deiecit,vel de vi priuata, ſi ſine armis eū deiecit. Lex ſi de poſſeſſione,iunctagl.ibi.C. vnde vi,perſpicuè docet,ita vi eiectū,non ſolū poſſe agere interdicto vnde vi ad recuperandā rē cū fructibus, & cū damnis ſubſequutis, ſed ēt agere poſſe ad pœnā legis Iuliæ de vi priuata aut publica. Atque .i.indubitatū, & habetur expreſsè ea lege, & l.vnica,C.quando ciuilis actio criminali præiudicet: quoniā vna actio ſolum eſt merè ciuilis ad rē, & ad fructus ex illa atque ad damna ſubſequuta,nihil miſcēs de pœna, & altera eſt ad pęnam; quæ duæ actiones non ſe impediunt, ſed habita condemnatione ex vna actione,poteſt intentari alia, vt habetur, l.vnica citata,& nos dicemus Diſput.695. Cæterum dicendum eſt, non poſſe agere ſimul ad pœnam legis ſi quis in tantam,& ad pęnam legis de vi publica, aut de vi priuata: ſed ſolum poſſe agere ad pœnam, quā maluerit,vel legis ſi quis in tantam,vel legis Iulię de vi publica,aut de vi priuata:quoniam diſtinctæ actiones ad pęnas diuerſas ex legibus diuerſis pro eodem delicto ſe mutuò impediunt, intentataque vna non relinquitur locus alteri; vt copioſè oſtendemus Diſpu.695.citata.

18 Incidit verò in pœnam legis ſi quis in tantam, etiam miles,aut ruſticus,qui vi rem ab alio poſſeſſam occupat, vt Greg.Lopez cum gloſſa vlt.l.ſi quis in tantam,ait,atque etiam prodigus, vt idem Greg. Lopez ibidem contra eam gloſſam affirmat. Quoniam id eſt delictum,de quo nullus horum prætendere poteſt ignorantiam: cum ad id iudices ſint conſtituti, vt vnicuique ius dicant,nulluſque exequatur aduerſus alterum,qui eſt in poſſeſſione alicuius rei, quod iuſtum ipſe iudicauerit,aut quod ſibi placuerit. Minor, ſi impubes ſit, etiam ſi pubertati ſit proximus, non incidit in hanc pœnam, vt affirmat lex.10.citata,& cum ea Grego. Lopez aduerſus gloſſam.leg.ſi quis in tantam,quæ aſſeruit proximum pubertati in eam pœnam incidere. Minor verò,qui pubes ſit,licet in eam incidat, reſtituitur tamen in integrum aduerſus eam pœnam,ex quacunque cauſa,etiam leui, putauerit id ſibi licere,vt Greg. Lopez,cum gloſ.ca.1.verb.rigor,de dolo & contum.Bart.& alijs, quos citat,aſſeuerat. Qui carens iudicio rationis rem alienam vi occuparet,non incideret in hanc pœnam,vt eſt notiſſimum: neque pater ſi ita intraret poſſeſſionem rei filij:neque patronus, ſi intraret poſſeſsionē eius, quem ipſe libertati donaſſet: ſed ſolum hi omnes tenerentur reſtituere rem cum fructibus,quin et damna ſubſequuta,ſi priuati iudicio rationis ea non intulerint. Ita habetur leg.10.citata,conſentanee ad gloſſam,l.ſi quis in tantam. Si tamen tutor,aut curator,minoris,prodigi,aut carentis vſu rationis,deijceret vi alterum de poſſeſsione nomine eius,cuius haberet curam, tunc talis tutor,aut curator,in eam pœnam incideret,nec reſtitueretur in integrum:ſolueretamen de ſuis proprijs bonis teneretur eam pœnam:Ita habetur.l.10.citata conſentaneè ad.l.meminerint.§.vltim.C.vnde vi, & ad alia iura.

19 Lege 2. & 7.tit.13.libro 4.nouæ collectio. præcipitur,vt nullus,niſi prius audiatur,publica autoritate, etiam reſcripto Regis,eijciatur à poſſeſsione, vel officio, & vt,ſi eiectus ſit,reſtituatur in priſtinam poſſeſſionē.

20 Quia neque commodatarius poſſidet rem commodatam, ſed is, qui eam commodauit;neque conductor,ſed is,qui eam locauit;neque depoſitarius,quādo rei diſpoſitæ dominium in eum non eſt tranſlatum,ſed poſſidet, qui rem depoſuit,vt diſp.21.§.ſecundum,diſp.13.§.ſextus, Diſpu.194.& alibi dictū eſt; inde efficitur,quòd ſi is,qui commodauit,aut alius de mandato illius, vi auferat rem à commodatario,locator à conductore, aut deponens à depoſitario,non incidant in pœnam legis ſi quis in tantam, ſed commodatario, aut conductori, reſtitui debeat res ita ablata,quouſque tempus illorum contractuū finiatur, atque reſtitui etiam eis debeant damna ex talis rei ante id tempus ablatione eis ſubſequuta,iuxta,l.1.§.ex die,& §.ex interdicto.ff.de vi & vi armata, & inſuper ex ſuo officio arbitrio iudicis puniri poſſit,qui ita rem vi abſtulit, pro delicti quantitate. Ita habetur.l.11.titu.10.part.7.cum gloſſa.l.ſi quis in tantam citata. 21 Eadem ratione,quia is,qui ex primo decreto iudicis in poſſeſſionem miſſus eſt propter contumaciam rei poſſidentis,non comparat veram poſſeſſionem eius rei,ſed ſolam tenentiam:neque item vēter in poſſeſſionem miſſus,hoc eſt,vxor manens prægnans poſt mortem mariti,miſsa in poſſeſſionem,vt bona mariti teneat loco prolis, quæ in ventre ipſius latet,comparat veram poſſeſſionē eorum bonorum,ſed ſolam tenentiam,vt vtrumq; habetur.l.3.§.vlt.ff.de acquir.poſſeſs.& l.11.citata,atque.l.ſi finita,§.Iulianus,ff.de damno infecto;inde etiam efficitur, quòd, ſi ea bona vi eripiantur ex illis,deijcianturque ex ea tenentia, eripiens non incidat in pœnam legis ſi quis in tantam,ſed ſolum reſtitui eiecti debeant in tenentiam eorum bonorum,reſtituique eis debeant fructus, & damna inde ſubſequuta, & vt inſuper puniri deijciens poſſit ex officio iudicis pęna arbitraria,prout iudex dignum fuerit arbitratus. Ita,iuxta gloſſam,l.ſi quis in tantam, habetur.l.11.citata.

22 Qui commodatarius rem commodatam petitam à commodante,finito tempore contractus,ei non reſtituit,ſed expectat vſque ad definitiuam ſententiā; qui item conductor rem conductam petitam à locatore,finito iam tempore contractus,ei non reſtituit, ſed expectat definitiuam ſententiam;& idem eſt de depoſitario,& de quocunque alio,qui non poſſidet, ſed rem tenet nomine alterius, neque illam, finito contractu,ei petenti reſtituit, ſed expectat vſque ad definitiuam ſententiam, punitur inſtar pœnæ legis ſi quis in tantam,vt,vltra illam, & fructus,reſtituat æſtimationem illius. Ita habetur.l.non abs re. C.vnde vi.l.12.titu.10.par.7.& copioſè dictum eſt,tū alibi,tum præcipuè diſp.498.

23 Cum,quando creditori traditum eſt pignus in ſecuritatem debiti, creditor uerè comparet poſſeſſionem illius quoad aliquos effectus, licet quoad alios poſſeſſio maneat penes debitorem, qui ciuiliter per ſeipſum poſſidet, & naturaliter per creditorem, ut vtrumque explicat gloſſa l.ſciendum,§. creditor,ff. qui ſatiſd.cogantur, dictumque atque oſtenſum à nobis eſt diſputatio.534.inde efficitur, quòd ſi debitor ui eripiat pignus à creditore, eumque ab ea poſſeſſione ui eijciat,debitor, in pœnam eius criminis, amittat dominium eius pignoris,iuſque totum, quod ad illud habebat,creditori,argumento,leg.ſi quis in tantam,Cod.vnde ui,ut ibi affirmant gloſsa, Bartolus,& alij,& ſancitum eſt leg.13.titulo decimo,par te ſeptima.

24 Quando creditor ui aliquid autoritate propria extrahit à debitore,diſtinguendum eſt. Quoniam,ſi illud extrahit tanquam ſibi id in particulari debitum, vt quia illud emerat à debitore, aut alia ſimili ratione, tunc in pœnam amittit illud debitori, ita quòd cogitur id reddere: Si verò illud poſtea petet titulo emptionis,aut alio alioquin legitimo,excluditur exceptione,

ceptione, quòd illud amiſerit debitori, ob eam uio-
lentam vſurpationem. Si verò illud non erat ei debi
tum, ſed in recompenſationem, aut in pignus, pro
ſuo debito, id accepit, cogitur ſimiliter illud redde-
re: & in pœnam, amittit debitum, ita quòd debitor
nō tenetur deinceps id debitum illi ſoluere. Ita gloſ
ſa, & alij l. Si quis in tantam, C. vnde vi, ſancitumq;
eſt, l. 14. titu. 10. part. 7. & habetur l. penult. ff. ad leg.
Iul. de vi priuata, & l. extat. ff. de eo quòd metus cau
ſa. Obſerua autem, cum Gregor. Lopez, l. 14. citata
gloſſa 1. & cum Angelo, quem refert, ſi creditor pro
ſuo debito vi vſurpet à debitore aliquid in pignus,
diſtinguendum eſſe. Quoniam, ſi ius habebat, vt ea
res ſibi in pignus traderetur, quia promiſſa in pignus
ſibi erat, aut alia ratione tradi ſibi in pignus debe-
bat, tunc, ob eam violentam vſurpationem amittit
ſolum ius, quod habebat, vt ſibi in pignus tradere-
tur, non verò amittit debitum principale. Si verò
non erat ſibi debita tradi in pignus, tunc ob eam vio
lentam illius vſurpationem amittit debitum princi-
pale, & cogitur reſtituere rem, quam ita ex traxit.
Greg. Lopez. l. 14. citata gloſſa vlt. rectè obſeruat, ſi
agatur ciuiliter, agi poſſe modo explicato. Cæterum
agi etiam poſse criminaliter ad pœnam ſtatutam in
ferenti vim priuatam, vt habetur, l. vlt. ff. de vi priua
ta. Adde, ſi cum armis res vi ſit extracta de poteſtate
debitoris, agi poſse ſimiliter ad pœnam legis Iuliæ
de vi publica. Veruntamen, qui egerit ad pœnam de
vi publica aut priuata, agere non poteſt ad pœnam,
de qua, iuxta illa alia iura, in hoc §. dictum eſt, ſed ad
alterutram ſolum agere poteſt. Inſuper obſerua, l. 1.
tit. 17. libro 5. nouæ collect. ſancitum eſſe, vt, qui pi-
gnus abſque iudicis autoritate occupat, puniatur tā-
quam qui vim intulit. Et l. 10. ſequenti ſubiungitur,
vt ipſo facto amittat debitum, & inſuper amittat fi-
ſco Regis dimidium ſuorum bonorum, & incurrat
pœnam *de robador publico*. Vide item legem 5. &
6. titu. 13. lib. 4. nouæ collect. Lex. 14. tit. 10. par. 7. pœ-
nam eius legis extendit, vt intelligatur, etiam quan-
do ſine vi pignus, aut aliquid in recompenſationem
debiti, acceptum eſt propria autoritate, non præce-
dente pacto, inter ipſum & debitorem, vt id autori-
tate propria poſſit vſurpare; nam in hoc euentu pœ-
nam non incurrent, iuxta l. 3. C. de pignoribus, & in
vtroque euentu conſentire videntur quędam ex iu-
ribus citatis.
25 Quamuis repreſaliæ licitæ ſint, quan-
do aliquis, aut aliqui, de aliena republica vſurpaue-
runt aliquid alicuius de noſtra republica, vel dam-
num ei intulerunt, alienaque republica in culpa eſt,
non efficiens illud reſarciri, ita ſcilicet, quòd fas eſt
vſurpare pignora aliorum de illa republica, pro eo
debito, quin ex illis compenſare id debitum & dam
num, ut diſputatio. 121. oſtenſum eſt, ſeruatis tamen,
quæ ſeruanda eſse ibidem eſt explanatum, nihilo-
minus quando homines ſunt de eadem republica,
eidemue principi ſubiecti, qui aduerſus debitorem
ius creditori dicere pōt, nefas eſt pro debito vnius
debitoris, ètſi ad aliud oppidum, aut ciuitatē, perti-
neat, pignora accipere ab alio, qui pro illo non ſe
obligauit, & multo minus eum comprehendere,
quia id cum iure naturali pugnat. Vnde, qui id ef-
ficit, punitur amiſsione debiti, & inſuper, vt rem,
quam accepit, & triplum aliud, ei reſtituat, à quo
eam accepit. Ita habetur in authentica, ſed omni-
no. C. ne vxor pro marito, iuncta gloſſa ibi, & in
authentico vt non fiant impignorationes, vnde illa
fuit deſumpta, ac. l. 15. tit. 10. par. 7. Lege etiam, quæ
circa hoc diſponuntur. l. 3. & 10. titu. 17. lib. 5. nouæ
collectio.

26 Quòd ſi comprehendat propria autoritate, vel de
bitorem ipſum, vel alium pro debito ſui debitoris,
tunc amittit ſimiliter debitum, & inſuper ſoluit ita
comprehenſor tantundem, atque eſt ipſummet debi
A tum, & inſuper punitur in corpore à iudice pœna ar
bitraria. Ita habetur in authentico vt nulli iudicum,
§. quia verò, in authentica imò à debito. C. de actio.
& oblig. & l. 15. citata, Lege etiam quæ ſtatuuntur, l.
5. & 6. titulo 13. libro quarto, nouæ collectio. Agi e-
tiam aduerſus eiuſmodi delinquentem poteſt ad pę
nam inſtituentis carcerem priuatum: ſed non credo
poſſe agi ad vtramque pœnam ſimul, ſed ad alte-
rutram dumtaxat, arbitrio eius, cui vtrauis actio
competit.

Lex 16. titul. 10. par. 7. ſtatuit, vt ſi is, qui legitimè 27
erat vſufructuarius, emphyteuta, aut vaſallus, quo-
ad aliquod prædium, vi eijciatur ab vſufructu, aut
dominio vtili, quod poſſidebat, à proprietario ipſo,
proprietarius rem ita ablatam illi reſtituat, cum fru-
B ctibus ex ea perceptis, & qui percipi poterant, & nō
ſunt percepti, & inſuper amittat tali vſufructuario,
emphyteutæ, aut vaſallo, proprietatem, & vis acci-
piendi ab illo penſionem, aut ſeruitium. Et quod ſi
tertius vi eoſdem expellat, reſtituat ſimiliter eis rem
& fructus, & inſuper, in pœnam, æqualem vſumfru-
ctum, aut æquale dominium vtile, in aliquo alio præ
dio, aut prædijs, eis tribuat, conſentaneè ad legem ſi
quis in tantam, & ad gloſſam ibid. C. vnde vi. Si ta-
men eos eijceret quoad totam eam rem, intendēdo
ſcilicet, non ſolum occupare vtile dominium, ſed e-
tiam directum, tunc æquale aliud prædium reſtituit
integre in pęnam, tam quoad vtile, quàm quoad dire
ctum dominium, Vt rectè ibi Gregor. Lopez gloſſa
vltim. ſubiungit. Credo tamē tunc id prædiū, quod
C in pœnam ſoluitur, pertinere ad proprietariū quo-
ad Dominium directum, & quoad totum ius, quod
in illo alio prędio habet: quandoquidem hæc omnia
poſſidebat proprietarius in illo alio prædio, per ſe-
ipſum quidem ciuiliter, & per vſufructuarium, em-
phyteutā, aut vaſallū, naturaliter, ipſeque, quoad ea
omnia, cenſeatur vi eiectus à ſua illa poſſeſſione in
tali prædio, & vſufructuarius, emphyteuta, aut va-
ſallus, ſolum quoad vſumfructum, aut dominium v-
tile, quæ naturaliter & ciuiliter poſſidebant, vt diſp.
12. §. ſecundum, oſtenſum eſt, poſſeſſiones illas, mo
do explicato, attinere ad proprietarium, vſufructua
rium, emphyteutam, aut vaſallum. Cynus, & alij,
quos Greg. Lopez. l. 16. citata gloſſa 2. refert, aliter
gloſsam. leg. ſi quis in tantam intelligunt, quoad eie-
D ctum ab vſufructu à proprietario. Nempe vt, ſi eie-
ctus verè habebat vſumfructum, aut dominium vti-
le, proprietarius ei ſoluat in pœnam ęſtimationem il
lius, proprietariuſque retineat dominium directū,
& alia ſua iura, vt antea ea habebat. Si verò eiectus
non habebat verè vſumfructum, aut dominium di-
rectum, illud in pœnam proprietarius in ea re ei cō-
cedat. Quando è contrario fructuarius, emphyteu-
ta, aut vaſallus, eijciunt proprietarium à poſseſsio-
ne rei, in qua vſumfructum, emphyteuſim, aut feu-
dum, prætendunt, tunc, ſi id ius eis non competebat
reſtituant rem, & æſtimationem iuris illius, proprie
tario: Si verò id ius eis cōpetebat, illud amittunt, ut
iuxta. leg. ſi quis in tantam, & gloſsam ibi, ac docto-
E res, quos citat Gregorio Lopez gloſsa citata affir-
mat. Si verò nullum ius habens, intendat uſurpa-
re rem quoad dominium vtile & directum, eaque
de cauſa proprietarium à poſseſsione illius eijciat,
reſtituit rem integram cum fructibus & damnis,
& inſuper in pœnam ſoluit valorem illius quoad
vtile & directum dominium ſimul. Quòd ſi do-
minium vtile, aut vſusfructus, ei competat, & il-
lam vſurpet, cenſetur, niſi contrarium probetur,
eam uſurpare quoad ſolum ius ſibi competens, ut
illud conſeruet, & tunc illud ſolum amittit. Si ue-
rò probetur, etiam quoad proprietatem intendiſse
illam uſurpare, tunc amittit ius, quod ſibi com-
petebat, & inſuper cogitur ſoluere æſtimationem
pro-

proprietatis. Ita Grego. Lopez etſi cum alijs, quos
citat, conſentaneè ad prædictam legem ac gloſſam.
28 Hæc eadē ſimiliter intelligenda eſſe ſubiungit Gre
go. Lopez cum Cyno, Iacobo de Arena, & Saly. in
prætendente iuriſdictionem, eaque de cauſa eijcien
te alium à poſſeſſione iuriſdictionis.
29 Circa pęnas hactenus explicatas ob vim illatam,
vt ſcilicet res occupata vi, amittatur ei, de cuius po-
teſtate eripitur, ſi ad occupantem pertinebat; ſi ve-
ro non pertinebat, ſoluat æſtimationem; dubiū eſt.
Si occupetur vi à prælato, aut ab alio bonorum ec-
cleſiæ adminiſtratore, per ſe, vel per alium, de ipſius
mandato, aut ratum id poſtea habeat, factum nomi-
ne ipſius aut eccleſiæ, vt eccleſia incidat in eam pę-
nam, illudque amittat. Gloſſ. l. ſi quis in tantam, quā
ſequi videtur. l. 17. tit. 10. par. 7. & communior do-
ctorum ſententia, præſertim interpretum iuris ciui-
lis, affirmanter reſpondet, ſi id fiat cōmunicato con
ſilio cum capitulo. Contrariū vero affirmant gloſſa
16. q. 6. in ſumma, & ca. placuit, verb. detrimentum,
& gloſ. c. 1. de dolo & contum. verb. rigor. Panorm.
ibi. à nu. 9. & multi alij, quos Greg. Lopez. l. 17. cit.
gloſ. 2. refert. Nempe delictum ea in parte admini-
ſtrantium bona eccleſiæ, nocere quidem ipſis, quia
tenentur ad eas pęnas de ſuis bonis, & de bonis ec-
cleſiæ quoad commoditatem ex illis, quantum ad ip
ſos commoditas illa attinuerit dum vixerint. Quòd
ſi ex his capitibus non poſſint integre pęnam ſolue-
re, luent in corpore, hoc eſt, competēs alia pęna per-
ſonis eorum eſt imponenda in complementum inte
græ pęnæ pro eo delicto. eccleſia vero indemnis,
quoad ſua bona, ſeruari debet, nihil impediente tali
delicto ea ad miniſtrantium. Quemadmodum, ſi tu-
tor, aut curator, ſimile delictum committeret circa
bona minoris, quæ adminiſtrat, non concurrente
minore ad delictum, ſolus tutor, aut curator, tene-
retur ſoluere pęnam de ſuis bonis; bona vero mino
ris manerent illæſa. Ratio autem cur delictum ad-
miniſtrantium bona Eccleſiæ, etiamſi ſimul con-
currant prælatus & capitulum, eccleſiæ non noceat,
eſt. Tum quia delictum adminiſtrantium redun-
dare non debet in eccleſiam, vt habetur, cap. ſi Epi-
ſcopus. 16. quæſtio. ſexta. maximè, ut eccleſia ſoluat
pęnam pro eorum delicto, tum etiam quoniam prę
lato & capitulo, non eſt conceſſa alienatio bonorū
Eccleſiæ, niſi ſeruata certa forma, interuenienteq;
legitima cauſa, aliterque facta eſt nulla: non eſt au-
tem legitima cauſa delictum illud, vt alienentur.
Tùm denique quoniam Eccleſia nunquam admiſit
pęnam legis ſi quis in tantam circa ipſius bona, imò
contrarium habere voluit locum in bonis Eccleſia-
ſticis, vt conſtat. c. 1. de dolo & contum. leges vero
ciuiles, quæ præiudicium afferre poſſunt bonis Ec-
cleſiaſticis, non habent locum in bonis Eccleſiaſti-
cis, niſi quatenus ab Eccleſia fuerint receptæ. Quòd
ſi objcias: Si minor committat tale delictum, pu-
nitur in ſuis bonis, ergo idem eſt in Eccleſia. Dicen-
dum eſt, bona illa verè eſſe minoris, eaque de cauſa
delictum minoris non immeritò puniri in eis bonis:
concedi tamen illi reſtitutionem in integrnm, ſi ali-
qua probabilis ratio, veriſimilitudove, appareat,
quod id fecerit, putans ſibi licere, vt ſupra dictū eſt.
Adminiſtratores vero bonorum eccleſię non eſſe il-
lorum dominos, ſed totum eccleſiæ corpus, quod
non deliquit, quodque non pro ſuo libito diſponere
validè poteſt de eis bonis, vt diſponere poteſt reſpu
blica ſecularis de ſuis bonis pro libito, ſaltem vt fa-
ctum teneat, vt hæc omnia Diſp. 142. & Diſp. 300.
30 explanata ſunt. Si autem communitas ſecularis in
ſimile delictum incideret, quoad bona ipſius com-
munitatis, etiam ſi ſola communitas rectorū id com
mitteret, aut alius de mandato illius, vel illa ratum
id poſtea haberet, pęna redundaret in ipſam cōmu-

A nitatem quoad ipſius bona, quæ ad illam tenerētur.
Ita habetur l. metum. 3. §. animaduertendum, & af-
firmat gloſſa vlt. ibi. ff. quod metus cauſa, conſentit
l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis; & habetur
expreſsè. l. 17. tit. 10. par. 7. atque affirmant Bart. Pa-
norm. & cōmunis doctorum ſententia, quam Gre-
gor. Lopez ibi refert ac ſequitur. Atque hinc viden-
tur permoti, qui idem dixerunt locum habere in ec-
cleſia: cum tamen nos Diſp. 142. citata latum tradi-
derimus diſcrimen, cur non ſimiliter hoc habeat lo-
cum in corpore eccleſiæ: id vero diſcrimen ibi le-
gas. Quando autem communitas ipſa oppidi, modo
explicato, non committeret crimen, neque illud ra-
tum haberet factum nomine ipſius, ſed aliquis alius
de communitate, loco & nomine communitatis, id
B committeret, tunc id delictum non redūdaret, quo
ad pęnam, in cōmunitatem, ſed in ſolum delinquen-
tem, vt habetur l. 17. citata, & omnes conueniunt, tā
circa communitates ſeculares, quàm circa eccleſia-
ſticas, id verum habere.

Quando aliquis in iudicio ait, ſe vi fuiſſe eiectum 31
à poſſeſſione rei alicuius, & petit reſtitui, eſto is, à
quo vi dicitur eiectus, dicat rem ad ſe pertinere, ve-
litque id in continenti probare, & eſto alius tertius
dicat, rem ad ſe attinere, velleque id probare, eaque
de cauſa petat, ne vi eiectus mittatur in poſſeſſionē
rei illius, ante omnia examinari debet, an vi fuerit
eiectus, eoque ſufficienter probato, debet ei res reſti
tui, maximè poſt diſpoſitionem legis ſi quis in tan-
tam. C. vnde vi, iuxta quā, eſto res pertineret ad ſpo
C liantem, eo ipſo illam amittit ſpoliato, debetq; ſpo-
liato tradi: poſtea vero decidi debent aliæ cauſę. Ita
habetur l. vlt. titu. 10. part. 7. conſentiunt. l. ſi quis ad
ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi publi. l. momentariæ.
C. vnde vi. l. qui cętu. §. qui de vi. ff. ad leg. Iul. de vi
publi. & c. in literis, de reſtit. ſpol.

DISPVT. 683.

Rapina quid.

SVMMARIVM.

1 *Rapina quot modis vſurpetur.*
D 2 *Rapinæ preſsè definitio.*
3 *Rapinæ pœna, vive bonorum raptorum, in quibus bo nis locum non habeat, ſed ſolum pœna de vi publica, aut priuata, aut legis ſi quis in tantam.*
4 *Rapina quando interueniat cnm conſenſu inuolunta rio mixtè eius, qui illam patitur.*
5 *Rapina non cenſetur in foro exteriori ob metum, niſi cadens ſit in conſtantem virum, neque ita acceptum reſtitui iubetur, neque accipiens pœna raptoris puni tur. In conſcientia uerò reſtituendum eſt, ſi inuolun-tariè mixtè ex quocunque metu ſit datum.*
6 *Rapina non eſt, ſed furtum, ſi vis illata ſit parietibus, aut foribus, ſine vi illata perſonæ, ac ſine animo eam perſonæ inferendi.*
E 7 *Rapina ſpecie diſtinguitur à furto, tanquam inclu-dens rationem furti, & ſuperaddens nouam ſpeciē iniuſtitiæ, & quando utraque lethalis culpa. In ra-tione tamen furti, ſpecie non diſtinguuntur.*
8 *Rapina aduerſus quos committatur. Qui item pœ-nam raptorum incurrant.*

RApina vno modo ſumitur latiſſimè, pro 1
vſurpatione eius, quod ſibi non debetur
aut retētione eius, quod alteri quodam-
modo debetur. Sic ſumitur in illo ad
Phil. 3. *Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualē Deo.*
& Aug. de primis parentibus: *Voluerunt,* inquit, *ra-
pere diuinitatem, & perdiderunt felicitatem.* De qua
rapina

rapina ſermo eſt ex perſona Chriſti in illo Pſal.68. *quæ non rapui,tūc exoluebam*, in cruce ſcilicet ac paſſione mea. Et Hieron.ac refertur Diſt.42. in princ. *Aliena rapere conuincitur,qui,ultra neceſſaria, ſibi retinere probatur*. Alio modo ſumitur,vt comprehendit furtum, ac quamcunque iniuſtam acceptionem. Sic ſumitur ab Ambroſ.de bono mortis, & refertur.14.q.4.cap.ſi quis,dum ait: *Si quis uſuram accipit,rapinam facit*. Eodem modo ſumitur ab Auguſt. & refertur.14.quæſt.5.c.ſi quid dum ait: *Si quid inueniſti, & non reddidiſti,rapuiſti*. Tertio modo ſumitur rapina preſsè & propriè, vt diſtinguitur con-
1 tra furtum,& contra alios iniuſtitiæ modos. Atque eo modo ſumitur in propoſito.

2 Poſſumus verò eam, hoc tertio modo ſumptam, ſic definire: Eſt iniuſta acceptio boni externi per vim,eius,cuius eſt. Intellige per vim, ſiue publicam, ſiue priuatam, diſputatione precedente explicatam, vt habetur l.2.§. primo,& ſequentibus. ff.de vi bonor. raptor. inſtit.eodem tit.& tit. 13. in prin.par.7. ac l.1.eiuſdem tituli; & vtrobique Greg.Lopez. Et conſentiunt cæteri doctores. In eo,quod dicitur,iniuſta acceptio, reijcitur à ratione rapinæ acceptio per vim bonorum alienorum externorum bello iuſto,aut in extrema eorum neceſſitate, vel ritè à poteſtate publica: quoniam in eiuſmodi acceptionibus per vim iniuſtitia non cernitur. Reijcitur etiam iniuſta damnidatio per vim in bonis aliorum externis,ea deſtruendo,aut deteriora reddendo: id enim propriè non eſt acceptio bonorum alienorum externorum,ſed deſtructio aut deterioratio illorum.

Per particulam, boni externi, reijcitur à ratione rapinæ, de qua loquimur, rapina filiæ, aut vxoris, aut cuiuſuis alterius mulieris,ad rem cum illa habendum, quæ non eſt iniuſtitia circa bona externa, ſed circa propriam perſonam, comparatione mulieris ita raptæ, aut circa perſonam coniunctam, comparatione patris,mariti, aut alterius perſonæ, in cuius cuſtodia aut domo ſit. Eadem ratione reijcitur rapina alicuius perſonæ, vt in ſeruitutem redigatur, aut vt iniuria alia in ſua propria perſona afficiatur. Tales enim rapinæ non ſunt de numero earum, de quibus loquimur,neque diſputatio de illis, ad hunc ſecundum tractatum de iuſtitia ſpectat, ſed ad tertium ſequentem.

3 Iura in explicatione rapinæ,particulæ,boni externi, addunt, particulam,mobilis,latè ſumpti,vt comprehendit etiam, ſe mouentis, vt conſtat l. prima, C.de vi bonorum rapt. §.penult.inſtit.eodem titul. & l.prima,titul.13.part.7. Sicut etiam ſimilem particulam addunt definitioni furti: quoniam ſicut admittere non volunt furtum preſsè extra res mobiles, vt Diſput.681. dictum eſt: ita neque admittere volunt rapinam preſsè extra res mobiles, licèt vim circa illas admittāt, vt Diſputatione præcedente viſum eſt. Vnde pœnæ pro rapina, uive bonorum raptorum,iure ſtatutæ,locum non habent in rapina latè ſumpta, vt ſumitur à Theologis, pro vt ſe extendit ad bona immobilia: ſed, quoad immobilia bona, ſolum habent locum pœnæ legis Iuliæ de vi publica,aut de vi priuata,ſi criminaliter agatur;aut legis ſi quis in tantam, & ſequentium, de quibus Diſputatione præcedēte dictum eſt, ſi agatur ciuiliter, vt habetur inſti.de vi bon.rapt.§.penul. Simili modo,quia iura,ſicut furtum non admittunt circa vſurpationem ſine vi rei propriæ illam vſurpantis, quando is,ex quo vſurpatur, nullum ius habet in eam rē: ita neque admittere volunt rapinam,vt habetur l.2. §.doli mali,verſ.hac actione 15.ff.de vi bon.rap.& inſti.eodem titulo,§.penultimo.non habent in hoc euentu locum pœnæ de vi bonorum raptorum, ſeu de rapina,ſed legis ſi quis in tantam, & cæterarum, quæ præcedente Diſputatione explicatæ ſunt, vt habetur §.penult.citato. Imò vero, quando quis rapit rem,quæ verè aliena eſt, putans eſſe ſuam, ſibiq; id licere;non incidit in pœnas raptoris, ſed ſolum in pœnas legis ſi quis in tantam, & in alias explicatas, vt habetur inſtit. §.pen.citato.

Non appoſui verò in definitione rapinæ particu- 4
lam, abſque vllo conſenſu eius, cuius ea res eſt,quā in definitione furti preſsè ſumpti, vt à rapina diſtinguitur, appoſui. Quoniam licèt interueniat conſenſus eius inuoluntarius mixtè, ſi tamen exortus ſit per vim, ſeu metum cadētem in conſtantem virum ad id iniuſtè incuſſum,propriè erit rapina. Quando enim graſſator,iniuſto metu mortis, aut alio graui,cogit aliquem cōſentire, vt ſibi aliquid exhibeat, verè committit rapinam in ea acceptione:eſtque id furtum manifeſtum, adhibita vi, quæ illud tranſire facit in rapinam. Eadem ratione exactiones tributorum iniuſtè, licèt fiant conſentientibus, qui illa ſoluunt,quia aliud non audent, rapinæ quædā ſunt, furtaque manifeſta. Idem dic de eo,quod potentes, aut miniſtri publici,ſimiliter accipiunt, non audentibus,qui id dare conſentiunt, aliud efficere,timore maioris mali. Idem dicerem,ſi quis metu cogeretur conſentire in aliquem iniuſtum contractum: quod enim,vt talis conſenſus metu extorti, extraheretur, atque acciperetur, rapina eſſet, furtumve manifeſtum cum vi.

Illud hoc loco eſt obſeruandum. Quamuis in 5
exteriori foro requiratur metus in virum conſtantem (attenta qualitate perſonæ & circunſtantiarum concurrentium) cadens, ad hoc vt,quod extrahitur & accipitur per metum, rapina cenſeatur, & per conſequens vt repetitio illius concedatur, & inſuper vt accipiens pœna raptoribus ſtatuta puniatur, nihilominus in conſcientiæ foro, quicquid per metum extortum eſt, ita vt conſtat inuoluntariè mixtè eſſe datum, ſiue metus illi grauis ſit, cadenſque in conſtantem virum, ſiue leuis, in virumque conſtantem non cadens, obnoxium eſſe reſtitutioni. Ita, inter alios, Nauarr. in Manu. cap.17.nume. 15. Syflueſt. verb.reſtitutio.2. §.7. Adria.q.2. de reſtit. §.ex quibus omnibus,& Couar.reg.peccatum,par. 2.§.3.num.7.

Dubium eſt,vtrum,quando alicui, in illius abſen 6
tia, & in abſentia cuiuſuis alterius, qui nomine illius rem cuſtodiat, aut reſiſtat, infringuntur fores domus, aut perforantur parietes, vel tectum, vt, quod intus eſt, iniuſtè accipiatur,ea iniuſta acceptio habeat tantum rationem furti; an verò etiam rapinæ. Sotus 5.de iuſt. quæſtio.tertia, artic.ſecundo. rapinam eſſe affirmat. Victoria verò. ſecunda ſecundæ,quæſtio.66.art.quarto,id negat. Nobis verò hæc Victoriæ ſententia probatur. Quoniam licèt in iure pœna ita furantibus meritò augeatur, vt infrà, quando de furium pœnis fuerit ſermo, dicetur; nihilominus ad rationem rapinæ vis illata perſonæ,animuſve eam inferendi,requiritur, neq; ſufficit vis illata parietibus,aut foribus,vel tecto. Dixi, ad rapinam, ſaltem animum vim perſonæ inferendi requiri: quoniam,ſi quis domum alienam ingrediatur animo per vim vſurpandi iniuſtè quod ibi fuerit repertum, illudque vſurpet, etiamſi nullum intus reperiat,qui reſiſtere poſſit,rapinam committit, & vt raptor eſt puniendus, vt habetur leg.ſi quis ex domo. ff.de furtis, quam eo modo exiſtimo eſſe intelligendam.

Dubium deinde eſt, vtrum rapina & furtum ſpe 7
cie diſtinguantur in genere moris. D. Th. 2.2.q.66. art.4. Caiet.ibi. Sotus 5.de iuſt. q.5.art. 2. Couarr. reg.peccatū,p.2.§.1.nu.2.& Doct.communiter, affirmanter reſpondent. Quoniam,cùm ad rationem iniuſtitiæ requiratur inuoluntarium ex parte eius, qui iniuriā patitur; eo quòd nullus patiatur iniuſti-

tiam volens; diuerſa autem ratio inuoluntarij iniu- niarur in eo, qui iniuſtitiam per vim patitur, & in eo, qui illam patitur ſine vi, vt Ariſt. 5. ethi. c. 1. explicat: conſequens eſt, vt ex parte obiecti proximi, hoc eſt, alieni per vim, aut ſine vi, acceptio iniuſta rapinę, ſpe cie diſtinguatur ab acceptione iniuſta furti. Gab. ve rò in 4. diſt. 15. q. 3. art. 1. ad finem notabilis 5. propè dere videtur, eas differentias eſſe accidentarias, ac proinde rapinam ſpecie non diſtingui à furto. Dicē dum arbitror, animum vim inferendi perſonæ, eam- ve vim re ipſa inferre, quod de intrinſeca ratione eſt rapinæ, per quod à furto preſsè ſumpto diſtingui- tur, diſtinctam eſſe ſpeciem iniuſtitiæ à furto: furtū quippe eſt iniuſtitia aduerſus proximum circa bona illius externa: ea verò vis eſt iniuſtitia aduerſus eun- dem proximum circa ipſius perſonam ac honorem: vnde rapina & includit iniuſtitiam furti, & etiā hac aliam diſtinctam ſpeciem in iuſtitiæ aduerſus perſo- nam & honorē proximi: quo fit vt diſtinguatur ſpe- cie à furto, tanquam addens nouam diſtinctam ſpe- ciem ſupra furtum, ſicut furtum rei ſacræ, & eſt fur- tum contra iuſtitiam, & addit diſtinctam ſpeciē con tra virtutem religionis: & ſicut adulterium, & eſt fornicatio, contra virtutem temperantiæ, & contra bonum prolis, & addit diſtinctam ſpeciem cōtra iu- ſtitiam aduerſus alterum coniugem. Vnde rapina, in ratione furti, ſpecie non diſtinguitur à furto preſ ſe ſumpto, ſed differt ab illo ſolum accidentario in ratione furti: & nihilominus ſupra furtum addit no uam ſpeciem iniuſtitiæ. Eſt ergo rapina ſpecie di- ſtincta à furto, tanquam addēs nouam rationem, at- que ſpeciem iniuſtitiæ, ſupra furtū. Quare, pro quali tate vis, quæ infertur, aut quæ inferri intenditur, peri culum ve eſt, ne inferatur, iudicandum eſt, vtrum ea vis ſit noua culpa lethalis, & quanta, aut qualis, & vtrum ſit duplex lethalis culpa, vna contra perſonā, vt ſi mors, vulnus, aut aliud ſimile, intendatur, peri- culum ve ſit, vt inferatur: & altera contra honorem, eum nota biliter lædendo.

8 Quemadmodum diſp. 681. dictū eſt, & in ſequen tibus amplius explicabitur, furtum committi aduer- ſus tenentem rem aliquam legitimè, quando ab ea tē tione deijcitur: ita committitur aduerſus eundem ra pina, ſi vi ea legitima tentione ſpolietur. Ita habetur l. 2. §. in hac actione, ff. de vi. bon. rapt. §. vl. inſt. eod. tit. & l. 2. tit. 13. par. 7.

Illud etiam obſerua, ad rapinam pertinere, ſaltem vt accipiens rem mobilem puniatur pœna raptoris, quando quis aliquid ſine vi accipit, pro quo tamē iu re humano eſt ſtatutum, vt incurrat crimen legis Iu liæ de vi publica, aut de vi priuata, iuxta ea quæ di- ſputatione præcedente explanata ſunt: quoniam, iu- ris diſpoſitione cenſetur id vi auferre. Sic, qui de in- cendio aliquid furatur, quod ligna non ſit, cenſetur rapinam committere, pœnaque raptoris punitur, vt habetur. l. 1. in fine tit. 13. part. 7.

DISPVT. 684.

De varijs furti generibus, & conſequen- ter etiam rapinæ.

SVMMARIVM.

1 *Fur quis nocturnus, & quis diurnus. Nocturnus impune occiditur, non diurnus, niſi telo ſe defen- dat.*
2 *Furtum quod manifeſtum, & quod occultum.*
3 *Furtum quot modis ſacrilegij rationem ſortiatur, ſpe- cie diſtinctam à furto in ratione furti, & vtraque ra tio ex genere ſuo eſt lethalis.*

A 4 *Peculatus furtum quando committatur.*
5 *Crimen legis Iuliæ de reſiduis quando committatur.*
6 *Abigeatus furtum quod, & quibus pœnis punitur.*
Quibus item pęnis receptator abigeorum puniatur.
7 *Plagij crimen quod, & quibus puniatur pœnis.*
8 *Varia circa mancipia connexa cum crimine plagij.*
9 *Mancipium fugitiuum, etiamſi ad ſuos tranſeat, nun quam præſcribit libertatē aduerſus ſuum dominū.*
10 *Seruum corrumpēs conſilio, aut alia ratione, ad quid teneatur, & quam pęnam incurrat.*
11 *Filium, aut famulum, corrumpens ad quid teneatur.*

SVbijcienda ſunt varia furtorum genera, ſeu modi, de quibus mentio peculiaris fit in iure. 1
B Atque in primis fur ipſe, rōne tēporis, in quo furtum cōmittit, diuiditur in nocturnum & diurnum. Diurnus eſt, qui orto iā ſole, aut (vt bene Panor. c. perfodiens, de homicidio ait) tanta exiſten te illius luce, vt agnoſci poſſit, aliquid furatur. Qui verò alio tēpore furatur, dr̄ fur nocturnus. Fur no- cturnus impunè occiditur: Diurnus verò nō, niſi te- lo, hoc eſt, quibuſcunq; armis, ſe defendat. Licet. n. teli nomine id propriè intelligatur, qđ iaci pōt, emi- nuſq; ferire, ſiue id ſit lapis, ſiue ferrū, aut quoduis aliud, autore tñ Calepino verb. telum, interdū ſumi- tur latè, pro quocunq; offenſiuorū armorum gene- re: eoque mō ſumitur in propoſito: qui. n. enſe aut lā cea ſe defenderet, vtique occidi impunè poſſet, non minus, quàm ſi lapide, aut alio iaculo, ſe defenderet. Quòd autem nocturnus fur occidi impunè poſſit,
C diurnus verò non poſſit, niſi telo ſe defendat, habe- tur, leg. itaque, §. lex duodecim tabularum. ff. ad leg. Aquil. l. furem. ff. ad l. Corn. de ſicarijs, & c. ſi perfo diens, iuncto c. antecedente, de homicidio. Quomo- do autē id ſit intelligendum, commodius explicabi- tur tractatu. 3. de iuſtitia ſequenti, dum ſermo fue- rit an pro defenſione bonorum externorum, licitū ſit occidere aggreſſorem.

Deinde furtum diuiditur in manifeſtum, & non manifeſtum. Furtum manifeſtum appellatur in iure non ſolum qñ fur deprehenditur ipſo actu furandi, ſed & qñ, vel à dño rei, vel ab aliquo alio, deprehen- ditur cū re furtiua, aut conſpicitur anteq̄ illā detule- rit ac appoſuerit in loco, in quo illā reponere deſtina bat: in reliquis verò euentibus, furtū dr̄ non manife 2
D ſtū, ſiue fur deprehendatur cū re furtiua, poſtq̄ illā poſuit in loco, quo eā ponere deſtinabat, ſiue aliter de furto cōſtet, Sunt verò diuerſę pęnę ſtatutæ pro furto manifeſto, & pro nō manifeſto, vt videbimus. Diſtinctio hęc, atq; explicatio, furti manifeſti, & nō manifeſt, hr̄. l. 2. & ſex legibus ſequentibus. ff. de fur tis. §. furtorum inſt. de obligationib. quę ex delicto, & l. 2. tit. 14. par. 7. Obſerua tñ, ꝙ q̄uis vt furtum di catur manifeſtū, ſatis ſit furē videri à dño, vel ab ali quo alio, qñ rē furat, vel qñ illā defert, antequā illam reponat in loco, quo eam deferre deſtinabat, vt hr̄ expreſsè. §. furtorum citato, nihilominus non eſſe ſa tis nudam viſionē, ſed inſuper requiri accurrere ad
E furē cōprehendendū, vel illi acclamare, ꝙ rē furatā deferat, vel vt rē furto ablatā relinquat: quouis autē horū facto, dr̄ furtū manifeſtū, eſto fur rē abijciat, ac relinquat: alioquin, ſi nihil eorū fiat, eſto videatur à proprio dño, aut à multis alijs, non dr̄ furtum ma nifeſtum, ſed occultum. Quin, ſi à domino videatur, & taceat, diſtinguendum eſt. Quoniā ſi coniecturæ ſint, eum intendiſſe conſentire in eo furto, actio fur ti ei denegabitur, ſi poſtea intentare eam velit. Si ve rò non ſint tales coniecturę, ſed præſumendum ſit ex timore tacuiſſe, ne interficeretur, aut ne aliud detrimentum ſubiret, vel ob verecundiam, aut vt cō ſuleret honori ac famæ furis, ut ſi patronus furaba- tur à liberto, conſpiciente id liberto, tunc concedi- tur ei actio furti, non tamen manifeſti, ſed occulti.

Ita

Ita habetur l.7.citata, iuncta l.penult.ff.de furtis,& conſentit cum Baldo,& alijs, Greg.Lopez.l.2.cit. gloſ.vlt. Illud etiam obſerua, quando dicitur furtũ eſſe manifeſtum, ſi fur deprehendatur cum re furtiua antequam eam reponat in loco, in quo eã ponere deſtinabat, intelligendum eſſe, ſi cum ea deprehẽdatur eo ipſo die, quo illam furatus eſt: ſi enim deprehendatur elapſo iam eo die, eſto nondum cum illa deuenerit ad locum, quò illam deferre intendebat, non cenſetur furtum manifeſtum, ſed occultũ. Ita habetur l.4.ff.de furtis,& affirmãt glo. l.ſiue,verb. occidiſſe. ff.de condict.furt. & Greg.Lopez gl.vlt. cit.cum alijs, quos refert.

3 Furtum ex parte rei furto ablatæ, aut etiam loci, in quo fit, in multa diuiditur membra. Quoddam enim eſt ſacrilegium, vt quando quis furatur ſacrũ de loco ſacro, aut ſacrum de loco non ſacro, vel nõ ſacrum de loco ſacro. c.quiſquis 17.q.4. gloſs.c.ſacrilegium eadem quæſtione,& doctores communiter. Quid autem ſit res ſacra, & quis locus ſacer, inferius explicabitur, quando trademus pœnas pro hoc ſacrilegio ſtatutas. Furtum, quod rationem ſacrilegij ſortitur, in ratione furti, atque iniuſtitiæ, ab alijs furtis, meo iudicio, ſpecie non differt: addit tamen furto diſtinctam ſpeciem vitij ſacrilegij, virtuti religionis contrariam: vnde formaliter ad duplicem ſpeciem peccati ſpectat, & vtraque eſt neceſſario confitenda, quando ad culpam peruenit lethalẽ. Eſt verò vtraque ex ſuo genere culpa lethalis, niſi, ex leuitate materiæ, venialis reddatur.

4 Aliud eſt furtum, quod peculatus nuncupatur, peculiariterq; punitur, quando videlicet furto accipitur res publica, ad fiſcum Regis, aut ad bona illius, attinẽs, vel ad ciuitatem Romanam: nam ſi aliquid furto accipiatur de bonis aliarum ciuitatum priuatarum, aut cæterorum oppidorum, non cenſetur peculatus, ſed furtũ ſimplex, licèt grauius, vt habetur l.ob pecuniam.ff.de furtis, eoq; modo intelligitur. l.4.§.vlt.ff.ad leg.Iul.peculat. vt gl.ibi notat, & doctores communiter. Hac ratione, ſi quis, dũ Regis monetam cudit, vnde ei prouenit emolumentũ, cudat aliam ſibi æquè bonam ex ſua propria materia, abſque Regis facultate, in crimen incidit peculatus, dum principi id emolumentũ furatur, eove illũ priuat. Multo verò magis in crimen peculatus incidit, qui, dum à principe accipit aurum, atq; argentũ, ad monetam cudendã, illi immiſcet deterius aliud metallũ, quo ipſe aliquod lucrum inde percipiat. Vtrũque habetur, l.ſacrilegij.§.pen. & vlt. ff. ad leg.Iul. peculat.& l.15.tit.14.p.7. Qui item furatur rem ſacram, aut religioſam, ſub qua cõprehende ornamenta non benedicta, & reliqua ad cultum diuinũ attinentia, incidit in crimen peculatus: bona quippe ſacra ac religioſa bona ſunt publica: vnde intelliges, furti ſacrilegiũ cum crimine peculatus ſępe eſſe coniunctum. Prædicta omnia ad crimen peculatus attinere, conſtat ex §.item lex Iulia peculatus, inſtit.de publ.iud.ex l.1.& ſeqq.ff.ad le.Iul.pecul.& ex cap. quid ergo.23.q.4.quod eſt Auguſtini.

5 Cùm crimine peculatus eſt coniunctum crimẽ legis Iuliæ de reſiduis. Nempe, qñ aliquis pecuniã aliquam publicam apud ſe habet, neque illã in eo expendit, ad quod eſt deſtinata, vt inſumatur, ſed eam conuertit in ſuum vſum ac commodum; non quidẽ animo nunquam eã ſoluendi; nam tunc eſſet furtũ ac peculatus, ſed defraudando principem, aut communitatem, cuius eſt, aut alios, quibus ex præſcripto principis, aut cõmunitatis, eſt tradẽda, vſu illius ac emolumento. Ita habetur l.2.& 4.§.lege Iulia.ff.ad leg.Iul.pecul.§.ſunt præterea.inſtit.de publ.iud. & l.14.tit.14.par.7. Quæ hoc crimen dicit habere etiã locum in miniſtro habente pecunias cuiuſq; ciuitatis, aut oppidi, defraudantemq; ſimiliter eam com-

A munitatem, aut alios, quibus eſt tribuenda, vſu & emolumento illius: itemque locum habere in his omnibus miniſtris, qui, cum teneantur tribuere pecuniam aliquibus, ex principis, aut communitatis, pręſcripto, illis inuoluntariè mixtè tribuũt merces, aut aliquid aliud, loco illius. Sunt verò eiuſmodi crimina ſatis frequentia in miniſtris principum, & communitatum, quibus incumbit ſoluere debita principum, aut communitatum, vel aliter diſtribuere, aut inſumere, eiuſmodi bona, de pœnis verò horum delictorum inferius dicetur.

Aliud furtum abigeatus dicitur, & peculiariter 6
punitur. Vt verò in authentico de nuptijs. §.mitiores, verſ.ſi igitur, habetur, *abigei appellantur, quibus eſt cura alienis inſidiari animalibus, aut iumentis, &*
B *ea tranſponere alibi*. Ab abigendo enim aliena animalia, furti gratia, dictum eſt hoc crimẽ abigeatus, & qui iſtud cõmittunt, abigei ſunt nuncupati. Quia verò expediens fuit, ſecuritatem eſſe in animalibus, maximè in eis, quæ paſcuntur, circa quæ non poſſumus habere tantam cuſtodiam, quantam circa res alias noſtras mobiles adhibere ſolemus, tãquam peculiare furti crimen fuit diſtinctum, appoſitis ei peculiaribus grauioribus pœnis. Neque tamen quodcunque furtum alienorum animalium eſt ſufficiẽs, vt quis in abigeatus crimen incidiſſe cenſeatur, & vt incurrat pœnas peculiares pro hoc crimine in iure ſtatutas. Sed neceſſe eſt, vt furetur decem, aut plures, oues, (idem intellige de arietibus, capris, quin & de agnis, & hędis) aut quinque porcos, vel ſaltẽ qua
C tuor, vel equum vnum, aut bouem (idem intellige de mulo, aſino, aut camelo.) Item, qui ſæpius (hoc eſt, ter, vt minimum, vt rectè cum alijs affirmat ac probat Greg.Lopez.l.19.tit.14. par.7.) ouem vnã, aut porcum vnũ, vel aliud ſimile animal, quod non ſit de maioribus, furatus fuerit, cenſetur abigeus, & in pœnas pro hoc crimine ſtatutas incidit: quoniam cenſetur quaſi ex arte, & conſuetudine, inſidiandi eiuſmodi alienis animalibus, id efficere. Qui enim vnum equum, aut vnũ aliud animal ex magnis, vel ſemel, furatur, cenſetur abigeus, vt dictum eſt. Hæc omnia habentur, l.1. & vlt.ac per totum titulum.ff. de abigeis,& gloſſa prima, l.prima, C.eodem titul. atque ea cum communi doctorum ſententia, quam refert Ant.Gom.3.tom.var.reſol.c.5.nu.13. Quan
D do autem aliquis ouem aberrantem, aut equos in ſolitudine, extra gregem, aut extra armenta, repertos, abegerit, etiam ſi dolo id effecerit, cenſebitur fur, non verò abigeus. Ita habetur l.1.citata.§.cęterùm. Quoniam ad crimen abigeatus neceſſe eſt, vt furtũ ſit de grege, aut de armento, niſi ſit equus, aut aliud ſimile animal manſuetum; nam tunc ſatis eſt furtũ illius de ſtabulo, vt in hoc crimen incidatur, vt habetur l.vlt.ff.de abigeis. Qui pecora abegit, prætendendo ſua eſſe, eaque de re quæſtionem mouendo, non punitur vt abigeus: niſi manifeſtum ſit, eo quęſito colore intendiſſe excuſare crimẽ abigeatus. Ita habetur l.1.citata. §.vlt. Abigeatus crimen de iure communi pœna mortis punitur; in locis tamen vbi
E frequens eſt id crimen: alioquin ad metalla, ad aliave opera publica, de eodem iure communi abigeus ad tẽpus dãnatur. Ita habetur l.1.citata. Quòd ſi ferro id crimen committatur, armis animalia auferendo, ac defendẽdo, abigeus beſtijs de iure communi obijcitur, vt habetur eadẽ l.1.& 2.ff.de abigeis. Qñ autem abigeus erat honeſto loco natus,& alioquin, vel ad metalla, vel ad opera publica, erat damnandus, aut etiam interficiendus, tũc relegabatur de iure communi, aut à ſua dignitate in pœnam deponebatur, vt habetur l.1.citata.§.quamquam. Receptatores verò abigeorum pœna exilij decem annis à toto Regno de iure communi puniuntur, vt habetur l.vlt.ff.de abigeis, & l.19.tit.14.p.7. Crimẽ tamen

abigeatus non computatur inter crimina, quæ iura appellant publica, vt habetur. leg. 2. ff. de abigeis. Et qui de eo crimine accuſat, neceſſe non habet ſeipsũ ſubſcribere, vt ſcilicet, ſi à probatione deficiat, pœnam talionis ſubeat, vt habetur l. vnic. C. eod. tit.

Ius Caſtel. Lex 19. tit. 14. par. 7. licet in multis cum hactenus dictis conſentiat; in aliquibus tamen diſcrepat. In primis pęnam mortis ſtatuit abigeo, qui quaſi ex arte & conſuetudine, modo explicato, etiam ouẽ vnã furatur. Itẽ ei, qui furatus fuerit decem oues ſimul: & idem intelligit de furante ſimul decem alia ſimilia animalia. Item ei, qui ſimul furatus fuerit quinque porcos, aut quatuor equos, vel quatuor alia ſimilia maiora animalia: quoniam hæc reputãtur greges. In alijs autem euentibus, in quibus de iure communi dictum eſt, incurri crimen abigeatus, ſolũ abigeo ſtatuit pœnam damnationis ad opera publica ad tempus iudicis arbitrio ſtatuendũ. Atque ad prædictam formam reduxiſſe temperaſſeque videntur conditores huius legis diſpoſitiones iuris communis circa hoc crimen. Lege Greg. Lopez ad eam legem. Opus autem fuit hoc loco de pœna huius criminis dicere, antequam de pœna cæterorum furtorum dicamus, propter diſcrimen hoc quod eſt inter hanc legem huius Regni, & inter ius commune.

7 Aliud crimen peculiariter diſtinguitur, quod plagiũ nuncupatur. Cæterũ hoc crimen neq; omne furtum comprehendit, ſed ſolum mancipiorũ, quibus priuantur eorum proprij domini: neque cõprehendit ſolum id furtum, ſed etiam delictum, quo parentes ſpoliantur proprijs filijs, qui in ipſorum ſunt poteſtate, vt in ſeruitutem iniquè redigantur; aut etiã, quo alij liberi homines iniquè in ſeruitutem similiter rediguntur. Dictum verò eſt hoc delictum plagium à plaga & dolore, quo eo delicto afficiuntur parentes, aut domini, talium filiorum, aut mancipiorum, vel etiam homines ipſi liberi, qui peruersè eo delicto in ſeruitutem rediguntur. Incidunt verò in hoc delictum, non ſolum qui, ſcientes aliquẽ eſſe hominem liberum, aut eſſe alienum mancipium, illum vendunt, dono dant, aut aliter alienant, vel in ſeruitute retinent, ſed etiam qui, cum eadem ſciẽtia, eum emunt, aut alio titulo accipiunt: ſecus autem, qui, id ignorantes, eum alienant, vel accipiunt. l. 1. 3. 4. & 6. ff. ad leg. Fabiam de plagijs, & l. comparantẽ. l. plagij. 2. & l. pen. C. eod. titu. Porrò, qui hoc flagitium, quouis ex modis explicatis, committunt, ſi nobiles ſint, in metalla in perpetuum mittuntur: ſi verò non ſint nobiles, & ſint mancipia, aut liberti, beſtijs obijciuntur: quòd ſi ingenui ſint, nec nobilitate fulgeãt, gladio interficiuntur, cuius pœnæ loco hodie furca necabuntur. Ita habetur. l. 1. & vlt. ff. ad leg. Fabiã de plagijs, eadem pęna habetur expreſſius, l. vlt. C. eodem titul. Quamuis autem de ſolo crimine loquitur, quo parentes prædicto modo filiis, quos in poteſtate habent, orbantur: lex tamen quoniam. C. eod. titu. pœnam capitis extendit ad plagiarios quorumcunque hominum liberorum, ac mancipiorum, & l. 22. tit. 14. part. 7. quæ de omnibus delictis explicatis loquitur, eandem pœnam pro ſingulis irrogat, accõmodatè ad ius commune. Neque vt hoc crimen incurratur, & vt delinquens puniri debeat pœna explanata, neceſſe eſt, vt ex conſuetudine aliquid eorum, quæ explicata ſunt, efficiat, vt voluit gloſſa. l. ſi abducta, verb. plagio. C. de furtis, quæ, vt Greg. Lopez. l. 22. citata gloſſ. 1. ait, communiter reprobatur. Haud diſſimilis erat lex illa iudicialis veteris teſtamenti Exo. 21. quæ ita habebat: *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur*.

Qui mancipium ſuum, dum in fuga erat, abſolute vendebat, in hoc idem crimen incidebat; ſecus verò, ſi illud vendebat in tempus, quo eſſet recuperatum, aut comprehenſum, atque adeò ſub conditione, ſi comprehenderetur, aut recuperaretur. Ita habetur. l. 2. ff. ad leg. Fabiam de plagijs, & l. in fuga. C. eod. tit. Credo tamen eam diſpoſitionem, quoad priorem partem, ſancitam eſſe, eo quòd, iuxta diſpoſitionem Cæſarei iuris eius tempeſtatis, id mãcipiũ, ſi fines egrederetur ea fuga prouinciæ, in qua erat mancipium, & ad fines ſuorum perueniret, cõtinuò conſequebatur libertatem, vt diſpu. 37. explanatum eſt. Cum autem eadem diſputatione oſtenſum à nobis ſit, contrarium habere rei veritatem, arbitror eã diſpoſitionem vim non habere: ſed ſolum poſſe agi ad reſcindendam venditionem, aut etiam ad damna ſubſequuta, ob id vitium talis mancipij non manifeſtatum. Gloſſa l. in fuga citata. verb. *pęnam*, ait, multos hodie arbitrari, pro eo crimine imponi non poſse, niſi pęnam pecuniariam, & conſentit. §. eſt & inter. inſt. de public. iud.

Qui mancipium fugitiuum ſuſcipit ac celat, eſto poſtea contendat ſuum eſse, ad ſuum proprium crimen excuſandum, incidit in crimen plagii. Ita habetur. l. 5. ff. ad leg. Fabiam de plag. iuncta. l. 2. C. eod. tit. Idem eſt de quocunque alio celante mancipium alienum, vt habetur. l. eum qui. C. eod. tit. Non verò in id crimen incideret, qui mancipium alienum conduceret ad operas aliquas, illudque interim paſceret vt habetur. l. 6. ff. ad leg. Fab. de plagiis. Interim. n. dum fraudare non intenderet mancipii dominum ſuo mancipio, quamuis ſciens & prudens illo ad tẽpus vteretur, contra domini voluntatem, poſsetque aduerſus eum ea de cauſa agi ex furto talis mancipii quoad eum vſum, non tamen cenſeretur incurrere crimen plagii. Atque hoc eſt, quod tradere ac intendere videtur. lex. 6. citata in priori ſui parte.

Vniuerſim verò, qui quouis modo in crimẽ plagij incideret circa mancipium alienum, ſi contenderet ſuum eſse, examinanda ante omnia eſset ea cauſa, compertoque eſse ſuum, non cenſetur incidiſse in crimen plagii: pronunciato verò alienum eſse, tunc locum habet condemnatio de crimine plagii, iuxta, l. præſes. C. eod. tit. niſi iuſta ratione perſuaſus crediderit eſse ſuum: nam tunc in crimen plagii nõ incidit, & multo minus, ſi compertum fuerit eſse ſuũ, vt habetur. l. plagii. 2. C. eod. tit.

Qui hominem liberum, etiam libertum, inuitũ celauerit, ac vinctum habuerit, crimen plagii incurrit. Poteritque tunc ẽt frater vincti agere aduerſus detinentẽ ita hominem liberum, vt habetur. l. ſi fratrem. C. ad leg. Fab. de plagiis. Itẽque, qui mancipio ſuaſerit, vt fugam arripiat, (intellige, fuga inde ſubſequuta) & qui mancipium alienũ inuito dño vinctum habuerit, in idẽ crimen incidit. Itemq; incidunt in idẽ crimen, qui ad quoduis ex criminibus explicatis fuerint cooperati, intellige, ſubſequutis eis criminibus. Hæc habentur. l. 6. cita. §. vlt. & l. 1. & ſequentib. C. eod. tit. Crimen plagii ad publica iudicia ſpectat, vt patet. l. plagii. 3. Cod. ad leg. Fab. de plagiis, & §. eſt & inter. inſt. de public. iud. Atque in accuſatione de eo crimine interuenire debet inſcriptio accuſantis, vt habetur. l. vt legis. C. ad leg. Fab. de plagijs.

Quando mancipium fugit dominum ſuũ, dominus adire poteſt iudicem, qui tradere ei tenetur mãdatum in ſcriptis, vt inueſtigetur, & miniſtrum, aut miniſtros, qui id exequutioni mandent, illud inueſtigando in domibus, aut prædiis, in quibus dñs mancipii, aut qui partes illius egerit, ſuſpicatus fuerit illud latere. Qđ ſi, vel iudex mandatũ & miniſtros nõ det, vel dominus domus, aut prædii, in quo ſuſpicio eſt illud latere, non permiſerit quæri in eo, ſinguli, hoc eſt, tã iudex, ꝗ mandatũ & miniſtros non dederit, quam dñs domus aut prædii, qui inueſtigari non permiſerit, incidunt in pœnam centũ ſolidorũ fiſco Regis; & nihilominus inueſtigari mancipium debet 8

bet in ea domo,aut prædio, & in quocunque alio ſuſpicio fuerit,illud latere. Ita habetur,leg.prima,& l. alienus,ff.de ſeruis fugit.l.requirendi, C.eodem titulo,& l.24.titulo 14.parte 7. Quo in loco gloſſa 2. legito apud Gregor. Lopez.num ſimiliter inueſtigari in domibus alienis poſſint reliquæ res,etiam ſi indicia non ſint in eis eſſe.

Qui,ſciens ſeruum fugitiuum eſſe, conſultò eum receperit,aut celauerit in ſuo prædio, incidit in pœnam ſoluendi fiſco Regis centum ſolidos, vt habetur.l.1.iuncta gloſſa ibi verb.ſtatuit. ff.de ſeruis fugit.& l.24.citata, & inſuper incidit in pœnam ſoluendi domino mancipij, vltra mancipium,quod celauit,aliud æquè bonum,vel viginti ſolidos, vt habetur,l.quicunque, C.de ſeruis fugit.& l.24.citata,tametſi lex 24.ſtatuat, vt optio non ſit penes celatorē mancipij, vt ſoluat vel mancipium æquè bonū, vel viginti ſolidos,vt maluerit, cuius tamen contrarium apertè innuit.l.quicunque citata, & affirmant gloſſa ibi, & doctores communiter, dicendumque eſt ſtando in iure communi:vt ſolum ſoluat viginti ſolidos in euentu, quòd non habeat aliud mancipium æquè bonum,quod reddat: atque hoc erit ſeruandū in hoc Regno. Lege ibidem Greg. Lopez gloſſa vlt. Hæ autem pœnæ ſtatuuntur recipienti aut celanti mancipium alienum fugitiuum, quoniam eo ipſo cēſetur committere furtum illius,vt habetur, l.prima in prin.ff.de ſeru.fugit.& l.Neratius,§.vlt.ff.de ſeruo corrupto. Illud obſerua,legem quicunque citatā, innuere videri,quòd qui ſecundò celat mancipiū,vltra celatum, ſoluat duo alia, aut viginti ſolidos pro vnoquoque eorum, & quòd, qui tertiò celat,ſoluat tria, & ita intelligit eam legem gloſſa ibi, verb.vel tertio. Additio tamen in margine ex Salyceto contrariū affirmat, quòd ſcilicet, ſi bis celet,ſoluat duo vnum pro prima vice,& alium pro ſecunda: ſi verò ter celet, ſoluat ſimiliter tria. Quòd ſi is, qui in has pęnas incidit,non hēt vnde ſoluat,luit in corpore,vt habetur.l.quicunque citata.§.25.titu.14.p.7. Quòd ſi is,qui recepit,aut celauit,mancipium, illud manifeſtet intra viginti dies,vel domino mancipij, vel iudici,aut miniſtris publicis ad illud quęrendum deputatis, euadit pęnam ſoluendi fiſco centum ſolidos: non verò euadit pœnā ſoluēdi dn̄o mancipij, aliud æquè bonum,vel viginti ſolidos. Ita habetur.l.1.§.1. iuncta.l.in publicum.in prin.ff.de ſer.fug.& l.24.citata. Dictum autem eſt,qui,ſciens ſeruum fugitiuū eſſe,conſultò eum receperit, aut celauerit in prædio ſuo:quoniam,ad incurrendas eas pęnas,dolus requiritur in recipiente aut celante mancipium alienum, vt habetur.leg.doli.ff.de ſeru.corrup. & l.24.citata. Quare,non ſolum ſi quis ignorans aliquem eſſe ſeruum, ſed etiam ſi ſciens ſeruum eſſe fugitiuum,illū recipiat in prædio ſuo, ſi tamen id efficiat humanitatis gratia,aut vt illum reſtituat domino ſuo,non verò vt inde detrimētum domino talis ſerui ſequatur, non incidit in pęnas explicatas,vt habetur.l.doli.citata.l,quicunque.§.quod ſi ſeruus. C.de ſeru.fugit. & l.26.tit.14.part.7.quoniam, neque crimen in dominum talis ſerui commiſiſſe cenſetur.

Si in prædio minoris recipiatur,aut celetur,mancipium alienum, non incidit minor in prædictas pœnas,eſto ipſe id ſciuerit. Tutor autem,aut curator,ſi id ſciuit ac permiſit,aut fecit recipi vel celari,prædictas pœnas incurrit. Ita habetur.l.quicunque.§.1.C. de ſeru.fugit.& l.25.tit.14.parte 7.Credo tamen, ſi minor pubes,abſque curatoris autoritate ac ſciētia, mancipium in proprio prædio celauit, puniendum eſſe,vel eis pœnis,vel alia iudicis arbitrio pro quantitate ætatis ac culpæ. Imò,eſto curator fuerit ſimul in culpa,minor pubes puniendus erit pœna arbitraria,pro culpę ipſius quantitate. Neque refragatur.l. quicunque.ſi rectè expendatur:quæ tutorem aut curatorem puniendū affirmat,& nihil de minore non puniendo loquitur; tametſi.l.25.citata,de orphano dicat,puniendum non eſſe.

Quando dominus proprio mancipio, perſuaſit, vt fugeret ac ſe abſconderet in prædio alicuius, vt in eo quæſitum ac inuentum, dominus prędij cogeretur ſoluere pœnas ſupra explicatas, tunc non ſolùm ille, in cuius prædio fuerit repertum, non cogitur ſoluere eas pœnas,etiam ſi conſenſerit vt tale mancipium in eo ſuo prædio ſe abſconderet, ſed etiam dominus mācipij illud in pęnam talis delicti amittit fiſco. Ita habetur l.quicūque. C.de ſer. fugit.& l.26.titu.14.par.7. Atque ſi indicia ſint,dominum mancipij id præcepiſſe, & dominus prædij requirat, vt torqueatur mancipium, vt manifeſtet ueritatem,torqueri debet,atque, ſi mancipium tormentis manifeſtet dominum ſuum id ei ſuaſiſſe,ſtatur cōfeſſioni talis mancipij, abſoluiturq; dominus prædij, & dominus mancipij in pęnam priuatur eo mancipio fiſco. Ita habetur.l.quicunq; citata. §.pe. & vlt.iūctis tribus gloſſis vltimis ibi, & l.26.citata. Si tamen dominus prædij à principio inuitauit mācipium alienum,vt ad ſe fugeret,& in ſuo prædio ſe abſconderet,tunc,eſto dominus mancipij, id ſciēs, diceret mancipio,ut id opere impleret, animo quærendi poſtea illud in eo prædio, & exigendi pęnam à domino prædij, cogeretur dominus prædij eā ſoluere,tum domino mancipii,tum etiam fiſco,iuxta l. ſi qui ſeruo. C.de ſeru.fugiti. & affirmat gloſſa ult. l.quicunque cit.& habetur. l.26.titu.14.par.7.

Qui dolosè recipit aut occultat, modo ſuprà explicato,mancipium Regis patrimoniale, hoc eſt,ad fiſcum,coronamve Regni,minimè ſpectās,ultra illud,cogitur ſoluere in pęnam libram auri. Ita habetur l.2.C.de fugitiuis colonis,lib.11. l.2.in princip. titu.14.par.7.quæ de eiuſmodi Regis mancipijs intelligi debet,& affirmat gloſ.ult.l.quicunque.C.de ſeruis fugit. Qui uerò ſimiliter recipit, aut occultat, mancipium ad fiſcum, coronamve Regni, ſpectās, ultra illud, cogitur ſoluere duodecim libras argēti. Ita habetur l.penult.C.de ſeru.fugit.& affirmat gl. vlt.citata, atque de eiuſmodi mancipio eſt intelligenda.l.28.citata in ſecunda ſui parte,quæ idem ſtatuit, ut affirmat ibidem Gregor.Lopez gloſ.2. Qui autem ſimiliter receperit aut occultauerit mācipiū ciuitatis,aut alterius oppidi,ultra illud,ſoluit ei communitati aliud æquè bonum, & inſuper duodecim ſolidos. Ita habetur l.mancipia. C.de ſeru.fugit.& l.28.cit.quæ,ut Greg.Lopez ibi gloſ.ult.rectè obſeruat,eſt corrupta.loco enim duodecim ſolidorū, corruptè habet *doze libra de oro*.

Circa hactenus dicta eſt obſeruandum. Crimen explicatum recipiendi, aut occultandi, mancipium alienum,ſimul eſſe crimen plagij, ut ex ſupradictis facilè conſtat. Ei autem,cui actio competit,ad pęnā exigendam,uindicandumque eiuſmodi crimen, integrum eſt,uel agere criminaliter ad pęnam plagij; uel agere ciuiliter ad pœnas recipientibus, aut occultantibus ſeruos alienos titulis de ſeruis fugitiuis ſtatutas. Ad utraſque verò ſimul agere non poterit: neque ad ciuiles poſt criminales,aut è contrario. Tametſi,ultra pęnam criminalem,exigere poſſit damnum,ſi quod ex tali crimine accepit.

9 Illud obſerua,cum ſeruus fugitiuus in hoc ſenſu furtnm ſui dn̄o efficiat, quòd libertatem non conſequatur,etiāſi ad ſuos tranſeat,ut Diſpu.37. copiosè oſtendimus,dn̄iumq; illius dn̄s, à quo aufugit,retineat,teneaturq; ſeruus ſe illi in cōſcientiæ, & in exteriori foro, reſtituere, ac proinde ſēper ſit in mala fide,ꝙ liber non ſit,ſed ad ſuū dn̄ū pertineat,utiq; ipſe,neque tribus,neque decem,neque uiginti annis præſcribere libertatē poteſt aduerſus ſuū legitimū dominū. Atque hoc eſt,quod intendunt ac tradūt,

leg. prima, Cod. de ſeru. fugit. leg. 23. titulo 14. parte A ſeptima, & l. 23. titulo 29. parte tertia. Hæc tamē duę leges huius Regni ſtatuunt, tempore triginta annorum præſcribere libertatem cum ea mala fide; id quod aſſeruit gloſſa, leg. prima, C. de præſcriptio. lōgi temp. quæ pro libert. Contrarium tamen non dubito eſſe verum, tum in conſcientiæ, tum etiam in exteriori foro: eo quòd cum mala fide inualida ſit præſcriptio, præſertim poſt iuris canonici diſpoſitionem: id quod notat Greg. Lopez. l. 23. tit. 29. citata. gloſſa penul. Atque hæc adiunge ijs, quæ diximus in calce diſp. 71.

10 Cum hactenus dictis coniunctum eſt, vt aliquid dicamus de corruptione ſeruorum, qua ab alijs corrumpuntur, conſilio, aut alia ratione, ita vt moribus mali aut deteriores fiant, vel etiam prorſus inutiles. B Et quidem, qui dolo malo, in ſenſu in præcedentibus explicato, ita in cauſa eſt, vt ſeruus malus aut deterior fiat, eſto ſeruus promptus & aptus ex ſe eſſet, vt id efficeret, ſi tamen conſilio, aut alia ratione, ad id adiutus atque inductus fuit, corruptor ſerui tenetur domino ſerui ad duplum damni. Ita videlicet, q̄, ſi eo conſilio, inductione, vel adiutorio aut quauis alia ratione, ſeruus furatus eſt, aut aliud damnum dedit, ſiue domino, ſiue cuicunque alteri, tenetur corruptor ad duplum eius damni, quod proximè ex ea inductione, aut adiutorio, ſequitur: non verò tenetur ad damna, quæ poſtea fuerit patratus, eſto remotè ex illa inductione ſequuta ſint, vt quia manſit prauè ad id efficiendum affectus, audaxve ad ſimile quid iterandum, vt habetur, l. Neratius. ff. de ſeruo corrupt. C Inſuper, ſi ſeruus ipſe manſit in ſe deterior aut inutilis, quia minus æſtimabitur, & minus valet, vel prorſus nihil, poſtquam ita corruptus eſt, tenetur domino ad duplum minoris illius æſtimationis, ac damni ſerui in ſe. Neque, quòd dominus prius egerit, vel actione furti, vel alia, ad duplū furti, vel alterius damni à ſeruo ea inductione dati, tollitur, aut minuitur, hæc alia diſtincta actio, vt eadē. l. Neratius, ſubiungitur. Neque quòd is, qui ita corrupit ſeruum alienum, arbitratus fuerit eſſe liberum, impedit quo minus dominus ſerui agere poſsit ad duplum damni ex ea corruptione ſequuti. Ratio autem eſt, quoniam ex illa iniqua corruptione, facta per inductorem, id totum damnum ſequutum eſt. D Ita habetur. leg. doli. §. ſi quis, ff. de ſeruo corrupt. Atque, quòd actio dupli competat domino ſerui corrupti ad totum damnum explicatum, ita ſcilicet vt ſimplum, quod in eo duplo includitur, debeatur tanquam damnum iniuſtè datum, atque adeò debeatur, non ſolum in exteriori, ſed etiam in conſcientiæ foro, nulla expectata ſententia: aliud verò æquale inſuper debeatur ſolum in pœnam, ac proinde dependenter ex eo, quòd feratur ſententia, habetur l. 1. & ſequentib. ff. de ſeruo corrup. & l. 29. tit. 14. part. 7. quibus in locis res hæc multis adhibitis exemplis explicatur.

11 Hæc eadem actio competit parentibus aduerſus eos, qui ipſorum corruperint filios, nepotes, & alios E liberos ipſorum familias, vt ſcilicet agant ad duplum damni ex ea corruptione ſequuti. Ita habetur l. vt tantum. §. 1. ff. de ſeruo. corrupt. & l. 29. citata. Quin lex 29. etiam extendit eam actionem, vt competat domino aduerſus eū, qui illi corruperit famulum, aut famulam, ſibi mercede aut gratis ſeruientem.

DISPVT. 685.

Furtum an ex genere ſuo ſit culpa lethalis. Et de quantitate requiſita, vt culpa lethalis ſit.

SVMMARIVM.

1. *Furtum, rapina, & damnum datum, peccata ſunt ex ſuo genere lethalia. Et licet furtum ex ſuo genere leuius peccatum ſit cæteris, quæ ſunt contra præcepta decalogi, ex circumſtantijs eſſe poteſt grauius.*
2. *Furti quæ quantitas ſufficiens ad culpam lethalem, comparatione eorum, qui non pingues habent facultates.*
3. *Furti actio an detur pro vna gallina, & ſimilibus rebus, & qualis concedatur.*
4. *Furtum vt ſit culpa lethalis, maior quantitas requiritur comparatione opulenti, quàm comparatione habentis tenues facultates.*
5. *Furtum de quacunque re leui, ſi verè ſit furtum, culpa eſt venialis. Et quouſque obligatio ſit illud reſtituendi ſub ueniali culpa.*
6. *Furtum rei modicæ, quando ob damnum vlterius ſequutum eſt culpa lethalis, cum onere reſtituendi etiam damnum. Comparatione tamen damni locum non habet pœna furti, ſed legis acquiliæ: neque item excommunicatio lata pro furto, non facta mentione de damno.*
7. *Qui leue quid furatus eſt, cum animo furandi quantitatem, quæ ad culpam lethalem ſufficeret, lethaliter peccauit. In foro verò exteriori ſolū datur actio furti pro eo, quod eſt furatus.*
8. *Furtum rei minimæ, ob triſtitiam inde ac culpā eius, qui id furtum eſt paſſus, quando culpa lethalis.*

FVrtum, damnum iniuſtè datum, (de quo infrà erit ſermo) & multò magis rapinam, 1 ex ſuo genere culpas eſſe lethales, affirmat D. Tho. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 66. art. 6. nulluſque eſt, qui dubitet. Sunt enim contra proximi caritatem, iuſtitiam violant, pacemque Reipublicæ, illiusq; tranquillitatē, perturbant. Id quod inde etiam confirmatur, quòd ſeptimo decalogi præcepto prohibentur: decalogi autem præcepta, ea continent, quæ ad vitam æternam conſequendam ſunt neceſſaria, iuxta illud Matth. 19. *Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata*: vita verò ęterna non, niſi per lethalem culpam amittitur. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 7. *Neque fures, neque rapaces, Regnum Dei poſſidebunt.* Eſt nihilominus furtum leuius peccatū ex obiecto, non ſolum quàm peccata, quæ ſunt contra præcepta primę tabulæ, ſed etiam quæ ſunt contra reliqua præcepta ſecundæ tabulæ, etiam quàm ſimplex fornicatio. Ratio autem eſt, quoniam reliqua peccata, quæ præceptis ſecundæ tabulę aduerſantur, vel ſunt directè contra proximi perſonam, aut contra perſonas eis coniunctas, (etiam fornicatio ſimplex eſt cōtra bonum prolis generandę) vel ſunt contra bonum honoris ac famæ; quę omnia pręſtantiora bona ſunt, quàm bona externa, in quibus per furtum lęditur. Ex magnitudine tamen obiecti, & ex alijs circunſtantijs concurrentibus, eſse aliquando poteſt furtum grauius peccatum, etiam quàm homicidium.

Quia tamen, quamuis peccatum aliquod ex ſuo genere culpa ſit lethalis, ex paruitate ac leuitate materię reddi poteſt venialis, vt prima ſecundæ, queſt. 2 72. artic. 5. oſtendimus; dubium eſt, quę valoris quātitas neceſsaria ſit, vt furtum culpa ſit lethalis: idem ſuo modo intellige de rapina, & dāno iniuſtè dato.

Vt

Vt autem art. 5. citato dicebamus, res hæc nō poteſt in hac vita certo indiuiſibiliter definiri: quoniā neq; id certo poteſt in hac vita cognoſci. Cognoſcūt quidem in hac vita ſapientes, furari obolum, aut vnum racemum vuarum, de ſe non eſſe culpam lethalem: quia nec eſt tanta læſio, nec tanta proximi iniuria, vt ea de cauſa, qui ita delinquit, exhæredandus ſit vita æterna, æterniſque cruciatibus ſit mācipandus. Cognoſcunt item, furari viginti aureos, eſſe lethale peccatum: quia eſt notabilis læſio ac iniuria proximi. Cæterùm merito dubitāt, num furari duos regales argenteos ſit lethale peccatum, neque poſſunt certo id definire. Et multo minus poſſunt certo definire in indiuiſibili, quę ſumma valoris ſufficiat ad culpā lethalem, ita vt quæcunque, infra illam, ad culpam lethalem non ſufficiat. Quare in re, de qua diſputamus, ſemper eſt abſtinendum, tamquam à culpa lethali, à furto, de cuius quantitate merito aliquo modo dubitatur, an ſit ſufficiens ad culpam lethalem. Atque ad cautelam, eſt neceſſario aperiendum tale furtum in confeſſione, ſi quis in illud incidat, vt artic. 5. dicebamus.

Quidam Dominico à Soto. 5. de iuſt. qō. 3. art. 3. ad 3. tribuunt, exiſtimaſſe, quantitatem, quæ ſecundum ſe, & comparatione quorumcunque, qui damnum in ea iniuſtè paterentur, ſufficeret ad culpam lethalem, eſſe duos, aut tres, ducatos, atque adeò furtum duorum aut trium ducatorum eſſe culpam lethalem, etiam ſi quis eos à Rege potentiſſimo furetur. Quantitatem vero, quæ in furto ſufficit ad culpam lethalem, non ſecundum ſe & comparatione quorumcunque, ſed ſolum ſi quis eam furetur à miſeris perſonis, eſſe vnum regalem argēteū, aut duos. Et quamuis Nauar. locis citandis, & alij, arbitrentur, Sotum id non intendiſſe, ſed ſolum exempli gratia id protuliſſe: certè mihi veriſimile omnino eſt, eum in ea fuiſſe ſententia. Tum quia eam videtur mutuatus à Syluestro verb. *furtum*. num. 5. qui aper tè in ea fuit ſententia. Tum etiam quoniam à viris doctis in ſimilibus materijs, & eo modo, quo loquutus eſt Sotus, non ſolent apponi exempla, niſi iuxta id, quod veriſimiliter credunt. Præterea Sotus aper tè fuit ibi in ea ſententia vt crederet, maiorē quantitatem eſſe neceſſariam ad culpam lethalem furando à diuitibus, quā m furando à pauperibus; ac proinde eam, quæ ſufficeret ad culpam lethalem, furan do ab illis, qui tenues haberent facultates, non ſufficere ad culpam lethalem, furando à Regibus: in eademque ſententia fuerunt, Syluester vbi ſupra, & Ioan. Medi. de reſt. quæſtio. 10. §. antepenult. Tametſi Medi. auſus non fuerit definire quantitatem ad culpam lethalem neceſſariam, ſed illam reliquerit arbitrio prudentis definiendam. Eſt vero ſatis rationabilis ac vera ea ſententia, quæ affirmat, maiorem quantitatem requiri ad culpam lethalē in fur to facto diuiti, quàm in furto facto pauperi. Itaque Sotus affirmauit, quandam eſſe quantitatem, quæ comparatione omnium hominū, etiam Regum potentiſſimorum, ſufficeret ad culpam furti lethalem: eamque, cum Syluestro, explicauit, dicens, vt verbi gratia, ſi ſit duorum aut trium ducatorum. Et quandam aliam eſſe, quæ, non comparatione quorumcunque, ſed quorundam duntaxat, ad id ſufficeret. Atque explicans vltimam, quæ (ſecluſa quacunque alia circunſtantia alterius iacturæ ac damni iniuſti) ſufficeret comparatione tenuium ac miſerabilium perſonarum, non verò comparatione aliorum, dixit, vt ſi ſit quantitas vnius regalis argentei, aut duorum. Quare voluit, proportione quadā eſſe iudicandum de intermedijs quantitatibus inter hanc vltimam, & illam aliam, quæ ſufficit comparatione omnium, vt pro quantitate diuitiarum hominum, qui ſunt inter tenues ac miſerabiles ex vna

A parte, & inter Reges potentiſſimos ac ditiſſimos ex alia, arbitraremur, ſpectatis diuitijs cuiuſque, & alijs circumſtantijs concurrentibus, vt qualitate ſtatus cuiuſque, ac multitudine, vel paucitate, liberorum, & alijs ſimilibus, quæ quantitas intermedia ſufficeret, aut non ſufficeret, ad culpam lethalē comparatione cuiuſque eorum.

Nauar. in Manu. cap. 17. nume. 3. & in Cōment. cap. vlt. 14. q. 6. arbitratur, ad culpam lethalem furti ſufficere comparatione quorumcunque valorē duorum regalium argenteorum. Imò, ad effectum, vt reputari, aut timeri, debeat, culpa lethalis, atque vt aperiri in confeſſione debeat, ſufficere valorē vnius argentei, atque etiam dimidij. De quarta autem par te vnius argentei ait, non ſufficere ad culpam letha-
B lem. De quantitatibus verò intermedijs inter quartam partem regalis argentei, & dimidium regalem, ait, ſe nō condemnaturum eum, qui affirmaret, eas non ſufficere ad culpam lethalem. Eſt verò nimis arcta & ſcrupuloſa hæc Nauarri opinio.

Vt ad confeſſionum praxim dicam, quod ſeſe mihi offert, & quod facere conſueui. In primis arbitror, rem hanc definiendam non eſſe quantitate pecuniæ. Vt enim Diſp. 406. oſtenſum eſt, minimè variata pecunia, quoad valorem vnicuique earum à Republica conſtituto, accreſcit, & decreſcit, valor illius multitudine aut paucitate illius: pluſquē valet ad reliquas res emendas, vbi minus eſt pecuniæ, quàm vbi eſt maior illius abundantia: eaque de cauſa minus valet hodie in Hiſpanijs, propter ma-
C ximam illius copiam aſportatam ex Nouo orbe, quàm valuerit quadraginta antea annis, & longè adhuc minus, quàm valuerit octoginta antea annis. Quæ enim octoginta antea annis emebantur, aut conducebantur, vno, non emuntur, neque conducuntur, hodie quinque, aut etiam ſex. Hodie item vbi eſt maior copia pecuniæ, minus valet, quàm vbi eſt minor illius copia. Vt minus valet in Nouo orbe, maximè in Peru, quàm in Hiſpanijs. Et minus valet Hiſpali, quò appellunt naues ex Nouo orbe, & vbi eſt maxima illius abundantia, quàm in reliquo Hiſpaniarum. Et minus valet Olyſſipone, quàm in regione, quæ eſt inter Durium, & Miniū: aut in Beira, quàm in Luſitania vocant: eo quòd his in locis minor ſit copia pecuniæ, viliuſque ea res e-
D mantur, aut conducantur, quàm Olyſſipone. Eodē etiam modo, non eſt idem valor pecuniæ in reliquis Hiſpaniarum locis: ſed quo regiones, ciuitates, & oppida, minus abundant pecunia, eo plus valet, viliuſque res illa emuntur, & conducuntur: & quo plus ea abundat, eo minus valet, cariuſque res ea emuntur, ac conducuntur. Quo fit, vt ad definiendam ſummam, quæ ſatis ſit, vt furtum ſit culpa lethalis comparatione omnium locorum ac temporum, non ſit apta ac certa regula dicere, eſſe certam pecunię quantitatem, vt duos, tres, vel quatuor, regales argenteos. Quoniam vbi minus valent, ob maximam pecuniæ abundantiam, minor læſio minorque iniuria proximo fit in furto valoris ſummæ
E eius pecuniæ, quàm vbi plus valent: & vbi plus valent, ob pecunię magnam penuriam, maior lęſio maiorque iniuria proximo ſit in furto eius valoris ſummæ pecuniæ, quàm vbi minus valent. Et in Hiſpanijs longè maior lęſio atque iniuria proximo fiebat in furto quatuor regalium argenteorum ante octoginta annos, quàm nunc fiat: eo quòd, quæ tunc emebantur, aut conducebantur, quatuor regalibus argenteis; non emantur, neque conducantur hodie, ſi cæteræ circunſtantiæ ſint pares, ſedecim, imò neque viginti argenteis. Quare, ſicut in furto tritici inepta eſſet regula quoad omnia loca, & tempora, dicere, quòd, qui furatur tantam quantitatem, puta quartam fanecæ partem, peccat lethaliter, qui

verò

verò minorem quantitatem furatur, non peccat lethaliter, eo quòd quarta ſanecæ pars in uno loco valeat duplo, triplo, aut quadruplo, quàm in alio: & in vno eodemque loco, vno tempore valeat duplo, triplo, aut quadruplo, quàm in alio: propter maiorem tritici, aut minorem, abundantiam in diuerſis locis, aut in vno & eodem loco diuerſis temporibus: ita non eſt apta regula comparatione omnium locorũ ac temporum, ad definiendum, quando furtum ex parte materiæ culpa ſit lethalis, aut non conſtituere certum valorem pecuniæ lege taxatum: quoniã hic, comparatione diuerſorum locorum, ac temporum, multum accreſcit, ac decreſcit, ad cæteras res emendas, ac conducendas, perſeuerantibus eiſdem circunſtantijs, hacque vna duntaxat variata, quod ſit maior, aut minor, pecuniæ abundantia, vt dictum explanatumque eſt.

Dicerem ergo, tantam pecuniæ quantitatem, illiusve valorem, quæ in vnoquoque loco ſufficit ad conducendas operas vnius diei foſſoris terræ tempore, quo non eſt magna penuria, neque abundantia, eorum, qui ſe ad id locent, & quo pretium, pro qualitate regionis, ſolet eſſe moderatum, videri quãtitatem notabilem ad conſtituendum peccatum lethale comparatione eorum, qui non pingues habẽt facultates. Hoc autem aliquibus in regionibus, vel locis, aut oppidis, erunt quatuor regales argentei, alicubi tres, alicubi duo, & alicubi vnus cum dimidio, & alicubi plus, aut etiam minus: & in vno atque eodem loco, vno tempore erit plus, & alio minus, pro abundantia, aut penuria, pecuniæ in eo loco temporum ſucceſſu. Cæterùm, quoniam non poteſt in hac vita attingi certò punctum indiuiſibile, ad quod ſi ſumma valoris perueniat, furtum erit culpa lethalis, & intra quod non erit culpa lethalis, ſanè quemadmodum non iudico improbabile, quòd fortè in oculis Dei maior valoris ſumma requiratur, vt furtum ſit culpa lethalis: ita improbabile non iudico, quòd fortè minor ualoris ſumma ſufficiet. Hac de cauſa, in confeſſionibus, quando vnum ſolum, aut alterum, furtum examinandũ occurrit, interrogo quãtitatem valoris illius. Quando verò multa occurrũt examinanda, interrogo quantitatem valoris omniũ ſimul, plus minus: poſtea verò interrogo, quoties furando valorem regalis cum dimidio, aut duorum regalium (aut aliquid plus, vel minus, pro regionis, aut loci, qualitate) ad eam ſummam totam peruenerit: Atque ita facilè veriſimiliter conijcio, tunc numerum lethalium peccatorum, tum etiam latitudinem culpæ omnium ſimul ex parte circunſtantiarũ, quæ illam poſſunt augere ratione quantitatis obiecti. Interrogatoque inſuper vno, aut altero, alio verbo, ſi quid aliud hac in parte (iuxta ea quæ dicenda ſunt) occurrat examinandum, breuiter, ac ſine confitentium moleſtia, examino ſimul multitudinem quamcunque peccatorum in hac materia.

Poſſumus confirmare, hanc noſtram ſententiam conſonantem eſſe rectę rationi ac veritati. Primò, quoniam, ex omnium ſententia, tunc furtum eſt lethale peccatum, quando quantitas eſt notabilis: quãtitas autem à nobis explicata non leuis, ſed notabilis, cenſetur: eo quòd ſit, quod hominibus communibus ſufficit ad ſuſtentationem ac ſumptus ordinarios vnius diei. Secundò, quoniam, vt Nauarrus vbi ſupra, & alij, referunt, Synodalibus conſtitutionibus aliquorum epiſcopatuum ſancitum eſt, vt nullus excommunicetur pro minori ſumma furto ablata, quàm duorum regalium argenteorum, & alicubi vt non excommunicetur pro minori ſumma, quàm centum marauedinorum: cum ergo ratio earũ conſtitutionum ſit, quia excommunicatio pro furto reſtituendo ferri non poſſit, niſi culpa ſit lethalis illud abſtuliſſe, & non velle illud reſtituere; conſequens

A eſt, vt, qui eas cõſtitutiones ſtatuerunt, arbitrati ſint, minorem ſummam, quàm illam, quæ eo tẽpore pro operibus vnius diei tradi foſſori conſueuerat; non ſufficere ad culpam lethalem, eam verò ſufficere. Atque fortaſſe id eo tempore erat paulo plus, quàm quod eo ſtipendio tradi tunc conſueuerat: quoniam expediebat, rem ſecurè ſtatuere. Hodie verò, cum à quadraginta annis valde in Hiſpanijs decreuerit valor pecunię, longè maior ſumma ſtatuetur, ſtatuique conſueuit: quoniam expedit, vt pœna illa non ſtatuatur in eo euentu, niſi pro aperta culpa lethali. Tertiò, à quibuſdam confirmatur ex §. gallinarum. inſt. de rerum diuiſ. vbi pro vna gallina, furto ablata, furti actio conceditur, vt communis ſententia affirmat, quã, inter alios, refert ac ſequitur Iulius Clarus, lib. 5. ſent. §. furtum, nume. 23. quare, cum actio

B non concedatur, niſi pro culpa lethali; & gallinæ valor in vnoquoque loco, ac tempore, eſſe ſoleat tantus, aut ferè, quantum in eodẽ loco tradi foſſori conſueuit pro operibus vnius diei; conſequens eſt, vt recté à nobis taxata ſit quantitas, quæ in furto ſufficit ad culpam lethalem. Vnde Couar. 1. var. reſp. c. 3. num. 12. affirmans, furti actionem non concedi pro quantitate, quæ minima ſit, nec ſufficiat ad culpam lethalem, ſubiungit, gallinæ valorem minimum non eſſe iudicandum; & quod ad lethalem culpam non ſufficiat. Neque refert, quòd actio de dolo non concedatur pro duobus aureis, vt habetur l. ſi oleum. §. vlt. iunctis tribus legib. ſequentibus. ff. de dolo, hoc eſt, pro duobus ſolidis, ſeu *Caſtellanos*, vt ibi exponit

C gloſſa. Quoniam ſicut aduerſus vendentem vltra, aut ementem infra, iuſtum pretium, non datur in foro exteriori actio, ſi non ſit ultra, aut infra, dimidiũ iuſti pretij, ne lites multiplicentur. Ita neque datur actio de dolo vſque ad illam ſummam, ad doloſum puniendum: tametſi detur actio in factum, vt reſtituat, quod doloſè accepit, aut nocuit, vt habetur iuribus citatis: longeque maior ratio erat, vt pro minori ſumma concederetur actio furti, quàm de dolo, in quo nõ interueniret furtum, aut grauius aliud delictum.

Illud tamen admonuerim, ex §. gallinarum, non 3
colligi pro una ſola gallina dari actionem furti. Tũ quia textus ille loquitur de gallinis in plurali. Tum etiam quoniam ibi non aſſeritur dari actionem furti,

D ſed committi furtum, ſi quis inueniens gallinas alicuius diſperſas, eas accipiat animo ſibi illas retinendi: eo quòd diſperſio earum non priuet dominum earum antiquum dominio illarum: id quod veriſſimum eſt. Solumque in eo. §. conſtituitur diſcrimen inter anſeres domeſticos, & gallinas domeſticas, ex vna parte, & inter anſeres, & gallinas, ſylueſtres ex alia parte: quòd hæc animalia in nullius ſint dominio, ſed fiant primò occupantis: illa verò ſint in dominio poſſeſſoris, etiam ſi diſpergantur, ac proinde verum furtum fiat in earum occupatione animo ſibi illas occupandi. Arbitror verò pro una tantũ gallina non ita concedi actionem furti, vt, damnatus, maneat infamis, aut vt publicè flagellari debeat pro

E eo crimine: ſed ſolùm vt eam reſtituat, aut etiã ſoluat duplum, vel quadruplum, prout crimen occultum fuerit, aut manifeſtum, vel certè in publico loco conſtituetur cum illa appenſa collo, vt ipſi id ſit in pœnam, & alijs in exemplum: vt vidi aliquando ea pœna affici duos homines, qui de nocte furtum vuarum fecerãt in vineis, & à miniſtro publico, quẽ *alguazil* vocant, fuerant cum furto deprehenſi: non tamen hi manent infames propter tale furtum in pœnam.

Illud eſt addendum, mihi ſatis probabilem ac veram uideri opinionem Soti, Medinæ, & Syluestri 4
vbi ſupra, quæ fuit etiam Victoriæ. 2. q. 66. articu. 6. nempe ſummam, quæ ſufficit ad culpam lethalem

in

in furto facto habenti tenues facultates, non ſufficere ad culpā lethalem in furto facto Regi, aut alij opulēto, ſed pro quantitate diuitiarum eius, cui fit furtum, ſpectatis alijs circunſtantijs, modo explicato ſuprà expendendo Soti opinionem, arbitrandam eſſe maiorem, aut minorem, ſummam, quę ad culpam lethalem ſufficiat. Quia verò non ſolùm punctum indiuiſibile attingi non poteſt in hac materia, ſed neque quicquam omnino certum poteſt ſtatui, non auderem in praxi confeſſionum, quenquam abſoluere qui unum ducatum fuiſſet à Rege furatus, & non haberet verum animum eum ei cum effectu reſtituendi, imò neque eum, qui dimidium eſſet ab eo furatus.

5 Illud inſuper admonuerim, furtum de quacumque re leui, eſſe culpam venialem, ſi uerè ſit furtum, quia videlicet rei dominus eſt rationabiliter inuitus. Eſſeque proinde id ſub culpa veniali reſtituendum, ſi dominus rei præſumatur, etiā poſt id veniale furtum commiſſum, velle ut reſtituatur, & non ſit cauſa legitima, quæ excuſet: quia videlicet, qui id cōmiſit, longè diſtat, neque ſine ſumptu, aut graui moleſtia, poteſt id efficere: tunc verò reſtitui id debet pauperibus, aut inſumi debet in re alia pia, pro anima domini, ſi præſumptio ſit, dominum id ita velle.

6 Obſeruandum verò eſt, quamuis furtum de re modici valoris non ſit lethalis culpa, ſi tamen coniūctum habet damnum notabile, etiam lucri ceſſantis, erit lethalis culpa, cum onere reſtituendi ſub lethali culpa, latitudinem totius valoris. Vt ſi quis furetur à ſartore acum, à ſutore ſubulam, à ſcriba calamum, eoque furto in cauſa ſit, ut perdant operas eius diei, aut plurium dierum, quia non habent aliud inſtrumentum, quo operentur, vtique ſi ad id damnum attendit, aut attendere debuit, lethaliter peccauit, reſtituereque tenetur id totum damnum, tanquam cauſa iniuſta illius. Si verò probabiliter id damnū ignorauit, tunc, cum non fuerit cauſa iniuſta illius, neque comparatione talis damni locum habeat teneri ex parte rei acceptæ, ſanè ad reſtitutionem illius non tenebitur, ſed ſolùm ad reſtitutionem rei modici valoris acceptæ, ſi ita is velit, ex quo fuit furto ablata. In foro verò exteriori, licèt ratione rei furto ablatę, locum haberet pœna furis, dupli, ſi furtum eſſet occultum, & quadrupli, ſi eſſet manifeſtum, reſque eſſet tanti valoris, vt illius habenda eſſet ratio, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt; comparatione tamen damni iniuſtè vlterius dati, non habet locum pœna furis, ſed legis Aquiliæ damnique dati, de quo infra erit ſermo, & Nauar. in Man. c. 17. nu. 2. obſeruat. Non tamen voluerunt contrarium Syluester, & Sotus, vt Nauar. illis tribuit. Illud etiam cum eodem Nauar. obſerua, ſi ad petitionem eius, à quo id eſſet furto ablatum, lata eſſet excommunicatio aduerſus eos qui res illius furto abſtulerunt, nec reſtituunt, eam non comprehendere illos, qui rem modicam furto abſtuliſſent, licèt ex eodem furto ſubſequutum eſſet domino damnum notabile; quia damnum non eſt furtum: ſecus autem ſi excommunicatio eſſet lata, etiam aduerſus illos, qui damnum notabile iniuſtè dediſſent, nec illud reſtituerent.

7 Quando aliquis ſolùm eſſet furatus paruam aliquam quantitatem, quæ, iuxta hactenus dicta, ad lethalem culpam non ſufficeret, ſi acceſſit cum animo furandi maiorem, ſi illam reperiſſet, aut ſi eam furari potuiſſet, vtique lethaliter peccat, vt ex ſe eſt notiſſimum, doctoreſque communiter affirmant: atque id eſt, quod voluit Hiero. 14. q. 6. cap. vlt. Quare in confeſſionibus, quando aliquis reperitur in peccata furti incidiſſe, examinandus eſt, quoties acceſſerit animo furandi quantitatem notabilem: quia toties lethaliter peccauit. In foro tamen exteriori, ſolùm datur actio furti circa id, quod furatus eſt, non verò circa id, quod furari intendit, vt patet. l. vulgaris in prin. & §. 1. ff. de furtis.

Nauar. nume. 2. citato, & quidam alij, affirmant ſi dominus rei minimæ, quæ ad culpam lethalem nō ſufficiat, ægre ferat furtum illius, quia ſcilicet multū eam diligit, poſſe ex eo capite interuenire culpam lethalem. Cæterùm, ſi non erat vnde fur id præſumere deberet, non eſt cur condemnari ex eo capite debeat culpæ lethalis, quicquid poſtea ſequatur. Quòd ſi erat veriſimile, dominum rei illius, occaſione talis furti, vel ira, vel paſſione alia, in lethalem culpam ruiturum, tunc lethaliter peccabit contra proximi caritatem, qui, id ſciēs, tale furtum commiſerit, quatenus, ab eo furto abſtinēdo, impedire potuit, ac debuit, id lethale peccatum. Propter ſolam tamen moleſtiam domini rei furto ablatæ non facilè condemnarem lethalis culpæ eum, qui rem minimam eſſet furatus, maximè cum dominus eius rei inordinatè, & ſua culpa, vſque adeò triſtetur. Tanta nihilominus timeri poſſet triſtitia domini rei ante furtum patratum, vt timeri etiam poſſet, culpam lethalem in eo furto interuenire. 8

DISPVT. 686.

De furtis domeſticorum. Et num ob illa actio furti competat aduerſus domeſticos. Et quid de ementibus, aut alio titulo accipientibus, eas res à domeſticis. Et quæ quantitas ſufficiat, vt eiuſmodi furta culpæ ſint lethales. Et num excommunicatio à patre familias obtenta, pro rebus ſibi furto ablatis, comprehendat eiuſmodi furta.

SVMMARIVM.

1 *Furta domeſtica quæ. Sunt verè furta, neque vſucapi res ita furtiuæ aduerſus verum dominum poſſunt, niſi triginta annis.*

2 *Furtum domeſticum quādo vxor aduerſus maritum committat. Tunc autem competit aduerſus illam actio, vt id reddat, cum damnis inde ſequutis, non verò furti actio ad vllam pœnam: licèt maritus punire moderatè illam poſſit.*

3 *Furtum domeſticum quando filiusfamilias committat, & quando reſtituere illud in conſcientiæ foro teneatur. Pro illo puniri à patre moderatè poteſt. Et cogi à iudice illud reddere ſi extet. Actio in factum conuenit aduerſus eum, vt illud & damna ſoluat, ſi habeat caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia bona. Idem de furto facto à filio emancipato, & de furto facto à patre filio ſuo. Locum tamen non habet in his euentibus actio ad vllam pœnam.*

4 *Furtum domeſticum ſi mancipium committat, moderatè puniri poteſt à domino. Et quando criminaliter poſſet facere illud puniri à Iudice. Si mancipium bona propria haberet, actio etiam ad pœnam furti pecuniariam aduerſus illud competeret.*

5 *Furta domeſtica famulorum, aut aliorum mercede conductorum, liberti, aut patroni, ſi modica ſint, moderatè ea punit paterfamilias domus, & datur actio in factum ad rem, & ad damna ſequuta, non verò furti ad vllam pœnam. Si autem ſint magna, iudex procedit ex officio ad illa punienda pœna ordinaria, & competit actio furti. Et quæ magna cenſenda.*

6 *Furtum domeſticum uxoris, liberorum, aut mancipij,*

pij,etiam ſi magnę quantitatis ſit, locum non habet pro eo actio furti ad pœnam.

7 *Furto domeſtico rem ablatam, ſi quis ſciens alienam eſſe, illam emat, aut alio titulo comparet, tenetur illam reſtituere domino. Si autem bona fide illam accepit, quouſque reſtituere teneatur. Et quouſque in eis euentibus uenditor teneatur emptori de euictione.*

8 *Emere, quæ præſumuntur furtiua, præſertim furto domeſtico, ſub quibus pœnis prohibitum.*

9 *Ad furtum domeſticum ſi aliquis non domeſticus cooperetur, competit aduerſus illum actio furti.*

10 *Furtum quando domeſtici non committant, & quādo non lethale. Et quando domeſtici reſtituere teneantur, aut non teneantur, quod accipiunt inuito domino.*

11 *Furtum domeſticum vt ad culpam pertingat lethalem, maior quantitas eſt neceſſaria, quam in alijs furtis. Neque in omnibus domeſticis ſufficit eadem quantitas.*

12 *Ob furtum quando lata eſt excommunicatio niſi intra tantum tempus reſtituatur, & domeſticus, aut aliter coniunctus, furatus eſt, quando ea excommunicatio cenſenda ſit, aut non ſit, eum ligare.*

13 *Furtum domeſticum qui commiſit, niſi ſibi omnino perſuadeat, dominum contentum fore, vt non reſtituat, reſtituere tenetur, aut obtinere ab eo remiſſionem.*

1 DE furtis domeſticorum, qualia ſunt, quæ ab vxore committuntur de bonis mariti, à filijs de bonis parentum, à mancipijs de bonis dominorum, & à famulis mercede conductis de bonis eorum, quibus ſeruiunt, quin & à libertis de bonis patronorum, dubium eſt num ſint peccata lethalia, & num in eis maior requiratur quantitas, vt ad culpam pertingant lethalem.

Atque in primis ſtatuendum eſt, eſſe uerè furta, quando fiunt inuitis ijs, quorum ſunt ea bona, eſſeque eiuſdem ſpeciei cum alijs furtis, vt tracta. 1. diſput. 7. dictum eſt. Quare, ſicut cæteræ res furto ablatæ, etiamſi uenditione, aut alio titulo, trāſeant in bonæ fidei poſſeſſorem, aut poſſeſſores, pręſcribi ab eis nequeunt minori tempore, quàm triginta annorum, in quo toto bona fide fuerint poſſeſſæ, vt diſp. 79. oſtendimus: ita eiuſmodi res furto ab vxore, à filijs, aut ab alijs domeſticis ablatæ, & in alios venditione, aut alio titulo, translatæ, præſcribi non poſſunt, niſi completis triginta annis à puncto, quo bona fide poſſideri cæperunt. Hæc omnia habentur. §. hi qui. inſt. de obligat. quæ ex delict. cuius uerba ſunt: *Hi qui in parentum, vel dominorum, poteſtate ſunt, ſi rem eis ſurripiant furtum quidem faciunt, & res in furtiuam cauſam cadit: neque ob id* (quia ſcilicet eſt furtiua) *ab vllo vſucapi poteſt, antequā in domini poteſtatem reuertatur.* Intellige de præſcriptione longi temporis, triennij, decennij, aut uiginti annorum: ſecus autem de præſcriptione longiſſimi temporis triginta, aut plurium annorum, vt cum quadam gloſſa, & communi doctorum ſententia diſpu. 79. citata dictum eſt. Præterea, quòd dicitur, *antequam in domini poteſtatem reuertatur;* quod de rebus omnibus furto à quocunque ablatis eſt accipiendum, vt conſtat ex dictis Diſputatione citata, & ex iuribus mox citandis, intelligendum eſt, de verò domino rei: quare, eſto res furto fuerit ablata ex creditore, cui in pignus erat data, aut ex alio, qui illam retinebat, & qui agere poterat actione furti aduerſus furem, non ſatis eſt, vt vſcapi poſſit minori tempore, quàm triginta annorū, quod ad illos reuertatur, ſed neceſſe eſt, vt ad verum dominum reuertatur. Ita habetur. l. ſequitur. §. quod autem. ff. de vſucap. Si tamen domi- A nus rei, intentata lite, æſtimationem rei furtiuæ accepit, aut illam uendidit furi, tunc vſucapi poteſt tēpore ordinario. Ita habetur. l. quamuis. ff. de furtis, conſentit. l. ſi fur. ff. de vſuc. Atque hac adiunge dictis Diſp. 79. citata.

Quod ad vxorem attinet. Si non excedat ea, quę 2
Diſp. 274. ei licere diximus, furtum non committit, etiam in bonis ſibi cum marito communibus in his Caſtellæ & Luſitaniæ Regnis. Iura autem Cęſarea potiſſimum loquuntur, ſtando in ſolo iure communi, iuxta ea quæ diſputatione citata explanata ſunt, quando uidelicet, præter omnia bona viri, & quæ lucrabatur tempore toto conſtantis matrimonij, fructus dotis ad eum ſolum ſpectabant toto eo tempore, quin & dos ipſa quouſque matrimonium diſſolB ueretur, & nihil horum ad vxorem attinebat. Quamuis autem, ſi vxor aliquid de bonis mariti, ipſo inuito, accipiat, furtum committat, vt habetur l. 1. ff. rerum amot. teneaturque id viro reddere, non ſolùm in conſcientiæ, ſed etiam in exteriori foro, ſi ita vir velit; nihilominus iura noluerunt concedere viro actionem furti aduerſus vxorem, ad pœnam dupli, quadrupli, aut ad aliam aliquam, ſi furtum committat interim dum inter eos cōſtat matrimonium, per diuortium non ſeparatum, ſed ſolùm vt repetere poſſet ab ea ablatum, & quodcunque damnum ab ea ei iniuſtè datum. Ita habetur. l. qui ſeruo. §. item placuit. l. ſi quis vxori in prin. ff. de furtis. l. 1. ff. rerum amotar. l. vlt. §. vlt. & l. 4. titu. 14. par. 7. Cuius rei rationem reddit. l. 2. ff. rer. amot. dicens. *Nam in* C *honorem matrimonij, turpis actio aduerſus vxorem negatur.* Concinit. l. 2. C. eod. titu. vbi ita ſcriptum legitur: *Conſtante etenim matrimonio neutri eorum* (neque viro ſcilicet aduerſus vxorem, neque vxori aduerſus virum) *neque pœnalis, neque famoſa, actio cōceditur, ſed de damno in factum datur actio;* hoc eſt, vt ſolùm reddatur ſimplum damnum, quod furto, aut aliquo alio delicto, vxor marito dedit, vel maritus vxori: id quod de vxore habetur etiam l. vlt. ff. de ſeruo corrupto. Eademq́, actio competit vxori aduerſus virum, ſi, conſtante matrimonio, damnum iniuſtè inferat bonis vxoris, vt ex verbis ex l. 2. C. rerum amotarum relatis conſtat. Obſerua verò, quòd cum vxor ſub uiri ſit poteſtate conſtante matrimonio, etiam vt corporaliter punire eam poſſit modeD ratè pro quantitate delicti, & qualitate vxoris, ſpectatis cæteris circunſtantijs concurrentibus, vtique, pro quantitate, & qualitate furti, punire eam poterit moderatè, vt habetur l. 4. titu. 14. part. 7. non tamen eā mutilando, & multo minus interficiendo.

Quod verò ad filiosfamilias, & ad mancipia, atti 3
net. Inprimis ex dictis diſpu. 234. 242. & 277. liquet, quouſque filiusfamilias licitè inſumat, aut non inſumat, ſua, vel patris, bona, ac proinde facilè inde intelligetur, quouſque filiusfamilias furtum committat, aut non committat, aduerſus patrem, atque adeò quouſque reſtituere teneatur, aut non teneatur, patri, aut fratribus poſt mortem patris, ablata, & malè conſumpta, de bonis patris, aut quæ ad patrem, ſaltē E quoad vſumfructum, attinebant. Quamuis autem, tam filij familias, quàm mancipia, furtum committant aduerſus patrem, aut dominum, ſi aliquid irrationabiliter ſubtrahant, aut vſurpēt, de bonis illius, ipſo inuito; actio tamen furti non conceditur patri, aut domino, aduerſus eos, ad pœnam dupli, quadrupli, aut ad aliam pro furto ſtatutam: ſed pater ipſe familias, aut dominus, ſub cuius poteſtate ſunt, punire eos poterit moderatè pro quantitate delicti, procedendo, etiam ad verbera, & ad alias ſimiles pœnas, ita tamen, vt eos nec mutilet, nec occidat: quoniam hæc pęna extra limites familiæ adminiſtratoris eſt, ad ſolumque iudicem ſpectat eam, pro criminis qualitate, iuriſque diſpoſitione, aut conſuetudine, rece-

pta, infligere. Quòd verò furti actio non competat A patri aduerſus ſuum filium familias, neque domino aduerſus ſuum mancipium, habetur §. hi qui, inſt. de oblig. quæ. ex delict. l. ſerui & filij. l. qui ſeruo. §. itē placuit, & l. ſi quis vxori. ff. de furt. l. 1. §. habet itaque, iuncta gloſſa ibi, verb. ſeruus poteſt coerceri. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus, & l. 4. titu. 14. part. 7. Quòd autem ad patrem familias, aut ad dominum, ſpectet punire pro his criminibus moderatè, modo explicato, conſtat ex l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pænis l. ſi filius, & l. congruentius. C. de patr. poteſt. & l. 4. titu. 14. par. 7. Si tamen filius familias, aut mācipium, reddere non vellent rem furto ablatam, cū poſſent, tunc implorare paterfamilias, aut dominus officium iudicis poſſet, qui, ſeuerius coercendo, ea reddere efficeret, iuxta l. ſi filius, & l. congruentiùs, B citatas. & affirmat Grego. Lopez. l. 4. citata verb. *en buena manera*. Quando filiusfamilias haberet bona Caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia, vnde furtum de bonis patris conſumptum, aut aliud damnum in temporalibus patri iniuſtè datum, ſolueret, vtique, quādo à ſolo patre moderatè coactus, illud nō ſolueret, patri coram iudice competeret aduerſus eum actio furti, non quidem ad pœnam, ſed in factum, vt damnum patri iniuſtè datum reſarciret. Quemadmodum, ſi paterfamilias aliquid de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrēſibus, filij indebitè, ipſo inuito, vſurparet, concederetur actio de furto filio aduerſus patrem, non quidem ad pœnam, aut ad infamiam, ſed ſolùm in factum, vt illud, aut tantundem, ſi, quod abſtulit, non extaret, ei ſolueret, vt vtrumque habetur C expreſsè. l. ſi quis vxori. §. ſi filius meus, iuncta gloſſa ibi, verb. furti. ff. de furt. Simili etiam ratione, ſi filius iam ſui iuris, & extra patriam poteſtatem exiſtens, aliquid ſurriperet de bonis patris, aut pater de bonis filij, daretur vtriuis, qui id damnum iniuſtè eſſet paſſus, actio de furto aduerſus alterum, non quidem ad pœnam, ſed in factum, præcisè, vt reſarciret damnum, argum. §. ſi filius meus citati.

4 Quando mancipium graue furtum committeret aduerſus dominum, nec dominus poſſet ab illo id recuperare, aut eſto iam id recuperaſſet, integrum, meo iudicio, eſſet domino, accuſare coram iudice tale mancipium de eo crimine, & poſtulare, vt afficeretur pœna corporali ordinaria pro eo crimine ſtatuta, argum. l. reſpiciēdum. §. furta domeſtica. ff. de D pęnis. Pœnam verò pecuniariam dupli, aut quadrupli, exigere non poſſet: eo quòd quicquid mancipiū habet, ad dominum ſpectet. Si tamen, conuentione facta inter dominum, & mancipium, id mancipium bona aliqua ſua propria haberet, tunc ex illis, & exigere poſſet rem furto ablatam, & inſuper pœnam pecuniariam, ex præſcripto iuris ei applicandam, aduerſus quem furtum eſſet commiſſum.

5 Quod verò attinet ad famulos mercede conductos, aut etiam nulla ſtatuta mercede ſeruientes, atque ad mercenarios, certo ſtatuto pretio pro vnoquoque die, aut pro vnoquoque opere, (ita tamen, vt in domo eos conducentis habitent, vt cum Cepola exponit Grego. Lopez, l. 17. citanda, verb. *por jornal cierto*) E qui omnas domeſtici nuncupantur, atque etiam libertus, ſi in domo patroni habitet, quin eodem priuilegio gaudet, etiam ſi in domo patroni nō habitet, ſicut & è contra patronus comparatione liberti: quod, inquam, ad hos omnes attinet, ſi eorum furta modica ſint, pro eis non conceditur actio furti patrifamilias domus ad pęnam aliquam pecuniariam, aut ad aliquam aliam; tametſi repetitio eius, quod furto oblatum eſt, aut valoris illius, ei in exteriori foro conçedatur, quando aliter illud recuperare plenè non valet. Conceditur præterea tali patrifamilias domus, moderata punitio pro eo furto, habita ratione conditionis, & ætatis talis domeſtici,

A quantitatis ac qualitatis furti, & reliquarum circunſtantiarum concurrentium. Si verò eiuſmodi furta modica non ſint, tunc patri familias domus conceditur actio furti, tum ad repetitionem rei ablatæ, ac damni inde ſubſequuti, tum etiam ad pœnam pecuniariam, aut ad aliam lege ſtatutam, vel conſuetudine receptam, perinde atque ei concederetur, ſi furtum ab aliquo externo eſſet commiſſum, atque iudex ex officio procedere poteſt ad furta in commune bonum punienda ſicut ad alia. Hæc habentur. l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pœnis, & l. 17. titu. 14. par. 7. Quod uerò ad libertum & patronum attinet, habetur. l. prætor edixit. §. præterea. ff. de iniur. & l. ſi libertus. ff. de furt. Quæ autem furta domeſtica modica ſunt cenſenda, & quæ non item, ad effectū, B vt actio furti concedatur, aut non concedatur, iudicis prudentis arbitrio eſt relinquendum, vt notant Bart. §. furta citato, & doctores communiter, atque habetur l. 17. citata: quæ meritò cum gloſſ. §. furta citato, ſtatuit, ad iudicandum, quæ furta domeſtica cenſenda ſint modica, quæ non item, attendendum eſſe ad quantitatem, & qualitatem rei furto ablatę, & ad qualitatem perſonæ, quæ illam abſtulit, & à qua ablata eſt: quod enim in uno, ſpectatis his circūſtantijs, erit furtum magnum, in alio non erit tale. Iulius Clar. lib. 5. ſent. §. furtum, nume. 22. teſtatur, communi praxi eſſe receptum, quando furtum domeſticorum non eſt modicum, domeſticum furem puniri vt alios fures, refertq; multos euentus particulares, in quibus varijs in locis ita iudicatum fuit. C Attendendum etiam eſt ad multiplicationem furtorum domeſticorum, quæ ab eodem domeſtico fure ſint commiſſa, ad iudicandum, vtrum quantitas cenſenda ſit magna, ut ibidem Iulius Clarus ſubiungit & cum Bald. affirmat Gregor. Lopez. l. 17. citata. verb. pœna de furto. Arbitror tamen, non eam quantitatem, quæ in vnico furto ſufficiens iudicaretur, vt cenſeretur magna, ſufficere in multis ſimul ſumptis, vt magna reputetur. Imò, quo furta fuerint plura, & quo decurſu lōgioris temporis ſint patrata, eo maior quantitas omnium ſimul ſumptorum eſt neceſſaria, vt magna, ſeu non modica, reputetur.

Dubium eſt, vtrum: ſi furtum ab vxore commiſ- 6 ſum de bonis uiri à filio, aut nepote, de bonis patris D aut aui, vel a mancipio de bonis domini ſui, locum habeat, vt, ſi magnæ ſit quantitatis, cōcedatur actio furti aduerſus hos, ſicut conceditur aduerſus famulos mercede conductos, & aduerſus alios domeſticos. Bart. §. furta, citato, & multi alij, quos refert ac ſequitur Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 5. nū. 3. & quos refert ac ſequi videtur Gregor. Lopez. l. 17. citata glo. penul. affirmanter reſpondent. Contrarium tamen habetur. l. 4. iuncta. l. 17. titu. 14. par. 7. ſequendumque omnino eſt in hoc Caſtellę Regno, & innuere apertè videntur iura communia hactenus citata, quæ apertè denegant actionem furti viro comparatione vxoris, patri comparatione filij & nepotis, atque domino comparatione mancipij, abſq; E vlla diſtinctione, vtrum furtum magnum ſit, an paruum: eam verò diſtinctionem ſolùm adhibet. l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pœnis, in famulis, & alijs domeſticis, minimè tanto uinculo coniunctis, quantum eſt inter virum & vxorem, & inter patrem ac filios, neque ita ſub poteſtate patris familias domus conſtitutis, ac eſt mancipium domino ſuo. Atque hanc ſententiam veram eſse iudico, Lex verò ſi filius, & l. congruentius. C. de patria poteſtate, & l. propter. C. de his qui accuſare non poſſunt, quæ permittunt, parentes adire iudices, vt filij ab eis coerceantur ac puniantur, loquuntur, quando filij alias iniurias parentibus irrogant, & quando expedit, vt pœna aliqua acerbiori puniantur, quàm poſſit, aut

va-

valeat, pater ei inſligere: neque tunc iudex punire acrius eos poterit, quã pater uoluerit, iuſteq; poſtulauerit. De mancipio uerò iam ſupra diximus, ſi domi nus uelit, vt corporaliter puniatur, pro quantitate & qualitate furti, poſſe id exigere, iudicemque id exequutioni mandare teneri.

7 Quamuis aduerſus vxorem, filium, aut mancipiũ non detur actio furti, vt dictum eſt, neque etiam aduerſus alium domeſticum, ſi furtum ſit modicum: nihilominus, ſi quis res ita ab eis furto ablatas, ex eis emat, aut alio titulo accipiat, comperto fuiſſe furto ablatas, reſtituere eas tenetur dominis, ſi extent; neque dominus tenetur reddere pretium, quo emptæ fuerunt, etiam ſi bona fide fuerint emptæ, ignorãdo furti uas eſſe: ſed in eo euentu, qui illas vendidit, tenetur emptori de euictione. Quòd ſi non extent, & bona fide ſint acceptæ, tenetur accipiens reſtituere domino rei, ſolùm quantum ex eis fuerit factus locupletior. Ita habetur. l. inciuilem. C. de furt. & l. 4. tit. 14. par. 7. & cum Coua. reg. peccatum, affirmat Iul. Clar. §. furtum citato. nu. 26. reſque ſatis eſt perſpicua, neque probatione indiget. Quando autem quis rem emit, ſciens furtiuam, aut alienam eſſe, tunc venditor non tenetur illi de euictione, ac proinde neque ad pretium, atque hoc eſt, quod affirmat. l. 4. titu. 14. par. 7. iuxta. l. ſi fundum, C. de euict. Excipe, niſi ex preſsè conuentio fuiſſet facta, vt venditor de euictione teneretur: nam tunc agere poterit aduerſus venditorem ad ſolum pretium, iuxta. l. ſi fundum citata, vt Diſp. 380. §. ſextus, dictum eſt. De iure verò Luſitano is emptor, neque ad pretium agere poteſt, vt §. citato dictum eſt. Ad quem autem pretium tunc pertineat, ibidem explanatum eſt.

8 De iure huius Regni. lib. 6. noua collect. titu. 20. l. 5. quouſque prohibitum ſit, emere aliquid, *de criado o criada que ſirue a otro*. & quòd talis emptor puniatur, *como encubridor* de furto, dictum eſt Diſput. 340. & repetetur Diſput. 695. Quouſque etiam prohibitum ſit emere ex mancipijs. l. 15. tit. 11. lib. 5. nouę collect. eadem Diſp. 695. dicetur. Quouſque item de iure Luſitano libr. 5. ordi. titu. 37. §. 5. & 6. prohibitũ ſit, & ſub quibus pœnis, emere aliqua, vel à domeſticis, vel ab alijs, de quibus præſumptio eſt eſſe

9 furtiua, eadem Diſputat. 695. dicetur. Item quamuis aduerſus vxorem, filium, mancipium, aut familiarem domus, non competat actio furti eo modo, quo hactenus explanatum eſt: ſi tamen ope, aut conſilio alicuius, tale furtum ſit factum, competit actio furti aduerſus eiuſmodi cooperatorem ad id furtum. Ita habetur. §. hi qui. inſt. de oblig. quæ ex delict. l. qui ſeruo. §. item placuit iunctis antecedentibus, & ſequentibus, l. ſi quis vxori. ff. de furtis, & l. 4. titu. 14. part. 7. Hæc quod attinet ad forum exterius.

10 Quod verò ad forum conſcientiæ attinet, ſi domeſtici, aut quicunque alij, aliquid accipiant ex pręſumpta voluntate domini, quia ſcilicet rationabiliter ſibi perſuadent, dominum non fore inuitum, nullum committunt furtum: quoniam abſque domini inuoluntatio eſſe nequit ratio furti. Si verò rem acciperent domino quidem inuito, non tamen quoad rem, ſed quoad modum: quia vult, vt eam petant, & non vult, vt occultè, autoritateve propria, eam accipiãt: tunc ſolùm eſt veniale peccatum, eſto quantitas ſit notabilis. Ita Caiet. in ſumma verb. furtum, Nau. in Manu. c. 17. num. 138. & alij. Atque hinc excuſari à culpa lethali poſſunt multæ occultę acceptiones, quibus domeſtici, amici, aut aliter domino coniuncti, res illius accipiunt.

Quòd ſi eiuſmodi homines aliquid accipiant domino inuito quoad rem, adhuc id eſſe poterit vno è duobus modis. Quoniam dominus eſſe poteſt inuitus, vel ratione rei in ſe, vel ratione finis, ad quem accipitur. Sæpe enim pater non eſt inuitus, quòd filius A aliquid accipiat ad honeſtam ac rationabilem oblectationem; cum tamen ualde inuitus ſit, quòd id accipiat ad ludum, ad meretrices, aut ad aliud ſimile: nó quidem propter rem in ſe, ſed propter filij detrimẽtum ac periculum. Atque tunc quantitas peccati, & num ad culpam perueniat lethalem, aut non, ex patris inuoluntario ſunt conijcienda, atque ex obiecti quantitate ſeu valore. Regulariter verò in eo euentu nulla conſurgit obligatio reſtituendi: quoniam, vt ſupponimus, pater non eſt inuitus propter rem in ſe.

Quòd ſi rei dominus inuitus ſit propter rem in 11 ſe, tunc, quia minus ſolet eſſe inuitus, quòd à domeſticis, & coniunctis, id accipiatur, quàm quòd accipiatur ab alijs; ratioque peccati furti eo plus, cæteris B paribus, extenuatur, quo dominus rei furto ablatæ minus eſt inuitus; conſequens profectò eſt, vt regulariter maior quãtitas requiratur ad culpam lethalem in furto domeſticorum, ac coniunctorum amicitia, aut alio vinculo, domino rei, quàm in furto aliorum. Atque hinc fit, vt quantitas, quæ in extraneo ad culpam ſufficeret lethalem, in domeſtico, aut in aliter coniuncto, regulariter ad lethalem culpam non ſufficiat. Et vt, quo dominus rei, inter domeſticos, aut aliter cõiunctos, minus eſt inuitus, quòd res ab vno accipiatur, quam ab alio, eo maior quantitas requiratur ad culpam lethalem in furto vnius eorum, quàm in furto alterius. Quare ſtatui hac de re non poteſt certa regula generalis, qua diſcernatur, quando furtum domeſticorum aut aliter cõiunctorum domino C rei, ſit lethale, aut non, ex parte quãtitatis ſeu valoris rei furto ablatæ: præſertim cum inter patres familias domus, dominoſque ſuarum rerum, vnus poſſit eſſe magis inuitus, quòd æqualis quantitas accipiatur à ſuis filijs, vxore, à famulis, aut ab aliter ipſi coniunctis, quàm alij: eo quòd quidam ſuopte ingenio ſint liberaliores, quàm alij, aut ſint ditiores, aut magis affecti ad reliquos, quàm alij, & propter alias circunſtantias concurrentes. Quo fit, vt prudentia confeſſarij hæc omnia ſint iudicanda ac conijcienda, attentis circunſtantijs omnibus cõcurrentibus: & quã ſæpiſſime doctiſſimo ac prudentiſſimo cuique erit valde incertum, num eiuſmodi furta ad culpam perueniant lethalem, an non.

Sot. 5. de iuſt. q. 3. artic. 1. & alij, rectè obſeruant, 12 D quando ad petitionem alicuius, cuius bona furto ablata ſunt, fertur ſententia excommunicationis in eos, qui res furto abſtulerunt, niſi illas intra certum terminum reſtituant, tunc, cum intentio quaſi habitualis ferentis excommunicationem ſit, vt non plus liget, nec plures comprehendat, quàm ſimiliter is, ad cuius petitionem fertur, quaſi habitualiter intendat comprehendere; vtique, ſi uxor, aut filij, ſint, qui id furati ſunt, arbitrio prudentis iudicandum eſt, iuxta ea quæ proximè dicta ſunt, num talis uxor, aut filij, eam excommunicationem incurrant, eſto non reſtituant intra eum terminum: quia vel pater, aut maritus, non vult eos reſtituere, vel non intra id tempus, & cum tanto onere. Idem dicendum eſt de alijs fa- E miliaribus, aut amicitia, vel alio vinculo, coniunctis cum eo, cuius res furto ablatæ ſunt. In dubio autem cum de excommunicatione lata conſtet, cenſendum eſt, eos excommunicationem incurrere, ſi intra præfixum terminum, cum poſſint, non reſtituant.

Quod ad reſtitutionem furtorum domeſticorũ 13 attinet. Quando is, qui tale furtum commiſit, non ſibi omnino perſuadet, rei dominum contentum fore, vt non reſtituat, vtique iniungendum illi eſt, vt reſtituat, vel obtineat remiſſionem ab eo, cui facienda eſſet reſtitutio, eſto, qui furatus eſſet, vxor eſſet, aut filius. Ita Sotus vbi ſupra, Syl̃ueſt. verb. furtum. q. 11.

DI-

DISPVT. 687.

De furtis religioſorum.

SVMMARIVM.

1 *Contra uotum paupertatis religioſorum quæ ſint, tum in alijs religionibus, tum in noſtra, quo ad eos, qui emiſsis tribus uotis poſt duos probationis annos, nec profeſſi, nec coadiutores formati ſunt.*

2 *Quantitas ſufficiens, ut religioſus culpam lethalam committat contra uotum paupertatis, quæ.*

3 *Religioſi noſtræ Societatis ſi aliquid accipiant promiſſis, aut alijs miniſterijs, contra votum peccant paupertatis.*

1 Poſitis his, quæ Diſp. 139. & duabus ſequentibus, & Diſput. 276. dicta ſunt, obſeruandum eſt. Contra votum paupertatis religioſi eſſe, appropriare aliquid ſibi, tanquã ſuum illud habendo, uel quoad dominium directũ & vtile, vel quoad vtrumuis, etiam quoad vſumfructum; eo quòd, etiam veri vſusfructus, incapax per paupertatis votum ſit; propterea quòd vſusfructus vera pars ſit dominis integri rei, vtileque dominium nuncupetur ac verè ſit, atque ex illo ius reale ei competat cuius eſt, vt Diſputatio. 3. cum Bartol. & alijs oſtendimus: religioſus autem per votum paupertatis incapax ſit, etiam partis dominij rerum quarumcunque externarum, quippe per id votum rebus externis omnino renunciet, quoad dominium, & quoad quodcunque aliud ius, quod ipſi poſſit competere, tam ad præſens, quàm in futurum, vt ad ipſum non ſpectet, ſed ad monaſterium nomine & loco ipſius, ſi iuxta conſtitutiones eius religionis, ad monaſterium deuenire poſſit. Excipe in noſtra Societate, quo ad eos, qui neque profeſſi neque coadiutores ſunt, & tamen tria vota paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis, emiſerunt: nam in his paupertatis votum non excludit dominium vtile & directum, tam rerum, quarum tempore emiſſi voti erant domini, quàm rerum aliarum, quæ ad ipſos hæreditario iure, aut alio ſimili titulo, deuenerint, tametſi excludat vſum, adminiſtrationem, ac diſpoſitionem, earundem rerum, niſi ex præſcripto & conſenſu ſuperiorum, vt Diſput. 139. vtrunque explanatum eſt. Votum enim paupertatis horum, quando emittitur, eo modo intelligitur, neque ad plus ſeſe extendit, ex præſcripto noſtrarum conſtitutionum, & approbatione ſedis Apoſtolicæ, ad meliorem ſtatum ac gubernationem noſtræ Societatis: vota autem, cum voluntariæ ac liberales oblationes ſint vouentium, non plus ſeſe extendunt aut obligant, quàm vouentes intenderint offerre Deo, ac veluti condonare. Dixi, vſumfructum verum pugnare cum voto paupertatis religioſorum: quoniam licèt cum eo voto paupertatis non pugnet adminiſtratio, ac diſpoſitio redituum alicuius cenſus, aut tencæ quam uocant, vel fructuum, ſeu prouentuum alicuius rei immobilis, quæ legitimus ſuperior concedat alicui religioſo, parato ceſſare ab ea adminiſtratione, ac diſpoſitione, quando legitimo ſuperiori ea in parte libuerit; id tamen non eſt vſusfructus eorum bonorum immobilium, ſeu quæ cum immobilibus computantur: (licèt à quibuſdam impropriè vſusfructus nuncupetur) ſed eſt ſolùm commoditas, atque perceptio, & vſus eorum redituum, ex præſcripto & facultate legitimi ea in parte ſuperioris, atque interim dum ea fuerit eius voluntas, dependenterque proinde ex eo, quòd talis ſuperior id non reuocet: verus

A autem vſusfructus, ſicut, & directum dominium eorundem bonorum immobilium, quin & fructuum, interim dum non conſumuntur, aut alienantur, ad monaſterium, & non ad eum religioſum, ſpectat.

Contra uotum item eſt paupertatis quorumcunque religioſorum, etiam eorum, qui in noſtra Societate emiſerunt tria vota, nec tamen adhuc ſunt profeſſi, vel coadiutores ſpirituales aut temporalis vſus, & multo magis conſumptio, aut alienatio, quarumcunque rerum non ex voluntate, ſaltem præſumpta, ſuorum ſuperiorum, ſiue tales res quoad dominium adhuc ad eum religioſum ſpectent, vt de noſtris, qui nec profeſſi nec coadiutores ſunt, dictum eſt dominium ſuarum rerum retinere; ſiue
B ad ipſos quo ad dominium nullo modo attineant, ſed ſint ſummi Pontificis, vel dantium, interim dũ non conſumuntur, vt de bonis fratribus Minoribus ad vſum & conſumptionem conceſſis Diſputatio. 6. dictum eſt; ſiue quoad dominium pertineant ad conuentum, in quo ſunt religioſi, vt regulariter pertinere ſolent; & ſiue ab aliquo conceſſæ abſolutè ſint tali religioſo: quæ tamen eo ipſo efficiuntur quoad dominium conuentus, niſi conuentus ſit fratrum Minorum; ſiue non abſolutè ſint ei conceſſæ, quaſi concedens non abdicet à ſe dominium earum interim dum non conſumuntur, ſed duntaxat ſint ei conceſſę quoad vſum, conſumptionem, aut alienationem, facta ſolùm tali religioſo poteſtate eis vtendi, & ea conſumendi, aut alienandi,
C oneroſo contractu, vel lucratiuo: Vſus, inquam, conſumptio, & alienatio, harum rerum, abſque facultate, ſaltem præſumpta, legitimi ea in parte ſui ſuperioris, eſt contra votum paupertatis: quoniam per illud religioſus à ſe abdicat vſum quarumcunque rerum externarum, niſi quatenus ſua regula legitimave ſuperioris ſui facultate ſit ei conceſſus ac permiſſus. Quin potius, qui contra regulam, atque abſque legitima facultate ſui ſuperioris, aliquid vſurpat ad ſuum vſum, & conſumptionem, ſeu alienationem, ſiue illud ſit de bonis antea iam effectis conuentus, ſiue de bonis ſibi ab aliquo ad id collatis, cenſetur eo ipſo proprietarius: non quidem quaſi proprietatem, ſeu dominium illius acquiſierit; cum omnino ſit illius incapax, ſed quòd re-
D tinere vtique illo velit, tanquam ſuo, eſto ſciat ſuum non eſſe; eo pacto, quo is, qui ſimiliter vſurparet aliena, eſset fur, cenſereturque ea ſibi appropriare, eſto intelligeret, non comparare eorum dominium.

Ex dictis intelligetur facilè, quòd ſi religioſus ex facultate ſuperioris aliquid velit habere quoad adminiſtrationem, conſumptionem, ac vſum, independenter ex eo, quòd pro libito ſuperioris poſſit ab eo, quandocunque ſuperior voluerit, omnino auferri, ſit proprietarius, atque in ſtatu damnationis, ſi quantitas ad culpam lethalem ſufficiat, ſiue id ſit res immobilis, aut quæ cum immobili computatur, ſiue pars eius rei, vt vſusfructus illius, ſiue ſit aliquid
E mobile. Et quia hoc pugnat cum ſtatu religioſi, paupertatiſque voto, ait Innoc. 3. c. cum ad monaſterium, in fine, de ſtatu monach. *Neque æſtimet Abbas, quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare: quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeò eſt annexa regulæ monachali, vt contra eam, neque etiam ſummus Pontifex, poſſit licentiam indulgere.* Videant, ergo religioſi, qui peculia retinent, an cum animo retineant, quòd omnino parati ſint ea relinquere monaſterio, quandocunque ſuperior iuſſerit: ne proprietarij in ſuo affectu ſint, atque, in culpa lethali. Et quoniam abuſus reuera eſt, quòd religioſi eiuſmodi peculia poſſideant quoad adminiſtrationem, & eorum

rum diſpoſitionem, etiam ad non illicita; maximè ſi pro libito, inconſulto ſuperiore quoad diſpoſitiones particulares, de eis diſponant, Concilium Trid. Seſſ. 25. c. 2. de regularibus quæ ſequuntur, ſtatuit: *Nemini igitur regularium, tam virorum, quàm mulierum, licet bona immobilia, vel mobilia, cuiuſcunque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus* (nota præcedens verbum) *poſſidere vel tenere, ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, conuentuiq́; incorporentur. Neque deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere, etiam ad vſumfructum* (impropriè) *vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam. Adminiſtratio autem bonorum monaſteriorum, ſeu conuentuū, ad ſolos officiales eorundem, ad nutum ſuperiorum amobiles, pertineat. Mobilium verò vſum ita ſuperiores permittant, vt eorum ſuppellex ſtatui paupertatis, quem profeſſi ſunt, conueniat, nihilq́; ſuperflui in ea ſit, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegent. Quòd ſi quis aliter quidquam tenere deprehenſus, aut conuictus, fuerit, is biennio actiua & paſſiua voce priuatus ſit, atque etiam iuxta ſuæ regulæ & ordinis conſtitutiones puniatur.* Quid de hoc decreto ſentiam, ex parte dixi Diſput. 276. Et quoties illud lego, ſcrupulus non leuis meum animum pungit, circa tenæas ſeu annuos reditus, quos moniales multæ, & religioſi aliqui, tenent. Interim verò, dum communitates eiuſmodi religioſorum non ita inſtituuntur, vt de communitatibus ipſis ſingulis religioſis ſobriè neceſſaria ſubminiſtrentur, vt idem decretum præſcribit, redactis communitatibus ad minorem religioſorum numerum, ſi ad id efficiendum ita opus ſit, vt alibi in eodem Concilio ſtatuitur, ſed ſinguli coguntur neceſſaria aliunde ſibi conquirere, ad libros, ſupellectilem, partem veſtitus, ad medicinas, & alia neceſſaria morborum tempore, atque ad ſimilia alia, nō video quomodo huic, & alijs abuſibus, congruè ſufficienterque poſſit ſubueniri.

Ex dictis etiam intelligetur facile, ſimiliter eſſe cenſendum proprietarium, eſſeque in ſtatu damnationis æternæ (ſi quantitas ad lethalem culpam ſufficiat) religioſum, qui clam, aut apertè, contra regulam, abſque legitimi ſuperioris facultate aliquid vſurpat, aut retinet, quoad vſum aut diſpoſitionem, ſiue de bonis conuentus, ſiue de bonis aliunde conquiſitis. Atque de vtroque proprietario ſermo eſt cap. monachi ex Concilio Lateranenſi, cap. ſuper quodam, quod eſt Clementis iij. & c. cum ad monaſterium, de ſtatu monach. Et de proprietario poſteriori hoc modo iuribus citatis habetur, vt, ſi cum aliquo eiuſmodi peculio tempore mortis fuerit repertus, quod abſque legitima ſuperioris facultate poſſederit, in ſterquilinio ſepeliatur, careatque Eccleſiaſtica ſepultura, tanquam qui in culpa lethali eo ipſo diſceſſerit.

2 Quæ autem quantitas ſufficiat, vt religioſus cenſeatur in culpam incidiſſe lethalem contra votum paupertatis, aliquid prædicto modo ſine ſuperioris facultate ſibi appropriando ac vſurpando, cum ea de re conſultus ſæpe fuiſſet Reuerendus Pater noſter Generalis, approbantibus patribus congregationis generalis, habitæ anno 1594. ſic, quòd ad noſtros religioſos attinet reſpondit: *Curauimus ea de re inter noſtros doctores diligenter inquiri ac diſceptari. Omnium verò ſententia hæc fuit: eam quantitatem, quæ furto ſublata, ſatis eſſet ad conſtituendum peccatum mortale contra ſeptimum præceptum, eandem ſufficere, vt peccaſſe iudicetur aduerſus uotum paupertatis: ſi quis è noſtris eam, ut propriam, uel uſurpet, uel alienet, ſine ſuperioris facultate. Quam opinionem uolumus, ut noſtri ſequantur, præſcribimuſque patri prouinciali, ut eam noſtris omnibus patefaciat, quo huius uoti exacta perfectio quam ſtudioſiſſime*

A *obſeruetur.* Obſerua autem, quòd ſicut, quādo quis, inuito domino, vſurparet rem quoad ſolum vſum, quo non conſumeretur, animo eam reddendi domino poſt eum vſum, ad iudicandum lethale peccatum furti contra ſeptimum decalogi præceptum, attendi debet, non ad valorem rei, ſed ad valorem talis vſus: ita in re propoſita, quando religioſus abſque ſuperioris facultate vteretur re aliqua, quam non conſumeret, neque alienaret, animo vtendi ſolùm eo modo re illa, ad iudicandum an culpa talis ſacrilegij contra votum paupertatis lethalis ſit, attendi debet, non ad valorem rei illius in ſe, ſed ad valorem talis vſus, ac damni, quod ex tali vſu prouenit.

Dubium eſt, vtrum in noſtra Societate, religio- 3
B ſus, qui ob miſſarum ſacrificia, vel prædicationes, vel lectiones, vel vllius Sacramenti adminiſtrationem, vel ob quoduis aliud pium officium ex ijs, quæ iuxta ſuum ſtatutum, Societas poteſt exercere, ſtipendium vllum, vel eleemoſynam, quæ ad compenſationem huiuſmodi miniſteriorum dari ſolent, acciperet, peccaret lethaliter ſacrilegij peccato contra votum paupertatis, modo quantitas eſſet tanta, quæ ad lethalem culpam iuxta proximè dicta, ſufficeret. Mihi ſemper fuit omnino perſuaſum, atque hodie eſt, quòd quamuis regulæ & conſtitutiones noſtræ, nos non obligent, neque ad lethalem, neque ad venialem culpam, niſi quando id, vel ex natura rei, vel quia eſt contra votum, vel quia in virtute ſanctæ obedientiæ, vel ſub
C excommunicationis pœna, in aliquo particulari euentu à ſuperiori præciperetur, vt conſtat apertè ex 6. par. conſtit. capit. quinto, quod ſic habet: *Cum exoptet Societas, vniuerſas ſuas conſtitutiones, declarationes, ac viuendi ordinem, omnino, iuxta noſtrum inſtitutum, nihil vlla in re declinando, obſeruari: optet etiam nihilominus ſuos omnes ſecuros eſſe, vel certè adiuuari, ne in laqueum vllius peccati, quod ex vi conſtitutionum huiuſmodi, aut ordinationum, proueniat: viſum eſt nobis in Domino, ut, excepto expreſſo uoto, quo Societas ſummo Pontifici pro tempore exiſtenti tenetur, ac tribus alijs eſſentialibus Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, nullas conſtitutiones, declarationes, uel ordinem ullum uiuendi, poſſe obligationem ad peccatum mortale, uel ueniale inducere: niſi ſuperior ea in nomine*
D *Domini noſtri Ieſu Chriſti, uel in uirtute obedientiæ, iuberet: quod in rebus, uel perſonis illis, in quibus iudicabitur, quod ad particulare uniuſcuiuſque, uel uniuerſale bonum, multum conueniet, fieri poterit: & loco timoris offenſæ, ſuccedat amor & deſiderium omnis perfectionis; & ut maior gloria & laus Chriſti, creatoris, ac Domini, ſequatur.* Mihi, inquam, ſemper perſuaſum fuit, & eſt, nihil impediente, quòd hæc ita ſint, lethaliter peccare ſacrilegij peccato contra votum paupertatis, qui ob miſſas, aut ob aliud eorum quæ commemorata ſunt, ſtipendium, aut recompenſationem acceperit quantitatis, quæ ad lethalem culpam in furto ſufficeret. Ducor, quoniam id non accipere, ad votum noſtræ paupertatis ſpectat,
E ad idque eodem voto nos aſtringimus, dum illud emittimus, & non extra uoti ſubſtantiam, ſolùm peculiari regula, aut conſtitutione, id nobis iniungitur. Sic enim habetur, cap. primo, examinis. §. 3. *Ad hunc finem melius conſequendum, tria uota in ea, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis emittuntur: ſic paupertatem accipiendo, ut nec uelit, nec poſſit, reditus ullos ad ſuam ſuſtentationem, nec ad quoduis aliud habere. Quod non tantum in particulari de unoquoque, ſed etiam de Eccleſijs, & domibus, Societatis profeſſæ, eſt intelligendum. Neque etiam (quamuis alijs ſit licitum) pro miſſarum ſacrificijs, vel prædicationibus, vel lectionibus, vel vllius ſacramenti adminiſtratione, vel quouis alio pio officio ex ijs, quæ,*

iuxta

iuxta ſuum inſtitutum, Societas poteſt exercere, ſtipendium vllum, vel eleemoſynam, quæ ad compenſationem eiuſmodi miniſteriorum dari ſolent ab alio, quam à Deo (ob cuius obſequium omnia purè facere debent) poſſunt admittere. Hactenus ibi. Ex quibus conſtat, ſicut in noſtra Societate de ſubſtantia voti paupertatis eſt, in eoque includitur, vt non ſolùm priuati bona immobilia, & quæ cum immobilibus computantur, ſed etiam domus profeſſæ, & earum Eccleſiæ, eadem immobilia bona non habent, peccarentque lethaliter, ſacrilegij peccato contra votum paupertatis, profeſſi, qui illa admitterent, factúque non teneret, neque tales domus, aut Eccleſiæ, vllum ius ad ea compararent: ita de ſubſtantia uoti paupertatis eſſe, in eoque ſingulos religioſos noſtræ Societatis, dum illud emittunt, includere, nihil accipere in recompenſationem pro rebus enumeratis: quoniam ita à fundatore Societatis, Societateque ipſa tota tunc, quæ conſtitutiones approbauit & admiſit, & à ſancta ſede Apoſtolica, quæ non ſolùm facultatem conceſſit ad illas ita condendas, ſed etiam eaſdem conditas approbauit; ita expoſitum ac declaratum eſt votum noſtræ paupertatis: ſinguli autem, qui finitis duobus probationis annis, tria vota Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, emittunt, continuo addunt, *omnia intelligendo iuxta ipſius Societatis conſtitutiones*, vt habetur. 5. par. conſt. §. 4. Neque opus eſt eos, aut quoſcunque alios, id addere: quoniam, qui in aliqua religione profeſſionem faciunt, aut aliter vota emittunt, iuxta inſtitutum, conſtitutiones, aut regulam, eius religionis, cenſentur ea emittere, ad eaque ſe obligare. Ac certè illa verba. §. 3. capitis 1. examinis; *ſic paupertatem accipiendo*; apertè ſignificent interpretationem ſubſtantiæ atque obligationis voti: non verò, quid conduceret, vt perfectius obſeruatum cenſeretur. Præſertim cum multa alia attineant ad perfectiorem, & exactiorem illius, & duorum aliorum votorum, obſeruationem, de quibus nulla mentio ibi eſt facta, dum de tribus illis votis ſubſtantialibus habitus eſt ſermo; ſed in conſtitutionibus & regulis de illis in particulari inſtruamur, nobiſque ad maiorem perfectionem iniungantur, ſine vlla ad culpam obligatione, vt dictum eſt. Potiſſimum ſexta parte conſtitutionum à capit. primo, inſtruimur de ijs, quæ ad perfectiorem trium votorum attinent, eaque nobis iniunguntur.

Quod dictum eſt, poteſt confirmari ex 6. par. conſtit. c. 2. §. 7. vbi, dum ad hanc rem eſt deuentum, ſic dicitur: *Omnes, qui ſub obedientia ſunt Societatis, meminerint, ſe gratis dare debere, quæ gratis acceperunt, nec poſtulando, nec admittendo, ſtipendium, vel eleemoſynas vllas, quibus miſſæ, vel confeſſiones, &c. compenſari videantur. Meminerint*, dixit: quoniam ex paupertatis voto ad id tenentur. Neque id iniunxit, aut docuit, tanquam regulam ſubſtantię voti, ad perfectiorem illius obſeruationem, ſuperadditam, vt iniungere ac docere conſueuit, quæ ad maiorem perfectionem ſpectant.

Illud admonuerim, quamuis gratis daremus, rem de qua diſputamus, non eſſe de ſubſtantia voti Paupertatis, atque in eo contentam, (quod tamen falſum eſt) noſtro tamē iudicio, lethaliter peccare contra idem Paupertatis votum, qui quantitatem, quæ ad lethale peccatum furti ſufficeret, acciperet ſibi, vel alteri, pro eiuſmodi rebus. Ratio autem eſt, quoniam, vt in priori parte huius diſputationis oſtenſum eſt, religioſus, qui abſque facultate, ſaltem præſumpta, legitimi ſui ſuperioris, vſurpat, aut alienat, notabilem quantitatem, ſiue eam accipiat de bonis conuentus, ſiue aliunde ſibi traditam, aut conceſſam, lethaliter peccat, tanquam proprietarius, cōtra votum paupertatis: conſtat autem, quod ita religio-

A ſus noſtræ Societatis pro eiuſmodi rebus acciperet, abſque expreſſa, & præſumpta, ſuorum ſuperiorum voluntate, imò contra expreſſam regulę ac ſuperiorum prohibitionem, id accipere, ac proinde lethaliter peccare contra paupertatis votum.

DISPVT. 688.

Quando propter notabilem quantitatem, quam quis ab aliquo furatur minimis furtis, quarum ſingula ad culpam lethalem non ſufficiunt, interueniat culpa lethalis ita furantis.

B

SVMMARIVM.

1 *Furtum notabile per minima quot modis contingat.*

2 *Furtum per minima ab eodem homine quando culpa lethalis cum reſtituendi onere ſub culpa lethali. Minor autem quantitas ad id requiritur, quo longiori tempore ea ſumma aufertur, præſertim in famulis.*

3 *Furto ſi ablata ſit aut retineatur quantitas, quæ ita ad culpam lethalē ſufficiat, vt quæcunque minor ad eam non ſufficiat, ſi reſtituatur quæcunque pars illius, reliquum retinetur ſine culpa lethali, cum ſola veniali.*

C

FVrtis minimis auferri notabilem quantitatem, ita vt dubium ſit, an cum furtis rerum minimarum coniuncta ſit culpa lethalis, obligatioque reſtituendi ſub lethali culpa, vno è tribus modis poteſt euenire. Primò, ſi vnus atque idem homo tot multiplicet furta ex bonis vnius & eiuſdem hominis, vt licèt quantitas nullius eorum ſufficiat ad culpam lethalem, quantitas tamen omnium ſimul adæquat, aut ſuperat, eam, quæ ad culpam lethalem ſit ſatis. Secundò, ſi quis à diuerſis furetur minima quæque, quæ nulli eorum efficiant damnum, ac iniuriam notabilem; ſumma tamen tota æquet, aut ſuperet, quantitatem, quæ ad culpam ſufficiat lethalem. Tertiò, ſi multi alicui in- 1
D ferant damnum magnum, nullus tamen eorum accipiat quantitatem notabilem, vt ſi tranſeunte exercitu per aliquem locum, multi ex militibus accipiant racemum ex aliqua uinea, ſicque conſumant maximam fructuum partem, aut fructus omnes eius vineæ. Hæc eadem locum ſimiliter habēt in damnum inferentibus, deſtruendo ſimiliter ſata, aut aliquid aliud eiuſdem hominis, vel diuerſorum. In hac autem diſputatione dicemus de primo ex tribus modis commemoratis: & in ſequenti de duobus reliquis.

Conueniunt omnes, eum, qui ita furando per minima ab eodem homine, peruenit ad quantitatem, quæ ad culpam lethalem ſufficit, teneri ad illius reſti- 2
E tutionem ſub reatu culpæ lethalis. Nauar. tamen in Man. c. 17. nu. 139. negat vltimum furtum, per quod illa quantitas completur, eſſe lethale peccatum. Contrarium verò aſſeuerant. Sotus 5. de iuſt. q. 3. art. 3. in reſp. ad 3. Ioan. Med. de reſti. q. 10. prope finem, Maior in 4. diſtinc. 15. q. 25. cum quibus conſentire videtur Vega lib. 4. in concil. trid. c. 11. & conſentire alij. Atque hæc ſententia, in ſenſu ſtatim explicando, nobis probatur. Ratio autem eſt, quoniam vltimum furtum in virtute, precedentium, hoc eſt, poſito damno per præcedentia furta dato, in cauſa eſt dāni notabilis iniuſtè proximo dati: actus autem, quo notabile damnum proximo iniuſtè datur, aut quo id damnum conſummatur, culpa ſa-

nè eſt lethalis. Item, quatenus fur tunc accipit animo nihil reſtituendi, attẽdens, aut attendere debẽs, ſe iam multa alia ab eodem iniuſtè accepiſſe, quæ ſimul ſumpta efficiunt damnum notabile iniuſtè datum, vtique eo actu, quo complere vult quantitatem eius damni, quæ ad culpam ſufficit lethalem, virtute vult retinere iniuſtè eam totam quantitatem: id verò, ex ſententia eiuſdem Nauarri, culpa eſt lethalis, Atque ex hoc ſolo capite admitterem, poſt completam quantitatem ad culpam ſufficientem lethalem, furta alia leuia, quæ adduntur, non eſſe peccata lethalia: quãdoquidem non dant notabile damnum, ſed iam eſt datum, illudque leuiter augent.

Sunt tamen circa hęc nonnulla obſeruanda. Primum eſt. Si, dum quis furtum leue committit, quod complet quantitatem ad lethalem culpam ſufficientem, aut, poſt illam completam, addit leuia alia furta, habeat animum reſtituendi, vt ſæpe habere ſolent famuli, qui intendunt in fine, quando ab heris diſceſſerint, ab eis petere, vt uel ea furta remittant, vel illa ex mercede ipſis debita compenſent, tunc non facilè condemnari debet peccati lethalis. Tametſi, quia facilè poteſt id impediri, vel obliuione talis famuli, vel verecundia, vel cupiditate integræ mercedis, tempore, quo eſt ſoluenda, aut etiam morte repentina, qua id non poſſit hero ſignificare, arcendus omnino ſit ab eiuſmodi furtis, timendaque aliquando ſit culpa lethalis.

Secundum eſt. Sæpe inaduertentia præcedentium furtorum & obligationis reſtituendi ſub lethali peccato quantitatem notabilem ita per minima ablatam, videri excuſare à culpa lethali eiuſmodi furta. Præſertim quando, qui illa committebat, exiſtimabat ſe non incidere in culpã lethalem, eratque perſona rudis ac idiota, quę non penetrabat ſubtilitates has,

Tertium eſt. Tantam intercapedinem eſſe poſſe inter vnum ex his furtis leuibus, & aliud, vt bene vbi ſupra notat Nauar. & tam longo tempore poſſe perueniri ad ſummam aliquam valoris, vt, eſto lethaliter peccaret, qui illam ſimul, aut breuiori tempore, eſſet furatus, non tamen peccaret lethaliter, neque teneretur illam ſub culpa lethali reſtituere, qui tam longo tempore, & per tot interualla, aut per quantitates adeò paruas, eandem quantitatem valoris vſurpaſſet. Ratio autem eſt, quoniam non ſolent homines adeò eſſe inuiti, quòd longo tempore, & per minima, ita res de bonis ipſorum accipiantur, ac ſi ſimul acciperentur, aut breuiori alio tempore. Vt non ſolet herus ita eſſe inuitus, vt famulus, qui ipſi inſeruit, accipiat de bonis ipſius per minima intra decem annos valorem ſex, aut octo, regalium argenteorum, vel etiam ducati, ac ſi eam quantitatẽ ſimul acciperet, aut intra breue tempus, neque ſolet ita obligare ad reſtitutionem. Quo fit, vt quantitas, quæ ad culpam lethalem ſufficit, ſi ſimul accipiatur, aut intra breue tempus, non ſufficiat, ſi ſucceſſu temporis accipiatur. Præſertim in furtis domeſticis famulorum, attento quòd heri non ſolent eſſe adeò inuiti, quòd à domeſticis, quàm quòd ab externis, fiant: & quòd heri ipſi intelligunt, difficilè tranſigi hanc fragilem vitam, quin famuli interdum modicum aliquid accipiant: quare longè maior valoris ſumma decurſu longi temporis accepta requiritur, vt famuli damnandi ſint culpæ lethalis, atque vt ſub eadem culpa cogendi ſint illam reſtituere, quàm requiratur in alijs, aut ſi ipſi ſimul, aut breuiori tempore, illam acciperent.

Attendendum item eſt, ad eam ſummam taxandam, ad qualitatem & diuitias dominorum, & ad tenacitatem ac liberalitatem eorum, & ad qualitatem rerum, quæ furto ablatæ ſunt, & num ad cibum & potum attineant, vel non, atque ad reliquas circun-

A ſtantias concurrentes. Ac ſanè, niſi ſumma eſſet magna, attẽta dominorum qualitate, & furta eſſent frequentia, iniungenda non eſſet reſtitutio, niſi heri eſſent miſeri. Quoniam quamuis alioquin videantur tenaces pecuniæ, ac vellent, quòd ea furta non fierent, præſumendum eſt, non velle obligare ad eorum reſtitutionem, poſtquam eo modo ſunt facta, eo magis, quo ditiores ſunt, & ſplendidiorem habent familiam, ac generoſiores animo ſunt. Et quã do ad ſobriam ſuſtentationem aliquid à famulis ſumeretur, etiam ad veſtitum, qualem eis heri præbere tenentur, non ſolùm non eſſet obligatio reſtituẽdi, quod ita ſumeretur, ſed neque eſſet peccatum illud clam accipere, quando, ſi peteretur, denegaretur, aut non ſine iurgio, & verecundia petentis, eſſet B obtinendum, iuxta ea quæ diſp. 506. dicta ſunt. Tametſi confeſſarij, antequam hæc fiant, vrgere debeant, vt non fiant, niſi petendo illa à dominis: niſi fortè, qui confitentur, certi eſſent, dominos, ſi ſcirẽt, non fore inuitos, vt interdum certos ſe eſſe affirmãt aut niſi id ſumeretur iuxta ea quę Diſput. 506. citata dicta ſunt.

Dubium eſt, dato, verbi gratia, quòd, qui furatus 3
eſt tres regales argenteos, ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè, teneatur reſtituere ſub lethali, & quamcumque minorem ſummam furto ablatam, non teneatur reſtituere ſub lethali culpa, ſed ſolum ſub veniali, vtrum, qui furto retinet quãtitatem trium regalium, excuſetur à culpa lethali reſtituendi reliquum in poſterum, ſi reſtituat octo, quatuor, aut duos, marauedinos, C reliquumque ſibi retineat. Ioan. Med. q. 10. citata. §. penult. innuere videtur, non excuſari, ſed ſub lethali culpa teneri reſtituere reliquum. Mihi verò longè probabilius uidetur contrarium. Non enim video, cur retentio ſummæ, quæ, ſi de nouo acciperetur, non induceret obligationem reſtituendi ſub culpa lethali, eam inducat, ſi retineatur ex alia maiori ſumma. Confirmari autem poteſt, quoniam ſi is, qui debebat centum aureos, retineat ſibi infra tres regales argenteos, non peccat lethaliter, facta hypotheſi initio huius dubij propoſita: eo quòd ſumma ita ſibi iniuſtè reſeruata non pertingat ad eam, quæ requiritur ad culpam lethalem: ergo neque ſi eandem ſummam retineat ex tribus regalibus argenteis, peccabit lethaliter. Confirmatur rurD ſus, quoniam ridiculum eſſet dicere, eum, qui ex tribus regalibus argenteis ſibi retineret duos marauedinos, peccare lethaliter: neque eius rei alia eſt ratio, niſi quia ſumma illa adeò parua non ſufficit ad culpam lethalem: cum ergo neque ſumma alia maior infra tres regales argenteos ſufficiat ad culpam lethalem, vt ſupponimus; conſequens profectò eſt, vt neque, ſi illa retineatur, obligatio ſit eam reſtituendi ſub culpa lethali. Ad id verò, vnde Med. ducitur, vt eam ſibi perſuadeat opinionem, nempe, quòd, qui ſibi retinet tres regales argenteos, tenetur ſub culpa lethali eos reſtituere, dicendum eſt. In eo ſenſu teneri eos reſtituere ſub culpa lethali, quòd integros eos, & ſingulas eorum partes, tenetur reſtiE tuere, & quamdiu eos integros retinet, cum animo nihil reſtituendi, peccat lethaliter, propter notabile detrimentum, quod iniuſtè infert proximo ſuo ea retentione: non verò quaſi, ſi reſtituat partem, & retineat reliquum, non ceſſet à lethali culpa, quatenus ceſſat ab inferendo notabile damnum proximo, eo ipſo, quòd partem eius integri damni iam ei non infert.

DISPVT. 689.

Quando ob notabilem quantitatem, quam quis, per minima à ſingulis, furetur à diuerſis; aut diuerſi, per minima ſinguli, furentur ab eodem; culpa interueniat lethalis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum, per minima à diuerſis, maiorem ſummam requirit, vt pertingat ad culpam lethalem, quàm ſi fieret ab eodem, & maiorem ſi decurſu temporis, & ſine animo ditandi; quàm ſi fieret breuiori tempore, & cum animo ea via ditandi.*

2 *Furtum notabile per minima à diuerſis ſi factum ſit vni & eidem, quando ſinguli ſub lethali culpa reſtituere teneantur, vel totum, vel unuſquiſque ſuum minimum, quando non item. Atque ſi excommunicatio lata ſit non reſtituentibus id furtum ac damnum, quando ſinguli ea innodentur.*

1 QVod ad primum attinet, dicendum eſt: In primis maiorem requiri quantitatem ad culpam lethalem, & ad obligationem reſtituendi ſub culpa lethali, quando aliquis furatur à multis, à nullo tamen aliquid notabile, quàm quando furatur ab vno ſolo. Ratio eſt, quoniam, cum nulli eorum multorum damnum inferat notabile, omnes ſunt minus inuiti, quàm eſſet vnus, cui totum id damnum inferret. Quo fit, vt, cæteris paribus, dupla, aut plus quàm dupla, quantitas requiratur ad lethalem culpam in eiuſmodi furtis multis, factis per minima ex ſingulis, quàm in furto facto in bonis vnius & eiuſdem.

Dicendum deinde eſt: Minorem quantitatem ſufficere ad culpam lethalem, quando aliquis ſimul furatur à multis, aut intra breue tempus, atque animo augendi opes de bonis aliorum, quàm quando longi temporis decurſu furatur à multis, nõ animo congregandi bona ex facultatibus aliorum. Vt, verbi gratia, ſi aliquis de cumulo communi multorum furetur quantitatem aliquam, quæ ſit quidem in ſe notabilis, cæterum quæ nulli dominorum talis aceruí notabile damnum inferat; vel ſi quis, intendens congregare ſibi quantitatem notabilem de bonis aliorum, nulli eorum notabile damnum inferendo, diſcurrat per vineas, aut ſegetes, aliorum, & ab vnoquoque modicum quid accipiat, atque ita congreget quantitatem notabilem; vel ſi quis, vendendo vinum, aut aliquid aliud, miſceat aquam, aut defraudet modicum quid de menſura, aut pondere, ita vt nulli ementium inferat notabile damnum, multos tamen ementes, ſimul ſumptos, defraudet quantitate notabili: vel ſi quis de pecunijs aureis, vel argenteis, modicum quid præſcindat, quod nulli, accipientium eas pecunias, notabile damnum inferat, omnibus tamen magnum inferat damnum; vtique in his omnibus euentibus, minor quantitas ſufficit ad lethalem culpam, atque ad reſtituendi obligationem ſub culpa lethali, quàm in eo, qui longo tempore à diuerſis modicum quid acciperet, nõ eo animo, ſed fragilitate quadam, nunc ex vna vinea racemos aliquos colligendo ad manducandum, nũc ex alia, aut fructus alios ſimili modo furando, aut rem aliã modici valoris, ita quod longo tempore ſimilibus furtis accipiat notabilem quantitatem. Ratio autem eſt, quoniam domini plus offenduntur, magiſque ſunt inuiti, illis prioribus modis furandi, quàm his poſterioribus, pluſque volunt, vt illi priores reſtituant,

A quã vt reſtituant hi poſteriores: quòd autem domini minus ſint inuiti, minuſque velint reſtitutionem, in cauſa eſt, vt longè maior quantitas requiratur ad culpam lethalem, vt hac & præcedente diſputatione eſt dictum. Adde, eum, qui ita temporis decurſu furatur per modica notabilem quantitatem ſine animo augendi ſua bona, ſed occaſione data, non habere animum furandi magnam quantitatem, ſed quaſi per accidens, ac præter intentionem, ad eam quantitatem deuenire: qui verò ſimul accipit quantitatem notabilem ex aceruo multorum, aut paulatim animo augendi ſua bona, aut comparandi vnde viuat, & ſuppleat quotidianam neceſſitatem, intendere deuenire ad eam totam quãtitatem notabilem: qui animus multum auget culpam.

B Iuxta hactenus dicta, non facilè condemnarẽ culpæ lethalis eum, qui abſque animo congregandi bona, & perueniendi ad notabilem quantitatẽ, per minima, intra longum tempus furatus eſſet à diuerſis valorem ſex, aut octo, regalium argẽteorum. Et quãuis ſemper pęnitentes, qui eiuſmodi furta ita commiſſa confitentur, præcipiẽdi ſint reſtituere, vel proprijs dominis, vel pauperibus pro animabus eorum, quorum ſunt ea bona, ſi commodè non poſſit fieri dominis rei adeò modicæ reſtitutio: niſi, qui ea furta commiſerunt, adeò pauperes ſint, vt præſumendum ſit, dominos non velle, vt teneantur tam modicam quantitatem ſingulis reſtitui, ſed potius, vt ipſis à confeſſario condonetur in eleemoſynam pro animabus eorum dominorum: non tamẽ ſum eius opi-

C nionis, vt, ac ſi poſteriora eſſent peccata lethalia in virtute priorum ob notabilem quantitatem, quæ ex omnibus ſimul ſumptis reſultat, arbitror interrogandum eſſe in cõfeſſionibus numerum eorum furtorum: neque eiuſmodi confitentes inducerem in conſcientiam peccati lethalis, ſi non reſtituerent quantitatem totam. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet, diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi illi ſimul conueniant ad damnum notabile proximi tanquam concauſæ, ita quòd ſe inuicem inuitant, aut animo ſe inuicem defendendi, accedunt ſimul ad id damnum inferendum, tunc vnuſquiſque eorum lethaliter peccat, teneturque ſub culpa lethali reſtituere totum damnum, in euentu, 2

D quòd alij contribuere non velint, aut nõ poſſint, ad partes damni illius, quas ipſi dederunt; ſi tamẽ loco illorum reſtituat, ſinguli tenentur ei ſoluere, quod ipſorum loco reſtituit. Ratio huius aſſerti eſt, quoniam vnuſquiſque eorum, eſto modicum quid accipiat, cauſa eſt damni totius ab omnibus dati, totalis quidem vtilitate effectus, ſed partialis partialitate cauſæ, vt inferius, dum de reſtitutione ſermo fuerit, fuſius explanabitur. Si verò ſimul concurrerunt, nullus tamen fuit cauſa damni aliorum, ſed ſui dumtaxat, eſto fortè fuerit occaſio, quia primus cœpit furari, & alij, moti eius exemplo, illum ſequuti ſunt, tunc dicendum eſt: Si damnum ab omnibus datum ſit notabile, & vnuſquiſque ſciat de damno

E dato, aut inferendo, ab alijs, omnes peccare lethaliter, tenerique ſub culpa lethali eorum vnumquemque reſtituere eam ſolam partem damni, quam dedit: eaque de cauſa, ſi feratur excommunicatio, qua reſtitui præcipiatur id damnum, neque addatur, vt ſoli illi eam incurrant, qui tantum, vel tantum, ſint furati, neque ſinguli ſuas partes reſtituant, vtique omnes, qui non reſtituerint, ea excommunicatione ligabuntur; quoniam licèt ea excommunicatio non incurratur, niſi ab ijs, qui in culpa fuerint lethali non reſtituendo; omnes tamen ſub reatu lethali tenentur in eo euentu reſtituere partes, quas furati ſunt. Ratio verò huius aſſerti hæc eſt: Quoniam licèt damnum, à ſingulis datum, non ſit notabile,

A damnum tamen ab omnibus datum eſt notabile;eaque de cauſa vnuſquiſque ipſorum,ſimul cum alijs, concauſat damnũ proximi notabile,ac proinde,niſi ignorantia probabilis excuſet, qua vnuſquiſque eorũ neſciat alios,vna cũ ipſo, eſſe concauſas talis dãni notabilis,lethaliter peccant: eo quòd concauſare damnũ proximi notabile culpa ſit lethalis. Eadẽ ratione quando,alicui conſtat,poſt damnum notabile iniuſtè datum,ipſum,vna cum alijs,illud dediſſe,tenentur ſinguli ſub culpa lethali illud ei reſarcire, atque adeò tenetur ille ſub lethali culpa reſtituere partem damni, quam ipſe dedit; interim dum non eſt verum dicere,proximum illum iam non eſſe in damno notabili.

Nonnulla tamẽ admonuerim. Primum eſt; Maius damnum requiri ad lethalem culpã multorum, B quorum quilibet accepit modicum quid, neque fuit cauſa damni aliorum, quam requiratur ad lethalem culpam vnius ſolum,qui dediſſet totam latitudinem damni. Ratio autem eſt,quoniam longè minor culpa vniuſcuiuſque eſt, cauſam eſſe iniuſtitiam damni notabilis proximi,vna cum alijs,modicum quid accipiendo de bonis illius,quam ſit vnius eorum,dare iniuſtè id totum damnum, eaque de cauſa lõgè maior quantitas damni requiritur,vt accipere modicũ quid imputetur alicui ad culpam lethalem, quando alij dant ſimiliter damnum,quàm quando aliquis ſolus dat totum damnum.

Secundum eſt,non videri culpã lethalẽ, quando, poſt datum totum notabile aliquod damnũ, vt poſt tranſitum exercitus per vineam alicuius, aliquis ra- C cemum de eadem vinea acciperet. Quoniam per eã acceptionem non concauſat notabile damnum,ſed inuenit illud iam datum,& ipſe modicum damnum dat. Teneretur tamen id reſtituere ſub culpa lethali, quemadmodum tenerentur,qui à principio modicũ damnum dediſſent, neſcientes alios poſtea augmentaturos notabiliter damnum, eſto id tunc accipiendo,non peccauerint lethaliter.

Tertium eſt. Quando modica aut nulla eſt ſpes reliquos reſtituturos,non videri culpam lethalẽ,eius, qui modicum quid accepiſſet, ſiue à principio, ſiue dum ſimul damnum notabile dabatur, ſiue poſt illud datum,id non reſtituere. Ratio autem eſt, quoniam id tunc inſufficiens eſt ad eruendum proximũ etiam partialiter à damno notabili, & per ſe ſolum D non eſt tanta quantitas, quæ inducat obligationem reſtituendi ſub culpa lethali,nihil impediente,quòd is,de cuius bonis iniuſtè eſt ablatum, ſit aliorum culpa in damno notabili. Quando autem ſpes aliqua eſſet,quòd multi ex alijs reſtituerent,tunc vnuſquiſq; eſſet cogendus ſub lethali culpa modicum id reſtituere,neque aliter eſſet abſoluendus. Rarò tamẽ in praxi ocurret caſus, in quo modicum iniuſtè acceptum ſub lethali culpa ſit reſtituendum: quia rarò ſpes erit,quòd alij modicas partes,quas acceperunt, reſtituent.

Quartum denique eſt. Moraliter hęc omnia eſſe intelligenda, ne in baratrum ſcrupulorum incidant confeſſarij & pœnitentes. Neque in alio euentu eſ- E ſe inijciendum ſcrupulum lethalis culpæ modicum quid accipientibus,aut cogendos eſſe illud reſtituere ſub reatu culpæ lethalis,niſi quando conſtat alios dediſſe ſimul damnum notabile, nihil impediente, quòd probabile ſit multis, de quorum bonis modicum quid accipitur,decurſu longi temporis, ſimul, aut ſucceſſiuè, datum ab alijs eſſe notabile damnũ. Longè quippe antea datum eſſe ab alijs damnũ notabile non efficit culpam lethalem in me, quòd circa aliquam rem damnum leue illi dem, neque inducit obligationem reſtituendi ſub culpa lethali.

DISPVT. 690.

Vtrum in occulta acceptione rei propriæ, quam alius habet,cernatur furtum.

SVMMARIVM.

1 *Furtũ non committit,qui rẽ ſuam clam ab eo accipit, qui illam iniuſtè retinebat. Peccat tamen,niſi cõcurrant conditiones requiſitæ ad licitam compenſationem,& quæ curare teneatur.*

2 *Furtum,ſaltem aliquo modo,committit,qui rẽ,ſuam clam ab eo accipit, qui iuſtè illam retinebat,tenetur que illi reſtituere ualorem vſus,quo eum iniuſtè priuauit, & damna ſubſequuta,etiam lucri ceſſantis, & impedire ne alia ſequantur, atque hęc omnia ex iuſtitia. Et quando actio furti concedatur, quando non item.*

QVod propoſitum eſt, erit conſequenter diſputandum. Rem,cuius dominium eſt apud alterum, poteſt aliquis apud ſe habere vno è duobus modis. Primo, titulo iuſto,vt ſi illam accepit commodatam, conductam, in depoſitum,in pignus,aut titulo alio iuſto. Secundo,iniuſtè,vt ſi illam furatus eſt, aut vſurariè accepit,vel finito tempore,pro quo erat commodata,cõducta,aut titulo alio iuſto detenta,non vult eam reddere,vel alia ratione iniuſtè eam retineat.

Hoc ita conſtituto. Prima concluſio eſt. Quando aliquis rem ſuam clam accipit ab eo,qui illam iniuſtè detinebat,non committit furtum. Et quamuis aliquando poſſit id licitè fieri,ſi concurrant ea,quæ ad compenſationem licitam diſputatione ſequenti explicabimus, quando tamen illa non concurrunt, peccatum eſt ius ſibi dicere,propria autoritate illam accipiẽdo. Præterea,qui rem clam eo modo accipit, curare tenetur,ne ab eo,qui rem detinebat, neq; ab hæredibus illius,iterum reſtituatur. Item curare tenetur eruere illum à cõſcientia,qua credit,ſe adhuc teneri eam reſtituere; ne in peccato perſeueret. In hac concluſione conueniunt doctores communiter, Ioan. Med. de reſtit. quæſt. 11. Sotus. 5. de iuſt. quęſtio. 3. artic. 1. ad 3. Syluest. verb. furtum. quæſt. 12. Gab. in 4. diſtin. 15. quæſtio. 3. artic. tertio, dub. 3. & alij, patebitque magis ex dicendis circa compenſationem diſputatione ſequenti. Prima verò pars huius concluſionis colligitur apertè ex leg. ſi is qui rem 1. ff. de furtis. D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 66. artic. 3. ad 3. licet in re circa eandem primam partem concluſionis conſentire videatur, obſcurè tamen loqui tur,& Caiet. ibidem laborat in eo explicando ac defendendo. — *Prima concluſ. 1*

Secunda concluſio. Quando aliquis rem ſuam clam accipit ab eo, qui iuſto titulo eam detinebat, neque adhuc tenebatur eam reddere, cõmittit furtum aliquo modo, quatenus ſcilicet iniuſtè priuat legitimum detentorem iure,quod ad illam retinendam habebat,teneturque reſtituere ei commoditatem,quam iure poterat ex ea percipere. Vt ſi erat commodata vſque ad certum tempus, aut locata, tenetur reſtituere ei vſum rei illius,quo iniuſtè eũ priuauit,aut valorem illius, ſi vſus reſtitui non poſſit. Inſuper tenetur ei reſtituere totum lucrum ex eo ei ceſſans,aut damnum ex eo ei emergens, quòd iniuſtè eam rem acceperit. Præterea tenetur euitare,ne is detentor,aut hæres illius, iterum illam reſtituant, arbitrantes perijſſe, aut diſparuiſſe, culpa detentoris. In hac conueniunt D. Tho. & Med. locis citatis, & Doctores communiter. Neque in ea poteſt eſſe dubium, tum in conſcientiæ, tum etiam in exteriori — *Secunda concluſ. 2*

teriori

teriori foro,quoad ea,ad quæ eum teneri,ſunt commemorata: eo quòd ea iniuſta talis rei acceptione, cauſa fuerit iniuſta eorum omnium damnorum ei, qui iuſtè illam retinebat: atque in exteriori foro,ſaltem actione ex eo titulo iuſto,ex quo iuſtè illam detinebat,vt actione commodati,vel locati,aut alia ſimili, iniuſtus talis rei ante tempus occupator cogetur ad ea omnia, quæ commemorata ſunt. Dubium verò eſt, vtrùm in exteriori foro aduerſus dominū rei,ita iniuſtè clam eam occupantis,competat actio furti ad pœnam pro furto ſtatutam. Et quidem, quando detentor iuſtam cauſam habebat rem retinendi, vt quia in pignus adhuc perſeuerabat ei obligata, aut quia in re commodata fecerat commodatarius expenſas, quas commodans tenebatur ſoluere,& ratione quarum,interim dum non ſoluebātur, tanquam pignus poterat eam retinere, aut ſi detentor vſumfructum in ea re adhuc habebat, & idem credo,ſi illam habebat conductam, necdumque finitus erat contractus, quandoquidem ex mercede conductionis competebat oneroſo contractu iuſta detentio, ſanè in his omnibus, & ſimilibus euentibus,cōceditur actio furti aduerſus dominum rei ita iniuſtè eam clam occupantem, vt expreſsè habetur l.creditoris.§.vlt.l.in actione.§.qui rem, & l.ſi quis rem.1.ff.de furtis. Quando autem contractu commodati lucratiuo commodatarius rem iuſtè detinebat, & ante finitum contractum commodans rem clam vſurpauit, non videntur iura concedere commodatario aduerſus commodantem actionem furti, ſed ſolum actionem ex commodato contrarium (ei ſcilicet actioni, quæ commodanti competit aduerſus commodatarium, quæ in iure appellatur actio directa ex commodato) ad ea omnia,quæ commemorata ſunt,vt ſatis innuere videntur.l.creditoris.§.vlt. iuncta gloſ.ibi, verb.placuiſſe, & l.ſi quis rem.1.ff.de furtis.

Diſcrimē verò eſt inter acceptionem proprię rei in euentu huius,& in euentu præcedentis concluſionis. Quòd, cū in euentu huius concluſionis ea acceptio ſit contra iuſtitiā, tenetur accipiens ex iuſtitia ad dāna omnia ex tali acceptione ſubſequuta. Ad ea verò, ad quæ diximus in prima concluſione teneri, qui rem ſuam clam accipit,ſolùm tenetur ex caritate,quoad cōmodè id efficere potuerit; eo quòd acceptio non fuerit contra iuſtitiā; atque inde eſt,quòd quicquid ſequatur,non teneatur id reſarcire, niſi aliquid proximi inde ad ipſum peruenerit.

DISPVT. 691.

Vtrùm abſque furto licitumque aliquando ſit, propria autoritate compenſare occultè, quod alius debet, tantundem de bonis illius accipiendis.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio in foro conſcientiæ,quibus conditionibus interuenientibus ſit licita.*

2 *Legitimè ſi in foro conſcientiæ ſit facta compenſatio, & propter illam,qui legitimè eam fecit,condemnetur in foro exteriori,nō tenetur ſtare ſententiæ,ſi ſine ſcādalo poſſit,quæ in ſola præſumptione fundatur.*

3 *Compenſantē legitimè in foro conſcientiæ, dominium comparat rerum, quas in compenſationem accipit.*

4 *Compenſatio quouſque licita,aut illicita,famulis,& ijs,qui res aliorum agunt. Quam pœnam incurrant ſartores, & alij, qui à mercatoribus aliquid accipiunt, & mercatores, qui id eis dant, vt emptores ab ipſis potius, quam ab alijs emant.*

A DIſputatio hæc cum præcedente eſt coniuncta. In quibus autem rebus, & quando, locum habeat compenſatio in foro exteriori,& in quibus rebus, & quando, locum non habeat, Diſputa.297.& 560.dictum eſt. Nunc verò de compenſatione in conſcientiæ foro eſt diſſerendum. Et quidem communis Doctorum ſententia affirmat, licitam in foro conſcientiæ eſſe occultam compenſationem autoritate propria, atq; adeò furtum in ea minimè interuenire, modo tamē ſequentes conditiones interueniant. 1

Prima, vt debitum, quod quis ita compenſat, ſit liquidum ac certum omnino. In dubio enim,etiam probabili,an aliquid alicui debeatur,nefas eſt ei,occultam accipere compenſationem. Quòd ſi aliquid B in compenſationem talis debiti accipiat, contra iuſtitiam peccat,atque ad reſtitutionem illius tenetur, & damnorū, quæ inde ei fuerint ſubſequuta, à quo fuerit acceptum. Ratio verò eſt,quoniam in dubio melior eſt conditio poſſidentis: eaq; de cauſa,ſicut, qui id poſſidet,non tenetur dare,nec totū, nec partem eius,quod ita poſſidet: ſic contra iuſtitiam peccat, qui id clam ab eo inuito accipit. Cùm hac prima conditione id etiam eſt coniūctum, vt non plus accipiatur,quàm ſit liquido debitum.

Secunda, vt,qui id vult ita compenſare, non ſperet,petendo à debitore, aut iudicis autoritate, quod ſibi debetur,poſſe id cōmodè recuperare: vt, ſi deſint ei probationes, aut debitor ſit potens, quē iudices ſolēt timere,periculumq; ſit quòd ea,aut alia ra- C tione,iudex flectetur,aut ex ignorantia iniuſtam feret ſententiam,vel ſi neceſſarij ſint magni ſumptus, aut labores,aut moleſtiæ,ad eā rem via iudicis obtinendam, aut timetur periculū alicuius damni ac iacturæ honoris, amiſſionis amicitiæ cū debitore,vel alterius ſimilis: modo tn̄ hæc alicuius ſint mométi, habita ratione rei,de qua agitur. Ac ſanè, quando adſunt cæteræ conditiones requiſitæ, facilè hæc interuenire poterit, niſi debitor cordatus ſit ac bonæ conſciētiæ,qui facilè,ſine lite,debitum ſoluet, ſi admoneatur,ſufficienteſq; ſint probationes. Illud verò admonuerim,qui,qn̄ debitum eſt liquidum,commodeq; poſſet illud via iudicis obtinere,faceret occultam compenſationem, quamuis peccaret, & interdum lethaliter,ius ſibi dicendo, propriave auto- D ritate rem ſibi debitam vſurpando,contra id,quod. l.vnica.C.ne quis in ſua cauſa,ſancitum eſt,nihilominus,quia res erat ſibi debita,neq; ita occultè eam vſurpādo,peccauit contra iuſtitiam, ſed ſolū tranſgreſſus eſt ordinem à iure ſtatutum,vtique ad nullā teneretur illius reſtitutionem, ſed ſolùm teneretur ſubire pœnam, ſi quam iudex poſtea ea de cauſa ei impoſuerit, detecta iam acceptione propria autoritate,& lata à iudice ea de re ſententia.

Tertia, vt ex tali cōpenſatione non ſequatur ſcandalum aliorum,aut detrimentū alterius,cui imputari poſſit,eum furto id accepiſſe, aut aliud ſimile,neque item ſequatur periculum infamiæ propriæ, aut damni ipſius corporalis,quatenus,ſi conſtet poſtea E ipſum id accepiſſe dn̄o inuito, præſumetur in exteriori foro,fuiſſe id furatum, punieturq; vt fur. Ad hanc tamen conditionem ſeruādam, ſolum teneretur lege caritatis propriæ, ac proximorum, non verò iuſtitiæ lege. Gab.in 4.d.15.q.3. art.3. quem ſequitur Nauar.in Manu.c.17.nu.113.ait, quando ex tali compenſatione ſequeretur damnum ſpirituale, aut corporale,alterius, teneri ita compenſantem ad reſtitutionem illius. Cæterùm, ſi ſolum ſequeretur per accidens, quia videlicet per accidens eſt quòd præſumatur alium id furto abſtuliſſe, aut alia ſimili ratione, non video efficientem ita compenſationē, peccare contra iuſtitiam, ſed ſolum contra caritatē, & ob id non credo teneri eum ad reſtitutionem.

Quarta,

Quarta, vt conſulat ſpirituali eius ſaluti, à quo id in compenſationem accipit, illi ſignificando, non teneri eum iam ad id debitum, quando eſt veriſimile eum exiſtimare, ſe adhuc ad illud teneri, cum conſcientia peccati non reſtituendo, quod re ipſa reſtituere non tenetur. Item vt prouideat, ne debitor, aut hæredes illius idem debitum reſtituant iterum, ſi notitiam habeant de debito, arbitrenturque ſe ad illius reſtitutionem adhuc teneri. Ad hæc tamen duo ſolum tenetur lege caritatis, quantum patiuntur circũſtantiæ concurrentes, attendendo, ne ex tali ſignificatione, aut ex alio remedio, quod in debitoris bonum ſit adhibendum, immineat ei, qui compenſationem fecit, notabile aliquod damnum, ſi debitor compenſationem ſuſpicetur. Quia ergo compenſans ad hæc non tenetur lege iuſtitiæ, neque etiam ad ſecundum, quando ſine ſuo notabili detrimento non põt impedire reſtitutionem minimè iam debitam, vtiq; quicquid poſtea ſequatur, ad nullam tenetur reſtitutionem ex parte iniuſtè acceptionis, damnive iniuſtè dati; ſed ſolum ex parte rei acceptæ tenetur reddere, quod fuerit reſtitutum, cum iam minimè deberetur, aut teneretur illud non accipere, ſi commodè poſſit.

Quinta, vt id, quod in compenſationem accipitur, ſit debitoris; & non alicuius alterius. Si enim acciperet rem apud debitorem depoſitã, aut ei commodatam, vel in pignus traditam, aut quam furtò, vel vſurariè acceperat, vel cuius alia ratione non comparaſſet dominium, tum reſtituere illam teneretur ei, cuius eſſet; ſeruareque eum teneretur indemnem.

Sexta, vt compẽſatio, quoad fieri poſſit, in re fiat vſu conſumptibili, eiuſdemque ſpeciei cum ea, quæ debebatur. Vt ſi debebatur pecunia, fiat in pecunia: ſi triticum, aut oleum, fiat in tritico aut oleo. In alijs quippe rebus non facilè ſeruatur æqualitas, faciliuſque euenit, grauari debitorem, eſſeque rationabiliter inuitum: qua de cauſa, vt diſputationibus citatis dictum eſt, in foro exteriori non admittitur compẽſatio, niſi in rebus vſu conſumptibilibus, eiuſdemque ſpeciei, cum rebus debitis. Quando autem non ſunt bona eiuſmodi, in quibus compenſatio fiat, fieri in foro cõſcientiæ poteſt in quibuſcumque alijs rebus: ſeruanda tamen eſt æqualitas quoad valorem, ſemperque fieri debet cum quàm minima debitoris iactura poſſibili.

Aliqui ſeptimam addunt, quòd, qui ita compẽſat debitum, non ſit in erronea conſcientia, quòd compenſando eo modo, quod ſibi debetur, peccet. Et quòd paratus non ſit committere lethale peccatum periurij, negando compenſationem, ſi de ea ſub iureiurando interrogetur, aut aliud lethale peccatum. Cæterum id, quod dicitur de conſcientia erronea, in omnibus actibus licitis ſimiliter locum habet. Id verò, quod de periurio illo additur, facilè vitari poſſet, reſpondendo, eam non feciſſe, intelligendo, quã confiteri teneatur. Qui ſenſus verus eſt, legitimuſque ac rectus iudex, ſi is ſenſus exprimeretur, diceret, ſe nõ in alio interrogare, vt alibi copioſius de ſimilibus iudicum interrogationibus dicetur.

In his conditionibus, tametſi non ita copioſè explanatis, conſentiunt. D. Thom. ſecunda ſecundę, q. 66. art. 5. ad 3. Caieta. ibi. Sotus 5. de iuſt. quæſtio. 3. art. 3. Med. de reſt. quæſt. 11. Gabr. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 3. art. 3. dub. 3. Syluest. verb. furtum quæſtio. 13. Nauar. in Manu. cap. 17. numero 112. & ſequentibus, Palud. in 4. diſtinct. 15. quæſtio. 2. art. 2. concl. 5. & alij. Ratio verò cur, ſeruatis his conditionibus, fas ſit occulta compenſatio, hæc eſt: Quoniam non eſt præſumendum, ius humanum intendiſſe, concurrentibus his conditionibus, nullaque occurrente via tuta, qua is, cui aliquid indubitatè debetur, compa-

A rare id poſſit via iudicis, prohibere compẽſationem occultã, neque, ſi id intendiſſet, iuſtum eſſet tale præceptum: quo fit, vt, concurrentibus his cõditionibus non faciat contra ordinem, ſed præter ordinem iuris, qui talem fecerit compenſationem. Neque is dicit ſibi ius, ſed exequitur ſuum ius perſpicuũ ac manifeſtum, in defectum publicæ poteſtatis, quæ id velit, aut poſſit exequi; in quo ſanè nullum interuenit peccatum.

Dubium eſt, vtrum, qui modo explicato accipit 2 aliquid in compenſationem, comparet dominium illius, & alter, de cuius bonis id accipit, illud amittat. Et vtrum, ſi poſtea de compenſatione facta conſtet, eaque de cauſa compenſans condemnetur ad aliquã pœnam, teneatur in conſcientiæ foro ſtare ſenten- B tiæ. Hæc duo dubia excitat Ioan. Med. quæſtio. 11. citata. Atque, quod ad primum attinet, propendere videtur, compenſantem non comparare dominiũ. Quòd verò attinet ad ſecundum, ait, non teneri in foro conſcientiæ ſtare ſententiæ. Quoniam, quando non interuenit culpa, non debetur pœna. Et quoniã ea ſententia fundatur in præſumptione, quòd culpa interuenerit in ea acceptione rei alienæ: quemadmodum autem, qui ante Concilium Tridentinum duxerat aliquam clandeſtinè, & poſtea duxit aliam ante faciem Eccleſiæ, non tenebatur parere iudici præcipienti, habitare maritaliter cum ſecunda; eo quòd ea iudicis ſententia fundaretur in præſumptione, quòd ſecunda eſſet legitima vxor illius, & non prima; eaque de cauſa, etſi ei imponeretur excommunicatio- C nis pœna, excõmunicatus non eſſet coram Deo, non parendo tali ſententiæ; ita res haberet in propoſito, quòd condemnatus ad pœnam ob legitimam compenſationem, non teneretur in foro conſcientiæ ſubire eam pœnam, ex falſa præſumptione ei impoſitam.

Mihi probatur hæc reſponſio Medinæ ad ſecundum dubium. Quoniam ea compenſatio iuſtè ac licitè eſſet facta, eaque de cauſa, ſi ei, de cuius bonis eſſet facta id conſtaret, peccaret contra iuſtitiam accuſando eum, qui illam feciſſet, aliquidque in pœnam eius compenſationis ab eo accipiendo, tenereturque illi in conſcientiæ foro ad omnia damna inde ei ſubſequuta. Et ſimiliter, ſi in iudicio id apertè cõſtaret, peccaret iudex contra iuſtitiam ferendo talem ſen- D tentiam, tenereturq; ſimiliter ei in conſcientię foro ad omnia dãna ex ea ſententia illi ſubſequuta. Quia, vt dictum eſt, ius humanum nunquam intendit, prohibere in eo euentu compenſationem in ſe æquam, & neque parti, neque iuſtitiæ publicæ in eo euentu iniurioſam. Quando autem in iudicio non conſtat, interueniſſe in ea omnes conditiones requiſitas ad licitam in foro conſcientiæ compenſationem, pręſumptio eſt iuris & de iure, interueniſſe aliquam culpam, maiorem, vel minorem, prout fuerint conditiones, quas interueniſſe non conſtat; eaque de cauſa poteſt iudex licitè eum condemnare ad maiorem, vel ad minorem pœnam, prout fuerint conditiones, quas interueniſſe non conſtet: ita tamen E condemnatus ſtare non tenetur in foro conſcientię tali ſententiæ, quę in falſa pręſumptione fundatur.

Quod verò ad primum dubium attinet, in contra 3 rium potius inclino reſponſioni Medinę. Nempe ita compenſantem, comparare dominium rerum, quas ita accipit in compenſationem iuſtam ac licitã. Cum enim ea compenſatio iuſta ac licita ſit, iureque naturali permiſſa, ſanè eandem vim videtur in ſe, & in conſcientię foro, habere, ac ſi publica autoritate eſſet facta: maximè cum dicere poſsimus interuenire autoritatem diuinam mediante naturali iure, qđ illam permittit, ac licere docet. Confirmatur compenſantem dominium earum rerũ comparare, quoniam

niam ſi dominium earum perſeueraret cum eo, cuius erant ante compenſationem, ſequeretur, quòd ſi, facta compenſatione, res illæ perirent ſine culpa eius, qui illas accepiſſet in ſuas, non perirent compenſanti, ſed ei, cuius antea erant; eo quòd, quādo aliud iure non eſt ſtatutum, res pereat illi, cuius eſt. Vnde vlterius ſequeretur, poſſe eum, qui res illas in compenſationem iuſtam accepit, facere iterum aliam compenſationem, exigereque de nouo ſuum debitum: quod nullus admittet, vtpote omnino abſurdum.

Ad id verò, vnde Medina ducitur, vt eam ſibi perſuadeat opinionem. Nempe, quòd antiquus dominus poteſt extrahere poſtea eiuſmodi res de poteſtate cuiuſcunque, apud quem fuerint repertæ, eiq; adiudicabuntur vt ſuæ; dicendum eſt. Falſum id eſſe, ſi conſtet, compenſationem factam eſſe cum cōditionibus requiſitis, vt ſit licita. Quando autem id non conſtaret, pręſumeretur facta illicitè & iniuſtè, eaq; de cauſa tales res, ex præſumptione, quòd iniuſtè eſſent vſurpatæ, adiudicarentur antiquo domino, aut in pœnam, quòd non via ordinaria eſset facta, eidē adiudicarentur.

4 Quouſque autem famulis, & alijs, quibus aliquid faciendum committitur, concedi poſſit, aut non poſſit, compenſatio occulta, Diſputatio. 363. 506. & Diſputatio. 548. dictum eſt. Illud circa dicta diſputat. 363. obſerua. l. 11. titu. 12. lib. 5. nouæ collectionis ſic eſſe diſpoſitum. *Mandamos, que ningun mercader, trapero, ni tratante, no de a los ſaſtres, ni tundidores ni iubeteros, ni calceteros, hoques ni maravedis algunos, por que vayan a ſus tiendas con los que van a ſacar dellas pannos, ni ſedas, ni otras mercadurias, ſo pena de lo pagar con el quatro tanto para nueſtra Camara. Y otro ſi mandamos a los dichos ſaſtres, y tundidores, y iubeteros, y calceteros, y otras perſonas à quien toca y atanne lo ſuſo dicho, que no pidan ni demanden los dichos hoques, ſo pena de lo pagar con el quatro tanto para nueſtra Camara.*

DISPVT. 692.

Vtrum lata excommunicatione à prælato, vt qui rem aliquam accepit, illam intra certum tempus reſtituat, &, qui id ſcit, rem intra idem tempus manifeſtet, ea excommunicatio comprehendat eum, qui in compenſationem licitam rem accepit, eumque qui ita acceptam fuiſſe nouit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio vt furtum intra tantum tempus reſtituatur, aut aliud ſimile fiat, ad quod occultus peccator tenetur, & vt qui id ſcit, illud intra id tempus detegat, ortum habet à correctione media inter fraternam, ſeu paternam, ac iudicialem, & quid pręcedere ante eam denunciationem debeat.*

2 *Excommunicatio ſi feratur, ut aliquid intra tantum tempus reſtituatur, non ligat præceptum ac excommunicatio eum, qui illud in recompenſationem licitam occultè accepit. Et quando idem erit dicendum, etiamſi compenſatio facta ſit cum peccato.*

3 *Sciens, aut omnino ſibi perſuadens, aliquid acceptum eſſe in compenſationem licitam, aut retineri licitè in compenſationem, non tenetur id denunciare, etiam ſi ſub excommunicatione præceptum ſit, vt denūcietur. In dubio uerò, an licitè retineatur, detegere illud tenetur.*

A VT tractatu. 5. copioſius dicetur, eiuſmodi excommunicationes ortum habent ex correctione media inter fraternam, ſeu paternam, de qua mentio eſt in Euangelio, & inter iudicialem, de qua quidem correctione media ſermo eſt. c. nouit, de iudicijs, vt doctores ibi, & alibi, fusè tradunt. Quatenus enim præcipuè ea correctione intenditur eruere à peccato lethali eū, qui rem alienā iniuſtè detinet, correctio illa eſt Euāgelica. Quatenus verò ſimul intenditur per accidēs, & ex conſequenti, vt reſarciatur damnum iniuſtè datum denuncianti, atque ad petitionem illius id præceptum, eaque excommunicatio, ſub qua id pręcipitur, fertur, eadem correctio participat de iudiciali; eaque de cauſa media eſt inter fraternam, ſeu paternam, & iudicialem; tametſi magis de fraterna ſeu paterna Euangelij participet, quàm de iudiciali. 1

B Hinc eſt, quòd præſertim dum occultus eſt delinquens, præcedere debeat admonitio, ordoq; in Euāgelio præſcriptus, ſi ſpes ſit, quòd ea via reſipiſcet, ac reſtituet, vt tenetur, fierique debeat ea correctio cum quanta minima iactura famę illius fuerit poſſibile, atque ſtatim ac ceſsauerit à peccato, & à damno iniuſto proximi, ceſsare debet ea correctio: nihilque impediente præcepto prælati, quo ſub excommunicationis latæ ſententię pœna præcipit, vt, qui nouerit, quis id habeat, eum denunciet ac detegat, non prius detegi poſsit ac denunciari, quam ſi, admonitus, non velit reſipiſcere, ceſſareque à peccato, vel niſi ſpes non ſit, quòd admonitus,

C ſeruatoque ordine in Euangelio pręſcripto, non reſipiſcet.

His ita conſtitutis, prima concluſio hac de re eſt. Quando aliquid in compenſationem licitam, modo pręcedente diſputatione explicato, fuit acceptum, certè, nihil impediente pręlati pręcepto ſub excommunicationis latę ſententię pœna, non tenetur, qui id accepit illud reſtituere, neque excommunicationem incurrit, eſto pręlatus expreſsè præcipiat, vt, quamuis in recompenſationem ſit acceptum, reſtituatur. Probatur, quoniam, qui id accepit, non tenetur id reddere, quaſi debitum parti; eo quòd iuſtè id acceperit ac retineat; neque in pęnam propter delictum; eo quòd nullum commiſerit delictum, id ita accipiendo; neque prælatus præ- Prima concluſ. 2

D cipere poteſt eam reſtitutionem, niſi ex hypotheſi quòd, qui id acceperit, ſit in peccato id retinendo, ac non reddendo illi, cui reddi præcipit, vel in alia culpa, ob quam prælatus id præcipere poſſet in pęnam: ergo in euentu, de quo noſtra concluſio loquitur, nihil impediente prælati præcepto, ac excommunicationis pœna, qui id in compenſationem iuſtam ac licitam accepit, non tenetur illud reddere. Quòd ſi prelatus aliud intenderet, (quod tamen nullo modo eſt præſumendum) vtique eius præceptum eſſet iniuſtum, contineretq; errorem intolerabilem, ac proinde excommunicatio eſſet nulla omnino, de qua proinde non eſſet curādum. Ita Ioan. Med. de reſt. q. 11. Nauarr. in Manu. c. 17. nu. 114. & ſequentib.

E & doctores communiter.

Secunda concluſio. Quando debitum erat certū, & quod in compenſationem eſt acceptum, non excedebat debiti quantitatem, eratque ipſius debitoris, atque ex compenſatione nullum ſequebatur detrimentum, quod compenſans ſub reatu lethalis culpæ poſt factam compenſationem vitare teneretur, quodque prælatus ſuo præcepto ſub ea pœna intenderet, vt compenſans vitaret, tunc, eſto compenſatio eſſet facta cum lethali cōpenſantis peccato, propterea quòd ſeruata non eſſet aliqua alia ex conditionibus præcedente diſputatione explicatis, vt cōpenſatio ſit licita, vtique, quamuis prælatus ſub pœna excommunicationis præciperet, vt id reſtituere- Secunda concluſ.

tur,

tur,& quamuis adderet,vt reſtitueretur nihil impediẽte, quòd id acceptum eſſet in compenſationem, accipiens non teneretur id reſtituere,neque incideret in eam excommunicationem. Hanc concluſionem mihi perſuadeo, quoniam accipiens non teneretur tunc in hoc euentu ex ipſa rei natura rem ita acceptam reſtituere;eo quòd non peccauerit contra iuſtitiam eam ita accipiendo, qum potius per eam acceptionem redacta ad æqualitatem ſit inæqualitas,quæ antea erat inter ipſum & debitorem: vnde communiter doctores conſentiunt, niſi prælatus in præcepto addat; vt reſtituatur nihil impediente, ꝙ in compenſationem ſit accepta,compenſantem nõ teneri in hoc euentu eam reſtituere,vt Med.& Nauar. locis citatis, & alij affirmant; cuius rei hæc eſt ratio: quoniam præceptum illud, ſi id non addatur, intelligitur, quando accipiens ex ipſa rei natura reſtituere eam rem tenetur; ſi ergo in euentu noſtræ concluſionis,addente prælato,quòd,eſto accepta in recompenſationem ſit,reſtituatur, inſurgeret obligatio eam reſtituẽdi ſub pœna excommunicationis, vtique id ex eo eſſet quòd prȩlatus id ſtatuere potuerit in pœnam delicti,vt Med. vbi ſupra affirmat.

Cæterùm, ſi res hæc rectè expendatur, comperietur, non attinere ad prælatum punire eiuſmodi occultum peccatum, quod in futurum non pendet, ſed finitum, conſummatumque iam eſt, præſertim pœna temporali, cogendo compenſantem reſtituere,quod ex natura rei licite iã retinet, & præcipiendo,vt ſeipſum efficiat exequutorem eius pœnæ.

Pœna quippe excommunicationis non imponitur ei propter peccatum præteritum, ſed niſi velit obedire præcepto prælati, exequendo aduerſus ſeipſum pœnam temporalem,quam ei prælatus ob prȩteritum delictum imponit. Vnde arbitror,prælati poteſtatem ad id non ſe extendere; eaque de cauſa, ſi illa eſſet illius mens in eo præcepto,contineret errorem intolerabilem, neque in conſcientia obligaret. Quando ergo prælatus ſub excommunicationis ſententia prȩcipit rem ablatam reſtitui,nihilque vlterius addit, intelligitur, quando ex natura ipſa rei compenſans ad id tenetur,ſecluſo eo ſuo præcepto. Quando verò addit,nihil impediente, quòd res acceptá ſit in compenſationem, intelligit, tum quando debitum non erat certum, tum etiã quando plus fuit acceptum, (in hoc tamen euentu ſolum intelligit quoad incrementum) tũ denique quando ex cõpenſatione ſequutum eſt damnum, quod compenſans teneatur vitare reſtituendo,quod in compenſationem accepit. Quòd ſi de prælati mente aliud conſtaret, vel ex verbis præcepti, vel aliunde,certè præceptum tunc errorem contineret intolerabilem, neque in conſcientia obligaret.

3 Tertia concluſio. Qui ſcit,aut ſibi omnino perſuadet,rem acceptam eſſe in compenſationem in euentibus, in quibus duabus præcedentibus concluſionibus dictum eſt,accipientem non teneri rem reſtituere nihil impediente prælati prȩcepto,& pœna excõmunicationis appoſita, ſanè is neque tenetur, neque poteſt,denunciare prælato, quis rem acceperit, aut poſſideat: quin potius, ſi prælatus obligare in his euentibus intenderet ſcientes, vt id denunciarent,prȩceptum contineret errorem intolerabilem, ac proinde non obligaret, neque tranſgredientes id præceptum incurrerent excommunicationem. In dubio tamen,an res in talem recompenſationẽ eſſet accepta, tenerentur ſcientes ſub excommunicationis pœna id denunciare. Neque eſſet ſatis, ſi,qui id accepit,diceret, ſe in compẽſationem iuſtam id accepiſſe,vt, qui in eo eſſet dubio, denunciare id non deberet:niſi,qui id ſic affirmaret, eſſet talis,cui merito eſſet omnino credendum, vt Nauarr. vbi ſuprà probè obſeruat. Concluſio hæc communis eſt doctorum. Quoniam ſciens ſolum tenetur manifeſtare eum, qui rem accepit, quando accipiens tenetur eam reſtituere: eo quod in eo ſolo euentu poteſt ad id prælatus obligare. Obſeruat vero optimè Nauarrus vbi ſuprà,ſi in euentu, in quo quis non tenetur rem reſtituere,ſub iure iurando interrogetur,an ipſe eam acceperit,poſſe neganter reſpondere,intelligendo in euentu, in quo teneatur id manifeſtare. Ratio autem eſt,quoniam in eo ſolo ſenſu debet iudex interrogare, ſi legitimè ac iuridicè interroget: in euentu autem, in quo quis non legitimè interrogatur, non tenetur reſpondere ad mentem interrogantis,ſed ſatis eſt, quod reſpondeat in aliquo ſenſu vero, præſertim in eo, in quo iudex interrogare deberet,ſi legitimè ac iuridicè interrogaret. Idem dic,ſi quis ſub iureiurãdo interrogetur,an ſciat quis rem acceperit,aut retineat,in euentu,in quo ipſe nõ tenetur id manifeſtare: poteſt enim reſpondere ſimiliter neganter,intelligendo in euentu,in quo ipſe teneatur id manifeſtare.

DISPVT. 693.

Vtrùm captiui inter Turcas,ac Saracenos, & alios, cum quibus ex parte noſtra bellum eſt iuſtum, & ex parte ipſorum iniuſtum, verum furtum, aut rapinam, committant, accipiendo eorum bona, ipſis inuitis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum committeret captiuus Chriſtianus,ſi aliquid clam acciperet ab infideli, à quo bello iuſto ex parte infidelium eſſe captus.*

2 *Captiui Chriſtiani inuitè ab infidelibus capti, licitè fugiunt,& licitè accipiunt competentem ſuorum obſequiorum compenſationem ab ijs, à quibus detinentur,aut qui cauſa eius captiuitatis ac damnorum ipſis fuerunt,etiam tempore treguæ aut pacis.*

3 *Furtum non committunt, quicunque de republica Chriſtianorum,quæ bellum iuſtum habet cum infidelibus,aliquid ex eis infidelibus belli tempore diripiunt, ſed licitè id efficiunt. Excipe, ſi diripiatur ab eis,qui ex pacto inter nos conuerſarentur, aut ſi qui noſtri ex pacto inter illos verſarentur.*

DIſputatio hæc ad rem licitæ compenſationis etiam ſpectat. Et quamuis in principio Diſputatio. 37. aliquid hac de re dictum ſit, copioſius tamen eſt hoc loco examinanda.

Quando Chriſtianus aliquis bello iuſto ex parte 1
infidelium legitimè eſſet captus, dubium non eſt, quin verum furtum,aut rapinam,committeret,ſi vi, aut clam, aliquid acciperet ab eo,à quo legitimè poſſideretur,aut à republica,ex cuius parte bellum eſſet iuſtum: non ſecus ac de captiuis,qui apud nos ſunt, eſt dicendum, quando bellum à parte noſtra eſt iuſtum,legitimeque illi a nobis poſſidentur:& ideo rẽ hanc arctauimus,vt in titulo eſt propoſita.

Prima ergo de hac re eſt concluſio. Captiui, de 2
quibus hoc loco controuertimus, non ſolum licitè poſſunt fugere atque euadere captiuitatem, ſed etiã accipere poſſunt de bonis eorum, à quibus captiui detinentur,quive cauſa fuerunt damni ipſorum, cõpetentem recompenſationem pro ſeruitijs, & pro iniurijs,quas paſſi ſunt. Hanc affirmat Caieta. 2. 2. q. 66. art. 8. Probari autem poteſt,quoniam eiuſmodi compenſatio iuſta eſt ex natura rei: ſi verò ex ali-

quo

Tertia concluſio.

Prima concluſio.

quo capite eſſet illicita, ſolum eſſet, quia fit propria autoritate: Cæterum, licet eiuſmodi captiui ſint inter illos, ſunt tamen de aliena republica, vereq; ſunt hoſtes illorum, qui non ſperant ius ſuum obtinere per poteſtates reipublicæ, in qua detinentur ac vexantur iniuſtè: ergo licitè poſſunt ius ſuum exequi aduerſus illos, tanquam partes alterius reipublicæ, quæ iuſtum habet bellum aduerſus illos, quæque poteſt ſumere de illis competentem ſatisfactionem ac vindictam: præſertim cum princeps reipublicæ talium captiuorum præſumendi non ſint ea in parte inuiti, neque ſit æquum, vt ſint inuiti. Quo fit, vt non ſolum occultè, ſed etiam apertè, ac vi, poſſint mandare id exequutioni, ſi ſpes ſit, quòd abſque graui incommodo aſſequentur, quod intenditur. Quin & quicunque alij licitè eos poſſunt ad id adiuuare: eo quòd non aliud id ſit, quàm ad rem iuſtam cum eis cooperari.

Secunda concluſ. Secunda concluſio. Etiam tempore treguæ inter vtramque rempublicam fas eſt eiuſmodi captiuis fugere, accipereque competentem compenſationem pro ſeruitijs, ac iniurijs ab iis acceptis, à quibus eas ſunt paſsi. Probatur, quoniam in tregua, aut pace, ſolum intelligitur, quòd nullus de numero corũ, qui ſunt in vnaquaque earum rerum publicarum, inuadat rempublicam alteram, damnumve aliquod illi inferat: non verò quòd, qui iniuſtè detinentur in vna, non poſsint transfugere ad aliam, aſportando ſecum iuſtam mercedem ſuorum laborum iuſtamque compenſationem iniuriarum, quas in illa alia ſunt paſsi.

C

Tertia concluſ. 3 Tertia concluſio. Tempore belli, hoc eſt, quando neque pax neque tregua eſt, fas eſt, non ſolum eiuſmodi captiuis, ſed etiam quibuſcunque de noſtra republica, accipere à Turcis & à Saracenis, contra quos bellum iuſtum habemus, quæcunque, tanquam à veris hoſtibus, idque non ſolum clam, ſed etiam vi. Excipe, quando ex pacto conuerſamur inter illos, aut illi inter nos: nam tunc tregua eſt inter illos & nos, quoad eos prçcisè, qui ita ex pacto conuerſantur, & de hoc euentu ſermo erit concluſione ſequenti. Probatur concluſio propoſita. Quoniam verè ſunt hoſtes noſtri: neque eſt præſumptio, quòd principes noſtri ſint quoad illa inuiti, quin potius id approbabunt, æquumque eſt, vt id ratum habeant: quare cum iuſtè fiat, fiatque autoritate, ſaltem prçſumpta, noſtrorum principum conſequens eſt, vt licitè fiat: prçſertim cum, ſuppoſita veritate ſanctiſſimç fidei noſtræ, & quòd belli iuſtitia à noſtra parte pugnet, nullum ſit rationabile ſcandalum ea in re.

D

Quarta concluſ. Quarta concluſio. Quando noſtri inter illos ex pacto commorantur, vt quando peregrinantes Hieroſolymam, de illorum conſenſu, tranſeunt per terras, quas illi occupatas habent, aut aliquis noſtrorũ, ex eorum facultate, verſatur inter illos, vt redéptioni captiuorum, aut alteri negotiationi intendat, vel illi, de facultate noſtrorum principum, inter nos cõmorantur, nefas eſt, non ſolum vi, ſed etiam clam, quicquam illorum eripere, niſi eorum aliquis in particulari aliquid iniuſtè retineret eius, qui id acciperet, aut aliquam aliam iniuriã ei feciſſet, in cuius recompenſationẽ iuſtã, clam, abſque vllo ſcandalo, id acciperet. Probatur concluſio, quia tales infideles domini reuera ſunt rerum ſuarum mobilium, licet reſpublicç eorum iniuſtè poſsideant terras, quas à Chriſtianis occuparunt; ſuppoſitoque illo pacto, nefas eſt bellum aduerſus quenquam eorum mouere, illumve bonis ſuis ſpoliare; eo quòd ibi locũ habeat regula illa Aug. & communis. c. noli. 23. queſtio. 1. *Fides quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt*: ergo iniuſtitia cum onere reſtituendi, fieret tali infideli, ſi aliquid ab eo vi, aut clam, eriperetur. Si autem

E

A is, à quo aliquid tunc eriperetur, retineret iniuſtè aliquid eius, qui id acciperet, vt tributum, quod Turca iniuſtè præcipit eos ſoluere, qui Hieroſolymam petunt, vel pretium, quod Chriſtianus ei dediſſet in ſuam redemptionem ob captiuitatem iniuſtam, aut aliud ſimile, vel aliam ab eo accepiſſet iniuriam, tũc fas vtique eſſet, clam, & abſque ſcandalo, tantundẽ ab eo eripere in compenſationem iuſtam. Quoniam tunc, neque iniuſtitia interueniret, neque peccatum contra caritatem, ſed ſolum violatio fortè fidei datç, quam in eo euentu nõ plus tenetur ſeruare, quam ille, qui ſine iuramento ſoluere promiſiſſet vſuras, aut dare aureos centum graſſatori, ne ipſum iniuſtè interficeret. Cum ſcandalo uerò, & exiſtére notitia eiuſmodi infidelitatis, ſimile quid ab eo eripere, pec-B catum eſſet non quidem iniuſtitię, ſed ſcandali, deintegratęq; exiſtimationis, quam par eſt infideles de nobis habere. Præterea, qui id acciperet, ius tũc ſibi diceret priuata ſua autoritate, & contra præſumptã voluntatem principis: quod eſt illicitum.

DISPVT. 694.

De pęnis ſpiritualibus pro furto, in quo ſacrilegium interuenit, pro furto, ſeu rapina piratarum, & pro furto ex naufragio, ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Furtum ſacrilegium ſi ſit cum effractione loci ſacri, incurritur pro illo excommunicatio.*

2 *Incendiarij non ſunt ipſo iure excommunicati, ſed ſub excommunicatione ferendæ ſententiæ inhibitum eſt id crimen. Et num id intelligatur de ſolis incendiarijs loci ſacri.*

3 *Piratæ rapinam committunt, interficiendo, paratiue interficere ac percutere reſiſtentes, excommunicatique ſunt de cœna Domini, ipſi & receptatores eorũ, aut auxilium ſcienter vel fauorem eis prabentes. Et qui hi omnes ſint.*

4 *Receptatores piratarum neceſſitate, ad euadendũ grauia mala, non peccant, neque excommunicationem incurrunt.*

5 *Recipientes Turcas, aut alios infideles piratas, an excommunicationem incurrant.*

6 *Furtum regulariter committitur circa res naufragij, ſi occupentur animo ſibi eas retinendi, excommunicatioque ob illud de cœna Domini incurritur.*

7 *Accipiens ſibi de naufragio, quæ niſi ipſe eriperet, ſtatim erant peritura, an excommunicationem incurrat.*

8 *Eam excommunicationem non incurreret ſimplex, qui licere arbitraretur aliquid ſibi de naufragio vſurpare.*

Dicendum deinde eſt de pœnis pro furto, & rapina ſtatutis: ordiendumque eſt à pœnis ſpiritualibus excommunicationis ab Eccleſia ſtatutis.

1 Quod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, diſputa. 684. eſt explanatum, quando in furto, aut rapina, ſacrilegium interueniat, vel ex parte rei furto ablatæ, vel ex parte loci, vel etiã ex parte vtriuſque. Quando autem furtum, aut rapina fit in loco ſacro, effringendo fores, parietes, feras, tectum, aut aliquid aliud, tunc, qui ita furatur, eſt ipſo facto excommunicatus, vt ſupponit. c. conqueſti de ſent. excommunic. ex eoque textu conſtat. Videtur verò id ſupponi ex. c. omnes Eccleſię. 17. quæſtio. 4. iuncto. c. canonica. 11. quæſtio. 3. Quod ſi talis effractor ſimul ac raptor denuncietur excommunicatus, tunc abſolui

abſolui non poteſt ab alio, quàm à ſummo Pontifice, vt habetur c. conqueſti citato. Effractio tamen loci ſacri, niſi ſequatur furtum, non ſufficit, vt effractor ſit ipſo facto excommunicatus. In his conſentiunt. Panorm. c. conqueſti, citato, & c. vlt. de furtis, Caie. verb. excommunicatio. c. 21. & Nauar. in Manu. c. 27. num. 94. Nomine verò loci ſacri, quoad ſacrilegium, & quoad hanc pœnam, intelligitur quælibet Eccleſia, monaſterium, hoſpitale, *ermita*, quam vocant, modo ædificata ſit de facultate Summi Pontificis, aut Epiſcopi, & cœmeterium à ſummo Pontifice, aut ab Epiſcopo, benedictum, vt Nauarr. vbi ſuprà, & alij quos citat, conſentaneè ad varia iura, affirmant. Quando autem ſacrilegij furtum non fit cum effractione loci ſacri, tūc, qui illud committit, non eſt ipſo facto excommunicatus, ſed excommunicandus quouſque ſatiſfaciat, ſi admonitus, ſatiſfacere noluerit, vt apertè conſtat ex capit. conqueſtus de foro competenti, & affirmant Panormit. vbi ſuprà, & Doctores communiter: iuxta quod caput intelligenda accipiendaque ſunt antiquiora iura ea de re lata.

2 Panormit. c. tua nos, de ſenten. excommun. vult, incendiarios loci ſacri eſſe ipſo facto excommunicatos, &, antequam denuncientur excommunicati, abſolutionem non eſſe reſeruatam ſummo Pontifici: poſt denunciationem verò eſſe ſummo Pontifici reſeruatam, vt apertè diſponitur hoc vltimo capit. tua nos citato. Verior tamen eſt ſententia Caie. verb. excommunicatio. cap. 22. quem ſequitur Nauarr. nume. 94. citato, incendiarios non eſſe excommunicatos ipſo iure, ſed excommunicandos, ſi in id incidant crimen, quaſi ſub pœna excommunicationis, non latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ſit id crimen prohibitum, vt habetur. cap. peſſimam 24. q. 8. neq; eſt alius textus vnde colligatur, eos eſſe excommunicatos ipſo facto. Capite verò tua nos, citato, ſtatuitur, quòd ſi excommunicentur, denuncienturq; excommunicati, eo ipſo abſolutio talis excommunicationis ſit reſeruata ſummo Pontifici. Caiet. capit. 22. citato intelligit caput illud tua nos, de quibuſcunque incendiarijs, ſiue loci ſacri, ſiue alterius loci, quibus omnibus incendiarijs ſtatuta eſt pœna excommunicationis, non latæ ſententiæ, ſed ferendæ. c. peſſimam citato. Alij verò ſolum intelligunt c. tua nos de incendiarijs loci ſacri: eo quòd titulus de ſententia excommunicationis, loquatur de excōmunicationibus pro ſacrilegijs impoſitis. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

3 Quod verò ad ſecundum attinet. Conſtat piratas, maritimoſve latrones, raptores eſſe: eo quòd cum violentia furentur. Conſtat item, non ſolùm peccare eos grauiſſimo lethali peccato furti, cum circumſtantia vis illatæ, interdum interficiēdo, aut mutilando, damnaque alia inferendo, aut eorum periculo ſe exponendo, quin & aggrediendo, paratos ea omnia efficere, ſi illi, quos ita aggrediuntur, ac mari perpetuò quærunt, eis reſiſtant; ſed etiam teneri reſtituere damna omnia, quæ ita iniuſtè inferunt: neque eſt, quòd his de rebus hoc loco controuertamus. Solùm verò ſunt explicandæ cenſuræ, quas ob id crimen incurrunt.

In primis. capit. excommunicationi de raptoribus præcipitur, vt excommunicationi ſubijciantur, qui capere, aut ſpoliare, præſumpſerint Chriſtianos pro negotiatione, vel alijs honeſtis cauſis, nauigantes. Canon tamen hic non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ.

Hodie verò clauſula 3. bullæ cœnæ Domini ſic habet: *Anathematizamus omnes piratas, curſarios, ac latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare noſtrum à monte Argentario vſque ad Terracinam diſcurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare, in-* A *terficere, ac rebus & bonis ſuis ſpoliare, præſumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium ſcienter dantes vel fauorem.* In hac clauſula ipſo facto excommunicantur piratæ, ſeu latrones maritimi, modo aliquam ex his actionibus exequutioni mādent, atque ad effectum perducant, nempe prædari nauigantes, aut eos mutilare, vel interficere, vel rebus ſuis ſpoliare. Quòd ſi nullam harum actionum ad effectum perducant, peccabunt quidem lethaliter eo animo diſcurrendo per mare, aut etiam aliquos aggrediendo, non tamen erunt excommunicati. Quòd ſi nauigantes deferant res alienas, eiſque, aut earum aliqua pirata quenquam eorum ſpoliet, erit vtique excommunicatus ea excommunicatione: eo quòd verè deprædetur ita nauigantem, eſto eam non ſpo- B liet re ſua, ſed aliena. Præſertim, cum ſatis ſit eam eſſe nauigantis quoad cuſtodiam, vt ſua, in re propoſita dicatur.

Nomine piratarum, curſariorum, ac latronum maritimorum (quos Hiſpanè *coſarios* vocamus) intelliguntur omnes, qui ex inſtituto diſcurrunt per mare animo prædandi, ſiue ſimul intendant exercere mercaturam, aut aliquid aliud, ſiue non, & ſiue parui piratæ ſint, ſiue magni. Parui quippe piratæ dicuntur latrunculi maritimi in ea clauſula, vt intelligatur ſermonem eſſe de quibuſcūque piratis, tam paruis, quàm magnis, vt Caie. verb. excommunicatio. cap. 18. obſeruat. Illi tamen, qui iniuſtum bellum contra aliquam rempublicam gerunt, & tanquam hoſtes, in belli conſequentiam, deprædantur C homines talis reipublicæ, quamuis lethaliter peccent, atque ad reſtitutionem damnorum ita illatorum teneantur: non tamen dicuntur piratæ, eaque de cauſa non incurrunt hāc excommunicationem, vt Ang. verb. excommunicatio. 5. caſu. 18. Syluest. verb. excommunicatio. 7. caſu. 20. Nauar. in Manu. cap. 27. nume. 59. & alij, rectè affirmant. Præterea, qui diſcurrunt per mare, non intuitu, & quaſi ex inſtituto prædandi, caſuque aliquando, vel neceſſitate, vel cupiditate, prædantur, non cenſentur piratæ, eaque de cauſa non incurrunt hanc excommunicationem, vt Syluest. & Nauar. locis citatis aduerſus Ang. aſſeuerant. Satis tamen eſt, vt quis pirata dicatur, incurratque proinde hanc excommunicationem, ſi intuitu deprædandi homines vnius natio- D nis dumtaxat diſcurrat per mare, vt ſi Galli diſcurrant animo prædandi ſolos Luſitanos. Ita Nauarr. vbi ſuprà.

Qui nunquam egrederentur flumen aliquod, in quo deprædarentur, non incurrerent hanc excōmunicationem, iuxta Ang. verb. pirata, & doctores cōmuniter. Quoniam non eſſent latrones maritimi, de quibus ſolis in hac clauſula eſt ſermo.

Qui vero diſcurrētes per mare, ingrederētur portum, aut flumen, & deprædarentur nauigia, quæ ex nauigatione ibi ſe receperunt, hanc vtique incurrerent excommunicationem: quia verè eſſent piratæ, & deprædarentur nauigantes. Illi vero, qui diſcurrentes per mare, applicarent ad aliquem locum, ac E deprædarentur in terra, non inciderent in hanc excommunicationem: eo quod nō deprædarentur nauigantes. Toties vero piratæ incurrunt excommunicationem hanc, quoties deprædantur, interficiunt, aut mutilant nauigantes.

In eadem clauſula excōicantur receptatores piratarum, & auxilium ſcienter eis dantes, vel fauorē. Quod intelligendum eſt de receptatoribus, quatenus piratæ inde iuuamen accipiunt ad prædandum, aut ne ob id crimen puniantur, vel ne de poteſtate eorum eripiantur, quæ deprædati ſunt, aut ne cōpetens accipiatur ex eis ſatiſfactio. Vt ſi ex eo, quod recipiātur in aliquo portu, aut ibi neceſſaria eis vendantur, ſequatur eos plures prędas exercere, aut impedia-

pedia-

pediatur, ne capiantur ac puniantur ab eis, qui iuſtè eos capere ac punire propter id crimen poſſint, aut ne de poteſtate eorum eripiantur, quæ deprædati ſunt, vel ne competens ſatisfactio ex eis accipiatur. Eodem modo intelligendi illi ſunt dare eis auxiliũ vel fauorem, qui ad ea, quæ commemorata ſunt, eis fauent, aut auxiliũ dant. Et quia is, qui conſiliũ dat, eo ipſo fauere dicitur ad id, ad quod conſilium præſtat, ſane, qui ad prædicta conſilium daret, aut nuncium de præda, quam exercere poſſent, ad eos mitteret, incideret in hanc excommunicationem. Qui verò eos aliter reciperent, aut in alijs auxilium, vel fauorem, illis darent, eſto id eſſet ad aliquod aliud malum patrandum, non incurrerent hanc excõmunicationem. Quia non eſſent receptatores, auxiliatores, vel fautores, piratarũ, quà tales, ſed ad aliud, vt in ſimili explicauimus in materia de fide, qõ. 11. artic. 4. dum ſermo nobis erat de receptatoribus, & fautoribus, hæreticorum.

4 Dubium eſt. Quid ſi piratæ accedant, vt recipiantur in aliquo portu, & habitatores illius iuſtè timeãt graue aliquod malum ipſis ab eis inferendum, niſi illos recipiant, tribuantque eis neceſſaria, incidentne in hanc excommunicationem, ſi eos recipiant, eiſq; neceſſaria tribuant, quando inde maiores vires ſument ad prædandum.

Reſpondendum eſt neganter. Quoniam lex humana non intendit cum tanto detrimento obligare, neque iuſtè cum eo obligare poteſt.

5 Dubium deinde eſt. Si Chriſtiani aliqui concedant Turcis portum, vbi ſe reficiant, ſcientes eos accedere ad prædas exercendas inter Chriſtianos, atque intelligentes, eos inde maiores vires ad id aſſumere, vtrùm in hãc excommunicationem incidãt? Partem negantem ſuadere videtur, imprimis, quòd Turcæ non incidant in hanc excommunicationem; eo quòd ſint extra Eccleſiam; eaq; de cauſa nõ ſint de numero piratarum, quos in hac clauſula ſummus Pontifex excommunicat. Poſtquam autem dixit, *anathematizamus piratas*, ſubiunxit: *Et omnes receptatores eorundem, &c.* hoc eſt piratarũ, quos excommunicamus. Deinde, quòd cum Turcæ, & Saraceni, bellum licèt iniuſtum, gerant aduerſum nos, non propriè videntur piratæ, dũ accedant ad nos capiendum, diripiendum, ac occidendum, ſed ſunt hoſtes noſtri, qui, in belli conſequentiam, nos diripiũt: quo fit, vt receptatores, & fautores, eorum, non videantur in hac clauſula comprehendi. Hæc ſatis probabilem reddunt partem quæ negat. Pars tamen affirmans non caret ſua probabilitate. Eo quòd potius ad legiſlatoris mentem, quam ad legis verba, ſit attendendum: mens autem legiſlatoris fuiſſe videtur, excommunicare omnes piratas, quantum ſua iuriſdictio ſe extendit, & receptatores quorumcunq; piratarum ac latronum maritimorum, nihil impediente, quòd piratæ ipſi incapaces eſſent eius excommunicationis. Adde, inter nos, Turcas, & Saracenos, qui nos inuadunt, piratas, & curſarios, atque latrones maritimos, nuncupari. Et quòd, ſi mens ſummi Pontificis interrogaretur, num vellet etiam comprehendere receptatores horum, reſponſurus videtur affirmanter, eſto nihil hac de re cogitauerit, quãdo legem tulit. Quare, quamuis probabilius videatur, hos receptatores eam excommunicationem non incurrere; res tamen non caret aliqua dubij effigie. Hæc de ſecundo eorum quæ propoſita ſunt.

6 Quod verò ad tertium attinet, nempe de furto ex naufragio, ſatis patet ex ijs, quæ circa definitionem furti Diſputatio. 681. à nobis dicta ſunt, obnoxia ea eſſe reſtitutioni proprijs dominis, furtumque circa ea committi, ſi animo ea retinendi accipiantur: niſi quando domini earum rerum ea haberent pro derelictis: quod tamen regulariter non eſt præſumendum, vt Diſputatio. 55. comprobatum eſt, vbi ſubiecimus, quando aliquid tale habendum ſit pro delicto, & ſimul oſtendimus, iniquas eſſe leges, quæ ſtatuunt, vt eiuſmodi bona, tanquam oberrantia, ipſo facto pertineant ad fiſcum domini prouinciæ, quò deueniunt.

A

De iure Canonico. capit. excommunicationi, de raptoribus excommunicantur ipſo facto, qui Chriſtianos, patientes naufragium, ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint, hoc eſt, eo ipſo quòd in mora ſint reſtituendi. Quare ad incurrendam excommunicationem illam, non ſatis erat eripere de naufragio, ſed vlterius requirebatur, eos eſſe in mora reſtituendi. Vnde interim, dum non erant in mora reſtituendi, quia non ſe offerebant, quibus poſſent reſtituere, non incurrebant excommunicationem illam, eſto, animo non reſtituendi, aliquid accepiſſent. Non tamen neceſſaria erat admonitio, vt incurrerẽt excommunicationem illam, vt aduerſus Ioan. Andr. notant Panor. & doctores communiter.

B

Hodie verò de Cœna Domini ſunt excommunicati, qui de naufragio aliquid accipiunt: ſic enim habet quarta clauſula eius Bullæ: *Excommunicamus, & anathematizamus, omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quocumque nauibus, tempeſtate, ſeu in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, vel quocumque modo naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta in mari, vel in littore inuenta, cuiuſcumque generis bona, tam in noſtri Tyrreni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſcumque maris regionibus, & littoribus, ſurripuerint, ita vt neque ob quodcumque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, etiam immemorabilis, temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcumque prætextum, excuſari poſſint.*

C

Obſerua primò, aliter habuiſſe quondam hanc clauſulam, quàm hodie in Bulla Clementis octaui habeat: & iuxta verba antiqua non incurrebant hanc excommunicationem, qui aliquid accipiebant, eiectum ob tempeſtatem ex naui antequam illa naufragium faceret; eo quòd non eſſet verbum vllum in hac clauſula, quod eos comprehenderet: hodie verò, etiam hi, hanc incurrunt excommunicationem: quia verè accipiunt eiecta de nauibus tempeſtate iactatis, quos comprehendunt verba huius clauſulæ, vt conſtat illam expendenti. In hac verò clauſula nomine, nauis, quodcumque nauigium intelligitur, etiam ſi ſit triremis. Tum quia nomen nauis tam latè interdum vſurpatur. Tunc etiam, quia ea eſt mens legiſlatoris, ad quam potius, quàm ad verba, quibus eſt expreſſa, eſt attendendum.

D

Obſerua ſecundò, eos, qui de naufragio, aut ex eiectis de naui tempeſtate iactata, aliqua accipiunt, quæ eorum domini habent pro derelictis, cum non peccent ita ea accipiendo, neque incurrere hanc excommunicationem, quæ non eſt impoſita, niſi pro lethali culpa furti ſimilium rerum. Idem dic de eis, qui eaſdem res accipiunt, quas domini earũ non habent pro derelictis; attamen eas accipiunt non quidem animo ſibi illas retinendi, ſed ſeruandi eas proprijs ipſarum dominis: quamdiu enim non mutauerint propoſitũ, nec in mora fuerint eas reſtituendi, ita vt lethaliter peccent, non incurrunt hanc excommunicationem, quæ, vt dictum eſt, pro lethali culpa furti eiuſmodi rerum eſt impoſita.

E

Obſerua tertiò, ad incurrendam hanc excommunicationem, ſatis eſſe accipere de eiuſmodi rebus animo eas ſibi retinendi, eſto, qui accipit, non ſit in mora eas reſtituendi, quia non comparet is, cui reſtitutio eſt facienda: eo enim ipſo, quòd eo animo eas accipit, illas furatur: verbum aũt ſurripuerint, in

ea clauſula appoſitum,idem pollet ac ſignificat, qđ furati fuerint: comprehendit quippe inuenta in littore abſque defenſore, ſi qui ea accipiunt,illa ſibi vſurpent atque accipiant. Quare,eſto poſtea mutent animum,eaſque tempore congruo reſtituant, hanc incurrunt excommunicationem. Item,ſi quis bona fide accipiat aliquid, ignorans id eſſe de numero eiuſmodi rerum,eo ipſo, quòd iniuſtè vult illud retinere, committit aduerſus proprium dominum furtum eiuſmodi rerum, ac proinde incidit in hanc excommunicationem: id quod expreſſum erat quodã verbis in hac clauſula appoſitis. Fortè illa ex puncta ſunt, ad non innodandum hac excommunicatione eos,qui titulo oneroſo,aut gratuito,bona fide accepiſſent eiuſmodi res ab alijs,eſto poſtea intelligerẽt, eas à principio vſurpatas eſſe ex naufragio. Non tamen eſt mihi hæc res certa.

Quando, quod ex eiuſmodi rebus eſſet acceptũ, vel in littore, vel in mari,aut in naui, animo id ſibi vſurpandi contra domini voluntatem, tam modicũ eſſet,quòd non ſufficeret ad culpam lethalem,iuxta ea quæ ſuperius explanata ſunt,tunc non incurreretur hæc excommunicatio. Non defuit verò,qui arbitraretur, ad incurrendam hanc excommunicationem, non ſufficere quantitatem, quæ ſatis ſit ad lethalem culpam furti,ſed requiri longè maiorẽ. Ducebatur. Quoniam pœna eſſe debet proportionata culpæ:incidere autem in lethale peccatum ob quantitatem,quæ non ſit admodum notabilis, nõ eſt culpa digna excommunicatione, quæ tam arctè Sedi Apoſtolicæ reſeruetur, & ad cuius abſolutionẽ obtinendam, neceſſarij ſæpe ſint ſumptus non modici, ob diſtantiam loci à Sede Apoſtolica. Non eſt tamẽ certa hæc opinio,neque redderem tutum in conſciẽtia, qui iuxta eam abſolueretur,& qui eum abſolueret, quaſi in eo euentu excommunicatus non eſſet, aut reſeruata talis excommunicatio non eſſet ſummo Pontifici. Tum quia,licet vnus furando quantitatem non ita magnam, cæterum quæ ſufficeret ad culpam lethalem,non inferret damnum admodum notabile:multi tamen,qui ſimili modo furarentur,illud inferre poſſent. Tum etiam quoniam propter genus delicti,quod expedit,vt de medio tollatur,apponi poteſt inſolita pœna. Tum præterea,quoniam excommunicationes maiores omnes in ſe ſunt æquales:reſeruatio autem,quæ per accidens habet adiunctos ſumptus & moleſtiam, eſt pro poteſtate Summi Pontificis: ſicut & reſeruatio abſolutionis à quibuſdam peccatis. Tum denique quoniam,cum lex Summi Pontificis hac de re ſit vniuerſalis,temeritas minimeque ſecurum eſt, quenquam excipere eorũ, quos generalitas illius comprehendit, abſque Summi Pontificis declaratione. Maximè cum per difficile eſset, abſque Summi Pontificis declaratione taxare,quæ quantitas, ad peccatum lethale ſufficiens, ſatis eſset ad eam excommunicationem incurrendã, quæ non item.

Dubium. 7 Dubium eſt. Vtrum incurrant hanc excommunicationem illi,qui de rebus,de quibus in hac clauſula eſt ſermo,accipiunt ea,quæ,niſi ipſi ea acciperẽt, ſtatim erant peritura,vt ſaccharum, farinam,papyrũ, & eiuſmodi. Conueniunt omnes,quando eripi poſſunt ſine probabili mortis periculo, teneri eripientẽ ea reſtituere, accepta mercede ſui laboris ac induſtriæ: ſi verò ea accipiat animo ſibi illa retinendi,incidere in hanc excommunicationem. Quando verò eripiuntur cum probabili mortis periculo,& niſi ita eriperentur,certò erant peritura, nec dominus volebat ſe exponere ei periculo, nec habebat alium, qui mercede,aut gratis ſe vellet exponere tali periculo in gratiam illius, affirmant multi, eripientem non teneri ea reſtituere domino: eaque de cauſa non incurrere hanc excõmunicationem,ſi ea ſibi retineat. A Ita Syluest.verb.naufragium. Nauar. in Manu.capitu. 17.numero 98. eandemque ſententiam innuit Caieta. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 66. articu.quinto verſiculo, nota tertiò,ac ſequuntur alij. Eam ſibi perſuadent,quoniam in eo euentu eripiens eiuſmodi bona, neque ex caritate tenetur ea eripere domino illorum:& cum peritura ſint omnino abſque aliqua ſpe: nullam facit iniuriam illorum domino,ſi ſe exponere velit ei periculo, vt ea ſibi ipſi eripiat:quin potius illorum dominus, irrationabiliter erit inuitus,ſi id prohibeat:quo fit,vt ita ea eripiens, nõ peccet,& vt ea apprehenſione comparet ſibi eorum dominium,ac proinde non incurrat hanc excommunicationem.

Decisio. Contraria nihilominus ſententia videtur probabilior. B Primò, quoniam durum videtur,quòd quis ſine ſuo conſenſu amittat dominium rerum ſuarũ, illudque alius acquirat,hoc ſolo,quòd eas eripiat de periculo, quo erant perituræ, contrariumque videtur definitum. l. Pomponius, iuncta gloſsa ibi. ff. de acquirendo rerum dominio. quare, ſi prior manet dominus, nihil impediente quòd hic alius cum periculo ſuæ vitæ eas de interitu eripiat, certè ad antiquum dominium pertinent, neque eripienti cum periculo propriæ vitæ debebitur,niſi competẽs pretium ſui laboris ac periculi, eaque de cauſa, ſi eripiens, animo ſibi eas retinendi, altero inuito, eas accipiat, incidet in excommunicationem hanc, niſi excuſetur ignorantia,qua arbitretur,id in eo euentu ſibi licere, vt autores contrariæ ſententiæ ſunt arbitrati. C Secundò, quoniam licet eripiens non teneatur ſe exponere periculo pro eis bonis liberandis, poteſt tamen dominus eorum bonorum, non velle ea illi concedere, niſi ſibi det partem eorum: quòd ſi eripiens non velit ea lege ea liberare, poſset eorum dominus velle, vt potius pereant,quandoquidem eripiens non vult eſse ei vtilis in illorum parte aliqua:quo fit,vt is,cuius illa erant, nõ amittat eorũ dominium,niſi ea eripienti concedat. Tertiò, quoniam,offerentibus ſe duobus ad ea eripiendum cum periculo propriæ vitæ, quorum neuter velit ea eripere domino,ſed ſibi, poſset dominus concedere vni eorum ius ea ſibi eripiendi cum pacto,vt partem aliquam eorum domino relinqueret:ergo ex eo,quòd ſimilia bona ſint in eo periculo,dominus illorũ non D amittit illorum dominium,atque adeò,ſi ſine ipſius conſenſu formali,aut præſumpto,illa liberentur,nõ fiunt accipientis. Quartò, quoniam ſi quis amittat rem ſuam, quæ niſi quæratur,eſt peritura,nullus tenetur eam quærere, ſi dominus poſſit illam quærere;& tamen,ſi quis eam quærat & inueniat, tenetur eam reſtituere domino, accepta iuſta mercede ſui laboris ac induſtriæ:ergo idem erit,quando idem cum periculo propriæ vitæ eam eripit ab interitu, quam dominus vel non vult cum tanto ſuo periculo eripere,vel non poteſt.

8 Obſeruant Sylueſter & Nauarrus locis citatis, ſimplicem,qui lege regionis iniuſta, aut aliqua alia ratione,crederet, licere vſurpare ſibi rem aliquã de E naufragio,non incurrere hanc excommunicationẽ, eam ſibi vſurpando.

DISPVT. 695.

De pœnis temporalibus pro furto,& vtrum licitè homines pro furto interdum occidantur.

SVMMARIVM.

1 *Furem interficere cum quinto decalogi præcepto non pugnat, licitumque publica autoritate eſſe poteſt, maxi-*

maximè præcedente lege, quæ id ſtatuat.

2 Fur ad quid cogetur in exteriori foro, non in pœnam, ſed quia ad id tenetur ex natura rei, in foroque conſcientiæ, nulla expectata ſententia.

3 Furtum tum manifeſtum, tum etiam non manifeſtum, quibus pœnis ciuilibus ſeu pecuniarijs iure cõmuni puniantur.

4 Actio furti ad pœnam ciuilem, & actio ad rẽ furto ablatam, & ad damna ſubſequuta, quantam diuerſitatem habeant. Poſſunt ſeorſim intentari, aut etiã ſimul incidenter vna ex alia eodem libello.

5 Agi etiam poteſt ob furtum criminaliter ad pœnam corporalem, ſed tunc locum non habet actio ad pœnam ciuilem. Et pro furto imponi non poterat iure communi pœna mortis nec mutilationis.

6 Agere ciuiliter vno modo ſumitur preſſe, pro agere ad intereſſe diſtinctum à pœna: alio modo latè, pro agere etiam ad pęnam pecuniariam. Agere item criminaliter vno modo ſumitur latè pro agere ad pœnã ſiue corporalem, ſiue pecuniariam: alio verò modo preſsè, pro agere ad pęnam corporalem. Actio primo modo ciuiliter, non impedit actionem criminaliter primo neque ſecundo modo. Agere verò ciuiliter ad pęnam pecuniariam, impedit agere ſimul criminaliter ad pęnam corporalem, & è contra.

7 De iure communi nefas erat interficere, aut mutilare ſimplicem furem, etiã pro tertio furto, aut pro quarto furto: damnandæ tamen non ſunt leges, aut cõſuetudo, quæ pro tertio furto interficiunt, aut quæ pro furto certæ quantitatis, aut qualitatis, mutilant, vel interficiunt. Et qualia eſſe debeant ea furta. Neque fur iugulari debet, ſed furca ſuſpendi.

8 Fur, graſſator, & latro, in quo differant de iure communi, & quæ pœnæ de eodem iure ſint illis impoſitæ.

9 Pro vnico furto magnę quantitatis, quod tribus æquipolleat, aggrauari debet pœna, ſed nõ debet fur ſuſpẽdi, vbi lex, aut conſuetudo, non fuerint in contrariũ, vt in hoc regno non ſunt.

10 Furtum de iure communi circa immobilia licet non committatur, quæ pęna ſtatuta ſit mouenti terminos agrorum, aut limitum oppidorum.

11 Furtum quando quis aggreſſus eſt committere, neq; eſt furatus, quæ actio aduerſus illum competat, & qua pœna ſit puniendus.

12 Furibus variæ pœnæ in hoc regno ſtatutæ. Hodie regulariter, niſi propter nobilitatem commutanda pęna ſit in exilium, flagellantur pro primo furto, (tametſi aliquibus in locis, ſi ſoluendo ſint, damnentur pœna dupli ſoluenda offenſo, & ſeptupli ſoluenda fiſco) pro ſecundo flagellantur & abſcinduntur eis aures, & pro tertio furca necantur.

13 Furibus ſi aures in pœnam abſcindantur, non eſt ea pœna mutilationis membri, neque iudices ob eã pœnam irregularitatem incurrunt.

14 Furta in caſtris commiſſa qualiter puniantur.

15 Furem reperiri abſciſſis auribus, licet ſufficiens ſit vt interrogetur de cauſa abſciſſionis, &, niſi aliam probet, vt ſubijciatur tormentis, vt confiteatur duo priora furta, ac ſuſpendatur pro eo tertio, non tamen eſt ſufficiens coniectura, vt probatum cenſeatur, furtũ commiſſum, poſt illas abſciſſas eſſe tertium.

16 Furibus hodie pro primo furto imponitur pœna remigandi in triremibus, & pro ſecundo pęna flagellorũ ac remigandi in triremibus.

17 Furtum ex naufragio vt hodie puniatur in hoc regno reſtituique totum iubetur dominis. Idem de beſtijs cadentibus e ponte, aut aliter periclitantibus, aut pereũtibus.

18 Furtum, rapina, aut uis, in curia regia, aut in regio raſtro, morte plectitur, & vt mitigata ſit ea lex.

19 Furtum, aut vis, circa animalia, aut alia ad culturã attinentia, vt puniatur.

20 Furti pęna punitur, & inſuper reddere dominis tenetur res, aut æſtimationes earum, ac damna, quicunque oneroſo aut gratuito titulo, vel in cuſtodiam, ac ceperit aliquid a mancipijs.

A

21 Furtorum quorum cognitio ad iudices de la hermandad ſpectet, & quibus pœnis ea furta puniantur.

22 Furibus, eorum receptatoribus, ac cõparticipibus, & alijs, quouſque pęna commutetur in pęnam remigãdi in triremibus.

23 Furem interficiens, quando a pœna mortis eximatur.

24 Furibus pœnę Luſitano iure ſtatutæ.

25 Furto rem veriſimiliter ablatam, qui eo in regno emit, punitur pœna furis, eſto oſtendat a quo eam emit. Lege alia ad pęnas furium, aut ementium à furibus, attinentia.

B

26 Furetur ſi eccleſiaſticus, quibus pœnis iure Canonico puniatur.

27 Furtum cum effractione, ſed ſine vi illata perſonæ, quibus pęnis iure communi puniatur.

28 Furtum idem, & perforatio ad faciendum quodcunque aliud maleficium, quibus pęnis iure huius regni puniantur.

29 Furtum idem quibus pœnis iure Luſitano puniatur.

30 Raptores bonorum externorum, quales etiam ſunt graſſatores & piratæ, quibus pęnis iure communi plectantur, & quæ actiones aduerſus eos competebant. In his computantur, qui iuris priuilegio raptores cenſentur.

31 Raptores ijdem, quibus pœnis iure huius regni puniantur.

C

32 Raptoris pęnas in hoc regno incurrunt campſores, ſeu bancarij, & eorum fautores, qui cum pecunijs apud ipſos depoſitis fugiunt, & mercatores, eorumq; fautores, qui merces credito acceperunt, & ſimiliter fugiunt, aut qui cum quibuſcunque alijs rebus ſcalcã, & qui hos omnes recipiunt.

33 Raptoribus quæ pęnæ iure Luſitano ſtatutæ.

34 Raptores, ſi perſonæ ſint eccleſiaſticæ, quibus pęnis Canonico iure puniantur.

35 Furtum, in quo ſacrilegium interuenit, quibus pęnis iure communi Cæſareo puniatur.

36 Furtum idem quibus pęnis iure huius regni puniatur.

37 Furtum idem quibus pœnis iure Luſitano puniatur.

D

38 Furtum, quod peculatus dicitur, quibus pœnis puniatur.

39 Peculatus, præſertim quo ad monetas cudendas, circuncidendas, deſtruendas, aut extrahẽdas de regno, quibus pęnis de iure huius regni puniantur.

40 Peculatus crimen quibus pœnis iure Luſitano puniatur.

41 Criminis legis Iuliæ de reſiduis pœna.

42 Criminum abigeatus ac plagij pęnę.

43 Furti aduerſus concauſas ad rem furto ablatam, vel ad illius æſtimationem, ad fructus & ad damna indeſequuta, etiam lucri ceſſantis, condictio furtiua cõpetit, & quatenus ſingulæ teneantur.

E

44 Furti aduerſus concauſas actio ad pęnam pecuniariam parti læſæ applicandam, competit vt vna tantum illi ab omnibus ſoluatur, quam præcipuè ſoluere tenetur cauſa furti principalis, niſi furtum comparatione illius ſit domeſticum. Ad pęnam verò pecuniariam fiſco applicandam, aut ad pęnam corporalem, competit actio, vt ſingulæ concauſæ puniantur integra pœna. Et quando non interueniat furtũ proprie ex parte concauſæ, ſolumque teneatur ad intereſſe & damnum, & quando ad nihil.

45 Rapinæ, concauſa, aut furti, in quo ſacrilegium, aut alia circunſtantia aggrauans, interueniat, vt puniatur.

46 Furti concauſa quando mitius puniatur, quam cauſa principalis.

47 *Furtum conſulens, ſi id conſilium ad furtum fuit cooperatum, ſaltem quia fur eo conſilio fuit confirmatus, competit actio furti aduerſus ita conſulentem. Eſto autem ad furtum id conſilium nihil fuerit cooperatum, conſulens puniri debet pœna arbitraria.*

48 *Furum receptatores pœnis furum puniuntur, quando fures cum rebus furtiuis, aut furtiuas res, ſciēter recipiunt. Et quid quando fures ſine rebus furtiuis recipiunt, aut occultant.*

MVlta circa furtum, & circa damnū iniuſtè latum (de quo, poſt materiam hāc de furto, erit nobis ſermo) de induſtria relinquendo examinanda in materia de reſtitutione, rem hanc de furto concludamus hac & ſequenti Diſputatione, in qua examinabimus, quibus, & aduerſus quos, actio furti competat.

Atque ordiendo ab eo, quod ſecundo loco eſt propoſitum, ſermonéque de primo permiſcendo. Scot. in 4. diſt. 15. quæſt. 3. aſſeruit, ſimplicem furem, hoc eſt, eum, qui ex circunſtantia alia non ſit dignus morte, puniri non poſſe pœna mortis, eſto furtum ſit notabilis cuiuſcunque quantitatis, & eſto multoties iteretur. Argum. Ducitur, quoniam, inquit, præceptū illud quintum decalogi, non occides, eſt de iure diuino, eſtque vniuerſale: vnde, cum ſolus Deus poſſit in ſuis legibus diſpenſare, nefas eſt quenquam pro delicto aliquo occidi, niſi quatenus ex ſcripturis conſtet, Deū id conceſſiſſe: quamuis autem, inquit, Deus Exod. 22. permittat occidere furem nocturnum, quatenus præſumitur paratus ad interficiendum eum, qui ſibi reſtiterit, qua ratione iuſtè etiam occidi poſſet graſſator, nihilominus eo in loco non vult Deus occidi poſſe furem diurnum: neque, ait Scotus, audiuimus de bulla ſuper hoc deſcendente de cœlo, qua Deus hac in re diſpenſet.

1 Eſt tamen hæc Scoti ratio indigna prorſus ſuo autore; meritoque hæc ſua opinio ex eo fundamento deducta, communiter improbatur. Etenim præceptum illud quintum decalogi non eum habet ſenſū quaſi omnis vniuerſim hominis occiſio ſit in eo prohibita, & quaſi ad interficiendum malefactores, quibus mors iuſtè a publicis poteſtatibus infligitur, neceſſaria ſit diſpēſatio diuina: quin potius. 1. 2. q. 100. artic. 8. copioſè oſtendimus, præceptum illud, neque diuina potentia, poſſe diſpenſari, ſi de propria diſpēſatione ſit ſermo. Senſus itaque illius præcepti eſt, neminem eſſe occidendum iniuſtè: ſecus autem iuſtè, atque quando lumen naturæ, rectaque ratio, id fieri poſſe præſcribit.

Quo fit, vt ex naturali ipſo lumine, rationibuſque naturalibus, ſit inueſtigandum, an liceat furem, aut quencunque alium malefactorem, interficere: de qua re copioſius tractatu. 3. ſequenti, dum de homicidio erit nobis ſermo, eſt diſputandum. Cū autem conſtet, naturali iure eſſe in principe poteſtatem puniendi delicta ſuorum ſubditorum, prout viderit eſſe dignum, efflagitareque commune reipublicæ bonum; ſanè inde pendet iudicium, num ſit licitum punire furem mortis pœna, ſi prudentium arbitrio id delictum tanta pœna ſit dignum, ſaltem quia valde expedit communi bono id delictum non committi.

Quo loco obſerua, in principe non ſolum eſſe poteſtatem ad punienda delicta, quantum poſtulat natura ipſa delictorum, ſecluſo iure humano, ſed etiā ex iure ipſo humano, prohibitioneque humana, augeri culpam, & poſſe augeri pœnam, eo plus, quo arctius aliquid humano iure prohibetur, quia ita poſtulat commune bonum. Sicut autem principes multa prohibent, aut præcipiunt, & interdum ſub pœna mortis, prout communi bono iudicauerint expedi-

A re, quorum contraria non eſſent mala ſecluſo eo iure poſitiuo: ita etiam, quæ iure naturali ſunt mala, poſſunt arctius interdum prohibere, augendo pœnam, qua, ſecluſa ea prohibitione humana, eſſent digna in republica temporali, prout expedire iudicauerint bono communi, finique, ad quem ea prohibent: & tunc præcedente talis legis promulgatione, iuſtè puniunt tranſgreſſores maiori ea pęna tali lege ſtatuta: cum tamen, ſi non anteceſſiſſet ea lex, tātam pęnam meritò conſtituens, nefas eſſet tam graui pęna quenquam pro eo delicto puniri. Sic videmus, duces belli interdum ſub mortis pęna aliqua præcipere, aut prohibere, eaque pęna continuò puniri tranſgreſſores talis præcepti, quia ita expedit regimini exercitus, fini belli, ac bono communi; cum tamen B tranſgreſſiones illæ, ſecluſo eo præcepto, vel nulla, vel perexigua, pęna eſſent dignæ, iniuſtumq; omnino eſſet eas puniri, non ſolum mortis pęna, ſed etiam inferiori alia graui, niſi præceſſiſſet id præceptum. Sic etiam videmus, multa alia in rebus publicis prohiberi ſub pęna mortis, quæ, ſecluſa tali lege humana, nec ea pęna, neque alia graui, aut etiam leui, poſſent iuſtè puniri. Vt in hoc Regno prohibetur ſub pęna mortis extrahi pecunias ex hoc Regno & deferri equos in Galliam, & ſimilia alia. Et in Luſitania prohibitum ſub pęna mortis erat transferre boues ex eo Regno in hoc. Sicut enim Deus impoſuit Adamo præceptum illud de iure poſitiuo, non edendi de ligno vetito, ſub pęna mortis corporalis & ſpiritualis ipſius, totiuſque generis humani, quod C in lumbis illius tunc erat, & multa alia de iure poſitiuo præcepit in lege veteri, & in noua quædam etiam præcepit circa ſacramenta: ita principibus temporalibus, qui ab eo poteſtatem deriuatam habent in ſibi ſubditos, poteſtatem dedit condendi leges, in cōmune reipublicæ bonum, etiā ſub pęna mortis, quæ vim haberent ex imperio ac præcepto ipſorum.

Hinc dico. Quamuis, niſi anteceſſiſſet lex, aut conſuetudo, quæ vim legis haberet, nefas fortaſſe eſſet, pro furto aliquo certæ quantitatis, aut aliquot vicibus commiſſo, imponere pœnam mortis: præcedente tamen lege humana, quæ id prius ſtatuat, quia ita princeps iudicat expedire ſuæ reipublicæ, non eſſe, cur eiuſmodi leges vel iniuſtitiæ condemnentur, vel improbentur, vt ex iacto a nobis funda- D mento facilè liquet; ad quod tamen multi non attendunt.

Alexand. Alenſ. 3. part. quæſtio. 47. memb. 4. articulo 3. aſſeruit iniuſtam eſſe legem, quę pęnam mortis ſtatueret pro furto. Eadem ſententia tribuitur à Couarr. 2. var. reſ. cap. nono, numero ſeptimo, Sylueſtro verb. *furtum*, quęſtio. 3. pronunciato vlt. Sed immeritò, ſi Sylueſter, expendatur, & verba illius pronunciati cum antecedētibus conferantur: tametſi non defuerit, qui perperam ita exponere fuerit conatus Sylueſtrum, vt cenſuerit, quod Couarr. ei tribuit.

Ratio, cui opinio Alexandri Alenſ. nititur, eſt. Argum. Quoniam pęna, vt ſit iuſta, proportionari debet cul- E pę: *pro menſura enim peccati erit & plagarum modus*, vt habetur Deuter. 25. Cum ergo res externæ infimæ ſint inter omnia bona noſtra; vita verò ſit omnium temporalium bonorum præſtantiſsimum, cæterorumque fundamentum, & mors, præſertim violenta, ſit terribilium omnium terribiliſsmū, maximeque horrendum: conſequens eſt, vt improportionata, longeque excedens, ſit mors corporalis pro furto, in quo damnum infertur proximo in ſolis bonis illius externis, atque adeò iniuſta erit lex, quæ mortis pœnam ſtatuerit pro furto ſimplici. Vnde in authentica ſed nouo iure. Cod. de ſeruis fugitiuis, & in authentico vt nulli iudicum, §. vltimo, quibus conſentit. lex decimaoctaua, titulo

14. part. 7. præcipitur, vt pro furto ſimplici nullus interficiatur.

2 Antequam dicam quid de hac re ſentiam, referam varias pœnas, quæ de iure Cæſareo, de iure huius Caſtellę Regni, de iure Luſitano, & de iure Canonico, comperiuntur ſtatutæ pro varijs furti, ac rapinæ, generibus. Atque in primis fur, nó in pęnam, ſed quia id in conſcientiæ foro reſtituere tenetur, nulla expectata ſententia, & eſto res non eſſet deducta ad forum externum, cogetur in exteriori foro reddere, quod furatus eſt, ei, à quo illud eſt furatus, ſi exiſtat: ſi verò non exiſtat, cogetur reddere æſtimationem illius: ſi autem ſit deterius redditum, cogetur ſoluere, vel æſtimationem, vel rem, & quod minus valet ratione deteriorationis, optione eius, à quo illud accepit, & inſuper cogetur ei ſoluere, ſi qd lucrum ceſſauit, aut damnum ei emerſit ex tali furto. Atque hæc omnia tenetur fur reſtituere in foro conſcientiæ, eſto tale furtum pęna corporali, etiam mortis, afficiatur, niſi dominus rei ea remittat. In foro verò exteriori, ſi de furto conſtet, & non de quantitate illius ac valore, conceditur ei, à quo res furto ablata eſt, iurare in litem, quantum id fuerit, accedenteque arbitrio iudicis quoad æſtimationē, cogitur fur id totum ſoluere. Ita communis doctorum ſententia, quam Iul. Clarus 5. lib. ſenten. §. furtum, num. 18. refert ac ſequitur. Et idem credo eſſe, quoad lucrum ceſſans, aut damnum emergens.

3 De iure communi Cæſareo ſimplex fur, ſi furtū non fuit manifeſtum, punitur pęna, vt vltra rē furto ablatam, reſtituat ei à quo illam furatus eſt, duplum aliud æſtimationis: ſi verò fuit manifeſtum, reſtituat ei quadruplum vltra rem furto ablatam. Ita habetur §. conceptum, verſ. vlt. in fi. iūcto §. vlt. eiuſdem tituli. inſti. de oblig. quæ ex delict. §. ex maleficijs, inſti. de actionib. l. in furti actione. ff. de furtis. l. 18. tit. 14. part. 7. & affirmant. Greg. Lopez ibi gloſſa 1. Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 5. nu. 4. & doctores communiter. Lex verò in furti actione docet, lucrum ceſſans aut damnum ex furto emergēs, non duplicari, aut quadruplicari, ſed ſolam æſtimationem rei furto ablatæ. Quòd ſi res decreſcat in valore poſtquam furto ablata eſt, duplicari, aut quadruplicari, quoad æſtimationē, quam habebat, quādo furto fuit ablata: ſi verò accreſcat in valore, duplicari, aut quadruplicari, iuxta valorem, quem habuerit, quādo furti actio inueniatur: quoniam is valor furto eſt retentus. Lege autem vnica. C. de grege dominico lib. 12. qui equum furatur de grege Regis, punitur pœna vnius libræ auri, & videbatur eſſe duodecim vnciarum: qui verò furabatur ex alio grege, punitur pœna ſex vnciarum, dimidiæ ve libræ auri. Si tamen ſua ſponte equum offerat ac reſtituat, immunis eſt ab ea pęna. Quod autem furtum ſit manifeſtum, & quod nō manifeſtum, Diſp. 684. explicatum eſt.

4 Quamuis actio furti ad duplum, aut ad quadruplum, & actio ad recuperādam rem furto ablatam, aut æſtimationem illius diſtinctæ ſint, vt patet §. ex maleficijs, inſti. de actionib. & §. vlt. inſtit. de oblig. quæ ex delict. ſeorſimque poſſint intentari: actio enim ad pęnam ſolum competit aduerſus furem, & non aduerſus hæredes illius, quaſi poſt mortem furis poſſit aduerſus eos intentari, nec debetur, niſi poſt latam ſententiam: ad rem vero furto ablatam, ſi illa exiſtat, agi poteſt rei vendicatione, etiam aduerſus quemcunque illius poſſeſſorem, ad quē tranſierit: & ſiue exiſtat, ſiue non, agi poteſt condictione furtiua ad illius æſtimationem, & ad intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, tam aduerſus furem, quam aduerſus illius hæredes, agereque poſſunt, etiam hæredes eius, à quo furto eſt ablata, eo quòd petatur verum debitum, quod fur, hæredeſq;

A ipſius de bonis illius, tenentur ſoluere in foro conſcientiæ, nulla expectata ſentētia, vt hæc omnia conſtant ex duobus §§. citatis: quamuis inquam, hæc ita ſint, Gregor. Lopez. l. 9. verb. *la puede demandar*, & l. ſecunda, conſentaneè ad eam legem, tit. 14. par. ſeptima, ait, vtramque actionem intentari poſſe eodem libello, aut certè poſſe rem, aut æſtimationem illius, & intereſſe, peti incidenter in eodem libello, in quo intentatur actio furti ad pœnam, iuxta Bart. l. interdum, §. qui furem. ff. de furtis, conſentaneè ad eandem legem, quæ habet, ſimul condemnari poſſe furem, vt reſtituat rem furto ablatam, & vt ſubeat aliquam pœnam ob furti delictum, vbi innuitur, incidenter poſſe peti pœnam, & ad eam condemnari, intentando recuperationem rei furto ablatæ: & eadem ratione, agendo ad pęnam furti, poteſt ſimul incidenter peti reſtitutio rei furto ablatæ.

B

De iure item communi Cæſareo, ſi is, à quo aliquid furto eſt ablatum, velit agere criminaliter, ad pœnam corporalem, punitur fur pœna corporali, iudicis arbitrio, pro criminis qualitate, & quantitate, & pro qualitate perſonæ imponendo, attentiſque circumſtantijs omnibus concurrentibus: atque Vlpianus leg. vltim. ff. de furtis, ſuo tempore, plerunque conſueuiſſe agi aduerſus fures criminaliter; id tamen non impedire quominus, qui velit, poſſit aduerſus furem ciuiliter agere, ad pœnam ſcilicet dupli, aut quadrupli. Et quando agitur criminaliter, accuſantem teneri ſe ſubſcribere, ad rationis pœnam ſe obligando, non quaſi crimen furti ſit publicum, cuius accuſatio ad quemcunque de populo ſpectet, ſed vt temeritas, ita ſine cauſa accuſantium, ea extraordinaria pęna coerceatur. Verba illius legis hæc ſunt: *Meminiſſe oportet, nunc furti plerumque criminaliter agi: & eum, qui agit, in crimine ſubſcribere: non quaſi publicum ſit iudicium, ſed quia viſum eſt temeritatem agentium, etiam extraordinaria animaduerſione, coercendam. Non ideo tamen minus is, qui velit, poterit ciuiliter agere.* Cōcinit l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis, vbi de pęna corporali furis eſt ſermo. Idem vſus apertè conſtat ex autentica ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit. & ex authentico, vt nulli iudicum. §. penultimo. vbi prohibetur pro furto ſimplici occidi, aut mutilari, furem, ſed poſſe aliter caſtigari. Vbi pœna corporalis arbitraria iudicis pro furto prohibetur extendi ad mortem aut mutilationem; ſtatuiturq; debere eſſe infra has. Verba eius authentici hæc ſunt: *Pro furto autem nolumus omnino quodlibet membrum abſcindi, aut mutilari, ſed aliter eū caſtigari. Fures autem vocamus, qui occultè & ſine armis huiuſmodi delinquunt. Eos verò, qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine armis in domos, aut itineribus, aut in mari, pœnis eos legalibus ſubijci iubemus.* Idem conſtat ex l. 18. titu. 14. p. ſeptima, cuius verba ſunt: *Los furtadores pueden ſer eſcarmentados de dos maneras: La vna es, con pena de pecho. E la otra es con eſcarmiento, que les fazen en los cuerpos por el furto, o por el mal que fazen.* Et ſtatuta pęna ciuili, ſeu pęna pecuniaria, dupli, aut quadrupli, vltra rem furto ablatam, prout furtum fuerit manifeſtum, aut non manifeſtum, additur: *Otro ſi deuen los juzgadores, quando les fuere demandado en juizio, eſcarmentar los furtadores publicamente con feridas de azotes, o de otra guiſa, de manera que ſufran pena, e verguenza. Mas por razon de furto no deue matar, ni cortar miembro ninguno.* Vbi vides, ſimul diſpoſuiſſe, quoad furtum ſimplex, quæ de pœna ciuili dupli, aut quadrupli, habentur iuribus ſupra citatis: & quæ de pœna criminali habentur l. vltima, ff. de furtis, & duobus authenticis citatis.

Ant. Gom. numero 4. citato vult, eum, à quo ſimplici furto aliquid eſt ablatum, poſſe ſimul agere, licet non in eodem libello, ſed in diuerſis, ad pœnam ciuilem dupli, aut quadrupli, ſibi applicandam vltra rem furto ablatam, & ad criminalem; pœnamq; vtramque eſſe ſimul à iudice furi imponendam, eùque arbitratur eſſe ſenſum legis vltimæ, ff. de furtis, ſupra relatæ, eamque affirmat eſſe communem doctorum ſententiam, inter quos citat. Bart. in authentica, ſed nouo iure C. de ſeruis fugit. Vbi tamen nihil tale Bart. dicit. In eadem ſententia fuit Syluest. verb. furtum. q. 3. pronunciato. 4. quam confirmant ex. l. vnica. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. vbi ita habetur: *Quoties de re familiari, & ciuilis & criminalis, competit actio, utraque licere experiri: ſiue prius criminalis ſiue ciuilis actio moueatur: nec ſi ciuiliter fuerit actum, criminalem poſſe conſumi: & ſimiliter è conrtario.* Atque inter alia exempla, quæ in ea lege ſubijciũtur, dicitur. Quo in genere habetur furti actio.

6 Arbitror verò eam ſententiam inhumanã ac falſam eſſe, contrariamque eſſe amplectendam cũ Ludouico Romano, & alijs. Atque in primis non dubito id nõ intendiſſe Vlpianum, l. vlt. ff. de furtis, vt eam legem expendenti erit ſatis manifeſtum, legitimumque illius ſenſum eſſe; cum vtrouis modo poſſit furti actione agi, frequentius tempore Vlpiani fuiſſe ſolitum agi criminaliter, eo quòd indecorum eſſet agere ad pœnam pecuniariam accuſanti applicandam; id tamen non tollere, quin quiuis, ſi maluerit, agere poſſit ciuiliter, & non criminaliter: Eundẽque ſenſum apertè ſonat diſpoſitio legis. 18. relatæ, quæ, quo ad hoc, deſumpta fuit ex lege vltim. ff. de furtis. Quod verò attinet ad legem vnicam. C. quãdo ciuil. act. crimin. præiudicet, dicendum eſt, ibi nomine, actionis ciuilis, intelligi illam, qua res familiaris, ſeu externa, repetitur, vel rei vendicatione, vel quoad æſtimationem, vel damnum in rebus temporalibus, etiam lucri ceſſantis, iniuſtè illatum, quæ in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia, reſtitui debent, aut tanquam ita debita, & non in pœnam, in foro exteriori petuntur: hæc enim ad rem familiarẽ pertinent eius, qui illa petit, & non ad iniuriam præciſam à damno dato, actioque, qua in foro exteriori petuntur, verè ciuilis eſt, & non criminalis: atque hæc actio propriè dicitur de re familiari. Nomine verò actionis criminalis de re familiari, ſeu ob iniuſtitiam commiſſam circa rem familiarem, quæ eſt ſecunda actio, de qua eſt ſermo in ea lege, eſt actio ad pœnam propter talem iniuſtitiam commiſſam: id enim omne, quod in pœnam ob crimẽ petitur, actio criminalis poteſt non immeritò appellari, hoc eſt, ad pœnam ob crimen commiſſum: quo pacto iudices, qui de criminibus cognoſcunt ad pœnam, ſiue pecuniariam parti applicandam, ad quam agi ciuiliter in alia ſignificatione dicitur, ſiue ad pœnam corporalem exilij, verberum, & ſimilium, vel etiam ad pecuniariam fiſco applicandam, ad quas omnes pœnas agi criminaliter dicitur, appellantur iudices criminis, ad differentiam eorum iudicum, qui nõ de criminibus, ſed de cauſis merè ciuilibus cognoſcũt. De his ergo duabus actionibus de re familiari habetur in ea lege, vnam non impedire alteram, vt patet in exemplis eadem lege propoſitis, vt quando recuperata eſt poſſeſſio vi ablata interdicto vnde vi, agi poteſt ad pœnam, & quando aduerſus libertum, qui ſe dixit ingenuum, eſt actum ciuiliter ad æſtimationẽ operum, quas patrono ita denegauit, agi poteſt ad pœnam: porrò actio ad recuperandam poſſeſſionẽ interdicto vnde vi, & actio ad æſtimationem operarum liberti, non ſunt pœnales, ſed merè ciuiles. De eiſdem actionibus ciuili & criminali, in vſurpationibus explicatis, diximus ſupra cum Gregor. Lopez, & Bartol. vtranque poſſe intentari ſimul eodem libello, vnam incidenter cum alia. Quando autem variæ pœnæ ſtatutæ ſunt ſeorſim pro aliquo delicto, ita quòd nõ per modum vnius ſunt ſtatutæ, vna in augmentum alterius, nec peti poſſunt vnica actione, & vnico libello, ſed ſeorſim, quo pacto pro iniuria agi poteſt, vel ciuiliter ad pœnam pecuniariam, vel criminaliter ad pœnam corporalem, iuxta. §. in ſumma inſt. de iniurijs, & iuxta alia iura, & pro furto agi poteſt ciuiliter ad pœnam dupli, aut quadrupli, & criminaliter ad pœnam corporalem, tunc vna impedit aliam, quia impoſita vna pœna, non eſt locus alteri, vt conſtat in actione iniuriarum, tunc ex ipſamet lege vnica. C. quando, ciuil. act. criminal. præiud. quæ ſolum ait vnam actionem non impedire alterã, quãdo ſunt de re familiari, modo explicato, tum etiam ex alijs iuribus mox citandis, conſentitque communis doctorum ſententia: eadem verò eſt ratio in furto, quod vltra actionem de re familiari ad recuperãdam rem furto ablatam, aut æſtimationem illius, & inſuper ſi quod damnum in familiari ſequutum eſt, quod attinet ad duas alias actiones ad pœnã pro furto, quæ vlterius ſeorſim ac indifferenter competũt, nempe quod attinet ad actionem ciuilem ad pœnam dupli, aut quadrupli, parti applicandam, & ad criminalem ad pœnam corporalem, vna extinguat & impediat ſimili modo aliam: id quod ſatis probat, l. ſenatus. ff. de accuſationibus cuius verba ſunt, *Senatus cenſuit, ne quis ob idem crimen pluribus reus fieret*, id eſt, ne quis puniretur pro eodem crimine pœnis diuerſis, ſeorſim ſtatutis diuerſis legibus, ſed actio intẽtata ad pœnam vnius legis, impediret ac extinguẽret actionem ad aliam pœnam. Ecce, lex vniuerſim loquitur, eademque profectò eſt ratio de eiuſmodi omnibus pœnis. Idem adhuc apertius probat. l. prætor edixit. §. ſi dicatur, iuncto. §. at quin, & §. quid ergo. ff. de iniurijs, vbi exponitur regula, quæ ex antiquioribus iuribus traditur. leg. vnica. C. quando ciuil. actio. criminal. præiud. vt notat gloſſa, §. at quin citato. verbo. & hoc eſt verum, & ex ipſo textu liquet. In illis enim tribus §. §. §. habetur, quòd licet pro illata iniuria non poſſit agi ciuiliter, & criminaliter, ad diſtinctas pœnas, ſed vna actio intentata impediat atque extinguat aliam; ſi tamen in iniuria interuenit damnum iniuſtè datum ea iniuria, aut ex illa ſequutum, vt quia percuſſus impeditus fuit à lucro ſuo labore, aut negotiatione, comparando, vel quia inſumpſit in medicinis, & cum chirurgis, tunc agi poſſe ciuiliter, priuatove iudicio, ut ibi dicitur, ad reſarcionem damni in re familiari iniuſtè dati, & publico iudicio, hoc eſt, ad pænam pro iniuria illata, ſiue pecuniariam, ſiue corporalem, neque ex duabus his actionibus, ad reſarciendum ſcilicet damnũ in re familiari, & ad pœnam, vnam impedire aliam, eoque modo intelligi regulam legis vnicæ, C. quando. ciuil. act. criminal. præiud. Quando ergo lege vnica citata, exemplum in actione furti adhibendo, dicitur; *Quo in genere habetur furti actio;* vt ſcilicet ciuilis actio criminalem non impediat, neque è contrario criminalis ciuilem, non ita id intelligitur, quaſi ciuilis actio, de qua in ea lege eſt ſermo, ſit propriè actio furti; quia non eſt niſi condictio furtiua vendicando rem furto ablatam ex quocunque eam poſſidente, aut petendo æſtimationem illius, & inſuper damna omnia ex tali furto ſubſequuta; ſed quo ad criminalem, pecuniariam, aut corporalem, ob furtum, quæ propriè & verè eſt actio furti, dicitur eo loco, Quo in genere habetur actio furti, quia ſcilicet non impeditur per ciuilem condicendo furtum & damna ſubſequuta, ſicut nec ciuilis impeditur per furti actionẽ ad pœnam, ſiue pecuniariam, ſiue corporalẽ. Prædictis nõ aduerſatur diſcrimen, quod inter actionẽ iniuriarum, & actionem furti ad

pœnam

pœnam dupli,aut quadrupli,conſtituitur.l.2.§.emãcipatus filius.ff.de collat.bonor.iuncta.l.2.§.vlt.ff. de acquir. hæred.quòd ex eo,quòd filius agat actione merè iniuriarum,quæ ipſi verè infertur,eſto occaſione rei hæreditariæ, neque cenſetur eo ipſo adire hæreditatem,quoniam ſuum negotium agit,& non hæreditatis,neque tenetur id conferre: ſi verò agat actione furti ad duplum, aut quadruplum, ratione rei,quæ ad hæreditatem ſpectat,cenſetur adire hæreditatem, eaque pœna in augmentum hæreditatis cedere; ſi item filius emancipatus eadem actione agat ratione rei furto ablatæ,quã conferre teneatur, eam pœnam pecuniariam eſſe etiam cõferendam. Non, inquam,hoc prædictis aduerſatur: quoniam,quando res furto eripitur, delictum redundat in eos omnes,ad quos ea res attinet,aut attinere debet, ac proinde pœna pecuniaria ob rem furto ablatam cedit in incrementum, conferrique aut diuidi inter aliquos debet.Iul.Clar.5.lib.ſent. §.furtum.num. 10. cum Cępola ait, pœnam dupli, aut quadrupli, pro furto, non eſſe hodie in vſu, ſed ſolam pœnam corporalem. Idem in calce,num.quarti citati ait Anto. Gom. eſſe hodie ferè in hoc toto Regno, & quòd vbi ſeruatur lex 6. titu.5. & l.2. titu.13. lib.4. fori: quæ ſtatuunt, vt pro primo furto reſtituatur res, & inſuper duplum parti, & ſeptuplum fiſco, ſola ea pœna imponitur pro eo furto, & non pœna corporalis.

7 Iuxta ea, quæ ſupra ex duobus authenticis, & ex l.18.titu.14.par.7.ſunt relata,conſtat, de iure communi Cæſareo pro furto ſimplici non imponi mortis,aut mutilationis,pœnam. Et quamuis.cap.primo,§.ſi quis quinque ſolidos de pace tenenda vſib. feudorum,ſancitum fuerit,vt ſi quis furaretur ualorem quinque ſolidorum,aut plus, laqueo ſuſpenderetur: in primis illud non fuit ſtatutum pro ſolo ſimplici furto, ſed pro crimine violationis pacis ſimul interueniente inter milites, vt conſtat ex rubrica & titulo,in quo paragraphus ille eſt collocatus,vt cum Baldo,& alijs,affirmant doctores mox citandi,conſentaneè ad legem vlti.§.vlt. ff.de re militari, cuius verba ſunt: *Miles turbator pacis,capite punitur.* Alij, cum Barto. dicunt §.illum poſtea correctum fuiſſe per cap.1.§.iniuria de pace iuram.firm.ibi: *Iniuria, ſeu furtum legitimè puniatur.* hoc eſt, iuxta ciuiles Cæſareas leges, vt aliqui exponunt. Denique omnes conueniunt §.illum, ob ſui nimium rigorem,de communi conſuetudine non ſeruari, vt referunt ac ſequuntur Iul.Clar.5.l.ſent.§.furtum.num.7.3.to. Ant.Gom.var.reſol.c.5.nu.9.& Greg.Lop.l.18.citata.verb.*matar ni cortar miembro*.in prin.

Diſpoſitionem de iure Cæſareo authenticorum relatam,quòd ſcilicet fur nec mutiletur,nec interficiatur,pro furto ſimplici, intelligit gloſſa penult. in authentica ſed nouo iure. C.de ſeruis fugit. & cum ea intelligunt multi,quos Greg.Lop.l.18. gloſſa citata melius,quã alij,refert; modo is fur ſemel tantũ ſit furatus: ſi enim furatus ſit pluries,cenſetur publicus,ſeu famoſus,latro,qui furca ſuſpendi debet, iuxta.l.capitalium.§.graſſatores.ff.de pœnis, cuius verba ſunt: *Graſſatores,qui prædæ gratia id faciunt,proximi latronibus habentur: & ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt,capite puniuntur: vtique ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt: cæteri ad metallum damnantur, uel in inſulas relegantur.* Quidam, quos Greg. Lopez vbi ſupra melius,quàm alij,refert, aſſerunt, ſatis eſſe furem bis eſſe furatum, vt latro ſeu fur publicus ac famoſus dicatur,ac proinde,vt furca debeat plecti: communis verò ſententia affirmat, neceſſe eſſe,vt ter ſit furatus. Atque legibus quorundam Regnorum eſt ſancitum,vt pro ſecundo furto ſuſpendatur: frequentius verò eſt conſtitutum, & communi cõſuetudine Regnorum multorum, abſ-

A que lege ea de re lata,eſt receptum,vt pro tertio furto ſuſpendatur: eaque conſuetudo originem traxit ex opinione gloſſæ citatæ,& doctorum,qui illã amplexati ſunt: vigetq; hodie in hoc Caſtellæ Regno. Quod autem conſuetudine multorum Regnorum ſit id receptum, atque exequutioni mandetur, affirmat communis doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Couar.2.var.reſol. cap.9.num.7. Iul. Clar.§.furtum citat.nu.8. Greg. Lopez gloſ.citata, & Ant.Gom.cap.5.citato,num.5.Id verò corroborant,quoniam cum fur ſimplex poſſit pro vno furto puniri pęna corporali arbitraria, vt flagellorum,vel alia, infra mortem ac mutilationẽ, & ex iteratione eiuſdem criminis pœna arbitrio eiuſdem iudicis augeri debeat,iuxta l.3.iuncta gloſſa vlt.ibi. C.de Epi-
B ſco.audient.l.capitalium.§.ſolent,& §.graſſatores. ff.de pęnis.l.3.§.ſi plures.ff.de re militari. l.ſeruos. §.1.C.ad leg.Iul.de vi,& iuxta alia iura, conſequẽs eſt,vt,ſi ſimplicia furta multiplicentur, ita vt ad tertium perueniãt, incorrigibiliſque comperiatur fur, poſſit iudex illi imponere pęnam mortis, nihil refragante diſpoſitione illa authenticorum relata.

In primis arbitror dicendum eſſe cum Bart.in authentica ſed nouo iure. C.de ſeruis fugit. & cum alijs,quos Greg. Lopez & Iul. Clar. vbi ſupra referunt,& quorum ſententiam Iul. Clar. amplectitur, opinionem gloſſæ in authentica ſed nouo iure,& eorum,qui illam ſequuntur,nec colligi,nec probari,ex lege capitalium. §.graſſatores. ff.de pęnis. Ibi enim non eſt ſermo de furibus, qui,vt ſuprà ex authentica
C ſed nouo iure & ex authentico vt nulli iudicum. §. penul.relatum eſt vocantur illi ſoli, qui occultè,& ſine armis, hoc eſt, ſine animo vim inferendi, furantur: graſſatores autem ſunt, qui inuadendo,cum violentia ſpoliant ac diripiunt: graſſari enim eſt cum impetu & concitatione ad aliquid incedere; & quãuis interdum ſumatur etiam in bonam partem, frequentiùs ſumitur in malam, vt eſt aggredi cum impetu ac violentia ad malũ aliquod,quod *ſaltear* Hiſpanè dicitur: & ſic ſumitur. §.graſſatores, dum ſic habet; *graſſatores, qui prædæ gratia id efficiunt, proximi latronibus habentur*, hoc eſt, ijs, qui occidendo graſſantur ad prędam: de quibus in eadem lege. §. famoſos, ſic habetur; *famoſos latrones in his locis, vbi graſſati ſunt, furca figendos compluribus placuit*, &c.

D Iuxta hæc ergo tres gradus diripientium, quod ad 8
rem propoſitam attinet, diſtinguuntur. Primus,diripientium occultè ac ſine vi, qui fures appellantur. Secundus,aggredientium ad prędam cum vi,ſed nõ interficiendo, & hi graſſatores dicuntur, non verò latrones. Et tertius, aggredientium ad prædandum interficiendo, atque hi ſoli latrones nuncupantur. Vnde meritò. §.graſſatores citato, de diripientibus ſecundi gradus dicitur, *haberi proximos latronibus.* Atque de eiſdem cõtinuò ſubiungitur: *Et,ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerint,capite puniũtur; vtiq; ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt: cæteri in metallum dãnantur, vel in inſulas relegantur.* Hinc iã facilè liquet, fures qui ſæpius occultè furantur, &
E ob id crimen ſæpius damnãtur, neque dici,iuxta diſpoſitiones iurium,quæ relatæ ſunt,graſſatores,neq; latrones famoſos, aut publicos, ſed famoſos latrones appellari, qui graſſando ad prædam,aliquem vt deprędentur,interficiunt, atque hos pro primo furto cum homicidio cõmiſſo capite plecti, debereq; ſuſpendi in eodem loco, in quo crimen cõmiſerunt, ſi commodè id fieri poſſit, vt exemplo ſint alijs, & ſit id ſolatium conſanguineis eius, qui ab eis direptus ac interfectus fuit, vt habetur. §.famoſos citato: eos verò, qui occultè furati ſunt, eſto ſępius furati ſint, & de eo furto ſæpius ſint dãnati, poſſe quidem dici publicos ac famoſos,incorrigibileſq; fures,non verò famoſos latrones, vt notat additio in margine

ad

ad gloſſam penult. in authentica ſed nouo iure. Liquet deinde, tantum abeſſe, vt ex diſpoſitione eorũdem iurium colligatur, furem ſimplicem poſſe pro tertio furto capite plecti, vt contrarium manifeſtè colligatur ex duobus authenticis citatis, iuncto. §. graſſatores citato. Si enim, vt habetur duobus autenticis citatis (cum quibus conſentit. l. 18. titu. 14. par. 7.) fures, qui occultè ſine vi furantur, neque mutilandi neque interficiendi ſunt; ij verò, qui uiolenter furantur in domibus, itineribus, aut in mari, iuxta diſpoſitionem legum ſunt puniendi; & §. graſſatores citato, erat ſancitum, vt graſſatores ad prædã, ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerint, tunc ſolùm capite puniantur, quando ſæpius, & in itineribus, id fecerunt; liquidò conſtat, fures occultè, eſto ſæpius ſint furati, non eſſe ex diſpoſitione authenticorum capite plectendos; alioquin æquarentur in pœna graſſatoribus, qui vi publica & in itineribus graſſantur, contra apertam diſpoſitionem authenticorum: imò verò acrius punirentur, quam qui graſſarentur ſæpius in itineribus vi priuata, hoc eſt, ſine armis, & quam qui ſępius extra itinera graſſarentur vi publicã, hoc eſt, cum armis: nam hi omnes, §. graſſatores, præcipiuntur non puniri mortis pœna, ſed vel metallorum, vel relegationis in inſulam aliquã. Quo fit, vt proculdubio ſit dicendum, de iure Cæſareo authenticorum, nefas fuiſſe interficere, etiã pro tertio, aut quarto, furto furem ſimplicem, qui ſine vi eſſet furatus, vt Iul. Clar. nu. 8. citato, & alij, rectè affirmant, tametſi non ita, vt nos, id deducant ex ipſa iurium diſpoſitione.

Quamuis autem id ita diſpoſitum fuerit de iure Cæſareo nouiſſimo authenticorum, neque contrarium comperiamus ſancitum de iure Codicis, aut digeſtorum, ſed fortè ad comprimendum iudices, ne pœnam criminalem pro furto ſimplici arbitrariam extenderent vſque ad mortem, aut mutilationem, eſto furtum ſimplex eſſet cuiuſcunque quantitatis, aut eſto ſæpius eſſet commiſſum, ea diſpoſitio lata videatur, relinquendo illis, vt, infra mortem ac mutilationem, augere poſſent pœnas pro quantitate furti, & pro iteratione illius, accumulando exilio flagella, vel multiplicando flagella, vel illis augendo exilium, vſque ad deportationem aut damnationem ad metalla: quamuis, inquam, id ita de iure authenticorum ſit diſpoſitum, cõſonetque legi veteri, quæ pro furto ſimplici ſolùm imponebat pœnam dupli, quadrupli, aut quintupli, vt patet Exo. 22. nihilominus damnandæ non ſunt leges, quæ pro furto ſecundo, aut tertio, aut pro furto certæ quantitatis, aut cum talibus, vel talibus, circunſtantijs commiſſo, pœnam mutilationis ſtatuunt, aut mortis, vt referente Cou. num. 7. citato, Carolus quintus legem in Germania tulit, vt fur pro tertio furto ſuſpẽderetur, & lex erat Longobardorum, quam refert gloſſa. c. 1. §. iniuria, verb. *ſeu furtum*, de pace iuram. firm. quòd pro primo ſimplici furto erueretur oculus furi, pro ſecundo abſcinderetur ei naſus, & pro tertio fur ſuſpenderetur, & aliæ ſunt latę in alijs Regnis. Neque itẽ inde eſt damnanda conſuetudo recepta, quæ vim habet, legis, vt pro ſecundo, aut tertio, furto ſuſpendatur fur, vt in hoc Regno, & in alijs eſt recepta: id quod ex dictis in principio huius diſputationis aduerſus Scotum liquet. Vnaquęque enim reſpublica, etiam mortis pęnam, ſtatuere poteſt pro furto, ſi ita expedire iudicauerit bono ſuo communi, eam prius comminando ac promulgando ſubditis lege, aut cõſuetudine recepta, quę vim legis habeat, vt aduerſus eundem Scotum dictum oſtenſumque eſt.

In Regno, in quo lex lata eſt, vt fur pro tertio furto ſuſpendatur, aut id cõſuetudine eſt receptum, intelligendum eſt id de furtis, quæ non ſint paruæ quãtitatis, vt vnius gallinæ, aut duarum, vel ſimilium rerum, vt cùm Cæpola & alijs rectè affirmat Gregor. Lopez glo. citata: ſubiungitque eiuſmodi furta puniri, vel pœna pecuniaria, vel detinendo furem aliquibus diebus, vel menſibus, in carcere, vel exponẽdo illum ad aliquot horas in loco publico cũ re furto ablata. Qui tamen tria furta commiſit notabilis quantitatis, eſto duo priora commiſerit in alio territorio, poteſt pro tertio ſuſpendi; & poteſt iudex huius alterius territorij cognoſcere de duobus prioribus furtis incidenter, tanquam de circunſtantijs aggrauantibus tertium, vt pro tertio pœnam legibus, aut conſuetudine, ſtatutam imponat. Ratio verò præcipui aſſerti eſt, quoniam duo priora aggrauant tertium, & fur, qui ad tertium peruenit furtum, cenſetur conſuetudinem habere furandi, & famoſus fur. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. ca. 5. num. 8. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. furtum. nu. 10. Greg. Lopez. l. 18. titu. 14. par. 7. verb. *mãtar nicortar miembro*, & Couar. 2. var. reſol. cap. 9. nume. 7. Neque neceſſe eſt, quòd ſit damnatus de duobus priorib. furtis, vt probãt iura & affirmat communis ſententia, quam Ant. Gom. vbi ſupra. nu. 9. & Couar. nu. 7. cita. referunt ac ſequuntur: quoniam adhuc duo priora furta aggrauant tertium, & tertio commiſſo, fur cenſetur habere conſuetudinem furandi. Neque item refert, quòd duo priora furta ſint iam præſcripta, ita quòd non competat iam actio furti ex eis aduerſus furem: quoniam adhuc ſunt circunſtantię aggrauantes tertium, & de eis cognoſcit iudex tertij furti incidenter, tanquam de circunſtantijs illud aggrauantibus, vt cum Baldo, Salyceto, & Iaſone rectè ait Ant. Gom. in calce. nu. 8. citati. Neque refert præterea, ſi iam fuerit punitus pro primo, & ſecundo, aut quòd per gratiam principis fuerint ei remiſſa: quoniam ſimiliter adhuc ſunt circunſtantiæ aggrauantes tertium furtum. Ita Iul. Clar. vbi ſupra nu. 12. & 13. cum alijs, quos citat, & conſentit Couar. num. 7. citato. Debent verò furta eſſe tria diſtincta, non ſolùm re, ſed etiam tempore, vt bene cum alijs notat Iul. Clar. ibidem. nu. 14. qui. nu. 15. cum alijs ſubiungit, pœnam furis eſſe furcam, nec debere iugulari, atque ita conſuetudine eſt receptum. Quando autẽ iudex cognoſceret de ſolo primo furto, aut ſecundo, tunc eſto conſtaret de tertio poſteriori furto, aut de ſecundo & tertio poſterioribus, ſiue de tertio eſſet iam is fur punitus, ſiue non, nõ poſſet pro tali primo, aut ſecundo, furto, ſuſpendi: quoniam poſteriora delicta non aggrauant priora, ſed è contrario priora aggrauant tertium, vt pro illo imponi poſſit pęna mortis. Ita, cum Ang. & alijs, Ant. Gom. nu. 9. citato, & Greg. Lopez vbi ſupra.

9 Vtrum autem pro primo furto, quod ſit magnæ quantitatis, ita vt æquipolleat tribus, pro quorum tertio poſſet fur ſuſpendi aut ea excedat, poſſet fur ſuſpendi. Baldus in authentica ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. & alibi, Angel. & alij, quos Couar. nu. 7. citato refert, & in quorum ſententiam propendet, affirmanter reſponderunt, atque aliqui affirmant iuxta eam ſententiam fuiſſe iudicatum frequenter in Hiſpanijs. Communis tamen ſententia contrarium affirmat, quam referunt ac ſequũtur Iul. Clar. §. furtum citato. num. 9. Gregor. Lopez vbi ſupra in calce eius gloſſæ, & l. 1. ti. 17. par. 2. verb. *el hurto*, & Ant. Gom. c. 5. citato. nu. 7. Atque hæc ſententia nobis probatur, vbi contraria non fuerit lege ſancita, aut conſuetudine, quæ vim legis habeat recepta, vt non eſt adhuc ita recepta in hoc Caſtellæ Regno: quandoquidem à tot viris doctis Hiſpanis reprobatur. Ducor, quoniam, vt oſtenſum eſt, de iure communi, neque pro tribus ſimplicibus furtis, neque pro vno cuiuſcunque ſit quantitatis, poteſt imponi pœna mortis, aut mutilationis, ſed pro furtis ſimplicibus

bus,ratione quantitatis,iterationum, & cæterarum circumſtantiarum, quæ ea non extrahunt à ratione furtorum ſimplicium, aggrauari poſſunt pœnæ infra mortem ac mutilationem: quare, niſi ſit noua lex,quæ contrarium ſtatuat,aut cõſuetudo,quæ vim legis habeat, nefas eſt pro ſimplici furto, cuiuſcunque quantitatis,quenquam interficere aut mutilare. Neque rationes Couar. aliud probant, quàm poſſe ſtatui legem, quæ talem pœnam licitè conſtituat. Prædictis non obſtant.l.2.ff.arbor.furt.cæſar. & l. vlt.ti.15.par.7.quæ habent, ſi damnum datum fuerit in arboribus, maximè in vitibus, poſſe dominũ, ſi velit agere de furto aduerſus eum,qui illud dedit, ac,ſi damnum ſit magnum & exorbitans,debere puniri eum,qui illud dedit,pœna mortis. Non,inquã, obſtant prædictæ leges. Tum quia id ſtatuitur, non pro uero furto,ſed pro damno dato. Tum præcipuè quoniam id ſolùm ſtatuitur in eo tantum particulari damno dato, vt infra cum de damno dato fuerit ſermo dicetur:eaque proinde diſpoſitio extendi nõ debet ad alia.

10 Quamuis de iure Cæſareo furtum non committatur circa res immobiles,ſed ſolùm circa res mobiles,vt Diſput.683.dictum eſt,nihilominus,ſi quis limitem,diuidentem agrum ſuum ab agro vicini,propria autoritate amoueat animo occupandi partem agri illius,incidit in pœnam quinquaginta aureorũ (qui ſolidi videntur eſſe) pro vnoquoque termino, quem amouerit, ſoluendos fiſco Regis, vt habetur l.agraria.ff.de termino amoto.& l.30.tit.14.par.7. Atque lex 30.addit,vt inſuper amittat ei, qui in poſſeſſione erat agri, cuius partem ea termini amotione occupare intendit,ius omne,ſi quod habebat, in partem,quam ita occupauerit: ſi verò nullum ius in eam habebat,ſoluat ei de ſuo tantundem, quantum ex agro alieno occupauit: id quod etiam diſponit.l. ſi conſtiterit.C.finium regundorum: quæ licèt ſolũ loquatur,quando poſt litem conteſtatam, ante ſententiam latam,eam partem occupauit; eadem tamẽ eſt ratio,quando nulla mota lite,id propria auctoritate fecit. Conſentit.l.extat. ff.quod metus cauſa, quæ licèt de amiſſione ſola iuris loquatur; in ea tamen eſt ſermo,etiam ſi lis non fuerit conteſtata; loquiturque vniuerſim de occupante propria autoritate,quod ſibi deberi arbitrabatur. Lex 30.citata addit: *E lo que diximos en eſta ley del mudamiento de los mojones, ha lugar otroſi en el hierro, que ome faze en los mojones, que departen los terminos entre las ciudades, è las villas, y entre los caſtillos, y los otros lugares.* Atque in euentu propoſito ad finemque propoſitũ intelligo. l.agraria. §.alia quoque.ff.de term. mot. quę ſtatuit,ſi ſeruus,aut ſerua,domino,aut domina, inſcijs, amoueat ad eundem finem limites agrorũ, morte moriatur,niſi dominus,aut domina, ſoluere voluerit fiſco loco ſerui,aut ſeruæ, pęnam quinquaginta aureorum.

Circa rem hanc lege opiniones, quas, ſtando in iure communi Cæſareo,refert Grego. Lopez. l.30. cita.verb.*cinquenta marauedis de oro.* Et mihi, extra caſum de quo dictum eſt, & de quo ſolo loquitur.l. 30.citata,dicendum videtur.Quòd ſi quis terminos amouit animo ſeminandi zizania & diſcordias inter poſſeſſores agrorum, non puniatur pœna quinquaginta aureorum, ſed pœna extraordinaria, pro qualitate facti,perſonarum,ac circunſtantiarum cõcurrentium,iuxta l.1.& l.agraria.ff.de termino moto,ac l.1. C.de accuſationib. vt cum Salyceto affirmat Grego. Lopez glo.citata. Si verò illos amoueat, animo illos furandi,vt ſi euellat,ac vſurpet ſibi lapides fixos in ſignum terminorum, tunc diſtinguendum eſt. Quoniã vel ſciebat illos eſſe terminos agrorum,vel non. In priori euentu,ſi ſit nobilis,relegatur ad longius, vel breuius, tempus, prout patietur

A ætas,& poſtulauerint aliæ circunſtantiæ: iuuenis enim,cæteris paribus,ad lõgius, & ſenex ad breuius, tempus,debet relegari: ſi verò fuerit ignobilis, flagellatur, & inſuper damnari biennio debet ad opus publicum. In poſteriori verò euentu ſatis eſt ignobilem flagellari. Lexque intelligendum conſequenter relinquit, in eadem proportione minui debere pœnam nobili in hoc poſteriori euentu,licèt id non exprimat. Ita habetur ſatis perſpicuè.l.2.ff.de termi. moto. Et quoniam hæ pœnæ maxima ex parte ſunt arbitrariæ, atque extraordinariæ, vtique in his etiam euentibus ſuo modo locum habent.l.1.ff. de termino moto.& l.prima.C.de accuſationib. Atque hæc noſtra deciſio conſonantior comperietur iuribus citatis,quàm deciſiones Angeli,& Salyceti, B quas Greg. Lopez vbi ſup.refert,& quàm Gregor. Lopez deciſio.

11 De iure communi, qui intentaſſe furtum comperitur,illud verò non perfecit,vt ſi in domo aliena reperiatur ad furandum abſconditus,aut, dum aperire aut præſcindere marſupium alienum eſt aggreſſus, ſentitus ac deprehenſus fuit, non cenſetur furtum commiſiſſe, ac proinde neque actio furti aduerſus eum datur.l.vulgari.§.qui furti.ff.de furtis. Et cum nihil ſit furatus, conſtat non competere aduerſus eum actionem furti ad pœnam pecuniariam dupli,quadrupli,aut ad aliam ſimilem. Poteſt verò agi aduerſus eum actione iniuriarum: cum iniuria ſit ingredi domum alienam domino inuito,vt habetur l.is qui domum.ff.de iniurijs,& maximè animo furandi, C vt habetur l.vulgari.§.qui furti. ff.de furt. & l.ſacculárij.verſ.1.ff.extraord.criminib. vniuerſimque intentare furari rem alienam crimen atque iniuria ſit aduerſus eum, cuius eſt illa res, vt conſtat ex duobus iuribus citatis. Vnde. l.ſacculárij, habetur, vt qui repertus fuerit in domo aliena animo furandi,puniatur pluſquam fur,& pro qualitate perſonę, ac furti,quod fuerit aggreſſus,& aliarum circunſtãtiarum concurrentium,vel damnetur ad ſeruiendũ ad tempus in publicis operibus, vel flagelletur, vel relegetur ad tempus iudicis arbitrio conſtituendũ. Et idem dicendum eſt de alijs,qui alia furta aggrediuntur committere. Lege Anto. Gom.3.tom.var. reſol. c.5.nu.15.

12 Ius Caſtellæ. De iure huius Caſtellæ Regni.l.6.titu.5.lib.quar- D ti fori,iuncta.l.2. titu.13. eiuſdem libri, fur pro primo furto quadraginta marauedinorum,& infra, vltra rem furto ablatam, cogebatur ſoluere in pœnam æſtimationem illius, duplam quidem ei, à quo furto illam acceperat, & ſeptuplam fiſco Regis, & ita pœna illa appellabatur, *pechar las nouenas.* Quòd ſi fur non eſſet ſoluendo,amittebat quicquid in bonis illius reperiebatur, & inſuper amputabantur ei aures. Si verò primum furtum excedebat quadraginta marauedinos, incidebat in eandem pœnam pecuniariam, ſed ſi ſoluendo non erat, occupabatur ſimiliter quicquid in bonis illius reperiebatur, & amputabantur illi aures, *y el puno*, hoc eſt, & altera manus. Pro ſecundo verò furto ſuſpen- E debatur. Circa hanc pęnam in primis nota, conditores legis illius ſequutos fuiſſe opinionem illorum,qui, ſtando in iure communi, exiſtimauerunt, furem pro ſecundo furto eſſe ſuſpendendum. Deinde nota, tempore, quo lex illa fuit condita, quadraginta marauedinos plus valuiſſe, quàm valeant hodie ducenti, quin & trecenti, aut plures, vt ex ijs, quæ in materia de cambijs à nobis dicta ſunt, habita ratione antiquitatis earum legum, facilè intelligetur. Nefas autem eſſet hodie,pro primo furto quadraginta marauedinorum, abſcindere aures,eſto quis non eſſet ſoluendo pœnam illam pecuniariam pro illo; aut pro furto centum marauedinorum abſcindere aures & manum, neque id eſſet con-

conſonum illi legi, quæ id ſtatuit, attento valore tũc monetæ, ad illa comparandas res cæteras. Quare iudices, ne iniuſti ſint, verba legis, potius quam intentum, in exequutione earum, in pęniſq; iuxta eas imponendis, ſequendo, attendere debent ad rerum circumſtantias, num variatæ ſint, ac proinde num, iuxta eam variationem, de rigore legis ſit remittẽdum. Et quidem lex illa iam hodie vſu non ſeruatur quoad eam abſciſſionem aurium & manus pro primo furto, eſto longè multo maioris quantitatis ſit, quam mille marauedinorum, nedum quàm quadraginta marauedinorum. Vtrùm autem in vſu ſit, quo ad pœnam illam pecuniariam dupli, applicandam parti, aduerſus quam furtum fuit commiſſum, & ſeptupli fiſco Regis, Gregor. Lopez. l. 18. titu. 14. par. ſeptima, verb. *matar ni cortar miembro*, affirmat eſſe in vſu, ſuffragaturque. l. 12. titu. 26. lib. octauo, nouæ collect. quæ à Ferdinádo & Eliſabetta anno 1499. lata fuit, & qua iudicib. Regni Granatenſis ſic præcipitur. *Cada y quando que ouieredes de hazer condenacion de ſetenas contra qualeſquier perſonas por qualeſquier hurtos, en que ſegun las leyes de nueſtros Reinos deuan ſer condenados en ſetenas, las iuzguedes y appliquedes para la nueſtra Camara y fiſco, &c.* Ant. verò Gom. 3. to. var. reſol. cap. 5. in calce. nu. 4. loquens de eadem. l. 6. fori ſic ait: Vnde in locis, vbi viget illa lex, vel conſuetudo, non punitur fur criminaliter: qui pœna applicatur fiſco: ſed in alijs locis & partibus, vbi non viget nec ſeruatur illa conſuetudo, ſtandum eſſet iuri communi. Sed certè communiter in majori parte Regni de conſuetudine nó imponitur pœna pecuniaria applicanda fiſco, ſed ſolum corporalis, vel alia iudicis arbitrio, ſecundum qualitatem furti & perſonæ. Hæc ille. Standum tamen potius eſt ſententiæ Grego. Lopez, quam, prę-ter legem citatam, confirmat. l. 9. titu. 11. lib. 8. nouæ collect. quæ lata fuit anno 1566. eamq; interius referemus, & inter alia ſic habet: *Y como quiera que conforme a el vſo y eſtilo, que los iuezes tienen en eſtos Reinos, en el dicho caſo del primier hurto condenan en ſetenas, y en ſu defecto en la dicha pena de azotes, ordenamos, y queremos, que la dicha pena de condenacion ſea preciſa, y no en defecto de ſetenas.* Vbi vides, ante eam legem ſemper viguiſſe conſuetudinem, vt pro primo furto condemnaretur fur ad pęnã dupli parti læſæ, & inſuper ſeptupli fiſco Regis, & in defectum, puniretur regulariter pęna flagellorũ: & quia ferè nunquam habebant fures, vnde, vltra furtum, & damna ſubſequuta, ſoluerent æſtimationem illius nouies, vt plurimum, ac ordinariè, puniebantur pœna flagellorum. Nunc proſequamur reliqua: quę hodie magna ex parte innouata ſunt, vt videbimus lege 9. citata.

Conueniunt Anto. Gom. Gregor. Lopez vbi ſuprà, & alij, conſuetudinem eſſe huius Regni, (iuxta Baldi opinionem, vt fur non ſuſpendatur, niſi pro tertio furto) quòd fur pro ſecundo flagelletur, & abſcindantur illi aures, & pro tertio ſuſpendatur. Pro primo verò vbi fuerit conſuetudo, vt pœna pecuniaria, dupli parti, & ſeptupli fiſco, puniatur, eam ſolam pęnam eſſe illi imponendam: ſi verò non ſit ſoluendo, puniendum eſſe pęna flagellorum, aut relegationis, pro qualitate perſonæ, & quantitate furti, vel alia corporali arbitraria. In loco verò, vbi non eſt conſuetudo, vt puniatur pecuniaria pœna, puniendum eſſe pęna flagellorum, niſi, propter nobilitatem, commutari debeat in pęnam exilij, vel aliam arbitrariam, conſonatque ius commune in authentica ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit. Obſerua tamen, pro furto quadraginta, ſexaginta, octoginta, quin & centum, marauedinorum, nefas eſſe hodie quenquam punire pęna flagellorum, imò neque relegationis, præſertim ſi ſit primum furtum, idq; pro-pter modicum valorem hodie talis ſummę marauedinorum ad reliquas res ea ſumma comparandas, vt dictum eſt: cum neque par calceorum communium, centum quinquaginta marauedinis hodie ematur. Quare eiuſmodi leuia furta hodie vel pęna pecuniaria, dupli parti applicandæ & ſeptupli fiſco, erunt punienda, vel, ſi reus non ſit ſoluendo, punienda erunt detentione illius in carcere aliquib. diebus, aut menſibus, vel collocatione illius in loco publico ad certas horas, appenſo furto ad collum, pro qualitate perſonæ, vt ſuprà cum Greg. Lopez eſt dictum.

Illud obiter obſerua, falſum eſſe, quod Greg. Lopez in calce gloſſæ citatæ affirmat, nempe pęnam abſciſſionem aurium pro ſimplici furto, eſſe pęnam abſciſſionis membri contra authenticam ſed nouo iure citatam. Neque enim cartilago tota aurium eſt membrum, nedum pars illa ſola, quę furibus abſcinditur, vt ſit illis in ignominiam, atque in ſignũ, quòd iam bis furati ſunt, vt ſi iterum furẽtur, ſuſpendantur, vt tractatu 3. ſequenti oſtendetur: quare judices, qui eam pęnam infligunt, irregulares propter illam non ſunt, vt ibidem oſtendetur. 13

Dubium eſt. Vtrùm, ſi is, qui de furto aliquo in hoc Regno conuincitur, reperiatur abſciſſis auribus eo modo, quo furibus conſueuerũt abſcindi pro ſecundo furto, id ſatis ſit, vt illud furtum cenſeatur tertium, & vt poſſit ſuſpendi pro illo abſque alia probatione. Pars, quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Quoniam l. 6. titu. 28. part. 2. cum referatur, quondã pro primo furto, facto in exercitu ab ignobili conſtitutum fuiſſe, vt ſolueret illud duplum, abſcinderenturque ei aures, ac manus, qua id eſſet furatus, & pro ſecundo interficeretur: Si vero furtum fuiſſet annonæ, pro prima vice interficeretur, modo ibi explicato. Atque pęnæ adeo acerbæ ſtatuerentur, quoniam in exercitu non habent homines domos, neque arcas, in quibus res ſuas cuſtodiant, cum tamen expediat valde res militum in exercitu, & præcipuè dum ſunt inter hoſtes, tutas illis, vt habeãt vnde viuant, eaque ratione opus fuit, vt timore pęnæ acerbæ, tutæ illis eſſent. Cum hæc, inquam, ibi referantur, mitigandò eam pęnam, ſtatuitur, vt ignobilis pro primo furto ſoluat illud duplum, & inſuper ſignetur ferro candenti in facie, & pro ſecundo interficiatur. Et dum ſermo eſt de eo ſigno, ſic in ea lege habetur. *Por que quando otra uagada lo fizieſe, fueſe conocido por el, e el ſegundo furto y eſta ſenal fueſe en teſtimonio para eſcarmentarlo dandole muerte.* Et loquẽdo de antiqua pęna, ſic in eadẽ lege dicitũ. *Que lo pechaſe doblado, y lo ſenalaſen cortandole las oreias, e la mano, con que lo furtaſe. E eſto fizieron, por dar eſcarmiento a los otros, por que ſe guardaſen de fazer otro tal, è porque, ſi aquel furtaſſe otra vagada, que el furto y la ſenal le fueſen teſtimonio para darle muerte.* Pari ergo ratione furtum plenè comprobatum, & abſciſſio aurium, ſufficere debent, vt pro eo furto, tanquam pro tertio, imponatur hodie pęna mortis. Vt verò hic obiter nos expediamus à furtis factis in caſtris, in eadem lege ſubiungitur, ſi ignobilis furetur annonam, ſoluat illam quadruplam, & ei amputentur aures pro prima vice, niſi, fame preſſus, id fecerit, neque plus annonæ ſit furatus, quàm quòd ſtatim conſumeret. Nobiles, qui furantur in exercitu, ſi furtum non ſit annonæ, pro prima vice ſoluunt illud quadruplũ, & amittunt portionem, quæ eos contingere debebat ex præda. Pro ſecunda vero in eandem pęnam incidunt, & exulant à loco habitationis ſuæ tempore arbitrio Regis taxando. Si vero furtum ſit annonæ, pro prima vice ſoluunt illud octuplum, & pro ſecunda incidunt in eandem pęnam, & inſuper exulant modo explicato. Nunquam autem audiui,

Quæſtio. 14 Argumentum. 15

ui, quenquam in exercitu punitum fuiſſe pro primo furto illo ſigno ferri candentis in facie, aut pro primo furto annonæ abſciſſas illi fuiſſe aures. Quare contraria conſuetudine videntur ceſſaſſe illæ pęnæ, videnturque in exercitu huiuſmodi furta pęnis arbitrarijs puniri, acerbioribus, quàm puniãtur furta extra exercitum commiſſa. Id tamen ex vſu & conſuetudine erit ad diſcendum ex ijs, qui in exercitu ſunt

Deciſio. verſati. Ad rem verò noſtram redeundo, dicendum eſt cum Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 5. nu. 14. reperiri auriculas abſciſſas eo modo, quo furibus abſcindi conſueuerunt, eſſe ſufficiens iudicium, ſufficientemque præſumptionem, vt interrogari poſſit de furtis præteritis, & niſi ſufficienter probet alia de cauſa abſciſſas illi fuiſſe, vt ſubijciatur tormentis, quibus cõfiteri cogatur furta alia commiſſa, cauſamq; veram abſciſſionis aurium: antequam autem duo anteriora furta confiteatur, aut illi probentur, mittendo literas requiſitorias ad loca vbi illa commiſit, & vbi propter illa abſciſſæ ſunt ei aures, non poteſt puniri pęna mortis: quoniam abſciſſio illa aurium aliunde potuit euenire: & quoniam licèt ſit præſumptio vehemens, ob duo anteriora furta fuiſſe ei abſciſſas; pęna tamen ordinaria pro crimine nõ poteſt imponi, niſi integre ac plenè de crimine conſtet, vt habetur, l. vlt. C. de probationibus, & alijs iuribus, præſcribitque

Ad argum. recta ratio. Ad l. 6. titu. 28. par. 2. reſpondet Ant. Gom. id præcisè eſſe intelligendum in eo euentu, & in terminis eius legis, neque eſſe extendendum ad alia. Dicerem, neque in eo euẽtu eſſe integrum & plenum teſtimonium, ſed ſolùm valde vrgens ac violentum, multumque coadiuuans ad plenam probationem, ac ſufficiens, vt interrogari poſſit de priori furto, & de cauſa talis ſigni; atque vt, niſi aliam cauſam reddat, ac ſufficienter probet, ſubijci poſſit tormentis, vt confiteatur furtum antecedens, & cauſam legitimam eius ſigni, quando aliunde non integre ex teſtibus conſtat.

16 Hodie verò, quę hactenus dicta ſunt, de pęna pro primo & ſecundo furto, locum non habent, quando furta ſunt alicuius momenti, propter l. 9. iunctis duabus antecedentibus, titu. 11. lib. 8. nouæ collect. infrà referendæ, quæ ſtatuunt, vt pro primo furto, ſi fur non ſit minor decem & ſeptem annis, neque imponatur pęna pecuniaria ſeptupli fiſco Regis, neque pęna flagellorum, ſed remigandi in triremibus, & vt pro ſecundo imponatur pęna flagellorum, loco verò abſciſſionis aurium, imponatur pęna remigandi in triremibus.

17 Lex 9. titu. 10. lib. 7. nouæ collect. ſic habet: *Si naue, o galera, o otro nauio qualquier, en la mar peligrare, o ſequebrare, mandamos, que el nauio, y todas las coſas, que del hallaren, ſean dadas a aquellos, cuyas eran antes, que el nauio quebraſe, o peligraſe, y ninguno ſea oſado de tomar coſa alguna dellas ſin licẽcia de ſus dueños, ſaluo ſi las tomare para guardarlas. Y antes que las tome, llame à el alcalde del lugar, ſi lo pudiere auer, o à otros hombres buenos, y eſcriba todas las dichas coſas, y guardelas por eſcrito, y por cuento, y de otra guiſa no ſean oſados de lo tomar, y quien de otra guiſa lo tomare, pechelo como de hurto. Y eſto miſmo ſea de las coſas, que fueren echadas del nauio, por lo aleuiar, o ſe cayeren y perdieren en qualquier manera.* Et l. 11. ſubiungitur: *Ordenamos y mandamos, que de aqui adelante en los puertos de los mares de todos nueſtros reinos, no ſe puedan ni lleuen por nos, ni por otras perſonas algunas, precio ninguno de los nauios, que quebraren, o ſe anegaren, en las nueſtras mares, y queremos, que los tales nauios, y todo lo que en ellos viniere, queden y finquen para ſus dueños, y no le ſea tomado, ni occupado, por perſona alguna, ſo color del dicho precio, ſo pena que qualquier que lo contrario hiziere, por la primera torne à ſu dueño todo lo que tomare con mas las coſtas y daños, y pague el quatro tanto dello para la nueſtra camara. Y por la ſegunda vez, torne à ſu dueño todo lo que tomare, con mas las coſtas y daños, y que aya perdido el puerto de la mar, por razon del qual pide el dicho precio, y el lugar mas cercano del, que tuuiere por ſuyo, y que ſea applicado y confiſcado por el miſmo hecho para la nueſtra camara y fiſco. Y eſſo miſmo mandamos y defendemos, que quando alguna beſtia cayere de puente, o hiriere otra beſtia, o perſona, o ſe deſpeñare carreta, o ſe cayere coſa, que no tomen por eſſo las iuſticias, ni los ſeñores de los lugares, las beſtias, ni las carretas, ni las coſas, como dizen que ſe acoſtumbra en algunos de los lugares: pues es iniuſta eſta extorſion y corruptela: ni de las coſas ſuſo dichas, ni de otras ſemeiantes, ſe lleuen derechos de ſangre ni homezillo; y que eſto ſe guarde y cumpla, no embargante qualquier vſo y coſtumbre, por donde lo tal ſe diga ſer introduzido, el qual vſu y coſtumbre nos por la preſente reuocamos.*

Lege 1. titu. 23. lib. 8. nouæ collect. ſic habetur: *Eſſo miſmo dezimos, que muera por iuſticia aquel, que fuere conuencido de hurto, o robo, o fuerca, en la dicha nueſtra corte, o en el nueſtro raſtro, y aquel que fuere tomado con el hurto, o robo, en la dicha corte, o raſtro.* Hæc tamen pęna hodie mitigata eſt, vt paulo inferius ſubijciemus ex l. 7. 8. & 9. titulo 11. lib. 8. nouæ collect. 18

Lege 5. tit. 17. lib. 5. nouæ collect. habetur: *Quien hurtare, o forcare, bueyes, o beſtias, de arar, o los apareios, que ſon para arar y labrar, y coger pan, y los frutos de la tierra, que la torne à aquel, a quien la tomo, con onze doblado, la mitad deſta pena para el querelloſo, y la otra mitad para nueſtra camara.* 19

Lex 16. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. ſic habet: *Mandamos, que ninguna, ni algunas perſonas de nueſtros reinos, de qualquier eſtado y condicion que ſeau, no ſean oſadas de comprar de ningun eſclauo, ni eſclaua, ningunas ioyas, ni paños, ni liencos, ni oro, ni plata, ni otros bienes algunos, de grande ni de pequeño valor, ni los troquen ni cambien con ellos, ni los reciban de gracia, ni por via de donacion, ni encomienda, ni en guarda, ni en peño, ni para los dar, ni lleuar, à otras perſonas, ni por otra via, ni manera alguna, agora ſean los dichos eſclauos negros o loros, o blancos, nacidos en eſtos nueſtros reinos, o fuera dellos, agora ſean Chriſtianos, agora Moros, ſo pena que qualquier, que lo contrario hiziere, o fuere o paſſare contra lo contenido en eſta nueſtra carta, por eſſe miſmo hecho ſea tenudo y obligado à la reſtitucion de los tales bienes y dineros, oro, y plata, o otras qualeſquier coſas, que recibiere, ſabiendo que aquel, o aquellos, de quien los vbieron, eran eſclauos, o ſiendo auidos y tenidos por tales, y ſean mas obligados à pagar la pena de los hurtos, aſſi como ſi ellos vuieran hurtado o ſubtrahido las dichas coſas, y que eſto aya lugar y ſe cumpla, aunque no ſean hallados los tales bienes en poder de las tales perſonas, que aſſi los vbieron de los dichos eſclauos prouandoſe legitimamẽte que vinieron a ſu poder en qualquier maneras de las ſuſo dichas. Saluo ſi los tales eſclauos, o eſclauas, de conſentimiento de ſus dueños vuieren ſido, o fueren, tratantes y negociadores, o ſi fueren auidos y tenidos comunmente y reputados por tales, ca en los tales caſos mandamos, que no aya lugar lo contenido en eſta nueſtra carta, mas que ſe guarde cerca dello, lo que las leyes de nueſtros reinos mandan.* 20

Miniſtri *de la hermandad*, non ſolùm cognoſcunt de rapinis, vt infra dicetur, ſed etiam de furtis rerum mobilium, aut ſe mouentium; modo tamen eiuſmodi furta fiant *en yermos, o en deſpoblados, o en qualeſquier lugares poblados, ſi los malhechores ſalieren a el Campo con los tales bienes, que vbieren hurtado. Y es yermo, para eſte y otros caſos de hermandad, lugar deſcercado de treinta vezino a baxo.* Ita habetur l. 2. titu. 13. libro 8. nouæ collect. Si eiuſmodi 21

di

di ſurtum non exceſſerit valorem centum quinquaginta marauedinorum, fur reddit quod furatus eſt, & inſuper duplum aliud parti læſæ, & quadruplum in ſumptus *de la hermandad*, & flagellatur, ac exulat. Si autem furtum excedat valorem centum quinquaginta marauedinorum, nec excedat valorem quingentorum marauedinorum, ſubit pœnam centum flagellorum, & amputatur ei aures. Quòd ſi furtum excedat valorem quingentorum marauedinorum, ita tamen vt non excedat valorem quinque mille marauedinorum, amputatur illi pes, & inſuper imponitur ei pœna, vt nunquam equitet, neque mulam aſcendat, ſub pęna mortis, ſagittis ei inferendæ. Si verò furtum exceſſerit valorem quinque mille marauedinorum, eripitur ei vita iactis in eum ſagittis. Ita habetur. l. 3. tit. 13. citato. B Et quamuis. l. 7. ſequenti pręſcriberetur modus, quo ſagittis eſſet interficiendus; poſtea tamen. l. 46. ſancitũ fuit, vt nullus ſagittis interficeretur, ſed prius extrãguletur, & poſtea mittantur in eum ſagittæ. Qualiter autem in hoc, & in alijs delictis, in quibus punire poſſunt iudices *de la hermandad*, procedere poſſint iudices alij ordinarij, & quouſque ſit locus præuentioni iudicum *de la hermandad*, vide ibidem lege. 10. Haud tamen ſcio, num eiuſmodi pęnæ tanto cum rigore exequutioni mandentur, præſertim imminuto adeò his noſtris tẽporibus valore pecuniæ, vt ſuprà dictum eſt.

22 Lex 7. titu. 11. lib. 8. nouæ collect. ſic habet: *Mandamos a todas las iuſticias de nueſtros reinos, que los ladrones, que conforme à las leyes de nueſtros reinos deuen ſer condenados en pena de acotes, de aqui adelante* C *la pena ſea, que los traygã à la verguenca,* y que ſiruan quatro años en nueſtras galeras por la primera vez, ſiendo el tal ladron mayor de veinte años: y por la ſegunda le den cien acotes, y ſirua perpetuamente en las dichas galeras. Y ſi fuere el hurto en nueſtra corte, por la primera vez le ſeã dados [a] cie acotes, y ſirua ocho años en las dichas nueſtras galeras, ſiedo mayor de la dicha edad, y por la ſegunda vez le ſean dados dozientos acotes, y ſirua perpetuamente en las dichas galeras.[b] Y en los hurtos qualificados, y robos, y ſalteamientos en caminos, o en campos, y fuercas, y otros delictos ſemeiantes, o mayores, los delinquentes ſean caſtigados conforme a las leyes de nueſtros reinos.[c] Y mandamos que los ladrones y vagamundos y holgazanes, menores de la* D *dicha edad de veinte años, y las mugeres vagamundas, y ladronas, y los eſclauos, de qualquier qualidad que ſean los ſuſo dichos, ſiendo preſos por lo ſuſo dicho, no ſean echados a las galeras, ſino que ſean penados y caſtigados conforme à las leyes de nueſtros reinos.* Poſtea autem extenſa fuit lex præcedens, etiam ad rapinas in eremo, & itineribus, & ad alia delicta lege 7. ſequenti, in hunc modum: *Mandamos que aſſi en los hurtos qualificados, y robos y ſalteamientos, en caminos, o en campo, y fuercas, y otros delictos ſemeiãtes, o mayores, como en otros qualeſquier delictos de otra qualquier qualidad, no ſiendo los delictos tan qualificados y graues, que conuenga à la republica no diferer la execucion de la iuſticia, y en que buenamente pueda auer lugar con mutacion ſin auer en ello periuizio à las partes querelloſas,* E *las penas ordinarias les ſean commutadas en mandarlos ir à ſeruir en las nueſtras galeras por el tiempo que pareciere à las nueſtras iuſticias, ſegun la qualidad de los delictos.* Poſtea lege 9. eiuſdem tituli ſic ſancitum eſt: *Por quanto en la pragmatica 25. de Nouiembre del año paſſado de 1552, de que en algunas leyes deſte titulo ſe haze mencion, ſe ordena y manda, que los ladrones, que conforme à las leyes deſtos reinos auian de ſer condenados en pena de acotes por la primera vez, fueſſen condenados en quatro años de galeras y verguenca publica, ſiendo el hurto hecho fuera de la corte, y ſiendo en corte, ocho; mandamos, que los quatro años ſean y ſe entiendan ſeis, y los dichos ocho diez. Lo qual ſe entien-*

* Extenditur hæc pœna. l. 9. ſeq.

a Hęc etiam pęna extenditur eadem l. 9.

b Ad hæc, & ad alia delicta, extenditur pœna triremium l. 8. ſequenti.

c Satis eſt hodie ſi ſint 17. annorũ. l. 9. ſeq.

A *da y execute, no embargante que los dichos ladrones no ayan la edad de los veinte años, como en la dicha pragmatica ſe dize, ſiendo de tal diſpoſicion y qualidad, que puedan ſeruir en las dichas galeras, y auiendo à lo menos diez y ſiete años. Y como quiera que, conforme à el vſu y eſtilo que los iuezes tienen en eſtos reinos, en el dicho caſo del primer hurto condenan en ſetenas, y en ſu defecto en la dicha pena de acotes, ordenamos y queremos, que la dicha condenacion de galeras ſea preciſa, y no en defecto de ſetenas. Y que otroſi en lo diſpueſto por la dicha pragmatica, acerca de los dichos ladrones, y lo que en eſta ſe añade y declara, ſe entienda y eſtienda à los encubridores y receptores y participes en los hurtos, para que en eſtos aya lugar la miſma pena, y en la miſma forma que de ſuſo eſta declarado en los ladrones.* B Vide etiam l. 4. 6. & 10. tit. 24. eiuſdem lib. 8. quæ de eadem re loquuntur.

Lege 4. titu. 23. libro 8. nouæ collect. eximitur à pœna mortis, qui interfecerit *a el ladron, que hallare de noche en ſu caſa hurtando, o fora dandola, o ſi lo hallare con el hurto huiendo, y no ſe quiſiere dar à priſion, o ſi lo hallare hurtando lo ſuyo, y no lo quiſiere dexar.* 25

De iure Lúſitano, qui furatur valorem ſelibræ argenti (*marco de plata* noſtri appellant) punitur pęna mortis, etiamſi furtum ſit primum. Ita habetur. 5. libro Luſit. ord. titu. 37. in princ. Vt autem in materia de cambijs dictum eſt, tempore, quo ea lex condita fuit, ex ſelibra argenti ſolùm conficiebantur in eo Regno ſex cruciati: hodie verò euecto C regali argenteo ad quadraginta *reais* in eo Regno, plures conficiuntur. Cum autem valor, quem furtum habere debet, vt puniatur pœna mortis, expreſſus ea lege ſit ſelibra argenti, non verò ſex cruciatis, quos tunc valebat, vtique hodie neceſſe eſt quòd furtum ad valorem pertingat, quem ſelibra argenti nunc habet, vt puniri pœna mortis poſſit. Præſertim cum valor pecuniæ, ad res alias ea emendas, multum decreuerit. Et cum pœnæ, maximè adeò acerbæ, ſint reſtringendæ. Idem intellige, quotieſcunque in ordinationibus Luſitanis mentio fit ſelibræ argenti, valoriſve illius, aut partis illius, ad pęnam infligendam, & quotieſcunque pęna nomine ſelibræ argenti, aut partis illius, exprimitur. Qui infra valorem ſelibræ argenti, furatur in eo Regno valorem qua- D dringentorum *reais*, aut ultra, punitur pœna flagellorum *con baraco è preguam*, & abſciſſionis aurium. Qui verò infra eum valorem furatur, punitur pęna flagellorum *con baraco è preguam*, aut alia minori corporali, arbitrio iudicum, attenta quantitate, & qualitate furti, & qualitate eius, qui furatus eſt. Mancipium verò, ſiue Chriſtianum, ſiue infidele, quod id fuerit furatum, modo furtum pertingat ad valorem centum *reais*, punitur pœna flagellorum *con baraco è preguam*, & abſciſſionis aurium. Quando autem furtum mancipij non pertingit ad valorem centum *reais*, punitur ſola pęna flagellorum. Quicunque in eo Regno commiſerit tria furta, modò ſingula, vt minimum ſint ualoris quadringento- E rum *reais* punitur pęna mortis, eſto pro primo, & ſecundo, furto punitus iam antea fuerit aliis pœnis. Ita habetur titu. 37. citato. §. 2. & 3. Neſcio tamen, an pęnæ adeò acerbæ, præſertim hodie, quando adeò decreuit in eo Regno valor pecuniæ ad res alias ea comparandas, tanto cum rigore mandentur exequutioni. Eiuſque ego eſſem ſententiæ, vt mutarentur, multumque de tanto rigore mitigaretur.

24 Ius Luſit.

Qui emit in eo Regno rem, quæ veriſimiliter, attenta eius qualitate, ac perſonæ vendentis, videtur furto ablata, aut non eſſe eius, qui illam vendit, ſi poſtea comperiatur, eam rem furto fuiſſe ablatam, punitur emptor ac ſi eam furto abſtuliſſet, neque ei prodeſt, 25

deſt, quòd dicat, à quo illam emerit. Ita habetur ibidem. §.4.

Qui in curia, aut in ciuitate Olyſſiponenſi, emit aliquid valoris vltra quinquaginta *reais* ab alio, quã *dos pregoeyros è a de las*, qui ad res vendendas ſunt deputati, aut ab artificibus, qui tales res conficiunt, ſi comperiatur poſtea id furto fuiſſe ablatum, ſoluit rem ita emptam domino, & inſuper quadruplũ, quòd ſi quadruplum non pertingat ad duo mille *reais*, ſoluit duo mille *reais*, dimidium totius pœnę accuſanti, & dimidium pietati, & detinetur in vinculis quindecim dies: neque eum excuſat à tota hac pœna, quòd dicat, à quo eam rem emerit. Quòd ſi ſecundò in idem crimen inciderit, exulat inſuper vno anno in aliquo *dos cautos de reyno*. Ita habetur ibidem. §.5.

Is, cui offertur emenda res furto ablata poteſt comprehendere talem venditorem, eumque offerre miniſtris publicis cum tali re furtiua. Compertoque poſtea, furto fuiſſe ablatam, ſoluitur tali, qui ita venditorem comprehendit, de bonis eius venditoris, quantum ea res æſtimabitur. Si verò is ſoluendo non ſit, ſoluitur ei de arca pietatis, modo non plus de ea arca ei ſoluatur, quàm quinque cruciati. Ita habetur ibidem. §.6.

Quando res deuenit ad aliquem legitimo titulo, vt commodati, depoſiti, tanquam receptori, opifici ad aliquid inde efficiendum, aut alio legitimo titulo, ſi is id furetur, aut cum eo fugiat, vel illud vẽdat, punitur iudicis arbitrio, etiam pęna mortis, ſi crimẽ tanta pęna iudicabitur dignum. Præcipitur verò, vt quando tale furtum pertigerit ad valorem decem ſelibrarum argenti, imponatur pęna mortis, & vt nunquam pęna mortis, pro eo crimine impoſita, mandetur exequutioni, quin prius ea de re factus Rex ipſe ſit certior. Ita habetur ibid. §.7.

Quando oſtenditur ſcindens, aut aperiens marſupiũ alterius, eſto nihil in eo marſupio reperiatur, damnatur pęna flagellorum ac abſciſſionis aurium. Ita habetur leg. prima, titu. tertio, part. quarta, leg. extrauagan.

Quicunque fuerit repertus habere *gazuas*, punitur pęna flagellorum, & exilij duobus annis in inſulam Diui Thomæ. Si verò fuerit eius qualitatis, qui flagellorum pęna non debeat puniri, exulat tribus annis in eadem inſula. In eaſdem pęnas incidit faber ferrarius, aut quicumque alius, cui probatũ fuerit, feciſſe ea inſtrumenta. Ita habetur ibidem. §.8. In eaſdem pœnas incidunt, qui, poſt datum ſignũ, vt omnes de nocte ſe recipiant, repertus fuerit cum inſtrumentis, de quibus conſtet, eſſe ad aperiendas, aut confringendas, arcas, vel portas, aut ad eas extrahendas de cardine. Ita habetur tit. 37. citato. §.9. Ibidem. §.10. ſubiungitur, vt fures ſignarẽtur ſigno quodam in facie. Ea tamen lex abrogata eſt. l. vlt. tit. 1. par. 4. leg. extrauag.

Qui de nocte à parte exteriori claudit portas aliorum, ipſis non conſentientibus, ſi ſit plebeius, punitur pœna flagellorum *con baraco è preguam*: ſi verò ſit maioris notæ, exulat duobus annis in aliquo ex locis tranſmarinis. Quòd ſi ſimul aliud delictũ committant, inſuper puniuntur pęna eius delicti. Ita habetur ibidem. §. vlt.

26 De iure canonico, ſi clericus furetur, deponẽdus eſt: modo furtum non ſit leue, vt quia modicæ quantitatis, aut quia domeſticum, vt bene notat Panorm. in c. tua. de pęnis: nam tũc pęna ſolum arbitraria puniri debet. Quòd ſi depoſitus fuerit incorrigibilis, admonitus, erit excommunicandus & anathematizandus. Atque, vt hæc fiant, comprehendi debet, & in vinculis detineri, dum de cauſa cognoſcitur ac profertur ſententia. Si verò nec ſic deſtiterit, relaxari verbaliter debet ſeculari poteſtati, atq; ex tunc

A non gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici; ſed puniri debet per ſecularem poteſtatem pœnis aliorum furum; attenta tamen qualitate perſonæ, ſicut & in puniendis furibus ſecularibus qualitas perſonæ attenditur. Ita habetur capit. cum non ab homine, de iudicijs, ibique, & capitu. tuæ. citato, notat Panormitan. vide etiam Sylueſtrum, verb. degradatio. De clerico verò rapinam committente mox dicetur.

De iure Cæſareo communi, quando furtum, ſine vi quidem illata perſonis, cæterum cum effractione fiebat, ſeræ, portarum, parietis, tecti, aut alterius rei, non imponebatur pœna mortis, aut mutilationis, ſed ſi talis fur cum effractione erat nocturnus, flagellatus, mittebatur in metallum: ſi verò erat diurnus, 27
B flagellatus ſimiliter, damnabatur vt ſeruiret in opere publico in perpetuum, aut ad tempus, pro criminis, & circumſtantiarum, qualitate, vel nobilis relegabatur, vt conſtat ex l. vlt. ff. de effractoribus, iuncto. §. vltim. legis antecedentis, & ita affirmant Grego. Lopez. l. 18. tit. 14. part. 7. verb. *matar ni cortar miembro*. Ant. Gom. 3. tom. var. reſolut. capit. 5. num. 12. & alij, quos citant. Neque refragatur. l. 18. citata: quoniam non ſtatuit pęnam mortis effractoribus, ſeu furãtibus ex domibus cum effractione ſine violentia illata perſonis, ſed diripientibus ex domibus cum violentia perſonis illata, ſiue cum armis, ſiue ſine armis: de qua re ſtatim dicetur.

De iure huius Regni lex 6. titu. 26. lib. octauo, nouæ collect. Sic habet: *Todo aquel, que fora da caſa, o* 28 Ius Caſtellę
C *fiziere lugar por donde hombre entre a hazer maleficio cae en caſo de aleue, y pierde la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara, y el cuerpo a la mi merced.* Item lex 6. titu. quinto, lib. quarto, fori ſic habet, *Todo ome, que foradare caſa, o quebrantare Igleſia, por furtar muera por ello.* Et hæc lex eſt, quæ ſeruatur in praxi quoad hoc in Regno, vt hoc ſeruari in praxi affirmat Anton. Gom. nume. 12. citato, etiam ſi furtum ſit paruę quantitatis, & Grego. Lopez gloſſa citata, relata eadem lege fori, ait ſe credere ſeruari eam in praxi: non verò eſt lex. 18. titu. 14. part. 7. quicquid Ant. Gom. num. 12. citato in contrarium dicat, cum lex illa. 18. nihil tale ſtatuat. Gregor. Lopez gloſſa citata, & Montaluus in legem 5. fori, referunt. l. 74. ſtyli, quæ, declarãdo prædictam legem
D 5. fori, eam extendit ad aſcendentem per parietem, vel intrantem per feneſtram, vel per tectum domus, vel ſi aperuerit oſtium claue, vel ſeram arcæ fregerit. Subiungit verò Gregor. Lopez, ſe non affirmare, ſeruari in praxi eam legem ſtyli, remittitque vt ea de re conſulantur practici in puniendis delictis. Quòd vero non ſeruetur in praxi, non leue mihi eſt argumentum, me non inueniſſe eam legem ſtyli in noua legum collectione, etiamſi diligenter eã quæſierim. Et Antonius Gom. nume. duodecimo citato in poſtrema editione, facta ſolum mentione de leg. 18. & de lege quinta *fori*, citatis, nõ verò de hac lege ſtyli, ait, ſe defendiſſe quendam, qui furatus fuerat plus, quàm quinquaginta ducatos, fracta ar-
E ca, & obtinuiſſe, ne interficeretur, eo quòd prædicta lex loquatur de fractura domus, eaque de cauſa non ſufficiat fractura arcæ.

De iure verò Luſitano, ſi quis aperuerit aliquam portam, aut intrauerit domum, quæ erat clauſa, per portam, feneſtram, aut tectum, vel aliquo alio modo, & furatus fuerit valorem dimidij ſelibræ argenti, aut amplius, punitur mortis pęna. Et quamuis ni- 29
hil furetur ex tali domo, ſi tamen aperuerit portam illius, aut intrauerit domum modo explicato furandi animo, punitur flagellorum pęna *con baraco è preguam*, amputanturque ei aures, & exulat in perpetuũ in inſulã Diui Thomę. Ita habetur 5. lib. ord. tit. 27. §. 1. De eo verò, qui deprehenditur cũ inſtrumentis

mentis ad hæc patrandum, dictum eſt paulo ſuperius, dum de pęnis iuribus iure Luſitano ſtatutis eſt dictum.

30 Quod ad rapinam, raptoreſque attinet, ex relatis hac eadem diſputatione ex l. capitalium. §. graſſatores, & §. famoſos. ff. de pęnis, iunctis authentica ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit. & authẽtico vt nulli iudicum. §. penult. liquet, de iure communi, ſi, vt rapiant, aliquem interficiant, puniẽdos eſſe pęna mortis, ibique eſſe ſuſpendendos, ſi commodè fieri poſſit, vbi homicidium ob rapinam patrarunt, vt ex §. famoſos relato, conſtat. Debere etiam eos puniri pęna mortis, patet etiam ex dictis Diſput. 682. vbi oſtenſum eſt, quando vis iniuſta infertur, & aliquis interficitur, etiam ex parte eius, qui eam vim intulit, autorem talis vis puniri pęna mortis: multo verò magis id locum habebit, quando aliquis interficit alterum, vt illum bonis ſuis iniuſtè ſpoliet, qui ſolus latro illis iuribus nuncupatur, vt ſupra expendimus. Ex §. graſſatores, etiam eſt perſpicuum, de iure communi tunc ſolùm graſſatorem ad prædam, qui neminem interficit, eſſe morte plectendum, quando cum ferro prædari aggreditur, nõ ſemel, ſed ſępius, hoc eſt, ſaltem bis, & in itineribus. Si enim, vel ſine armis prædetur ſemel tantùm, aut pluries cum armis prædetur, cæterùm non in itineribus, ſed vel in domo, aut villa aliqua, vel deprehenſos aliquos in deſerto, non punitur pęna mortis, ſed vel mittitur in metallum, vel relegatur in inſulam aliquam, vt habetur. §. citato. Atque hæc ſimiliter habent locum in graſſatoribus mari, qui piratæ, aut curſarij, dicuntur, quod ſi interficiant, puniuntur morte, ſi verò non interficiant, ſed aggrediantur pluries, vt bis, interficiuntur ſimiliter, quia aggrediuntur agentes iter mari, vbi non ſunt alia itinera, neque alia ſemitæ. Si verò ſemel tantum aggrediantur, non interficiuntur de iure communi; cõſentiunt duo anthentica citata, & doctores, quos referunt ac ſequuntur Anton. Gom. 3. tom. var. reſolut. cap. quinto, nume. 10. & Gregor. Lopez. l. 18. titu. 14. par. 7. verb. *tuuieſſe caminos*, & verb. *en la mar*. Itaque de iure communi raptor bonorum alienorum, extra duos euentus commemoratos, non puniebatur pęna mortis: ſed vno è duobus modis agi poterat aduerſus eum, quem potius eligere vellet offenſus. In primis agere poterat ciuiliter, exigendo, vltra rem raptam, aut æſtimationem illius, & fructus ex ea perceptos, & qui percipi potuerunt, ac damna omnia ſubſequuta, ad quæ omnia tenetur raptor ex iuſtitia, etiam in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia: exigendo, inquam, vltra hæc omnia, triplum eius, quod valebat res rapta, idque in pęnam delicti ſibi applicandam, aut exigendo quadruplum, includendo in eo rem ipſam raptam, ita vt ſolum triplum haberet rationem pęnæ. Porrò hæc actio ciuilis ſolùm competabat læſo, vno integro anno à puncto commiſſi delicti; vtili tamen, hoc eſt, non computando in partes illius dies, in quibus non potuit agere, vel quia impeditus, vel aliqua alia ratione, vt quia non erant dies audientiæ, addendoque totidem alios dies vtiles vſque ad complementum integri anni. Extra eum verò annum vtilem, ſolũ poterat agere ad ſimplum, hoc eſt, ad rem ipſam raptã, aut ad æſtimationem illius, & ad fructus ac damna ſubſequuta: quoniam ſola pęna præſcribebatur eo anno integro elapſo. Quando autem rapina fuit facta in abſentia eorũ, qui poſſent reſiſtere, vt quia aggreſſus eſt aliquis rapere animo vim inferendi, ſi quem reperiſſet, qui poſſet reſiſtere, tũc, ſi læſus egiſſet ad duplum actione furti occulti, poſſet iterum agere ad incremẽtum ſolùm actione bonorum raptorum, vt integra pęna tripli malefactori imponeretur. Hæc habentur. l. 1. & 2. ff. de vi bonor. rapt. inſt. eod. titu. in prin. l. 2. & tribus ſequen. C. eod. tit. & l. 3. tit. 13. par. 7. Deinde læſus poterat agere criminaliter, vt habetur. l. 3. citata, & alijs iuribus, ad pęnam legis Iuliæ de vi publica, aut de vi priuata, prout fuerit vis, quæ in rapina interuenerit, publica videlicet, aut priuata: quæ autem ſint pęnæ, ad quas agitur hac actione, Diſp. 682. eſt copioſè explicatum: & in illis, quando vis eſt publica, hoc eſt, cum armis, includuntur pęnæ deputationis ad metalla, aut deportationis, vt Diſput. 682. citata dictum eſt, de quibus eſt ſermo §. graſſatores citato, quando graſſatores ferro aggrediuntur, neque illis eſt imponenda pęna mortis. Vt verò obſeruat Gregor. Lopez. l. 18. citata, verb. *en la mar*, cum alijs, quos citat. hodie non eſt in vſu pęna ad metalla, aut deportationis, eaque de cauſa imponenda eſt loco illius pęna arbitraria, refertque, quẽdam dixiſſe, eſſe imponendam pęnam abſciſſionis manuum propter delicti immanitatem. Porrò hæc actio criminalis, ad pęnam legis Iuliæ de vi publica, aut priuata, non impedit, quòd merè ciuiliter agatur etiam ad rem raptam, aut ad æſtimationem illius, & ad fructus ex ea perceptos, & qui percipi poterant, atque ad reliqua damna, ſi quæ inde ſint ſequuta, vt Diſput. 682. citata dictum eſt: neque enim ex his duabus actionibus vna impedit aliam, vt ſupra in hac Diſputatione eſt oſtenſum. Quo loco obſerua, etiam in criminibus, in quibus vera vis non interuenit, ſed priuilegium habent, vt in eis agatur etiam de vi publica, aut priuata, vt ſunt furtum ex incendio, & alia Diſput. 682. commemorata, poſſe agi eiſdem modis: eo quòd ſint rapinæ iuris priuilegio, vt Diſp. 683. eſt dictum.

31 *Ius Caſtellæ.* Quod ad hoc Caſtellæ Regnum attinet. In primis. lex 18. citata ſic habet: *Por razon de furto no deue de matar ni cortar miembro ninguno. Fueras ende, ſi fueſſe ladron conocido, que manifieſtamente tuuieſſe caminos, o que robaſſe otros en la mar con nauios armados, a quien dizen curſarios, o ſi fueſſen ladrones que ouieſſen entrado por fuerza en las caſas, o en los lugares, de otros para robar con armas, o ſin armas.* Vbi vides, in his euentibus ſtatui pęnam mortis. Gregor. Lopez ibidem in duobus prioribus euentibus intelligit hanc legem conſentaneè ad ius commune, vt ſcilicet nõn ſufficiat vnà rapina in itineribus, aut in mari, quando non interuenit mors, vt graſſator terra, aut mari, interficiatur, ſed neceſſarium ſit pluries, ſaltem bis id feciſſe, aggreſſumve fuiſſe id facere: id quod ſatis ſignificant verba illa, *ſi fueſſe ladron conocido, que manifieſtamente tuuieſſe caminos:* qui enim ſemel tantum in itinere rapinam commiſiſſet, non diceretur *ſer ladron conocido, que manifieſtamente tuuieſſe caminos*. Idem ſignificant verba illa; *que robaſſe a otros en la mar con nauios armados, a quien dizen curſarios:* qui enim ſemel tantum prædam feciſſet in mari, non diceretur *curſario, ni robar a otros con nauios armados*, præſertim cum repetendum videatur verbum *manifieſtamente*. Gregor. Lopez idem cenſet dicendum in tertio euentu, *de los ladrones que entran por fuerza en las caſas, o en los lugares, de otros para robar con armas, o ſin ellas*, nempe non ſufficere ſemel tantum id feciſse, aut attentaſſe, ſi mors non interueniat, ſed neceſsarium eſse pluries, ſaltem bis id feciſse, vt mortis pœna puniantur. Ducitur, quoniam hoc crimen non eſt grauius, ſed leuius, quam graſsatorum in itineribus, aut in mari; præſertim cum in domibus ſoleat eſse maior defenſio à vicinis, quàm in itineribus, aut in mari: neque ſit veriſimile, quòd in vno & eodem contextu grauior pœna imponatur pro minus graui, & minus pernicioſo delicto, quàm pro grauiori, magiſq; pernicioſo. Anton. verò Gom. 3. tom. var. reſol. capit. 5. nume. 10. de ſolis duobus prioribus euentibus loquens, licèt non improbabilem arbitretur opinionem,

nem, quam Greg. Lopez amplectitur, ait tamen, in
conſulendo, & iudicando, dicendum eſſe, iuxta eam
legem, ſatis eſſe vnum actum graſſatoris terra aut
mari, vt eſto mors non interueniat, graſſator morte
plectitur. Ego verò ex ſola ea lege id non exiſtimo
verum: quoniam lex ipſa in illis duobus prioribus e-
uentibus ſatis innuit opinionem, quam Greg. Lopez
amplectitur, quæ conſentanea eſt iuri communi, ea-
que ratione amplectenda: præſertim cum leges par-
titarum recedere non ſoleant à diſpoſitionibus iuris
communis, correctioque iuris communis, quantum
fieri poſſit, ſit vitanda. Quoad poſteriorem verò
euentum, cum de iure communi, neque pro vno ne
que pro pluribus, ſit ſtatuta pœna mortis, ſed ſolum
pęna legis Iuliæ de vi publica, aut de vi priuata, pro
ut fuerit vis, quæ in eo euentu interuenerit, neque
authentica citata ſtatuant, vt in eo euentu alia pęna
imponatur, quàm pęna antiquioribus legibus iuris
communis ſtatuta, lexque ea partitarum apertè in
eo euentu à iure communi diſcedat, ſtatuens in eo
euentu pęnam mortis, neque innuat neceſſarios ad id
eſſe plures actus, ſed potius apertè ſonet, ſufficere
vnum, ſanè non auderé dicere, in eo euentu neceſſa
rios eſſe plures actus, vt tales raptores pęna mortis
afficiantur, neque credo id habere conſuetudinem.
82 Lex 1. tit. 12. lib. 8. nouæ collect. ſic habet: *Defen-
demos, que perſona alguna no ſea oſado de hazer en los
caminos fuerças, ni robos, y qualquiera que las hizie-
re, aliende de las penas que deue proceder por derecho,
cayga y incurra en pena de ſeis mil marauedis para la
nueſtra camara.* Pęnæ autem potentibus, qui cum
ſuis *roban o toman*, ſtatutæ habentur ibidem. l. 2. &
ſequentibus.
Lex verò 6. titu. 23. eiuſdem lib. 8. ſic habet: *El
que matare, o hiriere, à otro rabandole en el camino, al-
lende de la pena corporal, que deue padeſcer, que pier-
da la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara. Y ſi
robare en el camino de cien marauedis arriba, aunque no
mate, ni hiera, pierda la mitad de los bienes, y la mitad
dellos ſea para el robado, y la otra mitad para la camara.*
Quæ ſuprà. §. miniſtri *de la hermandad*, dicta ſunt
de furtis factis in eremo, & quando cenſeatur facta
in eremo, & quibus pœnis ſint punienda, & quando
pœna mortis, & quali, & quouſque cognitio de illis,
& punitio, ſpectet ad iudices *de la hermandad*, ſimili
ter, & præcipuè, habent locum in rapinis ſimiliter fa
ctis, de quibus præcipuè leges ibi citatæ loquuntur,
ideoque neceſſe non erit illas circa rapinas repetere.
Item circa rapinas locum etiam habent, quæ ibi ſub-
iuncta ſunt de commutatione in pœnam remigandi
in triremibus, niſi delictum ſit tale, vt expediat con-
tinuò pœna legibus ſtatuta, minimeque in aliam cõ
mutata, ea puniri, vt ibidem ſubiunctum eſt.
Lex 1. titu. 19. lib. quinto, nouæ collect. Sic habet:
*Porque algunos cambiadores, y mercaderes, reciben
mercadurias fiadas para pagar à cierto termino, y los
cambiadores reciben moneda de otros para la tener en
ſu cambio, y deſpues ſe auſentan con caudales agenos, y
van à lugares de ſenorio y à fortalezas, o fuera de nue-
ſtros reinos, lo qual es coſa fea y danoſa, por ende orde-
namos y mandamos, que el cambiador, o mercader, que
tal coſa hiziere, ſea tenido dende en adelante por roba-
dor publico, è incurra por ello en las penas, en que caen è
incurren los robadores publicos, y ſe haga proceſſo crimi
nal en ſu abſencia, como contra publico robador. Y de-
fendemos, que ningun alcalde, ni otro que tenga fortale-
za, ni otra perſona alguna, ni las nueſtras iuſticias, no
ſean oſados à receptar à el cambiador, o mercader, y que
lo entreguen à la iuſticia, que en eſte caſo deuiere cono-
cer, cada y quando que fuere requerido, ſo pena que el
tal receptor, o el que lo denegare de entregar, ſea tenido
y obligado à la tal pena, que el dicho cambiador o mer-
cador, que huyo con lo ageno, pagara, ſi fueſe entrega-*

A *do, y ſea tenido de pagar lo que el tal cambiador, o mer
cader, deue. Y tenemos por bien, que en eſta miſma pe-
na incurra el, que de aqui adelante fuere requerido con
eſta nueſtra ley, el que receptare, o defendiere, y no en-
tregare, à el que eſta alzado con lo ageno, deſde antes que
ſta ley ſe hizieſe.* Hinc patet, crimen, de quo in hac
lege eſt ſermo, priuilegio eiuſdem legis ſortiri ratio-
nem rapinæ.
Et lex 2. ſequens ſic habet: *Ningun mercader, ni
cambiador, ni ſus fatores, ſe alcen con mercadurias, ni
dineros, ni otra hazienda alguna agena, ſo las penas con
tenidas en la ley por nos hecha en las cortes de Toledo*
(hoc eſt, lege præcedente) *y en las otras leyes de nue
ſtros reinos, que acerca deſto diſponen. Y nos por la pre
ſente declaramos, los que anſi ſe alzaren, ſer publicos la
B drones y verdaderos robadores. Y queremos que en ca-
ſo, que las penas criminales en ellos no ſean executadas,
que el mercader, o cambiador, o ſu fator, que aſſi ſe al-
zare, dende en adelante no pueda tener, ni vſar, ni ten-
ga, ni vſe, officio de mercader, ni de cambiador, ni de fa
tor, ca nos por la preſente por el miſmo hecho, ſin otra
ſentencia ni declaracion alguna, los inhabilitamos de
los dichos officios para toda ſu vida, y les mandamos
que no vſen dellos, ſo las penas, en que caen è incurren
las perſonas priuadas, que vſan de officios publicos ſin
tener poder ni facultad para ello, y ſo pena de perdimien
to de todos ſus bienes, que tuuieren, para la nueſtra ca-
mara y fiſco. Y otroſi mandamos, que qualquier igua-
la, y conueniencia, o tranſaction, o remiſſion, que ſea he-
cha deſpues de aſſi alzados, con los dichos ſus acreedores
C o con otra qualquier perſona en periuizio de los dichos
ſus acreedores, con qualeſquier clauſulas y vinculos y cau
telas, de qualquier manera que ſean, que no valgan, y ſin
embargo de todo ello, ſea hecho cumplimiento de iuſticia
a las partes conforme a lo en eſta nueſtra pragmatica cõ
tenido. Y las nueſtras iuſticias, cada y quando que ſe al
zaren qualeſquier cambiadores, o mercaders, o ſus fato
res, con alguna hazienda agena, hagan proceſſo contra el
los, y contra cadauno dellos, y contra ſus bienes, conforme
a las dichas leyes y a lo de ſuſo contenido, y executen en
ellos, y en ſus bienes, las penas en ellas contenidas. Y ſe al
gunos bienes ſuyos hallaren, que eſtan receptados en al-
gunas ygleſias, o monaſterios, o hoſpitales, o fortalezas, o
en otras qualeſquier partes y lugares, los ſaquen dellas,
para que de alli ſe paguen los acreedores, de lo que les fue
D re deuido. Y mandamos à qualeſquier perſonas, en cuyo
poder eſtuuieren qualeſquier deuidas, o mercadura, o
mercadurias, o otros qualeſquier bienes de los que aſſi ſe
alzaren, o ſupieren quien los tiene, no paguen las dichas
deudas à las perſonas, que aſſi ſe vuieren alzado como di
cho es, ni les acudan con los dichos bienes, ni con parte de
ellos, y dentro de treinta dias, deſpues que en qualquier
manera viniere à ſu noticia, que el tal mercader, o cam-
biador, o fator, ſea alzado, venga à manifeſtar lo que tie
ne ſuyo, y les deue, ante las nueſtras iuſticias, para que
dellos puedan pagar, y paguen, los dichos acreedores con
forme à derecho, ſo pena, que lo que les pagare, ſe aya por
no pagado, y lo torne à pagar otra vez, y pierda otra tan
to de ſus bienes, como encubriere, e no deſcubriere, ſabien
E do quien lo tiene, para la nueſtra camara y fiſco, y otro
tanto para pagar los acreedores del que aſsi eſtuuiere
alzado.*
Et l. 3. ſequenti ſubiungitur: *Mandamos, que las le
yes, que hablan contra los que ſe alzan, ayan lugar y ſe
executen en las perſonas de aquellos, que alzaren ſus bie
nes, aunque ſus perſonas no ſe auſenten, prouando ſus a-
creedores que las tales perſonas alzaron, y eſcondieron
los bienes, que tenian.*
Et l. 4. ſequenti additur: *Mandamos que de aqui a-
delante ningun mercader, que ſe alzare, no pueda go-
zar, ni goze, del priuilegio de la hidalguia, para excu-
ſarſe de la pena del dicho delito, ni para otro caſo, ni
coſa alguna. Y lo miſmo mandamos, que ſe guarde y*

cumpla contra los recaudadores y mayordomos de concejos, y de qualeſquier perſonas, que ſe alzaren.
Et l.5. additur: *Otroſi por quanto algunos de los mercaderes, y cambiadores, pueſto que no alcenſus perſonas y bienes, pero dizen que quiebran en ſus contrataciones y negocios, de lo qual ſiendo por ſu culpa y dolo o malicia, reſulta daño a la republica, mandamos, que en quanto a los que aſſi quiebran y no cumplen por falta de bienes, que ſe haga iuſticia conforme a derecho y a leyes deſtos reynos, y la qualidad de los negocios.*

Ius Luſit.
33 De iure Luſitano, libro 5.ord.titu.38. erat ſancitum, vt qui vi, ac contra alterius uoluntatem, auferret aliquid ab eo, penes quem erat, ſi res ita vi accepta eſſet ualoris mille *reais*, aut ultra, accipiens interficeretur. Si verò non attingeret valorem mille *reais*, ſubiret pœnas, quæ ſupra relatæ ſunt, ſtatutas in eo Regno eſſe furantibus eam quantitatem. Quæ autem dicta ſunt, locum non habent, etiam ſi is, qui rem ita ui accepit, dicat, ſe obtuliſſe pretium rei ita acceptæ ei, penes quem ea res erat, & à quo vi illam accepit, aut illi reliquiſſe pretium illius. Si tamen res vi acceptæ ad uictum attinebant, & qui illas accepit erat *caualeiro*, aut altioris notæ, tunc pro prima vice ſoluebat illud in triplo, pro ſecunda in ſexcuplo, & pro tertia nouies, indeque ſoluebatur ei, qui eam rapinam erat paſſus, pretium rei, totumque lucrum ceſſans, ac damnnm emergens, & reliquum erat in redemptionem captiuorum. Ita habetur titu.38.citato, iuncto titu.36. libro 2. Quo in loco lege pœnas ſtatutas, tum dominis temporalibus, qui à ſibi ſubditis inuitis, tum etiam quibuſcunque alijs, qui à quocunque inuito, ſine auctoritate iudicis, accipiunt cibos, iumenta, aut plauſtra, nihil impediente, quòd pretium iuſtum offerant. Poſtea verò l.2.titu.3.par.4.l.extrauag. ſtatuit Emmanuel Rex, vt quicunque in via, vel in agro, aut in loco deſerto, raperet quicquam ab alio, ſi res rapta excederet valorem centum *reais*, morte puniretur. Si verò non excederet eum valorem, flagellaretur, ac mitteretur in perpetuum exilium in inſulam diui Thomæ.

34 De iure canonico, ſi clericus latrocinium (hoc eſt furtum cum violentia, vt bene exponit Panor. c.tuæ de pœnis) committat, vt ſi ſit graſſator, ſimul eſt deponendus, ſeu (quod idem eſt) degradandus verbaliter, & detrudendus in monaſterium ad perpetuam in eo pœnitentiam agendam. Quando autẽ eſſet incorrigibilis, relinquendus eſſet brachio ſeculari, atque ex tunc non gauderet priuilegio fori, ſed puniri per ſecularem poteſtatem poſſet ac ſi eſſet laicus. Hæc conſtant ex c. tuæ de pœnis, iuncto, cap. cum non ab homine de iudicijs. Lege Panor. vtrobique, & Sylu.verb.*degradatio*. Hæc de pœnis rapinæ ſtatutis.

35 Quod attinet ad pœnas pro furto, in quo ſacrilegium interuenit, in principio diſputationis præcedẽtis, agendo de ſpirituali pœna pro eo delicto, explanauimus, quis dicatur locus ſacer, vt furtum in eo commiſſum ſacrilegium cenſeatur. In foro ſeculari de iure Cæſareo communi, qui furatur rem ſacram de loco ſacro, punitur pœna mortis, vt conſtat ex l.ſacrilegij, & ex l.ſacrilegi.ff.ad leg.Iul.pecul. Aliquãdo tamen, attenta qualitate perſonæ quo ad ætatem, & alias circunſtantias, & attenta quantitate & qualitate furti, mitior pœna iniungebatur, vt deportationis, exilii, aut alia iudicis arbitrio, vt patet lege ſacrilegij citata.

Lex tamen ſacrilegij citata, pœna mortis punire videtur furtum, etiam rei non ſacræ Deo donatæ, ſi de nocte fiat cum templi effractione ſecus verò ſi de die aliquid tale ex templo furto ſit ablatum.

36 In hoc verò Regno lex 18.ti.14.par.7.indiſtinctè
A ſtatuit pœnam mortis furanti rem ſacram de loco ſacro. Commemorando enim fures, qui mortis pœna puniuntur, ait, *o ladron que furtaſſe de la Igleſia, o de otro lugar religioſo, alguna coſa ſancta o ſagrada.* Et Ant.Gom.3.tom.var.reſol.c.5.num.11. ait, ita indiſtinctè eam legem in hoc Regno practicari. Greg. tamen Lopez ibidem verb. *alguna coſa ſancta o ſagrada*. cenſet ex circunſtantijs minui eam pœnam, iuxta diſpoſitionem iuris communis. Ac certè id videtur conſentaneum rationi ac æquitati. Ea enim verba exceptio ſunt ab illa regula, quòd pro furto imponi nõ debeat pœna mortis aut mutilationis, excipitque ea lex illis verbis ſacrilegium rei ſacræ de loco ſacro, prout etiam de iure communi eſt exceptũ: relinquit verò id moderandum iuxta moderationẽ
B ac diſpoſitionem iuris communis: durum quippe videtur, vt pro furto mapparum ſacrarum, quæ corporales dicuntur, ſi modici valoris ſint quoad materiã, & furtum non ſit ad rem profanam, ſed vt inſeruiãt in alia Eccleſia, aut ſacello, imponatur pœna mortis, maximè ſi, qui ad eum vſum eas mappas eſt furatus, puer ſimplex, aut nobilis ſit. Nomine autem rei ſacræ hoc loco intelligitur abſque controuerſia, quæ eſt cõſecrata, aut benedicta, vt ſunt calices, ara, mappæ quas *corporales* vocamus, veſtes quibus fit ſacrũ, & ſimilia. Vaſa autem, quibus vinum, & aqua, in calicem infunditur, ornamenta ſerica altaris, quæ *frontales* dicuntur, linteus pannus, quo tegitur & ornatur altare, & his ſimilia, quæ benedicta non ſunt, nõ dicuntur res ſacræ, licèt miniſterio altaris deſeruiãt,
C & licèt furtum earum rerum grauius ſit puniendũ, quàm furtum rerum merè profanarum. Imò eſt verum crimen peculatus furtum rerum Eccleſiæ, etiã ſi cultui diuino non inſeruiant, neque ſint ad id deputatæ, neque tale furtum in loco ſacro committatur, fureſque talium rerum pœnis criminis peculatus puniuntur, vt Diſput.684. dictum eſt, dum de crimine peculatus erat nobis ſermo. De eiuſmodi verò pœnis ſtatim erit ſermo. De cruce, quæ Chriſtum in ea affixum repræſentat, & de reliquis imaginibus, quæ ea, quorum ſunt typi, repreſentant, eaque ratione verè res ſanctæ dicuntur, & comprehendi videntur illis verbis legis 18. relatis, quæ diſiunctiua ſunt, *alguna coſa ſancta o ſagrada*, eſt maius dubiũ, num, ſaltem quando materia eſt magni valoris, vt ſi ſit
D crux argentea non exigui valoris, ſuſpendi fur propter furtum illius debeat. Ant. Gomez vbi ſupra ait, cum Salmanticæ eiuſmodi furtum fuiſſet factũ, furque eſſet comprehenſus, multum ea de re fuiſſe dubitatum, & tandem iudicatum fuiſſe, id furtum non eſſe rei ſacræ, nec furem damnandum eſſe pœna mortis. Certè propenderem etiam eiuſmodi res in ea lege comprehendi: legem tamen intelligendam eſſe, vt pro furto de re ſacra, aut ſancta, imponatur pœna mortis, attento valore, & attento modo rei ſacræ, attentiſque reliquis circunſtantijs concurrentibus: vnde pro furto crucis magni valoris de loco ſacro ſatis probabile exiſtimo, imponi in hoc Regno poſſe mortis pœnam.

E De iure verò Luſitano lib. 5.ord.titu.33. in prin. 37
non ſolùm, qui furatur rem ſacrã de loco ſacro, ſed etiam, qui furatur rem ſacram de loco non ſacro, punitur pœna mortis. Quin etiam, qui furatur partem aliquam *de pedra dara*, aut mapparum, quas *corporales* appellamus, punitur mortis pœna; quod crimen committere ſolent mulieres ad veneficia conficienda. In his tamen euentibus præcipitur, vt mortis pœna non prius exequutioni mãdetur, quàm Rex certior ea de re fiat, vt videat, num ex circunſtantijs mitior pœna ſit imponenda. Item de eodem Luſitano iure lib. quinto, ord.titu.37. §.quarto, qui furatur argentum, aut aurum, Eccleſiæ, vel monaſterij, ſi furtum id committat in Eccleſia,

aut

aut in monaſterio, vel in domo aliqua, quæ ſit intra cœmeterium Eccleſiæ, aut intra monaſterium, punitur mortis pęna. Eademque pęna afficitur, qui furatur ſcripturam aliquã de cartorio Eccleſiæ, aut monaſterij. Attamen in his etiam euentibus pręcipitur, vt pœna mortis non prius exequutioni mandetur, quàm Rex certior ea de re fiat.

Quando autem furtum fieret in Eccleſia cum effractione, apertione ſerarum, aut extractione valuarum de cardine, aut alia ſimili ratione, etiam ſi res inde furto ablata nec ſacra, nec ſancta, modis explicatis, eſſet, ex dictis ſupra circa furtum cum effractione, aut perforatione, videndum eſt, vtrum in hoc & in Luſitaniæ Regnis pœna mortis incurratur.

38 De furto, quod peculatus dicitur, & de crimine illi affini, legis videlicet Iuliæ de reſiduis. Diſpu. 684. eſt dictum. Quòd verò ad pęnas attinet. Si iudex, perſeuerante officio ſuo, incideret in crimen peculatus, vſurpando ſibi pecuniam, aut alia bona principis, communitatis, aut Eccleſiarum, punitur pœna mortis. Ita habetur expreſsè. §. item lex Iulia peculatus inſt. de publ. iudic. l. vnica. C. de crimine pecul. & l. 18. titu. 14. par. 7. Vnde meritò reijcitur glo. l. vnicę citatæ, quæ, textum deſtruendo, exponit, capitali animaduerſioni ſubijci iubemus, id eſt, deportationi. Etenim. §. item lex Iulia peculatus, apertè ponit diſcrimen inter iudicis peculatum, & alios peculatus, quòd iudicis peculatus capitali animaduerſione puniatur, alij uerò puniantur deportationis pœna. Lex 18. citata eandem pœnam mortis extendit ad miniſtros Regis, quorum curæ ſunt bona Regis, aliquid inde ſurripiunt, aut Regi denegant: ſic enim lex illa habet: *O official del Rey que tuuieſſe del algun theſoro en guarda, o que ouieſſe de recadar ſus pechos, o ſus derechos, è le furtare, o le encubriere dellos á ſabiendas, o el juzgador que furtaſſe los marauedis del Rey, o de algun concejo, mientras eſtuuiere en el officio. Qualquier deſtos ſobredichos, à quien fuere probado, que fizo furto en alguna deſtas maneras, deue morir por ende el, y quantos dieren aiuda.*

Illi, quos *theſoreros*, aut *almoxariſes*, vel receptores, in hoc Regno, & in Luſitania vocant, cum ea, quæ Regis recipiunt, ſuo periculo accipiant, illorumque dominium comparent, nec teneantur eadem numero ſoluere Regi, aut alijs de Regis mãdato, ſed ſolùm æqualem valorem, ſanè ex eo, quòd illis negotientur, & illa inſumant, dum modo non intendant aliquid celare, ſibique vſurpare, neque ita inſumant, vt reddantur impotentes ad ſoluendum Regi, nullum crimen, ac pęnam, incurrunt. Imò, cũ Regi fideiuſſores optimos tribuant, qui, in talium miniſtrorum defectum, Regi totum ſoluant, quòd ei debetur, vtique, eſto prodigè inſumãt, ac reddantur impotentes ad ſoluendum, non cenſentur incurrere crimen peculatus, aut legis Iuliæ de reſiduis; niſi aliquid celent ac ſibi vſurpent; in quo euentu crimen peculatus, & pœnam pro illo ipſis ſtatutam, incurrunt, vt dictum eſt, vel niſi, occupãdo pecuniam Regis in ſuis proprijs negotiationibus, aut in ſuos ſumptus, tempore cõgruo, ac iuxta præſcriptum Regis, eam non ſoluant, aut non inſumant in rebus, in quibus erat inſumenda; in quo euentu incurrunt crimen legis Iuliæ de reſiduis, vt Diſp. 684. dictum eſt, & in pœnam pro eo crimine ſtatutam, de qua ſtatim erit ſermo. Quo fit, vt in eiuſmodi miniſtris locum non habeant. l. 1. & 2. C. de ijs qui ex publicis rationib. lib. 10. quæ ſolùm loquuntur in ſequenti euentu. Quando verò eiuſmodi miniſtri, preſſè ſunt depoſitarij bonorum Regis, quæ recipiunt & apud ſe habent, ita quòd dominium eorum bonorum permanet Regis, neque in ipſos tranſit, vnde ſi abſque ipſorum culpa, de qua iuxta contractum cum Rege

A teneantur, pereant, non ipſis pereunt, ſed Regi, ſanè, ſi quis ex illis acciperet ex ea pecunia mutuo abſque Regis facultate, eſto fideiuſſores optimos cautionemque optimam præſtaret, incideret in pęnam amiſſionis omnium ſuorum bonorum ac deportationis, iuxta. l. 2. C. de his qui ex publ. ration. lib. 10. cum tamen antea, iuxta. l. 1. euſdem tituli, ſolùm incideret in pęnam quadrupli. Niſi dicas, legem ſecundam loqui, quando mutuo acciperetur pecunia aurea; & primam legem loqui, quando mutuo acciperetur quæcunque alia pecunia: quod non videtur verum, ſed potius videtur ſecũda lege auctam illo modo fuiſſe pęnam, antiquatamque fuiſſe pœnam legis primæ. Qui verò pecuniam illam mutuo daret abſque Regis facultate, mortis pęnam incurreret iuxta B eandem. l. 2. Atque iuxta hanc noſtram doctrinam accipienda collimandaque ſunt, quæ Greg. Lop. cũ alijs, quos citat, tradit. l. 18. citata verb. *mientra eſtuuiere en el officio.* Neſcio tamen an rigor earũ legum ſit hodie in uſu.

Crimen peculatus præſcribitur quinquẽnio à cõmiſſo delicto, ita vt deinceps non admittatur actio de eo delicto. l. peculatus. ff. ad leg. Iul. pecul. Lex tamen 18. citata id in criminibus peculatus explicatis, pro quibus mortis pęna imponitur, reſtringit, vt, elapſo quinquennio, imponi non poſſit mortis pœna, agi tamem poſſit aduerſus eoſdem miniſtros publicos ad pœnam quadrupli eius quantitatis, quam eo crimine furati ſunt. Non tamen video id locum habere ſtando in ſolo iure communi.

C Accuſatio item de crimine peculatus, & de crimine legis Iuliæ de reſiduis, intentari primò poteſt aduerſus hæredes delinquentis, illo iam defuncto. Ita habetur. l. vlt. ff. ad leg. Iul. pecul. Intellige, quoad rẽ furto ablatam, ac damna ſubſequuta, & quoad pœnas pecuniarias, quæ omnia ſolui poſſunt ex bonis delinquentis, non verò quoad pęnas corporales.

In reliquis euentibus crimen peculatus de iure cõmuni non punitur mortis pœna, ſed deportationis, cum qua coniunctum quondam erat, vt amitteret omnia ſua bona fiſco, aut, ſi nobilis erat, puniebatur pœna exilij perpetui in aliquam inſulam, vt habetur l. peculatus pœna, iuncta. l. ſacrilegii. §. ſi quis ex metallis, & l. hac lege. ff. ad leg. Iul. pecul. §. item lex Iulia pecul. inſt. de publ. iud. Lex ſacrilegij citata in fine ait, eum, qui ex metallis Regis furatur aurum, aut D argentum, immiſcendo aliud vilius, quando cuditur moneta, loco eius, quod furatur, condemnandũ eſſe pœna quadrupli. Et eandem pęnam quadrupli imponit. l. penul. ff. eo. tit. ei, qui ex præda capta à militibus ex hoſtibus, quæ ad Regem, vel tota, vel quoad partem, pertinet, aliquid furatur. Atque in his duobus euentibus non video, de illo iure communi, locum ſimul habere pęnam deportationis: nam qui tunc deportabatur, omnia ſua bona fiſco amittebat, vt habetur. l. peculatus pęna, citata.

Lex verò 15. tit. 14. par. 7. ſtatuit, vt, qui modo explicato metallum Regis furatur, quãdo cuditur moneta, vel eum defraudat emolumento, quod ex moneta, quæ cuditur ipſius, ei prouenit, cudendo ſimul 39 Ius Caſtellæ.
E aliam ſimilem, atque æquè bonam, monetam, ex ſuo proprio metallo, aut ex metallo alterius, cui proueniat id lucrum, & non Regi, puniri ſimul pœna quadrupli eius, quod ita furatur, aut quo ita defraudat Regem, & ſimul pœna deportationis, ſi ſit miniſter cudendæ monetæ, aut perpetui exilii in aliquam inſulam, ſi ſit aliquis alius: redditque lex rationem, quia, cum furto, falſarii crimen incurrit. Hodie verò in hoc Regno cuicunque eſt permiſſum cudere monetam in domibus publicis ad id deputatis, ſoluendo Regi ſuum tributum, quod poſt leges citandas eſt impoſitum, vt in materia de cambiis dictum eſt. Ad æream verò monetam cudendam neceſſa-

ria eſt hodie facultas Regis. Qui autem monetam cudit extra domus publicas ad id deputatas, eſto moneta legitima ſit, pęna mortis punitur, & amittit dimidium omnium ſuorum bonorum, diuidendum in tres partes, quarum vna pertinet ad accuſantem, altera ad iudicem, & tertia ad fiſcum. Ita habetur. l. 11. titu. 21. lib. 5. nouę collect. Qualiter autem metallum ſit tradendum, vt in monetas in domibus monetarum redigatur, neque aliud poſſit admiſceri, etiam legitimum, quod cudatur, habetur ibidem. l. 13. ſub pœna mortis theſaurario, eius domus, & cuicunque alteri, qui illud cudendum dederit, & inſuper ſub pœna amiſſionis totius metalli, quod ita cudendum dederit, diuidendum ſimiliter in tres partes, inter accuſantem, iudicem, ac fiſcum. Item opifices, ſeu miniſtri, cudendarum monetarum, qui comperti fuerint aliud cudere, aut aliud habere metallum ad cudendas monetas, puniuntur mortis pœna, ibidem. l. 17. Item iidem miniſtri cudere non poſſunt monetam, niſi ab ortu ſolis vſque ad occaſum, quòd ſi antea, vel poſt, aliquid cuderint, morte plectuntur, ibidem. l. 18. Lege alia, quæ iidem miniſtri ſimiliter ad eandem cautelam ibidem præcipiuntur ſeruare ſub pœna mortis, & aliqua inſuper ſub pœna pecuniaria amiſſionis partis, aut omnium bonorum l. 19. 20. 21. 23. 24. 26. 28. 32. & 35. Videas etiam legem 60. & cæteras eius tituli, atque leges additionis ad eundem titulum. Lege 67. pœna mortis, & amiſſionis omnium ſuorum bonorum, ſtatuitur ijs, qui monetas cuſas circuncidunt, aut deſtruunt, redigendo illas in metallum, aut eas extrahunt, è Regno.

40 Ius Luſit. De iure Luſitano lib. 2. ord. titu. 28. crimen peculatus miniſtrorum Regis, qui aliquid de bonis illius furantur, ſequenti modo punitur: *Qualquer noſſo official, ou otra peſſoa, que algua couſa por nos ouuer de receber, guardar, ou deſpender, ou noſſas rendas arrendar, ou por qualquer outra maneira adminiſtrar, ſe algua das ditas couſas furtar ou malicioſamente leuar, ou leixar furtar, oú leuar a outrem, perca o dito officio, e outra qualquer couſa, que denos teuer, & paguenos o preco, ou valida, da quello que aſſi for furtado, ou leuado, anoueado, & aalem deſto, auera pena de ladram, ſegundo a qualidade da couſa for, & por noſſas ordenacoes he ordenada. Las ditas penas aueram iſſo meſmo lugar em quaeſquer officiaes noſſos de qualquer officio que ſeja, que derem ainda, ou concelho, ou fauor, a os officiaes contheudos neſta ordenacam, pera cada hundas ditas couſas fazer.*

41 Qui inciderunt in crimen legis Iuliæ de reſiduis, ſolùm puniuntur pœna ſolutionis fiſco Regis tertiæ partis valoris pecuniæ, aut aliarum rerum, in quibus ita deliquerunt. Soluunt tamen ſimul, nõ in pœnam, ſed tanquam rem ex natura rei, atque in conſcientiæ foro debitam, res, in quibus deliquerunt, Regi, aut ijs, quibus ex præſcripto Regis erant ſoluédę, & inſuper omnia damna ex tali delicto eis ſubſequuta. Ita habetur. l. 4. §. ſed & qui pecuniam. ff. ad leg. Iul. pecul. & l. 14. ti. 14. par. 7.

42 Furtum, quod abigeatus dicitur, quid ſit, & quæ pęnæ de iure communi, & de iure huius Regni, ſint pro eo ſtatutæ, Diſp. 684. eſt dictum, & qua occaſione fuerit de pęnis pro hoc crimine differendum.

Ibidem etiam dictum eſt de crimine plagij. Et quia non ſolùm comprehendit furtum mancipiorũ ſed etiam flagitia alia, quæ furta nõ ſunt: ideo de pęnis pro hoc crimine dictũ ibi eſt, & de alijs, quæ cũ hoc crimine erant coniuncta.

43 Quòd ad eos attinet, qui furti concauſæ ſunt, dicendum eſt. Aduerſus illos agi poſſe de furto. Inprimis condictione furtiua ad omnia damna, tam furti in ſe, quàm ad cętera ſubſequuta; eo quòd cauſę, ſeu concauſæ, eorum omnium damnorum fuerũt. Principali tamen integre ea perſoluente, cæteri ad illa non tenentur: eo quòd, quoad eiuſmodi omnia damna, plenè ſatisfactum ſit parti læſæ. Idem propter eãdem rationem eſt, ſi aliquis cæterorum, qui fuerunt concauſæ, integre ſatisfaciat. Atque principalis potius, quàm cæteri, cogi in foro exteriori debet ea ſatisfacere: in illius tamen defectum, aduerſus cæteros competit actio, vt illa ſoluant. Qui, ſi ſint multi, & ſinguli ſint ſoluendo, & pręſentes, vt ſoluere ſtatim poſſint, ſinguli contribuere eſſent cogendi, æqualiter, aut plus, vel minus, prout æqualiter, vel plus, aut minus, fuiſſent concauſæ eorum damnorum. Si verò aliqui cogi non poſſent aliqua de cauſa contribuere ſtatim, tunc illi ſoli ſunt cogendi contribuere ad integram omnium damnorum ſolutionem, B qui ſtatim ſoluere poſſunt. Remanet verò eis actio aduerſus principalem, vt ipſis ſoluat, quod loco illius ſoluerunt, quaſi negotij ea in parte illius geſti: atque in defectum principalis remanet eis actio aduerſus alios, qui ſimul fuerunt concauſæ eorum damnorum, nec ſoluere ſunt coacti, eo quòd aliqua de cauſa contribuere non potuerint ſtatim. Porrò, in re propoſita, principalis dicitur mandans, aut ratum habens id nomine atque intuitu ipſius factum, ſi talis aliquis ſit datus: niſi res furto ablata ſit penes exequutorem: quoniam tunc, quoad eam rem, ipſe tenetur præcipuè. Poſt mandatorem, aut ratum id habentem nomine ipſius factum, tenetur exequutor, qui principalis cauſa, poſt illos, cenſetur: aut ipſe ſolus cenſetur cauſa principalis, ſi C nullus fuit mandator, aut ratum id habens nomine ipſius factum. Quod ſi multi ſunt partiales exequutores, aut mandatores, eiuſdem furti, vt quia ſunt ſocij ad furandum, habentes commune marſupium, aut prædam inter ſe diuidentes, ita quòd nomine omnium furta committũtur, aut dãna dantur, tunc ſinguli tenentur tãquam principales, aut ęqualiter, aut iuxta partem, quę vnumquéque contingit, & ſinguli tenentur minus principaliter in totum, in aliorum defectu. Semper tamen, ſi res furto ablata ſit apud aliquem, tenetur is illam reddere, poteſtque ex ipſo vendicari, etiam ſi contractu lucratiuo, vel oneroſo, illam à fure, aut ab aliquo alio, obtinuiſſet; cui, prout fuerit titulus, quo eam obtinuit, competere poterit actio de euictione aduerſus eum, qui illam D ei tradidit. Atque hæc eadem ſimiliter habent locũ in foro conſcientiæ: eo quòd in eo foro ſimiliter debeantur, nulla expectata ſententia, eo ordine, qui explicatus eſt, à quibuſdam deberi principaliter, & ab alijs, in aliorum defectu; cum recurſu aduerſus eos, vt ipſis perſoluant, quod loco eorum ſoluerunt, vt hæc omnia fuſius in materia de reſtitutione explanabuntur, vbi modos omnes explicabimus, quibus aliquis cenſeatur cõcauſa furti, aut cuiuſuis alterius damni iniuſtè dari. Illud verò eſt obſeruandum, quando furtum eſſet factum ab aliquo domeſticorum, aduerſus quem non datur actio furti, tametſi detur repetitio eius, quod furto ablatum eſt, ſi extet, iuxta ea quæ diſputatio. 686. fusè ſunt dicta, tunc E cooperantes ad id furtum cogi in foro exteriori poſſunt reſtituere valorem rei furto ablatæ, patrifamilias, & inſuper damna omnia, ſi quæ inde vlterius ſint ei ſubſequuta; eſto res ad eiuſmodi cooperatores non deuenerit. Si tamen res extet, ita vt facilè recuperari à patrefamilias poſſit, illam vendicare debebit, & reliquum perſoluẽt cooperatores: qui, quoad hæc, recurſum habebunt aduerſus furem domeſticum, ſi ille ſoluendo ſit, & non poſſit ſe tueri beneficio reſtitutionis in integrũ, vt ipſis ſoluat, quod eorum loco ſoluerunt; alioquin illud amittent. Atque hoc eſt, quod, inter alia, intenditur ac docetur, l. 4. titu. 14. parte 7. circa cooperantes ad furta domeſticorum.

Quod

44 Quod attinet ad pœnam pecuniariam lege ſtatutam, vt parti læſæ applicetur, dicendum eſt. Si furtũ ſit commiſſum ab aliquo domeſtico, aduerſus quem non competit ea actio furti, iuxta ea quę diſpu. 686. dicta ſunt, tunc competit ea actio aduerſus cooperãtem ad id furtum, vt ibidem eſt comprobatũ. Quia tamen cooperans nunquam tenetur de furto manifeſto etiamſi exequutor cum furto deprehẽdatur, ſed ſolum de furto non manifeſto, vt habetur, leg. is qui. ff. de furt. & notat gl. 1. §. interdum inſt. de obli gat. quæ ex delicto, nunquã cooperans tenetur parti læſæ ad pœnam quadrupli, ſed ſolum ad pœnam du pli. Arbitror tamen, ſi multi ſint cooperatores, poſſe agere patremfamilias aduerſus quem eorum voluerit, vel aduerſus omnes ſimul, ad eam pęnam: nõ tamen illi eſſe ſoluendas tot integras pœnas dupli; quot fuerunt cooperatores, ſed vnam tantum in recompenſationem iniuriæ ipſi illatæ, argumento textus in, l. 2. §. hac actione, ff. de vi bon. raptor. Ratio autem eſt, quoniã illa legibus, comparatione illius, ſtatuta eſt æqualis pœna pro iniuria eius furti ei illata. Quare, quando multi ſunt cooperatores, omnes contribuere debent ad eam pœnam in proportione, in qua dictum eſt ſupra, cooperatores contribuere debere ad furta, & ad damna vlterius data: quod ſi vnus ſolus eam ſoluat, credo eum agere poſſe aduerſus reliquos, vt partes ſuas ei ſoluant, quas loco illorum ſoluit, vt de cooperatore ſoluente furtum, & dãna vlterius illata, ſupra eſt dictum. In re tamen propoſita locum non habet recurſus ad exequutorem furti, tanquam ad cauſam principalem, vt eam pœnam ſoluat: quoniam aduerſus eum non competit actio furti. Quando autem pœna eſſet vel pecuniaria applicanda fiſco, (quæ inter pęnas criminales cõputatur) vel corporalis exilij, flagellorum, remigandi in triremibus, aut quæuis alia criminalis, vt in hoc Regno erat pęna ſeptupli, & iam hodie præcipitur, vt in criminibus furti, quæ pęna remigandi in triremibus, ſaltem attenta qualitate perſonæ, ſint digna, illa pecuniaria locum non habeat, ſed ſolum habeat locum pœna remigandi in triremibus, commutata pecuniaria in hanc, vt ſupra eſt dictum: quando, inquam, eiuſmodi pęnæ ſunt ſtatutæ, credo cooperatores ſingulos teneri ad integras has pęnas, etiãſi principalis fur domeſticus ad eas non teneatur, vt ex dicendis erit perſpicuum.

Quando autem furtum eſt commiſſum ab eo, aduerſus quem actio furti ad pœnam competit, dicendum eſt. Si agatur ad ſolam pœnam dupli, aut quadrupli, parti applicandam, vt quondam de iure communi agebatur, tunc ſolus exequutor furti tenetur eam integram ſoluere, aut mandans, vel ratũ id habens nomine ipſius factum, ſi talis cauſa magis principalis eius furti detur, tenetur pęnam dupli integrã ſoluere, &, in defectum horum, agi poteſt aduerſus cooperatores, vt contribuant ad integram dupli pęnam ſoluendam, vt ſuprà explicatum eſt, contribuere eos debere ad furtum, & ad damna ſubſequuta; non tamen plus, quàm vna integra eiuſmodi pęna, ſolui & applicari debet parti læſæ. Arbitror tamen, ſingulos cooperatores puniendos eſſe æquali integra pœna, non quidem applicanda parti læſæ: ſed fiſco, propter idem delictum in commune bonũ puniendum: niſi princeps ſtatuat, aut permittat, vt applicetur ad aliquos ſumptus, vel ad aliquod opus pium. Iura enim mox referenda ſtatuunt, vt cooperatores ad furtum æquali pœna puniantur cum fure principali: conſtat verò ex eo, quòd exequutor furti cooperatores habeat, non excuſari ab integra pœna ordinaria, aut arbitraria, pro furto ſtatuta: quare, cum cooperatores, ex præſcripto legum, æquali pœna cum exequutore furti ſint puniendi, neque parti læſæ ſit applicãda, niſi ſola pœna dupli, aut quadrupli, conſequens eſſe arbitror, vt æquali pœna ſinguli cooperatorum ſint puniẽdi, ſed illa applicari debeat vel fiſco, vel alteri operi pio, vltra integram pęnam quadrupli, aut dupli, modo explicato parti læſæ ſolutam. Atque in furtis domeſticis, in quibus nõ datur actio furti aduerſus furem domeſticum, credo ſingulos cooperatores de iure communi eſſe dãnandos ad integram pœnam dupli; ſed poſtquam vnica talis pœna perſoluta fuerit parti læſæ, reliquũ applicari debere fiſco. In hoc autem Regno, quando locus erat pœnæ pecuniariæ dupli, ſoluendi parti læſæ, & ſeptuli, ſoluendi inſuper fiſco, credo ſatis fuiſſe in furtis non domeſticis, atque etiam in domeſticis, poſtquam domino rei fuiſſet ſoluta vna pœna dupli, tum principalem furem, tum etiam cooperatores, puniri ſingulos pœna ſeptupli fiſco applicanda. B Hodie verò, quoniam non habet locum ea pœna pecuniaria, ſinguli damnandi ſunt pœna triremium in quam illa eſt commutata, vt ſatis expreſsè habetur lege. 9. titulo 11. lib. octauo, nouæ collectionis ſupra relata, in cuius calce dicitur: *Y que otro ſi en lo diſpueſto por la dicha pragmatica cerca de los dichos ladrones, y lo que lo que en eſta ſe annade y declara, ſe entienda y eſtienda a los encubridores y receptadores y participes en los hurtos, para que en eſtos aya lugar la miſma pena, y en la miſma forma que deſuſo eſt à declarada en los ladrones.* Aliæ quoque pœnæ corporales pro furto imponendæ, exilij, flagellorum, abſciſſionis aurium, remigandi in triremibus, mortis, & ſimiles, iuxta præſcriptum legum, aut conſuetudinem re C ceptam diuerſorum Regnorum, ſimiliter locum habent in cooperantibus ad furtum. Hæc conſtat ex. §. interdum. inſtit. de obligat. quæ ex delicto ex. leg. in furti. §. ope. & leg. ſi pignore. §. qui ferramenta. ff. de furt. leg. quarta, & leg. decimaoctaua, titulo decimoquarto, parte ſeptima. Quibus in iuribus habetur, qui aliquid facit quaſi præambulum ad furtum, animo vt alius furetur, aut ſciens, vel præſumens, id inſeruiturum ad furtum, etiam ſi conſilium ad furtum non det, neque id efficiat, vt de furto participet, teneri actione furti: vt, ſi pecunias de manu alterius excutiat, vt alius illas arripiat ac furetur; vel ſi detineat dominium rei, vt alius interim illam arripiat; vel ſi fuget panno rubeo, aut alia arte; animalia alterius, vt alius ea animalia diſ- D perſa furetur; vel ſi aperiat oſtium, aut aliquid aliud, vel perfodiat parietem, vt alter furetur; vel ſcalam apponat, aut illam mutuo det, ſciens, aut præſumens, ad furtum peti, vel claues conficiat, & fabricet aut alia ferramenta, vel illa mutuo det, aut vendat, ſciens, aut præſumens, ad furtum peti, tenetur in his, & in alijs ſimilibus euentibus, actione furti pœnis, quibus fures ipſi puniuntur. Qui tamen aliquid faceret, ignorans inde furtum ſequendum, attamen, quod omnino imprudenter ac cum periculo damni ſequendi efficeret, tunc, ſi furtum ſequeretur, non competeret aduerſus eum actio furti, nec proinde pœnis furibus ſtatutis poſſet puniri; competeret tamen E aduerſus eum actio in factum ad damna omnia inde ſubſequuta. Ita habetur. §. interdum, inſtitutione de obligatione, quæ ex delicto, & leg. in furti. §. vltimo, ff. de furtis. Exempla ſunt, vt ſi quis ioco, vel ira percitus, excuteret pecunias, quas alius in manu habebat, & inde ſequeretur, quòd alius nonnullas ex illis, aut omnes, furaretur, aut quòd non inuenirentur; aut ſi ioco, vel vt moleſtiam alteri daret, fugaret, aut diſpergeret, oues, vel armenta, illius, atque inde ſequeretur, præter ſuam intentionem, quòd alius aliqua ex eis animalibus furaretur; aut ſequeretur, quòd perirent dilacerata à feris, aut alia ratione, vel vt omnino diſparerent; tunc aduer-

aduerſus id ita,cum periculo detrimenti alterius,efficientem, cæterum ſine furti intentione, competeret actio in factum ad damna ſubſequuta, non tamẽ competeret actio furti, vt iuribus citatis habetur. Quando verò aliquis faceret aliquid, vnde furtum, aut damnum aliud, ſequeretur, cæterùm ſine vlla ſua culpa,probabiliterque ignorans id damnum ſequendum,tunc ad nihil tenebitur,quicquid inde ſequatur. Vt ſi faber ferrarius conficiat clauem ei,de quo ſuſpicio non erat,velle eam ad furandum, vel ſi quis mutuo det alteri ſcalam, aut ferramẽta,de quo non erat præſumendum,velle illa ad furandum,vel ad aliud damnum inferendũ,ad nihil tenetur,quicquid inde vlterius ſequatur.

45 Sicut qui cooperatur cum ſimplici fure ad furtũ, tenetur actione furti ſubiacetque pęnis furibus ſtatutis: ita,qui cooperatur cum raptore ad rapinam, tenetur pęna raptoris; &, qui cum ſacrilego ad ſacrilegij furtum,tenetur pęna eius furti; &, qui cum fure ad peculatum, ſubiacet pęnis pro eo crimine ſtatutis,vt quoad hæc omnia crimina,habetur,l. 18. tit. 14.par.7. & quoad crimen peculatus habetur §. item lex Iulia peculatus.inſti.de publ.iud. & l. vnica.C.de crim.peculat.

46 Quando autem mitius puniatur cooperans ad furtum,aut aliud crimen,quam exequutor furti, aut alterius criminis, intelligetur facilè ex dictis Diſputatio.550. circa mandatum ad crimen aliquod patrandum.

47 Inſtit.§.interdum, verſ.certè, de obligationibus quæ ex delicto, habetur; Eum, qui opem non tulit ad furtum, eſto conſuluerit furtum, ad illudque furem adhortatus fuerit, non teneri de furto. Quod gloſſa ibi exponit, quando fur ſimiliter idem furtũ erat facturus: quoniam tunc conſulens verè nõ concauſat furtum. Atque id ita ſancitum eſt.l.4.tit.14. part.7. eoque modo conciliatur paragraphus citatus cum l.in furti.§.ope,verſ.conſilium,& cum leg. ſi quis vxori.§.neque.ff.de furtis, conſentireque videtur lex ſæpe.§.item,in fine. ff.de verbor.ſignific. Ait verò Greg. Lopez.l.4. citata verb. *o con conſejo.* cum Dino,& Bald.quando datum eſt conſilium ad furtum,furtumque eſt ſubſequutum,præſumẽdum eſſe,furem alioquin id non fuiſſe facturum,ac proinde conſulentem teneri tunc ad pęnam furti, atque etiam ad damna,quando fur ea non reſarcit. Addit D præterea,conſulentem,de quo conſtat, furem ſimiliter fuiſſe facturum idem furtum, eſto datum ei nõ fuiſſet id conſiliũ, eſſe nihilominus à iudice puniendum ex ſuo officio pęna, non quidem furti, ſed alia arbitraria:quia rem fecit mali exempli,ſequutumq; fuit,quod conſuluit. Eo verò erit grauius tunc puniendus, quo plus fuerint coniecturæ, confirmaſſe furem in ſuo malo propoſito. Legas verò varias opiniones,quas idem Greg. Lopez ibi,& l.18.ſeq. circa conſulentem furtum,refert.

48 Quod ad furis receptatorem attinet, quando furem recepit cum rebus furtiuis,ſciens furto fuiſſe ablatas,aut res ſolas furto ablatas recepit, ſciens furtiuas eſſe,tunc verè eſt concauſa furti illius;eo quòd interim,dum non reſtituuntur, perſeuerat furtum ac damnum id proximi,quod ipſe, cum fure,continuat ac cauſat retinendo apud ſe eas res. Atque in hoc euentu intelliguntur ac loquuntur. l.eos. C.de furtis,cuius verba ſunt: *Eos, qui à ſeruo furtim ablata,ſcientes ſuſceperint,non tantum de ſuſceptis conuenire,ſed etiam pęnali furti actione potes*: & leg.ſi quis ſeruum, C.ad legem Fabiam de plagiar. cuius verba ſunt: *Si quis ſeruum fugitiuum, ſciens, cum rebus furtiuis ſuſceperit, cum horum nomine furti actione teneatur, hæc tibi rector prouinciæ cum ſolita pęna reſtitui faciet*,ac l.penultima, C.ad leg. Iul.de vi public. *quæ ſic habet; crimen non diſſimile eſt rapere,& ei,qui*

A *rapuit,raptam rem,ſcientem delictum, ſeruare;* & §. item lex Iul. peculatus. inſt. de pub.iud.ac lex vnica. C. de crimine peculatus ſic habent; *vel qui ſubtractas ab his* (iudicibus ſcilicet incurrentibus crimen peculatus) *ſcientes ſuſceperint, eadem pęna percellendis:* & l.3.§.non tantum,ff.de incen.rui.in qua ſic ſcriptum legimus; *non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit ex cauſis ſupra dictis, tenetur:quia receptatores non minus delinquunt, quam aggreſſores*, ac denique l. 18. titu. 14. part. 7. quæ receptatoribus furium, cuiuſcunque generis furti ex commemoratis,eandem pęnam ſtatuit, quæ decreta eſt furibus ipſis,qui eodem genere furti furantur, atque ita affirmat communis doctorum ſententia,quam Ant.Gom.3.tom. var.reſol.cap.5. nu.16. B refert ac ſequitur, quicquid in contrarium dixerit Hippolitus ab Ant.Gom. ibidem relatus, quaſi receptatores ſcienter furium, rerumque furto ablatarum, tunc ſolum puniendi ſint pęnis furibus ſtatutis,quando furtum eſt domeſticum: ductus, quòd duobus iuribus primo loco citatis ſermo ſit de receptatoribus furium domeſticorum,cum rebus domeſticis furto ablatis: cum tamen poſteriora iura vniuerſim, atque etiam de alijs ſpeciebus furti à furto ſimplici diſtinctis,loquantur: & cum ſit eadem ratio de recipientibus ſcienter fures non domeſticos, cum rebus furtiuis,& de recipientibus fures domeſticos,nec minus,ſed plus,illi peccent,quàm hi. Adde l.3.§.non tantum.ff.de incen. apertè docere,vniuerſim receptatores quorumcunque furium eadem C pęna,qua fures ipſi,eſſe puniendos. Excipe, niſi aliud peculiariter reperiatur in iure ſancitum, vt de receptatoribus abigeorum diſput.684.eſt dictum aliud in iure eſſe ſancitum. Quando aliquis reciperet ſcienter ſolùm furem, non verò rem furtiuam, diſtinguerem. Quoniam ſi illum reciperet, dum furatur ac continuat furta,ita quòd receptio & occultatio quaſi adiutorium ſit, vt ille commodius furetur,aut rapiat, vel vt perſeueret in delictis, dicerem eiuſmodi teneri pęnis furium: atque hoc modo intelligerem.l.18.titu.14.par.7.quæ ſtatuit, vt puniatur pęnis furibus ſtatutis. Si verò ita illum reciperet,vt receptio in ea domo nullas vires, nullumque adiutorium,illi præberet ad delictum,quia ſimiliter hoſpitari poſſet apud quoſcumque alios, qui furta D illius ignorarent, tunc longè minus puniri deberet, quàm ipſe fur, &, meo iudicio, nulla pęna deberet puniri, ſi iam ceſſauerat à furtis. Quòd ſi ſimul illum occultaret poſtquam à furtis ceſſauit, teneretur,non pęna furis,ſed occultatoris delicti ac delinquentis,niſi pęna eius delicti impoſita ac promulgata eſſet à iudice ei, qui occultaret ac non manifeſtaret talem delinquentem. Si item illum denegaret miniſtris iuſtitiæ eum quærentibus in ea domo, &, multo magis,ſi illis reſiſteret,incideret in pęnas,l.1. & 2. C. de his qui latrones occultant. Atque iuxta, hæc acciperem,quę de hac re tradunt Anton. Gom. numero 16.citato,& Greg. Lopez. l.18.citata gloſ. antepenul.iuncta gloſſa antecedente. Et,quando oc E cultans eſſet cõſanguineus occultati, mitius eſſet puniendus in eiuſmodi delictis,quæ non ſunt in perniciem publicam,vt prædicti autores tradunt.

Memento autem in hoc Regno, vt ſupra ex.leg. 16.titulo 11.libr.quinto,nouæ collectionis,relatum eſt,ementes,aut quomodo accipientes à mancipijs, res quaſcunque,tanquam fures reputari,ac pęnis furium puniri.

Supereſt reſpondeamus ad argumentum paulo poſt initium longiſſimæ huius diſputationis pro opinione Alexandri Alenſis propoſitum. Atque conceſſa maiori, nempe pęnam proportionari debere culpæ, vt ſit iuſta, hoc eſt non debere illam excedere; itemque conceſſa maiori,res videlicet externas infimas

Ad argumentum. Alenſis.

mas eſſe inter omnia bona noſtra, vitamque eſſe omnium bonorum temporalium præſtantiſſimam, fundamentumque eſſe cæterorum; ac mortem, præſertim violentam, eſſe terribilium omnium terribiliſſimum, maximeque horrendum; neganda eſt conſequentia, qua infertur, improportionatam pœnam, longeque excedentem, eſſe mortem corporalem pro furto, in quo damnum infertur proximo in bonis illius temporalibus, ac proinde iniuſtam eſſe legem, quæ eam ſtatuit. Ratio autem, cur hæc conſequentia nulla ſit, hæc eſt: Quoniam ad iudicandum, an pœna pro delicto ſit iuſta, minimeque culpã excedens, non eſt attendendum ad materiam culpæ, quaſi materia pœnæ, ſeu bonum, quo pœna priuat, non debeat excedere materiam culpæ; ſeu bonum, quo delinquẽs priuat proximo ſuo culpa, ſeu delicto, quod ea pœna punitur: ſic enim iniuſta eſſet pro furto pœna dupli, quadrupli, aut alia maior, neque pœna imponi poſſet, niſi pro delicto, in quo proximus læderetur: ſaltem pecuniaria, aut corporalis, quod cõſtat eſſe falſum, ac manifeſtum abſurdum. Ad iudicandum ergo, an pœna pro delicto ſit iuſta, hoc eſt, minime culpam excedens, attendi debet ad ipſam culpam, ad legiſque tranſgreſſionem ac inobediẽtiam, & ad vim maiorem, vel minorem, qua à legiſlatore aliquid prohibetur, aut præcipitur, atque ad commune bonum, cuius intuitu id prohibetur, aut præcipitur, ad maioremque, vel minorem, tranſgreſſionem ex parte obiecti, & ad reliquas circunſtantias concurrentes: cum autem in furto, pro quo pęna mortis imponitur, culpa interueniat lethalis, ſtando in ſolo iure naturali, ſecluſaque vi iuris humani acrius adhuc illud inhibentis ad pacem ac ſecuritatem ciuium conſeruandam, atque ad vitandas cædes, & alia mala, ſane in eo eſt ſufficiens culpa, vt corporali morte iuſtè à poteſtatibus publicis puniri poſſit, quandoquidem à Deo pęna interitus æterni iuſtè intra condignum damnatur, maximè id ita poſtulante bono communi temporalis reipublicæ, accedenteque inhibitione eius criminis ſub tanta temporali pęna, pro poteſtate ſibi à Deo conceſſa ad præcipiendum, & inhibendum, loco ac nomine ipſius, quæ iudicauerint ad bonum reipublicæ expedire, atque ſub pęnis, quæ ſimiliter eodem bono expedire iudicauerint. Quare meritò communis doctorum ſententia aduerſus Alexandrum Alẽſem aſſeuerat, iuſtè pro furto imponi poſſe mortem corporalem, vt communis praxis Chriſtianarum rerum publicarum obſeruat: de numero verò eorum doctorum ſunt Ioan. Medina de reſtitu. q. 4. Maior in 4. diſt. 15. q. 27. Driedo. 1. de libert. Chriſt. c. 10. Caſtrus. 1. de leg. pęnali. capit. 2. Couar. 2. var. reſol. c. 4. num. 7. Caiet. 2. 2. q. 64. art. 2. & Sotus. 5. de iuſt. q. 3. artic. 3. ad 4. Fateor verò Luſitanas leges, ſupra relatas, rigidas eſſe in plectendis morte furibus, etiã prima vice, pro modico valore, non tamen ſunt temere damnandæ, neque credo illas tanto cum rigore in eo Regno exequutioni mandari.

DISPVT. 696.

Quibus, & aduerſus quos actio furti competat.

SVMMARIVM.

1 *Furti ratione actio ad rem, fructus, & intereſſe, etiã lucri ceſſantis, quæ condictio furtiua dicitur, aduerſus furem hæredeſque illius competit, quin vendicatio rei furto ablatæ competit aduerſus quemcunque illius poſſeſſorem, & competit domino rei, hæredibuſque ſeu ſucceſſoribus in bonis illius.*

A 2 *Furti actio ad pœnam, in omnibus furti ſpeciebus, nõ tranſit aduerſus hæredes furis, niſi pœna ſit pecuniaria, & lis conteſtata fuiſſet cum fure ante ipſius mortem. Excipiuntur crimina peculatus, & de reſiduis, in quibus actio ad pecuniariam pœnam tranſit aduerſus hæredes delinquentis, eſto lis cum delinquente non eſſet conteſtata. Non verò tranſit actio furti aduerſus furem, & ad hæredes eius, in quem cõmiſſum eſt furtum, niſi is litem cum fure eſſet conteſtatus. Et num ſufficiat paraſſe actionem. Et num querela detur aduerſus furem.*

3 *Fur an conueniri poſſit in loco, in quo delictum commiſit, & in quo repertus fuerit cum re furto ablata, & in quo ipſe fuerit repertus, aut res furto ablata.*

B 4 *Furti actio vt competat, neceſſe eſt patratum fuiſſe furtum formaliter, & materialiter ſimul. Quando autem aliquis mancipium, aut filium alienum, induceret, vt hero, aut patri, furaretur, ad ſeque furtum afferret, ſequuto furto ex conſenſu heri, aut patris, vt iniquus ille conſulens puniretur, actio furti competeret aduerſus eum hero aut patri.*

5 *Furti actio quouſque competat aduerſus commodatarium, conductorem, creditorem, ac depoſitariũ, vtentes re commodata, conducta, pignore, aut depoſito, aliter, quam eis liceat.*

6 *Furti actio quouſque competat, aut non competat, aduerſus dominum rei eam accipientem a commodatario, aut conductore, & quæ alia actio aduerſus eos competat. Et quid ſi vi illam ab eis eripiat. Et quid*
C *quando dominus rei illam vi occupat ex legitimo detentore, qui illam non poſſidet.*

7 *Actio furti competit aduerſus rei dominum clam propria autoritate eijcientem à poſſeſſione eum, qui in illa erat. Et quas pœnas incurrat, ſi vi illum eijciat.*

8 *Furti actio competit aduerſus debitorem, qui pignus ſuum accipit clam à creditore, & ad quid ſe extendat. Et quid ſi vi illud accipiat.*

9 *Furto ſi pignus ex creditore, nondum finita pignoris obligatione, ſit à quodam tertio ablatũ, furti actio ac certi condictio aduerſus furem ei competũt, & quid debitori inde reddere teneatur. Et quando debitori competit actio aduerſus furem, & quando competat creditori. Eadem in rapina pignoris facta a quo*
D *dam tertio.*

10 *Furto ſi res alienæ ſint ablatæ ex eo, qui ſe locauerat aliquid circa illas, aut qui conductas eas res mobiles habebat, quando & quę actiones competant ei, etiã in ſuum commodum, & quando & quæ actiones competant domino earum rerum, & quando dominus agere aduerſus illos poterit.*

11 *Furto ſi res a quodam tertio auferatur ex commodatario, ita ut commodatarius ad nihil commodanti teneatur, agere condictione furtiua, & actione furti, ad ſolum commodantem ſpectat, niſi abſens ſit, aut aliter impeditus: ad commodatarium verò ſolum agere ſpectat ob emolumentum vſus, quo iniuſtè fuit priuatus. Quando autem commodatarius tenetur*
E *commodanti de re commodata, quo vſque actio ad commodatarium & quouſque ad commodantẽ ſpectet. Et quouſque actio commodanti aduerſus commodatarium competat.*

12 *Furto quando res eſt ablata à quodam tertio ex depoſitario, actio regulariter aduerſus furem non ad depoſitariũ, ſed ad eum, qui depoſuit, pertinet. Et quando ad depoſitarium ſpectet.*

13 *Furto quando res eſt ablata ex œconomo, tutore, aut curatore, actio aduerſus furem ad hos quidẽ ſpectat ſed non nomine proprio, neque in ſuum commodum, ſed eius, cuius bona adminiſtrant. Quando autem dominus rei eam ex ipſis exigeret, quia culpa ipſorum amiſſa, tunc ſoluere eam non tenerentur, niſi ceden-*

cedente domino ipſis actiones aduerſus furem, atq; ex tunc agerent ipſi aduerſus furem in ſuũ cõmodũ.

14 *Furto ſi res mobilis auferatur ex vſufructuario, agit vſufructuarius aduerſus furem quoad valorem præciſè vſusfructus, & proprietarius quo ad valorem præciſè proprietatis. Idem ſi vſufructuarius furetur eam rem quoad proprietatem, aut proprietarius quoad vſumfructum. Fructus ſi auferantur furto à re immobili, cuius vſusfructus ad aliquem ſpectat, actio aduerſus furem ſoli vſufructuario conuenit.*

15 *Furto ſi auferantur fructus ex agro locato colono pro certa penſione, quam colonus ſoluat, ad ſolum colonum pertinet actio aduerſus furem. Si pro quota fructuum, quam ſoluat domino agri, illum colat, actio pertinet ad vtrumque pro rata. Si colonus ſolum accipiat quotam in mercedem, actio competit ſoli domino agri: ſed colonus cogere eum poteſt vt illam intentet, vt ipſe accipiat ſuam partem fructuum, & partem pœnæ, deductis expenſis.*

16 *Furto ſi res vendita, nec tradita, ablata eſſet, ita vt periculum ad emptorem ſpectaret, teneretur venditor agere aduerſus furem condictione furtiua, & actione furtiua, totumque emolumentum tradere emptori, deductis expenſis, aut cedere emptori actiones aduerſus furem. Si autem culpa venditoris res fuiſſet furto ablata, nec recuperaretur, teneretur emptori ad damna. Quãdo verò res venditori periret, ageret venditor in ſuum commodum aduerſus furem.*

17 *Furto ſi res alteri promiſſa ab aliquo eſſet ablata ex poteſtate promiſſoris, ad promiſſorem ſpectaret agere aduerſus furem cõdictione furtiua, & furti actione, tradereque ei, cui illam promiſerat, debet rẽ promiſſam, aut illius æſtimationem, non vero pœnam furti, etiam ſi per promiſſorem ſtetiſſet, quo minus eã tempore congruo tradidiſſet.*

18 *Furto ſi res, in ſingulari legata, ſit ablata poſt mortẽ teſtatoris, legatario competit aduerſus furem condictio furtiua, & furti actio. Si verò ante mortem teſtatoris ſit ablata, legatario ſolum competit reiuendicatio illius, aut actio ad æſtimationem: hæredibus uerò condictio furtiua.*

19 *Raptorum bonorum actio non ſolum conceditur, vi interueniente, quando, illa ſecluſa, cõcederetur actio furti, ſed etiam quando non tantum ſua intereſſet eius, ex quo res aufertur, vt ſecluſa vi, concedenda eſſet actio furti.*

20 *Rapina rei de poteſtate eius, qui illam tenet, ſi cũ iniuria perſonali eam tenentis ſit facta, tunc actio iniuriarum ipſi competit, eſto res illa nihil ſua referat.*

1 VT Diſputatione præcedente dictũ eſt, actio aduerſus furem, quocũque furti genere, ad rem furto ablatam, ad fructus illius, etiam qui percipi potuerunt, & non ſunt percepti, aut ad æſtimationem, cuiuſcunque horum, ſi non exiſtant, aut deteriora ſint reddita, itemque ad damna omnia, etiam lucri ceſſantis, ex furto ſubſequuta, competit, tam ei, à quo res furto eſt ablata, tum etiam hæredibus illius, & competit, tum aduerſus furem, tum etiam aduerſus hæredes illius de bonis, quæ ex fure ad ipſos deuenerunt: atque actio ad hæc omnia condictio furtiua nuncupatur, quæ in odium furti comprehendit etiam vendicationem rei furto ablatæ, ac proinde condictio furtiua realem, & perſonalem, actionem comprehendit, vt conſtat ex. l. ſi pro fure, §. 1. ff. de condict. furt. Ratio autem cur actio ad hæc omnia tranſeat ad hæredes eius, qui id damnum iniuſtè à fure eſt paſſus, & aduerſus hæredes furis, hæc eſt: Quoniam fur horum omnium eſt debitor, non in pęnam, ſed in conſcientiæ foro, nulla expectata ſententia, ratione iniuſtę acceptionis, damnique iniuſtè dati, ac proinde rationẽ ſortiũntur verorum debitorum furis, comparatione eius, à quo furatus eſt, & cui damnũ id iniuſtè dedit: vera autẽ debita & tranſeunt ad hæredes eius, cui debẽtur, & aduerſus hæredes eius, qui illa debebat: neque, qui illa debebat, plus in bonis reliquiſſe cenſetur, quàm quæ ſuperfuerint, deductis omnibus debitis, totove ære alieno. Quòd autem ad hæc oĩa competat actio, ex ſe eſt notiſſimum, & conſtat ex. leg. tertia, & ex l. in re furtiua, ac ex legib. ſequentib. ff. de condict. furt. Quòd verò competat etiam hæredibus eius, qui furtum eſt paſſus, & aduerſus hæredes furis, ex ſe etiam eſt ſatis perſpicuum, atque præter iura diſputatione præcedente, & diſput. 682. citata, habetur. l. 2. 3. 5. l. ſi pro fure. §. condictio. l. in condictione. l. ſed neque, & l. ſi ſeruus, ff. de condict. furt. §. vlt. inſt. de actionib. quæ ex delict. l. 2. §. vlt. iuncto antepenult. ff. de vi bonor. raptor. iuncta. l. ſine, §. ei quoque, ff. de condict. furt. & l. 2. ac 3. titul. 13. part. 7. Atque hæc poſteriora iura in rapina loquuntur.

Actio verò furti ad pęnam, in omnibus furti ſpeciebus, ſolum competit aduerſus furem; nõ verò aduerſus illius hæredes, niſi pœna ſit pecuniaria, & actio litis conteſtatione fuerit aduerſus furem ante illius mortem intentata: nam tunc hęredes illius tenẽtur de bonis furis ad pęnam pecuniariam, in qua fur condemnatus fuerit. Ita habetur inſtit. de perpetuis actionib. §. non autem. l. ex iudiciorũ, ff. de accuſat. & l. 2. tit. 13. p. 7. atque ex dicendis tractatu ſequenti magis notum fiet. Excipe crimen peculatus, & de reſiduis, in quibus ex peculiari priuilegio agi poteſt ad pęnam aduerſus hęredes, etiamſi lis conteſtata ante mortem aduerſus delinquentem non fuerit, vt habetur. l. vlt. ff. ad leg. Iul. peculatus, & diſputatione pręcedente eſt dictum. Ad hæredes autem eius, qui furtum eſt paſſus, non tranſit actio ad pęnam aduerſus furem, niſi, qui furtum eſt paſſus, eam ante ſuã mortem intentaſſet, conteſtatuſque eſſet aduerſus furẽ. Ita habetur. §. non autem in fine inſt. de perpet. act. & l. 2. tit. 13. p. 7. Gloſſa verò Accurſii. §. non autem citato, verb. conteſtatæ, ait, ſatis eſſe actionem fuiſſe præparatam à defuncto, etiam ſi conteſtata nõ fuerit, vt hæredi concedatur ea actio aduerſus furem: quin, ſubiungit, hodie concedi ei querelam, etiam ſi defunctus actionem non præparauerit. 2

Lex 2. in fine tit. 13. & lex. 4. in princ. tit. 14. p. 7. 3
atque. l. 32. tit. 2. p. 3. apertè ſtatuunt, potiſſimũ lex. 2. citata, agi aduerſus furem poſſe, tũ in loco, in quo furtum commiſit, tum etiam in quocunque alio, in quo repertus fuerit cum re furto ablata, tũ denique vbi vel ipſe, vel res furto ablata, fuerint reperti. Atq; l. 32. citata ſtatuit, ſi in aliquo loco repertus fuerit aliquis cum re, quæ furto fuit ablata, & ab eo petatur, tãquam quæ furto fuerit ablata, ſi is ſuſpectus ſit de furto eius rei, deberi ſtatim comprehendi: ſi verò nõ ſit ſuſpectus, atque ſatiſdationem det, ꝙ circa illam reſpondebit in loco, in quo dicitur fuiſse ablata, aut vbi ipſe alioquin poterat, tanquam coram ſuo competenti iudice, conueniri, dimitti cum ea re debere, data ea ſatiſdatione. Greg. Lop. præſertim. l. 4. citata, arbitratur, in his iuribus definiri ſententiã Bartoli, ꝙ poſſit ad pęnam furti agi aduerſus furem, non ſolũ in loco delicti, ſed etiam extra illum, ſi cum re furtò ablata fuerit repertus, & extendi eã opinionẽ, vt agi aduerſus eum poſſit, ſiue ipſe ibi fuerit repertus, ſiue res ſola furtiua: cum tamẽ circa Bartoli opinionem non oẽs conſentiant, ſed multi refragentur. Ego exiſtimo, iura illa ſolum loqui quando ſola res furtiua eſt reperta, poſſe agi vbicunque illa fuerit reperta, rei vendicatione aduerſus eam tenentem, probando dominium illius ad eum, qui illam petit, ſpectare, niſi eam tenens alibi habeat ſuum competentem iudicem, & ſatiſdet, quòd coram illo reſpondebit, aut in loco vbi furtum dicitur patratum,

tratum, vt petens maluerit, neque, qui rem tenet, ſuſpectus ſit de furto. Quando verò aliquis conuenitur de furto ad pęnam, extra locum vbi crimen dicitur patratum, & vbi ille, tanquam reus, habet ſuũ competentem iudicem, tunc, ſi conuentio ſit in eodem Regno, & ille de furto ſit ſuſpectus, comprehendi debet, ſed vt remittatur ad iudicem loci delicti, aut ad alium ſuum competentem iudicem, prout elegerit agens de furto, ſi reus iudicium recuſet in loco, in quo fuit repertus. Niſi dicas, quòd cum continuet furti delictum, non reſtituendo rem furto ablatam, conueniri poſſit, vbi cum re furto ablata reperitur. Tunc tamen, ſi pro furto diuerſæ pœnæ ſtatutæ ſint in loco delicti, puniendus eſt pœna loci, in quo delictum commiſit, maximè ſi illa mitior ſit.

4 Diſputat. 681. & ſequentibus, dictum eſt, vt competat actio furti, non ſatis eſſe interuenire furtũ formaliter, ſed neceſſarium etiam eſſe, vt interueniat furtum materialiter, hoc eſt, rei verè alienæ, quatenus furto accipitur, ac verè inuito eo, cuius eſt, alioquin actionem non dari. Quando tamen quis induxiſſet alienum mancipium, vt furaretur proprio domino, furtumque illud ad ſe afferret, aut ſimiliter induceret, vt furaretur à patre, atque ad ſe furtũ adduceret, tunc ſi, ſciente id domino, aut patre, conſentirent, vt id efficeret, gratia puniendi pœna furti, qui id ita conſuleret, competeret aduerſus eum, qui id ita conſuleret, actio furti domino ac patri. Ita habetur l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & l. 8. tit. 14. p. 7. quæ etiam de filio idem diſponit, cum gloſ. vlt. l. ſi quis ſeruo citata. Vtrùm autem idem ſit in fratre, & in alijs, vide Greg. Lop. ibi.

5 Dictum præterea ibidem eſt, quouſque furtũ interueniat, actioque furti detur domino rei, aduerſus illum, qui eam habebat commodatam, conductam, in pignus, aut in depoſitum, eaque vtitur inuito domino ad aliud, aut aliter, quàm ei cõceſſa erat. Atque Diſput. 535. eſt explanatum, ad pęnã pro furto tunc imponendam, non attendi ad valorem rei, ſed ad vſum illius inuito domino, qui ſolus vſurpatur. Et Diſput. 682. eſt dictum, in quam pœnam hi incurrant, ſi domino rei, illam, finito contractu, petenti, non reſtituant, ſed expectent quouſque definitiua ſententia feratur.

6 Diſputatione item 681. & Diſpu. 690. concluſ. 2. eſt dictum, ſi dominus rei eam accipiat à commodatario, aut à conductore, eis inuitis, antequam finiatur tempus contractus, quouſque commodatario, aut conductori, concedatur, aut non concedatur, actio furti aduerſus eius rei dominum; tametſi ſemper eis concedatur actio contraria ex commodato, & actio ex conducto. Itemque Diſput. 682. eſt explicatum, eſto dominus vi illam ab eis tunc auferat, non tamen puniri pęna legis Iuliæ de vi publica, aut de vi priuata, ſed alia ibi explicata; eo quòd illi verè non poſſideant eam rem, ſed per eos illam poſſidet dominus, qui vi eam ab ipſis aufert: eademque ratione eſt dicendum, eum neque in pęnam incidere raptoris, niſi in euentu, in quo aduerſus illum actio furti concederetur, ſi vis non interueniſſet, ſed ſola occulta talis rei vſurpatio inuito cõmodatario, aut conductore. Eodem verò modo dicendum eſt, aduerſus rei dominum, neque actionem furti, neq; de vi publica aut priuata, neque actionem vi bonorum raptorum, concedi, quando illam occupat, etiam cũ vi à quocumque alio legitimo illius tentore, qui eã non poſſidet, ſed iuberi eam reſtituere cum fructibus, & damnis ſubſequutis, quouſque finiatur tempus legitimæ illius tentionis, & inſuper puniri pęna arbitraria, vt hæc omnia Diſputatio. 682. ſunt comprobata.

7 Diſp. 681. eſt dictum, ſi quis authoritate propria
A deijciat aliquem à vera poſſeſſione rei, in qua eſt, eam ab illo clam auferendo, etiam ſi is, qui in ea eſt poſſeſſione, dominus non ſit rei illius, rem ita clam auferentem committere furtum, competereq; furti actionem ei, qui in ea erat poſſeſſione, aduerſus rem illam auferentem. Et Diſput. 682. eſt oſtenſum, ſi vi quis eijciatur à poſſeſſione rei mobilis, aut immobilis, in qua erat, eſto is poſſidens, dominus rei illius non eſſet, eijcientem eum vi à tali poſſeſſione incidere in pęnas legis ſi quis in tantam. C. vnde vi, & quæ ſint pęnæ illæ.

Eadem Diſput. 681. & Diſput. 690. conclu. 2. dictum eſt, ſi rei dominus vſurpet clàm rem à creditore, cui in pignus erat tradita, antequam ratio pignoris ceſſet, competere creditori furti actionem aduer 8
B ſus dominum eam rem ita iniuſtè tũc vſurpantem. Obſerua tamen tunc, ſi pęna furti ſit duplum, vt eſt de iure communi, quando furtum non eſt manifeſtum, non agere aduerſus dominum ad duplum valoris pignoris, ſed tantum ad duplum eius, quod ſibi debetur, ſi pignus plus valeat, quã quod ſibi debetur, hoc eſt, aget, vt ſibi in pęnam reſtituat duplũ, ac erat id, quod ſibi debebat, & ſimul contraria pignoratitia actione aget, vt vel ſibi reſtituat pignus in ſecuritatem debiti, aut aliud æqualis valoris, ſi nõdum tempus ſolutionis debiti aduenit, vel vt ſibi debitum ſoluat. Ita affirmat gloſſa 1. l. ſi pignore. ff. de pignora. act. & cum ea doctores communiter. Atque, vt eadem lege habetur, ea tota pęna pertinet præcipuè ad creditorem, neque eam tenetur cõputa
C re in id, quod ſibi debetur, eo quòd culpa fuerit ipſiuſmet debitoris. Diſputatione autem 682. eſt dictum, quòd cum creditor verè ſit in poſſeſſione pignoris ad aliquos effectus, etiam ſi ſimul debitor ſit in poſſeſſione eiuſdem pignoris ſimpliciter & quoad alios effectus, ſi debitor vi extrahat pignus de poteſtate creditoris, dum adhuc pignoris ratio perſeuerat, incidit in pęnam amiſſionis illius creditori, argumento legis ſi quis in tantam, C. vnde vi. Obſerua verò, poſſe etiam agere ad pęnam legis Iuliæ de vi publica, aut priuata, prout fuerit vis, quæ ei fuerit illata: non tamen poterit agere ad vtramque pęnã, ſed ad alterutrã dumtaxat, quam eligere maluerit. Eodem in loco dictum etiam eſt, in quas pęnas incidat creditor, qui authoritate propria vi accipit pi
D gnus, aut aliquid aliud, à debitore pro ſuo debito.

Diximus paragrapho proximè præcedente, quãdo dominus rei accipit ſuum pignus à creditore. 9
Quando verò aliquis extraneus illud furatur ab eodem creditore: interim dum debitum non eſt ei ſolutum, pignoriſq; rationem id adhuc retinet, dicendum eſt: Creditorem poſſe in primis agere aduerſus furem, non quidem condictione furtiua, quæ ſolum competit domino rei furto ablatæ, ſed condictione, quã iura vocant incerti condictionẽ, vt habetur, l. & ideo. §. vlt. ff. de condictio. furt. & competit eis, qui, cum domini non ſint rei furto ablatæ, intereſt tamen eis de ipſorum poteſtate non eſſe furto ablatam, quia ius aliquod circa illam habent: atque
E ad ea omnia competit, quæ furtiua actione peti poſſunt, nempe vt reſtituatur res ablata cum fructibus, etiam qui ex illa percipi potuerunt, aut æſtimatio eorum omnium, ſi non extent, aut ſi quid deterius ſit redditum, & inſuper ut ſoluantur damna omnia, etiam lucri ceſſantis, ei ſubſequuta, à quo furto fuit ablata. Deinde creditor agere poteſt actione furti ad pœnam pro furto ſtatutam, (neque vna actio impedit aliam, imò verò poſt vnam intentatam poteſt alia intentari, quin, vt Grego. Lopez. l. 9. tit. 14. p. 7. cum Bart. affirmat. vtraque poteſt ſimul intentari eodem libello) atque ſi creditor agat ad pęnam dupli pecuniariam, aut ad aliam maiorem, non ſolùm poterit petere à fure duplum ſui debiti, ſed etiam

duplum

duplum integri valoris pignoris furto ablati,aut pœnam in maiori proportione, ſi in maiori fuerit ſtatuta,vt habetur expreſsè,leg.creditoris in prin.ff.de furt. Cæterum,ſiue furtum factum ſit interueniente culpa creditoris ,ex qua debitori teneatur,ſiue abſque vlla ſua culpa,totum,quod à fure acceperit,ſiue condictione incerti,ſiue in pœnam furti,tenetur tradere debitori,ſibi duntaxat retinendo integrum ſuũ debitum,& ſi quid expendit in eis omnibus obtinendis,(in quibus computa,ſi quod damnum,etiam lucri ceſſantis,fuerit inde ipſi ſubſequutum)incremẽtumque totum,vltra eas expenſas ac debitum,tenetur reddere debitori,poteritque illud debitor exigere à creditore pignoratitia actione. Ita habetur, l.ſi pignore.ff.de pignorat.act.l.creditoris,ff.de fur.& l.9.tit.14.part.7. Lex inter omnes,§.hæc actio.ff.de furt.manifeſtè docet,ſi in pignore alius,à debitore, habeat vſumfructum,vel partẽ,vt ſi pignus ſit mancipium commune debitori cum altero,aut in quo alter habeat vſumfructum,tunc creditorem poſſe agere de furto, & debitorem, & tertium illum, qui in eo pignore partem habet,aut vſumfructum, atque vnumquenque eorum agere poſſe, quatenus ſibi nocuit furtum: ſi autem vnus eorum tranſactionem faciat cum fure, id accipiendum eſſe ſolum quoad id, quod ad ipſum ſpectat, integramque manere actionem reliquis,quatenus ad ipſos agere ſpectat. Contrariũ verò innuere videtur apertè lex.9.citata,quæ habat,ſolum creditorem agere poſſe aduerſus furẽ, non verò debitorem,cuius eſt pignus, Gregoriuſq; Lopez ibi anxiè laborat in ea lege exponenda ac defendenda. Intelligenda verò eſt,quando creditor agit ad totum,quod ad debitorem ſpectat: tunc enim præponendus eſt creditor in agendo, à quo res furto fuit ablata, neque circa idem omnino duæ ſimul actiones ſunt admittendæ. Quando verò creditor ſegnis eſſet in actione intentanda, poſſet agere debitor,cuius eſt pignus & qui,per creditorem,ſuam rẽ etiam poſſidebat naturaliter. Item,ſi creditor non agat ad totũ,ad quod agere poteſt debitor,vt ſi non condicat damna debitori ſequuta, aut ſi in minori quantitate petat dupli pœnam,quam pignus valeat, poterit debitor agere ad incrementum: & ſimiliter vſufructuarius, aut qui dominij partem in eo pignore habet, poterit condicere id, quod in eo pignore habet,& damna ipſi ex tali furto ſubſequuta, atque agere ſimul poterit ad pœnam dupli æſtimationis eius,quod in eo pignore ipſe habebat:neque tranſactio,aut conuentio vnius horum trium cum fure,impediet, quin cæteri agere poſſint ad ſuum intereſſe proprium, vt aperte diſponit.§. hæc actio,citatus. Quando in pignore, quod adhuc erat penes creditorem,ratio pignoris ceſſauerat, quia integrum ſuum debitum acceperat,vel à debitore,vel actione aduerſus alterum priorem furem,qui idem pignus furatus antea fuerat,diſtinguendum eſt. Quoniam vel furto accipitur culpa ipſius, ex qua debitori teneatur, vel abſque tali ipſius culpa. In hoc ſecundo euentu, ipſe non poteſt agere aduerſus furem,quia iam nullũ ius in ea habet: ſed agere aduerſus furem ſpectat ad dominum rei. In primo verò euentu,quoniam ipſe ob culpam tenetur creditori de re furto ablata,agere poteſt aduerſus furem,totum tamen reddere tenetur domino rei,deductis expenſis,& damnis ipſi creditori ex tali furto ſequutis. Ita habetur.leg.eum qui.§.idem ſcribit.ff.de furt.

Lex.9.titu.14.par.7.non ſolum in furto pignoris totam pœnam pecuniariam parti læſæ,conſentaneè ad iura communia relata,applicandam,domino applicat,cuius ea res erat,& nihil illius creditori, de cuius poteſtate pignus furto eſt ablatum,etiamſi interueniente iuridica culpa ipſius,furtum eſſet commiſſum, ipſeque proinde teneretur de ea re domino illius,ſi recuperari non poſſet ex fure;ſed etiam in rapina totam pœnam applicat domino pignoris,& nihil creditori, eſto creditor paſſus ſit violentiam rapinæ,& non pignoris dominus. Ratio autẽ eſt,quoniam pœna illa pecuniaria non applicatur parti, niſi ratione rei, quæ per rapinam, aut furtum, eſt ablata, quæ proinde debetur domino rei: vnde videmus, pro rapina, quæ rationem furti manifeſti ſortitur, non maiorem ſtatui pœnam pecuniariam,quàm ſtatuatur pro eo furto manifeſto, in quo vis,rapinæque ratio, non interuenit; quo fit, vt lex illa conſentanea ſit diſpoſitioni iuris communis.

Quod ad locatorem attinet, qui ſe aliquid circa 10
materiam alienam faciendum locauit, vt ad aurificem,qui ſe locauit ad arte factum ex alieno auro,aut argento,conficiendum; ad ſartorem, qui veſtes ex panno alieno conficiẽdas ſuſcepit;ad fullonem, qui res alienas abluendas accepit;ad molendinariũ, qui triticum alienum molendum ſuſcepit,& ad alios ſimiles,qui alienas res ſuſcipiunt, vt aliquid circa eas pro mercede aliqua exerceant: itemque quod attinet ad conductorem alienæ rei mobilis ad aliquem vſum,vt equi ad iter conficiendum,ſi res, ita ab eis ſuſceptæ, furto ex ipſis accipiantur, eſt diſtinguendum: Quoniam, vel ita ſunt furto ablatæ,vt ipſi ex iuridica culpa;aut ex pacto, teneantur ad earum ſolutionem proprijs dominis,vel ita vt non teneãtur. Et rurſus, vel adeò pauperes ſunt,vt ſoluendo integre non ſint proprijs dominis, vel ita vt ſint eis integre ſoluendo. Item, vel proprij domini præſentes ſunt, ita vt exigere eas poſsint à fure, vel ſunt abſentes, aut aliter omnino impediti, ita ut exigere per ſe,aut per tertiam perſonam, eas non poſsint. Quando ita ex eiuſmodi hominibus ſunt furto ablatæ,vt ipſi teneantur eas ſoluere proprijs dominis, tunc, quia ipſorum intereſt, non eſſe furto ablatas, eo quòd teneantur eas ſoluere proprijs dominis,atque illas ſuſceperunt, vt circa eas aliquid in ſuum commodum, ſaltem quoad mercedem recipiendam, exercere poſsent, ipſis competit actio furti, vt ſibi pecuniariam pęnam vſurpent,neque teneantur quicquam de ea reddere proprijs illarum rerum dominis. Excipitur,niſi ſoluendo integrè non ſint earum æſtimationem proprijs dominis: nam tunc, ſicut damnum,aut pars damni,imminet ex eo furto proprijs earum rerum dominis,ita actio furti ad pęnam integram ſibi vſurpandam, competit eiſdem rerum earundem dominis. Vtrumque habetur expreſsè.l.itaque *fullo*, in princ.iunctis duabus legib. antecedentibus.ff.de furt.§.item ſi fullo. inſtitu.de obligationib.quæ ex delicto.l.vlt.in princ.C.de furtis,& l.10.titu.14.part.7. Quando autem ita ex eis hominibus eſſent furto ablatæ, vt ipſi ad nihil tenerentur earum dominis, tunc actio furti ipſis non cõpetit,ſed earum dominis, quorum intereſt non eſſe furto ablatas, ſi præſentes ſint, atque agere poſſint, vt ex eiſdem iuribus apertè colligitur, & affirmant Faber.§.item ſi fullo,citato, & cum eo Grego. Lopez.l.10.citata gloſ.1. Quando homines,ex quibus furto ſunt ablatæ,non eſſent integre ſoluendo proprijs earum dominis,tunc,ſi requiſiti,ut furti actionem aduerſus furem intentarent,eaſque condictione furtiua repeterent,facere id nollent,aut,ſi præſentes non eſſent, ut id præſtare poſſent, utique illi, à quibus furto ſunt ablatæ, intentare poſſunt furti actionem, atque,reddendo earum dominis res ipſas, aut illarum æſtimationem,ad ipſos pertinet tota pœna pecuniaria furti. Vtrumque habetur, l.10.citata. Illud uerò hoc loco obſerua, quando is, ex quo res furto ſunt ablatæ,tenetur illas ſoluere earundem domino, integrum eſſe domino, ſiue is, ex quo furto ſunt ablatæ, ſit eas integre ſoluendo,ſiue non, uel

petere

petere illas à fure cõdictione furtiua,vel exigere eas ab eo,ex quo furto ſunt ablatæ, actione ex locato,vt maluerit is,cuius res illæ erant: niſi expedientius iudicetur,vt prius illas condicat à fure;nam tunc,ſi illas exigat ab eo , ex quo furto ſunt ablatæ, poterit is ei excipere,ſeu opponere,vt prius illas condicat à fure,ſumptibus ipſius id excipientis,& vt,quando eas facilè obtinere non poterit condictione furtiua, tũc illas ei ſoluet;iudexque debet id illi præcipere , ſi æquum iudicauerit ac expediens , vt ita fiat : ſemperque,quando ęſtimationem earum rerum obtinuerit ab eo,ex quo furto fuerunt ablatæ,tenetur cedere illi actiones ſuas;atque is,cui ita fuerint ceſſæ, poterit deinceps,loco ac nomine eius , cuius antea erant, agere aduerſus furem condictione furtiua , vendicareq́; res illas furto ablatas, ex quocunque, apud quẽ illas repererit,vt hæc omnia expreſsè habentur.l.cũ in plures.§.veſtimẽta.ff.locati , & cõſentiunt. l.10. citata in fine,atque l.vlti. C.de furt.quæ addit,ſi ſemel dominus rerum eligat agere aduerſus vnũ,non poſſe mutare propoſitum , & agere potius aduerſus alterum,ſi,ſciens furtum,id faciat. Si verò,ignorans furtum,agat aduerſus eum , ex quo res erant furto ablatæ,& poſtea ſciat furtum , ad ipſumque ſpectet agere etiam ad pœnam furti , poterit tunc deſiſtere agere contra eum , ex quo res fuerunt furto ablatæ, & intentare,etiam actionem furti , aduerſus furem ad pęnam , niſi iam accepiſſet ab illo alio integrum valorem ſuarum rerum :nam tunc ille alius ſolus agere poſſet ad pœnam furti ſibi applicandam,vt habetur.l.vlt.C.de furtis. Iuxta hæc,quando is,ex quo res furto ſunt ablatæ,tenetur eas ſoluere illorum domino,habetque vnde integre eas illis ſoluat,integrũ eſt domino agere aduerſus furem condictione furtiua,& ſimul integrum eſt ei,ex quo furto ſunt ablatę agere aduerſus eundem furem actione furti ad integram pœnam ipſi ſoluendam : quin & ſimul agere poterit aduerſus eum ad omnia damna , etiam lucri ceſſantis,quæ ipſi ex eo furto fuerint ſubſequuta, idque actione in factum,aut officio iudicis,vt,argumẽto.l.ſi coloni.C.de agricol.& cenſ.libr.10.affirmat glo. vlt.l.& ideo.§.vlt.ff.de condict.furtiua , quam Bart. Bal.& doctores communiter ſequũtur. Quòd ſi dominus earum rerum non intentet aduerſus furem condictionem furtiuam, tunc is,ex quo furto fuerunt ablatæ,agere ſimul poterit aduerſus eum actione furti,atque actione in factum,vel iudicis officio,ad rem recuperandã cum fructibus,vel ad horũ æſtimationem,atque ad damna oĩa , etiã lucri ceſsãtis,ex eo furto ſubſequuta,iuxta gloſſam citatam,& doctores communiter. Neque video,cur non etiam agere poſſit condictione incerti ad ea omnia , vt de creditore , ex quo pignus eſt furto ablatũ ab aliquo extraneo,dictum ſupra eſt agere poſſe eadem condictione,& habetur expreſſe.l.& ideo.§.vlt.ff.de condict.furt. Tametſi Accurſius & alij nolint eã actionem illi concedere,imò neque officium iudicis , ſed ſolam actionem in factum . Quando verò dominus earundem rerum,actione locati ageret aduerſus eũ, ex quo res furto ſunt ablatæ,vt eas,earumve æſtimationem,ipſi ſolueret,tunc videndum erit, num iuxta dicta ex.§.veſtimenta, locum habeat exceptio, quòd eas,ſumptibus excipientis,prius condicat furtiua actione:quòd ſi ea exceptio locum non habeat, ſed earum ęſtimationem illi ſoluat,petere ab illo poterit,eumque cogere,vt ſibi cedat actiones, quas ad eaſdem res condicendas habebat,atque, poſtquam illas ei ceſſerit,poterit agere vtili condictione furtiua , loco ac nomine domini, eaſque vendicare ſibi, ex quocunque ac apud quem fuerint repertæ . Hæc eadem ſimiliter locum habent,quãdo is,ex quo furto ſunt ablatæ, tenetur eas ſoluere proprio earundem rerum domino, neque integre habet vnde eas illi ſoluat , dominuſque agere non vult contra furem . Quando dominus eiuſmodi rerum non eſt præſens , vt agere aduerſus furem poſſit, tunc,ſiue ille, ex quo furto ſunt ablatæ, teneatur domino rerum locati actione , ſiue non teneatur , poteſt,ac debet,agere aduerſus furem , tum actione in factũ, iudiciſve officio,ad rem & damna,tum etiam actione furti,atque tunc tota pœna furti ad ipſum ſpectabit,& nihil illius ad dominum earum rerum , vt habetur,leg.decima,citata,& leg.vltima,§.ſed cum in ſecũda,Cod.de furt. & affirmat Gregorius Lopez eadem,leg.decima,verb.*en el lugar*, & verb.*è la deue*. Ratio autem,cur tunc agere poſſit , ac debeat, aduerſus furem , eſt: quoniam alioquin ſua negligentia perire poſſet res domino , aut ex mora tranſire poſſet in deteriorem ſtatum , ac proinde teneretur domino rei ad illius æſtimationem locati actione. Ratio verò , cur tunc pœna ad ipſum pertineat , ſi furti actione ſimul agat , eſt : quoniam ſuo periculo eam intentat, ac proinde commodum ad ipſum ſolum pertinere debet,ut habetur , §.ſed cum in ſecunda citato. Duo obſerua . Primum eſt, in hoc Regno regulariter non habere hodie locum pœnam furti pecuniariam , ut Diſputatione præcedente eſt dictum. Secundum verò,etiam quando is, ex cuius poteſtate res ſunt furto ablatę, nõ tenetur earum domino actione commodati,præſenſque eſt ipſarum dominus,agere poſſe aduerſus furem actione in factum ad damna lucri ceſſantis ipſi ex eo furto ſubſequuta , ſi quæ ex illo ſubſequuta ei ſint, & dominus aget ſimul condictione furtiua, ac furti actione.

Quod ad commodatarium attinet,de cuius pote- 11
ſtate res commodata furto fuit erepta , in primis eſt dicendũ. Si abſque vlla ſua culpa furto fuit ex illo erepta,atque ita vt de re cõmodata non teneatur cõmodanti,tũc ad ſolum commodantẽ attinere agere condictione furtiua, itẽque furti actione ad pęnã ſibi applicandã,aduerſus furẽ,non verò ad cõmodatarium :niſi qñ commodans eſſet abſens, neque agere poſſet aduerſus furẽ : nã tunc ad commodatariũ attineret actione in factum repetere rem & damna, quatenus,vi commodati,teneretur curare:ne res illa commodanti periret,aut in deteriorẽ ſtatũ tranſiret,interim dum ei non eſſet reddita. Credo etiam agere poſſe actione furti,aut illam relinquere commodanti, vt poſtea eam intentet , quando de furt, fuerit conſcius,poſſitque eã intentare: neque video, cur in hoc euentu pęna applicari debeat commodatario,qui non partes ſuas,ſed cõmodantis agit. Deducere tñ commodans poterit expenſas , in quibus cõputa induſtriã,& laborem in agendo, in cõmodãtis commodum. Item, ſi commodatarius iacturã aliquam ex eo furto eſt paſſus : ſaltem lucri ceſſantis, quia ſcilicet ob id furtum priuatus fuit vſu rei ſibi cõmodatę,emolumentoque ex eo vſu,quod , perſeuerante contractu, erat percepturus,tunc ad id etiam poterit agere. Id quod locum etiam habet in euentibus mox explicandis . Hæc omnia ex ſe ſunt ſatis perſpicua,& ex proximè dictis circa conductorem, atque circa locatorem ſui ad aliquid circa alienam materiam efficiendum.

Dicendum eſt deinde, quando cõmodatarius tenetur commodanti de re furto ablata, vel quia culpa cõmodatarij fuit ablata à fure , vel quia ex pacto appoſito tenetur illam ſoluere cõmodanti,tunc integrum eſſe commodanti,vel agere aduerſus commodatariũ actione commodati, vel aduerſus furẽ condictione furtiua & actione furti, & quodcunq; elegerit,ſciens rem furto eſſe ablatam, non poteſt poſtea pęnitere,relictaque vna actione, intentare alteram. Si tamen,ignorans,aut dubitans,rem eſſe furto ablatã,egerit aduerſus commodatarium actione com-

commodati,t unc,ſi poſtea comperiat rem furto eſſe ablatam,necdumque ęſtimationem rei commodatę acceperit à cõmodatario, deſiſtere poterit ab actione commodati, quam aduerſus commodatarium intentare cęperat,poteritque intentare condictionem furtiuam,actionéque furti,aduerſus furem,totaque pœna furti ad ipſum tunc attinebit. Secus autem,ſi iam à commodatario acceperat æſtimationẽ rei cõmodatæ:quoniam tunc non poterit intentare actionem aduerſus furem, ſed ad ſolum commodatariũ ſpectabit,repetere rem furto ablatam,aut æſtimationem illius, & damna omnia, etiam lucri ceſſantis, ſubſequuta, atque agere actione furti ad integrã pœnam ſibi accipiendam. Quando commodans eligere differt, num agere velit aduerſus commodatariũ actione commodati,vel potius aduerſus furem,commodãs petere à iudice poteſt,vt commodatario certum tempus præſcribat, intra quod eligat, alioquin amittet ius agendi aduerſus furẽ,& ſpectabit ad cõmodatariũ. Eo autẽ ipſo, ꝙ cõmodans eligit agere aduerſus furẽ, manet omnino liber cõmodatarius, ita vt,eſto commodans nihil à fure obtineat,cõmodatarius ad nihil commodanti teneatur. Si verò eligat agere actione commodati aduerſus commodatarium, tunc commodatarius ſolus agere poteſt aduerſus furem,tum ad rem,& damna,tum etiã actione furti ad pœnam integram commodatario applicandam: cogereque poterit commodantem, vt cedat ipſi actiones, quas habet aduerſus furẽ,eo ipſo, quòd ei ſoluerit æſtimationem rei cõmodatæ. Hæc omnia habentur, l.vlt.C.de furt.§. quæ de fullone inſt.de obliga.quæ ex delict.& l.11.titu.14.parte 7.

11 Ratio autem,cur commodanti detur optio,vt, eſto commodatarius ſit integrè ſoluendo, poſſit agere aduerſus furem actione furti;cum tamen non detur domino rei locatæ,aut domino rei,circa quam conducit operas alicuius,vt ſuprà eſt dictum; hæc eſt. Quoniam commodatarius rem accipit commodatam gratis: conductor verò,aut qui ad aliquid circa eam exercendum ſe locat, accipit illam pro certa mercede.

12 Quod ad depoſitarium attinet,dicendum eſt, regulariter non competere illi actionem furti ob rem depoſitam furto ex ipſo ablatam, quaſi agere poſſit ad commodum pœnæ ipſi applicandum, ſed eam actionem competere domino talis rei. Ratio autem eſt, quoniam regulariter ad ipſum non ſpectat periculum, ſed ad dominum rei illius,ſi dolus depoſitarij non interueniat: quãdo autem dolus interuenit, non debet ex illo reportare commodum, vt ad pœnam ſibi applicandam agere poſſit. Poteſt tamen agere ad rem recuperandam, vbicunque illam reperit:intelige actione in factum,& interim dum dominus non agit condictione furtiua. Vtrunque habetur l.12.titu.14.part.7.& eſt quaſi expoſitio iuriũ communium, quæ actionem furti denegant depoſitario,de quorum numero ſunt. l.eum qui.§.is autẽ, ff.de furt.§.ſed is.inſtit.de actionibus quę ex delict. l.ſecunda, §.& generaliter. ff. de vi bonorum rapt. Quia tamen depoſitarius tenetur de lata culpa, vt à dolo preſsè ſumpto diſtinguitur,affirmant Bart. & alij,quos Gre.Lopez. l.12. citata refert ac ſequitur, tunc competere illi actionem de furto, intellige, ſi ſoluendo integrè ſit deponenti, aut ſi,quando integrè non ſit ſoluendo, deponens eligat agere potius actione depoſiti aduerſus eum, quàm aduerſus furem,condictione furtiua,furtiq; actione,& quando deponens non eſt præſens vt agere poſſit. Cùm autem,quãdo adeſt lata culpa,dolus pręſumatur in iure,fortaſſe iura,neque interueniente vero dolo,neq; præſumpto,concedere voluerunt depoſitario actionem furti:atq; ſanè id ſonant iura. Quando autẽ ex circunſtantijs conſtaret,interueniſſe latam culpam,

A ſine vlla doli præſumptione, locum haberet Bartol. opinio & aliorum. Vniuerſum enim,quando dolus non interuenit ex parte depoſitarij, & ſua intereſt, rem ex ipſo non eſſe furto ablatam, quia retinere eã poteſt pro expenſis,vt Gregor.Lopez vbi ſupra rectè ait,vel quia ex lata culpa, vt ab omni dolo diſtinguitur, tenetur deponenti, vel quia tenetur ex alia minori, vt quia ad id ſe obligauit, competit ei actio furti,vt habetur,l.eum qui.§.vlt.ff.de furtis. l.ſecunda,§.& generaliter. ff.de vi bonorum rapt.ac. l.12. citata,& conſentit communis doctorum ſententia. Intelligo autem ei competere eam actionem in euẽtibus omnibus,in quibus illi competeret, ſi res ipſi eſſet locata,iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt,quando actio furti competat conductori, eive, qui circa rem
B alienam operam ſuam locauit:cum enim depoſitum non ſit in depoſitarij commodum,ſicut commodatum in commodatarij eſt commodum, neque depoſitarius vſum rei depoſitæ habeat, vt commodatarius vſum habet rei ſibi commodatæ, vtique, quando dolus ex parte ipſius non interuenit,ſuaque intereſt rem non fuiſſe furto ablatam,quia tenetur de ea deponenti, eaque de cauſa furti actio quoad pœnæ commodum ei cõceditur, potius cenſendum eſt eſſe ei conceſſam iuxta regulas pręſcriptas ea in parte circa conductorem, quàm iuxta regulas præſcriptas circa commodatarium, quando aliud non reperitur expreſſum in iure.

Quando ex œconomo aliquid domini eſſet furto 13
ablatum,aut ex tutore, vel curatore,aliquid mino-
C ris,tunc ait.l.12.citata,competere his actionem furti:at merito intelligit Gregor. Lopez, non nomine proprio,ſed domini,aut minoris, neque in commodum proprium,ſed domini, aut minoris: quoniam l.qui iniuriæ.§.qui in alienis, & l.is cuius. ff.de furt. eiuſmodi hominibus,etiam ſi ex ipſis res eorũ, quorum negotia gerunt, culpa ipſorum furto ſint ablatæ,non conceditur actio furti nomine proprio:bene tamen eis cõceditur furti actio nomine eorum,quorum ſunt tales res, vt habetur. leg.interdum. §.qui tutelam.ff.de furt. Quando tamen dominus rei exigeret rem ſuam à tutore, curatore, aut negotiorum geſtore,cuius culpa eſſet furto ablata, non prius teneretur eam ei ſoluere, quàm ipſi cederet actiones ſuas aduerſus furem, atq; ex eo puncto agere tutor,
D curator,aut negotiorum geſtor, poſſet actione vtili furtiua aduerſus furem, atque item furti actione in ſuum commodum proprium, vt habetur l.qui iniuria.§.qui alienis.ff.de furtis.

Quod ad vſufructuarium in re mobili attinet, ſi
ea furto auferatur, diuiditur actio furti inter vſu- 14
fructuarium, & proprietarium, vt vſufructuarius agere poſſit ad duplum, aut ad aliam maiorem pœnam, ſi furtum ſit manifeſtum, comparatione valoris vſusfructus ipſius, & proprietarius comparatione valoris rei,pręcisè ſpectatæ à valore vſusfructus, ſeu deducto valore talis vſusfructus. Ita habetur le. inter omnes. §.ſi ſeruus, & ſequentibus. ff.de furt. & l.12.citata. Et pari ratione agere poterit proprie-
E tarius aduerſus fructuarium furti actione præcisè quoad valorẽ rei, deducto valore talis vſusfructus, ſi vſufructuarius furetur proprietatem: & eodem modo agere poteſt vſufructuarius furti actione aduerſus proprietarium, comparatione præcisè valoris vſusfructus,ſi proprietarius rem quoad uſumfructum ex vſufructuario furetur,vt habetur l.inter omnes.§.hæc actio.in fine. Quando aliquis vſufructuarius eſt circa rem immobilem, cum furtum locum non habeat circa eam rem in ſe,ſi quis fructus ex illa furetur, quia illi ad ſolum vſufructuarium attinebant, ſoli vſufructuario competit actio furti aduerſus talem furem,vt habetur l.12. citata, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua.

I Quan-

15 Quando aliquis colit agrum alienum, eum ſeminando, eſt diſtinguendum. Quoniam, ſi mercede certa ſoluenda, vel in pecunia, vel in tritico, vel in alia ſimili re, eum colat, ita quòd fructus omnes collecti ad eum pertineant, ſolumque mercedem certā ſoluere teneatur domino agri, tunc, licet dominium fructuum ad ipſum non pertineat interim dum non ſunt percepti, ſed, vnà cum agro, tanquam partes illius, ad agri dominum attineant, qui tamen ſtatim ac percipiuntur, à ſoloque ſeparantur, ad colonum ſpectant quoad dominium, vtique, ſi quis eos furetur ex agro, actio furti pertinet ad ſolum colonum, non verò ad dominum agri, vt de vſufructuario agri, propter eandem rationem, paulo antea eſt dictum, idque perſpicuè habetur. leg. eum qui. §. præterea. & leg. apes. §. vltimo, ff. de furtis. Si verò ſit aliquis colonus particiarius, ita quòd agrum colat, & ſemen apponat, atque induſtriam, & certa quota fructuum, qui percipientur, ad dominum agri ſpectet; tunc, quia eſt vera ſocietas inter illos, & ſtatim ac fructus ex agro ſeparantur, pro indiuiſo pertinēt ad vtrunque quoad dominium, interim dum inter ipſos facta non eſt eorum diuiſio; ſanè, ſi quis aliquid ex illis furetur, tam ad dominum agri, quàm ad eiuſmodi colonum, pertinet actio furti aduerſus talem furem, vnicuique eorum pro parte fructuū, quę ad ipſum ſpectat, vt expreſsè habetur. l. fullo. §. frugibus. ff. de furtis. Quando autem dominus ſibi coleret agrum, & apponeret ſementem, colono aliquo apponente induſtriam, pro qua acciperet quotā certam fructuum, qui perciperentur, vt ſæpe fieri ſolet, quod eſt, conductum habere colonum pro ea mercede; tunc, ſi quis furetur fructus, antequam diuidantur inter dominum agri, & talem colonum, quia ſimpliciter quoad dominium pertinent ad dominū agri, tametſi colonus ius habeat ad partem pro indiuiſo eorum fructuum, meritò ſtatuerunt iura, vt in hoc euentu ad dominium agri, & non ad colonum, pertineret condictio furtiua aduerſus furem, & vt colonus poſſet cogere dominum, vt ex fure condiceret eos fructus, & ipſi tribueret partē ſuam, & fortaſſe etiam partem pœnæ furti, deductis expenſis. Atque hoc ſolum eſt, quod habetur. l. cum in plures. §. meſſem. ff. locati, in hocque ſolo euentu intelligo. l. 12. titu. 14. par. 7. quæ idem ſtatuit, & ita conſentiunt inter ſe iura omnia citata, quæ ad inuicem pugnare videbantur.

16 Quando res erat vendita, & nondum tradita emptori, ſi furto auferatur abſque culpa venditoris, tenetur venditor, vel agere condictione furtiua aduerſus furem, furtique actione, vt emptori reſtituat rē & damna, & inſuper emolumentum pœnæ furti, quod fuerit conſequutus à fure, vel cedere emptori actiones ad hæc omnia, vt venditor maluerit. Ita habetur l. eum qui, in princi. l. ſi vendidero. ff. de furtis. l. quod ſæpe. §. ſi res. ff. de contrahen. emp. l. ſi ea res. in princip. ff. de action. emp. l. 13. tit. 14. part. 7. & alijs iuribus. Atque, ſi actiones ei cedat, eo ipſo competit emptori vtilis condictio furtiua, non verò dominium rei emptæ, quia hoc ſine traditione ei non competit. Tenetur verò venditor ad alterum illorum duorum, quoniam, cum emptor per eā emptionem non comparauerit dominium, ſed adhuc perſeueret penes venditorem, neque de poteſtate ipſius res ſit furto ablata, ſed de poteſtate venditoris, ſolus venditor agere tūc poteſt aduerſus furem, niſi actio res emptori cedat: cum tamen, ſi res ſine culpa venditoris tunc pereat, emptori pereat, & non venditori, iuxta ea quæ Diſputatio. 366. dicta ſunt: quare intereſſe totum, etiam pœnæ furti, attinere debet ad emptorem, ſicut & furti periculum totum ad eundem emptorem in eo euentu pertinet, idque vel agente venditore (qui expenſas extrahere debe-

A bit, cum in commodum ſolius emptoris tunc agat), ad ea omnia, vel cedente emptori actiones, vt ad ea omnia agere poſſit. Quando autem res culpa venditoris furto fuiſſet ablata, tunc venditor teneretur emptori de omnibus damnis, etiam lucri ceſſantis, ex eo furto ei ſubſequutis, quæ ex fure non recuperaret: neque ſatis eſſet actiones ei cedere, vt conſtat ex l. ſi ea res. in princip. iunctis tribus gloſſis à verb. non ſolum. ff. de actionib. empt. Totam autem hanc doctrinam intelligo, quando ita erat venditio conſummata, vt periculum rei venditæ ad emptorem ſpectaret, iuxta ea quę Diſp. 366. dicta ſunt; quando autem non ita eſſet conſummata, ſed periculum ad venditorem attineret, iuxta ea quę eiſdem diſputationibus explanata ſunt, ad venditorem pertineret agere aduerſus furem, ad eumque ſpectaret emolumentum pœnæ, ſicut ad ipſum ſolum pertineret tunc damnum totum ex eo furto. B

17 Quando ſolùm res aliqua eſſet alicui promiſſa, etiam ſi promiſſio eſſet ſtipulatione vallata, & antea quam ei traderetur, furto eſſet ablata ex poteſtate promiſſoris, tunc ad promiſſorem ſpectaret agere aduerſus furem condictione furtiua, & actione furti: ſatisfacereque ei, cui illam promiſerat, tradendo illi rem promiſſam, aut æſtimationem illius; non tamen teneretur tradere ei aliquid de pœna furti, etiā ſi per promiſſorem ſtetiſſet, quo minus eam illi traderet tempore congruo. Ita habetur leg. is cui ex ſtipulatu, & l. is cuius intereſt. verſ. vltim. ff. de furt. & l. 13. citata.

18 C Quando res alicui eſt legata, & poſt mortem teſtatoris eſt furto ablata, omnes conſentiunt, competere legatario actionem furti aduerſus furem ad commodum pœnæ, quando furtum poſt mortem teſtatoris commiſſum fuit: nam eo ipſo, quòd legatarius legatum rei determinatæ in ſingulari ſibi relictum acceptat, cenſetur comparaſſe dominium illius à puncto mortis teſtatoris, ac proinde tale furtum commiſſum eſt aduerſus ipſum, quando iam dominium eius rei comparauerat; atque, quòd tunc actio furti ad ipſum ſpectet, habetur expreſsè, leg. ſi dominium, ff. de furtis, & l. 13. citata. Vtrùm autem ei tunc condictio furtiua competat, an verò ſolum rei vendicatio, tanquam domino iam tunc eius rei, &, in rei defectum, actio ad æſtimationem illius, D diſputatur. l. ſed nec, iuncto. §. vlt. legis antecedentis. ff. de condictio. furtiua, atque plerique affirmāt, ſolum competere ei rei vendicationem, non verò condictionem furtiuam, ducti. l. ſed nec citata. Ego vero contrarium exiſtimo eſſe verum, nempe competere ei, etiam condictionem furtiuam ad intereſſe, & ad damna omnia, vt poſtulat natura ipſa rei, eo quòd furtum commiſſum ſit poſt comparatum ab eo legatario dominium eius rei; & conſentire videtur. l. 13. citata, vt ibi Gregor. Lop. expendit: neque refragatur. l. ſed nec, citata, iuncto. §. vlt. legis antecedentis. Ibi enim ſolùm eſt ſermo de furto rei teſtatoris, commiſſo ante ipſius mortem, definiturque, condictionem furtiuam aduerſus furem circa E eam rem competere teſtatori, & hæredibus illius, poſt eius mortē, ſi res ad ipſos ſpectet; eo quòd repræſentent perſonam defuncti, actioneſque actiuæ, & paſſiuæ, defuncti ad eos pertranſeant: non verò competere illis, ad quos tranſiuit dominium illius rei facto teſtatoris, etiam ſi inſtitutione legati tranſeat ad legatarium, ſed his tantum competere rei vendicationem. Atque tunc arbitror, quamuis legatario ſolum competat vendicatio eius rei furto ablatæ, ſi tamen teſtatori aliquod damnum fuit ſequutum ex eo furto, putà fructuū, aut aliud, ſi illud expreſsè aut tacitè non remiſit furi, poſſe hęredes, tanquā ſucceſſores defuncto in omnib. actionibus, quę ei cōpetebant, agere aduerſus furē, ad eos om-

omnes fructus ac damna, ad ipſos loco defuncti at- A
tinentia. Non verò eſt in ea lege ſermo de furto cō-
miſſo poſtquam dominium illius rei, facto ipſius de-
functi, tranſiuit in legatarium, aut in quemcunque
alium, vt intuenti eam legem eſt perſpicuum, neq;
recta ratio, naturaque ipſa rei, patiebantur, vt id ita
ſtatueretur.

19 Illud eſt obſeruandum circa hactenus dicta tota
hac diſputatione, quamuis actio bonorum rapto-
rum regulariter ſolùm concedatur ijs, quibus fur-
ti actio concederetur, ſi in ea iniuſta vſurpatione
vis non interueniret, vt habetur l. 2. §. & generali-
ter. ff. de vi bon. rapt. & §. vlt. inſti. eod. tit. nihilomi
nus facilius eſſe concedendam vim paſſis, actionem
bonorum raptorum, quando aliquo modo ſua re-
fert rem ex ipſis non eſſe ereptam, quàm concedа- B
tur actio furti, ita vt minus intereſſe eorum ſufficiat
ad actionem bonorum raptorum eis concedēdam,
quàm requiratur ad concedendam actionem furti
preſsè ſumpti, vt à rapina diſtinguitur, vt duobus iu
ribus citatis ſubiungitur ac innuitur.

20 Illud addo, quando in rapina rei, de poteſtate
eius, qui illam tenet, iniuria aliqua perſonalis in-
teruenit, tunc, eſto nihil referat res illa eam tenen-
ti, ad ipſum tamen ſpectare actionem iniuriarum
aduerſus raptorem, & non ad dominum rei: ad
quem ſolùm ſpectabit ſuorum bonorum rapto-
rum actio.

DISPVT. 697. C

De damno iniuſtè indebiteve dato.

SVMMARIVM.

1 *Damnum in rebus externis indebitè, hoc eſt, culpa ſaltem iuridica datum, ex qua illud dans teneatur, quid.*

2 *Oritur interdum à damno dato in corpore, honore, aut fama.*

3 *Licet diſtinctum quid ſit à furto, & rapina, ex eis interdum oritur, & cum eis eſt coniunctum.*

4 *Damna quæ abſque iuridica culpa, quorum proinde ratione non competit actio legis Aquiliæ.*

5 *Damnum datum in domo vicina ei quæ exuritur, ne incendium illam & alias deſtruat, reſarcire, contribuereve ad illud ſoluendum, non tenentur illi, in quorum commodum id cedit.* D

6 *Damnum quod vi tempeſtatis, aut alia ratione, vnum nauigium dat in alio, aut in quacunque alia re, ſine culpa moderatorum, reſarciendum non eſt: ſecus ſi culpa eorum interuenit.*

7 *Damnum, quod carens vſu rationis dat, quin & puer infantiæ proximus, reſarciendum non eſt. Quando tamen puer poſt ſeptennium damnum daret culpa theologica, lethale præſertim, licet non competeret actio legis Aquiliæ ad pœnam, reſarcire tamē illud tenetur in conſcientiæ foro.*

8 *Damnum etiam ſi culpa leuiſſima detur, competit pro eo actio legis Aquiliæ. Et quando maior culpa, quā leuiſſima, requiratur.* E

9 *Damnum ex eo quòd culpabili omiſſione detur; nō indiget maiori culpa, vt pro illo competat actio legis Aquiliæ quàm ſi facto culpabili daretur. Tametſi iura actionem ob omiſſionem culpabilem appellent vtilem legis Aquiliæ, & non directam, & cur ita eam appellent.*

10 *Damnum, quod dat inuaſus ſine ſua culpa inuaſori, aut alicui tertio, non tenetur reſarcire. Iniuſtus tamen aggreſſor tenetur de illo lege Aquilia tertio illi. Si interuenit leuis culpa inuaſi in eo dando inuaſori, non tenetur illi reſarcire illud. Si verò interuenіat in eo dando cuidam tertio, nec inuaſor illud reſtituat, tenetur ipſe id illi reſarcire.*

11 *Damnum datum ex militum exercitio valde periculoſo, in loco ad id deputato, reſarcire non tenetur miles, niſi de alia eius culpa conſtet: ſecus ſi alibi illud det. Et quando damnum curſu equorum datum lege Aquilia ſit reſarciendum, quando non item.*

12 *Damnum, quod ex ludo, aut ex impulſione prouenit, quando & à quo lege Aquilia reſarciendum, quando non item.*

13 *Damnū datum immoderata ac irrationabili caſtigatione diſciplinæ gratia, lege Aquilia eſt reſarciendū.*

14 *Damnum dans ſcindendo arbores, aut aliud diruēdo, vel eijciendo, quando lege Aquilia teneatur illud reſarcire, quando non.*

15 *Damnum datum ex domibus aquæ deiectione ſine ſufficienti præmonitione, aut alterius rei, quæ nocere poſſit in veſtibus, corpore, aut in alia re, ſoluitur duplum; & in defectum eius, qui illud dedit, ſoluit id caput eius domus.*

16 *Damnum ſequutum ex foueis, & inſtrumentis paratis ad capiendas feras, quando lege Aquilia reſarciēdum, quando non item.*

17 *Damnum datum à beſtijs feris, quæ incautè ducuntur per vias, aut ligatæ tenentur, quo vſque reſarciendum, ac puniendum, & quando pœna dupli ſoluendum.*

18 *Damna ſequuta ex eo, quòd quis miſericordia motus, ſoluat ſeruum, quem dominus ligatum tenebat, reſarcit lege Aquilia. Si verò ex odio domini aut alia ſiniſtra intentione, illum ſoluerit tenetur ex furto.*

19 *Damna ſequuta iudicum, collectorum tributorū, & aliorum miniſtrorum publicorum culpa circa pignora & alia, reſarcire illa tenentur lege Aquilia.*

20 *Damna data in aliorum prædijs, pecudibus, aut armentis, de induſtria, diuerſimodè puniuntur iure cōmuni, Caſtellæ, ac Luſitano.*

21 *Damna eadem ſi de induſtria cuſtodis abſque domini culpa ſint data, totum damnum ad pœnam tenetur ſoluere cuſtos. In defectum verò illius, dominus animalium ſolum tenetur ſoluere damnum, vel tradere pro illo animalia noxæ. Ad idem tenetur, ſi culpa leui cuſtodis ſit datum. Si verò leuiſſima aut nulla paſtoris culpa ſit datum, cuſtos ad nihil tenetur; dominus verò ad alterum duorum, quæ dicta ſunt, tenetur.*

22 *Damnum datum animali reperto damnum dādo in alieno prædio à domino prædij, reſtituendum eſt quoad exceſſum, quod tale animal dediſſet. Si autē miſſum de induſtria fuiſſet, vt id damnum daret, compenſari in hoc regno poſſet etiam duplum damni ab eo animali dati. Licitum autem eſſet ſtatutum, quo domino prædij concederetur id animal occidere.*

23 *Damna ſequuta animali reperto in prædio alieno, ex eo quòd id animal excludatur, quo vſque ſoluenda, & quatenus prohibitum ſit tale animal excludere.*

24 *Damna mercibus, aut naui, ex eo ſequuta, quòd quis ſua culpa nauem perforaſſet, lege Aquilia reſarcienda ſunt.*

25 *Damna ſequuta ex aduſtione, permixtione vino, tritico, etiam ſeminato, aut alteri rei, lege Aquilia reſarciuntur.*

26 *Damnum in mancipio ex eo ſequutum, quòd quis illi ſuaſit, vt ſe exponeret alicui periculo, vel quòd illud impulerit, vel aliter fuerit illi cauſa, aut occaſio dāni, lege Aquilia reſarcitur.*

27 *Damnū ex eo ſequutum, quod quis canem concitet in aliquem, aut ferocem canem ſoluit vt noceat, vel illum deſerat, non valendo illum comprimere, ſimiliter eſt reſarciendum. Et quando idem ſit dicendū de cane feroci inſeruiente ad cuſtodiam, quando nō itē. Idem de damno ſequuto ex concitatione, ſeu irritatione alterius beſtiæ, quæ nocere ſoleat.*

Dam-

28 Damnũ ſi idcirco ex animalibus ſequatur, quòd quis imperitus ſit illa regere, aut non valeat impetum eorum continere, ſimiliter eſt reſarciendum.

29 Damna ex eo ſequuta, quòd quis animalia aliena fugauit, aut ita vrſit, vel minatus eſt, vt præcipitarentur, diſparerent, abortum facerent, aut aliud detrimentum acciperent, vel ipſa inferrent, ſimiliter eſt reſarciendum.

30 Damnum occiſionis mancipij alieni culpa ſaltem leuiſſima, aut pecudis alienæ, reſarcitur lege Aquilia ſolutione ſupremi valoris, quem ea res habuit intra annum retro, vſque ad punctum occiſionis. Et quid pecudis nomine quoad hoc intelligatur.

31 Damnum quodcunque aliud datum eidem mãcipio, aut pecudi, & vniuerſim quodcunque aliud damnũ quibuſcunque alijs rebus culpa datum, reſarcitur lege Aquilia in maiori valore, quem ea res habuit triginta diebus, vſque ad punctum talis damni dati.

32 Damnum ſi ſufficienter probetur fuiſſe culpabiliter ab aliquo datum, ſtatur, quo ad æſtimationẽ illius, iuramento eius, cui datum eſt, accedente iudicis arbitrio ac moderatione.

33 Lex Aquilia, quoad exceſſum vltra damnum culpa datum, pœnalis eſt, neque quo ad illum obligat, niſi quando poſt latam ſententiam exigitur. Neq; tranſit aduerſus hæredes, niſi lis fuerit conteſtata cũ eo, qui damnum dedit: neque competit hæredibus eius, qui damnum eſt paſſus, niſi fuerit conteſtatus litem, aut illam præparauerit.

34 Lex Aquilia, quoad damnum culpa Theologica datum, pœnalis non eſt, tranſitque aduerſus hæredes eius, qui damnum ita dedit, & ad hæredes eius, qui damnum eſt paſſus.

35 Damnum culpa datum eſt reſarciendum lege Aquilia & in foro conſcientiæ, etiam quod inde vlterius euenit. Vt ſi interfecit ſeruum tibicinem, & inde ſequitur, quòd alij ſerui tibicines ſine illo minus valeant.

36 Damnum datum ſi quis coram iudice neget, & conuincatur poſtea teſtibus, cogitur & damnum & pœnam legis Aquiliæ ſoluere duplum: ſecus ſi ſua confeſſione, etiam iuramento ei adhibito, conſtet. Minor in integrum reſtituitur, vt non ſoluat duplum. Maritus uerò ſi de damno dato in bonis vxoris, aut vxor in bonis mariti, conuincatur, ſolum ſoluunt ſimplex damnum, ſine vlla prorſus pœna.

37 Damnum dediſſe ſi quis ſit confeſſus, & poſtea probet, nullum tale damnum fuiſſe datum, abſoluitur. Si vero id damnum fuerit datum, eſto probet ſe illud non dediſſe, non abſoluitur, niſi probet quis illud dederit.

38 Damnum ſi datum ſit concurrentibus multis, occidentibuſque ſeruum alienum, aut animal aliud alienum, nec conſtet ex cuius vulnere interierit, qualiter ciuiliter cõpetat actio legis Aquiliæ aduerſus omnes aut ſingulos.

39 Furtum eiuſdem numero rei ſi tres ſimul cõmittant, quæ condictio furtiua aduerſus omnes ac ſingulos cõpetat, & quæ actio furti ad pœnam ciuilem ac criminalem.

40 Irregulares ſunt cenſendi omnes, qui concurrerũt ad idem homicidium, quando dubium eſt, quis illorum interfecerit.

41 Damnum datum mancipio ex vulnere lethali unius, ſuperueniente poſtea vulnere alterius, quo mortuũ fuit, ſic lege Aquilia reſarciendum eſt: Quòd prior tenetur de ſeruo vulnerato, quantum ſeruus plus ualuit intra triginta dies vſque ad vulnus inflictũ, æſtimatum quanto minus ualet cum eo vulnere, totamque eam æſtimationẽ ſoluere tenetur, & inſuper expenſas & damna vſque ad poſterius uulnus. Poſterior uerò ſoluere tenetur, ſi quid plus ualuit intra annum uſque ad mortem, & quod ualebat accepto eo uulnere tempore, quo interfecit. Idem de priori eſt dicendum, ſi mancipium poſt uulnus acceptum, ruina, aut alio infortunio intereat. Tenetur uerò de mancipio mortuo, ſi legatũ fuit, aut ſi fuit manumiſſum, poſt uulnus inflictum.

42 Irregularitatem uterque incurrit, ſi unus lethaliter prius percuſſit, & poſtea alius interfecit. Erit autem in utroque ea irregularitas ex homicidio uoluntario, ſi uterque formaliter aut uirtute interficere intendit.

43 Damnum ſi datum ſit uulnere in mancipio, quando uulnus non erat lethale, & mancipium ex mala curatione aut aliunde interijt, non tenetur, qui uulnus inflixit de mancipio occiſo, ſed ſolum de uulnerato.

44 Damni dati ratione actio, quæ competit domino, & hæredibus illius quo ad damnum, & quoad pœnam, ſi lis à domino fuerat conteſtata, quatenus competat etiam uſufructuario, uſuario, poſſeſſori rei bona fide, depoſitario, conductori, & commodatario.

45 Damnum pignori ſi ſit datum, lege Aquilia agit debitor, cuius eſt. Et quando creditor agat.

46 Damnum ſi datũ ſit in ſeruo legato in ſingulari (idẽ de quacunque alia legata in ſingulari) poſt delatam hæreditatẽ, & ante eam aditam, uel poſt illam aditam, ad quem actio legis Aquiliæ ratione eius damni attineat.

1 DIcendum deinde eſt de damno, vt à furto & rapina diſtinguitur, iniuſtè, indebiteve, hoc eſt culpa ſaltem iuridica dantis, ex qua teneatur, dato. Atque ſic poſſumus illud deſcribere; *Eſt iactura data in rebus externis alicuius, abſque earum uſurpatione, culpa ſaltem iuridica eam dantis, ex qua legum præſcripto teneatur*. Nomine autem iacturæ comprehenditur deſtructio rei in totum, aut ex parte, & quæcunque alia deterioratio, vndecunq; proueniat, ſiue ex permixtione, ſiue ex quacunque alia cauſa, atque etiam lucrum ceſſans.

2 Per particulã, in rebus externis alicuius, reijciuntur à ratione damni dati, de quo nunc loquimur, iacturæ, & læſiones indebitè datæ, in propria proximi perſona, aut in honore, vel in illius fama, de quibus agere ad duos ſequentes tractatus pertinet. Si tamen ex his læſionibus, iacturis, ac damnis, ſequatur iactura in rebus externis, vt quia ex vulnere neceſſe fuit inſumere in medicinis, chirurgis, ac medicis, ceſſare à labore ac lucro, vel quia ex vulnere, qui illud eſt paſſus, ineptior manet ad deinceps laborandum ac lucrandnm, tunc hæ, & ſimiles aliæ iacturæ in rebus externis, inde profectæ, ad iacturam & dãnum, de quo nunc loquimur, ſpectant, atque in definitione tradita comprehenduntur. Vtrunque iniuriæ ac læſionis genus explicatur. l. ſed & §. iniuriã. ff. ad leg. Aquil. & quòd ſolum ſecundum genus ad præſens attineat inſtitutum, atque quòd ſecundum genus coniunctum eſſe poſſit cum primo, & ab illo deriuari. Quòd autem damnum interdum ſumatur pro ſolo ſecundo iacturæ genere, vt de eo nunc loquimur, conſtat ex l. 3. ff. de damno infecto, vbi Paulus Iuriſconſultus ſic ait: *Damnum ab ademptione* (vbi gloſſa ait, melius dixiſſet à perditione) *& quaſi diminutione patrimonij dictum eſt.*

3 Per particulam, abſque earum vſurpatione, reijciuntur à ratione damni dati, de quo loquimur, furta & rapinæ, quæ ſunt damna in vſurpatione iniuſta rerum externarum aliorum conſiſtentia. Si tamen cum ea vſurpatione iniuſta coniuncta ſit iactura alia in rebus externis proximi, culpa id vſurpantis, quæ non in vſurpatione conſiſtat, vel ex

tali vſurpatione ſequatur,tunc illa, etiam ſi ſit lucri ceſſantis, ad iacturam & damnum, de quo nunc loquimur,attinebit.

4 Per particulas denique,culpa ſaltem iuridica eam dantis,ex qua legum præſcripto teneatur; reijcitur iactura omnis in rebus proximi data abſque tali culpa. Eiuſmodi in primis eſt iactura in rebus proximi data bello iuſto: quia enim in ea danda nulla interuenit culpa, ad damnum datum, de quo loquimur, non ſpectat. Atque cum hac eſt coniuncta, quā quis dat aduerſario,ſe,aut ſua,tuendi gratia, cum moderamine inculpatæ tutelæ: neque enim in ea vlla eſt culpa, eo quòd ſit quaſi bellum iuſtum ſe eo modo defendentis: eaque ratione,cum actio legis Aquiliæ competat pro damno dato à nobis definito,pro eiuſmodi iactura,ſeu damno, non conceditur, vt habetur.l.ſcientiam,§.qui cum aliter,ff.ad leg. Aquil.redditurque ibi hæc ratio;*Vim enim vi defendere, omnes leges omniaque iura permittunt*: idemque ſtatuitur,l.3.tit.15.part.7.cum eadem eſt etiam coniūcta iactura,quam iudex dari pręcipit in exequutione iuſtę ſuę ſententiæ,aut mandati ſui iuſti, quando aliqua reſiſtunt,atque,vt exequutio ſortiatur effectum, id iudicatur neceſſarium,aut expediens: eſt enim ſimiliter quaſi bellum iuſtum ex parte iudicis,ſuorumq; miniſtrorum, quin & in pœnam iuſtam ita reſiſtentiū, id abſque culpa præcipi poteſt. Ita habetur.l.quemadmodum.§.pen.ff.ad leg. Aquil.& l.4.tit.15. part. 7. Quando item ignis peruenit ad domum aliquā,ita vt,ſi non deſtruatur,etiam in parte,ad quam nondū ignis deuenit, periculum eſt, quòd domus proxima, aut forte etiam aliæ exurentur;tunc,ſiue pręcepto iudicis ea domus ob talem cauſam deſtruatur, ſiue à domino vicinæ domus,alijs ad id cooperantibus,vtique iactura ita data in domo proximi, quæ iam ardebat, atque ab igne conſumebatur,non ſpectat ad damnum,de quo agimus;quoniam datur abſq; culpa,ex iuſta cauſa,atque in commune bonum viciniæ ac oppidi, eaque ratione, neque competit aduerſus deſtruentes actio legis Aquiliæ ad pœnam, neque etiam ad intereſſe,vt habetur.leg.ſi quis,§ vlt.ff.ad l. Aquili.l.ſi alius.§. eſt & alia exceptio:ff. de præſcr. ver.& l.12.tit.15.par.7

5 Vtrum autem tunc contribuere teneatur vicinia, ac oppidum, ad compenſandum damnū ita abſque culpa datum domino deſtructæ domus, pro vtilitate ac æſtimatione, vitationis periculi cuiuſque vicini? quemadmodum, quando merces proijciūtur in mari,ad nauem & cæteras merces, quæ in ea deferūtur,conſeruandas,illi,quorum bona ea ratione conſeruantur,contribuere tenentur,vt Diſputatio.365. dictum eſt? Neganter,meo iudicio,eſt reſpondendum: quando non eſſet ſtatutum in aliqua ciuitate, aut prouincia,in contrarium:quoniam id apertè ſonant iura citata: & quoniam iam domus illa exurebatur ac conſumebatur igne:ac quoniam id iuſtè ſtatui poteſt in bonum commune,eaque lex communis eſt & æqualis omnibus ciuibus;cum ſicut domus vnius exuri poſſit,ita & cæterorum, omneſque proinde,antequam quicquam eueniat,ęquè gaudent cō modo,& damno,illius legis:& denique,quoniā difficilè admodum poſſet definiri,qui,& quantum,ſinguli ad id damnum contribuere deberent: quod nō cernitur in naui, & in aſportantibus merces in ea, quando quædam merces proijciūtur in mare,ad nauem & ad cæteras merces conſeruandas. Atque nobiſcum hac in re conuenire videtur communior doctorum ſentētia,quam Greg. Lop.l.12.citata refert, & in quam propendere videtur.

6 Præterea,quādo nauigiū, quod anchoris tenebatur,aut quo nauigabatur, abſque culpa domini, aut moderatorum illius,vi tempeſtatis,aut aliqua alia ratione,impegit in aliud nauigium, illudque ſubmer-

A ſit,aut aliud damnum ei, retibus,in portu,aut in mari expanſis,aut cuiuis alteri rei, dedit, tunc, ſicut ei damno non competit definitio tradita,ita neque eſt damnum,de quo modo loquimur,neque pro eó cōceditur actio legis Aquiliæ ad pœnam, neque ad illud compenſandum: idemque eſt de quocunque alio ſimili damno,quod abſq; culpa obuenit,datumve eſt. Ita habetur l.quemadmodū,§.ſi nauis tua,& ſequentibus.ff.ad leg. Aquil.l.14.titu.15. par.7. Secus autem eſſet, ſi culpa eorum aliquid tale obueniret:nam tunc tenerentur id damnum reſarcire,vt ex eiſdem iuribus, argumento à contrario ſenſu, conſtat,& ex ſe eſt ſatis perſpicuum.

Eadem ratione damnum,quod furioſus, aut quicunque alius vſum rationis non habens, dat,cū culpa careat,non comprehenditur ſub eo, de quo nunc 7
B loquimur,neque pro eo vlla competit actio. Idemque eſt dicendum, non ſolum de damno, quod infans dat,ſed etiam de eo,quod dat puer infantię proximus, hoc eſt qui decimum annum cum dimidio non excedebat. Hæc omnia habentur l.5. §.igitur iniuriam.ff.ad leg. Aquil.& l.3.ti.15.par.7. Quamuis autem pro damno,quod puer à ſeptimo ſuæ ætatis anno vſque ad decimum cum dimidio dat, non concedatur actio legis Aquiliæ;credo tamen,ſi cum culpa Theologica,lethali maximè, illud det, teneri in conſcientiæ foro illud integre reſtituere: quoniā iure naturali ad id tenetur ratione culpæ Theologicæ,iniuſtæve acceptionis.

Ad damnum de quo nobis hoc loco eſt ſermo, 8
C pro quo competit actio legis Aquiliæ, ſatis eſt, ſi datum ſit culpa iuridica, etiam ſi non interueniat culpa Theologica, ſufficitque culpa leuiſſima, vt habetur.l.in lege Aquilia.2.ff.ad leg. Aquil.& §.iniuria.inſt.de leg. Aquil.conſentitque. c.vlt.de iniurijs & damno dato.

Obſeruat verò optimè Couar. in 4.decretal.par.2.cap.6.§.8.num.14.cum Carolo Molinæo,tunc aliquem lege Aquilia ex culpa leuiſſima teneri,quando natura actionis,ſeu facti, quo damnū datur, pro quo competit actio legis Aquiliæ,id expoſcit, ſeu patitur,& non alias. Hoc ſequentibus exemplis elucido. Quando quis locauit ſuas operas ad aliquid, in commodum ipſius locantis ac conducentis, vtique, cum ex eo contractu non teneatur de culpa leuiſſi-
D ma,ſed ſolum de leui, procuidubio,ſi tali actu damnum det in re,circa quam ſe locauit, tunc, ſicut non tenetur locati actione de culpa leuiſſima,ſed ſolùm de leui, ita neque actione legis Aquiliæ tenetur de culpa leuiſſima, ſed de ſola leui. Hinc,qui pretio curat,aut patrocinatur in aliqua cauſa, aut pannos tingendos,abluendos, aut aliquid aliud circa illos, aut circa aliam materiam, pretio exercendū, accepit, ſi aliquod damnū inferat eis actibus, aut aliqua omiſſione, circa eas res, vel inde vlterius conductoribus damnum ſequatur,non teneri lege Aquilia de culpa leuiſſima eius damni,ſed ſolum de culpa leui: ſecus autem,ſi aliquo alio actu,qui ad eum contractū non ſpectet,damnum det:nam tunc non eſt melioris cō-
E ditionis ea in parte,quàm ſint cæteri. Ad eum verò contractum ſpectat cura cuſtodiendi aliquam rem; eaque de cauſa, neque circa cuſtodiam tenetur niſi de culpa leui. Item,quia quando aliquid fit in cōmodum tantum alterius, tunc, qui illud exercet, ſolum tenetur de dolo ac lata culpa, non verò de leui, aut leuiſſima,niſi aliud deductum ſit in pactum, aut lege eſt ſancitum,vtique, quando aliud in pactum nō eſt deductum,neque lege aliud eſt ſancitum,ſi exercendo eū actum,aut omiſſione aliqua, damnum ſequatur ei,in cuius commodū fit,culpa leui,aut leuiſſima, id exercentis, non tenetur lege Aquilia de tali damno. Hinc,ſi medicus gratis curet,aut aduocatus gratis patrocinetur, vel aliquis alius gratis exer-

ceat

ceat aliquid in bonum alterius, atque eo facto, aut
omiſſione aliqua,damnum ei inferatur,in cuius cō-
modum fit, non tenetur inferens l. Aquilia, niſi do-
lo,aut lata culpa,datum ſit. Hac eadem ratione,qui
ex ſola caritate confeſſiones audit, ſi aliquod dam-
num omiſſione aliqua,aut errore deceptus, det,con
feſſiones audiendo, neque præcipiendo id reſtitui,
quod reſtituendum erat, non tenetur de leuiſſima,
aut leui, culpa, ſed ſolùm de dolo, aut de culpa lata.

Iuxta hæc intelligenda ſunt,quæ traduntur.l.qua
actione. §.vlt. & l.ſequenti in prin. ff.ad leg. Aqui.
§.præterea,inſt.eo.titu.& l.9.titu.15.par.7.nempe,
ſi medicus,chirurgus, veterinarius (noſtri *alueitar*
vocant)per imperitiam artis,aut temeritate,aliquid
circa homines,aut iumenta,quæ curanda accipiunt,
efficiant, vel omittant ob negligentiam, aut aliqua
alia ratione,vel ſi deſerant curationem cęptam,abſ-
que iuſta cauſa, ſuaque proinde culpa moriatur mā
cipium,quod curandum accepit,vel iumentū,quod
veterinarius curandum ſuſcepit,aut damnum ac de
trimentum ea de cauſa eueniat, teneri ad ea damna,
tum actione legis Aquiliæ, tum etiam ex locato, ut
habetur.l.qua actione. §.vlt.citata, & alijs iuribus,
vt agere maluerit eligere,qui id damnum eſt paſſus:
idemq; eſt de damnis, quæ ſimili modo obuenerint
hominibus,liberis,quos medicus,aut chirurgus,cu-
randos ſuſceperint: & qua pœna teneantur,ſi culpa
ipſorum intereant,tanquam eorum homicidæ,dice
tur tractatu ſequenti. Hæc, inquam, intelligenda
ſunt,iuxta doctrinam traditam. Sicut enim actione
locati ſolùm tenentur ad ea damna, ſi ex culpa leui,
non verò ex leuiſſima, obueniunt, & quando gratis
quis operam ſuam adhibebat, conſentiente eo, cui
impendebatur, ſolùm tenetur de dolo & lata culpa:
ita ſi legis Aquiliæ in eiſdem euentibus ob damna
ſubſequuta actio intentetur, non tenebitur quis de
minori culpa,conſentitque ex parte gloſſa.l.idem iu
ris in prin. ff.ad leg. Aquil. Idem intellige de obſte-
tricibus,quæ potiones dant ad concipiendum,& ad
alia, & de alijs imperitis, qui vnctiones & medica-
menta adhibent:tametſi in his plus præſumenda ſit
culpa leuis, aut maior, damni inde ſequuti, propter
temeritatem maiorem in illis applicandis, eo quòd
imperiti ſint artis medicinæ, conſentit. l.item ſi ob-
ſtetrix.ff.ad leg. Aquil.

9 Couar.in 4.decret.par.2.cap.6.§.8.num.13. Ma
ranta de ord.iud.par.4.di.1.num.71.& alij quos re
ferunt,tradunt etiam aliam limitationem diſpoſitio
ni legis in lege Aquilia.2.ff.ad leg. Aquil.quæ actio-
nem tribuit legis Aquilię etiam pro damnis culpa le
uiſſima ea dantis ſubſequutis,vt ea diſpoſitio intelli
gatur, quando culpa leuiſſima cōſiſtit in facto, quo
ea damna inferuntur, quid ſcilicet culpa, ſaltem le-
uiſſima,eſt effectum: ſecus autem quando culpa le-
uiſſima conſiſtit in omiſſione facti alicuius, quòd ſi
omiſſum non eſſet,ea damna nō eſſent ſequuta. Ma
ranta,num.71.citato id confirmat ex.l.ſi cuius.§.de
nique conſultus. ff.de vſufructu, vbi dicit eſſe textū
expreſſum. In eo verò textu, reddendo rationem,
cur,nihil impediente,quòd fructuarius teneatur pro
prietario lege Aquilia de damnis, quæ proprietati
ſua culpa dederit, ſit nihilominus expediens, quòd
caueat,fideiuſſores ve det,quòd reſarciet dāna, quæ
in proprietate culpa ipſius fuerint reperta, manife-
ſtè docetur, cautionem fideiuſſoriam ſe extēdere ad
omnia vniuerſim damna culpa fructuarij reperta,
ſiue illa ex facto aliquo fructuarij prouenerint, ſiue
ex omiſſione: legem uerò Aquiliam ſolùm ſe exten
dere ad culpabilia damna, quæ fructuarij facto ob-
uenerint,non verò ad ea,quæ ob meram omiſſionē
culpabilem prouenerint: ſic enim textus ille habet:
*Quia ſunt caſus,quibus ceſsat Aquiliæ actio. Nam,qui
agros non proſcindit, qui vites non ſubſerit, qui aqua-
rum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia nō tenetur.*

Sanè ex hoc textu nō uideo, vnde potius colligatur,
legem Aquiliam locum non habere,quando damnū
prouenit ex leuiſſima culpa, quæ conſiſtit in omiſ-
ſione,quàm in leui,aut lata,quæ ſimiliter in omiſſio
ne conſiſtat. Etenim exempla illa,non ad leuiſſimā
culpam,ſed ad leuem,quin & ad latam, ſpectare vi-
dentur. Neque enim leuiſſima,ſed potius lata,cul
pa eſt, proprietatem deteriorem ex eo reddi, quòd
terra,in qua ſunt plantæ,non fodiatur,& quòd loco
vitium demortuarum,aliæ non ſubſerātur, & quòd
aquæductus corrumpi ac deſtrui permittantur. Vn-
de gloſsa ibi,duplicem,expoſitionem,ac reſponſio-
nem,tradit: neque primam intendit ſatisfacere,ni-
ſi ſimul ſecunda ei adiungatur. Prima eſt,quòd tex-
tus hic intelligatur, quando culpa,ſiue leuiſſima, ſi-
ue leuis,aut lata,conſiſtit in mera omiſſione, ſine vl
lo prorſus actu antecedēte fructuarij, per ſe, aut per
interpoſitam ab eo perſonam, vnde damni pericu-
lum immineat,niſi ei occurratur,ſed res per ſeipſam
ſine ullo prorſus actu deterior redditur,aut facto ali
cuius alterius, cui nō occurritur, reddatur deterior.
Quando verò actus præcedit, ex quo imminere po-
teſt periculum, niſi vigiletur ac damno occurratur,
tunc,eſto culpa ac negligentia in vigilando ac occur
rendo periculo ac damno, non ſit poſita in ulteriori
actu,ſed in illius omiſſione, locum habet actio legis
Aquiliæ, vt gloſſa dilucidè probat ex l.ſi ſeruus ſer-
uum.§.ſi ex plauſtro.ff.ad legem Aquil. Cuius uer-
ba ſunt: *Si ex plauſtro,cum duceretur, lapis ceciderit,
& quid ruperit, vel fregerit, Aquilia actione plauſtrua
rium teneri placet,ſi malè compoſuit lapides, & ideo la-
pſi ſunt.* Ecce,quia præceſſit lapidum poſitio in plau
ſtro,eorumque compoſitio, ad illos vehendos, ſi il-
los non compoſuit & continuit,vt decidere non poſ
ſent,nec vigilauit, quando ictibus poſtea plauſtri di
ſcomponebantur, & periculum erat ne deciderent,
vt occurreret ei periculo, & eos contineret ac com-
poneret,actio legis Aquiliæ aduerſus eum competit
propter omiſſionem ſubſequutam. Eodem modo,
ſi quis ignem accendat,ſine probabili periculo dam
ni eorum, quę in furno tali igne concoquuntur,vel
alibi aptantur, aut fiunt, & ſine probabili periculo
incendij domus,aut aliarum rerum, modo ipſe inui
gilet,ſanè ſi per negligentiam,abſque nouo actu,in-
uigilare omittat, ac damnum ex eo igne ſequatur,
actio legis Aquiliæ pro eo damno competit. Secun-
da reſpōſio ac expoſitio gloſſæ eſt,quòd,quando dā
num prouenit ex culpa,quæ in omiſſione mera,mo
do explicato,conſiſtit,non competat pro eo damno
actio directa legis Aquiliæ aduerſus ſic culpabiliter
omittentē impedire ea dāna:competat tamen aduer
ſus eū actio vtilis legis Aquiliæ:id qđ expreſsè habe
tur.l.ſi ſeruus ſeruū citata.§.ſi Fornacarius,q ſic hā
bet: *Si Fornacarius ſeruus coloni ad fornacē obdormiſſet
& villa fuerit ſuccenſa, Neratius ſcribit,ex locato con-
uentum, præſtare debere, ſi negligens in eligendis mini-
ſtris fuit. Cæterum,ſi alius ignem ſubiecerit fornaci, a-
lius negligenter cuſtodierit,an tenebitur,qui ſubiecerit?
Nam,qui cuſtodit, nihil fecit: qui rectè ignem ſubiecit,
non peccauit. Quid ergo? puto, vtilem competere actio-
nem,tam in eum,qui ad fornacem obdormiuit,quam in
eum, qui negligenter cuſtodiuit. Neque quiſquam di-
xerit,in eo,qui obdormiuit, rem eum humanam & na-
turalem paſſum: cum deberet vel ignem extinguere, vel
ita munire,ne euagaretur.* Ecce, Vlpianus, cuius eſt
hic textus, exponit, quod Iulianus dixit in §.deni-
que conſultus,citato. Nempe,quòd,quando dam-
num prouenit ex mera omiſſione culpabili, vt pro-
uenit in illo,qui ignem non ſuccendit, ſed ad illum
cuſtodiendum eſt relictus,& uel obdormiuit,vel a-
lia ratione negligenter cuſtodiuit, competit aduer-
ſus eum,ob damnum ex eo igne ſequutū, vtilis actio
legis

legis Aquiliæ,eſto directa non competat,de qua ſola intelligendus eſt Iulianus.§.denique conſultus, citato:atque ita iura iuribus conſonant. Quid autem interſit inter actionem legis Aquiliç directam,& inter vtilem,atque inter actionem ſubſidiariam in factũ, iuxta iuris ciuilis ſubtilitates , (quæ vtinam ex iure abſcinderentur) habetur inſt.de lege Aquil. §.vlt. Ac ſanè §.ſi fornacarius citato, ſermo videtur eſſe de culpa leui,aut lata,non verò de leuiſſima . Quoniam ſermo eſt de colono , qui cuſtodiam fornacis commiſit ſeruo,qui obdormiuit,ex eaque culpa villa conducta eſt ſuccenſa. Colonus enim conductor ſolùm tenetur de leui aut lata culpa, ex conducto, ſi ea culpa ipſius interuenit in eo ſeruo deputãdo tali cuſtodiæ: ſi uerò in ea deputatione non interuenit tanta culpa,ipſe ad nihil tenetur. Cuſtos verò,ſi erat mercede conductus , aut mancipium illius , tenetur domino villæ, loco coloni, actione utili legis Aquiliæ de damno dato,vt in §.ſi fornacarius, definitur, ac proinde, ſi is cuſtos mancipium erat talis coloni, tenetur colonus , vel ſoluere damnum loco mancipij,vel tradere mancipium domino villæ pro eo dãno,eſto nulla interuenerit culpa talis coloni , iuxta ea quæ in ſequentibus dicemus de quaſi delicto , actionibusve noxalibus;atque cum hac tota doctrina conſentit apertè.§.Proculus in eadem lege ſi ſeruus ſeruum,ſubiunctus. Quare ex iuribus citatis nõ colligitur,ſoli culpæ leui competere:quòd ſi in omiſſione conſiſtat, locum non habeat actio legis Aquiliæ pro damno ex ea ſequuto, ſi verò ſit in aliquo actu, competat actio legis Aquiliæ pro damno ex ea ſequuto .

Couar. idem confirmat ex gloſſa. l.ſi mora,verb. ne facto. ff.ſoluto matrim. & ex glo. 2.l.in lege Cornelia.ff.ad ſenatus conſult.ſillanianum. Hęc tamen nihil vrgent. Cum enim lege ſi mora,citata,habeatur,ſi maritus vxori dotem, ſoluto matrimonio debeat,eamque illi offerat,atque vxor in mora ſit eam ſtatim accipiendi,non teneri illi deinceps maritum, quoad dotales fundos, de culpa, ſed ſolùm de dolo malo,ſi non colantur,fructuſque non percipiantur, reddatque rationẽ textus , *ne facto mulieris*, hoc eſt, ne mora in accipienda dote ablata, maritus *in perpetuum agrum eius colere cogatur*;cum,inquam,hæc ita in ea lege habeantur,glo. Accurſij verb.ne facto,ſic quærit: *Sed quid ſi maritus in faciendo commiſit culpam leuem,aut leuiſſimam ?* Reſpondeo. *Tenetur.* vt ſup.ad legem Aquil.l.in lege . Et hic in non dando loquitur,vel negligendo. Hæc,inquam,nihil vrgent pro opinione Couar.& Marantæ. In ea enim gloſſa æqualiter, eodemque modo , eſt ſermo de culpa leuiſſima & leui,quòd ſcilicet, ſi conſiſtat in omiſſione,de ea non teneatur maritus lege Aquilia,ſecus verò ſi conſiſtat in facto,quare,ſi ſententiæ eius gloſſę eſſet ſtandum,idem dicendum eſſet de leui culpa & leuiſſima,cuius contrarium affirmant doctores eius ſententiæ . Quòd verò ad rem ipſam,& ad ſententiam eius gloſſæ,attinet, obſerua. Eo ipſo,quòd maritus dotem vxori obtulit ; illaque in mora eſt eam accipiendi, perinde maritum manere de obligatum à curandis rebus immobilibus dotalibus eius vxoris, atque quicunque alius ; ſi tamen fructus aliquos recipiat ex eis rebus,teneri eos reddere illi vxori, vt in eo textu ſubiungitur. Hinc dico,ſi omnino negatiuè ſe habeat maritus circa ea bona immobilia, de nulla omnino tenetur culpa, de qua teneretur,ſi nõ obtuliſſet eam dotem,ſiue ea leuiſſima ſit,ſiue leuis, ſiue etiam lata : quia non magis tenetur ad curanda ea bona, & ad impedienda damna circa illa , quàm teneatur quiuis alius extraneus,cui nulla omnino negligentia circa ea bona imputatur ad culpam. Quare,ſi de culpa hoc modo ſumpta, quæ in mera omiſſione circa ea bona conſiſtat,loquatur,falſum affir-

A mat gloſſa in eadem lege verb.culpam,dum ait,teneri de culpa lata , quæ dolo æquiparatur : in re enim propoſita, non æquiparatur dolo malo : ſed ſolùm quando quis tenetur aliquo modo ad cuſtodiam rei alicuius,vt tenetur depoſitarius. Si verò maritus aliquem actum exerceat circa ea bona,cum ad eum nõ teneatur, tunc,vel actus reſpicit adminiſtrationem, ac agere negotium vxoris,vel non. Si ad adminiſtrationem & ad negotium vxoris attineat, tunc,ſi gratis illam exerceat,neque impediat alium,qui eadem negotia & adminiſtrationem ſuſciperet,ſolùm tenebitur de dolo,& de lata culpa, non uerò de leui, aut leuiſſima;perinde atque quiuis extraneus teneretur, ſi eadem negotia & adminiſtrationem ſimili modo ſuſciperet,iuxta ea quę ſupra in materia de negotijs

B geſtis dicta à nobis ſunt : atque , ſi in hoc euentu loquatur gloſſa verb. culpam,citato, verum affirmat. Si autem actus, quẽ exercet maritus circa ea bona, non ſpectat ad adminiſtrationem eorum bonorum, & ad negotium vxoris,tunc, ſi ex illo ſequatur damnum in eis bonis, tenebitur maritus lege Aquilia ad id damnum , etiam ſi culpa eius leui , aut leuiſſima, obueniſſet, perinde ac teneretur quiuis extraneus, qui ex eadem culpa id damnum dediſſet. Quare doctrina eius gloſſæ nihil omnino vrget ad id , quod Couar. Maranta,& alij doctores eius opinionis intẽdunt. Gloſſa verò in lege Cornelia ſolùm ait,plus culpæ eſſe in facto,quo ſerui aliqui dominum ſuum interfecerunt, quàm ſit in omiſſione defenſionis eiuſdem domini, quando videbant interfici ab alijs:

C inde uerò non video , quod vrgens argumentum erui poſſit ad opinionem Couar. ac Marantæ confirmandam .

A Couar.& Maranta citatur.l.qui ædes.ff.de incend.reu.nauf.non quidem, vt inde ſuam ſententiã confirment, ſed ut eum textum iuxta ſuam exponãt ſententiam. Cæterum in ea lege ſolùm habetur,ꝙ cum acrius puniri debeat,qui ſciens & prudẽs incendit ædificium, atque adeò voluntariè eo modo, quo appellamus homicidium voluntarium,vt diſtinguitur contra caſuale: ſi tamen caſu,id eſt negligentia, (vt exponit ipſe textus) ædificium incendat,debere ſoluere damnum,aut,ſi non habeat vnde ſoluat,debere leuius caſtigari , quàm ſcilicet ſi ſciens & prudens id feciſſet,pro quantitate uidelicet negligentię

D ac culpæ. Ea autem lex potius confirmat cõtrariam ſententiam : nomine enim negligentiæ , omnis iuridica culpa intelligitur in eo textu , quæ non eſt cum ſcientia,aut intento,eius damni:& ex quacunque tali negligentia aſſeritur,teneri incendiarium ad reſarciendum totum damnum: ſi verò non habeat vnde illud reſarciat,debere luere in corpore pro negligentiæ & culpæ quantitate,ſpectata ſimul latitudine dãni illati. Cõſentit.l.capitalium. §.qui ob inimicitias. ff.de pœnis,vbi,cum ob incendium ſcienter factum grauior multo pœna ſtatuatur,additur: *Nam fortuita incendia,* hoc eſt quæ ſunt præter intentionem, *ſi, cum euitari poſſent,per negligentiam eorum, apud quos orta ſunt,damno vicinis fuerint,ciuiliter exercentur,vt*

E *qui iactura affectus eſt damni, diſceptet,* hoc eſt , lege Aquilia agat ad illius ſolutionem,vt gloſſa ibi exponit, *vel modicè vindicetur*,pro qualitate uidelicet culpæ, & damni quantitate,ſi, qui illud dedit, non habeat unde ſoluat . Vbi vides, negligentiam omnem culpabilem in euitando damno ex incendio puniri lege Aquilia ad damni ſolutionem , aut ſi, qui illud dedit, ſoluendo non ſit, agi criminaliter ad pœnam corporalem,pro culpæ, & damni,quantitate.

Hinc certè non probo opinionem Couar. vbi ſupra,& quorundam aliorum,qui,ducti debilibus fundamentis,à nobis hactenus euerſis,aſſerunt,ſi culpa leuiſſima eius,qui ignem incendit, ſequatur exuſtio & damnum bonorum proximi,nõ teneri incendiarium

rium lege Aquilia illa ſoluere, ſi negligentia ac culpa leuiſſima fuit in omiſſione aliqua ne ignis incenſus noceret: ſecus autem, ſi fuit in ipſo actu incenſionis ignis. Eo enim ipſo, quòd ignis eſt incenſus, proſpicere ac vigilare tenetur, qui illum incendit, ne res alterius incendat ac perdat, quando periculum aliquod eſt, vt id ſequatur, & ſaltem per diligentiſſimum prouideri potuit, ne ſequeretur: nec minor culpa eſt, eum ignem incendere, attendere debendo ex eo poſſe ſequi damnum aliorum, nec vigilando, & occurrendo, vt non ſequatur, quàm quando eſt incenſus, & ſuperuenit circunſtantia, ex qua attendere debuit imminere periculum, ad id negligenter non attendere, ex negligentiaque non accurrere ad damnum ex eo igne vitandum. Quo fit, vt quando ex igne ſuccenſo damnum eſt ſequutum in bonis alterius, attendi debeat, an vlla negligentia culpabilis fuerit ex parte eius, qui illum incendit, aut qui in cuſtodiam illius eſt relictus, qua potuerit ac debuerit vitari id damnum; quòd ſi prudentis arbitrio aliqua reperiatur, vel in igne incendendo, vel in illo cuſtodiendo, ne noceret, quam diligentiſſimus adhibuiſſet, adhibereque teneretur, quia cum eo onere incendere quiuis ignem debet, aut facere quoduis aliud, vnde euenire poteſt, ac ſolet, damnum proximi, tũc tenetur lege Aquilia reſarcire id totum damnũ, aut luet in corpore modo explicato, ſi non habeat vnde ſoluat; ſi verò nulla talis interuenit, ad nihil tenetur. Atque iuxta hæc accipienda & intelligẽda ſunt, quę habentur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam. §. ſi fornacarius, & §. Proculus. l. qui occiderit. §. in hac quoque, ff. ad leg. Aquil. l. 10. & 11. titu. 15. par. 7. c. ſi egreſſus, iuncto. cap. vlt. de iniur. & dam. dat. quæ iura hanc noſtram ſententiam confirmant. Memento tamen, quòd quando is, qui damnum intulit, mercede erat conductus comparatione eius, qui damnũ accepit, atque tunc exercebat actum tanquam ad id conductus, & in alijs ſimilibus euentibus, non teneri de culpa leuiſſima comparatione illius, vt ſupra dictum eſt.

10 Eſt verò res hæc tota de damno culpa dato, aliquibus veluti exemplis ex iure depromptis, iuriſque definitionibus, amplius explananda, vt plenius intelligatur, quando & quouſque legis Aquiliæ actio locum habeat. Atque ſupra dictum eſt, ſi quis damnum det aduerſario, ſe ſuaque defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, locum non eſſe actioni ex lege Aquilia: quia id licitè fit, iureque permittente, quaſi bello defenſiuo iuſto, iuxta. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & l. 3. titu. 15. par, 7. Eſt tamen obſeruandum, damnum inferre aggreſſori in ipſo flagranti delicto ad iniuriam propulſandã, & ſe defendendum, non eſſe mathematicè ſumendum, vt, ſi modicum quid excedatur id, quod præcisè ſufficeret ad defenſionem, locum habeat actio legis Aquiliæ pro tali damno aduerſario illato: quia enim aduerſarius eſt in culpa ac laceſſit, difficileq; admodum eſt tenere modum, vt nihil omnino excedatur, quod præcisè ſufficit ad defenſionem, ſanè, ſi nõ multum ac patenter excedatur, locum non habebit concedi aggreſſori actionem legis Aquiliæ ad eum exceſſum: maximè quia tunc locum habere videtur quaſi compenſatio pro intentata iniuria ab aduerſario. Vnde l. qui occiderit in prin. ff. ad leg. Aquil. habetur, ſi quis deprehendat ſeruum alienum adulterantem cum ſua propria vxore, eumque interficiat, non concedi domino talis mancipij actionem legis Aquiliæ aduerſus interfectorem ob id damnum ei illatum: quia laceſſitum eſſe ab eo mancipio tanta iniuria ac contumelia, excuſat interfectorem à ſolutione eius damni, facta veluti compenſatione, legis autoritate, eius damni cum contumelia & iniuria accepta. Hinc iam intelliges, quod ſubiungitur. §. qui

A cum aliter, citato, & habetur. l. 6. tit. 15. par. 7. Nempe, ſi duo rixentur, & vnus mittat lapidem in alterũ, aut aliter intendendo illi damnum inferre, præter ſuam intentionem, percutiat tranſeuntem, aut quemuis alium tertium, etiamſi in ſui defenſionem ab aggreſſore id efficiat, teneri illi tertio percuſſo actione legis Aquiliæ de damno ei dato. Intelligendum eſt enim id, quando aliqua ſua culpa id fecit, quia potuit id euitare: ſi enim nulla ſua culpa id fecit, quia præcisè fecit, quod omnino neceſſarium ei occurrebat ad ſui defenſionem, neque attendere debuit dãnum imminere alteri, tunc, cum nulla ſua culpa id fecerit, etiam comparatione eius tertij, non tenebitur ipſe lege Aquilia compenſare id damnum, vt ſatis innuit lex 6. citata, dum hanc reddit rationem, cur te-
B netur; *porque cómo quierque el non fizo a ſabiendas el danno al otro, pero acaecio por ſu culpa*; quaſi quando nulla omnino interuenerit ipſius culpa, ad nihil ipſe teneatur. Atque ita affirmat ibi Gregor. Lopez, aſſerens eam legem explanare ea in parte. §. qui cum aliter citatum, atque Azonem eodem modo intellexiſſe eum. §. Aggreſſor tamen tenebitur tũc lege Aquilia ad id damnum, tanquam qui ſua iniuria occaſio, & veluti cauſa illius fuerit. Si autem aggreſſus in ſui defenſionem, ad vitandum maius ſuum malum, leuius intulit proximo in bonis externis, attendens, aut attendere debens, poſſe id ſequi, tunc tenebitur, in defectum aggreſſoris, illud ei reſarcire: quoniam ea lege, ac conditione, debuit ſe exponere periculo illud inferendi in ſuam defenſionem ac commodũ,
C vt illud ipſe reſarciret, quando ab aduerſario non reſarciretur. Et fortè duo iura citata, attendendo, quòd, percutere intendens aduerſarium, regulariter ſua culpa percuteret tertium, aut quòd ſub ea conditione ſe exponere deberet periculo eum percutiẽdi, quòd, ſaltem in defectum aduerſarij, ipſe damnum reſarciret, abſolutè ſtatuerunt, teneri lege Aquilia id damnum reſarcire.

Quando ludus eſſet valde periculoſus quia facilè nocumentum inferre poſſet tranſeuntibus, & ſolis 11
militibus in certo loco ad id deputato propter id deputato propter id periculum conceſſus, vt iacula emittere exercitationis atque inſtructionis ad bellum gratia; tunc, ſi miles in loco ad id deputato eũ exerceret, & fortè interficeret mancipium illa tranſiens,
D non teneretur lege Aquilia domino talis mancipij ad damnum, niſi conſtaret, videntem mancipium, iacula miſiſſe, illudque percuſſiſſe. Ratio eſt, quoniam tunc nulla præſumitur culpa in tali milite, ſed potius in mancipio, quod, ſciens, aut ſcire debens, eũ locum eſſe militibus ad id deputatum, illa ita tranſiuit, vt percuti poſſet. Si verò non miles ibi id efficeret, maximè quando non ſimul cum militibus ſe ibi exerceret, aut miles extra eum locum, idem efficeret ac mancipium, aut aliud animal interficeret, teneretur de damno lege Aquilia: quia culpa ipſius id damnum eueniret, exercendo rem adeò periculoſam extra locum ad id, propter rei periculum, ſolis militib. peculiariter deputatum. Atque de eiuſmodi ſolo lu-
E do, qui iam hodie nullibi, quod ſciam, eſt in vſu, intelligo. l. item ſi obſtetrix. §. penult. & vlt. ff. ad leg. Aquil. & §. iniuria inſt. eod. tit. eo quòd hæc iura de eo ſolo perſpicuè loquantur: neque credo id trahendum eſſe ad alia exercitia, vt ad haſtiludium, ad ludum iaculationum arundinum, ad curſus alios equorum, & ad ſimilia aliqua, in quibus licèt nonnullum ſit periculum, quòd aliqui incauti, & qui pericula fugere neſciunt, ſed potius illis videntur ſe exponere, equorum pedibus damnum notabile accipiant, aut etiam interficiantur, non tamen eminus grauiter ferire ſolent. De eiuſmodi verò alijs curſibus equorum. l. 6. tit. 15. par. 7. iuncta. l. 5. titu. 8. par. 7. habetur, quòd ſi fiant in loco ad id conſueto, (adde tu, &

quando

quando homines non ſunt incauti ac ignari, quòd curri equo tunc ibi velit) ſanè, ſi aliquis tranſuerſim ſe obiiciat curſibus equorum, neque eques continere, aut remouere, poſſit equum, ne illum conculcet, non teneri ad damnum ſubſequutum: quoniam eques tunc in nulla fuit culpa, ſed potius is, qui ſe incautè curſui equi obiecit. Si verò equi curſus fiat in loco ad id non conſueto, aut inconſueto quidem, quando tamen homines incauti ſunt, quòd curri velit; tunc, niſi vocibus prius ſufficienter præmoneat, vt omnes curſui equi cedant, aliquemque côculcet, tenetur de damno dato: quoniam culpa ſua id damnum eſt ſequutum: ſecus autem, ſi ſufficienter vocibus præmonitur, vt omnes cederent locũ curſui.

12 Quando aliqui pila, verbi gratia, luderent, & caſu euenerit, vt pila percuterent tonſoris manum, qui nouacula radebat gulam, atque ita, qui radebatur, ſit percuſſus, aut interijt, tunc, ſi in culpa fuit tonſor qui videns alios ibi ita ludere, ſe expoſuit ad barbã in eo loco radendam, non tenentur ad damnum, qui luderent, niſi inciperent ludum, inſcio tonſore, neque ab eis præmonito; quoniam non eſſent in culpa, quando in loco luderent, in quo non tenerentur deſiſtere à ludo; ſed tonſor, qui locum tutum non elegit, teneretur ad damnum: niſi, qui radebatur, ſciẽs & prudens elegerit ibi radi: nam tunc ſibi debet imputare id damnum. Quando autem aliquis aliter impelleret tonſorem, atque ita, qui radebatur, nouacula, aut alio inſtrumento feriretur, prudentis arbitrio eſt attendendum, an impellens fuerit in culpa, vel tonſor, qui eo in loco elegit radere, vel qui ſciens & prudens elegit eo in loco radi, atque ei imputandum eſt damnum tanquam cauſæ, qui prudẽtis arbitrio, cauſa, aut occaſio illius fuerit iudicatus. Hæc habentur. l. item Mela in prin. ff. ad leg. Aquil. atque idem intendit. l. 27. ti. 15. par. 7.

13 Quando ludus, in quo aliquid eſt periculi inter colludentes inter ſe, quia vnus ſuperare, impedire, aut deiicere, conatur alterum, eſt permiſſus, (ſi enim eſſet prohibitus, damnum, quod inde alteri ſequeretur, imputaretur illud inferenti, iuxta. l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil.) tunc, ſi unus colludentiũ, non tranſgrediendo moderationem ac limites, qui in eo ludo eſſe debent, nocumentum aliquod alteri inferret, vt in lucta, haſtiludio, torneamento, iaculatione arundinum, & in ſimilibus aliis, non teneretur lege Aquilia illud reſarcire: quia non cenſeretur datum culpa inferentis, qui ſuo iure in eo ludo eſt vſus, ſed potius cenſeretur caſu, & abſque culpa in eo ludo, eueniſſe. Ita habetur. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione, & l. ſi ex plagis. §. vlt. ff. ad leg. Aquil.

Si cui traditus ſit aliquis ad eum docendum opificium aliquod, vel rem aliam, eumque diſciplinæ gratia immoderatè ac inordinatè caſtiget, eaque caſtigatione damnum illi inferat, tenetur lege Aquilia ad damna omnia ſubſequuta, vt ad expenſas omnes in eo curando, ad æſtimationem operarum, ſi quibus ea de cauſa priuatus impedituſque eſt, & ad reliqua. Quòd ſi ita eſt percuſſus, vt oculum amiſerit, aut mãcus manſerit, vel alia ratione minus aptus ad in poſterum operandum, tenetur ad ęſtimationem totius eius damni in futurum. Docenti enim ſola moderata, ac rationabilis caſtigatio permittitur pro ratione culpæ, & pro cæteris circunſtantiis concurrentibus, non verò irrationabilis & immoderata. Hæc habentur. l. ſed etſi, & duabus ſequentibus. ff. ad leg. Aqu. Quod autem dictum eſt, teneri ad æſtimationẽ operarum, ad quas manet impeditus in futurum, ſimiliter intellige in reliquis damnis, ex quibus manet eodẽ modo impeditus, & ad quę tenetur l. Aquilia, aut quauis alia actione, vt, præter iura citata, habetur. l. ex qua. ff. ſi quadru. paup. fecis. dic. l. vlt. ff. de his qui deiecer. & c. 1. de iniur. & damn. dat.

Quando aliquis cædit arborem, aut tegulas, vel aliquid aliud deiicit ex ædificio, vel ex machina, quę deſtruit, aut reficit, aut ex alia ſimili re, ſiquidem in locum publicum id deiiciat, vt in uiã publicam, aut in alium, vbi homines eſſe, vel tranſire ſolent, niſi prius ſufficienter ac tempeſtiuè proclamet, vt tranſeuntes, aut infra exiſtentes, ſufficienter euitare poſſint id periculum, adeò vt ſi illud non effugiant, culpa ſit ipſorum, & non cædentium, aut deiiciẽtium, vtique, ſi aliquod damnum det, tenetur lege Aquilia illud reſarcire. Secus ſi proclamauit prius tempeſtiuè ac ſufficienter, vt illud poſſent vitare; aut ſi arborem ſcindat in deſerto, aut in loco, vbi nullus eſſe ſolet: quia tunc, niſi ſciens ibi aliquem eſſe, eã deiecerit, non tenetur ad damna ſubſequuta: quia diuinare non debuit, ibi eſſe aliquem, vt prius eum admoneret. Ita habetur. l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil. §. item putator inſt. eod. titu. l. vlt. iunctis antecedentibus. ff. de his qui deiecer. & l. 6. titu. 15. iuncta. l. 5. titu. 8. par. 7. Obſerua. l. ſi putator citata, haberi, ſi quis excidat arborem, non in loco publico, ſed in priuato, in quo tamen aſt aliqualis ſemita, aut iter, quo ſolent homines tranſire, licèt non ita frequenter, tunc etiam teneri excidentem, aut deiicientem, de damno dato, niſi prius ſufficienter ac tempeſtiuè proclamauerit. In hoc tamen euentu in ea lege, quia non tantum eſt periculi, quantum in via publica, ſolùm docet ea lex, deiicientem teneri de culpa leui, hoc eſt, ſi non adhibuit diligentiam, quam homines diligentes adhibuiſſent. Quod gloſſ. l. in lege Aquilia. 2. ff. ad leg. Aquil. affirmat, eſſe exceptionem ab ea lege, in qua ſtatuitur, vt quis lege Aquilia de damno dato teneatur, ſufficere leuiſſimam culpam. Fortaſſe tamen in eo euentu nihil differt leuis culpa à leuiſſima: quia ſufficit proclamatio tempeſtiua, vt homines ſibi proſpiciant, quam eodem modo adhibere ſolent homines diligentes, ac diligentiſſimi, eaq; de cauſa lex illa eo modo eſt loquuta, nullam intendens facere exceptionem.

Peculiariter eſt in iure ſtatutum, quando ex domibus effunditur aqua, aut mittitur aliquid aliud, quod nocere poſſit trãſeuntibus, in veſtibus, aut in corpore, vel in aliqua alia re, ſine præmonitione ſufficienti, vt cauere id damnum poſſit, ſi damnum ſequatur ſoluendum eſſe duplum quoad ęſtimationem ei, qui illud eſt paſſus; & quoniam difficile erat inuenire quis de domo illud dederit, vt is ſolus cogeretur illud ſoluere, ſancitum eſt, vt, qui habitant domum, illud ſoluant, eaque ratione, quod ita ſoluitur, ſolui dicitur ex quaſi delicto, quia fieri poteſt, vt ſoluat, aut contribuat, qui ſine culpa eſt omnino: atque in bonum commune ſtatutum eſt, vt cum eo onere domus habitentur, vt infra, dum ſermo fuerit de quaſi delictis, dicetur: quando autem comperitur, quis in particulari id damnum dederit, is tenetur lege Aquilia ad id duplum, vel ei, qui id damnum eſt paſſus, vel aliis, qui illud ſoluerunt. Hæc omnia conſtant ex l. 1. & ſeq. ff. de his qui eiecer. ex. §. 1. & 2. inſt. de quaſi delict. & ex l. 25. ti. 15. par. 7. 15

Qui foueas, aut inſtrumenta, quæ læſionẽ animalibus in eis captis inferunt, (*trampas y texnelas* hiſpanè dicimus) ad feras capiendas efficiunt, ſi in deſertis, quò homines & animalia manſueta accedere non ſolent, eas efficiant, caſuque vel homo, vel bos, aut aliud manſuetum animal, in eis decidat, ac lędatur, nó tenetur qui illas fecit, damnum ſoluere: quia abſque culpa, in locis ad id cóſuetis, eas fecit, neque ſine emolumento reipublicæ, ad necandas feras nociuas, aut ad venandos ceruos, & ſimiles alias feras, e ſui vtiles. Si verò ea efficiat in locis, in quibus decidere poſſunt homines, aut animalia alia manſueta, neque admoneat ſufficienter homines, ne ipſi, aut ipſorum animalia, eò accedant, ita vt ſinguli in particulari

culari ea admonitione vitare ſufficienter poſſint id damnum,tunc tenebitur lege Aquilia ad damna inde ſubſequuta. Secus verò ſi ſufficienter eos admoneat.ita habetur.l.qui foueas.ff.ad leg. Aquil.& l.7. ti.15.par.7.

17 Beſtiæ, quæ nocere poſſunt, vt leones, panteræ, vrſi,tauri,& ſimiles,ſi aſportentur per vias publicas, ita vt nocere poſſint,aut teneantur(etiam ligatæ) in loco vbi nocere poſſint,damnumq́ue ſequatur, punitur pœna dupli. Ita habetur. l.hi enim, & duabus ſequen.ff.de ædi.edict.§.vlt.inſt.ſi quadrupes dam. feciſ.dicat.& l.7.titu.15. par.7. quæ de pœna dupli non meminit, ſed ſolùm præcipit, reſarciri damnũ ab eo, qui in ea culpa fuit, vel id ita efficiendo cum periculo aliorum, vel id fieri præcipiendo, lex tamen.23.eiuſdem tituli idem, quod alia iura citata, ſtatuit. Et cum iuribus citatis ſubiungit,quòd ſi eiuſmodi beſtiæ hominem liberum damno afficiant in corpore, neque illum interficiant, teneatur dominus beſtiæ ad impenſas omnes in eo curando, & ad æſtimationem operarum, quibus ea de cauſa priuatus eſt; non tamen ad hæc damna teneatur in duplum. Et quòd ſi manchus,aut claudus,vel alio mẽbro orbatus maneat, arbitrio iudicis puniatur,quãtum damnum hoc quoad tempus futurum æſtimabitur. Si verò homo a tali beſtia interficiatur, dominus ſoluat ducentos ſolidos. Et cum iura communia non explicent,cui ſint applicandi,lex 23.citata exprimit, dimidium pertinere ad fiſcum Regis, & alterum dimidium ad hæredes defuncti, & idem dixit additio in margine gloſſæ verb. & nocitum.§. vlt. inſt. quadru.dam.feciſ.dica.quæ citat. gloſſam. l.qua vulgo.ff.de ædil.edict.in qua tamen id non reperitur.

18 Si quis ſeruum ſuum vinculis conſtrictum teneat & alius miſericordia motus,illum ſoluat,tenetur domino ad damna inde ei ſubſequuta, atque ad æſtimationem ſerui,ſi fugiat,nec recuperetur, idque actione in factum ſubſidiaria legis Aquiliæ,vt hęc omnia expreſsè habentur.§.vlt.inſtit.de leg. Aquil.l.& eleganter. §.item Labeo. ff. de dolo, & l.8.titu.15. par.7. Si verò eum ſoluat ex odio domini,aut ex alia ſiniſtra intentione, tunc, ſi ſeruus fugiat ac ſe furto à domino ſubtrahat,is,qui eum ſoluit,tenetur domino de furto,vt habetur.§.item Labeo,citato. Lex verò.8.citata, licèt dicat teneri domino tunc ad dãna, non tamen exprimit,teneri illi de furto.

19 Iudex, aut quicunque alius miniſter publicus, ſi damnum alicui det,aut dari præcipiat,abſque rationabili & iuſta cauſa, aut aliter culpa illius ſequatur, ad illud tenetur. Quin,ſi iuſtè pignora accipiat,ſuaq́ue culpa ea deteriora reddat, tenetur damnum ſoluere. Eadem etiam ratione,ſi hi (inter quos eos cõputa,qui curam habent colligendi tributa) in pignus pecudes,aut armenta,accipiant,eaque ita incluſa habeant,ut non ſinant ea paſcere, vel aliter cibum ſumere, aut bibere, eaque de cauſa detrimentum illis proueniat, tenentur id ſoluere, quia culpa ipſorum prouenit. Hæc habentur. l.quemadmodum §.magiſtratus. ff.ad leg. Aquil.& l.4.ti.15.par.7.

20 Si aliena animalia damnum dent in vinea,horto, ſatis, prato, aut in alia re aliena, tunc, ſi miſſa ad id ſint à domino eorum animalium,aut à cuſtode illorum,etiam domino inſcio,neque id volente,ſoluendum eſt damnum, de iure quidem communi ſimplum,vt not. Gregor. Lopez.l.24.tit.15.par.7.verb. *doblado*,quia non reperitur textus,qui aliud ſtatuat, vt conſtat ex.l.qui ſeruandarum.§.vlt.ff.de præſcr. verb.ex l.Iulianus. §.glans. ff.ad exhib. & ex.l.vlt. C.ad leg. Aquil. de iure verò huius Regni duplum in eo euentu,vt habetur.l.24.citata. De iure Luſitano lib.5. ordinationum titu.85. ſic ſancitum eſt: *Ordenamos, que qualquer peſſoa, que acintemente meter, ou mandar meter, gaados, ou beſtas, em pam, vinhas,oliuaes,ou pomares, no tempo em que ſam coimeros po las poſturas das camaras, ſendo lhe prouado dentro de ſeis meſes,po la primeira vez ſeia degradado tres meſes fora da villa e termo,e po la ſegunda vez que lhe for prouado, ſeis meſes pera huum couto do reino, e po la terceira,huum anno para cada huum dos lugares dalem,e mais de cada vez paguaraa o danno que fezer, e coimas,ſegundo as poſturas das camaras. E ſendo achado o gaado, ou beſtas, nos ditos pães,vinhas,oliuaes,ou pomares, nos ditos tempos defeſos tres vezes em huum mes, em tal caſo ſeram degradadas as ditas beſtas ou gaado, ſeis meſes fora do termo da cidade,villa, ou lugar,onde ho dono do gaado,ou beſtas,morar,ẽ aſſi do termo onde aſſi foram achadas as tres vezes.*

B Vtrùm autem, quando ſine culpa domini,cuſtos 21 eorum animalium ea immiſit, teneatur dominus ad pœnam dupli? Quidam, quos Greg.Lopez vbi ſuprà refert, licèt non loquantur de pęna dupli,ſed de ſolo integro ſimplo damno, in eo duplo incluſo, (quod ſolùm de iure communi eſt ſoluendum) affirmanter reſpondent;quia præſumitur, inquiunt,culpa domini in cuſtode infideli ac negligenti eligendo:atque in eandem ſententiam propendet ibi Gregor. Lopez quoad pœnam dupli in hoc Regno, ita vt licèt nulla interuenerit culpa domini in eo damno,non liberetur ab eo de iure communi integro ſoluendo, neque de iure huius Regni à pœna dupli tradendo noxæ, hoc eſt relinquendo ei qui id damnũ eſt paſſus,animal,aut animalia quæ damnum dederunt. C Ego uerò contrarium exiſtimo omnino uerũ, ſaltem de pœna dupli. Ducor,quoniam illa non ſtatuitur pro eiuſmodi damno vtcunque culpabili,ſed pro culpabili,immittendo de induſtria animalia ad id paſcendum: negligentia autem domini in eligendo fideli ac diligenti paſtore, non peruenit ad tantã culpam, vt cenſeatur ipſum de induſtria miſiſſe ſua animalia ad id paſcendum,quando id nec præcepit, nec ſuaſit cuſtodi ſuorum animalium. Neque contrarium huius noſtræ ſententiæ habetur.l.24.citata; quæ ſolùm ſtatuit,ſoluendum eſſe tunc duplum dãnum datum, non tamen ſtatuit ſoluendum eſſe ab alio,quàm ab eo, qui id damnum de induſtria ita dedit. Quando verò datum id damnum eſt culpabili quidem negligentia cuſtodis, cæterum non de D induſtria, locum in hoc Regno non habet pœna dupli, ſed tam in hoc Regno,(tametſi id non exprimat lex 24.citata) quàm de iure communi, ſoluendum eſt integrum damnum datum ab eo, cuius culpa obuenit. Cæterum,vtrum tunc ſolus cuſtos,cuius negligentia eſt datum, teneatur illud ſoluere, an verò, in defectum illius,etiam dominus teneatur illud ſoluere, vel dominus liberetur ab eo ſoluendo dedendo noxæ animal,aut animalia,quæ illud dederunt. Satis probabile exiſtimo,cum aliis, quos idem Grego. Lopez ibidem refert,dominum,tam in hoc euentu, quàm in præcedente,quando cuſtos,abſque domini voluntate, miſit animalia ad dandum id damnum, ad nihil aliud teneri, quàm vel ad reſarciendum in E tegrum damnum, vel ad relinquendum animalia, quæ illud dederunt,ei,qui illud eſt paſſus. Quoniam quando animalia abſque vlla domini culpa damnũ dant, ad nihil aliud tenetur dominus, vt ſtatim, & multo copioſius,inferius oſtendemus. In quocunque verò euentu,in quo animalia,paſtoris culpa,ſaltem leui,damnum dant,abſque domini iuſſu ac voluntate,tenetur cuſtos illud ſoluere,&, ſi quid dominus loco illius ſoluat,tenetur cuſtos id ſoluere domino, ſi dominus integro iuris rigore aduerſus cuſtodem agere velit. Dixi,paſtoris culpa ſaltem leui:quoniam, cum mercede conductus ſeruiat, contractuſque proinde fuerit in commodum ipſius, ac domini,non tenetur illi de culpa leuiſſima. Quia verò ei,

qui

qui damnum eſt paſſus, tenetur de culpa leuiſſima actione legis Aquiliæ, aut actione in factum legi Aquiliæ ſubſidiaria, vt hactenus dictum eſt, tunc credo, dominum animalium teneri ad id totum damnũ illi, qui illud fuerit paſſus, neque ſatisfacere dedendo animalia noxæ; neque tunc paſtorem teneri domino, qui ipſum ad cuſtodiam eorum animaliũ conduxit, ad id, quod dominus ſoluerit ob leuiſſimam paſtoris culpam: quoniam paſtor ſolùm tenetur domino de leui, non verò de leuiſſima culpa: neque mirum eſt, quòd, qui ſua pecora per famulum mercede cõductum paſci, ac cuſtodiri, eligit, ei oneri maneat ob ſua animalia ſubiectus. Quando verò, nulla omnino interueniente culpa paſtoris ac domini, animalia dilabuntur ac damnum inferunt, tunc paſtor ad nihil tenetur, vt eſt notiſſimum: dominus verò tenetur, vel integrum damnum ſoluere, vel animalia noxæ dare, ea relinquendo ei, qui damnum eſt paſſus, vt dominus eligere maluerit, vt l. 24. habetur, atque ex dicendis erit magis manifeſtum. Quando, in euẽtibus omnibus explicatis, damnum integrum eſt ſoluendum, aut duplum illius, ęſtimari debet damnum per arbitratores ad id deputatos; niſi is, qui illud eſt paſſus, & qui ſoluere illud debet, conueniant in illius pretio ac valore. Aeſtimari verò debent ſata, & ſimilia alia, quorum fructus ſunt adhuc in ſpe, iuxta ſtatum præſentem, quantum emerentur & venderentur, ſi quis ſpontaneè vellet ea vendere; nihil impediente, quòd dominus nollet ea vendere: quia mallet expectare rei euentum & apponere reliquum ex penſarum, induſtriæ, ac laboris.

22 Nefas eſt reperienti alienum animal in prædio ſuo, illud interficere, aut aliquid circa illud efficere, vnde domino damnum ſequatur, vt abortus talis animalis, vel aliud, ſed tractare & expellere illud debet ſine damno, ac ſi eſſet ſuum: quandoquidem actionem aduerſus dominum habet ad damnum recuperandum. Quòd ſi inordinatè cum eo animali ſe gerat, illudque interficiat, aut aliud damnum ei inferat, tenebitur compenſare damnum ita datum cum accepto ex tali animali: ſi verò, quod ipſe dat, ſuperet acceptum, ſoluere tenetur domino animalis incrementum. Ita habetur. l. Quintus, & l. quamuis. ff. ad leg. Aquil. l. penult. C. eod. titu. & l. 24. citata. Vbi verb. *que lo mate*, refert Greg. Lopez Salycetum, Decium, & Cæpolam, aſſerentes, ſi quis ſuẽ, aut aliud animal, reperiat in ſuo fundo, ac fugiat, poſſe illud occidere: atque, dum Gregor. Lopez id ſolùm refert, nec impugnat, annuere videtur. Ego contrarium non dubito eſſe uerum, quando plus valet animal, quam damnum acceptum, teneriq; proinde reſtituere domino incrementum damni, quod illi ita infert ſupra id, quod ex tali animali accepit. Atque hoc reputo uerum, eſto neſciret, cuius eſſet id animal, aut ex fuga non poſſet domino probare, tale animal id damnum ſibi dediſſe, vt dominus animalis ſolueret, quando non eſt maius, quàm valeat tale animal. Ducor, quoniam iura citata id apertè ſonant ac ſtatuunt. Et quoniam æquitas non patitur, quòd accipiens damnum ſua autoritate puniat dominum animalis ob damnum, quod ex eo animali accepit, maius illi damnum inferendo, quàm acceperit, non ſolùm quando dominus animalis in nulla fuit culpa eius damni, ſed etiam quando fuit in culpa: maximè ſtando in ſolo iure cõmuni, iuxta quod pro culpa damni, etiam quando ex induſtria immiſſis animalibus datur, ſolùm iubetur reſarciri ſimplum ei, qui illud eſt paſſus. In hoc autem Regno, quamuis non bene faceret, qui animal interficeret, quod à domino fuit de induſtria immiſſum, vt id dãnum daret, ſi tamen animal non excederet valorem dupli talis damni, in exteriori foro ſe poſſet defendere exceptione, quòd dominus animalis ſoluat ei du-

A plum damni ex tali animali accepti, & quòd ipſe ſoluat ei valorem eius animalis: atque in foro conſcientiæ ſe etiam tueri poſſet, volens, ſi damnum animali illatum exigatur, excipere, vt ipſi prius ſoluatur duplum damni, de induſtria ita dati. Quando verò de induſtria non eſſet datum, tunc eſto culpa aliqua interueniſſet domini animalis, vtique, qui animal interficeret, in conſcientiæ, & in exteriori foro, teneretur ſoluere domino animalis incrementum damni dati in animali, ſupra damnum ex animali acceptũ. Vtrum autem validum eſſet ac licitum ſtatutũ, quo permitteretur, vt, qui animal alienum in ſuo prædio inueniret, poſſet illud impunè & abſque vlla culpa interficere? Salycetus, à Greg. Lopez vbi ſuprà relatus, affirmanter reſpondet, annuereque videtur Gre-

B gor. Lopez. & cum Angelo idem affirmat Nauar. in Manu. c. 17. nu. 120. Neque ego id ſtatutum damnarem, aut aliud, quo ſtatueretur, vt tunc dominus animalis ſoluere teneretur certam pecuniæ quantitatem: non quidem hæc ſtatuendo vniuerſim in pœnam, quoniam quando abſque ulla domini culpa animal elaberetur, ac reperirietur in eo prædio, nefas eſſet in pœnam id accipere, quæ nulla ratione habere poteſt locum, vbi nulla eſt culpa: ſed quòd, vt homines cautiores ac diligentiores eſſent in ſuis animalibus cuſtodiendis, ac continendis ab inferẽdo alijs damnum, ea lex uniuerſalis, omnibuſque æqualis ac communis, ſtatueretur, qua ſinguli cum eo onere, & grauamine ſua animalia poſſiderent: maximè quia poſtea difficile poteſt diſcerni, an culpa domini, aut

C ſine vlla prorſus eius culpa, animal eo peruenerit.

Lege quamuis, & l. 24. citatis, habetur, quòd, qui animal in ſuo prædio inuenerit, illud non includat. 23 Quod Greg. Lopez eadem l. 24. verb. *encierre*, cum alijs, quos refert, limitat, niſi ignoretur, cuius ſit id animal: nam tunc licitum eſt illud includere, vt dominus ſciatur, ac ſoluat damnum. Item niſi ſit ſtatutum aut conſuetudo in cõtrarium, vt eſſe ſolet. Gloſſa verò. l. quamuis citata, verb. includit, exponit, animo celandi atque vſurpandi animal, quaſi bono fine liceat id animal ad tempus includere & aſſeruare. Semper tamen ita fieri debet, vt animal ex fame, aut ſiti, detrimentum non patiatur: alioquin includens teneretur ad damnum inde animali, dominove animalis, ſequutum. Admonendus ergo eſt dominus, ſi

D non acurrat ad liberandum ſuum animal, ad illique prouidendum de cibo & potu, animal detineri incluſum quouſque damnum, aut pœnam ſoluat, & vt de illo curet. Quòd ſi neque ipſe, neque alius de ſua familia, reperiatur, qui admoneri ſufficienter poſſit, vt tali animali ſuccurratur, tunc expenſis domini eius animalis prouideri illi debet de cibo, vel paſtu, ac potu neceſſario, alioquin includens tenebitur domino animalis de damno ſequuto, iuxta. §. vlt. inſtitu. de leg. Aquil. & alia iura citata, tum circa rem, de qua loquimur, tum etiam circa miniſtros publicos, qui animalia aliqua in pignus accipiunt.

Si quis nauem ſua culpa perforaſſet, ideoq; in cau- 24 ſa eſſet, vt merces, aut alia in ea exiſtentia, damnum

E reciperent, aut vt nauis ſubmergeretur, teneretur lege Aquilia reſarcire totum damnum, vt ex ſe eſt notiſſimum, & habetur l. ſi ſeruus. §. ſi nauem. ff. ad legem Aquil. & l. 13. ti. 15. par. 7.

Qui aduſſit, miſcuit aliquid vino, aut alteri rei, un- 25 de id in ſe redderetur deterius, quia acuit, aut malũ contraxit ſaporem, vel aliud detrimentum eſt paſſum, aut illud effudit, frangendo, aut perforãdo vas, in quo continebatur, aut quauis alia ratione, tenetur lege Aquilia ſoluere id totum damnum. Si verò tritico ſeminato, ſuperſeminauit lolium, aut aliquid aliud, quo infeſtum ſit triticum, non corrumpendo, aut deterius reddendo triticum in ſe, ſed admixtione alterius rei, quę difficilè ſeparatur, tunc reſarcien-

dum

dum eſt id damnum actione in factum ſubſidiaria legi Aquiliæ: & idem eſt, ſi ſimilis permixtio rei deterioris fiat tritico iam collecto, aut cuiuis alteri rei, vnde in ea damnum ſequatur. Hæc habentur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. §. capite tertio. inſt. eod. titu. & l. 13. titu. 15. part. 7. ſuntque ex ſe perſpicua.

26 Si quis ſeruo alieno perſuaſit, vt ſe alicui exponeret periculo, conſcendendo arborem ſublimem, aut in alium periculoſum locum, vel deſcendendo in puteum, aut quauis alia ratione, & inde ſequatur mors, aut aliud illius damnum, vel illum impulit, etiam ioco, aut concitauit equum, quem ſeruus ille aſcenderat, vel aliqua alia ratione, occaſio aut cauſa, illi fuit mortis, aut damni, tenetur id reſarcire domino mancipij, vel actione leg. Aquiliæ ſubſidiaria. Ita habetur. §. vlt. inſt. de leg. Aquil. l. qua actione. §. ſi quis de ponte, iunctis antecedentibus. l. item ſi quis obſtetrix. §. ſi ſeruum meum. ff. ad leg. Aquil. & l. 20. titu. 15. part. 7.

27 Qui canem concitat aduerſus aliquem, aut ferocem canem ſoluit, animo vt alicui noceat, vel illum defert per aliquem locum non habens vires ſufficiẽtes ad illum tenendum, ac comprimendum ne noceat, damnumque canis det, tenetur is homo lege Aquilia, aut actione in factũ ſubſidiaria legis Aquiliæ ad id damnum reſarciendum. Idem dicerem, quando canis eſt ferus, qui nocere ſoleat, nec tenetur ligatus, & cum debita cautela ne cui noceat: ſi enim damnum det, tenetur dominus, aut qui illum ſoluit, reſarcire ſimiliter id damnum. Excipe, niſi de nocte ſoluatur ad cuſtodiendum locum ſeptum, aut interdiu ad illum coſtodiendum, damnumque inferat ingrediẽti eum locum ad malum patrandũ, aut ingredienti irrationabiliter & inordinatè: nam tunc, qui eum ſoluit, ſuo vtitur iure, ad ſua cuſtodienda; & qui ingreditur non vt oportet, ſibi imputet damnum, quod inde ei ſequitur. Idem, quod de cane laceſſito eſt dictum, eſt dicendum, ſi quis ſtimulet equum, mulam, aut quamcunque aliam beſtiam, aut aliter illã irritet ac prouocet ad calces mittendos, aut ad aliter nocendum: ſi enim inde damnum aliquod vel domino beſtiæ, vel cuicunque alteri, ſequatur, tenetur ſimiliter illud ei reſarcire, quò de cane laceſſito dictum eſt. Hæc habẽtur. l. 1. §. ſed & ſi. ff. ſi quadr. pau. feciſ. dic. l. item Mela. §. item & cum eo. ff. ad leg. Aquil. & l. 21. & 22. ti. 15. par. 7.

28 Item quando aliquis imperitus eſt ad regendum equum, iumenta, aut alia animalia, aut ad impetum eorum continendum, tunc ſi ea de cauſa talia animalia damnum dent, tenetur ipſe id reſarcire: quoniam in culpa eſt eius damni, cum aliorum periculo, id efficiendo, ad quod peritiam ſufficientem, aut ſufficientes vires, non habet: Ita habetur. l. idem iuris eſt. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & §. impetu quoque inſt. eod. titu.

29 Præterea, qui animalia aliena, ſua culpa fugauit, aut ita vrſit, vel minatus eſt, vt præcipitarentur, diſparerent, abortum facerent, aut aliud detrimẽtum acciperent, vel alijs darent, tenetur compenſare id totum damnum. Ita habetur. §. vlt. inſti. de l. Aquil. & l. 21. ti. 15. par. 7.

30 Qui ſua culpa, ſaltem leuiſſima, occiderit mancipium alienum, aut pecudem alienam, tenetur lege Aquilia ſoluere domino, quantum plus id valuit intra annum retro computandum vſque ad punctum occiſionis, ita quòd dominus eligere poteſt valorem quem res habebat tempore occiſionis, vel quem habebat in quocunque die, aut puncto totius anni antecedentis finiti in puncto occiſionis talis rei, quem maluerit. Atque hoc de interfectione mancipij, aut pecudis, appellatur primum caput legis Aquiliæ. In eo verò, pecudum nomine non comprehenduntur feræ, quæ non conſueuerunt paſci gregatim, ſed ſolùm quadrupedia non fera, quæ gregatim paſci conſueuerunt, vt ſunt equi, muli, oues, boues, & ſues, & ſimilia animalia. Computantur etiam cum eiuſmodi animalibus cameli & elephantes. Hæc omnia habentur. l. 2. & l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. inſt. eo. tit. in prin. & l. 18. tit. 15. par. 7. Atque quamuis tale mancipium, aut pecus, tempore occiſionis eſſe mãcum, cæcum, aut debile, ac proinde exigui valoris, ſi tamẽ in aliquo momento totius anni retro, vſque ad occiſionis tempus erat ſanum ac robuſtum, lõgeque proinde maioris valoris, ſolui debet in eo maiori valore quem tunc habebat, vt expreſsè habetur. §. his autem inſt. eod. titu. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. eo. titu. & l. 19. titu. 15. par. 7. Quod ſimiliter intellige in triginta diebus euentus ſequentis. Si tamen ab aliquo alio, intra eum annum, aut intra eos triginta dies, fuit illatum damnum, quo ea res fuit reddita deterior; tunc, qui illud intulit, tenetur lege Aquilia de eo damno, neque eſt ſpectandus maior valor, quem ea res ante eam læſionem intra eum annum aut intra eos triginta dies habuit, vt poſterior, qui damnum intulit, eum ſoluat. Ita Gregor. Lopez. l. 19. citata gloſ. 2. iuxta. l. item Mela. §. Celſus. ff. ad leg. Aquil.

Qui verò non interficit mancipium, aut pecudem, ſed ſolùm ſua culpa vulnerat, aut aliud damnũ ei infert, vel cuiuis alteri rei alienæ, ſiue animatæ, ſiue inanimatæ, quodcunque damnum infert, etiam mortis, aut omnimodæ deſtructionis, ſoluit lege Aquilia, quantum res illa valet tempore damni accepti, aut triginta diebus antea, vt maluerit dominus, qui id damnum eſt paſſus. Atque hoc appellatur tertium caput legis Aquiliæ. Secundum verò in diſſuetudinem abijt, & cum tertio computatur. Hæc habentur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. tertio autem capite. ff. ad leg. Aquil. §. tertio capite inſtit. eod. tit. & l. 28. tit. 15. par. 7.

Quando autem damnum fuiſſe ſibi datum probatum fuit ſufficienter ab eo qui illud eſt paſſus, ſtatur iuramento illius, quantum illud æſtimetur, accedente iudicis arbitrio ac moderatione, vt hab. l. 18. cit. 32

Quia lex Aquilia non ſolùm præcipit reſtitui dãnum datum, ſed etiam, quod plus valuit res, vel intra annum antea, vel intra triginta dies modo explicato, inſtit. de leg. Aquil. §. his autem, hæc uerba ſubiunguntur: *Qua ratione creditum eſt, pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſque obligatur, quantum damnum dederit, ſed aliquando longè pluris. Ideoq; conſtat, in hæredem eam actionem non tranſire: quæ tranſitura fuiſſet, ſi, vltra damnum, nunquam lis æſtimaretur.* Hinc vnum eſt ſatis perſpicuum; alterum verò maximè dubium, ſcituque dignum, atque ea ratione accuratè examinandum. Quod eſt perſpicuum, hoc ſanè eſt. Legem hanc pœnalem eſſe quoad exceſſum vltra damnum culpa datum: idemque dicendum eſt de legibus ſupra relatis, quę duplum damni dati in aliquibus euentibus ſolui pręcipiunt. Atque quemadmodum hæ omnes leges pœnales ſunt quoad exceſſum vltra damnum culpa datum, ſic etiam neque obligant ad illius ſolutionem ante latam ſententiam, & antequam, poſt latam ſententiam, exigatur in eius ſententiæ exequutionem, vt ſupra in hoc tractatu ſæpe eſt dictum: neque item actio ad eum exceſſum tranſit aduerſus hęredes delinquentis, vt ex §. his autem, verbis paulo antea relatis, ex l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad leg. Aquil. & ex l. 3. ti. 15. par. 7. conſtat. Excipe, niſi lis cõteſtata fuiſſet aduerſus eum, qui damnum dedit, antequã ille è vita diſcederet; nã tunc hæredes illius tenerẽtur, non ſolùm ad damnum, ſed ẽt ad pęnam, vt habetur, l. 3. citata, ſatiſque perſpicuũ eſt ex dictis in 33

principio diſputationis præcedentis. Vtrum autem actio, quoad eiuſmodi exceſſum, competat hæredibus eius, qui damnum eſt paſſus, quãuis. l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad legem Aquil. & l. 2. in prin. titu. 15. par. 7. affirment actionem legis Aquiliæ competere hæredibus eius, qui damnum eſt paſſus: quod tamen attinet ad exceſſum, de quo loquimur, quo ad quem ea actio pœnalis eſt, dico, nõ trãſire, niſi is, cui ſuccedunt, dum viueret, actionem intentaſſet, aut eam præparaſſet: competere tamen eis querelam, vt de actione ad pœnam furti in principio diſputationis pręcedentis vtrumque eſt dictum; eſt quippe vtrobique eadem ratio.

34 Alterum verò, quod ex eiſdem verbis paragraphi his autem, ſupra relatis, eſt maximè dubium, ac ſcitu dignum, hoc profectò eſt. Num lex Aquilia, actioque ex illa conceſſa, ſit pœnalis, etiam quo ad damnum culpa datum, ac proinde ea actio, etiam quoad id damnum præciſè ſumptũ ab exceſſu, qui in pœnam ſtatuitur, non competat aduerſus hæredes eius, qui illud dedit, quando lis conteſtata non fuit aduerſus dantem, dum ille adhuc viueret. Ac ſanè iura ſentire ſtatuereque videntur, etiam quoad id damnum, legem Aquiliam, actionemque ex illa eſſe pœnalem, nec competere aduerſus hæredes eius, qui illud dedit, quando lis conteſtata non fuit aduerſus eum antequam moreretur. Id quod ſatis apertè innuunt verba relata ex §. his autem, & videtur haberi apertè. l. inde Neratius. §. hanc actionem ff. ad leg. Aquil. dum ibi ſic dicitur: *actionem hanc hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus, dari conſtat; ſed in hæredem, vel cæteros* (ſucceſſores ſcilicet) *hæc actio non dabitur; cum ſit pœnalis: niſi fortè ex damno locupletior hæres ſit factus*. Vbi vides Vlpianum, cuius eſt hic textus, affirmare actionem ex lege Aquilia concedi hæredibus eius, qui damnum eſt paſſus, aduerſus eum, qui illud dedit: in quo conſentit. l. 2. in prin. titu. 15. par. 7. Et negare, concedi etiam ei, qui damnum eſt paſſus, actionem aduerſus hæredes eius, qui illud dedit; niſi ex damno facti ſint locupletiores atque idem affirmat. l. 3. titu. 15. par. 7. Arbitror tamen dicendum eſſe. Si damnum proficiſcatur ex ea culpa, ob quam, ſecluſa omni lege humana, qui illud dedit, teneretur in foro conſcientiæ illud reſtituere ex parte iniuſtæ acceptionis, damnive iniuſtè dati, tunc hæredes illius teneri reſtituere illud integrum de bonis defuncti ſub reatu culpæ lethalis, eſto, neque qui illud dedit, neque hæredes illius facti ſint ex eo damno locupletiores. Probatur, quoniam reſtitutio illa eſt verum debitum defuncti, non minus quàm ſi furatus fuiſſet id damnum, ſeu detrimẽtum, quod dedit; ac proinde, quod ea de cauſa eſt reſtituendum, computatur inter æs alienum talis defuncti: defunctus verò non plus relinquere cenſetur in bonis, neque plus ad ipſius hæredes, ac legatarios, de bonis illius ſpectat, quàm quod remanſerit deducto ære toto alieno eius defuncti: quare tenentur id totum reſtituere in foro cõſcientiæ, neque, quoad id, lex Aquilia cenſetur, aut cenſeri poteſt, lex pœnalis. Idem arbitror eſſe dicendum quoad hoc damnum in foro exteriori, ac proinde concedendum eſſe in foro exteriori actionem proſequutiuam aduerſus hæredes quoad hoc damnum, quicquid Vlpianus ſenſerit in illo. §. hanc actionem, vnde cætera poſteriora iura originem habuerunt. Mirumque eſſet, quòd, ſi quis cum lethali culpa exuſſiſſet ſegetes alienas, iſque mortuus fuiſſet, antequam earum dominus agnouiſſet damnum ſibi datum, concedenda non eſt in foro exteriori illarum domino actio aduerſus hæredes talis malefactoris, vt de bonis illius reſarcirent damnum ita iniuſtè ab illo datum. Neque valet hæc conſequentia; lex Aquilia eſt pœnalis, quia, aut quatenus, præcipit A reddere aliquid vltra damnum iniuſte datum, ergo eſt pœnalis, ac proinde ex ea non conceditur actio aduerſus hæredes illius, qui tale damnum dedit, etiã quoad ſolum damnum iniuſtè ab eo datum; quę conſequentia fefelliſſe videtur Vlpianum, & poſt eum, atque cum eo, Theophilum. §. his autem, inſti. de lege Aquilia in verbis illis, quæ ex illo ſuprà retulimus ſi vterque in ea fuit ſententia, quòd neque quoad dãnum iniuſtè datum, præciſeque conſideratum, detur actio aduerſus hęredes illius, qui illud dedit: quare neque in exteriori foro erit ſtandum tali ſententiæ. Theophilus verò ipſe confitetur, actionem ex lege Aquilia tranſituram fuiſſe aduerſus hęredes eius, qui damnum dedit, ſi lege Aquilia pręciperetur, vt ſolùm reſarciretur damnum datum.

B Qui ſua culpa damnum dat, non ſolùm tenetur reſtituere damnum, ſeu valorem rei in ſe, quam deſtruxit, aut deteriorem reddidit; ſed etiam, ſi inde reſultat damnum, diminutiove valoris in alijs rebus, aut quoduis aliud damnum ac detrimentum, id etiam tenetur reſtituere actione ex lege Aquilia, atque etiam in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia quoniam ſua culpa eorum omnium eſt cauſa. Vt ſi quis ex pluribus mulis, qui inſeruiebant ad aliquod miniſterium, ita vt ſine vno eorum exerceri non poſſet, aut ex pluribus equis inſeruientibus ad vehendum plauſtrum, aut rhedam, vel ex ſeruis tibicinibus, aut cantoribus, vnum interficiat, tenetur ſoluere, non ſolùm quantum ille in ſe valebat, ſed etiam quantum minus valent reliqui ſine illo. Item C ſi mancipium inſtitutum erat hęres ab aliquo, & antequam delata ad illud eſſet hæreditas, fuit interfectum, tenetur occidens reſtituere domino, etiam cõmodum, quod ex ea hæreditate ſperabat, & ita de quocunque alio detrimento, quod ei ex tali occiſione, aut priori damno obueniret. Ita habetur. §. illud inſt. de leg. Aquil. l. ait lex. l. proinde. l. inde Neratius in prin. & §. ſed & ſi ſeruus. ff. eod tit. & l. 19. titu. 15. par. 7. 35

Si aliquis coram iudice conueniatur de damno dato, negetque ſe illud dediſſe, ac poſtea teſtibus ſufficienter probetur illud dediſſe, cogitur ſoluere duplum. Ita habetur. l. 2. & l. inde Neratius. §. hæc actio. ff. ad leg. Aquil. l. contra negantem, & l. ſequẽti (quæ intelligenda eſt cum gloſſa ibi, & cum communi D doctorum ſententia, quãdo negauit damnum id dediſſe) C. eod. titu. & l. 16. titu. 15. par. 7. Atque duplicatur in pœnam non ſolùm damnum datum, ſed etiam quicquid lege Aquilia cogendus erat ſoluere, ſi non negaſſet ſe dediſſe id damnum, vt affirmant gloſſæ tribus iuribus priori loco citatis, Azo, & alij, quos Greg. Lopez. l. 16. citata glo. 1. refert ac ſequitur. Licèt autem quidam dicant, iudicem ex officio ſuo poſſe ac debere in eo euentu condemnare ad pœnam dupli, eſto non petatur; Greg. tamen Lopez ibidem ait, tutius eſſe, ſi in libello petatur, vt cõdemnetur in duplum, ſi damnum negauerit. Porrò tunc ſolùm cogitur ſoluere duplum, quando, poſtquam damnum in iudicio negauit, ei ſufficiẽter per E teſtes, aut aliunde, probatur damnum id dediſſe. Secus autem quando id poſtea cõſtat ex ſua confeſſione, ſiue adhibitum fuerit ei iuramentum, ſiue non. Ita affirmãt tres gloſſæ citatæ ac doctores communiter, habeturque. l. 16. cita. & conſentit. l. eum qui, in prin. ff. de iureiur. Si minor neget ſe dediſſe damnũ, reſtituitur in integrum, vt nõ cogatur ſoluere duplũ ſed ſolùm ſimplum, ac ſi delictum fuiſſet confeſſus. Ita habetur. l. ſi ex cauſa. §. nũc in minorib. ff. de minor. l. electio. §. neque. ff. de noxal. act. & l. 16. citata. Itẽ, ſi vxor aduerſus virum, vel vir aduerſus vxorẽ, agat de dãno dato, etiamſi qui damnũ dedit, neget ſe id dediſſe, ac cõuincatur, non dãnatur niſi ad ſimplex damnũ reſarciendum, non verò ad pęnã vllam. 36

Ita

Ita habetur.l.16.citata, & conſtat ex dictis ſuprà de furtis domeſticis.

37 Si agatur aduerſus aliquem ciuiliter lege Aquilia, quòd interfecerit,aut vulnerauerit,ſeruum alienum, aut quòd aliud damnum intulerit: iſque confiteatur,ſe id damnum intuliſſe: ſi poſtea probet,id damnum non eſſe illatum,quia probat eum ſeruum viuere,aut ex morbo,& non ex interfectione,fuiſſe mortuum:vel quia probat ſeruum,quem vulneraſſe fuerat confeſſus, nunquam vulnus accepiſſe; aut quia probat id, cui aliud damnum intuliſse fuerat confeſſus,nunquam tale damnum fuiſſe paſsum:tunc non tenetur lege Aquilia reſarcire id damnum:ſecus autem,ſi probetur,aut cõſtet, id damnum eſſe datum: nam tunc condemnatur lege Aquilia, nihil impediẽte,quòd probare poſtea velit,ſe illud non dediſſe,niſi probet,quis illud dederit,ſeque nulla ratione id feciſſe. Ita habetur. l.inde Neratius. §.vlt. & tribus legibus ſequentibus.ff.ad legem Aquil.& l.17.titu. 15.part.7.

38 Quando multi vulnerarunt eundem ſeruum alienum,& mortuus eſt, adeò diſcordare videntur Vlpianus. l.item Mela. §.ſed ſi ſeruum, & l. huic ſcripturæ. §.ſi ſeruus,& Iulianus.l.ita vulneratus. ff.ad leg. Aquil. vt difficilè ad concordiam adduci poſſe videantur; tametſi gloſſæ ſatagant ad concordiam eos reuocare. Dicam verò,vt theologus,ac moralis Philoſophus, quid conſonantius naturæ rei, poſita iuris ciuilis diſpoſitione circa legem Aquiliam,videatur mihi: id quod conſonum erit legi.15.tit.15. par. 7.tametſi ea lex non omnes euentus circa rem hanc definierit.

Quando multi eum ſeruum vulnerarunt, (idem ſuo modo dic, ſi pecudem alienam ſimiliter occiderunt) nec conſtat ex cuius vulnere is interierit, quia vel omnia vulnera erant ęquè lethalia, vel quia licèt conſtet vnum tantum eſſe lethale, ignoratur quis eorũ illud inflixerit, vel denique quia ignoratur, num ex poſteriori vulnere,licèt leuiori,adiuncto antecedenti,mortuus fuerit,ſi ciuiliter agitur ad damnum, & ad pęnam,vt tantum ſoluatur,quantum ille plus valuit intra annum computatum retro à puncto vulneris lethalis inflicti,modo ſupra explicato,tunc aduerſus ſingulos, de quibus eſt dubium, an illum interfecerint,agi poteſt,arbitrio eius, cui id damnum eſt reſarciendum,& aduerſus omnes ſimul, vt contribuant; non tamen agi poteſt aduerſus omnes, vt ſinguli id totum tribuant. Quòd ſi agatur aduerſus vnum ſolum, & ille non integre ſoluat, uel quia diſparuit, neque inueniuntur bona illius, vnde ſoluatur,vel quia non eſt ſoluendo id totum damnum, agi poteſt aduerſus quencunque alium, vel aduerſus quoſcunque alios ex reliquis,vt integre id totum ſoluant. Vno tamen ex omnibus perſoluente integre id totum, quod lege Aquilia ſtatutum eſt vt ſoluatur,is,cui ea actio competebat, agere non poteſt aduerſus reliquos. Qui tamen ſoluit,poterit agere aduerſus reliquos actione negotiorum geſtorum,vt cõtribuant, quod loco illorum ſoluit: quandoquidem actio tunc æquè aduerſus omnes competebat, omneſque erant debitores intereſſe illius. Quin, ſi is, cui ſoluendum id erat, & cui ea actio competebat, cedat ei,qui totum ſoluit,actionem,quæ ei aduerſus reliquos competebat, agere tunc is poterit lege Aquilia, vt ſinguli contribuant. Imò, ſi vnus non ſit ſoluendo,agere poterit,vt reliqui ſecum totum perſoluant.

Primum eorum, quæ dicta ſunt, nempe agi tunc poſse aduerſus ſingulos,de quibus eſt dubium,quis illum interfecit,quando conſtat omnes eum vulneraſſe,& ignoratur,ex cuius vulnere interierit,idque pro arbitrio eius, cui id damnum eſt reſarciendum, habetur.l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum,& §.ſed ſi plu- A res,& l.ita vulneratus. §.rurſus verſ. idque eſt conſequens. ff.ad leg. Aquil. & multo expreſſius. l.15. tit.15.par.7.

Secundum verò,quòd ſcilicet agi poſſit ſimul aduerſus omnes,ſaltem ut contribuant id totum,quod lege Aquilia eſt ſoluẽdum,ſatis perſpicuum eſt: quoniam ex iuribus citatis , actio aduerſus omnes competit ei,cui tale damnum eſt ſoluendum : quare agere poterit aduerſus omnes ſimul, ſaltem vt omnes illud totum ſoluant,contribuendo inter ſe,atque cõtribuendo etiam pro ijs, qui re ipſa non ſtatim ſoluerint: eo modo,quo de duobus reis debendi, & de fideiuſſoribus,qui in integrum tenentur, ſuprà ſuo loco eſt dictum.

Terium verò , videlicet quòd agi non poſſit B aduerſus omnes,vt ſinguli id totum tribuãt,probatur. Quoniam leg. Aquilia ſolum eſt ſtatutum,vt pro ſeruo iniuſtè occiſo ſoluatur, nõ ſolum damnum ei datum,ſed ſimul etiam in pœnam,ſi quid plus valuit intra annum retro à puncto vulneris lethalis inflicti:ſi autem quatuor eum percuſſiſsent, ac neſciretur , ex cuius vulnere interierit, ſequeretur , ſoluendum ei tunc eſse quadruplum damni accepti,& inſuper quadruplum incrementi æſtimationis, ſi quod fortè habuit in aliquo puncto anni antecedentis ; quod eſſet omnino irrationabile, & præter intẽtum legis Aquiliæ: præſertim quando conſtaret, vno ſolo vulnere interijſſe, ſed ignoraretur, quis illorũ quatuor illud dediſset:nam tunc vnus ſolus dediſset id damnum, & vnus ſolus ad illud re ipſa teneretur, ſed ignoran- C tia faceret, vt omnes pro indiuiſo tenerentur , interim dum non conſtaret, quis illud dederit. Imò, ſi aliquis alius prius eum ſeruum vulneraſset, ſed non lethaliter,teneretur de ſeruo vulnerato,quanto plus æſtimaretur,quàm cum eo vulnere,intra dies triginta antea,vt habetur.l.15.citata,iuxta.l.item Mela.§. Celſus,& l.hæc ſcriptura.§.ſi ſeruus.ff.ad leg. Aqu. & occiſor ſolùm teneretur de ſeruo illo , detracto eo valore ex vulnere prius accepto, quem ſoluere teneretur is, qui id vulnus prius inflixit, iuxta eadem iura proximè citata. Vnde meritò.l.15.citata, ſtatuit vt quando multi percuſſerunt, & non conſtat ex cuius vulnere interierit, ſoluẽte uno integre damnum iuxta maiorem valorem , quem intra annum retro ſeruus occiſus habuit, non maneat actio legis Aqui- D liæ ei, qui damnum eſt paſſus, aduerſus reliquos. Neque refragatur.l.item Mela.§.ſi plures.ff.ad leg. Aquil. quæ ſic habet : *Si plures trabem deiecerint, & hominem oppreſſerint, æquè veteribus placet, omnes lege Aquilia teneri*. Senſus enim eſt,quòd omnes æquè teneantur ad æſtimationem damni,& ad maiorem valorem,ſi quem ſeruus occiſus habuit intra totum annum antecedentem,& quòd ſinguli pro indiuiſo teneantur in ſolidum ad id totum damnum,eo quòd ſinguli id totum dederunt totalitate effectus ac damni dati: non tamen eſt ſenſus, quòd ſinguli ita teneantur ſoluere integrum damnum ei, qui illud eſt paſsus,quaſi tot æſtimationes integras totius damni accipere debeat,quot fuerunt, qui illud dede- E runt totaliter, effectus totalitate, accipiendo ſingulas integras a ſingulis: id enim eſſet prorſus irrationabile: ſed quia nihilominus ſinguli partialiter tantum illud dederunt,cauſæ partialitate: & omnes ſimul totaliter,totalitate cauſæ,omnes quidem pro indiuiſo tenentur ei ſoluere integrum damnum vnica ſolutione, qua ſufficienter illud ciuiliter ei reſarciũt iuxta legis Aquiliæ diſpoſitionem;ſinguli tamen ſolùm tenentur contribuere æqualiter:eaq; de cauſa, ſi vnus eorum totum ſoluat, vel quia is, qui illud eſt paſsus,ab eo ſolo illud exegerit,eo ꝙ,modo explicato,integrum illud debeat,vel aliqua alia ratione, reliqui cõtribuere ei tenentur, quod loco ipſorũ ſoluit: non ſecus atque hæc omnia ſimiliter habent locum

in multis reis debendi in ſolidum idem debitum, ut ſuo loco ſupra explanatum eſt.

39 Exemplum verò, quod Iulianus. l. ita vulneratus. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. affert in confirmationem ſuæ ſententiæ, de qua ſtatim erit ſermo, nempe, ſi tres ſurentur eãdem trabem, quã unus ſolus furari, amoue reve à loco, in quo erat, non poterat, omnes teneri de furto, ſanè potius confirmat, quàm infirmet noſtram ſententiam. Etenim, ſi aduerſus illos agatur ciuiliter condictione furtiua, ridiculum eſt affirmare, deberi condemnari, vt reſtituant tres trabes domino trabis furto ablatæ, ſinguli ſingulas, & vt inſuper reſarciant ſi quæ damna fuerint eidem domino ex eo furto ſubſequuta, ſinguli ea integra, ac proinde omnes ſimul in triplum: & ſi vlterius agatur furti etiam actione ad pœnam dupli, ridiculum ſimiliter eſt, condemnandos eſſe, vt ſinguli ſoluant inſuper duplum æſtimationis trabis, ita vt dominus accipiat ſextuplum ex omnibus. Quod ergo eo. §. Iulianus voluit, eſt, omnes, ac ſingulos, teneri in eo euentu de furto, & licèt ſinguli teneantur ad totum furtum, & ad integra damna inde ſubſequuta, eo quòd ſinguli cauſa fuerunt totius furti, teneri tamen ſingulos pro indiuiſo in ſolidum: cæterum, quia partiales cauſæ fuerunt eius furti, cauſæ partialitate, teneri ſingulos contribuere partem, & ita omnes ſimul teneri ſoluere totum; vnoque ſoluente integrum furtum ac damna, dominum trabis nihil aliud poſſe petere à reliquis: eum tamen, qui integrum furtum damnaque integra ſoluit loco omnium, petere actione negotiorum geſtorum poſſe, vt reliqui ipſi reſtituant partes, quas eorum loco ſoluit. Si autem ageretur criminaliter ad pœnam corporalem, ſinguli profectò eſſent damnandi, ac ſi ſolam tertiam partem trabis vnuſquiſque eſſet furatus: & inſuper, ſi fuit etiam cauſa furti alicuius cęterorum, id ei conſulendo, aut ad id eum aliter mouendo, puniendus eſt etiam criminaliter, tanquam cauſa furti partis aliæ eiuſdem trabis.

Quartum denique, & reliqua, quæ ſubiunguntur, ſatis perſpicua ſunt ex probationibus trium pręcedentium, atque ex dictis in materia de contractibus, dum nobis erat ſermo de duobus reis debẽdi, atque de fideiuſſoribus in ſolidum pro debito aliquo. Neque dubito, dominum mancipij, ſi accipiat ab vno ſolo totum, quod lege Aquilia ipſi eſt ſoluendum pro damno interfectionis mancipij, teneri ei cedere actiones ſuas legis Aquiliæ aduerſus reliquos, vt, qui partes aliorum ſoluit, eas ex illis actione legis Aquiliæ recuperare etiam poſſit; vt de creditore accipiente integrum ſuum debitum ex uno reo debendi, aut ex uno fideiuſſore, inſolidum, cedere ei actiones ſuas teneri, vt, quod loco aliorum ſoluit, recuperare ex eis poſſit, prædicto loco eſt dictum.

40 Quod ad irregularitatem pro homicidio attinet, dicendum eſt, ſingulos, de quibus eſt dubium, an ex eorum vulnere tale mancipium, aut quiuis alius, interierit, cenſendos eſſe irregulares interim, dum aliud non conſtat. Ratio autem eſt, quoniam, licet quando eſt dubium, an pro aliquo actu ſit impoſita irregularitas in iure, cenſendum ſit impoſitam non eſſe, ac proinde cenſendum ſit exercentem eum actum irregularem non eſſe: quando tamen conſtat pro actu aliquo impoſitam eſſe irregularitatem in iure, vt conſtat impoſitam eſſe pro homicidio, tunc in dubio, an aliquis occiderit, reputandus eſt irregularis, vt tractatu ſequenti, dum de irregularitate pro homicidio, & mutilatione, ſermo fuerit, dicetur, & conſtat in re propoſita ex c. ſignificaſti. 2. de homicidio, & cũ gl. ibi affirmat Greg. Lop. l. 15. citata gl. 1. Si verò agatur pro eiuſmodi homicidio criminaliter, quanta pęna imponi debeat ſingulis, de quibus

A eſt dubium, an ex ipſorum vulnere aliquis interierit dicetur tractatu ſequenti.

Quando verò unus percuſſit lethaliter ſeruum alienum, & alius poſtea ex interuallo illum iterũ percuſſit ac interfecit, diſcordes videntur Iulianus. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & Vlpia. l. item Mela. §. Celſus. & l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aq. 41 Iulianus enim affirmauit, vtrumque teneri de ſeruo occiſo lege Aquilia, annumque, quoad primum, cõputandum eſſe retro à puncto, quo vulnus lethale inflixit: quoad ſecundum verò à pũcto, quo poſtea percuſſit ac interfecit: atque innuere videtur, vtrumque teneri ad integram ſatisfactionem ex lege Aquilia, ita ut duplex integra ſatisfactio fieri debeat domino ſerui alieni. Vlpianus uerò poſtea cũ Celſo & Mar-B cello aſſeruit, primum teneri ſolùm de ſeruo vulnerato, quod ad diſpoſitionem leg. Aquiliæ attinet: ſecundum verò teneri de ſeruo occiſo, atque hoc ipſum ſtatuit. l. 15. ti. 15. par. 7. huicque definitioni, vt poſteriori, ac correctoriæ diſpoſitionis Iuliani, eſt ſtandum, quam etiam aſſeruiſſe Celſum, & probabiliorem exiſtimaſſe Marcellum, refert Vlp. §. Celſus citato. Scio gloſſam. l. ita vulneratus, ad cõcordiam adducere voluiſſe vtrãque ſententiam, quòd Vlpianus ſit loquutus, quando vulnus erat lethale, ſed non certum omnino, quòd percuſſus moriturus eſſet ex illo: & Iulianus quando certum omnino eſſet, moriturum fuiſse ex illo. Cæterùm utique iuriſconſultus ſimplicitɛr vniuerſimque loquitur: neque vnquam eſt dicendum, ſoluẽdam domino ſerui eſse duplam C æſtimationem illius, ſed ſimplam tantum. Atque iuxta Vlpiani ſententiam, primus, qui primò lethaliter percuſſit, reſtituere debet domino ſerui, quãtum minus valet cum eo vulnere, æſtimando ſeruum, quantum plus valebat intra dies triginta retro computatos à puncto vulneris inflicti: & inſuper ſoluere debet expenſas vſque ad vulnus poſtea illi ab alio datum, & omnia alia damna vſque ad id inſtans ſubſequuta. Is verò, qui poſtea interfecit, ſoluere ſolùm tenetur, quantum ſeruus plus valuit intra annum retro computatum à puncto poſterioris vulneris, detracto, quod minus valuit propter prius vulnus ab alio inflictum: nam eam æſtimationem ſoluere tenetur, qui prius vulnus inflixit, vt dictum eſt. Atque hæc Vlpiani deciſio ſatis conſona eſt rectæ rationi, D & amplectenda, quod attinet ad ciuilem actionem ex lege Aquilia, de qua ſola ipſe loquitur.

Quod verò attinet ad irregularitatẽ, vterque procul dubio irregularitatem incurrit: eo quòd vterque 42 cauſa fuerit mortis illius, & conſentit. c. conſuluiſti. 2. de homicidio. Erit verò vterque irregularis ex homicidio voluntario, ſi vterque eo modo percutere intendit. De pœna verò criminali vtriuſque, tractatu ſequenti erit ſermo. Si tamen ſecundus caſu accelleraret mortem, ignorans vulneratum eum eſſe, aut præter intentionem id efficiens, vnde ſequuta eſset mors, tunc irregularis non eſset ex homicidio voluntario, neque ipſe, ſed primus, teneretur de mancipio mortuo, quando non effecit, quod ad mortem E ſufficeret, ſi non præceſſiſset illud aliud lethale vulnus. Quando vnus lethale vulnus inflixit: euenit verò poſtea, vt ex ruina, aut ex alio infortunio, ſeruus ita percuſſus interierit, tunc, qui ita eum percuſſit, non tenetur lege Aquilia de ſeruo mortuo, ſed de ſeruo vulnerato. Quando uerò poſt vulnus acceptum, legatus alteri fuit, aut manumiſſus, ſi moriatur ex eo vulnere, leg. Aqu. tenetur de ſeruo mortuo. Vtrũque habetur. l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aqu.

43 Quando alienus ſeruus vulneratus fuit non morti ferè, ſi negligentia, aut culpa ſua, vel domini, aut alterius, interijt, percuſſor nõ tenetur de ſeruo occiſo, ſed de ſeruo vulnerato. Ita habetur. l. qui occiderit. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Idem quando criminaliter agitur

tur de ſeruo, aut de homine libero, ita non mortiferè vulnerato, qui culpa ſua, Chirurgi, aut alterius, interijt.

44 Actio de damno dato competit domino rei, & hæredibus illius poſt eius mortē, præcisè quoad dānum, atque etiam quoad pœnam, ſi lis fuerat à defuncto conteſtata, aut pręparata, vt ſuprà dictum eſt. Competit etiam vſufructario, atque vſuario, ſed præcisè quoad damnum in vſufructu, aut in vſu, ſuſcepto. Ita habetur. l. item Mela. §. vlt. & l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. tit. 15. par. 7. Item poſſeſſori rei bona fide, in qua damnum eſt datum, competit hæc actio, ita vt repelli non poſſit exceptione, quòd ad ipſum non attineat. Ita habetur. l. item Mela. §. ſed ſi ſeruus bona fide. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata. Quod gloſſa. §. ſed ſi ſeruus citato, ex Azone intelligit, modo cum titulo poſſideat, & conſentit Grego. Lopez vbi ſupra. Depoſitarius item agit loco domini, ſi ſit abſens, vt habetur. l. 2. citata ex doctrina Azonis. Et idem uidetur eſſe de commodatario, & de quocunque alio legitimo rei detentore, quando dominus rei eſt abſens, vt ibi Grego. Lopez affirmat. Lex tamen item Mela. §. eum. ff. ad leg. Aquil. commodatario denegat hanc actionem. Quod intelligendum eſt, nomine proprio, & quando dominus eſt præſens. Item intelligenda eſt, quoad damnum domini, & quoad id, quod pęnale eſt in hac actione de iure humano introductum: ſecus autem quoad particulare damnum, præcisè ſumptum, quod ſequitur commodatario, conductori, aut cuicunque alteri eius rei legitimo detentori: quoniam id actione in factum exigere optimè poteſt ab eo, qui illud ei dedit.

45 Si pignori damnum ſit datum, dominus pignoris agit lege Aquilia, & non creditor: niſi quando debitor non eſt ſoluendo, aut creditori periculum immineret: nam tunc agit creditor, & retinet vſque ad debiti quantitatem: reliquum verò reſtituit debitori, deductis expenſis. Ita habetur. l. qui occiderit. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata, quæ dilucidius hoc definit.

46 Si ſeruus in particulari erat alicui legatus, & poſt delatam hæreditatem, & ante eam aditam, fuit occiſus, ait Vlpianus. l. huic ſcripturæ, in prin. ff. ad leg. Aquil. competere hæredi, ratione hæreditatis, actionem legis Aquiliæ, & non legatario: innuereque videtur, ad nihil teneri hæredem legatario, ſed quòd ea actione fuerit hæres conſequutus, ad ipſum, & nihil ad legatarium, pertinere. Quod certè videtur valde durum. Etenim, ſtatim delatā hæreditate, comparauit legatarius ius integrum ac perfectum ad eum ſeruum, licèt non compareт dominium, niſi à puncto aditæ hæreditatis, ſi tunc ſeruus in rerum natura exiſtat: quare æquitas poſtulaſset, vt actio legis Aquiliæ cederetur in eo euentu, aut certè ſine ceſſione competeret legatario. Atque in hoc Regno, in quo, iuxta. l. 1. titu. 4. lib. 5. nouæ collect. legata valida ſunt, eſto hęres inſtitutus hęreditatem nō adeat, arbitror eſſe omnino dicendum, competere hanc actionem legatario eo ipſo, quòd ſeruus poſt aditā hæreditatem eſt mortuus, ſiue poſt eam delatam, & ante eam aditam, ſiue poſt eam aditam, fuerit occiſus. Quando ſeruus legatus in ſingulari, vulneratus fuit poſt delatum hæreditatem, & ante eam aditam, viuebatque poſt eam aditam, tunc hæres poſt aditam hæreditatem tenetur cedere actionem legis Aquiliæ legatario, vt habetur. l. huic ſcripturæ citata, & l. 2. tit. 15. par. 7. Quòd ſi legatarius ſit abſens, agit hæres, aut quicunque alius eius rei tentor, actione legis Aquiliæ ad id damnum loco legatarij, vt, quod obtinuerit, ei reſtituat, deductis expenſis, vt habetur eadem l. 2. citata.

Quòd ſi ſeruus ſit vulneratus, aut interfectus, poſt aditam hæreditatem, tunc, cum à puncto hæreditaA tis aditæ, dominium ſerui illius tranſijſſe cenſeatur in legatarium à tempore mortis teſtatoris hæreditatisve delatæ, vtique actio legis Aquiliæ pro eo damno competit ſoli legatario, ſi præſens ſit, vt habetur. l. liber homo. §. ſi ſeruus legatus. ff. ad legem Aquil. Hæc, quæ de ſeruo legato dicta ſunt ſimiliter intellige de quocunque alio animali legato, & de quacunque alia re legata, vt habentur. l. 2. citata, atque ex ſe liquet, cum ſit eadem ratio.

DISPVT. 698.

Vtrùm, qui culpa ſolùm leui, aut leuiſſima, damnum dedit, teneatur in foro conB ſcientiæ ante latam ſententiam illud reſtituere; an verò ſolùm in exteriori foro teneatur illud reſtituere, ac proinde expectare poſſit in conſcientiæ foro, vt feratur ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Qui aſſerant ſolum dantem damnum dolo, aut lata culpa, teneri illud reſtituere in conſcientiæ foro ante latam ſententiam: non verò dantem illud culpa ſola leui, aut leuiſſima.*

2 *Qui aſſerant dantem damnum culpa ſolùm leui, aut* C *leuiſſima, teneri illud reſtituere in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia.*

3 *Damnum ita datum, quòd, niſi id dans, firmum haberet propoſitum illud reſtituendi in euentu, quòd eueniret, peccaret contra iuſtitiam, reſtituere illud tenetur in conſcientiæ foro nulla expectata ſententia, ſi eueniat: tranſitq́, ea obligatio ad ipſius hæredes.*

4 *Damnum dari poteſt culpa theologica lethali, interueniēte ſola culpa leui, aut leuiſſima, iuridica. Fieri item poteſt, vt interueniat culpa iuridica lata cū proximi notabili detrimento, abſque culpa theologica lethali.*

5 *Damnum datum culpa iuridica abſque culpa theologica, idque quod lex Aquilia inſuper ſolui ſtatuit, non in pœnam eſt ſtatutum, neque ſtatui potuit, ſed* D *in commune reipublicæ bonum, pro principum ad id poteſtate.*

6 *Damnum datum culpa iuridica abſque culpa theologica, non ſolùm quoad incrementum l. Aquilię ſtatutum, ſed etiā quo ad damnum ipſum, non eſt obligatio reſtituendi in foro conſcientiæ ante latam ſententiam in exteriori foro.*

7 *Damnum iniuſtè datum culpa theologica veniali, reſtituendum eſt in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia.*

8 *Damnum, ex quo quis tenetur contractu, iuriſve diſpoſitione, vt ex commodato, locatione, &c. eſto nulla interueniat culpa theologica, reſtituendum eſt in* E *foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia.*

INnocentius. c. ſicut dignum, de homic. quem ſequuti ſunt Panor. cap. cum cauſam, de teſtib. nu. 7. c. dilecti de arbit. nu. 12. & cap. quoniam contra, de probat. nume. 18. Syluest. verb. culpa, nume. 5. & 6. & verb. aduocatus. §. vlt. ac verb. reſtitutio 2. pronunciato. 12. Decius, Fel. & alij, quos Couar. in 4. decret. par. 2. capit. 6. §. 8. nume. 12. refert, in ea fuit ſententia, vt diceret. Eum quidem, qui damnum dedit dolo, aut lata culpa, reſtituere teneri damnum in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia. Eum tamen, qui leui, aut leuiſſima, culpa damnum dedit, non prius teneri illud reſtituere, quàm in exteriori foro ſententia feratur. Atque

1 Prior ſententia.

hanc affirmant Syluester, & alij, eſſe communiorem doctorum ſententiam.

Argum. Ducuntur hi autores. Quoniam reuera, ex ipſa rei natura, ſecluſa lege poſitiua, qui culpa iuridica leui, aut leuiſſima, damnum dat, non tenetur reſtituere id damnum; eo quòd neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis ad id teneatur; quandoquidem culpa iuridica leuis, aut leuiſſima, interuenire poteſt abſque culpa theologicè ſumpta, hoc eſt, abſque peccato, vt Diſp. 293. fuit explanatū. Quòd ſi aliquando cum culpa leui peccatum interueniat, illud erit veniale, quod non inducit obligationem reſtituendi totum damnum datum, ſed partem tantum, pro culpæ quantitate. Quo fit, vt, quod lex Aquilia hac de re ſtatuit, & diſputatione præcedente explicatum eſt, ſolùm ſit in pœnam: id quod iura quædam ibi citata apertè docent, eaque ratione ſtatuunt, actionem ex lege Aquilia, non tranſire in hæredes eius qui damnum dedit, niſi lis cum illo fuiſſet ante illius mortem conteſtata: cum ergo pœna, lege ſtatuta, non debeatur ante latam ſententiā; conſequens eſt, vt qui ſola culpa leui, aut leuiſſima, damnum dedit, ad reſtitutionem illius in foro conſcientiæ, ante latam ſententiam non teneatur, ſed ſolùm poſt ſententiam in foro exteriori latam. Argumentum hoc non ita proponunt autores huius ſententiæ, ſed ſolum dicunt, reſtitutionem damni lege Aquilia, ſtatutam tantum eſſe in pœnam, eaque de cauſa dantem damnum ex ſola culpa leui, aut leuiſſima, non teneri illud reſtituere ante latam ſententiam.

2 Poſterior ſententia. In contraria ſententia, nempe damnum dantem culpa leui aut leuiſſima, teneri in conſcientiæ foro illud integrum reſtituere ante latam ſententiam, ſunt Adrianus de reſt. q. vtrum in foro animæ, &c. Ang. verb. culpa in fine, Panor. qui, ſcribens poſtea in 5. decretalium, ſententiam mutauit. Nam c. ſi egreſſus de iniur. & damn. dat. adducens dictum Innocentij quod toties antea commendauerat, incipit de ueritate illius dubitare, & poſtea. c. vlt. eiuſdem tituli, contrarium ſententiam apertè amplectitur. In eadem ſententia eſt Barbat. à Couar. vbi ſuprà relatus, videturq; eſſe Io. Med. de reſt. q. 9. atque eandem amplectitur Couar. nu. 12. citato, tametſi firmius, quando damnum eſt datum culpa leuiſſima, quàm quando datum eſt culpa leui.

Argumentum. Ratio, cui hæc ſententia nititur, hæc eſt. Quoniā diſpoſitio iuris ciuilis hac de re, quamuis quoad exceſſum ualoris, quem aliquando reſtituere iubet ſupra id, quod res valebat tempore quo damnum ei fuit illatum, pœnalis ſit, vt habetur. §. his autem inſt. de leg. Aquil. & l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. eodem titu. nihilominus quoad compenſationem damni ad ęqualitatem, pœnalis non eſt, ſed ſumma cum æquitate conſtituta, vt homines, timore obligationis iniunctæ reſtituendi, ſi quod damnum quacū que ſua culpa dederint, cautiores ſint ad illud ſuis proximis non inferendum. Quod ſanè poteſtas publica ſtatuere optimè potuit in bonum commune, reque ipſa ſtatuit, Aquilio regulo, plebis tribuno id poſtulante, atque inde lex, qua id ita ſancitum fuit, Aquilia fuit nuncupata, per quam leges omnes, quę damno dato antea fuerant ſtatutæ, abrogatę ſunt, vt habetur. l. 1. ff. ad leg. Aquil. Quarè, cum lex ciuilis, rationabilis ac iuſta, ea ex parte qua pœnalis nō eſt, vim in conſcientiæ foro habeat ante latam ſententiā conſequens profectò eſſe videtur, leg. Aquil. quatenus iubet reſarcire ad æqualitatem damnum quacū que culpa datum, vim in foro conſcientiæ habere ante latam ſententiam.

Confir. prima. Id quod confirmatur ex Grego. 9. c. vlt. de iniur. & dam. dat. vbi, interrogatus à quodam, an reſtituere teneretur damnum, quod ſua ignorantia dedit, reſpondet, ſi quacūque ſua culpa iuridica illud dedit, reſtituere teneri. Neque ibi videtur explicare forum externum, ſed conſcientiæ forum: quandoquidem non iudici, ſed delinquenti, reſpondit, ſolumq; præceperit reſtituere damnum, non verò aliquid in pœnam vltra damni valorem.

Confir. ſecunda. Adde, ſi diſpoſitio illa (quoad damnum præciſè) non ſolùm iuris ciuilis, ſed etiam canonici, eſſet propriè pœnalis, eſſet vtique apertè iniuſta; eo quòd nefas ſit, ſtatuere pœnam propriè, & multo magis eam exigere, niſi pro peccato: ſæpe autem damnuum datur culpa iuridica abſque aliqua theologica culpa.

Confir. tertia. Adde etiam, ſimilem legem latam fuiſſe à Deo Exo. 22. quoad compenſationem ad ęqualitatem dāni dati, quando aliquis ignem ſuccendebat, atque ignis exurebat ſegetes alienas: ſic enim habet ſacer ille textus: *Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & comprehēderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum, qui ignem ſuccenderit.* Vt autem Adrianus. q. citata bene notat, eadem lex hodie vim habet non quatenus erat lex iudicialis veteris Teſtamenti, quæ Chriſti morte ceſſauit, ſed quatenus iure canonico eſt innouata. c. ſi egreſſus de iniur. & damn. dat. Ea autem lex, iuxta glo. ibi, & doctores communiter ſolùm habet locum, quando interuenit culpa aliqua iuridica, quæ ſemper præſumitur in foro exteriori, niſi contrarium ſufficienter probetur.

Vt verò, ſub aliorum iuridico, dicam in re difficili, quod mihi ſeſe offert, atque magis certa à minus certis ſeparem. In primis dico. Quando damnum 3
ita datum eſt, quòd illud dans peccaret contra iuſtitiam aduerſus proximum id dando, niſi firmum haberet propoſitum, quòd in euētu, quod ſequeretur, illud integre reſtitueret; tunc, ſi ſequatur, datumve ſit, tenetur in foro conſcientiæ, qui illud dedit, integrum id reſtituere, nulla expectata ſententia, tranſitque proinde ea obligatio ad ipſius hæredes, etiamſi lis aduerſus eum, dum viueret, conteſtata non fuerit. Propoſui autem hoc noſtrum aſſertum ſub hac forma. Quoniam euenire poteſt, vt quis rem aggrediatur, ex qua periculum imminet rebus alienis, quique peccaret contra iuſtitiam, ſi illam aggrederetur minimè paratus ſatisfacere damnum, ſi quod inde alijs proueniret; paratus verò illud integre ſatisfacere, vel omnino non peccaret, ſi alij nullo modo, eſſent inuiti, quòd ſub ea lege & conditione id aggrederetur, aut ſi nō eſſent rationabiliter inuiti, vel certè aliquādo ſolùm peccaret venialiter, eſto illi rationabiliter eſſent inuiti, animo illo integre, & cum effectu, ſatisfaciendi damnum, ſi quod eueniret, valde extenuante ac minuente culpam, quę alioquin eſſet, ſi ſine eo animo id aggrederetur. Quando verò cū prædicto animo rem periculoſam aggrederetur, indeque damnum alijs proueniret, conſurgeret quidem obligatio reſtituendi in conſcientiæ, & in exteriori foro id damnum, non quidem ratione culpæ theologicæ, ſed ratione pacti, ſeu quaſi pacti, ſub quo id damnum ſine culpa theologica datum eſſet; cum tamen vera theologica culpa contra iuſtitiam, eaque lethalis, alioquin interueniſſet, ſi quantitas damni eſſet tanta, quæ in materia furti ad culpam lethalem ſufficeret. Idem etiam euenire poteſt in damno dato de induſtria cum eo animo integre cum effectu illud reſarciendi. Quòd autem in omnibus euentibus, noſtro hoc aſſerto comprehenſis, obligatio ſit in foro conſcientiæ integrè reſtituendi damnum datum, nulla expectata ſententia, idque ſub lethali culpa, ſi damnum tantum ſit, quod materia furti ad culpam ſufficiat lethalem, nulli poteſt eſſe dubium, neque de hac re video eſſe vllam controuerſiam; tametſi nullus, quod recorder, ſub hac noſtra forma fuerit loquutus. Quare non eſt cur in eo amplius immoremur.

Illud

4 Illud verò admonuerim, culpam poſſe aliquādo interuenire theologicam lethalem, coniunctam cū ſola culpa iuridica leui, aut etiam leuiſſima, aggrediendo rem valde periculoſam, & quæ multum poteſt nocere, ſine animo integre reſarciendi cum effectu, moraliter certo, damnum totum, ſi quod fuerit ſequutum, ac proinde non eſſe regulam certam, etiam ſtando in fundamento autorum prioris ſententiæ, quòd vniuerſim, ſi damnum culpa iuridica leui, aut leuiſſima proueniat, non conſurgat obligatio in foro cōſcientiæ reſarciendi id damnum ante latam ſententiam. Quo enim res magis eſt periculoſa, quia facilè valde poteſt ex ea prouenire damnum, & quo damnum, quod euenire poteſt, eſt maius, eo maior eſt culpa theologica, eam aggredi, & quacunque negligentia in cauendo, & obuiando, ne noceat, vt in nauium incendijs liquet, quæ facilè, & cum ingenti damno hominum, ac mercium, ipſiuſque nauis, ſolent ex leuiſſima ignis occaſione euenire. Item, ſtando in eodem fundamento autorum eius ſententiæ, nō eſſet vniuerſim verum aliud eorum aſſertū, quo dicunt, ſi damnum lata culpa iuridica ſit datum, conſurgere obligationem in foro conſcientiæ illud integre reſtituendi nulla expectata ſententia. Vt enim Diſputatio. 293. explanatum fuit, eſſe poteſt aliquando lata culpa, ex qua quis teneatur, iuxta leges contractus, iuriſque diſpoſitionem, quę tamen coniunctam non habeat culpam theologicam lethalem.

5 Dico deinde, quando cum culpa iuridica coniuncta non eſt culpa theologica, diſpoſitionem legis Aquiliæ, quòd ſoluatur damnum datum, quantum res plus valuit intra triginta dies, aut intra annū, retro à puncto damni dati, non eſſe propriè ac verè pœnalem, non ſolum quoad latitudinem valoris damni dati, ſed etiam quoad exceſſum illum vltra valorem damni re ipſa dati: neque eſſet iuſta, aut ſeruanda, ea lex, ſi in veram pœnam aliquid eorum eſſet ſancitum. Probatur, quia vbi non eſt culpa theologica, verumve peccatum, locum non habet pœna, quæ ſolū poteſt iuſtè infligi pro vera culpa, hoc eſt, pro peccato in genere moris. Cum ergo, quod lege Aquilia in eo euentu ſolui reſarcirique præcipitur, neque in veram pœnam præcipiatur; quia, vt dictum eſt, vbi nō eſt theologica culpa, locum habet pœna; neque item quaſi ex natura ipſa rei, ſecluſa lege humana, reſtitui ſit debitum; eo quòd neque ratione rei acceptæ, neque ratione iniuſtæ acceptionis, damnive iniuſtè dati obligatio ſit id reſtituendi; quia eſſe nequit iniuſtitia ſine vera culpa theologica: conſequens profectò eſt, vt non ex alio capite cenſendum ſit, id iuſtè ſolui præcipi, quàm quia lex ipſa Aquilia, quæ mera eſt diſpoſitio iuris humani in commune bonū pro Principum reipublicæve ipſius poteſtate, ſtatuit, vt quicunque damnum culpa ſua iuridica, ſaltem leuiſſima, daret, id, modo lege ipſa Aquilia præſcripto, reſarcire teneretur, vt ea ratione homines cautiores eſſent, magiſque abſtinerent, à damno alijs inferendo, & ad tollenda ea ratione dubia, num vera theologica culpa datum eſſet, præcipiendumque eſſet reſarciri, an non. Cum autem ea lex ęqualis ſit omnibus de republica, atque in commune bonum ſtatuta, (ſicut & illa alia, de qua inferius ſuo loco erit ſermo, qua ſancitum eſt, vt, qui mancipium, aut aliud animal, habuerit, cum eo onere ea poſſideat, vt, ſi damnum aliquod dederint abſque vlla domini culpa, teneatur dominus vel reſarcire damnum, vel tradere noxæ tale mancipium, aut aliud animal, quod id damnum dederit, in damni recompenſationem, prout dominus ipſe talis animalis eligere potius velit) dubitandum non eſt, eam legem vim habere obligandi in foro conſcientiæ, quantum intendit, vt etiam in eo foro obligaret; aut ſaltem quantum vten- A tium, vſu eſt recepta, vt in eo foro obliget: eo quòd leges, quoad id, quod de ſolo iure humano continēt, non plus obligent, quàm vſu fuerint receptæ, atque ex equutioni mandatæ.

6 Hinc tertiò dico. Quando in damno dando, culpa ſolùm iuridica, ſine culpa theologica, interuenit, num obligatio ſit id damnum reſarciendi in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia; an verò ſolum in foro exterioti, in conſcientiæ verò foro non, niſi poſt latam in exteriori foro ſententiam; pendere, tum ex intento eorum, qui legem Aquiliam condiderunt: tum etiam ex eo, num in vſu & praxi ſit receptum, vt id damnum, quod culpa iuridica, ſine vlla culpa theologica, illatum eſt, reſtituatur in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia; an non, ſed B ſolum poſtquam in exteriori fo ro lata ſit ſententia condemnatoria: ſi enim ea lex vſu ac praxi non ſit recepta, vt in conſcientiæ foro reſarciatur id damnum nulla expectata ſentētia, ſanè, licet aliud fuerit intentum condentium eam legem, nulla eſt obligatio illud reſtituendi ante latam ſententiam: eo quòd, vt dictum eſt, humanæ leges non plus in conſcientia obligent, quàm vſu ſint receptæ. Hinc, ſaluo meliori iudicio, dico, legem Aquiliam in euentu, de quo diſputamus, non obligare in foro conſcientiæ ante latam ſententiam. In primis, quoniam iura ipſa ciuilia ſufficienter exprimunt, legem Aquiliam, quo ad id, quod ex natura rei, ſecluſa ea lege, non eſt debitum, eaque lege ſolui pręcipitur, eſſe inſtar legis pœnalis ex legumlatorum intento, eamque proin- C de obligationem non tranſire aduerſus hæredes eius, qui damnum dedit, quando cum dante damnum non fuit lis conteſtata dum viueret, vt conſtat ex leg. inde Neratius, §. hanc actionem, ff. ad legem Aquiliam, ex. §. his autem, inſtitu. eodem titulo, & ex leg. tertia, titulo decimoquinto, parte ſeptima. Eadem verò eſt ratio, quòd in foro conſcientiæ non debeatur ante latam ſententiam: ſi enim ex iuris intento ante latam ſententiam deberetur, vtique id debitum, iam omnino ac perfectè contractum, tranſiret ad hæredes talis debitoris: atque hæc duo mutuò ſunt connexa, obligationem non tranſire aduerſus hæredes eius, qui ex iuris diſpoſitione ad id tenebatur, & id non debere ante latam ſententiam aduerſus eum, vt in legibus pœnalibus liquet. D Deinde illud idem dico, Quoniam non videtur vſu receptum, vt damnum ſine vlla prorſus theologica culpa datum, ante latam ſententiam reſarciatur: quare, eſto contrarium fuiſſet intentum conditorum legis Aquiliæ, (quod tamen eſt falſum(nulla eſſet obligatio id reſtituendi in foro conſcientiæ ante latam ſententiam. Adde, in dubio meliorem eſſe cōditionem id poſſidentis, vt illi reſtitutionem non iniungamus, neque grauemus iugum ſacramenti pęnitentiæ.

7 Quartò dico, mihi videri obligationem eſſe reſtituendi in foro conſcientiæ, nulla expectata ſenteu tia, damnum culpa theologica iniuſteque datum, eſto iniuſtitia ad culpam lethalem non pertingat. Id E vero intelligendum eſt de damno, ſi non toto, quando culpa ad lethalem non pertingit, ſaltem quoad partē proportionalē pro dāni & culpæ infra lethalē quantitate. Q̄m ſatis eſt, vera tua culpa id damnū mihi proueniſſe, vt ex natura rei, atque adeo in conſciētiæ foro, tenearis illud mihi reſtituere, pro culpę ſaltē quantitate: neque.n. ęquitas patitur, vt ex vera tua culpa ego maneā in detrimēto ac iactura meorū bonorū. Quo loco obſerua, nos non dicere obligationem illam, id integrum damnum reſtituendi eſſe in pęnam talis culpæ venialis: tunc enim id non deberetur ante latam ſententiam, dubiumque præterea eſſet, quando damnum eſſet maximi valoris, an tanta pœna iuſta eſſet, pro tam modica culpa: ſed quod dici-

dicimus eſt, eam obligationem conſurgere ex natura rei ex eo, quòd id damnum iniuſtè ſit datum. A

8 Illud etiam addo, quando ex contractu, vt ex cõmodato, vel ex locatione, aut ex alio, mihi tenereris curare conſeruationem rerum mearum, tunc damnum, quod in eis meis rebus mihi proueniret ex tua culpa iuridica, qua mihi ex eo contractu iuriſque diſpoſitione tenereris, etiam ſi adiunctam non haberet culpam theologicam, reſarcire mihi tenereris in foro conſcientiæ nulla expectata ſententia, idque vi talis contractus initi inter me & te, vt Diſp. 295. dictum eſt.

Supereſt reſpondeamus ad argumenta propoſita pro vtraque ſententia ante noſtram relata, quatenus cum tertia noſtra ſententia pugnare videbuntur. B Ad argumentum ergo prioris ſententiæ negandum in primis eſt, vniuerſim, qui culpa leui, aut leuiſſima, damnum dat, non teneri ex natura rei illud reſtituere: ſi enim cum ea culpa leui, aut leuiſſima, coniuncta ſit culpa theologica, ſaltem venialis, vt, coniunctam eſſe poſſe, non ſolum venialem, ſed etiã lethalem, dictum oſtenſumque eſt, obligatio eſt ex natura rei id damnum reſtituere, ſaltem quoad partem proportionalem, ſi culpa ſit venialis, vt explanatum eſt. Admittendum verò eſt, culpam venialem, iniuſtè ex illa damnum inferendo, non ſufficere, vt ex natura rei, atque in foro conſcientiæ, obligatio conſurgat reſtituendi totum damnum ex ea iniuſtè datum: tametſi ſufficiat, vt obligatio ex natura rei ſit reſtituendi partem damni pro culpæ quantitate. C Negandum præterea eſt, id totum, quod lex Aquilia reſarciendum ſoluendumque præcipit, iniunctum eſſe in pęnam: multa enim eorum, non in pœnam, ſed ex natura rei debentur: quædam verò alia partim debentur in pęnam propriè, partim verò inſtar pęnæ, non autem in pęnam propriè, vt hac & præcedente diſputatione explanatum comprobatumque eſt. Quare, cum argumentum his multis falſis innitatur, conſtat vim contra noſtram ſententiam non habere.

Ad arg. prioris ſentētiæ.

Ad argumentum verò poſterioris ſententiæ, in primis negandum eſt, ſemper latitudinem valoris, quem, vltra damnum datũ, lex Aquilia ſoluere præcipit, eſſe in pęnam propriè dictam: contrariũ quippe apertè eſt explanatum ac comprobatum. Deinde dicendum eſt, quamuis diſpoſitio eius legis obliget in foro conſcientiæ; D non tamen plus eo in foro obligare, quàm fuerit intentum legumlatorum, & quàm ea diſpoſitio vſu ſit recepta, vt in conſcientiæ foro obliget: oſtenſum autem eſt, neque legiſlatores intendiſſe, vt obliget in foro conſcientiæ ante latam ſententiam vltra damnum culpa theologica datum: neque vſu eſſe receptã, vt plus in conſcientiæ foro obliget.

Ad arg. poſterioris ſententię.

Ad primam confirmationem dicendũ eſt, Greg. nonum declarare ibi forum conſcientiæ poſt latam ſententiam: quaſi intenderit explanare, legem Aquiliam iniuſtam non eſſe, ſed iuſtam ac æquam, obligareque proinde in conſcientia iuſta legumlatorũ intentum: E ſatis verò in iure ciuili eſt expreſſum intẽtum legumlatorum non fuiſſe, vt quoad id, quod iuxta eam eſt ſoluendum, vltra damnum culpa theologica datum, obliget in foro conſcientiæ ante latã ſententiam, vt explanatum eſt.

Ad primam confir.

Ad ſecundam dicendum eſt, iam explicatum eſſe, quouſque ea lex pęnalis non ſit, & quouſque ſit pęnalis propriè, itemq; quouſque inſtar ſit legis pęnalis: atque quouſque in foro conſcientiæ ante latã ſententiam obliget, aut non obliget.

Ad ſecundã.

Ad tertiam dicendum eſt, ſimiliter eam legem eſſe intelligendam, atque explanata eſt lex Aquilia, neque aliter obligare, quàm in illo eodem euentu lex Aquilia obliget.

Ad tertiam.

DISPVT. 699.

De damno in arboribus, aut quod ex arboribus prouenit.

SVMMARIVM.

1 *Arborum nomine quid, vt aduerſus eum, qui damnum eis infert, actio peculiaris competat arborum cæſarum.*

2 *Damnum in arboribus ſi datum ſit ſine dolo, ſcientiave quòd detur, competit ſolùm actio legis Aquiliæ: ſi verò cum ea ſcientia, & ſine vi, atque adeo clam, competit etiam interdictũ quod vi aut clam, & peculiaris actio arborum cæſarum ad duplum eius damni: & quatenus ea actio competat hæredibus damnum paſſi, & tranſeat aduerſus hæredes eius, qui damnum intulit.*

3 *Ob eiuſmodi damnum licet competant tres prædictæ actiones, intentataque vna poſſit rurſus intentari alia, ſolum tamen poteſt intentari quoad incrementum pœnæ.*

4 *Damnum ob idem licet actio arborum cæſarum pœnalis ſit quoad incrementum ſupra id damnum; & actiones pœnales ſolum concedantur intra annum vtilem; hæc tamen perpetua eſt.*

5 *Damnum idem ſi datum ſit animo lucri faciendi ligna, aut arborem, competit etiam actio furti, & actio ad exhibendum ligna aut arborem.*

6 *Damnum idem ſi vi datum ſit, competit ſimiliter actio vi bonorum raptorum, aut de vi publica, aut priuata, qualis fuerit vis illata.*

7 *Damnum ob idem, etiam ſi clam ſit datum, agi poteſt, vel ciuiliter ad pœnam pecuniariam, vel criminaliter ad pœnam corporalem. Et quando mortis pœna imponatur.*

8 *Damnum idem imperans, pœnis ſubiacet, ac ſi ipſe illud eſſet exequutus. Et quid de alijs cooperantibus ad id damnum. Mancipium ſi inſcio domino id det, dominus vel ſoluit damnum ac pœnam, vel mancipium noxæ dat.*

9 *Damnum idem ſi colonus dat in prædio, quod conductum habet, agitur aduerſus illum ad id damnum ex conducto, aut actione arborum cæſarum; ſed vna actione intentata, altera locum non habet.*

10 *Damnum idem ſi à pluribus datum eſt in eadem arbore, aduerſus omnes, & ſingulos, competit actio ad duplum; ſed vno ſoluente, cæteri ei contribuere tenentur. Quando damnum datum eſt arbori multis communi, omnibus competit actio ad duplum diuidendum inter omnes.*

11 *Arbor vna cenſetur, ſi duo germina coniungantur in eodem ſtipite, aut in eadem radice, & coniunctio appareat ſuper terram: duæ verò ſi coniunctio non appareat ſuper terram.*

12 *Damnum ob idem actio competit emphyteutæ perpetuo in duplum, quoad æſtimationem dominij vtilis in eis arboribus, & domino directo quoad æſtimationem dominij directi. Vſufructuario etiam competit ſimilis actio vtilis. Et quatenus competat, aut non competat, alijs legitimis contutoribus.*

13 *Damnum idem ſi, antequam prædium alienaretur, datum fuit in arboribus, & poſtea alienatum fuit, actio ad duplum, duplumque ipſum, pertinet ad eũ, qui prædium alienauit.*

14 *Damnum ſi ex arbore pendente ſuper domum alienam, ei domui proueniat, ſaltem quia frondes decidentes impediunt decurſum aquæ pluuiæ per tegulas, denunciatione domino arboris facta per iudicẽ, ſucciditur, & euellitur radicitus: quod ſi arboris dominus id non efficiat, ſuccidatur à domino domus,*

&

& ligna ad ipſum pertinent. Eadem actio competit vſufructuario eius domus, ac ſi multi ſint domini eius domus, ſingulis competit.

15 *Damnum ſi radices arboris alterius inferant fundamentis, aut parietibus alterius domus, ſimiliter ſucciduntur, euelluntur ve radicitrs, ne deinceps noceant.*

16 *Arbor vnius ſi pendeat in prædium alterius, & in altitudine quindecim pedes excedat a terra, admonetur a iudice, vt exceſſum præcidat, alioquin præciditur a domino alterius prædij, & ligna ad ipſum ſpectant.*

17 *Arbor ſi ita pendeat in viam publicam, vt commodũ tranſitum impediat, impune quoad id præſcinditur, quod eum tranſitum impedit.*

1 Peculiariter eſt dicendum de damno dato in arboribus: quoniam peculiariter id crimen punitur in iure, vt conſtat. ff. arborum furtim cæſarum, per totum, & l. 18. titu. 15. part. 7. Vt autem habetur. l. 3. ff. arborum furt. cęſar. nomine arboris, vites etiam comprehendũtur, quin & harundines, & hederæ. Salices etiam arbores dicuntur. Quando autem ſalicum virgæ defixæ ſunt, vt radices agant, ſalicesſque inde fiant, ſi præcidantur, aut euellantur, antequam radices agant, non dicuntur præcidi, aut euelli, arbores: quia ramus, etiãſi adhuc viuat, ex eoque arbor fieri poſſit, interim tamen dum radices non habet, non eſt arbor ſimpliciter, ſed arboris pars; ac proinde, qui eum præcidit, aut euellit, non dicitur incidere in pœnam, de qua erit ſermo, ſed ſolum tenetur lege Aquilia de damno dato. Idem dic de eo, qui euellit aut præcidit palmitem, aliud ve ei damnum infert, plantato quidem, vt ex eo vitis fiat, ſed antequam radices agat, vitiſq; proinde ſimpliciter ſit; & de alijs ſimilibus partibus quarundam aliarum arborum, quæ infiguntur, vt radices agant, & in arbores euadant. Excipi videtur in fine legis 3. citatæ partes oliuarum defixæ, vt radices agant, & in perfectam euadant oliuam: nam antequam radices agant, ex priuilegio cenſentur arbores, vt, ſi quis eas præcidat, aut euellat, vel aliter deſtruat, incidat in pœnam, de qua erit ſermo. Niſi dicas, cum gloſſa vltima ibi, ſermonem eſſe de oliuis tranſplantatis cum radicibus dum terræ omnino nõ adhæſerunt. Quando arbor tranſplantata eſt, & viuit, ſi quis illam præcidat, aut aliter deſtruat; dicitur præcidere, aut deſtruere, arborem, vt in pœnam incidat, de qua erit ſermo, eſto nondum terræ omnino adhæſerit, vt radices in illam egiſſe dicatur. Et idem eſt, ſi ſimilem arborem euulſam cum radicibus, vt tranſplantetur, antequam tranſplantata ſit, præcidat, aut deſtruat: quoniam, cum adhuc viuat, & radices habeat, arbor eſt ſimpliciter, vt habetur, leg. tertia, citata. Quando autem ex ſemine arbor eſt producta, ſi tenera adhuc ſit, ita vt herbæ rationem videatur habere; non cenſetur arbor, vt qui illam euulſerit, aut aliter deſtruxerit, in pœnam incidat, de qua erit ſermo. Ita ſubiungitur ibidem, leg. quarta.

2 Quando aliquis arborem alienam euellit, præcidit, aut alia ratione deſtruit, vel notabile detrimentũ illi infert, (vt lex cædere, & lex furtim. ff. arbor. fur. cæſ. explicant) agi aduerſus eum poteſt lege Aquilia eo modo, quo agitur ad cætera damna data, vt habetur, l. 1. ff. eod. tit. Si autem ex intentione id efficiat, cum ſcientia ve, quòd id damnum detur, (vt recte explicat. l. 18. titu. 15. par. 7. eaque de cauſa dolus requiritur ad hanc aliam ſequentem actionem) idque clam, nulla ve vi illata domino arborum, tunc nõ ſolum poteſt agi aduerſus eum lege Aquilia, qui illud dedit, atq; interdicto quod vi aut clam ad id, quod plus tenetur ex hoc interdicto, quàm ex l. Aquilia, vt habetur. l. penu. ff. arb. furt. cæſ. ſed etiam agi poteſt peculiari actione ex lege duodecim tabularum, vt eadem lege. 1. citata habetur, quæ actio arborum cæſarum dicitur, atque hæc eſt actio ad duplum, valoris damni dati, vt habetur. l. furtim. ff. eod. titu. ita vt æſtimetur damnum, deducendo ſi quid adhuc valẽt ligna pręciſa domino arborum, & valor damni, qui remanſerit, ſoluatur domino arborum duplus, vt habetur. l. facienda. ff. eod. titu. ſimplum quidem, in eo duplo incluſum, ratione valoris damni, qui valor ex natura ipſa rei debetur, & non in pœnam, ac proinde debetur nulla expectata ſententia; aliud verò tantundem, quod id duplum complet, eſt ſolum in pœnam; vt rectè ait gloſſa. l. facienda citata verb. ęſtimationem, & per conſequens non debetur ante latam ſententiam.

Quando ergo lege furtim citata in fine dicitur, hanc actionem, quia pœnalis eſt, non tranſire aduerſus hæredes delinquentis: intellige, niſi cũ delinquẽte lis fuerit conteſtata dum viueret (nam tunc tranſit, vt habetur, §. pen. inſt. de perpet. & tẽporalibus actionib.) & concedi aduerſus delinquentem, etiam hæredi eius, qui damnum eſt paſſus, intelligẽda hæc ſunt, quoad id præciſè, quod complet duplum, vnà cum valore damni: quoniam quoad id ſolum ea lex eſt pœnalis: non verò ſunt intelligenda quoad æſtimationem damni pręciſam: nã quoad hoc, ea actio pęnalis non eſt, ſed proſequutiua eius, quod ex natura rei debetur, vt recte ait gloſſa citata: quemadmodum enim hoc debetur ex natura rei, atque in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia, ita actio ad hoc recuperandum competit etiam aduerſus hęredes delinquẽtis, eo quòd proſequutiua ſit eius, quod defunctus ex natura rei, in foroque conſcientiæ, atque in exteriori, debebat, vt vtrunque circa ſimilem diſpoſitionem legis Aquilię diſpu. 697. oſtenſum etiam fuit.

Quamuis actio legis Aquilię, & actio arborum cęſarum, competant aduerſus eum, qui arbori, aut arboribus, damnum modo explicato dedit; iudex tamen condemnare non poteſt eum, qui damnum dedit, vtraque pœna ſimul, ſed deducere debet ex poſteriori actione, quę intenta fuerit, quod iam ſolutũ fuerit ex priori actione intentata, vt habetur. l. 1. ff. eod. tit. Vnde ſi prius fuit actum lege Aquilia, & qui dãnũ dedit, ſoluit quantũ dãnũ fuit æſtimatũ, iuxta valorẽ plantarũ intra triginta retro dies, poſteaque agatur actione arborũ cęſarũ, ſolũ condemnari debet is, qui dãnũ dedit, vt addat vſque ad valorem dupli ęſtimationis damni dati. Si autẽ prius intentata ſit actio arborum cęſarum, locum non habebit actio legis Aquilię: quoniam nunquam, quod ex illa debetur, excedit duplum damni iam ſolutum actione arborum cęſarum. Eodem modo, ſi actum ſit lege Aquilia, agi adhuc poteſt interdicto quod vi aut clam, pręciſè ad incrementum pęnę ſtatutę interdicto qđ vi aut clam, deducendo, quod acceptum fuerit ex lege Aquilia, & adhuc poterit poſtea agi actione arborum cęſarum pręciſè ad incrementum pęnę, quod ſupra interdictum quod vi aut clam, ſtatutum eſt, vt ſoluatur hac alia actione. Ita habetur. l. penu. ff. arb. furt. cęſ. 3

Quamuis autem actio arborum cęſarum pœnalis ſit quoad incrementum ſupra damnum datum, vt dictum eſt; actioneſque pœnales regulariter non ſint perpetuæ, ſed ſolum concedantur intra annum vtilem, vt habetur inſtit. de perpet. & temp. act. in prin. hęc tamen actio perpetua eſt, ut habetur. l. furtim in fine. ff. arb. furt. cęſar. quę proinde non minori tempore pręſcribetur, quàm pręſcribantur perſonales actiones debitorũ proſequutiuę, iuxta ea quę in materia de pręſcriptione dicta ſunt. 4

Quãdo autem aliquis clam alienas arbores cędit, 5
aut

aut euellit, lucrifaciendi cauſa, hoc eſt gratia vſurpã di, furandive ligna, tunc non ſolum competit actio legis Aquiliæ, & actio arborum cæſarum, comparatione damni dati in arboribus, vt dictum eſt, ſed etiam ſimul competit actio furti comparatione ligno rum, atque actio ad ligna exhibenda. Ita habetur. l. facienda. ff. arb. furt. cæſ. & l. verum eſt. 1. §. eorum, ff. de furt.

6 Quòd ſi, vi illata domino arborum, damnum in eis illatum ſit, competit aduerſus id damnum vi inferentem actio vi bonorum raptorum, vt habetur l. facienda citata, & l. 2. de vi bonorum rapt. quæ lex vniuerſim ſtatuit, pro damno quocunque dato cum vi competere actionem bonorum raptorum. Agere etiam poterit, ſi id potius maluerit, actione de vi publica, aut priuata, prout fuerit vis illata, ad pœnam eis legibus ſtatutam, vt ſupra, dum de rapina nobis erat ſermo, dictum eſt.

7 Eſt etiam peculiariter ſancitum circa crimen arborum cæſarum, vt quamuis damnum ſit datum clã ac ſine vi, integrum ſit ei, qui illud eſt paſſus, vel agere ciuiliter ad pœnam dupli modo explicato, vel agere criminaliter ad pœnam corporalem, vt maluerit: atque, ſi damnum ſit notabile admodum, maximè in vitibus, delinquens puniatur pœna mortis. Si verò non ſit tantum, puniatur corporaliter pœna flagellorum, exilij, aut alia ſimili, iudicis arbitrio, ita videlicet, vt crimen eo modo delinquentium, inſtar latronum ſeu graſſatorum puniatur. Ita habetur l. 2. ff. arb. furt. cæſ. & l. 28. ti. 15. par. 7. quam legem exponere conatur Grego. Lopez ibi, vt mitior non ſit, quàm diſpoſitio hactenus ex iure communi explicata, neque ab ea diſcordet.

8 Qui imperat damnum inferri arboribus, ſiue libero homini, ſiue ſuo mancipio, id imperet, tenetur de dãno ab eis dato, ac ſi ipſe illud dediſſet, vt eſt perſpicuum, & habetur. l. furtim. ff. arb. furt. cæſ. Et idẽ dic de quocunque cooperante ad id damnum, comparatione huius pœnæ, quod ſuprà ſuo loco de cooperantibus ad furtum, aut ad damnum datum, comparatione pœnarum pro eis criminibus ſtatutarum, dictum eſt. Quando autem mancipium, inſcio domino, damnum in arboribus daret, niſi ſolueret dominus damnum & pœnam pro mancipio, teneretur tradere mancipium ei, qui damnum eſſet paſſus, pro eo damno ac pœna, quod eſt tradere mancipium noxæ. Ita habetur. l. furtim citata.

9 Si colonus damnum det in arboribus prædij, qđ conductum habet, agi aduerſus eum poteſt ad id damnum, vel ex conducto, vel actione arborum cæſarum: intentata tamen vna actione, locum in eo non habet alia. Ita habetur. leg. ſi colonus. ff. eodem titul.

10 Quando multi eandem arborem ſciderunt, dam numve vlli intulerunt, aduerſus ſingulos agi poteſt in ſolidum ad totam pœnam: quia ſinguli totum id damnum dederunt totalitate effectus, licèt non totalitate cauſæ. Ita habetur l. ſi plures. ff. eodem tit. Non tamen intelligas, eum, qui damnum eſt paſſus, toties in duplum accipere debere æſtimationem totius damni, quot fuerunt illi, qui illud dederunt: id quippe irrationabile atque ridiculum eſſet: ſed, vno integre ſoluente damnum in duplo, cæteri liberi manent, vt nihil aliud ei ſoluant: tenentur tamen contribuere ei, qui loco ipſorum totum damnum in duplum ſoluit, partes ſuas, vt de damno ſimiliter in alijs rebus dato Diſput. 697. dictum explanatumque eſt. Quando autem vnus damnum dat in arbore multis communi, ſolùm tenetur ſoluere omnibus ſimul vnicam integram pœnam, hoc eſt, duplum damni dati: omnibuſque illis ſimul ſolùm competit vnica actio aduerſus eum. Ita habetur leg. ſi plures citata.

A Quando duo germina coniunguntur in eodem ſtipite, aut in eadem integra radice, ſi ita coniungantur, vt coniunctio eorum appareat ſuper terra, cenſentur vna arbor, & non duæ: quando verò coniunctio eorum non apparet ſuper terram, cẽſentur duæ arbores. Ita habetur l. ſi germina. ff. arb. furt. cæſ. Id verò ſcire inſeruit, vt ibi notat gloſ. Accurſij, vt intelligatur, ſi pro vnaquaque arbore cæſa, aut euulſa, certa pœna lege aliqua ſit ſancita, quando debeatur vnica pœna, & quando duplex. 11

Actio arborum cæſarum competit domino earũ aduerſus eum, qui damnum dedit. Et competit etiã emphyteutæ, qui dominium vtile habet perpetuũ: ſed pro æſtimatione damni, quod reſpondet præciſè dominio vtili, vt illi adiudicetur duplum damni illius: quoad reliquũ verò æſtimationis damni proprietatis, competit domino directo actio, vt ipſi duplum æſtimationis etiã adiudicetur. Atque hoc eſt, quod intenditur. l. cædere. ff. arb. furt. cæſa. Ea verò lex denegat hanc actionem vſufructuario. Id tamen gloſſa ibi intelligit de actione arborum cæſarum directa: ſecus verò de vtili, in ſenſu Diſput. 697. circa actionem legis Aquiliæ explicato: nam ſicut actio legis Aquiliæ conceditur vſufructuario, vt habetur. l. item Mela. §. vlt. ff. ad legem Aquil. & in calce Diſput. 697. dictum eſt, intelligique id debet de vtili actione; ſic etiam concedi ei debet actio arborum cæſarum; cum ſit par ratio. Quoad legitimos verò alios tẽtores prædij, cuius arboribus damnum eſt datum, quouſq; eis competat actio loco ac nomine domini arborum, vt pœna domino acquiratur: & nihilominus poſſe ipſos agere ad damnum præciſè, ſi quod eis inde etiam reſultauit, dic vt in calce Diſputationis 697. dictum eſt circa reliqua damna data. 12 B C

Qui agrum, in quo arbores erant, vendidit, aut quouis alio titulo in alium tranſtulit, ſi, antequam eum alienaret, damnum datũ illi fuit in arboribus, poterit, poſt illud alienatũ, agere aduerſus eum, qui damnum dedit, actione arborũ cæſarum, ad ipſumque pertinet duplum eius damni, & non ad nouum agri dominum. Ita habetur l. vlt. ff. arb. furt. cæſar. Hæc de damno arboribus illato. 13

Quod verò attinet ad damnum, quod ex arboribus prouenit. Quando arbor vnius pendet ſuper domum alterius, vnde euenire poteſt, vt ex frondibus, D floribus, aut fructibus, qui ex ramis decidunt, aut ex ramis ipſis, impediatur decurſus aquæ pluuiæ per tegulas, aut aliud damnum ſequatur; tũc, eſto arbor à principio ritè fuerit plantata, domino domus conceditur adire iudicem, qui domino arboris denunciet, vt, non ſolum, quod ſupereminet, præcidat, ſed etiam vt eam radicitus ſuccidat, aut euellat ita vt ex illa nullo tempore poſſit id damnum imminere; iudexque, comperto eam arborem ſupra domum alterius pẽdere, tenetur id illi denunciare. Si verò dominus arboris, facta ei denunciatione, in mora ſit, eam ſuccidendi, tunc dominus domus poteſt illam excidere, accipereque ſibi ligna omnia eius arboris: neque dominus arboris poteſt id impedire aut pro- E hibere, Ita habetur l. 1. ff. de arborib. cædendis. & l. 28. tit. 15. par. 7. Quæ (ſatis conſentaneè ad rectam rationem, ad naturamque ipſam rei, & ad ius cõmune) exprimit, iudicem eſſe prius adeundum, denunciationemque iudicis authoritate eſſe faciendã. Vnde probanda non eſt opinio Bartol. l. 1. citata, quòd ſcilicet ſatis ſit, dominum domus denunciare domino arboris, vt eam ſuccidat, vt poſtea, ſi dominus arboris in mora ſit, dominus domus poſſit eam ſuccidere, ſibique vſurpare ligna. Ius verò id petendi ac faciendi non ſolum competit domino domus, ſed etiam vſufructuario illius: quoniam ſua etiam intereſt, eam arborem nõ pendere ſupra talem domum. Quòd ſi multi ſint domini domus, ſupra quam pen- 14

dec

det arbor aliena, ſinguli eorum habent etiam ius in ſolidum, idem petendi ac faciendi: ſicut ſinguli etiã vendicare poſſunt ſeruitutem ei domui competentem. Vtrumque habetur. l. 1. citata. A

15 Quando radices arboris alienæ præiudicium afferre incipiunt fundamentis, parietibusve, alicuius domus, tunc idem ius eſt domino domus, vt ſuccidatur, aut euellatur, ita vt omnino nec noceat, nec nocere deinceps poſſit, ac quando arbor pendet ſupra domum. Ita habetur, l. 1. C. de interdict. Quæ ait, quamuis hic euentus non comprehendatur in edicto prætoris, qui habetur, l. 1. ff. de arb. cæd. ſi ad ſola illius edicti verba attendas, ſi tamen ad paritatem rationis, intentumque illius legis aduertas, eſſe ſimiliter ſubueniendum à iudice in vtroque euentu. Vnde gloſſa. l. 1. C. de interdictis, & doctores ibi, dubitant, vtrum, etiam in hoc poſteriori euentu, ſubueniendum ſit domino domus actione directa ex illo prætorio edicto, an verò ſolum vtili, quaſi directa ſolum competat in euentu, quem ſonat & ſtatuit edictum, vtilis verò, quando fit extenſio edicti per interpretationem ex æquitate ac paritate rationis; an autem ſolum competat actio in factum ſubſidiaria officio iudicis. Iuxta quam doctrinam actio legis Aquiliæ diſtinguitur etiam, in directam ex lege Aquilia, quando verba legis, vt primò lata fuit, euentus comprehendit; & in vtilem, atque etiam in actionem in factum ſubſidiariam legi Aquiliæ, vt habetur inſtitu. de leg. Aquil. §. penult. & diſput. 697. dictum eſt. Accurſius arbitratur, in euentu, de quo loquimur, competere directam, quaſi hic euentus verè comprehendatur in edicto illo prætorio, attẽdendo non tam ad verba illius, quàm ad intentum illud ferentis, iuxta quòd loqui videtur, l. 1. C. de interdictis: alij verò aliter loquuntur. Vtinam verò hę omnes ſubtilitates auferentur à iure, quæ ad nihil aliud inſeruiunt, quàm ad obſcurum illud reddendum, & ad litium ambages, ac multiplicationem. Vnde meritò ius huius Regni dum titu. 15. part. 7. ſermo illi eſt de damno dato, & diſpoſitione legis Aquiliæ, eas non curat, dicereque poſſumus, ex legibus eius tituli, ſemper in hoc Regno dari actionem directam in omni euentu, in quo de iure communi datur actio directa ex lege Aquilia, vtilis, vel ſubſidiaria in factum. B C

16 Quando arbor vnius pendet in agrũ alterius, tũc, ſi arbor in altitudine excedat quindecim pedes à terra, dominus agri, in quem arbor aliena pendet, pôt ſimiliter, adito iudice, illum admoneri facere, vt præcidat ſolum exceſſum vltra quindecim pedes. Quòd ſi, admonitus, in mora fuerit, eum præſcindẽdi, tunc dominus agri, in quẽ rami pendent, poterit illos præſcindere, & accipere ſibi ligna, quæ ita præſciderit: neque alter poteſt id impedire aut prohibere. Ita habetur. l. 1. §. deinde ait prætor. ff. de arb. cæden. D

Greg. Lopez. l. 28. tit. 15. par. 7. verb. *otro ſi dezimos*, cum Luca de Pẽna, ait, quando aliqui diuiſerũt inter ſe agrum, ita quòd in confinio partis, quę vnũ eorum contigit, erat arbor, cuius rami, vltra quindecim pedes à terra, pendebant iam ſupra aliam partẽ agri, quæ alterum contingit, aut vnus vendidit vnã partem ſui agri alteri, in quam, aut ex qua, pendebãt ſimiliter in alterã rami vltra quindecim pedes à terra, tunc locum non habere eam diſpoſitionem legis. Quoniam quaſi cum ea lege eſt facta diuiſio, aut venditio, vt arbor ita maneret, alterque id, quaſi ſeruitutem ſuſtineret, argumento. leg. quod principis in princ. ff. de aqua pluuia arcenda. Quando autem tempore diuiſionis, aut venditionis, arbor, quæ manebat in confinio, non excedat quindecim pedes à terra, tunc, ſi accreſcat vltra quindecim pedes, optimè quoad exceſſum habebit locum edictum illud prætoris. E

Vtrum autem dominus arboris, cuius rami, vltra quindecim pedes à terra, pendent in agrũ alterius, poſſit ſe aduerſus hunc alterum tueri pręſcriptione, quòd ſic pependerunt triginta aut quadraginta annis? Reſpondet ibidem Grego. Lopez, cum eodem Luca de Penna. Quoad id, quod arbor creuit, aut produxit, infra triginta annos, & pendet, non eſſe locum præſcriptioni.

Obſerua, legem. 28. tit. 15. part. 7. cum in reliquis, quę de arbore pendente in agrum alterius dicta sũt, cum iure communi conueniat, in hoc tamen diſcordare; quòd non pręcipiat attendendum eſſe, an rami pendeant quindecim pedes à terra, vel non: ſed vt, ſi nocuerint, & quoad id, quod nocuerint, pręſcindantur: ſi vero non nocuerint, & quoad id, in quo non nocuerint non præſcindantur, vt ibi Greg. Lopez notat. Fortaſſe tamẽ ea lex iuxta diſpoſitionem iuris communis eſt intelligenda, vt ſcilicet tunc nocere ſint cenſendi ob nimiam vmbram, vt habet diſpoſitio iuris communis, quando eleuati à terra ſunt vltra quindecim pedes: non verò quando non adeò ſunt eleuati.

Quando arbor ita pendet in viam publicam, vt commodum tranſitum quoquomodo per eam impediat, impunè præciduntur ij rami ex illa, qui tranſitum commodum aliqua ex parte impediunt. Ita habetur. l. 28. in fine tit. 15. par. 7. & cõſentit. l. 2. (alias. 1.) §. deinde ait, verſ. ſi ex fundo tuo. ff. ne quid in loco pub. 17

DISPVT. 700.

De crimine falſi, quatenus ex illo damnum in rebus proximi externis reſultat. Et in primis de eo, qui ſibi, aut alteri, qui in poteſtate ipſius ſit, aut in cuius poteſtate ipſe ſit, ſcribit legatum, aut hæreditatem, in alterius teſtamento, & de eo, qui rem eandem duobus vendit.

SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen quot modis committatur. Et quæ pœna pro illa ſtatuta, quando grauior alia, aut mitior, nõ comperitur ſtatuta. Et deportationis pœna, quamuis in vſu non ſit, cur in Luſitania ſit in vſu.*

2 *Falſi crimen publicum eſt, de quo proinde quiuis de populo accuſare poteſt, excepto crimine partus ſuppoſiti. De crimine autem falſi quiuis accuſat intra viginti annos ab eo commiſſo.*

3 *Falſi crimen vt incurratur, requiritur dolus, nec ſufficit lata culpa, quæ in criminibus dolo non æquiparatur. Requiritur etiam, vt nocumentum momenti alicuius ex ea falſitate ſequatur, alioquin nõ punitur pęna ordinaria.*

4 *Damnum ex crimine falſi iniuſtè datum, in exteriori & in conſcientiæ foro eſt reſtituendum. Teſtis tamen, qui iuſſus teſtificari, veritatẽ ſubticuit, crimen falſi incurrit, non tamen tenetur reſtituere ei, quem non adiuuauit, detrimentum, quod vitaſſet: quia ſolum peccauit contra caritatem, & obedientiam, nõ verò contra iuſtitiam.*

5 *Falſi crimẽ incurrit, qui ſe, aut eum, qui ſub ipſius poteſtate eſt, aut in cuius poteſtate ipſe eſt, ſcribit hæredem, aut legatarium, in alterius teſtamento, irritumque eſt, quod ita in ſuum commodũ ſcribit. Et quando id locum etiam habeat in teſtamento nuncupatiuo. In foro autem conſcientiæ validum eſt, ſi nulla re ipſa interuenit falſitas.*

Falſi

6 *Falſi crimen non incurrit,qui ei, qui in ipſius eſt poteſtate, hæreditatem ſcribit, aut legatum, quando totum ad eum ſpectat, cui ſubſcribitur.*

7 *Falſi crimen incurrit pater, qui filio in ipſius poteſtate conſtituto, ſcribit hæreditatem, aut legatum, eſto ſolum commodum vſusfructus, et adminiſtrationis ad ipſum pertineat, dum ille ſub ipſius fuerit poteſtate.*

8 *Falſi crimen non incurrit, diſpoſitioque eſt inualida, quando aliquis alterum ſcribit heredem, aut legatarium, & ſe ſubſtitutum illi fideicommiſſarium.*

9 *Falſi crimen incurrit, & diſpoſitio eſt nulla, quando à duobus, qui ſub poteſtate ſunt teſtatoris, vnus alteri ſcribit legatum, aut hæreditatem, quando poſt mortem teſtatoris vnus eorum recaſurus eſt in poteſtatem alterius.*

10 *Falſi crimen non incurritur in euentibus explicatis, et diſpoſitio eſt valida, ſi teſtator propria manu ſubſcribat, ſe id illi relinquere in particulari: Idem ſi in generali ſubſcribat, confirmo, quæ tali relinquo, ſi is in poteſtate erat teſtatoris. Si verò non erat in poteſtate illius, crimen falſi non incurrit, & inualida eſt diſpoſitio. Item quando conſtat teſtatorem præcepiſſe illi ſcribere teſtamentum illud, aut codicillum, & is ſub poteſtate teſtatoris erat, non incidit in crimen falſi, & diſpoſitio eſt nulla. Si vero ſub poteſtate illius non erat, crimen etiam falſi incurrit.*

11 *Falſi crimen non incurrit filius emancipatus, validaque eſt diſpoſitio, ſi in teſtamento patris, aut matris, in id totum ſolum ſe ſcribat hæredem, in quo ab inteſtato erat is ſucceſſurus. Si verò in plus ſe ſcriberet, crimen falſi incurreret, & diſpoſitio eſſet nulla.*

12 *Falſi crimen incurreret, & diſpoſitio eſſet nulla, ſi patronus, aut conſanguineus patroni, in id ſe ſcriberent hæredes, in quo ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri. Vxor ſi in teſtamento mariti ſcriberet, vt dos ei ſtatim mortuo marito ſolueretur, aut creditor in teſtamento debitoris ſcriberet, vt ante diem, in quo erat ſoluendum, debitum ei ſolueretur, ſua debita non amitterent; ob id tamen teſtamentum anticipanda eis non eſſet ſolutio.*

13 *Falſi criminis pœna venia quibus condonetur, ob præſumptionem ignorantiam, aut minorem ætatem, & alias cauſas, quibus non item, & diſpoſitio nihilominus eſt nulla.*

14 *Falſi criminis pœna locum habet in euentibus explicatis, ſi teſtamentum, aut codicillus integre, & cum debita ſolemnitate ſint facta, eſto ex præteritione, aut exhæredatione, vel ex alia cauſa reddantur nulla.*

15 *Falſi ſi non incurrat pœnam, qui in teſtamento ſe filio teſtatoris impuberi tutorem ſcripſit, quid inde incurrat.*

16 *Falſi crimen, etiam quia confector falſi inſtrumenti, incurrit, qui falsò ſe hæredem, aut legatarium, ſcripſit, reſtituereque in conſcientiæ foro tenetur damna omnia alijs inde ſubſequuta.*

17 *Falſi crimen an incurrat, qui prohibet alium teſtari.*

18 *Falſi crimen incurrit, qui eandem rem vẽdit duobus. Et num neceſſe ſit accepiſſe pretium ab vtroque.*

1 AGere de crimine falſi, non ad hunc, ſed ad conſequentes tractatus, maximè ad quintum ſpectat. Hoc verò loco, hac, & duabus ſequentibus diſputationibus, ſolum de illo eſt dicendum, quatenus coniunctũ habet damnum iniuſtum in rebus proximi externis, ex illove iniuſtè reſultat. Falſitas verò, ex qua hoc crimen incurritur, & à qua, qui illud committit, falſus, falſariuſve, nuncupatur, non ſolùm verbis, committitur, vt ſi quis dolosè falſum teſtificetur de aliquo, aut etiam ſcripto, vt ſi tabellio vnũ pro alio dolosè

A ſcribat, ſed etiam facto, dolosè aliquid efficiendo, quo perniciosè aliqui rebus ipſis decipiantur, vt ſupponendo partum alienum, menſuras, aut pondera, deprauando, monetas adulterãdo, & ſimilia alia efficiẽdo, quibus homines rebus ipſis, in ipſorum, aut in communis boni, detrimentum, decipiuntur. Atq; hoc crimen in caſibus expreſſis à iure incurritur: qui varij ſunt, neque eandem habent à iure ſtatutam pœnam. Tametſi pœna ordinaria pro hoc crimine ſit, in hominibus liberis, deportatio in perpetuum, cũ confiſcatione omnium bonorũ, niſi habeant aſcendentes, aut deſcendentes, vel etiam collaterales vſq; ad tertium gradum; nam tunc hi ſuccedunt in eis bonis poſt diſpoſitionem authentici, vt nulli iudicum. §. vlt. & non pertinent ad fiſcum; in mancipio verò

B pœna eſt vltimum ſupplicium, hoc eſt, mors naturalis. Ita habetur l. 1. §. vlt. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & §. item lex Cornelia de falſis, inſtit. de publ. iudic. & l. 6. tit. 7. par. 7. atque ea pœna eſt intelligenda incurri pro eo crimine, quando alia grauior, aut mitior, non exprimitur, ac comperitur impoſita. Cum verò deportatio non ſit hodie in vſu, alia arbitraria imponitur, vt Grego. Lopez. l. 7. citata, & Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. falſum, num. 40. & §. vlt. q. 67. nume. 8. cum alijs, quos referunt, affirmant. In Luſitania verò, quia ſunt inſulæ, & loca, ad quæ incolenda expedit mitti malefactores, hęc pœna videtur eſſe in vſu, dum homines frequenter damnantur in exilium in Inſulam diui Thomę, in Braſilicam regionem, & in ſimilia alia loca. Bartol. poſuit pœnam ordinariam

C pro hoc crimine. §. vltim. citato, in homine libero plebeio eſſe damnationem in metalla, & nobilium deportationem, iuxta leg. ſi quis aliquid. §. qui. viui. ff. de pœnis.

Computatur verò hoc crimen inter delicta publica, vt conſtat, inſti. de publi. iudi. §. item lex Cornelia de falſis, & l. 1. ff. eod. titu. & l. 5. titu. 7. par. 7. affirmantque Grego. Lopez ibi, Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 1. num. 4. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. blaſphemia, nu. 4. & §. falſum, nu. 1. Quando autem iudicium eſt publicum, quilibet de populo poteſt de illo accuſare, etiamſi ſua nihil interſit, vt habetur inſti. de publ. §. 1. & l. 5. citata, affirmantque Doctores citati vbi ſup. Ant. Gom. & Iul. Clar. nu. 1. Tametſi aliqua in particulari, interdum excipiatur, circa quæ 2

D non quiuis de populo poteſt accuſare, vt in crimine falſi excipitur partus ſuppoſitus, de quo non quiuis accuſat, vt videbimus. Porrò integrum eſt cuilibet accuſare de crimine falſi intra viginti annos à commiſſo delicto. Ita habetur l. querela. C. ad leg. Corn. de falſis, & l. 5. citata.

Ad crimen falſi neceſſarius eſt dolus, neque eſt ſatis eſſe factum per errorem, etiam ex lata culpa, vt conſtat ex l. nec exemplum. C. ad legem Cornel. de falſis, & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Syluester verb. falſarius, nu. 1. Ant. Gom. l. 83. tauri. nu. 1. & Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. falſum, nu. 42. Licèt enim in cõtractibus, vt aliquid alicui pereat, ſoluereve id teneatur, lata 3

E culpa dolo æquiparetur; ad incurrendum tamen crimen, pro quo pœna corporalis eſt ſtatuta, atq; vt ea quis puniri valeat, lata culpa non æquiparatur dolo, vt cum gloſſa. l. in actionibus. §. ſed in his, verb. non etiam ob culpam, ff. de in litem inran. affirmat communis doctorum ſententia, quam Iul. Clar. 5. libro ſent. §. vlt. q. 84. nu. 1. refert ac ſequitur. Item, vt crimen falſi incurratur, neceſſe eſt vt falſitas fiat circa id, quod præiudicium aliquod proximo afferre poſſit: Vnde, ſi quis deprauet ſcripturã, ex cuius deprauatione nullũ, aut leue admodum, præiudiciũ obuenire poteſt, vt quia illa in ſe erat inualida, aut aliqua alia ratione; vel ſi, teſtificando in iudicio, falſum dicat circa circunſtantiam, quæ nullius, aut perexigui,

ſit

ſit momenti, aut circa aliud ſimile, non incurritur A
crimen falſi,ſaltem vt ordinaria pœna debeat puni-
ri. Ita,conſentaneè ad gloſſam,l.damus, verb.priua
tas.C.ad legem Cornel.de falſis, communis Docto
rum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar.
cap.quamuis pactum,par.prima,§.7. nume.6. Na-
uarr.de datis & promiſſis pro iuſt. vel gratia, n.14.
Sylueſter,nu.1.citato, & Iul.Clar. §.falſus citato,
num.44.iuncto.num.14.antecedente: qui addit,pu
niri nihilominus debere pęna extraordinaria ſtellio
natus iudicis arbitrio imponenda, de qua in calce,
Diſput.532.dictum eſt.

4 Illud vniuerſim eſt dicendum, quod attinet ad
damnũ in rebus externis ex crimine falſi proximo
ſubſequutum, & quod ad præſens noſtrum inſtitu-
tum attinet. Tam in exteriori,quàm etiam in con- B
ſcientiæ foro, reſarciẽdum eſſe damnum ab eo, qui
id crimen falſi commiſit,quando falſitas, crimenve
falſi,in cauſa fuit,vt ſequeretur tale damnum,vt re-
gulariter eſſe ſolet. Iul. Clar. §.falſum citato. n.19.
de teſte, qui in crimen falſi teſtificando incidit, ſic
ait: Item teſtis falſus tenetur verſus partem de om-
ni damno contingente propter falſum teſtimoniũ,
ſecundum regulam,quam tradit gloſ.in c.presbyte-
rum in gl.ti.de homici. Hoc tamen intellige, vt pro
cedat in foro contentioſo: ſecus autem in foro con-
ſcientiæ. Nam in hoc foro non tenetur, niſi de falſo
teſtimonio,non autem ex damno ex illo ſubſequen-
te. Ita ſingulariter dixit Vinc.in c.1.de cuſtod. Eu-
char.quem ſequuntur cõiter doctores, vt dicit Cor-
ſetus in ſuis ſing.in verb.teſti,verſ.ſi aliquis. Quod C
nota,quia de facili quis reſponderet contrariũ. Ha-
ctenus Iul.Clar. Quòd ſi id intelligat de teſte: qui
contrarium dixit,ac res ipſa habebat, eaque ratione
in cauſa fuit,vt in contrarium ferretur ſententia, ac
erat ferẽda, certè tunc contra iuſtitiam peccauit ad-
uerſus eum, qui eo falſo teſtimonio damnatus eſt,
ſuumve ius non obtinuit,ac proinde reſtituere ei te-
netur in foro conſcientiæ, nulla expectata alia ſen-
tẽtia,totum damnum inde ei ſubſequutum, tanquã
vera cauſa, aut concauſa, iniuſta totius illi damni,
neque eſt cur id in controuerſiam vllam vocetur.
Idem dic,quando ſolùm ſubticuiſſet veritatem,quã
ſciebat, accedendoque ita ad teſtificandum in cau-
ſa fuit,vt is,à cuius parte iuſtitia ſtabat,non adhibe-
ret alios teſtes,vt Diſput.83.vtrumque dictum à no D
bis eſt. Eadem diſputatione diximus, quãdo ſolùm
teſtificari tenebatur ex caritate & ex obedientia,
quia à poteſtate publica iuſſus fuit ea de re teſtifica-
ri,veritatemque,quam ſciebat, ſolum ſubticuit,no-
luitque eam manifeſtare, tunc quàm plurimos do-
ctores affirmare, peccaſſe etiam contra iuſtitiam, te
nerique proinde reſtituere proximo damna omnia
ſubſequuta ex eo,quòd ſuo teſtimonio non aperue-
rit veritatem, qua is proximus ſuum ius conſeque-
retur: nobis verò diximus cõtrarium videri verum,
nempè peccaſſe ſolum contra caritatem, & contra
obedientiam publicæ poteſtati tunc debitam, nõ ve
rò peccaſſe contra iuſtitiam, ac proinde non teneri
in foro conſcientię reſtituere damna ex eo,quòd ve E
ritatem ſuo teſtimonio non aperuerit, ei proximo
ſubſequuta:de qua re diximus eo loco,copioſius nos
eſſe dicturos tractatu quinto: atque in eadem nunc
ſumus ſententia. Quare, ſi in hoc ſolo euentu Iul.
Clar.eſſet loquutus,ſanè ei nõ repugnaremus. Quo
niam,qui ita contra caritatem ac obedientiam veri-
tatem occultat,verè incidit in crimen falſi, vt affir-
mat communis doctorum ſententia,quam Couarr.
c.quamuis pactum,par.1.§.7. nu.5. refert ac ſequi-
tur:eſt enim eo ipſo reus contra Deũ,& contra pu-
blicam poteſtatem,ac contra proximum ſuũ, vt Au
guſtinus ait.cap.1.de cri.falſi,& c.quiſquis.11.q.3.
quod ſatis eſt, vt crimen falſi teſtis incurriſſe dica-
tur:conſentitque.l.prima, titul.7.par.7. illis verbis;
o negare la verdad ſabiendola: ea verò de cauſa in ex-
teriori foro inter alias pęnas, ea etiam puniatur, ut
reſarciat ei,in cuius detrimentum mentitus in iudi-
cio eſt,veritatem non manifeſtando,damna omnia
inde illi ſubſequuta. Iulius verò Clarus non de hoc
ſolo euentu, ſed vniuerſim videtur loquutus: quare
falſum exiſtimamus, & contra omnium communẽ
ſententiam,quod ille affirmauit.

Propter periculum, ne ex cupiditate falſum ſcri- 5
bat,qui ſe ſcribit hæredem,aut legatarium, in teſta-
mento alterius,irritum eſt id ac nullum,quod ita in
ſuum commodum ſcribit: & præterea incidit in cri
men falſi,nihil impediente, quòd fortè ita dictaue-
rit ei ac diſpoſuerit teſtator. Et cum pro hoc crimi-
ne nulla pęna peculiaris, vel mitior, vel grauior,
quàm ordinaria,ſtatuta comperiatur in iure,incidit
in pęnam ordinariam in principio huius Diſputa-
tionis explicatam, vt communis doctorum ſenten-
tia affirmat. Idem eſt, ſi aliquis in teſtamento alte-
rius ſcribat hęredem,aut legatarium,eum ſub cuius
poteſtate ſit, qui id ſcribit; vt ſi filiusfamilias ſcri-
bat patrem ſuum,aut ſi mancipium ſcribat ſuum do
minum: quia enim imperium eorum, ſub quorum
ſunt poteſtate,atque ſtudium eis placendi,multum
eos permouere poteſt, vt id falsò ſcribant, irritũ id
eſt redditum ac nullum,& is, qui id ita ſcribit, inci-
dit ſimiliter in crimen & in pęnam falſi. Atque idẽ
ſimiliter eſt, ſi quis in teſtamento alterius eũ ſcribat
hæredem,aut legatarium, qui ſub ipſius eſt poteſta
te;vt pater ſuum filiumfamilias, aut dominus ſuum
mancipium: quia enim per has perſonas ſibi acqui-
rit,ac proinde ea hæreditas,aut legatũ,in ſuũ redun
daret commodum,redditũ eſt nullum etiam id, &,
qui id ita ſcribit, in pęnã ac crimen incidit falſi. Ita
habetur l.1.§.ad teſtamẽta.l.filius,& l.diuus Clau-
dius.ff.ad leg. Corn.de fal.ac.l.1. & ſequent. C.de
his qui ſibi aſcrib. Quòd autem talis inſtitutio hære-
dis,aut legatarij, ſit nulla,in calce diſputationis 125.
ex parte eſt etiam dictum. Vbi explicuimus,non ſo-
lum id habere locum in teſtamento in ſcriptis, ſeu
clauſo,ſed etiã poſſe aliquando habere locũ in teſta
mento nuncupatiuo, & conſentit Iul.Clar.§.falsũ
citato.nu.34.cum alijs,quos citat. In eadem Diſp.
125.diximus, quando verè teſtator aliquem ita in-
ſtituit hæredem,aut legatarium, poſſe in conſciẽtiæ
foro retinere hæreditatem, aut legatum, quouſque
feratur ſentẽtia,qua adimatur ac pronuncietur nul-
lum. Ratio autem eſt, quoniam, præterquam quòd
eiuſmodi leges multum in præſumptione falſitatis
fundantur,ſunt etiam leges pęnales,quæ locum nõ
habent ante latam ſententiam, non ſolum quoad
pęnam criminis falſi, ſed etiam quoad amiſſionem
hæreditatis aut legati.

Iuxta hæc,iuribus citatis, & alijs citandis, filius
familias, qui eſt in poteſtate teſtatoris, aut eius, cui
ſcribit hæreditatem,vel legatum,aut qui ipſi ſcribit
hæreditatem,vel legatum, itemq; ſeruus compara-
tione eorundẽ, diſtinguuntur à cæteris, cæteriq; in
re propoſita appellantur extranei,etiã filius emanci
patus comparatione patris,& quicunque filius com
paratione matris. Hinc efficitur,quòd ſi filius in te-
ſtamento cuiuſcunque,etiam patris, aut fratris,ſcri
bat matri legatum, neque incidit in pęnã legis Cor-
neliæ de falſis,neque legatum eſt nullum, ſed illud
conſequitur mater. Ita habetur l.ſi pater filio,in fi.
ff.ad leg. Corn. de falſ. Inde etiam efficitur, quòd,
eſto maritus ſcribat hæredem, aut legatariam ſuam
propriam vxorem,in teſtamento alterius, valida ſit
inſtitutio,aut legatum, neque talis maritus incidat
in pęnam legis Corneliæ de falſis. Ita habetur l.vxo
ri.ff.ad leg. Corn.de falſ. Econtra verò,ſi maritus ſe
ſcribat hæredem aut legatarium, in teſtamento ſuæ

vxoris,inualida eſt ea inſtitutio,aut legatum,incidit A
que in pœnam legis Corneliæ de falſis. Ita habetur.
l.quæ in teſtamento,ff.de his qui ſibi adſcrib.

6 Quoniam,quando pater ſcribit in teſtamento ali
cuius legatum filio,quem habet in ſua poteſtate,id-
circo legatum eſt nullum,& pater incidit in pœnam
falſi,quia ex tali legato commodum in patrem redũ
dat,eo quòd ſi pater per filium ſuum familias ſibi ac
quirat; inde efficitur,quòd ſi pater,habens filium in
ſua poteſtate, illi ſcribat legatum,in teſtamẽto eius,
qui tali filio aliquid relinquit tanquam commilito-
ni,occaſioneve militiæ,in quo euentu tale legatũ eſt
bonum caſtrenſe comparatione talis filij,vt diſput.
130.explanatum fuit,neque acquiritur patri,ſed eſt
proprium bonum filii quoad dominium,adminiſtra
tionem,ac diſpoſitionem:efficitur,inquam,quòd,ſi B
pater tale legatum ſcribat ei filio, neque legatum ſit
nullum,neque pater incidat in pœnam falſi,quia ceſ
ſat ratio legis,ob quam ſub ea pęna erat prohibitũ ,
patrem filio,qui ſub ipſius erat poteſtate, ſcribere le
gatum in alterius teſtamento. Ita habetur expreſſe
eadem.l.ſi pater filio.ff.ad leg. Corne.de fal. Hinc
colligo , quandocunque ita legatum,aut hæreditas ,
relinqueretur filio,vt neque vſusfructus illius attine
re deberet ad patrem,tunc,eſto id legatum,aut eam
hæreditatem , pater ſcriberet filio,qui ſub ipſius eſt
poteſtate,in teſtamento alterius, neque hæreditas,
neque legatum,eſſet nullum , neque is pater incide-
ret in pęnam falſi,propter eandem rationem. Sicut
neque quando pater filio ſuo emancipato , & filius
matri,vel mater filio,ſcribit hæreditatem , aut lega- C
tum,in teſtamento alterius, iuribus non eſt diſpoſi-
tum,vt ſint nulla.& vt incurratur pęna falſi.

Quæſtio. 7 Vtrum autem ſolum commodũ vſusfructus, qđ,
poſt iura Codicis & authenticorum , comparat pa-
ter in bonis aduentitijs filij ſui familias,cum tamen
quondam de iure Digeſtorum, quãdo lata hac de re
fuit lex Cornelia de falſis , etiam compararet pro-
prietatem , & omnino quicquid talis filius acquire-
bat,attinebat ad patrem,non ſecus ac quicquid mã-
cipium acquirit,pertinet ad dominum ſuum;vtrum
inquam,id ſolum commodũ ſit hodie ſatis,vt,ſi pa-
ter legatum,aut hæreditatem, ſcribat filio ſuo fami-
lias in teſtamento alterius,irrita ſint ac nulla, & pa-
Argum. ter falſi pœnam incurrat ? Partem negantem poſſu-
mus ſuadere . Quoniam,ſi filius matri ſcribat lega- D
tum,aut hæreditatem,inteſtamẽto alterius,vel filius
emancipatus,ſcribat ſimiliter patri legatum,aut hę-
reditatem,in teſtamento alterius,valida hæc ſunt,vt
ſupra dictum eſt ex.l.ſi pater filio,ff.ad leg.Corn.de
fal.nihil impediente,quod iure hæreditario,aut alia
ratione, tali filio obuenire poſſit commodum ex eo
legato aut hæreditate: quare idem dicẽdum videtur
de patre comparatione filij ſui familias, nihil impe-
diente,quòd,interim dum pater vixerit, & filius nõ
fuerit emancipatus,pater ſit habiturus vſumfructũ,
& adminiſtrationẽ,talis legati aut hæreditatis. Res
Deciſio. ſanè eſt dubia. Propendo tamen magis inualidum
id eſſe,& patrem incurrere pœnam falſi. Tum quia
id ita ſtatuunt iura de patre, quando ex tali legato, E
aut hæreditate,eo ipſo patri acquiritur commodũ :
adminiſtratio verò, & vſusfructus,talis legati, aut
hæreditatis, verè eſt commodũ,quod eo ipſo acqui-
ritur patri. Tum etiam,quoniam vt habetur.l.filius
ff.ad leg. Cor.de fal.ſi filius emancipatus in teſtamẽ
to patris ſcribat legatum mãcipio, eidem filio & Ti
tio communi,is filius incidit in pœnam falſi,& lega
tum eſt nullum,non ſolum quoad partem,quam per
id mancipium,ſibi commune cum Titio, erat conſe
quuturus,ſed etiam quoad totum, atque adeò etiam
quoad partem , quã Titius acquiſiturus erat per idẽ
mancipium:ergo eodem modo,in re,propoſita,pa-
ter incidet in pœnam falſi,& legatum erit nullũ, nõ
ſolũ quoad partem illius,hoc eſt, quoad adminiſtra
tionem & vſumfructum illius , quæ per eum filium
erat eo ipſo acquiſiturus,ſed etiam omnino , atque
adeò quoad id,quod filio ex eo legato erat obuentu
rum. Neque eſt eadem ratio de filio,qui legatum in Ad argumentum.
teſtamento alterius ſcripſit matri: quoniã mater ſo-
la conſequitur immediatè id totum commodũ ac le
gatum , & filius nihil ex illo conſequitur eo ipſo per
matrem ; ꝙ autem remotè poſtea ex interuallo iure
hæreditario,aut alia ratione,ꝑuenire poſſit filio cõ
modum aliquod ex eo legato,neque reddit illud nul
lum,neque efficit eum filium incurrere pęnam falſi.
Vnde.l.diuus Claudius in fine . ff.ad leg. Corne.de 8
falſ.habetur,ſi quis in teſtamento alterius duos hæ-
redes ſcribat,appoſita clauſula, quòd ſi illi ſine libe-
ris decedant,hęreditas obueniat ei, qui teſtamẽtum
ſcripſit,hunc non incidere in pęnã falſi ex eo, quod
ſe ita fideicommiſſariũ hæreditatis illius ſcripſerit ,
& poſſit conſequi hæreditatem,ſi illi poſtea ſine li-
beris decedant. Ratio autem eſt;quia nihil conſequi
tur eo ipſo morte teſtatoris , ſed hęreditatem totam
conſequuntur alij :quòd verò ipſe in euentu,quòd il
li ſine liberis decedãt,id fideicommiſſum conſequa
tur ex teſtatoris pręſcripto,neque efficit eum reũ fal
ſi ex eo,quòd eam clauſulam ſcripſerit,neque fidei-
commiſſum illud nullum reddit.

Lege de eo.ff.ad leg.Cor.de fal.habetur, ſi qs in 9
teſtamento eius,in cuius poteſtate eſt, ſcribat lega-
tum ei,qui in eiuſdem teſtatoris eſt poteſtate,incide
re in crimen falſi,& legatum eſſe nullum. Gloſſa ibi
exemplum adhibet,vt ſi vnus filiusfamilias in teſta-
mento patris,fratri ſuo,filio etiam familias eiuſdem
patris,ſcripſiſſet legatum. Hoc tamen falſum eſſe re
puto:quoniam neque cum hactenus dictis,nequecũ
ratione,quam textus ille reddit,conſentit. Etenim
ex legato alterius fratris non magis fratri ſcribenti
teſtamentum prouenit commodum , quã ſi vterque
eſſet emancipatus,aut aliter eſſent extranei compa-
ratione teſtatoris,atque inter ſe:quando autem neq;
is,qui legatum ſcribit,eſt in poteſtate eius,cui relin-
quitur,neque ex eo legato commodum reportat,vtĩ
que legatum non redditur nullum, neque illud ſcri-
bens,pœnam incurrit falſi,vt ex dictis,atque ex iuri
bus citatis,liquet. Eam verò legem intelligo, quãdo
ita vterque eſt ſub poteſtate teſtatoris,vt is,cui lega-
tum ſcribatur , aut qui legatum ſcribit, per mortem
teſtatoris recaſurus ſit in poteſtatem ſcribentis id
legatum, aut eius , cui ſcribitur , vt ſi filiusfamilias
habens filium , nepotem teſtatoris, in teſtamento
ſui patris ſcribat filio ſuo, nepoti teſtatoris,legatũ :
de iure enim communi vterque erat ſub poteſtate ta
lis teſtatoris , vt in materia de patria poteſtate dictũ
à nobis eſt,& cum nepos , de eodem iure communi
recaſurus eſſet in poteſtatem ſui patris , pater com-
paraturus erat id legatum morte talis teſtatoris , de
iure quidem Digeſtorum omnino,& de iure Codi-
cis,& authenticorum,quoad vſumfructum , & ad-
miniſtrationem , vt dictum eſt . Aliud verò exem-
plum eſt , ſi filius familias in teſtamento patris ſcri-
bat legatum mancipio,quod in poteſtate teſtatoris
ſit,attamen qđ morte teſtatoris recaſurum ſit in po
teſtatem talis filij,quia videlicet per mortem patris
conſequuturus eſt id mancipium . Atque cum his
exemplis , non vero cum gloſſæ exemplo, conſentit
apertè ratio , quę in eo textu hiſce verbis redditur ;
quia huius rei (hoc eſt legati) *emolumẽtum ad patrem*
(filium uidelicet teſtatoris) *dominumve pertinet , ad
quem pertineret,ſi filius,ſeruuſve,ſibi ſcripſiſſẽt*. Qua-
ſi dicat,non minus in his euentibus pater nepotis te
ſtatoris , & dominus, qui acquirit mancipium illud
morte teſtatoris , conſequitur teſtatoris morte e-
molumentum talis legati , quàm ſi idem nepos &
mancipium idem legatum ſibimetipſis ſcripſiſſent
in te-

in teſtamento eius teſtatoris:quare ſicut in hòc euẽtu legatum eſſet nullum, & hi incurrerent pœnam falſi:ita in illo alio euentu legatum erit nullum,& filius familias talis teſtatoris,pœnam incurret falſi.

10 Circa euentus omnes hactenus explicatos,in quibus dictum eſt, ſcribentem legatum, aut hæreditatem ſibi,aut alteri,in teſtamento alterius,incidere in pœnam falſi,legatumque,ac inſtitutioné hæredis,eſſe nulla, eſt adhibenda ſequens limitatio ſeu exceptio. Quòd ſi teſtator ſubſcripſit ſpecialiter, ſe relinquere in teſtamento,aut in tali codicillo,talem hæredem,aut tali in particulari relinquere tale, aut tantũ legatum,tunc, qui id ſcripſerat in teſtamento,aut in codicillo,in nullam incidit pœnam,& valida ſunt talis inſtitutio hæredis,aut legatum: quia ceſſat omnis præſumptio falſitatis ex tali ſubſcriptione in particulari teſtatoris. Si verò id ſubſcripſit ſolum in generali,dicendo omnia,quæ tali relinquo,aut quod tali relinquo, confirmo, etiamſi non exprimat in particulari,quòd tali perſonæ relinquat, vt ait gloſſa.l.1.§. ad teſtamenta, verb.ſubſcriptio.ad leg.Cor.de fal. tũc,ſi is,qui eam vltimam voluntatem ſcripſit, erat ſub poteſtate teſtatoris,quia videlicet, vel erat illius filius familias,vel illius mancipium,vtique talis ſcribens non incidit in pœnam falſi,& valida ſunt talis hæredis inſtitutio,aut legatum: ſi verò ſcribens erat extraneus comparatione teſtatoris,hoceſt,neque filius familias teſtatoris,neque eius mancipium, non incidit quidem in pęnam falſi,attamen ea inſtitutio hæredis,aut legatum,nulla ſunt. Ita habetur.l.1.§. ad teſtamenta,verſ.inter filium.leg.filius,& l.diuus Claudius,ff.ad leg.Corn.de falſ.& l.2.C.de his qui ſibi adſcribunt: iunctis gloſſis in his omnibus iuribus. Item,quando conſtat,teſtatorem præcepiſſe ei, qui teſtamentum tale,aut talem codicillum,ſcripſit, ea ſcribere,tunc,ſi is,qui id ſcripſit,erat ſub poteſtate teſtatoris, quia ſcilicet erat filiusfamilias aut mancipium illius,non incidit in pœnam falſi, etiamſi generalis ſubſcriptio teſtatoris non fuerit addita,excuſante eiuſmodi ſcriptorem à tali pœna teſtatoris præceptio, cuius obedientiam commodè declinare non potuit; nihilominus tamen ea inſtitutio hæredis,aut legatum,vel etiam ſcriptio libertatis propria manu mancipij,ſunt inualida:ſi verò is,qui ſcripſit, erat aliquis alius, inſtitutio hæredis, aut legatum, ſunt inualida,& ſcriptor incurrit pœnam falſi. Hæc habetur,leg.vltima,Cod.de his qui ſibi adſcrip.l.filius,iunctis gloſſis verb.licet iuſſu, & ſequentibus, & l.diuus Claudius,verſ.& quatenus, ff.ad l.Corn. de falſ.

11 Quando filius emancipatus in teſtamento patris (idem dicerem in teſtamento matris,cum hodie eodem modo competat ei ſucceſſio matri,ac patri,eodemque modo ſit ei debita legitima in vtriuſque bonis)ſcripſit ſe hæredem,tunc,ſi in totum id,in quod ſe ſcripſit hæredem, ſucceſſurus ab inteſtato erat eidem patri,de æquitate non incidit in pęnam falſi,validaque eſt talis inſtitutio. Ita habetur.l.1.C.de his qui ſibi adſcrib. A contrario autem ſenſu,ſi is pater alium,aut alios,habebat filios, atque vnus eorũ emãcipatus,propria manu ſibi ſcripſit plus,quam ex eodem patre obtenturus erat ab inteſtato, ſanè relictũ eſſet nullum.& ille incideret in pęnam falſi.

12 Quòd ſi patronus in teſtamento liberti, aut alius conſanguineus teſtatoris, qui non eſſet filius illius, ſibi in teſtamento eius ſcripſiſſet, quantum obtenturus ex illo eſſet,ſi ille ab inteſtato diſcederet,tunc incurreret in pęnam falſi, & quod ita ſcripſiſſet, eſſet nullum, vt affirmat gloſſa vltima,leg.prima,Cod. de his qui ſibi adſcrib.& habetur.l. ſi quis legatum. §.vlt.ff.ad leg.Corn.de falſ. Ratio autem eſt, quoniam nõ ita arcte debita eſt reliquis portio in bonis teſtatoris,ſicut filijs debetur in bonis ſuorum parẽ-

A tũm. Quòd ſi vxor in teſtamento mariti ſcriberet, vt ipſi dos, ſibi debita, ſolueretur ſtatim mortuo teſtatore, aut creditor in teſtamento ſui debitoris ſcriberet, vt debitum ſuum ipſi ſolueretur ante diẽ, qua alioquin ſolui erat debitum, tunc ea de cauſa debitum ſuum non amitterent, ſoluendum tamen eis eſſet tempore alioquin eis debito. Ita habetur §. vltim.citato.

Quando mancipium matris, iuſſus, in teſtamento filij, ſcripſit matri legatum, aut filia ſibi in teſtamento matris per ignorantiam ſcripſit legatum, venia eis conceditur,ne puniantur pœna falſi. Ita habetur.l.diuus Claudius.§.penultimo. ff.ad leg.Cornel.de falſis. Et vniuerſim,quando perſona,quę id ſcripſit, eſt talis, vt præſumendum ſit ex ignoran- 13

B tia id feciſſe,vt quia mulier erat,aut ruſticus,vel miles, facilè ei conceditur venia pęnæ legis Corneliæ de falſis,à principe,aut ſupremo ſenatu,modo profiteatur,ſe velle abſtinere ab eo legato. Ita habetur leg.ſenatus, & leg.penultima, C.de his qui ſib.adſcrib. Quando autem non ſunt tales, vt præſumenda ſit in eis ignorantia, non excuſantur à pęna legis Corneliæ de falſis ex eo, quòd dicant,ſe ignoraſſe, id iure adeo ſeuerè eſſe prohibitum, vt habetur leg. diuus Claudius citata. Lege ſenatus. ff. ad legem Corneliam de falſ.habetur, quòd, cùm filius patris teſtamentum iuſſu eiuſdem patris ſcripſiſſet, in quo ipſe hæres erat inſtitutus, & grauabatur ſoluere multa legata,& poſtea ſcripſiſſet codicillos,quibus legata reuocabantur;quod virtute erat, ea ſibi ſcri-

C bere; obtinuiſſe eũ veniam pęnæ legis Corneliæ à ſenatu,tum quòd iuſſu patris id feciſſet, tum etiam quòd integros viginti quinque annos nõ impleſſet, obtinuiſſeque hęreditatem. Arbitror tamen (quamuis ob id non exprimatur) reuocationem illam legatorum in codicillis iudicatam fuiſſe nullam,illumq; ab illis abſtinuiſſe, iuxta alia iura citata.

Si teſtamentum ſit perfectum, ita vt integre ſit confectum,& cum debita ſolemnitate, eſto in eo aliquis indebitè ſit præteritus, aut exhæredatus, & eſto ex quacunque cauſa nullum reddatur, locum habet pęna legis Corneliæ de falſis impoſita ſcribentibus in teſtamento alterius legatum, aut inſtitutionem hæredis in euentibus explicatis, idque etiam ſi legatum teſtamẽtum ſit nullum, vel quia de 14

D re ſacra,vel aliqua alia ratione: ſecus autem ſi teſtamentum eſſet nullum, quia non factum perfectè & conſummatè ac cum requiſita ſolemnitate. Idem intellige de codicillo. Ita habetur l.ſi quis legatum. ff. ad leg. Corn.de fal.

Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem in teſtamento patris ſcripſerit, non conſequitur tutelam ex tali teſtamento, (intellige, niſi pater in ſubſcriptione teſtamenti id expreſſerit) & nihilominus, ſi idoneus,nec ſuſpectus,ad id iudicetur, poterit à iudice deſignari ei tutor. Deſignato verò,non admittitur recuſatio eius muneris, eſto alioquin haberet legitimam excuſationem: quoniam, cũ in teſtamento patris conſenſerit,nõ eſt cur excuſatio ei ad- 15

E mittatur. Ita habetur l. vxori. ff.ad leg.Cor.de falſ. Limitarem tamen id conſentaneè ad eam ipſam rationem, quam textus reddit, niſi legitima cauſa excuſationis, poſt ſcriptum in teſtamentum, ei aduenisſet.

Quando is,qui alienum teſtamentum, aut codicillos,ſcripſit,falſo ſe, aut alium ſcripſiſſet hæredẽ, aut legatarium, vel in maiori quantitate quam teſtator dixiſſet: tunc dubium non eſt, non ſolum ita ſcribentem incurrere in crimen falſi, etiam quia falſum inſtrumentum ſcripſiſſet, de qua re alibi eſt dicẽdum,ſed etiam teneri reſtituere omnia vniuerſim damna inde quibuſcũq; alijs ſubſequuta, quib. plus alioquin obueniſſet, vel ex teſtamento, vel ab inte- 16

inteſtato,ex bonis talis defuncti , aut quibus quacun A
que alia ratione nocuiſſet . Hæc omnia adiunge ijs,
quæ diſp.125.diximus,quibus magis illa explanãtur,
atque iuxta hæc illa intellige.

17 Quando aliquis cenſendus ſit prohibere aliquem
teſtari,& quòd teneatur reſtituere omnia damna in
de ſubſequuta,& in quas pęnas alias incidat,dictum
eſt diſputatio.135.§.ex eadem doctrina , & . §.qui
impedimento, & diſputatio. 176.§.nona , & rurſus
infra eadem diſputatio.§.quarta , & Diſputat. 178.
§.quartus, Iulius Clar. libro quinto ſent.§.falſum ,
numero 36.affirmat, incurrere etiam pœnam falſi ,
& puniendum eſſe extraordinariè iudicis arbitrio,
citat ad id legem Paulus (alias incipit inſtrumento-
rum).ff.ad leg. Corn.de falſ.& multos doctores. Ea
tamen lex,neque alia in eo titulo,aut. C.eodem titu B
lo ea de re non loquitur,neque hactenus video vnde
id probetur .

18 Diſp.369.dictum eſt de eo,qui rem vendit. duo-
bus,& quòd incidat in pœnam falſi,Iuxta,l.qui duo
bus,ff.ad l. Cor.de fal.& l.7.tit.7.par.7.Et,cum iu-
ra non exprimant peculiarem pœnam pro hoc deli
cto,erit pœna deportationis. Lex.7.citata exprimit,
quòd ſit,non in perpetuum,ſed ad aliquod determi
natum tempus iudicis arbitrio in aliquam inſulam.
Item exigit , ſi vendens pretium acceperit ab vtro-
que emptore,vt hęc pęna incurratur. Alioquin ſolũ
incurretur pęna ſtellionatus,vt ibidem Greg. Lopez
ait : quæ pœna incurritur ex contractu alio quocun-
que alienationis eiuſdem rei duobus ; vt gloſſa lege
qui duobus citata. Iulius Clar. vbi ſupra,num.37.& C
doctores communiter affirmant . Iulius Clarus ibi-
dem ſubiungit,per contrariam conſuetudinem pœ-
nam falſi non habere hodie locum, etiam in contra
ctu venditionis rei eiuſdem duobus.

DISPVT. 701.

De alijs criminibus falſi, nempe de ſupponente partum alienum , de immiſcente indebite res aliquas , & de vtente falſis menſuris & ponderibus.

SVMMARIVM. D

1 *Falſi crimen committit , qui partum ſupponit , aut ad id,vel ad quodcunque aliud crimen falſi, cooperatur .*

2 *Falſi de crimine accuſare poſſunt criminaliter vxorem , quæ partum ſuppoſuit, vir , & qui ſucceſſuri ſunt,excluſo eo partu ſuppoſito,modo filij non ſint talis mulieris:nam hi ſolum poſſunt agere ciuiliter,vt is partus excludatur, aduerſus matrem : aduerſus alios vero cooperantes ad id crimen agere poſſunt criminaliter . Alij verò de populo de eo crimine agere non poßunt .*

3 *Falſi criminis actio aduerſus matrem ob partum ſup*
poſitum non ſuſpenditur ob detrimentum ſtatus fi- E
lij impuberis,& quatenus, eo nihil impediente,cauſa filij differatur .

4 *Falſi criminis actio ob partum ſuppoſitum,cooperationemque ad illum ſupponendum,nullo tempore præſcribitur.*

5 *Falſi crimen qui incurrunt partum ſupponendo , aut ad id cooperando , reſtituere tenentur in conſcientiæ foro damna omnia ſubſequuta , & qui ante quos .*

6 *Falſi crimen incurrunt aurifices,qui auro,aut argento , ex quibus arte facta conficiunt , metallum impurius miſcent.*

7 *Falſi crimen incurrunt pharmacopolæ, qui vnum pro alio pharmacis miſcent , & ad quantam reſtitutionem teneantur .*

8 *Falſi crimen incurrunt qui pulueri ſulphureo, quæ nõ oportet,miſcent,inutilioremque ad bellum reddunt. Et quam acriter puniendi, & ad quam magnam reſtitutionem teneantur , ſi ad bellum illum vendant, aut conficiant.*

9 *Falſi crimen quouſque iucurrant,qui arte facta ex cera , non vt oportet conficiunt, aliqua illis miſcendo . Et hoc ac præcedentia crimina qualiter hodie puniantur .*

10 *Falſi crimen incurrunt , qui ſcienter falſis menſuris aut ponderibus vtuntur.Et multa quæ circa menſuras ac pondera ſtatuta ſunt in hoc regno,ac circa metiendi modum, & ad quam reſtitutionem hi omnes teneantur .*

11 *Falſi criminis pęnã qui incurrunt, & qualiter ſint puniendi,& quouſque ad damna inde ſequuta teneantur,& num hæredes eorum teneantur, actioque aduerſus illos tranſire debeat,menſor agrorũ, ędificij, tritici,aut alterius rei,ponderator , & qui rationes ſupputat ac perficit nomine aliorum,ſi dolo, aut ſciẽter falſum referat & ex quanta culpa teneantur.*

COmmittitur præterea crimen falſi, ſi par- 1
tus alienus ſupponatur , fingẽdo aliquem
eſſe filium alicuius, cum non ſit,ſiue ab ea
fiat,quæ fingit eſſe ſuum filium,cum non
ſit,ſiue ab aliquo, qui ad id cooperatur conſilio , aut
aliqua alia ratione . Cooperantes enim ad crimen
quodcunque falſi , in crimen falſi,& in pœnam pro
eo ſtatutam,incidunt, vt colligitur ex.l.falſi,iuncta.
l.qui teſtamentum, ff.ad leg. Corn.de falſ.& habe-
tur in calce.l.3.titulo 7.parte 7. reſque ex ſe eſt per-
ſpicua . Cum verò pro hoc crimine nulla peculiaris
pœna ſtatuta ſit in iure, incurretur pœna ordinaria,
de qua initio Diſputationis præcedentis habitus eſt
ſermo . Ita Anton. Gomez.l.84. tauri.numero 12.
Neque refert,quòd l.1.C.ad leg. Corn.de falſ. dica
tur,eam,quæ de crimine partus ſuppoſiti accuſatur,
ſubire capitis periculum: quoniam deportatio, cum
bonorum confiſcatione,inter capitales pænas com-
putatur .

Mulier,quæ partum ſupponit viro ſuo,dicens ex 2
illo eſſe conceptum , accuſari criminaliter poteſt ad
pęnam legis Corneliæ de crimine falſi à viro ſuo,at
que ab hæredibus viri,qui non ſint filij talis vxoris,
& ſucceſſuri fuiſſent ei viro in bonis illius , excluſo
eo,de quo contendunt eſſe partem ſuppoſitum:reli-
qui verò accuſare non poſſunt eam mulierem de cri
mine falſi: vnde hoc falſi crimẽ excipitur à reliquis,
vt non quiuis de populo poſſit de illo accuſare. Ita
habetur l.lege Cornel. 2.§.de partu. ff.ad leg. Cor.
de falſ.l. cũ ſuppoſiti. C.eod.ti.& l.3.tit.7.par.7. Fi
lij verò,ſi ſint eiuſdem matris , poterunt quidem a-
gere ciuiliter, vt partus ſuppoſitus ab hæreditate pa
tris,ac matris,excludatur: non verò criminaliter,vt
mater pęna legis Corneliæ de falſis puniatur,idque
propter reuerentiam, quam filij parentibus ſuis de-
bent , aduerſus alios tamen cooperatores ad id cri-
men agere poſſunt criminaliter . Ita habetur l. hi
tamen.ff.de accuſ.l.falſi. C.ad leg. Cornel. de falſ.
& l.3.tit.7.par.7:

Vtrum autem,ſi partus , qui ſuppoſitus conten- 3
ditur, impubes ſit , debeat cauſa differri vſque ad
tempus pubertatis illius , quatenus de ſtatu illius a-
gitur , & de impedienda miſſione illius in poſſeſ-
ſionem bonorum patris , cui is partus ſuppoſitus
contenditur . Lege,quæ copioſè ea de re Diſputa-
tio.637.à nobis ſunt dicta. lex prima , C.ad legem
Cornel. de falſ. ſatis perſpicuè definit cauſam cri-
minalem aduerſus matrem , differendam non eſſe
vſq; ad pubertatẽ filij, eo intuitu,ꝙ ſentẽtia aduer-
ſus

ſus eam præiudicare poſsit filio impuberi, quoad bona patris, cui ſuppoſitus fuiſſe contẽditur. Et redditrationem textus ille; quoniam, cum agatur de pęna capitali imponenda matri, ſi probetur aduerſus eam, ſuppoſuiſſe eum partum, credendum eſt, quod diligenter cauſam defendent & quod non permittet præiudicium tali partui circa bona patris, cum tãto ſuo detrimento. Dicendum verò eſt, conſentaneè ad gloſſam ibi, & ad ea, quæ Diſputatione citata dicta ſunt. Propter ſtatum quidem atque emolumentum filij, differendam non eſſe cauſam criminalem aduerſus matrem, quatenus præcisè agitur de matre punienda, deque matris incommodo: nihilominus, niſi luce clarius ex probationibus aduerſus matrem conſtet, partum verè fuiſſe ſuppoſitum, (quando enim id apertè conſtaret, locum non haberet Carbonianum edictum, de differenda cauſa ſtatus, & de ventre, aut ſobole iam nata, mittenda in poſſeſſionem bonorum patris defuncti, vt diſputatione citata dictum eſt) cauſam peragi aduerſus matrem, non impedire, quominus cauſa ſtatus filij differatur vſq; ad talis filij pubertatem, & quòd, modo diſputatione citata explicato, in poſſeſſionem bonorum patris mittatur.

4 Hoc loco eſt obſeruandum. Actionem criminalem ad puniendum crimen partus ſuppoſiti ex lege Cornelia de falſis, nullo tempore præſcribi, ſed ſemper intentari poſſe aduerſus delinquentes ſuperſtites, vt conſtat ex. l. qui falſam. §. accuſatio. ff. ad leg. Corn. de falſis. Vnde, ſi poſt mulierem defunctam, quæ partum ſuppoſuit, & quæ principalis fuit in eo delicto, tempore quocunque ſuperſtites ſint aliqui ex ijs, qui cooperati eſſent ad idem delictum, aduerſus illos agi poſſet criminaliter eo modo, quo paragrapho præcedente dictum eſt, agi poſſe aduerſus eam, quæ eum partum, tanquam ſuum, marito ſuppoſuit, neque ideſt differendum propter ſtatum impuberis ſuppoſiti, vt habetur. l. licet. ff. de Carbon. edicto.

5 Qui partum ſupponit, aut, vt id fiat, cooperatur, dubium non eſt, reſtituere teneri damna omnia inde ſubſequuta, legitimis alioquin hæredibus, vel quibuſcunque alijs, idque in foro conſcientiæ ante vllam latam ſententiam. Cooperans verò tenetur ſolum in defectũ cauſæ principalis ſupponendi ita partum. Mandans verò tenetur primo loco ad eam reſtitutionem ante omnes alios, eoque reſtituente, ceſſat obligatio cæterorum. Ex dicendis verò tracta. 3. dum ſermo erit, quouſque, & quantum, reſtituere teneatur vxor, quæ concepit ac peperit ex adulterio, facilè intelligetur, ſi quid in particulari addẽdum hoc loco erat, circa quantitatem, & modum, reſtituendi ob partum ita ſuppoſitum, quando de eo delicto in foro exteriori non conſtat.

6 In crimen item falſi incidunt aurifices, qui auro, ex quo arte facta conficiunt, immiſcent aliud minoris valoris metallum. Et idem eſt, ſi argento immiſceant metallum inferioris valoris. Ita habetur. l. lege Cornelia, 1. in prin. ff. ad leg. Cor. de fal. & l. 4. ti. 7. par. 7. Quot autem caractorum eſſe debeat in hoc Regno aurum arte factorum, quæ vendenda conficiuntur, vt, qui plus alterius metalli eis arte factis miſcuerit, in hoc crimen incidat, dictum eſt in materia de cambijs. Vbi etiam explicatum eſt, quale eſſe debeat argentum arte factorum, & explanatæ ſunt pœnæ in hoc Regno ſtatutæ ijs artificibus, qui ex auro, aut ex argento magis impuro arte facta conficiunt. Quando autem aliquis in hoc Regno traderet aurifici aurum magis purum, quàm ſit, ex quo ipſi tenentur arte facta conficere, vt arte factum ex auro puriori ipſi conficeret, atque aurifex detraheret de puritate illius, ſibi vſurpando partem eius auri, & reliquo immiſcendo tantundem ponderis ex alio metallo, quantum ſibi ex auro vſurparet, tunc furtum committeret, & in crimẽ falſi incideret, eſto arte factum non haberet impurius aurium, quam lege ſit præſcriptum, vt habeãt arte facta ex auro, quæ in hoc Regno vendenda exponuntur.

Lex 4. citata, etiam in crimen falſi incidere ſtatuit eos pharmacopolas, qui medicinas, & res alias, quæ ad ipſorum miniſterium ſpectant, conficiunt, permiſcendo in illis res quaſdam minus vtiles, loco earum, ex quibus conſtare, iuxta ipſorum artem, ac medicorum præſcriptum, debebant. Atque in exemplũ adhibet, vt ſi, vbi ſacharum apponere debebant, mel apponant: longè autem magis incident in idem crimen, acriuſque puniri debent, ſi permiſceãt res alias minus proficuas ad ſanitatem conſequendã, & quæ plus nocere poſſunt; tenebunturque in conſcientiæ foro ad reſtitutionem, non ſolum eius, quod minus valent, quam ſit pretium, quod pro eis acceperunt, imò & totum pretium, ſi res illæ inutiles ſunt ad finem, ad quem petuntur, ac emuntur; ſed etiam damna omnia inde ſubſequuta, prolõgationis ea de cauſa morbi, expenſarum, atque aliorum damnorum, inde ſubſequutorum, tum in rebus externis, tum etiã in corpore ac ſalute. Atque hęc attendere debent cõfeſſarij, dũ pharmacopolarum confeſſiones audiũt, eaque diligenter examinare debent, pharmacopolaſque admonere debent, quantum periculi ac culpę in eiuſmodi criminibus ſit, & quanta ex eis reſtituendi obligatio conſurgat. 7

In idem crimen incidunt, qui puluerem ſulphureum, conficiunt ac vendunt, & quo plus lucrentur, illi non immiſcent, quæ neceſſaria ſunt, vt ſit acris & vtilis ad bellum. Atque ſi ad bellum eum ita conficiant ac vendant, nõ ſolum incidunt in crimen falſi tenenturque ad reſtitutionẽ grauiſſimorum damnorum, quæ inde reipublicæ ac militibus ſequũtur, ſed etiam, tanquam hoſtes ea in parte reipublicę, eſſent puniendi. 8

In idem crimen incidere dicuntur, qui arte facta ex cera conficiunt, cæreque permiſcent, vel multum reſinæ vel ceram intus peſſimam, & quæ defluxit ex alijs arte factis, quæ arſerunt, conſumptis tenuioribus & pinguioribus partibus igne antiquo, & relictis craſſioribus, ac veluti cineribus ceræ antiquæ. Si tamẽ eiuſmodi artefacta ex cera impura intus cõfecta ita vendenda exponãtur, vt emptores intelligant quali cera cõſtent, rectè Gregorio Lopez. leg. quarta citata ait, non incurrere pœnam falſi, neque ea de cauſa eſſe puniendos: eo quòd nullum crimen committant, idque ſatis apertè innuit vniuerſim lex ipſa. 4. citata, quandocunque res aliqua ei venditur, qui ſcit qualiter ſit confecta, quibuſque materialibus conſtet. Quamuis autem cõmemorati toto hoc. §. quin & §. pręcedente, & alij ſimiles, crimen falſi ſuo modo committant, dignique pœna ſint: credo tamen non eſſe in more poſitum, vt pœna ordinaria, pro crimine falſi ſtatuta, puniantur, ſed pœna arbitraria, prout iudex expedire iudicauerit, attenta qualitate delicti, attentiſque alijs circunſtantijs concurrentibus, puniuntur, vel pœna legibus priuatis Regnorum ſtatuta, ſi quę talis ſtatuta alicubi comperiatur. Qui tamen inutilem puluerem ſulphureũ ad bellum conficeret ac traderet, & qui militum cibarijs aliquid ſaluti eorum nociuum admiſceret, etiam ſi id efficeret, non animo nocendi, ſed lucrandi, ſanè vltimo ſupplicio eſſet plectendus, nedum pœna deportationis, aut, loco illius, triremiũ: quandoquidem grauiſſimum damnum eo ſuo delicto toti reipublicę infert. 9

Qui vtitur falſis ponderibus, aut menſuris, emendo, aut vendendo, (intellige, vel permutando) ſi ſciens id efficiat, in crimen incidit falſi, atq; de iure communi punitur dupli pęna eius præcisè damni, 10

quod ita dederit,& inſuper relegatur in aliquam inſulam tempore principis arbitrio ſtatuendo. Ita habetur. leg. penultim. ff. ad leg. Corne. de falſ. l. annonam, §. vltim. ff. de extraordi. crimin. iuncta lege in Dardanarios ff. de pœnis, & leg. ſeptima, titulo ſeptimo, parte ſeptima. Item frangi debent tales menſuræ falſæ, vt colligitur ex. l. item quæritur. §. ſi quis menſuras. ff. locati. & habetur. leg. ſeptima, citata, quæ addit vt fractio fiat ante ianuam eius, qui illis fuerit vſus. Quibus autem menſuris, & ponderibus, in hoc Regno ſit vtendum, diſponitur titulo 13. lib. 5. nouæ collect. abrogatis menſuris, & ponderibus, antiquioribus. Atque leg. 2. inter alia, ſic habetur: *Y qualquiera, que con otra medida midiere, ſoluto por las dichas medidas, que por la primera vez, que le fuere probado, cayga è incurra en pena de mil marauedis, y que le quiebren publicamente la tal medida, y ſe ponga en la picota. Y por la ſegunda, cayga è incurra en pena de tres mil marauedis, y eſtè diez dias en la cadena. Y por la tercera vez le ſea dado pena de falſo. Y en eſto miſma pena cayga e incurra qualquier carpintero, o caldere ro, o otro official, que de otra guiſa hiziere las medidas de pan y vino.* Lege autem. 4. eiuſdem tituli, & l. 19. tit. 5. lib. 3. ſancitur, vt correctores, & alij iudices, cū primum munera ſua acceperint, iubeāt publico præconio, vt intra certum tempus omnes afferant menſuras, quibus vtuntur, vt videantur, an certæ ac iuſtæ ſint, & vt, eo termino elapſo, & non antea, pœnas exequutioni mandent. Credo tamen, ſi quis comperiatur fuiſſe vſum falſis menſuris, aut ponderibus, de induſtria ad id confectis, animo decipiendi ac defraudandi alios, ſtatim puniri poſſe, ac debere, pœna falſi. Iura quippe huius Regni citata intelligi debēt, quando non conſtat menſuras de induſtria eſſe falſas, ſed diminutas eſſe, eo quòd tempore ſint attritæ ac imminutæ. Lege etiam, quæ de ponderibus ſtatuuntur, libr. 5. nouæ collect. titu. 22. l. 1. & ſequentibus. Qualiter autem metiri in hoc Regno debeant panni, & quas pœnas incurrant, qui id ſint trāſgreſſi, habetur eodem lib. 5. nouæ collectionis titulo 12. Et leg. ſexta, falſariorum pæna ſtatuuntur plectendi mercatores, *que venden ſedas y brocados, ſi à las piecas quitan o mudan los ſellos, por los quales ſe pueden conocer de donde ſon, haſta ſer vendida del todo la pieca que los tiene.*

In euentibus omnibus explicatis ſatis perſpicuū eſt, qui damnum aliquod dat, teneri in conſcientiæ foro illud totum ei reſtituere, nulla expectata ſentētia, cui eſt datum, ſi conſtet quis is ſit, alioquin pauperibus pro anima illius, aut illud inſumēdo in alijs operibus pijs, vt de damno dato vtendo falſis menſuris, aut ponderibus, inter alios, affirmat Nauar. in Manu. c. 17. nu. 169.

11 Quando menſor adhibetur agrorum, ædificij, tritici, aut alterius rei, vel ponderator, vel qui rationes aliquas ſupputet, & perficiat nomine aliquorum, ſi is falſum referat, idque dolo ſeu ſcienter, pręterquā quòd tenetur de damno ſubſequuto, modo ſtatim explicando, puniri debet ob eam falſitatem, non quidem pęna legis Corneliæ de falſis, cum nullibi in iure id ſancitum reperiatur, neque hoc crimē inter crimina, ob quę lex Cornelia de falſis lata eſt, computatum inueniatur, ſed iudicis arbitrio pro qualitate criminis, circunſtantiarumque concurrentium, puniri debet tanquam de crimine ſtellionatus, iuxta. leg. tertiā, ff. de crimine ſtellion. & ea, quę in calce diſputationis 532. dicta ſunt, idque eſt, quod intendit ac ſtatuit lex. octaua titulo ſeptimo, parte ſeptima, conſentitque Gregorius Lopez ibi. Præterea. ſiue dolo id fecerit, ſiue lata culpa, quamuis agi non poſſit aduerſus eum ex locato, eſto pretium aliquod, in remunerationem induſtriæ ac laboris ſuſcepti, ei ſolutum ſit, eo quòd id, non tanquam mer-

A ces, ſed tanquam honorarium præmium ei ſolutum ſit, vt habetur. l. prima, ff. ſi menſor falſum modum dixerit; peculiari tamen actione ex edicto eius tituli agi poteſt aduerſus eum ad damnum ei ſequutum, in cuius præiudicium id falſum retulit, per ſe, vel per literas, vel per interpoſitam perſonam, vel per alium, cui dimenſionem, ponderationem, aut ſupputationem, loco ſui, commiſit: ſolum tamen cōceditur aduerſus eum hæc actio, quando is, in cuius commodū id ceſſit, quive inde factus eſt locupletior, non fuerit ſoluendo, vel aliqua alia ratione obtineri ab illo in foro exteriori non poterit: ſi enim obtineri condicive ex illo in exteriori foro poſſit, quia ad illum id commodum peruenit, ceſſat ea actio aduerſus menſorem, ponderatorem, aut ſupputatorem, & ſolum
B competit aduerſus eum, qui commodum illud retinet, aut ex illo eſt factus locupletior, quatenus illud ita retineri, ſolumque dimenſor, pōderator, aut ſupputator, tenebitur ad incrementū, ſi plus damni datum ſit, quam ille alius ſoluere ratione rei acceptę teneatur. Ita habetur, l. 1. & ſequentib. maximè tribus vltimis. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. & l. 8. tit. 7. parte 7. Atque l. 1. citata ſatis apertè innuitur, quanuis menſori merces aliqua ſoluatur, non teneri de maiori culpa, quàm de lata: eo quòd prætor, ſciens mercedem honorariam ſępe ei ſolui, non de maiori culpa, quàm de lata; edicto, quod ea de re tulit, illum teneri voluit. Vt verò criminalem pœnam ſtellionatus incurrat, non ſufficit lata culpa, ſed verus dolus eſt neceſſarius.

C Lex. 3. §. vlt. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. ait, actionem ex eo edicto competere aduerſus menſorem ei, qui damnum eſt paſſus, eiuſque hæredibus, non verò aduerſus hæredes menſoris. In foro tamen conſcientiæ non dubito, hæredes menſoris teneri reſarcire damnum ita à menſore datum, de illius bonis, nulla expectata ſententia, in defectum tamen eius, qui ex parte rei acceptæ reſarcire illud tenetur, idque nō ſolum quando dolo menſoris datum eſt damnum, ſed etiam quando culpa lata, coniuncta cum theologica culpa eiuſdem menſoris, fuit datum: neque video, cur in his euentibus denegari etiā debeat actio aduerſus hæredes menſoris, vt gloſſa ibidem, citatis alijs iuribus, propendere videtur, quando damnum dolo fuit datum: etenim ea actio in his euentibus nō
D eſt pœnalis, quæ tranſire non debeat ad hæredes menſoris, ſed proſequutiua eius, quod menſor ex ipſa rei natura, nulla expectata ſententia, ſoluere in conſcientiæ foro tenetur.

Illud hoc loco obſerua, quæ de menſore dicta ſunt, tam quoad pœnam criminalem ſtellionatus, quàm quoad actionem ciuilem damni dati, in defectum illius, qui ad illud ratione commodi inde percepti, reive acceptæ, tenetur; ſimiliter habere locum in ijs, qui ex conſenſu partium, vel à iudice ad id deputati, intendūt partitioni bonorum defunctorum, eamque inter hæredes perficiunt, & in ſimilibus alijs, qui licet præmium ea de cauſa ſæpe accipiant, illudque petant, etiam in iudicio, non tamen propriè
E dicuntur ſe ad id locare pro eo præmio & commodo, ſed illud accipiūt ac petunt tanquam præmium, honorariamque mercedem ſui laboris ac induſtriæ: quare hi ſolum tenentur de dolo & lata culpa ex ſuo miniſterio alijs ſequuto, idque in defectum eius, in cuius commodum id ceſſit, & qui ratione rei acceptæ tenetur, vt de menſore dictum eſt. Si quis tamen propriè ſe locaret, teneretur etiam de leui culpa.

DI-

D I S P V T. 702.

De crimine falſæ monetæ.

S V M M A R I V M.

1 *Falſam monetam cudere dicitur, qui ſine principis facultate eam cudit, licèt legitimam alioquin eam cudat. Et qui non legitimi ponderis, aut non legitimi metalli eam cudit. Bona illius confiſcantur, & extrangulatus crematur. Appellatio ei non admittitur. Neque extrahenti illum de carcere, qui mortis pœnam incurrit.*

2 *Moneta falſa vt cudatur, qui ſcienter cooperantur, aut domum, in qua cudatur, adminiſtrant, eis de omnibus ſubiacent pœnis. Excipitur impubes, qui pubertati non eſt proximus: is quippe nullam pœnam incurrit.*

3 *Falſa moneta ſi in domo aliqua cudatur, amittit eam dominus fiſco, etiam ſi id ignorauerit. Et quando illam non amittat.*

4 *Falſam monetam qui cudit in prouincia, in qua non expenditur, vt eam in aliam, in qua expenditur, transferat, deprehenſus in prouincia, in qua illam cudit, ſolùm punitur pœna arbitraria: deprehenſus verò in prouincia, in quam illam tranſportat, punitur ordinaria pœna.*

5 *Falſam monetam cudentem loco recognoſcentis ſuperiorem, qui tamen ius habet monetã cudendi, quam pœnam incurrat.*

6 *Falſam cudere monetam aggreßus, ſi ante cuneum adhibitum pœnitentia ductus ceſſauit, non punitur. Et qua pœna puniatur, ſi non deſtitit pœnitentia ductus.*

7 *Falſæ monetæ de crimine accuſans, præmio afficitur, ſi id probetur. Et eſto id non probet, de calumnia non tenetur.*

8 *Falſificans monetas, eas tondendo, radendo, aut tingendo, quas pœnas de iure communi & huius regni incurrat.*

9 *Falſam monetam ſcienter expendens, quibus ſubiaceat pœnis iure communi & huius regni.*

10 *Falſam monetam cudens, etiam iuſti ponderis ac materiæ, lethaliter peccat, principique reſtituere tenetur emolumentum, quo illum iniuſtè priuauit, & priuatis, ſi quod damnum inde etiam eis prouenit.*

11 *Falſam monetam cudens detrahẽdo de pondere, aut de puritate metalli, vel illam tondens, radens, aut tingens, lethaliter peccat, et ad quam ac qualem reſtitutionem teneatur.*

12 *Falſam monetam qui ignoranter aut ſcienter expendit, quouſque & quo modo reſtituere teneatur.*

1 SVpereſt dicamus de crimine falſæ monetæ. Crimen falſi circa monetam multis modis euenire poteſt. Atque in primis, cùm ad ſolùm Imperatorem, Principemve, aut rempublicã, non recognoſcẽtem ſuperiorem, ſpectet cudere monetam, tanquam ius regale, ſibiq; proprium, vt conſtat ex c. 1. quæ ſint reg. feud: & affirmat cõis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. de collatione veterum numiſmatum. c. vlt. & Anto. Gom. l. 83. tauri, num. 3. vtique, qui non ex ſupremi principis facultate monetam cudit, ſi ex tẽpore, de cuius initio non extat memoria, præſcriptum nõ habeat ius eam ſua authoritate cudendi, cenſetur falſam cudere monetam, ob defectũ formæ illius, quã furatur, eſto iuſti ponderis, atque ex materia alioquin debita, eam cudat, & conſentit Auguſt. c. quod quidam. 1. q. 1. idq; apertè cadit in ſupremi principis, ac in reipublicæ, detrimentum. Multo autẽ ma-
A gis cenſetur falſam eam cudere, ſi ſimul detrahat de
pondere, aut permiſceat plus alterius metalli, quàm
ſit conſuetum, & quàm habeat monetæ iuſſu ſupremi
principis cuſſæ. Qui verò falſam monetã aliquo
ex his modis cudit, in crimen incidit falſi, & quamuis
ante iura Codicis non tanta ſeueritate plecterentur,
poſt iura tamen Codicis, omnia illorũ bona conſiſcantur,
& ipſi extrangulati exuruntur, vt conſtat
l. 2. C. de falſa moneta, & l. 9. tit. 7. par. 7. & affirmat
communis doctorum ſententia, quam referunt ac
ſequuntur Couar. c. vlt. citato, nume. 4. §. qui verò,
& §. is verò, Ant. Gom. num. 3. citato, & Iul. Clar.
lib. 5. ſent. §. falſum, nu. 46. Qui refert, eos in Gallia
in feruenti aqua ſuffocari. Couarr. vbi ſuprà. §. ego
verò, arbitratur, pęnam illam extraordinariam le-
B gis. 2. C. de falſa moneta, non habere locum in falſificante
quouſque nnmmos, etiam argenteos, & æneos,
ſed ſolùm in falſificante nummos aureos, ductus
quibuſdam legibus ex Codice Theodoſiano,
quas refert, atque vnde deſumptam ait eam legem
ſecundam: fatetur tamen communem ſententiã eſſe
in contrarium. Ac certè, ſi fundamentum Couarr.
vllius eſſet momenti, dicendum eſſet, neque in
omnibus monetis aureis habere locum, ſed in ſolidis
tantùm, de quibus ſolis fit mẽtio in iuribus, quæ
ex Codice Theodoſiano refert. Dicẽdum verò eſt,
Codici Iuſtiniani eſſe hodie ſtandum: lege autem
ſecunda citata, ſermonem eſſe de nummis falſis in
genere. Præterea hodie in hoc Regno ſtandum eſt
communi ſententiæ: quoniam iuxta eam lata eſt lex
C 9. titu. 7. quæ de nummis argenteis, & æreis, loquitur,
eamque pœnam ſtatuit. De eo, qui Regis authoritate
cudit monetam, ſed minoris ponderis eam cudit,
quàm à Rege ſit præſcriptum, vel miſcet plus
de inferiori metallo, quàm à Rege ſit præſcriptum,
vt incremẽtum puritatis, aut ponderis, ſibi vſurpet,
credo in eandem pœnam incidere: quia verè falſam,
adulterinamque cudit monetam, eam contra
præſcriptum principis ita cudens. Quare, non ſolùm
puniri hodie poteſt pęna antiquiori legis Iuliæ
de reſiduis, de qua in materia de furto eſt dictũ, ſed
etiam pęna poſterius ſtatuta: l. 2. C. de falſa moneta.
Vtraque tamen ſimul puniri non poteſt.

Lex 5. titu. 17. lib. 8. nouæ collect. ſic habet: *Qualquier, que fabricare falſa moneda, o la manda o aconſeja*
D *fazer, porque es aleue pierda la mitad de ſus bienes para nueſtra camara.* Credo tamen ob hanc legem,
qui in crimen explicatum inciderit, non euadet
integram pęnam legis. 2. de falſ. mon. Præſertim
cùm hodie. l. 67. titu. 21. libr. 5. nouæ collection.
pęna mortis, & confiſcationis omnium bonorũ, ſtatuta
ſit ei, qui monetas ſine Regis authoritate cuſſerit.
Crimen explicatum inter crimina læſæ maieſtatis
computatur. lege ſecunda, Cod. de falſa mone.
& l. prima, titu. 2. part. 7. & affirmant Couarru.
numero quarto citato. §. qui verò, & Anton. Gom.
nume. ſeptimo citato, dictumque eſt Diſputat. 657.
§. quartum decimum. In hoc crimine, & in crimine
eius, qui comprehenſum ob hoc crimen de carcere
E extraxit, (qui mortis pęnam eo ipſo incurrit) appellatio
non admittitur. Ita habetur l. prima, C. de fal.
mone. iuncta l. 2. ibi. illico, & affirmat Anto. Gom.
l. 83. citata. num. 14.

In idem crimen, in eandemq; pęnam confiſcationis bonorum, & vt exurantur, incurrũt ſocij cudentium falſam monetam, auxilium, conſilium, aut fauorẽ, ſcienter eis dantes, aut ſcientes eis concedẽtes domum, aut prædium, in quo illam cudant. Ita habetur expreſsè. l. 9. titu. 7. part. 7. & affirmat Anton. Gom. nu. 3. citato. conſentitque ius commune. l. 1. iuncta l. 2. C. de falſ. monet. Lege enim prima eadem pæna puniendi decernuntur, qui prædictis modis ſocij ſunt cudentiũ falſam monetã, quia falſam 2

mone-

monetam cudentes puniuntur; vnde, cum poſtea.l. A 2. ſancitum ſit, vt cudentibus falſam monetam confiſcentur omnia bona, & inſuper exurantur: ſanè eadem pœna ſtatuta cenſetur cooperantibus, vt falſa moneta cudatur.

3 Dominus domus, in qua falſa moneta cuditur, etiam ſi ignoret in ea cudi, amittit domum fiſco; quia punitur negligentia id ſciendi ac detegendi. Excipitur, niſi tam longè fuerit abſens, vt ſcire id non potuerit, aut niſi continuò, ac id ſciuerit, illud detexerit, antequam ab alio ſit denunciatum: in his enim duobus euentibus non amittit domum fiſco. Item excipitur, niſi domus ſit alicuius viduæ, aut pupilli: vidua quippe, ſi ignorauit in ſua domo eam monetam cudi, eſto abſens ab eo loco non fuerit, domum ſuam non amittit fiſco: ſecus verò ſi id ſciuit, neque B detexit antequam ab alio id denunciaretur. Pupillus item, etiamſi ſciat in ea cudi falſam monetã, non amittit ſuam domum fiſco. Tutor verò illius, niſi ſit longè abſens à loco vbi eſt ea domus, eſto rem ignoret, punitur vt ſoluat fiſco, quantum ea domus æſtimabitur. Si tamen continuò, ac rem ſciuerit, id detexerit, antequam ab alio crimen denũcietur, euadit eam pœnam. Impubes, eſto cooperetur ad id crimen, ſi tamen proximus non ſit pubertati, quia non excedit decem annos cum dimidio, nullam incurrit pœnam. Hæc habentur.l.1.C.de falſ.monet. & l.vlt.tit.7.par.7.atque, cum communi doctorum ſententia, affirmant. Grego. Lopez.ibi, Anto.Gom. nu.3.citato, & Cou.c.vlt.citato, nu.3.

4 Qui eam falſam monetam cudit, quæ non expen- C ditur in prouincia principis, in qua cuditur, quia ibi in commercijs non admittitur, vt ſi in Gallia Hiſpaniarum cuneis monetam æream cudat, quæ ibi non valet, vt eam tranſportet in Hiſpanias, deprehenſus in eo ſcelere in Gallia, non punietur pœna ordinaria cudẽtium falſam monetam, ſed extraordinaria: ſecus autem in Hiſpaniis, ſi in eis comprehendatur eam aſportando ac inſumendo. Ita Couar.nu.4.citato cum alijs, quos refert.

5 Quando aliquis falſam monetam cudit in loco recognoſcente ſuperiorum, in quo tamen præſcriptione immemoriabili, aut principis ſupremi priuilegio, ius eſt cudendi monetam autoritate domini eius loci, aut eius communitatis, tunc communis doctorũ ſententia, quam refert Couar.nu.4.citato, affirmat, D ita cudentem falſam monetam in eo loco, incurrere quidem pœnam capitalem ob id crimen in eo loco patratum, eam tamẽ eſſe ordinariam deportationis pro crimine falſi, quæ inter capitales pœnas connumeratur. Atque de ea pœna intelligunt legem.1.C. de falſ.monet. Rectè verò Couar.ibi ſubiungit, in lege illa non eſſe ſermonem de crimine patrato in tali loco, ſed de crimine patrato aduerſus principẽ, aut rempublicam, non recognoſcentem ſuperiorem. Quòd ſi in loco recognoſcente ſuperiorem ſit tale ius cudendi monetam propria autoritate domini, aut communitatis eius loci, dicerem, ſi in eo ſit ſtatutum decernens pœnam cudenti falſam monetam in eo loco, tali ſtatuto eſſe ſtandum, aut conſuetudini E eius loci puniendi tale delictum.

6 Qui falſam monetam cudere eſt agreſſus, ſi, pœnitentia ductus, deſtiterit antequam eam formauerit, cuneumve ei adhibuerit, abſoluitur, hoc eſt, deprehẽſus non punitur.l.qui falſam.ff.ad leg.Corn. de falſis, & affirmat Couar.in Clem.ſi furioſ.par.2.in initio.nu.6. Secus autem, ſi deprehendatur id facto aggrediens, aut aggreſſus, neque conſtet illum pęnitentia deſtitiſſe: tunc enim punietur. Vtrum autem puniendus ſit tunc tota ordinaria pœna, ſi nullas pecunias adhuc perfectè formauerat. Fortaſſe pars affirmans eſt uera, & ſaltẽ puniendus eſt pęna extraordinaria iudicis arbitrio imponẽdi. Lege Cou.n.6.cit.

Accuſans aliquem de crimine falſæ monetæ, eſto 7
id non probet, non tenetur de calumnia. Ita habetur.l.1.C.de falſ.mon.iuncta gloſ. ibi, & affirmant Pan.c.quando, de iureiu.nu.4.& alij. Item, qui detegit cudentem falſam monetam, præmio debet per iudicem affici. Ita habetur.l.2.C.eo.ti.

Qui monetam tondit, (*cercenar* noſtri dicunt) ra- 8
dit, (*limar* à noſtris appellatur, & ſub nomine de *cercenar* comprehenditur, eſt enim *cercenar* detrahere de pondere iuſto, quacunque ratione, poſtquam monetæ autoritate publica factæ ſunt) aut tingit, auro ſcilicet, vt aurea appareat, cum ſit inferioris metalli: qui, inquam, aliquid horum efficit, ſi homo liber ſit, de iure communi beſtijs ſubijcitur, ſi verò ſit mancipium, vltimo ſupplicio afficitur. Ita habetur.l.quicũque. ff.ad leg. Corn. de falſ. & affirmat communis doctorum ſentẽtia, quam referunt ac ſequuntur Panor.nu.4.citato, Ant.Gom.l.83.tauri, nu.4. Couar. cap.vlt.citato, num.5. Greg. Lopez.l.9.citata verbo *cercenaren*, & verb.*tingeren*, & Iul. Clar. §.falſum citato.num.47. Quo loco obſerua, qui ita tingunt monetas aureas, vt interius habeant vel argentum, aut impurius aurum, & in exteriori parte habeant puriſſimum aurũ, vt aliquando audiui deprehenſum fuiſſe in Luſitania in confictis quibuſdam ducatis *de d diez*, quos ibi *portugueſes* vocant, hos, cum falſas cudant monetas, incidere in pœnam legis.2.C.de falſ. mon. Obſeruat tamen Couar. pœnam legis quicunque relatæ, ſolùm habere locum in tondente, aut radente monetas aureas, vel tingente auro monetas metalli inferioris, vt appareant aureæ: quoniam de his tantum monetis ſermo eſt.l.quicunque, vt patet legem illam intuenti: qui verò tondent, aut radunt, monetas alias, vel illas aliter tingunt, punientur de iure communi, vel pœna falſi ordinaria, vel arbitrio iudicis pro qualitate delicti. Lex huius Regni.9.titu.7.par.7.de tõdente, vel radente, aut etiam tingente quouis modo, quaſcunque monetas, loquitur, & ſtatuit, eum puniendum pœna Regis arbitrio imponenda, vt patet eam legem intuenti, affirmantq; Gregor. Lopez ibi, & Couar. vbi ſupra. Hodie verò.l. 67.titu.21.lib.5.nouæ collect. pœna mortis, & confiſcationis omnium bonorum, ſtatuta eſt ei, *que cercenare las monedas deſte Reyno*, & conſentiunt. Greg. Lop.l.9.citata, & Ant.Gom.nu.4. citato.

Qui, ſciens, falſam expendit monetam, ſi illa plũ- 9
bea ſit, aut ſtannea, incidit in pœnam ordinariam legis Corneliæ de falſis, quæ habetur.l.1.§.vlt. eius tituli, vt habetur aperte.l.lege Cornelia.1. ff.eod.tit. Si autem ſit alterius metalli, punitur mitiori pęna extraordinaria iudicis arbitrio imponenda, vt ex eodẽ textu, argumento à contrario ſenſu, colligit, ac affirmat ibi Barto.& affirmant plerique alij, quos referunt ac ſequuntur Panor.c.quanto, de iureiur.nu.5. Couar.nu.4.citato. §.ſed ſi quis, Ant.Gom.vbi ſupra.nu.5.& Iul.Clar.§.falſum citato.num.vlt. Referunt tamen Salycetum & Hippol.affirmare, pœna ordinaria vniuerſim puniri, qui quamcunque monetam falſam ſcienter expendunt, eſſeque id receptum in praxi. Notant verò Couar. & Ant.Gom. ſi is, qui falſam expendit monetam, indicauerit, à quo illam acceperit, præſumi ignoranter eam expendiſſe, argumento.l.maiorem.C.ad leg. Corn.de falſis, excuſarique proinde à pœna, niſi aliunde conſtet ſcientem eã eſſe falſam, illam expendiſſe: ſi verò nõ indicauerit, à quo illam acceperit, præſumi ſcienter illam expendiſſe, ac proinde puniri ea pœna. Hodie verò in hoc Regno.l. 64.tit.21.lib.5. nouæ collect. ſic de hac re ſancitum eſt: *Porque es de creer, que no auria falſadores de moneda, ſi no hallaſſen perſonas que gelas recibieſſen, y diſtribuieſſen enganoſamente entre las perſonas, que no la conocian, porende ordenamos y mandamos, que ningun cambiador, ni otra perſona, no reciba*

ciba

ciba ni tenga en ſu caſa, ni en ſu cambio, ni en ſu tienda, ni en ſu trato, moneda de plata, ni de oro, ni de vellon, cō los cuños de ſuſo nombrados, que no ſea labrada en qual quier de las dichas nueſtras ſiete caſas, donde agora mā damos labrar, o de la que haſta aqui ſea labrada en ellas ni monedas eſtrangeras de falſa ley, ni la dē en pago, ni en cambio, ni en otra manera alguna, ſo pena, que qualquier que lo contrario hiziere, ſea deſterrado de nueſtros reynos por quatro años, y de mas pierda la mitad de ſus bienes. Y ſea la mitad para la nueſtra camara, y de la otra mitad ſea la mitad para el acuſador, y la otra mitad para el iuez y executor que lo ſentenciare y executare. Y mandamos à todos y à qualeſquier cambiadores, que cada y quando que qualquier perſona les diere alguna moneda falſa, quier ſea de los nueſtros reynos, o de fuera dellos, que luego antes que ſalga de ſu poder la corte por medio, y la entregue à las iuſticias, donde eſto acaeciere, paga que luego la quemē publicamente. Pero, ſi antes que fuere tomado con la tal moneda, eſteque la trae, o la tiene, deſcubriere à la iuſticia y regimiento donde le fuere dada, y nombrare la perſona que gela dio, y fuere la tal perſona de que verdaderamente ſe puede preſumir que no conoce la dicha moneda, que en qualquier de eſtos caſos ſea quito de la pena de ſuſo contenida: con tanto, que luego en continente que lo ſupiere, entregue la tal moneda falſa à las iuſticias y oficiales del lugar donde fuere hallada, paraque la quemen luego publicamente, y dende en adelante no la traten.

10 Qui falſam monetam cudit, lethaliter peccat, etiā ſi iuſti ponderis ac materiæ eam cudat. Quoniam in re graui iuri principis ſupremi prꝙiudicat. Et quoniam, ſi princeps inde aliquod emolumentum iuſtū erat percepturus, in reipublicæ ſubſidium, atque ad ſumptus publicos, iniuſtè eum illo defraudat. Vnde tenetur id illi in conſcientię foro reſtituere: eo quòd iniuſtè eum illo priuauerit. Quòd ſi inde etiam priuatis detrimentum obueniat, vt qui pecunia illa, tanquam verè falſa, quia talis ex parte formæ, eſt interdicitur, atque vel minoris valoris ea de cauſa conſtituitur, vel ſolùm retinet valorem metalli, quo conſtat, vtique id etiam detrimentum tenetur priuatis reſtituere in conſcientiæ & exteriori foro.

11 Quando autem moneta non conſtat puritate metalli, quo conſtare debet, aut non eſt tanti ponderis, quanti eſſe debet, vel quia à principio ita fuit cuſſa, vel quia poſtea de pondere eſt detractum tonſione, aut abraſione, tunc reſtituendum inſuper eſt communitati reipublicæ, quoad particulares, qui id damnum ſunt paſſi, totum detrimentum inde eis ſequutum: ſi conſtare poteſt, qui in particulari id damnū ſint paſſi, eis eſt reſtituendum, ſingulis quantum vnuſquiſque eorum in particulari eſt paſſus. Si verò conſtare non poteſt, inſumendum eſt tantundem in re quæ credatur vtilis eiſdem particularibus futura, eoſque contentos fore, vt, quando res ſingulis in particulari reſtitui non poteſt, pro quantitate damni, quod vnuſquiſque accepit, eo modo reſtituatur. Quòd ſi nihil tale occurrat, reſtituendum erit id totum pauperibus, aut inſumendum erit in aliquo opere pio pro animabus eorum, quibus id debetur.

12 Quod attinet ad eos, qui eiuſmodi monetas defectuoſas expenderunt, poſtquam eis traditæ ab illis ſunt, qui id crimen circa illas commiſerunt, diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi bona fide illas acceperunt, & bona fide eaſdem etiam expenderunt, neque ipſis conſtat, qui damnum inde ſint paſſi, neque, facta morali diligentia, id ipſis poteſt conſtare, quia pro valore, in quo eas acceperunt, eaſdem diſtraxerunt, vel ſoluendo debita, vel aliquid inde emendo, vel aliqua alia ratione, tunc credo ad nullā reſtitutionem eos teneri: quia in nullo ſunt ex eis facti locupletiores, & ſi quid cōtractibus lucrati ſunt, id fructus eſt ſuæ induſtriæ ac negotiationis, non ve

A rò talis pecuniæ, nec tenentur ratione iniuſtę acceptionis, aut alienationis talium monetarū, excuſante eos bona fide, probabilique ſua ignorantia. Si verò eis conſtat, aut conſtare poſſit, quis inde damnum acceperit, in hoc ſenſu tenentur id illis reſarcire, quòd, qui proximè eas pecunias illis tradidit, tenetur illis reſtituere, quantum minus illæ valebant, eis verò tenetur proximior immediatus, & ita conſequenter, donec ad ipſum deueniatur, ipſi verò tenetur, qui ei immediatè illas dedit. Si verò mala fide eas conſumpſit, tenetur omnino reſtituere, quod minus valebant, ei quidem, qui vltimus reperitur in damno, ſi conſtat quis ille ſit, alioquin pauperibus, pro anima illius: eo quòd ipſe, ita ſcienter illas alienando, cauſa, aut concauſa, iniuſta fuit talis damni:

B ipſi verò tenebitur reſtituere, qui proximè eas pecunias ipſi tradidit, ſi in eo toto valore eas ipſi tradidit, Lege quoad hæc Nauar. in Manu. c. 17. à nu. 167. & Sylueſt. verb. falſarius à q. 6.

DISPVT. 703.

De damno infecto, quod iura vocant, hoc eſt, quod nondum eſt factum, ſed pendet in futurum.

SVMMARIVM.

C 1 *Damnum infectum quid.*

2 *Damnum ſi ſequatur ex ruina domus, aut alterius rei, neque qui id eſt paſſus in re ſua, caueri ſibi de eo petierat, dominus domus, quæ corruit, ad nihil ei tenetur, ſi illi relinquat rudera, quæ corruerunt ac dānum id dederunt, neque tenetur ea extrahere. Quòd ſi extrahere illa velit, tenetur omnia omnino extrahere, & ſoluere damnum datum, & cauere de dando ex illorum extractione.*

3 *Damnum qui ita eſt paſſus, ſi negligens non fuit in petendo, vt ſibi caueretur, ſed legitimo impedimento abſentia reipublicæ cauſa id non petijt, aut petiuit, & antequam intimaretur parti, domus corruit, tūc tenetur dominus domus quæ corruit, vel extrahere rudera omnia, & ſoluere damnum datum, vel*

D *relinquere ſolum domus, quæ corruit, & partes illius, quæ non corruerunt, ei, qui id damnum eſt paſſus.*

4 *Damnum ex ruina quando alicui homini obuenire poteſt, iudex ex officio tenetur præcipere dirui id, vnde id damnum imminet, aut ita fulciri, vt id periculum ceſſet.*

5 *Fluminis vi ſi delata fuerit planta in prædium alienum, & ibi coaluerit, aut delatum fuerit cruſtum terræ, cedit domino prædij, nec extrahi poteſt. Solui tamen debet valor plantæ, quem habebat ibi delata antequam coaluiſſet, niſi ſuo ingreſſu tantundem damni dediſſet. Reliqua delata extrahi poſſunt, & quod interdictū ad id competat; modo ſoluatur dam*

E *num eis datū ſuo ingreſſu, & extractione; alioquin relinqui debeat domino prædij.*

6 *Damnum infectum vt ſit ſoluendum, ſi ſequatur, peti debet coram iudice pro tribunali ſedenti, vt de eo caueatur, nec ſufficit peti extra iudicium. Si tamen dominus rei, vnde timetur, caueat extra iudiciū ſtipulatione, aut in hoc regno nuda promiſſione, ſoluendum eſt. Et obligatio tunc eſt in foro conſcientiæ, eſto ſtipulatio aut promiſſio probari non poſſint.*

7 *Damni infecti qui ſibi caueri petit, toties de calumnia iurare debet, quoties id petit. Et quid de procuratore, quando per procuratorem id petit.*

8 *Damni infecti ſi procurator alicuius, ei, cuius eſt procurator, caueri petat, cauendum ei eſt, modò procurator*

rator de rato caueat. Et quid proteſtari is debeat, qui ita cauet. Quod ſi procuratori tunc non caueatur, mitti debet in poſſeſſionem rei, vnde damnum timetur, ſicut mitti deberet is, cuius eſt procurator.

9 Damni infecti intra quantum tempus, & vſque ad quem terminum caueri debeat, Iudex, cauſa cognita, ſtatuere debet. Et poteſt, ſi res diſtent, delegare id iudici inferiori. Et quid ſi cautio præſtita ſit nullo termino præfixo.

10 Damnum ſi timetur ex opere facto in flumine publico, aut in ripa fluminis publica, cautio in decennium præſtari debet alioquin arbitrio iudicis.

11 Fluminum publicorum, viarũ, ac littorum, communis eſt vſus, ipſa tamen loca publica ſunt, & non priuata. Si tamen ad littora publicorum fluuiorum prędia priuatorum terminentur, via inter prædia & ea littora non remanente, ea littora quo ad dominiũ ad eos pertinent, quorum ſunt ea prædia.

12 In loco publico autoritate publica licitum eſt ædificare priuatum ædificium, aliquidque deſtruere, dummodo non cedat in aliorum præiudicium ac damnum. Solum verò publicum manet, niſi conceſſum ſit, vt ſit etiam priuatum, gratis, aut pro emolumento aliquo.

13 Damnum ſi timeatur ex ædificio priuato facto in loco publico, cauendum eſt tantum ædificio, non verò de ſolo, eſto ex ſolo damnum etiam immineat: cum tamen ſi ſolum eſſet priuatum, de eo etiam eſſet cauendum. Vnde ſi ſolum conceſſum eſſet vt eſſet priuatum gratis, aut pro emolumento aliquo, de illo etiam eſſet cauendum.

14 Damni infecti ex ædificio publico, aut ex loco publico non cauetur. Recurritur tamen ad principem, aut ad poteſtatem aliam publicam, vt periculo ſufficienter ſubueniat, aut vt id deſtruat.

15 Damni infecti cauet, qui vias publicas priuata autoritate in ſuum commodum munit: ſecus ſi autoritate publica.

16 Damni infecti qui cauet nomine proprio, non dat fideiuſſores: qui verò nomine alieno, quòd alius, ad quem id ſpectat ſoluet damna ſi euenerint fideiuſſores dat, quòd ille ſoluet.

17 Damnum ex re aliqua ſi quis ſibi caueri petat ab eo, quem credit illius dominum, ſi alius dicat, ſe eſſe dominum, tunc qui caueri petit, eligere debet, quem eorum maluerit, vt is ſolus caueat, ſed ſine fideiuſſoribus.

18 Damni infecti ſi caueri petatur ex re, circa quã duo contendunt, is cauere debet, qui eam poſſidet, alioquin is, qui ſibi caueri petit, in poſſeſſionem mittitur ex primo & ſecundo decreto. Quod ſi, qui in poſſeſſione erat, vincatur, & aliquod damnum ſequutum ex re illa ſoluat, qui vicit, id ei reſarcit.

19 Damnum ſi immineat domino prædij ex ædificio ab aliquo in eo ratione ſeruitutis debitę facto, qui id ędificium fecit, cauere ſolùm debet, non verò fideiuſſores præſtare.

20 Damni infecti ſi caueri petatur ex re pertinente ad vnum quo ad proprietatem, & ad alium quo ad dominium vtile, vſumfructum, ſeruitutem, aut aliud ius in re, ſatis eſt ſi proprietarius caueat ſine fideiuſſoribus: quo dato, cæteri cauere ei tenentur ſine fideiuſſoribus pro rata dominij vtilis, aut iuris, quod in re habent. Cæteri ſi ſine proprietario caueant, fideiuſſores præſtare tenentur. Nullo cauere volente in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto is mittitur, qui caueri ſibi petit. Nullus verò ſuum ius, aut dominium partiale amittit, niſi cauere requiſitus, ipſe non caueat. Et quando is, cuius loco ab alio eſt cautũ, niſi caueat ei, qui integre cauit, aut ſoluat ei partem damni, quod pro eo ſoluit, amittat illi partem dominij, aut ius, quod in ea re habet.

A 21 Damnĩ infecti non tenetur præſtare fideiuſſores, ſed ſatis eſt ſi promittendo caueat, qui rem poſſidet, quã bona fide à non domino comparauit.

22 Damni infecti ſi vſque ad certum diem ſit cautũ, & ante eum diem corruit id, vnde damnũ timebatur, & quaſſauit aliquid, quod poſt eum diem decidit, ſoluendum eſt id damnum.

23 Damni infecti viciſsim cauere debent, qui habent res vnde viciſſim damnum timetur.

24 Damni infecti cautio locum non habet ex ſolo ſuapte natura ruinoſo. Si verò timeatur ex ædificio in eo ſuperpoſito, locum cautio habet.

25 Damni infecti cauere debet, etiam qui habet aliquid ſolidum, quando ex remotiori ædificio imminet damnum, quod id ſolidum ſuſtinere & impedire non poterit: B domino tamen illius ab alio eſt cauendum, tum de ſuo damno, tum etiam de cautione, quam ipſe præſtat.

26 Si eiuſdem ædificij vnus habeat vſumfructum, & alter proprietatem, & id ædificium minetur ruinam, neuter cogere poteſt alterum cauere de damno, quod in eodem ædificio ſibi imminet ex tali ruina. Et ratio cur in eo euentu neuter alteri cauere teneatur.

27 Damni infecti ex eodem ædificio cauere tenetur proprietarius vſufructuario habenti proximum aliud prædium, quando ex ſolo imminet periculum ei prædio. Et fructuarius proprietario habenti proximum prædium, quando ex aliquo, quod de nouo ædificet in ædificio, in quo habet vſumfructum, imminet periculum proximo prædio. Aliter vnus alteri cauere C non tenetur.

28 Dãni infecti neuter alteri cauet, neque nocet cautio, ſi ſit data, ſi habeant dominium pro indiuiſo eiuſdem ædificij quod minatur ruinam, eſto alter eorũ proximum habeat aliud prædium, quod inde etiam periclitetur. Et cur id ita habeat.

29 Damni infecti ſi de pariete caueat vnus alteri duorum, qui illum habent pro indiuiſo, non tenetur ex ea cautione, niſi ipſe ſolus onerauerit eum parietem, idq; in cauſa fuerit damni.

30 Refectione ſi indigeat res ad multos attinens, quando idonior expenſis omnibus, & quando omnes ſimul ſint admittendi.

31 Damni infecti ſi quis alteri cauit circa demolitionem parietis vtrique communis, quando ad damnum ſe- D quutum teneatur demoliens, quando non item. Et demolitionis expenſæ num ab vtroque ſoluendæ.

32 Damni infecti non ualet cautio, neque ſoluere tenentur damnum vnus alteri, quando conuenerunt, ut communis paries deſtrueretur, & reædificaretur, etiamſi habeant proxima prædia, quibus id noceat. Cauere tamen tenentur alijs vicinis. Si non errore iuris, ſed ex ſpontaneo pacto, mutuo ſibi caueant de dãno infecto, tunc de eo tenentur.

33 Seruitus ne altius ædificetur, ſi habeam, & tu altius tollas, ego deſtrui petam, & tu dicas, ex meo conſenſu id feciſſe, & ego negem, deſtruitur, niſi intra tempus tibi præſcriptum probes intentum.

34 Damni infecti cautio uni præſtita quo ad unam ſuã E domum ruinoſæ vicinam, non ſe extendit ad aliam, ſi illam de nouo acquirat prope eandem domum ruinoſam. Neque cautio præſtita ei circa unam partem domus, ſe extendit ad partem eiuſdem domus, ſi ei adiudicetur.

35 Damni infecti cauere debet, qui ædificat, ſi inde damnum imminet, eſto qui eam cautionem petit, aliunde agat ad impediendum id ædificium.

36 Damni infecti cautionem petere poteſt, quicũque ius aliquod habet in re, cui damnum timetur, quo ad id præcisè damni, quod ſibi poteſt prouenire.

37 Damni infecti cauendo multis, qui ius habent in re, cui damnum timetur, non plus illis cauere debet, quam uni ſoli, qui integrum dominium rei illius haberet,

beret, quia ſingulis cauere debet quo ad ſuum par- A
tiale damnum.

38 Damni infecti duobus habentibus eandem domum
pro indiuiſo, ſingulis cauetur de dimidio damni: ha-
bentes item duo eandem domum ruinoſam pro indi
uiſo, ſinguli cauent de dimidio damni, quod inde ob-
uenerit.

39 Damni infecti ſi ſeruus, cõmunis duobus, ſtipuletur
quoad domũ vtrique communem, cenſetur pro vno-
quoque eorum ſtipulatus quo ad partem, quam in ea
domo habet, eſto maiorem aut minorem partem pro
portionalem dominij in eo ſeruo habeat.

40 Damni infecti cauendum non eſt ei, de quo conſtat à
non domino cõparaſſe id, cui damnum imminet, neq;
cautio bona fide ei antea præſtita eſt valida. Cui ve-
rò comparauit bona fide aliquid, vnde damnũ time- B
tur, cauere debet, aut relinquere eam rem.

41 Damni infecti ſi duobus, habentibus commune id cui
damnum timetur, cautum ſit, ſi poſtea vnus compa
ret partem alterius, tranſit in illum cautio eius par-
tis præſtita, ſi cautum fuerat ei & ſucceſſoribus: ſe-
cus ſi ſucceſſores non fuerant expreſſi.

42 Damni infecti cautionem petere ad venditoremne,
an ad emptorem rei, cui damnum imminet, interim
dum res emptori non eſt tradita, ſpectet, & alia cir-
ca id.

43 Damnum ſi inquilino immineat ex domo conducta,
aut ex alia locatoris, licèt cautionem de damno infe
cto petere non poſſit, quo iure, & quando, agere pote
rit aduerſus locatorem. Et quando deſerere poſſit do
mum. Si alteri domui inquilini inde damnum immi C
neat, cautionem damni infecti petere poterit. Si à re
aliena damnum immineat domui conductæ, locator
& inquilinus cautionem damni infecti petere poſ-
ſunt.

44 Damni imminentis domui alicui qui cauit, tenetur
de damno ſequuto rebus mobilibus, aut ſe mouen-
tibus, in ea repertis, modo ad certos quoſdam per-
tineant.

45 Damni infecti non cauetur ei qui illicitè ædificauit
iuxta aliud ædificium, & qui illicitè eſt paſſus ædifi
cari ædificium iuxta ſuum.

46 Damni infecti qui ex vna cauſa cauit, ſi ex alia dam
num proueniat, tunc tenetur ille ſarcire damnum.

47 Damni infecti qui cauit ex opere, quod facere intende
bat, ſi ipſe id non fecit, nec mandauit, nec ratum ha- D
buit, nec factum ſit ab eo, quem ipſe probibere potue
rit, non tenetur de damno inde ſequuto.

48 Damni infecti qui cauit ob aliquod ſuum prædium,
ſi aliquid in eo efficiat vtendo iure ſuo, vnde detri-
mentum vicino prædio proueniat, non tenetur de eo
damno.

49 Damni infecti qui cauit ob vitium rei ſuæ, ſi ſequa-
tur damnum, non ex eo vitio, ſed caſu fortuito, non
tenetur de eo damno, niſi ob id vitium ex eo caſu for
tuito ſit ſequutum.

50 Damnum ſequutum, de quo fuit cautum, quàm mo-
deratè æſtimandum, vt ſoluatur.

51 Damni infecti ſi iudex caueri non præcepit, requiſi-
tus dum pro tribunali ſederet, aut poſtea requiſitus E
non iuſsit mitti in poſſeſſionem ex primo & ſecundo
decreto, & reliqua neceſſaria præſtari, actio in factũ
ad intereſſe competit aduerſus illum, quæ ad hære-
des & aduerſus hæredes tranſit.

52 Damni infecti ſi caueri coram iudice ſit petitum, &
dum iudex deliberat, damnum ſequatur, competit
actio in factum aduerſus dominum rei, vnde dam-
num prouenit, vt vel illud reſarciat, vel rem relin-
quat damnum ex ea paſſo.

53 Damnum timens, poſtulat decretum iudicis, vt de dã
no caueatur, aut relinquatur res, vnde timetur, ei,
qui illud timet. Id decretum denunciatur domino
rei, vnde timetur. Si contumax ſit, neutrum præſta-
re, alter mittitur in poſſeſſionem rei illius primò ex
primo decreto, & deinde, perſeuerante contumacia,
ex ſecundo. Atque ex tunc ea res efficitur omnino il-
lius, neque alteri permittitur cauere de damno.

54 Damni infecti denunciatio vt caueat, qualis ſufficit,
& quot modis fieri poſſit.

55 Damni infecti denũciatione facta ut caueatur intra
certum terminum, nec præſtita cautione, qui timet
damnum, mittitur à iudice in poſſeſſionem rei illius
ex primo decreto.

56 Damnum timens, mitti iuſſus in poſſeſſionem ex pri-
mo decreto, ſi negligens non fuit, & corruit id, vn-
de damnum timebatur, mittitur in poſſeſſionem ſo-
li, & remanentium, dum non ſoluitur damnum ac
ceptum, & expenſę, & non cauetur de dãno, ſi quod
ſequetur.

57 Damnum timens, quando mittitur ex primo decre-
to in poſſeſsionem domus vnde id timet, etiam in ſo-
li poſſeſſionem mitti debet, eſto ea domus ſuperfi-
ciaria ſit. Et quando mitti debeat etiam in poſseſ-
ſionem partium, quæ non minantur ruinam, quan-
do non item.

58 Damnum ſi ex arboribus & aggeribus timeatur, in
quantam partem eius fundi mitti is debeat in poſſeſ
ſionem, cui non cauetur.

59 Damni ſi vnus caueat, & alter non, duorum, qui do-
minium eiuſdem rei habent, is, cui non cauetur, mit
ti in poſſeſſionem debet partis eius dumtaxat, qui
non cauet.

60 Damni infecti ſi multi domini diuerſorũ prædiorum
aut vnius prædij, caueri ſibi poſtulent ratione alte-
rius prædij, ſiue ſimul, ſiue vnus poſt alium, id petãt,
omnes ſimul & æqualiter mitti ex primo decreto de
bent in poſſeſſionẽ eius prædij. Si tamen prius miſſus,
poſterius petẽti caueat, is in poſſeſsionẽ non mittitur.

61 Damni infecti quia non eſt cautum, eo ipſo quòd quis
mittitur in poſſeſſionem rei alicuius ex primo decre-
to, incipit illa habere rationem quaſi pignoris præto
rij, vt diſtinguitur à iudiciali, & neq; ex lata culpa
tenetur ſi illam non reficiat, niſi fortè quando domi-
nus eſt abſens.

62 Damni infecti quia non eſt cautum, miſsus in poſſeſ-
ſionem ex primo decreto, non poſſidet eam rem, ſed
ſolùm legitimè illam tenet, ac poſseſſio perſeuerat a-
pud illum alium: vnde ille alius poteſt eam præſcri-
bere, & non poſſidens ex primo decreto.

63 Damni infecti quia non eſt cautum miſſus in poſſeſ-
ſionem, ſi animo illam non deſerendi recedat, eã non
amittit: ſecus ſi animo illam deſerendi: quod non
præſumitur.

64 Damni infecti, qui cauit, ſi poſt cautionem id prædiũ
alienauit, & ex illo ſequutum eſt damnũ, qui cauit
tenetur ad illud. Nouus verò ſucceſſor non, niſi ab il
lo etiam petita & præſtita fuerit cautio. Quòd ſi
prædiũ fuiſset alienatũ poſtquam alius fuerat in poſ
ſeſsione illius ex primo decreto, retinet poſseſſionem
eius, quòd ex eo prædio remanet, niſi exoluatur dam
num acceptum & expenſæ, & ei caueatur de dãno
futuro. Si verò vlterius perſeueret contumacia, mit-
titur ex ſecundo decreto, comparatq; poſſeſſionem ci
uilem & naturalem, ac dominium, niſi dominium
ad alium quartum pertineret.

65 Damni infecti cautio ſi offeratur miſſo in poſſeſsionẽ
ex primo decreto, tenetur eã admittere, modo ei ſol-
uantur damnum ſequutum, & expenſæ vtiles fa-
ctæ, & caueatur de damno futuro.

66 Damni infecti ob non præſtitam cautionem iuſſo mit
ti in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi reſiſtatur, quæ
actiones ad intereſſe ei competant. Illæ ceſſant, ſi illi
caueatur, aut admittatur in poſſeſſionem ex primo
decreto. Competit verò actio perpetua tranſiens ad
ſucceſſores in prædio, cui eſt cauendum, & aduer-
ſus ſucceſſores in prædio, ex quo eſt cauendum.

Damni

67 *Damni infecti ob non præſtitam cautionem iuſto mit*
ti in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi reſiſtat tertius
aliquis, quando aduerſus illum & aduerſus poſſeſſio
nem prædij competat actio, & quando aduerſus ſo-
lum tertium reſiſtentem. Qui ſi mãcipium ſit, quan
do dominus noxæ teneatur illud tradere.

68 *Damni infecti ob non præſtitam cautionem miſſus*
in poſſeſſionẽ ex primo decreto, à quo iudice, & quã-
do, mitti debeat ex ſecundo decreto. Minori, & ab-
ſenti reipublicæ cauſa, reſtitutio in integrum aduer
ſus eam miſſionem conceditur.

69 *Damni infecti ob non præſtitam cautionem miſſus*
in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, comparat eo ipſo
poſſeſſionem ciuilem & naturalem, præſcribereque
cum titulo incipit rem illam, ſi erat alicuius tertij.
Si verò erat proximè illam poſſidentis, comparat e-
tiam dominium. Neque poſt ſecundum decretum
locus eſt cautioni: niſi locus ſit beneficio reſtitutionis
in integrum.

70 *Damni infecti ob non præſtitam cautionem miſſus in*
poſſeſſionem ex ſecundo decreto, ſi inde expellatur,
aut regrediens ad eã rem non admittatur, quæ actio
nis aduerſus repugnantem competant.

71 *Damni infecti ob non præſtitam cautionem ſi multi*
ſimul, aut ſucceſſiuè vnus poſt alium, petant mitti
in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, mittendi ſunt,
non æqualiter, ſed iuxta proportionem damni, quod
quiſque timet ex ea re, ad damnum, quod alij ti-
ment. Si vnus eorum fecerat in ea re expenſas, alij
in eadem proportione contribuere illi debent, quod
expendit.

72 *Damni infecti ob non præſtitam cautionem ſi aliqui*
miſſi ſunt in poſſeſſionem rei alicuius ex ſecundo de-
creto, & alius ſuperueniat, qui petat ſibi ex eadem
re cauere, ad illos ſpectat ei cauere. Quòd ſi contu-
maces ſint, & hic mittatur in poſſeſſionem rei illius
ex primo & ex ſecundo decreto, hic ſolus comparat
poſſeſſionem & dominium illius, & illi alij illud a-
mittunt.

73 *Damni infecti ob non præſtitam cautionẽ ſi quis miſ*
ſus ſit in poſſeſſionem alicuius prædij ex ſecundo de-
creto, et qui illud ea ratione amiſit, habeat aliud præ
dium vicinum, ratione cuius petat ſibi caueri, non te
netur præſtare ei cautionem.

74 *Damni infecti ob non præſtitam cautionem à credi-*
tore ex re, quã in pignus habebat, ſi quis miſſus ſit in
illius poſſeſſionem ex ſecundo decreto, præfertur ei
creditori, qui eo ipſo amittit ius, quod in ea re habe-
bat. Quando autem creditor illam habebat hypothe
catam, neque ab illo petita fuit cautio, ſed à domino
rei præfertur creditor, quoad hypothecariam actio-
nem, modò ſoluat expenſas in ea re factas à miſſo in
poſſeſſionem illius ex ſecundo decreto. Quas tamen
creditor ille ſoluere non teneretur ei, qui titulo em-
ptionis dominium & poſſeſſionem eius rei eſſet conſe
quutus. Et quæ ſit diuerſitatis ratio.

1 QVod propoſitum eſt, erit conſequenter
hoc loco diſputandum. Atque lex 2. ff. de
damno infecto, fere modo in titulo pro-
poſito exponit damnum infectum, dum
ſic habet: *Damnum infectum eſt damnum nondum fa*
ctum, quod futurum veremur. Conſentit. l. prętor ait.
§. hoc edictum. ff. eod. titu. vbi habetur, quòd cum
ſint aliæ actiones ob damnum, vt Aquilia, & noxa-
les, ſolum dẽtur pro damno iam dato, actio tamẽ ex
hoc edicto ſolùm competit pro damno nondum ſe-
quuto, ſed pẽdenti. In re autem propoſita damnum
infectum dicitur, quod imminet domui vnius, ac re-
bus in ea contentis, vel plantis, aut cuicunque alteri
ædificio, puta parieti, aquæductui, aggeri, aut alij ſi-
mili, & denique cuicunque prædio, ex domo, aut ex
pariete, ruinoſis alterius, quacũque de cauſa ruinam

A minentur, aut ex quocũque opere alterius, vt ex ma
china, vel ex quocunque alio opificio, ſiue ſint in prę
dio vrbano, ſiue in ruſtico, ſiue in loco priuato, ſiue
in publico, (modo tamen ædificium non ſit publi-
cum, iuxta ea quæ inferius dicentur) aut etiam ex ar-
boribus alterius. Ita habetur. l. eorũ. §. ſiue ædificiũ.
l. fluminum. §. Item apud Viuianum. ff. de dam. in
fecto, aliis iuribus citandis.

Quando damnum, quod timebatur, timerive po- 2
terat, ſequitur ex ruina domus alterius, aut ex re alia
ex commemoratis, neque is, cui id damnum ſequi-
tur, antequam eueniret, ſibi petierat caueri de eo dã
no, tunc dominus rei, vnde id damnum euenit, ad ni
hil ei tenetur, neque ulla aduerſus illum conceditur
ei actio, qui tale damnum eſt paſſus: quin neque ru
B dera (hoc eſt, materiam ruinę, ſic dictam à ruina, ſeu
à ruendo) ex domo, quæ ita corruit, ac damnum de-
dit, cogitur ex ea domo, quæ damnũ eſt paſſa, is tol-
lere, cuius erat domus, quæ corruit; modo tamẽ om
nia habere velit pro derelicto, relinquereque ei, qui
damnum eſt paſſus, nullam ex eis partem auferẽdo.
Ita habetur, l. euenit. ff. de dam. infe. & l. 11. titu. 32.
par. 3. Cõſentit. l. prætor ait. §. hoc edictum verſ. cũ
enim. ff. de dam. infect. Vbi Vlpianus hanc reddit ra
tionem. Quòd cum, quando animalia, etiam manci
pium, damnum dant ſine culpa domini, non tenea-
tur dominus ad tale damnum, modo ea animalia no
xæ dare uelit, vt ſcilicet ſint eius, qui damnũ eſt paſ
ſus: ita multo magis, quando res inanimata, vt do-
mus, aut etiam planta, damnum dedit, quia corruit,
C ſatis eſt, ſi, quod ita corruit ac damnum dedit, relin-
quatur ei, qui id damnum eſt paſſus, nihil illius inde
auferendo, vt non teneatur ad damnum inde ſubſe-
quutum: maximè cum domus, quæ corruit, quoad
id, quod corruit ac damnum dedit, non extet: anima
lia verò, quæ damnum dederunt, extent. Subiungit
verò ex Iuliano Vlp. eadem. l. prætor ait. §. vnde quę
ritur. Si dominus domus, quæ corruit, vellet aliquid
de ruderibus tollere, non aliter eſſe permittendum,
quam ſi omnia omnino tolleret, etiam inutilia, & in
ſuper caueret, tum de damno futuro, ſi quod ſeque-
retur ex extractione omnium ruderum, & inſuper
de præterito dato ex ruina ſuæ domus: iudicis tamẽ
officio eſſe cogendum in eo euentu ad damnum prę
teritum, & non ex edicto damni infecti, vt not. ibi
D glo. Accurſij, verb. debere, iuxta. §. hoc edictum cita
tum. Addit Vlpianus in fine eius §.

Quando dominus domus, quæ corruit, neque ru- 3
dera tollit, neque cauet de damno præterito ac futu-
ro, tunc domino domus, quæ damnum eſt paſſa con
ceditur interdictum de tollendis ruderibus nuncu-
patum, cuius verba non extant, quo cogitur, vel ru-
dera tollere, vel totas domus, quæ corruerunt, habe
re pro derelicto. Hoc autem, vt ſtatim. l. quod for-
tè, & l. hoc amplius, in prin. ſubiungitur, ac corrigi-
tur, & conſtat ex doctrina toto hoc. §. tradita, ex l. e-
uenit, & ex l. prætor ait, à verſ. cum enim, ſic intelli-
gas. Quod quando is, cuius domus paſſa eſt detrimẽ
tum ex ruina alterius, fuit negligens in petenda co-
E ram iudice cautione de damno infecto, quia neque
à iudice illam petijt antequam domus corrueret, ne
que fuit abſens toto illo tempore reipublicæ cauſa,
tunc, qui damnum eſt paſſus, poteſt cogere dominũ
ædium, quæ corruerunt, vt vel rudera omnia relin-
quat, vel (ſi maluerit) omnino tollat, ac reſarciat to
tum damnum datum, & inſuper ſi quod aliud dede
rit rudera omnia tollendo. Si verò non fuit negli-
gens, quia vel ex iuſto impedimento reipublicæ cau
ſa eam non petiuit, vel eam petijt à iudice, ſed inte-
rim dum iudex deliberabat, vel interim dum iudicis
decretum deferebatur intimandum domino ruino-
ſæ domus, domus corruit, ac damnum dedit, tunc
cogitur dominus domus ruinoſæ vel reſarcire totũ
dam-

damnum ex ea ruina & ex ruderum extractione ſequutum, perinde ac ſi de damno infecto cauiſſet, vel rudera omnia, & ædes, quæ corruerunt, quoad ſolū, & quoad partes, quæ non corruerunt, habere pro derelicto, ea relinquendo ei, qui damnum eſt paſſus, vt enim uidebimus, dominus rei, vnde damnum timetur, ad alterum duorum ſub disiunctione tenetur, nempe, vel ad cauendum de toto damno, quod fuerit ex illa ſequutum, vel, ſi cauere noluerit, ad eam relinquendum ei, qui inde damnum timet, Atque hoc totum eſt, quod diſponitur ac habetur. l.quod forte. l.hoc amplius in princ. l.ſi finita. §.eleganter, & l.cum poſtulaſſem in princ. verſi. at ſi. ff. de damno infecto.

4 Obſerua tamen, ſi periculum eſſet opprimēdi aliquem, eumq; interficiendi, aut notabile damnum ei inferendi, tunc iudex præcipere tenetur, vt diruatur ſtatim id vnde id damnū imminet, aut ita fulciatur, aut reficiatur, vt ceſſet tale periculum. Ita habetur. l.10. & 12. tit. 32. par. 3. & conſentit. l. præſes prouinciæ inſpectis. ff. de offi. præſid.

5 Quod ad ea attinet, quæ vi fluminis, aut etiam maris, in fundum alienum deferuntur. In primis domino earum rerum, volenti illa inde extrahere ac uendicare, conceditur interdictum, ne vlla vis ei fiat, à domino fundi, neque à quocunque alio. Excipitur, niſi cruſtū terræ ex fundo aliquo delatum ſit in fundum alienum, aut planta adhuc viuens. Quando enim hęc delata ſunt, eſt diſtinguendum. Quoniam, ſi coaluerunt, ita vt planta radices egerit in terra aliena, atque adeò tranſierit ea de cauſa in dominium eius, cuius eſt is fundus, aut ſi cruſtum terræ alienæ coaluerit, hoc eſt, vnitum, continuatum, vnumque adhæſione effectum ſit cum fundo, in quem fuit delatum, tunc vendicari extrahique, non poſſunt: quoniam eorum dominium adhæſione illa trāſijt in dominum fundi, in quo ita coaluerunt. Fortaſſe tamen valor plantæ, quem habebat antequam radices ageret, erit ſoluendus domino fundi, unde fuit delata. Dummodo tamen ille ſoluat, ſi quod fortè damnum ea planta ſuo ingreſſu intulit domino fundi, in quo coaluit. Si uerò non coaluerunt, extrahi hæc poſſunt, perinde ac nauis vi fluminis in fundum alienum delata, & perinde atque alia ſimiliter delata poſſunt extrahi, competitque eorum dominis interdictum, ne vis eis fiat, neve impedimentum eis apponatur, in ea extractione. Cæterùm vel habere tenentur ea pro derelicto, relinquereque illa domino fundi pro damno, quod ſuo ingreſſu ei dederunt, quaſi noxæ pro eo damno data; vel tenentur ſoluere damnum totum, quod dederunt, & inſuper ſi quod ſequutum etiam fuerit ex extractione, & tenentur ea integra extrahere, ſi ita velit dominus fundi. Ita habetur. l.hoc amplius. §.de his. §.Alfenus, & §.Neratius. ff. de dam. infect. idque efflagitat natura ipſa rei.

6 Iuxta hactenus dicta, & iuxta, ea, quæ ſubijciemus, qui damnum infectum modo ſupra explicato rationabiliter timet, vt dominus rei, vnde illud timet, ipſi de eo, ſi ſequatur, teneatur, petere debet, antequam ſequatur, vt ſibi de illo caueat: alioquin de illo regulariter, vt dictum eſt, non tenebitur. Et quidem, non ſatis eſt petere extra iudicium ab eo, ex cuius re damnum timet, vt ſibi caueat, vt ille teneatur, niſi coram iudice pro tribunali ſedenti ſit etiam petitum, vt expreſsè habetur. l.cum poſtulaſſem. ff. de dam. inf. Quando enim iudicis officio alicui eſt ſubueniendum, vt in re propoſita, tunc interpellatio extra iudicium non conſtituit aliquem in mora, vt ex Bal. & ex alijs, notat ibidem gloſſa marginalis. Si tamen priuatus ille extra iudicium cum ſtipulatione promitteret de damno infecto, (& in hoc Regno, etiam ſine ſtipulatione) ita vt in exteriori foro probari id poſſet, tunc, vi talis ſtipulationis, aut promiſſionis, cogeretur in exteriori foro reſarcire id damnum, ſi ſequeretur. Et in conſcientiæ foro teneretur illud tunc reſarcire, etiamſi ſtipulatio, aut promiſſio, verè interpoſita, probari in exteriori foro non poſſet.

Qui coram iudice petit, ſibi caueri de damno infecto, iurare tenetur de calumnia, hoc eſt, ſincerè eam cautionem petere, quia verè damnum iuſtè inde timet, neque intendit iniuſtè vexare eum, à quo eam cautionem petit. Ita habetur. l. prætor ait, in princ. l. qui bona fide. §.qui damni. ff. de damn. infect. Qui autem caueri ſibi de damno infecto poſtulauit, & iurauit de calumnia, ſi tunc ei nō fuit cautum, iterumque ſibi ab eodem caueri poſtulet, iterum iurare tenetur de calumnia: quia fieri poteſt, quòd nunc calumniam de nouo intentet. l.qui bona fide citata. §.ſi quis ſtipulaturus. Quando aliquis, tanquam procurator, petit caueri de damno infecto ei, cui procurator exiſtit, & cuius nomine eam cautionem petit, iurare debet, non calumniæ cauſa eum, cuius nomine cautionem petit, eam cautionem poſtulaturum fuiſſe, ſi eſſet præſens: quando autem is, cuius nomine cautionem petit, nō poſſet cogi iurare de calumnia, ſi præſens eſſet, vt quia eſſet parens, vel patronus, tunc neque procurator iurare, modo explicato, tenetur. Ita habetur. l. bona fide citata. §. ſi alieno. Gloſſa tamen ibi ſubiungit, fortè hodie correctum eſſe per l.2. §.fin autē, C. de iu. prop. calum. vt procurator iurare de calumnia prędicto modo non poſſit. 7

Quando aliquis tanquam procurator alicuius petit, vt caueatur de dāno infecto ei, cuius ſe dicit procuratorem, caueri debet ab eo, cuius eſt res, vnde dānum iuſte timetur: atque tunc procurator cauere debet de rato, hoc eſt, quòd is, cuius nomine cautionē petit, ratum habebit eſſe ei ſic eam cautionem præſtitam: is verò, qui ita cauet, in cautione addere debebit, ſe nolle teneri ea cautione, ſi vel appareat, eum non fuiſſe procuratorem vel eum, cuius nomine caueri petit, id ratum non habere. Quando autem in euentu explicato, is cuius eſt res vnde damnum timetur, & quem cauere requiritur, cauere non vult, procurator mitti debet in poſſeſſionem rei vnde dānum timetur, non ſecus atque is, cuius nomine caueri poſtulat mitteretur, iuxta ea quæ dicenda ſunt, ſi ipſe eſſet, qui ſibi cauere poſtularet, iſque, cuius eſt res, vnde damnum timetur, cauere nō vellet. Neque, procuratorem mitti in eo euentuin poſſeſseſſionem eius rei, impediretur ex eo, quòd is, cuius eſt ea res, opponeret, ſeu obijceret, eum non eſſe procuratorē illius, cuius dicit ſe eſſe procuratorem. Ita habetur, l. inter quos. §.alieno. ff. de dam. inf. concinit etiam. l. prætor ait, in prin. ff. eod. tit. 8

Iudex, coram quo petitur, vt caueri iubeat de dāno infecto, præſcribere debet ei, cuius eſt res vnde damnum timetur, intra quantū tempus cautionē debeat conficere, & vſque ad quē diē ſeu terminū cauere debeat: neque enim in infinitum manere debet obligatus, ſed vſque ad certum terminum, ſeu diem iudicis arbitrio conſtituendum, cognita cauſa, & inſpecta re, vnde damnum timetur, attentiſq; alijs circunſtantijs concurrentibus. Ita habetur l. qui bona fide. §.vlt. & l. in cauſæ, iuncta. l.4. in prin. & §. ſi intra diem. ff. de dam. infec. Quòd ſi res unde damnum timetur, & res, cui damnum timetur, diſtent, opuſque ſit illas videri, vt iudicetur; an verè damnum immineat, & intra quantum tempus caueri oporteat, poterit iudex ſuperior id delegare iudici inferiori eius loci, vt iudicet, an periculū immineat, & intra quantum tempus debeat caueri. l. quarta, citata in princip. Quando cautio de damno infecto fuit præſtita, atque ex certa ſcientia, partiumque conuentione, nullus fuit dies, ſeu terminus, appoſitus, 9

tus,vſque ad quem ſolùm teneretur dominus rei,vn A de damnum timetur,tunc, quocunque tempore dānum inde ſequatur,tenetur illud ſoluere,qui eā cautionem præſtitit. Si verò per errorem nullus terminus fuit præfixus, tunc,qui cauit, ſolùm tenetur vſque ad terminum, intra quem in ſimili euentu conſueuit in ea regione caueri. Ita habetur.l.ſi finita in princ.verſ.ſi verò.ff.de dam. inf. Quando aduenit dies,vſque ad quem cautio eſt præſtita, vel proximè accedit,ſi adhuc damnū timeatur,poteſt peti, vt iudex terminum cautionis proroget,aut de nouo caueri efficiat,teneturque iudex id ita præcipere cauſa ſimiliter cognita, & examinata. Ita habetur. l.4.in prin. ff.de dam. infect.

10 Quando opus eſt factum in flumine publico, aut in ripa fluminis publica,indeque damnū iuſtè time- B tur,tunc cautio præſtari debet in decem integros annos. Ita habetur.l.prætor ait.§.de eo opere, & l.ſi finita.§.deinde ait prætor.ff.de dam.inf. Quando autem opus eſt factum,vel in loco priuato,uel etiam in quocunque alio loco publico, qui nō ſit flumen, aut ripa fluminis,cautio eſt facienda in tempus arbitrio iudicis ſtatuendum: quoniam prætor de nullo alio opere facto in loco publico,quàm de facto in flumine,aut in ripa fluminis, ſtatuit ut cautio fieret in decem annos,ſed id reliquit iudicis arbitrio. Ita habetur.l.ſi finita §.deinde ait prętor,& §.ſi quid in via. ff.de dam. infect.

11 Fluminum publicorum,viarum,ac littorum,communis eſt vſus,ipſa tamen loca publica ſunt, & non priuata. Excipe littora publicorum fluuiorum,quæ, C ſi ad illa terminentur prædia priuatorum, via inter littora & ea prædia non remanēte, pertinent quoad dominium ad eos,quorum ſunt prædia, quæ ad illa terminantur,vt habetur.§.riparum inſti.de rer. diuiſ.& l.riparum.ff.de acq.rer.dom.

12 In eis locis autoritate publica licitum eſt efficere ędificium priuatum,aliquidq; deſtruere,dummodo id non fiat cum aliorum incommodo ac damno. Ita habetur.l.fluminum in princ.ff.de dam.inf.

13 Quòd ſi in loco publico fiat autoritate publica ędificium priuatum,tunc,cū ædificium duntaxat maneat priuatum,non uerò ſolum, vtique ſi ex tali ædificio damnum immineat alteri,is, cuius eſt tale ædificium quoad utile dominiū,cauere debebit de ędificio duntaxat,& nullus tenebitur cauere de ſolo,etiā D ſi ex ſolo damnum immineat. Cum tamen,quando ædificium factum eſt in loco priuato, cauendum ſit de ædificio & de ſolo. Ita habetur.l.ſi finita. §.notandum,& l.fluminum in prin. ff.de dam.inf.

Obſerua tamen, quòd quando ita concederetur fieri ædificium in loco publico, vt locus ex publico fieret priuatus quia condonaretur pars viæ publicę, aut ſoli publici,vel in recompenſationem pro alia re concederetur,vt deſineret eſſe locus publicus, & fieret priuatus,id quod ſæpe fieri ſolet; tunc, ſi ex opere in eo ſolo facto damnū immineret, teneretur dominus operis cauere, tum ex damno imminente ex opere,tum etiam ex damno imminente ex ſolo, facto iam ipſius,nec retinente rationem ſoli publici. E

14 Quando in loco publico fit opus aliquod publicum, aut reficitur, non cauetur de damno infecto: ſed, ſi damnum timetur, recurritur ad principem, vel ad ſuperiorem aliquam aliam poteſtatem, quæ ſubuenire periculo, ac damno vicinorum ea in parte poſſit, impediendo id ædificium, aut illud etiam deſtruendo. Quando enim in loco publico aliquid fit, vnde, vel ratione loci,vel ratione operis, poſſit damnum alijs imminere, ita concedendum eſt fieri,dummodo uicinis non noceat. l.ſi finita. §.ſi publicus,& §.ſi quid,& l.fluminum in prin.ff.de dam no infecto.

15 Qui vias publicas priuata ſua autoritate in ſuam vtilitatem munit,cauere debet de damno infecto: ſecus ſi publica autoritate id efficiat. Ita habetur.l.qui vias.ff.de dam.infect.

Qui cauet de dāno infecto, ſi caueat nomine ſuo, 16 hoc eſt,tanquam dominus rei,vnde periculum timetur, ſolùm cauet promittendo, ſe ſoluturum damnum ſi quod inde euenerit,neque tenetur fideiuſſores præſtare. Qui uerò cauet nomine alieno,hoc eſt, de re vnde damnum timetur,quæ ad alium ſpectat, & quatenus ad alium ſpectat, ſatiſdat, hoc eſt,fideiuſſores præſtat, quòd ſoluet damnum, ſi quod inde euenerit. Quando autem dubitatur, an id, pro quo aliquis cauet,ad ipſum ſpectet,ſatiſdat ſub exceptione,quòd ſi comperiatur ad ſe pertinere,fideiuſſores ad nihil teneantur. Ita habetur.l.prætor ait,in prin. & l.qui vias.verſ.ſi cōtrouerſia. ff.de dam.inf.

Si rei vni damnum immineat ex re alia,& domi- 17 nus rei, cui damnum imminet, petat caueri ſibi ſine fideiuſſoribus de eo damno ab aliquo, quem dicat eſſe dominum rei,vnde damnum imminet: atque alius dicat,ſe eſſe dominum rei illius,iſque,qui caueri ſibi poſtulat,id neget,non poteſt petere,vt ſimul ſibi caueatur ab hoc ſub fideiuſſoribus, & ab illo alio purè, ſed eligere debet, quem eorū duorum velit, ſibi cauere. Ita habetur.l.ſi proprietarius.§. Plautius. ff.de damn. infect.

Quando eſt controuerſia, ad quem è duobus per 18 tineat res, vnde damnum timetur, & dominus rei, cui inde damnum timetur, petat ſibi caueri de eo damno; tunc is,qui eſt in poſſeſſione rei,vnde damnum timetur,cauere debet: ſi uerò nō caueat,is qui petit ſibi caueri, mittit debet in poſſeſſionem eius rei ex primo, aut ex ſecundo decreto, iuxta ea quæ ſubijciemus. Quòd ſi caueat, & aliquid ſoluat ob damnum ſequutum,ac poſtea uincatur, reſque adiudicetur alteri, qui contendebat ad ſe pertinere, hic ſoluere debet ei,qui uincitur,quod in recōpenſationem damni,ex ea re ſubſequuti,ſoluit. Ita habetur. l.inter quos.§.ſi domus. ff.de dam.inf.

Quando aquæductum quis facit in fundo alieno 19 ratione ſeruitutis ad id ſibi debitæ in eo fundo, aut quando aliquid aliud quis facit in alieno fundo ratione ſimiliter ſeruitutis in eo ad id ſibi debitæ, tūc, ſi dominus fundi iuſtè inde damnum timeat plantis, aggeri,aut alteri ædificio ſuo eiuſdem fundi, petatque ſibi caueri,quamuis Labeo dixerit,debere ſatiſdare,quaſi de re in alieno fundo; Vlpianus tamen id correxit,dicens: Quòd quia aquæ ductus,aut quoduis aliud factum in fundo alieno ratione ſeruitutis ad id debitæ in eo fundo, eſt quaſi ædificium proprium eius, qui illud ibi ratione talis ſeruitutis facit, ſolùm debet promittere,ſe ſoluturum,ſi quod damnum inde ſequetur;non verò ſatiſdare, fideiuſſores adhibendo. Ita habetur. l.damni infecti ſtipulatio. ff.de dam. infect.

Quando res, vnde damnum timetur, vt domus 20 ruinoſa verbi gratia, ad unū pertinet quoad proprietatem,& ad alterum quoad vtile dominium, vt ſi ſit feudatarius,emphyteuta,aut ſuperficiarius, comparatione illius, vel ad eum pertinet quoad vſumfructum,vel in illa habet ſeruitutē aliam, aut ius aliud; vt ſi eſt illi tradita in pignus, (de diſcrimine iuris in re inter hos omnes, vide quæ dicta ſunt Diſp. 10. & 371.) & vicinus petit ſibi caueri de damno alteri ſuæ rei, quod ex illa timet,tunc ad concilianda varia iura,remque hanc explicandam, eſt diſtinguēdum. Quoniam ſi à proprietario,& ab illo altero,petatur, vt caueant, & vterque caueat, vnuſquiſque eorū de eo,quod in ea re habet,tūc ſatis eſt, ſi eorū vnuſquiſque promittat, neuterq; tenetur prę̨ſtare fideiuſſores. Ratio autem eſt,quoniam neuter cauet nomine alieno, neque de eo, quod ad alterum ſpectat, ſed vnuſquiſque eorum cauet nomine proprio,& de eo præ-

præciſè, quod ad ipſum in ea re ſpectat. Atque iuxta hoc intelligo legem, qui bona fide. §. 1. ff. de dam. in ſect. quę id apertè ſtatuit, reddita ratione, quam nos proximè reddidimus, & ſic hêt: *Sine corporis* (hoc eſt rei) *dominus, ſiue is, qui ius habet, vt puta ſeruitutem, de damno infecto caueat, puto, eum repromittere debere, non ſatiſdare: quia ſuo nomine id facit, non alieno*. Licèt enim exemplum appoſuerit in habente in ea re ſeruitutem, vniuerſim tamen lex loquitur, de quocunque habente ius in ea re, diſtinctum à rei dominio, & loquitur, quando præciſè de eo cauet, vnà cum domino rei, quadratque ratio reddita, cur ſatiſdare in eo euentu non teneatur. Vnde ad illam quæſtionem, quam Vlpianus excitat, indeciſamque relinquit. l. quid de creditore, in prin. ff. de dam. infec. Videlicet, ſi creditor, qui in pignus accepit rem, vnde damnum timetur, cauere exigatur, *vtrum repromittere debeat, quia ſuum ius tuetur, an ſatiſdare, quia dominus non eſt?* dicendum eſt. Si caueat vnà cum debitore ac domino eiuſdem rei, ſatis eſſe, ſi repromittat: quia ſolùm cauet quoad ius præciſè, quod ad ipſum ſpectat: ſi verò ſolus caueat, debere ſatiſdare, iuxta ea, quę ſubijciemus de omnibus, qui domini non ſunt, & cauent de re propter ius, quod in ea habent.

Quando verò ſeorſum petitur à proprietario, & ab habente dominium vtile, aut vſumfructum, vel ſeruitutem, vel aliud ius, in aliqua re, vt de ea integre caueant, tunc in primis, ſi neuter caueat, vicinus, qui petit ſibi caueri de damno infecto ex tali re, mitti debet aduerſus vtrumque in poſſeſſionem eius rei ex primo decreto, & poſtea ex ſecundo, eo modo quo exponemus. Ita habetur. l. hoc amplius. §. quæſitum eſt, & §. Celſus. l. quamuis, & l. ſi finita. §. ſi qua ſint, & §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. Deinde verò proprietarius requiſitus, vt caueat de toto damno, ſatis eſt, ſi promittat, ſe ſoluturum totum dānum, ſi eueniat, neque tenetur ſatiſdare præſtando fideiuſſores: eo quòd dominium, quod eſt præcipuum in ea re, ad ipſum pertineat. Reliqui verò, ſi requirantur vt caueant de toto damno, ſatiſdare tenentur, præſtando fideiuſſores: eo quòd, ſaltem ratione proprietatis, quæ eſt præcipuum in ea re, & ad alium ſpectat, ſatiſdare teneantur. Ita habetur. l. hoc amplius. §. quæſitum eſt, & §. Celſus. l. quamuis. l. ſi finita. §. ſi qua ſint, & §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect.

Quando is, qui damnum timet rei ſuæ, petiuit ab eo, qui non eſt proprietarius, ſed emphyteuta, feudatarius, ſuperficiarius, aut vſufructuarius, rei, vnde dānum timetur, aut ab eo, qui in ea habet ius aliud, vt ſeruitutis, aut pignoris, vt ſibi caueret de eo damno, nec cauet ſatiſdando de integro damno, tunc ſi propter eam contumaciam is, qui ſibi caueri petiuit, mittatur in poſſeſſionem eius rei ex primo & rurſus ex ſecundo decreto, iuxta ea quæ dicenda ſunt, quia neque proprietarius ſe obtulit ad cauendum promittendo ſolùm de integro damno, amittunt dominiū vtile, quod habebant in ea re, aut vſumfructum, vel aliam ſeruitutem, aut ius pignoris, quod in eadem re habebant, ei, qui ita ex ſecundo decreto miſſus eſt in poſſeſſionem. Proprietarius verò non prius amittit ſuum dominium, quàm requiſitus etiam ſit cauere, promittendo ſolùm reſarcire totum damnum, ſi ſequatur, & propterea quòd ipſe etiam ſit contumax non ita cauendo, is, qui caueri ſibi petiuit, mittatur etiam ex ſecūdo decreto aduerſus illum in poſſeſſionem eiuſdem rei. Ita habetur. l. ſi finita. §. ſi qua ſint, & §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. Atque. §. ſi de vectigalibus, ſermo eſt de emphyteuta, & de proprietario, vbi gloſſa vlt. in vltimis verbis ait, idem eſſe in feudo. Concinunt etiam. l. hoc amplius. §. Celſus, & l. quamuis. ff. eod. titu. Credo

A etiam ſimiliter, ſi proprietarius cauere admoneatur, & non emphyteuta, feudatarius, ſuperficiarius vſufructuarius, aut habens aliam ſeruitutem, vel ius in ea re, hos, propter contumaciam ſolius proprietarij, non amittere ſuum vtile dominium, aut aliud ius, quod in ea re habeant, ſed ſolùm proprietarium amittere, propter ſuā contumaciā, ſuum dominium.

Quando proprietarius ſolus caueret de integro damno, petere poſſet ab emphyteuta, feudatario, ſuperficiario, vſufructuario, quin & ab habente aliā ſeruitutem in illa eadem re, vnde damnum timetur, vt ſibi etiam caueant de ea parte damni, quam ſoluere ad eos ſpectat, pro rata valoris iuris, quod in ea re habent: quòd ſi ei non caueant, aut ei non ſoluant poſt damnum ſequutum partem valoris eius dam- B ni, quod pro eis ſoluit, quando cautionem antea ab eis non petierat, amittere vſumfructum, vel dominium vtile, aut aliam ſeruitutem, quam in ea re habeant. Ita habetur. l. hoc amplius. §. Celſus, & l. quāuis, & l. ſi proprietarius. ff. de dam. infect. Credo autem eam cautionem, præſtandam tunc proprietario, non eſſe fideiuſſoriam, ſed ſolùm promiſſoriā: quoniam illi non cauent pro alia re, aut pro alio iure, quàm pro eo præciſè, quod in ea re ad ipſos ſpectat. Eadem ratione, ſi ſolus empyheteuta, feudatarius, ſuperficiarius, vſufructuarius, vel habens aliam ſeruitutem, aut ius in ea re, ſatiſdent pro toto damno, non cauente proprietario: poſtea verò, ſequuto damno illud integrum ſoluant, quia videlicet contribuere non vult proprietarius pro rata par- C tem eius damni, quæ ad ipſum ſpectabat contribuere ratione dominij quod in ea re habet, amittit proprietatem ſoli, aut reliqui ædificij, remanētis, ei, qui loco ipſius ſatiſdedit, ac ſoluit damnum. Ita habetur. l. quamuis, in fine, & l. ſi proprietarius. ff. de dam. infect. Ac fortaſſe, antequam damnum ſequatur, poterit exigere is, qui loco proprietarij ita ſatiſdedit, vt ſibi caueat de parte damni; quam ad eum ſpectaret ſoluere, ſi ſimul cauiſſet, ac damnum ſequeretur; aut petere ab eo, fideiuſſoria cautio integri damni eſt præſtita, vt ſibi actionem cedat, quam aduerſus proprietarium habebat, vt ei pro rata caueret de eodem damno, eamque actionem ſibi ceſſam intentare aduerſus proprietarium, vt ſibi caueat loco alterius, qui eam actionem ceſſit: quòd ſi non ve- D lit, contumaxque ſit, mittetur ex primo, & ex ſecundo, decreto in poſſeſſionem proprietatis, eamque eo ipſo amittet ei proprietarius, eſto poſtea nullum damnum ſequatur, conſentitque ſatis. l. ſi proprietarius citata.

21 Qui bona fide rem, vnde damnum iuſtè timetur, emit à non domino, ſi cauere iubeatur vicino, non tenetur ſatiſdare, eſto vicinus cōtendat, eum eſſe nō dominum rei, pro qua cauet, ac proinde debere ſatiſdare, ſed ſatis eſt, ſi ei ſimpliciter promittat de dāno, ſi fuerit ſequutum. Ratio autem eſt, quoniam, dum eam rem poſſidet vt ſuam, quia emptam, & pro ea cauet, ſuo nomine cauet, & non alieno nomine, ac proindè ſatis eſt, ſi de damno promittat. Ita habetur E l. qui bona fide, in prin. ff. de dam. infect.

22 Quāuis cautio de dāno infecto præſtetur de damno futuro, ſoleatq; pręſcribi dies, aut terminus, intra quem cauens teneatur, vt dictum vtrūque ſupra eſt; ſi tamen domus ruinoſa, verbi gratia, pro qua præſtita eſt cautio, cadat quidem ſupra parietem meum intra terminū cautionis, eūque quaſſum relinquat, tunc, eſto paries decidat poſt terminū cautionis, agere poſſum ad damnū ſequutum, vel antequā cadat, vel poſtquā ceciderit: quoniā damnum acceptū fuit intra terminū cautionis, eſto vltimus effectus eius dāni, nempe ruina parietis ex ictu intra terminū cautionis accepto, ſequutū fuerit poſt eum diem. Ita habetur. l. damni infecti. §. Sabini. ff. de dam. infect.

23 Si duæ res, vt duæ domus, vna uiciſſim minetur ruinam alteri, domini earum mutuo tenentur unus caueri alteri de damno infecto, ſi uterque id ab altero petat, & vtrouis eorum exiſtente contumace, nec volente cauere, alter mitti debet in poſſeſſionē domus illius. Ita habetur. l. damni infecti. §. ſi vicinas. ff. de dam.

24 Si vitium ſoli ſit illi naturale, & periculoſum, vt quia paluſtre, vel arenoſum, non eſt cauendum de damno, quod inde alijs rebus imminet, nec, ſi caueatur, valida eſt cautio. Ita habetur. l. fluminum. §. vitium. ff. de dam. infec. Si tamen in eo loco ſuperponatur ædificium, & ratione ædificij ſuperpoſiti, dānum immineat, etiam ex loco propter ædificium ſuperpoſitum, locum habet cautio de damno infecto vt ibi ſubiungit gloſſa.

25 Quando inter domos ruinoſas, & alias non ruinoſas, ſunt aliæ intermediæ non ruinoſæ, & quis timet iuſte damnum ex domibus ruinoſis, mediantibus domibus intermedijs non ruinoſis, quia videlicet ſuſtinere non poterunt ruinam, & ita cadent etiam & nocebunt alijs domibus, quæ proximè poſt eas ſequutur, tunc dominus harum domorum remotiorum petere poterit cautionem de damno infecto, tū à domino domorum ruinoſarum, tum etiam à domino domorum intermediarum: qui etiam à domino domorum ruinoſarum petere poterit cautionem, tum damni, quod ſuis proprijs domibus ex ruinoſis imminet, tum etiam damni, de quo cauere ipſe debet proximis alijs domibus non ruinoſis. Ita habetur. l. qui bona fide. §. cum inter. ff. de damno infecto.

26 Si alicuius domus ruinoſæ vnus habeat proprietatem, & alius vſumfructum, neuterque habeat domum aliam ſibi propriam, aut aliud ædificium vel prædium prope, cui ea ruinoſa domus nocere poſſit, tunc neque vſufructuarius petere poterit à proprietario, vt ſibi caueat de damno eius domus quoad vſumfructum, neque proprietarius petere poterit ab vſufructuario, ut ſibi caueat de damno eiuſdem domus quoad proprietatem. Ita habetur. l. dāni infecti. §. ei cuius, & l. inter fructuarium. ff. de dam. infect. Ac ratio primi redditur vtrobique, quoniam ad vſufructuarium ſpectat facere ſumptus neceſſarios ad conſeruationem eius domus, dum ea fruitur: quòd ſi ad id neceſſarij ſint alij extraordinarij & magni, qui ad ipſum non ſpectent, ſed ad proprietarium, illos poteſt facere, & petere illos poſtea à proprietario actione negotiorum geſtorum, vt Diſput. 7. vtrumque eſt dictum, & Diſput. 8. eſt additum, qui ſumptus pertineant ad patremfamilias vſufructuarium bonorum aduentitiorum filij ſui familias. Ratio verò ſecundi redditur etiam in vtroque textu: quoniam fructuarius reddere tenetur cautionem, quòd tanquam bonus vir fruetur re, cuius habet vſumfructum, & quòd faciet ſumptus ad illius conſeruationem ordinarios ac neceſſarios, ad ipſumque pertinet damnum, ſi quod ſequatur, quòd non vt oportet ea re fruatur, & quòd non faciat ſumptus ad illius conſeruationem ad ipſum attinentes, vt Diſputat. 7. citata dictum eſt, imò. l. hoc amplius. §. Celſus. ff. de damn. infect. habetur, ſi eos ſumptus non faciat, priuari à proprietario poſſe vſufructu. Quando autem ordinario hoc remedio ſubuenire conſulereve, ſibi poteſt proprietarius, locum nō habet remedium extraordinarium, quòd faciat vſufructuarium ſibi cauere de damno infecto. Quòd ſi ad conſeruationem talis domus ruinoſæ, neceſſarij eſſent ſumptus extraordinarij, quos facere, non attineret ad vſufructuarium, ſed ad proprietarium, tunc gloſſæ iuribus citatis volunt, ea de cauſa proprietarium non poſſe cogere vſufructuarium ſibi cauere de damno infecto, quòd vſufru- A ctuarius teneatur eos etiam efficere, poſteaque eos petet à proprietario actione negotiorum geſtorum: quòd ſi illos non efficiat, ad eum attineat damnum ſubſequutum, proprietariuſque expellere eum poſſit ab vſufructu, perinde ac quando ad id eſſent ſatis alii ordinarii ſumptus, quos facere pertineret ad vſufructuarium, nec tamen illos efficeret. Certè mihi hæc illarum gloſſarum opinio non probatur. Licèt enim vſufructuarius facere poſſit ſumptus extraordinarios neceſſarios ad cōſeruationem domus vſufructuariæ, ſi velit, eoſque poſtea petere poſſit actione negotiorum geſtorum à proprietario; non tamen tenetur illos facere, neque, quod illos non faciat, poteſt expelli ab vſufructu: ſed proprietarius eſt, qui tenetur eos facere, ſi vult ea ratio- B ne domum illam conſeruare, ne corruat. Hac ergo ratione tunc proprietarius non poteſt cogere fructuarium, vt ſibi caueat de damno eius domus: quoniam impedire tale damnum, faciēdo eos ſumptus, nō pertinet ad fructuarium, quaſi illos facere teneatur, vt ea domus conſeruetur, ſed ſpectat ad proprietarium ipſum; eaque de cauſa vſufructuarius non tenetur illi cauere de eo damno.

Quando autem vſufructuarius, aut proprietarius habet aliam domum ſibi propriam, aut aliud prædium ſibi proprium, iuxta eam domum ruinoſam, cui damnum imminet ex ea ruinoſa domo, vtrum vnus alteri cauere teneatur de eo damno, quod ex tali domo ruinoſa imminet, eſt diſtinguendum. Quòd ſi immineat alteri prædio vſufructuario pro- C prio, ex ſolo domus ruinoſæ, & non ex ædificio eiuſdem domus, tunc proprietarius tenetur illi cauere de eo damno, vt habetur. l. inter fructuarium citata: alioquin fructuarius mittetur in poſſeſſionem proprietatis eius domus ex primo & ex ſecundo decreto, modo infra explicando. Si uerò immineat prædio, proprietario ipſi proprio, ex nouo peculiari ædificio, quod vſufructuarius, efficiat in ea domo, in qua habet vſumfructum, tunc tenetur ſimiliter vſufructuarius cauere proprietario de eo damno, vt habetur expreſsè eadem. l. inter fructuarium, citata. Quòd ſi ex domo ruinoſa, in qua unus habet proprietatem, & alius vſumfructum, immineat, ratione ædificij ipſius domus in ſe damnum aliquod vicino alicui prædio, ſiue proprietarij, ſiue vſufructua- D rij, tunc neuter tenetur cauere alteri de eo damno, idque propter eandem rationem, ob quam dictum eſt, unum non teneri cauere alteri de damno ipſius ruinoſæ domus in ſe. Ita habetur expreſſe. l. damni infecti. §. ei cuius, & l. inter vſufructuarium, citatis. 27

Similiter, ſi duo habeant domum ruinoſam vtrique communem quoad proprietatem, & vſumfructum ſimul, neuter tenetur alteri cauere de damno infecto, tam ipſius domus in ſe, quoad partem pro indiuiſo, quam in ea habet, quàm ratione alterius prædij vicini, proprii alicuius eorum, cui ex eadem domo immineat damnum. Ratio eſt, quoniam cum is, qui peteret ſibi caueri de damno infecto, poſſet E aliter ſufficienter ſibi cōſulere ac ſubuenire ei damno, reficiendo domos ruinoſas utrique communes, & petendo actione pro ſocio, aut communi diuidundo, dimidium earum expenſarum à condomino ſecum earum domorum ruinoſarum, non conceditur ei remedium extraordinarium cautionis de damno infecto. Ita habetur expreſſe. l. ſi ædib. meis. ff. de dam. infect. 28

Hoc loco obſerua, quamuis vnus alteri in prædicto euentu cauiſſet, ignorans nō teneri caueri, & poſtea ſequeretur damnum ex ruina eius domus, non teneri de damno ita ſubſequuto, vt conſtat ex l. ex damni. §. quoties. 1. ff. de dam. infec. Vbi habetur, ſi duo habeant parietē pro indiuiſo ruinoſum, & ex vitio 29

tio illius damnum ſequatur vni eorum, cum tamen neuter peculiarem aliam cauſam dederit parieti illi eius ruinæ, tunc alterum ei non teneri de eo damno, eſto per errorem ei antea cauiſſet de damno infecto. Ratio autem eſt, quam reddiderat. l. ſi ædibus meis citata. Si tamen vnus eorum onerauit eum parietem, idque in cauſa fuit, vt rueret ac damnum inferret alteri, tunc ſi ei cauerat de damno infecto, tenetur ei ad id damnum ſequutum, idemque habetur. l. inter quos. ff. eodem titu. Cæterùm, ſi ambo eum parietem onerauerunt, fueruntque proinde in cauſa, vt corrueret, tunc neuter alteri tenebitur de damno infecto, eſto plus damni ex ea ruina ſequutum fuerit uni, quàm alteri: quoniam tunc ambo in culpa fuiſſent, & militaret illa alia ratio, quòd vterque poterat reficere eum parietem, petereque dimidium expenſarum ab altero, & ita vitare poterat proprium damnum ex ruina eius communis parietis ſequutum. Quod autem Pomponius addit. l. inter quos, citata, nempe ſi alter eorum, quibus eſt paries communis, habeat pretioſiores domus, quibus is paries poſſit nocere, huic præſtandam eſſe cautionem, corrigere videntur Caius. l. ſi ædibus, & Vlpianus. l. ex damni. §. quoties. 1. ff. de damno infecto.

30 Quando paries, riuus, iter, aut aliquid aliud, communia ſunt duorum, aut plurium, & quilibet vult ea reficere, ſi non conueniant in modo, (quando autē conueniret, & æquè bene id efficere vellent, omnes ſimul admitti deberent, ac cōtribuere debent ad eā refectionem) is præferendus eſt, vt refectio ei concedatur, contribuentibus alijs ad expenſas, qui magis idoneè id reficere vult. Ita habetur. l. in reficiendo. ff. de dam. inf.

31 Quando paries eſt communis duabus domibus, & vnus eorum, quibus ita eſt communis pro indiuiſo, vult illum deſtruere, & alter petit ſibi caueri de damno, quòd timet inde ſibi obuenturum, cautioq; ei præſtatur, eſt diſtinguendum. Quoniam ſi paries, qui eſt deſtructus, erat idoneus ad onera vtriuſque domus ſuſtinēda, etiam quæ ritè ei volebant imponi, atque ex demolitione illius damnum ſequutum fuit, vel in demolitione, vel quia alius, loco demoliti conſtructus, non fuit idoneus, tūc qui deſtruxit, & cauit, tenetur de damno infecto. Si verò paries deſtructus non erat idoneus oneribus vtriuſque domus ſuſtinendis, neque culpa demolientis, aut de nouo parietem loco illius conficiētis, damnum fuit ſequutum; tunc, qui cauit de eo damno, non tenetur ſoluere id damnum: ſecus verò ſi culpa illius ſequutum ſit. Ita habetur. l. in parietis, & duabus ſequentibus. ff. de dam. infect. Hoc loco obſerua, quando paries demolitus non erat idoneus, tunc expenſas factas in eo demoliendo, & in altero conſtruendo, ſi rationabiles & moderatæ ſint, ſoluendas eſſe ab vtroque, quorum erat paries demolitus, idque actione pro ſocio, aut communi diuidundo, petere poterit, qui eas fecit, ab eo, in cuius cōmodum factę ſunt, iuxta ea, quæ ſup. dicta ſunt.

32 Quando duo habent eundem parietem communem, & de communi conſenſu utriuſque illum deſtruunt, vt communibus ſumptibus vtriuſque reædificetur, tunc ſi quod damnum inde ſequatur eiſdem quoad prædia eorum coniuncta, aut vicina, nihil vnus alteri tenetur, ſed neque poteſt vnus cogere alterum, vt ſibi caueat de tali damno, vt ex dictis facilè conſtat, & habetur. l. damni infecti. 2. §. cum parietem. ff. de dam. infect. Si verò damnum inde immineat alicui tertio, ille quidem poterit ab illis petere, vt ſibi caueant de eo damno, ſed ab vnoquoque eorum, vt ſibi caueat ſolùm de dimidio eius damni, vt ex ſequentibus patebit, & habetur. §. cum parietem citato. Dubium verò eſt, vtrum, ſi illi duo, non

A quidem ducti errore iuris, aut facti, ſed ſua ſponte, ſibi mutuo caueant vnus alteri de integro damno, quod ei inde euenerit, teneantur id integrum ſoluere. Itemque, ſi timore iuſto, ex deſtructione & reędificatione eius parietis, inquilini vnius recedant, nec ſoluant penſionem locationis domus temporis ſequentis, teneatur alter ei ſoluere etiam id damnū amiſſionis ea de cauſa eius partis penſionis vicinarum domorum. Atque ad vtrumque in eo euentu reſpondetur affirmanter. §. cum parietem citato. Quoniam tunc inuicem tenentur ad integrum damnum ſequutum ex ſpontaneo illo pacto, vtrique æquali, quo ſe inuicem ſpontaneè atque ex certa ſcientia ad id totum damnum aſtrinxerunt.

B Si, cum haberem ſeruitutem in domo tua, aut in pariete tuo, ne tu altius tolleres, altius ſuſtuliſti, ſi ego petam deſtrui, quod altius eſt ædificatū, & tu ex meo conſenſu id feciſſe affirmes, atque ego id negē, mittor ex primo decreto in poſſeſſionem eius quod altius ædificaſti, præſcribiturque tibi tempus, intra quod tuum intentum probes: quòd ſi intra id tempus nō probes, deſtruitur, quòd altius eſt ędificatū. Ita habetur. l. ædificatum (alias. l. à quo. ff. de dam. infect. 33

Quando aliquis habebat domum iuxta aliam alterius ruinoſam, & petijt à domino ruinoſæ domus ſibi caueri de damno infecto talis domus, atque ille cauit, tunc, ſi hic, cui eſt cautum, emat domum aliam iuxta eandem ruinoſam, non cenſetur prior cautio ſe extendere ad hanc aliam domum, ſed neceſſaria C eſt noua cautio. Item ſi, cum domus aliqua cenſetur communis duorum, vterque à domino ruinoſæ domus uiciniæ peteret, vt ſibi caueret de damno, quod parti, quam in ea domo habebat, eueniret, & ille vtrique eo modo caueret, tunc, ſi vni illorum ita poſſidentium eam domum pro indiuiſo adiudicaretur altera pars eiuſdem domus, cautio prior in vnam partem, non ſe extenderet ad reliquam, quæ de nouo illi adiudicata eſt. Ita habetur. l. damni infect. §. ſi is. ff. de dam. infect. Et obſerua, quòd in hoc euētu is, cui altera pars eſſet adiudicata, non ſuccederet illi, qui antea erat in poſſeſſione illius, neque haberet titulum ex illo, ſed aliunde, ac proinde neque ille poterat cedere huic cautionem ſibi factam quoad eā partem: quin potius eo ipſo, quòd adiudicata eſſet alteri, D & pronunciatum fuiſſet nō pertinuiſſe ad illum alium, pronunciatum cenſeretur cautionem illam fuiſſe nullam, vt de cautione facta emptori alicuius rei dicemus, eo ipſo, quòd pronunciaretur, aut certo ſciretur, emptam fuiſſe ex non domino. 34

Eſto aliquis aliunde impedire conetur ac intētet opus, vnde domui, aut alteri prædio ſuo, damnū imminet ex ruina, vt actione de noui operis nunciatione, aut ob ſeruitutem, quam in domo aut in pariete alieno habeat, ne altius tollatur, ſi tamen inde imminet etiam damnum ruinæ, petere poterit ſimul cautionem de damno infecto: quoniam per illa alia auxilia non ſubuenitur damno ruinæ, ſi fortè ex illo eodem opere eueniat. Ita habetur. l. qui bona fide. §. ſi E quis opus. ff. de dam. infect. 35

Non ſolùm poteſt petere cautionem damni infecti dominus rei, cui ex alia damnum timetur, ſed etiā quicunque habet in illa ius in re, quoad quod damnum etiā imminet illi, vt emphyteuta, feudatarius, ſuperficiarius, vſufructuarius, habens in illa ſeruitutem aliam, aut habens illam in pignus. l. damni infecti. 1. in prin. ff. de dam. infect. 36

Quando ſimul proprietarius, & vſufructuarius, rei, cui damnum timetur, petunt à domino rei, vnde damnum timetur, vt unicuique eorum caueat de dāno infecto, vnicuique eorum cauere debet de parte duntaxat damni, quæ ad eum in ea ſpectat: vnde non plus cauere debet vtrique ſimul, quam vni tan- 37

tantum, qui ſolus integrum dominium ac ius in ea re haberet; eaque de cauſa nulla iniuria ex eo fit domino rei, vnde damnum timetur, quòd multis cauere illo modo debeat. Ita habetur. l.prætoris.§.ſi & dominus.ff.de dam. infect. Quod autem in eo.§.dicitur de proprietario & vſufructuario, ſimiliter eſt intelligendum de quibuſcunque alijs,qui ius in ea re habent, vnde damnum ipſis poteſt prouenire, ſimulque omnes caueri ſibi petunt. Vnde l.inter quos.§.damni infecti dicitur,cauendum eſſe proprietario & vſufructuario, & l.qui bona fide.§. ſuperficiario,definitur,ſuperficiario, & vſufructuario, eſſe cauendum de damno infecto, & l.quid de creditore ſtatuitur, cauendum eſſe de damno infecto, ei, qui rem, cui damnum imminet, habet in pignus.

38 Lege plures.ff.de dam.infect.admonetur. Quando duo ſunt domini pro indiuiſo domus, cui damnum ex alia domo imminet,& petunt ſibi caueri de eo damno, ſingulos petere debere, vt ſibi alter caueat de toto damno,quod ad ipſum ſpectat;hoc autem ſolùm eſt dimidium damni, quod in ea domo euenerit: neque debere petere,vt ſibi caueat de parte ſui damni,puta de dimidio ſui damni:quia nomine eius dimidij ſolùm intelligeretur quarta pars dãni in ea domo ſubſequuti, quæ eſt dimidium damni,quod ad ipſum ſpectat, atque ſibi noceret petendo ita ſibi cauere. Obſerua tamen,nihil ſibi nocere,ſi petat ſibi caueri de dimidio totius damni,quod in ea domo euenerit. E contra autem eadem lege admonetur,quando domus ruinoſa ad duos ſpectat quoad dominium pro indiuiſo, & ab vnoquoque eorum petitur vt caueat de damno, quod ex ea domo euenerit, vnicuique cauere debere ſolùm de dimidia parte eius damni, idque debere exprimere,ne videatur ſe obligare ad totum damnum,cum ſolùm teneatur ad dimidium.

Lege ex damni.§.quotiens. 2.ff.eodem titu.conſentaneè ad hactenus dicta habetur. Quando domui communi duobus damnum ſequitur, de quo fuerat cautum, vnumquenque eorum dominorum non poſſe agere pro toto damno in ea domo ſubſequuto,ſed pro parte eius damni, quę ipſum contingit,hoc eſt, pro dimidio. E contrario verò,quando domus ruinoſa erat duobus communis,caueantque de damno ex illa imminente,tũc,ſi damnum ſequatur,vnumquemque ſolùm poſſe conueniri de dimidio damno ſubſequuto,quod ſolum ad ipſum ſoluere ſpectat ratione dimidij dominij, quod in domo ruinoſa habebat; non verò poſſe conueniri de integro damno ſubſequuto.

39 Lege ſi ſeruus. ff.de damn. infect.habetur, ſi ſeruus communis duorum, qui domum etiam habent communem,ſtipuletur de damno infecto,quod imminet ei domui, cenſeri vtrumque dominum eſſe ſtipulatum, vnuſquiſque eorum pro parte quam habet in domo, non verò pro parte, quam habet in ſeruo.

40 Ei,qui à non domino emit domum,cui damnum imminet,meritò ſtatuunt iura non eſſe cauendũ de damno infecto,vt ſancitur.l.quid de creditore, & l. qui bona fide.§.ſuperficiarium. ff.de dam.inf. Ratio autem eſt, quoniam, vt conſtat, eam domum ad eum non attinere, eo ipſo, quòd ſcitur à non domino eam emiſſe: ita conſtat,ad eum non attinere æſtimationem damni, quod illi imminet: quare, eſto dum ignorabatur, à non domino eam emiſſe, illi fuiſſet cautũ, cautio fuiſſet nulla,vt habetur. l.quid de creditore citata:quia eo ipſo,quòd poſtea conſtaret, eam emiſſe à non domino, ac proinde ad eum non pertinere,neque damni ęſtimatio ei deberetur. Qui autem bona fide domum emit à non domino, ſi ex illa damnum immineat alteri rei, tenetur nomi-

A ne proprio de eo damno illi cauere, vt habetur.l.qui bona fide in prin.ff.de dam.inf.& ſupra dictum eſt, aut domum relinquere.

41 Lege damni infecti. §.1.ſi is.ff.de dam. infect.habetur: ſi aliqui habeant communem domũ pro indiuiſo, quibus cautum ſit à vicino de damno infecto, tunc, ſi vnus eorum emat ab altero partem, quam in ea domo habebat, ipſique tradatur, cautionem de damno infecto,ſibi factam circa ſuam partem,non extendi ad partem alteram de nouo acquiſitam ab eodem titulo emptionis. Atque id quidem verum eſt. Cęterum,ſi alter qui illam ei vendidit,ſtipulatus fuerat à vicino, vicinuſque ei promiſerat,quòd ſi domus vicina ei parti damnum inferret, tã ipſe, quàm ſucceſſores ipſius in ea domo vicina, ſoluerent ei, B ſucceſſoribuſque ipſius in ea partes domus, id damnum, tunc, vi eius ſtipulationis factæ venditori talis partis domus, tenebitur emptori de damno infecto, eſto emptor nihil à vicino ſtipuletur poſt eam partem emptam, aut poſt eam ſibi traditam, vt gloſſa ibidem verb.promiſſionis,iuxta.l.fluminum.§.adijcitur.ff.eod.titu.rectè tradit,vbi habetur; *in ſtipulatione de damno infecto adijci nomen hæredum, vel ſucceſſorum, eorumque, ad quos res pertinet: ſucceſſores autem non ſolum, qui in vniuerſa bona ſuccedunt, ſed & hi,qui in rei tantum dominium ſucceſſerint, his uerbis continentur*;quaſi dicat, nomine ſucceſſorum, nõ ſolùm vniuerſales, ſed etiam particulares, qui ſolo dominio rei ſuccedunt,intelliguntur: talis autem eſt emptor. Et Bart.ibidem.§.vitium autem.nu.4.hanc C formam eius ſtipulationis tradit. Titius pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, eisve, ad quos ea res pertineret,promiſit mihi ſtipulanti pro me,meiſque hęredibus,& ſucceſſoribus,eisve,ad quos ea res pertineret. Iuxta.§.adijcitur citatum.

42 Quia res empta, nondumque tradita, ſi pereat, aut deterior fiat, damnum regulariter pertinet ad emptorem,vt à Diſp.366. dictum eſt, & nihilominus, ſi illo intermedio tempore venditor non adhibeat diligentiam debitam,ne dãnum,aut detrimentum,tali rei ſequatur, qualem diligens adhiberet circa res ſuas,atque adeò,ſi culpa ſaltem leui,illius pereat, tenetur emptori de eo damno actione ex vendito, ac proinde ad venditorem id damnum ſpectat, vt eadem Diſp.366.oſtenſum eſt; hinc,quando D domus,verbi gratia,eſt vendita,necdumque eſt tradita emptori, ſi ei domui ex vicina alia domo immineat ac ſequatur damnum, quæritur ad quem pertineat id damnum, & ad quem ſpectet petere à vicino, vt caueat de eo damno, medio illo tempore, in quo eſt vendita,necdumque emptori eſt tradita. Et quidem,ſi venditor, antequam rem venderet, cautionem petierat de damno infecto iuxta formam.§. pręcedẽtis ex Bartolo, & ex.§.adijcitur,relatam,& iuxta eam vicinus,vt tenebatur, eandem cautionem ei præſtitit, ſanè ea ſufficit, vt teneatur ipſi de damno ſequuto à puncto venditionis vſque ad traditionem,& vt teneatur emptori de damno ſubſequuto poſt traditionem rei venditæ ipſi factam,neque alia E eſt neceſſaria cautio. Et cum æſtimatio damni ſubſequuti,à puncto venditionis vſque ad punctum traditionis,debeatur emptori ratione damni,quod ad ipſum iam tunc ſpectat,vtique venditor,vel poterit petere eam æſtimationem à vicino,illamque, ſibi perſolutam, tradere emptori; vel poterit cedere actionem ad illam petendam, & obtinendam eidem emptori. Quando autem venditori ante venditionem non erat illo modo cautum,vel quia nondum imminere cœperat damnum ex vicina domo, vel quia illam non petierat, aut quia ad damnum imminens non attendit, aliquave alia ratione, tunc lex damni infecti.1.§.emptor, & l.emptor in prin. (aliàs incipit,cum emptor) ff.de dam.infect.gloſſæ ibi,& do-

ctores,ſatis obſcurè hac de re loquuntur, dicereque videntur,ad venditorem ſolum attinere petere cautionem pro damno, ſi ſequatur medio illo tempore ante traditionem emptori factam, non verò ad emptorem. Rationem reddunt. Quoniam,cum remediũ cautionis de damno infecto non competat, quã do adeſt aliud diſtinctum ac ſufficiens remedium: & venditor,cuius eſt adhuc illa res,niſi cautionem, ſaltem ex leui ſua culpa; pro eo tempore petat,teneatur emptori actione ex vendito ad totum damnum ei rei tunc ſequutum: vtique emptori non competit petere à vicino eius domus cautionem de damno, quod eo intermedio tempore fuerit ſequutum, neq; vicinus tenetur eam illi pręſtare:maximè quia ſequeretur, vicinum teneri duobus præſtare cautionẽ de eodem damno in ſolidum pro vno & eodem tempore ſequuto,quod videtur abſurdum. Quando autem venditor illo intermedio tempore non poſſet illam petere, vt ſi eſſet abſens cauſa rei publicæ,aut aliqua alia ratione abſque ſua leui culpa non poſſet eam petere,tunc eſt dubium,an emptor poſſet validè illam petere pro damno, quod eodem medio tempore eueniret,ita quòd vicinus illi de eo damno teneretur.

Et lege emptor citata,habetur, quòd ſi vẽditor pro eo tempore precario emptori permiſerit in ea domo eſſe,& curam illius habere,poterit tunc emptor cautionem de dãno pro eo medio tempore ſequuto petere vtiliter ac validè à vicino. An verò validè poſſit eam petere etiamſi domus non concedatur illi eo modo precario,ea præciſa ratione,quòd damnum illud in ipſum tunc redundat;eo quòd venditor de illo ei non teneatur, quia nulla ſua culpa omittit tunc petere cautionem de eo damno? Satis obſcurè ad hãc quæſtionem reſpondet. §.emptor citatus, & quidam exiſtimant, eam relinquere indeciſam, atque quibuſdam placet,validè poſſe eam petere,alijs non poſſe eam validè petere. Et mihi videtur Paulum iuriſconſultum in hoc ſecundum potius in eo.§.inclinare. Simul in eo.§.docet,ſi emptor,& venditor, medio illo tempore cautionem à vicino petant,validè illam petere ac concedi. Cęterum cautionem pręſtitam venditori,intelligendam eſſe,habereque ſolũ vim,ſi damnum ſequatur ante traditionem rei venditæ emptori: cautionẽ verò pręſtitã emptori intelligendã eſſe,habereque ſolũ vim, ſi damnũ ſequatur poſt rem venditam ei traditam. Vnde,quando aliquis habet ſolum ius ad rem, vt habet emptor poſt celebratam venditionem, & ante traditionem rei venditæ, ſtatuere videntur iura, eum,qui id ius habet,non poſſe petere validè cautionem de damno infecto ei rei imminẽte. Si tamen res vendita eſſet hypothecata emptori in ſecuritatem venditionis,tunc credo,propter id ius in re, poſſet emptor petere validè pro eo medio tempore cautionem de damno ei rei imminenti, ſicut petere eam poteſt creditor, qui rem habet in pignus,vt ſupra dictum eſt. Illud etiã videtur addendum, ſi venditor medio illo tempore petat cautionẽ de damno infecto pro ſe, & pro eius ſucceſſoribus in ea re,iuxta formam, de qua §. præcedente eſt habitus ſermo, tunc emptorem, vi talis cautionis, abſque alia ſua peculiari cautione, poſſe petere æſtimationem damni infecti ſequuti poſt traditionem eifactam de re vendita. Vtinam verò tot ſubtilitates, de iure humano ab ethnicis hominibus excogitatæ & introductæ,(ni fallor, inſtigante Satana,in rerũ publicarum non leue damnũ, qui ſemper ſuperſeminare curauit zizania in medio tritici) abſcinderetur à iure,ſtatueretur que, vt præſtita cautione alicui de damno infecto, ipſo iure tranſiret ad quoſcunque poſſeſſores eius rei, & aduerſus quoſcunque poſſeſſores eius rei, & aduerſus quoſcunque poſſeſſores rei, à qua id damnum imminet. Et vt ſimul res hæc tota de damno infecto, ad pauciſſi-

A mas regulas,ac leges,dilucidas redigeretur:id quod in pleriſque alijs iuris ciuilis, titulis eſſet optandum.

43 De inquilino,qui damnum iuſtè timet,vel ex domo,quam habet conductam,quia minatur ruinam, vel ex alia vicina,vtrum petere poſſit cautionem de damno infecto,eſt diſtinguendum. Quoniam,ſi ex domo,quam habet conductam, vel ex alia vicina eiuſdem locatoris, damnum timeat, tunc non poteſt petere cautionem de damno infecto. Ita habetur l. qui bona fide.§ de illo.l.inquilino,& l.vtique.ff.de damno infec. Cæterùm tunc iterum eſt diſtinguendum. Si enim eodem modo damnum imminebat, quando eam domum cõduxit, ſibi imputare debet, quòd talem domum conduxerit, integramque teneatur ſoluere penſionem totius temporis, pro quo illã B conduxit. Ita habetur §.ex illo citato. Si verò poſtea damnum imminere cępit,& locator illud poteſt impedire,refectione nõ magna, neque ſibi admodum graui,aut præiudiciali,prudentis arbitrio, tunc conductor poterit agere ex locato aduerſus illum, ut id reficiat,iuxta ea quæ Diſput.496.dicta ſunt. Et credo,ſi,requiſitus,id non præſtet,& ſequatur damnũ rebus inquilini,teneri illud ei reſarcire, vtpote culpa locatoris, ex qua conductori tenetur, ſubſequutum. Poterit etiã conductor, ſi velit,id reficere ſuis ſumptibus, & poſtea illos petere à locatore, vel eos deducere de penſione domus ſoluẽda,iuxta ea quæ eadem Diſp.496.comprobata ſunt. Quando verò locator non tenetur impedire id damnũ imminens, tunc conductor deſerere poteſt domum conductã, C perſoluto locatori ſolo pretio penſionis temporis præteriti vſque in punctum deſertionis, non verò temporis futuri. Quòd ſi tunc locator illi impediat eam deſertionem,aut ab eo exigat penſionem temporis futuri, tunc poterit agere aduerſus illũ ex conducto,(aut etiam interdicto demigrãdo, præſertim ſi illum impediat,Impediendo, in pignus penſionis temporis futuri, extractionem aliquorum bonorũ de domo conducta,vt habetur,l.1.ff. de migrando) vt liberum eum ab ea penſione migrare ex ea domo relinquat,quin & vt illi ſoluat damna ex ea impeditione ſubſequuta. Ita habetur.§.ex illo.l.inquilino, & l.vtique,citatis,ac conſentiunt, quæ diſputa.493. dicta ſunt. Quòd ſi conductor migrare vellet,non ſoluta penſione conductionis eius domus vſque ad D punctum,quo ea ex cauſa conductor vult eam deſerere,tunc,cum inducta à conductore in eam domũ, tacitè cenſeantur hypothecata pro penſione ſoluenda,vt diſput.497.explanatum fuit,poterit locator illa,aut partem eorum, retinere in pignus, quouſque ea penſionis portio ipſi ſoluatur, vt habetur.l.vtiq;, citata. Cæterum,ſi locator ea relinquat in ea domo, ex cuius ruina,aut vicinæ domus,damnum timebatur,detrimentumque ex tali ruina accipiant,cum tamen locator poſſet ea ſeruare ſine eo,aut æquali, vel maiori,detrimento in alio loco, tunc conductor poterit agere aduerſus eum pignoratitia actione, vt id detrimentum, propter indebitam eorum pignorum cuſtodiam ſubſequutum,ei ſoluat, vt habetur.l.vtique,citata. E Quando autem domui conductæ damnum imminet ex vicina domo, quæ non ſit locatoris;tunc,& domino locatæ domus eſt cauendum de damno,quod ipſi inde poteſt prouenire, Diſputatione 494.dictum eſt, quouſque conductor teneatur eum admonere de eo damno imminenti,ſi conductor illud ſciat,locatorque id ignoret; & inquilino etiam eſt cauendum de damno,quod inde ipſi poteſt prouenire quoad res ipſius in domo conducta exiſtentes,& quoad deteriorationem,aut omnimodam impeditionem,habitationis ipſius in domo cõducta. Ita habetur.l. qui bona fide.§.qui damni,in fine,& l.ſi filius,ff.de dam.infect. Atque in hoc poſteriori iure additur, quòd ſi filiusfamilias conduxit

domum,

domum, in qua habeat res communes ſibi cum patre,& damnum illis immineat ex domo alia vicina, tam filium, quàm patrem, poſſe petere cautionem de damno, quod timetur:ac, ſi non caueatur, vtrumque mittendum eſſe in poſſeſſionem domus vicinæ, pro parte damni, quæ vnumquemque eorum contingit. Quando inquilino ex domo, quam habet conductam, imminet damnum alteri domo vicinæ propriæ eiuſdem inquilini, tunc locator cauere debet inquilino de damno, quod ex domo, quam inquilinus habet coductam, poteſt euenire illi alteri vicinę domui propriæ eiuſdem inquilini. Ita habetur. l. damni infecti. 1. §. ſed inquilino. ff. de damn. infect. Quādo aliquis in conducto ſolo poſuit ſuperficiem, ſeu caſulam amouibilem, tunc, quia inter dominum ſoli, & eiuſmodi ſuperficiarium, eſt verus contractus conductionis & locationis, vt diſputatio. decima, dictum eſt, vtique ſi damnum ſuperficiario imminere incipiat ex ſolo, vel domino ſoli ex caſula, neuter poteſt ab altero petere cautionem de damno infecto, ſed ſolum poterunt agere inter ſe ex locato, aut ex conducto. Ita habetur eadem leg. damni infecti. §. ei qui.

44 Qui cauet de dāno, quod ex ſua domo imminet domui alterius, non ſolum cenſetur cauere de damno, ſi quod ſequatur ipſi domui, ſed etiam de damno ſi quod ſequatur ex eadē ruina rebus mobilibus, aut ſe mouentibus, in eadem domo repertis, etiam ſi tēpore ſtipulationis & cautionis, non extiterint in ea domo, imò neque in rerum natura: vnde ex eadem ſtipulatione & cautione agi poteſt ad compenſationem damni in eis ſequuti. Ita habetur. l. damni infecti. 1. §. ſi is, verſ. ſi autem res. ff. de dam. infect. Intelligendum eſt tamen, modò ſint eorum, quorum eſt ea domus, de cuius damno cauetur, aut inquilinorum eiuſdem domus, vel vxorum eorum, aut habitātium cum eiſdem. Secus autem, ſi ſint alicuius, qui ibi deambulet, aut ibi lauet, vel eò diuertat. Ita habetur. l. qui bona fide. §. qui damni, verſ. cæterum. ff. de dam. infect.

45 Quando aliquis illicitè ædificauit iuxta aliud ædificium, aut paſſus eſt illicitè ædificari iuxta ſuum ædificium aliquid aliud, tunc, ſi ex illo alio ædificio damnum immineat ſuo, non cogitur dominus alterius ædificij, ei cauere de eo damno. Ita habetur, leg. qui bona fide. §. ſi quis iuxta. ff. de dam. infect.

46 Quando quis cauit ex damno infecto ex quadam cauſa, vnde timebatur ex prædio ſuo, ſi perſeuerante tempore cautionis, damnum eueniat, ſed non ex ea cauſa, ex qua fuit cautum, ſed aliunde, non tenetur, qui cauit, ad damnum. Ita habetur, l. damni infecti. 1. §. 1 ff. de dam. infect.

47 Quando aliquis cauit de damno, quod ex opere, quod facere intendebat, timebatur, ſi ipſe id non fecit, neque alius de mandato illius, aut eo id ratum habente, neque item factum eſt ab eo, quem ipſe prohibere potuerit, tunc non tenetur de damno ex eo ope re ſequuto. Ita habetur. l. fluminum. §. quanquam, ff. de dam. infect.

48 Quando aliquis de dāno infecto, quod ex ſuo prędio poterat vicino prædio euenire, cauit domino eius prædij, tunc, ſi is, qui ita cauit, aliquid in ſuo prædio efficiat, vtendo ſuo iure, vnde detrimentum alteri ſequatur, non tenetur de eo damno, ſeu detrimento, quod prædio vicini inde ſit ſequutum; quia neq; de tali damno cauere tenebatur, neque cauere intendiſſe eſt cenſendum. Exempla ſunt. Vt ſi aliquis fodiat puteum in ſua domo, aut prædio, idque in cauſa ſit, vt aquæ putei vicini eo deriuentur. Vel ſi foſſam, ſeu riuum, in ſuo fundo faciat, quo deriuentur aquę, quæ vſque ad vicini fundum conſueuerant deriuari. Vel, cum domus, ex qua cauit, ſeruitutem nō ha-

A beret comparatione domus vicini, vt altius non tolleretur, eam tollat, ſicque impediantur lumina domus vicinæ. Certè, qui de damno infecto cauerat vicino, in nullo horum euentuum tenetur illi de his dānis: quoniam cautio, ſi aliud non fuit expreſſum, nō intelligebatur de eis damnis. Ita habetur, leg. fluminum, §. vlt. l. Trebatius, & leg. Proculus. ff. de dam. infect.

Eſto aliquis cauerit vicino de damno, quod ex domo, aut ex alio prædio, cauentis, iuſtè vicini prædio 49
timebatur, ſi tamen id damnum poſtea ſequutū ſit, non ex vitio rei, vnde timebatur, ſed caſu fortuito terræ motus, vi fluminis aut venti, vel aliqua alia vi extrinſeca, ita quòd ſimiliter eueniſſet, eſto prædiū, vnde timebatur, non haberet vitium, ob quod time-
B batur, tunc, qui eam cautionem præſtitit, non tenetur de eo damno ſequuto, eſto in cautione dictum eſſet, ſe obligare reſarcire damnum, ſi quod ex eo accideret, quòd aliquid ex ſuo prædio decideret in prędium vicini. Si tamē vitium prædij, pro quo eſt cautum, ita adiuuauit, quòd, niſi eo vitio laboraret, accedente ea vi extrinſeca, quæ re ipſa acceſſit, non eſſet ſequuta ea ruina in prædium vicini, ac damnum; tunc, qui cauit, teneretur de damno ſic ſequuto. Hæc habentur. l. fluminum. §. hæc ſtipulatio. §. ſeruus. §. idem ſeruus. §. item apud Viuianum. §. idē ait. §. ſed & quod, & l. damni infecti. 2. in prin. ff. de dam. infect.

Quando preceſſerat cautio damni, quod timeba- 50
tur ædibus vicinis, idque damnum ſubſequutum eſt
C in eo æſtimando, vt ab eo ſoluatur, qui illud ſoluere promiſit, moderatè eſt facienda æſtimatio, ita ſcilicet, vt neceſſariæ quidē, ſeu vtiles, expenſæ in ea domo factæ, æſtimentur iuxta ſtatum, quem res factæ eis expenſis habuerint, quando damnum datū fuit: voluptuariæ verò expenſæ picturarum, & ſimilium rerum, non æſtimentur. Ita habetur. l. inter, §. vlt. & l. ex damni, in prin. ff. de dam. infect. Quando verò aliquis ex cauſa neceſſaria deſtruxit parietem veterem, ſibi communem cum alio, eumque iterum ædificauit, ſocius contribuere tenetur ad expenſas factas in nouo pariete ædificato; modò tamen expenſæ modum probabilem non excedant, hoc eſt, non ſint factæ omnino non neceſſariæ, vt in cultu immoderato, minimeque neceſſario, aut in eo pariete efficiendo
D plus iuſto craſſo; nam ad eiuſmodi expenſas minimè neceſſarias contribuere non tenetur ſocius. Atque ita intelligo. §. vlt. citatum, in lege emptor, §. vlt. ff. eod. tit. neſcio quid ſibi voluerit Paulus iuriſconſultus, niſi forte, quòd quando aliquis reędificat parietem veterem deſtructū, ob damnum inſequutum, de quo cauerat, qui illud reædificat, cum non teneretur eum reædificare, ſed ſolum ſoluere æſtimationem damni, vtique ſi eum reædificet ex pacto cū illo, cuius erat veter, & cuius futurus eſt nouus, quòd ſoluet, quod plus valuerit nouus, quàm veter, æſtimandus erit vterque paries, & de valore noui deducendus erit totus valor veteris, & ſolum incrementum ſoluet dominus eius parietis, à quo incremento
E deducēdum erit, ſi quid materiæ veteris appoſitum fuit in pariete nouo.

Si iudex requiſitus dum pro tribunali ſederet, vt 51
iubeat aliū de dāno infecto cauere, id nō iubeat, aut ſi, poſtquam id iuſſit, & aduerſarius fuit contumax, non cauendo, vt ei fuit denunciatū, iudex ſimiliter requiſitus, non mittat eū, qui cauere ſibi poſtulauit, in poſſeſſionem, ex primo decreto rei, vnde dānum timetur, & poſtea ſuo tempore ex ſecundo decreto, reliquaque, quæ ſubijcienda ſunt, requiſitus, nō præſtet, actio competit aduerſus eiuſmodi iudicem in factum ad intereſſe, quantum ſcilicet intererat hæc poſtulanti, illa eſſe facta: non verò iuratur aduerſus eum iudicem in litem, neque damnatur ad ali-

quid

quid aliud, vltra id intereſſe, ſoluendum in pęnam.
Ita habetur l. dies. §. in eum, & §. hoc autem. ff. de
dam. infect. Cùm verò hęc actio eatenus ſit rei pro-
ſequutiua, quatenus iudex tantundem damni cenſe-
tur dediſſe prædicta poſcenti, eo quòd ex officio te-
nebatur ea præſtare, nec præſtitit illa ab eo peten-
ti, competit hæredi ea poſtulantis, & aduerſus hę-
redem talis iudicis. Ita ſubiungitur ibidem. §. hæc
autem.

52 Iam verò ſuprà eſt dictum, ſi, dum cautio petita
eſt coram iudice, iudexque deliberat, res, ratione cu
ius cautionem præſtari petitur, damnum det, con-
cedi actionem in factum aduerſus dominū rei, quæ
damnum dedit, vt vel damnum totum reſarciat, vel
rem, quæ illud dedit, habeat pro derelicto, fiatque
damnum paſſi, idque habetur l. ſi finita. §. elegāter.
ff. de dam. infec.

53 Quoniam, vt dictum eſt, & ex dicendis patebit,
dominus rei, vnde damnum timetur iuſſus cauere à
iudice de damno, quod ex ea re timetur, nō tenetur
pręcisè cauere, ſed tenetur, vel cauere de eo damno,
vel rem, vnde id damnum timetur, relinquere vici-
no, qui damnum inde timet: in primis denunciari
illi oportet iudicis decretum, quo illi præcipitur, vt
caueat, vt vel id opere præſtet, vel dicat, ſe relinque
re rem vicino, vel, ſi neutrum faciat, contumaxque
ſit, iudex procedat vſque ad plenam traditionem, &
applicationem eius rei illi, qui ex illa damnum ti-
met: id quod iudex paulatim facit, primo mittendo
vicinum in poſſeſſionem illius, ſolum ex primo de-
creto; vt, ſi is, qui cauere præcipitur, contumax vlte-
rius ſit, nec caueat, vicinus tandem mittatur in poſ-
ſeſſionem illius ex ſecundo decreto, ſitque illi ple-
nè applicata, ita vt quamuis is, cuius erat, velit po-
ſtea cauere, & ſoluere damna illucuſque ſequuta, &
expenſas illucuſque factas, non audiatur, ſed res ma
neat eius, cui ita ex ſecundo decreto iudicis authori-
tate fuit applicata.

54 Quod ergo ad denunciationem decreti iudicis,
vt caueat, attinet. Et denunciatio fieri debet domi-
no rei, vnde damnum timetur, vbicunque ille fuerit
repertus, ſiue in eo prædio, aut domo ruinoſa, ſiue
in quacunque alia domo aut loco. Quòd ſi abſens
ſit, aut fugiat, ſuique copiam non faciat, vt ei decre-
tum denuncietur, ſatis eſt, ſi denunciatio fiat procu
ratori illius, aut in domo vbi habet domicilium, vxo
ri, aut domeſticis illius, vel inquilinis domus ruino-
ſæ, ex qua damnum timetur, vel, ſi nullus in ea habi
tet domui ipſi. Ita habetur l. dies. §. prætor ait. ff. de
dam. infect. Si autem res, vnde damnum timetur,
neque habitetur, neque ſit tunc vllius, eo quòd adita
non ſit hæreditas, ad quam illa pertinet, ceſſat obli-
gatio faciendi denunciationem, antequam, qui dam
num timet, in poſſeſſionem eius rei mittatur: tamet-
ſi tutius ſit, mittere libellum ad eam domum, ſeu ad
eam rem, vnde damnum timetur, facereque illi de-
nunciationem, ſi fortè ea ratione aliquis, cuia id in-
terſit, ſe offerat, qui caueat de eo damno. Ita ſubiun
gitur. l. citata. totiens.

55 Facta denunciatione, modo proximè explicato,
domino rei, vnde damnum timetur, ſi nō caueat de
eo damno intra terminum à iudice ei præſcriptum,
tunc iudex mittit eum, cui erat cauendum, in poſſeſ
ſionem rei, vnde damnum timetur, ex primo decre-
to. Ita habetur. leg. dies. §. ſi intra. l. prætor ait. §. de
eo opere, verſ. eum cui. ff. de dam. infecto. & alijs iu
ribus citandis. Atque mitti eo modo in poſſeſſio-
nem debet, etiam ſi res ſit pupilli, idque ſiue tuto-
rem habeat, ſiue non, vt habetur l. ſi finita. §. ſi pu-
pillus. ff. eod. tit.

56 Quando, qui damnum timebat, iuſſus à iudice eſt
mitti in poſſeſſionem rei, vnde damnum timebat,
ex primo decreto, eo quòd dominus eius rei, intra
A terminum ei à iudice præſcriptū, non cauiſſet; tunc,
ſi negligens nō fuit, & dum iret, vt in poſſeſſionem
eius rei mitteretur, aut dum non erat in mora eun-
di, res illa, putà domus, corruit ac damnum dedit,
perinde habendum eſt, ac ſi, antequam corruiſſet in
poſſeſſionem illius eſſet miſſus. Ita habetur l. cum
poſtulaſſem, & l. ſi finita. §. eum tamen. ff. de dam.
infect. & l. vltima. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſ. miſ.
eſt. In eo enim euentu, vt habetur eadem. l. ſi finita.
§. ſi iam ruerunt. ff. eodem tit. mitti debet in poſſeſ-
ſionem ſoli, eiuſque, quod remāſit, nec tenetur eam
poſſeſſionem deſerere, niſi prius ei ſoluatur damnū
datum poſt iudicis decretum de cauendo, eique ca-
ueatur de quocunque alio, quod deinceps euenire
inde poteſt, & niſi ei ſoluantur expenſę, quas per ſe,
B vel per alium, rationabiliter fecit, aut quas condem-
natus eſt ſoluere, factas ab alio. Poteſt verò has om-
nes expenſas petere in eo euētu, actione etiam in fa-
ctum, vt ibi habetur: non verò actione negotiorum
geſtorum, vt gloſſa ibidem affirmat: quoniam eas
fecit, reſpiciendo etiam ſuum commodum, ſi fortè
dominus eius rei contumax vlterius eſſet in cauen-
do, ipſeque mitteretur etiam ex ſecundo decreto in
poſſeſſionem eiuſdem rei, plenumque dominium il
lius compararet.

Quando ex eo, quòd dominus domus, vnde dam 57
num timetur, intra tempus ei præſcriptum non ca-
uit, is, cui erat cauendum, in poſſeſſionem eius do-
mus mittitur; tunc, eſto ea domus ſuperficiaria ſit,
hoc eſt, cuius ſolum, ac dominium directum, ad alte
C rum ſpectat, mitti debet in poſſeſſionē ſoli. Vtrùm
autem, quando pars ſola eius domus ruinam mina-
tur, mitti debeat in poſſeſſionem totius domus, etiā
quoad partes, quæ ruinā non minantur, diſtinguen-
dum eſt. Quoniam, ſi contignatione eadē ſit aliquid
vnitum cum parte, quæ ruinam minatur, aut ſit ita il
li adhærens, vt periculum ſit, ne ſecum trahat id, qđ
eſt illi vnitum, tūc mitti debet in poſſeſſionem, etiā
earum partiū, quæ eo modo vnitæ ſunt illi, quæ rui-
nam minatur, aut quaſi periculum eſt, vt ſecum tra-
hat. Quando autem vel domus ſunt diſtinctæ ac di-
uiſæ inter ſe, vel eſt vna magna domus, cuius vna
pars ita ruinam minatur, vt non ſit periculum, vt ſe-
cum trahat aliam, quæ coniuncta cum illa non eſt
eadem contignatione, tunc mitti non debet in poſ-
D ſeſſionem domus omnino diſtinctæ, neque in poſ-
ſeſſionem partis, à qua nullum imminet periculum.
Ita habetur l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de damno
infect.

Hinc iam intelliges, quo pacto ſit intelligenda. l.
in ſtipulatione. ff. de dam. infec. dum ſtatuit, quādo
domus minatur ruinam, & dominus illius cauere iu
betur de damno, quod ex ea imminet, nō ſatis eſſe,
ſi caueat de parte eius domus, ſed neceſſe eſſe, vt ca
ueat de tota domo, alioquin is, cui caueri iubetur,
mittetur in poſſeſſionem totius eius domus: intelli-
genda enim eſt, quando non cauet de tota domo,
quoad id, quod, modo proximè explicato, minatur
ruinam: tunc enim is, cui caueri iubetur, mitti debet
E in poſſeſſionem eius totius: non verò in poſſeſſionē
earum partium eiuſdem domus, ex quibus nullum
imminet periculum.

Licet ex agris, quoad aggeres & arbores eorum, 58
quando inde pendet ruina & damnum prædio vici-
no, caueri etiam debeat de eo damno, tunc tamen,
quia vna pars non ſolet ſecum trahere aliam, vt in
domibus, cauendum ſolum eſt de parte, quæ ruinam
minatur, non verò de reliquis: iudex tamen, cauſa co
gnita, ſtatuere debet, ex quanta parte caueri debeat,
in quantamque vicinus mitti in poſſeſſionē debeat,
ſi ei non caueatur. Ita habetur. l. emptor. §. ſi agri. ff.
de dam. infect.

Quando multi ſunt domini eiuſdem rei, vnde dā 59
num

num timetur, ſi omnes cauere iubeantur, & vnus caueat, & alius non, tunc is, cui eſt cauendum, mitti debet, tum ex primo decreto, tum etiam, ſi vlterius contumax ſit, ex ſecundo decreto, in poſſeſsionem ſolũ partis eius, qui non cauit, non verò in poſſeſſionem partis eius, qui cauit. Ita habetur. l. prætoris. §. 1. ff. de dam. infect.

60 Quando multi, ſiue diuerſorum prædiorum domini, ſiue eiuſdem pro indiuiſo, petierunt ſibi caueri de damno, quod ex vicino prædio imminebat ipſorum prædijs, eiſque nõ eſt cautum, omnes ſimul, ac æqualiter mittendi ſunt ex primo decreto in poſſeſſionem prædij vicini, ſiue ſimul petierint cautionem, & obtinuerint poſſeſſionem, ſiue vnus poſt alium. Si tamen poſterius petenti cautionem, aut poſſeſſionem ex primo decreto, illi caueat, qui prius miſſus eſt, tunc poſterior non mittitur in poſſeſſionem. Ita habetur. l. prętor ait. §. in eum, verſ. eius rei l. ſi finita. §. ſi plures, & §. æqualiter, & l. emptor. §. vlt. ff. de dam. intec.

61 Quando aliquis ex primo decreto miſſus eſt in poſſeſſionem rei, vnde damnũ timebatur, eo quòd dominus rei illius ei non cauerit, eo ipſo res illa ſortitur rationem quaſi pignoris prætorij (vi diſtinguitur contra pignus iudiciale preſsè ſumptum) comparatione eius, qui ita in poſſeſſionem illius eſt miſſus, vt in calce Diſputationis 536. dictum eſt: ſolum quippe permiſſionem in poſſeſſionem creditoris ex ſecundo decreto incipit habere rationem pignoris iudicialis preſsè ſumpti, vt diſtinguitur cõtra pignus prætorium, vt ibidem eſt traditum. Eſt tamen hoc diſcrimen inter pignus conuentionale & prætoriũ, vt Diſput. 535. oſtendimus, quòd, qui pignus cõuentionale tenet, ſi pereat id pignus, aut deterius reddatur, culpa ipſius leui, tenetur ad damnum ſubſequutum: qui verò pignus prætorium tenet, ſolum tenetur de dolo, & ſubinde de lata culpa, quæ dolo in re propoſita comparatur. Hinc prouenit, quòd ſi is, qui pignus conuentionale tenet, illud non reficiat, quando refectione indiget, in eoque non efficiat expenſas neceſſarias ad illius cõſeruationem, ita quòd culpa, ſaltem leui ipſius, propter defectum expenſarum ac refectionis, pereat, aut deterius reddatur, teneatur domino pignoris de eo damno ſequuto: qui autem miſſus eſt in poſſeſſionem rei alicuius ex primo decreto, eo quòd ipſi non caueatur de damno, quod ex ea re imminet, non teneatur ad refectionẽ & expenſas, neque ad damnum ex tali omiſſione domino eius rei ſequuto, vt vtrumque habetur, l. ſi finita. §. ſi quis damni. ff. de dam. infect. Vtrùm autem teneatur de damno lata culpa ſequuto ob eã omiſſionem? Dicerem non teneri: quoniam textus hic eum ad id non obligat. Et quoniam, in re propoſita, res, in cuius poſſeſſionem eſt facta miſſio ob omiſſionem cautionis de damno infecto, non habet rationem pignoris prætorij pro damno, vt tandem vendatur, & ſarciatur damnum, incrementumq; reddatur domino illius rei: vt fit, quando creditori non ſoluitur ſuum debitum, bonaque debitoris abſentis occupantur iudicis authoritate, ob id debitũ, creditorque, eadem iudicis authoritate, mittitur primo in poſſeſſionem earum ex primo decreto, & poſtea ex ſecundo, vt Diſput. 536. explanatum eſt. Sed in re propoſita, etiamſi dominus eius rei ſit pręſens, ſi non caueat, is, cui eſt cauendum, mittitur in poſſeſſionem illius, vt tãdem fiat omnino illius, quaſi pro derelicto habita à domino illius: ſemperque integrum manet domino illius, interim dum miſſio non eſt facta ex ſecundo decreto, offerre cautionem, & ſubuenire rei ſuæ, eam reficiendo, & adminiſtrando: atque hac ratione ſuprà non diximus, eam rem, dum poſſidebatur ex primo decreto, habere rationem pignoris prętorij, ſed diximus ſortiri rationem quaſi pignoris prætorij. Quando autem miſſio in poſſeſſionem fieret ex primo decreto, eo quòd omnino abſens non caueret, tunc æquitas poſtulat, vt vſurpans eam rem ex primo decreto, teneatur eam reficere, maximè quando ea ratione eſſet impedimento alteri, qui alioquin eam refeciſſet, ne eam reficeret: atque tunc veriſimile eſt, quòd teneretur de damno lata culpa ſequuto ex omiſſione talis refectionis.

Qui in poſſeſſionem rei, vnde damnum imminet, miſſus eſt ex primo decreto, eo quòd dominus illius de damno non cauerit, non poſſidet ſimpliciter, ſed ſolum obtinet legitimam tentionem eius rei, poſſeſſioque manet apud eum, cuius antea ea res erat, quique cauere omiſit: is enim per ſeipſum poſſidet adhuc ciuiliter, & per legitimum eius rei tentorem poſſidet naturaliter. Vnde, ſi res illa verè non erat eius, qui illam poſſidebat, & credebatur dominus, cauereque omiſit, vtique miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, præſcribere illam non incipit per eam tentionem aduerſus verum dominum illius, ſed is, qui cauere omiſit, perſeueratque in ſua poſſeſſione eius rei, continuat aduerſus dominum præſcriptionem, ſi nondum eam abſoluerat, bonaque fides perſeueret. Ita habetur. leg. ſi finita. §. Iulianus, & §. ſi quis autem. ff. de damno infecto. 62

Si miſſus ex primo decreto in poſſeſſionem rei, vnde damnum timetur, recedat ex ea re, non animo poſſeſſionem deſerendi, ſed timore ruinæ, vt aliqua alia ratione, non idcirco amittit poſſeſſionem illam: ſecus autem, ſi animo poſſeſſionem deſerendi recedat, quòd in dubio nunquam pręſumitur. Ita habetur. l. ſi finita. §. ſi quis metu, iuncta gloſ. vltim. ibi. ff. de dam. infec. 63

Quando aliquis poſtquam cauit de damno, quod ex ſuo prædio timebatur, illud alienauit, ſi poſtea damnum ſequatur, qui cauit, tenetur id damnũ ſoluere: quoniam obligatio erat perſonalis, licet ratione prædij, Ita habetur leg. ſi quis miſſum. §. vltimo, ff. de dam. infect. Vnde, vt ſequentem ſucceſſorem in eo prædio habeat etiam obligatum, ab eo etiam petere debet nouam cautionem. Si verò prędium alienauit, poſtquam alius miſſus eſt ex primo decreto in illius poſſeſſionem, tunc, niſi ipſi ſoluantur damnum acceptum, & expenſæ illucuſque factæ, eique caueatur de damno futuro, retinet poſſeſſionẽ eius prædij quoad id, quod ex eo remanet, modo ſuprà explicato: quòd ſi vlterius perſeueret contumacia, quia neque prior dominus, neque nouus ſucceſſor in illo, ei cauet, mittitur in poſſeſſionem illius ex ſecundo decreto, comparatque non ſolùm veram poſſeſſionem illius ciuilem & naturalem, ſed etiam dominium, niſi dominium reuera pertineret ad aliquem alium quartum, iuxta ea quæ ſubiungemus. Atque iuxta hanc noſtram doctrinam iudicandum eſt de veritate, aut falſitate, gloſſarũ, §. vlti. citato. 64

Quandocunque miſſo ex primo decreto in poſſeſſionem rei, vnde damnum timetur, offertur cautio damni, admittere illam tenetur, & relinquere prædiũ domino illius: modo tamen ei ſoluatur damnum, ſi quod iam euenit à puncto, quo cautio primò petita fuit, non interueniente mora culpabili in eo, qui illam petijt, occupandi poſſeſſionem ex primo decreto; poſtquam idcirco iuſſus eſt in eam mitti, quòd dominus non caueret, vt ſuprà dictum eſt: & modo ei ſoluantur expenſæ vtiles in ea re factæ ad illud vſque tempus: atq; modo ei caueatur ſufficienter de damno, ſi quod ex eadem re in futurum euenerit. Ita habetur l. ſi finita. §. item videamus, & §. illud. ff. de dam. infec. Is autem, qui miſſus iam eſt in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, non tenetur admittere cautionẽ, eſto ei offeratur, vt ſubijciemus. Quan- 65

66 Quando aliquis à iudice mitti iuſſus in poſſeſſionem ex primo decreto rei, vnde damnum imminet, non admittitur ad eam poſſeſſionem à domino rei, ſed reſiſtitur, tunc datur huic non admiſſo actio in factum aduerſus dominum rei, nempe ad intereſſe, modo ſtatim explicando, vt habetur. l. dies. §. intra, ff. de dam. infect. Eidem etiam competit actio in factum ad idem intereſſe ex interdicto, ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem eſt miſſus, vt habetur, l. vlt. ff. ne vis fiat ei, qui in poſ. miſ. eſt. Atque quidam exiſtimant, iudicem eius cauſæ, non quidem delegatũ, ſed ordinarium, poſſe cogere dominum rei, pignoribus ex illo ad id extractis, admittere ad illam poſſeſsionem eum, qui ad eam mitti eſt iuſſus, vt §. ſi intra citato gloſſa refert, & innuit textus. Vt verò habetur. leg. prætor ait, §. in eum, & dilucidius, leg. ſi finita, §. vlt. iuncta. l. ſequenti. ff. eodem titulo. Hoc intereſſe extenditur etiam ad tempus ante damnum ſubſequutum, ita ſcilicet, vt ſi damnum ſequatur, perſeuerante contumacia, non cauendi, & non admittendi ad poſſeſsionem, teneatur, quantum teneretur ſi à principio cauiſſet, ſi id melius ſit ei, qui in poſſeſsionem iuſſu eſt mitti. Si tamen is qui ad poſſeſſionem non admiſit, caueat illi, antequam damnum ſequatur, de damno, ſi fuerit ſequutum, vel eum admittat ad poſſeſsionẽ ex primo decreto, tunc ceſſat omnino actio in factum aduerſus ipſum, perindeque res habet, ac ſi à principio cauiſſet, vel admiſiſſet illum ad eam poſſeſsionem ſtatim, atque à iudice admitti fuit iuſſus. Ita habetur iure poſtremo loco citato.

Licet autem actio, quæ competit aduerſus prohibentem, nec admittentem ad aliquid, eſſe ſoleat annalis, vt notat gloſſa. 1. §. citando; hæc tamẽ eſt perpetua, & competit hæredi eius, qui in poſſeſsionem non eſt admiſſus, cæteriſque eiuſdem ſucceſſoribus vniuerſalibus, & particularibus, in prædio, cui damnum imminet, & aduerſus hæredes & ſucceſſores vniuerſales & particulares eius in eo prædio, qui in poſſeſsionem non admiſit. Ita habetur. l. ſi quis miſſum. §. actio. ff. de damn. infect. Ratio autẽ, cur hæc actio ſucceſſoribus, & aduerſus ſucceſſores, concedatur, eſt: quoniam ſuccedit loco cautionis non præſtitæ, quæ tam latè peti poterat, & præſtari debebat, vt ſupra dictum eſt.

67 Etiamſi is, qui in poſſeſsionem non admittit, pupillus ſit, doli tamen capax, in eum competit actio in factum explanata. Ita habetur. l. damni infecti. 1. §. ſi pupillus. ff. de dam. infect.

Quando, qui reſiſtit, nec ad poſſeſsionem admittit eum, qui ex primo decreto in poſſeſſionem eſt iuſſus mitti, non eſt dominus, ſeu poſſeſſor prædij illius, ſed eſt aliquis alius, diſtinguendum eſt. Quoniam, vel id facit de mandato domini ſui poſſeſſoris prædij, eove ratum id habente poſtquam nouit nomine ipſius eſſe factum; vel ſua propria autoritate. In primo euentu actio in factum competit aduerſus vtrumque: ſed vno ſatisfaciente, ceſſat aduerſus alterum. In ſecundo verò non competit aduerſus prædij poſſeſſorem, ſed aduerſus eum ſolum, qui prohibuit in poſſeſsionem intrare. Quòd ſi hic mancipium ſit domini prædij, cuius poſſeſsionem intrare prohibuit, aut alicuius alterius, tunc vel dominus talis mancipij tenetur ſoluere integrum intereſſe, vel mancipium noxæ tradere pro intereſſe. Hæc habentur. §. ſi pupillus citato, iuncto. §. non ſolum ſequenti, & leg. ſi quis miſſum in princ. ff. de damn. infect.

68 Quando aliquis, ob cautionem non præſtitã, miſſus eſt in poſſeſsionem ex primo decreto eius prędij vnde damnum imminet, reſtat vt ſi contumacia in nõ cauendo perſeueret, miſſio fiat in poſſeſsionem ex ſecundo decreto. Ea autem fieri debet cauſa co-

A gnita, non autoritate iudicis delegati, ſed ordinarij eius cauſæ, vt habetur. l. dies. §. ſi forte. ff. de dam. infect. Neq; fieri debet ſtatim, ac miſsio fuit facta ĩ poſſeſsionem ex primo decreto, ſed ex interuallo, ita vt dominus rem cenſeatur habere ꝓ derelicto, ſaltem quia multo tempore non accedit ad cauendũ. Quãtum autem debeat eſſe hoc interuallum, iudicis arbitrio eſt relinquendum, attentis circunſtantijs concurrentibus, vt gloſſa verb. miſſo. §. ſtatim citando, rectè ait. Neque enim in re propoſita expectandum eſt biennium, vt quando creditores mittantur ex primo decreto in poſſeſsionem bonorum debitoris nõ comparentis, expectatur biennium antequam miſſio fiat in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, iuxta ea quæ Diſputatio. 536. dicta ſunt, ex diſpoſitione

B iuris. Cod. de bon. iud. autorit. poſſ. Et præcipuè feſtinare non debet iudex ad concedendum poſſeſsionem ex ſecundo decreto, quando, qui non cauet, eſt abſens reipublicæ cauſa, aut ex alia legitima, aut quando eſt minor. Atque, ſi tunc ex ſecundo decreto aliquem mittat in poſſeſsionem rei, vnde damnum timetur, conceditur poſtea abſentibus ac minoribus reſtitutio in integrum, vt dicemus. Hæc habentur. leg. ſi finita. §. non autem, & §. ſi fortè. ff. de dam. infect.

Quando, ob non præſtitam cautionem, mittitur 69
aliquis ex ſecũdo decreto in poſſeſsionem rei, vnde damnum imminet, comparat eo ipſo ciuilem & naturalem poſſeſsionem eius rei, eamque amittit, qui cauere omiſit, atque adeò, eſto res non fuiſſet quo-

C ad dominium eius, qui ita à poſſeſsione illius fuit deiectus, is tamen qui poſſidere illam incipit ex ſecundo decreto præſcribere incipit illam aduerſus tertiũ illius dominum; idque cum titulo vi talis miſsionis ex ſecũdo decreto in poſſeſsionem illius, per quam dominium comparaſſet, ſi res fuiſſet illius, qui proximè illã poſſidebat. Ita habetur. l. dies, §. ſi forte. l. prætoris in princ. iuncta gloſſa ibi verb. capere, & iũctis iuribus, quę citat. l. prętor ait. §. de opere verſ. eum cui. l. ſi finita. §. Iulianus, illis verbis; *non prius incipere per longum tempus dominium capere*, (per pręſcriptionem ſcilicet aduerſus tertium dominum) *quam ſecundo decreto a prætore dominus conſtituatur*, comparatione ſcilicet immediati poſſeſſoris, ſi verè ſit dominus: id enim intendit prętor per ſecun-

D dum decretum, & id verè fit, ſi immediatus poſſeſſor dominus erat, vt dominus eſſe credebatur. §. vbi ita habetur: *Poſtquam quis poſſidere iure domini* (qđ fit per ſecundum decretum) (*à prætore iuſſus eſt, nequaquam locus erit cautionis oblationi.* Vbi vides, iure dominij, hoc eſt, tanquam dominum verè eo ipſo effectum, poſſidere eum, qui in poſſeſsionem rei, vnde damnum imminebat, miſſus eſt ex ſecundo decreto, atq; adeò poſſidere cum titulo ad pręſcribendum aduerſus tertium dominum, ſi, qui ita à poſſeſſione deiectus eſt, nõ erat dominus eius rei. Item vides, poſtquam aliquis miſſus eſt in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, locum iam non eſſe oblationi cautionis, vt relinquere teneatur eam rem, poſſeſsionemque illius, priori poſſeſſori ac domino: quare, ſi

E prior poſſeſſor erat dominus ſtatim, qui ex ſecũdo decreto miſſus eſt in poſſeſsionem, eſt effectus dominus. neque indiget tempore ad pręſcribendum requiſito, vt dominium comparatione illius acquirat. Quorſum enim id tempus expectaretur ad dominiũ acquirendum comparatione illius, ſi à poſſeſsione expelli non poteſt, etiamſi ille alius offerat ei cautionem & reparationem omnium damnorũ imminentium ac ſequutorum.

Quando tamen alicui competit reſtitutio in integrum, quoniam ideo non cauit, quia abſens fuit reipublicę cauſa, aut ex alia legitima cauſa ex ijs, quę Diſputatio. 80. & Diſputatio. 574. explanatę ſunt,

vel

vel quia erat minor, tunc, eſto aliquis ex ſecundo miſſus ſit in poſſeſſionem rei illius, eo quòd cautio non fuerit præſtita, comparaueritque poſſeſſionem ac dominium illius, per beneficium tamen reſtitutionis in integrum admittitur ad cauendum intra tempus diſputationibus citatis explicatum, recuperatque dominium ac poſſeſſionem eiuſdem rei. Ita habetur l.dies.§.ſi fortè,l.ſi finita. §.ſi fortè, & §.poſtquam,& l.eorum,ff.de dam.infec.

70 Sicut quando, iuſſus admitti ex primo decreto, non admittitur,aut,poſtquam eſt admiſſus, expellitur,conceditur ei actio in factum ad intereſſe aduerſus non admittentem,aut expellentem, vt ſuprà dictum eſt:ita quando, miſſus in poſſeſſioné ex ſecundo decreto, inde expellitur, aut, regrediens ad eam rem,in eam non admittitur,quia intrare nõ permittitur, conceditur ei eadem actio in factum, & inſuper interdictum vnde vi. Si tamen vtatur actione in factum, vti ei non permittitur interdicto vnde vi: quoniam in conceſſione vtriuſque actionis ſolum intenditur,ne miſſus in poſſeſſionem ex ſecũdo decreto damnum patiatur, non verò vt lucrum reportet. Ita habetur l.damni infecti. 1. §.non ſolum.ff. de dam.infect.& leg.vltima, ff.ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.eſt miſſus: quæ lex habet competere etiam interdictum, ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem eſt miſſus.

71 Quando multi in poſſeſſionem erant miſſi ex primo decreto,eiuſdem rei, quia diuerſis eorum prædijs,aut vni omnibus communi, damnum inde imminebat; tunc, ſi omnes petant, vel ſimul,vel vnus poſt alium, mitti ex ſecundo decreto in poſſeſſioné eiuſdem rei, eo quòd non caueatur, mittendi ſunt, non omnino æqualiter,ſed ſolum pro portione quadam, ita ſcilicet vt iuxta proportionem quoad valorem damni, quod vnuſquiſque timet, ad damnum, quod cæteri timent, mittantur in poſſeſſionem, & conſequãtur pro indiuiſo partem dominij eius rei. Si tamen aliquis eorum fecerat in ea re aliquas expenſas vtiles,cæteri iudicio cõmuni diuidundo contribuere ei debét in eadem proportione expenſas factas. Ita habetur l.ſi finita. §.ſi ante, & §.cum autem.ff.de dam.infec.

72 Quando iã aliquis,aut aliqui,miſſi ſunt ex ſecundo decreto in poſſeſſionem rei, vnde damnum imminebat, factiq; ſunt illius domini, ſi alius accedat, qui ſibi caueri de eadem re petat, ad illos, vtpote iã illius rei dominos,cauere de illa ſpectat;quòd ſi,iuſſi,non caueant, atque is ea de cauſa mittatur primò in poſſeſſionem illius ex primo decreto, & deinde, creſcente contumacia, ex ſecundo, tunc iſte ſolus incipit eam rem poſſidere, & comparat dominium illius,cæterique vtrumque eo ipſo amittunt. Ita habetur eadem l.ſi finita.§.ſi plures,verſ.quòd ſi,& §.ſi ante.ff.de dam.infec.

73 Quando dominus rei, vnde damnum imminebat: cauere de ea re noluit,eaque de cauſa, qui cautionem petijt, miſſus eſt in poſſeſſionem eius rei ex primo & ex ſecundo decreto,dominiumque proinde ac poſſeſſionem illius acquiſiuit, ſi eueniat, vt is, qui cauere noluit,aliud prædium iuxta illud habeat, cui damnum ex illo etiam immineat,tunc,eſto caueri ſibi de eo petat, non tenetur alius ei cauere, quaſi in pænam, quòd ipſe cauere de damno ex eadem re noluerit. Ita habetur l.qui bona fide.§.ſi quis quia. ff.de dam.infec.

74 Quando res,vnde damnum imminet, pignori erat tradita,ſi is,cui ex illa damnum imminebat,ſibi caueri petat,neque creditor de illa caueat, eaque de cauſa,qui ſibi caueri petiuit,mittatur in poſſeſſioné illius ex primo,& ex ſecundo decreto,tunc hic præfertur creditori illi pignoratitio,qui iuxta proportionem eius,pro quo ſibi erat obligata, non cauit. Ita
lex

A betur l.his(alias eis)ff.de dam.infec. Lex verò cum poſtulaſſem.§.damni. ff.eod.tit.habet: Si ex domo aliqua damnum imminebat prædio meo,& ego petij mihi caueri de eo damno, atque, quòd non fuerit cautum miſſus ſim in poſſeſſionem illius ex primo & ſecundo decreto, conſequutuſque proinde ſim dominium & poſſeſsionem illius, ſi ſuperueniat creditor,cui pignori erat obligata, (videtur ſumere pignus latè pro hypotheca, quod non infrequenter fit in iure, vt in materia de pignoribus eſt dictum) non eſſe admittendam pignoratitiam, ſeu hypothecariam,proſequutionem, qua ea domus de mea poteſtate extrahatur ac vendatur, vt illi ſolutio fiat,niſi paratus ille ſit mihi ſoluere impenſas, quas in ea fecerim. Hanc legem ego intelligo, quando
B creditor ille requiſitus non fuerat, vt ipſe etiam caueret de eo damno: nam,ſi,requiſitus,non caueret, amitteret totum ius,quod in ea re habebat, iuxta dicta ſuperius in hac diſputatione:atque in hoc euentu loquitur lex his citata,quæ huic alteri legi non repugnat. Additur verò in eodem §.non idem competere emptori domus, qui expenſas in ea domo empta, ſuaque iam effecta,fecerit: nam creditor hypothecarius agere poterit, vt ſibi ex ea domo ſoluatur ſuum debitum, quo ad id,quod ea domus valet, ſecluſis expenſis in ea domo factis: melioramenta quippe, & expenſas neceſſarias, ſine quibus deterior eſſet domus,nullus negare poteſt, integras debere remanere emptori. Reddit verò §.ille rationem diuerſitatis,cur meritò ſtatuatur, vt in eo euen
C tu,qui miſſus eſt in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, factuſque eſt dominus eius rei, eo quòd ſibi non fuerit cautum de damno infecto, ſoluendæ ſint omnes expenſæ,admittendumque alioquin non ſit,fieri exequutionem in ea re ob debitum, pro quo fuerat hypothecata; non verò idem ſtatuendum ſit in emptore ſimilis domus.

Quoniam emptor petere fideiuſſoriam cautioné potuit à véditore circa illam domum, quòd domus illa alteri non erat obligata,& quòd,ſi aliquod damnum ipſi eueniret ex eo,quòd ea domus nõ eſſet omnino libera,ei ſolueretur:qui verò idcirco miſſus eſt in poſſeſsionem domus ex ſecundo decreto, quòd ſibi non caueretur, nullam talem cautionem petere potuit,vt euitaret damnũ amittendi expenſas, quas
D in ea re bona fide faceret.

Atque hęc dicta ſint de tota hac materia,ſatis obſcurè,ac ſine methodo,tradita in iure. Coactus autem ſum vnica diſputatione eam totam comprehendere:quoniam non occurrit mihi modus, quo eam commodè ſecare poſſem in multas.

DISPVT. 704.

De damno proueniente ex aqua ratione operis facti in vicino prędio: cuius operis ac damni comparatione competit
E ciuili iure actio aquæ pluuiæ arcendæ.

SVMMARIVM.

1 *Damnum,ob quod actio aquæ pluuiæ arcendæ competit,in futurum pendet,& quod ſit,& ad quæ competat ea actio. Et quæ actiones competant ob damnum datum ante actionem de aqua pluuia arcenda conteſtatam.*

2 *Actio aquæ pluuiæ arcendę non competit,ſi quis ſciẽs fieri opus, ex quo videbat aquam pluuiam nocere prædio ſuo,tacuit: ſecus ſi ignorans id damnum inde prouenturum.*

3 *Aquæ pluuiæ nomine, quoad actionem aquæ pluuiæ*
pluuiæ

uiæ arcendæ attinet, etiam fontium & fluuiorum aqua intelligitur.

4 *Actio aquæ pluuiæ arcendæ preſsè, quoad quæ competat. Et quo ad ſeruitutes, aut quaſi ſeruitutes, confeſſoria actio, & negatoria vniuerſalis, actio, quid.*

5 *Actio aquæ pluuiæ arcendæ non competit, neque aliqua alia, vt ex prædio ſuperiori non fluat aqua, quæ naturaliter in inferius fluit, eſto inde detrimentum inferiori ſequatur, quando non eſt ſeruitus in ſuperiori, vt non ita fluat.*

6 *Seruitus ſi ſit in vno prædio, non naturalis, ſed pacto acquiſita, vt aqua alterius prædij in ipſũ deriuetur, intelligitur de conſueta deriuari, non verò de incremento, ſimul excreſcat.*

7 *Actio aquæ pluuiæ arcendæ competit vt deſtruatur opus, & compenſetur damnum à lite conteſtata ſequutum, ſi in agro inferiori, in quem aqua naturaliter fluunt, fiat aliquid, vnde in ſuperiorem reſtagnent.*

8 *Actione aquæ pluuiæ arcendæ vtili cogitur dominus agri inferioris permittere dominum agri ſuperioris purgare ſuis ſumptibus vias, quibus aqua naturaliter deſcendebat in agrum inferiorem, quando reſtagnat in ſuperiorem ob vias in inferiori oppletas ſine opere aliquo in eo facto.*

9 *Actione aquæ pluuiæ arcendæ cogere poteſt dominus agri inferioris, in quem naturaliter fluunt aquæ ex ſuperiori, dominum agri ſuperioris, vt reducat rem in priſtinum ſtatum, quando ob aliquid factum, aut deſtructum in ſuperiori, aliter fluunt, aut qualitate diuerſa affectæ, ita vt plus noceant, quam antea.*

10 *Actione eadem poteſt dominus agri inferioris cogere dominum agri ſuperioris, vt patiatur ſumptibus inferioris refici aggerem, aut aliud agri, ſuperioris, ſi ſine notabili illius præiudicio id fieri poteſt, quando inde ſequitur, vt aqua ex ſuperiori fluat, aut aliter fluat, quam conſueuit, cum damno inferioris.*

11 *Aqua agri ſuperioris ſi pacto, præſcriptione, aut conſuetudine loci, diuertatur aggeribus, aut foſſis, vel alia ratione, ne deſcendat in inferiorem, non poteſt dominus agri ſuperioris impedire eam ſeruitutem. Vicini tamen reficere tenentur eos aggeres, aut foſſas, vel inſtrumenta.*

12 *Seruitutis iure foſſam exiſtentem in agro ſuperiori, ne aqua ex illo deriuetur in inferiorem, ſi reſtagnet in agrum, in quo eſt, quòd ſit repleta, dominus agri inferioris tenetur eam purgare ac reficere.*

13 *Actio aquæ pluuiæ arcendę non competit domino agri inferioris, ſi ob ſeruitutem, quam fundus ſuperior ad id habet, aqua decurrat ex illo ac noceat. Et quãto tempore ea ſeruitus præſcribatur.*

14 *Actione aquæ pluuiæ arcendæ agi aduerſus eum poteſt, vt patiatur purgari, aut vt ipſe purget foſſam, quam ſeruitute habet in agro ſuo, ſi reſtagnet in vicinos agros, & vt ſoluat damna ſequuta à lite conteſtata. Eadem actio competit aduerſus vicinum, inter cuius & meum prædiũ interiecta eſt foſſa, quã volente me purgare quoad medietatum, quod reſtagnet in meum prędium, nõ vult ipſe purgare quoad ſuam medietatem, aut contribuere vt purgetur. Idẽ de refectione aquæ ductus communis. Et de refectione ſepti fluminis, quo deducitur aqua ad diuerſa molendina: contribuere enim tenentur domini molendinorum,*

15 *Actio aquæ pluuię arcendæ non competit, ſi aqua noceat alicui prædio ob opus in alio factum à tempore, de cuius initio non extat memoria, aut ſufficiẽter ad præſcribendum. Et quo modo tempus, de cuius initio non extat memoria, probetur.*

16 *Actio aquæ pluuiæ arcendæ mihi competit, quatenus mea id intereſt, ſi ex opere facto aqua noceat vię prędio meo in alio debitę.*

A 17 *Ripæ quando priuatæ quoad dominium, eorum videlicet dominorum, quorum ſunt prædia, quæ ad illas terminantur, & quando publicæ, communes omnibus quoad vſum.*

18 *Actio aquæ pluuiæ arcendæ competit dominis agrorum, etiam eorum, qui in vlteriori parte ripæ fluminis ſunt, quando ex aggeribus, factis in ripa alicuius priuati, vnda nocet alijs agris, niſi tales aggeres facti ſint à tempore, de cuius initio non extat memoria, aut alia ratione ritè. Quòd ſi ex eo, quod non fierent, longè maius detrimentum ſequeretur agris, in quorum defenſionem facti ſunt, ſoluenda eſt dominis aliorum agrorum æſtimatio damni, quod ex illis eis prouenit. Lege longam ea de re diſputationem.*

B 19 *Flumen preſsè, riuus, & torrens, quid.*

20 *Flumen publicum quid.*

21 *Ripa fluminis quid. Eſt locus publicus, ſaltem quoad vſum, ſicut & flumen.*

22 *Alueus fluminis quid. Qualiter varietur. Eſt locus publicus, ſicut & flumen, dum aluei fluminis rationem retinet.*

23 *Foſſa flumini publico ſi fiat, per quã tanta pars fluat, quæ fluminis, & non riui rationem ſubeat, locus publicus efficitur.*

24 *In flumine quid factum dicatur, & quid in ripa.*

25 *Fluminum, quæ nauigabilia dicantur, quę efficere flumen nauigabile, quæ non item.*

26 *Flumine in nauigabili, aut quod nauigabile efficit, neque in eius ripa fieri poteſt aliquid, quo nauigatio,* C *aut ſtatio nauigiorum deterior reddatur. Si factum ſit, in priſtinum redigitur ſtatũ. Et quæ pęnę in hoc regno ſtatutæ.*

27 *Flumine in publico, aut in eius ripa, nihil fieri poteſt, ob quod flumen curſum mutet, quem in æſtate ſolet tenere, nocereque ea ratione alienis agris. Si autem factum ſit, in priſtinum redigitur ſtatum. Licitum verò eſt cuique, ſe tueri aduerſus inundationes, etiam cum aliorum pręiudicio, quibus fas ſimiliter eſt ſe tueri, modo tamẽ id in cauſa non ſit, quòd flumen curſum ęſtatis mutet. Et quid æſtatis tempus ſit.*

28 *Flumine in publico, aut in eius ripa, fieri poſſunt aggeres, aut quoduis aliud, ad tuendos proprios agros, modo alijs caueatur de damno infecto. Quòd ſi lõgè ma-* D *ius damnum vitetur eis aggeribus, quam ſit, quod alijs ſequitur, deſtruendi non ſunt, ſed compenſandũ eſt damnum dominis aliorum agrorum.*

29 *Torrentis aquam fas eſt auertere opere facto in proprio prædio, eſto per accidens inde ſequatur detrimẽtum aliorum. Modò tamen id non fiat ſine proprio emolumento, animo alijs nocendi.*

30 *Seruitus, aut quaſi ſeruitus, vt pręſcribatur aduerſus rem aliquam publicam, etiam ſi continua ſit, nõ minus tempus ſufficit, quàm de cuius initio non extet memoria.*

31 *Fluminis publici ob curſum mutatum ex aggeribus factis, aut ex alia re facta, damnũ alijs proueniens, non præſcribitur ea quaſi ſeruitus minori ſpatio, quã* E *de cuius initio non extet memoria.*

32 *Actio aquę pluuię arcendæ non competit aduerſus opus factum in flumine, aut in ripa, uel alibi, eſto inde alijs detrimentum proueniat, quando principis, ſenatus, vel autoritate ab eis deriuata, factum eſt. Fieri tamen tunc non debet, niſi in magnum commodũ publicum, & compenſatione ijs facta, quibus damnum prouenit.*

33 *Actio eadem non competit aduerſus opus factũ in loco publico quo ad directum & vtile dominium ſimul. Si aqua noceat ex opere facto in loco priuato, quæ tamen tranſit per publicum, competit. Et quę actiones competant aduerſus priuatum, qui in loco publico priuata autoritate aliquid fecit.*

34 *Actio eadem competit aduerſus facientem opus in loco diſtante, vnde aqua nocet prædio meo. Aduerſus vicinum verò, per cuius prædium pertranſit, competit etiam, ſi ille poteſt id impedire, nec impediat.*

35 *Actio eadem non competit, ſi aliquid ad cultum vtiliorem agrorum pertinens fiat in vno prædio, vnde aqua alteri noceat.*

36 *Aquam, quæ in ſuo fundo oritur, aut in illum deriuatur, ſeruitute in contrarium non exiſtente, retinere ſibi quis poteſt, etiam facto ad id opere, in ſuo fundo, & non alieno. Actione tamen de dolo prohiberi id poteſt, ſi animo nocendi vicino, & non vtendi iure ſuo, id efficiat.*

37 *Aquam publicam, ad prædia certo modo irriganda deputatam, non poteſt ſibi quis plus vſurpare, quam lege, pacto, aut conſuetudine ſit introductum. Si autem aliquid efficiat, quo eam ſibi plus vſurpet, actio competit pluuiæ arcendæ.*

38 *Aquæ venas ſi quis præſcindat in ſuo fundo, quæ deriuabantur in alienum, aut puteum fodiat, quo confluant aquæ ex fundo alieno, nulla actio aduerſus eum competit. Si tamen non animo vtendi iure ſuo, ſed nocendi id efficiat, quod præſumitur, quando abſque vllo ſuo emolumento id efficit, actione de dolo cogitur rem deducere ad priorem ſtatum.*

39 *Actione aquæ pluuiæ arcendæ ſi quis deſtruere aliquid iubeatur, ſolum tenetur id efficere, quatenus nocet & non plus.*

40 *Actionis aquæ pluuiæ arcendæ poſt litem conteſtatā, ſi factum ſit aliud opus, vnde nouum timeatur damnum noua actio erit intentanda. Quando verò factum eſt aliud, quod impedimentum ſit, ne opus deſtruatur, circa quod lis erat, conteſtata, eatenus deſtrui debet, quatenus ad id ſit neceſſe.*

41 *Actione aquæ pluuiæ arcendæ ſi opus ſit deſtruendum, & dominus fundi illud fecit, aut tacitè, vel expreſſe, illud fieri mandauit, aut ratum habuit, ſumptibus illius eſt deſtruendum, & ſolus debet damna, poſt litem conteſtatam ſequuta, neque ſatis eſt, ſi cedat prædio: hæredeſque illius poſt eius mortem ad eadem tenentur. Quando ipſo nec tacitè conſentiēte, nec ratum habente fuit factum, ſolum tenetur pati vt deſtruatur. Ac ſi damnum timeat, petere poterit, vt ſibi de eo caueatur. Expenſis verò eius, qui illud fecit, eſt demoliendum, & ſoluenda ſunt dāna. Si ſit mancipium, dominus ea ſoluit, aut mancipium noxæ dat.*

42 *Actio aquæ pluuiæ arcendæ vtilis competit vſufructuario aduerſus proprietarium, & aduerſus dominum vicini prædij: et competit alijs aduerſus vſufructuarium: qui, omiſſo vſufructuario, agere poſſunt aduerſus proprietarium.*

43 *Actio eadem directa competit emphyteutæ ac feudatario: & competit etiam aduerſus emphyteutam & feudatarium.*

44 *Actio eadem competit aduerſus fabricantem ſepulchrum, ſi inde aqua noceat, etiam ſi mortuum iam in illud intulerit. Neque deſtruendo poſtea ſepulchrum actione aquæ pluuiæ, tenetur de ſepulchro violato.*

45 *Actio aquæ pluuiæ arcendæ quatenus competat aduerſus habentes commune prædium, unde damnum prouenit: & quatenus competat habentibus commune prædium, cui damnum ſequitur.*

46 *Actio aquæ pluuiæ quatenus competat aduerſus eum, qui opus fecit, vnde damnum prouenit, & poſtea prædium alienauit, & quatenus aduerſus ſucceſſorem.*

47 *Actio eadem, quando dominus prædij, qui patitur dānum, illud alienauit, quouſque ad ſucceßorem, uel ad alienantem, pertineat.*

A Diſputatio hæc affinis eſt præcedenti. Sicut enim damnum, de quo pręcedente diſputatione eſt dictum, nondum eſt datū, ſed imminet ac pendet in futurum: ita damnum, pro quo competit actio aquę pluuiæ arcendæ, nondum eſt datum, ſed imminet in futurum. Ita habetur. l. ante ius. §. in hoc iudicium. ff. de aqua pluuia arcenda, cuius verba ſunt: *In hoc iudicium, ſicut in damni infecti, futurum damnum uenit, cum reliquis ferè omnibus iudicijs prȩteritum prȩſtetur.* Idem habetur, leg. prima, §. primo eodem titulo. Actio quippe aquæ pluuiæ arcendæ, ſolum competit, quando aliquid fit in prædio aliquo, ſiue id ager ſit, ſiue aliud prædium, ratione cuius aqua nocet agro vicino, ſiue ſit interiectum aliud medium prædium in- 1
B ter vtrumque, ſiue non. Atque tunc domino agri, cui aqua ita nocet, nocereve poteſt, competit actio aquæ pluuiæ arcendæ, aduerſus dominum prędij, vbi id factum eſt, ad duo. Primum eſt, vt deſtruatur, quod in eo prędio eſt factum, vnde imminet periculum, quod aqua ſuo agro noceat, reſque ad priſtinum redigatur ſtatum, ſaltem ita vt periculum id ceſſet. Secundum verò eſt, vt, ſi quod damnum, poſt actionem aquæ pluuiæ arcendæ aduerſus eum conteſtatam, aqua in eo agro dederit ratione eius, quod in illo altero prędio eſt factum, illud ſoluat. Et quia hoc damnum, vi huius actionis ſoluendum, nondum eſt datum tempore litis conteſtatæ, ſed pendet ac timetur in futurum, dicitur actionem hanc, ſicut & actionem damni in-
C fecti, reſpicere damnum, non pręteritum ac iam datum, ſed futurum. Damnum enim, quod ante litem conteſtatem inde euenit, petitur interdicto quod vi aut clam tanquam ſubſequutum ex re facta indebitè vi, ſi is, cuius agro nocet, extra iudicium fieri vetuit, dum fieri intentabatur, aut fiebat; aut clam, ſi non vetuit, quia vel id fieri, vel damnum inde ſuo agro imminere ignorabat, vt habetur, leg. Anteius citata. §. de eo, & notat gloſſ. vltima, leg. ſi tertius §. officium. ff. eodem titulo conſentiuntque. lex prima, & ſequentes. ff. quod vi aut clam, atque ex dicendis Diſputatio. 706. circa interdictum quod vi aut clam, liquido conſtabit. Prædicta verò omnia patent ex l. prima, §. 1. ex §. officium citato, ex l. Anteius. §. hoc iudicium, & duobꝰ
D ſequentib. ff. de aqua plu. arcend. vbi §. de eo, habetur, quòd ſi periculum timeatur ex eo opere, ſed nō multum ac vrgenter, tunc iudex præcipere debet ei, in cuius prædio factum eſt, vt vel caueat de damno infecto hoc eſt, quòd ſoluet damnum, ſi quod inde fuerit ſequutum, vel opus deſtruat, remque in priſtinum ſtatum redigat. Quando verò experientia poſtea deprehenderetur, damnum inde ſequi, tunc, & iubendus eſſet damnum ſubſequutū ſoluere, vt antea cauerat, & deſtruere opus, ne damnum vlterius ex illo ſequeretur. Quo loco obſerua, ad damnum præteritum, culpa eius, qui tale opus fecit, ſequutū, etiam competere actionem legis Aquiliæ, ſeu in factum illi ſubſidiariam, argumento legis vnitæ in fi-
E ne. ff. de ripa tuenda.

Quando aliquis, ſciens & prudens fieri opus in pręio vicino, vnde agro ſuo damnum aquæ pluuię imminebat, tacuit, fierique illud eſt paſſus, tunc nō competit ei actio aquæ pluuiæ arcendæ; quoniam conſenſiſſe videtur in eo opere cum eo damno ac detrimento ſuo agro. Secus res habet, ſi tacuit, quia ignorauit poſſe inde id damnum ſibi euenire: quoniam tunc non cenſetur conſenſiſſe, vt id opus cum eo ſuo detrimento fieret. Primum habetur l. Labeo, & ſecundum l. ſed hoc, proximè ſequenti. ff. de aqua plu. arcen. 2

Nomine aquæ pluuiæ in re propoſita non ſolum intelligitur aqua imbrium, quæ de cœlo decidit, ſiue 3

hyber-

hyberna,ſiue æſtiua ſit,ſed etiam,quæ cum illa mixta fluit,vt habetur.leg.prima,in prin.ff.de aqua pluuia arcenda:qualis eſt,quę exſcaturit ex fontibus,& quæ in fluminibus fluit. Aqua enim fontium incrementum magnum accipit ex aqua pluuia, quæ terræ imbibita, ſimul ſcaturit cũ aqua ex aere in cauernis terræ generata, multumque aqua fontium ex pluuia pendet:ſi enim anno aliquo modicum pluat, fontes exſiccantur. Flumina verò ex aqua pluuia ac fontium conſtãt. Vnde,vt videbimus,ſi ex opere aliquo aqua fontiũm,aut fluminum,vicino agro noceat,cõpetit actio aquæ pluuiæ arcendæ,vt id opus deſtruatur,& vt ſoluatur damnum,poſt litem conteſtatam, ea aqua datam.

4 Meritò ſupra diximus,actionem aquæ pluuiæ ſolum competere, ſi aqua noceat agro ob aliquid factum in vicino prædio,ſiue id prædium ager ſit,ſiue quoduis aliud. Quoniam,vt Vlpianus. l. 1. §. item ſciendum. 2.ff.de aqua plu.arcen.cum Labeone,Caſcellio,& Caſſio,ait,hæc actio ſolum competit, quãdo aqua eo modo nocet agro,ex quocunque prædio illa proueniat: ſi verò noceat ædificio, aut oppido, non cõpetit ea actio,ſed negatoria generalis. Quod vt intelligas,obſerua. Actionem ad vendicandam ſeruitutem,quæ debetur ab vno prędio alteri,(idem intellige de ſeruitute vſusfructus,qui perſonæ debetur) ſi,cum debeatur,denegetur,appellari confeſſoriam. Contrarium verò,qua quis,prætendens vſum fructum ſibi deberi,aut ſeruitutem aliam ſuo prędio repellitur,contendendo non deberi,& vt ſoluat valorem vſus talis ſeruitutis iniuſtè vſurpatæ, appellari negatoriam vniuerſalem: eo quòd comparatione cuiuſcunque ſeruitutis, aut quaſi ſeruitutis, locum habeat:vt hæc omnia habentur.l. 2.in prin.ff. ſi ſeruitus vendicetur. Hac igitur actione ait ibi Vlpianus,& affirmant Accurſius, & Bartol.ibidem, eſſe agẽdum ad damnum,quod ex ſtillicidijs,aut ex fluminibus,hoc eſt,ex maiori vi aquæ,quam ſit ſtillicidium, ſequitur ædificio cuicunque,aut oppidò, ob opus in alio prędio factum,vt deſtruatur id opus,ac reſarciatur damnum: qua eadem actione,vt ibidem Accurſius notat,agi etiam poteſt ad damnum aquæ pluuiæ,quod agro ſimiliter imminet:eo quòd negatoria illa actio communis ſit ſeruitutibus omnibus. Neque obſtat,quòd Pileus,ab Accurſio ibidem relatus,voluerit, actionem negatoriam non competere, niſi præceſſerit ſeruitus, quæ fuerit amiſſa aut remiſſa. Non,inquam,id obſtat:quoniam æquè ea actio locum habet in ſeruitute, quam quis de nouo occupare velit,contendatve ſibi deberi,cum nunquã antea fuerit ei debita: qui autem aquã indebitè ex ſuo prædio immittit in quodcunque aliud prædium vicinum,ſiue id ager ſit,ſiue non, niſi ei obſiſtatur intra tempus neceſſarium ad eam ſeruitutem in prædio ſui vicini comparatione ſui pręſcribendam, ſanè eam ſeruitutem in eo,vt videbimus,ſibi acquirit: quare agi optimè poteſt ea negatoria vniuerſali actione ad illum repellendum, ne talem ſeruitutem pręſcribat, vt opus,vnde id damnum imminet, deſtruat,& reſarciat damnum, ſi quod inde fuerit ſubſequutum. Etiam competit actio in factum ſubſidiaria legis Aquilię, pro damno ita dato culpa, facientis id,vnde ſubſequutum eſt, vt ea aqua noceret,argumento, leg.vnica in fine.ff.de ripa tuenda, Vtinam tot ſubtilitates, diuerſitates, ac diſtinctiones,abſcinderentur à iure. Certè lex. 13.titulo 32. parte tertia, permixtim concedit actionem, vt deſtruatur opus,quantum ſatis ſit vt non noceat, & vt reſarciatur damnum,ſiue agro vicino immineat,ſiue ędificio,nihil exprimendo, qua actione ſit id petendum.

5 Illud deinde obſerua, quando aqua ex vno prędio naturaliter fluit in aliud,hoc eſt,minimè ad iura

A opere,aut facto aliquo, tunc, quando non eſt ſeruitus in prędio,vnde fluit,comparatione eius,in quod fluit,vel pacto,vel præſcriptione acquiſita, vt nõ ita fluat,vtique quantumcunque noceat, & in quacunque quantitate fluat, nulla competit actio domino prædij, in quod fluit,vt impediatur, euiteturque id damnum ipſius: quoniam inferiora prædia eam habent quaſi ſeruitutem naturalem comparatione ſuperiorum, vt recipiant aquam ex illis naturaliter fluentem. Sicut etiam ſuſcipiunt pinguedinem terræ,quæ ex ſuperioribus agris deſcendit,& quam ſecum aqua fluens defert. Ita habetur, l. 1. §. idẽ aiunt. 1. §. item ſciendum, 1. §. inſumma,& apertius, §. vlt. leg. 2. in prin.ff.de aqua pluuia arcenda,& leg.decimaquarta,titulo 32.parte tertia. Quæ exprimit,etiã B ſi aqua,quæ ita naturaliter deſcendit, ſecum deferat lapides,& alia, quibus noceat agro inferiori,ad nihil teneri dominum fundi ſuperioris. Paulus autem Caſtrenſis,& Oldrandus,ibidem à Gregorius Lopez relati,voluerunt, ſi aqua naturaliter deſcendat in magna quantitate, & multum noceat agro inferiori, poſſe agi aduerſus dominum agri ſuperioris actione aquæ pluuiæ arcendæ, ad damnum, atque vt illud impediat. Ipſe verò Gregorio Lopez (tametſi non admodum firmus) meritò contrarium affirmat.

Licet enim,quando eſſet ſeruitus in vno agro,nõ 6 quidem naturalis,ſed pacto,aut præſcriptione,acquiſita,vt ſuſciperet aquam alterius prædij,quam, ſecluſa ea ſeruitute,pacto,aut præſcriptione, acquiſita,re C cipere non teneretur, ſed agere poſſet actione aquæ pluuiæ arcendæ, intelligenda non eſſet ea ſeruitus, de aqua exceſſiua, quæ temporis progreſſu flueret, quæque longè in maiori eſſet quantitate, quàm quæ à principio fluebat,& de longè maiori dãno, quod temporis progreſſu ex illa redundaret, quàm quod à principio redundabat; quoniam per epicheiam nõ eſt cenſendum,pactum,& conceſſionem illam ſeruitutis,ad id incrementum poſtea ſequutum extendi,argumento,l. ſi cui,ff.de ſeruit. imò verò id habetur expreſsè.l. 2. §. vlt.ff.de aqua plu.arc.neque maior ſeruitus præſcriptione cenſetur acquiſita, quam quæ illuc uſque,tempore ad præſcribendum requiſito,fuerit permiſſa, nihilominus longè aliter res habet in ſeruitute naturali,quam inferiores agri habẽt D ad ſuſcipiendam aquam naturaliter fluentem ex ſuperioribus,eam quippe totã,ſiue magna ſit, ſiue parua,& ſiue multum,ſiue parum,aut nihil,noceat,ſed potius proſit,tenentur ſuſcipere,quoniam id poſtulat natura ipſa rei,ac diſponunt iura conſentaneè ad eandem rei naturam.

Ex hac quaſi naturali ſeruitute,quam agri inferiores 7 habent comparatione ſuperiorum, vt ſuſcipiant aquam ex ſuperioribus naturaliter effluentem,prouenit, quòd ſi dominus agri inferioris aliquid efficiat in ſuo agro,vnde impediat fluxum ac curſum illum naturalem aquarum ex agro ſuperiori, illaſque reſtagnare retrocedereve faciat in agrum ſuperiorem,curſumve mutare,competat domino agri ſupe E rioris actio aquæ pluuiæ arcendæ comparatione domini agri inferioris, vt id opus deſtruat, ſoluatque damnum,quod ex ea aqua ipſi prouenerit à puncto litis conteſtatæ. Ita habetur l. 1. §. ſciendum, 1. ff. de aqua plu.arcend.

Quando dominus agri inferioris nihil fecit, quo 8 impediretur naturalis curſus aquæ deſcendentis ex ſuperiori, ſed ipſamet aqua oppleuit naturalem viam qua fluebat, eaque ratione reſtagnare retrocedereque cœpit in ſuperiorem agrum, illique detrimentum afferre, tunc, quamuis de rigore iuris ad nihil teneatur dominus agri inferioris, ex æquitate tamen cogitur actione vtili aquæ pluuiæ arcendæ,permittere dominũ agri ſuperioris purgare ĩ eo

inferiori agro viam, qua fluebat aqua, vt eo modo naturaliter fluat, quo antea fluebat: id tamē fieri debet ſine vllo alio detrimento domini agri inferioris. Ita aduerſus Labeonem, Paulus Iuriſconſultus cū Namuſa. l.ſecunda, §.apud Namuſam. ff.de aqua plu. arcend. A

9 Rurſus quamuis (non exiſtente ſeruitute in agro ſuperiori comparatione inferioris, pacto aut præſcriptione, loci ve conſuetudine, comparata) domino inferioris agri non competat actio aquæ pluuiæ arcendæ comparatione domini prædij ſuperioris, quando aqua ex eo prædio non aliter fluit, quàm flueret naturaliter, ſiue in eo ſuperiori prædio aliquid effecerit, aut opus aliquod deſtruxerit, ſiue non: ſi tamen ex deſtructione operis, aut ex opere aliquo facto, in eo ſuperiori prædio, aliter aqua fluat, quàm flueret naturaliter, quia vel in maiori quantitate fluit, vel fluit vnita, vel ſordida, aut calida, & quamuis harum rationum, aut aliqua alia, plus nocet agro inferiori, quàm alioquin foret nocitura, tunc domino agri inferioris competit actio aquæ pluuiæ arcendæ aduerſus dominum prædij ſuperioris, vt rem eatenus ad priſtinum ſtatū redigat, quatenus non plus noceat, quàm nocuiſſet, ſi nihil factum, aut deſtructum fuiſſet in prædio ſuperiori. Hoc verò ſequens exemplum adhibetur. l.3. in princip. ff.de aqua plu. arcend. Si in prædio ſuperiori naſcatur multum aquæ, fiantque in eo fullonicæ, hoc eſt, ſtagna, & alia neceſſaria, vt ea aqua res abluantur, neque inde ſequatur, aquam aliter fluere, quàm naturaliter flueret, ſi factę non fuiſſent tales fullonicæ, neque plus aliqua alia ratione nocere, quàm ſi eadem fullonicæ non fuiſſent factę, tunc domino agri inferioris nullam competere actionem aduerſus dominum prædij ſuperioris. Cæterùm ſi inde ſequitur, aquam, quæ ſparſim fluebat, fluere vnitam, & cōcitatiorem, eique de cauſa plus nocere, aut ſequitur fluere conſpurcam, vel fluere ex eiſdem fullonicis, aut ex balneo calidam, ac nocere, tunc poſſe agere actione aquæ pluuiæ arcendæ, aut etiam actione iniuriarū, vel interdicto vti poſſidetis, quando conſpurca aut calida fluit. Hæc omnia, præter ius citatum, habentur. l. prima, §. item ſciendum. 1. & §. ſed & ſi vicinus. ff.de aq. plu. arc.

10 Si in prædio ſuperiori erat agger, vel naturalis, vel manufactus, qui impediebat aquam deſcendere ac nocere agro inferiori, tunc ſiue initij talis aggeris extaret memoria, ſiue non, ſi vis aquæ illum deſtrueret, indeque ſequeretur, aquam deſcendere, ac nocere agro inferiori, ſaltem plus, quàm antea noceret, vtique, quamuis ex iuris rigore nulla actio cōpeteret domino agri inferioris; ex æquitate tamen ei conceditur vtilis actio aquæ pluuiæ arcēdæ aduerſus dominum prædij ſuperioris, vt permittat eum aggerem refici, ſi ſine notabili ſuo incommodo ea refectio fieri poſſit. Ita habetur l. ſecunda, §. item Varus, & §. quamquam. ff.de aqua pluuia arcend. Concinit lex Anteius. §. cùm igitur. ff. eodem titu. quæ habet, quando aliquid ſuperioris agri decidit ob loci naturam, abſque vllo facto domini, idque in cauſa eſt, vt aqua noceat agro vicini, non teneri dominum ſuperioris agri, niſi permittere, vt ſumptibus vicini, ſine ſuo damno, reficiatur. Itemque, ſi ædificium ſubſederit, idque in cauſa ſit, vt aqua vicino noceat, ad nihil aliud teneri, quàm ad permittendum ſimiliter, vt ſumptibus vicini, ſine ſuo damno, reficiatur.

11 Quando aqua agri ſuperioris, vel pacto, vel præſcriptione, vel loci conſuetudine, diuertitur aggeribus, aut foſſis, vel aliqua alia ratione, ne deſcendat in agrum inferiorem, non poteſt dominus agri ſuperioris eam ſeruitutem ſui prædij impedire. Eiuſmodi tamen aggeres, ac foſſas, neque facere, neque reficere, tenetur dominus agri, in quo ſunt, ſed vicini tenentur eas facere ac reficere, in quorum cōmodum ſunt factę. Ita habetur l. 1. §. vlt. ff. de aqua plu. arcen. & l. 15. tit. 32. par. 3.

Quando in agro ſuperiori eſt foſſa iure ſeruitutis, ne aqua ex eo agro deriuetur in inferiorē, ſi terra repleatur, aut alijs rebus, ita vt reſtagnet in agrū, in quo eſt, eique noceat, vicinus, qui in ſuum commodum illam feciſſe videtur, eſt cogendus eam purgare, ne agro, in quo eſt, noceat. Ita habetur l. 2. §. apud Anteium. ff. de aq. plu. arcen. 12

Quando ex fundo ſuperiori aqua decurrit non naturaliter in agrum inferiorem, ob ſeruitutem, quam ad id fundus ſuperior habet in inferiori, ſiue pacto acquiſitam, ſiue præſcriptione, tūc, eſto damnum inde recipiat ager inferior, non competit domino illius, actio aquæ pluuiæ arcendæ aduerſus dominum prædij ſuperioris. Ita habetur leg. ſecunda, in principio, ff. de aqua plu. arcend. & l. 14. titu. 32. par. tertia. Porrò, cum eiuſmodi ſeruitus continua ſit, aut quaſi continua, iuxta ea quæ Diſputatio. 11. dicta ſunt, ad eam præſcribendam, ſatis eſt ſine titulo ſpatium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, id eſt, ſi is, aduerſus quem eſt præſcribenda, abſens ſit, vt Diſputatio. 70. oſtendimus, & in re propoſita, affirmat gloſſa l. prima, §. vltimo, ff. de aqua plu. arcend. habeturque expreſſe. l. 14. tit. 32. par. 3. 13 B

Si in agro vicino erat foſſa, quæ à tempore, de cuius initio non extat memoria, (idem intellige, ſi ſit pacto, aut conſuetudine præſcripta) recipere ſolebat aquas decurrentes ex agris vicinis, &, quòd terra, lapidibus, aut alijs ſimilibus rebus, eſſet oppleta, aqua reſtagnaret in agros vicinos, nec pateretur eam à vicinis purgari, agi aduerſus eum poſſet actione de aqua pluuia arcenda, vt vel purgari pateretur, vel ipſe eam purgaret, & agi inſuper poſſet ad damna ſubſequuta à lite conteſtata. Si autem in confinio duorum agrorum eſſet foſſa vtrique agro communis, in quam aquæ confluerent, & cum vnus eorum purgare vellet partem, quæ ad vſum attineret, ne aqua in ſuum reſtagnaret agrum, alter id impediret, competeret aduerſus eum actio aquę pluuiæ arcendæ. Vtrumque habetur l. ſecunda, §. apud Labeonem, ff. de aqua plu. arcen. & l. 15. tit. 32. part. tertia. vbi additur, ſi foſſa ſit communis multorum agrorum, in omnium vtilitatem facta, vt quia eo confluunt aquę diuerſorum agrorum, atque elabuntur, tunc vnumquenque vicinum teneri purgare partem, quæ per ſuum agrum pertranſit, aut contribuere cum vicino, qui agrum habet ex altera parte, quando foſſa pertranſit inter duos agros diuerſorum vicinorum in vtriuſque vtilitatem, atque ad hæc cogendi ſunt vicini: quia, quod in communem vtilitatem aliquorum eſt factum, aut inſeruit communi eorum vtilitati, ſumptibus communibus eorundem eſt pro rata reijciendum ac conſeruandū. Idem dic de aquæductu ad irrigandum. Ita habetur l. 15. citata, idque confirmat ibi Gregor. Lopez argumento. leg. ſed & loci. §. ſed etſi. ff. finium regund. & l. ex parte, in principio, ff. famil. erciſcun. Atque inde cum Bart. infert, ſi reficiatur fluminis obſtaculum, quo aqua ducitur ad diuerſa molendina, (ſeptum appellatur. l. prima, in princ. ff. de riuis, ab Accurſio ibi verſ. excogitata, & ab alijs ſcluſā nūcupatum. Hiſpanè verò *preſſa* dicitur) dominos eorum molendinorum cogendos eſſe contribuere ad eos ſumptus pro rata. 14 C D E

Quando damnum prouenit agro alicui ex aqua ob opus factum in alio prædio à tempore, de cuius initio non extat memoria, vel à tanto tempore, quantum ſatis ſit ad præſcribendum, vt aqua eo modo in eum agrum fluat, tunc non competit domino eius 15

eius agri actio aquæ pluuiæ arcendæ. Ita habetur l. 2. §. Caſſius. l. quod principis. ff. de aqua plu. arcen. & l. 14. titul. 32. part. tertia. Quomodo autem ſit probandum, aliquid eſſe à tempore, de cuius initio non extat memoria, habetur eadem l. ſecunda, §. idem Labeo. 2.

16 Si ex opere facto in agro, in quo ſeruitus itineris debetur prædio meo, aut ex opere facto in vicino alio prædio, ſequatur aquam reddere deteriorem eam viam, poſſum tunc nomine mei prædij, cui ea ſeruitus debetur, agere actione aquæ pluuiæ arcendæ, quatenus id redundat in detrimentum mei prædij. Ita habetur l. is cuius. ff. de aq. plu. arc.

17 Quando aggeres fiunt iuxta flumina in priuato, id eſt in ripa, quæ iure proprietatis eſt eius, qui illos facit, vt gloſſa. §. aggeres citando exponit, ripę enim fluuiorũ, licet quoad vſum publicæ ſint, quoad proprietatem tamen eorum ſunt, quorum ſunt prædia, quæ ad illas terminantur, vt habetur, inſti. de rerum diuiſio. §. riparum. l. riparum, ff. eodem titul. & l. riparum. ff. de acquiren. rerum domin. Intellige, niſi via publica ſit relicta inter prædia & ripam: nam tũc ante ripam terminantur prædia: viaque & ripa, etiam quoad dominium & proprietatem, communia manent.

18 Quando, inquam, aggeres fiunt iuxta flumina in priuato, in ſenſu proximè explicato, tũc, ſi inde proueniat detrimentum alijs agris, etiam qui ſunt in vlteriori parte fluminis, quia ſcilicet aqua fluminis, obſtaculo eorum aggerũ, maiori vi repellitur, inundatque agros aliorum, aut vi ſua ripam, quæ ad aliorum agros terminatur, partemque eorum agrorum conſumit, eam partem conuertendo in alueum ac ripam, tunc dominis eorum agrorum competit actio aquæ pluuiæ arcendæ aduerſus eum, qui eos aggeres fecit, vt eo uſque illos deſtruat, quãtum ſatis ſit, vt non noceant, & vt ſoluat damna inde à puncto litis conteſtatæ ſubſequuta. Obiter obſerua, pro damnis datis ante litem conteſtatam, competere actionem legis Aquiliæ ſubſidiariam, ſeu in factum, vt habetur l. prima, ff. de ripa munienda. Quod ſimiliter intellige in alijs euentibus, in quibus dictum eſt, & dicetur, locum non eſſe actioni aquæ pluuiæ arcendæ quoad damna data ante litem conteſtatam. Additur §. aggeres citando, id intelligendum eſſe, modo non ſint facti à tempore, de cuius initio non extat memoria, & modo fieri non deberent. Gloſſa vltima ibi exponit, iure pacti, vel naturæ, vel etiam nimiæ vetuſtatis. Hæc habentur leg. quod principis. §. aggeres, & conſentit l. prima, §. Neratius. ff. de aqua plu. arcend. Et quidem ſi interueniſſet pactum cum vicinis prædiorum, quibus nocent, vt tales aggeres ita fierent, aut ſi legitima interueniret præſcriptio, vt flumen ob illos eo modo flueret, nullum poteſt eſſe dubium, locum non habere actionem aquæ pluuiæ arcendæ. Textus autem in §. aggeres citato, illis verbis; *Ita, ſi memoria eorum extet, & ſi fieri non debuerunt*; tanquam diſtinctum titulum excipit, ſi iure ſint facti, à titulo legitimæ præſcriptionis. Vt verò melius intelligas, quando iure cenſendi ſint facti, vt iuxta eum textum locum non habeat aquæ pluuiæ arcendæ, obſerua.

19 Vt habetur l. prima, & tertia, ff. de fluminibus, & l. prima, ff. ne quid in flumine publico. Flumina, licet aliquando latius ſumantur, preſsè tamen ſumpta, diſtingui à riuis, & à torrentibus. A riuis quidẽ diſtinguuntur magnitudine: decurſus quippe aquarum, ſi paruus ſit, riuus nuncupatur non verò flumen. Vt verò aliquis decurſus aquarum riuus ſit cenſendus, & non flumen, multum facit incolarum exiſtimatio, qui eum riuum reputent, ac appellent; vt habetur l. 1. ff. de fluminibus. Flumen verò à tor-

A rente diſtinguitur, quòd flumen perẽne ſit, semperve fluat, eſto rarò aliquando in æſtate aliqua exareſcat. Torrens verò eſt, qui regulariter exſiccatur in æſtatibus.

Flumina publica illa dicuntur, (vt Vlpianus l. 1. citata cũ Caſſio & Celſo probabile exiſtimat) quæ riui non ſunt, ſuntque perennia, ac proinde à torrentibus preſsè ſumptis diſtincta. Dixit, id eſſe probabile: quoniam arbitrio prudẽtis eſt relinquendum, num tantus ſit aliquis decurſus aquarum, tametſi æſtatibus regulariter ob ariditatem terrarum, quas percurrit, exſiccetur, vt flumen publicum nihilominus ſit cenſendus ac nuncupandus. Sola autem flumina publica inter loca publica computantur, vt additur. l. 1. citata, de quibus proinde ſolis intelliguntur interdicta, quæ aliquid in eis fieri prohibent authoritate priuata, etiam ab habentibus prædia vtrinque. 20

B Ripa autem fluminis, vt habetur eadem l. 1. & 3. ff. de fluminibus, eſt, quod continet vtrinque flumẽ quoad ſuum curſum naturalem, alueumque proinde illius vtrinque terminat. Atque ad ripam ſpectat, quod, prudentis arbitrio, à plano terræ, in quo prædia cenſenda ſunt finiri, vergere incipit vſque ad aquam, vt habetur l. 3. citata. Et cum ripæ fluuiorum publicorum, loca publica ſint, quoad vſum neceſſarium, licet non quoad proprietatem, vt dictum eſt, quemadmodum & fluuij ipſi publici, id totum cenſendum eſt locus publicus, ſaltem quoad vſum, non verò terra, ſeu prædia, quæ ſunt iuxta eiuſmodi ripas, vt eadem leg. 3. habetur. Dictum autem eſt, quod continet vtrinque flumen quoad curſum ſuũ naturalem, eſſe ripam illius: quoniam, ſi aliquando exundet, & longè plus occupet, vtique tunc ſicut, quod de nouo occupat, nõ dicitur alueus illius, neque proinde efficitur locus publicus, ſed manet priuatus quoad dominium & poſſeſſionem, vt antea erat; ita neque, quod tunc aquas vtrinque terminat, eſt ripa eius fluminis, efficiturque locus publicus, ſed manet priuatus, vt antea erat, vt eadem l. 1. citata ſubiungitur. 21

C

Quando autem flumen publicum dilatat ſuum alueum, ita quod plus incipit occupare, non ad breue tempus, ſed ſimpliciter ac permanenter, vt quia alueus antiquus repletus eſt multa arena, aut quia vis aquæ conſumpſit partes prædiorum ripæ vicinorum, eaſque in alueum conuertit, vel aliqua alia de cauſa, tunc id, quod ita ex prædijs vicinis conuertit in alueum, aut in ripam, locus etiam publicus efficitur. Si autem eiſdem, aut alijs de cauſis, flumen mutet alueum, quia permanenter alio fluit, tunc is alueus & ripæ, quibus de nouo continetur, incipiunt eſſe loca publica: antiquus verò alueus, ſi eum omnino deſerat, & ripæ, quibus continetur, deſinunt eſſe loca publica. Ita ſubiungitur eadem l. 1. citata. Lege quæ Diſputat. 57. dicta copiosè his de rebus ſunt, ex quibus ea melius intelliges, atque illis hæc adiunge. 22

D

E Si foſſa flumini publico fiat, per quam vel totũ, vel pars magna fluat, quæ publici fluminis, & non riui, rationem, iuxta ea, quæ dicta ſunt, retineat, ea etiam foſſa locus eſt publicus, ſicut & flumẽ ipſum, vt eadem lege ſubiungitur. 23

Quod in aqua fit, dicitur fieri in flumine: quod verò fit extra aquam, non dicitur fieri in flumine, ſed in ripa, ſi in illa ſit factum, vt etiam eadem lege ſubiungitur. 24

Deinde fluuiorum quædam ſunt nauigabilia, quia naues, aut alia nauigia, in eis recipiuntur, aut quia ratibus ſaltem nauigantur. Et quædam non ſunt nauigabilia. Atque horum quædam cum alio efficiunt flumen nauigabile, neque valde diſtant, vt in illud influant: quędã verò talia nõ ſunt: Ita diſtin- 25

guitur, l. prima citata, iuncta l. ſecunda.

His ita conſtitutis, lege. 1. citata iuncta. l. 2. & iuncta. l. cum autem. §. ſi fluminũ. ff. de aqu. plu. arc. circa flumina nauigabilia, aut quæ cum alio, in quo influunt, efficiunt flumen nauigabile, ſequens interdictum ſtatuitur, continens duas partes, prohibitoriã vnã, & reſtitutoriam alterã. Prior pars eſt. Ne quid in nauigabili fluuio, neque in eius ripa, fiat, quo ſtatio nauigiorum, ideſt, locus, in quo ſtare ſolẽt anchoris defixis tanquam in parte tutiori, aut aptiori, deterior fiat; neque fiat aliquid, quo iter nauigiorum per fluuiũ fiat deterius. Id autem fieret, ſi vel aqua eius fluminis, aut alterius, quod in illud influit, efficitque illud nauigabile, extraheretur, aut diuerteretur, eaque ratione minor aquæ copia maneret in ſtatione, aut in flumine, ita vt nauigia ſolum alueumve contingerent, difficiliorque, aut periculoſior, eſſet ſtatio in eo flumine, vel nauigatio per illud, vel ſi aqua ita occuparet maiorem alueum, vt in ſingulis illius partibus minor eſſet, minuſque apta vt per illam nauigaretur, vel ſi aqua conſtringeretur in minori alueo, rapidiorque redderetur, eaque ratione, aut alia, minus apta ad nauigandum redderetur. Denique id omne fieri prohibetur in ripa, aut in flumine, vnde ſtatio, aut nauigatio per illud deterior reddatur. Poſterior verò pars interdicti eſt. Vt ſi quid tale factum ſit, reſtituatur res in priſtinum ſtatum, ceſſetque id damnum ſtationis aut nauigationis per id flumen.

Lege 2. titulo 10. libr. 7. nouæ collect. ſic habetur, *Mandamos, que qualquier conſeio, o perſona particular, que cerrare, o embargare, las canales, y los rios, que entran por los terminos de las ciudades y villas, por donde ſuelen andar los nauios y peſcadores, y aprouecharſe dellos de otros oficios, de que comunmente acoſtumbrã aprouecharſe dellos los vicinos del tal lugar y tierra, quando los han meneſter, peche ſeiſcientos marauedis para la nueſtra camara, y deſhaga el embargo que fuere hecho del dia que le fuere denunciado dentro de treinta dias a ſu propria coſta, en tal manera que quede deſembargado ſegun que antes ſolia eſtar, y eſto ſera cumplido ſo pena de la nueſtra merced: ſaluando ende aquel, o aquellos, que moſtraren priuilegios de los Reyes, donde nos venimos, para lo poder fazer, y como les fue otorgado por ellos, o faziendo en ellos mencion, como ſe los da por iuro de heredad.*

27 Lege autem, 1. ff. ne quid in flumine publico, quo ad omnia vniuerſim flumina publica, ſiue nauigabilia ſint, ſiue non, ſequens interdictum ſtatuitur. Ne quid in flumine publico, vel in eius ripa, priuata autoritate fiat, quo aqua cum detrimento vicinorum incolarum, habentium ad ripas illius prædia, aliter fluat ſequenti æſtate, quam præterita, vel rapidior, ita vt prædijs aliorum detrimentum inferat, vel aliqua alia ratione aliter cum eorundem detrimẽto. Fit autem comparatio curſus fluminis in æſtate, quæ ſequitur poſt opus factum in eo, aut in eius ripa, cum curſu anterioris æſtatis eiuſdem fluminis, ut videatur, an ex opere illo curſus fluminis ſit mutatus cum vicinorum detrimento: & non fit comparatio curſus fluminis in hyeme: quoniam, vt in eadem lege ſubiungitur, naturalis curſus fluminis non is eſt, quẽ habet tempore hyemis, quando exundat: fas quippe eſt vnicuique prædium ſuum tueri præciſè aduerſus inundationes, etiamſi inde detrimentum alijs ſequatur, qui ſimiliter curent ſe etiam aduerſus eas inundationes tueri; modò tamen, qui ſe ita tuetur, non mutet curſum naturalem fluminis, quem in æſtate tenere ſolet, quando inundationes illius non ſunt. Nomine autem æſtatis, in re propoſita, vel intelliguntur tres menſes anteriores, qui terminantur ac finiuntur in æquinoctio hyemali menſis Septembris; vel intelliguntur ſex menſes ab æquinoctio vernali menſis Martij vſque ad æquinoctium hyemale

A menſis Septembris, vt notat gloſſa ibi verb. refertur, & approbant Barto. & alij, quo tempore curſus naturalis fluuiorum ſpectari debet. In eadem lege ſubiungitur altera pars eiuſdem edicti reſtitutoria, vt ſcilicet, ſi aliquid factum ſit in flumine publico, aut in eius ripa, quod curſum illius naturalem, modo explicato, cum aliorum detrimento mutet, id deſtruatur, ac reſtituatur in priſtinum ſtatum, damnaque data ſoluantur.

In eadem lege deciditur quæſtio, ad rem noſtram 28
attinens, occaſione cuius tam multa dicta ſunt. Quærit Vlpianus, ſi quis faciat opus ad tuendam ripam, ſuumque proprium prædium, quod prædium damnum magnum ex flumine patitur, ut ſi aggeres in flumine ipſo & in ripa faciat, quibus ſuum prædium,
B ripamque, quæ ad illud terminatur, defendat: indeque ſequatur, curſum fluminis mutari cum præiudicio aliquo prædiorum vicinorum, num tueri ſe poſſit aduerſus vicinos, prohibentes eos fieri, aut contẽdentes poſtquam ſunt facti, vt deſtruãtur, exceptione, quòd id factum ſit, ad tuendam ac muniendam ripam prędio ſuo coniunctam, defendendumq; proprium prædium, (vt enim habetur. l. vnica. ff. de ripa munie. vnicuique fas eſt, ripam ſuam, prædiumque ſuum munire, quod neceſſarium ad id fuerit, in fluuio & in ripa efficiendo, modo inde deterior nõ fiat nauigatio, & modo caueat vicinis de dãno infecto, ſi quod damnum timent ſuis prædijs inde euenturum) an uerò admittenda non ſit talis exceptio, ſed eo ipſo, quòd aggeres illi curſum fluminis naturalẽ
C cum præiudicio aliorum mutant, impediendi omnino ſint, ac deſtruendi, ſi fuerint facti. Relata verò ab Vlpiano ſententia quorundam aſſerẽtium, nihil impediente ea exceptione, impediendos deſtruendoſque eſſe, Vlpianus ipſe definit, attẽdendum eſſe præiudicium ac damnum, quod is, qui eos aggeres facit, ab eo flumine patitur, conferendumque eſſe cũ aliorum præiudicio ex ijs aggeribus, & ex ea curſus fluminis mutatione, atque, ſi inueniatur, longè maius eſſe damnum, quod ex eo flumine patitur, qui eos aggeres facit, quàm ſit damnum, quod ex eiſdem aggeribus alijs obuenit, impediendos deſtruendoſque non eſſe, ſed conſulendum eſſe potius vtilitati illius, cęterum ſine iniuria aliorum: quoniam pręcipiendum ei eſt, qui eas aggeres facit, vt a-
D lijs compenſet damnum, quod inde eis prouenit. In hoc itaque euentu, & in quocunque alio, in quo ſunt, publica interueniente autoritate ob maius bonum commune, aut quando facti ſunt ex conſenſu eorum, quorum prędijs fluuius propter illos nocet, intelligo verba illa Pauli iuriſconſulti. leg. quod principis. §. aggeres, ad quę explicanda, hæc omnia dicta ſunt.

Ex dictis quoque intelligetur, non repugnare. §. 29
aggeres citato. legem ſecundam, §. penultimo, ff. de aqua pluuia arcenda. Vbi habetur, ſi aliquis, opere in ſuo prędio facto, aquam torrentis auertat, ne ſuo prædio noceat, eſto inde ſequatur, eam aquam nocere prædio vicini, non teneri illi actione aquę
E pluuiæ arcendę, ſi id fecit, ne ſibi noceret, non verò animo nocendi prędio vicini. Ibi enim non eſt ſermo de flumine publico, in quo non licet facere aliquid, neque in eius ripa, quo curſus illius naturalis, qualis eſt, quem habet tẽpore æſtatis, mutetur cum damno vicinorum, ſed eſt ſermo de torrente, cuius inundationes licet cuique auertere à prædio ſuo, ne ei noceant, illis obſtaculum apponendo, etiam ſi per accidens ſequatur, quòd vicinis noceant; modo, ſine vllo proprio commodo, non fiant animo nocendi vicinis. Atque iuxta hæc ſunt accipienda, quæ hac de re Gregorius Lopez. docet. leg. decimaquarta, titulo trigeſimoſecundo, parte tertia, gloſſa penultima.

Illud

30 Illud admonuerim, Cæpollam de ſeruitutibus ruſticis.c.4.ſæpe admonere, ad præſcribendam ſeruitutem, aut quaſi ſeruitutem, aduerſus rem aliquam publicam, vt circa aquam publicam, aut locum publicum, etiamſi id ſeruitus, aut quaſi ſeruitus, ſit continua, vel quaſi continua, non ſatis eſſe ſpatium decem annorum inter præſentes, & uiginti inter abſentes, ſed neceſſarium eſſe tempus, de cuius initio non extat memoria.

31 Hinc eſt dubium, num, vt præſcribatur mutatio curſus naturalis fluminis ex aggeribus in eo, & in ripa illius, factis cum vicinorum detrimento, iuxta legem quod principis. §.aggeres. ff.de aqua plu. arc. neceſſarium ſit tempus, de cuius initio non extat memoria, vt apertè exigere videtur. §.aggeres citatus: an verò ſufficiat ſpatium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. Et quamuis ſeruitus illa, vt vicini patiantur eum fluminis curſum ex talibus aggeribus, ſit continua, aut quaſi continua, atque ſi de ſolo damno vicinorum ageretur, neque aqua illa fluuiuſque ille eſſet publicus, ſufficeret tẽpus decem, aut uiginti annorũ, vt ea ſeruitus aduerſus illos præſcriberetur: quia tamen ſua illorũ intereſt, curſum fluminis publici non eſſe mutatum, credo, quatenus id damnum prouenit ex curſu fluminis publici mutati, non pręſcribi eam mutationem cum illorum damno, minori tempore, quàm de cuius initio non extet memoria: præſertim cum id apertè innuat ac ſignificet. §.aggeres citatus, & cũ ad præſcribendam publicam rem, non minus tempus ſufficiat vt Diſp.707.dicetur.

32 Quando iuſſu principis aut ſenatus (intellige ſiue immediatè id præcipiant, ſiue per alium ab eis autoritatem ad id habentem) opus aliquod eſt factum; tunc, eſto ex illo ſequatur aquam vicinis agris nocere, non competit actio aquæ pluuię arcendæ eis, quibus ita aqua nocet. Ita habetur.l.2.§.Caſſius, & l. quod principis in prin.ff.de aqua plu.arc. Principes tamen, & poteſtates alię ab eis deriuatæ id præcipere non debent niſi in magnum commune bonum, factaque compẽſatione ijs, quibus detrimentum inde ſequitur, contribuereque ad id debẽt alij, in quorum commodum id fit.

33 Si in loco omnino publico, quoad directum ſcilicet & utile dominium, ſit factum opus, ratione cuius aqua noceat, tunc non competit actio aquæ pluuiæ arcendæ, quoniam ea datur aduerſus dominum loci, in quo id opus eſt factum; quod locum non habet comparatione loci publici. Si tamen ex opere facto in loco aliquo priuato aqua noceat alteri agro, mediante aliquo publico loco interiecto, per quem tranſeat, tunc actio aquæ pluuiæ arcendæ competit aduerſus dominum loci priuati, in quo id opus factũ eſt. Ita habetur.l.apud.§.aquæ pluuiæ, & l.ſi in publico.ff.de aqua plu.arc. Obſerua tamen, agi poſſe interdicto quod ui aut clam, aduerſus eũ, qui priuata autoritate id in loco publico fecit, vt iuxta. l.vim facit verſ.vlt. ff.quod vi aut clam, affirmat gloſ.l.ſi in publico citata, verb.non poteſt. Neque video cur hic non ſit cogendus ſoluere damna, & deſtruere ſuis ſumptibus opus illud in loco publico factum, ſicut dicemus de eo, qui in alieno loco priuato idem facit, domino loci neque id iubente, neque ratum id habente, vt infra dicetur. Competit præterea aduerſus eũ actio legis Aquiliæ ſubſidiaria in factum, ad damna ex eo opere culpa illius ſequuta.

34 Quando aliquis opus fecit in ſuo prædio priuato, vnde agro meo aqua nocet, quę per agrũ priuatum alterius intermedium in meum deriuatur, tunc agere poſſum actione aquæ pluuię arcendę, vel contra eum, qui id opus fecit in ſuo prædio, vnde aqua mihi nocet, vel contra dominum agri vicini, vt maluero. Ita habetur.l.ſi tertius in prin.ff.de aqua plu.arc.

A Merito tamen gloſſa vlt.ibi & Barto.id intelligunt, quãdo dominus agri uicini vult eam aquam ſuſcipere. Quando autem in poteſtate ſua non eſt eam non ſuſcipere, quia neceſſario, ipſove non valente eam impedire, fluit in agrum ſuum, & per ſuum in meũ, nulla actio competit mihi aduerſus eũ, eo quòd abſque vlla ſit culpa, ſed ſolum competit aduerſus tertium, qui opus fecit, ob quod fluit ac nocet, vt ſatis perſpicue docet.l.2.§.idem Labeo.ff.ne quid in loco publi.

Quando aliquis, fructuum percipiendorum cauſa, aliquid facit in ſuo agro, quod ad id neceſſarium 35
vtileve ſit, etiam ad herbam ac paſtum, modò tamen non faciat aliquid ad id minime utile ac conducens, aut animo nocendi vicino; tunc, eſto inde ſequatur B aquam, quæ inde elabitur, nocere agro vicino, non competit uicino actio aquæ pluuiæ arcendæ, idque in agriculturæ fauorem. Vt ſi quis ſuum agrum conuertat in pratum, quod ad herbam ſit neceſſe rigare ſępius, quàm antea ſolebat, eaque ratione aqua ſæpius deſcendat in vicini agrum, illique noceat. Vel, ſi arando ſuum pratum, aut alium ſuum agrum, cauſa fructuum percipiẽdorum, ſulcos faciat, aut etiam portas (alij textus porcas habent) hoc eſt, ſulcos latiores & profundiores, qui in locis, vbi aqua pluuia multum ſæpe nocet, vt in Luſitania, fieri ſolent intercalariter inter ſulcos aliquos ex conſuetis, quò aqua confluat à ſulcis minoribus, & per eos maiores labatur, exeatque agrum, ne humiditas nimia ſuffocet ſementem, ac opprimat ſata; tunc, eſto id in cau- C ſa ſit, vt aqua ita dilabens noceat agro uicino, in quo recipitur, non competit vicino actio aquæ pluuiæ arcendæ. Et forte eiuſmodi portæ ſunt, quas lex.1.§. Labeo etiam, in fine, appellat ſulcos aquarios. Atque in locis, vbi eiuſmodi portæ fiunt, ſulci conſueti eſſe ſolent profundiores, quam ſint in locis pinguioribus, & vbi aqua non nocet, ſed potius prodeſt, vt nocere non ſolet in hoc Caſtellę regno. Vnde in Luſitania, vbi portæ illæ aliquando fiunt, ſulci conſueti profundiores ſunt, quàm in Caſtella, vt eis labatur aqua, ſemenque non manet in profundo ſulci conſueti, ne ſuffocetur & opprimatur nimia humiditate. Quòd ſi ſulci, ac portæ, fiant, non decliues verſus locum inferiorem, ſed fiant tranſuerſales, vt aqua ad latus, & quaſi æqualis, fluat in agrum, qui eſt ad D latus, tunc impediri poſſunt actione aquæ pluuiæ arcendæ à domino agri, qui eſt ad latus, niſi neceſſe ſit ita fieri ad melius fructus in eo agro percipiendos, in quo eo modo fiunt. Hæc habentur.l.1.§.de eo opere, & quatuor ſequentibus.l.3.§.ſi uicinus. & dilucidius ac melius.l.vicinus.ff.de aqua plu.arc.

Seruitute non exiſtente, quæ aliud habeat, vnicui- 36
que fas eſt, aquam, quæ in ſuo fundo oritur, aut quæ ex alieno fundo in ſuum deriuatur, ſibi retinere, nec ſincere deriuari in fundum alienum, idque efficiendo in ſuo fundo opus, quod ad id voluerit: dummodo nihil ad id efficiat in alieno fundo. Quoniam id eſt iure ſuo vti, ſibique prodeſſe, non nocendo alteri, cui ea aqua minimè eſt debita. Si tamen animo E nocendi vicino id fieret, & non iure ſuo vtendi, tũc actione de dolo ex iuris æquitate in commune bonum prohiberetur, iuxta ea, quæ mox ſubiungemus. Ita habetur. l.1.§.ijdem aiunt.2. & §.ſicut. ff.de aqua plu.arc.

Si tamen aqua eſſet publica, quæ ad irrigandum 37
prædia inſeruiret, vt omnes eo beneficio participarent, aut certa lege ſtatuta ac præſcripta qualiter inter prædia eſſet diuidenda, aut ſine tali lege præſcripta, tunc nefas eſſet, vnum totam eam aquã ſibi vſurpare, aut plus ex illa in detrimentum aliorũ, ad quos inde dilabitur, quàm par ſit, aut efficere aliquid in ſuo prædio, vnde curſus & deriuatio illius, in aliud, aut in alia prędia, impediretur, agique aduerſus illũ

ea

ea de cauſa poſſet actione aquæ pluuiæ arcendæ, vt ex ſe eſt notiſſimum,& habetur.l.14.ti.32.par.3.

38 Quando aliquis in agro ſuo præſcindit uenas, vnde aqua deriuabatur in fontem,aut in puteum vicini,aut fodit puteum in prædio ſuo,eaque ratione in cauſa eſt, vt aqua putei uicini in ſuum puteum confluat,iure ſuo vtitur,niſi eſset ſeruitus conſtituta vt id ſibi non liceret, eaque de cauſa non competit aduerſus eum actio aquæ pluuiæ arcendæ. Si tamen ſolo animo nocendi uicino id efficeret, (quod præſumitur,quando ſine vllo ſuo emolumento id faceret,vt cum Paulo Caſtrenſi notat Gregor. Lopez.l. 19.ti.32.par.3.)tunc ex iuris æquitate actione de dolo prohiberetur, cogereturque rem ad ſtatum priſtinum reducere. Ita habetur.l.1.§.idem aiunt.2.& l. ſi in meo.ff.de aqua plu.arc.l.fluminum. §.vlt. & l. Proculus.ff.de dam.inf.& l.19. citata.

39 Quando aliquis actione aquæ pluuiæ arcendæ cogitur deſtruere opus, vnde aqua nocet, ſolùm tenetur id deſtruere, redigereve rem in priſtinum ſtatũ, quantum præciſè ſit ſatis, vt aqua deinceps non noceat. Ita habetur.l.ſi vſufructuarius.§.non aliter.ff. de aqua plu. arc.

40 Quando poſt litem cõteſtatam de aqua pluuia arcenda,factum eſt aliud opus,ſi ex illo nouum nocumentum timeatur,noua actio erit intentanda. Ita habetur.l. Anteius.§.vlt.ff.de aqu.plu.arc. Quando verò poſt litem conteſtatam factum eſt aliquid aliud, quod deſtrui ſit neceſſe ad illud aliud opus deſtruendum,ob quod lis eſt conteſtata, tunc ſimul eatenus deſtrui id debet,quod poſt litem conteſtatam eſt factũ, quatenus neceſſe ſit ad illud aliud deſtruendũ. Ita habetur.l.ſed interdum.ff.eo.tit.

41 Quando dominus ipſe fundi, in quo opus eſt factum,pro quo competit actio aquæ pluuiæ arcendę, illud fecit,aut fieri mandauit,vel ratum habuit noĩe ſuo eſſe factum,tũc ſumptibus illius deſtrui debet,reſarcirique debent damna,poſt litem cõteſtatam,inde ſubſequuta. Idem dic de hærede illius poſt mortem eius:reputatur enim ac ſi ipſe id opus fecerit,ad effectũ,vt de bonis defuncti teneatur illud deſtruere,& ſoluere damna ſubſequuta. Ita habetur.l.quãquam.§.idẽ Iulianus.l.ſi colonus, & l.tertius.§.Celſus.ff.de aqua plu.arc. Neque liberatur ab opere deſtruendo,& à ſoluendis damnis poſt litem conteſtatã ſequutis,ſi dicat, ſe cedere prędio, in quo id opus fecit. Ita habetur.l.is cum.ff.de aqu.plu.arc.

Quando verò alius,domino prędij nec tacitè nec expreſsè iubente, nec ratum habente, id opus fecit tunc dominus prædij ſolùm tenetur pati, vt id opus deſtruatur,quantum ſatis ſit, vt damnum ceſſet; nõ tamen tenetur ſoluere expenſas neceſſarias, ſed vicinus ad eas,& ad damna ſequuta,agere poteſt aduerſus eum,qui id opus fecit, actione quod ui aut clam, imò & actione in factum legis Aquiliæ ſubſidiaria. Quòd ſi dominus prędij ex demolitione eius operis damnum alijs rebus ſuis timeat, petere poterit, vt, antequam deſtruatur, ſibi caueatur de damno infecto,neque aliter pati tenetur,vt demoliatur. Quo loco obſerua. Quæ dicta ſunt diſputatione præcedente,de miſſione in poſſeſſionem ex primo & ex ſecũdo decreto,quando aliquis non vult cauere de damno,quod ex re illius timetur,intelligẽda eſſe de damno,quod ex eo timetur,quòd periculum ſit, ne res iã facta corruat ac noceat: non verò de damno, quod timetur ex re,quam facere,augere, aut demoliri aggreditur: in his enim euentibus cogendus omnino eſt,ea non aggredi, aut ab eis inceptis omnino deſiſtere, vel cauere ſtatim de damno infecto, quod inde timetur, vt in eo exemplo, & in alijs, quæ ſubijciemus,iuxta iura citata:idque perſpicuè ipſamet natura rei efflagitat. Quòd ſi mancipiũ domini prædij id opus fecit inſcio,nec ratum habente domino,tũc

A dominus prædij tenetur ſuis expenſis id opus demoliri,& ſoluere damna ſubſequuta, vel mancipiũ pro eis expenſis,ac damnis,noxæ dare. Si autem, qui id opus fecit, erat colonus domini prædij, aduerſus illum eſt agendum vt ſoluat expenſas & damna. Si autem dominus prædij loco illius ea ſoluerit, tunc agere poterit aduerſus illum actione locati, aut etiã negotiorum geſtorum, ut ea ipſi perſoluat; & eodẽ modo à quocunque alio extraneo,qui idem opus ſimiliter feciſſet, poſſet repetere eas expenſas pro eo factas actione negotiorum geſtorum. Hæc habentur.§.idem Iulianus. l.ſi colonus,& §.Celſus. citatis. Quando procurator vniuerſalis domini prædij id opus fecit, ſine domini mandato ac uoluntate, & ſcientia.l.quãquam citata.§.vlt.videtur ſtatui,dominũ B ob procurationem uniuerſalem illi datam, teneri ad expenſas & damna, ſed poſſe illa repetere à ſuo procuratore interdicto quod vi aut clam, vicinuſque eodẽ interdicto agere poterit aduerſus eundem procuratorem,vt illa ſibi ſoluat,ſi maluerit agere aduerſus illum,quàm aduerſus dominum prędij.

Quamuis actio aquæ pluuiæ arcendæ directa, & quæ de ſummo iuris rigore conceditur,ſolùm competat proprietario, & aduerſus proprietarium, non verò vſufructuario, & aduerſus vſufructuariũ, quãdo ad vnum pertinet proprietas, & ad alium ſolus vſusfructus, ſi vel tali agro aqua ex opere facto in uicino prædio noceat, vel ex opere facto in eo agro aqua noceat vicino agro; vtilis tamen actio competit vſufructuario,tum aduerſus proprietarium, ſi in C eo ipſo agro opus efficiat,vnde aqua vſufructui eiuſdem agri noceat, tum etiam aduerſus vicinum, ſi in vicino prædio opus faciat, vnde aqua ſimiliter eidẽ vſufructui noceat. Competit item vtilis actio aduerſus vſumfructuarium aquæ pluuiæ arcẽdæ,ſi in prædio,in quo vſumfructum habet, opus efficiat, vnde aqua vicino agro noceat: in quo euentu dominus agri vicini agere poterit actione directa aduerſus proprietarium,ſi potius eligat aduerſus illum,quam aduerſus vſufructuarium,agere. Ita habetur.l.3.§.vlt. & copioſius.l.ſi vſufructuarius. ff.de aqu.plu.arc. 42

Obſerua tamen, quando aliquis emphyteuta eſſet,aut feudatarius,prædij alicuius,tunc,quia ad ipſum integre ac plenè ſpectaret dominium vtile eius prædij, vtique eidem competeret directa actio aquę D pluuiæ arcẽdæ,ſi agro,cuius haberet emphyteuſim, aut feudum, aqua noceret ex opere facto in prædio vicino: ſimiliterque competeret aduerſus ipſum eadem directa actio, ſi ex opere ab eo facto in prædio emphyteutico, aut feudali, aqua noceret vicino agro. Ita habetur.l.quod principis. §.hæc actio.ff.de aqua plu. arc. 43

Quamuis directa actio aquæ pluuiæ arcendæ ſolùm competat aduerſus dominum facientem opus in prædio, vnde aqua uicino agro noceat, ſi tamen quis ædificet ſepulchrum, illationeque defuncti in illud,dominium amittat,eo quòd locus ſacer fiat;atque ex eo opere facto aqua noceat vicino agro, domino agri vicini competit actio aquę pluuiæ arcen- E dæ vt id opus deſtruat:quoniam ſatis eſt,quòd illud effecerit,quando erat dominus loci ac ædificij illius antequam ſacer fieret. Quòd ſi iuſſus à iudice, illud deſtruat,non tenetur de ſepulchro uiolato. Hæc habentur.l.quãquam in prin. ff.de aqua plu.arc. 44

Quando prædium, in quo factum eſt opus,vnde aqua agro vicino nocet, cõmune eſt multis quoad dominium,aut ager,cui nocet,eſt communis multis competitque actio aquæ pluuiæ arcendæ,eſt diſtinguendum. Quoniam,vel agitur ad opus deſtruendum, atque vt res redigatur ad ſtatum, in quo antea erat, ita vt agro vicino aqua non noceat: vel agitur ad damna ex eo opere ſubſequuta. Si agatur ad opus deſtruendum, tunc vnuſquiſque eorum, cuius eſt 45

ager,

A ager, cui aqua nocet, poteſt agere in ſolidum aduerſus vnumquemque eorum, qui id opus fecerunt, vt integrum opus deſtruat, & poterit agere aduerſus multos eorum, & aduerſus omnes ſimul, vt illud deſtruant, vt ipſe voluerit; & omnes, qui domini ſunt agri, cui aqua nocet, poſſunt etiam agere ſimul aduerſus ſingulos, aut aduerſus omnes ſimul dominos prædij, qui id opus in eo fecerunt, prout maluerint. Si tamen vnus eorum, qui id opus fecerũt, illud deſtruat, aut quidam eorum illud deſtruãt, ceſſat actio aduerſus cæteros: cæteri tamen, qui illud fecerunt, mandauerunt, aut ratum habuerũt eſſe factum, contribuere huic actione communi diuidendo ac negotiorum geſtorum tenentur partes proportionales eorum ſumptuũ, illi, aut illis, quo loco omnium illos fecerunt. Dixi, poſſe agi in ſolidum aduerſus ſingulos, B aut aduerſus omnes, qui id opus fecerunt: quoniam, ſi aliqui eorum, nec tacitè, nec expreſsè, conſenſerunt, vt id opus fieret, aduerſus eos agi non poteſt, vt illud deſtruant, aut vt ad expenſas contribuant, ſed ſolùm vt patiantur deſtrui: poteruntque petere, vt ſibi caueatur de damno infecto, ſi ex demolitione damnum timent. Si verò agatur ad damna ex eo opere ſubſequuta, ſinguli domini agri, cui damnum eſt illatũ, agere poſſunt ad partem ſolùm damni, quę ipſum contingit, & omnes ſimul ad totum damnũ. Itemque aduerſus ſingulos dominos, qui id opus fecerunt, agi ſolùm poteſt, ut vnuſquiſq; ſolùm contribuat partem damni, quæ ad ipſum ſoluere ſpectat. Quod ſi vnus eorum ſua ſponte ſoluat totum damnum, C (neque enim cogi ad id poteſt) tunc actione negotiorum geſtorum poteſt à reliquis petere, quod loco illorum ſoluit. Hinc ſequitur, quòd ſi duo habeant agrum communem, & ex opere facto in prædio vicino, proprio vnius eorũ, aqua ei agro noceat, alter petere ab illo poſſit, vt totum quidem opus deſtruat, cæterum non poteſt petere, vt ſoluat, niſi partem damni, quæ ipſum contingit. Hæc omnia, præterquam quòd perſpicua ſint, & conſentanea rectæ rationi ac ęquitati naturali, conſtant ex l. ſi tertius. §. ſi ex plurium, & §. inde ſequitur. l. ſupra iter. §. Caſſius. §. apud Ferocem. §. officium. §. penult. & vlt. ff. de aqua pluuia arcen. & ex l. 17. titu. 32. par. 3.

46 Quando aliquis in prædio ſuo opus fecit, vnde aqua nocet agro vicino, D ita quòd actio competat aquæ pluuiæ arcendæ, tunc ſi, qui opus illud in prædio ſuo fecit, prædium illud alienet, ſi alienatio ficta fuit, perinde aduerſus eum competit actio, vt illud deſtruat, & ſoluat damna, ac ſi id prædium non alienaſſet, vt eſt notiſſimum, & habetur. l. emptor. ff. de aqu. plu. arc. Quando verò alienatio vera fuit, Hinc particularis in eo ſucceſſor ſolùm tenetur pati, vt deſtruatur; ad expenſas verò non tenetur, neque ad dãna: vnde, ſi cedat ei prædio, facit plus, quàm tenetur. l. is cum. ff. eod. titu. Quòd ſi, vel actor, qui damnũ inde in ſuo agro patitur, eas faciat, vel qui ſucceſſit in eo prędio, recuperare eas poſſunt ex eo, qui id opus fecit. Ille quippe tenetur ad illas perſonali actione, & ad damna ſequuta poſt litem conteſtatam: E quin, ſi id prædium ante litem conteſtatam alienauit, agitur contra eum intra annum actione aquæ pluuiæ arcendæ, vt expenſas ſoluat, ac damna, & poſt annum actione de dolo. Hæc omnia habentur. l. quanquam. §. Iulianus. l. emptor. l. venditor. l. poſt venditionem. ff. eod. titu. & l. 16. titu. 32. partt. 3. iuncto Greg. Lopez ibi.

47 Quòd ſi dominus agri, cui id damnum ſequitur, cuique proinde actio aquę pluuiæ arcendæ competebat, eum agrum alienet ante litem contra dominum prædij conteſtatam, tunc ad nouum ſucceſſorem, & nõ ad priorem dominum, ſpectat eam actionem intentare aduerſus eum, qui id opus in eo prædio fecit: quoniam ad ipſum attinet iam damnum ratione agri ad ipſum attinẽtis: neque tunc ea actio, perſonalis quidem, ſed in rem ſcripta, hoc eſt, competens ratione rei, cui damnum imminet, dicitur propriè tranſire ab alienante agrum in eum, cui eſt alienatum, ſed competere nouo in eo agro ſucceſſori ratione eiuſdẽ agri. Si uero alienator eius agri antequã eum alienaſſet, litem conteſtatus fuerat cum domino prædij, in quo id opus erat factum, tunc trãſiret ea actio in nouum ſucceſſorem in ſtatu, in quo erat tempore alienationis factæ, & quoad dãna poſt conteſtatam litẽ ſequuta, vel alienator agit ad dãna, & recuperata, tradit illa ei, cui agrũ alienauit. Hæc habentur. l. ſi tertius. §. ſi quis prius. l. poſt venditionem. ff. de aqu. plu. arc. & l. 16. citata, iũcto Gregor. Lopez. ibi.

DISPVT. 705.

De aquæductibus, & aqua quotidiana, & æſtiua.

SVMMARIVM.

1 *Aquæductus latè quid. Et riuus latè, pro ijs, quibus aqua ducitur.*

2 *Aquę priuatæ quę. Eorum ſunt, in quorum prędijs naſcuntur, & quouſque eis uti eaſq; deriuare liceat. Receptę in alijs prædijs priuatis, dominorum eorum prædiorum efficiuntur. Dum verò ad publicum locum deueniunt, publicæ efficiuntur.*

3 *Aquę pluuiæ quę. Multiplices ſunt. Quatenus earum vſus prohibitus aut permiſſus.*

4 *Aqua ęſtiua, & aqua quotidiana, quę.*

5 *Aqua hyberna quę. Et quod interdictum quo ad eam competat.*

6 *Aquęductus ſeruitus in quibus alijs locum habeat: & in quibus ſeruitus hauſtus aquæ.*

7 *Aquę quotidianę, & ęſtiuę, interdicta. Et aquęductus ſeruitus, in quibus aquis habeant locum.*

8 *Molendina quouſque conſtruere in eodem flumine liceat, etiam cum damno molendinorum antea ſtructorum, & quouſque ad illa extrahere liceat aquã de flumine publico.*

9 *Aquam extrahere de flumine publico cuique licitum. Et quouſque ſit prohibitum.*

10 *Alueus, per quem aqua ad molendinum extrahitur ex flumine publico, publicus locus efficitur, & ripę vtrinque quo ad vſum.*

11 *Molendinum in torrente quouſque conſtruere liceat. Et quando torrens publicus reputetur.*

12 *Flumine in publico quouſque inſtrumẽta, quę aquis mouentur, conficere liceat, etiam cum detrimento prius inſtructorum, vt molẽdina papiri, olei, ſerram aquę, batuaria, &c.*

13 *Molendinum ſuper aquas catenis alligatum ad ripas, quiuis efficere poteſt priuata autoritate in quacunque parte fluminis publici, niſi nauigationem impediat.*

14 *Molendinum qui prius ędificauit, an comprimere in ſuum commodum poſſit aquam cum detrimento alterius, qui poſterius ędificauit.*

15 *Scripturę in eodem protacollo, aut libro, eodem die cõfectę, illa cenſetur prius confecta, quę in ſuperiori parte reperitur ſcripta.*

16 *Aquam ſi quis ducebat ex flumine publico, per fundum interiectum, qui ad id ſeruitutem aquęductus habebat, et fluuius ſubitò recedat, relicto alueo antiquo inter ſe & eum fundum, qui alueus ei fundo cedit, non poteſt eam educere per eum alueũ, quia non habet ſeruitutem, quã habebat fundus, cui acceſſit: ſi verò*

ſi uerò paulatim recedat & inſenſibiliter, tūc educere illā poteſt per partes aluei, quæ accreuerunt; quoniam reputātur partes eiuſdem fundi, habereq; eandem ſeruitutem aquæductus.

17 *Aquæductus illa ſeruitus manet in prædio illo intermedio, tametſi impedita quoad vſum. Vnde ſi flumen ad curſum antiquum redeat, regreditur vſus eius ſeruitutis, aut ſi facultas adueniat ducendi aquam per loca intermedia.*

18 *Seruitus eſſe poteſt in prædio diſtanti, non exiſtente in intermedijs, etiam non impedita quo ad vſum, quando vſus ab intermedijs non pendet, aut obtinetur facultas vtendi ad eum affectum intermedijs.*

19 *Aquam quotidianam ſi quis eduxit non vi, clam, aut precar. bonaque fide, in iureque non errans, ſemel de die, . . de nocte, intra annum computatum vſque ad punctum, in quo prohibetur, idque de loco non indigēte facultate principis, aut communitatis, vt inde educeretur, quod interdictum ei competat aduerſus prohibentem, eſto corriualis is ſit, & competit etiam cuicunque ſucceſſori in prædio, ad quod fuit educta.*

20 *Aquam æſtiuam qui ſimiliter eduxit ſaltem ſemel de die, aut de nocte, priori æſtate, competit ei ſimile aliud interdictum aduerſus ipſum prohibentem. Et quo pacto ſumenda quo ad id ſit æſtas.*

21 *Aquam æſtiuam qui non eduxerat præcedente æſtate, ſed hac, quo interdicto gaudeat aduerſus prohibentem.*

22 *Aquam ob hyemalem ſimile interdictum competit, ac circa aquam æſtiuam.*

23 *Aquam educendi ex eo loco publico, ex quo ſine facultate principis, ſenatus, aut communitatis, autoritate eorum, non poteſt educi, ſi quis ſit in poſſeſſione, ac prohibeatur, oſtendatq; legitimam ad id facultatem, quo interdicto illi ſubueniatur. Quando autem facultatem nō oſtendit, alia poſſeſſio ad eam aquam educendam, quam de cuius initio non extet memoria, illi non ſufficit.*

24 *Aquæ eiuſmodi facultas educendi, ſi prædio ſit cōceſſa, cum domino prædij non expirat. Si verò conceſſa ſit perſonæ, cum ea perſona expirat. Et quando facile ſucceſſori concedetur, adeò vt iniuria illi facta videatur, ſi ei non concedatur.*

25 *Aquam ſi rite prædictis omnibus modis explicatis in poſſeſſione ſim educendi ac deducendi per riuos, & quis me impediat per eos riuos eam deducere, aut illos aliaque ad id neceſſaria reficere, ac purgare, quo interdicto ſubueniat.*

26 *Riuis annexa, circa quæ reficienda ac purganda competit prædictum interdictum, ſunt ſpecies, ſepta, incile, cuniculi vaporum.*

27 *Riuos, & illis annexa, per quæ quis eſt in poſſeſſione ducendi aquam quotidianam aut æſtiuam, ſi aliquis reficere impediatur, ei ſtatim ſubuenitur, eſto ius non oſtendat, quod ad id habet: ad reficiendū vero iter, quod illi ſeruit, ius ſimul oſtendat neceſſe eſt.*

28 *Riuos reficere quid, & ad quæ ſe extendat. Purgare quid, & ad quæ ſe extendat.*

29 *Riuos quoad modum & qualitates quouſque fas ſit, aut non ſit, mutare.*

30 *Riuos reficienti, aut purganti, dum aduerſus impedientem ſubuenitur interdicto de riuis, locum aduerſus eum non habet noui operis nunciatio. Compelli tamen poteſt cauere de damno infecto, & quæ alia actio aduerſus illum poſſit intentari.*

31 *Aquam qui intra annum computatum vſque ad pūctum, in quo prohibetur, ſimiliter bona fide, nec vi, nec clā, nec precario, hauſit de alieno fonte, puteo, lacu, piſcina, ciſterna, vel alia ſimili re, ſi prohibeatur competit ei aduerſus prohibētem directum, aut vtile, interdictum de fonte nuncupatum, neque eſt neceſſe vt probet habere ad id ius. Idem interdictum competit ei, ſi prohibeatur illi iter, aut via, quibus tranſibat ad eum aquæ hauſtum, aut ad appulſum pecorum. Et competit ſucceſſori in prædio, ſi tanquā ius prædij eum vſum habebat. Idem interdictum competit, ſi impediatur purgare aut reficere id, vnde hauſtum eum habet.*

32 *Cloaca quid, & quotuplex fas eſt illam, eſto priuata ſit, reficere ac mundare, etiam ſi ad id neceſſe ſit aperire prædium alienum. Et quo interdicto ſubueniatur, ſi id non permittatur. Fas item eſt illam efficere de nouo, & mittere in cloacam publicam.*

33 *Cloaca in publica ſi aliquid ſit factum, aut immiſſum, quo vſus illius deterior reddatur, res in priſtinum redigitur ſtatum, & fieri impeditur, ſi fieri attentetur.*

34 *Aquæ ducendæ ex aliquo prædio, aut per aliquod prędium multis commune, vt ſeruitus ſit conceſſa, omnium conſenſus requiritur. Quando quidam eorum conſenſerunt, ſatis eſt ſi accedat aliorum conſenſus, perſiſtentibus illis alijs in ſuo conſenſu, vt conceſſa cenſeatur.*

35 *Seruitutem in prædio validè ſine proprietario nō concedunt vſufructuarius, emphyteuta, aut proprietarius. Hi tamen duo validè illam concedunt in tempus, quo durauerit emphyteuſis, aut feudum, modo ea ſeruitus non ſit vſusfructus.*

36 *Seruitus ſi concederetur in prædio vendito cum pacto adiectionis in diem, aut cum alio ſuſpendente alienationem, tunc conſenſus ſimul emptoris & venditoris eſſet neceſſarius, vt firma omnino eſſet. Et conſtituta manet, ſi res cedat, vt prædium maneat eius, qui illam conceſſit. Accedente item conſenſu alterius, priore non reuocante conſenſum, firma ſimiliter maneret.*

37 *Aquæ ducendæ ſi ſeruitus pluribus concedatur, quādo neceſſarius ſit conſenſus aliorum, quando non itē. Aqua poſteriori ſemper cenſetur conceſſa ſine præiudicio priorū. Aqua ſi de publico concedatur à principe intelligitur, quæ ſuperfluat neceſſitatibus publicis, niſi aliud exprimatur.*

38 *Aquam deducendi ex aliquo prædio qui ſeruitutem habet, quando concedere illam, aut partem illius, alteri non poſſit, & quando poſſit, & alia quoad eam aquam.*

39 *Aquæductus ſeruitus, aut quæuis alia, ſi ab vno prædio alteri prædio debeatur, ius ad eam ſeruitutem quo pacto ſit in toto prædio dominante, & in ſingulis eius partibus: atque, ſi ſeruitus quoad commoditatem diuidi poſſit, vt poteſt diuidi ſeruitus aquæductus, & prædium dominans inter multos quo ad partes diuidatur, quo pacto commoditas illa inter eas partes ſit diuidenda. Si ſeruitus quo ad commoditatem ſit indiuidua, vt itineris, tota debetur ſingulis partibus prædij dominantis diuiſi. Et num una pars prædij dominantis debeat tunc tranſitum ad eam partem remotiorem.*

40 *Aquæductus ſeruitus, aut alia, conceſſa in aliquo prædio, quando in pactum non fuit deductum, qua parte concederetur, & qualis eſſe deberet, qua parte ſit concedenda, & qualis, & num liceat poſtea uariare.*

41 *Aquę certæ ducendæ per alienum fundum qui habebat ſeruitutem, ſi aquę illi admiſceat aliam, quæ cum priori mixta fluat, amittit ius ducendi, etiam priorem, à parte aquæductus, à qua incipit fluere mixta: ſecus ſi naturaliter accreſcat & admiſceatur: aut ſi, quæ admixta fuit, poſſit diuerti, ut ſola prior fluat.*

42 *Aquę ducendę de nocte ſeruitus ſi una cōceſſione ſit conceſſa, & alię aquæ ducendę de die, duę ſunt diſtinctæ ſeruitutes: vnaque amitti poteſt per nō uſum illius, non amiſſa alia, qua interuenerit uſus.*

Hæc

1 HAec Diſputatio affinis etiam eſt duabus præcedentibus. Atque de aquæductu latius ſumpto,quàm vt ſeruitutem ſolam contineat,de qua Diſpu.11.eſt dictum, futurus eſt nobis hoc loco ſermo. Dicendum verò eſt de aqua ipſa ducenda,atque de vijs,ac inſtrumẽtis,quibus ducitur: quæ riuorum nomine, latè ſumpto vocabulo,comprehẽdi poſſunt. Porrò riuus hoc loco,non pro decurſu aquarum,vt à flumine preſsè ſumpto diſtinguitur,ſumitur: in qua tamen ſignificatione ſumptus à nobis fuit diſputatione pręcedente,ſumiturque.ff.de fluminib.l.1.in princ.dum flumẽ à riuo diſtinguitur, quòd riuus ſit exiguus decurſus aquarum,flumen verò magnus. Sed in re propoſita riuus ſumitur pro via ipſa, qua aquæductus decurrit ac deriuatur:in qua ſignificatione ſumitur.ff. de riuis.l.1. & ſeq.

2 Vt verò ab aquis vniuerſim ordiamur. Earũ quædam ſunt priuatæ,vt illæ,quæ in prædijs priuotis aliquorum naſcuntur,neque à republica,locive cõmunitate,ſunt vſurpatæ ad aliquos vſus publicos. Atque eiuſmodi aquæ,interim dum non ingrediuntur eorum prædia,quorum eſt origo,vbi naſcuntur,eorum ſunt propriæ,quorum ſunt ea prædia,poſſuntque proinde de illis diſponere, eiſque vti, vt voluerint,atque eas deriuare, quò voluerint intra ſua prædia;modo tamen,ſi inde deriuentur ac fluant in vicina aliorum prædia, id non ſit cum eorum iniuria ac detrimento, ita ut eis ea de cauſa competat actio aquæ pluuiæ arcẽdæ,iuxta ea quæ Diſputatione præcedente explanata ſunt. Quando verò deriuatæ iam ſunt ac fluxerunt in alia pręd ia,eorum ſimiliter efficiuntur,quorum prędia ingrediuntur. Eo verò ipſo, quòd ad communem aliquem alueum, vel ad cõmunem alium locum,deuenerunt,communes efficiuntur tanta communitate, quãtam habet is alueus, aut locus,in quem fluxerunt.

3 Reliquæ aquæ communes ſunt. Cæterùm in multiplici gradu. Quædam enim ſunt, quæ ad nullum vſum ſunt cuiquam interdictæ. Vt regulariter eſſe ſolent aquæ fluuiorum,quę nauigabilia non ſunt,neque influunt proximè in nauigabile flumẽ. Tametſi quando ex aliquo vſu detrimentum ſequeretur communi bono populi, interdici is vſus poſſet, ac deberet, à communitate, à poteſtatibusve publicis eius communitatis,circa quam id flumen fluit. Vt ſi ex ablutione pannorum,aut aliarum rerum ſordidarũ, vel ex influxu cloacæ, aut alterius rei immundæ, in parte ſuperiori fluminis,aut ex aliqua alia re,ſequeretur aquam,dum ad locum deuenit,in quo ab ea cõmunitate colligi ad bibendum ſolet,immũdam, aut minus ſalubrem fluere,interdici is vſus poſſet,ac deberet. Aliæ verò ſunt aquæ publicæ ac communes, ſed interdictæ quoad aliqua. Vt ſunt nauigabilia flumina, aut quæ in ea proximè influunt, vel quæ flumen,in quod influunt,efficiunt nauigabile. Eiuſmodi quippe aquæ extrahi & deriuari alio non permittuntur,neque in eis aliquid effici;aut in earum ripis, vnde detrimentũ aliquod nauigationi obuenire poſſit,vt diſputatione precedente explicatum eſt. Interdum etiam aquę fluuij alicuius,torrentis,aut fontis, à communitatibus,aut à principe,ad irrigandum aſſumuntur, ac diſtribuuntur, vel aſſumuntur ad aliquem alium vſum;neque interdicuntur quoad vſus qui detrimentum non afferunt vſui, ad quem aſſumptæ ſunt: vt interdictum non eſt ablui in eis pannos & alia,quę irrigationi non nocent,aut alteri vſui,ad quem aſſumptæ ſunt. Quando autem aſſumuntur, vt deriuentur ad fontes publicos in ea ciuitate, aut oppido,tunc interim, dum in fontibus publicis non fluxerunt,interdici in eis conſueuit vſus, qui illis ad hominum potum noceat,aut qui illas minuat,niſi in tanta ſint abundantia, vt pars illarum cõcedi ſoleat

A ad alios vſus,aut gratis,aut perſoluto pretio,ad eum aquæductum,quò deriuantur, reficiendum ac cõſeruandum,aut ad aliquid aliud,quod in bonum publicum conuertatur.

Rurſus aqua,quæ ad irrigandum vel ad aliqua alia miniſteria ac vſus ducitur, diuiditur. l.1. ff.de aqua quot.& eſt.in aquam quotidianam,& in aquam ęſtiuam. Aeſtiua aqua, vt habetur eadem.l.1. & l.de interdicto.ff.eo.titu.ea dicitur,quæ ſola æſtate, hoc eſt,à verno æquinoctiali menſis Martij,vſque ad autumnale æquinoctiale menſis Septembris (ſic enim in re propoſita ſumitur æſtas,vt videbimus) ducitur,ſaltem in parte aliqua eius ſemeſtris,ſiue quia illo tantum ſemeſtri poteſt duci, ſiue quia, licèt alio etiam tempore poſſet optimè duci, intra illud tantũ 4
B ſemeſtre conſueuit duci,vel quia eo ſolo tẽpore prædia,ad quæ ducitur, illa indigent, vel quia dominus prædiorum illo tantum tempore conſueuit illam ducere. Quotidiana verò aqua dicitur,quæ æſtiuo & hyberno tempore duci conſueuit, ſiue quotidie ducatur,ſiue certis ſtatutis diebus, aut hebdomadis,ſiue quouis alio modo: id enim non impedit quominus quotidiana aqua dicatur. Itaque æſtiua aqua nõ differt à quotidiana, quòd æſtiua quotidie non poſſit duci, ſed quia ſiue duci quotidie poſſit, ſiue non, ſola tamen æſtate ducitur. Neque ad rationem aquę quotidianæ requiritur, quòd quotidie ducatur, ſed quòd duci conſueuerit æſtiuo & hyberno tempore, eſto fas non ſit quotidie eam vtroque tempore duci. Vlpianus.l.1.citata, ad rationem aquæ quotidianæ exigere videtur, quòd perenniter fluat, ſiue ſem
C per ducatur,ſiue non, & ſiue ſemper fas ſit eam ducere,ſiue non. Non tamen video,ſi torrens hyberno tempore fluat, & æſtate vſque ad initium Iunij, quales ſunt multi,atque in parte vtriuſque ſemeſtris anni aqua inde ad miniſteria aliqua ducatur, cur aqua illa dicenda non ſit quotidiana, quod attinet ad interdicta,de quibus infra erit ſermo.

5 Quando aqua ſolùm ducitur hyberno tempore, nempe ab æquinoctio autumnali mẽſis Septembris vſque ad æquinoctium vernum menſis Martii,ſaltẽ in aliqua eius ſemeſtris parte, tunc dicitur aqua hyberna:& quia non conſueuit eſſe vſus ducendi aquã ſolo illo tempore, non eſt conſtitutum peculiare interdictum circa hanc aquam:ſicut conſtituta ſunt di
D uerſa interdicta circa quotidianam, & æſtiuam aquas,de quibus infra erit ſermo; ſed ſolùm circa hybernam aquam conceditur vtile interdictum aquæ æſtiuæ,hoc eſt,inſtar interdicti aquæ æſtiuæ, vt habetur. l.1.citata. §.ſi quis hyeme, iuncta gloſſa ibi verb. vtile.

Vlpianus.l.prima,citata. §.quanquam,ait aquęductus ſeruitutem, ſolùm habere locum in aquis, quæ fluunt ſuper terram: ſecus autem in putealibus, quæ ſuper terram non fluunt, eſto venæ earum perennes ſint: ſed in putealibus aquis locum habere ſeruitutem hauſtus, de qua Diſputat. 11. eſt dictum. 6

Addit Vlpianus, interdicta aquæ quotidianæ, &
E æſtiuæ, atque aquæductus ſeruitutem, ſolùm habere locum in aqua,quæ ducitur à capite,hoc eſt,à fonte vnde primò emanare incipit ſuper terram, aut quæ immediatè educitur à flumine, vel à palude, aut quando aqua ſudoribus emanat ſuper terram, & congregantur ſudores illi in vnum locum,ex quo coniuncti incipiunt emanare in aqua, quæ inde incipit educi, quaſi illa quatuor tantum ſint capita, vnde deduci aqua immediatè debeat, vt rationem ſeruitutis aquæductus habere poſſit, competantque circa illam interdicta aquæ quotidianæ, & æſtiuæ. Cæterum quamuis de iure illo antiquo id ita fuiſſet ſancitum: vt tamen Paulus iuris conſultus.l. ſeruitus aquæducendæ. ff.de ſeruit. ruſtic. prædior. 7

ex-

expreſsè ait,& notat gloſſa.l.1.citata verb.nō aliūnde,poſtea fuit introductum, vt aquæductus ſeruitus habere poſſet locum, etiam in quacunque alia aqua aliūde ducta, eſto conceſſa eſſet ex quocunque alio priori aquæductu. Nec dubito, ſicut illa extenſio facta fuit ad aquas ductas non immediatè ex quatuor capitibus explicatis: ita interdicta, de quibus erit ſermo, ad eas etiam aquas eo ipſo eſſe etiam extenſa.

8 Quod ad aquas publicorum fluuiorum attinet, eſt obſeruandum. Eſto quis habeat molendinum in flumine publico, ſiue collocatum in ipſomet alueo fluuij,ſiue extra alueum in loco, ad quem ducitur aqua ex fluuio vſque ad molendinum, indeque deriuatur iterum ad alueum fluuij, fas eſſe cuicunque alteri facere aliud molendinum,vel ſuprà in eodem fluuio, vel infra, eſto inde ſequatur detrimentum domino molendini prius conſtructi, quia minus lucrabitur, eo quòd pauciores ea de cauſa accedant ad molendum in ipſius molendino: eſt enim per accidens id damnum ac detrimentum, vtentibus alijs iure ſuo, molendina efficiendo in eodem fluuio, vel in alijs fluuijs, vnde per accidens id detrimentum ſequitur. Intellige tamen, dummodo, qui eiuſmodi noua molendina efficiunt, in ſuo proprio ſolo ea ædificent, vel in communi de facultate principis, aut communitatis, ad quam pertineat id concedere, vel in ſolo alicuius alterius priuati de legitimo illius conſenſu. Et dummodo non impediāt curſum aquæ in illud aliud molendinum eo modo, quo antea in illud fluebat. Ita habetur.l.18.titu.32. par.3.& conſentiunt Grego. Lopez ibi. Bart.l.quo minus.ff.de fluminib.& Cæpola de ſeruit.ruſt.c.4. nu.41.reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua.

9 Quo loco obſerua, vt habetur eadē l.quo minus, & notant doctores citati, vnicuique fas eſſe educere ſua propria authoritate aquam de flumine publico, niſi ex peculiari aliqua cauſa id à principe ſit vetitū, aut à communitate, permittente id principe; vel niſi ea aliqua ad aliquem alium vſum publicum ſit deputata,cum quo ea extractio pugnet, vt ſi deputata ſit ad irrigandos aliquos agros: tunc enim non,niſi ad id,ad quod eſt deputata, extrahi poteſt, neque aliter ad id, ad quod eſt deputata, poteſt eſſe vſus illius, quàm iuxta leges, & ordinem, ad id præſcriptum. Ratio verò vtriuſque afferti hæc eſt. Quoniam cum flumina publica gentium iure ſint omnibus communia quoad vſum,vtique,interim dum ex rationabili cauſa de iure humano non ſuperuenit prohibitio aliqua vſus aquæ illorum, vnicuique eſt fas illam authoritate propria extrahere, eaque vti, ad quod voluerit: ſecus autem ſuperueniente ea rationabili cauſa prohibitione de iure humano. Quo pacto l.quo minus citata cùm dictum fuiſſet,vnicuique eſſe licitum extrahere aquam de flumine publico, prohibetur nihilominus illam extrahere de flumine nauigabili, aut quod proximè influit in nauigabile flumen, vel cum eo nauigabile flumen efficit, ne nauigationis vſus impediatur, aut deterior reddatur. Vbi notat gloſſa,ſi nihilominus facultas à principe ad eam extrahendam concedatur, opus eſſe apponi derogationem eius iuris in tali conceſſione,vt ſit valida. Satis tamen ad id,meo iudicio, erit dicere, non obſtante, quòd tale flumen nauigabile ſit,aut quod influat in nauigabile flumen. Eodem etiam lege habetur, quando aliqua aqua alicuius fluminis ad aliquem vſum publicum eſt deputata,cum quo ſcilicet repugnet extractio illius ad alia, tunc etiam nefas eſſe,extrahere eam ad alia. Quamuis autem hæc ita ſint; quia tamen aqua publicorum fluuiorum minui propter molendina non ſolet, neque propter illa impediri ſolent alij eiuſdem aquæ publici vſus; eo quod,eſto ad molendina aliqua ex-

A tra alueum extrahatur, continuò ad eum refluere ſoleat, continuareque per illum curſum ſuum in eadē quātitate,in qua flueret, ſi ad molendinum non acceſſiſſet; quia item molendina vtilia valde reipublicæ ſunt, in communeque bonum cedunt; vtique prohibitiones prædictæ extractionis aquæ, etiam à fluminibus nauigabilibus,aut quæ influunt in nauigabile flumen, non intelliguntur de extractione ad molendina, vt bene notat Cæpola vbi ſuprà, iunctis duobus numeris præcedentibus, quando ad extrahendam ita aquam nihil fieret, vnde nauigatio aliqua ex parte impediretur, aut alius vſus aquæ, ob quem extrahi ſit prohibita:quoniam ex fine, ad quē lex eſt condita,accipere debemus ſenſum, intentū, ac interpretationem illius. Quando item aliquid B fieret ad extrahendam aquam ex flumine quocunque publico, vnde vicinis damnum ſequeretur, vt ſi obſeptum in flumine factum (*preſa* noſtri vocant) aqua fluminis damnum alijs inferret, tunc nefas eſt cum illorum detrimento id efficere, vt habetur l.hoc iure,in princ.ff.de aqu.quot.& æſti. niſi fortè ea extractio in maiorem vtilitatem cederet,& id damnum vicinis reſarciretur, vt Diſputatione præcedente dictum eſt.

Nonnulla inſuper obſerua. Primum eſt, quando aqua fluminis publici extra alueum ad molendinum aliquod extrahitur, tunc, eſto extrahatur per prędium proprium domini molēdini, aut per aliud alterius,qui eam ſeruitutem in eo ſuo prædio patiatur,nouum tamen eum alueum,manu atque arte C factum, quo pars ea fluminis in molēdinum fluat atque inde rurſus in reliquum fluminis relabatur, ripaſque vtrinque eiuſdem noui aluei, ac talis fluminis, effici loca publica ac communia, ſicut & pars ipſa fluminis,quæ per eum fluit,publica ac communis eſt,vt expreſſe habetur l.1.ff.de fluminib. Quod tamen ad ripas attinet, intellige effici ſolum publicas & communes, ſolùm quoad vſum comparatione tantum aquæ eius partis fluminis: nam quoad proprietatem, eius remanent, cuius eſt prædium,vt præcedentibus Diſputationibus dictum eſt. 10

Secundū eſt,quæ dicta ſunt de molendinis in fluminibus publicis conſtructis, intelligenda ſimiliter eſſe de molendinis conſtructis in torrentibus,qui in æſtate ſiccantur,qualia aliqua vidi in Luſitania. D Riuus quippe ac torrens,licèt proprius ſit domini prædij,in quo oritur,& per quē fluit, quando à republica nō vſurpatur ad aliquem publicum vſum, atque ad ſolum dominum talis prædij ſpectet conſtruere tunc molendinum in eo ſuo prędio,ſi aqua tanta ſit, quæ ad molendinum ſufficiat;quando tamen egreditur id prædium, efficitur eius, cuius prædium ingreditur,& interdum communis efficitur duorum, inter quorum prædia dilabitur;atque aliquando efficitur communis reipublicæ, ſi alueus publicus reputetur,communiſque ſit vſus talis riui,aut torrentis,toti reipublicæ,oppidi ve communitati:atque tūc ad dominos prædiorum,per quæ dilabitur, ſpectabit efficere in eis molendina,ad communitatemque E oppidi attinebit vel efficere molendinum in ſolo publico,per quod dilabitur, vel concedere facultatem alicui priuato,vt in eo molendinum ædificet. 11

Tertium eſt,quæ de molendinis tritici dicta ſūt, ſimiliter eſſe intelligenda de alijs inſtrumentis,quæ fluuiorum aqua mouentur, vt de molendinis olei, & papyri,de ferris, quæ aqua mouentur, de inſtrumentis,quibus batuuntur ac abluuntur panni, (noſtri *batanes* vocant)& de ijs,quibus ferrum conficitur,quæ *herrerias* appellamus: fas quippe eſt cuicunque alteri aliud ſimile,vel diuerſum,inſtrumentum conficere ſimiliter in ſuperiori, aut inferiori parte eiuſdem fluminis,aut diuerſi, vt lex 18.citata affirmat, reſque eſt perſpicua, cum eadem ratio de his 12

his omnibus ſit, & habeatur inſtrumentis.

13 Quartum eſt, poſtquam hanc & quaſdam alias ſequentes Diſputationes compoſui, me legiſſe longam Antonij Gom. diſputationem de molendinis. leg. 36. tauri. à nume. 10. multis doctoribus & iuribus citatis, quam legas, atque ad hactenus à nobis hac de re dicta illa admetiaris: neque enim cum illo conſentio in ijs, in quibus à nobis diſcrepat. Illud probo, quod ex Paulo Caſtrenſi refert. Quando in flumine publico molendinum fieret ſupra aquam, catenis alligatum ad ripas, vt fiunt Romæ in Tiberi, & in alijs fluminibus alijs in locis, tunc neceſſarium non eſſe facultatem priuatis ad illud cō ficiendum: quoniam vſus aquæ fluminis omnibus eſt communis, itemque vſus riparum ad alligandum ibi nauigia, retia tendendum, & ad ſimilia alia, quæ coniuncta ſunt cum vſu aquæ fluuiorum: vnde communes etiam ſunt quoad hunc vſum reipublicæ valde vtili ratione molendinorum. Intellige tamen non eſſe neceſſarium eius facultatem ad eiuſmodi molendina conficienda, quando ex illis non impediratur nauigatio aliqua ex parte, ſaltem lintris, vt Tiberis Romæ nauigatur.

14 Circa id autem, quod ſuprà dictum eſt, nefas ſcilicet eſse, eum, qui poſterius ædificauit molendinum in aliquo flumine, aliquid facere, quo vſus aquæ impediatur aliqua ex parte molendino prius ædificato, obſerua. Id verum eſſe, quando primus licitè illud ædificaſſet: quando enim illicitè illud ædificaſſet, eſto impediretur ab ædificante poſterius, ſiue licitè, ſiue illicitè, poſterius ædificaſſet, non cōpeteret actio domino prioris molendini, vt patet ex l. 2. idem ait. ff. ne quid in loco publico, & affirmat communis ſententia, quam Ant. Gom. vbi ſuprà. n. 12. refert ac ſequitur. Qui autem prius molendinū ædificaſſet, poſſet continere ac reprimere aquam, prout ſibi vtile ac commodum eſſet, eſto inde ſequeretur detrimentum molendino poſterius ædificato obuenire: quoniam prius habuit ius ad vtendum in ſuum commodum ea aqua, neque alius poſterius ædificans potuit præiudicare tali iuri iam antea acquiſito. Ita cum Bartol. Anton. Gomez. nume. 12. citato.

Quando autē non conſtaret, quis prius molendinū ædificaſſet, tunc quicūque eorū poſset vti eo modo in ſuum commodū ea aqua, non curando præiudicium, quod per accidens alteri ſequeretur, vt ibidem Ant. Gom. cum Bart. ſubiungit. Ex eo autem, quòd molendinum vnum ſit ædificatum in ſuperiori parte fluminis, non eſt coniectura prius eſſe ædificatum, quàm aliud, quod ſit in poſteriori parte fluminis ædificatum: cum non is ordo in ædificandis molendinis ſoleat ſeruari: ſed caſu omnino eueniat in ſuperiori, aut in inferiori, parte prius ædificari: neque eſt, eadem ratio de ſcripturis, quæ in eodem pro-
15 tocollo notarij comperiuntur eadem die cōſcriptę, vt illa cenſeatur prius ſcripta, quæ ſcripta in eodem libro reperitur ante aliam in ſuperiori parte, aut in priori quaternione eiuſdem libri aut protocolli: in libro enim is ordo ſeruatur in ſcribendo: ſecus verò in ædificando in fluminibus. Vnde non probo ſententiam, in quam propendet ibidem Anton. Gom. cum Bald. & Iaſone, quòd argumento ex ſcripturis id molendinum cenſeatur prius ædificatum, quod in ſuperiori parte fluminis ædificatum deprehenditur.

16 Vt ex dictis, tam hac, quàm Diſputatione præcedente, liquet, vnicuique fas eſt aquam educere de flumine publico, quando id prohibitum modis explicatis non eſt. Atque quando prædium meum coniunctum eſt cum flumine publico, ita vt nullum aliud alienum prædium mediet, ſanè tunc ſeruitus non eſt meo illi prædio debita, quòd ex eo flu-

A mine educi poſſit aqua in id prædium meum; idque ſiue illam educam, quia iure gentium id mihi licet, neque vlla ſit prohibitio iuris humani ad eam ita educendam; in quo euentu nulli poteſt eſſe dubium, locum non eſſe ſeruituti; ſiue eam educam ex principis, aut ex communitatis, facultate mihi, aut illi meo prædio, conceſſæ, eo quòd à principe, aut à communitate, ex rationabili cauſa, educi eſſet interdicta, niſi ex ipſius præſcripto, & conceſſione. In hoc enim ſecundo euentu, licèt per eam facultatem ius ſit comparatum ad eam aquam, nihil ea prohibitione impediente, inde educendam, vel perſonale meum, quod cum mea perſona expiret, ſi mihi ſit conceſſum, vt ego poſſim eam educere; vel reale prædio meo affixum, & ratione illius competens
B quibuſcunque poſſeſſoribus illius, ſi illi prædio ſit conceſſa, vt alibi dictum eſt, & inferius repetetur: id tamen propriè non habet rationem ſeruitutis: quoniam res communis ac publica, quale eſt id flumen, nulli ſeruit: ſed eſt reductio eius rei per eam facultatem ad terminos iuris gentium comparatione talis perſonæ, aut talis prædij, ex rationabili ac iuſta cauſa, qua ea facultas illi conceditur. Quando autem inter id flumen, & tale prædium, mediaret prædium aliud alienum, per quod deduci deberet ea aqua, tunc obligatio eius intermedij prædij ad id patiendum, iuſque in extremo meo prædio, vt per id intermedium duceretur, eſſet vera ſeruitus aquæductus prædij intermedij comparatione extremi prædij mei.

C His ita explicatis, Pomponius iuriſconſultus. le. hoc iure. §. ſi aquam. ff. de aqu. quot. & æſtiua, quod ad rem præſentem attinet, ſic ait: *Si aquam ex flumine publico duxeris, & flumen receſſerit, non potes ſubſequi flumen: quia ei loco ſeruitus impoſita nō ſit, quamuis is locus meus ſit. Sed ſi alluuione paulatim acceſſerit fundo tuo, ſubſequi poteris: quia locus totus fluminis ſeruiat deductioni. Sed ſi circūfluere cæperit mutato alueo, non potes: quia medius locus non ſeruiat, interruptaque ſit ſeruitus.* Hæc ille. Azo, vt ibi Accurſius refert, & plerique alij exponunt hunc textum de eo, qui prædium habet coniunctum flumini publico, ita vt nullum aliud prædium alienū mediet, quique facultatem a principe habet educendi in id ſuum prędiū aquam ex eo flumine, ita ut Pomponius dicat: *Si flumen receſſerit*, non paulatim, ſed ſimul, à prædio tuo,
D relicto antiquo alueo inter ſe & prędium meum, *non poteris ſubſequi flumen*, quaſi poſsis adhuc, ui eiuſdē antiquæ facultatis, educere aquam ex illo in tuum prædium, ut antea eam educere poteras: reddatque rationem, *quia ei loco* (hoc eſt, nouo alueo occupato à flumine, ratione cuius flumen cenſetur diuerſum ab eo, quod antea erat, quando fluebat per relictum alueum) *ſeruitus impoſita non ſit*, (ut ſcilicet ex eo educi poſſet aqua in prædium tuum; ſed ſolum impoſita fuerit flumini, ut antea fluebat per antiquum alueū relictum,) *quamuis is locus* (ideſt, alueus antiquus, relictus inter flumen & tuum prædium) *meus ſit* (id eſt, ſit tuus, iure vicinitatis tibi tuoque prædio cedēs,
E iuxta ea, quæ diſputatione præcedente, & copioſius diſputatio. quinquageſima ſeptima dicta ſunt) Ego non dubito hanc adeo uiolentam, textumque deſtruentem expoſitionem, alienam omnino eſſe à mente illius iuriſconſulti, falſumque & omnino alienum à vera philoſophia naturali ac morali eſſe ſenſum, qui ea intenditur. Nempe, flumen eo ipſo, quòd alueum ac curſum mutat, eſſe aliud numero, flumen ab eo, quod erat antea, quando per alium fluebat alueum, eamque proinde ſolam cauſā ſufficere, vt facultas conceſſa iuſque, quod erat antea ad extrahendā ex illo aquam, expiret omnino, ut intendunt & affirmant autores huius ſententiæ, & inter alios, Cępolla, capit. quarto, citato à nume-

ro trigeſimoquinto. Quare cum pleraque ex ijs,
quæ Cępolla ab eo numero tradit, huic falſæ expo-
ſitioni falſoque fundamento innitantur, corruunt
profectò, neque vlla illorum eſt habenda ratio. In
primis ridiculum, & contra communem ſentiendi
ac loquendi vſum, veramque philoſophiam natu-
ralem eſt, affirmare, flumen eo ipſo, quòd alueum
in parte aliqua mutat, & alio fluit, eſſe diſtinctum
flumen ab eo, quod antea erat. Etenim flumen,
non alueum ſignificat, quo fluit, ſed decurſum ip-
ſum aquarum, qui per alueum fluit: is verò aqua-
rum decurſus continuatione ſui fluxus ſine interru
ptione, quibuſdam ſuis aquis, quibus tanquam par-
tibus conſtat ac integratur, ſuccedentibus alijs, di-
citur vnum numero flumen interim dum fluere non
deſiſtit: ex eo autem quòd Tagus, verbi gratia, in
parte aliqua mutet alueum, & alio fluat, non deſi-
nit eſſe idem numero fluxus aquarum continuatio-
ne, ac proinde idem numero flumen, quod antea e-
rat, ſed alueus in ea parte eſt diuerſus: flumen ve-
rò eſt idem alia aluei parte fluens: porrò facultas e-
ducendi aquam in aliquod prædium ex flumine
(Tago verbi gratia) flumen ipſum, aquarumque
decurſum, ſignificat, non autem alueum. Deinde
quis non videat, violentiſſimam, textumque de-
ſtruentem, eſſe expoſitionem, dum dicitur *eo loco*,
intelligere alueum de nouo occupatum; & dum
ſtatim ſubiungitur, *quamuis is locus* (vbi apertè
eſt ſermo de eodem loco) intelligere, alueum an-
tiquum, inter flumen & prædium relictum? Quis
item non uideat, violentiſſimam, textumque de-
ſtruentem, eſſe expoſitionem, dum protinus ſub-
iungitur, *meus ſit*, exponere, ſit tuus, prædio ſci-
licet tuo cedens? Præterea, quis non videat, vio-
lentum falſumque eſſe exponere, *quia ei loco* (id
eſt, alueo de nouo occupato, ac proinde flumini
iam diuerſo ratione talis aluei diuerſi) *ſeruitus im-
poſita non ſit* (aquam uidelicet educendi, ſed ſci-
licet flumini antiquo, qui aluei mutatione iam non
exiſtit, ac proinde ea de cauſa ſeruitutem illam, ac
facultatem educendi aquam, expiraſſe.) Sanè id
non quadrat cum illis alijs verbis proximè ſubiun-
ctis, *quamuis is locus meus ſit*. Neque ex faculta-
te educendi aquam ex flumine publico, cenſetur im
poſita ſeruitus ei flumini publico, vt ex illo aqua
poſſit educi, vt idem met Cępolla, numero qua-
drageſimoſexto ſequenti, cum Bartol. confitetur,
ac ſa ſeuerat.

Hac ergo expoſitione exploſa, legitima ſanè ex-
poſitio eſt, quam Accurſius ibidem ex negotio ſub-
iungit. Nempe, ſi aquam educebas ex flumine pu-
blico, ſiue gentium iure abſque facultate principis,
ſiue ex principis facultate, ſi erat interdicta, (vbi e-
nim textus non diſtinguit, neque nos diſtinguere
debemus) cæterùm per prædium alienum inter me
dium (meum videlicet, qui tecum loquor) quod
prædium ſeruitutem aquæductus habebat impoſi-
tam comparatione tui prædij, vt per illam educere
eam ex eo flumine in tuum prædium poſſes; flumen
que receſſerit, relicto, non paulatim ac inſenſibili-
ter, ſed ſimul alueo antiquo inter ſe, & inter præ-
dium illud intermedium, qui alueus proinde ceſſit
prædio intermedio, effectuſque eſt meus, cuius eſt
id prædium, iuxta ea, quæ Diſputat. 57. dicta ſunt,
tunc non potes ſubſequi flumen, & educere ex illo
aquam per idem prædium, & alueum antiquum ef-
fectum meum ratione prædij coniuncti, cui ceſſit:
quia ſeruitus ei loco, hoc eſt, ei alueo relicto, *impoſi-
ta non fuit*, ſed ſoli prædio ab eo alueo diuerſo: *quam
uis is locus*, id eſt, is idem alueus, *meus ſit*, ratione prę
dij coniuncti, cui ceſſit. Subiungit deinde Pompo-
nius: *Sed ſi alluuione* (alueus ſcilicet idem) *paula-
tim acceſſerit fundo tuo*, (fortaſſe ſuperfluit, mendo-

A ſeque additum fuit verbum, *tuo*. Si uerò non eſt
mendum, expone, *tuo*, quoad ſeruitutem in eo tibi
deditam, ſed meo ſimpliciter, vt paulo antea idem
Pomponius dixerat) *ſubſequi potes*, flumen ſcilicet,
educendo ex illo aquam per prædium, & partem al
uei, quæ alluuione ei acceſſit: *quia locus totus*, id eſt,
prædium vna cum parte, quæ alluuione ei acceſſit,
fluminis ſeruiat deductioni, id eſt, ſeruit deductioni
aquæ ex eo flumine: eo quòd id totum reputetur
idem numero prædium cũ eo, quod antea erat, quia
incrementum illud paulatim alluuione accedens nõ
cenſetur res diuerſa, ſed unum numero cum priori
prædio, vt ex dictis Diſput. 57. conſtat, eaque de cau
ſa ſeruitus aquæductus exiſtens in priori prædio, ſe-
ſe extendat ad id etiam, quod alluuione paulatim ac
B inſenſibiliter ei accreuit. Addit Pomponius: *Sed ſi
flumen circumfluere cæperit mutato alueo*, (ita quòd
non ſolùm alueum antiquum, ſed & aliud prædium
interiecta reliquerit inter ſe & inter meum prædiũ,
quod tuo antea ſeruiebat, aquæ per illud ex eo flu-
uio ducendæ in prædium tuum) *non potes*, ſubſequi
videlicet flumẽ, & ducere ex eo aquam in prædium
tuum, vt antea faciebas: *quia medius locus*, (aluei vi-
delicet antiqui, & alterius prædij, quæ iam nunc me
diant inter flumen & prædium meum) *non ſeruiat*,
(id eſt, non habeat ſeruitutem aquæ per ea ducendę
in prædium tuum, ſicut ſeruitutem habet prædium
meum) *interruptaque ſit ſeruitus*, mei uidelicet præ-
dij comparatione tui, ob defectum aluei antiqui, &
illius alterius prædij, quæ mediant, & quæ ſeruitu-
C tem non habent, vt ducere per ea poſſis aquam ex
eo flumine.

Occaſione horum vltimorum verborum Pom- 17
ponij, quibus docet, in hoc vltimo euentu interru-
ptam eſſe ſeruitutem aquæductus prædij mei com-
paratione tui, quærit Accurſius in gloſſa verb. inter-
rupta, num ſi flumen redeat ad antiquum alueum,
dicendum ſit, ſeruitutem redire, ſeu eſſe, in prædio
meo comparatione tui, ita vt ex eo flumine ducere
poſſis aquam per prædium meum in prædium tuũ,
vt eam antea ducebas. Cępolla vbi ſupra neganter
reſpondet, inhærendo ſemper primæ uiolentæ ac fal
ſæ expoſitioni huius textus, quam impugnauimus.
Rationem verò reddit: quoniam eo ipſo, quòd flu-
men deſeruit primum alueum, non manſit idem nu
D mero flumen, quod antea erat, ac proinde extincta
omnino eſt omnis ſeruitus, vt ex eo aqua in aliquod
prædium deriuetur: & quoniam, quando flumen ad
alueum regreditur primò relictum, eſt etiam aliud
numero flumen.

Dicendum tamen eſt cum Accurſio gloſſa cita-
ta, non ſolùm reſtaurari, ſed etiam nunquam fuiſ-
ſe amiſſam eam ſeruitutem, ſed fuiſſe ſolùm inter-
ruptam, hoc eſt, impeditam quoad vſum illius ex de
fectu, quòd duci aqua ex eo fluuio vſque ad id præ-
dium non potuit propter alueum antiquum inter-
medium, aut etiam propter aliud prædium inter flu
men & eum alueum interiectum, quæ ſeruitutem
eius aquæductus non habeant: quare eo ipſo, quòd
E flumen ad antiquum alueum regreditur, vel quòd
obtinetur ſeruitus aut facultas ducendi aquam per
alueum, aut etiam per prædium, interiecta inter flu-
men & prædium, quod ſeruiebat, vel quòd domi-
nus prædij, ad quod ducenda eſt aqua, comparat eo
rum dominium, manet vſus eiuſdem ſeruitutis in-
terruptæ, vt antea erat: id quod Pomponius ſa-
tis apertè hoc loco docet, dum ait, interruptam in
euentu, de quo loquitur, eſſe ſeruitutem.

Confirmatur aperte ex l. in tradendis. §. interpo- 18
ſitis. ff. commun. prædio. vbi habetur. Non ſolum
poſſe acquiri ſeruitutem in domo diſtanti à mea
comparatione domus meæ, ne illa diſtans altius
tollatur, aut vt altius tollatur, eſto in alia interme-
dia,

dia, aut in a'ijs intermedijs, nulla ſit talis ſeruitus: idque propterea quòd vſus, aut quaſi vſus, talis ſeruitutis, nempe quòd illa diſtans in meæ domus commodum non extollatur, aut quòd extollatur, eſſe poſſit independéter à ſeruitute in domibus intermedijs: ſed etiam poſſe comparari ſeruitutem in prædio diſtanti, ſine ſeruitute in prędio intermedio, à quo tamen intermedio pendeat vſus ſeruitutis prædij diſtantis, vt ſi ſit ſeruitus itineris, aut aquæ ductus, vel alterius ſimilis: atque tunc, ſi prædium intermedium ſit quoad dominium illius, cuius eſt prædium, cui ea ſeruitus à diſtante debetur, vti poterit ea ſeruitute per id ſuum prædium intermedium: ſi autem ſit alicuius alterius, qui non permittat per id prædium vti ſeruitute prædij extremi, erit interpolata ea ſeruitus prædij extremi, quouſque in eo etiam conſtituatur ſimilis ſeruitus, adde tu, aut aliunde ſit facultas vtendi ea ſeruitute per prædium intermedium. Vnde quando. leg. qui ſella. §. vlti. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ſic ſcriptum legimus: *In ruſticis autem prædijs impedit ſeruitutem medium prædium, quod non ſeruit;* intelligitur illam impedire quoad vſum illius: non verò vt in eo eſſe non poſſit interpolata, ſeu interrupta, quoad vſum illius, vt duo iura citata apertè docent. Præterea intelligitur eam impedire, quando nec ſeruit, neque alia ratione eſt facultas ea vtendi per id medium prędium, vt explicatum eſt. Idcirco autem dictum in eo textu eſt, *in ruſticis prædijs*; quoniam, vt ex §. interpoſitis eſt dictum, in vrbanis, vt in vna domo, comparatione alterius, eſſe poteſt vſus ſeruitutis domus diſtantis, ſine ſeruitute, ac vſu ſeruitutis, intermedia, aut intermedijs. Lege gloſſam. §. vlti. citato.

39 Quando aliquis eſt in poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione, ducendi aquam, adinuenta ſunt à iure interdicta quædam prætoria ad eum tuendum in ſua poſſeſſione, aduerſus prohibentem ac impedientem eam ducere, de quibus eſt conſequenter à nobis hoc loco dicendum. Et quidem quando aqua eſt quotidiana, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt, neque educitur de loco communi, quam proinde concedere educi ad principem, aut ad communitatem attineat; ſi is, qui eam educere prohibetur, aut impeditur, nec vi, nec clàm, nec precario, bonaque fide, exiſtimans ſe iure id efficere, neque in iure errans, illam ſemel ſaltem de die, aut de nocte, eduxerat intra annum computatum vſque ad punctum, in quo eam educere prohibetur, aut impeditur, competit ei interdictum de aqua quotidiana nuncupatum, quo prohibetur obſtaculum ei apponi, eumve impediri, quominus illam educat ea præciſè forma ac modo, quo illam intra eum annum eduxerat, defenditurque ac conſeruatur in ea poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione, illam eo modo ducendi, interim dum aliunde non probatur, nullum ius eum habere ad eam ita ducendum, neque præſcriptionis titulo, neque quocunque alio. Ita habetur. leg. 1. ff. de aqua. quotid. & æſtiu. conſentitque communis doctorum ſententia. Competit verò id interdictum, non ſolum ſi aqua educatur ad irrigandum, ſed etiam ſi educatur ad quoduis aliud miniſterium, etiam ad vrbanum prædium, atque etiam ſi aqua educatur calida. Ita habetur ibidem. §. illud quæritur.

Quando autem aquam educere vellet alia forma & modo, quàm eo anno eſſet educta, vt quia in maiori quantitate educeretur, vel alia via ac modo, tunc impunè prohiberetur ita educi, vt ibidem habetur. §. illud tamen. Poſtquam tamen ingreſſa aqua eſſet prædium, ad quod educitur, tunc de illa efficere poſſet dominus prædij, quod vellet, modò id non cederet in præiudicium eius, vnde e-

A ducitur, aut loci, per quem educitur & deriuatur vſque ad id prædium, vt ibidem ſubiungitur, & habetur. l. ex meo. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Quamuis autem hoc interdictum ei non competat, qui intra annum vſque ad punctum, in quo impeditur, eam non duxit, eſto ante eum annum inceptum illam duxerit, quia tunc non cenſetur eſſe in quaſi poſſeſſione eam aquam ducendi; ſi tamen, cum illam ante eum annum cœptum duxiſſet, ipſa non deſtiterit per ſe ipſam intra eum annum fluere in prædium, quo ducta ante annum fuit, tunc competeret hoc interdictum, eſto in rigore verè non poſſet dici, ipſum intra eum annum illam duxiſſe. Ita ſubiungitur. l. prima citata. §. quæſitum eſt, iuncta gloſſa ibi verb. videatur, & verb. penitus, & iunctis iuribus, quæ ea glo. citat.

B Competit verò hoc interdictum aduerſus quemcunque prohibentem educere aquam, vt eo anno educta eſt, ſiue qui prohibet, dominus ſit prædij, vnde eſt educenda, aut per quod educitur, ſiue non. Ita habetur ibidem. §. competit. Item ſi duo riuales, aut corriuales, id eſt, qui aquam aliquam per eundem riuum educant, inter ſe contendant de eius aquæ vſu, vnoquoque contendente ad ſe, & non ad alterum pertinere, eumque prohibeat, vnicuique competit hoc interdictum aduerſus alterum, ac proinde vtrique ſimul competit duplex. Item agere poſſunt interdicto vti poſſidetis. Ita ſubiungitur ibidem. §. ſi inter, iuncta gloſſa ibi verb. duplex. Hoc idem interdictum aduerſus eum etiam

C competit, qui aliquid facere aggreditur, fodiendo, ſerendo, ſuccidendo, putando, ædificando, aut quid aliud ſimile faciendo, vnde ſequitur, vt aquam, quam hoc anno eduxiſti, educere non poſſis, aut non poſſis eam educere, qualem eduxiſti, ſed vitiatam quoad qualitatem, aut non in tanta quantitate, in quanta es in poſſeſſione vt eam educas, & competit, vt id efficere prohibeatur. Ita habetur ibidem. §. Labeo putat. Quòd ſi id iam effecit, competit idem interdictum, vt illud deſtruat, & reducat in priſtinum ſtatum, ita ut aqua educi poſſit, vt antea fuit educta. Atque, quoad hoc, interdictum hoc non eſt prohibitorium, vt eſt quoad alia, quæ dicta ſunt, ſed eſt reſtitutorium, vt habetur eadem. l. prima, in princ. Hoc verò interdictum, actio ve

D ex illo, quia eſt in rem ſcripta, eo quòd competat ratione prædij, in quod aqua ducitur, competit etiam ſucceſſoribus in eodem prædio, etiam ſi titulo particulari, vt emptionis, aut alio ſimili, in id prædium ſuccedant, ſi prohibeantur ducere in illud aquam eo modo, quo intra annum ducta eſt. Ita habetur eadem. l. prima, §. ait prætor inter hæredes. Cępolla de ſeruitut. ruſtic. prædior. capit. quarto, à numero 99. tradit ex Roff. Venauentano praxim conficiendi libellum iuxta hoc edictum, itemque conficiendi articulos, ſeu poſitiones, ac capitula, quæ tum ab actore, tum etiam à reo, præſentari hac de re debeant, vt ab eis probentur, & circa quæ aduerſarij interrogari debent. Eum legito.

E Quando aqua eſt æſtiua, iuxta ea quæ in principio huius Diſputationis dicta ſunt, neque educitur de loco communi, quam proinde concedere educi ad principem aut ad communitatem ſpectat; tunc ſi is, qui hac æſtate eam educere prohibetur, aut impeditur, nec vi, nec clam, nec precario, bonaque fide exiſtimans ſe iure id efficere, neque in iure errans, illam ſemel ſaltem de die, aut de nocte, eduxit priore æſtate, competit ei interdictum de aqua æſtiua ad ea omnia, quæ ſupra in priori edicto de aqua quotidiana dicta ſunt, eoque modo, quo ibi dicta ſunt. Solùm enim differt hoc edictum à præcedente, quòd præcedens competit, quando aqua, cum prædictis conditionibus bona 40

fide fuerat educta intra annum vſque ad punctum, in quo educi prohibetur; non uerò ſi intra eum annum non fuerat educta, eſto antea educta fuerit, quia non cenſetur eſſe in poſſeſſione eam educendi: hoc verò edictum competit, in quocunque tempore præcedentis æſtatis fuerit bona fide cum eiſdem conditionibus educta, ſumptaque æſtate, non preſsè, pro menſibus tribus, qui ſunt à ſolſtitio æſtiuo vſque ad æquinoctium autumnale, ſed latè pro ſex menſibus, qui ſunt ab æquinoctio verno, hoc eſt, quod incipit in fine hyberni, vſque ad æquinoctium autumnale, atque ita interdictum hoc ad longè maius tempus poteſt ſeſe extendere, quàm interdictum aquæ quotidianæ, vt, ſi ſtatim poſt æquinoctium verni, in initio æſtatis, quæ tunc incipit, aquam æſtiuam eduxit, neque iterum illam eduxit vſque ad finem æſtatis ſequentis prope æquinoctium autumni, quo tempore ſi prohibeatur eam educere, competit ei adhuc hoc interdictum, cum tamen elapſi ſunt ferè decem & ſex menſes. Hæc habentur lege prima, citata à §. deinde ait prætor vti, iunctis verbis præcedentibus in fine prioris edicti.

21 Ei verò, qui, cum in priori ęſtate eam aquam non eduxiſſet, in ea tamen ipſa æſtate, in qua prohibetur, illam ante eam prohibitionem eduxerat bona fide, & cum cæteris conditionibus explicatis, non competit aduerſus prohibentem directum interdictum aquæ æſtiuæ, ſed utile, vt habetur ibidem verſ. qui hac æſtate. Vbi gloſſa ait, vt hoc vtile edictum in eo euentu ei competat, neceſſarium eſſe, vt triginta diebus illam eduxerit, hoc eſt, à triginta diebus à puncto, ex quo illam educere cœpit, aliquoties illam eduxerit uſque ad punctum, in quo prohibetur, argumento. l. prima, ff. de itinere actuque priuato, vbi, vt interdictum aduerſus prohibentem vſum itineris per aliquod fundum ei competat, qui prohibetur tranſire per eum fundum, neceſſe eſt, quòd eo anno, computato vſque ad punctum, in quo prohibetur, triginta diebus eo itinere, modo explicato, fuerit vſus. Multum tamen dubito de ueritate eius gloſſæ. Nam aliud longè diuerſum ſancitum eſt, vt quis cenſeatur eſſe in poſſeſſione ducendi aquam quotidianam, aut æſtiuam, & vt cenſeatur eſſe in poſſeſſione itineris. Ad aquæ quippe poſſeſſionem ſancitum eſt, vt ſufficiat vnicus actus intra tempus, pro quo edictum competit, cum conditionibus requiſitis: ad itineris verò poſſeſſionem fuit ſtatutum, vt interueniret vſus itineris cum eiſdem conditionibus triginta diebus intra annum modo explicato.

22 In eadem l. prima, §. citato. ff. de aqua quotidiana & æſt. habetur: Si quis ſolitus ſit educere aquam ſolùm hyeme, & non æſtate, atque prohibeatur, competere illi utile interdictum aquæ æſtiuæ, hoc eſt, inſtar aquæ æſtiuæ, vt ſcilicet ſi priori hyeme illam cum conditionibus requiſitis aliqua die, aut nocte, vel ſemel eduxit, & in hyeme hac prohibetur illam educere, competat ei hoc interdictum aduerſus prohibentem: vnde tantam latitudinem temporis habet hoc interdictum vtile aquæ hyemalis, quantam habet directum aquæ æſtiuæ. Cępolla. c. 4. citato à nume. 103. tradit praxim conficiendi libellum, & poſitiones, iuxta interdictum aquæ æſtiuæ. Eum legas.

23 Tertium additur interdictum, quod nuncupatur de aqua ex caſtello. Quando enim aqua eſt ita publica, quòd nefas eſt cuiquam illam inde educere abſque principis facultate, vel ſenatus, aut communitatis, cui vſus & diſtributio illius à principe ſit relicta ac permiſſa, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt; tunc, ſi aliquis legitimam habeat facultatem illam ducendi, vel ex caſtello, hoc eſt, loco vbi congregatur ea aqua, vt inde deriuetur, ac diſtribuatur, (*arca* Hiſpanè nuncupatur, atque ea eſt vna ex ſignificationibus vocabuli, caſtellum) vel ex quocunque alio loco publico, vt ex riuo, aut flumine, interdicto quoad extractionem aquæ ex illo abſque ſpeciali facultate; atque prohibeatur eam educere iuxta facultatem ſibi conceſſam, competit ſic prohibitio eiuſmodi interdictum aduerſus prohibentem, vt eam educere ſinat iuxta eandem facultatem. Modò tamen, ſi ex tali extractione ac ductione eius aquæ, periculũ immineat alicui vicino, illi caueat de damno infecto. Nam princeps, aut communitas, nihil concedere poteſt cum damno & præiudicio aliorũ, niſi illis reſarciatur ac compenſetur, quando expediret vti ea facultate, nihil impediente eo minori damno, ac proinde, quando vicino damnũ aliquod imminet ex vſu talis facultatis, iſque ſibi de eo caueri poſtulat, non permittitur vſus eductionis aquæ iuxta eam facultatem, niſi priùs vicino caueatur de damno infecto. Vt verò hoc interdictum alicui cõpetat, non ſatis eſt, eum antea bona fide eduxiſſe aquam ex tali loco publico, vt in duobus prioribus interdictis ſatis eſt vſus aquæ priuatæ bona fide intra tempus eis præſcriptum; ſed neceſſe eſt, vt conſtet de legitima facultate ſibi ad id conceſſa, eamque ſufficienter probet, ſi dubia ſit, alioquin locum non habet hoc interdictum. Ratio autem eſt, quoniam, cum educere eam aquam nulli liceat abſque legitima facultate, ſanè, interim dum facultatem legitimam ſufficienter non oſtendit, cenſetur eſſe in poſſeſſione mala fide educendi eam aquam, à quocunque tempore, de cuius initio extat memoria; neque, ſi bona fide illam eduxiſſet, ſufficeret minus tempus, quàm de cuius initio non extaret memoria ad ſibi præſcribendum ius abſque facultate eam educendi aduerſus rempublicam; eaque de cauſa nõ competit ei hoc interdictum aduerſus prohibentem illam educere. Quando autem à tanto tempore, de cuius initio non extaret memoria, eam ita eduxiſſet, tunc ea immemoriabilis poſſeſſio non ſolum præſumeretur fuiſſe cum bona fide, ſed etiam cum legitimo titulo à principio ad id comparato. Hæc omnia habentur. l. §. ait prætor quo. ff. de aqua quot. & æſt. Cœpolla vbi ſuprà à nu. 108. tradit praxim conficiendi libellum ac poſitiones iuxta hoc edictum.

Vlpianus vbi ſuprà. §. & datur, de eiuſmodi facultate & iure, quod conceditur ad educẽdam aquã ex loco publico, ſic ait: *Datur interdum prædijs, interdum perſonis. Quod prædijs datur, extincta perſona,* (quæ ſcilicet id ius prædio obtinuit) *non extinguitur* (quia videlicet eſt ius ipſiuſmet prædij, illudque proinde comitatur, ad quemcunque hæredem, aut ſucceſſorem in eo, tale prædium tranſeat.) *Quod datur perſonis, cum perſonis* (quibus ſcilicet conceditur) *amittitur: ideòque, neque ad alium dominum prędiorum, neque ad hęredem, vel qualemcunque ſucceſſorũ, tranſit. Planè ei, ad quem dominium tranſit, impetrabile eſt* (id eſt facile is impetrabit eandem facultatem ac ius. (*Nam ſi docuerit, prædijs ſuis aquam debitam, & ſi nomine eius fluxit, a quo dominium ad ſe tranſit, indubitatè impetrat ius aquę ducendæ. Neque eſt hoc beneficium, ſed iniuria, ſi quis fortè non impetrauit.* Hæc Vlpianus ibi. Quia verò hæc tota Vlpiani doctrina copioſè Diſputatio. 484. à nobis eſt explanata, non eſt cur in ea iterum explicanda hoc loco immoremur. 24

Quartum interdictum, tribus prioribus quaſi cõnexum ac adminiculum, traditur. ff. de riuis. Nempe in euẽtibus, in quibus dictum eſt competere tria priora interdicta, pro diuerſitate aquæ ducendæ, atque pro temporibus, pro quibus dictum eſt vnumquodque eorum competere, iuxta diuerſitatẽ aquæ, 25

quæ

quæ ducitur, quotidianæ ſcilicet, æſtiuæ, aut ex loco communi de facultate principis, aut communitatis, ſi eam duxeram, non vi, clam, aut precario, per aliquem riuum, aut riuos (hoc eſt, per loca quoad longitudinem depreſſa, ſeu decliuia, quibus defluit aqua: ſic enim in re propoſita ſumitur riuus, vt habetur. l. prima in prin. ff. de riuis) intra tempus prædictis interdictis præſcriptum, & quis me impediat illam per eoſdem riuos ducere, aut tam eos riuos, quã alia, ad id annexa & neceſſaria, reficere, & purgare, vt aqua fluat, eamque educam, non aliter, ſed eo modo, quo illam antea ducebam, tunc competit mihi interdictum de riuis nuncupatum, vt prohibeatur, ne me ea facere impediat. Ita habetur. l. prima, ff. de riuis.

26 Loca autem riuis annexa, quæ reficere ac purgare poſſum, & circa quæ competit hoc interdictum aduerſus eum, qui id impedit, ſunt. In primis ſpecus, hoc eſt, loca ad inſpiciendum aquam, quando per riuos ſubterraneos, aut coopertos, fluit, fabricata, quæ profundiora eſſe ſolent, quàm ſint riui ipſi, vt in fundo ſordes reſidere poſſint, indeque extrahi, ne riuos obturent: inſeruiunt etiam ad inſpiciendam aquam, an illucuſque perueniat, & in quanta quantitate, vt intelligatur, an riuus ſit fractus, aut obturatus, & qua in parte, vt faciliùs, minorique cum ſumptu ac labore, ei damno ſubueniri poſſit; ſic dicta, ab inſpiciendo. Hiſpanè *arcas* nuncupantur. Sunt deinde ſepta, quæ in fluminibus, aut torrentibus, fiunt ad continendam ac eleuandam aquam, vt inde per riuos extrahatur, ſiue ex lignis, ſiue ex lapidibus, aut ex aliqua alia materia ſint confecta. Noſtri *preſſas* vocant, Accurſius, l. prima, citata verb. excogitata, & alij, Secluſas appellant. Eſt deinde incile, hoc eſt, locus inciſus in latere fluuij, quo aqua ex illo extrahitur ac fluit, ab incidendo dictus, quòd petram, aut terram, incidendo fiat, vt inde aqua ex flumine deriuetur, fluereque, quo volumus, incipiat. Hæc habentur. l. prima, citata in principio. Quando aqua in vnum locum adducitur, vt inde per multos ductus fluat ac ducatur, competit etiam hoc interdictum utile aduerſus eum, qui impediret eum locum refici aut purgari. Idem quoque interdictum competit comparatione omnium riuorum, & locorum eis annexorum, ad ductumque aquæ conducentium, ſiue riui in publico loco, ſiue in priuato, ſint conſtituti, etiamſi inſeruiant ad aquam calidam eis deferẽdam: quin & competit hoc utile interdictum ad reficiendos cuniculos, ſeu vias, per quas ſolus vapor aquę calidæ trahitur ad locum aliquem, vbi eis uaporibus ſudatur, vt morbi ea ratione expellantur. Competit etiam hoc interdictum eis perſonis, & aduerſus eas perſonas, quibus, & aduerſus quas, dictum eſt tria priora interdicta competere. Hæc ſubijciuntur. l. 3. §. ſi aquæ ff. de riuis.

27 Quando aqua eſt quotidiana, aut æſtiua, vt interdictum competat aduerſus impedientem reficere, aut purgare, riuos, quibus ducitur, & res alias ad illam ducendam inſeruientes, ſatis eſt ſi, qui ita prohibetur, probet, ſe illam duxiſſe per eos riuos bona fide, non vi, clam, aut precario, eo anno, aut ſuperiori æſtate, prout fuerit aqua, quæ ducitur; neque eſt neceſſe, vt ſimul etiam probet, ſe habere uerum ius ad illam ita ducendam. Ita habetur. l. prima. §. hoc interdictum competit, & l. quarta, ff. de riuis. Cum tamen circa iter per fundum alienum, quamuis vt ei, qui tranſire prohibetur, competat interdictum de itinere aduerſus prohibentem, ſatis ſit probare eo anno triginta diebus fuiſſe vſum eo itinere nec ui, nec clam, nec precario, & neceſſe non ſit probare habere verum ius eius itineris; nihilominus, vt eidem competat interdictum de eo itinere refi-

A ciendo aduerſus reficere illud prohibentem, neceſſe ſit probare, vltra uſum eius itineris triginta diebus, ſe habere verum ius eius itineris, vt habetur. l. 3. §. ait prętor, verſ. hoc autem. ff. de itin. actuque priuat. & l. quarta, ff. de riuis. Ratio autem huius diſcriminis, inter vtrumque interdictum de reficiendo, hæc redditur. l. quarta citata, iuncta. l. 3. §. etiam citata. Quoniam longè magis neceſſaria eſt refectio riuorum ad uſum aquæ ducendæ, quàm ſit refectio itineris ad illo tranſeundum, pluſque nocumenti euenire poteſt ſitis, & detrimenti plantarum, ex eo quòd riui, quibus aqua eſt ducenda, non reficiantur, quàm ex eo, quòd iter non reficiatur; ſi quidem non propterea vſus itineris impeditur, licèt difficilior ac moleſtior reddatur; eaque de cauſa non B tantam moram patitur refectio riuorum, quantam patitur itineris refectio.

Riuos, & cætera ad aquam ducendam neceſſaria, reficere, comprehendit, quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reducere, ſeu inſtaurare, tegendo, ſubſternendo, ſarciendo, & ædificando, quæ ſcilicet collapſa omnino ſunt, non tamen aliquid de nouo ædificando ultra antiquum ædificium: id quippe non eſſet reficere, ſed quid à reficiendo diſtinctum, vt habetur. l. 3. in fine. ff. de itinere actuque priuato, vbi, ſumpto eo modo ædificare, dicitur eſſe diſtinctum à reficere. Item reficere comprehendit aduehere, & aſportare humeris, iumento, aut vehiculo, quæ ad prædicta efficienda ſunt neceſſaria. Verbum autem purgare, quid importet, ſa- C tis perſpicuum eſt. Addit verò Vlpianus, purgare, non ſolùm habere locum circa riuum, qui integer perſeuerat, (vt quidam exiſtimarunt) ſed etiam circa eum, qui refectione indiget: cum fieri optimè poſſit, vt refectione & purgatione ſimul indigeat. Limites refectionis tranſgrederetur, neque aquam duceret, vt antea ſolebat, qui riuum per aliam fundi partem vellet ducere, aut illum latiorem, depreſſiorem, aut altiorem, vellet facere, quàm antea erat, uel aliquid aliud facere vellet cum incommoditate aliqua domini fundi quoad ipſum fundum, eaque ratione non competeret ei interdictum de riuis reficiendis aduerſus eum, qui id illi prohiberet. Hæc habentur. l. prima, §. vltimo, & l. ſecunda, & tertia, in principio, & §. vltimo, ff. de D riuis. 28

Vtrum autem, qui antea aquam ducebat per riuum opertum, prohiberi impunè poſſit, ſi illum aperiat, ducereque illam uelit per apertum, aut è contra, qui aquam per riuum apertum ducebat, poſſit prohiberi, ſi illum operiat, vel, qui aquam per riuum terrenum ducebat, poſſit impediri, ſi cæmetericium velit illum facere, vel ſternendo ſolum, vel etiam latera aquæducti lapidibus, & calce muniendo, ne aqua imbibatur per fundum, per quem ducitur, ſed copioſior ad ſuum fundum deueniat, vel ad eundem effectum canales, aut fiſtulas (noſtri *arcaduzes* vocant) in eo opere, aut è contra, qui aquam per riuum cæmericium, aut canales, vel fiſtulas, du- E cebat, poſſit prohiberi eam ducere per terrenum, ita quòd in his omnibus euentibus non competat aduerſus ijs de cauſis prohibentem, interdictum de riuis reficiendis, aquamque per illos ducendi. Concertatio eſt inter Vlpianum, Ofilium, Labeonem, Pomponium, & Seruium, quę refertur tribus iuribus proximè citatis, & vix, aut ne vix quidem, ſcias quid tandem ſit tenendum ex eorum iurium diſpoſitione. Iuriſconſultos verò illos ad concordiam, quoad fieri poſſit, adducendo, conſentaneéq; ad rectam rationem, ad ipſamq; rei naturam, arbitror eſſe dicendũ. Si à principio, quãdo conceſſa fuit ſeruitus aquęductus per fundum alienum, aliquid conſtitutum, expreſſumq; fuit circa qualitatẽ & modum riuorum, 29

per quos aqua eſſet ducenda, tunc ei pactioni & expreſſioni eſt ſtandum, neque fas eſt quicquam immutare contra voluntatem domini fundi, per quem aqua ducitur. Quando verò nihil fuit expreſſum, tunc ex circunſtantijs concurrentibus, prudentis arbitrio eſt iudicandum, an aliquod damni augmentum ex ea riuorum mutatione domino fundi ſequatur, quoad fundum in ſe, & res, quæ illi ſolo adhærent, quia videlicet plus terræ occupat riuus tunc, quàm antea, vel aliqua alia ratione, vel certè ſequitur aliquod damnum extrinſecum, aut priuatio commodi, cum quo damno, aut cum cuius commodi priuatione, nunquam à principio fuiſſet admiſſa talis ſeruitus, vt ſi admiſit riuum terrenum, quia ex humore, qui inde in ſuum fundum redundaret, intelligebat fęcundiorem futurum ſuum fundum, plantis de ea humiditate participantibus, nulla ratione admiſſurus riuum cæmenticium; vel ſi admiſit riuum diſcoopertum, quia poterat appellere ſuos greges ad bibendum in eo, nulla ratione admiſſurus à principio riuum coopertum. Et quidem in his euentibus, qui aquam per talem riuum ducit, mutare non poteſt modum riui quoad qualitates illius contrarias. Si verò ex circunſtantijs concurrentibus, prudentis arbitrio nullum damni augmentum ſequatur fundo in ſe, ex ea mutatione riui quoad qualitatem, neque item aliter ſequatur tale damnum extrinſecum, aut priuatio talis commodi, cum quibus nullo modo à principio admiſiſſet riuum eo modo confectum, tunc licitè poteſt illum mutare quoad talem qualitatem, neque prohiberi à domino fundi poteſt, nihil impediẽte, quòd ex ea mutatione per accidens ei ſequatur, non poſſe, verbi gratia, adaquare in eo cooperto greges ſuos, quos, dum apertus erat, in eo adaquabat, vt rectè Pomponius. l. ſecunda, citata ait.

30 In euentibus, in quibus dictum eſt, competere interdictum de riuis reficiendis aduerſus eum, qui illos reficere, aut purgare impedit, aut prohibet, tunc ſi noui operis nunciatio obijciatur, vt ea refectio impediatur, non auditur, qui id obijcit, ſed contemnitur, neque refectio impeditur: quia (vt rectè Vlpianus ait) *cum prętor ei uim fieri uetet, abſurdum eſt per operis noui nunciationem eum impediri.* Poterit tamẽ aduerſus illum agi negatoria reali actione, quòd ſcilicet ei non competat ius ducendi per eum riuum aut fundum, eam aquam. Cæterum interim, dum plenè actor non probauerit tale ius ei non competere, refectio non impedietur ei, qui eo anno, aut priori æſtate, eam aquam per eum fundum ac riuum duxerat, vt ſupra dictum eſt. Item, ſi ex ea refectione damnum aliquod immineat, peti poterit, ut caueat de damno infecto, alioquin reficere non permittetur. Hæc habentur. l.3.§.ſi quis riuum.ff.de riuis, conſentiuntque, l.de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de nou.oper.nunc.& l.prima. §.ſi quis purgationi. ff. de cloacis.

Praxim libelli, ac poſitionum, iuxta hoc interdictum, tradit Cępolla.c.4.citato à nu. 112.

31 Quintum interdictum præcedentibus eſt affine; eo quòd ad ſeruitutes, iurave, hauſtus aquę, & appulſus pecorum ad bibendum, attineat. Dicitur uerò interdictum de fonte, denominatione ſumpta à præcipua parte, vnde aqua hauritur. Et continet duas partes. Prior eſt. Quando quis intra annum, computatum vſque ad punctum, in quo prohibetur, bona fide, credens ſe uti iure, quod ad id haberet, nec vi, nec clam, nec precario hauſit aquam de alieno fonte, puteo, lacu, aut piſcina, in quibus aqua viua, ſeu emanans continebatur, aut eo ſua pecora appellebat vt biberent, ſi prohibeatur, competit ei interdictum de fonte nuncupatum, aduerſus ita prohibentem, vt omnino eum prohibere deſiſtat. Satis uerò

A eſt probare vſum ita fuiſſe ea aqua intra eum annũ, vt ei competat hoc interdictum, neque eſt neceſſe probare habere verum ius ad id, vt eo mediante in tali poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione, defendatur. Quando autem vſus eſt eo hauſtu, aut appulſu, tanquam ius ſuo prædio vicino debitum, competit idẽ interdictum, ſeu actio, cuicunque ſucceſſori titulo quocunque in eo prædio, ſi prohibeatur ſimiliter vti, vt de interdictis aquæ quotidianæ & æſtiuæ dictum eſt. Hæc omnia habentur. l. vnica. ff. de fonte, conſentitque communis doctorum ſentẽtia. Conſentit etiam. l.6.titu.13. par.3. tametſi de ſeruitute conceſſa loquatur. Dictum eſt, dummodò aquam viuam contineant: quoniam, vt Vlpianus ibi ait, vt hoc interdictum competat, neceſſe eſt piſcinam, aut B lacum, viuam aquam, ſeu perpetuò manantem continere. Vnde negat interdictum hoc competere circa aquam ciſternæ, quæ ex imbribus congregatur. Cępolla tamen de ſeruit.ruſt. præd. cap.7 nume.7. cum Bart. ad eundem locum, & cum Roff. rectè affirmat, competere tunc vtile idem interdictum. Addit Vlpianus lege vnica citata, idem interdictum cõpetere ei, cui denegatur iter per idem prædium ad hauriendam inde aquam, aut ad appellendum pecora. Quoniam, cui competit aquam haurire, aut appellere ſua pecora, tanquam annexum, omninoque ad id neceſſarium, competit etiam iter ac via ad eundem fontem, puteum, lacum, aut piſcinam. Conſentiunt. l. ſexta, titu. 13. par. 3. & iura, quæ Gregor. Lopez ibi citat.

C Poſterior pars interdicti eſt. Si is prohibeatur purgare, aut reficere fontem, quantum ſatis ſit ut contineat aquam, atque vt aqua eo præciſè modo vtatur, quo ea vti eſt ſolitus, competit ei interdictum aduerſus ita prohibentem, vt omnino prohibere ac impedire deſiſtat. Idem eſt, ſi prohibeatur ſimiliter purgare, aut reficere puteum, & alia, vnde hauſtus aquæ, aut ad quæ appulſus competit: eſtque idem dicendum de hac parte interdicti, quod de interdicto circa riuos purgandos, ac reficiendos ſupradictum eſt.

Praxim conficiendi libellum, & poſitiones, iuxta hoc interdictum, tradit Cępolla.c.7. citato à nu. 12. iuncto.c.8.ſeq. in fi.

Sextum interdictum, quod de cloacis purgandis 32
D & reficiendis nuncupatur, pręcedentibus eſt etiam affine. Vnde & de illo agitur immediatè poſt interdicta præcedentia.ff.de cloacis, eſtque nobis hoc loco de eo dicendum. Vt autem habetur. l.1.§.1.ff. de cloacis, *cloaca eſt locus cauus, per quem colluuies quędam fluat.* Atque ut ibidem habetur, cloaca eſt duplex. Quædam publica, quæ proinde, vt reficiatur ac purgetur, publicam curam meretur, neque ſpectat ad aliquem priuatum. Alia uerò eſt priuata, quam reficere, ac purgare, ad eum, cuius eſt, ſpectat. In fauorem autem publicum, ne ſcilicet immunditiæ aerem inficiant, & ne colluuies reſidens cauſa ſimul ſit ruinarum, fas eſt cuicunque ſuam priuatam cloacam reficere ac purgare, eſto E per domum, aut per aliud prædium, alterius vicini, tam immediati quàm mediati pertranſeat, aperiendo in domo, aut in prædio alio alterius, quod neceſſarium fuerit ad eam cloacam reficiendam, ac mundandam, dummodo, quod ita aperuerit, reſtauret, caueatque de damno infecto, ſi quod ex apertione, refectione, emundatione, ac reſtauratione immineat. Atque aduerſus prohibentem, aut impedientem, talis cloacæ refectionem, & emundationem, conceditur interdictum de cloacis reficiendis, & purgandis, quo omnino cohibetur, ne id prohibeat ac impediat. Neque in hoc interdicto, vt in præcedentibus, eſt neceſſe, quòd præceſſerit vſus nec vi, nec clam, nec precario: quoniam

niam id non impedit, quominus hoc interdictum competat aduerſus impedientem, aut prohibétem. Nomine autem cloacæ in re propoſita, comprehenditur tubus & fiſtula, vt habetur. l. 1. citata. §. cloacę appellatione. Vbi gloſſa ait, tubus eſt foramen cloacæ, vnde purgatur colluuies aquæ. Fiſtula eſt aliud inſtrumentum ad idem. Fortaſſe tubus eſt locus latus in cloaca, vt ibi, dum aperitur, faciliùs mūdetur, atque vt inde interſtitia aliqua cloacæ, quæ ſunt inter tubum & cubum, mundētur. Fiſtulæ verò ſunt viæ ſtrictiores, quibus aqua in cloacam effunditur ac confluit. Vt autem hæc etiam reficere ac mundare non impediantur, competit etiam hoc interdictum. Idem etiam interdictum competit, vt, qui ſuā priuatam cloacam immittere velit in cloacam publicam, non prohibeatur. Quin & idem interdictum competit, vt ſi quis efficere de nouo velit cloacā priuatam, non impediatur, neque impediatur illam etiā immittere vt in cloacam īfluat publicam. Tametſi, quando cloaca priuata, quæ de nouo fieret, tranſire deberet per locum publicum, facultas eſſet petenda ab eo, cui eſt cura viarum publicarum, vt ille videat, an nocumentum bono publico afferat, & an expediat, vt deriuetur potiùs per alium locum. Credo etiā, quando aliquis tentaret cloacam priuatam de nouo efficere, illamque immittere per prædium vicini, audiendum eſſe vicinum, ſi aliò commodiùs duci poſſit, vt potius per illum alium locum ducatur. Hæc omnia habentur. l. 1. & 2. ff. de cloacis.

33 Alterum interdictum ſubiungitur circa cloacas plubicas, vt ſcilicet, ſi aliquid in eis ſit factū, aut immiſſum, quo vſus earum deterior reddatur, reddi ve in priſtinum reſtituatur ſtatum. Quare interdictum hoc reſtitutorium eſt. Ita habetur. l. 1. citata. §. vlt. Per epicheiam autem intelligendum eſt, prohibendum, impediendumque eſſe fieri, dum attentatur. Atque quoad hoc erit prohibitorium.

Praxin libelli, & poſitionum, carca primum horum duorum interdictorum, tradit Cæpolla vbi ſupra. cap. 6.

34 Nunc ad aquæductum reuertamur. Quando prędium, ex quo aqua eſt ducenda, aut per quod aqua eſt ducenda, eſt multorum quo ad dominum, non ſatis eſt, ſi vnus eorum concedat ſeruitutem eius aquę inde aut per eum locum ducēdæ, vt ſeruitus teneat, validaque ſit conceſſio, ſed neceſſe eſt accedat conſenſus omnium: tametſi, quando aliquis aut aliqui eorum non conſenſerunt, ſatis eſt ſi ſequatur horū conſenſus, vt à puncto conſenſus vltimi, perſiſtentibus alijs in ſuo conſenſu, hoc eſt, ab eo non recedētibus, integre conceſſa ac conſtituta ea ſeruitus cenſeatur. Ita habetur lege ſi autem, & conſentiunt duę præcedentes. ff. de aqua pluuia arcenda. Idemque eſt in cæteris ſeruitutibus in prædio multis communi conceſſis.

35 Quando autem aliquis habet integrum vſum fructum in prædio aliquo, aut etiam ius emphyteuticū in perpetuum, aut feudale, ſolus non poteſt validè cōcedere in eo ſeruitutem, niſi ſimul accedat conſenſus proprietarij: quippe id cedere poſſit in proprietarij præiudicium: quamuis enim non ad ipſum, ſed ad emphyteutam, aut vaſallum, in perpetuum attineat vſus eius prædij, aut aquæ, quia tamen euenire poteſt, vt id vtile dominum cum proprietate conſolidetur, ad proprietariumque pertineat, ſanè id cedere poterit in illius detrimentum, eaque de cauſa, vt valida ſit talis conceſſio, neceſſarius eſt conſenſus etiam illius. Ita habetur. l. in diem. §. vlt. ff. de aqu. plu. arc. Hoc tamen intelligendum eſt de ſeruitute, quæ duret vltra tempus, in quo emphyteuta ipſe, aut feudatarius, qui illam concedit, habuerit emphyteuſim aut feudum: nam in ſolum tempus, quo concedens habuerit emphyteuſin, concedere illam

A poſſunt ſine conſenſu proprietarij, modò ea ſeruitus non ſit vſusfructus, vt hæc omnia copioſè Diſp. 461. & 470. explanata à nobis ſunt: id quippe in nullum detrimentum proprietarij redūdat, neque prohibitum, ſed permiſſum expreſsè reperitur in iure, vt ibidem oſtendimus.

Quando prædium aliquod venditum eſſet cum pacto adiectionis in diem, tunc, interim dum ea venditio pendet, vt ſeruitus aquæ ducendæ, aut quæcunque alia, validè in eo prædio concederetur, neceſſarius eſſet conſenſus, tam emptoris quàm venditoris, vt in quemcunque euentum res cederet, validè eſſet conceſſa. Ita habetur. l. in diem citata. Idemque eſt dicendum de quacunque alia venditione ſimiliter pendente in futurum. Si tamen vnus illorū tantùm eam conceſſiſſet, & venditio cederet, ita vt prædiū B maneret omnino illius, tunc valida omnino efficeretur ea conceſſio eo ipſo, efficereturque omnino atque irreuocabiliter illius, vt ſatis in eodem textu innuitur. Item in hoc, & in præcedente euentu, atque in quocunque alio ſimili, ſemper quando accederet conſenſus eius, qui deeſt, vt cōceſſio eſſet omniū, firma redderetur conceſſio ac conſtitutio ſeruitutis, niſi aliquis aliorum à ſuo conſenſu antea deſtitiſſet, illumque reuocaſſet, iuxta ea quæ ex. l. ſi autem ſuprà dicta ſunt. 36

Vtrum autem pluribus concedi poſſit ſeruitus aquæ ducendæ, ita vt ſit ſatis conſenſus domini prædij, quo eam ſeruitutem vnicuique eorum concedat ſine aliorum conſenſu, quibus vel tunc ſimul conceditur, vel antea conceſſa ſit? Diſtinguendum eſt. 37

C Quoniam ſi aqua ſufficit vtrique eorum, quibus cōceditur, tunc, ſiue vtrique concedatur ſimul, ſiue vni poſt alium, valida eſt conceſſio vnicuique illorum abſque alterius conſenſu. Idem eſt, ſi aqua tota concedatur ſimul aut ſucceſſiuè duobus, ſed vt vtantur ea alternis diebus, aut hebdomadibus, vel alio ſimili modo, ita vt vſus, qui vni conceditur, non impediat vſum eiuſdem aquæ, qui conceditur alteri, vel ſi cōcedatur dimidium aquæ vni, & dimidiū alteri, ſiue aqua magnę ſit quantitatis diuerſis temporibus, ſiue paruæ. Atque in his omnibus euentibus, ſi iurgium ac quæſtio inter eos oriatur circa vſum eius aquæ, ipſi inter ſe debent contendere, communique diuidi iudicio res debet inter eos componi ac definiri. Ita habetur. l. Lucio. ff. de aqua quotid. & ęſt. & conſentiunt. l. 2. & l. cum conſtat. ff. eodē titu. in hiſque omD nibus euentibus eſt intelligenda lex Lucio citata. Idem habetur. l. 2. §. 1. & 2. vlt. ff. commu. diuid. quę docet, communi diuidundo iudicio rem eſſe inter eos dirimendam, ſi quæſtio circa illam inter eos oriatur. Quando autem ſeruitus aquæ prius vni fuit cōceſſa, ſi poſtea ſeruitus eiuſdem aquæ concedatur alteri cum præiudicio aliquo alterius, cui prius fuit conceſſa, quia ſcilicet impeditur aliqua ex parte vſus eiuſdem aquæ prius illi alteri conceſſus, tunc inualida eſt talis conceſſio, niſi de conſenſu eius, qui prius habebat id ius ſeruitutis, aut niſi poſt conceſſionem accedat conſenſus huius. Ita habetur expreſſè. l. in concedēdo. ff. de aqua plu. arcēd. quæ in hoc E euentu, non verò in illis alijs prioribus, perſpicuè loquitur. Concinit. l. per quem. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Eorum enim omnium conſenſus eſt requirēdus ad id, in quo iuri eorum præiudicatur. Atque in his cōſentiunt. le. 5. tit. 31. part. 3. & gloſſæ iuribus citatis, atque Cępolla de ſeruit. ruſt. pręę. c. 4. nu. 30. Ex proximè autem dictis rectè infert atque affirmat Cępolla ibidem. nu. 23. ſemper conceſſionem aquæ poſteriori, ſiue à priuato, ſiue à principe, aut à communitate concedatur, intelligi, ſaluo iure & priuilegijs eius, aut eorū, quibus prius eſt conceſſa: quia nō eſt intelligendum cum iniuria, aut detrimento, priorū, concedi poſterioribus: quādo quidem illicitū nefaſque

que id eſſet. Conſentiunt. l. imperatores, ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. 2. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco publico, & leg. nec auus. C. de emancipationibus liber. Gregorius Lopez, l. 5. citata cum Ioanne de Platea ait, quando princeps aquam alicui priuato concedit ex publico aquæductu, intelligendum id eſſe, de ea quæ ſuperfluit, non verò de ea, quæ neceſſaria eſt ad neceſſitates publicas, atque ad vſum publicum.

38 Vtrum quando aliquis habet ſeruitutem ducendi aquam ex aliquo prędio in ſuum prædium, poſſit de illa aqua alicui alteri dare, vel concedere, ſaltem hauſtum, Dicendum eſt, antequam, ea aqua ſit ſuũ prædium ingreſſa, nefas illi eſſe ſine noua facultate domini prædij, vnde eam aquam ducit, aut ſine pacto à principio cum illo inito, vt id poſſit efficere, eam alicui alteri, etiam quoad hauſtum, concedere, eſto is ſit dominus prædij interiecti inter prædium vnde ducitur, & ad quod ducitur, qui ſeruitutẽ in eo ſuo prædio habeat, vt per illud ea ducatur. Ratio autẽ eſt, quoniam ea ſeruitus ſolum cenſetur conceſſa, quoad prædium quo duci eſt permiſſa, & in quantitate & modo, quo duci eſt permiſſa, & quando quãtitas aut modus nõ fuit expreſſus, præciſè quantum indiguerit prędium, cui fuit conceſſa, neque ad aliud habet ius dominus prædij, quo duci eſt p̃miſſa: quare, ſi idem dominus aliud emat prædium, non poteſt ad illud eam ducere, niſi poſtquam fuerit ingreſſa illud aliud ſuum prædium, comparatione cuius ea ſeruitus eſt conceſſa, atque tunc, modo id ſit ſine præiudicio vllo domini prædij, vnde aqua ducitur, vt expreſsè habetur. l. 1. §. illud habeo, ff. de aqua quot. & æſti. iuncta, l. non modus, C. de ſeruit. Quòd autem nulli alteri poſſit illam concedere, etiam quoad hauſtum, eſto is, cui concederetur, eſſet dominus prædij interiecti, per quod tranſiret, habetur expreſsè. l. ex meo, iuncta. l. ergo, in fine, & l. cum eſſent. §. vlti. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & l. modus, C. de ſeruit. Atque lege cum eſſent. §. vlt. citato habetur, ex pacto inito cum domino, vnde aqua ducitur, vel à principio, vel poſtea, poſſe concedi de ea aqua, etiam domino fundi, per quod pertranſit: & tunc cenſeri conceſſam eã quaſi ſeruitutem ex prædio, vnde primò aqua ducitur, vt ex aqua illius id etiam accipiatur, cenſeturque conceſſa à domino eius prædij, mediante illo alio, cui ius eam ita concedendi ex præuio illo pacto conceſſiſſet, vt bene ibi gloſſa notat. Quando autẽ aqua ingreſſa eſſet fundum, quo ducitur, & cui ea ſeruitus debetur, tunc, quia eo ipſo eſt illius quoad dominiũ interim dum ſua prædia non egreditur, poteſt illam deriuare in aliud ſuum prædium, cui ſeruitus nõ debetur, aut concedere illam, cui voluerit, deriuando eam verſus quodcunque prædiũ vicini voluerit, dũmodo inde nullum præiudicium ſequatur domino fundi, vnde primo eſt educta, & qui eam habet ſeruitutem, vt ſi ea de cauſa educatur in maiori quantitate, quam eſſet debita, aut quam indigeret prædiũ, pro quo fuit conceſſa, inuito domino prædij, vnde educitur. Ita habetur. l. 1. §. idem habeo. ff. de aqua. quot. & æſt. Conſentit in his omnibus Cœpolla. ca. 4. citato. num. 31. iunctis ijs, quæ num. 11. docet. Rectè verò numer. 31. ſubiungit, poſſe tunc imponere quaſi ſeruitutem prædio vicini, quòd eam deriuat, vt teneatur partem illius deriuare in aliud prædium alterius vicini, aut totam, poſtquam illa rigauerit id ſuum prædium: quam ſeruitutem comparatione alterius prædij ſi vicinus non conſentiat, poterit alio eam deriuare, quo ipſe voluerit, pro locorum diſpoſitione ac commoditate. Obſerua autem, quando aqua naſceretur in aliquo prædio, atque inde deriuaretur in aliud vicinum; cui eſſet commoda, nulla in ſuperiori prædio exiſtente ad id ſeruitute, neque alia obligatione, aut ſi ex flumine publico educta, aut aliunde illuc vſque naturaliter deriuata, vel adducta ex alieno prædio in tanta quantitate, quia ſeruitus erat conſtituta expreſsè, vt in tanta quantitate poſſet educi, indeque ſimiliter deriuaretur in vicinum prædium, tunc poſſe ſimiliter conſtitui in vicino prædio eam quaſi ſeruitutem, & obligationem, vt partem, vel totam, poſtquam ea ſuum prædium rigaſſet, deriuaret in prędium aliud certum vicinum, aut vt pro illa aliquod pretium, aut penſionem, ſolueret: atque, ſi id admittere non vellet is vicinus, poſſet, qui id peteret, eamque aquam in illius prædium deriuaret, eãdem alio deriuare, quo vellet, & commodè poſſet, vicinumque illum ea commoditate priuare. Obſerua etiam, quando ſeruitus eſſet conſtituta in prędio, vnde aqua deriuaretur, vt in quantitate certa perpetuò, aut ſtatutis diebus, vel horis, deriuaretur in prædium, cui ea ſeruitus eſſet conceſſa, tũc dominus prędij, cui eſt conceſſa, dare poſſet partem illius, quam vellet, aut etiam totam, cui vellet, etiam antequam ingrederetur ſuum prædium. Quoniam ea tota quãtitas aquæ ſua eſt quoad vſum ac diſpoſitionem, ac proinde, modò ipſe ea priuetur, poterit eam concedere alteri fruendam loco ſui, aut loco ſui prædij.

Quando ſeruitus aquæ ductus, aut quæcũq; alia, ab vno prædio debetur alteri, tunc ius in re in prædio dominante, quo mediante eſt ei formaliter debita ea ſeruitus, eſt totũ in toto prædio, & totũ in qualibet ipſius parte: quodammodo ſicut anima rationalis eſt tota in toto corpore, quod informat, & tota in qualibet illius parte: eo quòd ſeruitus, quæ debetur, indiuidua ſit, & ius ad illam ſit etiam in prædio, cui ea ſeruitus debetur, indiuiduum, ita quòd tota debetur toti prædio, & tota cuilibet illius parti. Eſt tamen hoc diſcrimẽ, quòd ita ſeruitus debetur toti prædio dominanti totaliter, tam ex parte rei, quæ debetur, quàm ex parte eius, cui debetur: partibus verò eiuſdem prædij, licet totaliter debeatur ex parte ſeruitutis debitæ, debetur tamen partialiter, ſed pro indiuiſo, partialitate eius, cui debetur, quoniam ſimiliter pro indiuiſo debetur ſimul cæteris partib. eiuſdem prædij. Atque hinc euenit, quòd ſi ſeruitus, quæ debetur, diuidi quoad commoditatẽ & vſũ poſſit, vt in re propoſita diuidi poteſt aqua; & prædium, cui ea ſeruitus debetur, inter multos dominos diuidatur, vel titulo emptionis & venditionis, vel quouis alio; commoditas quoque eius ſeruitutis eo ipſo diuiſa cenſeatur inter eos dominos prędij iuxta proportionem quoad quantitatem partis eius prædij, quæ vni contingit, ad partem, quæ contingit alteri, nihil impediẽte, quòd vna pars eius prædij ſit longè melior, maioriſque pretij, quàm alia, & quòd ante diuiſionem vna pars conſueuerit participare ac frui maiori parte eius aquæ, quàm alia. Quo fit, vt ſi prædiũ diuidatur in duas medietates, æquales quoad qualitatem, licèt nõ quoad valorem, vnicuique earum debeatur dimidium integrum cõmoditatis eius ſeruitutis, atque adeò dimidium eius aquæ, eſto vna medietas prædij non tanta aqua indigeat quàm alia, & eſto, quando vtraque medietas erat eiuſdem domini, maiori copia eius aquæ conſueuerit participare vna pars, quàm alia, eo quòd plus illa indigeret, maiuſque lucrum inde domino reſultaret. Quòd ius ſeruitutis ſit totum in toto prædio dominante, & totum in qualibet parte, modo explicato, habetur l. via. §. quæcunque. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & l. 2. in fine, ac l. 3. ff. ſi ſeruit. vend. & quoad aquęductum habetur etiam. l. 1. §. idem Labeo. ff. de aqua quotid. & æſti. Quod autem, quando prędium diuiditur venditionis titulo, aut alio, ſeruitus aquęductus prędicto modo quoad commoditatem diuidatur, habetur l. ſi partem fundi. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. & conſentiunt alia iura citata. Atque in his omnibus conſentit Cæpolla. c. 4. citato, à nume. 13. 39

Exci-

Excipit cum Bart.& alijs, quando pars aliqua prædij, cui aquęductus ſeruitus debetur, non poteſt participare aqua illa, quia ad eam non poteſt aſcēdere, vel aliqua alia ratione, aut quia illa omnino non indiget: quoniam cum ſeruitus illa præciſè debeatur, & ſit conceſſa, quantum prædium dominans ea indiguerit, vtique ea pars, quæ illa omnino non indiget, eſt excipiēda, & inter reliquas eſt diuidenda cōmoditas aquæ modo ſuprà explicato, Argumento l. ergo. in fine. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Quando ſeruitus, quę debetur quoad commoditatem, non poteſt diuidi, vt ſeruitus viæ quoad commoditatem diuidi nequit, tunc tota, indiuiſa quoad cōmoditatem, debetur ſingulis partibus prædij dominantis, quando prædiū diuiſum eſt inter multos dominos, ita quòd ſingulis dominis debetur via à prædio ſeruiente in partem prædij dominantis, quę vnumquenque contingit: qua de cauſa quodammodo ea ſeruitus multiplicatur comparatione partium prædij dominantis, quando diuiſæ ſunt, pertinentque tanquam diuerſa pręd ia ad diuerſos dominos, vt affirmat gloſſa. l. via. §. quæcunque, verb. diuiſus eſt. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. iuxta l. nam ſatis. §. 1. ff. quemadm. ſeruitu. amitt. Quo loco obſerua, ſi prędium dominans inter duos dominos diuidatur, ita quòd pars vnius maneat interiecta inter alteram, & inter prædium ſeruiens, tunc illa interiecta non debet ſeruitutem viæ, aut tranſitus aquæ, à prædio ſeruiente ad alterā partem diſtantem, niſi id deductum fuiſſet in pactum tempore diuiſionis, atque adeo vſus ſeruitutis prædij ſeruientis manebit impeditum comparatione eius partis diſtantis, niſi per intermediam vſus illius fuerit in pactū deductus, aut niſi de nouo concedatur, vel niſi pars vtraq; deueniat iterum ad dominum vnius & eiuſdem. Ita habetur. §. quæcunque citato, & affirmat gloſſa vlt. ibi, & habetur apertius, l. ſi quis ex fundo, & l. ſi partem. ff. quemadm. ſeruit. amitt.

40 Quando alicui ſeruitus aquæductus aut itineris per aliquod prędium eſt conceſſa, ſi expreſſum fuit, per quam partem prædij, & quantæ latitudinis eſſe deberet, aut cuius qualitatis deberet eſſe iter aut aquæductus, vtrum per fiſtulas, (*arcaduces* noſtri vocant) ſiue fictiles, ſiue ligneas, ſiue alterius materiæ, an verò lapidibus conſtructus, vel ſine vllo lapide aut fiſtula, ſolo riuo in terra facto, quo aqua ducatur, tunc pactioni eſt ſtandum, vt ex ſe eſt notiſſimum, & habetur l. ſi prius. §. Recto placuit. ff. de aqua plu. arcen. l. loci. §. ſi quis mihi, ibi; *niſi nominatim id conuenit*; & l. etſi fortè. §. modus. ff. ſi ſeruitus vend. Quando verò nihil fuit expreſſum, aut conſtitutum, ſed talis ſeruitus ſimpliciter, & ſine vlla expreſſione fuit conceſſa, tunc à principio is, cui fuit conceſſa, dirigere poteſt iter, aut aquæductum, per quam partem fundi voluerit: ſi tamen alio poſſit cōmodè dirigi ac duci, & cum minori detrimento domini fundi, tunc eo, & non ea parte, quam is eligit, cui ſeruitus eſt conceſſa, dirigi debet iter, & duci aqua, vt expreſſe habetur. l. ſi cui. ff. de ſeruit. Lex ſi via. ff. de ſeruitu. ruſt. præd. habet, quando via alicui fuit legata per fundum teſtatoris ſine alia expreſſione, ad hæredem pertinere eligere per quam partem eius fundi velit legatario viam concedere. Atque dicendum eſt, vel hoc ius præcedenti ea de cauſa non repugnare: quoniam, cum legatarius eligere debeat viam, quæ ita ſibi non ſit incommoda, vt cum quàm minimo detrimento fundi ſit poſſibile, eam ſibi cōmodam eligat, vt in priori iure habetur; neque hæres eligere poſſit, niſi, quæ commoda ſit legatario, vt poſteriori iure ſatis exprimitur illis verbis; *ſi modo nulla captio legatario in ſeruitute ſit*; parum vtique refert, ſiue dicatur, electionē eſſe legatarij, ſiue hæredis: vel certè dicēdum eſt, poſterius ius intelligendum eſſe ſolùm, quādo exequutio legati directa eſt hæredi, vt quia dictum eſt, præcipio vt detur Petro via per talem fundum meum in tale prædiū ſuum: nam tunc electio ad hæredem pertinet, iuxta ea quæ Diſput. 198. dicta ſunt, & conſentit Cæpolla. de ſeruit. vrban. præd. cap. 22. num. 4. cum pleriſque alijs, quos citat. Poſtquam autem ſeruitus itineris aut aquæductus ſimpliciter & ſine alia expreſſione conceſſa, ſemel per partem aliquam fundi eſt electa, nefas poſtea eſt illi, cui fuit conceſſa, variare inuito domino fundi, & eligere, vt potius ducatur per aliam partem fundi: quin potius cæteræ partes fundi, facta ſemel ea electione, liberæ manent ab ea ſeruitute, ſolaque ea pars fundi illi ſubiecta manet. Ita habetur leg. ſi cui. ff. de ſeruit. l. vlt. iuncta gloſſa ibi. ff. de aqua quotid. & æſti. & l. certo. §. ſi totus. ff. de ſeruitu. ruſtic. præd. quæ exprimit eo ipſo reliquas fundi partes manere liberas ab ea ſeruitute. Habet tamen. §. ille in principio, quòd quando ita ſeruitus expreſsè fuiſſet conceſſa, vt ſemper is, cui conceditur, poſſet, qua vellet parte, iter aut aquam ducere, id facere poſſet tunc ex eo, quòd iter, aut aqua, per vnam fundi partem ducatur, reliquas partes fundi non manere liberas ab ea ſeruitute: quia, vi talis pacti expreſſi, poteſt mutare iter, aut aquæductum, per quamcūque aliam eiuſdem fundi partem voluerit, vt eſt notiſſimū, & idem habetur, l. nam ſatis, §. cæterum. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. Quod verò ad latitudinem, & qualitatem, itineris, aut aquæductus, attinet, quando ſimpliciter, & ſine expreſſione aliqua, ſeruitus fuit conceſſa, non poteſt cum domini prædij maiore incōmodo aliter à principio conſtrui, quàm habeat loci conſuetudo, & poſtulēt circumſtantiæ aquæ conceſſæ, & finis ad quem ſit conceſſa, vt ſi fiſtulis duci conſueuit, duci non poteſt aquæductu ex lapidibus conſtructo, quando ex circumſtantijs concurrentibus non intelligitur, vt & aquæductu ex lapidibus cōſtructo duci poſſe fuiſſe conceſſum; aut, ſi conſueuit duci ſolo riuo facto in terra, non poteſt duci aquæductu lapidib. & calce confecto: quoniam talis aquæductus plus fundi occuparet, ac infecundum & ineptum redderet ad plantas, quod ita occuparet. Similiter ex eo, quòd iter eſſet conceſſum, ſterni non poſſet lapidibus, niſi id expreſsè fuiſſet conceſſum. Ita quoad iter habetur leg. loci. §. ſi quis. ff. ſi ſeruit. vendic. & quoad aquæductum. l. ſi prius. §. Recto placuit. ff. de aqua plu. arcend. & l. 4. tit. 31. par. 3. Poſtquam autem ſeruitus aquæductus conſtituta eſt ritè, eſto fiſtulę appoſitæ non eſſent, apponi de nouo poſſent, & fieri quæcunque alia mutatio poſſet, quæ in detrimētum nullum cederet domini fundi: ſecus autem, quæ in illius cederet detrimentum, vt ſupra dictum eſt, & habetur. l. Quintus. ff. de ſeruit. ruſti. præd. l. hoc iure. §. is qui, & l. vlt. ff. de aqua quotid. & æſti. conſentiunt, quæ ex l. 1. §. vlt. & ex l. 2. & 3. ff. de riuis ſupra dicta ſunt. Quando controuerſia oriretur inter eū, qui ſeruitutem conceſſerat, & eum, cui eſſet conceſſa, nec cōuenirent, per quam fundi partem duci iter deberet, aut aquæductus, iuxta formam conceſſionis, & num plus loci occuparet, quàm par eſſet, vel non, atque circa aquæductus qualitatem, tunc arbitri deputari debent, qui id definiant. Ita habetur l. certo à §. ſi totus. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

Qui ius habebat certam aquam ducendi per fundum alienum, ſi aliam propria induſtria illi admiſceat, tunc prohiberi poteſt, etiam priorem aquam ducere ab ea parte aquæductus, qua illam miſcuit: quia poſtquam aqua eſt admixta, diſcerni vna ab alia non poteſt: atque in indiuiduis, ſeu in indiuiſibilibus, vtile per inutile vitiatur. Ita habetur. l. 1. §. itē quæritur. ff. de aqua quotid. & æſti. Si tamen naturaliter ac ſine induſtria accreſcat in ipſo riuo, tunc 41

ipſi

ipſi accreſcit, prohiberique non poteſt totam ducere. Ita habetur. l. hoc iure. §. aqua quæ. ff. eod. titu. & vtrumque aſſerit Cæpolla. c. 4. citato nu. 68. Ego verò primum intelligerem, dũ ea aqua mixta flueret: ſecus autem ſi diuerteretur omnino ea, quę admixta fuit, & ſola antiqua, ad quam ducendã habebat ius, flueret per aquæductum; neque enim per eam admixtionem amiſit penitus ius antiquum, neque eſt cur dicendum ſit illud amiſiſſe, neque textus ille id ſonat.

42 Quando vna conceſſione eſt conceſſa ſeruitus aquæ ducendæ de nocte, & poſtea alia conceſsione eſt conceſſa ſeruitus ducendæ aquæ de die. diſtinctę ſunt ſeruitutes: eaque de cauſa, ſi illarum poſſeſſor vna quidem vtatur, ſed non vtatur altera decennio inter præſentes, aut vicennio inter abſentes, per eum non vſum amittitur ea, qua non vtitur. Ita habetur. l. ſi prius in prin. de aqua plu. arcend.

D I S P V T. 706.

De noui operis nunciatione, & ſimul de interdicto quod vi aut clam.

S V M M A R I V M.

1 *Nunciationis noui operis interdictum quas tres partes contineat. Et quot modis cenſeatur facta remiſſio nunciationis noui operis.*

2 *Nunciationis noui operis edictum, etiam quoad ſecũdam partem, vt ſcilicet nũciatus deſtruat, quod poſt nunciationem, & ante illius remiſſionem, ædificauerit, locum habet, etiam ſi nunciatus ius habuerit ad ędificandum, modo aperte non conſtaret, per nequitiam & ſine vllo iure nunciari.*

3 *Interdictum hoc locum habet quo ad id, quod nõdum eſt ædificatum tempore nunciationis factæ, ſecus quo ad partem ædificatam. Quoad ædificatum verò locũ habet interdictum quod vi aut clam, etiam ſi ſola poſſeſſio ad alterum pertineret, & quam latè, vis, & clã, quo ad id ſumatur.*

4 *Vis, quo ad interdictum quod vi aut clam, quàm latè ſumatur. Et quam latè ſumatur in eo clam aliquid efficere.*

5 *Aedificatum ante factam nunciationem, vt interdicto quod vi aut clam deſtruatur, neceſſe eſt vt factũ ſit, ignorante eo, qui nunciare poterat, id fieri.*

6 *Ante nunciationem noui operis ſi aliquid factum ſit in re, in qua alius erat in poſſeſſione, ignorante eo fieri, tunc interdictum etiam vti poſſidetis, competit ei in continenti quando id ſcit: antequam poſſeſſionem amittat, vt regrediatur ad priſtinum ſtatum.*

7 *Noui operis nunciatio locum habet, non ſolum ſi quis paret ædificare fodiendo ad id terram, ſed etiamſi diruat ac deſtruat aliquid in alterius præiudicium, nõ verò habet locum in plantis, ſiue ſeminet, aut plãtet, ſiue metat, aut aliter plantas deſtruat.*

8 *Nunciatio noui operis in quibus locum non habeat: locum tamẽ habeat interdictum quod vi aut clam: & in quibus neque interdictum quod vi aut clam locum habeat.*

9 *Noui operis nunciatio locum non habet, quando ædificatur aliquid in præiudicium ſeruitutis ruſticæ; ſecus ſi ædificetur in præiudicium vrbanæ. Et quod remedium locum in priori ęuentu habeat.*

10 *Nunciatio noui operis locum non habet aduerſus fulciẽtem aut reficientem ædificium, ſi nihil addat, aut detrahat, quominus in eodem ſtatu maneat.*

11 *Nunciatio noui operis locum non habet aduerſus purgare aut reficere volentem riuum, vel cloacam, aut eam facientem, aut factam mittentem in publicam, etiam per aliena prædia: neque quando ex retardatione operis periculum magnum immineret, etiam priuatum.*

A

12 *Nunciatio noui operis locum habet, ſiue opus fiat in oppido, ſiue in villa, aut in agro, ſiue in loco priuato, ſiue in publico.*

13 *Nunciatio noui operis quibus ex cauſis iuſtè fiat. Variæ etiam ſanctiones circa ædificia.*

14 *Nunciatio noui operis, intendendo ius proprium noſtrũ, quibus ex cauſis fiat. Et ad quem pertineat, vt vnum monaſterium, aut vna parochia non ædificetur intra certum terminum alterius comparatione.*

15 *Nunciatio noui operis quot modis & qualiter fiat.*

16 *Nuncians nouum opus primo modo, poſſeſſionem amittit nunciato, eius circa quod nunciat, ſi illam habeat; non verò nuncians duobus alijs modis.*

B 17 *Nunciare qui vult coram iudice, ſi iudex ſit abſens, & proteſtetur ſe coram illo velle nunciare, ac adueniente iudice, vel accedendo ad illum cum primũ potuerit, coram illo nunciet, cenſetur à puncto proteſtationis coram illo nunciaſſe.*

18 *Nunciatio in quocunque die, etiam feriato, fieri poteſt.*

19 *Nunciatio in rem, & non in ſolam perſonam, dirigi debet, vt efficacior ſit, etiam quo ad ignorantes, & tranſeat in poſſeſſorem, & qui & quouſque tunc teneantur.*

20 *Nunciatio cur potius fieri debeat in loco, in quo ædificatur, aut ædificari paratur, quam extra eũ locum. Et opifices, qui ibi operantur, ſi non ceſſent, quouſque ipſi teneantur, & quouſque dominus.*

C 21 *Nunciãs quouſque de loco publico, aut priuato, in quo ædificatur, aut ædificari paratur facere dębeat mentionem, aut de partè operis, aut de toto opere. Quãdo de diuerſis operibus nunciatur, quæ in diſtinctis locis fiànt, diſtinctæ nunciationes fieri debent. Et remiſſiones quando diuerſæ eſſe debeant.*

22 *Nuncietur ſi de opere iam incæpto, ne cõtinuetur, expediens eſt, vt teſtes adhibeantur, quantum ante nũciationem eſſet ædificatum, quin vt iudicis autoritate id menſuretur, vt poſtea ſciatur reliquum, quod eſt demoliendum.*

23 *Nunciare circa res priuatas qui poſſint. Et nũcians, non habens ius ad id, ad quam reſtitutionem damnorum teneatur.*

24 *Nunciat dominus rei, circa quam eſt nunciandum,*
D *aut prætendens ſe dominum eſſe, etiam habens vtile tãtum dominium, vt emphyteuta, aut feudatarius. Et nunciant ſuperficiarius, aut habens ibi ſeruitutẽ vrbanam realem.*

25 *Nunciare non competit vſufructuario comparatione proprietarij. Et quæ actiones aduerſus eum illi competant. Aduerſus vicinum nunciat nomine proprietarij, tanquam procurator eo ipſo illius. Et proprio nomine quæ actiones aduerſus illum ei competant.*

26 *Nunciat poſſidens rem. Item cui ſubiecta eſt pignori aut hypothecæ.*

27 *Non nunciat conductor, niſi eandem rem habeat hypothecatam, ſaltem in vniuerſali: neque quicunque*
E *alius, qui ſolum habet ius perſonale. Et quæ actio cõductori competat. Tenetur uerò admonere ea de re locatorem. Atque, ſi abſens ſit, nunciare poteſt nomine illius, cauendo de rato.*

28 *Nunciant ualidè quouſque pupillus & uxor.*

29 *Nunciẽt qui nomine alieno, & qui eorum cauere de rato debeant. Et pro eo, quod, poſt eam nunciationẽ, eſto de rato non cauerint, fuerit ædificatum, competit interdictum quod vi.*

30 *Nunciat quiuis dominorum loci communis multorum, ratione cuius nunciatur. Nunciatio tamen facta ab uno non prodeſt alijs, niſi nomine eorum ſit facta cauendo de rato, aut ex mandato eorum.*

31 *Nunciare non poteſt unus condominorum, quãdo alter*

ter in re vtrique communi ædificare aggreditur. Et quibus alijs remedijs ei ſubueniatur, etiam ut ceſſare efficiat, quando non eſt expediens, quod alter aggreditur facere.

32 *Nuncians nouum opus, iurare tenetur de calumnia.*

33 *Nunciare opus nouum, ob locum publicum omnibus quo ad vſum communem, cuicunque de eo populo competit. Qui excipiantur. Et num forenſes admittantur. Concurrentibus multis ad nunciandum, idonior eligitur.*

34 *Nunciatio noui operis cui fieri poſſit. Si, ob prædium multis commune, vni eorum fiat, quouſque eorũ domini teneantur.*

35 *Vt nunciet de nouo opere, qui in particulari eſt conſtitutus procurator, aut tutor, vel curator minoris, ſi remittant nunciationem factam, quòd poſtea fuerit ædificatum, non deſtruitur. Et quatenus minor in integrum quoad id reſtituatur. Procuratoris verò generalis remiſſio non valet, vt quod poſt nunciationem ſit ædificatum, non deſtruatur. Qui curam habet locorum publicorum cum facultate ad nunciandum opus nouum, non valet eius remiſſio: niſi in particulari ſit aliud ei conceſſum, aut conſuetudo aliud habeat.*

36 *Nunciatum ſi per iudicem ſit alicui opus nouum ad petitionem alicuius, conceſſio iudicis, vt ædificet, eſt ſufficiens ad id remiſſio.*

37 *Nunciatum ſi ſit in commodum priuati, etiam ne aliquid in loco publico fiat, vt remiſſio legis autoritate cenſeatur facta, ſatis eſt ſi nunciatus adhibeat fideiuſſores; quod ſi compertum fuerit non iure eſſe factum, id deſtruet, & ſoluet damna; aut ſi eos offerat, & per nunciantem ſtet, quòd illos non recipiat. Quando autem nunciatum eſt in commodum publicum, ſatis quidem eſt, ſi promittat ſe demoliturum; ſed neceſſe eſt, vt coram iudice oſtendat ius, quo ædificare id poteſt.*

38 *Nunciato & nuncianti qua ratione ſufficienter ſit cautum, aut conſultum ea remiſſione nunciationis legis autoritate introducta.*

39 *Nũciatio ſi remittatur præſtita cautione, aut promiſſione, quæ forma in eis præſtandis idonea.*

40 *Duo iura exponũtur & conciliantur inter ſe. Et quatenus actio ad hæredis nunciati tranſeat, aut non. Et quanto tempore duret actio ex poſteriori edicti parte.*

41 *Nunciatus ſi ſolum poſt nũciationem appoſuerit fundamentum, ita vt id nuncianti non noceat, ad nihil tenetur, eſto poſtea comperiatur non iure ædificaſſe.*

42 *Nuncietur ſi multis ædificantibus opus nouum, ſinguli cauere debent: ac ſi multi nuncient, ſingulis eſt cauendum, aut vni omnium loco, ſi omnes in eo conueniant.*

43 *Nunciet ſi procurator opus nouum, & nunciatus ſatiſdet, ac procurator progrediatur impedire continuationem ædificij, quæ actio aduerſus eum competat, cogiturque cauere iudicatum ſoluere, alioquin repellitur à iudicio: quod non ſimiliter locum habet in tutore, aut curatore, minoris nomine agentibus.*

44 *Nunciatus ſi ſatiſdedit, aut obtulit ſatiſdationem, et per nunciantem ſtetit, vel ſi ratione loci publici fuit ei nunciatum, & promiſit, ac ſimul oſtendit ius, quo id facere poterat, & impediatur, quo remedio ei ſubueniatur, & intra quantum tempus. Si per nunciantem ſtetit, quo minus ſatiſdationem admitteret, eamque poſtea petat, tenetur nunciatus eã dare, alioquin impune poteſt impediri.*

45 *Nunciatus hodie de iure Codicis, eſto cautionem offerat, ſi nuncians non velit illam acceptare, & oſtendat ſe paratum ad probandum, nunciatum non iure ædificare, non poteſt nunciatus intra tres menſes cõtinuare ædificium, & cætera quæ quo ad id ſunt ſtatuta. Et num ſi nũcians ſuccumbat, competat aduerſus illum actio de dolo ad damna.*

46 *Nunciatus ſi ante remiſſionem ædificet, competit aduerſus eum, non ſolum pars ſecunda interdicti de noui operis nunciatione, ſed etiam interdictum quod vi aut clam. Et quanto tempore unum, & alterum, competat.*

QVoniam ex ædificijs, quæ alij aggredi, aut proſequi volunt, ſæpe priuatis, aut etiam communitati, ac reipublicæ, damnum, præiudiciumve, ſequitur, eo quòd contra ius ipſorum fiant; atque ad obuiandum ei dãno ac præiudicio, prætorium interdictum, de noui operis nunciatione nuncupatum, eſt introductum; proſequendo materiam de damno dato, de eo interdicto eſt conſequenter dicendum. 1

Interdictum de noui operis nunciatione, tres continet partes. Prima eſt prohibitoria, qua videlicet ꝓhibetur is cui nunciatur, ne ædificium fiat in aliquo loco, aut in re aliqua, vel ne cœptum continuetur, illud facere, aut continuare, niſi prius ſit ei remiſſa nunciatio, quia ſcilicet facta eſt ei facultas, vt, nihil nunciatione impediente, poſſit ædificare, vel ab eo, qui nunciauit, qui contentus iam eſt, vt nihilominus ædificet, vel à iudice, qui pronunciauit, nunciatum habere ius ad ita ędificandum, ac proinde nunciationem fuiſſe nullam: vel quia nunciatus ipſe ſatiſdat, hoc eſt, fideiuſſorem idoneum præbet, quòd ſi compertum fuerit, ſe nõ iure ædificare, deſtruet ſuis ſumptibus opus, & ſatisfaciet damna, ſi quæ inde fuerint ſequuta, aut certè quia, ablata ab eo competẽte ſatiſdatione, per aduerſarium, nunciantemve, ſtat quominus eam acceptet: in his enim duobus poſterioribus euentibus lex ipſa nunciationem remittit, liberum relinquens ædificare, nihil impediente priori nunciatione: quo fit, vt in quatuor euentibus explicatis, remiſſa cenſeatur nunciatio, liberumq; proinde nunciato ſit relictum, nihil impediente præcedente nunciatione, aggredi opus prohibitum, aut illud continuare, abſque vllius pœnæ timore. Secunda pars interdicti eſt reſtitutoria, atque eſt effectus nunciationis. Ea enim nunciatus, ſi, ante nunciationis remiſsionem, aliquo ex modis explicatis, ædificet, cogitur demolire ſuis ſumptibus, quod poſt nunciationem fuerit ædificatum, remque ad ſtatum reducere, in quo erat ante nunciationem, ſiue verè haberet ius ad ita ædificandum, ſiue non: ſatis enim eſt, non paruiſſe interdicto prætoris, iuriſque diſpoſitioni, qua prohibetur, facta nunciatione, ædificare, aut continuare ædificium, niſi prius ei nunciatio ſit remiſſa, vt ea pœna iuſtè ſit puniendus. Tertia autem interdicti pars eſt prohibitoria, qua prohibetur, nunciatum impediri ędificare, aut proſequi ædificium in priuato loco poſt cautionem datam, aut ablatam, nunciante illam non acceptante, quòd ſi compertum fuerit, ipſum non iure ædificare, demolier ſuis ſumptibus, quod poſt nunciationem fuerit ædificatum. Hæc omnia ita ſummatim propoſita habentur. leg. prætor ait, & alius iuribus citandis, ff. de noui operis nunciat. & l. vnica. ff. de remiſsionibus. Sunt verò per partes copioſius explicanda.

Hoc interdictum quoad primam ſui partem, & cõſequenter etiam quoad ſecundam, vt ſcilicet ſumptibus ædificantis deſtruatur, quod poſt nunciationem fuerit ædificatum, ſi ante nunciationem remiſſam ædifiatum id ſit, locum habet, non ſolum ſi iure ſit facta nunciatio, quia ſcilicet ius non habebat nunciatus ad ita ædificandum, ſed etiamſi nullum ius nunciatus habuerit ad eam faciendam, quia videlicet ius verum habebat nunciatus ad eo modo ædi- 2

ædificandum,quo ædificare volebat, aut continua- A
bat. Cùm enim hoc interdictum in bonum commu
ne ſit latum ad rixas vitandas,& ad impedienda ma
la,quæ oriri poterant,ſi,dum contentio oriretur in-
ter aliquos, num vnus in præiudicium alterius, aut
reipublicæ,ædificaret, an non, non ſtatueretur ali-
quid,quo pax conſeruaretur, ſancitumque eo ſit, vt
orta contentione,& facta nunciatione, ſuperſedea-
tur ab ædificando quouſque remiſſio nunciationis
aliquo ex modis prædictis ſit facta, iure optimo fuit
ſtatutum,vt quamuis nunciatus verum ius ad ædifi-
candum haberet, ſi tamen edictum tranſgrederetur
ob eam inobedientiam, tranſgreſſionemque vtilis
eiuſcemodi iuris diſpoſitionis, pœnam illam incur-
reret. Ita habetur l.1. in princ.& §.ſed etſi.l prætor.
§.1.& §.ait prætor.ff.de noui oper.nunc.l.8.tit.32. B
par.3.& c.1.ac 2.de noui oper.nun. Atque capite 2.
citato,iuxta l.1.§.ſed etſi,additur,eũ, qui poſt nun-
ciationẽ factam, & ante eam remiſſam, ædificauit,
admittendum non eſſe ad probandum ius ſibi fuiſ-
ſe,aut eſſe,ad ita ædificandum, niſi prius deſtruat,
quod poſt nunciationem ſibi factam ædificauit. Pa-
norm.tamen.cap.primo citato,numer.10. & 11.&
Gregor. Lopez.l.8.citata, Antonius Gom.l.46.tau-
ri à num.36.cum Bart.& alijs,quos citant,rectè af-
firmant,hæc intelligenda eſſe, quãdo potuit aliquo
modo eſſe dubium, num nunciatio iuſta & valida
eſſe poſſet: ſi enim notorium erat, nullum ius eum
habere ad ita nunciandum,poſſe nunciationem con
temni, neque ædificantem illa contempta incidere
in eam aut in aliquam aliam pœnam: leges quippe C
cenſendæ per epicheiam non ſunt fauere notorijs
iniurijs ac verſutijs hominum iniquorum.

Interdictum hoc denunciatione noui operis,tam
3 quatenus inhibitorium eſt,quàm quatenus eſt reſti-
tutorium,competit ſolùm quoad opera futura, hoc
eſt, quæ nondum ſunt facta tempore nunciationis,
non verò quoad id,quod eſt iam factum tẽpore nun
ciationis: id enim deſtrui non poteſt ex hoc inter-
dicto. Si ergo aliquis parat incipere aliquod opus,
nondumque quicquam illius fecit, aut dubitetur ex
indicijs,an velit ædificare, locum habet nunciatio,
hocque interdictum, quoad totum opus: ſi verò
partem fecit, continuareque opus volebat, habet
locum quoad id, quod nondum eſt factum, vt ſcili-
cet ædificium ceſſet, non verò quoad partem iam fa D
ctam. Ita habetur l.prima, §.primo, & §.ſed etſi.
ff.de noui oper.nunciat. & affirmat communis do-
ctorum ſententia,quam Anto. Gom.l.46.tauri, nu.
20.refert ac ſequitur.

Quoad id verò operis, quod ante nunciationem
fuerit factum, quamuis non competat hoc interdi-
ctum,vt deſtruatur, ſi tamen iniuſtè fuit factũ,com
petit interdictum quod vi aut clam, vt habetur ea-
dem l.prima,§.primo, ff.de noui oper.nunc. cuius
verba ſunt: *Nam ſi quid operis fuerit factum, quod
fieri non debuit, ceſſat edictum de operis noui nuncia-
tione, & erit tranſeundum ad interdictum quod vi aut
clam,* (introductum ſcilicet) *quod olim factum erit,
vt reſtituatur;* hoc eſt, deſtruatur, ad priſtinumque E
redigatur ſtatum, & affirmat ibi gloſſa verb.tranſ-
eundum,& communis doctorum ſententia: Idem
conſtat ex l.prima, & ſequentibus. ff. quod vi aut
clam. Sic enim lex prima habet. *Prætor ait, quod vi
aut clam factum eſt, qua de re agitur; id, cum expe-
riendi poteſtas eſt, reſtituas.* Subiungit verò Vlpia-
nus: *Hoc interdictum reſtitutorium eſt: & per hoc oc-
curſum eſt calliditati eorum, qui vi aut clam quædam
moliuntur,* (hoc eſt ædificant) *iubentur enim ea reſti
tuere* (id eſt,deſtruere,reducereve ad priſtinum ſta-
tum.) *Et parum refert, vtrum ius habuerit faciendi,*
(qui id ſcilicet fecit, quãdo ſcilicet alius erat in poſ-
ſeſſione rei, in cuius poſſeſſionis præiudicium fa-

ctum eſt) *an non. Siue enim ius habuerit* (quia ſci-
licet ad ipſum, & non ad poſſidentem, id prędium
verè attinebat) *ſiue non,* (quia ſcilicet ad eum non
pertinebat id prædium) *tamen tenetur interdicto,
propter quod* (id eſt, propterea quòd) *vi aut clam fe-
cit. Tueri enim ius ſuum debuit,* (prædium exigen-
do) *non iniuriam comminiſci* (efficiendo contra poſ-
ſeſſionem alterius interim dum iuridicè non erat
ab illa deiectus.) Vnde ſubiungit Vlpianus, non
admitti exceptionem,quòd in ſolo facientis id opus
ſit factum, ad effectum, vt non deſtruatur, ſed de-
ſtruitur,poſteaque auditur, ſi probare velit id præ-
dium ad ſe attinere,& non ad poſſidentem, ac pro-
inde ius ſibi eſſe,id ibi ædificandi.

Vt interdictum, quod vi aut clam, intelligatur, 4
atque in lucem eorum, quæ dicenda ſunt,eſt obſer-
uandum. Vim, in hoc interdicto, latius multo pa-
rere, quàm vim, de qua Diſputatio. 682. in princi-
pio dictum eſt, quæ ad vim publicam ac priuatam
requiritur ac ſufficit. Quod enim ad hoc interdi-
ctum attinet, non ſolùm dicitur aliquid vi factum,
ſi fiat interueniente tanta ea vi ex parte facientis id
cum præiudicio alterius, ſed etiam, ſi id efficiat per
ſe, vel per alium, prohibitus, ſeu nunciatus, ne id
efficiat aliquo ex modis, quibus dicemus nunciari
opus nouum,modo remiſſa ei nondum ritè ſit nun-
ciatio. Quare, ſi nunciatus ne id efficiat,ſiue iudi-
cis miniſterio,ſiue ab ipſomet,qui prætendit ſua in-
tereſſe,ne id efficiat,idque ſiue lapilli iactu, ſiue ſo-
lo verbo adhibitis teſtibus, vel ſine teſtibus, ſiue ab
aliquo,loco & nomine ipſius, iuxta ea quæ dicenda
ſunt, id efficiat, antequam nunciatio ritè ſit ei re-
miſſa, dicitur vi id feciſſe, eſto, quando nunciatus
fuit,ſe continuerit ac deſtiterit: efficiendo enim id
poſtea,antequam remiſſio nunciationis ſit ei facta,
dicitur vi id feciſſe. Imò, qui, ſciens ſe prohiben-
dum, ſibive nunciandum, ne id efficeret, per vim
fuit in cauſa per ſe, vel per interpoſitam perſonam,
ne prohiberetur,neve ſibi nũciatio fieret, idque ef-
fecit, dicitur vi feciſſe. Vt ſi nunciando aduerſa-
rio aliquod triſte,fecit illum recedere, impediuitq;
quominus nunciaret, vel ſi clauſit ei ianuam, ne ac-
cedere poſſit ad nunciandum, vel aliqua alia ratio-
ne illum impediuit,ne ad nũciandum ac impedien-
dum accederet,idque efficiat, quod ſciebat ſibi im-
pediendum, niſi eo modo aduerſarium ipſe impedi
uiſſet,dicitur vi id effeciſſe. Hæc habentur l.prima
citata à §.quid ſit.l.tertia,& l.vi facit.ff.quod vi aut
clam. Quando tamen aduerſarius morbo fuit im-
peditus ne accederet ad nunciandum & prohiben-
dum opus,aut ductus, ne offenderet eum, quem a-
lioquin prohibuiſſet, aut ne offenderet amicum il-
lius, vel ſi,territus armis ab alio,accedere non eſt au
ſus ad prohibẽdum, cum tamen nullus dolus inter-
uenerit ex parte eius, qui opus facere aggredieba-
tur, quia nullo modo cooperatus eſt, vt terror ille ei
incuteretur,tunc, qui id opus facit,non dicitur vi il-
lud efficere. Ita habetur leg.prima, §.penultimo,&
vltimo,& leg.ſecunda, ff.quod vi aut clam. Atque
lege ſecunda citata redditur ratio, cur metus ab a-
lio incuſſus,ſine culpa eius, qui opus facere aggre-
diebatur, non ſit ſufficiens, vt id opus vi factum
eſſe dicatur; *Ne* ſcilicet *in aliena poteſtate ſit, condi-
tionem nihil delinquentis, deteriorem facere.*

Clam facere, quod ad idem interdictum attinet,
is dicitur, qui, cũ timeat, aut timere meritò debeat,
(eſto ob ſuam vecordiam & inertiam ad id non at-
tendat; *ne melioris conditionis ſint ſtulti, quam periti;*
vt habetur l.quarta,ff.quod vi aut clam) ſibi mouẽ-
dam eſſe controuerſiam ac prohibẽdum ab aliquo,
ſi id tempeſtiuè ſciat, vel non aggreditur id facere
coram illo ita vt illud ſciat, occurrereque ac impedi
re id optimè ac ſufficienter poſſit, vel illum ea de re

certiorem

certiorem non facit, ita vt commodè accurrere poſ-
ſit ad tempeſtiuè id impediendum, mouendamque
ei controuerſiam. Quare, ſi vel decipiat eum, quem
impediturum timet, aut timere debuit, aliter opus
faciendo, quàm ei denunciauerit, aut aliqua alia ar-
te ac ratione, vel ita obſcurè ac perfunctoriè (hoc
eſt, ſegniter, leuiter, & quaſi id non agens) id ei de-
nunciauit, vt ea de cauſa non haberet eam rationem
eius denunciationis, quam par eſſet eum habere, vel
ita ei denunciauit, vt tempus opportunum, commo-
ditatemque opportunam, non haberet ad id impe-
diendum, propter abſentiam, aut propter aliquam
aliam rationem, vtique, ſi opus id efficiat, dicitur clā
illud feciſſe. Ita habetur. l. tertia, §. vltimo. & dua-
bus legibus ſequentibus, iuncta l. vlti. §. vlt. ff. quod
vi aut clam: ſuntq; dicta, tā hoc paragrapho, quàm
paragrapho præcedente, ante mentis oculos haben-
da ad intelligendum, quando quis vi, aut clam, iuxta
diſpoſitionem iuris, ſit dicendus poſſidere, & quan
do non item, quod attinet ad interdicta diſputatio-
ne præcedente explicata, & quando quis vi aut clā,
dicendus ſit aliquid feciſſe, quod ad hoc interdi-
ctum attinet.

5 Iuxta hæc notat bene Ant. Gom. l. 46. Tauri, nu.
20. cum Bar. & cum communi doctorum ſententia,
quam refert, quando ante nunciationem noui ope-
ris aliquid ædificatum eſt in præiudicium alicuius
modo explicato, vt competat illi interdictum quod
vi & clam, ad illud deſtruendum ac reducendum ad
priſtinum ſtatum, neceſſe eſſe, vt factum non ſit illo
id ſciēte, ita vt commodè poſſet illud impedire, iux-
ta ea quæ dicta ſunt, adde, neque ſit factum vi, im-
pediente illo per vim, modo explicato, ne ei fieret
nunciatio, neve impediretur: tunc enim, quod ante
nunciationem eſſet factum, neque clam, neque vi,
poſſet dici eſſe factū, aut proinde, ad illud deſtruen-
dum ac reducendum ad priſtinum ſtatum, non ha-
beret locum interdictum quod vi aut clam.

6 Ibidem idem Anto. Gom. cum Bart. & cum com
muni doctorum ſententia addit, quādo aliquid an-
te nunciationem factum eſt vi aut clam in re, in cu-
ius poſſeſſione is erat, qui in præiudicium ipſius prę
tendit id eſſe factum, tunc, ſi in continenti ſtatim, ac
nouit eſſe factum, agat ad illius deſtructionem, cùm
nondum ſuam poſſeſſionem ciuilem amiſerit in re,
in qua id eſt factum, per hoc, quòd clam, aut vi, ſit
ibi id factum, iuxta ea quæ Diſput. 12. 15. & 16. di-
cta ſunt, vtique agere poterit, vt deſtruatur, reſq; in
priſtinum ſtatum redigatur, non ſolum interdicto
quod vi aut clam, ſed etiam interdicto vti poſſide-
tis: in conſequentiam quippe, vt conſeruetur in ſua
poſſeſſione, in qua adhuc perſeuerat, petere poterit,
vt aduerſarius deſinat ab illa moleſtia circa ſuā poſ-
ſeſſionem, & in conſequentiam, vt deſtruatur,
ac res in priſtinum redigatur ſtatum. Ita probat.
lex ſi duo. §. ſi vicinus. ff. vti poſſide. quę ſic habet:
*Si vicinus meus in pariete meo tectoria habeat, & in pa
riete ſuo, vti poſſidetis interdictum mihi efficax eſt, vt
ea tollere compellatur.* Idem probāt, quæ Ant. Gom.
citat. Quando autem is, qui prætendit, in ſuum præ-
iudicium eſſe, quod eſt ædificatum, non eſſet in poſ-
ſeſſione rei, in qua id eſſet ædificatum, tunc nō com
peteret ei interdictū vti poſſidetis, vt deſtrui id effi-
ceret, ſed ſolum interdictū, quod vi aut clam, quod
non indiget poſſeſſione, vt ex illo agi ad id poſſit, vt
dicemus, & affirmat ibidem Ant. Gom. Nūc regre-
diamur ad noui operis nunciationem.

7 Interdictum de noui operis nunciatione non ſo-
lum habet locum, quando aliquis aliquid ædificat,
aut parat ædificare, in præiudicium alterius, vt ſi fo-
diat ad id terram, ſed etiam ſi aliquid ædificij alicu-
ius in alterius præiudicium diruat ac deſtruat. Ita
habetur l. prima, §. inde queritur, verſ. opus nouum,

A & §. hoc autem. ff. de noui oper. nunciatio. Habet
verò ſolum locum in ædificijs conficiendis, aut de-
ſtruendis, in alterius præiudicium: non autem in
plantis: ſiue enim ſerat, aut ſeminet, in alterius prę-
iudicium, ſiue ſegetes metat, vites putet, aut præ-
ſcindat alias arbores, non habet locum hoc interdi-
ctum de noui operis nunciatione: Ita habetur §. hoc
autem proximè citato, & concinit. l. prima, in prin.
titu. 32. par. 3.

Atque in hoc differt etiam hoc interdictū ab in- 8
terdicto quod vi aut clam, quod latius multo patet:
extendit enim ſe, in primis ad ædificia facta, aut de-
ſtructa, vi, aut clam, in præiudicium alterius, etiam
ad partes illius, vt ad tegulas dum tecto ſunt ſuper-
poſitæ, etiamſi calce, aut re alia, tecto non ſint affixę,
B quia cenſentur pars domus, ipſam integrantes ac cō
plentes; ſecus verò, ſi eſſent non integrantes & com
plentes domū, ſed ſeparatæ ac ſeorſim poſitæ: quod
idem intellige de alijs, quæ ædificio nō ſunt affixa;
ad ea quippe non ſe extendit id interdictum: exten-
dit tamen ſe etiam ad ſolum cuiuſcunque prædij, ſi
foſſa in eo fiat, vel aretur, in præiudicium alterius,
vel aliquid in eo proijciatur, vnde deterius redda-
tur: quin & ſe extendit ad aquam putei, ſi aliquid
in eo proijciatur, vnde aqua deterior reddatur: nam
aqua prædij viua, pars prædij reputatur. Deinde ēt
ſe extendit ad plantas, quæ prædio adhærent, ſi in al
terius præiudicium, rami ſaltem earum præſcindan
tur, aut demetantur ſegetes, vel aliud in plantis fiat,
quo eis noceatur. Quin ſi ridicæ, hoc eſt, padimēta,
C quibus vites ſuſtentantur, euellantur, competit idē
interdictū. Si autem ſoli fructus vi aut clam ex plan
tis colligantur, non competit hoc interdictum, ſed
competit actio furti, aut rapinæ, eorum. Hæc haben
tur l. ſi alius. §. notauimus, & quatuor legib. ſequen-
tibus. ff. quod vi aut clam, in quarum vltima ſubiun
gitur, etiā competere hoc interdictum pro ſtatuis
ſepulchrorum, & pro alijs rebus ſepulchris in orna
mentum affixis, ſi vi, aut clam, auellantur, aut eis
nocumentum inferatur. Pro eo autem, quod vi, aut
clam fit in naui, aut in quacunque alia re mobili, mi-
nimeque ſolo affixa, non competit interdictū quod
vi aut clam, vt habetur. l. vi facit. §. vltimo, ff. quod
vi aut clam.

Vtrum autem, quando alicui debetur ſeruitus ru- 9
D ſtica in aliquo prædio, vt via per illud in ſuum præ-
dium, aut aquæductus per illud in ſuum prædium, ſi
ædificium fiat in eo prædio, quo impediatur ea ſer-
uitus viæ aut aquæductus, nunciare poſſit de nouo
opere. Lex, qui viam, ff. de noui oper. nun. quæ eſt
Iuliani Iuriſconſulti, ſatis apertè neganter reſpon-
det. Sic enim ea lex habet: *Qui viam habet,* (debitā
ſcilicet ſuo ruſtico prædio) *ſi opus nouum nunciaue-
rit aduerſus eum, qui in uia ædificat, nihil agit: ſed ſer-
uitutem uendicare*) cōfeſſoria nimirum actione) *non
prohibetur.* Idem apertè diſponit. l. 5. titu. 32. part. 3.
quæ habet, ſi confeſſoria agatur ad vendicandā ſer-
uitutem, & probetur ſeruitutem deberi, iudicē de-
bere præcipere deſtrui ædificium & perſolui actori
E dāna, ſi quæ ex eo ædificio, ob eam ſeruitutem impe
ditam, ſint ſequuta. Et conſentit communis docto-
rum ſententia. Accurſius ibi rationē reddit, cur po-
tius circa ædificium factum in præiudicium ſeruitu
tis ruſticæ, denegetur remedium nunciationis noui
operis, quàm circa factum in prę iudicium ſeruitutis
vrbanæ, dicens, id factum eſſe in fauorem culturę a-
grorum. Meritò tamen Grego. Lopez. l. 5. citata, &
Ant. Gom. l. 46. tauri. n. 24. & alij, eam rationem im
probant. Quoniam fieri ædificium in agro, quo via,
aut aquæductus, impediatur, potius cedit in damnū
culturæ eius agri, in quo fit tale ædificium, quàm in
culturæ agrorum fauorem: niſi ædificium fieret ad
fructus colligendos: quod tamen parum ad cultu-

ræ agrorum fauorem attinet; cum alibi fieri poſſit, aut in alia parte agri, vbi via non impediatur. Greg. Lopez ait, fortè in fauorem ædificiorum ſtatutum fuiſſe, vt quando ſeruitus deberetur prædio vrbano, locum haberet nunciatio noui operis circa ædificiū, quo illa impediretur: ſecus verò quando deberetur prædio ruſtico. Barto.& alij, cenſent, etiam quando ſeruitus ruſtica debetur, locū eſſe nunciationi noui operis circa ædificium, quo impediatur. Exponunt verò legem, qui viam, vt ſolum intelligatur, quando ædificium reficitur, in quo euentu, vt ſtatim dicemus, locum non habet noui operis nunciatio. Hæc tamen interpretatio eius legis, manifeſtè eſt nulla: nam tunc locum non haberet agere confeſſoria ad ſeruitutem vendicandam, vt ædificium deſtruatur, ac perſoluantur damna. Qua etiam ratione reprobatur alia expoſitio Anton. Gom. numero 24. citato, cum Romano, quòd ſcilicet lex, qui viam, intelligatur, quando debetur via per agrum alienum, nondū que eſt conſtitutum, per quam partem agri eſſe debeat; in quo euentu, vt diſputatione præcedente dictum eſt, via debetur à toto agro, & à ſingulis illius partibus, atque tunc, ſi ædificium fiat in eo agro, ita vt commodus locus relinquatur, vnde via poſſit concedi, non poteſt nūciari nouum opus aduerſus id ædificium: ſecus autem ſi poſt viam conſtitutam per certam partem (in quo euentu reliquæ agri partes manent liberæ ab ea ſeruitute, & ſola ea pars manet illi ſubiecta, vt diſputatione præcedente eſt etiam oſtenſum) ædificium fieret, quo ea via impediretur: nam tunc, inquiunt, locum haberet noui operis nunciatio circa id ædificium. Hæc, inquam, expoſitio ſimiliter reprobatur: nam in priori euentu locum non haberet, poſſe nihilominus agi confeſſoria ad ſeruitutem vendicandam, & in conſequentiam, vt ædificium deſtruatur, & ſoluantur damna, vt agi poſſe diſponunt. l. qui viam, & l. 5. citatæ, ſtandum ergo eſt apertæ definitioni earum duarum legum, quòd ſcilicet in eo euentu locum non habeat operis noui nunciatio, interim dum illæ duæ leges non reuocantur, & contrarium non ſtatuitur. Vtinam verò tot ſubtilitates, minimeque neceſſariæ exceptiones à diſpoſitionibus vniuerſalibus, abſcinderentur à iure, quæ illud longum, difficile, tricis plenum, litiumque ſeminarium ingens efficiunt.

10 Aduerſus fulcientem, aut reficientem, opus antiquum, ſi nihil amplius faciat, quia neque addendo ædificio antiquo, neque detrahendo de illo, quicquā facit, ita vt tandem id ædificium non reducat ad priſtinum ſtatum, non competit noui operis nunciatio: vnde ſi ei, qui ita reficit, nuncietur nouum opus, poteſt, contempta ea nunciatione, impunè facere, aut proſequi, quod fulcire aut reficere intendebat. Ita habetur. leg. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de noui oper. nunc.

11 Hac eadem ratione, & quoniam id poſtulat commune bonum, locum non habet noui operis nunciatio aduerſus eum, qui purgare, aut reficere, vult riuum, quo aquam ducit, vel cloacam, imò neque aduerſus volentem facere priuatam cloacam de nouo, aut, factam, mittere in cloacam publicè, etiamſi vel in loco publico, vel in prædijs aliorum, aperiat, & efficiat, quæ ad hæc omnia neceſſaria ſunt, modò, ſi quid aperiat, illud reficiat, ac reducat ad priſtinum ſtatum: & modò, ſi damnum inde timeatur, & ab eo exigatur, vt de damno caueat infecto, id efficiat: ꝙ ſi aduerſus eum nouum opus nuncietur, poteſt contēnere nunciationem, idque facere aut proſequi, quod intendebat; vt hæc omnia diſputatione præcedente dicta explanataque ſunt, dum ſermo nobis erat de interdictis circa riuos & cloacas, & habentur, l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui oper. nunc. l. 3. §. ſi quis riuum. ff. de riuis. l. 1. §. ſi quis purgationi, ff. de cloa. & l. 7. tit. 32. par. 3. Lege autem de pupillo. §. ſi quis riuos citato, additur. Vniuerſim locum non habere noui operis nunciationem, ſed contemni impunè poſſe, ſi fiat, qn̄ ex eo, ꝙ opus retardaretur, periculum notabile immineret. Conueniunt verò omnes, cum gloſſa ibidem, id verum eſſe, quando ex retardatione immineret periculū boni cōis, aut viciniæ, vel multorum. Quando verò immineret periculum eius tantum, qui id opus retardaret, gloſſa citata affirmat contemni non poſſe nunciationem, ſed eam tunc locum habere. Dicendum, tñ eſt cum additione ad eādem gloſſam, cum Greg. Lop. l. 7. citata. Ant. Gom. l. 46. tauri in calce. nu. 37. & cum alijs, quos citant, intelligendum id etiam eſſe de priuato magno eius periculo ex tali retardatione, cui nūciatio fieret. Adhibent exemplum, in ædificante in æſtate molendinum in flumine aliquo, aut ſeptum (*preſſa* noſtri dicūt) ſi ex retardatione immineret periculū, quòd, adueniente hyeme ac pluuia, detrimentum magnū ſequeretur, niſi opus continuaretur ac perficeretur. Tūc. n. ob adeò ingens detrimentum, quod ex ea retardatione iuſtè timeri poſſet, ſperni nunciatio, & continuari ac perfici impunè opus poſſet, iuxta. § ſi quis riuos citatum, conſentiunt etiam, quæ ex. l. 1. ff. ne quid in flu. publi. Diſpu. 704. §. in eadem lege, relata à nobis fuere. Nempe impediri non poſſe aggeres in ripa & flumine publico, eſto ex illis ſequatur detrimentum aliquod vicinis, quando fiunt ad vitandum longè maius detrimentum proprium, viciniſque reſarcitur detrimentum, quod ex eis aggeribus ipſis prouenit: quare longè maiori cum ratione, quādo, ceſſando ob nunciationem ab opere, immineret longè maius periculum eius, cui fieret nunciatio, quàm ſit damnum eius, qui nunciat, ex eo quòd opus continuetur, contemni poterit impunè nunciatio, & cōtinuari ac perfici opus poterit: præſertim cum integrum maneat nuncianti proſequi ſuum ius, ſi fortè illud ea in parte habeat, atque, ſi probauerit, iniuſtè id opus fuiſſe factum ac proſequutum, obtinere alia via poſſit, vt opus deſtruatur, ſibique reſarciantur damna, ex eo opere, facto contra ſuum ius, ipſi ſubſequuta. Antonius Gomezius, vbi ſupra ait, ſi in hoc euentu nunciatio poſt habeatur, eum, qui opus continuat, cauere debere, quòd deſtruet opus, ſi comperiatur poſtea fuiſſe factum contra ius. Puto tamen id eſſe falſum. Quoniam quando, iuxta. §. ſi quis riuos citatum, & iuxta alia iura citata, fas eſt ſpernere nunciationem, & continuare opus, non tenetur, qui ita opus continuat, talem præſtare cautionem; eo quòd in eo euentu locum non habeat interdictum de noui operis nunciatione: neque contrarium ſtatuit. l. vnica. C. de noui operis nunc. quæ poſtea fuit lata.

12 Noui operis nunciatio locum habet, ſiue opus fiat in oppido, ſiue in villa, aut in agro, & ſiue fiat in loco priuato, ſiue in publico. Ita habetur. l. 1. §. ſiue autem. ff. de noui oper. nunc.

13 Iuſta noui operis nunciatio fieri poteſt vno ex tribus capitibus, ſeu vna è tribus cauſis in genere, vt habetur. leg. prima. §. nunciatio. ff. de noui oper. nunc. In primis, vt tueamur ius noſtrum, cui alieno ædificio contrauenitur. Deinde, ſi ex alieno ædificio, in publico aut in priuato loco facto, eſto factum non ſit cōtra ius noſtrum aut publicum, damnum rebus noſtris immineat, quia ruinam minatur: poſſumus enim tunc nunciare opus nouum, vt impediatur ne fiat, aut ne vlterius progreſſio in eo fiat, niſi prius de damno infecto nobis caueatur: præſtita verò cautione ſufficiente de damno infecto, ceſſat in hoc euentu nunciationis vis ac impedimentum, vt ibidem, iūcto fine illius. §. & leg. tertia. §. penul. ff. quod vi aut clam, habetur. Et tertiò ad ius publicum tuendum, vt ſi aliquid factum ſit cōtra leges, edictave principum,

pum , quæ quoad modum in ædificijs ſeruandum
latæ ſunt. Exempla ſunt, vt l. vlt. ff. fin. regun. ſan-
citum fuit, vt ſi quis parietem exigeret in fundo ſuo
iuxta alterius fundum , relinqueret ſpatium pedis v-
nius inter eum parietem & alienum fundum . Si
verò erigeret domum , relinqueret duos pedes inter
eam domum, & vicinum fundum. Item l. Meniana.
C. de ædificijs priuatis, fuit ſtatutum, vt, ſi quis do-
mum ædificaret iuxta domum priuatam alterius, re-
linqueret inter vtramque decem pedes. Si verò eam
ædificaret iuxta domum publicam , vt iuxta horrea
publica, relinqueret quindecim pedes . Et quia illis
temporibus domus eſſe debebant ita vndique ſepa-
ratæ à domibus vicinorum , inſulæ quàm ſæpiſſimè
in iure Cæſareo vocantur. Gloſſa l. Meniana ait, eã
legem intelligendam eſſe, quando in abſentia vici-
ni, aut eo renuente , domus ædificaretur non relicto
eo ſpatio : ſecus verò, ſi ipſo ſciente, nec reſiſtente,
ædificaretur non relicto eo ſpatio. Tu dic, ſimi-
les leges vim non habere in vnoquoque loco, ni-
ſi quatenus vſu ſint receptæ, vt etiam cum Cæpolla
notat Greg. Lopez. l. 22. titu. vlt. par. 3. Gloſſa 1. In
Hiſpanijs autem vſu quoad domos non ſunt rece-
ptæ. Exemplum præterea eſt, ſi ab vna domo in aliã
eiuſdem domini pons fiat (Caſtellani *pontido, y paſa-
dizo*, Luſitani *paſadizo* appellant) ſuper publicũ flu-
men, quod prohibetur. l. vltim. ff. de fluminib. aut ſu
per viam publicam, quod. l. 2. §. ſcio tractatum. ff. ne
quid in loco publ. ſimiliter prohibetur, affirmatque
communis doctorum ſententia, quam Anto. Gom.
l. 46. Tauri. num. 13. refert ac ſequitur, & vtrumque
conſentaneè ad ipſam rei naturam. Cum enim flu-
men publicum, & via publica, non ad eos ſpectent,
quorum ſunt domus ſitæ vtrinque, ſed publica loca
ſint, ſolaque eorum diſtincta ſint à ſolis domorum;
vtique, ſicut ad dominos earum domorum, ratione
ſoli earum , pertinet ſpatium quoad altitudinem ei
correſpondens vſque ad cęlum, ita ad ſolum publi-
cum viarum, ac fluminum publicorum, ſpectat ſpa-
tium totum in altum, quod eis vſque ad cęlũ reſpon
det, vt habetur l. vlt. in prin. ff. de ſeruit. & l. penul. in
fine, ac l. vlt. §. penul. ff. quod vi aut clam, ac proinde
in eo fieri non poteſt pons ab vna domo in aliam, ni
ſi id ritè ab eo ſit conceſſum, ad quem pertinet con-
cedere ædificium facere in loco publico. Eadem ra-
tione illicitum ex ipſa rei natura eſt, aliquid in domi
bus ædificare ſupra parietem, quod ſolum, parietẽ-
que infimum domus, in publicam viam egreditur.
Atque ea de cauſa in hoc regno à Carolo Quinto, le
ge 8. tit. 7. lib. 7. nouæ collect. inhibitum fuit ædifica
re in vijs publicis, *paſadizos, ni ſaledizos , corredores,
ni balcones , ni otros edificios algunos , que ſalgan a las
calles fuera de la pared en que ſe haziere el tal edificio*,
& vt, quæ ex his antea fuerant facta, nõ reficiantur,
& vt poſtquam corruerint, aut deſtructa fuerint, nõ
ædificentur iterum, ſub pęna , quoad eorum ſingu-
la, vt, ſi ædificentur, diruantur ſtatim publica autho
ritate, & decem mille marauedinorum. Vnicuique
autem in hoc regno permiſſum eſt, pontem in flumi
ne publico ſuis ſumptibus ædificare , quo tranſeant
iter facientes , modò nullum tributum ea de cauſa
imponant, & ſub grauib. pęnis inhibetur , quenquã
alium prohibere facere tales pontes. Ita habetur l. 9.
tit. 11. lib. 6. nouæ collect. Multa alia exempla addu-
ci poterant ex ordinationibus Luſitanis lib. 1. tit. 49.
à §. 24. quæ ibi legi poterunt : inter quæ §. 31. habe-
tur, ſi quis habeat domum ex vna parte viæ publicę,
& alter velit ædificare aliam è regione, aut illam ha-
beat ædificatam , non poſſe fabricare aut aperire o-
ſtium, vel feneſtram, è regione oſtij aut feneſtræ do
mus alterius, ita vt videri poſſint , quæ in altera do-
mo fiunt. obſerua autem circa ea , quæ dicta ſunt de
ponte ab vna domo in aliam, ſuper viam publicam,

A aut de fabricatione ſupra parietem extra ſolum do-
mus ſuper viam publicam, non cenſenda eſſe prohi-
bita fieri vbi ſine vlla contradictione permittuntur,
vt ante eam legem Caroli Quinti permittebatur in
hoc regno, & permittuntur hodie in Luſitania . Et
quamuis ius maneat ijs , quorum ſunt viæ publicæ ,
aut quibus cura earum incumbit, vt, poſtquam fue-
rint ædificata, ſine expreſſa facultate , & quaſi con-
donatione principis , aut reipublicæ , diruantur, (ſi
ita iudicauerint expedire) vtpote facta in ſolo, ſeu lo
co alieno, ac publico, id quod ſatis apertè habetur in
ordinationibus Luſitanis tit. 49. §. 34. Nefas tamen
eſt, poſtquam palàm fuerit ædificatum , nullo con-
tradicente, quin potius tacitè id permittente republi
ca, abſque vrgente cauſa , illa dirui facere ; id quod
B ſatis perſpicuè innuitur. §. 34. citato: Vnde Carolus
Quintus lege citata, non iuſſit dirui antea ædificata,
ſed ſolum, vt non reficerentur, neque reſtaurarẽtur,
ſi corruerent, aut alia ratione deſtruerentur, & vt ni
hil tale de nouo fieret. Præterea. §. nunciatio citato,
inter exempla computantur, ſi quid ædificetur in lo
co ſacro, vel religioſo , aut publico ripave fluminis,
vel in ipſo publico flumine. Licet enim circa hæc
lata ſint peculiaria alia interdicta , vt ex parte di-
ſputationibus præcedentibus eſt dictum : quando
tamen illa locum habent , etiam noui operis nun-
ciatio locum habet, vt impediatur , & vt diruatur,
ſi quid poſt nunciationem ſit factum . Eodem . §.
additur, ſi quis in mari, aut in littore illius, ædificet,
quamuis non ædificet in ſuo ſolo , attamen eo ipſo,
C quòd ibi ædificat, occupatque id ſolum, ſuum illud
efficere interim dum in eo manet tale ædificium: eo
quippe deſtructo redit locus in priſtinum ſtatum,
quo gentium iure eſt omnibus communis , vt habe-
tur l. in tantum, in prin. iuncto. §. vlt. legis pręceden-
tis. ff. de rerum diuiſ. conſentiuntque dicta Diſp. 53.
& 55. Hinc in eodem §. ſubiungitur ; *ſi quis igitur
velit ibi ædificantem prohibere , nullo iure prohibet*.
(intellige, priuato; ſi enim id opus impedimento eſ-
ſet nauigationi, iure publico prohibere id poſſet, vt
Diſput. 704. dictum eſt) *neque opus nouum nunciare,
niſi ex vna cauſa , poteſt , ſi forte ſcilicet damni infecti
velit ſibi caueri*, vt ſi coniunctum habeat aliud ſuum
ædificium, prius à ſe factum, cui damnũ ex eo, quod
de nouo ædificatur, immineat : tunc enim nunciare
D illi poterit opus nouum , vt non progrediatur in eo,
niſi ſibi prius de damno infecto caueat.

Vlpianus, cuius eſt. §. nunciatio , hactenus expli- 14
catus. lege de pupillo. §. & belle . ff. de noui operis
nunciatio. ex Sexto Pedio ; triplicem cauſam diſtin
guit, vnde iuſte poſſumus nunciare opus nouum in-
tendendo ea nunciatione ius noſtrum proprium (vt
Bartol. ibi, & addito ad gloſſam verb. leges , expo-
nunt). Primam appellat naturalem , quando ſcili-
cet nunciamus ob tuendum ius , quod naturaliter
nobis competit, ſecluſa conceſſione alterius , & ſe-
cluſa humana ac poſitiua lege, quæ illud nobis con-
cedant. Vt quando nunciamus , quia alius vult æ-
dificare in ſolo noſtro, aut quia vult mittere lignum
E in domum noſtram , quando ad id nullum ius ha-
bet , & in alijs ſimilibus euentibus . Atque hæc
exempla adhibentur in eo §. iuncto. §. ſed & ſi pro-
ximè antecedente . Secundam appellat publicam,
hoc eſt , quando nunciamus ad tuendum ius, quod
nobis competit ex lege humana id nobis conceden
te , vt quod domum non ædificet , niſi relinquen-
do duos pedes inter ipſam , & fundum noſtrum ,
aut decem inter ipſam & domum noſtram, aut Lu-
ſitano iure, quòd feneſtram non aperiat è regione
feneſtræ aut oſtij noſtri . Ad ſecundam cauſam
explicatam attinere videtur nunciatio , qua mo-
naſterium vnum nunciat, ne aliud ædificetur in-
tra ſpatium intra quod religiones habent priuile-

gium canarum,quod vocant,ne intra illud aliud monaſterium ædificetur, & quo Eccleſia vna impedit aliam ædificari contra ius ſuum intra limites parochianorum ſibi ſubditorum,de qua nunciatione ſermo eſt.c.1.& 2.de noui oper.nunc. Tertiam appellat impoſititiam, aut impoſitiuam, quia ſcilicet fit nunciatio ad defendendum ius,quod nobis competit ex ſeruitute impoſita,conceſſa,aut acquiſita,in rebus illius,cui nunciamus. Vt ſi nunciamus aduerſus volentem altius tollere, quando in re, quam altius vult tollere,eſt nobis debita ſeruitus, non altius tollendi.

15 Noui operis nunciatio vno è tribus modis. Primò,verbis eius,cuius interſit,aut alterius,qui loco illius poſſit nunciare (iuxta ea quæ ſubijcienda ſunt) denunciando ac proteſtando,vt id opus non fiat in ſuum,aut in publicum,præiudicium, aut vt non continuetur,rationemque reddendo,cur in ſuum,aut in publicum,præiudicium id fiat,vt multi affirmant,& habetur.leg.1.titu.32.parte 3.Neque eſt neceſſe, vt ſcripto fiat,ſed ſatis eſt ſi fiat verbis. Tutum autem erit, vt fiat coram teſtibus, vt poſtea probari poſſit fuiſſe factam,deſtruique præcipiatur, quod poſt eã, & ante illius remiſſionem,fuerit factum. Secundò fit iactu lapilli,aut lapillorum,in eum locũ,vbi opus fit, aut fieri paratur. Atque, vt cum Ioan.affirmat gloſſa.l.de pupillo.§.meminiſſe verb.manum, ff.de noui operi.nunc.& habetur,leg.prima citata,ſimul fieri debet verbis nunciatio ne id opus fiat,aut ne vlterius progrediatur,reddendo cauſam. Eſtque efficacior hic ſecundus nunciationis modus quam præcedens,vt dicemus. Conſtitutum verò fuit,vt lapilli iactu potius, quàm acriori alia re,fieret, ad rixas ac cædes vitandas. Tertiò,per iudicem,illum adeũdo, & ab eo petendo,vt nouum id opus nunciet. Qui per ſeipſum,aut per tabellionem,aut aliam perſonã,prę cipiet,vt id opus non fiat,ab eo ve ceſſetur,donec,cognita cauſa,quid facto opus ſit,ſtatuatur. In Luſitania ad ædiles,quos *almotaces* vocant, pertinet nunciare opus nouum,apponendo pœnam, quam ædificantes aduerſus nunciationem ita factam ſoluere coguntur,& inſuper deſtruitur opus,quod poſt eã nũciationem,& ante illam remiſſam,fecerint,vt habetur lib.2.ordi. titulo 49.§.25. Tres hi modi nunciandi opus nouum habentur.§.meminiſſe,& leg.prima citatis,& conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Antonius Gomez.leg. 46.Tauri numero 31.& Gregorius Lopez.l.prima, citata.

16 Eſt verò hoc diſcrimen inter primum modum & duos poſteriores. Quòd,qui nunciat primo modo,ſi in poſſeſſione ſit eius,circa quod nunciatur,illã amittit nunciato: ſecus autem ſi nunciet aliquo ex poſterioribus modis. Ita habetur.l.1.§.in operis.l. de pupillo.§.meminiſſe.ff.de noui oper.nunc.& l.ſi alius §.ait Iulianus verſ. licere.ff.quod vi aut clam, & affirmat communis doctorum ſententia,quam Anto. Gom.vbi ſupra, nume.32.refert ac ſequitur. Rationem huius diſcriminis reddit gloſſa.§.ſi operis citato,quam ſequuntur Barto.& alij:quia,qui ſolo verbo nouum opus nunciat, videtur meticuloſus, ac proinde relinquere videtur poſſeſſionem illi alteri: poſſeſſio autem,ſolo animo eam deſerendi, amittitur. Sed certè plus metus habere videtur,qui iudicis miniſterio nouum opus nũciat: ne enim ſibi aliquid mali eueniat,per ſeipſum nunciando, ad iudicem accedit. Item non maior animus requiritur ad ſimul iactandum lapillum in locum,in quo ædificatur,aut ædificari paratur, quàm ad ſolo verbo nouum opus nunciandum. Vnde non video meliorem rationem reddi poſſe,quam quòd ita ſancitum eſt. Vtinam verò ſimilia diſcrimina, minimè naturis rerum conſentanea,à iure reſcinderentur. Ob diſcrimen con-

A ſtitutum inter primum nunciandi modum, & duos poſteriores,ait Vlpianus.§.meminiſſe citato,quando aliquid fit in re noſtra,in cuius poſſeſſione noſſumus,vt ſi aliquid ædificetur in prædio, in cuius poſſeſſione nos ſumus, aut ſi lignum mittatur in parietem domus, in cuius poſſeſſione nos ſumus, vtilius nunciari opus nouum aliquo ex duobus poſterioribus modis,quàm primo, ne, nunciando primo modo,amittamus poſſeſſionem,eãque aduerſario concedamus. Quando autem alius tollit altius domum ſuam,in cuius poſſeſſione ipſe eſt, aduerſus ſeruitutem nobis in ea debitam,ne altius tollatur,tunc poſſe nos etiam primo modo nunciare:quia non tantũ præiudicium eo nunciandi modo nobis prouenit.

Si iudex ſit abſens,iſque,qui coram eo vult nouũ 17
B opus nunciare,proteſtetur ſe velle corã eo opus nunciare,poſteaque vel adueniente iudice,vel accedente ad illum cum primum nactus fuerit opportunitatem,coram eo id opus nunciet, perinde reputatur, ac ſi à puncto proteſtationis coram iudice illud nunciaſſet,ad effectum,vt nũciatus deſtruere teneatur, quodã proteſtatione vſque ad nunciationem coram iudice factam ędificauit. Ita habetur.l.de pupillo,§. ſi quis ipſi.ff.de noui oper.nunc. Tametſi alij eum textum exponant, (licet non ita accommodate ad verba illius) quando iudex ipſe ædificat: tunc enim ſatis eſt ipſi factam eſſe proteſtationem,quòd nunciare vult coram iudice,vt adueniente poſtea alio iudice,factaque nunciatione corã illo, deſtrui debeat, quod à puncto proteſtationis fuerit à priori iudice
C ædificatum.

Nunciatio noui operis fieri poteſt in quocunque 18
die,etiam Deo feriato. Ita habetur.l.1.§.nunciatio. 1.verſ.item nunciatio.ff.de noui ope.nunc.& affirmat communis doctorum ſententia,quã Ant.Gom. vbi ſup.in calce.nu.31.refert ac ſequitur.

Nunciatio noui operis, vt rem ipſam efficiat, in 19
qua opus fieri paratur,aut cõtinuatur,& vt effectus illius tranſeat ad quemcunque alium illius poſſeſſorem,ſaltẽ vt interdum patiatur demoliri, quod poſt eam nunciationem ſit factum, ipſo eam nunciationem ignorãte,dirigi debet,non in perſonam, cui fit talis nunciatio,ſed in rem ipſam,dicendo, nuncio, aut tibi nũcio,ne fiat opus in tali re,aut ne continuetur,& non vt facias,aut vt non continues opus in ta
D li re,vt ex forma interdicti in principio huius diſputationis relata, & ex.l.prætor.ff.de noui oper.nũc. conſtat. Conſentit.l.operis,iuncta.l.cuilibet ſequenti.ff.eod.tit.vbi habetur, quòd quia nunciatio noui operis fit in rem,& non in perſonam,ſi fiat furioſo, aut infanti,rationis vſum non habentibus,eam ſcilicet dirigendo in rem,& non in perſonas eorum,quibus fit,eſto non adſit tutor,aut curator eorum, vim contra eos habet:modò tamen facta ſit in præſentia fabri,aut alterius intelligentis,qui operi inſiſtant,rẽ carentium ita vſu rationis agentes; alioquin vim nõ habebit ea nunciatio aduerſus carentes ita vſu rationis. In priori autem euentu, quando ſcilicet eis fit coram illo rationis vſum habente, vim habet, vt,ſi
E quid poſt talem nunciationem ſit fabricatum,demoliatur. Opifices tamen,qui,ſcientes nunciationem id fecerint, tenentur ſoluere impenſam, tam eius, quod ita fabricatum fuerit, quam demolitionis poſtea illius,iuxta ea,quæ ſtatim dicenda ſunt.quando in abſentia domini coram fabris nunciatio eſt facta, & ipſi,domino ignorãte, proſequuti ſunt opus poſt eam nunciationem. Aut tenebitur tutor, vel curator,furioſi aut infantis,ſi poſtquam nunciatio illa ad ipſorum notitiam deuenerit , opus proſequi fecerint,aut ab eo deſiſtere non iuſserint: & non tenebuntur furioſus aut infans, qui abſque omni prorſus culpa ſunt. Atque hoc ſanè eſt,quod Vlpianus intendit ac docet. leg.operis citata, & non, quod

gloſſa

gloſſa, vim textui inferendo, illumque peruertendo, Vlpianum velle exponit. Eandem doctrinam confirmat. l. vltima, ff. eodem titu. Vbi Iauolenus Iuriſconſultus ait: Si domino prædij alicuius nunciatũ fuit opus nouum, atque is, propter eam nunciationem, ab illo opere deſtitit, & poſtea prædium vendidit, emptorq; opus illud fecit contra id, quod nunciatum fuerat, emptorem teneri id opus ſuis ſumptibus demoliri; non verò venditorem, cui nunciatio fuit facta. Reddit verò is Iuriſconſultus hanc rationem: *quia nunciatio operis non perſonæ fit: & is demum obligatus eſt, qui eum locum poſſidet, in quem opus nouum nunciatum eſt.* Vnde argumento à contrario ſenſu, ſi nunciatio eſſet facta ſolùm perſonæ venditoris, ne ibi ipſe ædificaret, & non rei, non ſequeretur prohibitio illa rẽ ipſam, ac proinde, ſi emptor, ſciens & prudens inhibitionem factam venditori, iure opus in ea re efficeret, non incideret in pœnam, vt illud demoliretur, & multo minus, vt ipſius ſumptibus demoliretur. Ac ſanè hunc textum intelligo, quando emptor, ſciens nunciationem eſſe factam, ne in eo prædio ædificaretur, ipſe ædificauit, ac Iuriſconſultum affirmare, teneri non ſolùm ad patientiam, ſed etiam ad impenſam in eo opere demoliendo, contra atque gloſſa, parum accommodatè ad textum, exponit teneri ſolum ad patiẽtiam. Quòd ſi ignoraret, nunciationem factam fuiſſe in rem venditori, tunc vtique emptor ſolum teneretur ad patientiam, non verò ad impenſam, excuſante eũ ignorantia, vt à culpa, ſic etiam ab ea pœna: quare in eo euentu venditor, qui ipſum non admonuiſſet de nunciatione facta, atque de eo quaſi vitio eius rei, teneretur ipſi de impenſa ab eo facta in eo opere, quod ita demoliretur: neque aliter credo, poſſe tunc licitè demoliri in pœnam, quam ſoluente ei venditore impenſam operis: neque enim æquitas patitur, vt ipſe, abſque vlla ſua culpa, iacturam patiatur eius impenſæ, ſeu operis, iuſtè ex natura ipſa rei facti: quare, ſi venditor ſoluendo non eſſet eam impẽſam, aut ſi mortuus eſſet antequam id in pœnam exigeretur, in quo euentu expirat pœna aduerſus eum, neque ad hæredem tranſit, vt habetur. l. penultima. ff. de noui oper. nunciatio. tunc demoliri non poſſet id opus ea præciſa ratione, quòd factum eſſet contra nunciationem, quam emptor inuincibiliter ignorauit, niſi ſimul oſtenderetur, factum etiam eſſe contra verum ius eius, qui de nouo opere nunciauit. Atque tunc venditor, aut hæres illius, teneretur ei emptori de eo iure ex ipſo euicto. Iuxta hunc autem noſtrum planum intellectum legis vltimæ citatæ non refragatur, *ſed potius conſentit.* l. vi facit. §. item ſi. ff. quod vi aut clam, in quarum duarum legum conciliatione anxiè laborat gloſſa vtrobique, varias expoſitiones vtriuſque legis tradẽdo. Cùm enim ad demoliendum, quod poſt nunciationem noui operis eſt factum, & interdictum noui operis, & interdictum qđ vi aut clam, competat, vt ex multis iuribus conſtat, & inferius oſtendetur; eo quòd eo ipſo cenſeatur vi factum; Paulus Iuriſconſultus. §. item ſi, citato, ſic ait: *Item, ſi prohibiti hæres, vel is, qui ab eo emerit, ignorans cauſam præcedentem* (hoc eſt prohibitionem) *fecerit,* (id eſt, ædificauerit) *dicendum eſſe Pomponius ait, non incidere eum in interdictum,* vt ſcilicet teneatur demoliri, quod ædificauit. Quo loco obſerua, ſi ab emptore eſſet ædificatum, viuente adhuc venditore, etiamſi ex ipſa rei natura iuſtè ſit ædificatum, ſumptibus venditoris eſſet demoliendum, qui operis & demolitionis impenſam ſoluere teneretur, vt dictum eſt. Si verò ædificatum eſſet poſt mortem venditoris, idque iuſtè ex natura rei, tunc, cum vtrũque eſſet in pœnã, eo quòd obeditum non fuerit nunciationi, & pęna expiraſſet aduerſus vẽditorẽ, mortis illius, nec tranſiret ad hæredes, qui loco illius te-

A nerentur eam ſoluere, demoliendum non eſſet id ædificium iuſtè ex natura ipſa rei factum, & idem dic de hęrede ædificante cum ignorantia denunciationis, vt vtrumque ſatis apertè ſignificat. §. item ſi, citatus. Neque refragatur. lex penultima. ff. de noui operis nunciat. quæ ſolum loquitur, quando defunctus ipſe poſt nunciationem ei factam ædificauerit: ſi enim dum viueret non eſt actum aduerſus eum, vt illud demoliretur, hæres ſolum tenetur ad patientiam, vt ſcilicet patiatur demolitionem eius, quod inobedienter defunctus ædificauerat, eſto, ſi iuſtè ex natura rei id fecerat, ſit etiam id in pęnã: id quippe ex maxima quadam æquitate ſancitum eſt: non verò tenetur ad pœnam alicuius expenſæ, quam de nouo facere aut ſoluere teneatur, etiam de bonis de-

B functi: quoniam quoad id totum expirauit pœna morte illius, quæ litis conteſtatione exacta ex illo non fuit dum viueret. Atque quoad hanc pęnã præcisè loquitur lex penul. citata, vt illam legenti perſpicuè liquet: ſicque iura omnia citata conſonant.

Lex 1. titu. 32. part. 3. tradendo primum modum ex tribus ſupra explicatis, quibus nunciatio fieri poteſt, formam tradit, dirigendo nunciationem, ne in aliqua re opus fiat, in perſonam, cui fit nunciatio, & non in rem ipſam, vbi Greg. Lopez verb. *e que la nõ fagades*, ait, eam formam eſſe iuxta. l. non ſolum, §. ſi cum poſſem, & iuxta gloſſam. l. de pupillo. §. meminiſſe, verb. poſſeſſorem, ff. de noui oper. nunc. atque iuxta Azonis ſententiam. Addit verò, Bartolum reprehendere eam gloſſam, quatenus ea forma nũcia-

C tionem refert in perſonam, cui fit. Ac ſanè, quando nunciatio referretur ad perſonam, ne in tali re ædificaret, aut ne in ea continuaret ædificium, ſaltem aduerſus eam perſonam competeret tum interdictum noui operis nunciationis, vt demoliretur, quod poſt eam nunciationem, & ante illius remiſſionem ibi ædificaſſet, tum etiam interdictum quod vi aut clã. Vnde non probo, quod additio gloſſæ. l. ſi procurator, ff. de noui oper. nunc. cum Barto. exponendo eam legem, ait. Paulus enim iuriſconſultus in ea lege docet, ſi procurator alicuius nomine eius, cuius eſt procurator, prohibeat aliquem opus aliquod facere, & ille nihilominus illud efficiat, competere domino, cuius nomine id prohibitum eſt, interdictum quod vi aut clam, vt illud demoliatur. Circa doctri-

D nam verò huius legis, eamque exponendo, additio ad gloſſam ibi, cum Bart. ait. Idcirco non competere interdictum nunciationis noui operis in caſu eius legis, ſed ſolum interdictum quod vi aut clam: quoniam prohibitio illa, ſeu nunciatio noui operis, fuerat facta perſonę, ne ibi ædificaret, non verò fuerat facta dirigendo illam in rem, ne ſcilicet in illa ædificaretur: vt autem competat interdictum nunciationis noui operis, neceſſe eſt, vt nunciatio in rem, modo explicato, dirigatur. Hoc, inquam, illius additionis, cum Bartol. dictum, nobis non probatur. Quoniam pręterquam, quòd ex illo textu non conſtet, nunciationem directam fuiſſe in perſonam, & non in rem; & quòd gloſſa ibi aſſeueret, in euentu eius le-

E gis ſimul competere interdictum nunciationis noui operis, id quod confirmat ex l. prætor. §. nulli. ff. eo. titu. vtique, eſto nunciatio fiat perſonæ, ne ſcilicet ipſe in ea re ædificet, neque aliter nunciatio in rem dirigatur, competit aduerſus perſonam, contra eam nunciationem in re illa ædificantem, interdictum nunciationis noui operis. Quod autem in dubium poteſt reuocari, ſolum eſt, vtrum in eo euentu, ſi res tranſeat in alium poſſeſſorem, illeque ædificet, competat aduerſus eum interdictum noui operis nunciationis, an non; eo quòd nunciatio perſonalis ſit, neque afficiat rem: Bartolusq; affirmat, nõ tranſire idque ſatis conſentaneè ad iura citata. Neque lex. 1. titu. 32. part. 3. neque item. l. non ſolum. §. ſi cum poſ-

ſem, aut gloſſa citata,contrarium affirmant: ſed ſolum innuunt,aut docent,eam formam,quæ inſeruire poteſt,vt interdictum nũciationis noui operis cõpetat aduerſus perſonam,cui fit:eo quòd regulariter id ſolet ſufficere:facileque, ſi res alienetur,circa quã facta eſt talis nunciatio,fieri poſſit ſimilis nunciatio aduerſus nouum poſſeſſorem, ſi ipſe paret idẽ opus aggredi efficere,aut continuare.

20 Nunciatio fieri debet in ipſo loco,in quo ædificari paratur,aut in quo ædificatur. Quoniam,ſi nũciatio domino fiat extra eum locum,tunc,ſi quid ædificatum fuerit à puncto talis nunciationis, quouſque ille commodè accedere poſſit ad locum, in quo ædificatur,vt ceſſare ab ædificando præcipiat,non competit interdictum nunciationis noui operis,vt id deſtruatur,ſed ſolum vt deſtruatur,quod fuerit ædificatum,poſtquam commodè,poſt eam nunciationẽ, potuit impedire. Quando autem fit in loco, in quo ædificatur,aut ædificari paratur,tunc ſatis eſt,ſi nunciatio fiat,vel domino operis ibi exiſtenti,vel magiſtro operis,vel opificibus,qui ibi ædificant,vel alicui ad dominum operis aliquo modo attinenti, qui ea de re poſſit certiorem dominũ facere,ſiue is ſit mancipium,ſiue liber, & ſiue ſit maſculus,ſiue fœmina, & ſiue ſit puer,ſiue maior ætate. Ita habetur.leg.de pupillo.§.nunciationem,iuncto verſiculo ſeruo,antecedente.ff.de noui oper.nunc.& l.1.titu.32.parte,3.& affirmat communis doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Grego. Lopez ibi,& Anton. Gom.l.46.Tauri.num.28. Atque,ſi nunciatio facta ſit ſciente domino,aut aliquo,qui vicem illius gerat, ceſſareque poſſit præcipere,tunc, ſi aliquid poſt eã nunciationem ſit ædificatum, tenetur dominus id demoliri ſuis ſumptibus:poterit verò agere ad ſumptus demolitionis,atque etiam ad ſumptus factos in eo ædificando, ad damnumve ipſi ex eo ſubſequutum,quòd ceſſatum non ſit, aduerſus eum,quẽ præfecit loco ſui ei operi, quique ceſſare præcipere tenebatur. Quòd ſi opifices nunciationem agnouerunt, ignorante domino,ac quocunque alio,qui ei operi à domino eſſet præfectus,opuſque continuarunt poſt nunciationem,quamuis Otho,relatus à gloſſa.§.nũciationem citato, verb.nunciationem factam, aſſeruerit demoliendum eſſe opus ſumptibus domini, qui tales operarios adhibuit, multique meritò ſubiungant,domino competere actionem aduerſus eos operarios, tum ad ſumptus in demoliendo opere factos,tum etiam ad ſumptus in eo opere faciendo,dãnave ſubſequuta;crediderim tamen, quando id præcisè in pœnam eſſet demoliendum,quia iure eſſet factum,ſed cõtra nunciationem,fabrorum ſumptibus eſſe demoliendum, ſoluendo ſimul domino operis ſumptus in eo opere factos, damnave ex cõtinuatione operis ſubſequuta,atque eatenus ſolum teneri dominum tunc ad patientiam vt demoliatur. Quòd ſi opifices ſoluendo non eſſent, credo demoliendum non eſſe, quod perſolui domino operis non poſſet. Ducor,quoniam tunc conſtaret,dominum operis in nulla eſſe culpa continuationis eius operis poſt eam nunciationem:nulla autem æquitas patitur, vt,abſque vlla ſua culpa,pęnam ipſe ſuſtineat. Atque iuxta hãc noſtram limitationem intelligo gloſſam citatã, quæ ab ea non diſcrepat,ſi attentè legatur,quin omnino conſentiunt,tam illa, quam doctores,quos Anton.Gom.vbi ſup.n.29.citat,atque cum ea limitatione accipienda ſunt,quæ Ant.Gom.ibidem affirmat, alioquin à veritate diſcrepant, & cum naturali iure pugnant. Hinc dico,ſi autoritate tutoris,aut curatoris,fiat opus in prædio carentis vſu rationis,nunciatioque ſit facta, ipſis ſcientibus, & continuatum ſit opus,ſumptibus ipſorum eſſe demoliendum,ac ſoluendos eſſe ſumptus in eo opere factos: ꝙ ſi ſoluendo non ſint,non poſſe demoliri, præciſè in pœnam,

A cum detrimento dominorũ prædij, qui in nulla fuerũt culpa in eo, quòd id opus continuaretur poſt nũciationem factam. Imò idem dicendũ eſt,ſi ſine culpa vlla minoris,habentis vſum rationis,id opus ſimiliter continuatum eſt. Quando nullus,ad dominum operis attinens, præſens eſt in loco ædificij, validè quidem poteſt ibi fieri nunciatio,ad effectum, vt,ſi poſtquam ad notitiam domini deuenerit, opus ſit continuatum,demoliendum ſit ſumptibus illius, argumento.l.dies.§.totiens. ff. de damno infecto, & diſp.703.dictum eſt, & aliorum iurium,quæ citant gloſſa citata,& Ant.Gom.nu.5429.citato; interim tamen, quòd ad notitiam domini ea nunciatio non venit,demoliri non tenetur,quòd à puncto eius nunciationis vſque ad eam notitiam, cum commodita-

B te præcipiendi, vt ab opere ceſſetur,eſt ædificatum, vt rectè eadem gloſſa affirmat, & communis doctorum ſententia,quam Ant.Gom.nu.29. citato refert ac ſequitur. Atque iuxta doctrinam traditam verum eſt,nunciationem validè fieri poſſe aduerſus abſentes,& inuitos,ac ignorantes,quorum nomine ædificium fiat,aut fieri paretur,vt habetur,l.1.§. nunciatio.1.ff.de noui.oper.nunc.

Qui de nouo opere nunciat, debet dicere in quo loco,ſiue publico,ſiue priuato, id opus fiat,aut fieri paretur. Hoc autem intelligerem, quando iudicem addit,vt ille per ſe,aut per miniſtrum,de opere nouo nunciet. Si enim nunciatio fieri debet ei, qui opus parat,aut continuat,in loco inquo illud parat,aut cõtinuat,mentione facta de opere in particulari, illud 21

C deſignando, non videtur neceſſarium mentionem aliam facere de loco, niſi quando id eſſet neceſſariũ ad exprimendam cauſam, ob quam opus nunciat. Quando autem nunciatio fieret domino operis extra locum operis, tunc oporteret exprimere locum operis,vt intelligeretur,de quo opere nunciaret. Itẽ, ſi de parte tantum operis nunciatio fiat,& non de toto opere, neceſse eſt exprimere, de qua parte in ſingulari nunciet. Quando verò de toto opere nunciatur,ſatis eſt de illo facere mentionem, ſine alia partium expreſſione. Quando duo opera fiunt,aut fieri parantur,in locis diſtinctis,tunc, ſi de vtroque fieri debet nunciatio in ipſiſmet locis, neceſſe eſt vt fiant duæ diſtinctæ nunciationes,& per conſequens, neceſſariæ etiã ſunt diſtinctæ earum remiſſiones, hoc

D eſt,non ſufficit remiſſam eſse vnam,vt cenſeatur remiſsa alia. Ita habetur.leg.de pupillo. §.qui nũciat, & §.ſi in pluribus.ff.de noui oper.nunc. & leg.1.in fine titu.32.part.3. Anton. Gom. vbi ſupra in calce. num.32.ait,quando loca adeo ſunt propinqua,vt ex vno audiri nũciatio poſſit in alio, ſatis eſſe facere vnam nunciationem exprimẽdo vtrũque opus. Sicut etiam ſatis eſt,quando factę ſunt nunciationes duorum operum,vtraque remittere vnico actu,quo ſufficienter exprimatur,vtramque remitti.

Quia,vt dictũ eſt,& habetur.l.prætor.§.ſiue autem.ff.de noui oper.nunc. nunciatio noui operis habet locum, tum vt impediatur ne inchoetur opus, quod fieri putabatur, tum etiam vt ſi cœptum iam 22

E erat,impediatur vlterius continuari, quando cęptũ eſt,& nunciatione prohibetur, ne continuetur, lege non ſolum.§.1.ff.de noui oper.nunciat.admonetur nuncians,vt tunc teſtes adhibeat,qui videant, & notent,quantum tempore nunciationis ſit ędificatum, vt,ſi poſt eã aliquid addatur ante remiſſionem, neceſſe non ſit quærere, qui dicant, quantum id ſit,vt deſtrui pręcipiatur,ſed illi ijdem teſtificentur,quantum, & quod illud ſit. Quin ibidem.§.ſciendum, ad maiorem cautelam, & planiorem probationem admonetur, vt petat à iudice, vt menſura ſumatur, quantum ædificatum ſit,cordula, aut baculo,& ſeruetur,vt poſtea melius conſtet,quod ſit ædificatum, vt deſtruatur.

Dein-

23 Deinde explicandum eſt,qui nunciare poſſint opus nouum,& primò,qui nunciare poſſint circa priuatas res: deinde verò,qui circa publicas. Atque,vt primo in genere dicamus,quis circa res priuatas nũciare poſſit,poſteaq; id in particulari magis explicemus ac limitemus. Is in primis nunciare poteſt,ad quem res,ob quam nunciatur,pertinet. Sic enim.l. 1.§.penult.ff.de nou.ope.nunc.habetur: *Iuris noſtri conſeruandi, aut damni depellendi, cauſa, opus nouum nunciare poteſt is,ad quem ea res pertinet.* Adde vel qui prætendit ad ſe pertinere,eſto uerè ad ipſum nõ pertineat,vt habetur eadem.l.1.in prin.Nũciatio enim per eum facta non minus impedit,ne opus fiat, interim dum nõ pronunciatur, nunciantem nullum ius ad id habere, interimve dum non aliter remiſſio fit eius nunciationis,quàm ſi verè res illa ad ſe pertineret,vt ſupra eſt dictum. Si tamen,qui nunciat,ſcit ſe verè non habere ius ad id,nunciatio eſt iniuſta materialiter ac formaliter,teneturque proinde nunciãs ad omnia damna,etiam lucri ceſſantis,ex ea nunciatione ſequuta:ſi verò id probabiliter ignorat,erit iniuſta ſolùm materialiter,nõ verò formaliter,ac proinde non tenebitur ad damna. Si tamen nuncians diligentiam non adhibeat competentem ad ignorantiam depellendam,tenebitur in conſcientiæ foro ad damna ex ea iniuſta nunciatione ſequuta.

24 Is in primis,qui dominus eſt rei,ob quam nunciatur,quive prætendit dominum eſſe,poteſt nunciare nouum opus. Habet autem id verum,etiamſi dominium tantum vtile eius rei habeat, vt habent feudatarius & emphyteuta,& conſentit.l.3.in prin.ff.de noui operis nunc. Quin & ſuperficiario competit nunciare poſſe,vt habetur.l.3.§.ſi ego.ff.de no.ope.nunc. Competit etiam habenti ſeruitutem realem, vt habetur eodem §.ſi ego.l.de pupillo.§.ſed etſi,& §.& belle Sextus.ff.de no.oper.nunc.l.vnica. §.ius habet iuncto verſ.penul.ff.de remiſſionib.cuius verba ſunt:*Ius habet opus nouum nunciandi,qui aut dominium aut ſeruitutem habet.*l.inter ſeruitutes.§.vlt.ff. de ſeruit.vrb.præd. l.ſed etſi forte. §. ſciendum, & §.vlt.ff.de ſeruit.vend.&l.in iudicio.ff.fam.erciſc. Vtrum autem id intelligendum ſit de ſolo habente ſeruitutem vrbanam,an verò etiam de habente ruſticam ſeruitutem,ſupra examinatum eſt.

25 Dixi,eum, cui debetur ſeruitus realis, poſſe nunciare opus nouum:quoniã mero vſufructuario, qui ſolùm habet ſeruitutem perſonalem,tametſi cum iure in re,comparatione prædij, in quo ei is vſusfructus debetur, non competit nunciatio noui operis, aduerſus quidem dominum eiuſdem prædij, ſi aliquid ædificare attẽtet,in quo præiudicet vſufructui, neque nomine proprio,neque procuratorio,(nomine videlicet alicuius alterius) ei competit nunciare nouum opus;ſed ſolùm poteſt agere aduerſus illum confeſſoria,vendicando ſuum vſumfructum, atque agendo ſimul ad intereſſe, ſi quod ei nocumentum ſequutum eſt in ſuo vſufructu ex tali ædificio,vt habetur expreſsè.l.2. iuncto.§.vlt. legis antecedentis. ff.de noui oper.nunc.& l.vnica verſ.ipſi,autem domino.ff.de remiſſionib. Itaque aduerſus dominum prædij Cæſareum ius omnino denegat mero vſufructuario in eodem prædio beneficium nunciationis noui operis;ſolumque ei concedit agere confeſſoria actione aduerſus eum ad vendicãdum ſuum vſumfructum,& in conſequentiam ad impediendum,ne ædificet,& vt deſtruat,quod ædificatum eſt, quatenus vſuifructui præiudicat, atque vt ſoluat dãna ex eo ędificio ſubſequuta.Ita habetur.l.2.iuncto.§.vlt. legis antecedentis,& iunctis gloſſis ibi. ff. de noui oper.nunc.l.vnica verſ.ipſi autem domino.ff.de remiſſionib.l.ſi eo loco,iuncto.§.1.& l.loci corpus,§. in confeſſoria. ff.de ſeruit. vend. l.vti frui. §.in ijs, & l.fructuario.§.ſicut fructuario.ff.ſi vſusfruc.pet.

A Atque lege ſi eo loco,& cæteris poſt illam citatis,habetur,quemcunque,cui ſeruitus debetur, poſſe agere aduerſus ædificantem in præiudicium eius ſeruitutis,confeſſoria,vt ſeruitus vendicetur, & in conſequentiam, vt impediatur ædificium, & deſtruatur, quod ædificatum eſt contra ius talis ſeruitutis, & vt ſoluatur damnum ex eo ædificio ſubſequutum, quãtum æſtimabitur prohibitum ipſum eſſe ab vſu talis ſeruitutis. Et ſimiliter dominum prædij,qui prætendit,non competere ſeruitutem,aut ius ædificandi in ſuo prædio,poſſe agere negatoria actione, vt impediatur ædificium,quod in eo prædio fieri attẽtatur, & vt deſtruatur,quod ædificatum eſt,atque vt ſoluatur damnum ſubſequutum, quantum id damnum æſtimabitur. Eſt tamen obſeruandum,quando pro-
B prietarius ita ædificauit in præiudicium vſusfructus in eodem prædio, quòd extinctus eſt vſusfructus,vt quia eo ædificio mutata eſt ſubſtantia ac forma rei, in qua erat vſusfructus, vt ſi vſusfructus cõpetebat alteri in area, & proprietarius in ea ædificauit domum,tunc,cum vſusfructus eo ipſo,quòd in ea area ædificata eſt domus,ſit extinctus, non competere actionem, vt ædificium deſtruatur, ſed competere actionem de dolo ad æſtimationem damni, hoc eſt, valoris totius vſusfructus,quantum ęſtimabitur vſufructuarium non fuiſſe ita illo iniuſtè priuatum. Ita habetur.l.repeti.§.vlt. ff.quib. mod.vſufruct. amit. & l.ſi eo loco.ff.ſi ſeruit.vend. Eidem quoque vſufructuario competit aduerſus proprietarium, qui in præiudiciũ vſusfructus ædificauit, interdictũ quod
C vi aut clam, vt deſtruatur, quod compertum fuerit eſſe ædificatum in præiudicium vſusfructus, & ad intereſſe ob dãna ex eo ædificio vſufructuario ſubſequuta. Ita habetur.l.ſed & ff.quib.mod.vſusfruc. amit.& l.denique in princ.ff.quod vi aut clam. Vbi gloſſa ait, competere in hoc euẽtu vtile interdictum quod vi aut clam, non verò directum. Intellige tamen,competere hoc interdictũ, modo vi, aut clam, fuerit ædificatum, in ſenſu ſupra circa hoc interdictum explicato. Et competere idem interdictum vt ædificium deſtruatur, modo eo ædificio non ſit extinctus vſusfructus, quia ſcilicet mutata eo ſit ſubſtantia ac forma rei, in qua fuerat conceſſus: tunc enim ſolùm competit actio ad totum intereſſe eius vſusfructus, vt dictum eſt. Præter prædicta omnia
D competit vſufructuario aduerſus proprietarium actio legis Aquiliæ ad damnum ſubſequutum, vt habetur.l.denique in princ.ff.quod vi aut clam. l.item Mela. §.vlt. ad legem Aquiliam. Quando vicinus ædificat in prædio alio vicino in præiudicium vſusfructus,aut etiam in ipſomet prædio vſufructuario, tunc non conceditur vſufructuario nunciatio noui operis aduerſus illum nomine proprio; quia id ſolũ competit proprietario: conceditur tamen vſufructuario nunciare aduerſus illum procuratorio nomine,nempe nomine proprietarij tanquam procuratori illius. Ita habetur.l.prima,§.vlt.ff.de noui oper. nunc.& l.vnica.ff.de remiſſionibus. Eo enim ipſo, quòd alicui competit vſusfructus in re aliqua, cen-
E ſetur factus procurator quoad rem proprietarij,nec ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur curam eius rei habere, nomine ac loco proprietarij, aduerſus quemcunque præiudicium circa illam molientem, vt habetur. l. vltima in fine, iuncta. l.ſecunda, ſequenti. ff.vſufruct.quemadm. caue. affirmatque Antonius Gomez. l.46.tauri, numero 25. Nomine verò ſuo proprio poteſt talis vſufructuarius agere aduerſus eum vicinum confeſſoria ad vendicandum ſuum vſumfructum,& in conſequentiam ad impediendum id opus,atque vt deſtruatur, ſi ſit factum, quatenus vtrunque fuerit in præiudicium vſusfructus, atque etiã poterit agere ad intereſſe,eo modo quo hæc tria aduerſus proprietarium explicata ſunt. Ita habetur

l.1.

l.1.§.vlt.ff.de noui oper.nūc.& l.vnica.ff.de remiſ (A) ſionibus. Poterit quoq; agere interdicto quod vi aut clā,& actione l. Aquiliæ eo modo, quo aduerſus proprietarium vtrunq; eſt etiam explicatum,vt hab. le. deniq; in pri.ff.quod vi aut clā,& .l. itē Mela. §.vlt. ff.ad legē Aquiliam.lex.4.tit.32.part.3.diſponit, vſufructuarium nunciare poſſe nouū opus extraneo ædificāti in præiudicium vſuſtructus. Et Ant. Gom. n.25.cita.intelligit eam legem, ēt nomine proprio, aitq;exponi non poſſe nomine tantum proprietarij, ſed ſuo ēt proprio,ſicque ait affirmandū eſſe in hoc regno propter eam legem id ita diſponentem. Confirmare verò id poſſumus: quoniam eadem lex idē dicit de vaſallo & emphyteuta comparatione prædij,in quo habēt vtile dominiū:hos aūt conſtat,etiā nomine proprio,nunciare poſſe opus nouum aduer (B) ſus ædificantem in præiudicium dominij vtilis ipſorum, vt ſuprà oſtenſum eſt. Greg.tamen Lop.eadē l.4.eam,quoad vſufructuarium,exponit,quòd iuxta ius commune id intelligatur, non nomine proprio, ſed nomine proprietarii: eam verò legem ita fuiſſe loquutam,quoniam eo ipſo ꝙ aliquis eſt vſufructuarius prædii alicuius,conſtituitur procurator circa eā rem proprietarii, vt id efficere poſſit proprietarii loco ac nomine. Anxiè autem laborant doctores ad reddendam rationem, cur vſufructuarius nunciare non poſſit nomine proprio: cum tamen, qui habet ſeruitutem realem,nunciare poſſit aduerſus ædificātem contra ius eius ſeruitutis, & cum creditor, cui res tradita ſit in pignus,aut ſubiecta ſit hypothecæ, poſſit nunciare aduerſus ædificantem in illa, vel in (C) illius præiudicium,vt videbimus. Prætermiſſa verò ratione Ant. Gom.nu.25.citato cum Bart. & aliis, quos citat,ratio humana, poſitiuave, eius ſanctionis videtur eſſe, quoniam vſufructuarius in re, ratione cuius nunciat, ſolum habet vſumfructum,exiſtente in alio proprietate & dominio ſimpliciter illius, ac proinde æquitas poſtulabat, vt nunciatio ſolum ei concederetur nomine ac loco proprietarii; reliqui verò,qui nunciare poſſunt nomine proprio,habent in re,ratione cuius nunciant, vel dominium, ſaltem vtile ſimpliciter, (vt comprehendamus vaſallum & emphyteutam quencunque, etiam eum, qui eſt ſolum ad decennium,aut vltra) vel habent ius in tota re in particulari, vt diſtrahi & alienari poſſit in ipſorum commodum, vt habent creditores, qui il- (D) lam in pignus habent, aut ſubiectam particulari hypothecæ.

26 Antonius Gom.vbi ſuprà.nu.23.ait,interdictum nunciationis noui operis competere ei, qui habet quaſi dominium rei, in qua ædificatur, aut in cuius præiudicium ædificatur,hoc eſt,ei qui poſſidet eam rem cum bona fide & titulo, licet verè non ſit ſua, cui Publiciana actio competit circa eā rē: idque probat argumento.l.eum qui.§.1.verſ.publiciana,&.l. quæcunque.ff. de publiciana. Itemque affirmat idē interdictum competere ei, qui habet ſolam nudam poſſeſſionem eius rei,argumento. l. vim facit. ff. de vi & vi armat. Eſt autem id indubitatum ex ſupradictis:quoniam competit ei,qui prætendit rem ad ſe (E) attinere,eique ædificium præiudicium afferre, ſiue vtrumque ita in re ſit,ſiue non.

Creditori, cui pignori, aut hypothecæ, eſt ſubiectum prædium,ſi aliquid in eo ædificare intentetur, aut in vicino contra ſeruitutem illi debitam, aut aliter in præiudicium eius prædii, competit, ſicut domino prædii,eo modo pignori, aut hypothecæ ſubiecti, nunciare nouum opus,& confeſſoria ad vendicandam ſeruitutem tali prædio debitam, ita ad vtrūque competit vtilis actio, nempe vt nunciet nouum opus, & vt agat confeſſoria ad ſeruitutem ei prædio debitam vendicandam. Ita habetur. l.creditori.ff.de noui oper.nunc.l.vnica in fin.ff.de remiſ. & l.ei qui. ff.de ſeruit. ac conſentit communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. in fin.nu.23.citati ſequitur.

27 Inquilinus, & colonus,qui prædium habent cōductum,nunciare non poſſunt nouum opus, neque intentanti ædificare in eo,neque vicino, qui in præiudicium illius,aut ſeruitutis illi debitæ,ædificat. Ratio autem eſt,quoniam non habet ius in re eius prædii, ratione cuius eſſet nunciandum: Ita habetur. l. 3.§.ſi ego. ff.de noui ope.nunc. Vnde gloſſa ibi ver. inquilinus,colligit,nullum, cui ſolum competit perſonalis actio,quique non habet ius in re comparatione prædii,ratione cuius velit nunciare,poſſe nunciare nouum opus,& conſentit gloſſa.l. 1.§. penult.ff. eod.titu. Atque inde Anto.Gom.vbi ſuprà in calce. n.27.colligit,neque emptorem,neque donatarium, neque quencunque alium ſimilem,qui ſolum habeāt ius ad rem ipſis venditam, donatam, aut alio titulo debitam, necdumque ipſis traditam, competere nūciare nouum opus ratione illius. Merito verò eodē. nu.27.cum Bart.& aliis,quos citat,ait Ant. Gom.ſi inquilino,aut colono, locator ſubieciſſet hypothecæ,vel id prædium ipſis conductum, vel omnia ſua bona,in ſecuritatem eius contractus,tunc poſſe talē inquilinum,aut colonum,nunciare nouum opus ratione talis prædii,iuxta ea,quæ ex.l.creditori. §.pręcedente dicta ſunt. Et idem eſt de emptore,donatario,aut alio ſimili, cui vel ea ipſa res eſſet ſubiecta hypothecæ in ſeruitutem eius cōtractus,vel cui ſubiecta eſſent hypothecę omnia bona eius,cuius ea res adhuc eſſet,idque propter eandem rationem. Eodē nu.27. Ant. Gom.rectè affirmat,quamuis colono & inquilino non competat nūciare opus nouum ratione prædii,quod habent conductum,ſi tamen videāt aliquid ædificari in illius præiudicium,teneri admonere locatorem eius prædij ea de re, alioquin ipſos teneri ei ad intereſſe,ad damnumve ſequutum, iuxta.l. videamus.§.item proſpicere. ff.locati,qui ita habet. *Item proſpicere debet conductor, ne in aliquo, vel ius rei, vel corpus deterius fiat, vel fieri patiatur.* Conſentit.l.item quæritur.§.exercitu.ff.eod.tit. dictūq; Diſp.494.à nobis eſt cum eodē Ant. Gom. 2. tom. var.reſ.c.3.nu.20.& cum alijs,quos citat. Numero item 27.citato addit idē Ant.Gom. cum Paulo Caſtrenſi,Romano & Cumano, in abſentia locatoris poſſe conductorem & inquilinum nunciare nouum opus nomine locatoris,in quo nullum poteſt eſſe dubium,præſertim ſi de rato caueat, hoc eſt, quòd locator ratam habebit eam nunciationem nomine ipſius factam,iuxta ea quæ ſtatim dicenda ſunt. Locatori autem & inquilino competit interdictū quod vi aut clam,vt cōſtat.l.ſi is qui in puteum.§.ſi poſtquā. verſ.ſi tamen precario.ff.quod vi aut clam.

28 Pupillus ad ſuum priuatum commodum nunciare validè poteſt,etiam ſine autoritate tutoris, quando non eſt in poſſeſſione rei,ob quam nunciat:quia id in ſuum commodum cædere poteſt, & in nullum ſuum detrimētum: ſi autem ſit in poſſeſſione rei,ob quam nunciat,validè etiam nūciat per iudicem, aut iactu lapilli: quia id ſimiliter cedere poteſt in ſuum commodum,& in nullum ipſius detrimentum: valent autem,quæ agit minor in ſuum commodum ſine tutoris autoritate,vt Diſp. 224.copioſè comprobatum eſt: ſolis autem verbis nunciare non poteſt tūc validè ſine tutoris autoritate:quia eo ipſo amitteret poſſeſſionem,ac proinde talis nunciatio cederet in ipſius detrimentum. Ita habetur. l. de pupillo in prin.iuncta gloſſa ibi,eoque modo eſt intelligendus textus ille.ff.de noui oper.nunc.& cum communi doctorum ſententia tradit Ant.Gom.vbi ſuprà, n.26.Qui inde colligit, vxorem ſine mariti autoritate & conſenſu validè nunciare ob res ſuas, in euentibus,in quibus dictum eſt,pupillum validè ob ſuas

nunciare

nunciare ſine tutoris autoritate: ſecus autem in euentu, in quo pupillus validè non nunciat ſine tutoris autoritate: quia ſimiliter ualida ſunt, quæ vxor in ſuum commodum adminiſtrat ac facit ſine mariti autoritate: ſecus autem, quæ in ſuum præiudicium cederent.

29 Nunciare poſſunt nouum opus filius, mancipium mercenarius, negotiorum geſtor, qui negotijs eius, cuius nomine nunciatur, ſit expoſitus, & maior domo appellatur, procurator, & amicus; non tamen poſſunt hi nũciare nomine proprio, ſed alieno eius, qui autoritate ſua propria poſſet nunciare; validaque eſt horum nunciatio, modò tamen caueant de rato, hoc eſt, eum, cuius nomine nunciant, ratam eã nunciationem habiturum. Ita habetur. l. 1. §. nunciatio. 1. verſ. item nũciationem. l. de pupillo. §. qui procuratorio, ff. de noui oper. nunc. & l. 1. tit. 32. par. 3. affirmatque vniuerſim Anton. Gom. vbi ſupra nume. 27. & quidem quod ad procuratorem attinet, ſi is ad id particulare habeat mandatum ab eo, cuius nomine nunciat, neceſſe non eſt illum de rato cauere: quoniam eo ipſo conſtat, ratum id habere illum, cuius nomine nunciat. Quando verò ſolùm eſt procurator vniuerſalis, ſine mandato ad id in particulari, tunc neceſſarium eſt, eum cauere de rato, modo tamen exigatur, vt ait gloſſa. §. qui procuratorio citato, verb. ſatiſdabit. Quòd ſi non cauerit de rato, nunciatio eſt nulla, ipſoque iure cenſetur eo ipſo remiſſa, vt habetur. §. qui procuratorio citato. Quod ad reliquos attinet, lex 1. citata ſatis apertè affirmat, validam eſſe eorum nunciationem, modo ſatiſdent de rato, eſto nullum ad id habeant mandatum ab eo, cuius nomine nunciant, & idem affirmat Anto. Gom. vbi ſupra. Poſſumus etiam id confirmare, quia eo ipſo, quòd haberent mandatum, eſſent procuratores ad id eius, cuius nomine nunciant, & præterea ſatiſdare non tenerentur de rato, quia ſuperflua eſſet ea ſatiſdatio, cum ex eo mandato conſtaret, eum, cuius nomine nunciant, id velle, ratumque id habere. Grego. Lopex. l. 1. citata. verb. *deuen dar recaudo*, ait gloſſam, & Barto. §. nunciatio citato affirmare, hos non poſſe validè nunciare ſine mandato, etiam ſi de rato caueant, eamque eſſe communem opinionem ſtando in iure communi. Gloſſa tamen illa non id tanquam indubitatum affirmat, ſed ſolum, cum præmiſiſſet, procuratorem, etiam ſine mandato, poſſe nunciare, modo de rato caueat, addit. *Vel dic, cum mandato* (quaſi ſcilicet procurator, etiam ſi de rato caueat, non poſſit ualidè nunciare, niſi habeat mandatum ad id in particulari) *vnde negotiorum geſtor non nunciat, cum hoc edictum habeat inſtar actionis*. Hæc gloſſa illa. Quæ ſanè non præfert poſteriorem expoſitionem priori: exiſtimoque poſteriorem eſſe falſam. Duo obſerua. Primum eſt. Vt quis cenſeatur vi ædificaſſe, teneaturque proinde interdicto quod vi aut clam, ſatis eſſe, ſi prohibeatur per procuratorem eius, in cuius præiudicium ædificat, vel per aliũ ad eum attinentem, vt per filium, ſeruum, aut mercenarium illius, eſto neque de rato caueant, neque ad id habeant mandatum. Atque hoc eſt, quod habetur. l. prohibere in prin. ff. quod ui aut clam. Reddit verò rationem ibi Vlpianus, quoniam, ſi clam ædificaſſet, competeret actio ex eo interdicto: multo verò magis competere debet, ſi prohibitus ab aliquo illorum, etiam à mancipio, ædificet: cum non ex prohibitione illius actio reſultet, ſed ex actu ædificantis contra illam prohibitionem, præcedenteve ea prohibitione. Secundum verò eſt, quando. l. de pupillo in prin. verſ. ſeruo autem, dicitur. *Ipſe* (ſcilicet ſeruus) *nunciare non poteſt, neque nunciatio vllum effectum habet*, intelligendum id eſſe, ſi nũciet nomine proprio: ſecus verò ſi alieno, nomine ſcilicet domini ſui, nunciet, vt gloſſa ibi exponit.

A Hoc loco obiter eſt exponenda ſubobſcura lex cum procurator. ff. de noui oper. nunc. Vbi abſque vlla violentia illius cõtextus, hoc docere uidetur Iulianus, cuius eſt ea lex. *Si procurator* (de quo nõ conſtabat habere ad id mandatum) nunciauit opus nouum, præſtita ſatiſdatione de rato, (quòd ſcilicet ſolueret ei, cui nunciatio eſſet facta, quantum ſua intererat, non eſſe impeditum opus ea nunciatione, ſi dominus, cuius nomine eſſet facta, eam ratam non haberet) & cum pacto, quòd intra certum tempus non ædificaretur, & quòd conſuleretur dominus, num remittere vellet nunciationem, tunc, ſi dominus intra id tempus nũciet, committitur ſtipulatio, vt teneatur procurator ad intereſſe, quaſi dominus ratam non habuerit nũciationem: cauerat enim pro- B curator, ſe ſoluturum intereſſe ſub conditione, ſi dominus ratam non haberet nunciationem: purificata verò ſeu impleta conditione, ſub qua promiſerat adhibita ſtipulatione, quia videlicet dominus ratam non habuit nunciationem, dicitur committi ſtipulatio, quia obligat impleta conditione, ſub qua fuit facta. Si uerò elapſo eo tẽpore dominus nunciet, tunc non committitur ſtipulatio, quia cenſetur dominus ratam habuiſſe nunciationem nomine ipſius à ſuo procuratore factam, ſolamque interpoſitam pro tempore illo præterito, dependenterque à domini voluntate, num remittere vellet eam nũciationem, an non, ſed vlterius in ea progredi, nunciãdo in tempus etiam futurum opus nouum.

30 Quando locus ratione cuius nunciatur, eſt com- C munis duorum, ſi vicinus aliquid in eo ædificet, aut in vicino prædio, in præiudicium loci illius communis, tunc vnuſquiſque eorum, quibus communis eſt locus ille, nunciare poteſt nouum opus vicino illi ſeu extraneo. Ita habetur. l. 3. in prin. verſ. ſi in loco. ff. de noui oper. nunc. Obſerua tamen, non ſatis eſſe, ſi vnus eorum tunc nunciet opus nouum, vt comparatione etiam non nunciantis, vim habeat ea nunciatio, vt habetur. l. de pupillo. § ſi plurium, verſ. ſi plurium dominorum. ff. eod. titu. Intellige, niſi nomine omnium ſit facta nunciatio, atque tunc neceſſarium erit nuncianti cauere de rato comparatione cæterorum, ſi id poſtulet is, cui fit, niſi ſpeciale mandatum dediſſent cæteri, vt ipſorum etiam nomine nunciatio fieret.

31 D Quando vnus eorum, quibus communis eſt locus, ſeu prædium, aliquid in eo ędificat, aut deſtruit, non competit alteri aduerſus eum nunciare opus nouum, ſed agere poteſt aduerſus eum communi diuidendo, aut iudicis officio; quod eſt in eo euentu remedium ordinarium, ad id ex profeſſo inſtitutum; vbi verò ordinarium remedium, ad id ex profeſſo inſtitutum, habet locum, ceſſat, neque habet locum extraordinarium, quale eſt nunciationis noui operis. Ita habetur. l. 3. in princ. verſ. plane. ff. de noui ope. nunc. Porrò iudicio communi diuidundo, aut officio iudicis, quãdo vnus dominorum prædij multis communis, aliquid in eo ædificat, aut deſtruit, ſine alterius conſenſu, impediri in primis poteſt, ne E id ædificet, potiorque eſt conditio impedientis, quã ædificare aggredientis, atque adeò præualet, quouſque alius oſtendat, ſe ad id ius habere. Ita habetur. l. Sabinus. ff. communi diuid. l. pariete, & l. in rem, ff. de ſeruit. vrb. præd. Quòd ſi quid ædificet ſine expreſſo conſenſu alterius, ſiquidem in præſentia illius id ædificauit, aut ita ut impedire id potuerit, nec impediuit, cogitur, iudicio communi diuidundo, ſoluere damnum, non uerò deſtruere, quòd ędificauit: ſi verò in abſentia illius id ædificauit, ita vt impedire illud non potuerit, (& longè maiori cum ratione, ſi illo contradicente id ædificauit) cogitur non ſolum ſoluere damnum, ſed & deſtruere, quod ædificauit. Quando verò de conſenſu ſocij id ędifica-

ficauit, neque deſtruere id cogitur, neque ſoluere damnum. Ita habetur. l. Sabinus, & l. in re citatis. In nullo verò horum euentuum, locum habet nunciatio noui operis. Idem cum Labeone affirmat Vlpianus. l. 3. citata in prin. verſ. quòd ſi ſocius, quādo duo habent domum communem, & unus eorum habet aliam vicinam ſibi propriam, atque alter in domo communi ædificat, quod ſimul cedit in præiudicium domus illius vicinæ: quia enim dominus vicinæ domus impedire poteſt iudicio communi diuidundo, aut iudicis officio, ædificare id in domo vtrique communi, non conceditur ei nunciatio noui operis, etiam quatenus id cedit in præiudicium alterius domus, quæ non ędificanti eſt propria: idq; propter illam rationem; quia cum locum habeat remedium aliud ordinarium, ceſſat extraordinarium nunciationis noui operis, cum pœna, vt, etiam quod in re iure eſt ædificatum poſt nunciationem, deſtruatur. In euentibus autem toto hoc §. explicatis, licèt non competat nunciatio noui operis, competit tamē interdictum quod ui aut clam, vt patet. l. denique. §. ſi ex ſocijs. ff. quod vi aut clam. Quando, quod in cōmuni prædio vnus ſociorum aggreditur ædificare, vtrique eſt omnino expediens ac neceſſarium, vel aliqua alia ratione, qui id efficere aggreditur, ius peculiare ad id habet, tunc, ſi alter reſiſtat, ædificareq; id impediat, iudicio communi diuidundo, aut interdicto uti poſſidetis, cogitur deſiſtere ab eo opere impediendo. Ita habetur. l. ſi ædes. ff. commu. diuid. & concinit. l. in re citata.

32 Qui nouum opus nunciat, iurare tenetur coram iudice de calumnia, hoc eſt, quòd iure, quantum ipſe arbitratur, & non malicioſè, animo iniuſtè impediēdi opus, nunciet: tenetur verò id ita iurare, ſi nunciatus id petat: quòd ſi iurare non velit, remittitur nunciatio, & pro non facta habetur. Ita habetur. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui oper. nunc. & l. 9. tit. 32. par. 3. Atque hoc idem ſimiliter intellige de eo, qui opus nouum nunciat circa rem aliquam publicam.

33 Quando in loco publico ædificatur, (idem intellige, ſi in præiudicium illius ædificetur) omnes ciues, ſiue qui de eo populo ſunt, nūciare poſſunt opus nouum, in bonum publicum. Ita habetur. l. 3. §. vlt. & l. 4. ff. de noui oper. nunc. ac. l. 3. titu. 32. par. 3. Verba. §. vlt. & l. 4. hæc ſunt: *Si in publico aliquid fiat, omnes ciues opus nouum nunciare poſſunt. Nam reipublicæ intereſt quàm plurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere.* Quòd ſi multi nuncient idem tale opus nouum, cum nęc cauſa publica popularisve ſit, vt ex ſe, & ex l. 2. §. hoc interdictum perpetuum. ff. ne quid in loco publico, conſtat, iudex colligit ex eis idoniorem, qui illam proſequatur, vt no. gloſſ. §. vlt. citato, & habetur. l. 1. ff. de popu arib. act. Pupillus tamen non admittitur ad nunciandum in eo euētu, niſi ſimul ſua intereſſet, ibi non ædificari, vt habetur. l. de pupillo in princ. ff. de nou. oper. nunc. l. mulieri. ff. de popul. act. & l. 3. ti. 32. par. 3. Atque idem eſt de muliere, vt eadem l. mulieri, & l. 3. ti. 32. citato habetur, affirmatque glo. citata. Infamis præterea non admittitur ad nunciandum in eo euentu: quia vniuerſim non admittitur ad popularem actionem. Ita habetur. l. popularis. ff. de popul. act. & affirmat Anton. Gom. l. 46. tauri, num. 30. Vtrum autem forenſes nunciare poſſint de opere nouo facto in loco publico, Bart. & alij, quos referunt ac ſequuntur Ant. Gom. nu. 30. citato, & annotatio in margine l. 3. §. vlt. ff. de noui ope. nunc. negant, niſi opus fieret in via publica, quæ omnibus, etiam forenſibus eſt communis, nulluſque per illam tranſire prohiberi poteſt, argumento. l. per agrum. C. de ſeruit. & l. 1. ff. de via publica. Concinunt. l. 3. §. vlt. citato, & l. 3. titu. 32. citato, quæ de ciuibus, ſeu oppidanis, loquutæ ſunt, neque exteros comprehenderunt. Non

A tamen refragatur, quòd circa viam publicam exteri poſſint nūciare opus nouū, vt Barto. & alij affirmant, eſto Greg. Lopez. l. 3. citata gloſſa 2. refragari eā legē. 3. autumet. Quod dictum eſt, quemlibet de populo nunciare poſſe nouum opus factum in loco publico, intelligendum eſt de loco publico, qui inſeruit ad vſum publicum, non verò de loco fiſci, aut ꝓprio oppidi, nec deputato vſui publico, oppidanorū: tunc enim ſolus is poteſt nūciare, qui à principe, aut ab ea communitate, ad id eſt deputatus, mandatumve habet, vt probat. l. 2. §. hoc interdictum ad ea loca ff. ne quid in loco publico, iuncta. l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuer. & cum Bart. & communi doctorum ſententia, affirmat. Ant. Gom. n. 30. citato.

Suprà explicando, nunciationem debere fieri in loco, in quo opus fit, potius quam extra eum locum, 34
B perſonæ, qui opus fieri præcipit, explicauimus magna ex parte, quibus fieri poſſit nunciatio: tunc verò addenda ſunt ſequentia. Primum eſt, non ſolum poſſe fieri nunciationem vicino proximo, quem contendimus ædificare contra ius noſtri prædij, ſed etiā remoto: quoniam poteſt eſſe ſeruitus comparatione noſtri prædij in remoto prædio, ne, verbi gratia, altius tollatur, non exiſtente tali ſeruitute intermedijs prædijs. Ita habetur. l. non ſolum in prin. ff. de noui oper. nunc. & diſputatione præcedente eſt dictum. Secundum eſt, quando opus fit in loco multis communi, ſatis eſſe vni eorum nunciari in loco vbi fit, vt ſi quid deinceps, ante remiſſionem nunciationis, ſit factum, deſtruatur. Cæterum, ſi id ab vno eorum ſit C factum, alijs ignorantibus nunciationem, minimeque conſentientibus, vt poſt nunciationem id fiat, tunc ſumptibus ſolum illius eſt demoliendum. Adde, teneri etiam ad ſumpus factos in eo opere continuādo, eſto ſocij ante nunciationē conſenſiſſent, vt nomine & ſumptibus omnium id fieret, vt ſuprà dictum eſt de opificibus, qui continuarunt opus poſt nunciationem ipſis in loco operis factam, ignorante eam nunciationem domino operis. Ita habetur. l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de noui oper. nunc. Conſentit, quod definitur. l. ædibus. ff. eod. titu. Ibi enim decernitur, ſi opus fiat in loco communi duorum, ſaltē quia illum poſſident tanquam communem vtriuſq;, eſto poſtea comperiatur fuiſſe vnius illorū tantum, vnique eorum opus nouum nuncietur, & poſt nun- D ciationem factam ædificetur, tunc, ſi vtroque conſentiente, id poſt nunciationem ſit factum, aut uno id poſt nunciationem faciente, & altero ratum id habēte, poſtquam ſciuit nunciationem eſſe factam, vtiq; expenſis vtriuſque eſt demoliendum. Quòd ſi vno eorum ignorante nunciationem, nec ratum poſtea id habente, ab altero ſit factum, tunc ſi ſolus, qui id fecit, tenetur ſoluere expenſas demolitionis, quin & expenſas factas in tali opere conficiendo: alter verò ſolū tenetur præſtare patientiā, vt demoliatur.

Nunc dicenda ſunt aliqua de remiſſione nunciationis noui operis. Et quidem, quacunque ratione ſit facta nunciatio, etiam ſi iudicis miniſterio facta ſit, ſi inter partes poſtea cōueniat, vt nihilominus opus E fiat, atque adeò, ſi pars, in cuius commodum facta eſt nunciatio, illam remittat, eſto ad id nulla iudicis autoritas interueniat, locum nō habet, vt opus, poſt eam remiſſionem factum, deſtruatur: quoniam, cùm in nunciantis commodum introductum ſit prętoriū interdictum, vt ſi quid poſt nunciationem, & ante remiſſionem illius, ſit ædificatum, id deſtruatur, eo ipſo, quòd de conſenſu partis, quæ nunciauit, ædificatum eſt, ceſſat id, quod in pœnam eo edicto meritò fuit ſancitum: eaque ratione, ſi pars, quæ ita remiſit nunciationem, agere poſtea ex interdicto prætoris velit, vt deſtruatur, quod poſt nunciationem ædificatum eſt, cōpetit aduerſus ipſum exceptio, quòd de ipſius conſenſu ac beneplacito ædificatum id ſit.

Ita

Ita habetur.l.1.§.inde quęritur.ff.de no.oper.nunc. & l.3.§.ſed ſi.ff.quod ui aut clam, vnde & interdictum, quod vi, ceſſat, quando poſt nunciationem, ſeu prohibitionem, ne ædificetur, pars, quæ in ſuum commodum prohibuit, conceſſit, vt ædificaretur.

35 Eo autem ipſo, quòd aliquis conſtitutus eſt procurator alicuius cum particulari mandato, ut opus nouum nunciare poſſit, vtve in priuati alicuius commodum prohibere poſſit ædificare, ſi is remittat nũciationem, quodve erat ædificari prohibitum, ædificari permittat, locum non habet, vt deſtruatur interdicto noui operis nunciationis, aut interdicto, quod vi aut clam, quin potius ſi deſtrui poſtea intentetur, quia contra nunciationem aut prohibitionem factam, ſit ædificatum, competit exceptio, quòd ex talis procuratoris permiſſione ſit ædificatum, vt habetur l.3.§.ſed ſi, verſic. non tantum. ff.quod vi aut clam. idemque ibidem ſubiungitur eſſe de tutore, & curatore, qui eo ipſo cenſentur procuratores ad nunciandum & prohibendum ędificare in commodum minorum, ipſorum curæ commiſſorum: tametſi gloſſa ibidem ſubiungat, minori competere poſtea reſtitutionem in integrum, ſi ſe læſum ex tali permiſſione ac ædificio inueniat: quod tamen ſolùm reputo uerum ad effectum, vt deſtruatur, quod non iuſtè ex natura rei fuerit ædificatum in minoris damnũ: non uerò ut, quod iuſtè ex natura rei fuerit ædificatum, deſtruatur in pœnam, tanquam factum contra nunciationem, aut prohibitionem: neque enim in eo vlla cernitur læſio talis minoris. Eadem l.3.§ planè, iuncto. §.ſed etſi à principe, ſubiungitur ex eo, quòd aliquis curator ſit conſtitutus publicarum rerum, aut quòd præſes ſit reipublicæ, poſſitque proinde prohibere, ne aliquid in loco publico ædificetur, non cenſeri illi conceſſum, vt permittere poſſit in eiſdem publicis rebus ædificari, niſi conſuetudine, aut à principe, vel alia legitima ratione, comperiatur ei conceſſum, ac proinde ex tali eorum permiſſione non oriri exceptionem, quòd permiſſu eorum ædificatum ſit, vt non deſtruatur, quod contra nunciationem, prohibitionemve, compertum fuerit ædificatum, demolirique ea de cauſa intentatur. Illud verò eſt obſeruandum, quando priuatus aliquis in ſuum proprium commodum nunciauit alteri, ne aliquid ædificaret in priuato aliquo loco, tunc, ſi procurator ita nunciantis, qui ad nunciandum, & remittendum nunciationem non habebat ab eo particulare mandatum, remittat talem nunciationem, ædificareque, quod erat inhibitum, permittat, inualidam eſſe talem remiſſionem in damnum nunciantis ſine ipſius mandato factam, niſi nuncians ratam illam poſtea habeat, ac proinde tunc demoliendum eſſe, quod poſt eam nunciationem ex tali permiſſione fuerit ædificatum. Ita habetur l.cum procurator. §.vlt.ff.de no.ope.nunc.

36 Quando per iudicem, ad petitionem alicuius, facta eſt alicui noui operis nunciatio, tunc, ſi iudex poſtea permittat, pronuncietve, poſſe ædificari, ſanè, quod iudicis permiſſu ædificatum poſtea fuerit, deſtrui non poteſt, quaſi contra interdictum prætoris ſit poſt nunciationem ædificatum: eo enim ipſo, quòd iudex ædificari permiſit, cenſetur remiſſa prior nunciatio. Ita habetur l.ſi opus.ff.de noui oper. nunc.

37 Quod attinet ad remiſſionem nunciationis noui operis, non quidem ex conſenſu partium, ſed legis autoritate ac diſpoſitione, nempe, quando is, cui nunciatum eſt, ſatiſdat, quòd deſtruet ſuis expenſis, quod ædificauerit, ſi compertum fuerit non eſſe iure ædificatum, aut offert eam ſatiſdationem, & per aduerſarium ſtat, qui non vult illam recipere, dicemus primò, quid de iure digeſtorum hac de re fuerit ſancitum, deinde verò ſecundò dicemus, A quid de iure Codicis fuerit poſtea innouatum, ac mutatum.

Ante omnia verò eſt obſeruandum, hoc eſſe diſcrimen inter eum, qui nunciat nouum opus, ſuum intereſſe priuatum intendendo, quia ſcilicet, ſiue opus fiat in loco priuato, ſiue in publico, contendit cedere in ſuum particulare detrimentum, nec iure fieri poſſe; & inter eum, qui nunciat nouum opus, publicum præciſè communitatis, reipublicæve, bonum intendendo. Quòd in priori euentu, vt remiſſa legis autoritate cenſeatur nunciatio, neceſſarium eſt, nunciatum ſatiſdare, hoc eſt, fideiuſſores idoneos adhibere, quòd ſi compertum fuerit ædificium non iure eſſe factum, illud deſtruet, & damna ſoluet, aut certè eam ſatiſdationem offerre, at- B que per aduerſarium ſtare, qui eam non admittat. In poſteriori verò euentu ſatis eſt promittere ſe deſtructurum opus, & ſoluturum damna, ſi compertum fuerit non iure eſſe factum, neque neceſſe eſt fideiuſſores adhibere. Ita habetur. l.non ſolùm.§. ſi cum, & §.quòd ſi. ff.de noui operis nunciatio. & l.prima.§.penult.ff.de prætor. ſtipulatio. Is tamen, qui in publico ſolo ædificare vult, non prius id ei permittitur, quàm ius, quod ad id habet ex principis priuilegio, aut aliunde, coram iudice oſtendat, vt habetur. l.prætor. §.adijcitur. verſ.neque enim. ff.de noui oper.nunc. Atque ad iudicem ſpectat, eum prohibere donec ius, quo id facit, oſtendat, vt habetur. l.2.§.ſi quis nemine.ff.ne quid in loco publ. Comparatione ergo priuati, qui nunciat nouum opus, ſatis C eſt, ſi promittat ſe demoliturum, ſi compertum fuerit, non iure eſſe factum: & idem eſt, ſi, oſtenſo iure coram iudice, quo ædificare poteſt, aliquis contra illud aliquid contendat ac apponat.

Is, cui nouum opus eſt nunciatum, ſi ſatiſdet, aut 38 promittat, (iuxta diſcrimen proximè traditum) ſi cõpertum poſtea fuerit, ſe indebitè ædificare, deſtructurum opus, ac ſoluturum damna, aut offerat cautionem, vel promiſſionem, quam nuncians recipere non velit, ita quòd per nunciatum non ſtet, quo minus cum effectu eam præſtet, ſed per nunciantem, qui non vult eam recipere, tũc cenſetur remiſſa nunciatio præterita, perindeque nunciatus continuare poteſt opus, ac ſi talis nunciatio facta non fuiſſet. Hoc verò remedium eam vtilitatem nũciato affert, D quòd neceſſe non habet adire iudicem, & expectare, vt de cauſa agnoſcat, & pronunciet, nunciatum debitè ædificare, eaque ſententia remittere nunciationem, integrum illi relinquendo, nihil illa impediente, ædificare. Hæc omnia habentur. l.de pupillo.§.ſi is cui.l.prætor.§.ſi quis paratus, & l.ſtipulatio in princ. & §.primo, ff.de noui oper. nunciatio. Atque in hoc poſtremo iure additur, hoc remedio conſultum eſſe, tam nuncianti, quàm nunciato; nuncianti quidem, quoniam cautum ſufficienter habet, quòd, ſi compertum fuerit non iure eſſe ædificatum, deſtruetur opus, indemniſque omnino ſeruabitur: nunciato verò, quoniam non impeditur proſequi ſuum opus; cum tamen contraria impe- E ditio, præter moleſtiam, eſſe poſſet coniuncta cum damno.

Formam cautionis, ſiue fideiuſſoriæ, ſiue ſolius 39 promiſſionis, prout fuerit res, circa quam nouum opus fuerit nunciatũ, ponit gloſ. l.ſtipulatio in prin. verb. nunciatione. ff.de noui ope. nun. collectam ex varijs iuribus, continentemque, quid ſtipulari debeat nuncians à nunciato, & quid nunciatus debeat ei promittere, ad quidve ſe debeat illi obligare. Ea verò talis eſt. Promittis te, hæredemque tuum poſt tuam mortem, demoliturũ, reſtituturumve tuis ſumptibus in priſtinum ſtatum, quod poſt nũciationem tibi factam ædificaueris, damnumque totum, quod inde fuerit ſubſequutum ſoluturum, ſi iudicatum fuerit

fuerit, non iure eſſe ædificatum, aut ſi per te ſteterit quominus iudicetur, quia vel ad defendendas partes tuas nó accedes per te, aut per alium, vel quia dolo feceris, ne pronuncietur ſententia, eam pronũciari impediendo. Aut ſi prædicta non feceris, vel ego id potius maluerim, promittis te ſoluturum, quantum ea æſtimabuntur? Reſpondetque nunciatus, promitto.

40 Quòd autem nuncians in hoc euentu ſtipulari debeat à nunciato, vt pro ſe, & pro ſuis hęredibus, poſt mortem ſuam, ad id ſe aſtringat, idque promittere debeat nunciatus, habetur expreſsè. l. non ſolum. §. vlt. ff. de noui oper. nunc. vt gloſ. la citata rectè ait. Verba enim vltima illius. §. hæc ſunt: *Idq́, ex eo apparet, quòd in ſtipulatione, quæ ex hac cauſa interponitur, etiam hæredis mentio fit*, eius ſcilicet, qui cauet, ſe demoliturum opus, ſi compertum poſtea fuerit, non iure eſſe ædificatum. Operæ pretium autem erit exponamus eum. §. atque cum. l. prætor. §. hoc interdictũ perpetuò. ff. eod. tit. eum conciliemus. Paulus iuriſconſultus in eo. §. vltimo ſic ait: *Morte eius qui nunciauit, extingitur nunciatio: ſicut alienatione*, (intellige prædij, ob quod nunciatur, quia ſcilicet in præiudicium eius prædij contenditur cedere ædificiũ, quod nunciatur, ne fiat) quia his modis finitur ius prohibendi. (ne ſcilicet fiat tale ædificium) *Quòd ſi is, cui opus nouum nunciatum erat, deceſſerit, vel ędes alienauerit*, (in quibus ſcilicet nunciatum erat, ne ædificaret, quia videlicet id erat in præiudicium tertij nunciantis) *non extinguitur operis noui nunciatio.* Et continuò Paulus ſubiungit illa verba, quorum occaſione referimus atque exponimus totum. §. Idque ex eo apparet, &c. eiſque verbis abſoluit totum eum. §. eamque legem. Cum verò interdictum nunciationis noui operis tres par. contineat, vt in principio huius diſputationis dictum comprobatumque eſt, primã videlicet prohibitoriam, qua nunciatur, ne fiat opus aliquod, nève continuetur, ſi erat cæptum, antequã nunciatio remittatur, ſaltem cautione præſtita, aut oblata, modis hactenus explicatis, de ſola ea prima parte eius interdicti ſermo eſt Paulo iuriſconſulto in eo. §. vlt. aitque: Si quis nunciauit opus nouum alteri, iſque ſe continuit, neque vlterius eſt facta progreſſio, tunc, ſi is, qui nunciauit, è vita diſceſſit, aut alienauit prædium, ob quod nunciauit, extingui nũciationem, nec tranſire in hæredem, aut in nouum alium quouis alio titulo eius prædij poſſeſſoré: quoniam nunciatio eſt perſonalis ex parte eius, qui nunciat, iuſque nunciandi, licet ratione alicuis prædij cõpetat, trãſeatque proinde ius ac facultas nunciandi ad quẽcunque poſſeſſorem eius prædij, expirat tamẽ in eo, cuius antea erat id prædium, ac proinde nunciatio ab eo facta vnà cum eo iure expirat in illo, vtpote perſonalis illius, interim dum illius erat id prædium, ratione cuius facta ab eo eſt ea nunciatio. Itaque Paulus iuriſconſultus non negat, nouum ſucceſſoré, ſiue titulo hæredis, ſiue quouis alio, in prædio, ratione cuius facta eſt nunciatio, ius habere nunciandi, ſicut habebat anteceſſor in illo qui nunciauit, poſſeque nunciare, ſi alius aggrediatur facere aut proſequi opus, quod anteceſſor nũciauerat, ne fieret: hoc quippe ius perpetuò competit domino, poſſeſſorive eius prædij, interim dum opus, quod in præiudiciũ talis prædij cedit, non eſt perfectum ac conſummatum, nulloque vnquam tempore aduerſus eum præſcribitur, quoad id, quod nondum eſt factum, ceditque adhuc in pręiudicium talis prædij, eaque ratione ſemper eſt integrum tali poſſeſſori id prohibere, nũciare ve ne fiat, vt rectè affirmat probatque Ant. Gom. l. 46. tauri. nu. 39. Tametſi ſermo hac de re nõ ſit. l. prætor. §. hoc interdictum perpetuò ff. de noui. oper. nunc. vt videbimus. Neque Ant. Go. in huius rei confirmationem debuiſſet eum textum eo loco

A citare. Quod verò Paulus intendit ac affirmat, eſt, nunciationẽ factam ab antiquo poſſeſsore eius prædij, morte illius, aut alienatione prædij, ratione cuius eam fecit, expiraſſe, quia perſonalis ipſius erat; atque adeò eum, cum illa facta fuerat, ſi poſtquam illa ita expirauit, continuet opus, quod fuerat ei nũciatum, ne efficeret, non incidere in pænam, vt teneatur illud demolire, etiamſi ex natura rei iuſtè illud effecerit: ſed, vt in eam pænam incidat, neceſſarium eſſe, vt antequam illud continuaret, nouus poſſeſſor eius prædij, ratione cuius nunciatio antiqua facta eſt, nouam aliam ei efficeret. E contrario verò ſubiungit ibi Paulus iuriſcõſultus, eſto is, cui nunciatio facta eſt, ne ædificet in aliquo ſuo prædio, è vita diſcedat, vel id prædium alienet, non extinguitur nun-
B ciatio, ſed tranſit ad hæredem, nonumve alium eius prædij alio titulo poſſeſſorem; ita quòd, ſi contra nũciationem anteceſſori factam ædificet, incidat in pænam interdicti, nempe, quòd id ſuis ſumptibus teneatur demolire, etiam ſi ex natura ipſa rei ſit iure ædificatum. Ratio autem eſt, quoniam nunciatio facta eſt rei, ne ſcilicet in ea id ædificetur: eaque ratione tranſit in quẽcunque illius poſſeſsorem. Intellige tamen, poſseſsorem ita ædificantem incidere in eã pænam, niſi excuſetur ignorãtia inuincibili talis nũciationis factæ, vt ſuprà dictum oſtenſumque eſt: ſi enim inuincibiliter nũciationem ignorabat, in pænã non poteſt incidere, quæ locum habere non poteſt, niſi vbi eſt culpa. Confirmat verò idem Paulus in fine eius. §. nunciationem non extingui morte eius,
C cui eſt facta, aut alienatione prædij, in quo prohibitum eſt ędificari: quoniam in ſtipulatione, quæ interponitur, quòd nunciatus deſtruet, quod ædificat, ſi compertum fuerit, ſe iure non ædificaſſe, vt nihil nũciatione impediente, continuare ædificium poſſit, mentio fit hæredis, aſtringente ſcilicet ad id nũciantem ſe, ſuumque hæredem poſt mortem ipſius. Hoc loco obſerua, quòd cum ea ſtipulatio nihil omnino pænæ contineat, quia nunciatus non ſe aſtringit ad demolitionem ſuis ſumptibus eius ædificij, & ad dãna ex eo ædificio nuncianti ſubſequuta, etiamſi iure ſit ædificatum, ſed ſolum ſi comperiatur non iure eſſe ædificatum; vtique, eſto in ſtipulatione non eſſet facta mentio hæredis, nó minus hæres teneretur ad ea omnia, quàm teneatur facta de eo expreſſa men-
D tione in ſtipulatione. Etenim nunciatus, vi contractus iuſti, tenetur ad ea omnia; quoniam non aliter ei permittitur poſt nunciationem continuare ædificium, neque æquitas patitur, vt continuare ædificiũ aliter ei permittatur, quam ſe ad ea omnia aſtringendo, ne, ſi aliter permitteretur, nuncians maneret ex eo ædificio in vero damno ex natura rei ipſi illato, à quo ſoluendo meritò ſe excuſaret nunciatus, dicens, bona fide, ex ignorantiaque inuincibili, quòd iniuſtè illud daret, ſe ędificaſſe, ac proinde ad illud, ſecluſo eo pacto, non teneri, quia neq; ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, ad illud teneretur: quando autem aliquis ex pacto iuſto, omninoque rationabiliter facto, ad aliquid tenetur, vtiq;
E obligatio illa ad hæredes tranſit, vt ex bonis defuncti illud, defuncti loco, ſoluant: neque, quando in ſtipulatione nunciatus ſe, ſuumque hæredem poſt mortem ſuam, expreſsè ad illa obligauit, aliter hæres tenetur ea ſoluere, quam ex defuncti bonis, ac iuxta vires hæreditatis: quo fit, vt hæres eodem modo teneatur ea ſoluere, ſiue nunciatus expreſsè de hęrede mentionem fecerit in ſtipulatione, ſuave promiſſione, qua ſe ad ea omnia damna reſarcienda, ſi comperitetur non iure ædificaſse, obligauit, ſiue nullam de illo in ea ſtipulatione ac promiſſione mentionem fecerit.

Nunc exponenda eſt. l. pretor. §. hoc interdictum perpetuò, oſtendendumque eſt, doctrinam, quam ibi

ibi Vlpianus tradit, nihil pugnare cum doctrina Pauli §. vlt. citato tradita, à nobiſque huculque explicata. Id quod vel ex eo eſt ſatis perſpicuum, quòd Paulus loquutus eſt de prima parte interdicti, quæ prohibitoria eſt, ſermoque illi eſt de nunciatione facta, ne ædificetur, & obiter in confirmationem ſecundæ partis doctrinæ, quam ibi tradiderat, mentionem fecit de ſtipulatione ac promiſſione, quæ interuenire ſolet, vt, nihil impediente nunciatione, fas ſit ædificare: Vlpianus verò loquitur de ſecunda parte eiuſdem interdicti, quæ eſt reſtitutoria, vt ex principio, totoque decurſu eius legis, vſque ad eum. §. conſtat. Nempe de eo interdicto quatenus præcipit, vt, quod ædificatum fuerit poſt nunciationem factam, & ante eam remiſſam, ſumptibus ædificantis deſtruatur, de actione ve, tam actiua, quam paſſiua, quæ ex eo interdicto competit. Ait verò, *hoc interdictum* actio ve, quæ ex eo interdicto competit, vt ædificantis ſumptibus demoliatur, quod poſt nunciationem, & ante illius remiſſionem, eſt ædificatum, *perpetuo datur*, id eſt, triginta annis à tempore, quo ita ædificatum eſt, vt ibi gloſſa exponit iuxta id, quod habetur inſt. de perpetuis actionibus. *Et hæredi cæteriſque ſucceſſoribus competit.* Id eſt, competit, non ſolum ei nuncianti, qui erat tempore, quo ædificatum eſt (ſi enim mortuus fuiſſet tempore, quo ædificatum eſt, aut iã tunc alienaſſet prædium, ratione cuius nunciauerat, expiraſſet vtique nunciatio ab eo facta, vt Paulus. §. vlt. paulo antea à nobis expoſito docuit, neque illi, heredibus, ſucceſſoribùſve alijs in eo prędio, actio ex ſecunda parte interdicti competeret, niſi illi, antequam eſſet ædificatum, nouam feciſſent nunciationem) ſed etiam cõpetit poſtea heredibus, alijſve ſucceſſoribus in eo prædio, qui fuerint intra eos triginta annos. *Aduerſus ipſum quoque, qui id opus fecit, uel factum* (nomine ipſius) *ratum habuit, interdicto* (hoc eſt, actioni ex illo) *locus erit. Planè ſi quæretur, an in hæredem eius, qui opus fecit, interdictum hoc* (hoc eſt, actio ex hoc interdicto, vt demoliatur, quod à defuncto fuit contra nunciationem ædificatum) *competat, ſciendum eſt Labeonem exiſtimaſſe in id, quod ad eum peruenit, duntaxat dari oportere: uel ſi quid dolo malo ipſius factum ſit quominus perueniret.* Quæ omnia meritò exponit gloſſa, dari quo ad hæc actionem aduerſus hæredem, ſolum vt patiatur id demoliri, nõ verò vt ſumptibus, etiam bonorum defuncti, demoliatur. Quo loco obſerua, ſermonem non eſſe de alijs ſucceſſoribus in eo prædio ante mortem defuncti, qui id opus fecit. Cum enim ibi ſit ſermo de demolitione in pœnã eius, quod ita ædificatum eſt, quã do ex natura rei ritè fuit ædificatum, pœnaque expirauerit morte defuncti, quando lis circa eam conteſtata non fuerat cum eo dum viueret, ſolum ex quadam æquitate fuit ſancitum, vt ſuccedens per vltimã voluntatem defuncto in eo prædio, pati teneretur id demoliri, non tamen ſumptibus ſuis, aut defuncti: quando autem lis circa eam pœnã conteſtata fuiſſet cum defuncto dũ adhuc viueret, tũc ſumptibus bonorum defuncti cogeretur hęres illud demolire, vt hæc omnia ſuprà §. nunciatio noui operis vt rẽ, &c. copioſè explanata ſunt. His ita explicatis circa priora verba formæ ſtipulationis propoſitæ regrediamur ad reliqua eiuſdem formæ explananda.

Quòd nunciatus aſtringere ſe debeat, demoliturum ſe, reſtituturùmve in priſtinum ſtatum ſuis ſumptibus, quod poſt nunciationem ædificauerit, ſi cõpertum fuerit, non iure eſſe ædificatum, ex dictis hactenus in antecedentibus conſtat, & habetur l. vnica in fine. C. de noui oper. nunc. & le. ſtipulatio. §. habet. ff. de noui oper. nunc. Quia verò hæc ſtipulatio, qua nunciatus ad hæc, & ad ſequentia, aſtringitur, eam habet conditionem, ſi compertum fuerit, non eſſe iure ædificatum, tunc ſanè demum com- A mittitur ea ſtipulatio, compelliue poteſt nunciatus ea implere, ad quæ tali ſtipulatione ſe aſtrinxit, quã do impleta fuerit conditio; quòd ſcilicet compertum ſit non iure ſe ædificaſſe: comperitur verò non iure ædificaſſe, quando, agente altero eorum confeſſoria, aut negatoria contraria, vel rei vendicatione, iudex vltima ſentẽtia definitiua pronunciat, non iure eſſe ædificatum: quare præcedere debet hoc prius iudicium antequam ex ſtipulatione illa agi poſſit, vt nunciatus ea adimpleat, ad quæ tali ſtipulatione ſe aſtrinxit. Atque hoc eſt, quod habetur §. habet citato.

Quòd verò nunciatus aſtringere ſe etiam debeat, ſoluturum ſe totum damnum, quod inde fuerit ſequutum, confirmat gloſſa citata ex leg. qui bona. §. ſi B quis opus. ff. de damn. infect. vbi habetur, eum, qui nouum opus nunciauit, poſſe etiam ſimul petere, caueri ſibi damno infecto: vnde damnum etiam, ſi quod id ædificium intulerit, tenetur ſoluere. Ibi tamen ſolum eſt ſermo de damno infecto, quod reſarciendum non eſſet, niſi cautio de illo eſſet petita, vt ex dictis Diſpu. 703. liquet. In re autem propoſita, non ſolum argumento eius textus, ſed etiam ex ipſamet rei natura conſtat, æquum non eſſe, vt nuntiatio de opere aliquo, tanquam quod iniuſtè, & cum præiudicio, iniuriaque alterius fiat, permittatur illud ante nunciationem remiſſam efficere, quin potius caueat, non ſolùm de illo ſuis ſumptibus reducendo ad priſtinum ſtatum, ſi comperiatur iniuſtè factum, ſed etiam, vt reſarciat quæcunque C damna, quæ ex continuatione eius operis nuncianti fuerint ſequuta, etiam ſi non ſint ex ruina eius ædificij; quod tamen ſolùm damnum eſt, de quo in titulo de damno in fecto eſt ſermo.

Quòd verò continere etiam debeat ſtipulatio, quòd ſi per nunciatum ſteterit, quominus pronuncietur ſententia, vel quia ad partes ſuas defendendas in priori illo iudicio explicato non acceſſerit, vel quia, ſi dolo impedierit, ne ſententia pronuncietur, teneatur ad ea omnia, habetur §. habet, citato, & §. ſiue autem, iuncta l. ſi prius. ff. eod. titu.

Denique, quòd ſtipulatio continere etiam debeat, vt ſoluat æſtimationem, ſi nuncians ita maluerit, habetur eadem l. ſtipulatio. §. ſiuę autem, & §. idem dicit, iuncta l. ex operis, & gloſ. vlt. ibi. ff. de D noui oper. nunc.

41 Eadem l. ſtipulatio §. opus, habetur, ad effectum, vt nunciatus cogi poſſit deſtruere ædificatum, ſi poſtea comperiatur non iure fuiſſe ædificatum, non ſatis eſſe, ſi nunciatus appoſuerit cæmentum aliquod, intellige, quando id cæmentum nullum detrimentum affert nuncianti: ſecus autem, ſi prudentis arbitrio detrimentum aliquod ei afferret.

42 Si pluribus ædificantibus nuncietur opus nouum, omnes cauere debent prædicto modo, interpoſita videlicet ſtipulatione explicata. Si verò plures opus nouum nuncient, debet omnibus prædicto ēt modo caueri, aut vni loco omnium, ſi in eo cæteri cõueniant, alioquin ſingulis caueri eo modo debet. E Atque ſtipulatio tunc concepta ſimpliciter ad intereſſe de intereſſe omnium intelligitur. Ita habetur l. ſtipulatio citata. §. vlt.

Quando alicui nunciatum eſt opus nouum, (ſiue in præſentia nunciati, intelligas, ſiue in abſentia opificibus, aut alicui alteri partes domini ædificij agentis) ſi quis nomine illius remiſſionẽ nunciationis petat, offerendo cautionem, quod ſi non iure cõpertũ fuerit eſſe ædificatum, deſtruatur ædificium, & damna ſoluentur, modo ſuprà explicato, tunc non debet cauere, quod ratum hoc habebit is, cuius eſt opus, & cuius nomine remiſſionẽ nunciationis petit, ſed quod ipſe ea omnia præſtabit, quando dominus ædificij, cuius nomine ipſe remiſſionem nunciatio-

nis petit, eam non præſtiterit. Ita habetur. l. de pupillo. §. qui remiſſionem. ff. de no. ope. nunc.

43 Quando aliquis nomine alterius, tanquam illius procurator, nouum opus alicui nunciauit, ſi ita nunciatus ſatiſdedit, & procurator ille vlterius progrediatur impedire continuatiónem ædificij, competit tunc nunciato aduerſus eum tertia pars interdicti, de qua ſtatim erit nobis ſermo, qua agit aduerſus eum, vt poſt ſatiſdationem datam, aut oblatam, neque acceptatam ab aduerſario, non impediat continuationem operis: in qua parte iudicij, procurator ille impediens, ſuſtinet partes rei, & nunciatus habere incipit partes actoris: tunc autem, ſi procurator deſiſtere omnino non velit, ſed velit iudicio contendere, non iure ædificare, cogitur ſatiſdare, non quidem, quòd ille, cuius partes agit, ratum id habebit, ſed quòd ipſe procurator iudicatum ſoluet: alioquin non ſolum à prohibitione continuationis ædificij ſe mouetur, ſed etiam ſemouetur à iudicio contendendi ac probandi, abſque iure nunciatum ædificare. Tutor tamen, aut curator, qui minorum nomine rectè opus nouum nunciant, non ita ſemouebuntur, aut cogētur ipſoſmet cauere, ſeu ex ſuo proprio marſupio, de bonisve proprijs, iudicatū ſoluturos. Hæc ſunt, quæ haberi videntur. l. de pupillo citata. §. vlt. & duabus legibus ſeq.

44 Tertia pars interdicti de noui operis nunciatione prohibitoria eſt, atque in hunc modum habet. Si, poſt nunciationem noui operis alicui factam, is ſufficienter, modo hactenus explicato, ſatiſdedit, ſe demoliturum ſuis ſumptibus ædificium, reſtituturumque damna, aut ſoluturum quantum hæc omnia æſtimabuntur, ſi comperiatur non iuſte eſſe ædificatū, aut poſt eiuſmodi ſatiſdationem oblatam, ſtante per nunciantem quòd accipiatur, nuncians prohibeat adhuc id opus fieri, aut continuari, tunc ei à prætore interdicitur ac cohibetur, ne fieri, aut continuari, prohibeat, vel impediat. Atque hoc ita ſancitum promiſumque eſt in fauorem ædificiorum, ſplendoremque vrbium: habetque locum, ſiue qui ita cauet, cautionemve offert, iure re ipſa proſequatur tale ędificium, ſiue non: id enim in præiudicium nunciantis non cedit, cum ſit ei ſufficienter cautum, aut per ipſum ſtet, quominus ſit ei ſufficienter cautum, ſi cautionem accipere non uelit. Hæc tamen tertia pars interdicti, locum non habet in eo, cui nunciatum ſit, ne in loco publico ædificet: eſto enim re promittat, ſe illud ſuis ſumptibus demoliturum, ac ſoluturum damna, aut intereſſe, prohiberi nihilominus adhuc impunè poteſt, ne efficiat, aut continuet, tale ædificium, niſi prius oſtendat, quo iure ibi ædificet. Item, ſi is, cui nunciatum fuit, ne ædificaret in loco priuato, ſatiſdedit ſufficienter, attamē vſque ad certum tempus, tunc quamuis intra id tempus impediri non poſſit, proſequi id ædificium, ſed locum habeat tertia interdicti pars, de qua agimus, elapſo tamen eo tempore, locum non habet, ſed impediri impunè poteſt continuare ædificium. Hoc verò intelligo de eo, qui ſatiſdedit, ſe demoliturum, quod intra certum tempus ædificaret, ſi poſtea comperiretur, non iure eſſe ædificatum, ita quòd limitatio temporis ſatiſdationis fuit quo ad id, quod intra id tempus ædificaret, non verò, quòd ſi id vltra id tempus comperiretur non iure ædificatum, non eſſet elapſo eo tempore demoliendum. Item, eſto eadem tertia pars interdicti competat nunciato aduerſus nunciātem, ne nunciatum impediat continuare ædificium eo ipſo, quòd nunciatus obtulit competentem ſatiſdationem, & per nunciantem ſtetit, qui noluit eam recipere; nihilominus, quocunque tempore nunciās velit eam recipere interim, dum continuatur ædificium, & nondum eſt abſolutum, ſi per nunciatum ſtet, qui illam tunc non det, poteſt nuncians eum A deinceps impunè prohibere, ne ædificium vlterius continuet, niſi prius ſatiſdet, aut aliter remiſſio nunciationis ei fiat, alioquin incidit in pœnam, vt quicquid deinceps ædificauerit, id ſumptibus nunciati demolitur, eſto iure ſit re ipſa ædificatum. Hæc tertia interdicti pars non competit perpetuò, ſed intra annum à puncto inquietationis poſt ſatiſdationem præſtitam, aut oblatam, nec receptam à nunciante, competitque intra eum annum vt agi ex ea parte aduerſus nunciatum poſſit, tam nunciato, quàm hæredibus illius. Hæc omnia habentur. l. prætor. §. deinde, & reliquis ſequētibus vſque ad finem eius legis. ff. de noui ope. nunc. Atque hæc quod attinet ad iura digeſtorum.

Poſtea verò de iure Codicis, l. vnica de noui ope- 45
B ris nunciatio. (alias l. vlt. C. de ædificijs priuatis) capit. penult. & apertius. cap. vlt. de noui oper. nunc. ac. l. 9. titu. 32. par. 3. quamuis nihil innouatum eſt, quando remiſſio nunciationis facta eſt per nunciantem, aut per iudicem, itemque quando cautio oblata eſt à nunciato, & recepta eſt à nunciante; quando tamen cautio offertur à nunciato, nec recipitur à nunciante, ſancitum eſt, vt, ſi nuncians dicat, ſe velle probare id ædificium non iure fieri, eſto nunciatus cautionem offerat, quam nuncians recipere non velit, nunciatus non poſſit progredi in ædificio, alioquin incurrat pœnam, vt, ſi quid poſt oblatam eam cautionem ædificauerit, teneatur illud ſuis ſumptibus demolire, eſto iure re ipſa ſit ædificatum, ac proinde non ſtatim cenſetur iam hodie per eam cautio- C nem oblatam remiſſa nunciatio, ſed conceduntur tres menſes nuncianti, computati, non quidem à puncto nunciationis, quantumcunque longè antea præceſſerit, ſed à puncto oblatæ cautionis per nunciatum, intra quos probare poſſit ædificium non iure fieri, finirique debeat lis. Quòd ſi lis intra eos tres menſes non ſit finita, vel quia lata nondum eſt ſententia, eſto nunciatus exceptiones aliquas oppoſuerit contra nunciantem, quibus retardata ſit, vel quia eſt lata contra nunciantem, ſed nuncians ab ea appellauit, tunc oblata cautione per nunciatum, cenſetur ei remiſſa nunciatio ad effectum, vt continuare ædificium poſſit ſub ea ſua cautione, ac obligatione, quòd ſi tandem fuerit per vltimam ſententiam pronunciatum, non iure eſſe ædificatum, illud D ſuis ſumptibus deſtruet, & ſoluet damna, &c. vt circa ſtipulationem eiuſmodi cautionis paulo antea explanatum eſt. Neque in re propoſita locum habet diſpoſitio illa iuris, quòd appellatione pendente nihil innouetur, ad effectum, vt nuunciatus, elapſis tribus menſibus à puncto, quo obtulit primam cautionem, nec nuncians voluit eam recipere, poſſit continuare ſuum opus, præſtita iterum eadem cautione, quando ſententia in prima inſtantia lata fuit pro nūciato, & ab ea nuncians appellauit; quoniam tunc nūciatus ædificat legis autoritate, quæ ſtatuit, vt quacunque ratione finita non ſit lis intra eos tres menſes, poſſit nunciatus ædificare pręſtita ea cautione, quare ſicut ſi in prima inſtantia lata non eſſet ſenten- E tia, intra eos tres mēſes poſſet, lite pendēte legis autoritate cōtinuare ędificiū illud, præſtita ea cautione, nihil impediēte, quòd nunciās ab ea appellauerit ſententia, ita longè maiori cum ratione, ſi lata in fauorē ipſius ſit ſentētia, poteſt eadem legis autoritate continuare ædificium pręſtita cautione, nihil impediente, quòd nuncians ab ea appellauerit ſentētia. Quando autem in prima inſtantia lata intra prędictos tres menſes eſſet ſententia aduerſus nunciatum, tunc nefas eſſet illi continuare ędificium, eſto cautionem offerret, ſed expectare deberet vlt. definitiuam ſententiā: Ait verò Ant. Gom. cum alijs, quos citat, ea ratione de iure Cod. cōceſſos fuiſſe illos tres menſes, intrà quos, eſto nunciatus offerret cautionem, non poſſet ædifi-

ædificare, ſi nuncians non vellet eam recipere, vt vtrique conſuleretur. Nunciato quidem, ne, ſi nullo tempore prius dato ad cauſæ diſcuſſionem, ſtatim oblata cautione poſſet ædificare, damnũ ſuſtineret demolitionis ædificij, ac ſolutionis damnorum inſuper ſubſequutorum, ſi poſtea comperiretur non iure fuiſſe ædificatum: nuncianti verò, quoniam non nihil iniuriæ illi videbatur fieri permittendo nunciato continuare ædificium in ipſius præiudicium, ſtatim ac offerret cautionem, nõ dato ſibi aliquo competenti tempore, in quo ius ſuum poſſet probare, & oſtendere, quale ac quantum eſſet, vt vel intra id tempus ferretur ſententia, vel certè cognito intra id tempus iure ipſius aliqua ex parte ex probationibus, nunciatus ſe contineret à cautione præſtanda, & à continuando ſub illa ædificio. Communis doctorum ſententia, quam Anton. Gome. refert ac ſequitur, affirmat, ſi nuncians, qui recipere non vult primam cautionem, quam ei nunciatus offert, non dicat ſe velle probare ſuum ius, ad idque ſe paratum oſtendat, audiendum non eſſe, ſed ſtatim cenſendam eſſe remiſſam nunciationem ad effectum, vt ſub ea cautione nunciatus poſſit ſtatim, non expectatis tribus illis menſibus, continuare ſuum ædificium: quia tunc credendum eſt, nunciantem ex ſola ſua malitia velle impedire ædificium, atque id ſatis innuitur, cap. vlt. de noui oper. nunc. eſtque ea opinio rationi ac æquitati valde conſentanea. Quando tamen nuncians ſe oſtenderet paratum ad probandum ſuum ius, ſaltem quia affirmat ſe velle illud probare, arbitror expectandos eſſe eos tres menſes, eſto nihil intra eos probet. Hæc iuxta iura citata, eaque iura ex parte exponendo, affirmant doctores, quos referũt ac ſequũtur Ant. Gom. l. 46. Tauri nu. 34. & Greg. Lopez. l. 9. citata, tametſi neuter eorum ea omnia affirmet. Vtrùm autem, ſi ſententia aduerſus nunciantem feratur, poſſit nunciatus agere aduerſus nunciantem, vt ſibi ea ſoluat damna, quæ verè ſit paſſus ex eo, quòd ea nunciatione ædificium ſit retardatum, ſitque nuncians ad ea ſoluenda condẽnandus. Ant. Gom. vbi ſuprà nu. 35. refert. Bart. cõmunemque doctorum ſententiam affirmanter reſpondere, agendumque eſſe ad ea damna actione de dolo, argumento. l. rem quandam. ff. de dolo. Placet tamen cum eodem Ant. Gom. & Rainero, quem citat, dicamus, id verum eſſe, quando coniecturæ apertæ fuerint, id dolo feciſſe, cauſa impediendi ædificiũ atque id ſolum probat lex citata: ſecus verò rem habere, quando nulla eſt doli præſumptio, ſed id feciſſe apparet cauſa expreriendi ius ſuum, de quo probabilitatem haberet. Quando apertè conſtaret, nunciantem nullum habere ius impediendi ædificium, vel quia cauſam apertè nullam afferret, vel quia aliunde apertè conſtaret, eum nullum habere ius, tũc, etiam poſt iura Codicis, contemnenda eſt nunciatio, atque permittendum eſt continuari ædificium, etiam nulla præſtita cautione, vt ſuprà cum Bart. Panor. Greg. Lopez, Ant. Gom. & communi doctorũ ſententia eſt dictum. Lege apud Ant. Gom. vbi ſuprà à nu. 36. longam hac de re diſputationem, vbi multa refert, vnde intelligi apertè poſſit, nunciatũ nullum habere ius ad impediendum ædificium, & vbi rectè ait, nunciatum petere coram iudice poſſe, vt cauſam proferat, cur nunciet, aut nunciauerit, & ob quam prætendat non iure ædificari: quòd ſi vel nullam proferre velit, vel proferat cauſam apertè nullam, tunc contemnendam eſſe nunciationem, permittendumque eſſe continuari ædificium, etiam nulla præſtita cautione. Addo, & condemnandum tunc eſſe ad expenſas litis, & ad damna omnia ex nunciatione, & ex impeditione operis, illucuſque ſequuta.

Poſtremò circa ſecundam partem interdicti de A noui operis nunciatione eſt obſeruandum. Quotieſcunque id interdictum competit, vt ſumptibus ædificantis demoliatur, quod ædificatum eſt, eo quòd poſt nunciationem noui operis, & ante illius remiſſionem aliquo ex modis hactenus explicatis ſit ædificatum, competere etiam interdictum quod vi aut clàm, vt ſimiliter demoliatur ſumptibus ędificantis, & vt ſoluat damna ſubſequuta: quoniam eo ipſo, ꝙ contra eam nunciationem, ſeu prohibitionem, nondum remiſſam, eſt factum, cenſetur factum vi, vt in principio huius diſputationis, dum de interdicto quod vi aut clàm erat nobis ſermo, explanatum comprobatumque à nobis eſt, ac proinde competit id interdictum quoad illam partem, quod vi. Quòd autẽ ſemper, quando competit ſecunda pars interdi- B cti noui operis nunciationis, competat etiam interdictum quod vi aut clàm, habetur expreſsè l. prætor. §. nulli. ff. de noui oper. nunc. & conſtat ex leg. 1. §. quid ſit vi, & ex. le. ſi alius. §. ait Iulianus. ff. quod vi aut clàm. verba. §. ait Iulianus, hęc ſunt. *Qui ante remiſſionem nunciationis contrà, quàm prohibitus fuerit, opus fecerit, duob. interdictis tenebitur. Vno, quod ex operis noui nũciatione: altero, quod vi aut clàm.* Idẽ conſtat ex alijs iuribus citãdis. Multo verò latius cõpetit interdictum quod vi aut clàm, vt ſumptibus ædificãtis deſtruatur, quod ædificatum eſt, & vt ſoluat damna ſubſequuta, quam competat ſecunda pars interdicti de noui operis nunciatione. In primis enim, ſi quis impedimẽto ſit, ne ipſi nouũ opus nũcietur, modis quibus ſuprà, dũ de interdicto quod vi aut clàm C erat nobis ſermo, explicatum eſt, cenſeri vi ædificaſſe, competit interdictum quod vi aut clàm: non verò ſecunda pars interdicti de noui operis nunciatione, eo quòd nulla talis præceſſerit nunciatio. Deinde ſuprà. §. atque in hoc, §. vtrum autem. §. dixi, eum etſi. §. inquilinus. §. quando vnus, traditi ſunt multi alij euentus, in quibus non habet locum interdictũ de noui operis nunciatione, cùm tamen in eiſdem euentibus locum habeat interdictum quod vi aut clàm, vt ibidem comprobatum eſt, & cum alijs affirmat Ant. Gom. l. 36. Tauri. n. 22. Obſerua autem interdictum quod vi aut clàm, non competere triginta annos à puncto operis facti poſt prohibitionem, ſicut competit interdictum de noui operis nunciatione, ſed ſolum per annum à puncto operis effecti, D vt habetur l. ſemper. §. hoc interdictum in hæredẽ. ff. quod vi aut clam, & affirmat Anto. Gom. vbi ſuprà nu. 20. & 21. Si quis autem alia actione conſequatur, quod intereſt opus non eſſe factum, agere non poteſt interdicto quod vi aut clam, vt habetur eadem l. ſemper. §. vlt. Atque hæc dicta ſint de tota hac moleſta materia.

DISPVT. 707.

De ædificijs, operibuſve, ac immiſſionibus, in loco ſacro, aut publico, & peculiariter in vijs publicis, & quæ illæ ſint. E

SVMMARIVM.

1 *Loca ſacra quæ. Muros etiam publicos comprehendunt. Quę prohibita ſint fieri aut ædificari in locis ſacris, aut in illis coniunctis. Et quo remedio ſubueniatur. Et quoſque hodie vſu hæc ſeruentur.*

2 *Locus publicus variè uſurpatur, & inter alia, pro loco uſui communi, aut ſaltem ſingulorum de populo, deputato.*

3 *Iter, ut eſt ſeruitus, & uia, ut etiam eſt ſeruitus, in quo differant, dicunturque priuata. Via publica &*

A iter publicum non differunt. Si autem via publica lapidibus ſtrata ſit, ſtrata peculiari nomine nuncupatur. Luſitanè verò, corrupto vocabulo, quæcunque via publica ſtrada dicitur.

4 *Via, alia publica, alia priuata, & alia vicinalis. Publica via interdum ſumitur preſsè, pro ea quam græci baſilicam, hoc eſt regiam, vocant, & Hiſpanè dicimus* camino real, *Latini prætoriam, conſularem, ac militarem eam appellant. Interdum verò ſumitur latè pro omni ea, cuius ſolum publicum eſt. Via priuata, quæ & agraria nuncupatur, interdum ſumitur latè pro omni ea, quæ non eſt publica primo modo. Quo pacto comprehendit non ſolum iter & viã, quæ ſunt ſeruitutes, ſed etiam vias alias, quarum ſolum non eſt publicum, ſed priuatũ, & vias quarum ſolum eſt publicum, & non ſunt viæ regiæ ſeu prætoriæ. Et quæ viæ dicantur vicinales.*

5 *Viæ publicæ quo ad vſum ſunt omnibus communes, etiam exteris: quo ad dominium verò ſunt ſupremi principis eius regionis, non recognoſcentis ſuperiorẽ. Idem de plateis, fluminibus publicis, & de alijs ſimilibus rebus.*

6 *Loca publica particularium oppidorum, deputata uſibus eorum, qui ſunt de eo oppido, aut aliquorum, vel ad ſumptus communitatis, propria ſunt quoad dominium eius oppidi: licet ſupremi principis adminiſtrationi ſubiaceant, quatenus id poſtulat commune rei publicæ bonum.*

7 *Loca ea publica, quæ quoad dominium ad ſupremum principem ſpectant, ut uias publicas, plateas, &c. eſto ab oppidis factæ ſint publicę ex rebus priuatis, alienare aut conuertere in aliud non poſſunt validè oppida, aut rectores eorum, abſque principis facultate.*

8 *Loca publica, quæ quoad dominium ad ſupremũ principem ſpectant, præſcribi ullo tempore non poſſunt. Tempore tamen de cuius initio non extaret memoria, cenſerentur eius, qui illa obtinuiſſet: quoniã præſumeretur titulus, legitimaq; poſſeſſio.*

9 *Loco in publico deputato uſui omnium, aut eorũ, qui ſunt de aliquo populo, ſi aliquid fiat, aut immittatur, quo interdicto ſubueniatur.*

10 *Aedificia, aut immiſſa, ſeu pendentia, in vias publicas, & in alia loca publica, quouſque prohibita, & diruenda, aut non reparanda.*

11 *Aedificare in mari, aut in littore maris, quouſque liceat.*

12 *Loco in publico, ut in mari, qui piſcari, aut nauigare prohibet, aut ludere in campo publico, lauari in publico balneo, ſpectare in publico theatro, competit aduerſus eum iniuriarum actio.*

13 *Loco in publico, quoad uſum, ſi aliquid fiat, aut immittatur, quo alius commoditate ex eo loco ſibi proueniente priuetur, competit ei interdictum. Secus ſi ex eo quòd aliquid fiat in loco priuato, unde per accidẽs priuetur commoditate proueniente ex loco publico. Et ſecus ſi commoditas per accidens eueniret aliunde per locum publicum.*

14 *Loco in publico ſi quis prius ita illicitè ędificauit, ut aduerſus eum interdictum competeret, ſi alter ſimiliter ædificet in loco publico cum præiudicio prioris, denegatur priori interdictum ob ſimilem ſuam culpam præteritam.*

15 *Loco in publico quod ædificatum eſt, nemine contradicente, quando non ſit deſtruendum, ſed imponẽdum ſit ſalarium ob publicum ſolum: quando uerò ſit deſtruendum. Et quando iubendum ut non reparetur, ſi corruat. Item quando uendicari poſſit, quod ædificatum eſt, etiam in bono communitatis, alijs quo ad uſum non deputato.*

16 *Via in publica, hoc eſt, cuius ſolum eſt publicum, & quæ eſt extra oppidum, ne aliquid fiat, aut mittatur, quo deterior ad uſum fiat, & ut ſi factum fuerit, redigatur ad priſtinum ſtatum, atque ut uſus earum uiarum alijs non impediatur, quo interdicto ſit ſubuentum.*

17 *Via in publica quouſque prohibitum ſit facere ſcalas domibus adhærentes, quibus ad domus aſcendatur.*

18 *Via in publica oppidi quouſque fieri poſſit, aut non poſſit, canalis, aut aquareolus.*

19 *Via uicinalis inter aliquas domus, quando publica quo ad ſolum, ita ut claudi non poßit, nec impediri alijs tranſitus: & quando priuata, ut claudi ac impediri tranſitus poſſit. Et quando ad utrunque uicinum, & quando ad unum tantum pertineat.*

20 *Vias circa publicas quid ędilibus eſſet iniunctum ut curarent. Et quatenus ſeruari ac cuari debeat.*

B 21 *Reficere uiam publicam nullus prohiberi impunè poteſt.*

22 *Viam immittens per agrum alienum, ad damnũ datum tenetur, & uendicatur ea agri pars.*

Conſequenter, quod eſt propoſitum, erit examinandum, quatenus inde damnum, pręiudiciumve, obuenire poteſt, communi bono.

Quod ad rem præſentem attinet, loca ſacra hodie dicuntur, quæ autoritate ſummi Pontificis, aut Epiſcopi, Deo dicata ſunt, vt ſunt Eccleſiæ, capellæ Epiſcopi autoritate Deo dicatæ, & cæmeteria. 1 Id conſtat inſt. de rer. diu. §. nullius, & §. ſacræ. l. in tãtum. §. ſacræ, & l. ſacræ. ff. eodem titu. iunctis gloſs. in eiſ C dem locis. Quondam autem, ante legem gratię, cum Reges ac Imperatores ſacerdotes eſſent, res Deo ipſi etiam dicabant, ſacraſque efficiebant. Quod ad rem etiam præſentem attinet, muri & portæ, non ſolum Romanæ ciuitatis, ſed etiam aliarum ciuitatum ac oppidorum, loca ſancta dicuntur, ad interdictum que, de quo nobis hoc loco eſt ſermo, ſpectant, vt cõſtat inſt. de rer. diuiſ. §. ſancta quoque, & §. ideo autem, & l. ſacra. §. muros. & l. vlt. ff. eo. tit. & l. 2. & 3. ff. ne quid in loco ſacro, conſentit. l. 6. titu. 29. par. 3. iuncta glo. 1. Greg. Lopez. ibi. In his itaque locis omnibus interdictum eſt aliquid facere aut immittere. Non tamen eſt prohibitum in eis efficere, quod ad ornatum & pulchritudinem eorũ ſpectet, ſed quod ſpectet ad detrimentum aliqua ex parte, ſeu ad de D formitatem uel indecẽtiam eorum: Ita habetur l. 1. 2. & 3. ff. ne quid in loco ſacro. Quòd ſi aliquid tale in loco ſacro factum ſit, etiam competit interdictũ reſtitutorium, vt deſtruatur, reſque ad priſtinũ ſtatum redigatur. Ita habetur. l. 2. §. ſi quis nemine. verſic. locorum ſacrorum. ff. ne quid in loco pub. Nicolaus Papa. cap. nulla. 12. q. 1. ſic ait: *Nulla ædificia in atrio Eccleſiæ ponantur, niſi tantum clericorum.* Gloſſa ibi exponit, in cęmeterio, Dicerem in toto ambitu, quod Eccleſiæ illius miniſterio, ac cęmeterio, eſt dicatum: hæc enim omnia ad Eccleſiæ atriũ attinent. Lex 24. iuncta. l. 22. antecedente, tit. 32. par. 3. ſic ait: *A las igleſias non deuen arrimar caſas, ni tiendas, ni fazer otro edificio ninguno. Otro ſi, porque la igleſia es ca* E *ſa ſanta de Dios, alrededor della no ſe deuen fazer tiendas de mercandurias, nin de otras coſas, ſi non de aquellas que pertenecen à obras de piedad, è de merced. E ſi por auentura fuere hi alguna coſa fecha, deue ſer ende tollida.* Et l. 22. citata prohibetur, *arrimar caſa, o otro edificio, à los muros.* Imò præcipitur, vt inter tale ædificium ac muros, relinquatur ſpacium quindecim pedum: & idem ſpacium videtur lex 24. citata intendere, vt relinquatur inter quodcunque aliud ædificium & Eccleſiam. Et utrumque deſumptũ eſt l. ſi cui, & l. męniana. l. de ędif. priu. quæ iura ſtatuunt, id ſpacium relinqui debere inter quodcunque ædificium priuatũ & ædes, ędificiave publica: nomine autem publicorum ædificiorum cõprehenduntur Eccleſiæ.

cleſiæ. Greg. autem Lopez.l.22.citata cum Cæpolla ait, hac in re ſtandum eſſe conſuetudini cuiuſque loci; in Hiſpanijs verò non ea viget hodie conſuetudo, vt id ſpacium relinquatur inter priuata ædificia,& Eccleſias,aut muros, vel vt idem paries communis eſſe non poſſit Eccleſiæ & domus priuatæ, aut vt multæ domus pro pariete non habeant murũ oppidi, quin potius multæ ſupra murum ſunt ædificatæ. Et.l. Luſitana lib.1.ord.titu.49.§.penul.ſic habet : *E toda peſſoa,que teuer campo, ou perdiero,à pardo muro da uilla, pode ſe acoſtar à elle, è fazer caſa ſobre elle:por em fica ſempre obriguado,ſe uier guerra, ou cerco,de ha derribar,è dar por ella corredoria, è ſeruentia. E ſe omuro,ſobre que à ſi ouuer caſa,ou a que ſe acoſtare cabir,aquelle,que à ſi teuer ha dita caſa, ſera obriguado à tornar à fazer o dito muro à ſua cuſta.* Hæc de loco ſacro.

2 Quod verò ad publicum locũ attinet, licet aliquãdo latius vſurpetur, nempe vt comprehendit etiam loca ad fiſcum regis,coronamque regni, attinentia tanquã eius propria,quo pacto ſumitur.l.1.ff.de loco publico fruendo;& aliquando vt comprehendit etiam ædes ſacras,locáve ſacra,vt patet.l.acceptam. C.de vſuris,& l.ſi cui,& l.mæniana. C.de ędif.priu. quin vt comprehendit etiam res proprias communitatis, quæ non ſunt communia ſingulis de populo quoad vſum,vt horrea publica,carcerem publicum & ſimiles publicas domos,ac prædia oppidi,ad redditus communitatis oppidi deputata, quæ proinde communitas tanquam propria bona ipſius ea poſſidet, neque deputata ſunt vſui ſingulorum de populo, atq; de commemoratis ædificijs publicis ſermo ſit.l.ſi cui,& l.mæniana citatis;& interdum etiam loca publica vſurpétur, vt diſtinguuntur ab illis, quæ ita gentium iure ſunt omnibus communia,vt ad nullius,etiam communitatis,dominiũ ſpectent, vt ſunt aer communis,aqua profluens,mare,& littus maris, atque vt diſtinguuntur à locis proprijs communitatis,quo pacto flumina,& portus, publica loca dicuntur inſt.de rerum diuiſ.a.§.1.vſque ad.§. vniuerſitatis,& l.2.4.5.& 6.ff.eod.titu.licet,inquam,locus publicus varijs his modis explicatis interdum vſurpetur,quod ad ad rẽ tamen præſentem attinet, illa loca publica dicuntur,quæ ad publicum vſum ſingulorum ſpectant,vt ſunt plateæ,viæ publicę,prædiũ vſibus ſingulorum de populo deputatũ, & ſimilia alia. Ita habetur.l.2.§.publici loci,& §.hoc interdictum ff. ne quid in loco pub. Vnde quędam loca publica ſunt vſui omnium vniuerſim deputata,vt plateæ,& viæ publicæ,& quædam vſui tãtùm eorum,qui ſunt de populo aliquo,vt ſunt prædia deputata paſtui animalium ſingulorum,qui ſunt de populo, cuius ſunt ea prædia,& ſimilia alia.

3 Inter loca publica, viæ publicæ, itineraque publica, quod ad rem præſentem attinet, ac ſimpliciter loquendo, computantur. Iter verò, ſi loquamur de priuato,vt eſt ſeruitus,minus continet, quàm via,ſi de priuata etiam,atque vt eſt ſeruitus, loquamur,vt patet.inſt.de ſeruit.ruſt.præd.in prin. Idem proportione quadam vult eſſe de itinere & via publica glo. l.2.§.ait prætor,verb.in via publica itinerève. ff. ne quid in loco pub. Exiſtimo tamen pro eodem vſurpari viam & iter publicum, ſolumque diſcrimen illud intelligendum eſſe, quando ea nomina ſeruitutes ſignificant;non verò quando ſignificant viam ipſam ac iter,quo pergitur: tunc enim ſynonima ſunt. Via autem, ſi lapidibus ſit ſtrata, peculiari nomine nuncupatur ſtrata,iuxta.l.1.ff.de via pub.reficiend. & affirmat Cœpolla de ſeruit.ruſtic.præd. capit.3. nume. 3. Hodie tamen Luſitani, corrupto vocabulo latino,quãcunque viam publicam, ſeu regiam, *ſtrada* vocant.

4 Sumpta autem via,vt eſt idem,quod iter,quo gra-

A dimur,diuiditur,ſeu potius diſtinguitur. l.2.citata. §.ait prætor,etiam citato,& §.viarum, iuncta. l.vlt. ff.de locis & itineribus publicis,in publicam,& priuatam,ac vicinalem. Publica via duobus modis ſumitur. Vno preſsè,pro ea via publica, quam græci baſilicam, hoc eſt regiam, vocant, & eodem modo hiſpanè eam *camino real* appellant; latini verò eam prætoriam, conſularem, ac militarem viam appellant,vt à Græcis,& à Latinis, prædictis nominibus appellari, habetur. l.2.§.uiarum. ff.ne quid in loco publ. iuncta.l.vlt. ff.de locis & itiner. publ. Priuata via, quæ & agraria nuncupatur, eo quòd in prædijs ruſticis agriſve concedi ſoleat, aut per ſimilia prædia & agros, in quibus ſita eſt, ducere ſoleat ad villas,& alias colonias,ſeu agriculturas,duobus etiam
B modis uſurpatur. Vno, latè, vt diſtinguitur à via publica preſsè ſumpta, pauloque antea explanata. Quo pacto ſumpta, in primis comprehendit vias, quarum ſolum non eſt publicum, ſed alicuius, aut aliquorum priuatorum. Tales ſunt uiæ per agrum alienum,quibus ſolum habent ius utendi, qui habẽt ſeruitutem itineris, actus, aut viæ, per eum agrum ad aliquem locum, aut prædium, quarum proinde viarum ſolum pertinet, quo ad dominium,ad dominum duntaxat agri, in quo eſt aliqua ex eiuſmodi ſeruitutibus, & tantum quoad vſum ſpectant ad eum, aut ad eos, qui in eo agro aliquam ex prædictis habent ſeruitutem. Atque de eiuſmodi via,ſeu itinere, ſermo eſt. ff.de itinere actuque priuato: de qua re inferius peculiarem texemus diſputationem.
C Tales etiam ſunt uiæ, quæ ex prædijs priuatorum factæ ſunt, nullique earum uſus denegatur: ſi autem de illarum initio extet memoria, (adde,neque titulo donationis, aut venditionis, vel alio gratuito, aut oneroſo,vt legati, aut permutationis, ſolum earum ſit conceſſum, vt ſit publicum, neque à republica ſit uſurpatum,vt ſit commune; quod tamen facere non poſſet communitas, niſi facta priuatis debita compenſatione) vtique ſolum earum publicum non eſt, ſed pertinet quoad dominium ad priuatos,quorum ſunt ea prædia, poteruntque proinde deſtruere talem uiam,impedireque cæteris vſum illius,quandocunque eis placuerit: eo quòd de ſuo, interim dum alij non habent ſeruitutem comparatam, neque tranſitus per eum locum eſt cuiquam
D conceſſus tanquam ei debitus, ſed permiſſus quaſi precario, dum ipſe etiam eo vult uti, nec ad aliud vult conuertere ſuum prædium, utique facere poteſt, quod voluerit. Concinit. l.prima. §.ſumma cum vtilitate. ff. de his quæ diuer. Vnde conſtat, fieri poſſe, ut locus aliquis ſit priuatus, & nihilominus ſit per eum via frequens, tranſituſque per eum multorum. Deinde uia priuata eodem modo ſumpta,comprehendit vias,quæ non ſunt regiæ,ſeu conſulares,prætoriæ, ac militares, & tamen earum ſolum eſt publicum: quia licèt conſtet,ſolum deſumptum fuiſſe ex prædijs, quæ tales viæ interſecant, aut ſecus quæ prædia tales viæ ſunt, de initio tamen non extat memoria, eoque ipſo ſolum aerem
E publicum eſſe cenſetur, & non dominorum, quorum ſunt ea prædia. Adde tu, publicum etiam eſſe, eſto de initio earum viarum extet memoria, ſi conſtet vſurpatum eſſe à republica, vt in viam inſeruiret, facta compenſatione, aut ſi à priuatis ad id ſolum illud fuiſſet condonatum, aut traditum titulo venditionis, aut alio oneroſo, vt ex ſe ſatis eſt perſpicuum. Eiuſmodi autem viæ,quæ regiæ,conſulares, prætoriæ, ac militares non ſunt,ac proinde nec viæ ſunt publicæ preſsè ſumpto vocabulo in priori illa acceptione, de qua ſupra loquuti ſumus; ſunt tamen viæ publicæ ſumpto latius ac propriè vocabulo, prout via publica ea dicitur, cuius ſolum eſt publicum, & cuius vſus ad omnes ſpectat, qui

eá vti uoluerint. Atque id affirmat Vlpianus. l. vlt. ff. de locis & itinerib. pub. & l. 2. §. viarum. verſ. priuatæ uiæ dupliciter. ff. ne quid in loco publ. Quo fit, vt via priuata duplex ſit, vt Vlpianus verſiculo citato rectè ait. Vna, cuius ſolum ad dominum prædij attinet, in quo ſita eſt, aut ad dominos prædiorum, ſecus quæ eſt confecta, quæ proinde non ſulùm à via publica preſsè ſumpta, ſed etiam à via publica latè ſumpta diſtinguitur. Altera, cuius ſolum publicum eſt, & eſt uia priuata, vt diſtinguitur à via publica preſsè ſumpta, ſed verè eſt uia publica, comprehenditurque proinde ſub via publica latè ſumpta. Atque de via publica latè ſumpta, vt comprehendit non tantum regales, prætorias, conſulares, ſeu militares, ſed omnes vniuerſim, quarum ſolum eſt publicum, vſuſque communis omnibus, diſtinguiturque à priuata preſsè ſumpta, ſic dixerat Vlpianus. l. ſecunda. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publ. *Viam publicam eam dicimus, cuius etiam ſolum publicum eſt. Non enim ſicuti in priuata via, ita & in publica accipimus. Viæ priuatæ ſolum alienum eſt; ius tantum eundi & agendi nobis competit. Viæ autem publicæ ſolum publicum eſt, relictum ad directum, certis finibus latitudinis*, &c. Vicinales viæ, vt conſtat ex §. viarum. verſ. vicinales, & ex l. vlt. citatis, ſunt illæ, quæ neque publicæ ſunt in prima acceptione vię publicæ, prout ſolæ viæ regiæ, cõſulares, prætoriæ, ſeu militares, publicæ dicuntur, neque item ſunt ita priuatæ, vt tranſitus per illas ſolum competat habentibus ſeruitutem per tales vias unde uicinales viæ ſolùm ſunt reliquæ priuatæ uiæ, in acceptione viæ priuatæ latè ſumptæ. Quia ergo neque ſunt viæ publicæ, in prima ac preſſa acceptione viæ publicæ, neque item ſunt omnes viæ priuatæ, in acceptione viæ priuatæ latè ſumptæ, imò neque ſunt omnes, aut ſolæ, viæ priuatæ, in acceptione viæ priuatæ preſsè ſumptæ, ſed comprehendunt ſolas omnes priuatas, preſsè ſumptas, quæ ſeruitutes non ſunt, & inſuper vias publicas, quæ non ſunt regiæ, ſeu conſulares, prætoriæ, ac militares, idcirco Vlpianus vicinales vias diſtinxit à publicis, hoc eſt, regijs, & à priuatis. Dicuntur verò vicinales, quia regulariter in vicis ſunt, aut ad vicos (ruſticos intellige) ducunt, vt Vlpianus. §. vicinales citato ait. In villas etiam, aliaſque colonias, ſeu agriculturas, ducere, inferius etiam in eodem. §. affirmat. Lege autem vltima. ff. de locis & itineribus pub. ſic Vlpianus ait: *Inter vicinales, & uias militares hoc intereſt, quòd viæ militares exitum ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam uiam militarem habent: harum autem uicinalium uiarum diſſimilis conditio eſt: nam pars earum in militares uias exitum habent, pars ſine ullo exitu intermuntur.* terminatæ videlicet ad varia prædia, aut vicos, viculoſve, aut villas. & l. 2. §. viarum, verſ. vel quæ. ff. ne quid in loco publ. de eiſdem vijs, ſic ait: *Ad agros ducunt, per quas omnibus permeare liceat: in quas exitur de uia conſulari, & ſic poſt illam excipit uia uel iter uel actus ad uillam ducens. Has ergo, quæ poſt conſularem excipiunt in uillas uel in alias colonias ducentes, putem etiam ipſas publicas eſſe.* Intellige, quando ſolum non eſt priuatorum, quia de initio earum non conſtat, vt l. vlt. ff. de locis & itineribus publ. dixerat. Ad hæc ſunt admetienda, quæ Cæpolla de ſeruit. ruſt. c. 3. a. 16. tradit, in quibus, & inuolutè loquitur, & nonnihil ab hac doctrina, & à iuribus citatis, diſcrepat.

5 Dubium eſt, cuiuſnam ſint viæ publicæ. Ad hoc dicendum eſt. Quoad vſum, eſſe ſingulorum priuatorum: quoad dominium verò, eſſe ſupremi principis eius loci, non recognoſcentis ſuperiorem: quod ſimiliter intelligendum eſt de plateis, fluminibus publicis, & de alijs ſimilibus rebus, quæ omnibus vniuerſim ſunt communes quoad vſum. Quod autem

A quoad vſum ſint omnibus priuatis communes, conſtat ex l. 2. in prin. ff. ne quid in loco publ. Vbi de omnibus locis publicis, quæ ad id interdictum pertinẽt, vt ſunt, non ſolùm quæ ad vſum omnium vniuerſim pertinent, ſed etiam, quæ propria ſunt alicuius oppidi, deputata vſibus omnium, qui ſunt de eo oppido, vt eſt prædium communitatis alicuius oppidi, deputatum ad paſtum pecorum eorũ omnium, qui ſunt de eodem oppido, vt eſt ſilua cædua propria alicuius oppidi, deputata vſibus cædendi ligna neceſſaria omnibus, qui ſunt de eodem oppido: vbi, inquam, de omnibus his locis ſic dicitur: *Loca enim publica utique priuatorum vſibus deſeruiunt: iure ſcilicet ciuitatis, non quaſi propria cuiuſque.* Quo in loco verba illa, *iure ciuitatis*, exponit gloſſa, cuiuſcunque, B vel Romanæ, vel aliarum, quia ſcilicet multa ſunt loca publica ex his, de quibus ibi eſt ſermo, quæ propria ſunt ciuitatum, ſeu oppidorum particularium, atque ab eis ſunt facta publica, deputata uidelicet vſibus ſingulorum, qui ſunt de eo oppido, qui proinde non utuntur eis bonis tanquam proprijs cuiuſq; eorum, ſed tanquam propria ſui oppidi, atque adeò iure & conceſſione ſui oppidi aut ciuitatis. Aliter exponit etiam eadem gloſſa verba illa, vt intelligantur, *iure ciuitatis* Romæ, hoc eſt, iure Romanorũ, quod commune eſt ciuitatibus omnibus, imperio ſubiectis, idque diſponit, tam de locis publicis proprijs eius vrbis, quàm de locis publicis proprijs aliarum ciuitatum aut oppidorum. Cæterùm tunc ius Romanum non ſolũ ciuile comprehendit, ſed etiã gen- C tium, quod ſimul eſt inſertum in corpore iuris ciuilis Romanorum. Viæ etenim publicæ iure gentium communes, quoad vſum ſunt omnibus gentibus, etiam exteris, vt ſine iuſta cauſa denegari eis trãſitus per illas in alia loca non poſſit, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Et quia Numerorum 21 Seom Rex Amorreorum, tranſitum per vias publicas ſui regni abſque iuſta cauſa denegauit filijs Iſrael, licitum ac iuſtum ob eam cauſam fuit bellum filiorum Iſrael aduerſus illum, vt Diſput. 104. cum doctoribus, quos ibi citauimus, eſt dictum. Non ergo ſenſus illorum verborum eſt, quaſi ibi voluerit Vlpianus affirmare, vſum publicarum rerum eſſe communem priuatis ſingulis iure ciuitatis Romæ, hoc eſt, tanquam rerum attinentium quoad dominium ad D ciuitatem Romæ, quæ tunc dominabatur toti Romano imperio, & non recognoſcebat ſuperiorem, & quaſi inde colligatur, publicas omnes res, de quibus ibi Vlpiano erat ſermo, & ad quas id interdictum ſeſe extendit, pertinere quoad dominium ad ſupremum principem regionis, in qua ſunt, non recognoſcentem ſuperiorem, ſicut tunc pertinebant quoad dominium ad orbem Romæ, quæ domina ſupremaque erat prouinciarum, non recognoſcens ſuperiorem; & quaſi eo iure, & conceſſione, vſus illarum ſit communis ſingulis, & non quia ea loca ſunt cuiuſque propria. Quamuis enim ita eum textum & gloſſam intelligant Cæpolla de ſeruit. ruſt. præd. cap. 3. a. 21. & alij, quos citat, ſanè non eſt is ſenſus E eius textus & gloſſæ, ſed qui à nobis eſt traditus, vt perſpicuè conſtat, eum textum & eam gloſſam expendenti: præſertim cum inter publicas res, de quibus ibi eſt ſermo, comprehendantur, quæ quoad dominium ſpectant ad oppida particularia, à quibus facta ſunt communia quoad vſum ſuis ſolis oppidanis tantum. Licèt autem ex eo textu non colligatur, vias publicas, plateas, flumina publica, & ſimilia alia, attinere quoad dominium ad principem eius loci non recognoſcentem ſuperiorem, ſed ſolum eſſe communia quoad vſum priuatis, & nulli in particulari eſſe propria quoad vſum; id tamen ex alijs iuribus colligitur, vt ex cap. 1. quæ ſunt regaliæ, in vſib. feud. Vbi inter iura regalia, quę propria ſunt ſu-

premi principis non cognoſcentis ſuperiorem computantur *viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ripa*, quæ tamen conſtat eſſe loca publica, omnibuſque quoad vſum communia, inſt. de rer. diuiſ. §. flumina. §. riparum, & §. littorum. l. 2. 4. & 5. ff. eod. titu. & l. fluminum in prin. ff. de dam. infect. Atque, iuxta hæc, ordinatio Luſitana lib. 2. titu. 15. computando iura regalia, ſic habet: *Item ſtradas pubricas, è ruas pubricas antiguamente vſadas, eos rios naueguaueis, e aquelles, de que ſe fazem os naueguaueis, ſe ſam caue dues que corram continuadamente en todo tempo. E pero o que o vſo aſi das ſtradas è ruas pubricas, como dos rios, ſeia ygualmente comun a toda gente, à qualquier otra couſa animada, ſem pre a propriedade dellas fica no patrimonio real. Item os portos do mar, onde os nauios conſtumam de ancorar.* Idem colligitur ex multis alijs iuribus, quæ idcirco ſtatuunt, ad ædificandum in eiuſmodi locis publicis, ea ve vſurpandum, neceſſariam eſſe principis facultatem, aut ſupremi ipſius ſenatus, neque ſufficere facultatem ciuitatum, aut rectorum earum, niſi expreſsè, aut tacito conſenſu, ſit id eis à principe conceſſum, vt patet. l. 1. §. ait prætor quo. l. 2. §. Caſſius, & l. quod principis, in prin. ff. de aqua publica arce. Sunt verò eiuſmodi loca publica, quoad dominiũ, principum ſupremorum non recognoſcentium ſuperiorem, non quidem ex natura ipſa rei, ſeculoque iure humano; nam ſtando in natura ipſa rei, iureq; gentium, potius pertinent quoad dominium ad cõmunitates, Reſpublicas ve ipſas regionum, quarum ſunt partes, quam ad principes: cæterũ eo ipſo, quod principibus ſupremis conceſſum eſt dominium iuriſdictionis in eas regiones, conceſſum etiam cenſetur dominium rerum, quæ alioquin ad totam rempublicam quoad dominium & vſum pertinebant, iureque ciuili Romanorum eſt applicatum, relicto omnibus de republica vſu earundem rerum perinde, ac ſi apud ipſam rempublicam dominium remaneret, quin & exteris competit, relictuſque eſt idem vſus earundem publicarum rerum, quatenus conuictus humanus iuſque gentium id poſtulat, ſine præiudicio rerumpublicarum earum regionum, quarũ eiuſmodi publicæ res partes ſunt.

6 Quamuis autem dominium locorum, quæ communia ſunt quoad vſum omnibus, qui ſunt de eadẽ republica, ſeu regione, ad ſupremum principem, ſuperiorem non recognoſcentem, attineat: ſecus tamẽ eſt de rebus, quæ propria ſunt ciuitatum aliquarum, aut oppidorum, ſiue omnibus, qui de eadem ciuitate ſunt, aut oppido, communia ſint quoad vſum, ſiue non, ſed ſint deputata redditibus ac ſumptibus communitatis, aut ad poteſtates publicas, rectoreſque communitatis, conuentus, aut aliqua alia ibi exercẽdum. Eiuſmodi quippe res propriè manent quoad dominium ipſarummet communitatum, & quoad vſum eatenus communes manent omnium, aut aliquorum, de ea communitate, quatenus præſcriptum conſtitutumque eſt ab ipſa communitate, poſtulatque id, ad quod inſtituta deſtinataque ſunt. Ita habetur. l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. & inſti. eodem titulo, §. vniuerſitatis, cuius verba ſunt: *Vniuerſitatis ſunt*: (quoad dominium, vt ex eodem textu & ex antecedentibus liquet) *non ſingulorum, veluti quæ in ciuitatibus ſunt*: (tanquam propria videlicet ipſarum) *ut theatra, ſtadia, & ſimilia, & ſi quæ alia ſunt communia ciuitatum*, quoad dominium nempe. Comparatione verò harum rerum cura vniuerſalis ad ſupremum principem ſpectat, quatenus præciſe poſtulat commune bonum totius reipublicæ, ipſarumque ciuitatum, aut oppidorum, quorum ſunt: eaque de cauſa arctare poteſt, aut liberum relinquere, vt ſine ipſius autoritate non alienentur, aut non fiat circa eas ali-

A quid, prout ipſi expediens fuerit viſum.

7 Cum dominium viarum publicarum, plateaũ, & ſimilium rerum, quæ publicæ omnibus de republica ſunt quoad vſum, ad ſupremum principẽ ſpectet, facilè liquet, neque alienari in totum, aut in parte, neque deſtrui, aut conuerti in alios vſus poſſe abſque eiuſdem ſupremi principis facultate & autoritate expreſſa aut tacita, & ſiquid aliter fiat, irritum id eſſe ac nullum. Atque inde vlterius liquet, quamuis ciuitas aliqua conuertere aliquem locum priuatum poſſit in plateam publicam, aut in viam publicam, quando id iudicauerit expedire, ſi ipſi is locus ad id condonetur, aut illum emat, vel alio titulo acquirat, id quod innuere videtur gloſſa. l. 2. §. ait prætor, verb. habuit, in fine. ff. ne quid in loco pub. poſt- B quam tamen conuerſum eſt in viam aut plateam publicam, non poſſe illum alienare aut conuertere in alium vſum priuatum aut publicum, abſque ſupremi principis expreſſa aut tacita facultate, eo quòd factus ſit iam ipſius quoad dominium. Conſentit. leg. continuus. §. cum quis, iuncta gloſſa ibi. ff. de verb. obliga. quæ habet, baſilicas, hoc eſt, vias publicas, & ſimilia alia, abſque principis autoritate, non poſſe validè vendi, aut alienari, & l. apud Iulianum (alias incipit, idem Iulianus) §. vlt, ff. de leg. 1. Cæpolla. c. 3. citato. num. 21. 22. & 23. cum Barto. arbitrantur, ciuitates poſſe vendere & alienare vias publicas, & alia eiuſmodi loca publica, ſine Regis facultate, faciendo tamen legem, quòd curator ab ea circa reſpublicas inſtitutus, aut quòd rector ciuitatis poſſit eas C alienare. Ducuntur. l. 3. §. planè, iuncto. §. ſed etſi à principe. ff. quod vi aut clam. Vbi habetur, ex eo, quòd aliquis curator ſit conſtitutus publicarum rerum, aut quòd præſes ſit reipublicæ, poſſitque proinde prohibere, ne aliquid in loco publico ædificetur, non cenſeri illi conceſſum, vt permittere poſſit in eiſdem publicis rebus ædificari. Additur: *Hoc ita uerum eſt, niſi lex municipalis curatori reipublicę amplius concedat*: nam tunc, ſi id ille permittat, facultatem ad id concedendo, tunc, quod ex ea facultate in loco publico fuerit ædificatum, non poteſt eo titulo deſtrui, quòd in loco publico ſit ædificatum. Subiũgitur: *Sed etſi à principe, uel ab eo, cui princeps hoc ius concedendi dederit*, (facta ſcilicet ſit ea facultas ædificandi in loco publico) *idem erit probandum*, non poſ- D ſe ſcilicet, quod ex ea facultate fuerit ibi ædificatum deſtrui, ſed competet ædificanti exceptio, quòd ex legitima facultate ſit ædificatum. Equidem improbabilem omnino exiſtimo eam Cæpollę & Bartoli opinionem, neque vllo modo ex illo textu collegi. Ridiculum quippe eſt arbitrari, denegari ciuitati, principem ſuperiorem recognoſcẽti, facultatem ad directè alienandum loca publica, eaque conuertendum in loca priuata; & concedi nihilominus ei facultatem, ad condendam legem municipalem, qua eam facultatem poſſit ipſa concedere curatori ab ipſa ad publicas res conſtituto, aut preſidi prouincię, ipſamque poſt eam ſuam legem ac ſtatutum, poſſe id efficere, quod antea non poſſet efficere, quin po- E tius, ſi id attentaſſet, irritum eſſet & inane. Vt autem intelligas, nihil tale colligi ex. §. planè citato, obſerua. Ibi non eſſe ſermonem de ſolis publicis rebus, quarum dominium pertinet ad ſupremum principem, & vſus communis eſt ſingulis de republica, ſed etiam de publicis rebus, quę quoad dominium pertinent ad ciuitatem aut oppidum, cuius ſunt, ſiue quoad vſum communes ſint omnibus de eo populo, ſiue non, ſed ad reditus & ſumptus eius populi ſpectent. In eo verò paragrapho docetur, ex eo, quòd aliquis ſit conſtitutus curator communitatis alicuius oppidi, ciuitatis, aut reipublicæ, vel quòd pręſes in ea ciuitate, aut republica ſit conſtitutus, ad eumque ſpectet prohibere, nequid ædifice-

ficetur in quouis loco publico ex explicatis, non proinde cenſeri conceſſam facultatem, vt permittere ac concedere poſſit in eis ædificare, additur: *Niſi lex municipalis curatori reipublicæ amplius conceſſerit,* quoad loca ſcilicet, quæ ad ipſam quoad dominium ſpectant, de quibus vt ipſa poteſt diſponere, (niſi ex aliqua iuſta cauſa ſit ei prohibitum de illis diſponere abſque conſenſu & authoritate principis) ita poteſt idem cõcedere curatori rebus ſuis ab ipſa creato, idque vel per legem ſeu ſtatutum ab ipſa ea de re conditum, ſiue conceſſione alia priuata. Quoad ea autem, quorum dominium nõ ad ipſam, ſed ad ſupremum principem ſpectat, quæque proinde extra ipſius ſunt iuriſdictionem, ſanè, vt illa directo non poteſt alienare, ita multo magis non poteſt cõdere legem, qua integrum vel curatori ſuo vel ſibi, mediante ea lege faciat illa alienare; ridiculumq; eſt, quenquam ſibi perſuadere, id ius ciuile ſtatuere intendiſſe. Vnde corruit cautela, quam inde elicit Cæpolla, vt aliqui indirectè facere poſſint cõtra ſtatuta ab ipſis iuramento confirmata. Solidioribuſque multo fundamentis inniti deberent iuris periti aliqui, ad ſimiles res introducendas, quas omnino intellectus, rectaque ratio, reſpuit, quæque in præiudicium ſunt animarum, cum periurij euidenti periculo.

8 De eiuſmodi rebus publicis, quæ ad vſum communem omnium ſunt deputatæ, & quarum dominium, earumque proinde alienatio, ad ſolum ſupremum principem ſpectat, diximus Diſput. 79. §. reſpublicæ, præſcribi non poſſe: id quod probant, l. vſucapionem. ff. vſucapionib. l. præſcriptæ. C. de operibus public. l. 2. ff. de via publ. & niſi pub. reficiendo. & l. 7. titu. 29. part. 3. Grego. Lopez ibi gloſſa prima. latè diſputat, vtrum id etiam intelligendum ſit de immemoriabili præſcriptione. Adductis verò doctoribus pro vtraque parte (tametſi multi eorum loquantur de centennaria, non verò de ſola immemoriabili) ipſe propendet, neque præſcribi poſſe tempore, de cuius initio non extet memoria. Dicendum arbitror, quamuis neque centennaria præſcriptione poſſit præſcribi, vt gloſſa. l. 2. citata, & multi ex Doctoribus, quos Grego. Lopez citat, rectè affirmant; eo quòd eiuſmodi res poſſideri à priuatis non poſſint, ac proinde, niſi verus titulus legitimè probetur, quo à ſupremo principe ſint conceſſæ, neque cẽtennaria præſcriptio, quæ ſine poſſeſſione eſſe non poteſt, vim in eis habere poſſit; nihilominus poſſeſſio earum à tempore, de cuius initio nõ extat memoria, ſufficit, vt cẽſeatur præceſſiſſe verum titulũ, ac proinde vt cenſeatur, fuiſſe à principio legitimam earũ cõceſſionem à ſupremo principe, etiam ſi poſt tam lõgum tẽpus probari iã non poſſit. Cùm enim eiuſmodi res ex conceſſione principis ſupremi acquiri ac poſſideri ritè poſſint; & in præſcriptione immemoriabili præſumatur legitima poſſeſſio, legitimuſque titulus à principio fuiſſe, eo quòd tanto tempore pacificè ſint poſſeſſæ, quod non cernitur in alijs præſcriptionibus, niſi probetur; vtique, quamuis in eiuſmodi rebus non ſufficiat alia præſcriptio, etiam centenaria, ſufficiet tamen immemoriabilis, nõ quidem in ratione præſcriptionis, quæ rem, quæ non erat poſſidentis, efficiat titulo legitimæ præſcriptionis præſcribentis; ſed quia eo ipſo, præſumptione iuris & de iure, cenſetur fuiſſe à principio legitimũ titulum, atque adeo fuiſſe legitimam principis ſupremi conceſſionem, eſto de ea iam nunc aliter nõ conſtet, quàm ex eiuſmodi immemoriabili ſimilium rerum poſſeſſione. In alijs verò rebus, quarum dominium ſpectat ad priuatas ciuitates, aut oppida, licèt deputata ſint communi vſui eorum tantum, qui de eo ſunt populo, imò & in confinijs regnorum, qui eorum oppidorum ſunt, quorum terræ ad eam lineã A terminatur, exiſtimo ſufficere præſcriptionem, quæ aduerſus ciuitatem ſufficit, iuxta ea quæ in materia de præſcriptione copiosè explanata ſunt: id quod Gregor. Lopez vbi ſuprà, & alij, quos citat, non ſatis in re propoſita attendunt.

His ita explanatis ac conſtitutis, ſumpto loco publico vt comprehendit tam eum, qui vſui omnium eſt deputatus, quàm eum, qui deputatus eſt vſui eorum, qui ſunt de comunitate, ad quam pertinet quoad dominium, (non verò pro eo, qui vel ad fiſcum, aut patrimonium principis pertinet, vel ad dominium alicuius oppidi ad reditus ac ſumptus illius, ſine deputatione illius ad vſum publicum, quo pacto ſumitur locus publicus. ff. de loco publico fruendo) interdictum eſt prohibitorium, quo quicquam facere B in illo, aut in eo immittere, eſt inhibitum, quo detrimentum aliquod, vel ipſi loco publico in ſe, vel alicui priuato, ſequatur, niſi quod lege municipali, Senatuſconſulto, edicto, decretove principis, fieri ſit conceſſum. Intellige, ſaltem tacito, permiſſione videlicet ac communi vſu. Ita habetur l. 2. in princ. & §. publici, & §. hoc interdictum ad ea. ff. ne quid in loco publi. Poteſt verò hoc interdictum intentari per procuratorem, vt habetur l. penult. ff. eod. titul. Ait verò Vlpianus. l. 2. citata, in princ. *tam publicis utilitatibus, quàm priuatorum, per hoc proſpicitur. Et tantum iuris habemus ad obtinendum*, (vſum ſcilicet publicum hoc interdicto, & vt nullum pręiudicium nobis ſequatur ex eo, quòd in loco publico aliquid fiat) *quantum quilibet ex populo ad prohibendũ habet,* C proponendo ſcilicet hoc interdictum, eoq; vtendo. Vt enim habetur l. 1. ff. de locis & iti. publ. *Cuilibet in publicum petere permittendum eſt id, quod ad uſum omnium pertineat, ueluti uias publicas, itinera publica; & ideo quolibet poſtulante de his interdicitur,* id eſt, interdictum conceditur. Et neque monumentum in via publica permittitur extruere; vt ibidẽ l. 2. ſubijcitur. Subiungit verò Vlpianus l. ſecunda, in princip. ff. ne quid in loco publi. poſt verba ex illo relata. *Propter quod, ſi quod fortè opus fiat, quod ad priuati damnum redundet, prohibitorio interdicto poteſt conueniri: propter quam rem* (id eſt, ad quam rem) *hoc interdictum propoſitum eſt.*

Hinc, quãdo aliquis in Męniano, ſeu ſolario ſuo, 10
immiſſum habet velum in locum publicũ, quo impe D ditur lumẽ feneſtrę vicini, aut quod ex haſta oblõga eſt appenſum, ita vt contingat partem viæ publicæ, quę reſpondet feneſtræ vicini, vel aliqua alia ratione lumen feneſtrę vicini impediat, competit tali vicino interdictum hoc vtile, quo impedit id velum eo modo appendi & immitti in locum publicum cum ipſius præiudicio. Ita habetur l. 2. §. hoc interdictum ad ea, verſ. cum quidam. ff. ne quid in loco pub. Cępolla de ſeruit. vrban. præd. c. 61. nu. 5. ait, ſi quis habeat męnianum, ſeu protectum in domo ſua, quod ſupra parietem inferiorem egrediatur in viam publicam, partemque occupet, quia in eo oppido permiſſum ſit habere eiuſmodi protecta, tunc fas illi eſſe, ſupra protectum extẽdere velum in altũ, etiam E ſi officiat luminibus domus eminentioris, quæ ſit à tergo: quia fas etiam illi eſt, eleuare ſuum protectũ in directum vſque ad cęlum: ſicut fas illi eſſet cum eodem detrimento vicini, qui eſt à tergo, eleuare vſque ad cęlum ſuam domum, in qua non eſſet protectum in viam publicam. Si infra protectum eſſet feneſtra vicini, non poſſet extendere velum in ſuo protecto, quod verſus partem inferiorem egrederetur parietem talis protecti, cum præiudicio vicini inferioris, aut tranſeuntium: quia tunc occuparet cum præiudicio aliorum partem viæ publicæ, quæ eſt infra protectum, quod non licet.

Quando aliquis illicitè ædificauerat in loco publico, nemine prohibente, atque in euentu, in quo non

non eſt deſtruẽdum poſtquam eſt ædificatum,quia non eſt in tantum præiudicium publicum, vt nõ expediat potius non deſtrui, ne ruinis vrbs deformetur cum detrimento eius,qui id ædificatum iam habet,vt ſtatim ſubijciemus,tunc,ſi id corruat,aut alia ratione deſtruatur, & dominus reficere illud velit, reducereque ad priſtinum ſtatum, competit aduerſus eum hoc interdictum, quo id efficere prohibeatur. Ita habetur ibidem.§.ſi quis quod.

11 Cum mare & littus communia omnibus ſint, vt conſtat inſt.de rer.diuiſ.§.& quidem, & §.littorũ, l.3.ff.nequid in loco publico,& alijs iuribus(tamet ſi eadem lex.3.dicat littora, quæ terminant terras, quibus ſupremus aliquis princeps dominatur,ad ipſum pertinere,idque exponit ibi gloſſa quoad iuriſdictionem & quoad vſum,qui exteris denegari non debet,modo hoſtes non ſint)ſi quis in mare molem proijciat ad ædificandum,cum detrimento alterius qui ibi ante ædificauerat ,aut cum eodem præiudicio alterius,in littore ædificare tentet, competit aduerſus eum hoc interdictum,quo prohibeatur. Quãdo autem inde nullũ præiudicium ſequeretur,tunc, quia ſolum id commune eſt omnium, fitque primò occupantis ædificio aliquo,interim dum in eo perſeuerat tale ædificium, prohiberi non poteſt id ædificium efficere. Ita ſubiungitur.§.ſi quis citato,& cõſentit.l.3.citata,& 4.tametſi meritò ſubiungat,prohiberi poſſe eas ibi immitti,ſi vſus maris,aut littoris, ex illis deterior reddatur,& conſentiunt, quæ præcedentibus diſputationibus dicta ſunt.

12 Ei, qui piſcari in mari, aut nauigare prohiberetur, aut qui prohiberetur ludere in campo publico, vel lauari in publico balneo,aut ſpectare in publico theatro, nõ competeret aduerſus prohibentem hoc interdictum, ſed in his euentibus actione iniuriarũ eſt aduerſus eum vtendum,quatenus iniuriam facit, iniuſtitiamque committit , frui prohibendo loco communi ad id omnibus conceſſo . Ita ſubiungitur eodem.§.ſi quis quod, & conſentit. l.iniuriarũ, 1.§.vltimo, ff. de iniur.quæ actionem iniuriarum aduerſus piſcari in loco publico prohibentem tribuit, & eadem eſt ratio in reliquis euentibus commemoratis .

13 Quia loca publica,circa quæ verſatur interdictũ, de quo loquimur, communia ſunt cæteris quoad vſum,vſuſque proinde ac cõmoditas ex illis ſuo quodammodo iure vnicuique eorum, quibus eo modo ſunt communia,competit eo ipſo,quòd ita communia ſunt effecta, inde efficitur,quòd ſi aliquid in locis publicis fiat,aut immittatur,quo aliquis priuetur commoditate, quam ex eo loco habebat, vt ſi luce priuetur,proſpectu, aut ſi aditus in ſuam domũ fiat ei deterior,aut anguſtior,vel alia ſimili commoditate inde priuetur,cenſeatur id factum in damnum ac in præiudicium ipſius, competatque proinde ei hoc interdictum ad prohibendum ac impediendum, ne id fiat aut immittatur. Secus autem res haberet,ſi ex eo,quòd aliquis ædificaret in loco ſibi proprio, per accidens priuaret ſimili commoditate: quia tunc ille vteretur iure ſuo, commoditaſque mihi proueniens ex eo, quòd non ædificetur in loco alteri proprio,non eſt mihi debita, neque ius ad illam habeo, ſicut ius habeo ad commoditatem ex loco , mihi cum alijs communi quoad vſum prouenientem. Hinc efficitur,quòd quia princeps,ſine iuſta cauſa, priuare nec debet, nec poteſt alios, commoditatibus ex locis publicis ipſis prouenientibus, ſanè ex eo,quòd concedat alicui ædificare,aut immittere aliquid in loco publico,non cenſetur,neque intelligitur,illud cõcedere cum detrimẽto aliorum,aut alicuius eorũ,niſi id exprimatur in conceſſione. Quãdo autem bonum commune poſtularet,vt id concederet cum detrimento aliorum, indeque longè ma-

A ius bonum ſequeretur, quàm eſſet paruum aliorum detrimentum, poſſet illud cõcedere cum eo illorum detrimento. Atque tunc ex circunſtantijs concurrẽtibus attendere deberet,num facienda eſſet compẽſatio aliqua eis, qui inde id detrimentum ſubirent.

Ex dictis præterea facilè intelligitur id,quod ex Labeone Vlpianus ait . Nempe ſi ex ædificio in loco publico ſequeretur aliquem priuari commoditate nulla ratione ipſi debita,vt aqua,quæ per locum publicum ex prædio ædificantis in prædium illius deriuabatur, cum tamen nulla ratione eſſet illi debita, tunc non competere illi ob eam commoditatẽ, qua priuatur,hoc interdictum ad impediendum id ædificium fieri in loco publico. Si tamen, addit Vlpianus, ex eo ædificio priuaretur lumine, quod à cœlo B per locum publicum recipiebat, vtique competit ei hoc interdictum; quia ius habebat ad eam commoditatem per locum publicum percipiendam . Hæc omnia habentur.l.2.§.merito ait,& §. ſi quis a principe.ff.nequid in loco pub.

Quando aliquis illicitè, cum præiudicio ve aliorum,ædificauerat in loco publico , ita quòd aduer- 14
ſus eum competebat interdictum,de quo agimus,vt prohiberetur ac impediretur,tunc, ſi alius ſimiliter ædificaret poſtea in loco publico cum præiudicio illius prioris ad id ædificium, quod illicitè antea ædificauerat,non competit ei, qui prius illicitè ædificauerat,interdictum, de quo agimus,ad impediẽdum tale ædificium:quia ſunt in culpa æquali. Ita habetur,l.2.citata.§.idem ait,& conſentiũt iura alia,quæ C ibi citat gloſſa.

Quando aliquid in loco publico ædificatum eſt, 15
nemine,neque poteſtate ſcilicet publica, neque priuato aliquo prohibente ac contradicente, (ſi enim contradicente aliquo ædificatum eſſet,deſtrui deberet,tãquam vi factum,idque interdicto quod vi aut clam,quod reſtitutorium eſt,vt conſtat, leg.prima, in prin.ff.quod vi aut clam,& alijs iuribus) tunc,ſi id non multum obſtet vſui publico,nec ſit in notabile præiudicium illius,deſtrui nõ debet. Tum ne ruinis vrbs,oppidumve deformetur,cum magno præiudicio eius,qui id ædificauit. Tum etiam quia interdictum, de quo agimus, non eſt reſtitutorium,ſed prohibitorium. Imponi tamen ei ædificio, ratione loci publici,in quo ſine facultate fuit ædificatum, D debet ſolarium,ſeu ſalarium ac vectigal, quod quotannis ratione publici ſoli ſoluatur: atque à ſolo id vectigal ſolarium nuncupatum eſt. Quando autem id ædificium in præiudicium magnum eſſet vſus publici, boni que publici, tunc officio iudicis deſtrui debet:non verò interdicto,de quo agimus . Ita habetur,leg.ſecunda citata.§.ſi quis nemine,& leg.vltima,eodem titulo. Obſerua tamen,attendendum eſſe ad damnum publicum, & ad detrimentum priuatum, vnius, aut multorum,quod ſequeretur,ſi id ædificium,aut ea ædificia,poſtquam nemine contra dicente ſunt facta,deſtruerentur, conferendumque eſſe vnum cum alio,vt iudicetur, num deſtrui expediat:neque enim pro quo emolumento publico poſ E ſet aliquando licitè deſtrui vnum ædificium priuatum , quod non magni eſſet valoris. deſtrui licitè poſſet ædificium magni valoris, aut deſtrui poſſent multorum ædificia cum eorum non leui detrimento, ſed hæc iudicis prudentis arbitrio penſanda iudicandaque ſunt . Vnde Carolus Quintus, leg.octaua titulo ſeptimo, libro ſeptimo,nouæ collectionis, de qua diſputatione præcedente loquuti ſumus, non iuſſit deſtrui, quæ cum viarum publicarum præiudicio ædificata erant ſupra fundamenta extra parietes occupando & arctando à parte ſuperiori vias publicas: ſed ſolum iuſſit, ſimilia de nouo non ædificari, nec diruta refici, ſub pœna, vt iudicis officio diruerentur: Quin di-

co,

co, ſi poſt eam legem, multa in aliquo oppido eſſent contra eam legem ædificata, nemine contradicente, nefas eſſet, cum quàm maximo multorum præiudicio, ea deſtrui: ſed iterum oppidani eſſent præmonendi, ne deinceps id efficerent, & tunc, quæ de nouo contra eam legem ædificarētur, dirui poſſent, ſimulque exigi poſſet pęna alia pecuniaria eadē lege ſtatuta. Illud etiam obſerua, legem 23. titu. 32. parte 3. in euentu, quo ædificium non eſſet deſtruendum, ſtatuere, rempublicam poſſe illud ſibi vendicare. Lex ſi legatum. §. vlt. ff. de operib. publ. ſtatuit, quando priuatus aliquis occupat locum, aut ædificium publicum, (& videtur loqui, etiam de ijs, quę ad coronam regni aut ad oppidum aliquod ad ſumptus ſpectant) integrum eſſe, vel illa vendicare, vel imponere vectigal & ſolarium, prout melius expedire fuerit iudicatum principi, aut reipublicę, cuius ſit is locus, aut ædificium publicum. Greg. Lopez. l. 23. citata, tandem ait, triplex remedium competere aduerſus priuatum, qui in loco publico ædificauerit, nempe vel vt deſtruatur, ſi ita expedire fuerit iudicatum, vel vt vſurpetur, illudque omnino amittat, qui illud ædificauit, vel vt ei relinquatur ſub vectigali ac ſolario, quod quotannis ſoluat ei, cuius fuerit dominium talis loci publici. Dicerem, ſi aliquis priuatus vſurpauerit locum, aut ædificium publicum, quod iam antea erat ędificatum, eratque bonum publicum, tunc locum habere, vel vendicari, vel ei relinqui ſub vectigali ac ſolario, quod quotannis ſoluat, prout iudicatum fuerit magis expedire ei, cuius erat is locus, aut ædificium publicum. Si verò aliquid à priuato ædificatum ſit de nouo in loco publico, tunc vel diruendum eſſe ædificium, vel ei relinquendum ſub vectigali, vt diſponit §. ſi quis nemine citatus. Neque diſcordat. l. 23. citata dū dicit: *E ſi acordare el comun de aquel lugar, do acaeciеſe, de lo retener para ſi*, (quoad dominium directum eius ædificij, quod eo ipſo, quòd ibi ædificatum eſt, cedit ſolo) *ſi lo no quiera derribar, puedelo fazer, e la renta, que ſacaren dende*, (ex ſolario ſcilicet, ſeu vectigali, ſub quo relinquitur) *deuen vſar della aſſi como de las otras rentas communales, que ouieren.* Vbi vides, hāc legem nihil repugnare. §. ſi quis nemine citato: Ant. tamen Gom. l. 46. tauri, nume. 13. arbitratur, in hoc Caſtellæ regno, iuxta eam legem, quod ita ædificatum fuerit, poſſe vendicari, ita vt ædificās illud omnino amittat. Refert præterea legem 9. tit. 7. lib. 7. nouæ Collect. quæ ſic habet: *Por que nos a ſido hecha relacion, que muchas perſonas vecinos y moradores de las ciudades y villas y lugares de nueſtro reynos, tienen entrado y tomado alguna parte de los terminos realengos y concegiles de las dichas ciudades, y villas, y lugares, en que tienen plantadas vinas y huertas y arboles, y hechos otros muchos edificios con licentia de los tales conſejos, y de las tales ciudades villas y lugares, y por luengo tiempo: los quales terminos en que aſſi tienen labrado y edificado, agora diz que ſe los piden y demandan: y ſi los ouieſen de dejar aquellos, que tenian hechos los dichos edificios y plantas, recebirian mucho agrauio y dano en lo que en los dichos terminos eſta plantado y edificado: y porque à nos, como a Rey y Reyna y ſenores, en lo tal pertenece proueer y remediar: mandamos, que a los que vuiere plantado en terminos realengos y concegiles, vinas y huertas y otros arboles, y hecho otros edificios con licencia del conſejo de la tal ciudad y villa o lugar de veynte anos a eſta parte, ſe les ponga cenſo de cinco marauedis por cada alanzada de vina, y a eſte reſpeto en lo otro que eſtuuiere plantado y edificado, attenta la qualidad de la tierra, y con eſto ſe queden a los que tuuieren los dichos edificios y plantas;* (vbi à contrario ſenſu innuitur, quòd ſi ſine facultate id fuerit factum, amittatur domino loci) *y que aquello que aſſi fuere cargado de ceſo ſobre los tales heredamientos, ſea para los proprios del conſejo de la tal ciudad, o villa, o lugar: para que con ello ſe eſcuſen otras impoſiciones y neceſſitades de pueblo.* Et l. 10. ſequenti ſtatuitur, quādo termini aliqui adiudicantur aliquibus oppidis tāquam bona propria communitatis ipſorum, vt neque à Rege donentur priuatis aliquibus, neque à communitatibus ipſis eorum oppidorum aliquibus priuatis concedantur. Et l. 11. præcipitur, abſque Regis facultate communitatibus oppidorum non poſſe concedi alicui *de los terminos y proprios y valdios* eorundem oppidorum, & vt, quæ donata ſunt à Rege, examinentur, num validè ſint donata, & à Regio Senatu, quod iuſtum fuerit, decernatur.

16 Inter loca publica viæ publicæ computantur, vt dictum eſt. Explicatumque eſt, quæ ſunt viæ publicæ latè ſumpto vocabulo, dictumq; eſt, eſſe eas, quarum ſolum eſt publicum. De eiuſmodi ergo vijs, nō omnibus, ſed de ruſticis, hoc eſt, quæ ſunt extra oppida, (de vrbicis enim, hoc eſt, de ijs, quæ ſunt intra oppida, ſatis eſt præcedens interdictum, vnà cum officio iudicis, ſeu magiſtratuum, vt habetur l. 2. §. viarum, ver. hoc interdictum, ff. ne quid in lo. pub.) peculiare cōſtituitur interdictum eadem l. 2. à §. ait prætor in via, quod tres continet partes. Prima eſt prohibitoria, quæ in eiuſmodi via publica, itinereve publico, prohibetur aliquid facere, aut immittere, quo deterius in præſenti aut in poſterum fiat. Dicitur autem fieri via deterior, ſi corrumpatur ad vſum commeandi, hoc eſt, ad eundum, vel agendū iumenta, aut ad ducendum plauſtra, vel ſimilia alia per illam, vt ſi ex plana fiat cliuoſa, aut ex molli aſpera, vel ex latiori anguſtior, vel ex ſicca paluſtris, aut aliter ad vſum deterior. Vnde, ſi quis in viam publicā cloacam immittat, qua via ad vſum deterior fiat, ſaltem ob nimium fętorem; aut ſi foſſam in ſuo fundo faciat, vnde aqua vndique collecta in viam publicā coniuncta fluat, aut aliquid aliud ædificet, vnde ſimiliter in viam publicam aqua fluat; eaque ratione deterior ad vſum talis via reddatur, competit aduerſus eum hoc interdictum, tanquam aduerſus eū, qui in viam publicam mittit id, quo deterior fiat. Quando autem ex prædio remoto fluit aqua eo modo in viam publicam per aliud prædium viæ coniunctum tunc, ſi dominus prædij coniuncti neceſſariò, & nō voluntate ſua, eam aquam recipiat in ſuo prædio, interdictum competit aduerſus eum, ex cuius prædio ita fluit in prædium viæ coniunctum, in ipſamque viam: ſi verò ſua voluntate illam recipiat, competit aduerſus eum interdictum, de quo eſt ſermo. Si quis paſcat animalia in via publica, quæ illam deteriorem reddant, vt ſues, competit etiam aduerſus eum hoc interdictum. Item ſi ſpecum quis faciat in via publica, qua deterior ad vſum reddatur, competit ſimiliter aduerſus eum hoc idem interdictum. Eſt verò hoc interdictum perpetuum, id eſt, competens triginta annis à puncto, quo aliquid factum eſt contra prohibitionem alicuius, condemnarique debet, qui contra eam prohibitionem tale quid fecerit, quā tum ſua actoris intererit, id non eſſe factū. Hæc omnia habentur. l. 2. citata. §. ait prætor in via. §. viarū. verſ. ſi viæ publicę exemptus. §. idem Labeo, & §. deinde ait prætor.

Secunda pars eiuſdem interdicti eſt reſtitutoria, qua præcipitur, vt ſi quid factum, immiſſumve ſit in viam ruſticam, quo deterior reddatur, id reſtituatur hoc eſt, in priſtinum redigatur ſtatum, auferendo, quod fuerit appoſitum, aut addendo, quod fuerit ablatum. Quòd ſi is ſit in poſſeſſione eius, quod eſt appoſitum, vt ædificij facti in huiuſmodi via, quo illa deterior ſit reddita, qui illud fecit, fieri præcepit, aut ratum habuit ſuo nomine eſſe factum, tunc ſuis ſumptibus tenetur illud auferre; quòd ſi de cōmuni conſenſu

ſenſu duorum ſit factum, ſumptibus vtriuſque eſt auferendum: ſi verò alius in poſſeſſionem illius iam deuenit, ſiue gratuito, ſiue oneroſo titulo, tunc ſumptibus illius, qui illud fecit, aut hæredum de bonis illius, auferri debet: præſens autem poſſeſſor ſolum tenetur præſtare patientiam, vt deſtruatur. Quòd ſi vel ipſe, vel qui illud fecit, dolo fecerunt, quominus tempore, quo deſtrui præcipitur, id poſſiderent, tūc perinde tenentur, ac ſi ipſi adhuc eſſent in poſſeſſione. Quando ex prædio vnius arbor decidit in viam, vnde via deterior reddita ſit, ſi dominus arboris eā habeat pro derelicto, tolliquè eam, ac ligna ex illa, permittat cuicunque voluerit ea auferre, non tenetur eo interdicto, ac proinde non tenetur ſuis ſumptibus eam tollere: ſecus autem ſi non permittat ea ab alijs ſibi ipſis tolli. Pars autem hæc ſecunda huius interdicti perpetua eſt, ſicut & præcedens. Hæc omnia habentur, l. 2. citata. §. prætor ait quòd. & §§. ſequentibus.

In fine eiuſdem legis additur tertia pars interdicti, quæ prohibitoria eſt. Ea enim prohibetur, quenquam impediri vti via publica, iter per illam agēdo, aut agendo iumenta, vel plauſtrum, aut alia vehendo, quæ ibi fieri conſueuerint, alijſque permittātur. Atque, qui ita fuerit prohibitus, agere etiam poterit iniuriarum.

17 Iuxta hactenus dicta quoad interdicta explicata Cæpolla de ſeruit. vrb. præd. capit. 54. numero 6. rectè affirmat, nefas eſſe in loco publico, vt in via publica, facere ſcalam abſque facultate eius, qui id, iuxta hactenus dicta, poſſit concedere, qua aſcendatur ad domum aliquam, etiam ſi eadem domus ſtillicidium habeat, quod extra eam ſcalam in loco publico, aut in via publica, ſeſe extendat. Neque enim id ſatis eſt, vt id viæ publicæ, ad quod ſe extendit ſtillicidium, cenſeatur eſſe domini eius domus, vt rectè idē autor. ca. 60. nume. 2. & alij affirmant. Excipit, niſi contrarium habeat loci conſuetudo, argumento, l. an in totum. C. de ędif. priuat. Eiuſmodi autem ſcalas vidi multas in Luſitania domorum priuatarum in via publica, quibus ad eas domus aſcendebatur. Neque refragari videtur ordinatio Luſitana libr. 1. titu. 49. §. 32. & 33. quę ſic habet: *E bem aſſi non poderaa peſoa alguna poer eſcada em a rua dereito do portal de ſeu uezinho, por quelle embargue a entrada do ſeu portal. E bem aſſi nō ſe podera fazer na rua eſcada, nem remada, nem alpendere, nem outra couſa alguna, que faeza embargo aa ſeruentia da dita rua, eſe o fezerem, nam lhes ſera conſentido, eos almotaces iho mandaram derrubar.*

18 De canali, aut aquarelo, ſi decidat aqua in viā publicam, ita vt nocere poſſit tranſeuntibus, aut ita vt viam notabiliter reddat deteriorem, quàm permitti conſueuerit in eo oppido reddi ex aqua, & ex ſimilibus rebus, quæ in viam publicam in eodem oppido de feneſtris deijci conſueuerunt, tunc impediri talis canalis poteſt ac debet, vel interdicto, ne quid in loco publico, ſi fieri attentetur, vel officio iudicis, ſi facta ſit, & via ſit vrbica, iuxta ea, quę dicta ſunt: ſecus autem, ſi non plus noceat, quam proijci conſueta. Ita Cępolla vbi ſupra. C. 67. n. 5. & 68. nu. 2. Conſentit ordinatio Luſitana vbi ſupra. §. 42. quæ ſic habet; *E ſe algum quiſer verter todas as aguas da ſua caſa a hum luguar da rua, podeo fazer por cal,* (canal noſtri vocant) *por onde as aguas uaham por ſua parede: porē non poderaa fazer à cal tam longa, que ſaca fora em a rua, porque faza noio, nem mal à ſeu uezino, ou à os que paſſarem po la rua. E ſe alguem teuer ia feita cal longa, noma poderaa mudar para poer hi outra maior, nē doutra feitura, da que era dante em aquelle meſmo lugar: por em à tal cal aſſi longa nom poderaa preſcreuer por tē po algum, ſe noio fazerao uezinho, ou aos que paſarem po la rua, como dito he.*

A Iuxta dicta ſupra de vijs vicinalibus, eſt dicendū. 19
Si inter aliquas domos eſt via, quæ inſeruit vſui earundem domorum, ſiue exitum habeat vtrinque ad viam publicam, ſiue non, dicendum eſt. Si non conſtat de initio, quo ex contributione ſoli dominorum earum domorum facta ſit, aut ſi non ſemper ab vno illorum, aut ab vtroque, poſſeſſa ſit tāquam ſua propria, tūc cenſetur via publica, neuterque eorum neque vterque ſimul poteſt eam claudere, aut occupare, vel aditum alijs per illam denegare. Secus autem ſi de initio conſtet, quòd ab vtroque contributa ſit, aut quòd vt ſuam propriam ſemper illam poſſederunt, vel quod eorum alter eam vt ſuam poſſederit: nam tunc is cuius eſt, aut illi, quorum eſt, poſſunt illam claudere, & denegare aditum reliquis per eā. B Ita Cæpolla vbi ſupra cap. 75. & de ſeruit. ruſticor. prædio. cap. tertio, numero 27. & 28. Qui. capit. 75. citato ait, quando conſtat publicam viam non eſſe, tunc, ſi ſit inter duas domos, in dubio cuiuſnam duorum illorum vicinorum ſit, cenſendum eſſe dimidium illius quo ad latitudinem pertinere ad vnum, & alterum dimidium pertinere ad alterum. Tradit etiam varias coniecturas, quibus iudicari poſſit, ad vnum eorum, vel totam, vel maiorem partem, attinere. Eum legito.

Lege vnica. ff. de via publ. & ſi quid in ea factum 20
dicatur, præcipiebatur ædilibus curulibus, vt ēt viç, quæ eſſent iuxta vrbes, in burgis, aut ſuburbanis, æquarentur, neque eſſent in eis foueæ, & inæquales partes, quoad fieri poſſet; & vt ita eſſent diſpoſitæ, C vt effluxiones pluuiarum, aliarumque aquarum, non nocerent domibus, & vt pontes in eis eſſent ad fluxus aquarum, vbicunque illis opus in eis eſſet, atque vt parietes & ædificia, quæ iuxta vias eſſent, non eſſent ruinoſæ, ita vt nocere poſſent tranſeuntibus: quòd ſi domini ea reficere & reparare nollent, pœnis eos id efficere cogerent. Et vt curarent, ne aliquis in vijs publicis aliquid foderet, aut ſubrueret, vel cōſtrueret, diſſolueretque, ſi tale quid in eis ab illo eſſet factum. Item vt curarent, vt vnuſquiſque conſtrueret partem viæ, quæ eſt iuxtà ſuam domum: & vt, ſi aliquis domum cōductam haberet, & dominus eius domus eam viæ partem non conſtrueret, inquilinus id efficere cogeretur, qui ſumptus poſtea detrahat de penſione pro ea domo illius domino debita. D In hac autem ciuitate Conchenſi, & in pleriſque alijs locis huius regni, ex proprijs oppidorum hæc fieri ſolent, & aquæductus publici refici. Item eiſdem ædilibus præcipiebatur, vt curarent, vt nihil expoſitum eſſet in vijs publicis, vnde trāſitus curruum aut liber vſus viarum impediretur, & vt ſtercora, morticinia, & alia immunda, in eis non proijcerētur. Hæc in vnoquoque loco obſeruari deberent, atque eatenus obſeruanda ſunt, quatenus fuerit vſu receptum ea ſeruari. Ac fortaſſe multis in locis ſtatuendum in hoc regno eſſet, vt exactius hæc ſeruentur, quam vſu ſeruari ſoleant: videndumque eſt in vnoquoque loco, cui hæc cura demandata ſit, aut demandari debeat: atque ad iudices ſpectat hæc omnia, vna cum E rectoribus oppidi, curare, interim dum aliquibus alijs in particulari non eſt hæc cura demandata.

Lege 1. ff. de via pub. & itin. publ. reficiendo, in- 21
terdictum proponitur, quo prohibetur quenquam impedire alium, quominus aperiat vel reficiat quācumque viam publicam, ſiue vrbicam, ſiue ruſticā, quam aperire aut reficere voluerit aggredi, dummodo ea apertione, aut refectione, illam deteriorē non reddat: nam tunc impunè poſſet impediri, atq; hoc interdictum perpetuum eſt, & competit omnibus, qui aggredi voluerint aperire, aut munire viam publicam, & aduerſus omnes, qui impedierint, & condemnabitur impediens ad intereſſe actoris, damnaque ex ea impeditione ſequuta, vt eadem lege hęc omnia

omnia habentur. Vt autem eadem lege ait Vlpianus, id interdictum exponendo, reficere viam, eſt eam reducere ad priſtinum ſtatum: eaque de cauſa, qui illam aperit, cum in re propoſita non ſit, facere eam de nouo, ſed eam reducere ad veterem altitudinem & latitudinem, hoc eſt, profunditatem, ſanè reficere illam cẽſetur: ſicut & qui illam purgat, ſublato quod ſuper eam eſt, reficere illam dicitur: quo fit, vt apertio viæ, viæque purgatio, partes quędam ſint refectionis viæ.

21 Lege ſi in agrum. ff. eod. titu. habetur: Si quis in vicini agrum reijciat viam publicam, partem eius agri ea occupando, competit domino agri actio in factum aduerſus ita reijcientem, ad intereſſe, vt ſcilicet ei ſoluat, quantum ſua intererat non eſſe id dãnum ab eo illi datum. Quod intelligo, vltra venditionem partis ſui agri ea via publica occupati. Si enim ſemina tali parti agri mandata, deſtructa ea de cauſa ſunt, aut impedimẽto fuit via immiſſa per eam partem agri, ne eo anno ſemina illi mandarentur, aut vallum, quo ea pars agri munita erat, deſtructum fuit, vel quod aliud damnum ei dedit ea viæ publicæ reiectione in talem partem agri, ad ea omnia damna illi tenetur, vt ea lege habetur. Atque ita ceſſant multa ex ijs, quæ Cæpolla de ſeruit. ruſt. prædior. c. 3. à num. 40. hac de re tradit. Illud verò cum Bart. & cum illo, probo, lege ſi agrum citata, nõ tradi peculiarem actionem, quæ de via reiecta nuncupetur, & ex lege illa competat: ſed in ea lege doceri, competere actionem ad damnum ea ratione datũ, quod ex natura ipſa rei atque in foro conſciẽtiæ debetur, & pro eo competit vtilis ſubſidiaria actio in factum legis Aquiliæ, iuxta ea quæ, dum de damno dato, lege Aquilia, ſupra à nobis habitus eſt ſermo, dictum eſt. Eadem. l. ſi in agrum, ſubiungitur, ſi quis exarauit, aut damnum aliud ſimile intulit viæ publicæ, compelli ad illius munitionem ac reſtauratiõẽ in ſtatum, in quo antea erat.

DISPVT. 708.

De itinere, actu, viaque priuatis.

SVMMARIVM.

1 *Via, iter, & actus, ut ſeruitutes ſunt, in quo differant.*

2 *Itineris ſeruitus ad quæ ſe extendat.*

3 *Actus ſeruitus ad quæ ſe extendat, & comprehendit ſeruitutem itineris tanquam partem integrantem, etiam quo ad ius.*

4 *Viæ ſeruitus ad quæ ſe extendat.*

5 *Viæ ſeruitus quantæ latitudinis eſſe debeat, quando aliud non fuit conuentum. Itineris, aut actus latitudo, arbitris eſt definienda, quando pacto nõ fuit definita, nec partes conueniunt.*

6 *Via, itinere, aut actu per alienum prædium, non vi, clam, nec precario, qui intra annum computatum uſque ad litem conteſtatam triginta diebus, ſaltem interpolatis, eſt vſus, quo interdicto aduerſus impedientem ulterius eadem ſeruitute uti, ſubueniatur.*

7 *Via, itinere, aut actu, qui ita triginta diebus eſt uſus, ut ei concedatur prædictum interdictum, neceſſe eſt ut fuerit uſus cum credulitate, quòd ſeruitutem, quam intendit, haberet. Atque ſi interrogatus, uerisimilem rationem reddat, quod id crediderit, tuendus ſine alia probatione eſt in eo interdicto, adhibito ei iuramento, quòd cum ea credulitate fuerit uſus, ſi pars aduerſa id petat. Si uerò uerisimile ſit non cum ea credulitate fuiſſe uſum, denegandum ei eſt id interdictum.*

8 *Via publica quando impedita eſt, qui prædium iuxta, eam uiæ partem habet, tranſitum concedere debet per ſuum prædium, donec id impedimentum ceſſet.*

9 *Via, itinere, aut actu, ſatis eſt aliquem uſum eſſe triginta diebus modo explicato, per ſuum familiarem, aut quẽcunque alium nomine ipſius tranſeuntẽ, vt id interdictum ei competat. Emphyteuta autem, feudatarius, & uſufructuarius tranſeundo, ſibi ipſis competit id interdictum.*

10 *Via, iter, actus, ſi impedita fuerũt, aut is, qui eis erat vſurus, legitimè fuit impeditus ne eis vteretur, atque intra annum retro vſque ad punctum, quo impedimentum cępit, vſus eſt eis triginta diebus, per reſtitutionem in integrum conceditur ei hoc interdictum.*

11 *Via, itinere, aut actu, quòd precario vtantur familiares domini prædij dominantis, aut is, cui precario ipſe ſuum prædium dominans conceſſerat, non impedit quominus domino prædij dominantis competat idem interdictum, etiam per eum illorum uſum, quando ipſe tanquam re ſibi debita intendebat ſe illoſque uti.*

12 *Via, itinere, aut actu, ſi quis, uel anteceſſor ipſius in prædio dominante, uſus eſt triginta diebus intra eum annum, tanquam ſeruitute debita, quod poſtea in eodem anno utatur precario, non impedit, quominus ei competat id interdictum. Idem eſt, ſi intra eundem annum ſuccedat alius in eo prædio, & utatur comparatione illius precario, ui, aut clam.*

13 *Via, itinere, aut actu, ſi quis ſit prohibitus uti per ſe, aut per ſuum domeſticum, et poſtea continuetur uſus, cenſetur uſus ui aut clam. Si tamen dominus ignorauit prohibitionem factam ſuo, & ipſe uſum continuet, non cenſetur uti ui aut clam.*

14 *Via, itinere, aut actu, ſi quis aliquem uti prohibuit, et poſtea ſucceſſor ſimiliter prohibeat, comparatione neutrius competit hoc interdictum.*

15 *Via, itinere, aut actu, ſi partim dominus prædij dominantis, & poſtea ſucceſſor illius utãtur triginta diebus, ſucceſſori illi competit hoc interdictum aduerſus prohibentem.*

16 *In hoc interdicto etiam agitur ad intereſſe.*

17 *Eodẽ interdicto ſubuenitur ut impediatur, uia, iter, aut actus eiuſdem quantitatis, & non maioris, quã uſus eſt eo anno.*

18 *Viam, iter, aut actum, reficere uolens, ſi impediatur efficere, quantum iure ſibi competit, quo interdicto ei ſubueniatur; modo ſi dubium ſit, probet ſe uſum illis fuiſſe eo anno triginta diebus; & ius verum habere ad eam ſeruitutem, & modo caueat de damno infecto, ſi ex tali refectione timeatur.*

19 *Viæ, aut itineris, qui probat ius habere, agere poteſt confeſſoria, vt ſibi permittatur ea reficere, eſto eo anno illis non fuerit vſus: vt verò ex hoc interdicto ei ſubueniatur, neceſſe eſt probet etiam vſum triginta diebus eo anno.*

20 *Viæ itineriſque refectio, qualis & quanta permittenda.*

21 *Viæ & itineris interdictum quibus, & aduerſus quos competat.*

VT, quæ ad vias ſpectant, coniungamus, ac abſoluamus, hæc diſputatio præcedenti erit adiungenda. Iter & via hoc loco, vt & in titulo. ff. de itinere actuq; priuato, non ſumuntur pro itinere ac via materialibus, quibus gradimur, ſed ſignificant ſeruitutes ruſticas, quas prædium vnum ruſticum habet in aliud. Vt verò ex parte diximus ſuprà Diſp. 11. & nunc copioſius eſt explicandum. Hoc eſt diſcrimen inter iter, actum, & viam, vt modo ſumuntur. 1

Quòd iter eſt ius hominem eundi & ambulandi per prædium, quod eam ſeruitutem ruſticam impoſitam 2

ſitam habet,non verò agendi iumentum,aut vehiculum,vt habetur,inſtit.de ſeruit.ruſt.præd.in princi. & l.prima,ff.eodem titu. Vbi gloſſæ exponunt,eundi,hominem ſcilicet ſolum ambulandi verò,cum ſocio,aut ſocijs. Lex 3.titul.31.par.3.exponit, quòd quamuis ire poſſit cum ſocio, aut ſocijs, non tamen poſſint ire ſimul,ſed vnus poſt alium: quod videtur nimia reſtrictio, & contrarium ait ibidem Gregor. Lopez communiter affirmare doctores ſtando in iure communi. Quamuis autem, qui ſeruitutem ſolum itineris habet in aliquo prædio, non poſſit per id prædium agere iumẽtum,aut vehiculum,hoc eſt, ducere illa ante ſe, vel poſt ſe, poteſt tamen ipſe ire eques,vel in ſella geſtatoria,aut in lectica, vel in rheda,etiam ſi illam ferant vnus,aut plures equi,vel iumenta,vt expreſsè habetur l.qui ſella,in princip. & l.inter. ff de ſeruit.ruſtic.præd. quoniam id non eſt agere iumẽta,lecticam, rhedam, vel currum, ſed eis vehi,iterque illis agere, vt l.qui ſella, rectè dicitur, ſed ſolum illa agere ſeu ducere. Vnde rectè Cæpolla de ſeruit.ruſt.præd.cap.1.num.4.& 5.ait,attẽdendum eſſe,num, qui ſupra iumentum onuſtum, aut ſupra plauſtrum onuſtum, ſedet, ac ducitur, ſedeat gratia agendi iumentum, aut iumenta, onuſque vehendi,an verò gratia iter agendi in illis, eſto tanquã neceſſaria ad iter aliqua in eis aſporter,vt culcitram, aut victum,vel aliud ſimile. Si enim gratia iter agendi ſedeat, ac vehatur, illud ad ſeruitutem dumtaxat itineris attinet,& non ad ſeruitutem actus,ac proinde, tanquam minimè excedens ſeruitutem itineris, eſt licitum,etiam ſi in ea rheda,aut curru,aliquis ſuper equos, aut iumenta, ſedeat, qui illa moderetur. Si verò,qui ita ſupra onus vehitur, ibi ſedeat gratia moderandi iumenta,vehẽdique onus, tunc illud eſt agere plauſtrũ, & iumẽta, vehereq; id onus, licèt ſimul ipſe ibi iter faciat, egrediturq; proinde limites ſeruitutis itineris,ptinetq; ad actũ,atq;adeò nõ licet

3 Seruitus autem actus, eſt ius hominis eũdi & ambulandi, agendique iumenta, vehiculum, aut aliud ſimile. Vnde, qui habet iter, non continuò actum habet: ſed qui habet actum,iter habet, eoque vti poteſt etiam ſine iumento. Hæc omnia habentur,inſt. de ſeruit.ruſt.præd.in princip.& l.prima,ff.eod.tit. Vtrobique autem exponunt gloſſæ, quòd,qui habet actum,habet etiam iter,quoad commoditatem,non verò quoad ſeruitutem:quia ſunt ſeruitutes diuerſę, vt conſtat ex l.loci.§.1. ff.ſi ſeruit.vend. ex l.1.ff.de adimẽ.leg.& ex l.ſi mater.§.ſi quis iter. ff.de excep. rei iudi. Cæterum non video quomodo ius actus nõ includat ius eundi & ambulandi,& ius tantum agẽdi iumenta aut vehiculum,atque ex vtroque tanquã ex partibus integralibus coaleſcat,quæ partes ad inuicem ſunt ſeparabiles,vt ſi vni concedatur ius tantum agendi iumenta & vehicula, denegato ei iure eundi & ambulandi, & alteri ius tantũ eundi & ambulãdi,ac proinde nulla ſeruitus itineris. Atque l.loci citata, de actu hoc poſteriori modo accepto, pro nudo iure ad agendũ,exponi poſſet. Lex verò ſi mater, ob id aduerſus eum, qui petit ſeruitutem actus, docet,non obſtare exceptionẽ rei iudicatæ,eo quòd ſuccubuerit antea petendo ſeruitutem itineris in eodem prædio:quoniã ex diuerſa cauſa & titulo obuenire debuit ſeruitus actus, à præciſa ſeruitute itineris,circa quam dãnatus antea fuit. Lex verò 1 .ff.de adim.leg.eandem difficultatem continet, ſiue dicas de intrinſeca ratione ſeruitutis actus(integrè ſumendo eam ſeruitutem)eſſe ſeruitutem itineris, tãquam partem illius,ſiue cõmoditatem eius ſeruitutis:intelligendaq; proinde videtur illa lex,quando de mente teſtatoris non conſtet,ſemouere intendiſſe, ſeruitutem itineris,aut cõmoditatis ſeruitutis itineris,à ſeruitute actus, ſumpti præcisè pro iure nudo ad agendum,ſine iure ad eundum & ambulãdum; quę duo iura conſtat potuiſſe diuidere teſtatorem, & concedere vnum præcisè,denegando alterũ: atque,ſi conſtaret,eam fuiſſe ſuam voluntatem, idq; ſufficienter expreſſiſſet,illi eſſet ſtandum:quando autem legauerat ſeruitutem actus, ſine alia expreſſione, legaſſet vtique ſeruitutem,quæ vtrumque includit,& diſtincta eſt à ſeruitute itineris, tanquam includens ab incluſo,ac proinde adimendo iter per id prædium,nõ cenſeretur ademiſſe ſeruitutem actus, quæ abſolutè ſumpta vtrumque includit.

4 Seruitus autem viæ,eſt ius hominis eundi,ambulandi,& agendi: nam via,iter, & actum, in ſe continet,vt habetur inſt.de ſeruit.ruſtic.præd. in prin.& l.1.ff.eod.tit.& inſuper addit, ius trahendi lapides, & trabes,& ſimilia alia, atque deferendi haſtam eleuatam per id iter ſine fructuum præiudicio, quę denegata ſunt habenti ius tantum itineris aut actus, vt hæc omnia habentur l.qui ſella.ff.de ſeruit.ruſt.prędior.& l.3.tit.31.par.3.

5 Via, qñ aliud pacto non fuit definitum, lege eſt conſtitutum,vt habeat latitudinem octo pedum, vbi inflexiones ſeu anfractus non habuerit: in parte autem inflexionis eſſe debet ſedecim pedum,vt flecti vehiculum commodè per eam ibi poſſit. Ita habetur l.vię latitudo,& l.via conſtitui.ff.de ſeru.ruſt. præd.ac l.3.tit.31.par.3. Atque in hoc differt ſeruitus viæ à ſeruitute itineris & actus,quæ lege non habent definitum,quantæ latitudinis eſſe debeant. Ac in eis ſeruitutibus,& etiã in ſeruitute viæ, quando à principio,quando conceſſæ ſunt,expreſſum fuit,cuius latitudinis eſſe deberent, ei tũc expreſſioni ac cõuentioni eſt ſtandum. Quando verò nõ fuit expreſſum,& partes inter ſe poſtea conuenerint, conuentioni poſtea de communi cõſenſu factæ eſt ſtandũ: ſi verò inter ſe non conueniant, arbiter eſt aſſumendus,qui latitudinem definiat,quantum,attentis circunſtantijs concurrentibus,ſufficiens iudicatũ fuerit,vel ad nudum iter,vel ad agendum iumenta, aut vehiculum,pro qualitate loci ac conſuetudine regionis. Ita habetur l.certo.§.latitudo.ff.eod.tit.

6 His ita conſtitutis, duo interdicta prohibitoria, aut duæ partes vnius interdicti,traduntur circa iter, actum,aut viam,quæ explicata ſunt. Primo interdicto,prima ve parte interdicti, prohibetur eum, qui nec vi,nec clàm,nec precario, itinere, actu, vel via, triginta ſaltem diebus intra annum vſus eſt per prędium alienum in ſuum prædium ruſticum, impediri eo vti: quin potius defenditur in ea quaſi poſſeſſione, & tentione eius ſeruitutis, vt illa vtatur interim dum non probatur ſufficienter,eum talem ſeruitutem non habere: annus verò computandus eſt, retro à puncto, quo, impeditus vti eo itinere, actu, aut via, litem eſt conteſtatus, id interdictum aduerſus impedientem intendendo. Ita habetur. leg. 1. in prin. ff.de iti. actuque pri. Neque,vt hoc interdicto gaudeat,ſatis eſt,vſum fuiſſe ſemel eo itinere, actu, aut via, intra eum annum,vt in interdicto de aqua quotidiana,vel æſtiua,eſt ſatis,dictumque eſt diſpu. 704. ſed neceſſe eſt,vt triginta ſaltem diebus,ſiue cõtinuis,ſiue interpolatis,ſit vſus,alioquin eo non gaudet.Quia.n. non cõſueuit permitti aquã duci ex fundo alieno,vel per fundũ alienũ,familiaritatis gratia, ſed ſolum habenti ius ad illam ducendũ, faciliuſque multo non impediri conſueuit tranſitus per fundũ alienum, idcirco ius ſtatuit,vt in illo alio interdicto ſufficeret vnus actus,non verò in hoc,ut Bart.ait,& Cæpolla de ſeruit.ruſt.præd.c.3.nu.25.

7 Quamuis autem,vt hoc interdictum concedatur, neceſſe non ſit,eum, cui conceditur, verè habere eam ſeruitutem,iuſve vtẽdi eo itinere,actu, aut via, ſed eo interdicto gaudeat,modò triginta illis diebus tali itinere,actu,aut uia, ſit uſus, eſto verè in re ius ad id nõ haberet, quia eo ipſo cenſetur eſſe in quaſi poſſeſ-

poſſeſſione iuris illius,tuendusque proinde in ea eſt A
interdicto illo; nihilominus,vt eo gaudeat, neceſſe
eſt,vt fuerit vſus eo itinere,actu, aut via,credens ſe
eam ſeruitutem habere,alioquin eo non gaudet, vt
habetur.l.vlt. ff.de iti.actuque priuat.& l.vlt.ff.quē
admod.ſeruit.amitt. Vnde oritur dubium, an ipſe
probare debeat,vſum fuiſſe eo itinere,actu, aut via,
credendo ſe vti iure ſuo, an ad aduerſarium ſpectet
probare contrarium,& qualis probatio ſufficiat, at-
que vtrum ſit ſatis vtentem iuramento affirmare,ſe
vſum fuiſſe credendo,ſe vti iure ſuo. Hoc dubium
tangunt gloſſ.l.1.in prin.verb.vſus ſit.ff.de iti.actu
que priuat.& Cæpolla vbi ſupra.numer.27.vbi re-
fert multorum opiniones. Arbitror autem,vtētem,
quique ſibi ſubueniri hoc interdicto petit, interro-
gandum eſſe,qua ratione ductus,fuerit arbitratus,ſe B
iure ſuo fuiſſe vſum. Quòd ſi veriſimilem rationem
reddat,quæ,attentis circunſtantijs concurrentibus,
veriſimile iudici efficiat,eum id credendo,vſū fuiſ-
ſe itinere illo,actu,aut via,neque contrarium omni-
no perſuadeant, quæ aduerſarius propoſuerit ac o-
biecerit,defendendum eſſe in ſua quaſi poſseſſione:
quia toties eum eo anno fuiſse vſum eo itinere,actu,
aut via,præſumptionem ea de re facit ex ipſamet iu
ris diſpoſitione,quæ in eo euentu concedit id inter-
dictum. Si tamen aduerſarius poſtulet,vt ab eo exi-
gatur iuramentum,num,credendo ſe vti iure ſuo,eo
itinere, actu,aut via,ſit vſus,cogendus eſt id iurare,
atque ſi renuat,denegandum ei eſt interdictum. Si
verò coniecturæ ſint,quæ ſuadeant eum,non credē-
do ſe vti iure ſuo,vſum fuiſſe eo itinere,actu,aut via C
tunc denegari ei debet id interdictum, niſi ſufficien
ter ipſe probet eam ſuam credulitatem. Atque id ſa-
ne eſt, quod habetur.l.1.§.Iulianus ait. verſ.Viuia-
nus.ff.de iti.act.quæ pri.dum dicitur.*Eum,qui,quod
riuus occupauerit viam publicam, aut quòd interrupta
ſit,ruina,hiatu,aut alio impedimento,per proximum ui
cini agrum iter fecit,eſto frequenter iter fecerit,puta tri-
ginta aut pluribus diebus,non cōpetere ei hoc interdictū:
quia talis vſus in eo euentu reputatur non vſus,non tam
quia precario cenſetur eo itinere vſus, quā quia propter
neceſſitatem in publicum bonum cenſetur conceſſus* ,
quin & præceptum tunc non impediri,ut habetur,
leg.ſi locus.§.vlt.ff.quemad.ſeruit.amitt.cuius ver-
ba ſunt:*Cum uia publica,uel fluminis impetu, vel rui-
na, amiſſa eſt, vicinus proximus uiam præſtare debet.* D
Quare nulla ratione in eo euentu cēſendus eſt,quòd
8 cum credulitate, quòd iure ſuo vteretur, eo itinere
fuerit vſus. Idem eſt dicendum,ſi propter ſimile im-
pedimentum deſiit vti via priuata in ſuum prædium
per fundum vicini, eaque neceſſitate cōpulſus, iter
ſępius facit per alium agrum alterius vicini in ſuum
prædium,dum id impedimētum perſeuerabat: nam
tunc propter eandem rationem non concedetur ei
hoc interdictum,ſi à domino agri, per quā ea de cau
ſa iter facit,prohibeatur iter facere,vt eodem. §.Iu-
lianus ait,ſubiungitur.

9 Vt ei,qui triginta diebus,modo explicato,iter fa-
cit per agrum alicuius in ruſticum ſuum prædium,
competat hoc interdictum aduerſus prohibentē cō- E
tinuare iter per eum agrum,ſatis eſt, ſi triginta illis
diebus vſus ſit eo itinere,vel per ſe, vel per ſuum co
lonum,aut hoſpitem,vel domeſticum,vel quencun-
que alium,qui nomine,intuitu ve ipſius,eo itinere v-
terentur in idem prædium,eſto ignorarent,cuius eſ-
ſet ager,per quem ita iter cōficerent: qui commemo
rantur,leg.vſu retinetur,& quatuor ſequentibus,ff.
quemadmodum ſeruit.amit. Si tamē amicus meus,
cū arbitraretur ad ſe pertinere fundum meum, iter
faceret ſuo nomine per agrum vicini, credens debe
ri eam ſeruitutem fundo, quem ſuum arbitrabatur,
tunc ſibi,& non mihi,acquirit interdictum, vt pro-
hiberi ipſe non poſſit. Hæc ſubiunguntur.l.1.citata
verſ.is cuius colonus,& l.3.§.vti videmur. Excipi-
tur vſufructuarius, & multo maiori cū rōne emphy-
teuta,aut vaſallus: nam ſi ad vnū pertineat vſuſfru
ctus,& ad alium proprietas,ſi vſufructuarius trigin
ta diebus iter faciat per agrū vicinū, ſibi acquirit in-
terdictū,vt prohiberi non poſſit, non verò illud ac-
quirit proprietario,quin etiāſi à proprietario ipſo iu
re tunc prohibeatur tranſire per agrum illū vicini,
cōpetit ēt ei aduerſus eundem proprietarium idem
interdictū. Quòd ſi proprietarius etiam triginta die
bus iuit per eūdem agrum vicinum,& prohibeatur,
proprietario quoque competit idem interdictum ad
uerſus iter ſibi prohibentem. Ita habetur,l.3.citata.
§.ſed enim per fructuarium.

Quando aliquis vti nō potuit itinere priuato hoc 10
anno propter inundationem, aut quia per violentiā
fuit impeditus, vel ob aliquod aliud impedimētum,
ex parte itineris,aut ex parte ipſius, qui eo vti debe-
bat, tunc, ſi anno antecedente id impedimentum,
vſus fuit eo itinere triginta diebus, per beneficium
reſtitutionis in integrum, ex clauſula illa generali,
ſi qua alia iuſta cauſa mihi uidebitur,de qua Diſputa.
80.explicatum eſt concedi maioribus reſtitutionem
in integrum repitita die, ideſt, ſumpta iterum die,à
qua cœpit legitimum impedimentum,indeque com
putando integrum annum retro, in quo triginta die
bus vſus fuerit eo itinere, competit ei interdictum
hoc, vt defendatur in poſſeſſione talis itineris. Ita
habetur.leg.1.§.ſi quis propter inundationem,ff.de
itin. actuque priu.

Si dominus fundi dominantis, qui in proximo 11
fundo ſeruitutem itineris ſuo fundo deberi arbitra-
batur, ſuum dominantem fundum ita alicui preca-
rio concedat,vt in illū poſſeſſionem tranſferat,tunc,
eſto hic, aut colonus eiuſdem domini prædij domi-
nantis,à domino prædij ſeruientis, petant precario
iter per id prædium,(cum tamen id non eſset eis ne
ceſse) nihil domino prædij dominātis id nocet quo
minus, ſi intra annum triginta diebus vſus ſit eo iti-
nere,etiam per talem vſum coloni,aut eius,cui con-
ceſſerat ſuum prædium precario,ſi poſtea prohibe-
tur uti eo itinere,competat ei aduerſus prohibētem
hoc interdictum:quoniam ad intentionem domini,
qua utebatur per ſe,aut per illos nomine ipſius,eo iti
nere, eſt attendendum, non verò ad intentionē eo-
rum,qui nomine ipſius illo vtebantur, vt cenſeatur
eſse in poſseſſione,aut quaſi poſseſsione,vſus illius
itineris tāquam ſibi omnino debiti,etiam per actus,
quibus illi alij alia intentione eodem itinere vteban
tur,quo fit, vt non precario cenſeatur is vſus eo iti-
nere, eſto duo illi alii precario intendiſsent eo uti.
Ita habetur.l.1.§.ſi tibi fundum. ff.de itin.actuque
priuat.

Si quis vſus fuiſſet triginta diebus itinere in fun- 12
do proximo,tanquam ſibi debito, poſteaque in eo-
dem anno precario à domino eiuſdem fundi petijſ-
ſet vſum eiuſdem itineris, tunc cùm iam ex vſu illo
alio triginta diebus, non precario, ſed tanquam ſibi
omnino debito, cōparaſſet quaſi poſſeſſionem eius
itineris, atque adeo ratione illius ſibi competeret in-
terdictum hoc,ſi ei iter denegaretur, ſanè non deſi-
nit ei competere ex eo, quòd poſtea precario vſum
eiuſdem itineris petijſſet. Ita habetur l.1.§.vlt.& l.
2.& l.penultima,ff.de itin.actuque priuat. Idem eſt
ſi anteceſſor in eo prędio vſus eſſet legitimè triginta
diebus itinere per fundum vicinum intra eum an-
num, & poſtea ſucceſſor quocunque titulo in eodē
prædio dominante, precario poſtularet à vicino iter
per eundem fundum : nam tunc id illi non impedi-
ret,quominus ſibi competeret idem interdictum ad
uerſus vicinum id iter ſibi prohibentem. Ita habe-
tur l.penul.citata.

Si cum vſus eſſem triginta diebus itinere per fun-
dum

dum tuum, non vi, clàm, aut precario, tu vendidiſti eum tuum fundum, atque emptor poſtea me prohibuit, vſuſque ſum proinde deinceps eodem itinere vi aut clam, modo tunc non ſit elapſus integer annus à pũcto, quo triginta illis diebus eo itinere ſum vſus non vi nec clam, competit mihi aduerſus emptorem idem interdictum: quia adhuc eſt verum dicere, me vſum eſſe intra eum annum eo itinere triginta diebus nec vi, nec clam, nec precario; quod eſt ſatis, vt mihi competat id interdictum aduerſus quemcunque poſſeſſorem eius fundi, qui me impedierit eo itinere vti. Ita habetur l. 3. in princ. ff. de itin. actuque priu.

13 Siue ego prohibear à te ire per fundum tuum, ſiue colonus meus prohibeatur, aut alius, qui nomine meo eat, poſteaque nihilominus eamus, dicimur vi aut clàm ire. Cæterùm, ſi ego ignorem, meum colonum, aut alium, qui it nomine meo, eſſe prohibitum, & ego, minimè à te prohibitus, eam, non cenſeor vi aut clam, ire. quare, ſi intra annum eam ita triginta diebus, ignorando colonum meum, aut alium, qui ibat nomine meo, eſſe prohibitum, competit mihi hoc interdictum aduerſum te, ſi me poſt eos triginta dies ire prohibeas. Ita habetur eadem l. 3. §. item ſciendum.

14 Ei, qui comparatione domini fundi vi, clàm, aut precario, vſus eſt itinere per eum fundum, ſicut ſi à domino fundi prohibeatur, non competit illi hoc interdictum aduerſus talem dominum, ita neque, ſi is fundus tranſeat ad alium titulo hæreditario, emptionis, aut aliquo alio, nouuſque ſucceſſor eum prohibeat vti eodem fundo, cõpetit aduerſus eum hoc idem interdictum, vt eſt ſatis perſpicuum: quippe cùm in toto iure prædeceſſoris hic ſuccedat. Ita habetur ibidem. §. ſi quis ab authore.

15 Quandocunque fundus aliquis in alium titulo aliquo tranſit, ſiue gratuito, ſiue oneroſo, aut eodem titulo vſumfructũ, aut vſum illius, is adeptus eſt, tũc, ſi triginta diebus eo anno ipſe, vel anteceſſor illius, vſus eſt, modo ſuprà explicato, itinere, aut via, per fundum vicinum, vel in parte eorum dierum vſus eſt ipſe, & in reliqua parte anteceſſor, vtique, ſi prohibeatur vti eodem itinere aut via, competit ei hoc interdictum aduerſus prohibentem. Idem eſt, ſi vnus mandato alterius emit prædium dominans, & qui emit, & is, cui emptus eſt, vſi ſimiliter ſint itinere, aut via, per agrum vicinum in id prædium triginta diebus, aut etiam in parte eorum dierum venditor eo vſus fuerat, tunc, ſi ei, cui venditus fuit, prohibeatur vſus eiuſdem itineris, aut via, competit ei hoc interdictum aduerſus prohibentem. Ita habetur l. 3. citato §. hoc interdictum & ei.

16 In hoc interdicto agitur ſimul ad intereſſe, nempe, vt ſi is, qui prohibet, admonitus à prohibito vt deſiſtat, quoniam eſt in legitima poſſeſſione eius itineris aut viæ, triginta diebus, non deſiſtat, ſoluat prohibito intereſſe, hoc eſt, quantum ſua prohibiti intererat, non eſſe prohibitum: vt ſi eà ratione colligere non potuit fructus ſui prædij, aut maiori cum ſumptu eos collegit, vel aliqua alia ratione ex ea prohibitione damnum aliquod ei emerſit, aut lucrum ceſſauit. Ita habetur eadem l. 3. citata. §. in hoc interdicto.

17 Hoc interdictum ſolũ competit, vt eouſque quis non impediatur tranſire per fundũ alienum in ſuũ, quouſque tranſiſſe triginta diebus in eo anno conſtiterit per talem alienum fundum: ſi enim aliam, aut maiorem, viam conficere voluerit per eum fundũ, vlterius progrediendo, illamve extendendo in longitudine, prohiberi tunc impunè poteſt. Ita habetur l. 1. §. Iulianus ait, ff. de itin. actuque priua. Hæc de 1. interdicto, primave interdicti parte.

18 Secundo interdicto, ſecundave interdicti prohi-

A bitoria parte, quia is, qui ſeruitutem itineris, actus, aut viæ, per alium fundum habet, niſi illa reficiat, quando opus id fuerit, non poteſt commodè illis vti, inhibetur eum, qui nec vi, nec clàm, nec precario, vſus eſt per fundum alienum itinere, aut via aliqua, triginta diebus in eo anno, modo præcedente interdicti parte explicato, ſi reficere illa velit, prout ius ad id ei competet, non impediri id facere. Si tamen dominus fundi alieni petat, ſibi caueri de damno infecto, ſi quod timet ſibi ex ea refectione ac opere poſſe euenire, cauendum ei eſt, alioquin permittere non tenetur eam refectionem. Præterea is, cui hoc interdictum concedendum eſt aduerſus reficere prohibentem, duo ſimul probare prius debet, alioquin ei non conceditur hoc interdictum. Pri-

B mum eſt, ſe vſum eſſe eo itinere, aut via, triginta diebus eo antecedente anno. Secundum verò eſt, ſibi verè eam ſeruitutem competere. Alioquin ei denegatur hoc interdictum. Quia enim longè maius præiudiciũ eſt, quenquam reficere, opuſve facere, in fundo alieno, quàm permitti continuari viam per eum, qua triginta diebus eo anno eſt vſus, idcirco, vt prima pars interdicti competat, ſatis eſt præceſſiſſe vſum eius itineris, aut viæ, eo anno triginta diebus: vt verò ſecundum competat, neceſſe eſt, duo illa ſimul probare. Ideo autem dictum eſt, inhiberi eo interdicto prohiberi illa reficere, prout ius ad ea reficiendum illi competet: quia ſi à principio, quando ſeruitus fuit conſtituta, aut poſtea deductum fuit in pactum, vt non poſſet illa reficere, 12

C aut vt reficere illa poſſet certo modo, aut vſque ad certum terminum, & non alio modo; tunc ei conuentioni eſt ſtandum, prohiberique licitè ac impunè poterit, id refectione tranſgredi, eſto duo illa ſimul probet. Hæc habentur l. 3. §. ait prętor. ff. de iti. actuque priu.

Dubium eſt, vtrum quamuis, ſi, qui prohibetur reficere, incipiat à primo è duobus quæ dicta ſunt neceſſe ei probare, vt illi competat hoc interdictum, teneatur etiam probare ſecundum, atque adeò vtrunque ſimul, ſi tamen incipiat à ſecundo, ſatis ſit illud probare, ſine primo, vt illi competat hoc interdictum. Etenim, ſi quis dumtaxat probet, ſibi competere eam ſeruitutem, ſtatim poteſt confeſſoria agere aduerſus impedientem, ne id iter, aut eam viã, 19

D reficiat, vt illum reficere permittat, eſto non vſus ſit eo anno ea via, aut eo itinere, triginta diebus, vt habetur l. loci. §. ſi quis mihi. ff. ſi ſeruit. vend. Dicendum tamen eſt cum gloſſa vtrobique, & cum Cæpolla de ſeruit. ruſticorum præd. cap. primo, nu. 41. quamuis, ſi agatur confeſſoria, vt quis reficere iter aut viam permittatur, ſatis ſit probare ſeruitutem eius itineris, aut viæ, ſibi competere; vt tamẽ ex hoc interdicto aduerſarius compellatur, non impedire refectionem, non eſſe id ſatis, ſed neceſſe inſuper eſſe probare ſimul vſum eius viæ, aut itineris, triginta diebus eo anno. Quare, quãdo non præceſſit is vſus, aut probari nõ poteſt, non eſt agendũ hoc interdicto, ſed potius confeſſoria, vt refectio pmittatur.

E Refectionis modus talis eſſe debet, vt iuxta priſtinam formã refectio fiat, neque illam excedat. Vnde nefas eſt reficiendo facere iter, aut viam latiorẽ, aut longiorem, quàm à principio eſſet, aut depreſſiorẽ, vel eleuatiorem, quin neque ſi ſtrata non erat, eam lapidib. ſternere, vt habetur l. loci corpus. §. ſi quis mihi. ff. ſi ſeruit. vend. Si tamen riuus deſtruat eiuſmodi viam, aut iter, fas eſt efficere põtem, ſi neceſſarius eſt ad commodum vſum; quem tamen non licet facere in loco publico ſine principis facultate, vt diſputationibus præcedentibus dictum eſt. Hæc omnia habentur. l. 3. §. vltimo. ff. de itin. actuq; pri. 20

Veteres ſecundę parti interdicti, de qua agimus, expreſsè addebant, inhiberi vetare eum, qui ad eiuſ-

modi refectionem neceſſaria afferet, ea aſportare. Id tamen ſublatum eſt, quia minimè neceſſarium erat exprimi interdicto: eo quòd id neceſſarium ſit ad refectionem: & cui refectio conceditur, conceſſum eo ipſo cenſetur id, ſine quo refectio eſſe nō poteſt: atque adeò quando prohibetur impedire aliquem reficere aliquid, cenſetur eo ipſo prohiberi impedire illum aſportare neceſſaria ad eam refectionem. Et quamuis fas ſit egredi id iter, aut viam, per eundem fundum, quantum neceſſe ſit ad aſportandum neceſſaria ad refectionem, vt habetur. leg. refectionis, ff. communia præd. id tamen intelligendum eſt, dummodo id fiat cum quanto maiori compēdio id commodè fieri poſsit, & cum minori detrimento domini talis fundi. Hæc habentur. l. 4. & 5. in prin. ff. de itin. act. quæ priu. Hoc loco obſeruato, quando à principio conceditur ſeruitus itineris, aut viæ, per aliquem fundum, cenſeri conceſſam viam ac cōmodatam, ac proinde cenſeri conceſſum, vt fiant, quæ ad talem viam neceſſaria ſunt, etiam conficiendo gradus, quibus commodè aſcendatur, ſi ita neceſſarium ſit, & rumpendo, aut æquando in eo fundo, atque ædificando, quæ neceſſaria fuerint ad commodam viam, prout conceſsa eſt intelligenda. Ita habetur. l. ſi iter. ff. de ſeru. & affirmat Cæpolla de ſeruit. vrb. præd. c. 22. nu. 6. idemque eſt de alijs ſeruitutibus ſimilibus; id tamen fieri debet expenſis eius, cui ſeruitus eſt conceſſa.

21 Hoc interdictum de itinere aut via reficiendis cōpetit cuicunque ſucceſſori in prædio dominante, & aduerſus quemcunque ſucceſſorem in prædio ſeruiente, modò ſimiliter ſucceſsor probet, ſibi competere eam ſeruitutem, & per ſe, aut per ſuum anteceſſorem, vſum fuiſse eo itinere, aut via, triginta diebus eo anno. Et quamuis poſseſsor dominantis prędij non oſtendit titulum, quem ea ſeruitus tali prædio debeat; ſi tamen oſtendat, poſseſsores eius prædij dominantis, à tempore de cuius initio non extat memoria, fuiſse ī poſseſsione eius ſeruitutis, id ſatis eſt loco tituli. Cum enim eiuſmodi ſeruitus diſcontinua ſit, non minori tempore præſcribitur, quam de cuius initio non extet memoria: in ea verò præſcriptione titulum anteceſsiſse præſumitur vt diſpu. 70. oſtenſum eſt, atque eo ipſo, quòd ſeruitus aliqua legitimè eſt præſcripta, ea legitima præſcripta incipit habere rationem tituli dominij, aut quaſi dominij, rei legitimè præſcriptæ. Hæc habentur. l. apparet. §. hoc interdictum. ff. de itin. act. quæ priu.

DISPVT. 709.

Quouſque cuique liceat ędificare in ſuo ſolo proprio, aut non liceat, quia id cedit in alterius, aut in boni communis, damnum, ſeu præiudicium.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare licet vnicuique in ſuo ſolo, ſuave area, & in ea in altum ſe tollere vſque ad cęlum, eam nō aggrediendo, eſto inde detrimentum vicino ſequatur, niſi ſeruitus ſit in contrarium, aut ſtatutum, vel conſuetudo præſcripta loci alicuius aliud habeat.*

2 *Seruitus altius non tollendi, intelligitur ædificando: vnde plantæ apponi ibi poſſint, eſto fini aduerſentur, ob quem conſtituta eſt ea ſeruitus. Seruitus vero ne luminibus officiatur, intelligitur quacunque re, etiā plantis.*

3 *Aedificia in hoc regno attolli non poſſunt cum detrimento, vt multum ſecreta domorum vicinarum pateant.*

4 *Aedificia ſiue de nouo fiant, ſiue longè antea ſint facta, fas eſt de iure communi aperire in illis quaſcūque feneſtras, etiam ſi inde pateant ſecreta vicinorum. niſi ſeruitus ſit in contrarium. Si tamen quis, prohibitus facere, aut aperire aliquam, deſiſteret decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, præſcripta aduerſus eum eſſet ſeruitus, vt illam aperire non poſſet.*

5 *Circa ædificia quæ Luſitano iure liceant, aut non liceant.*

6 *Seruitutem ne ſe attollat, aut ne feneſtram faciat aut aperiat, poteſt quis cogi vendere monaſterio, aut alteri loco publico, quando inde notabile damnum ſequeretur monaſterio, aut loco publico. Et num aliquando cogi etiam poſſit comparatione priuati.*

7 *Aedificium attollere, & feneſtram aperire, quamuis liceat cuiuis, ſi tamen ad æmulationem id efficiat, hoc eſt, non animo vtendi iure ſuo, ſed ex odio, vt noceat, impeditur, cogiturque factum deſtruere. Et quando cenſendum ſit factum ad æmulationem.*

8 *Aedificare, aut tenere fortalitiū in confinijs imperij, aut regni, ſub quibus pęnis prohibitum. Hodie de iure huius regni omnino eſt prohibitum facere in quocunque alio loco fortalitium, etiam ſi intuitu faciendi domum ad habitationem propriam id fiat. De iure verò communi licebat, niſi ad æmulationē, aut cū graui ſcandalo alicuius oppidi fieret.*

9 *Fortalitium reficere quouſque liceat.*

STatuenda eſt hæc regula. Vnicuique fas eſt ædificare in ſuo proprio loco, in ſuave area propria, vt libuerit, atque in altum in ea ſe attollere vſque ad cęlum in directum illam non egrediendo: quoniam totum ſpatium vſque ad cęlum in directum, quod ei areæ reſpondet, ad eum pertinet, cuius eſt ea area ac ſolum. Excipitur ab hac regula, niſi alteri ſeruitus in contrarium debeatur, aut niſi ſtatuto ſit aliud in commune bonum ſancitum, vel conſuetudine præſcripta introductum. Regulam hanc affirmat communis doctorum ſententia, quā Ant. Gom. l. 46. tauri. n. 6. refert ac ſequitur. Contendit Cæpolla de ſeruit. vrb. præd. c. 27. nu. 4. & c. 40. a nu. 1. eam autem probant. l. altius. C. de ſeruit. cuius verba ſunt: *Altius quidem ædificia tollere, ſi domus ſeruitutem nō debeat, dominus eius minime prohibetur.* Et idem habetur. l. ſi in ædibus, ſtatim ibi ſequenti. l. ſi opus. §. ſi iuſſero. verſ. in opere. l. ſi vitem. §. penul. ff. quod vi aut clam. l. vlt. in princ. verſ. quia cœlum, ff. de ſeruit. l. cum eo. l. Imperatores, & l. cuius. ff. de ſeruit. vrb. præd. & alijs iuribus. Neque refert, quòd inde detrimentum, etiam magnum, ſequatur vicino: quoniam neque iniuriam illi facere, neque damnum illi dare, cenſetur, ſi per accidens id illi ſequitur, dum ita iure ſuo vtendo ædificat, vt ex ſe cōſtat, & ex l. fluminum. §. vlt. atque ex. leg. Proculus, ff. de dam. infect. Neque eſt eadem ratio de loco publico & de loco priuato. Nam commoditas ex loco publico, omnibus debet eſse communis, ac proinde, cum præiudicio aliorum, qui inde priuantur commoditate luminis, aut aliqua alia, nulli fas eſt in eo ædificare: neque princeps poteſt ad id facultatē concedere, niſi pro maiori alio bono: neque ſi concedat facultatem alicui ædificandi in loco publico, intelligenda eſt cum præiudicio alicuius alterius, niſi id exprimat, vt habetur. l. 2. §. merito, & §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco pub. & Diſput. 707. copioſè dictum eſt, affirmatque communis doctorum ſententia, quam Anton. Gom. numer. 6. citato refert ac ſequitur. Si quis verò in ſuo loco proprio ædificet, iure ſuo vtitur, neque curare tenetur de damno priuationis commoditatis, quæ vicino proueniebat ex

ex eo, quòd ſolum ſuum, areave ſua, nõ occuparetur ędificio vſque ad cęlum: neque ordinata caritate tenetur poſtponere commodum ſuum proprium, ad quod ius habet, proximi commodo.

2 Quando ſeruitus debetur, tũc nihil fieri poteſt in ea area, aut ſolo, quod ſit contra ſeruitutem debitã. Vt ſi domus tua ſeruitutem habeat, vt altius non tollas, aut paries tuus, vel area tua, ſeruitutem habeat, vt vel ibi nihil ædifices, vel non tollas altius, quàm vſque ad certam diſtantiam, tunc tollere amplius non potes. Obſerua verò, ſeruitutem altius non tollendi, intelligi ædificando, vnde ea ſeruitus non impedit quo minus arbores ibi plãtentur, etiamſi ſupra eam altitudinem ſe tollant, & luminibus domus, comparatione cuius eſt ea ſeruitus, officiant, vel proſpectũ eius domus impediant, & cauſa, ſeu finis imponendi eam ſeruitutẽ fuerit, ne luminibus ea ratione officeretur, vel ne proſpectus eo ædificio impediretur: quin eſto, quando ſeruitus altius non tollendi conſtitueretur, expreſsè diceretur, imponi ne luminibus officiatur, aut ne proſpectus impediatur, fas eſſet arbores cum eo detrimento plantare: quoniam nomine eius ſeruitutis ſolum intelligitur, ne tollatur ædificando. Si autem ſeruitus eſſet conſtituta in aliquo loco, ne luminibus alicuius domús officeretur, aut ne proſpectus impediretur, tunc, ne plantis etiam id fieret, intelligeretur, ac proinde plantæ, quæ proſpectum impedirent, aut quæ luminibus officerent, eſſent tollẽdæ. Vtrunque habetur expreſſe. l. ædificia, iuncta l. quod autem. ff. de ſeruit. vrb. præd. & affirmat Cæpolla de ſeruit. vrb. præd. c. 27.

3 Vt verò ſimul miſceamus, quę ſtatutis non licent, obſerua. Quamuis, ſtando in iure communi, fas ſit vnicuique ſe attollere vſque ad cęlum ædificando in ſuo proprio ſolo ac area, de iure tamen huius regni. l. 25. ti. 32. par. 3. in bonum commune ac vicinorum adhibitam eſſe eiuſmodi limitationem. *E puedela alzar quanto ſe quiſiere, guardandoſe toda via, que non deſcubra mucho las caſas de ſus vezinos.* Vbi vides, impediri poſſe attolli domum in hoc regno, quando eſſet cum præiudicio vicinorum, quia ſcilicet inde multum paterent ſecreta domorum ipſorum: quando verò id non eſſet in cauſa, quòd multum paterent habitantibus in domo, quæ attollitur, ſecreta domorum aliorum, impediri non poſſet attolli. Quando autem cenſendum eſſet, multum patere, quæ in domibus vicinorum fierent, vt impediri poſſet attolli, iudicis prudentis arbitrio id iudicandum relinquitur. Item ſi is, qui attolleret domũ, ita diſponeret feneſtras domus ſuæ, vt id incommodum vicinis non ſequeretur, attollere ſe poſſet, quantum vellet. Ius Luſitanum hac de re, ſimul cum iure eiuſdem regni circa feneſtras, ſubijcietur.

4 Ex eadem regula propoſita facilè patet, quòd quando ſeruitus in contrarium non eſt impoſita, aut obligatio alia ad id peculiaris non interuenit, fas eſt cuicunque ædificanti in proprio ſolo ac area aperire feneſtrã, aut feneſtras, in eo ædificio, idemque efficere poſſe progreſſu temporis quocunque tempore voluerit in eo ædificio longè antea confecto, eſto nunquam ibi apertæ fuerint feneſtræ, & eſto inde conſpiciantur interiora domorum, aut hortorum, vicinorum, vel aliud detrimentum per accidens inde eis ſequatur, idque quando non eſt ſtatutum aut lex in contrarium, vt nulla talis repetitur de iure communi. Ita affirmat Cæpolla de ſeruit. vrban. præd. c. 62. nu. 1. & communis doctorũ ſententia, quam Ant. Gom. vbi ſup. n. 7. refert ac ſequitur. Excipe, qñ quis ædificare in ſuo ſolo aggrederetur, & relinqueret aliquam feneſtrã in aliqua parte eius ædificij, prohibituſq; à vicino, deſiſteret, atq; elaberentur decem anni inter præſentes, aut viginti inter abſentes, in quo tempore, prohibitus, eam non aperiret: nam tunc vicinus ea quaſi poſſeſſione, quòd eam, prohibitus, non aperiret toto eo tempore, præſcripſiſſe, comparaſſeque cenſeretur eam ſeruitutem, vt ibi non aperiretur. Idem eſſet, ſi, poſt confectum iam antea ædificium, tentaret in aliqua parte illius aperire feneſtram, ac prohibitus, deſiſteret, elabereturque idem tempus: nam tunc ſimiliter præſcripſiſſe, comparaſſeque cenſeretur eam ſeruitutem, vt Cæpolla & Antonius Gomez vbi ſupra cum communi doctorum ſententia affirmant. Conſentitque gloſſa. 1. l. qui luminibus, ff. de ſeruit. vrb. præd.

Iure Luſitano libro 1. titulo. 49. §. 26. circa hoc, 5
& circa dicta. §. præcedente, ſic ſancitum legimus: *Item qualquer que teuer caſas, ou caſa, pode nellas fazer cirado* (*terrado* noſtri vocant) *com peitoril, è janelas, e freſtas, è portaes, quantos elle quiſer, è alcarſe quãto quiſer, è tolher o lume à qualquer outro ſeu vecinho dante ſi, ſe quiſer. Por em nin hura ne poderaa fazer freſta, né ianela, nem cirado com peitoril ſobre caſa, nẽ ſobre quintal doutro, porque o deſcubra, que eſte coniunto à parede onde aſi quer fazer à ianela, ou freſta, ou cirado, ſem couſa alguna ſe meter em meio. E bem poderaa fazer cirado com parede tam alta, que ſe nom poſſa geytar ſobre ella, para ver à caſa, ou quintal doutrem. E aſſi quem quiſer poderaa fazer na ſua parede, ſobre e tel hado, ou quintal, doutrem ſee teira por onde ſomente poſſa auer claridade. E quando o outro ſobre que ſe faz ſe quiſer aleuantar, poder lha à fazer tapar, poſto que ſeia paſſado anno e dia, ou outro qualquer mais tempo que eſteueſſe feita.* & §. 27. additur: *E tendo algum feita ianela, aut freſta, ou cirado, com peitoril, en caſo, que o nom podia fazer, depois de ſer paſſado anno e dia, ea parte era preſente no luguar onde ſe fez, ia lha nom podera fazer des fazer, poſto que ſe aleuantar queira.* §. 28. additur: *Item em beco nom poderaa fazer algum ianela, nem portal: ſaluo por licenca dos almotacees, è officiaes de camara, a qual lhe daram ſe virem que tem neceſſidade, è nom traz muito periuicio.* §. 29. ſubiungitur: *Item quando alguna peſſoa teuer alguna ianela aberta em ſua parede, ſobre alguna azinhaga, que for tam ſtreita, que nõ paſe de quatro palmos, è que non aia nella portas, ſomente corremas aguas, dos telhados por ella, nom ſe pode o ontro vezinho alcar tanto, quelle tolha o lume da ianela, mas poderſe a alcar à tec direito da ianela, em modo quelhe non tolha o lume, è mais nom.* §. 30. additur: *Item ſe alguna peſſoa teuer ianela, ou beyras de telhado em alguna parede, que ſeia ſobre caſa de outrem, è desfazer eſa parede, ou lhe cahir, ea quiſer renouar, ou refazer de nouo, nom podera hi fazer maior ianela, nem beiras, nem em outra lugar, ſe nom como adante auia, nem podera hi fazer mais ianelas.* §. 31. ſubiungitur: *Item ſe alguna peſſoa teuer huna caſa de huna parte da rua, eo outro ſeu uezinho quer fazer caſa da outra parte da rua, ou ſe ia dantes a caſa era feita, è quer nella abrir portal de nouo, ou quer hi fazer ianela, ou freſta, non o poderaa abrir, nem fazer, dereito do portal, ou da ianela, ou da freſta, do outro ſeu vezinho, que moura da outra parte da rua: ſaluo ſe dante, hi ouue ia o dito portal, ou ianela, ou freſta, onde hoora quer abrir: porque entonce à poderaa fazer, no proprio modo e maneira que dante ſtaba. E por em deſuiado do outro, o poderaa fazer.* Et §. 35. habetur: *Item ſe algun teuer ianela ſobre algum quintal, ou campo doutren, è aquelle, cujo for o quintal, ou campo, quiſer hi fazer caſa, nom poderaa fazer parede tã alta, que tape à ianela, que ante hi era feita, ſe paſſar de anno è dia, que era feita. Por em ſe o que quiſer fazer à dita caſa, quiſer leixar azinhagua de una vara e quarta de medir panno en larguo, bene podera fazer à dita caſa, è alcarſe quanto quiſer.* Et §. 36. additur, *Itẽ ſe huña caſa for de duos ſenhorios, de guiſa que de hũ delles ſeia o ſotã, è doutro o ſobrado, nom poderaa aquel-*

aquelle, cuio foro o ſobrado, fazer ianela ſobre o portal de aquelle, cuio for o ſotam, nem outro edificio algum. Et §.40. habetur: *Item ſe alguem tener caſa, que verta agoa do ſeu telhado, ſobre a caſa do ſeu vezinho, o qual vezinho quiſer fazer parede no ſeu, podeſe alcar, è podel he britar as beiras è cimalhas, è encaamentos, e alcarſe quanto quiſer, ſe ho ſeu vezinho hi non teuer freſta, ou ianela: è quando ſe aſſi alcar tomar lhe à as agoas, è dara ſeruentia para ellas em tal maneira, que o dito ſeu uezinho nom receba dano.* Et §.41. additur: *E ſe alguem teuer parede de per meo com outro ſeu vezinho, è ha caſa de hum ho mais alta, que à do outro, è tem à cal porque verto aagoa do ſeu telhado na dita parede, e o que tem à caſa mais baixa quer ſe à leuantar po la parede, mais alto que o outro, poder ſea alcar por toda à parede, em tal guiſa que leixe tamãho lugar da parede, porque colha agoa do telhado, da quelle que ante hi tinha à cal porque recebia a agoa, em modo quelle non venha por elle dano.*

6 Quamuis, vt dictum eſt, fas ſit vnicuique ſe attollere in ſuo ſolo ac area vſque ad cœlum, & aperire in ſuo ædificio feneſtram, aut feneſtras: quas voluerit, quando neque eſt ſeruitus in contrarium, neque loci ſtatutum, quod in commune bonum id prohibeat, dubium tamen eſt, vtrum, ſi aliquem ſe attollere in ſuo ędificio, aut aperire feneſtram, cedat in prę iudicium monaſterij religioſorum, aut religioſarũ, quia inde ſecreta monaſterij conſpiciũtur, aut aliud præiudicium in damnum communis boni ſequitur, poſſit is cogi, vendere ſeruitutem tali monaſterio, ne ſe tollat cum eius monaſterij præiudicio, aut ne feneſtram aperiat cum eiuſdem monaſterij præiudicio. Ad quod affirmanter eſt reſpondum cũ Couar. 3. var. reſ. c. 14. nu. 7. & 8. Ant. Gom. l. 36. citata. nu. 9. & cum alijs, quos diſp. 341. citauimus; conſentiũt que, quæ ibi dicta ſunt, num cogi aliquis poſſit vendere ſuum prædium ad ædificandum monaſterium, Eccleſiam, aut aliud pium aut publicum opus. Id tamen intelligendum eſt, modo iuſtum pretium talis ſeruitutis domino eius ædificij ſoluatur: neq; enim priuandus eſt gratis ſuo illo iure: ſed ſicut, ſi ab illo auferretur id ædificiũ, aut ſolum, ad monaſterium, eccleſiã, aut aliud publicũ ædificiũ ibi conſtruendũ, ſoluendũ ei eſſet pretium talis ædificij, aut ſoli, vt diſputatione citata dictũ eſt: ita ſoluendum ei eſſet iuſtum pretiũ talis ſeruitutis. Intelligendum præterea eſt, dummodo non maior ſeruitus ei imponatur, ipſo inuito, quàm ſit neceſſe ad euitandum pręiudiciũ talis monaſterij, aut alterius reipublicæ. Et dummodo ex ea ſeruitute non ſequatur longè maius damnũ illi priuato, quam ſit propè nullum pręiudicium, qd fortè inde tali monaſterio ſequatur: neque enim alij ſubire tenentur iacturam maximam, pro modico præiudicio talis monaſterij aut loci publici. Hęc ſententia, ita explicata ac limitata, probatur ex l. ſi quis ſepulchrũ. ff. de relig. & ſump. funer. Vbi habetur, ſi quis habeat ſepulchrum ædificatum in aliquo loco, neque pateat ei via ad id ſepulchrum, niſi per prędium vicini, quia fortè via antiqua vi fluminis, aut alia rõne, impedita eſt, officio iudicis cogatur dñs prædii vicini concedere illi viam per id ſuũ prædium, quantũ ſatis ad id ſit, & quanto cum minimo ipſius detrimento id ſit poſſibile, perſolutoque ei pretio iuſto illius viæ: ergo ſimili modo ad vitandum notabile præiudiciũ religioſorũ, aut religioſarum, poteſt quis cogi vendere ſeruitutẽ, ne ſe tollat, vel ne feneſtrã aperiat, quantum præciſè ad id ſit ſatis, & perſoluto ei iuſto pretio pro ea ſeruitute. Probatur ẽt ex l. ſi locus. §. vlt. ff. quemad. ſeruit. amitt. Vbi habetur. Quod ſi via publica vi fluminis, ruina, aut alia ratione deſtruatur, cogitur vicinus ꝓximus viam præſtare, vt Diſputa. 707. viſum eſt, perſoluto tamen ei pretio ex natura ipſa rei, & de iuris rigore, iuxta gloſſam ibi, Bartol. & communem Doctorum ſententiam, quam Aluar. Valaſ. conſult. 22. num. 4. refert ac ſequitur: neque enim quiſquã gratis tenetur concedere, quod ſuum eſt, etiam in bonũ publicum, niſi facta ei competenti compenſatione: ergo ſimili modo, ad vitandum notabile præiudiciũ monaſterij, atque adeo in commune bonum, poteſt quis cogi ſubire ſeruitutem, ne ſe attollat, aut ne feneſtram aperiat, quantum ſatis ſit ad id præiudiciũ vitandum, perſoluto ei competenti pretio talis ſeruitutis. Quin addo, ſi alicui priuato præiudicium magnum ſequeretur ex eo, quòd alius ſe attolleret, aut aperiret feneſtram in ſuo ædificio, parumque admodum eſſet præiudicium huius, quòd prohiberetur id non efficere, credo poſſet licitè impediri, perſoluto ei competenti pretio eius ſeruitutis, iuxta l. primã, §. ſunt autem qui putãt. ff. ne quid in flum. publi. Vbi pro magna commoditate vnius, quoad ſuum fundum, cogitur alius ſubire aliquam incommoditatem longè minorẽ in aliquo ſuo fundo, perſoluto ei competenti pretio eius damni, de qua re Diſput. 704. copioſè eſt dictum. Denique ea omnia, quæ probant, poſſe aliquem cogi vendere ſuum prædium ad ædificãdum monaſterium, Eccleſiam, aut publicum aliud ædificium, de qua re Diſp. 341. eſt dictũ, probant argumento à maiori ad minus, quod hoc loco de ſeruitute aſſerimus.

Quamuis, ſtando in ſolo iure naturali, quãdo debita non eſt ſeruitus in contrarium, cuiuis integrum ſit ſe attollere in altum in ſuo ſolo quantum voluerit, & aperire in ſuo ædificio quas feneſtras voluerit, etiamſi præiudicium inde vicinis ſequatur, vt dictum eſt; quod ſanè verum eſt ſtando in ſolo iure naturali, etiamſi in vicini odium id efficiat, ad effectum, vt contra iuſtitiam non peccet, qui id in odiũ fecerit, ſed ſolum cõtra caritatem, quia iure ſuo vtitur, ac proinde ad effectum, vt, ſtando in ſolo iure naturali, prohiberi non poſſit; iure tamẽ ciuili in cõmune bonum eſt ſtatutum, vt, ſi id, & ſimilia alia, efficiat, non in ſuum commodum & vtilitatem, ſed ad æmulationem, atque vt præiudicium vicino afferat, tunc antequam fiant, impediatur ea efficere, & vt ſuis ſumptib. cogatur ea deſtruere poſtquam fuerint facta. Ita communis doctorum ſentẽtia, quam, inter alios, referunt ac ſequuntur Cæpolla de ſerui. vrb. præd. cap. 62. num. 2. & Ant. Gom. l. 46. citata, nume. 8. eamq; probant. l. 1. §. ijdem aiunt. 2. l. ſi in meo. ff. de aq. plu. arc. l. fluminum. §. vlt. l. Proculus. ff. de dam. infec. l. 3. ff. de operib. pub. & l. 19. tit. 32. par. 3. dictumque eſt Diſput. 704. ac alibi, vbi diximus, quando præſumendum ſit, aliquid horum ad æmulationem atque in odium eſſe factum. 7

De iure communi, quemadmodum nulli erat licitum poſſidere caſtrum in limine imperij, niſi ex prę ſcripto principis, alioquin capite plectebatur, & cõfiſcabantur omnia illius bona, vt habetur l. 2. C. de fundis limitrophis, lib. 11. ita longè magis, ſub eiſdẽ pœnis, nefas erat propria authoritate illud conſtruere de nouo, etiam in proprio ſolo, in limine imperij, illudque poſſidere: quoniam ſi poſſidere caſtrum in limine imperij ea pœna plectebatur, multo magis eandem pęnam incurrebat, qui illud propria authoritate conſtruebat ac poſſidebat: eademque ratione hodie pęnam illam incurrit, qui in cõfinio regni nõ recognoſcentis ſuperiorem, atque vbi ius ciuile Romanorum locum habet, caſtrum poſſidet, aut conſtruit in confinio eius regni, ſine Regis authoritate. Ita communis doctorum ſentẽtia, quã Ant. Gom. l. 46. tauri. nu. 14. refert ac ſequitur, conſentit gloſ. l. 3. verb. tenuerit. ff. ad leg. Iul. maieſt. De iure tamẽ cõmuni prohibitum nõ erat facere caſtrum in proprio loco non iuxta limẽ imperij; modo tamen nõ fieret ad ęmulationẽ alicuius oppidi, aut cũ illius ſcãdalo. 8

Ita

A Ita habetur. l. 3. ff. de oper. publ. cuius verba ſunt: *Opus nouum priuato, etiam ſine principis autoritate, facere licet, præterquam ſi ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat.* Concinit. l. per prouincias. C. de ædif. priuat. cuius uerba ſunt: *Cunctis volentibus permittatur murali ambitu fundos proprios, ſeu loca ſui dominij conſtituta, uallare*, & affirmant Barto. Panor. & communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. num. 14. citato refert ac ſequitur: In hoc tamen regno nefas eſt cuicunque abſque Regis facultate facere caſtrum, etiam in ſuo proprio ſolo; neque domum propriæ habitationis fortem, vt conſentaneè ad iura mox referenda ait Ant. Gom. in calce. nu. 14. citati. Lege enim 8. tit. 5. lib. 6. nouæ collect. inter alia ad hanc rem attinētia, B ſic habetur: *Y defendemos, que ningunas, ni algunas perſonas, de qualquier condicion y eſtado que ſean, no ſean oſados hazer caſas fuertes en nueſtros reynos y ſeñorios ſin nueſtra eſpecial licencia y mandado, con acuerdo de los del nueſtro conſeio, y parecer de las ciudades, o uillas, o lugares comarcanos, do la tal fortaleza ſe ouiere de hazer, &c.* Idem habetur l. 18. titu. 6. lib. 5. eiuſdem nouæ collect. Et lex 46. Tauri in fine ſic habet: *Pero por eſto no es nueſtra intencion, de dar licencia ni facultad para que ſin nueſtra licencia, o de los Reyes que de nos uinieren, ſe puedan hazer, o reparar, las dichas cercas, fortalezas: mas que ſobre eſto ſe guarden las leyes de nueſtros reynos, como en ellas ſe contiene.*

9 Occaſione verborum huius legis quærit Anton. Gom. vbi ſupra nu. 15. num, quamuis nullus in hoc C regno poſſit abſque Regis facultate efficere caſtrū, aut fortalitium, poſſit tamen antiquum reficere ac reparare. Partem negantem ſuadere videtur, præter legem tauri proximè relatam, quæ id apertè ſtatuere videtur, lex ſacra. §. muros. ff. de rer. diu. cuius verba ſunt: *Muros autem municipales, nec reficere licet, ſine principis, uel præſidis, autoritate, nec aliquid eis coniungere, uel ſupponere.* Item l. 1. §. pen. ff. de mortuo inferēdo, cuius verba ſunt: *Aedificare non ſolùm, qui nouum opus molitur, intelligendus eſt, uerum is quoque, qui vult reficere.* Dicendum tamen eſt, quòd ſi fortalitium ſit ſolo æquatum, tunc nefas eſt illud reficere, ſeu reædificare, abſque Regis licentia, non ſolum ſi ob delictum eſſet iuſſum ſolo in pœnam æquari, (in quo euentu nulla poteſt eſſe difficultas) D ſed etiam ſi per vetuſtatē corruiſſet, aut infortunio ſolo eſſet æquatum: nam tunc refectio illius eſſet ædificare illud de nouo, quod non licet. Interim tamen dum fortalitium, licitè poſſeſſum, permanet ac extat, prohibitum non eſſe domino illius illud reficere, ſiue ruinam minetur, ſiue non: neque id intendiſſe legem 46. Tauri, quæ nihil de nouo ea in parte ſtatuit, ſed ſe remittit ad antiquiores leges huius regni ea in parte ſtatutas, vt perſpicuè conſtat eam legenti: antiquiores autem leges huius regni nō prohibent reparationē, quæ eſſet refectio propriè ſumpta, ſed ſolum reparationem, quæ eſſet conſtructio noua caſtri, aut fortalitij, ſiue iam antea in eodem loco fortalitium fuiſſet, & extarent ruinæ, ſiue non. E Ac, præterquam, quòd rationi non eſſet conſonum, refectionem preſsè ſumptam prohibere, id ſanè cedere poſſet in præiudicium vicinorum ac tranſeuntium, quibus ruina illius nocere poſſet. Ad l. ſacra. §. muros, dicendum eſt, ibi ſermonem eſſe de muris publicis oppidi, circa quos, etiam refectio, prohibita eſt priuatis autoritate propria, ſed incumbit præſidi, ſumptibus priuatorum. Ad l. primā, §. penult. ff. de mort. inf. dicendum eſt, vel nomine refectionis intelligi erectionem ſepulchri de nouo in ſolo alieno, etiamſi ibi præceſſiſſet, ſine domini facultate: vel ibi, peculiariter refectio ſepulchri, in ſolo alieno, abſque domini ſoli facultate, eſt inhibita. Quorum autem ſumptibus fortalitia ac muri refici debeant, & alia, quæ ad fortalitia in hoc regno ſpectant, præter. l. 20. tit. 32. par. 3. legas titulum. 5. lib. 6. nouæ collect. Atque dictis à Diſp. 703. vſque ad hanc, explicata habes ea, ad quæ Diſp. 11. lectorem remiſimus.

DISPVT. 710.

De quaſi delictis circa res externas, iudicis videlicet, qui, ſine dolo, culpabiliter ſententiam iniuſtam tulit; patris familias, qui tenetur ad damna ex ijs, quæ eijciuntur de ſua domo, abſque ſua culpa ſequuta; nautarum, cauponum, & ſtabulariorum, qui ſimiliter tenentur de damnis à ſuis datis.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi delicta quæ.*

2 *Iudex ſi abſque dolo culpabiliter ſententiā iniuſtam ferat, ex quaſi delicto tenetur. Et an id ſit delictum cenſendum.*

3 *Damnū datum in bonis externis ob rem effuſam aut eiectam ex domo, aut naui, caput domus, aut navis, ſoluit duplum, ex quaſi delicto.*

4 *Caput domus in re propoſita quis cenſeatur. Atque quando conſtat, quis damnum id dederit, is ſoluit tale duplum, vel damnum paſſo, vel capiti domus, qui illud ſoluerat loco illius.*

5 *Damnum ſi ex re eiecta, aut effuſa, datum eſt in corpore hominis liberi, morſq́ eſt ſequuta illius, quantum caput domus, aut qui deiecit, ſoluere teneatur ratione eius mortis, & cui ſit ſoluendum. Si autem non ſequatur mors, quid ſit ſoluendum.*

6 *Damnum ex re eiecta, aut effuſa, ſi datum ſit, quanto tempore competat actio aduerſus caput domus, aut aduerſus eum, qui illud dedit, tum quādo damnum datum eſt in corpore, tum etiam quando datum eſt in alijs rebus, & num actio ad hæredes & aduerſus hæredes tranſeat.*

7 *Damnum ſi ſequatur ex re appenſa, aut appoſita, ita vt effundi aut decidere poſſet, ad illud tenentur caput domus, aut qui in culpa eius damni fuerunt, ac ſi ex re eiecta aut effuſa eſſet ſequutum. Et ad quam pœnam teneantur, eſto damnum non ſit ſequutum ob appenſionem, aut appoſitionem periculoſam, & qui ad eam teneantur. Et ad quem ea pœna pertineat.*

8 *De furto & damno dato per miniſtros ſuos in nauigio, caupona, aut ſtabulo, tenentur nauta, caupo, & ſtabularius. Et ea actio tranſit ad hæredes eius, qui damnum eſt paſſus, non verò aduerſus hæredes nautæ, cauponis, vel ſtabularij.*

SVpereſt concludamus rem hanc totam de delictis & quaſi delictis circa bona externa, eorū 1 diſcuſſione quatuor diſputationibus ſequentibus, quæ idcirco quaſi delicta nuncupantur, quòd quis abſque ſua culpa, atque adeò abſque vero ſuo delicto, ad reſartionem alicuius damni circa res externas dati, iuris diſpoſitione teneatur.

Inſtituta de obligationibus quæ ex quaſi delicto 2 in prin. habetur. Quando iudex, non quidem dolo, aut muneribus corruptus, ſed per imperitiam, aut negligentiam culpabilem, indebitè iudicando, litem ſuam facit, quia videlicet lis eo ipſo aduerſus eum competit, vt ſoluat damnum, quod ita culpabiliter indebitè iudicando dedit, teneri, non quidem ex delicto, ſed ex quaſi delicto ſatisfacere, quantum legitimus iudex ipſius, apud quem fuerit conuentus, iudicaue-

dicauerit. Neſcio tamen cur hoc appellandum non ſit delictum dãni culpa ſua lata, aut leui, dati, perinde atque quod ex ſimili culpa dant medicus, chirurgus, aduocatus, & ſimiles alij, de quibus Diſp.697. eſt dictum, verum cenſetur delictum damni culpa ipſorum dati.

3 Quando aliquis deijcit aliquid ex domo, aut ex alia ſimili re, vnde damnum eſt ſequutum, quouſque deijciens ipſe teneatur lege Aquilia ad damnum, aut etiam in pœnam, tanquam ex vero delicto ipſius, Diſput.697. præſertim. §. quando aliquis cędit, & § peculiariter, eſt dictum. Inſtituta de oblig. quæ ex delicto à §. primo, & l. prima, & ſequentibus. ff. de ijs qui deiecer. vel effud. habetur. Quando de domo alicuius aliquid eſt eiectum, vel effuſum, ſiue in via publica, ſiue in priuata, ſiue in aliquo alio loco, per quem ſolent homines tranſire, aut in quo ſolent commorari, vt habetur. l. prima, in prin. & §. 1. ff. de ijs, qui deiec. vel effud. atque adeo vt ſummatim dicam, ita vt meritò extimari deberet, nocere alicui poſſe, (intellige, niſi proclamatũ prius fuit, ita vt tranſeuntes, aut ibi exiſtentes, euitare optimè potuerint id damnum, & ipſorũ culpa euitatum non ſit, vt Diſp.697. citata explanatum eſt) atque ex ea deiectione, aut effuſione, ſequutum eſt damnum, tunc, ſi non ſit in corpore hominis liberi, tenetur, qui in ea domo habitat tanquam caput illius, ſoluere illud duplum, eſto ipſe in nulla fuerit culpa, ſed aliquis ſuorum domeſticorum, aut hoſpitum, vel in ea domo quauis ratione exiſtentium: & quia tenetur, eſto ipſe in nulla fuerit culpa, ſed alius, qui id deiecit, aut effudit, idque ex rationabili ac optima iuris diſpoſitione in commune bonum, ad cæterorum ſecuritatem, & vt habitantes domos, tanquã eorum capita, cautiores ſint, ne ex eis ſimilia damna eueniant, iniuncto eis eo onere, vt reſarciri ſimilia dãna facilius, puniri que facilius eiuſmodi delicta poſſint, inquirentibus ipſis poſtea maiori cum facilitate domeſticos ſuos malefactores, ab eiſque recuperantibus, quod loco eorum ſoluerint, dicitur teneri, non quidem ex delicto, ſed ex quaſi delicto, vt habetur. §. 1. inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. Hæc habentur. l. 1. in prin. & §. tuæ in factum, & l. penult. ff. de ijs qui deiecer. vel effud. & l. 25. titu. 15. part. 11.

Quãdo de naui aliquid eſt effuſum, aut eiectum, & nocuit, vtilis etiam actio datur aduerſus caput eius nauis, vt ſoluant duplum eius damni, ſicut datur aduerſus caput domus, vnde aliquid eſt eiectum aut effuſum, vt habetur. l. penult. §. vlt. ff. de ijs qui deiecer. vel effud.

4 Qui domum habitat tanquam caput illius, tenetur ad id duplum ſoluendum, ſiue ita inhabitet ſuã propriam domum, ſiue alienam, quam habeat conductam, aut in qua gratis conceſſa illi ſit habitatio. Ita habetur. §. 1. inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. l. 1. §. hæc in factum, & §. habitare. ff. de ijs qui deiec. vel effud. & l. 25. titu. 15. part. 7. Qui verò domũ locauit, aut gratis conceſſit alteri ad habitandũ, ſi ipſe in ea ſimul non habitet, nõ tenetur ad id damnum, vt ex ſe liquet, & conſtat ex iuribus citatis: quoniam tenetur, qui tanquam conductor aut qui gratis eam domũ habitat, & expreſsè habetur. §. hæc in factum. Si verò ipſe habitet ſimul in eadem domo, tũc eſt diſtinguendũ. Quoniam, ſi tanquam præcipuus eam totam domum habitet, eſto alicui, quem tanquam domeſticum, aut hoſpitem, habeat, cellulam locatam habeat, tunc ipſe ſolus cogitur ſoluere duplum damni: poteritque poſtea illud recuperare ab eo, qui damnum dedit, ſiue ſit ille velut domeſticus, aut velut hoſpes ipſius, ſiue quicunque alius. Hoſpes autem non tenetur tanquam caput domus ſed tanquam domeſticus reputatur interim dum hoſpes eſt, vt habetur. l. prima. §. hoſpes. ff. de his qui

A deiecerint, vel effud. Si verò dominus domus ſolũ habitet tanquam præcipuus partem eius domus, & partem aliam locatam, aut gratis conceſſam, alius, qui tanquam præcipuus illam etiam habitat, tunc ſinguli tenentur in totum, & æqualiter, vt dicetur, niſi conſtet, ex qua parte eius domus ſit eiectum: nam tunc is ſolus tenetur, qui tanquam caput eam partem domus inhabitat. Atque hæc omnia ſunt, quæ intenduntur ac docentur. l. ſi verò. §. 1. & ſequentib. ff. de ijs qui deiec. vel effud. & conſentit. l. 25. citata.

Si filius familias ſeorſum à patre habitet in alia domo tãquam caput eius domus ac habitationis, (id quod de iure communi frequentius erat, quàm de iure huius regni, aut Luſitano: eo quòd coniugati, vi
B uẽte parte aut auo filij familias erant) tunc damnum datum ex domo filij non tenetur ſoluere pater, ſed aduerſus filium, tanquam aduerſus eius domus caput, competit ea actio. Idemque eſt, ſi filiusfamilias ex imperitia, aut negligentia culpabili, indebite iudicet: actio quippe ex eo quaſi delicto, aut delicto, non aduerſus patrem, ſed aduerſus filiumfamilias competit. Vtrunque habetur §. ſi filius familias. inſt. de obl. quæ ex quaſi delict. & l. 1. §. ſi filiusfamilias. ff. de ijs qui deiecer. vel effud.

Quando multi habitant eandem domum tanquam capita, aut quia duæ familiæ permixtæ eãdem habitant domum, aut quia habitant diuerſas partes eiuſdem domus, tunc, ſi non conſtat ex qua parte diuerſæ habitationis eius domus id deiectum aut effu
C ſum ſit, omnes, qui tanquam capita eam domum habitant, tenentur ſimul id duplum damni ſoluere, ſinguli in totum, ita vt quiuis illorum indifferenter cogi poſſit id totum ſoluere. Vno verò integre illud ſoluente, ceſſat actio ex parte eius, cui id duplum eſt ſoluendum, aduerſus reliquos. Qui tamen ſoluit loco omniũ, repetit ab alijs, quod loco eorum ſoluit. Quòd ſi conſtet, quis in particulari, id effundendo, aut eijciendo, damnum illud dederit, ille ſolus cogitur illud ſoluere, idque actione legis Aquiliæ, vel immediatè ab eo, qui id damnum eſt paſſus, vel à capite domus, qui loco illius id ſoluit: qui ſi locatam illi habebat tanquam hoſpiti eam cellam, vnde id eiectum eſt, agere etiam ex locato poterit, vt id ſibi ſoluat. Quando autem conſtaret, quis in par
D ticulari id damnum dedit, tunc, ſi ille non eſſet ſoluẽdo, ſolus, qui in ea habitatione eſſet velut caput illius, teneretur id duplum loco illius ſoluere: reliqui verò, qui tanquam capita habitarent etiam eandem domum, non tenerentur contribuere ad id duplum. Quando autem conſtaret ex qua parte domus id eſſet eiectum aut effuſum, tunc, qui eam partem habitaret, teneretur duplum totum eius damni ſoluere: non verò qui partes alias eiuſdem domus habitarent, eſto non conſtaret, quis in particulari id deiecerit aut effuderit. Hæc habentur. l. 1. §. vlt. & tribus legibus ſequentibus, ac. l. 5. in prin. & § interdum, ac duobus ſequẽtibus. ff. de ijs qui deiecer. vel effud. & l. 25. citata.

E Quando aliquid eiectum aut effuſum eſt, ex aliqua domo, & id nocuit corpori hominis liberi, tũc, 5
ſi ille mortuus ſit, cogitur ſimiliter, qui tanquam caput eam domum habitat, ſoluere quinquaginta aureos, ſeu ſolidos: quos ſimiliter repetit ab eo, qui id deiecit aut fudit. Ita habetur. §. ob hominem. inſt. de obli. quæ ex quaſi delict. l. 1. in prin. & §. ſed cum liber. ff. de ijs qui deiecer. vel effud. & l. 25. titu. 15. par. 7. Lex verò 25. citata addit, dimidium horum quinquaginta ſolidorum ſoluendum eſſe hæredibus defuncti, & alterum dimidium ſoluendum eſſe fiſco Regis. Atque idem affirmant gloſſa. l. ſi vero. §. hæc autem actio. verb. pęnalis. ff. de ijs, qui deiecer. & Bart. à Greg. Lopez. l. 25. citata relatus. Quia enim

enim æſtimari non poteſt vita hominis liberi, ea pœna in illo euentu ſtatuitur, quando ſiue animo occidendi illo modo fuit occiſus. Si verò, quod ita fuit deiectum, aut effuſum, nocuit quidem corpori hominis liberi, non tamen eum interficit, ſoluit ſimiliter, qui domum tanquam caput inhabitat, ſimplam damni æſtimationem, computando iudicis arbitrio ſumptus omnes curationis, & valorem mercedum omnium, quibus propter eam læſionem caruit, & quibus in futurum carebit, eaque ſimiliter recuperabit poſtea ab eo, qui id damnum dedit. Ita habetur. §. ob hominem. inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. l. 1. in prin. & §. hęc autem verba, ac. l. vlt. ff. de ijs qui deiecer. vel effud.

6 Actio, quæ aduerſus caput familiæ competit ratione damni ex eo ſequuti, quòd ex ea domo aliquid eiectum aut effuſum eſt, ſi damnum non ſit in corpore hominis liberi, ſed in veſtibus, aut in aliqua alia re, eſt perpetua, tranſit in hæredes eius, qui damnum accepit, & cui ea actio competit: non verò aduerſus hæredes capitis domus. Si verò damnum ſit in corpore hominis liberi, atque is interfectus ſit, tunc actio ſolùm competit per annum, neque tranſit aduerſus hæredes capitis domus, neque tranſit ad hæredes interfecti, ea ratione qua hæredes ſunt: eo quòd ſicut in bonis corporis ſuccedere nõ debebant hæredes, ita neque in æſtimatione eius damni ſuccedunt: ſed hæredes ex teſtamento, aut ab inteſtato, quales ſunt conſanguinei, agere poſſunt intra annum ad eam pœnam, à morte interfecti, aduerſus caput domus, ſi toto eo tempore ſuperſtes ſit, ipſique in ea actione (quæ popularis eſt, id eſt, competit cuiuis de populo) præferuntur cæteris; quatenus dimidium ſaltem eius pœnæ ipſis eſt applicandum tã quam hæredibus interfecti, ac proinde plus ipſorũ intereſt intentari eam actionem, quam cæterorum. Quòd ſi damnum ſit in corpore hominis liberi, neque inde ſit interfectus, comparatione ipſius, interim dum viuit, ea actio eſt perpetua: comparatione verò hæredum, ipſo iam defuncto, ſolùm competit per annum. Hæc habentur. l. ſi verò. §. hæc autem actio. ff. de ijs qui deiecer. Conſentit. §. vlt. inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. Quo loco obſerua, ſi ita percuſſus non ſtatim eſt mortuus, ſed ſumptus fecit in vulnere, aut ictu, curando, & tandem ex illo mortuus eſt, hæredes non ſolum poſſe agere ad pœnam quinquaginta aureorum, ratione mortis ex eo ictu ſequutæ, ſed etiam ad ſumptus factos dum vixit, & ad mercedes ſuorum operum, quibus toto eo tempore fuit priuatus.

7 Quando aliquid eſt appenſum, aut appoſitum, ſupra viam, aut locum, per quem ſolent homines trãſire, aut in quo ſolent commorari, ita vt decidere, aut effundi, nocereque poſſit; tunc, ſi decidat, aut effundatur, ac noceat, ad idem tenetur caput domus, in qua eſt appenſum, aut appoſitum, ad quod diximus teneri, ſi id ex eadem domo eiectũ aut effuſum eſſet: tenetur enim ad duplum damni, quod dederit, non in corpore hominis liberi, & ad ſoluendos quinquaginta ſolidos, ſi interficiat hominem liberum, atque ad ſumptus, ſi illum non interficiat: reputatur quippe ac ſi ex eadem domo eſſet eiectum aut effuſum: ac proinde ea omnia, quæ dicta ſunt, quando aliquid eiectum aut effuſum eſt de domo aliqua, ſunt ſimiliter dicenda in hoc euentu. Ita habetur. l. 1. §. quod cum ſuſpenderetur. ff. de ijs qui deiecer. vel effud. § cui ſimilis, iuncto. §. ob hominem, inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. Et l. 26. titu. 15. par. 7. Quando verò aliquid eſt appenſum, aut appoſitum, ita vt nocere poſſit tranſeuntibus, aut ſubtus exiſtentibus; tunc is ipſe, qui id appoſuit, aut appendit, incidit in pœnam ſoluendi decem ſolidos, propter periculum, quod eſt, vt decidat, vel effundatur, ac noA ceat trãſeuntibus, aut ſubtus exiſtentibus. Is verò, qui domum habitat, tanquam caput illius, ſi id patiatur eſſe appenſum, aut appoſitum, quia videt aut ſcit ita eſſe appoſitum, aut appenſum, & illud nõ remouet, aut ita facit apponi, vt ceſſet id periculum, incidit in eandẽ pœnam. Quare hæc pars eiuſdem interdicti omnes & ſingulos id apponentes, aut appendentes, & habitantem domum tanquam caput, qui id patitur eſſe appoſitum aut appenſum, comprehendit, ſingulique in integrã pœnam incidunt, integramque illam ſinguli tenentur ſoluere. Quòd ſi mancipium alicuius id apponat aut appendat, domino ad id non attendente, mancipium incidit in eam pœnam; eaque de cauſa mancipij dominus tenetur vel eam ſoluere loco mancipij, vel tradere mã-B cipium noxæ, loco illius pœnæ. Si verò dominus mancipij patiatur id ita eſſe appoſitum, aut appenſum, in domo ſuæ habitationis, iam tunc proprio nomine tenetur eam pœnam ſoluere: quia ipſe iam eſt in culpa. Neque hæc pars interdicti loquitur, quando iam id decidit & nocuit, ſed quando non decidit, decidereque poterat. Hæc omnia habentur. l. ſi verò. §. prętor ait, & ſequentibus. ff. de ijs qui deiecer. vel effud. §. cui ſimilis. inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. & l. 26. titu. 15. par. 7. quæ ait, dimidium huius pœnæ pertinere ad accuſantem, & alterum dimidium ad fiſcum Regis. Vtrùm autem, quando appoſitum fuit, & decidit, dominus domus, in qua fuit appoſitum aut appenſum, teneatur ad vtramque pœnam, tam ſcilicet huius partis interdicti, quàm prio-C ris; Gloſſa. l. ſi verò citata. §. ſi id quod verb. competit actio, in fine, affirmanter reſpondet, cui ſubſcribit Greg. Lopez. l. 26. citata verb. *el danno doblado*. Contrarium tamen exiſtimo verum. Quoniam pœna huius partis interdicti ſolùm eſt impoſita pro appenſis aut appoſitis, quæ nondum ceciderunt, ſed cadere & nocere poſſunt: quando autem iam ceciderunt ac nocuerunt, non habet locum ea pœna, ſed ſolum habet locum pœna, prioris partis interdicti.

Qui nauigij præcipuam curam habent, caupo, & ſtabularius, tenentur de furto & damno commiſſo in naui, caupona, aut ſtabulo, per eos, quorum miniſterio inibi vtuntur: & quia in hoc euentu tenentur, non ex culpa ſua, delictoque ſuo, ſed ex culpa & delicto ſuorum, dicuntur ipſi teneri, non quidem ex D ſuo delicto, ſed ex quaſi delicto: ipſi autem perſpiciant, quorũ opera ac miniſterio vtantur, quia cum eo onere id munus cenſentur ex iuris diſpoſitione ſuſcipere. Hæc etiam actio non ſolùm competit ei, qui id damnum eſt paſſus, aduerſus habẽtem curam nauis, cauponem, ſtabularium, ſed etiam tranſit ad hæredes eius, qui id damnum eſt paſſus: non tamen competit aduerſus hæredes habentis curam nauis, cauponis, aut ſtabularij. Hæc habentur. §. item exercitor, & §. vlt. inſt. de oblig. de quaſi delicto. Eo autem. §. vlt. habetur. nullam actionem, de quibus tota hac diſputatione habitus eſt ſermo, tranſire aduerſus hęredes eorum, contra quos conceduntur. Atque hęc adiunge dictis Diſp. 227. 8

E Vtrum autem commemorati tota hac Diſputatione, aduerſus quos competit ſolùm actio ex quaſi delicto, (excipe iudicem, qui ſua culpa indebitè ſententiam tulit, quem ex proprio delicto teneri arbitror, atque in foro conſcientiæ, nulla expectata ſententia) teneantur id ſoluere in foro conſcientiæ, ad quod actio aduerſus illos datur, non expectata litis intentione aduerſus eos, & quòd aduerſus eos ſententia feratur, Diſp. 713. examinabitur.

DI-

DISPVT. 711.

Ad damnum à mancipio abſque domini culpa datum quouſque dominus teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis in ſeruum, etiam ad pœnam pecuniariam, cum domino, & non cum ſeruo intentatur. Tenetur verò dominus vel iudicatum ſoluere, vel ſeruum noxæ dare. Criminalis verò actio in ſeruum intentatur.*

2 *Damnum datum à mancipio non tenetur reſtituere dominus, niſi culpa mancipij ſit datum, aut inde mancipium vel dominus facti ſint locupletiores.*

3 *Seruus ſi delinquat, poteſt dominus illum defendere. Sequuta verò condemnatione, tenetur vel iudicatum ſoluere, vel ſeruum noxæ dare. Poterit etiam illum non defendere, ſed noxæ ſtatim dare ad vitandos litis ſumptus.*

4 *Lite conteſtata ob delictum ſerui, ſi ſeruus moriatur, & conſtabat id delictum commiſiſſe, cogitur dominus ſoluere damnum ac pœnam.*

5 *Mancipium ſi delictum commiſit domino ſciente, ac prohibere potente, non liberatur tradendo illud noxæ, ſed tenetur ſoluere damnum & pœnam, eſto mãcipium alienauerit, manumiſerit, aut mortuum fuerit.*

6 *Mancipium ſtatim atque à domino noxæ datur, dominus amittit dominium illius, & illud is comparat, cui noxæ datur. Si tamen mancipium, comparata aliunde pecunia, damnum & pœnam ſoluat, conſequitur libertatem. In foro tamen conſcientiæ tenetur ſoluere priori domino damnum culpa talis mancipij ei ſequutum.*

7 *Mancipium, quod deliquit, ſi dominus alienauit, aut manumiſit, non competit aduerſus ipſum noxalis actio, ſed aduerſus nouum dominum, aut aduerſus mancipium ſui iuris effectum. Quòd ſi prior dominus titulo oneroſo illud alienauerat, tenetur nouo domino de re ita vitioſa ſibi alienata. Si autem dolo, ſciens mancipij delictum, illud alienauit, ipſe tenetur ad damnum & ad pœnam.*

8 *Mancipium, quod ob delictum quæreretur ad pœnam mortis, aut ad aliam grauem corporalem, occultare, & adiuuare ad fugam, poſſet dominus, quando contrarium in bonum publicum non eſſet iuſſum. Tradere verò illud abſens poſſet noxæ ob damnum ab eo datum, & pœnam ciuilem.*

9 *Mancipij defenſionem ſi ſuſcipiat dominus, defendere illud tenetur in loco, in quo deliquit. Si moriatur mãcipium ante ſententiam, ad nihil tenetur dominus. Siue ciuiliter, ſiue criminaliter, agatur aduerſus mancipium, ſi ex delicto aliquid actoris deuenit ad dominum, aut dominus inde factus eſt locupletior in aliquo, id quoque poteſt actor petere à domino.*

10 *Serui ex culpa non tranſit noxalis actio ad hæredes domini, niſi ad ipſos ſeruus deueniat. Atque tunc tranſit, non quia hæredes ſunt, ſed quia domini ſunt talis ſerui.*

11 *Seruus multis communis ſi delinquat, quouſque noxalis actio aduerſus ſingulos aut omnes competat.*

12 *Damna culpa mancipij, ſed abſque domini culpa data, an dominus ſoluere teneatur ante latam ſententiam, aut tradere mancipium noxæ.*

1 MAteria huius, & ſequentis diſputationis, affinis eſt quaſi delictis, materiæve præcedentis diſputationis. Iure ciuili. ff. C. inſt. de noxalibus actionibus eſt ſancitum, quando mancipium alienum delictum aliquod

A abſque domini culpa commiſit, ratione cuius agendum eſt ciuiliter, ſaltem ad pœnam pecuniariam, vt ſi furtum commiſit, rapuit, dãnum dedit, vel aliam iniuriam intulit, ita quòd locum habeat condictio aliqua, vel pœna pecuniaria, iudicium illud nõ cum ſeruo eſſe intentandum, qui bonis externis caret, vnde ſoluat, ineptuſque eſt, vt aduerſus illum eo modo agatur, vt habetur. l. vlt. C. de noxalib. act. ſed intentandum eſſe aduerſus eius dominum, qui ad alterũ duorum, quod ipſe potius elegerit, in eo euentu tenetur, nempe vel ad tradendum ſeruum pro noxia, transferendo dominium illius in actorem, loco dãni dati ac pœnæ, qua erat puniendus, vel ad ſoluendum damna & pœnam, qua fuerit condemnatus. Data verò eſt ea optio dominis mancipiorum, vt eligant

B potius dare noxæ mancipia, quando abſque dominorum culpa mancipia delictum patrarunt: quoniam, vt habetur inſt. de noxalib. act. in prin. & conſentit. l. 2. in prin. ff. eod. titu. iniquum erat, nequitiã eorum cõtra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe. Quando verò criminaliter eſt agendũ ad mortis aut ad aliam corporalem pœnam mancipij, tunc locum habet, iudicium cum mancipio ipſo, intentarique proinde aduerſus ipſum, & non aduerſus illius dominum, debet, vt habetur. l. penult. iuncto. l. 3. C. de noxal. act. Inſtit. de noxalib. act. in princ. ſic ſcriptum legimus: *Noxa autem eſt ipſum corpus quod nocuit, id eſt ſeruus; noxia ipſum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria.* Et quoniam in eiuſmodi iudicio, quando nulla interuenit culpa domini, in

C tegrum ipſi eſt tradere noxam ipſam pro noxia, ſeu pro delicto patrato, actio ipſa, quæ aduerſus dominum pro delicto ſerui intentatur, noxialis eſt nuncupata. Gloſ. ibidem verb. noxia ſic ait: *Vnde verſus, Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.* ſed quandoque vno pro alio vtimur.

Obſeruandum verò eſt. Vt dominus mancipij damnum, quod mancipium dedit, ſoluere teneatur, aut tradere mancipium loco damni, neceſſe eſſe, vt damnum culpa mancipij datum ſit. Si enim mancipium abſque vlla ſua culpa damnum aliquod dedit, quia aliud in poteſtate mancipij non fuit; atque ex eo damno neque ipſum, neque dominus eius, facti ſunt locupletiores; tunc, quemadmodum mancipium, ſi eſſet ſui iuris, ad nihil teneretur, quia neque

D ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtę acceptionis, ita dominus illius ad nihil omnino tenetur. Quòd ſi ex eo mancipij damno factus eſſet locupletior, tũc id ſolum reſtituere teneretur, in quo factus eſſet locupletior. 2

Obſeruandum eſt deinde. Dominum defendere poſſe ſuum mancipium: quando autem ſuccumberet, quia probatum eſſet, mancipium commiſiſſe id delictum, tunc dominus per ſententiam in eo iudicio ad alterum duorum ipſius optione eſt condemnandus, nempe, vt vel mancipium tradat, vel ſoluat damnum totum ac pœnam loco illius. Ita colligitur ex illis verbis inſtitu. de noxalib. actio. in princ. *Ex maleficijs ſeruorum, veluti ſi furtum fecerint, aut bo*

E *na rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam commiſerint, noxales actiones proditæ ſunt, quibus domino damnato permittitur, aut litis æſtimationem ſufferre, aut hunc hominem noxæ dedere.* Ecce domino iã damnato, ea optio conceditur. Idem habetur apertius. l. 1. ff. eod. tit. illis verbis: *Quarum* (noxalium videlicet actionum) *vis & poteſtas hæc eſt, vt ſi damnati fuerimus, liceat nobis, deditione ipſius corporis, quod deliquerit, euitare litis æſtimationem.* Cõſentit. l. 2. C. eo. tit. Quod ſi ſine defenſione velit dominus mancipii illud noxæ dedere, vt liberet ſe à ſumptibus, & à moleſtijs litis, poterit id efficere. 3

Illud tamen eſt obſeruandum, ſi lis ſit conteſtata aduerſus dominum mancipij, & delicto illius conſtet, 4

ſtet, ita quòd in mora ſit tradendi mancipium, vt ſe liberet à reſarciendo damno & à ſoluenda pœna, tunc, ſi mancipium moriatur antequam lis abſoluatur, tenetur reſarcire damnum, & ſoluere pœnam, argumento. l. 1. §. planè ſi ante litem. ff. ſi quad. pauper. feciſ. dic. iuncta Gloſſa ibi, quo in textu idem ſatis innuitur, quanda intentata fuit actio de pauperie, de qua diſputatione ſequenti erit ſermo, nec traditum fuit animal, quod damnum dedit abſque culpa domini: ſi enim id animal perijt ante litem conteſtatam, ceſſat ea actio aduerſus dominum animalis: ſecus verò ſi poſt litem aduerſus eum conteſtatam perijt: nam tunc tenetur ad damnum, vt ibi ſatis innuitur, & affirmat Gloſſa, quæ idem ait eſſe in noxiali actione, de qua loquimur, ſi poſt litem côteſtatam moriatur mancipium, quod abſque culpa domini dãnum dedit, citatque. l. ſi plurium. §. vlt. ff. de noxalib. act. quæ tamen meo iudicio id non probat.

5 Si domino iubente, conſulente, aut ſciente, nec prohibente, quando prohibere potuit, mancipium commiſit delictum, tunc non liberatur dominus, noxæ mancipium dedendo, ſed tenetur ad damna omnia, & ad pœnas omnes pro eo delicto, eſto mancipium alienauerit, aut manumiſerit poſt tale delictũ commiſſum, vel mancipium moriatur: ſecus autem ſi vel dominus ignorauit mancipij delictum, quando mancipium illud, commiſit, vel eſto illud ſciuerit, prohibere tamen delictum non potuit: tunc enim liberatur, mancipium noxæ dedendo. Ita habetur, l. 2. 3. 4. 5. & ſequentibus. ff. de noxalib. act. & l. 2. & l. penult. C. eod. titu.

6 Si dominus mancipium noxæ det in euentu, in quo id poteſt efficere, continuo amittit dominium illius, illudque comparat is, cui mancipium noxæ datur. Si tamen mancipium quæſita pecunia, ſoluat dãna omnia, & pœnas condemnationis pro eo delicto, conſequitur libertatem, prætoriſque auxilio manumittitur, etiam inuito eo domino. Ita habetur. §. dominus inſt. de noxal. act. Quo fit, vt id dominium reuocabile ſit ex iuris diſpoſitione, ſi mancipiũ ipſum damna & pœnas ſoluat, quæſita aliunde pecunia. Cum enim loco damnorum ac pœnarum nouus hic dominus conſequutus ſit dominium talis mancipij, voluit ius, in fauorem libertatis, vt ſi mancipium aliunde compenſaret illi omnia damna, & ſolueret omnes pœnas, libertatem conſequeretur. Ex ea. §. citati diſpoſitione intelliges, eiuſmodi mancipium ex iuris diſpoſitione non teneri priori domino ad damnum amiſſionis ipſius, quod culpa talis mancipij ei domino ſubſequutum eſt. Quando quidem non redigitur in priſtinam ſeruitutem, poſtquam ſe liberauit ab eo, in quem noxiam commiſit. Id quod confirmatur ex. §. ſi ſeruus eod. titu. Vbi nulla actio competit domino in ſeruum, poſtquam eſt egreſſus ipſius poteſtatem, propter damnum, aut delictũ, quod in eum dominum commiſit quando in illius erat poteſtate: ſicut nec ſeruo pro eodem tempore competit actio in dominum. Neſcio tamen, an in foro conſcientiæ mutuò teneantur ſeruus & dominus, ac teneri propendeo: quoniam denegatio actionis in foro exteriori non tollit obligationem, quæ ex natura ipſa rei oritur in foro conſcientiæ, conſentireque videtur Syl. verb. reſtitutio 2. §. 1. in princ. & clarius. §. 14. Non tamen cogerem ſeruum, qui via paulo ante explanata libertatem conſequitur, ſe iterum redigere in ſeruitutẽ prioris domini, ſed ſolùm pecunia reſarcire illi æſtimationem damni, quod culpa ipſius ſubſequutum illi fuit.

7 Si dominus, poſt commiſſum delictum per ſuum mancipium, illud bona fide alienet, aut manumittat, ceſſat actio noxalis aduerſus talem dominum, & tranſit in nouum eius mancipij dominum, aut in mancipium ipſum, quod deliquit, ſui iuris iam effe-

A ctum. Ita habetur inſt. de noxal. act. §. omnis. Si tamen titulo oneroſo prior dominus id mancipium alienauit, tenebitur poſteriori domino, perinde ac ſi rem vitioſam illi vendidiſſet, iuxta ea quę Diſp. 352. & 353. dicta ſunt. Quod ſi in dolo fuit, quominus in poteſtate ipſius eſſet id mãcipium, ſciens delictũ illius, tenetur noxali actione ad totum damnum, & ad integram pœnam. l. quoties, & l. de illo. ff. de noxal. act.

Illud eſt obſeruandum. Si mancipium delictum 8
commiſiſſet, ob quod mortis, abſciſſionis membri, aut flagellorum pœna eſſet plectendum, licitè tunc dominus poſſet illud adiuuare ad fugam, trãsferreque illud in locum tutum: ſolumque teneretur noxiæ illud dare, vbicunque eſſet repertum, pro dam-
B nis in bonis temporalibus, quæ offenſo dediſſet, & pro pœnis ciuilibus, quæ pro eo delicto ei eſſent impoſitæ, vel ea omnia ſoluere. Primum probatur, quoniam ſicut quiuis alius poſſet adiuuare ad fugam, & occultare delinquentem, qui ad mortem, mutilationem, aut ad flagellorum, vel triremium pœnam quæritur, (quando tamen contrarium in bonum publicum non eſt iuſſum aut ſtatutum) quia illud eſſet adiuuare delinquentem ad id, quod ipſi mancipio licet poſt delictum commiſſum; ita dominus poteſt adiuuare ad fugam atque occultare ſuum mancipiũ, quod ad eandem pœnam quæritur.

Quando dominus actionem ſui mancipij ſuſcipit, tenetur illud defendere in loco, vbi delictũ com- 9
mißit. l. vlt. ff. de noxal. act. Si quis, ignorans manci-
C pium ſuum, quod delictum commiſit mortuum eſſe, iudicium pro illo ſuſcipiat, abſolui debet. Quoniam, deſinente mancipio, loco cuius intendebat ſoluere, deſinit quoque obligatio ſoluendi pro illo: præſertim cum facta condemnatione, integrum eſſet domino, vel eam ſoluere, vel mancipium noxæ dare, vt ſuprà dictum eſt. Ita habetur. l. penul. ff. de noxal. act. Eadem ratione credo, concedendam ei eſſe repetitionem, ſi pro mancipio, quod mortuum iam erat, ſoluit: quandoquidem ſoluit indebitum. Si contra mancipium criminaliter agatur, & aliquid actoris ex delicto mancipij ad dominum illius peruenit, ſimul poteſt actor illud vendicare, vt eſt notiſſimum, & ſimiliter petere poteſt ex domino mancipij, ſi in aliquo idem dominus factus ſit locupletior
D ex tali delicto. Simili modo, eſto agatur ciuiliter, & dominus mancipium noxæ dedat, repetere poteſt actor ex domino mancipij, ſi quid ex delicto talis mãcipij ad dominũ peruenit, aut ſi in aliquo ex eodem delicto factus ſit locupletior. Ita habetur. l. penult. & vlt. C. de noxal. act.

Aduerſus hæredes domini mancipij non compe- 10
tit hæc actio noxalis, quando lis cum domino mancipij non fuit conteſtata: ſi tamen ad hęredes tanſiſſet mancipium, tunc aduerſus illos competeret actio non tanquam ad hæredes domini mancipij, ſed tanquam ad poſſeſſores ac dominos eius mancipij. Ita habetur. l. ſi plurium. §. vlt, & l. penult. ff. de noxal. actio.

E Quando mãcipium aliquo modo eſt multis com- 11
mune, tradũtur multa. ff. de noxalib. act. circa rem, de qua diſputamus. Quia tamen moleſtum eſſet ea hoc loco explanare, raroque in praxi eueniunt, ſi aliquando mancipium, multis commune, delictũ commiſerit, actioque noxalis tunc intentetur, recurre ad illa iura, vt intelligas, quouſque ſinguli aut omnes teneantur vel non teneantur.

Vtrùm autem dominus mancipij, ante intenta- 12
tam noxalem actionem, latamque ſententiam, qua condemnetur reſarcire damna, & ſoluere pœnas, vel mancipium noxæ dare, teneatur in foro conſciẽtiæ, ſi de damnis, culpa quidem mancipij, ſed abſq; vlla ſua culpa, datis ei conſtet, vel ſoluere ea damna

loco

loco mancipij, vel mancipium noxæ dare, transferendo pro eis damnis mancipii dominum in eum, qui illa eſt paſſus, examinabitur Diſp. 713.

DISPVT. 712.

Ad damna, quæ animalia bruta abſque domini culpa dant, quouſque eorum dominus teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Damna ab animalibus, cuſtodis aut domini culpa data, quouſque ſoluenda.*

2 *Damnum ſi animal alienum abſque cuiuſquam culpa det, cogitur dominus animalis vel illud tradere pro damno, vel id damnum ſoluere, & quādo de ſubtilitate iuris ea actio ſit directa, & quando vtilis.*

3 *Damnum in perſona hominis liberi ſi animal alienū det, non competit actio pro eo damno. Pro damno tamen inde vlterius ſequuto ſumptuum, aut aliarum rerum externarum, actio prædicta competit.*

4 *Damnum ſi det animal per aliquid aliud, vt per plauſtrum, tenetur dominus talis animalis. Si vnum animal aliud concitauit, & concitatū ea de cauſa damnum det, dominus concitantis tenetur, & non dominus concitati. Si animal aggrediens damnum alteri animali det, dominus illius tenetur. Si verò animal inuaſum damnum inuadenti det, dominus animalis inuaſi ad damnum non tenetur.*

5 *Damnum ſi det fera fugiens, ſe recipiens in ſuam naturalem libertatem, ad nihil tenetur, qui erat dominus illius, eſto illam poſtea capiat, dominiumque illius ea captura comparet.*

6 *Animal, quod damnum dedit, ſi bona fide tranſeat in dominium alterius, nouus dominus tenetur de eo dāno. Et ad quid teneatur prior dominus, etiam quando ſciens damnum, illud alienauit.*

7 *Mortuo animali, quod damnum dedit, ante litem conteſtatam, dominus illius ad nihil tenetur, nec etiam ad carnes noxæ dandum. Si moriatur poſt litem cōteſtatam, tenetur ſoluere integrum damnum. Si autem alius culpabiliter illud occidit, ſatis eſt, ſi dominus animalis cedat actionē legis Aquiliæ damnum paſſo aduerſus occiſorem, vel ſi ſoluat damnum.*

8 *Actio ob damnum ab animali alterius datū & tranſit ad hæredes eius, qui damnū eſt paſſus, & aduerſus hæredes domini animalis, ſi lis cū eo domino fuerat conteſtata; alioquin aduerſus eos non tranſit, niſi animal ad ipſos pertranſeat.*

9 *Actionem hanc intentare poteſt etiam is, cuia intererat non eſſe datum, vt commodatarius, & ſimiles.*

10 *Ob damnum datum ab animali, quando dominus non teneatur.*

11 *Damnum quando dedit animal, & dominus interrogatus in iudicio, an ſuum eſſet id animal, neganter reſpondiſſet, tenetur ſoluere integrum damnum.*

12 *Damnum quando datum eſt ab animali communi multis, quouſque aduerſus ſingulos & omnes actio competat.*

13 *Damnum ex animali datum, an in conſcientiæ foro ſit ſoluendum nulla exſpectata ſententia, nec intentata actione, aut tradendum ſit animal noxæ.*

1 Diſputatione 697. §. ſi aliena animalia, & ſequentibus, explanatum eſt quouſque dominus brutorum animalium, aut cuſtos eorum, teneantur ad damna, quæ ea animalia dant interueniente culpa domini, aut cuſtodis, multaque dicta ſunt, quæ hoc loco dici etiam poterant: illo autem in loco ea legantur. Solùm hoc lo- A co erit nobis ſermo de damno, quod talia animalia dant abſque vlla culpa domini aut cuſtodis.

Quando brutum animal alicuius abſque culpa, tam domini, quàm etiam cuiuſuis alterius, damnum aliquod intulit cuicunque alteri animali, etiam homini libero, aut cuiuis alteri rei, datur alia actio noxalis aduerſus dominum animalis, quod damnum dedit, vt vel damnum ſoluat, vel tradat animal ei, qui damnum eſt paſſus, pro eo damno. Porrò damnum, quod brutum animal ita dat, appellatur in iure pauperies, ad differentiam damni, quod culpa hominis datur, & actio, quæ aduerſus dominum talis animalis pro eo damno cōpetit, actio de pauperie nuncupatur, vt hęc omnia conſtāt inſti. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur in prin. & verſiculis ſequenti- B bus, & l. 1. ff. eod. titu. Pro eo autem damno, quod animal brutum culpa hominis alicuius dat, quatenus ita culpa hominis illud dat, competit actio legis Aquiliæ aduerſus hominem, cuius culpa eſt datum, vt Diſp. 697. explanatum eſt, atque hoc eſt quod docetur & intenditur. l. 1. à §. quod ſi propter loci feritatem. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicatur. 2

De iuris ciuilis ſubtilitate, vt conſtat inſt. loco citato in prin. & verſ. hæc autem actio, & l. 1. citata in prin. & §. generaliter, actio de pauperie directa ſolùm competit, quando quadrupes, ſine conſuetudine innata toti ſuæ ſpeciei, damnum dat, vt ſi equus recalcitrando damnum det, aut ſi bos cornu damnū det: neque enim conſuetum innatumque eſt toti equorum ſpeciei recalcitrare, neque omni boui eſſe C cornupetam. Cæterum vtilis actio de pauperie datur, & ſi brutum animal non ſit quadrupes, ſed bipes, & damnum det, vt habetur. l. penul. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicat. & ſimiliter competit vtilis actio etiam ſi brutum, vt panthera, vel aliud animal, iuxta ſuam feritatem damnum det, vt patet. §. vlt. inſt. ſi quad. paup. feciſ. dicat. & vniuerſim actio de pauperie, non curando vtrùm directa aut vtilis concedatur, datur pro quocunque damno à quocunque animali ſine culpa hominis dato, dum id animal in dominio alicuius eſt.

Si animal alienum, ſine culpa alicuius hominis, noceat homini libero, tunc, ſi interficiat, aut deformitatem relinquat in homine libero, pro damno vitæ aut corporis, quatenus præciſè eſt damnum cor- D poris, quia tale damnum æſtimationem non recipit, non competit actio de pauperie, neque aliqua alia: pro damno tamen, quod ex nocumento corporis hominis liberi vlteriùs in rebus illius externis reſultat, quoad ſumptus in curādo vulnere aut ictu, & quoad æſtimationem operarum, quibus ea de cauſa priuatus eſt, & in futurum priuabitur, ſi mancus, aut claudus, vel alia ratione minus aptus, aut omnino ineptus, ad laborandum maneat, competit hæc actio de pauperie, vtrumque habetur. l. ex hac lege. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicat. 3

Vt actio de pauperie locum habeat, ſatis eſt, ſi alienum animal, vel per ſuum corpus immediatè, vel per aliquam aliam rem, vt per plauſtrum, aut euertē- E do aliquid, quod vlterius ſit cauſa damni, aut aliqua alia ratione, damnum det. Ita habetur. l. 1. §. ſiue autem. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicat. Quando vnum brutum animal concitauit aliud, atque in cauſa fuit, quòd animal id concitatum damnum aliquod daret, tunc, quia animal, quod concitauit, principalis cauſa fuit eius damni, dominus illius tenetur actione de pauperie, non verò dominus animalis, quod fuit cauſa immediata damni. Ita habetur. l. 1. citata §. & ſi alia. Si duo animalia rixentur, & vnum interficiat alterum, aut illi noceat, ſi animal, quod prius eſt aggreſſum, noceat alteri, dominus illius, quod eſt aggreſſum, tenetur de pauperie. Quòd ſi alterum animal aggreſſori noceat, tunc dominus illius ad 4

nihil

nihil tenetur. Ita habetur ibidem. §.cum arietes.

5 Quando fera alicuius fugit abſque domini culpa,& ſe recipiens in ſuã naturalem libertatem, damnum aliquod dedit, locum nõ habet actio de pauperie: quoniam illa eo ipſo, quòd fugit, deſiuit eſſe domini ſui, vt ex dictis Diſp.41 conſtat. Vnde etiamſi poſtea ab eodem domino capiatur, ad nihil tenebitur, eo quòd de nouo comparet dominium illius, eo modo, quo quiuis alius illud compararet, ſi eam ſimiliter caperet. Ita habetur. l. 1. citata. §. in beſtijs, & inſt. eod. tit. §. cæterum.

6 Si animal, quod damnum dedit, bona fide, poſt damnum datum, tranſeat in dominium alterius, tunc actio de pauperie tranſit aduerſus nouum dominum, deſinitque competere aduerſus antiquum: quoniam actio illa ratione rei, quæ damnum dedit, tranſit in dominum illius, vt de noxali actione ob damnum à mancipio datum diſputatione præcedente eſt dictum: reliquaque quæ ibi circa mancipium dicta ſunt, ſimiliter circa brutum animal, quod damnum dedit,& alienatur, vel perit, ſimiliter intelligenda ſunt. Ita habetur l. 1. citata. §.& cum etiam.

7 Si animal, quod damnum dedit, moriatur ante litem conteſtatam, qua damnum à domino illius petatur, vel vt pro damno tradat animal, tunc ceſſat actio: atque innuitur loco citato, non competere actionem, vt tradat carnes, ea fortaſſe ratione, quòd carnes mortuæ non ſint partes animalis, quod damnum dedit; eo quòd non ſint eiuſdem rationis & ſpeciei cum illis, quæ erant in animali viuo; quippe tũc eſſe haberent carnium à forma animalis, nunc verò à forma cadaueris, quæ diſtinctæ ſunt ſpeciei. Quòd ſi animal poſt litem conteſtatam moriatur, cum notum tunc domino eſſet, ſuum illud animal id damnum dediſſe, tenetur ſoluere integrum damnum, nec liberatur carnes tradendo aut aliud ſimile animal. Si tamen illud animal culpabiliter ab aliquo alio ſit interfectum, ita quòd aduerſus illum alium competat domino animalis actio legis Aquiliæ, tunc ſatis eſt, ſi dominus eius animalis cedat eam actionem ei, qui damnum ex eo animali accepit, vt libera ſi actione intentata aduerſus ipſum maneat. Obſerua tamen, ſi maluerit ſoluere damnum, quod illud ſuum animal dedit,& intẽtare actionem legis Aquiliæ aduerſus interfectorem illius, vt ſi videlicet plus valeat ſuum animal, quàm damnum, quod alteri dedit, poſſet optimè id efficere: quoniam domino, qui damnum ex eo animali eſt paſſus, ſufficienter ſatisfacit, vel ſoluendo illi ſuum integrum damnum, vel cedendo illi actionem aduerſus culpabiliter interfectorem animalis, quod damnum dedit, loco animalis, vt maluerit dominus talis animalis. Hæc habentur. l. 1. citata. §. planè. §. noxæ, & §. ſi poſt litem.

8 Actio de pauperie tranſit ad hæredes eius, qui damnum eſt paſſus, & contra hæredes eius, cuius erat animal, quod damnum dedit; modo tamen ad illos perueniat illud animal, quoniam actio ſequitur poſſeſſorem animalis: ſecus autem ſi ad illos non perueniat animal, quia tunc aduerſus illos ea actio non tranſit, quare ſimpliciter aduerſus hæredes non tranſit. Ita habetur. l. 1. citata. §. vlt. Obſerua tamen, ſi dominus animalis fuiſſet in mora illud tradendi poſt litem aduerſus eum conteſtatam, tũc, eſto animal non tranſiret ad hæredes, ſed mortuum eſſet viuente domino illius, tranſiret actio, cæpta cum defuncto, aduerſus hæredes illius: quoniam & cum illo lis fuiſſet conteſtata, & quoniam factus eſſet debitor damni totius eo ipſo, quòd poſt litẽ cum eo cõteſtatam animal mortuum eſſet, vt dictum eſt: ad hæredes autem tranſit obligatio ſoluendi debita contracta omnino à defuncto.

9 Actionem de pauperie non ſolùm poteſt intentare aduerſus dominum animalis, quòd damnum dedit, is, qui dominus eſt rei, cui damnum à tali animali eſt datum, ſed etiam quicunque alius, cuia intereſt, id damnum in ea re non eſſe datum, vt ſunt cõmodatarius eius rei, fullo, qui ad eam abluendam apud ſe illam habebat, & alij ſimiles. Ita habetur. l. hæc actio. ff. ſi quadr. paup. fecis. dic.

10 Quando animal, vt canis ferus, conſtrictus erat in aliqua domo, & aliquis, fugiens miniſtrum publicum, intrauit domum, vbi erat conſtrictus, atque in canem ligatum incidit, à quo damnum accepit, non datur ei actio de pauperie aduerſus dominum eius animalis: quoniam ipſe potius ſibi fuit cauſa, eo ita accedendo, quòd acciperet à cane debitè cuſtodito id damnum. Ita habetur l. hac actione citata. §. vlt. & multo magis non competeret actio de pauperie aduerſus dominum eius animalis, ſi, qui damnum accepit, eò acceſſiſſet dando operam rei illicitæ, vt ad furandum, vel ad aliud flagitium in ea domo cõmittendum. Atque ex ea diſpoſitione eius iuris conijcere ac iudicare facilè poteris in ſimilibus euẽtibus, quando ex eo capite non cõpetat actio de pauperie, quòd, qui damnum ex animali accepit, ipſe ſibi illud quæſiuit, neque euitauit, cum euitare aut nõ quærere illud debuiſſet: præſertim quãdo dominus animalis cum debita cautela illud habebat, ſuoque iure vtebatur, illud ita habendo.

11 Quando aliquis, interrogatus in iudicio, an ſuum eſſet animal, quod damnum dedit, neganter reſpondiſſet, tunc, ſi probaretur ſuum eſſe, teneretur integrum damnum ſoluere, nec ſatis eſſet, ſi pro damno animal offerret. Ita habetur. l. 5. §. interdum. ff. ſi quad. paup. fecis. dic.

12 Quando animal, quod damnum dedit, commune eſt multorum, locum habent, quæ circa noxalem actionem, quando mancipium, quod damnum dedit, eſt commune multorum, ſunt diſpoſita. Ita habetur. l. 1. citata. §. ſi commune.

13 Vtrum dominus animalis in foro conſcientiæ, ſi ipſi conſtet de damno, quod ſuum animal dedit, teneatur, nulla expectata actione & ſententia, tradere animal pro damno, aut illud integrum ſoluere, ſequenti diſputatione examinabitur.

DISPVT. 713.

Vtrùm in foro conſcientiæ, nulla expectata actione, teneatur caput domus ſoluere damna abſque vlla ſua culpa, à ſuis domeſticis data proijciendo, effundendo, vel appendendo aliquid indebitè de domo. Idem de nautis, cauponibus, & ſtabularijs, comparatione damnorum ſuorum famulorum. Et de domino mancipij, aut animalis, comparatione damnorum, quæ mancipium, aut animal, ſimiliter dederint.

SVMMARIVM.

1 *Qui aſſerant damnum, abſque lata culpa iuridica datum, non eſſe reſtituendum in foro conſcientiæ ante latam ſententiam.*

2 *Qui aſſerant damnum abſque culpa theologica datũ, non eſſe reſtituendum in foro conſcientiæ ante latam ſententiam. Damnum verò culpa theologica lethali datum integre eſſe reſtituendum. Datum autem culpa ſolum veniali, pro parte ſolùm eſſe reſtituendum. Excipiunt, quando ex damno, etiam nulla culpa dato, qui id dedit eſt factus locupletior: nam tunc ad id tenetur nulla expectata ſententia. Et quando man-*

mancipium culpa ſua theologica damnum dedit:nã tunc dominus vel tenetur mãcipium noxæ dare, vel id damnum reſtituere.

3 *Damnum datum ab alio, ſiue ſine culpa, ſiue interueniente illius culpa, etiam theologica, alter reſtituere in foro conſcientiæ non tenetur ex natura ipſa rei ſeclusa diſpoſitione iuris humani.*

4 *Damnum datum abſque culpa eius, qui iure humano præcipitur illud ſoluere, vt præcipiuntur capita domorũ, nauis, cauponæ, ſtabularij, dominus mancipij aut alterius animalis, neque in conſcientiæ neque in exteriori foro tenentur illud ſoluere in alijs euentibus, quam in expreſſis à iure, & quatenus à iure cõperitur expreſſum.*

5 *Damni dati non in recompenſationem, quod iure humano eiuſmodi omnes ſoluere interdum præcipiuntur, nõ tenentur illud ſoluere ante latã ſententiam.*

6 *Damni dati in compẽſationem, quod prædicti omnes iure humano ſoluere præcipiuntur, ſoluere non tenentur ante latam ſententiam.*

1 QVod propoſitum eſt, erit hoc loco examinandum circa dicta tribus præcedentibus diſputationibus: quod tamen pauci admodum in controuerſiam vocant, Syl ueſt. verb. rect. 2. in fine, in ea eſt ſententia, vt dicat nullum horum in conſcientiæ foro teneri reſtituere id damnum: quoniam arbitratur nullum eorum teneri reſtituere damnum, antequam actio aduerſus eum intentetur ac damnetur, niſi culpa lata ipſius ſit ſequutum. Quæ autem tribus præcedentibus diſputationibus dicta ſunt, ait ſolùm habere locum in foro exteriori, deberique in conſcientia, ſi intentata ſit actio: ſecus verò, ſi non intentetur. Idem dicerent Innocentius, & alij, pro ea ſententia Diſputat. 698. citati, quòd nullus lege Aquilia teneatur in foro conſcientiæ reſtituere damnum culpa ipſius leui, aut leuiſſima datum, antequam aduerſus eum actio intentetur ac condemnetur. Quoniam arbitrantur, legem illam eſſe pęnalem quoad recompenſationem damni dati, quando ſolùm interuenit culpa leuis, aut leuiſſima, eaque ratione nullum ad eam pœnam teneri ante condemnationem. Longè autem maiori cum ratione videntur idem dicturi de legibus tribus diſputationibus præcedentibus relatis ac explicatis, quæ abſque vlla dominorum culpa ſtatuunt recompenſationem dãni à domeſticis ſuis, ab ipſorum mancipijs, ac animalibus, dati: imò, quę aliquando inſuper ſtatuunt ſolutionẽ alicuius quantitatis vltra valorem damni dati, pro delictis domeſticorum, vt uiſum eſt.

2 Quidam alij in ea ſunt ſententia, vt dicant: Quando damnum culpa theologica dominorum eſt datum, teneri dominos in foro conſcientiæ illud reſtituere. In hoc tamen ſenſu, quòd quando damnum culpa ipſorum lethali eſt datum, tenentur id totum reſtituere: quando verò eſt datum culpa ipſorum tãtum ueniali, tenentur ſolum reſtituere partem prudentis arbitrio, pro culpæ quantitate. Quando verò, addunt, datum eſt, nulla interueniente ipſorum theologica culpa, ad nullam reſtitutionem tenentur in conſcientiæ foro, ſiue interuenerit aliqua eorum culpa iuridica, ſiue nulla: niſi tamen intentata aduerſus eos in foro exteriori fuerit actio: nam in eo euentu locum habent iura tribus prioribus Diſput. citata, quæ in foro exteriori concedunt actionem, atque adeò, tanquam iuſtę ac rationabiles leges, in foro cõſcientiæ inducunt obligationem reſtituendi id damnum, ſi intentata ad id fuerit actio. Ab hac tamen regula excipiunt primò, quãdo ex damno dato factus eſt dominus locupletior: tunc enim in foro cõſcientiæ, nulla exſpectata intẽtatione actionis, tenetur dominus reſtituere id damnum, quantum ex illo fuerit

A factus locupletior. Vt ſi abſque vlla theologica ſua culpa iumentum ipſius depaſtum fuit in ſegetib. alienis, eaque ratione excuſauit ſumptum aliquem, quẽ facturus erat in eo iumento alendo, reſtituere in foro conſcientiæ tenetur, non quantum æſtimabitur damnum, quod id iumentum in illis ſegetibus dedit ſed quantum ea via factus ſit locupletior. Secundo ab eadem regula excipiunt. Quando mancipium alicuius ſua culpa Theologica, & abſque Theologica culpa domini, damnum dedit: tunc enim, quia mancipium obligatum manet ad reſarciendum damnũ, quod ita ſua culpa dedit, & ad ſoluendam pœnam, quæ propter illud iuſtè fuerit ei impoſita, tenetur, inquiunt, mancipij dominus in conſcientiæ foro vel tradere illud loco damni, & loco pœnæ pecuniariæ

B iuſtè vlterius ob id crimen illi impoſitæ, vel retento mancipio, compenſare integre id damnum, & ſoluere inſuper pœnam, ſi quæ fuerit pro eo crimine impoſita. Quãdo autem mancipium puniendum eſſet pœna corporali, poſſet dominus tranſmittere mancipium in alium locum, perſoluendo perſonæ, quæ damnum eſſet paſſa, ſolam damni æſtimationẽ, aut illi condonando ius mancipij illius, quod habet in illo alio loco, in recompenſam talis damni, vel in illo alio loco vendendo mancipium, & tradendo pretium perſonæ, quæ dãnum eſſet paſſa, aut ex pretio, quantum præciſè eſſet ſatis ad id damnum compenſandum, reliquumq; ſibi retinendo. Differunt verò hi autores ab autoribus prioris ſentẽtię. Primò, quia illi nihil loquuntur de hac poſteriori exceptione. Se

C cundò, quia cum dari poſſit damnum culpa lata, ita vt lethalis culpa non interueniat; & fieri etiam aliquando poſſit, vt, damnum dando ex ſola culpa iuridica leui, culpa interueniat lethalis, vt vtrumque Diſput. 698. eſt dictum, iunctis ijs, quæ Diſp. 293. ſunt explanata; vtique, iuxta ſententiam horum doctorũ aliquando non cõſurget obligatio reſtituendi in foro conſcientiæ, eſto damnum datum ſit culpa iuridica lata, & aliquando conſurgat, eſto datum ſit culpa leui: contrarium verò vtriuſque partis affirmant doctores prioris ſententiæ.

Quid de hac re ſentiam, concluſiones ſequentes aperient. Prima eſt. Stando in ſolo iure naturali, ſecluſoque toto iure humano legum hac de re latarũ, quando nulla interuenit culpa Theologica capitis 3 Prima concluſio.

D domus, aut cæterorum, de quibus eſt hæc controuerſia, ad nullam ſatisfactionem tenentur damnorum per ſuos domeſticos, per ſuum mancipium, aut per ſua animalia illatorum, eſto domeſtici, aut mancipium, ea damna intulerint culpa ipſorũ lata, aut culpa ipſorum Theologica, neque tradere tenentur mãcipiũ, quod illa ita dedit, neque ſua animalia, quę illa dederunt, in recompenſationẽ eorum damnorum. Probatur hęc concluſio. Quoniam, ſtando in ſolo iure naturali, ſeclusoq; humano iure, quod aliquid ea de re diſponat, obligatio reſtituendi ſolum conſurgit, vel ex parte rei acceptæ, vel ex parte iniuſtæ acceptionis, vel ex contractu & conuentione partiũ, quę ad aliquid ſe aſtrinxerunt, vt ſi depoſitarius, aut cõ

E modatarius, ſe aſtringant ad ſoluendam rem, quam ſuſcipiunt, eſto caſu fortuito pereat, aut depoſitarius ſe aſtringat ad illam ſoluendam, eſto ex minori ſua culpa, quàm lata, pereat: ſed capita domorum, & reliqui, de quibus diſputamus, non tenentur ex parte rei acceptæ; quandoquidem, quod deterius eſt redditum, aut omnino perijt tali damno, ea ex parte, qua perijt, aut qua deterius eſt redditum, non extat, neque inde facti ſunt locupletiores, vt ſuppono: ſi enim in aliquo facti inde eſſent locupletiores, id vtique reſtituere tenerentur, tanquam fructum ex re alterius apud ipſos exiſtens: neque itẽ tenentur ex parte iniuſtæ acceptionis; quippe cũ nõ peccauerint, vt ſupponimus, in eo, quod ſui aut ſua animalia id dam-

damnum dederint: neque denique tenentur ex pacto, quod inter ipſos & eum, qui damnum eſt paſſus, interuenerit: ergo nulla ratione tenentur compenſare id damnum, aut partē aliquam illius. Quòd ſi dicas, ſaltem, quando mancipium ſua culpa Theologica damnum dedit, tenetur dominus vel id damnum reſarcire, vel tradere pro illo mancipium, eſto ipſe in nulla fuerit culpa: eo quòd, vt dicebant autores ſententiæ poſterioris loco ſuprà relatę, mancipium ipſum ex natura rei manet obligatū ad id damnum. Si, inquam, id dicas, in hunc modum probo contrarium. Quoniam mancipium ante delictū commiſſum erat domini ſui, ac proinde dominus habebat verum ius in re in eo mancipio ad omnes operas illius, & ad omnem fructum, qui ex illo percipi poterat: ergo, ſtando in ſolo iure naturali, ſecluſiſque noxalibus actionibus Diſp. 711. relatis, poſterior obligatio, quæ per ſuum delictum in eo mancipio oborta eſt ac reſultauit ad reſarciēdum damnum ſua culpa datum, præiudicare non potuit domino ſuo, qui anterior creditor cum iure in re reputatur comparatione illius ad omnia commoda, quæ ex illo poterāt percipi; cum tamen obligatio, quæ in mancipio ex ſuo delicto reſultauit ad reſarciendum damnum, ſolùm ſit perſonalis comparatione eius, qui damnum accepit, ac proinde poſterior hic creditor ſolùm habeat ius ad rem, vt ſcilicet, ſi id mancipium aliquando conſequutum ſit libertatem, aut ſi, dum manet mancipium, aliqua bona habeat, quæ ſint ipſius, & non domini, ex illis eis ſatisfaciat damnum iniuſtè illatum. Hoc ipſum confirmant, quæ copioſè Diſp. 536. ſunt dicta, vbi oſtendimus, creditorem habentem ius in re, & multo magis habentem dominium rei, præferendum eſſe cæteris creditoribus perſonalibus, & inter creditores habentes ius in re, antiquiorem præferendum eſſe poſteriori: ergo ſi ſecludas leges noxales, quæ de iure humano introduxerunt, dominum mancipij teneri reſarcire damnū à ſuo mancipio datum, vel illud pro eo tradere, vtique ſtando in ſolo iure naturali, dominus ad neutrū tenebatur.

4 Ex hac concluſione ſic confirmata in foro, cum caput domus, & dominus mancipij, aut alterius animalis, ſtando in ſolo iure naturali, non teneantur reſtituere damna per ſuos domeſticos, per ſuum mancipium, aut per ſua bruta animalia, abſque ſua theologica culpa, data, ſed tota ea obligatio iure humano ſit iniuncta, non plus eam eſſe extendendā, quàm iure humano, legibus tribus diſputationibus præcedentibus relatis, comperiatur iniuncta. Quare domus cuiuſque caput, neque in conſcientiæ, neque in exteriori foro, tenetur ſoluere alia damna, quæ ipſius filij, vel famuli ipſius mercenarij, extra domū, abſque culpa ipſius, dederint: niſi fortè, ſi eos liberare voluerit à vinculis, aut ab aliqua pœna, ſoluendo aliquid loco eorum. Quin neque tenetur ſoluere alia damna, quæ dederint in domo ſua, aut de ſua domo, præterquam proijciendo, aut effundendo aliquid, vel appendendo, quod ſine præuia ſufficiente admonitione noceat tranſeuntibus, aut commorantibus in loco, in quo eſſe, aut per quem tranſire, homines ſoleāt; vel niſi ſint famuli, aut domeſtici, nautarum, cauponum, aut ſtabulariorum, & damnum inferant rebus ibi ſe recipientium, ſaltem eas furando, vt Diſp. 710. eſt dictum. Similiter dominus mancipij non tenetur ſoluere damna, niſi quæ mancipium ſua culpa dederit. Si enim aliqua abſque ſua culpa dederit, ita quòd mancipium ipſum, ſi ſui iuris eſſet, non teneretur ea ſoluere, vtique neque dominus tenetur eadem ſoluere, iam in conſciētiæ quàm in exteriori foro: quoniam iura de noxalibus actionibus non loquuntur de eiuſmodi damnis, vt conſtat illa legenti ac expendenti: id quod aliqui non ſatis attendunt. Eadem ratione, quamuis dominus irra-

A tionalis animalis teneatur modo præcedente diſputatione explicato ad damna, quæ ſuum irrationale animal dederit; non tamen tenetur ad damna, quę res aliæ ipſius ſenſu carentes, abſque vlla ipſius culpa, dederint: eo quòd iure humano ſancitum non ſit, vt id damnum ſoluatur. Item ad damna explicata tenentur illi, de quibus diſputamus, eouſque duntaxat, quo eis humano iure præſcribitur, & non amplius. Vnde, ſi irrationale animal alicuius damnum aliquod det, & dominus toto tempore, quo poſtea poſſedit id animal, damnum ignorauit, eſto poſt mortem animalis illius, id damnum ſciat, ad nihil ei tenetur, qui damnum eſt paſſus: quoniam in eo euentu non conceditur huic actio ad id damum vt diſputatione præcedente eſt dictum. Idemque eſt intelli-

B gendum de mancipio.

5 Secunda concluſio. Quicquid iuribus Diſp. 710. & 711. citatis, capitibus domorum, aut dominis mancipiorum, ſoluere præcipitur, quod non ſit in compenſationem damni illati per domeſticos, aut per mancipium, nō tenentur illud ſoluere ante intentatā actionē & latam ſententiā in exteriori foro. Verbi gratia, capita domorum ſoluere præcipiuntur duplum damni, quod domeſtici dederunt proijciendo, aut effundendo, aliquid de domo, ſanè ante actionem intentatam & latam ſententiam non tenentur ſoluere incrementum illud vltra damnum datum. Item, qui appendit, aut paſſus eſt in domo, in qua habitat, eſſe appenſum aliquid, quod nocere poſſit tranſeuntibus, aut inferius exiſtentibus, eſto

Secunda concluſ.

C id nullum damnum dederit, cogitur ſoluere in pęnā decem ſolidos, ſanè, cum illud non ſoluatur in conpēſationem damni, nullus eorum tenetur id ſoluere ante actionem intentatam, & ante latam ſentētiam. Similiter dominus mancipij ſoluere non tenetur ante latam ſententiam, pœnam, qua mancipium eſt dignum propter damnum, quod intulit, & delictum, quod commiſit. Ratio huius concluſionis eſt, quoniam ea omnia, quæ ſolui iubentur, & non in damni compenſationem, iubentur ſolui in pœnam pro delicto domeſticorum aut mancipij: pęna autem, ſicut ab ipſo domeſtico, aut mancipio, nō debetur ante latam ſententiā, ita neque à capite familiæ, aut à domino mancipij, debetur loco eorum, ante latam ſententiam.

D Tota ergo controuerſia eſt circa id, quod ſolui iubetur in recompenſationem damni dati, ſiue per domeſticos, ſiue per mancipium, aut per irrationale animal, num caput domus, nauta, caupo, ſtabularius, dominus mancipij, aut irrationalis animalis, teneantur in foro conſcientię illa ſoluere, ante latam ſententiam, intentatamque ea de re actionem, eo ipſo, quòd ipſis conſtat de damno, abſque vlla ipſorum culpa, dato. Arbitror autē nullum diffiteri poſſe, in principe eſſe poteſtatem ad condēdam in commune bonum legem, vt caput domus teneatur ad compenſationem damni, quod domeſtici dederint, aliquid eijciēdo, aut effundendo de domo, vt capita domorum vigilantiora ſint in ſuos ea in parte, ne ali 6

E quod detrimentum incuria & negligentia eorum ſequatur, & quoniam id poſtulat æquitas, communeque bonum, remanente in capite domus iure ad id repetendum ab eo, cuius culpa ſequutum ſit, ſi ille ſit famulus mercede conductus, aut alius, qui poſſit illud ſoluere, à quòve repeti poſſit. Nullum item arbitror diffiteri poſſe, eſſe in principe poteſtatē ad ſimilem legem condendā circa nautas, caupones, & ſtabularios, quando ſui auferunt aliquid ab eis, quos in nauim, cauponam, aut hoſpitium recipiunt, vt vigilantiores ſint in ſuos, videantque, quos tanquam famulos ac adminiſtros in domum ſuam recipiant, vel in domo ſua habeant: & quoniam id ſimiliter poſtulat æquitas ac bonum commune, cum quaſi in

ſuam fidem recipiant eos, illorumque bona, quæ ſecum deferunt, quos in hoſpitium recipiunt, aut ad tranſportandum in ſua naui, & ne fortè ipſorũ conſilio & induſtria datum illis ſit damnum, poſteaque cauſentur, vt illud nõ reſtituant, abſque vlla ſua culpa eſſe datum, hoſpiteſque ipſos cogant, ſumptibus & moleſtia dum in tranſitu extra domos ſuas ſunt, inquirere malefactores, ſuaque recuperare. Nullum præterea arbitror defiteri poſſe, in principe eſſe poteſtatem ad legem condendam, vt dominus mancipij teneatur vel reſarcire damna culpa mancipij alijs data, vel tradere mancipium in illorum compenſationem, vt ea ratione domini mancipiorum vigilantiores ſint circa ea, ne damnum alijs dent, & vt cum eo onere ila poſſideant, ne grauamen maximũ alij de republica ex mancipijs recipiant, dum damna, quæ ab illis culpa eorum acciperent, nulla omnino ex parte compenſare poſſent. Denique nullum arbitror defiteri poſſe, in principe eſſe poteſtatem ad ſimilem legem condendam circa animalia rationis expertia, vt & domini ipſorum vigilãtiores ſint in illis cuſtodiendis, cauendoque ne alijs damnum inferrent, & vt, qui damnum ab eis eſſent paſſi, vel ea via ſolamen aliquod acciperent, minuſque grauarentur damnis ex aliorum eiuſmodi animalibus acceptis.

Status autem punctumque huius controuerſię in eo eſt poſitum, vt uideamus an mens legumlatorum iuribus, tribus diſputationibus præcedentibus relatis, fuerit, vſque adeò arctare eos omnes, quod attinet ad præciſam compenſationem damnorum alijs inde ſequutorum, vt ſtatim in foro conſcientiæ tenerentur ea integre compenſare, nulla expectata intentatione actionis, qua ea compenſatio ab eis exigeretur, relicta poteſtate dominis mancipiorum, atque animalium rationis expertium, vt potius traderent in compenſationem damnorum mancipia ipſa aut animalia alia, quæ illa dederunt: an verò mens legumlatorum fuerit, non adeo illos arctare, ſed ſolùm condere leges his de rebus inſtar pœnaliũ, quibus tenerentur modis explicatis reſarcire ea damna, dependenter ex eo, quod ab illis exigerentur in exteriori foro, liſque cum illis conteſtaretur, & non aliter. Dixi paulo antea, quod attinet ad præciſam cõpenſationem damnorum alijs inde ſubſequutorũ: quoniam, quod attinet ad incrementum vlterius in pœnam aliquando ſtatutum ſoluendum, facilè conſtat, non prius eos teneri illud ſoluere, quàm lata ſit ea de re ſententia, vt concluſione ſecunda dictum comprobatumque eſt.

Mihi ſecundum, & non primum, videtur fuiſſe mentem legumlatorum, atque adeò nullum prædictorum teneri in foro cõſcientiæ compenſare ea dãna abſque ſua theologica culpa data, niſi dependenter ex eo, quod exigantur, liſque aduerſus ipſos in exteriori foro conteſtetur: atque quoad hoc, eas omnes leges eſſe, non quidem pęnales aduerſus eos, qui coguntur ea cõpenſare abſque ſua culpa: quoniam

A vbi nulla eſt culpa, non poteſt habere locum pœna, ſed eſſe inſtar legum pœnalium, vt de l. Aquilia quo ad damna, quæ compenſare iubet ex culpa iuridica, abſque vlla theologica culpa, Diſp. 698. dictum etiã eſt. Ducor. Primò, quoniam præterquam quòd huiuſmodi leges iubent id ſoluere, quod ſtando in ſolo iure naturali non debetur, vt in concluſione prima eſt oſtenſum, ſanè, ſi primum, & non ſecundum, intenderent, rigidæ admodum eſſent & irrationabiles, & quæ attenta fragilitate humana, ſine emolumento boni communis (cui ſufficienter eſt conſultum intendendo ſolùm ſecũdum) laqueos conſcientijs hominum inijcerẽt, occaſioq; eſſent multorum peccatorum, atque adeò fortaſſe eſſent leges iniuſtę: lex quippe, vt iuſta ſit, continere non debet onus

B graue & importabile, attẽta fragilitate humana, maximè ſine emolumẽto boni communis: credendum verò non eſt, legislatorem intendiſſe, quod irrationabile ac intolerabile eſſet, & fortè iniuſtum. Secundò, quoniam ex ipſiſmet legibus conſtat, ſecundum fuiſſe intentum earum legum, & non primum: nulla quippe earum concedit actionem aduerſus hæredem cuiuſquam horum, quando lis aduerſus defunctum non fuit conteſtata antequam moreretur, idque inſtar legum pœnalium: ſi autem intentum harum legum fuiſſet, obligare hos in foro conſcientię independenter ex eo, quòd aduerſus illos actio ea de re intentaretur, illiq; re ipſa in foro conſcientiæ ſtatim ac damnum eſſet datum, tenerentur illud compenſare indepẽdenter à quacunque actione, vtique

C actio concederetur ac tranſiret ad hæredes eorum, vt ſoluerent verum æs alienum perfectè à defuncto ante mortem contractum ac debitum, atque vt exonerarent conſcientiam defuncti, iniquæque eſſent leges, quæ eam actionem denegarent aduerſus hęredes, ſi primum, & non ſecundum, eiſdem legibus intenderent. Quòd autem nulla earum legum concedat actionem aduerſus hæredes horum omnium, quando lis cum defuncto ante ipſius mortem non fuit conteſtata, conſtat ex dictis tribus diſputationibus præcedentibus. Tertiò, quoniam huiuſmodi leges vſu videntur ſolùm receptæ, vt ſoluantur hæc damna, ſi in foro exteriori exigantur, liſque conteſtetur aduerſus horum aliquem antea quàm ex hac vita decedat: leges autem humanæ non plus obli-

D gant, quàm vſu ſint receptæ: quare, eſto primum, & non ſecundum, fuiſſet intentum legumlatorum, (quod tamen eſt falſum) iam hodie ſolùm obligarent ad ſecundum. Quartò, quoniam in dubio melior eſt conditio horum omnium, qui retinent ſua bona, ſuntque in eorum poſſeſſione, quàm ſit conditio eorum, quibus eſſet facienda illorum reſtitutio: quare, eſto res, de qua agimus, non eſſet adeo certa, quàm certam eſſe oſtendimus, ſed eſſet dubia, amplectenda eſſet ſententia, quæ ait, iubendos eos non eſſe reſtituere, antequam compenſatio horum damnorum ab eis in foro exteriori exigatur.

LVDO-

LVDOVICI MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
DE IVSTITIA ET IVRE
TOMI TERTII
PARS POSTERIOR.

DE RESTITVTIONE IN GENERE, & circa res externas.

DISPVT. 710.

Quid ſit reſtitutio. Et cuius virtutis ſit actus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio tribus modis vſurpatur. In duobus prioribus eſſe poteſt actus iuſtitiæ etiam diſtributiuæ. In tertio ſolùm eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, eſto debitum reſtituendi, ortum habuerit ex antecedente læſione iuſtitiæ diſtributiuæ.*
2 *Reſtitutio latiſſimè, & preſſè, quid.*
3 *Reſtitutio vnde dicta.*

SVPEREST concludamus ſecundum hunc de iuſtitia tractatum diſputationibus de reſtitutione in genere,& circa bona externa. Iaciemus enim nunc fundamenta ad omnem vniuerſim reſtitutionem, etiam circa bona corporis,honoris,famę,ac ſpiritualia,de quibus ſermo nobis erit duobus ſequentib. tractatibus, deſcēdemuſque peculiariter ad reſtitutionem circa bona externa,quæ propria eſt huius ſecundi tractatus,longiorique indiget Diſputatione.

1 Vt verò intelligatur, quid ſit reſtitutio in genere, & cuius virtutis ſit actus,obſeruandum eſt. Reſtitutionem,quod ad rem præſentem attinet, tribus modis vſurpari poſſe. Primò,latiſſimè, pro exhibitione eius,quod quis ex iuſtitia præſtare tenetur: Quo pacto gratuita quidem exhibitio alicuius rei,reſtitutio non erit, attamen non ſolùm dicetur reſtitutio, redditio, aut compenſatio eius, in quo quis eſt defraudatus, ſed etiam ſolutio pretij pro re empta eo

A tempore,quo conſtitutum erat vt ſolueretur,ſolutio mercedis pro re locata, tempore ad id ſtatuto; redditio depoſiti,commodati, mutui,pignoris,ac ſimilium rerum, tempore cōgruo, & abſque vlla mora, atque adeò antequam iniuſtitia fiat, tam formalis quàm materialis,in earum rerum detentione. Reſtitutio hoc modo accepta eſſe vtique poteſt,tam actus iuſtitiæ commutatiuæ,ſi id, quod redditur, ex iuſtitia commutatiua debeatur, quàm actus iuſtitiæ diſtributiuæ,ſi,quod redditur, ex iuſtitia diſtributiua debeatur. Diſtributio quippe bonorum communium iuxta cuiuſque merita,facta tempore,pro quo
B iuſtitia diſtributiua obligat,actus ſanè eſt iuſtitiæ diſtributiuæ. Atque reſtitutio hoc modo ſumpta non aliud eſt,quàm exequutio actus iuſtitiæ, ſiue cōmutatiuæ,ſiue diſtributiuæ,tempore quo, qui eum exequitur,ad id tenetur.

Secundo modo ſumi poteſt reſtitutio preſſius, pro exhibitione eius, quod quis ex iuſtitia præſtare tenetur,præcedente iam iniuſta illius retentione,ſaltem materialiter. Hoc modo redditio depoſiti,commodati,mutui,aut pignoris, pretij pro merce, tempore conſtituto,ita quòd nondum interuenerit iniuſta aliqua mora,non dicitur reſtitutio, eſto,quod ſoluitur, de iuſtitia debeatur: horum tamen ſolutio, ſi
C iam præceſſit iniuſta mora,dicetur reſtitutio in hac ſecunda reſtitutionis acceptione.

Reſtitutio hoc modo ſumpta, eſſe etiam poteſt actus,tum iuſtitiæ commutatiuæ,tum etiam iuſtitię diſtributiuæ. Quamuis enim aliquis in mora fuerit diſtribuendi bona communia tempore, quo tenebatur, atque adeò peccauerit omiſſionis peccato exercendi actum iuſtitiæ diſtributiuæ, ſi tamen eadem bona adhuc perſeuerent communitatis & per eum illis diſtribuantur, quibus erant diſtribuenda, talis diſtributio erit iuſtitiæ diſtributiuæ actus, vt liquet.

Tertio modo ſumi poteſt reſtitutio adhuc preſſius & proprius, pro exhibitione eius, quod idcirco aliquis ex iuſtitia reddere tenetur, quòd alius iniuſte formaliter, aut materialiter, fuerit in aliquo defraudatus aut læſus. Nomine defraudationis ac læſionis in re propoſita intelligo, carere illum aliquo, quod habere debeat, ſiue illud ſit membrum, ſiue honor, fama, bonum ſpirituale aut externum, & ſiue illo careat per furtum, rapinam, aut contractum iniuſtum, ſiue quia illi eſt damnum datum, vel impediendo illum ab aſſequutione alicuius boni, ſiue quauis alia ratione iniuſta, ſaltem materialiter. Dixi idcirco, quòd alius iniuſtè formaliter, aut materialiter, fuerit in aliquo defraudatus aut læſus; vt comprehenderem, tum eam reſtitutionem, cuius obligatio oritur ex parte iniuſtæ acceptionis, hoc eſt, defraudationis aut læſionis, in qua defraudatione, aut læſione, formaliter interuenit iniuſtitia: tum etiam eam reſtitutionem, cuius obligatio oritur ex parte ſolius rei acceptæ, in qua defraudatione ſolùm interuenit iniuſtitia materialiter, & non formaliter. Sub reſtitutione hoc modo ſumpta non comprehenditur id, quod contractu, aut alio titulo iuſto, debetur, ſiue interuenerit mora iniuſta in ſolutione illius, ſiue non: id enim non debetur propter iniuſtam moram, neque quòd alius iniuſtè materialiter, vel formaliter, ſit defraudatus aut læſus, ſed debetur ex iuſto titulo præcedente. Quòd ſi mora illa iniuſta damnum aliquod illi dedit, latè lucri ceſſantis, tunc compenſatio illius, quæ eſt inſuper facienda, pertinet ad reſtitutionem hoc modo acceptam: eo quòd ſit pro damno iniuſtè dato, atque adeò pro defraudatione ac læſione iniuſta.

De reſtitutione hoc tertio modo ſumpta intelligendus eſt D. Thom. 2. 2. quæſtio. 62. articu. 1. iuncta reſponſione ad tertium, dum ait, reſtitutionem eſſe actum iuſtitiæ commutatiuæ, etiam quando obligatio reſtituendi ex eo habuit ortum, quòd aliquis contra iuſtitiam peccauerit diſtributiuam, defraudando aliquos rebus, quos ex iuſtitia diſtributiua eis tribuere debebat iuxta meritorum ac dignitatis cuiuſque proportionem. Licèt enim peccatum, quo, vſurpando ea ſibi, aut alijs illa tribuendo, ea diſtribuere omiſit, quibus ex iuſtitia diſtributiua tenebatur, fuerit peccatum contra iuſtitiam diſtributiuam; inde tamen oritur illi obligatio compẽſandi vnicuique illorum ad æqualitatem arithmeticam damnum totum, quod ea omiſſione dedit, ita vt tantum vnicuique perſoluat, quantum habiturus erat, ex iuſtitiaque diſtributiua erat ei antea debitum. Atque debitum hoc perſonæ illius, quæ ita antea contra iuſtitiam diſtributiuam peccauit, non eſt iam illius quatenus perſona publica, cui diſtributio bonorum communium, ac publicorũ per iuſtitiam diſtributiuam incumbit, ſed eſt illius quatenus perſona priuata, quæ in ſe ipſa per omiſſionem illam id debitum contraxit, vt in defectum bonorum, quibus illos defraudauit, teneatur illud ſoluere ad ęqualitatem arithmeticam atque ex iuſtitia iam commutatiua de ſuis proprijs bonis, ortum habente hoc debito de iuſtitia commutatiua, ex delicto contra iuſtitiam diſtributiuam, quod antea contra illos commiſit: quare id debitum eam perſonam comitatur, etiã quando eſſe deſiit perſona publica. Obſeruant verò optimè Caiet. 2. 2. q. 62. art. 1. & Sot. 4. de iuſt. q. 6. art. 1. ad tertium, quando aliquis contra iuſtitiam omiſit diſtributionem aliquorum bonorum, quæ inter aliquos iuxta proportionem meritorum ad merita erant diſtribuenda, reſtitutionem, ſiue ſit eorundem bonorum, quę adhuc extant, ſiue aliorum, faciẽdam eſſe illis ipſis, inter quos erant diſtribuẽda, aut illorum hæredibus, non verò alijs de communitate, qui, quando facienda eſt ea reſtitutio, pręſentes ſint,

A & qui ſoli ius habeant, vt bona communia præſentia inter ipſos ſolos diſtribuantur.

Iuxta hactenus dicta, reſtitutionem latiſſimè ſumptam ſic poſſumus definire: Eſt actus, quo redditur, quod ex iuſtitia debetur. Is verò actus interdum ac frequentius eſt iuſtitiæ commutatiuæ, interdum verò, licèt rarius, eſt iuſtitiæ diſtributiuæ, vt explanatũ eſt. Reſtitutionem autem preſsè ſumptam poſſumus ſic definire: Eſt actus, quo ex iuſtitia commutatiua redditur ſeu exhibetur aliquid in recompenſationem eius, in quo aliquis formaliter aut materialiter defraudatus aut læſus eſt. Intellige, ſiue quod ita redditur, ſit illud idem numero, in quo quis defraudatus aut lęſus eſt, ſiue aliud loco illius, quando idem numero reddi non poteſt, aut non eſt neceſſe, 2

B vt reddatur, vel quia is, cui facienda eſt reſtitutio, cõtentus eſt æquiualenti, vel quia res ſunt æqualis bonitatis, & eiuſdem rationis, conſiſtuntq; in pondere, numero, aut menſura.

Quod verò ad nominis ſignificationem, etymologiamque, attinet, reſtituere eſt iterato ſtatuere aliquid in priſtinum ſtatum: vnde reſtitutus aliquis dicitur in priſtinam dignitatem, reipublicæ, filijs, &c. habetque id locum, ſiue ex gratia, ſiue ex debito, ſit in ſtatum priſtinum reductus. A theologis verò ſumitur reſtitutio preſsè & propriè, pro reductione ex debito iuſtitiæ defraudati ac læſi ad ſtatum, in quo antea erat, quoad id fieri poteſt, ac debet, vt explanatum eſt, ſiue reddendo illi idem numero, in quo defraudatus ac læſus eſt, ſiue æquiualens modo explicato. 3

C

DISPVT. 715.

Diſcrimen inter reſtitutionem, & ſatisfactionem, & num pro iniuria & offenſa, ſumptis præcisè, à damno dato, reſtitutio debeatur?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio preßißimè, quid.*

2 *Satisfactio quot modis vſurpetur, & in qua acceptione à reſtitutione preßißime ſumpta diſtinguatur, & comprehendatur ſub reſtitutione preßè.*

D

3 *Satisfactio, qua Deo pro peccatis ſatisfacimus, quid. Actus eſt ſuo modo iuſtitiæ commutatiuæ ex parte noſtra, Dei comparatione.*

4 *Satisfactio, quæ pars eſt ſacramenti pœnitentiæ quæ.*

5 *In peccatis contra iuſtitiam iniuria & offenſa diſtincta eſt à damno dato: atque cum æqualitate damni eſſe poteſt maior iniuria, & offenſa in vno peccato, quàm in alio.*

6 *Reſtituendi ac compenſandi ad æqualitatem damna iniuſtè data, obligatio eſt in foro conſcientiæ nulla ex pectata ſententia. Iniuria verò ac offenſa ſumptis præcisè à damno dato, non reſtitutio, ſed pœna reſpõdet, quam ſubire obligatio non eſt in conſcientiæ foro ante latam ſententiam.*

E

7 *Satisfactio pœnis, quæ in hoc ſeculo à miniſtris publicis aut à Deo pro peccatis infliguntur, multum minuit de pœnis, quæ infligendæ erant igne ex purgatorio, aut quæ aliter ſatisfaciendæ erant in hoc ſeculo.*

8 *Priuati iniuriam paßi, quamuis licitè exigere de malefactoribus pœnam coram poteſtatibus publicis poſſint; & poteſtates publicæ teneantur de iuſtitia commutatiua illam infligere; non tamen priuati poßunt ſua autoritate illam decernere ac ſumere. Secluſa tamen diſpoſitione in contrarium iuris humani, trãſigere poſſunt & accipere aliquid pro iure, quod habent ad pœnam exigendam.*

Reſti-

9 *Reſtituendi obligationem conſurgere ex ſolo damno; & non ex iniuria & offenſa, ſed pro his petendam eſſe veniam, ſi offenſus inde ſit commotus, & deberi pœnam ſolum poſt latam ſententiam, & quouſque offendens licitè ſe poſſit defendere in iudicio, ne ſibi imponatur, varijs exemplis explanatur ac comprobatur.*

10 *Pœna licet ſtatuatur ipſo iure, aut ipſo facto, cur ſubeunda ac ſoluenda in foro conſcientiæ non ſit ante latam ſententiam.*

11 *Compenſatio occulta licèt interdum licita in foro conſcientiæ ſit pro damno iniuſte accepto, cur ſimiliter licita non ſit compenſatio aliqua occulta pro iniuria præciſa à damno dato.*

12 *Diſcrimen quoddam inter reſtitutionem, & eam ſatisfactionem, quæ pars eſt ſacramenti pęnitentiæ.*

1 SI ad vim nominis, reſtitutio, in calce præcedentis diſputationis explanatam, attendas, reſtitutio preſſius adhuc & proprius ſumpta eſt reductio defraudati ac læſi ad id omnino, in quo ante defraudationem ac læſionem erat, quòd fit reddendo illi idem numero, in quo fuit defraudatus ac læſus.

2 Satisfactio verò multis modis ſumitur: Primò, latiſſimè ac propriè, pro impletione eius, quod quis modo aliquo debet. Quo pacto ſumpta comprehendit reſtitutionem in tribus acceptionibus diſputatione præcedente explanatis, ac proinde comprehẽdit etiam quartam acceptionem preſſiſſimam reſtitutionis proximè explicatam, ſub tribus illis alijs acceptionibus comprehenſam. Secundò ſumitur, vt diſtinguitur à reſtitutione preſſiſſime ac proprijſſimè ſumpta, nempè pro impletione, ſeu exhibitione, in æquiualenti eius, quod quis debet. Hoc modo, quia damnorum illatorum, non vſurpando aliena, ſed læſionem, iacturamve, in rebus aliorum efficiendo, itemque iniuriarum & offenſarum, non poteſt eſſe compenſatio niſi in ęquiualẽti, conſequens profectò eſt, vt compenſatio damnorum, iniuriarum, ac offenſarum, non ſit reſtitutio preſſiſſimè ac proprijſſimè ſumpta, ſed ſit ſatisfactio à tali reſtitutione diſtincta. Hinc Greg. c. vlt. de iniurijs & damno dato. pro iniuria & damno culpa ſaltem iuridica, dato, ſatisfactionem fieri præcipit.

Si ergo ſatisfactionem ſumamus pro compenſatione ad æqualitatem damni, de quo loquimur, iniuſtè illati, ſumptique præcisè ab iniuria ac culpa in eo dando commiſſa, vtriq; ſatisfactio hoc modo ſumpta diſtinguitur à reſtitutione preſſiſſimè ſumpta, & vnà cum ea, tanquam pars ſubiecta, comprehenditur ſub reſtitutione in tertia acceptione præcedente diſputatione explicata, & per cõſequens comprehenditur etiam ſub duabus alijs prioribus acceptionibus eadem diſputatione explicatis.

Vt verò ſimul explicemus ſecundum, quod in titulo diſputationis eſt propoſitum, oſtendamuſque reſtitutionem nõ deberi pro iniuria & offenſa, ſumptis prçcisè à damno dato, ſed ſolum pro damno iniuſtè dato ſumpto damno latius quàm hactenus in hac diſputatione à nobis ſit ſumptum, nępe, vt comprehendit etiam iniuſtam vſurpationem, aut retentionem, rei alienæ, alterive debitæ, & ſimul explicemus, in quo differat reſtitutio ſumpta ita latè (ſi enim rectè attendas, comprehendit latitudinem totã reſtitutionis in tertia acceptione diſputatione prçcedente explanata, modò adiungas reſtitutionem, cuius obligatio oritur ex parte ſolius rei acceptæ, & nõ
3 ex parte iniuſtę acceptionis) à ſatisfactione, qua Deo pro peccatis noſtris ſatisfacimus, & à ſatisfactione, quæ tertia pars eſt ſacramenti pęnitentiæ, obſeruandum eſt. Nos peccatis omnibus noſtris Deum offendere, nullum tamen damnum illi inferre, ſed neque

A inferre illi poſſe. Quatenus autem peccata noſtra offenſæ ſunt Dei, digni pro illis ſumus pęna, dimiſſaque per contritionem, aut attritionẽ & ſacramentum, culpa, manet ſæpe pęna pro illis ſoluẽda, vt ſuo loco eſt copiosè oſtendendum. Hæc autem pęna ſi à Deo in alia vita ex purgatorio igne infligatur, ſanè ea inflicta ex parte Dei effectus eſt iuſtitię vindicatiuæ, qua de nobis iuſtam vindictam, ſuppliciũve iuſtum, ſumit. Ex parte verò noſtri non tam eſt ſatisfactio, quàm ſatis paſſio: eo quòd extra ſtatũ iam ſimus merendi ac ſatisfaciendi, neque ibi attendat Deus voluntatem, qua id patimur, vt iuxta patientiã ac caritatem, qua id patimur, compenſemus tũc partem aliam pęnæ, qua eramus digni, Deuſq; proinde, iuxta eandem patientiam ac caritatem, ſit contentus
B minori vel maiori pęna, ſed ibi ſolum attendat ad latitudinem ac quãtitatem pęnæ, vt proportionata ſit ei, quod adhuc pro delictis & offenſis, iuxta leges ſab eo ea de re conſtitutas, ſoluendum reſtat. Dum autẽ in hac vita in gratia amicitiaq; ipſius ſumus, quemadmodũ operibus noſtris vim merendi, Chriſti meritis innitendo, tribuit; & quemadmodum voluit, vt per ſacramenta Chriſti merita ex opere operato nobis applicarentur, ita quòd nobis infunderetur aut augeretur gratia, qua vita æterna, aut maiori vita æterna, eſſemus digni: ſic voluit, vt eadem noſtra iuſta opera, ac pęnalitates, quas noſtra ſponte pro eo ſuſciperemus, aut pateremur, eſſent (Chriſti meritis ac ſatisfactioni ſimiliter innitẽdo) ſatisfactoria pro pœna igne ex purgatorio luenda; & inſuper voluit,
C vt virtute ſacramentorum ac indulgentiarũ, ex opere operato nobis applicaretur ſatisfactio Chriſti & Sanctorum, in Eccleſiæ theſauro reſeruata. Quod itaque in hac vita Deo reddimus, ex ipſius diſpoſitione, in recompenſationem pro pęna, qua noſtris peccatis ſumus digni, itemque, quod ſimiliter ei reddimus in hac vita in recompenſationem pro pęna, qua digni adhuc ſunt, qui ex purgatorio igne puniãtur, appellatur, vereque eſt ſatisfactio noſtra, qua Deo pro peccatis noſtris ſatisfacimus, eſtq; actus, qui ad iuſtitiam commutatiuã reducitur, eo modo, quo inter nos & Deum iuſtitia eſſe poteſt. Quoniã iuxta leges ipſius, ac Chriſti vt hominis, reddimus illi æquiualens pro pęna ob noſtra delicta, aut fratrũ noſtrorum, qui ex purgatorio igne cruciantur, debi-
D ta. Pars autem huius noſtræ ſatisfactionis, illa ſcili-
cet, quæ in ſacramento pęnitentiæ à confeſſario ex 4
Chriſti inſtitutione in pęnæ ſatisfactionem, quæ remanet dimiſſa culpa, atque in medicinam ſalutarẽ, virtute clauium nobis iniungitur, & quam, iuxta prçceptum ac onus ab eo ibi nobis impoſitum, poſtea adimplemus, eſt ſatisfactio, quę tertia pars eſt ſacramenti pęnitentiæ, cum duobus prioribus, nempe cũ confeſſione, præuia aut comitante contritione, uel attritione, & cum abſolutione, tanquam vltima pars illius integralis, vt vocant, illud omnino complens ac perficiens.

Illud deinde eſt obſeruandum. In ijs noſtris pec-
catis, quæ ſunt contra iuſtitiam, duo eſſe conſideran 5
E da. Vnum eſt damnum, quod proximis inferunt. Alterum verò eſt offenſa, qua illos offendimus, ſeu iniuria ac culpa, quam in illos cõmittimus. Verbi gratia, cęteris paribus, ſi quis furetur æquale à paupere & à diuite, ſanè æquale damnum vtrique infert, plus tamen offendit pauperem, maioremque iniuriam ac culpam in eũ committit, quam offendat diuitem, & quàm iniuriam ac offenſam in eum committat, vſque adeò vt ex hac circumſtantia interdum iniuria & offenſa facta vni perueniat ad culpam lethalem, quando iniuria & offenſa facta alteri ad læthalem culpam non peruenit, vt Diſpu. 685. & ſequentibus, cum communi doctorum ſententia, eſt oſtenſũ. Itẽ, ſi cætera ſint paria, & vnus plus diligat rem

rem aliquam, quàm alius, vehementerque doleat, illa priuari, ſanè grauius peccat qui illam ab eo furatur, quàm qui eandem, aut aliam illi prorſus ſimilem, ab alio furatur, adeò vt Nauar. & alij dixerint, ex hac ſola circunſtantia aliquando offenſam proximi pertingere ad lethalem culpam, quando, ſecluſa illa circunſtantia, id non eſſet culpa lethalis, vt ibi dem retulimus; cum tamen damnum vtrique illatū æquale ſit. Præterea culpæ & offenſæ, quibus proximos contra iuſtitiam offendimus, nō ſolū eos offendunt, ſed etiam rempublicam, communeque bonū, quatenus proximi offenſi partes ſunt reipublicæ & communitatis, & quatenus reipublicæ pacem ac ſecuritatem perturbant ac impediunt, rempublicamque fœdant ac denigrant. Nec ſolùm id habent culpæ, quæ ſunt contra iuſtitiam, ſed etiam pleræque aliæ, vt deſerere ſuum locum in bello, & tranſgredi præcepta alia ad militarem diſciplinam attinentia, committere ſodomiam, ſe ipſum interficere, & alia eiuſmodi, quorum proinde punitio ad publicam ſpectat poteſtatem.

6 His ita explicatis, dicendum eſt. Ex illatione damnorum proximis ijs noſtris peccatis, quæ ſunt contra iuſtitiam, conſurgere obligationem ex commutatiua iuſtitia illa ad æqualitatem reſarciendi ac compenſandi nulla expectata iudicis ſententia, vt ea inæqualitas, in quibuſcunque illorum bonis iniuſtè data, ad æqualitatem reducatur in aliquo æquiualenti. Atque eiuſmodi ſatisfactionem eſſe, quæ, cum reſtitutione preſſiſſime ac proprijſſimè ſumpta, comprehenditur ſub reſtitutione diſputatione præcedente definita ac explanata. At verò ex iniuria & offenſa proximi contra iuſtitiam in eum commiſſa, conſiderata præcisè à damno dato in quibuſcūque illius bonis, nullam conſurgere obligationem illam compenſandi ante latam ſententiam. Ratio autem eſt, quoniam, vt ſic ſpectatur, nullum proximi bonum minuit, neque corporis, neque honoris, aut famæ, neq; externum, ſed ſolum eum offendit, ſicut noſtris quibuſcūque peccatis Deum offendimus; eaque de cauſa, qui illa proximum contra iuſtitiam offendit, dignus quidem eſt pœna pro quantitate talis delicti ac offenſæ, non tamen conſurgit obligatio quicquā ob illam ſatisfaciendi. Hinc dico, iniuriam & offenſam proximi contra iuſtitiam, conſideratam præcisè à quocunque damno proximo illato, itemque tam ipſam, quàm quodcunque aliud debitum, ſpectata vt cedunt in iniuriam reipublicæ, atque vt ſunt contra bonum commune, eſſe quidem materiam & obiectum iuſtitiæ vindicatiuæ, vt pœna debita pro illis infligatur, competenſque vindicta de illorum patratoribus ſumatur: non verò eſſe materiam & obiectū iuſtitię commutatiuæ, quaſi inde obligatio conſurgat de iuſtitia ex parte delinquentis aliquid ob eam iniuriam ac delicta compenſandi, nullo expectato præcepto ac ſententia iudicis. Iuſtitia autem vindicatiua, vt tractatur in calce diſputationis 12. dictū eſt, non eſt pars ſubiecta iuſtitiæ, ſed potentialis, & ideo neque eſt iuſtitia diſtributiua, neque commutatiua propriè, ſed reducitur ad commutatiuam iuſtitiam, quatenus pœnam infligit iuxta proportionem arithmeticam, vt tanta ſit, quanta eſt iniuria ac culpa; ab ea autem differt, quatenus nihil reſarcit & compenſat iniuriam ac offenſam paſſo, ſed malefactor punitur, quantum eſt iuſtum ac æquū, vt pro ea iniuria & offenſa patiatur: & quatenus ex parte malefactoris non conſurgit obligatio imponendi ſibi ac aſſumendi pœnam, iniuriæ ac culpæ commenſuratā, ante iudicis ſententiam, imò ſæpe nec pœnam exequendi poſt latam ſententiam, non ſolum ſi ſit flagellorū, mutilationis, mortis, aut alia corporalis grauis, ſed etiam ſi ſit amiſſionis bonorum, aut partis eorum, quando delinquens non præcipitur vt ſit exequutor eius pœnæ, vt regulariter præcipi non ſolet, ſed expectare debet, vt talis pœna corporalis ab alio infligatur, & poteſt expectare, vt pœna amiſſionis bonorum poſt latam ſententiam exigatur, quin & illam præſcribere poteſt, cum ſcientia, quòd ad eam ſit condemnatus, ſi tanto tempore poſt latam ſententiam non exigatur, quantum ad eam preſcribendam eſt neceſſarium, vt diſput. 66. diſput. 95. ad 2. oſtendimus.

Illud eſt obſeruandum. Cum proximi iniuria & offenſa, eo ipſo, quòd proximū iniuſte offendit, eſtque contra caritatem illius ac bonum commune, ſit etiam Dei offenſa, contra ipſius caritatem, ac proinde digna pœna à Deo in ſeculo venturo infligenda, Deuſque non puniat bis in id ipſum; conſequens eſt vt pœna, quam Deus in hoc ſeculo malefactoribus pro ſuis delictis infligit per miniſtros ſuos, qui uicē ipſius in iuſtitia adminiſtranda, puniendiſque delictis, tenent, inſeruiat, vt remittatur de pęna, quæ luēda erat in alio ſeculo. Atque hinc ſequitur, quòd delicta, quę in hoc ſeculo non puniuntur per miniſtros publicos, vel à Deo flagellis immiſsis, reſeruentur acrius in futuro ſeculo punienda, niſi bonis operibus, ac indulgentijs, dum in hoc ſeculo viuimus, cōpenſentur. Quòd ſi pęna per miniſtros publicos inflicta, aut à Deo alijs flagellis immiſſa, patienter atque ex caritate ſuſtineatur, cum opus, quo ita ſuſcipitur ac toleratur, meritorium ſit, virtuteque paſsionis ac meritorum Chriſti ſatisfactorium, proculdubio longè maior pęna ea patientia ac tolerantia remittitur ac compenſatur de illa, quę in futuro ſeculo erat infligenda, quàm ſit, quę ita in hoc ſeculo toleratur. 7

Illud deinde eſt obſeruandū. Quamuis, vt in hac 2. 2. q. 25. art. 8. oſtendimus, fas priuatæ perſonæ ſit, pęnas pro delictis in ipſos, atque in ſuos, commiſſis exigere coram publica poteſtate ad id deputata, ad quam poteſtatem loco Dei ſpectat pęnam decernere, ad eamque obligare, iuſtamque vindictam de malefactoribus ſumere: nulli tamen priuatæ perſonæ, etiam in defectum publicæ poteſtatis, eſſe licitū per ſe ipſam talem pęnam decernere ac ſumere de malefactoribus, vt Diſputa. 100. dictum eſt: ſcriptum eſt enim: *Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit Dominus*: neque malefactor eam debet integre ac perfectè, antequam à publica poteſtate ei decernatur, ad eamque condemnetur: ſed ſolum priuata perſona accepta iniuria ac offenſa, ius habet ad pęnam competentem exigendam coram publica poteſtate, & tunc demum habet ius plenum, vt ſibi pęna debeatur, ſi adiudicata ipſi ſit, & pęna ſit talis, quam reus exequi & ſoluere teneatur, ſaltem ſi ab eo poſt latam ſententiam exigatur. Quòd ſi non adiudicetur, vel nequitia iudicis, vel alia ratione, poterit quidem iudex iniuſtitiam committere, cū reſtituendi onere: eo quod ad petitionem partis pęnam non imponat ac exequatur, vt de iuſtitia tenetur, eaque commutatiua ex parte iudicis ipſius, ut tract. 1. Diſput. 12. oſtenſum eſt; delinquens tamen, qui non iniuſtè vindicatiuæ iuſtitiæ exequutionem impedierit, non tenebitur ad ſolutionem eius pęnæ interim dum ad eam non fuerit condemnatus, ſed pęna pro delicto debita reſeruabitur diuino iudicio in futuro ſeculo infligenda, niſi operibus bonis, ac indulgentijs, fuerit in hoc ſeculo compenſata. Quia verò, antequam reus condemnetur, is, qui offenſus eſt, aut ad quem loco offenſi pęnam petere ſpectat, ius habet ad illam exigendum, iuſque illud pretio eſt æſtimabile: conſequens ſane eſt, vt, ſtando in ſolo iure naturali, valeat pactum, ſeu tranſactio, qua is, cui tale ius competit, iuſto pretio illud remittit: & ſubinde ulterius eſt conſequens, vt, poſt tale pactum, id in conſcientia atque ex iuſtitia commutatiua debeatur, quod eo pacto fuerit cōſtitutum: 8

tutum:quandoquidem in compenſationem pro vero iure ad pęnam ſit promiſſum, in pactumque deductum. Id autem quod delinquens dat,aut facit,vt offenſus,aut vt is,ad quem, loco offenſi,ſpectat exigere pęnam, iniuriam pęnamque remittat, iurique illi ſuo cedat, appellari poteſt ſatisfactio delinquentis facta proximo ſuo pro delicto, & pęna tali delicto commerita:ſolutio tamen,ſeu perpeſſio pęnæ,iā iudicatæ, dum exequutioni mandatur,potius eſt ſatiſpaſſio ex parte delinquentis,quā ſatisfactio. Quādo autem pęna iam eſt impoſita, per ipſumque delinquentem eſt iam exequutioni mandanda, quia vel ſententia continet,vt eam ipſe exequutioni mandet,vel ab eo iam exigitur,tenetur,vi ſententiæ,iuſtique præcepti iudicis,de iuſtitia commutatiua eā ſoluere ob ſuum delictum:ſicut,quādo præcepto iuſto impoſitum eſt aliquod tributum,de iuſtitia commutatiua,vi illius præcepti,& cauſæ, ob quam iuſtè imponitur,tenentur ij illud ſoluere,quibus eſt impoſitum,& a quibus exigatur.

Ex dictis colligere licet nonnulla. Primum eſt regula quædam,qua diſcernendum eſt,quando ex delictis contra iuſtitiam obligatio reſtituendi conſurgat nulla expectata ſententia,& quouſque ea obligatio ſe extendat. Quando enim in delicto contra iuſtitiam cernitur ſola iniuria & offenſa proximi, abſq; iactura aliqua ac lęſione in bonis illius,tam externis, quàm corporis,honoriſque,ac famæ, (de iactura in bonis ſpiritualibus. vtrum ex ea conſurgat obligatio reſtituendi,in fine tractatus 4.dicetur) tunc nulla cōſurgit obligatio reſtituendi: quoniam nulla iniuſta inæqualitas facta,ſequutave,inde eſt in bonis proximi, quæ ex iuſtitia commutatiua reſarciri compenſariq; debeat. Tametſi ex caritate,debitoque ſuo modo ex iuſtitia, ex ipſamet rei natura,iniuriaque iniuſtè illata,conſurgente,ſi frater iuſtè ſit commotus,ſeque ipſum ſentiat offenſum,obligatio ſit petendi ab illo veniam,oſtendendo coram illo pœnitentiā, doloremque, quòd in ipſum ſit commiſſa, iuxta illud Chriſti Matthæi 5. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo,& tunc,veniens, offeres munus tuum.* Si tamen ea iuſta ac debita humiliatione ac ſatisfactione,quæ verè reſtitutio non eſt, neque integra iniuriæ compenſatio, frater rancorem quidem ac odium deponat,vt tenetur,attamen compenſationem integram,quam ex iuſtitia vindicatiua licitè poteſt exigere,remittere ac condonare non velit,tunc eam integram compenſationem, ſeu ſatiſpaſſionem,pro iniuria & offenſa commiſſa,non tenetur delinquens ſubire,antequam per publicam poteſtatem ad eam condemnetur, eamque exequutioni mandari præcipiatur;quin potius poteſt ſe in iudicio defendere, congruis ac competentibus medijs, negareque delictum, interim dum ſemiplenè non eſt aduerſus eum probatum,nec iuridice interrogatur,vt tractatibus ſequentibus oſtendetur:poteſt itē,
9 etiam poſtquam lata fuerit ſententia condemnatoria,interim dum pęna non exigitur, neque præcipitur eam ſoluere,illam,ſi pecuniaria ſit,retinere, congruoque tempore præſcribere, cum ſcientia, quòd condemnatus ad eam ſit,illamque iam eo modo debeat,vt locis ſupra in hac diſputatione citatis oſtendimus,quæ omnia longè aliena ſunt ab obligatione veræ reſtitutionis in conſcientiæ foro,ad quam quis ex commutatiua iuſtitia teneatur. Quando verò in delicto contra iuſtitiam,vltra iniuriam ac offenſam cernitur iactura ac læſio ex eo delicto iniuſtè in bonis proximi data, conſurgit quidem obligatio reſtituendi,non tamen tantum, quantum eſt iniuria & offenſa commiſſa,ſed quantum eſt damnum,læſioue ac iactura data. Verbi gratia,ex temerario iudi-
A cio, quo immeritò quis ſiniſtre concipit ac iudicat de proximo, nulla conſurgit reſtituendi obligatio: quoniam,licet id peccatum contra iuſtitiam ſit, proximoque ſit iniurioſum,eumque offendat, nullam tamen iacturam,nullumque damnum, relinquit in bonis illius eo ipſo,qp a tali temerario iudicio cauſſatur:eaque de cauſa,ſolum conſurgit obligatio ceſſandi ab eo iudicio, illudque deponendi: non verò quicquam reſtituendi propter præteritam iniuſtitiā aduerſus proximum commiſſam,poſtquam à tali iudicio eſt ceſſatum. Item,quamuis,qui furatur à paupere,grauius,cæteris paribus,peccet,maioremque illi faciat iniuriam ac offenſam,quàm peccet,iniuriāque ac offenſam diuiti efficiat,qui tantundem ab eo furatur,inde tamen non conſurgit obligatio,plus v-
B ni,quàm alteri,reſtituendi:quoniam reſtituendi obligatio metienda non eſt quantitate iniuriæ ac offenſæ,ſed quantitate damni,proximo iniuſtè illati. Offenſæ autem atque iniuriæ quantitas efficit,vt imponi iuſtè poſſit,ac debeat,maior pęna pro vno eorum delictorum,quàm pro alio. Simile exemplum eſt de duobus furantibus æquale, ſed vno eorum furante occulte,altero verò graſſando mortiſque metum incutiendo, nulla tamen facta læſione in corpore ei,à quo ita ſit furatus, neque vlla relicta illi læſione in honore & fama ex tali rapina. Quamuis enim eiuſmodi graſſator grauius peccet,maiorique pęna ſit dignus,eo quòd pęna iuſtè per vindicatiuam iuſtitiam infligenda reſpondere debeat culpæ, quantitatique ac qualitati iniuriæ;non plus tamen tenetur reſtitue-
C re graſſator,quàm ille alius fur occultus: quoniam non maiorem latitudinem damni dedit vnus eorum in bonis proximi,quàm alius; latitudo verò reſtitutionis reſpondere debet latitudini ſolius damni iniuſtè dati. Ex regula propoſita,atque ex hactenus dictis,ſimul patet ratio,cur is,qui furatus eſt centum, longoque tempore illa contra domini voluntatem detinuit,quamuis eo modo furando, ac detinendo rem alienam,iniuriam faciat proximo,non tamen tenetur plus illi reſtituere,quam ſi nullam iniuriam illi feciſſet,ſed ſolum iuſto errore illa centum accepiſſet,ac proinde, quàm ſi ſolum teneretur ea reſtituere ex parte rei acceptæ, & non ex parte iniuſtæ acceptionis,vt affirmat communis doctorum ſententia, habetque praxis confeſſionum in Eccleſia. Ratio
D quippe eſt,quoniā pro culpa & iniuria, præciſè ſumpta à damno ea culpa & iniuria dato,delinquens manet ſolum obnoxius pęnæ, qua pro ea culpa & iniuria eſt dignus:nulla uerò eſt obligatio ſubeundi pęnam ante latam ſententiam, vt communis doctorū ſententia affirmat. Vnde,ſi ex iniurioſa acceptione & retentione rei alienæ nullum damnum, etiam lucri ceſſantis,eſt ulterius ſequutum domino talis rei, ſanè, qui iniurioſè illam accepit ac retinuit, ad nullam maiorem reſtitutionem tenetur,quàm ſi,permanente integra eadem re iniurioſè accepta ac retēta, ſolum teneretur eam reſtituere ex parte rei acceptæ, & non ſimul ex parte iniuſtæ acceptionis:idque propterea quòd reſtitutionis obligatio, quæ conſurgit
E ex parte iniuſtæ acceptionis, metienda eſt latitudine damni tali iniuſta acceptione dati,non verò quātitate culpæ & iniuriæ commiſſæ in eo auferendo. Regulæ à nobis traditæ, & tam multis tota hac diſputatione ſtabilitæ, conſentit apertiſſimè D. Tho. 2.2.q.62.art.3. Vbi cum quæſiuiſſet, vtrum ſufficiat reſtituere ſimplum, quod iniuſtè ablatum eſt, partē affirmantem in hunc modum probat in argumento ſed contra. Reſtitutio reducit ad æqualitatem,quod inæqualiter ablatum eſt: ſed aliquis reddendo, quod accepit ſimplum,reducit ad æqualitatem: ergo ſolum tenetur reſtituere tantum,quantū accepit. Et in corpore articuli ſic dicit: Reſpondeo dicendum,quòd cum aliquis iniuſtè accipit rem aliquam,

duo

duo ſunt ibi conſideranda: quorum vnũ eſt inęqualitas ex parte rei, quæ quandoque eſt ſine iniuſtitia, vt patet in mutuis. Aliud autem eſt iniuſtitiæ culpa, quæ poteſt eſſe etiam cum æqualitate rei, puta cum aliquis intendit inferre violentiam, ſed non præualet. Quãtum ergo ad primum adhibetur remedium per reſtitutionem, in quantum per eam ęqualitas reparatur: ad quod ſufficit, quòd reſtituatur tantum, quantum habuerit de alieno. Sed quantum ad culpam, adhibetur remedium per pœnam, cuius inflictio pertinet ad iudicem. Et ideo, antequam ſit condemnatus per iudicem, non tenetur plus reſtituere, quàm accepit. Et cum primo loco ſic eſſet argumentatus: Dicitur Exod. 22. *Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue:* ſed quilibet tenetur mandatum diuinæ legis obſeruare: ergo ille, qui furatur, tenetur reſtituere quadruplum aut quintuplum. Sic reſpondet: Patet reſponſio ad primum, quia lex illa determinatiua eſt pęnæ, per iudicem infligendæ. Et cum ad obſeruantiam iudicialis præcepti, nullus teneatur poſt Chriſti aduentum; poteſt tamen idem, vel ſimile, ſtatui in lege humana, de qua erit eadem ratio. Et art. 4. docet, damni ſolum reſtitutionem eſſe faciẽdam. Et art. 6. docet, rem alienam acceptam, quod attinet ad rem ipſam, eſſe reſtituendam. Ex parte verò iniuſtæ acceptionis, eſſe etiam reſtituendam, etiam ſi non maneat, quia qui percutiendo damnum iniuſtè dat, tenetur illud compenſare, etiamſi nihil inde apud ipſum remaneat. Addit autem: Ita etiam, qui furatur, vel rapit, tenetur ad recompenſationem damni illati, etiamſi nihil inde habeat. Et vlterius pro iniuria illata debet puniri. Et in reſponſione ad tertium ſic ait: Quia reſtitutio principaliter ordinatur ad remouendum damnum eius, à quo eſt aliquid iniuſtè ablatum, ideo poſtquam ei reſtitutio ſufficiẽs facta eſt per vnum, (multorum ſcilicet, qui damnum dederunt) alij non tenentur ei vlterius reſtituere, ſed magis refuſionem facere ei, qui reſtituit, partes videlicet ipſorum. Et in opuſculo de vſuris, c. 20. ex eodẽ fundamento docet, quando interuenit iniuria vltra damnum, ſolum fieri debere reſtitutionem pro dãno, non verò pro iniuria: pro qua aliter fieri debet compenſatio. Ex hoc principio, quod non fruſtra tam multis hoc loco explanamus & ſtabilimus, ex dictiſque tota hac diſputatione decidenda ſunt multa hoc tractatu, & ſequentibus, grauiſſima, ac quotidiana.

10 Secundum, quod ex dictis licet colligere, eſt cauſa, ob quam regulariter homines non teneantur ante latam ſententiam ſoluere pęnam delictis ipſorũ cõdignam, ac commeritam, eſto legibus ſtatuta ſit, & eſto lex contineat, quòd ſtatim ipſo iure, aut ipſo facto, incurratur. Quia enim ex delicto & iniuria, ea ex parte qua delictum & iniuria eſt præciſa à damno proximo in ſuis bonis illato, non conſurgit obligatio reſtituendi in conſcientiæ foro, ſed conſurgit ſolum condignitas ad pęnam, quæ per iuſtitiam vindicatiuam à poteſtate publica infligitur, vt explanatum eſt: duræ autem admodum atque intolerabiles eſſent leges, ac proinde minimè iuſtæ, quę delinquẽtem exequutorẽ pęnæ efficerent aduerſus ſe ipſum ſtatim commiſſo delicto; præſertim cum ex varijs circumſtantijs concurrentibus neceſſe ſæpe ſit iudicis arbitrio moderari aut augere pęnam, eaque de cauſa oporteat delinquentem audire antequam vltimo obligetur ad pęnam; conſequens profectò eſt, vt non ſolum ante cõditas leges pęnales, quibus decernatur pęna, ſed etiam poſt illas conditas, pęna in cõſcientiæ foro non debeatur ante latam ſententiam, eſto lex ipſo iure, aut ipſo facto, eam ſtatuat: quoniã ſenſus eiuſmodi legum eſt, nõ vt delinquens ſtatim

A commiſſo delicto teneatur ad exequutionem pęnæ antequàm ſententia feratur, ſed vt, lata ſentẽtia, retrotrahatur pęna ad tempus commiſſi delicti, vt Diſput. 95. & 96. dictum eſt.

Tertium eſt. Quamuis, quando iactura & damnum in bonis proximi iniuſtè eſt datum, licitum ei ſit, qui id damnum accepit, compenſationem authoritate propria facere, tantundem occultè accipiendo de bonis illius, qui illud iniuſtè dedit, quando iudicis authoritate, concurrentibuſque alijs circumſtantijs Diſpu. 691. explicatis, non poteſt commodè id obtinere, nihilominus illicitũ eſſe propria authoritate, minimeque interueniente iudicis ſententia, compenſationem vllam facere pro offenſa & iniuria ſumpta præcisè à damno dato, tenerique, qui illã B fecerit, ad reſtitutionẽ illius, damnorumque, ſi quæ fortè vlterius ſubſequuta ei ſint, cuius bona ita in compenſationem vſurpata ſunt. Ratio autem eſt, quoniam ante latam ſententiam, qua aliquid ei adiudicatur in pęnam delicti aduerſus ipſum commiſſi, nihil delinquens ei debet, eſto dignus delinquens ſit, qui puniatur, & eſto offenſus ius habeat ad pęnã competentem coram publica poteſtate exigendam per iuſtitiam vindicatiuam, quæ delinquenti infligatur, & accuſanti applicetur. 11

Poſtremò eſt obſeruandum, hoc eſſe diſcrimen, præter alia, inter reſtitutionem & ſatisfactionẽ, quæ vltima pars eſt ſacramenti pœnitentiæ. Quòd reſtitutio neceſſaria eſt, vt non continuetur peccatũ retentionis rei alienæ, alteriue debitæ, inuito domino: C qui enim contra voluntatem alicuius retinet, quod ex iuſtitia illi debet, in moraque iam eſt id ei tradendi, vtique peccatum ſuum iniuſtitiæ aduerſus eum continuat, niſi ſit legitima aliqua cauſa, quæ eũ excuſet. Atque hac ratione reſtitutio, quando non adeſt legitima cauſa, quæ ab ea facienda excuſet, antecedere debet pęnitentiam, tanquam conditio ac diſpoſitio ad contritionem, attritionemque, veram neceſſaria. At verò ſatisfactio eſt pars vltima ſacramenti pęnitentiæ ad compenſandam pœnam pro peccatis debitam, dimiſſa culpa per ſacramentum, aut antecedentem contritionem: vnde ea ſatisfactio non antecedit veram contritionem, aut attritionem, abſolutionemque à peccatis, ſed poſt illa ſequitur, eſtque illis poſterior. 12

D

DISPVT. 716.

Vtrùm reſtitutio neceſſaria ſit ad ſalutem.

SVMMARIVM.

1 *Error exiſtimantium reſtitutionem neceſſariam non eſſe ad ſalutem.*

2 *Reſtitutio neceſſaria eſt ad ſalutem eo modo, quo præceptorum decalogi obſeruatio eſt ad ſalutem neceſſaria.*

3 *Reſtituendi præceptum in ſeptimo decalogi pręcepto includitur.* E

4 *Reſtituendi præceptũ in quo ſenſu ad ſemper obliget.*

5 *Elemoſyna ſine reſtitutione ac pœnitentia, quando alienum detinetur, ad ſalutem non ſufficit.*

6 *Eleemoſyna in quo ſenſu ſit præſidium maximum contra peccata, & ad vitam æternam conſequendam.*

POſito, quòd quis damnum ſatè iniuſtè dederit proximo, aut rem illius retineat, quæritur, num, ſi quantitas notabilis ſit, neque adſit legitima cauſa, quæ ab onere reſtituẽdi deobliget, reſtitutio neceſſaria ſit ad ſalutẽ. Pars quæ negat, ſuaderi poteſt.

Primò,

Argumen. primum. Primò, quoniam ad ſalutem ſatis eſt ſeruare mandata, iuxta illud Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*: ſed in præceptis decalogi, de quibus Chriſtus ibi loquebatur, non continetur præceptũ reſtituẽdi, vt conſtat: quoniam ſi in aliquo contineretur, maximè id eſſet in ſeptimo, nempè non furtũ facies: in eo autem non contineri, ex eo liquet, quòd in eo non præcipitur actus poſitiuus, qualis eſt reſtitutio, ſed prohibetur actus furandi.

Confir. Confirmatur, quoniam, cum præcepta negatiua in hoc ab affirmatiuis differant, quòd negatiua obligent ad ſemper, & affirmatiua non, ſanè, ſi reſtituẽdi præceptum in negatiuo præcepto non furãdi contineretur, obligaret ad ſemper reſtituendum: quòd tamen nulla ratione videtur aſſerendum.

Secũdum. Secundò, nullus peccat detinendo alienum ex domini illius conſenſu, ſaltem debito: ſed, cum vnuſquiſque pro ſalute ſpirituali proximi teneatur exponere bona omnia ſua temporalia, tenetur dominus rei furto ablatæ conſentire, vt fur, qui ad id non eſt paratus, non reſtituat, vt ea furti remiſſione peccatum illius euitet, & per pœnitentiam ſolius delicti præteriti deponatur in gratia: ergo fur, non reſtituendo, non peccat.

Tertium. Tertiò, ſæpè reſtitutio fieri non poteſt, aut non ſine notabili detrimento famæ, aut vitæ, eius, qui reſtituere debebat: ergo reſtitutio non eſt de neceſſitate ſalutis.

Quartum. Quartò, Cum Chriſtus Lucæ 11. dixiſſet, quod intus eſt Phariſæorum plenum eſſe rapina & iniquitate, addidit; *Verumtamen, quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*. Vbi nullam reſtitutionem iniunxit Chriſtus, vt mundarentur ac reponerentur in gratia, ſed eleemoſynam ad hoc ſufficere docuit.

1 Vt Guido de erroribus Græcorum, & Alfonſus Caſtro de hæreſibus verb. reſtitutio, referunt, inter errores Græcorum computatur, quòd ſacerdotes ipſorũ non iubeant reſtituere ablata per furtum & rapinã, ſed raptores ac fures abſoluant, illis in pęnitentiam iniungendo, vt partem ita per iniuſtitiã acquiſitorum, ſibi & eccleſiæ in eleemoſynam tribuãt, quaſi ad ſaluté neceſſaria non ſit reſtitutio. Eundem errorem ſequutus eſt Eraſmus in annotationib. in illud Lucę citatum, in quatuor prioribus editionibus, ſic dicens: Illud adnotandum, cum prius feceꝛit mẽtionem rapinæ, in remedio non fieri mentioné reſtitutionis, ſed tãtum pollicetur, eleemoſyna data, omnia fieri munda. Poſtea verò in quinta editione, vel vt notã effugeret, quòd errorem illũ amplecteretur, vel à veritate ipſa compulſus, verbis ipſius proximè relatis addidit: ſed, qui iubetur dare, quibus nihil debetur, multo magis iubetur reddere, ſi q̃d cui debet.

2 Hic error manifeſta eſt hęreſis cum lumine naturæ perſpicuè pugnans, eſtque tãquam veritas orthodoxa affirmandum, reſtitutionem iniuſtè ablatorũ, aut iniuſtè detentorum, neceſſariam eſſe ad ſalutem eo modo, quo mandatorum decalogi obſeruatio ad ſalutem eſt neceſſaria. Atque, vt à rationibus ordiamur, ſanè non minus ex natura rei eſt illicitũ ac iniuſtum retinere alienum, alterive debitum, cõtra illius voluntatem, eum priuando vſu rei ſuę, aut ſibi iã debitæ, quam ſit illud ab eo accipere contra ipſius voluntatem: ſed hoc ſecundum priuat gratia ac vita æterna, quia eſt contra proximi ac Dei caritaté, vt patet, quoniam prohibetur ſeptimo præcepto decalogi: ergo & primum, quod etiam eodem ſeptimo prę cepto decalogi continetur ac prohibetur, vt Diſput. 680. explanatum eſt, & quod non ceſſatur à peccato commiſſo per ſecundum, niſi per rei iniuſtè acceptę reſtitutionem. Ac ſanè, qui reſtitutionem non eſſe neceſſariam ad ſalutem affirmaret, aſſereretque ſine continuatione peccati furti contra ſeptimum decalogi præceptũ, poſſe reſtitutionem omitti, continuo teneretur concedere, non eſſe neceſſarium ad ſalutem, quenquam ex ſua parte implere contractus, ad quos implendos ex iuſtitia teneretur, vt nõ eſſe cuiquam neceſſariũ ad ſalutem, accepto pretio pro merce, mercem tradere, aut accepta merce, tradere pro ea pretium, & ita de impletione aliorum cõtractuũ, ad quam ex iuſtitia teneatur: quoniam perſpicuè nõ eſt maior iniquitas in retinẽdo pretio, accepta merce, aut in merce retinenda, accepto pretio, quàm in retinendo alienum per furtum ablatum, inuito eius rei domino: quandoquidem non minus ius eſt ei, à quo aliquid per furtum eſt ablatũ, vt ipſi reddatur, quàm ſit ei, qui tradidit mercem, vt ipſi ſoluatur pretium, aut ei, qui pretiũ tradidit, vt ipſi res empta reddatur, imò maius: quippe cùm is, cui res furto ablata eſt reſtituenda, dominium illius retineat, alij verò ſolum habeant ius ad pretium, aut ad mercem, vi cõtractus emptionis aut venditionis, quem ex ſua parte impleuerunt. Adde, obligationem implendi contractum non magis contineri ſeptimo præcepto decalogi, (cum tamen perſpicuè in nullo alio pręcepto contineatur) quàm contineatur obligatio reſtituẽdi furtum. Neque plus eſſe obligationem remittendi reſtitutionis obligationẽ furi, vt fur in gratia reponatur ac ſaluetur, quam ſit obligatio remittendi pretium, aut mercem, vt ſaluetur, qui nollet ea tradere, vt ex contractu emptionis aut venditionis tenetur. Ex ſcripturis verò ſacris probatur, reſtitutionem neceſſariam eſſe ad ſalutem, & per conſequens contrariam aſſertionem errorem eſſe in fide. *Reddite omnibus debita. Cui tributum, tributum. Nemini quicquam debeatis.* Matt. 22. Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Tobię 2. Cum ſanctus ille ſenex hędum balantem audiſſet: *Videte*, inquit, *ne fortè furtiuus ſit. Reddite eum dominis ſuis: quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere*. Ezech. 33. inter requiſita ad impij iuſtificationem, reſtitutio malè ablatorum, iniuſteque retentorum, computatur. Sic enim ibi ſcriptum legimus: *Si dixero impio, morte morieris. Et ille egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit, rapinamq́; reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, vita viuet, & non morietur*. Denique hæc ſemper fuit concors doctrina Eccleſię ac Patrum. Vnde Auguſtin. Epiſtol. 54. ad Macedonium, & refertur. 14. quæſtio. 6. cap. 1. *Si res*, inquit, *aliena, propter quam peccatũ eſt, reddi poſſit, & nõ redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſi, vt dictum eſt, reſtitui poteſt*. Hactenus Auguſtin.

Ad primũ argum. Ad primum aũt argumentum in contrarium, conceſſa maiori, neganda eſt minor. Ad probationẽ ſimiliter conceſſa maiori, negãda eſt etiã minor, nempe præceptum reſtituendi non contineri in ſeptimo præcepto. Vt enim Diſp. 680. fuit explanatum, atq; in hac diſputatione retulimus, non furtum facere ſumitur latè in eo præcepto, vt comprehendit, non accipere quocunque modo alienum iniuſtè, & nõ inferre damnũ rebus alienis iniuſtè, atq; non retinere iniuſtè alienum, id ve, quod ei debetur. Porrò eiuſdẽ ſpeciei eſt in genere moris, nõ accipere alienum iniuſtè, & non retinere alienum iniuſtè: in conſequentiam verò huius, quod eſt, non detinere iniuſtè alienum, (cui dictamini rectæ rationis ac legis Dei tenemur nos conformare) cenſetur illo eodem negatiuo præcepto, non furtum facies, præceptus actus poſitiuus reſtituendi pro tempore, quo res aliena iniuſtè detinetur, tanquam medium, quo ceſſandum eſt, & ſine quo non ceſſatur, ab iniuſta rei alienæ detentione: quandoquidem, qui finem præcipit, eo ipſo cenſetur præcipere medium, ſine quo finis mandari

dari nō poteſt exequutioni, neque alia malitia eſt in A
omiſſione medij, ea præciſa ratione, quæ neceſſariū
eſt ad finem, ab ea, qua non impletur præceptum de
fine: quin in re propoſita, cum idem prorſus ſit, reti-
nere iniuſtè alienum, quod tranſgreſſio eſt ſeptimi
illius præcepti, non furtum facere, & omittere reſti-
tutionem eius, quod ita retinetur, ſanè eadem nume
ro culpa eſt, retinere alienum iniuſtè, hoc eſt, illud ei
non tradere, cui debetur, & omittere reſtitutionem
illius. Quo fit, vt in illo ſeptimo præcepto decalogi,
quatenus continet prohibitionem retentionis iniu-
ſtæ rei alienæ, alterive debitæ, contineatur præceptū
reſtitutionis, cuius omiſſio eſt formaliter retētio in-
iuſta rei alienæ: quoniam retinere iniuſtè, & iniuſtè
illud non exhibere ac reſtituere, idem prorſus ſunt.
Adrianus. q. 1. de reſt. & Ioan. Med. qō. 2. adhibent B
in exemplum, quòd in præcepto negatiuo non furā-
di includatur affirmatiuum reſtituendi, modo expli
cato: ſicut, inquiunt, in præcepto negatiuo, non occi
des, includitur præceptum affirmatiuum, ſubuenies
proximo extremè indigenti: quoniam, qui proximū
non defendit ac liberat à morte, quæ illi iniuſtè para
tur, cum tamen poſſit, & qui eum non paſcit, tame
morientem, aut in alia occaſione ipſum non liberat
à morte illi imminenti, (quæ tamen iuſtè à poteſtate
publica ei non infligatur) cum tamen liberare eum
poſſit, peccat contra præceptum negatiuum, non oc
cides. Hoc tamen exemplum non eſt ſatis idoneum
ac firmum. Tranſgreſſio quippe pręcepti negatiui,
non occides, eſt peccatum contra iuſtitiam: tranſ-
greſſio verò præcepti affirmatiui, ſubuenies proxi- C
mo extremè indigenti, ſolum eſt peccatum contra
caritatem ac miſericordiam proximi, quod proinde
obligationem reſtituendi non inducit dāna, ſeu de-
trimenta proximo ex ea omiſſione ſubſequuta: quo
fit, vt præcepta illa, non occides, & ſubuenies extre-
me indigenti, diuerſa ſint, ad virtutes diuerſas atti-
nentia. Quando autem ſancti aliqui dicunt; ſi non
pauiſti, occidiſti; non intelligunt peccato veri homi
cidij contra quintum præceptum decalogi: ſed pec-
cato contra caritatem ac miſericordiā proximi, quo
mors proximi, quam ex his virtutibus vitare teneba
ris, ad culpam lethalem tibi imputatur.

Ad confir. 4

Ad confirmationem minoris eiuſdem primi ar-
gumenti dicendum eſt. Quando præceptum affir-
matiuum deriuatur à negatiuo, & in eo continetur D
eo modo, quo in præcepto non retinendi alienum
iniuſtè, continetur præceptum reſtituendi, vt expla
natum eſt, tunc præceptum affirmatiuum obligare
ad ſemper eo modo, quo negatiuum, à quo deriua-
tur, & in quo includitur; eaque ratione, quamdiu, &
quoties, peccat quis retinendo iniuſtè alienum, pec-
cat etiam non reſtituendo, non quidem diſtinctis
peccatis, ſed vno & eodem prorſus, vt explicatū eſt.
Cæterùm, quia retentio alieni, alterive iam debiti,
vt ei ſine mora ſoluatur, ſupponit primam illius oc-
cupationem, aut eſſe iam ita debitum, vt ſine mora
ſit neceſſariò ſoluendum, ſicut rei conſeruatio præ-
ſupponit eſſe præteritum eiuſdem rei, quod in futu-
rum manu teneatur ac cōſeruetur, ſanè præceptum E
reſtituendi ſolum obligat poſt primam occupatio-
nem rei alienę, aut poſtquam res reſtituēda eſt iā ita
debita, vt ſine mora ſit ſoluenda, atque ab eo puncto
obligat, quouſque integre reſtitutio perficiatur. Itē,
quia multa ſunt, quæ excuſare poſſunt à peccato re-
tentionem rei alienæ, alteri verò iam perfectè debi-
tæ, multa conſequenter etiam ſunt, quæ excuſant o-
miſſionem reſtituendi. Eſt etiam præceptum non
retinendi alienum, ſeu illud reſtituendi, intelligen-
dum moraliter, nempe vt res, ſpectato congruo tem
pore ac loco, reſtituatur. Quæ omnia inferius pate-
bunt, dum explicabimus quando facienda ſit reſtitu
tio. Vnde ad confirmationem in forma conceden-
da eſt conſequutio, ſi conſequens intelligatur, inte-
rim dum obligatio eſt non retinendi alienum, mo-
do explicato.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum dicendum eſt, in primis maiorem
non eſſe vniuerſum veram. Quoniam ad quam plu-
rima ſatis non eſt conſenſus debitus alterius. Vt ad
hoc vt is, cui baptiſmus applicatur, eo maneat bapti-
zatus, non ſufficit conſenſus illius debitus, ſed requi
ritur verus illius conſenſus ad id præſtitus. Item, ut
pauper, qui non extremè indiget, occupare poſſit ac
retinere rem diuitis, non ſatis eſt, quòd æquitas, mi-
ſericordia, & caritas id poſtulent, imo & quod ſub
præcepto obligent diuitem, vt conſentiat, quoniam
licet diues peccet non conſentiendo, pauper tamen
iniuſtitiam committit, eum inuitum ſpoliando bo-
nis ſuis, atque idem eſſet in euentu argumenti pro-
poſiti eſto gratis daremus, minorem eſſe veram. Mi
nor tamen eſt etiam falſa. Quoniam quando proxi
mus non indiget ad ſalutem ſpiritualem, aut corpo
ralem, bonis alterius temporalibus, niſi ex ſua mali-
tia & nequitia, quia ſine illis poteſt ipſe ſibi ſubueni
re, ſi velit, vt cernitur in euentu argumenti propoſi-
ti, tunc non conſurgit obligatio concedendi illi ta-
lia bona, vt ſupra in hac 2. 2. in materia de caritate
variis in locis à nobis explanatum eſt. Imò verò, ad
conſeruandum, non ſolum propriam uitam, ſed etiā
bona temporalia externa, quæ alius iniuſtè eripere
vult, non ſolum fas eſt illorum domino interficere
iniuſtum aggreſſorem, ſed etiam permittere, vt, de-
cedendo in peccato lethali, quod tunc committit, ſi-
mul cum temoprali vita, quæ in defenſionem iuſtā
ab eo eripitur, amittat æternam, addicaturque ſem-
piternis cruciatibus, vt Sotus, 4. de iuſt. qō. 6. art. 2.
ad 1. recte ait, & tractatu, 3. ſequenti oſtendemus.
Adde, in euentu argumenti propoſiti, cum fur in a-
nimo ſit non reſtituendi, eſto debitum illi nō remit-
tatur, per remiſſionem (occultam præſertim, quam
ignorat) non liberari à culpa lethali, in qua eſt non
reſtituendi alienum, cum poſſit.

Ad tertiū.

Tertium argumentum petit, quæ excuſent à cul-
pa retinendo alienum, illudve non reſtituendo ſta-
tim, ſaltem per interpoſitam perſonam: de qua re in
ferius dicetur.

Ad quartum.

Quod ad quartum argumentum attinet. Cū Pha
riſæus quidam Chriſtum rogaſſet, vt apud ſe pran-
deret, Chriſtuſque diſcubuiſſet, nō ſeruatis de indu
ſtria ablutionibus externis, quas ante cibi ſumptio-
nem ſtudioſè ac ſuperſticioſè Phariſæi, cetærique iu
dæi, ſeruabant, quaſi in illis religio ac ſanctitas eſſet
poſita: Phariſæuſque admirari cæpiſſet, quod non eſ
ſet lotus, quam internam phariſæi admirationē edi-
tio vulgata expreſsit, dicens: *Phariſæus autem cępit
intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet an-
te prandium,* (id enim continet eſſe ea de re admira-
tum) dixit illi Chriſtus: *Nunc vos Phariſæi,* (quaſi
diceret, ueſtra eſt hæc inſtitutio, non legis (*quod de
foris eſt calicis & catini mundatis.* Vt autem cōſtat ex
eadem obiurgatione, quæ Matthæi 23. habetur, me-
taphora ſumpta à vaſis, cibi & potus, quæ erant in
menſa, nomine, calicis & catini, intellexit ac ſignifi-
cauit Chriſtus homines ipſos, qui conſtant anima tā
quam parte interiori, & corpore tanquam parte ex-
teriori, ſicut vaſa illa conſtant parte interiori, in qua
cibi ac potus apponuntur, ac proinde in qua maior
neceſſaria eſt munditia, & conſtant etiam parte ex-
teriori. Sic enim habent verba Chriſti Matthæi 23.
*Væ vobis, ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui mundatis,
quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autem pleni
eſtis rapina & immunditia.* Phariſæe cæce, munda
prius quod intus eſt calicis & paroſidis, ut fiat id, qđ
de foris eſt, mundum. De munditia ſpirituali, ad reli
gionem ac uirtutem attinente, loquebatur, nomine,
calicis & paroſidis, hominem ipſum perſpicue ibi
intel-

intelligens, à cuius munditia interiori, quoad virtutum actus, pendet munditia actuum earundem virtutum externorum, quæ ſola eſt munditia ſpiritualis virtutis ac religionis, de qua Chriſto erat ſermo: Vnde rectè dixit; *munda prius, quod intus eſt calicis & paropſidis*; hoc eſt, interiorem partem tui, in qua, tanquam in interiori parte vaſis, apponuntur & offeruntur Deo virtutum ac iuſtitiæ opera, vt (eo videlicet ipſo) *fiat id, quod de foris eſt, mundum*: neque enim in materiali calice, aut paropſide, ex eo quòd pars interior mundatur, fit mundum, quod de foris eſt illius. Nunc ad verba Lucæ regrediamur. Poſt illa verba, *Nunc vos Phariſæi, quod de foris eſt calicis & catini mundatis*, ſubiungit Chriſtus; *quod autem intus eſt, veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti, nonne, qui fecit, quod de foris eſt*, (veſtrum ſcilicet) *etiam id, quod intus eſt, fecit*. Idque, quaſi dicat, tanquam longè magis præcipuum, atque tanquam in quo lógè magis munditiam exigat. *Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis*. Occaſione autem horum verborum, quæ ad rem præſentem faciunt, cætera retulimus ac expoſuimus. Porrò hæc verba vno è tribus modis exponuntur.

5 Primò, in ſenſu eorum proprio abſque vllo tropo. Quo pacto ab Auguſt. in Enchiridion à c.72. ita exponuntur, vt nomine eleemoſynæ, omnia opera miſericordiæ tam ſpiritualia, quàm corporalia, intelligat, etiam illud, quo quis animæ ſuæ miſeretur, pęnitentiam agendo de peccatis, ac Deo placēdo, iuxta illud Eccleſiaſtici 30. *Miſerere animæ tuæ placens Deo*. Vnde munditiam internam ita à Chriſto tribui eleemoſynæ hoc loco affirmat, vt non ſolū præſupponat veram pœnitentiam de peccatis, (quæ eſſe non poteſt ſine alieni vera reſtitutione, ſi facultas ſit reſtituendi) fidem, & cætera ad ſalutem neceſſaria, ſed etiam illa includat, ſi is mundandus ſit, cuius interiora rapina & nequitia ſūt plena. Sic de Zachæo, qui, verè pęnitens, cum eleemoſyna, reſtitutionem coniunxit, dicens: *Ecce domine, dimidium bonorum meorum do pauperibus, &, ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum, dixit Chriſtus*. Lucæ 19. *Quia hodie ſalus huic domui facta eſt*. Quòd autem ſola eleemoſyna, ſine fide, & pœnitentia, cæteriſque, quæ ad veram pęnitentiam neceſſaria ſunt, nō ſatis ſit ad mundandum, vel infidelem, vel fidelem, qui in lethali peccato eſt, perſpicuum eſt ex quàm plurimis alijs teſtimonijs Scripturæ ſacrę, etiamſi nomine eleemoſynę intelligamus omnia miſericordię opera, tam corporalia quam ſpiritualia, quæ circa proximos noſtros exhibemus, vt Aug. capitibus citatis perſpicuè oſtendit. De numero verò eorum locorū ſunt, illud ad Hebræos 10. *Sine fide impoſſibile eſt placere Doo*. Lucæ 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis*. 1. Cor. 13. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*. Vnde quando eleemoſynæ remedium ad munditiam internam, ad extinguenda peccata, & vt ciues cæli, facti per eam noſtri amici, nos in æterna recipiant tabernacula, in ſcripturis ſanctis aſſeritur, ſanè non excluditur, ſed ſupponitur pęnitentia, cum cæteris, quæ ad veram pęnitentiam neceſſaria ſunt, ſi à lethalibus culpis, in quibus facti Dei inimici iacemus, mundati interius ſumus. Sicut quando Dominus Matth. 6. dicit; *Si dimiſeritis hominibus peccata eorū, dimittet vobis pater veſter cęleſtis delicta veſtra*; non excluduntur cætera ad ſalutem & veram pœnitentiam neceſſaria, ſed ſupponuntur. Vnde Auguſt. in Enchir. c.75. aduerſus quoſdam, qui freti teſtimonio Scripturæ, de vi eleemoſynæ, non curabant abſtinere à lethalibus culpis, & de eis pęnitere, quaſi eleemoſyna ſola ad mūditiam internam, ſemper-

A namque fęlicitatem obtinendam, ſufficeret, ſic ait: *Sanè qui ſceleratiſſimè viuunt, neque curant, talem vitam moreſq; corrigere, & inter ipſa facinora & flagitia ſua eleemoſynas frequentare non ceſſant: fruſtra ſibi ideo blandiuntur; quoniam Dominus ait; Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Hoc enim quàm latè pateat, non intelligunt. Sed, vt intelligant, attendant quibus dixerit. Nempè in Euangelio ſic ſcriptum eſt: Cùm loqueretur, rogauit illum quidā Phariſæus, vt pranderet apud ſe, &c.* Et relato toto teſtimonio ex Luca ſubiungit Auguſtinus: *Itane hoc intellecturi ſumus, vt, Phariſæis non habentibus fidem Chriſti, etiamſi in eum crediderint, nec renati fuerint ex aqua & Spirituſancto, munda ſint omnia, tantum ſi eleemoſynas dederint, ſicuti iſti eas dandas* B *putant: cum ſint immundi omnes, quos non mundat fides Chriſti, de qua ſcriptum eſt: Mundans fide corda eorum, et dicat Apoſtolus, Immundis autem, & infidelibus, nihil eſt mundum, ſed polluta ſunt eorum mens & conſcientia. Quomodo ergo Phariſæis omnia munda eſſent, ſi eleemoſynas darent, & fideles non eſſent? aut quomodo fideles eſſent, ſi in Chriſtum credere, atque in eius renaſci gratia noluiſſent? Et tamen verum eſt, quod audierant, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*. Et c.76. oſtendit, non ſolum à Chriſto ſupponi, debere ſimul habere fidem, & reliqua, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ſed etiam in eleemoſyna, de qua ibi loquebatur, hæc omnia includi: quod etiam antecedentibus capitibus docuerat. Quin eodem. ca.76. ex ijs, quæ immediatè Chriſtus apud Lucam eodē, C c.11. ſubiunxit, præcipuè oſtendit Auguſtinus, ſolā externam eleemoſynam non ſatis fuiſſe illis eiſdem Phariſæis ad internam munditiam, ſalutemque ſpiritualem. Continuò enim Chriſtus addidit: *Sed væ vobis Phariſæis, qui decimatis mētam & rutam & omne olus*, (id eſt, has decimas in eleemoſynas ſoluitis) *& præteritis iudicium & caritatem Dei*. Hæc (iudicium ſcilicet & caritatem Dei, tanquam præcipua & neceſſaria ad internam munditiam ac ad ſalutē) oportuit facere, & illa non omittere. Capite autem 77. ſic ſubiungit Auguſt. *Non ergo ſe fallant, qui per eleemoſynas quaslibet largiſſimas fructuum ſuorum, vel cuiuſcunque pecuniæ, impunitatem ſe emere exiſtimant in facinorum ſuorum immanitate ac flagitiorum nequitia permanēdi*. Et c.70. ſic dixerat: *Sanè cauendū* D *eſt, ne quiſquam exiſtimet, infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei nōn poſſidebunt, quotidie patranda, & eleemoſynis quotidie redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodāmodo, vt ea ſemper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quāuis miſerādo deleat iam facta peccata, ſi non ſatiſfactio congrua negligatur* Hactenus Aug. in Enchir.

6 Vt verò intelligatur, in quo ſenſu eleemoſynę tribuatur in ſcripturis ſacris extinguere, purgare, ac remittere peccata, munditiam internam, ac ſalutem, vitamque æternam in nobis efficere, vt præter teſtimonium Lucæ 11. in ſenſu, in quo illud ha- E ctenus expoſuimus, conſtat ex ſequentibus. Daniel. 4. *Conſilium meum placeat tibi, Rex, & peccata tua eleemoſynis redime: forſitan ignoſcet tibi Deus delictis tuis*. Pſalm. 40. *Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*. Prouerb. 15. *Per miſericordiam & fidem purgantur peccata*. Et cap. 16. *Miſericordia & veritate redimitur iniquitas*. Tobiæ 4. *Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras*. Et cap. 12. *Eleemoſyna purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam, & vitam æternam*. Lucæ 16. *Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*. Vt, inquā, intelligatur, in quo ſenſu

in his teſtimonijs eleemoſynæ hæc tribuantur, obſeruandum eſt. Peccatorem ſpectari poſſe, & antequã per pœnitentiam reponatur in gratia, & poſtquam in gratia eſt repoſitus. Et quidem vtroque tempore multum ad hæc côducunt eleemoſyna ac miſericordia proximis exhibita, ſiue operibus miſericordiæ corporalibus, ſiue ſpiritualibus, remittendo iniurias ac condonando delicta, ſanum conſilium præbêdo, proximoſque adiuuando, vt eruantur ac præſeruentur à peccatis, aut quacunque alia ratione miſericordiam in illos exercêdo: atque ea omnia nomine eleemoſynæ ſpiritualis ac corporalis intelligere in his teſtimonijs poſſumus. Si peccator ſpectetur ante quã per pœnitentiam in gratia reponatur, valet multum eleemoſyna & miſericordia in proximos, non quidem vt ipſa peccata remittat, ſed vt homo peccator à Deo excitetur ac moueatur ad pœnitentiam, eo maiorem ac generoſiorem, qua non ſolum culpa deleatur, ſed & pęna, quæ, remiſſa culpa, ſolet manere, vel ſoluenda in alia vita, vel compenſanda in hac operibus bonis ac indulgentijs, magna ex parte, vel omnino, deleatur, quo elargitio eleemoſynarum fuerit maior, & miſericordiæ opera fuerint abundãtiora ac vtiliora proximis. Inde enim Deus optimus & maximus, ex ſua infinita miſericordia ac bonitate, copioſius ac potentius ſolet adiuuare eiuſmodi miſericordes in alios, eos ad pęnitentiam copioſius ac potentius excitando, excitatoſque, copioſius ac potentius adiuuando, tum per ſeipſum immediatè, tũ etiam per ſuam prouidentiam illis præbendo media externa ac occaſiones, quibus magis adiuuentur, hoſteſque inuiſibiles comprimendo, atque impedimẽta illis arcendo, quibus retardari ac impediri poterant. Solet etiam eos ad pœnitentiam expectare, media eis præbendo, quibus eorum vita prorogetur, arcendoque ab eis pericula, ne, dum in culpa ſunt lethali, ex hoc ſeculo migrent. Atque ad hæc omnia, & ad alios ſimiles diuinæ miſericordiæ in illos effectus, conducunt maxime merita & orationes pauperum, ac proximorum, in quos ita miſericordes fuerint, tum dum eiuſmodi pauperes ac proximi in hoc ſeculo viuunt, tum præcipuè cum in alio ſeculo diuino conſpectu perfruũtur, qui effectus eiuſmodi à Deo illis impetrãt. Qua ratione Chriſtus Lucæ 16.
16 nos admonuit, vt eleemoſynis conciliaremus, pararemuſque nobis eiuſmodi amicos, qui ea ratione, & alijs, dum deficeremus, ac migraremus ex hac vita, nos reciperent in æterna tabernacula. Si verò peccator ſpectetur dum per pœnitentiam repoſitus eſt iã in gratia, eleemoſynaſque, & alia miſericordiæ opera, in proximos ſuos exercet, qualia Tobias ea exercebat, tunc eiuſmodi opera miſericordię vere iam meritoria, ac ſatisfactoria pro pœna, quę remanet remiſſa culpa, non ſolum redimunt, purgant, & extinguunt, peccata, tum lethalia præterita, quoad eiuſmodi pœnam, tum etiam venialia, ſine quibus iuſti non tranſigunt hanc miſeram & corruptibilem vitam, ſed etiam valde pręſeruant homines iam iuſtos effectos à lethalibus culpis, nec patiuntur eos ad tenebras ire, à varijſque alijs eos pręſeruant ac eruunt malis, dum Deus optimus maximus ex ſua infinita miſericordia ac bonitate eiuſmodi operibus permotus, quæ & ſibi gratiſſima ſunt, & ſunt ex ſe nimis apta ad permouendam ac inclinandam diuinam miſericordiam, maxima confert auxilia, atque ita res per ſuam prouidentiam diſponit, vt miſericordes in alios ea omnia bona, ſi per ipſos non ſteterit, conſequantur. Ad id etiam multum adiuuant merita & orationes pauperum ac proximorum, in quos ea opera miſericordiæ ſunt exhibita, qui ſuis orationibus prædicta à Deo impetrant, tum dum ſunt in hac vita, tum præcipue dum Deo in alia perfruuntur. Atque hac etiam ratione Chriſtus nos admonuit, vt e-

A leemoſynis nobis illos cõciliaremus, ac efficeremus amicos, vt, dum deficeremus, nos in æterna reciperent tabernacula. Porrò cum Nabucodonoſor in lethali eſſet culpa, atque in pęnam temporalem luendam in hoc ſeculo, illi fuiſſet pronũciatum, eum, ob ſuam ſuperbiam ac flagitia, in beſtiæ figuram commutatum, eijciendum, vt inter beſtias paſceret ac commoraretur, atque Daniel ignoraret, an ſententia illa eſſet comminatoria ac conditionalis, niſi pœnitentiam ageret, aut fortè ſciret ſub ea conditione eſſe latam, ſanum profectò conſilium illi dedit, vt, aggrediendo pęnitentiam facere, eleemoſynis ſimul, quas largiſſimas poterat effundere, ſua peccata redimeret: eo enim potentiſsimo remedio, ſibique faciliori, quam alio, adiuuari poterat, tum vt ad ve-
B ram perueniret pœnitentiam, tum etiam vt illi condonaretur ea temporalis pęna: Rex tamen ille, neque eleemoſynas illas elargiri voluit, neque curauit de peccatis dolere, ſicque pœnam illam poſtea ſuſtinuit. Hæc de primo ſenſu illorum verborum Lucæ 11.

Secundum ſenſum tradunt Caiet. Ianſenius, & alij, ad eum locum, acceptis quidem eiſdem verbis in ſenſu proprio, cæterum dicunt, verbum, date, ancipitem eſſe in textu Græco, vt ſit imperatiuum, vt habet editio vulgata, & vt ſit indicatiuum, ac transferatur, datis. Putat verò Caiet. transferendum eſſe verbum, non in imperatiuo, ſed in indicatiuo, atque ita verba illa non continere doctrinam & conſilium Chriſti traditum ibi Phariſæis, quo munditiã
C conſequerentur internam, ſed continere narrationem Chriſti, qua retulit, quid ipſi facerent, quo arbitrabantur ſe conſequi munditiam internam, cum tamen longè abeſſent à conſequendo ea via munditiam internam. Vnde ſenſus eſt: *Veruntamen quod ſupereſt*, id eſt, quod habetis, & vobis remanet de acquiſitis per fas & nefas, *datis eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*, id eſt, arbitramini omnia vobis eſſe munda, cum tamen ridiculi in ea exiſtimatione ſitis.

Tertium ſenſum tradunt breuiter ijdem authores, qui mihi ſanè vehementer placet; eo quòd cum natura ipſa rei, cum editione vulgata, cum forma ipſa loquendi Chriſti, & cum antecedentibus & ſequentibus quadret, neque vllam vim literæ inferat.
D Nempe, vt ea verba dicta à Chriſto ſint per ironiæ tropum, Phariſæorũque commeritam irriſionem; ſicut & illa Dei ad Adamum. Geneſ. 3. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum*, quaſi ei diceret, longè aliter ſibi euenit. Senſus ergo eſt, *veruntamen quod ſupereſt*, id eſt habetis ac vobis remanet, (vt enim Ianſenius rectè notat, non quadrat cum textu Græco ſenſus ille, quem Beda innuit, id eſt, quod ſuperfluum habetis victui ac veſtitui, ſtatuique veſtro) *date eleemoſynam*, (tuba videlicet canentes ante vos, vt Matth. 6. notati fuerãt à Chriſto) *& ecce omnia munda ſunt vobis*, id eſt exiſtimationi veſtræ: cum ridiculi ſitis in tali puerili ac ſtulta cogitatione.

E Ex his conſtat, nullam vim habere quartum argumentum propoſitum. Tum quia illa verba prolata ſunt à Chriſto, non in ſenſu proprio, ſed ironico ac irriſoriè. Tum etiam quoniam, eſto in ſenſu proprio intelligerentur, Chriſtique concilium ad comparandam internam munditiam continerent, præſupponunt tamen & includunt omnia ad veram pęnitentiam neceſſaria, de quorum numero eſt reſtitutio, ſi furtum damnumve iniuſtè datum, præceſsit, & facultas reſtituendi adſit, vt ſupra explanatum fuit.

DISPVT. 713.

De radicibus vnde reſtituendi obligatio oritur.

SVMMARIVM.

1 *Radices duæ vnde reſtituendi obligatio oritur ſumpta reſtitutione preſsè.*
2 *Reſtitutionis latè & preſſius ſumptæ variæ radices ac tituli.*

1 DIſp. 714. tres diſtinximus acceptiones reſtitutionis. Et quidem reſtitutionis in tertia acceptione ibi explicata, nẽpe pro actu, quo ex iuſtitia redditur aliquid in recompẽſationem eius, in quo quis iniuſtè materialiter, aut formaliter, eſt defraudatus, aut læſus, duæ tantum ſunt radices, maximè ante mentis oculos habendæ, in materia de reſtitutione. Prima eſt, res ipſa accepta ſeu habita. Secunda verò iniuſta acceptio latiſſimè ſumpta, vt ſuo ambitu comprehendit iniuſtam vſurpationem rei, iniuſtam damni illationem, & retentionem iniuſtam rei alteri debitæ, vt Diſput. 680. eſt dictum. Qui enim iniuſtè res alienas demolitur, aut iniuſtè nocumẽtum illis infert, vel detinet iniuſtè, quod alteri debetur, imputatur ei ad effectũ, vt teneatur illud reſtituere ac compẽſare, ac ſi illud iniuſtè accepiſſet, ſibiq; iniuſtè vſurpaſſet. Hinc dici meritò conſueuit, duas eſſe radices reſtitutionis, nempè ex parte rei acceptæ, & ex parte iniuſtæ acceptionis.

2 Reſtitutionis verò in prima acceptione eadẽ Diſput. 714. explicata, nẽpè pro exhibitione eius, quod quis ex iuſtitia præſtare tenetur, ſiue præceſſerit iniuſta acceptio, vel iniuſta detẽtio, ſiue nõ, multo plures ſunt radices, videlicet duæ proximè explicatæ, res ſcilicet accepta, iniuſta acceptio, & inſuper omnis titulus, ex quo obligatio inſurgit dãdi, aut faciẽdi, aliquid ex iuſtitia. Interdũ quippe obligatio conſurgit ex contractu, vt ex venditione, emptione, locatione, conductione, promiſſione, & ex cæteris cõtractibus, tam conſuetis, quàm inconſuetis, vt quando commodatarius obligat ſe ad reſtituendam rem commodatam, etiam ſi caſu fortuito pereat. Interdum verò conſurgit talis obligatio ex vltima voluntate, vt ſi res, quæ apud vnum eſt, alteri ſit relicta tanquam pars hæreditatis, vel tanquam legatum. Interdum conſurgit ex diſpoſitione iuris, vt quòd commodatarius teneatur de culpa leuiſſima, quando res commodata perit, etiam ſine vlla ſua theologica culpa; quòd conductor teneatur de leui, & depoſitarius de lata; quòd lege Aquilia teneatur quis de culpa leui, aut leuiſſima, ex damno alteri dato; quòd nauta, ſtabularius, aut caupo teneatur de damnis ſuorum, etiam ſi nulla ipſius interuenerit culpa; quòd caput domus teneatur de damnis ex eo alijs ſubſequutis, quòd ex ipſorum domibus aliquid proiectumvel effuſum ſit, eſto nulla ipſius culpa interuenerit; quòd dominus mancipij, aut bruti animalis, teneatur ad damna à ſuo mancipio, vel à bruto animali, abſque vlla ſua culpa data: quouſque in ſuperioribus explicatum eſt, hos omnes ad hæc teneri. Hæc autẽ omnes obligationes, & aliæ ſimiles, vt quòd hæreditas aliqua ab inteſtato alicui obueniat & debeatur, ex ſola humani iuris diſpoſitione proueniunt, eas in cõmune bonum ſtatuentis. Cum his titulis coniungi debet obligatio aliquid de iuſtitia faciendi accedẽte præcepto aut ſtatuto principis per ſe, aut per ſuos miniſtros publicos, legitimè id iubentis, vt quòd tantũ, vel tm̃ ſoluatur in tributum. Affinis etiã prędictę

A obligationi eſt, quæ prouenit ex iuſta ſententia, in pęnam iuſtã aliquid ſoluere præcipientis. Ex his omnibus, & ex alijs ſimilibus titulis, qui ex parte ſuis locis explicati ſunt, & reſtant in ſequentibus explanandi, conſurgunt variæ obligationes ex iuſtitia aliquid dãdi, aut faciendi, qui omnes radices ſunt reſtituẽdi in prima ac latiſſima reſtitutionis acceptione.

Quod verò ad mediam, ſecũdamve, reſtitutionis acceptionem attinet, pro exhibitione videlicet eius, quod quis ex iuſtitia præſtare tenetur, præcedente iam iniuſta illius acceptione, ſaltem materialiter; ſanè, cum tituli, ſeu radices, ex quibus obligatio huiuſce reſtitutionis oritur, non alij ſint, quàm tituli ac radices reſtitutionis latiſſimè ſumptę, nec obligatio hæc in alio ab obligatione reſtitutionis latiſſimè B ſumptæ differat, niſi quòd hæc adiunctã habeat moram iniuſtam reſtituendi, quod ex illa prima reſtitutionis obligatione debetur; ſi verò obligatio aliqua vlterius reſtituẽdi aliquid ex tali iniuſta mora oriatur, propter damnum, ſaltem lucri ceſſantis, iniuſtè ea mora datum, ea reſtituẽdi obligatio ad obligationem reſtitutionis tertio modo attineat; neceſſarium profectò non erit explanare amplius radicem huiuſmodi reſtitutionis. Nihilominus de reſtitutione in hac tertia acceptione redibit ſermo à Diſp. 724. quo vſque ea fieri debeat, quando præceſſit iniuſtitia percurrendo varias partes, quæ ſub ea continentur, in quibus diuerſitas cernitur circa id, quod eſt reſtituendum.

C DISPVT. 718.

Quouſque obligatio conſurgat reſtituendi ex parte rei acceptæ, ad alterumve attinentis.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio ex parte ſolius rei ad alterum attinentis, quouſque, & quoad quæ, facienda, aut non facienda. Et quouſque præſcriptio eam facere excuſet, maximè quoad fructus inde perceptos.*
2 *Reſtituere quis tenetur ex parte rei ad alterum attinentis, quantum inde factus eſt locupletior, quando* D *res, aut aliquid illius, iam non exiſtit, modo non excedat valorem eius, quod non exiſtit.*
3 *Reſtituere tenetur legitimo hæredi, qui credens ſe legitimum hæredem, lucratus eſt aliquid vltra rei valorem ex re ad hæreditatem attinente.*

COnſequenter eſt explicandum, quouſque ex radicibus diſputatione præcedente explicatis reſtituendi obligatio oriatur, pręſertim ex duabus præcipuis; ex quibus ſolis dictũ eſt, oriri obligationem reſtituendi in tertia preſſa ac magis propria reſtituendi acceptione: ordiendumq; eſt ab obligatione ex parte ſolius rei acceptæ, hoc eſt, ex eo, quòd aliquis rem alterius, ad alterumve pertinentem, poſſideat, aut poſſederit, bo- E na fide. Eo enim ipſo, quòd quis poſſidet mala fide, incipit oriri obligatio reſtituendi ex ſecunda radiçe, nempe ex parte iniuſtæ acceptionis, ſeu retentionis iniuſtæ, rei alienæ. Quis autem dicatur bona fide, aut mala fide, poſſidere, Diſput. 63. fuit explicatum. Præterea diſputatione 36. iunctis quæ in antecedente diſputatione fuerant dicta, eam doctrinam applicauimus ad praxim mancipiorum, explicando eo in loco, propter rumores & vrgentia indicia, quæ erant, multa ex mancipijs, quæ in Luſitaniam varijs ex locis aſportantur, iniuſtè eſſe in ſeruitutem redacta, quouſque fas eſſet illa emere, & quis dicendus eſſet malæ aut bonæ fidei poſſeſſor 1

eorum, & quam diligentiam tenerentur facere emptores, aut alio titulo poſſeſſores eorum, tam ante emptionem,quàm poſt dubio inſurgente, an legitimè in ſeruitutè eſſent redacta,& quouſque,ac quando,faciēda illis eſſet reſtitutio libertatis ac obſequiorum,damnorumque illis ſubſequutorum, quæ omnia non modicam lucem afferent dicendis hac & ſequenti diſputatione.

Quod attinet ad radicem reſtitutionis ex parte ſolius rei acceptæ,hanc regulam generalem poſſumus ſtatuere. Qui ſolum reſtituere tenetur ex parte rei acceptæ,hoc eſt,quia bona fide poſſidet,aut poſſedit, vel conſumpſit,aut alienauit, rem ad alterum pertinentem,antequam eam ipſe præſcriberet,ſolum tenetur reſtituere,quod ex ea re permanet, & quantū ex illa eſt factus locupletior in ea re, aut cum ea re, computando fructus omnes permanentes ex ea perceptos, & quantum ex conſumptis factus eſt locupletior:deducendæ tamen ſunt expenſæ. Quo fit,vt, ſi nihil ex ea re,aut ex fructibus illius,permaneat, in nulloque inde ſit factus locupletior, ad nullam omnino reſtitutionem teneatur. Regula hæc communis eſt doctorum. D.Tho.2.2.q.62.art.6. Caietan. ibidem,& in ſumma verb.reſtitutio, Soti.4.de iuſt. q.7.art.2.Ioan.Med.de reſt.q.10.Couar.reg.peccatum part.3.in initio. Nauar.in manu.ca.17.nu.7.& aliorum.

Dictum eſt in regula,antequam eam ipſe præſcriberet;quoniam ſi bona fide eam poſſedit toto tēpore ad eam præſcribendam requiſito,cōcurrentibuſque alijs conditionibus ad illam præſcribēdam,iuxta ea quæ in materia de prҿſcriptione explanata ſūt, neceſſarijs, tunc eo ipſo comparauit dominium illius,iſque ad quem dominium,aut eius ad illam, attinebat, illud amiſit, eaque de cauſa is bonæ fidei illius poſſeſſor non tenetur deinceps eam reſtituere. Hoc loco obſerua, fieri optimè poſſe, vt quis præſcriptos habeat fructus ex re immobili, quam bona fide poſſedit, perceptos, quando nondum rem ipſam immobilem præſcripſerit: eo quòd longè minus tempus ſufficiat ad fructus aliquos præſcribendos, qui res mobiles ſunt, quam ad præſcribendam rem immobilem: atque tunc,ſi ceſſet bona fides,reſtituere tenebitur talem rem immobilem, nō verò eos fructus,eamve fructuum partem,quos, vel quam,vſque ad punctum amiſſæ bonæ fidei præſcripſerit, quia ſcilicet integro triennio bona fide eos poſſederit.Ita Panor.c.grauis de reſt.ſpol.nume.11. Syluest.verb.fructus,& alij. Idem dic de fructibus beneficij bona fide poſſeſsi.

Quod autē bonæ fidei poſſeſſor rei,quæ ad alterū pertinet,ſtatim ac ſcit ad alterū pertinere,reſtituere illi teneatur,quod ex ea permanet, ſatis eſt manifeſtū. Quoniā ſi illud,altero inuito,retineat,vtiq, iniuſtitiā aduerſus eum committit,id ita retinendo:quare tenetur id illi reſtituere. Atque idem eſt de fructibus ex ea re permanentibus, quos nondum præſcripſerit. Quoniam fructus tanquam partes rei,cuius ſunt fructus, reputantur, ad eumque pertinent,ad quem ea res pertinet,vt ſæpe toto hoc tractatu 2.dictum comprobatumque eſt.

2 Tota autē regula propoſita colligitur apertè ex.l. item veniunt.§.eos autē.ff.de pet.hæredi.vbi gloſſa ait,nullā veriorē regulā eſſe in iure,quàm quòd poſſeſſor bonæ fidei ad nihil amplius teneatur, quā quātum ex re bona fide poſſeſſa factus ſit locupletior. Idem colligitur ex.l.ſed etſi.§.conſuluit. ff. eod.tit. & ex alijs iuribus. Ratio autem eſt,quoniam id,in quo factus eſt quis locupletior ex re alterius, eam, vel fructus ex illa conſumendo, aut alienando, eſt quaſi effectus rei illius, aut fructuum ex illa,ſuccelitque proinde loco rei, aut fructuum ita conſumptorum, vt inde compenſetur vſque ad iuſtum rei

A ac fructuum valorem, ita ſcilicet quòd, ſi factus ſit ditior plus,quam res ac fructus valeant,non tenetur reſtituere totum,in quo inde factus eſt ditior,ſed ſolum vſque ad integrum valorem eius, vnde factus eſt ditior. Verbi gratia,ſi ex eo,quòd inuitatus ſim ab aliquo,qui,me ignorante,cҿnam mihi dedit de re aliena, factus ſim ditior vltra valorem eius partis rei alienæ,quàm conſumpſi, quia reuera plus ego inſumpſiſſem in cҿnam, ſi ab illo non fuiſſem inuitatus, non teneor reſtituere totum,in quo factus ſum ditior,ſed ſolum valorem partis rei alienæ, quam ego conſumpſi. Ratio eſt perſpicua,quoniam quando id,quod reſultat ex re aliena, non eſt fructus illius,qui proinde fructus ad dominum rei illius pertineat,ſed eſt augmentum mearū diuitiarū,tūc,quā

B uis id obligatum maneat ad inde compenſandū, qđ ex re aliena conſumptū eſt,quatenus æquitas poſtulat,neminem cum alterius iactura, ſeu detrimento, locupletari,vt habetur.l.nam hoc natura.ff.de condict.indeb.non tamen manet obligatum ad cōpenſandum vltra id,quod eſt conſumptum, & ob quod locupletior ſum factus:eo ꝙ ſufficienter proximo cōpenſem,quod de bonis illius in meum ceſsit cōmodum,ſi illud ad æqualitatem compenſem. Vnde regula propoſita non habet, poſſeſſorem bonæ fidei reſtituere teneri totum,in quo ex re ita poſſeſſa, aut ab eo conſumpta factus ſit locupletior,ſed teneri ſolum,quantum inde ſit factus locupletior;hoc eſt,nō vltra,quàm inde factus fuerit locupletior. Quia verò is,ad quem pertinet res, ex qua alius eſt factus locu-

C pletior,nō plus iuris comparat ad id,in quo hic alius factus eſt locupletior, quam haberet ad rem ipſam, quando erat apud hunc alium, neque plus manet ei obligatum id, in quo alius eſt factus locupletior ex re ipſius,quàm obligata ei eſſet res ipſa,quamdiu ſalua manebat apud hunc alium,conſequens profectò eſt,vt ſi is,qui ex tali re aliena factus fuit locupletior bona fide illud conſumat,ita vt, perſeuerante bona fide,non plus habeat poſtea temporis decurſu in bonis ſuis,quam eſset habiturus, ſi nunquam res illa aliena ad ſuam poteſtatem deueniſſet,ad nullam omnino reſtitutionem teneatur. Hac ergo regula eſt vtendum ad iudicandum,quouſque poſſeſſor bonæ fidei reſtituere ex eo teneatur, quòd ex re alterius, aut ex fructibus ex illa factus ſit locupletior. Reſpi-

D ciendum eſt ad inſtans, in quo bonam fidem amittit,ſcitque rem ad alterum pertinere,attendendumque eſt, num tunc aliquid plus habeat in bonis ſuis propter rem alterius,& fructus ex illa,quod non eſſet habiturus,ſi ea res, & ij fructus, non deueniſſent in ipſius poteſtatem; & quidem, ſi aliquid plus habeat,in eo ſolo,conſtitutus in eo inſtanti,cenſendus eſt factus locupletior, idque ſolum tenetur reſtituere:ſi verò nihil plus in eo inſtanti habeat, quam habiturus eſſet,ſi res illa,& fructus ex illa, in ſuam non deueniſsent poteſtatem,nihil reſtituere tenetur,eſto antea ex illa fuerit locupletior effectus. Imò verò, addo,ſi poſtquam cognouit eam rem,aut fructus ex illa,ad alterum pertinere,probabiliter ignorauit, ſe

E teneri reſtituere id, in quo fuerat locupletior effectus,illudque bona fide conſumpſit,ita ut in inſtanti,in quo depellitur ac ceſsat ignorātia inuincibilis, nihil plus habeat in bonis, quam habiturus eſset, ſi ea res, aut fructus ex illa, ad ſuam non deueniſsent poteſtatem,nihil omnino reſtituere tenetur:quia neque tenetur ex parte rerum conſumptarum,quæ nō extant,neque ex parte cōſumptionis,eo ꝙ,vt ſupponimus, nulla in ea cōſumptione interuenerit culpa.

Illud eſt obſeruandum,quando, quod aliquis bona fide poſsideret,eſset hҿreditas ad aliū,& non ad ſe,re ipſa pertinens;tunc,ſi ex illa ſit factus locupletior, vt quia rem aliquam hҿreditatis vendidit maiori pretio, quam poſtea minori pretio redemit, 3

vtique

vtique incrementum illud non ad ſe pertinet, ſed ad legitimum hæredem: ſicut, ſi eadem bona fide rem aliquam prius vendidiſſet minori pretio, quam poſtea eadem bona fide maiori pretio redemiſſet, decrementum illud, non ad ſe, ſed ad legitimum hæredem pertineret: quoniã in his vniuerſalibus, de quorum numero eſt hæreditas, pretiũ ſuccedit loco rei, atque ad hæreditatem attinet: vniuerſimq; bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis reſtituere tenetur legitimo hæredi id omne, in quo ex tali hæreditate eſt factus locupletior: ſicut etiam, ſi quid ex hæreditate luxurioſè ac malè, bona tamen fide, conſumpſit, id totũ detrimentum ad legitimum hæredem ſpectat, vt Diſput. 246. hæc omnia copioſè oſtenſa à nobis ſunt.

DISPVT. 719.

Quouſque bonæ fidei poſſeſſor rei alienæ, ad alterumve attinentis, fructus illius reſtituere teneatur. Et num tali bonæ fidei poſſeſſori ſolui debeant impenſæ, & melioramenta in tali re facta?

SVMMARIVM.

1 *Fructus induſtriæ qui. Et fructus rei qui.*
2 *Fructus rei, qui naturales, qui induſtriales, & qui ciuiles, à iuriſperitis dicantur.*
3 *Fructus rei licet Iuriſconſulti non reputent partus ancillarum, à Theologis tamen ad reſtitutionis negotium inter fructus rei computantur.*
4 *Reſtituenda eſt ab eo, qui poſſeſſor illius fuerat bona fide, res cũ omnibus illius fructibus, qui ſint fructus rei, ſi exiſtant, et quantum ex non exiſtentib. factus fuerit locupletior, deducendæq; inde ſunt expenſæ. Non verò tenetur reſtituere fructus ſuæ induſtriæ.*
5 *Reſtitui debet ab eodem bonæ fidei poſſeſſore pretium vſus torquis ad ornatum ab eo locati.*

ANtequam regulam, præcedente diſputatione propoſitam, aliquibus adhibitis exemplis, diſputatione ſequenti amplius elucidemus, quod primo loco eſt propoſitum, erit circa eandem regulam examinandum: eo quòd in ea dictũ ſit, fructus perceptos ac permanentes ex re aliena bona fide poſſeſſa, & quantum ex ea re, & ex fructibus conſumptis, poſſeſſor illius bonæ fidei fuerit factus locupletior, deductis expenſis, eſſe reſtituendum.

1 Eſt autem obſeruandũ, quoſdam eſſe fructus rei, & quoſdam induſtriæ mediante aliqua re, interuentuve illius. Fructus induſtriæ ſunt, quorum res ipſa non eſt ferax, ſed ſolum vt ſubeſt induſtriæ, tanquã inſtrumentum, quo mediãte induſtria humana illos acquirit. Eiuſmodi ſunt fructus, qui comparantur negotiando pecunia, tritico, & quibuſcunque alijs rebus, tam mobilibus, quàm immobilibus, eas emendo & vendendo: lucrum quippe, quod inde reportatur, non eſt fructus proprius ipſarum rerum, ſed induſtriæ, vt eis rebus humana induſtria negotiando vtitur. Similiter arte factum, quod quis alieno inſtrumento conficit, nõ eſt fructus inſtrumenti, ſed induſtriæ atq; artis humanę eo vtentis inſtrumento. Fructus verò rei ſunt, quorum res ipſa mediatè, vel immediatè, eſt ferax, eſto interdum illos nõ producat, niſi adiuta humana induſtria. Tales ſunt fructus agrorum, vſus etiã cuiuſque rei, qui non ſit illius conſumptio, (nomine, cõſumptionis, alienationẽ etiam illius intellige) eſt quoque fructus illius: mediatus verò fructus eiuſdem rei, eſt etiam valor, qui pro tali vſu comparatur. Vt vſus domus ad habitãdum, aut

A cuſtodiendum aliquid, eſt fructus domus, & ſimiliter fructus mediatus eiuſdem domus eſt pretium, quod pro tali vſu illius datur. Vſus itẽ equi ad equitãdum, aut ad aliquid aliud, eſt fructus equi; & ſimiliter pretium, quod pro eo vſu datur. Vnde, ſi quis inſtrumentum alienum, inſcio domino, locet ad aliquid eo conficiendum, pretium illud, tanquam fructus rei, & non induſtriæ, pertinet ad dominum inſtrumenti, & non ad locantem, eſto nunquam dominus inſtrumenti eum fructũ ex ſuo inſtrumento fuiſſet percepturus, niſi interueniſſet induſtria illud locãtis. Fructus autem ſeminum, vt tritici, aut alterius ſimilis, potius eſt fructus agri, cui ſemina ſunt mandata, & cui plantæ ſunt affixæ, quàm ſeminis, eaque de cauſa pertinet ad dominum agri, vel ad eum, cui

B ad id vſus talis agri conuenit, & non ad eum, cuius erat triticum, aut ſemẽ aliud ſimile terræ mandatũ. Quare, ſi quis furetur triticũ, quod ſeminet in agro ſuo, tenebitur quidem domino tritici reſtituere valorem illius, & totum lucrũ ea de cauſa illi ceſſans, ac damnum emergens, fructus tamen ad dominũ agri attinebunt. Eadem ratione, ſi quis inſtrumento alieno vtatur, domino illius inſcio, ad arte factum conficiendum, quia talis vſus, tanquam verus fructus eius inſtrumenti, aut ex eo inſtrumento perceptus, ad dominum inſtrumenti ſpectat; arte factum verò non item, ſed eſt fructus induſtrię illud conficientis eo tali inſtrumento; vtique, qui tali inſtrumento, inuito domino illius, eſt vſus, tenetur illi reſtituere, præter inſtrumẽtum, valorem eius vſus, & ſi quod lucrum

C illi ceſſauit, aut damnum emerſit, ex vſurpatione talis inſtrumenti: arte factum verò ad ipſum ſpectat, tanquam fructus ſuæ induſtriæ mediante eo inſtrumento. Circa hanc diſtinctionẽ, fructus rei & induſtriæ, multa diximus ĩ materia de vſura, & aliàs ſępe.

Iuriſperiti fructus rei diuidunt, in naturales, induſtriales, & ciuiles. Naturales appellant, quos ipſa natura producit, nulla, aut modica, appoſita induſtria. Vt ſunt herbæ ſua ſponte à terra productæ, aut arborum poma, & his ſimilia, quæ vel nulla, vel modica, indigent induſtria. Induſtriales fructus appellant, in quibus multum requiritur induſtrię, tametſi rei natura, cuius ſunt fructus, ad illos producẽdos cooperetur. Tales ſunt, ſegetes, vinum, lana, caſeus & ſimilia. In dubio autem, num tantum induſtriæ in- 2

D terueniat, vt potius induſtriales dicendi ſint, quã naturales, res expendenda ac definienda iudicis arbitrio relinquitur. Ciuiles dicuntur, quos res, quorum ſunt fructus, non fert in ipſiſmet, ſed ſolum per ęquiualentiam. Huiuſmodi ſunt penſio locationis, aut equi, & alij ſimiles. Lege circa hanc ſubdiuiſionem Bar. l. ex diuerſo, & l. in fundo. ff. de rei vend. Pano. c. grauis. de reſt. ſpol. Syluest. ver. fructus. & Coua. 1. var. reſ. ca. 3. Hi tamen omnes fructus à theologis fructus rei appellantur, & diſtinguuntur à fructibus induſtriæ: neque quicquam ſubdiuiſio hæc iuriſperitorum repugnat.

Illud etiam hoc loco obſerua, quamuis à Iuriſconſultis partus ancillarum inter fructus non compu- 3

E tentur, vt Diſputa. 7. & Diſput. 188. ac alibi dictum eſt; à Theologis tamen, atque quoad rem præſentem de reſtitutione attinet, inter fructus computari, pertinereque ad fructus rei, vt a fructibus induſtriæ diſtinguuntur.

His ita conſtitutis, quando in regula diſputatione propoſita aſſeritur; reſtituendam eſſe rem, vnà 4 cum fructibus ex illa permanẽtibus, & quantum ex illa, & ex fructibus conſumptis, poſſeſſor illius eſt factus locupletior; intelligendũ eſt id de fructibus, qui ſunt fructus rei, eſto ad illos cooperata ſit induſtria poſſeſſoris: hi nanque ſoli ſunt, qui ad eum pertinẽt, ad quem ea res attinet. Non verò eſt id intelligendum de fructibus induſtriæ: quoniã hi proprij ſunt

poſſeſſoris eius rei,qui induſtria appoſuit, vt ſæpe in A materia de vſura eſt dictum,& conſentit communis doctorum ſnia. A fructibus aũt rei (vt in eadẽ regula eſt dictũ) deducẽdæ ſunt expenſæ factę à poſſeſſore bonæ fidei : qm̃ regula alia eſt generalis,quam diſput.455.§.vlt.ſtabiliuimus ac probauimus,& de qua ſępius in hoc tractatu ſecundo eſt dictũ,id præciſè cenſeri ac eſſe fructus rei, quod ex eis remanet deductis expenſis, cõputando in expenſis iuſtũ etiã ſtipẽdium laboris & induſtriæ appoſitæ:valor quippe fructuum,expenſis,laborique,ac induſtriæ reſpõdens,potius eſt fructus expenſarũ,laboris, & induſtriæ,quam ipſius rei, eaque ratione potius ſunt cenſendi fructus induſtriæ,quã rei. Quòd autẽ valor expenſarum extrahi de fructibus debeat, diſp.455.eſt oſtenſum,& dicetur diſp.725.concl.1. Itẽ,qui laborẽ,induſtriam,& expenſas neceſſarias,aut vtiles,apponit ad rei conſeruationẽ,atq; ad fructus ex ea percipiendos,ac cuſtodiendos, qui dño eius rei cedunt, vtique agit vtiliter negotiũ illius , ac proinde actione negotiorũ geſtorũ põt hæc ab eo repetere,& deducere de fructibus ex ea re perceptis. Obſerua autem,ſi poſſeſſor bonæ fidei ſit in aliquo factus locupletior ex re,aut ex fructibus,in illo ante omnia compenſari debere expenſas,laborem,ac induſtriã, quæ fuerint appoſita. Quòd ſi,vel in nullo ſit factus locupletior , vel non in tanto valore,quãtus eſt valor expẽſarũ,laboris,& induſtriæ,quæ ſint appoſita,tunc, ſi ꝑ partẽ fructuũ conſumpſit bona fide,& pars extat, pro rata partis fructuũ,qui extant, reſtituendique ei ſunt,ad quem res,cuius ſunt fructus,ſpectat,deduci ex eis debet pars expenſarum , valoriſque laboris & induſtriæ,quæ ſint appoſita. Cum enim reliquã fructuum partem perceperit ac conſumpſerit tanquam ſuam , ſanè, quod in ea expendit,non tenetur ei ſoluere dominus rei ac fructuum,is ve,ad quem ex natura ipſa rei expectabant.

5 Ex dictis colligo,falſum eſſe,quod Nauar.in manu.c.17.n.25.affirmat. Eum videlicet,qui torquem aureum,à non dño emptũ,ſæpius locauit,non teneri reſtituere pretium locationis dño torquis, eo ꝙ id pretiũ fructus ſit induſtriæ,& non rei. Ex dictis.n. conſtat,fructũ eſſe rei,non minus,quã pretium vſus equi,aut inſtrumenti artis:quare,cum fructus rei ad dominium rei pertineant,nihil impediente,quòd ea res illi non fructificaret,niſi accedente induſtria alterius,& nihil impediente,quòd in poteſtate domini, fructum non eſſet habitura ; conſequens profectò eſt,pretium illud domino torquis, vna cum torque, eſſe reſtituendum,niſi bona fide ſit conſumptũ, neque,qui illud conſumpſit, factus ex illo ſit locupletior . Confirmare autem hoc poſſumus ex doctrina eiuſdem Nauarri, qui in materia de vſura affirmat, monetas aureas locari ad ornatum , & ad ſimilia alia poſſe,feraceſque, vt ſic, eſſe illius fructus,exigique ea ratione poſſe competentem mercedem:quod non eſſet,ſi ad negotiandum traderentur:quoniam, vt ſic , feraces ex ſe non ſunt lucri, ſed ſolum vt ſubſunt induſtriæ eius negotiantis.

Quod.2.loco in hac diſputatione fuit propoſitũ, Diſputatio.463.a §.vt autem explicemus,fuit explanatum.

DISPVT. 720.

Ex regula Diſp.718.tradita, nonnulla deducuntur, quibus magis elucidatur.

SVMMARIVM.

1 *Exemplis explicatur, quouſque quis reſtituere teneatur,aut non teneatur,ex re,quam bona fide conſumpſit,aut qua eſt vſus, & quouſque cenſeatur factus inde locupletior,aut non cenſeatur , vt id reſtituere teneatur,in quo , in puncto ſcientiæ, ſe inuenit locupletiorem .*

2 *Lucrum cum re aliena,quando eſt fructus induſtriæ, neque fur neque alij tenentur reſtituere .*

3 *Bello,quod quis probabiliter ignorabat iniuſtum, aut in quo dubius,de mandato ſuperioris pugnauit,damna data quouſque non reſtituenda .*

4 *Reſtituere tenentur integrum incrementum iniuſtũ, aut integrum damnum datum, ex parte iniuſtè acceptionis , qui ex craſſa ignorantia, quæ ad culpam theologicam ſpectatis circumſtantijs concurrẽtibus ſufficiat,contractu aut alia ratione, aliquid iniuſtũ acceperunt,aut damnum aliquod dederunt .*

B 5 *Reſtituere non tenetur rem alienam , qui ſine craſſa ignorantia exiſtimans eſſe ſuam, illam prodigè deſtruit,aut ex ignauia amittit.*

EX regula Diſp.718.tradita , & præcedente diſputatione ex parte magis explanata, nonnulla in hac ſunt deducenda , quibus veluti exemplis magis adhuc elucidabitur . Ex ea facilè liquet,ſi quis inuitatus ſit ad prandium rei alicuius furtiuæ , quam,ita inuitatus,furtiuã eſſe ignoret,ad nullam reſtitutionem teneri,qñ poſtea nouerit furtiuam fuiſſe,ſi inde factus non ſit locupletior, vel quia,eſto inuitatus non fuiſſet, nihil erat inſumpturus in prandio,vel quia, propter tale prandium , nihil minus in ipſius domo fuit inſumptum ea die, C vel denique quia,licet aliquid tunc non fuerit inſumptum,factuſque fuerit in eo locupletior, tempore tamẽ,quo furtiuam fuiſſe agnouit, nihil plus habebat in bonis,quã ſi in eo non fuiſſet antea factus locupletior,quia videlicet illud luſit, aut in alijs rebus conſumpſit,ita quòd reuera tempore ſcientiæ non plus habet , quam eſſet habiturus,ſi antea in eo non fuiſſet factus ditior. Quòd ſi tempore ſcientiæ in aliquo ſe inueniat factum locupletiorem , quia reuera aliquid pp id prandium habet plus in bonis,quam tempore talis ſcientiæ habuiſſet , ſi ad id prandium non fuiſſet inuitatus,id ſolum incrementum, quod tunc inuenit in ſuis bonis, tenetur reſtituere , & nõ plus. Idem dic ſi dono accepiſſet perdices , aut aliquid aliud ad potum,vel ad cibum ſpectans,quod bona fi- D de domi ſuæ conſumpſit. Si enim tempore ſcientiæ in nullo ſe inueniat locupletiorem, ad nullam tenetur reſtitutionem,ſi verò in aliquo ſe locupletiorem inueniat,id ſolũ tenetur reſtituere. Intellige in hoc, in præcedẽti,& in ſequẽtibus euẽtibus , teneri id reſtituere,in defectũ furis , ſi furto à principio id fuit ablatum : nam fur tenetur illud reſtituere, ſi habeat unde reſtituere poſſit, poſsitque ex illo commode recuperari:alioquin is reſtituere tenetur, qui ſe inueniat ex re illa factum locupletiorem . Eadem ratione , ſi dono quis accipiat veſtem ſericam pretioſam, qua bona fide vtatur,ignorans eſſe alienam, vtique, quando ſciuerit alienam eſſe,nõ tenebitur ſoluere, quantum valet vſus ille , aut quantum detrimenti ea E veſtis ob talem vſum,aut aliqua alia ratione,ſit paſſa, ſed quantum in puncto talis ſcientiæ ſe inuenerit locupletiorem ex eo vſu , quia fortè excuſauit ea de cauſa vſum ac detrimentum aliarum ſuarum viliorum. Quòd ſi in nullo ſe inueniat locupletiorem,nihil ſanè reſtituere teneretur . 1

Ex eadem regula liquet . Si quis bona fide dono à fure accipiat rem furtiuã , aut bona fide poſſideat quãcunque aliam rem alienã , eamq; vendat,teneri, quando alienã fuiſſe ſciuerit , reſtituere totum pretium dño rei illius,ſi tempore ſcientiæ ſe inueniat in eo toto locupletiorem: alioquin ſolum tenebitur reſtituere id valoris illius, in quo ſe inuenerit locupletiorem ; & nihil , ſi in nihilo ſe inueniat locupletiorem,

rem,

rem, quia videlicet id totũ conſumpſit, nec plus habet in bonis, quã tũc fuiſſet habiturus, ſi id pretium ad ſuas manus ac poteſtatem non deueniſſet.

2 Cæterùm, ſi rem trãſtulit in alium locum, in quo ſciebat plus valere, eaque de cauſa illam vendidit maiori aliquo pretio, quam valebat vbi eam antea poſſidebat, non tenetur reſtituere id incrementum pretij, eſto in illo ſe inueniat locupletiorẽ: quoniam incrementum illud pretij, quod accepit, eſt fructus ſuæ induſtriæ, acquiſitus mediante ea re, & non eſt fructus rei in ſe, ac proinde ad ſe ſpectat, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, & non ad dominum rei. Sicut etiam, quod lucratur fur, aut vſurarius, negotiando cum re furto ablata, aut per vſuram acquiſita, & quod lucratur depoſitarius negotiando cum tritico, aut pecunia, depoſitis, ad ipſos ſpectat, vt Diſp. 327. & 524. oſtendimus. Quæ autem circa rem emptam à fure dici hoc loco poterant, commodius dicentur diſputatione ſequenti. Id verò, quod de reſtitutione pretij domino rei, aut partis, in qua vendens ita bona fide ſe locupletiorem inueniat, intelligenda ſunt, quando dominus non recuperat rem ipſam ad ſe attinentem, illam vendicando, ac extrahendo de poteſtate poſſeſſoris, neque illi reſtituitur.

3 Ex eadem regula facilè etiam liquet, quod in calce diſputationis 113. definiuimus. Nempe, eum qui in bello, quod, adhibita debita diligentia, credidit eſſe iuſtum, aut dubius de iuſtitia belli, iuſſus à ſuo ſuperiore, pugnauit, multaque inimicorum deſtruxit, & multa etiam vſurpauit, quæ partim conſumpſit, & partim alienauit, ſi poſtea ei conſtet de belli iniuſtitia, nihil teneri reſtituere, niſi tempore talis ſcientiæ ſe inueniat in aliquo ex illis rebus locupletiorẽ. Atque tunc teneri ſolùm reſtituere id ſolum, in quo ſe inuenit inde locupletiorem. Reſtitutio verò erit illis facienda, ex quorum rebus in particulari ſe inuenit locupletiorem: tantum cuique, quantum ex rebus illius apud ſe reperit, aut quantum ex illis ſe inuenit locupletiorem. Alijs autem, etiam ſi illis damnum intulerit, aut illorum res occupauerit, ſi ex illis nihil apud ſe inuenit, in nulloque locupletiorem ſe reperit, nihil reſtituere tenetur.

4 Dubium eſt, num illi, qui bona fide contractus aliquos celebrarunt, neſcientes eſſe iniuſtos, ſi poſtea comperiant eos fuiſſe vſurarios, aut aliter iniuſtos, ſolùm teneantur reſtituere, quantum ſe inuenerint locupletiores ex incremento, quod ita iniuſtè acceperunt, ita quòd, ſi in nullo ſe inueniant locupletiores, quia re vera tempore, quo ſcire incipiunt iniuſtos eos fuiſſe, nihil plus habent in bonis, quam ſi id incrementũ non accepiſſent, ad nullam reſtitutionẽ teneantur. Dicendum autem eſt, ſi in celebrãdis huiuſmodi contractibus interuenit ignorantia affectata aut craſſa, ita quòd peccauerint eos celebrando, ea ignorantia minimè eos excuſante, à culpa theologica, tunc non dici bonæ fidei, ſed malæ fidei poſſeſſores eius incrementi, vt Diſp. 63. fuit comprobatum; eaque de cauſa eos teneri ad reſtitutionem totius illius iniuſti incremẽti, eſto ex illo non ſe inueniant locupletiores. Ratio autem eſt, quia, eo dato, non ſolùm tenẽtur ex parte rei acceptæ, ſed etiam ex parte iniuſtæ acceptionis: eo quòd contra iuſtitiam peccauerint celebrãdo eos contractus, idque accipiendo, in quo ſuos proximos defraudarunt. Atque hoc magnopere eſt attendendũ in re hac de poſſeſſore bona fide, & de reſtitutione ex parte ſolius rei acceptę, ne quis fallatur, arbitrando, ſemper eum, qui abſque peccati ſcrupulo aliquid accipit, quod re ipſa, rei natura ſpectata, nõ poterat iuſtè accipere, aut damnum aliquod ita dat, accepiſſe id, aut dediſſe id damnum, bona fide, ſolumque teneri ad reſtitutionem ex parte rei acceptæ, & non ex parte iniuſtæ acceptionis.

A Eſt enim ſemper conijciendus oculus, an ignorantia fuerit tam craſſa, vt, attenta qualitate perſonæ, ac circunſtãtiarum concurrentium, non excuſet à culpa theologica. Et quidem, quando iudicatũ fuerit eſſe talem, quæ à theologica culpa non excuſet, iudicãdum conſequẽter eſt, illũ non habuiſſe bonam fidẽ in defraudãdo ita proximo ſuo, ac proinde teneri ad reſtitutionem, non ſolũ ex parte rei acceptæ ſed etiam ex parte iniuſtę acceptionis. Quòd ſi in eiuſmodi cõtractibus nõ interuenit craſſa ignorantia, tunc, cum acceptores ac detẽtores eiuſmodi iniuſti in ſe incrementi cenſendi ſint bonæ fidei poſſeſſores illius, ac proinde obligatos non fuiſſe ad reſtituẽdum ex partæ iniuſtæ acceptionis, ſed ſolùm ex parte rei acceptę, vtique non plus iudicandi ſunt teneri reſti-
B tuere, quàm ſe ex tali incremento looupletiores tẽpore depulſæ ignorantiæ repererint.

Sotus 4. de iuſt. q. 7. art. 2. ait. Eum, qui bona fide rem alienam accepit, ſi abſq; magna ſua culpa eam amittat, nulli reſtitutioni manere obnoxium. Quibus verbis innuere videtur, ſi ſua culpa eam amiſerit, teneri ad reſtitutionem illius. Nauar. item in Manu. c. 17. nu. 7. ait, ſi res illa ſine culpa illius pereat, nihil aliud teneri reſtituere, quã quod ex illa fuerit factus locupletior. Quibus verbis ſimiliter innuit, ſi culpa illius pereat, teneri reſtituere valorẽ illius. Cæterũ, ſi de poſſeſſore illius bona fide tanquam ſuæ, qui in culpa theologica non ſit, ignorando eſſe alienam, id intelligant, falſa profectò eſt ipſorũ opinio. Eſto enim ex profeſſo eam deſtrueret, arbitrando 5
C ſe deſtruere, quod ſuũ erat, & eſto in eo peccatum prodigalitatis incurreret, nihilominus, quando poſtea ſciret fuiſſe alienam, ad nullam reſtitutionem teneretur, niſi quantum ex illa fortè ſe inueniret locupletiorem. Ratio autem eſt, quoniam neque teneretur ex parte rei, quæ non extaret, neque ex parte iniuſtæ deſtructionis; eo quòd in ea deſtructione nullum iniuſtitię peccatum commiſerit, excuſante eum ignorantia inuincibili, quòd talis res eſſet aliena. Ledeſmius. 2.4. q. 18. ad finem art. 6. tribuit Adriano de reſt. q. vtrùm in foro animæ, quòd aſſeruerit, quãdo aliquis ex iuſta ignorantia, credens eam rem eſſe ſuam, quæ vere ſua non eſt, eam deſtruit, aut donat alteri, ex quo recuperari non poſſit, non minus teneri eum illam reſtituere, quàm ſi, ſciens eſſe alienam,
D id feciſſet. Quamuis autem Adrianus. q. citata ad finem. §. 3. id aſſerere videatur, poſteà tamẽ §. penult. id videtur limitare, atque ita explicare, vt à ſententia noſtra nihil diſcordet. Quicquid autem ille ſenſerit, noſtræ profectò eſt ſtandum ſententiæ.

DISPVT. 721.

Nonnulla alia circa eum, qui rem alienam cæpit bona fide poſſidere. Et num, ſi titulo emptionis, aut alio oneroſo, cæpit illam poſſidere, & poſtea bona fide il-
E lam vendat, aut permutet, teneatur reſtituere domino illius, quod in commutationem pro illa accepit, comperto alienam fuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Dominus rei vendicare eã poteſt ex quocunque, apud quem illam repererit, nullo ei perſoluto pretio, eſto ille pretio illam comparauerit; neque tentor poteſt eã illi denegare, ſi ſciat dominum illius eſſe, ſed agere de euictione poterit aduerſus venditorem.*

2 *Excipitur, quando agendo vtiliter negotium domini rei,*

rei, illã emit modico pretio, ne dominus illum amitteret. Nam tunc ei ſolui debet pretium à ſe pro illa datum.

3 *Quibus varijs modis poteſt eſſe affectus poſſeſſor rei alienæ quo ad bonam vel malam fidem, quòd ſit aliena, explicatur.*

4 *Bona fide qui cœpit poſſidere rem, & dubitare incipit an aliena ſit, tenetur facere moralem diligentiam, vt id ſciat; ſi id ſcire non poſſit, neque occurrat vnde id poſtea ſciri poſſit, licitè eam retinet ac conſumit.*

5 *Si in eo dubio is omittat facere eam diligentiã exiſtente occaſione id ſciendi, & quòd elapſa ſit ea occaſio, ſpes pereat id ſciendi, reſtituere tenetur partem valoris rei, pro quantitate veriſimilitudinis, quæ erat, vt tunc id ſciretur, & pro quãtitate ueriſimilitudinis, quòd ea res aliena eſſet.*

6 *Reſtituere non tenetur quicquam, qui rem alienam bona fide emit ac uendidit, ſi non plus pro ea accepit, quàm pro illa dedit, aut ſi plus accepit, illud fuit fructus ſui laboris aut induſtriæ.*

7 *Rei alienæ emptor medius, quando poſtea ſcit rem fuiſſe alienam, ad quid teneatur ex iuſtitia, uel ex caritate, aut non teneatur, tam comparatione domini, quàm comparatione prioris, aut priorum uenditorum, aut poſterioris, vel poſteriorum emptorũ, tam quando res adhuc exiſtit, quam quando iam non exiſtit.*

8 *Emptio rei alienæ ualida eſt, & emptor transfert dominium pretij in uenditorem, licèt non comparet dominium rei emptę. Tenetur uerò ei uenditor de euictione. Quod ſi emptor eam rem conſumpſit, aut alienauit, uel in poteſtate illius perit, ad nihil tenetur ei uenditor.*

9 *Emptio vnius rei exiſtimatæ alia, aut rei uitioſæ, quã do uitium cauſam dedit contractui, cur nihilominus ſit nulla, uenditorque non comparet dominium pretij.*

10 *Emptor rei alienæ, ſi illam uendat maiori pretio, quã illam emerit, non tenetur reſtituere incrementum illud dominio rei; eo quòd non ſit fructus rei, ſed ſuæ induſtriæ.*

1 IN lucem eorum, quę hac & duabus ſequentibus diſputationibus dicenda ſunt, ſtatuendum eſt. Dominum rei, vbicunque eam repererit, poſſe illam vendicare, eamq́ue tanquam ſuam accipere, nullo perſoluto pretio, eſto is, qui illam poſſidet, bona fide eam emerit, ignorans alienam eſſe. Talis enim poſſeſſor exigere non poteſt pretium à domino rei, quippe qui nullam iniuriam ei poſſeſſori fecerit, nihilq́; iuris ex eo circa rem ſuam amiſerit, quòd malitia furis, aut abſque cuiuſquam malitia, in eum deuenerit ſtatũ. Is tamen poſſeſſor agere cum venditore poterit de euictione ad pretium, & ad intereſſe, vt hæc omnia copioſè explanata ac comprobata ſunt præſertim Diſp. 327. 330. & 380. Conueniunt itaque doctores, poſſeſſorem rei, quam emit à fure, non poſſe denegare eam domino petenti, ſi conſtet eum verè eſſe illius dominum, reique illius dominum nõ teneri ſoluere tali poſſeſſori pretium, quod pro ea dedit, nihil impediente, quòd fur non comparet, & quòd is poſſeſſor amiſſurus ſit pretium, atque ita habetur expreſsè. l. inciuilem. C. de furtis. l. mater, & l. ſi mancipium. C. de rei vend. & alijs iuribus.

2 Ab hac tamen regula excipitur, quando aliquis modico pretio emit rem furto ablatam eo animo, vt eam redderet domino illius; quia videbat, niſi ipſe ita illam emeret, dominum nunquam eam recuperaturum, aut meritò id valde eſſe timendum; intendendoque agere vtiliter negotium domini eius rei, illã ita emit. Quod licitum eſſe affirmat Aug. cap. rapi- A nam. 14. quæſt. 5. his verbis: *Rapinam emere non licet, niſi ea intentione, vt, cui eſt ablata, reſtituatur.* Tunc autem dominus, non ſolùm in conſcientiæ, ſed etiam in exteriori foro, tenetur ſoluere pretium emptori actione negotiorum geſtorum, vt rectè affirmant Caiet. 2. tom. opuſc. tract. 31. (qui eſt 17. reſponſum, reſp. vlt. caſu 3. Gabr. in 4. diſtinc. 15. q. 3. art. 3. dub. 5. propoſ. 1. Couar. reg. peccatum, par. 3. in initio. num. vlt. & plerique alij, quos Couar. citat. Tametſi optimè cum alijs obſeruet, in foro exteriori id locum non habere, niſi quando ſufficienter probatur, aut coniecturis ſufficienter pręſumitur, intendiſſe agere vtiliter proximi negotium.

Illud deinde eſt obſeruandum. Eum qui à fure, aut ab aliquo alio, cuius res non erat, eam emit, aut 3 B alio oneroſo titulo illam acquirit, vel etiam gratuito, varijs modis poſſe ſe habere. Quoniam a principio, quando eam emit, aut alio titulo illam comparauit, vel fuit bonæ fidei emptor, atque adeò poſſeſſor bonę fidei, quia ſcilicet probabiliter meritoque ignorauit rem eſſe alienam, vel fuit emptor aut aliter poſſeſſor malæ fidei. Si à principio fuit poſſeſſor malæ fidei, id euenire potuit multis modis. Quia, vel quando emebat, poſſidereve incepit eam rem, vel nouit eſſe alienam, vel, eſſetne aliena, dubitauit, vel ignorantia craſſa eam emit, aut poſſidere incepit, attendere debens eſſe alienam, ex qualitate rei, venditoris, aut alio titulo eam tradentis, & ex alijs circunſtãtijs concurrentibus, aut certè debens de ea re dubitare. Rurſus, poſt cõparatam bonæ fidei poſſeſſio- C nem, multis etiam modis poteſt ſe habere. Quoniã vel poteſt amittere bonam fidem, ſciendo rem eſſe alienam, idque vel poſtquam eam diſtraxit, aut conſumpſit, vel perſeuerans adhuc in illius poſſeſſione; vel poteſt incipere ea de re dubitare. Iuxta hæc verò omnia membra, variæ ſtatuendæ ſunt concluſiones hac diſputatione & Diſp. 723.

His ita conſtitutis, prima concluſio eſt. Qui bona fide emit, aut alio iuſto titulo cæpit rem bona fide 4 Prima concluſio. poſſidere, ſi antequam eam diſtrahat, aut conſumat, dubitare incipiat, an ſit aliena, tenetur adhibere cõpetentem diligentiam, vt ſciat, an ad alium pertineat. Quòd ſi competentem diligentiam adhibuit, nec comperire potuit eſſe alienam, nec ei occurrat diligentia alia, quam efficere poſſit, & vnde ſperet D id ſcire poſſe, tunc tuta conſcientia poteſt illam retinere, & conſumere, neque ad vllam reſtitutionem tenetur, eſto dubius maneat, an ſua ſit. Ratio autem eſt, quoniam in dubio melior eſt conditio ipſius, qui bona fide poſſidere cæpit. Item quoniam, cum dubio illo ſpeculatiuo, an ſua ſit, ſtat vera ac firma opinio practica ac moralis, quòd licitè cum eo ſpeculatiuo dubio poſſit eam rem totam perinde ſibi retinere, eamq́ue conſumere, ac ſi certò eſſet ſua, vt Diſput. 16. 35. 36. 63. 103. & alibi, dictum comprobatumq́ue eſt.

Secunda concluſio. Si dubius idem, an res eſſet ſua, de quo præcedente concluſione eſt habitus ſermo, neglexiſſet adhibere diligentiam competentem 5 Secunda concluſ. E ad ſciendum, an eſſet aliena, quam adhibere potuit, ita quòd, elapſa ea oportunitate, ſciri iam non poteſt, an res ſit aliena, reſtituere tenetur partem valoris eius rei, maiorem, vel minorem, pro quantitate probabilitatis, quæ erat, vt ſciretur, rẽ eſſe alienam, & pro quantitate maioris, vel minoris, veriſimilitudinis, quæ erat, eam rem eſſe alienam, iuxta ea, quæ Diſp. 36. in calce 2. concluſionis, & Diſp. 63. conclu. 2. dicta ſunt. Ratio autem eſt, quoniam per tale dubium, accedente ea negligentia culpabili, conſtituitur poſſeſſor malæ fidei, vt ad reſtitutionem teneatur, non quidem integræ rei; ſi quidem non conſtat aliena eſſe, ſed adhuc dubium perſeuerat, an ſit ipſiuſmet ipſam poſſidentis; ſed quantum ęſtimabitur dam-

damnum,quod ex ea culpabili negligentia eſt ſequutum:& quoniam res erat anceps,an, adhibita ea diligentia,cõperiendum fuiſſet, rem eſſe alienam,non tenetur reſtituere rem totam, ſed quantum quis æſtimare iure optimo poſſet illam ſpem, quòd ſcilicet cõperiretur ad ſe pertinere: porrò ea ſpes eo plus valet, quo maior eſſet veriſimilitudo, eam rem alienam eſſe,& quo maior eſſet probabilitas,quòd cõperiendum fuiſſet,alienam eſſe,ſi adhibita fuiſſet ea diligentia.

6 **Tertia concluſio.** Tertia concluſio. Qui emit rem bona fide,& poſtquam illam alteri vendidit, comperit fuiſſe alienam, ſi non accepit maius pretium pro ea, quam fuerit illud,quod pro ea dedit,nullumque alium fructum ex illa percepit,ad nullam reſtitutionem tenetur domino rei. Idem dic,quando, ſi aliquid amplius accepit, illud fuit iuſtum pretium ſui laboris, aut fuit fructus ſuę induſtriæ. Vt,ſi emit triticum bona fide,quod re vera erat alienũ, & illud trãſportauit in aliũ locum, vbi plus valebat;aut ſi ex illo, redacto in farinam,& panes,quos vendidit,accepit incremẽtum,tanquam pretium ſui laboris ac induſtriæ, aut tanquam fructum ſuæ propriæ induſtriæ, ad nullã reſtitutionem tenetur domino tritici. In hac concluſione omnes conueniunt. Quoniam hic in nullo eſt factus locupletior ex re alterius, quam bona fide emit, ac bona fide vendidit: id quippe incrementum,quod accepit,non eſt ex re illa tãquam fructus eius,ſed eſt fructus ſuæ induſtrię, aut ſimul etiam condignum pretium ſui laboris ac operarum, quod proinde ſibi acquirit,& non domino rei,qua negotiando, illud acquiſiuit. Quare,ſi res iam ſit omnino conſumpta, aut emptor vltimus diſparuit,ita quòd res iam recuperari non poſſit, ad nullam reſtitutionem tenetur. Atque in primis ad nullam reſtitutionẽ tenetur emptori: eo quòd res ex illo non ſit euicta,teneaturque ei de euictione,ſi ex illo euincatur, vt Diſpu.380.ac alibi eſt dictum, & contractus fuerit validus, vt ibidem,& Diſpu.327.& 330.oſtendimus. Deinde verò, neque ad vllam reſtitutionem tenetur domino rei. Quoniam hic medius emptor & venditor in nullo eſt factus locupletior ex illa, ſolumque teneretur domino rei illius,quantũ ex illa eſſet factus locupletior: quippe cum ſolùm teneretur ei ratione rei, & non ratione iniuſtæ acceptionis, cum illam poſſederit ſemper ac diſtraxerit bona fide.

7 Hoc loco obſerua, quando res iam non exiſtit, aut recuperari iam non poteſt, medium hunc bonæ fidei emptorem, ac uenditorem ,qui ſcire incipit rẽ eſſe alienam, neque ex illa eſt factus locupletior, in foro exteriori ad nihil teneri domino rei, cui in eo euentu ſolum cõpetit actio aduerſus malæfidei vſurpatorem,aut retentorem, eius rei, non verò aduerſus bonæfidei poſſeſſores, niſi in defectum malæfidei poſseſsoris,aut malæfidei detẽtoris, atque in horum defectum, ſolùm competit ei actio aduerſus illos bonęfidei antiquos poſſeſsores eius rei, quãtum ex illa ſunt facti locupletiores: qui poſtea, ſi titulo oneroſo illam comparauerant, poſſunt id repetere ab eis, à quibus immediatè titulo oneroſo illam acceperant,qui ipſis tenẽtur de euictione ad totum ipſorum intereſse,& per conſequens ad id emolumentum,quod ex ea re perceperant. In foro autem conſcientiæ, vltra id, in quo facti ſunt locupletiores ex re illa,(ad quod,vt dictum eſt, ſolum tenentur in defectum malæfidei anteriorum poſseſsorum) ſolum ex caritate tenentur admonere primum malæfidei poſseſsorem,& in defectum primi,ſequentes malæ fidei poſseſsores, vt reſtituant integre domino rei, & curare, vt id opere præſtent; media ad id omnia neceſsaria adhibendo,qualia adhibere teneretur ex caritate quicunque alius, qui id ſciret, iuxta ea quæ in materia de correctione fraterna,& tractatu quin

A to,dicentur. Quando autem res exiſtit,atque dominus illius ignorat ad ſe pertinere,qua de cauſa illam non vendicat cũ fructibus,neque agit aduerſus vſurpatorem, aut alium malæfidei poſseſsorem, ad intereſse totum & damna,tunc illa locum habent, quæ Diſp.380.§.quando venditor ſciens, dicta ſunt,neque eſt neceſse hoc loco ea repetere.

Illud etiam eſt obſeruandum, quoſdam iuniores theologos, vim contractuum oneroſorum non penetrantes, ignoranteſque apertiſſimas iuris ciuilis ſanctiones in contrarium ſtatutas, naturis eorundem contractuum innitentes,aſseuerare. Quando res aliena uenditur, emptorque alienam eſse ignorabat, contractum emptionis & venditionis eſse nullum, ac uenditorem rei non comparaſse dominium pre- 8
B tij,ſicut neque emptor comparauit dominium talis rei alienæ emptæ. Ducuntur,quoniam ſicut venditor transferre per eum contractum non potuit dominium rei venditæ in emptorem,utpote alienæ, cuius proinde dominium perpetuò apud antiquum dominum perſeuerat: ita neque uenditor per eundem contractum comparare potuit dominiũ pretij, ſed ad quencunque id pretium deueniat,perſeuerat quoad dominium apud antiquum emptorem, qui illud dedit in commutationem pro tali re aliena ſibi uendita: quare, inquiunt, contractus ex vtraque parte fuit nullus. Ex hac autem eorum ſententia ſequitur, medium illum bonæfidei emptorem ac vẽditorem, de quo in tertia concluſione ſumus loquuti,teneri reſtituere pretium, quod pro ea re accepit, idque em-
C ptori illius rei, cuius id pretiũ perſeuerat quoad dominiũ: ſi autem res illa caſu fortuito perijſſet apud vltimum emptorem, vel illam prodige conſumpſiſſet bona fide, credens eſſe ſuam, ad nullam reſtitutionem ipſius,in pretij recompenſationem, teneri: quia perijſset, non ſibi, cuius non erat, & ad quam neque ex parte rei acceptæ,neque ex parte iniuſtę acceptionis,aut conſumptionis, teneretur, ſed perijſſet domino rei, aut antiquo malæfidei illius poſseſſori, qui eam alienare incepit, atque aduerſus hunc ſolum maneret tali venditori recurſus. Nos verò Diſput.327.330.380. atque alijs in locis, perſpicuè oſtendimus,quamuis eo contractu venditionis,dominium rei venditæ non trãſeat in emptorem, ſed perſeueret apud antiquum dominum,qui,ipſo non cõ-
D ſentiente,ſpoliari non potuit dominio rei ſuæ: nihilominus contractum emptionis & venditionis fuiſſe validum, & furem,qui rem alienam vendidit,vſurarium,qui illam per vſuram comparauerat,ac vendidit,& ſimiliter depoſitarium,aut commodatariũ, qui rem alienam depoſitam, aut ſibi commodatam, vendidit,& ſimiliter bonæfidei poſseſsorem,qui rẽ alienam bona fide etiam vendidit,comparaſse dominium pretij; teneri tamen emptori,ex tali contractu venditionis valido cum eo celebrato, de euictione ad intereſſe totum, & ad omnia damna ei ex eo intereſse ſubſequuta,quòd verè per eam uenditionem non ſit in eum translatum dominium, ſed ad alterum pertineat. Vnde eo ipſo,quòd res empta fuit ab
E eo conſumpta, aut apud ipſum, uel apud alium, in quem ipſe eam tranſtulit, perijt, aut fuit ab hoc alio conſumpta,ad nihil ei tenetur uẽditor; quoniam ex ea emptione nullum damnum ei reſultauit.

Neque eſt eadem ratio,quòd ſicut contractus,in quo, ſiue bona, ſiue mala fide, venditur res aliena, 9
eſt validus modo explicato: ita cõtractus,in quo mala aut bona fide venditur vitrum pro lapide pretioſo,aut res vitioſa,ſit validus. Quoniam illo priori cõtractu venditur res, quæ id pretium valet, neque eſt deceptio in re,quæ venditur: in his verò alijs contractibus non venditur res,quæ id valet, decipiturq; emptor circa rem venditam:& ideo,ſi deceptio cauſam dedit contractui, eſt nullus, aut reſcinditur: ſi uerò

verò non dedit cauſam contractui, ſed interuenit in contractu, reduci debet ad æqualitatem, habetque locũ, non quidem redhibitoria actio, ſed actio quanto minoris, vt hæc omnia Diſp. 352. & 353. explanata ſunt.

Dubium graue remanet circa eundem medium bonæ fidei emptorem ac venditorem rei alienæ, vtrum, ſi nulla facta mutatione in re, illam emit minori pretio iuſto, & poſtea in eodem loco eam vendidit maiori pretio etiam iuſto, vel quia accreuit pretium eius rei, vel quia mediat ea tota latitudo inter infimum & ſupremum pretium iuſtum, teneatur reſtituere domino rei id, in quo ita eſt factus locupletior ex re illa. Doctores communiter reſpondent affirmanter. Ducti ea regula, quòd poſſeſſor bonæ fidei tenetur domino rei quatenus ex illa eſt factus locupletior. Contrarium tamen exiſtimo eſſe verum. Primò, quoniam illud non eſt fructus rei, ſed induſtriæ, illam ementis iuſtè vno pretio minori, & vendentis etiam iuſtè alio maiori pretio: fructus autem induſtriæ, ad poſſeſſorem bonæ fidei, & non ad dominum rei ſpectat. Quòd autem id non ſit fructus rei, ſed induſtriæ, probatur. Tum quia, ſi fur ipſe emeret iterum eandem rem ab vltimo poſseſſore, eamque domino reſtitueret ſine vlla proximi læſione, ſeruandoque illum omnino indemnem, neque res illa vllos fructus habuiſset, ſanè, qui ita id eſſet lucratus, emendo illam à fure, aut ab alio intermedio véditore, & vendendo illam maiori pretio iuſto alicui alteri, non teneretur illud reſtituere: eo quòd eſset fructus ſuæ induſtriæ, & non rei. Tum etiam quoniam, quod fur, aut vſurarius, ita lucratur re aliena, ad ipſos ſpectat tanquam fructus ſuæ induſtriæ, & non rei; eaque de cauſa, neque vſurarius, tenetur illud reſtituere, vt Diſp. 327. cum communi doctorum ſententia oſtendimus. Secundò, quoniã, ſi is, qui emit à fure maiori pretio iuſto, venderet eãdem rem minori pretio iuſto, non tenetur fur reſtituere ei decrementum illud pretij, neque dominus rei, neque quiſquam alius: de domino rei, & de alijs, ſatis perſpicuè patet: de fure autem probatur. Quoniam ſolùm tenetur ei de euictione, quantum ſua eius, qui ita emit à fure, intererat, rem non eſse alienam, ſiue autem res ea aliena eſset, ſiue non, eodem pretio fuiſset tunc ea venditurus: quarè fur non tenetur illi de eo pretij decremento. Valde autem durum eſt, quod is, qui bona fide emit à fure, aut à tertio rei alienę bona fide poſseſsore, poſſit, negotiando bona fide cũ ea re aliena, amittere, ita quòd nullus teneatur ei reſtituere id pretij decrementum, & quòd, ſi lucretur, reſtituere teneatur id incrementum ac lucrum, quod ita prouenit ex ſua induſtria ac negotiatione, vt euenire ſimiliter potuerit decremẽtum ac iactura. Tertiò, quoniam, qui ita emit à fure, aut ab alio bonę fidei poſseſsore rei illius alienæ, ac vendidit eam alteri, tenetur emptori de euictione ad totum intereſse: cur ergo non reportabit etiam lucrum, ſi ex tali negociatione proueniat. Certè res eſſet omnino irrationabilis, minimeque iuſta. Neque vlla ratione ſatisfacit reſponſio Nauarri in Manu. c. 17. nu. 8. dicens, quòd liberabitur ab eo onere, ſi ſecundo emptori cedat actionẽ de euictione, quam ipſe habet aduerſus furem, aut alium bonæ vel malæ fidei venditorem, qui ſibi eam rem vendidit, iuxta. l. in creditore. ff. de euictionib. Non, inquam, ſatisfacit hæc Nauarri reſponſio. Quoniam falſum eſt, liberandum ea ceſſione actionis. Si enim vel fur, vel quicunque alius anterior venditor, non compareat, vel non ſit ſoluendo, ipſe profectò cogetur ſoluere ſecundo emptori, quantum ſua ſecundi emptoris intererat, eam rem non eſſe alienam. Imò ſola ſua libera voluntate poterit ſecundus emptor non eſſe cõtentus ceſſione actionis in furem, aut in alium ante- A riorem venditorem, cogereque immediatum venditorem, vt ſibi ſoluat totum ſuum intereſſe; & ut ipſe, ſi velit, recurſum habeat aduerſus anteriorem vẽditorem. Neque ius, quod Nauarrus citat, id probat, quod ipſe ex illo probare intendit. Quoniam ius illud ſolum loquitur, quando creditor, ſeruatis omnibus de iure in eo euentu requiſitis, pignus ſibi traditum in ſecuritatem ſui debiti vẽdidit, vt ex pretio recuperaret ſuum debitum, ſignificando emptoribus, ſe vt pignus ſibi traditum, & non ut rem ſuã, illud vendere: in quo euentu, vt Diſput. 538. §. ſupereſt, & §. obſerua tamen, oſtendimus, ſi poſtea id pignus euincatur, quia alius probat, rẽ illam ad ſe pertinere, & non ad debitorem, qui illam in pignus creditori tradidit, creditor, qui illam vt pignus vendi- B dit, non tenetur de euictione, tenetur tamen cedere emptori actionem pignoratitiam, quã aduerſus debitorem habet, qua mediante competit emptori aduerſus eum debitorem actio de euictione rei ſibi ita venditæ. In alijs autem euentibus, imò ſi creditor ille vendidiſſet eam rem, non ſignificando ſufficienter emptori, ſe vendere illam vt pignus, venditor tenetur de euictione immediato emptori, nec liberatur cedendo illi actionem, quam ipſe habet in ſuum debitorem, aut in alium anteriorem eius rei venditorem, vt eadem diſputatione liquet, & affirmant iura, conſentitque communis doctorum ſententia. Quartò, quoniam iura, quibus autores cõtrariæ ſententiæ nituntur, vt l. ſed etſi. l. item veniunt. §. eos. ff. de pet. hæred. loquuntur in hærede, qui rem hæredi- C tatis vendidit, arbitratus hæreditatem ad ſe attinere: in eiuſmodi enim uniuerſalibus bona fide diſtractis, atque iterum emptis, pretia ex eiuſmodi rebus comparata, cedunt hæreditati loco rerum, & res pecunia hæreditatis comparatæ cedunt ſimiliter hæreditati loco pecunię, eaque ratione incrementum pretij ex re hæreditatis primò venditæ maiori pretio, & poſtea redemptæ pretio minori, hæreditati cedit: longè autem aliter res habet in alijs euentibus, de quibus nos hoc loco diſputamus.

DISPVT. 722.

Vtrùm, qui bona fide rem emit, aut permu- D tatione comparauit ex latrone, ſi, dum eam poſſidet, ſciat ad alium pertinere, poſſit, vt ſe indemnem ſeruet, reddere eam latroni, & recuperare, quod pro ea dedit; an teneatur illã reddere domino.

SVMMARIVM.

1 *Emẽs à latrone bona fide rem, quã poſtea ſcit eſſe alienam, reddere poteſt latroni, vt recuperet ſuum pretium, aut vt conſulat honori ac famæ latronis, quando id fieri poteſt ſine periculo detrimenti alicuius ta-* E *lis domini.*

2 *Idem emptor de iuſtitia, & cum reſtituendi onere, tenetur illam reddere domino, nihil impediente, quòd pretium amittat, quando, ſi illam reddat furi, amittet illam dominus, aut periculum eſt ne illam amittat.*

3 *Quando emptor idem rem reſtitueret furi, vt recuperaret ſuum pretium, credens abſque dubio id ſibi licere, ad nullam reſtitutionem tenetur, eſto dominus rem ſuam amittat.*

COnueniunt doctores, quando veriſimile admodum eſſet, reddendo rem furi, nullum damnũ eſſe incurſurum rei dominum, quia vel fur ſua ſpon- 1
te

te illam domino reſtituet, vel facilè dominus, & abſque ulla moleſtia & incommodo, eam ex illo recuperabit, poſſe tunc bonæ fidei emptorem reddere eam furi, quãdo, niſi eam illi redderet, pretiũ, quod pro ea dedit, ipſi periclitaretur. Ratio autem eſt, quoniam in eo euentu dominus rei irrationabiliter eſſet inuitus, quòd id ita fieret, ac proinde nihil de eo eſſet tunc curandum. Idem dicerem, ſi eo modo conſuleretur honori latronis, nihilque dominus periclitaretur ex eo, quòd res latroni redderetur, ut per illum fieret reſtitutio proprio domino. Tota autem difficultas eſt, quando, ſi res latroni non reddatur, pretium emptori periclitatur; ſi verò illi reddatur, res illa domino, aut omnino, aut ex parte, periclitatur, num emptor tunc, nihil impediente eo periculo domino rei, poſſit tuta conſcientia, & ſine reſtituendi obligatione domino rei, eam reddere latroni, ut recuperet ſuum pretium, quod bona fide illi pro ea dedit; an verò teneatur, nihil impediente periculo ſui pretij, reddere illam domino; alioquin teneatur ei reſtituere totum damnum, quod illi fuerit ex eo ſubſequutum, quòd ei non reſtituerit rem ſuam, ſed illam latroni reddiderit.

Alexander Alen. 4. par. quæſt. 86. memb. 3. art. 5. Gab. in 4. diſtin. 15. art. 3. lib. 5. Sylueſtr. verb. reſt. 3. quæſt. 7. Nauar. in Man. cap. 17. nume. 9. & quidam alij, affirmanter reſpondent. Probari autem hæc ſententia poteſt. Primò, quoniam emens rem aliquam bona fide, nullo iure tenetur cum grauiſſimo ſuo damno ac incommodo reducere eam in meliorem ſtatum, quàm ſit is, in quo erat, quando ſibi eſt tradita: ſed, quando ſibi fuit tradita, erat in manibus latronis: ergo, quando periculum ſibi imminet, niſi eam reddat latroni, pretium amittendi, non tenetur eam tradere domino cum tanto illo ſuo dãno ac incommodo, ſed poterit eam reducere in manus latronis.

Argumentũ primum

Secundum. Secundò, qui timet graue aliud damnum, ſi rem, quàm à latrone accepit, ei non reſtituat, vt, ſi timet vulneratum ab eo iri, nõ tenetur reſtituere eam rem proprio domino, ſed poteſt eam reducere in manus latronis, vt Sotus 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ante ſolutionẽ argumentorum affirmat: ergo pari ratione, ſi timeat amittere pretium, atque id pretium ſit magnum, poterit illã reducere in manus latronis: quo fit, vt malè Sotus admittat primum illo artic. 1. citato, & neget ſecundum art. 2. ſeq.

Contrariam ſententiam, nempe emptorem tunc contra iuſtitiam peccare, non tradendo rem illam proprio domino, ſed reddendo eam furi, nihil impediente, quòd pretium latroni datũ amittat, teneriq; proinde ad reſtitutionem illius domino, in defectũ furis, affirmant Io. Med. de reſt. q. 10. Sot. 4. de iuſt. q. 7. art. 2. Coua. reg. peccatum par. 3. in initio. nu. 3. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 6. & alij, quæ mihi ſanè probabilior multo videtur.

2 Sunt verò nonnulla obſeruanda antequam eam probemus. Primum eſt: Autores prioris ſententiæ non in omnibus conuenire. Quidam enim eorum affirmant, quando emptor mala fide rem emit à fure, ſciens rem eſſe alienam, pœnitentiaque ductus, vult poſtea eam reſtituere, non poſſe reddere illam furi, vt ſuum pretium recuperet, ſed teneri tradere illam domino, nihil impediente, quòd pretium amittat: quoniam, cum fuerit malæ fidei poſſeſſor, iniuſtitiamque contra eius rei dominum commiſerit illam retinendo, dominus rationabiliter eſt inuitus, quòd eam furi reſtituat cum qualicunque ſuo periculo, nihil impediente, quòd pretium ſit alioquin amiſſurus. Alij verò admittunt, ét in hoc euẽtu poſſe licitè reducere rem in manus furis, vt ſuũ pretium recuperet, q̃n niſi id efficeret, periculum eſſet, ne pretium amitteret. Huius ſententiæ fuit Alex. Alenſis.

A Secundum eſt. Vt bene Sotus, & Ledeſmius locis citatis notant, quando bonæ fidei emptor, arbitratus ſe licitè id efficere, nihilque ea de re dubitans, rem tradidit furi, vt ſuum pretium recuperaret, ad nullam reſtitutionem teneri domino eius rei. Quoniam poſt illam ita furi redditam, neque tenetur reſtituere eam domino ex parte ipſius rei, quã iam nõ habet, ſed ſolùm habet ſuum pretium: neque item ex parte iniuſtæ acceptionis; eo quòd non peccauerit, ita illam bona fide reddendo furi: præſertim cũ res in ſe ſit adeò abſtruſa, vt multi viri docti, examĩnatis aliorum rationibus, hodie exiſtiment, id eſſe licitum. Quo fit, vt etiam quicunque vir doctus, qui ſibi perſuaderet veram eſſe Alexandri ſententiam, eamque ſequutus, id efficeret, ad nullam reſtitutionem teneretur; idque propter eandem rationem.
B Confirmatur hoc totum, quoniam, qui ita bona fide contractum reſcinderet cum fure, reddendo illi rem, & accipiendo ab eo pretium, perinde haberet, ac ſi antequam ſciret eſſe alienam eundem contractum cum fure reſcidiſſet: in hoc autem euentu nullus affirmaret, hunc ad reſtitutionem aliquam teneri: quia neque tenetur ex parte rei, neque ex parte iniuſtæ acceptionis.

His ita explicatis, noſtra ſentẽtia probari poteſt. Primò, quoniam ſicut fructus omnes, quos producit res aliena bona fide poſſeſſa, ad dominum illius pertinent, nihil impediente, quòd producti ſint cooperante induſtria eam poſſidentis, & quòd res in poteſtate domini non eſſet illos productura, vt Diſputatio. 719. dictum eſt: ſic, quòd caſu eadem res
C aliena deueniat ad meliorem ſtatum, cum deuenire potuerit ad poteſtatem eius, qui ſtatim bona fide illam conſumeret, pertinet etiam ad proſperum ſucceſſum domini eius rei, iniuriamque illi faceret, qui, ſciens ad illum pertinere, eam ad peiorem ſtatum reduceret: quo fit, vt quamuis, qui illam bona fide antea poſſidebat, non teneatur, cum graui ſuo incommodo, reducere illam ad meliorem ſtatum, quàm ſit is, ad quem re ipſa deuenit; nihilominus, vt euitet incommodum, quod malitia alterius ipſi imminet, extrahere eam non poteſt de ſtatu, in quem caſu in domini commodum deuenit, eamque in peiorem ſtatum eiuſdem domini comparatione reducere; eo quòd id in illius cedat iniuriam, ſitque rationabiliter
D inuitus, quòd eo modo res ſua contractetur cum ipſius incommodo, vt qui illã poſſidet euitet in commodum, quòd ſola alterius malitia ei imminet. Atq; hæc ratio aperit, vnde debile ac nullum ſit fundamẽtum, cui ratio potiſſima contrariȩ opinionis nititur. Aliud quippe, eſt poſſeſſorem bonæ fidei perducere rem ad meliorem ſtatum, quàm eſſet antequam illã emeret, & aliud longè diuerſum, extrahere illam de ſtatu, ad quẽ iam caſu, re ve ipſa, deuenit. Et quidem ad primum non tenetur cum graui ſuo damno ſeu incommodo, vt ſi, poſtquam ad ipſius deuenit poteſtatem, neceſſarium eſſet facere de nouo ſumptus aliquos, vt eam reſtitueret domino, quos dominus rei non eſſet ſoluturus, non teneretur eam reſtituere do
E mino cum ſuo incommodo. Ad ſecundum verò tenetur, nihil impediente, quòd inde per accidens ſequatur ſuum aliquod damnum malitia alterius. Neque enim præiudicare poteſt iuri ac commodo domini rei, vt ſe protegat à damno, quod ipſi malitia alterius imminet.

Secundò, quoniam, vt autores contrariæ ſententiæ confitentur, ſi rei dominus ſciat illam eſſe apud eum, qui bona fide illam emit, poteſt eum prohibere, ne illam tradat furi, eumque cogere, vt ſibi illam reſtituat; peccabitque, atque ad reſtitutionem tenebitur, ſi in eo euentu illam deneget proprio domino, furique eam tradat, vt ſuum pretium non amittat: imò verò, ſi dominus coram iudice cum eo em-

ptore quoad hæc omnia contendat, ſic à iudice hæc omnia in fauorem domini eius rei iudicabũtur: ergo dominus ex ipſamet rei natura ius habet prohibendi, vt, nihil impediente, quòd is emptor pretium amittat, non tradat eam rem furi, ſed ſibi eam reſtituat: & cum præſumere debeat is emptor, eam eſſe domini voluntatem, quando dominus ſtatũ rei ſuæ ignorat; conſequens profectò eſt, vt contra voluntatem ac ius domini faciat, ac proinde iniuſtè, ſi illam furi reddat, vt pretium ab illo recuperet, atque adeò eſt conſequens, vt teneatur reſtituere illam, damnaque omnia ſubſequuta, rei illius domino. Quòd ſi emptor rei illius, dum res eſt apud ipſum, ius haberet ad reddendam eam furi, vt ex fure pretium ſuum recuperaret, ſanè neque rei dominus, neque iudex, poſſent eum prohibere, ne id efficeret, eumque iure illo ſuo ad id faciendum ſpoliare. Secum ergo pugnare apertè videntur autores contrariæ ſententiæ, dum ſimul affirmant, emptorem poſſe rem illam tradere furi, vt ſe indemnem à iactura ſui pretij ſeruet, & peccare contra iuſtitiam, ſi id efficiat, prohibente id, ac rem ſuam petente domino illius.

Tertiò, res illa in eo ſtatu conſtituta debetur illius domino, & non furi: ergo emptor illius, qui eam poſſidet, vt recuperet ſuum pretium, quod fur tradere ſine ea re illi tenetur, non poteſt illi eam tradere: ſicut enim non poteſt illam alteri vendere, vt recuperet valorem, quod pro illa dedit, ita nec poteſt illam tradere furi, vt recuperet ſuum pretium: eo quòd traderet illi ea de cauſa alienum, alterique, quia ſuum, iam omnino debitum, cooperareturque ad iniquã illius à fure detentionem. Quòd ſi in exteriori foro probari poſſet, eum, ſcientem iam alienam eſſe, tradidiſſe illam furi ad pretium ſuum recuperandum, furque non compareret, ex quo poſſet recuperari, vtique cogeretur reſtituere domino illius valorem ob eam traditionem rei alienæ furi, & non domino, cum ea ſcientia: cuius rei non alia eſt cauſa, niſi quia traditio illa ex natura rei eſt iniuſta ac iniurioſa domino rei.

Ad primũ argum. Ad primum autem argumentum in contrarium dicendum eſt. Quamuis emens rem bona fide, & ſciens dum in poteſtate ipſius eſt, eſſe alienam, non teneatur per ſe ac faciendo aliquid de nouo, vnde damnum ac incommodum incurrat, reducere illam ad meliorem ſtatum, quam eſſet is, in quo erat, quando ſibi fuit tradita; teneri tamen non deducere eam ad peiorem ſtatum, quàm ſit is, ad quẽ re ipſa deuenit, & in quo iam eſt: deduceret autem illã ad peiorem ſtatum, quàm ſit is, in quo eſt in poteſtate ipſius conſtituta, ſi, vt euitaret damnum amiſſionis ſui pretij, quod ſola malitia alterius ipſi imminet, eam traderet furi, in poteſtatemque illius eam reduceret: in conſequentiam verò, quòd neque reducere eam poſſit in latronis poteſtatem, neque eam ſibi retinere, tenetur illam tradere proprio domino, cuius eſt. Ad argumentum ergo in forma, licèt maior per ſe ſit vera; ſecus autem per accidens, quatenus non poteſt illam ſibi retinere, cum eaque perſeuerare in ſtatu, in quo re ipſa eſt, eo quòd dominium illius ad alterum pertineat, cui omnino eſt debita: & minor ſimpliciter ſit vera: neganda eſt tamen conſequentia. In primis quoad ſecundam conſequẽtis partem, quoniam reducere eam in manus latronis, licèt non ſit reducere illam in peiorem ſtatum, quàm ſit is, in quo erat quando ſibi fuit tradita; eſt tamen reducere illam in peiorem ſtatum comparatione domini illius, quam ſit is, in quo iam re ipſa eſt; quod tali emptori non licet, etiam ad recuperãdum ſuum pretium: eo quòd deducere illam ad eũ peiorem ſtatum, quam ſit ſtatus illius præſens, ſit cum iniuria, ac contra ius, domini illius, vt oſtenſum eſt. Quoad primam etiam conſequentis partem eſt etiam nulla ea conſequentia: A quoniam in cõſequentiam, quòd neque poſſit illam tradere latroni, neque eam ſibi retinere, tenetur eam reddere proprio illius domino.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, ſi emptor, qui poſſidet rem, quam iam ſcit alienam eſſe, nihil cooperetur ad extrahendam rem illam à meliore ſtatu, in quo iam eſt, ſed ſolùm permitteret furi, vt illam acciperet de loco, in quo eſt, aut de manibus talis emptoris illam poſſidentis, licita tunc ſibi eſſet ea permiſſio: tum vt euitaret damnum propriæ perſonæ, quod ex prohibitione ſibi immineret: tum etiam, vt recuperaret ſuum pretium: quoniam id non eſſet extrahere ipſum rem illam de ſtatu, in quo eſt, cum iniuria proximi; ſed eſſet permittere eã iniuriã aduerſus proximum ab altero fieri, vt ſe indemnem ſeruaret: B quod eſt licitum, quando damnum proprium alicuius momenti, quod non facilè reſarcietur ac recuperabitur: eo quòd ſolùm ex caritate tenetur id impedire, ſi commodè, & ſine ſuo notabili detrimento, poſſet id efficere: ſecus cum ſuo notabili detrimento; ordo quippe caritatis non habet, vt nobis ipſis proximum noſtrum in eodem genere boni præponamus. Si uerò loquamur de actu, quo is emptor extrahat rem de ſtatu, in quo eſt, & illam reducat in poteſtatem furis, de quo actu loquitur argumẽtum, dicendum eſt. Neque ad vitandum damnum corporale, neque ad recuperandum pretium, fas eſſe aliter eam rem reducere ad poteſtatem furis, qui illam non ſit reſtiturus, quàm fas eſſet eam conſumere, aut tradere alicui extraneo, ad ſimile æqualeque dãnum vitandum. C Sicut autem nefas eſſet illam conſumere, aut tradere illam alicui alteri, ad vitandum dãnum corporale, aut iacturam in rebus proprijs externis, niſi animo illam integre reſtituendi proprio domino in euentu, quòd ille alius eam non reſtitueret: ita in re propoſita nefas eſt illam tradere furi, niſi animo eam integre reſtituendi, ſi fur illam non reſtituat, aut ſi ex fure nõ recuperetur ac tradatur proprio domino: & eſto ſine eo animo id fiat, obligatio ſimiliter eſt eam domino reſtituendi.

Quidam inde contendunt, fas eſſe reducere rem alienam in manũ furis, quòd fur ius habeat ad illam repetendum, vt eam tradat proprio domino. Et ꝙ, vt habetur c. in literis, de reſtit. ſpoliat. *Prædo etiam eſt, ſecundum rigorem iuris reſtituendus.* Conſentit. D l. 1. §. qui à me. ff. de vi & vi armat. quæ interdictũ de reſtituendo in poſſeſſionem vi eiectum ait competere ei, qui vi alterum deiecerat, aduerſus eũ, qui ipſum poſtea è poſſeſſione deiecerat. Ad primum enim horum dicendum eſt, furem habere quidem ius ad eam petendum, & obtinendum, ad eum finẽ, vt in principio huius diſputationis ex parte eſt dictum: ſecus verò quando non cõſtat, ad eum finem eam petere, & multo magis, ſi conſtet, aut rationabiliter timeatur, ad eum finem illam non velle, ſed ad eam ſibi retinendum & uſurpandum, vt in euentu, de quo nunc loquimur, cernitur. Sicut autem quando res aliqua eſt in manu depoſitarij, ſi dominus accedat, dicatque furto ex ipſo fuiſſe ablatam, detinetur, nec traditur deponenti, quouſque res examine- E tur, vt Diſput. 526. fuit oſtenſum: ita, quando eſt in manu cuiuſcunque poſſeſſoris, eſt idem faciendum: poſſeſſorque ipſe, ſciens à fure peti, detinere illam poteſt ac debet, eſto dominus illius ignoret penes ipſum eſſe, ne tradendo eam furi, in peiorem ſtatum illam reducat. Ad ſecundum dicendum eſt, illud eſſe intelligendum, aduerſus poſtremum vi eijcientem à poſſeſſione, qui in foro exteriori non excuſatur à reſtituenda poſſeſſione vi occupata, etiam ſi dicat, alium vi antea eieciſſe, aut iniuſtè eam poſſidere: ſecus autem de poſſidente ſine vi, de quo nunc loquimur. Præterea, quandocunque diceretur, rem mobilem furto, aut per rapinam, fuiſſe occupatam ab eo, qui

qui vi deiectus eſt à poſſeſſione, iuberetur poni in ſequeſtro, donec res examinaretur, niſi, qui fuit deiectus à poſſeſſione, ſufficientem cautionem daret, quòd, ſi alienam eſſe, furtoque ablatam, comperiretur, dominus illius indemnis omnino redderetur.

DISPVT. 723.

De malæ fidei poſſeſſore rei alienæ titulo emptionis, aut quouis alio, quouſque ad reſtitutionem teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor malæ fidei rei, quam ad aliū pertinere ſcit, ad quam reſtitutionem teneatur, quando res perſeuerat, & ad quam quando res perit.*

2 *Emens aut accipiens rem alienam ex ignorantia craſſa, quòd eſſet aliena, ad eandem reſtitutionem tenetur.*

3 *Emens aut aliter poſſidere incipiens cum dubio, an res ſit aliena, ſi poſtea comperiatur alienam fuiſſe, ad totam reſtitutionem proximè dictam tenetur. Niſi animo id examinandi, ac reſtituendi, illam acciperet. Nam tunc minus reſtituere teneretur. Si comperiatur non fuiſſe alienam, ad nullam reſtitutionē tenetur. Si facta diligentia, maneat res dubia, pro quantitate dubij eſt pars reſtituenda. Quando dubitatur, ad quos ex multis pertineat, qualiter reſtitutio ſit facienda.*

4 *Reſtituere nihilominus tenetur integram rem, qui dubius, an ad ſe pertineat, alterum ſpoliat illa, qui bona fide cęperat illam poſſidere.*

5 *Occupans rem morte alicuius, aut alia ratione domino vacantem, cum dubio, an ad ſe vel ad alium pertineat, quam diligentiam facere debeat, vt intelligatur, ad quem pertineat, & qualiter cum illo ſe gerere debeat, & manente poſtea dubio, diuidere cum illo eam debet pro dubij quantitate.*

6 *Qui alteri ſuccedit in re, quam ille alius bona fide cæpit poſſidere, eſto tempore, quo ita ſuccedit, dubium habeat, an ad alium pertineat, ad nullam reſtitutionem tenetur, ſed ſolùm ad faciendam moralem diligentiam, an verè ac certò ad illum alium pertineat.*

7 *Qui ignorantia craſſa, quòd res ad eum non pertineret, à quo illam accipiebat, illam accepit abſque vllo dubio, cum tamen meritò dubitare debuiſſet, tenetur poſtea inquirere, an verè ad alium pertineat, vt integre eam illi reſtituat: & remanente dubio, an aliena ſit, tenetur partem illius reſtituere pro dubij quantitate.*

8 *Emens, aut accipiens à mancipijs, à famulis, à filijsfamilias, & ab alijs ſuſpectis, an res ſit ipſorum, vel de mandato aut permiſſu dominorum illam alienent, quouſque iudicandi ſint, aut non ſint, teneri reſtituere.*

DEueniendo ad malæ fidei poſſeſſorem titulo emptionis, aut quouis alio, iuxta modos malę fidei poſſeſſoris in principio diſputationis 721. explicatos, ſequentes concluſiones in hac diſputatione ſunt ſtatuendæ.

1 Prima concluſio. Qui mala fide emit, aut alio titulo mala fide cepit poſſidere rem, quam ſciebat eſſe alienam, reſtituere illam tenetur cum omnibus fructibus ex ea perceptis à puncto, quo illam poſſidere cæpit, & quos inſuper percepiſſet ex illa dominus illius, ſi illam habuiſſet, præterea tenetur illi reſtituere, ſi quod aliud lucrum ex ea illi ceſſauit, aut damnum emerſit, quòd priuatus fuerit ea re frui, illamque poſſidere. Ad hæc autem tenetur primus

Prima concluſio.

A malæ fidei illius poſſeſſor, ſiue res illa apud ipſum perſeueret, ſiue apud alium. Corrupta autem, vel deſtructa, ea re, ad nihil aliud tenetur, quàm ad valorem illius, & ad fructus omnes vſque ad inſtans deſitionis illius ex illa perceptos, & quos inſuper vſque ad id inſtans percepiſſet dominus illius, ſi quos fortè plures percepiſſet, ſi priuatus non fuiſſet poſſeſſione rei illius, & inſuper tenetur domino rei ad omne aliud lucrum ceſſans, & damnum emergens, ſi quod fortè inſuper illi ceſſauit, aut emerſit, ex ea iniuſta detentione illius rei.

Concluſio hæc quoad priorem illius partem probatur. Quoniam eo ipſo, quòd emptor malæ fidei, aut quicunque alius malæ fidei poſſeſſor rei alienę, eam incipit mala fide poſſidere, iniuſtè illam detinet: B ergo tenetur domino illius, non ſolùm ratione rei, ſed etiam ratione iniuſtæ acceptionis, ſeu iniuſtę detentionis, eaque de cauſa non ſolùm reſtituere ei tenetur rem cum omnibus fructibus illius, ſed etiam cum omni alio commodo, quod dominus rei fuiſſet inſuper ex illa percepturus, & cum toto lucro ceſſante, aut damno emergente, ſi quod tale inde illi fuit ſubſequutum: eo quòd horum omnium damnorum cauſa iniuſta illi fuerit per talē iniuſtam rei illius detentionem: & quoniam res aliena detenta, domino fructificat, vbicunque illa ſit. Dixi in eadē priori cōcluſionis parte, ad ea omnia teneri, etiamſi res non perſeueret apud talem malæ fidei poſſidere incipientem, ſed perſeueret apud alium: quoniam eo ipſo, quòd ipſe illam alienauit, fuit cauſa iniuſta, C quòd dominus rei illius his omnibus emolumentis priuaretur. Quòd ſi ſua ſponte eam non alienauit, ſed ab alio clam aut vi ablata fuit, tunc cauſa nihilominus iniuſta fuit eorum omnium damnorum, quatenus illam non reſtituit, quando potuit ac debuit. Quemadmodum fur etiam, ſi fortè illam ipſi vendidit, tenetur domino rei ad ea omnia vniuerſim damna, quatenus illorum omnium fuit cauſa iniuſta, illam furando, eamque ipſi vendendo. Quis autem præcipuè teneatur, aut quatenus aut quouſque vnuſquiſque eorum tenetur, patebit inferius, quando de concurrentibus cum iniuſtè accipiente, aut cum iniuſtè damnum dante, diſputabimus.

Poſterior verò pars concluſionis, quòd ſcilicet corrupta re, &cęt. probatur. Quoniam res ſolùm D quamdiu exiſtit, fructificat domino ſuo: fructus verò, quamdiu ſunt in potentia rei, non augent valorem illius, quin potius valor cuiuſque rei fructiferæ æſtimatur attenta potentia, quam habet ad fructificandum: ergo ab inſtanti, quo res eſt corrupta, qui eam mala fide poſſidere cæperat, ſolùm tenetur ad valorem illius, & ad valorem fructuum ex ea re vſque ad id inſtans perceptorum, atque ad lucrum ceſſans, & ad damnum emergens, domino rei ex eo, quòd fuerit ita iniuſtè detenta, (cum quo lucro ei ceſſante, ac damno emergēte, computa fructus, ſi quos plures ipſe ex ea re vſque ad id inſtans fuiſſet percepturus) non uerò tenetur ad valorem fructuum, qui, ſi ea res incorrupta perſeueraret, ex E illa perciperentur. Quouſque autem fur teneatur emptori eius rei de euictione, quando emptor mala fide illam emit, Diſputat. 380. fuit explicatum. Ioan. Medin. de reſtitutio: quæſtio. 10. & de vſur. quæſtio. 4. ad tertium princ. vt Diſputat. 330. relatum eſt, excipit ab hac, & à ſequentibus concluſionibus, quando id, quod accipitur, eſt vſu conſumptibile, recipitque proinde functionem in genere ſuo, hoc eſt, ſoluitur ſufficienter re alia, eiuſdem ſpeciei, iuxta ea quæ Diſput. 327. explanata ſunt. Arbitratur enim, quando fur, dando alijs huiuſmodi res, quas furto acceperat, non manet impotens ad illas ſoluendum vero illarum domino, accipientem tunc eas ex fure comparare illarum dominium, nec

teneri reſtituere illas priori domino, à quo fur illas acceperat furto. Contrarium tamen ſatis perſpicuè oſtendimus Diſp.330.citata: neque eſt neceſſe, quæ eo in loco dicta ſunt, hoc loco repetere. Atque Medina ipſe videtur ſe ipſum corrigere.q.10.citata. §.vlt.primæ partis illius quæſtionis.

2 Secunda concluſ. Secunda concluſio. Qui rem alienam emit, aut alio titulo accepit, ignorantia craſſa, quòd eſſet aliena, ita quòd prudentis arbitrio non excuſetur à culpa theologica eam ita accipiendo, ad ea omnia tenetur, ad quæ concluſione præcedente eſt explicatum teneri incipientem poſſidere rem alienam mala fide. Probatur, quoniam, vt ex dictis diſputationibus præcedentibus, & Diſputat.63.liquet, iſte talis poſſeſſor eſt malæ fidei, ad reſtitutionemque tenetur, etiam ex partæ iniuſtæ acceptionis, ac retentionis iniuſtæ.

3 Tertia concluſio. Tertia concluſio. Si à principio, quando aliquis emit, aut alio titulo poſſidere cæpit, dubitauit, an ea res eſſet aliena, & poſtea conſtet alienam eſſe, tenetur ad reſtitutionem omnium, ad quæ concluſione prima dicta ſunt, teneri eũ, qui, ſciens eſſe alienam, eam emit, aut alio titulo poſſidere eam cæpit. Si verò è contrario poſtea conſtet, non fuiſſe alienam, ad nullam reſtitutionem tenetur. Quòd ſi adhuc perſeueret dubium, tenetur apponere poſſibilem moralem diligentiam, vt ſciat, an aliena ſit, ſi autem ea adhibita, aut nulla occurrente poſſibili, qua id ſciri poſſit, adhuc dubium perſeueret, tenetur reſtituere, non quidem totum, ꝙ concluſione prima eſt dictum, ſed partem, maiorem vel minorẽ pro quãtitate dubij, ita ꝙ ſi dubium ſit ęquale pro vtraque parte, reſtituatur dimidium: ſi verò probabilius ſit rem eſſe alienam, reſtituatur plus quàm dimidium, eo plus, quo probabilius fuerit eſse alienam: ſi autem ſit minus probabile alienam eſse, reſtituatur minus, quam dimidium, pro dubij quantitate. Quòd ſi ſolùm dubitetur de aliquo in particulari, an res ſit illius, tunc ei ſoli eſt facienda reſtitutio. Si autem de multis in particulari dubitetur, ad quem illorum, vel num ad aliquem eorum pertineat; tunc, ſi certum ſit ad illos pertinere, & ignoretur ad quem eorum, inter eos ſolos integre eſt res cum fructibus diuidenda, iuxta dubij quantitatem, ita quòd maior pars proportionalis, pro dubij quantitate, ei reſtituatur, ad quem probabilius eſt eam pertinere, & minor ei, ad quem minus probabile eſt eam attinere. Si verò dubium ſit, an ad poſſidentem vel ad illos pertineat, inter poſſidentem, & illos, erit ſimiliter pro dubij quantitate diuidenda. Quòd ſi dubitetur, an ſit aliena, atque omnino ignoretur ad quem attineat in euẽtu, quòd ſit aliena, pars proportionalis, pro quantitate dubij, erit diſtribuenda pauperibus, aut inſumenda in operibus pijs pro anima illius, cuius fortè fuerit. In quo euentu, ſi non erat aliena, ea ſatisfactio ad reſtituentem attinebat, tanquam ſua propria.

4 Prima pars, quòd ſcilicet, quando à principio dubitauit, an eſset aliena, ſi poſtea comperiatur alienam eſse, teneatur ad eam totam reſtitutionem, probatur. Quoniam, vt Diſp.63.oſtenſum eſt, ille cæpit mala fide poſſidere; eo quòd dubium in principio poſseſſionis, malæ fidei poſseſsorem efficiat: ergo, quando poſtea comperitur rem eſse alienam, tenetur ratione iniuſtę acceptionis ad omnia damna ſubſequuta, ſi rem accepit animo eam ſibi vſurpandi. Quod addo, quoniam ſi, eam accepit animo adhibendi competentem diligentiam ad ſciendum, cuius eſset, dominoque illam reſtituendi, ſi comperiretur, cuius eſset, tunc ſolùm teneretur ad reſtitutionem rei, & fructuum, quos, adhibita competenti diligentia, ex illa percepiſset: atque, ſi aliquid horum ſine ſua culpa perijſset, non teneretur illud reſtituere, niſi quantum inde fortè factus eſset locupletior. Ad

A lucra verò ceſsantia, & ad damna rei domino emergentia, non tenetur: quippe cum nullam iniuſtitiam aduerſus eum commiſiſset, rem eo animo accipiendo. Quin potius rei dominus tenetur ei ad expenſas, ſi quas cum ea re feciſset.

Secunda verò pars, quod ſcilicet, ſi comperiatur poſtea alienam non fuiſse, ad nullam reſtitutionem teneatur, probatur. Quoniam, licèt peccauerit, eam cum illo dubio accipiendo animo ſibi illam retinendi; quia tamen re vera aliena non erat, ſed propria eius, qui iuſto titulo ipſam in eum tranſtulit, vtique dominium illius comparauit, ac proinde ad nullam reſtitutionem tenetur. Quòd ſi, dubitans an eſset eiuſdem tertij, illam accepiſset; attamen, dato, quòd illius tertij non eſset, credens eſse eam ſibi tradentis, illam accepiſset, ac proinde ſe in eo euentu com-

B parare illius dominium, tunc, ſi poſtea comperiretur, nõ fuiſse quidem illius tertij, cęterum eſſe cuiuſdam alterius, ſanè, cum aduerſus dominum illius nõ peccauerit contra iuſtitiam, neque iniuſtè illam, retinuerit, credo illi ſolùm teneri ex parte rei acceptæ, & non ex parte iniuſtæ acceptionis, ac proinde illi non teneri, niſi quoad id, quod ex re illa, & ex fructibus illius, remanet, & quantum ex non exiſtentibus locupletior fuerit effectus.

Tertia autẽ pars, quòd ſcilicet, quando perſeuerat dubium, & non occurrit alia diligentia, quæ fieri poſſit, reſtituenda ſit pars dumtaxat rei pro quantitate dubij eo modo, quo in ea explicatur, vt probetur, & ſimul explicetur, in quo euentu in ea loqua-

C mur, obſeruãdum eſt. Multis modis poſse aliquem incipere poſſidere rem aliquam cum dubio an ad aliquem alium pertineat.

Primò, ſpoliando alium poſſeſſione, in qua ille erat. Vt ſi quis, dubius an res, quam alius poſſidet, ad ipſum pertineat, credenſque probabiliter ad ſe pertinere, alium occultè, aut palàm ſpoliet poſſeſſione, in qua erat, eamque rem ſibi vſurpet. Atque in hoc euentu non loquitur tertia pars noſtræ concluſionis. Quoniam hic reſtituere tenetur rem totam antiquo poſſeſſori illius, quando non conſtat illum à principio mala fide incepiſſe rem illam poſſidere: eo quòd, in dubio, melior ſit conditio poſſidentis, integramque rem poſſit licitè retinere, neque partem teneatur alteri tradere.

D Secundò poteſt quis in dubio, an ad ſe, vel ad alium res pertineat, incipere illam poſſidere, non quidem ſpoliando aliquem poſſeſſione illius, ſed cum vacet morte alicuius, & dubitet, an ad ſe vel aliquẽ alium pertineat, eam occupando. Atque in hoc euentu, cum æqua ſit conditio ipſius, & aliorum, de quibus eſt dubium, ad quem ipſorum pertineat, Diſput.103.cum Victoria eſt dictum, vnumquemque horum teneri inquirere, ad quem ea res pertineat, vt, comperto ad illum attinere, illi relinquatur, & teneri audire rationes aliorum. Quòd ſi iudicem communem habeant, cui ſint ſubiecti, aut ad quem cognoſcere ea de re attineat, ſaltẽ ratione loci, in quo ea res eſt ſita, vtique coram illo ea de re eſt conten- 5

E dendum, ſtandumque eſt ſupremę ſententiæ. Quòd ſi principes, qui ſuperiorem non recognoſcunt, illi ſint, inter quos eſt ea controuerſia ac dubium, ibidem explicatum fuit, quomodo negotium eſſet peragendum. Dictum præterea fuit, ſi, re diligenter ac vltimò, vel inter principes, vel coram ſupremo iudice, examinata, ita vt nihil amplius occurrat, quod fiat ad examen, atque ad inquirendam ac deprehendendam veritatem, res maneat dubia, tunc diuidendam eſſe inter eos omnes, de quibus dubitatur, ad quem pertineat, pro dubij remanentis quantitate, aut aliter circa illam erit ipſis tranſactio pro dubij quantitate facienda, ſeu potius amicabilis compoſitio: eo quòd æqua ſit conditio

ditio eorum omnium pro eiuſdem dubij quantitate; Atque neque de hoc euentu loquitur tertia pars noſtræ concluſionis, ſto, quod in ea dicitur, faciendum ſimiliter ſit in hoc euentu.

6 Tertiò poteſt quis incipere poſſidere dubitando, an res ad alium pertineat, cæterum ſuccedendo in ea illi, qui bona fide illam poſſidebat, vt ſi illam ab eo emit, aut dono accepit, qui bona fide illam poſſidebat, vel ſi titulo hæreditario ei in illa ſucceſſit, qui ſimiliter bona fide eã poſſidebat. Et nec in hoc euẽtu loquitur pars tertia noſtrę concluſionis. Quoniã, licèt hic, qui ita dubius rem poſſidere incipit, teneatur facere competentem moralem diligentiam, vt ſciat, an ad alterum pertineat, interim tamen dum illam facere nõ prætermittit, neque ſibi omnino conſtat, ad alterum eam pertinere, tuta conſcientia poteſt illam integram ſibi retinere: quia ſucceſſit in iure illius, qui bona fide illam poſſidebat: & quemadmodum ille, ſi in ipſo oriri inciperet hoc idem dubium, quod habet nouus in ea ſucceſſor, ad nullam reſtitutionem teneretur, eo quòd in dubio melior eſſet conditio ipſius, qui bona fide cæpit illam poſſidere: ita neque ipſe, qui cum ſuo dubio ſucceſſit in iure pleno anterioris rei illius poſſeſſoris, tenetur ad vllam reſtitutionem: neque hic dicendus eſt incepiſſe eam rem poſſidere mala fide, ſed bona: eo quòd tale dubium, ſicut, ſi adueniret poſtea poſt inceptam poſſeſſionem, non efficeret illum malæ fidei poſſeſſorem, ita neque modò eum malę fidei poſſeſſorem, efficit, idque propter bonam fidem poſſeſſoris anteceſſoris, cui hic ſucceſſit, & cuius poſſeſſionem continuauit.

Quartò denique poteſt quis incipere poſſidere cũ dubio, an res ſit alterius, quia dubitat, an bona fide illam poſſideret, qui eam ſibi tradidit, vt ſi erat perſona ſuſpecta, attenta qualitate rei & perſonæ, atque in hoc euentu loquitur tertia pars noſtræ concluſionis. Pro quantitate enim dubij, quod tunc habuit, aut debuit habere, & quantitate dubij, quod poſtea, facta morali diligentia, manet, quòd ille non fuerit poſſeſſor bonæ fidei, reſque aliena ſit, tenetur reſtituere partem maiorem, vel minorem, eo modo, quo in ea tertia parte concluſionis dictum eſt. Probatur autem ea pars ita explicata. Quoniam, licèt in hoc euẽtu reſtituere proculdubio teneatur; eo quòd mala fide cęperit poſſidere, perſeueretque adhuc dubium, an res ſit aliena; quia tamen ſimul, eſt dubium, an verè fuerit eius, qui illam ſibi tradidit, ac proinde an tota ad ipſum pertineat, qui in iure toto eam ſibi tradentis ſucceſſit; vtique non tenetur plus reſtituere, quàm pro quantitate dubij, quod in ipſo remanet, an ad ſe eo iure tota pertineat, vel pertineat ad alterum; cum pares ea in parte ſint ipſe & ille alter.

Reliqua, quæ in ea concluſione adduntur, probatione alia non indigent. Ex eo autem ſatis ſunt perſpicua, quoniam ea ratione ſeruatur, quàm maximè fieri poteſt, æqualitas, attenta exiſtimatione & conſcientia rem illam tunc ita poſſidentis, in eoque conuenire deberent omnes, de quorum intereſſe agitur, attento dubio, & ſtatu rei, niſi irrationabiles eſſe viderique vellent.

7 Quarta concluſ. Quarta concluſio. Qui ignorantia craſſa emit, aut alio titulo poſſidere cępit rem, de qua meritò dubitare debebat, an eſſet aliena, ad eadem tenetur, ad quæ præcedente concluſione diximus teneri eũ, qui, dubitans, an res eſſet aliena, eam poſſidere cæpit. Probatur hæc concluſio, quoniam ignorantia illa craſſa eum non excuſat à culpa, incepitque proinde mala fide poſſidere, perindeque reputatur, atque ſi cum dubio, an ea aliena eſſet, (à quo dubio tunc habendo ea culpabilis ignorãtia ipſum non excuſat) eam rem poſſidere incepiſſet.

A Iuxta has quatuor concluſiones expendendum eſt in confeſſionibus, quouſque reſtituere teneantur, qui emunt, aut alia ratione accipiunt, à mancipijs, à filijsfamilias, & ab alijs ſuſpectis perſonis, quando non ſunt veriſimiles coniecturæ, quòd id, quod vendunt, aut aliter traditur, ſit ipſorum, aut quòd id fiat de voluntate eorum, quorum ſunt tales res. Porrò iudicandum eſt, vtrum ignorantia eo modo id accipientis craſſa ſit, ita ut ipſum à theologica culpa non excuſet, attenta qualitate perſonæ quoad ſimplicitatem & quoad perſpicacitatem ingenij. Multum etiam iuuat, an, qui emit, aut aliter accipit, ſit timorata perſona, quæ, ſi ſuſpicaretur in ea emptione, aut acceptione, culpam interuenire, nulla ratione id emeret, aut acciperet. In eiuſmodi B quippe perſona nulla ratione præſumenda eſt ignorantia craſſa, ſed potius in ea eſt præſumenda probabilis ignorantia, quæ excuſat omnino ab iniuſta acceptione, vel propter inaduertentiam, quæ ſæpe non eſt in hominum poteſtate, vel quia non penetrabat has iuris ſubtilitates, quodque ea via iniuriam proximo inferret. Quando autem perſona non eſt timorata, ſi nimia ruditas eam, arbitrio prudentis, non excuſat à culpa, præſumenda eſſet ignorantia craſſa, eo facilius, aut difficilius, quo circunſtantiæ concurrentes plus, aut minus, indicarent, rem non eſſe eam tradentis, ſpectataque ruditate ac ſimplicitate, vel ingenij perſpicacitate, eam accipientis.

C

DISPVT. 724.

Obligationis reſtituendi, quando formalis iniuſtitia anteceſſit, tres partes diſtinguuntur. Et quouſque ſit reſtituendum in prima. Nempe, quando neque obligatio reſtituendi oritur ex eo, quòd res aliena iniuſtè ſit læſa, aut deſtructa, neque ex re, cuius dominium ad alium attinet.

D

SVMMARIVM.

1 *Reſtituendi obligatio ex tribus generibus iniuſtitiæ antecedentis.*

2 *Reſtituere qui tenetur ob moram tradendi debitum, quòd ad creditorem nondum quoad dominium ſpectat, reſtituere tenetur integrum debitũ, & lucrum ceſſans ob eam moram.*

3 *Emptor tamen & venditor ob moram iniuſtam tradendi mercem, aut pretium, non tenetur ad lucrum ceſſans, aut damnum emergens, extrinſeca, ſed ſolùm ad intrinſeca: tenentur tamen ad fructus ex re empta, aut vendita, perceptis, & qui percipi potuerunt tempore moræ.*

E INiuſtitiam circa res externas poſſe euenire varijs modis, Diſput. 680. eſt à nobis explicatum. 1
Atque ſecunda reſtitutionis acceptio ac obligatio Diſput. 714. & in calce Diſputationis 717. explanata, quando ob iniuſtitiam circa res externas antecedentem fieri debet, iniuſtitiæ illi, eos omnes modos comprehendenti, reſpondet. Quod verò ad rem præſentem attinet obligationem reſtituendi, quando iniuſtitia circa res externas anteceſſit, in tres partes poſſumus diſtribuere. Prima eſt, quando iniuſtitia anteceſſit, iniuſtè retinendo, quod ita alteri debetur, vt neque retentum ſit, quod ad alterum quoad dominium ſpectat, neque quod de-

betur ratione damni dati. Exempla ſunt, quando quis reſtituit pecuniam, aut rem aliam, quam mutuo accepit, poſtquam iniuſta mora interuenit id ſoluendi, aut reſtituit pretium rei emptę, poſtquam in mora iniuſta fuit illud ſoluendi, & ita de alijs ſimilibus euentibus. Secunda eſt, quando iniuſtè fuit vſurpatum, aut retentum, quod ad alterum attinebat quoad dominium, rationeque eius vſurpationis iniuſtæ, aut iniuſtæ retentionis, fit reſtitutio. Tertia eſt, quando reſtitutio fit pro damno iniuſtè proximo dato, quoad res illius externas. Circa ſingulas has tres partes obligationis reſtituendi aliquid hac, & ſequentibus diſputationibus, eſt addendum, ad pleniorem rei huius de reſtitutione notitiam.

Quod ad primam partem attinet, de qua ſola eſt nobis ſermo in hac diſputatione, hanc poſſumus ſtatuere regulam. Qui iniuſtè detinet, quod alteri ita debet, vt dominium illius nondum pertineat ad creditorem, tenetur ei reſtituere totum debitum, & inſuper totum lucrum ex eo creditori ceſſans, aut dānum ei emergens, quòd iniuſtè ſit detentum. In hac regula omnes conueniunt. Et quidem quoad debitum, nulli poteſt eſſe dubium: quoniam loquimur de debito, quod nō ſolùm ex iniuſtitia debetur, ſed etiam coniunctam iam habet iniuſtitiam ob moram illud ſoluendi, iniuſtamve illius detentionem. Quo ad lucrum verò totum inde ceſſans, aut damnum inde emergens, facilè etiam liquet: quoniam per eam iniuſtam talis debiti detentionem cauſa eſt iniuſta creditori totius eius lucri ceſſantis, aut damni emergentis: qui autem cauſam iniuſtam damni iacturęve dat, reſtituere id damnum ac iacturam tenetur, vt ex ſe eſt perſpicuum, & habetur. capit. vlt. de iniur. & damn. dat.

3 Ab hac tamen regula excipitur, quando emptor eſt in mora iniuſta tradendi pretium venditori, aut venditor eſt in mora iniuſta tradendi mercem emptori. Vtrumque autem ad reſtitutionem, de qua in hac diſputatione nobis eſt ſermo, ſpectat: eo quòd neque venditor dominium pretij ſibi debiti comparet antequam ei tradatur, neque emptor comparet dominium mercis emptæ, ſibique iam debitæ tradi, antequam ei tradatur. Quamuis autem, ſtando in ſolo iure naturali, locum in vtroque hoc euentu habere debeat regula generalis propoſita, vt ex ſe eſt ſatis notum, nulluſque doctorum refragatur; iure tamen humano ciuili eſt diſpoſitum, vt venditor ſolùm teneatur emptori ad fructus, quos tempore moræ erat ex re empta percepturus, & ad intereſſe intrinſecum, tam mercis, quàm eorum fructuum; vt ſi res empta plus valebat tempore, quo erat tradenda, & poſtea tempore, quo fuit tradita, minus valuit, aut deterior in ſe eſt reddita, vel fructus tempore, quo fuiſſent percipiendi ex re vendita congruo tempore tradita, plus valebant, tenetur venditor emptori ad totum hoc intereſſe, vltra mercem ex eo emptam; & quoad hæc omnia locum etiam habet in merce, ex contractu emptionis debita, regula generalis propoſita: non tamen tenetur venditor emptori ad intereſſe extrinſecum lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ex mora iniuſta tradendi illi mercem: vt, ſi emptor negotiaturus erat re empta, & fructibus ex illa percipiendis, aliquidque erat lucraturus, quod ea mora iniuſta fuit impeditum, non tenetur vēditor reſtituere illi id lucrum ceſſans: aut ſi, quia res vendita non fuit emptori congruo tempore tradita, vel quia fructus ex ea non percepit, quos percepturus fuiſſet, ſi congruo tempore fuiſſet illi tradita, mancipium, aut iumentum, illius perijt, non tenetur venditor illi reſtituere hoc damnum ex tali mora iniuſta ei emergens. Similiter ex diſpoſitione eiuſdem humani iur.s ciuilis, ſi

A emptor accepta merce fuit in mora iniuſta ſoluendi pretium, ſolùm tenetur venditori ad fructus, quos ex re empta percepit, aut percipere potuit, & ſua negligentia non percepit, toto eo tempore, quo in mora fuit ſoluendi pretium. Quod ſi partem pretij ſoluit, in moraque iniuſte fuit ſoluendi partem aliam, ſolùm tenetur reſtituere venditori partem proportionalem eorundem fructuum, quæ reſpondet ei parti proportionali pretij non ſoluti. Non verò tenetur illi reſtituere intereſse lucri ceſsantis, aut damni emergentis ex eo pretio non ſoluto congruo tempore, vt hæc omnia copioſè oſtenſa ac explanata à nobis ſunt Diſput. 368. quo in loco etiam explicauimus, qui fructus rei venditæ ad emptorem pertineant, & qui ad venditorem: qua de cauſa non B plus hoc loco immoror in his omnibus explicandis ac comprobandis. Porrò exceptio hæc de iure humano ciuili facta in contractu emptionis, & venditionis à regula illa generali vniuerſim vera, ſtando intra ſolos limites iuris naturalis, non plus eſt extendenda, quàm iure humano comperiatur extenſa, vt ſæpe toto hoc ſecundo tractatu admonuimus. Peculiariter quippe ius humanum id conſtituit in eo contractu propter maiorem frequentiam ac neceſſitatem illius, quàm cæterorum contractuum, ad tollendas lites, quæ facile circa lucrum ceſsans ac damnum emergens, num verè interueniret, an non, & in quanto ualore ac quantitate id interueniret, ex eo frequentiſſimo, ac neceſsarijſſimo contractu paſſim orirentur.

C

DISPVT. 725.

Quouſque ſit reſtituendum, quando reſtituendi obligatio conſurgit ex re iniuſtè vſurpata, aut iniuſtè retenta, quæ ad alterum quoad dominium ſpectat. Et num deducendæ ſint expenſæ cum ea factæ. Ac num aliquando pereat domino illius, & non iniuſtè detentori.

SVMMARIVM. D

1 *Reſtituendi obligatio quando reſultet ex iniuſta retentione rei, quæ ad alterum quoad dominium iam ſpectat, varijs exemplis explicatur.*

2 *Reſtituere quæ teneatur iniuſtus occupator, aut detentor rei, quæ quoad dominium ad alterum attinebat.*

3 *Ex fructibus reſtituendis eius rei, quales expenſas deducere debeat is malæ fidei rei illius poſſeſſor.*

4 *Reſtituere tenetur fructus ex ea re perceptos, etiam ſi dominus non fuiſſet illos percepturus, & iam non exiſtant.*

5 *Idem iniuſtus rei alienæ detentor, ſi res conſumatur, aut pereat, non tenetur reſtituere maiorem valorem, quem poſtea fuiſset habitura; tenetur tamen illi reſtituere quodcunque lucrum ei ceſſaret, aut damnum emergeret, ea de cauſa in futurum.* E

6 *Idem iniuſtus detentor reſtituere tenetur rem in ualore, quem habebat, quando perijt, aut conſumpta fuit, eſto dominus venditurus eam antea fuiſset in minori valore.*

7 *Idem iniuſtus rei alienæ detentor, ſi res erat vſu conſumptibilis, quæ ſufficiēter reſtituitur alia eiuſdem ſpeciei & bonitatis, eamque uendidit quando plus ualebat, experientiaque compertum eſt, dominum illam fuiſſe ſeruaturum in tēpus, quo minus valet, ſuffi-*

ſufficienter reſtituitur tempore, quo minus valet, alia eiuſdem bonitatis, lucrumque illud incrementi illius valoris pertinet ad iniuſtum detentorem, tanquam fructus ſuæ induſtriæ.

8 *Quando res non erat vſu cõſumptibilis, ut equus, quid in præcedente euentu ſit reſtituendum.*

9 *Si res iniuſtè detenta accreuit in valore poſtquam cæpit iniuſtè detineri, & poſtea decreuit, ſi dominus illam vendidiſſet in illo maiori valore, aut illa excuſaſſet æqualem ſumptum, ſi tempore, quo plus valuit, fuiſſet ſibi reſtituta, in eo maiori ualore eſt ei reſtituenda, eſto, ſi detenta iniuſtè non fuiſſet, illam vendidiſſet antea minori pretio. Quòd ſi ſeruaturus eam fuiſſet in tempus, quo decreuit in valore, ſatis eſt eam tunc illi reſtituere. Si res ſit dubia, quid facturus fuiſſet, tunc pro quantitate dubij eſt aliquid de illo incremento illi reſtituendum.*

10 *Res iniuſtè detenta, ſi perijt, aut deterior eſt reddita, dum ita iniuſtè retinetur, neque conſtat, idem omnino rei illi ſimiliter euenturum in poteſtate domini, reſtituenda illi eſt integre. Quando autem eſſet reddita deterior, in optione domini eſſet, vel petere integrum rei valorem, & nolle illam, vel petere illam, & æſtimationem deterioramenti. Quando detentor purgaſſet moram, offerendo illam antequam periret aut deterior eſſet reddita, & per dominũ ſtaret illam accipere, ad nihil illi teneretur iniuſtus antea detentor.*

11 *Res eadem ſi ſimiliter erat peritura in poteſtate domini, ad nihil illi in conſcientiæ foro ratione illius tenetur iniuſtus detentor. Et quid in foro exteriori. Tenebitur tamen ad fructus, & qui illi, & ad lucrum ceſſans, ac damnum emergens.*

12 *Poſſeſſori rei mala fide, quæ expenſæ in ea factæ ſunt ſoluendæ, quæ non item, & quas extrahere, & quouſque poſſit.*

13 *Expenſas quouſque detrahere poſſit poſſeſſor malæ fidei in conſcientiæ foro ante latam ſententiam de ualore rei reſtituendæ.*

1 SEcindę huius partis obligationis reſtituendi è tribus, quas diſputatione pręcedente diſtinximus, exempla ſunt. Obligatio reſtituẽdi ob rem furto, aut rapina ablatam, vel per vſuram immediate acquiſitam, quarum dominium ad antiquum dominum pertinet. Obligatio reſtituẽdi rem depoſitam, commodatam, aut in pignus traditam à puncto quo iniuſta mora interuenit reddendi eiuſmodi res proprijs earum dominis. Obligatio reſtituendi id, quod emptionis titulo, aut quocunque alio, cæpit mala fide poſſideri cum ſcientia, quòd ad alium attineret. Vel, licèt poſſideri cæperit bona fide, depulſa fuit bona illa fides, ac ſciri cæpit, eſſe alienum: obligatio quippe reſtituendi, quæ oriri incipit à puncto, quo agnoſcitur rem eſſe alienam, & iniuſtè iam retinetur, ad hanc etiam ſecundam obligationis partem ſpectat. Quando autem cum dubio, an res eſſet aliena, cæpiſſet poſſideri, aut, orto poſt inceptam bona fide poſſeſſionem tali dubio, culpabiliter eſſet omiſſum inquirere an aliena eſſet, quanta obligatio tunc ſit reſtituendi, ſat ſunt, quæ Diſputat. 723. ſunt dicta. Ad hanc etiam partem obligationis reſtituendi, attinet obligatio, qua hæres iniuſtè retinet rem in ſingulari alicui legatam: eo quòd dominium illius ad legatarium ſpectet, attinentque ſimiles aliæ retentiones iniuſtæ rerum, quæ ad alios quoad dominium ſpectant.

2 Prima conclusio. Hac autem de re prima concluſio eſt. Quicunque iniuſtus vſurpator, aut detentor rei ad alterum quoad dominium attinentis, tenetur à puncto iniuſtæ vſurpationis, aut iniuſtæ detentionis, reſtituere domino rei ea omnia, quæ Diſput. 723. concluſione prima, explanata ſunt, idque propter ea, quæ ibi dicta ſunt. Neque hæc concluſio alia explanatione aut probatione eget, conſentiunt. c. graui de reſt. ſpol. & alia iura. Quoad fructus autem ex ea re perceptos, & qui percepti non ſunt, dominus tamen illius percepturus fuiſſet ex illa, niſi iniuſtè fuiſſet priuatus toto eo tempore poſſeſſione illius, quos omnes concluſione citata oſtendimus reſtituendos eſſe, duo ſunt obſeruanda.

3 Primum eſt circa fructus ex ea re perceptos. Nempe nomine eorum intelligi, qui remanent deductis expenſis in eis percipiendis rationabiliter factis, ſiue enim à poſſeſſore bonę fidei, ſiue à poſſeſſore rei mala fide ſint percepti, ſemper nomine fructuum intelliguntur illi ſoli, qui remanent deductis iuſtis expenſis: eo quòd ſemper deducendæ ſint ex illis iuſtæ expenſæ, vt Diſp. 455. §. vlt. oſtendimus, & conſtat ex. l. ſi à domino. §. fructus. ff. de pet. hæred. ex. l. fundus qui, in prin. ff. de famil. hercis. quo in iure habetur, nullum euentũ euenire poſſe, in quo expenſæ non ſint è fructibus deducendæ, ex. l. 42. tit. 28. par. 3. ex. l. fructus. ff. ſolut. matr. ex. l. 1. C. de fructibus & litium expenſ. & ex. l. in fructibus. ff. de vſufruct. conſentiuntque Bart. l. in fundo. ff. de rei vend. Panor. c. grauis citato, & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Nauar. in Manu. c. 17. nu. 25. Couar. 1. var. reſ. c. 3. nu. 3. & Aluar. Val. de iur. emphy. q. 25. Obſerua tamen, in poſſeſſore malæ fidei ſolas iuſtas expenſas, in eis colligendis factas, eſſe deducendas, maiores autem deducendas non eſſe. Quin, ſi dominus rei minoribus ſuis ſumptibus fuiſſet illos percepturus, ſuaque induſtria ac labore, & ſuorum, quæ aliunde non compenſauit, non plures ſumptus erunt deducendi, quam rei dominus fuiſſet facturus in illis colligendis: quandoquidem incrementum ſupra illos, ad lucrum ceſſans, aut damnum emergens, domino talis rei ſpectaret, ſi ex eis fructibus deduceretur.

4 Secundum verò eſt circa fructus ex ea etiam re perceptos, quos tamen percepturus non fuiſſet dominus rei illius. Circa quos nobis non probatur opinio Couar. reg. peccat. par. 2. §. 6. nu. vlt. qui, cum nobiſcum conueniat, hos etiam fructus reſtituendos eſſe domino rei, ſi exiſtant; eo quòd, ſi rei fructus ſint, & non ſolius induſtriæ, dominium illorum ad rei dominum pertineat, & non ad poſſeſſorem ſiue bona ſiue mala fide rei illius, eſto induſtria talis poſſeſſoris cooperata ſit, vt illos produceret, iuxta ea quæ Diſput. 719. dicta ſunt; affirmat tamen, quando iam non exiſtunt, neque ex illis malæ fidei poſſeſſor factus locupletior, non teneri ad illorũ reſtitutionem: ſi verò factus ex illis ſit locupletior in aliquo, teneri ſolùm reſtituere, quantum ex illis eſt factus locupletior; eo quòd in eo adhuc exiſtant. Ducitur verò, quoniam talis malæ fidei poſſeſſor nec tenetur reſtituere fructus, quos ita ex tali re aliena percepit, & iam omnino non exiſtunt, ex parte rei acceptæ, hoc eſt, ipſorummet fructuum, qui iam non exiſtunt; neque item ratione damni illati; quandoquidem dominus habiturus non fuiſſet eos fructus, eſto rem illam ſuam, vnde percepti ſunt, ſemper poſſediſſet, neque ab alio fuiſſet vſurpata, aut iniuſtè detenta. Dicendum verò procul dubio eſt, non minus teneri eos reſtituere, quam ſi pars eſſent fructuum, quos percepturus fuiſſet dominus rei, & ſimiliter non exiſterent. Ratio autem eſt, quoniam eo ipſo, quòd ſemel in rerum natura extiterunt tanquam fructus veri rei illius, dominium illorum pertinuit ad dominum rei, & qui illos ab eo puncto detinuit, neque eos ipſi reſtituit, iniuriam illi intulit, damnumque proinde iniuſtum illi dedit, qui eos conſumpſit: vnde ex parte iniuſtæ detentionis ac acceptionis te-

netur illi ad illorum reſtitutionem. Quod itaque feſelliſſe videtur Couarruuiam eſt, non attendiſſe, eo ipſo, quòd tales fructus in rerum natura extiterunt, dominum rei, cuius fuerunt fructus, comparaſſe dominium illorum, furemque, aut alium malæ fidei poſſeſſorem eorum, & ſubinde non attẽdiſſe, quòd quamuis talis malæ fidei poſſeſſor damnum non intulerit domino rei, cuius fuerunt illi fructus, ſi præcisè attendamus ad ſtatum, in quo dominus ille futurus fuiſſet, ſi res ex illo non fuiſſet iniuſtè ablata, aut contra ipſius voluntatem non fuiſſet iniuſto detenta, damnum tamen illi intuliſſe attento ſtatu, in quo re ipſa dominus fuit eorum fructuum, eſto futurus non fuiſſet, ſi penes ipſum ſemper permanſiſſet.

Dubium autem eſt, vtrum fur, aut quicũque alius malæ fidei poſſeſſor, vel malæ fidei detentor rei alienę, ſi illa conſumatur, pereat, aut deterior reddatur, teneatur illam reſtituere in maiori pretio, quo valuit intra tempus totum, in quo iniuſtè illam detinuit, neque illam reſtituit.

5 Secunda concluſ. De qua re eſt ſecunda concluſio in ordine. Eo ipſo, quod res illa conſumpta eſt, aut aliter perijt, non tenetur talis malæ fidei poſſeſſor reſtituere maiorem valorem, quem ea res in futurum habitura fuiſſet, eſto culpa talis detentoris pereat aut conſumatur. Si tamen inde domino rei aliquod lucrum ceſſet, quatenus, ſi in ipſius fuiſſet poteſtate, ſeruaturus illam fuiſſet in id tempus, diſtracturuſque tunc fuiſſet illam maiori pretio, id lucrum ceſſans, aut quodcunque aliud, quod ea de cauſa ceſſauerit, vel ſi quod damnum inde ei emerſerit, eſt illi reſtituendum. Prior pars huius concluſionis Diſput. 723. in poſteriori parte concluſionis primæ aſſerta ac cõprobata fuit. Res enim non valet domino ſuo, niſi quamdiu exiſtit: vnde, ſi ex eo, quòd pereat, non ceſſet aliquod lucrum domino illius, quod ex illa, exiſtente in ipſius poteſtate foret percepturus, iniuſtus illius detentor non tenetur eam illi ſoluerę in maiori pretio, quod poſtea foret habitura, eſto culpa illius pereat. Poſterior verò in eadem Diſput. 723. atque in eadem poſteriori parte primæ concluſionis, aſſerta comprobataque fuit. Semper enim iniuſtus rei alienæ detentor tenetur domino illius ad omne lucrum ceſſans, ad omneque damnum emergens, ex tali iniuſta detentione proueniens, tanquam eo ipſo iniuſta illius cauſa. Atque inde proficiſcitur, quòd ſi iniuſtus vſurpator, aut detentor, aliquarum menſurarum tritici, illas conſumat, aut vendat, tempore, quo minus valebant, ſi dominus ſeruaturus illas erat, vendendas tempore, quo plus eſſent valituræ, teneatur illi reſtituere id totum lucrum, quod re ipſa ea de cauſa illi ceſſauit. Atque idem eſt de quocunque alio ſimili euentu.

6 Tertia concluſio. Tertia concluſio. Eſto dominus rei conſumpturus, aut diſtracturus, illam fuiſſet tempore, quo minus valebat, vtique, ſi in manu furis, aut alterius iniuſti illius detentoris, accreſcat in valore, reſtituere eam tenetur in maiori valore, in quo fuerit reperta, aut quod habuit tempore, quo ab illo fuit conſumpta. Probatur quoniam quamdiu res illa exiſtit, dominium illius ad eum pertinet, cuius erat quando vſurpari aut detineri iniuſtè cæpit: ergo quicquid in valore illa accreſcit, domino illius accreſcit. Quo fit, vt ſi aliquis furetur ab aliquo menſuras aliquot tritici tempore, quo parum valebant, & poſtea accreſcat valor earum in manu furis pluſquam in duplo, teneatur eas integras domino illius reſtituere, nihil impediente, quòd dominus venditurus illas fuiſſet longè minori pretio, & quòd ex furto lucrum illarum domino per accidens accreſcat. Si tamen fur conſumeret illas tempore, quo parum valebant, ſatisfaceret, ſi eas domino re-

A ſtitueret pretio, quod valebant, quando illas erat venditurus aut conſumpturus, vt ex præcedente concluſione liquet. Quoniam, dum extiterunt, non habuerunt maiorem valorem, & ex conſumptione illarum nullum lucrum ceſsauit, nullumque damnum emerſit ipſarum domino. Secus autem res haberet, ſi fur illas vendidiſset, & perſeuerarent apud aliquem earum poſseſsorem tempore, quo plus valerent: quoniam, cum dominium illarum ſemper perſeueret apud antiquum dominum maior ille valor ad ipſum pertinet, eiq; eſt reſtituendus, vel ſuum triticum adhuc exiſtens.

Quarta concluſio. Si fur, aut alius iniuſtus detentor, accepit rem tempore, quo multum valebat, eamque conſumpſit, aut vendidit, dominuſque diB ſtracturus illam non erat, ſed reſeruaturus in tempus, in quo longè minus erat valitura, ſi res erat de numero earum, quæ vſu conſumuntur, quæve functionem in genere ſuo recipiunt, hoc eſt, quæ ſufficienter ſoluuntur reddita alia eiuſdem ſpeciei, & bonitatis, vt ſunt triticum, oleum, mel, & ſimilia, ſufficienter illam reſtituit tempore, quo minus valet, reddendo aliam eiuſdem ſpeciei, & bonitatis, nihil impediente, quòd fur inde per accidens commodum ac lucrum reportet: tale quippe lucrum fructus eſt ſuæ induſtriæ, non verò rei, iuxta ea quæ Diſputat. 327. 524. 719. 720. & ſequentibus, dicta ſunt, quod proinde ad ipſum ſpectat. Verbi gratia, ſi furatus eſt quis aliquot tritici menſuras tempore, quo multum valebant, experienC tiaque poſtea compertum fuit, dominum non fuiſſe illas venditurum, neque conſumpturum, detentumque ſit ad tempus, in quo longè minus triticum ualet, ſufficienter ſatisfaciet, ſi reddat totidem menſuras tritici, eiuſdem bonitatis, quot accepit. Probatur, quoniam reddit æquale in ijs, quę functionem in ſuo generę accipiunt, nullumque inde lucrum ceſſauit domino rei, nullumq; inde damnum eſt paſſus. 7 Quarta concluſ.

Dixi, ſi res erat de numero earum, quæ vſu conſumuntur, quæve functionem in genere ſuo accipiunt: quoniam, ſi non ſit talis, ſed ſit equus verbi gratia, poterit dominus non velle eſſe contentus ſolutione alterius ſimilis in bonitate, ſed velle potius pretium, eſto non eſſet equum venditurus. Præte8 D rea, ſi aliquis fuit vſus eius equi, poterit velle iuſtum pretium illius vſus, tanquam ex fructu ex ſua re percepto, eique omnino debetur. At certè, quando equus iam non eſſet in rerum natura, conſtaretque dominum venditurum non fuiſſe illum tempore, quo plus valebat, neque damnum aliud ei emerſiſſe, improbabile non videtur, ſufficienter fieri ei reſtitutionem, ſi, decreſcente poſtea pretio equorum, eo quòd neceſſarij iam non eſſent ad bellum, quod antea imminebat, aut parabatur, vel alia ratione, illi reſtitueretur equus alius æqualis in bonitate: quandoquidem æquale ei redditur, neque ex furto lucrum ei ceſſauit, aut damnum emerſit. Et licet, quando res, quæ in genere ſuo functionem non ſuE ſcipit, perſeuerat eadem numero, poſſit dominus rationabiliter non eſſe alia contentus, quàm ſua; quando tamen illa reſtitui non poteſt, quia iam non exiſtit, certè non minus compenſatur alia æquali in bonitate, quàm ualore illius. Imò verò facilius tunc attingitur æqualitas reddendo aliam eiuſdem ſpeciei & bonitatis, quàm arbitrando pretium, quod, intra limites iuſti, magnam habet latitudinem. In dubio tamen, an dominus equum fuiſset venditurus, reſtituendus eſset valor, quem res habebat tempore, quo plus minus credebatur fuiſse uerisimiliter ab eo vendendus. Obſerua tamen, vſum equi perceptum reſtituendum etiam eſse, quantum ob illum equus non eſt redditus deterior.

Quin-

9 Quinta concluſio.

Quinta concluſio. Si res accreuit in valore in poteſtate furis, aut alterius, ad quem deriuata tandem ſit ex iniuſto illius detentore, & poſtea in valore decreuit, veriſimileque erat, ſi reſtituta fuiſſet tempore, quo plurimum valuit, dominum illam venditurũ, aut illa excuſaturũ fuiſſe emptionem alterius æqualis valoris illi magno, tunc fur, aut quicunque alius iniuſtus illius detẽtor, teneretur illam reſtituere iuxta maximum illum valorem, nihil impediente quòd dominus, ſi ex ipſo non fuiſſet ablata, fuiſſet illam venditurus, aut conſumpturus tempore, quo longè minus valuit. Verbi gratia, ſi quando aliquis furatus eſt triticum, (quod dominus diſtracturus erat ſtatim) valebat quinque, & poſtea accreuit in valore vſque ad decem, iterumque decreuit in valore, ſi veriſimile ſit, dominum, ſi ei reſtitueretur quãdo valebat decem, illud fuiſſe venditurum decem, vel eo tritico excuſaturum emptionem æqualis quantitatis tritici eo pretio, vtique tunc fur teneretur illud reſtituere iuxta maiorem illum valorem. Probatur, quoniam quãdo ad illum maximum valorem peruenit, totus ille valor erat domini tritici illius adhuc in rerum natura exiſtentis, furque iniuſtè diſtulit illud reſtituere: ergo ex parte iniuſtæ illius retentionis tenetur ad reſtitutionem domino illius totius lucri ex eo ei ceſſantis, aut damni emergentis, quòd tunc nõ reſtituerit: id autem fuit totum, quod deeſt, valoris in eo tritico vſque ad illum maximum. Idem dicẽdum eſt de quacunque alia re iniuſte retenta, quæ ſimiliter accreſcat & decreſcat in valore. Quòd ſi moraliter non ſit veriſimile ac certum, dominum rei illius venditurum fuiſſe rem illam maiori illo pretio, aut illa excuſaturum emptionem alterius eodem maiori pretio, ſi res ſua reſtituta ei fuiſſet quando ad eum magnum valorem peruenit, tunc, iuxta dubij quantitatem, reſtituendum illi eſt plus, vel minus, prout prudentis arbitrio plus vel minus æſtimabitur lucrũ ei ceſſans, aut damnum eidem emergens, ex tali iniuſta rei ſuæ detentione, vt id lucrum, aut damnum, eſt ſub eo dubio.

10 Sexta concluſio.

Sexta concluſio. Quando res deterior eſt reddita, aut perijt, dum fuit extra poteſtatem domini, ex quo fuit iniuſtè ablata, aut detenta, nec cõſtat, ſimili modo fuiſſe perituram, aut deteriorem reddendam, in poteſtate domini, quia fortaſſe dominus illam diſtraxiſſet, antequam ad eum ſtatum deueniſſet, vel impediuiſſet ne id eueniret, vel caſus, qui circa illam extra domini poteſtatem conſtitutam euenit, nõ ſimiliter eueniſſet, ſi in poteſtate domini perſeueraſſet, tunc iniuſtus illius occupator, aut detentor, reſtituere illam tenetur domino in integro illius valore, ac ſi non perijſſet, aut non fuiſſet reddita deterior. In hac omnes conuenire videntur, conſentiuntque Ioan. Medi. de reſt. q. 6. & Couarr. reg. peccatum p. 2. §. 6. numero 1. & alij, quos citat. Ratio autem eſt. Quoniam eiuſmodi iniuſtus illius occupator, aut detentor, reſtituere illam tenetur ratione talis iniuſtæ detentionis, in eoque euentu ipſi imputari debet, q̃d res perierit, aut deterior fuerit reddita: quandoquidem fuit in mora iniuſta illam reſtituendi, euenireque veriſimiliter potuit, vt dominus iacturam illam non ſuſtinuiſſet, ſi iniuſtè non fuiſſet ex ipſo ablata aut detenta. Quòd ſi iniuſtus rei illius detentor moram purgaſſet, offerendo rem proprio domino, quã do ille accipere eam potuit antequam periret, aut deterior redderetur, tũc non imputaretur iniuſtè rem illam illuc vſque detinenti, quicquid abſque ſua culpa deinceps circa eam rem eueniret. Porrò; quando iniuſtus detentor rei redditæ deterioris, reſtituere eam teneretur quoad integrum valorem, perinde ac ſi deterior non fuiſſet reddita, ad alterum duorum ſub diſiunctione optione eius, cui reſtitutio eſt faciẽda, tenetur, nempe vel ad reddendam rem, & ad reſtituendum inſuper, quod æſtimabitur detrimentum, quod eſt paſſa, vel ad reſtituendum valorẽ integrum, quem haberet, ſi deterior non eſſet reddita, accipiendo ſibi eam rem. Ita Medic. quæſtio. 6. citata. Ratio autem eſt, quoniam rei illius dominus rationabiliter poteſt eſſe inuitus, vel quòd rem cogatur accipere poſtquam eſt deterior reddita, eſto ei offeratur, quod minus ea de cauſa valet; vel quòd re ſua priuetur eo obtentu, quòd deterior ſit reddita; eaque de cauſa vtrumuis reſpicere poterit quod maluerit, & eligere potius alterum: quandoquidem iniuſtitia iniqui rei illius detentoris eſt ad eum ſtatum deuentum.

Septima concluſio. 11

Septima concluſio. Quando conſtat, rem ſimili modo fuiſſe perituram, aut deteriorem reddendam, apud illius dominum, non tenetur fur, aut alius iniuſtus illius detentor, eam in conſcientiæ foro reſtituere, ſi abſque noua ſua culpa pereat, aut deterior reddatur. Fructus tamen reſtituere tenebitur, ſi quos ex illa percepit, aut percepiſſet dominus rei. Inter eos autem computa valorem vſus rei illius, ſi vſus fuit aliquis re illa, aut ſi dominus rei illius priuatus fuit vſu eiuſdem rei. Tenebitur quippe reſtituere domino rei, quantum æſtimabitur vſus, quo illum re ipſa priuauit: imò quantum æſtimabitur illum habere eã rem domi ad honorem ac ſplendorem familiæ, eſto non aliter vſurus fuiſſet ea re: & inſuper reſtituere ei tenebitur, ſi quid amplius valeret vſus ex ea re perceptus, & denique totum lucrum ceſſans, ac damnum emergens.

Non video poſſe eſſe dubium in poſteriori huius concluſionis parte: quãdoquidem ea omnia, vel ſunt fructus rei, qui ad dominum illius eo ipſo pertinent, vel in eis rei illius dominus iniuſtè damnum eſt paſſus. Quo fit, vt in caſu, quem Med. q. 6. citata proponit de ſeruo, qui à nobili furatus eſt equum, quo dominus vſurus non erat, eo quòd ægrotauerit, & quo nec famulus ipſe eſt vſus, quia ea de cauſa fuit coniectus in vincula, neque ei licuit eo vti, attendendũ ſit, num præterquã quòd moraliter eſſet certum, equũ eodem modo fuiſſe periturum in poteſtate domini, quo in ſerui poteſtate fuit mortuus, vſus fuerit aliquis alius eo equo de licẽtia famuli, vel priuatus fuerit dominus equi emolumento aliquo ſplendoris familiæ, aut vſus, quo per famulos ſuos eo equo fuiſſet vſurus, vel alio ſimili, Hæc enim omnia, vt minimũ reſarcienda in foro conſcientiæ atque in exteriori ſunt, niſi ſufficienter cõpenſentur neceſſarijs expenſis factis cum eo equo.

Quod verò ad priorem partem attinet, communis ſententia eſt, iniuſtum rei alienæ occupatorem aut detentorem cogendum eſſe in exteriori foro, integrum illius valorem reſtituere, nihil impediente, quòd res ſimili modo in poteſtate domini foret peritura, vt Couar. reg. peccatum part. 2. §. 6. num. 1. refert. Ipſe verò, cum Martino, & alijs, quos citat, cõtrarium, etiã in exteriori foro, in eo euentu affirmat. Tum quia natura ipſa rei, debitũque ex iuſtitia, non aliud habent. Tum etiam argumento. l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo. verſ. ſed etſi nõ culpa. ff. quod metus cauſ. & l. ſi plures. ff. depoſit. Quod verò ad conſcientiæ forum attinet, Med. q. 6. citata latè Diſputat hanc quæſtionem, neutrãque partẽ improbabilem reputat, ſatiſque æquitati conſonam arbitratur priorem noſtræ cõcluſionis partẽ: eo quòd iniuſtus rei alienæ detentor ſolum teneatur reſtituere compenſando ad æqualitatem damnum, quod ex ipſius iniuſta occupatione aut detentione fuerit ſubſequutum: at verò, inquit, q̃n res ſimili modo erat peritura, aut deterior reddenda in poteſtate domini, nullum damnum illi eſt ſubſequutum ex tali iniuſta occupatione aut detentione, quippe cum nihil minus habeat, quàm fuiſſet habiturus, ſi ea iniuſta

iuſta occupatio aut detentio non præceſſiſſet. Maximè autem ait hoc videri verum, quando res ſtatim perijt, aut deterior eſt reddita, eo modo, quo in poteſtate domini peritura fuiſſet, aut deterior reddenda; vt ſi per ſuperuentum hoſtium, qui omnia diripuerunt, res eo modo fuit ablata, quo ablata fuiſſet, ſi in poteſtate domini eſſet, aut ſi aliquis de naui, quę naufragiũ patiebatur, aliquid eſt furatus animo ſibi illud detinendi; & ſtatim, ac illud accepit, eadẽ tempeſtate in mari perijt eo modo, quo fuiſſet in naui periturum. Ait eandem partem probabilem etiam eſſe, quando res ex interuallo eodem modo perijt, quo in poteſtate domini fuiſſet peritura. Contrariam etiam partem non improbabilem reputat de iuſtitiæ rigore. Atque idcirco optionẽ alijs relinquit, vt vnuſquiſque eam partem eligat, quam probabiliorem iudicauerit. Couarr. verò nu. 1. citato abſolutè atque omnino amplectitur, non conſurgere obligationem reſtituendi in foro conſcientiæ, eſto res poſt longum tempus eodem modo pereat penes iniuſtum illius detẽtorem, quo peritura erat apud ſuũ dominum. Quoniam de iuſtitiæ rigore nullus tenetur ex parte iniuſtæ acceptionis, niſi ad compenſandum damnum, etiam lucri ceſſantis, quod ex iniuſta acceptione, aut ex iniuſta detentione, fuerit ſequutum; & res domino pereat, quando ſine culpa alterius perijt, neque deductum fuit in pactum, aut diſpoſitum, vt alteri periret: in re autem propoſita conſtat, non teneri ex parte ipſius rei, quæ iam nõ extat, quoad id, quod ex illa perijt, aut deterior eſt reddita. Quòd ſi talis iniuſtus rei occupator, aut detentor, in foro exteriori condemnaretur, ſoluere integrum rei valorem, neque ea ſententia fundaretur in præſumptione, quòd res in poteſtate domini nõ fuiſſet ſimiliter peritura, tunc ea condemnatio eſſet in pęnam iniuſtæ acceptionis, aut retentionis, quæ pęna locum in cõſcientiæ foro non haberet, niſi poſtquam per ſententiam iniuriam paſſo fuiſſet adiudicata. Hæc ſententia mihi probatur, quam idcirco in noſtra concluſione aſſerui. Hoc loco obſerua, doctores, qui contrarium affirmãt prioris partis noſtræ concluſionis, nõ ea ratione ad id duci, quaſi pro iniuria iniuſtæ acceptionis, aut retentionis, ſumpta præcisè à damno dato, id ſit reſtituendum nulla expectata ſententia: ſed duci ea ratione. Quòd eo ipſo, quòd res fuit iniuſtè accepta, datum ſit domino damnum valoris illius, neque vnquã fuerit illi redditum ac ſatisfactum. Nos autem dicimus, quòd, cum dominus rei illius nunquam dominio illius fuerit ſpoliatus, ſed ſemper apud ipſum mãſerit; & res domino pereat, quãdo culpa alterius non perijt, neque aliud fuit in pactum, aut iuſta lege ſancitum; illam perijſſe domino, neque id damnũ fuiſſe illi ſubſequutum ex iniuſta detẽtione, eo quòd ſimiliter domino perijſſet, eſto nũquam anteceſſiſſet ea iniuſta detentio: quare negamus aliud damnum eſſe datũ iniuſta rei alienæ occupatione aut detẽtione, quàm quod compertum fuerit illi adeſſe re ipſa, vel iacturæ rei illius, vel fructuum, vel alterius lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ex ea iniuſta rei illius occupatione aut detentione.

12 Quod attinet ad expenſas cum re mala fide occupata aut retenta, vt conſtat ex l. impenſæ. ff. de verb. ſign. & ſæpe in hoc tractatu cum Bart. l. in fundo. ff. de rei vend. & cum communi doctorum ſententia eſt dictum, quædam ſunt neceſſariæ, quædam vtiles, & quædam voluntariæ, ſeu voluptuariæ. Neceſſariæ ſunt, quę niſi fierent, periret, aut reddita eſſet deterior, res cũ qua, aut circa quam, ſunt factæ, vt ſunt curare mancipia, quando in morbum incidunt, reficere domum, quæ minatur ruinam, & aliæ ſimiles. Vtiles ſunt, quę vtiorem melioréque rem efficiunt, vt ſunt plantare vtile oliuetum, aut vineam vtilem.
A Voluntariæ, ſeu voluptuariæ, ſunt, quæ pulchriorẽ ſeu aptiorem efficiunt rem ad capiendam ex illa voluptatem, vt ſunt viridaria, picturæ, ſtructuræ fontium, ad ſolam recreationem, & his ſimilia. Hęc omnia conſtant ex l. impenſæ citata, conſentitque communis doctorum ſententia.

Hoc ita conſtituto, poſſeſſor malæ fidei extrahat repetitque in exteriori foro impẽſas neceſſarias factas in re aliena, vt Diſput. 445. & 465. oſtenſum eſt. Excipitur, niſi ſit fur, & fecerit expenſas in alendo puero infante mancipio, quem ſurripuit: licet enim expenſæ in illo alendo neceſſarię ſint, illas tamẽ non extrahit, ſed omnino amittit, vt habetur l. ex argento. ff. de condit. furt. & l. 1. C. de infant. expoſit. Quoad expenſas vtiles eſt diſtinguendum, quoniã B ſi cedunt in dominium eius, cuius eſt res, cui adhærent, neque exiſtere poſſunt ſeparatæ ab ea re, vt eſt figura arte facti ex auro aut ex argento alieno, tunc omnino amittitur domino rei, vt conſtat. l. ex argento. ff. de condic. furt. Si verò exiſtere poſſunt ſeparatæ quo ad materiam, vt eſt ędificium, aut ſunt plantæ ſolo affixæ, tunc, ſi res, in qua factæ ſunt, à principio cępit bona fide poſſideri, poſtea verò deſinit eſſe bona fides, factæque ſunt tales expenſæ poſtquã fuit cognitum rem eſſe alienam, tunc permittuntur tolli ab eo, qui illas fecit, & auferri, vt habetur. l. Iulianus. 38. ff. de rei vẽd. niſi dominus rei, in qua ſunt factæ, velit ſoluere illarum æſtimationem, quantum valeret, quod extraheretur, poſtquã eſſet extractũ. Si verò res, in qua factæ ſunt, cępit à principio mala C fide poſſideri, tunc expenſæ omnino amittuntur domino rei. §. ex aduerſo, inſtit. de rerum diuiſ. Quando autem expenſę factæ ſunt in aliquo, quod ita ſit affixum rei alienæ, vt non cedat in dominum eius, cuius eſt ea res, vt eſſent ianuæ, & feneſtræ, factæ & appoſitæ in aliena domo, lapis pretioſus affixus in alieno annulo, & alia eis ſimilia, tunc permittuntur tolli ſine læſione rei alienæ quo ad antiquum illius ſtatum, quem habebat antequam tales ſumptus in ea re aliena eſſent facti: & in hoc euentu intelligenda eſt. l. domum. C. de rei vendicatione. Voluptuariæ autem expenſæ factæ in re mala fide poſſeſſa, omnino amittuntur, vt Diſputationibus citandis dictum eſt, & conſtat ex iuribus citatis. Atque hæc quod ad forum exterius attinet, addenda ſunt di- D ctis Diſp. 455. & 463.

Vt verò optimè obſeruat Ioan. Medi. de reſt. q. 6. & cum eo Couar. reg. peccatum part. 2. §. 6. num. 13
3. hæc, quæ in exteriori foro de amiſſione expenſarum in re aliena mala fide poſſeſſa dicta ſunt, in pęnam ſunt ſtatuta, neque habent locum, niſi poſt latam ſententiam, aut quando obtinẽte domino rem ſuam cum melioramentis in ea ita effectis, exigenteque, qui ea effecit, expenſas, aut valorem melioramentorum, repelleretur à domino eius rei exceptione, quod ea amiſerit, tanquam in re mala fide poſſeſſa, effecta. Quare, in foro conſcientiæ, ſi ageretur de reſtituenda re, ante latam ſententiam, & ante occupationem illius à proprio domino cum melioramentis, ſeu expenſis detrahere poſſet malæ fidei poſ- E ſeſſor, quantum res illa plus valet ob expẽſas, etiam voluptarias, in ea factas. Vnde, qui furatus eſſet mancipium infans, & in eo alendo aliquid expendiſſet, poſſet extrahere ex illo, & ex emolumentis, aut ex vſu illius, ſi aliquid tale pretio æſtimabile ex eo mancipio percepit, aut percepturus fuiſſet dominus illius, niſi furto fuiſſet ablatus, quantum proprius dominus cum eodem mãcipio erat expenſurus. Et ſi quis furatus ſit aurum, & ex illo annulum, aut aliud arte factum, confecit, ſatis eſt ſi reſtituat tantundẽ maſſæ auri æquè boni, retinendo ſibi id arte factum, quod plus ualet propter formam ex materia inductam.

DI-

DISPVT. 726.

Quouſque ſit reſtituendum, quando obligatio conſurgit ex damno iniuſtè rebus aliorum externis dato.

SVMMARIVM.

1 *Damnum in rebus externis qui iniuſtè dat, æſtimationem illius, & lucrum vlterius ceſſans, ac damnũ emergens, reſtituere tenetur.*

2 *Damnum datum in re, quæ ab alio erat deſtruenda iniuſtè, aut diripienda, integre eſt reſtituendum: itẽque quod datum eſt in re, quæ erat peritura, quando de eo euentu erat ignorantia. Quando verò ſciebatur periculum, non plus eſt reſtituendum, quam valeat conſtituta in eo periculo. Si tamen ab aliquo eripiatur, & poſtea deſtruatur, aut conſumatur, integre eſt reſtituenda.*

3 *Damnum, qui iniuſtè dat, vltra æſtimationem damni, & lucri aliunde ceſſantis, aut damni emergẽtis, non tenetur reſtituere fructus, qui ex ea re fuiſſent alioquin percipiendi.*

4 *Damnum in ſatis, & in alijs ſimilibus rebus, æſtimatur, quantum tunc ualent, nec plus eſt reſtituẽdum, Sot uſque refellitur.*

5 *Damnum eueniens ex dilatione ſolutionis in tempore præfixo tenetur debitor creditori ſoluere, etiam ſi abſque ſua culpa ſolutionem diſtulerit. Excipitur dãnum extrinſecum ex eo, quòd pretium rei emptæ ſolutum non ſit in termino præfixo, eſto potuerit. Et quando lethalis culpa interueniat ex culpabili dilatione ſolutionis.*

1 QVando aliquis damnum iniuſtè dat, rem externam alterius deſtruendo, aut deteriorem reddendo, vel aliqua alia ratione, reſtituere illi tenetur valorem totius damni ita iniuſtè dati. Quòd ſi illi vlterius inde ſequatur iactura aliqua lucri ceſſantis, aut damni emergentis, id etiam totum reſtituere illi tenetur, quantum prudentis arbitrio hæc æſtimabuntur. In his nulla eſt difficultas, facileque ex eo liquet, quod, qui damnum ita dat, eſt cauſa iniuſta horum omnium: vnde, cum is, qui cauſa eſt iniuſta damni, ſeu iacturæ proximi, teneatur ea omnia reſtituere, quorum ita eſt cauſa iniuſta; conſequens profectò eſt, vt, qui cauſa eſt iniuſta damni in bonis externis proximi, ad reſtitutionem eorum, quæ dicta ſunt, teneatur.

2 Sunt verò nonnulla circa hoc obſeruanda. Primum eſt. Eſto res, in qua damnum proximo datur, alia via domino ipſius eſſet peritura; qui tamen damnum in illa ei dat, tenetur integrum valorem illius ei reſtituere, ac ſi peritura non eſſet; ſaltem quando tẽpore damni dati non erat notitia de interitu illius futuro. Item, quando vnus præuenit damnum dando, quod alius iniuſtè erat in eadem re daturus, tenetur ad integram damni reſtitutionem, ac ſi alius non eſſet illud daturus. Ratio huius poſterioris aſſerti eſt. Quoniam ſicut ille alius, ſi id damnum iniuſtè dediſſet, teneretur integre illud reſtituere: ita, qui illum præuenit, idemque damnum dedit, tenetur integre illud reſtituere: tanquam integra, ac ſola, iniuſta cauſa totius eiuſce damni. Ratio verò prioris aſſerti eſt. Quoniam, quando non conſtat de interitu rei futuro, res illa in communi hominum æſtimatione valet, quantum valeret, ſi is interitus illi non immineret: ſicut triticum, interim dũ de fertilitate anni ſuperuentura, aut de ingenti illius copia, quæ mari aſportatur, non conſtat, tantum valet, quantum valeret, ſi talis fertilitas, aut copia, quæ mari aſportatur, non eſſet ſuperuentura, vt Diſputa. 354. fuit oſtenſum: quare, qui damnum in re aliqua iniuſtè dat, interim dum non eſt notitia de interitu illius futuro, ſanè iniuſtè deſtruit integrum illius valorem, quem haberet, eſto res non eſſet breui interitura, eo quòd valor cuiuſque rei in hominum commercijs is eſt, quem res in communi hominum æſtimatione tunc habet; ac proinde id totum tenetur reſtituere, tanquam qui in eo toto iniuſtè læſit dominum rei illius iuxta ſtatum, quem ea res tunc habebat. Quo loco obſerua diſcrimen inter furem, qui accepit rem, quæ in ipſius poteſtate eo modo periit, quo in poteſtate domini fuiſſet peritura, & inter eum, qui damnum dat in re, quæ paulo poſt erat
B peritura, id tamen ignorabatur. Quòd fur rem non deſtruit, ſed manet domini, vbicunque & apud quẽcunque ea ſit, eaque de cauſa, quando iniuſta acceptio neque fuit cauſa, neque occaſio interitus eius rei, ſed res, eo modo periuit, quo apud dominũ erat peritura, ſanè domino perit, nullumque damnum re ipſa ſequutum eſt domino ex tali iniuſta acceptione, aut detentione, vt Diſputatione præcedente explicatum fuit. At verò is, qui iniuſtè damnũ dat, deſtruit rem, illamque perire domino facit, ac proinde damnum infert domino in toto eo valore, quem tunc res habet, illum iniuſtè priuando, non ſolum poſſeſſione, ſed etiam dominio eius rei; eaque de cauſa, ratione rei iniuſtè deſtructæ, tenetur illi de iuſtitia ad integrum valorem, quem tempore, quo deſtructa fuit,
C habebat. Dixi in priori aſſerto, ſaltem quando tempore damni dati non erat notitia de interitu illius futuro: quoniam, ſi conſtabat, aut rationabilis timor erat, rem breui domino perituram, ſanè ea notitia multum minuit valorem eius rei apud id ſcientes, ac proinde dandum iniuſtè in illa dans non tenebitur reſtituere maiorem valorem, quàm res, exiſtente ea notitia, ſub eoque ſtatu conſtituta, habebat. Quo fit, vt ſi aliquis deſtruat, quod vi tempeſtatis, aut incendio, vel alio euentu fortuito, breui credebatur periturum, imò & quod ab hoſtibus credebatur breui diripiendum, non plus teneatur reſtituere, quã res ſub ea ſcientia, atque in eo ſtatu conſtituta, valeret: eo quòd non minus damnum re ipſa in valore dederit. Secus autem res haberet, ſi quis animo ſibi eam vſur-
D pandi liberaret ab interitu rem, quæ breui peritura credebatur, eamque conſumeret, quando, poſt ita ab interitu liberatam, multum valebat. Quia enim dominus illius, neque ex eo, quòd res illa in eo diſcrimine fuerit conſtituta, neque ex eo, quòd fuerit ita ab eodem diſcrimine liberata, amiſit dominium illius, ſanè maior ille valor, qui in ea eo ipſo reſultat, quòd eſt periculo illo liberata, ad ipſum ſpectat, eaque de cauſa, qui tunc illam iniuſtè conſumit, aut aliter deſtruit, damnum illi iniuſtè dat in toto eo valore, in quo toto eſt proinde illi reſtituenda, deducto, ſi quid ereptori debetur pro opere, induſtria, aut periculo, cui ſe expoſuit in ea ab interitu liberanda. Illud etiam obſerua, aliud eſſe anteuertere in
E damno iniuſtè dando, eum, à quo creditur rem eandem fore reſtituendam, aut qui de eadem republica eſt, & ob id exigi ab illo poterat, aut, ſi non reſtitueret, ſua culpa, & cum ſuo onere, id omitteret; & aliud anteuertere hoſtes, qui de aliena republica ſunt, & bellum, licet iniuſtum, ferunt, de quibus credendum ſit, nunquam reſtituturos, quæ diripuiſſent, aut damna iniuſta, quæ dediſſent: eaque de cauſa, quod diripiendum, aut deſtruendum erat per hos ſecundos, comprehendimus in priori aſſerto: de eo verò, quod breui erat deſtruendum per illos alios primos, loquuti ſumus in poſteriori aſſerto.

3 Secundum eſt. Is, qui damnum dat, non tenetur reſti-

reſtituere fructus, qui ex re, quam deſtruxit, percipiendi eſſent in futurum, ſed ſatisfaciet reſtituendo rem quoad valorem, quem habebat quando illā deſtruxit. Hoc idem aſſertum à nobis fuit Diſp.723. in poſteriori parte primæ concluſionis. Ratio autem illius hæc eſt: quoniam valor rei tempore, quo deſtruitur, æſtimatur attentis fructibus, qui ex illa percipi poſſunt, & attento vſu illius, commoditateque omni, quę ex illa in futurum poſſunt percipi, ac proinde hæc omnia, vt ſunt in potentia eius rei, proximiora, aut remotiora, ab actu, ſoluuntur, dum iuſtus valor illius rei ſoluitur. Quo fit; vt, qui alienam domum iniuſtè combuſſit, aut qui alienum equum iniuſtè interfecit, quam dominus erat ſolitus locare, non teneatur reſtituere valorem domus, & inſuper valorem penſionum, quæ ex illa erant percipiendæ, aut valorem equi, & ſtipendia quæ ex locatione illius erant percipienda, ſed ſatis eſſe, ſi reſtituat eū domus, aut equi, valorem, quem tempore damni in eis dati habebant: quoniam compenſando ad æqualitatem eum valorem, ſoluuntur eiuſmodi penſiones ac ſtipēdia, prout in potentia erant talis domus aut equi. Quòd ſi dominus domus, aut equi, potius velit rem ſuam, quam iuſtum illius valorem, ſanè, quòd inuitus re ſua priuetur, ſpectat ad iniuriam, quam accepit, eritque ea iniuria punienda condigna pęna pro quantitate culpę id damnum iniuſtè inferentis: quia tamen damnum ea iniuria iniuſtè datum, ad equalitatem pretio iuſto rei, quæ iniuſtè fuit deſtructa, cōpenſatur; conſequens profectò eſt, vt, ante latam ſententiam, qua is delinquens ad pęnam condemnetur pro culpæ quantitate, non conſurgat maior obligatio reſtituendi, quàm id iuſtum rei pretium. Illud tamen eſt obſeruandum, ſi rei domino nō reſtituatur ſtatim valor rei deſtructæ, aut, eſto ei ſtatim reſtituatur, ſi nō inueniat emptionem rei, vnde æquales fructus, & emolumenta, poſſit percipere; tunc, qui damnum ei dedit, tenetur illi vlterius ad id intereſſe lucri ceſſantis, quantum prudentis arbitrio id lucrum ceſſans æſtimabitur, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus.

4 Tertium eſt. Optimè diuum Thom. 2.2.q.62.ar. 4. ad primū affirmaſſe, eum, qui ſemina, ſatave, deſtruit, non teneri reſtituere, quantum dominus ſperabat inde percipere, ſed quantum æſtimabantur in ſtatu, in quo deſtructa fuerunt. Quo enim remotiora erant à fructu inde percipiendo, & quo pluribus ſubiacebant periculis, maioribuſque adhuc ſumptibus ac laboribus indigebant, eo minus valebant, minorique pretio venderentur, ſi dominus velit ea tradere: neq; plus, qui illa deſtruxit, reſtituere tenetur, quàm æſtimarentur ac valerent, quando deſtructa fuerunt. Idem dicendum eſt de pullo equino, qui nunc valet triginta, & ſperatur poſt duos annos valiturus centum: ſi enim quis illum iniuſtè interficiat, quando ſolum valet triginta, non tenetur reſtituere niſi ſolum triginta.

Argumentū primum. Obijcit Sotus 4. de iuſt. q.6. art.5. quòd miſer agricola rationabiliter vellet potius expectare euentum fortunę circa ſua ſata, aut circa ſuum pullum, ac lucri, quod ſe lucraturum ſperabat quàm vendere illa pretio, quod ſecundum ſtatum præſentem valebant: ergo plus illi eſt reſtituendum, quàm ea valeant, quando deſtruuntur: præſertim cum aliquis, propter maximam affectionem, quam circa aliquā rem ſuam habeat, poſſit carius illam vendere, augendo in pretio, quantum æſtimabitur, ſe ipſum priuare re, quam adeo diligit, vt Diſputat.351. eſt dictum.

Secundū. Adde, ſi deſtruantur ſata totius alicuius populi, vnde ſequatur, illos poſtea premi egeſtate, multo plus eſſe illis reſtituendum propter graue id detrimentum, quod inde eis ſequitur, quàm eſſet valor

A eorundem ſatorum quoad ſtatum, in quo deſtructa ſunt.

Propter hæc argumenta ait Sotus, quamuis doctrina diui Thom. vera ſit, quando caſu damnū infertur: ſecus tamen rem habere, quando de induſtria per iniuriam, renuente domino, deſtruuntur. Secum autem videtur Sotus pugnare in hac doctrina. Vel enim, quando cum diuo Thoma conſentit, ſi damnum caſu detur, intelligit interueniente culpa theologica, quæ ad culpam ſufficeret lethalē, ſi quātitas damni eſſet magna, atque tunc ſanè ad totam damni æſtimationem tenebitur, ac ſi de induſtria illud dediſſet. Vel intelligit, non interueniente culpa theologica, quæ ſufficiat in materia graui ad culpam lethalem, ſed vel nulla interueniēte culpa theologi-

B ca, ſed ſolum iuridica, vel interueniente culpa theologica veniali. Atque tunc ex ſententia Soti 4. de iuſt. q.7. art.2. ad nullam, vel ad modicam, reſtitutionem tenetur damni dati, etiam ſpectati quoad valorem rei in ſtatu, in quo fuit deſtructa. Dicendum verò eſt, doctrinam diui Thomæ abſolutè atque vniuerſim eſſe veram. Quòd autem dominus rei deſtructæ, meritò ægre ferat commutationem illam pretij iuſti pro re ſua deſtructa, attinere ſolum ad iniuriā illi illatam, quæ, iuxta ea quæ Diſput.715. explanata comprobataque ſunt, non eſt reſtituenda per iuſtitiam commutatiuam, ſed punienda eſt per iuſtitiam vindicatiuā, eo plus, quo maior fuerit culpa in damnum dante: quo fit, vt, ante latam ſententiam, nulla reſtituendi obligatio conſurgat ex illo capite. Ea-

C demque ratione neque obligatio reſtituēdi ex eo capite cōſurgit, quòd rei deſtructæ dominus eſſet multum affectus ad eam rem ſuam, nolletque illam vendere, aut aliter alienare. Quāuis etiam vendere poſſet rem ſuam, ad quam ita multum eſſet affectus, maiori pretio, ſi eſſet, qui, ſimul cum re, emere ab eo vellet, quantum æſtimaretur, ipſum à ſe alienare rem, quam tantopere diligit; nihilominus, quando non eſt, qui id emere velit, pretiumve pro eo dare, ſanè, quòd priuetur ea re iniuſtè, ſolum facit ad iniurię incrementum, non verò vt per iuſtitiam commutatiuā debeat ea res maiori pretio compenſari, quàm ſi ad illam non eſſet tanta affectio. Confirmari autem id poteſt, quoniam quando cogeretur pretio iuſto eam vendere, quia bonum publicum poſtularet, vt de po-

D teſtate illius eriperetur, ſanè neceſſe non eſſet, ſolui ei incremētum aliquod pro moleſtia, quam pateretur ex eo, quòd ea re priuaretur: quoniam id pretio non eſt dignum, niſi comparatione eius, qui id ab eo emere vellet. Illud tamen eſt concedendum, ac affirmandum, quando ex damno dato ſequeretur populo, aut priuato alicui, cui id damnum eſſet datum, aliud alterius damnum, vt ſi ex magna ſatorum deſtructione cogeretur poſtea emere triticum maiori pretio, quàm alioquin fuiſſet emendum; tūc, qui primum damnum iniuſtè dediſſet, teneretur reſtituere hoc aliud damnum ex illo vlterius ſequutum, tanquam cauſa iniuſta huius etiam alterius damni, vt ſuprà dictum eſt.

E Ad primum ergo argumentum Soti, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia: quoniā ea omnia faciunt quidem ad iniuriæ incrementum, & vt delinquens maiori pœna ſit dignus: non vero ad dāni augmentum, & vt in conſcientiæ foro conſurgat reſtituendi obligatio per iuſtitiam commutatiuam ante latam ſententiam. Ad primū argum.

Ad ſecundum dicendum eſt, illa quoque facere ad iniuriæ incrementum, & vt delinquens maiori pœna ſit dignus: non vero, vt conſurgat reſtituendi obligatio, niſi quando ex damno ita dato ſequeretur, eos maiori pretio aſportaturos, aut empturos, triticum ob illius penuriam, quam alioquin fuiſſet valiturum: tunc enim, quia id etiam eſſet damnū iniuſtè da- Ad ſecundum.

ſtè datum,atque ex priori damno ſequutum,id quoque eſſet reſtituendum,vt dictum eſt.

5 Quartum eſt,quod diuus Thom. 2.2.q.62.art.4. ad ſecundum docet. Nempe debitorem, qui in mora eſt ſoluendi creditori, quod ei debet, teneri ei reſtituere lucrum illi ceſſans, aut damnũ illi emergẽs, ob eam dilationem ſolutionis, quatenus detinendo iniuſtè ſolutionem debiti vltra terminum ſolutioni præfixũ,cauſa illi eſt iniuſta talis lucri ceſſantis, aut damni emergentis. Obſeruat verò diuus Thom. lucrum ceſſans nõ eſſe æſtimandum,vt mercatori ſoluatur,quantum ipſe lucrari ea pecunia ſperabat, ſed quantum prudentis arbitrio valebat illa ſpes. Sicut enim ſata non valent,quantum ex eis colligi ſperabatur, ita neque lucri ſpes valet, quantum lucri ſperatur,vt Diſput.316.copioſè eſt explicatum,vbi ſimul eſt dictum, quonam modo æſtimari debeat. Hinc Ledeſmius.2.4.q.18.art.4.infert, nobiles, qui mercatorum pecunias longo tempore iniuſtè detinent, reſtituere eis teneri lucrum ea de cauſa illis ceſſans, neque aliter eſſe abſoluendos. Obſerua tamẽ,quando pecunia debetur mercatoribus ex mercibus emptis,vt regulariter deberi eis à nobilibus,& ab alijs, ſolet ex mercibus, quæ nullos pariunt fructus, ipſis credito venditis, tunc illos neque in exteriori neque in conſcientiæ foro debere eiuſmodi mercatoribus lucrum extrinſecũ eis ceſſans ex ea pecunia iniuſtè detenta,quale eſt, quod negotiando illa pecunia lucrari poterant, idque ex peculiari diſpoſitione iuris ciuilis circa contractũ emptionis & venditionis,cõtra atque res haberet ſtando in ſolo iure naturali, vt Diſp.724.& 368.comprobatum eſt. Quare hunc euentum excipias ex doctrina diui Tho. Eſto autem non eſſet ſufficientiſſimum hoc caput,vnde nobiles excuſarentur à reſtitutione ratione lucri mercatoribus ceſſantis ex pecunia ob merces credito emptas, non ſolutam in termino conſtituto,aut tempore cõgruo,quando nullus præfixus fuit terminus; ex multis tamen alijs capitibus frequenter poteſt excuſari. In primis,quoniam ſæpe præſumendum eſſet, nullum lucrum illis ceſſaſſe: quia alia ſua pecunia, aut pecunia mutuo aliunde accepta,negotiati ſunt. Deinde,quoniam mercatores credito vendentes nobilibus ſolent eis vendere multo carius,quam pecunia ſtatim numerata,intelliguntque non in termino præfixo eſſe ſtatim ſoluturos pretium. Multoque plus lucrantur vendendo illis in magna quãtitate, quàm ſi eis non venderent. Quare in confeſſionibus, qui credito ex mercatoribus emerunt,cogendi non ſunt reſtituere lucrum mercatoribus ex eo ceſſans, quòd pretium eis non ſoluerint, vel in termino conſtituto,vel tempore congruo. Licèt autem vrgendi in confeſſionibus ſint, vt non differant ſolutiones huiuſmodi pecuniæ cum mercatorum damno; non tamen ſunt facilè damnandi culpæ lethalis, quando dilatio non eſſet multũ notabilis ac exorbitans propter ea, quæ proximè dicta ſunt. Idem Ledeſmius ſubiungit: Si debitor omnino nõ potuit ſoluere debitum in termino præfixo, reſtituere non teneri lucrum ceſſans,quoniam non peccauit,non ſoluendo, excuſante illum impotentia: quando autem damnũ abſque vlla culpa eſt datum, non conſurgit obligatio illud reſtituendi:quia neque ex parte rei acceptę, neque ex parte iniuſtæ acceptionis. Addit tamen,ſi potuit aliquo modo ſoluere,vendendo domum,aut alia ſua bona,etiam cum maiori iactura ſua propria, quam ſit lucrum creditori ceſſans, teneri ad reſtitutionem talis lucri ceſſantis,ſi debitum tempore,quo tenebatur, non ſoluat: quoniam non poteſt iuſtè velle, ſe ſeruare indemnem cum iactura alterius:eaque de cauſa, ſi in eo euentu ſe vult ſeruare indemnem id eſſe debet cum onere ac propoſito reſtituẽdi alteri lucrum, quod ex tali dilatione ſolutionis il-

A li ceſſauit. Hæc verò lima indigent. In primis paulo antea dictum eſt, ſi debitum erat pretium rei emptæ minimè fructiferæ, nullam erat conſurgere obligationem reſtituendi, etiamſi iniuſtitiæ peccatum interuenerit in dilatione ſolutionis pretij, nedũ quando nullum interuenit peccatum,excuſante impotentia à culpa omnino. Deinde verò,quando debitum eſt ex mutuo, aut ex quocunque alio contractu, vel titulo,qui emptio non ſit ac venditio, vtique,qui in termino præfixo non ſoluit, tenetur in conſcientiæ & in exteriori foro, creditori ad totum lucrum ceſſans,aut damnum illi emergens, eſto is debitor abſque vlla ſua culpa non ſoluerit: non quidem ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, ſed ex contractu, pactove tacito, quo eo ipſo, quòd B quis ſe aſtringit, ſoluere aliquid in aliquo termino, ſi id non implicat, quacunque ratione eueniat,quod id non impleuerit, tenetur creditori ad totum lucrũ ea de cauſa illi ceſſans,& ad damnum ei emergens, vt cum D.Tho.& cum communi doctorum ſententia,Diſp.299.& 315.oſtenſum à nobis eſt.

DISPVT. 727.

Num,qui impedit aliquem ab aſſequutione boni alicuius, teneatur id illi reſtituere.

C

SVMMARIVM.

1 *Ius quot modis dicatur quis habere ad aliquid.*

2 *Reſtituere non tenetur,qui abſque vi ac fraude impedit alium ab aſſequutione eius boni, quod ei non debebatur, ſuadendo ei, à cuius voluntate conferre illud pendebat, vt illud ei non conferret, & aliquando meritoriè poteſt id ita impediri.*

3 *Religioſis quouſque prohibitum ſuadere, ne legata fiant eccleſiis matricibus, ſuadendo vt ipſis potius aut ſuis fiant.*

4 *Reſtituere in eodem euentu non tenetur, etiamſi ex odio & praua intentione contra ſolam caritatem id efficeret. Si tamen iniuſtè id impediret, non ſolum* D *id, ſed ſimul etiam totum aliud damnum datum tenetur reſtituere.*

5 *Si quis vtendo iure ſuo noceat alteri, quamuis ſtando in ſolo iure naturali ad nihil ei teneatur, eſto ſiniſtra intentione, animo illi nocendi, id efficiat, quouſque tamen iure humano actio de dolo aduerſus eum competat, vt deſiſtat, & vt rem ad priſtinum reducat ſtatum.*

6 *Reſtituere tenetur, qui impediuit ne aliquis conſequeretur, quod ſibi erat debitum in iuſtitia, quantum id damnum æſtimabitur, attento iure, quod ſolus impeditus aut ſimul cum alijs habebat, & attenta certitudine, aut probabilitate, quòd id alioquin conſequuturus fuiſſet.*

E 7 *Reſtituere tenetur, qui contraueniendo iuri, quod alius habet, vt recipiat, quod alij liberaliter dare ei voluerint, vel vt aliquid ipſe faciat, illum impedit ab aliquo bono aſſequendo; ſolum tamen quantum id bonum, prout adhuc erat in illo ſtatu, æſtimabitur.*

CIrca damnum iniuſtè datũ eſt cõſequenter examinandum,num, qui aliquem impedit à boni alicuius aſſequutione, quod licitè conſequi poterat, teneatur id illi reſtituere, tanquam qui damnum ea in parte illi dedit. Exempla ſunt: Decreuerat aliquis donare Petro aliquid,vel eum hæredem inſtituerat,aut legatũ illi

illi

illi relinquebat in ſuo teſtamento, quæ tamen licitè reuocare poterat, vt in materia de donationibus, & de vltimis voluntatibus, eſt dictum: Ioannes diſſuadendo illi, qui id Petro relinquebat, aut donare volebat, vel ab eo precibus petendo, vt potius id ſibi, aut alteri, donaret, vel relinqueret, in cauſa fuit, vt mutaret propoſitum, & vt Petro id non daret, aut non relinqueret: quæritur, num Ioannes reſtituere Petro id damnum teneatur.

Argum. Pars affirmans ſuaderi poteſt ex illo Ariſtotelis. 2. phyſic. cap. 5. text. 56. *Quod parum diſtat, nihil diſtare videtur.* Quo Ariſtot. confirmat, eum dici poſſe infortunatum, cui parum defuit, vt magnum aliquod bonum conſequeretur, quod non eſt côſequutus: quoniam intellectus concipit id bonum, ac ſi iã adfuiſſet, illudque amiſiſſet is, cui tam parũ defuit, vt id conſequeretur: ergo perinde eſt, impedire aliquem à conſequutione boni, quod diſtabat parum, vt illud côſequeretur, atque illud ab eo eripere, poſt quam eſſet iam illud conſequutus: ſed, qui eriperet bonum ab aliquo, qui illud eſſet iam conſequutus, teneretur illud ei reſtituere: ergo tenetur etiam, qui impedit, ne illud aſſequatur.

Vt res hæc melius intelligatur obſeruandum eſt, vt Diſputatione huius ſecundi tractatus explanatum eſt, duobus modis dici aliquem habere ius ad aliquid. Vno, quia eſt ei aliquo modo debitum, aut ſuum. Ius, hoc modo ſumptum Diſputatio. 2. diuiſimus in ius in re, & in ius ad rem. Altero modo dicitur aliquis habere ius ad aliquid, non quòd ſit ei aliquid debitũ, ſed quod facultatem habeat ad aliquid, cui ſi contraueniatur, fit ei iniuria. Hoc modo dicimus, vnumquenque habere ius vtendi ſuis rebus proprijs, vt comedendi ſuum proprium cibum, ita vt ſi impediatur, iniuria ac iniuſtitia ei fiat. Dicimus etiam, pauperem habere ius petendi eleemoſynam, mercenarium habere ius locandi operas ſuas, vnumquemque habere ius venandi & piſcandi in locis non prohibitis, ita vt, ſi horum aliquis in iſtorum aliquo impediatur, iniuria ac iniuſtitia ei fiat, cum reſtituendi onere; quantum æſtimabitur impediri ea via aliquid conſequi, eſto nullus ei debeat, quod eo modo eſt impeditus conſequi. Eodem modo dicimus, vnumquemque habere ius accipiendi, quòd quiuis voluerit ei donare, legare, aut quouis alio titulo tribuere, ita vt, ſi quis obſtaculum ponat facultati paſſiuæ, quam is habet, per vim, aut fraudem, eum impediendo, ne id aſſequatur, vel per vim, aut fraudem, eum impediendo, qui id illi tribuere vult, ne illud ei tribuat, iniuriam iniuſtitiamque illi faciat, cum reſtituendi onere, quatenus iuri contrauenit iniuſtè, quod ille habebat accipiendi, quod gratuito titulo quiuis alius ei tribuere vellet.

2 Hoc ita conſtituto, ſequentibus concluſionibus eſt dirimendum, quod in titulo fuit propoſitum.

Prima côcluſio. Prima concluſio eſt: Quando bonum, à cuius aſſecutione aliquis impeditur, non erat ei debitum ex iuſtitia, ita quòd, ſalua iuſtitia, integrum erat ei, qui illud conferre volebat, id non conferre, vt cernitur in legatis, in inſtitutione hæredis, in donatione antequam acceptetur, imò interdum in collatione beneficij, & in alijs ſimilibus, reſtituere non tenetur, qui abſque vi & fraude perſuadendo, in contrariumque mouendo collatorem, impedit aliquem ab aſſequutione alicuius boni. Imò verò ſæpe licitè ac meritoriè id fit. In hac concluſione conueniunt doctores communiter, Adri. de reſt. q. conſequenter quæro vtrum impediens, &c. Sotus 4. de iuſt. quæſtio. 6. artic. 3. ad 4. Couarru. reg. peccatum. parte ſecunda, §. 7. numero octauo. Syluest. verb. reſt. 3. nume. 12. Palud. in quarta, diſtinct. 15. quæſtio. ſecunda, articulo ſecundo, conclu. 4. Scot. eadem diſt. & q. in reſp. ad vlt. Richard. ibidem artic. 5. quæſtio. 4. ad 7. Caieta. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 62. articulo ſecundo, ad 4. Nauar. in Manu. ca. 17. a numero 69. & alij. Probari verò quoad priorem partem poteſt. Quoniam, qui ita mouet ac perſuadet collatorem, non peccat contra iuſtitiam, ſicut neque collator ipſe mutando ſuam voluntatem contra iuſtitiam peccat: ergo ad nullam reſtitutionem ei tenetur, cui ea via collatum non fuit bonum, quod alioquin foret illi conferendum. Neque enim, qui ita collatorem mouet ac perſuadet, aliud facit, quam, abſque vlla vi & fraude, collatorem ad id coadiuuare, quod collator ipſe abſque vlla iniuſtitia poteſt efficere: in quo planè nulla cernitur iniuria, aut iniuſtitia, ex parte eius, qui ita ad id coadiuuat. Poſterior verò pars, quòd ſcilicet ſæpe id licitè ac meritoriè fiat, probatur. Quoniam ſæpe eſſe poterit melius, quod ita ſuadetur; vt quod aliquid detur potius pauperibus, aut inſumatur in aliud opus melius ac Deo gratius, quã ſit illud, quod collator facere intendebat: ergo ea perſuaſio, qua aliquis ab aſſequutione boni alicuius impeditur, eſſe poterit ſæpe licita ac meritoria: cũ non aliud ſit, quã cooperatio ac incitatio ad maius bonum, ſine cuiuſquam iniuria. Præterea, cum caritatis ordo efflagitet, vt ſibi potius velit aliquis bonum aliquod, quàm alijs, & vt, cæteris paribus, illud potius velit ſibi coniunctis, quàm extraneis, ſanè, quòd aliquis perſuadeat alicui, vt ſibi potius relinquat hæreditatem, aut legatum, vel donet aliquid, quàm extraneis, quibus id conferre conſtituerat, aut vt potius id relinquat ſibi coniunctis, vel coniunctis collatori, quàm alijs, quando cætera ſunt paria, nihil mali facit, quin potius exercet actum caritatis ordinatum.

Illud hoc loco eſt obſeruandum. In clementina. 1. de priuil. inter alia, ſub interminatione maledictionis æternæ, atque in virtute ſanctæ obedientiæ, prohiberi religioſis, ne, dum interſunt teſtamentis conficiendis, retrahant teſtatores à legatis faciendis matricibus Eccleſijs, illis ſuadendo, vt ipſis potius, aut aliquibus de ſuo ordine, vel ſuis monaſterijs illa relinquant. Si tñ abſque fraude, nihilque contra iuſtitiam committendo (iuxta ea quæ duabus concluſionibus ſequentibus ſubijcienda ſunt) illos ita retraherent, peccarent quidem lethaliter, non tamẽ tenerentur illa reſtituere, antequam eiuſmodi bona ab eis peterentur, quibus ea in parte præiudicium intulerunt: quoniam, quoad eiuſmodi reſtitutionem, lex eſt pœnalis, quæ non obligat, antequam ea bona petantur, ac feratur ſententia. 3

Quando autem aliquis ex odio eius, cui collator aliquid conferre volebat, animoque ei nocendi, perſuaſit collatori, ne illud ei conferret, affirmant Scotus, Richar. & Palud. locis citatis, quin & D. Tho. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 62. articulo ſecundo, ad 4. eiuſmodi perſuaſorem reſtituere teneri id damnũ alteri datum. Peculiariter tamen loquuntur, quando eo modo quis impedimento alteri fuit, ne beneficiũ aſſequeretur.

Poteſt verò id confirmari ex. l. 1. §. ijdem aiunt. 2. ff. de aqua pluuia arcenda vbi habetur, ſi quis fodiat puteum in ſuo proprio agro, præcidatque venas aquæ, quibus in puteum, aut in fontem, alterius fundi aqua deriuabatur, idque in cauſa ſit, ne deriuetur, nõ dari actionem aduerſus ita præſcindentem venas in prædio ſuo, quando id non fecit, vt noceret alteri. Ratio autem eſt, quoniam vſus eſt iure ſuo, occupãdo ita aquam, quam in ſuo fundo inuenit, quæq; ſua erat, dum ita intra venas ſui fundi erat, nihil impediente, quod inde deriuaretur in fundum vicini, & quòd ex ea venarum præciſione ſequatur fundum vicini priuari ea aqua. Dum autem textus ille dicit, quando id non fecit, vt noceret alteri, apertè argumento Ad Argum.

merito à contrario ſenſu,docet,dari actionē aduerſus illū,ſi id ex odio,peruerſave intētione,fecit animo alteri nocēdi:idque affirmat communis doctorū ſententia,& in eo,atque in alijs ſimilibus euētibus,probant multa alia iura,quæ Diſput.704.& 709.§.quāuis ſtando,citauimus:pari ergo ratione,qui ex odio, animoque nocendi,perſuadet collatori, ne aliquid alicui tribuat,quod ex iuſtitia tribuere illi non tenebatur,eaque ratione impedimento illi eſt,ne id aſſequatur tenebitur in conſcientia & in exteriori foro illud ei reſtituere.

4 Contraria verò ſententia eſt communis, Adriani ac cæterorum doctorum,quos ſupra citauimus, conſentitque cum eis Caieta.in reſp.ad 4.citata, in fine totius commenti,quando aliquis ex odio impedit legata,donationes,& ſimilia alia, quæ collator ex mera ſua liberalitate confert, non verò quando impedit aſſequutionem beneficij. Adrianus verò,& reliqui, hanc generalem regulam ſtatuunt. Quando aliquis,neque contra iuſtitiam peccaret,neque ad reſtitutionem teneretur,impediendo collationem cuiuſcunque boni, nullo interueniente odio, animoq; nocendi,neque etiam peccare contra iuſtitiam,neq; teneri ad reſtitutionē, eſto illud ſimiliter impediat, ceterum ex odio,animoq; nocendi. Atque mihi hęc regula probatur. Quoniā odium,animuſq; nocēdi, in ijs rebus , in quibus poteſt quis alioquin nocere abſque iniuſtitia , nō eſt peccatum contra iuſtitiam, ſed contra caritatem : vt ſi iudex malefactorem,qui morte eſt dignus,ſimul ex odio illius,iubeat interfici ob delictum,quod committit, non peccat cōtra iuſtitiam,ſed ſolum contra caritatem:quare,cum peccatum contra ſolam caritatem cōmiſſum non inducat reſtituendi obligationem , conſequens profectò eſt,vt,qui ex odio impedit collationē beneficij , aut cuiuſuis alterius rei, in euentu, in quo, ſecluſo odio, nec peccaret contra iuſtitiā,nec ad reſtitutionē teneretur,etiamſi odium,nocendique animus in illo eodem euentu interueniat,neque contra iuſtitiam peccet,neque ad reſtitutionem teneatur. Hoc tamen loco obſerua,quando aliquis peccato contra iuſtitiam aduerſus aliquē eſſet vlterius cauſa, quòd collator illi non cōferret,quod alioquin illi erat collaturus,ſanè teneretur ei reſtituere æſtimationem damni vlterius illi ſubſequuti ex impeditione ea via illius boni. Vt,ſi crimē alicuius erat occultum, quod eum indignum non efficiebat aliqua re , quodque nefas eſſet detegere ad impediendum eū ab aſſequutione eius rei,tunc,qui iniuſtè crimē illud detegeret,eaque ratione in cauſa eſſet, vt collator, notitia eius criminis permotus,eā rem illi non conferret, quam alioquin fuiſſet illi collaturus,ſanè, qui id crimen detexiſſet, non ſolum reſtituere teneretur ei,quē ita iniuſtè infamauit,famam contra iuſtitiam ab eo ablatam, ſed etiam illud aliud damnum inde vlterius ei ſubſequutum.

Ad argum. Ad legem primam citatam reſpondet Caiet. vbi ſuprà,eam habere locum, quando id,quod odio aufertur, erat iam eius, ex quo aufertur, vt aqua emanans in puteo,aut fonte , prædij vicini , erat vicini, quamuis tranſiret per venas prædij eius,qui eam aufert. Vt enim iniuriā non faciat ei, ex quo aufertur, neceſſe eſt, vt auferens in ſuam propriā vtilitatem eam auferat,non ſolo animo alteri nocendi:nā tunc iniuriam illi inferret,tenereturque ei ad reſtitutionē eius damni dati. Quando verò, inquit Caiet.quod impeditur,non erat alterius, neque illi ex iuſtitia aliquo modo debitum,nulla fit ei iniuria, eſto ex odio illud conſequi impediatur.

Dicendum tamen eſt, vt duabus diſputationibus citatis dicebamus,ſtando in ſolo iure naturali, eum, qui,præſcindendo venam aquæ in ſuo fundo,impedit, ne emanet in fundo alterius, nullam iniuriā illi

A efficere , nec teneri illi ad reſtitutionē, eſto ex odio, animoque illi nocendi,id efficiat. Ratio autem eſt, quoniam non accipit, quod eſt alterius, eo quòd nō accipiat partem aquæ quæ iam ad fundum alterius deuenerat,ſed accipit, quod eſt ſuū, dū intra venas ſui prædij eſt,nec dumque effectum eſt alterius,ſed futurum erat alterius, ſi ad prædiū ipſius deueniret, nec deuenire iuſtè impediretur, præoccupante illā domino alterius prioris prædij ,cuius erat iā effecta. Quia ergo is,qui venam in ſuo fundo præſcindit,vtitur iure ſuo,accipitque, quod pro tunc eſt ſuū,conſequens eſt , vt, ſtando in ſolo iure naturali, non faciat alteri iniuriā,eſto ex odio,animoque illi nocendi,priuandive illum eo commodo, id efficiat.

Nauar.in Manu.cap.17.nu.71.apertè innuit,ne-
B que in foro exteriori,cogendum eſſe eum, qui ex odio,animoque nocendi,id efficit,ab eo efficiēdo deſiſtere,aut damnum vicino reſarcire. Ad l.verò 1.citatam reſpondet. Quamuis argumentum à contrario ſenſu validum ſit,quando non conſtat contrariū eſſe diſpoſitum in iure , quando tamen conſtat contrarium eſſe in iure diſpoſitum,non eſſe efficax,nullamve habere vim : at verò , inquit , ex iure naturali conſtat,vt ex ſe liquet,communiſque doctorum ſententia affirmat, eum , qui ex odio id facit , quod, ſecluſo eo odio,iniuſtum non eſt , nullam committere iniuſtitiam,nullamque facere iniuriam , ac proinde neque ad reſtitutionem teneri .

Dicendum verò arbitror , cum communi doctorum ſententia , quam duabus diſputationibus cita- 5
C tis iuxta varia iura retulimus, iure ciuili meritò fuiſſe diſpoſitum,vt quando quis abſque vllo ſuo emolumento,animo ſolum alteri nocendi , (qui tamen animus non pręſumitur,niſi probetur) venas eo modo præſcinderet , vel altius tolleret domum ſuam, aut aliud ſimile efficeret, concedi aduerſus illum actionem de dolo ad id impediendum , antequam ſit opere impletum , & ad demoliendum,ac reducendum ad priſtinum ſtatum, quod eo animo fuerit effectum . Cæterum ad id nulla in foro conſcientiæ eſt obligatio , niſi poſtquam in foro exteriori fuerit petitum, & quaſi in pęnam peruerſæ intentionis iudicatum:neque id eſſe plus extendendum, quàm iure humano comperiatur diſpoſitum : eo quòd contrarium habeat rei natura, ſtando in ſolo iure natu-
D rali . Vnde in legato,quod alteri eſſet relictum,voluntate eius , qui de ſuo diſponere potuit , vt voluit, etiamſi cuiuſdam tertij ſuaſionibus eſſet relictum vni & detractum alteri , procedentibus huiuſmodi ſuaſionibus ex odio eius,cui eſt detractum, ſine vlla tamē vi aut fraude,credo in exteriori foro non concederetur actio aduerſus id ita impedientem .

Secunda concluſio. Qui voluntariè fuit alicui impedimento,ne conſequeretur, quod ſibi ex iuſtitia erat debitum , reſtituere ei tenetur id damnum , quantum æſtimabitur,attento iure,quod,qui impeditus fuit, ad id habeat , & attenta certitudine, aut probabilitate, maiori vel minori , quæ erat,quòd id conſequeretur , ſi non fuiſſet illo modo impeditus. 6 Secunda concluſ.
E Concluſio hæc communis eſt . Probari autem poteſt , quoniam , qui eo modo impediuit, mouendo collatorem,ne id conferret, aut quauis alia ratione, ſane contra iuſtitiam peccauit, cauſaque iniuſta fuit damni ſubſequuti:ergo reſtituere illud tenetur. Dixi,damnum eſſe æſtimandum , attento iure, quod, qui impeditus fuit , ad id habebat, quod aſſequi fuit impeditus : quoniam , ſi tres erant oppoſiti ad cathedram , aut præbendam , finitumque erat tempus edicti , ita quòd non poſſet alius opponi, illique proinde ſoli habebant ius ad eam cathedram , aut præbendam,collataque ſit cuidam quarto ſuaſionibus alicuius , tenetur vnicuique illorum trium , non ad integram æſtimationem cathe-

dræ,aut præbendę,ſed pro quantitate iuris,quod ſimul cum alijs habebat. Addidi,& attenta certitudine aut probabilitate maiori vel minori,quæ erat, ꝙ id conſequeretur,ſi illo iniuſto modo non fuiſſet impeditus:quoniam ſi certum non erat omnino,quod id fuiſſet conſequuturus, tunc, qui iniuſtè impediuit,non eſt cogendus reſtituere totam rei illius æſtimationem,ſed partem duntaxat, quantum ſcilicet æſtimabitur, vt eſt præcisè ſub illa ſola probabilitate. Si autem poſtea debitor principalis, qui eā iniuſtitiam commiſit, damnum reſtituat, liberabitur à reſtituendi onere,qui ſuis ſuaſionibus,ac prauo conſilio,concauſa fuit eius damni: aut,ſi iam,in illius alterius defectum, reſtituerat, reſtituere ipſi tenetur principalis cauſa eius iniuſtitiæ,quod loco illius reſtituit.

7 Tertia cōcluſio.

Tertia concluſio. Qui aliquem impedit ab aſſequutione boni alicuius,quod ex ſola liberalitate erat ei conferendum,ſi eum per iniuriam impediat, hoc eſt,contraueniendo iuri,præiudicandoque facultati illius paſſiuæ,quam habet ad recipiendum à quocūque,quod ſibi titulo gratuito conferre voluerit,reſtituere illi tenetur, quantum æſtimabitur id bonum dum in eo ſtatu erat,in quo fuit impeditum,dum ſcilicet dependens erat adhuc à mutabili collatoris voluntate,& ab euentibus, qui ſuperuenire poterant; res quippe in ſpe minus vt plurimum valet, quam ſi iam ad effectum eſſet omnino perducta. Concluſionem hanc affirmant Sotus & Nauar. vbi ſupra, tametſi non adeò explicatam. Probari autem poteſt, quoniam,vt conſtat ex ijs, quæ ante primā cōcluſionē ſunt dicta,qui eo modo præiudicat iuri,ac facultati paſſiuæ, quam vnuſquiſq; habet ad recipiēdum à quocunque, quod gratuito titulo voluerit ei cōferre,vtique iniuriam ei facit,& contra iuſtitiam aduerſus eū peccat,vt in eo liquet,qui pauperem eleemoſynam petere prohibet, aut qui prohibet aliquē piſcari aut venari, loco & tempore omnibus cōceſſo: ergo reſtituere ei tenetur,quantum æſtimabitur dānum ita iniuſtè datum. Qui autem mendacijs,fraudibus,vel metu,aut vi,collatorem auertit,ne bonum aliquod alicui conferat,ſanè contrauenit iuri,ac facultati paſſiuæ,quam is habet, cui tale bonū gratuito erat cōferendū. Simili modo,ſi metu,vi, aut fraudibus impediat eū,cui bonū erat conferendū,ne accedat ad illud petendū,vel ad ſe opponendū,vel ne aliquid aliud efficiat ipſe,aut alius tertius,quod adiuuare debebat,vt illud conſequeretur, eaq; de cauſa illud non obtineat,ſanè contrauenit iuri huius,iniuriamque ei facit,ipſum ita impediendo ab aſſequutione eius boni,ac proinde reſtituere ei tenetur æſtimationē dāni ita iniuſtè ei dati. Ex hac concluſione facilè conſtat,falſam eſſe regulā illā Gerardi Oldonis,quē Adrianus vbi ſupra refert. Nēpe,qñcunque aliquis impeditur ab aſſequutione eius, quod illi ex iuſtitia non erat aliquo modo debitum, impedientē ad nullam teneri reſtitutionem. Hoc loco texenda fuiſſet longa diſputatio de eo,qui alium impedit,ab aſſequutione beneficij Eccleſiaſtici,cathedræ, aut alterius muneris publici, tam quando erat oppoſitus, quàm quando oppoſitus non erat, niſi commodius res hæc tractatu 6. eſſet diſputanda.

Ad argum.

Ad argumentū autem initio huius diſputationis poſitum ex propoſitione illa Ariſtotelis,dicendū in primis eſt,eā propoſitionē eſſe topicā,neque quoad effectū omnē eſſe vniuerſim verā: neque.n.is,cui parū defuit,vt iniuſtitiā committeret,aut vt peccaret, perinde eſt reputādus,ac ſi iniuſtitiā cōmiſiſſet, aut ac ſi peccaſſet. Neq; in re, in qua illa eſt vſus Ariſtoteles,æquè eſt is infortunatus,qui non eſt conſequutus bonum,quod parum defuit vt conſequeretur,ac infortunatus eſſet, ſi poſtquā illud eſſet aſſequutus, illud amitteret,nihil impediente, ꝙ intellectus ap- A prehendat id bonū,quod parùm defuit, vt adeſſet, quaſi iā aliquo modo adeſſet. Neq; in re,in qua D. Tho. 2.2.q.62. art.2.ad 4. eadē propoſitione eſt vſus, (nempe,ꝙ qñ aliquid ex iuſtitia erat debitum, & parum defuit, vt conferretur, perinde eſt ac ſi iam fuiſſet collatum, ad effectum, vt impediens teneatur ad integram illius reſtitutionem) propoſitio illa eſt vera omnino,ſi periculum aliquod erat,eam aſſequutionem impediri:ea quippe res,pro quantitate periculi,quod erat,vt impediretur,minus valet vt eſt ſub eo periculo , ac proinde minor impedienti iniungenda eſt reſtituendi obligatio. Quicquid autem ſit,quando res debita erat ex iuſtitia:quando tamen nullo modo erat debita,ſed ſolum conferenda erat ex liberalitate,negādum eſt perinde eſſe, quod B ad reſtituendi onus attinet,impedire aliquem,collatorem perſuadendo , ne conferat, atque illud idem ab eo auferre poſtquam eſt collatum: res enim per collationem facta eſt iam illius, ac proinde auferendo illam tunc ab eo, committitur furtum, fitque ei iniuria: ante collationem verò, inclinando collatorem abſque vi,ac fraude, in contrarium, nulla fit ei iniuria, ac proinde nulla conſurgit obligatio quicquā ei reſtituendi. Ad argumentum ergo in forma, neganda eſt prima conſequentia, ſi conſequens intelligatur,quoad reſtituendi obligationem.

DISPVT. 728.

C De reſtitutione damnorum in bonis externis,quæ ex adulterio ſequuntur,vbi diſputandum. Et num dans operam rei illicitæ reſtituere teneatur damna , quæ abſque alia ſua culpa ſequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Damnum quando eſt periculum ne ex vno crimine vlterius alteri ſequatur, tunc qui committit id crimen,peccat ſimul exponendo ſe ea via periculo dandi id aliud damnum, & quouſque ea circunſtantia exprimenda ſit in confeſſionibus. Si autem id damnum ſequatur,obligatio eſt illud reſtituendi. Et vbi* D *diſputandum de damno ex eo ſequuto, quòd adultera concipiat.*

2 *Damnum ſequutum dando operam rei illicitæ, ex qua natum non erat ſequi, neque in conſcientia,neq; in exteriori foro obligatio eſt illud reſtituere.*

3 *Quando res illicita eſt apta vt inde id damnū ſequatur,facile cum minimum interuenit lata culpa, vt ob eam, ſaltem in pœnam,in exteriori foro obligatio iniungi poſſit illud reſtituendi.*

Qvædam ſunt damna in bonis aliorū externis, quæ nata ſunt ſequi ex culpa præcedente, tanquam effectus illius: atque tunc, committere priorem culpam, at- 1 E tendendo, aut attendere debendo, nata eſſe inde ſequi talia damna, eſt committere nouam culpam illo eodem actu contra iuſtitiam commutatiuam, ſe ita exponendo periculo inferendi ea damna proximis, ſiue illa re ipſa ſequantur, ſiue non ſequantur, vt prima ſecundæ, ſuo in loco explicauimus. Vt, qui ſe inebriat, ſi experientia didicit, ſe, dum ebrietate eſt captus, ſolere inferre damna proximis, vel in rebus externis, vel in corpore, interficiendo, aut percutiendo, vtique, quando ſe inebriat, non ſolum committit peccatum lethale intemperantiæ, ſe illo modo priuando vſu rationis, ſed etiam iniuſtitiæ aduerſus proximos, vel contra quintum vel contra ſeptimum decalogi præceptum, pro ut

tue-

fuerint damna, quæ experientia didicit ex ſua ebrietate eſſe nata ſequi, & ad quæ inferenda ſe exponit ita ſe inebriando: neque minorem culpam committit, ſe tunc inebriando, quando illa non ſequuntur, quàm quando ſequuntur, vt 1. 2. oſtendimus. Tenetur verò ad integram reſtitutionem eorum damnorũ, quando ſequuntur, ex parte iniuſtæ acceptionis, damnive iniuſtè illati; eo quòd iniuſtè illa dederit, ſe contra iuſtitiam exponendo periculo illa dandi, quando ſe inebriauit. Eodem modo, quia ex adulterio nata eſt ſequi conceptio prolis illegitimæ; atque inde vlterius natum eſt ſequi damnum in bonis externis aliorum, dum proles ita concepta expẽſis mariti adulteræ educatur, & in bonis tam mariti, quàm adulteræ, ſuccedit, priuatque legitimam prolem eorum coniugatorum, aut alios legitimos illorum hæredes, bonis, quæ obtinere debebant, ſanè quæ coniugata adulterium committit, & qui cum illa id crimen committit, non ſolum contra iuſtitiam peccat aduerſus maritum, contra ſextum decalogi præceptum, ſed etiam ſimul peccat contra ſeptimum, dũ illo eodem actu ſe exponit periculo damnorum contra iuſtitiam in bonis externis aduerſus maritum, legitimam prolem, aut alios hæredes mariti. Non tamen neceſſe eſt, eam circunſtantiam, ſpeciem mutantem, ac valde aggrauantem, exprimere in particulari in confeſſionibus, dum expreſſio fit ſufficienter peccati adulterij: quoniam cum per ſe ſit coniuncta cum peccato adulterij, dum adulterij peccatum exprimitur, illa concomitanter cenſetur ſufficienter expreſſa. Quando quis operam dat rei illicitæ, ex qua, attentis circunſtantijs concurrentibus, notum eſt ſequi proximo damnum in rebus externis, in corpore, vel in honore, aut fama, tunc, ſi dando ita operam rei illicitæ ſequatur re ipſa vlterius id damnum, dubitandum non eſt, qui eo modo operam rei illicitæ alteri dedit, teneri in conſcientiæ & in exteriori foro, ex parte iniuſtæ acceptionis, damnive eo ipſo iniuſtè dati, reſtituere id totum damnum vlterius ſubſequutum. Quin ſi interuenit culpa iuridica, & non theologica, comparatione talis damni, Diſput. 697. & 698. explicauimus, quouſque in foro exteriori, qui illud ita dedit, cogatur id reſarcire, & num in conſcientiæ foro ante latam ſententiam reſarcire illud teneatur: neque de hac re hoc loco diſputamus. Quia tamen peculiaris eſt difficultas, neque infrequens in confeſſionibus, quando proles ex adulterio eſt iam nata, quouſq; adultera & adulter teneantur impedire damna in bonis temporalibus, quæ inde marito, legitimæ proli, aut alijs, ſequuntur, & quouſque illa reſtituere teneantur, quando fuerint ſequuta, & quomodo, id ſanè hoc loco foret explicandum, in quo nobis eſt ſermo de damno in rebus externis proximis iniuſtè dato, niſi id potius reſeruandum cenſeremus in ſequentem tertium de iuſtitia tractatum: in quo nobis futurus eſt ſermo de adulterio, quatenus peccatum eſt contra iuſtitiam aduerſus coniunctam alterius coniugis perſonam, atq; ibi diſputabimus ſimul de eo altero effectu iniuſtitiæ ex eodem adulterij crimine ſequuto.

2 Solum autem hoc loco diſputamus, num, quando, dante aliquo operam rei illicitæ, ſequutum eſt damnum abſque alia ſua culpa theologica ac iuridica, teneatur id damnũ reſtituere ea ratione, quia, dando operam rei illicitæ, fuit ſequutum. Exempla ſunt, ſi quis cędendo ligna in ſylua aliena contra domini voluntatem, adhibitaque debita diligentia, ne cui noceret, mancipium alienum aut ouem alienam interficit; vel ſi illa ita cędebat in loco deſerto, in quo neque homines, neque ſimilia animalia, eſſe ſolent. Item, ſi quis domum alienam intrans furandi gratia, illam incendit, aut damnum aliud ita ibi det, quòd, ſi ex legitima ingrederetur cauſa, id dam-

A num nulla ratione imputaretur ei ad culpam, num reſtituere illud teneatur. Dicendum verò eſt, neque in conſcientiæ neque in exteriori foro teneri illud reſtituere. Probatur, quoniam iure naturali id reſtituere non tenetur: eo quòd neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, ad id teneatur; quippe cum nullum in eo commiſerit peccatum, vt ſupponimus: neque tenetur ex aliquo contractu, quo ad id ſe aſtrinxerit: neque item tenetur lege aliqua poſitiua, qua reſpublica voluerit ad id homines in commune bonũ obligare: eo quòd nulla talis reperiatur: ſi autem aliqua eſſet, quæ in pœnam antecedentis culpæ ad id obligaret, illa eſſet pœnalis, ac proinde ante latam ſententiam ad id nõ obligaret: ergo in euentu, de quo diſputamus, B neque in conſcientiæ, neque in exteriori foro, tenetur ad vllam reſtitutionem eius damni. Confirmare id poſſumus ex Auguſtino. capit. inebriauerunt. 15. quæſtio. prima. quo in loco, quoniam ex ebrietate Loth præter omnem ipſius exiſtimationem ſequutus fuit inceſtus, & abſque omni prorſus culpa comparatione eius effectus, eo quòd in poteſtate ipſius non fuerit præuidere eum inceſtum, ſolam ebrietatem illi ad culpam imputat, non verò inceſtum. Quando autem effectus malus ad culpam non eſt imputandus, eo quòd nullo modo fuerit voluntarius, ſanè neque ad pęnam eſt imputandus, & multo minus eſt iniungendum reſtituendi onus propter illum, eſto nociuus ſit proximo.

Illud tamen obſerua, quando res illicita, cui ali-
C quis operam dat, eſt apta, vt damnum ſequatur, vt ſi 5
quis de nocte domum alienam ad furandum ingrediatur, pedibuſque offendat, atque aliquid infringat, aut damnum aliud det, tunc in eo effectu proximo nociuo facilè interuenire latam culpam, coniunctam cum theolologica culpa cõparatione talis effectus, & multo facilius in exteriori foro præſumitur, atque, ſaltem in pęnam antecedentis culpæ aptæ, vt inde id ſequeretur, iniũgi in eo foro poteſt onus reſtituẽdi id totum damnum. Secus autem res habet, quando manifeſtè conſtat, effectum ſequutum nullo modo eſſe culpabilem in antecedente culpa, actuve illicito, cui quis operam dabat.

D

DISPVT. 729.

Qui ad reſtituendum teneantur. Et de iubente, ſeu mandante, ratumve habente damnum nomine ipſius iniuſtè eſſe datum.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis preſſæ ex parte iniuſtæ acceptionis, tanquam concauſas, quos obligatio conſtringat.*

2 *Iubens tacito aut expreſſo mandato quis cenſeatur, vt, damno inde ſequuto, reſtituere illud teneatur.*

E 3 *Reſtituere non tenetur damnum iniuſtè datum, qui ratum poſtea habet nomine ipſius eſſe datũ: tametſi decens ſit, vt illud reſtituat.*

4 *Ratum habens delictum nomine ipſius factum, pœnam ſpiritualem, vt excommunicationis, aut irregularitatis, pro eo impoſitam, incurrit; non tamẽ retrotrahitur, vt incurratur à puncto commiſſi delicti.*

5 *Ratum habens delictum nomine ipſius antea patratum, vt pęnas pro eo delicto ſtatutas incurrat, neceſſe eſt, vt quando fuit patratum, fuerit in ſtatu ut potuerit illud percipere.*

6 *Sciens aliquod damnum fore nomine ac intuitu ipſius dandum, nec cohibens, cum poſſit, reſtituere tenetur ad damnum ipſius intuitu datum.*

S 2 Ex-

1 EXplicatis hactenus radicibus, ex quibus reſtituendi obligatio oritur, explanandum conſequenter eſt, qui ad reſtitutionem teneantur. Atque potiſſimum erit nobis ſermo de reſtitutione preſsè ſumpta, & de obligatione reſtituendi ex parte iniuſtæ acceptionis. Qui enim reſtituere teneantur ex contractu, & ex alijs radicibus reſtitutionis latius ſumptæ, diſputatione nõ indiget: cum id facile conſtet ex titulis, ex quibus aliquis de iuſtitia efficere aliquid tenetur. Quis item, et quouſque, reſtituere teneatur ex parte rei acceptæ, à Diſp. 718. fuit explanatum. Quod autem ad obligationem reſtituendi ex parte iniuſtæ acceptionis attinet, præter eum, qui acceptionem iniuſtam exequitur, ad reſtitutionem etiam tenentur, quicunque ad eandem iniuſtam acceptionem cooperantur. Nouẽ autem modis euenit, aliquem ad iniuſtitiam acceptionem cooperari, vt tradunt D. Tho. 2. 2. q. 62. artic. 7. & doctores communiter, qui his duobus verſibus continentur.

Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Sex prioribus ex his nouẽ modis dicitur aliquis cauſa iniuſtę acceptionis directè, influendo ſcilicet cum exequutore in effectum. Tribus verò poſterioribus dicitur cauſa indirectè, quatenus videlicet non impedit iniuſtam rei acceptionem, aut retentionem, quando id efficere poteſt ac tenetur.

2 Quod ad iuſſionem attinet, iuſſionis nomine intelligitur quicunque ſuo imperio, ſeu mandato, expreſſo vel tacito, cauſa eſt iniuſtæ acceptionis, damnive iniuſtè dati. Expreſſo quidem imperio, ſeu mãdato, vt ſi expreſsè præcipiat rapere, interficere, nõ ſoluere, quòd debetur, aut damnum aliud iniuſtè inferre. Tacitè verò, vt ſi famulo, filio, aut alteri, qui ipſius imperio moueatur, dicat, vindictam ex tali opto, vel quod tale aut tale damnum inferatur. Vel ſi dicat, non places mihi, niſi aliquid noui feceris, aut non appareas coram me, donec aliquid noui de te audiam, vel aliud ſimile, quo illi occultè ſignificet velle, vt damnum alteri inferat. Lege quæ Diſp. 500. dicta ſunt. Atque obſerua, vt iubens, ſeu mandans, dari damnum iniuſtè, reſtituere illud teneatur, neceſſe eſſe, non ſolum vt ſequatur, ſed etiam vt ſequatur cooperante ad id tali mandato, ita quòd exequutor verè ex illo fuerit motus, ſeu adiutus, ad damnum inferendum. Si enim non ſequatur, quia mandatarius id non eſt exequutus, conſtat nullam eſſe obligationem id reſtituendi. Si item ſequatur, cæterum non ex tali imperio, quoniam aliunde ille decreuerat id efficere, neque quicquam cooperatum eſt id imperium, tunc iubens ad nullam reſtitutionem eius dãni tenetur, vtpote ex tali imperio nõ ſequuti. Quod idem intellige in conſulente, & in alijs concauſis, de quibus erit ſermo.

Quæſtio. Dubium eſt. Quid ſi filius, famulus, aut aliquis alius, neque præcedẽte expreſſo, neque tacito cõſenſu patris, heri, aut alterius, cui ſe placiturũ ea in re credidit, nomine illius eſt aggreſſus damnum alteri inferre, illudque re ipſa intulit, tenebiturne ille, cuius nomine eſt illatũ, illud reſtituere, ſaltẽ ſi, poſtquam illatũ fuerit, ratum id habeat? Syluest. verb. reſt. 3. q. 6. pronuntiato. 2. Nauar. in Manu. ca. 17. nu. 133. Ang. ver. furtum. num. 20. Palud. in 4. diſt. 15. qõ. 2. art. 3. & alij, affirmanter reſpondent, quando duo illa ſimul concurrunt, datum ſcilicet damnum eſſe nomine illius, arbitrando gratum illi id eſſe, & ſequuta poſtea ratihabitione eiuſdem.

Argum. Ducuntur, quoniam in iure, tam ciuili, quàm canonico, quando aliquid nomine alicuius eſt factum, ſi illud poſtea ratum habeat, eiuſmodi ratihabitio retrotrahitur, mandatoque æquiparatur, hoc eſt, perinde, quod nomine ipſius eſt factum, ſubſequuta ratihabitione, reputatur, eique imputatur, ac ſi de mandato ipſius fuiſſet à principio factum, vt conſtat regula ratihabitionem, iuncta regula antecedente, de reg. iur. lib. 6. c. cum quis de ſent. excom. li. 6. & alijs iuribus, quibus rem ita habere, quod ad contractus attinet, oſtendimus diſp. 337. & alias ſæpe.

Contrariam ſentẽtiam affirmant Ioannes Med. de reſt. qõ 7. ad 4. & quidam alij, quos Syluest. & Ang. locis citatis referunt, quæ nobis proculdubio eſt amplectenda. Nempe, quando per ſuam ratihabitionem in cauſa nõ fuit, vt, qui damnum dedit, illud non reſtitueret, ad nullam teneri reſtitutionẽ in conſcientiæ foro. Tametſi humanitas poſtulet, vt, quia damnum intuitu ipſius eſt datum, datumque eſſe ratum habuit, illud reſtituat. Quòd in conſcientiæ foro ad nullam reſtitutionem teneatur, probat ſatis efficaciter Medina. Quoniam per ratihabitionem ſequentem non fuit cauſa damni antea dati; eo quòd id, quod poſterius eſt tempore, eſſe non potuit efficiens cauſa præcedentis effectus: ergo hic, de quo loquimur, non tenetur reſtituere id damnum ex parte iniuſtæ acceptionis; eo quòd nullo modo fuerit illius cauſa efficiens: cum ergo nec teneatur ex parte rei acceptæ, vt ſupponimus, ſolumque nobis ſit controuerſia cum autoribus contrariæ opinionis, num ex parte iniuſtæ acceptionis reſtituere teneatur; conſequens profectò eſt, vt in conſcientiæ foro ad reſtitutionem non teneatur. 3

Ad iura autem, quibus doctores contrariæ opinionis nituntur, dicendum eſt. Intelligenda eſſe, in primis in contractibus cum alio celebratis nomine ipſius: eo enim ipſo, quòd nomine ipſius celebrati sũt, & id ipſe ratum poſtea habet, ipſius nomine geſtum celebratumve eſſe, meritò ſtatuerunt iura, vt perinde id haberetur, ac ſi ipſe à principio mandatum ad id dediſſet. Intelligenda deinde eſſe, quoad incurrendum pœnas ob delictum nomine ipſius geſtum, etiam ſpirituales excommunicationis, ac irregularitatis, iure ſtatutas, vt tractatu ſequenti videbimus. Obſerua tamen, quamuis ad incurrendum pœnas ſpirituales pro delicto impoſitas cenſeatur atque imputetur delictum, ac ſi à principio mandato ipſius eſſet commiſſum, quando nomine ipſius fuit commiſſum, ſequutaque eſt poſtea ratihabitio, intelligendum tamen eſt id, non vt retrotrahatur pœna excommunicationis, aut irregularitatis, quaſi incurſa ſit à puncto, quo commiſſum fuit delictum; id quippe eſt impoſſibile: quoniam eiuſmodi pœnę non incurruntur, niſi ob culpam propriam eius, qui illas incurrit; & ante ratihabitionem nulla fuit culpa in eo, cuius nomine, ipſo id ignorante, tale delictum commiſſum eſt; neque vllus vnquam affirmauit, retrotrahi excommunicationem, aut irregularitatem, vt incurratur ante ratihabitionem delicti, ob quod hæ pęnæ ſunt impoſitæ, quando id delictum nomine ipſius fuit antea commiſſum, ſed ſolum intelligendum eſt id, ad effectum, vt à puncto ratihabitionis pęnam eam ſpiritualem incurrat, & non antea. Nauar. item in Manu. cap. 27. numero 233. cum Ioanne Andr. & Panor. obſeruat, vt ratihabitio prædictum effectum habeat, neceſſe eſſe eum, cuius nomine delictum eſt commiſſum, in eo ſtatu fuiſſe tempore, quo delictum nomine ipſius fuit commiſſum, vt potuerit illud præcipere. Quare, ſi nomine alicuius, quando ille erat infans, aut furioſus, commiſſum ſit crimen, ob quod excommunicationis, aut irregularitatis, pœna ſit impoſita, eſto is poſtea ratum habeat, nomine ipſius commiſſum eſſe tale delictum, non incurrit excommunicationem, aut irregularitatem: idemque eſt dicendum de alijs pęnis, ſiue ſpiritualibus, ſiue corporalibus, pro eo crimine ſtatutis: fictio enim illa iuris, quod ratihabitio retrotrahat, ut deli-

Ad argum. 4 5

delictum de mandato illud ratum habentis cenſeatur commiſſum, vt pœna pro eo ſtatuta incurratur, intelligitur, quando præcipere illud potuit tempore, quo erat commiſſum. Ad effectum autem, vt verè fuerit cauſa effectus ſequuti, ac damni dati, vt tanquam vera illius cauſa, aut concauſa, teneatur ex natura ipſa rei illud reſtituere, ratihabitio neque retrotrahit, neque retrotrahere poteſt, ratum habentem, nomine ipſius id damnum iniuſtè eſſe datum, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum.

6 Illud tamen obſerua, quando aliquis crederet, aliquos nomine ipſius damnum aliquod iniuſtè alteri daturos, ac poſſet illud impedire, eos cohibendo, illiſque ſignificando, nulla ratione velle, vt id efficiant, teneretur id efficere, atque, ſi id prætermitteret, teneretur reſtituere damnum ſequutum, eſto poſtea ratum non haberet id damnum eſſe datum. Ratio autem eſt, quoniam, cum videat, aut timeat, nomine ipſius id damnum eſſe dandum, tenetur, non ſolùm ex caritate, ſed etiam quaſi ex officio ex proprioque iuſtitiæ onere, impedire, ne nomine ipſius, & tanquam aliquid ſibi gratum, damnum proximo iniuſtè inferretur. Conſentit Nauar. in Manu. cap. 27. num. 231. dum id ſufficere affirmat, vt excommunicatio & irregularitas incurratur.

DISPVT. 730.

De conſulente.

SVMMARIVM.

1 *Vt conſulens reſtituere teneatur damnum conſilio ipſius datũ, quàm ample vſurpetur. Fieri verò interdum poteſt, vt conſulens reſtituere teneatur, etiam damnum, quod exequenti latè conſilium fuit ſequutum, & exequutor non teneatur.*

2 *Conſulentium varia genera, & ex quãta culpa vnuſquiſque eorum teneatur, ſi ex ipſius conſilio damnũ ſequatur, etiam accipienti ad conſilium.*

3 *Conſulere licet minus malum, etiam iniuſtum eidem ipſi, cui paratur maius, ſine obligatione reſtituendi: ſecus vt alteri inferatur: nã tunc obligatio eſſet conſulenti id reſtituere in defectum exequutoris.*

4 *Conſulens eſto à principio non perſuadeat malũ, quod conſulit, ſi tamen poſtea is, cui conſilium eſt datum, inde moueatur ad damnum inferendum, tenetur conſulens illud reſtituere in defectum exequutoris.*

1 NOmine conſulentis, in re propoſita, intelligitur, non ſolùm qui conſilium dat, ſed etiam qui hortatur, rogat, inſtruit, vtilitatem ac commoda proponit, vel aliud ſimile, vnde aliquis ad damnum alteri iniuſtè inferendum moueatur. Fieri autem poteſt, vt qui aliquo iſtorum modorum conſilium dat, reſtituere teneatur proximo damnũ tali conſilio ei illatum, quãdo, qui ex eo conſilio id damnum dedit, exequutuſve illud eſt, ad nullam reſtitutionem teneatur. Si enim, qui conſilium eſt ſequutus, inuincibiliter ignoraret, damnum, quod dat, iniuſtum eſſe, ductus merito authoritate conſulentis: conſulenſque à culpa nõ excuſetur, id conſilium dando: vtique, qui cõſilium ita fuerit exequutus, damnumque dederit, non tenebitur illud reſtituere, niſi quatenus forrè fuerit inde factus locupletior; is verò, qui conſilium illud culpabiliter dedit, tenebitur reſtituere, non ſolum id damnum, ſed etiam quodcunque aliud, quod inde fuerit ei ſequutum; qui tale conſilium exequutioni mandauit, exequutionive mandare præcepit. Hoc modo cauſa damni iniuſti eſſe poſſunt conſiliarij principum, atque ad illius reſtitutionem tenentur, ſi conſilium dent, vt lex iniuſta, ſtatutumve iniuſtum, condatur, vel ſi conſilium dent, vt tributum iniuſtũ imponatur, vel vt bellum iniuſtum inferatur, aut vt aliquid aliud iniuſtum fiat. Eodem modo eſſe poſſunt cauſa damni iniuſti aduocati, medici, doctores, quos alij de rebus dubijs conſulunt, confeſſarij, & alij ſimiles, ſi conſilium dent, vnde alteri damnũ iniuſtum ſequatur: idque non ſolum, quando ſcienter conſilium iniuſtum dant, ſed etiam quando ex culpabili ignorantia illud dant: de qua re lege quæ Diſp. 549. dicta ſunt.

Atque hoc loco circa eos, qui conſilium dant, eſt 2
diſtinguendum. Quoniam vel, qui conſilium dat, eſt talis, qui, attenta perſonæ, aut etiam muneris, qualitate, peritiam in re, circa quam conſilium dat, profitetur, vt ſunt ij omnes, quos memorauimus; vel eſt talis, qui non profitetur circa illam rem talem peritiam, vt ſunt illi, qui ſupra alios communes homines peritiam circa eam rem non profitentur, vtpote qui neque ſcientiam, neque artem circa eam didicerunt, aut profitentur. Prioris generis homines, ſi vel quia ob ſuam imperitiam inſufficientes ſunt ad præbendum alijs circa talem rem conſilium, eos decipiant, vel ob negligentiam in examinanda & expendenda ea re, conſilium nociuum dent, vnde, præter ipſorum intentionem, damnum ſequatur, vel ijs ipſis, quibus id conſilium dant, vel aliquibus alijs, tenentur ad reſtitutionem eius damni, diuerſimodè tamen. Quoniam, ſi in actu tradendi id conſilium intendant ſolum commodum eius, cui, præter ipſorum intentionem, damnum ex tali cõſilio ſequitur, ſolum tenentur de lata culpa, non verò de leui, aut leuiſſima. Vt ſi medicus gratis curet, aduocatus gratis patrocinetur, doctor, aut confeſſarius, ex caritate abſque vllo ſtipendio, aut mercede, in confeſſionibus, aut extra confeſſiones, conſilium det. Si verò conſilium id dando, ſimul intendat commodũ proprium, & aliorum, quatenus ſtipendio accepto, vt eum actum exerceat, conſilium dat, ſaltem quia, vt id munus exerceat circa illum, aut alios, qui de eadẽ ſunt parœcia, fructus beneficij accipit, tenetur de leui culpa, non verò de leuiſſima. Poſterioris verò generis homines, qui non profitentur circa eam rẽ peculiarem peritiam, ſi bona fide conſilium nociuum dent, & præſertim ſi illud dent gratis, ſolum tenentur de dolo. Quoniam hi homines non profitentur conſilium dare, integrumq; eſt eos, qui illud petũt, aut quibus datur, illud non exequi. Atque in hoc euentu loquuntur reg. nullius ex conſilio de regu. iur. lib. 6. & l. conſilij. ff. eodem titu. quæ id docẽt. Conſentiunt regulæ generales, quibus toto hoc ſecundo tractatu ſæpe explicauimus, quando quis teneatur de leui culpa, aut ſolum de lata ac dolo. Ex circunſtantijs verò concurrentibus, & ex qualitate conſilium dantis, ex munere illius, & ex rei qualitate, circa quam conſilium datur, prudentis arbitrio eſt iudicandum, num culpa aliqua in eo conſilio dando interuenerit, & quanta ea ſit, neque certa regula hac de re præſcribi poteſt.

Vtrùm autem liceat conſulere minus malum ad 3
vitandum maius. Rem diſcuſſimus Diſp. 335. partemq; affirmãtem oſtendimus eſſe verã, quando aliter diuertere malefactorẽ non poſſumus à patratione maioris mali, & quando minus malum, quod conſulimus, non eſſet in iniuriam alterius tertij: nam tunc non liceret conſulere minus malum in præiudicium tertij. Atque ſi conſuleretur, eaque ratione illi inferretur, reſtituendum id illi tertio eſſet, in cuius præiudicium tale conſilium cederet. Illud autem eſt obſeruandum, quando auertere non poſſumus malefactorem ab inferendo maiori malo proximo, illudque impedire aliter non poſſemus,

quam ſuadendo illi minus malum in rebus eiuſdem proximi externis, adiuuandoque malefactorem in eo damno inferendo; tunc, cum eiuſmodi adiutorio minimè tali proximo iniuriam inferremus, quin potius negotiũ illius vtiliter ageremus abſque vllo noſtro peccato, nullã nobis ex tali adiutorio ad id præſtito manare obligationem reſtituẽdi illi id damnũ, niſi fortè locupletiores in aliquo inde maneremus; ſed obligationem totam manere apud ſolum malefactorem, cui id adiutorium præſtaremus.

4 Dubium eſt, num, ſi quando aliquis prauum conſilium alicui dedit, vt proximo ſuo damnum iniuſtũ inferret, id illi non potuit perſuadere, poſtea verò ex eo conſilio fuit motus ad id damnum proximo inferendum, teneatur, qui id conſuluit, reſtituere tale damnum in defectum eius, qui id damnum exequutus eſt. Reſpondendumque eſt affirmanter. Quoniam re vera id conſilium ad id damnum inferendũ cooperatum tunc eſt, quando damnum fuit illatum, licet à principio non permouerit, aut etiam illi contradixerit, qui poſtea ex illo fuit permotus ad tale dã num inferendum.

DISPVT. 731.

Diſcrimen inter mandantem & conſulentem, quando poſt reuocatum mandatum, ac conſilium, damnum iniuſtè infertur.

SVMMARIVM.

1 *Mandans ſi expreſsè, aut tacitè, reuocauit mandatum, & de reuocatione mandatario conſtabat, ſi dã num mandatarius det exequendo mandatum, ſolus mandatarius tenetur illud reſtituere; niſi in mandato eſſet admixtum aliquid conſilij, vnde mandatarius motus fuerit ad id exequendum: nam tunc mã dans, tanquam cauſa minus principalis, tenetur reſtituere in defectum exequutoris. Conſulens verò licet conſilium reuocet, & ſuadeat, ne exequutioni mandetur, ſi inde ſequutum ſit damnum, tenetur illud reſtituere in exequutoris defectum.*

1 Licet quidam in ea ſint ſententia, vt dicant, ſi, poſt prauum mandatum aut conſilium, alicui datum, mandans aut conſulens, antequam damnum inde ſequatur, mandatum, vel conſilium, reuocent, non teneri reſtituere damnum nequitia mandatarij, aut eius, cui conſilium tale eſt datum, poſt reuocatum tale mandatum, aut cõ ſilium, ſequutum: alij tamen rectius hoc diſcrimen inter prauè mandantem, & prauè conſulentem, conſtituunt. Quòd ſi mandans, ante damnum exequutioni mandatum, expreſsè reuocauit mandatũ, verbis, ſcripto, per internuncium, aut alia ratione, vel tacitè, ineundo amicitiam, aut affinitatem contrahendo, cum eo inimico, cui damnum inferri mandauerat, tunc, ſi poſtquam mandatario de tali reuocatione mandati conſtitit, mandatarius damnum illi inferat, non tribuitur id damnum mandanti, ſed mandatario, ac proinde mandans tunc non tenetur illud reſtituere, ſed ſolus mandatarius. Ita Inno. c. ad audientiam de homic. quem, poſt Bartolum ſequũtur Angel, & Sylueſt, vterque verb. mandatum, num. 5. & Nauar. in Manu. c. 27. numero 233. At verò quãdo poſt reuocatum conſilium, petitumque ab eo, cui eſt datum, vt illud exequutioni non mandet, damnum iniuſtè eſt datum, damnum illud ei, qui conſilium dedit, imputatur tanquam concauſa per id conſilium, atque adeò ad reſtitutionem illius tenetur in

A defectum eius, qui illud exequutioni mandauit, vt cum Inno. aſſerit Panor. c. ad audientiam citato. nume. vlt. Rationem reddit Nauar. nume. 233. citato, (licèt quoad irregularitatẽ ex homicidio loquatur) quoniam conſilium datur gratia eius, cui datur, vt is illo vtatur tanquam ſuum negotium agens, eaque ratione, quandocunque, is illo permotus, damnum iniuſtè infert, imputatur opus, quo damnum infert, atque effectus, ei, qui tale conſilium dedit, tanquam cauſæ per id conſilium ad id opus ad eumque effectum cooperanti. Mandatum verò eſt præciſè ratione mandantis, vt mandatarius, tanquam negotium agens mandantis, operetur interim dum mandans voluerit; eaque de cauſa ſtatim, ac mandans illud reuocat, non amplius mandanti imputatur opus atq;

B effectus, ſed mandatario, qui ſua nequitia ex tali mã dato occaſionem ſumpſit ad id dãnum, abſque mandantis culpa, inferendum.

Quo loco obſerua, nullum eſſe dubium, damnũ iniuſtè à mandatario illatum, poſt mandatum à mãdante reuocatum, non imputari mandanti, quaſi ad illud reſtituendum teneatur tanquam cauſa principalis, quæ ſola, ante omnes alias illius damni cõcauſas, teneatur id integrum damnum reſtituere, & reſi qui ſolum in defectum illius quo pacto proculdubio ad reſtitutionem eius damni teneretur, niſi mandatum, ante id damnum datum, reuocaſſet, vt infrà dicetur, quando concauſas omnes damni iniuſtè dati inter ſe conferemus, oſtendemuſque, quouſque vnaquæque ad illius reſtitutionem teneatur, aut non te-

C neatur. Eſt tamen dubium, quando mandatarius, nihil impediente, quod mandatum eſſet à mandante reuocatum, idque mandatario conſtaret, ex eo nihilominus mandato fuit motus ad damnum inferendum, num mandans ad reſtitutionem teneatur eius damni, in defectum tamen mandatarij, qui tãquam cauſa principalis iam tunc illius, illud integrum ante mandantem reſtituere teneretur: quemadmodũ praui conſilij exequutor tenetur principaliter integrum damnum, à ſe ex tali conſilio iniuſtè datum, reſtituere, & conſiliarius non, niſi in defectum talis exequutoris, vt infrà, quando concauſas damni iniuſtè illati inter ſe conferemus, explanabitur. Dicendum autem eſt, quando mandatum nihil admixtũ habet praui conſilij, quia ſcilicet nihil habet vnde

D mandatarius ad illius exequutionem moueatur, prę ter mandantis iuſſionem atque autoritatẽ, ſed mandatarius, poſt mandatum reuocatum, ſola ſua nequitia, aut cupiditate obtinendi, quod ſibi fuerat promiſſum, vt id mandatum exequeretur, tale mandatũ fuit exequutus, tunc mandantem ad nullam teneri reſtitutionem, propter rationem à Nauarro redditam. Cæterum, ſi mandatum admixtam habeat rationem aliquam à mandante mandatario propoſitam, vnde mandatarius, ſeclula autoritate ac imperio mandantis, motus fuit ad id damnum inferendũ tunc mandantem teneri reſtituere id damnum tanquam cauſam minus principalem in mandatarij de-

E fectum, eo quòd verè per id conſilij admixti, cooperatus eſt ad damnum ita iniuſtè illatum, quando exequutioni fuit mandatum: ſemper enim conſilium, quando ex illo aliquis motus damnum iniuſtè dat, cooperatur ad id damnum tanquam inſtrumentum eius, qui illud dedit, illique, tanquam concauſę illius imputatur id damnum, nihil impediente, quòd tale conſilium reuocauerit, & quòd diſſuadere ei ſit conatus, cui illud dedit, vt nihil tale efficeret.

DISPVT. 732.

De conſentiente. Et num conſentiens aut ſuffragium ferens ad damnum iniuſtũ, quando ſine tali conſenſu, aut ſuffragio, ſimiliter id damnum daretur, ad reſtitutionem illius teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Conſulens, vt reſtituere teneatur damnum ex conſilio dato ſequutum, quis dicatur. Comprehendit verò ſuffragium ferentem ad id damnum.*

2 *Suffragia ferentes, aut conſentientes, poſtquam aliquid, independenter à poſterioribus ſuffragijs, irreuocabiliter eſt decretum iniuſtè, non tenẽtur ad damnum plenè iam per anteriores datum. Neque exequutio obligationem reſtituendi inducit in exequentes, quando ſuffragia, licèt iniuſta, ius electo contulerunt. Induceret verò, quando exequutio eſſet de re mala, nihil impedientibus anterioribus ſuffragijs ac conſenſibus.*

3 *Qui ante damnum integre datum ſuffragia dant, nõ excuſantur à reſtituendo damno, eſto ſciant, ſi ipſi non ſuffragẽtur, alios poſtea id damnum plenè ſuis ſuffragijs daturos. Qui item poſt damnum integre datum ſuis ſuffragijs augent dedecus & infamiam iniuſtè reiecti, reſtituere illi tenentur id dedecoris & infamiæ augmentum.*

4 *Suffragia ſua qui in capitulo renuntiant, quibus impediuiſſent damnum ab alijs datum, & qui tacent, quæ ibi dicere aut proponere tenebãtur, quibus damnum id impediuiſſent, reſtituere illud tenentur.*

1 NOmine conſentientis in re propoſita, nõ intelligitur, qui quouis modo conſentit: ſi enim aliquis, quia ex iuſtitia non tenetur prohibere aliquid, eo quòd ex officio id ei non incumbat, aliquid non prohibeat, ſanè eſto ex caritate id prohibere ſub reatu culpæ lethalis teneatur, huius tamen conſenſus non ſolùm per hoc, quòd non prohiberet, cum poſſet, ſed etiam per hoc, quòd diceret, per me facite, quod volueritis, ego non impediam, & inſuper tacebo, neque vnquã id detegam, neque eſt conſentiens, de quo modò loquimur, neque vlla ei inde inſurgit obligatio reſtituendi damnum ab alijs, ipſo, modo explicato, illud non prohibente, illatum: quia non eſt cauſa talis damni, cum nihil ad illud cooperetur, ſed ſolùm illud non impediat: non impediens autem tunc ſolũ cenſetur cauſa damni iniuſtè ab alijs dati, quãdo ex officio, ac proinde ex iuſtitia, tenetur illud impedire, non verò, quando ſolum tenetur ex caritate illud impedire, vt infra dicetur. Quin obſerua, eſto aliquis prædicto modo conſentiret damnum ab alijs iniuſtè inferri, quando ipſe illud ex officio atque ex iuſtitia impedire teneretur, ac proinde quando inde contraheret obligationem illud reſtituendi in defectum eorum, qui illud dederunt, iuxta ea quæ infra dicenda ſunt, non tamen eſſet conſentiens, de quo modò loquimur, ſed eſſet non obſtans, & non manifeſtans, de quibus infra futurus eſt ſermo. In re autem propoſita nomine cõſentientis intelligitur, qui per ſuum conſenſum eſt cauſa damni, in id damnũ poſitiuè influendo. Vt ſi aliquis exequi vellet iniuſtum aliquod damnum, quod inferre non poſſit abſque conſenſu, autoritateve principis, aut alterius poteſtatis publicæ, tunc, ſi princeps, aut talis alia poteſtas publica, ad id præſtet ſuam autoritatem, ſeu conſenſum, vt id fiat, conſentiens eſt, de quo in re propoſita loquimur: & quia per talem conſenſum eſt

A concauſa damni iniuſti, quod ex eo conſenſu fit, tenetur illud reſtituere. Si item à conſenſu aliquorum pendeat, quòd bellum inferatur; atque illi conſentiant, ſuffragiave præſtent, quòd iniuſtũ aliquod bellum inferatur; conſentientes ſunt, de quibus modo nobis eſt ſermo: & quoniam per eũ conſenſum, quemadmodum concauſæ ſunt iniuſtæ talis belli, ita quoque concauſæ iniuſtæ ſunt damnorum, quæ ex eo bello ſequẽtur, ad eorum omnium reſtitutionem tenentur. Illi verò, qui poſt tale bellum definitum, illud approbant, ita tamen quòd ex ipſorum approbatione non pendet inferri, aut non inferri, vt ſunt homines de plebe, à quorum approbatione, poſtquam eſt definitum, nec inferri, nec non inferri, pendet, ſanè ſicut per eum ſuum conſenſum &
B approbationem cauſa non ſunt talis belli, ita neque cauſa ſunt damnorum, quæ ex illo ſequuntur, nec proinde tenentur illa reſtituere, niſi poſtea in illorũ exequutione ſint aliter eorundem concauſa, vt bene Caiet. in ſumma verb. reſtitutio, ait. Item, qui ſuffragijs contra iuſtitiam aliquem eligunt ad cathedram in vniuerſitatibus, vel ad canonicatum in eccleſijs cathedralibus, aut aliquid aliud contra iuſtitiam ſuffragijs efficiunt, concauſæ ſunt iniuſtę talis electionis, reſtituereque proinde tenentur damna, eis ſuffragijs proximè, vel remotè, iniuſtè data.

Quãdo aliquid iniuſtè ſuffragijs cõfertur, aut decernitur, vnde dãnum iniuſtũ ſequitur, quod reſtituere tenẽtur, qui illius ꝑ ſuffragia, aut cõſenſum, cauſæ ſunt, aut concauſę, vt proximè eſt dictũ, eſt obſeruã- 2
C dum. Si, vt id fiat, pendeat à maiori ſuffragiorum parte, ita quòd poſtquam maior pars ſuffragiorum acceſſit, ſuffragia, quæ poſt illa accedunt, ac ſequuntur, nihil mutare iam poſſunt, aut impedire, tunc, qui iniuſtè ſuffragatur poſt maiorem partem ſuffragiorum, quæ rem iam decreuerunt, aut alicui contulerunt, non tenetur ad reſtitutionem talis damni iniuſtè dati. Ratio aũt eſt, quia, cum iam damnum totum eſſet integre datum per antecedentia ſuffragia, hic, qui poſterius iniuſtè ſuffragium tulit, non eſt cooperatus ad id damnum integre ac plenè iam antea per alios datum, ac proinde, cum cauſa iam non ſit eius damni, reſtituere illud non tenetur. Hoc potiſſimũ locum habet, quando ſecretis ſuffragijs, nulla prę̨uia conſultatione inter ſuffragium habentes, ante-
D quam ſuffragia pręſtentur, non confertur, aut decernitur, vt fieri ſolet in collatione cathedrarum per ſcholaſticorum ſuffragia in vniuerſitatibus, & in collatione aliquorum canonicatuum, quæ per oppoſitionem ſuffragijs canonicorum, & epiſcopi, conferuntur in eccleſijs cathedralibus. Ita Caiet. vbi ſupra, Nauar. in Manu. c. 17. num. 21. Ioan. Med. de reſt. q. 7. & doctores communiter. Medina tamen addit, ſi, qui poſterius tulerunt ſuffragia ita iniuſta, concurrant ad exequutionem eius, quod ſuffragijs eſt definitum, tanquam concauſæ, præcipientes vna cum alijs exequutionem, teneri ad reſtitutionem tãquam concauſas eius iniuſtæ exequutionis. Quæ ſententia mihi non probatur. Atque in primis, quod ad
E cathedras vniuerſitatum attinet, ſcholaſtici ſuffragantes, ſuis ſuffragijs cathedram conferunt, quoad ius, quod ad illam eis conferunt, pro quibus ſuffragantur. Regulare autem vota (vt vocant) & videre, cui ſuffragijs ſit collata, & facere fidem, ac mittere ſchedulam, qua exequutio fit, ad rectorem & conſiliarios vniuerſitatis ſpectat: qui, quamuis ſciant ſuffragia fuiſſe iniuſta, non poſſunt aliud facere, neque ipſi iniuſtitiam committunt, rem exequutioni mandando: quandoquidem electus eis ſuffragijs, licèt iniuſtis, ad eam cathedram, ius iuſtitiæ ad illã comparauit, ac proinde eam illi tribuendo iuxta ſuffragia, non peccant contra iuſtitiam, neque contra aliquam aliam virtutem, ſed ſuum munus debitè exequun-

quuntur: ſcholaſtici verò, qui iniuſtè ſuffragia tulerunt, ſunt, qui contra iuſtitiam peccauerunt, quique ad reſtitutionem damni iniuſtè dati tenentur. Deinde, quamuis in capitulis cathedralium eccleſiarum, ipſi, qui ſuffragia tulerunt, eſſent, qui rem exequutioni mandarent, ſanè, neque damnum ipſi darent, neque contra iuſtitiam peccarent, aut contra aliam virtutem, iuxta maiorem ſuffragiorum partem, collationem exequutioni mandantes: quoniam ſimiliter ſuffragia, etiamſi iniuſta, iuſtitiæ ius contulerunt ad canonicatum electo eis ſuffragijs, illique poſt ea ſuffragia canonicatus eſt debitus: qui autem primò vſque ad maiorem partem ſuffragia eo modo iniuſta tulerunt, tenentur ad reſtitutionem damnorum iniuſtè eis ſuffragijs illatorum: quare exequutio poſt talia ſuffragia non eſt iniuſta neque, qui ad illā poſt ſuffragia cōcurrunt, cauſæ ſunt iniuſtæ, ita ad illam concurrendo. Quando autem exequutio poſt ſuffragia, aut poſt definitionem aliam factam à maiori parte communitatis, eſſet mala, aut iniuſta, tunc peccaret contra iuſtitiam, qui ad eam iniuſtam exequutionem cooperaretur, neque vllæ partes communitatis, aut aliqui alij, quibus præciperetur exequutio illa, tenerentur, aut poſſent, tali præcepto, vtpote iniquo, parere, quin potius ibi haberet locum illud Petri & Ioannis Actorum 4. Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate.

3 Sunt verò circa hæc nonnulla obſeruanda. Primum eſt. Quando collatio pendet à maiori parte ſuffragiorum, aut conſenſuum, tunc, qui antequam maior pars ſuffragiorum eſſet pro aliquo lata, pro illo iniuſtè ſuum ſuffragium daret, eſto ſciret, maiorem partem habentium ſuffragium, pro eodem ſuffragia laturam, eaque de cauſa ipſe pro illo ſuffragium tulerit, alioqui minimè pro illo ſuffragium laturus, tenetur nihilominus, vnà cum cæteris, qui ante alios maiorem ſuffragiorum partem pro illo dederunt, reſtituere damna inde iniuſtè ſequuta. Quoniam ipſe reuera cooperatus eſt ſuo ſuffragio ad id damnum iniuſtum: &, quòd alij id damnum eſſent poſt ipſum daturi, niſi ipſe illos anteuerteret, nō tollit, quòd ipſe id damnum iniuſtè re uera dederit.

Secundum eſt. Qui poſt maiorem ſuffragiorum partem pro aliquo latam, ſuffragium ſuum pro illo eodem iniuſtè ita dant, vt impedire non poſſint dānum plenè ab alijs ſuis ſuffragijs iniuſtè datum, reſtituere non teneantur, quod illi iniuſtè fuit collatū, vt dictum eſt, neque item iacturam honoris, aut famæ, eius, qui ad id eligi debebat; ſi tamen ſuis ſuffragijs auxerunt iacturam dedecoris ac infamiæ, quatenus maius dedecus & maior infamia eſt, aliquem excludi maiori ſuffragiorum copia, quàm minori, teneri id damni augmentum illi reſtituere, quatenus concauſæ iniuſtæ illius fuerunt.

4 Tertium eſt. Eos, qui ſua vota in capitulo renuntiant, attendentes, aut attendere debentes, id in cauſa eſſe, quòd aliquid iniuſtè fiat, dum ea ratione prę ualent ſuffragia eorū, qui iniuſtè aliquid conferunt, aut decernunt, & peccare lethaliter, & reſtituere teneri damna, quæ inde fuerint ſequuta, ꝙ ipſi ſuffragia non tulerint: quoniam ex officio tenebantur tūc impedire ea damna, tanquam partes totius communitatis, cui ius ſuffragij ad ideſt tributum. Eadem ratione, partes capituli, quæ proponendo aliquid circa id, de quo agitur, aut aliquid manifeſtando, impedire in capitulo potuerunt, ne aliquid ab eo capitulo, ac communitate, iniuſtè fieret, cum ex munere ad id proponendum, iuxta ordinem in eo capitulo ac cōmunitate præſcriptum, tenerentur, & lethaliter peccant, ſi id omittant, & ad reſtitutionem damnorum inde ſubſequutorum tenentur. Ita Innoc. cap. 1. de ijs quæ à maiori parte capituli. & Syluest. verb. conſenſus. quæſt. 3.

A

DISPVT. 733.

De adulatore, & receptatore.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere in defectum exequutoris quis vt palpo, ſeu adulator teneatur.*

2 *Receptator quis dicatur, vt tanquam concauſa reſtituere teneatur ablata, damnave data, etiam concauſando ne reſtitutio fiat. Cum receptatoribus comprehenduntur, qui alios in iudicio aut alibi defendunt, ne aliena reddant. Et quouſque ad pœnam liceat nihilominus malefactores in iudicio defendere.* B

3 *Receptatores ad ludum, ad comeſſationes, & ad ſimilia tanquam concauſæ, quòd aliena ibi diſtrahantur, aut conſumantur, quouſque reſtituere teneantur.*

Palpo ſiue palpator, licèt is ſit, qui adulatur, 1
eo tamen vocabulo, in re præſenti, intelligitur quicunque, vel laudando, vel etiam exprobrando, irridendo, aut murmurando de aliquo, vel quouis alio ſimili modo, illum ad damnum iniuſtum proximo ſuo inferendum mouet, vel ſumendo de alio vindictam, vel quouis alio modo. Talis quippe reſtituere tenetur damnum totum, cuius, ita alterum mouendo, fuerit cauſa aut C concauſa. Tenetur tamen in defectum exequutoris, vt infra dicetur. Exemplum eſt, vt ſi quis alterum ad vindictam moueat, proponendo illi ſuam nobilitatem, aut geſta ſuorum maiorum, vel illi exprobrādo adulterium vxoris, aut alio quouis ſimili modo: tenetur enim, tanquam cōcauſa illorum iniuſta, ad damna omnia ſebſequuta, non ſolùm, ſi illa intendit, ſed etiamſi attendere debuit, id inde ſequi poſſe.

Recurſus nomine in re præſenti intelligitur, qui 2
vel recipiendo aliquem, vel prædam illi aſſeruando, vel aliquo alio modo, illi ſecuritatem præbendo, ad eamve eum adiuuando, in cauſa eſt, vt damnum aliquod iniuſtè inferat, aut vt, poſtquam illud intulit, id non reſtituat. Tenetur enim reſtituere damnum omne, cuius aliquo modo fuerit concauſa ob tale ad D iutorium, vires aliquo modo & animum illi augendo, aut conſeruando, ſecuritatemve aliqua ex parte illi prębendo: atque reſtituere etiam illi tenetur damnum, cuius licèt ipſe non fuerit cauſa, fuit tamen ea ratione impedimento ex parte, ne id reſtitueretur, aut recuperaretur. Atque cum his, & cum palpatoribus, computare, ſeu comprehendere, poſſumus eos, qui illum coram iudice defendendo, aut excuſando, aut etiam coram dānum iniuſtè paſſo, vel coram partes illius agente, in cauſa ſunt, ne reſtituere cogatur. Quando tamen ſimul conueniretur ad pœnam illi pro eo delicto imponendam, tunc, quantum ipſe ſe poſſet licitè defendere, tantum liceret eum adiuuare: modò, ſi adiuuanti conſtaret, illum damnum in E iuſtè dediſſe, quod in conſcientiæ foro reſtituere teneretur, nulla expectata ſententia, prouideret, vt id illi occultè reſtitueret, ſi eſſet ſoluendo, aut, ſi ſoluendo non eſſet, præſtaret ſufficientem cautionem, qualem attentis circunſtantijs concurrentibus, præſtare tunc poſſet. Obſerua autem, nos hoc loco ſolùm loqui de receptatoribus, quatenus concauſæ ſunt damni iniuſtè dati. De receptatoribus autem aliter delinquentium, & de pœnis illis ſtatutis, ſuis in locis eſt dicendum. Atque dum ſuprà de pœnis furum, ac raptorum, dictum eſt, ſermo etiam eſt habitus de pœnis illos recipientium.

De ijs autem, qui in domo ſua recipiunt ad ludendum, aut ad comedendum ac bibendum, filiosfamilias, 3

lias, & alios, qui ludunt ac conſumunt res, de quibus cõſtat, aut ſuſpicio eſt, alienas eſſe, num illarum rerum dominis reſtituere teneantur res ita conſumptas, tanquã concauſæ talis iniuſtæ conſumptionis. Dicendum eſt. Si ita recipientes, aliquid earum rerum accipiant, vel in ſtipendium receptionis, vel in precium pro rebus, quas illis tradunt, reſtituere teneri, ꝙ ita accipiũt, ratione rei acceptæ, & ratione iniuſtę acceptionis. Niſi, ſemoto omni dubio pſumãt, earum rerum dominos non velle reſtitutionem: eo quòd ſolum ſint inuiti, quòd res ipſorum alienentur: poſtquam autem alienatæ aut conſumptæ ſunt, reſtitutionem cõtemnunt. Si verò recipientes, nihil earum rerum recipiant, ſed ſolùm permittant in ipſorum domibus eas res ludi aut conſumi, tunc ſi cartas, aut aleas, ad ludendum tradant, imò ſi menſam ad ludendum illis ſternant, & alia ad id neceſſaria præbeant, vt ſedilia, lumen, & ſimilia, reſtituere tenentur tanquam concauſæ eius damni iniuſti; in defectum tamen eorum, qui res ita alienant, quin & in defectum eorum, qui eas res lucrati ſunt: qui omnes, ante eiuſmodi receptatores, reſtituere tenentur. Quòd verò aliquis, ſciens aliquos ingreſſos eſſe domum ſuam ad ludendum, ibique ludere, inde illos non eijciat, reſtituere non tenetur aliena, quæ ibi ludũt, modò eos nõ occultet, & quaſi defendat: neque enim ex iuſtitia, ſed ſolùm ex caritate, tenetur impedire ludum in ea ſua domo, eos inde eijciendo, quãdo ipſe nihil ad ludum cooperatur, ſaltem eos defendendo aut occultando.

DISPVT. 734.

De participantibus. Et quouſque ſinguli, in varijs euentibus, reſtituere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere vt teneantur, varij participantium in furto, aut in damno dato, modi, & quouſque vnuſquiſque reſtituere teneatur.*

2 *Reſtituere vnus non tenetur partes aliorum, quando ſolùm fuit occaſio vt alij ſimul furarẽtur: ſecus quãdo fuit cauſa, & quibus modis cauſa eſſe poſſit.*

3 *Damna iniuſta, quæ milites in exercitu dant, quando qui illa exequuntur, & quando omnes, tenentur ea reſtituere, hoc eſt, ſinguli ea integra in defectum aliorum. Et cur non tanto rigore ſinguli præcipiendi ſint reſtituere, ſed vnuſquiſque moderatè prudentis arbitrio.*

1 PArticipantes hoc loco dicuntur, quicunque ad iniuſtitiam, præter modos hactenus explicatos, coadiuuant, ſiue ſimul participant re iniuſtè accepta, ſeu detenta, ſiue non. Et quidem, quando aliquis ſolùm in re accepta participaret, abſque vlla iniuſta acceptione ex parte ipſius, non eſſet participans, de quo modo loquimur, iuxta ea, quæ in principio Diſputat. 729. dicta ſunt: ſolùmque reſtituere teneretur, quod ad ſe ex ea re peruenißet, ſi extaret, aut quantum ex eo, quod non extaret, factus eſſet locupletior, vt ex ijs, quæ, dum de radice reſtitutionis ex parte ſolius rei acceptæ ſunt dicta, facilè liquet.

Inter participantes ergo, de quibus nobis hoc loco eſt ſermo, in primis numerantur, qui cooperãtur ad furtum, aut ad quamcunque aliam iniuſtam acceptionem, vel damnum iniuſtum, influendo iniuſtè ad illud immediatè, illudque exequendo, aut poſtquam res iniuſtè detinetur, aliquid illius accipiendo, aut retinendo iniuſtè. Numerantur etiam, qui

A mediatores ſunt ad iniuſtitię exequutionem, vt ſunt vſurariorum famuli, qui contractus iniuſtos, vſurariorum nomine, celebrant, pecuniaſque recipiunt, & ſunt famulus, aut quicũque alius, qui, quod filius familias, aut quod quiuis alius furatur, ſciente, aut præſumendo, præſumereve debendo, eſſe furto ablatum, uendit, aut aliter diſtrahit, & qui illud ſimiliter emptum, aut quouis alio titulo ſibi traditum, accipit, & ſunt alij ſimiles.

Numerantur deinde fabri ferrarij, & alij, qui ſciẽtes, aut præſumentes, præſumereve debentes, claues, aut alia inſtrumenta, peti ad furandum, aut ad aliud damnum eis inferendum, ea conficiũt, aut tradunt: ſunt enim concauſæ damni ſequuti, tanquam cooperantes ad illud miniſtrando inſtrumenta, qui-
B bus alij ad id ſunt vſuri. Numerantur item, qui ſcalas applicant, aut tenent, quibus alij aſcendunt ad damnum iniuſtè inferendum. Et præterea, qui exploratores ſeu vigiles ſunt eorum, qui damnum iniuſtè inferunt, vt illos admoneant, quo tutius ac facilius id iniuſtum damnum exequantur. Item numerantur, qui illos comitantur, animo eos defendendi, aut quoduis aliud auxilium ad id iniuſtum damnũ inferendum eis præſtandi. Ex his exemplis facilè quiuis intelliget ac iudicabit, oblato ei quouis alio euentu, num in illo dicendus ſit aliquis participans in damno aliquo iniuſtè illato, aut non, vt ex hoc capite iudicandus ſit teneri ad illius reſtitutionem an non.

Vt autem intelligatur, quãtum quiuis participan-
C tium iniuſtè in damno dato reſtituere teneatur, reſpiciendum ſemper eſt ad effectum, damnumve iniuſtè datum, atque in illo eſt attendendum, quãtum illius ſua cauſalitate attigerit. Et quidem, ſi totius effectus, damnive fuit cauſa, quia videlicet totum id damnum totalitate effectus, & ſingulas illius partes, attigit ſua cauſalitate, tunc, nihil impediente, ꝙ partialitate ſolùm cauſæ fuerit illius cauſa, quia ſcilicet alius, aut alij, ſimul fuerunt cauſæ eiuſdem totius effectus, reſtituere tenetur totum effectum, ſaltem in defectum aliorum, vt explicauimus. Si verò ſua cauſalitate ſolùm attigit partem effectus, damnive dati, ita quòd reliquæ partis, aut reliquarum partium, ipſe nullo modo fuit cauſa, quia eas ſua cauſalitate non attigit, ſed alij fuerunt ſoli illarum cauſę,
D tunc ipſe ſolum tenetur reſtituere eam partem, quã ſua cauſalitate attigit, ſiue illam attigerit totaliter totalitate cauſæ, quia ipſe ſolus cauſa fuit eius partis damni, ſiue partialiter ſolum partialitate cauſæ, quia videlicet alius ſecum cauſa etiam fuit eius partis damni.

Hinc quando, verbi gratia, multi vineam ingre- 2
diuntur, vt vuas furentur, aut aliquem alium locum, vt damnum iniuſtè dent, diſtinguendum eſt: Quoniam, ſi nullus alium ad id inuitauit, conſiliumve ad id illi dedit, neque animo ſe inuicem defendendi, ac adiuuandi, ſi vinitor, aut vineæ dominus, compareret, ingreßi ſunt, ſed ſimul vineam ſunt ingreßi, nullo eorum cooperante ad partiale furtum alterius, li-
E cèt fortè vnus eorum ingrediendo prius alijs, occaſionem illis præbuerit ipſum ſequendi, ac damnum ſimiliter dandi, tunc nullus eorum reſtituere tenetur, niſi id, quod ipſe accepit: quia nullo modo concurrit ad partes, quas alij iniuſtè acceperunt, concauſa ve fuit, quòd acciperentur: neque enim ſola occaſio comparatione effectus alicuius dici poteſt cauſa illius. Si autem vnus inuitauit aut mouit alios ad furtum illud, ita quòd alij permoti, aut confirmati ſuaſione illius, ingreßi ſunt ad furãdum; tunc, qui alios ita mouit, reſtituere tenetur, non ſolum partem, quã ipſe eſt furatus, ſed etiam partes aliorum, quos ita ad furtum mouit: quoniam effectus totalitate earũ etiam partium cauſa ſuo conſilio fuit: eas tamẽ partes

tes

tes ſolum reſtituere tenetur in defectum eorum, qui illas furati ſunt, quique magis principales cauſę eius damni fuerunt: quare, ſi loco eorum illas reſtituat, vnuſquiſque eorum reſtituere ei tenetur, quod loco ipſius reſtituit. Hi verò qui, inuitati ita ab alio, furtum commiſerunt, ſi alios ad id furtum non permouerunt, ſolum tenetur reſtituere vnuſquiſque quod accepit: quoniam eius tantum damni fuit cauſa, & non damni, quod alii dederunt. Quando autē multi ita acceſſerunt ad damnum inferēdum, quòd mutuus comitatus fuit cauſa damni ab vnoquoque illorum illati, vel quia nullus accederet ad id damnū dandum, niſi fretus communi defenſione, vel quia non præualerent id damnum inferre, niſi comitati accederent, tunc vnuſquiſque reſtituere tenetur, nō ſolum damnum, quod per ſe ipſum immediatè dedit, ſed etiam, in aliorum defectum, reſtituere tenetur damna, quæ cæteri dederunt: quoniam ſinguli, dum ita ſibi mutuo fuerūt præſidio ac adiutorio ad id damnum dandum, cauſa fuerunt totius damni ab omnibus dati, totalis quidem totalitate damni ac effectus, licèt partialis cauſæ partialitate.

5 Hinc in damnis, quæ exercitus iniuſtè dat, eſt diſtinguendum. Quoniam ſi ſunt talia, quæ dantur à ſingulis, vt per accidens ſunt coniuncti cū aliis, quia videlicet damnum, quod vnuſquiſque iniuſtè dat, ſimili modo ab eo daretur, eſto non eſſet cōiunctus cum aliis, vt ſi aliquid ex aliena vinea accipiat in trāſitu exercitus, minimè fretus, quòd comitatus accedat, & quando nullus eſſet, qui impediret, eſto comitatus non accederet, tunc ſolum teneretur reſtituere partem, quam ipſe ita iniuſtè accepit, nō verò partes aliorum, quos ipſe ad illas accipiendas non permouit: quoniam nullo modo eſt cauſa damni, quod ita alii de exercitu in ea vinea dederunt. Si verò dāna ſunt talia, quæ dantur à ſingulis vt per ſe ſunt cōiuncti cum aliis, ita quòd nullus eorum per ſe ipſum id damnum exequeretur, atque cum effectu illud daret, niſi fretus aliorum auxilio, vt ſunt damna, quæ dantur in cōgreſſu exercitus, in direptione vrbium, in depopulatione regionum, in direptione nauium, & ſunt pleraque alia, quæ in exercitu dantur, tunc vnuſquiſque militum reſtituere tenetur damnum totum ab exercitu datum, in defectum tamen aliorum, qui non reſtituerint partes damni, quas ſinguli per ſeipſos immediatè dederunt. Ratio autem eſt, quoniam ſinguli milites cauſa iniuſta fuerunt totius illius damni, totalitate quidem effectus, licèt partialitate cauſæ. Ita Adria. q. 1. de reſt. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 7. Sotus 4. de iuſt. q. 7. art. 3. Couar. reg. peccatum. par. 2. §. 12. ad finem. num. 2. & alij. Neque mihi probatur, quod ait Naua. in Manu. c. 17. nu. 20. militem ſcilicet, ſine cuius ope dux Borbonius vrbem Romanam tempore Caroli 5. & Clemētis 7. diripuiſſet, non teneri reſtituere totum id damnum, ſed ſolùm id, quod ipſe diripuit. Etenim vnuſquiſque miles in particulari de numero eorum omnium, qui eam vrbem diripuerunt, dicere verè potuit, ſine me cæteri, ſi ad id concurrerent, diripuiſſent eam vrbem, ac proinde, ex ſententia Nauarri, nullus teneretur reſtituere, niſi ſolam partem, quam diripuit aut deſtruxit; cum tamen nihil damni fuiſſet ab vnoquoque eorum datum, niſi alij ſimul concurriſſent, atque adeò niſi exercitus totus fuiſſet cauſa totius damni ac ſingularum partium. Quare dicēdum eſt, de iuſtitiæ rigore, vnumquemque militem reſtituere teneri totum dānum ab exercitu datum, tanquam cauſam totius illius damni totalitate effectus, licet partialitate cauſę. Vt tamen Caiet. loco citato ait, per impotentiam excuſabitur vnuſquiſque, ſi reſtituat, quòd commodè poſſit. Ego dicerem, ex præſumpta vrbis voluntate, aut cæterorum, qui ab exercitu iniuſtè paſſi ſunt id dānum, ſatis eſſe ſi, prę

A ter damnum particulare, quod vnuſquiſque miles in particulari ded it, inſuper reſtituere iubeatur moderatū aliquid, prudentis arbitrio, attenta qualitate perſonæ, & attento, quòd plus, aut minus, cooperatus ſit ad damna, quæ alij dederunt. Neque enim exiſtimandum eſt, tam inhumanos eſſe Chriſti fideles, vt poſt damnum ita datum, velint tanta cum ſeueritate obligare eos, qui eo modo concauſæ fuerunt totius illius damni, vt cogant eos reſtituere ſecundum vltimum de potentia. Præſertim cum ea in parte non ſolùm eſſent crudeles ac irrationabiles, ſed etiam minus vtiliter ſuum negotium agerent: eo quòd ſingulos milites omnino arcerent à reſtitutione, militeſque in deſperationis baratrum mitterent, obligarentque ad rem humano more impoſſibilē, B ſi vellent, vt ſecundum vltimum de potentia, prout acquirerent bona, ea reſtituerent, ſine vlla ſpe vnquam integre reſtituendi, etiam efficiendo totum, quod in totam ſuam vitam poſſent.

Qui coadiutores ſunt ad exequutionem damni, quòd iniuſtè datur, & qui conficiunt, aut tradunt, inſtrumenta ad id damnum exequendum, qui item ſcalas applicant, aut tenent, quibus aſcendatur, vt id damnum detur, itemque, qui exploratores, aut vigiles, ſunt ad eos monendos, qui damnum iniuſtè dant, & qui illos defendunt, aut comitantur, reſtituere tenentur totum damnum, quod ita fuerit iniuſtè datum: eo quòd verè ſint cauſæ totales eius totius dāni, effectus totalitate, licèt partialitate cauſæ. Tenentur tamē ſolùm id reſtituere in defectum cauſarum C principalium, quas ita coadiuuarunt. Niſi ipſi partes rerum iniuſtè ablatarum obtinerent, ex pacto inter ipſos ita inito, aut alia ratione: nam tunc ſinguli eas partes, tanquam cauſæ principales, reſtituere tenerentur principaliter, & non in aliorum defectum. Si itē aliqui concurrerent ad aliquid iniuſtè deſtruēdum de communi conſilio, & tanquam commune negotium ipſorum omnium agendo, attamen diſtribuerant munera, vt quidam ipſorum vigiles, in aliorum ſecuritatem, eſſent, alij applicarent aut tenerēt ſcalas, vel aliquid aliud ad id adminiſtrarent, & cæteri damnum immediatè darent, tunc ſinguli omnes tanquam cauſæ principales, & non in aliorum defectum, reſtituere tenerentur partes æquales damni iuxta numerum ipſorum omnium, qui ad id ita prin- D cipaliter concurrerunt: reliquas verò partes eius integri damni, ſolùm reſtituere tenerentur tanquam concauſæ partialitate cauſæ, in aliorum defectum, qui illas tanquam cauſæ principales reſtituere tenebantur.

DISPVT. 735.

De muto, non obſtante, & non manifeſtante. Et num, qui ſolùm ex caritate ad hęc tenetur, reſtituere teneatur, ſi illa omittat. Ac vtrum, qui aliquid accipit, vt ea E omittat reſtituere id teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere vt teneantur damna ab alijs iniuſtè data, tanquam concauſæ illorū indirectæ, qui nomine muti, non obſtantis, & non manifeſtantis, intelligātur. Et qui ex officio tenentur ea impedire, cum quanto ſuo detrimento ad id non teneantur.*

2 *Reſtituere non tenentur tanquam cauſæ indirectæ eorum damna, ab alijs iniuſtè data, qui ſolùm ex caritate ea impedire tenentur, etiam ſi ex odio ea impedire omittant, ſed ſolùm qui ex officio ſeu ex iuſtitia ad id tenentur, & qui hi ſint.*

Acci-

3 *Accipiens aliquid à fure, vt taceat, quando teneatur illud reſtituere, quando non item.*

4 *Reſtituere non tenetur damnum alteri iniuſtè datũ, qui, cum ſolùm ex caritate illud teneretur impedire, velletque id impedire, illud ei diſſuaſit abſque vi, metu, & fraude, eſto ex odio eius, cui id damnum parabatur, id efficeret. Secus ſi vi, dolo, aut fraude, ſeu mendacijs, id efficeret.*

5 *Reſtituere quando teneantur famuli, qui impedire poſſunt furta & damna, quæ heris ſuis fiunt, nec impediunt. Quando non item.*

1 NOmine muti, non obſtantis, & non manifeſtantis, intelliguntur hoc loco, qui verbo, etiam ſcripto, aut facto impedire poſſunt damnum proximo iniuſtum, antequam fiat, vel poſtquam factũ eſt, nec impediunt, cum poſſint ac teneantur. Hi quippe cauſæ cenſentur indirectæ talis damni, eaque de cauſa ad reſtitutionem talis damni in defectum eius, qui illud dedit, tenentur. Damnum verò antequam fiat impeditur, clamando, denunciãdo paratum ad delinquendum, aut opem ac auxilium aduerſus illum ferendo, vt id damnum impediatur. Poſtquam verò datum eſt, iſque, qui illud iniuſtè intulit, reſarcire id non vult, impeditur, malefactorem denunciãdo, ſeu reuelando, ſententiam aduerſus eum ferendo, vt id damnum reſtituat, eumque ad ſolutionem cogendo, & alijs ſimilibus modis. Dictum verò eſt, mutum, non obſtantem, & non manifeſtantem, eſſe cauſam indirectam damni iniuſti ab alio dati, ſi poſſit, ac teneatur id impedire, nec impediat. Quoniam qui impedire illud non tenetur, non cenſetur cauſa eius damni. Sicut Deus non cenſetur cauſa eorum peccatorum, quæ fiunt, & poteſt impedire: eo quòd non teneatur ea impedire, vt in Concord. quæſt. 14. artic. 13. Diſput. 31. & in ſecunda editione Diſputat. 32. oſtendimus. Item quoniam licèt ex officio teneatur quis impedire tale damnum, ſi tamen vel omnino impedire illud non poſſit, vel non ſine grauiori reipublicæ damno, vel non ſine periculo propriæ vitæ, ad id non tenetur. Ita D. Thom. 2.2. q. 62. artic. 7. ad tertium. Scot. in 4. diſtin. 15. quæſt. 2. art. 4. §. de ſecundo, & doctores communiter. Obſeruant verò optimè Sotus 4. de iuſt. quæſt. 7. articu. 3. ad 3. & alij. Expedendum eſſe iniuſtum damnum, quod priuatis, aut reipublicæ, timetur, expendendamque eſſe quantitatem periculi, quod ex eo poteſtatibus ac miniſtris publicis imminet, quòd id damnum impedire aggrediantur, vt ex officio alioquin tenetur, ſimulque expendendam eſſe probabilitatem, quæ eſt, ea uia impediendum id damnum re ipſa fore, attentiſque his omnibus, atque cæteris circunſtantijs concurrentibus, iudicandum eſſe, num aliquando, etiam cum periculo vitæ, attentare teneantur impedire id damnum. Quemadmodum enim poteſtas publica obligare aliquando ſubditos poteſt, etiam cum periculo propriæ ipſorum vitæ, reipublicæ ſubuenire: ſic aliquando eadem poteſtas publica, alijque miniſtri publici, qui ex officio rempublicam defendere, malaque arcere tenentur, quique ea de cauſa iuſtum accipiunt ſtipendium, tenebuntur attentare impedire damnum iniuſtum, quod reipublicę aut partibus eius imminet, etiam cum periculo propriæ vitæ. Quando autem damnum non eſt tale, ac tantum, vt recta ratio exigat, attentare illud vitare, etiã cum probabili propriæ vitæ periculo, & multo magis quando temeritas eſſet id attentare, propterea quòd mors inde eſſet moraliter certa, & nulla, aut perexigua, ſpes id damnum vitandi, non tenerentur ſe tanto exponere periculo: quia neque ipſi cum tãto ſuo periculo ſe intenderunt ad id obligare, neque populi cum eo periculo eos obligare intenderunt,

A nihil impediente, quòd ad ipſos defendendos, protegendos, ac eruendos à periculis, ac damnis, ſtipendium condignum eis tribuant. Atque vt ſummatim res hæc dicatur, prudentis arbitrio conſiderandum ac iudicandum relinquitur, cum quanto periculo ac onere vnaquæque poteſtas publica, miniſterve publicus, teneatur impedire damnum quodcunque in particulari occurrens, attento gradu talis miniſtri publici, ſtipendio, quod accipit, & attentis cæteris circunſtantijs concurrentibus: neque certa alio hac de re ſtatui poteſt regula. Hęc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet, dubium eſt: 2
Num, qui ex ſola caritate impedire proximi damnum tenetur, ſi id, cum poſſit, non impediat, cenſeatur (B) cauſa indirecta eius damni, ac proinde teneatur illud ei reſtituere, in defectum eius, qui tãquam cauſa directa ac principalis, illud dederit: an verò is ſolus cenſendus ſit cauſa illius indirecta, qui ex officio, ſeu ſpeciali obligatione, atque adeò ex iuſtitia illud impedire tenetur: quales ſunt publicæ poteſtates, miniſtrive publici, & uniuerſim, qui ad id ſe aſtrinxerunt, ſiue ea ratione ſtipendium accipiant, ſiue non, vt ſunt cuſtodes, eorum comparatione, quę ex officio cuſtodienda ſuſceperunt. Cum his computare eos etiam poſſumus, quibus cura incumbit cuſtodiendi aliqua, ne nocumentum alijs inferant. Vt vnuſquiſque tenetur curare, ne ſua pecora, armenta, aut quoduis aliud ſuum, nocumentum alijs det: ſi autem ſua culpabili negligentia noceant, de (C) iuſtitia tenetur reſtituere damnum ita illatum, quatenus de iuſtitia impedire ea tenebatur, ne id damnum darent. Cum eiſdem poſſumus computare medicos ac chirurgos, qui alios curandos ſuſcipiũt, procuratores, qui aliquorum defenſionem ſuſcipiunt, & alios ſimiles.

Richardus in 4. diſt. 15. art. 5. quæſt. 4. & apertius Caiet. verb. reſtitutio, ac maior in 4. diſt. 15. quæſt. 26. ad tertium affirmant, eſto quis ex officio non teneatur impedire proximi damnum, ſed ſolùm ex caritate, ſi tamen commodè illud impedire poſſit, nec impediat, cenſendum eſſe cauſam illius indirectam, atque ad illius reſtitutionem teneri. In contraria verò ſententia ſunt. D. Thom. 2.2. quæſt. 62. artic. 7. ad 3. Alexan. Alen. & Altiſiodorenſis, quos (D) Adrian. quæſtio. 1. de reſt. refert ac ſequitur, ac ſunt Scot. in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 4. Ioan. Med. de reſt. quæſt. 9. Sotus 4. de iuſt. q. 7. artic. 3. Couar. reg. peccatum par. 2. §. 12. Nauar. in Manu. c. 17. nume. 18. & doctores communiter. Nempe eum ſolum cenſeri cauſam indirectam damni proximo iniuſtè illati, ac proinde teneri id ei reſtituere, qui ex officio, aut ex ſpeciali alia obligatione, quæ non eſſet ex ſola caritate, tenebatur illud impedire, nec impediuit, cum poſſet; non verò eum, qui ex ſola caritate illud impedire tenebatur. Ratio autem eſt, quoniam peccatũ contra ſolam caritatem, obligationem reſtituendi non inducit, ſed illud ſolum, quod iuſtitiam violat, vt in eo liquet, qui non paſcit fame morientem, aut (E) qui innocentem, qui iniuſtè interficitur, non defendit. Atque hæc ſententia omnino nobis probatur. Si circa eam longiorem diſputationem deſideras, l. Adrian. & Med. locis citatis.

Angelus verb. furtum, num. 26. hanc ſententiam limitat, vt intelligatur, præterquam, ſi is, qui ex ſola caritate proximi damnum impedire tenetur, dolo id facere omittat, hoc eſt, ex odio eius, cui id damnũ infertur, intentioneque, vt id ei inferatur. Meritò tamen ea limitatio communiter à doctoribus reijcitur. Quoniam praua illa intentio peccatum eſt ſolùm contra caritatem: quo fit, vt ſi aliter nõ influat ad id damnum, quàm illud non impediendo, quando ex iuſtitia impedire illud, non tenetur, ea intentio

ac

acodium obligationem reſtituendi non inducant.
Quin ſi is,qui ea praua intentione damnũ illud non
impediuit,interrogatus à domino rei,qui in ea id dã
num iniuſtum eſt paſſus,num ſciat,quis id damnum
intulerit,ex eadem praua intentione ac odio reſpon
deat,ſe id neſcire, ad nullam tenebitur reſtitutioné:
quia ſolùm peccat contra caritatem. Vtrum autem,
ſi à iudice interrogatus,idem reſpondeat,ad reſtitu-
tionem tunc teneatur, tracta.5. id examinabimus.
Hæc de ſecundo.
3 Quod verò ad tertium attinet, dubium eſt. Vtrũ
ſi aliquis accipiat aliquid à fure, vt taceat, reſtituere
teneatur,quod ita accepit. Sotus 4.de iuſt. quæſt.7.
art.3.& Nauar.in Man.cap.17.num.21. non tene-
ri affirmant, quando, quod ita accepit, non erat de
bonis furto ablatis,ſed de alijs bonis furis;& quan-
do,qui illud accepit,non tenebatur ex officio id dã-
num impedire. Arbitror tamen eſſe diſtinguendũ.
Quoniam,vel fur id in mercedem dedit,cum pacto,
vt taceret;vel in donum abſolutum, vt accipientem
alliceret ad tacendum. Eo modo,quo aliquid mu-
lieri donatur,vt alliciatur ad conſentiendum in pec
catum,abſque vllo pacto,ac conuentione, quòd pro
pter illud in peccatum conſentiat. Ac tunc dico. In
hoc poſteriori euentu non teneri reſtituere. Quo-
niam illud eſt donatio abſoluta, ſed cum modo ſo-
lum ſe habente,vt cauſa finali ſeu motiua ad donan
dum, non verò vt conditione, ſub qua eſſet valida
donatio,& ſine qua eſſet inualida,neque item ſe ha-
bente vt grauamine, quo non impleto, amitteretur
res donata,nihil impediente, quòd donans, ſi ſciret
ea via donatarium non inducendum ad id,quod in
tendebat,non donaret, vt de donatione ſimili mo-
do facta mulieri ad alliciẽdam eam ad peccandum
Diſp.208.& 286.eſt dictum. In priori autem euen-
tu, quando ſcilicet aliquid datur cum pacto, & ſub
conditione expreſſa,vel tacita,vt taceat,vt regulari-
ter ſolet dari, credo contra eſſe dicendum, ac Sotus
& Nauar.affirmant. Nempe quando is,qui id,vt ta
ceat, accipit, non tenebatur ex officio impedire id
furtũ, neque ex ſua taciturnitate alicui periculo ſua
bona externa,ſuam famam,aut ſuam perſonam,ex-
poſuit, reſtituere teneri, quod ita acceperit: Secus
autem,quando ex officio tenebatur impedire id fur
tum, vel tacẽdo periculo expoſuit propria bona, vel
ſuam famam,aut perſonam. Quo ad priorem partẽ
ducor. Quoniam datio illa nõ fuit donatio,ſed con-
tractus;do tibi tantum,vt taceas; neque id eſt datũ,
vt tunc ſolum taceat, ſed vt in perpetuum taceret,
nunquam id crimen detegendo, ſed perpetuò illam
iniuſtitiam permittendo: cum verò accipiens, ſub
reatu lethalis culpæ, teneatur ex caritate curare, vt
fur damnum iniuſtè illatum reſtituat, & quando id
aliter non potuerit ad effectum perducere, teneatur
detegere furtum; conſequens profectò eſt, vt acce-
ptio illa ſit pro peccato in futurum patrando, atque
adeò vt contractus ſit nullus: nõ ſecus atque eſt nul
lus contractus,quo mulier aliquid accipit,vt in futu
rum copiam ſui corporis faciat; in quo euentu po-
teſt is,qui id illi dedit,illud ab ea repetere, nolendo
id, pro quo illud dedit; ſicut etiam mulier tenetur
non velle id,pro quo id accipit,reddereque tenetur,
quod pro eo opere in futurum patrando accepit: &
quemadmodum contractus, quo aliquis accipit ali-
quid pro homicidio in futurum patrando, eſt nul-
lus,teneturque vterque contrahentium deſiſtere ab
eo contractu ante homicidium patratum, vt Diſp.
94.copioſè eſt oſtenſum. Quo fit,vt,qui pro furto
tacendo, aliquid à fure accepit, teneatur diſſoluere
contractum,dicendo, ſe nolle deinceps conſentire
furto, pretiumque reddendo, quod pro furto in fu-
turum permittendo, ac tacendo, accepit. Et ſimili-
ter fur poſſit diſſoluere contractum, dicẽdo, ſe vel-
A le reſtituere, neque indigere deinceps ea taciturni-
te,ac permiſſione furti, ac proinde petendo pretiũ,
quod pro ea dedit; ad quod reddendum tenetur ex
iuſtitia is,qui illud accepit, vt diſputatione citata cõ
probatum fuit. Ducor item. Quoniam, poſito eum,
qui tacendo furtum permittit,nulli ſe exponere pe-
riculo iacturæ ſui honoris ac famæ, ſuorum bono-
rum externorum,aut læſionis propriæ perſonę,non
video in eo, quod pro tali pretio præſtat, aliquid
eo pretio dignum; quare, cum datum non fuerit li-
beraliter ac gratuitè ex parte furis,ſed in recompen-
ſationem pro taciturnitate ac permiſſione furti,non
video titulum iuſtum, quo accipiens poſſit iuſtè il-
lud retinere. Quando verò periculo exponeret pro
priam perſonam,honorem,famam, aut bona ſua ex
B terna,vel,qui tacet, ex officio teneretur impedire in
iuſtum damnum, quod permittit, ac proinde, illud
permittendo, ſuper ſe induceret onus reſtituendi to
tum damnum ei, qui illud eſſet paſſus, in defectum
furis,tunc vt id detrimentum ſubiret, poſſet abſque
iniuſtitia accipere competens pretium, iuxta ea quæ
diſp.94.citata dicta ſunt, nec illud reſtituere poſtea
teneretur danti.
Dubium vlterius eſt,vtrùm ſi aliquis non tenere- 4
tur ex officio impedire damnum proximi iniuſtum;
vellet tamen illud impedire: & quidam tertius, qui
ſimiliter ex officio non teneretur impedire idem dã
num, in cauſa eſſet, vt non impediretur, arcendo
eum, qui impedire illud volebat, ab illo impedien-
do: teneatur reſtituere id damnum illi, qui eſt paſ-
ſus. Ad hoc, diſtinguendo,eſt reſpondendum. Quo
C niã ſi impedimento illi fuit,qui illud impedire vole-
bat,abſq; aliqua vi, aut fraude, ſolùm illũ rogando,
ne illud impediret,aut illi proponendo rationes ali-
quas, minimè falſas, vt dicendo, eum, cui damnum
paratur,eſſe ſatis diuitem,vel admonendo,ne ea via
incurreret odium aliorum, vel ne ſe exponeret ali-
cui periculo,aut ne curaret ſumere moleſtiam id im
pediendo,vel ſimile aliud,tunc ad nullam reſtitutio
nem teneretur,etſi ex odio illius id efficeret,cui dã-
num illud parabatur,ſed ſolùm peccaret contra ca-
ritatem. Probatur, quoniam cum ita impediens,ni-
hil prohibeat, quod ex iuſtitia ei eſſet debitum, cui
id damnum iniuſtè parabatur, neque vſus ſit vi, do
lo,aut fraude,ad eum arcendum, ne impediret id dã
D num, qui ex ſola caritate illud impedire volebat: ſa-
nè nullam iniuſtitiam aduerſus eum commiſit, cui
damnum eſt illatum,ſed ſolùm contra caritatem ad
uerſus eum peccauit: perinde atque is, qui ex odio
eius, cui alter volebat relinquere bona ſua, abſque
vi,metu, aut fraude, collatori perſuaſit, vt ea illi non
relinqueret, vt Diſp.727.oſtenſum eſt: quare, ſicut
is, qui eiuſmodi ſuaſionibus dimouetur, ne impe-
diat damnum, quod impedire volebat, ſolùm pec-
cat contra caritatem id damnum non impediendo,
quando ſuaſiones ſufficientes non erant, vt meritò
ab eo damno impediendo deſiſteret, ita, qui abſque
vi,ac fraude,illi perſuaſit,contra iuſtitiam in illo eo-
dem euentu nõ peccat, ſed ſolùm contra caritatem.
E Si verò vtatur vi,metu,aut fraudibus,tunc,quia con
trauenit iuri eius,cui damnum iniuſtè infertur, con-
tra iuſtitiam peccat aduerſus eum, ac proinde tene-
tur id damnum illi reſtituere, in defectum eorum,
qui illud iniuſtè ei intulerũt, iuxta ea quæ Diſp.727.
citata dicta ſunt. Atque in hoc poſteriori euentu ve-
rum eſt,quod Ioan.Med.de reſt.q.9.in fine, & Na-
uar.in Manu.c.17.nu.140.hac de re affirmant.
Quod ad famulos attinet familiæ, qui vident fur- 5
ta aliqua fieri dominis ſuis, aut alia damna eis iniu-
ſtè inferri, neque ea impediunt,cum poſſint, eſt du-
bium, num dicendi ſint concauſæ indirectæ eorum
damnorum, teneanturque proinde illa reſtituere in
defectum eorum, qui iniuſtè illa dederunt, an non.
Dicen-

A Dicendum autem eſt: Si illis commiſſa erat cura, aut cuſtodia earum rerum, circa quas furtum committitur, aut damnum infertur, aut peculiariter acci piebant ſtipendium, vt earum rerum curam haberent, vigilarentve circa illas, tunc cenſendos eſſe con cauſas indirectas eorum dãnorum, tenerique ea reſtituere in eorum defectum, qui illa iniuſtè dederũt. De horum verò numero ſunt, qui curam habent pe nus, neque impediunt furta rerum, quæ ibi cuſtodiuntur. Item ſunt ij, quibus traditur clauis ad extra hendum aliquid de aliquo loco, & permittunt inde aliquid furto accipi, aut aliud damnum eis rebus iniuſte dari. Quando autem vnus famulus videret alterum famulum, aut quẽuis alium accipere aliquid de rebus, quarum cura, aut cuſtodia, ac defenſio, nullo modo eſſet ei commiſſa, ac taceret, non tenere tur id reſtituere: quia non peccaret in eo contra iuſti tiam, ſed contra caritatem ac fidelitatem hero debitam, ſi commodè, ac ſine ſuo notabili detrimento, poſſet id impedire.

De cuſtodibus, & alijs miniſtris publicis, in ferius diſputatione particulari ſubijciemus, quæ hoc loco addenda ſunt.

DISPVT. 736.

Vtrùm, vt aliquis reſtituere teneatur damnum iniuſtè datum, ſatis ſit eſſe concauſam iniuſtam illius; an verò neceſſe ſit eſſe cauſam, ſine qua id damnum non eſſet datum.

SVMMARIVM.

1 *Concauſa, aut cauſa, vt reſtituere teneatur, neceſſe eſt, vt damnum iniuſtè ex ea verè ſit ſequutum. Nec plus effectus tenetur reſtituere, quam quod ſua cauſalitate ac influxu iniuſto attigit. Et multa inde inferuntur.*

2 *Qui ei, qui furari quinquaginta intendebat, cõſilium dedit, vt furaretur potius centum, ſi dignoſci poſſit, quæ quinquaginta auxit propter id conſilium, tunc conſulens ſolum tenetur reſtituere, in defectum illius quinquaginta: Si verò dignoſci non poſſunt, reſtituere tenetur integra centum.*

3 *Reſtituere tenetur integrum damnum in defectum illud dantis, qui ei, qui decreuerat poſt decem dies illud dare, perſuaſit vt ſtatim illud daret.*

4 *Reſtituere ne teneantur damnum, qui accedentes ad bellum cum aliquibus animo impediendi damnum, quod illi inferre vellent aduerſarijs, aduerſarij eos videntes, & credentes accedere ad illos alios adiuuandos, terga verterunt cum ſuo magno detrimento.*

5 *Concauſans damnum iniuſtum, reſtituere illud tenetur, in defectum cauſæ magis principalis, eſto ſi ipſe non influxiſſet, ſequuturus fuiſſet effectus, atque adeò eſto non ſit cauſa ſine qua non.*

6 *Reſtituere tenetur pro quãtitate dubij remanẽtis, qui cooperatus ex ſua parte eſt ad damnum iniuſtum, & facta debita diligentia, an verè ſua cauſalitate attigerit id damnum, dubius manet.*

7 *Sciens rem aliquam alienam eſſe, & dubitans ad quẽ trium pertineat, reſtituere illam tenetur diſtribuendo illam inter eos, iuxta probabilitatem, quæ eſt, ad vnum veriſimilius, quam ad alium, eam pertinere.*

8 *Qui ſuo conſilio fuit concauſa alicuius damni, non liberatur ab onere reſtituẽdi, eſto faciat cauſam principalem concipere propoſitum reſtituendi; niſi illa opere id reſtituat.*

Loquimur de obligatione reſtituendi ex parte iniuſtæ acceptionis, damni ve iniuſtè dati: 1
non verò ex parte rei acceptæ. Atque ea regula generalis eſt ante omnia ſtatuenda, quę ex hactenus dictis ferè conſtat. Nullum ſcilicet tene ri ad reſtitutionem damni iniuſtè dati, niſi damnũ verè ſit ſequutum, & niſi ſequutum ſit ex cooperatione iniuſta, influxuve iniuſto eius, de quo inquiritur ac expenditur, num reſtituere illud teneatur; neque plus eius damni teneri eum reſtituere, quàm ſit id, quod ſuo influxu ac cauſalitate attigit; ita quòd ſi non totum damnum, effectus totalitate, attigit, ſed partem, non tenetur reſtituere totum damnum, ſed eam ſolam illius partem, quam ſuo influxu ac cauſalitate iniuſta attigit.

B Ex hac regula multa colliguntur. Primum eſt: Eſto aliquis, ex cooperantibus aliquo ex nouem mo dis explicatis, ex ſua parte ſufficientem cauſam iniuſtam dederit effectus iniuſti ſuo conſilio, mandato, conſenſu, ſuffragio, aut quauis alia ratione, ſi effectus iniuſtus inde non ſit ſequutus: quia vt ſequeretur, pendebat ex alijs cauſis, quæ ad id cooperatæ non ſunt, quamuis contra iuſtitiam peccauerit, ita iniuſtè ex ſua parte cooperando, ad nullam tamen teneri reſtitutionem.

Secundum eſt. Quando duo cooperantur ad eundem effectum iniuſtum, ſi vnus eorum iniuſtè operatur, alter verò non iniuſtè, tunc eum ſolùm, qui iniuſtè eſt operatus, teneri ad illius reſtitutionem: non verò eum qui cooperatus eſt non iniuſtè. Vt, ſi ali-
C quis iniuſtè volebat inferre maius damnum alicui, & alter, non aliter valens impedire id malum, quàm illi ſuadendo, vt potius minus aliud illi eidem inferat, id illi ſuadeat, quin & ipſum ad id minus malum in bonis externis inferendum adiuuet: negotium eius; cui infertur, ea in parte agendo, ad nullam reſtitutionem tenetur, vt Diſp. 730. dictum eſt: quoniam hic, licèt ad effectum iniuſtum, comparatione alerius concauſæ, cooperetur, ipſe tamen non cooperatur iniuſtè. Eodem modo, ſi duo cooperentur ad eundem effectum in ſe iniuſtum, vnus tamen eorum excuſetur inuincibili ignorantia, quòd ſit iniuſtus, & alter non item, is ſolus tenetur id totum dam num reſtituere, qui ab iniuſtitia non excuſatur: non verò is, qui inuincibili ignorantia à culpa excuſa-
D tur: vt Diſputat. 730. dictum de eo eſt, qui meritò conſilium alterius eſt ſequutus, inuincibiliter ignorans, eſſe iniuſtum; cum tamen, qui illud dedit, à cul pa iniuſtitiæ in eo conſilio dando non ſit excuſatus: ſimiliaque adhiberi poſſunt alia exempla.

Tertium eſt. Eſto effectus iniuſtus ſit ſequutus, & tertius quidam, quantum eſt ex parte ſua, id iniuſtè fecerit, quo influere iniuſtè ad eum effectum potuit tanquam concauſa iniuſta illius, ſi tamen nihil re ipſa cooperatus eſt, quia ex ſuo influxu iniuſto non eſt ſequutus, ad nullam reſtitutionem illius tenetur. Exempla ſunt, vt ſi conſilium dedit, vt damnum iniuſtum daretur: is verò, cui tale conſilium de
E dit, iam decreuerat omnino idem damnum dare, ita quòd ex conſilio non magis permotus, nec magis animatus & confirmatus fuit ad idem damnum dandum, tunc, qui conſuluit, ad nullam reſtitutionem tenetur: quia effectus non fuit ſequutus ex ſuo prauo conſilio, eſto ipſe contra iuſtitiam peccauerit, id iniuſtum conſilium dando, & eſto illo intenderit eundem iniuſtum effectum. Similiter, ſi ſuffragium iniuſtum tulit ad aliquod damnum iniuſtũ & iam tot erant lata ſuffragia, quæ ſufficiebant ad idem damnum integrè & completè dandum, neque ipſe ſuo ſuffragio in contrarium, poterat id damnum iam impedire, ad nullam reſtitutionẽ tenetur eius damni iniuſti: eo quòd ex ſuo ſuffragio, licèt in iuſto, non ſit re ipſa ſequutum, ſed ex antecedenti-

bus aliorum ſuffragijs. Habet autem id verum, A etiam ſi, quãdo tale ſuffragium iniuſtum tulit, ignoraret, eſſe iam lata tot iniuſta ſuffragia, quæ ſufficerent ad idem damnum iniuſtum integre ac complete dandum.

2 Quartò inferunt doctores, communiter. Quando aliquis omnino decreuerat furari quinquaginta, & alius illi ſuaſit, vt furaretur centum, eaque conſilio huius eſt furatus, hunc iniuſtum ſuaſorem teneri reſtituere ſolùm quinquaginta: eo quòd eorum tantum fuerit concauſa iniuſta, non verò aliorum quinquaginta, quæ iam antea fur omnino furari decreuerat, quando non magis animatus confirmatuſque eſt eo conſilio ad furandum illa alia quinquaginta, quæ iam antea furari decreuerat. Et quidem quando priora quinquaginta, quæ decreuerat B furari, erant certa & determinata, illaque furatus eſt, & inſuper alia quinquaginta, aut quando diſtinctis acceptionibus furatus eſt primò quinquaginta, & ſecundò alia quinquaginta, vel numerando ſine interpolatione, poſtquam deuenit ad quinquaginta, alia inſuper quinquaginta numerauit ac accepit, res non continet difficultatem: quia conſulens, de quo loquimur, ſolùm fuit concauſa, vt furaretur poſteriora quinquaginta. Quando autem ſimul vnica indiuidua acceptione centum accepit, inter quæ diſtingui non poſſunt, quæ eorum fuerat accepturus, ſi non acceſſiſſet id iniuſtum conſilium, res continet difficultatem: quoniam id conſilium iniuſtum cooperatum videtur ad integra centum, & ad ſingulas illius partes, effectus totalitate, & non ad medie- C tatem ſolam. Primò, quia ibi vnica fuit volitio iniuſta furis, qua imperata fuit acceptio vnica externa iniuſta: neque dici poteſt ad vnam partem effectus cooperatum fuiſſe iniuſtum conſilium, & ad aliam non: ergo conſilium ad integrum effectum, totalitate effectus, ac partium ſingularum illius, fuit cooperatum. Secundò, quoniam ſi furtum fuit commiſſum accipiendo marſupium, in quo erant centum, non eſt maior ratio cur dicas, conſilium cooperatum fuiſſe ad eam acceptionem, vt terminatur potius ad hæc quinquaginta ex eis centum, quàm ad alia: ergo vel dicturus es, conſilium cooperatum fuiſſe ad ſingula quinquaginta, vel ad nihil. Tertiò, quoniam ſi fur intendebat furari quinquaginta, quæ erant in vno loco, & conſilium fuit, vt potius accipe- D peret centum eiuſdem, quæ erant in alio loco, vel ſi furari intendebat rem, quæ valebat quinquaginta, & conſilium fuit, vt potius furaretur rem aliam eiuſdem, quæ valebat centum, vtique tale conſilium diceretur cooperatum ad totum eum iniuſtum effectum, & ad ſingulas illius partes: ergo idem dicendum eſt, quando vnica volitione ac acceptione iniuſta accipiuntur integra centum, inter quæ non poſſit diſtingui, quæ in particulari addiderit propter id prauum conſilium. Sanè in hanc partem inclino, quam confirmãt. l. vulgaris. §. vlt. ff. de furt. Vbi ex hoc fundamento definitur, ſi multi furẽtur trabem, quam ſinguli portare non poterant, amouereve ex proprio loco, ſingulos teneri totam ſoluere. Reddi- E turque hæc ratio, quoniam eo ipſo cooperati ſunt ad totum effectum; cum non ſit maior ratio, cur influxus cuiuſque eorum terminatus ſit potius ad vnã partem effectus, quàm ad alias: quia tamen partialitate ſolùm cauſæ ſinguli eorũ totum damnum dederunt, tanquam principales cauſæ, quæ illum exequutioni mandarunt, ſinguli inter ſe contribuere tenentur partes ſuas eius effectus, & ſupplere, quod alij non ſoluerint, vel quia ſoluendo non ſint, vel quia non comparent. Simile quid definitur. l. ita vulneratus. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. vt diſp. 697. §. exemplum verò, retulimus ac explanauimus.

3 Dubium eſt. Num ſi aliquis decreuerat dare dã-

num iniuſtum hinc ad decem dies, & ſuaſu alterius illud dedit ſtatim, teneatur, qui id ita ſuaſit, illud integre reſtituere, tanquam concauſa iniuſta totius illius damni, in defectum eius, qui id damnum iniuſtè dedit. Dicendum eſt teneri. Ratio autem eſt, quoniam ad id totum iniuſtè influxit, cooperatuſq; eſt, vt fieret ſtatim. Adde, niſi is ſuaſiſſet, vt id damnum ſtatim daretur, potuiſſe, qui poſt decem dies illud dare intendebat, mutare conſilium, alijſque modis potuiſſe id damnum fortè impediri.

Ex hactenus dictis poteſt facilè intelligi, quid di- 4
cendum ſit ad eum euentum, cuius meminere Adr. quæſt. 1. de reſt. & Ioan. Med. q. 7. ad tertium. Quidam comitati ſunt exercitum, eo tamen animo, vt impedirent bellum, atque iniuriam, quam aduerſarijs parabant. Id verò ignorantes aduerſarij, credenteſque illos comitari animo damnum, vna cum illis, ipſis inferendi, terga verterunt, diffidentes, ſe poſſe vtriſque ſimul reſiſtere, eaque ratione damnum inde ijs, qui fugerunt, ſequutum fuit. In dubium fuit reuocatum, num, qui aduerſarios eo animo ſunt comitati, reſtituere tenerentur alijs damnum inde eis ſequutum. Dicendum verò eſt. Si attenderunt, attendereve debuerunt, id damnum ex eo ſuo comitatu poſſe ſequi, neque adhibuerunt cõpetentem rationabilemque diligentiam, ne ſequeretur, illos alios de ſuo animo admonendo, ex eorumque conſenſu accedendo, reſtituere id damnum teneri. Quia verè eo acceſſu cauſam illius damni præbuerunt, cum iniuſtitiæ peccato ex parte ipſorum, id efficientes, vnde veriſimiliter id damnum ſequi poterat, ac proinde cauſæ indirectè fuerunt eius dãni, non deſiſtendo ab eo, à quo deſiſtere tenebantur, niſi prius ſufficienter cauerent, ne inde alij terrerentur, ac terga verterent. Quòd ſi ex circunſtantijs concurrentibus id timere, ad idque attendere, non debuerunt, aut ſufficientem adhibuerunt diligentiam, qua alij id ſibi perſuadere non debuiſſent, tunc, ſicut ſine peccato acceſſiſſent, ita ad nullam reſtitutionem tenerentur damni abſque ſua culpa ſubſequuti.

His ita conſtitutis, dubitant doctores, vtrum, vt 5
aliquis reſtituere teneatur damnum iniuſtè datum, ſatis ſit verè fuiſſe concauſam illius iniuſtam aliquo ex nouem modis explicatis; an verò ſit neceſſarium fuiſſe cõcauſam, ſine cuius influxu tale damnum non fuiſſet datum. Duobus autem modis euenire poteſt, aliquem, attingendo ſuo influxu & cauſalitate effectum iniuſtum, non eſſe cauſam ſine qua non illius. Vno, quia influxus ac diſpoſitio alterius cauſæ principalis, quam coadiuuat, eſt talis, quòd eſto ipſe non eo modo illam coadiuuaret, nihilominus effectus ex ſolo influxu alterius cauſæ ſequeretur. Verbi gratia. Eſt aliquis paratus ad faciendum furtum, & accedit conſilium alterius, qui illum magis confirmat in voluntate furandi, tunc conſulens, licèt re uera in effectum influat, non tamen eſt cauſa ſine qua effectus non ſequeretur: quoniam ex ſolo furis propoſito futurum erat furtum, eſto non accederet tale conſilium, quo fur magis in eo propoſito ac voluntate confirmaretur. Quòd ſi, accedente conſilio, fur eſt furatus, in eaque erat diſpoſitione, quòd, niſi accederet id conſilium, non furaretur, tunc conſulens cauſa eſſet ſine qua non talis furti. Altero modo euenire poteſt, aliquem, attingendo effectum, non eſſe cauſam ſine qua non illius, quia ſcilicet, ſi id ipſe non feciſſet, alter erat illud idem facturus. Quo pacto, qui anteuertit, ac furatus eſt aliquid, quod niſi ipſe eſſet furatus, alius idem erat furaturus, non dicitur cauſa ſine qua non eius furti; quia, eſto ipſe id non eſſet furatus, alius furatus idem fuiſſet.

Potiſſima

Potiſſima controuerſia hoc loco non eſt in hoc poſteriori ſenſu, ſed in priori. Vt enim Adrian.q.1. de reſt.& alij, rectè dicunt, non eſt cur in controuerſiam vocetur, num, qui cauſa eſt iniuſta damni, non tamen ſine qua non, poſteriori modo explicato, teneatur illud reſtituere. Qui enim damnum aliquod iniuſtè dat tanquam cauſa principalis, quod niſi dediſſet, aliquis alius erat daturus, ſanè illud reſtituere tenetur, perinde ac ſi nullus alius id damnum fuiſſet daturus: ſicut enim, ſi alius illud poſtea dediſſet, tunc qui illud poſtea dediſſet, teneretur id reſtituere, ita ſi ipſe anteuertat, priuſque id damnum iniuſtè det, tenetur illud reſtituere, vt Diſp.726. eſt dictum. Eadem ratione, qui, coadiuuando iniuſtè alium, damnum cum eo iniuſtè dat, ad quod, niſi ipſe adiuuaſſet, alius erat ſimiliter coadiuuaturus, ſanè, quamuis non ſit concauſa ſine qua non modo explicato, ad reſtitutionem eius damni, tanquam concauſa iniuſta illius, tenetur, perinde ac ſi nullus alius fuiſſet coadiuuaturus, neque ſequendus fuiſſet effectus, niſi ipſe ad eum coadiuuaſſet. Simili modo, ſi duo aliqui ſimul ſuo conſilio moueant tertium aliquem ad furandum aliquid, quod, ſecluſo prauo conſilio, furaturus non fuiſſet, vterque ſanè ita prauè conſulentium tenetur id reſtituere in defectum eius, qui id eſt furatus, eſto idem effectus foret ſequẽdus, ſi vnus eorum tantum præbuiſſet id prauum cõſilium, aut ſi, vtroque id non conſulente, defuturus non fuiſſet quartus alius, qui idem conſuleret, atque ex eius conſilio idem effectus eſſet ſequendus. Atque hoc potiſſimum probant rationes Caietani.2.2.q.62.art.7. & Soti.4.de iuſt.q.7.art.3. Et quoniã res ſatis eſt perſpicua, nullamque difficultatem continet in ſenſu poſteriori loco explicato, longiorem ea de re diſputationem non facio.

5 Quod verò ad priorem ſenſum attinet, multi graues doctores aſſerunt, vt concauſa damni alicuius iniuſti reſtituere illud teneatur, neceſſarium eſſe, cauſam eſſe ſine qua exequutor non daret id damnum. Si enim, inquiũt, exequutor idem prorſus damnum eſſet daturus, quia ad illud dandum erat iam ſufficienter motus, tunc concauſa, eſto illum adiuuet, eumve aliquantulum magis confirmet, non tenetur illud reſtituere, eſto contra iuſtitiam peccauerit eo modo adiuuando. Huius ſententiæ videtur eſſe D. Tho.2.2.q.62.art.7.& in 4.diſt.15.q.1.art.vlt.quæſtiuncula vlt. & ſunt Adria.q.1.de reſt.citata. Scot. in 4.diſt.15.q.2.art.4. Palud.ead.q.art.3. Gabr.ead. q. & art.dub.2. Sylueſt. verb.reſt.3.q.6. Nauar.in Manu.c.17.nu.20. Couar.reg.peccatum part.2.§. 12. & alij, tametſi eorum aliqui ſolùm loquãtur de conſulente & adulante: & quidam eorum mandantem excipiant; eo quòd mandans cauſa ſit principalis eaque de cauſa inquiunt, eſto exequutor ſine tali mandato eſſet id exequutioni mandaturus, ſi tamen mãdato firmatus magis fuit ad exequutionẽ, tenetur mandãs ad reſtitutionem eius damni. In participante, qui vna cum alio influit immediatè in effectum, dicturi videntur, eum reſtituere teneri: eiuſmodi eſt, qui furem adiuuat ad furtũ accipiendum, & ad portandum pondus, quod ſolus accipere ac portare non poterat. Maximè quia hic eſt cauſa ſine qua non; niſi in ſecundo ſenſu ſuprà explicato defuturus non fuiſſet alius, qui furem ſimiliter adiuuaret.

Caiet.& Sotus, locis citatis, & Ioan.Med.de reſt. q.7.& 8. vniuerſim affirmant, quando aliquis ſua iniuſta cauſalitate ac influxu verè attingit effectum iniuſtum, teneri illud reſtituere, eſto non ſit cauſa ſine qua non, ſed ſolùm confirmet magis exequutorem, aut quouis alio modo cum eo cooperetur. Atque in hanc planè inclino ſententiã, tanquam in tutiorem, & mihi lõgè probabiliorem: Ducor. Primò,

A quoniam is verè eſt cauſa iniuſta eius damni: ergo quantum illius ſua cauſalitate ac influxu attingit, tãtum tenetur reſtituere ex parte iniuſtæ acceptionis: qui enim cauſam damni dat, illud ſatisfacere tenetur, vt habetur.c.1.de iniur.& dam.dat. Secundò, quoniam ſi aliqui aggrediantur furtum committere, & conſtituant aliquem vigilem, qui ipſos admoneat, ſi aliquis adueniat, quo tutius furentur, tunc, eſto hic vigil conſtitutus cauſa ſit, ſine qua alij nihilominus aggrederentur furtum, illudque ad effectum perducerẽt, & eſto nihil eos admonuerit, quia non fuit neceſſe, tenetur tamen ad reſtitutionem totius damni tanquam concauſa iniuſta illius totius, firmans magis ac ſecuriores reddens ſocios ad illud patrandum: ergo ſatis eſt eſſe concauſam iniuſtam dã- B ni firmans magis exequutores, vt reſtituere teneatur damnum iniuſtè datum. Tertiò, quoniam non videtur, cur potius quædam ex concauſis, ſine quibus dãnum fuiſſet nihilominus datum, teneantur illud reſtituere, quàm aliæ: autores autem contrariæ ſententiæ quaſdam teneri affirmant, & quaſdam alias non. Obſeruandum tamẽ eſt, eum, qui ſcalam, poſt illam ab alijs appoſitam ad furandum, teneret, quando inde, qui ad furandum per illam aſcendit, non magis mouetur, nec magis firmatur in animo furandi, neque eſt veriſimile, quòd furtum impediretur, ſi hic alius ſcalam non teneret, non videri teneri reſtituere id furtum, ſi nullo alio modo ad illud concurrat, vt probè Sotus vbi ſuprà affirmant: quoniam hic nihil re vera in furtum influit, aut parum admodum: C hæc verò omnia moraliter ſunt intelligenda. Quod attinet ad forum externum, lege quæ diximus Diſp. 549.à §.quando item, & quæ diximus in calce Diſp. 695.§.vlt.§.interdum, vbi eum paragraphum, & ſimilia alia iura, quoad forum exterius expoſuimus.

Dubium eſt. Quid, ſi aliquis id exhibuit, quod ex 6 ſe mouere aut confirmare magis potuit exequutorem, dubitat verò, an re vera illum mouerit, aut confirmauerit ad effectum iniuſtum, tenebiturne ad reſtitutionem eius damni? Sylueſter verb. reſtitutio. 3.q.6. Ioan. Med.de reſtit.q.7. & alij, reſpondent. Eum, qui ita dubitat, teneri adhibere competentem diligentiam, vt ſciat, an verè cauſa fuerit eius damni. Si verò, inquiunt, facta competenti diligentia, dubium adhuc maneat, ad nullam teneri reſtitutio- D nem: eo quòd in dubio melior ſit conditio poſſidentis. Mihi verò eſt ſatis dubia hæc opinio. Quoniam, qui per iniuſtitiæ peccatum ſufficienter ex ſe dedit cauſam damni iniuſti, quod re ipſa eſt ſequutum, & dubitat, num ex ipſius cauſalitate iniuſta ſit ſequutum, ei vtique comparatur, qui à principio poſſidere cœpit aliquid dubius, an eſſet vẽdentis, de quo dicendum non eſt, eſſe bonę fidei poſſeſſorem, ſed per acta competenti diligentia, teneri ad reſtitutionem partis valoris eius rei pro quantitate dubij remanentis, vt Diſp.723.concluſione 3.dictum eſt: eaque de cauſa, qui peracta competenti diligentia manet adhuc dubius, an fuerit cauſa iniuſta damni alicuius re ipſa ſubſequuti, certè pro quantitate dubij remanẽ- E tis videtur teneri reſtituere partem eius damni. Confirmatur, quoniam, ſi conſtet aliquem trium, quorũ quilibet cauſam ſufficientem dedit iniuſtè alicuius damni, id damnum dediſſe, & vnuſquiſque eorum dubitet, an ipſe id damnum dederit, ſanè omnes tres videntur teneri contribuere, vt reſarciatur id damnum; tenebitur verò vnuſquiſque plus vel minus cõtribuere, pro quantitate maioris vel minoris probabilitatis, quæ erit, ipſum id damnum dediſſe: ergo quòd, qui iniuſtè, quantum eſt ex ſe, ſufficientem cauſam damni dedit, dubitet, an ſua cauſalitate dãnum id dederit, ſanè per id dubium non deobligatur omnino ab onere illud reſtituendi. Confirmare poſſumus antecedentem præcedentis confirmationis,

nis,quoniam,vt bene dicũt Caiet.2.2.q.62.art.5.ad tertium,& Sotus 4.de iuſt.quæſt.7. articu.1.ad tertium,qui aliquid habet,quod ſcit eſſe alienum,& dubitat,cuius aliquorum trium ſit, tenetur illud diſtribuere inter illos tres; ergo pari ratione,quando conſtat aliquem trium dediſſe iniuſtè aliquod damnũ, & vnuſquiſque dubitat, an ipſe fuerit, qui illud dedit,tenetur contribuere ad reſtitutionem illius.

8 Dubium præterea eſt. Quid,ſi conſulens,aut aliquo alio modo concauſa iniuſta alicuius damni,quẽadmodũ iniuſtè mouit,aut cooperatus eſt, ad damnum iniuſtè dandum,ſic poſtea conſulat reſtitutionem,ita,vt concipere eum fecerit propoſitum reſtituendi,qui damnum tanquam cauſa principalis dedit;ſi eueniat,vt totalis cauſa principalis mutet propoſitum, aut aliqua alia ratione non reſtituat, teneturne ille alius, qui conſuluit, aut aliquo alio modo cooperatus eſt cum tali cauſa principali id damnum iniuſtum, illi reſtituere? Reſpondendum eſt affirmanter: Quoniam eo ipſo, quòd ſua iniuſta cauſalitate id damnum iniuſtum attigit, illiuſque fuit concauſa, contraxit onus illud reſtituendi in euentu, quòd cauſa principalis illud opere non reſtituat, à quo onere non liberatur ex eo, quòd fecerit cauſam principalem concipere reſtituendi propoſitum.

DISPVT. 737.

Quouſque,& quo ordine,nouem concauſæ explicatæ, executorque ipſe, reſtituere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere ex concauſis damni iniuſti qui ante quos teneantur, & qualiter quidam contribuere teneantur, & reſtitui debeat ei, qui loco aliorum reſtituit.*

2 *Habens aut conſumens rem iniuſtè detentam, reſtituere ante alios illam tenetur.*

3 *Mandans quouſque ante alios reſtituere teneatur.*

4 *Exequutor quouſque ante alios reſtituere teneatur.*

5 *Vniuerſim quando aliquis reſtituit, quod alius reſtituere tenebatur,qui ita tenebatur,reſtituere ei tenetur, quod loco ipſius reſtituit.*

6 *Reſtituere ſi tenerentur tres contribuẽdo partes ſuas, & vnus reſtituat loco aliorum, ſecundus, qui reſtituere acceſſerit,tenetur primo reſtituere,non ſolùm partem ſuam, ſed etiam dimidium partis eius, qui nondum reſtituit.*

1 VNuſquiſque horum omnium, qui cõcauſæ dãni iniuſtè fuerunt,in euentu, quòd cæteri non reſtituant, reſtituere tenetur totum damnum, quod ipſe ſua cauſalitate, modo præcedentibus diſputationibus explicato,attigit: id verò damni, quod ipſe ſua cauſalitate ac influxu non attigit, reſtituere non tenetur.

2 Quòd uerò attinet ad ordinem,quo reſtituere tenentur,dicendum eſt: Si apud aliquem eorum permanet aliquid,in quo alius iniuſtè fuit læſus, tunc is ante omnes alios tenetur id reſtituere: quòd ſi, poſt vſurpationem,ipſe illud iniuſtè conſumat, aut alienet,tenetur etiam ipſe ante omnes alios id reſtituere, niſi de mandato alterius, damnum ipſe dederit, atque in præmium id ab illo acceperit: nam tunc mandans,etiam ante hunc,tenetur id reſtituere,tanquam principalior cauſa. Multo magis,ſi alicui relictum velut in depoſitum aut cuſtodiam, eſſet aliquid iniuſtè ablatorum, ipſeque id conſumeret, aut

A alienaret, teneretur ante omnes alios id reſtituere. Reſtituente verò eo,qui ita aliquid iniuſtè acceptorum retinet, aut iniuſtè poſtea conſumpſit, vel alienauit, tunc cæteri deobligati manent à reſtituendi onere. Quòd ſi hoc diſparente, aut reſtituere non volente,vel non potente,aliquis aliorum loco huius reſtituat,tunc poſtea reſtituere id illi tenetur,qui loco ipſius reſtituit.

Secluſo euentu, in quo aliquis ratione ipſius rei, quam tenet, aut iniuſtè conſumpſit, vel alienauit, reſtituere ante omnes alios tenetur, ſi, inter damnum iniuſtè dantes, reperiatur aliquis, qui id damnum dari iuſſit, ita quòd ex imperio & mandato illius datum eſt, cæteris id exequentibus, aut ad illud dandum cooperantibus,vt iuſſionem implerent,ne B gotiumque illius agerent, tunc is ſolus mandans tenetur id totum damnum reſtituere tanquam cauſa magis principalis illius: eoque ita reſtituente, exequutor, & cæteri, qui eiuſdem damni fuerunt concauſæ,deobligati omnino manent à reſtituendi onere, ita vt, neque ipſi mandanti, qui totum damnum reſtituit, quicquam reſtituere teneantur. Si autem, in defectum iubentis,qui vel non comparet,vel non vult, vel non poteſt reſtituere, aliquis aliorum id damnum reſtituat, tunc iubens tenetur ei id totum reſtituere: eo quòd loco illius, atque in illius defectum, id reſtituerit. Hæc D.Thom. 2.2.quæſtio. 62.articu.7.ad 2. & doctores communiter. Obſerua tamen,ſi exequutor damnum iniuſtè dedit, iuſſus quidem ab alio, attamen mandatum non fuit ſo C la principalis cauſa, quaſi exequutor ſolùm negotium mandantis agere intenderit, ſed ſimul ipſe, aliunde motus, voluit idem damnum dare, quaſi agens ſimul ſuum negotium, aut alterius cuiuſdam tertij,tunc,quia iubens ille nõ fuit ſolus cauſa principalis,ſed ſimul fuit principalis cauſa exequutor ipſe, ſuum, aut cuiuſdam tertij, negotium agens, vtique exequutor contribuere tenetur cum mandante ad reſtitutionem eius damni pro rata,attenta quantitate influxus & cauſalitatis cuiuſque eorum in ratione cauſæ principalis eius damni, ita videlicet, quòd ſi æqualiter fuerunt cauſæ illo modo totius illius damni,vnuſquiſque eorum ſolùm teneatur contribuere dimidium: ſi verò vnus eorum plus illo mo D do fuit cauſa eius damni, quia magis eius intuitu fuit datum, plus pro rata contribuere prudentis arbitrio teneatur.

Quando nullus ad damnum iniuſtum concurrit, cuius autoritate, imperio, ſeu mandato, ſit datum, 4 tunc exequutor tenetur ante omnes alios reſtituere id totum damnum: eoque reſtituente, manent cæteri omnes deobligati ab illius reſtitutione, ita vt neque ipſi exequutori, qui damnum totum reſtituit, quicquam reſtituere teneantur. Ratio autem eſt, quia inter cęteros omnes, ſolus exequutor cenſetur cauſa principalis, cui perinde reſtituendi onus incumbit. Quo fit,vt ſi cæterorum aliquis,vt conſulens,adulator,non obſtans, aut aliquis alius,in defectũ exequutoris reſtituat, teneatur poſtea ei exequu E tor reſtituere id totum,quod in ipſius defectum reſtituerit. Nomine autem exequutoris intelligo eos omnes,qui immediatè influunt ad damnum. Vnde,qui inſtrumenta conficiunt,ac tradunt,& qui ſcalas applicant, vt alij aſcendant, ac damnum dent, reſtituere non tenentur damnum, niſi in illorum defectum,qui illud exequuti ſunt. Obſerua tamen,quãdo aliqui concurrunt ad damnum dãdum, illudque æqualiter participandum; aut de communi conſenſu concurrerent ad delictum aliquod omnium nomine patrandum,tunc,eſto illud per vnũ, aut duos, mandarent exequutioni immediatè, omnes tamen contribuere tenerentur æqualiter ad id damnum reſtituendum: quia omnes æqualiter eſſent cauſæ prin-

principales talis delicti. Quòd ſi aliqui inter eos ſint principaliores, & alij minus principales, tunc iuxta proportionem concurſus cuiuſque eorum tanquam cauſæ, cuius nomine & autoritate delictum exequutioni mandaretur, tenerentur contribuere ad reſtitutionem. Si eſſet ſocietas latronum, vt prędam inæqualiter inter ſe diuiderent, quia quidam eorum eſſent magis præcipui, fortiores, aut induſtriores, tunc iuxta proportionem diuiſionis prædę, inter ipſos communi conſenſu conſtitutæ, cõtribuere etiam tenerentur ad damna, tanquam cauſæ eorum damnorum principales.

Quando inter exequutores damni vnuſquiſque ſibi accipit, quod ſurripit, aut concurrunt communi conſenſu ad furtum, aut ad aliud damnum dandum vnoquoque ſuum negotium agente, & nõ aliorum, tunc unuſquiſque tenetur reſtituere, quod ipſe accipit, aut damnum, quod ipſe dat. Quòd ſi aliquis aliorum, in defectum illius reſtituat, quòd hic vſurpauit, aut damnum, quod hic dedit, quia fuit aliquo modo concauſa eius partis damni, tunc, qui id damnum, tanquam exequutor illius, dedit, tenetur illi alteri reſtituere, quod loco ipſius reſtituit. Lege, quæ de participantibus in eodem delicto Diſput. 734. dicta ſunt. Et quando vnus, in defectum aliorum, reſtituere teneatur, quãdo non item: neq; enim eſt opus illa hoc loco repetere.

Conſulens, & conſentiens, (quando nõ ſunt cauſæ principales damni, iuxta ea quæ Diſput. 730. & 732. dicta ſunt) palpo, receptator, ſeu defenſor, mutus, non obſtans, & non manifeſtans, quando ad reſtitutionem non tenentur ex parte rei acceptæ, quia nihil eorum, quæ furto ablata ſunt, ad ipſos peruenit, ſed ſolum reſtituere tenentur tanquam concauſæ iniuſtæ damni ab alijs dati, tunc ſolum reſtituere tenentur in defectum exequutorum, aliarumve cauſarum principalium eorundem damnorum: quòd ſi aliquid in defectum eorum reſtituant, tunc illi, in quorum defectum reſtituerunt, reſtituere ipſis tenẽtur, quæ loco eorum reſtituerunt. Atque ſi multæ concauſæ eiuſmodi minus principales concurrerũt ſimul cum cauſa principali ad damnum iniuſtè dandum, neque cauſa principalis illud reſtituere poſſit, aut velit, ita quòd, in defectũ illius, aliæ minus principales reſtituere teneantur, tũc omnes minus principales, nulla ante aliam, tenentur contribuere ad reſtitutionem eius damni pro rata, arbitrio prudentis, iuxta maiorem vel minorem influxum ac cauſalitatem cuiuſque ad id damnum. Quod ſi aliquæ earum non contribuant, vel quia nolunt, vel quia non poſſunt, reliquæ contribuere tenentur totum damnum: quoniam ſemper vnuſquiſque eorum tenetur reſtituere damnum in ſolidum, ſeu integrum, comparatione eius, cui damnum iniuſtè eſt datum in euentu, quòd aliunde non fiat ei integra reſtitutio. Principalis tamen cauſa tenetur ei reſtituere totum, quod loco ipſius reſtituit, vt dictum eſt, & in defectum cauſæ principalis tenentur minus principales ei reſtituere, vnaquæque, quod loco illius reſtituit, quin & contribuere ei tenentur pro rata eorum vnuſquiſque, quod loco aliarum concauſarum minus principalium reſtituit, quando illæ nolunt, aut non poſſunt, illud reſtituere, vt in vltimo dubio huius diſputationis dicemus. Ratio autem cur inter eiuſmodi cauſas minus principales, nulla teneatur reſtituere loco aliarum, niſi quando ſua nequitia non vult, aut quando reſtituere non poteſt, hæc eſt: Quoniam nulla earum eſt principalis comparatione alterius, ſed ſingulæ cauſæ ſunt iniuſtæ damni per exequutorem, illum mouendo, aut defendendo, vel damnum ei non impediendo, quod ex iuſtitia impedire tenentur.

Dubium eſt. Num vniuerſum, quando aliqua

A concauſa, in defectum aliarum, reſtituit, quod aliæ tenebantur ac debebant reſtituere, teneantur illæ aliæ ei reſtituere, quod in ipſarum defectum reſtituit. Caiet. 2.2. quæſtio. 62. articu. 6. ad tertium, cui ex parte conſentire uidetur Sotus 4. de iuſt. quæſt. 7. articu. 3. ad 2. quibuſdam vtitur diſtinctionibus. Quòd ſcilicet, quando aliquis reſtituere tenebatur ratione rei acceptę, quam apud ſe haberet, vel quam habuit, ac conſumpſit, aut alienauit, ſi alius in defectum illius reſtituat, tanquam concauſa, quæ in illius defectum tenebatur, tũc teneatur ille alius huic reſtituere, quod in illius defectum reſtituit. Quando verò ſolùm tenebatur reſtituere ratione iniuſtæ acceptionis, ſeu damni dati, deſtruendo, aut deteriorem reddendo, rem alterius, tunc interdum reſti-
B tuere teneatur, interdum non item, iuxta diſtinctiones quaſdam, quas adhibet. Alij, quos Ioan. Med. quæſtio. 8. de reſtit. refert, ex alio fundamento affirmant, eum, cuius loco concauſa alia damni reſtituit, non teneri illud ei reſtituere. Quia videlicet, cum talis concauſa fuerit etiam in culpa eius damni, indigna eſt, cui reſtituatur, quod in recompenſationem eius damni ipſa dedit: qua de cauſa in exteriori foro non conceditur ei repetitio eius, quod ita ſoluit.

Eſt tamen ſtatuenda hæc vniuerſalis, contraria 5 Concluſ.
vtrique ſententiæ, concluſio. Quandocunque concauſa aliqua reſtituit aliquid in defectum alterius, qui id reſtituere tenebatur, is, in cuius defectum id reſtituit, tenetur ei reſtituere, quod loco illius reſti-
C tuit. Hæc concluſio videtur eſſe apertè D. Thom. 2.2. quæſtio. 62. articu. 6. ad tertium, & eſt communis, vt ibi Caiet. confitetur. eam etiam affirmant Io. Med. quæſtio. 8. citata, Couar. reg. peccatum, par. 2. §. 12. & alij. Probatur verò, quoniam, qui ita reſtituit, ſubit onus, quod alius de iuſtitia ſubire tenebatur: neque intendit liberare illum alium ab onere, ſed liberare ſe ipſum, tribuendo, quod alius tribuere tenebatur, interim dum ille alius id non ſoluit: quare, cum ex eo, quòd fecerit, quod tenebatur, non ſit deterioris conditionis, neque ex eo, quòd alius non fecerit, quod tenebatur, ſit futurus melioris conditionis; præſertim cum, qui in illius defectum reſtituit, non intenderit exonerare illum, eumque melioris conditionis efficere, ſed ſolùm facere, quod pro
D tunc ipſe loco illius facere tenebatur; conſequens profectò eſt, vt is, in cuius defectum reſtitutio eſt facta, reddere illi teneatur, qui eam fecit, quod loco illius ſoluit. Confirmatur, quoniam, dato contrario, reſultaret maxima inæqualitas, iſque, qui ex ſua nequiſitia reſtituere non vellet, quod de iuſtitia tenebatur, ex ſua iniquitate ac iniuſtitia reportaret commodum, ac liberationem à iuſtitiæ onere, cum grauamine ac damno alterius, quod nullum ius, nullaq; æquitas, patitur. Falſum autem eſt, huic in foro exteriori denegandam fore repetitionem eius, quod loco alterius reſtituit, ab eo, cuius loco illud reſtituit. Quamuis, ſi ea occaſione detegeretur delictũ vtriuſque præteritum, id delictum aduerſus vtrunque, iux-
E ta legum diſpoſitionem, puniretur.

Dubium deinde eſt. Quid ſi, verbi gratia, tres 6
contribuere æqualiter teneantur ad reſtitutionem duodecim, (aut etiam inæqualiter) in quibus aliquis ab eis iniuſtè fuit læſus: & vnus eorum illa integra reſtituat, in defectum aliorum, qui portiones ſuas reſtituere non potuerunt, aut noluerunt: atque poſtea vnus aliorum duorum, pœnitentia ductus, aut factus ſoluendo, velit reſtituere: ſatiſne tũc erit, ſi reſtituat ſua quatuor, in euentu, quòd æquales portiones tenerentur reſtituere, an verò teneatur reſtituere ſex, quatuor loco ſui, & duo loco alterius, qui nondum vult reſtituere, aut nõdum poteſt reſtituere, ita vt illa quatuor diuidãtur inter ipſum, & in-

tet alium, qui iam antea reſtituit? vt tacere tenebantur, ſi à principio de communi conſenſu cum illo alio reſtituerent, quod ipſi tenebantur, & quod tenebatur reſtituere tertius ille, qui ſua nequitia, aut ſua impotentia, nondum reſtituit. Atque reſpondendum eſt, teneri reſtituere ſex, quoniam æqualiter tenetur ſubire onus cum eo, qui primo loco reſtituit: quippe cum non minus teneretur ad integrum debitum, in defectum aliorum, quàm primus, neque minus teneretur ſubire onus eius, qui non reſtituit, quàm teneretur, qui loco vtriuſque à principio, in vtriuſque defectum, reſtituit. Poſtea verò tertius, qui nondum reſtituit, tenebitur reſtituere vnicuique eorum duo, quæ loco ipſius reſtituerunt.

DISPVT. 738.

Si is, cui faciēda eſt reſtitutio, remittat vni concauſarum damni iniuſtè dati obligationem reſtituendi, num reliquæ concauſæ eiuſdem damni maneant nihilominus obligatæ in ſolidum.

SVMMARIVM.

1 *Quando multi in foro conſcientiæ reſtituere aliquid tenentur, quādo remiſſio, facta vni à creditore, alios deobliget, quando non item.*

2 *Remiſſio pœnæ, qua multi in foro exteriori tenentur pro eodem delicto, ſi fiat vni, non deobligat alios à pœnæ debito. Niſi contrarium circa aliquod delictum ſit lege ſancitum.*

3 *Remiſſio ſi facta ſit ei, in cuius defectum alij tenebantur id ſoluere, ſi idem debitum à concauſis in foro exteriori petatur, committitur cōtra eos peccatum contra iuſtitiam, cum reſtituendi onere, quod ita ſoluerint, & damna ea via illis data.*

Argumentũ primum. Pars affirmans ſuaderi poteſt. Primò, quoniam, quando ſunt diuerſę obligationes ad eandem rem, ex eo, quòd vna tollatur, non continuò tollitur alia: vt ſi aliquis teneatur non fornicari, non ſolum præcepto iuris naturalis, decalogi, ſed etiam ex voto, aut ex iuramento, quo ad idem ſe aſtrinxerit, ſanè ex eo, quòd diſpenſetur in eo voto, aut iuramento, & quòd tollatur obligatio, quæ inde emanabat, ad virtutem religionis ſpectans, non tollitur altera obligatio iuris naturalis: in re autem propoſita, multæ concauſæ iniuſtæ eiuſdem damni habent vnaquæque ſuam obligationem in ſolidum, vt illud reſtituant: ergo ex eo quòd is, cui facienda eſt reſtitutio, remittat vni earum obligationem, qua ei tenebatur, nō proinde reliquæ manent deobligatæ, ſed perinde tenentur in ſolidum, ac ſi illi alteri non eſſet facta remiſſio ſuæ obligationis.

Secundum. Secundò, ſi vna earum cōcauſarum impotens efficiatur ad reſtituendum, tollitur illius obligatio, neque ea de cauſa reliquæ concauſæ deſinunt eſſe obligatæ in ſolidum, vt antea erant: ergo à ſimili, eſto creditor remittat vni earum obligationem, qua ipſi tenebantur, non deſinent aliæ manere obligatæ in ſolidum, vt antea erant.

Obſeruandum eſt. Nos poſſe loqui, vel de remiſſione obligationis eius reſtitutionis, quæ in foro conſcientiæ debetur, damni iniuſtè à multis con cauſis dati: vel de remiſſione eius, quod iniuſtè læſus poterat in iudicio petere ratione delicti. Hac diſtinctione pręhabita, ſequentibus concluſionibus ſatisfaciendum eſt quæſtioni propoſitæ.

A Prima eſt. Si loquamur de obligatione reſtituendi in foro conſcientiæ, tunc, ſi remiſſio fiat ei qui ſolùm in alterius defectum reſtituere tenebatur, reliqui, ex ea remiſſione, non manent deobligati, ſed perinde tenentur, ac ſi facta non eſſet talis remiſſio. 1 Prima concluſio. Excipe, niſi, inter remanentes eſſent aliquæ concauſæ, quæ ſolùm tenerētur in defectum cauſarum principalium: nam tunc, licèt eiuſmodi concauſæ non manerent omnino deobligatæ, manerent tamen deobligatæ à portione, quam concauſa, cui remiſſa eſt obligatio, contribuere teneretur, in defectum, quòd cauſæ principales non reſtituerunt, aut quòd aliqua concauſarum minus principalium non contribueret, quod, in defectum cauſarum principalium, contribuere tenebatur; iuxta ea quæ diſputatione præcedente explanata ſunt. Adhibeamus exemplum. Si

B vnus fuit concauſa damni iniuſti, quia confecit claues, quibus daretur; alius, quia conſilium dedit, vt id damnum daretur; & alius, quia tanquam cauſa principalis in ſuū ſolùm commodum, ſuumque ſolùm negotium agens, damnum exequutus eſt, reque ipſa illud dedit; tunc ex eo, quòd is, cui id damnum iniuſtè fuit datum, remittat obligationem ſibi reſtituēdi ei, qui claues confecit, deobligati non manent exequutor, qui tanquam cauſa principalis id damnum dedit, & qui conſilium dedit, qui ſolùm tenetur ad reſtitutionem in defectum exequutoris; ſicut & is, qui claues confecit, ſolùm tenebatur ad reſtitutionem in defectum eiuſdem exequutoris. Cæterùm ſi exequutor non reſtituat, in defectumque il-

C lius reſtituere debeat, qui conſilium dedit, tunc, quia is, qui claues confecit, contribuere debebat cum eo, qui conſilium dedit, ad eam reſtitutionem: vtique tunc, qui conſilium dedit, non tenetur reſtituere totum damnum ab exequutore datum, ſed ſolùm portionem illius, quam cum eo, qui claues confecit, contribuere tenebatur: neque enim remiſſio facta à creditore illi, qui claues confecit, debet cedere in præiudicium conſiliarij, eumque grauare: quin potius eo ipſo, quòd creditor eam remiſſionem fecit, remiſiſſe cenſetur, ac pro impleto habere, grauamē totum, quod is, qui claues confecit, ſuper ſe induxerat. Concluſio ita limitata, ac declarata, probatur. Quoniam obligatio cæterorum in nullo pendebat ab obliga-

D tione eius, cui remiſſio eſt facta: neque talis remiſſio in vllum præiudicium cæterorum cedit, vt explanatum eſt, quin potius in exemplo propoſito cedit in conſiliarij commodum, qui eo ipſo, quòd talis remiſſio facta eſt, non tenetur ad reſtitutionem in defectum eius, cui illa eſt facta: ergo poteſt optimè creditor eam remiſſionem facere, manentibus cæteris obligatis, vt antea erant.

Secunda concluſio. Quando concauſa aliqua reſtituere aliquid tenebatur, & non in defectum alterius, ſi creditor illi obligationem remittat, manent cæteræ eo ipſo deobligatæ à reſtitutione eius, quod illa reſtituere tenebatur, vt ſi cauſæ principali remittat obligationem reſtituendi, manent reliquæ concauſæ deobligatæ à reſtitutione eius, quod in defe- Secundæ concluſ.

E ctum illius reſtituere tenebantur. Concluſio hæc ſatis eſt perſpicua, quoniam obligationes cæterarum cauſarum, de quibus loquimur, dependentes erant ab obligatione principalis: quia ſolùm tenebantur in defectum illius, ſi non poſſet, aut non vellet, ſuam obligationem impellere: ſublata autem obligatione principali, cui cæteræ nituntur, ſublatæ eo ipſo manent cæteræ.

Tertia concluſio. Si ſermo ſit de remiſſione delicti in foro exteriori, atque de remiſſione actionis, quæ læſo aduerſus delinquentes competit ad pœnā, qua vnuſquiſque eorum pro eo delicto eſt dignus, tunc indifferenter poteſt læſus remittere pœnam & actionem, quibuſcunque illorum voluerit, & inten- 2 Tertia concluſio.

tare

tare actionem aduerſus reliquos, exigendo pœnam. Excipe, niſi in euentu aliquo id iure poſitiuo ſit pro libitum. Probatur concluſio, quoniam vnuſquiſque eorum, qui concauſæ iniuſtæ fuerunt eius delicti, fuit in culpa ſua propria ac peculiari, factuſque eſt debitor ſuæ propriæ ac peculiaris pęnę ratione eius culpæ, idque non in defectum, quòd alius puniatur: ex eo enim, quòd alij puniantur, vnuſquiſque eorũ pro quantitate ſuæ propriæ ac peculiaris culpæ, non deſinit alius eſſe dignus ac debitor ſuæ peculiaris pę næ pro ſuæ propriæ culpæ quantitate: ergo poterit læſus remittere quibus voluerit ſuam actionem ad pœnam, illis pœnam condonando, non remittendo actionem ac pœnam alijs.

Quarta cõcluſio. Quarta concluſio. Si læſus debitum, damnive iniuſtè dati compenſationem, remittat ei, qui principaliter tenebatur ipſi illud reſtituere, peccat, ſi in
3 exteriori foro petat, vt, qui in defectum illius tenebantur illud ſoluere, illud ipſi ſoluant. Atque, ſi quid ita ab eis extorſerit, tenetur id illis reddere. Quin, ſi ijs, à quibus ita peteretur, conſtaret de tali remiſſione, poſſent in eodem exteriori foro excipere, illive obijcere, iam id debitum remiſſum eſſe illi, qui principaliter illud ſoluere tenebatur, & in cuius defectum ipſi id ſoluere tenebantur. Verbi gratia, ſi quis aliquem iniuſtè percuſſit adiutus ab alijs duobus, quos ad id inuitauerat. Tunc, ſi percuſſus condonet principali percuſſori expenſas, non poterit illas in iudicio, aut extra iudicium, petere ab illis alijs duobus, qui percuſſorem adiuuarũt: ſi autem eas ab illis petat & accipiat, tenetur illas eis reſtituere. Ratio huius concluſionis eſt, quoniam debitum pro damno iniuſtè dato, præcisè ſumpto à pœna pro eodem delicto quando ab eis debetur, qui ſolum in defectum alterius tenentur illud ſoluere ac reſtituere, eſt dependens ab obligatione eius, qui principaliter reſtituere illud tenetur, atque in defectum eius, dum id non ſoluit, vt ſoluere illud tenetur: quare, deſinente ea obligatione ex eo, quod formaliter, aut virtute ſatisfecit, remittente illi læſo eam obligationem, deſinit quoque obligatio cæterorum, qui in illius defectum eidem læſo tenebantur; eaque de cauſa, ſi quid tunc ex eis in recompenſationem damni illius accipiatur, accipitur, quod non debebant, ac proinde tenetur accipiens illud eis reſtituere. Cõſentiunt cum dictis hac & præcedentibus concluſionibus, quæ Diſput. 562. ſunt dicta.

Ad duo argumenta propoſita, quatenus cum his concluſionibus pugnare alicui videri poterunt, dicendum eſt.

Ad primũ argum. Ad primum, maiorem eſſe veram, quando vna obligatio non pendet ab alia, vt obligatio ad non fornicandum, quæ eſt ex iure naturali, non pendet ab obligatione ſuperaddita ex iuramento, aut ex toto, ac proinde hac ſecunda ſublata, manet prima: falſum verò eſſe de obligatione, quæ omnino pendet ab alia, qualis eſt concauſæ minus principalis damni iniuſtè dati, ab obligatione cauſæ principalis eiuſdem damni: vnde, ſublata obligatione cauſæ principalis, tollitur omnino obligatio cauſæ minus principalis.

Ad ſecundum. Ad ſecundum negandum eſt antecedens, nempe per impotentiam ad reſtituendum alicuius ex concauſis, tolli obligationem, quam habebat ad reſtituendum: impotens quippe adhuc manet cum obligatione reſtituendi, quando potuerit; ſed ſolũ impotentia ad reſtituendum excuſat à peccato non reſtituendi, interim dum illa perſeuerat, & reddit talẽ impotentem inhabilem pro tunc ad reſtituendum, ratione cuius inhabilitatis tenentur aliæ concauſæ eiuſdem damni iniuſti reſtituere loco illius, & ille obligatus manet ad reddendum, quod loco ipſius fuerit reſtitutum, quando ipſe reddere illud potuerit, ſi ipſe ſit cauſa principalis, aut alia quæ exonerata nondum ſit ab onere reſtituendi, iuxta ea quæ cõcluſionibus propoſitis, & diſputationibus præcedentibus, dicta ſunt.

DISPVT. 739.

Cuſtodes diuerſarum rerum, & alij miniſtri publici, qui ex officio ad aliqua tenentur, quouſque periuri ſint, contra iuſtitiam peccent, atque ad reſtitutionem teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodes, qui inuigilant circa aliquid iniuſtum, aut iniquum, peccant id, cuius curam habent, exequendo, & tenentur reſtituere damna ea ſua vigilia alijs ſubſequuta, (regulariter in defectum principalium, qui id munus ipſis iniunxerunt) niſi excuſantur inuincibili ignoratia, aut parendo in dubio, quod expellere non poſſint, ſuperioribus: neque eos obligat iuramentum de ea re exequenda.*

2 *Cuſtodes, & alij miniſtri publici, ſi id, cuius curam habent demandatam, illicitum non ſit, ſeque aſtrinxerunt iuramento certam formam circa id ſeruare, quoties illam non ſeruant, peccatum periurij lethale incurrunt, niſi abſque dubio intelligãt, qui eos iuramento illo aſtrinxerunt, non intendiſſe in eo euẽtu eos obligare: neque ſunt abſoluendi, niſi ſerio proponant, id deinceps non facere, niſi obtenta prius relaxatione quoad id iuramenti.*

3 *Cuſtodes, & miniſtri publici ſi diſſimulatione, aut negligentia ipſorum, damna dentur circa ea, quorum curam habent, vt quia non ſoluuntur tributa debita, aut alia ratione, reſtituere illa tenentur illis, quibus ſubſequuta ſunt, in defectum ſolum eorum, qui illa dederunt.*

4 *Cuſtodes, & alij miniſtri publici, ſi ſolum ea permittant, ex quibus nullum damnum ſequitur, nec debetur aliquod tributum, ſed ſolum ea facientes ſubiacent pœnæ, tunc, qui hæc efficiunt, ad nullam reſtitutionem tenentur; neque tenentur ſoluere pęnã, quam incurrerunt, niſi poſt latam ſententiam. Peccant verò tranſgredientes legem iuſtam.*

5 *Cuſtodes, & alij miniſtri publici, qui eos, qui in pœnas iuſtè impoſitas inciderunt, condemnari, vt eas ſoluant, non curant, aut qui negligentes ſunt in illis inquirendis & comprehendendis, vt eas ſoluant, de iuſtitiæ rigore reſtituere emolumentum earum tenentur illis, quibus erant applicandæ ſi cum tanto onere munus ſit ipſis iniunctum, eaque ſit voluntas eorum, quibus pœnæ ſunt applicatæ, & qua moderatione id ſit condiendum. Et quid quando pœna eſt corporalis. Et quid quando miniſter publicus facultatem dedit, vt id fieret, pro quo pœna pecuniaria eſt ſtatuta.*

6 *Cuſtodes, & alij miniſtri publici, quando reſtituere non teneantur, quod acceperunt, vt aliquid fieri permitterent contra munus ſuum, illo iam opere impleto, & quando reſtituere teneantur.*

7 *Cuſtodes, qui in confinibus regnorum donationes à tranſeuntibus extorquent, ne eos vexent reſtituere illas eis tenentur.*

8 *Cuſtodes ſyluarum, & alij ſimiles, licitè poſſunt ſe abſcondere, vt tranſgreſſores capiant leges tranſgredientes, neque regulariter tenentur reſtituere dominis ſyluarum damna, quæ tranſgreſſores interim dant.*

Hæc

HAec & ſequens diſputatio texendæ ſunt circa mutum, non obſtantem, & nõ manifeſtantem: examinãdumque eſt, quouſque cuſtodes, & alij miniſtri publici, quibus ex officio cura ac vigilia incumbit, circa ſylvas cæduas, venationem, vineas, tranſportationem mercium, extractionem earũ de nauibus, de domo Indica in Luſitania, & de alia ſimili Hiſpali, de Alfandegis, ac aduenis, & vniuerſim de cęteris miniſtris, quibus ex officio incumbit cura, vigilia, ac impedire damna circa quæcunque alia, quouſque, inquam, periuri ſint, contra iuſtitiam peccent, reſtituereque teneantur, ſi munus ſuum indebitè exequantur.

1 Atque loquimur, quando id, circa quod curam habent, nihil iniuſtitiæ, nihilque iniquitatis continet. Si enim iniuſtum id eſſet, aut aliter iniquum, vt ſi cuſtodirent ſyluam, aut vigilarent circa venationem, quæ iniuſtè, aut aliter cum peccato, prohiberentur, vel ſi vigilarent circa exactionem tributi iniuſti, aut circa aliam rem iniuſtam vel iniquam, tunc, eſto iureiurãdo ſe aſtrinxiſſent ad cuſtodiam ac vigiliam, non peccarent diſſimulando cum cædẽtibus ligna, cum venantibus, cum tranſeuntibus, aut vendentibus aliqua, ſine ſolutione eius tributi. Ratio autem eſt, quoniam iuramentum in eo euentu eos non obligat, eo quòd non ſit vinculum iniquitatis. Imò verò, ſi contrarium facerent, peccarent, reſtituereque tenerentur, quantum ſua volentium ligna cædere, aut venari, intereſſet, non prohiberi ac impediri, aut quantum eſſet tributum, quod iniuſtè acciperent, & inſuper reſtituere tenerentut alia damna, ſi quæ vlterius ex ea iniqua impeditione ſequerentur. Sicut enim principes, aut alij potentes, iniuſtè prohibẽtes eiuſmodi res, aut iniuſta imponentes tributa, contra iuſtitiam peccarent, reſtituereque tenentur damna omnia inde ſubſequuta: ita eiuſmodi miniſtri eorũ, ac cooperatores ad eadem damna, niſi ignorantia inuincibili iniuſtitiæ excuſentur, obedientiaque id ſibi præcipientium, dum ipſis non conſtat præceptũ eſſe iniuſtum, neque ipſis occurrit quid efficiant, vt eam ignorantiam expellant, lethaliter contra iuſtitiam peccant, reſtituereque eadem damna tenẽtur. Quia tamẽ cauſæ ſunt minus principales comparatione eorum, qui id eis præcipiunt, ſolum tenentur reſtituere ea damna in defectum cauſarum principalium, niſi fortè portio aliqua iniuſtè acceptorum ipſis ſit deputata: tũc enim illam acceptam, reſtituere ipſi tenentur, iuxta ea, quæ præcedentibus diſputationibus dicta ſunt.

2 Quando cuſtodes, aut alij miniſtri publici, licitè exequi poſſunt, quod ex officio eis incumbit, quia videlicet id nullam cõtinet iniquitatem, atque ipſis ab eo eſt id iniunctum, qui poteſtatem ad id iniungendum habet, tunc, ſi ſub iureiurando ſe aſtrinxerunt, id exequi iuxta formam ipſis traditam, legeſque, aut ſtatuta, circa id præſcripta, lethaliter peccant periurij peccato, ſi in aliquo eam formam, ac ſtatuta circa id ipſis præſcripta, tranſgrediantur, niſi in aliquo euentu intelligant, voluntatem eius, qui id onus eis iniunxit, non eſſe, vt in eo euentu eis ſtatutis, ac modo ipſis ab eo præſcripto, ſe accommodẽt, aut quòd non cum tanto rigore ea intelligant, atque exequutioni mandent. Cùm enim iuramentum, ita ab ipſis præſtitum, promiſſorium fuerit, ſanè non plus obligat, quàm fuerit aut ſit intentio eius, cui per illud talis miniſter publicus ſe intẽdit obligare. Atque, poſt illud præſtitum, poteſt is, cui fuit præſtitum, obligationem illius remittere, vel omnino, vel in aliquo, aut in aliquibus euentibus: eaque de cauſa, ſi cõſtat, ſaltem per præſumptionem, quæ nullum relinquat dubium, voluntatem illius non eſſe, vt in aliquo aut in aliquibus euentibus obliget, tunc, qui illud præſtitit, non tenebitur in eo, aut in eis euentibus, illud ſeruare.

A

Ex his facilè liquet, quid dicendum ſit ad illud quotidianum dubium de ijs miniſtris publicis, quos in hoc regno *Alguaziles*, & in Luſitania *Merinhos* vocant, *alcaydes*, & de alijs ſimilibus, qui iureiurando ſe aſtrinxerunt, debitè, iuxta formam ipſis traditam, ſuum munus exequi, nũ lethaliter peccent periurij peccato, ſi cum aliquibus ſuis amicis, & cum quibuſdam alijs, diſſimulent, quos reperiunt, poſt ſignum datum campanæ, vt omnes de nocte ſe recipiant, neque iuxta ordinem ipſis præſcriptum eos comprehendunt: aut ſi cum aliquibus diſſimulent, qui ſericum aliquid, vel rem aliam vetitam, deferũt, atque, iuxta formam ipſis præſcriptam, tenentur in eos pęnam exequi, quam ea de cauſa incurrerent. B Idem eſt de quamplurimis alijs rebus, quibus, tam hi miniſtri publici, quàm plerique alij, non ſe accommodant, cum tamen in forma ipſis tradita contineãtur, quam ſub iureiurando ſe aſtrinxerunt ſeruare. Reſpondendũ quippe eſt, niſi ipſis conſtet, aut abſque dubio præſumant, mentem eius, cui ſe eo iuramento aſtrinxerunt, non eſſe, vt obligati in eis euentibus, eo iuramento ſint, in quibus formæ ipſis traditæ non ſe accommodant, peccare eos lethaliter periurij peccato: neque eſſe à confeſſarijs abſoluẽdos, niſi firmiter ac ſeriò proponant, ſe in poſterum omnino accommodaturos in eis euentibus formæ ipſis traditæ, aut niſi in futurum, relaxationem eius iuramenti in eis euentibus, ac expoſitionem, ab eo obtineant, C cui tali iuramento ſe aſtrinxerunt, quòd non intendat in eis euentibus ac cum tanto rigore ipſos obligare. Atque conſulendum eiuſmodi miniſtris publicis eſſet, vt quando munus ſuſcipiunt, eiuſmodique iuramentum præſtant, ſignificent, antequam illud præſtent, non intendere cũ tanto rigore ſe obligare, quin, nihil ea forma impediente, poſſint eos euentus prætermittere, quos omittere intendunt, & quos vrbanitas ac lenitas poſtulat ſæpe, vt omittantur, alioquin, vel munus cum tanto rigore non ſuſcipiant, vel formã ipſis præſcriptam, omnino ſeruent. Quàm maximè autem poſſum, obnoxiè in Chriſti viſceribus, à pręſidibus, regijs ſenatoribus, & à quibuſcũque alijs, quibus id incumbit, peto, vt formas omnes munerum publicorum percurrant, quas ſub D iureiurando ſeruare pręcipiunt, illaſque (quod ad iuramentum attinet) moderentur, vt non ſint obſeruatu difficiles, aut potius, fragilitate humana attenta, & modico timore Dei, qui eſſe in hominibus ſolet poſſibiles, & tales eas reddant, vt miniſtri ipſi publici facilè intelligant, quæ ſub reatu periurij ſeruare teneantur, quæ non item: id enim præſes ſenatus, & ſenatores, quibus id incũbit, facere tenentur, vt euitent innumeras peccati lethalis occaſiones; Chriſtianaq; caritas id efflagitat: meminerintque, ſe rempublicam ſecularem teneri moderari accommodatè ad finem ſpiritualem ſempiternæ felicitatis, præſcindendo, quàm maximè potuerint, peccatorum lethalium occaſiones, exactiſſimèque ſeruari efficiendo, quæ ſub lethali peccato præcipiunt. E

Siue autem cuſtodes, & alij miniſtri publici, de quibus in hac diſputatione nobis eſt ſermo, munus iuramento præſtito ſuſceperint, ſiue iuramento minimè præſtito, ſequentes concluſiones ſunt hoc loco ſtatuendæ.

Prima eſt. Si ex eo, quòd cũ aliquo, vel cũ aliquibus, diſſimulent, aut aliquo alio modo ſuum munus trãſgrediantur, damnũ aliquod ijs ſequatur, in quorum bonũ munus ſuſceperunt, quia, vel nõ ſoluitur eis tributũ debitũ, vel damnum eorum rebus, aut ad quas ius habẽt, infertur, vt ſi vinearũ cuſtodes permittant, aut cũ poſſint, non impediãt earũ direptionẽ, vel ſyluarum cuſtodes permittant, aut ſimiliter 3 Prima concluſ.

non

non impediant, ſcindere, & auferre ex eis bona, vel cuſtodes locorum ad uenandum prohibitiorum (noſtri *boſques*, luſitani *cautadas* vocãt) per mittant, aut non impediant, in eis venari, & alij ſimiles, reſtituere eis tenentur damna omnia, quæ ita permiſerint, aut, cum poſſent, non impediuerint. Quia tamen nõ ſunt cauſę principales horum damnorum, ſed minus principales, non tenẽtur ea reſtituere, niſi in defectum eorum, qui illa dederunt, aut debita tributa non ſoluerunt: vnde, ſi illi alij reſtituant, cuſtodes reſtituere non tenentur: ſi verò cuſtodes, in illorum defectum, ea reſtituant, cauſę principales reſtituere cuſtodibus tenentur, quę loco eorum reſtituerint, vt hęc omnia ex dictis diſputationibus pręcedentibus ſunt perſpicua. Quando autem venantes in loco prohibito cenſeantur damnum dare, & quando nõ, & quouſque illud dare cenſeantur, ac proinde quo uſque teneantur, aut non teneantur, ad reſtitutionẽ, Diſpu. 51. iunctis antecedentibus, fuit explanatum. Quouſque item cęſio lignorũ prohiberi poſſit, aut non poſſit, & quouſque ſcindentes ligna aliena, aut vtentis alienis paſcuis, ad reſtitutionem teneantur, diſputa. 46. 58. & 59. eſt dictum: inde autem pendet, quantum ex eo capite cuſtodes horum omnium locorum reſtituere teneantur, in illorum defectum. Concluſio propoſita non alia indiget probatione. Cum enim eiuſmodi miniſtri publici cauſę iniuſtę ſint indirectè horum omnium damnorum, ſatis ex pręcedentibus diſputationibus liquet, eos ad reſtitutionem eorum teneri ſolum in eorum defectum, qui illa dederunt. Conſentiunt inter alios Ioan. Medi. de reſt. q. 12. §. antepen. & vlt. & Nauar. in Manu. ca. 17. num. 123.

4 Secunda concluſ.

Secunda concluſio. Quando cuſtodes, & alij miniſtri publici, ſolum ea permittunt, ex quibus nullũ ſequitur damnum, & quæ nullum habent tributum annexum, ſed ſolum eſt pœna impoſita ijs, qui illa efficiunt, tunc, qui leges tranſgrediuntur illa efficiendo, ad nullam tenentur reſtitutionem, peccant tamẽ lethaliter, aut venialiter, tranſgrediendo illo modo leges, pro materię qualitate ac quantitate, & pro neceſſitate, vt tales leges obſeruentur, habita ſimul ratione pęnę eas tranſgredientibus ſtatutę, maximè ſi ſeuerè ac integrè talis pęna exigatur, exequutionive mandetur. Exempla ſunt, vt ſi quis venetur, aut piſcetur, cuſtode diſſimulante, in menſibus ad id faciendum prohibitis. Aut ſi contra prohibitionem pecora tranſportet ex vno regno in aliud, quando ex tranſportatione nullum tributum debetur, ſed ſolũ tranſportans incidit in pęnam amiſsionis eorũ, aut inſuper in aliam, vt in Luſitania ex tranſportatione boum in hoc Caſtellę regnum. Aut ſi contra prohibitionem tranſportet triticum, pecuniã, aut aliquid aliud ab vno regno in aliud. Aut ſi veſtes ſericas, vel aliquid aliud, geſtet contra pręſcriptum legum. Si ex India tranſportet merces prohibitas, pro quibus nullum impoſitum ſit tributum, eo quòd prohibitæ ſint ttanſportari, ſed ſolum incidat in pęnam amiſsionis earum, & in pęnas alias. Prior pars huius concluſionis probatur, quoniam, qui eo modo leges tranſgrediũtur, non tenentur ad pęnam ante latam ſententiam, legemque tranſgrediendo, nullum damnum inferunt, vt ſuppono, licet id in reipublicę incõmodum aliqua ex parte cedat: ergo ad nullam reſtitutionem tenentur ante latam ſententiam. Quando autem, ita legem tranſgrediendo, ſolum defraudarent principem, aut aliquem alium, tributo iuſto, ſolum tenerentur reſtituere id tributum, non verò pęnam, niſi ad eam ſoluendam eſſent condemnati, ab eiſque exigeretur, vt ſatis liquet. Atque in his omnibus conſentit Ioan. Med. q. 12. citata. §. pen. & vlt. & q. 15. §. penult. Poſterior verò concluſionis pars, quòd ſcilicet peccent lethaliter, aut venialiter, pro

A materiæ qualitate, &c. ſatis etiam eſt perſpicua, neque ad hunc locum ſpectat ea tradere, ac diſputare, vnde veritas illius pendet.

5 Tertia cõcluſio.

Tertia concluſio. In euentu prioris partis concluſionis pręcedentis, quando cuſtos, aut alius miniſter publicus, qui ex officio ad id tenetur, deprehendit tranſgreſſorem legis in delicto, pro quo pœnam incurrit, atque ad quod delictum illi facultatem non conceſsit, illumque relinquit, non curans pœnam exequutioni mandari, aut deprehendere ac comprehendere poteſt talem tranſgreſſorem, eumque non comprehendit, vt pæna exequutioni mandetur, reſtituere tenetur ijs, de iuſtitiæ rigore, quibus ea pæna legibus erat applicata, quantum ſua illorum intererat, eum comprehendi, pænamque exequutioni mã-
B dari: niſi ſibi conſtet, aut abſque dubio præſumatur, munus nõ cum tanto onere eſſe ſibi iniunctũ, vt teneatur eas pænas cum eo onere exequi, aut niſi veriſimiliter præſumat, illum, qui id munus ſibi iniũxit, contentum fore, vt in euentibus, in quibus diſſimulat, eas non exequatur: in dubio tamen, an cum tanto onere id munus ſit ſibi iniunctum, & an ea ſit voluntas eius, qui ſibi id munus iniunxit, tenetur inquirere, qualis ſit eius voluntas, illique debet ſe accommodare, alioquin cogendus eſt reſtituere, aut remiſſionem ab ijs obtinere, quibus pænæ illæ erant adiudicandæ ac applicandæ: neque eſt abſoluendus, niſi firmiter ac ſeriò reſtituere, ac remiſsionem obtinere, proponat: & niſi ſeriò ſimiliter ac firmiter proponat, vel exequi in futurum eas pænas, vel faculta-
C tem ad eas non exequendas obtinere in euentibus, in quibus, vel ex miſericordia, vel ex amicitia, vel quia alioqui videretur nimius rigor, eas conſueuit non exequi, vel niſi munus dimittat, vt de eo, qui ſub iureiurando ſe aſtrinxit exequi munus ſuum iuxta formam ſibi præſcriptam, neque illam integre ſeruat, ſupra eſt dictum. Hæc concluſio probatur, quoniam cuſtodes, alijque miniſtri publici, de quibus loquimur, ex officio, atque adeò ex iuſtitia, tenentur comprehendere eos, qui ita delinquunt, ac incidunt in prædictas pęnas, curareque tenentur, vt eæ pænę exequutioni mandentur: quippe cum ad id ſuſcipiãt tale munus, ad idque ſe aſtringant, quando illud ſuſcipiunt, eaque de cauſa concedatur eis ſtipendium, & concedantur illis emolumenta alia, quæ ex eo mu-
D nere ipſis proueniunt: ergo iniuriam faciunt illis, iniuſtitiamque aduerſus eos committunt, quibus pęnę ilę legibus ſunt applicatę, dum ſua diſsimulatione, aut negligentia, in comprehendendis delinquentibus, atque in mandandis eiuſmodi pęnis exequutioni, eos priuant commodo ac emolumento, quod ex eis pænis erat ipſis obuenturum. Ita Ioan. Med. de reſt. quęſtio. 12. §. antepenult. ac penult. quęſtio. 15. §. penult. Angelus & Syluest. verb. pęna. §. vltimo, cõſentaneè ad Diuum Tho. ſecunda ſecundæ, quęſtio. 62. articulo quarto. Quicquid in contrarium, cum ſancto Bernardino, dicant Nauar. in Manu. capitulo 25. numero trigeſimoquarto, Syluest. (ſibi contrarius) verb. reſtit. tertia, quęſtio. quinta, pro-
E nunci. ſeptima. Licet enim hi tres autores fateantur, eiuſmodi miniſtros periuros eſſe, lethaliterque proinde peccare, ſi iuramento ſe aſtrinxerant ſuum munus exequi, abſque vllo tamen ſolido fundamento aſſeuerant, eos non teneri reſtitnere pęnam, quam ſa culpa omiſerunt mandare exequutioni. Tametſi Syluest. ibi ſolum loquatur de cuſtodibus ac vigilibus ciuitatum, qui non accuſant, quos poſt campanę ſonum de nocte inueniunt, vt pęna illis ſtatuta, exequutioni mandetur. De quibus ſermo erit infrà, dum moderationem quandam eiuſmodi concluſionibus ſubijciemus. Dixi, abſque vllo ſolido fundamento hos tres authores id affirmare: quoniam hoc vnico fundamento ducuntur. Delinquens

quens ipſe, patrato iam delicto, non debebat pęnam
legibus ſtatutam ante latam ſentẽtiam: ergo cuſtos,
aut quicunque alius miniſter publicus, qui ex officio
tenebatur illum comprehendere, pęnamque exequu-
tioni mandare, ſuaque negligentia ac culpa id omi-
ſit, non tenetur reſtituere emolumentum eius pęnæ,
antequam ipſe ad id condemnetur. Non videntur
autem attendiſſe, hanc conſequentiam eſſe nullam,
hocque proinde eorum fundamẽtum ſolidum non
eſſe. Etenim obligatio horum miniſtrorum publi-
corum reſtituendi id emolumentum pœnæ, quam
ſua culpa omiſerunt exequutioni mandare, non ori-
tur ex eo, quòd illi, qui in eas pœnas inciderunt, illas
completè deberent ante latam ſententiam: neque itẽ
ex eo, quòd ipſi miniſtri publici eas debeant in pęnã
ſui delicti, quo cum delinquentibus diſſimulauerũt,
vel quo negligentes fuerunt in comprehendendis il
lis, vt pęnæ exequutioni mandarentur: ſed ex eo ori-
tur, quòd ſua culpa omittendo pœnas illas exequu-
tioni mandare, vt ex officio tenebantur, cauſa iniu-
ſta fuerunt indirecta, quòd illi emolumento earum
pęnarum priuarentur, quibus legibus erant applica-
tæ, quibuſque erant adiudicandæ, & qui per delictũ
eorum, qui in eas pœnas inciderunt, ius comparaue-
runt, vt ipſorum efficerentur, ſi per miniſtros publi-
cos, vt ex officio tenebantur, mandarentur exequu-
tioni. Quare non valet conſequentia illa, delinquen-
tes, qui in eas pęnas inciderunt, non tenẽtur illas ſol
uere, ante latam ſententiam aduerſus eos: ergo neq;
cuſtodes & miniſtri publici, qui in culpa fuerunt, vt
pœnæ illæ non mandarentur exequutioni, nõ tenen
tur reſtituere emolumentum ex illis, quo iniuſtè pri-
uauerunt eos, quibus fuiſſent applicandę, ante latam
ſententiam. Delinquentes enim illi ſolum teneban-
tur ad id in pęnam, quæ non debetur ante latam ſen-
tentiam: miniſtri verò, de quibus loquimur, non te-
nentur ad reſtitutionem emolumenti ex tali pęna, in
pęnam ſui proprij delicti, ſed tanquam cauſæ iniu-
ſtæ indirectæ, quæ eo emolumento priuarunt iniu-
ſtè eos, qui illo erant potituri, ac proinde, nulla expe
ctata ſententia, tenentur illud reſtituere, tanquam
cauſæ indirectæ iniuſtæ amiſſionis illius. Quia verò
in eiuſmodi miniſtris publicis ſolum conſurgit reſti
tuendi obligatio, quatenus fuerunt cauſæ indirectæ
eiuſmodi damni illius, quibus tales pęnæ eſſent adiu
dicandæ, conſequens eſt, vt non teneantur illis reſti-
tuere, quantum æſtimarentur pœnæ, ſi integre iam
eſſent ſolutæ, ſed quantum æſtimarentur dum erant
ita in ſpe, attento quòd poterat emolumentum illud
impediri, & quòd ſæpe remitti ſolet pars earum pœ
narum, & attentis alijs circunſtantijs concurrenti-
bus. Conſequens præterea eſt, vt, quandò pœnæ ip-
ſiſmet miniſtris publicis eſſent legibus applicatæ, ad
nullam reſtitutionem teneantur: & vt, quãdo ex par
te ipſis eſſent applicatæ, non teneantur ad reſtitutio-
nem eius partis, quæ ipſis eſſet applicata.

Eſt tamen hæc doctrina prudẽter accipienda, ex-
cipiendo ab illa, vniuerſim ſumpta, quæ epicheia, re-
ctave ratio, excipienda eſſe docet. Neque enim eſt
credendum eis, quibus vigilandi, cuſtodiẽdique de
nocte ciuitatem, cura eſt commiſſa, cum tanto rigo-
re eam curam eſſe datam, vt ſi deſides negligẽteſve
ſint in ciuitate poſt campanæ ſonum percurrenda,
teneantur reſtituere pœnas, in quas illi inciderunt,
quos veriſimiliter comprehendiſſent, ſi debitam ad-
hibuiſſent diligentiam. Neque item eſt credendũ,
illis, quibus cura eſt data pœnas aduerſus eos exe-
quendi, qui veſtes ſericas, aut aliud, contra præſcri-
ptum legis geſtant, cum tanto onere id munus eſſe
iniunctum, vt reſtituere teneantur pœnas, in quas il-
li inciderunt, quos comprehendiſſent, ſi deſides, aut
negligentes, non eſſent, in illis inueſtigandis, ac com
prehendendis: & idem eſt de pœnis ludi, & de ſimi-
A libus alijs: neque id habet praxis confeſſionum aut
reipublicæ. Quin, etiam ſi diſſimulent cum ijs, quos
norunt, has pœnas incurriſſe, dicendum eſt, non te-
neri reſtituere emolumenta harum pœnarum, vt pra
xis habet, atque epicheia ſimilium legum interpres
cuique cordato viro præſcribit. Quare dicẽdum eſt,
attenta qualitate rei, circa quam cura eſt demãdata,
cæteriſque expenſis circunſtantijs concurrentibus,
iudicandum eſſe num ij, qui munus iniunxerunt, in-
tenderint minus, aut plus, oneris ea in parte iniunge
re. Perſpicuum quippe eſt, plus oneris intẽdiſſe prin-
cipem ijs iniungere, maioremque reſtituendi obli-
gationem, quibus curam tradidit vigilandi, ne quid
extraheretur de nauibus, aut de domo Indica, vel
Alfaudega, aut aduana, quam ijs, quibus curam com
B mitit vigilandi, ne quis de nocte poſt campanæ ſi-
gnum diuagetur per ciuitatem, aut quibus curam cõ
mitit vigilandi, ne luderetur certis ludorum generi-
bus, vel ne geſtarentur ſerica, & alia legibus prohibi
ta. Atque hac de cauſa in concluſione propoſita di-
ximus; niſi miniſtro publico conſtet, non cum tanto
onere munus eſſe ſibi iniunctum, &c. Neque poteſt
certa alia regula ſtatui circa varios euentus in diuer-
ſis materijs occurrentibus.

Illud eſt admonendum. Quando pœna impoſita
non eſſet pecuniaria, aut rei æquiualentis, vt amiſſio
nis mercium, domus, aut partis bonorum externo-
rum, ſed eſſet pœna corporalis, vt flagellorum, inclu
ſionis in carcerem, exilii, & vt ſunt aliæ ſimiles, tunc,
qui cum incurrentibus has pœnas diſſimularet, non
C teneretur reſtituere earum æſtimationem: ſed ſolum
teneretur reſtituere damnum, ſi quod fortè ex ipſius
diſſimulatione ſequeretur, vel reipublicæ, vel alicui
particulari, in cuius commodum id munus ſuſcipe-
ret: raró autem tale damnum deprehendetur.

Dubium eſt, num, quando cuſtos ipſe alicui con-
ceſſiſſet efficere aliquid contra præſcriptum legis,
pro quo pœna eſt impoſita: quod tamen facturus is
non eſſet, niſi permiſſu ac facultate cuſtodis, quia no
lebat ſe exponere periculo eius pœnæ, num, inquã,
tunc teneatur cuſtos pœnam reſtituere, in quam ille
alius incidit. Verbi gratia, eſt pœna impoſita, vt qui
tranſportat aliquid ab vno regno in aliud, illud amit
tat, aut vt ſoluat tantũ, vel tantum. cuſtos autem, pe
cunia corruptus, aut aliqua alia de cauſa alicui, qui
D alioquin timore pœnæ tranſportaturus non erat eas
merces, illas tranſportare permiſit, quæritur, nũ cu-
ſtos eam pœnam reſtituere teneatur, quam ille incur
rit. Atque dubitandi ratio hæc eſt. Quoniam, vt di-
ctum eſt, cuſtos ſolum tenetur pœnã reſtituere, qua-
tenus eſt cauſa indirecta damni, priuans eum, cui pę-
na lege eſt applicata, emolumẽto eius pœnæ: in euen
tu autem propoſito cuſtos nullius damni eſt cauſa;
eo quòd is, cui eam facultatem conceſſit, incurſu-
rus non erat eam pœnam, ſecluſa tali facultate, vt
ſupponimus: ergo ad nullam reſtitutionem tenetur
ratione talis pœnæ, quando illi, in cuius commo-
dum cuſtos eſt conſtitutus, nullum aliud damnum
inde prouenit. Partem tamen contrariam perſua-
E dere videtur. Quòd eo ipſo, quòd ille alius tranſ-
greſſus eſt legem, incurrit pœnam ea lege ſtatutam,
nihil impediente, quòd cuſtos iniquè eam facul-
tatem illi conceſſerit: vnde ex eo, quòd cuſtos,
poſt pœnam incurſam, non curat, vt ea pœna exe-
quutioni mandetur, vt ex officio tenetur, curare illã
exequutioni mandari, priuat iniuſtè eum, cui pæna
illa lege eſt applicata, emolumento talis pœnæ. Res
aliquantulum eſt mihi dubia. Atque propenderem,
cuſtodem, de iuſtitiæ rigore, teneri ad aliquam reſti
tutionem eius pænæ: non tamen dicerem, teneri ad
tantam reſtitutionem, ad quantam teneretur, ſi de ip
ſius conſenſu, ac præuia facultate, non eſſet commiſ
ſum tale delictum: ſed teneri ſolum ad reſtitutionẽ

partis eius pænæ arbitrio prudentis. Quoniam licet, ſi facultatem non dediſſet, nec incurreretur nec deberetur pæna, ac proinde id in cauſa ſit, vt non obligemus eum ad integrum emolumentum ex ea pæna: eſſe tamen illum indirectam cauſam priuationis emolumenti eius pænæ, poſtquam pæna, præcedente ipſius facultate, eſt incurſa, efficit, vt non deobligemus illum à reſtitutione partis eiuſdem emolumẽti, prudentis arbitrio.

6 Quarta cõcluſio.

Quarta concluſio. Quando cuſtos, aut alius miniſter publicus, aliquid accepit, vt in aliquo delicto cõſentiret, de quibus præcedentes concluſiones loquũtur, delictumque eſt iam exequutioni mandatum; tunc, ſi obligatio, quam ea de cauſa in ſe ſuſcepit, reſtituendi, quæ præcedentibus concluſionibus dicta ſunt, periculumque, cui ſe expoſuit, vt ea de cauſa puniretur, famamque amitteret, dignum ſit tanto pretio, vtique, quamuis peccauerit ſimilia accipiendo, nec ſit abſoluendus, niſi ſeriò ac firmiter ſtatuat, ſe deinceps nihil tale facturum, non tamen tenetur id reſtituere. Quòd ſi id, quod ita accepit, excedens ſit pretium pro oneribus ac periculis, quæ in ſe ſuſcepit, reſtituere tenetur incrementum. Vtraque pars concluſionis ſatis liquet ex dictis Diſput. 94. iunctis antecedentibus diſputationibus. Sicut enim, qui pretium accipit, vt aliquem interficiat, nõ tenetur, poſt delictum patratum, reſtituere, quod accepit, modò non acceperit excedens pretium, habita ratione onerum ac periculorum, quæ in ſe pro eo pretio ſuſcipit, vt Diſputatio 94. oſtenſum eſt: ita res habet in propoſito.

7 Quinta cõcluſio.

Quinta concluſio. Cuſtodes, qui in regnorum cõfinijs donationes extorquent, ne tranſeuntes indebitè vexent, reſtituere tenentur, quæ ita à tranſeuntibus accipiunt. Idem eſt dicendum de quibuſcũque alijs cuſtodibus, qui ſimili modo aliquid extorquẽt. Probatur concluſio, quoniam nullus alius iuſtus eſt titulus, quo ſimilia poſſint accipere, quàm donationis titulus: quòd autem donatione nec dominium, nec ius, acquirant ad ea, quæ ita accipiunt, ex eo ſatis liquet, quòd dantes inuoluntariè mixtè id dãt ad redimendam ſuam vexationem: id quod non ſufficit ad transferendum dominium, aut ius, titulo donationis, vt ſæpe in hoc tractatu dictum comprobatumque eſt, ſatiſque eſt perſpicuum in vſurario, qui ea ſola de cauſa nec dominiũ, nec ius, comparat eorum, quæ per vſuram acquirit.

Ioan. Med. de reſt. q. 12. §. vlt. quem nõnulli ex recentioribus theologis ſequuntur, affirmat, cuſtodes, qui ſe abſcondunt, vt capiant legum tranſgreſſores, pænaſque legibus ſtatutas ab eis exigant, quando, ſi cuſtodes vidiſſent, transgreſſi non fuiſſent leges, neque in pænas incidiſſent, duplici ex capite peccare. Nempe, quia non impediunt peccata eo modo leges tranſgredientium, quæ tamen poſſent impedire: & quia permittunt inferri damna dominis, à quibus cõſtituti ſunt cuſtodes, dum prius ſinunt ſcindere ligna in ſyluis, quas cuſtodiunt, aut venari in ſaltubus prohibitis. Aſſeuerat etiam, eiuſmodi cuſtodes reſtituere teneri dominis damna, quæ ita permittunt, niſi ex pænis tantundem commodi eiſdem dominis proueniat.

8 Sexta concluſio.

Noſtra verò ſexta concluſio eſt. Neque cuſtodes tenentur ſe manifeſtare ijs, quos leges tranſgreſſuros eſſe ſuſpicantur, niſi ſe illis manifeſtent; imò verò poſſunt ſe abſcondere, vt eos comprehendant; neque regulariter tenentur dominis, quorum res cuſtodiunt, ad vllam reſtitutionem damnorum quæ legũ tranſgreſſores in rebus illorum dant. Ita Nauar. in Manu. cap. 17. numero 124. atque id habet communis cuſtodum, quin & confeſſionum, foriquè externi praxis. Prior verò pars probatur, quoniam, vt in hac 2.2. in materia de correctione fraterna oſtendi- A mus, fas eſt, permittere vnum peccatum, vt multa euitentur: niſi autem cuſtodes ſe occultarent, multo plura peccata fierent, quàm ſint illa, quæ ſe occultãdo permittunt: eo quòd homines rarò à cuſtodibus comprehenderentur in delicto, eaque de cauſa audaciores fierent ad leges tranſgrediendas, plureſque ad eas tranſgrediendum accederent: ergo fas eſt cuſtodibus ſe abſcondere, permittereque aliquas tranſgreſſiones inchoari, vt tam in eis comprehenſi, quã alij, ſimilia in poſterum non audeant. Præterea quoniam, licet quiuis teneatur vitare peccata & damna proximorum, ſi id poſſit ſine ſuo temporali incommodo; aliquando tamen poteſt illa permittere, vtendo peccatis aliorum in ſuum commodum, vt patet de eo, qui, quando indiget, ſub vſuris petit; ſed, niſi B cuſtodes, ſe occultando, permitterent aliqua peccata, vt delinquentes punirentur, non bene cuſtodirentur ſyluæ cæduæ, loca venationum, tranſitus de regno in regnum, & ſimilia alia: ergo, ne in his domini tantum detrimentum temporale patiantur, fas eſt cuſtodibus, ſe occultando, permittere aliqua peccata, quæ puniantur. Poſterior verò concluſionis pars ex eo eſt perſpicua, quòd regulariter tam citò poſſunt cuſtodes accurrere, vt vel nullum detur dãnum rebus, quas cuſtodiunt, vel adeò paruum, vt lõgè plus præponderet cuſtodiri eo modo res illas, cæteroſque timore pænæ ſimilia non audere. Præterea domini pænis compenſant parua damna ita accepta. Adde, vltra pænas, exigere etiam poſſe damna data.

C

DISPVT. 740.

Vtrum cuſtodibus, ſimilibuſque alijs miniſtris publicis, fas ſit conuentionem facere circa pænas. Et vtrum reſtituere teneantur, ſi quid ita accipiant, antequam ipſis, lata ſententia, adiudicetur.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtos, & alius miniſter publicus, ſi prohibitus ſit fa-* D *cere conuentionem circa pœnam incurſam ante latam ſententiam, peccat illam faciendo, & periurus eſt, ſi dum id munus accepit, iuramentum præſtitit, quòd ad id ſe extendat. Quòd ſi ſimul alios priuet emolumento, quod inde habere debebant, quouſque reſtituere teneatur.*

2 *Conuentio pro pœna incurſa non eſt illicita ex natura rei ante latam ſententiam. Et, eſto ſit prohibita fieri, nulla oritur obligatio reſtituendi ei, qui illam incurrit. Et quando nulla eſt obligatio reſtituendi etiam alijs.*

3 *Cuſtodes ſyluarum cæduarum, & aliarum ſimilium rerum, qui conductas habent pœnas, ob delicta circa ea commiſſa, reſtituere tenentur pretium, quod ac-* E *ceperunt, ut impunè poſſent cædere ligna, aut aliud prohibitum facere, pro quo pæna eſt ſtatuta.*

4 *In eiuſmodi euentu, quando ita damnum eſſet datum communitati, aut priuato, qui illud dedit, teneretur reſtituere, et in defectum illius tenetur cuſtos, poſſetque id reſtituere de pretio pro ea facultate accepto, & ſi quid ſupereſſet, reſtituere illud teneretur danti.*

DE duplici conuentionis genere circa pœnas poſſumus agere. Primum eſt, circa pœnas iam incurſas, ob delictum commiſſum, pro quo pœna eſt impoſita, & in quo delinquens fuit deprehenſus. Secundum verò eſt,

eſt,circa pœnas nondum incurſas, ita vt, ſoluta certa quantitate, eſto poſtea delinquens deprehẽdatur in delicto,vt cędendo ligna, aut paſcendo in loco prohibito,nihil ſoluere teneatur.

Quod attinet ad primum conuentionis genus,ſolent delinquentes,quando in delicto ſunt deprehenſi,pro quo pœna eſt ſtatuta,offerre cuſtodi,aut alicui alteri miniſtro publico, qui eos deprehendit, & cui exequutio eius pœnæ incumbit, vel integram pœnã, vt ſe liberent à moleſtia comparendi in iudicio,& faciendi fortè alios ſumptus in expediendo coram iudice ſuo negotio, aut etiam vt ſe liberent ab ingreſſu in carcerem,vel offerre illi partem pœnæ, petẽdo ab illo,vt illa ſit contentus, eoſque relinquit liberos: id quod cuſtodes,& alij miſtri publici,ſolent ſæpe accipere,vel ex miſericordia, vel quia ipſi plus ea ratione lucrantur. Quæritur ergo, vtrùm hæc omnia non ſolùm illicita ſint, ſed etiam miniſtri id accipientes teneantur illud in conſcientiæ foro reſtituere, & cui facienda ſit reſtitutio.

Argumentũ primum.

Et quòd illicitè id accipiant, teneanturque in conſcientiæ foro illud reſtituere,ſuaderi poteſt. Primò, quoniam pœna non debetur ante latam ſentẽtiam: neque,qui id ad redimẽdam ſuam vexationem dat, habet animum illud donandi, quin potius inuoluntariè mixtè id dat: ergo,qui id accipit, inuito domino accipit, quod ſibi non debetur, ac proinde tenetur illud reſtituere.

Secundum.

Secundò,quoniam lib.1. Luſit.ord.titu. 56.§.19. ijs miniſtris, quos *alcaydes* vocant,prohibetur facere conuentionem cum ijs,quos de nocte poſt campanæ ſonum comprehendunt,circa pœnas, quas incurrunt,antequam illis per ſententiam adiudicẽtur, idque ſub certa pœna ibidem eis ſtatuta: atque eodem modo videtur in eo regno,& in cæteris,prohibitum alijs miniſtris publicis ſimiles conuentiones facere, circa pęnas ante latam ſententiã,qua ipſis adiudicentur:ergo non ſolũ eſt illis nefas eas cõuentiones facere,ſed etiã tenentur reſtituere,ſi quid ita acceperint. Patet conſequentia, quoniam l.non dubium. C.de legib.habetur,quicquid contra legum prohibitionẽ fit, eſſe ipſo iure nullum, neque eſſe opus legem addere,quòd ſi contra legem aliquid fiat, ſit nullũ, ſed eo ipſo,quòd lege eſt prohibitum,eſſe nullum.

1 Prima concluſio.

Res hæc ſequentibus concluſionibus eſt definiẽda. Prima eſt. Quando miniſtro publico eſt prohibitum conuentionem facere circa pœnam ante latam ſententiam,peccat talem conuentionem ante ſentẽtiam latam faciendo. Atque ſi iuramentum præſtitit, ſuum munus fideliter exequendi iuxta formam ac leges circa illud pręſcriptas, periurus eſt eas conuentiones faciendo. Pręterea,ſi prohibitus ſit eas cõuentiones facere ante latam ſententiam, ne publicos alios miniſtros priuet emolumento aliquo, vt carceris cuſtodem ſtipendio,quod illi ex eo erat ſoluendum,quòd comprehenſus,in vincula erat conijciendus,& miniſtros alios emolumento alio, tenetur illis ad aliqualem reſtitutionem,ita contra iuſtitiam eos priuando eo emolumento, quantum æſtimabitur damnum inde illis ſubſequutum, prout ita erat in ſpe: niſi non tanto cum rigore ſit eis munus iniunctum,vt Diſputatione præcedente dictum eſt. Concluſio hæc perſpicua eſt quoad priorem partẽ, quoniam is miniſter publicus legem iuſtam trãſgreditur ſibi impoſitam,atque iuramentum de re licita. Quoad poſteriorem vero partem ex eo etiam liquet quod cauſa, ſaltem indirecta, ſit eius damni, non ſeruando,quod ex officio ſeruare tenebatur.

Secunda concluſ.

Secunda concluſio. Quando ea pœna lege ſtatuta,non erat deputata ei ſoli miniſtro publico,ſed vel tota,vel pars illius, ad alios attinebat, reſtituere illis tenetur,ſi in aliquo eos defraudauit, eam conuentionem faciendo: niſi non cum tanto rigore ſit ei munus iniunctum,vt dictum eſt. Hæc ex probatione poſterioris partis concluſionis præcedentis eſt manifeſta:quoniam fuit cauſa, ſaltem indirecta, damni illi ſubſequuti.

2 Tertia concluſio.

Tertia concluſio. Ex natura rei relicta eſt conuentio pro pœna iam incurſa, facta ante latam ſententiam. Probatur,quoniam eo ipſo, quòd aliquis delictum commiſit, pro quo pœna eſt ſtatuta, oritur ius aduerſus delinquentem ad eam pœnam ab eo exigẽdam,quod ius pecunia eſt æſtimabile, & regulariter tantum valet,quãtum valet ipſa pœna,ſi tota ſit adiudicanda ac ſoluenda: ergo, ſi is, ad quem pœna ſpectat,delinquentem comprehendat, & cum eo circa eam pœnam conueniat,licitè,quantum eſt ex natura ipſa rei,accipit competẽs pro ea pretium. Et eadem ratione,ſi ex facultate eius, cui ea pœna lege eſt applicata,faciat conuentionem,licitè etiam pro ea accipit competens pretium. Quo fit, vt quando eiuſmodi conuentiones lege non ſunt prohibitæ,ſed iudex eſt deputatus in ſolum commodum eius,cui pœnæ ſunt deputatæ,vt illas exequutioni mãdet, delinquenſq; audiatur,ac cogatur eas ſoluere, licitæ ſint eiuſmodi conuentiones nulla expectata ſententia. Quare,cum legis prohibitio incapacem nõ faciat miniſtrum publicum eius,quod ita per conuẽtionem accipit, vt ex ſolutione argumentorum patebit;conſequens proiectò eſt,vt,quando ipſimet miniſtro legibus eſt decreta,quamuis peccet,ita contra legis prohibitionem tales conuentiones faciendo,non tamen teneatur reſtituere,quod eo modo per illas acceperit.

Ad primũ argum.

Ad primam ergo partem antecedentis primi argumenti propoſiti dicendum eſt, quamuis pœna in hoc ſenſu ante latam ſententiam nõ debeatur, quòd delinquẽs nõ teneatur eam exequi aduerſus ſemetipſum,atque illam offerre ei,cui à lege eſt applicata, ſtatim tamen patrato delicto, maximè deprehenſo in illo delinquente,conſurgere ex tali delicto ius pecunia æſtimabile ad eam pœnam ex delinquente exigendam, idque ius ex natura ipſa rei poſſe licitè vendi. Vnde ad argumentum in forma, conceſſa prima antecedentis parte in eo priori ſenſu explicato, & conceſſo reliquo eiuſdem antecedentis, neganda eſt conſequentia, ſi conſequens intelligatur, ita accipi inuito domino, ſeu inuoluntariè mixtè, quod non debetur, quaſi accipiens non habeat iam ius pecunia æſtimabile ad eam pœnam, quod, quantum eſt ex natura rei, poſſit licitè vendere pro eo, quod ita ei datur in recompenſationem pro eo iure: quando autem aliquid alicui datur, non via donationis, ſed oneroſo contractu in recompenſationem pro aliquo, tunc inuoluntarium mixtè, quo dans nollet id dare, niſi ita eſſet ſibi vtile, aut neceſſarium, in recompẽſationem pro alio, quod illud valet, neque impedit translationem dominij, neque efficit acceptionem iniuſtam, aut illicitam, vt ſæpe in hoc ſecundo tractatu dictum eſt.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum,conceſſo toto antecedente,neganda eſt conſequentia. Ad probationẽ verò dicendum eſt,in calce Diſp.88.& in materia de ludo,eſſe dictũ cum Panor.& pleriſque alijs,eam legem intelligendam eſſe, quãdo lex aliqua ſolum prohibet aliquid, neque vlterius progreditur ad pœnam imponẽdam: lex autem Luſitana relata pœnam apponit, & idem facere videntur aliæ ſimiles leges. Præterea dictum eſt,eam legem,quando ſolum prohibet, neque vlterius progreditur ad pœnam apponendam,intelligẽdam eſſe in foro exteriori, & poſt latam ea de re ſententiam: neque vſu eſſe aliter receptam. Adde, eſto,quando lex aliquid prohibet,contractus eſſet ipſo iure nullus, nihilominus, quando contractus eſſet oneroſus, quo daretur vnum in recompenſationem pro alio, non teneretur vnus contrahentium reddere, quod accepit, niſi ſibi redderetur, ſeu recom-

compenſaretur, quod pro eo dedit, vt in calce Diſputat. 405. ac alibi in hoc tractatu dictũ eſt: in re autem propoſita, miniſter publicus nõ accipit gratis, quod ſibi datur cõuentione facta circa pœnam incurſam, ſed id accipit in recompenſationem pro iure, quod remittit, atq; vt deſiſtat à pęnæ proſequutione: quo fit, vt in conſcientiæ foro non teneatur reddere, quod accepit, niſi ſibi recompenſetur ius, quod pro eo remiſit.

3 Quod attinet ad ſecundum conuentionis genus circa pęnas nondum incurſas. Abuſus eſt multis in locis in Luſitania, & aliquib. in locis in hoc Caſtellæ regno, vt prohibeatur cędere ligna in aliquibus ſyluis cæduis, ſub certis pęnis, & locentur pœnę alicui pro aliqua nummorum ſumma, quam ille ſoluat communitati loci ad ſumptus publicos, ipſeque cõductor earum pęnarũ eam ſyluam cuſtodiat ac perfruatur pęnis, quas exegerit ab illis, quos deprehenderit in eo delicto cæſionis lignorum in ea ſylua. Et quidem, ſi hæc ſincerè fierent, neque id damnarem, neque appellarem abuſum. Cæterum communitati ipſi, ſeu capitibus communitatis, qui has pœnas locant, (*Camara* in Luſitania nuncupantur, quæ conſtat iudice *& dos vercadores*, quos vocant, & in hoc Caſtellæ regno *aiuntamiento* dicitur, conſtatque iudice *y de los regidores*) compertum eſt, hos conductores harum pœnarum cum multis conuentionem facere, vt ipſis quotãnis, aut alijs ſtatutis temporibus, certum quid ſoluãt in pecunia, tritico, aut in alia re, atque impunè ſcindant, quæ voluerint, quod nullũ ius nullaque æquitas patitur. Multæ aliæ pęnæ locãtur in Luſitania ſimili modo, vnde non modici abuſus conſcientiarumque pericula oriuntur.

Quarta cõcluſio. Hac autem de re, quarta noſtra concluſio in ordine eſt, tam hi, quam quicunque alij cuſtodes, aut miniſtri publici, qui pro pretio permittunt aliquibus leges tranſgredi, tenentur reſtituere illis pretium, quod eo modo ab illis accipiunt. Probatur, quoniã ante trãſgreſſionem legis nullum ius habent acquiſitum ad pœnam: neque in eorum poteſtate eſt permittere tranſgreſſionem legis, & multo minus accipere ea de cauſa pretiũ: imò neque reſpublica ipſa, quæ eis eas pęnas locauit, poteſt pretiũ accipere pro permiſſione tranſgreſſionis legum: ergo tenẽtur id pretium reſtituere. Dices. Sæpe tempore reſtitutionis ij, qui pretiũ dederunt, tranſgreſſi ſunt legem, in longeque maiores pęnas inciderunt, quam ſit id pretiũ, quod dederũt: ergo cõductores pęnarũ retinere poſſunt pretium acceptũ pro eis pęnis iã tunc incurſis. Neganda tñ eſt conſequentia. Tum quia tranſgreſſores legis non tenentur ſoluere pęnas præteritas, niſi aduerſus ipſos delictũ ſufficiẽter probetur, ac condemnentur eas ſoluere: qui autem eas pęnas conduxerunt, ad id non habẽt probationẽ ſufficientem: neque, qui legem ſunt tranſgreſſi, darent tũc id pretium pro iure, quod conductores pęnarum tunc habent ad eas pęnas iam pręteritas. Tum etiam qm̃, ſi in iudicio conſtaret de illa conuentione facta pro permiſſione tranſgreſſionis legis, non adiudicarentur pęnæ illi conductori pęnarũ, ſed potius noua aliqua pęna pro illa conuentione facta puniretur.

4 Quinta cõcluſio. Quinta concluſio. Qñ ex eiuſmodi trãſgreſſionibus legis, ita cõuentione permiſſis, damnũ aliquod ſequeretur cõitati, aut priuato, ad quẽ ea res ſpectat, circa quã facta eſt tranſgreſſio, tenerentur, tã qui illud dedit, quàm conductor pęnarum, qui ea cõuentione illud permiſit, reſtituere illud ei, cui eſt datũ. Qui tñ illud dedit, teneretur principaliter; cõductor verò pęnarũ, qui ea conuentione illud permiſit, ſolũ teneretur in defectũ principalis, qui illud dedit. Vnde conductor pęnarum, de pretio cõuentione accepto, poſſet id damnum reſtituere. Quòd ſi aliquid pretij ſupereſſet, reſtituere teneretur tale incremen

A tum ei, à quo id pretium accepit. Quando autẽ tranſgreſſor legis ſolum teneretur ad pęnã, iuxta ea, quæ Diſp. 58. 59. dicta ſunt, tunc conductor pœnarũ teneretur reſtituere ei integrum pretium, quod pro permiſſione tranſgreſſionis legis accepiſſet. Tota hæc concluſio ſatis eſt perſpicua, neque probatione alia indiget. Qui autem huiuſmodi pęnas ſtatuunt, ac locant, cauere tenentur, ne pęnæ, quas ſtatuunt, ſolum ſint, vt inde habeant annuos redditus, extractos cum tanta inæqualitate eorum, qui ſunt de populo, cõductoribuſque harum pęnarum longe plus extrahentibus à populis, vnde ipſi viuant, & ſoluant pretium conductionis talium pęnarum: ſimul etiam cauere tenentur, ne locationes eiuſmodi pęnarũ pariant adeo pernitioſum abuſum, vt permiſſiones

B tranſgreſſionum legum vendantur. Confeſſarij autem examinare hac de re ſeriò debent, maximè in Luſitania, eos, qui eiuſmodi pęnas locant, eorumq; conſcientias grauare debent, vt par eſt, quoad hos, & alios ſimiles abuſus, qui etiam ſequuntur, *de varias poſturas das camaras*, quæ ſolum reſpiciũt commoditatem propriam eiuſmodi miniſtrorũ, aut paucorum de republica, cum damno artificum, ac cæterorum de populo: aut quæ, cũ modico emolumento reipublicę, multum innodant conſcientias hominum. Audiui, dum Eborę commorarer, taxari calcẽ tam modico pretio, vt ſi, qui illam conficiunt, eo pretio vendituri illam eſſent, inde non extraherent ſumptus, quos in ea conficienda efficiunt: & tunc miniſtros cameræ, ac iuſtitiæ, accipere illã eo pretio, con-

C fectoreſque calcis tam magno pretio, vltra iniuſtè ita taxatum, reliquum calcis alijs impunè vendere, vt ab alijs id etiam recuperent, quod cum prædictis miniſtris publicis amiſerunt. Similia alia audiui, quæ num vera ſint, qui mihi ea retulerunt, miniſtrique ipſi publici, viderint.

DISPVT. 741.

Cui facienda ſit reſtitutio. Et num fieri debeat domino, prætermiſſo non ſolum iniuſto illius rei detentore, ſed etiam iuſto.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio ei regulariter eſt facienda, ex quo res eſt ablata, aut in cuius poteſtate damnum eſt datum.*

2 *Reſtitutio ei eſt facienda, qui non iniuſtè illam tenebat, eſto ad alium, quoad dominium attineret, reſtituendaque ei ſunt omnia damna ex ablatione eius rei, aut deſtructione, illi ſequuta, etiamſi reſtituta ſit proprio domino, admonenduſque eſt proprius dominus eſſe reſtitutam.*

3 *Eidem tenenti eſt reſtituenda in dubio, an iniuſtè illã detinebat. Quando conſtabat, ad eum non attinere, reſtituenda eſt proprio domino, certiorem faciendo detentorem, reſtitutam eſſe, quoad commodè fieri poſſet. Non tamen licet ex illo eam accipere, vt reſtituatur domino, niſi quando dominus poſſet illam occultè compenſare, aut in flagranti delicto.*

4 *In quo euentu prædo reſtituendus eſt in poſſeſſionem rei alienæ, qua fuit ſpoliatus.*

5 *Quando, qui non iniuſtè rem antea tenebat, incipiat iniuſtè illam detinere, quando tertius aliquis, ſi ad poteſtatem ipſius deueniret, poſſet illam tradere domino, & quando occultè eam poſſe accipere & tradere domino.*

6 *Reſtitutio eorum, quæ ex eis accepta ſunt, qui adminiſtrationem eorum non habent, non ipſis, ſed legitimis earum rerũ adminiſtratoribus eſt facienda: cũ quanta tamen minori iactura eorum, ex quibus*

 accepta

accepta ſunt, fuerit poſſibile. Neque adminiſtratoribus detegenda ſunt furta aliorum, niſi id ſit neceſſarium omnino, vt impediantur damna iniuſta in futurum, & conſulatur ſaluti ſpirituali ita furantiū.

7 *Reſtitui etiam in foro conſcientiæ fiſco, & non delinquenti, aut hęredibus illius, ea debent, quæ tempore latæ ſententiæ confiſcationis delinquenti debebantur, ſub onere id iterum fiſco reſtituendi. Niſi deberetur res determinate in indiuiduo, & per ignorantiam inuincibilem reſtitueretur alteri, & tunc curandum ſine proprio detrimento eſt, vt fiſco reddatur.*

8 *Reſtitutio accepti illicitè, tam quando dans illicitè dedit, quam quando dedit licitè, cui facienda.*

1 EXplicato præcedentibus diſputationibus, qui reſtituere teneantur; conſequenter eſt dicendum, cui reſtitutio fieri debeat. Atq; cum diuo Tho. 2.2.q.62.art.5.& communi doctorum ſententia eſt dicendum: Regulariter ei eſſe faciendam reſtitutionem, à quo id, quod eſt reſtituendum, fuit ablatum, vel cui damnum iniuſtè fuit illatum, quando ratione damni iniuſtè illati reſtitutio eſt facienda. Probatur, quoniam reſtitutio ordinatur ad reducendam ad æqualitatem inæqualitatem effectam per acceptionem, aut damnum illatum: ergo ei regulariter faciēda erit reſtitutio, à quo fuit acceptum, quod eſt reſtituendum, cuive damnum fuit illatum. Atque videtur D. Tho. loqui de reſtitutione preſsè ſumpta. Dictum autem eſt, regulariter: quoniā regula tradita ſuas habet exceptiones: quarum quædam hac & ſequentibus diſputationibus ſubijcientur, aliæ verò ſuis locis explanantur.

2 Obſerua autem, reſtitutionem ei eſſe faciendam, ex quo res reſtituenda fuit ablata; modò ille iuſto titulo illam teneret, ſiue eſſet dominus illius, ſiue nō. Quo fit, vt, quod iniuſtè fuit ex eo acceptum, qui illud tenebat in pignus, depoſitum, commodatū, conductum, aut alio ſimili non iniuſto titulo, ita quòd non eſſet in mora iniuſta reddendi illud proprio domino, illi ſit reſtituendum, non verò domino rei illius. Tum ne priuetur commoditate, quam ex ea re poterat licitè abſque iniuſtitiæ vitio percipere, aut ne priuetur iure, quod in ea re habebat. Tum etiam, quoniam ipſi incumbit onus reddendi eam rem proprio domino. Tum denique, quoniam iniuria eſt illi facta ſpoliatione, ipſo inuito, rei, quam ita tenebat, quin & furtum eſt aduerſus eum commiſſum, vt diſpu.681.690.& 696.fuit comprobatum: eaq; de cauſa ipſi eſt reſtituenda. Quin & reſtituenda ſunt ei omnia damna, etiam lucri ceſſantis, ei ex tali iniuſta rei ablatione ac detentione ſubſequuta: inter quæ computa, ſi quid inſumpſit in ea re quærenda, aut ſi quid lucri ea de cauſa omiſit. Quando autem, eo prętermiſſo, res illa proprio domino reſtitueretur, tunc tali legitimè eam tenenti, à quo iniuſtè fuiſſet ablata, reſtituendum eſſet emolumentum ex ea re, ſi quo ita fuiſſet iniuſtè priuatus auferēdo illam ab eo, nec eam illi reddendo, & inſuper eſſent ei reſtituenda quæcunque alia damna vlterius ei inde eſſent ſequuta, atque certior eſſet faciendus, rem eſſe iam in poteſtate proprij domini, ne anxiaretur, & ne eam iterū illi reſtitueret.

3 Quando autem aliquis rem alterius iniuſtè detineret, tunc, ſi ex illo acceperetur, reſtituenda eſſet, nō ei, ex quo fuiſſet accepta, ſed proprio dño: modo tamen apertè conſtaret, rem ad illum, ex quo fuit accepta, non attineret, ſed ad illum alium. Vt ſi aliquis ex fure, aut ex alio, cui fur eam tradidiſſet, accepiſſet rem ad alium attinentem, reſtitutio tunc facienda eſſet proprio domino, non verò ei, ex quo fuiſſet accepta: niſi ſecurè conſtaret, eum, ex quo fuiſſet accepta, reſtituturum illam eſſe proprio dño. Si enim, vt Diſpu.722.fuit oſtenſum, neque is, qui bona fide rem furto ablatam emit à fure, poteſt illam ei reddere, vt ſuum recuperet pretium, ſed tenetur reſtituere illam proprio illius domino; quanto magis, qui nihil amittit reſtituendo proprio domino, rem quam ex fure accepit, tenetur eidem proprio domino, & non furi, eam reſtituere? Dixi, rem eſse reſtituēdam proprio domino, modò aperte conſtaret, eam non attinere ad illum, ex quo fuit accepta, ſed ad illum aliū: quoniam in dubio reddenda ei eſset, ex quo proximè fuit accepta: eo quòd in dubio ſit melior conditio eius, qui proximè illam poſſidebat, vt fiat ei reſtitutio illius. In his conueniūt doctores communiter, Caiet. 2.2.q.62.art.5.in ſumma verb.reſtitutio. ca.4. Ioan. Med.de reſt.q.2.a §.de eo quod ſecundo loco, Sotus 4.de iuſt.q.7.art.1. Sylueſt.verb.reſt.4.q.3.& alij. Quando res proprio domino reſtituitur, prætermiſſo eo, ex quo proximè fuit accepta, qui illam tradere eidem proprio domino tenebatur; tūc, qui id efficit, curare tenetur, tum ne prior illius iniuſtè detentor, pænitentia ductus, eam iterum eidem proprio domino reſtituat, ignorans reſtitutam illi iā eſse: tum etiam, ne idem proximus iniuſtus rei illius detentor in peccato perſeueret, credens ſe adhuc teneri eam rem reſtituere, nec illam reſtituens: eaque de cauſa, ſi fieri commodè poſſit, ſignificandum illi eſt, redditam iam eſſe proprio domino, vt Diſput. 690.& 691.dictum eſt. Hoc autem loco obſerua, ſicut proprio domino licitum non eſt auctoritate propria, vi accipere, quod ſuum eſt, de manu furis, niſi in flagranti delicto, etiam abſque vi, quando via iudicis poteſt commodè id recuperare, vt Diſpu.691. eſt dictum: ita longè maiori cum ratione neque alius poteſt id in eiſdem euentibus accipere, vt illud reddat proprio domino. In foro tamen conſcientiæ, quando credit dominum fore contentum vt id accipiat, concurruntque conditiones, cum quibus Diſp. 691.citata fuit explicarum, licitam eſse occultam cōpenſationē, poterit id accipere, vt illud tradat proprio domino. Ratio autem eſt, quoniam id non eſt aliud, quam cooperari ad acceptionem, quam dominus rei illius per ſe, vel per alium, licitè poterat mandare exequutioni. Quod autem in hac Diſputatione quærimus, non eſt, vtrum liceat accipere rem ex fure, aut ex alio, cuius non eſt, & tradere eam domino illius; ſed num, quando aliquis reſtituere tenetur rē quam ex eo accepit, ad quem non pertinebat, teneatur eam reſtituere illi, ex quo illam accepit, an verò ei, ad quem verè pertinet. Reſpondemuſque reſtituendam illi eſse, ad quem verè ac indubitatè pertinet.

Quòd ſi quis obijciat. cap. in literis de reſt. ſpol. cui conſentit. lex prima, §. eunuchi, verſ. qui à me. ff. de vi & vi armata, ubi habetur, de rigore iuris prædonem reſtituendum eſse in poſseſsionem rei, ex qua vi fuit deiectus. Præterea, quæ in calce Diſputatio.722. ea de re ſunt dicta: Dicendum eſt cum Panor. in idem caput, & cum doctoribus, quos ſupra citauimus, caput illud intelligendum eſſe, in foro exteriori, quando apertè non conſtat, aut in continenti apertè non probatur, eum, ex quo res accepta eſt, fuiſſe iniuſtum eius rei occupatorem. Ordo quippe fori exterioris ſumma cum ratione poſtulat, vt, quando à principio iudicij apertè non conſtat, vi ſpoliatum re, quam antea poſſidebat, non fuiſse iniuſtū illius occupatorem, reſtituatur in poſſeſſionem eius rei, à qua ita fuerat eiectus, poſteaque aduerſus illum audiatur, qui contendit, rem non eſse illius. Forum autem conſcientiæ, quando apertè conſtat, rem ad illum non attinere, id non habet. 4

Dubium eſt, vtrum ſi aliquis à principiò cæpit rē aliquam titulo iuſto tenere, vt commodatum, aut 5

in

in depoſitum, poſtea verò eam iniuſtè detineat, quia tranſactum eſt iam tempus, pro quo erat ei data, nec vult eam reſtituere, fas ſit cuidã tertio illam accipere ex illo, ac tradere proprio domino. Aut, ſi caſu aliqua ratione ad manus ipſius deuenit, an reſtituere illam debeat domino rei illius, vel iniuſto illi detentori? Atque reſpondendum eſt: Quando dominus cõmodè poteſt illam obtinere via iudicis, tunc, ſicut nefas eſt proprio domino autoritate propria illam eripere de poteſtate iniuſti illius detentoris, vt Diſput. 691. eſt dictum: ſic longè maiori cum ratione, nefas eſt cuidam tertio, eam ſimiliter eripere de poteſtate talis iniuſti poſſeſſoris, vt reddat eam propro illius domino. Quando autem dominus non poſſet commodè via iudicis illam obtinere, tunc, ſicut ceſſante ſcandalo, & concurrentibus conditionibus, de quibus Diſput. 691. eſt dictum, poſſet dominus clam eã eripere de poteſtate iniuſti detentoris, vt ibidem explanatum eſt: Sic etiam quicunque alius, de præſumpta domini illius rei voluntate, concurrentibus eiſdem conditionibus, poſſet ac deberet in conſcientiæ foro eam accipere, ac tradere eiuſdem rei domino. Et longè maiori cum ratione, ſi caſu in manus ipſius deueniſſet, poſſet in conſcientiæ foro, ac deberet, eã reddere proprio illius domino. Ita Nauar. in Manu. ca. 17. nu. 28. Ne tamen fortè in exteriori foro id in aliquo ei præiudicaret, poſſet admonere dominũ eius rei, vt iudicis autoritate eam ſibi traderet tanquam ſuam.

6 Quando aliquid acceptum eſſet ex filio familias, pupillo, aut ex quocunque alio minore, amente, vel prodigo, cui datus eſſet curator, ſi adminiſtratio rerum ita acceptarum ad eos non attineret, ex quibus eſſent acceptæ, tunc reſtitutio facienda non eſſet ijs ipſis, ex quibus eſſent acceptæ, ſed illis, quibus adminiſtratio earum rerum incumbit, puta patri, tutori, aut curatori, quando hi contenti non eſſent, quòd illis alijs fieret. Hac eadem ratione, ſi aliquid ex religioſo eſſet acceptum, cui adminiſtratio eius rei conceſſa non eſſet, ſed prælato, non eſſet id reſtituendũ tali religioſo, ſed prælato. Idem eſt dicendũm, quanpo aliquid ex vxore, in his præſertim regnis, eſſet acceptum, contra viri voluntatem, quod conſtaret virum rationabiliter non velle, vt vxori redderetur: reſtituendum enim tunc eſſet viro, ſine detrimento vxoris, & non vxori. Idem quoque eſt dicendum de accepto ex mancipio, quod ad dominum attineret, & cuius alienatio mancipio non eſſet conceſſa: reſtituendum quippe eſſet domino, & non mancipio, quando præſumendum eſſet, eam eſſe domini volũtatem. Atque idem dicendum eſt de ſimiliter accepto ex famulo, quod ad dominum attineret, etiam ſi emptionis aut alio oneroſo titulo ex illo eſſet acceptum: reſtituendum enim eſſet domino, & non famulo, aut famulæ, quando præſumendum eſſet, eam eſſe domini voluntatem, vt regulariter in hoc, & in antecedentibus euentibus, eſt præſumendum. Conſentiunt Caiet. articulo quinto, citato, Syluest. verb. reſt. 4. quæſtio. ſecũda, & doctores communiter. Sẽper tamen in his omnibus euentibus facienda eſt reſtitutio ſeruata fama eorum, ex quibus res eſt accepta, & cum quanta minori iactura eorum fuerit poſſibile. Niſi aliquid eſſet opus detergere, quia aliter ij, ex quibuſmodi res ſunt acceptæ, non deſiſterent à furando, ac proinde perſeuerarent in peccato, cum iactura aliorum temporali: tunc enim, ſi aliter non poſſit conſuli ſaluti ſpirituali ita peccantium, nec damno eorum temporali pendenti in futurum, quorum ſunt ea bona, detegi poſſet, quantum ad ea mala vitanda eſſet ſufficiens, præponendo ſalutem ſpiritualem peccantium, iacturæ illi famę eorundem, ſimulque obuiando damno eorũ temporali, quorũ ſunt ea bona, quatenus ex nequitia ita peccantium,

A à qua ſua culpa deſiſtere nolunt, id damnum proueniret.

Quando, poſt bona alicuius iudicis ſententia confiſcata, aliquid eſt reſtituendum, quod delinquenti tempore latæ ſententiæ confiſcationis debebatur, etiamſi id ei deberetur ſoluendum in futurum, tunc reſtituendum eſt fiſco, aut ei, cui per eam confiſcationis ſententiam bona talis delinquentis fuerũt applicata, non verò delinquenti, cui id debebatur, aut hæredibus illius. Ratio autem eſt, quoniam delinquens, per cõfiſcationis bonorũ ipſius ſententiã, priuatus eſt toto iure, quod re ipſa quoquomó ad quæcunque bona habebat, fiſcuſque aut quicũque alius, cui ea bona per eam ſententiam fuerunt adiudicata, tranſiuit in id ius totũ. Quare, ſi debitor id reſtituat B delinquenti, aut hæredibus illius, tenetur id iterum fiſco reſtituere, aut alteri, cui ea bona fuerant adiudicata; eo qnòd per eam ſolutionem non ſatisfecerit ei, cui iã tunc id debebatur. Excipe, ſi debitum eſſet aliquid certũ ac determinatũ in indiuiduo: atque id ſoluens delinquenti, aut hæredibus illius, per inuincibilem ignorantiam excuſetur à culpa id ita ſoluẽdo. Tunc enim, quia obligatio ſoluendi ſolũ erat ad dandum illud in ſingulari; illoque dato ei, cui nõ erat dandum, non tenetur fiſco, aut alteri, cui dãdum foret, ex parte rei acceptæ, quæ non manet apud ipſum, neq; ex parte iniuſtæ acceptionis: eo quòd non peccauerit illud ſoluendo delinquenti, aut hæredibus illius, excuſante ipſum ignorantia inuincibili; conſequens profectò eſt, vt ad nullam reſtitutionem C teneatur fiſco, aut alteri, cui bona talis delinquentis fuerũt adiudicata. Curare tamẽ tenebitur, vt, qui id accepit reſtituat illud fiſco, aut alteri, cui debebatur: quantum ſine ſuo periculo, & cum ſpe, quod reſtitutio fiet, commodè potuerit. 7

Quãdo, qui aliquid illicitè accepit, teneatur illud reſtituere, tam quando dans illicitè etiam illud dedit, quàm quando dedit illud licitè, & cui tunc faciẽda ſit reſtitutio, à Diſp. 82. eſt copioſè explanatum, ſuiſque proprijs in locis, quæ dicenda reſtabãt, ſunt dicta, reſtantque adhuc dicenda. 8

DISPVT. 742.

D Reſtitutio quouſqur hæredibus illius, cui res erat debita, ſit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio quando hæredibus ſit facienda, nec ſatisfiat, ſi in operibus pijs inſumatur. Et quando inſumi poſſit.*

2 *Reſtitutio qualiter inter hæredes, aut ſimul etiam inter alios, diſtribui debeat.*

3 *Reſtitutio, aut diſtributo aliquorum bonorum, quando à teſtatore iuſſa eſt fieri per aliquos, per illos eſt exequutioni mandanda. Et quando culpa non eſſet lethalis, hæredem per ſeipſum id fideliter exequi, & quando nullum eſſet peccatum.* E

QVando is, cui reſtitutio erat facienda, eſt iam defunctus, neque aliter quoad id debitum diſpoſuit, reſtitutio eſt facienda hæredibus illius, ſi quos habeat, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. Ita D. Tho. 2. 2. quæſt. 62. artic. 5. ad 3. Caietan. ibi, & doctores communiter. Hæredes quippe vicem illius ſubeunt, eumque repræſentant, atque in totum ius illius ſuccedunt: eo quod tale ius pars ſit hæreditatis, inter bonaque defuncti computetur, vt dum ſermo nobis erat de vltimis voluntatibus, copioſè hæc omnia oſtenſa ſunt. Quare nefas eſt tũc diſtribuere id pauperibus, 1

aut illud inſumere in operibus pijs, pro anima defuncti,ſed reſtituendum eſt hæredibus: quoniam ex iuris diſpoſitione hæredes in totum ius defuncti ſuccedunt: eaque de cauſa, qui illud diſtribueret pauperibus, aut inſumerent in alijs operibus pijs, pro anima defuncti, non ſolueret debitum ei, cui iam tunc debebatur, ac proinde teneretur illud iterum ſoluere vero creditori, ſicque in exteriori foro cogeretur. Niſi illud fuiſſet res determinata in indiuiduo,quam , excuſante eum ignorantia probabili ſeu inuincibili, dediſſet pauperibus, aut inſumpſiſſet in alijs operibus pijs,eo modo,quo vtrumque in calce Diſputationis præcedentis eſt dictum, quando,quod fiſco erat ſoluendũ,datum fuit delinquenti, aut hæredibus illius. Quando autem, quod eſt reſtituendum, eſſet modicum: neque defuncto, ob paupertatem, fuiſsent facta competentia ſuffragia, qualia fierent,ſi id comparuiſset tempore mortis illius, idque totum fuiſset tunc inſumendum in funere & ſuffragijs, vtique defunctus ille cenſendus eſſet,nihil hæredibus reliquiſse,ac proinde id tunc inſumi poſset,ac deberet,pro anima illius, aut tanta illius pars inſumi eo modo deberet, quãta fuiſset conſumpta, ſi tempore ſepulturæ id debitum cõparuiſſet. Quando item res eſset modica,neque de hæredibus facilè conſtaret, aut difficilè, pro rei qualitate, ac quantitate,& pro diſtantia loci,ad eos poſset deferri,diſtribui poſset pauperibus,aut inſumi in alijs operibus pijs,pro defuncti,ac hæredum,animabus, prout Deo eſset notum,id potius fieri debere.

2 Quando defunctus haberet deſcendentes, aut aſcendẽtes, quibus neceſſariò obuenire deberet pars bonorum ipſius, tanquam legitima illis debita, tũc, ſi tertium ſuorum bonorum reliquiſſet vni eorum, vel alicui extraneo, aut in aliquod opus pium, vel in hoc regno tertium & quintum reliquiſſet alicui, aut aliquibus ex ſuis deſcendentibus, vel quintum alicui extraneo,aut in aliquod opus pium, tunc, quod ita poſt defuncti mortem eſſet reſtituendum, diuidendum eſſet pro rata portionum bonorum defuncti, in quibus ſinguli ſuccederent, atque in eadem proportione eſſet ſingulis diuidendum, ita vt tertia pars,aut quinta,diuidenda eſſet inter eos,qui in tertio,aut quinto,ſuccederent, ſiue,qui ita in eis ſuccederẽt, eſſent opus aliquod pium, ſiue homo aliquis, aut homines aliqui,in particulari. Si autem defunctus ſolum reliquiſſet legata certę quantitatis ex ſuo tertio,aut quinto, quãtum arbitrabatur ſe poſſe extendere ſuum tertium,aut quintum,non verò diſpoſuiſſet,vt tertium, aut quintum, ſuorum bonorum, tanquam quota ſuorum bonorum, hoc vel illo modo inſumeretur, aut vt obueniret alicui, vel aliquibus; tunc, quod poſt mortem defuncti appareret, aut eſſet reſtituendum, accreſceret ſolis hæredibus, & nihil legatarijs,inter quos tertium, aut quintum, ſuorũ bonorum,arbitraretur ſe eo modo per partes certæ quantitatis diſtribuiſſe,idque nihil impediente, quòd ſi defuncto tempore ſui teſtamenti, aut codicilli,conſtaret de ea parte ſuorum bonorum, partem quoque tertiam,aut quintam,illius, ſicut & cæterorum ſuorum bonorum, diſtribuiſſet in eiſdem, aut in alijs,legatis. Ratio autem eſt, quoniam, vt, dum de vltimis voluntatibus eſt habitus ſermo, ſæpe eſt dictum, id totum, quod de ſuis bonis defunctus non diſtribuit in legata, ad hæreditatem pertinet,eſtq; inter ſolos hæredes vniuerſales diuidẽdũ.

3 Quando aliquis reliquiſſet bona ſua,aut quotam eorum, diſtribuenda per aliquem, aut per aliquos, inter pauperes,aut inſumenda in aliquo, vel in aliquibus operibus pijs,tunc, quod,tanquam ad ea bona,aut ad eam quotam bonorum, attinens eſset reſtituendum,tradendum eſt ei,vel eis, cui vel quibus defunctus commiſit, vt ea bona diſtribuerent, aut

A inſumerent in talibus operibus pijs. Si tamen,qui reſtituere id tenetur, illud fideliter diſtribueret, aut inſumeret in eiſdem operibus ſuis,non condemnarem eum peccati lethalis:quoniam,quòd exequutio voluntatis defuncti fideliter per alium fiat, non eſt notabile damnum,aut iniuria,quæ ad lethalem culpam ſufficiat. Imò verò , ſi id tradi non poſset diſtributoribus,à defuncto ad id conſtitutis, ſine probabili periculo honoris , aut famæ eius, qui id reſtituere teneretur,nullum eſset peccatum fideliter per ſe ipſum exequutioni mandare,quoad id,voluntatẽ defuncti: quoniam præſumendum eſset, eam eſse voluntatem defuncti,eſsetque irrationabiliter inuitus,niſi contentus eſset,vt id ita fieret. Quin,ſi difficilè tranſmitti poſset ad exequutores , à defuncto B deſignatos,atque,quod eſt reſtituendum, non eſset magna quantitas,in eo præciſè,quod exequutio fieret per eum,qui id reſtituere tenetur,non arbitrarer interuenire in eo euentu peccatum.

DISPVT. 743.

Vtrùm ſoluens creditori ſui creditoris, liberetur ab onere reſtituendi ſuo creditori.

SVMMARIVM.

C 1 *Solutio facta à debitore creditori ſui creditoris, tunc in foro exteriori liberat debitorem comparatione ſui creditoris,quando pro eodem debito ipſe etiam debitor obligatus erat creditori ſui creditoris.*

2 *Solutio in ſolo foro conſcientiæ tunc à debitore fieri licitè poteſt creditori ſui creditoris occultè, quando is ſecundus creditor licitè poterat facere occultã compenſationem ex illo creditore debitoris.*

1 DVbium non eſt, quando debitor de conſenſu ſui creditoris, ſolueret quantitatẽ aliquam creditori ſui creditoris,eo ipſo, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro, liberari ab obligatione eius quantitatis cõparatione ſui creditoris. Difficultas autẽ eſt,quando ſine D conſenſu ſui creditoris id ſoluit,num in exteriori & in conſcientiæ foro liber maneat. Et quidem quod ad externum forum attinet, Bart.l.ſolutum.§.ſolutam,nu.2.ff.de pig.act.& l.nõ ſolum. §.ſed ſi pecunia.ff.ſol.mat.quem ſequuntur Ioan. Med. de reſt. q.3.cauſa 5.& Syluest.verb.ſolutio.q.4. ſic diſtinguunt. Quòd aut debitum eſt ex eadem cauſa,vt ſi Petrus conduxit domum ex Ioanne,quã ego ex Petro conduxi,& tunc,ſi ego ſoluam Ioanni id penſionis ex conductione eius domus, quod Petrus Ioãni debebat,eſto Petrus non cõſenſerit in eo, quòd ego id ita Ioanni ſoluerem,liberer eo ipſo ab obligatione ſoluendi Petro eandem penſionis quantitatẽ. Si verò Petrus iam Ioanni ſoluerat penſionẽ domus, E tunc, eſto Petrus ex alio titulo debitor eſset Ioanni alterius quantitatis, non liberor ego ab obligatione ſoluendi Petro penſionem domus, ex eo,quòd illam ſoluerim Ioãni in recompenſam talis debiti Petri:quoniam debita nõ ſunt ex eadem cauſa, ſed ex longè diuerſa. Aliud exemplum eſt, ſi Petrus, vt ageret vtiliter negotium meum, mutuò ſumpſit ex Ioanne decem, quæ in meum inſumpſit commodum,tunc ſoluendo ea Ioanni, cui Petrus adhuc illa debebat, liberor ab obligatione ad illa decem, qua Petro tenebar,vt colligitur ex l.ſi liber homo.ff. de nego.geſt. Ego autem aliter dicendũ puto. Nempe, tunc ſolum me in foro exteriori liberari ab obligatione ſoluendi meo creditori, quod illi debebam

bam, ſi illud ſolui creditori illius, quando ego quo ad id, quod ita ſolui, obligatus eram aliquo modo illi alteri creditori: ſecus autem ſi nullo modo eram illi obligatus, quia nullo modo ille agere poterat cōtra me, vt illud ei ſoluerem. Vnde, quia in primo exemplo, conductor ſecundus domus, debitor eſt primo locatori totius penſionis, pro qua primus locator domū locauit primo conductori, idque in defectum primi conductoris, primoque locatori hypothecata ſunt ex iuris diſpoſitione omnia inuecta in eam domum à ſecundo conductore, pro ſolutione illius penſionis, vt Diſput. 489. & 497. eſt oſtenſum, ea ratione eſt illi conceſſum in iure, vt ſoluēs primo locatori id penſionis, quod nondum primus conductor illi ſoluerat, liberetur ipſo iure à ſoluendo ſecundo locatori id penſionis pro eadem domo. Similiter in ſecundo exemplo, quia debitor ille tenebatur Ioanni negotiorum geſtorum, aut de in rem verſo, ad illa decem, quæ mutuauerat Petro, vt ita vtiliter id ageret, & nondum Petrus Ioanni ſoluerat, inde efficitur, vt ſoluendo ea Ioanni, liberetur ab onere ea ſoluendi Petro actione negotiorum geſtorum, ſimulque liberet Petrum ab onere ea ſoluendi Ioanni. Vt item habetur. l. nomen. C. quæ res pign. quando creditor aliquis, quod ſibi ſuus debitor debebat, obligauit alicui alteri ſuo creditori, tunc quia eo ipſo talis debitor obligatus manet ad id debitum ſoluendum creditori illi ſui creditoris, in euentu, quòd ſuus creditor illi non ſoluat, inde efficitur, quòd quamuis debita non ſint ex eadem cauſa, ſi talis debitor ſoluat creditori ſui creditoris, liberetur à ſoluendo ſuo proximo creditori, quòd loco illius ſoluerit; quin tenetur illud ſoluere creditori ſui creditoris, & non ſuo creditori, ſi à creditore ſui creditoris ſit admonitus, vt ſibi illud ſoluat, etiāſi renuat ſuus immediatus creditor, vt in eodem textu habetur.

Quod ad forum verò conſcientiæ attinet dicendum eſt: Quando debitum, quod deberetur Petro, verbi gratia, aut hæredibus illius, eſſet occultum, tunc in euentu, in quo Ioannes, verus Petri creditor, poſſet facere compenſationem occultam in bonis Petri, iuxta ea quæ Diſput. 691. dicta ſunt, fas eſſet tali debitori ſoluere Ioanni tantum de debito, quod Petro debebat, quantum eſt id, quod Ioannes compenſare occultè poteſt in bonis Petri: quoniam non aliud eſt, quàm eum debitorem cooperari cum Ioanne ad eam iuſtam compenſationem, vt Diſputatio. 741. eſt dictum: manetque tunc is debitor liber in conſcientiæ foro ab onere reſtituendi Petro, aut hæredibus illius, quantitatem, quam in talem iuſtam compenſationem Ioanni ſoluerit. Atque hoc idem eſt dicendum, eſto, quod Petro debebatur, eſſet res determinata in indiuiduo, quando in ea, iuxta ea quæ Diſput. 661. citata dicta ſunt, poſſet Ioannes facere occultam compenſationem. Et quoniam, quæ de hac re addi hoc loco potuerant, intelligentur facilè ex Diſputationibus citatis, non plura hac de re hoc loco dicam.

DISPVT. 744.

Bona incerta, quæ. Et qua diligentia adhibenda, vt ijs, ad quos ſpectant, reſtituantur.

SVMMARIVM.

1 *Incerta bona quæ.*

2 *Incerta bona antequam alteri, quàm proprio domino, reſtituantur, aut circa illa ſummi Pontificis authoritate compoſitio fiat, quæ inquiſitio ac diligētia adhibenda, & cuius ſumptibus.*

3 *Incertorum bonorum ne quis ſe fingat dominum, vt ei tradantur, qua cautela vtendum.*

4 *Incerta bona, qui, non facta prius competenti diligentia, inſumpſit in opere pio, aut illa lata ſua culpa tradidit ei, qui ſe finxit verum dominum, comparente poſtea verò domino, tenetur integrè ea illi reſtituere. Et in hoc poſteriori euentu tenetur integrè ea inſumere in opere pio, ſi conſtet illum non fuiſſe verum dominum, nec uerus dominus compareat: in dubio autem, tenetur partem, pro debiti quantitate, inſumere in opere pio, & ius illi manet ad ea recuperanda ex illo, qui ſe finxit dominum.*

VT in calce Diſputationis 53. dicebamus, 1 bona incerta ſunt, quæ habent quidem dominum, eumve ad quem pertineant, ſeu cui debeantur, ſed ignoratur quis is ſit; qualia vt plurimum ſunt inuenta, quando ignoratur, quis illorum ſit dominus, & ſunt quædam alia. Inter bona autem incerta nō computantur, quæ carent domino, eove, ad quem ſpectent, & ſunt primo occupantis, vt lapilli pretioſi in littore maris aut intra terram inuenti, & ſimilia alia, quæ Diſput. 53. citata explicauimus, neque theſauri, neque miſſilia, & vniuerſim, quæ pro derelicto habentur, neque bona vacantia, quæ ad fiſcum regis eo ipſo ſpectant, vt hæc omnia Diſputatione citata explanata ſunt, vbi quædam alia adiecimus, quæ hoc loco dici poterant: ea legas, & quæ ſequentibus Diſputationibus connexa cum illis ſunt.

Vt autem ſequentibus Diſputationibus explice- 2 mus, cui faciēda ſit bonorum incertorum reſtitutio, ante omnia eſt obſeruandum cum D. Th. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. Caiet. ibidem, & cum alijs doctorib. cōmuniter. Antequam reſtitutio bonorum incertorū fiat alicui, qui nō ſit eorum dominus, iſve, ad quem pertineant, quin & antea quàm circa illa authoritate ſummi Pontificis compoſitio fiat, præcedere debere diligentem inquiſitionem veri domini, eiuſve ad quem pertinent, ſi ſpes aliqua ſit inueniēdi quiſnam is ſit, vt illi tradantur. Porrò ea inquiſitio fieri debet in locis, ac tēporibus, & à perſonis, in quibus, & ex quibus, recta ratio præſcribit, vt fiat, eo quòd ſpes ſit ea via deprehēdendū, ad quem ea bona pertineant. Quātitas verò ſufficientis inquiſitionis, prudentis arbitrio eſt iudicanda, attento valore rei reſtituendæ, & attentis viis, quæ occurrunt, vt fiat cū ſpe deprehendendi, ad quē ea res pertineat, atque attentis ſumptibus, qui in ea inquiſitione fieri debēt: præſertim ſi ex re ipſa reſtituenda ſint faciendi, eo ꝙ neq. in illa accipienda, neque in ea retinēda, interuenerit iniuſtitia ex parte eius, qui illā reſtituere debet, rōne cuius ſumptus, aut maiores sūptus, fieri debeāt ex parte eius, qui illā reſtituere debet, ad inueniēdū, ad quē ea res pertineat, ſed ſolū in ea inquiſitione agatur negotiū eius, ad quē ea res ptinet, cuius proinde ſumptibus fieri debet. His itaque & alijs circumſtantijs concurrentibus attentis, prudentis arbitrio eſt iudicandum, quouſque & quanta inquiſitio ſit faciēda. Interim verò dum ſpes fuerit, quod deprehendetur perſona, ad quam ea res pertineat, reſtituenda non eſt alteri, niſi ex rei qualitate intelligeretur, perſonam illam contentam fore, ut in eleemoſynam erogetur, aut in alio opere pio, pro anima illius inſumatur, ſed ſeruanda erit, aut collocanda in depoſitum, vt, quando ea perſona comparuerit, ei tradatur, & vt, quādo amiſſa fuerit ſpes omnis eam perſonam deprehendendi, inſumatur in opere aliquo pio. Quando eram in Luſitania, vbi domus, ſeu confraternitates, ſunt miſericordiæ, nunquam ſatis laudatæ, ad eleemoſynas; & ad alia miſericordiæ opera exercenda, eratque ſpes modica deprehendendi, ad quem bonum aliquod incertum attine-

ret,aut,eſto eſſet certum,ad quem id bonum attineret,ille erat abſens,modicaque erat ſpes,illum inueniendi,conſulebam, vt traderetur alicui domui miſericordiæ ad opera pia,quæ ea domus exercet,pro anima illius, cuius id bonum eſſet, cum onere, vt ſi quando dominus rei illius apparet, ea domus illud ei ſolueret:libenterq́, ea domus cum eo onere id accipiebat,chirographumque dabat, quo ſe aſtringebat,id ſoluere ei,ad quem attineret, ſi ille compareret,aut aliquando ſciretur,qui is eſſet: quin & ea domus onus aſſumebat faciendi diligentiam ad inueſtigandum dominum illius rei, quando via aliqua occurrebat, qua id ſciri poſſet.

3 Qui rem tenet,cuius dominum ignorat, cautus eſſe debet,ne quis ſe fingat dominum eius rei. Ea verò de cauſa,quando periculum eiuſmodi fictionis timeri iuſte poteſt,ſanum conſilium eſt,rem non oſtēdere,ſed manifeſtare rem in ſpecie,nec quantitatem nec qualitatem illius, nec cæteras circunſtantias detegēdo,vt,qui ſe dixerit dominum illius,id comprobet rei quantitatem, qualitatem, ac cæteras circunſtantias,exprimendo. Neque enim cuicunque aſſerēti,ſe eſſe dominum illius,eſt facilè credendum, niſi id probet,aut veriſimiles ſint coniecturæ,quæ id perſuadeant. Quam autem diligentiam is facere teneatur,qui rem aliquam inuenit,ad comperiendū, quis ſit dominus illius,vt eam illi tradat, & ipſe de furto ſuſpectus non habeatur, & vt non puniatur tanquā fur, Diſp.681.eſt dictum.

4 Quando aliquis,non ductus veriſimilibus coniecturis,quibus meritò ſibi perſuaſerit,eum,qui ſe finxit dominum rei,quam tanquam incertam ad quem attineret ipſe tenebat, verè dominum illius eſſe, illi eam tradidit,aut quando, non facta prius debita diligentia ad inquirendum dominum rei alicuius,illam tribuit pauperibus, aut in aliud opus pium illam inſumpſit,tunc,comparente poſtea domino, tenetur illi eam reſtituere, vt Caietan.in reſponſione ad tertium citata,& doctores alij affirmant: quoniam nō potuit eam illo modo in præiudicium veri domini alienare. Si tamen,attenta qualitate perſonæ,ac circunſtantiarum concurrentium, excuſaretur à culpa lata in tali alienatione,tunc,quia id in nullum ſuum commodum proprium fecit, neque item tenetur ad reſtitutionem ex parte rei acceptæ, quæ apud ipſum non manet, vtique ad nullam reſtitutionem teneretur. Quo loco obſerua,quando ſua culpa lata,coniuncta cum theologica culpa, rem illam tradidiſſet ei,qui ſe finxiſſet dominum illius,tunc,ſi certum poſtea compareret,eum non fuiſſe dominum illius,teneretur inquirere verum dominum, eamque illi reſtituere, recuperando illam ab eo, cui illam dedit, aut eam ſoluendo de ſuis proprijs bonis. Non inuento autem domino illius, teneretur ſimili modo eam reſtituere, tribuendo illam pauperibus, aut inſumendo illam in alio opere pio pro vero domino rei illius. Quòd ſi dubium eſſet,an is, cui ita culpabiliter eam tradidit, verè eſſet dominus rei illius, & facta debita diligentia, idem dubium remaneret, tunc,pro quantitate dubij, teneretur reſtituere ſolum partem valoris illius,modo paulo antea explicato,maiorem vel minorem,prout maior vel minor eſſet probabilitas,illum,cui eam tradidit, non eſſe dominum illius. Quando autem aliquis, omiſſa debita diligentia ad inquirendum dominum rei,illam tradidiſſet pauperibus, aut inſumpſiſſet in alio opere pio, tunc ſolum teneretur facere debitam diligentiam ad inquirendum verum illius dominum. Si autem inueniret quis is eſſet, teneretur eam illi reſtituere, vt dictum eſt, nihil impediente, quòd in opere pio pro ſalute animæ illius eam diſtraxiſſet, niſi ille ratum id haberet. Quòd ſi facta debita diligentia, deprehendere non poſſet quiſnam ille eſ-

A ſet,ad nullam aliam teneretur reſtitutionem: quoniam,ſi tunc alicui eſſet facienda, eſſet inſumenda in opus pium pro anima domini illius: id verò iam opere præſtitit.

DISPVT. 745.

De reſtitutione ita incertorum, vt licet incertum ſit,cui, aut quibus, in particulari,debeantur,certum tamen eſt, alicui, aut aliquibus, ex certis quibuſdam, id deberi.

B

SVMMARIVM.

1 *Incertorum,cuius ſint,duo genera.*
2 *Incertum, ad quem ex quibus paucis aliquid pertineat,& certum quòd ad illorum aliquem pertineat, quomodo omnibus reſtituendum. Si autem tranſactio aut compoſitio fiat inter eos circa eam rē, tunc, eſto poſtea comperiatur, ad quem ipſorum attinuerit,non eſt illi reddenda.*
3 *Reſtitutio directi ex aliqua ciuitate bello iniuſto, quādo ignoratur,cuius id fuerit,quo modo facienda.*
4 *Vendēs in aliqua ciuitate vel oppido ſi multos defraudauit in pondere aut menſura, quomodo debeat reſtitutionem facere.*

C Qvod aliquis tenet, reſtituereve tenetur, duobus modis poteſt eſſe incertū ad quē pertineat. Vno,quia conſtat,alicui,aut aliquibus,ex certis quibuſdā id deberi: facta autē debita diligentia,dubiū manet,cui, aut quibus,in particulari ex illis quibuſdam debeatur. Altero verò,quia prorſus eſt incertū,cui,aut quibus,debeatur,ita ꝙ non dantur pauci aliqui prudentis arbitrio,comparatione eius,aut eorum,quibus in particulari id debetur,quibus certum ſit deberi, & ignoratur,cui,aut quibus,ex illis debeatur in particulari. Quod dico,quoniam licet certum ſit alicui, aut aliquibus duobus, ex aliquo oppido aliquid deberi, ſi ignoretur cui, aut quibus, ex illo oppido debeatur, D non efficit id incertum primo,ſed ſecundo modo,vt varius modus, qui hac & ſequenti diſputatione explicabitur,in reſtituendo ſit ſeruandus. Hac itaque diſputatione ſermo erit de incertis primo modo, & ſequenti de incertis modo ſecundo. 1

Quando certum eſt,aliquid ad aliquem duorum, 2 trium,aut quatuor, verbi gratia,pertinere, & facta competenti diligentia,dubium incertumq́; maneat, ad quem eorum attineat,tunc reſtitutio rei illius nō eſt facienda pauperibus, aut inſumendo illam in alio opere pio, ſed ea res illis omnibus eſt tradenda, vt pro quantitate dubij,ad quem,aut ad quos, potius illa pertineat, inter ipſos compoſitionem ſeu tranſactionem faciant,vel circa illam ſortes mittendo,vel eam inter ſe diuidendo, vel vno eam accipiēte, & compenſante alijs ius dubium, quod circa illam habebant,parteſve illius,quas ratione eius iuris dubij prætendere poterant: eo modo,quo in materia de bello ſupra Diſputatio. 103.dictum eſt fieri debere,quando res eſſet dubia,ad quem duorum attineret,antequam quiſquam eorum illam bona fide cæpiſſet poſſidere. Ita Caiet. 2.2.quæſtio.62.articu.5.ad 3.Sotus.4.de iuſt.quæſtio.7.art.1.ad 3.& doctores communiter. Quo loco obſerua, facta inter illos de communi conſenſu tranſactione circa eam rem, modo explicato, eſto poſtea comperiatur, ad quem eorū in particulari ea res attinuerit, reliquos non teneri reddere illi, quod in compenſationem

pro

pro iure tunc dubio de communi conſenſu acceperunt,etiamſi aliquis eorum, ad quem verè non attinebat,eam totam obtinuerit,quia ſorte ei contingit, vt ex ijs, quæ in materia de tranſactione Diſp.556. patet. Ratio autem eſt,quoniam fuit quaſi venditio iuris dubij,quod in illa re prætēdebat, pro eo,quod in recompenſationem ita accepit, quicquid rei veritas tunc haberet, aut temporis progreſſu deprehenderetur.

3 Sotus vbi ſupra ait. Quando in direptione alicuius ciuitatis aliqua bello iniuſto eſſent capta ex aliquo,atque ignoraretur,quis is eſſet in particulari, reſtitutionem eſſe mittēdam ad adminiſtratores eius ciuitatis,vt illa diſtribuerent inter ciues. Id verò ſolùm probarem,quando à varijs militibus diuerſa eſſent ita iniuſtè direpta ex eadem ciuitate, & veriſimilitudo eſſet,quòd multi reſtituerēt: quando enim multa diuerſorum reſtituerentur, & ignoraretur ad quos ciues illa attinerent, ille eſſet bonus reſtituendi modus in eo euentu: atque etiam quando reſtitueretur res aliqua eadem numero, quæ fuit iniuſtè direpta,& ignoraretur,ad quem pertineret:mitti enim tunc poſſet ad poteſtates publicas, vt inueſtigarent, ad quem attineret, illique eam reſtituerent, alioquin eam diſtribuerent pauperibus, aut inſumerent in alio opere pio. Quando autem reſtituēdum eſſet vni tantum de populo,& omnino ſciri non poſſet, quiſnam is eſſet, res non eſt diuidenda inter ciues diuites,ſed reſtitui debet pauperibus, aut debet inſumi in alio opere pio pro anima eius,ad quem ea res attinebat.

4 Quando aliquid eſſet incertum, ad quem, aut ad quos, in ſingulari attineret, quia aliquis vendendo in aliqua ciuitate,aut oppido,multos defraudauit in pondere,aut menſura, aut admiſcendo aquam vino,quod eſt in vini menſura defraudare,aut alio ſimili modo,ignoratq; ementes in particulari,& quātum vnumquemque ita per minima defraudauerit, tunc,ſi coniectura ſit,plus minus,perſeuerare eoſdē ementes,aut ementium hæredes, optimus reſtituendi modus erit,vt tantundem, qui ita defraudauit,in pondere,aut mēſura accreſcat, vel decreſcat in pretio,ita vt ad æqualitatem eidem reipublicę reſtituat quoad eoſdem emptores,quàm maximè fieri poſſit. Tenebitur verò reſeruare ſuas portiones ijs, quos emiſſe recordabitur,nec viderit accedere ad emendum. Item ſanum conſilium erit, ſi aliquid reſeruet de ſumma tota,quam reſtituere tenetur,quod diſtribuat pauperibus, aut in alijs pijs operibus inſumat pro animabus eorum,quos defraudauit,& ignorat, qui ſint,nec accedant ad emendum.

DISPVT. 746.

De reſtitutione omnino incertorum. Et num inuenta, quando, facta diligentia, neſcitur, cuius ſint, reſtitutioni ſint obnoxia.

SVMMARIVM.

1 *Incertorum omnino poſt factam diligentiam competentem, ad quem pertineant, reſtitutio eſt facienda pauperibus, aut ea inſumendo in alijs operibus pijs.*

2 *Inuenta ſimiliter ſunt reſtituenda.*

3 *Incerta quando,poſt competentem diligentiam ad inueniendum dominum, reſtituta ſunt pauperibus, aut ea inſumendo in alio opere pio, ſi poſtea compareat dominus, tunc, qui illa ita reſtituit,non teneretur ea iterum ei reſtituere, & quid de pauperibus, & de alijs,ad quos deriuata ſunt.*

QVod attinet ad omnino incerta,ad quem pertineant,communis ſententia doctorum affirmat, quando facta debita diligentia nō comperitur dominus eorum, neque eſt ſpes,quòd comperietur,reſtitutionem eorum faciendam eſſe pauperibus,aut inſumenda eſſe in opere,aut in operibus pijs,pro anima illius cuius ea bona ſunt,vt in redemptionem captiuorum,in reſarcienda aut erigenda Eccleſia, in emendis ornamentis ad diuinum cultum,in luminaribus ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, & in ſimilibus alijs. Ita Diuus Thom.2.2.quæſtio.62. articu.5.ad ſecundum, Caiet. ibidem, & in ſumma verb.reſtitut.cap.4. Ioan. Med.de reſtit. quæſtio.3.cauſa.10. Nauar.in Man. cap.27.num.29.& 17. Couar.reg.peccatum par.3. §.1.num.2. Syluelt.verb.reſt.3.quæſt.2.& 3.& plerique alij. 1

Sotus 5.de iuſt.quæſtio.3.articu.3.ad ſecundum, quamuis fateatur ſententiam hanc veram eſſe in alijs bonis incertis, communemque eam eſſe,tā theologorum,quàm iuris canonici interpretū, circa bona etiam inuenta, neque omnino contradicere audeat,propendet tamen, eum, qui inuenit aliqua bona, factaque morali diligentia, non inuenit, cuius ſint,non teneri reſtituere ea pauperibus,aut inſumere illa in aliis piis operibus pro anima illius, cuius ſunt,ſed poſſe ea ſibi ipſi vſurpare, nihil impediente,quòd diues ſit. Eandem ſententiam multi hodie amplectuntur.

Ducitur Sotus. Primò, quoniam illa iure naturæ ac gentium ſunt inuentoris, non ſecus ac theſauri: nullumque eſt ius poſitiuum, euangelicum, aut eccleſiaſticum, quod illa pauperibus tribuat: ergo poteſt inuentor illa,tanquam ſua,ſibi retinere. Maiorem probat,quoniam, ſtando in ſolo iure naturali,omnia ſunt communia, de iure autem gētium id, cuius non extat dominus, eſt primò occupantis: cū ergo eo ipſo,quòd facta eſt debita diligentia,& non inuenitur rerum inuentarum dominus, perinde res inuenta ſe habeat,ac ſi dominum non haberet; conſequens eſt, vt ſit inuentoris, qui primò illam occupauit. Minorem verò probat,quoniam ad probandum inuenta reſtituenda eſſe pauperibus,non aliud ius citatur,quàm cap.cum tu,de vſuris, & ſimilia alia iura,in quibus pecunia vſurariè aut ſimoniacè acquiſita adiudicatur pauperibus: quæ tamen iura ſolùm loquuntur de malè partis, de quorum numero non ſunt inuenta. Argumentū primum.

Secundò, quoniam ante legem euangelicam veriſimillimum eſt, naturæ ac gentium iure res inuentas, facta debita diligentia ad inquirendum dominum, nec eo inuento, fieri inuentorum: ergo non eſt,cur in lege euangelica dicamus,inuentores de iuſtitiæ rigore teneri illas reſtituere. Secundum.

2 Cum communi tamen doctorum ſententia eſt affirmandum,quæcūque bona omnino incerte, etiam inuenta,reſtituenda eſſe pauperibus, aut inſumenda eſſe in operibus pijs pro anima illius, cuius ea bona ſunt. Ratio autem hæc eſt. Quoniam re vera habent dominum,tametſi ignoretur,quis is ſit, neque id poteſt Sotus negare circa bona inuenta:etenim, ſi,poſt factam competentem diligentiam ad inueniendum verum eorum dominum,dominus caſu compareat, non negabit Sotus, inuentorem teneri illi ea reſtituere: neque enim ex eo, quòd dominus illa amiſerit,& alius ea inuenerit, adhibueritque diligentiam debitam ad dominum inueniendum, verus dominus amiſit dominium eorum, illudque comparauit, qui illa inuenit; alioquin etiam comparente vero domino poſt eam diligentiam adhibitam, non teneretur 3

tur

tur inuentor ea illi reſtituere: quia ergo bona illa dominum habent eum, qui illa amiſit, reſtituenda illi ſunt meliori modo, quo id fieri poſſit, atque iuxta præſumptam illius voluntatem in eo euentu: voluntas autẽ præſumpta fidelis populi in eo euentu eſt, vt pauperibus diſtribuantur, aut inſumantur in alio opere pio in bonum ſpirituale eius, cuius ſunt, atque in ſatisfactionem pro peccatis illius: ergo reſtituenda ſunt pauperibus, aut inſumenda ſunt in alio opere pio pro anima illius, cuius ea bona ſunt.

Dices: Saltem quando bona illa eſſent alicuius infidelis, reſtituenda non eſſent pauperibus, neque inſumenda in alio opere pio. Reſpondendũ eſt. Etiam tunc obligationem eſſe reſtituendi eo modo bona illa. Tum quia nulla eſt gens tam barbara, quæ non arbitretur, Eleemoſynas eſſe bona opera, & quæ non eligat, vt, quando bona ſua ſibi non poſſunt reſtitui, diſtribuantur potius pauperibus, quàm retineantur ab inuentore. Tum etiam, quoniam bona illa inſumi à Chriſtianis in operibus pijs pro ſalute eorum, quorum ſunt, adiumento illis eſt, vt Deus propitius illis ſit ad eis miſerendum: quod ſi ipſi ſcirent, gratum utique ac ratum id haberent. Adde, ſi ratio hæc vim haberet, etiam concluderet, neque Chriſtianos teneri reſtituere pauperibus, quæ ex infidelibus iniuſtè acciperent per vſurã, aut furtum, in euentu, quòd poſtea neſcirent, quinam eſſent illi, quibus ea deberent, ſed poſſe illa ſibi retinere, eo quòd ſimiliter nõ eſſet voluntas præſumpta eorum, quibus debentur, quòd tribuerentur pauperibus, aut inſumerentur in alijs operibus pijs: id autem Sotus, & autores alij eius ſententiæ non concedunt.

Ex ratione explicata emanauit c. cum tu de vſuris citatum, quo, ſub pœna denegationis ſacramentorũ ac eccleſiaſticæ ſepulturæ, vſurarij reſtituere coguntur vſuras acceptas, vel ijs ipſis, ex quibus eas acceperunt, vel eorum hæredibus, vel his omnibus deficientibus, pauperibus, ac ratio ibi redditur, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Quo in loco erogatio pauperibus in eorum defectum, à quibus vſuras acceperunt, & in defectum hæredum ipſorum, non ſtatuitur in pœnam vſurarijs, ſed tanquam obligatio, quam ex natura rei habent, vt è peccato egrediantur. Conſentit. c. ſicut dignum. §. eos de homic. vbi à contrario ſenſu apertè innuitur in eorum defectum, quibus aliquid debetur, reſtituendum eſſe id pauperibus. Quę iura, & ſimilia alia, confirmant communem doctorum ſententiam. Atque in hunc modum poſſumus contra Sotum argumentari. Si bona, quorum, poſt debitam factam diligentiam, ignoratur dominus, re vera carerent domino, aut perinde haberent, ac ſi domino carerent, vt eſſent primò occupantis, ſequeretur, acquiſita per furtum, aut vſuram, quorum poſtea ſimiliter ignoraretur dominus, eſſe primò occupantis, ac proinde vel poſſe licitè retineri ab vſurario aut fure, vel certè poſſe licitè accipi à quocunque alio: quod Sotus nulla ratione admittet. Sequi probatur, quoniam ex eo fundamento affirmat Sotus, bona inuenta fieri inuentoris tanquam primò occupantis. Neque ſatis facit, quod Sotus videtur innuere, nempe hęc quę inique fuerunt occupata, iura citata adiudicare pauperibus, eaque de cauſa illis deberi. Non, inquam, hoc ſatisfacit. Tum quia, ſecluſa ſaltem ea iuris diſpoſitione, poſſent vſurarius ac fur licitè illa ſibi retinere. Tum etiam quoniam capita citata non condunt nouum ius, ſed ſolùm explicant, quid natura ipſa rei habeat, vt intuenti ea iura eſt manifeſtum. Tum denique quoniam, eſto in pœnã delicti ea adiudicarent pauperibus, poſſeſſores tamen non tenerentur eam pœnam ante latam ſententiam exequutioni mandare. Illud hoc loco obſerua, quamuis iura illa ſolùm pauperum meminerint, rationem tamen eius diſpo-

A ſitionis redditam probare, poſſe etiam ea bona inſumi in alia pia opera pro anima eius, cuius ea bona ſunt. Id quod confirmant Syluest. vbi ſuprà. q. 7. & Nauar. in Manu. c. 17. nu. 93. cum Ioanne Andrea communiter recepto, quoniam eccleſiaſtici reditus reſtitutioni obnoxij applicari poſſunt non ſolùm pauperibus, ſed etiam operibus alijs pijs, vt alio in loco eſt oſtendendum.

Ad primum ergo Soti argumentum neganda eſt maior. Ad probationem verò neganda eſt minor illa propoſitio, nempe inuenta, poſt factam diligentiam ad dominum inueniendum, perinde haberi, ac ſi dominum non haberent. Cum enim dominum habeant, vt eſt oſtenſum, (in quo à theſauris differunt) iuxta pręſumptam talis domini voluntatem in B ipſius ſpirituale commodum, atque in Dei laudem ſunt reſtituenda, neque poteſt inuentor ea ſibi contra præſumptam domini voluntatem, vſurpare. *Ad primũ argum.*

Ad ſecundum negandum eſt antecedens. Cum enim dominum habeant, vt eſt oſtenſum, non eſt cur tunc fierent inuentoris. Quòd ſi tunc abuſus aliquis inter aliquos ea de re fuit, illud ſanè eſset, quia homines tunc non eſſent adeò ſoliciti de vita æterna, & ſalute animæ ſuæ, atque de inquirendo, quid de ſimilibus rebus fieri deberet, quando poſt competentem diligentiam non reperiretur dominus. Iura autem ciuilia vt fures puniebant eos, qui non manifeſtabant res inuentas, aut eis vtebantur, nec competentem diligentiam adhibebant ad dominum earum inueniendum, vt Diſputatio. 681. explanatum C fuit.

Dubium eſt, ſi bona inuenta, aut alia ratione incerta, poſt diligentem domini illorum inquiſitionẽ, amiſsamque ſpem illa inueniendi, tribuantur pauperibus in eleemoſynam, aut in alijs operibus pijs inſumantur, & poſtea compareat is, ad quem attinebant, num, qui ita illa diſtribuit, teneatur ea illi reſtituere. Ad quod neganter eſt reſpondendum cum Syluest. verb. reſtit. 8. quæſtio. 4. & cum Soto. 4. de iuſt. quæſt. 7. art. 1. ad tertium, qui enim ita illa diſtribuit, rationabiliter id agit, negotium illius, iuxta exiſtimationẽ, quæ tunc erat, vtiliter agendo: quare, cum neque ratione rei acceptæ, neque ratione iniuſtæ acceptionis, teneatur illi reſtituere bona, quæ ita diſtribuit; conſequens eſt, vt nulla ratione tenea D tur ea illi reſtituere. *Ad ſecundum.*

Maius dubium eſt de pauperibus, ſi adhuc in poteſtate ipſorum extent, quæ ita in eleemoſynam acceperunt. Ac dicendum arbitror, quod ita apud ipſos extaret, reſtituendum eſse vero domino, ſi is id ita vellet. Quoniam diſtributio videtur facta ſub tacita conditione, ſi non compareat dominus antequam ea bona conſumantur, aut alienentur, ab ipſis pauperibus, qui illa in eleemoſynam proximè acceperunt pro anima illius, cuius erant. Neque aliter vtiliter ac rationabiliter gereretur negotium eius, ad quem ea bona attinebant, ac proinde nec validè. Si autem alienata, aut conſumpta iam eſsent, etiam ſi exiſterent in manu illius, cui à pauperibus E alienata ſunt, ſanè reſtituenda nõ eſsent, neque vendicari in foro exteriori poſsent, non ſolùm ſi autoritate publica diſtributa ita fuerant pauperibus, ſed etiam ſi autoritate priuata vtiliter, modo explicato, agendo negotium illius, cuius ea bona erant: eſſet enim irrationabilis & iniqua conditio, ſi ita traderentur in eleemoſynam, vt etiam poſtquam ritè alienata eſsent à pauperibus, aut ad aliud opus pium, reſtituere illa teneantur domino comparenti, qui illa acceperunt bona fide, maximè oneroſo titulo.

DI-

DISPVT. 747.

Quibus pauperibus reſtitutio bonorum incertorum fieri debeat. Et num ad illa diſtribuenda neceſſe ſit interueniat Epiſcopi autoritas.

SVMMARIVM.

1 *Incertorum reſtitutio quibus pauperib. fieri debeat. Et num ſi is, qui facere eam debet, pauper ſit, poſſit ſibi etiam partem aut totum applicare.*

2 *Eleemoſyna quando ab vno fit per alium, quòd inſtrumentum, per quod fit, in peccato ſit lethali, non impedit, quòd ſatisfactoria ei ſit, qui illam fieri præcepit.*

3 *Incertorum reſtitutio fieri poteſt pauperibus ſine autoritate Epiſcopi. Et in quibus euentibus poſſit Epiſcopus ſe in ea intromittere, aut eam facere.*

4 *Reſeruare nihilominus ſibi Epiſcopi poſſunt lethale peccatum commiſſum ob vſurpationem bonorum incertorum, aut ob dilationem reſtitutionis illorum. Et quæ ea de re ſint in archiepiſcopatu Euorenſi ſancita, & quo modo intelligenda.*

1 QVod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, dicendum eſt. Satis eſſe, ſi verè pauperibus diſtribuantur. Quorum nomine non intelligo quoſcunque, C qui ſufficientia ad ſuum ſtatum non habent: neque item ſolum illos, qui adeò pauperes ſunt, vt cogantur mendicare ab alijs: ſed etiam illos, qui, attenta ipſorum qualitate, notabiliter egeſtate premuntur: quales ſunt multi artifices pauperes, & perſonæ quædam notæ altioris, quæ præ egeſtate quaſi à ſuo ſtatu deciderunt, egreque admodum ſuſtentantur. Atque iuxta hæc intelligo, quæ Nau. in Man. c. 17. num. 93. docet.

Vtrùm autem, ſi pauper aliquis bona aliqua incerta apud ſe habeat, quemadmodum reſtituere ea poſſet alijs pauperibus, ſic etiam poſſet accipere ea ſibi in eleemoſynam tanquam pauper. Affirmanter eſt reſpondendum cum Caiet. 2. 2. quæſtio. 62. articu. 5. ad tertium. Nauar. vbi ſup. & alijs. Præſertim, D ſi non iniuſtè deuenit in poſſeſſionem eorum bonorum, per furtum, vſuram, aut alia via iniuſta, ſed caſu illa inuenit, aut licitè aliter in ipſius poteſtatem deuenerunt. Neque enim idcirco eſt deterioris cõditionis, quàm reliqui pauperes, quòd in ipſius poteſtatem deuenerint, ipſeque ea diſtribuere teneatur, vt non poſſit omnia, aut partem eorum, perinde accipere in eleemoſynam, atque alius poſſet ei illa in eleemoſynam dare, ſi alius eadem bona incerta ſimiliter haberet, diſtribuereque ea teneretur. Eodem modo, quando alicui à teſtatore, aut ab aliquo alio, commiſſa eſſet diſtributio aliquorum bonorũ inter pauperes, ſi ipſe pauper eſſet, eique competerent qualitates pauperum, inter quos eſt iniunctum E vt fiat ea diſtributio, vt ſi dictum fuit, vt diſtribuerentur inter pauperes talis oppidi, & ipſe pauper eſſet de eodem oppido, poſſet ipſe ſibi tantam partem licitè in eleemoſynam vſurpare, quantam licitè tribuere poſſet alteri pauperi eiuſdem conditionis ſecum. Quando autem, qui bona incerta diſtribuenda inter pauperes haberet, non tanta præmeretur egeſtate, vt cogeretur mendicare ab alijs, conſilium eſſet, vt peteret ſibi ea in eleemoſynã applicari à prælato, parocho, vel confeſſario. Et quamuis aliqui dubitent, num, vt eleemoſyna proſit, ſatisfactoriaque ei ſit, cuius ſunt ea bona incerta, neceſſe ſit talem eleemoſynam applicari ab aliquo alio, eaque de cau-

A ſa ſuadeant, vt ſemper, quando tenenti bona incerta ſunt in eleemoſynã applicanda, applicatio ei fiat per parochum, aut per confeſſarium; ego tamen nõ dubito applicationem in perſona eius, cuius ſunt ea bona, factam in eleemoſynam ab eo, qui illa tenet, eſſe ſatisfactoriam ei, cuius ſunt, etiam ſi ſibimet ea tenenti fiat applicatio.

Deus quippe tunc non tam reſpicit, ad eum effectum, perſonam, quæ ea bona in eleemoſynam applicat, quàm eum, cuius nomine eo loco applicantur. Atque hac de cauſa mihi omnino perſuadeo, eleemoſynam à defuncto relictã, vt poſt ipſius mortem tribuatur pauperibus, ſatisfactoriam eſſe defuncto, eſto exequutor in culpa ſit lethali, quando illam pauperibus tribuit: quoniam non eſt eleemoſyna in- 2 B ſtrumenti, per quod diſtribuitur, ſed eius, qui per id inſtrumentum illam tribuit. Idem quoque eſt dicendum de eleemoſyna, quam viuis per aliũ de ſuis bonis fieri præcipit: prodeſt enim ei, cuius nomine ac de cuius bonis datur, eſto inſtrumentũ, per quod datur, in culpa ſit lethali.

Dixi ſupra, præſertim ſi non iniuſtè deuenit in poſſeſſionem eorum bonorum: quoniam ſi iniuſtè deuenit, arctius eſt cogendus reſtituere, poſt factam diligentiam & inquiſitionẽ eius, ad quem pertinent, eoq; non inuento, amiſſaq; ſpe illum inueniendi: idque ne, ſpe lucri, aſſueſcat ſimilib. facinoribus. Quãdo autem notoriè eſſet pauper, cui admodum graue eſſet reſtituere, applicari illi poſſent à prælato, parocho, aut confeſſario, in eleemoſynam, vt & cuiuis alteri pauperi.

Vtrum autem neceſſe ſit eleemoſynam de bonis incertis fieri pauperioribus, & inter eos fieri melioribus. Dicendum eſt, quamuis conſilium ſit, vt id ita fiat: tum quia id melius eſt in ſe: tum etiam quia fidelior erit diſpenſator, qui id ita fecerit: ſatis tamen eſſe, ſi fiat pauperibus. Ita Nauar. vbi ſupra & alij. Neceſſe item non eſt, iniungere pauperibus onus orandi pro domino eorum bonorũ, eſto illa tenens, ſibimet ea applicet. Neque item eſt neceſſe, reſtitutionem eorum bonorum fieri pauperibus eius loci, cuius ille erat, ad quem ea bona pertinebãt: tametſi, cæteris paribus, conſilium ſit, eis pauperibus diſtribui, tanquam conſentaneum magis præſumptæ voluntati illius, ad quem ea bona attinebant. Hæc de D primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum, quamuis aliqui aſſeruerint, neceſſariam eſſe Epiſcopi autoritatem, 3 vt bona incerta pauperibus diſtribuantur, aut inſumantur in alijs operibus pijs. Communis tamen doctorum ſententia affirmat, neceſſariam non eſſe. Quin addit, Epiſcopum impedire non poſſe, quominus, qui ea bona tenet, illa diſtribuat. Ita Ioan. Med. de reſt. quæſt. 5. cauſa. 10. Nauar. in Man. cap. 17. num. 92. Syl̃ueſt. verb. reſt. 8. quæſtio. 5. & plerique alij. Poſſet tamen epiſcopus in aliquibus euentibus vſurpare aſſumptum diſtribuendi prædicta bona. Primus eſt, quãdo, qui illa diſtribuere debebat, mortuus eſſet, neque hæredem, aut exequutorẽ, reliquiſſet, E qui ea diſtribueret. Secundus, quando, qui ea bona teneret, eſſet ſuſpectus, de quo veriſimiliter eſſet timendum, non eſſe reſtituturum. Hac ratione capit. cum ſit de Iudæis præcipitur, vt malè parta per Iudæum, quę inter pauperes erant diſtribuenda, diœceſani arbitrio diſtribuantur. Atque idem eſt in eo vſurario, de quo non eſſet fidendum, quòd reſtitueret malè parta, quorum dominus ignoraretur. Huic enim, & cuicunque alteri, qui non reſtitueret ſimilia bona, quæ reſtituere teneretur, præcipere epiſcopus poſſet, vt ea ſibi ad reſtituendum traderet, vel vt ea debitor ipſe diſtribueret, ſciente epiſcopo, vel perſona alia ab epiſcopo deputata, quibus & quantum cuique reſtitueretur. Item, ſi epiſcopus intelligeret,

aliqua

aliqua indebitè diſtribui, cogere poſſet, vt debitè diſtribuerentur, ea per ſe ipſum diſtribuendo, ſi ita eſset opus. Ita Nauar. & Syluest. vbi ſupra, ac alij.

4 Quamuis, qui bona tenent incerta, poſſint per ſe ipſos ea diſtribuere, neque aliter ſe poſſit epiſcopus intromittere in eorum diſtributionē, quā modo explicato; nihilominus reſeruare ſibi poſsunt epiſcopi abſolutionem peccati lethalis, quod tentores eorum bonorum commiſerint, ſibi vſurpando prędicta bona, vel differendo illorum reſtitutionē. Poſſunt item præcipere confeſsariis, ab ipſis non exemptis, vt de eiuſmodi bonis nihil diſponant, ſed diſpoſitionem epiſcopis ipſis remittant, vt melius ea diſpoſitio fiat, & vitentur abuſus ac ſcandala, quæ euenire ſolent, dum confeſſarij aliqui per imperitiam malè aliqua circa ea bona conſulunt, aut cupiditate iubent ea ipſis tradi. Sic in Euorenſi archiepiſcopatu, dum in Luſitania commorabar, in conſtitutionibus tituli. 3. c. 6. Archiepiſcopus ſibi omnino reſeruabat abſolutionem peccati eorum, qui tantam quantitatem bonorum incertorum retinerent, quæ attingeret valorem *de tres mil reais*. Quòd ſi minoris eſſent valoris, concedit abſolui à confeſſarijs poſſe; modò tamen valor ille, aut pignus, quod id valeat, loco illius, prius tradatur vicario, quem vocant *da vara por ante o eſcriuam de ſeu cargo*. Quo loco obſerua, quando neque in occupatione, neque in retentione talium bonorum lethale peccatum interueniſſet, tūc nullam eſſe reſeruationem, vt eſt perſpicuū. Item, eſto lethale peccatum interueniſſet, ſi tamen pœnitens diſtribuiſſet iam ea bona pauperibus, aut illa inſumpſiſſet in alijs operibus pijs, ad idue ea iā tradidiſſet, ita quòd iam ad nullam eorum reſtitutionem teneretur, nullam quoque eſſet iam reſeruatio peccati præteriti commiſſi. Quoniam reſeruatio ſolùm erat, vt pęnitens adduceretur ad tradendum ea bona Archiepiſcopo immediatè, ſi pertingerent ad valorem trium milium *reais*, vel ad tradenda ea, aut pignus loco eorum, vicario, ſi ad eum valorem non pertingerent, conſuetudoque in eo archiepiſcopatu eſt interpretata, peccatum præteritum non eſſe in eo euentu reſeruatum. Confeſſarius autem, qui, interueniente lethali peccato in occupatione, aut retentione, talium bonorum, abſolueret antequam illa modis explicatis traderentur, vel antequam pœnitens illa diſtribueret pauperibus, aut ea traderet inſumenda in alijs operibus pijs, committeret lethale peccatum ſacrilegij, abſolutioque eſſet nulla. Poſtea in additionibus eiſdem conſtitutionibus factis fuit ſancitum, vt in ſingulis Eccleſijs, vbi ſunt vicarij *da vara*, eſſent arcæ quædam, in quibus mitterentur ea bona incerta, quæ eſſent reſtituenda, & vt eo ipſo, quòd in eam arcam eſſent miſſa, peccatum non eſſet reſeruatum. Obſerua tamen, pœnitentes, non reperto illorum domino poſt adhibitam competentem diligentiam, non teneri mittere ea bona in arcam illam, ſed poſſe illa diſtribuere pauperibus, aut inſumere in alijs operibus pijs. Ante factam autem debitam diligentiam, amiſſamque ſpem reperiendi proprium eorum bonorum dominum, nefas eſſet mittere ea bona in illam arcam: eo quòd id cederet in pręiudicium domini illorum, nondumque ſunt debita, vt pauperibus diſtribuantur, aut vt inſumantur in alijs operibus pijs, neque item ſunt interim bona ſimpliciter incerta: quare, eſto pręceſſiſſet peccatum lethale in illis occupandis, aut retinendis, non eſſet tale peccatum reſeruatum, ſed poſſet abſolui pœnitens, ſtatuendo firmiter, ſe adhibiturum debitam diligentiam ad ſciēdum dominum eorum bonorum, reſtituturumque ea tempore congruo. Quòd ſi ante adhibitam diligentiam debitam ad inquirendū proprium illorum dominum, amiſſamque ſpem illum inueniendi, mitterentur ea bona in arcam illam, tentor eorum, qui illa mitteret cum iniuria proprij illorum domini, teneretur poſtea facere competentem diligentiam ad eum inquirendum, eoque inuento, teneretur de ſuo ea illi reſtituere, quando ex arca non poſſet illa recuperare, vt proprio illorū domino traderentur. Excipe, niſi inuincibilis ignorantia illum excuſaſſet à peccato, mittendo ea bona in arcā illam. In eiſdem quoque additionibus ad conſtitutiones illas ſancitum ēt fuit, vt, quando, qui ea bona ſibi occupauit, aut iniuſtè detinuit, ſoluendo illa non eſt, pro prima vice conſtituatur ei certum tempus prudentis arbitrio ad illa reſtituendum, ac abſoluatur, eſto valor excedat quantitatem trium mille *reais*. Et vt, tranſacto eo tempore, ſi ad confeſſionem accedat, eis bonis minimè reſtitutis, caſus ſit omnino reſeruatus. Quo loco obſerua, ſi toto eo tempore ad reſtituendum illi præſcripto, ob impotentiam, aut aliqua alia iuſta cauſa, non reſtituit, ita quòd non accedat cum nouo lethali peccato, eo quòd eo tempore non reſtituerit, tūc abſolui à reliquis peccatis poſſet, eſto non reſtituerit. Cum enim tunc nullum commiſiſſet peccatum non reſtituendo, non haberet peccatū reſeruatum, ratione cuius non poſſet abſolui. In eiſdem additionibus ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ præcipitur confeſsarijs, vt neque per ſe neque per alios applicent in ſuū commodum reſtitutionem bonorum incertorum. Vicarijs item, & quibuſcunque alijs, ad quos deuenerit reſtitutio aliqua bonorum incertorum, præcipitur (tametſi non ſub pœna excommunicationis) vt illam in eam arcam mittant.

DISPVT. 748.

Vtrùm, qui circa bona incerta ſummi Pontificis autoritate compoſitionem faciunt, tuti ſint in conſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio locum non habet circa certa, quæ alicui debentur, illique, aut hæredibus illius, reſtitui poſſunt, ſed ſolùm circa ea, quæ pauperibus ſunt reſtituenda, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs.*

2 *Compoſitio locum non habet autoritate ſummi Pontificis circa bona Eccleſiaſtica, quorum, reſtitutio facienda eſt Eccleſiis, pauperibus, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs, & qualiter hodie bulla cruciatæ in hoc regno fiat. Locum verò non habet circa ea eccleſiaſtica bona, quæ reſtituenda ſunt conſocijs, ob non intereſſentiam eius, qui illa reſtituere conſocijs tenetur, aut alia ratione.*

3 *Quando ſuſpecta eiuſmodi compoſitio cenſenda ſit, vt non liberet in foro conſcientiæ, quando non item.*

4 *Quando aliqua in pœnam reſtituenda eſſent pauperibus, aut inſumenda eſſent in alijs operibus pijs, fieri circa illa poteſt compoſitio, non ſolùm autoritate ſummi Pontificis, ſed etiam alterius, qui eam condidiſſet legem.*

5 *Circa bona, quæ debentur priuatis, & quæ idcirco reſtituenda ſunt pauperibus, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs, quia ignoti illi ſunt, quibus fieri debet reſtitutio, aut quia valde ſunt remoti ſine ſpe reuertendi, aut alijs de cauſis, compoſitio fieri poteſt autoritate ſummi Pontificis, & quàm accommodatè fieri debeat ad creditorum præſumptam voluntatem, & qualiter bulla cruciatæ fiat.*

6 *Compoſitio fieri poteſt, etiam circa bona iniuſtè acquiſita, quæ quāuis iuſta de cauſa reſtitui non poſſunt ijs, quibus debentur, ipſorumve hæredibus, reſtituenda*

da tamen ſunt pauperibus, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs.

7 *Compoſitionem non poſſunt cōcedere Epiſcopi, & multo minus princeps ſecularis, circa bona, quæ debentur priuatis, & iuſta de cauſa reſtituenda ſunt pauperibus, aut inſumenda ſunt in alijs operibus pijs.*

8 *Compoſitionem ſperando, quouſque peccent, qui differunt reſtituere aliqua inſumendo illa in opere pio. Qui autem eſſet in propoſito non reſtituendi, ſi compoſitio non concedatur, in ſtatu eſſet damnationis æternæ.*

9 *Compoſitione facta, ſi compareat creditor, ad quem attinebant, illi ſunt integre reſtituenda in exteriori & in conſcientiæ foro.*

1 DOctores communiter conueniunt, neque ſummi Pontificis autoritate poſſe ualidè fieri compoſitionem circa bona, quæ alicui certæ perſonæ debentur, ita vt illi, aut hæredibus illius, reſtitui poſſint. Cum his computa illa ita incerta, cui in particulari debeantur, vt nihilominus inter aliquos certos, propter id dubiū, diuidi debeant, de quibus Diſp. 745. loquuti ſumus. Neque enim ſummus Pontifex priuare quenquam poteſt re ſua, illi ve debita, niſi propter culpam aliquam, cuius punitio ad ſummum Pontificem attinet, & ob quam, qui in illam incideret dignus eſſet ea pœna: vel quando illum ita priuare re ſua poſtularet omnino ſpirituale bonum, quod rarò aut nunquam euenit. Quo fit, vt circa bona, quæ ita debentur alicui certę perſonæ, ut illi, aut hæredibus illius, reſtitui poſſint, compoſitio locum non habeat. Solùm ergo locum habet propoſita quæſtio circa bona incerta, de quibus duabus diſputationibus præcedentibus ſumus loquuti; itemque circa bona, de quibus, licèt certum ſit cui debeantur, quia tamen fieri illi non poteſt reſtitutio propter abſentiam, aut alia de cauſa, reſtituenda ſunt pauperibus, vel inſumenda ſunt in alijs operibus piis pro anima illius, atque etiam circa bona, quæ, cum nulli in particulari debeantur, reſtituenda ſunt pauperibus, aut inſumenda ſunt in alijs operibus pijs, vt ſunt fructus, quos beneficiarius ſuos non fecit, quique alteri particulari non ſint debiti, & ſi quæ ſunt ſimilia alia bona. Circa hæc, inquam, omnia bona locum habet propoſita quæſtio, num ſcilicet circa ea autoritate ſummi Pontificis ita fieri poſſit compoſitio, vt, qui illa tenent, ſoluendo aliquid longè minus ad ſubueniēdum alicui publicę neceſſitati, vel ad aliud opus piū, liberi re uera maneant ab obligatione reſtituendi reliquum, condonante id illis ſummo Pontifice pro poteſtate, quam ad id habeat. Et quamuis non defuerint, qui id negauerint & multi, præſertim recentiores, ex illo falſo fundamento, ſufficienter, ni fallimur, duabus præcedentibus diſputationibus à nobis euerſo, eam locum habere aſſeruerint, quòd ſcilicet eo ipſo, quòd adhibita competenti diligentia ad ſciendum illorum dominum, bona aliqua manēt omnino incerta, ad quem pertineant, tranſeat dominium, aut ius ad illa, in rēpublicam, aut in tenentem ea bona, ſolaque lege humana canonica diſtribuenda ſint pauperibus, aut ſint inſumenda in aliis operibus piis, eaque de cauſa ad ſummum Pontificem ſpectare concedere circa illa compoſitionem, quatenus ſub poſitiua illius lege iam cadunt: ſequentibus tamen concluſionibus, quid hac de re ſentiamus, paucis aperiemus.

2 Prima concluſio. Circa bona eccleſiaſtica, quorum reſtitutio facienda eſt eccleſiis, pauperibus, aut inſumendo illa in aliis operibus piis, poteſt ſummus Pontifex concedere ex cauſa rationabili compoſitionem. Rationabilis verò cauſa erit, ſi vt & conſulat ſimul fragilitati hominum, qui circa ſimilia bo- A na oneratas habent conſcientias, neque facilè damnationis ſtatum egredientur, & vt illi contribuant ad ſubueniendum alicui cauſæ publicæ, vel ad aliud opus pium, illam concedat pro longè minori quantitate, quā ſit, quod de eiſdem bonis ita debebatur. Probatur hæc concluſio, quoniam licèt ſummus Pōtifex dominus non ſit horum bonorum, eſt tamen ſupremus illorum diſpenſator: ergo ex rationabili cauſa concedere poteſt eiuſmodi compoſitionē circa illa. Id quod vehementer confirmat vſus, quo frequenter illam concedit. Illud obſerua, ſummos Pontifices non ſolere taxare ſummam, pro qua fieri debeat compoſitio, ſed id remittere commiſſariis ad id deputatis. Obſerua deinde, ſummum Pontificem concedere facultatem componendi circa fru- B ctus beneficiorum reſtitutioni obnoxios ob non recitatas horas canonicas, aut aliis de cauſis, dummodo dimidium ſummæ, pro qua fit cōpoſitio, tribuatur eccleſiæ, cuius eſt tale beneficium, ad ſumptus fabricæ eiuſdem eccleſiæ, & alterum dimidium ad ſumptus belli in defenſionem eccleſiæ. Commiſſarius verò cruciatæ decreuit, vt vſque ad ſummam centum mille marauedinorum cōpoſitio fieret, contribuendo pro quibuſcunque quinque mille marauedinis quatuor regales argenteos, duos eorum in fabricam eccleſiæ, cuius eſſet tale beneficium: & duos alios Regi ad ſumptus belli. Illud inſuper obſerua, quando reſtitutio fructuum beneficiorum facienda non eſſet eccleſiæ, aut diſtribuendo illos inter pauperes, vel illos inſumendo in aliis operibus C piis, ſed reſtituendi eſſent alicui particulari perſonę, vel reſtituendi eſſent alijs conſocijs in eadem eccleſia, qui intereſſendo illos ſuos feciſſent, tunc locum non haberet compoſitio, ſed reſtituendi omnino eſſent ijs, quibus in particulari debentur, quique illos feciſſent ſuos. Sic in eccleſijs cathedralibus, aut collegiatis, quoad ſummam manualium diſtributionē attinet, quæ ſolùm diſtribuitur intereſſentes, ita ꝙ, quo plures interſunt, eo minor quantitas eius ſummæ vnumquemque contingit & quo pauciores interſunt, eo maior quantitas eiuſdem ſummæ vnicuique obuenit, ſi eueniat aliquem canonicorum, portionariorum, aut aliorum miniſtrorum, inter quos ea ſumma diſtribuitur, non facere ſuam partem aliquam eius ſummæ, quam accipiat, tenerique illam D reſtituere, locum circa illam non habet compoſitio: quia debetur conſocijs, qui interfuerunt eiſdem canonicis horis, inter illos diſtribuenda. Idem eſt dicendum de quibuſcunque aliis redditibus, qui ſolū diſtribuuntur inter eos, qui interſunt, pro rata dierum, quibus vnuſquiſque intereſt diuinis officiis, vt in eccleſia Euorenſi ferè totum triticum, & magna pars reliqua menſę capitularis, illo modo inter canonicos, & reliquos præbendatos, diſtribuitur.

Caiet. 2. 2. quæſtio. 100. artic. 1. ad 7. ait, quando, ſpectatis circunſtantiis concurrentibus, veriſimile eſſet, ſummum Pontificem non intendere condonare per compoſitionem, ſed ſolùm extrahere ea via, quod poteſt ex iis, quæ eccleſiis debentur, quod E aliter obtinere non poteſt, tunc, quia remiſſio & cōdonatio incrementi libera non eſſet, ſed inuoluntaria mixtè, non redderet tutum in conſcientia eum, qui ita componeret, ſed teneretur reſtituere incrementum. Addit, quando compoſitio eſſet irrationabiles ac exorbitans, vt ſi pro modica re multum irrationabiliter remitteret, non eſſe validam talem compoſitionem: quoniam ſummus Pontifex non dominus, ſed diſpenſator bonorum eccleſiaſticorum, neque ad id ſe extendit ipſius poteſtas. Atque conſentaneè ad Caietanum loquuntur alij, quos. 3. concluſione citabimus. Obſerua tamē, quæ à ſummo Pont. hac in parte fieret, aut ab ipſius miniſtris de illius autoritate, non eſſent temere dānanda, aut iudicanda, 3

ſed

ſed humiliter ſuſcipienda, illiſq; eſset ſtandũ, quando luce clarius nõ conſtaret contrariũ, vt regulariter nõ cõſtabit. Præſertim cũ in huiuſmodi compoſitionib. ſaluti animarum, hominumque fragilitati, conſulatur, multaque ea via recuperentur in commune bonum, aut in alia opera pia, quę alioquin nunquam reſtituerentur: & cum eiuſmodi compoſitiones ſolùm concedantur in conſcientiæ foro, quando in exteriori non conſtat deberi, neque cogi in exteriori foro detentores eorum bonorum poſsunt, vt illa integre reſtituant. Quando autẽ cogi aliquis in exteriori foro optimè poſset integre reſtituere, & abſque rationabili cauſa magna ſumma pro modico illi remitteretur, aut ſolùm remitteretur illi magna ſumma pro modico, quia difficilis admodum eſt, ac magnæ potentiæ, tunc locum habere poſsent, quæ eo loco Caiet. tradit.

4 Secunda concluſ. Secunda concluſio. Quando aliqua ideo præcisè reſtituenda eſſent pauperibus, aut inſumenda eſſent in alijs operibus pijs, quòd accipiens in pęnam factus eſset incapax illorum per legem, aut ex eo, quòd dans ſimiliter in pœnam eo ipſo priuaretur illis nulla expectata ſententia, tunc licita ac valida eſſet compoſitio circa huiuſmodi res pro longè minori valore: fierique poſſet, non ſolùm autoritate ſummi Pontificis, ſed etiam principis, aut alterius, cuius autoritate ea lex fuiſſet condita. Hanc affirmat Couar. reg. peccatum. p. 3. §. 1. nu. 3. probarique poteſt. Quoniam diſpoſitio illa, & obligatio ita reſtituendi, oritur ex poteſtate eius, qui eam legem condidit: ergo, vt poteſt remittere obligationem illam, applicareque valorem illum ad quod voluerit, ita concedere licitè ac validè poterit compoſitionem circa illum pro intereſſe aliquo ad aliquod bonum publicum, vel ad aliud opus pium.

5 Tertia concluſio. Tertia concluſio. Quando aliqua idcirco reſtituẽda eſſent pauperibus, aut inſumenda eſſent in alijs operibus pijs, quòd dominum haberent, ſed ignotum, aut notum, cui ob diſtantiam, aut alia ratione, fieri nõ poſſet reſtitutio, ſed applicandum eſſet pauperibus, aut inſumendum eſſet in operibus pijs, in euentibus, qui inferius à Diſp. 751. ſunt explicandi, tunc, cum reſtitutio illo modo eſſet facienda in ſpirituale commodum eius, ad quem ea bona attinent, ſanè quamuis ſummus Pontifex tãquam ſupremus paſtor, ſupremuſque diſpenſator eorum, quæ ad ſalutem conducunt animarum, concedere circa illa poſſit compoſitionem, applicareque, quod in compoſitione fuerit datum, in bonum aliquod commune ac publicũ, vel in aliud pium opus, pro anima illius, ad quem ſpectant bona, circa quæ fit ea compoſitio; id tamen fieri debet, ſeruata æquali vtilitate eorum, quorum ſunt eiuſmodi bona, quoad id fieri poſſit, ac iuxta pręſumptam eorundem etiam voluntatem, quãtum commodè fieri poſſit. Conſentit Couar. nu. 3. citato, qui melius, magiſque perſpicuè, hac de re videtur loquutus, quàm alij: atque iuxta hęc accipienda ſunt, quæ docent Ioan. Med. de reſt. q. 3. cauſa 11. Sotus. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ad 3. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 93. & alij. Ratio autem huius concluſionis eſt, quoniam ſicut ſummus Pontifex priuare non poteſt homines rebus ipſis debitis, quando ij, ad quos pertinent, noti ſunt, vt in principio huius diſputationis eſt dictum: ſic, quando ſunt ignoti, cũ non amiſerint dominium rerum ſuarum, iusve rerum ſibi debitarum, priuare illos nõ poteſt, ipſis pręſumptè inuitis, iure, quod habent, vt in ipſorum ſpirituale bonum expendãtur, atque quàm maximè fieri poſſit iuxta præſumptam eorum uoluntatem, quã do non eſt rationabilis cauſa, quæ aliud efflagitet: tunc enim, tanquam ſupremus eorum diſpenſator, quæ in pias cauſas pro animarum ſalute ſunt inſumenda, quæque non habent proprium illorum do-

A minum adminiſtratorem, occurrente rationali cauſa, reque pia, maxime ad commune bonum ſpectãte, poteſt ad illam ſimilia bona applicare vt de legatis pijs à teſtatoribus relictis Diſput. 249. eſt dictum. Quo loco obſerua, quando veriſimile eſſet, niſi eiuſmodi compoſitiones concederentur, multo pauciora eſſe reſtituenda ac conuertenda in bonum ſpirituale eorum, ad quos ea bona ſpectant, idque nequitia & fragilitate eorum, qui illa tenent, vt regulariter euenire ſolet, tunc ſummum Pontificem vtiliter agere negotium ſpirituale eorum, ad quos ea bona ſpectant, concedendo eiuſmodi compoſitiones, ſimulque id efficere valde conſentaneè ad præſumtas eorundem voluntates, qui, attentis circunſtantijs concurrentibus, id veriſimiliter eligerent. Ob-

B ſerua item condonationem, qua ſummus Pontifex, tanquam Chriſti vicarius, vniuerſaliſque paſtor, debiti partem condonat, vt facilius ac citius Chriſti fideles periculum ſuarum animarum euadant, eſſe opus ſatis pium ac ſatisfactorium, quod prinde cedit in ſatisfactionem ac bonum eorum, ad quos pertinent bona, quæ ſummus Pontifex eorum loco ac veluti eorum nomine condonat. Vt autem concluſione prima dicebamus, ſummi Pontifices non ſolent exprimere quantitatem, pro qua ſumma aliqua condonari via compoſitionis debeat, ſed id committũt commiſſarijs cruciatę. In hoc autem regno commiſſarij exprimunt, vt bullis cruciatæ compoſitio fieri poſſit vſque ad centum mille marauedinos, tot bullas ſumendo, quot fuerint quinque mille marauedi-

C ni incluſi in tota ſumma, quam componere uolunt, atque ſoluendo duos regales argenteos pro ſingulis quinque mille marauedinis, qui ipſis ita condonantur. Quòd ſi ſumma componenda centum mille marauedinos excedat, tunc pro incremẽto compoſitio fiat cum commiſſarijs ipſis cruciatæ.

Quod ad bona attinet, circa quæ, iuxta tertiã propoſitam concluſionem, fieri poteſt modo explicato compoſitio, vt ſummatim cõprehendam, quæ à multis pluribus explicantur, dicendum eſt. Fieri poſſe, non ſolùm circa bona, quæ licitè tenentur, comparatave ſunt, vt ſunt bona inuenta, quæ tenentur animo illa reſtituendi, & plura alia ſine peccato comparata, ſed etiam circa bona illicitè per uſuram, furtũ, aut aliam uiam iniuſtam, acquiſita, quando, quòd re- 6

D ſtitui non poſſunt vero domino, eive, ad quem ſpectant, reſtituenda eſſent pauperibus, aut inſumenda eſſent in alia opera pia: quæ autem hæc ſint, ſuis in locis eſt explicatum, explicandumque adhuc reſtat. Atque ad hanc regulam à nobis proximè traditam, admetienda ſunt omnia, quę à doctoribus hac de re traduntur, aut in exemplum adducuntur.

Dubium eſt, vtrùm ſicut ſummus Pontifex concedere poteſt compoſitionem modo explicato circa bona, de quibus tertia concluſione loquimur: ita epiſcopi in ſuis dįceſibus poſſint circa eadem bona illam concedere. Ad quod, licèt aliqui contrariũ cenſeant, neganter arbitror eſſe reſpondendum. 7

E Quoniam ſicut epiſcopi commutare non poſſunt legata, quando impleri poſſunt, vt Diſput. 249. eſt dictum: ita neque concedere poſſunt eiuſmodi compoſitiones: neque id habet conſuetudo. De principibus autem ſecularibus multo minus credo poſſe illas concedere circa eadem bona inſumenda in operibus pijs, de quibus concluſione propoſita eſt ſermo.

Quarta concluſio. Qui reſtituere tenentur bona aliqua, diſtribuendo illa pauperibus, aut inſumendo illa in alijs operibus pijs, peccant ea non reſtituendo ſpe compoſitionis concedendæ in futurum: niſi forte tantiſper expectent, illam ſtatim ex rationabili aliqua cauſa, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, petendo, parari, ſi negetur, reſtituere ſtatim 8 Quarta concluſ.

ac

ac denegata fuerit compoſitio. Primum affirmant Nauar. & Sotus locis citatis. Et in euentu ſolo limitationis adhibitæ non repugnarem contrariæ quorundam aliorum ſententiæ. Quòd ſi culpabiliter nõ reſtituant, poſteaque compoſitio concedatur, tunc facta compoſitione, deobligantur ab onere reſtituẽdi. Si tamen in actuali propoſito eſſent, eſto per compoſitionem ab onere reſtituendi non liberarentur, nũquam reſtituere, in ſtatu eſſent damnationis æternæ, niſi id prauum mutarent propoſitum.

9 Quinta concluſio. Si facta legitimè cõpoſitione, præter ſpem, comperiatur, ad quẽ ea bona, circa quę eſt facta compoſitio, attinerẽt, tunc foro exteriori eſſet cogendus ea ſoluere illi, ad quem pertinebant, ac ſi compoſitionem non feciſſet. Idem etiam eſt dicẽdum in foro conſcientiæ. Quoniam vt concluſione tertia dictum eſt, ſummus Pontifex compoſitione prę iudicare non poteſt, neque intendit, iuri priuatorum, quo minus conſequantur bona, quæ ipſis debẽtur, neque poteſt concedere compoſitionem circa ea bona, niſi accommodatè ad rationabilem mentem talium creditorum: mens uerò rationabiliſſima eorum eſt, vt compoſitione non impediantur conſequi ſua bona, quando, ſecluſa compoſitione, illa obtinuiſſent, ſi in culpa non ſint iniuſti detentores.

Quinta concluſ.

DISPVT. 749.

Luſitanæ leges circa animalia inuenta expenduntur, num iuſtæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *In reſtitutione inuentorum animalium quæ obſeruanda.*

2 *Leges Luſitanæ quæ de reſtitutione animalium tractant, quod ſint iuſtæ, prolixe probatur.*

HAec etiam diſputatio & ſequens ad res incertas ſpectant, in eiſque ſolùm eſt ſermo de rebus inuentis. Ordiendo verò à Luſitanis legibus, libro 3. ordin. titu. 76. (corrupto latino vocabulo de inuento, vt videtur, Luſitanè res quædam inuentæ, *de vento* nuncupantur in eo titulo, & communi hominum ſermone) neque in eo titulo ſermo eſt de quibuſcunque inuentis, ſed ſolùm de animalibus quibuſcunque aliorum inuentis, ſiue pecudes ſint, ſiue iumenta, aut alia armenta.

1 Atque ibi præcipitur, vt quicunque inuenerit quodcunque animal alienum, teneatur intra quinque dies à puncto, quo illud inuenerit ac acceperit, manifeſtare illud publicano, qui conductum habuerit emolumẽtum, quod inde poterit euenire, vel prę fecto, qui ad id fuerit deputatus in loco, vbi publicanus fuerit, idque ſub pœna ſoluendi duplum, quod ita fuerit inuentum. Publicanus verò, aut præfectus ad id deputatus, tenetur cõtinuò facere ſcribere per ſcribam redituum Regis, aut per tabellionem ad id deputatum, animal illud in libro publico ad id deputato, exprimendo per quem, ac vbi, fuerit inuentum, ſignaque talis animalis. Item tenetur publicanus, aut præfectus ad id deputatus, adducere id animal, aut animalia reperta, ſingulis hebdomadibus ad locum in vnaquaque ciuitate *ou vila* ad id deputatum eſſeque debet is locus ciuitatis, *ou da vila*, diſtricti, in quo id animal fuit repertum, & tenetur ita adducere prædictum animal per integros quatuor menſes cõputatos à die, in quo in ſuprà dicto libro fuit ſcriptum. Dies autem, in quo ſingulis hebdomadibus

A ad eum locum debet adduci, eſſe debet feria tertia in locis, in quibus eſt cõſuetudo vt fiant *feiras; (mercados publicos* noſtri dicunt, quæ vt inter nos diebus Iouis fieri conſueuerunt, ita in Luſitania conſueuerunt fieri die Martis feriave tertia, vt illi loquuntur) in alijs verò locis, in quibus non conſueuerunt fieri *feiras*, adduci id animal debet in quocunque die hebdomadæ, qui in eo loco ad id fuerit deputatus. Item in eo loco ſingulis hebdomadibus publicanda ſunt ea animalia ad eum locum adducta præconis voce, ſcribendaque ſunt ſingula ea præconia in eodem libro per eundem ſcribam aut tabellionem. Quòd ſi intra prædictos quatuor menſes comparuerit dominus animalis, probaueritque ſuum eſſe, illi eſt tradendum, ſoluetque publicano, aut

B ad id præfecto, expenſas factas in eo cuſtodiendo ac alendo. Si autem dominus intra prædictos quatuor menſes non comparuerit, ſeruataque ſint omnia, quæ dicta ſunt, ex parte publicani, aut præfecti, eſſe ſeruanda, tunc publicanus petit à iudice eius loci, vt ſibi adiudicet id animal; iudexque, cognito prius adhibitas fuiſſe prædictas omnes diligentias, tenetur illud ei adiudicare, lataque ea ſentẽtia, cõparat publicanus dominium illius; illudque amittit eo ipſo prior dominus illius, ita vt, eſto poſtea compareat, probetque ſuum fuiſſe id animal, non teneatur publicanus illud ei reddere. Publicanis verò præcipitur, vt tempore toto illorũ quatuor menſium, neque vendere, neque interficere, neque abſcondere, neque transferre poſſint prædicta ani-

C malia in alium locum, ſed teneantur ea habere *no termo da vila ou cidade*, vbi fuerint reperta, & in loco vbi conſpici poſſint, ac ſciri vbi ſint: atque hæc omnia illis præcipiuntur ſub pœna, vt puniantur, ac ſi illa eſſent furati.

Quid de hac re ſentiam, ſequentibus concluſionibus explanabo. Prima eſt. Lex hæc, ſi publicani ſeruent omnia, quæ in ea continentur, & Rex, poteſtatesve Regi ſubordinatæ, ſufficienter vigilent, vt ea omnia ſeruentur, inquirendo ſufficienter tranſgreſſores, eoſque puniendo, atque, vt ſummatim dicam, opere efficiendo, vt regulariter ea omnia præſtentur, non eſt cur condemnetur, comparantque publicani dominium eorum animalium, 2

Prima cõcluſio.

D quæ, ſeruatis omnibus, quæ in ea lege continentur, ipſis adiudicantur. Imò verò, qui aliena animalia reperiunt, eaque publicanis, aut alijs præfectis ad id deputatis, non manifeſtant, eaque de cauſa publicanos emolumento aliquo priuant, contra iuſtitiam peccant, reſtituereque eis tenentur, quantum æſtimabitur emolumentum, quo eos priuant: niſi bona fides, inuincibiliſque ignorantia, quòd teneantur illis manifeſtare ac tradere ea animalia, eos à reſtituendi onere excuſet: Eodem modo, ſi, quia ea non manifeſtant, ac tradunt publicanis, domini eorum animalium ſuis priuantur animalibus, quia publicani adhibuiſſent diligentias omnes lege relata præſcriptas, dominique compe-

E riſſent ſua animalia apud publicanos, eaque accepiſſent; ſanè tenentur reſtituere dominis eiuſmodi animalium damna inde eis ſequuta, niſi ſimiliter inuincibili ignorantia excuſentur.

Prima pars huius concluſionis ex eo probatur, quòd ea lex cedit in vtilitatem publicam, incommodumque dominorum talium animalium, qui, ſi omnia ſeruentur, quæ ea lege continentur, facilè inuenient ſua animalia deperdita, quæ alioquin non facilè, ſed multo cum labore, inueniſſent, multique illa omnino amitterent, lexque illa ſufficiens tempus ſufficientiſſimaſque diligẽtias fieri præſcribit, quæ ſi ſeruentur, dominique talium animalium negligentes omnino non ſint, facilè ac regulariter ſua in-

uenient ac recuperabunt animalia: ergo pro communi bono, atque in præmium eorum, quibus ex officio incumberet exequutioni mandare prædictas omnes diligentias, ac ſimul quaſi in pœnam eorũ, qui tanto tempore negligentes eſſent ad inquirenda ſua animalia, quæ tam facilè accedendo ad ea loca, aut inquirendo ab alijs, qui ad ea loca acceſſiſſent, poterant inuenire, potuit princeps illos priuare dominio talium animalium, illudque eis applicare, quibus incumberet eas facere diligentias: quemadmodum lege præſcriptionis priuare homines potuit dominio ſuarum rerum, illudque bonæ fidei talium rerum poſſeſſoribus applicare. Quin arbitror, populo id poſtulante, ac pręcipuè dominis pecorum, eam legem in eorum bonum fuiſse ſancitam. Vnde non probo ſententiam Couar. reg. peccatum. par. 3. §. primo, nume. 5. aſserentis ſimilem aliam legem huius regni (de qua ſequenti diſputatione erit ſermo) iuſtam non eſse, niſi in euentu, quòd poſt factas diligentias omnes ea lege præſcriptas ad inueniendum dominum, comparente domino, res ipſi reſtituatur.

B

Secundam verò partem, quòd ſcilicet, ſi ſeruarentur, quæ in ea lege præſcripta ſunt, contra iuſtitiam peccaret aduerſus publicanum, qui illi non manifeſtaret ac traderet animal inuentum, teneretur que reſtituere illi æſtimationem emolumenti, quo ea ratione illum priuaret, niſi, qui animal illi non manifeſtaret, à culpa excuſaretur inuincibili ignorantia, probatur. Quoniam publicanus per eam legem iuſtum comparaſſet ius ad emolumentum illud, quod vi talis legis illi poterat obuenire: ergo, qui ea animalia eis, iuxta præſcriptum eius legis, nõ manifeſtarent, eoſque priuarent commodo illius ſpei, contra iuſtitiam peccarent, illiſque reſtituere tenerentur, quantum ea ſpes ad id commodum æſtimaretur. Si autem non manifeſtantem id animal excuſaſſet ignorantia inuincibilis, neque ex illo eſſet factus locupletior, quia iam integrum diſtribuiſſet pauperibus, aut inſumpſiſſet in alijs operib. pijs pro anima domini illius, tunc ad nullam reſtitutionem teneretur, quia neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis.

C

Tertia verò pars, quòd ſcilicet in eodem euentu peccaret contra iuſtitiam aduerſus dominum animalis, & teneretur ei reſtituere, quantum æſtimaretur detrimentum inde ei ſequutum, niſi ſimiliter eũ excuſet ignorantia inuincibilis, ſatis perſpicua eſt. Quoniam, ſuppoſita lege, obſeruationeque integra illius, iniuriam illi faceret, quæ cederet in damnum iniuſtum illius, priuando illum iniuſtè via illa valde accommodata ad inueniendum ac recuperandum ſuum illud animal.

D

Secunda concluſ. Secunda concluſio. Si publicani aliquid eorum, quæ lege relata præſcripta ſunt, prætermittant, occultando, interficiendo, transferendo in alium locum animalia inuenta, prætermittendo aliquid eorum, quæ ea lege facere præcipiuntur, antequam animalia illa ipſis adiudicentur, vel in illis exequendis fraude aliqua, aut dolo vtendo, vt eligendo ad præconia tempora, in quibus homines ſolent minus conuenire ac accedere ad locum ad ea præconia deſtinatum, vt dum homines communiter prandent, aut ſimili alia fraude vtendo, peccant contra iuſtitiam, reſtituereque tenentur illorum dominis animalia ipſis adiudicata, ſi qua uia comperire illos poſſint: ſin minus, reſtituere illa tenentur pauperibus, aut inſumere illa in alijs operibus pijs, tanquam bona incerta, pro animabus eorum, quorum ea animalia erant. Probatur, quoniam lex non concedit illis dominium eorum animalium, neque priuat illorum dominos iure ſuo ac dominio, niſi ſub con-

E

A

ditione, ſi publicani prius ſeruent omnia, quæ ea lege præſcripta ſunt; eſſetque lex iniqua, ſi aliud ſtatueret: ergo publicani quandocunque non ſeruant ea omnia, quæ lege illa præſcripta ſunt, reſtituere tenentur animalia virtute eius legis ipſis adiudicata: quin, vt eadem lex ſtatuit, puniendi inſuper ſunt tanquam fures, non ſecus ac ſi ex proprijs illorum dominis furati illa fuiſſent.

Tertia concluſio. Tertia concluſio. Si (vt fama erat in Transtagana regione, dum in Luſitania commorabar) publicani ſæpe non ſeruant, quæ lege relata ſeruari pręcipiuntur; tunc, qui eiuſmodi aliena animalia inueniunt ac retinent, non tenentur ea illis tradere, ſed per ſe ipſos poſſunt, ac debent facere competentem diligentiam ad inquirendum ac inueniendum proprium illorum dominum, vt illa ei tradant: præſertim ſi æquè ſit veriſimile, eiuſmodi animalia ea via deuentura eſſe ad illorum dominum, ac via publicanorum; vel ſi præſumptio ſit, dominum contentum fore, vt publicano non tradantur. Facta autem tunc competenti diligentia per eiuſmodi priuatum detentorem talium animalium, ſi ſpes non ſit dominum inueniendi, tunc pauperibus, tanquam bona incerta, ſunt diſtribuenda, vel ipſa, vel eorum æſtimatio, aut inſumenda ſunt in alijs operibus pijs, pro eius anima, cuius erant. Probatur, quoniam, cum publicanus lege abutatur in reipublicæ dominorumque eorum animalium præiudicium, ius ſanè vi eius legis non habet, vt ei tradantur: quin potius, ſi aliunde ea traditio non excuſaretur, modo concluſione ſequenti explicando, iniurioſa illa eſſet domino eorum animalium, cum onere ipſis illa reſtituendi. Neque lex eſſet iuſta, ſi in eo euentu pręciperet, vt publicano, ea lege abutenti, traderentur: id quippe eſſet, quaſi cooperari ad peccatum ac iniuſtitiam publicani.

Quarta concluſio. Quarta concluſio. Quia lege relata pœna dupli ſtatuta eſt retinentibus eiuſmodi animalia, niſi illa publicano manifeſtent intra quinque dies à puncto, quo illa inuenerint ac acceperint: eaque pœna ſeuerè ſolet exequutioni mandari, publicanis varijs modis inquirentibus, quinam illa retineant; manifeſtatio verò & traditio eiuſmodi animalium publicano ex ſe non eſt mala, ſed publicanus eſt, qui ſua nequitia ſolet ea abuti: ſæpeque euenire ſolet, vt domini ea uia inueniant, acquirantque ſua animalia: & quia legis autoritate fit: ſanè nec peccant, nec reſtituere tenentur, qui, vt pœnam euadant, publicanis manifeſtant ac tradunt ea animalia, nihil impediente, quòd iuſtè timeant, eos cum iniuria dominorum, quorum ſunt ea animalia, ſeruaturos non eſſe, quæ lege eis præſcripta ſunt. Hæc concluſio probatur, quoniam nullus cum tanto ſuo onere tenetur id omittere, quod ex ſe non eſt malum, legiſque autoritate fit. Poteſtates verò ipſæ publicæ uideant, qua ratione talia ea lege præcipiant, non curando ſeriò ac ſeuerè, vt, quę eadem lege præcipiuntur, exactè ac integrè exequutioni mandentur.

Quinta concluſio. Quinta concluſio. Luſitana lex relata tolli deberet, aut mutari. Quoniam re vera occaſio eſt, vt quàm multæ committantur iniuſtitiæ: multique conqueruntur, fraudes ac iniuſtitias frequentes à publicanis committi, minimè, quæ lege ſunt præſcripta, ſeruantibus, eaque ratione iniuſtè aliorum bona vſurpantibus. Fraudes autem dicuntur quàm ſæpiſſime committi, transferendo animalia reperta in diſtricto vnius ciuitatis, aut villæ, quam vocant, in aliam ciuitatem, aut villam, ibique exequutioni mandando præconia. Item non toties præconia continuando, quoties lex præcipit, neque tempore, quo homines eo conuenire ſolent. Item inter-

interficiendo eiuſmodi animalia, eorumque carnes vendendo. Item illa occultando, nec publicè in con fi...o, in quo ſunt reperta, illa paſcendo, alijſque ſimilibus modis. Atque cum eiuſmodi emolumenta in vnaquaque ciuitate, aut *vila*, locentur aliquod mil libus marauedinorum, ſeu *reais*, puta quindecim, viginti, vel alia minori aut maiori ſumma, prout fuerit ſpes lucri: & qui id emolumentum conducunt, ad lucrandum illud conducant, operamque ac laborem apponant, neque eiſe ſoleant viri timorati, neque inquiri ſoleat de eorum exceſſibus ac iniuſtitijs, ne arceantur ab eo ineundo contractu; ſanè lex relata nō poteſt non eſſe occaſio multarum iniquitatum ac iniuſtitiarum. Quapropter, qui regni regimē in manu tenent, illique, quibus in eo regno eſt cōmiſſum examinare, quæ ad Regis conſcientiam pertinent, videant, num tuta conſcientia tolerari lex relata poſſit: præſertim non curando, vt abuſus, qui circa illā committuntur, efficaciter de medio tollantur. In hoc Caſtellæ regno meſtæ, quas vocant, varijs in locis, ſtatutis anni temporibus, celebrantur, quò confluere ſolent pecorum domini, quique negotia circa lanas, & alia, ad pecora attinētia, habent, ibique manifeſtant pecorum cuſtodes, quas pecudes aliorum deperditas in ſuo grege habeant, neque multa pecora deperdita inueniuntur, præter illa, quæ inueniuntur, facta diligentia à dominis, & ab illorum cuſtodibus, in territorijs, in quibus fuerunt deperditæ, atque, vt experientia docet, raro pecora non inueniuntur. Fortaſſe expediret, vt ſimile in Luſitania fieret, lexque illa abrogaretur.

DISPVT. 750.

Leges huius Caſtellæ regni circa inuenta.

SVMMARIVM.

1 *In rei inuentæ reſtitutione quid obſeruandum.*

2 *Regnum Caſtellæ applicauit lo moſtrenco fratribus Mercenarijs ac Trinitarijs in redemptionem captiuorum, locusque eſt præuentioni inter eos.*

1 COuar. reg. peccatum. par. 3. §. primo, nu. 5. leges refert, tum huius Caſtellæ regni, tū etiam quorundam aliorū regnorum, quibus ſancitum eſt, vt quæcunque inuenta, eſto animalia non ſint, (quæ *lo moſtrenco* apud nos dicuntur) tradantur iudici, aut aliæ perſonæ ad id deputatæ, fiantque certæ diligentiæ eis legibus præſcriptæ, vt inueniatur dominus, eique tradantur; alioquin tranſacto certo tempore, factiſque ritè eis omnibus diligentijs, fiſco adiudicentur, aut alijs, quibus lege, conſuetudine, aut priuilegio ſunt conceſſæ. Leges huius regni retulimus ſupra Diſput. 681. §. *Lege 6.* & 7. vbi etiam adiecimus, leges illas, quamuis in noua collectione ſint inſertæ, nullibi eſſe in vſu, vt quæ illis ſancita ſunt, ſeruentur, ac proinde vim non habere in hoc regno, ſed de rebus inuētis eſſe id faciendum, quod, ſecluſis eis legibus, diſputationibus præcedentibus eſt explanatum, faciēdum eſſe circa inuenta, & circa alia bona incerta. Couar. loco citato, vt iniuſtas eas leges damnat, etiam ſi fiant diligentiæ omnes illis præſcriptæ, neque tutum eſſe in conſcientia illum, cui res inuentæ poſt factas eas omnes diligentias eſſent adiudicatæ, niſi eis ſtatuatur, vt comparente domino rei poſt eas diligentias factas, & poſt eam adiudicationem, ſua illi tradantur. Ego verò tutum illum in conſcientia redderem, neque tales leges damnarem, ſi

A omnia, quæ illis fieri præſcripta ſunt, ad unguem eſſent ſeruata.

Fertur, Caſtellæ regnū fratribus Mercenarijs ac Trinitarijs applicaſſe *lo moſtrenco* in redemptionem captiuorum, locumq; eſſe præuentioni, qui eorum fratrum priores illud petant ac accipiant. Fertur itē Philippum ſecundum idem illis confirmaſſe, Gregoriumque decimumtertium idem illis comprobaſſe, atque à nūcijs apoſtolicis eos obtinere paulinas, vt per cenſuras melius ea bona in tā ſanctum finē ac opus obtineantur. Dicendum eſt, ſi eiuſmodi fratres, per miniſtros, quos ad id in varijs oppidis habent deputatos, fideliter exequantur circa res inuentas præſcripta omnia legibus huius regni ad inquirendum verum illorum dominum, vt, ſi comparuerit, ea illi tradant, tunc eas res ipſis ad eum finem B deberi, quantum priuilegijs ſuis fuerit compertum eas ipſis ad eum finem eſſe applicatas, & non amplius. Quæ autem ſeruare debent, vt ex dictis Diſp. 681. citata liquet, hæc ſunt: Vt per quatuordecim menſes à puncto, in quo talis res fuerit reperta, *la tengan de manifieſto, y la hagan pregonar en publico cada mes vna vez en el dicho lugar por pregonero conocido del tal lugar, y que los tales pregones ſe hagan en dia de mercado.* Si verò prædicta omnia non ſeruant, eis non debentur: quoniam non alia ratione ſunt eis conceſſa, neque concedi potuerunt, niſi ſeruatis eis conditionibus. Nunquam autem audiuntur eiuſmodi præconia ab eiuſmodi miniſtris fieri. Atque ipſi viderint num cum iniuria dominorum, & cum onere C reſtituendi eis damna inde eis ſubſequuta, per miniſtros ſuos hæc vſurpent, non faciendo competentem diligentiam vt domini reperiantur, eiſque reſtituantur. 2

DISPVT. 751.

Quid ſit reſtituendum. Quòd ſi pereat, aut dum mittitur, nō perueniat ad eum, cui facienda eſt reſtitutio, cui pereat.

SVMMARIVM.

D 1 *Reſtitui debet eadem numero res, quæ debetur, ſi res determinata in ſingulari debeatur, reſtituique; poſſit, & is, cui debetur, contentus non ſit æquiualenti, alioquin culpa incurritur, & reſtituendum eſt damnum, ſi, quia non reſtituitur eadem res culpa debitoris, damnum aliquod ſequatur. Quando debetur res indeterminata in indiuiduo, æquiualenter reſtitui debet.*

2 *Reſtitutionis obligatio ceſſat, quando res debebatur determinata in indiuiduo, & perijt, aut ad creditorem non peruenit abſque culpa debitoris, & nec contractu nec iuris diſpoſitione tenebatur ad id detrimentum. Secus ſi nihil horum interuenit.*

E 3 *Si debebatur res determinata in indiuiduo, interueneritq; iniuſta illius detentio, quæ occaſio fuit, quòd res periret, aut non deueniret ad creditorem, reſtituenda illi eſt.*

4 *Si debeatur res indeterminata in indiuiduo, non prius cenſetur ei debito ſatisfactum, quam tradatur creditori, aut alteri, qui vices ad id à creditore habeat.*

DIſputatio hæc facilis expeditaque eſt, ex dictis Diſputat. 296. 561. & 563. ac alibi in præcedentibus. Quando id, quod debetur, eſt res determinata in ſingulari, tunc, ſiue ex delicto debeatur, ſiue ex contractu, ſiue quacunque alia ratione, tenetur debitor eandem numero reſtituere, ſeu ſoluere, ſi id fie- 1

ri poſſit, & is, cui debetur, contentus non ſit ſolu-
tione æquiualentis; aliter peccat reſtituendo ſo-
lùm æquiualens: poteritque peccatum ad culpam
peruenire lethalem, pro rei reſtituendæ qualitate, &
circunſtantijs concurrentibus. Dixi, ſi id fieri poſ-
ſit: quoniam, ſi fieri nequeat, vel quia res non exiſtit,
vel quia illam diſtraxit, nec poteſt illam recuperare,
vel quia ſine notabili iactura, in ſuis bonis externis,
aut in ſuo honore, aut fama, non poteſt illam recu-
perare aut reſtituere eandem numero, tunc ſatis eſt,
ſi æquiualens reſtituat. Si tamen ipſe in culpa fuit,
ne reſtitueret eandem rem, eaque de cauſa lucrum
ei ceſſauit, aut damnum emerſit, cui facienda erat re
ſtitutio, tunc reſtituere ei tenetur id etiam lucrum
ceſſans, aut damnum emergens. Addidi, & is, cui de
betur, contentus nõ ſit ſolutione æquiualentis: quo
niam, ſi contentus ſit, tunc volenti ac conſentienti
nulla fit iniuria. Quando verò id, quod debetur, non
eſt res determinata in indiuiduo, ſed aliquid in ſpe-
cie, putà tantum tritici, pecuniæ, vini, aut olei, tunc
indifferenter reſtitui poteſt hoc vel illud in ſingula
ri, modò eius ſit ſpeciei, cuius debetur, competen-
temque habeat bonitatem iuxta id, quod in obliga-
tione cõtinetur. Hæc perſpicua ſunt, & præter alios,
conſentiunt Caiet. in ſumma verb. reſt. c. 2. & Na-
uar. in Manu. c. 17. nu. 10. & 24.

Quod ad ſecundum verò eorum, quæ propoſita
ſunt, attinet, diſtinguendum eſt. Quoniam vel id,
quod reſtituendum eſt, eſt res certa ac determinata
in indiuiduo, vt ſi reſtituenda ſit res commodata, cõ
ducta, pignori data, depoſita, vt reddatur eadem ſin-
gularis, vel vendita determinata in ſingulari, aut le-
gata ſimiliter, vel res ipſa furto ablata, aut aliqua alia
ſimili ratione debita determinata in ſingulari: vel,
quod reſtituendum eſt, eſt res debita ſolùm in ſpe-
cie, non uerò determinata in indiuiduo, vt eſt mu-
tuum, res vendita, aut legata, in ſpecie, pretium rei
emptæ aut conductæ, & ſimilia alia, quæ ſunt debi-
ta, determinata quidem in ſpecie, ſed indetermina-
ta in indiuiduo. Quando id, quod debetur, eſt deter
minatum in indiuiduo, eſt rurſus diſtinguendum.
Quoniam, vel præceſſit iniuſta acceptio, aut reten-
tio, ex parte debitoris, aut eius, cuius nomine ac loco
fit reſtitutio, aut ex parte defuncti, cuius loco hæres
reſtituit: vel non præceſſit talis iniuſta acceptio aut
retentio. His ita conſtitutis, ſequentibus cõcluſio-
nibus eſt ſatisfaciendum ſecundæ parti diſputatio-
nis propoſitæ.

2 Prima concluſio.
Prima eſt. Si, quod eſt reſtituendum ac debetur,
eſt res determinata in indiuiduo, neque interuenit
iniuſta illius acceptio aut retentio, tunc, ſi pereat, de
teriorve ſit reddita, aut culpa internuncij non per-
ueniat ad creditorem, nulla interueniente culpa ex
parte debitoris, ex qua, iuxta tituli naturam, aut con
tractus, ex quo illud debebat, perit, deteriorve red-
ditur, creditori, & non debitori, eaque de cauſa de-
bitor deobligatus omnino manet à reſtitutione, ita
vt nihil loco illius, deteriorationisve, reſtituere te-
neatur. Si autem pereat, aut ad creditorem non per
ueniat, culpa debitoris, ex qua, iuxta tituli, aut con-
tractus, naturam ac diſpoſitionẽ iuris, vel ex pacto
peculiari ſuperaddito, teneatur, tunc perit debitori,
eaque de cauſa tenetur valorẽ illius reſtituere. Hæc
patet ex dictis diſputationibus citatis. Ratio autem
prioris partis eſt, quoniam res perit, deteriorve red-
ditur, domino, aut ei, qui ſolùm ad illam in ſingula
ri habebat ius, quando non interuenit culpa aliqua
eius, qui illam tenebat, quique ſoluere illam teneba-
tur; & quando aliud non fuit deductum in pactũ:
ſi enim deductum in pacto fuiſſet, vt debitori peri-
ret, etiam ex caſu fortuito, tũc pacto eſſet ſtandum,
modò pactum nihil contineret iniuſtum, aut contra
bonos mores, vt diſputationibus citatis dictum eſt.

A Poſterior verò concluſionis pars probatione non
indiget. Quoniam, ſi res debita culpa debitoris pe
riuit, qua, iuxta titulum, aut contractum, iuris ve di-
ſpoſitionem, tenebatur, ipſi perit: & idem eſt, ſi pa-
cto iuſto in ſe ſuſcepit quodcunque aliud illius peri
culum. Quia verò in his euentibus, eo ipſo, quòd res
perijt, ſolùm tenetur illam compenſare, nihilque
iam debet in ſingulari determinatum, ſed fas illi eſt
hac vel illa pecunia illam compenſare, vel re alia in-
determinata in indiuiduo, conſequens eſt, vt iam
tunc perinde iudicandum ſit de hoc debitore, ac de
illo, qui ſolum debet rem determinatam in ſpecie,
ſed indeterminatam in indiuiduo, de quo concluſio
ne tertia eſt ſermo.

Secunda concluſio. Si, quod reſtituendum eſt, 3 Secunda concluſ.
B ac debetur, res ſit determinata in indiuiduo, ſed in-
teruenit iniuſta illius acceptio, aut detentio, tunc, ſi
ea iniuſta acceptio, aut detentio, occaſio fuit, quòd
res periret, aut non perueniret ad creditorem, tunc
debitori perit, & non creditori, ac proinde credito-
ri eſt compenſanda. Hinc, ſi res furto ablata pereat
in poteſtate furis, aut alterius, in quem ex fure fuit
deriuata, quæ tamen peritura non fuiſſet ſimili mo-
do domino, ſi ex illo non fuiſſet furto ablata, conſtat
teneri furem eam illi reſtituere. Si item conductor,
commodatarius, qui pignus accepit, & alij ſimiles,
in mora iniuſta ſint reſtituendi res illis, ad quos ſpe
ctant, eaque occaſione pereant, cum perituræ ſimili
modo non fuiſſent in manu eorum, ad quos perti-
nent, tenentur eas reſtituere. Ratio autem eſt, quo
C niam ex iniuſta acceptione, aut retentione talium re
rum, ſubſequutum fuit id damnum illi, ad quem ea
res attinebat, vt locis citatis eſt dictum. Quòd ſi res
ſimili modo peritura erat in manu eius, ad quem at
tinebat, tunc non perit debitori, ſed illi, cui debeba-
tur, vt locis citatis, & Diſput. 725. concl. 7. eſt oſten-
ſum, quo in loco, & concluſ. 6. ibi antecedẽte legas,
quæ circa has duas concluſiones dici hoc loco pote
rant. Atque obſerua, poſtquam res fuerit ex eo cõ
penſanda, quòd occaſione iniuſtæ acceptionis, aut
detentionis, perierit, aut non peruenerit ad poteſta-
tem eius, ad quem attinebat, tunc quia id, quod loco
illius debetur, non eſt aliquid determinatum in indi
uiduo, perinde eſt iudicandum de tali debitore, at-
que de eo, qui debet aliquid in ſpecie, vt in fine con
D cluſionis præcedentis dicebamus.

Tertia concluſio. Quando id, quod debetur, non 4 Tertia concluſio.
eſt determinatum in indiuiduo, non prius cenſetur
ei debito ſatisfactum, quàm tradatur creditori, aut
alteri, qui vices à creditore habeat ad nomine credi
toris illud accipiendum. Quis autem à creditore e-
iuſmodi vices habere cenſeatur, diſputationibus ci-
tatis eſt dictum, præſertim Diſput. 563. lege etiam,
quæ Diſput. 569. ſunt dicta. Vnde, ſi debitum mit
tatur per aliquem, quem ad id debitor elegerit, ad
creditoremque non perueniat, quia nuncius cum ea
re aufugit, aut quia abſque vlla ſua culpa ſpoliatus
illa in itinere fuit, vel aliqua alia ratione, perit debi-
tori, & non creditori. Ratio autem eſt, quoniam
E debitor in eo euentu nõ habet obligationem ad hoc
ſingulare indiuiduum, quod mittebat, ſed ad ſoluẽ-
dum, tradendumve creditori, tantum, vel tantum,
talis ſpeciei, ſiue ſit hoc ſingulare, ſiue illud: eaque
de cauſa non extinguitur obligatio ex eo, quòd pe-
reat illud numero, quod mittebatur, vt ſæpius in
præcedentibus dictum comprobatumque eſt.

Reliqua quæ de hac re dici hoc loco po-
terant, Diſput. 296. 563. & aliàs ſæ-
pe ſunt dicta, quibus in locis iu
ra & doctores adiecimus,
qui in his conſen-
tiunt.

DI-

DISPVT. 752.

Vbi, & cuius expenſis, reſtitutio ſit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituendum, aut ſoluendum, præciſè quia fuit inuentum, caſuve deuenit ad manus alicuius, aut comperitur ad alium pertinere, præcedente bona fide, ibi eſt ſoluendum, vbi reperitur. Si autem ſit ad eum mittendum, ad quem attinet, expenſis illius eſt id faciendum.*

2 *Reſtituendum, aut ſoluendum, ſi ſit aliquid ex contractu, aut alio ſimili titulo, & locus fuit deſignatus, ibi facienda eſt ſolutio: alioquin in loco, vbi credebatur debitorem tempore ſolutionis habiturum domicilium. Et quid quando res debetur ex contractu merè lucratiuo.*

3 *Soluenda ſi ſit res in vno loco, & per debitorem ſtet, quòd ibi non ſoluatur, quæ actio aduerſus illum creditori competat: ſi verò ſtet per creditorē, quæ actio aduerſus eum debitori competat.*

4 *Soluere mutuarius, aut commodatarius, non tenentur mutuum, aut commodatum, ante tempus contractu præfixum, neque in alio loco, ex eo quòd mutuans, aut commodans, in alium migret locum.*

5 *Soluere ſi quis ex delicto tenetur aliquid, ſeruare omnino indemnem tenetur creditorem, ita vt ſuis expenſis illud creditori tradat, demendo, ſi quid creditor erat inſumpturus in ea re tranſportāda. Et quid ſi expenſæ, quas debitor in reſtituenda ea re eſſet facturus, nimiæ admodum eſſent futuræ.*

Circa rem hanc eſt diſtinguendum. Quoniam, quod eſt reſtituendum ac debetur, vel eſt res inuenta, aut quam debitor bona fide poſſidebat, deprehenditque alteri deberi; vel debetur ex contractu, aut ex quocunque alio titulo abſque delicto, vt debentur mutuum, pretium rei emptę, tributū, & ſimilia alia, vel debetur ex delicto, vt ex furto, rapina, damno dato, quia acceptum vſurariè, aut quauis alia ratione iniuſtè; vel quia iniuſtè eſt detentum, interueniente ſcilicet mora iniuſta illud reſtituendi.

1 His ita conſtitutis, prima concluſio hac de re eſt. *Prima cõcluſio.* Quando aliquid eſt reſtituendum, quia debetur, non ex contractu, neque ex alio ſimili titulo, neque ex delicto, neque præcedente mora iniuſta illud reſtituendi, ſeu ſoluendi, ſed quia vel fuit inuentum, caſuve deuenit ad manus alicuius; vel quia quacunque ratione comperitur ad alium pertinere, cum præceſſiſſet poſſeſſio illius bona fide, tunc reſtituendum eſt in loco, vbi illud eſt. Quòd ſi is, cui reſtitutio eſt facienda, abſens ſit, ſignificandum ei eſt, vt veniat ad illud accipiendum, aut ſignificet cui loco ipſius ſit tradendum, quidve ea de re ſit faciendum; vel ſeruari illi id debet quouſque veniat, occaſiove ſe offerat, vt illi tradatur, aut vt intelligatur ex illo, quid de ea re ſit faciendum; vel tradi iudicis autoritate debet in depoſitum, quouſque veniat, aut ſignificet, quid ea de re fieri velit, vel illius expenſis mitti ad eum debet, vt iudicabitur horum aliquid magis ei expedire, cui reſtitutio eſt facienda. Denique ſi qui ſumptus in horum aliquo ſint faciendi, creditor, cuius negotium ea in re agitur, tenetur illos ſoluere. Quando autem maiores ſumptus eſſent ad id neceſſarij, quam eſſet rei valor, neque ſpes eſſet, quòd, ſeruata re ſine ſumptibus in loco, in quo eſt, tandem ad dñi manus deueniret, aut dominus ſignificaret, quid de illa fieri vellet, tunc tradi poſſet, ac deberet, paupe-

A ribus, aut inſumi deberet in alijs operibus pijs pro anima illius, ad quem ſpectat, fierique circa illam poſſet compoſitio, vt Diſp. 748. concluſ. 3. vtrumque eſt dictum. Si tamen ſpes aliqua eſſet, ſed modica, dominum reſtiturum ad locum vbi reſtitutio ei fieri poſſet, aut ſignificaturum, quid ea de re fieri vellet, neque talis eſſet perſona, de qua veriſimiliter crederetur, contentam fore, vt id traderetur in eleemoſynam pauperibus, aut inſumeretur in alijs operibus pijs pro ipſius anima, tunc ſanum eſſet conſilium, ſi traderetur congregationi alicui, quæ operibus pijs intendat, vt in Luſitania domui alicui miſericordię, cum onere, vt ſi dominus adueniret, illi traderetur valor ille, ſi contentus nō eſſet, inſumptum eſſe in ijs operibus pijs pro ipſius anima, vt fieri aliquādo conſului dum in Luſitania commorabar. In

B hac tota doctrina cōſentiunt. D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. & doctores communiter, de quorum numero ſunt infrà citandi. Circa euentus huius concluſionis obſerua. Si poſtquam poſſidens, aut tenens aliquam huiuſmodi rem, ſciuit cui eſſet reſtituenda, eā ſecum detulit in alium locum, aut attēdens, aut attendere debens, ea via fieri domino præiudicium, qui ſumptibus ad rem ſuam recuperandam indigeret; tunc quia per eam delationem cauſa eſſet iniuſta eius damni, reſtituere eam teneretur ſuis proprijs ſumptibus, & non ſumptibus eius, cui debetur; præciſè tamen quoad id, quod ea aſportatione dedit dāni. Quòd ſi bona fide, ignorantiaque probabili, ab ea culpa excuſaretur, vel à culpa excuſaretur, quòd

C eo modo vtiliter ageret negotium illius, ad quem ea res attinebat; eo quòd tutū non eſſet relinquere eam rem in loco illo: neceſſeque erat illam tenenti inde migrare, aut alia ſimili ratione, tunc reſtituenda non eſſet ſumptibus debitoris, ſed ſumptibus eius, cui deberetur.

Secunda concluſio. Quando aliquis ex contractu, aut ex alio ſimili titulo, tenetur reſtituere, ſeu ſoluere aliquid, neque iniuſta mora interuenit illud ſoluēdi, ſi locus aliquis deſignatus erat contractu, vbi ſolutio fieret, ibi ſolutio eſt facienda. Si verò non erat locus ſolutioni deſignatus, facienda eſt, vbi, quando celebratus fuit contractus, intelligebatur, debitorem tempore ſolutionis habiturum domicilium. Quare, ſi creditor ante tempus ſolutionis alio migret, mitte- 2 *Secunda concluſ.*

D re debet ad locum domicilii debitoris, qui ibi ſolutionem accipiat: ſi quæ autem faciendæ ſint expenſæ, vt ſolutio ad creditorem tranſmittatur, creditor tenetur eas facere. Si verò debitor mutet domicilium, expenſis ipſius tranſmitti ſolutio ad creditorē debet; præciſè ſolùm quatenus ſuo diſceſſu cauſa fuit earum expenſarum. Ratio autem horum omnium eſt, quoniam tacitè, aut expreſsè, ita cenſentur homines intelligere, ac obligare ad ſolutionem, dū contractus celebrant. Niſi tamen contractus eſſet promiſſio merè gratuita: nam tunc, cum promiſſio nō plus obliget, quā fuerit animus actualis, aut quaſi habitualis promittentis, vtique ſi promittens, quādo promiſit, in ea erat diſpoſitione, quòd ſi ei tunc

E proponeretur, num intenderet ſe ita obligare, vt in euentu in alium diſcederet locum, teneretur ſuis expenſis mittere ſolutionem, reſponderet neganter, non teneretur mittere ſolutionem ſuis expenſis.

Lege 1. ff. de eo quod certo loco, & l. vnica. C. eod. titu. habetur, quando aliquis ſoluere tenebatur certo loco, in eoque non ſoluit, agi poſſe aduerſus eum in alio, vbi commorabitur: ſimulque poſſe ab eo peti quantum creditori plus intererat, ei ſolui in illo alio loco, tam ratione lucri ceſſantis, quam damni emergentis. Item l. 2. ff. eod. titu. habetur, quando aliquid erat ſoluendum in certo loco, & per debitorem ſtetit, quominus ibi ſolueret, competere creditori aduerſus illum actionem proximè explicatam: 3

quando verò ſtetit per creditorem, quominus ibi A
eam reciperet, competere debitori actionem aduer
ſus illum, vt tantum detrahatur de debito, quantum
debitori intererat in eo loco eſſe factam.
Ioan. Med. de reſt. quæſt. 2. §. ſimilis dubitatio, aſ
4 ſerere videtur, quando aliquis mutuo dedit in vno
loco, & præter ſpem in alium migrat, teneri mutua-
tarium ſeruare illum indemnem, tam à lucro ceſſan
te, quam à damno emergente, eaque de cauſa affir-
mare videtur, teneri proprijs expenſis mittere ad il
lum debitum, detrahendo ſolùm, ſi quas fortè ex-
penſas facturus fuiſſet creditor in aſportando eo de
bito, ſi ſolutum ei fuiſſet tempore diſceſſus. Idem
affirmat de commodatario comparatione commo-
dantis. Similẽ autem opinionem Maioris impugna
uimus ſupra Diſp. 514. Quare dicendum eſt, de iu- B
ſtitiæ rigore, mutuatarium non teneri ſoluere mu-
tuum ante terminum ſolutioni præfixum, neque te-
neri ſoluere mutuãti lucrum ea de cauſa illi ceſſans,
aut damnum emergens, quod in pactum non dedu-
xit, vt ipſi ſolueretur, ac proinde nec teneri illi ſolue
re expenſas, quas fecerit in recuperanda ſua pecu-
nia ac tranſportanda in locum, in quem migrat. For
te enim mutuatarius non acciperet id mutuum cum
eo onere: mutuanſque ſibi debet imputare, quòd id
non præcauerit, nec deduxerit in pactum. Lege alia,
quæ diſputatione citata dicta ſunt.
5 Tertia concluſio. Quando aliquis ex delicto ſol-
Tertia concluſio. uere, reſtituereve aliquid tenetur, quia rem iniuſtè
accepit, deſtruxit, aut detinuit, tenetur reſtituere il-
lam in loco, vbi illam accepit, aut deſtruxit, vel in C
quo ante iniuſtam detentionem tenebatur illam ſol
uere. Quòd ſi ipſe ex eo loco diſcedat, vel eam trãſ-
ferat in alium locum, tenetur ſuis expenſis reſtitue-
re illam in illo alio loco. Atque hoc eſt, quod defini-
tur. cap. epiſcopi, & c. non inferenda. 3. quæſt. 1. Si
autem creditor ex eo loco diſcedat, tenetur debitor
eam reſtituere ſuis expẽſis in loco, in quo fuerit cre-
ditor. Ita tamen, quòd ſi creditor aliquid erat in-
ſumpturus in transferenda ea re in illum alium lo-
cum, aut in transferendo pretio illius, (ſi illam ven-
diturus erat in loco, in quo eam habebat) id detra-
hat debitor, vt expenſis fiat creditoris. Ratio au-
tem huius eſt, quoniam ſolùm tenetur ſeruare credi
torem indemnem, ita vt nullum lucrum illi ceſſet,
aut damnum emergat, ex debitoris delicto: quod D
præſtat etiam id detrahendo. In his conſentiunt.
Caiet. 2. 2. quæſt. 62. artic. 5. & in ſumma verb. reſt.
cap. 5. Sotus 4. de iuſt. quæſt. 7. articu. 1. ad tertium.
Ioan. Med. quæſtio. 2. citata. Couar. reg. peccatum
par. 1. num. 7. Nauar. in Manu. cap. 17. num. 42. &
alij. Horum verò omnium ratio eſt, quoniam, qui
ex parte iniuſtæ acceptionis reſtituere tenetur, ſer-
uare debet omnino indemnem illum, cui ex eo capi-
te reſtituere tenetur, ita vt nullum omnino detrimẽ-
tum illi ex tali delicto maneat. Aliqui non imme-
ritò addunt, quando longè maiores expenſæ eſſent
faciendæ in reſtituenda ea re, quã eſſet valor illius,
non teneri debitorem cum tãto ſuo onere eam rem
illi, cui debetur, ſoluere, ſed poſſe ſpectare tempus, E
in quo ſine tanto ſuo onere eam illi reſtituat: aut, ſi
nunquam ſperaret poſſe reſtituere ſine tanto ſuo o-
nere, reſtituere eam deberet pauperibus, aut inſu-
mendo illam in alijs operibus pijs pro anima illius,
ad quem ſpectat: quoniam dominus irrationabili-
ter vellet, vt cum tanto onere ac ſumptu illam ipſi-
met reſtitueret, vt tractatu ſequenti dicemus, dum
examinabimus, ad quam reſtitutionem teneatur a-
dultera ob dãna ſequuta ex filio nato ex adulterio.
Quæ in hac diſputatione ſunt dicta, adiunge ijs, quę
de ſolutionibus ſupra in materia de contractibus di
cta ſunt.

DISPVT. 753.

Quando reſtitutio ſit facienda. Et num continuè peccet, qui non reſtituit: & quando peccata non reſtituendo nume ro multiplicentur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio debiti ex contractu, aut ex alio ſimili titu- lo, quando facienda. Ex dilatione verò ſolutionis quando debitor condemnandus non ſit culpæ letha- lis.*
2 *Reſtituendi obligatio quando oritur ex iniuſta acce ptione, iniuſtave retentione, fieri reſtitutio ſtatim de bet ſub reatu culpæ lethalis, continuationisve eiuſ- dem peccati iniuſtæ acceptionis. Et quid ſufficiat, vt ceſſet continuatio eius peccati.*
3 *Reſtitutio dum longo tempore non fit, quando inter- ueniat vnum numero peccatum, & quando ob in- terruptionem interueniant multa numero. Et, quod ad confeſſionum praxim attinet, qualiter examinan dus ea de re ſit pœnitens.*
4 *Reſtitutio ſi fiat poſt tempus aliquod eã omiſſam, re- ſtitui etiam debet lucrum ceſſans ac damnum emer gẽs ex ea iniuſta dilatione reſtitutionis. Pro iniuria verò toto eo tempore ea dilatione facta, ſumpta præ cisè à damno dato, reſtitutio non debetur.*

Reſtitutio latè ſumpta, hoc eſt, quæ ortum non habet ex iniuſta acceptione, neque ex parte rei acceptæ, ſed ex cõtractu, aut ex alio ſimili titulo, facienda eſt tempo- 1
re, quo debitor, iuxta eum contractum, aut titulum, tenetur, prout contractu ipſo, aut titulo, fuerit ex- preſſum, aut habuerit loci conſuetudo. Quæ autem hoc loco addi ex iuris diſpoſitione poterant, etiam quando pœna appoſita fuit non ſoluenti intra cer- tum terminum, copioſè dicta ſunt in materia de cõ tractibus, præſertim Diſput. 284. & 564. Illud ad- monuerim, quando debitor eſt iam in mora culpa- bili ſoluendi, quod prædicto modo debet, ſi animũ ſoluendi habeat, certoque ſit futura ſolutio, neque ex dilatione ſolutionis detrimentum vllum ſequa- tur creditori, non facilè debitorem eſſe condemnan dum culpæ lethalis ob eam iniuſtam moram; præ- ſertim ſi non eſſet admodum magna, quam credi- tor grauatè admodum ferret. Ratio autem eſt, quo- niam nuda dilatio ſolutionis, quando creditori ne- que lucrum inde ceſſat, neque damnum emergit, eſt que certa ſolutio, non eſt tanta iniuria, vt propter eam debitor lethalis culpæ ſit facilè damnandus, eſto creditor ſæpius ſuum exegiſſet debitum, præ- ſertim ſi tunc debitor ægrè difficileque ſoluere poſ ſit. Hoc admonui, quoniam licèt confeſſarij, dum in confeſſionibus inueniunt eiuſmodi debita nõ ſo luta, vrgere pœnitentes debeant, vt ſoluant; non ta- men facilè condemnare eos debent culpæ lethalis, aut eis denegare obligationem debent, quando cre ditores preſſi non ſunt neceſſitate ſui debiti, nul- lumque illis lucrum ceſſat, aut damnum emergit, ex dilatione ſolutionis.

Quando obligatio reſtituẽdi oritur ex iniuſta rei 2
acceptione, aut ex iniuſta illius detentione, conclu- ſio D. Tho. 2. 2. quæſtio. 62. art. 8. & communis do- ctorum eſt, Reſtitutionem eſſe faciendam ſtatim, id que ſub reatu lethalis culpæ, niſi iuſta aliqua cauſa ex ijs, quæ à diſputatione ſequenti explicabuntur, excuſet ab obligatione ſtatim reſtituendi: aut niſi le uitas materiæ, vel modica iniuria, quæ in eo inter- uenit,

uenit, quòd reſtitutio ad breue tempus differatur, quando & adeſt firmus animus tranſacto eo tempore reſtituendi, & inde notabile aliquod detrimentũ creditori non ſequitur, à culpa lethali excuſet. Ratio huius concluſionis eſt, quoniam, vt Diſput. 716. explanatum oſtenſumque fuit, in detentione & dilatione ſolutionis eius, quod debetur, iniuria fit proximo eiuſdem rationis ac ſpeciei cum ea, qua aliquid illius iniuſtè accipitur, quatenus per eam detentionẽ priuatur vſu ac poſſeſſione rei ad ipſum attinentis: quo fit, vt ſicut prima iniuſta acceptio ex ſuo genere eſt peccatum lethale: ita detentio ac dilatio ſolutionis eius, quod debetur, culpa ex ſuo genere fit lethalis, niſi ex aliqua rationabili cauſa excuſetur à culpa, vel niſi ex leuitate materiæ, aut ex modica iniuria, eo quòd ad breue tempus, & ſine iactura alicuius momenti creditoris, differatur ſolutio, venialis reddatur.

Idcirco autem eſt ſtatim reſtitutio facienda, quoniam, vt Diſpu. 716. citata in reſponſione ad primũ, atque in reſponſione ad confirmationem illi ſubiunctam, explicauimus, quamuis, reſtituendi præceptũ ſit affirmatiuum, ſupponit tamen, adiũctumque habet, negatiuum non detinendi alienum inuito eo, ad quem id pertinet, atque ex illo deriuatur, tanquã medium neceſſarium, ſine quo negotiũ impleri non poteſt: neque ſunt diſtincta præcepta, quaſi ſint obligationes duæ, aut quaſi ſint obligationes ſub diſtinctis culpis, aut ſub diſtinctis partibus culpæ; ſed eadem omnino culpa eſt omiſſio reſtitutionis contra præceptum affirmatiuum reſtituendi, & retentio alieni, alterive debiti, contra præceptum negatiuum, non detinebis alteri debitum, quod pars eſt ſeptimi præcepti negatiui decalogi, non furtũ facies, vt hæc omnia loco citato copioſè ſunt oſtenſa. Quia ergo præceptum illud negatiuum, non detinebis iniuſtè alienum, obligat ad ſemper ſub reatu nouæ culpæ, aut ſub reatu continuationis ac augmenti extenſionis culpæ iam inchoatæ, id quod commune eſt cæteris negatiuis præceptis: quanto enim tempore quis perſeuerat in continuatione fornicationis cõtra præceptum negatiuum non fornicaberis, à fornicatione non deſiſtendo, tanto tempore continuat & extẽdit culpam fornicationis, addendo nouas partes extenſionis eius culpæ ac peccati correſpondentes partibus temporis, in quo fornicatio continuatur, eodemque modo res habet in cæteris tranſgreſſionibus pręceptorum negatiuorum, inde efficitur, quòd interim dum obligatio eſt reſtituendi, & reſtitutio omittitur, neque adeſt aliquid, quod à culpa excuſet, continuetur & extendatur additione nouæ culpæ, aut nouæ partis culpæ, peccatum omiſſionis reſtitutionis contra illud præceptum affirmatiuum, quod modo explicato à negatiuo deriuatur, coniunctamque habet tranſgreſſionem præcepti illius negatiui, non detinebis iniuſtè alteri debitum. Atque in hoc differt præceptum hoc affirmatiuum reſtituendi à præcepto pœnitendi, audiendi ſacrum, & ab alijs affirmatiuis, quæ non habent adiuncta præcepta negatiua, à quibus deriuentur, quęque præſupponant, atque ad quorum obſeruationem ſint media omnino neceſſaria: eaque de cauſa non obligant ad ſemper, atque ad ſtatim, vt obligat præceptum reſtituendi affirmatiuum.

Vt tamen probè notant doctores, quos in progreſſu citauimus, quamuis ad egrediendum, aut etiã ad ceſſandum à peccato (quando non excuſabat à continuatione illius inaduertentia, impoſſibilitas reſtituendi, aut alia legitima cauſa) neceſſaria ſtatim mathematicè ſit reſtitutio quoad actum internum, hoc eſt, quo ad conceptionem propoſiti reſtituendi, quoad actum tamen externum, neceſſarium nõ eſſe, vt fiat ſtatim mathematicè, ſed ſolum mortaliter.

A Si enim debitor in menſa, in lecto, dum ſacrum audit, aut dum creditor eſt abſens & expectatur, reſtituere cum effectu ſtatuat, ſanè, vt à continuatione peccati non reſtituendi ceſſet, quin vt ab illo illucuſque commiſſo per contritionem reſurgat, in gratiaque reponatur, neceſſe non habet, ſurgere, ſtatimque reſtitutionem exequutioni mandare, ſed ſatis eſt, ſi congruo tempore, expectataque commoda opportunitate, illam exequutioni mandet. Quin illud addiderim, dum quis non attendit, ſe retinere alienum, ſatis eſſe, vt à peccato præterito talis iniuſtè retentionis egrediatur, ſi in genere doleat de ſuis omnibus peccatis, in genereque ſtatuat, ſe deinceps nullum lethale peccatum cõmiſſurum: in tali enim propoſito continetur in confuſo, & tanquam pars B ſubiecta in ſuo genere, propoſitũ reſtituendi, quando diſcutiendo poſtea ſuam conſcientiam, recordatus fuerit, ſe retinere alienum.

Dubium eſt, num, qui iniuſtè accepit alienum, illudque longo tempore nõ reſtituit, committat multa lethalia peccata, quæ neceſſariò confiteri debeat. 3
Atque in partem affirmantem eſt hoc argumentũ. Quòd, cũ non ſolum peccauerit commiſſionis peccato accipiendo alienum, ſed etiam toto tempore, quo non reſtituit, peccauerit omiſſionis peccato cõtra præceptum affirmatiuum reſtituendi, quod, vt dictum eſt, ad ſemper obligat, conſequens eſt, vt in quolibet inſtãti illius temporis peccarit, atque adeo vt commiſerit, non ſolum multa, ſed etiam infinita peccata. Caietan. 1. Tom. opuſcul. tract. 17. qui eſt C de contritione, & ſecunda ſecundæ, quæſtio. 66. art. 3. ad 2. quem nonnulli ſequuntur, in ea eſt ſententia, vt dicat. Toto eo tempore, quò, qui ad id tenetur, non reſtituit, ex eo, quòd reſtituere omittat, nõ peccare, ſed ſolum eſſe in ſtatu peccati pręteriti, quo iniuſtè alienum accepit. Ait tamen, toties de nouo peccare lethaliter, quoties elicit nouum actum vel internum non reſtituendi, vtendi re aliena in præiudicium eius, ad quem ſpectat, illã alienandi, aut conſumendi, vel externum, quo illa vtitur, eam alienat aut conſumit. Quia tamen ad numericam diſtinctionem peccatorum neceſſaria eſt diſcontinuatio illorum moralis: conſequens, inquit, eſt, vt quoties, vel continuando actus internos per externum, vel externos per internum, actus multiplicantur, illi omnes ſint vnum numero peccatum contra pręceptum D reſtituendi: non ſecus ac, qui accipit pallium & enſem, vt aliquem iniuſtè interficiat, idque ad quærendum illum, eumque interficit, non committit multa numero peccata contra quintum decalogi præceptum, ſed vnum numero conflatum ex illis omnib. partibus, modo tamẽ hi omnes actus moraliter continuè fiant ac ſine interruptione.

Hæc verò & alijs opinionibus prætermiſſis. Imprimis aduerſus Caietan. dico. Nudam omiſſionem reſtituendi tempore, quo quis reſtituere tenetur, eſſe peccatum, modo voluntaria ſit, vel quia aduertit, ſe reſtituere teneri ac poſſe, nec reſtituit, negatiuè ſe habendo, hoc eſt, neque eliciendo a- E ctum voluntatis, quo velit, neque actum, quo nolit, vel, quia debuit ac potuit aduertere ſe teneri reſtituere, ſuaque negligentia non aduertit nec reſtituit. Cum enim eiuſmodi omiſſio ſit contra reſtituendi præceptum, quod ad ſemper obligat interim dum reſtitutio non eſt facta, ſitque voluntaria, quatenus in poteſtate voluntatis fuit reſtituere: conſequens profectò eſt, ut eſto non ſit volita, habeat tamen requiſita omnia, vt ſit peccatum; atque adeò conſequens eſt, vt incurratur peccatum contra præceptum reſtituendi, non ſolum quando elicitur actus internus, quo volita eſt omiſſio reſtituendi, & quando elicitur actus internus aut externus, quo quis alienat aut conſumit rem ad al-

ad alterum attinêtem, vel illa vtitur cum iniuria ſeu præiudicio eius, ad quem pertinet, ſed etiam quando voluntariè omittit reſtitutionem illius abſque actu aliquo interno & externo. Dicẽdum itaque eſt, iniuſtum rei alienæ detẽtorem toto tempore re ipſa peccare, ſuumque peccatum extenſiuè augere, quo voluntariè reſtitutionem omittit, ſiue ſimul eliciat actum aliquem ex commemoratis, ſiue non. Cæterũ quia omiſſio ipſa voluntaria, & actus omnes cõmemorati, eiuſdem ſunt ſpeciei in genere moris, tam inter ſe, quàm cum prima iniuſta acceptione, aut deſtructione rei, vt Diſputat. 716. oſtenſum eſt, & ad diſtinctionem numericam peccatorum neceſſaria eſt diſcontinuatio moralis peccati; conſequens profectò eſt, vt quamdiu peccatum continuatur per voluntariam omiſſionem reſtitutionis, eſto actus interni aut externi multiplicentur, non ſint multa peccata, ſed vnum numero, ex illis omnibus & ex voluntaria ipſa omiſſione conflatum, atque adeò conſequẽs eſt, vt prima iniuſta deſtructio aut acceptio rei, & continuatio retentionis eius, quod ea de cauſa debetur, interim dum talis continuatio detentionis volũtaria perſeuerat, quia accipiens reſtituere optime potuit, nec reſtituit, non ſint multa peccata, ſed vnum numero peccatum. Vnde conſtat, omnes actus elicitos, tam internos quàm externos, interim dũ omiſſio reſtitutionis eſt voluntaria, non eſſe multa numero peccata, ſed vnum numero peccatum, conflatum tanquam ex partibus integrantibus ex illis omnibus actibus, & ex omiſsione ipſa reſtituendi volũtaria. Quia verò omiſsio reſtitutionis ſæpe deſinit eſſe peccatum, vt ſi pro tunc deſinit eſſe voluntaria, vel quia is, qui reſtituere tenetur, factus eſt impotens ad tunc reſtituendum, vel quia in ipſius poteſtate tunc non eſt attendere, ſe reſtituere teneri, vt dũ dormit, & quam ſæpiſsime dum rebus aliis eſt intentus: neque enim in poteſtate ipſius ſitum tunc eſt, ad id attendere; conſequens ſane eſt, vt ſæpe diſcõtinuetur peccatum, & vt, per eiuſmodi moralem diſcõtinuationem, multiplicentur peccata numero diſtincta. Quod autem ad praxim attinet cõfeſsionis eiuſmodi peccatorum, ſatis profectò erit, ſi confeſſarius examinet pœnitentem, quanto tempore, plus minus, fuit in mora reſtituendi, & num ſemper, aut ſæpe, eo tempore reſtituere potuerit: atque, ſi placuerit, poterit etiam inquirere, quot vicibus diſtraxit, aut conſumpſit, res iniuſtè acceptas, aut illis vſus eſt in dãnum earum: attenta verò qualitate perſonæ, facilè (quantum rei natura patitur, veriſimileque eſt, Deũ voluiſſe obligare, vt hæc in confeſsionibus exprimerentur) intelliget quantitatem culpæ, peccatorumque numerum. Neque in his ſit nimius, aut mathematicè velit hæc inquirere, moleſtiam ſibi ac pœnitentibus ingerendo, tempuſque abſque fructu inſumendo: ſatis quippe erit, ſi, adhibitis breuibus quibuſdam interrogationibus, non multum premende, neque moleſtiam pœnitentibus ingerendo, aliqualiter per ſe ipſum conijciat numerum eum incertum peccatorum, quantum natura rei patitur. In opinione hac pluralitatis numericæ peccatorum, quæ tempore, quo non reſtituitur, incurruntur, conſentit nobiſcum Maior in 4. diſt. 15. q. 26. in reſponſione ad. 1. ab eaque non multum diſcrepat. Nauar. in Manu. c. 17. n. 54. Plus verò aliquantulum diſcrepat Sotus. 4. de iuſt. q. 7. art. 4.

6 Illud verò eſt obſeruãdum, quamuis ex eo, quod omittatur aut differatur reſtitutio, nullum damnum proximo ſequatur, quando tamen eo inuito omittitur; peccata, quæ interim, dum reſtitutio non fit, committuntur, eſſe peccata contra iuſtitiam, illique iniuriam inferre. Quia tamen pro iniuria, præciſa à damno dato, reſtitutio non debetur, ſed tantum pœna, ſatis eſt, eum, qui poſt longum tempus reſti- A tuit, reſtituere id, quod accepit, & ſi quod aliud damnum inde ſequutum eſt proximo, etiam lucri ceſſantis: pro iniuria verò omiſsionis reſtitutionis tam longo tempore, nihil reſtituere tenetur, neque vſus Eccleſiæ vnquam habuit, vt pro ea iniuria ac iniuſtitia reſtitutio iniungeretur. Id quod non parum confirmat doctrinam Diſpu. 715. à nobis traditam, nempe pro iniuria præciſa à damno dato, reſtitutionem nõ deberi.

DISPVT. 754.

De cauſis excuſantibus à reſtitutione ſtatim facienda. Et præſertim B de impotentia.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis dilatio culpabilis nõ eſt, ſi de volũtate creditoris, præſumpta ſaltem abſque vllo dubio, fiat. In dubio, autem, vel ſtatim eſt facienda, vel obtinenda eſt a creditore facultas. Ignorantia etiã inuincibilis, quòd obligatio ſit reſtituendi, à culpa excuſat.*

2 *Reſtitutio quouſque licitè differri poſſit, aut nõ poſſit, propter impotentiam, nomine impotentiæ detrimentum graue comprehendendo in rebus externis, aut in rebus altioris ordinis, vt famæ, & honoris, aut corporis, latè examinatur.*

C 3 *Reſtitutio etiam ſi licitè differatur ob graue detrimẽtum, tenetur debitor reſtituere creditori, ſi quod lucrum ei ceſſauit, aut damnum emerſit, ex tali reſtitutionis dilatione.*

Nunc dicendum eſt de cauſis, quæ à reſtitutione ſtatim facienda excuſant. Atque in primis, ſi creditor conſentiat, vt reſtitutio differatur, cum volenti ac conſentienti iniuria non fiat, poteſt reſtitutio abſq; peccato differri interim dum ea fuerit creditoris voluntas formalis, aut præſumpta abſque vllo dubio. In dubio quippe, an ea ſit creditoris voluntas, vel faciẽda eſt ſtatim reſtitutio, vel obtinenda ex creditore eſt libera facultas eam differendi. Item, ſi ignorãtia D inuincibili reſtitutio omiſſa eſſet tempore aliquo, ea ignorantia à culpa excuſaret, quòd reſtitutio illa illuc uſque facta non fuiſſet. 1

Deinde impotentia ad ſtatim reſtituendum, à culpa excuſat omiſsionis reſtituendi interim dũ ea impotentia perſeuerat. Et quidem, quãdo debitor omnino non poteſt, quia non habet vnde reſtituat, neque quid faciat, vt reſtituere poſsit, dubitandum nõ eſt, eiuſmodi impotentiam excuſare illum à culpa: eo quòd nullus ad impoſsibile obligetur; & peccatum, autore Auguſtino, præſcribenteque id communi omnium animi conceptione, vt in Concordia ſæpe diximus, adeò ad ſui rationem exigat, vt ſit volũtarium, vt, ſi voluntarium non ſit, continuò nec ſit E peccatum. Quando verò debitor reſtituere non poteſt ſine notabili ſuo detrimento, examinãdum eſt, vtrum ea impotentia excuſet ab obligatione reſtituẽdi ſtatim. Quòd autem id appellari impotentia poſſit, teſtatur Ariſt. qui. 1. de cælo cap. 11. docet, poſse aliquid dici duobus modis impoſsibile. Vno, quia nullo modo fieri poteſt. Altero verò, quia ægre ac difficilè poteſt fieri. Conſentit etiam ſcriptura ſacra, quæ ſæpe, quod difficilè fieri poteſt, impoſsibile appellat. 2

In primis autem, quando aliquis, ſi ſtatim reſtituat, incurrat detrimentum vitæ, membri, aut notabile valetudinis, quia interficietur, vulnerabitur, fame peribit, aut grauiter infirmabitur dubitandũ

non

non eſt, eiuſmodi impotentiam à culpa excuſare nõ reſtituendi ſtatim. Creditor quippe in eo euentu irrationabiliter eſſet inuitus, ſubuenireque eidem debitori teneretur, tribuendo illi etiam alia, ſi ad euadendam eam neceſſitatem ita eſſet opus, ne dũ permittendo, vt reſtitutio differretur, vt in hac. 2.2. dũ de ordine caritatis. qõ. 26. art. 8. nobis erat ſermo, & in materia de eleemoſyna à nobis eſt dictũ: quibus in locis diſſeruimus de multis tempore extremæ neceſsitatis, quæ doctores aliqui hoc loco, extra ſuam propriam ſedem, diſputant.

Quando vero ſolum ſequitur notabile detrimentum in bonis externis eius, qui reſtituere tenetur, diſtinguunt bene Caiet. 2.2. q. 62. artic. 8. & in ſumma verb. reſt. cap. 6. Sotus. 4. de iuſt. q. 7. art. 4. & alij. Si detrimentum in eo ſolo ſit poſitum, quòd res reſtituenda ſit magna, eique opportuna, qui reſtitutionẽ eſt facturus, tunc nihil eo detrimento impediente, teneri reſtituere integre ſtatim: eo quòd, reſtituẽdo ita integrè ſtatim, nullum patiatur detrimentum in rebus ſuis, ſed ſolum abſtineat ab iniuſta rei detentione. Si autem quis ex eo deobligandus eſſet à reſtitutione integre facienda ſtatim, quòd res reſtituenda magnæ eſſet quantitatis ac valoris, tunc melioris conditionis eſſet, qui multum furaretur, aut multũ iniuſtè quacunque ratione detineret, quam qui parum furaretur, parumve iniuſtè detineret; ſicque ex maiori ſuo delicto commodũ reportaret: quod nulla ratione eſt concedendum. Ac ſanè, quando reſtituendi obligatio ex eo oriretur, quòd is, qui reſtituere tenetur, poſsideret aliena, quæ furto, vſuris, aut ſimili alio delicto acquiſiuiſſet, non dubito teneri ſtatim reſtituere totum, nihil impediente, quòd ipſi id eſſet neceſſarium ad conſeruandum ſuum ſtatum, creditori verò non item, nihilque impediente, quòd neceſſarium ipſi eſſet mendicare, vt rectè probat Ioan. Med. de reſt. qõ. 5. quem ſequuntur Sotus art. 4. citato, & alij, neque enim fas eſt retinere alienum, malè partum, inuito eo, ad quem id pertinet, vt quis conſeruet ſuum ſtatum. Exciperem, ſi bona, quæ ita cum delicto acquiſiuiſſet, iam omnino, aut magna ex parte, diſsipaſset, haberetque patrimonialia alia bona, vnde viueret. Si enim tunc ſpes eſſet probabilis, futurum, vt reſtituendo paulatim ac per partes, reſarciret intra non admodum longum tempus integrum debitum, & damna, etiam lucri ceſſantis, creditori ex dilatione ſolutionis ſubſequuta, tolerari poſſet, vt paulatim eo modo reſtitueret, iuxta ea quę dicemus: alioquin cogendus eſſet integre reſtituere id debitum ſtatim.

Quando autem aliquis damnum magnum iniuſte dediſſet, quod ob ſui magnitudinem, reſtituere integre non poſſet ſtatim, niſi ad ſummam redigeretur paupertatem, ſui ſtatus cõditione ſpectata, adeò, vt neque parcisimè ſe poſſet ſuſtentare, ſi integre, aut magna ex parte, ſtatim reſtitueret, ſed neceſſe illi eſſet, decidere omnino ab ſtatu: vel quando, reflante fortuna, tot haberet debita, & adeò pauca ad illa reſtituenda, vt, ſi integre, aut magna ex parte, cogeretur ea reſtituere ſtatim, neque ægre & parcisimè in eo ſtatu ſe poſſet ſuſtentare, ſed neceſſe illi eſſet ab eo omnino decidere, volunt aliqui, etiam hunc teneri ſtatim reſtituere integre, eſto neceſſe illi ſit mẽdicare deinceps, atq; eſto creditor ſine ea reſtitutione poſſet decẽter in ſuo ſtatu viuere. De horum numero videtur eſſe Ioan. Med. q. 5. citata. Quo fit, vt hi authores, ex parte indigentiæ debitoris, ſolam extremam, aut quaſi extremã, arbitrentur ſufficientem cauſam reſtitutionem differendi. Conſentire autem videtur Sotus art. 4. citato, quando reſtituendi obligatio conſurgit ex delicto, & quando, eſto ex delicto non conſurgat, ſua tamen culpa debitor ad eum ſtatum deuenit. Certè, quando debitor ſua cul-

A pa eam obligationem ſuper ſe induxiſſet, in eaſque anguſtias ſe redegiſſet, difficilè ab hac ſententia recederem, (tametſi videã multos ex recentioribus nõ tanta cum ſeueritate hac de re loqui) ſolumque exciperem, quando debitor ex alijs bonis ſuis proprijs reſtituere deberet, atque ſpes eſſet probabilis, ſi paulatim reſtitueret per partes, tandem intra moderatũ tempus omnia reſtituturum, etiam lucrum creditori ex ea reſtitutionis dilatione ceſſans. Ducor, vt, hoc ſolo euentu excepto, in illam ſententiam inclinem, quoniam non facilè cõtra creditoris voluntatem eſt permittendum, debitorem reſtitutionem differre, eſto neceſſe ſit eum à ſuo ſtatu cadere, præſertim quãdo ipſe fuit in culpa, quod per iniuſtitiam ad eas deueniret anguſtias.

B Quando verò abſque ſua culpa, reflante fortuna, ad eum ſtatum deueniſſet, eſt dubium, num ſententia, quam Sylueſt. verb. reſt. 5. q. 3. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 62. & alij, ad alios etiam extendunt, & Sotus art. 4. citato admittere ſolũ videtur in hoc euentu ſit admittenda, fas ſcilicet eſſe eiuſmodi debitori differre ſolutionem, retinendo ſolũ, quod ſibi ſit neceſſarium parcè viuendo iuxta ſuum ſtatũ, conſtringendo ſe in illo, quantum ſua cõditio patitur, & reſeruando ſimul vnde paulatim lucrari ac reſtituere poſſit. Et quidem quando creditor ſimile aut paulo minus detrimentum habiturus ex eo eſſet, quòd eo modo illi reſtitutio differretur, conueniunt omnes, nefas eſſe illam ita differre: quoniã ſemper eſt melior conditio creditoris, vt ipſe debitori præferatur, C etiam ſi neceſſe ſit, debitorem à ſuo decidere ſtatu. Item, quando ex dilatione ſolutionis ſpes non eſſet, debitorem aliquando reſtituturum, quia eius eſt ingenij, taleſque ſunt circunſtantiæ, vt potius ſit præſumendum, eum in dies minus habiturum, quàm bona cõparaturum, vnde paulatim reſtituat, arbitror illum teneri reſtituere ſtatim, eſto neceſſarium illi ſit à ſtatu decidere. Quando autem ſpes veriſimilis coniecturæque eſſent, eum paulatim acquiſiturum vnde reſtitueret, & ſimul conſeruaturum ſuum ſtatum, ab eo non prorſus decidendo, probabilitate nõ caret opinio Sylueſt. Nauar. Soti, & aliorum. Quoniam is debitor impotens eſt ſuo modo ad ſoluendum integrè ſtatim, irrationabiliterque tunc erit creditor inuitus, quòd reſtitutio eo modo differatur. D Non tamen caret etiam ſua probabilitate contraria opinio. Quoniam creditor non videtur teneri conſentire, quòd detineantur bona ipſius, vt debitor à ſuo ſtatu non decidat. Et quoniam ſicut homines, diuitias acquirendo, per fortunam ab inferiori ſtatu conſcendunt ad ſuperiorem: ſic reflante fortuna, pati debent deſcenſum ad inferiorem ſtatum: quãdoquidem ex natura rei, ſpectataque conditione humana, non magis vni, quàm alij, ſit debitus ſuperior ſtatus. Confirmari autem hoc poteſt, quoniam in exteriori foro, quando locum habet ceſſio bonorũ, debitor ſpoliatur omnibus ſuis bonis, relictis ſolum illi tenuibus veſtibus, quibus ſe tegat, aut certè ſolis quotidianis, minimeque pretioſis, attenta qualitate E ſui ſtatus, vt Diſputatio. 572. fuit comprobatũ. Meritò ergo Couarr. reg. peccatum in prin. numero ſecundo ait, non facilè ea de cauſa, ſed ſummo cum iudicio eſſe admittendam reſtitutionis dilationem, Sotuſque trepidus in euentu, de quo diſputamus, ad Sylueſtri ſententiam accedit, atque ego ſanè ægre illam admitterem. Vnuſquiſque autem eligat, quod maturo cum iudicio ſibi ſua conſcientia præſcripſerit.

Illud admonuerim, perperam aliquos ex iuribus, quæ aliquibus concedunt priuilegium, ne vltrà ſoluere cogantur, quam commodè facere poſsint, quales ſunt, debitor ex contractu gratuito, vt donationis, ſocius, clericus, miles, aſcendentes comparatione de-

ne deſcēdentium, & è contra, aſcendens maſculus, qui dotem promiſit, is qui bonis ceſsit, poſtquā ſpoliatus fuit omnibus ſuis bonis, de quibus Diſputat. 413.425.571.& 572. eſt dictum, atque ex priuilegio eorum nobilium in hoc regno, quos *hidalgos* uocāt, quod ſcilicet pro debito, quod ex delicto non oritur detrudi regulariter non poſsint in carcerem, neque exequutio fieri poſsit in aliquibus eorum bonis, ut Diſpu. 572. fuit explanatum, perperam, inquam, aliquos ex his iuribus ac priuilegijs colligere, tas eſse vniuerſim propter debita differre ſolutionem, quando, ſi debitor integre ſtatim ſolueret, neceſſe illi eſſet decidere à ſuo ſtatu ac mendicare. Contrarium quippe ex eiſdem iuribus ac priuilegijs colligitur. Neque enim illud eſset priuilegium illorum in illis ſolis euentibus, ſi id debitoribus omnibus eſset commune. Quare, quod in illis ſolis euentibus, eiſque ſolis perſonis, ſit conceſsum id priuilegium, præſupponit apertè, in alijs debitoribus, in alijſque euentibus, id locum non habere, ſed integre illos cogendos eſse ſoluere, & non ſolum quantum commodè facere poſsint, relinquendove illis ita ut non egeāt.

Quando detrimentum debitoris in eo, quòd ſtatim reſtituat, ſolum eſt lucri ceſſantis, quia ſcilicet, ſi debitor non ſtatim reſtituat alienum, ſed differat reſtitutionem in aliud tempus, multum re aliena lucrabitur, affirmant bene Caietan. & cum eo Sotus, Nauar. & alij, id detrimentum non excuſare à culpa non reſtituendi ſtatim. Quoniam id non eſt detrimentum in rebus proprijs, ſed in eo, quòd non lucretur rebus alienis inuito eo, ad quem ſpectant.

Quando detrimētum in eo, quòd debitor ſtatim reſtituat, eſt in rebus ſuis proprijs, atque eſt notabile, quia videlicet, vt reſtituat ſtatim centum, quę debet, neceſſe illi eſt vendere vili pretio res ſuas, eo quòd non ſit tunc copia emptorum, & quia merces oblatæ vileſcunt, vel quia non eſt tunc opportunum tempus ad eas vendendum, vel quia multum ſua intereſt non vendere eam rem, vel quòd reſtitutio non poſſit fieri tunc ſine magnis ſumptibus, eo quòd diſtet creditor, ſpereturque non poſt multum tempus venturus, aut alia ſimili de cauſa, tunc fas eſt debitori differre reſtitutionem ad tempus, in quo ſperatur poſſe fieri ſine tāto ſuo diſpendio. Ita Caiet. Sotus, & Nauar. locis citatis, Scotus, & Richardus ab eiſdem citati, & doctores communiter. Tametſi quo ad rationem, vnde id proueniat, non conſentiant. Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. art. 4. & alij, rationem eſſe affirmant, quoniam tūc creditor irrationabiliter eſſet inuitus, niſi conſentiret differri reſtitutionem in id tempus. Caiet. verò & Sotus, vbi ſuprà, non approbant hanc rationem. Quoniam, inquiunt, non tenetur creditor conſentire, vt debitor in id tempus detineat, quæ ei debet, ne debitor in ſuis bonis id patiatur detrimentum, ſed poteſt vti iure ſuo, petēdo, quod iam ſibi debetur, nihil impediente, quòd inde per accidens id detrimētum debitori ſequatur. Atque arbitror veram eſſe hanc Caietani & Soti ſententiam. Si enim creditor conſentire teneretur in ea dilatione ſolutionis, ſanè peccaret vrgendo debitorem ad ſolutionem: quod nequaquam vniuerſim admitterem. Eo enim dato, dicendum conſequenter eſſet, peccare creditores, qui via iudicis exequutionem pro ſuis debitis petunt vſque ad venditionē bonorum debitoris in publica ſubhaſtatione, vt inde ipſe ſatis faciat: eo quòd, quæ ita venduntur, regulariter vendi ſoleant vili admodum pretio, cum debitorum non leui detrimento. Ratio ergo legitima ſententiæ illius eſt impotentia tunc debitoris ad ſoluendum propter tātum detrimentum, quod neceſſe eſt eum ſubire, ſi ſtatim ſoluat. Eiuſmodi autem impotentia licèt debitorem excuſet à culpa differendo ſolutionem non tamen impedimento eſt credi-
A tori, quominus abſque culpa ſuum ius proſequatur, exequutionemque ſui debiti aduerſus debitorem petat: niſi forte parum, aut nihil, ſua tunc referret, reſtitutionem non fieri ſibi ſtatim, & debitor maximū detrimentum pateretur reſtituendo ſtatim: tunc enim caritatis lege teneretur creditor dare inducias debitori ad ſolutionem, quæ damnum eidem creditori non afferrent.

Dubium autem eſt, vtrum etiā quando reſtituendi obligatio ortum habet ex delicto debitoris, vt ex furto, aut ex damno iniuſtè dato, vel ex alio ſimili, poſſit debitor licitè differre ſolutionem, quando nō poteſt facere eam ſtatim abſque graui alio detrimēto in rebus ſuis proprijs. Atque affirmanter eſt reſpondendum cum D. Ant. & Nauar. in Manu. c. 17.
B nu. 58. quicquid in contrarium dixerit Caiet. in ſumma verb. reſt. c. 6. & innuat Sot. art. 4. citato. Cum enim æque impotens ſit debitor, quando æquale pateretur detrimentum reſtituendo ſtatim, ſiue debitum contractum eſſet iuſto titulo, ſiue iniuſto, ſanè in conſcientiæ foro æquè propter impotentiam excuſandus eſſet in vtroque euentu.

Sicut autem notabile detrimentum proprium in bonis externis excuſet ab obligatione reſtituēdi ſtatim: ita longè maiori cū ratione notabile detrimentum in bonis altioris ordinis, vt in fama, vita, ac corporis ſalute, excuſabit. Hac de cauſa, ſi non poteſt quis reſtituere ſtatim ſine detrimento famæ, quia ſcietur crimen ipſius occultum, aut de eo non leuis ſuſpicio orietur, vel ſine detrimēto in corpore, quia
C interficietur aut percutietur, differri poteſt reſtitutio, quouſque inueniatur aliquis, per quem fieri reſtitutio ſine eo detrimento poſſit, aut quouſque tempus & oppportunitas adueniat, in quibus ſine tali detrimento reſtitutio fieri poſſit.

Quando per confeſſarium, cui crimen ſuum in confeſſione detexiſſet, aut per aliam perſonam, poſſet ſtatim reſtituere ſine detrimento famæ & corporis, tenetur ſtatim reſtitutionem efficere. Videat tamen, vt fidelis is ſit, per quem reſtituit: ne, ſi ille reſtituere omittat, teneatur ipſe iterum reſtituere, iuxta ea quæ Diſput. 75. ac aliàs dicta ſunt. Neque de quocunque eſt id facilè fidendum, eſto concionator aut confeſſarius ſit. Quando autem non ſe offert perſona ſatis tuta, differri reſtitutio poteſt, quo
D uſque perſona tuta, tempuſve aptum, ſe offerat. Atque ſemper erit tutum, vt perſona intermedia, per quam reſtitutio fiet, ſumat à creditore chirographum, quo confiteatur accepiſſe a perſona, per quam reſtitutio eſt facta, tantum, vel tantum, quod ſibi in ſatisfactionem eſt traditum, non exprimēdo, cuius nomine ſatisfactio ſit facta. Intermedia autē perſona, eſto fideliſsima ſit, præſertim ſi cōfeſsarius ſit, ſe offerre debebit ad chirographum à creditore aſportandum. Atque quamuis, qui reſtituit, renuat, confeſsarius tamen petere à creditore debebit chirographum, quod id in ſatisfactionem acceperit, illudque tradere illi, cuius nomine reſtitutio ſit facta, in maiorem illius ſecuritatem, atque ad maiorem oſtē-
E ſionem ſinceritatis, qua ſacramentum confeſsionis adminiſtratur.

Quando autem aliquis iuſtè idcirco reſtitutionē differt, quod non poſsit eam ſtatim efficere ſine magno ſuo alio detrimento, eſt dubium, num, ſi ex tali dilatione reſtitutionis creditori ſequatur detrimentum aliquod, vel lucri ceſſantis, vel damni emergentis, teneatur debitor, qui eam reſtitutionem differt, id etiam detrimentum illi compenſare. Pars autem, quæ negat, ſuaderi poteſt. Quoniam ad id compenſandum, nec tenetur debitor ex parte iniuſtæ acceptionis, eo quod non peccat differendo in eo euētu reſtitutionem; nec item ex parte rei acceptæ: eo quod ad ipſum non peruenerit detrimentum, quod credi- 3 Ad argum.

credi-

creditor ex tali dilatione reſtitutionis eſt paſſus: ergo nulla ratione tenetur debitor compenſare id detrimentum creditori. Caietan. ſecunda quæſtio. 62. articulo octauo, ait, debitorem teneri compenſare creditori id detrimentum, quando debitor reſtitutionem diſtulit, vt euitaret damnum proprium in rebus ſuis externis: ſecus verò quando reſtitutionem diſtulit, vt euitaret proprium damnum in bonis ſuis altioris ordinis, vt in fama, honore, aut corpore. Dicendum tamen eſt, in vtroque euentu teneri compenſare creditori detrimentum illi ſequutum ex dilatione reſtitutionis. Ratio autem eſt, quoniam æquitas non patitur, vt velit, alienum detinendo, quod iam ex iuſtitia debet, euitare damnum proprium cum creditoris iactura ac detrimento: eaque de cauſa, vt licitè poſſit velle dilationem reſtitutionis eius, quod ex iuſtitia iam tunc ſoluere tenebatur neceſſe eſt, vt, id velit, ſuſcipiendo in ſe onus reſarciendi alteri minus damnum, quod inde illi prouenit.

Ad argum. Ad argumentum ergo in contrarium, cōceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia; quoniam tenetur ex tacito pacto ac conditione, ſub qua licitè velle potuit eam dilationem reſtitutionis, nempe reſarciendi creditori damnum, quod inde ei proueniret, & ſine qua licitè eam velle non potuit; quare, ſi à principio voluit eam dilationē reſtitutionis ſine tali pacto ac conditione, fuit iniuſtus ita eam volendo cum creditoris præiudicio, ac proinde iam tunc illi tenetur ex parte iniuſtæ acceptionis, iniuſtæve illationis talis damni.

DISPVT. 755.

Vtrum ad vitandum damnum cuiuſdam tertij, vel commune, aut etiam eius, cui reſtitutio eſt facienda, fas aliquando ſit reſtitutionem differre.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio quando cederet in peccatū iniuſtitiæ eius, cui fieri deberet, non ſolum poſſet licitè differri, ſed etiam obligatio eſſet ſub culpa lethali eam differendi, niſi ex tali dilatione ſequeretur graue damnum proprium, aut tertij. Culpa tamen illa non differentis in eo euentu reſtitutionem non eſſet contra iuſtitiam, ſed ſolum contra caritatem, eaque de cauſa reſtituens non teneretur ad damna iniuſta ea re ita reſtituta illata.*

2 *Reſtitutio quando eſſet in damnum notabile corporis eius, cui eſt facienda, culpa eſſet lethalis eam nō differre, niſi ex tali dilatione notabile damnum eam differenti aut alijs immineret. Non tamen eſſet obligatio reſtituendi damna, quæ is, cui eſſet facta, ſibi intuliſſet.*

3 *Reſtitutio differri debet ſub culpa lethali, quando reſtitutio cedet in peccatum lethale eius contra ſolam caritatem, cui eſt facienda, ſi ea ratione peccata impedientur, & id fieri poſſit ſine notabili detrimento differentis ſolutionem, & aliorum. Et quando tertia aliqua perſona eo velut inſtrumento adducetur ad peccatū, & ex dilatione impedietur, obligatio ſimiliter eſt illam differendi.*

4 *Differre reſtitutionem quando ita ad vitanda peccata licet, ſi ex ea dilatione damnum creditori ſequatur, obligatio non eſt illud ei reſtituendi.*

5 *Reſtitutio quando licitè differtur, neceſſe non eſt petere ad id facultatem a creditore.*

A Non ſolum ad vitandum notabile damnum eius, qui reſtituere tenetur, fas eſt reſtitutionem differri in euentibus diſputatione præcedente explanatis, ſed etiam ad vitandum damnum cuiuſdam tertij, aut rei publicæ, ſeu commune, quin & ad uitandum damnum illius, cui facienda eſt reſtitutio, imò verò interdum obligatio erit illam in his euentibus differre ſub reatu culpæ lethalis. Vt verò id melius intelligatur, ſequentes concluſiones erunt ſubijciendæ.

Prima eſt. Quando creditor exigit, quod ſibi debetur, ad iniuſtitiam aduerſus alterum committendam, vt enſem depoſitum ad proximum iniuſtè interficiendum, aut ad bellum iniuſtum inferendum, pecuniam ſibi debitam ad litem iniuſtam intentandam, aut proſequendam, aut ad bellum iniuſtum inferendum, lethaliter peccat, qui ſoluit eiuſmodi res, & non differt ſolutionem earum. Excipitur niſi ex eo, quòd ſolutionem differat, ipſi ſequatur notabile detrimentum, quod arbitrio prudentis, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, ipſum excuſet à culpa, vel niſi ſequatur notabile detrimentum reipublicæ, aut alijs ex eo, quòd ipſe omittat eam ſolutionem. Prior pars huius concluſionis communis eſt doctorum, D. Tho. 2. 2. q. 62. articulo quinto, ad 1. Caiet. ibidem. Nauar. in Manu. capi. 17. numero 63. & complurium aliorum. Probari autem poteſt, quoniam vnuſquiſque lege caritatis impedire tenetur damnum notabile proximi, ſi id poſſit efficere: is autem, de quo concluſio loquitur, differendo reſtitutionem ſine ſuo notabili damno, id efficiet: ergo lethaliter contra proximi caritatem peccabit, niſi reſtitutionem tunc differat. Sotus 4. de iuſt. quæſtio. ſeptima, artic. 1. ad 1. & Ledeſmi. ſecunda quarta, quæſtio. 18. articulo quinto, affirmant, niſi tunc reſtitutionem differat, peccare etiam contra iuſtitiam, tenerique ad reſtitutionem damnorum proximo inde ſubſequutorum, in defectum tamen cauſæ principalis eius damni. Ducūtur, quoniam, ſoluēdo tūc, quod dare non debebat, nec licitè dare poterat, cooperatur ad iniuſtitiam, ad quam is, cui alioquin id debetur, illud petit, eaque de cauſa peccat contra iuſtitiam, reſtituereque tenetur damna inde ſubſequuta. Contrarium mihi uidetur verum. Quoniam, qui id ſoluit, non id intendit, neque eo fine ſoluit, vt ſequatur iniuſtitia: ſed ſolum ut ipſe adimpleat, quod ex iuſtitia tenetur: quod autem ſciat, qui illud iuſtè petit, vt ſibi verè debitum, illud velle ad abutendū illo in iniuriam ac iniuſtitiam proximi, non eſt ſoluentem cooperari ad iniuſtitiam illam, ſed eam nō impedire differendo ſolutionem, ſi ſine ſuo notabili damno id poſſit efficere: ad quod ſolum tenetur lege caritatis, non verò lege iuſtitiæ. Poſterior verò pars concluſionis communis eſt doctorum. Probari autem poteſt, quoniam actus reſtitutionis tunc non eſt intrinſecè malus, ſed de ſe indifferens, imò verò bonus: mala autem intentio accipientis, abutendi re, quam ita petit ac accipit, ad iniuſtitiam aduerſus proximum, eſt, quæ reddit reſtitutionem pro tunc malam contra caritatem proximi: quando autem actus, vt procedit ab uno, non eſt malus, ſed vt alius intendit eo male vti, ſanè quamuis illicitus ſit contra proximi caritatem, quando non adeſt circunſtantia, qua cohoneſtetur & excuſetur à culpa ex parte eius, a quo ita procedit, vt ex parte ipſius non ſit malus, ſed ſolum quatenus ex caritate impedire tenetur damnum proximi; cohoneſtari tamen ac excuſari ab ea culpa poteſt ex circunſtantia grauis detrimenti ſibi, aut alteri, ex eo imminentis, quod illum non eliciat; eo quod nullus damnum alterius euitare teneatur cum graui ſuo, aut cuiuſdam tertij, detrimento: quo fit, vt elicere illum poſſit, permittendo alterius abuſum, vt in ſe, aut

in

(Right margin: 1 Prima concluſio. — Margin letters B, C, D, E mark sections of the right column.)

in alijs, magnum detrimentum euitet. Hac eadem ratione Diſp. 115. in materia de bello excuſauimus à peccato captiuos Chriſtianos, qui ad imperiũ Turcarum remigant, dum Turcæ Chriſtianos inſequuntur, & ſimilia alia miniſteria in Turcarum exercitu adminiſtrant aduerſus Chriſtianos. Quando ergo qui gladium alterius haberet in depoſitum, mortem ſibi inferri timeret, ſi gladium non redderet domino illum petenti ad alterum iniuſtè interficiendum; aut timeret notabile reipublicæ damnum, aut aliorum ſuorum proximorum, qui ea de cauſa iniuſtè interficerentur, licitè poſſet illum reddere. Quando item timeret odium & inimicitias cum creditore, niſi illi redderet pecuniam ei debitam, quam petit ad intentandam aut proſequendam litem iniuſtam, (præſertim ſi ſimul ſibi perſuaderet, eſto eam illi non traderet, non ceſſaturum illum à lite, quia aliunde pecuniam ad id haberet) licitè poſſet eam illi ſoluere: quoniam cum tanto ſuo onere non tenetur in eo euentu differre ſolutionem præſertim cum ea via non impediretur iniuſtitia, quæ proximo paratur.

2 Secunda concluſio. Secunda cõcluſio. Quãdo creditor exigit, quod ſibi debetur, ad ſe ipſum interficiendum, aut ad aliud corporale damnum ſibi inferendum, vt gladiũ depoſitum ad ſe interficiendũ, aut cibum ad comedendũ, quando creditur valde ei nociturus, ſub reatu lethalis culpæ tenetur debitor differre reſtitutionem talis rei: niſi ſibi, aut alijs, notabile damnum ex ea dilatione immineret. Concluſio hæc communis eſt doctorum, eſtque perſpicua ex præcedẽti. Sicut enim lege caritatis tenemur vitare damnum cęterorum proximorum, quãdo inde nobis non imminet notabile detrimentum: ſic etiã vitare tenemur damnum ipſius creditoris, cum non minus ſit proximus noſter, quam alij. Eſto autem vera eſſet opinio Soti & Ledeſmij, quam pręcedente concluſione refutauimus; in euentu tamen huius concluſionis ceſſaret obligatio reſtituendi creditori damnum ex non dilata ſolutione ſubſequutum: quoniam licet creditor dominus non ſit propriæ vitæ ac corporis, vt tractatu ſequenti videbimus, ei tamen volenti & conſentienti non eſſet facta iniuria damni propriæ vitæ & corporis, quatenus ei quoad vſum ſunt à Deo cõceſſa. Adde, quòd cum ipſe ſibi ipſi fuiſſet principalis cauſa ſui damni, nullus teneretur illud ei reſtituere: cum cauſæ minus principales damnum ſolum teneantur in defectum cauſæ principalis, quãdo cuidam tertio damnum iniuſtè eſſet datum.

3 Tertia cõcluſio. Tertia concluſio. Quando creditor exigit, quod ſibi debetur, ad peccata, quæ non ſunt contra iuſtitiam, licitum eſt debitori differre ſolutionẽ: quin ad id tenetur lege caritatis, quando ea via impedirẽtur peccata creditoris, debitorique ex ea dilatione ſolutionis non immineret notabile detrimentũ aut moleſtia. Quando tamen ex dilatione ſolutionis nõ impedirentur peccata, quia, ſi tũc debitor ei denegет, quod illi debet, cras petet eodem animo ac intentione, atque ita pluries petet ad peccandum, denegatioque illa debiti erit potius creditori occaſio multiplicandi ac committendi plura peccata, quàm cõmiſiſſet, ſi prima vice traditum illi fuiſſet ſuum debitum, tunc tradi illi ſtatim poſſet ac deberet. Niſi fortè ex eo, quòd ſtatim traderetur, ſequeretur ruina ſpiritualis tertiæ perſonæ, quam ad peccandum eſſet inuitaturus & attracturus ea pecunia, neq, eã inuitaret, ſi ſtatim id debitum non eſſet ei traditũ: tunc enim propter detrimentum illud ſpirituale tertiæ illius perſonæ, obligatio eſſet ex caritate differre ſolutionem, ſi commodè ſine notabili debitoris detrimento differri poſſet. Concluſio hæc ex eo eſt manifeſta, quòd Deus vnicuique mandauit de proximo ſuo: & quòd præferenda ſit ſalus ſpiritualis proximi famæ eiuſdem, quando id neceſſarium eſt ad eruendum eum, aut ad illum præſeruandum à peccato, iuxta ea quæ in materia de correctione fraterna copioſè explanata comprobataque ſunt: longè ergo maiori cum ratione differenda erit reſtitutio, ſolutiove debiti bonorum externorum, quę longè inferioris ſunt rationis, quãdo, eam differendo, creditor ſine notabili detrimento debitoris à peccatis præſeruabitur: eritque tunc creditor irrationabiliter inuitus, ſi non conſentiat, vt differatur ſolutio, ac proinde curandũ non erit de irrationabili ac iniqua illius voluntate. Conſentire videtur Sotus in hac concluſione art. 1. citato, & conſentiunt D. Antonius. 2. par. tit. 1. cap. 14. §. 2. & Nauar. in Manu. cap. 17. num. 5. & 63. Qui addunt, fas eſſe ſurripere occultè mulieri fucos & pigmenta, quibus alios allicit ad peccandum, & inſtrumenta luſoria ab habentibus illa ad iniquè ludendum. Quod intellige, quando ea ratione impedirentur peccata. Si enim ſtatim emenda eſſent inſtrumenta alia, quibus peccata ſimiliter fierent, fas non eſſet occultè ſurripere eiuſmodi inſtrumenta. Nunquam etiam cum peccantium ſcandalo aut vi arcendi ſunt homines à peccatis, niſi à publica poteſtate, ab eove, cui id ex officio incumbit.

Dubium eſt, ſi in euentibus, in quibus in hac diſputatione eſt explanatum, fas eſſe differre ſolutionem debiti, ſequatur creditori ex ea dilatione detrimẽtum aliquod in bonis ipſius temporalibus, num debitor teneatur illud ei reſarcire: ſicut diſputatione præcedente oſtendimus, debitorem reſarcire teneri detrimentum creditori ex eo ſequutum, quòd debitor in ſuum proprium commodum licitè diſtulerit debiti ſolutionem. Reſpondendum verò eſt neganter. Ratio autem eſt, quoniam cum debitor in euentibus hac diſputatione explicatis non differat illicitè ſolutionem in ſuum proprium commodumj, non tenetur velle dilationem ſolutionis eius debiti ſub tacito pacto ac conditione, quòd creditori reſarciet, ſi quod damnum ea de cauſa fuerit ei ſequutum. 4

Dubium item eſt, num in euẽtibus, in quibus hac & præcedente diſputatione eſt oſtenſum, liciũ eſſe debitori differre ſolutionẽ debiti, ſiue propter debitoris impotentiam, ſiue ob cauſas alias explanatas, teneatur debitor facultatem à creditore petere, ad ita ſolutionem differendum. D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8. ad 2. affirmare videtur. Dicendum verò eſt, id neceſſarium non eſſe; quoniam iuſta cauſa in his euentibus eſt, vt, velit, nolit, creditor, reſtitutio differatur. Fortè tamen D. Tho. intellexit, quando eſſet dubium, an eſſet ſufficiens cauſa ad differẽdam reſtitutionem: tunc enim conſilium eſſet, debitorẽ per ſe aut per alium petere à creditore facultatem differendi ſolutionem. Atque ita Sotus. 4. de iuſt. q. 7. art. 4. Diuum Tho. exponit. 5

DISPVT. 756.

Num, quando reſtitutio fieri debet ſtatim, confeſſarius concedere pænitenti inducias poſſit ad reſtitutionem differendã. Et quouſque negare abſolutionem debeat non reſtituenti ſtatim.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere ſtatim quando debitor tenetur, non poteſt cõfeſſarius inducias illi concedere ad reſtitutionem differendam, eumque abſoluere.*

Reſtitue-

2 *Reſtituere, qui cum poſſint, reſtitutionem in tempus mortis reſeruant, item qui dubitant, an aliqua iuſtè poſſideant, eam differunt in tempus mortis, vt examen iniungant ſuis hæredibus, quique cum mortis tempore poſſint reſtituere, exequutionem committunt in teſtamento hæredibus, in quanto periculo verſentur.*

3 *Reſtituere iuſſus in vna confeſſione, ſi in alia accedat, id ſua culpa opere non impleto, quomodo cum illo ſe gerere debeat confeſſarius.*

4 *Abſolui, qui decimam non ſoluit, nihil impediente præcepto Concilij Tridentini, & Archiepiſcopatus Euorenſis diſpoſitione, quando poſſit, & quando non poſſit.*

1 Dubium eſt, in euentibus, in quibus, iuxta hactenus dicta, nefas eſt debitori reſtitutionem differre, ſed ſtatim tenetur eam integre facere, num fas confeſſario ſit concedere petenti, vt paulatim illam efficiat, abſolutionemque illi impendere, quando ita vtiliter ageret negotium creditoris, quia fortè ita melius recuperabit ſuum debitum, & quando ſubueniet ſimul pœnitenti, quem adducere non poteſt, vt ſimul totum reſtituat. Quidam, quos Sylueſt. verb. reſt. 5. q. 5. refert, affirmanter reſpondent. Contrarium tamen eſt proculdubio affirmandū cum Ioā. Med. de reſt. q. 5. Soto. 4. de iuſt. q. 7. art. 4. & cum alijs doctoribus communiter. Debitor quippe, niſi ex creditoris voluntate reſtitutionem differat, in ſtatu eſt lethalis culpæ, incapaxque eſt abſolutionis. Neque confeſſarius in eo foro eſt ſequeſter inter creditorē & debitorem, aut creditoris procurator, qui creditoris nomine dilationem reſtitutionis poſſit concedere; ſed eſt iudex pœnitentis loco Dei, miniſterque Dei ad illum abſoluendum conſtitutus, ſi ad id eum aptum inueniat. Sotus citat Syluestrum, quaſi ſit in in ſententia, quam impugnamus: immeritò tamen, vt conſtat Syluestrum legenti.

2 Ex dictis hac, & præcedentibus diſputationibus, ſatis eſt manifeſtum, in quanto verſentur periculo, quin & in quàm aperto ſint peccato, qui reſtitutionem ad mortis articulum differunt. Si enim reſtituere ſtatim poſſunt debitum totum, aut partem, incapaces ſunt abſolutionis, niſi totum, quod poſſint, reſtituant. Quòd ſi repentina morte in eo ſtatu ex hac vita diſcedant, damnationem incurrent æternā, cruciatibuſque ſempiternis adigentur. In eodem damnationis ſtatu ſunt, qui dubitāt, an aliqua ex ijs, quæ poſſident, iuſto titulo retineant, neque, dum viuunt, id examinare curant, ſed ſolum ſtatuunt id onus ſuis hæredibus in ſuo teſtamento iniungere. Itē in eodem damnationis ſtatu ſunt illi, qui in mortis articulo commodè poſſunt per ſe ipſos reſtituere, idque efficere renuunt ac nolunt, dicentes, ſe præcipere hæredibus ſuis in ſuo teſtamento, vt id reſtituant: qui ſanè nulla ratione ſunt abſoluendi. Tum quòd id indicium ſit, eos non habere reſtituendi animum, niſi ſub conditione, ſi ex eo morbo ex hac vita diſcedant, atque in tempus, quo mortui iā ſint. Tum etiam quia quàm ſæpiſſimè non implentur teſtamenta, magnatum præſertim. Tum denique quoniam, cum reſtituere ſtatim poſſint, nefas illis ſit, reſtitutionem differre, præſertim quæ pendeat ex aliorum voluntate & exequutione poſt mortem ipſorum.

3 Caiet. verb. reſt. c. 6. & alij, rectè admonent, quando aliquis iuſſus antea in confeſſione aliqua reſtituere, accedit in alia confeſſione, reſtitutione illa minimè impleta, regulariter nō eſſe abſoluendum antequam opere reſtituat, aut reſtitutionis dilationem à creditore obtineat. Quamuis enim credendum ſit, eiuſmodi pœnitentem accedere cū reſtituendi propoſito, quando dicit, Pater hac vice, cū hinc diſceſſero, reſtituam; nihilominus timendum eſt, ſicut antea, obtenta abſolutione, fuit negligens, propoſitūque mutauit: ita idem illi modo obuenturum, ob reſtituendi difficultatem, humanamque fragilitatem: eaque de cauſa dicendum illi eſt, interim dum es in hoc firmo propoſito, illud adimple, & poſtea accede, impendeturque tibi abſolutio. Obſerua tamen, quando pœnitens in ſecunda aut in tertia confeſſione accedit cum impotentia ad tunc reſtituendū iuxta ea, quæ præcedētibus diſputationibus ſunt dicta, denegandam ei non eſſe abſolutionem ex eo, quòd non reſtituat ſtatim, eſto non ſemel antea fuerit iuſſus reſtituere, ſuaque negligentia non reſtituerit. Semper tamen eſt curandum, vt faciat, quod potuerit, ſi tunc commodè aliquid potuerit facere. Item ſi confeſſarius non leuiter credat, pęnitentem re ipſa reſtituturum ſtatim ſine mora, quia non ea acrimonia iuſſa illi fuit reſtitutio in præcedentibus confeſſionibus, & quia adſunt circumſtantiæ, quibus confeſſarius ſibi meritò perſuadet, pęnitentem id opere impleturum, poterit aliquando illi impēdere abſolutionem: præſertim illi præcipiendo, vt non prius ad ſacram Euchariſtiam accedat, quàm opere reſtitutionem impleat, aut quàm creditorem ea de re alloquatur.

Concilium Tridentinum ſeſſione 25. cap. 12. pręcipit, vt, qui decimas non ſoluit, aut qui ne ſoluerentur impediuit, excommunicetur, neque à crimine abſoluatur, niſi ſequuta plena ſatisfactione. Quo loco obſerua, non excommunicare incidentes in hæc crimina, ſed præcipere vt excōmunicentur. Neque reſeruare abſolutionem eius criminis, tollereve iuriſdictionem ad abſoluendum, ſed præcipere confeſſarijs, ne abſoluant, quouſque opere ſit facta ſolutio talium decimarum. In conſtitutionibus Euorenſis Archiepiſcopatus, titu. 3. cap. 6. reſeruabatur abſolutio à crimine non ſoluendi decimas, modo quantitas non ſoluta pertingeret ad valorem ducentorum cruciatorum, quos nos ducatos vocamus. Quando verò quantitas ad eum valorem non pertingebat, permittebatur confeſſariis abſoluere ab eo crimine, ſub ea tamen conditione, vt pœnitentes prius opere ſatisfacerent. Confeſſarijs verò, qui aliter abſoluere attentarent, imponebatur pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda. Poſtea verò in additionibus ad conſtitutiones fuit permiſſum, vt quando aliqui reperirentur impotentes ad decimas reſtituendas, non prius caſus ille cenſeretur reſeruatus, eſto ſumma excederet valorem ducentorum cruciatorum, quàm à confeſſario tali pœnitenti fuiſſet præſcriptum certum tempus, iuxta quod illas reſtitueret: tranſacto verò eo tempore, ſi intra illud pęnitens non reſtituiſſet, maneret deinceps caſus Epiſcopo reſeruatus. In omni autem euentu in quo pęnitens opere iā reſtituiſſet, cōceditur ibi poſſe abſolui à præterito crimine: quoniā reſeruatio ſolum intelligitur, quouſque reſtitutio opere fiat. 4

His ita relatis, dubium eſt, vtrum, nihil prohibitione Concilij Tridentini impediente, ſi aliquis accedat ad confeſſionem, qui ſua culpa non ſoluit decimas, attamen, quando ad cōfeſſionem accedit, impotens eſt ad reſtituendum, iuxta ea quæ præcedentibus diſputationibus dicta ſunt, poſſit abſolui. Affirmanterque eſt reſpondendum cum Nauarr. in Manu. c. 17. num. 59. Ratio autem eſt, quoniam Cōcilium non prohibet abſoluere, niſi eum, qui pro tunc tenetur reſtituere, quique peccat non reſtituendo. Quod vero attinet ad reſeruationem Archiepiſcopatus Eourenſis, ſanè is, qui poſt terminū à confeſſario illi datum, idcirco non reſtituit, quia non potuit abſolui poteſt à quocūque, ſi adhuc perſeueret in impotentia. Ratio autem eſt, quoniam cum non pec- 5

peccauerit non reſtituendo, excuſante illum impotentia,nullum crimen habet reſeruatum, ratione cuius non poſsit abſolui. Qui verò a die,in quo datus illi fuit terminus,reſtituere potuit,nec reſtituit, tunc, eſto poſt finitum terminum accedat cum impotentia,abſolui non poteſt,niſi prius opere reſtituat: eo quòd in eo euentu crimen præteritum non reſtituendi eſt reſeruatum. Poſset tamen abſolui, vel priuilegio bullæ cruciatæ, vel à confeſſario,comparatione cuius caſus ordinarij non eſſent reſeruati.

DISPVT. 757.

Num condonatio creditoris liberet debitorem à reſtituendi onere.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituendi ab onere liberat creditoris condonatio ac remiſſio,modo condonare id poſſit, & condonatio ſit libera,& quot modis libera non cenſeatur.*

2 *Reſtituendi ab onere vt debitor remiſſione creditoris liberetur, non eſt neceſſe offerri pecuniam debitam creditori,interdumque conſilium eſt, nec illi oſtendi nec offerri.*

1 EXaminandum vlterius eſt,nũ cauſæ nõnullæ debitorem à reſtituendi onere liberent. Quod verò attinet ad condonationem, ſeu remiſsionẽ debiti per creditorem factam, dicendum eſt. Eam debitorem liberare a reſtituẽdi onere:modo tamen ſit libera:& modo is,qui remittit,poſsit donare. Cum.n.debiti gratuita remiſsio donatio quædam ſit,ſanè,qui donare non põt,iuxta ea quæ in materia de donationibus, Diſp.274. dicta ſunt,neque etiam poteſt debitum remittere. Similiter quanta libertas requiritur ac ſufficit, vt donatio ſit valida,iuxta ea quæ Diſp.267.explanata ſunt,tanta requiritur ac ſufficit,vt debiti remiſsio debitorẽ à reſtituendi onere liberet. Si quis ergo per metum, aut minas,debiti remiſsionem extorqueat,vel quamuis nihil minetur,is tamen qui debitum remittit, illud remittit, quia timet, niſi ita remittat, aſpere ac iniuſtè à creditore potente eſse tractandũ,tunc eiuſmodi remiſsio,vtpote inuoluntaria mixtè, debitorẽ non liberat ab onere reſtituendi. Itẽ ſi quis per fraudes ac mẽdacia debiti remiſsionẽ extorqueat,fingẽdo ſe pauperiorem,quam ſit,aut fingendo alia,quorum contraria ſi creditor ſciret,non ſolũ nõ remitteret debitum,ſed etiam vellet,vt inualida ac nulla eſſet talis remiſsio,tunc eiuſmodi remiſsio,vtpote inuoluntaria mixtè, ignorantia ac deceptione cauſante inuoluntariũ,non exoneraret debitorẽ a reſtituẽdi onere: idque non ſolũ quando creditor eo modo eſset deceptus per debitorem ipſum,ſed etiam quãdo per tertiam perſonam eodem modo eſset deceptus. Denique in quibus euentibus in materia de donationibus explanatum eſt, donationem validam aut inualidam eſse, in eiſdem valida aut inualida eſt debiti remiſsio, vt à reſtituendi onere liberet.

2 Diuus Antonius,& pauci alij,in ea fuerunt ſentẽtia,vt dicerent, vt remiſsio debiti à reſtituendi onere debitorem liberet, neceſsarium eſse, debitorem offerre creditori,quod illi debet,eo tempore,quo remiſsio talis debiti illi fit: alioquin remiſsionem eſse inualidam:eo quod non ſit ſufficienter libera: quippe cum multi in pecuniæ abſentia debitum remittant,qui,ſi pecuniam præſentem haberent, eiſq; offerretur,debitum non remitterent. Contrariam tamen ſententiam meritò doctores communiter affir-
A mant,Caiet.2.2.q.62.art.6.ad 3.& in ſumma verb. reſt.c.7.Ioan.Med.de reſt.q.3.cauſa 2.Sotus.4.de iuſt.q.7.art.4.Nauar.in Manu.c.17.nu.44. Couar. reg.peccatum.par.2.in initio.nu.7.& plerique alij. Vt.n.debiti remiſsio valida ſit,ſatis eſt, eam eſse abſolutè liberam abſque inuoluntario mixtè, eſto creditor precibus debitoris,aut alicuius alterius, ad id inducatur ac attrahatur, & eſto pecunia ſit abſens. Atque, quando non conſtat creditoris conſenſum eſse inuoluntarium mixtè,quia non ſunt vehementes coniecturæ,quæ id vehementer perſuadeant,præſumendum eſt,eſse liberum ſufficienter,vt remiſsio ſit valida,vt probe Caietan.affirmat. Qui rectè etiam admonet,quando debitor eſt pauper, ſanum conſilium eſse, rem debitam non offerri creditori, B quo facilius debitum condonet: ſæpe enim creditores in præſentia obiecti,ab eo attracti & illecti, non remittent debitum,quando, ſi obiectum eis non oſtenderetur,debitum remitterent. Ioan. Medin.addit,validam eſse debiti remiſsionem, ac debitorem à reſtituendi onere liberare, quando ex parte creditoris ſufficienter, modo explicato, eſt libera, eſto debitor in ea ſit diſpoſitione, aut propoſito, quod ſi creditor illud non remitteret, ipſe id debitum non ſolueret. Id quippe peruerſum propoſitum culpa eſt lethalis in eiuſmodi debitore, eaque de cauſa contritionem impedit, reponique talem debitorem in gratia interim dum id propoſitum perſeuerat, ac proinde incapacem eum abſolutionis efficit; non tamen impedit eam remiſsionem C ualidam eſse, debitoremque à reſtituendi onere liberare.

DISPVT. 758.

Vtrum debitor per ingreſſum religionis liber à reſtituendi onere maneat.

SVMMARIVM.

2 *Debitor, qui lucrando in ſeculo ſaltem ſuo labore & induſtria ſatisfacere debitis poteſt, ingredi non poteſt religionem,neque in ea poteſt recipi, prætermiſſa reſtitutione.*

D 2 *Debitor ſi religionem profiteatur debitis non ſolutis, tenetur,ſi qua via poſsit aliquid intra monaſterium lucrari,illud reſtituere,neque impediri à prælato quo ad id poteſt. Si quid verò ad monaſterium deuoluatur ratione talis religioſi, ante omnia de illo ſatisfaciendum eſt debitis. Et quatenus,ſi in monaſterio ſpes non ſit ſatisfaciendi, ſit verò quòd regreſsus ad ſeculum ſatisfaciet,quatenus regredi teneatur, aut non teneatur.*

3 *Religionis ingreſsus ſi plus adiuuet, quam impediat, ut debita ſoluantur, debitor licitè ingredi religionẽ poteſt.*

4 *Religionem ingredi non poſset,niſi impleto prius iuramento,* E *aut obtenta remiſsione ab eo,cui ſe obligaſset qui ad aliquid licitum ſe alicui ſub iureiurando obligaſset.*

DIuus Tho.22.qõ.189.art.6.ad 3.ait,debitorẽ,cedendo bonis creditoribus, poſse ingredi religionem:neq; teneri expectare in ſeculo donec debita ſoluat,eſto ſpes ſit, ꝙ negotiãdo,aut laborãdo in ſeculo poſsit ea ſoluere. Ducitur. Qm̃ pp debita perſona hoĩs liberi Argum. nõ obligatur ſecũdũ iura,ſed ſolũ bona illius: quare,cedendo bonis, libera manet perſona debitoris. In eadẽ ſententia ſunt Palud.in 4. diſ.38.q.3.art.1. conclu.7.Syluest.verb. religio.2.q.4.art.5. Angelus eodẽ verb.nu.6.& quidã alii. Quidã eorum addunt, eſto

eſto iureiurando ſe aſtrinxiſſet aliquid in ſeculo efficere, poſſe id infectum relinquere, religionemque intrare: eo quòd iuramentum impeditiuum non ſit maioris boni. D. Tho. ab illa ſua opinione excipit, niſi obligatus eſſet ad aliquid certum, vt ſi obligatus eſſet ad rationes reddendas, vel ad aliquod debitum certum in ſingulari: tunc enim ait, teneri illud prius expedire, quàm religionem ingrediatur. Quidam alij ſolum excipiunt, quando obligatus eſſet ad ratiocinia communitatis: quoniā antequam illa redderet, recipiendus nõeſſet in religione, vt D. Greg. in Regiſtro affirmat, & habetur. c. legem. diſt. 55. Poſt ingreſſum verò religionis multi ex autoribus citatis affirmãt, teneri monaſteriū reſtituere de ijs, quæ occaſione talis monachi acquiſierit, ſi quæ fortè illius occaſione comparauerit, ſucceſſione ex teſtamento, aut ab inteſtato, donatione, vel quauis alia ratione: id quod cenſeo non eſſe in dubium reuocandum. Monaſterium enim, loco ſui religioſi, ſolū ſuccedit in ijs, in quæ ſuccederet talis religioſus, ſi ſui iuris eſſet, deducto ære alieno talis religioſi. Addunt verò ijdem authores, monaſteriū de alijs monaſterij eiuſdem bonis non teneri ad debita ſui religioſi. Subiungunt præterea, monachum ipſum, poſt ingreſſum, poſſe ſcribendo, aut aliter honeſtè laborando, lucrari, vt ſuis debitis inde ſatisfiat, modo in nullo ab officio diuino, & à regulari obſeruantia, impediatur. Affirmant tamen, non teneri eo modo laborare ac lucrari, vt ſuis debitis ſatisfaciat: ſed ſatis eſſe, quòd, profitendo religionem, ſuis bonis ceſſerit.

Argumentum aliud. Suaderi autem poteſt opinio horum omnium doctorum, quoniam, nihil impediēte obligatione, qua ſponſus tenetur ſponſæ poſt ſponſalia celebrata, & nihil impediente obligatione, qua vnus coniux tenetur alteri poſt matrimonium per verba de præſenti celebratum antequam conſummatum ſit per copulam, poteſt vnus ſponſorum, aut talium coniugum, religionem ingredi: ergo longè maiori cum ratione, nihil impediente debito pecuniario, poterit debitor religionem ingredi: præſertim cum creditor conſentire teneatur in eo ingreſſu, ne debitor, propter creditoris pecuniam, conſequi impediatur tantum bonum.

In contraria quadā ex parte ſentētia, quæ ſequentibus concluſionibus continetur, ſunt Maior in 4. diſt. 38. q. 17. Nauar. c. non dicatis. 12. q. 1. nu. 3. & 74. Ioan. Med. de reſt. q. 3. cauſa. 8. Ierſon in Abecedario, cui multi Pariſienſes doctores ſubſcripſerunt, eamque vt veram amplector.

1 Prima cõcluſió. Prima concluſio eſt. Debitor, qui in ſeculo acquirere poteſt ſuo labore, arte, aut induſtria, vnde reſtituat, quæ debet, ſi per ingreſſum religionis à reſtituendo impediatur, peccat religionem ingrediēdo, neque in ea debet recipi. Probatur primò, quoniam obligatio ſoluendi debitum, eſt de iure diuino naturali, modo debitor poſſit licitè acquirere vnde ſoluat: neque ceſſio bonorum eum liberat ab eo onere in conſcientiæ foro, ſed in exteriori foro eum liberat, ne detrudatur propter id debitum in carcerem interim dum, facta iam prius ceſſione, non habuerit vnde commodè ſoluat, relinquendo illi, ne egeat; quin in hoc Caſtellæ regno, ſtatim facta ceſſione, traditur ad ſeruiendum ordine quodam creditoribus, quouſque, ita illis ſeruiendo, integre perſoluat eis ſua debita, vt hæc omnia Diſp. 572. explanata cõ probataque ſunt: ergo, qui propria ſponte ſe inhabilem ac impotentem reddit ad ſoluendum ſua debita, peccat contra diuinum ius naturale, quo ea ſoluere tenetur, nihil impediente, quòd ad id ſe inhabilē ac impotentem reddat religionem profitēdo: quandoquidem profeſſio religionis ſolum eſt de conſilio, & propter illa, quæ ſolum ſunt de cõſilio, omitti

A non poſſint, quæ ſunt de præcepto, eoque diuino ac naturali. Quare ſicut, qui ſolo ſuo brachio comparare poſſet vnde debita ſua ſolueret, ſi illud ſibi ſine iuſta cauſa abſcinderet, peccaret non ſolum contra caritatem propriam, quintumque decalogi præceptū, ſed etiam contra iuſtitiam aduerſus ſeptimum decalogi præceptum, inhabilē ſe ea via reddendo ad debita ſoluenda, quæ ſeptimo decalogi præcepto tenetur ſoluere: ita qui, profitendo religionem, ſe inhabilem redderet ad eadem debita ſoluenda, peccaret contra iuſtitiam. Secundò, vt D. Tho. art. illo 6. citato affirmat, filius, quando ſub reatu lethalis culpę tenetur ſubuenire patri indigenti, illi acquirendo vnde ſuſtentetur, non poteſt ingredi religionem: ſi verò illam ingrediatur, peccat; eo quòd prætermittat

B id, ad quod diuino naturali iure tenetur, vt id efficiat, quod ſolum eſt de cõſilio: ergo eadem ratione, qui ſolutionem debitorum prætermittit, ad quæ diuino naturali iure ſub culpa lethali tenetur, vt religionem profiteatur, quod ſolum illi eſt de conſilio, peccat contra ſeptimum decalogi præceptum. Tertiò, nefas eſt quærere lucrum ſuum proprium ſpirituale aut temporale, cum præiudicio ac detrimento alterius; cùm, authore Paulo ad Rom. 3. non ſint facienda mala, vt inde eueniant bona; neque ſit iuſtum quenquam cum aliena iactura locupletari, vt cap. ſuam de pęnis, & alibi, habetur: ergo nefas eſt religionem ingredi, quando ea de cauſa prætermittitur ſolutio debitorum, ad quæ ita ingrediens de iuſtitia tenetur ſeptimo decalogi præcepto. Quartò,

C qui publicis rationibus ſunt aſtricti, non prius recipi in religionem poſſunt, quàm ab illis ſe expediant, vt doctores contrariæ ſententiæ concedunt, & habetur. c. legem diſtinc. 53. Imò D. Thom. concedit, eum, qui debitor eſt rei alicuius determinatæ, non prius in religionem poſſe recipi, quàm illam ſoluant: mancipia item recipi in religionem non poſſunt, ſine conſenſu dominorum: ſi autem recipiantur, extrahi à dominis poſſunt intra triennium: hæc autem non aliunde proueniunt, neque aliunde vim habent, niſi quia per eiuſmodi ingreſſum iniuria illis fit, quibus ſunt obligati: cum ergo ſimilis iniuria fiat creditoribus, quando debitores per ingreſſum religionis impotentes ad ſoluendum debita reddun-

D tur; conſequens profectò eſt, vt nefas tunc illis ſit religionem ingredi.

Secunda concluſio. Debitor per ingreſſum religionis non de obligatur ab onere reſtituendi, ſed tenetur, ſi qua via honeſta poſsit, laborando, aut alia ratione acquirere, vt ſatisfaciat. Neque prælatus ea in re poteſt eum impedire. Quin potius, ſi eiuſmodi debitor alia via non poſſet, ſpeſque eſſet veriſimilis, quod, egrediendo abſque ſcandalo monaſterium, licitè in aliquo loco lucraretur, teneretur egredi monaſterium ad tempus, quouſque ſatisfaceret. Semper tamen tentandæ eſſent aliæ viæ poſsibiles, videndumque eſset, an creditores condonare vellent, vel alia via vellent eſse contenti. Probatur primo, quoniam nullus per votum poteſt ſe obligare ad id, 2 Secunda concluſ.

E quod eſt contra ius diuinum naturale, eo quod votum ſolum ſit de re placita Deo: ſed omiſsio ſolutionis debiti, quando aliqua ſe offert via ad id licita, eſt contra ius naturale: ergo religioſus per profeſsionem non potuit ſe obligare prælato aut religioni ad id, quod ſuorum debitorum ſolutionem impediret. Secundo, ſi pater, aut quiuis alius, in extrema eſſet neceſſitate, atque ad id indigeret, religioſum laborare, aut egredi monaſterium, teneretur talis religioſus ſub reatu culpæ lethalis id efficere, nihil impediente, quod aliud tunc præciperent regulæ aut prælatus: ergo, cum religioſus debitor, iure naturali teneatur ſoluere debita, quæ ante ingreſſum religionis contraxit, tene-

tur, ſi ad id opus fuerit, laborare, aut egredi monaſterium, etiam contradicente prælato.

3 Tertia concluſio. Quando, ingrediente aliquo religionem, & citius ac melius ſoluerentur ſua debita, tunc licitè poſſet ingredi religionem ante debitorũ ſolutionem. Verbi gratia, eſt aliquis nobilis, qui bona habet vinculata, quæ illi reditus pariunt, quibus indiget ad ſui ſuſtentationem, ſi in ſeculo maneat: eiuſmodi autem reditibus, ſi monaſterium ingrediatur, ſoluere debita poterit; tunc licitè poterit ingredi religionem: quoniam ea ratione citius & melius ſoluentur ipſius debita. Eſt item aliquis, cui pater tribuit aliqua quotannis ad illius ſuſtentationem, nec pater vult inſuper ſoluere debita illius; ſi tamen ingredi velit religionem, pater ſe aſtringit ſoluere debita illius intra aliquot annos; tunc licitè is religionem ingreditur. In his itaque, & in alijs ſimilibus euentibus, in quibus ingreſſus religionis non impedit, ſed adiuuat, vt debita ſoluantur, debita non impediunt religionis ingreſſum.

Tertia concluſio.

4 Quarta concluſio. Quando aliquis iureiurando ſe aſtrinxiſſet ad aliquid licitum, quod præſtare non poſſet religionem ingrediendo, teneretur retardare ingreſſum, donec illud impleret. Niſi voluntas quaſi habitualis ipſius, dum id iurauit, fuerit, non intelligere in euentu, quo ingredi vellet religionem. Si tamen contractus fuiſſet oneroſus, atque ſimpliciter ſe aſtrinxiſſet in euentu, in quo alter contrahens omnino intelligere debebat ſe obligare, quia id natura ipſa contractus poſtulabat, ſtare teneretur contractui, neque ingredi poſſet religionem non ſtando cõtractui, niſi alter, cum quo contraxit, eam obligationem ei remitteret. Hæc concluſio, quoad primam illius partem, probatur. Quoniam iuramentum promiſſorium de re licita, vtique ei, cui præſtatur, obligat promittentem iure diuino naturali, nihil impediente, quòd inde iurans impediatur exequi maius bonum, vt Diſp. 149. & duabus ſequentibus, copioſè eſt oſtenſum. Hoc enim eſt diſcrimen inter iuramẽtum promiſſorium de re non mala Deo præſtitum, quod rationem voti iuramento confirmati ſortitur, & præſtitum alicui homini in fauorem & vtilitatem illius. Quòd iuramentum Deo præſtitum, ſi impediat maius bonum, poteſt non impleri, vt maius bonum executioni mandetur: eo quòd Deus ſemper velit, vt in eo euentu obliget iuramentum ſibi præſtitum. Iuramentum verò homini præſtitum, ſi ſit de re non mala, eſto impediat maius bonum, obligat, niſi is, cui eſt præſtitum, remittat obligationem comparatione ipſius ex tali iuramento reſultantem, vt vtrumque diſputatione citata fuit comprobatũ. Secunda verò concluſionis pars ex eo liquet, quòd talis euentus non cenſetur iuramento ac promiſſio ne comprehenſus.

Quarta concluſio.

Ad argumẽtũ primum. Supereſt reſpondeamus ad ea, quibus contraria ſententia innititur. Atque ad illud diui Tho. quòd propter debita perſona hominis liberi non obligatur ſecundum iura, ſed ſolum bona illius, ac proinde debitorem, cedendo bonis, poſſe ingredi religionem, eſto debita maneant inſoluta, ad hoc, inquam, iam ſupra Diſputatio. 387. dum ſermo nobis erat de cenſu perſonali, explanauimus, iura hoc ſolum ſtatuere, quòd in perſona hominis liberi non poſſit cõſtitui ius in re, quaſi in pignus dari poſſit, aut ſubijci hypothecæ, ac vendi ad debiti ſolutionem: non verò quaſi ex debito, & contractibus, non reſultet in perſona obligatio perſonalis, qua ad debita teneatur, etiamſi non habeat bona vnde ſoluat. Quoad id verò, quod de bonorum ceſſione addit, Diſputatio. 572. oſtendimus illam non deobligare in foro conſcientiæ, quin neque in exteriori, ab obligatione perſonali ſoluendi debita, ſi qua via commo-

A dè poſſit, rectèque Nauarr. numero tertio, citato innuit, compelli debitorem in foro exteriori poſſe ad laborandum & acquirendum vnde ſoluat, quantum conditio, ſtatuſve, illius patitur. Reliqua, quæ alij addunt, ſatis confutata ſunt concluſionibus propoſitis.

Ad id verò, quo eandem contrariam ſententiam ſuadebamus, dicendum eſt. In ſponſo & ſponſa, & in ijs, qui matrimonium per verba de præſenti celebrarunt, eſſe æqualem vtriuſque ea in parte conditionem; cum vterque, altero inuito, poſſit æquè religionem profiteri; eaque de cauſa libertatem illam cum vtrique ſit ęqualis, neutri eſſe iniurioſam: quod non ita ſe habet in debitore comparatione creditoris. Adde, in matrimonio rato non conſummato, & B longè maiori cum ratione in ſponſalibus, eſſe libertatem illam vtrique coniugum æqualem, explicatũ fuiſſe à Chriſto, vocante Ioannem de nuptijs ad Apoſtolatum, eamque libertatem habere vtrumq; coniugum, traditione eſſe notum in Eccleſia, atque in iure ab eadem Eccleſia eſſe explicatum, vt alio in loco eſt dicendum: quare, cum ea libertate ac conditione cenſentur celebrati illi contractus, nullique proinde coniugum fit iniuria, dum alter religionem profitetur. Vnde ad argumentum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia: quoniam eſt longè diuerſa ratio, vt explanatũ eſt. Ad id verò, quod ſubiungitur, creditorem ſcilicet teneri conſentire in eo ingreſſu, ne debitor, propter creditoris pecuniã, conſequi impediatur tantum bonum: Negandum C eſt, eam eſſe ſufficientem cauſam, vt creditor conſentire in eo ingreſſu teneatur. Cum enim religionis ingreſſus nõ ſit medium ad ſalutem neceſſariũ, ſanè ſicut creditor non tenetur illi dare alia ſua bona, vt religionem ingrediatur, ita neque tenetur remittere illi debitum.

Ad poſteriusarg.

DISPVT. 759.

Num creditorem eſſe excommunicatum, ſufficiens cauſa ſit differendi reſtitutionem eius, quod illi debetur.

D *SVMMARIVM.*

1 *Reſtitutio vt fiat, impedimentum non eſt, creditorem eſſe excommunicatum, maximè ſi denunciatus non ſit, nec ſit notorius percuſſor clerici.*

GLoſſa. ca. vlt. de hæret. & additio cuiuſdã alterius gloſsæ. c. nos ſanctorum. 15. quæſtio. 6. Panor. Felin. ca. inter alia. de ſent. excommun. idem Panor. ca. veritatis. de dolo & contum. a nu. 39. Adrian. in 4. q. 3. de clauibus. & alii, quos Couar. reg. peccat. p. 1. n. vlt. refert. quamuis concedant, contractus ab excommunicato celebratos, validos eſſe qua ratione teſtamentum E ab illo confectum, eſt validum, vt cum eodem Pan. Ant. Gom. & alijs Diſp. 137. oſtendimus: negant tamen debitorem ſoluere teneri ſuo creditori interim dum creditor excommunicatus perſeuerat, eſto iam aduenerit terminus ad ſoluendum præfixus, & eſto ſub iureiurando promiſerit, ſe in eo termino ſoluturum. Id quippe iuramentum intelligi debet, modo creditor in eo termino ſit habilis, vt cum illo in eo termino communicetur. Item iuramentum non eſt vinculum iniquitatis, vt obligare poſsit ad illicitum: peccatum autem eſt communicare cum excommunicato illi ſoluendo, quod ei debetur.

Hanc ſuam ſententiam confirmant. Primo, ex capit. nos ſanctorum. & ex capit. iuratos. 15. quæſtio. 6. quibus

Argumentũ primum.

quibus in iuribus vaſalli ac milites abſoluuntur à iuramento fidelitatis ſeruando dominis, quamdiu excommunicati extiterint: imò verò prohibentur eam fidelitatem, & obſequium illis præſtare.

Secundum. Secundò, quia, cap. in dubijs, & capit. inter alia de ſenten. excommunic. ſolùm ijs permittitur communicare cum excommunicatis, quibus Gregor. Septimus. cap. quoniam. 11. quæſtio. 3. id permiſit: inter illos autem non computantur, qui ſoluunt pecuniaria debita.

Tertium. Tertiò, quoniam, cap. iniungimus. de iudicijs, excommunicati excluduntur apertè ab agendo in iudicio, tametſi contra illos poſſit lis optimè intentari: ergo debitores ſoluere eis non tenentur, quæ illis debent, interim dum excommunicati exiſtunt.

Contrariam ſententiam affirmant Gloſſa. capit. nos ſanctorum. 15. quæſtio. 6. Ioan. Med. de reſtit. quæſtio. 3. cauſa 9. Couar. num. vlt. citato, Maior in 4. diſtinct. 18. quæſtio. 4. Sylueſt. verb. excommunicatio. 5. nume. 21. Innoc. & plerique alij, quos hi doctores citant. Nempe excommnnicationem creditoris non impedire, quo minus illi ſoluatur, quod ei debetur. Argumentum. Ducuntur, quoniam debitor iure diuino naturali tenetur eam reſtitutionem efficere, cui obligationi contrauenire non potuit ius humanum, prohibens communicationem cum excommunicato. Item quoniam communicatio illa cum excommunicato, ſoluendo illi ſuum debitum, eſt modica ac debita, non minus quàm obſequium famulorum, & ſolutio colonorum, & aliorum, qui non ſolùm communicare permittuntur cum excommunicatis. cap. quoniam. 11. queſtio. 3. ſed etiam. cap. inter alia. de ſenten. excommunic. decernitur, eos teneri cum illis communicare: ergo debitores etiam tenentur communicare cum ſuis creditoribus excommunicatis, ſoluendo illis, quod naturali iure eis ſoluere tenentur.

1 Vt in hac re, certa ab incertis ſeparemus, in primis dico. Poſt Concilium Conſtantienſe ſub Martino V. & Lateranenſe ſub Leone X. dubium non eſſe, debitores teneri ſoluere ſuis creditoribus excommunicatis, quæ eis debent, quando creditores illi non ſunt denuntiati, nec ſunt notorij percuſſores clerici. Quoniam duo hæc concilia permiſerunt communicationem cum excommunicatis, quando denunciati non eſſent, neque eſſent notorij percuſſores clerici.

Deinde dico. Loquendo de denunciatis, aut notorijs percuſſoribus clerici, neutram ſententiam relatam eſſe improbabilem. Non quidem primam. Quoniam. cap. quoniam. 11. quæſtio. 3. non excipit communicationem cum excommunicato ſoluendo illi, quod ei debetur: aperteque ibi innuitur, exceptiones ibidem conceſſas, prohibitas fuiſſe ante illum canonem: quare hæc etiam videtur fuiſſe prohibita: vnde, cum neque ibi, neque alibi, reperiatur conceſſa, probabilitate non caret, eam adhuc eſſe prohibitam. Ad argumentum poſterioris ſententiæ. Neque cogit id, quod Medina ait, cū videlicet obligatio ſoluendi debitum ſit de iure naturali, ius humanum, prohibens communicationem cum excommunicato, non potuiſſe impedire eam ſolutionem. Id, inquam, non cogit. Quoniam ius humanum licitè in pœnam iuſtam poteſt prohibere ac retardare ſolutionem eius, quod iure naturali ei debetur, qui ſua culpa in excommunicationem incidit, quouſque à contumacia deſiſtat, obtineatque abſolutionem. Non eſt etiam ſecunda ſententia improbabilis. Quoniam argumento à longè maiori ratione concludi ac intelligi per epicheiam videtur, eam fuiſſe mentem Gregorij VII. capit. quoniam citato, iuncto cap. inter alia, etiam citato, coadiuuantque rationes pro eadē ſecunda ſententia con

A ſectæ: interimque in eam, vt in humaniorem & communiorem, inclino.

Ad primum argum. Ad primum ergo argumentum contrariæ ſententiæ ex c. nos ſanctorum, & ex cap. iuratos, dicēdum eſt, ibi ſolùm eſſe ſermonem de fidelitate & obſequio, à quibus Eccleſia abſoluit ſubditos in pœnam dominorum, interim dum domini excommunicati exiſtunt.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum eſt, ibi per epicheiam, argumento à longè maiori ratione, cenſeri permiſſam communicationem cum excommunicato ſoluendo illi, quod naturali iure ei debetur, vt dictum eſt.

Ad tertium. Ad tertium dicendum eſt, eo in capite excommunicatos, in pœnam atque in odium ipſorum, excludi B ſolùm ab agendo in foro exteriori: non verò prohiberi debitores ſoluere eis debita, vt in conſcientiæ foro tenentur. Couar. vbi ſupra, & 1. var. reſol. cap. 18. nu. 5. ait, excommunicatos apud Hiſpanos paſſim admitti ad agendum in ſeculari foro, nihil impediente, quòd illi, cōtra quos agunt, excipiant, ſeu opponant, eos eiſe excommunicatos.

DISPVT. 760.

Reſtitutio quo ordine ſit facienda, quive creditores præponendi ſint alijs in ſolutione eorum, quæ illis debentur.

C

SVMMARIVM.

1 *In reſtituendo quis ordo ſeruandus ſit, quando ſufficientia bona non ſunt ad creditoribus omnibus ſatisfaciendum, vbi copioſè explicatum.*

2 *Reſtitutio bonorum certorum præponenda non eſt reſtitutioni bonorum incertorum, hoc eſt, quæ debentur operibus pijs pro animabus eorum, quibus ſcitur deberi, & ignoratur, qui illi ſint.*

3 *Compoſitio licèt fiat à debitore, qui exequutor eſt teſtamenti, vel ab hærede, circa bona incerta, inde etiam ſoluenda ſunt debita certa, quando nō ſunt ſufficientia alia bona vnde ſoluantur.*

4 *Reſtitutio hoc ordine fieri debet. Si aliquod bonum reperiatur inter bona debitoris, quod quoad dominium ad alterum ſpectet, illi omnino eſt reſtituendum. Si inter alios creditores nullus ſit, qui ius habeat in re, neque qui priuilegium habeat prælationis, bona omnia debitoris inter omnes creditores ſunt diuidenda iuxta proportionem quantitatis debiti ad debitum, ex quocunque titulo debeantur. Excipitur debitum titulo gratuito, quod poſtponi debet omnibus debitis, quæ ortum ex liberalitate non habent. Excipitur etiam dos promiſſa filiæ comparatione debitorum aliorum titulo oneroſo.* D

Qvæ hoc loco dicenda erant, copioſè Diſput. 536. ſunt à nobis explanata: quo in loco à §. quod verò attinet ad vltimum, ordinem in reſtituendo ſeruandum tradidimus: vnde illa magno onere nos hoc loco leuabunt. 1 E Et quidem quando is, qui reſtituere tenetur, ſufficientia habet bona, quibus omnibus ſuis creditoribus ſatisfaciat, nullum ordinem ſeruare tenetur. Quando verò ſufficientia bona non habet, quibus creditoribus omnibus ſatisfaciat, tunc ordinem illum ſeruare tenetur, ſiue ipſe debitor ſit, qui ſatisfaciat, ſiue hæredes poſt mortem illius, ſiue tertius aliquis loco illius.

Caiet. in ſumma verb. reſtit. cap. 8. Ioan. Med. de reſtitut. quæſtio. 2. articu. 5. Nauar. in Man. cap. 17. num. 47. Sylueſt. verb. reſt. 6. quæſtio. 5. & alij doctores

ctores communiter, hanc, inter alias, regulam ſta- A tuunt: Quando debitor habet debita quædam incerta, hoc eſt, talia, quòd quamuis ſciat, ſe illa debere, ignorat tamen, qui ſint illi, quibus debeantur, ac proinde quæ reſtituenda ſint pauperibus, aut inſumenda ſint in alijs operibus pijs, pro animabus creditorum, ad quos ſpectant; & habet quædam alia debita certa, hoc eſt, quorum creditores optimè nouit, tunc reſtituenda prius eſſe debita certa, prætermittendaque eſſe debita incerta, ſi non ſit vnde ſoluantur. Rationem reddunt: Quoniam pauperes, & opera alia pia, non habent tantam actionem, quã tam habent creditores certi: neque ſit illis tanta iniuria in eo, quòd prætermittantur, quanta fieret creditoribus certis. Præſertim cum, eſto ad eſſent ſufficientia bona, ad reſtituenda etiam bona incerta, nulla fieret iniuria pauperibus, ſi, illis prætermiſſis, ea bona inſumerentur in alijs operibus pijs: neque alijs operibus pijs vlla fieret iniuria, ſi, eis prætermiſſis, ea bona pauperibus diſtribuerentur: quin, eſto ea bona diſtribuenda eſſent pauperibus, nullis ſingularibus pauperibus fieret iniuria, ſi, eis prætermiſſis, diſtribuerentur alijs.

2 Quamuis autem fateat, opinionem hanc communem eſſe, grauateque ab ea diſcedam, quòd communis ſit; inclino tamen in partem contrariam. Nempe, poſtponendam non eſſe reſtitutionem bonorum incertorum, ſed æqualem locum eſſe illi tribuendum cum reſtitutione bonorum certorum. Ducor. Quoniam neque iure humano eſt contrarium conſtitutum, neque fundamentum, cui docto- C res contrariæ opinionis nituntur, id perſuadet. Neque enim eſt attendendum ad ius, quod habent pauperes, aut cauſæ aliæ piæ, quibus per accidens, loco verorum creditorum, fit reſtitutio; ſed ad ius, quod habent creditores illi, ad quos ea bona ſpectant, quibuſque reſtitutio fit in pauperibus, aut in alijs operibus pijs, pro ipſorum animabus, iuxta præſumptam illorum voluntatem, & ne eiuſmodi creditores defraudentur commodo illo ſuo ſpirituali, quod ea reſtitutione conſequuntur. Quare, cum eiuſmodi veri creditores, quando cætera ſunt paria, æquale ius habeant cum alijs creditoribus, aut, ſi potior illorum ſit cauſa, excellentius ius habeant, non video, cur poſtponi cæteris creditoribus debeant: præſertim cum cauſæ pauperum, & cæteris pijs, ſit fa- D uendum. Confirmari hoc poteſt, quoniam durum eſt, eum, qui graſſatus eſſet, multoſque in itineribus ſpoliaſſet, quos nunc omnino ignoraret, quinam illi eſſent, debere poſtponere reſtitutionem, quam ita ſpoliatis facere teneretur in pauperibus, & in alijs operibus pijs, reſtitutioni aliorum, cum quibus poſtea contraxiſſet: præſertim quando magna pars bonorum, quæ poſſideret, ortum habuiſſet ex bonis quibus illos alios ſpoliaſſet, quęque aliis vendidiſſet, aut cum alijs permutaſſet.

3 Dubium eſt. Quid ſi aliquis habeat debita aliqua certa, & alia incerta, neque habeat ſufficientia bona vnde vtriſque debitis ſatisfacere poſſit; autoritateque ſummi Pontificis compoſitionem faciat circa E bona incerta; poteritne tunc retinere ſibi quantitatem illam, circa quam compoſitionem fecit, non ſoluendo de illa debita certa, ſed eam ſibi reſeruando? Dicendum eſt, quando debitor ipſe eſt, qui compoſitionem facit, ſiue is ſit vſurarius, qui circa vſuras componat, quas ignoret, quibus eas debeat, ſiue ſit quicunque alius debitor, dubitandum non eſſe, teneri de ea ſumma reſtituere debita certa: quoniam tenetur reſtituere omnia ſua bona, vndecunque illi aduenerint, aut vndecunque ea comparauerit, quouſque planè ſoluat omnia ſua debita. Quando autem hæres, aut alius à defuncto cõſtitutus executor ſui teſtamẽti, compoſitionem circa debita defuncti incerta faceret, eſſet maius dubium. Nam tũ c ſibi ipſi videtur acquirere ſummam, circa quam compoſitionem facit: ipſe verò de ſuis bonis, quæ ſibi ipſi comparat, non tenetur ſoluere debita defuncti. Dicendum tamen eſt, hunc etiam ſoluere teneri de ea ſumma, debita certa defuncti. Ratio autem eſt, quoniam compoſitionem eo modo efficiẽdo, agit negotium ac partes hæreditatis ac bonorum defuncti, ea que de cauſa ſumma illa, circa quam eſt facta compoſitio, manet pars bonorum defuncti, quæ proinde reſtitutioni eſt obnoxia, quouſque integre defuncti debita ſoluantur. Vnde, vt probè doctores citati obſeruant, in ſtatu damnationis ſunt, qui virtute eiuſmodi compoſitionum circa bona incerta, retinent ſummam, circa quam compoſitio eſt facta, ac præ- B termittunt reſtitutionem debitorum certorum, cauſantes, non eſſe vnde illa ſoluantur.

Caiet. in ſumma verb. reſt. & Nauar. in Manu. c. 17. nu. 52. affirmant, debita ex contractibus oneroſis, vt ex mutuo, venditione, &c. reſtituenda eſſe ante debita, quę ortum ex eo habent, quòd aliquid vſurariè ſit comparatum. Contrà verò Ioan. Med. de reſt. q. 2. art. 4. ait, ante omnia eſſe reſtituenda, quæ accepta ſunt per iniuriam: atque, interea, prius reſtituenda eſſe, quæ accepta ſunt per maiorẽ iniuriam, eaque de cauſa primo loco eſſe reſtituendũ, ſi quid per rapinam ſit acceptum, ſecundo verò loco reſtituendum eſſe, ſi quid acceptum ſit per furtum, tertio, ſi quid acceptũ ſit per vſuram, & quarto, ſi quid debetur ex contractu iuſto.

Neutra autem harum opinionum eſt probanda: 4 ſed ſtandum eſt ordini in reſtitutione facienda, Diſput. 536. ex diſpoſitione iuris à nobis copioſè explicato, cui non eſt cur conſcientiæ forum non conſentiat. Quare, ſi quid permanet apud debitorem, cuius dominium ad creditorem pertineat, in ſolutione illius præferendus eſt talis creditor quocunque titulo creditor ſit, idve illi debeatur. Si verò, quoad cętera debitoris bona, nullus ſit creditor, qui vel ratione hypothecæ, vel ratione priuilegij prælationis, iuxta ea quæ diſputatione citata explanata ſunt, præferri alijs creditoribus debeat, tunc bona debitoris inter omnes creditores, quocunque titulo creditores ſint, ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, ſunt ęqualiter diuidenda pro rata, hoc eſt, in eadem proportione, quã debita inter ſe collata habuerint, vt ibidem comprobatum eſt.

Illud tamen eſt obſeruandum, ſi quid gratioſo titulo alicui debeatur, hoc eſt, liberali promiſſione, hoc in conſcientiæ & in exteriori foro poſtponendum eſſet cæteris debitis, quæ ex mera liberalitate debitoris ortum non habuerint. Ratio autem eſt, quoniam ſi tale debitum eſſet cõtractum poſtquam iam debitor impotens eſſet factus ad ſoluendum debita ex aliis titulis, eſſet in fraudem creditorum, eſſetque reuocandum, eſto inſcio donatario, quòd eſſet in fraudem creditorum, promiſſum aut traditum eſſet, ſi exiſteret in ſe, aut in aliquo, vnde, qui illud accepit, eſſet factus locupletior, & multo magis poſſet non ſolui, obligatioque eſſet illud non ſoluendi, ſi nondum eſſet traditum, vt Diſputatione 328. comprobatum eſt. Si verò id debitum fuiſſet contractum, quando promittens erat ſoluendo, tunc, cum ad eiuſmodi debitũ ſolùm teneatur promittens, quantum commodè facere poſſit, ita vt nõ egeat, ſatisfactiſque prius omnibus alijs debitis ex alijs titulis, vt Diſp. 413. eſt oſtenſum, conſequens profectò eſt, vt eiuſmodi debitum poſtponi debitis aliis omnibus debeat.

Quando item debitum eſſet dotis filiæ promiſſæ, poſtponendum eſſet omnibus aliis debitis, quæ non eſſent titulo gratuito debita. Tum quoniam aſcendens maſculus, promittens dotem, ſolùm tenetur

netur genero quantum commodè facere poſſit; eodemque priuilegio gaudet mater comparatione filiæ diſſoluto iam matrimonio, vt Diſput. 425. eſt dictum. Tum vel maximè, quoniam filiæ poſt legem Caroli V. dari in dotem non poteſt, niſi portio legitima illius, & in Luſitania inſuper tertium bonorum parentum eam dotem promittentium: quando autem non eſt vnde ſoluatur creditoribus, nulla ſupereſt portio legitima filiæ, nullumque ſupereſt tertium parentum. Quare promiſſio dotis ſub ea tacita conditione intelligitur, ſi eo vſque pertingat portio legitima filiæ, aut in Luſitania tertium bonorum parentum eam dotem promittentium. Et quãuis gener & filia priuilegium habeant, vt poſſint ſtare quantitati bonorum, quæ parentes habebant, quando dotem promiſerunt, vel quantitati bonorum, quæ reperta fuerunt tempore mortis talium parentum, vt Diſputat. 236. & Diſputat. 238. de iure huius regni & Luſitaniæ, eſt dictum; illud ta-A men ſolùm habet locum, vt non teneatur adducere ad collationem cum reliquis hæredibus dotem acceptam: non verò vt, quod nondum eſt eis ſolutum de dote promiſſa, poſſint accipere de bonis parentum, antequam ex eis ſoluantur debita oneroſa, ad quæ parentes de iuſtitia ſunt adſtricti. Idem eſt dicendum de donatione ad nuptias promiſſa filio.

Obſeruant inſuper doctores circa rem hanc de ordine reſtitutionis, ſi in aliquo loco ſint peculiaria aliqua ſtatuta ea de re lata, illis eſſe ſtandum, mo-B dò iniqua non ſint, iurique naturali contraria. Atque hæc dicta ſint ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, beatiſſimæque ac glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, circa rem hanc de reſtitutione, totumque hunc oblongum de iuſtitia tractatum ſecundum.

FINIS TOMI TERTII.

LAW LIBRARY
1968
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
BERKELEY

LAW LIBRARY

THE UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

THE REUEL DRINKWATER AND
SADITHA MC CULLOUGH ROBBINS
FUND ESTABLISHED BY
DR. LLOYD M. ROBBINS

LVD. MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE IVSTITIA ET IVRE
TRACTATVS,
Qui eſt

DE IVSTITIA COMMVTATIVA CIRCA
Bona Corporis, Perſonarumque nobis coniunctarum.

IN QVO QVAESTIONES ATQVE DIFFICVLTATES
ad hanc materiam pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruoſè
& accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis deciſæ videntur;
ita vt nil amplius relictum ſit, quod ab aliquo deſiderari aut addi poſſit.

Opus non ſolum Studioſis, Theologis, & Canoniſtis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam Seculari verſantibus, apprime vtile & neceſſarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM,
altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materiarum ampliſſimo, atque locupletiſſimo.



VENETIIS, Apud Seſſas. M . DC . XI.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegio.

f BQV 113 M67

INDEX DISPVTATIONVM, QVAE HOC QVARTO TOMO CONTINENTVR.

1 VTRVM homo dominus ſit ſuæ propriæ vitæ ſuorumque membrorum.

2 De varijs iuribus in perſonas cõiunctas, & quo modo iniuria ex cõiunctione reſultet in alios. Atque quouſque variȩ poteſtates infligere corporales pœnas poſſint.

3 Quid & quotuplex ſit homicidium, & quod dicatur voluntarium, quod verò caſuale.

4 Num ſicut homicidium eſt illicitum, ita illicita ſit occiſio aliorum animaliũ, & num vſus carnium fuerit licitus ante diluuium.

5 Vtrum liceat occidere malefactores, & quæ occiſio quinto decalogi præcepto prohibeatur.

6 Vtrum priuatis perſonis occidere liceat malefactores, & quid de occiſione tyranni.

7 Vtrùm Principis aut legis autoritate fas priuatis ſit interficere malefactores, & num maritus licitè interficiat propriam vxorem & adulterum in adulterio deprehenſos.

8 Vtrùm liceat clericis interficere malefactores, cauſæque ſanguinis ſe immiſcere, exercere chirurgiam, & operam dare ciuili iuri.

9 Vtrùm liceat homini ſeipſum interficere.

10 Vtrùm liceat aliquando interficere innocentẽ, & num tradere liceat tyranno innocentem; quem ad occidẽdum petit, perempturus alioquin vrbem.

11 Vtrùm in defenſionem propriæ vitæ liceat interficere iniuſtum aggreſſorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, mortem illius ad eum finem intendendo: & quando id moderamen cenſendum ſit interueniſſe.

12 Vtrùm aliquando interficere liceat eũ, qui nondum iniuſtè aggreditur, aggredi tamen decreuit.

13 Vtrùm nihil impediente ȩterno interitu iniuſti aggreſſoris, fas ſit illum interficere.

14 Num aggreſſus interficere teneatur aggreſſorem.

15 Vtrùm qui ſua culpa ad ſtatum deuenit, vt, ad defendendam ſuam vitam, neceſſe ſit aggreſſorem interficere, poſſit licitè illum interficere, & num liceat interficere miniſtros publicos, à quibus iniuſta mors nobis imminet, & alios, à quibus ſine ipſorum peccato mors non iuſta, aut etiam interdum iuſta, nobis imminet.

16 Vtrùm pro defenſione bonorum externorum liceat interficere iniuſtum aggreſſorem.

17 Vtrùm pro defenſione honoris, ac pudicitiæ, licitum ſit interficere iniuſtum inuaſorem, & num duella licita ſint.

18 Vtrùm in euentibus, in quibus diſputationibus præcedentibus eſt explicatum, aliquem licitè poſſe interficere iniuſtum aggreſſorem, poſſit tertius in defenſionem proximi, aut bonorum illius, eum interficere, & quando ſub culpa lethali ad id teneatur.

19 De iniuſta mutilatione, percuſſione, & cæteris iniurijs, iniuſtitijsve, de quibus in hoc tertio tractatu eſt ſermo.

20 De pœnis ſeipſum interficientis aut vulnerantis.

21 De homicidio caſu, culpa, & dolo facto, & de pœna doli facti.

22 Vtrùm ſit iuſtum ſtatutum, quo pœna tantum pecuniaria pro homicidio voluntario ſit ſtatuta.

23 De homicidio ex propoſito, ex inſidijs, aleuosè ac proditoriè commiſſo.

24 De homicidio veneno commiſſo, & de cooperantibus ad illud. Ac num conatus in eo, & in alijs atrocibus delictis, non conſummato delicto, nec ſecuto effectu, puniri poſſit pœna mortis.

25 De homicidio per aſſaſſinum, & vniuerſim per alium, præmio mandatario propoſito ſeu dato.

26 De homicidio, in quo crimen læſæ maieſtatis interuenit, & in quo interuenit parricidium.

27 De homicidio ex abortu, & ex poculis non animo interficiendi datis.

28 Homicidia, percuſſiones, ac iniuriæ, ac reſiſtentiæ, quouſque ex eo capite aggrauentur, quòd miniſtris publicis ſint factæ, in hoc regno prȩſertim.

29 Quædam alia capita, ex quibus in hoc & in Luſitaniæ regno grauantur homicidia, percuſſiones, atque attentationes ad hæc crimina.

30 Vtrùm qui intendit interficere vnum, aut ſe ab vno defendere, interficit alterum, excuſetur à pœna homicidij ordinaria.

31 Interfectum fuiſſe aggreſſorem, quouſque à pȩna interfectorem excuſet; & quando præſumẽdum ſit, interfectorem in ſui defenſionem interfeciſse.

32 Quouſque homicida à pœna ordinaria homicidij ex eo excuſetur, quòd excipiat, opponatve, interfectum non obijſse ex vulnere, quod illi intulit; ſed ex defectu curationis, aut ex eo, quòd vulneratus inordinatè ſe geſserit, vel ex alio ſuperueniente accidente.

33 Vtrùm ratione dubij, à quo interfectus ſit lethaliter percuſsus, excuſentur ad id homicidium concurrentes à pœna homicidij ordinaria, & quid de irregularitate, & vniuerſim quouſque ſint puniendi concurrentes ad homicidium, irregularitatemque incurrant.

Memb. 1. Concluſio prima circa primum & ſecundum, quæ præcipuè ſunt propoſita.

Memb. 2. De conſulente quouſque teneatur pœna ordinaria, & irregularitatem incurrat.

*Memb.*3. De mandante quouſque pœna ordinaria teneatur, irregularitatemq; incurrat.
*Memb.*4. De ratum habente homicidium, & num puniri debeat pœna ordinaria, irregularitatemq; incurrat.
*Memb.*5. De conſentiente, & de non impediente homicidium, & num pœnam homicidij ordinariam irregularitatemq; incurrant.
*Memb.*6. De auxilium ad homicidium præbente ante & poſt homicidium, & num pœnam homicidij ordinariam irregularitatemque incurrat.
*Memb.*7. De auxilium opem ve præbente ad homicidium tempore, quo patratur, nullo præuio antea ea de re tractatu, & quouſque pœnam ordinariam irregularitatemq; incurrat.
34 Vtrùm propter multitudinem concurrentium ad homicidium doloſum, minuendum ſit de pœna homicidij ordinaria.
35 Si ciuitas, vel alia communitas, homicidium aut aliud delictum committat, qualiter ſit punienda.
36 Vtrùm propter homicidæ minorem ętatem cõmutanda ſit pœna homicidij ordinaria in mitiorem arbitrariam.
37 Senex ſi occidat, aut aliud delictum cõmittat, an ob ętatem a pœna ordinaria excuſetur: & quid de muto & ſurdo à natiuitate, & de interficiente ludo lapidum, aut alio periculoſo.
38 Si furioſus, ſeu amens, ebrius, aut dormiens, aliquem interficiant, num puniri pœna ordinaria debeant, & quid de prodigo interficiente.
39 De pœna homicidij caſualis: reſque exemplis illuſtratur.
40 De pœna mutilationis, vulneris, cæterarumq; iniuriarum circa corpus, quæ in facto, infra mortem, conſiſtunt.
41 In iniurijs corporalibus, & in cęteris delictis, quando cenſendum ſit interueniſſe diſtincta delicta, quæ pœnis diſtinctorum delictorum ſint punienda.
42 De iniuriarum remiſſione, & vniuerſim quot modis iniuriarum actio ceſſet, & num, qui iniuriam intulit, poſſit ab offenſo petere fideiuſſoriam cautionem, quòd nihil mali ab eo recipiet, & ad quem pertineat agere iniuriarum actione.
43 Iniuriarum actio, itemque ob alia delicta, etiã quoad damna in bonis externis data, aut vlterius ſecuta, quouſque exſpiret, aut non exſpiret, morte delinquentis, aut eius, cui accuſare incumbit.
44 Quæ delicta publica & quæ priuata dicantur, & num homicidium delictum ſit publicum, iniuriæ verò priuatum, & qui ſuam ſuorumque iniuriam proſequi dicantur, & de homicidio accuſare poſſint.
45 Vtrùm omnes, qui ſuorum iniuriam proſequũtur, admittantur æqualiter ad accuſandum, & num eorum omnium remiſsio neceſſaria ſit, aut quorum, vt non imponatur pœna ordinaria, veniaque à rege impetretur, vbi hæc locum habent.
46 Circa homicidium, ac alia delicta, quouſque licita ac valida ſit, aut non ſit, de iure communi tranſactio ac remiſsio.
47 Quid circa dicta diſputatione præcedẽte ſit hodie dicendum, in his præſertim Caſtellæ ac Luſitaniæ regnis, & num in foro conſcientiæ licita ſit tranſactio in criminalibus.
48 De remiſſionibus delictorũ tam generalibus, quàm particularibus, à principe factis, quouſque valeant, & de reſtitutione damnatorum in priſtinum ſtatum.
49 De homicidio, mutilatione, & percuſſione ab eccleſiaſticis perſonis factis, & de patratis in perſonas eccleſiaſticas, quibus pœnis ea crimina debeant puniri.
50 De pœna excommunicationis ob ſacrilegium iniectionis manuum violentarum in perſonã eccleſiaſticam, & primò, qui poſſint eam excommunicationem incurrere; & qui nomine perſonarum eccleſiaſticarum intelligãtur, gaudeantque eo canonis priuilegio.
51 Quando ſuadente diabolo manus violẽtæ inijci cenſeãtur in gaudentes priuilegio canonis, vt, qui illas inijciunt, excommunicationẽ eius canonis incurrant.
52 Con cauſæ ad manuum violentarum iniectionẽ in gaudentem priuilegio canonis, vt mãdans, conſulens, &c. quouſque excõmunicationem incurrant.
53 Quouſque ab excõmunicatione excuſatur manus inijciens in aliquem, ignorando illum eſſe de numero canonis priuilegio gaudentium.
54 Percutiens ſcienter clericum non incedentem in habitu clericali, deferentem arma, enormitatibus ſe immiſcentem, negotiantem, exercentem alia ei prohibita, bigamum, aut degradatum, an & quando ab excommunicatione excuſetur.
55 In defenſionem, ad euadendumque extremam neceſſitatem, aut ſi eccleſiaſticus turpitudinis cauſa cum perſona coniuncta reperiatur, quouſque violentæ manus in eum inijciantur ſine excommunicationis pœna.
56 Correctionis cauſa quouſque in eos, qui priuilegio canonis gaudent, manus violentę, abſque excommunicationis pœna inijciantur, etiam capiendo illos per laicos.
57 Percuſſio manusve violentę iniectio in gaudentem priuilegio canonis, quę leuis, quę grauis, & inter has, quę mediocris, & quę enormis, ſeu atrox, ſit cẽſenda, vt intelligatur ad quem pertineat abſolutio ab excommunicatione ea de cauſa incurſa.
58 Legati ſedis Apoſtolicę quotuplices ſint, & quouſque abſoluere poſſint ab excommunicatione incurſa ob manus violentas in eũ iniectas, qui priuilegio canonis gaudet.
59 Epiſcopi & alij ordinarij quouſque abſoluere ab eadem excommunicatione poſſint.
60 Religioſi quouſque abſolui ab hac excommunicatione poſſint.
61 Vtrùm religioſi ab epiſcopo exempti abſolui ab Epiſcopo poſſint ab excommunicatione

ob leuem manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem.

62 Epiſcopi quouſque ab excommunicatione abſoluere poſſint clericos in cõmunitate aliqua conuiuentes, quando vnus ibi percutit alium. Itemque eos, qui prætextu ſui officij, vt cuſtodiendi ingreſſum oſtij, clericos percutiunt.

63 In mortis articulo innodatus excommunicatione, ob quamcunque manuum in eccleſiaſticum iniectionem, an abſolui ab ea poſſit, etiam à ſimplici ſacerdote, & num tunc abſolui à ſimplici ſacerdote poſſit, etiamſi adſit alius, qui abſoluere eum tunc poſſet; & num, quoad id, idem ſit articulus & periculum mortis; & ſi euadat, num teneatur ſe præſentare ei, qui extra eum articulum abſoluere eum poterat, alioquin in excommunicationem reincidat.

64 Ob alia legitima impedimenta ad accedendum ad ſedem Apoſtolicam, aut ad alium qui abſoluere poſſit, quouſque liceat abſoluere ab eadem excommunicatione, & num ſi ita abſolutus, ceſſante impedimento, nõ ſe præſentet ei, à quo fuiſſet abſoluendus, reincidat in excommunicationem, & num hæc ipſa in alijs excõmunicationibus reſeruatis ſimiliter locum habeant.

65 De excommunicatione & alijs pœnis, ob manuum violentarũ in Cardinalem S. R. E. aut in epiſcopum iniectionem, & ob illorum inſecutionem. Itemque in impedientes legatos ſedis Apoſtolicæ fungi munere ſuo.

66 Propter quas alias manuum violentarum in quoſdam alios iniectiones excommunicatio cænæ Domini incurratur.

67 De irregularitate in genere ob homicidium ac mutilationem.

68 Quid mutilationis nomine ſit intelligendum, vt mutilans irregularitatem incurrat.

69 Membri nomine quid intelligatur, vt illud alteri abſcindens, mutilare eum dicatur, irregularitatemque incurrat.

70 Quando corpore vitiati irregulares ſint iudicandi.

71 Num homicidium ac mutilatio facta à carente vſu rationis, irregularem efficiant eo modo occidentem aut mutilantem.

72 Vtrùm licitè occidens aut mutilans inuaſorem, quando id omittere potuit abſque peccato, irregularitatem incurrat, & vtrùm in euentibus, in quibus tenetur quis ſub reatu culpæ concurrere ad mortem aut ad mutilationem alicuius, illa ſecuta, irregularitatem incurrat.

73 Quando bellum eſt iuſtum, quouſque irregularitas incurratur aut non incurratur, ſi aliquis de parte contraria interficiatur aut mutiletur.

74 Exercentes iuſtã cauſam ſanguinis, & ad illam concurrentes, quouſque, ſecuta morte aut mutilatione, irregularitatem incurrant.

75 Quando non iniuſtè aliquis mutilatur in medicina, aut ſimiliter via medendi fit aliquid, vnde mors ſequitur aut mutilatio, quouſque irregularitas incurratur aut non incurratur.

76 De irregularitate ex homicidio & ex mutilatione voluntarijs ac obiectiuè malis, & concauſæ homicidij, aut mutilationis, quouſque irregularitatem incurrant.

77 De irregularitate ex homicidio aut mutilatione caſualibus.

78 Irregularitas ex homicidio ac ex mutilatione à quibus priuet, & num ignorantia aliqua excuſet ab eiuſmodi irregularitate incurrenda.

79 Quis diſpenſare poſſit circa irregularitatem ex homicidio ac mutilatione.

80 An virtute bullæ cruciatæ, iubilæi, aut priuilegij concedenti confeſſario, vt abſoluere poſſit ab omni cenſura ac pœna eccleſiaſtica, poſſit is confeſſarius diſpenſare cum pœnitente in irregularitatibus.

81 Occidens aut percutiens aggreſſorem, vel eum qui laceſſiuit, aut qui occaſionem magnã cauſamve dedit, vt interficeretur aut percuteretur, quouſque ad reſtitutionem teneatur.

82 Quando vnus alterum in duello interficit, aut damnum aliud illi infert, an reſtituere teneatur damnum ita datum.

83 Quæ damna in bonis externis ſequuta, & quibus, reſtituere homicida teneatur.

84 Vtrùm pro dãno vitę ab iniuſtè interfecto ereptæ teneatur homicida aliquid reſtituere, & quale, cuique ea reſtitutio ſit facienda.

85 Vtrùm ſi is, qui cauſam mortis iniuſtam accepit, homicidæ parcat damna iniuſtè illata, antequam ex ea cauſa moriatur, liber homicida maneat ab onere reſtituendi, & quando homicida ipſe non reſtituit, vt tenebatur, quouſque obligatio reſtituendi ad ipſius hæredes tranſeat.

86 Quando aliquis occidit alium, aut damnum aliud iniuſtè illi intulit, idque delictum alteri innocenti imputatur, vtrùm qui verè id delictum commiſit, reſtituere innocenti teneatur damna, quę ea de cauſa illi obuenerint.

87 Iniuſtus mutilator, vulnerator, aut percuſſor, & qui alias his affines iniurias corporales iniuſtè intulit, quouſque reſtituere teneatur damna in rebus externis inde ſecuta.

88 Damnum ipſum mutilationis, & quodcunque aliud corporale infra mortem iniuſtè datum, quouſque & cui reſtituendum, & num ob iniurias corporales reſtitutio debeatur, ſaltem dãni, honoris ac famæ, ſi quod inde reſultauit.

89 De pœnis pro adulterio ſtatutis.

90 Quando ob adulterium vxoris agitur ciuiliter ad diuortium, torique ſeparationem, quæ bona adulteræ marito adiudicentur.

91 Adulteria multa cum eadẽ fęmina, & eiuſdem fęminæ etiam cum multis viris, an vnica puniantur adulterij pęna, & num pęnæ adulterij ob oſcula et tactus impudicos incurrant, quomodoque adulterium probetur.

92 Vtrùm adulterium cum meretrice vxore legitima alterius pœna adulterij ordinaria ſit puniendum.

93 Vtrùm adulterium cum ſponſa, pœna ordinaria adulterij ſit puniendum, tam in ea quàm in illo, qui cum ea eſt fornicatus.

Vtrùm

94 Vtrùm adulterium cum ea coniugata, de cuius matrimonio cum ſuo marito cōſtat fuiſſe nullum, puniendum ſit pęna adulterij ordinaria.
95 Pares ſunt vir & vxor, vt altero eorum adulterante alius agere poſſit ad diuortium, & quouſque id impediat adulteriū alterius ante vel poſt commiſſum, & quando vnus tacitè alteri parcere cenſeatur, vt agere non poſſit ad diuortium, & vir parcere cenſeatur vxori, vt nec criminaliter agere aduerſus eam poſſit. Et num viri adulterium actionem criminalem de adulterio aduerſus vxorem impediat.
96 De alijs quæ impediunt tam ciuilem quàm criminalem actionem ob adulterium.
97 De pęna lenocinij tā mariti circa vxorem quā aliorum lenonum & lenarum.
98 De pęna adulterij à clerico commiſſi.
99 Marito & patri adulteræ quouſque impunè interficere liceat adulteros deprehenſos in adulterio.
100 An pro adulterio, ſecluſo alio iniuſto effectu, qui inde vlterius in rebus externis ſequatur, reſtitutio aliqua ei coniugi debeatur, cum cuius iniuria commiſſum eſt.
101 Ex adulterio cum coniugata ſi filius naſcatur, quæ damna in bonis externis ſint nata ſequi cum onere illa reſtituendi, & quouſque is filius præſumatur eſſe mariti, & quouſque teneatur aut non teneatur credere ſe eſſe illegitimum matri id illi affirmanti.
102 Quouſque adultera teneatur aut non teneatur detegere adulterium, filiumve non eſſe legitimum, vt impediantur damna in bonis externis, quæ alijs ex eo ſequentur, quòd ille reputetur legitimus, & quouſque reſtituere teneatur ea damna.
103 Num etiam adulter ad reſtitutionem eorundem damnorum teneatur, & quouſque, & num adultera & adulter, ſi filius ex eo adulterio natus exponatur, teneantur ad expenſas hoſpitali, aut alteri, qui cum eo ſpurio illas fecerit.
104 De pœnis ſtupri, etiam cum vidua honeſta, & cum alijs.
105 De pœnis raptoris, aut vim inferentis pudicitiæ, & num validum ſit matrimonium inter raptorem & raptam celebratum.
106 Ex ſtupro latè ſumpto, ex raptu, & ex vi pudicitiæ illata, quouſque obligatio reſtituendi in foro conſcientiæ reſultet, & promiſſio, aut iuramentum, contrahendi cum ſtuprata, quouſque obligent.

FINIS.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVI HOC TOMO QVARTO CONTINENTVR.

Diſput. 1.

Omnia *ſubiecisti ſub pedibus eius, oues, & boues vniuerſas*. Pſal. 8.
Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem. Sap. 16.
Ego occidam, & ego viuere faciam. Deut. 32.

Diſput. 2.

Qui parcit virgæ, odit filium. Prou. 13.
Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. Prou. 23.
Seruo maleuolo tortura & compedes. Eccl. 13.

Diſput. 4.

Omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. Gen. 9.
Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cęli, & vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram, & paulo poſt: *ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetſ ipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum*. Geneſ. 1.
Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi, volucres cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Pſal. 8.

Diſput. 5.

Vis imus, & colligimus ea: qui dixit, Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tẽpore meßis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad cõburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Matth. 13.
Homicidium perpetrauit, & ipſe moritur. Exo. 22.
Maleficos non patieris viuere, qui coierit cum iumento, morte moriatur; qui immolat dijs, occidetur. Ibid.
Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malũ de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. quando peccauerit homo, quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in patibulo, ſed eadẽ die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno. Deut. 21.
Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur nobis benedictio. Exo. 32.
In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Pſal. 100.
Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Rom. 13.
Dei miniſter eſt tibi in bonum, ſi autem malum feceris, time; non enim ſine cauſa gladium portat. Ibid.
Subiecti eſtote omni humanę creaturæ, propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis in vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. 1. Pet. 2.
Dum autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania. Matth. 13.

Diſput. 8.

Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Pſal. 98.
Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, non vinolentum, non percuſſorem. 1. Timoth. 3.
Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit, tam ipſi quàm ſemini eius, pactum ſacerdotij ſempiternum. Num. 25.

Diſput. 9.

Et vidit Eleazarus vnam de beſtijs loricatam loricis Regis, & erat eminens ſuper ceteras beſtias, & viſum eſt ei, quòd in ea eſſet Rex, & dedit ſe, vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternũ, & concurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiẽs à dextris & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atque illuc, & iuit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic. 1. Mach. 6.
Cum iam (Razias) comprehenderetur, gladio ſe petijt, eligens nobiliter mori potius, quã ſubditus fieri peccatoribus, & cõtra natales ſuos indignis iniurijs agi. Sed cum per feſtinationem non certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia erumperent, recurrens audacter ad murũ præcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas. 2. Mach. 14.
Et ſtans ſupra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, cõplexus inteſtina ſua, vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans dominatorem vitæ & ſpiritus, vt hæc ſibi iterum redderet: atque ita defunctus eſt. Ibid.

Diſput. 14.

Ego autem dico vobis non reſiſtite malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Matth. 5.
Non vos metipſi defendentes, cariſſimi, ſed date locum iræ. Rom. 12.

Diſput. 18.

Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Eccle. 17.
Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & eos, qui trahuntur ad interitum, liberare non ceſſes. Prou. 24.

Diſput. 22.

Pro menſura peccati erit & plagarũ modus. Deut. 25.
Quicunque effuderit humanum ſanguinem, effundetur ſanguis illius. Gen. 9.
Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Exo. 21.
Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt, reus erit homicidij, & ipſe morietur. Nu. 35.
Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur. Leuit. 24.
Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matth. 26.

Diſput. 23.

Si quis per induſtriam occiderit proximũ ſuum, vel per inſidias, ab altari meo euelles eũ, vt moriatur. Exo. 21

Diſput. 24.

Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſq; in filio & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Ex. 32
In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Pſal. 99.

Diſput. 67.

Non ædificabis mihi templum, quia multum ſanguinis effudiſti. 1. Paral. 22.

Diſput. 69.

In vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent. Rom. 12.

Diſput. 89.

Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera. Leuit. 20.
Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt adulter & adultera, & auferes malum de Iſrael. Deut. 22.
Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei; Magiſter hęc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio; in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Ioan. 8.
Qui ſine peccato eſt, primus in illã lapidẽ mittat. Ibid.

Diſput. 95.

Præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. 1. Cor. 7.
Et vir vxorem non dimittat. Ibidem.

Diſput. 100.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius recõciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Matth. 5.
Mulier poteſtatem ſui corporis non habet. 1. Corinth. 7.

Diſput. 102.

Nolite proijcere margaritas ante porcos.

Diſput. 104.

Vir cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulteriũ, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro. Num. 5.

APPROBATIO.

Recenſui Tomum Quartum diſertiſs. & acutiſs. Doct. Ludouici Molinę, quo eam Iuſtitiæ commutatiuæ partem complectitur, quæ circa bona corporis, & perſonarum nobis coniunctarum verſatur, eumque haud ſecus quàm tres priores, non dignum modo, ſed & neceſſarium iudicaui, qui prælo committatur: cuiuſque doctrina, & ſolida eruditio, omnium oculis & mentibus hauriatur.

Antuerp. in Semin. Epiſcopali 16. Ian. 1608.

Laurentius Beyerlinck, Antuerp.

S. Theol. Licent. Eccleſ. Antuerp. Canonicus, & Librorum cenſor.

INDEX RERVM ET VERBORVM,

Quæ in hoc R. P. D. Ludouici Molinæ è Societate Ieſu,

Quarto Tomo de Iuſtitia Commutatiua circa Bona Corporis continentur, accuratus, & locupletiſſimus.

Primus numerus Diſputationem, Poſterior Diſputationis numerum ſignificat.

A

Abortus.

ABORTUS *interdum fit ſętu iam animato anima rationali, in quo ſolo interuenit homicidium: interdum fit fætu nondum animato rationali animo, in quo non fit homicidium; eſt tamen graue peccatum.* 27.*nume.*1

Abortum qui cauſatur in fætu iam animato rationali animo, pœna mortis punitur, ſi abortus interfectioque fætus ſequatur, eſtque homicidium proditorium ratione infantis, qui ita interficitur: ſi à matre fiat, aut ab alio affinitate coniuncto, parricidij rationem habebit. 27. *nume.* 2

Abortus cauſa qui fuit, & dubium eſt an fętus fuerit animatus rationali animo, irregularitatem quidem ex homicidio incurrit, & puniendus eſt pœna arbitraria. 27.*nume.*4

per Abortum aut aliqua alia ratione qui cauſa eſt, vt fœtus, poſtquam rationali anima eſt animatus, intereat, fit irregularis. 67.*num.*5

Si non conſtet an fœtus eſſet animatus rationali anima, vel non habendus eſſet tanquam irregularis, qui cauſa fuiſſet abortus; Non incurritur irregularitas niſi in euentu expreſsè iure expreſſo. 67.*num.*6

Abſoluendus.

Abſoluendi in foro conſcientiæ ab excommunicatione ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem, quando aliquis ex priuilegio poteſtatē habet, aut quando id licet ex conceſſione bullæ cruciatæ, tunc qui in ijs euentibus abſoluere in conſcientiæ foro poteſt, non poteſt illud efficere, niſi ſatisfacta prius parte, aut quando per ipſum non ſtat, quo minus prius ſatisfaciat, ſed adeſt ad id impedimentum, præſtita ab illo prius cautione, quòd plenè ſatisfaciet. 64.*nu.*10

Accurſius.

Accurſij opinio reprobatur. 11.*numero* 3

Accuſatio.

Accuſatio de delicto priuato quando ſpectet ad offenſum, & non ad quemuis de populo, tamen deficiente legitimo accuſatore, iudex ex ſuo officio, non ſolùm in publicis delictis, ſed etiam in priuatis, poteſt ac tenetur inquirere de delictis, quæ ad eius aures deuenerint cōmiſſa eſſe, & procedere ad ea puniendum, conſtituto aliquo, qui nomine publico de illis accuſet. 44.*nu.*6

Accuſatio pertinet ad aliquos præcisè quatenus actio, quam habebat defunctus, tranſit ad hęredes, tunc actio ſolum pertinet ad hæredes, quicunque illi ſint, maximè ſi accuſatio ſit ciuilis ad pœnam pecuniariam parti applicandam: quando tamen partem aliquam eius pœnæ habiturus eſſet aliquis alius propter ius, quod ad illam habebat, tunc ad eum etiam ſpectaret proſecutio eius actionis, aut certè ſine conſenſu illius remitti ab hæredibus non poſſet pęna, quoad portionem ex ea pœna, quæ illum contingeret. 44.*nu.*10

Accuſationem criminalem intentans & poſt litem conteſtatam omnino non proponens accuſationem proſequi non interueniēte abolitione eius criminis, incidit in pœnam quinque librarum auri, fiſco applicandarū, ſi crimen, de quo accuſabat, erat publicum, ſi erat priuatū punitur pœna iudicis arbitraria. 46.*nu.*17

Accuſator.

Accuſator quod in libello petat, vt reo pro aliquo delicto pœna ſanguinis imponatur, ſi delictum nō eſt tale, pro quo pœna ſanguinis eſt imponenda, non eſt ſufficiens ratio, vt circa tale delictū tranſactio ſit valida. 46.*nu.*6

Accuſatoris ſuperuentio licet ceſſare de iure communi efficiat proceſſum iudicis ex ſuo officio via inquiſitionis, hodie tamē multis in locis iudices ex ſuo officio procedūt ad inquirenda quæcūque delicta, licet prius delinquēs accuſatus ſit, & effectū eſt remedium hoc æquè ordinarium ac prius, aliquibus etiam in locis magis ordinarium, quam accuſatio à priuatis effecta. 47.*nu.*4

Accuſatus.

Accuſatus quando aliquis eſt iniuſtè de aliquo crimine, & accuſans punitur pœna mortis, eo quòd eo modo iniquè accuſauerit, ſi is qui iniuſtè fuerat accuſatus, vindictam petit delicti in ſe cōmiſſi, præuia proteſtatione, ꝙ non intendat accuſatorē iniuſtum interfici, non incurrit irregularitatem, ſed aduocatus ipſius: Si verò vindictā ille petat, tunc etiā ipſe fit irregularis. Si verò iniuſtè accuſatus vindictā non petat, ſed ſolū ſe defendat, iudexq; tamen accuſantem condemnat, tunc neque accuſatus neque aduocatus fiunt irregulares. 74.*nu.*11

Accuſare non poſſunt criminaliter clerici etiam ſuorum iniuriam proſequendo, ſiue pœna ſanguinis veniat imponenda ſiue non. 44.*nu.*13

ad Accuſandum ſolum admittuntur proximiores in gradu, quando ipſi accuſare volunt, alioquin admittuntur qui poſt illos ſunt proximiores, & ſatis eſt ſolos proximiores in gradu condonare & remittere delictū. Quod ſi multi ſunt æque proximi in eo gradu, tunc omnes æqualiter admittuntur ad accuſandum, & neceſſe eſt vt omnes remittant delictum. 45.*nu.*1

Actio.

Actio iniuriarum quo ad pœnā tam ciuilem quàm criminalem multis modis tollitur omnino, ita vt deinceps intentari non valeat, nec admittatur, ſi intētetur. Primò ſi offenſus iniuriam expreſſè remittat; non ſolum quo-

ad rancorem & odium, ſed etiam quo ad actionem iniuriarum, quæ iniuriato competit etiam poſt remiſſum odium & rancorem. 42. nu. 3

Actio iniuriarum tollitur omnino, ita vt deinceps intentari non poſſit, ſi offenſus tacitè iniuriam remittat. Cenſetur autem tacitè remittere eo ipſo, quod pacifice cum eo ſit locutus, qui illam intulit, aut eum ſalutauit, vel cum eo riſit, luſit, comedit, niſi id factum fuiſſet ad vitandum ſcandalum aliorum. 42. nu. 7

Actio iniuriarum tollitur omnino præſcriptione. Si enim offenſus intra annum, computandum a tempore ſuſceptæ iniuriæ, actionem ob eam iniuriam non intentet, præſcribit reus eam actionem aduerſus illum, nec offenſus poteſt deinceps illam intentare. Annus autem curreere incipit à puncto ſcientiæ. 42. nu. 8

Actio iniuriarum tollitur ſi offenſus iniuriam expreſſe remittat non ſolum, quoad rancorem & odium, ſed etiam quoad actionem iniuriarum, quæ iniuriato competit etiam poſt remiſſum odium & rancorem. 42. nu. 3

Actio iniuriarum quamuis anno præſcribatur, actio tamen ad damna in bonis externis ex iniuria reſultantia non præſcribitur anno, cum non ſit iniuriarum actio, ſed ab ea longè diſtincta. 42. nu. 4

Actione iniuriarum agere pertinet ad eum qui iniuriam eſt paſſus. 42. nu. 13

Actione iniuriarum qui agit ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, exprimere in libello debet aduerſus quem in particulari agat, ipſum deſignando à quo iniuria ſit affectus, deinde etiam exprimere quam iniuriam ab eo ſit paſſus, apponet etiam annum, menſem, & locum. 40. numero 7

Si ciuiliter aget, exprimere in libello poterit, quãti iniuriam ipſe exiſtimet, ſalua iudicis taxatione. ibid. nu. 8

Iniuriam paſſus poteſt eam ſuo iudicio æſtimare in ſe, ſpectatiſque omnibus circunſtantijs concurrentibus, quanta ſumma pecuniæ ſit æquum vt compenſetur, ſiue ad id adiuuetur referendo ſe ad damnum, ſiue ad lucrum, ſiue ad vtrumuis, ſiue non curet facere eam comparationem. 40. nu. 9

Actio ſepulchri violati quibus detur. 2. nu. 12

Actus.

Actu quod ſi ſimul vnico, minimè interpolato, quis furetur res multorum, aut aliquid, quod pro indiuiſo ad multos attineat, peccata ſunt diſtincta numero, pro diuerſitate numerica eorum, qui id damnum ſunt iniuſtè perpeſſi, furque diſtinctis pœnis eſt puniendus. 41. n. 4

Actu & ictu ſiue vno ſiue multis, multæ percuſſiones fiãt aut vulnera multa inferantur, vno impetu, minime vel ex interuallo, vnicum delictum ac peccatum eſt in genere moris, ac proinde vna pœna percuſſionis aut vulneris eſt puniendum: & ita ſi quis pluries eo modo percutiat eccleſiaſticum, vnicam duntaxat excommunicationem incurrit. 41. nu. 3

Actus multi pro quibus pœna eſt ſtatuta, aut eſt imponenda, ſi ſinguli fiant ſeorſim, aut quidam eorum ex interuallo vnus poſt alium, tunc ſi ad vnum finem ex intentione illos exercentis aut ex ſe ordinentur, nec fiant ex interuallo, ſed vno impetu, ita vt omnes in genere moris ſint vnum peccatum conflatum ex illis omnibus, vtique puniendi non ſunt diſtinctis pœnis tanquam delicta diſtincta, ſed vnica finis aut effectus, ſecuti, eſto pro illis, ſi ſeorſim fierent, pœnæ eſſent diſtinctæ ſtatuto aliquo ſancitæ. 41. nu. 21

inter Actus, quibus quis attentat crimen aliquod atrox, pro quo pœna mortis ſit ſtatuta, ad illudque patrandũ conatur, quidam ſunt proximiores, vt conſummetur delictum, & quidam remotiores. 24. nu. 6

Adulter.

Adulter aggreſſus à marito adulteræ in facto deprehenſus, licitè illum interficere poteſt contra Nauarrum. 15. numero 3

tam Adulter quàm adultera in Luſitania mortis pœna puniuntur iudicis authoritate per miniſtros publicos infligenda ſeu exequenda. 89. nu. 13

Adulter in conſcientiæ foro, ſi indicia habeat ſufficientia, quæ coram Deo ipſum omnino perſuadeant, perſuadereve debeant, illum eſſe ſuum filium, vt ſuum debet illum reputare ad effectum, vt reſtituere teneatur dãna omnia inde ſubſecuta, atque ad illum educãdum, ad ſoluendas ve expenſas factas in illo educando. 103. nu. 3

tam Adulteri quàm adulteræ bona per ſententiam iudicis ponuntur in poteſtate mariti adulteræ, vt de adulteris ipſis deque ipſorum bonis faciat, quod ſibi placuerit, eos morte puniẽdo, aut alia mitiori pœna infra mortem, vel eis omnino parcendo, poteritque ſibi aut cuiquam alteri rei applicare omnia illorum bona, vel partem ipſorum, vt ſibi placuerit. 89. nu. 7

Adulteri pœna iure Digeſtorum plectebatur maritus, qui vxorem deprehenſam in adulterio non dimittebat faciendo ab ea diuortium, quoniam conſentire in adulterio lenociniumque circa eam committere exiſtimabatur. 97. num. 3

De iure communi tanquam de adulterio puniebatur, qui ſciens eam ducebat vxorem, quæ de adulterio aut de ſtupro publicè fuerat condemnata. 97. nu. 4

Adulteri quando non ſunt conſpecti à teſtibus commiſceri, tunc, vt condemnari de adulterio poſſint, ac puniri pœnis pro adulterio ſtatutis, indicia, de quibus teſtes omni exceptione maiores deponunt, talia eſſe debent, vt prudentis iudicis arbitrio violentam ſuſpicionẽ fornicationis inter illos efficiant. 91. nu. 5

Etiam ſi veſtitus cum veſtita reperiantur ſimul iacentes in eodem lecto, & ſeſe mutuo laſciuè amplexantes, maximè ſi locus ſit abſconditus, ea indicia quam ſæpiſſime prudentis arbitrio efficiunt violentam præſumptionem adulterij, vt illi adulterij pœna ordinaria puniantur. 91. numero 6

Adulterum de iure communi patri impunè licebat interficere quemcũque repertum cum ſua filia in adulterio, eſto vilis non eſſet: ſed requirebatur vt vtrumque interficeret, & non unum ſine altero: item vt in adulterio illos deprehenſos in flagranti delicto interficiat, nõ verò ex interuallo. 99. numero 6

Requirebatur ẽt, vt is pater haberet tunc eã filiam in poteſtate, ita vt filiafamilias illius tunc eſſet. ibid. nu. 7

Erat etiam neceſſarium, vt parens, qui in ſua poteſtate habebat filiam ſuam, impunè poſſet de iure communi illam & adulterum in adulterio deprehenſos interficere, vt illos in adulterio deprehenderet in domo ſua, aut in domo generi. Si autem illos deprehendiſſet in domo ipſiuſmet adulteri, aut in aliqua alia, non poterat eos impune interficere. ibid. nu. 8

Omnia, quæ de Iure communi ſancita ſunt, vt ſcilicet parens, ſub cuius poteſtate patria eſt adultera, poſſit impune interficere adulteram & adulterum, deprehenſos in adulterio, quando conditiones omnes explicatæ concurrunt, locum hodie non habent in Hiſpania neque in Luſitania. ibid. num. 9

Adul-

Adulterum deprehenſum in adulterio iure antiquo conceſſum fuit impune occidere: poſtea etiam marito fuit facta poteſtas, vt maritus quoque interficere poſſet vxorem in adulterio deprehenſam.99.nu.1

Adulterum non teneri reſtituere damna ſecuta alijs iniuſtè ob filium ex adulterio natum, aſſerunt nonnulli.103.nume.1

Sanior opinio eſt, adulterum videlicet, qui indubitatus pater eſt eius filij, quive ſibi omnino perſuadet, perſuadereve omnino debet, eum eſſe ſuum filium, teneri ſimul cum adultera ad reſtitutionem eorum omnium damnorum.103.nu.2

de Adulterio ad diuortium quando agitur ciuiliter, & conſequenter vt amittat dotem, & inſuper tertiam partem valoris dotis ex alijs uxoris bonis, ſi quæ alia bona vxor habebat, tunc agendum eſt coram iudice eccleſiaſtico, ad quem pertinet diuortium concedere aut negare: non verò eſt agendum coram iudice ſæculari, ad quem ut non ſpectat diuortium concedere, ita neque ad eum attinet iudicare de pœnis, quæ incidenter & per conſequentiam ſunt vni coniugum imponendæ, & alteri iuris diſpoſitione applicandæ.90.nu.8

Adulteros in Luſitania nullus poteſt accuſare niſi maritus.8[illegible].nume.14

de Adulteris vt pœnæ illæ locum habeant, exigitur vt adultera ſponſa per verba de præſenti, cum ſponſo quatuordecim annorum, ſi duodecim annorum: quia ſponſalia per verba de præſenti inter impuberes, aut altero eorum exiſtente impubere, non habent rationem matrimonij, ſed ſolùm habent tunc uim ſponſaliorum per verba de futuro.93.nu.4

Adultera.

Adultera coniugata, & adulter qui cum ea adulterium commiſit, veteri lege mortis pœna puniebantur, pro eo adulterio; item iure communi Cæſareo.ibid.nu.5

Eodem iure communi, quando ita aduerſus adulteros agebatur criminaliter, bona omnia adulteri ad fiſcum attinebant, niſi haberet deſcendentes, aut aſcendentes, vſque ad tertium gradum. Mulieris uerò adulteræ bona in tres partes æquales diuidebantur.ibid.nu.6

Adultera in hoc præſenti euentu amittit dotem marito, & inſuper tertiam partẽ quantitatis dotis de alijs ſuis bonis, ſi quæ alia bona vltra dotem habebat, atque ſi quid remanet, ad vxorem attinet, idque quod maritus ita ex delicto vxoris lucratur, attinet poſt mortem mariti ad filios eiuſdem vxoris, ſi quis ex eo matrimonio habebat, tanquam legitimos ex ea morte, atque adeò perinde ad eos tunc pertinet, atque ſi matri ab inteſtato ſuccederent in ea tota portione bonorum. 90.nu.3

Idem ius valet in Luſitania & Hiſpania: quando autem in Luſitania matrimonium fuerit celebratum, contractu medietatis bonorum tunc, cum ratione dotis id ſolum habeat, quod marito à principio celebrationis matrimonij promittitur cum vxore, ſanè id ſolùm amittet adultera tanquam dotem.ibid.nu.4

Adultera quando integre non poteſt reſarcire damna, quæ ex ſuo adulterio alijs ſequuntur, neque poteſt illa integre impedire, uel ad illa integre impedienda non tenetur propter longè maius ſuum detrimentum; tenetur nihilominus reſtituere illa quantum potuerit, relinquendo damnificatis de bonis, de quibus libere poteſt diſponere, quantum maximè potuerit, & occultè accipiendo de bonis, quæ deuentura ſunt ad ſpurium, aut quæ iam ad eum deuenerunt, quantum tutò potuerit, ut ex illis compenſationem occultam in reſtitutionis modum illis efficiat, qui damnum propter eundem ſpurium patiuntur iniuſtè.102.nu.15

Adultera quando detegendo ſuum crimen, impeditura non eſſet damna, quę ex natiuitate talis filij ſequentur; quoniam in foro exteriori ſola ea confeſsio ſine alia legitima probatione, quòd ille ſit illegitimus, nõ ſufficit, vt reputetur talis, & vt excludatur à bonis, quorũ eſt incapax, non tenetur detegere crimen ſuum, etiam ſoli illi filio ſuo ſpurio, nihil impediẽte, quòd nulla alia via poſsit impedire neque reſarcire ea damna iniuſta aliorum: & tunc reputãda eſt ea adultera debitrix eorum omnium dãnorum, quæ omnino non poteſt ſoluere, cui proinde neganda non eſt abſolutio à peccatis. 102. numero 1

Adultera quando haberet bona de quibus libere poſſet diſponere, & quibus compenſare ſufficienter poſſet damna, quæ ex eo eſſent ſequenda, quòd ſi is filius reputaretur legitimus, non tenetur ſuum crimen detegere, modo ex eis alijs ſuis bonis ſufficienter ea omnia damna compenſaret.102.nu.2

Contra hæc præcedentia obijciuntur tria argumenta in alteram partem. ibid.nume.3

Diſſoluuntur illæ tres obiectiones.ibidem.nu.4

Adultera quando alia via nec impedire nec reſarcire poteſt damna, quæ ex natiuitate filij ſpurij ſequuntur, atque veriſimile eſt, & certum, aut quaſi certum moraliter, ex reuelatione ſui criminis ea fore impediẽda, quia vel poteſt in exteriori foro ſufficienter probari, eum filium ex adulterio fuiſſe conceptum, vel facta reuelatione filio eius criminis, creditur ipſum ceſſurum bonis quæ ad ipſum non ſpectant, tunc non tenetur adultera cũ periculo vitæ propriæ aut alterius detegere crimen ſuum, ſed potius debet permittere ea omnia damna. 102.num.5

Adulteræ quamuis in Luſitania venia præſtita à marito non impediat, quo minus idem maritus proſequi poſſit accuſationem adulteri, & quo minus iudex, poſtquam querela de eo adulterio data eſt à marito, etiamſi maritus proſequi accuſationem nõ velit, ex ſuo officio progrediatur ad eundem in commune reip. bonum puniendum; nihilominus merito eſt ſtatutũ, vt eo ipſo, quòd maritus adulteræ parcit, imponi adultero nõ poſsit pœna mortis. 89.nu.16

circa Adulteram & adulterũ varia ſtatuta in regno Luſitanico. 89.nu.17

aduerſus Adulteram in Hiſpania, quando agitur ciuiliter ad diuortium, non amittit marito, hæredibuſq; mariti, partem bonorum ſuperlucratorum, ſed ſi non habuerit vltra dotem alia bona, vnde inſuper marito ſoluatur tertia pars valoris, ex eis bonis id ei ſoluetur. Idem ius eſto viduæ, dummodo luxurioſè non viuat, licèt bis aut ter fornicetur intra annum luctus mariti. 90. num.5

Adulteram nullus præter maritum in Hiſpania accuſare poteſt niſi ipſo conſentiente. 47.nu.11

Adulterium.

Adulterium triplex eſt, coniugati cum non coniugata, nõ coniugati cum coniugata; coniugati cum coniugata: & quęnam ſpecies grauior ſit.89.nu 1

per Adulterium vnius, cũ matrimonium nõ diſſoluatur, eaque de cauſa, eſto ab innocente legitimè eſſet factum diuortium propter adulterium, quod alter cõiux aduerſus illum commiſiſſet, nihilominus fornicatio, quam is inno-

innocens poſt tale diuortium commiſiſſet, verè eſſet adulterium contra fidem matrimonij adhuc manentis, atque in iniuriam alterius coniugis, qui antea aduerſus ipſum adulterium commiſerat. Inde ſanè efficitur, quòd inter adulteria vtrinque commiſſa detur mutua iniuriarum fractæque fidei matrimonij compenſatio. 95. nume.4

Adulterium à marito quando committitur, ſiue cum coniugata ſiue non coniugata, tunc de iure Cæſareo criminalis actio non datur vxori talis mariti aduerſus eum ob adulterij iniuriam in ipſam commiſſam. 89.nu.2

In Hiſpania tamen pœna ſtatuta eſt coniugato, qui publicam habet concubinam. ibid.nume.3

Adulterium licèt crimen ſit publicum, & capitale, circa illud tamen tranſactio nec licita nec valida eſt, & cur id fiat. 46.nu.7

Adulterium, quamuis in Caſtella iudex ſæcularis non poſſit procedere ad inquirendum & puniendum, niſi accuſante marito adulteræ, id non impedit iudicem eccleſiaſticum, quominus procedere poſſit ad inquirendum & puniendum clericum ſibi ſubiectum. 98.nu.2

Adulterij quamuis indicia certam moraliter efficiant præſumptionem; tales tamen poſſunt habere adiunctas alias circumſtantias, quæ in contrarium ſuadeant, vt nequaquam efficiant certam moraliter præſumptionẽ adulterij, atque vt nequaquam ſufficiant ad condemnãdum de adulterio, ad pœnamve ordinariam pro adulterio ſtatutam, ſiue ciuilem ſiue criminalem, imponendam. 91.numero 7

Adulterij pœna nõ poteſt puniri mulier ob oſcula, neque amittere dotem. 91.nu.3

Adulterij pœna puniebatur, qui comperiens aliquos incidiſſe in adulterium aut in ſtuprum, aliquid accipiebat ne illos accuſaret. 97.num.5

Adulterium ſi commiſerit maritus in iniuriam vxoris, non impedit eum agere criminaliter ad vxorem puniendam, idque ſi adulterium mariti ſequatur adulterium vxoris, ſiue antecedat. 95.nu.13

Adulterium qui committit cum Regina, aut vxore Principis regni hæredis, in crimen incidit læſæ maieſtatis: quin etſi rem habeat cum filia Regis, aut principis regni hæredis, quando illæ coniugatæ non ſunt, in crimen incidit læſæ maieſtatis, pœniſque pro eo crimine ſtatutis punitur. 89.nu.11

ob Adulterium interdum materiale tantum, interdum verò etiam formale, locum non habet actio, tam ciuilis quàm criminalis, ob adulterium; quando coniugata paſſa eſt ſe ab alio cognoſci, arbitrata eum eſſe ſuum virum. 96.num.1

Secundus: quando arbitrante vno coniuge alterum eſſe defunctum, matrimonium cum vno celebrauit. ibid. numero 2

Tertius: Si maritus libellũ repudij vxori dederat, dum ambo infideles erant nondum ad fidem conuerſi, illaque alteri nupſerat. ibid.nu.3

Quartus: Quando coniugata vi fuit oppreſſa, inuitaque eſt paſſa adulterium. ibid.nu.4

Quintus: Si à puncto adulterij cõmiſſi elapſum eſt quinquennium: eo enim tempore præſcribitur actio adulterij, vt deinceps intentari non poſſit, niſi in adulterio interuenerit vis. ibid. nu.5

Sextus: Si adulterium commiſſum eſt conſenſu mariti, quia id illi ſuaſit, vel quia id illi permiſit ſciens ac potens id impedire, nec impediens. ibid.nu.6

ex Adulterio cum muliere coniugata ſi proles concipiatur & naſcatur, tria damna in bonis externis nata ſunt alijs iniuſte ſequi. 101.nu.1

ex Adulterio in foro conſcientiæ voluerunt aliqui deberi reſtitutionem pro iniuria adulterij contra iuſtitiam alteri coniugi eo crimine illata, ſpectata præciſè à quocũque alio damno ex eo crimine vlterius ſecuto, idque ab unoquoque adulterorum. 100.nu.1

Sed ſanior opinio eſt, quando marito adulteræ ex adulterio cum vxore illius nullum damnum permanens eſt ſecutum, in fama, neque in bonis externis, pro nuda iniuria ſeu iniuſtitia adulterij, nullam ei deberi reſtitutionem in foro conſcientiæ, & ita ſemper in eccleſia in confeſſionum praxi ſeruatum eſt. 100.nu.2

Adulteria quando vtrinque commiſſa ſunt ante reconciliationem inter coniuges factam, locus eſt compenſationi, ſiue plura ex vna parte commiſſa ſint quàm ex alia, ſiue ex vna parte commiſſum ſit vnum tantum, & ex alia commiſſa ſint multa, & ſiue vnus ſiue alius vltimò adulteratus ſit, ita vt in eo euentu neuter diuortium facere poſſit in foro conſcientiæ, neque in exteriori, ſi de adulterio vtriuſque in exteriori foro conſtet, neque poſſit vnus negare alteri debitum ratione adulterij ab eo commiſſi. 95.nu.10

Adulteratur quicumque cum aliqua, quæ prius meretrix fuit, at poſtea ad bonam frugem ſe recepit, incurrit pœnas adulterij ordinarias: item qui adulteratur cũ vna quæ poſt matrimonium erat meretrix facta, niſi cõſtet conſentiente marito id fieri. 92.nu.1

Agere.

Agere actione iniuriarum pertinet ad eum, qui iniuriam eſt paſſus. 42. num.13

Aggrediens.

Aggrediens alium proditoriè, eum non interficit, ſed vel vulnerat, vel alia iniuria illum afficit, tunc pœna qualificata etiam ei imponitur, de iure communi iudicis arbitrio eſt augenda ac qualificanda. Et quomodo in Hiſpania puniatur. 23.nu.7

Aggreſſor.

Aggreſſor iniuſtus ſicut pro neceſſaria vitæ defenſione ita & pro defenſione rerum externarum occidi poteſt tam à clericis quàm à laicis. 16.nu.1

Aggreſſorem iniuſtum tertius quis interficere poteſt in defenſionem bonorum externorum, & vitæ proximi, ſiue in abſentia ſiue in præſentia, ſecluſo omni alio medio neceſſario. 18.nu.1

Aggreſſorem iniuſtum licitum eſt iure naturali in propriæ vitę defenſionem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ. 11.num.1

Aggreſſus.

Aggreſſus intẽdere poteſt mortẽ aggreſſoris iniuſti, tanquam neceſſarium medium ad vitam propriam defendendam. 11.nu.4

Aggreſſus ab iniuſto aggreſſore an debeat ordine caritatis præferre vitam propriam vitæ aggreſſoris, ipſum interficiendo, vel vitam aggreſſoris propriæ, permittendo ſeipſum occidi, vide cum pulchra diſtinctione. 14.num.1

Aggreſſus quando iudicandus ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ interfeciſſe, vt in conſcientiæ foro à culpa excuſetur. 11.num.5

Alapa.

Alapa, fuſte aut enſe ſi quis percuſſus in continenti repercuſſit, aut occidit, vel aliud damnum intulit, cæterum

uim excedẽdo moderamen inculpatæ tutelæ, in foro conſcientiæ ad nullam damnorum reſtitutionem tenetur. 81. nu. 8

Amens.

Amens, & furioſus, ſi dum iudicio carebat aliquem interfecerit, nulla omnino pœna neque ordinaria neque extraordinaria ob id puniendus eſt. 38. nu. 1

Amentia.

Amentiæ tẽpore licet committenti delictũ nefas ſit infligere pœnam, quæ pœnæ rationem haberet, poteſt tamẽ ei imponi ac debet pœna improprie dicta, quę tamen nec mors ſit nec mutilatio. 38. nu. 3

Animalia.

Animalia ratione carentia occidere, aut carnibus eorum veſci, quidam tenuerunt illicitum eſſe, ſed error eorum oſtenditur ex locis ſcripturę. 4. nu. 1

Arma.

Arma quando aliquis culpababiliter præſtitit quibus illata eſt mors, quam ipſe non credebat inferendam, incurrit irregularitatem ex homicidio caſuali, non tamen ex voluntario. 33. memb. 6. nu. 8

Articulus.

Articulus mortis & periculum mortis, quomodo diſtinguantur. 63. nu. 6

Aſſaſſinium.

Aſſaſſinij in crimen ſi conſtet probabilibus argumentis aliquos incidiſſe, illud ſufficit, vt tales delinquentes cõprehenſi puniantur, atque fugientes pro diſſidatis habери poſſint, liciteque à quocunque poſſunt interfici. 25. numero 5

Aſſaſſinus.

Aſſaſſinorum nomine quinam inteelligantur: Chriſtiani etiam aſſaſſini ſunt. 25. nu. 2

Authentica.

Authentica, bona damnatorum. C. de bon. proſcr. quando locum habeat. 20. nu. 9

Auxilium.

Auxilium ad homicidium tribus modis preſtatur. 33. memb. 6. nu. 2

Auxilium ad homicidium quando nullo præuio tractatu aliquis præſtat, antequam committatur, tunc ſecuto homicidio tenetur pœna ordinaria eius homicidij, incurritque irregularitatem ex homicidio voluntario, tanquam concauſa ex ſua cooperatione illud intendens, voluntarieque ad illud cooperans. 33. memb. 6. nu. 4

Auxilium quando aliquis præberet ante delictum commiſſum, quod non cooperaretur ad homicidium, quia ſi ne illo ſimiliter eſſet exercendum, tunc id auxilium præbens puniri non deberent pœna homicidij ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria. 33. memb. 6. nu. 5

Auxilium quocunque modo ad homicidium præſtetur, ſi præuio ante delictum tractatu cum auxiliante, illud præſtet, incidit in pœnam homicidij, & incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario, propter præuium illum tractatum ac conſenſum tunc id auxilium præſtãdi poſt commiſſum delictum. 33. memb. 6. nu. 3

Auxilium ſi conſtet nihil cooperatum fuiſſe ad tale homicidium, quia conſtat homicidam nihil fuiſſe inde magis firmatum in ſuo malo propoſito: nihilque omnino adiutum fuiſſe eo conſilio, tunc incidit in irregularitatem. 33. memb. 6. nu. 6

Auxilium homicidæ præſtans crimine iam commiſſo, nullo præcedente tractatu neque promiſſione, nullam irregularitatem incurrit & punitur pœna arbitraria. Nõ ita autem arguitur in fure adiuuando, furto iam expleto. 33. memb. 6. nu. 9

Auxilij nomine ad homicidium quòd intelligatur. 33. memb. 6. nu. 1

B

Bonum.

Bonum ad commune cum ſpectet delicta puniri, & æquitas patiatur, vt remiſſa iniuria ab offenſis, ſiue gratis, ſiue tranſactione pro emolumento aliquo, mitius pro ſola iniuria & offenſa reip. facta puniantur, quam pro vtraque iniuria & offenſa ſimul, fit vt de iure communi, nihil impediente remiſsione partis offenſę, nihilque impediente tranſactione cum reo circa id delictum ab ea facta, & alij ad accuſandum admittantur, & iudex ex ſuo officio procedat ad imponendam totam pœnam ordinariam eis. 47. nu. 6

Bona quando confiſcanda eſſent, etiam acceſſoriè ad aliã pœnam criminalem, & aliquis accuſatus eſſet de crimine, pro quo ea pœna eſſet imponenda, vel in eo eſſet deprehenſus; tunc, ſi is ex conſcientia criminis metù ve pœnæ ex tali delicto ſe ipſum interficeret, tunc habetur pro confeſſo, atque pro condemnato eriperenturque ea bona ab hæredibus. Hæredes tamen erunt admittendi, ad probandam (ſi velint) defuncti innocentiam, quam niſi ſufficienter probent, bona ab eis eripientur. 43. nume. 12

Bona omnia quando alicuius confiſcantur, eo ipſo actiones omnes actiuæ rei aduerſus omnes ſuos debitores tranſeunt ad fiſcum, & omnes actiones paſſiuæ creditorum aduerſus reum aduerſus fiſcũ: eo quòd ſola ea bona eius rei tranſeant ad fiſcum, quæ remanſerint deducto toto ære alieno, legitimè à reo vſque ad illud inſtãs contracto. 48. nu. 12

Bona in delicto deprehenſi, aut lite cum eo conteſtata ſeipſum interficientis, vt confiſcentur, duo requiruntur. 20. nume. 8

Bona ſe ipſum interficientis, vel ad interficiendum ſe ipſum aggreſſi, quando fiſco adicantur, vide cum ſuis cõiecturis. 20. nu. 2. 4. & 5

C

Canon.

in Canone nomine manuum violentarum quid intelligatur, ita vt ex communicatio incurratur. Is etiã qui in re clerico adhærente manus injjcit, excommunicationem incurrit: quin & qui equo eius manus violentas inijcit, quando priuilegio gaudens ei inſidet. Itẽ qui priuilegio gaudentem inſequitur, ita vt præcipitare ſe in aquas cogatur. 51. nu. 1

Qui clam aliquid ab eo accepit, qui hoc priuilegio gaudet, etiamſi id illi adhæreat, & etiam ſi id illi præſcindat, non incidit in hanc excommunicationem: quia huiuſmodi clancularia acceptio non eſt violenta. ibid. numero 2

Capitalis.

Capitalis criminis nomine quid intelligatur. 46. nu. 2

Cardinalis.

Cardinalem qui occiderit, vel per ſe vel per alium, vel ad mortem cooperatus eſt, ſic in eum poteſtas iuriſdictionis inſurgit, quòd contra vitam ſubſidium mortis ſolatium innocet, neque per eiuſmodi pœnas, iudicibus eccle-

eccleſiaſticis impoſitas, facultas adimitur iudicibus ſecularibus, quin potius integrum eis relinquitur, imponere pro eiuſmodi ſacrilegijs pœnas legib. ſtatutas. Enumerantur ibidem & in paragraphis ſequentibus pœnæ, quas eiuſmodi ſubiturus eſt. 65.nu.6

in Cardinalium aut ſummi Pontificis odium ſi quis inſecutus fuerit, aut manus iniecerit in aliquem eccleſiaſticum, de familia ſummi Pontificis aut Cardinalium, aut ad id cooperatus fuerit, punitur ſeuerè arbitrio iudicis, non tamen excommunicatur. 65.nu.5

Cauſa.

Cauſa proxima & remota in homicidij materia quid ſit. 76.num.5

Cauſa qui eſt remota homicidij aut mutilationis, eſto ea ſit operam dando rei illicitæ, non incidit in irregularitatem interfecto aut mutilato aliquo. Diſput.77.numero 10

in Cauſa ſanguinis filij poteſt pater trãſigere, eo quod proprium ſanguinem videtur redimere, neque ex tali tranſactione inducitur probatio delicti filij. 46.nu.5

Cauſam ſuorum proſequi dicuntur ſocer aut ſocrus comparatione generi, aut nurus, & è contra; vitricus ac nouerca comparatione priuigni, & è contra; libertus comparatione patroni, & vxoris patroni, & è contra hi comparatione ſuorum libertorum; vxor etiam comparatione mariti, & è contra. 44.nu.13

Cauſæ ob quas ſe ipſum quis interficiat, enumerantur. 20. numero 1

Cenſura.

Cenſuræ eccleſiaſticæ ſunt quatuor, excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, & ceſſatio à diuinis. Sed irregularitas nõ numeratur inter cenſuras eccleſiaſticas preſsè ſumptas. Triplex eſt irregularitas. 80.nu.1

Certamen.

ad Certamen ſi vnus alterum prouocat, & alter deſcendit ſolum prouocatus, vt ſuum mundanum tueatur honorem, prouocans tenetur ad reſtitutionem damnorum alteri ſubſecutorum; prouocatus item ſi illum occidat aut vulneret. 82.nu.2

Certamen ſi propria vtriuſque ſponte committatur, neuter eorum tenetur alteri reſtituere damnum, quod in eo illi dederit. 82.nu.1

Chriſtianus.

Chriſtianum aliquem quicunque per aſſaſſinum interfici curat, eſto mors non ſequatur, aut defendit vel recipit aliquem aſſaſſinorum, incurrit decreto Pontificis Innocent. IV. ſententiam excommunicationis & depoſitionis à dignitate & beneficio, eaque alij liberè eo ipſo cõferri poſſunt. 25. num.1

Circumſtantia.

Circumſtantia æterni interitus iniuſti aggreſſoris non impedit aggreſſum, etiam veriſimiliter in gratia exiſtentem, quo minus interficere poſſit ipſum aggreſſorem. 13. numero 1.

Citatus.

Citatus ob delictum ſe ipſum interficiens an reputetur cõfeſſus? 20. numero 7

Ciuis.

Ciuis innocens vtrum pro ſalute totius reipubl. vel ciuitatis tyranno petenti tradi poſſit occidendus. 10. numero 4

Ciuis an pro ſalute totius reipub. vel ciuitatis tyranno petenti eum ad mortem teneatur ſe tradere; & an cogi ad hoc poſſit. 10.nu.5

Ciuitas.

Ciuitas neque delinquere neque puniri poteſt, probatur id varijs argumentis. 35.nu.1

Ciuitas ciuem innocentem ab iniuſta morte defendere tenetur. 10. num.6

Claudus.

Claudus ſi accedere per ſe ipſum poteſt ad altare, ibique exercere omnes motus, qui in miſſa ſunt neceſſarij, non eſt irregularis: ſecus verò, ſi contra. Intellige ſi ſine ſua culpa eſt claudus. 70.num.9

Clericus.

Clericus habitu clerici non incedens, terque admonitus ab epiſcopo aut ab alio, vt clericalem habitum aſſumat, nec paruit, tunc interim dum clericalem habitum deinceps non aſſumpſerit, amittit priuilegium clericale, eaque de cauſa, ſi quis manus violentas in eum tunc iniiciat, licèt ſciat eum eſſe clericum, excommunicationem non incurrit. 54.nu.1

Clericus ob ſolum ſimplex adulterium non degradatur, etiam verbaliter, aut amittit clericale fori priuilegiũ. 98.nume.8

Clericus non baptizatus, cum clericus non ſit, non gaudet hoc priuilegio. 54.nume.11

Clericus mandans aliquem verberari, præcipiendo expreſsè mandatario, ne illum mutilaret aut interficeret, an ſit irregularis, ſi mutilatio aut mors ſequatur. 3. numero 7

Clericus ſi ſtuprum committat cum virgine matura, etiã ſi illa conſentiat, deponendus eſt: ſi autem vi ſtuprum cum illa committat, augenda eſt pœna acri, vt detrudendo illum in monaſterium, aut in carcerem. Non vero deponendus eſt, ſi cum virgine immatura ſtuprum committat; quia cum corrumpere illam non poſſit, ſed integra maneat, puniri non debet clericus id attentans pœna depoſitionis, ſed alia mitiori, ſecundum nonnullos. Sed ſecundum meliorem ſententiam, nihilominus eſſet deponendus, & alijs pœnis ſubijciendus. 104. numero 20

Clericus coniugatus ſi bigamus eſt, aut contraxit cum vna non virgine, eamque carnaliter cognouit, vel cum virgine, & poſtquam adulterium illa commiſit, eam carnaliter cognouit, amittit priuilegia omnia. 54.numero 8

Clericus exercens per annum ioculatoriam artem, vel mimorum, eo ipſo amittit priuilegia omnia eccleſiaſtica, efficiturque infamis. 54.nu.6

Clericus publice coniugatus ſi per ſe exerceat officium carnificis, lanionis, vel carnificis, & ter admonitus non deſiſtat intra præfixum terminum, aut deſiſtat quidẽ, ſed iterum illud officium exerceat, amittit omnia priuilegia, & proinde etiam priuilegium canonis: ſi vero coniugatus non ſit, in habituque clericali incedat, ſolum amittit priuilegium in bonis, & proinde tenetur ſoluere tributa laicorum, non tamen amittit priuilegium canonis. 54.num.7

Clericus non coniugatus publicè per propriam perſonam exercens officium carnificis, lanionis, &c. & ter admonitus à diœceſano, non deſtitit, inceditque habitu laicali, amittit priuilegium fori eccleſiaſtici, donec reſipiſcat. Clerici vero coniugati, eo priuilegio priuati ſunt: & alij caſus, quibus clericus priuilegium fori eccleſiaſtici amittit. 49.nu.20

Clericus conuictus de adulterio, aut illud confeſſus, licèt mortis pœna in ſuo tribunali eccleſiaſtico nõ puniatur,

depo-

deponitur tamen, ab omnique officio ac beneficio priuatur, in monaſteriumque detruditur, vt ibi toto tempore vitæ ſuæ pœnitentiam agat. 98. nu. 1
Clericus ſi non bigamus habitum clericalem ac tonſuram non deferat, eo ipſo priuilegia clericalia amittit. 54. numero 9.
Clerici nomine qui intelligantur. 50. nu. 3
Clericum iniuſtum aggreſſorem interficiens in defenſionẽ bonorum externorum excommunicationem non incurrit. 16. nu. 3
Clerici aliqui quando ſimul viuunt, ſi vnus ipſorum alterum violenter percutiat, abſolui ab Epiſcopo poteſt, modò percuſſio non ſit atrox; ita vt in hoc euentu abſoluere poſſit, etiam ſi excommunicatio incurſa ſit ob iniectionem manuum cum iniuria non ſolum leui, ſed etiam graui, quæ mediocris ſit, & non atrox. 62. numero 1.
Clerici accuſare non poßunt criminaliter etiam ſuorum iniuriam proſequendo, ſiue pœna ſanguinis veniat imponenda, ſiue non. Conqueri tamen coram iudicibus ſæcularibus poſſunt, & petere coram illis competẽtem emendam. 44. nu. 13
Clerici eſſe non poſſunt duces in bello etiam iuſto, eſto propria manu non pugnent. 8. nu. 11
Clerici & laici pro neceßaria vitæ defenſione, & pro defenſione rerum externarum occidentes, an incurrant irregularitatem. 16. nu. 2
Clerici an ex commiſſione ſecularium poteſtatum cognoſcere poſſint de cauſis criminalibus ad laicos puniendos infra pœnam ſanguinis, remittendo crimina ad poteſtates laicas, quando fuerint digna pœna ſanguinis. 8. nu. 10
Clerici ſi apud iudices ſeculares conquerantur de malefactoribus, vel accuſant de crimine, quid iuris ſit. 8. num. 3. vide cum ſuis ampliat. & limitat. nume. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.
Clericis quale ſit peccatum, cauſam ſanguinis, quantũuis iuſtam exercere, aut ad illam cooperari. 8. nu. 12
Clericum Ioannem qui credit interficere ſi interficit Petrum clericum, ignorando inuincibiliter eum eſſe clericum, poſito quod non eſſet Ioannes, quia de nocte incedebat in veſte laicali, in quo Ioannes ſimiliter ſolebat de nocte incedere, non incurrit excommunicationem. 53. nu. 3
Clericis ex iuriſdictione temporali per alium, aut ex poteſtate Pontificis per ſe, iudicium ſanguinis exercere permitti poteſt. 8. nu. 2
Clericos intereſſe ſententiæ aut executioni pœnę ſanguinis ſolùm ad ſpectandum, hodie nullum peccatum. 8. numero 13.

Cognoſcere.

Cognoſcere an habitus, in quo reus, qui contendit ſe eſſe eccleſiaſticum exemptumque à iuriſdictione ſeculari, eccleſiaſticus ſit, aut non, & an habitus, in quo antea incedebat, eccleſiaſticus ſit, an non, ſpectat ad iudicem ſecularem, ad quem definire ſpectat, an talis reus eccleſiaſticus ſit, ad ſuamque iuriſdictionem ſpectet, vel nõ. nume. 10

Commendatarij.

Commendatarij laici non gaudent priuilegio religioſorũ, quia ſimpliciter religioſi non ſunt. 50. num. 5
Commendatarij ordinis D. Ioannis, ſi vnus manus violentas in alterum inijciat, abſolui poſſunt per presbyterum priorem conuentus in euẽtibus, in quibus religioſi alij abſolui poſſunt à ſuis ſuperioribus. 60. nume. 2

Communitas.

Communitas quando delinquere non cenſeatur commiſſionis peccato, niſi per modum communitatis, ſaltem qui illam repræſentant, nihilominus omiſſionis peccato poteſt communitas delinquere, ſi potuit id commiſſionis peccatum impedire, ſaltem per eos qui illam repræſentant, nec impediunt. 35. nu. 5
Communitas quando deliquit per eos qui illam repræſentant, tũc fas eſt illam punire quoad partes, quæ ita per ſe ipſas deliquerunt, punirique poſſunt etiam pœna mortis, & confiſcationis bonorum. Deinde tenentur ad damna inde ſecuta. Quod ſi iußerunt id per alios executioni mandari, mandatarij illud exequentes puniri etiam poterunt pro culpæ quantitate. 35. nu. 6
Communitas non poteſt excommunicari, ſed puniri interdicto. 35. nu. 10
Argumenta prioris opinionis eneruantur in particulari. ibid. num. 11
Communitas vt deliquiſſe dicatur, dignaque proinde, vt communitas eſt, pœna ob id delictum ſit, quod ei tanquam communitati imputatur, neceſſe eſt, vt ſaltem quoad partes, quæ ipſam repræſentant, id agendo deliquerit; alioquin delictum non erit communitatis, ſed eorum ſolum qui id commiſerunt, neque pro eo communitas ipſa poterit licitè puniri, ſed illi ſoli, qui id delictum commiſerunt. 35. nu. 3
Communitatem aliquam procuratorem aut mãdatarium aliquem conſtituiſſe, qui omnia negotia eius exerceat; aliud eſt, aliud verò conſtituiſſe rectores, qui ipſam repræſentent, & nomine totius communitatis res illius exequantur. 35. nu. 4

Compenſatio.

Compenſatio ex eo quod detur mutua adulteriorũ, etiamſi adulterium innocentis ſecutum ſit poſt factum diuortium, infertur exceptionem hanc compenſationis adulteriorum, vt impediatur diuortium, opponi poße etiam poſt literã conteſtatam. Et rarus quidam circa id ipſum euentus. 95. nu. 5
Compenſationi locus eſt in iniurijs & damnis mutuo illatis quo ad priuatas perſonas, non autem quoad pœnas in commune bonum imponendas ac fiſco debitas. 17. numero 9.

Computare.

Computari cum operis debet, ſi quid interfectus lucrabatur negotiando. Emolumentum quippe, quod inde alijs erat prouenturum, non ſecus eſt illis reſtituendum, quã emolumentum, quod ex operis prouenturum iiſdẽ erat. 83. num. 4

Conceptio.

Conceptionis cauſa quando datum eſt alicui poculum, illaque præter ſpem mortua eſt: tunc dator non punitur pœna mortis, ſed arbitraria relegationis. 27. nu. 8

Concubitus.

Concubitus quando duplici de cauſa punitur, vt verbi gratia adulterium cum coniugata, ſi adiunctam habeat circumſtantiam inceſtus, punitur vna pœna quatenus adulterium, & alia quatenus inceſtus, tunc id delictum diſtinctis eis pœnis punitur, etiam ſi ſemel commiſſum ſit: quatenus id patitur qualitas pœnarum, quę non ita communicant inter ſe, quaſi implicet multiplicari aut augeri. 91. nu. 2

Confeſſarius

Confeſſarius qui interrogatur, num quis teneatur denuntiare

tiare in cauſa ſanguinis, num liceat accuſare in eadem cauſa, aut num id ſit melius, ſpectatis circunſtantijs omnibus, quando qui interrogat, denũtiare tenetur ſub reatu culpæ, irregularitatem non incurrit: quando verò denuntiare aut accuſare non teneretur, exquireret tamen an melius eſſet denuntiare aut accuſare, quam contrarium, non incurreret item irregularitatem. 74. num. 5.

Confeſſarius, cui iudex confiteretur, ſe laturum non eſſe pœnam mortis in reum aliquem, vt legibus ſub lethalis culpæ reatu teneretur, poteſt illi dicere abſque irregularitatis periculo: Neque ego te poſſum abſoluere, niſi firmiter ſtatuas, te nihil prætermiſſurum in officio tuo, ad quod ſub reatu culpæ lethalis tenearis. 74. nu. 8

Repetuntur nonnulla ex antecedentibus. ibid. nu. 9

Confeſſarius non poteſt diſpenſare abſoluereve ab irregularitate, quæ nullam rationem pœnæ habeat. 80. num. 2

Confiſcatio.

in Confiſcatione bonorum, aut partis eorum, quæ acceſſoriè in conſequentiam alterius pœnæ criminalis confiſcantur, vt actio ad eam confiſcationem tranſeat aduerſus hæredes delinquentis defuncti, neceſſarium eſt, vt præceſſerit condemnatio delinquentis dum ille viueret, vt neceſſe ſit, ſententiam, qua fuerit condemnatus, tranſiiſſe, dum ille viueret, in rem iudicatam. 43. nu. 10

Coniugatus.

Coniugatos quando aliqui ſe fingebant, & tales communiter reputabantur, cum tamen inter ipſos nullus matrimonij contractus interueniſſet; tunc, ſi illa cum quodam tertio fornicetur, & de adulterio accuſentur; neque illa neque fornicator puniuntur pœna mortis, ſed alia arbitraria infra mortem, ob offenſam reip. factam. 44. num. 5

Coniux.

Coniux qui alteri coniugi iniuſtè debitum negat, licèt iniuriam illi faciat ac lethaliter peccet, ad nullam tamen reſtitutionem tenetur. 106. nu. 15

Coniugum vnus non ita amittit per ſuum adulterium ius petendi debitum ab innocente, quaſi nõ poſſet licitè vti actu coniugali cum illo, & quaſi non poſſit eum actum exigere inuitando licitè coniugem innocentem ad talẽ actum, ſiue is coniux innocens id adulterium ſciat, ſiue ignoret; ſed quia licitè coniux innocens poteſt eum actũ illi in perpetuum denegare. 95. nu. 2

Conſanguineus.

Conſanguinei homicidæ aut alterius delinquẽtis, qui nihil cooperati ſunt ad id crimen, ſed ſolum poſt crimen commiſſum delinquentem occultarunt, aut aliud auxiliũ dederunt, vt legem euaderẽt, puniendi non ſunt, at bene occultatores graſſatorum. 33. memb. 6. nu. 13

Conſentiens.

Conſentiens homicidio quotupliciter capiatur. 33. memb. 5. nume. 1

Conſentiens in necem alterius, illam non impediendo cum poſſet, ſi ex officio ad id tenebatur, pœnam ordinariam homicidij incurrit, & contrahit irregularitatem ex homicidio voluntario, & tenetur ad damna inde ſubſecuta, in defectum tamen eius qui illa intulit. 33. memb. 5. num. 3.

Conſiliarius.

Conſiliarius licet reuocauerit conſilium prauum, quo alterum permouit ad homicidium, & diſſuadere illi conetur tale delictum: ſi tamen is eodem conſilio permotus tale homicidium committat tenetur conſiliarius non ſolum ad damna in defectum executoris ſed etiam pœna ordinaria eius delicti; etiam irregularitatis ex homicidio voluntario. 33. memb. 2. num. 8

Conſilium.

Conſilium quando aliquis prauum dedit ex longo interuallo & poſtea delictum fuit ſequutum, prudentis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs, eſt iudicandum, an executor ex eo prauo conſilio fuerit permotus ad id delictum patrandum. 33. memb. 2. nu. 10

Conſilium ſi quis dediſſet vt aliquis interficeretur, ſiue in communi multorum tractatu, ſiue in particulari, qui eo conſilio permotus eum interfecit, quem vt interficeret, accepit id conſilium; tunc eſto qui id conſilium dediſſet non fuiſſet præſens, quando homicidium fuit patratum, incurreret tamen pœnam homicidij ordinariã, & ex homicidio irregularitatem. 33. memb. 2. nu. 1

Conſilium quando aliquis prauum dedit, neque tunc perſuadere illud potuit, ſi poſtea is, cui datum eſt, illo permoueatur ad homicidium perpetrandum, tenetur ad damna ſubſecuta in defectum executoris talis praui cõſilij. 33. memb. 2. nu. 9

ad Conſilium ſpectat ſuaſio, inſtigatio, ſuggeſtio, inſtructio, perſuaſio: & in quo conſilium differat a mandato. 33. memb. 2. nu. 2

Conſilio inito quando multi concurrerunt ad vnius interfectionem, ſiue vnum, ſiue plura vulnera lethalia ſunt illi illata, tunc omnes tenentur pęna homicidij ordinaria, omneſque irregularitatem incurrunt ex homicidio voluntario, licèt longè magis indignam diſpenſatione qui interemerunt manu propria: niſi eſſent aliqui, qui id præcepiſſent executioni mandari. 33. memb. 1. numero 1.

Conſulens.

Conſulens, conſentiens, mandans, &c. non incurrunt excommunicationem, niſi effectus per executorem ſequatur. 52. nu. 9

Conſulens aut conſentiens, vt manus violentæ in clericum iniicerentur, vel aliquo modo ad id cooperatus eſt, hanc excommunicationem incurrit. 52. nu. 8

Copula.

Copula fornicaria vxoris ante matrimonium contractum ſi poſt matrimonium contractum ſciatur, non eſt ſufficiens cauſa expellendi vxorem, denegandi ve illi debitum poſt contractũ matrimoniũ, ſed tenetur maritus, ea copula fornicaria nihil impediente, admittere & vocare vxorem ad conſortium maritale: quare credẽdum eſt eam id velle, ſed non audere id petere timore aut verecundia mariti, cui ſcit notam eſſe antecedentem fornicariam copulam, eaque de cauſa ipſam faſtidire. 95. nume. 6.

Copula fornicaria cauſa eſt ſufficiens, vt ſponſus per verba de futuro poſſit licitè non velle implere ſponſionem ſeu pactum eorum ſponſalium. 95. nu. 7

Copulam cum ſponſa de futuro eſſe adulterium propriè & preſſe ſumptum, neq; iura ciuilia docent, neque ob illã adulterij pęnam incurrit. 95. nu. 7

Creditor.

Creditoribus ipſius iniuſtè interfecti, ſi aliquando eueniat, vt propter eam iniuſtam mortem illi aliquid non recuperent eorum, quæ interfectus ipſis debebat, quod tamen recepturi erant, ſi ille interfectus non fuiſſet, tenetur homicida reſtituere ea damna. 83. nu. 8

Crimen.

Crimen hæreſeos & læſæ maieſtatis humanæ, mortẽ

non

non extinguuntur quoad pœnas illis debitas.20.nu.3

Crimen ſi publicum ſit, integrum eſt alijs accuſando illo de nouo, & præponuntur hæredes offenſi, ijque ad quos ſuorum iniuriam proſequi ſpectat.43.nu.16

Crimen falſi quamuis publicum ſit, & vt plurimum non puniatur pęna ſanguinis, in eo tamen valida eſt tranſactio ſicut in delictis capitalibus.46.nu.16.

Crimen adulterij eſt mixti fori, ita vt quoſcunque adulteros, etiamſi laici & coniugati non ſint, punire poſſit indifferenter iudex eccleſiaſticus, & ſæcularis. 90.numero 9.

circa Crimen quando agitur criminaliter, ſiue publicum ſiue priuatum, tranſactio circa illud eſt nulla, reuſque tranſigens habetur pro confeſſo, quando circa crimen priuatum agitur ciuiliter ad pęnam parti applicandã, aut agi eo modo ciuiliter poteſt, quia nondum intentata eſt accuſatio, tunc valida eſt tranſactio, & pactum gratuitum.46.nu.14

Criminis capitalis nomine quid intelligatur.46.nu.2

Criminis ex detectione quando ſolum ſequeretur infamia adulterę cum aliquo audientium ſcandalo, tenetur adultera crimen ſuum detegere in articulo mortis, ſi veriſimile ſit ea via iri impeditum damna, neque alia occurrat via, qua impediantur; debetque ſoli filio ſpurio ſecretò detegere, ſi id ſufficiat; alioquin tantum debet detegere, quantum ſufficiat, vt damna impediantur. 102.nu.7

Refellitur obiectio contra hanc pręcedentem ſententiam multis probationibus.ibid.nu.8

Communis opinio eſt, adulterã, non ſolum cum periculo vitæ, ſed etiam cum iactura famæ, non teneri regulariter impedire damna in bonis externis, quæ ex ſuo adulterio alijs imminent, aut ea reſarcire, poſt quam ſecuta ſunt.ibid.nu.9

Quamuis hæc ſit communis doctorum opinio, non tamẽ omnes eodem eam modo intelligunt.ibid.nu.10

Quando alia via non occurrit impediendi ea damna, veriſimiliſque eſt ſpes, fore impedienda, adultera manifeſtante crimen ſuum proprio ſuo filio ſpurio, quia ille fidem adhibebit matri, & eſt adeò timoratus, quod cedet bonis illis, vel profitendo religionem, vel aliqua alia ratione, aut quia mater ſuis precibus apud illum eam ceſſionem ab eo obtinebit, neque ille vlterius matrem infamabit, tunc tenetur ea adultera ſub reatu culpę lethalis, interituſque æterni, manifeſtare crimen ſuum ei filio, eaque via impedire ea aliorum damna iniuſta.ibidem num.11

Crimine commiſſo quando aliquis eos ordines ſuſcepit, per quos exemptionem à ſeculari foro conſequeretur, idq; ſine fraude aliqua, tunc eiuſmodi ordines eum omnino eximunt à foro ſeculari, etiam comparatione criminis ante eos ordines patrati.49.nu.21

in Crimine falſi, quando aliquis in vna & eadem cauſa protulit ex interuallo multos falſos teſtes, aut multa falſa inſtrumenta, falſarius non eſt ſecundum aliquos puniendus totidem pęnis, aut vna omnibus illis æquiualenti, quot ſunt ea crimina, & quot fuiſſet punitus, ſi ea crimina punirentur vnum poſt aliud eo ordine, quo ſunt commiſſa.41.nu.9

In huiuſmodi criminibus ſpectandus eſt finis, & media, quæ adhibentur, & refutatur prior opinio. 41. numero 10.

in Crimine, in quo agitur de honore aut de amiſſione bonorum, locum habet tranſactio.46.nu.4

in Crimine pro quo perſona Eccleſiaſtica eſſet degradãda locum habet tranſactio.46.nu.4

de Crimine aliquo quando agitur criminaliter, mortuo accuſatore exſpirat actio. Si tamen crimen publicum ſit, integrum eſt alijs accuſando illo de nouo, & præponuntur hæredes offenſi, ijque ad quos ſuorum iniuriam proſequi ſpectat. Item quando accuſator moreretur poſt latam ſententiam, qua reus comdemnatus eſſet criminaliter ad pęnam aliquam pecuniariam aut confiſcationis bonorum, nec ſententia tranſiiſſet in rem iudicatam, ſed ab ea eſſet appellatum, tunc quo ad eam pœnã bonorum externorum præciſè non eſſet finita lis, ſed vel hæredes defuncti vel fiſcus, ſi ad eum pertineret ea pœna, proſequi poſſent cauſam vſque ad vltimam ſententiam definitiuam, vt ſi prima ſententia confirmaretur, executioni mandaretur pęna illa bonorum externorum.43.nu.16

de Crimine aliquo quando nullus intentat accuſationem, iudex in ſeculari foro hodie iuxta conſuetudinem multorum regnorum, & de iure regni Hiſpanię, ſiue crimẽ ſit publicum ſiue priuatum, ex officio procedit ad inquiſitionem & punitionem in commune bonum. 47.numero 2.

in Crimine hæreſeos, læſæ maieſtatis, graſſatoris, homicidij, & alijs criminibus, quę licet ſint publica, multa priuata continent, quiuis de populo in Luſitania poteſt accuſare.44.nu.5

pro Crimine hæreſeos, ſi eccleſiaſticus relapſus non ſit, nec fuerit dogmatiſta, ac reſipuerit, degradari non debet, niſi verbaliter dumtaxat, ac proinde non dum pertinet is ad forum ſeculare, ſed ad eccleſiaſticum.49.numero 14.

pro Crimine aliquo priuato quando ſtatuta eſſet pœna pecuniaria fiſco applicanda, poteſt ad eam pœnam accuſare quicunque de popolo, alij tamen contra ſentiunt. 44.num.3

Crimina nonnulla excipiuntur, in quibus morte delinquentis non extinguitur delictum quoad pęnam & accuſationem.43.nu.6

Crimina alia ſunt publica, alia priuata. Quid ſint publica, & quænam publici criminis nomine cenſeantur.44.nume.1.

Crimina quando remittuntur à Principe ante ſententiam aduerſus reum datam, cenſentur omnia condonata, quę ob illud crimen incurruntur, niſi aliud exprimatur, neque reus manet infamis, eſto ob illud crimen infamiæ pœna incurreretur.48.nu.7

Crimina remittere non ſpectat ad iudicem deputatum à Principe quorum remiſſio petitur, ſed ad ſolum Principem, idque ſiue nondum lata ſit aduerſus talem reum ſententia, ſiue ſit lata, & condonatio pœnæ ac reſtitutio delinquentis in priſtinum ſtatum petatur.48.nu.8

Crimina quando remittuntur à Principe poſt latam ſententiam, ſi ſolum dicat ſe remittere id delictum, & nihil aliud addat, ſolum cenſetur illi remittere pœnam corporalem, non verò aliam pecuniariam, nec pœnam infamiæ.48.nu.10

Crimina percuſſionis, mutilationis aut homicidij, qui in eccleſiaſticas perſonas commiſerint, ſi religioſi non ſint etiam nouitij, neque initiati ordinibus ſacris, eſto prima tonſura aut minoribus ordinibus ſint initiati, ſi tamen habitum clericalem & tonſuram non deferãt, & ſimul alicui eccleſiæ de mandato epiſcopi inſeruiant, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate

ſtate quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſentur, non gaudent hodie priuilegio fori, ac proinde nō ſecùs atque alij laici puniendi à iudicibus ſecularibus ſunt hodie pro his criminibus, & quibuſcunque alijs ad ſeculare forum attinentibus, pęnis quibus cæteri laici puniuntur. Et alij caſus circa iudicium huiuſmodi perſonarum. 49. nu. 3

Criminibus in publicis & priuatis, ex quibus pœna ſanguinis delinquenti imminet, licitum eſt ei cum accuſante tranſigere, ſiue ſit perſona offenſa, antequam moriatur, ſiue aliquis alius, aliquid ei dando vt ab accuſatione deſiſtat: licitum eſt etiam ei pactum gratuitum cū accuſante efficere, quo accuſati precibus gratis ab accuſatione deſiſtat, & delictum condonet. 46. nu. 1

in Criminibus quæ atrocia non ſunt, conatus criminis, pro quo eſt pœna ſtatuta, arbitrio iudicis puniri debet, quando ſecutus non fuit effectus, pęna quidem mitiori, maiori tamen vel minori iuxta circumſtantias concurrentes. Sed ſi poſt conatum deſiſtat ſua ſponte à conſummatione, ductus pęnitentia, tunc talis conatus non punitur. 24. num. 10

in Criminibus capitalibus, ſi talia ſint, vt ſciens teneatur ea detegere, quia id præcipitur, vt ea pœna iudicis officio in commune bonum puniatur, neque valida neque licita eſt tranſactio, neque gratuita remiſſio. 46. nu. 12

pro Criminibus, pro quibus non imponitur pœna ſanguinis, licita non eſt tranſactio, quin potius reus circa illa tranſigens habetur pro confeſſo id crimen, punirique proinde debet pęna ſtatuta, aut ordinarie pro eo crimine imponi ſolita, niſi reus ſufficienter probet, ſe id crimen non commiſiſſe, idque feciſſe ad redimendam moleſtiam. 46. nu. 13

Criminaliter quando proceditur in aliquo delicto tunc ſi à lege ſit ſtatuta pęna aliqua amiſſionis bonorum ipſo facto incurrenda, vtique ſiue lis fuerit conteſtata cum delinquente antequam moreretur ſiue non, actio tranſit aduerſus hæredes quo ad eam confiſcationis pœnam. Si verò pęna non erat cōfiſcationis bonorum ipſo facto incurrenda à puncto commiſſi delicti, ſed erat incurrēda per ſententiam, tunc ſi incurritur acceſſoriè in conſequentiam alterius pœnæ criminalis per ſententiam impoſitæ, & delinquens moriatur antequam lata ſit ſententia circa crimen, quæ omnino tranſierit in rem iudicatam, expirat talis pœna confiſcationis, neque executio illius tranſit in hæredes. 43. nu. 13

Criminaliter accuſare non poſſunt clerici etiam ſuorum iniuriam proſequendo ſiue pęna ſanguinis veniat imponenda, ſiue non. Conqueri tamen coram iudicibus ſecularibus poſſunt, & petere coram illis competentē emendam. 44. nu. 13

Culpa.

Culpa homicidij ex qua parte eſt ſolum contra caritatem, non incurritur irregularitas. Refellitur opinio prior, & argumenta eneruantur. 33. memb. 5. nu. 5

Culpa lethalis aut venialis homicidij vel mutilationis quando in homicidio aut mutilatione caſuali cernitur, tunc talis homicida aut mutilator fit irregularis. 77. nume. 2

Culpa theologica quando nulla interuenit homicidij aut mutilationis eius, qui ſanitatis cauſa aliquid fecit, vnde mors eſt ſecuta; quia videlicet ſufficienter erat peritus vt id facceret, ſaltem quia tunc non erat copia peritioris, & nullam temeritatis culpam commiſit, qua ea mors ſequeretur, nec dedit operam rei illicitæ, irregularis non fit. Secus verò ſi fuerit in culpa lethali vel veniali eius mortis. 75. nu. 1

D

Damnum.

DAmnum quando nullus alius eſt paſſus ex interfecti operis, aut ex negotiatione illius, tunc nulla conſurgit obligatio reſtituendi emolumentum. 83. nu. 5

Damnum vniuerſum quando culpa theologica defuncti alicui in rebus externis iniuſtè datum eſt, neque defunctus illud compenſauit hæredes illius naturali iure atq; in conſcientiæ foro tenentur illud reſtituere ei, qui tale damnum eſt paſſus, & eo defuncto, hæredib. eius, iuxta vires tamen hæreditatis. Atque licet lis ea de re conteſtata non fuerit cum defuncto, de iure canonico conceditur actio tam damnum id paſſo, quàm hæredibus illius qui id damnum intulit. Eadem actio concedi hodie inter Chriſtianos debet in foro ſeculari, etiam ſi nullum nouum ius ea de re condatur, condi tamen deberet, vt conſcientiæ exonerarentur. 43. nu. 3

Diſcrimen illud inter ius canonicum & ciuile de quo loquimur, ſolum eſt quo ad latitudinem damni iniuſtè à defuncto dati, non verò quo ad id pœnæ, quod ob tale delictum defunctus incurrit. ibid. nu. 4.

ad Damna corporis, vt ad amiſſionem membri, aut ad amiſſionem debiti illius vſus, ad cicatricem relictam ex vulnere, & ad ſimilia corporis dāna, nō datur actio iure ciuili, vt præcisè ſunt damna corporis, pręter actionem iniuriarum. 40. nu. 20

ob Damnum corporis irreparabile iniuſtè datum, vt propter debilitationem membri, ita vt in poſterum fungi non poſſit ſuo munere, aut non tam bene atque antea illo fungebatur, reſtituere tenetur, qui illud dedit, quantum arbitrio prudentis æſtimabitur id damnum, attenta qualitate perſonæ, cui id damnum eſt datum, & attenta qualitate membri, qualitate læſionis, &c. 88. numero 1.

Damnum quando iniuſtè fuit datum, ita vt actio legis Aquiliæ ad illius compenſationem competat, ſi lis cum delinquente ante illius mortem non fuit conteſtata, competit quidem tam ei qui damnum eſt paſſus, quam hæredibus illius actio, vt compenſetur, aduerſus eum qui illud dedit: non tamen de iure ciuili tranſit actio illa in eius hæredes, qui illud dedit, niſi quatenus hæredes facti ſint ex eo delicto locupletiores. 43. nu. 2

Damnum corporale quando iniuſtè datum irreparabile non eſſet, ſed ſanaretur perinde ac ſi datum non fuiſſet, tunc ex eo damno nulla reſtituendi obligatio oritur. 88. num. 3

Damno ex ſolo iniuſtè dato ac permanente conſurgit obligatio reſtituendi ex iuſtitia commutatiua: pro iniuria verò aut iniuſtitia ſumpta præcisè à damno dato permanente non conſurgit obligatio reſtituendi ſed illa eſt obiectum iuſtitiæ vindicatiuæ, ob quam condigna pęna imponenda à poteſtatibus publicis veniat per iuſtitiam vindicatiuam. 100. nu. 3

Refellitur prima opinio. ibid. nu. 4

Damna, quæ ex adulterio & ex filio ex eo concepto alijs ſequuntur, prudentis arbitrio quando ſunt maiora quā fama, quam adultera amitteret detegendo ſuum crimē teneretur ea adultera illud manifeſtare nihil impediente ſua infamia, quando alia via reſarciri non poſſent ea damna, aut quando moraliter eſſet certum, aut quaſi certum.

certum, ea via eſſe impedienda, neque eſſe ſequenda grauia alia mala: quæ omnia rarò euenient ſimul. 102. nume. 12

Defenſio.

in Defenſione quando nulla culpa interuenit, interfector, ea defenſione iniuſti aggreſſoris, nullam pœnam ob eam occiſionem incurrit. 31. nu. 1

Defendere.

Defendere quis tenetur vitam & bona proximi in neceſſitate conſtituti, ſi abſque ſuo damno poteſt, ſub reatu culpæ lethalis. 18. nu. 2

Deformitas.

Deformitatem notabilem qui habet in facie, ita vt ſcandalum generet; item gibboſus. 70. nu. 8

Defunctus.

Defunctus an poſſit ob quæcunque debita illius impediri ſepeliri. 2. nu. 10

Defunctus dum viueret, ſi actionem criminalem intentaſſet ad vindictam, pœnamque competentem obtinuiſſet, tunc nulla alia reſtitutio ei debetur pro damno eo corporali. Si vero non obtinuiſſet condignam pœnam, ſaltem qua eſſet contentus, idq; imperitia iudicis, tunc reſtituendum illi eſſet, quantum cum ea pœna adiudicata, prudentis arbitrio ſufficiens eſſe iudicaretur, ad cõpenſandum ad æqualitatem id damnum corporis iniuſtè datum. 88. nu. 2

Defunctus quando neque vxorem, neque aſcendentes, neque deſcendentes relinqueret, ſi hæredem aliquem extraneum inſtitueret, ille repræſentans perſonam defuncti, & tanquam qui de iure communi tenetur accuſare occiſionem eius, cui ſuccedit, præfertur in accuſando conſanguineis defuncti, atque etiam in remittendo. 45. nume. 7.

Defunctus ſi legitimos deſcendentes aut aſcendentes relinqueret, quoniam illi neceſſario eſſent hæredes illius, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ad illos vtique, non ſolũ tanquam ad conſanguineos adeo coniunctos, ſed etiam tanquam ad hæredes repræſentantes perſonam defuncti, attineret accuſare vel remittere iniuriam defuncti. 45. nu. 4

Degradatus.

Degradatus realiter amittit priuilegia omnia clericalia. 54. nu. 10

Delictum.

Delictum quando commiſit ſenex, pro quo mortis pœna eſt imponenda, ſenectus non eſt in cauſa, vt minui ei pœna debeat: nec etiam quando delictum commiſſum non eſt puniendum pœna mortis, minuendum eſt ſeni de pœna pecuniaria ob circumſtantiam ſenectutis. 37. numero primo.

Delictum qui attentat, nec tamen effectus eſt ſecutus, puniendus eſt pœna ordinaria pro eo delicto ſtatuta. 24. nume. 4.

Delictum ad aliquod quando quis conſilium dedit & de eo conſtat in foro exteriori, & tunc dubium eſt, an delinquens principalis, ſecluſo eo conſilio, commiſſurus fuiſſet id delictum an non, in foro exteriori non præſumitur fuiſſe illud commiſſurus niſi datum ei eſſet tale conſilium, ac proinde conſulens pœna ordinaria eius delicti punitur. 33. memb. 2. nu. 6

Quod dictum eſt de conſulente ad effectum delicti, locum etiam habet in mandante fieri delictum. 33. memb. 2. nume. 7.

idem Delictum quando commiſſum ſimul fuit à viro eccleſiaſtico & laico, ita vt cognoſcere de eo crimine ratione vnius delinquentium, qui eccleſiaſticus eſt, pertineat ad iudicem eccleſiaſticum, tunc ſpectat ad vtrumque iudicem cognoſcere de ea cauſa vnumquemque eorum aduerſus reum ſibi ſubiectum, eumq; punire quiſque debet iuxta iura modumque procedendi ſui fori. 49. nu. 23

Delictum licet committenti tempore amentiæ nefas ſit infligere pœnam, quæ pœnæ rationem haberet, poteſt tamen ei imponi, ac debet pœna impropriè dicta, quæ tamen nec mors ſit nec mutilatio. 38. nu. 3

ante Delictum ſi præceſſit votum de ordinibus ſuſcipiendis, aut de ingredienda religione, & poſt delictum commiſſum ad votum implendum ordines ſuſcipiantur, aut malefactor religionem ingrediatur, liberatur tunc à foro ſeculari. 49. nu. 22

Delictum quando eſt tale, vt propter illud punire liceat parentes in filijs, in bonis externis ac famæ, tunc fas eſt punire communitatem delinquentem, etiam quoad innocentes, qui partes illius ſunt, ciuitatem ſolo æquando. Puniri etiam ciuitas poteſt confiſcatione bonorum, amiſſione libertatis, priuilegiorum, etiam quoad innocentes. 35. nu. 8

Delictum quando non eſt tale, pro quo vnus in alio innocenti puniri debeat, tunc ſi communitas, vt communitas illud committat, neque inueniatur aliquis in particulari qui illud executioni mandauerit, puniri non debet ob id crimen pœna mortis, ſed arbitraria. 35. numero 9.

Delictum qui fieri mandat, ad quod mandans concurrere non poteſt vt adulterium, tenetur de mandato mandatarius quoad iniuriam eo abuſu vxoris mandatam fieri marito. 33. memb. 3. nu. 11

Delictum quo ad pœnam quod ſcilicet morte delinquentis omnino extinguatur, ſequitur, mortuo delinquente ante ſententiam, aut poſt illam latam, ante eam executioni mandatam, nefas eſſe afficere pœna cadauer, ſi autem iudex id efficiat, teneri in ſyndicatu eius iniuriæ cadaueri illatæ, niſi lege lata eſt pœna, quæ ſeſe in cadauere extendat. 43. nu. 7

in Delicto, pro quo ſola tortura eſſet imponenda, nõ habet locum tranſactio, quia tortura non eſt pœna ſanguinis, cum iudices eccleſiaſtici ad torturam procedant. In crimine, in quo agitur de honore aut de amiſſione bonorũ, locum habet tranſactio. Item in crimine, pro quo perſona Eccleſiaſtica eſſet degradanda. 46. nu. 4

in Delicto aliquo quando proceditur ad pœnam merè criminalem, hoc eſt, non pecuniariam, tunc morte delinquẽtis extinguitur omnino delictũ, nec vlterius datur actio ſiue lis cum delinquente fuerit cõteſtata ſiue non. Nam crimina morte extinguuntur quoad eiuſmodi pœnam, quam ſolus reus in ſe ipſo ſuſtinere debebat neq; æquitas patitur, vt eiuſmodi pœnam omnino criminalem vnus pro alio ſuſtineat, ne innocens puniatur. 43. nu. 5

Excipiuntur nonnulla crimina, in quibus morte delinquentis non extinguitur delictum, quo ad pœnam & accuſationem: Primum, crimen læſæ maieſtatis humanæ, ſecũdum, hæreſeos; tertium, peculatus, quartum eſt repetundarum, quintum, quando aliquis accuſatus aut deprehenſus in delicto, pro quo in conſequentiam talis delicti bona illius erant confiſcanda, ſe ipſum interficit, ſextum, quando miles ſtipendiarius militiam deſerit, ſeptimum, quando vxor ſuſpecta eſt, quod operata ſit ad mortem viri. 43. nu. 6

pro

pro Delicto aliquo quando ſtatuta eſt pœna confiſcationis bonorum ipſo iure, aut ipſo facto, tunc mortuo delinquente, ſiue lis fuerit conteſtata cum eo, ſiue non, datur actio aduerſus hæredes, vt ea bona, fructuſque eorum, fiſco adueniant, aut alteri cui ea pœna eſſet applicata. Et ea actio præſcribitur quinquennio poſt mortem defuncti, etiamſi hæredes conſcij ſint de crimine & de pœna confiſcationis ſtatuta. 43.*nu.*8

Delicto priuato in Luſitania, quando aliquis vulnus accepit, ſi non fuerit inflictum de propoſito, ſed orta ſubitò rixa, tunc parte læſa patiente iudex ex officio non poteſt vlterius procedere, ſed liberum omnino tenetur delinquentem delinquere, modo vulneris non remanſerit ſignum in facie. 44.*nu.*7

de Delicto publico licet quiuis de populo admittatur ad accuſandum, excipitur tamen, niſi ſit perſona acccuſare prohibita, vt mulier, minor, infamis, & alij. 44.*nu.*8

pro Delicto quod pœna mortis ſit infligenda, non conſiſtit in indiuiſibili, quo ad latitudinem culpæ delicti. 24. *numero* 8

Delicta priuata quid ſint, & quæ ſub ijs intelligantur. 44.*nume.*2

Delicta non omnia atrocia æqualia ſunt, neque idem genus pœnæ, etiam mortis, pro omnibus eſt ſtatutum, ſed quædam ſunt longe grauiora quam alia, tum ex obiecto tum ex circunſtantijs. 24.*nu.*5

in Delictis, vt furto, actione iniuriarũ, &c. atque in actione ob ea delicta ad pœnam pecuniariam parti applicãdam, ſi offenſus moriatur ante litem cum delinquente conteſtatam, exſpirat actio, nec tranſit ad hæredes offenſi. Si verò moriatur poſt litem cum delinquente conteſtatam, tunc actio tranſit ad hæredes offenſi, vt proſequantur eandem actionem ab offenſo iam cœptam, & poſt mortem delinquentis tranſit etiam aduerſus hæredes illius, vt ſoluant eam pœnam offenſo, vel hæredibus illius poſt illius mortem. 43.*nu.*17

in Delictis quæ iniuriam inferunt, aut ſimul etiam damnum alicui priuatæ perſonæ, duo ſunt conſideranda: vnum eſt iniuria ac damnum priuatæ perſonæ, aduerſus quam id delictum eſt commiſſum: alterum eſt publica iniuria, qua reſp. læſa manet, & illam condonare ad remp. caputve illius ſpectat: & procedere ad illam vindicandam, quando non eſt qui de ea accuſet, ad iudices ſpectat. 47.*nu.*1

Delicta quando multa etiam eiuſdem ſpeciei, committuntur ex interuallo vnum poſt aliud, ita ut uerè in genere moris ſint diſtincta numero delicta, puniuntur diſtinctis pœnis, vnumquodque eorum ac ſi alterum non eſſet commiſſum, ſed ipſum ſolum. 41.*nu.*7

Extra hos euentus erit ſtandum in vnoquoque loco conſuetudini receptæ, vt delicta plura eiuſdem ſpeciei commiſſa vnum poſt aliud puniantur, quando ſimul punienda occurrunt, & res committenda eſt prudenti iudici, ſpectatis omnibus circunſtantijs: idem dicendum quando ſimul occurrunt punienda delicta eiuſdem ſpeciei, numero diſtincta ob diuerſitatem obiectorum, ſimul aut ex interuallo patrata, vt duo homicidia ſimul facta vnum poſt aliud. 41.*nu.*8

Delictis in ijs atrocioribus in quibus iura certã pęnam nõ expreſſerunt attentanti, licèt illa non conſummarit, pœna pro attentatione talium delictorum eſt arbitraria, iudicis arbitrio relicta. Quæ ſententia deinde diuerſis rationibus confirmatur. 24.*nu.*9

Delictis in atrocibus conſulens non eſt puniendus pœna ordinaria eius delicti, etiam delicto ſecuto, ſi qui id delictum executioni mandauit, non fuit permotus eo conſilio, quia videlicet ſecluſo eo conſilio ſimiliter patraturus erat idem crimen, licet eo conſilio fuerit plus confirmatus. 33.*memb.*2.*nu.*4

pro Delictis ſpecie diſtinctis quando pœna ſunt ſtatutæ vel certæ vel arbitrariæ, tunc ſiue delicta eiuſmodi diſtincta ex interuallo committantur, ſiue ſimul etiam vnico actu, incurrũtur pœnæ diſtinctæ pro illis ſtatutæ & delinquens omnibus eis eſt puniendus. 41.*nu.*1

Delinquens.

Delinquens, cui bona erant confiſcata, quando reſtituitur in integrum à Principe, reſtituenda ſunt illi omnia bona illius, quæ apud fiſcum fuerunt reperta: nõ autem ea quæ tempore reſtitutionis fuerunt à fiſco alienata. Quando autem fiſcus bona confiſcata alienauerat, ſed tempore reſtitutionis ea iterum acquiſierat, non comprehenditur in reſtitutione rei, vt ea bona ei reſtituantur. 48.*nu.*13

ob Deliquentium multitudinem quando & quouſque minui pœna ordinaria delicti debeat, nulla poteſt ſtatui certa vniuerſalis regula, ſed id relinquendum arbitrio eſt prudentis iudicis, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus. 34.*nume.*3

ob Delinquentium multitudinem non eſt detrahendum ſeueritati, ac proinde non eſt minuenda pœna lege ſtatuta. 34.*nume.*2

Depoſitio.

ad Depoſitionem ab ordine eccleſiaſtico & degradationẽ quod ſpectat, ſi ab epiſcopatu depoſitio fieri debeat, tunc ad cauſæ examen ac definitionem neceſſe eſt interueniant duodecim epiſcopi præter metropolitanum: ad deponendum verò presbyterum ſex alij epiſcopi requirebantur, præter proprium epiſcopum, qui cauſæ examini intereſſent, ſtabaturque maiori eorum parti, ſi diſcordarent; ad deponendum diaconum tres alij epiſcopi requirebantur præter proprium, ad clericum verò ſufficit proprius epiſcopus. Sed hodierna die vnus epiſcopus ſufficit ad degradandum ſacerdotem, & reliquos. 49.*nume.*12

Deus.

Deum ius & dominium vitæ & membrorum hominis ſibi reſeruaſſe, oſtenditur expedientiſſimum fuiſſe. 1.*n.*3.

Digitus.

Digitus neque dens propriè membrum ſunt neque quęuis alia pars coadiuuans ſolùm ad principalem actum ad quem membrum ordinatur. 69.*nume.*2

*Sententia hæc tamen à nonnullis limitatur. ibid. nu.*3

*Secunda opinio varijs argumentis probatur. ibid. nu.*4

Diſcrimen.

Diſcrimen inter remiſſionem ex miſericordia, por merced y por gracia. 48.nu.14

Diſpenſatio.

circa Diſpenſationem irregularitatis contractæ ex homicidio caſuali examinatur canon Concilij Tridentini. 79. *numero* 8

Diſpenſandi facultas in irregularitate etiam ſecundi generis, tollendive eam inhabilitatem ad ſacros ordines ſuſcipiendos, aut ad eos exercendos, non cenſetur conceſſa. Ex eo quod in indulto aliquo facultas à ſummo Pontifice concedatur abſoluendi ab omni cenſura & pœna eccleſiaſtica. Si tamẽ aliquid addatur, vnde ſufficienter colligatur, ſummũ Pontificiem intendiſſe concedere facultatẽ diſpẽſandi in irregularitatibus, ab eiſq; abſoluendi,

abſoluendi, etiam quoad irregularitates primi ac tertij generis, quatenus ſufficienter id inde colligetur. 80. n. 6
Eneruantur argumenta contrariæ opinionis. ibid. nu. 7

Diſpoſitio.

Diſpoſitio capitis primi & ſecundi de adulterio ſolum habent locum quo ad eas pœnas in foro eccleſiaſtico, quando reus ad illud forum attineret, itemque habet locum in terris patrimonij eccleſiæ quo ad reos laicos. Extra patrimonium vero eccleſiæ & forum eccleſiaſticum non habent vim duo illa capita quo ad reos laicos, niſi quatenus id fuerit vſu receptum aut lege ibi ſancitum. 104. nu. 16

Diuortium.

ad Diuortium quando ciuiliter agitur, adultera amittit marito etiam arrhas, ſibi in Hiſpania vel Luſitania à marito promiſſas. 90. nu. 6

Doctor.

Doctores qui voce aut ſcripto docendo explicant ius, & concionatores, qui in ſuggeſto idem explicant, quando non intendunt monere principem aut iuſtitiæ miniſtros ad interficiendum aliquem in particulari, ſed ſolum vt munus ſuum debitè exſequantur, non incurrunt irregularitatem. 74. nu. 7

Dominus.

Dominus qui ſcit ſuum mancipium velle aliquem interficere, nec impedit: pater qui ſcit filium ſuum velle committere homicidiū, nec prohibet, ſi intuitu domini aut patris id homicidium fieret, tunc dominus aut pater pœnas omnes incurrit, & tenetur ad damna, incurritq; irregularitatem. Si vero intuitu domini aut patris id non fiat, non eſſet pœna mortis puniendus, neque incurreret irregularitatem. 33. memb. 12
Refellitur opinio contraria. ibid. nu. 13
Domini vel parentes qualiter peccare poſſint, ſi ex ira vel odio puniant. 2. nu. 15
Domini vel parentes qualiter condonare ac remittere poſſint. Et quid ſi iuramento aſtrinxiſſent ſe punituros. 2. num. 16
Dominorum & parentum poteſtas puniendi & coercendi filios ac ſeruos, an ſit de iure naturali introducta. 2. num. 19
Dominos & parentes poſſe in carcerem & vincula priuata conijcere filios & ſeruos aſſeritur. 2. nu. 18

Dormiens.

Dormiens ſi quis expertus non erat, dormiendo ſe exponere periculo interficiendi, atque dormiēdo interficiat, aut aliud damnū inferat, quia fertur aliquoties ſurgere in ſomnis de lecto, & ſtringere enſem, tunc talis pœna nulla eſt dignus. Si vero expertus erat ſe dormiendo efficere aliqua periculoſa, neque adhibuit cautelam, tūc ſecuto homicidio, tenetur pœna extraordinaria, pro culpæ quantitate. 38. nu. 10

Dos.

Dotem non poteſt mulier amittere ob oſcula, neque adulterij pœna puniri. 91. nu. 3

Duellum.

Duellum eſt licitum in duobus euentibus, nullæque pœnæ incurruntur. 27. nu. 6

E

Ebrietas.

Ebrietatem quando aliquis abſque ſua culpa incideret, aut quauis alia ratione abſque ſua culpa iudicium rationis amitteret, eſto, dum ita eſt affectus, interficiat aut mutilet, irregularitatem non incurrit. 71. nu. 2
Quando aliquis eſſet expertus exponere ſe in ebrietate periculo aliquem interficiendi, tunc ſi ſua voluntate ſe inebriaret, atque ebrius aliquem interficeret, irregularitatem incurreret: imò ſi animo interficiendi ſe inebriaret, atque ebrius aliquem interficeret, incurreret irregularitatem homicidij voluntarij. ibid. nu. 3
Quando aliquis non erat expertus ebrietate ſe exponere periculo interficiendi aut mutilandi, eſto ſua culpa ſe inebriet, aut alio modo culpa ſua ſe priuet iudicio rationis, irregularitatem non incurrit, ſi ita priuatus iudicio rationis aliquem interficiat. ibid. nu. 4
in Ebrietate quando aliquis expertus eſt ſe ſolere interficere, ſi ſe culpabiliter inebriauit, puniendus eſt pœna homicidij arbitraria. 38. num. 7
in Ebrietatem ſi quis ſine ſua culpa incidit, ex eaque ſit ſecutum homicidium, tunc ob ebrietatem neque ob homicidium vlla pœna dignus eſt. 38. nu. 6

Eccleſia.

Eccleſiæ immunitate non gaudet qui alterum proditorie interimit, vulnus infligit, aut aliter percutit. 23. nu. 8

Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſticam perſonam aliquā licet punientium aliquis ex odio puniat, non incurrit excōicationem. 56. nu. 10
Eccleſiaſticus immiſcens ſe enormitatibus, eſto agnoſcendo eum eſſe eccleſiaſticum percutiatur, percutiens in excommunicationem non incidit. 54. nu. 5
Eccleſiaſticus inſidens equo quo aliquis extreme indiget, ad effugiendum inuaſorem, qui vult illum interficere, illeque non velit illum concedere, tunc poteſt licite manus violentas in illum iijcere, quantum ſatis eſt ad euadendum. 55. nu. 5
Eccleſiaſticum excommunicatum percutiens incurrit nihilominus excommunicationem. 56. nu. 12
Eccleſiaſtici non poſſunt renuntiare priuilegio & exemptioni a ſeculari tribunali, neque ſi renuntient, valet renuntiatio. 49. nu. 4
Eccleſiaſtici ob grauiſſima quædam crimina actualiter degradantur in eccleſiaſtico foro, idq; in pœnam grauiſſimam in eodem eccleſiaſtico foro eis inflictā, atque vt forum eccleſiaſticum amittant, cenſeanturq; traditi foro ſeculari, fieri debet eiuſmodi degradatio coram iudice ſeculari, ac dici illos eius foro relinqui. 49. nu. 13
Eccleſiaſtici in neceſſitate propria manu pugnare poſſūt, ad ſe ipſos defendendos, vel ad obtinendam victoriam, quæ reip. intereſſet. 73. nu. 1
Eccleſiaſtici in bello iuſto pugnantes, & manu propria interficientes, irregularitatem incurrunt. 77. nu. 2
Eccleſiaſtici poſſunt degradari actualiter ac tradi foro ſeculari, & competenter puniri poſſunt iuxta leges ciuiles: aut ſi comprehendi non poſſint, vt degradentur, ſubiici poſſunt foro ſeculari, vt à miniſtris eius fori comprehendantur, in eoque foro comprehenſi puniātur, ſcilicet pro criminibus atrocibus & qualificatis. 49. nu. 17
Eccleſiaſtici duo ſi iocosè ſe ipſos percutiant, aut ſimili modo laicus eccleſiaſticum percutiat, licet aliquid iræ interueniat, modo tamen attenta qualitate percuſſionis & circumſtantijs concurrentibus, non interueniat culpa lethalis, non incurrunt excommunicationem. 51. nume. 7.
Eccleſiaſtici pueri ſi ſe inuicem in rixa ex ira percutiant, ita tamen quod attenta quantitate nocumenti culpa

culpa non pertingat ad lethalem, non incurrunt ideo excommunicationem, nec regulariter incurrunt pueri clerici impuberes inter ſe inuicem rixantes: niſi lethaliter rixantes alterutrum grauiter mutilando peccarent. 51. nu. 8.

Eccleſiaſticus ſi aliquid aggrediatur, quod iure ei non licet, tunc licitum eſt cum moderamine inculpatæ tutelæ in eum manus inijcere, quantum ſatis eſſe iudicatur, vt prohibeatur. 55. nu. 2.

Eccleſiaſticus ſi ſolo verbo pudicitiam mulieris tentaret atque ad euadendam non eſſet neceſſe mulieri manus violentas in illum inijcere, aut eſto facto eius pudicitiam tentauerit, ſi tamen illa commodè euadere poſſet, manus violentas in illum non inijciendo, tunc excommunicationem ea mulier incurrit, ſi manus violẽtas in eccleſiaſticum inijceret. 55. nu. 4.

Eccleſiaſticus ſi deprehenditur falſaſſe litteras Apoſtolicas, ita vt negare id non poſſit, vel ſufficienter de eo crimine eſt conuictus, degradari debet coram iudice ſeculari, & eius foro puniendus relinqui. 49. numero 5.

Eccleſiaſticus, qui erat captus quando eſt remittendus à iudice ſeculari ad eccleſiaſticum, debet remitti cum cuſtodibus expenſis eiuſdem eccleſiaſtici. Si autem pauper ſit, remitti debet expenſis iudicis eccleſiaſtici. 49. num. 8.

Eccleſiaſticus quando iuſſit aliquem per aſſaſſinum interfici, & ſi id conſtet, tunc, cum eo ipſo ſit diffidatus, & virtute ſit degradatus, abſque alia degradatione puniri poteſt brachio ſeculari. 49. nu. 19

Eccleſiaſticus ter admonitus non deſinens geſtare arma, amittit priuilegium hoc canonis, ac proinde manus violentas in eum inijciens, ſciens illum eſſe Eccleſiaſticum, non incidit in excommunicationem. 54. numero 4.

Eccleſiaſticus quando poſt ſententiam latam à iudice ſeculari exceptionem opponit, quod eccleſiaſticus ſit atque obtinet, vt remittatur ad iudicem ſuum eccleſiaſticum, tunc ad actoris petitionem condemnari à iudice eccleſiaſtico, & non à ſeculari, debet in expẽſis ab actore factis in proſecutione eius litis coram iudice ſeculari. 49. nu. 9.

Eccleſiaſticus manus violentas ſtatui eccleſiaſtico iniurioſas ſi in ſe ipſum inijciat, tædio vitæ, ira aut odio ſui, ſe ipſum ita vulnerando, percutiendo, vel ſumendo venenum, vt lethaliter peccet, incurrit excommunicationem. 51. nu. 4.

Eccleſiaſticus ſi aliqua iniuſtè occupata deferat ex loco, vnde ea iniuſtè vſurpauit, licitum eſt ſtatim, antequam illa reponeret in loco, ad quem ea deferebat, illa ab eo vi extrahere, quando nõ vellet pacificè ea tradere. 55. nume. 3.

Eccleſiaſticus quando aliquis ob ſua delicta eſt degradatus realiter, aut ſolum eſt depoſitus, verbaliterq; tantum degradatus, Pontifex ſummus poteſt illum in priſtinum gradum reſtituere, non verò iudex aut prælatus, qui illum degradauit. 49. nu. 18

Eccleſiaſticæ cenſuræ ſunt quatuor, Excommunicatio, ſuſpenſio, Interdictum, & ceſſatio à diuinis. 80. num. 1

Eccleſiaſtica perſona quando in crimen aſſaſſini incidit, tunc probato delicto eam in id incidiſſe, puniri poteſt à iudice eccleſiaſtico pœna mortis abſque alia traditione per iudicem eccleſiaſticum curiæ ſeculari, & abſq; prę uia degratione. 25. nu. 6.

Enormis.

Enormis & grauis iniuria interdum preſsè accipitur, vt diſtinguatur à leui, ſed etiam à mediocri. Grauis etiam iniuria, quæ à leui diſtinguitur, comprehendit mediocrem iniuriam, atq; enormem preſsè ac propriè. 57. num. 3.

Epiſcopus.

Epiſcopus antequam in his euentibus abſoluat, ille qui eſt abſoluendus, debet ſatisfacere eccleſiaſtico, iniuriam paſſo, ſi ad aliquam ſatisfactionem ei efficiendam teneatur, & commodè poſſet illam efficere: aut præſtare rectè cautionem iuratoriam, ſi ſatisfacere non poſſit. 64. nume. 7.

Epiſcopus in euentibus, in quibus poteſt abſoluere eos, qui manus violentas in eccleſiaſticum iniecerunt, intelligitur etiam de mandante, aut quouis alio modo ad id cooperante. 64. nu. 9.

Epiſcopum diſpenſare poſſe cum homicida omnino occulto, vt miniſtrare poſſit in ordinibus ſuſceptis, licet non vt aſcendere poſſit ad altiorem ordinis gradum, cenſent nonnulli, & loquuntur etiam de homicida voluntario. 79. num. 4.

in Epiſcopo quando eſt facultas abſoluendi in aliquo caſu, & non eſt in Prælato monaſterij exempti, tunc ſaltem de conſenſu Prælati, abſoluere poteſt Epiſcopus religioſum exemptum ſuæ diæceſis. 61. nu. 4.

in Epiſcopo quando eſt facultas abſoluendi in aliquo caſu, & in Prælato religioſi exempti non eſt talis facultas, tunc ſi Prælatus concedere irrationabiliter non vellet eam facultatem, vt is ſubditus ab Epiſcopo abſolueretur, poſſet ab eo abſolui: ſecus autem ſi rationabiliter non vellet eam facultatem concedere. 61. n. 5

Epiſcopis etiam conceſſum fuit abſoluere ab hac excommunicatione, quando iniuria, ob quam eſt incurſa, eſt leuis, non verò quando eſt grauis. 59. nu. 3.

Epiſcopus ante concilium Tridentinum poteſtas non fuit diſpenſandi cum irregularibus etiam omnino occultis, circa irregularitatem ex quocunque homicidio, ſiue voluntario, ſiue caſuali, aut ex mutilatione, non ſolum vt aſcendere poſſent ad altiores ordines, ſed etiam vt miniſtrare poſſent in antea ſuſceptis. Diſput. 79. nume. 5.

Refellitur opinio dicentium epiſcopum poſſe diſpenſare cum homicida voluntario, omnino occulto, ex perperam intellecto iure. ibid. nu. 6.

Euentus.

Euentus, in quibus in Caſtella non ſufficit tranſactio cum reo aut gratuita remiſsio, vt non ſit reo imponenda pęna ſanguinis, ſed in quibus, nihil impediente tali tranſactione aut remiſsione, tenetur iudex imponere pęnam ſanguinis atque ordinariam pro eo delicto ſtatutam. 47. num. 9.

Euentus in quibus, qui impedire potuit homicidium, aut aliud ſimile delictum, nec impediuit, ſaltem illud reuelando, puniri debet pœna ordinaria eius delicti primus in crimine læſæ maieſtatis. 33. memb. 5. nu. 7.

Secundo quando mãcipium videt dominum interfici vel percuti, potenſque illud impedire, etiam cum periculo vitæ, ſaltem clamando, vel id reuelando, efficere id prætermittit: punitur id mancipinm morte, niſi dominus ſuperuiuens ei pepercerit. 33. memb. 5. nu. 8

Excommunicatio.

Excommunicatio maior non incurritur ſine iudicio rationis. 50. nu. 2

Excommunicatio item non incurritur, niſi ſit expreſsè enodatum, facienti talem ſpeciem actus impoſitam eſſe pœnam excommunicationis.67.nu.7.

Excommunicationem omnes, modo iudicio rationis polleant ad culpam lethalem incurrendam, (ſine qua excõmunicatio maior non incurritur) incurrere poſſunt, cuiuſcunque demum conditionis ſint.50.nu.2.

circa Excommunicationem bullæ cœnæ Domini nõnulla obſeruata.65.nu.9.

Excommunicatus ex quacunque alia cauſa, excommunicatione ſummo Pontifici reſeruata, abſolui poteſt ab Epiſcopo, dum laborat legitimo impedimento, ſatisfacta prius parte, ſi quid ei fuerit ſatisfaciendum, & præſtito iuramento quod ceßante impedimento præſentabit ſe ſummo Pontifici aut alteri, qui ad id iuriſdictionem habet.64.nu.11

Excommunicatus ſi impubes ſit, abſolui ab epiſcopo poteſt, eſto lethaliter percutiendo peccauerit. Item mulieres cuiuſcunque ætatis.59.nu.3.

Excommunicatum qui vi de eccleſia eijcit, nolẽtem ex ea aliter exire, excommunicationem non incurrit. 56.numero 11.

Excommunicatur ipſo facto, excommunicatione ſummo Pontifici prętcrquam in mortis articulo reſeruata, quicunque quemuis Pontificem, modo conſecratus iam ſit, temere percuſſerit, ceperit, bannierit, item omnes ad id cooperantes. Et enumerantur pœnæ, quas idem ipſe ſubiturus eſt, & alij caſus circa id oriri valentes. 65.nume.7.

Excommunicantur ipſo facto quicumque, qui impedierint legatos ac nuntios Apoſtolicos, ne terras ipſorũ ingrediantur, aut ne ibi ea exequantur, ad quæ ab Apoſtolica Sede deſtinati ſunt. Sed hæc excõmunicatio ſummo Pontifici non eſt reſeruata.65.nu.8.

Excommunicantur etiam omnes interficientes, vulnerantes, mutilantes, detinentes peregrinos ad vrbem cauſa deuotionis accedentes, & in ea commorantes, vel ab ea recedentes, & in his auxilium, conſilium, vel fauorem dantes; quæ ſententia latius etiam examinatur. 66.num.3.

Excommunicantur etiam omnes, qui, per ſe vel per alios, perſonas eccleſiaſticas quaſcũque, vel ſæculares ad Romanam curiam ſuper cauſis, & negotijs recurrentes, & illa in eadem curia perſequentes aut procurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos, occidunt, vel aliquo modo lædunt, vel ad id aliquo modo cooperantur. 66.num.4.

Excommunicantur omnes illi, qui illos, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt, & inde recedunt, ſua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt. 66. nume.1.

Excommunicantur excommunicatione ſummo Pontifici, præterquam in mortis articulo, reſeruata, quicunq; ceperint, percußerint, aut hoſtiliter inſecuti fuerint Cardinales S.R.E. & quicunque ad id ſocij fuerint, vel mandantes, vel conſulentes, 65.nu.1

Excommunicati qui hac ex cauſa ſunt, publicari ac denuntiari debent vt excommunicati, per eccleſias omnes loci, in quo tantum facinus fuit commiſſum, item in eccleſiis finitimarum ciuitatum omnibus diebus feſtis & dominicis.165.num.2.

Quando autem fuerint abſoluendi, prius idoneos fideiuſſores dare debent, aut ſi dare nequeãt, præſtita iuratoria cautione, atque etiam præſtitis hypothecis, quod parebunt pœnitentiæ ipſis iniungendæ, & quod Deo iuuante illam implebunt, deinde alias multas infamias adhuc ſubire debebunt.ibid.nu.3.

Hi excommunicati eo modo efficiuntur infames, quo illi, qui crimen læſæ maieſtatis committunt. Manent item eo ipſo diffidati ac banniti: teſtari non poſſunt, creditores non tenentur illis debita reddere, & alia plura eiuſmodi damna & infamiæ notas incurrunt.ibid.num.4.

Excommunicatus ob manus violentas in clericum iniectas, licèt abſolui nequeat niſi ſatisfacta prius parte offenſa nõ cenſetur tamen abſolui licet pars offenſa actionem iniuriarum intra annum illi non intentet.42.nu.8

Excommunicatus ſi ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem, prudentis arbitrio legitimum impedimentum habeat ad accedendum ad ſedem Apoſtolicam, aut ad alium, qui ab ea excommunicatione poſſit abſoluere, tunc is, eſto enormiter violentas manus in eccleſiaſticum iniecerit, ſi tamen confiteri velit, & abſolui ab excommunicatione, abſolui poſſet ab Epiſcopo.64.nu.1.

Excommunicatus omnis poteſt in articulo vel periculo mortis à quocunque ſacerdote abſolui, ſi adeße nullus poſſit, qui ex officio id facere poſſit. 63. numero 1.

Exceſſus.

Exceßum qui habet in membris, qui notabilem deformitatem non inducat, ita vt poſſit citra indecentiam celebrare, irregularis non eſt.70.nu.10

Extractio.

Extractio illa ſi de conſenſu puellæ hodie fiat ad celebrandum matrimonium non clandeſtinum, ſed præſente parocho, & præſentibus duobus alijs teſtibus, tunc illa extractio non eſt verè raptus, neque proinde is illius extractor inuitis puellæ parentibus aut alijs incurrit excommunicationem, & alias pœnas raptoribus ſtatutas. Quin matrimonium hoc modo celebratum eſt planè validum.105.nu.5.

Exhæredare.

Exhæredare liberos in quibus locis parentibus relinquitur liberè, tunc ſi is, qui iniuſtam mortis cauſam accepit, remittat homicidæ eam obligationem, liber ille ab ea in conſcientiæ foro manebit. Diſputat. 85. numero quinto.

F

Famulus.

Famuli mercede conducti non tenentur mortem dominorum ſuorum impedire, cum periculo vitæ propriæ, ſed peccabunt contra caritatem atque honeſtatem moralem.33.memb.5.nu.5.

Femina.

Femina ſi iniuſtè opprimatur, vt vxor à ſuo marito, non eſt vis illata pudicitiæ. Si tamen ſponſus opprimeret ſponſam, vel maritus eam, quam duxerat per verba de præſenti, interim dum perſeuerat tempus à iure ei conceßum, vt non teneatur conſummare matrimonium, ſanè ſi illa reniteretur, iniuriam grauiſſimam ei efficeret ſponſus aut maritus, viſque pudicitiæ illius cenſeretur eſſe illata; cenſerenturque raptæ, ſi ipſis inuitis extractæ eſſent de domo paterna ad conſummandum matrimonium. 105. numero 7.

Feminæ mammillã abſcindens, ea quod membrum eſt, irregularis efficitur. 69. nu. 6.

Fideiuſſor.

Fideiuſſorem ſi aliquis dediſſet, ſe nullam alteri iniuriam illaturum, aut duo ea de re ſibi inuicem dediſſent fideiuſſores, atque vnus eorum, qui fideiuſſorem dedit, inuaſus ab eo, illum interfeciſſet excedendo moderamẽ inculpatæ tutelæ, fideiuſſor ad nihil tenetur. 31. numero 10.

Filius.

Filius conſcius parricidij quod alter frater patri intentat, aut mortis, quam aliquis extraneus patri parat, nec reuelat aut impedit, puniendus eſt pęna exilij. 33. mẽb. 5. num. 11.

Filius conſcius alterum fratrem parricidium velle committere aduerſus patrem, neque illud reuelauit aut impediuit, cum poſſet, tunc ſecuto parricidio punitur pœna exilij, at extraneus conſcius parricidij, vel ad id adiuuans parricidio ſecuto, punitur pœna, qua filius parricida punitur. 26. nu. 11

Filius licet repudiet patris interfecti hæreditatem, poteſt tamen accuſare mortem patris, & præferendus eſt hæredi ſcripto, aut ab inteſtato, qui accuſare velit, eiuſque remiſſio præfertur remiſſioni veri hæredis, eaque ſola ſufficit, ſi hæres extraneus ſit, aut remotior conſanguineus in gradu. 45. nu. 9.

Filius defuncti, aut alius cui iure ſanguinis competebat accuſare interfectorem, ſi remiſſionem concedat, aut illum accuſet, eo ipſo non adit hæreditatem defuncti, ſiue is hæres eſſet defuncti ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. 45. num. 10

Filius ſpurius admittitur ad accuſandum mortem patris iure ſanguinis, & eius remiſſio neceſſaria eſt, quatenus aliorum conſanguineorum, qui in eodem cum defuncto gradu fuerint, fuerit ſolo iure ſanguinis neceſſaria. 45. nume. 11

Filij familias, qui poſt pubertatis annos manus violentas in eccleſiaſticum inijciunt, abſolui ab Epiſcopo poſſunt in euentibus, in quibus mancipium ab Epiſcopo poteſt abſolui. 64. nu. 4.

Filius patri venenum intentans, licèt venenum nõ noceat, tenetur crimine parricidij. 24. nu. 13

Fœtus.

Fœtus ſi nondum eſt animatus rationali animo, tunc qui abortui cauſam dolo dedit, homicida quidem non eſt, nec inde irregularitatem incurrit: is tamen, qui impediuit ne ex coitu generatio ſequeretur, tenetur inſtar homicidæ. Quod ſi abortus factus non fuit muliere prægnante pretium accipiente, idque vt ſubſtitutus partui relictus, in euentu quod non naſceretur, bonis potiretur eius, qui ita vxorem prægnantem reliquit, dato eo modo partui ſubſtituto, ſed abortus factus fuit ex alia cauſa, tunc qui ita eſſet cauſa abortus, non punitur mortis pęna, ſed alia exilij arbitraria. 27. num. 6.

Fornicatio.

Fornicatio licet cum ſponſa per verba de futuro non ſit adulterium propriè, eo quod non ſit contra matrimonium iam contractum, ſed ſolùm circa ſpem matrimonij; tamen fornicatio commiſſa cum ſponſa per verba de futuro, eſt circumſtantia neceſſariò confitenda, eo quod mutet ſpeciem ſuperaddendo nouam ſpeciem iniuſtitiæ, eamque lethalem. 93. numero 8.

Fornicari.

Fornicetur ſi quis cum ſponſa per verba de futuro, ille nec illa pœnas ordinarias adulterij incurrunt. 93. nu. 6

Fur.

Fur qualiter licitè interficiatur. Et ſi cum re aliena fugiat, quando iaculo à longè occidi queat. 16. numero 4. & 6.

Fur nocturnus aut diurnus quando dicatur remiſſiuè. 16. nume. 5.

Fur aggreſſus à domino rei in furto deprehenſus, licite illum interficere poteſt. 15. nu. 2.

Furioſus.

Furioſus & amens, ſi dum iudicio carebat aliquem interfecerit, nulla omnino pœna neque ordinaria neque extraordinaria ob id puniendus eſt. 38. nu. 1.

Fuſtis.

Fuſte, alapa, aut enſe ſi quis percuſſus in continenti repercuſſit, aut occidit, vel aliud damnum intulit, cæterum excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, in foro conſcientiæ ad nullam damnorum reſtitutionem tenetur. 81. num. 8.

H

Hæres.

HÆres interfecti hodie, licet poſt intentatam accuſationem aduerſus interfectorem cum eo tranſigat, vel illi gratis parcat, non amittit hæreditatem fiſco: quia non propterea iudex deſinit ex officio procedere ad puniendam offenſam atque iniuriam publicam remiſſa ab interfecti hæredibus iniuria priuata. 47. numero 10.

Hæredes quando eſſent nulli quibus maritus deberet neceſſario relinquere bona ſua, ſed eſſent alij, quibus maritus veriſimiliter relicturus fuiſſet bona ſua, tenetur quidem adultera eis reſtituere damna ipſis ex ſucceſſione filij adulterini ſecuta; cæterum non tantum eſt vni cuique eorum reſtituendum, quantum veriſimiliter credebatur maritum fuiſſe illi relicturum. 47. nu. 11

Hæredes interfecti, illive ad quos ſpectat proſequi accuſationem & iniuriam loco interfecti, ſi remittant homicidij compenſationem, vel pretio ac tranſactione facta ab homicida cum illis, vel merè gratis, tunc ad nullam reſtitutionem tenetur homicida in foro conſcientiæ ratione damni vitę, quod interfectio iniuſtè dedit. 84. nu. 9

Hæredes aut vxor defuncti quando ob debita illius conueniri poſſunt. 2. nu. 10

Hæredum extraneorum in remiſſione neceſſe eſt, vt omnes remittant, ſiue re ipſa hæredes defuncti ſint ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. 45. nu. 8.

Hæredibus ſiue teſtamento ſint inſtituti, ſiue ſuccedant ab inteſtato, non eſt facienda reſtitutio emolumenti, quod plus in hæreditate fuiſſet, ſi interfectus non ita iniuſta morte fuiſſet præuentus, quia nullum damnum eſt eis illatum ea morte iniuſta. 83. nu. 7

Hæreticus.

Hæretici, circumcelliones dicti, quemcumque hominem, ſeipſum voluntariè interficientem, martyrem affirmabant. 9. nu. 1.

Hæreſis.

Hæreſeos & læſæ maieſtatis humanæ crimen morte non extinguuntur, quoad pœnas illis debitas. 20. numero 3.

Herma-

Hermaphroditus.

Hermaphroditus, ſi magis in ſextum femineum propendet, quam virilem, characterem ordinis non poteſt ſuſcipere, quia fœmina illis incapax eſt. 70. nu. 13

Hiſpania.

In Hiſpania poteſt Iudex ob quodcunque maleficium quod ſine querela alicuius, qui eo offenſus accuſare velit, ad ipſius notitiam deuenerit, ex ſuo officio procedere ad inquiſitionem illius, eoque deprehenſo, poteſt & debet illud in commune bonum punire, ne ſi impunitum omnino maneret, homines multo facilius auderent alia ſimilia efficere. Sed tamen poſtea hoc ius relaxatum eſt. 42. num. 4.

Homicida.

Homicida neque quiuis alius, qui damnum corporis infra mortem dedit, tenetur ad reſtitutionē eius damni poſt mortem eius, cui illud iniuſtè intulit, eſto teneatur læſo in vita illius. Sed non probatur, quia ſi is, qui damnum corporis intulit, tenebatur reſtituere læſo damnum illud in pecunia, vtique ius id, vt tantum pecuniæ ea de cauſa ipſi ſolueretur, tranſiuit ad hæredes illius, qui illi ſuccedunt in omnibus bonis externis, & in omni debito bonorum externorum vndecunque contracto, etiam ſi contractum ſit ex iniuſta priuatione boni corporis illius, aut alterius boni illius, quod ad hæredes tranſmittendum non foret. 84. nu. 4

Homicida intelligendo poſtea ſuum homicidium imputatum innocenti inimico ſuo, ſi gauiſus ſit ex odio quo illum proſequebatur, id infortunium illi euenisse, non peccat contra iuſtitiam, nec tenetur reſtituere. 86. numero 5

Homicida quando non excuſatur à reſtitutione facienda, ratione damnorum illatorum, tenetur homicida, quodd damna in bonis externis eo homicidio data, indeve ſecuta, omnia reſtituere, inter hæc damna computantur ſumptus, quos occiſus ante mortem in chirurgis & medicis inſumpſit, computantur etiam operæ, quas interfectus exercere debeat tempore toto, quo alioquin erat victurus, atque adeò lucrum quod illis erat comparaturus. Et quomodo tempus vitæ eius cum operis ſit conformandum. 83. nu. 1.

Homicida poſito quod reſtituere aliquid teneatur pro damno vitæ, quam iniuſtè abſtulit, non eſt neceſſarium eam reſtitutionem fieri in pecunia, quando lata à iudice non eſt ſentẽtia, vt in pecunia aliquid pro eo damno ſoluat: ſed ſatis eſt, ſi ad æqualitatem, modo quo fieri poſſit, id damnum compenſetur, ſiue in pecunia, ſiue in aliquo alio. 84. nu. 7.

Homicida reſtitutionem damnorum corporis facere debet, petendo ſuppliciter veniam, vel pœnitentia arbitraria, & mortem defuncti reſtituere debet bonis ſpiritualibus, nempe orationibus ac ſacrificijs pro interfecto oblatis. Sed hæc opinio cum alijs multis appendentibus refutatur. 84. num. 6.

Homicida non ſemper interficitur, ſed ad æqualitatem ſæpe punitur mitiori pœna, vt deportationis, exilij, vna cum pecuniaria pœna ſatis magna, quæ etiam exilium aut aliam ſimilem corporalem pœnam ad æqualitatem compenſet. 22. nu. 4.

Homicida ſi eo animo occidiſſet alterum, vt id homicidiũ innocenti intentaretur, tenetur homicida innocenti ad omnia damna, quæ illi ea de cauſa obuenerint, tanquam non iam ſolum præbens illorum occaſionem, ſed veram moralem eorundem exiſtentẽ cauſam. 86. nu. 3

Homicida lege diuina gladio puniendus. 22. nu. 1.

Homicida ea morte iniuſta ſi cauſa fuiſſet, vt pro interfecto non fierent tot ſacrificia ac ſuffragia, quot ipſe fuiſſet præcepturus fieri, niſi ea morte fuiſſet præuentus; tunc homicida cogendus eſt id compẽſare, aut proprijs ſuis orationibus aut eleemoſynis, quibus fieri præcipiat orationes, ſacrificia, aut alia pia opera pro anima iniuſtè à ſe interfecti. 84. nu. 10

Homicida quando neque punitur pœna talionis, neq; hæredes interfecti, illive ad quos proſequi iniuriã interfecti ſpectat, mortem ei condonant interfecti, tunc compenſare poterit illam mortem rebus ſpiritualibus, vt tot ſacrificia pro interfecto dicantur, vel tot alia opera pia pro illo fiant, quot arbitrio prudentis, ſpectata qualitate interfecti, ſatis eſſe iudicabuntur ad compenſandum damnum vitæ iniuſtè ei datum, attento valore & efficacia, quæ ſunt in ſacrificijs ad ſatisfaciendum pro defunctis. 84. nu. 11

Homicida quando alterum occidit, non quidem eo fine, vt noceret innocenti, tamen videns aut ſperans illi hoc imputandum, animatus aggreſſuſque facilius eſt id maleficium patrare, grauiſſime quidem peccat contra caritatem innocentis, non tamen contra iuſtitiam comparatione illius, nec tenetur ad reſtitutionem damnorum. 85. nu. 4.

Homicida omnis iure Regni Caſtellæ furca punitur; at nobiles gladio. 21. nu. 5.

Homicidæ auxilium præſtans crimine iam commiſſo, nullo præcedente tractatu neque promiſſione; nullam irregularitatem incurrit, & punitur pœna arbitraria. Non ita autem agitur in fure adiuuando furto iam expleto. 33. memb. 6. nu. 9.

Homicidæ pœna proditorie eſſe debet qualificata de iure communi iudicis arbitrio. 23. nu. 6.

Homicidam merè occultum irregularem non eſſe, etiam ſi homicidium fuerit voluntarium, ac proinde non egere diſpenſatione aliqui cenſent. 79. nu. 5.

Homicidæ nobiles etiam hodie capite plectuntur. 21. n. 3.

circa Homicidas quid iure Luſitano ſtatutum ſit. 21. n. 4

Homicidium.

Homicidium mandans illo ſecuto tenetur pœna homicidij ordinaria. 33. memb. 3. nu. 1.

Homicidium doloſum non reſpicit perſonam, licet mutilam, licet monſtruoſam, licet humilis conditionis; manet ſemper homicidium, & eadem pœna puniendum. 21. num. 6.

Homicidium mandans ſecuto delicto tenetur ex delicto ipſo, & non antea quam ſequatur, tametſi quãdo ſequitur, teneatur ex eo delicto ob mandatum, ſeu quatenus ex eo mandato eſt ſequutum: Quod idem dicendum eſt de conſilio. 33. memb. 3. nu. 3.

Homicidium iniuſtum exequi qui decreuit, an licite interficiatur ab eo, cuius vita periclitatur. 12. nu. 2.

Homicidium impedire qui potuit, attamen ad id non tenebatur ex iuſtitia, ſed ſolum ex caritate, quamuis lethaliter peccet, non incurrit irregularitatem ſecundum aliquos: ſed quando doloſè omitteret impedire homicidium ex odio, animo vt ille interficeretur, incurrit irregularitatem. 33. memb. 5. nu. 4.

Homicidium voluntarium & caſuale, quid, & quando quis homicida voluntarius aut caſualis ſit reputandus, exemplis clarè oſtenditur. 3. nu. 4.

Homicidium dolo factum puniendum: at nobiles homicidæ deportandi in inſulam more veteri. 2. nu. 2.

Homicidium ſi doloſe committat prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio eſt interdicta, aut in aliud crimen incidat, punitur pœna ordinaria eius delicti. 38. num. 11

per Homicidium voluntarium intelligitur quodcunque homicidium doloſum. Pontifex poterit cum omni homicida diſpenſare. 79. nu. 7

Homicidium aut mutilatio caſualia quando ſequuntur abſque vlla culpa lethali ac veniali homicidij ac mutilationis, & qui ita occidit aut mutilauit, non dedit operam rei illicitæ, non incurritur irregularitas. 77. numero 4.

Homicidium ex inſidijs factum non defenditur immunitate Eccleſiæ. 23. nu. 4

Homicidium ex propoſito grauius eſt, licet eadem pœna puniatur: & homicida talis non gaudet immunitate Eccleſiæ, quamuis in Caſtella. 23. nu. 3

Homicidium iniuſtum vt fiat, à cuius ſuffragio pendet, ſequuto eo homicidio, irregularitatem ex homicidio voluntario contrahit, & pœnam ordinariam incurrit, ſi ſit, qui talem pœnam illi infligat, & tenetur ad damna ſubſecuta. Idem intellige de ijs, à quorum ſuffragio pēdet, vt mors iniuſta inferatur. 33. memb. 5. nu. 2

Homicidium duplex, alterum caſu factum, alterum dolo. Caſu factum abſolui poteſt, aut aliqua mitiori pœna mitigari. 21. nu. 1

Homicidium quando proditoriè commiſſum dicatur, vel Hiſpanicè loquendo aleuosè. 33. nu. 5

ad Homicidium quando aliquis præſtitit aliquid præuiū, quod verè illius fuit cauſa, attamen ignorante eo, qui illud præſtitit, petentem velle id ad illud patrandum, tunc ſi probabiliter id ignorarit, neque in conſcientiæ foro irregularitatem incurrit, neque in exteriori foro pœna aliqua puniri debet, ſed abſolui. 33. memb. 6. numero 7.

Homicidium fuiſſe caſuale, quando ex facto ipſo & circumſtantijs non conſtat, præſumitur dolo factum. 39. nume. 5.

Homicidium grauatur circumſtantijs. 23. nu. 1

Homicidij aut mutilationis qui eſt cauſa remota, eſto ea ſit operam dando rei illicitæ, non incidit in irregularitatem interfecto aut mutilato aliquo. 77. nu. 10

Homicidium aut mutilatio quando ſequuntur quidem abſque vlla culpa lethali ac veniali homicidij ac mutilationis, attamen occidens aut mutilans dedit operam rei illicitæ, ex qua id homicidium aut mutilatio ſint ſecuta, irregularitatem incurrit. 77. nu. 5

Probatur prima concluſio præcedens, & confirmatur diuerſis caſibus, quibus irregularitas incurritur. ibid. nume. 6.

Probatur ſecunda concluſio præcedens, & confirmatur diuerſis caſibus, quibus irregularitas non incurritur. ibid. nu. 7.

Non ſatis eſt aliquem dare operam rei de ſe periculoſæ ad homicidium aut mutilationem, vt ſecuto homicidio aut mutilatione cenſendus ſit irregularis, ſed opus eſt vt illicitè illud efficiat. ibid. nu. 8

Probatur tertia concluſio, & confirmatur diuerſis caſibus, quibus irregularitas incurritur. ibid. num. 9

Homicidij caſualis exempla, quod pœna arbitraria punitur. 39. num. 4.

Homicidij effectu ſequuto aut mutilationis, concauſæ incurrunt irregularitatem, ſi fuerunt concauſæ proximæ non verò ſi fuerunt cauſæ remotę eius effectus.

ex Homicidio ea ex parte, qua eſt ſolum contra caritatē, non incurritur irregularitas. 76. num. 3

de Homicidio caſuali ex antecedentibus repetuntur nonnulla. 39. nu. 1

pro Homicidio vbicunque ſtatuta eſt talionis pœna, vt ſcilicet homicida in pœnam eius delicti interficiatur debet homicida patienter ferre eam mortem, eoq; modo ſatisfaciet ad aliam reſtitutionem. In loco autem in quo ea pœna non eſt ſtatuta, nullus debet mortem propter eam homicidij culpam ſibi inferre: quoniam nullus licitè poteſt eſſe homicida ſui ipſius. Expedit tamē eum homicidam exponere vitam ſuam mortis periculo in cauſa aliqua iuſta, vt contra inimicos eccleſiæ. Sed opinio hæc refellitur. 84. nu. 5

in Homicidio caſuali ſi nulla interueniat culpa, nulla pro eo imponenda eſt pœna: quia pœna locum habere non poteſt, vbi non eſt culpa: ſi verò culpa interuenit, puniendus eſt homicida pœna arbitraria. 39. num. 2

Exempla varia adducuntur homicidij caſualis, in quo nulla interuenit culpa. ibid. nu. 3

Exempla homicidij caſualis, quod pœna arbitraria punitur. ibid. nu. 4.

ex Homicidio voluntario ſemper incurritur irregularitas atque indiſpenſabilis, tam a cauſa principali aut executiua illius, quam a quacunque illius concauſa, modo comparatione eius concauſæ rationem etiam habeat voluntarij. 76. nu. 2.

in Homicidio aut mutilatione caſuali quādo cernitur culpa lethalis aut venialis homicidij aut mutilationis, tunc talis homicida aut mutilator fit irregularis. 77. numero 2.

Opinio aliorum contraria refertur, & refutatur. ibidem numero 3.

Homicidia qui nō ex officio iuſtitiauè impedire tenentur, ſi commodè ſine ſuo detrimento illa impedire poſſint, ſaltem ea detegendo, vt impediantur, quando aliter impediri non poſſent, & ea via poſſent, peccant in conſciētiæ foro contra caritatem, niſi illa impediant. In foro exteriori puniri non debent pœna ordinaria eius delicti, quod ita culpabiliter impedire omittunt. 33. mēb. 5. num. 6.

Homicidium grauius punitur, ſi ex propoſito commiſſum ſit. 23. nu. 2.

Homicidij voluntarij & caſualis diuiſiones aliæ traduntur. 3. nu. 8. & 9.

Homicidij latè ſumpti definitio, eiuſque varia diuiſio traditur. 3. nu. 1. & 3.

Homicidij culpa ex qua parte eſt ſolum contra caritatem, non incurritur irregularitas. 33. memb. 5. nu. 5.

Homicidij pœna ordinaria puniendus qui vnum interficit pro altero. 30. nu. 2.

Homicidij caſualis varia adducuntur exempla, in quo nulla interuenit culpa. 39. nu. 3.

Homo.

Homo ingenuus, cui dedecori ſit fugere, ab alio inuaſus, non tenetur fugere, eſto fugiendo ſuam & aggreſſoris vitam poſſit conſeruare, ſed honorem & vitam defendendo interficere poteſt aggreſſorem. 17. nu. 1.

Homo vitam membraque ſua periculis exponere poteſt, recta ratione id poſtulante. 1. nu. 6.

Homo non eſt dominus vitæ ac membrorū ſuorum, vti eſt pecuniæ, cęterorumq; bonorū externorū. Quare peccat non ſolū contra caritatē propriā, ſed & contra iuſtitiā illis abutendo contra rectā rōnem, non aūt bis. 1. nu. 1.

Homo habet liberum vſum vitæ membrorumq; ſuorum, illaque ad varias functiones obligare poteſt. 1. num. 4. & 5.

Homo poteſt cogi admittere ſecari ab eo mēbrum, aliudvè ei applicari medicamentum gratia curationis, per illum ſub cuius cura vel obedientia viuit, vel per publicam poteſtatem, ſi bono communi expediat. 1. numero 10. & 11.

I

Ianitor.

IAnitor qui prætextu ſui officij manus violentas inijcit in eccleſiaſticum, eſto ſciat ſe eas in eccleſiaſticum inijcere, abſolui ab Epiſcopo poteſt, non ſolum quando percuſſio eſt leuis, ſed etiam quando eſt mediocris. 62. numero 2.

Ignorantia

Ignorantia inuincibilis iniuſtitiæ belli militem excuſat. 15. num. 7.

Ignorantia inuincibilis quando cadere poteſt in ius naturale. 9. nu. 5

Ignorantia, quod irregularitas incurratur ob hoc aut ob illud, eſto inuincibilis ſit, non excuſat ab incurrenda ea irregularitate. 78. nu. 3

Infamia.

Infamia adulteræ, ſcandala, & alia mala, quæ ex reuelatione peccati adulterę probabiliter timerentur, quando longè præponderarent damnis, quæ alijs ex adulterio & ex filio ſpurio iniuſtè ſequerentur, non teneretur adultera reuelare crimen ſuum, nihil impediente, quod ea damna alia via nec impediri, nec reſarciri poſſent. 102. nu. 13

Infidelis.

Infidelis iure legis Hiſpaniæ, ſi cum virgine aut vidua Chriſtiana habeat acceſſum, lapidibus necatur. Ipſa verò vidua amittit prima vice dimidium bonorum ſuorum patri aut matri vel auis, ſi illos habeat, alioquin ad fiſcum Regis pertineant, pro ſecūda vice omnia ſua bona eiſdem & ipſa interficitur. 104. nu. 6.

Infirmus.

Infirmorum curatores, cum opere ipſo non dent operam rei illicitæ, ſi nec lethaliter nec venialiter peccent eos in lecto vel de loco ad locum mouendo, vt regulariter non peccant, quando non tranſgrediuntur medicorum ordinem, neque aliquid efficiunt ſcientes aut timentes id nociturum, vel mortem culpabiliter acceleraturum, non incurrunt irregularitatem. 75. nu. 2.

Immunitas.

Immunitate eccleſiæ non gaudet, qui alterum proditorie interimit, vulnus infligit, aut aliter percutit. 23. numero 8.

Impubes.

Impubes ſi deſponſata fuit per verba de præſenti cum pubere, & malitia ſupplente ætatem, adhuc exiſtens impubes, habuit veram copulam fornicariam cum quodam tertio, non puniendi ſunt ambo pœna adulterij ordinaria, ſed alia arbitraria, ex arbitrio prudentis. 93. nume. 5.

Impedimentum.

Impedimento aliquo vniuerſim ſuperueniente ob quod, prudentis arbitrio, qui manus violentas in eccleſiaſticū iniecit, accedere commodè nō poſſet ad ſedē Apoſtolicā ipſiuſq; legatum, abſolui ab Epiſcopo poteſt. 64. nu. 6

Index.

Index cui deeſt aut pollex, quibus ſacra Euchariſtia tractatur, eleuatur, frangitur; item is cui deeſt ea eiuſmodi digitorum pars, quæ modo explicato notabiliter impediat tractare, eleuare, & frangere ſacram euchariſtiā: item is qui debilem habet aliquem prædictorum digitorum, irregulares ſunt. 70. nu. 3

Is qui potens quidem eſt debitè tractare ſacram Euchariſtiam, attamen vitium habet, ob quod propter indecentiam, ſcandalum in eo ſenſu ſit eum miniſtrare in altari, quod id merito alijs fœdum videbitur, irregularis eſt. 70. nu. 4.

Inebriare.

Inebriauit ſi quis ſe vt ebrius interficeret, ſecutaque ex ebrietate ſit interfectio, tunc puniendus eſt pœna homicidij ordinaria. 38. nu. 5.

Inebriauit quando ſe quis culpabiliter, tamen nondum expertus ſe ebrietate efficere periculoſum aliquid ad homicidium, tunc ſi aliquem interficiat, non eſt puniendus ne pœna quidem homicidij extraordinaria. 38. numero 8.

Refellitur quod in contrarium obijci poſſet. ibidem numero 9.

Iniuria.

Iniuria quando eſt ita leuis, quod indigna eſſet pœna corporali, & digna ſolum eſſet pęna pecuniaria, præſertim attenta qualitate eius qui illam intulit; tunc damnandus ille non eſt pœna corporali, ſed pecuniaria. 40. nume. 17

Iniuria interdum latè, interdum preßè vſurpatur. Iniuria latius patet quàm contumelia. Si damnum iuſtè detur, ſi cōtumelia ſimul interueniat, ſiue nō, ea damnidatio præcisè ſumpta eſt iniuria latè ſumpta, non verò preßè, & pro ea competit actio legis Aquiliæ: ſi verò ſimul interueniat contumelia, pro ea contumelia competit actio iniuriarum. 40. nu. 1.

Iniuria preſsè ſumptà pro contumelia in tota ſua latitudine diuiditur in atrocem ſeu grauem, & in non atrocem ſeu leuem. Iniuria fit atrox, vel ex parte iniuriæ in ſe, quia in ſe ſpectata eſt grauis, & magna; deinde ratione loci, in quo iniuria eſt accepta; tertio ratione loci in quo iniuria eſt facta; quarto ratione perſonæ, quæ accepit iniuriam, fit etiam atrox qualitate perſonæ inferentis. 40. num. 3.

Iniuria offenſus ſi expreſsè aut tacitè remittat iniuriam, ac proinde neque ei ciuilis actio ad pęnam neque criminalis deinceps permittitur; tamen ſi ex ea iniuria damnum aliquod in bonis ſuis externis fuit ſubſecutum, non cenſetur illud remiſiſſe, niſi ſufficienter id expreſſerit. 42. num. 6.

Iniuria enormis ſeu grauis, interueniens in violenta manuum iniectione in priuilegio canonis gaudentem, potiſſimum æſtimatur ex facto. 57. num. 2.

Iniuria corporalis, quando eſſet alicui facta, cogēdo illum miniſterium pretio æſtimabile præſtare, tunc qui talem iniuriam intuliſſet, vltra damna alia in rebus externis inde ſecuta, teneretur illi reſtituere valorem miniſterij, quod iniuſtè fecit illum præſtare, quantum plus valeret, quam aliæ operæ, quibus illum iniuſtè priuauit. 87. num. 8.

Iniuria corporali quando nullum datum eſſet damnum operatum, vt in diuitibus, neque ea iniuria cauſa fuiſſet alicuius lucri ceſſantis, aut damni inde emergētis, nihil inferens reſtituere tenetur. 87. nu. 7.

Iniuriæ qualitas ac quantitas quomodo attendatur. 2. nume. 4

Iniuriam qui eſt paſſus quando eligit potius agere criminaliter probato ab eo crimine, imponitur ei, qui iniuriam intulit, pœna corporalis aut etiam pecuniaria, arbitraria pro iniuriæ quantitate; tunc tamen ſolus iudex eam arbitratur. Si pro qualitate iniuriæ perſonæ, quæ illam intulit, pœnam pecuniariam iniungat, ſiue vna cum alia corporali, ſiue ſine alia corporali, tunc ea pecuniaria pœna non applicatur iniuriam paſſo, ſed ſpectat ad fiſcum. 40. nu. 10

Iniuriam paſſus quando agit ciuiliter ad pœnam pecuniariam pro quantitate iniuriæ, tunc pœna illa applicatur ipſi iniuriam paſſo. 40. nu. 6

Iniuriam aliquam qui erat paſſus ei integrum eſt, vel agere ciuiliter ad pœnam pecuniariam, vel agere criminaliter, vt tanta pœna corporalis ei imponatur, quanta fuit iniuria illata, penſata quantitate iniuriæ ex circunſtantijs concurrentibus. Nonnullis tamen iniurijs pœnæ determinatæ ſunt, vt iniurijs quæ irrogātur heris à famulis in Hiſpania & alijs. 40. nu. 5

Iniuriam quando aliquis ab aliquo accipit, & conſanguineus eius, aut amicus interficit inferentem iniuriam, aut vulnerat, ſi ipſo inſcio ſit factum, neque poſtea ratum habuit nomine ſuo in ſuamque vindictam eſſe factum, aut eſto agnouerit id fieri velle, ipſe non conſenſit, ſed omnino conatus eſt impedire nullam pœnam incurrit, nec proinde irregularitatem incurrit, nec ad reſtitutionem tenetur. 33. memb. 3. nu. 10

Iniuriam patitur maritus ex adulterio quod fit cum ſua vxore, & econtra vxor ex adulterio quòd cū alia committit maritus. 2. nu. 3

Iniuriam patiuntur parentes ex ſtupro filiæfam. in poteſtate exiſtentis. 2. nu. 3

Iniuriam paſſus quando ageret ciuiliter ad pœnam pecuniariam, & iudex tempore ſententiæ cerneret, reum ſoluendo non eſſe, commutare debet pęnam pecuniariā in corporalem. 40. nu. 16

Iniuriam qui eſt paſſus ſiue ciuiliter agat ad pœnam pecuniariam in vindictā iniuriæ, ſiue agat criminaliter, vltra eam actionem competit ei actio ad petendam recuperationem omnium damnorum in bonis externis, quæ ex ea iniuria ſint ei ſecuta. 40. nu. 19

Iniuriam paſſo cum ſit integrum intentare actionem iniuriarum vel ciuilem vel criminalem, quam ipſe maluerit, intentata vna earum, non permittitur ei eam deſerere, & intentare aliā, ſed vna electa, ceſſat omnino altera. 40. num. 15

Iniuriam qui intulit, ſi timeat malum aliquod ab offenſo ea de cauſa ſibi inferendum, poteſt ab eo petere fideiuſſoriam cautionem, quòd nihil mali ipſi inferet, implorando iudicis officium, vt illum cōpellat eam ſibi præſtare. 42. nu. 12

Iniuriam ſuorum proſequi illi dicendi ſunt, qui ſi rei illi eſſent criminaliter, quorum iudicium volunt proſequi, cogi non poſſint ferre aduerſus illos teſtimonium, & qui in quarto ſunt cum illis gradu cōſanguinitatis; & illi ſoli appellantur ſui. Aliter ſupputat gradus conſanguinitatis ius ciuile, aliter ius canonicum. Diſput. 44. num. 11

Iniuriam ſuam aut ſuorum qui proſequūtur, accipere poſſunt pro condonanda iniuria præciſè ſumpta competēs pretium. 47. nu. 13

Iniuriam qui aliquam intulit, ſi reſtituere tenetur omnes rationabiles ac moderatas expenſas, ſi quæ factæ ſunt in medicatione iniuſtè percuſſionis acceptæ: item omnes operas, quibus ea iniuria affectus fuit ob illam priuatus: item operas, ſi aliquibus eadem de cauſa in futurum carebit. 87. nu. 1

In re propoſita percuſſor tenetur reſtituere integrum valorem operarum, & non ſolùm valorem emolumenti, quod inde alijs erat prouenturum. ibi. num. 2

Iniuriam ſuorum qui de iure Luſitaniæ proſequi poſſunt, admittuntur omnes ſimul ad accuſandum vna cum vxore aut marito iniuſte interfecti vel interfectæ: neque ſatis eſt, vt proximiores remittant, ſed neceſſe eſt vt omnes remittant: reuſque qui in iudicio ſe voluerit liberare, tenetur citare omnes vt minimum conſanguineos vſque ad ſecundum gradum, qui præſentes fuerint in eo regno: Reliquos vero non cogitur citare. 45. nume. 2

pro *Iniuria infra homicidium poteſt iudex procedere vſque ad pœnam mortis, ſi ita poſtulet grauitas delicti. Pro delicto autem, pro quo in aliquo loco eſſet conſuetum non imponi mortis pœnam, nefas eſſet iudici pœnam mortis imponere, niſi extraordinariæ circunſtātiæ occurrerent, quæ delictum aggrauarent. 40. numero 14*

ex *Iniuria latiſſimè ſumpta variæ actiones oriuntur, vt legis Aquiliæ, furti, in factum, &c. ex iniuria vero pro contumelia iniuſtè illata oritur actio peculiaris, quæ iniuriarum nuncupatur. Iniuria duobus modis fit, verbis & facto. Tranſitio fit ad præſentem diſputationem. 40. num. 2*

in *Iniurijs puniendis, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, non ſolum pœna eſt arbitraria, ſed etiam in puniēdis quibuſcūque alijs criminibus, pro quibus pœna certa lege non eſt ſtatuta, pœna eſt arbitraria, penſata qualitate ac quantitate in ſe, atque ex circunſtantijs omnibus concurrentibus. 40. nu. 11*

in *Iniurijs agi poteſt tum ad intereſſe pro damno accepto tali iniuria in bonis externis, tum etiam ad pęnam pro iniuria accepta, ſiue ea iniuria coniuncta ſit cum damno in bono corporis, honoris, aut famæ, ſiue non. 42. nume. 2*

in *Iniurijs verbalibus non poteſt ex officio procedere ad inquirendum de illis, quando ad arma non eſt deuentū, neque interuenit corporalis iniuria, ſed ſolū poteſt procedere ad petitionem coram ipſo partis læſæ. 42. nu. 5*

Iniuriarum actio.

Iniuriarum actio quamuis anno præſcribatur, actio tamen ad damna in bonis externis ex iniuria reſultātia, non præſcribitur anno, cum non ſit iniuriarum actio, ſed ab ea longe diſtincta. 42. nu. 11

Iniuriarum actio tollitur ſi offenſus iniuriam expreſſe remittat non ſolum quoad rancorem & odium, ſed etiam quoad actionem iniuriarum, quæ iniuriato competit etiam poſt remiſſum odium & rancorem. 42. nu. 3

Iniuriarum actio tollitur omnino præſcriptione. Si enim offenſus intra annum computandam à tempore ſuſceptæ iniuriæ actionem ob eā iniuriam non intentet, præſcribit reus eam actionem aduerſus illum, nec offenſus poteſt deinceps illam intentare. Annus autem currere incipit à puncto ſcientiæ. 42. nu. 8

Iniuriarum actio tollitur omnino, ita vt deinceps intentari non poſſit, ſi offenſus tacitè iniuriam remittat. Cenſetur autem tacitè remittere eo ipſo, quod pacificè cum eo ſit locutus, qui illam intulit aut cum ſalutauit, vel cum

cum eo riſit, luſit, comedit, niſi id factum fuiſset ad vitandum ſcandalum aliorum. 42. nu. 7

Iniuriarum actio cum ciuiliter intenatur, actor poteſt agere per ſuum procuratorem, & reus ſimiliter per ſuum poteſt ſe defendere: quando autem agitur criminaliter, neque agens agere poteſt per ſuum procuratorem, quando imponi poteſt pœna relegationis perpetuæ aut alia maior corporalis, neque reus defendere poteſt per procuratorem, ſed per ſe ipſum tantum: niſi agens, vel aduerſus quem agitur, nobilis ſit. 40. nu. 18

Iniuriarum actio deſcendens ex iure ciuili in tribus euentibus propoſitis non durat niſi per annum. Diſput. 42. nume. 10

Iniuriarum actio quoad pœnam tam ciuilem quam criminalem multi modis tollitur omnino, ita vt deinceps intentari non valeat, nec admittatur ſi intentetur. 42. numero 3

Iniuriarum actione agere pertinet ad eum, qui iniuriam eſt paſſus. 42. nu. 13

Iniuriarum actione qui agit ſiue ciuiliter ſiue criminaliter, exprimere in libello debet aduerſus quem in particulari agat, ipſum deſignando, à quo iniuria ſit affectus: Deinde etiam exprimere, quam iniuriam ab eo ſit paſſus: apponet etiam annum, menſem & locum. 40. numero 7

In Iniurijs & damnis mutuo illatis quoad priuatas perſonas locus eſt compenſationi, non autem quoad pœnas in commune bonum imponendas ac fiſco debitas. 17. numero 9

Iniurias plures verbales ſi quis vno impetu ſine morali interruptione aduerſus aliquem dicat, diuerſas res fœdas & ignominioſas ſignificantes, is non committit plura delicta ſed vnũ numero, vnicaque pœna arbitraria eſt puniendus pro quantitate tamen iniuriæ. 41. nu. 5

Iniuſtia.

Iniuſtitia & iniuria ex ſtupro filiæfam. infertur illis, ſub quorum cura eſt. 19. nu. 2

Iniuſtitia ſua quando aliquis cauſa ſeu occaſio fuit rixæ; oborta autem ea rixa iniuſtè eſt illam proſequutus in ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ; tũc ſi alius illicitè ac iniuſtè eſt ipſum inſequutus, ad nullam reſtitutionem tenetur damni, quod in ſui defenſionem ita dedit. 81. nu. 3

Iniuſtitiæ iniuriæque narrantur, quæ committuntur in perſonam propriam aut perſonas nobis coniunctas. 19. numero 1

Innocens.

Innocentes qui ſunt de eadem communitate, qui ipſi reuera in culpa fuerunt, puniri nõ poſſunt pœna mortis aut mutilationis corporalis. 35. nu. 7

Homicida ſi innocente, præſumpte ſaltem, inuito, vſus eſt enſe eius ad alterum interficiendum, indeque indicium reſultauit, quòd innocens alterum interfecerit, eaque de cauſa periculis ſubiacuit, tenetur homicida omnia damna reſtituere innocenti, tanquam iam tunc cauſa illi iniuſta eorum damnorum, vtendo re innocentis ipſo inuito, & cum tanto ſuo detrimento ad interficiendum alterum. 86. nu. 2

Innocentem occidi poſſe, etiam pro ſalute totius reipublicæ, communis doctorum ſententia negat. 10. nu. 1

Intellectus.

Intellectus ad verba D. Auguſtini, & D. Thomæ, quòd ſcilicet mors iniuſti aggreſſoris intendi non debeat in uindictam iniuſtæ aggreſſionis. 13. nu. 3

Intereſſe.

ad Intereſſe agitur quando & ad damnorum compenſationem in bonis externis, mortuo accuſatore, & offenſo tranſit actio ad hæredes ipſius, vt poſſint eadem petere eſto lis à defuncto non fuerit conteſtata, habetque id verum, etiam in noxalibus actionibus aduerſus caput domus pro damno ex ea domo dato, rebus inde eiectis. Intelligitur quando ſuperſtes eſt qui damnum iniuſtè dedit, vel ſuperſtes eſt caput domus, vel dominus eius rei quæ damnum dedit. 43. nu. 15

Interfector.

Interfector quando non ex dolo, ſed ex lata aut ex leui culpa aggreſſorem interfecit, ea culpa ex eadem circumſtantia multum alleuiatur. 31. nu. 9

Interfector ſi non ex intentione interficit illum tertium, ſi fuit inuaſus, & culpa caruit, illum alium interficiendo idque conſtat, tunc neque ad vllam pœnam tenetur: ſed autor rixæ puniendus eſt pœna arbitraria. Si vero interfector fuit inuaſor, tunc ſemper pœna arbitraria eſt damnãdus, & inſuper ad omnia damna ſubſecuta. 30. numero 7

Interfectorem, aut qui aliud damnum ita dediſset ſi probabile eſt poſſe facere compenſationem, non aliud ſoluendo, quàm quod æquus iudex in eo euentu ſoluere præciperet, exſpectandoque vt aduerſarij ipſum ad iudicium vocent, ſi quid amplius ea de cauſa obtinere ab eo vellent. 81. nume. 10

Interfectus.

Interfectum fuiſse aggreſſorem, interfectoremque non exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ, in ſui ſuorumque defenſionem, cum ſufficienter probatur, interfector omnino eſt abſoluendus, nulla impoſita illi pœna. 31. nu. 2

Interfectus, aut damnum aliud paſſus, quando non conſtat an fuerit aggreſſor, atque interfector in ſui defenſionem obijcit, id ſe feciſſe in ſuam defenſionem, tunc non eſt interfector puniendus, ſecundum aliquos. 31. numero 3

Molina vult in eo dubio attendendas eſſe coniecturas & circumſtantias concurrentes, quæ ſuadent interfectorem in ſuam defenſionem occidiſſe. ibid. nu. 4

Refutantur opiniones aliorum. ibid. nu. 5

Interfectus ſi erat mancipium, tenetur iniuſtus interfector illius pro damno vitæ reſtituere domino illius valorem eius mancipij quatenus damnum priuationis vitæ illius redundat in detrimentum bonorum externorum eius domini. 84. nu. 1

Interfectum quando conſtaret deceſſiſſe in culpa lethali, tunc nulla eſſet obligatio reſtituendi bonum quodcumque, quod ad hæredes illius non eſſet transferibile. 84. numero 12

ex Interfecti operis, & ex negotiatione illius, quãdo nullus alius iniuſtè eſt paſſus damnum, tunc nulla conſurgit obligatio reſtituendi emolumentum. 83. nu. 5

Non omnibus, qui morte iniuſta interfecti priuati ſunt emolumento aliquo, quod ex illo forent percepturi, ſi ille interfectus non fuiſſet, tenetur homicida reſtituere valorem eius emolumeti; ſed illis ſolum, qui ius habebant percipiendi emolumentum illud, quia illis erat quaſi debitum. 83. nu. 6

Interficere.

Interficit qui vnum pro altero, ob defectum doli cenſetur ſecundum aliquos à pœna mortis immunis, ſed alia pœna infra mortem arbitraria puniendus. 30. nu. 1

Interficere qui alios mandant, non quidem per aſſaſſinos,

ſed

ſed per quoſcunque alios, non incurrunt excommunicationem, neque ſunt diffidati, nec iuſtè poſſunt diffidari. 25. numero 7
Interficeret aut mutilaret quando quis aliquem non ſeipſum agens, neque potẽs id vitare actus omnino ab alio præter ſuam voluntatem, non incurreret irregularitatem. 71. num. 5
Interficienti cum veneno de iure communi mortis pœna erat ſtatuta, vt beſtijs obijceretur, ac proinde ſepultura careret. 24. nu. 2

Inuaſor.

Inuaſorem quando aliquis in ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ licitè percutit, vel alio modo manus violentas in illum licitè iniicit, tũc licèt is gaudeat priuilegio canonis, idque eas iniicienti conſtet, excommunicationem non incurrit. 55. nu. 1

Inuaſus.

Inuaſus qui occidit abſque moderamine inculpatæ tutelæ ſuum iniuſtum aggreſſorem, deberet ad iudicium vocare eos, qui damnum ita ab eo acceperunt, vt autoritate iudicis obtineret compenſationem atque abſolutionem ab obligatione reſtituendi data damna, quando illi quibus eſſent data, aut ad quos pertineret illa proſequi, libere remittere non vellent. 81. nu. 9
Inuaſus, excedens moderamen inculpatæ tutelæ, quando aggreſſorem interfecit, interfector tenetur ſolùm de exceſſu. 31. num. 8

Inuitans.

Inuitans & inuitatus ad duellum de iure Luſitano, & Caſtellæ quam pœnam incurrant. 17. nu. 5

Irregularis.

Irregularis non fit, quando nulla culpa theologica homicidij aut mutilationis eius interuenit, qui ſanitatis cauſa aliquid fecit, vnde mors ſecuta eſt; quia ſcilicet ſufficienter peritus erat, vt id faceret, ſaltem quia tunc copia non erat peritioris, & nullam temeritatis culpã commiſit, qua ea mors ſequeretur, nec dedit operam rei illicitæ. 75. nu. 1
Irregularis fit iudex etiam eccleſiaſticus, qui ita reum aliquem in carcerem includit, vt breui ſit illi mortem allaturus. 74. nu. 12
Irregulari ex homicidio aut mutilatione occultis, etiam ſi voluntaria fuerint, licet celebrare, antequam cum eo diſpenſetur, quando, niſi celebraret, crederetur aut in ſuſpicionem deueniretur, id ipſum homicidium commiſiſſe: modo de peccato doleat, & illud confiteatur. 79. nume. 10
cum Irregulari ex quocunque homicidio diſpenſare poterat epiſcopus ante concilium Tridentinum, vt obtinere ad ſuam ſuſtentationem poſſet beneficium ſimplex, non verò beneficium curatum; item vt retineret beneficium ſimplex. 79. nu. 11
cum Irregulari ex homicidio voluntario, etiam ſi ſit occultus, vt ad ſacros ordines promoueri poſſit, melius eſt dicere non eſſe diſpenſandum. 79. nu. 2
Prior opinio refellitur. ibid. nu. 3

Irregularitas.

Irregularitas quid ſit. 67. nume. 1
Irregularitas eſt triplex. 80. nume. 1
Irregularitas non numeratur inter cenſuras eccleſiaſticas. 80. numero 1
Irregularitas vt incurratur, neceſſe eſt mortem aut mutilationem actu completo eſſe ſecutam. Diſput. 67. numero 3
Requiritur etiã, vt mutilator vel occiſor id fecerit poſt ſuum baptiſmum. 67. nu. 4
Irregularitas non incurritur ob nullam aliam percuſſionem, quàm ob homicidium ac mutilationem. 67. numero 2
Irregularitas quando poſt ſuſceptos ordines ex corporis vitio conſurgit abſque culpa corporis eo modo vitiati, ſolùm impedit eos actus ordinis, ad quos corpore vitiatus habet impotentiam, aut quos non poteſt ſine indecentia exercere: non verò impedit alios ſuſceptorum ordinum actus. 70. nu. 14
Irregularitas quæ ſimul contrahitur in pœnam culpæ, & propter indecentiam, diſpenſari non poterit virtute indultorum. 80. nu. 3
Refellitur opinio aliorum. ibid. num. 4
Irregularitas omnis ex quocunque homicidio aut mutilatione contracta impedit tum ſuſcipere de nouo ordines aliquos, tum etiam miniſtrare in iam antea ſuſceptis, idque ſub reatu culpæ lethalis. 78. nu. 1
Irregularis, tam ob homicidium aut mutilationem, quam ex quacunque alia cauſa, incapax eſt beneficij eccleſiaſtici de nouo obtinere, dum ita eſt irregularis, eſtque proinde collatio nulla. 78. nu. 2
Irregularitatem ſi quis contraxit ex homicidio presbyteri, & in precibus oblatis diſpenſanti ſolùm propoſuit, & expreſſit ſe interfeciſſe hominem, indeque contraxiſſe irregularitatem, neque exprimendo hominem illum fuiſſe presbyterum, ſicque diſpenſationem obtinuit, diſpenſatio valida eſt, quia non contraxit diuerſam irregularitatem ab ea, quam contraheret, ſi ille homo eccleſiaſticus non eſſet, ſed inde prouenit, quòd cum peccato homicidij committat ſimul ſacrilegij peccatum. 79. num. 9
Irregularitatem incurrit, quicumque cooperatur ad cauſam iuſtam ſanguinis, ſiue ad ſententiam aut capturã damnandi, ſiue ad exequutionem ſententiæ, ſubſecuta morte ea via iuſte puniti, ſiue operatus ſiue cooperatus ſit eccleſiaſticus aut laicus. 74. nu. 1
Irregularitatem nõ incurrit qui cõficit, aut vendit funes, aut gladios, aut alia inſtrumenta, neſciens ad id emi aut peti, licèt eiuſmodi inſtrumenta vendat aut det, illiſque aliquis mutiletur. 74. nu. 2
in Irregularitatem non incidit interfecto aut mutilato aliquo, qui cauſa eſt remota homicidij aut mutilationis, eſto ea ſit operam dando rei illicitæ. 77. nu. 10
circa Irregularitatem ob vitium corporis ſolus ſummus Pontifex diſpenſat. Epiſcopi etiam diſpenſant in omni irregularitate ex delicto occulto proueniente, excepta ea quæ ex homicidio voluntario oritur. 70. numero 19
in Irregularitate cenſent nonnulli diſpenſari poſſe, quæ merè in pœnam præcedentis culpæ eſt ſtatuta. 80. numero 5
in Irregularitatem in quo aliquis præuia proteſtatione non incidit, ſi de delinquente corã iudice ſæculari conqueratur, & mors aut mutilatio delinquentis inde ſequatur, incurrit irregularitatem aduocatus & procurator, qui eam cauſam agit aut patrocinatur. 74. numero 10
Irregularitatem incurrunt, quando aliqui viui cremantur, qui ligna ſubminiſtrant, quibus crementur, ſi re ipſa illis, antequam morerentur, cremati ſint. 74. nu. 3
Irregularitatem incurrit, qui eum, qui ad mortem eſt dãnatus, hortatur vt ſcalas aſcendat, aut quocumque modo

do eſt cauſa, vt mors citius fiat, quādo id in cauſa fuit, vt mors citius ſequeretur. 74. numero 4

Iudex.

Iudex, quando eſt pœna arbitraria, neque eſt lege taxata, vt ſit infra mortem, neque conſuetudo habet, vt pro eo delicto cum ijs circunſtantijs pœna mortis non imponatur, poteſt imponere mortis pœnam, ſi ex circunſtantijs dignum prudentis arbitrio id delictum tanta pœna ſit. 24. nume. 7

Iudex ad quem ſpectat ſententiam mortis ferre, eamque præcipere mandare executioni, quando interrogat, ad quid, quoad aliquod delictum, à malefactore aliquo cōmiſſum, teneatur, quidve licitè efficere poßit, aut non poßit circa ſententiam proferendam, non incurrit irregularitatem. 74. nume. 6

Iudices eccleſiaſtici in ſuo tribunali imponere non poſſunt pœnam ſanguinis, hoc eſt mortis, aut mutilationis. Pœnam tamen flagellorum imponere poſſunt, etiam de iure canonico. 49. nume. 11

Iudex ſecularis quando procedit criminaliter aduerſus eccleſiaſticum nondum captum, & is accedit ad ſuum cōpetentem iudicem eccleſiaſticum, vt dicat ipſum perſonam eccleſiaſticam exemptam à tribunali ſeculari, petitque à tali iudice eccleſiaſtico, vt cenſuris compellat iudicem ſecularem inhibere à cognitione eius cauſæ, ſtatutum eſt in Hiſpania, vt ſi crimen tale ſit, pro quo, ſi ille eſſet laicus, capiendus eſſet à iudice ſeculari, debeat is reus detineri à iudice eccleſiaſtico in publico ſuo carcere, alioquin poſſit à iudice ſeculari comprehendi. 49. nume. 7

Iudices in pœnis arbitrarijs pro delictis imponendis præ oculis habere debent Deum, non excedendo latitudinem iuſtæ pœnæ, inanis gloriæ, auaritiæ, iræ, vel alia paßione permoti, itaque reos iniuſtè grauando. 40. nume. 12

Iudicibus commiſſarijs, (quos in Hiſpania Peſquiſidores vocant,) nefas eſt vel intuitu proſpiciendi Reipub. ſtatui, ne ſimilia crimina committantur, vel intuitu accipiendi ex delinquentibus integrum ſuum ſuorumque ſtipendium, quemquam punire vel corporali vel pecuniaria pœna, qui vere innocens fuerit, aut quemquam vltra æquum punire. 40. nu. 13

Iudicium.

Iudicium, num vulnus aut alia mortis cauſa lethalis ſit vel non, & quomodo id probetur, itemque num cauſa ſuperueniens vulneri ſufficiens fuerit, ad mortem illo modo affecti efficiendam, ſpectat ad medicos, & chirurgos, & expertos in ea arte, niſi adſint circūſtantiæ, quæ contrarium in aliquo euentu particulari perſuadeant. 32. nu. 4

Ius.

Iure naturali licitum in vitæ propriæ defenſionem occidere iniuſtum aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ. 11. num. 1

Iura varia variæque poteſtates reſultātes ex coniunctionibus varijs, quas homo habet tam cum perſonis priuatis, quam cum corpore reipub. cuius eſt pars. Diſp. 2. nume. 1. & 2

L

Læſa maieſtas.

LÆſæ maieſtatis humanæ crimen morte non extinguitur, quoad pœnas illi debitas. 20. nu. 3

Laicus.

Laicus, aut is qui ſacerdos non eſt abſoluere in articulo mortis non poteſt ab excommunicatione. 63. nu. 3

Laicus inijcere poteſt manus in eccleſiaſticum abſque licentia iudicis illius eccleſiaſtici, vt eum præſentet ſuo prælato, quando is eſt debitor ac fugit, quando miniſter ſæcularis iuſtitiæ inuenit eum in flagranti delicto; quādo illum inuenit de nocte, eſtque ſuſpicio eum aliquod ſcelus committere velle, quando offenſus ab aliquo eccleſiaſtico in euentu, in quo is eccleſiaſticus ideo eſſet in carcerem trudendus, eum capit intra ſpatium viginti quatuor horarum. 56. nu. 2

Laicus quando inuaſus eſſet, cui dedecus eſſet fugere, atque adeò qui licitè poſſet interficere inuaſorem in defenſionem ſui proprij honoris, eſto & mutilationem illius & ſuam propriam vitare poſſet fugiendo, incurrit, irregularitem. 72. nu. 3

Reſpondetur ad argumentum in contrarium. ibidem. numero 4

Ii, qui ſua culpa ad eum ſtatum deuenerunt, vt ad conſeruandam ſuam vitam neceſſe eis eſſet interficere eos, qui ipſis mortem inferre volebant, licitè tunc, ad propriam vitam defendendam, poßunt interficere eos, qui ipſis mortem inferre volebant. ibid. nu. 5

Laici & clerici pro neceſſaria vitæ & rerum externarum defenſione occidentes, an incurrant irregularitatem. 16. numero 2

Legatus.

Legatis omnibus non conceditur abſoluere à quauis excommunicatione, ſed tantùm à violenta manuum iniectione. 58. nume. 5

Legati Sedis Apoſtolicæ quidam ſunt nati, quidam non nati: quinam ſint nati, & quinam non nati. Diſput. 58. numero 1

Legatis à latere conceſſum eſt abſoluere ab excommunicatione incurſa ob manuum violentarum iniectionem in clericum, vbique locorum, etiam extra ſuam prouinciam. 58. nu. 2

Legati Sedis Apoſtolicæ, qui à latere non ſunt, non poſſunt alios abſoluere ab excōmunicatione, niſi qui ſunt ſuæ prouinciæ. 58. nu. 3

Legati nati aliter abſoluere non poſſunt ligatos hac excommunicatione, quàm alij ordinarij. 58. nu. 4

Lenocinium.

pro Lenocinijs communibus quæ pœna in Luſitania ſtatuta ſit. 97. nu. 9

Leno.

Lenonem aut lenam ad fœminam aliquam qui mittit, eſto res effectum non habeat, illaque validè reſiſtat, vel epiſtolam mittit, eſto nuntius abſque culpa ſit, ſi rem prorſus ignoret, iniuriam grauem tali fœminæ irrogauit, propter quam iniuriarum actione intentata, puniri debet pœna arbitraria. 97. nu. 10

Lenones ſunt quintuplices. 97. nu. 1

Lenones & lenæ, ſecuto adulterio aut ſtupro, non puniuntur mortis pœna, ſed alia arbitraria. 97. nu. 8

Lenones qui publicas habent meretrices, quarum curam ipſi habent, & quæ de illarum pretio participant pœna exilij extra id oppidum puniuntur: & meretrices illæ illorum curæ ſubditæ in exilio ſimili puniuntur. Quòd ſi mulieres caſtè alias viuentes conquirerent, pactionibus cum illis factis, quas perderent, & ipſi alijs ad fornicandam eas traderent, pœna mortis puniebātur olim, ſed id hodie abolitum eſt. 97. nu. 11

Leno-

Lenones qui quouis modo cooperantur, vt mulier aliqua cum alio fornicetur, id ſuadendo, uel quouis alio modo, ipſo iure ſunt infames, etiam ante latam aduerſus eos ſententiam. 97. nu. 14

Lenones qui in domibus ſuis proſtitutas mulieres habẽt, ſiue ſint ipſorum mancipia ad id deputata, ſiue ſint mulieres liberæ, quas ad id ipſi deprauarunt, & ſiue ſimul ipſi aliud munus exerceant, vt cauponam, &c. atque tanquam adminiſtras eiuſmodi mulieres ad id habeãt, & ſimul copiam ſui corporis faciant iis, qui cauponã accedunt, diuerſas pœnas incurrunt, pro perſonarum qualitate, quæ ibidem ſunt. 97. nu. 13

circa Lenones communes & lenas iure Hiſpanico quid ſtatutum ſit, quid Luſitanico. 97. nu. 12

Leproſus.

Leproſus, ita vt aliis lepra pateat, irregularis eſt. 70. numero 11

Lex.

Lex eſt iniqua quæ vniuerſim ſolam pecuniariam pœnam ſtatuit pro homicidio voluntario: quia lege diuina homicida gladio puniendus. 22. nu. 1

Legis verba defenduntur, & contraria explicatio retunditur. 47. nu. 8

Lege xij. Tabularum quondam talionis pœna pro iniuria membri abſciſſi fuerat ſtatuta, vt ſcilicet ei qui manum abſcidit, manus abſcinderetur: at lex illa abolita eſt, & alia introducta, vt ſcilicet attenta quantitate iniuriæ pœna ſtatueretur iniuriæ commenſurata, arbitrioque prudentis æqualis. 40. nu. 4

Liberi.

Liberi ex eo genere adulterij ſi deuenerint, bona adulterorum ad eos liberos deuenient, & non ſubiacent diſpoſitioni mariti adulteræ. 93. nu. 3

Locus.

Locus Concil. Trident. de homicidio voluntario explicatur. 3. nu. 5

Lucretia.

Lucretia, Cato Vticenſis, & alij, qui mortem ſibi conſciuerunt, non vt magnanimi laudandi, ſed ut puſillanimi uituperandi. 9. nume. 3

Ludus.

Ludus ſi ſit pernicioſus, vt haſtiludium, iaculatio arundinum, torneamẽtum, ludus pilæ, &c. nihilque fiat dolo animo interficiendi aut vulnerandi, neque tranſgreſſio vlla fiat eorum, quæ in eo ludo permittuntur, tunc vulnerans aut interficiens ad nullam pœnam tenetur. 37. numero 4

Ludus quando non eſt omnino permiſſus, tunc ſi inde ſequatur læſio, & deinde mors, talis homicida non punitur pœna homicidij ordinaria, niſi ſub eo quaſi velamine mors interfecti comperiatur doloſè intenta. 37. nu. 5

M

Macula.

Maculam notabilem qui habet in oculo, licèt bene videat, eſt irregularis. 70. nu. 5

Is, qui altero tantum oculo eſt cæcus, irregularis eſt, ſi ſit cum notabili deformitate, non verò qui cæcus eſt altero ſine deformitate. 70. nu. 6

Magiſter.

Magiſter quando intuitu diſciplinæ, manus violentas in diſcipulum clericum inijcit, excommunicationem non incurrit. 56. nu. 3

Magiſtri poſſunt clericos correctionis gratia percutere, etiam per tertiam perſonam. 56. nu. 8

Malefactor.

Malefactor licitè interficitur propria autoritate in licitam defenſionem, ſiue propriam ſiue cuiuſuis alterius, ſecus in vindictam ac pœnam iuſtam pro delicto. 6. numero 1

Mancipium.

Mancipium, ſi multum diſtet ab eo, qui poteſtatem habeat ad ipſum abſoluendum, & vel in domini fraudem manus in eccleſiaſticum iniecit, vt ſe à domini ſeruitio ſubtraheret, vel ſine cauſa domini illas iniecit, & ex eo quòd id mancipium ad eum accedat, qui poteſtatem ad ipſum abſoluendum habet], dominus illius pateretur graue damnum carendo ſeruitio illius, abſolui tunc poteſt ab Epiſcopo, modo tamen iniectio manuum ſit cũ admodum graui iniuria. Alij caſus circa mancipia, & ſeruos. 64. nu. 2

Mancipium ſi ſtuprum commiſerit cum domina ſua ſumpto ſtupro latè, domina ipſa capitis pœna punitur, & mancipium comburitur. Si filij, ex ea copula generentur, carent nobilitate omni, quam ob matrem prætendere poterant, neque ſuccedunt matri ex teſtamento. 104. num. 5

Mancipium quando videt dominum interfici vel percuti, potenſque illud impedire, etiam cum periculo vitæ, ſaltem clamando vel id reuelando, efficere id prætermittit: punitur id mancipium morte, niſi dominus ſuperuiuens ei pepercerit. 33. memb. 5. nu. 8

Mandans.

Mandans homicidium ſecuto delicto, tenetur ex delicto ipſo, & non antea quam ſequatur, tametſi quando ſequitur teneatur ex eo delicto ob mandatum, ſeu quatenus ex eo mandato eſt ſecutum: quod idem omnino dicendum eſt de conſilio. 33. memb. 3. nu. 3

Mandans, ſubſecuta aliqua principalium actionum quæ prædictę ſunt, incurrit etiam hanc excõmunicationem: non verò conſulens, aut aliquo modo ad illam cooperans. 66. num. 2

Mandans homicidium quando intendit illud formaliter, tunc ſequuto homicidio, mandans, & mandatarius incurrunt irregularitatem ex homicidio voluntario, & tenentur pœna homicidij voluntaria. Quando vero homicidium non intenditur, & tamen cenſetur voluntarium etiam comparatione mandantis, quia mandauit id, vnde mandatario, non excedente fines mandati, facile mors ſequi poterit, mandans incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario: nec puniendus eſt pœna homicidij ordinaria. Idem intelligendum de executore, qui homicidium patrauit illud non intendendo. 33. memb. 3. nu. 2

Mandans quando ſuperior eſt ea in re mandatarij, licet id quod mandatarius executioni mandauit in re eſſet illicitum, obedientia id ſibi præcipientis excuſat eum à culpa, atque ab omni onere reſtituendi damna omnia inde ſequuta. 33. memb. 3. nu. 5

Mandans homicidium illo ſecuto tenetur pœna homicidij ordinaria. 33. memb. 3. nu. 1

Mandat qui fieri delictum, ad quod mandans concurrere non poteſt, vt adulterium, tenetur de mandato mandatarius, quo ad iniuriam eo abuſu vxoris mandatam fieri marito. 33. memb. 3. nu. 11

Mandatarius.

Mandatarius ſi ad mortem vſque inferendam fuit progreſſus,

greſſus, interfecto, quando inuaſus ab illo fuit ignorante ſibi eum eſſe inimicum, mortemque velle ipſi inferre, tunc vterque incurrit pœnam homicidæ proditoriè. 25. numero 8

Mandatarius quando non interficit, attamen proditoriè vulnerauit, tunc tam ipſe, quam mandans, de iure regni Hiſpanici ſunt interficiendi, non tamen ſunt eis confiſcanda bona. Quando autem mandatarius occidere attentauit, atque nec interfecit, nec vulnerauit, ſi id attentauit actu externo, qui ad interficiendum erat ſufficiens, tamen effectus non eſt ſecutus, tam mandatarius quam mandans puniendi ſunt pœna ordinaria, non ſecùs ac ſi effectus eſſet ſecutus. 25. nu. 9

Mandatarius quandocunque ſubditus ratione mandantis exequitur id, quod ſibi conſtat eſſe malum & illicitum tunc non excuſatur à pœna, neque ab onere reſarciendi damna data. Quando vero exequitur de mandato alterius id quod ſibi non conſtat eſſe malum, tunc ſolum mandans tenetur ad pœnam, & ad damna data; mandatarius verò ad nihil tenetur. 33. memb. 3. nu. 9

Mandatarius quando certo ſciebat, illicitum eſſe exequi quod præcipiebatur, aut ita erat dubium, vt non poſſet merito committere ſe ſcientiæ præcipientis, ſed potens facere diligentiam ad id ſciendum, executioni illud mãdauit, neque à culpa, neque à pœna accuſatur. 33. mẽb. 3. numero 6

Mandatarius ſi reuocationem ignorauerit, atque ex mandato ſibi dato manus violentas in eum iniecit, qui hoc priuilegio gaudebat, tam ipſe quam mandans excommunicationem incurrunt: mandans eo modo incurrit etiam poſt mortem ſuam. 52. nu. 3

Mandatum.

Mandatum licet longe antea fuerit traditum, vt mandatarius interficeret, ſi deinde mandatarius poſtea id cõmittat, neque de expreſſa, aut tacita reuocatione mandati cõſtet, cenſetur delictum commiſſum ex anteriori mandato, mandanſque proinde tenetur pœna homicidij eius ordinaria, quando non conſtat mandatarium ex peculiari ſua cauſa motum fuiſſe ad id patrandum. 33. memb. 3. nu. 4

Mandatum quando erat intrinſece malum, aut licet malum intrinſece non eſſet, non tamen tantum malum nõ implendo mandatum imminebat, vt excuſaret à culpa illud exequentem, ſi delictum à mandatario ita commiſſum leue ſit, & damnum inde ſequutum leue; non punitur mandatarius ob hoc delictum, excuſante eum tum à pœna, tum a reſarctione damni obediẽtia ſuperioris: punitur tamen mandans & competit aduerſus eum actio legis Aquiliæ ad reſarciendum damnum. Secus autem eſt de mandatario leui delictum committentis, & ſecus, ſi delictum ſit graue. 33. memb. 3. nu. 8

Mandatum quod eſt, quando eſſet intrinſece malum, tunc ferenda potius eſt mors propria, quam id executioni mandandum: quando vero non eſſet intrinſece malum, tunc attenta quantitate damni, quod mandatario immineret, niſi tale mandatum, ex parte mandantis iniquum, ipſe executioni mandaret, eſſet iudicãdum, num ea exequutio ad mandatum eius, quo tantum detrimentum mandatario imminebat, niſi id exequeretur, excuſanda omnino eſſet à culpa, & à pœna. 33. memb. 3. numero 7

Mandatum aut conſilium quando eſt de re illicita, ex qua ſequi poteſt homicidium minime à mandante, aut conſulente intentum, tunc ſi homicidium ſequatur, etiam eius cui mandatum, aut conſilium datum eſt, mandans aut conſulens incurrit irregularitatem ex tali homicidio, ipſorum comparatione caſuali. 33. membr. 3. numero 2

Mandato quando aliquis neque tacito neque expreſſo intuitu nomineque ipſius, manus violentas in gaudentẽ priuilegio inijceret: Si is, cuius nomine fuit factũ, poſt quam ſciuit factum eſſe, ratum habuit, incidit in excõmunicationem, ſed non antequam illud ratum habuerit. 53. num. 4

Manus.

Manus violenta & iniurioſa eccleſiaſtico ſtatui duob. modis eſt talis; vno ex ſeſe, quia ſcilicet ſecundum ſe iniuriam infert perſonæ eccleſiaſticæ, & ſtatui eccleſiaſtico: altero ex diſpoſitione iuris humani: vtrouis modo manus iniectionem iniurioſam eſſe ſtatui eccleſiaſtico, ſufficiens eſt ad ſacrilegij peccatum & excommunicationem incurrendam. Quia ergo eccleſiaſtica lege eſt ſancitum, vt eccleſiaſticæ perſonæ, priuilegio fori gaudentes, interim dum eo gaudent, à iudicibus ſecularibus puniri non poſſint, neque ab eccleſiaſticis, niſi legitimam ad id poteſtatem habeant, atque eſto eam habeant, ſancitum eſt, vt qui Epiſcopi non ſunt, punire non poſſint eccleſiaſticos, niſi per ſe ipſos, aut ſi neceſſe ſit, per clericum aut religioſum, & nunquam per laicum: conſequens eſt, vt ſi iudex ſæcularis ſtatuat pœnam percuſſionis alicuius eccleſiaſtici à ſuo foro executi, eamque per ſe aut per alium executioni mãdet, tam ipſe quam eam exequens in hanc excommunicationem incidant. Conſequens etiam eſt, vt ſi eccleſiaſticus iudex decernat eandem pœnam, & per ſe vel per alium eam executioni mandet in eccleſiaſticum ſibi non ſubditum, ipſe & executor eandem excommunicationem incurrent. Item, vt ſi Prælatus, qui Epiſcopus nõ ſit, aut quiuis alius legitimus iudex eccleſiaſticus, in eccleſiaſticum ſibi ſubditum eam exequatur per laicũ, aut quando id non eſt neceſſe per alium clericum, ſtando in iure communi canonico, tam ipſe quam executor incurrant hanc excommunicationem. 51. nu. 5

Manus violentas in clericum inijciens quando vincibiliter ignorabat eum eſſe de numero eorum, qui eo priuilegio gaudent, tunc ſi ea ignorãtia prudentis arbitrio, ſpectatiſque circunſtantijs, adeò erat craſſa, vt non excuſaret à culpa ſacrilegij lethali, manus inijciens incurreret excommunicationem: ſi verò ignorantia illa excuſaret à culpa ſacrilegij lethali, tunc nõ incurreret excommunicationem. 53. nume. 4

Manus qui violentas in eccleſiaſticum iniecit, quando occultus eſt, nec ſcitur eum id feciſſe, poteſt Epiſcopus abſoluere in foro conſcientiæ illa de cauſa excommunicatum, etiamſi percuſſio enormis fuerit. 64. num. 8

Manus violentas in eccleſiaſticum qui iniecit, quando ab eo in mortis periculo abſoluitur, qui ſolùm pro tunc rationeque talis periculi ad id habet facultatem. In primis ita abſoluens, ſi commodè fieri poſſit, iniungere debet abſoluendo, vt prius ſatisfaciat parti, ſi de cauſa aliquid illi ſatisfacere tenebitur, &c. 63. nu. 4

Manus violentas qui iniecit, quãdo inuincibiliter ignorabat eum eſſe de numero eorum, qui eo priuilegio gaudent, non incurrit excommunicationem. Diſput. 53. numero 1

Manuum violentarum leuis iniectio eſſe poteſt, non ſolùm quando culpa, quæ in tali iniectione cernitur, eſt venialis, ſed etiam quando eſt lethalis. 57. nu. 1

Manus quando aliquis inijcit violentas in eccleſiaſticum turpiter inuentum cum ſua vxore, matre, ſorore, filia, licèt ſacrilegium committat eas authoritate propria interficiendo, in odium tamen eiuſmodi criminis non incurrit vulnerans excommunicationem. Si verò quis manus inijciat in eccleſiaſticum turpiter cum remotioribus conſanguineis inuentum, incurrit excommunicationem. 55. num.6

Manus violentæ quando alicuius intuitu in clericum eſſent iniectæ, & is ante talem iniectionem, ijs, qui eas iniecerunt, verbis aut ſignis indicaſſet, gratam eam ſibi fore, tunc illud eſſet tacitum mandatum: & incurrit ipſa iniectione manuum excommunicationem. 52. numero 7

Manuum violentam iniectionem qui impedire potuit nec impediuit, non incurrit in foro conſcientię excommunicationem, niſi ex iuſtitia ad id teneretur. 52.n.10

ob Manuum violentarum iniectionem in aliquem ex ijs, qui hoc priuilegio gaudent, vt incurratur hęc excommunicatio neceſſe eſt, vt ea fiat illicitè, ſiue ex natura rei, ſiue quia ex diſpoſitione iuris humani eſt illicita, deinde vt ea iniectio altero eorum modorum ſit culpa lethalis. Quin, quando actus interior, quo manus violenta inijcitur, eſt culpa lethalis, incurritur hęc excommunicatio, etſi exteriori actu modica ac leuis violentia inferatur. 51.nume.6

Maritus.

Maritus impunè non poteſt interficere vxorem in adulterio deprehenſam, ſi illa prægnans ſit, & ipſe optimè id nouerit, ſed puniendus eſt pęna homicidij voluntaria aut etiam parricidij, ſi ſciebat fętum iam eſſe rationali animo animatum. 99.nume.14

Maritus ſi circa propriam vxorem lenocinium exerceat, pęnam criminalem pro adulterio ſtatutã incurrit ſtando in iure communi, etiam ſi nullum emolumentum ipſi inde ſequatur. 97.num.2

Maritus quando ob lucrum aliquod, etiam ſi ſit ad conciliandam beneuolentiam alicuius, quam vt lucrum reputet, vxori ſuadet adulterium, illudque ei ea de cauſa permittit, lenocinium circa propriam vxorem committit, & mortis pœna pro adulterio puniendus eſt. Diſputatur pluribus de pœna hac mortis. 97.nu.6

Maritus ſi non in ipſo flagranti delicto, ſed poſtea ex interuallo, adulteros aut vnum eorum interficiat, quos vel antea deprehenderat in adulterio, vel quos certò cognouit adulterium commiſiſſe, puniendus eſt pœna alia mitiori extraordinaria & arbitraria, quando ſcilicet non interuenit proditio. 99.nu.13

Maritus an & qualiter vxorem punire poſſit. 2.nu.20

Maritus quando aliquem ſuſpectum haberet, machinari adulterium cum ſua vxore, terque illum in ſcriptis admonuiſſet, ne cum illa loqueretur, poſteaque illos inueniret ſimul in aliquo loco, tunc illa eſt præſumptio iuris illos adulterium commiſiſſe, ac proinde tunc pœna adulterij puniri poſſent. 91.nu.9

Maritus ſolus in Hiſpania poteſt accuſare adulteros, & non alius, niſi ex pręſcripto ipſius, neque poteſt accuſare vnum adulterorum ſine alio, ſi vterque ſuperſit. 89. numero 12

Maritus adulterę quando eos interficit propria authoritate, etiamſi illos interficiat deprehenſos in flagranti delicto, non lucratur bona eius adulteri, aut eorũ adulterorum, quos ita interfecerit, neque ea bona ſubiacẽt tunc ipſius diſpoſitioni, ſed ſolùm quãdo lata prius ſententia, adulteri iudicis autoritate conſtituuntur in poteſtate ipſius, vt de ijs, & de bonis ipſorũ faciat quod voluerit. 89.num.10

Maritus adulteræ non poterit vnum eorum adulterorũ interficere, & non interficere alterum; ſed aut vtrumque, aut neutrum; ſi vterque ſcilicet ſuperſtes ſit, & vterque comprehendi poſſit. 89.nu.8

circa Adulterorum pœnas ius commune, & ius regni Hiſpanici differunt inter ſe. 89.nu.9

Maritus ſi agat ſolùm ciuiliter aduerſus ſuam vxorem adulteram ad diuortium, & ſeparationem cohabitationis, ea vxor amittit dotem marito, & omnia bona: ſecundum leges. 90.nu.2

Maritus tenetur alere vxorem, à qua diuortium fecit, nõ tamen tenetur tam ſplendida alimenta ſubminiſtrare, ac ſi non peccaſſet, neque eſſet punita amiſſione dotis, aut etiam inſuper partis bonorum paraphernalium, atque ſi in pœnam non eſſet factum legitimum matrimonium. 90.num.7

Maritus quamuis detecta matrimonij nullitate, accuſare non poſſit iure mariti, hoc eſt cum prælatione alijs; nihilominus, ſuppoſita pœna pro adulterio etiam in eis fornicarijs iure ſtatuta, & applicata marito adulteræ, etiamſi matrimonium verum non fuerit, ad eum maritum, ita iure extranei accuſantem, pertinet pœna bonorum iure ipſi applicata. 94.nu.8

Maritus ſi aliquem in flagranti delicto interficiat aut percutiat in Hiſpania, in flagranti delicto repertum cum filio aut vxore, id impunè non faciet, ſed punientur pœna alia extraordinaria. 99.nu.16

Maritus vel pater, in euentibus, in quibus de iure Hiſpanico, Luſitanico, & de iure communi dictum eſt eos poſſe impunè occidere adulterum aut vtrumque ſimul non poſſunt id alteri ad exequendum mandare impunè. 99.nu.17

Maritus ſi cœpit accuſare adulterum vel adulteram, & deſtitit animo deinceps non proſequẽdi accuſationem; vel maritus dixit coram iudice ſe non velle accuſare; poſteaque vel proſequi accuſationem velit, aut eam intentare, repellitur exceptione, quod iam ab accuſatione deſtiterat. 96.nu.7.

Maritus quando interficiebat vxorem ſuam in adulterio deprehenſam, aut pater adulteræ, cum vtrumque adulterum illorum interficere poſſet, ſolum adulterum illorum interficiebat, vt ſi ex amore parcebat filiæ adulteræ, interficiebatque ſolum adulterum cum ea repertum tunc ſi maritus aut talis pater vilis erat, condemnabitur in perpetuum ad metallum; ſi autem honeſtior, in inſulam relegabatur. 99 nu.11

Maritus in Hiſpania interficere nõ poteſt impune quemcunque adulterum, etiam non vilem & adulteram, niſi repertos ſimiliter in adulterio, atque in ipſo flagranti delicto. Quando dicantur adulteri reperti in flagranti delicto. 99.nu.12

Maritus licet is, quem adulterantem cum propria vxore inuenit, initiatus ſit ordinibus ſacris, impunè illum interficit maritus in Hiſpania & in Luſitania: neque ea de cauſa excommunicationem incurrit, eſto maturo iudicio, ſciens ac prudens eum ordinibus ſacris eſſe initiatum, maritus ea de cauſa illum interficiat. Diſp. 99. numero 5

Maritus & vxor ſi annos pubertatis excedant, etiamſi matrimonium per verba de præſenti in eccleſię facie celebrauerint, necdumque illud conſummauerint, mari-

tuſque

tuſque vxorem deprehendat in adulterio, vbicunque illam adulterantem cum alio repererit, iure Hiſpanico poteſt vtrumque interficere, modo tamen, ſi vtrumque interficere potuerit, non interficiat vnum ſine alio: eſtque id intelligendum de omni adulterio. 99. nu. 4

Maritus ſi parcat vxori adulteræ, vel ante accuſationem vel poſt accuſationem, aut etiam poſt latam in eam mortis ſententiam, modò remiſſio ac uenia fiat coram iudice eius cauſæ, & de ea re fiat inſtrumentum, in quo maritus adulteræ, iudex, ac ſcriba ſe ſignent, continuò dimittenda eſt ea mulier omnino libera, niſi ob aliquod aliud crimen in vinculis ſit detinenda. 89. nu. 15

Maritus iniuriam patitur ex adulterio quod fit cum ſua vxore: & econtra vxor ex adulterio quod cum alia committit maritus. 2. nu. 3

Maritus ſi interficeret adulterum non uilem in adulterio cum ſua vxore repertum, quamuis id non efficeret impune, puniendus tamẽ tunc non erat pœna homicidij ordinaria, ſed arbitraria propter iuſtum nimiumue dolorem, quo fuit laceſſitus ex tam graui iniuria ſibi irrogata, atque in ipſo flagranti delicto reperta. 99. nu. 10

Maritus vxorem & cum illa adulterantem in facto deprehenſos interficiens lethaliter peccat, licèt impunè autoritate legum id fiat, cum reſponſione ad contraria argumenta. 7. nu. 2. & 3

Maritus ſi commiſerit adulterium in iniuriam vxoris, non impedit eum criminaliter ad vxorem puniendam, idque ſi adulteriũ mariti ſequatur adulterium uxoris, ſiue illud antecedat. 95. nu. 13

Maritus iure Luſitano impune interficere poteſt vxorem & adulterum in adulterio deprehenſos, niſi adulter ſit perſona notabilis, & maritus ſit piã vt vocant, & alia ſtatuta Luſitanica circa adulterium. 99. nu. 3

Maritus adulteræ, & pater adulteræ, qui, nihil matrimonio impediente, in poteſtate illam habebat, quamdiu emancipiata non erat, ſed in poteſtate erat illius de iure communi præferuntur cæteris in accuſando de adulterio, & maritus patri in ea accuſatione, niſi maritus infamis ſit. Olim marito fas non erat vxorem accuſare, ſed facere diuortium. Pater & maritus debent adulteram accuſare intra ſexaginta dies vtiles, in quibus & iudex accuſationem poſſit audire, & maritus aut pater adultera nullum legitimum haberent impedimentum ad accuſandum. Elapſis ſexaginta integris diebus, in quibus nec maritus nec pater adulteræ accuſent de adulterio, conceduntur quatuor alij menſes vtiles, qui cum duobus præcedentibus efficiunt ſex menſes, in quibus maritus & pater, non quidem iam iure mariti & patris, ſed iure extraneorum, vna cum cæteris extraneis admittuntur ad accuſandum de adulterio illo. Quãdo adultera tranſibat ad ſecundas nuptias poſt adulterium tempore prioris matrimonij commiſſum, accuſari non poterat ea adultera, niſi prius accuſato adultero. 46. num. 10

Marito de iure communi fas eſt, impune eum interficere, quem de adulterio ſuſpectum habet cum ſua vxore, etiamſi illos non inueniat in flagranti delicto adulterij, propter ſolam præſumptionẽ iuris & de iure, quod adulterium commiſerunt, ſcilicet ſi ter eum per interualla ſcriptis admonuerit, ne cum ſua vxore loquatur, idque fiat ſingulis vicibus coram tribus teſtibus fide dignis. 99. numero 5

Marito ſolum fuit permiſſum adulterum interficere deprehenſum in domo talis mariti in adulterio cum ſua vxore deprehenſum, non vero alibi extra domum mariti. 99. nume. 1

Marito olim fas non erat vxorem adulteram accuſare, ſed diuortium facere. 46. nu. 10

Marito non licet interficere quemcunque adulterum, ſed vilem & infamem. 99. num. 1

à Marito leno aut lena quando alius eſt circa adulterium mulieris coniugatæ, vel ſtuprum virginis, aut viduæ honeſtæ, aut ad id alio modo cooperatur, ſcienter præbendo domum aut alio modo, ſiue id efficiat accepto ea de cauſa pretio, ſiue nullo pretio, tunc ſecuto effectu talis adulterij aut ſtupri de iure communi mortis pœna punitur. 97. num. 7

Mater.

Matris dicto licet non ſtetur in foro exteriori aſſerentis filium à ſe genitum non eſſe legitimum ex ſuo marito, ſed eſſe ſpurium genitum ex adulterio vt talis reputetur, & priuetur hæreditate mariti eius vxoris, & alijs bonis quibus incapax eſſet, ſi eſſet ſpurius: nihilominus in foro conſcientiæ, quando filius merito ſibi omnino perſuadet ſe eſſe ſpurium; quia mater fide digniſſima id illi ſignificauit; & quia non eſt vnde dubitet, rem ita habere, attenta probitate, & Dei timore matris; & quia ipſum diligit, neque ei occurrunt circunſtantiæ, vnde dubitare poſſit, tenetur cedere hæreditati paternæ & alijs bonis, quorum ipſe ea de cauſa incapax eſſet, idque ſub reatu lethalis culpæ, interitusque æterni, & cum reſtituendi onere, quicquid ex eis bonis poſt eam ſententiam inſumeret. 101. num. 3

Matrimonium.

Matrimonium quando reputatum fuit validum inter virum & mulierem aliquam, eaque mulier poſt matrimonium fornicata eſt cum aliquo, ſi deinde probetur id matrimonium fuiſſe nullum, tunc maritus nec dotem aut quidquam aliud bonorum vxoris in pœnam ob fornicationem illius lucratur, & multo maiori cum ratione nihil lucrabitur de bonis eius, qui cum illa eſt fornicatus, neque illi fornicarij ſubiacebunt pœnæ ordinariæ pro adulterio ſtatutæ. 94. nu. 1

Contrarium tamen affirmant aliqui, nempe fornicarios illos pœnas ordinarias pro adulterio ſtatutas incurrere, eſto ante latam ſententiam detegatur matrimonium fuiſſe nullum, neque eam exceptionem, quòd ſcilicet matrimonium fuerit nullum, eſſe curandam, tanquam quæ non excuſaret fornicarios illos à pœnis pro adulterio ſtatutis. ibid. nu. 2

Quid circa illam rem in Hiſpania ſtatutum ſit. ibid. n. 3

In Luſitania ita limitata eſt hæc quæſtio, vt non interficiatur adultera, neque maritus obtineat illius bona, ſed illa puniatur pœna arbitraria, quãdo maritus conſcius erat impedimenti, quãdo adulterium fuit commiſſum. ibid. nume. 4

Matrimonium, ex eo, quòd quando fuit nullum, maritus accuſare non poſſit vxorem fornicariam iure mariti, ſed iure extranei, colligitur maritum non poſſe impunè interficere talem fornicariam ac fornicarium, repertos in flagranti delicto. 94. nu. 6

Diluuntur nonnulla ex antecedente opinione. ibid. nu. 7

Medicus.

Medicus ſi poſt ſuſceptos ordines ſacros medicinæ arte n exerceat, & præter ipſius intentionem mortem alicuius acceleret, aut aliquem interficiat, applicando illi medicinam aliquam, non incurrit irregularitatem, ſed ſolùm id eſt indecens ſtatui ipſius. 75. nu. 6

Medici multi quando ſunt in eo loco, duo adhiberi debent qui iudicium de vulnere ferant, niſi ſit aliquis ad id publicè deputatus cum ſtipendio, aut niſi circunſtantiæ concurrentes ſuaderent, ſufficere iudicium vnius. 32. *nume.* 5.

Medici aliqui quando iudicaſſent vulnus aliquod fuiſſe lethale, & admitteretur reus ad probandum non fuiſſe lethale teſtimonio magis peritorum, idque ante ſententiam, quæ alioquin non omnino tranſiret in rem iudicatam, tunc ea probatio admittitur ad retractandam ſententiam, quæ alioquin tranſiret in rem iudicatam. 32. *nume.* 6

Membrum.

Membrum ſi alicui ob ſuam culpam, aut pars membri abſcindatur in vindictam delicti, aut quia ipſe occaſio fuit rixæ, in qua ei abſciſſum eſt membrum, aut pars membri, irregularitatem incurrit. Diſput. 70. *numero* 18

Membrum ſanum ſibi quis abſcindere poteſt pro ſua ac aliorum ſalute. 10. *nu.* 2

Membri nomine quid comprehendatur ex ſententia aliorum. 69. *nu.* 1

Mens.

Mens legum partitarum Caſtellæ examinatur. Diſputat. 20. *num.* 10

Mentis ſanæ ſi aliquis commiſit homicidium aut aliud delictum, pro quo pœna eſt dignus, atque in amentiam incidat, antequam ea pœna executioni mandetur, ceſſãdum eſt ab executione ſententiæ, niſi prius reſipiſcat: at pœna pecuniaria executioni mandari poteſt, etiamſi reus deſipiat. 38. *nu.* 4

Miles.

Miles ſcienter progreſſus ad bellum ex parte ſua iniuſtum, & fugiens, an poſſit alium militem, à cuius parte iuſtum eſt bellum, ipſum inſequentem in ſui defenſionem occidere, anceps eſt auctor. Diſput. 15. *nume.* 4. 5. & 6.

Milites mercede conducti ad defendendam vitam aliquorum ſi permittant quemquam occidi ex iis, quos ita defendere tenentur, contra iuſtitiam peccant. 33. *memb.* 5. *num.* 10

Miniſter.

Miniſtros publicos in Hiſpania occidentibus, percutientibus, & comprehendentibus quæ pœna impoſita. 28. *nume.* 1

Miniſtros publicos, à quibus iniuſta mors nobis imminet an & illos dum aggrediuntur, occidere licet. Diſput. 15. *nume.* 3

Minor.

Minor pubertati proximus puniri non poteſt in delictis ſequentibus: Primo, quod in domo talis impuberis falſa moneta cuditur, ipſo id ſciente nec reuelante. Secundo, ſi crimen ſit carnis, vt adulterium, ſtuprum, & cætera: Tertio, ſi delictum merè in omittendo conſiſtat ita tamen, vt ſuſpectus valde non ſit participem fuiße delicti. 36. *num.* 5

Minor ſi talis confeſſus fuißet ſuum delictum, non ſufficiẽter aliunde probatum, reſtitui in integrum poteſt aduerſus eam ſuam confeſſionem, etiam iuramento confirmatam, vt ſibi non noceat, ſed reducatur ad ſtatum, ac ſi talem confeſſionem non feciſſet. Diſputat. 36. *numero* 4

Minor ſi pubertati ſit proximus, hoc eſt ſi maſculus decimum annum cum dimidio excedat, & fœmina excedat nonum cum dimidio, tenetur ex delicto homicidij. 36. *nume.* 3

Minor pubertati proximus non eſt puniendus pro homicidio pœna mortis ordinaria, ſed alia minori arbitraria: at puberes minores vigintiquinque annis puniendi ſunt pro iudicis arbitrio. 36. *nu.* 6

Minor item infantiæ proximus, maſculus ſcilicet vſque ad decimum annum cum dimidio expletum, fœmina vſque ad nonum annum cum dimidio, ſiue homicidium ſiue flagitium aliud committat, non incurrit pro ea pœnam. 36. *nu.* 2

Minor, ſi infantiæ tempore, hoc eſt vſque ad ſeptennium ſuæ ætatis, homicidium aut aliud flagitium committat nullam incurrit pœnam. 36. *nu.* 1

Minor quando delinquit in ætate, in qua puniri non poteſt, poſtea quando ad maiorem ætatem deuenit, puniri nequit pro delicto in illa alia ætate commiſſo. 36. *numero* 7

Moderamen.

Moderamen inculpatæ tutelæ ſeruare quid ſit. 11. *nu.* 2

Monachus.

Monachi nomine qui intelligantur, & qui gaudeant priuilegio monachali. 50. *nu.* 4

Morbus.

Morbum qui caducum patiuntur, furioſi, amentes ex læſione organi, nõ verò ex ebrietate, paſſione, phrenetici, lunatici, dæmoniaci, ſi ſemel aliquid harum patiantur antequam ordinentur, ordinandi non ſunt, etiamſi conualuerint; quòd ſi ad aliquos ordines ſint promoti, & aliquid tale patiantur, non ſunt vlterius promouendi. In religioſo tamen diſpenſari poteſt. 70. *nu.* 12

Mors.

Mors iniuſtì aggreßoris intendi non debet in vindictam iniuſtæ aggreſſionis. 13. *nu.* 3

Mors, propria quando vitari aliter non poteſt quàm occidendo aut mutilando aggreſſorem ſicut irregularitas nõ incurritur; ſic quando aliter uitari non poteſt mutilatio proprij membri, non incurritur irregularitas, ſecuta morte aut mutilatione aggreßoris. Diſputat. 72. *numero* 6

Quãdo, vt quis ſe defenderet ab iniuſto aggreſſore, à quo periculum ei immineret, quod aliter uitare non poſſet, quàm ſe defendendo, uocaret aliquem in ſui defenſionem, tunc ſi ille eum aggreſſorem interficeret, is qui eos ita uocauit non incurrit irregularitatem. ibidem. numero 7

In euentibus, in quibus dictum eſt licitè aliquem interficere aut mutilare aggreſſorem ad defenſionem ſui, non incurrit interfector irregularitatem, licèt id tunc ſimul efficiat ex odio talis aggreſſoris, aut interfecti aut mutilati. 72. *nu.* 8

Mortis iniuſtam cauſam qui accepit, ſi ſufficienter exprimat, ſe remittere homicidæ damnum corporale mortis ſibi illatum iniuſtè, ad nullam ipſius reſtitutionem tenetur homicida in conſcientiæ foro. Licitè autem, qui cauſam mortis iniuſtam accepit, facere eam remiſſionem poteſt. 85. *nu.* 2

Mortis cauſam qui iniuſtè accepit, antequam ex ea moreretur, quando dixit ſe remittere iniuriam ac mortem ſi inde ſequatur, intelligitur id interdum quoad ſolum rancorem & odium, vt lege caritatis in conſcientia tenetur, interdum vero quoad actionem ac pœnam, quæ aduerſus illum nomine defuncti poterat intentari. 85. *numero* 1

Mortis cauſam quando qui accepit in Hiſpania, & Luſitania hæredes deſcendentes aut aſcendentes relinquere quereret, tunc ſi eam obligationem homicidæ remitteret, neque valor eius obligationis excederet quintum, de quo ſolo poteſt ille libere diſponere in Hiſpania, ſi deſcẽdentes habeat, vel tertium, de quo in Luſitania libere poteſt vniuerſim diſponere, & in Hiſpania quando caret deſcendentibus, & habet aſcendentes, ſane homicida liber in conſcientię foro maneret ab ea obligatione, modo teſtator ille non efficeret legata alia, quæ cum remiſſione illa quintum illud aut tertium excederent. 85. *numero* 4

Morte corporali plectendum, ex eo quòd ſit impęnitens, & interitus illius æternus ſequeretur, non eſſe dimittendum. 5. *numero* 6

Mortuus.

Mortuus in puteo non eſt cenſendus ſe ipſum interfeciſſe, nec deneganda ipſi eccleſiaſtica ſepultura. 20. *numero* 11

Mulier.

Mulier virgo, quæ ſub patria eſt poteſtate, quando abſque vi & fraude libere cõſenſit in ſtuprum gratis, aut accepto ea de cauſa aliquo pretio, ad nullam reſtitutionem tenetur in foro conſcientiæ ſtuprator, ſiue illa ad id ſtuprum ſe inuitauerit, ſiue precibus etiam importunis & longo tempore iteratis, ſiue blanditijs ad id fuerit adducta; modo tamen adducta ad conſentiendum non fuerit inuoluntariè ex verecundia, quòd auſa non fuerit id denegare, inuoluntarieque conſenſerit, quia tunc ad reſtitutionem teneretur illi ſtuprator, ſi id intelligeret, quando illam defloraauit. 106. *numero* 1

Mulier quando eo modo, vt dictum eſt, ſtuprata eſt, nulla reſtitutio debetur patri eius virginis ſtupratæ: præſertim quando ſtuprum in cauſa non fuit, vt pater dotem augeret ad illam maritandam; quoniam quando, eo quod ſciretur mulierem illam eſſe corruptam, pater augeret dotem ad illam æquè bene maritandam, ac ſi corrupta non fuiſſet; & tunc culpa ſtupratoris mulier illa eſſet infamata, quia iniuſtè ſtuprum detexiſſet, tunc ad reſtitutionem teneretur ſtuprator famæ ab illa iniuſtè ablatæ, ac damnorum incrementi dotis, aut cuiuſuis alterius, quæ illi ex iniuſta læſione famę illius ſequerentur. 106. *num.* 2

Mulier quando per vim eſt ſtuprata, aut per fraudem, promittendo illi quod impleri non poteſt, vel alia ſimili fraudulenta ratione, aut quando inuoluntariè mixtè fuit ſtuprata, ita vt conſenſus eius mulieris ſufficiens non fuerit, vt donatio eſſet valida, tenetur ei ſtuprator ad reſtitutionem damnorum omnium: patri verò ad nullam reſtitutionem tenetur. 106. *nu.* 7

Mulier aliqua omnino ſui iuris, quæ ſub nullius ſit obedientia, ſi ipſa conſentiente matrimonij aut libidinis cauſa, domum egrediatur, & alio cum alio fugiat, qui ipſam defendat à fratribus, aut ab alijs ſuis coniunctis qui id ægre ferent, atque impedire & punire conabuntur, non dicitur raptus: quoniam non comparatione eorum, ſub quorum obedientia ſunt, (quippe cum nullos tales habeant) neque comparatione eius mulieris, quæ ſua ſponte abſque vlla vi comitatur eo fine illum, cum quo egreditur aut fugit. 105. *nu.* 2

Mulier ſi iuuenem libidinis cauſa rapiat, non eſt puniẽda mortis pœna, neque confiſcatione bonorum, ſed alia pęna arbitraria infra mortem. 105. *nu.* 13

Mulier non poteſt ob oſcula amittere dotem, & puniri pœna adulterij. 91. *nu.* 3

Mulier cum aliquid ad abortum facit, indeque ſequitur abortus fętus animati rationali animo, ſi coacta id fecit, non eſt punienda pœna mortis, ſed is qui illam coegit. 27. *num.* 5

Mulier aliqua quando adulterata fuit, mortuoque marito tranſiuit ad ſecundas nuptias, locum nõ habet actio ob adulterium. 96. *num.* 9

Mulier cum qua habetur carnalis acceſſus, quando neque eſt nupta, neque virgo, neque vidua honeſta, neque acceſſus ille fit cum iniuria patris familias domus, in qua habetur is acceſſus, neque à famulo fit cum domeſtica domini ſui, de iure communi, & regni Hiſpanici non punitur talis acceſſus carnalis. 104. *nu.* 8

Mulier pro defenſione pudicitiæ interficere poteſt ſe opprimere volentem, laudabilius tamẽ pateretur oppreſſionem continendo ſe à conſenſu in culpam lethalem, quàm vitam corporalem ſimul cum ſpirituali oppreſſori eripere. 17. *nu.* 10. & 11

Mulierem ſi quis rapiat, quæ nec virgo, nec coniugata, nec vidua honeſta ſit, modo tamen illa tempore raptus ad meliorem frugem ſe receperat, honeſteque viuebat, eſtò antea inhoneſtè vixiſſet, incurrit pœnas raptorib. ſtatutas: ſed in Hiſpania tantum punitur pœna arbitraria infra mortem. De iure communi cũ in raptu meretricis aut ancillæ, & in vi illata pudicitiæ illius, iniuria grauis illi inferatur, pro ea iniuria & delicto conceditur actio ciuilis & criminalis, optione iniuriam paſſi ad pœnam arbitrariam. 105. *nu.* 15

Mutilans.

Mutilans non ſolum alium illicite irregularitatem incurrit, ſed etiam ſe ipſum illicitè mutilans. 67. *numero* 8

Mutilatio.

Mutilatio, percuſſio & homicidium in perſonis eccleſiaſticis ſemper augetur ex circunſtantijs, vt pœna augeri debeat arbitrio iudicis prudentis. 49. *nu.* 2

Mutilatio latè ſumpta quid comprehendat. Diſput. 19. *numero* 3

Mutilationis nomine ad effectum irregularitatem incurrendi quid intelligendum. 68. *nu.* 1

Mutilationis aut homicidij qui cauſa eſt remota, eſto ea ſit operam dando rei illicitæ, non incidit in irregularitatem interfecto aut mutilato aliquo. Diſput. 77. *numero* 10

Mutilationis aut homicidij effectu ſequuto, concauſæ incurrunt irregularitatem, ſi fuerint concauſæ proximę; non vero ſi fuerunt remotæ. 76. *nu.* 5

in Mutilatione aut homicidio caſuali quãdo cernitur culpa lethalis aut venialis mutilationis aut homicidij, tunc talis homicida aut mutilator fit irregularis. 77. *numero* 2

Mutus.

Mutus & ſurdus à natiuitate puniendus eſt pœna delicti ordinaria, ſi iudicio polleat, ſitque legitimæ ætatis, non tamen poteſt torqueri. 37. *nu.* 3

N

Naſus.

N*Aſus cui eſt abſciſſus, etiam ſi ſola cartilago narium ſit ei abſciſſa, irregularis eſt ob deformitatem.* 70. *nume.* 7

Nobilis.

Nobilis vulnere, alapa, aliove conuitio affectus in continenti repercutiens aut interficiens an puniendus veniat, & qua pœna. 17.nu.8

Nobiles homicidæ etiam hodie capite plectuntur. Diſput.21.num.3

Nouitius.

Nouitius qui nondum per vota religioni erat aſtrictus, monaſteriumve ſit egreſſus animo deſerendi nouitiatum, amittit priuilegiũ canonis, nihil impediente quòd ante ingreſſum in nouitiatum, vel in ipſomet nouitiatu, vota ſimplicia emiſerit. 54.nu.3

Nouitius approbatæ religionis & exemptæ à iuriſdictione ordinariorum, durante nouitiatu delinquens, aliquem interficiendo, vel mutilando, aut aliud ſimile cõmittendo, quemadmodum perſona eſt eccleſiaſtica, ita gaudet priuilegio fori, neque ad aliud tribunal tunc pertinet in criminalibus, quam ad tribunal ſui prælati ac religionis, perinde ac cæteri, qui perfectè religioſi ſunt. 49.nu.24.

O

Obligatio.

Obligatio reſtituendi hæc omnia tranſit ad hæredes eius, qui talem corporalem iniuriam intulit, quando ille, dum uiueret non reſtituit. 87.nu.9

ad Obligationem quod attinet reſtituendi damna in bonis externis ſecuta ex eadem cauſa mortis iniuſtè data; ſi, qui eam mortis cauſam accepit, non habeat in Hiſpania & Luſitania hæredes, qui ex iuris diſpoſitione ſuccedere debeant, velit nolit ipſe, in omnibus ipſius bonis externis ac iuribus, tunc ſi is homicidæ remittat eam obligationem, liber in foro conſcientiæ homicida manet ab illa facienda, liciteque ac meritoriè qui eam mortis cauſam accepit, efficere poteſt eam remiſſionẽ. 85.nume.3

circa Obligationem, quam homicida habet ad reſtituendum interfecto, ſaltem in bonis ſpiritualibus, damnum corporale, quod iniuſtè illi intulit, quando ipſe pœnam talionis pro eo delicto non ſubijt, ſi homicida dum vixit eam reſtitutionem non fecit, tenentur hæredes illius de bonis ab eo relictis tribuere in ſacrificia aut in alias ſatisfactiones pro anima iniuſtè interfecti, quantum homicida ipſe, ſi adhuc uiueret, tribuere teneretur. 85.nu.8

Occidere.

Occidere ſeipſum nulla de cauſa licitum, niſi manifeſto Dei inſtinctu: cum ſolutione contrariorum, 9.numero 2. & 4

Occidit aut mutilat qui illicite iniuſtum inuaſorem, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, incurrit irregularitatem. 72.num.1

Occidit quando aliquis alium aut damnum aliud iniuſtè illi intulit, idque delictum alteri imputatur, ſi id ille nõ fecit intendendo vt innocenti imputaretur, neque vſus eſt in eo homicidio enſe innocentis, aut alia re, vnde ſit ſecutum, vt indicium oriretur aduerſus innocentem quoad id delictum, ſed ſolùm intendit id damnum inferre alteri in ſuam propriam vindictam, tunc ſi innocens aliquid cogatur ſoluere, id ſanè reſtituere illi tenetur homicida in foro conſcientiæ. Ad reliqua verò detrimenta ſumpt uum lucri ceſſantis non tenetur illi homicida. 86.nu.1

qui Occidit ſuum iniuſtum inuaſorem qui vitare potuit ſimul mortem ac mutilationem ſuam, & mortem ac mutilationem aggreſſoris, & nihilominus in ſui defenſionem ac cum moderamine alioquin inculpatæ tutelæ, illum interfecit aut mutilauit, ſi mutilans aut occidens ſit eccleſiaſticus, irregularitatem incurrit. 72. numero 2

Occidens cum moderamine inculpatæ tutelæ ſimul ex odio ſuum aggreſſorem in euentu, in quo, ſi odium non interueniret, irregularitatem non incurreret, neque eam incurrit, eo odio interueniente. Neque item iudex ſe immiſcens cauſæ ſanguinis, ſi ad homicidium ex odio ſimul cooperetur. 76.nu.4

Occiſio quæ hominis quinto præcepto decalogi ſit prohibita, & quibus id declarandum à lege relinquatur. 5. numero 5

Occiſio malefactoris non niſi grauiſſima de cauſa cuilibet priuato concedi à principe vel lege debet. 7.numero 1

Occiſio malefactorum licita contra quoſdam, & præcipuè Scotum, latè probatur ex ſcriptura, & à ſimili. 5. numero 1. & 5

Occiſione in iniuſta, qua quis vnum pro alio occidit, tria ſpectanda ſunt, primum delictum interfectoris, ſecundum iniuria facta reip. in detrimentum boni communis, tertium iniuria iniuſtè occiſi, quæ in ſuos hæredes ſuo modo redundat, & quam proſequi ad ipſos etiam ſuo ac defuncti nomine ſpectat. 30.nu.4

Officium.

Officij ratione quod quis habet in eccleſia, ſi percutiat adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos, turbantes diuinum officium, is tunc ſiue laicus ſit, ſiue eccleſiaſticus ſit, non incurrit excommunicationem. 56.numero 4

Operæ.

Operas ne exerceat, qui iniuſte priuatus eſt, quando eius eſt ingenij, quòd ſi lucraturus eſſet ducentos aureos laborando, ſumeret centum octoginta, modò ei concedederentur abſque aliquo ſuo labore, degendo in otio, tunc licitum eſt detrahere illi de valore operarum, quãtum arbitrio prudentis, ſpectatoque ingenio læſi, & ſpectatis cæteris circunſtantijs, veriſimiliter crederetur illum minus ſumpturum in otio pro operis illis. 87. numero 4

Operarum integer valor reſtituendus intelligitur, ſi ex toto priuatus ſit, aliundeque nihil poſſit compenſare. Si enim non eſt toto priuatus, quia laborare poterit ac lucrari, ſed non tantum, quantum ſi nõ manſiſſet mancus, ſolùm erit illi reſtituendum, quantum minus potuerit ac potuit ex de cauſa lucrari, non vero reſtituendus eſt illi totus valor operarum. 87.nu.3

Operarum valor interfecti non totus eſt reſtituendus ijs, qui emolumento aliquo ex bonis iniuſtè interfecti priuati ſunt, ſed duntaxat ualor, quo vnuſquiſque iniuſtè inde fuit priuatus, tantum præcisè vnicuique in particulari reſtituendo, quanto iniuſtè fuit priuatus. In æſtimatione autem ualoris operarum defuncti non oportet uti regula, quàm præſcribit in legibus Vlpianus: ſed regula qua in re præſenti opus eſt, eſt prudentis arbitrium. 83.nu.5

Operas ne exerceat, quando is, qui iniuſte priuatus eſt, eius eſt ingenij, vt potius eligeret ſummam totam valoris, quam laborando poterat lucrari, quam vellet detrahi ipſi aliquid de illa, vt liber eſſet à moleſtia operarũ;

huic

huic ſanè integrè eßet facienda reſtitutio ualoris earum operarum, nihil detrahendo pro labore ac moleſtia, quibus leuaretur. 87. nu. 5

Ordo.

in Ordinibus ſacris conſtituti dummodo per ſe ipſos non exerceant chirurgiæ actus ſcindendi aut adurendi, non videtur eis prohibitum præbere conſilium, ut per alios exerceantur, quin neque id præcipere. Diſput. 75. numero 5

Oſculum.

Oſcula, amplexus, & alij tactus impudici, quando non fiunt à cubantibus ſimul, ſed à ſtantibus, vel ſedentibus, indicia non ſunt ſufficientia, quæ violentam ac certam moraliter efficiant præſumptionem adulterij, ac proinde ob talem præſumptionem non poſſent condemnari adulterij, neque ad diuortium, & pœnam ciuilem, neque ad criminalem. 91. nu. 8

ob Oſcula non poteſt mulier amittere dotem, & puniri pœna adulterij. 91. nu. 3

P

Parens.

Parentes & dominos poſſe in carcerem & vincula priuata conijcere filios, & ſeruos aſſeritur. Diſput. 2. numero 18

Parentes vel domini qualiter condonare ac remittere poſſint. Et quid ſi iuramento aſtrinxerint ſe punituros. 2. numero 16

Parentes iniuriam patiuntur ex ſtupro filiæfam. in poteſtate exiſtentis. 2. nu. 3

Parentes vel domini qualiter peccare poſſint, ſi ex ira vel odio puniant. 2. nu. 15

Parentum & dominorum poteſtas puniendi & coercendi filios, & ſeruos, an ſit de iure naturali introducta. 2. numero 19

Parentibus quid agendum, ſi puniendus in ſacris ſit conſtitutus. 2. num. 17

Parricida.

Parricida cur culleo inſutus mitti in flumen aut in mare debeat. 26. num. 6

Parricidium.

Parricidium pœnæque pro eo ſtatutæ locum etiam habēt in illegitimis. 26. nu. 8

ad Parricidium qui cooperatus eſt, eſto non ſit agnatus, ſcilicet conſulendo, præcipiendo, tradendo ad id venenum, aut aliud inſtrumentum, in pœnas incidit parricidij, ſecuto parricidio, in quas incidit is parricida, cum quo ita ad parricidium eſt cooperatus. 26. numero 10

Parricidium vnde deriuetur. 26. nu. 2

Parricidij pœna poſterioribus temporibus. 26. nu. 4

Parricidij crimen quouſque ſe extendat & pœna propoſita. 26. num. 3

Parricidij crimen eodem modo delinquentis morte finitur, quo cætera delicta. 26. nu. 12

de Parricidio lex apud veteres lata non erat. 26. numero 1

Pars.

Pars læſa quando agit ciuiliter ad pœnam pecuniariam ſibi pro aliquo delicto applicandam, tunc ſi delinquēs moriatur ante litem cum eo conteſtatam formaliter, aut virtute, exſpirat omnino id delictum quo ad eam pœnam, nec competit actio aduerſus hæredes illius: ſi verò moriatur poſt litem cum eo conteſtatam, tunc actio ad eam pœnam tranſit aduerſus hæredes talis delinquentis, vt eam ſoluant de bonis illius. 43. numero 14

Pater.

Pater quando vxorem interfeciſſet, ex qua filius communis remaneret, filius admittendus eſt ad patrem accuſandum: nec remiſſio filij ſufficit qua patri mortem matris remittit, ſed requiritur etiam remiſſio conſanguineorum. 45. nu. 5

Pater non poteſt in filios in maioribus ordinibus conſtitutos violentas manus correctionis ac diſciplinæ gratia inijcere. 56. num. 6

Refellitur opinio contraria. ibid. num. 7

Patresfamilias, qui aliquos de familia in minoribus ordinibus conſtitutos percutiūt, itemque alij propinqui ſi ſimiles ſuos propinquos eiſdem de cauſis percutiāt, excommunicationem non incurrunt. 56. nu. 5

Peccare.

Peccat contra quintum decalogi præceptum ſeipſum vel alium interficiens, etiam conceſſa ad id ab interfecto facultate. 1. nu. 2

Percuſſio.

Percuſſio, mutilatio, homicidium in perſonis eccleſiaſticis ſemper augetur ex circunſtātijs, vt augeri pœna debeat arbitrio iudicis prudentis. 49. nu. 2

ex Percuſſione quando neque ſequeretur detrimentum ac damnum permanens in corpore, neque item in rebus externis, tunc licet à neutra parte teneretur percutiens ad reſtitutionem aliquam, ſed ſolum affectus iniuria compararet ius ad pœnam in foro exteriori exigendam propter iniuriam ſibi illatam, quam ſolum poſt latam ſententiam ſoluere teneretur, qui ea iniuria affecit; nihilominus ſi inde reſultet damnum in honore eam iniuriam paſſi, tenetur in conſcientiæ foro id damnum reſtituere, qui illud iniuſtè dedit. 88. num. 5

Hæ reſtitutiones, quæ ex damno corporis ſpectato à damno in bonis externis in conſcientiæ foro conſurgunt, ſi fiant viuente eo, qui id damnum eſt paſſus, nec fieri poſſint in bono eiuſdē generis, fieri debent in pecunia, niſi iniuria affectus contentus ſit bono alterius generis. ibid. nu. 6

Percutere.

Percutere ſeruum ſi quis intendens inuitus omnino percutiat hominem liberum, non conceditur homini libero ita percuſſo actio iniuriarum aduerſus percutientem. 30. num. 3

Percutit qui vnum, quem videbat eſſe clericum, errans tamen inuincibiliter circa eam perſonam, percuſſit alium clericum, incurrit excommunicationem. Is vero qui ignorans inuincibiliter eum quem iniuſtè percutit clericum eſſe, ſi tamen ſciret illum clericum eſſe, nihilominus ſimiliter eum percuſsiſſet, non incurrit excommunicationem. 53. nu. 2

Percutit quicunque aut manus violentas inijcit in quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, excommunicationem incurrunt. 50. nu. 1

Percuſſus.

Percuſſus ſi ipſe tranſactione aut gratis remittat iniuriā vulneris accepti, & non ſolum odium & rancorem, ſed etiam quoad actionem & accuſationem, quæ ipſi competebat, ſecuta poſtea morte ex vulnere, poſſunt hæredes ac conſanguinei delinquentem de ea morte accuſare. 45. nu. 13

Per-

Percuſſus iniuſte quando impeditur ea de cauſa ab operis exercendis ad certum aliquod tempus, quia, curatus, manet ſine læſione, tunc arbitrandum eſt, quantum damni toto eo tempore ea in re ſit paſſus, illudque eſt ei reſtituendum. Quando vero impeditus manet in totã vitam, quia videlicet mancus manet aut mutilatus aliquo membro in perpetuum, tunc eſt prudentis arbitrio iudicandum, quantum detrimenti plus minus ſit cenſendus accepiſſe in annos ſingulos, iniuſtoque percuſſori eſt præcipiendum, vt quotannis tantum illi tribuat in ſuam ſuſtentationem, vt læſus de illo quod voluerit efficiat. 87. *nu.*6

Periculum.

In Periculo mortis tunc dicitur aliquis eſſe quando merito inde mors illius timetur, quia non rarò ſolet mors inde euenire. Hinc fit, vt qui, antequam eſſet in periculo mortis, adire prius poſſet eum, qui legitimam poteſtatem habet ad ipſum abſoluendum, quam in eo ſe conſtituere periculo, teneretur id præſtare, neque abſolui ab alio poſſet. 63. *num.* 5

Perſona.

Perſonæ accuſare prohibitæ admittũtur ad accuſandum, quando proſequuntur ſuam aut ſuorum iniuriam. Item quando eſt delictum publicum, quod eos tangat. 44. *nume.*9

Perſonæ accuſare prohibitę admittuntur ad accuſandum, quando delictum eſt publicum quod eos tangat. 44. *numero* 9

Perſonæ enumerantur tam laicæ quam eccleſiaſticæ puniendi poteſtatem habentes, & quas pœnas infligere poſſint. 2. *nume.*13

Perſonæ quæ ex officio puniunt, ſi percutiendo eccleſiaſticas perſonas excedant notabiliter, excommunicationem incurrunt. 56. *num.*9

Perſonæ quibus actio iniuriarum competit ratione coniunctionis vel alterius, & quibus non. 2. *nume.*5. 6. 7. 8. & 9

Petitio.

Petitiones accipere ſpectat in Luſitania ad ſupremos Senatores, quibus remiſſiones delictorum petuntur, eaſque expedire cum Regis approbatione, atque ad eoſdem ſpectat expedire cum Rege inſtrumenta remiſſionum delictorum. 48. *num.*7

Pharmacopola.

Pharmacopolæ qui temere ac ſine præſcripto medicorũ medicamentum præbent, vnde mors facilè poteſt ſequi, morte ſecuta puniuntur pœna ordinaria homicidæ. 27. *nume.*9

Poculum.

*Poculum quando aliquis alicui dedit, vt abortum faceret, etiam quando fœtus non erat animatus rationali animo, aut alicui philtrum propinauit, & tunc mors eſt ſecuta ſumentis: ſi paulum eiuſmodi dans ignobilis fuerit, in metallum mittitur: ſi verò nobilis, relegatur in inſulam amiſſa parte bonorum. Diſput.*27. *num.*7

Pœna.

Pœna mortis, & aliæ raptoribus ſtatutæ locum non habent, ſi matrimonium rapta cum raptore legitimè contrahat, ſed ceſſant eo ipſo omnes pœnæ criminales, niſi parentes raptæ non peperciſſent. Quando autem raptus in iniuriam cederet principis, tunc pœna mortis imponeretur, etiamſi de conſenſu raptæ extraheretur de domo Regis, imò etiam ſi præcedentibus ſponſalibus inter ipſos. Diſputat. nume. 10

Pœna quæ in Luſitania pro communibus lenocinijs ſtatuta ſit. 97. *num.*9

Pœna adulterij puniebatur, qui comperiens aliquos incidiſſe adulterium aut in ſtuprum, aliquid accipiebat, ne illos accuſaret. 97. *num.* 5

Pœna aliqua quando ſtatuta eſt pro aliquo delicto nihil de conſulente aut aliter cooperantibus exprimendo, tunc conſulens in pœnam incidit ordinariam pro tali delicto ſtatutam, modo effectus eius delicti ſequatur, & executor eo conſilio permoueatur ad id delictum opere exequendum, ita quod conſilio eo excluſo id non ſimiliter fuiſſet executurus: pœna autem ordinaria homicidij, conſulens puniendus non eſt, niſi ſuo conſilio permouerit homicidam ad facinus patrandum. 33. *memb.*2. *num.*3

Pœna aliqua quando in iure ſtatuitur conſulenti aliquod delictum, vel concurrenti aliter ad illud, ſi imponatur pro conſilio, auxilio, aut alia ſimili actione, tanquam pro actionibus acceſſorijs actui eius delicti, non incurrit pœnam illam, qui aliquam earum exercuit, niſi ſecutum ſit delictum principale: at quando imponitur pœna pro ijs actionibus tanquam principalibus, incurritur pœna pro ijs ſtatuta, eſto progreſſio vlterius non fiat ad delictum. 33. *memb. ſecundo, numero* 5

Pœna flagellorum inter pœnas ſanguinis eſt computanda: & proinde circa furtum, ob quod pœna flagellorum inccurritur, tranſigere licet, ex ſententia aliquorum. 46. *nume.*3

Pœna atrox quæ ſit, & quouſque parentes vel domini procedere poſſint in puniendis filijs vel mancipijs. 2. *nume.*14

*Pœna confiſcationis bonorum aut partis eorum quando eſt à iure ſtatuta non principaliter, hoc eſt, non ſola per ſe, aut vna cum alia tanquam pars pœnæ principaliter addita à lege, eo modo quo in crimine læſæ maieſtatis ſtatuta eſt iuribus, ſed acceſſoriè ſolùm ad aliam pœnam merè criminalem, tunc mortuo delinquente, vt exſtinguitur crimen quoad illam aliam pœnam merè criminalem, ſic etiam extinguitur quoad pœnam confiſcationis bonorum illi acceſſoriam. Diſput.*43. *num.*9

Pœna homicidæ proditoriè eſſe debet qualificata de iure communi, iudicis arbitrio. 23. *nu.*6

Pœna impoſita occidentibus, percutientibus, comprehendentibus in Hiſpania miniſtros publicos. Diſput. 28. *nume.*1

*Pœna parricidij poſterioribus temporibus. Diſput.*26. *numero* 4

Pœna mortis quod ſit infligenda pro delicto, non conſiſtit in indiuiſibili quoad latitudinem culpæ delicti. 24. *numero* 8

*Pœna quęnam in Luſitania ſtatuta ſit raptoribus virginum, viduarum, & honeſtarum mulierum, & eam educentibus è domo patris aut tutoris. Diſput.*105. *numero* 16

Parricidij pœna ſtatuta occidentibus aſcendentes, ſtatuta poſtea etiam fuit in occidentibus deſcendentes. 26. *nume.*5

Pœna in Hiſpania publicæ concubinæ clerici, religioſi, aut coniugati. 89. *num.*4

Pœnam quando non agitur, ſed ad intereſſe, & compenſationem damnorum in bonis externis, quę quis in-

iuſtè

iuſtè eſt paſſus; ſi ante mortem lis erat conteſtata aduerſus delinquentem, aut per delinquentem ſtetit quo minus conteſtaretur, quia vocatus comparere noluit in iudicio; tunc, eo defuncto, actio tranſit in hæredes illius, qui integre tenentur ſatisfacere omnia damna à defuncto iniuſtè data. Iuxta vires tamen hæreditatis defuncti tantum. 43. nu. 1

in Pœnam homicidij quando aliquis mortis pœna eſſet damnatus, non teneretur in conſcientiæ foro aliquid aliud ei reſtituere, pro damno vitæ, quod iniuſtè dedit. Teneretur tamen reſtituere damna in bonis externis, ſi quæ ſimul aut conſequenter dedit, puta expenſas in curatione, vſque ad mortem iniuſtè interfecti. 84. num. 8

Pœnam iuſtam non conſiſtere in indiuiſibili, & quibus eius moderatio, arbitramentum, & determinatio relicta, & quo iure introductum, vt quis hac vel illa pœna, & tanta vel tanta debeat puniri. 5. nu. 4.

ad Pœnam aliam quando acceſſorie criminalem eßet quis condemnandus ad amiſſionem omnium, aut partis ſuorum bonorum, ſi reus in iudicio confeſſus eßet crimen, pro quo ea pœna eßet imponenda, aut legitimè id crimen eſſet aduerſus eum probatum, tunc ſi poſt eam confeſſionem aut probationem moreretur, antequam aduerſus eum prolata eſſet ſententia, tenentur hæredes eam pœnam confiſcationis ſoluere. 43. num. 11

Pœnæ quæ ſunt in Hiſpania & Luſitania ſtatutæ pro ſtupro latè ſumpto, quatenus cedit in iniuriam eorũ, cum quibus ſtupratæ aut etiam ſtupratores habitãt. 104. num. 7

Pœnæ omnes ſcilicet amiſſionis bonorum, diffidationis, atque adeò mortis diræ & atrocis, ſi delinquens comprehendatur, incurri pro ſolo mandato, vt Chriſtianus ab aſſaſſino occidatur, atque etiam pro ſola defenſione, receptatione, defenſione aßaſſini, etiam ſi mors non ſequatur. 25. nu. 4

Pœnæ omnes, quas Innocentius IV. aſſaſſinis gentilibus indixit, Chriſtianis etiam competunt, etiam eccleſiaſticis, qui vel occidi per aſſaſſinum fecerint quemcunque hominem, vel id mandauerint, etiam ſi mors non ſit ſecuta. 25. nu. 3

Pœnæ parricidij non ſunt modo in vſu quę olim, ſed diuerſis in locis diuerſimodè puniuntur: ſed in Hiſpania adhuc ſeruatur vetus pœna, ita tamen vt mortuus in mare proijciatur. 26. nu. 7

Pœnas violantium ſepulchra vide remißiuè actionemq; ſepulchri violati quibus detur. Diſputat. 2. nume. 11. & 12.

Enumerantur perſonæ tam laicæ quam Eccleſiaſticæ puniendi poteſtatem habentes, & quas pœnas infligere poßint. 2. nu. 13

Pœnas violantium ſepulchra vide remißiue. actioque ſepulchri violati quibus detur. Diſputat. 2. numero 11. & 12.

Pollutio.

Pollutio peccaminoſa alterius coniugis cum quadam tertia aut cum quodam tertio ſine copula, & per conſequens tactus alij impudici ſine copula cum eo aut cum ea, non ſunt ſufficiens cauſa, vt coniux alter innocens poßit licitè facere diuortium, aut negare debitum coniugi illi, qui aduerſus innocentem ita iniuſtè peccauit, contra fidem matrimonij. Diſputa. 95. numero 8.

Sententia de mutua adulteriorum compenſatione confirmatur.

Prægnans.

Prægnantem percutiens, metumve illi incutiens vt abortus inde ſequatur, ſit dicendus homicida voluntarius an caſualis. 3. nu. 6

Prægnantem qui percutit, & inde abortus ſequitur fœtu iam animato rationali animo, aut ea percuſſione fœtum in vtero prægnantis interimit, ſi prudentis arbitrio is abortus eaque interfectio infantis cenſenda ſit dolo facta, puniendus eſt pœna mortis: ſi verò ſit cenſenda facta non quidem dolo, ſed culpa, licet ea culpa lata ſit, non eſt puniendus pœna mortis, ſed alia arbitraria mitiori. 27. num. 3

Prælatus.

Prælatus religioſi exempti, quando facultatem habet abſoluendi ſuum ſubditum per ſe vel per alium ex ipſius commiſſione, abſolui non poteſt ab Epiſcopo de conſenſu ſolius religioſi: poteſt tamen abſolui ab Epiſcopo de conſenſu Prælati eius religioſi, vel ex peculiari Pontificis conceſſione. 61. nu. 3

Prælatus, qui epiſcopus non eſt, licet alias iuriſdictionem habeat quaſi epiſcopalem, abſoluere non poteſt ab hac excommunicatione, niſi iniuria leuis fuerit. 59. numero 2.

Prælatis alijſque iudicibus eccleſiaſticis licet iuris diſpoſitione conceſſum non ſit, punire eccleſiaſticas perſonas ſibi ſubditas per laicum, licitum tamen eis eſt cõprehendere illos, & trudere in carcerem. Inde fit, vt ſeculares poteſtates licitè poßint mittere in carcerem perſonas eccleſiaſticas de mandato eccleſiaſticarum poteſtatum. 56. nu. 1

Præſcribere.

Præſcripſit offendens prior ſi pœnam, ad quam tenebatur, dum intra certum tempus ex ipſo non petitur: obligatio autem reſtituendi damna cum ſcientia quod data ſint, ac debeatur compenſatio illorum, nullo tempore præſcribitur, dicendum eſt: Pœnam quidem præſcribi illo tempore ad effectum, vt exigi à delinquente non poſſit, & vt delinquens non teneatur illam ſoluere: non tamen præſcribi ad effectum, vt qui prius fuit offenſus delicto, quod cauſa vehementer motiua fuit, vt ipſe delicto alio damnum inferret, non poſſit excipere, ſe ex circumſtantia illius alterius delicti nõ teneri ad reſtitutionem eorum damnorum, vel ſaltem non ad integram illorum reſtitutionem. 81. numero 11.

Præſumere.

Præſumitur Amens qui antea non fuit ſanæ mentis, quando vero conſtat antea amentem fuiſſe, talis præſumitur tempore delicti fuiſſe, excipe, ſi ante delictum conſtat poſt antecedentem amentiam fuiſſe ſanæ mentis. 38. nu. 2

Princeps.

Princeps delictum condonans ſi dicat, reſtituo te in integrum, aut in ſtatum priſtinum, tunc etiam pecuniaria omnis pœna confiſcationis aut quęcunque alia cenſetur ei remiſſa, ita vt illi reſtituenda ſint bona omnia, quæ apud fiſcum reperta fuerint: Secus verò, quæ fiſcus iam alienauerat. Diſpu. 48. nume. 11

Princeps miniſtrivè publici, tributa, aliaque ſtipendia ad ſuos ſubditos defendendos accipiunt. Diſpu. 18. nume. 5.

Princeps

Princeps in particulari ſæpe delictum remittit propter miniſterium aliquod dignum & præclarum facinus delinquentis, aut patris, aut aui. Diſputat. 84. *numero* 2.

Principem non expedit delicta remittere, quando reus accuſatores habet, qui ſuam aut ſuorum iniuriam pro ſequantur, quoniam ius illis dicere tenetur & vindicare pœna competenti intra limites iuſti iniurias illis factas: itemque quando reus tales accuſatores non habet, cæterum crimen eſt tale, vt reip. minimè expediat, attentis circunſtantijs, illud manere impunitum. Quando verò ex vna parte reus haberet accuſatores, & ex alia circunſtantiæ grauiter poſtularent, vt delinquenti pœna condonaretur, mortis ſaltem, aut corporalis, Princeps quidem remittere eam partem pœnę omnino poßet, quæ reſponderet iniuriæ reip. factæ: eam verò quæ reſpondet iniuriæ priuatæ, teneretur compenſare. Quando non adſunt circunſtantiæ, quæ non leuiter contrarium ſuadeant, tenetur Princeps vindicare delicta, ſi reus accuſatores habeat, qui ſuã iniuriam perſequantur. 48. *num.* 3

ad Principem licet ſpectet condonare, aut pœnam criminalem in mitiorem mutare, poſt latam ea de re vltimam ſententiam: quando tamen accuſauit aliquis, qui circa id crimen ſuam iniuriam eſt proſequutus, nec crimen gratis aut accepto pretio remiſit, nõ debet princeps de pœna qua eſt condemnatus remittere, ſine talium conſenſu. 46. *nu.* 20

Principem vel Rempub. habere poteſtatem à Deo naturali iure deſcendentem, exponendi periculis vitam ſuorum ſubditorum, eamque ab eis auferendi cauſa legitima ſubſiſtente. 1. *num.* 8

Priuata delicta.

Priuata delicta quid ſint, & quæ ſub ijs intelligantur. 44. *nu.* 2

Priuilegium.

Priuilegium canonis non amittitur per apoſtaſiam ſolã dimiſſionemque habitus clericalis, aut monachalis. 54. *nu.* 2

Priuilegium hoc canonis cum non tam ſit conceßum in fauorem eccleſiaſticorum percußorum, quam in fauorem eccleſiaſtici ſtatus, ſequitur, vt licet eo priuilegio gaudentes in ſui percuſſionem conſentiant, nihilominus ſi percuſſio iniurioſa ſit ſtatui eccleſiaſtico, percutiens incidat in hanc excommunicationem. 51. *numero* 3.

Priuilegio & exemptioni à ſeculari tribunali renuntiare non poſſunt eccleſiaſtici, neque ſi renuntient, valet renunciatio. 49. *nu.* 4

Non ſolum poſt ſententiam, quæ in rem tranſierit iudicatam, latam à iudice ſeculari, ſed etiam à principio cauſæ, aut in eius progreſſu, quando tamen eiuſmodi exceptiones proponuntur, imprimis ad iudicem eccleſiaſticum talis rei, & non ad iudicem ſecularem ſpectat cognoſcere de ea exceptione, ſententiamq; circa eam ferre, num ſcilicet talis reus ſit de numero eorum eccleſiaſticorum, qui exempti ſunt à foro ſeculari. 49. *nu.* 5

Proceſſus.

Proceſſus iudicis ex ſuo officio ad inquirenda crimina de iure communi eſt extraordinarius, in defectum alicuius qui accuſet; proceſſus verò iudicis ad querelam & accuſationem alterius eſt remedium ordinarium. 47. *nume.* 3

Proceſſus iudicum quia ad punienda delicta via inquiſitionis, adhibito aliquo, poſtquam ſunt detecta, qui nomine publico accuſet, effectus eſt regulariter æquè ordinarius ac accuſatio facta a priuatis, factum eſt, vt in multis locis hodie de communi conſuetudine admiſceatur proceſſus iudicum ex ſuo officio via inquiſitionis cum proceſſu via accuſationis, quando ſe offert aliquis qui accuſet, ita vt fiat vnus proceſſus mixtus, agente accuſatore priuato partes ſuas, & ſimul iudice partes reip. 47. *nu.* 5

Procurans.

Procurans abortum an præter peccatum lethale ſit homicida? 3. *nu.* 2

Prodigus.

Prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio eſt interdicta, ſi homicidium doloſè committat, aut in aliud crimen incidat, punitur pœna ordinaria eius delicti. 38. *numero* 11

Proditorie.

Proditoriè occidenti alteri qui ſocius fuit, licet non vulnerauerit alterum, puniendus eadem pęna mortis qua principalis, eodemque modo qualificata. Diſpu. 23. *nume.* 9.

Proditoriè qui alterum interimit, vulnus infligit, aut aliter percutit, non gaudet immunitate Eccleſię. 23. *nume.* 8.

Proles.

Proles genita ex adulterio, aut etiam ex muliere non coniugata quando alicubi exponitur, & ſumptibus hoſpitalis alicuius alitur, aut etiam alicuius diuitis, in cuius domo fuit expoſita, licitè fit ad crimen occultandum, euitandamque infamiam, & quando adhibetur debita cautela, ne proles pereat, deberetque prius baptizari, ne fortè moreretur ſine baptiſmo, ſignificandumque eſt ſcripto cum prole poſito, an baptizata eſſet, vel non. Tum ſi parentes ſint diuites, tenentur reſtituere hoſpitali ſumptus, quos in ea prole alenda fecerit, & præſertim pater. 103. *nu.* 4

Proximior.

Proximiores in gradu ſolum admittuntur ad accuſandum, quando ipſi accuſare volunt, alioquin admittuntur, qui poſt illos ſunt proximiores, & ſatis eſt ſolos proximiores in gradu condonare & remittere delictum. Quod ſi multi ſunt æque proximi in eo gradu, tunc omnes æqualiter admittuntur ad accuſandum, & neceſſe eſt vt omnes remittant delictum. 45. *numero* 1.

Proximus.

Proximus aliter ſi defendi nequit ab iniuria, damno, periculove quæ illi parantur, quam inuaſorem vel malefactorem denunciando, vel interficiendo quid agendum? 18. *nume.* 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

Pudicitia.

Pudicitiam mulieris alicuius, tentando euertere quoad id inuitæ, vel accedendo ad locum, vbi illa eßet, quando aliquis in cauſa eſt, vt illa infametur, vel vt aliud damnum in bonis externis aut in aliqua alia re illi ſequatur, quia ob eam infamiã non inueniet, cui æquè bene nubat, tenetur ei reſtituere omnia damna ea via ei ſecuta, eſto nihil omnino ex illa obtineat. 106. *numero* 13.

Pugnare.

Pugnarunt quando multi cum occiſo, iſque vnum tantum vulnus lethale accepit; ex quo mortuus eſt, ignoratur

ratur verò à quo id fuerit inflictum, tunc ſiue alij percuſſerint ſimul non lethaliter, ſiue nullum aliud vulnus ille acceperit, nullus eorum puniendus eſt pœna homicidij ordinaria, neque omnes, ſinguli tamen puniendi ſunt pœna arbitraria, & incurrunt ſinguli, de quibus dubium eſt, an ipſi vulnus lethale inflixerint, irregularitatem. 33. membr. 7. nu. 5

Punire.

Puniendus quando aliquis eſſet, quod vendendo pretium lege taxatum transgreſſus eſſet, vel in pondere & menſura defraudaſſet, tunc licet pluries in id crimen incidiſſet, non eſſet puniendus totidem pœnis, quot eſſent ea numero delicta, ſed vnica duntaxat pœna lege ſtatuta: ſi nulla eſſet lege ſtatuta, ſed pœna eſſet imponenda arbitraria, tunc eo grauior prudentis arbitrio eſſet imponenda, quo ſæpius id delictum commiſſum inueniretur. 41. nu. 11

Pupillus.

Pupillus maior infante ſi tranſactionem faciat cum autoritate tutoris, aut minor pubes illam faciat cum autoritate ſui curatoris, valida eſt quoad remiſſionem iniuriæ, neque neceſſe eſt, vt interueniat ad id iudicis decretum. Si verò pupillus infans ſit, ſolus tutor poteſt validè illam efficere, neque requiritur vt iudicis decretum interueniat. 45. nu. 6

Q

Quantus valor.

QVanti valoris res ſit oportet, pro cuius defenſione interficere liceat. 16. nu. 7.

Quintum præceptum.

Quintum præceptum decalogi, non occides, explicatur. Diſputat. 5. numero 2.

R

Raptor.

RAptor viduæ honeſtæ, virginis, aut coniugatæ, & qui illum comitati ſunt tempore aggreſſionis, puniuntur pœna mortis de iure communi, etiam ſi rapta libertina aut ancilla ſit, permittiturque parentibus mulierum ita raptarum aut inuaſarum, atque etiam illarum conſanguineis, occidere raptores, comites, adiutoreſque eorum deprehenſos in flagranti delicto, modo tamen illis ſufficienter conſtet de illorum delicto. Si rapta ingenua mulier ſit, raptores in ipſa aggreſſione amittunt omnia ſua bona raptæ. 105. nu. 8

de Raptore & matrimonio cum rapta quid ſtatutum ſit Concilio Tridentino. 105. nu. 21

Raptus.

Raptus committitur, quando fœmina aliqua vel ipſa vel parentibus vel alijs, ſub quorum cura ſit, renuentibus eripitur de loco aliquo ad contrahendum cum illa, vel abutendo illa libidinis cauſa. 105. nu. 1

Raptus licet de iure ciuili ſit, etiam quando ſponſus extrahit ſuam ſponſam id ita volentem, incidatque is ſponſus eo ipſo in pœnas de iure ciuili raptoribus ſtatutas: de iure tamen canonico, non ſolum quando præcedentibus ſponſalibus aliquis de conſenſu ſuæ ſponſæ eam inuitis parentibus aut alijs, ſub quorum cura ſit, eam extrahit ad celebrandum matrimonium cum illa, non eſt raptus, ſed etiam quando, præcedēte ſolum conſenſu in matrimonium futurum, aliquis de conſenſu eius, quæ cum eo vult matrimonium celebrare, illam extraheret ad conſummandum id cum ea, inuitis parentibus aut alijs, non eſt propriè raptus. 105. n. 4.

Rapta quando nubit cum raptore, non amittit bona aliqua ad ſe deuoluta. 105. nu. 9

ex Raptu quando præter ea quæ dicta ſunt, ſolum ſequitur iniuria præciſa à damno dato, tunc nulla eſt obligatio reſtituendi quidquam ratione raptus ante latam ſententiam. 106. nu. 12

circa Raptum, in quo adulterium non interuenit, valida eſt tranſactio. 46. nu. 8.

Rapuit qui mulierem ad fornicandum cum ea, aut ad matrimonium cum illa contrahendum, ſi ad finem intentum non peruenit, vt quia illam carnaliter non cognouit, aut quia matrimonium cum illa non celebrauit, puniendus eſt pœna ordinaria raptus, & incurrit ſimul excommunicationem eo ipſo, quod raptus eſt patratus. Si non potuerit finem intentum executioni mandare, pœna ordinaria incurritur, ſi vero finem intentum executioni mandare noluerit, pœna mitiori eſt puniendus. 105. nu. 12

Ratihabitio.

Ratihabitio delicti commiſſi ad pœnam ratum habenti vt imputetur, tria ſunt neceſſaria. 33. memb. 4. numero 1.

Secundum aliquos ex homicidio, cuius quādo fiebat, aliquis nulla ratione cauſa fuit, neque mandando neque conſulendo, eſto factum nomine ipſius fuerit, ſequaturque poſt illud patratum ratihabitio eiuſdem, non incurrit irregularitatem, qui illud nomine ipſius factum ratum habet. ibid. nu. 2

Contraria opinio melior habetur. ibid. nu. 3

Reijciuntur duo argumenta pro prima opinione. ibid. numero 4

Ratihabitio delicti intuitu alicuius facti, licèt retrotrahat, ita vt delictum de mandato eiuſdem à pūcto quo fuit patratum cenſeatur factum, eique imputetur, nō tamen retrotrahit, vt pœna excommunicationis aut irregularitatis incurſa cenſeatur à puncto patrati delicti, quia ſolùm incurritur à puncto culpæ ratihabitionis, ob quam delictum præcedens ei imputatur ad pœnam. 33. memb. 4. nu. 5

Ratum.

Ratum habens homicidium nomine ipſius patratum pœna ordinaria homicidij puniendus eſt. 33. memb. 4. numero 6

Ratum habens manuum iniectionem in clericum vt ob eam ratihabitionem excommunicationem incurrat, tria ſunt neceſſaria. 52. nu. 5

Ratio.

Rationis vſum quando aliquis abſque ſua culpa non habet, ſi tunc occidat aut mutilet, irregularitatem ea de cauſa non incurrit. 71. nu. 1

Receptator.

Receptatores malefactorum ſi participent in crimine, ita vt ad illud cooperentur, illudve foueant, tunc ſiue extranei ſint, ſiue affines, puniendi ſunt eadem pœna cum principali eius criminis patratore: quoniam con cauſæ iniuſtæ ſunt eius criminis. Si verò in crimine non participent, & dum malefactores inquiruntur, non continuò eos tradant, tunc, ſi eiuſmodi receptatores propinqui non ſint malefactorum, quos receperunt, puniuntur pro quantitate culpæ, attenta etiā qualitate criminis principalis malefactoris, & pro quan-

quantitate perſonæ, quæ ita malefactores recepit, maiori vel minori. 33. *memb.* 6. *nu.* 11

Quid in Hiſpania circa occultatores malefactorũ ſtatutum ſit. ibid. nu. 12

Recipiens.

Recipiens eum, quem ignoraret homicidium aut aliud delictum commiſiſſe, tunc nullam incurrit pœnam excuſante eum ignorantia inuincibili. 33. *memb.* 6. *numero* 10.

Religioſus.

Religioſus ſi interficiatur iniuſtè, eſto patrem habeat, non ad patrem, niſi in defectum monaſterij, ſed ad monaſterium, in quo erat religioſus, pertinet accuſare eam mortem, eam remittere, atque circa illam tranſigere. 45. *nu.* 12

Religioſus percutiens clericum ſæcularẽ, poteſt ab Epiſcopo abſolui. 60. *nu.* 4

Religioſus monaſterij vnius quando manus violentas iniecit in religioſum alterius monaſterij, tunc ille excommunicatus abſolui debet à ſuo ſuperiore, & à ſuperiore alterius religioſi, concurrente vtroque ſimul. 60. *num.* 5.

Religioſus vnus ſi manus violentas iniecerit in alium religioſum eiuſdem monaſterij, abſolui poteſt ab Abbate. 60. *nu.* 1.

Religioſi omnes hodie etiam in graui iniuria abſoluuntur à ſuis ſuperioribus. 60. *nu.* 6

Religioſorum ſuperior monaſterij abſoluere poteſt non ſolum nouitium, qui poſt ingreſſum in nouitiatum manus violentas in clericum iniecit, ſed etiam eum, qui ante ingreſſum eas iniecerat, modo iniuria non fuerit grauis. 60. *num.* 3.

Remiſſio.

Remiſſio delictorum à Principe facta duplex eſt: quædã generalis, & quædam particularis. Generalis alia fit certa lege, alia abſque lege. Particularis remiſſio fit, quando crimen, quo reus tenetur obſtrictus, licet impunè maneat, non multum reip. nocet. 48. *nu.* 1.

Remiſſio quando redundaret in damnum vxoris, quia partem & bona ipſi debita contingeret, facienda non eſſet talis remiſſio ſine vxoris conſenſu, niſi qui illam faceret, ipſam integram ſumeret in partẽ, quæ ipſum contingit. 85. *nu.* 6.

Remiſſio tacita ſicut impedit, ne maritus criminaliter accuſare poſſit vxorem de adulterio; ita multo magis impedit, ne accuſare illam poſſit, ob adulteria illucuſque commiſſa, ciuiliter ad diuortium, & ne proſequi poſſit accuſationem, ſi iam illam intentauerat, & refelluntur opiniones contrariæ. 95. *nu.* 12

circa Remiſſiones delictorum quid ſit ordinatum tam generales quam particulares, circa quædam crimina quæ ſub iuriſdictionem de la her mandad *cadunt.* 48. *num.* 6

circa Remiſſiones particulares quid per Principem in Hiſpania lege ſancitum ſit. 48. *nu.* 5.

circa Remiſſiones generales quid in Hiſpania ſtatutum ſit. 48. *nu.* 4.

Reſpublica.

Reipub. conceſſa poteſtas iure naturali puniendi ſingulorum delicta, & præcipiendi ſingulis quæ in commune bonum expediunt illos vitæ periculo obijciendo. 10. *nume.* 3.

Rempub. habere poteſtatem à Deo naturali iure deſcendentem, exponendi periculis vitam ſuorum ſubditorum, eamque ab eis auferendi cauſa legitima ſubſiſtente. 1. *nu.* 8.

Reus.

Reus quando confitetur, ſe homicidium illud commiſiſſe, ſed addit, in ſuam defenſionem illud cõmiſiſſe: tunc ſi conſtat de eo homicidio ſufficienter, homicida puniri debet pœna ordinaria: at ſi tantum conſtat ex confeſſione rei, aliquid de pœna minuendum eſt. 31. *num.* 6.

Reus ſi antea negauit delictum, ſed poſtea ſufficienter conuincitur, tunc ſi dicat ſe illud commiſiſſe in ſui defenſionem, vel abſolui poteſt, vel pœna minui. 31. *numero* 7.

Reſtituendus.

Reſtituendæ ſunt occiſi tunc ſolum operæ, quando ex illis emolumentum aliquod erat alijs obuenturum ad ſuſtentationem vel patrimonij augmentum: quantum enim hac de cauſa defraudarentur morte iniuſta interfecti, tantum præcisè & non plus eſſet reſtituendũ. 83. *num.* 2

Longè diuerſa eſt ratio de operis, quibus interfectus, poſt cauſam mortis acceptam, ratione talis cauſę mortis caruit, dum adhuc viueret, & de operis quas poſt punctum mortis fuiſſet facturus, ſi eam iniuſtam mortis cauſam non accepiſſet. ibid. nu. 3.

Reſtituendi obligatio tranſit ad hæredes eius, qui talem incorporalem iniuriam intulit, quando ille dum viueret, reſtituit. 87. *nu.* 9

Reſtituendi quoad obligationem damna in bonis externis, etiam lucri ceſſantis, ſi homicida illa eis non reſtituit dum viueret, quibus ea tenetur reſtituere, aut hęredibus illorum, ſi ipſis dum viuerent non reſtituit, tenentur hæredes homicidæ de bonis homicidæ ea reſtituere, vel ijs, in quos ea damna redundarunt, quibuſq; homicida ipſe tenebatur ea reſtituere, vel hæredibus illorum, ſi illi defuncti ſint. 85. *nu.* 7.

Reſtitutio.

ad Reſtitutionem aliquam vt quis ex eo teneatur, quia occiderit, mutilauerit, aut percuſſerit, neceſſe eſt vt id efficiat interueniente aliquo ipſius peccato contra iuſtitiam, neque ſatis eſt ad id, ſi peccatum aliquod ipſius contra ſolam caritatem interueniat; indeq; ſequitur, eum qui cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit aut mutilat ſuum aggreſſorem, eſto ex appetitu vindictæ id faciat, ad nullam teneri reſtitutionem. 81. *num.* 2

Reſtitutiones in caſibus homicidij faciendis melius perducuntur ad effectum, facta tranſactione & compoſitione cum ijs, quibus reſtitutio eſt facienda, qui vt plurimum remittere ſolent aliquid de ita debitis, quã arbitrando homicidæ vſque ad vltimum indiuiſibile, quantum vnicuiq; eorũ, qui ex ea morte iniuſta damnum iniuſtè ſunt paſſi, reſtituere debeat. 83. *num.* 10

Rixa.

in Rixa ſubita quando vnus aliquid fecit, quo alius interficeret, vel præbendo interfectori arma, vel impediendo ne alij intercurrerent ad liberandum interficiendum, vterque ſecuto homicidio tenetur pœna homicidij ordinaria, incurritque irregularitatem ex homicidio voluntario. 33. *memb.* 7. *nu.* 1.

in Rixa quando nullo præuio ea de re conſilio, multi percuſſerunt eundem, & conſtat quis eorum illum lethaliter percuſſit, reliquoſque lethaliter eum non percuſſiſſe, tunc ſolus qui lethaliter percuſſit, puniendus eſt

pœna

pœna homicidij ordinaria, reliqui verò arbitraria, pro quantitate culpæ: & lethaliter percutiens incurrit irregularitatem, alij minimè: niſi vulnera ad mortem cooperata ſint. 33. memb. 7. nu. 2

Rixæ qui fuit occaſio quando damnum ab altero accepit, tunc ſi is, qui illud dedit, id in iuſtam defenſionem fecit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad nullam reſtitutionem tenetur. 81. nu. 6

Quando id non fecit in iuſtam defenſionem, vel factum excedendo moderamen inculpatæ tutelæ; ſed in compenſationem iniuriæ, quàm is intulit, qui rixæ fuit occaſio, & ſimul in pœnam ſui delicti, in exteriori foro iudicis ſententia is abſoluitur, qui interfecit aut aliud damnum dedit, tunc ad nullam reſtitutionem, in foro conſcientiæ, damnorum, quæ ita dedit, tenetur. ibid. numero 7

Rixæ aut pugnæ alicuius quando aliquis iniuſte cauſa fuit, eſto poſtea abſque iuſtitia illam proſequatur, aliumque licitè interficiat aut vulneret, ſi tamen ita interfectus aut vulneratus iuſto errore rixam aut pugnam proſequebatur, tenetur is, qui ita occcidit aut vulnerauit, ad reſtitutionem damni eo modo dati. 81. nu. 4

Rixæ occaſionem dans quando iniuſtè interfecit, vulnerauit, aut aliud damnum dedit, tunc is ad reſtitutionem omnium damnorum tenetur. 81. nu. 5

Rixans.

Rixantes quando interficiunt tertium aliquem, ſi tunc interfector illum interficit ex intentione, tenetur pœna ordinaria homicidij, eo quòd dolus iam eo homicidio interueniat, neque calore iracundiæ excuſandus eſt à pœna ordinaria, ſi ex intentione id fecit. 30. nu. 6

Rixantium vnus quando vt alterius ictum fugeret, ſe protexit tertio aliquo intermedio, fuga ſua medium illum conſtituendo, qui eo ictu aduerſarij interfectus fuit; vel vt proiectum fugeret aut ictum, receſſit ex loco in quo erat, ictuſque ea fuga deuenit ad alium, qui ipſi à tergo erat, tunc ictum declinans, dummodo vi non conſtitueret medium illum alium, nullam commiſit culpam. Sed is ſi autor fuit rixæ, tunc puniendus eſt pœna arbitraria. 30. nu. 9

Rixantium vterque quando fuit in culpa rixæ, tunc quicunque eorum, qui tertium abſque dolo interficiat, tenetur ad damna ſubſecuta, quatenus cauſa fuit eius rixæ iniuſtæ, puniendúſque eſt pœna arbitraria. 30. numero 8.

S

Sacerdos.

SAcerdos ſi quis vel clericus ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam intulerit, & conuinci potuerit, mox depoſitus curiæ tradatur, & recipiat quod inique geſſit. 49. nu. 16

Sacerdos ſimplex in mortis articulo non poteſt à peccatis reſeruatis & alijs lethalibus abſoluere, ſi adſit alius legitimus confeſſarius. 63. nu. 2

Sacerdos aliquis ſi in aliquo euentu tenetur ſanare aliquid ſub reatu peccati mortalis, quia ita omnino eſſet neceſſarium ad liberandum aliquem à morte, eſſetque periculum in mora, ita vt alius expectari non poſſit, qui id efficeret, non incurreret irregularitatem, eſto mors aut mutilatio inde ſequeretur. Exemplum in rei teſtimonium adducitur de religioſo quodam Euorenſi. 75. numero 3

Sanare.

Sanare ſi in aliquo euentu ſacerdos aliquis teneretur aliquid ſub reatu peccati mortalis: quia ita omnino eſſet neceſſarium ad liberandum aliquem à morte, eſſetque periculum in mora, ita vt alius expectari non poſſit, qui id efficeret, non incurreret irregularitatem, eſto mors aut mutilatio inde ſequeretur. Exemplum in rei teſtimonium adducitur de religioſo quodam Euorenſi. 75. num. 3

Senex.

Senex quando puniendus eſt pęna corporali infra mortē, tunc ſi ex pœna, qua alioquin puniendus eſſet, periclitaretur vita ſenis, aut debilitaretur, minuendum eſt de pęna. 37. num. 2

Senex ſi commiſit delictum, pro quo mortis pęna eſt imponenda, ſenectus non eſt in cauſa, vt minui ei pœna debeat: nec etiam quando delictum commiſſum non eſt puniendum pęna mortis, minuendum eſt ſeni de pœna pecuniaria ob circunſtantiam ſenectutis. Diſp. 37. numero 1

Sepulchrum.

Sepulchri violati actio quibus detur. 2. nu. 12

Sepulchra violantium pęnas, vide remiſſiuè. 2. nu. 11

Sponſa.

cum Sponſa per verba de præſenti quicūque adulteratur, ipſe & ſponſa incurrunt pęnas ordinarias pro adulterio ſtatutas, eiſque puniendi ſunt. 93. nu. 2

Sponſa duplex eſt. 93. nume. 1

Sponſus.

Sponſus quando extrahit ſuam ſponſam id ita volentem, licet de iure ciuili raptus ſit, incidatque is ſponſus eo ipſo in pęnas de iure ciuili raptoribus ſtatutas, de iure tamen canonico, non ſolum quando præcedentibus ſpōſalibus aliquis de conſenſu ſuæ ſponſæ eam inuitis parentibus aut alijs, ſub quorum cura ſit, extrahit ad celebrandum matrimonium cum illa, non eſt raptus, ſed etiam quando præcedente ſolum conſenſu, in matrimonium futurum, aliquis de conſenſu eius, quæ cum eo vult matrimonium celebrare, illam extraheret ad conſummandum id cum ea, inuitis parentibus aut alijs nō eſt propriè raptus. 105. nu. 4

Sponſalia.

Sponſalia quando inter aliquos præceſſerunt abſque conditione aliqua conſenſus in aliquid inhoneſtum, vterque tenetur contrahere cum altero tempore congruo, iuxta id quod à principio fuit expreſſum ac conſtitutum, aut quod tunc in animo habebant ſaltem quaſi habitualiter, quia ſcilicet, ſi tunc fuiſſent interrogati, reſpondiſſent ſe non plus velle protrahere tēpus celebrandi matrimonium. Si tamen alter alteri remittat obligationem, tunc is, cui remiſſa obligatio fuerit, non tenebitur contrahere cum illo, eſto ſponſalia iuramento fuiſſent confirmata. 106. nu. 14

Sponſalibus ſi præcedentibus aut tractatu contrahendi matrimonium aliqua extrahatur de domo paterna, aut alterius, ſub cuius cura ſit, de voluntate quidem mulieris, atque ad celebrādum verè cum ea matrimonium, ceterum inuito patre, aut altero, ſub cuius cura ſit, non incurrit quidem pœnam capitis, eſt tamen graue delictum: ita vt ſi extractio illa eſſet ex familia illuſtri, pęna mortis intentari poſſit. 105. nu. 11

Statutum.

Statutum ſi non quidem pro alapa ſtatuat certam pœnam, ſed dicat pro vnaquaque alapa tantam ſubeat

pœnam, tunc eſto delinquens ſine interpolatione multiplicet alapas, puniendus eſt diſtinctis pœnis eius ſtatuti: ſed tunc attendendum eſt, num perſpicue ſtatutũ ſignificet, quod quamuis eodem impetu alapæ multiplicentur, pro ſingulis alapis ea pœna imponatur, & tunc ſtandum eſt ei ſtatuto. 41. *nu.* 6

Statutum quando eſſet tale vt vniuerſim homicidium voluntarium pecuniaria tantum pœna puniretur, tunc poſſunt poteſtates ſupremæ illud reuocare, & eo non vti: at iudices inferiores id ſaltem ſequi debent. 22. *numero* 2.

Stuprata.

Stuprata cui dos eſſet ſoluenda in pœnam ſtupri, ſi nuberet alteri æque bene ac ſi ſtuprata non fuiſſet, & haberet aliunde competentem dotem; tenetur nihilominus ſtuprator adhuc illi dotem ſoluere; ſi ante contractum id matrimonium certa quantitas dotis fuiſſet illi adiudicata, vt ſtuprator illi eam ſolueret; quia noluit ducere eam vxorem, aut quia non potuit. 104. *nu.* 17

Stuprator.

Stuprator adhuc puniendus eſt in tribunali eccleſiaſtico pœna aliqua arbitraria ob crimen commiſſum, licet nec cogendus ſit ducere illam vxorem, nec ei reſtituere aut dare dotem, maximè quia de iure ciuili pœna ſtatuta pro ſtupro incurritur, eſto ſtuprata corrupta non fuerit. 104. *nu.* 12

aduerſus Stupratorem dum agitur ad pœnas pro ſtupro preſsè ſumpto in aliquo regno ſtatutas, ſi excipiat ille, ſeu in ſui defenſionem obijciat, illam non fuiſſe virginem, quando illam carnaliter cognouit, tunc ad ipſum ſpectat id probare, non verò ad eam ſtupratam probare attinet ſe tunc virginem fuiſſe. Diſputat. 104. *numero* 14.

Stuprum.

ad Stuprum quando virgo ſe obtulit, aut ſine ſuaſione ſtatim ad petitionem ſtupratoris conſenſit, quamuis ei virgini non cenſeatur iniuria facta, quia volenti non fit iniuria, ac proinde neque ipſi neque nomine ipſius competat alteri iniuriarum actio, nihilominus, ſi ſub patria erat poteſtate, patri cenſetur facta iniuria, ac proinde ſuo nomine, & non filiæ, agere poterit iniuriarũ actione aduerſus ſtupratorem, ciuiliter ad pœnam pecuniariam arbitrariam, vel criminaliter, vt ipſe maluerit, habendaque erit ratio, quoad iniuriam patris, maioris quantitatis dotis, qua indiget ad eam æquè bene nuptui tradendam, ac ſi corrupta non eſſet. Si item ſit ſub tutore, iniuria in ipſum redundat, agereq; proinde poterit tunc iniuriarum nomine proprio. 104. *nu.* 13

Stuprum vno modo ſumitur latè, vt comprehendit concubitum cum vidua, cum maſculo Sodomitico actu, quin & adulterium, omnemque fornicationem. Alio verò modo ſumitur ſtuprum preſsè & propriè pro ſola illicita defloratione virginis, non præcedente cum illa matrimonio eius, qui illam deflorat, idque ſiue illa conſentiat in illa defloratione, ſiue non. 104. *nu.* 1

Stuprum non ſolum ſi cum virgine committatur, ſed etiã ſi committatur cum vidua honeſta, punitur de iure ciuili communi, ſi ſtuprator quidem perſona ſit honeſta, pœna confiſcationis medietatis bonorum eius fiſco Regis, ſi verò perſona ſit humilis, pœna coerctionis corporalis cum relegatione. 104. *nu.* 2

De hoc crimine accuſari poteſt ſolum intra quinquennium à commiſſo delicto, & puniri poteſt reus à iudice ex officio. 104. *nu.* 3

Stuprum id quando fuit omnino occultum, mulierque illa nullam contraxit infamiam, æqueque bene nupſit, atq; ſi ſtuprata non fuiſſet, tenetur illi ſtuprator ad reſtitutionem aliquam. 106. *nu.* 6

circa Stuprum non fit tranſactio, quod nomine adulterij promiſcuè ſtuprum contineatur. 46. *nu.* 9

ex Stupro filiæ fam. iniuſtitia & iniuria infertur illis, ſub quorum cura eſt. 19. *nu.* 2

Succeſſor.

Succeſſor legitimus quando priuandus eſſet ſucceſſione in re tanta, quantum eſt regnum aut maioratus magnus, tenetur minimè adultera cum periculo propriæ vitæ detegere crimen ſuum, ſi id profuturum eſſet, vt ſpurius excluderetur, & vt admitteretur legitimus ſucceſſor, idque eſto ſpurius æquè bene adminiſtraturus eſſet eam remp. 102. *nu.* 6

Superior.

Superior monaſterij religioſorum abſoluere poteſt, non ſolum nouitium, qui poſt ingreſſum in nouitiatum manus violentas in clericum iniecit, ſed etiam eum, qui ante ingreſſum eas iniecerat, modò iniuria non fuerit grauis. 60. *nu.* 3

Surdus.

Surdus & mutus à natiuitate puniendus eſt pœna delicti ordinaria, ſi iudicio polleat, ſitque legitimæ ætatis: non tamen poteſt torqueri. 37. *nu.* 3

Suſpicio.

ex Suſpicione etiam vehementi mortem iniuſtam parari, nefas eſt interficere eum, de quo eſt ſuſpicio. Diſput. 12. *nume.* 1.

T

Talio.

Talionis pœna quondam lege duodecim Tabularum pro iniuria membri abſciſſi fuerat ſtatuta, vt ſcilicet qui manum abſcidit, manus abſcinderetur: At lex illa abolita eſt, & alia introducta, vt ſcilicet attenta qualitate iniuriæ, pœna ſtatueretur iniuriæ commenſurata, arbitrioque prudentis æqualis. 40. *nu.* 4

Teſtes.

Teſtes quando exprimunt, quod genus veneni homicida defuncto dederit, & de eo genere veneni conſtat ſufficiens fuiſſe ad necandum, & teſtes ſunt omni exceptione maiores, neque ſigna quæ interuenerunt poſt venenum ſumptum, vſque ad mortem & poſt mortem, non repugnant depoſitioni illi teſtium; tunc ſufficiens eſt illa probatio ad reum, etiam delictum negantem, condemnandum: nec opus eſt tunc ad medicos recurrendum, qui corrupti fortaſſe contrarium aſſererent. 24. *numero* 16.

D. Thomas.

D. Thomæ dicta declarantur 2. 2. *q.* 64. *artic.* 5. *Diſput.* 1. *nume.* 9.

Tranſactio.

Tranſactio habet locum in crimine, in quo agitur de bono re, aut de amiſſione bonorum. 46. *num.* 4

Tranſactio habet locum in crimine, pro quo perſona Eccleſiaſtica eſſet degradanda. 46. *nu.* 4

Tranſactio, vt circa crimina capitalia inualida eſt ita gratuita pactio ſeu remiſsio criminum eſt inualida: diſcrimen verò inter tranſactionem, & gratuitam pactionem hoc eſt; quod reus tranſigens circa eiuſmodi delicta cenſetur illa confiteri: ex pactione verò gratuita

tuita non cenſetur confeſſus delictum, neque manet infamis. 46. nu. 15

Tranſactio non fit circa ſtuprum, quod nomine adulterij ſtuprum promiſcue continetur. 46. nu. 9.

Tranſactio in euentibus, in quibus valida eſt ex parte rei, ſi facta eſt non cum extraneo, ſed cum eo, cui accuſare reum incumbit, tunc ea tranſactio aut gratuita pactio non liberat talem reum, ita vt deinceps tranſactores aut remiſſores eum accuſare nequeant: ſed iudex poteſt adhuc ex ſuo officio vlterius procedere. 46. numero 18.

Tranſactio quamuis licita non ſit circa adulterium, licita tamen eſt gratuita remiſſio delicti, & ceſſare licitum eſt ab accuſatione. 46. nu. 11

Tranſactio ac pactio gratuita in euentibus, in quibus valida eſt, intelligendum eſt id eſſe, modo fiat antequam aduerſus reum lata ſit ſententia ob id crimen, quæ in rem tranſeat iudicatam. Poſtquam enim pœna criminalis eſt à iudice impoſita, remiſſio illius non ſpectat ad partem offenſam, ſed ad principem. Diſputat. 46. numero 19.

Tranſactionem fieri in delictis capitalibus (excepto homicidio) circa ea crimina cum accuſatoribus, cum ijſve qui proſequendo ſuam aut ſuorum iniuriam poſſunt ante alios omnes accuſare, vt deinceps iudex procedendo ex ſuo officio non poſſit pro eis imponere pœnam ſanguinis, ſed aliam infra illam arbitrariam in Caſtella ſtatutum eſt. Quamuis nonnulli in contrarium propendeant, & legem perperam explicent. Diſpu. 47. nume. 7.

Tutor.

Tutor quando ſtuprauit eam, cuius fuerat tutor, deportatur, & confiſcantur omnia illius bona. Diſpu. 104. nume. 4.

Tyrannus.

Tyrannum an liceat occidere, vide cum diſtinctione. 6. numero 2.

V

Vena.

VEnæ apertio non eſt actus chirurgiæ, ac proinde iure humano prohibitus non eſt initiatis ordinibus ſacris. 75. nu. 4.

Venditor.

Venditor veneni, illiuſque emptor ad necandum alium, eſto effectus non ſequatur; incidunt in pœnam homicidij ordinariam. Item qui docet genus veneni, aut modum conficiendi: qui conſilium dat, alium veneno interficiendi. 24. nu. 14

Venenum.

Venenum in Hiſpania & Luſitania vendere inhibitum eſt. 24. nu. 17

Venenum qui emit ad aliquem interficiendum, pœna mortis non eſt puniendus, etiam ſi vlterius non ſit progreſſus, ex ſententia nonnullorum. 24. nu. 11

Venenum qui conficit, vendit, aut dat, vel illud emit aut accipit ad necandum alium, eſto effectus non ſequatur, incidunt in pœnam homicidij ordinariam. Item qui docet genus veneni aut modum conficiendi: qui conſilium dat alium veneno interficiendi. Diſputa. 24. numero 14.

Venenum intentans filius patri, licet venenum non noceat, tenetur crimine parricidij. 24. nu. 13

Veneni genus qui docet, aut modum conficiendi: item qui conſilium dat, alium veneno interficiendi, incidunt in pœnam homicidij ordinariam. 24. nume. 14

Veneno quando aliqui interficiunt conſanguineum in carcere detentum, ne ſupplicium illius ipſis cedat in ignominiam, incurrunt illi crimen parricidij. Diſputa. 24. nume. 3.

Veneno ſcienter aliquem (occiſo ignorante ſibi id parari) occidere grauius eſt, quam aliquem gladio ex propoſito occidere: & huius facti reus non gaudet immunitate Eccleſiæ. 24. nu. 1

Veneno interficere conans aliquem, nec effectu potitus, tenetur pœna mortis occidentis. Diſputat. 24. numero 12.

Vidua.

Viduæ honeſtæ, virginis, aut coniugatæ raptor, & qui illum comitati ſunt tempore aggreſſionis, puniuntur pœna mortis, de iure communi, etiamſi rapta libertina aut ancilla ſit, permittiturque parentibus mulierum ita raptarum aut inuaſarum, atque etiam illarum conſanguineis, occidere raptores comites, adiutoreſque eorum deprehenſos in flagranti delicto, modò tamen illis ſufficiēter conſtet de illorum delicto. Si rapta ingenua mulier ſit, raptores in ipſa aggreſſione amittunt omnia ſua bona raptæ. 105. nu. 8.

Viduæ honeſtæ vis illatata quoad pudicitiam, non ſolum punitur pœna mortis, ſed etiā pœnis alijs ſtatutis pro raptu. Imo vero attentatio inferendi vim pudicitiæ virgini aut mulieri coniugatæ, ſi ad actum ad id proximum fuit deuentum, neque ſtetit per eum, qui eam vim inferre attentauit, punitur ijſdem pœnis, eſto copula non ſit habita. Vis vero alteri mulieri cuicunque illata punitur ſolum pœna arbitraria. Diſputa. 105. num. 18

De iure Luſitano vis pudicitiæ à quocunq; mulieri cuicunque illata, etiamſi meretrix ſit, aut mancipium punitur pœna mortis. ibid. nu. 19

De iure communi pro iniurijs aduerſus pudicitiā, quando non interuenit vis pudicitię completa per copulam, ſed infra copulam iniuria fuit illata, competit iniuriarum actio ciuilis aut criminalis optione iniuriam paſſi ad pœnam arbitrariam. 105. nu. 20.

De iure Canonico olim raptor pœna ſeruitutis puniebatur, ſeruuſque efficiebatur raptæ, quando ipſa renitente illam rapiebat; cum facultate tamen ſeipſum redimendi, ſoluendo illi pro ſe competens pretium: quando autem conſentiente muliere illam rapiebat, efficiebatur ſeruus parentis eius mulieris, cum facultate ſeipſum redimendi. 105. nu. 21

Violatum ſepulchrum.

Violati ſepulchri actio quibus detur. Diſputat. 2. numero 12.

Violantium ſepulchra pœnas vide remiſſiue. Diſputa. 2. nume. 11.

Violenta manus.

Violentas manus ſi vnus religioſus iniecerit in alium religioſum eiuſdem monaſterij abſolui poteſt ab Abbate. 60. nu. 1.

Virgo.

Virgo quando ſe ad ſtuprum obtulit, aut ſine ſuaſione ſtatim ad petitionem ſtupratoris conſenſit, quamuis ei virgini non cenſeatur iniuria facta, quia volenti non fit iniuria, ac proinde neque ipſi neque nomine ipſius competat alteri iniuriarum actio, nihilominus, ſi

ſub patria erat poteſtate, patri cenſetur facta iniuria, ac proinde ſuo nomine, & non filiæ, agere poterit iniuriarum actione aduerſus ſtupratorem, ciuiliter ad pœnam pecuniariam arbitrariam, vel criminaliter, vt ipſe maluerit, habendaque erit ratio, quoad iniuriam patris, maioris quantitatis dotis, qua indiget ad eã æquè bene nuptui tradendam, ac ſi corrupta nõ eſset. Si item ſit ſub tutore, iniuria in ipſum redundat, agereque proinde poterit tunc iniuriarum nomine proprio. 104. numero 13

Virgo ſi conciperet ſine clauſtri apertione, & ſequatur partus, quo clauſtrum aperitur, ſtuprator incidit in pœnas adulterij. 104. nu. 15

Virginem ſi quis repertam in domo patris aut in alia domo non educat illam de ea domo, ſed vi illam trahat de vna camera eius domus in aliam in qua commodiùs illa abutatur, ibique illam ſtupret, non dicitur committere raptum, ſed ſtuprum cum vi; item ſi quis repertam in agro, eam inde per paſſus aliquot trahit. 105. numero 3

Virginem ſi quis corrumpat, dotabit eam, & habebit illã vxorem. Si verò pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. Sed hæc ſententia nonnihil reſtringitur. 104. nu. 9

Virginem immaturam ſi quis rapiat, & illam corrumpat, erit puniendus pœnis legis longè maiori cum ratione, quàm ſi illa eſſet virgo matura. Et ſi illam rapuerit animo illam corrumpendi, atque corrumpere eam eſt aggreſſus, ſed potuit, & maximè ſi læſio aliqua in clauſtro illius reperiatur, eiſdem pœnis puniẽdus eſt. 105. numero 14

Virginem ſi quis ſtuprauerit illi promittendo ſe ducturum illam vxorem, & poſt ſtuprum comperit, eam copiam ſui corporis feciſſe alicui alteri, neque tenetur illam ducere vxorem, neque quidquam illi reſtituere ob ſtuprũ & damna ex illo vlterius ei mulieri ſecuta. 106. nu. 9

Qui ſciens aliquam eſſe corruptam, ei promiſit ſe ducturum eam vxorem, ſi in copulam cõſentiret, tunc ſi illa in copulam conſentiret, perinde teneretur ducere illam vxorem, ac ſi illa, quando conſenſit, virgo eſſet. ibi. numero 10

Virginis aut coniugatæ raptor, & qui illum comitati ſunt tempore aggreſſionis, puniuntur pœna mortis de iure communi etiamſi rapta libertina aut ancilla ſit, permittiturque parentib. mulierum ita raptarum aut inuaſarum, atque etiam illarum conſanguineis, occidere raptores comites, adiutoreſque eorum deprehenſos in flagrãti delicto, modò tamen illis ſufficienter conſtet de illorum delicto. Si rapta ingenua mulier ſit in ipſa aggreſſione amittunt omnia ſua bona raptæ. 105. nu. 8

Virgini, coniugatæ aut viduæ honeſtæ vis illata quoad pudicitiam, non ſolum punitur pœna mortis, ſed etiam alijs pœnis ſtatutis pro raptu. Imo vero attentatio inferendi vim pudicitiæ virgini, aut mulieri coniugatæ, ſi ad actum ad id proximum fuit deuentum, neque ſtetit per eum, qui eam vim inferre attentauit, punitur iiſdem pœnis, eſto copula non ſit habita. Vis vero alteri mulieri cuicunque illata punitur ſolum pœna arbitraria. 105. nu. 18

cum Virgine ſi non ſolum ſtuprum cõmittatur, ſed etiam ſi committatur cum vidua honeſta, punitur de iure ciuili communi, ſi ſtuprator ſit perſona honeſta pœna confiſcationis medietatis bonorum eius fiſco Regis; ſi vero perſona ſit humilis, pœna correctionis corporalis cũ relegatione. 104. nu. 2

De hoc crimine accuſari poteſt ſolum intra quinquennium à commiſſo delicto, & puniri poteſt reus à iudice ex officio. ibid. nu. 3

Virginem qui credebat eſſe, quam promiſit ducturum vxorem ſi in copulam conſentiret, non tenetur ducere eam vxorem, ſi illam corruptam inuenit: nec ei ad vllam reſtitutionem tenetur, quidquid ex ea copula abſque alia culpa viri mulieri illi ſequatur, ſiue id infamia ſit ſiue quoduis aliud. 106 nu. 8

Virginem quando aliquis pollicitationibus adduxit ad cõſenſum in ſtuprum, ei implere tenetur omnes eas pollicitationes in ſtuprum: niſi animo eam decipiendi & nõ adimplendi aliquid abſque iuramento illi fuerit pollicitus adeò inæquale, vt merito ipſa atttendere debuerit illum id polliceri abſque animo adimplendi, animo eam decipiendi: vel niſi promiſſio impoſſibile cõtineat. 106. nu. 3

Is qui animo implendi promiſit ſe ducturum aliquam in vxorem, ſi illa in ſtuprum conſentiret: Item is qui animo eam decipiendi idem illi promiſit, tenetur ducere eam vxorem, quæ in ſtuprum eo modo conſenſit. 106. numero 4

Si is, qui poſt primam validam promiſſionem culpa ſua ſe impotentem reddit ad illam implendam iterum potens illam implere reddatur, tenetur eam promiſſionem implere, ſi mulier cui facta eſt, id velit, niſi iam illi ſatisfeciſſet compoſitione aut tranſactione facta cum illa aut aliqua alia ratione. ibid. nu. 5

Virginitas.

Virginitatis clauſtrum aperiens, aperiri permittens, vel voluntas ad id peccant non ſolum contra 6. decalogĩ præceptum, ſed etiam contra quintum. 1. nu. 7

Vir.

Vir & vxor licèt pares ſint iure diuino, vt ſi vnus alterĩ fidem fregerit, adulterium aduerſus eum committendo, innocens non teneatur debitum illi deinceps reddere, idque propria ſua autoritate, eo quod adulter eo ipſo, vt ſibi reddatur, amiſerit, poſſitque quo ad habitationem ab eo etiã recedere, & facere diuortium. 90. nu. 1

Vir, ſi in ſuæ vxoris fraudem manus violentas in eccleſiaſticum iniecit, abſolui ab Epiſcopo poteſt. 64. nu. 3

Vir & vxor pares ſunt vt ſi vnus eorum adulterium in alterius iniuriam committat, amittat ius petendi debitum ab altero, qui innocens quoad ſimile crimen comparatione eius ſit, ac proinde innocens non tenetur illi reddere debitum in conſcientiæ foro, & poteſt in exteriori foro facere ab illo diuortium, ſi de tali adulterio ſufficienter in eo foro conſtet. 95. nu. 1

Vir ſi ſciens vxorem commiſiſſe adulterium, eam carnaliter cognoſcat, cenſetur illi parcere adulteria illucuſque commiſſa, nec poteſt intentare criminalem accuſationem aduerſus illam circa ea adulteria, neque proſequi accuſationem, ſi iam aliquam aduerſus illam circa ea adulteria intentauerat: ſecus autem ſi poſt eam tacitam remiſſionem adulterium aliud committat: nam aduerſus de nouo cõmiſſum optimè poterit accuſationem intentare. 95. nu. 11

de Viris qui cauſantur ſe non poſſe ferre laborem accedendi ad ſedem Apoſtolicam, conſulendus eſt ſummus Põtifex, propoſito illi negotio toto, & qualitate perſonę, atque de conſilio ſummi Pontificis, & iuxta præſcriptum illius erunt abſoluendi, & non aliter. 64. nu. 5

Vis.

Vis.

Vis tunc dicitur pudicitiæ inferri, quando femina aliqua opprimitur iniuſtè, aut ſaltem per metum cogitur pati turpitudinem, in eamve conſentire: & quomodo ſe ſe habeant ad inuicem raptus, & vis illata pudicitiæ. 105. *nume.* 6

Vis pudicitiæ mulieris, virginis, coniugatæ, aut viduæ honeſtæ illata de iure Hiſpanico non ſolum punitur pœna mortis, ſed etiam pœnis alijs ſtatutis pro raptu. Imò verò attentatio inferendi vim pudicitiæ virgini, aut mulieri coniugatæ, ſi ad actum ad id proximum fuit deuentum, neque ſtetit per eum, qui eam vim inferre attentauit, punitur iiſdem pœnis, eſtò copula non ſit habita. Vis verò alteri mulieri cuicunque illata punitur ſolum pœna arbitraria. 105. *nu.* 18

De iure Luſitano vis pudicitiæ à quocũque mulieri cuicunque illata, etiamſi meretrix ſit aut mancipium, punitur pœna mortis. 105. *num.* 19

De iure communi pro iniurijs aduerſus pudicitiam, quãdo non interuenit vis pudicitiæ completa per copulam ſed infra copulam iniuria fuit illata, competit actio iniuriarum ciuilis, aut criminalis, optione iniuriam paſſi ad pœnam arbitrariam. 105. *nu.* 20

De iure canonico olim raptor pœna ſeruitutis puniebatur, ſeruuſque efficiebatur raptæ, quando ipſa renitente illam rapiebat: cum facultate tamen ſe ipſum redimendi, ſoluendo illi pro ſe competens pretium: quando autem conſentiẽte muliere illam rapiebat, efficiebatur ſeruus parentis eius mulieris, cum facultate ſe ipſum redimendi. 105. *nu.* 21

Vim pudicitię qui alicuius mulieris infert, eſtò ſine armis inferatur, de iure communi, inferens pęnam legis Iuliæ de vi publica incurrit. 105. *nu.* 17

Vi corruptam qui cognoſcit, ſi inde ei detrimẽtum non ſequatur in fama, neque in aliquo alio bono, quia æquè bene nubere poteſt, ac ſi id non eſſet paſſa, neque alia via damnum aliud incurrit, ad nullam reſtitutionem ei tenetur, neque alia via damnum aliud incurrit, licèt ea mulier ſit coniugata. 106. *num.* 11

Vita.

Vitæ nullam conſurgere obligationem quidquam reſtituendi, affirmant nonnulli. 84. *num.* 2

Sed melior eſt opinio, pro damno vitæ conſurgere obligationem reſtituendi, quia vitæ damnum vere eſt dãnum iniuſtè illatum, imò verò eſt maius damnum ex ſuo genere, quàm quodcunque aliud damnum bonorum externorum aut honoris aut famæ. ibidem. numero 3

Vitiatus.

Vitiatus corpore eſſe poterit irregularis abſciſſa ſola parte membri, propter ineptitudinem, & indecentiam, quam eo ipſo habet ad celebrandum, cum tamen id nõ ſit ſufficiens, vt qui illam abſcindit, mutilator dicatur, irregularitatemque incurrat. 69. *num.* 5

Vitiatus quando aliquis abſque ſua culpa ita corpore eſt, vt id vitium neque impediat tractare ac frangere ſacram Euchariſtiam, neque indecentiam in eo efficiat ad adminiſtrandum in altari, tunc licèt mutilatus ſit aliquo membro, non eſt irregularis. Diſput. 70. *numero* 15

Vitiatus quando quis ſua culpa eſt tunc non ſolùm ſi integrum membrum ei deſit, ſed etiam ſi pars membri ei deſit, eſt irregularis, tam ad ſuſcipiendos ordines, quã ad exercendum ſuſceptos: quin ſi notabiliter membrum lædat, ita vt claudus maneat, eſt irregularis. 70. *nume.* 16

Quando aliquis per indignationem, aut aliqua alia via illicita, partem membri ſibi abſcindit, eſt irregularis, licèt crimen non ſit notorium. 70. *nu.* 17

Virginem ſi quis vitiauit ſe illi ad id offerentem, aut conſentientem ad ſimplicem ad id petitionem, non incurrit eas pœnas, ſi nullæ ad id ſuaſiones interueniſſent, videtur ea virgo ad id ſeducta. 104. *nu.* 10

In foro exteriori ſemper præſumitur virginem vitiatam ſeductam, niſi contrarium à ſtupratore probetur. ibid. numero 11

Vitium.

Vitium corporis ſi abſque culpa eo vitiati altaris miniſterium impediat, vel ſcãdalum generet ad adminiſtrandum in altari propter notabilem ad id indecentiam, efficit irregularem eo modo corpore vitiatum: non verò, ſi non impediat altaris miniſterium. Diſput. 70. *numero* 2

Vulnus.

Vulnus vel alia mortis cauſa an fuerint lethalia nec ne, quando dubitatur, tunc ſi non conſtat de negligentia in medicando ita affecto, aut alia ſuperueniente cauſa, præſumendum eſt cauſam illam eius mortis iniuſtè datam fuiße lethalem, & proinde delinquens puniendus erit pœna homicidij ordinaria. 32. *nu.* 3

Vulnus lethale quando aliquis ab aliquo accepit, & antequam ex illo obiret caſu alio interijt, tunc vulnerans puniendus eſt pęna homicidij ordinaria, quando certum eſt vulnus fuiſſe lethale: ſed ſi eſſet dubium an eſſet lethale, ſolum eſſet puniendus pœna homicidij arbitraria, nec contrahit alter irregularitatem. Diſp. 33. *memb.* 7. *nu.* 4

Vulnus illatum quando conſtat vel aliam mortis cauſam, dolo aut virtute interficiendi datam, fuiſſe lethalia, tunc tenetur homicida pęna ordinaria homicidij, nihil impediente, quòd prætermiſſa eſſet debita curatio. 32. *num.* 1

Vulnus vel cauſam datam non fuiſſe lethalia quando conſtat tunc ſi ex neglecta medicatione, aut mala curatione, ille interierit, non tenetur vulnerans de occiſo, ſed ſolùm de vulnerato. 32. *nu.* 2

ex Vulnere ſi maneat ſignum in facie, vel alia deformitas, ob quam mancipium vilioris pretij reddatur, tũc tenetur percutiens reſtituere in conſcientiæ foro, quãtum minus id mancipium ea de cauſa valet. 88. *numero* 4

Vulnere lethali quando aliquis fuit ab vno percuſſus, & ex vulnere alterius ſuperueniente fuit omnino occiſus, vterque pęna homicidij ordinaria tenetur, & vterque irregularitatem incurrit. Sed quando dubium eſt, an vulnus prius inflictum lethale eſſet, & num ex eo vulneratus occiſus fuit, an verò ex poſteriori, conſentiunt doctores eum qui prius vulnus inflixit, puniendum non eße pęna homicidij ordinaria, at alia mitiori. 33. *memb.* 7. *num.* 3

Vxor.

Vxor quando cum viro habitabat, proles tunc ab ea concepta in foro exteriori præſumitur eſſe ex marito, atque adeo legitima, niſi aperte conſtet eam non eſſe mariti, vt quia conſtet tempore conceptionis maritum fuiſſe abſentem, vel conſtet fuiße impotentem, aut aliqua alia ratione conſtet, eum tunc non habuiſſe acceſſum ad eam vxorem. 101. *num.* 2

Vxor

Vxor ſi viuente marito adulterium commiſit, hæredes mariti, mortuo marito, agere poßunt ciuiliter aduerſus eam ad dotem, & ad quantitatem tertiæ partis valoris dotis ex alijs bonis adulteræ, præſertim ſi maritus dum viueret eam actionem ciuilem aduerſus illam intentauit. 90. *nume.* 10

Vxor quando propter mariti adulterium diuortium ab eo faceret, vltra dotem & bona ſua paraphernalia, ac dimidium lucrorum, ſi quæ comparata fuiſſent conſtante matrimonio, ſoluendæ ſunt ei arrhæ, cum nulla ſit cauſa cur eas amittat. 95. *num.* 3

Vxor defuncti ſi concurrat ad accuſandum cum alijs conſanguineis mariti, aut cum hæredibus illius extraneis, quando illa ſola non eſſet hæres mariti, hęredes mariti ex teſtamento aut ab inteſtato admittendi ſunt vna cum illa ad accuſandum, neque ſufficit remiſſio talis vxoris, ſine remißione hæredum; neque hæredum remißio, abſque remiſſione vxoris. 45. *nu.* 3

Vxorem alicuius ſi quis ſolicitet ad adulterium, & illa id marito detegat: poteſt impunè ſe fingere, velle, vt accedente illo ad adulterium patrandum, impune percutiatur à marito. 99. *nu.* 18

Vxorem an & qualiter maritus punire poſſit. Diſput. 2. *numero* 20

Vxor & vir pares ſunt, vt ſi vnus eorum adulterium in alterius iniuriam committat, amittat ius petendi debitum ab altero, qui innocens quoad ſimile crimen comparatione eius ſit, ac proinde innocens non tenetur illi reddere debitum in conſcientiæ foro, & poteſt in exteriori foro facere ab illo diuortium, ſi de tali adulterio ſufficienter in eo foro conſtet. Diſputat. 95. *numero* 1

Vxor & vir licet pares ſint iure diuino, vt ſi vnus alteri fidem fregerit, adulterium aduerſus eum committendo, innocens non teneatur debitum illi deinceps reddere, idque propria ſua auctoritate, eo quod adulter eo ipſo, vt ſibi reddatur, amiſerit, poſſitque quo ad habitationem ab eo etiam recedere, & facere diuortium. 90. *num.* 1

Vxoris in damnum quando remiſſio redundaret, quia partem & bona ipſi debita contingeret, facienda non eſſet talis remiſſio ſine vxoris conſenſu, niſi qui illam faceret ipſam integram ſumeret in partem, quæ ipſum contingit. 85. *num.* 6

FINIS.

LVDOVICI MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
DE IVSTITIA ET IVRE
TRACTATVS TERTIVS.

DE IVSTITIA COMMVTATIVA circa bona corporis, perſonarumque nobis coniunctarum.

TOMVS QVARTVS.

DISPVT. I.

Vtrùm homo dominus ſit ſuæ propriæ vitæ, ſuorumque membrorum.

SVMMARIVM.

1 *Homo nō eſt dominus vitæ ac membrorum ſuorum, vti eſt pecuniæ cæterorumque bonorum externorū, quare peccat non ſolùm contra caritatem propriam, ſed & contra iuſtitiam, illis cōtra rectam rationem abutendo, non autem his.*

2 *Peccat contra 5. decalogi præceptum ſeipſum vel alium interficiens etiam conceſſa ad id ab interfecto facultate.*

3 *Oſtenditur expedientiſſimum fuiſſe Deum ius, & dominium vitæ, & membrorum hominis ſibi reſeruaſſe.*

4 *Homo habet liberum vſum vitæ membrorumq; ſuorum, illaque ad varias functiones obligare poteſt. nu mero 5. & periculis exponere recta ratione id poſtu lante, num. 6.*

7 *Virginitatis clauſtrum aperiens, aperiri permittens, vel voluntas ad id peccant non ſolùm contra 6. deca logi præceptum, ſed etiam contra 5.*

8 *Principem vel rempub. habere poteſtatem à Deo naturali iure deſcendentem, exponēdi periculis vitam ſuorum ſubditorum, eamque ab eis auferendi, cauſa legitima ſubſiſtente.*

9 *Declarantur dicta Diui Thom. 2. 2. quæſtio. 64. articu. 5.*

10 *Poteſt homo cogi admittere ſecari ab eo membrum, aliudve ei medicamentum applicari gratia curationis, per illum ſub cuius cura vel obedientia viuit,* A *vel per publicam poteſtatem, ſi bono communi expediat, & num. 11.*

12 *Etiam à quocunque in caſu de quo hic.*

TRACTATVS hic tertius, vtpote in quo de præſtantioribus hominis bonis agitur, quàm ſint bona externa, honoris, ac famæ, atque de fundamento reliquorum bonorum hominis, naturæ ordine tractatum præcedentem, ac duos ſequentes, antecedere debebat; quia tamen in B explicanda iuſtitia commutatiua circa bona externa, plus longè erat negotij, ibiq; iacienda erant principia ac fundamenta ad ea definienda, quæ reliquis tractatibus dicenda erant, ordo diſciplinæ (vt initio tractatus præcedentis eſt dictum) poſtulauit, vt præcedentem huic tertio tractatui præponeremus. Inde verò exordium in hoc tertio tractatu eſt ſumendum, vt explicemus, quantum iuris homo habeat in propriam vitam, & in propria membra: id quippe tanquam baſis erit ac fundamentum ad reliqua, quę in eo ſunt explananda. Id autem ſequentibus concluſionibus dilucidè fiet.

C Prima concluſio eſt. Homo non eſt dominus 1
propriæ vitæ, ac membrorum, ſicut eſt dominus pecuniæ, & cæterorum bonorum externorum, quę ad ipſum ſpectant, ac poſſidet. Dominium quippe bonorum externorum conceſſit Deus hominibus, & poſt rerum diuiſionem vnuſquiſque de eis rebus, quæ ad ipſum pertinent, diſponit tanquam de rebus, quarum verè eſt dominus: eaque de cauſa, deſtruendo eas pro libito, non peccat contra iuſtitiam: quoniam deſtruit, quod ſuum eſt, vt hæc omnia tractatu præcedente à Diſput. 1. & Diſput. 18.

& duabus ſequentibus, comprobatum eſt: at verò dominium vitæ, ac membrorum, autor ipſe naturæ, qui ea contulit, ſibi ipſi reſeruauit, ſolùm vſum, & adminiſtrationem eorum hominibus concedens. Quo fit, vt, qui ſe vita priuaret, aut qui ſibi membrum amputaret, quando id non præſcribit recta ratio ad corporis incolumitatem, rectamve adminiſtrationem membrorum corporis totius, ac uitæ, qui item vitam ſuam irrationabiliter minueret, aut membrum læderet, vel debilitaret, peccaret quodam modo contra iuſtitiam, tanquam iniquus deſtructor ac diſſipator eius, quod ſuum non eſt, ſed Dei, ipſius tamen curę ac adminiſtrationi commiſſi. Dixi, peccaret quodam modo contra iuſtitiam. Quoniam, vt alibi oſtenſum eſt, noſtri ad Deum non eſt iuſtitia quo ad completam iuſtitiæ rationẽ; eo quòd non poſſimus reddere ei æquiualens: eſt tamen altius quid, quàm iuſtitia, quòd arctius nos illi deuincit; eaque de cauſa tranſgreſſio illius, peius quid eſt, quàm iniuſtitia. Sumendo ergo iuſtitiam latè, vt eſſe in nobis poteſt comparatione Dei, interfectio, qua quis ſe ipſum interficit, & mutilatio, qua ſibi irrationabiliter membrum abſcindit, itemque læſio irrationabilis, qua quis ſalutem propriam, aut membrum proprium lædit, peccata ſunt contra iuſtitiam, Dei comparatione, & non ſolùm contra caritatem propriam, qua ſeipſum diligere is tenetur, qui ſibi tale damnum irrationabiliter infert. In hac concluſione, ita propoſita ac explicata, conſentiunt doctores communiter, Diuus Thom. 2. 2. quæſtio. 64. articu. 5. Victoria in relect. de homicidio. nu. 23. Caiet. in ſumma verb. homicidium, Sotus. 4. de iuſtit. quæſt. 2. art. 3. & lib. 5. quæſt. 1. articu. 5. Couar. 1. var. reſolu. cap. 2. num. 8. & plerique alij, nemine, quod ſciam, retragante, tractatuque præcedente Diſput. 18. fuit à nobis aſſerta. Concinit Aug. 1. de ciuit. Dei, qui à capit. 16. vſque ad 26. latè diſputat ac oſtendit, nemini fas eſſe, ſe ipſum quacũque de cauſa interficere, niſi iuſſu aut inſtinctu Dei, qui Dominus eſt vitæ, conſentit item Hier. in 1. cap. Ionæ, & refertur 23. quæſtio. 5. cap. non eſt noſtrum. Poteſt autem eadem concluſio probari. Primò, ex ſcripturis ſacris. Cum enim de rebus externis Pſal. 8. ſcriptura dicat: *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues, & boues uniuerſas, &c.* quo in loco manifeſtè docet, Deum homini, quem (vt ibidem dicitur) conſtituit ſuper opera manuum ſuarum, tribuiſſe dominium rerum externarum, vt de eis libere poſſet diſponere; de vita tamen propria contrarium in eadem ſcriptura ſacra innuitur. Sapientiæ quippe, 16. dicitur: *Tu es Domine, qui uitæ & mortis habes poteſtatem.* Et Deuter. 32. *Ego occidam, & ego uiuere faciam.* Et in quinto decalogi præcepto dicitur: *Non occides*, ſine iuſta ſcilicet cauſa, nihil limitando. Vnde Aug. vbi ſupra colligit, non minus eo præcepto eſſe prohibi-
2 tum occidere ſe ipſum, quàm alium. Secundò, qui alium interficit, etiamſi interfectus ad id conceſſerit facultatem, quin etiam ſi id ab interficiente poſtulauerit, peccat contra quintum Decalogi præceptum: neque eſt alia ratio, niſi quia iniuriam Deo facit, vitæ donum abſque ipſius facultate à proximo ſuo eripiendo, quod Deus illi conceſſerat ſolùm quo ad vſum, ſibi reſeruans dominium illius, qua de cauſa Dauid. 2. Reg. 1. iuſtè morte puniuit Amalechitem illum, qui, id Saule ab eo obnixè efflagitante, Saulem interfecit: ergo is etiam, qui ſe ipſum interficit, peccat ſimiliter contra quintum Decalogi præceptum, iniuriamque Deo facit, vitam à ſe ipſo eripiendo, quæ ipſius non erat quo ad dominium, ſed Dei: Deus ergo dominus eſt vitæ, & non homo, qui ea fruitur. Tertiò, expediens non fuit, Deum facultatem hominibus concedere eripiendi ſibi ipſis vitam, quam illis tribuebat, quæque fundamentum erat cæterorum eorundem bonorũ, & cuius dominium ad ipſum iure creationis pertinebat quin potius fuit expedientiſſimum, Deum id ius ſibi reſeruare: ergo cenſendum eſt, non feciſſe 3
homines dominos ipſorum uitæ, vt eam ſibi eripere poſſent antequam per naturales cauſas, iuxta ſuæ diuinæ prouidentiæ ordinem, ab eis eriperetur. Conſequentia ex eo eſt manifeſta, quoniam homines non potuerunt uitæ dominium habere niſi à Deo, de quo non eſt credendum, conſtituiſſe, niſi, quod eſſet conuenientiſſimum. Confirmatur hæc ratio, quoniam neque lumen ipſum naturæ, neque naturalis inclinatio tanta, quantam homines habent, in ſeque ipſis experiuntur, ad propriæ uitæ conſeruationem, docent, cum illisve conſentit, hominibus à natura ipſa, iureve naturali, eſſe conceſſum, poſſe ſibi eripere propriam vitam; neque iure diuino poſitiuo reperitur id conceſſum; quãdoquidem ſcripturæ ſanctæ contrariũ, vt oſtenſum eſt, ſonant: cum ergo humanum ius nihil ea de re poſſit diſponere; eo ꝙ mutare nõ poſſit, quę de iure ſunt diuino naturali; cõſequens profectò eſt, vt homo dominus non ſit propriæ uitæ, atq; adeò neque ſuorum mẽbrorum, ex quib. homo totus, integraq; illius vita, coaleſcit.

Secunda concluſio. Vita nihilominus, & mẽbra, 4
ſunt donum quoddam homini in ipſius bonum à Deo conceſſum, vt fruatur vita, vtaturque membris ad varias functiones. Eſt inſuper homo conſtitutus dominus earum ſuarum operationum, quæ facultati liberi ſui arbitrij ſubſunt. Conſtitutus item eſt cuſtos & adminiſtrator vitæ ac membrorum. Concluſio hæc ſatis ex ſe eſt perſpicua, communiterque eſt recepta. Et ſecunda pars, nempe, hominem conſtitutum eſſe dominum earum ſuarum operationũ, quæ facultati liberi ſui arbitrij ſubſunt, oſtenſa eſt in cõcordia, & 1. parte multis in locis, ac 1. 2. q. 1. artic. 1. Eſſe verò hominem dominum earum ſuarum operationum, non eſt aliud, quã in facultate ſui arbitrij eſſe poſitum, illas elicere, vel non elicere, aut etiam elicere contrarias, vt maluerit, quod non aliud eſt, quã eſſe liberas: in quoad imaginem & ſimilitudinẽ Dei dicitur homo, ſicut & angelus, factus: eaque ratione capax eſt virtutis ac uitij, meriti & demeriti, dignuſq; laude aut vituperio, præmioque aut ſupplicio. Ex prima verò & tertia cõcluſionis partib. prouenit, ꝙ ſi quis iniuſtè priuet alium vita, aut membro, vel nocumentũ aliud ei in vita aut corpore inferat, non ſolùm peccet cõtra Deum, qui dominus eſt vitæ, ac membrorum illius, ſed etiam committat iniuſtitiam aduerſus ita lęſum, nocumentũ illi inferendo in bonis eo modo ſibi à Deo collatis, ipſiuſq; curæ ac adminiſtrationi commiſſis. Hæc tamẽ iniuſtitia non inuenitur in tali actu, quando eiuſmodi damnum infertur, eo, qui illud patitur, id volente, vt tractatu 1. Diſp. 11. explanatũ eſt: quoniam uolenti & conſentienti non fit iniuria. Sicut autẽ, qui alicui infert iniuſtè nocumentum in corpore, peccat contra iuſtitiam aduerſus illum: ita qui iniuſtè eũ priuat aliquo actu, qui facultati liberi illius arbitrij ſubeſt, aut aliquo vſu ſui corporis, vel mẽbri, non ſinendo exercere illum, peccat aduerſus eum contra iuſtitiam.

Ex ſecunda etiam parte concluſionis, iunctis cæ- 5
teris partibus, prouenit, quòd homo locare poſſit operas ſuas, vſumque ſuorum membrorum, atque ad id ſe obligare. Item, quòd matrimonium poſſit contrahere, tradendo alteri poteſtatem ſui corporis ad matrimonij vſum, & viciſſim ſuſcipiendo in corpus alterius æqualem poteſtatẽ. Atque ad tertium hunc de iuſtitia commutatiua tractatũ agere attinebat de matrimonij cõtractu, quatenus eſt mutua quędã traditio corporum ad matrimonii vſum, liberorumq; procreationem: quia tamen inter Chriſtianos idem contractus fundamentũ eſt ſacramenti, rationemve

ſacra-

ſacramenti ſortitur, poſtquam a Chriſto ſacramen-
tum eſt inſtitutus, merito diſputatio de illo ad mate-
riam de ſacramentis reijcitur.
6 Ex tertia vero concluſionis parte prouenit, quod
homo exponere poſſit periculis propriam vitam, ac
membra, quando id poſtulat recta ratio, vel nauigã-
do, vel bello iuſto rempublicam defendendo, aut
principem aliquem adiuuando, vel vitam propriam
aut proximi defendendo, aut etiam externa bona.
Ex eadem quoque parte prouenit, quod, quando
ita poſtulat bona corporis conſtitutio, aut conſerua
tio, poſſit ſibi abſcindere membrum ad reliquorum
conſeruationem, extrahere teſticulum ad herniam
curandam, ne corpus habitudinem adeo prauam in
totã vitam patiatur, idque nihil impediente, quod
in ea extractione nonnullum vitæ ſit periculum. Ea
dem etiam ratione licitè ſibi extrahit dentem, ne vel
alios inficiat, vel diutinam moleſtiam ac dolorem il
lius patiatur. Et ſimilia alia licitè facit. Quia vero a-
pertio clauſtri virginitatis ſolum eſt permiſſa ad ma
trimonij vſum, inde euenit, quod pati virginem il
lud aperiri à proprio coniuge ad matrimonij vſum,
maritumque id aperire, nullum ſit peccatum contra
quintum præceptum decalogi, ſed ſit res omnino li-
cita: pati autem illud aperiri non ad matrimonij v-
ſum, illudve a maſculo alio aperiri, quam a proprio
7 coniuge ad matrimonij vſum, voluntaſque id pa-
tiendi, aut rumpendi; peccata ſunt contra quintum
præceptum decalogi: non ſecus atque peccata ſunt
contra quintum præceptum decalogi, pati ruptio-
nem, aut abſciſſionem, alterius membri, illamque ef
ficere, aut pati velle, vel velle eam efficere, abſque le
gitima cauſa. Atque hinc intelliges, ſtuprum, volun-
tatemque illud efficiendi, mutare ſpeciem, ſuperad-
dendo peccato fornicationis, contra ſextum præce-
ptum decalogi, nouam ſpeciem contra quintum,
quæ neceſſario eſt confitenda: ſicut fornicatio ha-
bentis votum caſtitatis, aut cum habente votum ca-
ſtitatis, ſpeciem mutat, ſuperaddendo peccato forni
cationis, peccatum ſacrilegij contra virtutem reli-
gionis. Inde item intelliges, cur fœminam fornican-
do amittere virginitatem, aut velle illam amittere,
ſit circunſtantia ſtupri neceſſario confitenda: adole
ſcentem vero virginem, fornicando virginitatem
amittere, aut velle eam fornicando amittere, non eſ-
ſe circunſtantiam mutantem ſpeciem, neque neceſ-
ſario confitendam: fęmina enim illa non ſolum pec
cat contra ſextum decalogi præceptum, ſed etiam
contra quintum, ob ruptionem ſine legitima cauſa
clauſtri virginitatis: ille vero alius adoleſcens, eo
quod nullum membrum in eo rumpatur, non pec-
cat contra quintum decalogi præceptum, niſi cum
virgine fornicetur, aut fornicari velit. Illud etiam
obſerua, quando fęmina coniugata, inepta eſſet v-
ſui matrimonij, quod ſtrictæ eſſent viæ ad copulam,
nullum eſſe peccatum ad matrimonij vſum vias a-
perire ferro, aut alio inſtrumento: quoniam apertio
illa ad debitum eſſet finem, dummodo non fieret
fornicando. Quæ commemorata ſunt, homini licet,
quatenus cuſtos atque adminiſtrator eſt vitæ ac mẽ-
brorum, & quatenus vita ac membra data ei ſunt ad
vſum, & ad comparanda vitæ neceſſaria, atque ad
exercendas virtutes, vt ſupra in materia de caritate,
præſertim. quæſtio. 26. articulo quinto, & quæſtion.
trigeſima ſecunda, articulo quinto, dictum ex parte
eſt, vbi multa diximus, quæ in hoc tertio tractatu di-
ſputari poterant.
8 Tertia concluſio. Reſpublica, & per conſequens
princeps, qui caput eſt illius, dominium non habet
vitæ, nec membrorum, ſuorum ſubditorum; ſed
ſolùm habet regimen atque adminiſtrationem eo-
rundem ſuorum ſubditorum in ipſorum bonum, ac
cõmune. Ratione autem huius regiminis & admi-

A niſtrationis in eum finem poteſt illos exponere pe-
riculis, quantum recta ratio præſcribit, ac poſtulat
commune reipublicæ bonum. Poteſt item illos pu
nire, etiam uitam in pœnam ab eis auferendo, ſi ita
opus ſit, commereanturque eorum delicta, ac efflla-
gitet commune reipublicæ bonum. Hæc autem po
teſtas à Deo naturali iure deſcendit, poſtulante id
ita conditione humana, naturaque ipſa rei, vt tracta
tu præcedente Diſputatione 22. iunctis anteceden-
tibus & ſequentibus, comprobatum eſt. Conclu-
ſionem hanc affirmat Sotus locis citatis, & eſt com
munis doctorum. Probari autem poteſt, quoniam,
vt tractatu præcedente Diſputat. 25. & aliàs ſæpe
eſt oſtenſum, atque ex ſe eſt ſatis perſpicuum, teſta-
turque experientia, neque reſpublica, neque ſupre-
B mi principes, qui illam gubernant, dominium ha-
bent rerum externarum ſuorum ſubditorum: ergo
multo minus habent dominium vitæ ac membro-
rum eorundem ſibi ſubditorum. Quando ergo Di
uus Thom. 2. 2. quæſtio. 64. articu. quinto, ait, eum,
qui ſe ipſum interficit, iniuriam facere reipublicæ;
quia id, quod eſt, eſt communitatis cuius eſt pars.
Atque ibidem in reſponſione ad 1. ait, ſe ipſum ali-
quem interficiendo, peccare contra iuſtitiam com-
paratione ſuæ communitatis. Quando, inquam,
hæc Diuus Thomas ait, non ita illa intelligas, (vt 9
bene Sotus vbi ſupra admonet) quaſi reſpublica do
minium eius, qui ſeipſum interficit, habeat, & qua-
ſi ille à republica auferat, quod titulo dominij erat
ſuum; eo modo, quo mancipium iniuriam domino
C ſuo faceret, ſe ipſum interficiendo: ſed intelligas,
quòd propter coniunctionem illam, quam cum ſua
republica habet, interfectio illa cedit in iniuriam
ſuæ reipublicæ: eo modo, quo filij interfectio ce-
dit in iniuriam patris, & interfectio vxoris, in in-
iuriam cedit mariti, propter coniunctionem illam,
quam habent, nimirum filius cum ſuo patre, & vxor
cum marito.
Quarta concluſio. Quia homo cuſtos, & ad-
miniſtrator eſt cõſtitutus ſuæ propriæ uitæ, ac mem
brorum, nullus, ipſo renuente, poteſt ſecare ab eo
membrum gratia curationis, aut medicamentum a-
liud ei applicare. Excipe, niſi ſub cura eſſet paren-
tum, aut tutoris, aut niſi ſub prælati obedientia vi-
ueret. Iuſſu quippe horum, quibus ita ſubeſt, e-
D tiam ipſo renitente, ſecari ab eo poſſent membra,
aut applicari medicamenta, quæ illi expedire iudi- 10
carentur ad illius incolumitatẽ ac bonorum. Hanc
inter alios, affirmat Sotus quinto de iuſtit. quæſtio.
ſecunda, articu. primo. Ratio verò illius eſt, quo-
niam tam ipſe, quàm qui ita regimen illius habent,
vt illis parere in regimine ſui corporis teneatur, ſu-
biectum habent id corpus, vt in illo fiant, quæ ad il-
lius bonum expedire iudicabuntur; reliqui verò nõ
item: ergo quamuis, qui commemorati ſunt, præ-
cipere poſſint membri amputationem, aut medica-
menti applicationem, & id per ſe ipſos exequutio-
ni mandare, quando ita iudicauerint expedire, e-
tiam renuente eo, qui tali medicatione indiget, alij
E tamen id non poſſunt. Atque inter eos, qui id non
poſſunt, connumerat Sotus etiam poteſtates pu-
blicas: quoniam eis commiſſa non eſt cura ea in par
te corporum ipſis ſubditorum, ſed ſolùm, eorum
regimen in commune bonum. Obſerua tamen, ſi
in aliquo euentu iudicaretur, bono communi ex- 11
pedire, vt aliquid tale fieret, tunc ad id poſſet co-
gere poteſtas publica. Vt ſi reſpublica multos a-
mitteret ſubditos, vel inficerentur multi, propte-
rea quòd non applicaretur tale uel tale genus me-
dicationis, vel ſi uita hominis periclitaretur, cu-
ius ſalus multum reipublicæ intereſſet, eſſetque pro
babilis ſpes, quòd adhibito tali vel tali genere me-
dicationis, euaderet, cogere tunc poteſtas publi-
ca

ca ad id poſſet. Illud etiam obſerua, ex præſumpta voluntate eius, ſub cuius poteſtate aliquis eſt, poſſe tertium quendam cogere ita ſubditum ad genus aliquod curationis ſuſcipiendum. Verbi gratia, eſt filiusfamilias in famulatu alicuius, aut ſub alicuius cura in ſtudio, abſenteque patre, talis filius familias indiget medicatione aliqua,quam non vult ſuſcipere; ſanè, ſi abſque vlla dubitatione is, cui talis filiusfamilias ſeruit, vel qui in ſtudio curam illius habet, intelligat patris uoluntatem eſſe, vt ad id ſuſcipiendum illum cogat, cogere eum ex quaſi delegato patris imperio poterit. Illud addo,quando vita alicuius periclitaretur omnino, niſi is ali-
12 quid adeò leue faceret, vt ſub reatu lethalis culpæ, ad mortem aut ad membri abſciſſionem euadendam, teneretur id efficere, tunc à quocunque lege caritatis poſſe ad id cogi, illoque inuito, poſſet quiuis id in eo exequi, imò verò ad id teneretur ſub reatu culpæ lethalis,ſi abſque notabili ſuo periculo poſſet id exequutioni mandare: non ſecus atque tenetur quiuis eripere ab eo enſem, quo ſe vult interficere, arcereque eum à flumine, in quod vult ſe inijcere: vnicuique enim mandauit Deus de proximo ſuo. Concluſio ergo propoſita ſolùm intelligitur, quando certum omnino non eſt, remedium profuturum ad graue malum proximi uitandum: aut quando remedium eſt tale, quod propter nimium dolorem, vel alia legitima cauſa, non tenetur is ſub reatu lethalis culpæ illud ſubire, qui eo indiget ad vitam,aut membrum,conſeruandum.

DISPVT. 2.

De varijs iuribus in perſonas coniunctas. Et quo modo iniuria ex coniunctione reſultet in alios. Atque quouſque variæ poteſtates infligere corporales pœnas poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Varia iura variæque poteſtates reſultantes ex coniunctionibus varijs quas habet homo tam cum perſonis priuatis quam cum corpore reipub. cuius eſt pars, & num. 2.*

3 *Iniuriam patitur maritus ex adulterio quod fit cum ſua vxore, & è contra vxor ex adulterio quod cum alia committit maritus; Parentes ex ſtupro filiæ fam. in poteſtate exiſtentis.*

4 *Iniuriæ qualitas, ac quantitas quomodo attendatur.*

5 *Perſonæ quibus actio iniuriarum cõpetit ratione coniunctionis vel alterius, & quibus non, & nume. 6. 7. 8. & 9.*

10 *Defunctus an poſſit ob quæcunque debita illius impediri ſepeliri, & quando hæredes aut uxor defuncti ob illa conueniri poſſint?*

11 *Pœnas violantium ſepulchra uide remiſſiuè, actionemque ſepulchri uiolati quibus detur, nu. 12.*

13 *Enumerantur perſonæ tam laicæ quàm Eccleſiaſticæ puniendi poteſtatem habentes, & quas pœnas infligere poſſint.*

14 *Pœna atrox quæ ſit, & quouſque parentes uel domini procedere poſſint in puniendis filijs uel mancipijs.*

15 *Et qualiter peccare poſſint, ſi ex odio uel ira puniant.*

16 *Et qualiter condonare ac remittere poſſint. Et quid ſi iuramento aſtrinxiſſent ſe punituros.*

A 17 *Et quid agendum ſi puniendus in ſacris ſit conſtitutus, uide remiſſiuè.*

18 *Parentes & dominos poſſe in carcerem & uincula priuata conijcere filios & ſeruos aſſeritur.*

19 *An poteſtas dominorum & parentum puniendi & coercendi filios ac ſeruos ſuos ſit de iure naturali introducta?*

20 *An & qualiter maritus punire poſſit uxorem.*

VT tractatu præcedente Diſputat. 22. copioſè explanauimus, quia homo ſuapte natura ſociale animal eſt plus longè, quàm cætera ſocialia animalia, coniunctiones multas habet, tum cum perſonis aliquibus priuatis, tum etiam cum corpore reipublicæ, cuius
B eſt pars. Atque ex eiuſmodi coniunctionibus iura varia ſequuntur in perſonas coniunctas,reipublicęque totius,ac poteſtatum eius,in ſingulas eiuſdem reipu 1
blicæ partes. Ex coniunctione enim per matrimonium maris & feminę generationis cauſa,reſultat familia,vt ibidem fuit explicatum. Atque inter capita ipſa familiæ,hoc eſt,inter virum & vxorem,eſt mutuum ius, corporumque mutua poteſtas, ad matrimonij vſum; itemque vt vnuſquiſque eorum ad familiæ adminiſtrationem id præſtet, quod ad ipſum ſpectat. Eſt enim vxor adiutorium viro datum,non ſolùm ad generationis opus,ſed etiam ad familię adminiſtrationem,vt Geneſ. ſecundo,habetur,ac proinde ius vnicuique eorum competit in alium, vt alter eas operas idque præſtet,quod ad familiæ ſuſten
C tationem & adminiſtrationem tenetur. In eadem item familia, quæ ex illa coniunctione maris ac fęminę reſultat,ſequentes poteſtates,vt diſputatione citata copioſè eſt dictum,reſultant. Viri in vxorem,quę naturaliter viro ſubeſt. Parentũ in filios,itemque in ſeruos,aut famulos, ſi familia perfecta tantaque ſit, vt mancipia, aut famulos,habeat. Sunt enim quædam familię in republica minus perfectę,quarũ quędam ſeruis ac famulis carent, aliæ liberis,aut etiam ſeruis, aliæ dominum & mancipia, aut famulos habent,ſed carent partibus alijs familiæ, vt ſunt familiæ clericorum,viduorum,& aliorum,qui nunquam matrimonium contraxerunt. Ex filiorum autem generatione, eorumque coniunctione cum alijs per matrimonium,coniunctiones variæ conſanguinita-
D tis,affinitatiſque,inter homines reſultant. Ex coniunctione item hominum in vnum populum ad conuiuendum,ſeque mutuò ad vitæ neceſſaria adiuuandum,vt in maiorē aliam communitatem,quæ ex varijs populis coaleſcat, reſultat reſpublica,quam poteſtas totius corporis illius in ſingulas ſuas partes conſequitur, indeque vlterius deriuantur poteſtates aliæ, quæ ab ipſa republica regimini cæterorum præficiuntur, vt hæc omnia diſputatione citata copioſè explanata ſunt; qua de cauſa illa hoc loco ſolùm velut numerando percenſemus. Ad finem etiam ſupernaturalem eſt reſpublica ſpiritualis Eccleſiæ hominumque congregatio ſub eadem fide, quæ ſuas quoque habet poteſtates cum iuriſdictio-
E ne in totum Eccleſiæ corpus, & in partes, quibus 2
conſtat,ſed præcipuè in perſonas Eccleſiaſticas, vt tractatu præcedente Diſputatione 21. & à Diſputatione 28. eſt dictum. In eadem etiam Eccleſia variæ ſunt congregationes religioſorum autoritate ſummi Pontificis conſtitutæ,quæ ſuos etiam habent prælatos, iuriſdictionem & vim coerciuam in ſibi ſubditos habentes. Sunt etiam in republica Chriſtiana varię vniuerſitates autoritate ſummi Pŏtificis ac principum ſecularium inſtitutę cum varijs priuilegijs illis conceſſis: quæ ſuos habent peculiares iudices ac poteſtates in vniuerſitatis membra cũ vi coerciua. Aliqui etiam in rebus publicis pręficiuntur, vel ad docendos alios liberales artes, aut etiam mecha-

mechanicas, vel ad moderandos ac regendos alios, quos ſibi ea in parte habent ſubiectos, cum poteſtate animaduertendi in illos, eosve puniendi, vt communis conſuetudo vſusque teſtatur. Atque hæc dicta ſint de primo eorum, quæ in titulo ſunt propoſita.

Quod verò ad ſecundum attinet, dicendum in primis eſt. Quando in eo, quod circa vnam perſonam fit, præiudicatur iuri, quod perſona alia illi cõiuncta habet, ne id fiat, fieri iniuriam perſonæ ita coniunctæ, nihil impediente, quòd perſona, circa quam id fit conſentiat, nullaque proinde iniuria in
3 eo illi fiat. Verbi gratia. Si vxor alicuius ſua ſponte adulteretur cum aliquo, ſanè adulter iniuriam facit marito eius vxoris: eo quòd contraueniat iuri, quod is maritus habet, vt nullus abutatur ſua vxore. Vxori tamen illi nulla fit iniuria: eo quòd volenti ac conſentienti nulla fiat iniuria. Eodem modo, ſi maritus adulteretur cum aliqua, tam maritus, quàm illa, cum qua adulteratur, iniuriam faciunt vxori talis adulteri, quatenus contraueniunt iuri, quod illa habet, ne maritus ſuus ad aliam accedat, aliave cum ipſo commiſceatur. Similiter, ſi quis defloret virginem filiamfamilias ſua ſponte conſentientem, quamuis non faciat iniuriam tali filiæfamilias conſentienti, facit tamen iniuriam parentibus illius, qui curam eius habent, & quorum iuri contrauenit.

Dicendum eſt deinde. Iniuriam factam vni perſonæ, redundare in perſonas illi coniunctas: eaque de cauſa, cæteris paribus, eum qui iniuriam fecit, eo grauius peccare, quo perſona iniuria affecta plures habet perſonas ſibi coniunctas, vel conſanguinitate, aut affinitate, vel amicitia, vel aliquo alio nexu, vt Diuus Thomas ſecunda, ſecundæ, quæſtio. 65. ar
4 ticu. quarto, affirmat. Obſerua tamen, attendendum eſſe ad iniuriæ qualitatem ac quantitatem, atque ad vſum, communemve æſtimationem, num illud reputetur iniuria comparatione coniunctorum: ex circunſtantijs enim concurrentibus qualitatum perſonarum, qualitatis iniuriæ, communiſque exiſtimationis ea de re, attendendum eſt, ad quos, & ad qualiter coniunctos, ea iniuria pertingat, & ad quos cenſenda non ſit pertingere: atque interdum tam parum ad reliquos attinebit, vt iniuria, in ſe grauis, comparatione eius, qui immediatè eſt ea affectus, illorum comparatione leuis admodum ſit cenſenda.

Interim prætermiſſa iniuria, quæ facta circa vnum, directè præiudicat iuri alterius, vt eſt adulterium cum vxore comparatione mariti, & ſtuprum cum filiafamilias, comparatione patris; in quibus
5 dubitari non poteſt, actionem competere ſic iniuriam paſſis ob eam ſuam propriam iniuriam. Quod attinet ad reliquas iniurias alijs factas. Iniuria ſi facta ſit pupillo, ad tutorem attinet agere actione iniuriarum loco, & nomine illius. Et eodem modo ad eum, qui curam amentis habet, agere iniuriarum loco, & nomine illius ſpectat ob iniuriam tali amenti factam. Ita habetur. l. 9. titu. 9. parte ſeptima. Quando autem iniuria alteri eſt facta, agere nomine proprio actione iniuriarum, quaſi ad ipſum per conſequentiam (vt habetur. l. prima. §. item aut. ff. de iniurijs) ea iniuria attineat, in ipſumque redundet, ſolùm conceditur in iure ſequentibus perſonis. In primis parentibus, quando iniuria facta eſt liberis, qui ſub ipſorum ſunt poteſtate, vt habetur. §. citato. §. patitur. inſtitut. eodem titu. & l. 9. titu. 9. par. 7. id quod ad auos, & proauos, ſe extendebat comparatione nepotum & pronepotum, vt ex iuribus citatis conſtat. Cum autem filij de iure huius regni poſterius lato, & de iure Luſitano, extra auorum & proauorum ſint poteſtatem, non attinet

A in his regnis ad auos, aut ad proauos, de illorum iniuria nomine proprio agere, ſed ad ſolum patrem, quando ſub illius ſunt poteſtate.

Deinde quando vxori alicuius iniuria eſt facta, actio iniuriarum conceditur de iure communi ipſimet vxori, & patri, reliquiſque aſcendentibus illius per lineam maſculinam, ſub quorum poteſtate erat, nihil matrimonio impediente, marito item conceditur, & ſocero talis vxoris, ſub cuius poteſtate maritus eius vxoris erat, vt hæc omnia habentur. §. patitur inſtitut. de iniur. & conſentiunt duo alia iura citata. Hodie verò de iure poſteriori huius regni, & Ius Luſitan. & Caſtellę.
Luſitaniæ, cum vxor & maritus eo ipſo, quòd matrimonium contrahunt, (accedente in hoc Caſtellæ regno velatione) patriam egrediantur poteſta-
B tem, vt tractatu præcedente ſæpe eſt oſtenſum, ſoli vxori, & marito competit agere iniuriarum pro iniuria vxori illata. Conſentit Gregorius Lopez, l. 9. citata verb. *por ſu nuera*. Sponſo item conceditur agere iniuriarum pro iniuria facta ſponſæ, vt habetur. l. item apud Labeonem. §. ſponſum quoque. ff. de iniur.

Quia mancipium ſub poteſtate eſt domini, ſi mãcipio iniuria ſit facta, quæ in domini deſpectum, iniuriamve fiat, vel, eſto in domini iniuriam non fiat, ſit non leuis conditione mancipii attenta, ad dominum in vtroque euentu, & non ad mancipium, pertinet agere iniuriarum. Quando autem iniuria eſſet leuis, vt ſi mancipium colapho percutiatur ſine læſione, aut conuitium illi dicatur, neque domi- 6
C no pro ea leui iniuria comparatione ſui mancipij actio iniuriarum conceditur. Tametſi attendenda ſit qualitas mancipij ad iudicandum, num iniuria leuis ſit: quæ enim iniuria leuis erit comparatione vnius mancipij communis ac abiecti, non erit leuis comparatione alterius, vt Vlpianus. l. item apud Labeonem ſtatim citanda rectè admonet. Hæc omnia habentur. §. ſeruis, iuncto. §. ſequenti, inſtitut. de iniuriis, l. prima. §. item ait, & copioſius. l. Item apud Labeonem. §. prætor ait qui ſeruum. ff. eodem titulo, & l. 9. citata. Quando autem ſerua ſtuprum eſſet paſſa, ea iniuria tanta reputatur, vt pro illa iniuriarum actio domino concedatur. l. ſi ſtuprum. ff. de iniuriis. Gregorius Lopez l. 9. citata gloſſa penult. propendet, quando iniuria facta mancipio eſ-
D ſet leuis, iudicem ex officio, audita querela, vel ipſius mancipii, vel domini, debere procedere ad illam puniendam ex ſuo officio, ne crimina maneant impunita, & ne manere impunita præbeat incentiuum iniuria afficiendi mancipia contra naturale ius, citatque in confirmationem legem apud Labeonem. §. citato, quæ licèt non vrgeat, fauet tamen ex parte.

Si famulo libero, aut vaſallo, iniuria fiat, non cõceditur actio domino, ſed ſolùm ipſi iniuriam paſſo. Excipitur, niſi in contumeliam, ſeu iniuriam talis domini, eſſet ea iniuria illata: nam tunc actio vtrique concederetur, vnicuique videlicet eorum, quatenus id in iniuriam illius eſſet factum, ſeu cederet.
E Qua eadem ratione, ſi mancipium vnius, alteri ſeruiat, iniuriaque afficiatur mancipium in contemptum eius, cui ſeruit, quique dominium illius non habet, competit tunc & domino mancipij actio iniuriarum pro iniuria ſuo mancipio facta, ſi talis iniuria leuis non ſit habita ratione talis mancipij, & competit illi, cui ſeruiebat, in cuius contemptum atque iniuriam id factum. Hæc omnia habentur. §. ſed ſi libero. inſtitut. de iniur. l. item apud Labeonem in fine. ff. eodem titulo, & l. 10. titulo 9. part. 7. Hæc, & præcedentia, minus exactè tradit Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 6. num. 5. & 6.

Religioſo ſi facta ſit iniuria, iniuriarum actio per- 7
tinet ad prælatum, ſeu monaſteriũ, & non ad ipſum

religioſum: ſicut quando iniuria facta eſt mãcipio, actio iniuriarum non ad mancipium, ſed ad dominum ſpectat. Ita habetur l.10. titulo 9. parte 7. & affirmant gloſſa 1.cap.parochianus. de ſententia ex commun. & doctores communiter. Qua de cauſa, quando iniuria facta eſt religioſo, aut mancipio, nõ ſatis eſt, ſi religioſus, aut mancipium, illam remitat, vt ceſſet actio; ſed neceſſaria eſt remiſſio monaſterij, ſeu prælati, aut domini mancipij: his vero remittentibus iniuriã, ceſſat actio, eſto religioſus, aut mancipium, renuant, illamve non remittant, vt affirmant gloſſa citata, Nauarrus cap. vulgaris de pœniten. diſtinct. prima, nume. ſecundo, & doctores communiter.

8 Eodem modo, quando iniuria facta eſt filio ſub patria poteſtate exiſtenti, ad patrem, & non ad filium pertinet ea actio iniuriarum, vt patet. l.ſed ſi vnius.§.ait prætor ſi ei.ff.de iniur.& affirmant gloſſa citata, Nauar. vbi ſupra, & doctores communiter; quos Iulius Clarus. 5.lib.ſent.§.vltim.quæſt.18.nu.22.refert ac ſequitur: meritoque cum Aries Pin.l.1. de bonis mater.part.3.nu.vltim.reijcit quandam limitationem. Atque, ſi pater remittat iniuriam, etiam filio renitente, valet remiſſio, & ceſſat actio: ſecus ſi filius, & non pater, illam remittat.

Ait tamen Iul. Clar. in ſenatu Mediolanenſi patris & filij remiſſionem exigi. Quod conſonum mihi videtur rationi, quando filius familias maior eſſet: atque hoc fortè eſt, quod Aries Pinel. vbi ſuprà vult: cum de iure communi filij etiam cõiugati ſub patria ſint poteſtate.

Obſerua tamen, ſi pater, ſub cuius poteſtate eſt filius, & ad quem actio iniuriarum pertinebat, abſens ſit, vel aliter impeditus ad agendum, vt quia amens, aut aliqua alia ratione, ita vt neque per ſuum procuratorem generalem ſufficienter intentari, aut continuari poſſit actio, tunc, re cognita & examinata per iudicem, admittitur filius ad eam actionem intentandam, aut proſequendam: & idem eſt, ſi is filius patriam egrediatur poteſtatem poſt acceptam iniuriam, & antea quàm intẽtat vel finita ſit actio. Item, quando pater perſona eſſet vilis & abiecta, honeſtaque eſſet perſona filij, eſto pater remitteret iniuriam, aut actionem intentare non vellet, concederetur tali filiofamilias actio iniuriarum in præſentia patris, ob iniuriam ſibi illatam. Hæc omnia habentur. l.ſed ſi vnius.§.ait prætor ſi ei, ff.de iniur. Hac eadem ratione, ſi religioſo abſenti longè à ſuo prælato ac monaſterio, vt in ſtudio, aut alibi, iniuria fieret, ita vt non eſſet facilis aditus ad ſuum prælatum, tunc, cauſa ſimiliter cognita per iudicem talis abſentię prælati, concederetur actio religioſo ob iniuriam ſibi illatam, vt affirmant Gloſſa citata iuncta additione in margine, & Gloſſa 2.cap.non dicatis.12. quæſt.1. Nauar.in eandem Gloſſam eodem cap.nõ dicatis. num.29. & in alia editione.nume.97. Gregor. Lopez. l.10.citata.verb. *maioral*, & doctores communiter, argumento eorũ, quæ de filiofamilias abſente patre.l.ſed ſi vnius citata, ſancita ſunt. Idẽ dicendum arbitror de iniuria mancipio irrogata abſente domino, cauſa videlicet ſimiliter per iudicem cognita, concedi mancipio actionem iniuriarum, ſicut & religioſo.

Iniuriam Eccleſiæ factam, non ad ſolum prælatum, ſed ad prælatum ſimul cum capitulo remittere ſpectat. Ita cum Fel.& communi doctorum ſententia Iul.Clar.quæſt.58.citata.num.23.

9 Item ob iniuriam cadaueri, oſſibusve eius, aut circa ſepulchrum defuncti factam, itemque ob defuncti famam poſt eius mortem laceratam, conceditur hæredibus illius nomine eorundem hæredum iniuriarũ actio: eo quòd vnum cum defuncto, in cuius bonis ſuccedunt, reputentur. Si tamen ante aditam A hęreditatem, poſt defuncti mortem, ea iniuria defuncto fiat, actio competit hæreditati iacẽti, quæ defunctum repræſentat, & per hæreditatem tranſit poſtea in hæredem eo ipſo, quòd hęreditatem adit. Hęc habentur.l.1.§.& ſi fortè.& §.quotiens.ff.de iniur.& l.13.tit.9.part.7. Atque hac eadem.l.13. habetur etiam, quod ex varijs iuribus communibus tractatu præcedente in calce Diſputat.214. dictum à nobis eſt, nempe ſub grauibus pœnis, ibi commemoratis, [10] non poſſe defunctum ob quæcumque illius debita impediri ſepeliri. Et quamuis pauci, ducti quibuſdam iuribus, (quæ, ſi expendantur, nihil tale ſtatuunt) aſſeruerint poſſe impediri; Gregor. Lopez ibi Gloſſa.1.rectè cum pleriſque alijs affirmat, id eſſe contra aperta iura, tum huius regni, tum etiam cõ B munia, quæ eadem diſputatione 214.à nobis relata ſunt. Vtrum autem, ſi hęredes agere velint, non ciuiliter ad pœnas diſputatione citata relatas, ſed criminaliter actione iniuriarum, vt delinquẽs iudicis arbitrio, pro iniuriæ quantitate & qualitate, puniatur, locum ea actio habeat? Lex 13.citata innuere id videtur, & propendet Gregorius Lopez ibi.eadem.l.13. ſubiũgitur, id quod nos tractatu pręcedente in prin. Diſputatione 216. ex iure communi diximus, non poſſe ſcilicet hæredes, aut defuncti vxorem, intra nouem dies à morte defuncti conueniri, aut moleſtari, ob debita defuncti. [11] Pœna autem ſtatuta violantibus ſepulchra, inde lapides aut alia extrahendo ad ædificia, vel ad ea vendendum, vel diripiendo veſtes, aut res alias, cum quibus cadauera humata ſunt, vel extrahendo inde cadauera, aut oſſa eorum, habentur. C l.12.titu.9.part.7. & C. ac. ff.de ſepulchro viol.varijs iuribus, quæ Gregor.Lopez l.12. citata refert. Lege 14.titul.13.part.1.habetur, quando aliquis de induſtria exhumat corpora defunctorum, vel ad ea diripiendum, quibus humatus defunctus erat, vel in iniuriam conſanguineorum, conſanguineis, ſiue hæredes ſint ſiue non, concedi actionem iniuriarum, vt ipſis ſoluantur, quantum æſtimarent, id non eſſe factum, accedente ſimul iudicis arbitrio; nec ita delinquentem deberi minus condemnari, quàm centũ aureis, & pœnam applicandam eſſe ei, qui accuſauit, aut diuidendam eſſe inter multos, ſi multi, accuſarunt. Neque pœnam illam deberi creditoribus defuncti, ſed retinere eam poſſe illos, quibus adiudi D cata eſt, eſto non ſit vnde bona defuncti ſoluantur: quoniam illa non habent rationem boni defuncti, ſed pœnæ ob delictum impoſitæ. Conſentiunt.l.3. & 1.quæſitum.ff.de ſepul.viol. [12] Anton.Gom.3.tom. var.reſ.capit.6.nume.5.ait, de iure communi eam actionem competere ſolis hæredibus defuncti: legem verò illam.1.eam actionem extendere ad omnes defuncti conſanguineos, etiam ſi hæredes non ſint. Obſerua tamen, in his iuribus, & l.12.titulo 9. part.7.non eſſe ſermonem de quacunque iniuria defuncto facta, ſed ſolùm de iniuria ſepulchri violati modis omnibus hactenus explicatis, atque legem.3. ff.de ſepul.violato, & legem.12.citatam.addere, in defunctum eorum, ad quos ſpectat intentare actio- E nem de ſepulchro violato, poſſe illam intentare quemcunque de populo, vnde popularis eſt; veriſimileque eſt de iure communi concedi omnibus defuncti conſanguineis, ante quàm quiuis de populo poſſit eam intentare.

Quoniam agere de iniurijs ad quartum tractatum ſequentem potius, quàm ad hunc tertium, vt ibi videbimus, ſpectat; tametſi agere de ijs iniurijs, quę in facto conſiſtunt, corpuſque noſtrum, aut perſonarum nobis coniunctarum lædunt, ad hunc etiam tractatum agere attineat, quatenus, licèt coniunctam ſæpe habeant læſionem in honore & æſtimatione, qua ratione ad quartum tractatum pertinebant, lædunt tamen corpus, ſeu vitam, quæ magis

gis

gis præcipuum bonum eſt, qua de cauſa de eiuſ-
modi iniurijs dicemus infra diſput.40. hæc ſolùm
dicta obiter hoc loco ſint, vt intelligeretur, in qui-
bus euentibus, ius,vni concedat actionem ob iniu-
riam alteri ſibi aliquo modo coniuncto factam. At-
que hæc quod attinet ad ſecundum eorum,quæ in ti
tulo huius diſputationis propoſita ſunt.

Quod verò ad tertium attinet,conſtat rempubli-
cam,& poteſtates laicas ab ea ad id deriuatas,proce
dere poſſe vſque ad mortis pœnam, ſi delictum ea
ſit dignum; & longè maiori cum ratione poſſe pro
cedere ad membri mutilationem, ad pœnam fla-
13 gellorum, exilij, ad incluſionem in carcerem, tum
ad reorum cuſtodiam,tum etiam in eorundem pœ-
nam, atque ad cæteras corporales pœnas morte in-
feriores.

De prælatis Eccleſiaſticis, & de prælatis religio-
ſorum,manifeſtum etiam eſt, procedere aduerſus ſi
bi ſubditos poſſe vſque ad incluſionem in carcerē,
& vſque ad verbera, & alias pœnas iure canonico
ſtatutas. Raró tamen Eccleſiaſtici prælati pœnam
flagellorum imponunt perſonis Eccleſiaſticis, pu-
blicè præſertim. Eam tamen imponere poſſunt,e-
tiam perſonis in ordinibus ſacris conſtitutis,vt con
ſtat ex cap.1. de calumniatorib. & notant Panorm.
ibi,& alij. Capite tamen cum beatus Paulus. 45.di-
ſtinc. præcipitur,vt verbera presbyteris non impo-
nantur niſi pro maioribus criminibus: rariſſimeq;
verbera publica illis imponi conſueuerunt propter
honorem eis debitum. Potius adiguntur triremi-
bus,traditi brachio ſeculari,tam ipſi, quàm religio-
ſi,vt induti alijs veſtibus,ibi remigent. Pœnam ſan
guinis exercere non poſſunt prælati. Poſſunt ta-
men aliquando degradare ſuos ſubditos, tradereq;
illos brachio ſeculari, in caſibus iure canonico ad id
conceſſis: tunc verò ſeculares poteſtates ſanguinis
pœna eos afficient pro delicti qualitate, iuriſque ci-
uilis diſpoſitione.

Parentibus & dominis licitum eſt punire filios,
& ſeruos, etiam famulos mercede conductos, non
tamen pœna atroci, vt tractatu præcedente in calce
Diſputationis 228. in ſexto effectu patriæ poteſta-
tis, explanatum comprobatumque eſt, & habetur.
l.9.titu.8.par.7.& alijs iuribus,quæ ibi Gregor. Lo
pez citat. Vſque adeò autem ad parentes & domi-
nos ſpectat punire prædictos omnes ſuos domeſti-
cos, vt, ſi pro furtis leuibus domeſticis, etiam ſuo-
rum famulorum mercede conductorum, intentare
velint actionem,non audiantur;eo quòd ad ipſos ſo
lùm ſpectet eos punire pro eiuſmodi leuibus deli-
ctis,vt habetur.l.reſpiciendum. §.furta domeſtica.
ff.de pœnis, cuius verba ſunt: *Furta domeſtica,ſi le-
uiora ſunt,publicè* (hoc eſt,à poteſtate publica) *uin-
dicanda non ſunt: nec admittenda eſt eiuſmodi accuſa-
tio,cum ſeruus à domino,libertus à patrono,in cuius do-
mo commoratur, uel mercenarius ab eo,cui operas ſuas
locauerat, offeratur quæſtioni;* (id eſt, intentata fuerit
accuſatio) *nam domeſtica furta uocantur,quæ ſerui do
minis,uel liberti patronis, uel mercenarij ijs, apud quos
degunt, ſurripiunt.*

14 Porrò pœna atrox in propoſito eſſet mortis, mu-
tilationis, vulneris, flagellorum publicorũ per vias
publicas, aut in alio loco publico, & aliæ ſimiles.
Item pœna atrox eſſet, tam grauia verbera, percuſ-
ſiones, aduſtiones, aut ſimilia alia, quæ filium, aut
ſeruum, exponerent vitæ periculo, aut notabilis di-
minutionis illius, vel periculo amiſſionis membri,
aut partis illius. Procedere ergo poteſt pater, aut
dominus in puniendo filio,vel mancipio, ad verbe-
ra, & ictus, ex quibus non immineat detrimentum
notabile,aut læſio,etiam ſi verberibus, aut alia per-
cuſſione,excorietur aliquid; modò tamen delictum
tanta pœna ſit dignum. Conſentiunt, non ſolùm

A Diuus Thom.2.2.quæſt.65.articu.2.ſed etiam ſcri-
ptura ſacra. Prouerb.enim 13.ſic habetur: *Qui par-
cit uirgæ, odit filium.* Et c.23. *Noli ſubtrahere à puero
diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum uirga,non morie-
tur.* Et Eccleſ.13. *Seruo maleuolo tortura & compe-
des.* Vtrum autem licitum ſit adurere mancipia gut
ta ſuilla,aut cera, vt ab aliquibus dominis fieri con-
ſueuit. Non auderem id damnare, quando modera
tè fieret,& ſine periculo vitæ, aut notabilis læſionis
mancipij, & quando delictum eſſet tanta pœna di-
gnum,aut mancipium adeò eſſet durum ac incorri-
gibile, vt neceſſaria illi iudicaretur tanta pœna, vt
corrigeretur & contineretur in officio. Semper ta-
men conſulendum eſt dominis, vt potius vtantur
pœnis mitioribus.

B Vtrùm item ſit licitum, ſignare mancipia in fa-
cie. Affirmanter eſt reſpondendum,eſto nulla illo-
rum antecedat culpa, quando periculum eſt amiſ-
ſionis illorum,niſi ita ſignentur: eo quòd eiuſmodi
ſint,de quibus nullus præſumet ea eſſe mãcipia; aut
quãdo fugitiua ſunt,atque in pęnam,& ut coercean
tur à fuga,meliuſque inueniantur, ratio ipſa poſtu-
lat, vt ſignentur.

Illud eſt obſeruandum, peccatum eſſe, poſſeque 15
aliquando pertingere ad lethale,ſi pater, aut domi-
nus,filium,vel ſeruũ puniat aliqua ex pęnis,ad quas
dictum eſt extendi ipſorum poteſtatem,quando fi-
lius,aut ſeruus, dignus non eſſet pęna, aut non tan-
ta, quanta illi infligitur. Pœna quippe proportio-
nata eſſe debet culpæ: Si autem excedat,iniuſta eſt
C quo ad exceſſum, nihil impediente, quòd pater, aut
dominus ſit,qui illam infligit. Peccaret item pater
aut dominus,qui filium,aut ſeruũ, puniret ex odio,
hoc eſt,intuitu vt illi malum inferret, quaſi in eo fi-
ne ſiſtẽdo, in ſenſu in materia de caritate.quæſt.26.
artic.8.explicato, eſſetque peccatum lethale, ſi ma-
lum,quòd ita illi vellet,eſſet notabile. Non tamen
dicitur punire ex odio, qui vult filio aut ſeruo ma-
lum pęnæ,eo quòd dignus illo ſit ob delictum, eſto
ira in illum commotus propter delictum, eum pu-
niat. Neque ira moderata in puniendo,eſt pecca-
tum: immoderata verò,exceſſuſque aliquantulus in
puniendo filio vel ſeruo, regulariter ſolùm eſt pec-
catum veniale. Neque regulariter eſt timendum,
patres,aut dominos,ex odio lethali punire filios,vel
D ſeruos,nihil impediente,quòd ira magna commoti,
illos puniant,& quòd aliquantulum in puniendo ex
cedant. Atque,quicquid Sot.5.de iuſt.quæſt.2.ar-
tic.2.in contrarium dicat,patresfamilias punire poſ
ſunt domeſticos ſuos, non ſolùm ad delinquentis
emendam, ſed etiam in aliorum exemplum, vt alii
de familia in officio ſe contineant,& vt delinquens
pęnam iuſtam pro delicto accipiat. Quando autem
pœna neceſſaria non eſt ad delinquentis emendam,
& vt alii in officio ſe contineant, melius eſt miſeri-
cordia vti, delictum condonando, minaſque,iuxta
conſilium Pauli ad Epheſ.6. remittendo, quam ad 16
pœnam infligendam procedere: qua de cauſa, eſto
paterfamilias iuramento ſe aſtrinxiſſet punire, non
E teneretur in eo euentu illud implere; eo quòd iu-
ramentum obligans in ordine ad Deum præcisè, eſ
ſe non poſſit impedimentum maioris boni, Deo no
lente talem obligationem comparatione ſui.

Tractatu præcedente Diſputat.228.in ſexto effe-
ctu patriæ poteſtatis oſtendimus, quouſque fas ſit,
aut non ſit,aliis propinquis delinquentis, quin & ſe
nioribus,& interdum etiã aliis extraneis,delinquen
tem punire: nefaſque eſſe, patremfamilias, cæteroſ-
que commemoratos,etiam præpoſitos ad illos docẽ 17
dos,punire eum, qui in ſacris ordinibus eſt conſtitu
tus,quin potius,ſi id efficiant,excommunicationem
incurrere. Legito,quæ ibi dicta ſunt, ne inutiliter
hoc loco repetantur.

Vtrùm

Dubium. Vtrùm autem parentes & domini poſſint in carcerem & in vincula priuata conijcere filios,& ſeruos. D.Th.2.2.q.65.ar.3.neganter reſpondet. Quoniam conijcere in carcerem ſolum ſpectat ad publicas poteſtates. Concinit ius commune, quippe cum l.vnica.C.de priuatis carceribus.& l.1. C.de cohortalib.principio.lib.12. priuati carceres prohibeantur ſub pœna capitis,& l.5.tit.23.lib.4.nouæ collec.omnibus, cuiuſcumque ſtatus, ac conditionis illi ſint, prohibetur carcerem habere in domo ſua.

18 Decis. Gloſſa tamen l.vnica citata ait, fas nihilominus eſſe includere proprios ſeruos in carcere priuato ne fugiant, neque in eo euentu eſſe intelligẽdam legem illam. Ius Luſitanum. De iure item Luſitano lib.5.ord.tit.68. quamuis, ſub pœnis ibi contentis, prohibeantur carceres priuati,(exceptis ad breue tempus,duobus euentib. ibi explicatis) parentibus tamen ac dominis permittitur includere in priuato carcere filios, aut ſeruos, vt eos puniant ac coerceant ab aliquibus moribus ſiniſtris. Forte Diuus Thomas non intellexit de hoc modo carceris,quem bonum commune poſtulat, atque per epicheiam cenſendus eſt exceptus a prædictis iuribus,vſuque impune omnino eſt receptus.

Qui in carcerem non poſſunt mittere,neq; etiam poſſunt mittere in exilium propter delicta:quoniam carcer & exilium ſimili modo pugnant cum libertate,quam quiſque habet abeundi quo voluerit.Ita Sotus.5.de iuſt.q.2.ar.3. Vnde carcer perpetuus,& exilium,mors ciuilis nuncupantur. Sicut autem domini ac parentes vti poſſunt carcere imperfecto ad coercẽdos filios ac ſeruos:ita præcipere illis poſſunt ne accedant ad aliquem locum eis nociuum,neve ex aliquo loco diſcedant.

19 Dubium. Dubium eſt,vtrùm de iure ſit naturali, quod poteſtas dominorum ac parentum ad puniendos filios ac ſeruos,non plus ſeſe extendat, quam ſit hactenus explicatum. Sotus.qu.2.citata art.2. affirmanter reſpondere videtur. Victoria vero.2.2.q.65.in Commentarijs manuſcriptis,affirmare videtur,a iure humano eſſe eam poteſtatem eo modo coarctatam.

Decis. Dicendum vero eſt, eo ipſo,quod familiæ in vnã coeunt rempublicam, poſſe rempublicam ipſam coarctare patribus familias poteſtatem puniendi ſuos ſubditos,quantum bono communi iudicauerit expedire:condecéſque eſſe,vt non maiorem poteſtatem illis relinquat,quam quæ explanata eſt. Cæterum,ſi familiæ diuiſæ viuerent,ita vt non conuenirent in vnam rẽpublicam,arbitror, patres familias haberent longe maiorem poteſtatem,ita vt mutilare & interficere poſſent ſibi ſubditos, ſi ita poſtularet illorum delictum,iuxta ea quæ tractatu præcedente,diſputatione 100.cum multis alijs, quos ibi citauimus,dicta ſunt. Eſto autem familiæ multæ conueniant in vnam republicã, exercere licite poſſunt maiorem in ſuos ſubditos poteſtatem,quam quæ explicata eſt interim dum per rempublicam coarctata non fuerit ſed permiſſa illis fuerit maior poteſtas. Quare condemnandi non ſunt Iaponenſes, aut ſi qui alij ſunt ſimiles,qui in proprijs familijs,more ipſis permiſſo, longe maiorem exercent poteſtatem, quam hactenus explicatam, interim dum per rempublicam totam,cuius familiæ illæ ſunt partes, id illis non prohibetur. Quo fit vt poteſtatem patrumfamilias in ſuos ſubditos,coarctatam eſſe,vt hodie eſt in prouincijs, quæ iure Romanorum vtuntur, pendeat a iure humano,vt Victoria aſſeruit.

Quod ad reliquos attinet,qui præficiuntur ad artes liberales,aut mechanicas,docendas,ad regendos aliquos in familia & ad ſimiles alios,conſtat eos procedere ſolum poſſe ad obiurgationes, verbera, ac percuſſiones non atroces. Neque eos poſſe in illos animaduertere,in quos,vel propter ætatem, vel propter alias circunſtantias, conſuetum non ſit animaduertere. Neque poſſe excedere limites conſuetos,facultatemve,ſeu beneplacitum,hac in parte eorum, a quibus habent præſumptam,tacitam,aut expreſſam puniendi facultatem. Simili modo dicerem de heris comparatione hominum liberorum, qui eis ſeruiunt, nefas ſcilicet illis eſſe percutere eos eiuſmodi domeſticos,quos ratio ipſa efflagitat,vt propter ætatem,conditionem,ac qualitatem eorum, non ita tractentur.

Vtrum autem maritus punire poſſit vxorem, affirmanter eſt reſpondendum. 20 Eſt enim ſub viri poteſtate. Quare procedere maritus poterit, etiam vſque ad verbera, & alias non atroces percuſſiones, ſi ita opus ſit, commereanturque delicta & exceſſus illius. Nefas tamen erit marito eam tractare vt ſeruam, aut ancillam, ſed ſociam, ac matrem familiæ, ipſi tamen ſubditam. Eſt autem dedecus viris punire vxores,curareque debent earum honorem,abſtinendo ab illis puniendis,quamdiu mores earum,rectaque ratio, non poſtulant, vt puniantur. Semper etiam coniugatis ſuadenda eſt pax, mutuaque inter ipſos beneuolentia. Conſentiunt Sotus art.2.citato, & doctores,qui de hac re loquuntur.

DISPVT. 3.

Quid, & quotuplex, ſit homicidium. Et quod dicatur voluntarium, quod verò caſuale.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij latè ſumpti definitio, eiuſque uaria diuiſio traditur, nu. 3*
2 *An procurans abortum præter peccatum lethale ſit homicida?*
4 *Homicidium uoluntarium & caſuale quid, & quandoquis homicida uoluntarius aut caſualis ſit reputandus, exemplis clarè oſtenditur.*
5 *Locus Concil. Trident. de homicidio uoluntario explicatur.*
6 *Prægnantem percutiens, metúmue illi incutiens ut abortus inde ſequatur, ſit dicendus homicida uoluntarius an caſualis.*
7 *Quid de clerico mandante aliquem uerberari, præcipiendo expreſsè mandatario, ne illum mutilaret aut interficeret, an ſit irregularis, ſi mutilatio aut mors ſequatur.*
8 *Homicidij uoluntarij & caſualis diuiſiones aliæ traduntur, & nu. 9.*

HOc tractatu tertio præcipue eſt diſputandum de vitijs iuſtitiæ commutatiuæ circa bona corporis contrarijs. Primum autem locum tenet homicidium. De quo explicandum ante omnia eſt,quid ſit,tradendęque ſunt variæ illius acceptiones,ac diuiſiones, quæ multum conducent ad ea,quę in progreſſu huius tractatus ſunt dicenda.

Autore Auguſt.1.de libero arb.& habetur.cap.ſi homicidium.23.quæſ.5.homicidium late ſumptum vt ſuo ambitu comprehendit tam vitioſum,quã non
vitioſum,homicidij actum,non aliud eſt,quam ho- 1
minis occiſio. Licet autem voluntas iniuſta occidendi, peccatum ſit internum homicidij contra quintũ decalogi præceptum; homicidium tamen ſolũ ſignificat actum externum conſummatum,quo homo re ipſa vita priuatur: ſicut tractatu præcedente, diſputatione 680.& 681.dicebamus,furtum ſignificare iniuſtam alieni acceptionem opere conſummatam. Qui ergo potione, percuſſione, aut quacunque alia ratio-

2 ratione,cauſa eſt abortus, ſi fętus quidem animatus iam erat anima rationali, (quod in maſculo fit quadrageſimo die à puncto conceptionis, & in fęmina die octogeſimo) verè eſt homicida: quoniam hominem occidit : eſtque id peccatum grauiſſimum, eo quod hominem ita occiſum in æternum priuet viſione diuinæ eſſentiæ propter originis peccatum,quod in eo erat: eritque ſimul parricidium, ſi pater, aut mater, cauſa fuit eius abortus. Si verò fætus nondũ erat animatus anima rationali, tunc, qui cauſa eſt abortus, non eſt homicida ; quia non occidit hominem,ſed ſolum impedit, ne homo generetur : quod ex ſuo genere graue eſt peccatum lethale.

3 Homicidium latè ſumptum, poſſumus primò diuidere, in homicidium obiectiuè licitum, & in homicidium obiectiuè illicitum. Exempla prioris mẽbri ſunt, quando iudex licitè malefactorem interficit, & quando bello iuſto hoſtes interficiuntur, aut quando aliquis,cum moderamine inculpatæ tutelę, ſuum interficit aggreſſorem. Poſterioris verò membri exempla ſunt, quotieſcunque vnus interficit aliũ nullum ius ad id habens.

Homicidium obiectiuè iniuſtum poſſumus ſubdiuidere in illud,quod omnino à culpa excuſatur,eo quòd ſit omnino inuoluntarium voluntate aliquo modo deliberata, & in illud, quod non excuſatur à culpa homicidij, ſaltem veniali . Atque hoc ſolum habet formaliter rationem vitij iniuſtitię commutatiuæ circa bona corporis contrarij.

Homicidium obiectiuè iniuſtum, quod omnino excuſatur à culpa,poſſumus ſubdiuidere in illud , ꝙ fit à non vtente vſu rationis , quale eſt homicidium factum ab infante,à dormiente, à furioſo, ab ebrio, aut phrenetico , quando neque in cauſa fuit aliquo modo volitum,voluntate quouis modo deliberata, quæ imputari poſſet ad culpam talis homicidij , & in homicidium, quod fit ab eo , qui vtitur quidẽ vſu rationis actu, quo accidit, quòve cauſa eſt occiſionis, ignorantia tamen inuincibili excuſatur omnino à culpa homicidij . Vt quando aliquis exercebat ſe ad ſignum in loco ad id conſueto, adhibitaque debita diligentia,ne cui noceret, caſu occidit aliquẽ, qui præter omnium exiſtimationem,latebat in aliquo loco. Quando verò aliquis,non ſe ipſum agens, ſed actus omnino ab alio,tertium aliquem interficeret,vt ſi,impulſus ab aliquo , contra ſuam voluntatem aliquem interficeret,eum confodiendo enſe,quem manu tenebat,aut alia ratione; tunc, quia in ea interfectione nullus interuenit actus humanus eius, qui ita actus interfecit,tale homicidium æquiparatur homicidio culpabili facto abſque vſu rationis , ad illudq; eſt reuocandum. Atque hæc inſeruiunt maximè ad examen futurum in ſequentibus, quando ex homicidio irregularitas incurratur, quando non item.

Deinde homicidium obiectiue iniuſtum , vt ſuo ambitu comprehendit tam illud,in qpo cernitur ratio culpæ homicidii, quàm illud , quod ſequitur ex actu,in quo quis vtitur ratione,à culpa tamen homicidij excuſatur ignorantia inuincibili, diuiditur in homicidium voluntarium & in caſuale. Voluntariũ
4 homicidium eſt,quod eſt intentum, aut perinde reputatur,ac ſi eſſet intentum. Verbi gratia,qui animo aliquem occidendi , illum percutit, aut ei propinat venenum, vel aliud quid ſimile facit, eumque occidit,dicitur abſque vlla controuerſia homicida volũtarius. Similiter,qui aliquem percutit animo eum ſolum vulnerandi, non intendendo illum interficere, quin potiùs,ſi crederet ſe ea via interfecturum,deſiſteret ab illo vulnerando: attamen non ita ſciuit,aut non ita potuit,attemperare manum,aut ictum,vt nõ interficeret,dicitur,meo iudicio, homicida voluntarius,quando ictus,quem intẽdebat,talis erat, ex quo facilè re ipſa euenire interfectio potuit. Ratio autem

A eſt,quoniam licèt non intenderit formaliter homicidium,perinde tamen reputatur, ac ſi illud formaliter intendiſſet cum ſciens & prudens id efficiat, ꝙ videt, aut videre debebat, viam eſſe aptam ad mortem,mortemque re ipſa eo actu inferat, nihil impediente,quòd crederet, ſe eo actu non peruenturum ad mortem inferendam, neque intenderit eo actu illam inferre. Conſentiunt nobiſcum Couar. in clement. ſi furioſus partic. 2. in initio. num. 1. & §. 1. n. 2. & Caiet. 2. 2. quæſt. 64. artic. 8. ad 2. Si tamen quis percutere intenderet tali percuſſione,quæ nullo modo erat apta ad mortem inferendam, caſu verò euenit,vt inde, præter ſpem, mors ſequeretur, quia vel dum alius ictum fugere intendit,acriter ad parietem offendit, caputque fregit, vel quia in inſtrumento,
B quo percuſſio fiebat, latebat aliquid, quod aptum erat ad mortem inferendam,cùm tamen percutiens ad id non attenderit, vel aliqua alia ratione, tunc eiuſmodi homicidium non eſt volũtarium, ſed caſuale: quia nullus prudens reputabit tale homicidium, ac ſi eſſet intentum. Item, videt aliquis ex proiectione lapidis per feneſtram in viam publicam à quamplurimis frequentari conſuetam, aut ex ſubita deiectione alterius rei ſimilis,non admonitis priùs tranſeuntibus,facillimè poſſe mortem alicuius ſequi,&, abſque occidendi animo, nimia temeritate, proteruaque audacia,id proijcit, ac interficit; ſane perinde eſt hic reputandus, ac ſi interficere intendiſſet: cum ſciens & prudens id efficiat, vnde videt ſequi probabiliter poſſe mortem alicuius, eaque de cauſa
C reputandus eſt homicida voluntarius. Cæterum,ſi periculum non eſſet admodum probabile, eſto eſſet aliquale,adeò vt temeritas eſſet,rem eo modo proiicere, ac peccatum contra quintum decalogi præceptum: ſi tamen aliquis,fretus quòd inde nihil eueniret mali,id proiiceret,caſuque, præter ſuàm ve ſpem aliquem interficeret,tunc,quamuis peccaret homicidij peccato,& aliquando lethaliter, ob quantitatem periculi tanti mali, non tamen eſſet cenſendus homicida uoluntarius, ſed caſualis; quoniam nullus prudens reputabit id homicidium, ac ſi formaliter eſſet intentum. Item,eſto aliquis efficiat aliquid, vnde quàm rariſſimè ſequi ſolet mors, ſi tamen videat hic & nunc inde ſequendam, aut quàm probabile eſſe inde ſequi,ſane, ſi id efficiat, morſque inde ſe-
D quatur, erit homicida uoluntarius, nihil impediente,quòd eam mortem non intenderit; quoniam hic perinde prudentis arbitrio eſt reputandus,ac ſi eam mortem intendiſſet; cum uideat ex eo actu illam re ipſa eſſe futuram, aut eſſe quam probabile ut ſequatur,nec deſiſtere velit ab actu,ex quo tantum imminet periculum. Homicidium uerò caſuale eſt, quod neque eſt formaliter intentum, neque, qui eo modo occidit, perinde prudentis arbitrio reputatur, ac ſi formaliter occidere intendiſſet. Atque arbitror non poſſe tradi commodiorem regulam ad diſcernendum in ſingulari,quod homicidium ſit voluntariũ, & quod caſuale, quam quæ à nobis modò eſt tradita, eo modo quo exemplis eſt à nobis explanata.
E Eam tradere videtur Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 240. Tametſi eam non explicet ac intelligat, ut nos exemplis illam expoſuimus, pluſque iuſto reſtringere uideatur homicidium uoluntarium. Quod etiam plus iuſto uidetur extendere Couarr. §. 1. citato. num. 2.

Illud admonuerim, minus eſſe culpæ in homicidio voluntario, quod non eſt formaliter intentum, ſed ideo dicitur voluntarium, quia perinde homicida reputatur, ac ſi illud formaliter intendiſſet, quã ſit in eo homicidio, quod formaliter eſt intentum, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Ea autem de cauſa,licèt diſpenſatio in vtroque eo homicidio denegetur; & quando conſilium Tridentinum,aut ſummus Pontifex,

tifex,

tifex, aliquibus concedit facultatem diſpenſandi in irregularitatibus, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario prouenit, vtriuſque homicidij diſpenſatio excepta cenſeatur; nihilominus plus cauſæ motiuæ eſt, vt de plenitudine ſuæ poteſtatis ſummis Pontifex diſpenſet cum homicida voluntario, quando homicidium non fuit formaliter intentum, quàm quando fuit intentum formaliter.

Nauarrus loco citato permotus fuit ad coarctandum plus homicidium voluntarium, quàm nos illud arctauerimus, ex conſilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 7.
5 de reformatione, quod ſic habet. *Cum etiam, qui per induſtriam occiderit proximum ſuum & per inſidias, ab altari auelli debeat, qui ſua voluntate homicidiũ perpetrauerit, etiam ſi crimen id neque ordine iudiciario probatum, neque alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, neq; aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiamſi curam nõ habeãt animarum, conferri liceat, ſed omni ordine, beneficio, & officio eccleſiaſtico, perpetuo carent. Si uerò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, uel uim ui repellendo, ut quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quam ob cauſam, etiam ad ſacrorum ordinum & altaris miniſterium, & beneficia quæcunque, ac dignitates, iure quodammodo diſpenſatio, debeatur, committatur loci ordinario, aut ex cauſa metropolitano, ſeu uiciniori epiſcopo, qui non, niſi cauſa cognita, & probatis precibus ac narratis, neque aliter diſpenſare poſſit.* Hactenus concilium. Quia concilium in hoc capite, inquit Nauarr. loquens de homicidio voluntario indiſpẽſabili, hoc eſt, in quo non expedit vt diſpenſatio concedatur, appoſuit particulas illas, per induſtriam, vel per inſidias, voluntate ſua, & ex propoſito, conſequens eſt, vt homicidium aliquod voluntarium ſit, & non caſuale, neceſſarium eſſe, vt ſit volitum formaliter, aut quaſi formaliter, vt eſſet, inquit, ſi fotmaliter vellet infligere vulnus, quod ex ſe eſſet lethale, & nollet mortem, vt ſi vellet ferire punctim circa cor, aut ſcindere caput, ac nollet mortem: reliquum verò eſſe caſuale. Hæc verò vnde Nauarrus ducitur, vt id ita aſſerat, non cogunt. Dum enim in eo capite refertur illud Exod. 21. Si quis per induſtriam, &c. (quod hodie eſt. c. 1. de homicidio) ſolùm refertur tanquam cauſa iuſta motiua deciſionis, quæ à concilio ſubiungitur: non verò quaſi de eo ſolo homicidio velit concilium facere ſermonem. Atque ea de cauſa protinus concilium mutauit verbum, ac dixit; *qui ſua uoluntate homicidium perpetrauerit, &c.* Porrò ſua voluntate dicitur perpetrare homicidium, tam qui homicidium intendit formaliter, quam qui ita cauſa eſt homicidij, vt arbitrio prudentum reputetur, ac ſi illud intendiſſet. Neque cum philoſophiæ principijs (iuxta ea quæ cum Ariſt. 2. phyſ. præſertim c. 5. de effectu caſuali diximus) quadrat, appellare homicidium caſuale id homicidium, quod eſt præuiſum probabiliter futurum, quòd ve per ſe atque vt plurimum, aut frequenter, ſequitur effectum aliquem per ſe intentum, eſto id homicidium non ſit in ſe intentum. Verum nihilominus eſt, quòd quia nobis hoc loco eſt ſermo de homicidio in eſſe morali, prout in eo maior, aut minor, ratio cernitur voluntarij, (id quod ex ſcientia ac voluntate pendet operantis) illud ſolum appellatur homicidium voluntarium, quod eſt in ſe volitum ac intentum, aut quod perinde prudentum arbitrio ſe habet, ac ſi eſſet in ſe volitum & intẽtum: reliquum verò caſuale dicitur, habita ratione diſpoſitionis ac notitiæ operantis. Poſſumus confirmare, concilium non attuliſſe verba illa Exodi 21. quaſi ſolùm id homicidium eſſet voluntarium. Quoniã verba illa, per induſtriam & per inſidias, copulatiuè apponuntur, quaſi vtrumque requiratur, vt malefactor Eccleſiæ immunitate non gaudeat. Atque in hoc regno vtrumque requiritur, vt homicida ea immunita

A te non gaudeat. In Luſitania verò, quamuis ſufficiat occidiſſe per induſtriam, vt homicida immunitate Eccleſiæ non gaudeat; nihilominus occidere per induſtriam, minùs latè patet, quàm eſſe homicidium voluntarium: qui enim, orta ſubitò rixa, aliquem voluntariè occidit, eum occidere intendens, homicida eſt voluntarius, etiam ex Nauarri ſententia, & tamen non cenſetur per induſtriam, hoc eſt, ex præmeditato occidere, ſeu, vt iuriſperiti & communiter homines in Luſitania vocant; de propoſito, gaudetque is homicida Eccleſiæ immunitate. Ad illud autẽ verbum, ex propoſito, quo concilium fuit vſum in eo capite, & cui Nauarrus etiam innititur, dicendum eſt, non fuiſſe à concilio appoſitum ad ſignificandũ homicidium voluntarium, ſed ad ſignificandum homi-
B cidium, quod non eſt voluntarium, appoſita verbo illi negatione, vt intuenti illud caput eſt manifeſtum & ne quis, appoſito eo verbo, deciperetur, incideretque in Nauarri ſententiam, addidit conciliũ, ſed caſu. Adde, verbum, ex propoſito, intelligi poſſe, vt etiam comprehendat homicidium, quod prudẽtum arbitrio reputatur, ac ſi in ſe eſſet intentum.

Ex his facilè intelligetur, quid dicendum ſit ad 6
euentum illum, quo quis prægnantem percutit, aut metum illi incutit, eſtque in cauſa vt abortus ſequatur, num ſcilicet, ſi fætus animatus iam erat rationali anima, dicendus ſit homicida voluntarius, an caſualis. Caiet. 2. 2. q. 64. art. 8. ad 2. ait, ſi percuſſio, aut incuſſio metus talis fuit, ex qua non rarò, ſed frequenter, ſequi ſolet abortus; & percutiens, aut incutiens
C metum, non ignorabat mulierem eſſe prægnantem: eſſe homicidium voluntarium, eſto percutiens id homicidium non intenderet. Nauarrus verò vbi ſuprà id negat, aſſerens eſſe caſuale. Dicendum verò eſt. Niſi, iuxta regulam à nobis propoſitam, percuſſio, aut incuſſio metus, tam patens ac manifeſta ſit cauſa abortus comparatione percutientis, aut incutientis metum, dum ita percuſſit, aut metum incuſſit, vt prudentis arbitrio percutiens, aut eum metum incutiens, cenſeatur ac ſi abortum intenderit, homicidiũ non eſſe voluntarium, ſed caſuale, eſto percutiens, aut incutiens metum, attenderit, mulierem eſſe prægnantem: eaque de cauſa regulariter, quando abortus euenit præter ſpem eius, qui percuſſit, aut metũ incuſſit, homicidium erit caſuale. At vero quando
D percuſſio, aut incuſſio metus, eſſet tam manifeſta cã abortus, vt arbitrio prudentis percutiens, aut metũ incutiens, reputaretur ac ſi abortum intendiſſet, homicidium eſſe voluntarium, eſto percutiens, aut incutiens talem metum, abortum non intenderit. Hoc modo eſſet homicida voluntarius ob abortum ſubſequutum, qui ira in prægnantem percitus, ita illã percuteret, vt probabiliter timendus eſſet abortus, eſto non intenderit abortum, ſed ſatiare vindictæ appetitum. Hic enim perinde ſe haberet, ac ille, qui ex propoſito intenderet grauiter vulnerare, ita vt inde ſequi veriſimiliter poſſet mors, non intendendo eo modo vulnerati mortem, ſed ſolum acrem uindictã, ex qua facilè poterat ſequi mors; de hoc enim, ſubſe-
E quuta ex eo vulnere morte, nullus ſanæ mentis diceret, eſſe homicidam caſualem, ſed diceret eſſe voluntarium.

Ex dictis etiam intelligetur, quid dicendum ſit ad euentum illum capitis vltimi de homic. libro 6. Clericus quidam mandauit quendam verberari, præcipiẽdo expreſsè mãdatario, ne illũ mutilaret, aut interficeret. Mandatarius fines exceſſit mandati, illumque mutilauit, aut interfecit. Quærebatur, an mandans eſſet irregularis. Atque affirmanter in eo textu reſpondetur. Rationem verò reddit textus, quoniam id ita mandando, fuit in culpa, operamq; dedit rei illicitæ: & quoniam cogitare debuit, potuiſſe id euenire: vnde immunis non eſt à culpa eius homici-

homicidij. Circa hoc dubitant doctores, num in euentu illius textus, ſubſequuto homicidio, mandans ille irregularis ſit ex homicidio voluntario; an verò ſolùm ex homicidio caſuali comparatione ipſius, eſto fuerit homicidium voluntarium, comparatione mandatarij. Couar. in clement. ſi furioſus. par. 2. §. 1. num. 2. reſpondet, id homicidium eſſe voluntarium comparatione mandantis; eaque de cauſa contraxiſſe irregularitatem indiſpenſabilem. Nauarrus verò vbi ſuprà cenſet, mandantem in eo euentu ſolùm contrahere irregularitatem ex homicidio caſuali. Dicendum verò eſt, iuxta regulam à nobis traditam, ſi id, quod mandans mandauit, erat de ſe aptum, vt, mandatario intendente id exequi eo præciſè modo, quo ſibi mandatum eſt, inde mors ſequeretur, tunc in euentu, quòd, iuxta ea quæ dicta ſunt, mandatarius ipſe eſſet homicida voluntarius, mandantem quoque homicidam voluntarium eſſe. Quoniam, nihil impediente, quòd præcepiſſet, vt, verberari iuſſus, nec mutilaretur, nec interficeretur, dãdo tamen id mandatum, ſequutaque morte, reputatur ac ſi eam mortem intendiſſet. In euentu autem, in quo mandatarius ipſe, iuxta hactenus dicta, ſolum eſſet homicida caſualis, mandans etiam ipſe ſolùm cenſeretur homicida caſualis. Si verò id, quod mandans mandauit, tale erat, quòd, mandatario intendẽte illud exequi eo præciſo modo, quo ſibi mãdatum eſt, periculum non erat mortis, nec mutilationis; ex eo verò, quòd mandatarius exceſſerit mãdatum, ſit ſubſequuta mors, volita ac intenta ſufficienter à mãdatario, vt homicidium eſſet voluntarium comparatione illius, tunc ſolus mandatarius eſt homicida voluntarius: mandans verò contrahit nihilo minus ex eo homicidio irregularitatem ex homicidio caſuali comparatione ipſius. Quoniam homicidium illud ad irregularitatem ei imputatur. Tum quia ſubſequutum eſt, dante ipſo operam rei illicitæ, dum iniuſtè verberare præcipit. Tum etiam quoniam in culpa aliquo modo fuit illius homicidij, dum attendere debuit, ſequi poſſe ex ea iuſſione. Quia tamen ſubſequutum eſt præter ipſius intentionem ac ſpem, excedenteque mandatario fines mandati, quod imputari ei non debet, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſputat. 550. copioſè dicta ſunt, ſolùm eſt homicidiũ caſuale comparatione ipſius. Quo fit, vt ex verbis illius capitis non habeatur, irregularitatem, de qua in eo fit mentio, eſſe ex homicidio voluntario, ſed potiùs ex caſuali, quicquid Couar. vbi ſupra in contrarium velit.

Decis.

8 Poſſumus deinde, cum Concilio Tridentino, ca. 7. citato, ſubdiuidere homicidium voluntarium ex delicto proueniens in illud, quod non fit, vt quis ſe defendat, & in illud, quod fit vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defendat, cæterùm ſine moderamine inculpatæ tutelæ (alioquin neque eſſet delictum, neque eo contraheretur irregularitas, vt in progreſſu huius tractatus videbimus.) Vt enim probè Nauarrus vbi ſuprà obſeruat, rectè ex. c. 7. citato colligitur, vtrumque eſſe homicidium voluntarium. Ait verò ibi concilium, irregularitatem contractam ex priori horum duorum voluntariorum homicidiorum, etiamſi occultum ſit, nunquam eſſe diſpenſandam: irregularitatem verò ex poſteriori cõtractam, atq; etiam ex homicidio caſuali, eſſe quidem diſpenſandam; attamen in literis, quæ ad id Romæ expediuntur, debere diſpenſationem committi ordinario, aut metropolitano, vel viciniori epiſcopo, qui non, niſi cognita cauſa, & probatis precibus Romæ oblatis, dum petita fuit diſpenſatio, ac rebus Romæ ad petendam diſpenſationem narratis, diſpenſare poſſit. Suſpicor verò concilium non intendere, vt nunquam concedatur diſpenſatio irregularitatis cõtractæ ex homicidio voluntario, vel in defenſionem

A ſuarum rerum, vel proximi, ſine moderamine tamẽ inculpatæ tutelæ. Vtrum autem poſtea, quando idem concilium ſeſſ. 24. c. 6. concedit epiſcopis, poſſe diſpenſare in omnibus irregularitatibus & ſuſpẽſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, ſumat homicidium voluntarium latè, ita vt deneget etiam diſpẽſationem irregularitatis ex homicidio facto in propriam defenſionem, ſed ſine moderamine inculpatæ tutelæ; an verò ſumat illud preſſè, vt illud ſumpſerat. c. 7. ſeſſ. 14. ita vt concedat diſpenſationem irregularitatis ex homicidio facto in propriã defenſionem, quando eſt occulta. Res eſt aliquantulum dubia, atque ante explicationem Romani Pontificis non auderem dicere, ſumi ibi preſsè, ita vt epiſcopi

B diſpenſare poſſint in irregularitate occulta ex homicidio in ſui defenſionem ſine moderamine inculpatæ tutelæ. Tametſi contrarium ſuadere videatur, quòd concedit diſpenſationem ex mutilatione voluntaria preſsè, ſi ſit occulta, quæ tamen grauior videtur, quàm ex homicidio in propriam defenſionẽ ſine moderamine inculpatæ tutelæ cum aliqua non graui culpa. Illud admonuerim, præter homicidia volũtaria ex delicto hactenus explanata, dari etiam homicidium voluntarium abſque delicto, quale eſt, quo iudex iuſtè malefactorem interficit, & quo in bello iuſto hoſtes iuſtè interficiuntur: de cuius irregularitatis diſpenſatione ſermo non eſt capite illo 7. concilij Tridentini.

C Homicidium caſuale etiam diuiditur in illud, in quo interuenit culpa aliqua homicidij, ſiue lethalis, ſiue venialis; & in illud, in quo nulla homicidij culpa interuenit, excuſante omnino ignorantia inuincibili à culpa homicidij. Hoc rurſus ſubdiuiditur in homicidium caſuale, quod ſequitur, dante homicida operam rei illicitæ: & in illud, quod ſequitur, non dante homicida operam rei illicitæ. Atque ex hoc vltimo nulla contrahitur irregularitas: ſecùs verò ex alijs. Quo autem modo hoc ſit intelligendum, inferiùs ſuo loco explanabitur. Aliter diſtinguunt iuriſperiti varios homicidij modos, ad pœnas pro illis ſtatutas, ob culpę in rempublicam grauitatem: de quibus inferiùs erit ſermo, dum de homicidij pęnis agemus. 9

D Ex dictis conſtat, homicidium, ſumptum pro vitio iniuſtitiæ commutatiuæ circa bona corporis contrario, nihil aliud eſſe, quàm iniuſtam hominis occiſionem. Quod intelligendum eſt de iniuſtitia formaliter, ſaltem quia homicidium fuit aliquo modo voluntarium: quatenus vitari per voluntatem potuit. Peccatum verò homicidij eſſe voluntatem ita iniuſtam occidendi, & quicquid ad id ordinatur. Reliquæ vero homicidij acceptiones ac diuiſiones, tota hac diſputatione explanatæ, vtiles valde erunt dicendis in ſequentibus, eaque de cauſa eas hoc loco prætermiſimus.

E
DISPVT. 4.

Num ſicut homicidium eſt illicitum, ita illicita ſit occiſio aliorum animalium. Et num vſus carnium fuerit licitus ante diluuium.

SVMMARIVM.

1 *Oſtenditur ex locis ſcripturæ error quorundam tenentium illicitum eſſe occidere animalia ratione carentia, aut veſci eorum carnibus, & nu. 2.*

Error

ERror fuit Manichæorum, nefas eſſe, etiam poſt diluuium, vitam auferre, non ſolum ab animalibus ratione minimè præditis, ſed etiā à plantis: vnde agriculturam damnabant; & agricolas, eo quòd plantas euellerent, vitamque ab eis auferrent. Huius erroris meminit Aug. lib. 1. de ciuit. Dei. c. 20. de hæreſib. ad quod vult Deum, hæreſi. 45. lib. 6. contra Fauſtum. c. 5. & 6. lib. 2. de morib. Manich. c. 14. & 15. & lib. 3. confeſſ. c. 3. deplorat ſe in illo fuiſſe aliquando, & contra hunc errorem diſputat D. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 1. Hæretici etiam quidam, quos Caſtrus lib. 4. aduerſus hæreſes. verb. cibus refert, aſſeruerūt, nefas eſſe edere carnes, etiam poſt diluuium. Error vterque conuincitur
1 apertè ex illo Gen. 9. *Omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* Cum autem ordo ipſe creaturarum inter ſe in hoc mundo vniuerſo perſpicuè oſtendat, omnia propter hominem condita eſſe, vt ſint illi ad varios vſus ac emolumenta, ac proinde naturali iure, conſtitutioneque ipſa rerum, hominem eſſe eorum dominum, id quod Ariſt. 1. polit. c. 5. & 7. naturæ lumine agnouit ac docuit, conſequens profectò eſt, vt qn̄ Deus Gen. 1. homini ad imaginem ac ſimilitudinē ſuam iam creato, dominijque proinde per ſuum liberum arbitrium capaci, dixit; *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram,* addiditque. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima uiuens, ut habeant ad ueſcendum;* non condiderit ius poſitiuum, ſed declarauerit ius naturale, quid ſcilicet haberet natura ipſa rei, ordoque rebus inditus: vnde non dixit: Ecce do, ſed Ecce dedi, conſtitutione nempe ipſa rerum in eum finem. Atque de eodem dominio earundem rerum, conſtitutione ac creatione vniuerſi homini collato, loquitur Regius Propheta Pſalm. 8. dum ait. *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues uniuerſas, inſuper & pecora campi, volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.* Quo fit, vt quando homo animalia rationis expertia occidit, aut carnibus eorū veſcitur, nullam eis faciat iniuriam, non ſolùm quia iniuriæ ſunt incapacia, eo quòd rationis ac voluntatis expertia; ſed etiam quia rebus vtitur ſuis ad finē, ad quem à Deo ſunt conditæ. Poſt factum tamen rerum diuiſionem, ſi unus homo alterius aliquod eiuſmodi animal, ipſo rationabiliter inuito, occidat, iniuriam facit non quidem animali, quod occidit, ſed homini, cuius id erat animal, vt D. Th. art. 1. citato. in reſp. ad vltimum rectè ait.

2 Dubium. Dubium verò eſt, num ante diluuium fas homini bus fuerit veſci carnibus animalium ratione expertium. Partem negantem ſuadere videtur, quòd Geneſ. 1. de ſolis plantis dixit Deus, cum hominibus loquens: *Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem ſemē ſuper terram, & uniuerſa ligna, quæ habent in ſemet ipſis ſementem generis ſui, ut ſint uobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & uniuerſis, quæ mouētur in terra, & in quibus eſt anima uiuēs, ut habeant ad ueſcendum,* quibus uerbis carnes denegaſſe illis videtur. Item quòd Gen. 9. quaſi extendendo facultatem proximè relatam, quam Adamo conceſſerat, dixit: *Omne, quod mouetur & uiuit, erit nobis in cibum, quaſi olera uirentia tradidi uobis omnia.* Ac ſi diceret, eo modo, quo Adamo conceſſeram plantas in cibum, concedo vobis, & poſteris veſtris, carnes animalium.

Plurimi in duo illa capita Geneſeos citata cenſent, ante diluuium neque fuiſſe vſum carnium in
A cibum hominum, ſed ſolum plantarum, neque à Deo talem vſum fuiſſe eis conceſſum, permiſſumve, ſed potiùs fuiſſe prohibitum. De horum numero ſunt Abulenſis, qui. quæſt. 24. in 1. cap. Gen. & q. 2. in cap. 9. adducit illud Boetij lib. 2. de conſolatione, Metro. 5.

Fœlix prior ætas, contenta dulcibus aruis.

Liranus, Theodoretus, Rabanus, Rupertus Abbas, Richardus de ſancto Victore, & Dionyſ. Cart. quos Lipomanus refert in cap. 9. Geneſ. & Chryſ. homil. 27. in Geneſ. Mihi, cum Caiet. in vtrumque caput, cum Soto. 5. de iuſtitia. quæſt. 1. art. 1. & cum quibuſdam alijs, placet dicamus: Nunquam fuiſſe à Deo prohibitum carnium vſum. Quoniam ex natu- Deciſ.
ra rei non eſt illicitus, quin potiùs naturali iure, crea
B tione ipſa animalium in eum finem, inter alios, permiſſus: neque erat ratio cur poſitiuo iure prohiberetur: neque verba relata ſonant, prohibitum aliquando fuiſſe. Quin potius Paulus 1. ad Timoth. 4. apertè innuit, carnes in cibos hominum fuiſſe à Deo conditas, indeque ait, licitum eſſe cum gratiarum actione illas manducare, contrariumque eſſe errorem futurum, Manichæorum videlicet. Quia verò Deus condiderat hominem in innocentiæ ſtatu, vt illum in terreſtrem paradiſum collocaret, vbi de ligno vitæ erat manducaturus, neque neceſſe habebat vti carnibus in cibum, neque eis in illo ſtatu erat vſurus; & regulariter animalia cætera ſolis plantis veſcuntur, idcirco Gen. 1. ante peccatum, ſolùm meminit plantarum in cibum hominum, aliorumque ani-
C malium, tanquam cibi, quo ferè ſolo futurus erat vſus. Sicut autem verbis illis ſignificare noluit, leones, lupos, accipitres, & ſimilia alia pauca animalia, quæ carnibus veſcuntur, non vſura carnibus, quaſi facturus eſset miraculum, vt ſupra id, quod habet ipſorum natura, plantis ſuſtentarentur, ſeque continerent ab inuadendis occidendiſque alijs animalibus, ſupra id, quod habet appetitus à natura ipſa illis inditus, vt. 1. par. in tract. de opere ſex dierum eſt à nobis dictum: ita neque eiſdem verbis prohibere hominibus intendit vſum carnium, quarum dominiū eis conceſſerat, atque in quarum vſu nihil inerat mali. Vtrum autem homines, poſt peccatum, vſi re ipſa ante diluuium fuerint carnibus. Mihi pars, quæ affirmat, eſt valde probabilis. Tametſi fortè non fuit
D tunc tantus illarum vſus, quantus fuit poſtea poſt diluuium. Natura humana ante diluuium exiſtente longè robuſtiore, plantiſque tunc exiſtentibus potentioribus ad illam ſuſtentandam, vt teſtatur longiſſima hominum vita ante diluuium.

Ad illud verò Geneſ. 9. dicendum eſt, idcirco tunc expreſſiſſe Deum, animalia quoque data eſſe in cibum, quoniam iam tunc tempus illud erat poſt peccatum; cum tamen uerba illa alia Gene. 1. prolata fuiſsent in ſtatu innocentiæ, ac pro innocentiæ ſtatu: & quoniam poſt diluuium, plus homo indigebat carnibus in cibum; non verò quòd carnium vſus prohibitus aliquando hominibus fuerit.
E

DISPVT. 5.

Vtrum liceat occidere malefactores. Et quę occiſio quinto decalogi præcepto prohibeatur.

SVMMARIVM.

1 *Occiſio malefactorum licita contra quoſdam, & præcipuè Scotum, latè probatur ex ſcriptura, & à ſimili, ut num. 3.*

Quin-

2 *Quintum præceptum decalogi, non occides, explicatur.*

4 *Pœnam iuſtam non conſiſtere in indiuiſibili, & quibus eius moderatio, arbitramentum, & determinatio relicta, & quo iure introductum, vt quis hac vel illa pena, & tanta vel tanta debeat puniri.*

5 *Quæ occiſio hominis quinto præcepto decalogi ſit prohibita, & quibus id declarandum à lege relinquatur.*

6 *Morte corporali plectendum, ex eo quòd ſit impœnitens, & interitus illius æternus ſequeretur, non eſſe dimittendum.*

7 *Reſponſio ad argumenta in principio diſputat. obiecta.*

VAldenſes, vt Guido & Caſtrus aduerſus hæreſ. verb. occidere, hæreſi. 1. referunt, aſſeruerunt, nulla ratione principibus ac iudicibus licere malefactores interficere. Idem aſſeruit quidam Nicolaus Galechus Bohemus, qui fuit legatus Bohemorũ in cõcilio Baſilieſi.

Ducebantur. Primò, quoniam quintum decalogi præceptum, quod de iure eſt diuino naturali indiſpẽſabili, indiſtinctè, atque abſque vlla exceptione, habet, Non occides.

Secundò, quoniam, vt Matthæi 13. in parabola zizaniorum habetur, cum ſerui patris familias, videntes zizania in medio tritici, ei dixiſſent; *Vis, imus, & colligimus ea?* Reſpondit, *Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum. Sinite vtraq; creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* Vbi Deus prohibuit colligi ex hac vita ſeu interfici malefactores.

Tertiò, quoniam cùm publicæ poteſtates à Deo deriuentur, Deum ipſum imitari debent, qui nõ vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur ac viuat, vt Ezech. 18. habetur.

1 Hic ſanè error eſt apertè in fide, Chriſtianæ ac ſeculari reipublicæ pernicioſiſſimus. Qui ſequentibus ſcripturæ teſtimonijs apertiſſimè conuincitur. Licèt enim Deus Exod. 20. dixerit; Non occides, Exodi tamen 22. de interficiente furem diurnũ ait; *hemicidium perpetrauerit & ipſe morietur.* Ex quo eodem textu apertè colligitur, mortem pro homicidio fuiſſe ſtatutam, idq; ſupponit ille textus, qñ de occidente furem diurnum, qui repertus eſt effringens ſiue effodiens domum illum interficientis, ait, *homicidium perpetrauit, & ipſe morietur*, quaſi diceret, quia à crimine homicidij non excuſatur, interficietur, pęnam ſubiens homicidis ſtatutam: multo ergo magis pæna mortis in eo populo, vt & apud quaſcunque alias nationes, erat ſtatuta interficienti innocentem. In eodem capite ſubiungitur: *Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Qui immolat dijs, occidetur*, Non eſt ergo homicidij peccatum contra quintum decalogi præceptum, eos malefactores interficere, qui ob ſua crimina tanta pæna fuerint digni: quin id ita fieri illis verbis Exod. 22. *Maleficos non patieris viuere*, apertè præcipitur. Deut. 21. de filio proteruo & contumaci, parentibus non obedienti, dicitur: *Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, ut auferatis malum de medio veſtri, & uniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Quando peccauerit homo, quod morte plectendus eſt, & adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in patibulo, ſed eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno.* Et alias ſæpe in veteri lege pæna mortis pro delictis erat ſtatuta. Deuteronom. 22. virgo, quæ in domo patris erat fornicata, lapidibus obrui præcipiebatur. Adulteri interfici præcipiebantur. Exod. 32. cùm filij Leui occidiſſent quaſi triginta millia hominũ ob peccatum vituli confecti, dixit illis Moyſes: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio.* Regius Propheta Pſal. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Paulus ad Rom. 13. de poteſtatibus gentilium, quibus ſubiecti erant Chriſtiani inter Gentiles commorantes. *Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Et infra: *Dei miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat;* (ad mortem ſcilicet malefactoribus, qui ea digni fuerint, inferendam) *Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.* Prima Petri. 2. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tãquam ab eo miſſis in vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Adde, ab orbe condito in omni bene inſtituta republica, mortis pœnam fuiſſe ſtatutam pro criminibus, quæ fædant, perturbantq; maximè rempublicam, communeque bonum, idque rectam rationem, & bonũ publicum, omnino poſtulare: quod ſanè omnino perſuadet, id ex natura rei eſſe licitum, neque cum naturali iure pugnare, quin potiùs naturæ ius id poſtulare, à Deoque id ita eſſe diſpoſitum.

Errori impugnato valde affinis eſt ſententia illa plus quàm periculoſa in fide Scoti in 4. diſt. 15. q. 3. art. 2. quam tractatu præcedente Diſput. 695. retulimus, improbabimus, atque ex parte impugnabimus modò, qua aſſeruit, neque publica reipublicæ autoritate fas eſſe occidere malefactores, niſi quatenus ex ſcripturis conſtiterit, Deum id conceſſiſſe, diſpẽſando in quinto illo decalogi præcepto, *Non occides*, quod vniuerſale eſt ac de iure diuino naturali: quoniam, inquit, ſolus Deus poteſt diſpenſare in iure diuino naturali. Inde verò vlteriùs infert, nefas eſſe punire morte ſimplicem furem, quantæcunque furtum eſſet quantitatis, atq; eſto pluries ab eodem fure eſſet commiſſum. Inde etiam addit, nefas hodie eſſe, morte punire adulteram, quoniam, inquit, quãuis Deus quondam in lege veteri permiſerit adulteram lapidari; poſtea tamen Ioannis 8. id reuocauit, dum adulteræ dixit; neque ego te condemnabo.

Confirmari hęc ſententia poteſt ex illo Aug. 1. de ciuit. Dei. c. 21. Hoc præceptum, Non occides, generaliter intelligẽdum eſt de omni occiſione hominis, illis ſolũ inde exceptis, quos Deus, vel lege lata, vel expreſſa reuelatione particulari, iuſſerit interfici.

Contrarium verò meritò affirmat communis doctorum ſententia, de quorum numero ſunt Caiet. cum diuo Tho. 2. 2. q. 64. art. 2. Sotus. 5. de Iuſt. q. 1. arti. 2. Ioan. Med. de reſt. q. 4. Maior in 4. diſt. 15. q. 27. Gab. ibidem. q. 15. Driedo de libert. Chriſt. c. 1. Caſtrus. 1. de leg. pęnali. c. 6. Couar. 2. var. reſol. c. 4. Victoria in relect. de homicidio à. num. 11. & plerique alij. Falſum quippe eſt, quinto præcepto decalogi prohiberi omnem vniuerſim occiſionem. Neque 2
enim prohibetur occidere iniuſtum aggreſſorem, quando aliter conſeruare nõ poſſumus vitam: neq; ad ita occidendũ neceſſaria fuit diuina diſpenſatio. Diſpenſatio namq; tunc ſolùm habet locum, quando id, circa quod diſpenſatur, ſecluſa ea diſpenſatione, comprehenditur præcepto: occiſio autem iniuſtè inuaſoris, quando aliter vita conſeruari non poteſt, idque ſolùm efficimus, quod ad eam conſeruãdam eſt neceſſarium, ex natura rei ſemper licuit, atque adeò nunquam comprehenſa fuit quinto decalogi præcepto. Imò verò, vt. 1. 2. q. 100. art. 8. oſtẽdimus, præcepta decalogi neq; diuina potentia ſunt diſpenſabilia, ſi de diſpẽſatione propriè dicta ſit ſermo. Sicut autem quinto pręcepto decalogi non cõprehenditur occiſio iniuſti inuaſoris, quando interfectio il-

lius neceſſaria eſt ad vitam ita inuaſi conſeruandam ſic occiſio maleſactoris, quando publica ſit autoritate, & ita poſtulat bonum commune, atque delictum ea pœna eſt dignum, non cõprehenditur quinto præcepto decalogi, quaſi eo ſit prohibita; eo quod ex natura rei licita ſit ac ſancta, Deique autoritate fiat per ſuos miniſtros, ab eo deriuatos, vt Paulus ad Ro. 13. aperte docet.

Quod autem ex natura rei licita ſit eiuſmodi occiſio, probat optime Diuus Thom. 2.2.q.64.artic.2.
3 Quoniam ſicut ſe habent membra & partes corporis humani ad totum humanum corpus, ita quodammodo ſe habent membra & partes reipublicę ad totam rempublicã: quare ſicut quando expedit ad conſeruationem, ac bonum totius corporis humani abſcindere membrum putridum, id ex natura rei homini licet, cuius eſt tale membrum: ita quando bono communi reipublicæ, illius paci, ſecuritati, ac conſeruationi, expedit, vt corrupti aliqui moribus omnino abſcindantur, plectendo illos morte, quam in pęnam iuſtam ob ſua flagitia commerentur, vt timore tantæ pœnæ homines ſimilia flagitia committere in ea non audeant, fas eſt reipublicæ ipſi, miniſtriſve publicis ad id ab ea deputatis, morte illos punire, eos omnino a republica abſcindendo: quo fit vt eiuſmodi occiſio quinto decalogi præcepto non comprehendatur.

Dixi, quodammodo ita ſe habere membra & partes reipublicæ ad totam rempublicam, ſicut ſe habent membra, & partes corporis humani ad totum corpus humanum: quoniam nõ omnino eodem modo ſe habent. Etenim membra reipublicæ ſunt ſuppoſita ac perſonæ inter ſe diſtinctæ, per ſeque ſubſiſtentes, capaces ſingulæ per ſe iniuriæ ac iniuſtitiæ, quæ vnicuique earum fiat in particulari, eſto in vnum reipublicæ corpus non adunarentur ac conuenirent, neque pereunte republica, ita vt reipublicæ rationem non retineat, neceſſe eſt ſingula membra in particulari perire. Membra vero corporis humani per ſe non ſubſiſtunt, neque ſunt propter ſe, ſed propter ſuppoſitum ac perſonam, quam conſtituunt ac integrant, neque per ſe ſunt capacia iniuriæ ac iniuſtitiæ, quæ illis fiat, ſed iniuſtitia ac iniuria fit ſuppoſito ac perſonæ, quam conſtituunt, pereunteque ſuppoſito, ſingula membra eo ipſo pereunt. Hinc vero proficiſcitur, quod quamuis reſpublica poſſit licite exponere membrum ſuum periculo, etiã mortis, atque ad illi ſe exponendum cogere illud, quando ita poſtulat commune reipublicæ bonũ, & quod quamuis poſſit cogere membrum infectum peſte, aut alio contagioſo morbo, vt recedat in aliquem locum, ne alios de republica interficiat; non tamen ſicut homo poteſt abſcindere membrum ſuum, etiam ſanum, pro ſalute totius ſuppoſiti, quando id poſtulat ſuppoſiti humani conſeruatio: ita reſpublica poſſit abſque culpa membri, ex quo tanquam ex perſona conſtat, illud abſcindere pro bono communi, vitam ab eo auferendo, etiamſi peſte infectum ſit, periculumque ſit, ne, ſi viuat, alios abſque ſua culpa inficiat. Ratio autem eſt, quoniam, propter ea, quæ dicta ſunt, auferre ab illo abſque ſua culpa vitam, eſt intrinſece malum contra quintum præceptum decalogi, quod non licet, etiam pro conſeruatione totius reipublicæ: ſicut pro conſeruatione totius reipublicæ fas non eſt mendacium proferre: eo quod mentiri ſit intrinſecè malum: auferre autem a membro corporis humani vitam, etiam nulla interueniente culpa, non eſt intrinſecè malum, idque ob ea, quæ de illo dicta ſunt, ſed ſolum eſt per ſe ſeu de ſe malum, niſi cohoneſtetur circunſtantia aliqua, quia ſcilicet ita expedit ſuppoſiti bono, propter quod eſt tale membrum, & a cuius vita membri etiam vita omnino pendet. Itaque rempublicam, in

A ſui commune bonum ac conſeruationem, priuare vita membrum ſuum, per iuriſdictionem, quam iure naturali a Deo in ſingula ſua membra habet ad ſeipſam gubernandam, bonoque ſuo proſpiciendum, vt tractatu præcedente diſputatione vigeſimaſecunda comprobatum eſt, ſolum habet locum, interueniente ad id ſufficiente culpa ex parte membri: quoniam in eo ſolo euentu expediens neceſſariumque omnino erat, concedi eam poteſtatem, poſita fragilitate, ac nequitia humana: alioquin reſpublicæ omnes malis ſcaterent, nulluſque in eis vitã, honorem, famam, ac bona externa, ſecura haberet.

Quia vero vnaquæque reſpublica ſufficiens ſibi ipſi eſſe debet, non ſolum ad ſe, ſuoſque, defendendum cum moderamine inculpatæ tutelæ ab alijs re-
B bus publicis, & a membris, quibus aliæ conſtant, ſed etiam ad vindicandas puniendaſve iniurias, ſibi & ſuis illatas, quando reipublicæ aliæ negligentes ſunt ad ſatisfactionem competentem offerendam, & ad puniendum ſibi ſubditos, qui illas intulerunt; inde efficitur, licitum eſſe ex ipſamet rei natura, minimeque quinto decalogi præcepto prohibitum, interficere bello iuſto, non ſolum defenſiuo, ſed etiam offenſiuo, hoſtes reipublicę, quę tale iuſtum bellum gerit, vt tractatu pręcedente diſputatione nonageſimanona, copioſè oſtendemus, expugnantes contrarium Lutheranorum, & quorundam aliorum, errorem in fide. Quę ſanè etiam expugnant errorem Valdenſium ſupra relatum, Scotique ſententiam.

C Ex dictis iam facilè conſtat, euentus, in quibus in pœnam iuſtam mors malefactoribus in ſcripturis ſacris erat ſtatuta, diſpenſationes non fuiſſe quinti pręcepti decalogi, ſed potius fuiſſe explicationes, & quaſi exempla, quod tam illi, quam alij ſimiles, in quibus rationabiliter mortis pœna per poteſtates publicas à Deo deriuatas ſtatueretur, liciti eſſent, quintoque pręcepto decalogi minimè comprehenderentur. Quo loco obſerua, quamuis de iure naturali ſit, malefactores puniri debere pœna condigna, vt commune reipublicę bonum efflagitat, tum ad politicum reipublicæ finem, tum etiam ad ſpirituale bo- 1
num; quod tamen hoc, vel illud, crimen hac, vel illa, 4
pœna, & tanta, vel tanta, ſit puniendum, non eſſe de iure naturali, ſed de iure poſitiuo, vt tractatu primo
D in calce diſputatione quarta, vtrumque explanatum eſt; Deo relinquente rebus ipſis publicis, poteſtatibuſque a rebuſpublicis ad leges condendas conſtitutis, arbitramentum ac determinationem in particulari pœnarum iuſtarum pro vnoquoque delicto, vt viderint expedire pro tempore ac nationum varietate ſpectatiſque reliquis circunſtantijs concurrentibus, pręſertim cum eiuſmodi pęnę iuſtę in indiuiſibili non conſiſtant, ſed magnam latitudinem habeant, prohibitioque iuris humani maior atque acrior, aut minor, minuſque acris, multum faciat ad pęnam iuſtam ob culpam tranſgreſſionis talis iuris humani augendam, vt tractatu pręcedente diſputat. 695. explanatum fuit. Hinc liquet, nunquam quinto pręce-
E pto decalogi fuiſſe prohibitum punire iuſtè malefactores, etiam mortis pęna, ſi ea ſint digni, ſtatutaque eis ſit, ſed iure naturali eſſe id ab illo pręcepto exceptum, minimeque in illo comprehenſum: quemadmodum autem, vt pęna mortis iuſtę infligatur pro aliquo delicto, ſępe pendẽs eſt ab humana lege, qua tanta pęna per legiſlatores ſit ſtatuta; ita conſequenter, quod ea pęna in particulari prohibita non ſit infligi quinto decalogi pręcepto, pendens eſt ex eo, quod per legiſlatorem humanum poſitiua lege ſit ſtatuta.

Ex dictis facilè patet contra Scotum, pęnas mortis lege veteri ſtatutas, ad pręcepta iudicialia veteris legis pertinuiſſe, quę Chriſti morte ceſſarunt, ac

proinde

proindeillas non eſſe diſpenſationes quinti præce- A
pti, quæ vim habeant tempore legis gratiæ, quia in
ſcriptura veteris legis fuerunt ſtatutæ. Id vero, quod
ait, a Chriſto Io. 8. fuiſſe prohibitum puniri adulte-
rium morte corporali, nullam ſane habet probabili
tatis ſpeciē. Ex eo enim, quod mitiſſimus Dominus
noluerit condemnare adulteram illam, nō ſequitur,
prohibuiſſe poteſtatibus publicis, eam aliaſq; adul-
teras, morte punire.

Vt vero hactenus dicta dilucidiora reddautur, in-
telligaturque, quæ hominis occiſio quinto decalogi
præcepto ſit prohibita, obſeruandum eſt. Quintum
præceptum decalogi, vt & reliqua eiuſdem decalo-
gi præcepta, præter tertium, quod ius poſitiuum ha-
bet admixtum, eſſe iuris naturalis: eaque de cauſa
5 non aliam hominis occiſionem cenſendam eſſe eo B
prohibitam, quam quæ ex natura ipſa rei, iureque
proinde naturæ, mala eſt ac prohibita. Quo fit, vt ex
naturis ipſis rerum iudicandum in particulari ſit,
quæ hominis occiſio eo præcepto prohibeatur, ac
contineatur, quæ non item, quantum naturali lumi-
ne, rationibuſque naturalibus, id conſtare poteſt: id
quod ſcripturæ ſacræ hominibus inueſtigandum,
declarandumque relinquunt: quemadmodum circa
ſeptimum decalogi præceptum inueſtigandum, de-
clarandumque, relinquunt; quæ acceptiones rerum
aliorum iniuſtæ ſint, illoque prohibeantur ac inclu-
dantur, quæ non item. Quidam aſſeruerunt, eo quin
to præcepto ſolum eſſe prohibitam occiſionem in-
nocentis, non vero nocentis; idque præceptum Exo
di 20. traditum, explicatum eſſe verbis illis Exo. 23. C
Inſontem & iuſtum non occides. Merito tamen Vi
ctoria & Sotus vbi ſupra id refellunt. Quoniam no
centis occiſio ſi non fiat a publica poteſtate iuxta or
dinem iure præſcriptum, aut ſi non fiat a priuato in
ſui, aut in aliorum defenſionem cum moderamine
inculpatæ tutelæ, iniuſta eſt, quintoque decalogi prę
cepto prohibita: quo fit, vt in eo non ſola innocentis
occiſio prohibeatur. Alij dixerunt, eo præcepto ſo-
lum prohiberi occiſionem priuata autoritate factā.
Cæterum hæc etiam expoſitio iure optimo a docto-
ribus citatis reijcitur.

Primo, quoniam licitum eſt occidere iniuſtum in
uaſorem priuata autoritate, quę cuique ex natura rei
iureve naturali competit, quando id neceſſarium eſt
ad vitam propriam tuendam, idque etiam ſi reſpu- D
blica renueret ac contradiceret: eſſet quippe iniuſtū
id reipublicæ præceptum. Quod ſi quis dicat, id lice-
re autoritate Dei, præſcribente id iure naturæ: id ſa-
nè non aliud eſſe, quam dicere, ex natura ipſa rei li-
cere: eodemque modo eſſet dicendum autoritate pu
blica licere comedere, ambulare, & ſimilia alia face-
re, non vero iure cuiuſque proprio, propriaque au-
toritate.

Secundo, quoniam ſi a publicis poteſtatibus, ab
ipſaque republica, aliquis iniuſte occidatur, talis oc-
ciſio eſt contra quintum præceptum decalogi, & ta-
men facta eſſet publica autoritate: non ergo eo præ-
cepto eſt prohibita ſola occiſio facta priuata autori-
tate. Quod ergo quinto præcepto decalogi prohibe- E
tur, eſt hominis occiſio ex natura ipſa rei mala, ſeu
quando mala ex natura rei eſt, diſſonaque a recta ra
tione, quia non adſunt circunſtantiæ, quibus coho-
neſtetur: ſecus autem quando mala ex natura rei nō
eſt, quoniam adſunt circunſtantiæ, quibus cohone-
ſtetur, diſſonaque a recta ratione non ſit. Quo fit, vt
occidere hominem, licèt ſit de ſe malum, ac prohibi
tum quinto decalogi præcepto, niſi circunſtantię ad
ſint, quibus cohoneſtetur, & extrahatur ab obiecto
inhibito eo præcepto, non tamen eſſe intrinſecè ma-
lum, ſed ex varijs circunſtantijs poſſe cohoneſtari,
ac proinde nō in tota ſua latitudine eſſe prohibitum
quinto decalogi præcepto.

A Sotus articulo citato in reſp. ad 2. quærit, num qn̄ Quæſt.
ex eo, quòd aliquis morte corporali plecteretur, ſe-
queretur interitus illius æternus, eo quòd ſit impæni
tens, aut ex impatientia committat de nouo peccata
alia lethalia, à quibus nec ceſſare nec egredi vult, fas
nihilominus ſit, progredi ad iuſtam mortem corpo-
ralem illi infligendam. Affirmanterque cum illo, & 6
cum aliis autoribus, eſt reſpondendum. Quoniā po-
teſtas publica in puniendo non tam reſpicit bonum
eius, qui punitur, quàm commune reipublicæ bonū:
cum autem bonum commune poſtulet, vt delicta pu Deciſ.
niantur, facilèque malefactores, ad euadendam mor
tem, fingerent impęnitentiam, aut etiam committe-
rent de nouo peccata lethalia; ſanè ob illorum ſpiri-
tualem ſalutem, quam ſua nequitia curare nolūt, ceſ
B ſandum deſiſtendumque non eſt à iuſto ſupplicio il
lis infligendo. Semper tn̄, quantum æquitas, Chri-
ſtiana caritas, rectaque ratio efflagitant, curanda sūt
morte plectendis, quæ ad ſalutem illorum ſpiritua-
lem conferunt, tribuendumque illis eſt tempus com
petens, quo ſe ad gratiam, vitamque ęternam conſe-
quendam, ſufficienter poſſint præparare.

Supereſt reſpondeamus ad argumenta initio di-
ſputationis propoſita. Ad primum dicendum eſt, 7
idcirco in diſtinctione in quinto præcepto eſſe di-
ctum: Non occides, quoniam occiſio hominis de ſe
erat mala, niſi cohoneſtaretur circunſtantia aliqua;
diſtinctio autem & explicatio, quando cohoneſta-
retur ex circunſtantia, nec comprehenderetur obie-
cto quinti præcepti, quod, vt obiectum eius præcepti
C eſt, intrinſecè eſt malum, nobis fuit relicta: id enim
indagine longaque explicatione indigebat, quæ inſe
renda non erat ſummarijs illis præceptis decalogi,
quæ vniuerſo populo proponebantur, vt ab omni-
bus ſcirentur, memoriaque retinerentur, in ſcriptu-
ris autem ipſis manifeſtè fuit ſimul traditum, multas
occiſiones hominum eſſe licitas, id quod perſpicuè
lumen ipſum naturæ docebat, omnium nationū vſu
comprobatum.

Ad ſecundum dicendum eſt. In illis verbis para-
bolæ illius non eſſe ſermonem cum poteſtatibus hu
ius ſeculi à Deo deriuatis, præpoſitiſque regimini
reipublicæ ſecularis, & ſpiritualis Eccleſiæ. His .n.
non præcipit dominus, non euellere, præſcindere,
ac punire homines, quantum poſtulat bonum rerū-
D publicarum ipſis commiſſarum, earumque regimen
ipſis commiſſum, vt homines ipſorum curæ cōmiſ-
ſi in officio contineantur, & non creſcant mala ac
peccata in republica: quin potius illis præcipit, vt id
efficiant, eo ipſo, quòd adminiſtrationem earum re-
rumpublicarum eis committit, rationemq; reddēt,
ſi dormiant, negligenteſve ſint in id præſtando, eaq.
de cauſa zizania creſcant, vireſque accipiant in re-
buſpublicis eorum, ac eccleſiæ: hi namque ſunt illi
homines, de quibus in eadem parabola dicitur, *dum
autem dormirent homines*, (qui ſcilicet eccleſiæ in ſpi
ritualibus & temporalibus præſunt, neque curarent
ea efficere, quæ ipſis ex officio incumbunt, vt quoad
fieri poſſit, peccata ac mali non ſint) *uenit inimicus,*
E *& ſuperſeminauit zizania.* In illis autem aliis uerbis,
in argumento propoſito relatis, ſermo perſpicuè eſt
cum angelis, qui Deo in cæleſti Hierarchia ſeruiūt,
ab eoque in Hierarchiam Eccleſiaſticam in miniſte
rium mittuntur. His verò non permittit, malos e-
radicare & colligere de medio bonorum, ſed ſinere
vtraque creſcere, dum decurſus militantis eccleſiæ
perſeuerat, in quo homines in manu conſilii ſui
relinquuntur, eiſque Chriſti meritis eſt conceſ-
ſum de zizania fieri triticum, ſe ipſos ad Deum
conuertendo; eaque de cauſa pater familias dicit,
*ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul & tri-
ticum*, hoc eſt, eos qui conuertendi ſunt, & tan-
quam triticum electum congregādi in horreū meū.

Ad tertium dicendum eſt, in eis Ezechielis verbis,eſſe ſermonem de morte ſpirituali, interituque æterno: quod nemini eſt ex optandum. Cùm autem Deus iudex ſit iuſtus,qui malos punit,non ſolùm in alia vita æterno interitu, ſed etiam ſæpe in hac,morte temporali, poteſtateſque publicæ ab eo præfectæ ſint, vt nomine ipſius adminiſtrent reſpublicas, vt poſtulat bonum earum, puniendo, quæ ad id inſeruiunt,conſtat eas ſatis Deum imitari,dum malos cō dignis pœnis,etiam mortis, puniunt.

Ad illud verò Diui Aug. 1. de ciuitate Dei, quod confirmare videbatur Scoti ſententiam, dicendum eſt; Nomine legis à Deo latæ intelligere dictamen rectæ rationis,quod lex eſt Dei naturalis, qua id licet,eo ipſo à Deo lata, quòd indita fuit mentibus noſtris. Quod verò addidit de iuſſu expreſſa particulari reuelatione, dixit, propter præceptum particulari reuelatione à Deo datum Abrahamo de immolando proprio filio.

DISPVT. 6.

Vtrùm priuatis perſonis occidere liceat Malefactores. Et quid de occiſione tyranni.

SVMMARIVM.

1 *Licitè interficitur malefactor propria autoritate in licitam defenſionem, ſiue propriam ſiue cuiuſuis alterius, ſecus in vindictam ac pœnam iuſtam pro delicto.*

2 *An liceat tyrannum occidere, uide cum diſtinctione.*

QVoad primam huius diſputationis partē eſt diſtinguendum. Quoniam vel occiſio fuit in pœnam delicti, vel in defenſionem propriam,reipublicæ,principis, aut
1 alterius,pro quo,iuxta ea quæ in progreſſu ſunt dicēda,iuſta ac licita ſuſcipitur defenſio. Quando occiſio fit in licitam defenſionem,ſiue propriam,ſiue reipublicæ,ſiue cuiuſuis alterius, licita eſt priuatis autoritate propria. Probatur,quoniam vnicuique iure naturali eſt licitum,ſe ſuaque defendere, non excedendo limites eorum, quæ ad talem defenſionem ſunt neceſſaria,quo fit,vt ſi non aliter poſſit quis ſe ſuaq; defendere, quàm vitam ab iniuſto inuaſore auferendo,licitum ſit illam ab eo tunc eripere. Quando autem publicam adeundo poteſtatem, ſe ac ſua miniſterio illius poſſet defendere, tunc, ad ſe defendendum,neceſſe illi non eſſet, eripere ab iniuſto aggreſſore vitam, ac proinde peccaret, illam ab eo auferendo.

In pœnam autem, atque in vindictam iuſtam pro delicto, nefas eſt priuata autoritate interficere malefactores, aut aliter eos punire. Poteſtas quippe hæc,lumine naturæ id præſcribente, ipſaque rei natura id ita exigente, in ſola reſpublica reſidet, in publiciſve illius miniſtris,atque in aliorum moderatoribus,quantum regimen cuiuſque poſtulat, eiſque à republica eſt permiſſum,iuxta ea quæ Diſput. 2. explanata ſunt, non verò reſidet in priuatis iniuria affectis, & multo minus in aliis particularibus de republica. Priuati namque,qui iniuria eſſent affecti, peſſimi iudices eſſent latitudinis pœnæ infligendæ: neque excuſationes eorum audirent, qui iniuria affecerunt. Atque qui potentiores eſſent in republica,facilè vindictam ſumerent de minùs potentibus,limiteſque excederent: contra verò minus potentes admodum difficilè de potentioribus illam ſumerent,

A ac ne difficilè quidem. Præterea,ſi vnicuique liberū eſſet ſumere vindictam pro delictis in ſe,aut in ſuos, commiſſis, omnia in republica perturbationibus ac cædibus eſſent plena. Ad hæc ergo,& ad ſimilia alia damna ac mala vitanda,rei ipſius natura,æquitas, ac iuſtitia omnino poſtulabat,facultatem infligendi pœnam pro delictis,ſolùm eſſe in republica ipſa, atque in miniſtris ad id ab ea deputatis, Deo ita rerum naturas diſponente, ſibique tanquam naturæ autori, ſuiſque miniſtris,qui iuxta ordinem à ſe rebus inditum,locum ipſius tenent,viceſque ſuas in republica gerunt,vt Paulus ad Rom. 13. perſpicuè docet, eam poteſtatem reſeruante. Vnde Aug. 1. de Ciuit. Dei. c. 26. *Qui ſine aliqua*, inquit, *publica adminiſtratione maleficum occidit,uelut homicida iudicabitur, & tanto*
B *amplius,quanto ſibi poteſtatē à Deo non conceſſam uſurpat.* Qui ergo in bello iuſto offenſiuo hoſtes interficit,aut alia damna eis infert,rempublicam adiuuando alienam,licitè quidem id facit,cæterum non propria,ſed reipublicæ, aut principis autoritate, qui id bellum iuſtè gerit. Atque idem eſt de quocūq; alio, qui autoritate iuſſuvè principis, pœnam aliquā exequitur,vt Moyſi iuſſu filij Leui, Exod. 32. accincti gladio, eundo ac redeundo per caſtra, occiderunt quaſi triginta millia filiorum Iſrael in pœnam adorationis vituli conflatilis. Hæc de prima huius diſputationis parte.

Quod verò ad ſecundam attinet, diſtinguendum eſt. Quoniam duobus modis aliquis eſt tyrannus. 2
Vno,quia licèt ſit verè dominus reipublicæ, in qua
C tyrannidem exercet, iniquè tamen atque iniuſtè eā adminiſtrat. Altero verò,quoniam non eſt reipublicæ dominus, ſed eam vſurpatam habet ac oppreſſā.

Tyrannum primo modo nefas eſt priuatis interficere. Poſſet tamen vnuſquiſq; ab eo ſe defendere, vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ,eumque interficere, ſi ita eſſet opus ad propriam vitam defendendam, quam ille iniuſtè auferre vellet. Poſſet item reſpublica ipſa quo ad capita conuenire,eique reſiſtere,lataque ſententia, deponere illū ab adminiſtratione, ſi id ita exceſſus illius, communeque bonū efflagitarent,atque illum depoſitū punire. Ante latam tamen ſentētiam nefas priuatis eſſet,eum interficere,niſi quādo,vt dictum eſt, neceſſarium omnino eſſet ad vitæ defenſionem,quam in-
D iuſtè vellet auferre. Atque hoc eſt, quod concilium Conſtantienſe aduerſus Vuitcheffum definit, dum Seſſ. 8. damnat articulum eius 17. quo aſſerebat, poſſe populares ad ſuum arbitrium dominos delinquētes corrigere. Et ad finem Seſſ. 15. damnat articulū, quo aſſerebatur,quemlibet tyrannum poſſe licitè & meritoriè occidi per quemcunque vaſallum ſuum, vel ſubditum, nulla expectata iudicis ſententia, vel mandato quocunque.

Tyrannum verò ſcdō mō quiuis de republica poteſt licitè interficere, niſi ex ea interfectione maiora mala reipublicæ imminerent, nam tunc contra reipublicæ caritatem peccaret, illum interficiendo, aut niſi,qui illum vellet interficere,haberet ſuperiorem
E ad quem recurrere deberet,& cuius autoritate id efficere deberet. Ita D. Th. 2. ſent. diſt. vlt. q. 2. art. 2. in corp. & ad. 3. & de Regim. prin. c. 6. vbi, cū Tullio, approbat Iulij Cęſaris interfectionem, qui rempublicā Romanam tyrannicè vſurpauerat. Ratio verò huius rei hæc eſt,quoniā, qui hoc ſecundo mō eſt tyrannus,gerit bellū iniuſtū cū republica, quam tyrānicè hēt occupatā, & cū partibus illius, qua de cā, ſi nō ſit ſuperior aliquis, cuius autoritate geri debeat, quiuis de illa republica pōt licitè eū interficere, præſertim cū ea ſit præſūpta,aut expreſſa voluntas corporis totius illius reipub. Quin,eſto eſſet ſuperior aliquis illius ꝓuincię,ut legitimus illius pricęps ab illa iniuſtè eiectus, fas eſſet priuatis de ea republica ex

præſum-

præſumpta voluntate talis principis interficere eum tyrannum. Licitè ergo Aod, 3. Iudicum interfecit Regem Eglon, qui ſecundo hoc tyrannidis genere decem & octo annis oppreſſum habebat Iſrael. Atque in his conſentiunt Caiet. & Vict. 2.2.q. 64. art. 3. Sotus. 5. de Iuſt. q. 1. art. 3. Syluester verb. tyrannus, & doctores communiter.

DISPVT. 7.

Vtrùm principis, aut legis, autoritate fas priuatis ſit interficere malefactores. Et num maritus licitè interficiat propriam vxorem & adulterum in adulterio deprehenſos.

SVMMARIVM.

1 *Occiſio malefactoris non niſi grauiſſima de cauſa cuilibet priuato concedi à principe vel lege debet.*

2 *Maritus vxorem & cum illa adulterantem in facto deprehenſos interficiens lethaliter peccat, licèt impunè autoritate legum id fiat, cum reſponſione ad contraria argumenta. num. 3.*

QVamuis nefas priuatis ſit, propria autoritate interficere malefactores in pænã delicti illorum; principis tamen, aut legis, autoritate eam illis concedentis, conſtituentiſque vel priuatos aliquos, vel quoſcunque de populo, exequutores eius pænæ, interdum propoſito aliquo præmio eis, qui illam fuerint exequuti, interdum nullo propoſito eis præmio, fas eſt eam exequi: modò tamen priuati, qui illam exequutioni mãdant, non ex odio, neque ex ſiniſtra alia intentione, illam exequutioni mandent, ſed intuitu iuſtitiæ ac facultatis ſibi conceſſæ, eſto pręmio ipſis propoſito ad id allieiantur. Quando autem ex odio, aut ex alia ſiniſtra intentione, eo modo occiderent, peccarent quidem contra caritatem, aut contra aliam virtutem, nõ tamen contra iuſtitiam, idque propter publicam autoritatem, qua id efficerent; eaque de cauſa ad nullã reſtitutionem tenerentur: eſſent enim publici miniſtri quoad exequutionem talis pænæ. Qui ita propter delictum interfici eſt conceſſus à quibuſcunque, ſiue propoſito præmio interfectoribus, ſiue nullo eis propoſito præmio, nuncupatur diffidatus, dicitur etiam bannitus. Sic ob delicti atrocitatem, perniciem, ac ignominiam nominis Chriſtiani, diffidantur ab Innoc. quarto, ſacro approbante cõcilio Lugdunenſi. cap. 1. de homicid. lib. 6. cum omnibus bonis ſuis, quicunque Chriſtiani, tam ſeculares, quàm Eccleſiaſtici, qui interfecerint, per aſſaſſinos, aut interfici mandauerint Chriſtianum aliquem, aut aſſaſſinos receperit, defenderit, vel occultauerit, ita vt quicunque licitè prædictos omnes poſſit eo ipſo interficere, & bona eorum occupare. De qua re Diſp. 24. erit ſermo.

1 Eiuſmodi autem conceſſio fieri non debet, niſi grauiſſima de cauſa. Vt ſi eſſet nocentiſſimus graſſator, aut alius ſimilis, qui pernicioſiſſimus eſſet reipublicæ, neque poſſet facilè comprehendi, concedi tunc poſſet facultas, vt licitè à quocunque interficeretur, propoſito, ſi ad id opus eſſet, interfectori præmio, vt vel malefactor ille ab eo loco diſcederet, vel tanta peſtis de medio tolleretur, aliiq; ſimilia flagitia committere non auderent. Neque curandum tunc eſt, quod ille, ſi ita interficiatur, regulariter interitum ſimul incurret æternum: quoniam ſua culpa ceſſare à peccatis non vult, conuer-

A tique ad Deum per pœnitentiam: maiorque ratio eſt habendæ tunc boni communis, quàm particularis illius, qui ſibi proſpicere poteſt, & ſua culpa non vult. Non eſt autem facilè hæc facultas concedenda; eo quòd tales malefactores regulariter ſine ſacramentis in peccatis lethalibus diſcedent, & propter alia mala, quæ in tali interfectione poterunt interuenire & ex illa oriri. Illud verò admonuerim. leg. prima. Cod. quando liceat vnicuique ſine iudice, &c. Videri concedi interficere graſſatorem, qui vias publicas tenet; quoniam id in defenſionem ſuã, & aliorum, quibus ille mortem & alia damna parat, licere cuiq; videtur, & in iuſtam vindictam videtur ibi publica autoritate concedi. Hæc de primo eorũ, quæ propoſita ſunt.

B Quod verò attinet ad ſecundum; num ſcilicet in euentibus, in quibus (iuxta ea quæ inferius ſunt dicenda, quando de pænis iure adulteris ſtatutis fuerit ſermo) marito impunè à iure permittitur interficere propriam vxorem & adulterum in adulterio deprehenſos, licitè ac ſine peccato eos interficiat, pars, quæ affirmat, ſuaderi poteſt.

Primò, quoniam. cap. ſi verò. 1. de ſentent. excommunic. habetur, non eſſe illum compellendum adire ſedem apoſtolicam pro abſolutione excommunicationis, qui manus violentas in clericum iniecit, turpiter inuentum cum vxore, matre, ſorore, aut filia, inijcientis eo modo in illum violentas manus. Additur verò, ſi mulier, cum qua ita turpiter fuit inuentus, non eſſet tanta conſanguinitate, aut affi-
C nitate, coniuncta cum ira manus iniiciente in clericum cum ea repertum, tunc ſic manus in clericum iniicientem non eſſe immunem à ſententia illa excommunicationis. Quibus verbis apertè innuitur, illum; alium excommunicationem non incurrere, idque affirmant Panormitan. ibi. D. Thom. in quarta diſtinctione. 37. quæſt. ſecunda. artic. primo. ad 3. & doctores communiter: cum ergo id non aliunde eueniat, niſi ex eo, quod, cùm à culpa lethali idcirco excuſetur, quod legum ciuilium autoritate licitè id fecerit, conſequenter excuſatur ab excommunicationis pœna iure canonico alioquin pro tali violenta in clericum manus iniectione ſtatuta; conſequens profectò eſt, vt maritus, vxorem & adulterum interficiens, quando legibus ciuilibus id
D illi eſt permiſſum, lethaliter non peccet, ſed licitè id efficiat.

Secundò, Nicolaus Papa capit. interfectores. 33. quæſt. ſecunda, ait, interfectores ſuarum vxorum, quando illę non erant adulterę, non aliud eſſe, quàm homicidas; argumento ergo à contrario ſenſu cenſet, interfectores ſuarum vxorum ex legum ciuilium permiſſione, quando illæ in adulterio fuerunt deprehenſæ, homicidii peccatum non incurrere.

Tertiò, ciuiles leges vim habent in foro conſcientiæ, poſſuntque iuſta de cauſa conſtituere aliquos exequutores pœnæ mortis nulla expectata ſententia, vt dictum eſt, ſed permittunt maritos interficere proprias vxores & adulterantes cum illis in flagran
E ti delicto repertos, quin lex Luſitana lib. 5. ord. titu. 16. in prin. ait; *licitamente poderaa matar aſſi a ella, como à aquele que achar com ella em o dito adulterio*, & ſimilia alia verba adduntur. §. 1. & 2. ergo maritus, interficiendo eo modo adulteros legis autoritate, non peccat.

Contrariam ſententiam affirmant D. Thom. in 4. diſt. 37. quæſt. 2. art. 1. Palud. ibidem. quæ. 2. ad vlt. Ioan. Med. de reſt. q. 3. cauſa. 4. Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 3. ad 2. Syluest. verb. homicidium. 1. n. 6. Couar. in 4. decr. par. 2. c. 7. §. 7. n. 9. & doctores communiter, tam theologi, quàm iuris periti, quorum plurimos refert Couarru. nu. 9. citato, nempe maritum lethaliter peccare vxorem interficiendo, vel adulte- 2

rátem cum illa, etiam quando lex id ei concedit, ſeu permittit. Ratio autem eſt, quoniam lex ſolùm intẽdit concedere, vt id impunè fiat propter iuſtum nimiumque dolorem, quo laceſſitus id efficit, & propter dedecus maximum, quod ex adulterio vxoris ei ſequitur, & vt homines caueant ab adulterio patrando: non verò intendit facere maritum miniſtrũ iuſtitiæ ad eam pœnam infligendam ante vllam ſententiam. Atque, ſi lex id intenderet, eſſet iniuſta, quæ inauditum reum, nullaque priùs expectata ſentẽtia, marito traderet tam grauiter puniendum, qui duci imaginationibus falſis ſæpe poſſet, facilèque poſſet occidere vxorem, ſi illam exoſam haberet, fingẽdo commiſiſſe adulterium. Adde, quòd cum adulteri, reperti in flagranti delicto, in peccato ſint lethali, atque ita reperti, difficilè mortis timore ſe poſſent ſubitò ad gratiam conſequendam, interitumque ęternum euadẽdum, præparare, iniqua eſſet lex, quæ marito, tanquam iuſtitiæ miniſtro, concederet ita ſubitò interficere adulteros, peccaretque maritus lethaliter contra illorum caritatem, non concedendo illis priùs ſpatium pænitendi. Satis ergo eſt legislatores impunè permittere eam adulterorum interfectionem. In huius ſententiæ confirmationem accedit, eundem Nicolaum Papam. c. inter hæc, 33. q. 2. ſatis apertè innuere, nihil impedientibus ſecularibus legibus, quæ permittunt occidere vxorem adulteram, peccare maritum illam autoritate propria ita interficiendo. Quia ergo maritus, interficere aggrediens propriam vxorem & adulterantem cum illa in adulterio deprehenſos, miniſter non eſt iuſtitiæ eam pęnam publica autoritate exequutioni mandans, quin potiùs lethaliter peccat illos ita interficiendo; conſequens eſt, vt illi poſſint tunc ſe ab eo defendere, illũ licitè interficiendo, ſi id ita neceſſarium ſit ad defendendam ac conſeruandam ſuam propriam vitam, ne ab illo eripiatur: id autem efficere non poſſent, ſi publica autoritate, tanquam miniſter iuſtitiæ ad id deputatus, eos interficere aggrederetur: quoniam reſiſtere non poſſent, vllumque malum illi inferre, ſed ſolùm fugiendo poſſent curare euadere mortem illam.

Ius Caſtella.

Quando autem de iure huius regni poſt latã ſententiam vxor adultera, iſque, qui cum illa eſt adulteratus, traduntur marito, vt in illos pęnam mortis exerceat, ſi velit, illos interficiendo, aſſeruerunt quidam iuriſperiti, id quoq; eſſe ſolam permiſſionem, neque conſtitui miniſtrum iuſtitiæ ad id exequendum, eaq; de cauſa, ſi illos interficiat, peccare lethaliter. Ducti, quòd liberum ei relinquatur, illos interficere, aut non interficere, vt ipſe maluerit. Meritò tamen communis ſentẽtia theologorum ac iuris peritorum eſt in contrarium. Quoniam miniſter, tanquam perſona ipſa offenſa, conſtituitur ad eam pęnam, ſi velit, exequendam: quòd autem integrum illi, tanquam perſonæ ipſi offenſæ, relinquatur, parcere, eamque pœnam non exequi, in bonum delinquẽtium, ipſiuſque mariti, fuit conceſſum, neque id impedit quominus miniſter publicus deputatus ſit ad eam pœnam exequendam, ſi velit. Eſſet autem lex iniqua: quæ in eo euentu, lata iam ſententia, ſolùm illi impunè permitteret interfectionem, neque licitam illi relinqueret, conſtituendo illum miniſtrum exequutorèmve illius pœnæ: poſſentque tunc adulteri ſe ipſos ab illo defendere, quin & alij defendere illos poſſent.

Quod ſi quis aduerſus primum eorum, quæ dicta ſunt, obijciat legem Numer. 35. quæ cõcedebat propinquis occiſi interficere occiſorem. Quidam reſpõdent, Deum, vt dominum vitæ omnium hominum, potuiſſe condere eam legem: homines verò, etiam ſi principes ſint, non poſſe ſimilem legem cõdere. Caiet. & alii reſpondent, eam legem eſſe ſolùm permiſ-

A ſiuam, vt impunè fieret; non verò vt licitè fieret, vt de marito interficiente vxorem repertam in adulterio, de iure Cæſareo eſt dictum. Sacer tamen ille textus aliud ſonare videtur. Lyranus verò & alij dicũt, id in foro etiam conſcientiæ fuiſſe conceſſum, cæterum poſt latam ſententiam per iudices.

5 Ad primum ergo argumentum in contrarium cõcedendum eſt, illum non eſſe excommunicatum, vt, iuxta eum textum, affirmat communis ſententia doctorum, habetque id verum, etiam ſi illos non inueniat fornicantes, ſed ſe amplexantes, aut oſculantes, aut illos inueniat in loco ſuſpecto, vt cum communi doctorum ſententia affirmat Nauar. in Manu. cap. 27. num. 84. vnde concedenda eſt maior. Quòd autẽ excommunicatus non ſit, non ex eo prouenit, quòd
B non peccet lethaliter ita clericum percutiendo, vt habet minor, quæ idcirco falſa eſt, ac neganda, ſed prouenit ex eo, quòd ſicut leges ciuiles in odium adulterij, & propter iuſtum ac maximum dolorem, quo maritus laceſſitus adulterum interficit, non vult illum ſubiacere pęnæ; ita ſummus Pontifex non vult, vt percuſſor ille in illis euentibus incurrat excommunicationem, nihil impediente, quòd peccet lethaliter percutiendo eo modo clericum. Quo loco obſerua, in eo textu plures excuſari ab excommunicatione, quam de iure ciuili à pęna excuſentur; de iure .n. ciuili frater, inueniens ſororem fornicantem cum aliquo, & filius matrem ſimiliter inueniens, non excuſantur à pæna, ſi fornicarium interficiant, & tamẽ in eo capite ab excommunicatione pronunciantur
C immunes. Illud etiam obſerua, caput illud, iuxta gloſſam ibi, intelligendum eſſe de percutiente ſtatim, ſeu in continẽti, clericum in eo delicto repertũ: ſecùs autem de percutiente poſtea ex interuallo. Syl ueſter verb. excommunicatio. 6. caſu 10. quem ſequi videtur Nauar. in Manu. cap. 27. num. 84. cum communi ſententia affirmat, eſto ſubitò mutiletur aut interficiatur clericus eo modo in delicto repertus, occidentem, aut mutilantem, non manere excommunicatum. Id verò limitant duo doctores citati, niſi ex matura deliberatione mutiletur, aut interficiatur, etiam ſi ſubitò ac in continenti id fiat in ipſomet delicto: nam tunc, inquiunt, manet excommunicatus. Hæc tamen ſententia mihi non probatur. Quoniam textus de quacunque percuſſione loquitur, e-
D tiam ſi ſit interfectio, ut ipſimet concedunt, neque quicquam diſtinguit, modò, iuxta gloſſam ibi, non fiat ex interuallo, ergo quamuis eo modo percutiens, non tãta animi paſſione ac perturbatione percutiat, ac ſi caſu & præter ſuam ſpem illos ita ſubitò reperiret, ſed pleno iudicio ac deliberatione percutiat, non video cur, ſi mutilet in eo euentu, aut occidat, incurrat excommunicationem. Item, ſi admittamus ita mutilantem, aut occidentem, incurrere excommunicationem, non video cur id non debeant ſimiliter affirmare de quacunque alia percuſſione clerici ſimiliter facta, eſto nec interfectio nec mutilatio ſit. Multo minus eſt probanda opinio Couar. vbi ſupra num. 12. qui affirmat, percutientem cleri-
E cum, etiam cum deliberatione, de qua loquimur, non incurrrere excommunicationem, & nihilominus ait, ſi interficiat, excommunicationem incurrere, etiam ſi ex paſſione, & non ex matura deliberatione, id efficiat.

Ad ſecundum dicendum in primis eſt, ſatis eundem Pontificem ſe explicare capite ſtatim ibi ſequẽti, vt ſuprà relatum eſt. Prætermiſsa verò expoſitione gloſsæ ibi, aſserentis, ſupplendam eſse particulã, maximè, quaſi diceret, maxime quando illæ non erant adulteræ, dicendum deinde eſt, Pontificem loqui ibi (vt ex iis, quæ ſtatim in eodem capite adiungit, conſtat) ad effectum, vt pænitentia pro homicidio vxoris, de qua ibi eſt ſermo, illi imponatur, & vt

proli-

prohibeatur ducere aliam vxorem, niſi ſit iuuenis,
de quo incontinentia præſumi poteſt; nam tunc, quo
ad hoc, poſſet cum illo diſpenſari, vt ſubiungitur. Si
cut enim ius ciuile ob ea, quæ ſuprà dicta ſunt, non
imponit pęnam marito interficienti vxorem ſtatim
repertam in delicto, & ius canonicum remittit illi
pœnam excommunicationis, ſi percutiat, aut inter-
ficiat clericum cum illa repertum: ita Nicolaus Pa-
pa ibi, illum eximit à pœnis in eo capite commemo-
ratis. Atque eodem modo loquuntur ibidem Pius
Papa, & Stephanus. c. quicunque, & c. admonere.

Ad tertium dicendum eſt, intentum legum ciui-
lium non eſſe, conſtituere illos miniſtros iuſtitiæ, tri
buereque illis autoritatem, vt iuſtè ante latam ſen-
tentiam, vt publici miniſtri, id efficiant, ſed ſolùm
eximere illos à pœna, vt oſtenſum eſt. Vnde particu
la illa in ordinationibus Luſitanis, *licitamente*, expo
nenda eſt, id eſt, impune: leges quippe ciuiles nõ tra
ctant conſcientiæ forum, ſed quid licitè, hoc eſt im-
pune, in foro exteriori fiat, ſeu permittatur.

DISPVT. 8.

Vtrùm liceat clericis interficere malefacto res cauſæque ſanguinis ſe immiſcere, exercere chirurgiam, & operam dare ci uili iuri.

SVMMARIVM.

1 *Clericis iudiciũ ſanguinis exercere iure humano pon-
tificio prohibitum eſt.*
2 *Ex iuriſdictione tamen temporali per alium, aut ex
poteſtate Pontificis per ſe, id ipſum exercere ipſis per
mitti poteſt.*
3 *Quid iuris ſi conquerantur clerici apud iudices ſecu-
lares de malefactoribus, vel accuſant de crimine,
vide cum ſuis ampliat. & limitat. nume. 4. 5. 6. 7.
8. & 9.*
10 *Sed an ex commiſſione ſecularium poteſtatum cogno
ſcere poſſunt de cauſis criminalibus ad laicos punien
dos infra pœnam ſanguinis, remittendo crimina ad
poteſtates laicas quando fuerint digna pœna ſan-
guinis?*
11 *Clerici eſſe non poſſunt duces in bello etiam iuſto, eſto
propria manu non pugnent.*
12 *Clericis quale ſit peccatum, cauſam ſanguinis, quan-
tumuis iuſtam exercere, aut ad illam cooperari.*
13 *Clericos intereſſe ſententiæ aut executioni pœnæ ſan-
guinis ſolùm ad ſpectandũ hodie nullum peccatum.*

QVemadmodum tractatu præcedente Di-
ſput. 108. oſtendimus, nefas clericis eſſe
propria manu pugnare, eſto bellum ſit
iuſtum, exceptis euentibus ibi explica-
tis: ſic illicitum illis eſt interficere ac mutilare male-
factores, ad id ve cooperari, eſto illi morte, aut muti
latione, digni ſint, ita D. Th. 2. 2. q. 64. art. 4. cõcorſ-
que doctorum ſententia. Ratio autem prohibitionis
huius eſt indecẽtia, quæ eſt, vt clerici, qui per ordi-
nes ſuſceptos miniſterio altaris deputantur, in quo
in miſſæ ſacrificio Chriſti paſſio manſuetiſſimi a-
gni repræſentatur, qui cum percuteretur, non reper-
cutiebat, & cum pateretur, non comminabatur, in-
terfectores aliorum aut mutilatores ſint, ſanguinem
illorum effundendo, nihil impediente, quòd illi di-
gni omnino ea pœna ſint. Sunt enim in republica
laicæ poteſtates ad id deputatæ, quibus ex officio in
cumbit, eas pœnas decernere ac applicare, manda-
reque exequutioni: neque eſt, quòd clerici ea in re
ſe intromittant aut immiſceant. His accedit, cleri-
A cos per ordines conſtitui miniſtros nouæ legis: in
qua nulla pœna ſanguinis eſt ſtatuta, vt ueteri lege
multis in euentibus fuerat ſancita: ſed ſpiritualia ar
ma tradita à Chriſto ſunt Eccleſiæ miniſtris, ad pœ
nas ſpirituales infligendas: non denegando tamen
eis infligere etiam alias pœnas, quas bono regimini
eccleſiæ viderint expedire, ſiue per ſe illas exequen-
do, ſiue relaxando malefactores quo ad delicta, quę
ſub ipſorum iuriſdictionem cadunt, brachio ſecula-
ri, ſeculari ve reipublicæ, vt illa iuxta ſuas leges iudi
cet ac puniat, quando malefactor dignus fuerit cor-
porali pœna, quam non adeò deceat miniſtros Ec-
cleſiæ per ſe ipſos eiuſmodi malefactori applicare.

Dubium verò eſt, quo iure clericis ſit inhibitum, 1
interficere vel mutilare malefactores. Atque in pri
B mis conſtat, iure naturali id eis nõ eſſe prohibitum:
quippe cum ex natura rei id malum non ſit, quando
malefactores tanta pœna ſunt digni, clericique pu-
blica autoritate id efficerent. Item quoniam, ſi iure
naturæ eſſet malum, neque ſacerdotibus veteris le-
gis fuiſſet permiſſum cauſam ſanguinis exercere;
Moyſes autem Exo. 32. illam exercuit in idolatras,
& Samuel. 1. Reg. 15. in Agag Regem Hamalech:
vterque autem ſacerdos erat ueteris legis, iuxta illud
Pſal. 98. *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Sa-
muel inter eos, qui inuocant nomen eius.*

Quidam diſtinguunt, duobus modis eſſe aliquid
de iure diuino poſitiuo. Vno, preſsè ac propriè, quia
videlicet à Deo, aut in perſona Dei, eſt aliquid præ-
ceptum; quo pacto baptiſmus de iure eſt diuino po
C ſitiuo. Altero verò, latè ac impropriè, quia ſcilicet
eſt præceptum, quod in ſcriptura ſacra continetur,
cæterum latum, non à Deo, neque in perſona Dei,
ſed ab apoſtolis per poteſtatem, quam, tanquam ec-
cleſiæ prælati ac miniſtri, à Chriſto acceperunt ad
leges condendas; quo pacto rationabili ex cauſa
Actor. 15. conuerſis ex Gentibus præceptum impo-
ſuerunt, vt abſtinerent ab immolatis ſimulacrorum,
& ſanguine, ac ſuffocato. Hac præmiſſa diſtinctio-
ne, affirmant, prohibitionem, qua clericis eſt inhibi
tum cauſam ſanguinis exercere, eſſe de iure diuino
poſitiuo poſteriori modo, non verò priori, quod eſt
dicere, eſſe de iure humano, lato tamen ab Apoſto-
lis. Ducuntur teſtimonio illo Pauli 1. ad Timot. 3.
*Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, non vinolen-
D tum, non percuſſorem.* Cæterùm ibi Paulus non lo-
quitur de percuſſione iuſta, publicaque autoritate
facta, de qua nunc loquimur, ſed de percuſſione ex
natura rei iniuſta: neque loquitur de ſola mutilatio-
ne atque occiſione, de qua nũc loquimur, ſed de qua
cunque iniuſta atque irrationabili percuſſione: do-
cetque mores, quales eſſe debent in eo, qui in epiſco
pum eſt eligendus: non verò loquitur de moribus,
qui prohibiti illi ſint, poſtquam fuerit in Epiſcopũ,
aut in clericũ aſſumptus, ratione miniſterij, in quod
eſt aſſumptus: de quibus tamen nos nunc loquimur.
Quo fit, vt in eo teſtimonio non contineatur præce-
ptum, quod doctores, cum quibus diſputamus, con-
tineri in illo affirmant.

E Quòd ſi quis dicat, Deum in veteri lege prohi-
buiſſe Dauidi ædificare templum nomini eius, pro-
pterea quòd multum ſanguinis effudiſſet: eaque de
cauſa videri de iure diuino homicidas admittendos
non eſſe in ſacerdotes. Dicendum eſt, in veteri le-
ge nullum fuiſſe præceptũ, vel quòd ſacerdotes ſan-
guinem non effunderent, vel quòd, qui ſanguinem
effudiſſent, aliquem interficiendo, in ſacerdotem
non admitteretur. Quoniam, vt dictum eſt, Moyſes
& Samuel ſanguinem fuderunt. Et Phinees Nu-
me. 25. eo quòd occiderit Iſraelitam fornicarium
cum Madianitide, ex perſona Dei fuit dictum; *Ecce
do ei pacem fœderis mei, & erit, tam ipſi, quam ſemi-
ni eius, pactum ſacerdotij ſempiternum.* Præterea,
eſto

eſto talis prohibitio fuiſſet in veteri lege, morte Chriſti ceſſaſſet, eaque de cauſa non eſſet de iure diuino in noua lege, niſi ea de re à Chriſto latum fuerit nouum præceptum. Quòd autem Deus indecens iudicauerit, Dauidem, propter tantam ſanguinis copiam bellis effuſam, ædificare templum nomini eius, argumentum ſanè eſt, rationabiliſſimã, æquiſſimã, Deique voluntati conſonam valde eſſe prohibitionem, qua in Chriſtiana Eccleſia clerici, qui ad tantum miniſterium ſunt deputati, prohibiti ſunt, cauſæ ſanguinis ſe immiſcere, quaque prohibitum eſt, interfectores, ac mutilatores, in clericos aſſumi.

2 Dicendum itaque eſt, de iure tantum humano pontificio eſſe prohibitionem, qua clerici prohibiti ſunt, cauſæ ſanguinis, quantumuis iuſtæ, ſe immiſcere, ad illam ve cooperari, aliquem interficiendo aut mutilando. Ea autem prohibitio, inter alia iura, habetur. c. his qui. 23. q. 8. c. clericis, & c. ſententiam, ne cler. vel monachi. Quia ergo prohibitio hęc de iure ſolùm eſt humano, conſequens profectò eſt, vt ſicut tractatu præcedente Diſput. 108. diximus, ſummum Pontificem diſpenſare poſſe, vt clerici propria manu pugnent, & vt nullam irregularitatem incurrant, eſto aliquem interficiant: ſic diſpenſare poſſit, vt clerici cauſam ſanguinis exerceant, eive ſe immiſceant, præcipiendo, conſulendo, vel aliqua alia ratione, & vt irregularitatem, morte, aut mutilatione, alicuius inde ſubſequuta, non incurrant; expedienſque aliquando eſt rationabili ex cauſa eum diſpenſare, vt cum Regibus ſacerdotibus, qualis fuit Cardinalis ſanctiſſimus Enricus vltimus Luſitaniæ Rex, & cum ijs, qui regna gubernant. Ita Sotus 5. de iuſt. q. 1. artic. 4. & de teg. ſecre. memb. 2. concluſ. 3. Nauar. c. inter verb. in editione Hiſpana coral. 60. Couar. clement. ſi furioſus parte 2. §. 5. nu. 1. & doctores communiter. Et quamuis id prohibitio fuiſſet Pauli. 1. ad Tim. 3. vt quoſdam exiſtimaſſe ſuprà eſt dictum, diſpenſare ſimiliter ſummus Pontifex poſſet: eò quòd id ſolum eſſet ius humanum: ſicut quã uis ieiuniũ quadrageſimæ ab apoſtolis fuerit inſtitutum ac præceptum, in eo diſpenſare poteſt, ac diſpenſat, ſummus Pōtifex; eo quòd de iure ſit humano. Ita Sotus vbi ſuprà.

Licitum verò eſt epiſcopis, prælatis religioſorum, & quibuſcunque alijs clericis, iuriſdictionem temporalem habentibus, vel ex ſuo patrimonio vel dignitati eccleſiaſticæ annexam, committere cauſas ſanguinis iudicibus, quos ſibi ſubditis ad id præfecerint, abſque vllo peccati metu, aut irregularitatis, eſto illi, ſuum munus exequendo, malefactores mutilent, vel interficiant. Quamuis enim per ſe ipſos exequi non poſſint eiuſmodi cauſas, neque cum alijs ad earum exequutionem cooperari; præficere tamē poſſunt iudices ac poteſtates laicas, quę illas exequantur. Ita habetur. c. vlt. ne cler. vel mona. lib. 6. Neque ſolùm fas illis eſt, committere in generali tales cauſas, ſed etiam in particulari, præcipiendo, vt circa talem, vel talem, cauſam inquirant, ac faciant, quod fuerit iuſtum. Item, quando à iudicibus à ſe deputatis appellatur, præficere ac deſignare poſſunt alium, qui de cauſa illa in particulari cognoſcat. Vtrunque apertè colligitur ex. c. citato, & affirmat Panor. c. clericis. num. 12. ne cler. vel monac. Nihil tamen eiuſmodi clericus dicere aut facere poteſt, quo iudicem à ſe deputatum moueat ad mortis aut mutilationis exequutionem: neque poteſt exhibere præſentiam ſuam ad ſententiam, aut ad exequutionem, pœnæ mortis aut mutilationis. Vnde. c. ex literis de exceſſib. prel. Epiſcopus quidam, qui verbis iudicem à ſe deputatum mouit, vt mortis pœnam in malefactorem quendam proferret, atque ad illius pœnæ exequutionem præſentiam ſuam exhibuit, declaratur irregularis, præcipiturque, vt epiſcopatui ce-

A dat, ſin minus ab illo deijciatur, alio in illius locum electo.

Licitum prętereà eccleſiaſticis eſt, conqueri apud iudices ſeculares de quibuſcunque laicis malefactoribus, qui damnum quodcunque, aut iniuriam, ipſis intulerint, ac petere competentem emendam, atque vt prouideant, ne in ipſos quicquã tale in poſterum fiat, præmiſſa tamen expreſſa proteſtatione, quòd non intendunt vt ſanguinis pœna, mortis, aut mutilationis, puniantur. Eſto autem iudices ex officio 3 ſuo, ac iuxta criminis qualitatem, morte puniant eos malefactores, maneantque proinde tales iudices eo ipſo irregulares; clerici tamen, qui, præmiſſa expreſſa illa proteſtatione, conqueſti coram illis ſunt, neque irregulares manent, neque peccatum vllum in- B currerunt. Ita conſtitutum fuit. c. 2. de homic. lib. 6. idque, ne laici, videntes clericos conqueri non audere coram iudicibus ſecularibus irregularitatis timore, interficere eos auderent, bonaque eorum diripere.

Quo loco nonnulla obſerua. Primum eſt. Eſto clerici, qui ita conqueruntur, videant, eos malefacto- 4 res, de quibus conqueruntur, morte fore puniendos, ob criminis qualitatem, ac pęnam lege ſtatutam neque peccare, neque irregularitatem, ſubſequuta illorum morte, incurrere. Cõmunis etiam ſententia, quam Couar. clement. ſi furioſus, parte 2. §. 5. refert ac ſequitur, affirmat, eſto dum clerici ita accuſant, intendant mortem malefactorum, ſi tamen pręmittant proteſtationem illam, non incurrere irregularitatem ſubſequuta poſtea morte illorum. C Crederem tamen, peccare illos, ſi directè ac per ſe ſua querela mortem intendant, aut mutilationem. Quoniam id indecens ſtatui ipſorum eſt, neque eſt id, quod in eo textu ipſis permittitur. Non verò crederem eos peccare, ſi ſolùm intenderent, vt punirentur, non curantes, quòd morte, aut mutilatione, puniantur, ſi ea pœna digni ſint, nihil impediente, quòd præuideant, illam veriſimiliter fore infligendam.

Secundum eſt. Si crimen, de quo conquerentur, 5 dignum non eſt morte aut mutilatione, iudexque iniuſtè, ac præter ipſorum intentionem, ad pœnam mortis, aut mutilationis, progrediatur, non peccare eos, qui ita conqueſti ſunt, neque irregularitatem incurrere. Ita affirmat gloſſa. c. 2. citato. Imò verò cre- D do, in eo euentu, eſto nō proteſtentur, ſe non intendere pœnam ſanguinis, non incurrere irregularitatem. Ratio autem eſt, quoniam per accidens & præter ipſorum intentionem ſequuta eſſet ea mors, neque ipſi operam dederunt rei illicitæ: quandoquidē ipſis, quando aduerſus ipſos commiſſa ſunt delicta, prohibitum non eſt, agere ciuiliter, aut criminaliter, ad pœnam, quæ non eſt ſanguinis, aperteque conſentit. c. poſtulaſti de homic.

Tertium eſt. Si ſine expreſſa illa proteſtatione 6 conquererentur de delicto, & delictum eſſet tale, de quo præſumi poſſet, progrediendum ob illud eſſe ad pœnam ſanguinis, tunc peccarent ita ſe immiſcendo cauſæ ſanguinis, cum c. 2. citato permiſſum E eis non ſit, immiſcere ſe eo modo cauſæ ſanguinis, ſequutaque poſtea morte, aut mutilatione, irregularitatem incurrent.

Quartum eſt. Quamuis permiſſum eis ſit, modo explicato conqueri coram iudicibus ſecularibus; nō tamen eſſe eis permiſſum aliter ſe immiſcere cauſæ ſanguinis: eaque de cauſa, ſi ſe immiſcerent teſtificando, aut alia ratione, tunc, eſto proteſtationem præmitterent, peccarent, ſubſequutaque morte, aut mutilatione, irregularitatem incurrerent. Ita communis doctorum ſententia, quam Couar. §. 5. citato ad finem. nu. 5. refert ac ſequitur.

Non eſt autē immiſcere ſe cauſæ ſanguinis, quan- 7 do aliquis coram iudice eccleſiaſtico teſtificatur, denun-

denunciat,aut accuſat de crimine,cuius cognitio ad forum ſpectat eccleſiaſticum:quoniam iudex eccleſiaſticus procedere non poteſt ad pęnam ſanguinis. Vnde in eo tribunali neceſſaria non eſt proteſtatio, eſto crimen tale ſit, de quo ſit omnino credendum, iudicem eccleſiaſticum traditurum eſſe reum brachio ſeculari, tandemque illum eſſe interficiendum ob id crimen. Quare teſtificando, nunciando, aut accuſando(vt fiſcalis accuſat) in tribunali ſanctæ inquiſitionis,neceſſaria non eſt proteſtatio: quoniam inquiſitores nec procedunt, nec procedere poſſunt, ad pœnam ſanguinis, ſed ſolùm ad condemnãdum de crimine hęreſeos,aut de alio,cuius cognitio ad tribunal illud ſpectat, & ad pronunciandum incurriſſe pœnas iure ſtatutas,atque ad infligendum pœnas, quæ ſanguinis non ſunt. Vnde priuilegium illud à Paulo 4.die 29. Aprilis anni 1557.conceſſum,vt qui interſunt tribunali ſancti officij cauſiſque illius, immunes ſint ab irregularitate idcirco incurrenda, quod referũt iudiciale inquiſitorum.4.decreto,Maiolus de irregularitate lib.2.cap.9.num.8.& alij,ſolùm inſeruit ad pacandas conſciẽtias:non verò quaſi ad id eſſet neceſſarium. Quando autem inquiſitores, aut alij iudices eccleſiaſtici, reos ſeculari brachio relaxant, quibus ſanguinis pœna à iudicibus ſecularibus eſt imponenda, tunc ipſi ſunt, qui petere à iudicibus ſecularibus debent,vt non procedant ad occiſionem,uel mutilationem,vt ſubijciemus.

8 Quintum eſt. Si iniuria, aut damnum, illata nõ eſſent clerico conquerẽti coram iudice ſeculari, neque rebus ſuis,vt ſuo mancipio, aut famulo, ita vt iniuria in ipſum redundaret,modo Diſput.2.explicato,tunc,eſto illata eſſent ſuo conſanguineo,peccaret ſe ita immiſcendo cauſæ ſanguinis, irregularitatemque incurreret ſubſequuta morte, aut mutilatione,nihil impediente, quòd proteſtationem prætermitteret. Ratio autem eſt,quoniam, c.2. citato ſolum permittitur eis conqueri de malefactoribus ſuis, nõ verò de ijs,qui alijs damnum intulerunt. Poſſunt nihilominus accuſare eos, qui damnum Eccleſijs ipſorum intulerunt,vt colligitur ex c.cum generale de foro comp.atque affirmant Anto.Gom.3.tom.var. reſol.c.1.nu.33.& doctores cõmuniter:cauſæ quippe ſuarum eccleſiarum ad ipſos pertinent.

9 Sextum eſt. Quando clerici iure naturali tenentur denũciare poteſtatibus publicis crimina aliqua, vt impediantur damna reipublicæ, aut proximorũ, & vniuerſim quando aliquis ſub reatu lethalis culpæ tenetur interficere aut mutilare aliquem, mortiue,aut mutilationi,illum obijcere denũciando,vel qaauis alia ratione, idque non ex peculiari munere, cui ſe ſubiecit,neque quòd ſua culpa in eas anguſtias ſe redegerit, vt neceſſariũ ipſi ſit interficere aut mutilare, non ſolum non peccat denunciando, interficiendo,aut mutilando, ſed neque vllam incurrit irregularitatẽ ſequuta morte aut mutilatione: neque, qui in tali euentu denunciat,vlla indiget proteſtatione,vt irregularitatem non incurrat. Hæc omnia copioſè, ſatisque efficaciter oſtendimus tractatu præcedente Diſp.109.concl.8. eaq; de cauſa neceſſe nõ erit iterum ea hoc loco probare.

Quando clerici degradandi ſunt ac tradendi iudicibus ſecularibus vt puniantur,quin & quãdo laici ob eccleſiaſticum crimen,vt hæreſeos, curiæ ſeculari ſunt relaxandi,conſtitutum ab eccleſia eſt,vt petatur à iudicibus ſecularibus, ne procedant ad occiſionem vel mutilationem. Ita habetur. c.nouimus de verb. ſignif.

10 Dubium. Dubitant doctores,num clerici, ex commiſſione ſecularium poteſtatum, cognoſcere poſſint de cauſis criminalibus ad laicos puniendos infra pęnã ſanguinis,remittendo crimina ad poteſtates laicas,quãdo fuerint digna pœna ſanguinis. Occaſionem huic dubio tribuit caput in archiepiſcopatu de raptorib. Vbi,cum Rex Siciliæ commiſiſſet prælatis eius regni,vt procederent aduerſus Saracenos in eo regno commorantes, qui mulieres Chriſtianas pueroſque Chriſtianos rapiebant, eiſque abutebantur, interdumque illos interficiebant,conſultus ſummus Põtifex,reſpondit: Eiuſmodi prælatos poſſe aduerſus Saracenos illos procedere ad pecuniarias pęnas, ac flagellorum,ita tamen,vt flagella in ſanguinis pęnã non viderentur tranſire, vt eſſet, ſi ex illis mors immineret,aut amiſſio membri. Quòd ſi inquit, adeò grauia crimina reperiãt,vt digna ſint morte,aut mutilatione, ea crimina punienda reſeruent Regis poteſtati. Inde colligunt doctores plurimi,licere clericis,ex commiſſione laicarum poteſtatum, cognoſcere de cauſis criminalibus, præſertim ſi de aliquibus particularibus, & non de omnibus vniuerſim cognoſcant, modo laicis poteſtatibus ea crimina reſeruent, quæ ſanguinis pęna fuerint digna. Huius ſententiæ,inter alios,eſt Panorm. c.clericis, ne cler. vel monac. Dicendum tamen arbitror, id ſolum licere,quando ita poſtulat cauſa fidei,bonumve ſpirituale animarum,aut eccleſiæ exaltatio, vt in euentibus capitis citati. Decis. Etenim clerici prohibiti ſunt aſſumere iudicia merè ſecularia.cap.ſed nec.ne cler.vel monac.& cap.clericis eod.titu. ſub excommunicationis pęna inhibetur ſacerdotibus, ne officium aſſumant vice comitis,aut præpoſiti ſecularis,& quòd ſi id munus ſuſceperint,terque admoniti,non deſtiterint, ſint eo ipſo excommunicati. Clerici inſuper prohibiti ſunt accuſare crimina laicorum, etiam publica, quando in ipſos non ſunt commiſſa, c.ſacerdotes.23.q.7. longè ergo maiori cum ratione cẽſendum eſt,prohibitum eis eſse de illis iudicare. Prohibiti quoque ſunt,ſe implicare negotijs ſecularibus, extra ne cler.vel monac.per multa capita, & alijs iuribus: neſcio verò quod aliud negotium magis ſeculare ſit, quàm iudicare criminales laicorum cauſas. Satis autem conſentaneè ad hanc noſtram ſententiam loquitur Couar. clement. ſi furioſus, parte 2. §.5. num.vlt.

Vt tractatu præcedente Diſp.108. dictum etiam eſt,prohibitum eſt clericis præfici ruptarijs, baliſtarijs,& eiuſmodi alijs viris ſanguinum,hoc eſt,præfici in bello quantumuis iuſto ijs, qui machinas mo- 11
uent ad murum rumpendum,aut qui quocunque inſtrumento pugnant:vnde eſſe non poſsunt duces in bello, etiam iuſto, eſto propria manu non pugnent, vt Panormit.cap.ſtatim citando rectè colligit. Item diaconi, ſubdiaconi, & ſacerdotes prohibiti ſunt exercere artem chirurgiæ, quæ inciſionem aut aduſtionem aliquam inducit, idque propter periculum mutilandi aut interficiendi: id verò non prohibetur conſtitutis in minoribus ordinibus. Hæc omnia habentur. c.ſententiam ne cler. vel mon. Obſerua tamen,quando neceſſitas proximorum omnino id poſtularet, quia non eſt alius chirurgus,neque inueniretur facilè,& niſi clericus artis peritus id efficeret, ſalus proximi periclitaretur, prohibitum non eſse cenſendum, ſacerdotem actum ſimilem chirurgiæ exercere: quoniam eſset contra caritatem & contra ius naturale id tunc non exercere: vnde hic euentus non eſt cenſendus comprehenſus eis legibus eccleſiaſticis,ſed per epicheiam ab eis exceptus:de qua re ſermo inferius redibit Diſp.74. dum de irregularitate pro homicidio ac mutilatione diſputabimus.

Exercere autem alium actum chirurgiæ aut medicinæ,nullo alio iure particulari ſunt prohibiti. Tametſi.c.ſuper ſpecula,& c.non magnopere ne cler. vel mona. & c.1.eod. titul.lib.6. excommunicentur religioſi, qui à ſuis monaſterijs exeunt, vt leges audiant,vel medicinam,& audiunt, nec redeunt intra duos menſes ad ſua monaſteria. Et clerici,qui habent

bent dignitatem, vel perſonatum,quamuis presby- A
teri non ſint,& presbyteri(intellige etiam religioſi)
quamuis dignitatem non habeant,nec Eccleſiam pa
rochialem, qui medicinam, vel leges, audiunt per
duos menſes. Item exercere quaſi ex officio chirur-
giæ aut medicinæ actum,præter quàm quòd clericis
ſit periculoſum ob irregularitatem, quam poſſunt
incurrere,ſi ipſorum culpa eiuſmodi actum exercen
do mors aut mutulatio ſequatur, eſt etiam res inde-
cens ac ſecularis. Capite item. 2. ne cleric. vel mona.
lib. 6. excommunicantur doctores, qui leges docent
aut medicinam eos religioſos, qui ſuum habitum re
liquerunt, aut arroganter detinent eos in ſuis ſcho-
lis. Lege inter alios Nauar. in Manu. c. 27. nu. 116.
& 134.
Interrogabis. Quale peccatum ſit clericis cauſam B
12 ſanguinis,quantumuis iuſtam,exercere,aut ad illam
cooperari. Dicendum eſt: Conſtitutis in ſacris ordi-
nibus eſſe lethale peccatum. Ita ſonant iura citata,ac
perſuadent pœnæ illis ſtatutæ,& affirmant Sotus. 5.
de iuſt. q. 1. art. 4. & doctores communiter. De con-
ſtitutis verò in minoribus ordinibus ait Sotus, pec-
care ſolùm venialiter. Arbitror tamen eſſe diſtin-
guendum,vt tractatu præcedéte in calce Diſp. 108.
quo ad pugnam in bello iuſto diſtinguebamus. Quo
niam,ſi ſint beneficiati,tũc,quia per tale exercitium
aut cooperationem re ipſa efficiuntur irregulares,at
que ad id inepti,ad quod beneficium acceperunt, vi
dentur peccare lethaliter, plus quàm ſi pugnarent:
quoniam ex ſola pugna in bello iuſto, nullum inter-
ficiẽdo,nec mutilando,euadere poſſent ſine irregu- C
laritate. Si autem non ſint beneficiati, tales tamen
ſint,qui priuilegio gaudeant fori,quia deferunt ha-
bitum & tonſuram & ſimul deputati ab Epiſcopo
ſunt miniſterio alicuius Eccleſiæ,vel ſunt in ſemina
rio,aut de licentia Epiſcopi verſantur in aliqua ſcho
la,vel vniuerſitate, quaſi in via ad maiores ordines,
tunc venialiter peccant,vt Sotus bene affirmat. Re-
liqui verò nullum peccatum incurrunt,vt cum Co-
uar. in calce diſputationis citatæ dictum eſt de eiuſ-
modi clericis in minoribus conſtitutis prælianti bus
in bello iuſto. Eſt enim conſuetudine receptum, vt
tales in iudices ac in miniſtros iuſtitiæ aſſumantur
ad cauſas ſanguinis, etiam ante concilium Tridenti
nũ,quo priuilegio fori omnino priuati ſunt. Et quo-
niam,quando clerici prohibiti erant, ſe immiſcere D
cauſæ ſanguinis, ſoli illi minores ordines ſuſcipie-
bant,qui miniſterio Eccleſiæ deputabantur, aut be-
neficium obtinebant Eccleſiaſticum, vel ad maio-
res ordines aſpirabant.
Capite Sententiam,ne cler. vel monac. clerici pro
hibentur etiam intereſse ſententiæ, aut exequutioni
pœnæ ſanguinis. Id verò non eſt intelligendum de
illis,qui ex pia aliqua cauſa interſunt,vt ad conſolan
dum, comitandum, ac adiuuandum patientes, vel
ad aliud pium,vt Panor. ibidem notat. Item quando
aliquis non intereſset prębendo autoritatem ſenten
tiæ, ſolùm eſset peccatum veniale. Imò verò arbi-
13 tror,hodie intereſse ſolùm ad ſpectandum, nullum
eſse peccatum, quando nulla alia adeſt indecentia. E
Quoniam cõſuetudo eſt præſcripta, vt ita interſint.
Et quoniam maior erat clauſura & obſeruantia in
clericis, quãdo latum fuit illud præceptum quàm ſit
hodie.
De ijs clericis,qui ruptarijs, baliſtarijs, & ſimili-
bus præficerentur, id dicendum eſt,quod tractatu
præcedente Diſp. 108. eſt dictũ. Qui clericus actum
chirurgiæ exerceret vrendo aut ſecando, interue-
niente mutilatione,vel morte,aut periculo illius,pec
caret lethaliter,eſto is actus licitus alioquin eſset lai-
co. Quando verò non eſset periculum mortis aut
mutilationis, non auderem condemnare illum pec-
cati lethalis,qui cum actum exerceret.

DISPVT. 9.

Vtrùm liceat homini ſeipſum interficere.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, circumcelliones dicti, quemcumque hominem, ſeipſum uoluntariè interficientem, martyrem affirmabant.*

2 *Occidere ſeipſum nulla de cauſa licitum, niſi manifeſto Dei inſtinctu: cum ſolutione contrariorum, ut num. 4.*

3 *Lucretia, Cato Vticenſis, & alij, qui mortem ſibi conſciuerunt, non ut magnanimi laudandi, ſed ut puſillanimi uituperandi.*

5 *Ignorantia inuincibilis quando cadere poteſt in ius naturale.*

QVidam fuerunt hæretici,quos quaſi mem
brum quoddam Donaſticarum comme
morat Aug. de hæreſibus ad quod vult
Deum hæreſi. 69. Circumcelliones nun
cupati,ſeu (vt Philaſter ait) Circuitores, quòd nul-
libi conſiſterent, ſed circuirent omnia: agreſte ge-
nus hominum,& famoſiſſimæ audaciæ, vt Auguſti-
nus ibi ait,qui non ſolùm in alios immania facinora
perpetrabant, ſed nec ſibi eadem inſana feritate par
cebant,ſe ipſos per mortes varias, maximè præcipi-
tiorum, aquarum, & ignium necantes, idemque a- 4
lijs, vt facerent, ſuadentes, & interdum cogentes
alios,vt ipſos interficerent,mortem illis comminan
do,niſi id efficerent. Hi hęretici affirmabant,quem
cunque hominem ſeipſum voluntariè interficien-
tem,aut committentem alteri,vt ipſum interficeret,
morte ſubſequuta, martyrem eſse. Horum etiam
meminit Aug. 1. contra Petillanum. c. 24. & lib. 2. c.
21. ad Marçellianum comitem,& habetur. c. 1. & 2.
23. quæſt. 5.
Cum autem Deus vitæ ſit dominus, notiſſimum
eſt, Dei iuſsu, inſtinctuve Dei manifeſto, fas cuicun
que eſse,ſeipſum aut alterum interficere. Poteſt e-
nim, vt dominus vitæ, eam poteſtatem cuicunque
facere, eaque facta, continnò talis occiſio ob eam
circunſtantiam ab obiecto quinti præcepti decalo-
gi, quod iuris eſt naturalis, remque prohibet intrin
ſecè malam,extrahitur,licitaque redditur: imò verò
neceſsaria vt fiat, ſi à Deo ſit præcepta, vt Abraha-
mo præceptum fuit, proprium filium in holocau- 2
ſtum offerre. Secluſo verò hoc ſolo euentu, ex di-
ctis Diſput. 1. facilè liquet,nefas ſemper eſse quem-
quam ſeipſum interficere. Etenim id in primis eſt
contra caritatem propriam, qua naturali iure tene-
tur,non minus ſe, quàm alterum, diligere, euerten-
do maximum ſuorum bonorũ temporalium, quod
fundamentum eſt cæterorum. Deinde,cum homo
dominus non ſit ſuæ propriæ vitæ,ſed naturæ autor
dominium illius ſibi reſeruauerit,vt diſputatione ci
tata eſt oſtenſum; ſitque homo pars reipublicæ,quæ
ſuo modo ius in illum habet,tametſi non dominiũ,
vt eadem diſputatione comprobatum eſt; ſanè, ſei-
pſum interficiendo,contra iuſtitiam peccat Dei cõ-
paratione, (latè iuſtitiam ſumendo, vt ſuperiorem
virtutem,quæ noſtri eſt ad Deũ,comprehendit) abſ-
que Dei facultate, imò contra ipſius præceptum, id
deſtruendo,quod illius eſt. Peccat item contra iuſti-
tiam ſuo modo aduerſus rempublicam,iniuriam illi
irrogando,eo maiorẽ, quo ipſe reipublicæ fuerit vti
lior, contra reipublicæ ius ſe ipſum interficiendo,at
que à republica præſcindendo. Eſt verò grauiſſimũ
peccatum, quenquam ſeipſum interficere, non ſo-
lùm

lùm propter ea omnia, quæ dicta ſunt, ſed etiam quoniam, abſque pœnitentiæ remedio, interitum incurrit æternum, ſempiternamq; amittit felicitatem.

Cum autem Deus ſoli reipublicæ, poteſtatibuſq; in ea ſubordinatis, ius conceſſerit malefactores puniendi autoritate ac loco ſui, vt Diſp. 2. eſt explanatum ac oſtenſum; neminemque iudicem ſui ipſius, & multo minus exequutorem pœnæ mortis, conſtituerit: conſequens profectò eſt, vt in nullo euentu, nullaque omnino de cauſa, fas homini ſit ſe ipſum interficere, ſecluſa particulari Dei reuelatione, maniſeſtiſſimoque Dei inſtinctu, ſed ſemper, ſeipſum interficiendo, peccet lethaliter contra quintum decalogi præceptum, vt Aug. acutiſſima, ſapientiſſima, vrgentiſſimaque Diſput. 1. lib. de ciuit. Dei à ca. 17. vſque ad 26. incluſiuè, percurrendo cauſas omnes, ex quibus aliquis falsò ſibi poterat perſuadere, id fas aliquando eſſe, ſatis perſpicuè demonſtrat, conſentitque communis doctorum omnium ſententia. Neque ergo in pœnam delicti, quod morte eſſet digniſſimum, fas eſt etiam ſupremo principi, totiuſque reipublicæ capiti, ſe ipſum interficere: quoniam non eſt iudex ſui ipſius, & multo minus tantæ pœnę in ſe ipſum exequutor, vt D. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 5. rectè ait. Imò neque damnatus quicunque iuſtè ad mortem poteſt per ſe ipſum illam exequi: eo quòd conſtitutus ad id non ſit miniſter iuſtitiæ, neque cõſtitui poſſit, ei præcipiendo, vt per ſe ipſum mortem in ſe exerceat ac exequatur. Neque item ex dolore, atque in pœnitentiam ſuorum antecedentium peccatorum fas cuiquam eſt ſe ipſum interficere: imò neque minuere vitã, tametſi non teneatur eam protrahere, utendo alijs, quàm craſſis & parcis alimentis, quibus multi in hac vita ſuſtentantur, & diutius viuunt, quàm qui cibis delicatis ac abundantibus vtuntur. Neque ad infamiam fugiendam, aut cruciatus, fas eſt quenquam ſibi adimere vitam. Tum quòd maius bonum poſtponendum non ſit minori. Tum etiam quòd Deus, cuius quoad dominium eſt vita, facultatem ad id non conceſſerit. Neque item ad corporis integritatem aut caſtitatem conſeruandam licitum cuiquam eſt mortem ſibi inferre. Maius quippe bonum eſt vita, quàm corporis integritas, & quàm honor ac fama ex ea integritate. Neque virtus caſtitatis amittitur, quando fęmina aliquid inuoluntariè omnino circa ſuum corpus patitur: quin potius id illi ad coronã duplicatur, vt beata Lucia tyranno ſtuprum ſibi comminanti, plena cęleſti ſapientia optimè reſpondit: eo quòd coinquinatio non ſit, niſi de conſenſu mentis, vt eadem beata Lucia ſubiunxit: mentemque non conſentire tam vehementi tentationi oblatæ, ſit actus inſignis caſtitatis. Et Aug. 1. de Ciuit. Dei. c. 16. ſic ait: *Sit inprimis poſitum atque firmatum, virtutẽ qua rectè viuitur, ab animi ſede membris corporis imperare, ſanctumq; corpus uſu fieri ſanctæ uoluntatis. Qua inconcuſſa ac ſtabili permanente, quicquid alius de corpore uel in corpore fecerit, quod ſine peccato proprio non ualeat euitari, præter culpam eſſe patientis. Sed quia non ſolùm, quod ad dolorem, uerum etiam quod ad libidinem pertinet, in corpore alieno perpetrari poteſt, quicquid tale perpetratum fuerit, & ſi retentam conſtantiſſimo animo pudicitiam non excutit, pudorem tamen incutit: ne credatur factum cum mentis etiam uoluntate, quod fieri fortaſſe ſine carnis aliqua uoluptate non potuit. Ac per hoc, quæ ſe occidere noluerunt, ne ſuo facinore alienum flagitium deuitarent, quiſquis eis hoc crimini dederit, ipſe crimine inſipientiæ non carebit.* Hinc fit, mulierem, quæ ipſa nihil omnino conſentiente, paſſa aliquid circa caſtitatem ſit, non ſolùm apud Deum, & Angelos, ſed etiam apud ęquos in hac vita rerum æſtimatores, nihil honoris ac laudis amittere, quin potius encomijs magnis eam efferri. Denique ne-

A que ad vitanda ac euadenda propria peccata, quę in futurum propria fragilitate timentur, nedum ad vitanda peccata aliorum, neque ad citius obtinendam ſempiternam felicitatem, fas eſt quẽquam ſibi mortem inferre. Aliquem enim ſe ipſum interficere ſine Dei iuſſu, aut aperta conceſſione, intrinſecè eſt malum: mala autem culpæ ob nullum bonum ſunt facienda. Neque eſt ſufficiens ad id ratio, quòd grauiora mala culpę propria fragilitate timeantur in futurum: cum nullum culpæ malum ſit, quod Dei auxilio, quod nunquam deerit, vitari non poſſit; adeoque in noſtra poteſtate ſit uitare peccata, vt eo ipſo, quòd in noſtra id non eſſet poteſtate, continuò deſinerent eſſe peccata: quare, qui ea via vitare uellet peccata, aut citius ſempiternam felicitatem adipiſci, B multiplicaret ac augeret eo ipſo peccata, ſempiternamque amitteret felicitatem. Vnde in concil. Brachar. & habetur. c. placuit. 23. quæſt. 5. ſic ſcriptum legimus: *Placuit, vt ijs, qui ſibi ipſis uoluntariè, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per ſuſpendium, vel quolibet modo inferunt mortem, nulla prorſus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deferantur: multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpant. Similiter et de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus moriuntur impœnitentes. ſub audiatur.* Philoſophi etiam, lumine ducti naturali, conſentiunt, illicitum eſſe quenquam ſe ipſum interficere, de quorum numero ſunt Ariſt. 3. Eth. c. 7. in fine, & lib. 5. c. vlt. in prin. Plato in Phædone; ſic, inquit, *iraſcitur Deus, cum quis ſe oc-* C *cidit, ſicut dominus cum ſeruum ſuum uiderit ſe occidere.* Et Tullius libro de ſomnio Scipionis refert illud Pythagoræ: *Sicut militi non licet ſine iuſſu imperatoris à ſua ſtatione diſcedere, ita nec licet homini ab hac vita diſcedere ſine Dei voluntate.* Eandem ſententiam affirmat q. 1. Tuſculana & 5.

Propter rationem vltimo loco redditam, neque membrorum licet abſcindere, vt virilia ad tentationes præſcindendas, vitandaque carnis peccata, vt Origenem teſticulos ea de cauſa ſibi eruiſſe, hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 6. c. 6. commemorat: quod in canonibus Apoſtolorum. c. ſi quis abſciderit. 55. diſt. & in concilio Nicæno. c. ſi quis à medicis eadem diſt. eſt damnatum, irregularitatiſque pœna, eo ipſo incurrenda, eſt pro eo crimine ſtatuta. Licitum tamen eſt D membrorum affligere ad tẽtationem aliquam melius vincendam, ſanguinemque eruere vulnere inflicto, modò membrum non periclitetur, læſioque rationabilis ſit, attentoque periculo expediens.

Illud eſt addendum. Eos, qui ad ignominiam 3
fugiendam, ſubiectionem alijs, vel ad fugiẽdas quaſcunque alias uitæ huius ærumnas ac moleſtias, mortem ſibi conſciuerunt, vt nobilis illa Lucretia, Cato Vticenſis, & alij, non vt magnanimos eſſe apud viros ſapientes habendos ac laudandos, ſed vt puſillanimes eſſe uituperandos ac reputandos: qui, ferre non valentes uitæ huius labores ac moleſtias, maiora damna ſibi attulerunt: quod vt longè abeſt à prudenti rerum ęſtimatore, viroque probo, ſic in uirum E magnanimum cadere non poteſt, ſed ad cõtrarium puſillanimitatis uitium ſpectat, vt Aug. 1. de Ciuit. Dei. c. 22. & 23. docet, amicoſque Catonis id de Catone cenſuiſſe refert. Et Ariſtot. 3. Eth. in fine capitis. 7. ſic ait: *Mortem ſibi conſciſcere ob fugiendam paupertatem, aut moleſtum aliquid, non fortis eſt hominis, ſed potius timidi. Eſt enim mollities laborioſa fugere. Atque nõ quia res honeſta oppetit mortem, ſed quia malum fugit.* Quæ ſententia eadem eſt cum illa, quam ex amicis Catonis Aug. cap. 23. citato refert, dicens: *De cuius facto* (hoc eſt, de morte, quam Cato ſibi intulit, ne Cæſari victori ſubeſſet) *quid potiſſimum dicam, niſi quòd amici eius, etiam docti quidam uiri, qui hoc fieri prudentius diſſuadebant, imbecillioris, quam fortis,*

fortis, animi facinus eſſe cenſuerunt, quo demonſtraretur, non honeſtas turpia præcauens, ſed infirmitas aduerſa non ſuſtinens.

Obijciet aliquis aduerſus hactenus dicta. Primò, Sanſon Iudic. 16. ſe ipſum vna cum Philiſteis interficit: quem tamen Paul. ad Hebr. 11. inter ſanctos commemorat: ergo illicitum non eſt, aliquem in euentu aliquo ſe ipſum interficere.

Secundò, primo Machab. 6. ſcriptura ait: *Et uidit Eleazarus unam de beſtijs loricatam loricis Regis, & erat eminens ſuper cæteras beſtias. Et uiſum eſt ei, quòd in ea eſſet Rex. Et dedit ſe, vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atque illuc. Et iuit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic.* Ecce, ſcriptura ſacra eum laudat, & ait, dediſſe ſe, in mortem, ſcilicet, vt liberaret populum ſuũ: ergo licitum eſt ſe ipſum aliquando interficere.

Tertiò eadem ſcriptura de Razia. 2. Mach. c. 14. ſic ait: *Cum iam* (à ſatellitibus uidelicet Nicanoris) *comprehenderetur, gladio ſe petijt, eligens nobiliter mori potius, quàm ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniurijs agi. Sed cum per feſtinationem non certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia erũperent, recurrens audacter ad murum, præcipitauit ſemetipſum utiliter in turbas.* Et infra: *Et ſtans ſupra quãdam petram præruptam, & iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua, utriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans dominatorem uitæ & ſpiritus, ut hæc ſibi iterum redderet* (in die uidelicet vniuerſalis reſurrectionis) *Atque ita defunctus eſt:* ergo licitum eſt, ſe ipſum aliquando interficere.

Quartò, de beata Apollonia legitur, carnificum operas præuenientem, in flammas, ſibi præparatas, ſe inieciſſe.

Quintò, beatus Ambroſ. 3. lib. de virginib. refert, Mediolani illuſtrem quandam fœminam nomine Pelagiam cum filiabus ſuis virginibus, capta ea vrbe ab hoſtibus, cum quidam milites ſtuprare eas vellent, ſimulaſſe lætitiam ac poſtulaſſe, vt concederetur eis choros aliquos prius ducere, eoſque ducendo per murum ſe præcipites dediſſe in profluentem fluuium, eaſque ibi Ambroſius vt ſanctas laudat. Et Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus lib. 8. hiſt. Eccleſ. capit. 12. commendat matrem quandam cum filiabus, quæ cum vinctæ, quòd Chriſtianæ eſſent, perducerentur, timentes violentiam pudicitiæ earum fore inferendam, in profluentem ſe miecerunt. Et Hieronymus in Ionam, & refertur, c. non eſt noſtrum. 23. quæſtio. quinta, id approbare videtur, dum ait: *Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab alijs, libenter accipere. Vnde & in perſequutionibus non licèt mihi propria perire manu abſque eo, ubi caſtitas periclitetur, ſed percutienti colla ſubmittere:* ergo licitum interdum eſt, aliquem ſe ipſum occidere.

4 Ad primum horum argumentorum dicendum eſt, Sanſonem id feciſſe inſtinctu ac voluntate Dei, vt Aug. 1. de ciuit. Dei. cap. 21. & lib. ſecundo contra Gaudentij epiſto. cap. 23. & cum eo D. Thom.
5 2. 2. quæſtio. 64. art. 5. ad quartum, & doctores communiter affirmant: id quod & Pauli teſtimonium confirmat, qui illum inter ſanctos commemorat: & perſuadet omnino, quòd Dominum ad id inuocauerit, obtinueritque ab eo ſupernaturales vires ad id faciendum.

Ad ſecundum, licèt quidam Eleazari factum temeritatis accuſare velint; dicendum tamen eſt. Licitè ex virtute fortitudinis, ex zelo fidei ac religionis, pro quibus pugnabat, & ex amore Dei, potuiſſe exponere ſe illi periculo: & id eſſe, quod ſcriptura ſignificat illis verbis; Et dedit ſe, (periculo ſcilicet

A illi mortis) vt liberaret populum ſuum; incertus, an egrederetur inde antequam beſtia caderet, ipſumque opprimeret; & an caderet in latus vnum, ita vt ipſe incolumis remaneret: quotidie autẽ fortes milites, conſcendendo turres aut muros inimicorum, ingrediendo primo portas ciuitatum, mittendo ſe in naues, aut in triremes inimicorum, vel tenendo locum primum in acie exercitus, ſe exponunt ſimili, aut æquali periculo: neque vllus eos vituperat, ſed potius vt milites fortes laudat. Eleazarus itaque non ſe interfecit; ſed fecit fortiter id, vnde mors ipſius fuit ſequuta, cum periculo magno, vt ſequeretur; id quod ad gloriam & meritum illius ceſſit, ſi in gratia tunc erat conſtitutus, vt conſtitutum fuiſſe eſt credendum, præſertim cum tam bono fine pu-
B gnaret, ignarus an fortè ex tanto periculo viuus euaderet.

Quod ad tertium argumentum attinet, D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. ad. vlt. & cum eo Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 5. Abul. in. c. 5. Matt. q. 112. cenſent, Raziam excuſandum non eſſe à culpa. Neque eſt ferendus Lyranus, qui eum actum ut fortitudinis excuſare conatur. Sotus verò & alij conſentaneè ad Auguſtinum loco ſtatim citando (tametſi Auguſtinus ibidẽ libros Machabæorum canonicos ex Hebræorum teſtimonio non reputet, qui hodie in concilio Tridentino canonici definiti ſunt) dicunt, ſcripturam in eo loco de nobilitate loqui iuxta conſuetum modum loquendi hominum, mundique huius æſtimationẽ. Fortè tamen ignorantia, coniuncta cum zelo boni
C communis, fidei, ac religionis, eum excuſauit à culpa: quòd ſi ex hoc capite actus ille, de quo negãdum non eſt, ex ſe eſſe malum, à culpa excuſetur, meritorius vtique fuit ob zelum (tametſi ex natura rei indifferentem) & finem bonum, quo fuit factus: neque enim eſt abſurdum aliquod, Deum permittere ignorãtiam inculpabilem in nobis, vt actus ex illa bonus ac meritorius reddatur, quo ad reliqua, quæ in eo actu optima ſunt: atque hac de cauſa ſcriptura ſacra in eo loco non vituperat, ſed potius eo modo Raziam laudat. Auguſtinus 2. libro contra ſecundam epiſt. Gaudentij. cap. 23. longum ſermonem de hoc Raziæ facto texit, atque non in eo fortitudinem ineſſe affirmat, ſed impatientiam, qua à fidei hoſtibus eo iniquo ex ſe medio ſuſtinere fugit, quę ſeptem fra-
D tres verè martyres pro patrijs legibus in eadem Machabæorum hiſtoria ſuſtinuiſſe narrantur; ideoque ait: Raziam non ſapientiæ, ſed inſipientiæ dediſſe exemplum: non tamen negat à culpa eius inſipientiæ per probabilem ignorantiam poſſe ac debere excuſari.

Ad quartum dicendum eſt, Dei inſtinctu, apertaque illius motione, ad id actam fuiſſe, ad paganos confundendos, fideique feruorem ac caritatis oſtendendum, promptitudinemque ad patiendum pro Chriſto. Atque ita credendum eſt, credendumque aſſerit Auguſt. 1. de Ciuit. Dei. cap. 26. de ijs, quas vt martyres ſancta Dei Eccleſia veneratur. Adde, cũ fœmina eſſet, inſcia ſubtilitatũ iuris naturalis, de qua-
E rum numero hæc eſt, ignorantia ea de re inuincibilis illam excuſaſſet à culpa, ac proinde nec meritum id abſtuliſſet, ſed potius auxiſſet, neque abſtuliſſet martyrij coronam.

Ad quintum dicendum eſt, ſi in illis euẽtibus Dei inſtinctus, motioque Dei aperta, non interuenit, (id quod non conſtat, de illiſque euentibus ſermo uidetur eſſe Aug. c. 26. citato, nihilque temere audet iudicare) fœminas illas per ignorantiam inuincibilem excuſatas fuiſſe à culpa, meritumque proinde in illo ſuo actu retinuiſſe, ex optimo fine ſanctoq; alioquin zelo profecto. Si enim non ſolùm Euſebius, ſed etiã Ambroſius, & vt videtur Hieronymus, licitum ac ſanctum id putarunt, quis meritò dubitare poſſit,

exc-

excuſandas tunc fuiſse à culpa fœminas illas in re, de iure quidem naturali, cæterum adeò ſubtili, abſtruſa?

5 Quando enim, quod de iure eſt naturali, occultam, ſubtilem, minimeque facile peruiam habet rationem, in id cadere poteſt ignorantia inuincibilis, quicquid aliqui in contrarium dicant, maximè quando id ab æſtimatoribus huius mundi, virtutis actus, laude & honore dignus, communiter reputatur. Eoque magis interuenilse ignorantiam inuincibilem eſt cenſendum, quando Dei intuitu, ac virtutis, factum comperitur. Neque eſt improbabile, ignorantiam excuſaſse à culpa lethali actum, quo Lucretia ſe ipſam interfecit, ſimileſque alios actus ab ethnicis hominibus factos. Ad illud Hieronymi, ſi non fuit eius falſæ ſententiæ, vt crediderit, eſse licitum, fęminas ſe interficere ad caſtitatem conſeruandam, dicendum eſt cum Gloſsa & Turrecremata, ibi, cum Maiore in 4. diſt. 15. q. 19. & cum alijs, particulam, abſque eo, intelligendam eſse incluſiuè & non excluſiuè, vt illa Canticorum, abſque eo, quod intrinſecus latet, quaſi velit Hieronymus dicere, etiã quãdo periclitatur caſtitas. Vel fortè, quia mulieres aliquæ in eo euētu in Eccleſia Dei excuſantur, vel propter ignorantiam, vel quia id factum eſt Dei inſtinctu, apertaque Dei motione, excluſiuè adhibuit particulam illam, non quòd iudicaret ex natura rei id eſse licitum, ſed ſolum in euentibus, in quibus id in Eccleſia excuſatur.

Alia, quæ hoc loco ab alijs diſputãtur, dicta à nobis ſunt in materia de caritate, & in alijs proprijs illorum ſedibus.

DISPVT. 10.

Vtrùm liceat aliquando interficere innocentem. Et num tradere liceat tyranno innocentem, quem ad occidendum petit, perempturus alioquin vrbem.

SVMMARIVM.

1 *Innocentem occidi poſſe, etiam pro ſalute totius reipublicæ, communis doctorum ſententia negat.*

2 *Membrum ſanum ſibi quis abſcindere poteſt pro ſua ac aliorum ſalute.*

3 *Reipub. conceſſa poteſtas iure naturali puniendi ſingulorum delicta, & præcipiendi ſingulis quæ in commune bonum expediunt illos vitæ periculo obijciendo.*

4 *Vtrum pro ſalute totius reip. uel ciuitatis innocens ciuis tyranno petenti tradi poſſit occidendus?*

5 *Et an eo caſu ciuis ille teneatur ſe ipſum tradere tyranno, an & cogi ad hoc poſſit?*

6 *Ciuitas ciuem innocentem ab iniuſta morte defendere tenetur.*

Vouſque in bello interficere liceat innocentes, qui vel de republica ſunt, cū qua bellum geritur, vel inter hoſtes eius reipublicæ ſunt permixti, tractatu præcedēte Diſput. 119. & 122. eſt dictum. An verò iudici liceat iuxta allegata, & probata condemnare eum, quem ſcit innocentem eſſe, & miniſtris publicis interficere condemnatum, quem innocentē eſſe ſciūt, tractatu quinto eſt diſputandum. Num item per accidens, quando ita neceſſarium eſt ad defenſionem propriæ vitæ, liceat innocentem interficere, in ſequētibus in hoc tractatu eſt dicendum. Nunc autem reliqui euentus ſunt examinandi.

Atque ad primam partem diſputationis propoſi-

A tæ negãter eſt reſpondendum, fas videlicet non eſſe interficere innocentem. Id quod confirmatur ex illo Exo. 23. *Inſontem & iuſtum nō interficies.* Quod præceptum nō eſt iuris poſitiui, ſed naturalis, quod proinde morte Chriſti non expirauit. Ratione autem probatur. Quoniam, ſi ſecludas, quando id ita neceſſarium eſt ad licitam propriam defenſionem: eo quòd, iuxta caritatis ordinem, pręponere liceat vitam propriam alterius vitæ: & quando per accidens ſimul cum hoſtibus innocentes interficiuntur, quantum eſt ſatis ad ius belli proſequendum, atque num iudici, & alijs publicis miniſtris, interficere liceat innocentem iuxta allegata & probata; nemini Deus, ſecluſa particulari Dei certa reuelatione, conceſſit ius alterum interficiendi, niſi poteſtatibus publicis,

B quibus loco ſui ius conceſſit puniēdi malefactores, vt ex dictis hactenus præcedentibus diſputationibus eſt manifeſtum: ergo neque priuatis hominibus, neque publicis poteſtatibus, neque reipublicæ ipſi, licitum eſt interficere innocentem. Ita D. Tho. 2. 2. quæſtio. 64. articu. 6. & communis doctorum ſententia.

Eſt autem hoc vſque adeò verum, vt neque pro ſalute totius reipublicæ, fas reipublicæ ſit innocentem interficere. Si enim tyrannus obſeſſam haberet ciuitatem, quam facilè eſſet capturus, ac peteret, vt ipſamet ciuitas innocentem interficeret, caputque illius ad ſe mitteret, alioquin polliceretur, ſe interfecturum omnes de illa ciuitate, nefas eſſet ciuitati illi eum innocentem interficere, ſed potius te- 1

C nerentur perpeti mortem omnium, quàm id efficere, vt communis doctorum ſententia rectè affirmat. Ratio autem eſt, quoniam innocentem ſine Dei iuſſu interficere eſt intrinſecè malum, iniurioſumque tam ipſi innocenti interficiendo, quàm Deo, cuius eſt vita illius, quamque quinto decalogi præcepto, quod iuris eſt naturalis, ab eo auferri prohibet: ergo nulla de cauſa, ad nullumque malum vitandum, ad nullumque bonum conſequendum, id licet.

Obijcies primò. Sicut ſe habent membra corporis humani ad totum hominem, ſic ſe habent ſinguli ciues ad totum reipublicæ corpus, quod ex eis conſtat: ſed homo poteſt ſibi abſcindere membrum pro ſalute totius hominis, quin & pro ſalute mem-

D bri magis præcipui: ergo reſpublica etiam poteſt interficere ciuem ſuum innocētem pro ſalute totius reipublicę, quin & pro ſalute partis reipublicæ magis præcipuæ.

Secundò, reſpublica poteſt exponere periculo mortis ciuem quemcunque pro ipſiuſmet reipublicæ ſalute; quin & ciuis ipſe tenetur aliquando, etiam non iuſſus, ſe exponere tali periculo: ergo pro ſalute totius reipublicæ fas reipublicæ eſt, ſuum ciuem innocentem interficere.

Ad primum horum poſſet fortè aliquis reſpondere, concedendo maiorem, minorēque diſtinguendo. Quoniam, vel in ea eſt ſermo de membro malè affecto, quod inficere poteſt totum corpus, vel de

E membro ſano. Si ſermo in ea ſit de membro infecto, illam concederet: inde verò non ſequeretur, rēpublicam poſſe interficere ciuem ſuum innocentē, ſed ſolum nocentem, ſuiſque moribus reipublicæ pernicioſum. Si verò in ea eſſet ſermo de membro ſano, illam negaret.

Hæc tamen reſponſio nulla ratione eſt probanda. Quoniã homo pro ſalute ſua, quin ad euitãdum maius detrimentum, quàm ſit abſciſſio membri, poteſt ſibi abſcindere membrum ſanum, vt Sot. 5. de iuſt. q. 2. art. 1. rectè affirmat. Si enim quis circulo ferreo ita conſtrictã haberet manum, vt, niſi illã abſcinderet, cremandus igne eſſet, quo domus ardere cępit; ſanè, vt vitam conſeruaret, aut vt maiorem lę- 2

ſionem

ſionem vitaret, quàm eſſet abſciſſio manus, eam ſibi licitè poſſet abſcindere. Sicut ad mortem euadendam poſſet etiam exilire de feneſtra cum periculo amittendi membrum, imò & cum periculo vitæ, ſi ſpes aliqua eſſet cum ea euadendi, poſſet id efficere, vt mortem certam euitaret. Imò verò ſi quis in triremi pede eſſet conſtrictus, adeoque eſſet vir fortis, vt abſciſſo pede poſſet & proximos ſuos à morte iniuſta, & Chriſtianorum triremem à fidei hoſtibus, liberare, poſſet pedem abſcindere, vt triremi ac proximis ſuis ſubueniret. Pro ſalute enim aliorum, communique tanto bono, facta illi iure naturali videtur à Deo facultas abſcindendo ſibi proprium membrum, non minus, quàm ad propriam vitam à morte liberandam. Non tamen proinde fas illi erit pro aliorum ſalute vitam à ſe eripere: tametſi eam probabili mortis periculo pro aliorum ſalute poſſit exponere, vt in materia de caritate oſtendimus.

Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 7. & q. 2. art. 1. ait, ſi tyrannus mortem alicui minetur, niſi ſibi ipſi manum aut membrum aliud abſcindat, non poſſe hunc ad euadendam eam mortem membrum ſibi abſcindere. Reddit verò rationem, quoniam quando tyrannus mortem alicui minatur, niſi ſibi ipſi membrum abſcindat, ea abſciſſio illi eſt neceſſaria ab extrinſeco ad vitam conſeruandam, eaque de cauſa non poteſt licitè eã exequutioni mandare, vt vitam conſeruet. Quando verò circulo ferreo eſt alligatus, atque vt mortem, quæ ſibi ex igne imminet, euadat, eſt ſibi abſciſſio manus neceſſaria, tunc ea abſciſſio ab intrinſeco eſt ſibi neceſſaria, eaque de cauſa ſibi eſt licita. Hæc ſententia mihi non probatur, falſamque omnino eam exiſtimo. Primò, quoniam ſicut tyrannus, à quo mors immineret, niſi membrum abſcindatur, extrinſecus eſt ei, qui ad eam mortem euadendam neceſſe habet abſcindere membrum: ita ignis, quin & ferrum, quo eſt alligatus, & ob quæ neceſſaria eſt abſciſſio manus ad mortem euadendam, extrinſeca ſunt ei, cui neceſſaria eſt ea abſciſſio. Secundò, quoniam ratio, ob quam abſciſſio proprij membri eſt licita, non alia eſt, niſi quia ea abſciſſio neceſſaria eſt ei, cuius eſt tale membrum, ad vitam re ipſa conſeruandam, pro vitaque tuenda fas eſt abſcindere membrum: ergo, vt liceat, impertinens eſt, quod ad eas anguſtias adductus re ipſa ſit malitia alicuius, aut abſq; cuiuſquam malitia per ſolas cauſas naturales. Tertiò, quoniam ſi quis, nõ intendendo vt ego mihi abſcinderem membrum, accederet enſe diſtricto ad me interficiendum, ſanè, vt manus eius effugerem, poſſem mihi abſcindere manum, quam circulo ferreo haberem alligatam: ergo, quòd malitia alterius redactus ſim in eas anguſtias, non impedit, quin pro tuenda vita licitè mihi poſſim abſcindere manum. Melius Sotus diſtinxiſſet. Quòd aut ille in Chriſtianæ religionis contemptum præcipit membri abſciſſionem, quaſi intendendo vt faciam, quod prohibitum eſt, eo intuitu, quia eſt prohibitum: aut ſine contemptu religionis id præcipit, quia vel odio mei, vel ſua crudelitate, vel ratione aliqua alia vult, vt ego ipſe mihi membrum abſcindam. In priori enim euentu nefas mihi eſſet illud abſcindere; eo quòd id in religionis ac Dei contemptum cederet. In poſteriori verò euentu, fas illud mihi eſſet, vt ſufficienter eſt comprobatum.

Prætermiſſa ergo reſponſione ad primum argumentum à nobis impugnata, ad maiorem eiuſdem primi argumenti eſt dicendum. Non in omnibus eodem modo ſe habere ſingulos ciues ad totum reipublicæ corpus, quo ſe habent membra corporis humani ad totum hominem, vt Diſp. 5. copioſè explanauimus. Membra quippe hominis non ſunt propter ſe, ſed propter totum compoſitum, hoc eſt, propter hominem ipſum, quem conſtituunt: eaque de cauſa na-
A turali iure homo poteſtatem habet libere de illis diſponendi, etiam ſi ſana ſint, prout totum compoſitũ indiguerit. Item membra non ſunt in ſe ſuppoſita inter ſe diſtincta, aut à toto compoſito, quæ proinde capacia ſint iniuriæ, quæ illis à toto compoſito fieri poſſit: quin & iniuria, quæ ab alijs in eis fit, non ipſis fit, ſed toti compoſito, ſeu perſonæ, quam conſtituunt. Singuli verò ciues conditi ſunt propter ſe, ſociabiles tamen ad inuicem, indigenteſque mutuo adiutorio, ac gubernatione in eodem reipublicæ corpore; ratione cuius ſociabilitatis naturali iure reſul- 3
tat in republica poteſtas puniendi ſingulorum delicta in bonum commune, auferendo, ſi ita cõmeruerint ipſorum delicta, vitam ab illis, reſecandoque membra nociua reipublicę; itẽ reſultat poteſtas præ-
B cipiendi ſingulis, quæ in commune bonum expedire iudicabuntur, illos vitæ periculo obijciendo pro communi bono, ſi ita iudicatũ fuerit expedire. Non tamen eſt conceſſa reipublicæ facultas auferendi ab illis vitam ſinę ipſorum culpa, vt oſtenſum eſt: quin potius iniuriam illis ea in parte faceret, tanquam ſuppoſitis à republica ipſa diſtinctis, iniuriæque capacibus, atque inter quos & ipſam rempublicam ratio iuſtitiæ commutatiuæ, & iniuſtitiæ illi contrariæ, eſse vtrimque poteſt, vt tractatu 1. Diſput. 12. cum diuo Th. oſtendimus: neque eam iniuriam impediret, quòd id in commune reipublicæ bonum redundaret: quoniam ſicut Deus in eo euentu ciuibus ipſis non conceſſit facultatem eripiendi ſibi vitam in reipublicæ bonum; ita neque reipublicæ ipſi eam facul-
C tatem conceſſit. Ex his verò, & ex dictis Diſp. 5. citata, liquet, quamuis maior in eo argumento aſsumpta, admitti poſſit ac debeat ad inferendum, quòd ſicut homo abſcindere ac ſeparare à ſe poteſt membrum morbidum, toti compoſito nociuũ: ſic etiam reſpublica poſſit præſcindere ac ſeparare à ſe ciuem moribus corruptum, ſibique nociuũ, vitam in pœnam iuſtam ſui delicti ab illo auferendo; eo quòd locum quo ad id habeat ſimilitudo illa: non tamen eſſe admittendam ad inferendum, quòd ſicut homo poteſt ſibi abſcindere membrum ſanum, quando id ita poſtulat conſeruatio totius ſuppoſiti, aut melior illius pars, quàm ſit tale membrum; ſic reſpublica poſſit auferre vitam à ſuo ciue innocente, vt ipſa conſeruetur. Quare neganda eſt maior, ſi vniuer-
D ſim intelligatur, vt eam intelligere oporteret, vt bona eſset conſequentia.

Ad ſecundum argumentum, conceſso antecedente, neganda eſt conſequentia: quia in eo, quòd vel ciuis ipſe innocens vitam ſuam periculo exponat pro republica, vel quòd reſpublica ipſa eum tali periculo exponat, nihil mali culpæ inuenitur, quin potius res eſt laude digna, & quæ non egreditur poteſtatem, quam reſpublica in eum ſuum ciuem habet: at verò rempublicam ex ea cauſa illum interficere, ex qua poteſt eum periculo vitæ exponere, eſt intrinſecè malum, & ſupra id, ad quod ſeſe extendit poteſtas, quam reſpublica in eum habet: ſicut etiam intrinſecè eſset malum, innocentem ipſum interficere
E ſe ipſum.

Maius autem dubium eſt. Quid, ſi tyrannus, qui Quæſt.
illo modo obſeſsam habet ciuitatem, non peteret, vt ciuitas ipſa innocentem interficeret, ſed ſolùm, vt ſibi eum occidendum traderet? Faſne tunc ciuita- 4
ti illi erit, tradere illum, ne tota ciuitas pereat. Sotus 5. de iuſt. quęſt. 1. artic. 7. neganter reſpondet. Quoniam, inquit, perinde eſt tradere illum tunc eo modo, atque eum interficere. Admittit tamen, poſse tunc ciuitatem permittere tyranno, vt illum acciperet, cũ non defendendo. Quoniã ciuitas nõ tenetur cum tanto communi ſuo damno ac detrimẽto illum tunc defendere. Videtur etiam admittere, communiterque, qui poſt illum ſcripſerunt, admittunt, ciuem

tiem ipſum innocentem teneri ſe offerre illi periculo, vt commune totius ciuitatis periculum ea via euitetur. Ait tamen, rempublicam non poſſe eum ad id cogere. Quoniam ille, non de iuſtitia, ſed ſolùm ex caritate, tenetur ſe periculo illi pro republica offerre.

Decis. Dicendum tamen eſt, poſſe tunc rempublicã tradere illum tyranno, vt tantum commune periculum ac damnum euitet. Poſſe verò rempublicam tradere tunc illum tyranno, non quidem eo fine, vt interficiatur, ſed ſcientem fore interficiendum, ad idque à tyranno peti, poſſe illum tradere eo fine, vt ipſa tãtum ſuum damnum euitet: eo modo, quo tractatu præcedente Diſp. 115. copioſè explanauimus ac oſtẽdimus, poſſe captiuos Chriſtianos remigare in triremibus Turcarum, quando Turcæ Chriſtianos inſequuntur, non quidem eo animo ac fine, vt Chriſtiani capiantur, aut interficiantur, ſed animo ac fine euadendi propria damna ac mortem, quæ ipſis, niſi remigent, imminent. Ratio autem, cur vtrũque liceat, eſt. Quoniam neque remigare verſus Chriſtianos ad Turcarum imperium eſt de ſe malum, ſed indifferens, quo Turcę vti poſſunt ad bonum, & ad malum, aut ad indifferentem finem, tametſi intelligatur, Turcas id præcipere ad malum finem; neque item tradere tyranno innocentem ad illius petitionem eſt de ſe malum, ſed indifferens, cùm tyrannus accipere illum poſſit ad bonum, & ad malum, aut ad indifferentem finem, eſto intelligatur eum petere ad iniuſtè illum interficiendum: fas autem cuique eſt, facere rem indifferentem bono fine ex parte ipſius, hoc eſt, ad euadenda damna grauia propria, aut reipublicæ, non curando, quòd alius ſua malitia id præcipiat, aut accipiat, ad malum finem: quoniam facere id ex parte ſua eo bono fine, non eſt malum, ſed bonum.

Ad id, vnde Sotus contrarium affirmauit, negandum eſt, perinde eſſe tradere illum tunc eo modo, atque eum interficere. Quoniam interficere illum tunc, eſt intrinſecè malum: tradere verò illum, eſt indifferens in ſe, redditurq; moraliter bonũ ex bono fine, quo à republica tunc traditur, nihil impediẽte, quòd à tyranno ad eum malum finem petatur, vt
5 eſt oſtenſum. Et cum Sotus admittat, innocentem tunc teneri tradere ſe ipſum tyranno pro ſalute reipublicæ, confiteaturque innocentem tunc non poſſe ſe ipſum occidere ad petitionem tyranni; confiteri tenetur, non idem eſſe, tradere tũc innocentem tyranno, & eundem innocentem interficere. Id etiã vnde Sotus ducitur, vt dicat, quamuis innocens tũc teneatur ſe offerre tyranno pro ſalute reipublicæ, rempublicam tamen non poſſe ad id illum cogere: quia ſcilicet innocens ad id non tenetur ex iuſtitia, ſed ſolùm ex caritate: hoc, inquam, vnde Sotus ducitur, falſum profectò eſt. Reſpublica namque, quãdo aliquid malum non eſt, expeditque communi ipſius bono, poteſt illud præcipere, atque, vt id exequutioni mandetur, cogere, non ſolum quando is, cui præcipitur, ad id tenetur ex caritate ſecluſo eo præcepto, ſed etiam quando ad id, eo præcepto ſecluſo, nulla ratione tenetur. Vt poteſt præcipere aliquibus, eoſque cogere, vt ad bellum proficiſcantur, quãdo, ſecluſo eo præcepto, neque de caritate proficiſci ad bellum tenerentur. Et poteſt præcipere ſingulis, vt mundent, aut muniant, partem viæ, quæ ante ianuam ipſorum eſt, quando, ſecluſo eo præcepto, neque de caritate ad id tenentur. Et ſimilia quàm plurima alia poteſt præcipere, ac quotidie præcipit. Sotus etiam ipſe in materia de caritate affirmat, publicas poteſtates tempore neceſſitatis poſſe diſtribuere pauperes inter diuites, vt ab eis alantur: cum tamen diuites, non ex iuſtitia, ſed ex caritate, teneantur illis eam eleemoſynam præſtare.

A Quidam aſſeruerunt, rempublicã non poſſe tunc tradere tyranno ciuem innocentem, ſed poſſe præcipere ei, vt ſe offerat ac tradat tyranno: ſi autem parere reipublicæ noluerit, tunc, in pœnam eius delicti, poſſe tradere illum tyranno. Quamuis autem, ſi tempus ſuppetat, & tyrannus non velit, vt reſpublica ipſa illum tradat, decens ſit, vt ei proponatur, ſuadeatur, ac præcipiatur, vt ſe offerat; non tamen uideo, cur reſpublica non poſſit id exequutioni mandare, ipſum ſponte, aut inuitum, renitentem aut nõ renitentem, tyranno tradendo: id enim omne efficere in eo, & de eo, poteſt reſpublica, quod malũ non eſt, reipublicęq; omnino expedit, pro poteſtate, quã in eum habet ad id omne, quod malum non eſt, reipublicæque omnino expedit.

B Illud verò eſt obſeruandum, quando ciuitas defendere poſſet ciuem innocentem, qui ad iniuſtam mortem peteretur, teneri illum defendere, nihil im- 6
pediente, quòd anceps eſſet defenſionis euentus, & quòd in illius defenſionem multi ex utraque parte eſſent perituri. Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi defenſio debetur ciui à ſua republica, à reipublicæve capite: vt enim defendatur, bonoque ipſius proſpiciatur, tributa, reuerentiam, ac obedientiam præſtat, ſuaſque operas in reipublicæ ſubſidium exhibet, quãdo reſpublica eis indiget. Eiuſmodi item obligatio defendendi ſingulos ciues, etiam ſi neceſſe ad id ſit in diſcrimen cæteros de republica adducere, cedit in commune bonum: atque vt vnicuique cæterorum de republica cedere id poteſt in grauamen,
C ita cedere potuiſſet in vtilitatem, ſi eueniſſet, vt ipſe eſſet, qui iniuſtè peteretur ad mortem. Quo fit, vt ſolùm in euentu, in quo pernicies reipublicæ moraliter eſſet certa, niſi innocens tyranno illum petenti traderetur, quia intelligeretur, rempublicam non poſſe defendi, poſſet tradi ciuis innocens, qui ad mortem, vel ad iniuſtam aliam iniuriam, peteretur.

DISPVT. 11.

Vtrùm in defenſionem propriæ vitę liceat interficere iniuſtum aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, mortem
D illius ad eum finem intendendo: & quando id moderamen cenſendum ſit interueniſſe.

SVMMARIVM.

1 *Iure naturali licitum in vitæ propriæ defenſionem occidere iniuſtum aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

2 *Quid ſit ſeruare moderamen inculpatæ tutelæ. Et quando aggreſſus id ſeruare dicatur, nu. 5. & quando non, num. 6.*

3 *Accurſij opinio reprobatur.*

E 4 *Aggreſſus intendere poteſt mortem aggreſſoris iniuſti, tanquam neceſſarium medium ad uitã propriam defendendam.*

5 *Aggreſſus quando iudicandus ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ interfeciſſe, ut in conſcientiæ foro à culpa excuſetur.*

AD primam huiuſdiſputationis partem affirmanter eſt reſpondendum cum Diuo Tho. 2. 2. q. 64. artic. 7. & cum communi doctorum ſententia. Licitũ videlicet eſſe 1
in vitę proprię defenſionẽ occidere iniuſtum aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Probatur, quoniam vnicuique naturali iure cõpetit defen-

ſio ſuæ propriæ vitæ, præſertim aduerſus eos, qui cũ iniuria volunt illam ab eo eripere; tametſi vindicta de iniuria iam illata non ei competat, cui illata eſt, ſed ſolis poteſtatibus publicis, vt diſputationibus pręcedentibus copioſè eſt oſtenſum: ſed caritatis ordine iure naturali vita propria aliorum vitę poteſt licitè præferri, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & in materia de caritate fuit comprobatum: ergo quando auferre vitam ab iniuſto aggreſſore iudicatur medium neceſſarium ad noſtram ab eo defendendam, licitũ

2 erit eum interficere, id tunc præciſè efficiẽdo, quod expediens ac neceſſarium iudicabitur ad vitam noſtram conſeruandã ac defendendam, quod eſt ſeruare moderamen inculpatæ tutelæ, Confirmatur ex c. ius naturale diſt. 1. vbi inter ea, quæ connumerantur eſſe de iure naturali, inſtinctuque naturę dicitur, *violentiæ pro vim repulſio*. Simili modo connumeratur. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. ſub his verbis; *ut uim atque iniuriam propulſemus*. Redditurque continuò hæc ratio: *Nam iure hoc euenit, ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur*. Quamuis autem Accurſius ibi (falcem in meſſem alienam mittendo) dicat, id intelligendum eſſe de iure fori, non

3 cæli; à iuris peritis tamen & Theologis communi cõſenſu reprobatur: id quod euidẽter probat ratio paulo antea à nobis confecta. Idem aſſertum confirmãt l. 1. §. vim vi, & l. 3. §. eum igitur ff. de vi & vi arma. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. c. ſignificaſti. 2. §. vlt. de homic. c. ſi verò 1. de ſent. excommun. & alia iura. Atque tria vltimo loco citata dicunt; vim vi defendere, omnes leges omniaque iura permittunt. Expreſsè autem noſtrum aſſertum habetur l. 1. & 2. C. ad leg. Cornel. de ſicar. iuncta. l. 1. C. vnde vi. l. ſed etſi quicunque. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. titu. 8. part. 7. Habet autem noſtrũ communeque aſſertum verum, etiam in animalibus rationis expertibus quo ad noxalem actionem de pauperie, vt ſi animal vnius aggrediatur animal alterius, & inuaſum animal interficiat, aut damnum aliud aggredienti inferat, dominus animalis inuaſi non teneatur reſarcire id damnum, aut noxæ dedere ſuũ animal, quod id damnum dedit. Ita habetur l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quad. pauper. feciſ. dicatur, & affirmat communis doctorum ſententia.

4 Quæſt. Dubium eſt, num aggreſſo, qui videt, aut rationabiliter timet, ſe non euaſurum mortem, niſi aggreſſorem iniuſtum interficiat, fas ſit intendere mortem aggreſſoris, tanquam neceſſarium medium ad vitã propriam conſeruandam ac defendendam. Diuus Tho. 2. 2. q. 64. art. 7. neganter videtur reſpondere, ſolumque videtur concedere aggreſſo, intendere actum neceſſarium ad ſui defenſionem, ex quo præuidet futuram mortem aggreſſoris, non curando, quòd mors inde ſequatur; non tamen videtur illi cõcedere poſſe intendere interficere illum tanquam medium ad ſui defenſionem neceſſarium. Quoniã, inquit, hoc ſecundum ſolum licet poteſtatibus publicis, miniſtriſque à poteſtatibus publicis ad id exequendum deputatis. Atque ita exponit ac intelligit Caiet. diuum Thomam eo in loco, exemplum adhibens, Quòd ſicut medicus, dum elegit ac adhibet medicamentum, quòd proportionatum intelligit ad ſanitatem inducendam, atque ex quo videt ſequendam debilitatẽ ęgroti, eligit ac vult adhibere id medicamentum propter ſanitatẽ; debilitatem tamen, quæ inde ſequitur, neque vult, neq; intendit, ſed ſolùm permittit, vt ſequatur, prętuidẽdo inde ſequendam: ita qui, vt ſe defendat, interficit alterum, poteſt eligere actum, quo interficit, tanquã proportionatum medium ad ſui defenſionem, & tanquam ſuæ defenſionis actum, præuidendo mortem aggreſſoris inde ſequendam fore; non tamen intendere eo actu poteſt aggreſſoris mortem, tanquam medium, quo ip-

A ſe mortem euadat, quam aggreſſor iniuſtè ei parat. Quicquid autem ſit, num diuus Th. id ſenſerit aut non, reijcienda ſanè eſt ea metaphyſica cum Soto. 5. de iuſt. q. 1. art. 7. Nauar. in Manu. c. 15. nu. 2. Couar. in clement. ſi furioſus. parte 3. §. vnico, & cum alijs, dicendumque eſt. Poſſe aggreſſum intendere mortem aggreſſoris, petendo ictu cor aut iugulum aggreſſoris animo eum proſternendi ac necandi, quando videt ita ſibi eſſe neceſſarium ad tutè euadendum manus illius. Ratio namque, quam confecimus ad probandũ noſtrum communeque omnium aſſertum, ſanè probat, poſſe velle ac intẽdere etiam mortem illius, in ſui defenſionem, conſeruationemque ſuę propriæ vitę, tanquam in finem vlteriorem, quãdo iudicat mortem ad eum finem neceſſariam.

B Metaphyſica verò, quam impugnamus, ad aliud nõ inſeruit, quam ad moralem doctrinam turbandam, ad erroneas conſcientias in materia ſatis lubrica gignendas, lethaliſque peccati ſcrupulos minimè neceſſarios illis inijciendum, qui iuſtè ac licitè ſe defendunt.

Poſſumus verò confirmare noſtram ſententiam. Primò, quoniam auferre vitam à noſtro iniuſto aggreſſore, eumve interficere, quando nequitia illius eſt id medium nobis neceſſarium ad noſtram vitam conſeruandam, ne ab illo iniuſtè à nobis eripiatur, non eſt contra quintum præceptum decalogi, neque eſt res mala, ſed bona, ex circunſtantia optimi illius finis, & ꝙ aggreſſor ipſe ſua nequitia ac iniuſtitia id fecerit medium neceſſarium ad eum finem: ergo li-

C citum eſt id velle ac intendere: neque enim obiectũ illud, eis circunſtantijs veſtitum, eſt malum, ſed bonum. Secundò, quando, ſi aggreſſor viuat, periculum eſt, ne nos interficiat, mors ipſa aggreſſoris eſt medium neceſſarium ad tuendam ac defendendam ab illo noſtram vitam; percuſſioque, qua nos defendendo, illum interficimus, non eſſe medium ad id ſufficiens, neque proinde ſufficiens defenſio, niſi eſſet interfectio aggreſſoris: quare in eo euentu eum ictum eligimus, eumque ictum neceſſe eſt nobis eligere ad eum finem, qui mortem efficiat, & vt illam efficiat, quia aliter non poſſumus tutò euadere mortẽ iniuſtam, quam ex aggreſſore timemus: ergo licitum nobis tunc eſt, & mortem illius intendere ad finem conſeruationis ac defenſionis vitæ noſtræ, &

D eligere ad eam efficiendam mediũ, ſeu actum, qui illam efficiat, & vt illam efficiat, vt tandem finem pręcipuum conſeruationis vitæ noſtræ ea via obtineamus. Perſpice ergo diſcrimen maximũ inter rẽ præſentem, & exempla Caietani & quorundam aliorũ. Debilitatio ægroti non eſt medium neceſſarium ad vitam ægroti conſeruandã; ſed euacuatio humorũ, vnde illa ſequitur, eſt medium ad id neceſſarium: & ideo non eſt ipſa, quæ intenditur, dum medicamentum applicatur, quo euacuantur humores, aut dum inedia præcipitur, vt humores à natiuo calore conſumãtur, aut ſimul etiam à febri; ſed ſolùm his medijs intenditur imminutio aut euacuatio humorum, quę annexam habet ægroti debilitationem, minimè in-

E tentam, ſed permiſſam, ad maius bonum cõſequendum: ꝙ ſi debilitatio ægroti eſſet medium neceſſarium ad vitam ægroti conſeruandam, eſſet per ſe licitè intenta tanquã minus malum eiuſdem ſuppoſiti, ad maius bonum ſalutis ac vitæ aſſequendam, & ad euitandum maius mortis malum: quemadmodũ quando neceſſaria eſt præciſio membri ægroti ad conſeruandum ſuppoſitum, licitè eligitur ac intenditur ea præciſio ad eum finem. Item, quando ad ſalutem alicuius eſt neceſſaria potio, ex qua ſequitur alienatio ad tẽpus talis ægroti, amiſſiove vſus rationis, aut alius effectus, quẽ non liceat per ſe intẽdere, ſed permittere, intẽdendo effectũ longè diuerſum, tunc is effectus nõ intenditur, ſed permittitur, inten-

ditur-

diturq; in longè diuerſum finē optimū id,vnde talis effectus ſequitur,non curādo,q̄ is effectus ſequatur, quia obligatio non eſt impediēdi,ſeu non permittendi,quòd eo modo per accidēs ſequatur. In re autem, de qua diſputamus, mors ipſa iniuſti aggreſſoris eſt medium neceſſarium ad conſeruandam ac defendēdam propriam vitam ex nequita ipſiuſmet iniuſti aggreſſoris,& licitum vt intendatur,& vt media adhibeantur vnde per ſe ſequatur, atque vt ſequatur ad finem optimum conſeruandi ac defendendi vitam noſtram:quo fit, vt licitum ſit tunc,mortem aggreſſoris ad conſeruationē ac defenſionem vitæ noſtræ intendere.

Quæſtio. Dubium deinde eſt, quando aggreſſus iudicandus ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ interfeciſſe,vt in conſcientiæ foro à culpa excuſetur. Reſpon-
5 deo. Nullam meliorē regulam poſſe tradi,quàquam eā in principio dubij præcedētis innuimus. Nempe, quando aggreſſus videt, aut rationabiliter timet,ſibi inferri poſſe mortem, niſi aggreſſorem interfi-
Deciſ. ciat,aut niſi id efficiat,vnde mors aggreſſoris poteſt ſequi,vel re ipſa ſit ſequuta,nihilque tunc ei occurit, neque facile; ſi voluiſſet, potuit occurrere, attenta peturbatione illius conflictus,circunſtantijſque concurrentibus,quod (ſaluo ſuo honore, quem decens erat ipſum tunc ſeruare) efficeret, vt ſe ipſum tutò à periculo,ſine aggreſſoris morte, liberaret, dicendū eſſe,cum moderamine inculpatæ tutelę interfeciſſe. Neq; enim,dum iam videt uerisimile periculū vitæ ſibi imminere,expectare tenetur,quòd prius ſibi ab aggreſſore vulnus,aut aliud damnum,inferatur,ſed tuta conſcientia interficere poteſt aggreſſorem deſiſtere nolentem, ſiue ille eminus ſiue cominus ſit, conſentiunt l.2.tit.8.part.7. & l.2.3.& 4.C.ad leg. Corn.de ſicar. Ex eo verò hæc doctrina corroboratur, quòd non ſolùm, vt quis ſe defendat a morte, ſed etiam à vulnere,& à quacunque alia graui iniuria,poteſt licitè interficere aggreſſorem cum eodem moderamine inculpatæ tutelæ, vt ex dicendis patebit. Neque vt quis dicatur, ſe defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ,eſt neceſſarium,vt non vtatur armis aduerſus aggreſſorē, qui arma non affert, aut vt non vtatur potentioribus & nocentioribus armis,vt Gloſſa.vlt.l.1.C.vnde vi aſſerit & Nauar.in Manu.c.15.nu.3.refert,& cum multis,quos citat.affirmat Carrerius in pract.§. homicidium.6.à.num. 96.quorum doctrinam neque in exteriori foro probo. Fas quippe eſt,quacunque via & ratione,& quibuſcunque armis, id totum efficere, quod ad tutam defenſionem fuerit neceſſarium, vt copioſè diſputat & cum communi doctorum ſententia affirmat ac probat Ant.Gom.3.tom.var.reſol.c.3.nume.22. & 23.conſentiunt.l.2.titu.8.part.7.l.2.& 3. C.ad leg. Corn.de ſic.&alia iura:quę quàuis in foro exteriori loquantur,idē tamen eſt in foro conſcientiæ. Conſentiunt, quæ cum multis alijs tradit Carrerius in pract.§.homicidium.6.nu.91. tametſi, vt paulo antea dixi,non probem,quæ à nu.96.tradit. Res enim hęc prudentis iudicis arbitrio eſt in foro exteriori relinquenda,vt ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus,iuxta regulam à nobis traditam,iudicet an moderamen exceſſerit inculpatæ tutelæ, & quantum illud exceſſerit, neque eſt coarctanda regulis, quas Carrerius cum alijs ibi tradit.

Illud eſt obſeruandum, ſi quis id ſolùm efficeret quod prudentis arbitrio iudicaretur licitum tunc ac expediens ad ſe defendendum; & nihilominus,efficiendo id ex odio & appetitu uindictę,interficeret; ſanè peccaret tunc in conſcientiæ foro,non quidem quòd exceſſerit moderamen inculpatæ tutelæ, ſed quòd occiderit ex odio & appetitu vindictæ: quare peccatum non eſſet contra iuſtitiam, eo quòd iuſtè interficeret defendendo ſe cum moderamine incul-

A patæ tutelæ; ſed eſſet ſolùm contra caritatem, ex odio interficiendo,atque ordinando id ad uindictā quod iuſtè,& ex natura rei licitè,poterat alioquin efficere. Quando autem quis deuiaret per exceſſum à regula tradita,plus efficiendo, quàm modo explicato neceſſarium iudicaretur ad tutam ſui defenſionem, tunc iudicandus eſſet, non ſeruaſſe moderamen inculpatæ tutelæ, & quo ad exceſſum peccaret contra iuſtitiam,interficeretque iniuſtè,rationeque eius exceſſus erit puniendus non pœna homicidij ordinaria,ſed alia arbitraria,vt infra, dum de pęnis pro homicidio erit ſermo, dicetur.

DISPVT. 12.

B

Vtrùm aliquando interficere liceat eum, qui nondum iniuſtè aggreditur,aggredi tamen decreuit.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſola ſuſpicione etiam vehementi mortem iniuſtam parari, nefas eſt interficere eum, de quo eſt ſuſpicio.*

2 *An licitè interficiatur ille, qui iniuſtum homicidium exequi decreuit, ab eo cuius uita periclitatur.*

Dubium eſt,num quando aliquis nondum Quæſt.
C aggreditur homicidium iniuſtum, aggredi tamen ac exequi illud decreuit, fas ſit illum interficere antequam aggrediatur, quando niſi ita interficiatur, periclitatur vita eius, quem aggredi decreuit,quia uel poſtea non effugiet eam mortem,uel maximum eſt periculum, quòd eā non effugiet. Verbi gratia,eſt mulier,cuius maritus decreuit interficere illam hac nocte; conſciaque eſt mulier eius propoſiti mariti; neque via ei occurrit, qua manus eius effugiat; fas ne tunc erit ei mulieri, venenum in cibum aut patum illi mittere, quo eum interficiat? aut,accepto gladio, quē maritus ſub ceruicali ad eam interficiēdam abſcondit, maritum eo interficere? Aliud etiam adhibetur exemplum. Certò ſcit aliquis,quoſdam decreuiſſe,falsò ipſum accu-
D ſare de crimine, vnde probabiliter morte eſt plectēdus; neque ei occurrit alia via eam mortem euadendi, maximumve illius periculum, quod ita iniuſtè ipſi imminet, niſi illos interficiendo; faſne tunc illi erit, eos interficere antequam id aggrediantur,an non; ſed ſinere potius tenetur illos progredi, cū tanto ſuo damno,irreparabilique uitę periculo?

Circa hoc dubium in primis eſt dicendum. Quan-
do ſolùm eſt ſuſpicio,mortem iniuſtam parari, aut 1
decerni,eſto vehementia ſint indicia, rem ita ſe habere,interim tamen dum res eſt dubia, nefas eſſe interficere eum, de quo eſt ea ſuſpicio. Quoniam in dubio,an aliquis innocens ſit, propter ſolam ſuſpicionem, quòd non ſit innocens, eſto vehemens illa
E ſit,nefas eſt eum interficere. Cæterum hoc non impedit,quo minus, ſi aliquis faceret aliquid, vnde rationabiliter mors timeretur, aut eo modo accederet, vt ſiniſtra aliqua intentio de eo poſſet rationabiliter præſumi, poſſet admoneri, vt deſiſteret ab ea re facienda,aut ne accederet,ſignificando illi,iuſtè timeri de illo ſiniſtram intentionem: quòd ſi, admonitus,deſiſtere non vellet,neque ſufficientem redderet rationem,quæ ſatisfaceret,ac pacatos animos timentium redderet, periculumque eſſet,aliter non euadendi mortem, poſſet tunc interfici tanquā iniuſtus aggreſſor, ſibique imputare deberet culpā, quòd non deſtiterit, nec reddiderit ſufficientem rationem,quæ animos pacaret. Neque enim eſt expe-

ctandum, vt prius interficiat, ſed prouidendum eſt de iuſta cautione ac defenſione, ne damnum, quod ex illo timetur, eueniat.

Quod ad dubium propoſitum attinet. Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 8. reſpondet, rem eſſe dubiam, neque ad illam poſſe aliud reſponderi, quam quòd, ſi interficerentur, qui ita iniuſtè mortem inferre decreuiſſent, aggreſſio ſit ex parte eorum, qui illos præueniunt, eoſque prius interficiunt, tunc illicitum eſt ita eos interficere: ſi verò ſit defenſio, licitum eſt eos interficere. Quod autem horum ſit iudicandum, ait neque lege, neque ſcientia, eſſe definiendum, ſed arbitrio prudentis in vnoquoque euentu particulari eſſe iudicãdum, ſpectatis circunſtantijs omnibus. Doctrinam verò hanc ſeruire ait ad conſcientias poſt factum pacandas: licentiam tamen hanc non eſſe in publico prædicandam, ne rude vulgus, quod diſcernere neſcit, quando ſit aggreſſio, & quando defenſio, eam per abuſum extẽdat. Idem autor quoad exẽplum de teſtibus, qui accuſare decreuerunt, imò & qui iam iniuſtè ad accuſandum accedunt, paulo inferius ait, nefas eſſe illos interficere: eo quòd id ex parte eiuſmodi teſtium non ſit aggreſſio, & per conſequens neque mors, qua interficerentur, eſſet defenſio.

Nauar. in Man. c. 15. nu. 2. ait: Nefas eſſe interficere eum, quem ſcimus decreuiſſe nos occidere, quęrereque ad id opportunitatem, niſi prius nos occidere aggrediatur. Quoniam, inquit, nulla iura occidere permittunt, niſi ſolùm aggreſſorem. Ait tamen, ſe credere, poſſe illum dici aggreſſorem, vt poſſit licitè occidi, qui decreuit interficere aliquem, cui nullum eſt effugium euadendi mortem, niſi eum, qui id decreuit, præueniat antequam aggrediatur: eaque de cauſa mulierem, quæ nouit ſe interficiendã à marito pugione, quem ſub ceruicali poſuit, & quæ aliter mortem non poteſt euadere, eo quòd domus ſit clauſa, poſſe præuenire, ſuumque interficere maritum. Non tamen ſatis Nauarrus ſibi conſtat. Aut enim quando dicit; nefas eſſe interficere eum, quem ſcimus decreuiſſe nos occidere, quęrereque ad id opportunitatem; intelligit, quando alia via poſſumus tutò effugere manus eius: atque tunc, eſto eſſet aggreſſor, non poſſemus eum interficere: quoniam id tunc non eſſet medium neceſſarium ad defenſionẽ vitæ noſtræ. Aut intelligit, etiam quando alia uia non poſſemus tutò effugere mortem, quæ ex illo nobis imminet: & tunc ſtatim oſtendã, id eſſe falſum. Malè præterea ſibi contradicens tunc concedit, mulierem interficere poſſe maritum, quando aliter effugere non poteſt mortem ab illo ſibi decretam, nondumque ab eo attentatam: neque enim ex alio capite licitè poteſt illum interficere, niſi quia ex tali decreto ac nequitia illius, id eſt ſibi effectum medium neceſſarium ad mortem propriã euadendam.

2 Decis. Dicendum autem ad dubium propoſitum arbitror. Fas vniuerſim eſſe, interficere eum, qui nos interficere decreuit, quando aliter non patet via euadendi mortem, graueve periculum mortis, quod nequitia illius ex eo decreto nobis imminet: ſiue, qui id ita decreuit, dicendus iam aggreſſor ſit, ſiue non: id enim quæſtio eſt de uocabulo. Huius ſententiæ videtur eſſe Couar. clement. ſi furioſus, par. 3. §. vnico, nume. 3. cum multis alijs, quos citat, & Tullius in oratione pro Milone, vbi ait: *Obliuiſci non poteſtis, iudices, inſidiatorem iure interfici poſſe.* Eam verò apertè probat ratio, quam diſputatione præcedente confecimus. Vnicuique enim iure naturali id licèt efficere, quod alterius nequitia medium eſt effectum neceſſarium ad ſuæ propriæ vitæ conſeruationem, nihil impediente, quòd id ſit auferre ab illo alio vitam: eo quòd caritatis ordine præferre vnuſquiſque poſſit conſeruationem ſuæ uitæ, propriæ, uitæ alterius, præſertim quando nequitia illius alterius factum eſt id medium neceſſarium ad propriam vitam conſeruandam: quo fit, ut quando iniuſto alterius decreto, quo iniuſtè auferre decreuit ab illo vitam, factum eſt huic medium neceſſarium ad ſuam vitam conſeruandam, eamve à veriſimili mortis periculo eruendam, illum anteuertere, interficiẽdo illum prius, licitum id huic ſit, ſiue ille alius ob id decretum dicendus ſit aggreſſor, ſiue non. Neque enim idcirco fas eſt interficere iniuſtum aggreſſorem, quia aggreditur, ſed quia aggreſsione conſtituit iniuſtè in diſcrimine vitam aggreſsi, ita vt nulla alia pateat via ad eam eruendam ab eo periculo, niſi illum interficiendo: quo fit, vt ſi ſolo decreto, aut quacunque alia ratione, ſimiliter ponat quis iniuſtè vitam alterius in diſcrimine, neque alia pateat huic via ad eam ab tali diſcrimine eruendam, quàm illum interficiendo, poſsit licitè eum interficere.

DISPVT. 13.

Vtrùm nihil impediente æterno interitu iniuſti aggreſſoris, fas ſit illum interficere.

SVMMARIVM.

1. *Circumſtantia æterni interitus iniuſti aggreſſoris non impedit aggreſſum, etiam ueriſimiliter in gratia exiſtentem, quo minus interficere poſſit ipſum aggreſſorem.*
2. *Etiam honorem bonaque externa defendendo.*
3. *Intellectus ad uerba Diui Auguſtini, & D. Thomæ, quòd ſcilicet mors iniuſti aggreſſoris intendi non debeat in uindictam iniuſtæ aggreſſionis.*

CVm iniuſtus aggreſſor eo ipſo ſit in lethali peccato, atque adeò ſi interficiatur, ſempiternam amittet beatitudinem, interitumque æternum incurret, dubium eſt, vtrùm fas ſit aggreſſo, qui veriſimiliter præſumit ſe eſſe in gratia, interficere ſuum iniuſtum aggreſſorẽ. Quæſt.

Gerſon in tractatu de Euchariſtia, Aug. de Ancona in opuſculo de autoritate Eccleſiæ. Richardus de ſancto Victore in opuſculo de caritate, Baſolis ab Abulenſi in c. 5. Matth. q. 109. relatus, affirmant, ne fas tunc eſſe interficere aggreſſorem.

Id autem probant. Quoniam lege ac ordine caritatis vita ſpiritualis proximi eſt præponenda vitæ propriæ corporali, vt ſuprà in materia de caritate. q. 26. à nobis eſt dictum: cum ergo ex eo, quòd aggreſſor tunc occidatur, irreparabiliter ſempiternam amittat felicitatem, interitumque incurrat æternum; ex eo verò, quòd aggreſſus, ne illum interficiat, permittat ſe ab eo interfici, amittat ſolùm temporalem vitam cum ingenti ſuo merito; conſequens profectò eſt, vt aggreſſus tunc ſub lethali peccato teneatur pati potius ſe ab aggreſſore interfici, quàm illum in ſuam defenſionem interficiat.

Accurſius in Gloſſa. l. vt vim. ff. de iuſt. & iure, Diſp. 11. à nobis relatus, vniuerſim affirmare videtur, iure cæli nefas eſſe interficere aggreſſorem. Et eiuſdem ſententiæ videtur fuiſſe Aug. 1. de lib. arb. à c. 5. & rurſus à c. 15. iuncto fine capitis 14. antecedentis. Capite enim 5. citato ſic Auguſtinus, cum Euodio agens, ait: *Prius mihi diſcutiendum uidetur, utrum uel hoſtis irruens, uel inſidiator ſicarius, ſiue pro uita, ſiue pro libertate, ſiue pro pudicitia, ſine ulla interficiatur libidine* (hoc eſt appetitu, qui à recta ratione legeque Dei æterna deordinare faciat, amittereque virtu-

virtutem ac peccare, iuxta intentum Auguſtini in eo libro.) Et tunc Euodius; *Quo modo poſſum arbitrari, carere iſtos libidine, qui pro his rebus digladiantur, quas poſſunt amittere inuiti,* (in quibus vitam proculdubio comprehendit) *aut ſi non poſſunt, quid opus eſt pro his vſque ad hominis necem progredi? Non ergo lex iuſta eſt, quæ dat poteſtatem, vel viatori, ut latronem, ne ab eo ipſe occidatur, occidat, vel cuipiam viro aut fęminæ, vt violenter ſibi ſtupratorem irruentem, ante illatum ſtuprum ſi poſſit, interimat.* Atque Auguſtinus in progreſſu maniſeſtè ſentire videtur, ciuiles leges, quę id concedũt, ſolùm eſſe permiſſiuas vt impunè id fiat, ad maiora reipublicæ damna vitanda; non verò red dere eiuſmodi interfectores immunes à culpa cõtra quintum decalogi præceptum, legemque Dei æternam, quam tranſgrediuntur ob inordinatum appeti tum ad vitam, aut ne turpitudinem circa proprium corpus patiantur, quam ſine peccato, amiſſioneque caſtitatis, pati poſſunt, ſi non conſentiant, vt poſſunt aut ob inordinatum appetitum ad res externas. Nãque Aug. lib. 1. retract. c. 9. huius doctrinæ meminit, eamve retractat. Eandem ſententiam affirmare videtur in Epiſt. ad Publicolam, quæ eſt. 154. vbi ita ait: *De occidendis hominibus, ne ab eis quiſq. occidatur non mihi placet conſilium, niſi fortè ſit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro ſe hoc faciat, ſed pro alijs, vel pro ciuitate, ubi etiam ipſe eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ.*

Quòd abſolutè loquendo, ſecluſaque circunſtantia interitus æterni iniuſti aggreſſoris, fas ſit illũ interficere ad mortem propriam vitandam, quando non alia occurrit tuta via, qua illam vitare poſſimus, duabus diſputationibus præcedentibus, cum communi doctorum ſententia, eſt ſufficienter compro-
1 batum. Quòd autem circunſtantia illa æterni interi-
Deciſ. tus iniuſti aggreſſoris, id non impediat, affirmãt Caiet. 2. 2. quæſt. 64. art. 7. Sotus. 5. de iuſt. quæſt. 1. ar. 8. & doctores communiter. Ratio autem eſt, quoniam licet caritatis lege vita ſpiritualis proximi vitæ propriæ corporali ſit præponenda, id tamẽ intelligitur, quando vita propria corporalis neceſſaria eſt proximo ad ſuam ſpiritualem, ita quòd, niſi vitã propriã mortis periculo exponamus, ille conſequi aut tueri non poteſt vitam ſuam ſpiritualem, vt in materia de caritate. quæſt. 26. oſtendimus, exemplíſque adhibitis explanauimus. Cæterum quando vita noſtra cor poralis non eſt eo modo illi neceſſaria ad ſuam ſpiritualem vitam obtinendam aut conſeruãdam, quia ipſe per ſe ipſum poteſt illam conſequi ac tueri, ſed ex ſua nequitia non vult ad gratiam reuerti, interitũ que æternum vitare, nolendo deſiſtere à peccato, à quo deſiſtere poteſt ac tenetur, vt in re propoſita euenit, tunc lege caritatis non eſt neceſſe, pręponere vitam illius ſpiritualem noſtræ propriæ corporali: imò verò neque noſtro honori, aut bonis noſtris externis, quæ ille iniuſtè velit à nobis auferre, vt loco
2 citato oſtendimus. Irrationabile autem ac importabile, bonoque communi contrarium, eſſet iugum ac præceptum, quo præciperemur pati iacturam iniuſtam vitæ noſtræ, & bonorum omnium noſtrorum externorum, ne nos, noſtraque, cum moderamine inculpatæ tutelæ defendendo, interficeremus iniuſtum aggreſſorem, qui ſua nequitia à tanta iniuſtitia non vult deſiſtere, aut ne ille, ſua illa nequitia deſiſtere nolendo, interitum incurreret æternum. Tunc. n. peſſimi quique iuſtos ac timoratos inuaderent, eiſq; vi eriperent ſua, atque etiam vitam, ſcientes illos in ſui ſuorumque bonorum defenſionem non poſſe ipſos interficere, atque ita accreſcerent mala, iniquiq. multiplicarentur in republica cum longè maiori detrimento ſpirituali eorundem iniquorum, quam ſi in defenſionem iuſtam interfici permitterentur; lumen autem naturæ docet, id de legibus diuinis non

A eſſe præſumendum. Adde, data contraria ſententia, quod ſcilicet lege caritatis, ne iniqui interitum ſua culpa incurrant æternum, teneamur pati ab eis iacturam iniuſtam vitæ, cæterorumque noſtrorum bonorum temporalium, condemnantur bella iuſta, & defenſiua, quibus aduerſarij contra nos cum aperto lethali peccato pugnant, eo magis, quo magis perſpicuum eſt, illos cum iniuſtitia pugnare, ex ſcripturis autem ſanctis tractatu præcedente à Diſput. 99. oſtẽdimus, licita ea eſſe. Confirmatur noſtra ſententia, quoniam cura rerum ſuarum ſemper vnicuique incumbit, alienarum verò non, niſi in euentu neceſſitatis, quando ſcilicet indigent opera noſtra, eaq. de cauſa, quando proximus per ſe ipſum poteſt ſibi ſufficienter prouidere, non tenemur illi ſubuenire, ſal-
B tem cum noſtro notabili detrimento, eſto detrimentum illius longè ſit grauius.

Quod ad teſtimonia ex Auguſt. attinet, certè illis 3
in locis, ac. 1. de ciuit. Dei. cap. 21. iunctis antecedentibus & ſequentibus, quibus in locis nulla eſt mẽtio, licitam eſſe interfectionem ad propriam defenſionẽ vehemens eſt ſuſpicio, Auguſtinum eius fuiſſe ſententiæ. Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 7. ad 1. illa exponit, de interfectione mortem intendendo aggreſſoris. Et fortaſſe Auguſtini teſtimonia Diuum Thomam impulerunt ad aſſerendum, aggreſſum non poſſe intendere mortem aggreſſoris. Nos autem, cum communi ſententia, diximus, perſpicueq; probauimus, poſſe illam intendere, vt medium neceſſarium ad conſeruationem ac defenſionem pro-
C priæ vitæ ab iniuſto aggreſſore. Poſſumus verò exponere diuum Auguſtinum, & diuum Thomam, quòd intelligant, quando mors aggreſſoris intenditur ab aggreſſo in vindictam iniuſtæ aggreſſionis, atque ex odio, vt frequenter ab aggreſſis intẽditur. Atque neque in eo euentu leges ciuiles puniunt aggreſſum, qui in ſui neceſſariam defenſionẽ aggreſſorem iniuſtum interfecit, neque curãt de animo, quo id fecerit, modò in ſuam neceſſariam defenſionem, atque adeò cum moderamine inculpatæ tutelæ id fecerit. In hoc autem euentu eiuſmodi leges ciuiles permiſſiuæ ſolùm ſunt talis mortis, quæ cum peccato lethali fit, eam non puniendo, atque adeò id non fit iuxta legem æternam, ſed contra Dei æternam legem. Quòd autem ea fuerit Auguſtini mens, ſuadẽt
D ea verba, quæ in epiſtola ad Publicolam ſubiungit: Hinc autem dictum eſt. *Non reſiſtamus malo, ne nos uindicta delectet,* (quaſi, ſi id ſine appetitu vindictæ fiat, licitum ſit) *quæ alieno malo animum paſcit.*

DISPVT. 14.

Num aggreſſus, interficere teneatur aggreſſorem.

SVMMARIVM.

E 1 *An aggreſſus ab iniuſto aggreſſore debeat ordine caritatis præferre uitam propriam uitæ aggreſſoris, ipſum interficiendo, uel uitam aggreſſoris propriæ, permittendo ſeipſum occidi, uide cum pulchra diſtinctione.*

2 *Reſponſ. ad argumenta contraria.*

ABulenſis, c. 1. in Ioſue q. 11. vniuerſim affirmat, teneri aggreſſum ſub reatu culpæ lethalis interficere aggreſſorem, ſi poſſit, quando aliter non poteſt vitam ſuam conſeruare.

Ducitur, primò, quoniam caritatis ordo obligat ſub culpa lethali in re graui: ſed ordine caritatis vita propria

propria præferri debet alienæ; amiſſioque propriæ vitæ eſt res grauis: ergo aggreſſus ſub reatu letalis culpæ tenetur interficere aggreſſorem, ſi poſſit, quã do aliter conſeruare non poteſt vitam propriam.

Secundò, quoniam iure naturali vnuſquiſque tenetur per media licita cõſeruare vitam ſuam, ſed eſt medium licitum aggreſſorem interficere ad vitam conſeruandam, vt ex dictis præcedentibus diſputationibus liquet: ergo, quando aggreſſus interficere poteſt aggreſſorem, idque eſt neceſſarium ad vitam propriam conſeruandam, tenetur illum interficere.

1 Quæſtio hæc ſequentibus concluſionibus eſt dirimenda. Prima eſt. Quando aggreſſus perſona eſſet, cuius vita multũ reipublicæ, vel in ſpiritualibus vel in tẽporalibus, referret, teneretur ſub reatu culpæ lethalis interficere aggreſſorem, ſi poſſet, vt vitã ſuam conſeruaret. Probatur, quoniam agitur de cõmuni maximo bono, in cuius præiudicium non poteſt ſine culpa lethali non conſeruare ſuam vitã medio illo licito, neque ad id cenſenda eſt facta ei facultas à Deo, cuius quoad dominium eſt vita ipſius, nihil impediente damno inuaſoris, in quod ſua culpa incidit. Idem videtur eſſe, ſi ex ipſius morte ſequeretur maximum detrimentum familiæ, vt vxori ac filijs, quos alere tenetur. Quamuis enim cedere poſſet iuri ſuo, permittendo ſe ab aggreſſore interfici, ne aggreſſor damnum mortis temporalis & æternę incurreret; non tamen poſſet cedere iuri ſuorum, quibus vita ipſius eſt neceſſaria, & quibus alimenta, educationem, ac protectionem debet, quæ à vita ipſius pendent. In his omnibus conſentit Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 8.

Secunda concluſio. Quando aggreſſor eſſet talis, cuius vita multum reipublicæ intereſſet, aggreſſus verò eſſet perſona communis, tũc aggreſſus ſub reatu lethalis culpæ teneretur potiùs mortẽ pati, quàm in ſui defenſionem talem interficere iniuſtum aggreſſorem. Ratio autem eſt, quoniam lege caritatis tenetur præferre tantum commune bonum ſuæ propriæ vitæ. Exemplum, dum tunc hæc Euoræ docebam, adhibui in catholiciſſimo Philippo ſecundo Rege noſtro, à cuius vita tunc dicebam, donec filij accreſcerent, legitimæque ætatis filium relinqueret, pax Chriſtianæ reipublicæ, ac bonum ſpirituale & temporale Eccleſiæ in eis perturbatis temporibus communi omnium iudicio, per multum pendebat. Si enim, gratia exempli, dicebam, iniuſtè aliquẽ aggrederetur, quod lõgè alienum omnino erat à Chriſtiano eius pectore, teneretur inuaſus potiùs mortẽ pati, quàm eum cum tanta iactura Eccleſiæ horumque regnorum interficere. Si tamen eſſet Rex aliquis, habens ſucceſſorem, qui æquè bene rempublicam gubernaret, tunc aggreſſus ab eo iniuſtè, licitè poſſet eum interficere, vt vitam ſuam defenderet. Quoniam ex morte talis principis non tantum damnum ſequitur reipublicæ, vt propter illud teneatur inuaſus mortem perpeti iniuſtam, ne ſuum aggreſſorem interficiat. In his etiam conſentit Sotus vbi ſuprà.

Tertia cõcluſio. Quando aggreſſor & aggreſſus pares eſſent, aut certè ex aggreſſi morte non ſequeretur reipublicæ longè maius detrimentum, neque vita illius vxori ac filijs eſſet non leuiter neceſſaria, tunc fas aggreſſo eſſet, vel occidere aggreſſorem, vt præcedentibus diſputationibus eſt comprobatum, vel eum non interficere, permittereque potiùs ſe ab illo interfici, non ſolùm ne ille ſimul cum morte tẽporali interitum incurreret æternum, ſed etiam ne ille, vel ſolam amitteret corporalem vitam, eſſetque id egregiæ caritatis actus. Ratio verò poſterioris partis huius concluſionis eſt. Quoniam prò vita corporali proximi, fas eſt periculo exponere propriam vitam corporalem, vt in materia de caritate. q. 26. oſtendimus. Etenim licèt domini non ſimus vitæ noſtræ, ſed cuſtodes atque adminiſtratores, vt Diſp. 1. explanatum eſt. Deus tamen, qui illam nobis conceſſit, quique dominium illius retinet, facultatem ac adminiſtrationem illius nobis non denegauit ad tã egregium virtutis actum in ipſius obſequium, in tantumque virtutis ac meriti noſtrum bonum, vt quæſtione citata dictum eſt. Idem docet exẽplum Chriſti, qui cùm ſe poſſet defendere, mortem pro generis humani ſalute ſubiuit. Et apoſtolos miſit tanquã oues in medio luporum Matt. 5. *Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Ad Rom. 12. *Non nos metipſos defendentes cariſſimi, ſed date locum iræ.* Conſentiunt Sotus artic. 8. citato, Syluest. verb. bellũ, 2. nu. 5. & Victoria in relect. de homic. nu. 24. ac alij. Obſerua tamen, ſi quis, ſine detrimento vitæ aggreſsoris, poſset vitam propriam conſeruare, tunc, niſi aliud poſtolaret cauſa fidei ac religionis, teneretur illam conſeruare: quoniam alioquin prodigus ac contemptor plus iuſto eſset proprię vitę ſine emolumento aliquo, ad quod Deus facultatem non conceſſit.

Ad primum argumentum dicendum eſt, in ordine caritatis quędam eſse, quę ad pręceptũ ſpectant; vt quòd in extrema neceſſitate proximi, noſtra externa bona, ad illi ſubueniendum neceſsaria, pro illo exponamus: quòd ſaluti illius ſpirituali ſubueniamus cum periculo proprię vitę corporalis, quando id omnino eſt neceſsarium ad ſalutem illius ſpiritualem; & ſunt ſimilia alia: quędam verò alia eſse, quę permittuntur ac conceduntur eodem caritatis ordine, integrum relinquendo, vt pro maiori bono virtutis poſthabeantur in maius bonum eo modo illa poſthabentis, vt eſt pati potiùs mortem propriam ex fortitudinis, patientię, ac caritatis Dei ac proximi virtutibus, quàm auferre vitam ab eodem proximo, pręſertim quando eſt id coniunctum cum interitu illius ęterno. Ad argumentum verò in forma dicendum eſt, maiorem eſse veram de ijs, quæ ita ad ordinem caritatis ſpectant, vt cadant ſub præcepto: ſecùs verò de ijs, quæ permittuntur caritatis ordine, de quorum numero eſt, præferre in euentu, de quo loquimur, vitam propriam vitæ proximi. Vnde negãda eſt minor, ſi verbum, dẽt, præceptum denotet. 2

Ad ſecundum dicendum eſt, maiorem eſse verã, quando conſeruatio propriæ vitæ medio licito, non prætermittitur in tantum proximi commodum, cũ longè maiori bono proprio virtutis: ſecùs autem quando prętermittitur in tantum bonum proprium cum tanto proximi commodo, vt cernitur in re, de qua diſputamus.

D I S P V T. 15.

Vtrùm, qui ſua culpa ad ſtatum deuenit, vt ad defendendam ſuam vitam neceſſe ſit aggreſſorem interficere, poſſit licitè illum interficere. Et num liceat inierficere miniſtros publicos, à quibus iniuſta mors nobis imminet. Et alios, à quibus ſine ipſorum peccato mors non iuſta, aut etiam interdum iuſta, nobis imminet.

S V M M A R I V M.

1 *Adulter aggreſſus à marito adulteræ in facto deprehenſus, licitè illũ interficere poteſt contra Nauarrũ.*

Idem

2 *Idem in fure in furto deprehenſo.*

3 *Quid de miniſtris publicis, à quibus iniuſta mors nobis imminet, an & illos dum aggrediuntur occidere licet.*

4 *Miles ſcienter progreſſus ad bellum ex parte ſua iniuſtum, & fugiēs, an poſſit alium militem, à cuius parte iuſtum eſt bellum, ipſum inſequentem in ſui defenſionem occidere, anceps eſt auctor, & num. 5. & 6.*

7 *Ignorantia inuincibilis iniuſtitiæ belli militem excuſat.*

EXemplum primi eorum, quæ propoſita ſunt, eſt in adultero, qui in adulterio à marito adulteræ repertus, vt ſe ab eo marito defendat, neceſſe habet interficere illum: quæritur enim, num licitè in vitæ ſuæ defenſionem interficere illum poſſit. Quidam Nauarro in Manu. cap. 15. num. 7. & in repet. cap. fin. 14. quæſt. 6. num. 15. tribuunt, eum exiſtimaſſe, hunc interficere non poſſe maritum adulteræ, vt ſe ab illo defendat, ſed teneri potiùs mortem ab illo pati. Credo tamen Nauarrum id non voluiſſe aſſerere, ſed ſolùm hunc incurrere irregularitatem propter tale homicidium: quod eſt verum, vt inferiùs, quando ſermo fuerit de irregularitate ex homicidio, patebit. Quòd ſi Nauarrus primum aſſerere intendit, ſanè id falſum eſt. Vt. n.
1 Diſp. 7. oſtendimus, maritus non habet ius ad interficiendos adulteros in adulterio deprehenſos, ſed ſolum ei permittitur, vt impunè illos interficiat: vnde, cum maritus peccet id aggrediendo, iniuriamque faceret eis intentet, quos ita interficere aggreditur: conſequens profectò eſt, vt adulteri illi ius habeant ad ſe defendendum à tali marito, atque adeò vt, ſi aliter euadere non poſſint, niſi illum interficiendo, licitè poſſint illum interficere.

Iuxta hanc doctrinam dicendum eſt, fas eſſe furi, qui ad furandum fuit ingreſſus, interficere illū, qui ea de cauſa vult talem furem interficere, quando ali-
2 ter euadere non poteſt eam mortem. Idem dicendū eſt de eo, qui à principio fuit iniuſtus aggreſſor, volendoque poſtea deſiſtere, idque ſignificando aggreſſo, qui ipſum interficere molitur, aggreſſus non vult à pugna deſiſtere: tunc enim, ſi aliter euadere non poteſt mortem, aut graue mortis periculum, niſi interficiendo illum, non peccat eum interficiendo In foro tamen exteriori vt homicida punietur. Item in conſcientiæ foro tenebitur reſtituere omnia damna ſubſequuta, ſi aggreſſus non habuit iuſtam cauſā ſibi perſuadendi omnino, eiuſmodi à principio aggreſſorem voluiſſe iam omnino deſiſtere. Ratio autem eſt, quoniam per primam iniuſtam aggreſſionem cauſa fuit horum omnium damnorum: neque aggreſſus iuſtam rationem habuit exiſtimandi, ipſū verè deſiſtere velle à prima ſua praua intentione, vt aggreſſus quoque deſiſteret. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet, quando ſcilicet miniſtri publici iniuſtè interficere aggrediūtur, aut comprehendere aliquem, vt iniuſtè interficiatur, eſt
3 diſtinguendum. Quoniam ſi de iniuſtitia illorū formali conſtet, quia intelligitur illos, ſcientes ſe iniuſtè agere, ad id procedere, ac, niſi interficiantur, periclitatur eius vita, aduerſus quem iniuſtè procedunt, tūc ita aggreſſus, poteſt licitè illos interficere in ſuā defenſionem; poteſt item eis reſiſtere, quando conſtat, eos ſua abuti poteſtate, vt Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 8. Syluest. verb. bellum. 2. n. 7. & Couar. 1. var. reſol. c. 2. num. 13. rectè affirmant. Si verò bona fide iuxta ſuum munus procedant, interfici non poſſunt, eſto is innocens ſit, aduerſus quem ita procedunt. Ratio autem eſt, quoniam munus ſuum publicum exequuntur, ſuntque ea in parte ſuperiores cō-
A paratione illius, idque poſtulat commune reipublicę bonum. Fugere tamen tunc poſſet, ac ſe defendere, nullum damnum eiuſmodi miniſtris inferendo.

Longè maius dubium mihi eſt, quando aliquis, videns bellum iniuſtum eſſe ex ſua parte, & iuſtum ex parte contraria, ad illud proceſſit, num, licet peccauerit ad id bellum procedendo, in eoque pugnando, teneaturque à pugna atque à bello deſiſtere, fas nihilominus illi ſit, dum terga vertit, ipſumque inſequitur miles, à cuius parte iuſtum eſt bellum, interficere talem militem inſequentem, in ſui defenſionem, quando aliter euadere non poteſt, conſeruareque propriam vitam. Atque in partem negantem eſt hoc argumentum. Quòd cum ille alius miles ius ha- Dubium. 4
B beat ad eum interficiendum, non ſecùs ac miniſtri publici ius habent ad malefactores interficiendos; ſanè quemadmodum malefactores non poſſunt in ſui defenſionem percutere miniſtros publicos, quando illi iuxta ordinem iuris procedunt, ſic miles terga vertens, de quo loquimur, interficere in ſui defenſionem non poteſt militem iuſtè ipſum inſequētem: alioquin daretur bellum iuſtum ex vtraque parte, pulſa prorſus ex vtraque parte ignorantia, quod videtur omnino abſurdum. Ex alia uerò parte uidetur durum admittere, miſerum illum militem teneri pati mortem, quando, ad ſe defendendum, neceſſe eſſet percutere aut interficere militem iuſtè ipſum inſequentem. Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 7. ait; Quando 5 aliquis in ipſo belli conflictu nouit iuſtitiam belli eſ
C ſe à parte contraria, quamuis progredi vlterius non poſſit in pugna, ſed teneatur deſiſtere: poſſe tamen ſe defendere, ita vt, ſi in ſui defenſionem neceſſe ſit interficere militem innocentem iuſte ipſum inſequētem ad mortem ei inferendam, fas ei ſit illum interficere. Atque in eo euentu mihi ueriſſima uidetur Soti opinio. Ratio autem eſt, quoniam cum is miles bona fide ad id bellum proceſſerit, innocenſque fuerit, ipſum excuſante ignorantia inuincibili, ſeu probabili, licitè, depulſa ignorantia, defendere poteſt vitam ſuam aduerſus milites alterius partis: eo quòd nondum commiſerit delictum morte dignum: vnde, cùm caritatis ordine præponere poſſit vitam ꝓpriam vitæ aliorum, licitè poterit eam ab eis defendere eos occidendo, nihil impediente, quòd ſint in-
D nocentes, quando ita neceſſarium eſt ad protegendam ac defendendam propriam vitam ab illis. Præſertim cum illi ipſi, ſi eis conſtaret de eius innocētia, tenerentur vitam ab eo non eripere, vt tractatu. 2. Diſp. 122. dictum eſt. Noſtrum uerò euentum non videtur Sotus eo loco tangere. Satis autem probabile eſt, in eo militem illum non poſſe in ſui defenſionem interficere aut percutere militem ipſum inſequentem, quoniam & ipſe dignus eſt ea morte, & ille alius miles ius habet eam illi infligiendi. Niſi aliquis dicat, diuerſam rationem eſſe de malefactore comparatione poteſtatum, quibus ſubiicitur, quæq. ſuperiorem poteſtatem habent in eum ad ipſum puniendum, & de militibus vnius reipublicæ cōpara-
E tione alterius reipublicæ, ac militum eius. Reſpublica namque ac milites eius, iuſtum gerentes bellum, non habent ſuperiorem poteſtatem aduerſus rempublicam ac milites eius, qui iniuſtum bellum gerunt; ſed ſolùm habent ius ac facultatem ſumendi competentem vindictam ac compenſationē pro iniuriis acceptis. Neque ſinguli de republica, quæ bel- 6 lum iniuſtum gerit, teneri videntur ita ſuſtinere mortem, vt non poſſint vitam defendere, etiam cum iactura vitæ aliorum, modò vnuſquiſque deſiſtere velit à pugna ac bello iniuſto, ſeq; paratum oſtēdat ad competentem aliam ſatiſfactionem. Elige, qđ probabilius iudicaueris: anceps quippe ſum.

Poſtremò eſt dicendum. Quando aggreſſus dignus

gnus non eſt morte, quàm aggrediens illi ſine pecca(A)to vult inferre, licitum ita aggreſſo eſſe, interficere in ſui defenſionem eum aggreſſorem, quando ita neceſſarium eſt ad propriam vitam conſeruandam. Exempla ſunt in eo, qui in bello, ex ſua parte iuſto, nouit militem aduerſarium, qui ipſum vult interficere, eſſe innocentem, eo quòd ignorantia inuincibili iniuſtitiæ belli pugnet. Item in eo, qui cum inuincibili ignorantia, quòd bellum ex ſua parte eſſet iniuſtũ, pugnare cæpit, ſtatim tamen, ac iniuſtum eſſe nouit, à pugna deſtitit: hic enim, vt paragrapho præcedente eſt dictum, licitè interficere poteſt in ſui defenſionem militem ſe inſequentem, quando aliter euadere non poteſt morte, graueve mortis periculum. Itemque in eo, quem aggreditur furioſus, phreneticus, ebrius, aut dormiens: ſi enim aliter euadere non po-(B)teſt mortem, aut graue mortis periculum, quàm illos interficiendo, licitè eos in ſui defenſionem interficit. Ratio autem eſt, quoniam protectio & conſeruatio vitæ propriæ aduerſus damna, quæ illi inferuntur, vnicuique iure naturali competit: quare, cum eodem iure naturali præferre poſſit vitam ſuam alienę vitæ, conſequens eſt, vt, quando aliter euadere non poteſt mortem, quæ ſibi ab aliquo innocente imminet, niſi illum interficiendo, licitè poſſit eum interficere. Ita cum Bartol. Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 20. conſentiuntque doctores alij communiter.

DISPVT. 16.

Vtrùm pro defenſione bonorum externorum liceat interficere iniuſtum aggreſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Aggreſſor iniuſtus ſicut pro neceſſaria vitæ defenſione ita & pro defenſione rerũ externarum occidi poteſt tam à clericis quàm à laicis.*

2 *Vtrùm autem tam laici quàm clerici prædicto modo occidendo incurrant irregularitatem, vide remiſſiuè.*

3 *Interficiens clericum iniuſtum aggreſſorem in defenſionem bonorum externorum excommunicationem non incurrit.*

4 *Qualiter fur licitè interficiatur. Et ſi cum re aliena fugiat, quando iaculo à longè occidi queat, n. 6.*

5 *Quando dicatur fur nocturnus aut diurnus, remiſſiuè.*

7 *Quanti valoris res ſit oportet, pro cuius defenſione interficere liceat.*

8 *Soluuntur argumenta contraria vſque ad finem.*

GErſon in tractatu de Euchariſtia, Auguſtinus de Ancona in opuſculo de autoritate Eccleſiæ, Abul. in cap. 5. Matth. Panor. c. 1. de homic. & quidam alij, neganter reſpondent. Ducuntur verò.

Primò, quoniam ordine ac lege caritatis vita proximi corporalis præponenda eſt bonis noſtris externis; ergo, pro illorum defenſione, nefas eſt proximũ interficere: id quod non obſcurè videtur docere Auguſt. 1. de liber. arb. c. 5. quo in loco, poſt verba diſp. 13. ex Auguſtino relata, ſubiungit: *Quo modo enim apud eam* (diuinam ſcilicet prouidentiam) *ſunt iſti à peccato liberi, qui pro iis rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti ſunt.*

Secundò, quoniam cap. 2. de homic. non videtur admitti tanquam licita occiſio aggreſſoris, niſi quando copulatiuè neceſſaria eſt ad defendendum bona externa vna cum propria perſona. Sic enim in eo textu ex pænitentiali Romano habetur: *Si ſine odij meditatione, te tuaque liberando, eiuſmodi diaboli membra interfeciſti, &c.*

Tertiò, quoniam c. 3. de homic. Auguſtinus exponens illud Exod. 22. quo permittebatur occidere furem nocturnum, & non diurnum, legeſque ciuiles, quæ idem ferè ſtatuunt, dum occidere permittunt furem nocturnum, non verò diurnum, niſi quando ille telo, alij ſive armis, ſe defendit, ait Auguſtinus. Propterea non permitti occidi furem diurnum, niſi quando telo ſe defendit, quia diſcerni poteſt, non venire ad occidendum, ſed ad furandum: permitti verò occidi furem nocturnum, quia id diſcerni nequit, ſed præſumi aut timeri poteſt, venire ad occidendũ. (B) Quibus verbis innuere videtur, quando perſona nõ periclitatur, ſed ſolum periclitantur bona externa, nefas eſſe pro defenſione eorum bonorum furem interficere.

Peculiariter autem de clericis affirmat Panorm. cap. ſuſcepimus de homic. nefas eis eſſe, quenquam interficere pro defenſione ſuorum bonorum externorum. Ductus eo capite, in quo duo religioſi damnantur, qui pro defenſione rerum monaſterij, fures quoſdam ligauerunt, atque, dum vnus eorum religioſorum accurreret ad nunciandum capitulo, illos eſſe ligatos, reliquiſſetque alterum in illorum cuſtodiam; illique conarentur ſe ſoluere, qui relictus fuerat in illorum cuſtodiam, timens interfici ab eis, illos interfecit.

(C) Contrariam ſententiam affirmant Caiet. 2. 2. qu. 64. art. 7. ad 2. conſentaneè ad Diuum Thom. ibidem, Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 8. Nauar. in Man. cap. 15. num. 2. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. homic. nu. 25. Couar. clem. ſi furioſus, part. 3. §. vnic. num. 6. & docto- 1
res communiter. Nempe, fas eſſe pro defenſione bonorum externorum interficere iniuſtum aggreſſorem, qui illa vult diripere. Intelligitur verò, quando aliter liberari non poſſunt, aut eſt periculum, quòd amittentur. Sicut enim pro defenſione vitę nefas eſt interficere aggreſſorem, niſi quando aliter erui non poteſt à periculo: ſic longè maiori cum ratione pro defendendis bonis externis, quæ aliter liberari poſſunt, nefas eſt aggreſſorem interficere. Conſentit l. furem iuncta gloſſa ibi. ff. ad leg. Corn. de ſicar. quæ (D) ſolum permittit occidere furem nocturnum, quando ſine periculo non poteſt quis ei parcere. Quod gloſſa exponit de periculo, ſiue propriæ perſonæ, ſiue amittendi res proprias. Conſentit item. l. ſed etſi. ff. ad leg. Aquil. quæ ait: *Si quis cum furem apprehendere poſſet, maluit occidere, magis eſt, vt iniuriam feciſſe videatur.*

Probari autem poteſt hæc ſententia. Primò, non ſolùm quoniam iura ciuilia, imò & canonica, id permittunt, ſed etiam quoniam, licèt in neceſſitatis euẽtu vita proximi temporalis præferenda ſit noſtris bonis externis; extra euentum tamen neceſſitatis id nõ eſt neceſſarium, vt Diſp. 13. dum ſermo nobis erat de vita noſtra corporali cõparatione ſpiritualis proximi, eſt dictum, quo fit, vt quemadmodum poteſt (E) quis defendere vitam ſuam corporalem ab iniuſto aggreſſore cum periculo vitæ illius corporalis ac ſpiritualis ſimul; ſic poteſt defendere bona ſua externa ab iniuſto aggreſſore cum periculo ac detrimento vitæ illius corporalis. Confirmatur, quoniam longè plus excedit vita illius ſpiritualis vitam corporalem iniuſtè aggreſſi, quàm excedat vita illius corporalis bona externa iniuſtè aggreſſi; ergo, ſi aggreſſus defendere poteſt vitã ſuã corporalem cũ detrimento vitæ ſpiritualis iniuſti aggreſſoris, longè maiori cum rõne defendere poterit bona ſua externa cũ detrimẽto vitæ corporalis iniuſti aggreſſoris. Secundò, quoniam licitum eſt prælium, non ſolùm defenſiuum, ſed

ſed

ſed etiam offenſiuum, pro bonis externis, vt communis rerum publicarum vſus teſtatur, & ex dictis tractatu præcedente in materia de bello ſatis cōſtat: ergo licitū eſt pro defenſione bonorum externorū interficere iniuſtū aggreſſorem. Tertiò, quoniā, ſi pro defenſione bonorū externorū illicitum eſſet interficere aggreſſorem iniuſtū, iniqui audaciores fierēt ad diripiēdos iuſtos, miſeraque ea in parte eſſet conditio iuſtorū, idq; cederet in maximū detrimentum boni communis, quod non eſt admittendum.

Eſt autem hoc licitum, nō ſolùm laicis, ſed etiam clericis: cùm naturali iure liceat, nullibique ipſis prohibitum reperiatur, quin potiùs defenſio bonorum
Dubium. externorum cum moderamine inculpatæ tutelæ eis
2 permittatur. c. olim. 1. de reſt. ſpol. Vtrùm autem, tā ipſi, quàm laici, irregularitatem incurrāt, ſi aliquem cum moderamine inculpatæ tutelæ in defenſionem bonorum externorum interficiant, examinabitur inferiùs, dum de irregularitate ex homicidio ſermo fuerit. Illud verò eſt affirmandum, ſi clericus iniuſtus aggreſſor in defenſionem bonorum externorū
3 cū moderamine inculpatæ tutelæ interficiatur, tunc interficientem excommunicationem non incurrere: quoniam vbi nulla eſt culpa, incurri non poteſt excommunicatio. Eſt autem conſilium, potiùs iacturam bonorum externorum pati, quàm ob illa proximum interficere: idq; Eccleſiaſticis præſertim, qui contemptores eſſe debent rerum externarum. Atq; id eſt, quod. cap. ſuſcepimus de homic. dicitur. Multùmque monachi illi meritò culpantur, eo quòd ſæui nimis cum eis latronibus fuerint: neq; interfectori admodum probabile mortis periculum imminebat, qui, interim dum fuit aggreſſus illos interficere, fugere potuit antequam illi à vinculis, quibus erant ligati, ſe expedirent.

Quando aliquis aggrederetur alienum iniuſtè accipere, atque in illius defenſionem, antequam ab eo
4 alienum acciperetur, interficeretur, aut poſtquam illud accepit, deprehenſus in continenti à domino illius antequam fur illud reponeret in loco, ad quem deferre illud deſtinabat, fure reſiſtente, & domino conante id ab eo eripere, à domino interficeretur, qui eripere aliter non potuit, quod ſuum eſt, tunc cū alijs doctoribus conſentit Couarr. vbi ſupra, licitè furem interfici cum moderamine inculpatæ tutelæ in defenſionem rerum externarum. Atque id planè eſt, quod intenditur, ca. 2. de homic. dum dicitur, te tuaque defendendo. Quādo enim quis ita defendit ſua, regulariter defendit ſimul ſuam propriam perſonam, quam periculo pro ſuarum rerum defenſione exponit. Idem intenditur. c. 3. de homic. iuxta ius ciuile ibi relatum. l. itaque. §. lex. ff. ad leg. Aquil. dū permittit occidere furem diurnum, l. quando telo, id eſt, quocunque armorum genere, (vt tractatu prę
5 cedente Diſp. 684. in prin. expoſuimus, quo in loco explanauimus, quādo fur diurnus aut nocturnus dicatur) ſe defendit, ne ſcilicet ex illo eripiatur, quod iniuſtè accepit, vel ne accipere impediatur, quod intendit iniuſtè accipere. Idem dicendum eſt, quando quis inuenit occupatam poſſeſſionem rei ſuæ immobilis, aut quādo vi eſt deiectus à poſſeſſione eius rei, incontinentique illam recuperare conatur: ſi enim in defenſionem talis poſſeſſionis, adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, aliquem interficiat, non peccat: quoniam defendit ſuam poſſeſſionem. Quando autem cenſeatur id efficere in continēti, & alia, quæ de hac re dici poterant, tractatu præcedente Diſpu.
Dubium. 16. & diſp. 682. dicta ſunt. Legas etiam Carrerium
6 in pract. §. homic. 6. a nu. 107. Quādo verò fur cum re aliqua aliena fugeret, vt cum equo, vtrùm tunc à longè fas eſſet illum iaculo interficere ad defenſionem rei illius. Couar. num. 6. citato aduerſus Syluestrum id licere negat. Et quidem quando res non eſ-

A ſet magni valoris, vt ſi eſſet ſolùm valoris triū, quatuor, aut quinque ducatorum, conſentit Sotus art. 8. citato, & conſentiunt alij. Quādo verò eſſet magni valoris, exiguaque eſſet ſpes illam poſtea recuperandi, affirmat Sotus, fas in eo euentu eſſe illum interficere. Neque id auderem condemnare, modò priùs Decis.
voce admoneretur, niſi rem relinquat, eſſe interficiendum. Semper tamen eſt conſulendum, ne proximus in eo euentu interficiatur. Quando autē quis iniuſtè aggrederetur vſurpare rem, etiam valoris vnius aurei, vel minoris adhuc valoris, reſiſtente domino, aut cuſtode illius, certè neque ad culpam, neque ad pœnam, auderem condemnare, qui illam defendendo interficeret cum moderamine inculpatæ 7
tutelæ iniuſtum aggreſſorem, quicquid in contra-
B rium cum Bald. & Ang. dicat Carrer. in pract. §. homicidium. 6. nu. 33.

Ad primum verò argumentum contrariæ opinio 8
nis dicendum eſt, antecedens eſſe verū, quando proximus extremè illis indiget: non aūt quando eis nō indiget, ſed ſua nequitia iniuſtè vult ea occupare.

Ad Auguſtinum verò, tā in eo teſtimonio, quàm in alio argumento tertio relato, reſpōdet Sotus, fortè Auguſtinum eius fuiſſe ſententiæ: de qua re diſp. 13. dictum eſt, quid ſentiremus circa Auguſtini ea de re mentem. Illud verò eſt addendum, in verbis illis ex. c. 5. libri. 1. de libero arbit. nomine earum rerum, quas contemni oporteret, nec pro eis proximū interficere, comprehendere etiam vitam propriam, vt conſtat ex toto decurſu capitis, quaſi neque in de-
C fenſionem illius liceat interficere aggreſſorem: cuius contrarium eſt verum, communiterq; receptū. Diſputatione verò 13. diximus, ea, & ſimilia alia verba Auguſtini, exponi poſſe, intendendo mortem inuaſoris in vindictam aggreſſionis: non verò quando ſine vindictæ appetitu nudè intenditur in defenſionem noſtram bonorumque noſtrorum.

Ad ſecundum verò dicendum eſt, verba illa, te tuaq; liberando, intelligenda eſſe disiunctiuè, id eſt, te vel tua. Satis enim eſt perſpicuū, in defenſionem ſolius perſonæ fas eſſe interficere iniuſtum aggreſſorem, neque eſſe neceſſarium, concurrat ſimul defenſio rerum externarum. Quia verò in euentu, de quo ibi ſummus Pontifex fuerat conſultus, defendendo res externas, ſimul neceſſe erat defendere
D propriam perſonam, eo modo fuit loquutus.

Quod attinet ad legem Exodi, & ad leges ciuiles, de quibus Auguſtino in tertio argumēto eſt ſermo, dicendum eſt. Eas omnes leges eſſe iudiciales: idq; impunè permittere in eis euentibus, tum in pœnam talium iniuſtorum aggreſſorum: tum etiam quia præſumitur, eam occiſionem neceſſariam tunc fuiſſe, ad propriam, ſuarùmve rerum defenſionem. Quòd ſi occiſio neceſſaria ad id non fuerit, ſed exceſſum in ea fuit moderamen inculpatę tutelæ, tunc in conſciētiæ foro interfector immunis non erit à lethali culpa homicidij, onereque reſtituendi. Quod verò ad Auguſtinum attinet, dicendum eſt, non aliud intendiſſe, quàm leges illas fundari in præſumptione à
E nobis proximè explicata, eſſeq; ſolùm permiſſiuas in foro exteriori. Quod autem de fure diurno dicit, qui ſine telo ad furandum accedit, non idcirco dicit, quaſi intendat, non licere occidere pro defenſione ſola rerum externarū, quando aliter defendi non poſſunt, niſi illum interficiendo; licere verò interficere pro defenſione vitę. Auguſtinus quippe in alijs teſtimonijs ex ipſo relatis eodem modo loquitur de interfectione proximi in defenſionem vitæ, & in defenſionem bonorum externorum: ſed id dicit, quoniam is fur nō præſumitur reſiſtere voluiſſe, ac proinde præſumitur interfectionem illius nulla ratione fuiſſe neceſſariam ad defendendas res, quas is fur intendebat furari. Conſentaneè ad iura ciuilia citata,

& ad

& ad doctrinam hac diſputatione à nobis traditam, eſt intelligenda.l.4.titul.23.lib.8.nouæ collect.quæ, dum mortis pœnam ſtatuit interficientibus data ope ra,quod ibi dicitur *à ſabiendas*,excipit inter alia, *ſaluo ſi matare ladron,que hallare de noche en ſu caſa hurtando o foradandola,o ſi lo hallare con el hurto huyendo, y no ſe quiſiere dar à priſion; o ſi lo hallare hurtandole lo ſuyo,y no lo quiſiere dexar.*

Ad caput ſuſcepimus, dicendum eſt, reprehendi ac puniri religioſos illos,eum præſertim, qui duos il los fures interfecit,quoniam exceſſerunt valde, quippe cùm ad euadēdam mortem, quam ex illis timuit, neceſſe non fuerit eos interficere, eo quòd fugere potuiſſet antequam omnino diſſoluerentur: neque periculum eſſet, illos in ſurando eas res monaſterij perſeueraturos: atque ſine ſpe recuperationis ſecum eas aſportaturos: cum illi adhuc eſſent ligati, & ſocius accurriſſet ad nunciandum capitulo, adiutoriumque afferendum: neque res illæ eſſent tanti momenti, vt pro illis vita è duobus,proximis eſſet auferenda,maximè à viris religioſis.

DISPVT. 17.

Vtrùm pro defenſione honoris, ac pudicitiæ, licitum ſit interficere iniuſtum inuaſorem. Et num duella licita ſint.

SVMMARIVM.

1 *Homo ingenuus,cui dedecori ſit fugere, ab alio inuaſus, non tenetur fugere, eſto fugiendo ſuam & aggreſſoris uitam poſſit conſeruare,ſed honorem & vitam defendendo interficere poteſt aggreſſorem.*

2 *Inuitans & inuitatus ad duellum peccant lethaliter ad illud progrediendo, uariaſque pœnas in concilio Trid. ſtatutas incurrunt tam pugnantes quam illis locum concedentes, ſiue priuatum ſit duellum ſiue publicum,ut num.3.& 4.*

5 *Quid de iure Luſitano & Caſtellæ?*

6 *Duo euentus recenſentur,in quibus licitum eſt duellū, nullæque pænæ incurruntur, & num.7.*

8 *Nobilis uulnere,alapa,alioue conuitio affectus in continenti repercutiens aut interficiens an puniendus ueniat, & qua pœna.*

9 *Compenſationi locus eſt in iniurijs & damnis mutuo illatis quo ad priuatas perſonas, non autem quoad pœnas in commune bonum imponendas ac fiſco debitas.*

10 *Mulier pro defenſione pudicitiæ interficere poteſt ſe opprimere uolentem,laudabilius tamen pateretur oppreſſionem continendo ſe à conſenſu in culpam lethalem, quàm uitam corporalem ſimul cū ſpirituali oppreſſori eripere,& num.11.*

Qvod ad primum attinet, dicendum eſt, Pro defenſione honoris, qui alicuius ſit momenti, ratione habita perſonarum ac circunſtantiarum concurrentium, licitū eſſe interficere aggreſſorem, quando aliter honor conſeruari non poteſt. Vt,ſi ſit homo ingenuus, cui
1 dedecori ſit fugere, quando alius eum aggreditur? tunc, eſto fugiendo & vitam propriam & aggreſſoris poſſet conſeruare,non tenetur fugere, ſed defendendo propriam perſonam,& proprium honorem, interficere poteſt iniuſtum aggreſſorem, quādo aliter non poteſt ſimul vtrumque conſeruare. Ita Sotus 5.de iuſt.quæſt.1.art.8.Nauar.in Manu. ca. 15. num.3.Anton. Gom.3.tom.var.reſol.cap. 3. num. 23.& doctores communiter. Couar.autem clemen. ſi furioſus.part.3.§.vnic.num.4. anceps eſt, tametſi

A in eandem partem inclinare videatur. Probatur hęc ſententia,quoniam pro defenſione bonorum externorum licitum eſt occidere inuaſorem, vt diſputatione præcedente eſt oſtēſum: ſed honor pretioſior eſt bonis externis, ergo pro defenſione honoris,quādo alicuius eſt momenti, neq; aliter defendi poteſt, ſed amitteretur, licitum eſt interficere iniuſtum aggreſſorem. Dictum eſt,quando alicuius eſt momenti, habita ratione perſonarum ac circunſtantiarum concurrentium. Quoniam, ſi perſonæ non ſit dedecori fugere,vt quia eſt perſona Eccleſiaſtica, aut religioſa,cui dedecus eſt arma ſumere, tenetur fugiendo conſeruare vitam propriam ac proximi. Itē quoniam ſi inuaſus perſona ſit de infirma plebe ac talis, cui dedecus non ſit fugere, aut parum admodum,
B tenetur etiam fugere. Ingenuus etiam,ſi ſine vllo decore poteſt ſe recipere, antequam aduerſarius adueniat,tenetur etiam id efficere. Ratio autem horum omnium eſt,quoniam, ſi cum modico ſuo detrimento poſſit quis mortem proximi vitare, tenetur id efficere. Inter milites autem, eſto inuaſus humili loco ſit natus, & aggrediens ſit ingenuus, regulariter non tenetur inuaſus fugere; quoniam id magno illi eſt dedecori, habita ratione ſtatus, militariſque diſciplinæ, quam ſequitur. Quando ex fuga magis periclitaretur inuaſus,quàm ſi non fugeret; quia aggreſſor maiores vires aſſumeret, aut à tergo ita fugiens facilius interficeretur, vel incideret in inſidias ei paratas, non teneretur fugere, eſto eſſet perſona Eccleſiaſtica,aut alia, cui fugere non eſſet dedecus.
C In his conſentiunt Sotus,Nauar. & Ant. Gom. locis citatis.

Ex doctrina autem tradita non inferas, licere laceſſito ad duellum, ſingulareve certamen, ad illud exire: ductus,quòd dedecori illi ſit non exire, atque adeò quòd id neceſſarium ſit ad conſeruandum defendendumque ſuum honorem. Cum enim vis tunc illi non inferatur; ſed ſolum prouocetur ad id, quod 2
peccatum eſt lethale ex parte inuitantis & inuitati, nequaquam licitum eſt exire. Neque apud prudentes & verè Chriſtianos dedecori eſt nō exire, vt Dei obediatur mandatis,quin potiùs id ei ſummæ tribuetur laudi. De iudicio autem contemptorum legum Dei,eſto illi ingenui ac nobiles in hoc mundo ſint, curandum non eſt, ſicut neque de illis eſt curādum,
D quando ſuadent, vt aliquis per ſe ipſum vindictam de iniurijs ſibi illatis ſumat,& non per publicas poteſtates.

Concilium Tridentinum ſeſſ.25.cap.19.de refor 3
matione,excōmunicat ipſo facto Imperatores, Reges, & quoſcunque alios dominos temporales, qui locum in terris ſuis inter Chriſtianos ad duellū conceſſerint. Priuat inſuper illos iuriſdictione ac dominio ciuitatis, caſtri, aut loci, quod ab Eccleſia obtinent,in quo,vel apud quem, duellum fieri permiſerint,&,ſi talia loca feudalia ſint, ſtatim conſolidantur cum proprietate, acquiunturque dominis directis. Qui verò talem pugnam commiſerint, & eorū patrini, eo ipſo incurrunt excommunicationis ſen-
E tentiam, pænamque amiſſionis omnium bonorum ſuorum,ac perpetuæ infamiæ,atque vt homicidę puniuntur,ſi alterum interficiant, qui verò in eo delicto ex hac vita diſcedunt, carent perpetuò eccleſiaſtica ſepultura. Qui autem conſilium in cauſa duelli,tam in iure,quàm in facto,dederint,aut quacūque alia ratione ad id cuiquam ſuaſerint, atque etiā qui duellorum ſpectatores fuerint, ipſo facto excommunicantur.

Interrogati verò poſtea Cardinales Romæ deputati,vt ad dubia circa concilium Tridentinum excitata reſpondeant, num pænæ illæ, etiam in duellis 5
priuatis, quocunque modo factis, incurrantur, in hæc verba reſponderunt. *Dictum caput 19. Concilij* 4
Triden-

Tridentini locū etiam habet in priuatis duellis, quæ ſine alicuius principis autoritate, cōſenſuve, et abſq; patrinis fiūt. Neſcio verò vtrùm in rñſione hac cōprehendātur pugnę, quibus exiſtētib. aliquibus vel in naui, vel in aliquo alio loco, vnus alteri dicit, in tali loco te expecto, vel egrediamur in terrā, & ibi contendemus, poſteaque pugnant, neque concurrentibus alijs ad ſpectandum, neque alia interueniente ſolemnitate. Non tamen auderem excipere hos ab illis pœnis: præſertim cùm audiam, eos, qui interrogauerunt, hos etiam intendiſſe comprehendere ea interrogatione; & cum in rigore hoc etiam ſit duellum priuatum. Hæc dixi dum hæc Euoræ exponerem, & poſtea id vidi vſu receptū in eiuſmodi priuatis duellis.

Quinto libro Luſitanarum ordinationum tit. 93. puniuntur ēt pęna amiſſionis omniū ſuorū bonorū, quibuſdamq. alijs pœnis, quicunq; alios ad duellum prouocauerint, & qui ita laceſſiti duellū acceptauerint, atq. ēt patrini. Lege quę eo in loco ſūt diſpoſita.

5 In hoc autem Caſtellæ Regno iura, quæ habētur lib. 8. tit. 8. nouæ collect. quæque duella in aliquibus euentibus concedebant, magna ex parte ſunt abrogata. lege 10. eiuſdem tituli, quæ eſt Ferdinandi ac Eliſabethæ, & eſt. l. par. vlt. tit. 9. lib. 8. ord. atq; inter alia ſic habet: *Ordenamos y mādamos, que de aqui adelante perſona alguna de qualquier eſtado y condiciō que ſea, no ſea oſado de fazer ni embiar los tales carteles* (de deſafio videlicet) *a otro alguno, ni lo embie dezir por palabra, y qualquiera que lo contrario hiziere, ſi quier ſean dos, o muchos, cayan y incurran per ello en pena de aleue, y ayan perdido y pierdan por ello todos ſus bienes para la nueſtra camara, y el que recibiere el cartel y acceptare la reſpueſta, aya perdido y pierda todos ſus bienes para la camara, aunque trance y pelea no vengan en effecto. Y ſi dello ſe ſiguiere muerte o feridas, y el requeſtador quedare viuo de la requeſta o trance, muera per ello, y ſi el requeſtado quedare viuo, ſea deſterrado del reino perpetuamente. Y porque en los tales delictos tienen gran culpa y cargo los tratantes, que lleuan y traen las menſaies y cartelas deſto, y los padrinos que vſan con ellos, mandamos, que ninguno ſea oſado de ſer en eſto tratante, ni lleuar ni traer cartelas y menſaies, ni ſean padrinos del tal trance o pelea, ſo pena que por el miſmo fecho caya y incurra cada vno dellos en pena de aleue, y pierda todos ſus bienes, y ſean las dos torcias partes para la nueſtra camara, y el otro tercio para la perſona que lo accuſare, y para el iuez que lo ſentenciare. Y que los que miraren, y no los deſpartieren, pierdan los cauallos y mulas en que fueren, y las armas que lleuaren, y ſi fueren à pie, que pague cada vno ſeis cientos marauedis. Y que eſtas penas ſe repartan en la forma ſuſo dicha.* Multo autem magis eadem iura abrogata ſunt diſpoſitione concilij Tridentini relata. Circa verba verò ex eo relata obſerua, in hoc regno, inuitatum ad duellum, ſi ſuperſtes maneat, ēt ſi interficiat eū, qui ad id duellū, ipſum inuitauit, nō puniri pęna mortis, ſed perpetui exilij, excuſante illum à pęna mortis, ꝙ laceſſitus acceſſerit, atque vt mundano ſuo honori ac famæ conſuleret.

In euentibus tamen, in quibus ex natura rei licitū eſt duellū, non incurruntur pęnæ in Conc. Trid. ſtatutæ, neq; aliæ aliquæ: Quoniā in Conc. Trid. & in 6 alijs iuribus, ſolùm prohibetur duellū illicitum. Primus autem euentus, in quo iuxta Caietan. 2. 2. quæſtione. 91. art. vlt. & in ſumma verb. duellum, iuxta Nauar. in Man. c. 11. nu. 39. & iuxta doctores alios, duellum eſt licitum, eſt. Quando Rex, gerens iuſtum bellum, videnſque ſe viribus inferiorem, neque aliter poſſe ſe defendere, quam commutando bellum in duellum, ſeu in ſingulare paucorum certamen, illud commutat. Plus tamen iuſto videtur Caietanus coarctare primum hunc euentum, dum negat, fas eſſe extra hunc euentum acceptare duellū

A ab hoſtibus oblatum, vnius cum vno, duorum cum duobus, decem cum decem, &c. Cùm enim is, qui iuſtum gerit bellum, ſiue offenſiuum, ſiue defenſiuum, videns duos ex aduerſarijs non petentes duellum, poſſit mittere duos ex ſuis militibus ad illos tāquam hoſtes interficiendos, idque pro poteſtate, quam habet ad vindictam de hoſtibus ſumendam, atque ad proſequendum ius belli, nulla ſanè eſt legitima ratio, cur, petentibus aduerſarijs, vt duo aduerſus duos egrediantur ad pugnam, non poſsit id concedere. Præſertim cum id inſeruiat, ne ſui frangātur animo, exiſtimationemque amittant, quam oportet hoſtes de ipſis habere, & ne hoſtes inſoleſcant, animumque aduerſus iuſtum bellum gerentes ſumant. Confirmari autem hoc poteſt exemplo Dauidis. 1.

B Reg. 17. qui progreſſus eſt ad ſingulare certamē aduerſus philiſthæum. Ad quod planè defendendum à culpa, ſi excludas temeritatem, quæ erat, Dauidē inermem pugnare cum tanto milite, niſi à Deo fuiſſet actus, neceſſe non eſt recurrere ad diuinam diſpenſationem, Deique ſupernaturalem inſtinctum, vt recurrit Caietan. Quin ſine vllo peccato, aut ſcrupulo, præmiū propoſuerat Saul cuicunq; qui philiſthæum illum in ſingulari certamine interficeret, auferretque opprobrium illud ex Iſrael. Imò verò ei, qui bellum gerit iuſtum, non ſolùm iure belli eſt licitum acceptare duellum, ſed etiam illud hoſtibus offerre. Neque aduerſus id, quod de Dauide eſt dictum, quiſquam nobis obijciat, c. Monomachiam. 2. quæſt. 4. vbi Nicolaus Papa ait, factum illud Dauidis trahendum non eſſe ad conſequentiam, quaſi licitum ſit duello decernere ac definire cauſarum iuſtitiam, atque examinare innocentiam eius, de quo culpa præſumitur aut timetur, ac ſi Deus legem ſtatuerit, ita fauere in duello ei, à cuius parte iuſtitia pugnat, quive innocens eſt, vt ſemper illi victoriam tribuat, ſicque manifeſtet innocentiam; quoniam, inquit Nicolaus Papa, nunquam legimus talem legē ſtatutam à Deo: atque id eſſet tentare Deum, quod eſt peccatum, & in ſcriptura ſacra expreſsè prohibitum: eaq. de cauſa duella illicita ſunt in eum finem. Non, inquam, quiſquam nobis id caput obijciat. Quoniam Nicolaus Papa eo in loco ſolùm intēdit, ex eo, quòd Deus fauerit tunc partibus Dauid; eā victoriam miraculoſam illi de Goliat tribuendo, non

D ſequi, legem eſſe à Deo ſtatutam, qua decreuerit, ſēper ita fauere parti, à qua eſt iuſtitia ac innocentia, vt victor in duello exiſtat, licitumq. ex illo capite eſſe duellum in eum finem. Non tamen dicit aut intēdit ibi Nicolaus Papa, illicitum ex natura rei fuiſſe tunc Dauidi exire ad duellū in bello iuſto aduerſus hoſtē, eguiſſeq; ad id diſpēſatione ac inſtinctu Dei, vt ſentire videtur ibi gloſſa. Neque ego nego, Dauidem actum à Deo, exijſſe in id ſingulare certamen, quod videbatur alioquin temerarium ex parte Dauidis aduerſus tam potentem hoſtē, niſi certus fuiſſet factus à Deo de viribus, & victoria aduerſus illū: ſed, quod concedo, eſt. Si temeritas aliunde non eſſet, licitum fuiſſe tunc Dauidi deſcendere permiſſu

E ſui ducis in ſingulare certamen aduerſus hoſtem illum, à cuius parte iniuſtum erat bellum.

Secundus euentus eſt. Qn̄ aliquis iniuſtè eſſet dānatus ad mortē, aut ad mutilationē, vel aliam graue 7 pœnā, accuſatorq. illi offerret duellū, quo ea lis terminaretur. Tunc. n. ſi ptās publica id duellū, quo lis terminaretur, cōcederet, quāuis ea ptās publica peccaret id duellū cōcedendo, & tā ipſa, quā accuſator, pœnas Conc. Trid. ſtatutas incurret: is tn̄, qui iniuſtè eſſet accuſatus, licitè poſſet illud acceptare: quoniā in defenſionē propriæ vitæ, aut mēbri, ad euadēdumve graue aliud malū, ꝙ ex iniuſto aggreſſore imminet licitū eſt interficere talē iniuſtum aggreſſorē, qui deſiſtere non vult ab eo dāno iniuſtè inferendo.

Quæſt. Dubium deinde in hac materia eſt, utrum nobilis, qui vulnus, alapam, conuicium, aut aliã iniuriam accepit, licitè poſt eam iniuriam acceptam poſſit repercutere in continenti, aut interficere, pro tuitione
8 ſui honoris. Si enim id efficiat, cenſebitur non amiſiſſe honorem: ſi verò id non efficiat, honorem eo ipſo amittet. Quocirca videtur, quòd quemadmodum poteſt quis licitè inſequi furem, qui bona ipſius externa furto ablata ſecum defert, illumque interficere, niſi ea relinquat, quando aliter non poteſt ea extrahere de poteſtate illius: ſic, vt ſuum recuperet honorem, poſſe nobilem in continenti inſequendo percutere ac interficere eum, qui iniuriam ipſi irrogauit. Nauar. in Manu. cap. 15. ad finem numeri 3. ductus hoc argumento propoſito, partem affirmantem dubij propoſiti concedit. Contrarium tamen
Decis. eſt affirmandum cum Soto. 5. de iuſt. quæſt. 1. art. 8. & cum Carrerio in pract. §. homicid. 6. num. 110. & alijs; quos citat. Illata quippe iniuria, is honorem amittit, qui tali iniuria eſt affectus; neque honor ille numero amiſſus, quin neque alius numero iniuria affecti, eſt res, quam ſecum is deferat, qui illum percuſſit, aut alia iniuria cum affecit: quare repercuſſio illa, aut occiſio, poſt honorem amiſſum, nõ eſt aliud, quam vindicta: quam tamen apud homines conſequitur tantundem honoris in eo, qui iniuriam fuerat paſſus, quantum ob iniuriam ſibi illatam antea amiſerat: eſſe autem id vindictam vel ex eo liquet, quòd eodem modo honorem recuperat, ſiue repercutiat aut occidat in continenti, ſiue poſtea ex interuallo; quare, cùm iure naturali ſit prohibitum priuatum ſumere vindictam per ſe ipſum de iniuria, etiãſi in continenti id fiat, conſequens profectò eſt, vt pars dubij propoſiti, quæ negat, ſit proculdubio affirmanda ac amplectenda. Habetque idem etiam locum in foro exteriori, vt pæna imponatur, vt Carre. num. 110. citato cum alijs, quos citat, rectè affirmat conſentitque Greg. Lopez. l. 2. titul. 8. part. 7. Si tamen eo modo graui iniuria laceſſitus, in continenti interficiat, non punietur pæna homicidij ordinaria, ſed mitiori alia infra mortem, vt idem Carrer. cum Panor. Felin. & alijs ibidem aſſerit, & conſentiunt Greg. Lopez vbi ſupra & Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. cap. 3. num. 24. & alij, quos citant, excuſante eiuſmodi homicidam à magna pænæ parte, id feciſſe in cõtinenti tam grauiter laceſſitum, tantaque iracundia ac dolore commotum: quin, quod attinet ad ſatisfactionem interfecti, ſuorumque conſanguineorum, pars pænæ, quam alioqui ſubire deberet, compenſabitur cum parte pænæ, qua occiſus erat dignus ob iniuriam interfectori illatam. Dixi, quod attinet ad ſatisfactionem interfecti, &c. quoniam licèt in iniu-
9 rijs, ac damnis, mutuò illatis, locus ſit compenſationi, quod ad ipſos priuatos attinet, qui mutuò illas intulerunt, ac paſſi ſunt, quod tamen attinet ad ſatisfactionem bono communi; atque ad pœnam in bonũ commune imponendam, atque etiam quod attinet ad pęnas fiſco debitas, locus non eſt compenſationi, vt vtrumque rectè affirmat Carrerius vbi ſuprà nu. 104. & duobus ſequentibus.

Quod attinet ad reliquum, quod in titulo huius diſputationis eſt propoſitum, videlicet, num pro defenſione pudicitiæ fas ſit interficere eum, qui illam maculare aggreditur, vt vtrùm mulieri, quæ opprimi tentatur, fas ſit interficere eum, qui opprimere il-
10 lam conatur, quando aliter euadere non poteſt eam iniuſtam oppreſſionem, & in ſimilibus alijs euentibus. Reſpondendum eſt affirmanter cum Sylueſtro verb. homicidium. prima, quæſtione quinta. & cum Nauar. in Manu. cap. 15. num. 5. Probari autem hoc poteſt, quoniam pro honore tuendo, & pro tuendis bonis externis, fas eſt interficere iniuſtum aggreſſorem, quando aliter tutò non poſſunt hæc defendi, vt hac & præcedente diſputatione eſt oſtenſum, ergo longè maiori cum ratione id licet mulieri pro defenſione pudicitię aduerſus iniuſtum oppreſſorem, non ſolùm quia dedecori magno illi eſt, eam ita opprimi, ceditque in grauiſſimam illius iniuriam, ſed etiam quoniam ea oppreſſione exponitur grauiſſimo periculo conſentiendi in culpam aliquam lethalem. Poſſet tamen mulier, reluctando ac ſe omnino 11
continendo à conſenſu in culpam lethalem, non interficere oppreſſorem, etiam ſi interficere illum poſſet, idque eſſet laudabilius, ne miſer ille cum corporali vita amitteret æternam, ſempiterniſque cruciatibus adigeretur: dummodo ea mulier vires in ſe ſentiret ad reſiſtendum peccato. Quantum autem mulier, quæ opprimitur, efficere reluctando teneatur, & num teneatur vociferari. prim. ſecund. quæſtione 6. artic. quinto. dictum à nobis fuit. Illud addam. Auguſtinum. 1. de lib. arbit. cap. quinto. ſicut innuit, nefas eſſe interficere aggreſſorem pro tuendis bonis externis, atque etiam pro tuenda propria vita: ita innuere, nefas eſſe pro tuenda pudicitia interficere iniuſtum oppreſſorem, etiam ſi in virgine clauſtrum virginitatis aperiat: quoniã, inquit, virtus pudicitiæ amitti non poteſt ſine proprio conſenſu eius, qui oppreſſionem patitur; in poteſtate verò cuiuſque eſt, non conſentire: computatque pudicitiam ea ratione cum eis alijs bonis, etiam quoad virginitatis clauſtrum. Et fortaſſe Auguſtinus eius fuit ſententiæ, niſi eum exponas, vt illum Diſputatione 13. & 16. expoſuimus.

DISPVT. 18.

Vtrùm in euentibus, in quibus diſputationibus præcedentibus eſt explicatum, aliquem licitè poſſe interficere iniuſtum aggreſſorem, poſſit tertius in defenſionem proximi, aut bonorum illius, eum interficere. Et quando ſub culpa lethali ad id teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Tertius quis iniuſtum aggreſſorem interficere poteſt in defenſionem bonorum externorum & vitæ proximi, ſiue in abſentia ſiue in præſentia, ſecluſo omni alio medio neceſſario.*

2 *Sub reatu culpæ lethalis tenetur quis vitam & bona proximi in neceſſitate conſtituti defendere, ſi abſque ſuo damno poteſt.*

3 *Si proximus aliter defendi nequit ab iniuria, damno, periculoue quæ illi parantur, quam inuaſorem vel malefactorem denunciando, vel interficiendo quid agendum? & num. 4. 6. 7. & 8.*

5 *Princeps miniſtri ve publici, tributa, aliaque ſtipendia ad ſuos ſubditos defendendos accipiunt.*

Quod ad primum attinet, paucis eſt dicendum, in euentibus omnibus, in quibus dictum eſt, aliquem, ſe aut ſua defendendo, poſſe licitè interficere iniuſtum aggreſſorem, in eiſdem eſſe licitum cæteris, eum proximum defendendo, interficere eundem aggreſſorem, quando ita neceſſarium eſt ad talem proximi, bonorumve illius, defenſionem. Atque id licet, non 1
ſolùm in præſentia illius, eum adiuuando, ſed etiam in illius abſentia ex præſumpta illius voluntate bona illius defendendo. Ita Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nu. 21. Couar. cle. ſi furioſus. par. 3. §. vnic. nu. 5. Caiet.

Caiet. verb. homicid. & doctores communiter. Ratio autem eſt, quoniam fas eſt cooperari ad bonum, ad idque, quod eſt licitum, innocentem coadiuuando, parteſque illius ſuſcipiendo. Ex eo enim capite eſt licitum coadiuuare rempublicam, quæ bellum iuſtum contra aliam gerit, parteſque illius de eius conſenſu ſuſcipere, vt in materia de bello eſt dictum. Confirmatur doctrina tradita ex ca. delicto. de ſent. excommun. lib. 6. vbi Inno. quartus ait, licitum eſſe defendere vicinum, etiam quando bona illius temporalia iniuſtè ab aliquo occupantur, ad idq; vnumquemque teneri, quod intelligendum eſt, ſi commodè ac ſine ſuo notabili detrimento poſſit. Et idem habetur. c. fortitudo. cap. non inferenda, &c. qui poſt. 23. q. 3. & cap. error. 83. diſt. quæ iura ſupponit, ex eorumque diſpoſitione videtur argumentari, Inno. quartus. ca. delicto citato. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum, quando ſcilicet quis ſub culpa lethali teneatur defendere proximũ ab iniuſto aggreſſore, dicendum eſt. Si commodè defendere illum poſſit abſque notabili ſuo damno, proximuſque eo adiutorio indigeat, lege caritatis
2 teneri eum defendere, non ſolùm ab iniuria in propria perſona, ſed etiam ab iniuria in honore, aut fama illius, vel in bonis illius externis, idque ex ſuo genere ſub reatu culpæ lethalis. Ita doctores communiter, iuxta capita paulo antea citata, & cap. ſicut dignum. §. illi etiam, de homicid. Longè verò maior quantitas damni iniuſti requiritur, vt, qui proximum ab eo, cùm commodè poſſit, non defendit, lethaliter peccet, quàm vt, qui damnum illud infert, peccet lethaliter: quippe cùm longè grauior culpa ſit damnum inferre, quàm illud non impedire, cùm poſſis: præſertim quando ex officio, legeque iuſtitiæ ad id non teneris, ſed ſolùm ex caritate.

Dubium. Vtrùm autem, ſi quis non aliter poſſit defendere proximum ab iniuſto inuaſore, quàm inuaſorem interficiendo, teneatur illum interficere, ſi ſine ſuo periculo poſſit. 3 Decis. Suprà in materia de correctione fraterna, quæſt. 33. articul. 8. cum communi doctorum ſententiam diximus, ſi aliter impedire non poſſit damnum, quod proximo iniuſtè paratur, quàm denunciando malefactorem, qui id damnum parat, teneri denunciare illum, nihil impediente, quòd inde infamia talis malefactoris ſequatur, & quòd ea via pænæ obijciatur, qua eſt dignus, eſto ſit pæna mortis: quoniam lege caritatis tenetur propulſare iniuriam, quæ proximo innocenti paratur: meliorque eſſe debet ea in parte conditio innocentis, cui ea iniuria paratur; quàm nocentis, qui illam parat, Dubium. neque aliter ab ea iniuſtitia vult deſiſtere. Vtrùm verò, qui aliter defendere non poteſt innocentem ab iniuria, quæ illi paratur, teneatur per ſe ipſum Decis. interficere iniuſtum inuaſorem. Neganter arbitror eſſe reſpondendum, quando ſolùm ageretur de defenſione ab iniuria in bonis externis, honoris, aut famæ, & quando, qui propulſare ea via iniuriam poſſet, non teneretur ex officio, iuſtitiæque lege, eam propulſare, vt tenentur miniſtri publici, ſed ſolùm lege caritatis teneretur eam propulſare, ſi commodè poſſet. Ratio autem, qua ad hoc ita aſſerendum ducor, hæc eſt: Quoniam lex caritatis non tam arctè obligare videtur, vt cum tanto inuaſoris detrimento teneatur quis conſeruare bona proximi longè inferioris ordinis: præſertim cùm, ſi inuaſor tunc interficiatur, regulariter, vnà cum corporali vita, amittet æternam. Adde, quòd ea interfectio non fieret ſine maximo horrore ac difficultate interficientis: lex autem caritatis non eſt cenſenda obligare, id horroris ac difficultatis ſubire, vt, cum tanto detrimento inuaſoris, bona longè inferioris ordi-

A nis inuaſi defendantur. Longè verò alia ratio eſt de denunciatione, eſto timeatur fore inde ſequendam mortis pænam. Quoniam pæna illa infligẽda eſt per poteſtates publicas, quæ ad id ex officio tenentur; eſtque ſimul medicina ad conſeruationem boni cõmunis; atque ita eſt infligenda, vt delinquenti illi locus pænitentiæ concedatur antequam eam ſubeat, vt euadere ſupplicia æterna, ſempiternamque felicitatem conſequi poſſit, neque eſt mirum, aut valde onerosum, attento emolumento boni communis, ac boni innocentis, qui ea via à damno iniuſto liberatur, quòd quis obligetur ad cooperandum per accidens ad pænam mortis per denunciationem. Dixi ſuprà, quando, qui propulſare ea via iniuriam poſſet, non teneretur ex officio, iuſtitiæque lege, eam propulſa-
B re: quoniam ſi ex iuſtitia teneretur, vt tenentur princeps, alijque miniſtri publici ad id deputati, tunc, ſi voluntas, ſaltem præſumpta, inuaſi eſſet, vt etiã morte iniuſti inuaſoris bona ipſius externa, aut honoris, vel famæ, defenderentur, teneretur, vel inuaſorem iniuſtum interficere, vel ſoluere inuaſo, quãtum ſua intererat eo modo eſſe defenſum: quin, quod ad honorem & famam attinet, ſi morte iniuſtè inuaſoris, honor & fama integra manerent, poſſet iniuſtè inuaſus non eſſe contentus compenſatione in alijs bonis, ſed ſola defenſione morte inuaſoris: conſtituti enim ſunt à republica princeps, & alij miniſtri pu- 5
blici, vt etiam ea via defendant, ad idque tributa, emolumenta alia, ac ſtipendia accipiunt. Vnde princeps tenetur bellum inferre, hoſteſque interficere, ſi
C neceſſarium id ſit ad defenſionem bonorum externorum ſuorum ſubditorum, eaque ſit eorundẽ ſubditorum voluntas, neque inde maiora mala eius reipublicæ timeantur.

Quando autem aliquis non poteſt eripere innocẽtem à morte, niſi interficiendo per ſe ipſum iniuſtũ inuaſorem, num ſub reatu lethalis culpæ teneatur illum interficere, ſi commodè ac tutò poſſit, vt innocentem eruat. 6 Dubium. Decis. Reſpondendum eſt cum Victoria in relect. de homicidio. num. 24. & 25. Si innocens licitè ſe tali morti obijciat, velitque illam pati, vt ſi in cauſa fidei licitè ſe martyrio offerat, Chriſtianum alium non teneri eum eripere ab ea morte, tyrãnum interficiendo, eſto commodè poſſit, quin neque eripiendo illum de vinculis, aut de manu tyranni, eſto
D ſine tyranni morte id efficere poſſit. Ratio autem eſt, quoniam ſicut is innocens licitè ſe offert ei morti; ita licitè alij permittunt eum interfici. Eadem ratione, quando aliquis iniuſtè interficeretur, neque erui poſſet, niſi interficiendo aggreſſorem, ſi innocens ille potiùs vellet mortem ſuſtinere, quàm iniuſtum aggreſſorem interfici, (quod Diſput. 14. diximus poſſe maximo cum merito eligere, niſi neceſſarius valde eſſet bono communi) tunc nullus teneretur interficere aggreſſorem iniuſtum, eſto facilè id efficere poſſet, vt eum innocentem, qui iuri ſuo ea in parte licitè cederet, à morte iniuſta liberaret, vt rectè Nauar. c. nõ inferenda 23. q. 3. nu. 24. obſeru. Quando aũt innocens, voluntate ſaltem præſum-
E pta, vellet, vt, etiam cũ morte iniuſte aggreſſoris eũ à morte erueremus, affirmat Nau. ca. non inferenda citato. n. 23. ad idemque accedere videtur. Victoria vbi ſupra, num. 25. nos ſub reatu lethalis peccati interficere teneri iniuſtum aggreſſorem, quando ſine periculo propriæ vitæ id efficere poſſemus, neque aliter eruere eum innocentem à morte poſſemus. Sententia hæc mihi probatur. Quoniam *vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo*, vt habetur Eccleſ. 17. Et Prou. 24. ſcriptum legimus, *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos, qui trahuntur ad interitũ, liberare non ceſſes.* Neque id ius eſt poſitiuum, ſed naturale: cum ergo iure naturali vnuſquiſque teneatur defendere innocentem, ſi poſſit; meliorque ſit inno

centis conditio, quàm iniuſti aggreſſoris; conſequēs profectò eſt, vt cum æquali damno temporali iniuſti aggreſſoris, innocentiſque inuaſi, defendere teneamur innocentem, iniuſtum aggreſſorem interficiendo, quando aliter non poſſumus innocentem à morte liberare.

Quòd ſi quæras, cum quanta iactura ac moleſtia propria teneatur quis defendere proximum ab iniuſto aggreſſore. Reſpondeo, Pro defenſione bonorum externorum illius, vel honoris, aut famæ, non ſolum non teneri exponere periculo propriam vitam, aut corpus mutilationi, vel vulneri, notabili ve alij læſioni, ſed neque teneri pati iacturam notabilē ſuorum bonorum externorum, aut moleſtiam magnam quando ex officio non tenetur eum defendere, ſed ſolùm lege caritatis. Quando tamen cum modica ſua iactura vitare poſſet graue damnum temporale proximi, teneretur quidem illud vitare: cæterū tunc agere poſſet actione negotiorum geſtorum aduerſus eum, in cuius commodum id feciſſet, vt eam iacturam, quin & valorem operarum ac induſtriæ appoſitæ, ſibi compenſaret. Ac quando id aliter obtinere non poſſet, facere poſſet occultam compenſationem in bonis illius. Quantum autem iacturæ, aut moleſtiæ, teneatur quis pati pro vitando damno temporali proximi, non poteſt ſtatui certa regula, ſed prudētis arbitrio eſt committendum, vt in particularibus
7 euentibus id iudicet. Ad id verò faciliùs diſcernendum inſeruiunt, quæ ſuprà in materia de eleemoſyna quæſtione 32. articulo 5. alijſque in locis dicta ſunt. Qui ex officio defendere alios tenentur, quouſque periculo ſe exponere debeant pro illorum defenſione, etiam quo ad bona externa, tractatu præcedente diſputatione 73. eſt explicatum. Pro defenſione verò proximi à morte nō ſolùm tenemur exponere bona externa, honoremque ac famam, ſed etiam propriam perſonam intra periculum probabile propriæ vitæ. Cum enim hæc longè inferioris ordinis ſint, quàm vita proximi, ordine ac lege caritatis exponenda ſunt pro conſeruanda proximi vita. Si tamen fama, aut honor alicuius, ſui magnitudine præponderaret vitæ hominis infimæ notæ, non
8 teneretur exponere talem famam, aut honorem, pro vita illius. Quin, ſi longè plus expedirent bono communi, quàm vita talis proximi, peccatum tunc eſſet pro ea vita illa exponere. Propriam autem vitā non tenetur quis exponere probabili, aut veriſimi i mortis periculo, pro defenſione vitæ alienæ: quoniam caritatis ordine vita propria alienæ poteſt præponi. Excipe, niſi vita, pro qua exponeretur, quàm maximè reipublicæ expediret, iuxta ea quę Diſput. 14. explanata ſunt.

DISPVT. 19.

De iniuſta mutilatione, percuſſione, & cæteris iniurijs, iniuſtitijſve, de quibus in hoc tertio tractatu eſt ſermo.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitiæ iniuriæque narrantur, quæ committuntur in perſonam propriam aut perſonas nobis coniūctas.*
2 *Ex ſtupro filiæ fam. iniuſtitia & iniuria infertur illis, ſub quorum cura eſt.*
3 *Mutilatio latè ſumpta quid comprehendat.*

EXplicato homicidio, breuiter eſt dicendum de cæteris iniuſtitiis, iniurijſve commiſſis in perſonam propriam, aut in perſonas nobis coniunctas. Vt ſunt iniuſta mutilatio, iniuſta vulneratio abſq; mutilatione, iniuſta verberatio, ſeu
A percuſſio, abſque mutilatione & vulnere, iniuſta incluſio in carcerem, iniuſta miſſio in exilium, iniuſta addictio ad triremes, redactio iniuſta in ſeruitutem, vis illata pudicitiæ, aut qua quis cogitur iniuſtè aliquid aliud per ſuam propriam perſonam exequi, vt 1 fodere terram, vel miniſterium aliud præſtare, & aliæ ſimiles iniuſtitiæ in perſonam propriam. Inter quas computa iniuſtitiam, quam vnus coniugum alteri facit, dum iniuſtè illi denegat debitum, matrimonij ve vſum. Quin & iniuſtitiam, quam ſponſa, per verba de futuro, facit ſponſo, aut contrà ſponſus ſponſæ, dum iniuſtè ſtare non vult contractui ſponſalium, aut facit aliquid aliud contra fidem eius contractus.

Eiuſmodi autem iniuſtitiæ, iniurięve, in perſonas
B tranſeunt coniunctas, vt Diſput. 2. fuit explicatum. Quin & aliquando in ſolas perſonas coniunctas iniuſtitia ac iniuria committitur, vt eadem diſputatione fuit explanatum. Vt quando alter coniugum ſua ſponte adulteratur: tunc enim, quamuis is, qui cum eo adulteratur, nullam faciat ei iniuriam; cum quo ita adulteratur, vterque tamen eo modo adulterans graue iniuſtitiam iniuriamque alteri coniugi infert. Similiter, qui ſtuprum committit cum puella, quæ ſub cura eſt parentum, aut cum minore, quæ ſub tutore eſt, vel curatore, aut aliquo alio modo illa abutitur, ſanè, ſi illa libere omnino conſentiat, nullam facit ei iniuriam, ſeu iniuſtitiam, ſed ſolis parentibus, 2 aut alijs, ſub quorum eſt cura. Quia verò ex dictis in præcedentibus, præſertim Diſp. 1. 2. & 9. ac reliquis
C ſequentibus intelligetur facilè, quando mutilatio, vulneratio, percuſſio, &c. licitè ac iuſtè fiant, & quādo iniuſtè, & præterea quouſque homo licitè poſſit ſibi ipſi membrum abſcindere, aut detrimentū aliud ſibi inferre, & quouſque id ei nō liceat; itemq. quòd quamuis homo membris ſuis ac vitæ damnum inferendo, non poſſit ſibi facere iniuriam ac iniuſtitiā, poſſit nihilominus aduerſus Deum ac ſuam rempublicam peccare ſuo modo contra iuſtitiam, idcirco non eſt cur, in his omnibus hoc loco explanandis, ampliùs immoremur.

Illud admonuerim. Mutilationem ſumptam eſſe à nobis hoc loco latè, vt ſuo ambitu comprehendit 3 abſciſſionem, ſeu detruncationem membri (quæ ſola propriè dicitur mutilatio) & membri debilitatio-
D nem abſque illius abſciſſione: quo pacto is, cui membrum ita eſt debilitatum, vt ſuam functionem exercere non poſſit, eaque munia obire, ad quæ illud membrum aut natura aut exercitatione aptum eſt, impropriè dicitur mutilatus eo membro. Mancus vero proprie appellabitur, aut claudus, ſi id membrum pes ſit aut manus. Sumptum pręterea à nobis eſt mēbrum hoc loco latè, vt digitus, & articulus digiti, quæuis alia pars corporis, impropriè dicitur membrum. Quo autem modo ſumatur mutilatio ad effectum, vt mutilator irregularitatem incurrat, & quid nomine membri ad eundem effectum ſit intelligendum; explanabitur inferiùs, dum ſermo nobis de ea irregularitate fuerit, quę ex homicidio, ac
E mutilatione, incurritur.

DISPVT. 20.

De pœnis ſe ipſum interficientis aut vulnerantis.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ ob quas ſe ipſum quis interficiat, enumerantur.*
2 *Quando bona ſe ipſum interficiētis, vel ad interficien-*

dum

dum ſe ipſum aggreſſi, fiſco, addicantur, vide cum ſuis coniecturis, & nu. 4. 5. & 6. A

3 *Crimen hæreſios & læſæ maieſtatis humanæ, morte non extinguuntur quoad pœnas illis debitas.*

7 *Citatus ob delictum ſe ipſum interficiens an reputetur confeſſus?*

8 *Duo requirūtur, vt bona in delicto deprehēſi, aut, lite cū eo conteſtata, ſe ipſum interficientis, cōfiſcentur.*

9 *Authentica, bona damnatorum C. de bon. proſcri. quando locum habeat.*

10 *Mens legum partitarum Caſtellæ examinatur.*

11 *Repertus in puteo mortuus non eſt cenſendus ſe ipſum interfeciſſe, nec deneganda ipſi eccleſiaſtica ſepultura.*

EXplanatis iniuſtitijs, de quib. agere ad hunc tertium tractatum ſpectat, dicendum eſt de pęnis, tā iure ciuili, quàm canonico, pro ſingulis ſtatutis, atq; de canonicis impedimentis, etiam ex homicidio & mutilatione licitis, reſultātibus, itemq; dicendum eſt de reſtitutione, quæ pro damnis ſingulis, eiuſmodi iniuſtitijs illatis, in conſcientiæ foro debetur. Erit verò ab homicidio exordiendum. Atq; cùm homicidiū diuidi primò poſſit in illud, quo quis ſe ipſum interficit, & in illud, quo interficit aliū; in hac diſputatione dicēdū erit de pęnis ſtatutis interficiēti, ac vulnerāti, illicitè ſe ipſum. B

Quod ad rem pręſentem attinet, vno è duob. modis
1 interficit quis ſe ipſum. Nempe, vel quia delictū commiſit, pro quo eſt puniendus, atque metu pęnæ, aut pudoris, quem ex condēnatione ac pœna ſubire debet, ſe ipſum interficit: C vel ex tędio vitę, dolore, ac impatientia ex quocunque infortunio, aut ex quacunque alia cauſa, quæ non ſit condemnatio ac pœna futura ob delictum, pudorque, qui ex tali condemnatione ac exequutione pœnæ reſultare debet.

Quando aliquis deprehenſus fuit in delicto, pro quo morte naturali, aut ciuili deportationis, erat puniendus, confiſcandaque erant illius bona, vel, eſto in eo delicto non eſſet deprehenſus, eſſet tamen de
2 eo delicto accuſatus, lite cum eo iam conteſtata, tūc, ſi ſe ipſum interficiat, præſumitur ex cōſcientia eius delicti ſe interfeciſſe, & reputatur ac ſi id delictum eſſet cōfeſſus, bonaq; illius fiſco addicūtur, ac proinde, ſi quod antea confecerat teſtamentum, redditur ipſo iure nullum. D Si verò delictum non erat tale, pro quo bona talis delinquentis, eſto de eo condemnaretur, fiſco eſſent applicanda, vt quia erat furtum, nec naturali morte nec deportatione dignum; vel eſto delictum eſſet tale, pro quo pæna mortis naturalis, aut deportationis, eſſet infligenda, bonaque eſſent confiſcanda, ſi tamen delinquens nec deprehenſus eſſet in eo crimine, nec de eo eſſet accuſatus lite cum eo iam conteſtata, tunc, eſto ſe ipſum interficeret, non propterea confiſcarentur eius bona, nec redderetur nullum teſtamentum ab eo antea ritè factum, ſed bona illius deuoluerētur ad hæredes illius ex teſtamento, vel, ſi teſtamentum non confecit, deuoluerentur ad hæredes illius ab inteſtato. Eodem modo bona ſe ipſum interficientis ex tædio vitæ, vel ex ali- E qua alia cauſa, quæ non ſit, ob pęnæ ac ſententiæ delicti timorem ac pudorem, de iure communi ad fiſcum non pertinent, ſed deuoluuntur ad hæredes ex teſtamento, aut ab inteſtato, ita ſe ipſum interficientis. Hæc omnia habentur l. 3. ff. de bon. eor. qui ante ſent. mor. ſibi conſciu. l. 1. & 2. C. eod. tit. l. ſi quis filio exhæredato, §. eius, ff. de iniuſto rupt. l. eius militis, ff. de milit. teſt. l. in fraudem, §. eius bona. ff. de iure fiſc. l. omne delictum, §. qui ſe vulnerauerit, ff. de re milit. l. 2. C. qui teſt. facer. poſſ. l. penul. C. ſi reus vel accuſ. l. 24. tit. 1. & l. 2. tit. 27. par. 7. & vtrobique affirmat Greg. Lopez, aſſeritque hæc omnia Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. cap. 3. num. 13.

Illud obſerua, quòd cùm delicta, niſi aliud peculiariter circa aliqua ſit iure ſtatutum, morte delinquentis extinguantur quoad pœnam, maximè ſi lis ante mortem non ſit conteſtata, idcirco noluit ius, vt bona illius confiſcarentur; qui ex ſcientia delicti ſe ipſum interficeret, niſi crimen eſſet, ob quod bona eſſent confiſcanda, & delinquens deprehenſus fuiſſet in delicto, vel lis aduerſus eum antè quàm ſe interficeret, eſſet conteſtata. Quando tamen delictū eſt tale, quòd morte nō extinguitur, ſed agitur poſt mortem delinquentis, etiam ſi lis non fuerit cum eo conteſtata, neque dum viueret de eo delicto quicquam ſciretur, vt eſt crimen hæreſeos, læſæ maieſta-
tis humanæ, & ſunt alia, quarum quædam comme- 3
morantur, l. 7. & 8. titu. 1. part. 7. tunc, ſi pro illis pæna confiſcationis bonorum ſit ſtatuta, bona confiſcantur, eſto delinquens ſe interficeret, nec deprehenſus in delicto, nec lite cum eo conteſtata, imò eſto quacunque alia ratione è vita deceſſiſſet. Ita habetur. l. 2. C. de bonis eorum qui mortem ſibi conſciu. & l. 24. tit. 1. part. 7.

Quando aliquis deprehenſus fuit in delicto, pro quo pæna mortis naturalis, aut deportationis, erat ſtatuta, bonaque illius erant confiſcanda, vel eo delicto erat iam accuſatus, liſq; cum illo erat conteſtata; tunc, ſi ſe interficere aggrediatur, &, quòd ab alijs ſit prohibitus, non ſe interfecerit, ſanè ſiue vulnus
ſibi inflixerit, ſiue non, habetur pro confeſſo de eo 4
delicto, pænaque illius delicti afficitur, bonaq; illius cōfiſcantur. Ita habetur l. 3. §. ſi quis aut, verſ. ſic autem, ff. de bon. eor. qui ante ſent. l. ſi quis aliquid. §. vlt. ff. de pænis. l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauerit. ff. de re mili. & affirmat Anton. Gom. vbi ſupra, nu. 14. cum communi doctorum ſent. tametſi Greg. Lopez. l. 24. tit. 1. par. 7. verb. *ſe mato* cum alijs, quos citat, velit hunc non haberi pro confeſſo, neque bona illius eſſe confiſcanda, ſed puniendum eſſe pęna extraordinaria arbitraria.

Quando autem ex alia cauſa ſe interficere eſt aggreſſus, putà tædio vitæ, vel alia ſimili, non afficitur ea pæna, vt iuribus citatis expreſsè habetur, & affir-
mat communis doctorum ſentētia, quā Ant. Gom. 5
ibidem refert ac ſequitur. Subiūgit verò Ant. Gom. ibidem cum Bonifacio in tract. de Maleficijs, conſentaneeque ad Bart. poſſe nihilominus tunc iudicem ac debere punire ex officio pæna arbitraria eū, qui ita ex alia cauſa tædij ac impatientiæ vulnus ſibi inflixiſſet, nō ſecùs ac ſi idem vulnus alteri inflixiſſet, qui eum illa de cauſa non accuſaret: eo quòd, qui ſe ita vulnerauit, dominus non ſit ſuorum membrorum, ſitque res mali exempli, in iniuriamque id cedat reipublicæ, eaque de cauſa ad iudicem ex officio ſpectet, id in commune bonum punire. Atque ita refert ibidem Ant. Gom. cùm bis eiuſmodi delictum Salmanticæ contigiſſet tempore diuerſorum iudicum, iudicem vnum pæna exilij alterum ita ſe vulnerantium puniuiſſe: iudicem verò alium puniuiſse alterum pæna flagellorum. Adderem, quando aliquis accuſatus iam eſset ex delicto, pro quo ſtatuta non eſset pæna mortis, aut deportationis, cum confiſcatione bonorum, atque ex timore pænæ ac ſententiæ, pudoriſque, quem inde eſset ſubiturus, ſe ipſum interficeret, aut ſe interficere eſset aggreſsus, ab alijſque eſset impeditus, habendum eſse pro confeſso, non quidem vt bona illius confiſcarentur, ſed vt pæna pro eo delicto ſtatuta ei imponeretur.

Quādo aliquis accuſatus erat de delicto, pro quo
pæna mortis, aut deportationis, cum confiſcatione 6
bonorum, erat ſtatuta, ſi lite iam cōteſtata, ſe ipſum interfecit, quamuis habeatur pro confeſſo id delictū iuris præſumptione ac fictione, vt bona illius confiſcentur; admittuntur tamen hæredes ad probandū, verè illum non commiſiſse id delictum: ꝙ ſi id ſufficien-

ficienter probent,bona non confiſcantur,ſed hæredes in eis ſuccedunt: ſi verò ſufficienter id non probent,bona confiſcantur: quia eo ipſo, quòd poſt litẽ conteſtatam ſe ipſum interfecit, habetur pro cõfeſſo id delictum. Hæc omnia habentur expreſsè. l.3. §.vlt.ff.de bon.eor.qui ante ſent.mort.ſibi conſ. eaque affirmat Anton. Gom.nu.13.citato.

Quãdo,qui in crimine fuit deprehenſus, pro quo pœna mortis, aut deportationis, cum confiſcatione bonorum,erat ſtatuta, aut poſt accuſationem de eo crimine,lite iam conteſtata,ſe ipſum interfecit; tũc, ſi ille furorem,aut grauem iracundiam ac dolorem antea patiebatur,ait Greg. Lopez.l.24.titu.1.par.7. gloſſa.2.cum Alexandro & alijs, ſi hæredes id probent, cenſendum eſſe potiùs ex alia cauſa, quàm ex conſcientia criminis, ſe ipſum interfeciſſe: eo quòd in partem mitiorem ſit propendendum, argumento.l.ſi præſes,in fine,ff.de pęnis,& l.ſi quis.ff.de donat. cauſ. mort. ac proinde ille non habebitur pro confeſſo de eo crimine, nec bona confiſcabuntur, niſi aliunde ſufficienter probetur id crimen commiſiſſe.

Paulus de Caſtro voluit, vt quis præſumatur ſe interfeciſſe ex conſcientia delicti, & reputetur confeſſus id delictum,ſatis eſse,ſi ſit citatus, eſto nec in crimine fuerit deprehenſus in flagranti delicto, nec fuerit lis conteſtata, ſi poſt eam citationem ſe interfecerit. Contrarium verò meritò affirmat Gregor.
7 Lopez.l.24.citata verb. *reſpueſta*, cum Alexand. & communi doctorum ſententia, vt habetur expreſsè ea. l. 24. & conſentiunt. l.3. ff. de bon. eor.qui ant. ſent.mort.ſib.conſ.& alia iura citata.

Idem Greg. Lopez ibidẽ verb.*tomar todo lo ſuyo*, ait,quãdo poſt deprehenſionem in delicto, pro quo mors,aut deportatio,cum confiſcatione bonorum, eſt ſtatuta,aut poſt litem conteſtatam cum eo,ſe interfecit; tunc ſtatim abſque alia ſententia occupari bona à fiſco; quoniam eo ipſo ille habetur pro confeſſo & condemnato de eo crimine. Addit verò, ſi hæredes circa id controuerſiam moueant, contendentes, non ex conſcientia delicti, ſed ex phreneſi, aut ex alia cauſa,ſe interfeciſse,neceſsarium eſse, vt iudex ea de re ſententiam proferat.

Greg. Lopez.l.24.citata verb. *ſus bienes*, & verb. *prender muerte*,ait. Cùm de iure communi, vt apertè habetur.l.3.ff.de bon.eor.qui ante ſent.mor. ſib. cõſ.& alijs iuribus citatis,vt bona cõfiſcentur eius, qui deprehenſus in delicto,aut lite cum eo conteſta
8 ta,ſe interfecit,duo requirantur,nempe, vt pro delicto,ſi ſufficienter probaretur,& pœna mortis naturalis, aut ciuilis deportationis, foret imponenda, & bona ita delinquentis forent confiſcanda;de iure tamen huius regni ea lege 24. citata, ſatis probabile exiſtimat, idcirco mentionem non eſse factam deportationis,ſed ſolius mortis & cõfiſcationis,quòd deportatio iam hodie non ſit in vſu, & per conſequens neque confiſcatio bonorum in conſequentiam illius, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſput.682.§. qui vim publicam infert, copioſiùs explanata ſunt.

Dubium. Idem Greg. Lopez ibidem verb.*para el Rey* aliud dubium mouet. Num ſcilicet de iure communi poſt authenticam bona damnatorum. C. de bonis præſcriptorum,quæ(vt diſputatione citata,§.citato dictum eſt)ſtatuit, bona damnatorum, quæ ante eam authenticam ad fiſcum attinebant,ſi damnatus aſcẽdentes vel deſcendentes habeat, aut etiam collaterales vſque ad tertium gradum,hoc eſt,vſque ad fratres, aut filios fratrum, vel patruos, fratres & ſorores,patris ac matris,pertineant ad eos,alioquin ad fiſcum deuoluantur. Excipitur, niſi crimen ſit læſæ maieſtatis; nam tunc omnia bona delinquentis pertinẽt omnino ad fiſcum,vt ibi habetur. Et idem eſt

A in crimine hæreſeos,& Sodomiæ in his regnis,& in quocunque alio,in quo poſt authenticam illam præcipiantur omnia bona eo modo delinquentis pertinere ad fiſcum. Mouet inquam, Gregorius Lopez dubium,num ſcilicet poſt diſpoſitionem eius authẽticæ,quæ ſubſequuta eſt leges diſponentes, bona ſe ipſum interficientis ad fiſcum in euentibus explicatis pertinere,locum de iure communi habeat diſpoſitio earum legum, ita ſcilicet, vt quamuis, ſe in eis euentibus interficiens, deſcendentes, aſcendentes, aut collaterales vſque ad tertium gradum habeat, Decis. 9
bona omnia illius ad fiſcum pertineant. Gloſſa.l.vlt. C.de iure fiſci lib.10.in fine, & communis doctorũ ſententia affirmant,locum non habere, niſi quando ſe interficiens eo modo deſcendentibus, aſcendenti
B bus,& collateralibus careret, ac ꝓinde eas leges per eam authenticam limitari. Quæ opinio,ſtando in ſolo iure communi,mihi omnino probatur. Quod verò ad ius partitarum huius regni attinet,cenſet Gre- Ius Caſtellę.
gor. Lopez,conditores earum legum elegiſſe opinionem Iacobi de Rauena, aſſerentis, leges illas antiquiores latas circa ſe interficientem, nõ limitari per authenticam bona damnatorum,ſed bona eius omnino eſſe confiſcãda,propter delictum duplex,quod bona illius fuiſſent confiſcanda,& illud quo ſe ipſũ interficit ex conſcientia eius criminis.

Hanc autem eſſe mentem legum partitarum, ſua 10
det. Primò,quod lex.24.citata lata fuit longo tempore poſt authenticam bona damnatorum,& tamẽ ſic diſponit. *Eſt once deuen tomar todo lo ſuyo para el Rey.*
C Quamuis exponi id poſſet, quando aſcendentibus & deſcendentibus careret vſque ad tertium gradũ, iuxta authenticam bona damnatorum, quam leges partitarum ſemper referunt, nulla mẽtione facta de collateralibus,vt Diſp.682.citata diximus. Secundò idem ſuadet,quòd.l.5.tit.31.part. diſpoſitionem authenticæ bona damnatorum refert ac ſtatuit, & continuò ſubiungit. *Fueras ende a el que fueſſe iudgado por traidor, ſegund dize en el titulo de las trayciones, è en otros caſos ſeñalados,que ſon eſcritos en las leyes deſte nueſtro libro, en que ſeñaladamẽte los mãdaſſe tomar.* Arbitratur verò Greg. Lopez, in ea additione comprehenſam eſſe diſpoſitionem illam legis 24.relatã. Dici tamen poſſet,vt correctio legum vitetur, & ne dicamus diſpoſitionem vtriuſque legis à iure com-
D muni exorbitare, in ea additione non comprehendi diſpoſitionem legis 24. relatam, ſed illam eo modo eſſe intelligendã,quo eam paulo antea expoſuimus. Greg. Lopez arbitratur,legem.9.tit.13.lib. 8. ordinati. quæ ſic habet. *El que matare à ſi meſmo, pierda todos ſus bienes, no teniendo herederos deſcendientes.* & legem vlt.ti.vlt.eiuſdem libri,quę ſic habet,*El que ſe deſeſperare,o caſare con dos mugeres, ſiendo la primera viua,incurra en la pena contenida en eſte libro en el titulo de los matrimonios y deſpoſorios.* Has,inquam, duas leges arbitratur Gregorius Lopez, ortum,quoad ſe ipſos interficientes, habuiſſe ex lege 24. partitarum citata,neque eſſe intelligendas, niſi de ſe ipſos interficientibus ex conſcientia criminis, pro quo bona
E ſint confiſcanda, præcedente comprehenſione illorum in eo crimine, aut accuſatione & litis conteſtatione circa id crimen, atque in eandem ſententiam propendet Couar.2.var.reſ.cap.1.num.11.in fine, licèt addat,ea de re eſſe cogitandum. Vehementer tamen falluntur, quoniam vniuerſim loquitur de ſe ipſos culpabiliter interficientibus quacunque ex cã. Atque in noua collect.lib.8.tit.23.l.8.ſic hodie habetur. *Todo hombre,o muger, que ſe matare à ſi meſmo, pierda todos ſus bienes, y ſean para nueſtra camara, no teniendo herederos deſcendientes.* Quam legem Enricus tertius tulit. Atque vniuerſim leges has intelligit Ant. Gom. vbi ſupra in fine.n.13. de quocunq; quacunque ex cauſa ſe ipſum iniquè interficiente. Ad-

de,eas

de, eas leges non applicare fiſco bona ſe ipſos interficientiũ, quando deſcendentes habent: Greg. verò Lopez legem 24. citatã intelligit, bona applicanda eſſe fiſco, etiã ſi ſe ipſum interficiẽs deſcẽdentes habeat. Quare in hoc regno huic ſoli iuri eſt hodie ſtãdum, ex quacunque cauſa quis ſe iniquè interficiat.

Aliud dubium mouet Gregor. Lopez. l. 24. citata verb. *para el Rey*, & verb. *prender muerte*, & l. quinta citata, gloſſa vlt. Num, cum de iure communi, iuxta authenticam, ſed hodie, C. de donat. inter virum & vxor. communis doctorum ſententia aſſerat, ſublatam eſſe ſeruitutem pęnæ: quam tamẽ ſententiã nos tractatu præcedente Diſp. 9. & Diſp. 481. reiecimus ac impugnauimus: & de iure huius regni. l. 4. Tauri ſublata ſit ſeruitus pœnæ, permiſſumque ſit damnatis ad mortem teſtari, vt diſputationibus citatis explanatum fuit: atque de iure Luſitano, vt eiſdẽ diſputationibus oſtendimus, ſublata intelligatur ſeruitus pœnę ex morte ciuili, ſeu deportatione, quin & bona eorum, qui ad mortem damnantur, non pertineant ad fiſcum, atq; adeò quo ad id etiam ſeruitus pœnæ eorum, qui ad mortem naturalem damnantur, de iure huius regni ſublata: num, inquam, in his omnibus euentibus ceſſet hodie diſpoſitio legum, quæ ſtatuebant, bona ſe ipſos interficientium ad fiſcum pertinere. Atque tandem Greg. Lopez gloſſa illa vltima citata, videtur annuere. Id quod mihi probatur. Semper tamẽ in hoc regno viget diſpoſitio illa alia legum, quæ relatæ ſunt, vt ſcilicet ex quacunque cauſa ſe quis interficiat, ita vt ea mors à culpa ex eo nõ excuſetur, ꝙ dum ſe interfecit priuatus eſſet iudicio rationis, ſi deſcendentes non habeat, omnia bona ſua in pœnam ſolius eius culpæ ad fiſcum pertineant.

Item pro ijs, qui ex quacunque cauſa iniquè ſe interfecerunt, oblationes ac orationes non fiunt in Eccleſia, neque Eccleſiaſtica eis conceditur ſepultura. c. placuit ex concil. Brac. 23. q. 5. conſentit. c. ex parte de ſepult. Idem verò conſuetudine, quoad ſepulturæ denegationem, fuiſſe receptum apud Iudæos, & apud alios, refert Cou. var. reſ. c. 1. in calce nu. 11.

11 Cum Socino Iuniore affirmat ibidem Couar. repertum in puteo mortuum, non eſſe cenſendum ſe ipſum interfeciſſe culpabiliter ſaltem, ac proinde denegandam illi non eſſe Eccleſiaſticam ſepulturam. Idem cum his eiſdem autoribus affirmat Salcedo in pract. cap. 17. num. 12. de reperto in puteo aut in alio ſimili loco, aitque non ſemel id obtinuiſſe in forenſibus controuerſijs. Quòd confirmat, quoniam criminis ſuſpicio longè ſemper eſt repellenda argumento. l. merito. ff. pro ſocio. Potuit quippe ille ab alio in puteum deijci, aut id minimè intendendo, in puteum cadere, & non probatur id eſſe, quod cõtingit abeſſe, ſeu non eſſe. l. neque natales, & l. ad probationem. C. de probatio. Quòd tamen limita, niſi præceſſiſſent aliqua, vnde id vehementer præſumeretur: vt ſi conatus fuiſſet antea ſe ipſum interficere, prohibituſque fuiſſet, aut ſimilia alia indicia præceſſiſſent.

Ad dicta hac tota diſputatione admetienda ſunt, quæ minus exactè Iulius Clarus. 5. lib. ſenten. §. vlt. q. 68. num. 37. hac de re tradit, & quæ tradit Couar. 2. lib. var. reſol. c. 1. in fi. nu. 11.

DISPVT. 21.

De homicidio caſu, culpa, & dolo facto. Et de pœna dolo facti.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium duplex, alterum caſu factum, alterum dolo. Caſu factum abſolui poteſt, aut aliqua mitiori pœna mitigari.*

A 2 *Homicidium dolo factum puniendum: at nobiles homicidę deportandi in inſulam more veteri.*

3 *Hodie etiam nobiles homicidæ capite plectuntur.*

4 *Quid iure Luſitano circa homicidas ſtatutum ſit.*

5 *Iure regni Caſtellæ omnis homicida furca punitur, at nobiles gladio.*

6 *Homicidium doloſum non reſpicit perſonam, licèt mutilam, licèt monſtruoſam, licèt humilis conditionis; manet ſemper homicidium, & eadem pœna puniendum.*

HOmicidium, quo vnus alterũ interficit, quodque ex obiecto eſt illicitum, ſiue à culpa omnino excuſetur, & conſequenter à pœna, ſiue non, diuiditur in homi- 1
B cidium caſu factum, ſeu ſequutum, & in homicidiũ factum, ſeu ſequutum culpa interficientis, ſumpta preſsè, vt à dolo diſtinguitur, atque in homicidium dolo factum. Illud homicidium dicitur dolo factũ, quod reputatur intentum ac ſcienter factum, diciturque voluntarium, vt diſtinguitur contra caſuale in ſenſu Diſp. 3. copiosè explicato. Itaque illicitum voluntarium homicidium Diſp. 3. fusè explicatum, & homicidium dolo factum, idem prorſus ſunt: neque opus eſt alia illius explicatione. Atque hoc ſolùm homicidium eſt, quod punitur pœna homicidij ordinaria. Vnde l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Corn. de ſicar. ſic ſcriptum legimus: Diuus Hadrianus reſcripſit, *qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit, abſolui poſſe.* à pœna ſcilicet legis Corneliæ de
C ſicarijs, non verò ab alia extraordinaria & arbitraria, ſi culpa aliqua occidentis interuenit, vt ibi Gloſſa exponit. Idem diſponitur. l. 1. & l. eum, C. eo. tit. & l. eum autem. §. excipitur. ff. de ædil. edict. Illud verò homicidium dicitur culpa factum, ſeu ſequutum, in quo dolus quidem non interuenit in ſenſu proximè explicato, ſequutum tamen eſt culpa lata, leui, aut leuiſſima eius, cui imputatur: comprehenditurque ſub homicidio caſuali latè ſumpto, ac Diſput. 3. explicato, vt ab homicidio volũtario ibidem explicato diſtinguitur. Atque hoc non punitur pœna ordinaria homicidij, ſed alia mitiori arbitrio iudicis, maiori vel minori, pro ut maior, vel minor culpa iuridica interuenit. Vnde l. lege Cornelia. ff. ad leg. Corn. de ſicar. ſic dicitur: *Cum quidam per laſci-*
D *uiam* (atque adeò interueniente culpa illius abſque dolo) *cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Ignatij Taurini Conſulis Beticæ à diuo Hadriano, quòd eum in quinquennium relegaſſet.* Et l. 1. §. diuus. ff. eod. titu. ſic habetur: *Sed ſi claua percuſſit, aut cucuma* (genus eſt baculi ferrati) *in rixa, quamuis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam eius, qui in rixa caſu magis, quàm voluntate homicidium admiſit.* Quòd ſcilicet ex modo percutiendi, & ex qualitate inſtrumenti, ſpectatis cæteris circunſtantijs concurrentibus, prudentis arbitrio eſt iudicandum. Et l. 3. ff. eod. titu. ita habetur: *Sed ex ſenatuſconſulto relegari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptio-*
E *nem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, deceſſerit.* Loquimur autem hoc loco de homicidio, quod non aggrauatur quo ad culpam & pœnam ex alijs circunſtantijs, de quibus ſequentibus diſputationibus erit ſermo. Fieri enim aliquando poterit, vt homicidium ex magna culpa lata factum, ex circunſtantia criminis læſæ maieſtatis, aut ex alia, dignum ſit tanta pœna, aut maiori, quàm ſimplex homicidium hominis plebei dolo factum. Et quamuis in contractibus culpa lata dolo æquipareretur, vt tractatu præcedente ſępe eſt dictum: in delictis tamen culpa lata longè à dolo diſtat ad criminalem pœnam imponendam, vt colligitur ex l. in lege. ff. ad legem Corn. de ſicar. & ex l. prima, §. non autem. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. & af-

& affirmant Bartol. & alij, quos referunt ac ſequuntur Maranta de ordin. iudic. par. quarta, à nume. 58. & Anton. Gom. 3. tom. variarum reſolut. cap. 3. nume. 16. Verba Pauli iuriſconſ. l. in lege cit. hæc ſunt: *Ne in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. Quare ſi quis alto ſe præcipitauerit, & ſuper aliū venerit, eumq́; occiderit; aut putator ex arbore, cum ramum deijceret, non proclamauerit; & prætereuntem occiderit, ad eius legis coertionem nō pertinet.* Illud verò homicidium dicitur in propoſito caſu factum, ſeu ſequutum, in quo nulla interuenit culpa, etiam iuridica: quod proinde nulla dignum eſt pœna, eaque de cauſa nulla legibus eſt ei pœna ſtatuta. Prius verò dicemus de homicidio dolo facto, & de pœnis pro illo ſtatutis: poſtea verò de homicidio, in quo interuenit culpa, vt à dolo diſtinguitur.

2 Inter alia, quæ pœna legis Corneliæ de ſicarijs & veneficijs puniuntur, annumeratur ſimplex homicidium dolo factum. Sic enim habetur. l. 1. in prin. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Lege Cornelia de ſicarijs & veneficis tenetur, qui hominē occiderit. Licèt enim ſicarij à ſica ſint dicti, latius tamen patet ea pęna, vt habetur. §. item lex Cornelia de ſicarijs. verſ. ſicarij inſt. de publ. iud. & conſtat ex toto titulo. ff. & C. ad leg. Corn. de ſicar. Ac quamuis quondam pęna legis Corneliæ de ſicarijs eſſet deportatio cum amiſſione omnium bonorum, poſtea tamen ſancitum fuit, vt nobiles ea ſolùm pęna afficerentur: inferiores verò capite plecterentur beſtijs obiecti. Ita habetur. l. 3. §. vlt. & l. penul. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Verba §. vlt. citati hæc ſunt: *Legis Corneliæ de ſicarijs, & veneficis pœna, inſulæ deportatio eſt, & omnium bonorum ademptio. Sed ſolent hodie capite puniri: niſi honeſtiori loco poſiti fuerint, vt pęnam legis ſuſtineant. Humiliores enim ſolent vel beſtijs obijci: altiores verò deportantur in inſulam.* Verba verò legis penult. ſunt hæc: *Qui cædem admiſerunt ſponte, dolo ve malo, in honore aliquo poſiti, deportari ſolent: qui ſecundo gradu ſunt, capite puniuntur. Facilius hoc in decuriones fieri poteſt,* (vt ſcilicet deportentur.) *ſic tamen, vt conſulto prius principe & iubente id fiat: niſi fortè tumultus aliter ſedari non poſſit.* Gloſſa exponit, quàm illum occidendo, quoniam tunc iudicio populi morte eſt puniendus. Conſentiunt. l. 3. C. de Epiſc. audientia, ibi; *Homicida, parricidaque, quod fecit; ſemper expectet,* hoc eſt, mortem in pęnam, ſicut mortem iniuſtè intulit. §. item lex Cornelia de ſicarijs. inſtit. de public. iud. ibi; *Homicidas vltore ferro perſequitur.* Exceptio tamen fit in nobilibus, qui in inſulam deportantur. Lex vnica. C. de raptu virg. ibi: *Et meritò mortis damnantur ſupplicio, cum nec ab homicidij crimine huiuſmodi raptores ſint vacui.* cap. vlt. diſtin. , . quod eſt Iſidori. Conſentit item lex 15. tit. 8. par. 7. quæ ait; *Los caualleros ò hidalgos que mataren à otro,* puniendos eſſe pœna deportationis perpetuæ in aliquam inſulam, confiſcandaque eſſe omnia illorum bona, niſi aſcendentes aut deſcendentes habeant vſque ad tertium gradum, iuxta authenticam bona damnatorum. C. de bon. proſcrip. ignobiliores autem mortis pęna eſſe puniendos, neque illorum bona eſſe confiſcanda. Atque ibidem ſubiungitur, hanc eſſe diſpoſitionem legum imperatorum. Conſentit item communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. 3. tom. var. reſolut. cap. 3. nume. 1. Iulius Clarus lib. 5. ſent. §. homicidium. nu. 18. & Carrer. in pract. crim. §. 7. nu. 4.

3 Hodie tamen, de communi conſuetudine multorum regnorum, etiam nobiles capite plectūtur, quin multorum regnorum legibus ita eſt hodie ſancitū, vt ijdem doctores locis citatis, & Gregor. Lopez. l. 15. citata, relata ea de re communi doctorum ſententia, affirmant, idque multi conſonum eſſe aſſerunt verbis relatis ex l. 3. C. de Epiſco. aud. & ex §. item

A lex Cornelia de ſicarijs inſt. de publ. iud. Ant. tamē Gom. vbi ſupra. nume. 2. meritò affirmat, ſtando in ſolo iure communi Cæſareo, nobiles puniendos nō eſſe morte naturali, ſed deportatione, aut alia, quæ loco illius ſucceſſerit, conſuetudineque ſit recepta. Vbi tamen legitima conſuetudine præſcripta fuerit receptum, vt morte naturali puniantur, ait ea pęna eſſe plectendos. Carrerius vbi ſupra, relatis alijs in eius ſententiæ confirmationem, ait, nobiles pro homicidio iugulari: ignobiles verò furca ſuſpendi, pęna illa obiectionis beſtijs in diſſuetudinem à longo tempore abeunte. Atque ita conſuetudine eſt receptum in Hiſpanijs, quin & expreſsè ſancitum. l. 24. titu. 21. par. ſecunda, quæ poſtquam dixit, nobiles torqueri non poſſe, etſi ſuſpecti ſint de aliquo

B crimine, excepto crimine læſæ maieſtatis, addit: *E aun dezimos, que maguer le fueſe probado, que non le deuen dar abiltada muerte, aſſi como reſtandole, ò enforcādole, ò deſtorpandole: mas an lo de deſcabeẓar por derecho.* Excipiuntur ibi crimina turpia, furti, & ſimilia. Conſentiunt. l. 3. §. pęna militū, iuncta glo. ibi verb. torquentur. ff. de re mil. & l. capitaliū in prin. ff. de pœnis, vbi & furca, & iugulatio, inter pœnas capitales computantur: conſonumque rectę rationi priuilegijsq; nobiliū eſt, vt id diſcriminis ſit inter pęnam mortis nobilium & ignobilium, quando crimen nō eſt ſordidum ac infame, vt ſordidum infameque nō eſt ſimplex voluntarium homicidium. Lege multa, quibus Couar. 2. var. reſ. c. 9. num. 4. hæc confirmat. Quamuis autem, quando nobilis vnus nobilem aliū

C interficit, interfector morte naturali de conſuetudine multorum regnorum afficiatur, atque etiam quādo perſona interfecta non eſt abiecta & vilis, maximè ſi interfector non valde excedat in nobilitate & potentia: quando tamen interfectus vilis eſſet perſona & abiecta, aut quamuis non eſſet perſona vilis & abiecta, longo tamen interuallo ob maximam nobilitatem & potentiam illam excederet, non credo interficeretur, neque id in more eſſe poſitum, maximè quando circunſtantiæ homicidij non eſſent graues admodum ac fędę, aut quando eſſent circunſtantię, quæ homicidij culpam valde extenuarent. Vt enim Carrerius vbi ſuprà. nu. 6. cum aliis, quos citat, affirmat, conſentitque Couar. 2. var. reſ. c. 9. n. 8. quamuis pro homicidio pœna mortis ſit ſtatuta, licitum

D tamen iudici eſt ex cauſa eam pœnam minuere, homicidamque deportare, aut pœna alia eum afficere, quæ deportationi ſucceſſerit, argumento. l. lex Iulia in fine. ff. ad leg. Iul. repetun. Non tamen poteſt iudex egredi latitudinem totam pœnarum pro eo crimine iure ſtatutarum, aut cōſuetudine receptarum, nouum aliud genus pœnæ pro homidio introducendo.

Satis conſentaneè ad hactenus dicta, lata eſt lex Luſitana lib. 5. ord. titu. 10. in prin. & §. 1. ſic enim habet. *Qualquer peſſoa que outrem mādar matar, moura por ello morte natural. Peroo ſe alguun caualeiro ou fidalguo de grande ſolar matar alguem, nom ſeia iulguado à amorte, ſem no lo fazerem ſaber, pera vermos à peſſoa, eſtado, linhagem, e condiẓam, aſſi do matador como do morto, ea qualidade e circunſtāẓas do dito morto, emandarmos ò que for ſeruiẓo de Deos è bem da repubrica.* Expedit enim, vt quā pęna mortis, aut alia grauis, vt deportationis, imponenda eſt alicui, non vtcūque nobili, ſed valde nobili, quales erant decuriones tempore imperatorum, fiat prius certior princeps, ex eiuſque autoritate ac beneplacito ea pęna illi imponatur, aut à iudice peculiariter ad id à principe delegato ea pœna imponatur, vt ex l. penult. ff. ad leg. Corn. de ſicar. eſt relatum, & habetur. l. vlt. C. vbi ſenator. vel clar. quæ longè plures nobiles, qui eodem priuilegio gaudeant, exprimit. Credo tamen eos nobiles, quos *hidalgos* in hoc regno vocant, ſi ma- 4

E

iori

iori nobilitate præditi non ſint, non gaudere eo priuilegio, neque video id cum illis ſeruari. Hi tamen, & quicunque alii, qui vel nobilitate, vel literis, aut aliqua alia prærogatiua, honorati reputantur, gaudent eo priuilegio, vt in ſelecto carcere, aut in parte carceris ſelecta collocentur, neque cum vilibus carcere detentis permiſceantur, vt tractatu præcedente Diſputat. 57. eſt dictum, & præter iura ibi citata, conſentit. l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpect. tutor. Nobiles item cum in iudicio comparent, ſedent cum iudicibus, iuxta. l. vlt. C. de ſenat. vel clar. idque in hoc regno etiam cum his ſeruatur, quos *hidalgos* vocant. Lege quoad hæc omnia Ant. Gom. nu. 2. citato, & doctores quos citat, atque praxim quoad hoc vltimum, quam in cancellariis ſeruari teſtatur.

5 In hoc aũt Caſtellæ regno mortis pœna videtur hodie poſt leges ordinamenti ſtatuta cuicunque qui alterum dolo, ſeu voluntariè occiderit, vt Greg. Lopez. l. 15. titu. 8. par. 7. ait. quoniam indiſtinctè mors naturalis pro ſimplici voluntario homicidio eſt ſtatuta: expreſſumque eſt, vt ea mors ſit furcæ; vt referemus. Quod intelligendum eſt pro iis qui nobiles non ſunt, priuilegioque de *hidalgos* non gaudent: nã hi, iuxta. l. 24. titul. 21. part. 2. iugulantur pro ſimplici voluntario homicidio; eo quòd ſordidum abiectũque crimen non ſit. Atque in primis. l. 1. titu. 13. lib. 8. ordinam. quæ eſt. l. 1. ti. 23. lib. 8. nouæ collect. ſic habet: *Porque la nueſtra corte, como fuente de iuſticia, deue ſer ſegura à todos los que à ella vienen, y à todos los que en ella eſtuuieren, mandamos y ordenamos, que qual quier que en la nueſtra corte, ò en el nueſtro raſtro, matare, ò hiriere, muera por ello. Saluo ſi fuere en ſu defenſion, ò en los caſos por derecho permiſſos. Otro ſi mandamos, que qualquier que ſacare cuchillo, ò eſpada, en la nueſtra corte para reñir ò pelear con otro, que le corten la mano por ello.* Et l. 3. vtriuſque tituli citati ſic habetur: *Mandamos, que qualquier que matare à otro, aunque lo mate en pelea, que muera por ello. Saluo ſi lo matare defendiendoſe, o ſi ouieſſe por ſi alguna razon derecha de aquellas, que el derecho pone, porque no deue auer pena de muerte.* Et l. 4. vtriuſque tituli ita habetur: *Todo hombre, que matare à otro à ſabiendas, que muera por ello.* Et continuo eadem lege ſubiunguntur euẽtus, in quibus, qui alterum occidit, à pęna mortis excuſatur. Et l. 12. tit. 13. lib. 8, ordinam. quæ eſt. l. 10. ti. 23. lib. 8. nouæ collect. poſtquam ſtatuit pęnam *del que mata à traicion o aleue*, ſic ſubiungit: *Y ſi en otra guiſa lo matare ſin derecho, enforquenlo. Y todos ſus bienes heredẽ ſus herederos, y no peche el homicillo.* Vbi uides, exprimi mortem furcæ: quod, vt diximus, eſt intelligendum, niſi gaudeat priuilegio *de hidalgo*: nam decollatur.

6 Cum Bald. ait. Anton. Gom. 3. tom. var. reſolut. cap. 3. num. 1. etiam ſi quis interficiat hominem mõſtruoſum, vt membro diminutum, aut quacunque alia ratione monſtruoſum, ſi tamen ille verè homo ſit corpore & animo rationali conſtans, incidere homicidam in pœnam ordinariam pro homicidio ſtatutam. Item, qui alium dolo interficit, in pęnam ordinariam pro homicidio ſtatutam incidit, cuiuſcunque conditionis ſit interfectus, hoc eſt, ſiue ſeruus ſit, ſiue liber, ſiue maſculus, ſiue fęmina, ſiue nobilis, ſiue ignobilis, & ſiue ſit iam natus, ſiue in vtero matris adhuc incluſus. Ita habetur. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. cuius verba ſunt: *Qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia cuius conditionis hominem interemerit.* Lege gloſſam ibi. Idem habetur. l. 2. tit. 8. par. 7. Vbi exprimitur, etiam ſi interfectus ſeruus ſit.

Lege 13. titu. 13. lib. 8. ordin. quæ eſt. lex vndecima, titu. 23. libro 8. nouæ collect. habetur: *Todo hombre que hallare muerto, ò ferido, en alguna caſa, y no ſupiere quien lo matò, el morador de la caſa ſea*

A *tenido de reſponder de la muerte, ſaluo el derecho para defenderſe, ſi ſe pudiere.*

DISPVT. 22.

Vtrum ſit iuſtum ſtatutum, quo pœna tantum pecuniaria pro homicidio voluntario ſit ſtatuta.

SVMMARIVM.

1 *Iniqua eſt lex, quæ vniuerſim ſolam pecuniariam pœnam ſtatuit pro homicidio voluntario: quia lege diuina homicida gladio puniendus.*

B 2 *At quando tale ſtatutum eſſet, vt vniuerſim homicidium voluntarium pecuniaria tantum pœna puniretur, tunc poſſunt poteſtates ſupremæ illud reuocare, & eo non vti: at iudices inferiores id ſaltem ſequi debent.*

3 *Diſſoluitur obiectio in partem contrariam.*

4 *Homicida non ſemper interficitur, ſed ad æqualitatẽ ſæpe punitur meliori pœna, vt deportationis, exilii, vna cum pecuniaria pœna ſatis magna, quæ etiam exilium aut aliam ſimilem corporalem pœnam ad æqualitatem compenſet.*

DIſputatio hæc ſequentibus concluſionibus eſt dirimenda. Prima eſt. Iniqua eſſet lex, quæ vniuerſim ſolam pecunia- 1
C riam pęnam ſtatueret pro homicidio voluntario. Hæc eſt Couar. 2. var. reſol. cap. 9. num. 2. Iulii Clari. 5. lib. ſenten. §. homicidium. num. 19. & communior doctorum ſententia, quam Iulius Clarus refert. Tametſi contrarium aſſeruerint Barto. & plerique alii, quos Carrerius in pract. crim. §. 7. num. 12. refert ac ſequitur. Probatur verò concluſio, quoniam conſentaneè ad ius naturale atque ad rectam rationem, iuxta delicti quantitatem ac menſuram, eſſe debet plagarum ſeu pœnæ modus, iuxta illud Deut. 25. *Pro menſura peccati erit & plagarum modus*; idque vt delicta ad æqualitatem humano ac morali modo regulariter puniantur; ne leuitas pœnæ, attenta magnitudine ac qualitate delicti, incentiuum, occaſionemque prębeat delictorum: id quod
D in perniciem maximam eſſet reipublicę: quis autem non videat, homicidium voluntarium grauiſſimum eſſe delictum, quod iniuſtè vitã omnino aufert, maximum temporalium omnium bonorum, fundamẽtumque cæterorum, quodq; à republica membrum omnino præſcindit, atque iniuſtè aufert, ſolam autem pœnam pecuniariam pro eo delicto leuem admodum omninoque inæqualem eſſe pro tanto ac tã noxio delicto, occaſionemque præbere, vt paſſim ciuium vitæ iniuſtè auferantur, in maximum ciuium ac reipublicæ damnum? Vt enim Iſidorus ait, & refertur. c. pauper. 11. quæſt. 3. *Nullam reus pertimeſcit culpam, quam redimere numis exiſtimat*: eſt ergo id ſtatutum iniquum, atque omnino iniuſtum, de me-
E dioque tollendum. Confirmatur, quoniam lege veteri, conſentaneè ad ius naturale, ad id ve, quod natura ipſa rei efflagitat, mortis pœna pro homicidio voluntario erat ſtatuta, à Deoque præcepta. Geneſ. 9. *Quicunque effuderit humanum ſanguinem, effundetur ſanguis illius*. Exo. 21. *Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur.* Leuit. 24. *Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur.* Num. 35. *Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt, reus erit homicidii, & ipſe morietur.* Ad quas leges, & ad alias ſimiles aliarum rerum publicarum, quæ mortis pœnam pro homicidio voluntario ſtatuunt, alludens Chriſtus Matth. 26. eaſque vt iuſtas approbans, atque in memoriam Petro adducens, dixit: *Omnes*

nes

nes enim,qui acceperint gladium,gladio peribunt. Si ſcilicet eo interfecerint, iuxta talionis videlicet pœnam pro eo delicto ſtatutam.

2 Illud verò eſt obſeruandum, quando eiuſmodi vniuerſale ſtatutum eſſet iniquè ac iniuſtè latum, vt vniuerſim homicidium voluntarium pecuniaria tātum pœna puniretur, poteſtates quidem ſupremas, quarum eſt leges condere, aut illas mutare, teneri illud reuocare, eoque non uti; cæterum iudices inferiores, qui in ea regione non habent legem aliam ſecundum quam iudicent, ac puniant homicidium voluntarium, punire eos poſſe ea pœna: quia melius eſt ea pœna illos punire, quàm nulla.

Obſeruat bene Iulius Clarus, num. 19. citato, poſito quòd Peruſii ſit ſtatutum, quòd ſi forenſis ibi occidatur, homicida puniatur pęna pecuniaria, tūc, ſi Peruſinus alibi, vbi non ſit tale ſtatutum, occidatur, homicidam puniendum eſſe pœna mortis: quoniam ſtandum eſt legibus loci, in quo delictum committitur.

3 Aduerſus concluſionem propoſitam obijciet aliquis. c. 2. de delict. puer. Vbi ſummus Pontifex non improbat conſuetudinem cuiuſdam regionis ibi relatam, vt ſcilicet pro homicidio ſoluerentur in pœnā centum ſolidi. Dicendum in primis eſt, ex eo, quòd ſummus Pontifex eam conſuetudinem non improbet, non ſequi illam approbare vt iuſtam. Conſuetudo enim illa vim habebat legis ciuilis in ea regione, aut fortè habuit ortum à lege, ſtatutove, ciuili eius regionis; Abbaſque ille, qui eam pœnam exigebat à patre pro homicidio commiſſo à filio illius impubere ætatis decem annorum, iuriſdictionem temporalem in eo oppido eius regionis habebat, atque iuxta eam legem ac conſuetudinem eius regionis eam pœnam exigebat: ad ſummum verò Pontificem non ſpectabat tunc ſe intromittere ad iudicandum de ea lege, num ex eo iniqua eſſet, quod non puniret ſeuerius homicidia: ſed ſolùm in eo textu coerceret abbatem illum, ne pœnam illam exigat à patre innocente. Tū quod impuberes committentes homicidium, puniri non debeant pęna ordinaria pro homicidio, ſtatuta, ſed arbitraria alia mitiori. Tum vel maximè, quod pater non teneatur ad pœnam pecuniariam pro delicto filij, quando pater nulla bona talis filij habet; legitima namque in bonis parentum ſolùm debetur filijs poſt mortem eorundem parentum, non verò dū parentes viuunt. Atque vtraque hæc ratio redditur in eo textu, cur pater cogi non poſſit ab eo Abbate ſoluere centum illos ſolidos in pœnam pro delicto talis filij impuberis. Dicendum eſt deinde, homicidium fuiſſe caſuale, & non voluntarium, vt perſpicuè habetur in eo textu: conſuetudo autem, vt pro homicidio caſuali culpabili, pęna ſolùm pecuniaria imponatur, non eſt cur improbetur tanquam iniuſta aut iniqua. Aliqui arbitrantur, conſuetudinem eius regionis fuiſſe, vt vltra pœnam pro homicidio in foro ſeculari, ab Eccleſia imponeretur pœna illa pecuniaria centum ſolidorum. Duæ tamen priores ſolutiones mihi magis probantur.

4 Secunda concluſio. In homicidio, etiam voluntario, non ſemper iuſtitia æquitaſque poſtulat, vt homicida interficiatur, ſed ad æqualitatem punitur mitiori pęna, vt deportationis, aut exilij vnà cum pecuniaria pœna, vel etiam ſola pecuniaria pœna, non modica, ſed magna, quæ ſimul etiam exilium, aut aliam ſimilem corporalem pœnam, ad æqualitatem prudentis arbitrio ac morali modo compenſet. Concluſio hæc quo ad primum & potiſſimum, quod in ea aſſeritur, ſatis perſpicua eſt ex dictis diſputatione præcedente, & tractatu 1. Diſput. 13. Vbi cum Ariſtotele, diuo Thoma, & cum communi doctorum ſententia oſtendimus, talionis pœnam, vt id ſcilicet patiatur delinquens, quod iniuſtè intulit, non ſemper in delictis ac iniurijs habere æqualitatem, æquitatem, ac locum; ſed attendendam eſſe ad qualitatē, tam eius, qui iniuriam intulit, quam eius, qui iniuriā eſt paſſus, & ad cæteras circumſtantias concurrentes, vt prudentis arbitrio æqualis pœna pro delicto, iniuria, ac damno, imponatur. Cum enim iniuria & delictum, atque etiam pœna, ex qualitate perſonarum, & ex alijs circumſtantijs, valde accreſcant ac decreſcant: longè enim plus delinquit ignobilis, longeque maiorem iniuriam infert, ſi nobilem alapa aut fuſte percutiat, & lōgè maiorem iniuriam ac damnum illi infert, ſi eum interficiat aut mutilet, quàm delinquat, iniuriam irroget, ac damnum inferat nobilis, ſi hæc eadem ignobili iniuſtè efficiat: longè item maior pœna eſt quæcunque corporalis nobili inflicta, quam ſit eadem inflicta ignobili: eo quòd ex qualitate perſonarum multum accreſcat aut decreſcat eadem corporalis pœna quo ad grauitatem & acerbitatem; cum tamen è contra pecuniaria eadem numero pœna longè grauior ac maior ſit pauperis comparatione, quàm diuitis, vt vtrumque affirmant Gloſſa communiter recepta. c. cum quidam in prin. de iniuriis, Couar. vbi ſuprà, nu. 3. & alij, quos citat: cum, inquam, hæc omnia ita ſint, conſequens profectò eſt, æquitatem ac æqualitatem moralem, quæ eſſe debet inter delictum ac pœnam, non pati, vt, ſi nobiliſſimus aliquis valde ignobilem ac contemptibilem iniuſtè ſimplici voluntario homicidio interfecit, is nobiliſſimus uita propter id delictum priuetur: tunc quippe pœna multum excederet delictum, propter longum exceſſum uitæ nobiliſſimi hominis, vitæ hominis valde ignobilis atque abiecti: qua de cauſa, vt diſputatione præcedente dictū eſt, iura ſtatuerunt, vt is nobiliſſimus non mortis pęna, ſed deportationis, aut alia ſimili plecteretur. Atque cum circunſtantiæ concurrentes ſuadere poſſent, vt ea corporalis pœna redimeretur ac compenſaretur non modica pecunia, vel reipublicę, vel filijs, aut alijs conſanguineis, iniuſtè interfecti, ea indigentibus, vel reipublicę indigētę opera & induſtria illius nobilis, vel alijs iuſtis de cauſis, ſanè non eſſet tunc iniuſtum puniri homicidium illud pęna pecuniaria, quæ prudentis arbitrio delictum compenſaret, quā do ille nunquam antea tale crimen commiſiſſet, neque eſſet periculum, quòd ea uia occaſio ac incentiuum patrandis homicidijs præberetur: ad id enim valde attendere debent principes, atque aliæ publicæ poteſtates, quibus principis loco incumbit ſimiles commutationes pęnarum concedere. Quando item homicidium voluntarium ita ex circunſtantijs extenuatur, vt puniendum non ſit pęna ordinaria, ſed alia mitiori extraordinaria, iuxta ea quæ dicenda ſunt. Tunc locum interdum habere poterit, vt iuſtè ſola pęna pecuniaria puniatur, quādo inde prudētis arbitrio nullum damnum communi bono erit timendum, & pęna pecuniaria fuerit tanta, vt compēſet corporalem pęnam arbitrariam, quæ alioquin foret infligenda. Aequum tamen eſt, vt iudices, vt plurimum corporalem aliquam pęnam admiſceāt, vt exilij, ad longius vel ad breuius tempus, vel aliā ſimilem: ne ſola pecuniaria pęna, præſertim in diuitibus, incentiuum audaciamque præbeat ad homicidia patranda. Item quando homicidium voluntarium ſimplex non eſſet recens, ſed longè antea commiſſum, atque homicida propter illud iacturas magnas eſſet perpeſſus, abſentię à patria, ſumptuum, atque aliorum laborum, & maximè ſi ob id delictum diu detentus fuiſset in carcere, ſumptuſque in longa circa id delictum lite feciſſet, remitti poſſet pęna ordinaria, & infligi poſſet mitior alia arbitraria, argumento legis ſi diutino. ff. de pęnis. Vbi Modeſtinus iuriſconſultus ſic ait: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit,* (hoc eſt, in ſqualore ac tædio carceris per-

perſeuerante accuſatione, ita vt poſt longum tempus eius miſeriæ, ſqualoris, ſumptuum, ac anguſtiæ, ſententia ſit ferenda) *aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit:* ea enim omnia in partem pœnæ ſupplicijque ſunt computanda. Lege Couar. vbi ſupra, nume. 3. & doctores quos citat. In eo verò euentu locum etiam habere interdum poterit ſola pœna pecuniaria: quando id diſſonum à recta ratione iudicatũ non fuerit, attentis omnibus circunſtantijs concurrentibus, iuxta ea quæ proximè dicta ſunt.

DISPVT. 23.

De homicidio ex propoſito, ex inſidijs, aleuosè ac proditoriè commiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Circumſtantijs grauatur homicidium.*
2 *Prima circunſtantia, ſi ſit ex propoſito commiſſum, & euentus circa illam.*
3 *Homicidium ex propoſito grauius eſt, & licèt eadem pœna puniatur: & homicida talis nõ gaudet immunitate Eccleſiæ, quamuis in Caſtella.*
4 *Homicidium ex inſidijs factum non defenditur immunitate Eccleſiæ.*
5 *Quando homicidium proditoriè commiſſum dicatur, vel Hiſpanicè loquendo* aleuosè.
6 *Pœna homicidæ proditoriè eſſe debet qualificata de iure communi, iudicis arbitrio.*
7 *Quando qui alium proditoriè aggreditur, eum non interficit, ſed vel vulnerat, vel alia iniuria illum afficit, tunc pœna qualificata etiam ei imponitur, de iure communi iudicis arbitrio eſt augenda ac qualificanda. Et quomodo in Hiſpania puniatur.*
8 *Qui proditoriè alterum interimit, vulnus infligit, aut aliter percutit, non gaudet immunitate Eccleſiæ.*
9 *Qui alteri proditoriè occidenti ſocius fuit, licèt non vulnerauerit alterum, puniendus eadem pœna mortis qua principalis, eodemque modo qualificata.*

1 Homicidium dolo factum aggrauatur ex circumſtantijs hac & ſequentibus Diſputationibus explicandis. Et quando dolo eſt factum, nullaque earum circũſtantiarum interuenit, appellatur ſimplex homicidium dolo factum, ad differentiam homicidiorum, in quibus aliqua ex ijs circũſtantijs interuenit, quæ homicidia non ſimplicia nuncupantur.

2 Prima autem earum circumſtantiarum eſt, ſi homicidium ſit ex propoſito commiſſum. Tunc autem homicidium dicitur ex propoſito commiſſum, quando homicida præuia animi deliberatione, præcedente ex interuallo interfectionem, quempiam interficit, vnde ſi oborta rixa, nullaque præcedente antea animi deliberatione interficiendi eum, cum quo quis rixatur, illum interficiat, interim dum rixa perſeuerat, etiam ſi animo illum interficiendi, ac proinde dolo illum interficiat, non dicitur ex propoſito, vt nunc loquimur, illum interficere, ſed ſolùm commiſiſſe ſimplex homicidium dolo factum, eſto rixa per horam, aut duas horas continuas, vel longiori tempore perſeueret. Quin, eſto receſſum ſit à loco rixæ, ſi furore, iraque adhuc feruente, vnus rixantium arma alia ſumpſit, & ſocios quæſiuit, iterumque reuerſus, quærenſque aduerſarium, illum interficiat, non cenſetur ex interuallo, ex propoſito, atque ex pręmeditato, ſed in continenti atque ſimplici doloſo homicidio illum interfeciſſe.

Si autem poſtquam à rixa fuit ceſſatum, primuſque ille rixæ furor pertranſiit, ab illaque omnino ceſſatum eſt, quærat aduerſarium, illumque interfi-

A ciat, dicitur iam tum ex propoſito illum interfeciſſe. Item, ſi quis habeat inimicum, quem non quærebat ad interficiendum, neque ſtatuerat, cum primum illum inueniret, eum interficere, ſed caſu illum repertum, ira aduerſus eum commotus, illum interfecit, memor tunc præteritæ iniuriæ, aut aliqua alia ratione, non dicitur ex propoſito eum interficere, ſed ſolùm ſimplici doloſo homicidio: ſecus autem ſi ſtatuerat, cum primum eum reperiret, illum interficere. Ita cum Barto. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis, communis doctorum ſententia, quam Iulius Clarus. lib. 5. ſententiarum. §. homicidium, nume. 8. refert ac ſequitur. Et quidem, quando probatur, homicidam ex interuallo decreuiſse eum interficere, quem re ipſa interfecit, tunc eo ipſo probatur,
B id homicidium fuiſſe ex propoſito.

Quia verò animus ac propoſitum internum antecedens eum interficiendi, quem re ipſa quis interfecit, quando exterius non fuit manifeſtatum, teſtibuſque ſufficienter de ea manifeſtatione non conſtat, aut quando homicida ipſe illud non confitetur, aliter coniici non poteſt ac perſuaderi, quàm ex vrgentibus indiciis, quæ illud omnino perſuadeant, ſanè ad indicia eſt recurrendum, vt ex illis iudicetur, num homicidium ex propoſito fuerit, iudexque, pẽſatis omnibus indiciis, quæ occurrerint ac probatæ fuerint, iudicare debet, an omnino perſuadeant, homicidium fuiſſe ex propoſito: quòd ſi omnino non perſuadeant, homicidium fuiſſe ex propoſito, cenſere non debet egreſſum fuiſſe limites ſimplicis homi
C cidij doloſi. Inter indicia autem, vnde id iudicare debet, hæc computantur: Si pręceſſerunt inimicitię, ſi homicida occiſo comminatus eſt mortem aut vindictam, ſi homicida armatus inſolitis armis, geſtari ab eo nõ cõſuetis, incedebat, ſi præceſſit tractatus, ſi comitatum inſolitum ſecum tunc afferebat, ipſeque fuit aggreſſor, non in continenti ex aliqua immediata inter eos rixa, & ſimilia. Lege inter alios Iulium Clarum. nu. 8. citato & doctores quos citat.

Quamuis circunſtantia, quòd homicidium fuerit commiſſum ex propoſito, non mutet genus mortis pro ſimplici doloſo homicidio ſtatutæ, nihilominus delictum aggrauat, vt ex ſe liquet, conſentitque. l. reſpiciendum, (aliàs incidit perſpiciendum) §. delinquunt. ff. de pœnis, vbi tres gradus delictorum di- 3
D ſtinguuntur, nempe propoſito, impetu, aut caſu, & tanquam grauior cõnumeratur primus gradus, quã ſecundus, & ſecundus, quàm tertius, vt ibi notant Barto. & alii, atque de iure Luſitano, lib. 5. ord. titu. 11. pœnæ pecuniariæ ex ea circumſtantia augentur vltra corporales pœnas. Item quando homicidium ex propoſito fuit commiſſum, difficilius principes ſolent concedere commutationem pęnæ mortis in aliam, idque ita fieri in ducatu Mediolanenſi teſtatur Iulius Clarus, num. 9. citato. Item, iuxta multorum opinionem, quam vt magis communem ſequitur Iulius Clarus, num. 8. citato, & §. vlt. quæſt. 30. num. 12. qui ex propoſito interficit aut vulnerat, nõ gaudet immunitate Eccleſiæ: eaque opinio conſue-
E tudine in Luſitania eſt recepta, legeque in eo regno eſt ſancita lib. 2. ord. titu. 4. quam in puncto iuris arbitror eſſe veriſſimam, quin & apertè definitam. ca pit. 1. de homicid. Quod ex Exo. 21. fuit deſumptũ, legeque Eccleſiaſtica ibi ſancitum, & ſic habet: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, vel per inſidias, ab altari meo auelles eum, vt moriatur.* Ecce ſub diſiunctione dixit, per induſtriam, vel per inſidias, quaſi alterum ſit ſufficiens, vt delinquens Eccleſiaſtica non gaudeat immunitate. In hoc tamen Caſtellæ regno contrarium fuit conſuetudine receptum, vt ſcilicet ſola circumſtantia, quòd homicidium aut aliud delictum fuerit ex propoſito cõmiſſum, non impediat, quominus ita delinquens immu

nitate

nitate gaudeat Eccleſiæ. Atque hanc ſententiam veriorem eſſe exiſtimat Couar. 2. variar. reſol. cap. 20. num. 7. §. in his. Addit tamen iudices propter doctorum communiorem ſententiam, eorumque autoritatem, ſæpiſſime extrahere de Eccleſiis eos, qui ex propoſito occiderunt aut percuſſerunt.

4 Homicidium tunc ex inſidiis dicitur cõmiſſum, quando aliquis expectat alium in loco, in quo ab eo veriſimiliter præuideri non poterat, illumque ex improuiſo venientem aggreditur ac interficit. Atque talis homicida immunitate Eccleſiæ non gaudet, vt ex iis, quæ ex ca. 1. de homicid. proximè relata ſunt, conſtat, & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. 2. var. reſol. ca. 20. num. 7. & Iulius Clar. 5. lib. ſent. §. homicidium. nu. 9. & §. vlt. q. 30. nu. 13.

5 Tunc verò dicitur homicidium proditoriè ac aleuosè, vt Hiſpani appellant, (quod etiam dicunt *à traycion*) quando, cum nulla eſſet cauſa rixæ inter aliquos, vnus eorum interficit alterum ſecurum, nihilque tale timentem. Ita cum Barto. l. reſpiciendum. §. delinquũt. ff. de pœnis, & cum communi doctorum ſententia, Iulius Clarus. 5. lib. ſent. §. homicidium. num. 10. Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 5. & Couar. nume. 7. citato. §. tandem, & §. in his. Atque hæc eſt vna ex acceptionibus proditionis, quas commemorat Glo. 2. cap. clericus. 1. 46. diſtin. Et, vt habetur l. 1. in fine titu. 2. par. 7. proditio, *quando es contra el Rey, ò contra ſu ſennorio, ò contra pro comunal de la tierra, es propriamente llamada traycion*, (intellige preſsè: nam interdum latius multo ſumitur) *e quando es fecha contra otros omes, es llamada aleue ſegund fuero de Heſpanna*, conſentiuntq; Hiſpana iura inferius referenda.

Tametſi *aleue* in Hiſpaniis latius pateat, vt conſtat ex l. 4. titu. 7. lib. 8. ord. & ex aliis iuribus. Barto. & alii doctores communiter, quos Anton. Gom. nume. 3. citato refert ac ſequitur, affirmant, de iure cõmuni, ſi inimicus occidat ſuum inimicũ ex inſidiis, aut à tergo, vel aliter incautum, nec præuidentem parantem ac inferentem ſibi mortem, non dici proditorem, neque incurrere pœnam qualificatam proditoriè interficientibus ſtatutam: quoniam eo ipſo, quòd quis habet inimicum, cautè incedere debet, ac timere, ne inimicus, quacunque uia poſſit, mortem illi inferat. Couar. verò §. tandem citato, relata Bartol. opinione, potius cẽſet, eum etiam inimicum proditoriè ac aleuosè interficere, etiam ſtando in iure communi. De iure tamen huius Caſtellæ Regni, quicunque interficit alium ex inſidiis, à tergo, aut quacunque alia ratione ſecurum, etiam ſi ſubitò coram illo ſecuro dolosè compareat, illi locum ad ſe defendendum non relinquendo, dicitur proditoriè ſeu aleuosè eum interficere, ſiue inimicitiæ inter vtrumque eſſent, ſiue non, inciditque in pœnam qualificatam ac particularem proditoriè ac aleuosè interficientibus ſtatutam. Ita Ant. Gom. & Cou. locis citatis, aliique doctores Hiſpani. Atque, præter alia iura, quæ referemus l. 4. tit. 7. lib. 8. ord. ſic habetur: *Iten es aleuoſo el que mata muerte ſegura, y pierde la mitad de ſus bienes. E toda muerte ſe dize ſegura, ſaluo aquella que fuere, ò que ſe hizo, en pelea, ò batalla, ò rinna.* Et l. 11. titu. 13. lib. 8. ord. ſic habetur: *Toda muerte ſe dize ſegura, ſaluo aquella que ſe probare ſer hecha en pelea, ò en guerra, ò en rinna. Otro ſi qualquier que haze muerte ſegura, cae en caſo de aleue.* Has leges complectitur l. 10. tit. 26. lib. 8. nouæ collect. quæ ſic habet: *Todo hombre que hiziere muerte ſegura, cae en caſo de aleue, y la mitad de ſus bienes pertenece à nueſtra camara. Y toda muerte ſe dize ſegura, ſaluo aquella, que fuere hecha en pelea, ò en guerra, ò en rinna.*

6 Pœna interficientis proditoriè ſeu aleuosè eſſe debet qualificata: de iure quidem communi iudicis ar-
A bitrio, vt Anton. Gom. nume. 5. citato ait, argumento. l. reſpiciendum, & l. aut facta. ff. de pœnis, & aliorum iurium: de iure verò huius regni ſtatutum eſt, vt homicida ſuper terram trahatur per uias publicas pedibus equis, aut aliis animalibus, alligatus, (*arraſtrar* noſtri vocant) & poſtea furca ſuſpenſus interficiatur, & inſuper confiſcetur media pars bonorum illius. Ita habetur l. ſecunda, titu. 17. libro quarto fori, & l. 12. titu. 13. libro 8. ord. quæ eſt l. 10. titu. 23. libro 8. nouæ collect. Et ſic habet: *Todo hombre que matare à otro à traycion ò aleue, arraſtrenlo, por ello, y enforquenlo. Y todo lo del traydor, aya lo el Rey. Y del aleuoſo, aya la mitad el Rey, y la otra mitad ſus herederos.*

Certè in verbis huius legis nomine, *de traycion*,
B videtur intelligi proditio etiam facta priuatis hominibus, ad effectum, vt ob eam omnia homicidæ proditoriè bona confiſcentur, ſed ſumitur proditio pro ea, qua is interficitur, cum quo non erat inimicitia: *aleue* verò ſumitur in ea lege, quando erat inimicitia inter homicidam & occiſum, etiam ſi tregua inter ipſos eſſet facta. Antonius uerò Gom. nume. quinto, citato vult, pro homicidio in priuatum proditoriè, aut aleuosè, commiſſo, ſolùm confiſcari medietatem bonorum talis occiſoris: quod mihi non probatur: quoniam in ea lege ſermo non eſt de crimine læſæ maieſtatis, pro quo mors magis qualificata eſt imponenda, quàm quæ ea lege ſtatuitur. Illud eſt obſeruandum. l. 15. tit. 8. par. 7. in fine dici, etiam nobiles pœna mortis puniri pro ho-
C micidio proditoriè aut aleuosè commiſso. Et quamuis ſordidum ſit crimen, nobiles decapitandi videntur iugulati à ceruice: quandoquidem ualde nobiles ita pro crimine læſæ maieſtatis conſueuerunt iugulari.

Quando, qui alium proditoriè aut aleuosè aggreditur, eum non interficit, ſed uel vulnerat, vel alia 7
iniuria illum afficit, tunc pœna qualificata ei etiam imponitur, de iure communi iudicis arbitrio eſt augenda ac qualificanda, vt Anton. Gom. num. quinto, citato, iuxta iura communia citata, ait: de iure verò huius regni, ait, ſi vulnus inflixit, interficitur, mediaque pars bonorum illius confiſcatur, arbitraturque pœnam eſſe debere, qualem ſuſtineret, ſi proditoriè ac aleuosè eum interfeciſſet, quem ita
D vulnerauit. Citat in confirmationem huius ſententiæ. l. ſecundã, titu. 13. libro 8. ordin. quæ eſt. l. ſecunda, titu. 23. libro 8. nouæ collect. ſicque habet: *Acaece algunas vezes, que algunos hombres eſtan acechando para herir, ò matar, à otro, y hazen habla ò conſeio para ello, y fieren à aquellos à quien eſtan acechando y atendiendo para los herir ò matar, ſobre que fue hecho el conſeio ò la habla, y eſtos tales deuen auer mayor pena, que los que hieren en pelea: porque los derechos mandan, que eſtos tales ſean tenudos à pena de muerte, aſſi como ſi mataſſen. Y porque en algunos lugares por fueros y por coſtumbres no ſe vſa aſſi, y por eſto ſe atreuen muchos à hazer los tales hierros, porende eſtablecemos, que qualquier, ò qualeſquier, que por acechanzas, ò*
E *ſobre conſeio, ò habla hecha, hiriere à alguno, que muera por ello, maguer aquel, à quien hirio, no muera de la herida.* Ego autem, licèt cum Anton. Gom. conſentiam, vt incurratur pœna huius legis, neceſse eſse, ut ex inſidijs, aut aliter proditoriè ac aleuosè is incautus inuadatur ac vulneretur, in quo etiam conſentit Couar. in clement. ſi furioſus. par. 2. in initio. nume. 10. ab eo tamen diſsentio, quòd, cum ea lex non exprimat, vt is vulnerator *ſea arraſtrado*, non ſit ea pœna ei imponenda, ſed ſatis eſt, ſi furca ſuſpẽſus interficiatur, aut, ſi nobilis ſit, à tergo ex ceruice iuguletur, propterea quòd proditoriè ac aleuosè id crimen commiſerit. Item ab eo diſsentio, quòd cum ea lex non exprimat pœnam confiſcationis medietatis

dietatis bonorum illius, ea etiam pœna non ſit illi imponenda. Quando autem propter id crimen damnatus iam eſſet ad mortem, & intraret curiam, aut intra quinque leucas à curia, tunc fortè incurreret pęnam cõfiſcationis medietatis ſuorum bonorum, iuxta l. 10. titu. 13. lib. 8. ord. quæ eſt. l. 7. titu. 23. libro 8. nouæ collect. ac ita habet: *El que matare à otro à traicyon dada y otorgada tregua y ſeguro, ò por acechanzas, ò en otro qualquier caſo, porque dena ſer condenado à muerte, ſi deſpues que fuere condenado entrare en nueſtra corte con cinco leguas en rededor, allende de la pena corporal, pierda la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara.* Dixi, fortè: quoniam lex loquitur de interfectore: vnde, ſi in illis verbis; *ò en tro qualquier caſo*; ſupplendum ſit interfectionis, vt ſupplendum videtur ex ipſo decurſu ac intento legis, ita vt lex illa non ſe extendat ad quemcunque ad mortem damnatum ex quacunque cauſa, qui acceſſerit ad curiam intra quinque leucas ab ea, tunc vtique neque in eo euentu confiſcanda eſt media pars bonorum illius.

In hoc eodem regno, quando aliquis ex inſidijs, aut aliter proditoriè ac aleuosè, alium iniuria affecit, non tamen eum interfecit, neque vulnus ei inflixit, ait Anton. Gom. in calce, nume. 5. citati, tunc iudicis arbitrio augendam aggrauandamque eſſe pœnam pro iniuriæ quantitate, & circunſtantijs concurrentibus, imponendo exilium maius aut minus, aut aliam corporalem pœnam, ſicque ait ſe defendiſſe Salmanticæ pauperem quendam à mortis pęna, qui proditoriè ac aleuosè, ſine vulnere, iniuria corporali alterum affecerat.

8 Qui proditoriè ac aleuosè alterum interficit, vulnus infligit, aut aliter percutit, non gaudet Eccleſiæ immunitate, iuxta, cap. primũ, de homicidio, & communem doctorum ſententiam, quam referunt ac ſequuntur Iulius Clar. lib. quinto, ſenten. §. homicidium, nume. 9. & 10. & §. vlt. quæſtio. 30. nume. 11. Couar. nume. 7. citato, qui ait ita in praxi eſſe in hoc regno receptum, & Anton. Gom. nume. quinto citato, vbi addit. Item, qui veneno occidit, aut quouis alio modo proditoriè ſeu aleuosè, ſi teſtibus ſufficienter ſit conuictus, aut crimen ſua ſponte eſt confeſsus, non metu tormentorum, non conceditur ei appellatio, ſed appellatione poſtpoſita, ſententia ſtatim exequutioni mandatur. Ita habetur. l. 16. ti. 23. par. 3. & conſentiunt. l. obſeruare. C. quorum appel. non recip. & l. conſtitutiones. ff. de appellationib. & relationib.

9 Anton. Gom. vbi ſupra num. 6. quæſtionem mouet, vtrum, ſi aliquis fuit ſocius eius, qui proditoriè, ſeu aleuosè, interfecit, qui proinde principalis pœna mortis eſt afficiendus modis explicatis, vtrum, inquam, ſocius, qui nec interfecit, nec vulnerauit, puniendus ſit eadem pęna mortis, qua principalis, eodemque modo qualificata. Atque meritò reſpondet affirmanter, quando animo adiuuandi ad id crimen acceſſit, vires & animum principali aggreſſori ac malefactori ſua aſſiſtentia præbendo: quoniam cooperatus eſt ad eam mortem eo modo qualificatam ac peſſimam, argumento. l. nihil intereſt, ff. ad legem Corneliam de ſicar. & l. vtrum, iuncta gloſſa 101 in verb. conſcij, & l. ſi ſciente, ff. ad legem Pomp. de parric. Quando autem principalis aggreſſor, qui occidit, vel vulnerauit, non proditoriè, neque aleuosè id delictum commiſit, tunc ſocius, isve, qui auxilium præſtitit, licèt nullam inimicitiarum cauſam habuerit cum interfecto aut vulnerato, non punitur maiori pęna, quàm principalis: quoniam pęna adiutoris nunquam excedit pœnam principalis, qui delictum principaliter exequutioni mandauit. Ita Antonius Gomez. ibi argumento eorum iurium.

A

DISPVT. 24.

De homicidio veneno commiſſo. Et de cooperantibus ad illud. Ac num conatus in eo, & in alijs atrocibus delictis, non conſummato delicto, nec ſequuto effectu, puniri poſſit pœna mortis.

SVMMARIVM.

1 *Aliquem veneno ſcienter (occiſo ignorante ſibi id parari) occidere grauius eſt, quam aliquem gladio ex propoſito occidere: & huius facti reus non gaudet immunitate Eccleſiæ.* B

2 *Interficienti cum veneno de iure communi mortis pęna erat ſtatuta, vt beſtijs obijceretur, ac proinde ſepultura careret.*

3 *Quando aliqui veneno interficiunt conſanguineum in carcere detentum, ne ſupplicium illius ipſis cedat in ignominiam, incurrunt illi crimen parricidij.*

4 *Qui delictum attentat, nec tamen effectus eſt ſecutus, puniendus eſt pœna ordinaria pro eo delicto ſtatuta.*

5 *Non omnia delicta atrocia æqualia ſunt, neque idem genus pęnę, etiam mortis, pro omnibus eſt ſtatutum, ſed quædam ſunt longe grauiora quam alia, tum ex obiecto, tum ex circunſtantijs.*

C 6 *Inter actus, quibus quis attentat crimen aliquod atrox, pro quo pœna mortis ſit ſtatuta, ad illudque patrandum conatur, quidam ſunt proximiores, vt conſummetur delictum, & quidam remotiores.*

7 *Iudex, quando eſt pœna arbitraria, neque eſt lege taxata, vt ſit infra mortem, neque conſuetudo habet, vt pro eo delicto cum ijs circunſtantijs pœna mortis non imponatur, poteſt imponere mortis pœnam, ſi ex circunſtantijs dignum prudentis arbitrio id delictũ tanta pœna ſit.*

8 *Quòd pro delicto pœna mortis ſit infligenda, non conſiſtit in indiuiſibili, quo ad latitudinem culpæ delicti.*

9 *In ijs atrocioribus delictis, in quibus iura certam pœnam non expreſſerunt attentanti, licèt illa non conſummarit, pœna pro attentatione talium delictorũ eſt arbitraria, iudicis arbitrio relicta. Quæ ſententia deinde diuerſis rationibus confirmatur.* D

10 *In criminibus quæ atrocia non ſunt, conatus criminis, pro quo eſt pœna ſtatuta, arbitrio iudicis puniri debet, quando ſecutus non fuit effectus, pœna quidem mitiori, maiori tamen vel minori iuxta circumſtantias concurrentes. Sed ſi poſt conatum deſiſtat ſua ſponte à conſummatione, ductus pęnitentia, tũc talis conatus non punitur.*

11 *Qui venenum emit ad aliquem interficiendum, pœna mortis non eſt puniendus, etiam ſi vlterius non ſit progreſſus, ex ſententia nonnullorum.*

E 12 *Probatur ex alijs legibus, conantem interficere veneno, nec effectu potitum, pœna mortis teneri occidentis.*

13 *Filius patri venenum intentans, licèt venenum non noceat, tenetur crimine parricidij.*

14 *Qui venenum conficit, vendit, aut dat, vel illud emit aut accipit ad necandum alium, eſto effectus non ſequatur, incidunt in pœnam homicidij ordinariam. Item qui docet genus veneni aut modum conficiendi: qui conſilium dat alium veneno interficiendi.*

15 *Contraria opinio refellitur.*

16 *Quando teſtes exprimunt, quod genus veneni homicida defuncto dederit, & de eo genere veneni conſtat*

ſtat ſufficiens fuiſſe ad necandum, & teſtes ſunt omni exceptione maiores, neque ſigna quæ interuenerunt poſt venenum ſumptum, vſque ad mortem & poſt mortem, non repugnant depoſitioni illi teſtium tunc ſufficiens eſt illa probatio ad reum, etiam delictum negantem, condemnandum: nec opus eſt tunc ad medicos recurrendum, qui corrupti fortaſſe contrarium aſſererent.

17 *Inhibitum eſt in Hiſpania, & Luſitania venenum vendere.*

QVoniam regulariter, qui veneno alterum interficit, proditoriè ac aleuosè eum occidit, de homicidio veneno commiſſo eſt conſequenter dicendum. Qui
1 itaque alterum veneno ſcienter occidit, occiſo ignorante ſe illo interfici, grauius delictum committit, quàm ſi ferro ex propoſito, ſiue proditione ac aleuoſe eum interficeret: Vnde lex prima, C. de maleficis & mathem. ſic habet: *Plus* (id eſt, grauius) *eſt hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio.* Quo fit, vt ita occidenti pœna ſit aggrauanda, tanquam verè proditoriè ac aleuosè interficienti, vt ex ſe eſt perſpicuum, & cum Baldo, & communi doctorum ſententia, eum proditoriè ac aleuosè interficere, affirmant Couar. clement. ſi furioſus, par. ſecunda, in initio, nume. 11. qui ex eo capite, ſecundo variar. reſolut. cap. 20. nume. 7. §. tandem, aſſerit, ita interficientem non gaudere Eccleſiæ immunitate. Anton. Gom. 3. variar. reſolut. c. 3. nume. 7. & Carrerius in pract. in relect. legis obſeruare. nume. 101. & de homicidio. §. primo, num. 99. Id quod confirmat. l. prima, §. occiſorum. ff. ad Syllan. ibi. *Si quis puta veneno, vel etiam aliquo alio, quod clam necare ſoleat.* Et infra: *Cæterum quid potuerunt facere* (ſerui ſcilicet) *aduerſus eos, qui veneno, vel aliquo alio modo, inſidiantur? Planè ſi venenum per vim infuſum ſit, ſenatusconſultum locum habet.* Ex quibus verbis conſtat, quando vis non eſt adhibita, vt venenum biberetur, ſed ignorante eo, qui venenum ſumpſit, veneno eſt necatus, homicidium illud fuiſſe clam ac inſidiosè proditorieve commiſſum: quando verò per vim fuit infuſum, ſciente ac repugnante eo, cui infuſum eſt, non eſſe homicidium commiſſum proditoriè, niſi ad eas anguſtias proditoriè eſſet adductus, ita vt, ſi ſimiliter gladio interficeretur, proditoriè ac aleuosè interfici diceretur. Conſentit item l. 16. titu. 23. par. 3. quæ appellationem denegat occidenti alium cum ueneno, aut proditoriè, eo quòd interficiens ueneno, proditoriè ac aleuosè interficiat.

2 Interficienti cum veneno de iure communi mortis pœna erat ſtatuta, vt beſtijs obiectus ab eis interficeretur ac deuoraretur, ſepulturaque proinde careret: quæ pœna ordinaria erat legis Corneliæ de ſicarijs, quando delinquens nobilis non eſſet. Ita habetur. l. 3. in fine. ff. ad legem Cornel. de ſicar. & §. item lex Cornelia de ſicarijs, in fine inſti. de pub. iudic. & l. 7. titu. 8. par. 7. cuius verba ſunt: *E ſi por auentura matare con ellas,* (venenoſis ſcilicet rebus) *entonce el matador deue morir deshonradamente echandole à los leones, ò à canes, ò à otras beſtias brauas, que lo maten.* Hodie verò de iure huius regni, cum proditoriè ac aleuosè interficiat, ſubijci debet pœnis diſputatione præcedente explicatis, quæ proditoriè, aut aleuosè interficientibus ſunt ſtatutæ. Trahi nempe ſuper terram per vias publicas debet, pedibus alligatus equis, aut alijs animalibus, & necari debet ſuſpenſus furca, & confiſcari debent illius bona, modo diſputatione præcedente explicato. Ita Anton. Gom. nume. 7. citato. Si verò nobilis fuerit, decapitari à ceruice debet, & non furca ſuſpendi.

A Quando aliqui veneno interficerent conſanguineum in carcere detentum, ne condemnatio ac ſupplicium illius ignominioſa ipſis eſſet. Carrer. in pract. de homicidio. §. 1. nu. 21. & §. 2. num. 146. cum Fel. & Arno. ait, ita interficientes eſſe etiam parricidas, ſi conſanguineus in eo gradu ſit coniunctus, qui ad parricidium, iuxta ea quæ inferius dicenda ſunt, ſufficiat. 3

Dubium autem eſt, vtrum qui venenum emit ad interficiendum, neque tamen eo interfecit, vel quia non potuit illud ei propinare, quem interficere intẽdebat, vel quia antidotis ac medicamentis mors fuit impedita, puniendus ſit pœna mortis interficientibus veneno ſtatuta: an verò alia arbitraria infra mortem, grauiori, aut minus graui, pro delicti qualitate,
B attenta perſona eius, qui mortem ita inferre parabat, & cui mors ita parabatur, & attento, num plus, aut minus, progreſſus fuerit in delicto, vt ſi venenũ nondum propinare attentauit, aut ſi id iam attentauit, uel etiam ſi illud iam propinauit, ſed medicamẽtis fuit mors impedita, ſpectatiſque alijs circunſtantijs concurrentibus.

Quæſtio hæc ex parte pendet ex illa alia, num in atrocibus grauiſſimiſque delictis, conatus ad ea delicta, illave committere attentare, puniri debeat pęna ordinaria pro eis delictis ſtatuta: quam copiosè diſputat Couar. clem. ſi furioſus, par. 2. in initio. nu. 6. & Iulius Clar. lib. 5. ſent. §. ſent. §. vlt. quæſt. multis pro vtraque parte adductis autoribus. Dixi, conatus ad ea delicta, illave committere attentare: quoniam
C ſolus interior affectus, interiorque voluntas committendi delicta, legibus humanis nõ punitur. Vt enim Cato rectè dixit; *Voluntates nec legibus, nec pœnis, fiunt obnoxiæ,* conſentiunt. l. cogitationis. ff. de pœnis, cuius verba ſunt: *Cogitationis pœnam nemo patitur.* l. ſępe in fine, & l. fugitiuus. ff. de verb. ſig. & alia iura. Et quidem, quod ad hanc ſecundam quæſtionem attinet, mihi probatur ea diſtinctio. Quòd aut 4
lex expreſsè imponit pœnam ordinariam, pro eo delicto ſtatutam, ei, qui illud attentauerit, etiam ſi illud non conſummauerit, nec ſequutus fuerit effectus; aut non. In primo quidem euentu exiſtimo ſeruandam eſſe legem, puniendumque eum eſſe pœna ordinaria pro eo delicto ſtatuta, conſentiuntque nobiſcum Iul. Clar. quæſt. 92. citata, num. 2. & Carre
D rius in pract. crimi. verb. homicidium. §. 1. num. 21. in fine, quin & Couar. adhibitis tamen ſequentibus limitationibus. Prima, quòd lex ſit in viridi obſeruantia, nec contraria conſuetudine ſit quo ad id abrogata. Quo pacto lex is qui cum telo. C. de ſicar. quæ ſtatuit, eum, qui cum telo ambulat hominis necandi cauſa, puniri pœna ordinaria legis Corneliæ de ſicarijs, non ſecus, ac ſi dolo hominem occidiſſet, (cum qua conſentit. l. 2. tit. 31. par. 7.) ait Couar. vbi ſuprà. num. 10. communi conſuetudine eſſe abrogatam, quando mors inde non eſt ſequuta, & conſentire videntur Greg. Lopez. l. 2. citata, verb. *ò eſtando armado,* Iulius Clar. quæſt. 92. citata. Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nu. 11. & 30. & alij, quos citant.
E Si tamen ex inſidijs, aut aliter proditoriè, is aggreſſus fuiſſet interficere, ac vulneraſſet, tunc in hoc regno. l. 2. titu. 13. lib. 8. ordin. quæ eſt. l. ſecunda, titu. 23. lib. 8. nouæ collect. mors ita delinquenti eſt ſtatuta, vt diſputatione præcedente dictum eſt, idemque in eo euentu poſſe ac debere obſeruari, ſtando in iure communi, affirmat ibi Couarr. Gregor. tamen Lopez vbi ſupra ait, ſe credere neque in hoc regno id ſeruari, quando mors non eſt ſequuta, ſed iudices ex officio poſſe, ſi velint, eam pęnam moderari. Eum legito. Ant. tamen Gom. nu. 30. citato ait, legem illam in hoc regno ſeruari in praxi. Secunda limitatio eſt, quòd attenta atrocitate delicti, ac pernicie ex illo reipublicæ imminente, minor attentatio

ſuffi-

ſufficiat,minorque progreſſio in delicto, vt pœna ordinaria imponatur,quàm quando ex delicto non tantum malum reipublicæ imminet. Vnde in crimine læſæ maieſtatis, vt pęna ordinaria eius criminis imponatur,ſatis eſt interueniſſe tractatum ac externam deliberationem committendi tale delictū. Imò verò,vt rectè Couar.vbi ſupra numero 7.cum alijs,quos citat,notat,is tractatus, eaque externa deliberatio,ſortitur iam nomen & rationem criminis læſæ maieſtatis, ac proinde pęna ordinaria illius criminis eſt punienda iuxta l.quiſquis. C.ad legem Iuliam maieſt. & l.2.titu.31.par.7. & tractatu præcedente Diſpu.658. eſt à nobis explanatum. Sicut,qui portas alterius fregit, animo illum deprædandi,neque eſt deprædatus, licèt non incurrat pęnam furis, incurrit tamen pęnam effractoris: eo quòd id ſolùm,nomen & rationem criminis effractionis retineat, licèt non ſortiatur nomen ac rationem furti. De ea verò pęna tractatu præcedente Diſput. 695. dictum eſt. Obſerua autem etiam in crimine læſæ maieſtatis, quo quis plus eſt progreſſus in eo delicto,eo acerbiori pęna mortis pro eo delicto puniri. Acerbiori enim morte punitur,qui principem interfecit,aut qui hoſtibus patriam tradidit,quàm qui id ſolùm tractauit, exteriuſque deliberauit opere implere, nec impleuit: & acerbius punitur, qui id implere attentauit, nec potuit perficere, quàm qui ſolum id efficere tractauit,exteriuſque deliberauit efficere. In crimine verò raptus virginis, licèt attentatio pœna ordinaria puniatur, ſi virgo ſit Deo dicata puta monialis, vt patet. l.ſi quis non dicam rapere. C.de Epiſcopis,& cler. atque in hoc regno in raptu, & in vi illata pudicitiæ cuicunque virgini, aut coniugatæ,vt patet.l.ſecunda,titu.31. par.7. de qua re Diſput. 108.redibit ſermo, idque ob criminis fęditatem ac grauitatem; quia tamen ex eo delicto nō tantum damnum ac pernicies reipublicæ imminet, quantum ex crimine læſæ maieſtatis, non quæcunque attentatio ſufficit, vt pęna ordinaria pro eo delicto ſtatuta imponatur, ſed requiritur grauis attentatio,attenta qualitate attentationis, ac qualitate virginis, attentiſque alijs circunſtantijs concurrentibus. Si enim ſolùm ſcalas appoſuit, & quia non peruenit ad feneſtram, qua erat ingreſſurus, aut quia perſentitus eſt,continuo deſtitit, non punietur pœna ordinaria, ſed mitiori arbitraria, conſentireque nobiſcum videtur Iulius Clar.quæſtio.92.citata: ſi verò ui id efficere tentauit, nec potuit præualere ob maiorem aliorum reſiſtentiam, puniendum illum cenſerem pœna ordinaria; neque tantum laxarem habenas, aduerſus diſpoſitionem legis citatæ, quantum Couar. vbi ſupra nume. 8. laxare eas videtur. Acerbius tamen puniri debet, qui præualuit, virginemque rapuit, & multo acerbius, ſi illam raptam inſuper ſtuprauit. Conatus verò ad ſtuprandum,id ve attentare, niſi perueniat ad actum proximum, vt fęminam ad id proſternendam, aut aliud ſimile, non punitur pœna ordinaria, vt ſatis innuit. l.2.citata,& Gregor. Lopez ibi verb. *trauando* affirmat. Tertia verò limitatio eſt, quòd quando aliquis attentauit quidem crimen, & pro attentatione impoſita eſt pœna ordinaria pro eo crimine, ſi deſtitit ab illo conſummando, ductus ſpontanea pęnitentia, & non quia non potuit conſummare, aut quia attentatio iam ad iudicem deferebatur,deferēdave erat, tunc puniri non debet pœna ordinaria, eſto poſtea id ad iudicem deferatur,ſi de ea deſiſtentia ac ſpontanea pęnitentia conſtet, argumento. l.qui falſam. ff.ad legem Corneliam de falſis. l.qui ea mente, iuncta gloſſa ibi. ff.de furtis, & conſentit,l.ſecunda citata. In crimine verò læſæ maieſtatis,tum propter enormitatem illius, tum etiam quia conſummatum eſt tractatu deliberationeve exter-

A na illius, ſola ſpontanea pęnitentia non liberat à pęna ordinaria pro illo ſtatuta, vt colligitur ex l.quiſquis, & ex l.ſecunda, citatis, ibique affirmat Gregor. Lopez verb. *locumplan*. Et idem propter eandem rationem eſt in crimine hæreſeos. Hæc de primo euentu. Lege tamen circa conſortem in crimine læſæ maieſtatis humanæ, quoad crimen ipſum detegentem antequam aliunde detegatur, quæ dicta à nobis ſunt tractatu præcedente, Diſputatio 658.

Quod verò attinet ad ſecundum, quando ſcilicet crimen eſt atrox, nec lex ſtatuit, vt pro ſolo conatu ac attentatione illius pęna ordinaria pro eo crimine ſtatuta imponatur,num ſcilicet tunc pro ſolo conatu & attentatione id delictum committēdi,ita quòd B per delinquentem non ſteterit quominus ſit id patratus, imponi debeat pęna ordinaria pro eo delicto ſtatuta, an non, ita videlicet, vt ſi mortis pęna pro eo delicto ſit ſtatuta, morte non debeat plecti, ſed alia mitiori ac leuiori pœna, quod, inquam, ad hunc ſecundum euentum attinet, media uia inter duas extremas opiniones incedendum arbitror.

5 Eam verò vt explicem, præmittendum cum Couar. vbi ſupra numero 6. cenſeo. Non omnia delicta atrocia æqualia eſſe, neque idem genus pœnæ, etiam mortis, pro omnibus eſſe ſtatutum: ſed quædam eſſe longè grauiora atque atrociora, quàm alia, tum ex obiecto, tum etiam ex circunſtantijs, vt ex ſe eſt notiſſimum,& conſentiunt, ca.conſideret, de pœnitent. diſtinct.quinta,l.aut facta.ff.de pęnis, C quæ tranſcribitur.cap.aut facta, de pęnit.diſtin.prima, & alijs iuribus. Item pro quibuſdam acrior mortis pœna,quàm pro alijs,eſt ſtatuta,vt in hoc regno,qui proditoriè interficit, ſuper terram trahitur per vias publicas pedibus ex equis aut ex alijs animalibus alligatus, furcaque ſuſpenſus necatur, & bona illius confiſcantur, vt diſputatione præcedente dictum eſt. Et in quibuſdam alijs criminibus, præter eas omnes corporales pœnas, corpus iam mortuum,in quatuor partes ſcinditur,parteſque ita ſciſſæ in viis publicis appenduntur,quod noſtri *deſquartizar* appellant. Sicque pro diuerſis aliis criminibus, varia genera mortis, aut etiam aliæ inſuper pœnæ, ſunt addita.

6 Præmittendum item cum eodem autore, & cum D aliis eſt. Inter actus,quibus quis attentat crimen aliquod atrox, pro quo pœna mortis ſit ſtatuta, ad illud ve patrandum conatur, quoſdam eſſe proximiores, vt conſummetur delictum, & quoſdam remotiores. Vt, quando quis intendit alium veneno interficere, remotior actus eſt, inquirere de veneno,quo id efficiat,illud emere,ac miſcere,aut deferre ad propinandum illi, quem ita vult interficere, quàm ſit illud ei iam propinare, ſiue effectus ſequatur, ſiue non, eo quòd qui illud ſumpſerat, euomuit illud,aut antidoto & medicamentis à morte liberatus ſit. Cæteris enim paribus, longè maiori pœna eſt dignus,qui ad actum proximiorem,vt delictum conſummaretur, peruenit, quàm qui ſolùm E deuenit ad remotiorem ad id actum. Item attendendum eſt, num ex conatu & attentatione delicti, nocumentum aliquod ſit ſequutum, aut non. Vt ſi ex veneno propinato, licèt non occiderit,aliquod tamen damnum ſaluti ſit illatum, ac remanſerit,vel ſi is, qui interficere ad deprædandum eſt aggreſſus, licèt nec interfecerit, nec deprædatus ſit, vulnus tamen,aut aliam læſionem inflixerit. Quo enim plus conatus ac attētatio nocuit,nocere ve re ipſa potuit, eo grauius eſt delictum non conſummatum, maiorique pœna eſt dignum.

7 Tertiò eſt præmittendum, iuxta communiorem ac veram ſententiam, quam referunt ac ſequuntur Maranta de ord.iud. par.4.nu.53. qui quæſtionem

diſputat à num.43.& Carrerius in practica,verb.homicidium.§.7.nu.112.iunctis,num.109. & 113.iudicem,quando pœna eſt arbitraria,neque eſt lege taxata, vt ſit infra mortem, neque conſuetudo habet, vt pro delicto cum ijs circunſtãtijs pœna mortis nõ imponatur, poſſe imponere mortis pœnam,ſi ex circunſtantijs & qualitate delicti dignum prudentis arbitrio id delictum tanta pœna ſit. Exemplum cum Baldo, & pleriſque alijs, inter alia adhibent in eo, qui miniſtro publico, puta iudici, alapam impingeret: neque enim pro ea tanta iniuria ei miniſtro, reipublicæ,ſeu principi,in eo facta,eſt certa pœna legibus ſtatuta, ſed pro ea, & pro quacunque alia iniuria,infra mortem, eidem miniſtro facta, pœna iudicis arbitrio eſt imponenda:quis autem dubitet,iudicem pro ea tanta iniuria mortis pœnam poſſe ac debere imponere?

8 Quartò eſt pręmittendum. Quod pro delicto,aut delictis aliquibus, pœna mortis ſit infligenda, non conſiſtere in indiuiſibili, quo ad latitudinẽ culpæ delictorum, quaſi ſi delicta ſint certæ quantitatis culpæ,pœna mortis ſit infligenda, ſi verò ad eam quantitatem culpæ non perueniant, pœna infra mortem ſit infligenda. Id quippe quàm maximam habet latitudinem,atque ex humano iure,legumve diſpoſitione,ac iudicum arbitrio pendet, neque res hæc moralis ac humana aliud patitur,multumque decurſu tẽporum,variarum legum,diſpoſitione, ac vſu & conſuetudine,diuerſis in prouincijs uariatur.

9 His ita conſtitutis,dico. In ijs atrocioribus delictis, in quibus iura non expreſſerunt ac ſtatuerunt, vt,qui illa attentaret,mortis pœna puniretur,eſto illa non conſummaret, ad effectumque intentum ea perduceret,pœnam pro attentatione talis delicti,ſine conſummatione ac ſine effectu intento,eſſe quidem arbitrariam,iudicis uidelicet arbitrio relictam, vt pro qualitate obiecti,atrocitatis ac perniciei publicæ ac priuatæ ex eo delicto imminentis,pro quantitate & qualitate attentationis, atque num ad actum proximum conſummationi effectuive ſit deuentum, vel non, & pro qualitate reliquarum circunſtantiarum concurrentium,habita ſimul ratione pęnæ pro eo delicto conſummato lege ſtatutæ,eam imponat maiorem, vel minorem, acerbioremque, vel minus acerbam, pro ut iudicauerit expedire, delictumque commeritum fuerit: neque enim quanta pœna in tam varijs euentibus, mutationeque tot circunſtantiarum, eſſet infligenda, potuit lege definire, ſed iudicis arbitrio fuit relinquendum. Et quamuis Maranta vbi ſupra,cum prius affirmet,iudicem in imponenda pœna arbitraria progredi poſſe ad mortis pœnam infligendam, addat cum multis alijs, pro attentatione delicti atrocis, quo mortis pœna lege eſt ſtatuta, non poſſe iudicem imponere pœnam mortis,ſed aliam arbitrariam infra mortem,quando lex non expreſſit, vt etiam pro ſola attentatione mortis pœna imponeretur; contrarium tamen, cum pleriſque alijs, cenſeo affirmandum, quando attentatio ex obiecto & circunſtantijs, prudentis iudicis arbitrio, iudicata fuerit tanta pœna digna, reipublicæque expediens, vt tanta pœna pro eo imponatur. Neque enim video, cur iudicis arbitrium peruenire iuſte poſſit ad imponendam pœnam mortis, quando quantitas pœnæ arbitrio illius relinquitur,nulla pœna lege ſtatuta, delictumque iudicatur morte dignum; & idem iudicis arbitrium peruenire non poſſit ac debeat ad pœnam mortis infligendam, quando in atrocibus, valdeque pernicioſis delictis,pœna attentationis, ſine conſummatione ac effectu eorundem delictorum, eidem iudici arbitranda ac imponenda relinquitur,attentatioque ex obiecto, & circunſtantijs tanta pœna eſt digna, valdeque expediens reipublicæ eſt, vt mortis

A pœna puniatur,ne quis tam atrocia & pernicioſa delicta attentare audeat. Minui tamen aliquid debet de acerbitate mortis aut de pœnis, vnà cum morte, pro delicto conſummato ſtatutis, quando delictum conſummatum effectu non fuit, idque eo plus, quo minus nocumenti fuit illatum,& quoad actum conſummatum minus fuit peruentum: atque attentatio tam longè diſtare potuit ab actu conſummationis, vt pęna mortis non ſit digna,ſed alia,infra mortem, maiori,vel minori, prudentis arbitrio ſit plectenda. Exemplũ adhibeamus. Cum,vt ex dictis hac & præcedente diſputatione conſtat, in hoc regno pro homicidio veneno patrato, pœna tractionis homicidæ ſuper terram per uias publicas pedibus equis, aut alijs animalibus, alligatis, & vt ſuſpenſus furca

B necetur, ac vt bona illius confiſcentur, ſit ſtatuta, ſanè ei, qui propinare alteri venenum attentaſſet,nec interfeciſſet,imponenda non eſſet pęna confiſcationis bonorum, neque trahi ſuper terram per vias publicas deberet pedibus alligatus, niſi circunſtãtię perſonę,cui propinauit venenũ,& nocumenti ei intra mortem eo veneno illati, aliud poſtularent, ſed necari ſolùm deberet furca ſuſpenſus, niſi nobilitas eo modo delinquentis efflagitaret, vt à ceruice iugularetur. Quòd ſi venenum bibendum aut comedendum obtulit,& is,cui eſt oblatum,illud nõ ſumpſit, vel quia ab alio fuit admonitus, vel quia ipſe agnouit venenum,aut aliqua alia ratione,mortem iudicarem illi inferendam, ſine confiſcatione, & tractione ſuper terram pedibus alligatis. Si autem ſolùm venenum emptum ad id maleficium habebat,

C aut paratum, nondumque illud ad interficiendum obtulerat ac applicauerat, non iudicarem morte puniendum, ſecluſa diſpoſitione iurium communium ac huius regni,quæ in diſcuſſione ſequentis quæſtionis referemus,niſi qualitas perſonę,cui illud præparabat, aliud poſtularet, vt ſi ad necandum parentem, epiſcopum,iudicem,aliquem valde nobilem, aut reipublicæ multum neceſsarium, illud paratum haberet,aut etiam ad necãdum proprium herum ſed maiori,vel minori,pęna intra mortem puniendum illũ putarem, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus. Hoc autem loco obſerua, in delictis, pro quibus conſummatis, nuda mortis pœna eſſet ſtatuta,vt furcę,vel aliqua alia,talem actum ad id delictũ

D conſummandum poſſe ex parte delinquentis adhiberi,qui per accidens, & præter intentionem illum adhibentis,non ſortiretur effectum, vt arbitrio prudentis iudicis, eadem mors pro actu conſummato ſtatuta eſſet adhibenda:eo quòd non minus culpę iudicaretur in delinquente, quàm ſi effectus eſſet ſequutus. Et quoniam nihil de pęna poſſet detrahi, ſi mors, vt eſt dignum, eſſet inferenda. Atque quoniam, vt ſupra dictum eſt, quòd delictum pœna mortis iuſtè ſit puniendum, non conſiſtit in indiuiſibili quoad latitudinem culpæ, ſed intra magnam quandam latitudinem culpæ maioris ac minoris, iuſtè infligitur pœna mortis: vnde, quòd conſummatum tunc per accidens non fuerit delictum,nec fue-

E rit effectus ſequutus,non impedit, quin iuſtè mortis pęna puniri poſſit ac debeat, etiam ſi conſummatum plectendum non fuiſſet maiori pęna. Hinc ego non reprobo duo illa iudicia capitalia, pro ſola attentatione delicti exequutioni mandata, quæ ex Igneo Iulius Clarus.quæſt.92.citata,num.2.refert. In quorum altero quidam nobilis fuit capitali ſupplicio affectus, qui ſæpius in necem ſui agnati, qui liberis carebat, conſpirauerat, plurieſque attentauerat illum interfici efficere veneno ac ſagitta, cum tamen id perficere non potuiſſet. In altero uerò forenſis quidam,qui de alterius mandato inſiluerat in quendam Papienſem animo illum occidendi, confeſſus delictum,fuit ſuſpenſus.

Mediæ

Mediæ huic noſtræ ſententiæ repugnare non uidetur Couar. vbi ſupra. Eam autem licèt eatenus non confirment iura, quæ in euentibus aliquibus particularibus ſtatuunt pœnam ordinariam mortis etiam pro attentatione delicti, pro quo conſummato eadem pœna ſtatuitur, quatenus, dum id exprimunt in illis particularibus euentibus, quadam ex parte argumento à contrario ſenſu innuitur, niſi exprimeretur, non fuiſſe imponendam, ac proinde in quibus delictis id non exprimitur, pro ſola attentatione non eſſe imponendam: eatenus tamen illã confirmant, quatenus prudentes illi legis latores cenſuerunt, eas attentationes dignas eſſe morte, etiam qualificata, ſi pro eis delictis qualificata pœna ſit impoſita, ac proinde eo ipſo innuerunt, in atrociſſimis delictis, attentationes, quæ actus ſunt proximi ad conſummationem delicti, maximè ſi per accidens ſortita non ſint effectum, aut ſi ſæpius ſint commiſſæ, dignas eſſe morte, atque adeò in illis arbitrariam pœnam, iudicibus arbitrandam atque ſtatuendam relictam, ad mortem vſque ſe poſſe extendere. Iura autem, quæ peculiariter in aliquibus delictis expreſſerunt, etiam attẽtationes, ſeu conatus ad ea delicta patranda, punienda eſſe pœna pro eiſdem delictis ſtatuta, duo habent peculiaria in eiſdem delictis vi talis diſpoſitionis. Vnum eſt, attentationes in maiori quadam latitudine, etiam ubi iudices pęnam arbitrariam non adeò extenderent, puniendas eſſe pęna ordinaria eius legis. Alterum uerò eſt, pro eis attentationibus minuendam non eſſe pœnam eius legis, etiam ſi mors acerba ac infamis, & qualificata ſit, aliaſque adiunctas habeat pœnas: niſi quando ex circunſtantijs aliud iudex prudenter meritoque iudicaret.

Eandem ſententiam confirmat. l. qui falſam. ff. ad legem Corn. de falſis, quæ habet, ſi is, qui falſam monetam cudere eſt aggreſſus, pœnitentia ductus eam non formauit, abſolui, hoc eſt, nõ puniri, quòd pęnitentia ductus ſua ſponte deſtiterit à crimine cõſummando: ergo, argumento à contrario ſenſu, ſi deprehenſus fuit eam confectam habens, & cum animo iam iam ſignum illi imprimendi, punietur pœna ordinaria cudenti falſam monetã ſtatuta, de qua tractatu præcedente Diſp. 702. eſt dictum. Et quamuis Couar. vbi ſupra in calce nu. 11. cum Igneo velit, non eſſe puniendum pęna ordinaria, ſanè contraria ſententia verior eſt, rectèque rationi conſonantior, magiſque expediens reipublicæ. Adde, cum pro eo crimine ſtatuta ſit pęna, vt delinquens extrangulatus exuratur, & vt confiſcentur omnia bona illius, vt diſputatione citata eſt dictum, quis dicat, eũ qui inuenitur habens monetam falſam fabricatam, & cum animo ſignum illi imprimendi, puniendum, non eſſe pœna ſaltem mortis, vt furca ſuſpendatur, eſto non exuratur, neque bona illi confiſcentur? id verò nobis ſufficiet ad noſtram confirmandam ſententiam: nam tunc pœna arbitraria pro conatu, antequam crimen ſit conſummatum, ſe ſe extendet ad pęnam mortis, quando lex non exprimit, vt conatus & attentatio pęna ordinaria, pro eo delicto ſtatuta, puniatur.

Confirmari etiam poteſt noſtra ſententia, quoniam reipublicæ expedit, vt quædam grauiſſimorũ criminum attentationes, etiamſi effectus non ſequatur, morte puniantur; vt quando aliquis attentauit interficere aliquem, vt ſpoliaret illum bonis ſuis, idque eſt aggreſſus facere, ſed nõ interfecit, quia alius aduerſus eum præualuit, aut ſuperuenerunt alij, qui eum à morte liberarunt; & quando aliquis pretio accepto aggreſſus eſt interficere aliquem, qui nihil tale de illo timebat, aut ſuſpicabatur, nec præualuit; & in alijs ſimilibus euentibus: irrationabileſque eſſent leges, quæ prohiberent, iudices pro ſimilibus crimi-

A nibus mortis pęnam imponere: cum ergo per epicheiam legum interpretem, cenſendum ſit nihil irrationabile ac contra bonum publicum leges intendere, cenſendum profectò conſequenter eſt, leges pęnam mortis pro ſimilibus atrocibus criminibus abſolutè ſtatuentes, neque exprimentes, vt duntaxat pro illis omnino conſummatis, atque ad vltimum effectum perductis, pęna mortis imponatur, nõ intendere prohibere iudices, vt quando attentationes eorundem criminum dignas omnino morte iudicarent, expedientiſſimumque reipublicæ eſſe vt pęna mortis illas punirent, non poſſent id efficere. Quamuis enim expediens ſit, vt clementiæ ac lenitatis in iudicando ratio habeatur, quatenus id crimina bonumque commune patiuntur; iudices tamen B manus ſuas Deo conſecrant, dum, poſtulantibus id omnino delictis, communiq; bono, mortis pęnam pro delictis imponunt, eamque exequutioni mandant. Moyſes quippe Exo. 32. Leuitis, qui quaſi triginta millia hominum in pęnam adorationis vituli conflatilis peremerant, dixit: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio.* Et Regius Propheta Pſal. 99. *In matutino*, inquit, *interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Cõſentaneè ad has confirmationes, ad noſtramque ſententiam, loquuntur. l. reſpiciendum, & l. aut facta. ff. de pœnis.

10 In his criminibus, quæ atrocia non ſunt, conatus & attentatio criminis, pro quo eſt pęna ſtatuta, arbi- C trio iudicis puniri debet, quando ſequutus non fuit effectus, pęna quidem mitiori, maiori tamen, vel minori, iuxta circunſtantias concurrentes: neque impunitus is conatus relinqui debet. Ita Couar. num. 6. citato. §. vlt. Iulius Clar. q. 92. citata & alij, quos referunt, argumento. l. & generaliter. §. 1. ff. de calumniat. & aliorum iurium, conſentitque in hoc Anto. Gom. 3. tom. var. reſol. c. 3. nu. 30. tametſi ibi & alibi vniuerſim aſſerat, attentationes, etiam atrocium delictorum, puniri non poſſe pęna mortis, quando lex id non exprimit: in quo eius ſententia nobis nõ probatur. Si autem quis poſt conatum deſiſtat ſua ſponte à conſummatione, ductus pęnitentia, tunc talis conatus nõ punitur. l. qui falſum. ff. de falſis. l. qui ea mente, iuncta glo. ibi. ff. de furtis, & l. 2. ti. 31. p. 7. D Hæc de ſecunda quæſtione.

11 Quod verò attinet ad primam quęſtionem, occaſione cuius ſecunda diſcuſſa eſt, Antonius Gom. 3. to. var. reſolu. c. 3. in calce. nu. 7. quæſtionem mouet de eo ſolùm, qui venenum emit ad alium interficiẽdum: relataque Bart. & quorundam aliorũ opinione, quòd mortis pœna ſit puniẽdus, etiamſi vlterius non ſit progreſſus, argumento. l. 1. in fi. ff. ad legem Pomp. de parric. quæ parricidij pęna puniẽdum ſtatuit filium, qui uenenum emit ad patrem interficiendum, idque his verbis: *Præterea, qui emit uenenum, ut patri daret, quamuis non potuerit dare;* idemque habet. l. 12. titu. 8. par. 7. hac, inquam, ſententia relata, ipſe cenſet, imponendam illi non eſſe pœnam mor- E tis, ſed aliam arbitrariam, maiorem vel minorẽ, iuxta qualitatem perſonæ, quæ ad id uenenum emit, & quam eo necare intendebat: quoniam, inquit, (& in hoc rectè) legem illam primam intelligendam eſſe in filio, propter grauitatem delicti parricidij comparatione patris, & ob reuerentiam magnam, quam patri debet.

12 Efficacius verò argumentum ſumi poteſt ex l. 1. §. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. quę pęnam legis Corneliæ de ſicarijs ſtatuit ei, qui hominis necãdi cauſa venenũ confecerit aut dederit: ſic enim ille. §. habet: *Præterea tenetur*, (pęna ſcilicet legis Corneliæ de ſicarijs) *qui hominis necandi cauſa uenenũ confecerit, dederit:* maiori autẽ ratione tenebitur eadem pęna, qui

illud ad id emerit, aut acceperit. Atque ex ea lege videtur colligi apertè, ſolam attentationem, etiam cõficiendo venenum, aut illud alteri tradendo, vt eo interficiat, & eadem ratione illud emendo, aut accipiẽdo in eum finem, puniri mortis pœna. Hęc verò omnia habentur apertius. l.3.eod. titu. quæ ita habet: *Eiuſdẽ legis Corneliæ de ſicarijs & veneficijs capite quinto, qui venenum necandi hominis cauſa confecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur. Eiuſdem legis pœna afficitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi cauſa habuerit.* Hoc autem vltimum etiam ementes & accipientes venenum ad interficiendum alios complectitur. Lege item 7. titu.8. par.ſeptima, videtur haberi opinio Barto. & aliorum, quam paulo antea diximus, Antonium Gomez. reijcere: ſic enim lex illa ſeptima habet: *El fiſico, ò eſpeciero, ò otro ome qualquier, que vendiere à ſabiendas yeruaſo ponçonas à algun ome, que las compre con intencion de matar à otro con ellas, egelas moſtrare à conocer, ò à deſtemplar, ò à dar, porque mate à otro con ellas, tambien el comprador, como el que las dieſe, deue auer pęna de homicida por ende, maguer el que las compro non pueda cumplir lo que cuidaua, porque ſe le non guiſo.* Quo in loco verb. *no pueda cumplir* ait Gregorius Lopez. Nota hoc; nam cum generaliter loquatur, videtur approbare opinionem Placen. de qua per gloſſam in §.alia inſtit. de publ. iud. & ſic, quòd non ſit in hoc aliqua ſpecialitas in crimine parricidij, vt in l.prima, in fine.ff.ad leg.Pomp.de parric.&c. Hæc Greg. Lopez ibi. Conſentit etiam lex 2.titu.31.par.7. in qua ſic habetur: *Eſſo miſmo ſeria, ſi viniese en voluntad à algund ome de matar à otro, ſi tal penſamiento malo, como eſte, començare à lo meter por obra, tiniendo alguna ponçonna apareiada, para darle à comer, ò à beber, ò tomando algund cuchillo, ò otra arma, yendo contra el, para matarlo, ò eſtando armado, acechandolo en algund lugar, para darle muerte, trabaiando ſe de lo matar en alguna otra manera ſemeiante deſtas, metiendolo ya por obra: ca, maguer no lo cumpliese, merece ſer eſcarmentado, aſſi como ſi lo ouieſſe cumplido: porque non finco por el de lo complir, ſi pudiera.*

13 Quid de hac re tota ſentiam, ſequentia aperient. In primis non arbitror, diſpoſitionem legis.7. tit.8. & l.2.titu.31.par.7. eſſe ſententiam Bartol. & aliorum, quos Anton. Gom. & Greg. Lopez referunt, vt Gregor. Lopez.l.7.verb. *no pueda cumplir* autumat, quaſi conditores partitarum intenderint eã opinionem in legem ibi ſtatuere, nihilque in ſpeciale eſſe ea in parte in crimine parricidij. In crimine enim parricidij, tam lex 1. ff.ad legem Pomp. de parric. quàm lex 12. titu.8. par.7. quæ de parricidio loquitur, intẽdunt ac ſtatuunt, filium ementem uenenum ad necandum patrem, puniendum eſſe pœna ordinaria parricidij. Et quamuis, ſtando in iure communi, ea pœna, iuxta leg.1.citatam, ſit ſolùm pœna legis Corneliæ de ſicarijs, neque pęna qualificata pro parricidio poſtea alijs legibus ſtatuta locum de iure communi habeat in filio emente venenum ad interficiendum patrem, eo quòd ſolis interfectoribus aſcendentium, aut deſcendentium, vt Diſp.26. videbimus, ſit ſtatuta; lex tamen duodecima citata ſtatuit, qualificatam eſſe debere, quę longè grauior eſt, vt Diſpu. 26. videbimus, quàm pœna mortis, de qua ſermo eſt.l.7.& l.2.citatis. Lex tamen 12.citata, vt filius eam pœnam incurrat, ſatis perſpicuè ſtatuit, non ſatis eſſe, eum venenum emere ac habere ad interficiendum patrem, ſed vlterius requiri, conatum eum fuiſse illud ei dare, eſto opere implere non potuerit, vt illud pater ſumeret, neque effectus ſit ſequutus. Sic enim lex illa habet: *E aun dezimos, que ſi alguno comprare yeruas, ò ponçonna, para matar à ſu padre, e deſpues, que las ouiere compradas, ſe trauaiaſſe*

A *de gelas dar, maguer non gelas pueda dar, nin cumplir ſu voluntad, nin ſele aguiſſaſſe,* (ſignificare videtur hoc verbum, nec ſuccederet effectus mortis patris, vt intendebat) *mandamos que muera por ello, tambien como ſi gelas ouieſſe dado: pues que non finco por el.* Ecce pęnam integram pro parricidio perinde illi ſtatuit, ac ſi uenenum illi dediſſet, eũque interfeciſſet: ſed requirit, vt poſtquam venenum emit, aut habuit eo prauo fine, *ſe trabaiaſſe de gelas dar*, id eſt, tentaſſet ac conatus fuiſset illud ei dare. Vnde lex hęc hoc modo intelligit ac interpretatur verbum illud, l.1. in fi.ff.ad leg. Pomp.de parric. ſupra relatum, *quamuis non potuerit dare*, cum ſcilicet dare tentaſset, ad idque, poſtquam venenum emit, vt patri illud daret eſset conatus. Vt tamen eadem.l.12.gloſ.vlt. Greg.
B Lop.refert, Hoſtienſis, & Bar. voluerunt, ſtando in iure communi, ſatis eſse filium emiſse venenum, vt patri illud daret, quamuis nihil ulterius attentaſſet, vt incurreret pęnam ea lege ſtatutam, ſicque intellexerũt verba illa relata ex l.1.ff.ad leg.Pomp.de par. de eaque dubitauit Ioan. Ana.

Quod verò attinet ad relata ex l.7. titu.8. & ex l. 14
2.titu.31.par.7. ſanè duo ea iura non aliud ſtatuere intenderunt, quàm quod relatum eſt fuiſſe ſtatutũ. l.1.& l.3.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.ex hiſq; duobus poſterioribus iuribus priora duo alia iura deſumpta ſunt. His autem quatuor iuribus perſpicuè ſtatuitur, eum, qui conficit, vendit, aut dat venenum, vel illud emit, aut accipit, ad necandum alium, hoc eſt, intuitu vt alius eo necetur, ac proinde cum ſcientia
C ex parte illud conficientis, aut dantis, quòd ſit ad necandum, eſto effectus non ſequatur, neque ulterius accipiens ſit progreſſus ad alium conatum, incidere eos omnes in pœnam legis Corneliæ de ſicarijs, in homicidij ve pęnam ordinariam: tametſi lex 7.citata, quando mors veneno non eſt ſequuta, non uelit, vt mors ita delinquentium ſit abiecta ac crudelis, beſtijs illos obijciendo, ſed eſſe ſimplicem mortem, vt eſt furcæ, aut alia. Quare hodie ita delinquentes trahendi non eſſent ſuper terram per vias publicas pedibus equis, aut alijs animalibus, alligati, neque confiſcanda eis eſſent bona, perinde ac ſi ex eo veneno mors proditoria eſſet ſequuta. Lex verò 7. citata, ſatis conſentaneè ad mentem diſpoſitionis ex iure communi relatæ, exprimit, eandem pęnam incurre-
D re, qui, quærentem venenum ad interficiendum, docet genus veneni, quo id efficiat, aut modum, quo venenum conficere debet, aut applicare. Multo autem magis eam pœnam incurreret, qui alicui conſilium daret, ut alterum veneno interficeret, modumque illum doceret, quo id fieri deberet, ſi ille ita perſuaſus venenum accepit, aut ad id confecit, eſto vlterius nihil eſſet conatus tentando venenum applicare, alterumque eo interficere, vt ex ſe eſt perſpicuum. Quòd autem, vt iuxta quatuor iura relata, pœnam explicatam incurrat vendens aut dans venenum alteri, qui illo interficere intendit, aut eum docens genus aliquod veneni, vel modum, quo illud conficere aut applicare debeat, neceſſe ſit id dan-
E tem, vendentem, aut docentem, ſcientiam habere, quòd ille alius ad interficiendum illud velit, ſatis ex ipſis iuribus conſtat: id enim ſignificant l.prima, & tertia, ff. ad legem Corneliam de ſicar. ver. hominis necandi cauſa: vendere enim illud, aut dare, hominis necandi cauſa, eſt cum ſcientia, quòd ad eum finem accipiatur: id quod lex ſeptima citata magis expreſſit, dicens *à ſabiendas*. Vnde rectè Gregor. Lopez ibidem docet, ſi venenum perſonis ſuſpectis vendatur, ac mors ſequatur, non eſſe puniendum iuxta ea iura ita vendentem pęna mortis: quoniam ad eam pęnam requiritur dolus, probatioque veriſimilis illius: ſed puniendũ eſſe mitiori pœna arbitraria, tanquã de lata culpa comparatione eius homici-

micidij ſequuti,aut periculi,quòd ſequeretur,ſi,qui accepit,interficere eo eſt conatus,nec interfecit:pęna autem eſſe debet in eo euentu maior vel minor, prout fuerit culpa maior vel minor,& iuxta alias circunſtantias concurrẽtes:Conſentit Ant. Gom. c.3. citato.nu.9. Qui addit,ſi ita venenum mancipio vendatur,eoque mancipium ſe ipſum interficiat, teneri vendentem domino mancipij ad valorem illius, ad damnumque totum inde domino prouenieris. Diſpoſitiones verò horum quatuor iurium confirmãt maximè, quæ circa præcedentem quæſtionem dicta à nobis ſunt,nempe in atrocibus delictis pœnam arbitrariam pro conatu & attentatione eorum delictorum,abſque conſummatione atque effectu, poſſe ſe extendere vſque ad pęnam mortis,vt iuribus citatis extenditur in delicto occiſionis proditoriè veneno.

15 Multi,quos Iulius Clar. lib.5.ſent.§.homicidiũ, nu.14. Carrer.in pract.in relect.legis obſeruare.nu. 301.& in materia de homic.§.1.à nu.19.& à n. 97. referunt ac ſequuntur,& quos Couar.nu.11. citato refert,aſſeruerunt,vt conficientes,vendentes,dãtes, & accipientes venenum hominis occidendi cauſa, pænã mortis incurrant,neceſſe eſſe vt effectus morſve ſequatur,neque eſſe ſatis attentaſſe propinare venenum, quin neque illud propinaſſe, niſi mors inde re ipſa ſequatur. Et quidam eorum dicunt, generalem conſuetudinem in contrarium derogaſſe iuribus relatis:alij verò intelligenda ea iura eſſe cẽſent, dummodo mors inde ſequatur. Ego ſiniſtram omnino eam interpretationem eſſe iudico, neque vlla ratione eam patitur lex.7.titu.8.part.7.quæ pœnam legis Corneliꝑ de ſicarijs,ordinariam ve homicidij, ſtatuit prædictis omnibus,quando mors non eſt ſequuta, imò eſto venenum nõ ſit propinatum. & idẽ habetur l.2.tit.32.part.7. Satis autem lex 7.citata innuit,pænam mortis,quando effectus non eſt ſequutus, non debere eſſe abiectam ac crudelem obiectionis beſtijs,dum continuò ſubiungit:*Et ſi por auentura matere con ellas,* (rebus ſcilicet venenoſis) *eſtonce el matador deue morir deſhonradamente echandolo a los leones, o a canes, o à otras beſtias brauas, que lo maten.* Hodie verò,vt ſuprà dictum eſt,trahi ſuper terram debet per vias publicas pedibus alligatus equis, aut alijs animalibus,furcaque ſuſpenſus eſt enecandus,bonaque illius ſunt confiſcanda. Atque eiſdem pænis plecti debent cooperantes ad id proditorium homicidium opere conſummatum,venenum ſcienter ad id conficientes, vendentes,dantes,aut quouis alio modo cooperantes. Quare, ſi ſententia eorum doctorum ſit amplectenda,conſuetudini eſt innitendum,quæ prædictis iuribus ea in parte derogauerit: atque in vnaquaque regione eſt inquirendum ac videndum,num ea conſuetudo præſcripta ſit introducta. Couar.nu.11.citato,conſuetudini videtur inniti,vultque,eum, qui venenum alteri propinauit, aut propinare attentauit,ita quòd per eum non ſteterit, quin mors ſit ſequuta, mortis pæna eſſe plectẽdum: & idem de cooperantibus ad id flagitium videtur dicturus:ſi verò nondum venenum illi propinauit,neque propinare attentauit, cenſet pæna arbitraria infra mortem eſſe puniendum. Neſcio tamen,an id in hoc regno conſuetudine ſit receptum. Quòd ſi conſuetudine præſcripta receptum non ſit, non damnarem iudicem, qui mortis pęnam infligeret, maximè ſi circumſtantiæ aggrauarent delictum, iuxta ea quæ quoad præcedentem quæſtionem ſuprà dicta ſunt.

16 Ant. Gom.3.tom.var.reſ.cap.3.nu.8. Greg. Lopez.l.7.citata gloſſa penult. Carrer. in pract. de homicidio.§.1.nu.102.cum Alex.& alijs,quos citant, dicunt,non ſufficere confeſſionem rei,quòd ipſe occiderit talem hominem veneno, vt poſſit condemnari de tali homicidio, neq; ſufficere depoſitionem teſtium,addit Ant.Gom.quòd ipſi viderint eum homicidam dare illi venenum,& quòd mors inde fuerit ſequuta. Rationem verò reddit Ant. Gom. quoniam,inquit, hæ omnes probationes ſunt incertæ ac dubiæ naturaliter:eo quòd nec teſtes, nec ipſe delinquens,agnoſcere potuerint,an id eſſet venenum, neque operationem, quam efficere poſſet in corpore humano:depoſitiones autem,ac cõfeſſio rei, vt probent,ita vt pæna homicidij, vel alia ordinaria,poſſit imponi, debent eſſe probabiles ac veriſimiles. Vnde, ait Ant. Gom. vltra prædictam teſtium depoſitionem ac confeſſionem rei,debet iudex inquirere, ac probationem coadiuuare & verificare, efficiendo,vt medici ac chirurgi periti in ſua arte deponãt, an illud ſit venenum, & an potuit ex illo ſequi ea mors,ſumendo ſimul probationem ex ſignis ac qualitatibus, quæ in occiſo ac venenato reperta ſunt, poſt venenum ſumptum,ac mortem,& ſimul ex tẽpore,intra quod,poſt venenum ſumptum, fuit mortuus, inquirẽdo ab eiſdem peritis in arte medicinæ, an intra id tempus ex eo veneno mori potuerit,eaq; omnia debet iudex redigere facere in actis. Ego autem non dubito ſententiam hanc falſam eſſe, quando teſtes exprimunt, quod genus veneni homicida defuncto dederit.& de eo veneni genere cõſtat,ſufficiens fuiſſe ad necandum, & teſtes ſunt omni exceptione maiores,neque ſigna, de quibus etiam ſint ſufficientes teſtes,quę interuenerunt poſt venenum ſumptum vſque ad mortem, & poſt mortem, repugnant depoſitioni illi teſtium: quin potiùs ſufficientem ac ſatis perſpicuam arbitror eam probationem ad reum, etiam delictum negantem, condemnandum, neque tunc arbitror neceſſarium eſſe recurrere ad medicos & ad chirurgos, qui fortaſſe ducti falſa pietate,ac precibus,aut etiam pecunia ac muneribus corrupti, perſpicuam ac ſufficientem illam probationem eneruabunt. Item quando aliqua eſſent indicia, interfectum veneno fuiſſe occiſum, & reus confiteretur delictum, genuſque veneni manifeſtaret, quo occidit, eaque confeſſio cum morte ac ſignis, mortem antecedentibus ac ſequentibus, conſentiret, ſanè illa eſſet ſatis perſpicua & manifeſta probatio,non minùs in eo delicto, quàm in quocunque alio homicidio aut crimine: Vnde tunc non arbitror neceſſariam eſſe aliam probationem. Quando verò delinquens negaret delictum, neque eſſent perſpicuæ teſtium omni exceptione maiorum depoſitiones,quæ manifeſtum efficerent, reum id delictum commiſiſſe,ſed res eſſet dubia,an verè eſſet datum venenum interfecto à reo, & an ea mors inde eſſet ſequuta,tunc,ad probationis integræ ac legitimæ complementum, recurrendum ad ea eſſet, quæ Ant. Gom.docet, cum quo doctores alij citati concordare videntur. Neque autoritas Alex.aut Hippoliti, quos doctores citati pro ea ſententia referunt, ſufficere debet, vt eam perſuadere debeant, in perſpicuis illis euentibus,in quibus nobis nõ probatur.

Quod attinet ad inhibitionem vendendi venenum,ob mala,quę inde oriri facilè poſſunt,non aliã prohibitionem ſcio in hoc regno,quàm illam legis. 17
5.tit.17.lib.3.nouæ collect.quæ ſic habet:*Por quanto nos fue pedito mandaſſemos,que los boticarios ni eſpeceros no pudieſſen vẽder ſoliman, ni coſa enponçonnoſa, ſin licencia de medico, mandamos que los corregidores y juſticias de nueſtros reinos, cada vno en ſu iuriſdicion, ſe informen de lo ſuſo dicho,y prouean con juſticia lo que conuenga.*

In Luſitania autem lib.5.ord.titu.109.ſic eſt diſpoſitum:*Mandamos e defendemos,que ninhũa peſſoa, de qualquer condiçam que ſeja, nom tenha en ſua caſa para vender nenhuũ roſalgar branco, nem uermelho, nẽ azarneſe, nem ſolimam, nem aguoa dele, nem ſimonea, nem apio, ſaluo ſe for boticairo examinado, e que licença*

ça tẽha pera teer botica e vſar do officio. E qualquer das outras peſſoas, que em ſuas caſas algunas das ditas couſas teuer pera vender, nom ſendo os ditos boticairos, queremos que perca toda ſua fazenda, a metade pera noſſa camara, e a outra metade pera quem ho accuſar e deſcobrir, e mais ſeia degradado pera aylha de ſam Thome em quanto for noſſa merce. Ea meſma pena tera qualquer peſſoa, que as ditas couſas de fora trouzer, e as vender a outras peſſoas, que nom forem boticairos dos ſobreditos.

E defendemos yſſo meſmo a os boticairos, que as nom vendam nem deſpendam ſe nom comos officiaes que por neceſſidade dos officios que tem as aiam meſter, ſendo porem os ditos officiaes conhecidos por elles, e taes de que ſe preſuma que ho nom deuem dar à outras peſſoas. E defendemos à os taes officiaes, que ho nom vendam, nem dem à outras ninhuas peſſoas: por que dando o os ditos officiaes à outras algunas peſſoas, e ſeguindoſe diſſe alguũ damno, aueram por yſſo aquella pena que iuſto è razam ſeia, ſegundo o damno que diſſo ſe ſeguir.

E yſſo meſmo os boticairos os poderaã meter em ſuas mezinhas, ſegundo po los fiſicos e ſeus doutores for mandado. E qualquer boticairo que ho contrairo fazer, e a outras peſſoas, que nom ſeiam officiaes conhecidos os vender, ou der, auemos por bem, que pe la primera vez pague cincuenta cruzados de pena, a metade pera noſſa camara, e a outra pera quem os acuſar e deſcobrir: e pe la ſegunda vez a alem da dita pena ficaraa a nos alhe darmos qualquer outra mais pena, que noſſa mercede for.

DISPVT. 25.

De homicidio per aſſaſſinum. Et vniuerſim per alium, præmio mandatario propo ſito ſu dato.

SVMMARIVM

1 *Quicunque aliquem Chriſtianum per aſſaſſinum interfici curat, eſto mors non ſequatur, aut defendit vel recipit aliquem aſſaſſinorum, incurrit decreto Pontificis Innocent. IV. ſententiam excommunicationis & depoſitionis a dignitate & beneficio, eaque alij liberè eo ipſo conferri poſſunt.*

2 *Quinam nomine aſſaſſinorum intelligantur: Chriſtiani etiam aſſaſſini ſunt.*

3 *Pœnæ omnes, quas Innocentius IV. aſſaſſinis gentilibus indixit, Chriſtianis etiam competunt, etiam eccleſiaſticis, qui vel occidi per aſſaſſinum fecerint quemcunque hominem, vel id mandauerint, etiam ſi mors non ſit ſecuta.*

4 *Omnes pœnæ, ſcilicet amiſſionis bonorum, diffidationis, atque adeò mortis diræ & atrocis, ſi delinquens comprehendatur, incurri pro ſolo mandato, vt Chriſtianus ab aſſaſſino occidatur, atque etiam pro ſola defenſione, receptatione, defenſione aſſaſſini, etiam ſi mors non ſequatur.*

5 *Satis eſt, ſi probabilibus argumentis conſtet eos in id crimen incidiſſe, vt tales delinquentes comprehenſi puniantur, atque fugientes pro diffidatis haberi poſſint, liciteque a quocunque poſſunt interfici.*

6 *Quando, qui in id crimen incidit, perſona eſt eccleſiaſtica, tunc probato delicto eum in id incidiſſe, puniri poteſt a iudice eccleſiaſtico pœna mortis, abſque alia traditione per iudicem eccleſiaſticum curiæ ſeculari, & abſque præuia degradatione.*

7 *Qui interficere alios mandant, non quidem per aſſaſſinos, ſed per quoſcunque alios, non incurrunt excommunicationem, neque ſunt diffidati, nec iuſtè poſſunt diffidari.*

8 *Si mandatarius ad mortem vſque inferendam fuit progreſſus, interfecto, quando inuaſus ab illo fuit, ignorante ſibi eum eſſe inimicum, mortemque velle ipſi inferre, tunc vterque incurrit pœnam homicidæ proditoriè.*

9 *Quando mandatarius non interficit, attamen proditoriè vulnerauit, tunc tam ipſe, quam mandans, de iure regni Hiſpanici ſunt interficiendi, non tamen ſunt eis confiſcanda bona. Quando autem mandatarius occidere attentauit, atque nec interfecit, nec vulnerauit, ſi id attentauit actu externo, qui ad interficiendum erat ſufficiens, tamen effectus non eſt ſecutus, tam mandatarius quam mandans puniendi ſunt pœna ordinaria, non ſecùs ac ſi effectus eſſet ſecutus.*

CApite 1. de homic. lib. 6. ſacro approbante vniuerſali concilio Lugdunenſi, Innocentius Quartus, motus criminis immanitate, fœditate, ac pernicie, tum animarum, ſine contritione & pœnitentia ex hac vita decedentium, quando nihil tale timebant, tum etiam vitę corporalis multorum, non ſine dedecore ac ignominia eccleſiæ, quo Chriſtiani aliqui conducebant homines quoſdam infideles, aſſaſſinos nuncupatos, ac ſub communi ipſorum principe viuentes, qui audaciſſimi erant, ac instructi valde ad alios proditoriè interficiendos, varijſque modis. l. 3. tit. 27. par. 7. commemoratis, ſe tales non eſſe ſimulabant, multoſque incautos, nihilque de illis timentes, nec ſuſpicantes, interficiebant, adeò vt magnates aliqui ſecuritatem ab illorum principe obtinere curarent, ſicque vitã ſuã pretio ac muneribus ab illo redimere: his, inquam, de cauſis Innoc. Quartus permotus, ſacro approbante concilio ſtatuit, vt quicunque principes, aut prælati, vel quæcunque alia perſona ſecularis, vel eccleſiaſtica, interfici faceret Chriſtianum aliquem per aſſaſſinos, vel interfici mandaret, eſto mors non ſequeretur, aut reciperet, vel defenderet, aut occultaret aliquem aſſaſſinorum, incurrerent ipſo facto ſentẽtias excommunicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, ac beneficio, eaque alijs eo ipſo libere conferrentur. Inſuper ſtatuit, vt prædicti omnes eo ipſo cum omnibus ſuis bonis eſſent diffidati à toto Chriſtiano populo, ita videlicet, vt quicũque de populo Chriſtiano liberè ac licitè poſſet eos interficere, tanquam miniſter ad id virtute eius legis deputatus, poſſetque illorum bona omnia temporalia occupare. Et vt eo ipſo, quòd probabilibus argumentis, hoc eſt indicijs, quæ omnino perſuaderent tale crimen ab aliquo prædictorum eſſe commiſſũ, prædicta omnia exequutioni mãdarentur, nulla alia exſpectata ſententia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eos lata. 1

Communis plurimorum ſententia cum Bart. & Bald. quam referunt ac ſequuntur Iulius Clar. lib. 5. ſentent. §. aſſaſſinus. Carrer. in pract. de homicidio. §. 1. à num. 12. & copioſiùs multo. §. 5. à num. 1. Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. cap. 3. num. 10. & Gregor. Lopez. l. 3. gloſſa. 1. tit. 27. par. 7. eſt. Nomine aſſaſſinorum intelligi quoſcunque, ſiue Chriſtiani illi ſint, ſiue non, qui pretio alios proditoriè interficiũt. Quin Carrer. §. 1. citato. num. 13. & §. 5. num. 5. cum alijs, quos citat, addit, aſſaſſinos dici, ſi de mandato alterius aliquem interficiant, nullo eis præmio propoſito, ſed ſolùm vt mandanti placeant, moremve illi gerant. Iulius Clarus nomine aſſaſſini intelligit eũ, qui per Chriſtianum, vel infidelem, interficere mãdat Chriſtianum aliquem, immo & infidelem, qui in republica Chriſtiana degat: ſecùs autem, ſi ſit infidelis in republica infidelium degens. Addunt hi autores ſententiam hanc conſuetudine eſſe receptam. 2

Couar. verò. 2. var. reſ. cap. 20. relata priùs. nu. 9. communi

communi opinione, num. 10. & in clem. ſi furioſus. par. 2. in initio. num. 9. cum Caiet. in ſumma verbo. aſſaſſinus. & verb. excommunicatio. cap. 16. Sylue. verb. aſſaſſinus Archid. & alijs, cum quibus Nauar. in Man. cap. 27. num. 136. conſentit, rectè ait. Capite. 1. de homic. lib. 6. Nomine aſſaſſinorum nō intelligi quemcunque occidentem pecunia de mandato alterius, ſed ſolùm genus quoddam hominum infidelium, ſic tunc dictorum, qui ſub quodam ſuo principe infideli degebant, atque de illius mandato audaciſſimè ac ſimulatè eos interficiebant inter Chriſtianos, quos ille interfici præcipiebat. Refert item Couar. ex Volaterrano, Paulo Aemilio, & ex Duareno, hos homines in Syria ſub ſuo principe degiſſe: duoque poſteriores autores referunt, principem horum aſſaſſinorum tempore Regis Diui Ludouici Arſacidam fuiſſe nuncupatum, quoſdamque ex ſuis miſiſſe, qui Regem diuum Ludouicum interficerent. Ac ſanè aſſaſſinos genus eſſe hominum cuiuſdam nationis ſub ſuo principe degentium, apertè innuitur. cap. 1. de homic. lib. 6. maximè illis verbis; Præſertim cum nonnulli magnates, aliter perimi formidantes, coacti fuerint, ſecuritatem ab eorundem aſſaſſinorum domino impetrare, ſicque ab eo, non abſque Chriſtianæ dignitatis opprobrio, redimere quodāmodo vitam ſuam. Quæ verba ſatis etiam innuunt, infideles eos fuiſſe. Qua de cauſa, non ipſis aſſaſſinis impoſitæ ſunt in eo capite pænæ excommunicationis & depoſitionis à dignitate, honore, officio, & beneficio, quæ in illis locum non habebant, imò neque diffidationis, ſed relicti ſunt puniendi acriter per principes ſeculares, ſi comprehenderentur: ſolis verò membris eccleſiæ pænæ omnes illius capitis ſtatutæ ſunt, ſi per aſſaſſinos aliquem Chriſtianum interficerent, vel mandarent interfici, eſto mors non ſequeretur, vel aſſaſſinos reciperent, defenderet, vel occultarent, eſto aſſaſſini ita recepti, defenſi, aut occultati, nullum interficerent. Neque ſanè pæna illa diffidationis eis omnibus in eo capite impoſita, vt ſcilicet quicunque de populo Chriſtiano licitè interficere poſſet quencunque commemoratorum, eſto mors per aſſaſſinum non ſequeretur, occupareque poſſet bona illius, rationabiliter ac licitè imponi potuit cuicunque, qui per aliquem alium mandaret interficere, eſto mors non ſequeretur, aut qui reciperet, defenderet, aut occultaret, talem mandatarium, quin neque mandatario imponi potuit. Neque ad Summum Pontificem ſpectabat eam pœnam ſtatuere, ſed ad ſeculares principes, ad vnumquemque eorum in ſuo regno. Pænam autem illam diffidationis in eo euentu ſtatuit Summus Pontifex, tum propter atrocitatem, fæditatem, ignominiam religioni Chriſtianæ, ac periculum animarum ex illo delicto, tum etiam conſentientibus principibus Chriſtianis, qui per ſe, vel per ſuos legatos, præſentes erant in eo concilio: imò verò principibus Chriſtianis id poſtulantibus in ſuam & ſuorum ſecuritatem, atque in eccleſiæ & rempublicarum ſecularium bonum. Cum hac eadem ſententia conſentit. l. 3. tit. 27. par. 7. vſq; ad illa verba, *Otroſi dezimos*. Ab his enim verbis, tam aſſaſſinis, quam quibuſcunque aliis, qui aliquē interficiunt præmio ad id accepto, atque mandantibus id efficere, pæna ſtatuitur.

Quamuis autem iam hodie dicere nō erat neceſſe de pænis, cap. 1. de homicid. lib. 6. eo quòd iam hodie non ſint illi aſſaſſini ſub illo principe, qui præmio, aut precibus Chriſtianorum, illo modo Chriſtianos interficiant, & per conſequens nulli Chriſtiani iam hodie illas incurrant, breuiter tamen, propter ea, quæ à doctoribus ea de re traduntur, & ut iura vtiliter intelligantur, aliquid erit dicendum.

3 In primis, pænæ illæ omnes, non aſſaſſinis, vt dictum eſt, ſed Chriſtianis, etiam ſi eccleſiaſtici ſint, & in epiſcopali dignitate conſtituti, imponuntur, qui vel occidi per aſſaſſinum fecerint, non quemcūque hominem, ſed Chriſtianum, vel id mandauerint, et ſi mors non ſit ſequuta, neque vlteriùs ſit progreſſum; quàm ad mandatum per aſſaſſinum, aut per illorum principem, acceptatum. Et cùm lex non exprimat, quòd, vt pænæ illæ incurrantur, mandatum eſſe debeat, præmio aliquo aſſaſſino, aut illius principi, propoſito, ſanè ſi mandatum acceptetur, nullo ēt præmio propoſito, pænæ illæ incurrentur eo ipſo, ꝙ mandatum ſit acceptatum, ſiue mors ſequatur, ſiue non. Eaſdem pænas incurrit quicunque Chriſtianus, etiam ſi perſona ſit eccleſiaſtica, & in epiſcopali dignitate conſtituta, qui ſcienter (vt lex. 3. citata expreſſit, & ſatis erat perſpicuum) receperit aſſaſſinum, aut illum defenderit, vel occultauerit, (eadem lex 3. exprimit, ſi non manifeſtauerit illum, ſciēs vbi aut apud quem ſit) etiam ſi nullum mandatum illi dederit, vel illorum principi. Admonet bene Caiet. cap. illo. 16. citato, & cæteri cum illo conſentiunt, cùm excommunicatio illa non inueniatur reſeruata ſummo Pontifici, epiſcopum poſſe ab illo abſoluere.

Obſeruant optimè Couar. & alij doctores, pænas illas omnes, etiam diffidationis & amiſſionis omnium bonorum, atque adeò mortis, non cuiuſque, vt doctores obſeruant, ſed abiectæ ac diræ, ſi delinquēs comprehendatur, trahendo illum ſuper terram per vias publicas pedibus ad equos, aut ad alia animalia, alligatis, atque furcæ, & ſciſſionis corporis poſt eam mortem ita delinquentis in quatuor partes, (quod noſtri *deſquartizar* vocant) incurri pro ſolo mandato, vt Chriſtianus ab aſſaſſino occidatur, atq; etiā pro ſola receptatione, defenſione, aut occultatione aſſaſſini, etiam ſi mors non ſequatur, neque vlteriùs aliquid ſit attentatum. Quoniam perſpicuè in eo capite excommunicationis pæna, & reliquæ commemoratæ, imponuntur pro vnoquoque eorum delictorum, etiam ſi vlteriùs ac exequutionē, aut ad aliquid aliud, progreſſio facta non ſit. 4

Item, vt prædicti delinquentes comprehenſi puniantur, atque fugientes pro diffidatis haberi poſſint, licitèque à quocunque poſſint interfici, & occupari eorum bona, ſatis eſt ſi probabilibus argumentis, hoc eſt, indicijs, quæ omnem dubietatem tollant, conſtet, eos in id crimen incidiſſe, vt ex. cap. 1. de homicidio li. 6. eſt relatum. Ante quàm enim omnino, hoc eſt abſque dubitatione, ſit perſuaſum, eos in id crimen incidiſſe, puniri eis pænis non poſſunt, neq; id æquum eſſet aut licitum. Tametſi ex minoribus indicijs torqueri poſſent. Non tamen requiruntur adeò exactæ probationes ad pronunciandum aliquē incidiſſe in hoc delictum, & ad puniendum eum pænis pro eo delicto ſtatutis, quàm exactæ requirūtur ad punienda alia delicta. Neque eſt neceſſe, vt indicia ad id ſufficientia probentur lite priùs cum delinquente conteſtata, vt Carrer. §. 5. citato à nume. 10. cum alijs, quos citat, hæc omnia affirmat, ſed ſatis eſt, ſi ſine litis conteſtatione probentur. Quando tamen crimen non eſt notorium, & delinquens fugit, vt cenſeatur diffidatus, & occidi licitè à quocunque poſſit, neceſſe eſt pronuncietur à iudice, illum in id crimen incidiſſe, neque eſt neceſſaria ſententia condemnatoria, qua ad eam pænam condemnetur, vt ſatis conſtat ex. cap. 1. de homic. lib. 6. & affirmant Carrer. vbi ſuprà, Iulius Clarus. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 36. num. 31. & alij. 5

Quando, qui in id crimen incidit, perſona eſt eccleſiaſtica, tunc, probato prædicto modo delicto, & pronunciato modo explicato, eum in illud incidiſſe, puniri poteſt à Iudice Eccleſiaſtico mortis pæna abſque alia traditione per iudicem eccleſiaſticum curiæ ſeculari, & abſque præuia degradatione, neq; expectato, 6

pectato, quòd incorrigibilis ſit: eo quòd. cap. 1. de hom.lib.6.ſit eo ipſo diffidatus, eiuſque legis vi degradatus verbaliter,& permiſſus licitè interfici,non ſolùm à iudice ſeculari. ſed etiam à quocunque priuato in odium tāti delicti. Ita communis doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Couar.2.var. reſ.cap.20.num.10.§. ſexto deducitur, Iulius Clar. quæſt.36.citata.num.29. & tribus ſequentibus Maranta de ord.iud.par.4.diſt.11. num. vlt. & Carr. §. 1.citato,à num.10. Vtrùm autem, quando eum incidiſſe in id crimen non eſt notorium,fieri debeat probatio quòd in id crimen inciderit, coram iudice eccleſiaſtico , iudexque eccleſiaſticus pronunciare ex probabilibus argumentis debeat, eum in id crimen incidiſſe: an verò id efficere poſſit iudex ſecularis. Iulius Clarus.q.36.citata.num.31.ait,de iure ad eccleſiaſticum iudicem id pertinere. Addit verò de cōſuetudine id iudicem ſecularem efficere: idque ad iudicem ſecularem ſpectare,affirmat Carr.cum alijs. §.5.citato,num.11.

7 Quod verò ad eos attinet,qui interficere alios mādant,non quidem per aſſaſſinos, ſed per quoſcūque alios,dicendum eſt,de eis non eſſe ſermonem.cap.1. de homicid.lib.6.vt ex ipſo textu perſpicuè conſtat, neque proinde eos incurrere excōmunicationis pænam,neque alias eo capite ſtatutas, neq; eſſe ipſo iure diffidatos, neque iuſtè potuiſſe eos omnes, aut ēt mandatarios omnes,diffidari ipſo iure,vt dictū eſt; quia id non eſſet æquum,rationive, caritati, ac iuſtitiæ conſentaneum. Quin neque ad Summum Pontificem ſpectat mortis pænam ob id delictum ſtatuere aduerſus laicos, ſed id ad principes ſeculares attinet, ad vnumquemque videlicet in ſuo regno, vt Couar.2.var.reſ.cap.20.num.10.§. primum , rectè obſeruat. Eſt ergo,tam quo ad huiuſmodi oēs mandantes,quàm quoad omnes eiuſmodi mandatarios, qui verè aſſaſſini non ſunt, ſtādum diſpoſitionibus iuris ciuilis. Quòd ſi clerici ſint,diſpoſitionibus alijs canonicis erit profectò ſtandum. Neque ſanè puniri aut iudicari poterunt per iudices ſeculares, niſi priùs per Eccleſiaſticos iudices ſint iudicati, ac relaxati iudicibus ſecularibus, ſi crimen iudicatum fuerit pæna tanta dignum. Neque mortis pęna poterūt per ſeculares iudices tunc puniri, niſi priùs fuerint per Eccleſiaſticos iudices degradati, vt in alijs criminibus.

8 Quod attinet ad eiuſmodi laicos mandantes ac mandatarios, ſiue mandatarij pretio, aut præmio, permoti id efficiant,ſiue vt mandanti morem gerāt, gratique ſint,diſtinguendum eſt. Quoniam, ſi mandatarius ad mortem vſque inferendam fuit progreſſus,interfecto,quando inuaſus ab illo fuit, ignorāte ſibi eum eſſe inimicum, mortemque velle ipſi inferre, tunc vterque incurrit pænam homicidæ proditoriè ac aleuosè,vt Ant.Gom.3.tom.var.reſ.c.3.n.10. rectè ait, de qua duabus præcedentibus diſputationibus eſt dictum: eo quòd vterque verè interficiat proditoriè ac aleuosè, iuxta ea quæ eiſdem duabus diſputationibus explanata ſunt; mandatarius quidē per ſeipſum, licèt ad mandantis imperium; & mandans tanquam cauſa principalis, id exequutioni proditoriè mandans per mandatarium. Quare neuter eorum gaudet eccleſiæ immunitate: neque eſt ei appellatio admittenda,ſi delictum ſit ſufficienter probatum,aut ipſe,non tormentorum metu,fuerit illud confeſſus,vt Diſput. 23. fuit vtrumque oſtenſum. Neque mandatarium à pæna excuſat, quòd ad alterius mandatum id crimen commiſerit,vt habetur.l. non ideo.C.de accuſationibus. Quin potiùs, ſi pretio,aut alio prꝯmio,permotus id fecit,inde delictum illius aggrauatur,argumento legis Cicero.ff. de pænis,vbi mulier relicta grauida à marito, qui partum in hæredem inſtituerat,illi ſubſtituendo quendā ter-

A tium in euentu,quòd non naſceretur, cum abortum medicamentis feciſſet accepta pecunia à ſubſtituto, vt id faceret, capite eſt damnata: ea verò, quę in odium mariti,à quo diuortium fecerat,aborſum ſimiliter fecerat, ſolùm temporali exilio fuit punita: vbi vides, grauius eſſe punitam, quæ pecunia permota ac corrupta idem crimen commiſerat, quàm quæ in mariti odium idem crimen patrarat. Vtrumque autem eſt intelligendum, quando fętus nondum erat homo: nam ſi homo iam eſſet, mulier parricidij pęnam in vtroque euentu incurreret. Neque item mandantem à pæna integra excuſat, quòd id proditorium homicidium commiſerit per mandatarium; quoniam ipſe principalior fuit illius cauſa,quàm mādatarius, ideoque in maiori fuit culpa, quàm man-
B datarius,teneturque tanquam cauſa magis principalis non ſolùm ad integram pænam pro eo delicto, ſed etiam ad omnia damna inde ſubſequuta,ad quæ damna mandatarius non tenetur, niſi in defectum mandantis, vt hæc omnia copioſè oſtendimus tractatu præcedente, Diſput.550. Lege etiam, quæ Diſput.729.dicta ſunt. Atque tam mandantem, quàm mandatarium,conueniendos puniendoſque eſſe pęna delicti per mandatarium exequutioni mandati, habetur.l.non ideo.C.de accuſat.& l. non ſolum.§. ſi mandato.ff.de iniur. Lex.3.tit.27.par.7. in poſteriori parte, in qua iam longê vniuerſalius loquitur, quàm caput 1.de homic.lib.6.ſtatuit,vt tam mandatarius,qui pretio interficit, ſiue ille aſſaſſinus ſit, ſiue quicunque alius, quam qui id homicidium exe-
C qui mandauit, interficiantur in pænam eius delicti. Iuxta ea autem,quæ Diſput.23.dicta ſunt, ea mors eſſe debet qualificata ac ſeuera,de iure quidem communi,iudicis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus. Iulius Clarus, §. aſſaſſinus. numer.4. ex multorum ſententia refert, debere trahi ſuper terram pedibus equis alligatum, & poſtea interfici,atque ex Carrerio.§.5. citato. num. 35. refert, debere iuxta Panormitanum in fruſta ſcindi. In hoc autem regno, iuxta ea quæ eadem Diſputat. 23. dicta ſunt, trahi eiuſmodi delinquentes debent per vias publicas pedibus alligati equis, aut alijs animalibus, furcaque ſuſpenſi, ſunt enecandi & confiſcantur omnia bona illorum, & iuxta alios dimidium.

D De iure Luſitano lib.5.ord.titul. 10. ſequens pæna eſt ſtatuta mortem pecunia accepta inferenti, & mandanti illam inferre. *Qualquer peſſoa que matar outra por dinheyro, ſerlheā ambas as manos decepadas, e moura morte natural, e mays perca ſua fazenda: E ferindo outra peſſoa por dinheyro, moura por ello morte natural. E eſtas meſmas penas auera aquelle, que mandar matar ou ferir outrem por dinheyro, ſeguindoſe a dita morte ou ferimento.*

Quando mandatarius non interficit,attamen pro 9
ditoriè vulnerauit, tunc tam ipſe, quàm mandans, de iure huius regni ſunt interficiendi, iuxta ea quæ eadem diſputatione.23. dicta ſunt. Non tamen ſunt eis confiſcanda bona,iuxta ea quæ ibidem dicta ſūt,
E & fortaſse neque erunt trahendi ſuper terram pedibus equis alligati. Quando autem mandatarius occidere attentauit,atque nec interficit, nec vulnerauit, tunc communior eſt doctorum ſententia, ſi id attentauit actu externo, qui ad interficiendum erat ſufficiens, attamen effectus non eſt ſequutus, tam mandatarium , quàm mandantem , puniendos eſſe pæna ordinaria, non ſecùs, quàm ſi effectus fuiſſet ſequutus, atque longè maiori cum ratione, ſi eo actu vulnus abſque morte eſt ſequutum, puniendus erit, ſtando in iure communi, mortis pæna, eam ſententiam referunt ac ſequuntur Couar. in clemen. ſi furioſus. part. 2. in initio. num. 9. verſ.ſecundus, & §.3. & Carrerius in pract. de homicid.

micid.§.1.nu.12.& §.5.nu.8. qui exemplum adhibet in mandatario, qui iaculum miſit, vt interficeret, infixumque fuit in arzone ſellæ equi, nec interfecit, nec vulnus intulit, fuitque pœna ordinaria punitus, & conſonant, quæ diſputatione præcedente dicta à nobis ſunt. Fortaſſe tamen in eo euentu hic nõ erit trahendus ſuper terram pedibus alligatis. Eandem ſententiam refert Iulius Clarus. §. aſſaſſinus. nu.7. neque ei ſententiæ repugnat, refertque in ſenatu Mediolanenſi variè ea de re fuiſſe iudicatum, eaque de cauſa ait, à iudicis arbitrio pẽdere, num mortis pœnam velit imponere, an aliam mitiorem extra ordinariam ac arbitrariã. Ant.autem Gom. 3.tom. var.reſ.c.3.nu.11.arbitratur, imponendam non eſſe pænam mortis, ſed aliam arbitrariam. Eius ſententia mihi non probatur. Quando autem conatus ac attentatio mandatarij ad actum externum non peruenit, qui ad mortem eſſet ſufficiens, tunc tam ipſe, quàm mandans, puniendi infra mortem eſſent pæna arbitraria, maiori vel minori, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus.

DISPVT. 26.

De homicidio, in quo crimen læſæ maieſtatis interuenit, & in quo interuenit parricidium.

SVMMARIVM.

1 *Apud veteres de parricidio lex lata non erat.*
2 *Vnde deriuetur parricidium.*
3 *Quouſque crimen parricidij ſe extendat: & pœna propoſita.*
4 *Pœna parricidij poſterioribus temporibus.*
5 *Pœna illa ſtatuta occidentibus aſcendentes, ſtatuta poſtea etiam fuit in occidentibus deſcendentes.*
6 *Cur parricida culleo inſutus mitti in flumen aut in mare debeat.*
7 *Non ſunt modò in vſu pœnæ parricidij, quæ olim, ſed diuerſis in locis diuerſimodè puniuntur: ſed in Hiſpania adhuc ſeruatur vetus pœna, ita tamen vt mortuus in mare proijciatur.*
8 *Parricidium pœnaq́ pro eo ſtatutæ locum etiam habent in illegitimis.*
9 *Repetuntur nonnulla ex prius dictis.*
10 *Qui cooperatus eſt ad parricidium, eſto non ſit agnatus, ſcilicet conſulendo, præcipiendo, tradendo ad id venenum, aut aliud inſtrumentum, in pœnas incidit parricidij, ſecuto parricidio, in quas incidit is parricida, cum quo ita ad parricidium eſt cooperatus.*
11 *Filius conſcius alterum fratrem parricidium velle committere aduerſus patrem, neque illud reuelauit aut impediuit, cum poſſet, tunc ſecuto parricidio punitur pœna exilij, at extraneus conſcius parricidij, vel ad id adiuuans parricidio ſecuto, punitur pæna, qua filius parricida punitur.*
12 *Parricidij crimen eodem modo delinquentis morte finitur, quo cætera delicta.*

NVnc dicendum eſt de homicidio, cuius culpa ex obiecto, perſona ve occiſa, aggrauatur, pro quo grauior proinde pœna legibus eſt meritò ſtatuta. Atque, quod attinet ad homicidium, in quo crimen læſæ maieſtatis interuenit, cùm tractatu præcedente Diſput.658.de crimine læſæ maieſtatis, occaſione confiſcationis maioratus ob id crimen, copioſè ſit dictum, non eſt cur hoc loco de eo diſputemus.

1 Quod verò ad parricidium attinet. Solon, referente Cicerone in oratione pro Roſcio Amerino, A nullam de parricidio legem tulit: quia nõ timuit vllum futurum eſſe parricidam. Sed neque Romulus, autore Plutarcho in vita illius, de parricidio legem tulit: quòd impoſſibile id iudicauerit. Tempore autem Romuli, ac priſcorum Romanorum, homicidium omne liberi hominis, parricidium fuit nuncupatum, quaſi paris excidium. Aut fortè à patria dictum tunc fuit parricidium, quaſi patriæ excidium quoad partem quandam ipſius. Vnde, referente Feſto lib. 14. Numa Pompilius eiuſmodi legem tulit: Si quis hominem liberum, ſciens, morti dederit, parricida eſto. Et.l.2.§.& quia. ff. de orig. iur. de eodẽ tempore ſic ſcriptum legimus: Et quia (vt diximus) de capite ciuis Romani, iniuſſu populi, non erat lege permiſſum conſulibus ius dicere, propterea queſtores B conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent. Hi appellabantur queſtores parricidij: quorum etiam meminit lex duodecimo tabularum. Quo in loco nomine parricidij, homicidium latè ſumptum intelligitur.

Parricidium preſsè ac propriè ſumptum, à patre eſt dictum, t in r mutato, quaſi patris excidium, ſeu occiſio. Atque, iuxta eius nominis originem, Quintilianus lib.8.c.6.arbitratur, matris, aut fratris, interfectorem, per abuſionem parricidam dici. Alij cenſent, parricidium dictum à parente, quaſi parentis excidiũ, interfectionem ve. Quo pacto interfectio, qua quicunque deſcendentium aſcendentem interficit, parricidium dicitur. Inde verò extenſum fuit vocabulum ad interfectionem, qua aſcendentes de- C ſcendentes interficerent, atque ad interfectionem, qua quidam collateralium interficerent collaterales aliquos, & qua affines quidam aliquos interficerent affines, quin & qua liberti patronos interficerent, prout temporis progreſſu parricidij pœna ad hos omnes, vt dicemus, fuit extenſa. 2

Quondam, hoc crimine extenſo, non ſolùm ad eum, qui dolo aſcendentem interficeret, ſed etiam ad eos, qui dolo interficerẽt ſuos deſcendentes, aut collaterales vſque ad quartum gradum, computatũ iuxta iuris ciuilis ſupputationem, & ad coniugem, qui dolo, & abſque legis permiſſu, interficeret alterum coniugem, atque ad eos, qui dolo ſimiliter interficerent ſocerum, aut ſocrum, generum, aut nurum, vitricum, aut nouercam, priuignum, aut priuignam, D patronum, vel patronam, pro eo crimine ſtatuta ſolùm erat pæna legis Corneliæ de ſicarijs, de qua diſputationibus præcedentibus eſt dictum, vt ſcilicet ignobilis beſtijs obijceretur, nobiles verò in inſulam deportarentur in perpetuum, vt hæc omnia conſtant, l.1.& ſequentibus.ff.ad leg.Pomp. de parric. 3

Poſtea verò, vt Modeſtinus.l.penult.ff. eod. titu. ait, ſequens pæna parricidæ ſtatuta fuit. Nempe vt, primò virgis ſanguineis verberaretur, deinde verò viuus culleo, ex corio confecto, includeretur, ac inſueretur vnà cum cane, gallo gallinaceo, vipera, ac ſimia, atque ita culleo incluſus, in mare proijceretur, (aut in flumen, vt habetur l.vnica. C.de his qui parẽtes vel liberos occiderunt, & §.alia deinde lex, E inſt.de publ.iud.) vel, ſi mare, aut flumen, non eſſent proxima, beſtijs obijceretur. Hæc verò pæna tempore eius legis penultimę ſolùm erat ſtatuta pro parricidio, quo deſcendens aliquem ſuorum aſcendentium dolo occiderẽt, Reliquis verò parricidis ſolùm ſtatuta erat pæna legis Corneliæ de ſicarijs, quæ.l.1.ff.eod.titu.parricidis omnibus ſtatuta erat, nempe vt, ſi nobiles eſſent, capitis pæna plecterẽtur, hoc eſt, deportarentur in perpetuum in inſulam; (ea enim pæna inter capitis pænas computatur) ſi verò eſſent ignobiles, vltimo ſupplicio mactarentur, beſtijs videlicet obiecti. Atq; hic planè eſt ſenſus eius legis penultimæ, conſentitque Couar.nu.12.citato. Eadem verò lex.§.vlt.addit: Eum, qui per furorem aliquem 4

aliquem ſuorum parentum occidit, impunitum eſſe debere: cum culpa omnino careat, diligentiuſque eſſe cuſtodiendum, aut etiam vinculis diligenter coercendum.

5 Poſtea verò temporis progreſſu, vt conſtat l. vnica. C. de his qui parent. vel liber. occiderunt, & ex. §. alia deinde lex. inſt. de pub. iud. pœna illa ſtatuta deſcendentibus, qui dolo ſuos aſcendentes interficerent, extenſa etiam fuit ad aſcendentes, qui dolo ſimiliter ſuos deſcendentes interficerent; miror que Couar. num. 12. citato, & Carrer. in pract. de homicid. §. 2. num. 147. affirmare, legem vnicam citatam extendere eam pœnam etiam ad collaterales, & ad alios lege. 1. ff. ad leg. Pomp. de parric. commemoratos: cum perſpicuè lege vnica citata ſolum fiat mentio de aſcendentibus & deſcendentibus. Atque cum lex. 1. & penul ff. ad leg. Pomp. de parric. ſolum expreſſerint patrem, ac matrem, auum, & auiam: lex tamen vnica, & §. alia deinde lex, expreſſerunt, eam pœnam habere locum in quibuſcunque aſcendentibus (qui omnes parentum nomine continentur) & in quibuſcunque deſcendentibus: ſic enim. §. citato habetur: Alia deinde lex aſperrimum crimen noua pœna perſequitur, quæ Pompeia de parricidijs vocatur, qua cauetur, vt ſi quis parentis, aut filij, aut omnino affinitatis eius, quæ nuncupatione parentum parricidij continetur, &c. quales ſunt aſcendentes omnes comparatione deſcendentium, & è contrà. Conſentit communis doctorum ſentẽtia, quam, inter alios, refert ac ſequitur Ant. Gom. 3. tom. variar. reſ. cap. 3. num. 3.

Lex. 12. tit. 8. par. 7. pœnas omnes. l. penult. ff. ad leg. Pomp. de parric. & l. vnica. C. de his qui parent. vel fil. occid. ac. §. alia deinde lex. inſtit. de pub. iud. parricidis occidentibus ſuos aſcendentes, vel deſcendentes, ſtatutas, extendit ad omnes parricidas. l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parric. commemoratas, (vt videtur) ſequuta opinionem eorum, quos Carr. nu. 147. citato tãquam autores eius opinionis refert, & quos ſequuntur Carrer. ibidem. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. parricidium. num. 4. Anton. Gom. num. 3. citato, & Couar. vbi ſupra. Tametſi Carr. malè, tanquam eius ſẽtentiæ autorem, citet Panorm. cap. 1. de his qui filios occiderunt, qui nihil tale ibi affirmat. Atque in quadam muliere, eiuſque amaſio, qui maritum eius mulieris dormientem interfecerunt, vidi illã annis præteritis, quin & in hoc menſe decembri anni 1597. in quodam marito, qui, vt infrà referam, ſuam interfecit vxorem, in hac Conchenſi ciuitate exequutioni mandatam, quatenus illa in hoc regno ſeruatur in praxi. Id verò non dubito eſſe apertè contra diſpoſitionem iuris communis. Paragraphus enim alia deinde lex, inſt. de pub. iud. qui poſt omnia iura alia cõmunia ea de re lata fuit conditus, ſic habet. Si quis autem alias (præter aſcendentes ſcilicet & deſcendẽtes) cognatione vel affinitate perſonas coniunctas necauerit, pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſuſtinebit. Carrerius. §. 2. citato. à num. 31. parricidij crimẽ pœnaſque pro eo ſtatutas, ampliat ad interficientem patrem ſpiritualem, & ad pleroſque alios, iuribus citatis minimè expreſſos. Quamuis autem cenſeam, in eis criminibus pœnam ex illis circunſtantijs, iudicis arbitrio, eſſe aggrauandam, non tamen arbitror ea crimina inter parricidia eſſe computanda, neque pœnas adeò graues & odioſas pro illis eſſe imponendas, nobiſcumque conſentit Gregor. Lopez. l. 12. citata. Gloſſa. 2.

6 Cur parricida culeo inſutus mitti in mare, aut in flumen, in perpetuum debeat, rationem reddunt. l. vnic. C. de his qui paren. occid. & §. alia deinde lex, inſt. de publ. iud. qui. §. ita habet; Vt omnium elemẽtorum vſu viuus carere incipiat, (quantum ſcilicet fuerit poſſibile, ſolo corio, & modico aere ibi incluſo, illi relicto) & ei cælum (id eſt, aer ac cæli proſpectus) ſuperſtiti, & terra mortuo, auferatur. Id verò fuſius tradit Tullius in eadem oratione pro Roſcio Amerino. Cum enim Solonis meminiſſet, qui nullã legem pro eo crimine ferre voluit, quaſi nullus illud eſſet commiſſurus, addit Tullius. Quãto maiores noſtri ſapientius? qui, cùm intelligerent nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaretur audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt: vt quos natura ipſa in officio retinere non potuiſſet, magnitũdine pœnæ maleficio ſubmouerentur. Inſui voluerunt in culeo viuos, atque ita in flumen deijci. O ſingularem ſapientiam iudices. Non ne videntur ex rerum natura hunc hominem ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente cælum, ſolem, aquam, terramque ademerũt? vt, qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſt, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtijs quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur. Non ſic nudos in flumen deijcere, ne, cùm delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile neque tam vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid eſt tam commune, quàm ſpiritus viuis? terra mortuis? mare fluctuãtibus? littus eiectis? Ita viuunt, dum poſſunt, vt ducere animam de cælo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita poſtremo eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. Hactenus Tullius. Quod verò attinet ad animalia illa, quæ cũ parricida culeo inſuebantur, varias rationes reddũt autores, cur illa potiùs, quàm alia, ad id eligantur. Quidam dicunt, quòd pugnare valde inter ſe ea animalia ſoleant. Alij verò varias rationes ſingulorum tradunt, quas ex variis autoribus Couar. num. 12. citato refert. Eum legito. Ego nihil certum ea de re hactenus legi.

Doctores, quos referunt ac ſequuntur Carr. §. 2. citato. num. 147. & Iul. Clarus. §. parricidium citato. num. vlt. aſſeuerant, non eſſe in vſu infligi parricidis pœnas de iure communi ſtatutas, hactenuſq; explicatas: ſed aliquibus in locis decapitari, aut alio modo interfici, nonnulliſque in locis cremari, & in alijs trahi per vias publicas pedibus equis alligatis, poſteaque interfici: & in quibuſdam locis, poſtquã necati ſunt, corpora eorum non tradi ſepulturæ, ſed proijci canibus, aut alijs feris, deuoranda. Ant. verò Gom. ſub finem numeri 3. citati, ait, pœnã legis 12. tit. 8. par. 7. quę eſt pœna de iure communi parricidis occidentibus ſuos aſcendentes, aut deſcendentes, ſtatuta, & in ea lege ad plures alios, vt eſt dictum, extenditur, ſeruari ac practicari in hoc regno, ſeque vidiſſe eam ſeruari, tam in cancellaria Pinciana, quã in alijs locis. Hoc vno excepto, quòd de communi conſuetudine, parricida non mittitur viuus in culeo, dolio, ſeu cuba, vel arca (quod Hiſpanè appellant *encubar*) cum eis animalibus, (tametſi audiam alicubi cũ aliquibus ex eis animalibus miſſum fuiſse quendam) ſed priùs ſuſpenſus furca extrangulatur, aut aliter interficitur, & poſtea mittitur in culeo, & proijcitur in perpetuum flumen, aut in mare, vt careat perpetuò ſepultura. In hac autem ciuitate Conchenſi, in illa muliere & amaſio, de quibus ſuprà eſt habitus ſermo, ſequens tantum pœna fuit exequutioni mandata. Verberati non fuerunt, ſed tracti ſuper terram per vias publicas pedibus alligati iumentis (fortè quia parricidium illud fuit proditorium, cum maritum dormientem interfecerint) in furca ſuſpẽſi, fuerunt extrangulati. Deinde verò incluſi in capſa lignea, ſine cane, gallo, vipera, & ſimia, in flumen fuerunt tantiſper miſſi, tabellione fidem coram miniſtro publico, cui id exequi fuit cõmiſſum, faciẽte,

quòd

quòd ita in flumen fuerint coniecti, legiſque ea in parte, ac ſententiæ, fuerit ſatisfactum. Atque ſtatim de flumine extracti, corpora ſingulorum in quatuor partes diuiſa ſunt, ligniſque fuerunt ſuſpenſa in capitibus diuerſorum itinerum, in aliorum exemplū, ſicque, iuxta præſcriptum legum, denegata eis fuit ſepultura. Credo etiam bona illis fuiſſe confiſcata, aut (iuxta Ant. Gomeſ. opinionem) medietatem eorum: eo quòd parricidium illud fuerit proditorium, quod ea etiam pæna in hoc regno punitur, vt diſputationibus præcedentibus ſæpius eſt dictum. Porrò hi duo parricidæ de infima erant plebe. Vtrùm autem alibi, aut in hominibus alterius conditionis, vel quando parricidium non eſt proditorium, pauciora aut plura ſeruentur, id ego ignoro. Poſtquam hæc ſcripſi, quidam opifex diues, qui vxorem interfecerat, de qua indicia erant adulterii, & quam accuſauerat, damnata tamen non fuerat, quin potius collocata fuerat in domo cuiuſdam vicini, promiſſione facta à marito coram iudice, datiſque ad id fideiuſſoribus, quod nihil mali illi faceret. Eam autem, egredientem de illa domo ad ſacrum audiendum, interfecerat, eaque de cauſa maritus de parricidio aleuo initio huius menſis Decembris anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſeptimi damnatus eſt, tractuſque per vias publicas alligatus pedibus ad iumenta, furca extrangulatus fuit, atque in culeo ex coreis bubinis coniecto, tantiſper miſſus fuit in flumen, tradituſque continuò fuit eccleſiaſticæ ſepulturæ, medietaſque bonorum illius fuit confiſcata.

8 Dubium eſt, vtrum parricidium, pænæque pro eo ſtatutæ, locum etiam habeant in illegitimis, ſiue naturales ſint, ſiue ſpurij, vt in patre, aut in matre, quæ filium illegitimum ſpuriūm ve interficit. Communis doctorum ſententia affirmanter reſpondet, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gomeſ. num. 3. citato, caſu 5. Gregor. Lopez. l. 12. citata, gloſſa. 2. Iul. Clar. §. parricidium citato. numero ſecundo. & Carrer. §. 2. citato. num. 134. Atque hi duo poſteriores autores referunt ex Baldo, monialem quandam concrematam fuiſſe, quòd interfecerit filium ſuum ſpurium, iuxta morem eius regionis, in qua ea pæna pro parricidio imponebatur. Ratio autem huius communis ſententiæ hæc eſt: Quoniam in ijs, quæ ad ius ſanguinis ſpectant, atque ad reuerētiam, pietatem ve, quæ parentibus debetur, nomine parentum & filiorum etiam naturales, atque ex coitu damnato geniti, intelliguntur, vt habetur. l. parentes. ff. de in ius vocan. fauent etiam. l. hos accuſare. §. omnibus. verſ. item nec lex Pompeia. ff. de accuſationibus. & l. adoptionibus. §. 1. verſ. nec vulgo quęſitam ff. de ritu nupt.

9 Diſput. 24. ex Carrerio, Felino, & aliis, eſt dictū, ſi conſanguinei interficiant veneno, aut alia ratione, ſuum conſanguineum in carcere detentum, timore ne damnetur, idque in ipſorum infamiam cedat ac detrimentum, atque is ita occiſus adeò ſit illis cōiunctus, vt illius comparatione locum habeat parricidii crimen, eos in id crimen, in pænaſque pro eo ſtatutas, incidere.

Eadem diſputatione eſt dictum, qui venenum emit, vt patri daret, eſto dare illud ei non potuerit, incidere in pænam homicidij, iuxta. l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parric. Addimus verò, ſtando in ſolo iure communi, non eſſe eam pænam qualificatam, qualis poſtea lege penul. ff. eod. tit. & aliis iuribus citatis, ſtatuta eſt: quoniam ea pæna interficientibus aſcendentibus, aut deſcendentibus, eſt ſtatuta, non verò attentantibus eos interficere. Diximus etiam de iure huius regni. l. 12. tit. 8. par. 7. ſi is filius attentauit patri dare venenum, eſto pater illud non acceperit, nec effectus ſit ſequutus, incurrere pœnam parrici-

A dij qualificatam. Lege quæ ibi hac de re copioſè dicta ſunt. Exiſtimo autem, eam pęnam qualificatam extendendam de iure huius regni non eſſe ad alios, quàm ad filios parentum comparatione: quoniam odioſa eſt ea pæna, exorbitanſque à iure communi, quæ proinde non eſt plus extendenda, quàm iure ſācita reperiatur: in ea verò lege, quo ad hoc, ſolum eſt ſermo de filijs comparatione parentum.

Qui cooperatus eſt ad parricidium, eſto ſit extraneus, hoc eſt, non ita coniunctus interfecto, vt ad parricidium iuxta hactenus dicta requiritur, parricidium videlicet præcipiendo, conſulendo, exequutioni mandando, tradendo ſcienter ad id venenum, aut aliud inſtrumentum, venenum ad id docendo, pecuniam ad id commodando, pro ea fideiiubendo, eam B quærendo, aut quauis alia ratione, in pænas incidit parricidij, ſequuto parricidio, in quas incidit is parricida, cum quo ita ad parricidium eſt cooperatus. Ita habetur. l. 2. l. vtrum, l. ſi ſciente. ff. ad leg. Pomp. de parric. §. alia inde lex, inſt. de publ. iud. & l. 12. tit. 8. par. 7. atque affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. cap. 3. num. 4. & Carrer. §. 2. citato. nu. 128. & 129. Secùs autem res haberet, ſi extraneus tāquā cauſa principalis, ſuumque negotium agens, aliquē interficeret, & filius interfecti, ſuum etiam negotiū agens, illum alium ad id adiuuaret; nam ſolus filius puniretur vt parricida: ille verò alius extraneus ſolū puniretur vt ſimplex homicida. 10

De conſcio parricidij eſt diſtinguendum. Quo- 11
C niam vel filius conſcius erat, alterum fratrem parricidium velle committere aduerſus patrem, neque illud reuelauit ac impediuit, cum poſſet, & tunc, ſequuto parricidio, filius ita conſcius, qui id non reuelauit ac impediuit, punitur pæna exilij. Ita habetur. l. 2. ff. ad leg. Pomp. de parric. & l. 12. in fine titul. 8. par. 7. quæ exprimit, exilium eſſe debere in quinquēnium. Idem dicerem, ſi filius mortem non reuelauit ac impediuit, cùm poſſet, quæ ab extraneo patri parabatur, cùm non minus teneatur filius impedire mortem patris, quando illi ab extraneo paratur, quā quando ei paratur à proprio filio. Si verò aliquis extraneus conſcius erat à filio parricidium patri parari, aliquidque ad eam mortem cooperatus eſt, vel tradendo venenum ad id filio, vel pecuniam mutuā D do vt emeretur, vel aliqua alia ratione ad id cooperando, tunc, parricidio ſequuto, qui ſcienter ita ad illud eſt cooperatus, punitur pæna, qua filius ipſe parricida punitur, vt §. præcedente dictum comprobatumque à nobis eſt. Atque de eiuſmodi conſcio, qui aliquid ſcienter ad parricidium cooperatur, loquuntur atque intelligendæ ſunt. l. vtrum, & l. ſi ſciente. ff. ad leg. Pompo. de parric. & §. alia deinde lex, inſt. de public. iud. Neque enim nudus ſciens, quādo lex aliud expreſsè de eo non diſponit, punitur, ſi id non reuelet, quando nihil eſt cooperatus, tametſi contra caritatem lethaliter peccet in conſcientiæ foro id nō detegendo, quantum ſatis ſit, vt impediatur delictū, & Couarr. clement. ſi furioſus par. 2. §. ſecundo. nu E mero 7. dicat, quencunque valentem commodè impedire homicidium, neque illud impedientem, puniendum eſſe pæna aliqua arbitraria, de qua re Diſput. 34. memb. quinto. redibit ſermo. Non verò iuſtæ eſſent leges, quæ filio non detegenti ac impediēti delictum, ſolùm imponerēt exilium, aliis verò imponerent integram parricidij pænam. Ab his, quæ de filio, fratre, & extraneis, ſcientibus parricidium, à nobis dicta ſunt, diſcrepat multum Anton. Gomeſ. numero quarto. citato, cuius ſententia nobis non probatur: eo quòd conſentanea non ſit iuribus citatis. Atque iuxta eandem noſtram doctrinam accipienda ſunt, quæ tradit Carrer. vbi ſuprà, numero 129. & 130.

F Parri-

12 Parricidij crimen eodem modo delinquentis morte punitur,quo cætera delicta.l.parricidii.ff. ad leg.Pomp.de parricid. Eſt verò parricidij actio perpetua interim dum parricida viuit,vt habetur.l. vlt. ff.eod.titul.

DISPVT. 27.

De homicidio ex abortu,& ex poculis non animo interficiendi datis.

SVMMARIVM.

1 *Abortus interdum fit fætu iam animato anima rationali, in quo ſolo interuenit homicidium: interdũ fit fætu nondum animato rationali animo,in quo nõ fit homicidium;eſt tamen graue peccatum.*

2 *Qui abortum cauſatur in fætu iam animato rationali animo, pęna mortis punitur, ſi abortus interfectioque fætus ſequatur, eſtque homicidium proditorium ratione infantis,qui ita interficitur: ſi à matre fiat,aut ab alio affinitate coniuncto, parricidij rationem habebit.*

3 *Qui prægnantem percutit, & inde abortus ſequitur fætu iam animato rationali animo, aut ea percuſſione fætum in vtero prægnantis interimit, ſi prudentis arbitrio is abortus eaque interfectio infantis cenſenda ſit dolo facta, puniendus eſt pœna mortis: ſi verò ſit cenſenda facta non quidem dolo, ſed culpa, licèt ea culpa lata ſit, non eſt puniendus pœna mortis, ſed alia arbitraria mitiori.*

4 *Qui fuit cauſa abortus, & dubium eſt an fætus fuerit animatus rationali animo, irregularitatem quidem ex homicidio incurrit, & puniendus eſt pœna arbitraria.*

5 *Cùm mulier aliquid ad abortum facit, indeque ſequitur abortus fætus animati rationali animo, ſi coacta id fecit, non eſt punienda pœna mortis, ſed is qui illam coegit.*

6 *Si fætus nondum eſt animatus rationali animo, tunc qui abortui cauſam dolo dedit, homicida quidem nõ eſt,nec inde irregularitatem incurrit: is tamen, qui impediuit ne ex coitu generatio ſequeretur, tenetur inſtar homicidæ. Quòd ſi abortus factus non fuit muliere pregnante pretium accipiente,idque vt ſubſtitutus partui relictus,in euentu quòd non naſceretur,bonis potiretur eius, qui ita vxorem prægnãtem reliquit,dato eo modo partui ſubſtituto, ſed abortus factus fuit ex alia cauſa, tunc qui ita eſſet cauſa abortus,non punitur mortis pœna, ſed alia exilij arbitraria.*

7 *Quando aliquis poculum alicui dedit,vt abortum faceret, etiam quando fætus non erat animatus rationali animo,aut alicui philtrum propinauit, & tunc mors eſt ſecuta ſumentis: ſi paulum eiuſmodi dans ignobilis fuerit,in metallũ mittitur: ſi verò nobilis, relegatur in inſulam amiſſa parte bonorum.*

8 *Quando cauſa conceptionis datum eſt alicui poculũ, illaq; præter ſpem mortua eſt: tunc dator non punitur pœna mortis,ſed arbitraria relegationis.*

9 *Pharmacopolę qui temere ac ſine pręſcripto medicorũ medicamentũ præbẽt, vnde mors facilè poteſt ſequi, morte ſecuta puniuntur pœna ordinaria homicidæ.*

QVoniã in homicidio ex abortu, parricidiũ interuenire ſolet; pręſertim qñ matres ipſæ,quę conceperunt, abortũ intendunt,vt ſuo honori ac famę cõſulãt,quin & interuenire ſolet proditoria mors infantis comparatione,qui enecatur, quippe qui interfectorem non habet inimicum, & cui nulla relinquitur defen-

A ſio; de homicidio ex abortu eſt conſequenter dicendum. Propter connexionem verò homicidij ex poculis cum abortu, de eo quoque homicidio erit ſimul diſputandum; ſolùm tamen quando homicidium non fuit poculo intentum. Quando enim poculo fuiſſet intentum, ad proditorium homicidium veneno factum,id ſpectaret,de quo Diſp.24.copioſè eſt dictum.

Abortus interdum fit,fętu animato iam anima rationali;in quo ſolo interuenit homicidium:cùm antea fætus non ſit homo: homicidium verò ſit hominis occiſio. Interdum verò fit fætu nondum animato rationali animo. Atq; quamuis in tali abortu homicidium non interuenit, illud tamen eſt graue peccatum,ſuo etiam modo contra quintũ decalogi præceptum, B ſi voluntariè fiat.quatenus impeditur hominis generatio, dignumq; pęna in exteriori ac ſeculari foro,quatenus id cedit in graue reipublicæ,hominis generandi,& interdum aliorum damnum. Porrò fætus anima rationali animatur quadrageſimo die,à conceptione,ſi ſit maſculus,octogeſimo verò, ſi ſit fęmina,vt affirmant gloſſa vlt.in ſumma diſt. 5. quæ ob id ait lege veteri prohibitum fuiſſe mulieri, quæ maſculum pareret,ingreſſum in templum quadraginta diebus à partu:ei verò,quę fęminam pareret, prohibitum eſſe octoginta diebus, quòd totidẽ diebus fætus maſculi,ac fęminæ,caruerint animo rationali à puncto conceptionis,gloſſa clem.1.de ſumma Trin.& fid.cath.verb. ſimul,quas communiter doctores ſequuntur, vt inter alios referunt ac ſequũtur C Couar.clement.ſi furioſus.par.2.§.3.nu.1. Carrer.in pract.de homic.§.1.nu.24.& Nauar. in Manu.c.15.nu.14. Ariſtoteles tamen de hiſtoria animalium, lib.7.c.3. fætum fæminæ circa nonageſimum diem affirmauit rationali animo informari, quem aliqui ſequuti ſunt. Priori tamen ſententiæ communiter receptæ eſt ſtandum. Priùs verò dicemus de abortu, quando fætus animatus iam erat rationali animo, & poſtea de abortu quando fætus nondum rationali animo erat animatus. 1

Quando fætus animatus iam erat rationali animo,& aliquid dolo fit, vt abortus ſequatur,aut vt fętus intra viſcera materna interficiatur, ſiue qui id efficit.ſit mater ipſa grauida,ſiue aliquis alius, pœna mortis punitur, ſi abortus, interfectiòve, fætus ſequatur: D eſtque id homicidium, meo iudicio, proditorium comparatione infantis, qui ita interficitur, quamuis videam ad id non attendi, eaque de cauſa pœnam homicidij proditorij pro illo non imponi. Quòd ſi à matre id fiat,aut ab alio,qui comparatione fætus tantam coniunctionem habeat, quanta, iuxta dicta præcedente diſputatione, neceſſaria eſt ad parricidium, habebit quoque id homicidium parricidij rationem,pœnaque parricidæ punietur. Quòd autem ea interfectio infantis puniatur morte ita eũ interficientis (reliquæ enim duæ partes huius aſſerti probatione non indigent, quarum vltima ex dictis diſputatione præcedento liquet,eamque doctores communiter affirmant,nemine refragante) conſtat E ex l.penul. C.ad leg. Corn.de ſicar.l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis, ff. de pœnis, vbi, qui poculum dat abortionis,aut amatorium,etiam ſi non animo interficiendi illud det,ſequuta inde morte alicuius maris,aut fœminæ, punitur pœna mortis; multo autem magis mortis pœna punietur, ſi animo necandi infantem,aut vt abortus illius ſequatur,& per conſequens, vt moriatur, id fiat. Idem habetur expreſsè.l.8.titu.8.part.7.& conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton.Gom.3.tom.var.reſ.ca.3.nu.32.Couar.2.var. reſ.c.20.num.10.& clement.ſi furioſus, part.2.§.3. nu.1. Iul. Clar.5.lib.ſent.§.vlt.q.68.nu.2. Carrer.in pract.de homic.§.1.nu.24.& §.2.nu.103.& 107. 2

Quod

3 Quod ad eum attinet, qui prægnantem percutit, in cauſaque eſt, vt abortum faciat, quando fœtus animatus iam erat rationali animo, aut eiuſmodi fœtum in vtero prægnantis ea percuſſione interficit, dicendum eſt, quòd ſi prudentis arbitrio is abortus, eavè interfectio infantis, cenſenda ſit dolo facta, puniendus eſt pœna mortis: ſi verò ſit cenſenda facta, non quidem dolo, ſed culpa, eſto ea culpa lata ſit, non eſſe puniendum pœna mortis, ſed alia mitiori arbitraria pro culpæ quantitate. Quoniam pro ſimplici homicidio pœna mortis regulariter non incurritur, quando dolus non interuenit, niſi in euentu, in quo id peculiariter eſt expreſſum in iure: in hoc autem euentu expreſſum in iure non eſt, vt pro ſola culpa talis homicidij, abſque dolo, pœna mortis imponatur. Quamuis autem doctores id non explicent, cenſebitur id homicidium dolo factum, eſto percutiens prægnantem non intenderit abortum, ſeu homicidium infantis, ſed ſolùm ſumere de ea muliere vindictam, quando aduertebat illam prægnantem eſſe: quia id illi erat patens, & percuſſio erat talis, quam attendere debebat, ſufficientiſſimam eſſe ad aborſum, necemve infantis. Et denique tunc iudicandus eſt dolo interfeciſſe infantem, quando homicidium talis infantis, prudentis arbitrio, eſt iudicandum homicidium voluntarium comparatione ita percutientis prægnantem, iuxta ea quæ Diſputat. 3. copioſè explanata ſunt: quando autem iudicaretur homicidium caſuale, iuxta ea quæ ibidem dicta ſunt, puniri non debet pœna mortis, ſed mitiori alia arbitraria. Vt enim loco citato dicebamus, eum, qui ita percutit alterum, vt attendere deberet inde facilè mortem euenturam, ſi tunc mors ex ea percuſſione eueniat, cenſendum eſſe homicidam voluntarium, ſeu doloſum, etiam ſi interficere non intenderet, imò etiam ſi ab eo modo percutiendo deſiſteret, aut ſi ſe continuiſſet, ſi ſciret, mortem inde eſſe euenturam: ita dicendum eſt in re propoſita de tali percuſſione prægnantis, vnde quiuis intelligere poterat facilè mortem infantis poſſe aut eſſe euenturam. Iuxta hæc accipienda ſunt, atque admetienda, quæ lex. 8. titul. 8. part. 7. traduntur de percuſſione, qua prægnans percutitur, ſiue qui percutit, maritus ſit prægnantis, ſiue quiuis alius. Ait enim ea lex: *Eſſa miſma pena* (exilij ſcilicet in quinquennium) *dezimos que deue auer el ome, que fiere à ſu muger à ſabiendas*, (hoc eſt, attendens ſe illam percutere, non tamen attendens facilè ex ea percuſſione ſequendum abortum, infantiſve interfectionem in vtero: in hoc enim poſteriori euentu dolo interficeret proprium filium, homicidijque, quin & parricidij, pœnam incurreret) *ſeyendo ella preñada, de manera que ſe perdieſſe lo que tenia en el uientre por la ferida. Mas ſi otro ome eſtraño lo fizieſſe, deue auer pena de homicida, ſi era uiua la criatura quando mouio por culpa del.* Intellige, quando attendere debuit, facilè ex ea percuſſione infantis mortem eſſe ſequendam: alioquin infantis homicidium eſſet caſuale, nec dignum, vt morte plecteretur. Atque ad vtramque hanc noſtram interpretationem accedit ibidem Greg. Lopez. Quod itaque ea lex intendit, eſt hoc, in patre non facilè eſſe præſumendum dolum, etiam imputatiuum, in ea percuſſione, qua propriam vxorem prægnantem, pro poteſtate, quam ad eam puniendam habet, percuteret, quaſi credendum ſit, ex dolo imputatiuo interfeciſſe proprium filium, eaque de cauſa, niſi contrarium perſpicuè conſtet, non eſſe puniendum homicidij pœna, ſed relegatione in quinquennium, argumento legis quartę, ff. ad leg. Corn. de ſicar. In extraneo verò faciliùs dolum, ſaltem præſumptum, eſſe iudicandum, quando ex percuſſione, de qua nõ conſtat, ap-

A tam non fuiſſe vt ex illa facilè abortus, morſve infantis, ſequeretur, abortus, morſve illius, re ipſa eſt ſequuta. Iuxta eandem noſtram doctrinam accipienda ſunt, quæ de eadem percuſſione prægnantis, qua ſequutus eſt abortus fœtus animati iam rationali anima, tradunt Iulius Clar. quæſt. 68. citata, numero 2. Couar. num. 1. citato. §. quod verò, Carrer. in pract. §. 1. de homicidio. num. 24. & doctores alij, quos citant.

Quæ hactenus tota hac diſputatione ſunt dicta, intelligenda ſunt, etiam ſi fœtus eſſet monſtrum, modò monſtruoſitas non eſſet talis, quæ indicaret, eum rationali anima non eſſe informatum. Ita doctores, quos referunt ac ſequuntur Anton. Gomeſ. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 3. & Carrer. §. 1. cita-
B to. num. 32.

In dubio, an fœtus, cuius doloſè eſt factus abortus, animatus eſſet rationali animo, dicendum eſt. 4
Qui illius fuiſſet cauſa, irregularitatem quidem ex homicidio incurriſſe: quoniam, vt infrà ſuo loco videbimus, quando certum eſt pro aliquo delicto irregularitatem eſſe impoſitam, & eſt dubium, an aliquis id delictum commiſerit, cenſendus eſt irregularis ex eo delicto. Cæterum qui eius abortus doloſè fuiſſet cauſa, non incurreret pœnam ordinariam homicidæ; eo quòd non conſtet, eum homicidam eſſe: ſed puniendus eſt pœna arbitraria infra mortem, maiori vel minori, iuxta maiorem vel minorem probabilitatem, quæ oſtenderat, fœtum animatum iam fuiſſe animo rationali. Ita Gregor. Lopez. l. octa-
C ua citata, gloſſa vltima. & Anton. Gomeſ. tertio tomo. variar. reſolut. capit. tertio. numero decimoſecundo. argumento. l. abſentem, & l. interpretatione. ff. de pœn. Idem dic, ſi is fœtus eam monſtruoſitatẽ haberet, vt dubitaretur, an anima rationali eſſet informatus.

Lex 8. citata ait, quando mulier aliquid ad abortum faceret, indeque ſequeretur abortus fœtus animati rationali animo, ſiquidem coacta id feciſſet, (vt lex illa affirmat, Iudæos cogere ſolere Mauras ipſorum ancillas) tunc mulierem, quæ mortis metu coacta, id fecit, non eſſe puniendam mortis pœna: eum verò, qui illam ita coegit, pœna mortis eſſe plectendum. Idem cum aliis, quos citant, affirmant eſſe Gregor. Lopez ibi, & Carrer. in pract. §. homici- 5
D dium ſexto. numero 173. & § homicidium. quinto. numero 112. de quocũque alio interficiente aliquẽ, quando à tyranno, aut ab aliquo alio, metu mortis ad id cogeretur. Meritò autem Gregor. Lopez excipit iudicem, qui ſua ſponte id munus à tyranno ſuſcepiſſet, timere debens, nequid tale illi præciperet. Nam tunc, cum ſua ſpõte ei periculo ſe ſubiecit, non excuſaretur poſtea ob eam vim ſibi illatam. Illud eſt obſeruandum, qui ita metu mortis iniuſtũ homicidium committeret, cum rem intrinſecè malam efficiat, non excuſari in conſcientiæ foro à culpa lethali: quoniam potiùs deberet mori, quàm id efficere: ex ea tamen circunſtantia à partæ culpæ in eodem conſcientiæ foro excuſabitur. In foro ve-
E rò exteriori iure optimo, attenta humana fragilitate, excuſatur à pœna homicidij ordinaria: puniri tamen debet arbitraria alia mitiori pœna iudicis prudentis arbitrio, ſpectatis circunſtantijs omnibus cõcurrentibus.

Illud poſtremò eſt obſeruandum circa abortum, aut homicidium fœtus iam animati rationali animo, quin & pueri iam nati antequam baptizetur, quod matres patrare interdum ſolent, ne eas fuiſſe fornicatas ſciatur. Legiſlatores ac Iudices Chriſtianos, in puniendis his criminibus, attendere debere infantes illos non ſolùm priuari iniuſtè integra periodo vitæ, quam alioquin erãt habituri, ſed etiam priuari ſimul ſempiterna felicitate. Quæ omnia cõtrarij ẽt atten-

attẽdere debent, ad obiurganda eiuſmodi enormia peccata maximè quando in eis ſimul interuenit parricidium, atque ad grauem pœnitentiam, prout fragilitas pęnitentium tulerit, pro eis imponendam.

6 Quando fœtus nondum erat animatus rationali animo, tunc, qui abortui cauſam dolo dedit, homicida quidem non eſt; eo quòd hominem non interfecerit; ac proinde neque irregularitatem incurrit, vt communis doctorum ſententia affirmat; is tamen, atque etiam illa, qui impedimentum adhibuit, ne ex coitu conceptio, generatióve, ſequeretur, vt homicida tenetur, vt habetur, cap. ſi aliquis de homic. hoc eſt, tenetur inſtar homicidæ, quatenus vitam hominis, ne ſequeretur ex ſuis naturalibus cauſis, impediuit, quod graue eſt peccatum; ſicut, qui hominem interficit, impedit, ne vita illius vlterius progrediatur. Quòd ſi eiuſmodi abortus factus non fuit, muliere prægnante pretium accipiente, vt illum efficeret, idque vt ſubſtitutus partui relictus in euentu, quòd non naſceretur, bonis potiretur eius, qui ita vxorem prægnantem reliquit, dato eo modo partui ſubſtituto, ſed abortus factus fuit ex alia cauſa, etiam ſi à prægnante ipſa eſſet effectus in odium mariti, ne ex ipſa filios haberet, tunc, qui ita eſſet cauſa abortus, non punitur mortis pœna, ſed alia exilij arbitraria. Ita habetur. l. Cicero. ff. de pœn. l. ſi mulierem, ff. ad leg. Cor. de ſicar. l. diuus Seuerus, ff. de extraord. crimi. & l. 8. titu. 8. part. 7. quæ exprimit debere deportari in inſulam aliquam quinquennio, & conſentit communis doctorum ſententia, pœnam in hoc euentu non eſſe mortis, ſed exilij arbitrariam, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. num. 32. citato, Iulius Clarus. nume. 2. citato. Couar. 2. variar. reſolut. cap. 20. nume. 10. & clement. ſi furioſus. part. 2. §. 3. num. primo, & Carrer. §. primo, citato, num. 24. & §. 2. nu. 107. Quando autem mulier, pecunia accepta, eiuſmodi abortum efficit, vt loco partus ſuccederet ſubſtitutus, tunc punitur pœna mortis, vt habetur expreſsè, l. Cicero, ff. de pœnis, quæ lex deſumpta eſt ex oratione Ciceronis pro Aulo Cluentio, quo in loco hanc rationem ſubdit, cur ea mulier capite plecti fuerit iuſſa, dicens; *Nec iniuria, quæ ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ, deſignatum reipublicæ ciuem ſubſtulit*; conſentitque communis doctorum ſententia, quam referunt vbi ſuprà doctores citàti, pręter Iulium Clarum, qui ea de re non loquitur.

7 Quando aliquis, aut aliqua, poculum alicui dedit, vt abortum faceret, etiam quando fœtus non erat animatus rationali animo, aut dedit alicui amatorium poculum ad inhoneſtam libidinem, tunc, vel mors eſt ſequuta eius, qui, aut quæ, poculum ſumpſit, vel non. In hoc poſteriori euentu, qui ita poculum dedit, ſi ignobilis fuerit, in metallum mittitur: ſi verò fuerit nobilis, relegatur in inſulam, amiſſa parte bonorum. Quo loco obſerua, habendam etiam eſſe rationem nocumenti relicti in eo, qui id poculum ſumpſit, amentiæ, aut infirmæ valetudinis, vt pœna aggrauetur, aut minuatur. In priori verò euentu is, qui poculum dedit, pœna mortis punitur, etiam ſi abſque dolo id poculum dederit, omnino arbitratus, mortem inde nulla ratione ſequendam. Atque in hoc euentu homicidium abſque dolo, ſola culpa commiſſum, mortis pœna plectitur. Hæc omnia habentur expreſsè. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis, conſentitque communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. vbi ſuprà. nume. 33. & Carrer. §. primo, citato. numer. 25. & §. 2. numer. 103. ac. 104.

8 Quando autem cauſa conceptionis datum eſt alicui poculum, aut aliud medicamentum, illaque,

A præter dantis intentionem ac ſpem, mortua eſt, licèt etiam id ſit mali exempli, contineatque temeritatem ac culpam iuridicam, ideoque meritò ſit puniendum; quia tamen non ſiniſtro fine eſt datum, vt quando datum eſt cauſa abortionis, aut inhoneſti amoris, tunc is, qui dedit, non punitur pęna mortis, ſed arbitraria relegationis. Ita habetur. l. 3. ff. ad leg. Corn. de ſicar. vbi ita ſcriptum legimus: *Sed ex ſenatus conſulto relegari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed malo exemplo, medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, diſceſſit.* Atque ita hoc ius, cum. §. qui abortionis, facilè conciliantur, in quibus conciliandis anxiè doctores laborant. Legas Ant. Gom. nu. 33. citato, & Carrer. num. 103. & duobus ſequentibus. Lex. 6. titu. 8. part. 7. conſentit B cum lege. 3. citata, additque relegationem eſſe debere in aliquam inſulam in quinquennium. Et addit, prohibendum eſſe ei, qui ita potione, aut alio medicamento, aliquem interfecerit, ne ea arte & medicamentis deinceps vtatur, conſentiuntque. l. 2. C. de profeſſorib. & medic. lib. 10. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de munerib. & honor. & l. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tutor.

Pharmacopolæ autem, & ſimiles, qui temere ac 9
ſine medicorum præſcripto medicamẽtum prębent potionis, vnde mors facilè ſequi poteſt, morte ſequuta, puniuntur pœna ordinaria homicidæ. l. 3. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. 6. citata. Atq; hic eſt alius euentus, in quo, ſine dolo, homicidium pœna mortis punitur. Suſpicor tamen has duas leges non tanto C rigore, ac ſonant, exequutioni mandari, quando dolus abeſt.

DISPVT. 28.

Homicidia, percuſſiones, ac iniuriæ, ac reſiſtentiæ, quouſque ex eo capite aggrauentur, quòd miniſtris publicis ſint factæ, in hoc regno præſertim.

SVMMARIVM.

D 1 *Pœna impoſita occidentibus, percutientibus, comprehendentibus in Hiſpania miniſtros publicos.*

QVod attinet ad homicidia, percuſſiones, ac comprehenſiones, aduerſus miniſtros publicos commiſſa, in hunc modum, l. 1. titu. 12. lib. 8. ord. quæ eſt lex. 1. titul. 22. lib. 5. nouæ collect. eſt ſancitum: *La coſa, que mas puede embargar el conſeio del Rey, y los iuizios de los iuzgadores, es el temor y recelo, quando lo an de algunas perſonas, porque temen de no conſeiar a el Rey bien lo que deuen, y los iuzgadores dexan de hazer iuſticia. Y porque los del nueſtro conſeio, y alcaldes de la nueſtra corte, y el nueſtro alguazil mayor, y el nueſtro* E *adelantado de la frontera del Reyno de Murcia, y los merinos mayores de Caſtilla, y de Leon, y del Andaluzia, deuen eſtar libres, y ſin recelo deſto, y ſer mas guardada la honra dellos, por la fiança que en ellos tenemos, por que tienen en nueſtro lugar la iuſticia, defendemos, que ninguno no ſea oſado de matar, ni herir, ni deprender à qualquier de los ſobre dichos. Y qualquier que lo matare, que ſea por ello aleuoſo,* (atque adeò punietur genere mortis aleuoſis ſtatuto, ac diſput. 22. explicato) *y lo maten por iuſtitia do quier que fuere hallado, y pierda todos ſus bienes para la nueſtra camara. Y ſi lo hiriere, o prẽdiere, que lo matẽ por iuſtitia, de los officiales ſobre dichos cometiere la pelea no vſada y pierda la mitad de lo que ouuiere. Pero, ſi qualquier*

deſu

de ſu officio,que aya la pena que mandan los derechos, ſegun fuere el yerro.

Vtrobique lege 2.ſubiungitur, variatione tamen aliqua facta in noua collectione. *Tenemos por biẽ,que ſi alguno,o algunos,hizieren qualquier de las coſas o yerros contenidas en la ley antes deſta,contra los que anduuieren por los mayorales,o por qualquier de los ſobre dichos,o contra los alcaldes mayores de Toledo,o de Seuilla,o de Cordoua,o de Iaen,o de Murcia,o de Algezira, o contra alguazil mayor de cada vna de las dichas ciudades, ſi matare,o prendiere, que muera por ello, y pierda los bienes, pero que no cayga por ello en pena de aleuoſo. Y ſi hiriere,que pierda los bienes que tuuiere, y que ſea pueſto por diez años en las nueſtras galeras. Y ſi alguno hiziere qualquier deſtos yerros contra alguno de los que anduuieren por ellos,que ſi matare o prendiere,que muera por ello. Y ſi hiriere,maguer que no mate, que pierda por ello la mitad de los bienes, y ſea deſterrado por diez años fuera de nueſtro ſeñorio.*

Vtrobique l.3.additur. *Y ſi alguno hiziere aiuntamiento de gentes con armas,o ſin ellas,que venga contra alguno de los contenidos en las dos leyes antes deſta, mãdamos,que los hazedores del tal aiuntamiento ſean condenados en diez años de galeras, y en la mitad de ſus bienes. Y à los que fueren con ellos, ſe les de pena de cinco años de galeras, y pierdan la quarta parte de ſus bienes. Y à el q; denoſtrare à qualquier de los ſobre dichos, que el iuez le caſtigue conforme à la qualidad del denueſto.*

Vtrobique lege 4.adiicitur. *Mandamos,que ſi algunos cometieren à los officiales contenidos en las leyes antes deſta, o a qualquier dellos,para herir, o matar, o deſhonrar, con armas, o ſin armas, aunque no acabe el hecho que cometiere, que por la oſadia, ſi fuere hombre hijo de algo, o otro hombre honrado, que ſea deſterrado por dos años fuera del nueſtro ſeñorio, y peche ſeis mil marauedis deſta moneda, y ſi fuere hombre de menor guiſa, que mantenga caſa, yaga vn año en la cadena, y deſpues ſalga de nueſtro ſeñorio por los dichos dos años. Y ſi fuere hombre valdio,que no aya caſa,que le den cinquenta acotes,y yaga vn año en la cadena. Con que mandamos,que las nueſtras iuſticias puedan por el dicho delicto poner mayor pena, conforme à la qualidad del hecho,y de las perſonas. Y encargamos à las nueſtras iuſticias,que caſtiguen lo ſuſo dicho con mucho cuidado.*

Vtrobique leg.5.habetur. *Por q; los alcaldes,y iuezes, y iuſticias, y merinos, y alguaziles, y otros officiales qualeſquier,de las ciudades,y villas,y lugares,de nueſtro ſeñorio, que an poder de oyr y librar pleytos, y cumplir la iuſticia por ſi,o por otro, puedan meior, y mas libremente, y ſin recelo vſar de ſus officios, defendemos, que ninguno ſea oſado de matar, ni herir,ni depreder, à qualquier de los ſobre dichos, ni de tomar armas, ni de hazer aiuntamiento ni alboroto contra el,ni contra ellos, ni les defender,ni embargar de prãder à aquel,o à aquellos,que prendieren, o mandaren prender. Y qualquier, que matare, ò prendiere, a alguno de los officiales ſobre dichos, que los maten por ello, y pierdan la mitad de ſus bienes. Y ſi hiriere, que pierda la mitad de ſus bienes,y ſea deſterrado por diez años fuera de nueſtro ſeñorio. Y ſi metiere mano à armas, o aiuntare gentes, y viniere con ellas contra los officiales ſuſo dichos,que peche por ello ſeis mil marauedis, y ſea deſterrado por vn año fuera del nueſtro ſeñorio, alli,donde nos tuuieremos por biẽ. Y ſi le tomaren el preſo, o le embargaren en qualquier manera que ſea,por que no le pueda prender y cumplirſe en el la iuſticia que mereciere,ſi el preſo, que fuere tomado,o aquel en quien fuere embargada la iuſticia, mereciere pena de ſangre,que aquel, que tomò el preſo, y embargò la iuſticia, que reciba eſſa miſma pena, que el otro auia de auer. Y ſi no mereciere pena de ſangre, mandamos, que por la oſadia que hizo cõtra la nueſtra iuſticia, que ſi fuere hombre hijo de algo, que eſtè medio año en*

A *la cadena,y ande fuera de nueſtro ſeñorio por dos años. Y ſi no fuere hijo de algo,que yaga por vn año en la cadena,y ande fuera de nueſtro ſeñorio por dos años. Y ſi ouiere quantia de veinte mil marauedis, o dende arriba, que peche ſeis mil marauedis. Y ſi menos ouiere de veinte mil marauedis, que pierda la quarta parte de los bienes que ouiere. Y ſi no tuuiere bienes, que eſtè vn año en la cadena,y ſalga fuera del nueſtro ſeñorio quatro años. Y ſi aquel,o aquellos,que fuerẽ deſterrados en qualquier manera,de las que dichas ſon,entraren en nueſtro ſeñorio ante del dicho tiempo ſin nueſtro mandado, q; les ſea doblado el deſtierro. Y ſi porfiare la tercera vez, que le maten por ello. Y ſi alguno matare a los alcaldes, o a los alguaziles,o merinos,que eſtuuieren por los mayores en las villas, a a los alcaldes, o a los iurados de las aldeas,*
B *que lo maten por ello, y peche ſeis cientos marauedis de la dicha moneda vieia. Y ſi los hiriere, o prendiere, à los alcaldes,o alguaziles, y merinos, que eſtuuieren por los mayores,que peche mil marauedis, y ſea deſterrado por dos años fuera de nueſtro ſeñorio. Y ſi no vuiere de que pagar la dicha pena, q; yaga vn año en la cadena, y deſpues ſea deſterrado por dos años,como dicho es. Y ſi hiriere,o prendiere, à alguno de los alcaldes, o iurados de las aldeas, que ſea deſterrado por vn año fuera del nueſtro ſeñorio, y peche ſeis cientos marauedis de mas de la pena que el fuero manda. Y ſi no vuiere de que pechar, que yaga medio año en la cadena, y deſpues ſea deſterrado por vn año,como dicho es. Y de la pena de los bienes, y de los marauedis,en eſta ley, y en las leyes antes deſta contenidos, en que cayeren los que fueren contra los di-*
C *chos officiales, ſea la mitad para nueſtra camara, y la mitad para los querelloſos. Pero ſi qualquier de los ſobre dichos cometiere pelea, no uſando de ſu officio, que aya aquella pena, que mandan los derechos, ſegun fuere el yerro que hiziere.*

Lege 6.tit.22.lib.8.nouæ collect.additur. *Por quãto algunas uezes acaecen en las miſmas ciudades y uillas eſcandalos y bullicios entre perſonas principales y los alcaldes y alguaziles de las tales ciudades y uillas, no pueden proueer cerca de los dichos bullicios y eſcandalos, ſegun la gran manera de aquellos entre quien ſon, ſi los regidores y officiales de las tales ciudades y uillas no les dà fauor y ayuda para ello: por ende mando, que en los caſos, que acaecieren en las dichas ciudades y uillas à los alcaldes y alguaziles dellas mantiniendo aquello, que*
D *pueden y deuen ſegun la naturaleza de ſus officios, ſi allende de aquello ouieren meneſter fauor y aiuda, que los conceios, regidores, y officiales de la tal ciudad o uilla ſean tenidos de les dar el fauor y ayuda que ouieren meneſter, para executar la iuſticia. Y ſi los caualleros y perſonas,que tuuieren poder en las tales ciudades y uillas y lugares, defendieren à algunos malhechores ſuyos, o de otros,y no los entregaren a la iuſticia ſeyendoles pedido, y no obedecieren à las iuſticias, que les manden ſalir de los tales pueblos donde moraren,y ſu tierra, ſolas penas, que les puſieren. Y ſi no lo cumplieren, que las dichas iuſticias y regidores ſe lo fagan cumplir contra ſu uoluntad, y fagan iunta de gente ſeyendo neceſſario para los echar, y executar en ellos,y en ſus bienes,las penas,que les fue-*
E *ren pueſtas.*

Lege 7.eiuſdem tit.22.ſubiungitur. *Mandamos, que los que cometieren delicto de reſiſtẽcia à las nueſtras iuſticias,o les hirieren en caſo que,ſegun la qualidad del delicto y de las perſonas,les auia de ſer pueſta pena corporal,aquella ſe commute en uerguencha y ocho años de galeras. Saluo ſi la reſiſtencia fuere tan qualificada, que para el exemplo de la iuſticia ſe deua y conuenga hazer mayor caſtigo.*

Quando autem delicta,ad hanc diſputationem attinentia,ad crimen læſæ maieſtatis attineant, in Luſitania præſertim ad ſecundum eius criminis caput, tractatu præcedente diſput. 658. eſt dictum.

DISPVT. 29.

Quædam alia capita, ex quibus in hoc & in Luſitaniæ regno grauantur homicidia, percuſſiones, atque attentationes ad hæc crimina.

SVMMARIVM.

1 *Quædam alia capita, ex quibus in Hiſpaniæ & Luſitaniæ regnis grauantur homicidia, percuſſiones, atque attentationes, ad hæc crimina.*

1 Titulo. 13. lib. 8. ordinam. l. 1. quæ eſt etiam lex 1. titu. 23. libr. 8. nouæ collect. ſic habetur: *Porque nueſtra corte, como fuente de iuſticia, deue ſer ſegura à todos los que en ella viuieren, y à todos los que en ella eſtuuieren, mandamos, que qualquier que en la nueſtra corte, o en el nueſtro raſtro, matare, o hiriere, que muera por ello. Saluo ſi fuere en ſu defenſion, o en los caſos por derecho permiſſos. Otro ſi mandamos, que qualquier que ſacare cuchillo, o eſpada, en la nueſtra corte para reñir o pelear con otro, que le corten la mano por ello.*

Lex 5. tituli 13. citati, quæ etiam eſt lex 5. tituli 23. etiam citati, ita habet: *Qualquier que matare, o hiriere, à otro con ſaeta en ciudad, o en villa, o en nueſtra corte, aunque el herido no muera, allende de la pena corporal que deua padecer, pierda la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara.*

Lex 6. vtriuſque tituli ita habet: *El que matare, o hiriere, à otro robandole en el camino, allende de la pena corporal, que deue padecer, pierda la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara.* Hoc, & reliqua eius legis, relata ſunt tractatu præcedente circa pœnas graſſatorum.

Lex 10. titu. 13. citato, quæ eſt lex 9. titu. 23. lib. 8. nouæ collect. habet: *Mandamos, que qualquier, que hiriere à el nueſtro apoſentador, que le corten la mano, y ſi lo matare, que muera por ello, y pierda la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara.*

Lex 14. titu. 23. lib. 8. nouæ collect. ſic habet: *De aqui adelante ningun hombre ſea oſado de ſacar, ni ſaque, à ruido ni pelea que acaezca en poblado, trueno, ni eſpingarda, ni ſerpentina, ni otro tiro alguno de poluora, ni valleſta, ni tire de ſu caſa à el ruido con alguno de los dichos tiros, ſaluo ſi fuere defendiendo ſus caſas, o el lugar donde viue, de combate que le dieren, o quiſierẽ dar. Y qualquier que contra lo ſuſo dicho fuere o paſare, o ſacare de ſu caſa qualquier de los dichos tiros para tirar cõ ellos el el dicho ruido o pelea, o para tirar dende ſu caſa à el ruido, que pierda la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara, y de mas que ſea deſterrado perpetuamente del lugar donde viuiere, aunque no ſea ferida perſona alguna con el tal tiro, ni tire con el. Y ſi matare, o firiere, o tirare con qualquier de los dichos tiros, que muera por ello, y pierda el tercio de ſus bienes para nueſtra camara. Y que en eſtas miſmas penas cayga è encurra el que lo mandare. Y ſi el duenno de la caſa, donde ſe ſacare, no lo mandare, no deue auer tanta pena. Pero que pierda los tiros, y ſea deſterrado poe dos annos, ſi eſtuuiere en el lugar donde acaeſciere el ruido.* Intellige, niſi conſtet, cum omnino caruiſſe culpa.

Lex 15. eiuſdẽ tituli ita habet: *Mandamos, que qualquier a perſona, q; matare, o hiriere, à otro con arcabuz, o piſtolete, por el miſmo caſo ſea auido por aleuoſo,* (atq; adeò ſubeat pœnas, de quib. diſp. 23. eſt dictũ) *y pierda todos ſus bienes: la mitad para nueſtra camara y fiſco y la otra mitad para el herido, o herederos del muerto. Y non entendemos en ningun caſo remitir la dicha pena.*

A Lex 9. titu. 26. lib. 8. nouæ collect. habet: *Mandamos, que qualquier hombre, que en ciudad, o villa, o lugar fuere a combatir la poſada del otro, yendo armado con hombres de fueſte y de hierro, fuera de la pena que a de auer en ſu cuerpo, pierda la mitad de ſus bienes, y ſean para nueſtra camara.*

Quouſque in hoc regno prohibeantur ac puniantur monopolia ad ſeditiones, *ligas, y vandos*, quæ vocant, ac puniantur. Lege tit. 11. lib. 8. ord. & titu. 14. lib. 8. nouæ collect.

Iure Luſitano, quæ ſequuntur, ſancita ſunt Libro 5. ord. titu. 10. §. 3. ſic habetur: *Se alguna peſſoa, de qualquer condiçam que ſeia, matar outrem com beeſta, a alem de por ello morrer morte natural, lhe ſeram decepadas las manos ao pee do pelourinho. E ſe com à dita bee*
B *ſta ferir de propoſito com farpam, palheta, ſeeta, ou viratam, poſto que nom mate, moura por ello morte natural. E ſe ferir em rixa com cada hũ dos ditos tiros, poſto que nom mate, ſe for vaſsalo, ou eſcudeiro, è di peracima, ſeia degradado dez annos com huũ preguam na audiencia pera a ylha de ſan Tome. E ſe for piam, ſeia açoutado, è degradado pubricamente com baraço è preguã po la villa por dez annos pera à dita ylha. E ſe tirar de propoſito com a dita beeſta com cada huũ dos ditos tiros pera matar, ou ferir, è nõ ferir, ſe for piam, ſeia degradado pubricamẽte pola villa com baraço e preguã por dez annos pera os lugares dalem em Africa. E ſe for vaſſalo, ou eſcudeiro, e di pera cima, ſeia degradado compregam na audiẽcia por dez annos pera cada huũ dos luguares dalem en Africa. E ſe tirar con à dita beeſta en rixa com cada*
C *hũ dos ditos tiros, è nom ferir, ſe for uaſſalo, ou eſcudeiro, e di per acima, ſeia degradado com huũ preguã pera cada huũ dos luguares D'africa por duos annos. E ſe for piam, ſeia degradado com baraço è preguam polla villa por outros duos annos pera cada huun dos ditos luguares.*

E mandamos, que qualquer peſſoa, que ferir, ou iniuriar, ou diſſer, ou fazer qualquer iniuria, ou offenſa, a outra peſſoa, que com elle trouxer demãda, ou lho mandar fazer, auera à pena, aſſi ciuel, como crime, em dobro, que ouuera ſe com elle non trouxera demanda. E ſe ferir, ou iniuriar, ou polo dito modo fazer qualquer offenſa, ou iniuria, a alguũ procurador do concelho, com que elle, ou alguna peſſoa que lhe pertença, trouxer demanda, ou a qualquer que contra elle procurar, ou requerer qualquer
D *feito, ou cauſa, ou lho mandar fazer, auera a pena em tres dobro, aſſi ciuel, como crime, que ouuera ſe com elle non trouxera demanda.* Lege §. 5. ſequenti pænas ſtatuta eis, qui de nocte reperiuntur *com beeſta armada.*

§. 6. ſic habetur: *Outro ſi mandamos, que qualquer eſcrauo, ora ſeia Chriſtiano, ora fora da ley, que matar ſeu ſenhor, ou filho de ſeu ſenhor, que ſeia atenazado, e lhe ſeiã decepadas as manos, è moura morte natural na forca pera ſemper. E ſe ferir ſeu ſenhor ſem ho matar, moura por ello morte natural. E ſe arrancar alguna arma pera o dito ſeu ſenhor, poſto que o nom fyra, ſeia acoutad publicamente polla villa com baraço è preguam, è ſe lhe a decepada huna mano.*

E §. 7. additur: *E bem aſſi mãdamos, que qualquer peſſoa, de qualquer qualidade è condiçam, que mandar dar cutilada polo roſtro com effecto a outra qualquer peſſoa, ou lha der, conſtando ſua tençam è propoſito nom ſer outro ſe nom de lhe dar à dita ferida polo roſtro, ſe for piã, ſeia lhe decepada hũa mano, è degradado pera à ylha de ſanta Ilena pera ſempre è perca ſua fazenda pera à coroa de noſos Reynos. E eſtas meſmas penas aueram os, que forem en companhia do que aſſi deu à dita cutilada, reſaluando porem que nom aueram cortamẽto da mano, è em luguar diſſo ſeram açoutados publicamẽte, ſe forẽ peſſoas em que pena da çoutes caiba. E alẽ das ditas penas, ſera iulgada ao que aſſi foy ferido, ſua iniuria ſegũdo à qualidade de ſua peſſoa, cõtanto que lhe nõ ſeia iulga-*

iulgado menos de dez mil reaes, por muyto baixa peſſoa que ſeia o que aſſi foy ferido: aqual iniuria, que lhe aſſi foriulgada, ſera primeiro tirada da fazenda, que aſſi auemos por perdida: o qual perdimento de fazenda em cada hum dos ditos caſos nom auera luguar, quando ho dito mal feitor teuer deſcendentes, ou aſcendentes, lidimos. E por ſe eſte delicto mais euitar, auemos por bem, que qualquer que deſcobrir quem o ſemlhante maleficio fez, ou mando fazer, ou a ello deu aiuda, è der maneira como ſeia preſo, aia a metade das fazendas ſobreditas, que ſe aſſi perderem, è mais poſto que participante no caſo foſſe, lhe perdoamos toda a pena, a que por bem do dito maleficio por eſta ordenaçam for obrigado, è nom podendo prouar o dito maleficio contra aquelle, que aſſi diz que o fez, mandamos que a confiſſam que de ſi meſmo fez eſſe, que aſſi deſcobrir, lhe nom empeça.

§. 8. ſubiungitur: *E qualquier peſſoa, de qualquer eſtado e condiçam que ſeia, que ferir à outra peſſoa em rixa en noſſa preſença, ou na caſa onde nos eſteuermos, moura morte natural. è perca ſua fazenda pera a coroa. E ſe arrançar arma pera con ella ferir, ou offender a alguna peſſoa a ſem con ella ferir, ſera degradado dez annos pera alem, è mais perderaa à metade de ſua fazenda pera a coroa de noſos Reynos, e mais aueram as penas a baixo contheudas, do que fer ou arrança nos noſos paços, ſegundo a differença das peſſoas. E ſe for pera eſtremar, ou defender a outrem, ou por qualquer outra via que arma tirar, non ſendo o caſo com elle, ſera degradado quatro annos pera alem.*

Legas. §. 9. & ſequentibus, pœnas ſtatutas ſtringentibus gladium intra ſepta domus Regiæ, aut in loco curiæ, vel domus ſupplicationis, & quando in his euentibus incurratur pęna amputationis manus. Legas item titulo 11. ſequenti pęnas pecuniarias ſuperadditas.

DISPVT. 30.

Vtrùm qui intendit interficere vnum, aut ſe ab vno defendere, interficit alterum, excuſetur à pęna homicidij ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Qui vnum pro altero interficit, ob defectum doli cenſetur ſecundum aliquos à pœna mortis immunis; ſed alia pœna infra mortem arbitraria puniendus.*

2 *Potior verò opinio eſt pœna homicidij ordinaria puniendum eſſe: quæ ſententia deinde varijs argumentis comprobatur.*

3 *Si quis intendens percutere ſeruum, inuitus omnino percutiat hominem liberum, non conceditur homini libero ita percuſſo actio iniuriarum aduerſus percutientem.*

4 *In iniuſta occiſione, qua quis vnum pro alio occidit, tria ſpectanda ſunt, primum delictum interfectoris, ſecundum iniuria facta reip. in detrimentum boni communis, tertium iniuria iniuſtè occiſi, quæ in ſuos hæredes ſuo modo redundat, & quam proſequi ad ipſos etiam ſuo ac defuncti nomine ſpectat.*

5 *Refellitur prima opinio.*

6 *Quando rixantes interficiunt tertium aliquem, ſi tūc interfector illum interficit ex intentione, tenetur pœna ordinaria homicidij, eo quòd dolus iam in eo homicidio interueniat, neque calore iracundiæ excuſandus eſt à pœna ordinaria, ſi ex intentione id fecit.*

7 *Si interfector non ex intentione interficit illum tertium, ſi fuit inuaſus, & culpa caruit, illum alium interficiendo, idq; conſtat, tunc neque ad vllam pœnam tenetur: ſed autor rixæ puniendus eſt pœna arbitraria. Si verò interfector fuit inuaſor, tunc ſemper pœna arbitraria eſt damnandus, & inſuper ad omnia damna ſubſecuta.*

8 *Quando vterque rixantium fuit in culpa rixæ, tunc quicunque eorum, qui tertium abſque dolo interficiat, tenetur ad damna ſubſecuta, quatenus cauſa fuit eius rixæ iniuſtæ, puniendusque eſt pœna arbitraria.*

9 *Quando vnus rixantium, vt alterius ictum fugeret, ſe protexit tertio aliquo intermedio, fuga ſua mediū illum conſtituēdo, qui eo ictu aduerſarij interfectus fuit; vel vt proiectum fugeret aut ictum, ſeceſſit ex loco in quo erat, ictuſque ea fuga deuenit ad alium, qui ipſi à tergo erat, tunc ictum declinans, dummodo vi non conſtitueret medium illum alium, nullam commiſit culpam. Sed is ſi autor fuit rixæ, tunc puniendus eſt pœna arbitraria.*

EXaminandum conſequenter eſt, quænam à pęna homicidij ordinaria interfectorem excuſent. Atque primo loco id expendemus, quod propoſitum eſt; quod multa continet. 1
In primis verò quæritur, ſi aliquis intendens interficere iniuſte Petrum, ductus errore, Paulum interficiat, credens eum eſſe Petrum, num ob eum errorē, defectumque doli ac intentionis interficiendi Paulum, quem re ipſa interfecit, excuſandus ſit à pęna ordinaria homicidij dolo commiſſi, ac proinde puniendus non ſit pœna mortis, ſed alia intra mortem iudicis arbitrio.

Angelus & alij, quos Carrerius in pract. §. 2. de homicidio à nu. 56. & §. 6. nu. 179. ſequitur, cēſent, eiuſmodi homicidam Pauli, puniendū non eſſe pęna ordinaria homicidij, ſed alia arbitraria inf. mortem.

Ducuntur, quoniam pro homicidio abſque dolo commiſſo, non imponitur pœna ordinaria homicidij, quando contrarium non eſt iure expreſſum, ſed alia imponitur arbitraria infra mortem, vt ex dictis diſputationibus præcedentibus conſtat: eiuſmodi autem homicida comparatione Pauli, non habuit dolum; eo quòd nulla ratione intenderit eum interficere; quin potius, ſi ſciret eū eſſe Paulum, nulla ratione eum interfeciſſet: ergo puniendus non eſt pœna ordinaria homicidij.

Confirmatur, quoniam ſi is, qui intendebat interficere aliquem, cum quo rixabatur, interficit mediatorem, qui eos à rixa ſeparare intendebat, minimè volens, aut intendens, eum interficere, non punitur pœna mortis, ſed alia mitiori arbitraria pro quantitate culpæ interfectoris: id verò non aliunde prouenit, niſi quia interfector caruit dolo comparatione eius mediatoris ab ipſo interfecti: ergo idem dicendum eſt in illo alio, qui Paulum interfecit, arbitratus eum eſſe Petrum, quem interficere intendebat.

Contraria ſententia eſt proculdubio affirmanda 2
cum Bart. & pleriſque alijs, quos referunt ac ſequūtur Couar. 2. Alma mater. par. 1. §. 10. num. 14. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. homicidium, nu. 5. & Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nu. 34. Nempe illum puniendum eſſe pęna homicidij ordinaria. Ratio autem eſt, quoniam in ſea Pauli interfectione duo ſunt ſpectanda. Vnum eſt, interfectio hominis iniuſta. Alterum verò eſt, huius in ſingulari, puta Pauli. Quia ergo pœna homicidij ordinaria ſtatuta eſt pro interfectione hominis doloſa; non verò pro interfectione huius determinati in ſingulari: interfectio autem illa, quatenus rationem habet interfectionis hominis iniuſtæ, doloſa fuit; quia facta fuit ex intentione homicidium circa eum hominem committendi; per accidenſque eſt, vt ea interfectio rationem non habeat homicidij doloſi, quòd terminata ſit ad hunc in ſingulari, putà Paulum, comparatione cuius circunſtantiæ, atque differentiæ indiuidualis huius hominis, caret ea interfectio dolo; quia ſi ea agnoſceretur,

tur,homicidium id iniuſtum,quod committens ipſe iniuſtum eſſe agnoſcebat,non committeretur;cõſequens profectò eſt, vt, quòd id homicidium, verè in ratione homicidij doloſum,careat dolo quatenus terminatur ad differentiam indiuidualem Pauli,nõ impediat,illud patrantem,pœnam incurrere pro doloſo homicidio legibus ſtatutam.

Poſſumus hanc eandem ſententiam in hunc modum confirmare. Demus,ita intendentem interficere iniuſtè Petrum,& ex errore interficiẽtem Paulum,inuincibiliter,ſeu probabiliter,ignoraſſe,eum, quem interficiebat, eſſe Paulum, vt euenire facilè poteſt,regulariterque eueniet. Tunc in eo homicidio nulla inuenietur culpa, vt diſtinguitur à dolo, quæ pęna ſit digna: tum quia fieri poterit, vt neque culpa iuridica interuenerit: tum etiam quoniam uera pęna locum non habet,niſi pro culpa theologica: atque,vbi ignorantia inuincibilis interuenit, ea excuſat ab omni theologica culpa, quæ ex circunſtantia,quæ inuincibiliter ignoratur, foret prouentura. Quòd autem, his ita poſitis, in eo homicidio nulla inueniatur culpa, vt diſtinguitur à dolo, quæ pęna ſit digna,facilè patet. Quoniam non inuenietur in illo,quatenus occiſio hominis iniuſta eſt;quippe cũ ea occiſio ita ſpectata intenta fuerit,ac proinde doloſa. Neque item quatenus eſt huius hominis determinati in ſingulari, puta Pauli: quoniam ea circunſtantia inuincibiliter fuit ignorata,eaque de cauſa ignorãtia excuſat ab omni culpa,quæ quoad eam circunſtantiam reſultare poterat. Quo fit,vt in homicidio Pauli, de quo loquimur, nulla inueniatur culpa,vt culpa à dolo diſtinguitur. Vnde,ſi aduerſarij dicant,id homicidium doloſum non eſſe, eaq; de cauſa neque eſſe dignum pęna ordinaria pro homicidio doloſo ſtatuta,dicturi per conſequens ſunt, nulla pęna eſſe dignum:contrarium autem ipſi affirmant,nempe culpam, abſque dolo, in eo interueniſſe,eaque de cauſa puniendum eſſe,non quidem pęna ordinaria pro doloſo homicidio ſtatuta, ſed alia arbitraria pro culpæ quantitate.

Poſſumus deinde confirmare eandem ſententiã, quoniam ita ſe habet abſentia doli comparatione pęnæ,quę dolum requirit in delicto,ſicut ſe habet ignorantia probabilis,ſeu inuincibilis,comparatione culpæ,à qua omnino excuſat, & conſequenter comparatione pœnæ pro tali culpa ſtatutæ à qua per conſequens ſimiliter excuſat; eo quòd pœna propriè dicta locum habere non poſſit,vbi non eſt culpa,vt autem.1.2.quæſt.76.art.3. cum Caiet. Driedone, Alfonſo à Caſtro, Couar.& alijs oſtendimus,atque ex ſe res eſt ſatis perſpicua,quãdo in delicto aliquo datur ſcientia, coniuncta cum ignorantia inuincibili alicuius circunſtantiæ,quæ addit ſpeciem aliam delicti,aut quæ ſpeciem delicti mutat, vel quæ delictũ ita aggrauat,vt ratione eius circunſtantiæ ſtatuta ſit peculiaris ac alia grauior pœna;tunc,ſicut ignorantia illa inuincibilis omnino excuſat à culpa, quæ ex ea circunſtantia reſultaret,niſi adeſſet ignorantia inuincibilis talis circunſtantiæ,quæ omnino excuſaret ab ea culpa,ita excuſat omnino à pœna, quæ pro ea ſpecie aut parte culpæ erat ſtatuta; cæterùm quemadmodum manet in eo delicto culpa,quam non excuſat ignorantia,eo quòd adeſſet contraria ſcientia, ita delinquens obnoxius manet pœnæ ſtatutæ pro ea culpa, aut pro ea parte culpæ: ſi enim quis iniuſtè intendat interficere aliquem, reque ipſa illum interficiat,quem inuincibiliter ignorat eſſe clericum, aut eſſe ſuum patrem, vel ſuum fratrem, ſanè ſicut ea ignorantia inuincibilis, coniuncta cum ſufficiente ſcientia,quod iniuſtè interficiat, omnino eum excuſat à culpa ſacrilegij, & per conſequens à pœna excommunicationis pro ſacrilegio percuſſionis clerici ſtatuta,aut à culpa parricidij,& per conſequens à

A pœna qualificata pro parricidio ſtatuta; cæterum ſicut idem delinquens non excuſatur à culpa homicidij iniuſti dolo commiſſi, ita neque excuſatur à pœna pro homicidio doloſo commiſſo,vt perſpicuè in eo patet,qui doloſè interficit eum, quem inuincibiliter ignorauit eſſe clericum,eo quòd de nocte eſſet cum eo rixatus,qui cum armis, & ſine clericali habitu incedebat: ergo ſimili modo,qui dolum ac intentionem habuit interficiendi iniuſtè hominem, req; ipſa illum interfecit, etiam ſi coniunctum eum dolum haberet cum ignorantia, quòd ille eſſet talis homo,puta Paulus,atque adeò cum abſentia doli, quo ad eandem circunſtantiam, quòd ille eſſet Paulus, non excuſabitur à pœna ordinaria pro doloſo homicidio ſtatuta.

B Hanc eandẽ ſententiam confirmant varia iura.l. eũ qui nocentẽ.§.ſi iniuria.ff.de iniur.ſic habetur: *Si iniuria mihi fiat ab eo,cui ſim ignotus*,(quia ſcilicet mihi in particulari voluit iniuriã facere,ſed ignorabat, quis ego eſſem) *aut ſi quis putet me eſſe Lucium, cum ſim Gatus,præualet,quod principale eſt,iniuriam eã mihi facere velle: nã certus ego ſum,licèt ille putet me aliũ eſſe,quàm ſim: & ideo iniuriarum habeo* (actionẽ ſcilicet.) Vbi vides,ꝙ mihi iniuriã irrogans,putet me eſſe alium numero hominem, quàm ſim, non tollere culpam eius,neque eum excuſare à pœna: quia re vera intendit iniuriam facere, doloque eam fecit,illaque in me redundauit,mihique re ipſa facta eſt. In eodem textu, conſentaneè ad ea, quæ paulo antea à nobis dicta ſunt,ſubiungitur: Si aliquis iniuriam illi
C intulit, quem putabat patrem familias eſſe, cum tamen eſſet filius familias; aut ei, quam credebat viduam eſſet,cum tamen eſſet coniugata; non cenſeri feciſſe iniuriam patri familias, aut marito,ac proinde neque eis competere actionem iniuriarum nomine proprio,quaſi per filium,aut vxorem, eis facta ſit iniuria,excuſante delinquentem ignorantia eius circunſtantiæ,vt à culpa in illos commiſſa, ita à pœna pro iniuria ipſis irrogata. Poterunt tamen agere nomine filij, aut vxoris, licèt textus ille id non exprimat. Quando tamen quis iniuriam fecit ei,quem nõ ſciebat filium familias eſſe, aut quam non ſciebat eſſe vxorem,cum tamen ſibi non perſuaſiſſet,patrem familias,aut viduam eſſe,tunc patri familias,ac marito,competit iniuriarum actio nomine proprio. Ita
D habetur.l.1.§.Labeo ſcribit.ff.de iniur. *Si tamen*, addit textus.§.ſi iniuria citato,iniuriam irrogans ſciuit illum filium familias eſſe, eſto ignorauerit, quis eſſet eius maritus;actio iniuriarum nomine proprio competit patri familias ac marito: quia, exiſtente ea ſcientia, voluit facere iniuriam per eum filium patri, quicunque ille eſſet, & per eam vxorem marito, quicunque ille eſſet in particulari. Item noſtram ſententiam cõfirmant. l.aut qui.§. ſi quis dum.ff.quod vi aut clam.l.ſcientiam.§.ſed ſi defendendi.ff.ad legem Aquil. l.doli. §.1. ff. de ſeruo corrupt. & alia iura.

Non aduerſantur noſtræ, Bartoli,& doctorum, 3
quos citauimus, ſententiæ, l.illud.§.vlt. & l.ſi cum
E ſeruo(proximè ſequenti) ff.de iniur. Vbi Vlpianus & Paulus iuriſconſulti docent,ſi quis intendens percutere ſeruum ſuum, percutiat inuitus, omninove præter ſuam intentionem ac culpam,hominem liberum,non concedi homini libero ita percuſſo actionem iniuriarum aduerſus percutientem. Etenim is, qui ita percutere intendebat ſuum ſeruum, nullam intendit facere iniuriam,ſed iure ſuo vtebatur,punire volens ſeruum ſuum:quare, cum non peccauerit, neque iniuriam facere intẽderit, dum eo modo fuit aggreſſus punire ſeruum ſuum, & excuſetur ab iniuria comparatione hominis liberi percuſſi propter inuoluntarium omnino comparatione illius, ignorantiamque inuincibilem,ſeu probabilem,qua id ſequi

poſſe

poſſe nec attendit, nec credidit; conſequens profectò eſt, vt nullam iniuriam homini libero ita percuſſo fecerit, ac proinde vt neque ei iniuriarum actio aduerſus percutientem ſit concedenda.

4 Illud eſt obſeruandum. In occiſione iniuſta,qua quis Paulum occidit, arbitratus eum eſſe Petrum, quem intendebat occidere iniuſtè,tria poſſe ſpectari. Primum eſt, delictum, ſeu peccatum interfectoris. Atque de hoc dubitandum non eſt, tantum peccatum eſſe,tantaque pœna dignum,quàm ſi interfeciſſet Petrum, quem interficere intendebat ac arbitrabatur. Etenim formaliter fuit interfectio iniuſta ac doloſa Petri: & fuit re ipſa materialiter interfectio iniuſta ac doloſa cuiuſdam hominis, quem accidit eſſe Paulum, quem interficere non intendebat: ex eo autem, quòd interfectio iniuſta ac doloſa ſit potius huius indiuidui naturæ humanæ, quàm alterius indiuidui, quando quoad qualitatem perſonæ non adeſt circunſtantia,quæ aggrauet delictum, vtique neque aggrauatur neque extenuatur culpa delicti homicidij, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Secundum,quod in ea interfectione poteſt ſpectari, eſt iniuria facta reipublicæ, in detrimentum boni communis,quam vlciſci ſpectat ad rempublicam, ad poteſtates ve publicas ab ea ad id conſtitutas, eſto propinqui, ac hæredes defuncti, delictum condonent, quantum ad ipſos atque defunctum attinet. Atque quo ad hoc facilè etiam conſtat,non minus delictũ eſſe,neque minori pęna dignum, interficere iniuſtè Paulum credendo eſſe Petrum,quàm interficere Petrum:cum tanta iniuria,tantaque lęſio boni communis, interueniat in vna interfectione, quanta in alia: & cum ex parte delinquentis tantum delictum ac peccatum ſit vnum,quantum aliud, vt proximè fuit comprobatum. Tertium verò eſt,iniuria Pauli interfecti,quæ in ſuos propinquos ac hæredes ſuo modo redundat, & quam proſequi ad ipſos etiam ſuo, ac defuncti, nomine ſpectat. Et quo ad hoc negandum non eſt, iniuriam eſſe leuiorem, culpamque ac delictum leuius eſſe:eo quòd totum interfectoris delictum quodammodò ſit diuiſum in iniuriam ac delictum aduerſus Petrum,quem interficere intendit, & in iniuriam ac delictum in Paulum, quem, contra ſuam exiſtimationem ac intentum, re ipſa interfecit. Quia ergo id delictum quoad Paulum,& quoad ipſius propinquos ac hæredes, eſt leuius, minuſque indignum vt condonetur ac remittatur, inde euenit,quòd, obtenta prius ab eis remiſſione, quam obtinere non erit difficile, facilius à republica delinquens obtineat gratiam, vt pœna ordinaria pro homicidio ei commutetur in aliam arbitrariam leuiorem, vt Iulius Clarus vbi ſupra, & alij, rectè obſeruant.

5 Ad argumentum contrariæ opinionis, conceſſa maiori & minori,neganda eſt conſequentia. Quoniam licèt homicida ille dolum non habuerit comparatione Pauli, habuit tamen dolum quoad occiſionem illam,quatenus fuit cuiuſdam hominis,quẽ, præter exiſtimationem interficientis ita iniuſtè ac cum dolo,accidit eſſe Paulum: ſatis autem eſt,vt homicidium illud fuerit ſimpliciter cum dolo commiſſum, ac proinde vt dignum ſit pœna homicidij ordinaria, ꝙ occiſio illa fuerit eo modo cum dolo, vt explanatum comprobatumque perſpicuè eſt.

Ad confirmationẽ, conceſſa maiori,quando non intendit interficere mediatorem illum, aut quemcũque alium,quẽ attigit ac interfecit ictu,quem in corrixantem miſit,aut quo ſe ab eo defendere intendit, aut quo aliquid aliud fecit, quo præter ſuam intentionem illum percuſſit aut interfecit: itemque,conceſſa maiori,neganda eſt conſequentia. Quoniam ea interfectio,nec vt interfectio cuiuſdam hominis, nec vt huius,fuit doloſa,aut intenta,ſed tota,quoad

A omnem ſuam rationem formalem,fuit præter intentionem interficientis: interfectio verò Pauli, quando interfector voluit ac intẽdit illum interficere credens eſſe Petrum, quem iniuſtè ac doloſè intendit interficere,deceptuſque fuit, fuit doloſa quo ad rationem in ea incluſam interfectio cuiuſdam hominis, licèt non quo ad illam circunſtantiam, minimè excuſantem à culpa, & à pœna, quòd ille eſſet Paulus. Atque in euentu huius confirmationis non puniendum eſſe pęna homicidij ordinaria interficientem eo modo mediatorem, aut quẽmcunque alium, præter intentionem interfectoris, affirmant, non ſolùm Angelus,& cæteri autores ſententię paulo antea à nobis impugnatæ,quos Carrerius quo ad hoc refert ac ſequitur.§.2.citato,num.59.& ſequen-
B tibus, ſed etiam cum eis conſentit Couar.in calce, num.14.citati,tametſi non admodum firmus. Antonius etiam Gom.cap.3.citato,nume.35.confitetur, eam ſententiam in praxi eſſe receptam, illique eſſe ſtandum in conſulendo ac iudicando tanquam æquiori, multorumque grauiſſimorum autorum, citatque in confirmationem eius ſententiæ,præter legem.14.titu.13.lib.8.ordina.l.6.titu.15.par.7. quæ de vtroque rixantium, tam ſcilicet de inuaſore, quã de inuaſo,promiſcuè loquens,ait,carere dolo in tali homicidio, ſed propter culpam (quam lex præſumit, niſi caruiſſe omnino culpa apertè conſtet aut probetur) ait,teneri lege Aquilia ad damnum: tenebitur etiam ad pęnam extraordinariam pro quantitate culpæ, licèt ea lex ibi id non exprimat. Addit
C tamen Anton.Gom.contrariam ſententiam Bartoli, & quorundam aliorum, quòd ſcilicet homicida ille puniendus ſit pęna ordinaria homicidij,eſſe veriorem in puncto iuris. Quam confirmat ex l.eum qui nocentem.§.ſi iniuria.ff.de iniurijs. Ego uerò non dubito,eam ſententiam, ex natura rei, atque in puncto iuris,falſam eſſe: eo quòd iura pęnam ordinariam homicidij non ſtatuant pro hominis interfectione,quæ dolo caret: ea autem interfectio,de qua loquimur,dolo profectò caret comparatione interfectoris,vt luce clarius explanatum eſt. Textus autem,quem in confirmationem eius ſententiæ Anto. Gom. citat,perſpicuè loquitur, quando interfector occidit Lucium, arbitratus eſſe Caium, vt ſupra relatum eſt: oſtenſum verò à nobis eſt, diſparem val-
D de eſſe rationem in eo euentu, in quo occiſio iniuſta doloſa interuenit,& in eo,de quo nũc loquimur, in quo occiſio caret dolo omnino.

Quando rixantes interficiunt tertium aliquem, 6
eſt diſtinguendum. Quoniam vel interfector illum interficit ex intentione. Atque tunc tenetur pœna ordinaria homicidij:eo quòd dolus iam in eo homicidio interueniat, neque calore iracundiæ excuſandus eſt à pęna ordinaria,ſi ex intentione ac dolo id fecit,quicquid dicant quidam, quos Carrerius §. ſecundo,citato,num.62. & duobus ſequentibus refert ac ſequitur. Excipe ab hac regula, niſi qui illum interfecit,fuit inuaſus, neceſſariumque illi fuit interficere illum tertium ad defenſionem propriæ
E vitæ: tertiuſque ille in culpa fuerit, nolendo cedere,vt hic alius iuſtè ſe defenderet à ſuo iniuſto inuaſore,quantum ad id erat ſatis: nam tunc, ſi inuaſus conſeruare aliter non potuit tuto vitam ſuam, iure ſuo fuit vſus illum interficiendo: atque adeò,ſi non exceſſit metas eius,quod neceſſarium erat ad defenſionem propriæ vitæ, neque ad pęnam tenetur, neque ad damna ſubſequuta. Iniuſtus tamen aggreſſor tenebitur ad pęnam arbitrio iudicis, attenta culpa illius in ea iniuſta inuaſione, & occaſione, ac veluti cauſa, quam eius occiſionis præbuit, tenebiturque ad damna ſubſequuta, iuxta ea quæ proximè ſubiungemus.

Vel interfector non ex intentione interficit ter-

tium

tium illum. Atque tunc iterum eſt diſtinguendum.
7 Quoniam vel interfector fuit inuaſus, omninoque caruit culpa, illum alium interficiendo, idque conſtat, & tunc, neque ad vllam pœnã tenetur: eo quòd vbi nulla eſt culpa theologica, locum habere non poſſit pœna, neque tenetur ad damna ſequuta; quoniam vbi non eſt culpa, etiam iuridica, non tenetur quis ad damnum ſequutum, vt tractatu præcedente diſp. 697. explanatum eſt. Autor autem rixæ, quia, iniuſtè rixam excitando, occaſionem, quin & cauſam præbuit eius damni, quod facilè ex rixa poterat oriri, fuitque in cauſa, vt iniuſtè inuaſus, ſe defendendo, id efficeret, damnandus eſt pœna arbitraria, attenta quantitate culpæ illius, & attento effectu ex ea culpa ſubſequuto: & præterea ſoluere tenetur ea omnia damna ſubſequuta: quoniam culpa ipſius ſunt ſubſequuta. Et ſaltem in pœnam iuſtam ſuæ culpæ, & occaſionis, quam ad id prębuit, eſt id illi iniungendum, eſto inuaſus, ac interfector, in aliqua fuerit leui culpa eius damni ſubſequuti. Si tamen inuaſus in aliqua culpa fuerit eius damni ac occiſionis tunc, in defectum inuaſoris, reſarcire lege Aquilia tenetur ea damna, iuxta. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & legem. 6. titu. 15. par. 7. Lege quæ copioſius diſputatione citata. §. eſt verò res hæc tota, quo ad hoc, & quo ad ea, quę ſubiungemus, dicta ſunt, Atque in hoc euentu aliqua pœna arbitraria erit etiam imponenda huiuſmodi inuaſo pro ea occiſione, ſiue ſimul condemnetur ad ſoluenda damna ſubſequuta, ſiue non, attenta culpæ theologicæ quãtitate, in qua fuit. In omnibus, quæ de inuaſo dicta à nobis ſunt, conſentit Anton. Gom. in calce numeri 35. citati.

Si verò interfector fuit inuaſor, tunc ſemper pœna arbitraria eſt damnandus, & inſuper ad omnia damna ſubſequuta: quoniam in culpa fuit eius occiſionis, eam rixam iniuſtè excitando, vnde facilè occiſio illa, eaque damna, oriri poterunt. Pro quantitate verò maioris culpæ, ſi quæ maior interuenit in eo tertio, abſque dolo occidendo, augeri debet pœna arbitraria infra mortem.

8 Quando vterque rixantium fuit in culpa rixæ, tunc quicunque eorum, qui tertium abſque dolo interficiat, tenetur ad damna ſubſequuta, quatenus cauſa fuit eius rixæ iniuſtæ, vnde ea damna facilè ſequi potuerũt; puniendusque eſt pæna arbitraria, maiori aut minori, pro quantitate culpæ, quæ in ea occiſione interuenit, attentiſque cæteris circunſtantijs concurrentibus. Lex tamen 14. titu. 13. lib. 8. ord. quæ eſt lex. 12. titu. 23. lib. 8. nouæ collect. ſic habet: *Quando dos hombres pelearen, y el vno quiſiere herir à el otro, y por occaſion matare à otro hombre alguno, el alcalde deue ſaber qual dellos boluio el ruido o pelea, y aquel, que lo boluio, peche el homezillo, y aquel que lo matò por occaſion, peche medio homezillo. Y ſi de la herida no muriere, el que geladio, perche media calumnia, y el que lo reboluio, peche la entera. Y eſtas calumnias ſean repartidas como manda la lex, y no ayan otra pena, porque ninguno dellos lo quiſo hazer.*

9 Quòd ad eum euentum attinet, quem Iulius Clarus, §. homicidium citato, nume. 30. cum multis aliis autoribus, quos citat, refert, nempe quando vnus rixantium, vt alterius ictum fugeret, ſe protexit tertio aliquo intermedio, fuga ſua medium illum conſtituendo, qui percuſſus, interfectuſque eo ictu aduerſarij fuit; vel, vt proiectum fugeret, aut ictum, ſeceſſit ex loco, in quo erat, proiectumque, aut ictus, ea fuga deuenit ad alium, qui à tergo ipſius erat; dicendũ proculdubio eſt, in eo, quòd ita declinaret ictum, aut proiectum, dummodo vi non conſtitueret medium illum alium, nullam commiſiſſe culpam: quoniam vſus eſt iure ſuo, ſe protegendo ab ictu, aut ictum fugiẽdo, eſto per accidens, aut culpa alterius,
A percuteret ac interficeret eum tertium: quare eo ex capite neque ad damna tenetur, neque eſt puniendus pœna aliqua, ſed alter, qui tertium illum percuſſit, ſi in aliqua culpa fuit, vt regulariter erit, puniendus eſt pœna arbitraria pro quantitate culpæ, & tenetur ad omnia damna. Quòd ſi is, qui ita declinando ictum aut proiectum, occaſio fuit, vt tertius ille percuteretur, aut interficeretur, autor fuit rixę, tunc puniendus etiam eſt pœna arbitraria pro quantitate eius culpę, attento effectu ac damno ſubſequuto. Tenetur præterea ad damna ſubſequuta, in defectum alterius, qui non leui ſua culpa illa dedit: ſi autem, qui percuſſit tertium, in culpa theologica non fuit, tenebitur ipſe, qui rixæ fuit autor, ad ea omnia damna ex ea rixa ita ſubſequuta; eo quòd inde, velut ex
B prima radice iniuſta, ſint ſubſequuta. Quando autem, qui ſe protexit ab ictu illo tertio intermedio, eũ vi detinuit, atq; ita ui impedimento illi fuit, ne fugeret ictum; aut vi illlum oppoſuit ictui, vt alter ſe contineret à percutiendo, aut vt ipſe ſe protegeret ab eo ictu; tunc proculdubio, tanquam vera concauſa iniuſta, quòd tertius ille percuteretur, puniendus eſſet graui pœna arbitraria, cogenduſque eſſet reſtituere omnia damna, non ſolùm in defectum alterius, ſed tanquam vera eorum cauſa, aut ſaltem ad ea contribuere, niſi is, qui percuſſit, principalior fuerit eorũ cauſa, qui arbitrio prudentis magis principaliter teneatur ea omnia reſtituere, vt eueniet, quando, qui percuſſit, fuit aggreſſor, autorque rixæ. Conſentit Gregor. Lopez. l. 2. titu. 8. par. 7.

C

DISPVT. 31.

Interfectum fuiſſe aggreſſorem, quouſque à pœna interfectorem excuſet. Et quando præſumendum ſit, interfectorem in ſui defenſionem interfeciſſe.

SVMMARIVM.

1 *Quando in defenſione nulla culpa interuenit, interfector, ea defenſione iniuſti aggreſſoris, nullam pęnã ob eam occiſionem incurrit.*

D 2 *Cum ſufficienter probatur interfectum fuiſſe aggreſſorẽ, interfectorẽque non exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ, in ſui ſuorumq; defenſionem, interfector omnino eſt abſoluendus, nulla impoſita illi pœna.*

3 *Quando autem non conſtat, an interfectus, aut damnum aliud paſſus, fuerit aggreſſor, atque interfector in ſui defenſionem obijcit, id ſe feciſſe in ſuam defenſionem, tunc non eſt interfector puniendus, ſecundum aliquos.*

4 *Molina vult in eo dubio attendendas eſſe coniecturas & circũſtantias concurrentes, quæ ſuadent interfectorem in ſuam defenſionem occidiſſe.*

5 *Refutantur opiniones aliorum.*

E 6 *Quando reus confitetur, ſe homicidium illud commiſiſſe, ſed addit, in ſuam defenſionem illud commiſiſſe: tunc ſi conſtat de eo homicidio ſufficienter, homicida puniri debet pœna ordinaria: at ſi tantum conſtat ex confeſſione rei, aliquid de pęna minuendum eſt.*

7 *Si reus antea negauit delictum, ſed poſtea ſufficienter conuincitur, tunc, ſi dicat ſe illud commiſiſſe in ſui defenſionem, vel abſolui poteſt, vel pęna minui.*

8 *Quando inuaſus, excedens moderamen inculpatæ tutelæ, aggreſſorem interfecit, interfector tenetur ſolùm de exceſſu.*

9 *Quando interfector non ex dolo, ſed ex lata aut ex leui*

ui culpa aggreſſorē interfecit, ea culpa ex eadem cir cumſtantia multum alleuiatur.

10 *Si aliquis fideiuſſorem dediſſet, ſe nullam alteri iniuriam illaturum, aut duo ea de re ſibi inuicem dediſſent fideiuſſores, atque vnus eorum, qui fideiuſſorem dedit, inuaſus ab eo, illum interfeciſſet excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, fideiuſſor ad nihil tenetur.*

A Diſp. 11. oſtendimus, licitum eſſe interficere iniuſtum aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelę, non ſolùm pro defenſione propriæ vitæ, incolumitatiſque proprij corporis, ſed etiam pro defenſione honoris, ac bonorum externorum, quin & pro defenſione non ſolum conſanguineorum, ſed etiam quorumque proximorum: diſputationeque. 11. citata explanatum eſt, quando cenſendum ſit, moderamen interueniſſe inculpatæ tutelæ, quando non item.

1 Communis doctorum ſentētia meritò affirmat, quando in ea defenſione, iuxta ea quæ diſputationibus citatis explicata ſunt, nulla culpa interuenit, interfectorem, ea defenſione iniuſti aggreſſoris, nullā pęnam ob eam occiſionem incurrere: multoque minus pœnam incurreret ob leuius damnum, quod tali iuſta defenſione illi inferat. Ratio autem eſt, quoniam pęna locum habere non poteſt, vbi culpa theologica non interuenit. Eam ſententiam copioſè referunt ac ſequuntur Anton. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. à nu. 20. Iul. Clar. 5. lib ſent. §. homicidium à nu. 24. Carrer. in pract. §. homicidiū 6. à nu. 26. & Couar. in clement. ſi furioſus. part. 3. §. vnico à nu. 1. conſentit lex 2. titu. 8. par. 7. illis verbis: *non cae perende en pena alguna;* & lex Luſitana, lib. 5. ord. tit. 10. in principio illis verbis: *Por em ſe a morte for em defendimento, nom auera pena alguna: ſaluo ſe em ofendimento excedeo, &c.* Quin quemadmodum (vt tractatu præcedente Diſput. 697. §. eſt verò res hæc, dicebamus) in exteriori foro actio legis Aquiliæ non conceditur pro damno ea defenſione dato, quando in ea defenſione modicus fuit exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ: quia difficilè admodum eſt omnino tenere tunc modum, aggreſſorque in culpa fuit, in eaſque anguſtias redegit eum, qui ſe ita defendit: ita longè maiori cum ratione pro modico tunc exceſſu ac culpa imponi pœna non debet, ſed homicida eſt omnino abſoluendus: & multo magis eſt abſoluendus, qui vulnus aut aliud leuius damnum ea defenſione intulit. Legito, quæ hac de re dicta ibi ſunt. Ea verò id confirmat, quòd quando dolus interuenit in aggreſſoris interfectione, quia ſcilicet inuaſus ſciens ac intendens interficit aggreſſorem, cum poſſet, ſi vellet, eum non interficere, inuaſus non punitur pœna ordinaria homicidij, ſed alia mitiori arbitraria, idque propterea quòd fuiſſe ita laceſſitum, tantamque interueniſſe culpam iniuſtè inuaſoris, minuit pęnam delicti inuaſi, vt uidebimus: eodemque modo quando non interuenit dolus, ſed culpa inuaſi, vt à dolo diſtinguitur, minus puniri debet homicidium inuaſi, quàm ſi ex æquali iuridica culpa alium, qui aggreſſor non fuiſſet, interfeciſſet, idque propter illam eandem rationem; quo fit, vt ex tam parua culpa poſſit, ſe ipſum defendendo, illum interficere, vt nulla pęna in exteriori foro iudicetur dignus. Conſentire videntur Couar. vbi ſupra nume. 3. Carrer. §. 6. citato, num. 153. & alij, quos citant.

2 Quando ſufficienter probatur, interfectum fuiſſe aggreſſorem, interfectoremque nō exceſſiſse moderamen inculpatæ tutelæ, in ſui, ſuarum rerum, vel in alterius defenſionem, res eſt expedita, quòd interfector, aut qui quoduis aliud damnum tali defenſione intulit, omnino ſit abſoluendus, nulla impoſi-

A ta illi pęna, vt iuribus huius regni, & Luſitaniæ, paulo antea citatis, & ex iuribus communibus diſputatione 11. & alijs ſequentibus citatis, liquet, atque ex ſe eſt ſatis manifeſtum: quoniam vbi non eſt culpa, locum non habet pęna. Neque item eſt cogendus reſarcire damna ita data: quoniam neque ex parte rei acceptæ ad illa tenetur, neque ex parte iniuſtæ acceptionis: eo quòd in culpa non fuerit, illa ita dando. Quin arbitror in exteriori foro eo ipſo, quòd conſtat aliquem in ſui defenſionem interfeciſſe aggreſſorem, aut damnum aliud illi intuliſſe, niſi ex qualitate & modo aggreſſionis, ac defenſionis, cōſtet, inuaſum exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ, ad aggreſſorem, aut ad partes eius agentes, attinere probare, inuaſum moderamen exceſſiſſe inculpatæ tutelæ, & quouſque illud exceſſerit: B alioquin inuaſus abſoluendus omnino erit, nulla ei iniuncta pęna, neque ei impoſito onere, ut reſarciat damna ea defenſione data. Quoniam eo ipſo, quòd probat, aut conſtat ſufficienter, interfectum, aut aliud damnum paſſum, fuiſſe aggreſſorem, inuaſus habet fundatam ſuam intentionem, quòd id fecerit licitè, in ſuam defenſionem, niſi conſtet aut probetur moderamen exceſſiſſe tutelæ inculpatæ. Cōſentiunt doctores, quos Carrer. in pract. §. homicidiū. 6. nu. 129. & 132. refert ac ſequitur.

Quando autem non conſtat, an interfectus, aut damnum aliud paſſus, fuerit aggreſſor; atque interfector in ſui defenſionem excipit ſeu obijcit, ac affirmat, id fecisſe in ſuam defenſionem; eſt dubiū, 3
C num iudex, propter id dubium, quia ſcilicet ipſi nō conſtat, an ea mors illata fuerit in defenſionem interfectoris, punire illum non debeat pœna homicidii ordinaria, ſed vel nulla, vel ſaltem alia mitiori arbitraria.

Gloſsa l. 1. §. cum arietes. verb. ſibi. ff. ſi quadr. pauper. feciſſe dicatur, Petrus de bella Parthica, & alii vt referunt Anto. Gom. 3. tom. variar. reſolut. cap. 3. nume. 25. & Carrer. in pract. §. homicidium 6. nume. 137. cenſent, interfectorem tunc non eſse puniendum: quoniam in dubio, an aliquis ſit innocens, quia eſt dubium, an id licitè in ſuam fecerit defenſionem, nefas eſt illum punire, maximè pęna homicidii ordinaria, vitam ab illo auferendo, argumento textus. l. abſentem. §. 1. ff. de pœn. cuius uerba ſunt: D *Sed neque ſuſpicionibus debere aliquem damnari Diuus Traianus reſcripſit: ſatius enim eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare.* Fauet etiam. l. interpretatione. ff. eodem titulo, cuius verba ſunt: *In interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quam aſperandæ.* Fauet item l. ſcientiam. §. primo, verſicu. cum inſtrumenta. ff. ad legem Aquiliam. Vbi habetur, ſi duo, oblectationis cauſa, vel alia ratione, tranſilierunt piram, lignave ardentia, vnus è regione alterius, atque inuicem concurrerunt, mutuoque impegerunt vnus in alterum, & vterque in ignem decidit, vnuſque eorum flamma fuit conſumptus, ſuperſtitem, non teneri lege Aquilia, *ſi non intelligatur,* (ait textus) E *vter ab altero euerſus ſit:* quia videlicet nefas eſt condemnare eum, de quo non conſtat, nocentem eſse. Vnde Baldus intulit, ac conſuluit, ſi duo equites currant in platea, aut in uia, vnus è regione alterius, ac concurrant, ſeque mutuò equi percutiant, non teneri vnum alteri de damno illato ac ſubſequuto: eodemque modò Antonius Gom. numero citato ait, ſe conſuluiſse, cum idem in hoc regno euenisset.

Albericus & alii, quos referunt Ant. Gom. nu. 25. citato, & Carrer. vbi ſupra à nu. 137. citato, cenſent, ſi interfector erat vir bonæ famæ, quietus, ac pacificus, tunc cenſeri debere inuaſum, feciſſeque homicidium in ſuam iuſtam ac licitam defenſionem, ac

proin-

proinde eſſe abſoluendum, argumento.l.non omnes. §.barbaris. ff.de re milit. Vbi quando miles à militia receſſit,& dubium eſt, num ex iuſta cauſa receſſerit,creditur illi,etiam ſi probatio defuerit,quando eſt bonæ famæ & æſtimationis in ipſa militia:ſecus autem ſi talis non ſit.

Anton.verò Gom.nume.citato cum Bald.Angelo, & alijs, affirmat, niſi interfector tunc probet, ſe in ſuam defenſionem occidiſſe interfectum, puniri pœna homicidij ordinaria. Quoniam ex parte accuſatoris, aut iudicis ex officio procedentis, probatur delictum homicidij: in eo verò delicto ſemper præſumitur dolus delinquentis, niſi probetur contrarium, vt innuitur. l.1.C.ad leg.Corn.de ſicar.quare niſi interfector probet exceptionem, ſe ſcilicet id feciſſe in ſuam defenſionem damnabitur pœna homicidij ordinaria.

4 Mihi probatur ſententia conſentanea menti multorum,quos Carrerius nume.137.& ſequentibus refert ac ſequitur. Nempe attendendas eſſe coniecturas, & circunſtantias concurrentes, quæ ſuadent, interfectorem inſuam defenſionem occidiſſe; vt ſi erat manſuetus ac bonę famę,& interfectus rixoſus, audax, robuſtior, & non bonæ quo ad id famæ: ſi præceſſerant minæ ex parte interfecti, & non ex parte interfectoris, etiam ſi interfector tempore minarum antecedentium, aut dum ſibi fuerunt relatæ,dixerit, minantem inuenturum ipſum paratum ad ſe defendendum, illique reſiſtendum, minantemque experturum,num aduerſus ipſum præualeret: ſi probetur, interfectum antea ſe præparaſſe ad rixãdum, quæſiuiſſe antea interfectorem, aut illum expectaſſe in aliquo loco; ſi interfectus armatus inueniatur defenſiuis & offenſiuis armis, aut armis potioribus, atque probetur interfectorem nõ ita armatum fuiſſe, quando illum interfecit; ſi probetur interfectorem tempore rixæ acclamaſſe, vt ſibi alij ſuccurrerent; ſi interfector in ipſa rixa retrahebat pedes declinando, & quaſi fugiendo corrixantem. Sanè, ſi quædam ex his adſint coniecturæ, aut aliæ ſimiles, quæ prudentis iudicis arbitrio ex parte ſuadeant,interfectum fuiſſe aggreſſorem,nefas erit punire interfectorem pœna homicidij ordinaria,ſed pro quantitate ſuaſionis, quòd homicidium fuerit factum in interfectoris defenſionem, erit minuendum de pœna ordinaria homicidij,aliã arbitrariam intra mortem imponendo, maiorem vel minorem, prout minus,aut plus,ſuaſerint coniecturæ ac circunſtantiæ, quæ fuerint probatæ, aut prout euidentius, aut minus euidenter,fuerint comprobatæ. Quòd ſi circunſtantiæ omnino iudicem perſuadeant, abſoluere debet interfectorem,ex illis coniecturis ac circunſtantijs contendentem,ſe in ſuam defenſionem occidiſſe interfectum, maximè ſi id confirmet iuramento, vt quidam, quos Carrerius vbi ſuprà refert ac ſequitur,aſſeuerant, iudicem debere tunc adhibere illi iuramentum, reoque iuramento confirmante, ſe in ſuam defenſionem interfectum occidiſſe, debere illum abſoluere. Ego verò non cenſerem adhibendum tunc illi eſſe iuramentum: quoniam amor vitæ facilè illum tunc periurium cõmittere efficiet, ſi fortè non in ſuam defenſionem id fecit: ſed in euentu, quòd tam vrgentes ſunt coniecturæ, interfectorem in ſui defenſionem occidiſſe, locum habet id, quod ex lege abſentem. ff.de pœn. ſuprà eſt relatum; *ſatius* ſcilicet *eſſe, impunitum facinus nocentis,quam innocentem damnare*. Quando autem vel nullæ eſſent coniecturę,quę ſuaderent, occiſionem fuiſſe factam in defenſionem interfectoris, vel eſſent admodum debiles,& quæ nihil ferè ſuaderent, tunc amplecterer opinionem Antonij Gomecij: quoniam conſtat de delicto,& nihil,aut ferè nihil, de circunſtantijs, quæ ab eo excuſent: & quoniam bono cõmuni tunc

A expedit,ſimilia delicta puniri. Ac ſanè Anton.Gomez.parum,aut nihil,diſcrepare videtur ab hac noſtra ſententia in ijs,quæ ibidem.num.27.& 28. ſubiungit; vbi docet cum aliis,quos citat, & quos Carrer. vbi ſupra nume.159. copioſius refert ac ſequitur,ad probãdum aliquem, ſe in ſuam defenſionem interfeciſſe, ſatis eſſe ſi id probet veriſimilibus coniecturis,ſatisque eſſe ſi teſtes dicant,ſibi videri, & ſe credere, interfectorem in ſuam defenſionem illum occidiſſe,vt doctores, quos Carrer. refert ac ſequitur,affirmant: cum tamen credulitas ſola & exiſtimatio teſtium ad alia probanda non ſufficiant. Docet item Anton. Gom.nume.28. cum alijs, quos citat,& docent Carrerius & alii, quos.nume.160. citat,ad probandum interfectorem ad ſui defenſionẽ B occidiſſe, admitti teſtes alioquin inhabiles, vt domeſticos interfectoris, fratrem illius, & alios ſimiles. Eos legito.

Ad rationes pro aliis opinionibus factis, quatenus cum hac noſtra ſententia pugnare videbuntur, 5 eſt dicendum. Ad duo quidem iura,primo loco pro prima opinione citata,eſt dicendum, quando de homicidio facto ab aliquo conſtat, & nullæ ſunt coniecturæ, quæ ex parte ſuadeãt, id homicidium factum fuiſſe in defenſionem,tunc iudicem non ex ſuſpicionibus iudicare ac condemnare ad pęnam ordinariã, ſed ex delicto ſufficiẽter ac plenè probato,non probatis circunſtantiis,quæ illud à culpa & à pœna alleuient ac excuſent: in quo euentu bonum commune efflagitat, rectaque ratio præſcribit, delinquentem C puniendum eſſe pęna ordinaria eius delicti,eſto fortè ſit innocens propter circunſtantias, de quibus nõ conſtat, & quæ non probantur.

Ad l.ſcientiam, verſ.cum inſtrumenta,eſt dicendum,longè diuerſam eſſe rationem de eo euentu,& de euentu,de quo diſputamus: in illo quippe euentu ex natura ipſa rei conſtat, neutrum intendiſſe alterum interficere,deiicereve in flammam, ſed caſu id eueniſſe, præter intentionem vtriuſque, flamma & fumo impedientibus, ne vnus alterum videret: ac proinde, niſi cõſtet de dolo,aut culpa, eius homicidii omnino præter intentionem ſequuti, abſoluitur is,in quem alter impegit, qui à flamma fuit conſumptus: vnde deciſio illius legis non nititur ei fundamento in eo argumẽto ſubiuncto, quia videlicet ne D fas eſt condemnare eum,de quo non conſtat nocentem eſſe; ſed quia res ipſa caret culpa, niſi de culpa aliunde conſtet. In euentu autem,de quo diſputamus,non ſolùm culpa,ſed etiam dolus præſumitur, ineſtque tali occiſioni,niſi aliunde conſtet,ac perſuadeatur, factum fuiſſe in defenſionem.

Quod verò ad id attinet,quod de equitibus additur,dicendum eſt. Si non conſtet de culpa eius,qui damnum dedit, idem ſimiliter, propter eandem rationem, eſſe dicendum. Quòd ſi, poſtquam vnus currere ex vna parte cæpit, alius ſciens & prudens currere ex aduerſo incipiat, velitque vt alter cedat, atque à curſu deuiet,certè non caret culpa,ſi altero deuiare nolente, ſed volente vti iure ſuo, & proſe- E qui ſuum curſum,aliquid mali obueniat: ac proinde ille, qui ſciens & prudens poſterius curſum cœpit,fuitque prouide in culpa, puniri pro culpæ quantitate debet attento damno alteri inde ſubſequuto. Aliquando nobiles dum, poſtquã currere cęperunt, vnus è regione alterius,præuident id periculum imminere,niſi alter declinet equo à curſu cępto, honoris cauſa neuter vult cedere ac declinare,& ita equis impingere ſolent vnus in alium, non ſine graui periculo vitæ equitum & equorum, vt dum in Luſitania commorarer, euenit duobus pueris nobilibus: atque tunc,cum in æquali ſint culpa, neuterque cedere velit iuri ſuo, vt ex caritate ſui & proximi tenentur,certè vterque puniri deberet pęna moderata,

ta, vt id eſſet exemplo alijs: niſi vnus eorum longe maius damnum inde, quam alter, reportaſſet, quod iudicaretur, ſufficere ei debere in pœnam.

Quæ Albericus docuit, vera non ſunt tam late aſſerta, ac ille ea aſſeruit: ſed temperata moderamine noſtræ ſententiæ. Doctrina vero relata ex §. a barbaris, plus habet locum in eo euentu, quam quando cõſtat homicidium fuiſſe commiſſum in tertium aliquem, & non ſunt aliæ coniecturæ, quod factum fuerit in propriam defenſionem, quando non conſtat, interfectorem alioquin eſſe virum bonæ famæ.

Ad argumentum vero Ant. Gom. dicendum eſt. In homicidio præſumi dolum, tum vt diſtinguitur ab homicidio caſuali, tum etiam vt diſtinguitur ab homicidio licite ſcienter facto in defenſionem propriam, niſi adſint coniecturæ, ac circunſtantiæ, quæ contrarium ſuadeant: tunc enim pro quantitate ſuaſionis in contrarium, minuitur præſumptio doli, atque pro quantitate eius præſumptionis imminutæ minuendum quoque eſt de pæna ordinaria pro homicidio ſtatuta, vt hæc omnia in noſtra ſentẽtia ſunt explicata. Neque lex. 1. C. ad leg. Cor. de ſicar. multum fauet intento Ant. Gom. vt ſatis eſt perſpicuum illam intuenti.

6 Quando reus cõfitetur, ſe homicidium illud commiſiſſe, cæterum addit, in ſuam defenſionem illud commiſiſſe, eſt diſtinguendum. Quoniam, vel de eo homicidio aliunde conſtat ſufficienter, vt poſſit condemnari, vel non. In primo euentu, quando ſcilicet aliunde conſtat de eo homicidio ſufficienter, condẽnari homicida debet pœna ordinaria, niſi, vt paulo antea dictum eſt, cernantur, aut ſufficienter probentur coniecturæ, quæ non leuiter ſuadeant, homicidium fuiſſe factum in defenſionem: tunc enim pro quantitate earum, & pro quantitate & qualitate probationis, aut perſpicuitatis earum, minuendum eſt de pæna, aut omnino erit abſoluendus reus, vt dictũ eſt. In ſecundo vero euentu, cum ex ſola confeſſione rei delictum conſtet ſufficienter, eamque confeſſionem cum ea qualitate minuente, ac mollificante affectam proferat, ait Antonius Gomez. vbi ſupra, numero vigeſimoſexto, cum Panor. Felin. & alijs, quos citat, minuendum eſſe de pæna, neque eſſe illi imponendam pænam homicidij ordinariam, ſed aliam arbitrariam: quod ſatis probabile iudico: niſi vehementes eſſent coniecturæ illum mentiri, neque in defenſionem id feciſſe: Tunc enim torqueri deberet, vt delictum ſimpliciter atque ſine ea excuſante qualitate confiteretur. Atque iuxta hæc accipienda ſunt, quæ Carrerius. §. 6. citato, a nume. 163. copioſe diſputat, ac cum alijs tradit. Neque puto faciendam eſſe vim, ac diſtinctionem, num reus delictum confiteatur, addendo, quod illud fecerit ad ſuam defenſionem, vtrumque exprimendo eadem, aut diuerſa oratione: ſed an in continenti eam additionem, ac qualitatem exprimat, vel ex interuallo: ſi enim ex interuallo illam adijciat, poſtquam homicidium eſt confeſſus, non plus eſt ea adiectio admittẽda, quam fuerit ab eo probata, aut facta nõ leuiter veriſimilis.

7 Quando autem reus negauerat antea delictum; proceſſuque poſtea inſpecto, comperit ſe de illo ſufficienter conuictum; vtrum, ſi excipiat ac dicat, ſe illud commiſiſſe in ſuam defenſionem, ſit audiendus, ac admittendus ad probandam eam exceptionem, vt ea ſufficienter probata omnino abſoluatur, aut vt ea ex parte probata, ita vt iudex non leuiter ſuadeatur, rem ita habuiſſe, minuere de pæna debeat, pænam eius delicti ordinariam in aliam arbitrariam cummutando. Iulius Clarus. §. homicidi. citato. numero trigeſimoquinto, affirmanter reſpondet cum Bart. & cum communi opinione quam refert: Quoniam reo negari non debet iuſta defenſio, etiam ſi diuerſas ac contrarias exceptiones opponat. Idem

A affirmat Carrer. §. 6. citato. num. 165. cum pleriſque alijs, quos citat: tametſi quoſdam alios referat, qui refragantur.

Quando inuaſus moderamen inculpatæ tutelę excedendo, ſuum aggreſſorem interfecit, iam ſæpe eſt dictum, interfectorem teneri ſolum de exceſſu, vt affirmat communis doctorum ſententia, & in ordinationibus Luſitanis lib. 5. titu. 10. in princ. his verbis definitum eſt: *Saluo ſe no dito defendimento excedeo aquella temperança, què deuera è podera teer: porque em tal caſo ſerá punido ſegundo à qualidade do dito exceſſo.* Quia tamen in eo euentu multum minuit culpam eius exceſſus, laceſſitum ita fuiſſe inuaſione, idque feciſſe, ſe defendẽdo, ſanè, eſto dolo, ſeu ex propoſito, id tunc fecerit, non punitur pœna homicidij B ordinaria, ſed alia mitiori extraordinaria iudicis arbitrio, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, taxanda ac imponenda, etiam ſi id fecerit inſequendo inuaſorem iam fugientem, volentemque a pugna deſiſtere. Id quod merito doctores extendunt, etiam quando fuiſſet inuaſus ſola iniuria verbali: iuſtus enim tunc dolor iniuriæ ita acceptæ, modo illa non leuis eſſet, eaque laceſſitum tunc fuiſſe ad ſe vindicandum, multum de culpa minuit talis homicidij doloſi. Cum his conſentit, quod ex. l. 10. tit. 8. lib. 8. nouæ collect. circa duella diſputat. 16. eſt relatum. Nempe laceſſitum ad duellum, etiamſi interficiat eum, qui ad illud inuitauit, non puniri pęna ordinaria homicidij, ſed perpetui exilij, cum tamen alter pœna mortis puniatur. Quia enim, qui ad duel- C lum eſt inuitatus, laceſſitus ab altero, atque vt mundano ſuo honori ac famæ conſuleret, id fecit, noluit ex illo imponere illi pœnam ordinariam homicidij, ſed illam aliam mitiorem. Eodem etiam modo dicunt, ſi quis in rixa fuiſſet ab aduerſario grauiter percuſſus, neque ita percuſſus, fuiſſet aggreſſor, in ea pugna, atque ex ira & dolore vulneris accepti interficeret percuſſorem, etiam fugientem ac recedentem a pugna, modo in continenti id efficeret, tale homicidium, ex dolo tunc, ſeu ex propoſito, commiſſum, puniendum non eſt pœna homicidij ordinaria: eo quod interfector, graui eo damno prius accepto, eoque laceſſitus, iraque, furore, ac dolore inde incenſus, id homicidium commiſerit; quæ omnia valde excuſant a culpa eius homicidij, eamque notabiliter D minuunt ac extenuant; præſertim cum ex eo homicidio compenſanda iam tunc ſint iniuria, damnum, ac læſio, prius ex aduerſario accepta. Ita Antonius Gomez, cap. 3. citato. nume. 24. Carrer. §. 6. citato a nume. 151. & a nume. 170. Iul. Clar. §. homicid. nume. 34. Couarruu. clement. ſi furioſus. par. 3. §. vnic. nume. 3. & alij, quos citant. Eam vero doctrinam confirmat. l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adulte. quo in loco habetur, ſi maritus vxorem in adulterio deprehenſam interfecerit, (quam tunc impunè interficere non erat permiſſum) puniendum non eſſe pœna legis Corneliæ de ſicariis, ſed remittendum ei eſſe vltimum ſupplicium, puniẽdumque eſſe mitiori pœna; redditque textus rationem: *cum* E *ſit difficillimum, iuſtum dolorem temperare: & magis, quia plus fecerit,* (ſe ſcilicet vindicando, quam par erat) *quam, quia vindicare ſe non debuerit, puniendus ſit.* Confirmant item. l. 1. §. vltim. ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. Diuus. ff. ad legem Pomp. de parricid. l. ſi quis graui. §. ſi maritus. ff. ad ſenat. conſult. Syll. l. Gracchus. §. vltim. C. ad leg. Iul. de adulte. l. qui cum maior. §. ſi libertus. ff. de bonis libert. cuius verba ſunt. *Ignoſcendum eſt enim ei, ſi voluit vlciſci prouocatus.* Hac eadem ratione, quando quis accepta prius graui admodum iniuria, vt alapa, percuſſione virgæ, aut vulnere graui, vel ſi vxor adulterium aduerſus eum commiſit, vel grauia admodum indicia adulterii commiſſi præceſſerunt, præſertim ſi infamiam 8

apud alios eam ob cauſam cõtraxit, ſi ſe ex interual A lo eis de cauſis vindicando, eum, à quo tantam iniuriam eſt paſſus, interfecit; credo iudicem minuere debere de pœna ordinaria talis homicidij, ob iuſtum tantum dolorem ſe ita vindicantis, & quia ex damno & iniuria eo homicidio illatis compenſatio fieri debet tantæ iniuriæ prius acceptæ, conſentitque Carrerius, numero 170. citato cum alijs, quos citat.

9 Sicut dolus, ſeu intentio interficiendi, alleuiatur ac extenuatur ex ea circunſtantia, quòd interfectus fuerit aggreſſor, & interfector fuerit ab eo eò modo laceſſitus: ita quando interfector non ex dolo, ſed ex lata aut ex leui culpa, aggreſſorem interfecerit, ea culpa ex eadem circunſtantia multum alleuiatur ac extenuatur, vt minori pœna ſit puniendum homici- B dium ex tali culpa commiſſum, quàm puniretur ſi ex æquali culpa iuridica fuiſſet commiſſum, neque adeſſet ea circunſtantia, quæ id delictum extenuaret, minorique pęna in exteriori foro puniendum non immeritò redderet, vt in principio huius diſputationis eſt dictum. Vbi etiam adiecimus adeò leuẽ culpam iuridicam poſſe interuenire in ſimili homicidio, vt in exteriori foro nulla pęna debeat homicida puniri, ſed ſit omnino abſoluendus.

10 Illud poſtremò obſerua, ſi aliquis fideiuſſorem dediſſet, ſe nullam iniuriam, nullumque nocumentum, illaturum alicui, aut duo ea de re ſibi inuicem, dediſſent fideiuſſores, atque vnus eorum, qui fideiuſſorem ea de re alteri dedit, inuaſus ab eo, illum interfeciſſet, aut aliud damnum illi intuliſſet, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, tunc fideiuſſorem ad nihil teneri. Quoniam non eſt cenſendus ſe obligare in euentu, quòd alter eſſet aggreſſor, fidemque fregiſſet. Vnde non probo ſententiam Carrerij vbi ſuprà. nu. 155. cum Matthæo de afflictis, quòd fideiuſſor tunc teneatur quo ad ſolum exceſſum. Is etenim, qui, inuaſus, damnum intulit non ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, tenetur quidem ad pœnam ratione ſolius exceſſus, & ad damna iniuſtè data, niſi aliunde compenſentur, aut ipſi remittantur in pœnam iniuſtè aggreſſoris: cæterum fideiuſſor ad nihil tenetur; quoniam non eſt cenſendus intendiſſe ſe in eo euentu obligare.

DISPVT. 32.

Quouſque homicida à pœna ordinaria homicidij ex eo excuſetur, quod excipiat, opponatve, interfectum non obijſſe ex vulnere, quod illi intulit; ſed ex defectu curationis, aut ex eo, quòd vulneratus inordinatè ſe geſſerit, vel ex alio ſuperueniente accidente.

SVMMARIVM.

1 *Quando conſtat vulnus illatum, vel aliam mortis cauſam, dolo aut virtute interficiendi datam, fuiſſe lethalia, tunc tenetur homicida pœna ordinaria homicidij, nihil impediẽte, quòd prætermiſſa eſset debita curatio.*

2 *Quando conſtat vulnus vel cauſam datam non fuiſſe lethalia, tunc ſi ex neglecta medicatione, aut mala curatione, ille interierit, non tenetur vulnerans de occiſo, ſed ſolùm de vulnerato.*

3 *Quando non conſtat an vulnus vel alia mortis cauſa fuerint lethalia nec ne, tunc ſi non conſtat de negligentia in medicando ita affecto, aut alia ſuperueniente cauſa, præſumendum eſt cauſam illam eius mortis iniuſtè datam fuiſse lethalem, & proinde delinquens puniendus erit pœna homicidij ordinaria.*

4 *Iudicium, num vulnus aut alia mortis cauſa lethalis ſit vel non, & quomodo id probetur, itemque num cauſa ſuperueniens vulneri ſufficiens fuerit, ad mortem illo modo affecti efficiendam, ſpectat ad medicos, & chirurgos, & expertos in ea arte, niſi adſint circunſtantiæ, quæ contrarium in aliquo euentu particulari perſuadeant.*

5 *Quando multi medici ſunt in eo loco, duo adhiberi debent, qui iudicium ea de re ferant, niſi ſit aliquis ad id publicè deputatus cum ſtipendio, aut niſi circunſtantiæ concurrentes ſuaderent, ſufficere iudicium vnius.*

6 *Quando aliqui medici iudicaſsent vulnus aliquod fuiſſe lethale, & admitteretur reus ad probandum non fuiſſe lethale teſtimonio magis peritorum, idq; ante ſententiam, quæ alioquin non omnino tranſiret in rem iudicatam, tunc ea probatio admittitur ad retractandam ſententiam, quæ alioquin tranſiret in rem iudicatam.*

SOlet is, qui vulnus intulit, aut percuſſit, quando vulneratus aut percuſſus, tandem antequã ex eo vulnere aut ictu conualuerit, perfectamque acquiſierit ſanitatem, eſt mortuus, excipere, ſeu obijcere, ad pœnam ordinariam pro homicidio ſtatutam euadendam, illum non ex vulnere aut C ictu obijſſe, ſed ex defectu curationis, quia ſcilicet medicus, ſeu chirurgus, non eſt vocatus, aut non qualis oportuit, neque medicamenta congrua ſint adhibita; vel obijſſe, quia multum inordinatè ſe geſſit, edendo ac bibendo nociua, accedendo ad propriam vxorem, vel ad alias fęminas, non ſe cuſtodiendo ab æſtu, frigore, & ab aere nocturno ac matutino, aliaque ſimilia efficiendo nociua valde homini ſic affecto, à quibus ſi ſe continuiſſet, minimè fuiſſet mortuus; vel obijſſe ex morbo, qui ei ſuperuenit, ex quo ſimili modo fuiſſet defunctus, eſto vulneratus aut percuſſus eo modo non fuiſſet.

Circa hoc verò, antequã rem paulatim copioſius 1 explicemus, tres euentus, rem totam complectentes, ſunt diſtinguendi. Primus eſt, quando conſtat vulnus illatum, aut percuſſionem illatã, vel aliam mor- D tis cauſam dolo, hoc eſt, animo formali, aut virtute, interficiendi datam, fuiſſe lethalia. Dixi, dolo, hoc eſt, animo formali aut virtute, interficiendi datam: quoniam ſi homicidium ex tali vulnere, ictu, aut cauſa ſequutum, nõ cenſeretur voluntarium, doloſum, ſeu intentum formaliter, aut virtute, iuxta ea quæ Diſp. 3. & Diſp. 21. explanata ſunt, ſed eſſet caſuale, tunc homicida liber eſſet à pœna homicidij ordinaria, vt Diſp. 21. citata, & alijs ſequentibus, copioſè eſt comprobatum, & per conſequens tale homicidium extra limites eſſet huius diſputationis, quod ad pœnam ordinariam pro homicidio ſtatutam attinet. Loquendo itaque de hoc ſolo homicidio, dicen- E dum eſt, in eo primo euentu, quando ſcilicet conſtat vulnus, ictum, aut aliã illius cauſam datam, fuiſſe lethalia, homicidam teneri pœna homicidij ordinaria, nihil impediente, quòd prætermiſſa eſſet debita curatio, aut adhibita eſſet curatio indebita, & quòd, qui eam mortis cauſam accepit, inordinatè ſe geſſerit, quòd illi ſuperuenerit febris, aut alius morbus ſufficiens ad illum enecandum: quoniam hæc ſolùm efficere poſſent, vt acceleraretur mors, quæ ex illa alia iniuſta ac violenta cauſa erat iam euentura. Vnde ſicut diſputatione ſequenti, dicemus, quando aliquis in rixa aliqua vulnus lethale alicui inflixit, quòd alius ſuperueniat, & vulnus aliud eidem infligat, vnde celerius moriatur, non impedit,

quòd

quòd ille prior cenſeatur homicida voluntarius ac doloſus,& quòd puniendus ſit pœna homicidij ordinaria: ita dicendum eſt in re, de qua nunc diſputamus. Ita affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Iulius Clar. libro quinto, ſent. §. homic. nume. 42. Anton. Gom. 3. tom. var. reſolut. c. 3. nu. 28. & 29. Couar. in clemen. ſi furioſus. par. 2. §. ſecundo, nume. 9. §. ſecundus caſus, & Carrer. in pract. §. homicidium. 6. à nu. 322. Quæ ſententia, præterquam, quòd ex ipſo naturæ lumine ſatis conſtat, ex ſequentibus iuribus confirmatur. Ex l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquil. illis verbis; *quia verum eſt, eum à te occiſum eſſe tunc, cum eum vulnerabas*, (mortiferè ſcilicet, vt præmiſerat) *quod mortuo eo, demum apparuit.* Ex l. ait lex. ff. eod. titu. illis verbis: *Annus autem retrorſum computatur, ex quo* (ſcilicet puncto) *occiſus eſt. Quod ſi mortiferè fuerit vulneratus, & poſtea poſt longum interuallum mortuus ſit, inde annum numerabimus ſecundum Iulianum, ex quo* (ſcilicet puncto) *vulneratus eſt*; qua ſi ſcilicet ex eo puncto cenſeatur mortuus, in quo cauſam mortis ſufficientem accepit. Ex l. ita vulneratus. ff. eod. titu. illis verbis; *Aquilia lege teneri exiſtimati ſunt, non ſolùm qui ita vulneraſſent, vt confeſtim vita priuarent, ſed & ij, quorum ex vulnere certum eſſet aliquem vita exceſſurum.* Vnde Iuris conſultus colligit, vtrunque teneri lege Aquilia, eum ſcilicet, qui vulnus lethale prius inflixit, & eum, qui vulnus addidit, vnde mors fuit accelerata. Ex l. ſi ex plagis in prin. eodem titu. cuius verba ſunt: *Si ex plagis ſeruus mortuus eſſet, neque id medici inſcitia aut domini negligentia accidiſſet, rectè de iniuria occiſo eo agitur.* Quamuis autem hæc omnia iura ad reſarciendum damnum datum, atque ad pœnam ciuilem lege Aquilia ſtatutam, loquantur, ſuo tamen modo etiam probant ad pœnam criminalem ordinariam pro homicidio doloſo ſeu voluntario ſtatutam, maxime habita ratione, quam reddunt, quòd ſcilicet interfectio facta cenſeatur ſtatim ac vulnus lethale, cauſave mortis ſufficiens, fuerunt iniuſtè ac doloſè illata.

2 Secundus euentus eſt, quando conſtat vulnus, aut aliam percuſſionem, vel cauſam datam, non fuiſſe lethalia: tunc enim, ſiue ex neglecta medicatione, àut ex adhibita mala medicatione, ſiue ex eo, quòd percuſſus valde inordinatè ſe geſſerit, multumque exceſſerit, ſiue ex eo, quòd alius morbus fuerit ſubſequutus, ille interierit, non tenetur, qui vulnus intulit, aut aliam cauſam minimè mortis ſufficientem dedit, de occiſo, ſed ſolùm de vulnerato, tum quoad damna ſubſequuta, pęnamque ciuilem lege Aquilia ſtatutam, vt tractatu præcedente Diſputat. 697. eſt dictum, tum etiam quoad homicidii pęnam ordinariam; tametſi arbitrer acrius aliquantulum eſſe puniendum pęna homicidii extraordinaria ac arbitraria, quàm ſi mors inde eo modo non fuiſſet ſequuta: eo tamen mitius, quo minus occaſio ſeu concauſa fuit id vulnus, aut percuſſio, eius mortis ſubſequutæ. Quòd non teneatur in eo euentu pęna ordinaria pro homicidio ſtatuta, affirmat communis doctorum ſententia, quam quatuor doctores circa euentum præcedentem citati, eiſdem in locis referunt ac ſequũtur, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua, quam confirmant, l. qui occiderit. §. vlt. ff. ad legem Aquil. cuius verba ſunt: *Si vulneratus fuerit ſeruus non mortiferè, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiſo*, & lex ſi ex plagis, quoad verba paulo antea ex illa relata, quæ id argumẽto à contrario ſenſu perſpicuè docent.

Duo tamen obſerua. Primum eſt. Quòd ad irregularitatis pęnam attinet, ſatis eſſe vulnus, percuſſionem, aut quamcunque aliam cauſam inſufficientem ex ſe mortis datam, cooperatam aliquo modo

A ad eam mortem fuiſſe, vt, qui vulnerauit, percuſſit, aut aliter eius mortis concauſa eo modo fuerit, irregularitatem incurrat, non quidem ex homicidio voluntario, (etiam ſi ea percuſſione illud intenderit) ſed ex homicidio caſuali. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. nume. 9. citato, & Carrer. nume. 322. etiam citato. Secundũ verò eſt. Quòd quando febris, aut alius morbus, ortum habuit ex vulnere aut percuſſione, tenetur vulnerans aut percutiens de toto damno, etiam ex ea morte ſubſequuto, tanquam cauſa proximè, vel remotè, tali vulnere, etiam eorum omnium damnorum: non tamen cenſeo, quo ad pœnam ciuilem legis Aquiliæ, teneri vltra ea omnia damna data de occiſo, ſed ſolùm de vulnerato. Quo ad pœnam ve-
B rò criminalem pro homicidio doloſo, ſeu intento, iure ciuili ſtatutam, cenſeo non teneri ad pœnam ordinariam; quippe cum id homicidium, comparatione ita percutientis aut vulnerantis, non fuerit doloſum, ſeu voluntarium, ſed fuerit caſuale. Puniendus tamen erit acerbiori pæna extraordinaria ac arbitraria, quàm ſi ex ea percuſſione mors non eſſet ſequuta, idque longè acerbiùs, quàm ſi febris aut morbus aliunde, & non ex percuſſione, fuiſſent ſubſequuta. Atque iuxta hæc ſunt accipienda, quæ Couar. num. 9. citato. §. quartus caſus, & Carrer. in pract. §. homicidium. 2. nu. 73. & 74. hac de re docent.

Tertius euentus eſt, quando non conſtat, an vulnus, percuſſio, vel alia mortis cauſa data, fuerint lethalia, nec ne. Et tunc, ſi non conſtat de negligen- 3
C tia in medicando ita affecto, aut de mala medicatione, quia factum fuit, quod tunc fieri potuit ac occurrit, neque de exceſſu & parua cuſtodia ita affecti, neque de morbo aut alia cauſa ſuperueniente, vnde mors ſit ſequuta, pręſumendum eſt, cauſam illam eius mortis, iniuſtè datam, fuiſſe lethalem, ex illaque mortem fuiſſe ſequutam, ac proinde delinquens puniendus erit pœna ordinaria pro homicidio doloſo ſtatuta. Si verò conſtat, neglectam fuiſſe medicationem, aut medicationem prauam fuiſſe adhibitam, vel eo modo malè effectum notabiliter inordinatè ſe geſſiſſe, aut aliam cauſam ſuperueniſſe, ex quibus mors ita affecto facilè potuit euenire; cum tamen, ſi nihil horum interueniſſet, mors veriſimiliter potuiſſet non euenire, atque tunc cenſendum eſt, vul-
D nus, aut aliam cauſam mortis iniuſtè datum, lethalia non fuiſſe, ac proinde delinquens puniendus non erit pęna ordinaria pro homicidio doloſo ſtatuta, ſed arbitraria; eo tamen acerbiori, quo minus conſtiterit, cauſam mortis ab eo datam lethalem non fuiſſe, & quo ad fuerint aliæ circunſtantiæ, quæ aggrauent delictum. Vtrumque mihi probat lex huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquil. cuius verba ſunt: *Si ſeruus vulneratus mortiferè* (intellige non certò, ſed dubiè, dependẽterque, vt ſciatur ex eo, quod rei poſtea probabit euentus, vt ex decurſu eius textus conſtat) *poſtea ruina, vel naufragio, vel alio ictu, maturius perierit, de occiſo agi non poſſe, ſed quaſi de vulnerato: ſed ſi manumiſſus vel alienatus ex vulnere*
E *perierit, quaſi de occiſo agi poſſe Iulianus ait. Hoc ita tam variè: quia verum eſt, eum à te occiſum eſſe tunc, cum eum vulnerabas, quod mortuo eo, demum apparuit: at in ſuperiori non eſt paſſa ruina apparere, an ſit occiſus.* Hactenus Vlpianus ibi. Qui planè loquitur, quando non erat certum, vulnus fuiſſe lethale, ſed dubium pendenſque, ut certò conſtaret ex eo, quod rei poſtea probaret euentus: alioquin ſtatim, ac vulnus fuiſſet illatum, cenſeretur mortuus, quoad damna & pęnam, vt ex dictis circa primum euentum conſtat, neque ruina poſtea ſuperueniens, aut alia mortis cauſa, excuſaret vulnerantem antea omnino mortiferè, neque Vlpianus addidiſſet verba illa; *at in ſuperiori* (quando ſcilicet rui-

na ſuperueniens omnino interfecit) *non eſt ruinam paſſa apparere*, (tanquam videlicet adhuc dubium) *an ſit occiſus* (eo videlicet ipſo, quòd fuit eo modo vulneratus.) Vtrunque etiam confirmant verba ex l. ſi ex plagis in prin. ff. ad legem Aquil. ſuprà relata. Quo in loco, quando ex plagis quis eſt mortuus, & neque interuenit medici inſcitia, neque negligentia eius, qui curam de ita malè affecto habere debebat, & ſupple tu, neque alia cauſa vnde mors ita affecto potuerit euenire; præſumitur ex plagis, tanquam ex cauſa ſufficiente ac lethali, eueniſſe mors; atque adeò, qui illas iniuſtè inflixit, tenetur de occiſo: ſecus autem ſi interuenit aliquid, quod in cauſa eſſe potuit, vt mors ita affecti eueniret. Vtrumque item affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Iul. Clar. nu. 42. citato, qui etiam refert, ſępe iuxta hanc ſententiam fuiſſe iudicatum, Ant. Gom. nu. 29. citato, Couar. nu. 9. citato. §. cæterum, & Carrer. §. 6. citato. nu. 323. Quando autem dubium erat, an vulnus eſſe lethale, & tãdem ſequuta fuit mors, non eſt ſufficiens coniectura, quòd vulnus lethale non fuerit, ſi percuſſus non eſt mortuus ſtatim intra tres, quatuor, paucos alios dies, ſed multos dies vnus perſeuerauit, quando nunquam perfectè conualuit, niſi probetur aliud interueniſſe, vnde mors ita affecto facilè euenire potuit; ac proinde ex ea ſola circunſtantia, quòd percuſſus diu poſt percuſſionem vixit, ſi nũquam ex ea percuſſione perfectè conualuit, maximè ſi ſemper de malo in peius eſt progreſſus, tandemque mors illius fuit ſequuta, non excuſatur à pœna ordinaria homicidij, vt cum Bart. & pleriſque alijs rectè affirmant Couar. vbi ſuprà. §. vlt. Ant. Gom. num. 29. citato, qui malè pro contraria ſententia citat Gloſſam. l. 1. C. de emend. ſeruor. quæ nihil tale affirmat, ſed ſolum docet, eum textum id non curare, malè item eandem gloſſam citant Iulius Clarus vbi ſuprà. nu. 44. & alij. Quando tamen periti medici iudicauerint, ſi vulnus fuiſſet lethale, non potuiſſe tanto tempore viuere poſt id vulnus acceptum, tunc ſanè illud eſſet ſufficiens iudicium, vulnus non fuiſſe lethale, ac proinde tunc percuſſor puniendus non erit pœna ordinaria pro doloſo homicidio ſtatuta. Iulius Clarus. nu. 44. citato, Carrer. vbi ſuprà. nu. 324. & alij, variam temporis quantitatem ex medicorum ſententia præſcribunt, intra quod totum aſſeuerant, percuſſum non poſſe viuere, ſi vulnus lethale ſit. Quàm autem id certum, conſtitutum inter peritos medicos, ac compertum ſit, aliorum ſit iudicium. Mihi ſanè probatur, id relinquendum eſſe arbitrio prudentis iudicis, adhibito conſilio medicorum, ſeu chirurgorum, ſpectataque qualitate vulneris, penſatis reliquis circunſtantijs concurrentibus, vt quidam, quos Carr. nu. 324. refert, probè affirmãt. Quando autem percuſſus aſſeruit, ſe nõ mori ex vulnere inflicto, ſi medicorum iudicium ſit vulnus fuiſſe lethale, neque aliunde iudicis prudentis arbitrio contrarium conſtet, vtique ea percuſſi excuſatio immunem non reddit percuſſorem à pœna ordinaria homicidæ: ſecus autem ſi non erat certum, vulnus fuiſſe lethale. Ita Carrer. ibidem. n. 325. cum alijs, quos refert. Illud obſerua, duo illa, quæ circa ſecundum euentum ſuprà diximus eſſe obſeruanda, nempe incurri nihilominus irregularitatem, & iniuſtum percuſſorem teneri ad omnia damna ex morbo, ex percuſſione ſubſequuto, vlterius ſequuta, etiam ad damna, quæ ex morte ob eum morbum ſequuta obuenerunt, longè plus habere locum, quando dubium erat, an vulnus lethale eſſet. Qñ autem ex euentu præſumitur vulnus lethale non fuiſſe, quia ſcilicet alia cauſa poſt illud interuenit, ob quam ſequuta fuit mors, & ſine qua eſt veriſimile non fuiſſe ſequendam; tunc, quod ad ſatisfactionem damnorum ſubſequutorum attinet, eatenus in conſcientiæ foro nõ eſt obligatio iniuſto percuſſori illa reſtituere, quatenus non ex percuſſione, ſed ex illa alia cauſa ſunt ſequuta. Eam verò partem damnorum, quam creditur ſubſequendam non fuiſſe, ſi illud aliud ſine culpa percuſſoris non interueniſſet, quod originem ex percuſſione ipſa non traxit, tenetur nihilominus percuſſor reſtituere pro quantitate dubij, quod fuerit, vulnus lethale, atque illius partis damnorum fuiſſe etiam cauſam: quando enim eſt dubium, an aliquis iniuſtè dederit aliquod damnum, obligatio eſt illud reſtituendi, non integrè, ſed pro dubij quantitate: idemque in foro exteriori eſt ſimiliter præcipiendum, quando de eo damno de eoque dubio in eo foro conſtat.

Ad quem autem pertineat iudicium, num vulnus, percuſſio, aut alia mortis cauſa data, lethalis ſit, 4
aut fuerit, vel non, & quo modo id probetur, itemque num cauſa ſuperueniens vulneri aut percuſſioni ſufficiens ac efficax fuerit, ad mortem illo modo affecti efficiendam: Dicẽdum eſt, pręcipuum ea de re iudicium ad medicos ſeu chirurgos expertos ac peritos in ea arte ſpectare, atque, ſi illi adſint, per illos eſt id probandum, eorumque iudicio ac aſſertioni erit ſtandum, niſi adſint circunſtantiæ, quæ contrarium in euentu aliquo particulari perſuadeant. Neque eſt neceſſe, eos eſſe doctores, ſed attendendũ potius in illis eſt, num experti & periti habeãtur ac ſint in ea arte, & nũ tales ſint, qui ſincerè ac verè dicent, quod ea de re ſenſerint: & qui tales iudicati fuerint, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus, præponendi ſunt cæteris, vt de ea re iudicent ac teſtificentur. Quando autem ante mortem percuſſi non aderant eiuſmodi homines, vel non fuerint, ſi ex depoſitione aliorum teſtium abſque ambiguitate non conſtet, percuſſionem lethalem fuiſſe, conſulendi ſunt eiuſmodi medici ſeu chirurgi, qui, viſis teſtium depoſitionibus, attentaque vulneris aut ictus qualitate & quantitate, attentiſque cæteris circunſtantijs concurrentibus, iudicent ac dicant, num vulnus lethale fuerit, in quantum ipſi credunt ac exiſtimant: neque enim aſſerere tenentur, quid re ipſa ſit, ſed quid ipſi credant ac exiſtiment ſeu iudicent. Porrò illud vulnus lethale eſt cenſendum, ex quo vel omnino percuſſus non euadet mortem, vel admodum difficilè. Quando autem res eſt anceps æqualiter, aut ferè æqualiter, iudicari vulnus aut percuſſio debent, tanquam dubia, num lethalia ſint, vel non, vt ex mortis euentu, quando nulla alia ſuperuenit cauſa mortis, iudicentur poſtea lethalia, fuiſſe, percuſſoremque puniendum eſſe pœna ordinaria homicidæ doloſi: vel ſi percuſſus mortem euaſerit, iudicẽtur lethalia non fuiſſe: aut ſi mortem non euaſerit, cæterum ſuperueniente alia non leui cauſa, vnde mors facilè ita percuſſo potuit euenire, & qua non interueniente, ſit veriſimile, mortem non fuiſſe euenturam, pie inde iudicetur, vulnus aut percuſſionem lethalia non fuiſſe, ac proinde percuſſori imponendam non eſſe pœnam ordinariam pro homicidio doloſo ſtatutam, ſed aliam, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt. Quando autem rarò admodum, aut nunquam, euenire ſolet mors ex aliquo vulnere ac percuſsione, niſi alia mortis cauſa ſuperueniat, iudicanda ſunt, vulnus aut percuſsio non eſſe, & non fuiſſe lethalia, eſto mors ex cauſa ſuperueniente ſit ſequuta, quamuis ea ſit febris aut morbus alius, qui ex vulnere aut ex ictu reſultauerit, vt circa ſecundum euentum ſupra explicatum, eſt dictum. Dixi ſupra, per medicos ſeu chirurgos peritos ac expertos in ea arte eſſe hæc iudicanda, & addidi, niſi adſint circunſtantiæ aliquæ, quæ contrarium in euentu aliquo particulari perſuadeant. Quoniam, vt bene Iulius Clarus, vbi ſupra. num. 43. cum alijs, quos tam ipſe quàm Carrerius. §. 6. cita-

citato.num.3. referunt, ſępe prudentes iudices meritò fidem illis non adhibent, ſed eis auditis, eos conſulere ac audire iudicauerint, attentis atteſtationibus, loco & qualitate vulneris, cæteriſque circumſtantijs concurrentibus, iudicant, num vulnus aut percuſſio lethalia fuerint, attẽta rei veritate, & poſt habito falſo iudicio ac aſſertione falſa medicorum ſeu chirurgorum: & ſimiliter, poſthabito eorum iudicio ac aſſertione, iudicant, num cauſa vulneri aut percuſſioni ſuperueniẽs fuit, quę verè mortem intulerit, quaſi ex ſolo vulnere aut percuſſione futura non fuiſſet, an verò res non ita habeat. Sæpe enim medici ac chirurgi vel iniqua commemoratione rei permoti, vel pecunia, precibus, amicitia, aut alios iniquis intuitibus adducti, falſum iudiciũ ea de re proferunt, vt reum à morte aut ab alijs grauibus pœnis iniquè liberent. Quæ hactenus dicta hoc toto paragrapho ſunt, ſatis ex ſe conſona ſunt rationi & æquitati, atque cum vſu ac praxi conſentiunt, naturaque rei poſtulat, vt in ijs, quæ dubia ſunt, quorumque cognitio ad peritos ac expertos in aliqua peculiari arte potiſſimum ſpectat, illi conſulantur, eorumque iudicio ſtetur, vigilante ſemper ęquo ac prudente iudice, ne quid indebitè ac iniquè fiat, ſuoque arbitrio ac ſupremo iudicio corrigendo ac ſupplendo, quæ ab alijs minus ſincerè præſtita, dicta, aſſertáve fuerint. Conſentit l. temere. C. de remil. lib. 12. vbi, quoad milites dimittendos ob aduerſam valetudinem, ſic dicitur: *Quos conſtet, medicis denunciantibus, & iudice competente diligenter examinante, vitium contraxiſſe.* Vbi vltra iudicium medici, diligens examen ac vigilantia prudentis ac diligentis iudicis exigitur, num res ita habeat. Eadem verò omnia, licèt neque eo ordine, neque ita exactè explanata, affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequũtur Iul. Clar. num. 43. citato, Ant. Gom. num. 28. & 29. citatis, Couar. nu. 9. etiam citato, & Carrer. vbi ſuprà à nu. 326.

5 Quando multi medici ſeu chirurgi ſunt in eo loco, duo adhiberi debent, qui iudicium ea de re ferant, argumento textus in authentico de non alienandis. §. quòd autem: niſi ſit aliquis ſolus in eo loco ad id publicè deputatus, cum ſtipendio, aut niſi circunſtantiæ concurrentes ſuaderent, ſufficere iudicium vnius, vel niſi cóſuetudine ibi eſſet receptum, vt iudicium vnius ſufficeret, vt Iulius Clarus cum alijs affirmat eſſe conſuetudine receptum, aut niſi partes conuenirent, vt ſtaretur iudicio alicuius in particulari. Quando verò ſtatutum eſset in aliquo loco, vt adhiberentur, illudque eſset in viridi obſeruantia, duo eſsent adhibendi. Quando in eo loco eſt vnus tantum, is ſufficit; tametſi Panor. dicat, vocandum eſse alium ex loco vicino: quod vſu non eſt receptum, niſi quando, qui eſt in loco, eſset ſuſpectus, aut iudicaretur minus aptus, aut niſi ob rei difficultatem, vel quod eſset magni momenti, vel ob alias circunſtantias concurrentes, prudens iudex meritò iudicaret, vocandum eſse alium, aut alios, ex loco vicino. Ita ex parte Iulius Clar. nume. 33. citato Anton. Gom. nume. 28. citato, & copioſius Carrer. §. 6. citato. nume. 329. Quando medici ſeu chirurgi diſcordant, iudex videbit, quibus magis ſit credẽdum, attenta fama peritiæ ac probitatis cuiuſque, attentiſque rationibus, quas vnuſquiſque eorum ea de re reddit, ſpectatiſque cæteris omnibus circunſtantijs concurrentibus; neque aptior certiorve regula hac de re poteſt tradi. Lege Carrer. vbi ſup. n. 333. Quãdo partes concordant, qui medici ſeu chirurgi eligi potius debeant, illi ſunt eligendi: ſi verò diſcordent, illi eligũtur, quos iudex aptiores iudicat. Ita cũ Gãd. Carrer. vbi ſup. nu. 334. Medici aũt ſeu chirurgi, ita electi, iurare debent, antequam iudicium ferant, ſe ſincerè dicturos, quod ſẽſerint, iuxta l. hac edictali.

§. mobilium verò. C. de ſecund. nupt. & c. fraternitatis, iuncta Gloſsa ibi in verb. diſtrictè. de trig. Si tamen munus in eo loco publicum haberent id iudicium ferendi, atque dũ munus ſuſceperunt, ſe aſtrinxerunt iuramento, id munus ſincerè exequuturos, iuramentum tunc præſtitum ſufficeret, neque eſset neceſse ſingulis vicibus illud adhibere. Ita Iulius Clarus. nu. 43. citato, Couar. 2. var. reſ. c. 13. nu. 4. & Carrer. §. 6. citato. nu. 330. Qui addit, neceſsarium non eſse iuramentum, quando deputantur de conſenſu partium. Contrarium tamen eſt tutius.

Quãdo autem medici aliqui aut chirurgi iudicaſſent, vulnus aliquod fuiſse lethale, admitteretur reus ad probandum, non fuiſse lethale teſtimonio magis peritorum aut teſtium, qui deponerẽt de aliquo, vnde conſtaret vulnus non fuiſse lethale, idque ante ſententiam, quæ alioquin non omnino tranſiret in rem iudicatam. Vtrum autem admittenda eſset ea probatio ad retractandam ac infirmandam ſententiam, quæ alioquin tranſiret in rem iudicatam. Multi, quos referunt Iul. Clar. vbi ſup. nu. 45. & Carrer. §. 6. citato, num. 335. affirmanter reſpondent, quaſi ea ſententia ea ex parte nunquam tranſiret in rem iudicatam, ſed perinde eſset retractanda, ac ſententia lata ex falſis teſtibus, aut ex falſis inſtrumentis. Iulius Clarus ibidem ſubiungit, in Ducatu Mediolanẽ ſi id non admitti, neque credo eſse admittendum in hoc regno, ſtãdoque in iure communi, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſp. 568. dicta ſunt, niſi quando ſtatim iudici de plano conſtaret, medicos malitioſè ac ſiniſtre falſum teſtimonium protuliſse. 6

DISPVT. 33.

Vtrùm ratione dubij, à quo interfectus ſit lethaliter percuſſus, excuſentur ad id homicidium concurrentes à pœna homicidij ordinaria. Et quid de irregularitate. Et vniuerſim quouſque ſint puniendi concurrentes ad homicidium, irregularitatemque incurrant.

Res hæc, quæ ſubobſcura eſt ac cõtrouerſa, quo ad primum & ſecundum eorum, quæ ſunt propoſita, perſpicuitatis cauſa, aliquibus concluſionibus eſt dirimenda. Simul autem dicemus de concauſis ad homicidium, propter rei connexionem cum reliquis duobus. Ne verò Diſputatio hæc longitudine tædium ac confuſionem pariat, in membra ſequentia erit diuidenda.

Concluſio prima circa primum, & ſecundum quæ præcipuè ſunt propoſita.

Membrum 1.

SVMMARIVM.

1 *Quando multi conſilio inito concurrerunt ad vnius interfectionem, ſiue vnum, ſiue plura vulnera lethalia ſunt illi illata, tunc omnes tenentur pœna homicidij ordinaria, omneſque irregularitatem incurrũt, ex homicidio voluntario, licèt longè magis indignam diſpenſatione qui interemerunt manu propria: niſi eſſent aliqui, qui id præcepiſſent executioni mandari.*

PRima autem concluſio eſt. Quando multi conſilio inito, vt aliquis interficiatur, concurrerunt ad illius interfectionem, ſiue vnum ſiue multa vulnera lethalia ſint illi illata, & ſiue conſilium fuerit, vt vnuſquiſque ipſo- 1

rum totum faceret, quod poſſet, ita vt, qui prius poſſet id opere perficere, illud exequeretur, ſiue conſilium fuerit, vt vnus aut duo id opere perficerent, cæteri autem ipſum, aut ipſos, adiuuarent, eiſque præſidio eſſent, tunc omnes tenentur pœna homicidij ordinaria, omneſque irregularitatem incurrunt ex homicidio voluntario, tametſi fœdiorem, longeque magis indignam diſpenſatione, qui propria manu interfecerunt. Excipe, niſi inter reliquos eſſet aliquis, aut eſſent aliqui, qui id præcepiſſent exequutioni mandari, quorumve nomine id exequutioni eſſet mandatum. Nam ij fœdiorem, magiſque indignam diſpenſatione, irregularitatem ex homicidio uoluntario contraxiſſent: eo quòd plus culpæ ſit in mandante exequi delictum, quàm in exequutore, qui nomine atque imperio illius illud exequitur. Qui namque mandat delictum, cauſa eſt, tum ſui proprij delicti, tum etiam delicti exequutoris, ipſeque eſt, qui totum damnum iniuſtè dat, quique totam iniuriam infert, ſed per mandatarium tanquam per ſuum inſtrumentum, à ſe ſuo imperio ad eam exequutionem motum. Vnde ipſe, tanquam cauſa principalis ac prima ſuo imperio damni illati, tenetur ante omnes alios illud totum reſtituere: exequutor verò non, niſi in defectum illius, vt tractatu præcedente in materia de reſtitutione à Diſput. 729. vſque ad 737. incluſiuè, fuit comprobatum.

Quòd omnes ac ſinguli, qui conſilio inito, vt aliquis interficeretur, ad homicidium illius modo explicato concurrerunt, teneantur pœna homicidij ordinaria, affirmat cum Barto. l. vlt. ff. ad legem Cornel. de ſicar. communior multorum doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. clemen. ſi furioſus. par. 2. §. 2. nume. 3. Iulius Clar. 5. libro ſent. §. homicidium. num. 37. & §. vlt. quæſt. 90. nume. 1. Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 36. concluſ. 1. & Carrer. in pract. de homici. §. 2. nu. 68. 69. 75. §. 4. num. 48. & §. 6. num. 145. limit. 1. Ratio autem eſt, quoniam omnes communi conſilio eum effectum homicidij doloſi intenderunt, & ex omnibus ſeſe mutuo adiuuantibus, vireſque ſibi mutuo ad illum adhibentibus, tanquam ex una cauſa ſequutus eſt: vnde omnibus ac ſingulis ad pœnam ordinariam homicidij doloſi imputari debet. Hanc ſententiam ſuo modo confirmat l. 1. in princ. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. illis verbis: *Qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulauerit*; tenetur ſcilicet pœna legis Corneliæ de ſicarijs. Licèt enim quando effectus homicidij non eſt ſequutus, conſuetudine ſit receptum, vt in eo euentu non incurratur pœna ordinaria eius legis; quando tamen effectus eſt ſequutus, cooperante illo cum reliquis communi conſilio & tanquam vna cauſa ad eum effectum, conſuetudine eſt receptum, vt pœna ordinaria eius legis incurratur, vt Anton. Gom. concluſione 1. citata annotauit; qui in confirmationem huius ſententiæ allegat legem 57. ſtyli. Eandem ſententiam confirmat l. ſæpe in fine. ff. de verbor. ſignif. vbi opem præſtans, ſi præceſſit conſilium, tenetur, vt principalis. Vt verò bene notant Iulius Clarus ibidem, Carrer. §. ſecundo, citato, nume. 70. Anton. Gom. cap. 3. citato, nume. 49. & alij, vt aſſiſtentes atque adiuuantes ad homicidium, quando ipſi non occiderunt, puniri poſſint pœna ordinaria homicidij, neceſſe eſt, vt conſtet de communi conſilio & animo, vt ille occideretur: id quod confirmat. l. ſæpe, paulo antea citata. Si enim non conſtat de communi conſilio, ſed ſunt indicia præceſſiſſe id conſilium, eoque animo eos omnes acceſſiſſe, tunc torqueri quidem poſſunt, qui non interfecerunt, vt confiteantur commune conſilium eius homicidij, ſeu animum communem ac ſcientiam, quòd vt homicidium patraretur,

A acceſſerint: illis autem cõfitentibus commune conſilium ac ſcientiam, puniendi ſunt pœna homicidij ordinaria: ſi verò id non cõfiteantur, puniendi ſunt ſola arbitraria ac extraordinaria pœna, eo grauius, quo indicia fuerint maiora, eos de communi conſilio acceſſiſſe; tametſi ad minuendam partem pœnæ, habenda ſit ratio tormentorum, quæ paſſi ſunt, quibuſque indicia fuerunt compurgata. Atque, vt bene Iulius Clarus ibidem ait, fieri aliquando poteſt, vt autor rixæ, atque homicidii, conuocauerit amicos, ac ſibi deuinctos, eoſque duxerit ad locum homicidii, & ad quærendum inimicum, animo illum interficiendi, nihil illis detegendo de eo animo, & vt inimico reperto, exorſus fuerit rixam, amicis ac ſibi deuinctis præſentibus, gladioſque ad
B adiuuandum ſtringentibus, in quo euentu ſolus autor eius rixæ ac homicidij, & ſi quis aliorum lethaliter percuſſit interfectum, puniendi ſunt pœna homicidij ordinaria; reliqui verò non: tametſi, quando de rei veritate ſufficienter aliunde non conſtaret, ſuſpecti omnes eſſent de præuio communi conſilio eius homicidii, torquerique proinde poſſent, vt id conſilium detegerent, vt dictum eſt. Euenire etiam aliquando poteſt, vt aliqui præuio communi conſilio, vt aliquis eorum aliquid in alterum efficiat, quo honori ſuo conſulat ac ſatisfaciat pro iniuria aliqua accepta, accedant animo illum protegendi ac defendendi ab aduerſario, nulla ratione intendentes, vt mors inde ſequeretur, neque mortem inde ſequendam arbitrantes; quando tamen
C mors eſt ſequuta, vt ſcio aliquando re ipſa eueniſſe. In quo euentu non arbitrarer, ſingulos, qui ei conſilio interfuerunt, quique ad defendendum aggreſſorem fuerunt parati, aut acceſſerunt, contraxiſſe irregularitatem ex homicidio voluntario comparatione ipſorum, ſed ſolùm ex caſuali, niſi conſilium fuerit, vt id aggreſſor efficeret in particulari, quòd (iuxta explanata Diſputatio. 3.) ſi homicidium inde præter intentionem formalem ſequeretur, reputaretur homicidium uoluntarium. Atque eiuſmodi aſſiſtentes, ac auxilium animumque tali aggreſſori eo modo præbentes, quando in conſcientiæ foro homicidium ſequutum non reputaretur comparatione eorum uoluntarium, vt irregularitatem ex homicidio voluntario contraherent, ſanè puniri in foro exteriori non poſſent pœna homicidii
D ordinaria, ſi id in exteriori foro conſtaret ex circunſtantiis concurrentibus, quin neque ſi in eo foro eſſet dubium; tametſi tunc in exteriori foro torqueri ea de cauſa poſſet, vt manifeſtarent, an conſilium fuerit, vt id homicidium patraretur, aut certè an fuerit conſilium, vt id aggreſſor efficeret, vnde ſi homicidium ſequeretur, reputari deberet homicidium voluntarium. Tormenta autem ab iis incipere deberent, tam in hoc, quàm in præcedenti euentu qui fuiſſe præſumerentur in maiori culpa talis homicidii aut conſilii.

Secunda autem pars concluſionis, videlicet omnes ac ſingulos, quorum comparatione dictum eſt, ob præuium conſilium tale homicidium eſſe volun-
E tarium, puniendoſque proinde eſſe in exteriori foro pęna homicidii ordinaria, incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario, ſatis perſpicua eſt; quoniam ſi homicidæ voluntarii reputantur ac ſunt tanquam concauſæ eo modo eius homicidii; eaque de cauſa puniendi ſunt pęna homicidii ordinaria, vtique irregularitatem ex homicidio voluntario incurrunt; cum ea ſit pęna pro eo delicto iure canonico ſtatuta. Atque id colligitur apertè ex cap. ſicut dignum. §. clericos autem, de homicid. iuncta gloſsa ibi verb. conſilium, & iunctis iuribus, quæ ea gloſsa citat, & affirmat Couar. nume. 3. citato hoc ipſum perſpicuè intendens; tametſi non exprimat,

irre-

irregularitatem eſſe ex homicidio voluntario. quod autem ea irregularitas fœdior ſit in eo, qui propria manu interficit, magiſque indigna ſit, vt in ea diſpẽſetur, quam in reliquis, niſi aliquis eorum id homicidium mandaſſet, ſatis profectò ex ſe eſt manifeſtum ſufficienterque ibi id probatur, quod de mandatore adijcitur. Quando autem indicia ſunt, aliquos ex tractatu ac conſilio præuio acceſſiſſe ad aliquem interficiendum, tunc, qui aſtiterunt, neque tamen ipſi occiderunt, ſi re vera ex præuio tractatu ac conſilio acceſſerunt, irregulares ex homicidio voluntario in foro conſcientiæ ſunt, eſto id in exteriori foro non conſtet. Si vero ex tali præuio conſilio non acceſſerunt, non ſunt irregulares ex homicidio voluntario: quando autem cenſendi ſint irregulares ex homicidio, non quidem voluntario comparatione ipſorum, ſed ex caſuali, in ſequentibus concluſionibus explanabitur.

De conſulente quouſq; teneatur pœna ordinaria, & irregularitatem incurrat.

Membrum II.

SVMMARIVM.

1 *Si quis conſilium dediſſet vt aliquis interficeretur, ſiue in communi multorum tractatu, ſiue in particulari, qui eo conſilio permotus eum interfecit, quem vt interficeret accepit id conſilium; tunc eſto qui id conſilium dediſſet non fuiſſet præſens, quando homicidium fuit patratum, incurreret tamen pœnam homicidij ordinariam, & ex homicidio irregularitatem.*

2 *Ad conſilium ſpectat ſuaſio, inſtigatio, ſuggeſtio, inſtructio, perſuaſio: & in quo conſilium differat a mandato.*

3 *Quando pœna aliqua ſtatuta eſt pro aliquo delicto nihil de conſulente aut aliter cooperantibus exprimendo, tunc conſulens in pœnam incidit ordinariam pro tali delicto ſtatutam, modo effectus eius delicti ſequatur, & executor eo conſilio permoueatur ad id delictum opere exequendum, ita quod conſilio eo excluſo id non ſimiliter fuiſſet executurus: pœna autem ordinaria homicidij, conſulens puniendus nõ eſt, niſi ſuo conſilio permouerit homicidam ad facinus patrandum.*

4 *In delictis atrocibus conſulens non eſt puniendus pœna ordinaria eius delicti, etiam delicto ſecuto, ſi, qui id delictum executioni mandauit, non fuit permotus eo conſilio, quia videlicet ſecluſo eo conſilio, ſimiliter patraturus erat idem crimen, licet eo conſilio fuerit plus confirmatus.*

5 *Quando pœna aliqua in iure ſtatuitur conſulenti aliquod delictum, vel concurrenti aliter ad illud, ſi imponatur pro conſilio, auxilio, aut alia ſimili actione, tanquam pro actionibus acceſſorijs actui eius delicti, non incurrit pœnam illam, qui aliquam earum exercuit, niſi ſecutum ſit delictum principale: at quando imponitur pœna pro ijs actionibus tanquam principalibus, incurritur pœna pro ijs ſtatuta, eſto progreſſio vlterius non fiat ad delictum.*

6 *Quando aliquis ad aliquod delictum conſilium dedit & de eo conſtat in foro exteriori, & tunc dubium eſt, an delinquens principalis, ſecluſo eo conſilio, commiſſurus fuiſſet id delictum an non, in foro exteriori non præſumitur fuiſſe illud commiſſurus niſi datum ei eſſet tale conſilium, ac proinde conſulens pœna ordinaria eius delicti punitur.*

7 *Quod dictum eſt de conſulente ad effectum delicti, locum etiam habet in mandante fieri delictum.*

A 8 *Licet conſiliarius reuocauerit conſilium prauum, quo alterum permouit ad homicidium, & diſſuadere illi conetur tale delictum: ſi tamen is eodem conſilio permotus tale homicidium committat, tenetur conſiliarius non ſolum ad damna in defectum executoris, ſed etiam pœna ordinaria eius delicti, etiam irregularitatis ex homicidio voluntario.*

9 *Quando aliquis prauum conſilium dedit, neque tunc perſuadere illud potuit, ſi poſtea is, cui datum eſt, illo permoueatur ad homicidium perpetrandum, tenetur ad damna ſubſecuta in defectum executoris talis praui conſilij.*

10 *Quando aliquis ex longo interuallo dedit prauum conſilium, & poſtea delictum fuit ſequutum, prudentis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs, eſt iudicandum, an executor ex eo prauo conſilio fuerit permo-* B *tus ad id delictum patrandum.*

Illud eſt obſeruandum. Si quis conſilium dediſſet, vt aliquis interficeretur, ſiue in communi multorum tractatu, modo tamen id conſilium conferret ac cooperaretur, vt ſequeretur homicidium, ſiue alicui particulari, qui eo conſilio permotus, eum interfecit, quem vt interficeret, accepit id conſilium; tunc, eſto qui id conſilium dediſſet præſens non eſſet, quando homicidium exequutioni fuit mandatum, incurreret tamen pœnam homicidij ordinariam, irregularitatemque ex homicidio voluntario. Ita communis doctorum ſententia, quem referunt ac ſequuntur Couaruu. §. ſecundo, citato C numero primo, Carrerius in practic. §. quinto de homicidio, numer. centeſimo ſexageſimo tertio, iuncto numero centeſimo quadrageſimo primo. Antonius Gomez. 3. tom. variarum reſolutio. capit. 3. numero quadrageſimo tertio, & Iulius Clarus libro quinto ſententiarum, §. vltimo, quæſtione octuageſima octaua. Et quamuis hi duo poſteriores autores de irregularitate mentionem non faciant, & duo priores non expreſſerint, eam eſſe ex homicidio voluntario: proculdubio tamen cenſent, eam eſſe ex homicidio voluntario. Tum quia cenſent, eiuſmodi conſulentem, tanquam vere ſuo conſilio ad id homicidium voluntarium, ac doloſum cooperantem, incurrere pœnas ordinarias homicidij voluntarij, ac doloſi: pœna autem iure canonico ſtatuta D pro homicidio doloſo, ac voluntario eſt irregularitas qualificata, quæ dicitur ex homicidio voluntario, circa quam Concilium Tridentinum iuxta capitu. minor. quinquageſima diſtinctione ſtatuit, vt nunquam diſpenſetur, eſtque in euentu, de quo loquimur, eo magis indigna diſpenſatione, quo plus id cõſilium cooperatum fuerit ad tale homicidium, permouendo plus exequutorem ad illud patrãdum. Tum etiam quoniam ita conſulens, ac permouens ad homicidium, vere homicidium voluntarium committit per exequutorem, ad illud permouendo, ac cooperando tali ſuo conſilio. Atque incurrit in hoc euentu irregularitatem ex homicidio voluntario, ſatis aperte colligitur ex capitu. ſicut dignum. §. E clericos, de homicidi. iuncta gloſſa ibi, verb. conſilium, & iunctis iuribus, quæ ea gloſſa citat, & ex. capitu. ſecundo, in fine, de cleric. pugnant. in duello. Quod autem prædicto modo conſulens, ſequuto effectu homicidij, incurrat pœnas ordinarias pro eo delicto ſtatutas, tanquam vera illius cauſa per exequutorem illud efficiens, ſuoque conſilio in illud influens, probant lex ſæpe, in fine, ff. de verborum ſignification. l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeruo corrupto, cap. nuper, de ſenten. excommunicatio. cap. ſicut dignum, §. clericos, de homicid. iũcta gloſſa ibi, verb. conſilium, & alia iura, quæ ea gloſſa citat. Maxime ſi attendas, in eo capite, poſt patratum enorme illud ſacrilegum homicidium, quo Sanctus Thomas Cantua-

Cantuarienſis Archiepiſcopus fuit interfectus, mitius Regem,& cooperatores ad id homicidiũ, fuiſſe punitos, ob Regis dignitatem, & multitudinem eorum,qui ad illud concurrerunt, quàm fuiſſent puniti,ſi duo aut tres priuati ad illud concurriſſent. Cũ enim homicidium illud qualificatum ac enorme fuerit,eo quòd ſacrilegium habuerit admixtum in perſonam tantæ dignitatis,quæ Eccleſię libertatem ſanctiſſimè defendebat, ſanè clerici illi, ſi id homicidiũ toto rigore iuris puniri debuiſſet, non ſolùm fuerũt deponendi,ac recludendi in perpetuum in monaſterium, vt pænitentiam agerent, ſed etiam degradati tradendi erant brachio ſeculari, vt interficerentur, iuxta ea, quæ de clerico homicidium voluntarium committente,quãdo illud eſt qualificatum,inferiùs, dum ad explicãdas pænas ſpirituales pro homicidio ſtatutas accedemus,eſt dicendum.

2 Hoc loco,vt iura & doctores intelligas,prǽterea quæ tractatu præcedente, Diſput.730. dicta ſunt,obſerua. Ad conſilium, tam in re propoſita, quàm in alijs,attinere ſuaſionem,inſtigationem,ſuggeſtionẽ inſtructionem, ac perſuaſionem. Eſt verò conſiliũ gratia eius,cui datur. In quo differt à mãdato,quod non eſt gratia eius,cui datur, ſed eius, qui illud dat, ſiue per ſe,ſiue per interpoſitam perſonam illud det. Vtrumque autem verbo datur,latè ſumpto, vt ſcripturam,nutus,aliudve ſignum, quo detur,comprehendit. Quando conſilium datur petenti,nullo inductiuo ei propoſito,cur illud amplecti aut exequutioni mandare debeat,nullaque inſtructione ei data circa modum, quo mandari exequutioni debeat, ſed ſolùm reſpondendo ad interrogata, placet vt facias, iudico,aut conſulo id ita eſſe faciendum, id fac, aut id exequutioni manda;tunc in tali conſilio neq; ſuaſio,neque inſtigatio,neque ſuggeſtio, neque inſtructio,aut perſuaſio interuenit propriè. Quando autẽ conſilium traditur non petenti, cernitur ſuggeſtio talis conſilij. Quòd ſi rationes ac inductiua proponantur,cur aliquid fieri debeat, tunc ſiue conſilium tradatur illud petenti,ſiue illud non petenti, dicitur in eo,quo ad rationes ac inductiua, interuenire ſuaſionem, ſuggeſtionem, atque etiam inſtigationem, maximè ſi conſulens vrgeat rationibus ac inductiuis,vt id acceptetur,aut vt exequutioni mandetur:& multo magis ſi improperet atque accuſet ignauiam, puſillanimitatem, dedecorique ac infamiæ tribuat, id conſilium non amplecti,exequutionique non mãdari, multoque magis hæc rationem ſuaſionis, ſuggeſtionis, aut inſtigationis habent, comparatione non petentis id conſilium. Eiuſmodi autem ſuaſio aut inſtigatio tunc habet rationem perſuaſionis,quãdo conſilium acceptatur ab eo, cui datur, in illoque exequutioni mandando conſentit: ab effectu enim illo ſuaſio antecedens ſortitur rationem perſuaſionis: alioquin verò ſolùm manet intra limites nudæ ſuaſionis: quo fit,vt ſuaſio interdum perſuadeat, interdum verò non item,ſed maneat intra limites nudæ ſuaſionis. Inſtructio autem modi, quo aliquid fieri debeat,vt quo venenum ſit conficiendũ, aut propinandum,quo aliquis aliter ſit interficiendus, quo furtum aut malum aliud ſit faciendum, comparatione eius,qui id ignorabat aut non attendebat, periculumque erat, ne ea inſtructione vteretur ad malum, ſanè ad conſilium,vt id malum fieret, reducitur: ſicut & laudare malum alicuius propoſitum,vnde ille in eo firmatur,ad conſilium etiam reducitur: ſubſequutoque inde effectu,perinde, qui ita inſtruit aut laudat,punitur,ac ſi conſilium dediſſet,vt id malum fieret,vt vtrumque habetur.l.1.§.perſuadere, & ſequentibus.ff. de ſeruo corrup. Eiuſmodi autem inſtructio interdum eſt coniuncta cum conſilio,aut ſimul etiam cum ſuaſione,inſtructione, ac perſuaſione: interdum verò eſt ab illis ſeparata, ita ſcilicet vt

A inſtruens,nihil aliorum ſimul efficiat. Atque,quando inſtructio datur eam non petenti, ſortitur etiam propriæ rationem ſuggeſtionis, qua inſtructio ſuggeſta ei eſt, qui inſtrui non petebat: quamuis minus propriè, ſuggeſtio dici etiam poſſit comparatione quoque eius,qui inſtrui optabat ac petebat.

Ex his facilè intelliges verba illa Vlpiani l. in furti.§.conſilium. ff. de furtis. *Conſilium dare videtur, qui perſuadet & impellit* (inſtigando videlicet) *atq; inſtruit conſilio ad furtum faciendum.* Intelliges præterea verba illa eiuſdem Vlpiani l.1.§. perſuadere. ff.de ſeruo corrup. quæ alioquin ſuboſcura erant. *Perſuadere autem eſt plus,quam compelli,atque cogi ſibi parere.* Compelli quidem ad malum, & cogere ſibi parere ad malum,vtique ad inſtigationem ad ma-

B lum ſpectant,etiam ſi, præter ſuaſionem & impropria,accedat impulſio,& coactio aliqua exterior, verbere etiam adhibito; quòd ſi conſenſus eius, qui ita compellitur ac cogitur ad malum,non accedat, nondum ea vehemens atque iniuſta inſtigatio, compulſio, ac coactio, ſortitur rationem perſuaſionis, ſed manet intra limites ſuaſionis inſtigatiuæ ac cõpulſiuæ,ac proinde perſuadere tunc plus eſt,additve,ſupra compellere ac cogere: & quia ſine cõſenſu eius, qui compellitur ac cogitur ad delictum,putà ad furtum, fugam, aut homicidium, non ſequitur id delictum,ad quod erat ea compulſio ac coactio, non tenetur is pæna eius delicti,qui ad illud impulit ac cogit,cum tamen teneretur,ſi perſuaſiſſet,vt illud committeretur,eſto perſuaſio non eſſet inſtigando, com-

C pellendo,ac cogendo, ſed ſolùm ſuadendo, aut nudum tradendo conſilium. Cum tamen intra limites nudi conſilij,maior multo culpa ſit, maiorique pæna digna, inſtigare, cogere, aut compellere ad delictum aliquod, quam illud ſuadere dumtaxat, aut circa illud patrandum tradere nudum conſilium.

Vlterius obſerua. Interdum in iure pænã eſſe ſtatutam pro aliquo delicto, nihil ſtatuendo in particu- 3
lari circa conſulentem,aut aliter cooperantem ad id delictum. Interdum verò pænam eſſe ſtatutam conſulenti aut cooperanti aliter ad id delictum, ſiue ea pæna ſit eadem,quæ pro eo delicto eſt ſtatuta,ſiue diuerſa. Quando pœna aliqua ſtatuta eſt pro aliquo delicto, nihil de conſulente, aut aliter cooperanti-

D bus, exprimendo, vt in homicidio doloſo pæna eſt ſtatuta legis Corneliæ de ſicariis,nihil de conſulente,aut cooperantibus, exprimendo ac ſtatuendo in particulari,tunc conſulens in pęnam incidit ordinariam pro tali delicto ſtatutam; modò tamen duo ſimul concurrant. Vnum eſt, vt effectus eius delicti ſequatur. Alterum verò eſt,quòd exequutor eo conſilio permoueatur ad id delictum opere exequendum, ita quòd ſecluſo eo conſilio id non ſimiliter fuiſſet exequuturus. Si.n. fuiſſet ſimiliter illud exequuturus,tunc conſulens,quia ſuo conſilio cauſa nõ eſſet id delictum efficiens,ad illudve cooperans, nõ incurreret pænam ordinariam eius delicti. Hoc totum eſt, quod aſſeruimus ſuprà in principio huius

E Membri 2. & quod circa homicidium, & circa alia crimina, affirmant doctores ibi citati, atque quod probant iura ibidem citata. Quòd autem,vt conſulens pænam ordinariam eius delicti incurrat, neceſſe ſit effectum ſequi,crimenve committi,& affirmãt doctores citati,& probat.l.ſæpe in fine.ff.de verbo. ſign.illis verbis; *Et ſanè poſt veterum autoritatem eò peruentum eſt,vt nec conſilium habuiſſe noceat,* (ad incurrendam videlicet pænam ordinariam ſtatutam pro delicto,circa quod datum eſt prauum conſiliũ) niſi factum ſequutum fuerit,ad quod ſcilicet patrandum datum eſt prauum conſilium. Probat etiam.l. qui ſeruo,verſ.plus Pomponius. ff. de furtis. Quòd item, vt conſulens pænam ordinariam eius delicti incur-

incurrat, neceſſe ſit, exequutorem eo conſilio per-
moueri, ita vt, ſecluſo eo conſilio, id delictum nõ fuiſ
ſet exequuturus, ſimiliter affirmant doctores citati,
& conſentiunt, quæ tractatu præcedente Diſputat.
732. & 736. dicta ſunt, ac probat. l. non ſolum. §. ſi
mandato, verſ. Attilicianus. ff. de iniur. cuius verba
ſunt; *Attilicianus ait, & ſi perſuaſerim alicui alias no-
lenti, vt mihi ad iniuriam faciendam obediret, poſſe iniu
riarum mecum agi*, quaſi ſecùs ſit dicendum, ſi, ſeclu
ſa mea perſuaſione, ſimiliter id erat facturus; quia
tunc conſulens eo conſilio non eſſet cauſa eius dam-
ni. Probat etiam. l. 1. §. perſuadere, & ſequentibus.
ff. de ſeruo corrup. quæ verſ. imò & ſi, habere vide-
tur, ſatis eſſe, ſi delinquens conſilio ſibi præſtito ma-
gis firmetur in malo ſuo propoſito, deteriorque eo
conſilio fiat; ſic enim habet verſiculus ille. *Imò
& ſi erat ſeruus omni modo fugiturus, vel furtum fa-
cturus; hic verò laudator eius propoſiti extitit, tenetur.
Non enim oportet laudando augeri malitiam. Siue ergo
bonum ſeruum fecerit malum, ſiue malum fecerit dete-
riorem, corrupiſſe videtur*. Hoc verò ego intelligerẽ,
quando verè laudator talis propoſiti auxit ea laude,
conſilio, ſeu approbatione, malitiam ſerui ad id deli
ctum committendum, ita vt verè cooperatus ex par
te ſit eo conſilio ad id delictum: atque rurſus teneri
intelligerem ad reſarcienda damna, in defectũ man
cipij, iuxta ea quę in putationibus citatis dicta ſunt,
& fortè ad pænam etiam non ita grauem ſerui cor-
rupti, vt aliqui cenſent peculiariter quo ad id delictũ
fuiſſe id ſtatutum. Ad pænam autem ordinariam ꝓ
homicidio, eo quòd grauis admodum ſit, puta mor-
tis naturalis, non auderem affirmare damnandum
eſſe conſulentem, niſi ſuo conſilio permouerit homi
cidam ad homicidium patrandum, ſaltem quia eo
conſilio confirmauit labantem ac propendentẽ ad
ad id delictum patrandum, ſi tamen eum, qui iã de-
creuerat patrare homicidium, quique, ſecluſa appro
batione & conſilio ſuperaddito, id delictum erat cõ
miſſurus, plus ſuo cõſilio firmauit ac corroborauit,
in eo iniquo propoſito, ſanè, licèt iuxta dicta Diſpu.
736. citata, teneretur ad damna in defectum eius, qui
illa dedit, non tamen condemnare auderem eiuſmo
di conſiliarium pæna homicidij ordinaria, ſed alia
arbitraria infra mortem, acerbiori, aut minùs acer-
ba, pro vt plus aut minus homicidam in eo iniquo
propoſito firmaſſet: id quod ſatis apertè confirmat.
cap. ſicut dignum. §. qui verò de homicid. vbi habe-
tur, eos, qui odium illud Regis Angliæ inflamma-
runt, vnde mors Archiepiſcopi fuit ſequuta, durè &
aſpere eſſe puniendos, ſed non ita durè & aſpere, ac
ſi ex ea inflammatione ſequuta fuiſſet mors, quę alio
quin ſequenda non foret. Vbi vides, non tanta pæna
eos puniri, qui inflammant ſuo conſilio ac ſuaſione
animum homicidæ, quando, ſecluſa ea confirmatio-
ne & inflammatione, ſequendum ſimiliter erat ho-
micidium, quanta puniendus eſt, qui ſuo conſilio ita
fuit cauſa homicidij, quòd, eo conſilio ſecluſo, futu-
rum non fuiſſet id homicidium, quòd ſanè noſtram
ac communem confirmat ſententiam, eum ſcilicet,
qui conſilio ſuo non ita eſt cauſa homicidij, quin ſe-
cluſo eo conſilio, ſimiliter homicidium eſſet patran-
dum, puniendum non eſſe pæna homicidij ordina-
ria. Obſerua tamen, quando conſilium in hoc euen-
tu aliqua ex parte confirmauit animum homicidæ,
ita quòd aliqua ex parte ad homicidium tanquã con
cauſa fuit cooperatum, conſulentem incurrere irre-
gularitatem ex eo homicidio, vt Couar. num. 1. cita-
to cum alijs, quos citat, rectè affirmat: idemque eſt
dicendum, quando eſt dubium, an fuerit cooperatũ:
ſecùs autem quando conſtat nihil omnino fuiſſe coo
peratum, quia nihil auxit roboris, ac intenſionis ac
inflammationis in propoſito homicidæ. Erit verò
ea irregularitas, vel ex homicidio caſuali compara-

A tione ita ſuo conſilio confirmantis, aut inflamman-
tis, ſi conſulens non credebat ex inflammatione ſe-
quendum eſſe homicidium, vt in illis, qui. §. qui verò
citato, accenderunt ſuis ſuggeſtionibus odium Re-
gis in Archiepiſcopum, ſi non crediderunt, Regem
eò de cauſa interfecturum Archiepiſcopum: vel ex
homicidio voluntario, ſi tali conſilio intenderunt,
vt ſequeretur homicidium; quando tamen parũ ad-
modum corroborarunt aut incenderunt propoſitũ
homicidæ, qui, ſecluſo eo conſilio, erat ſimiliter in-
terfecturus, ea irregularitas non erit, meo iudicio, cẽ
ſenda omnino indiſpenſabilis: eo quòd parua admo
dum fuit talis cooperatio & influxus ad id homici-
diũm. Quando autem aliquis ſuo conſilio permo-
uiſſet aliquem ad homicidium patrandum, aut duo
B aliqui illum permouiſſent, à quorum conſilio pende
re ea in re voluit, tunc vterque teneretur pæna ho-
micidij ordinaria, nihil impediente, quòd, ſi illi eum
homicidam non permouiſſent ad id homicidiũ, alij
eſſent ſimili modo permoturi: quoniã tunc illi prio-
res fuiſſent per ſuum conſiliũ vera cauſa iniqua per-
mouens exequutorem eo conſilio ad id homicidiũ.
Conſentiunt, quæ Diſp. 736. citata dicta ſunt. Idem
quod tria iura relata, confirmat. §. interdum. verſic.
certè. inſt. de obligat. quę ex delict. Vbi habetur, eũ,
qui opem ad furtum non tulit, eſto conſuluerit, ad-
hortatuſque ſit ad furtum, nõ teneri de furto. Quod
gloſſa ibi & doctores communiter exponunt, quan-
do fur, ſecluſo eo conſilio ac adhortatione, facturus
ſimiliter erat furtum, atque id ita ſancitum eſt. l. 4. ti.
C 14. par. 7. eoque modo conciliatur paragraphus cita
tus cum l. in furti. §. ope. verſ. conſilium, & cum. l. ſi
quis vxori. §. neque. ff. de furt. & conſentit l. ſæpe, in
fine. ff. de verbor. ſignific. dictaque hæc ſunt tra-
ctatu præcedente in calce Diſputat. 695. §. inſtit. §.
interdum.

Quidam, quos Carrer. in pract. §. homicid. 5. in
calce. num. 163. & num. 164. refert ac ſequitur, di- 4
cunt, in atrocibus delictis, etiam ſi delinquens, ſeclu
ſo conſilio ſibi præſtito, commiſſurus ſimiliter eſſet
delictum, conſulentem puniri pæna eius delicti ordi
naria. Dicẽdum verò eſt, neque in delictis atrocibus
conſulentem puniendum eſſe pæna ordinaria eius
atrocis delicti, etiam quando ſequutum eſt delictũ,
ſi, qui delictum exequutioni mandauit, non fuit per-
D motus eo conſilio, quia videlicet, eo conſilio ſecluſo,
ſimiliter patraturus erat idem crimen, eſto ex eo cõ-
ſilio fuerit plus confirmatus, aut magis odio incen-
ſus ad idem delictum patrandum, vt ſatis apertè pro
bant, quæ ex cap. ſicut dignum. §. qui verò de homi-
cid. paulò antea relata ſunt: illud enim erat atrox de
lictum, minuſque iubentur puniri, qui inflammarũt
odium Regis, ex quo id homicidium fuit ſequutum,
ſi, eſto non inflammaſſent, ſequendum nihilominus
erat idem homicidium, quàm ſi Regem permouiſ-
ſent ad id homicidium patrandum, & affirmat Co-
uar. num. 1. citato, cum communi doctorum ſenten-
tia, quam refert. Quando autem lex conſilium exte-
riùs adhibitum ſeu tractatum, circa crimen aliquod,
E puniret pæna ordinaria eius delicti, vt circa crimen
læſæ maieſtatis punit l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſ.
tunc in eo delicto vera eſſet doctrina illa eorũ, quos
Carrer. refert ac ſequitur: non quidem quaſi in deli-
ctis atrocibus id verum vniuerſim habeat, ſed quia
id peculiariter in eo crimine eſt ſancitum. Quando
item attentatio ſola delicti puniri deberet pæna ordi
naria eius delicti, aut mortis pæna, iuxta ea quæ Di-
ſput. 24. explanata ſunt, tunc conſilium ad id deli-
ctum aut attentationem, quando ex eo conſilio de-
linquens fuit permotus ad talem attentationem, pu-
niendum etiam eſſet eadem pæna, non verò quando
id attentans permotus ex eo conſilio non fuiſſet ad
talem attentationem, tunc enim conſulens punien-
dus

dus ſolum eſſet pæna arbitraria, maiori vel minori
prout aliquid corroboraſſet, aut nihil corroboraſſet
delinquentem ad talem attentationem, & prout po-
ſtularent reliquæ circumſtantiæ concurrentes. Atq;
vniuerſim eſt dicendum, conſilium exteriùs adhibi
tum ad aliquod flagitium, quod punibile ſit in foro
exteriori, alicuiuſque in eodem foro ſit momenti, ſi
ad id tribunal deducatur, vbi punitur tale delictum,
puniendum eſſe pæna arbitraria, ſiue aliquis ſit eo
conſilio permotus ad id flagitium committendum,
aut attentandum, ſiue non, & ſiue flagitium, ad quod
erat id conſilium, attentatum fuerit, ſiue non: eo qd
res mali exempli ſit tale conſilium exterius datum,
expediatque communi bono non manere impuni-
tum. Idem de mandato, quod exequutioni manda-
tum non fuit, ſiue acceptatum fuerit, ſiue non affir-
mat cum alijs, quos citat, Carrer. §. 5. citato. nu. 81.
Anton. verò Gom. 3. tom. var. reſ. cap. 3. num. 41. cũ
alijs, quos citat, affirmat, quando delictum non eſt
atrox, neque mandatarium ex ſuſcepto mandato, ne
que mandantem teneri ex mandato dato. Plus verò
mihi probatur, quod dictum eſt.

5 Illud obſerua, quando in iure pæna ſtatuitur con-
ſulenti aliquod delictum, opem aut auxilium ad il-
lud ferenti, vel concurrenti aliter ad illud, ſiue ea pæ
na ſit eadem, quæ pro principali delicto eſt ſtatuta,
ſiue alia diuerſa, eſſe attendendum, num imponatur
pro conſilio, auxilio, aut alia ſimili actione, tãquam
pro actionibus acceſſorijs actui eius delicti: an verò
imponatur pro eis actionibus tanquam pro princi-
palibus in ſe ſpectatis, eſto nulla alia progreſſo vlte-
riùs fiat ad delictum illud patrandum. In priori euẽ
tu, quia pæna illa non imponitur pro eis actionibus,
niſi vt acceſſoriæ ſunt delicto, ad quod ſunt coope-
rationes aut iuuamina, non incurrit pænam illã, qui
aliquam earum exercuit, niſi ſequutum ſit delictum
principale. Vt quando in iure dicitur, excommuni-
camus eum, qui tale quid fecerit, aut commiſerit, &
omnes ei auxilium, conſilium, &c. ad id præbentes,
tunc, qui conſilium aut auxilium, ad id delictum de-
derit, non incurrit eam excommunicationis pęnam,
niſi ſequatur delictum, ad quod id conſilium aut au-
lium dedit: quoniam pæna illa non eſt impoſita pro
eis actionibus tanquam principalibus atque in ſe ſpe
ctatis, ſed tanquam acceſſorijs delicti principalis, ac
proinde niſi principale delictum ſequatur, pænæ illę
non incurruntur. In poſteriori verò euentu, quia pæ
na pro eis actionibus imponitur tanquam principa-
libus, incurritur pęna pro eis ſtatuta, eſto progreſſio
vlterius non fiat ad delictum. Hinc quando in iure
pæna aliqua imponitur, non ſolùm patranti aliquod
delictum, ſed etiam illud attentanti, aut de eo tractã-
ti, vel conſilium circa illud ineunti, eſto vlterius pro
greſſus nullus fiat ad id delictum, incurritur ac im-
ponitur pæna pro ſola attentatione, tractatu, aut cõ-
ſilio inito, ſeu interiùs dato. Quando autem pæna
pro actu aliquo imponatur tanquam pro acceſſorio
dumtaxat, & quando tanquam pro principali, ex
modo diſpoſitionis legis, atque ex legiſlatoris inten
to, eſt iudicandum.

6 Quando aliquis conſilium dedit ad aliquod deli-
ctum, & de conſilio, ita ad id delictum dato, in foro
exteriori conſtat, tunc in dubio, an delinquens prin-
cipalis, ſecluſo eo conſilio, commiſſurus fuiſſet id
delictum, an non, in exteriori foro præſumitur non
fuiſſe illud commiſſurus, niſi datum ei eſſet tale con
ſilium, ac proinde conſulens pęna ordinaria eius de-
licti punitur: quoniam in dubio nemo præſumitur
commiſſurus delictum, argumento. l. merito. ff. pro
ſocio. Ita communis doctorum ſententia, quam re-
ferunt ac ſequuntur Couar. num. primo. citato. §. in
eo, & Carrer. §. 5. citato. num. 174. Quando tamen
in foro exteriori aliquæ eſſent coniecturæ, quæ du-

A biam rem facerent, propter veriſimilitudinem ali-
quam, quæ eſſet, patratorem eius delicti, ſecluſo eo
conſilio, ſimiliter commiſſurum idem delictum, tũc
cenſerem, qui id conſilium dedit, puniendum nõ eſ-
ſe pæna ordinaria, ſed alia arbitraria, minuendo de
pæna pro quantitate talis dubii, argumento eorum,
quæ tractatu præcedente in calce Diſput. 736. §. du-
bium eſt, dicta ſunt. Atque hoc, pręter alios euentus,
cenſerem, quando patrator delicti in iudicio confite
retur, ſe non fuiſſe conſilio permotum, ſi vrgentes
coniecturæ non eſſent, eum mentiri, vt conſulẽtem
à pæna liberaret.

Diſtinctio, an delicti exequutor eſſet alioquin idẽ 7
delictum facturus, non ſicut habet locum in conſu-
lente ad effectum, vt ſi exequutor facturus ſimiliter
B fuiſſet idem delictum, conſulens puniendus non ſit
pæna eius delicti ordinaria, ſic etiam habet locum in
mandante fieri delictum. Licèt enim mandatarius
facturus ſimiliter eſſet idem delictum, eo tamen ip-
ſo, quòd ad alterius mandatum illud exercet, ſanè id
conſilium efficitur mandantis tanquam cauſæ prin-
cipalis, cuius nomine ac loco exerceretur, ac proin-
de mandans puniendus eſt pæna eius delicti ordina
ria tanquam cauſa illius principalis. Ita cum Bartol.
communis ſententia, quam referunt ac ſequuntur
Couar. ibidem, & Carrer. §. 5. citato. à num. 75. qui
multos etiam citat in contrariam ſententiam: quo-
rum ſententiam probarem, quando id non efficeret
nomine mandantis, ſed ſuo. Quando item nomine
ſuo & mandantis id efficeret, licèt vterque tenere-
C tur pæna ordinaria, tametſi mandanti tunc aliquid
de pæna ordinaria remitti fortaſſe deberet, con-
tribuere tamen vterque deberet ad damna data,
vt vtrumque tractatu præcedente Diſputat. 550. di-
ctum eſt.

Eſto conſiliarius reuocauerit conſilium prauum, 8
quo alterum permouit ad homicidium aut ad aliud
delictum patrandum, & eſto diſſuadere illi conetur
tale delictum, ſi tamen is, cui conſilium eſt datum,
eodem conſilio permotus, tale homicidium aut tale
aliud delictum committat, tenetur conſiliarius non
ſolùm ad damna in defectum exequutoris, ſed etiã
pæna ordinaria eius delicti, etiam irregularitatis ex
homicidio voluntario: quoniam verè id conſilium
cooperatum eſt ad tale delictum, permouendo ad
D exequutionem illius, tanquam inſtrumentum eius,
qui illud dedit. In quo multum differt conſiliarius à
mandante. Eo enim ipſo, quòd mãdans homicidiũ,
aut aliud delictum, mandatum expreſsè aut tacitè
reuocat, ita tamen vt notitia eius reuocationis ad
mandatarium re integra perueniat, ſi mandatarius
id exequatur, non cenſetur illud exequi gratia man-
dantis, neque cooperatur iam mandatum ad eã exe-
quutionem, ſed cenſetur mandatarius id facere gra-
tia ſui ſibique deinceps, & non mandanti, tribuitur
id delictum, tum quoad damna, tum etiam quo ad
pænam, etiam irregularitatis eius delicti. Neque
mandans tenebitur niſi pæna arbitraria de manda-
to iniquo antea dato, perinde ac ſi, qui id mandatum
E acceperat, exequuturus non eſſet delictum, ſed deſte
tiſſet ab illo exequendo ob eam reuocationem. Di-
ſcrimen hoc inter conſulentem & mandantem de-
lictum tradidimus copiosè cum Innocentio, Naua.
& communi doctorum ſententia, tractatu præce-
dente, Diſputat. 731. Illudque in re propoſita tradit
cum Innocent. & Bartol. communis doctorum ſen
tentia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom 3.
tom. variar. reſol. cap. 3. num. 40. & 44. & Carrer. §.
5. citato numero 78. & 158. Nos verò diſputatione
citata addidimus, ſi mandatum habuiſſet admix-
tum aliquid conſilij, atque mandatarius, poſt man-
dati reuocationem, ex eo conſilio admixto per-
motus fuiſſet ad delictum patrandum, tunc man-
dantem,

dantem, non quatenus mandantem, ſed quatenus quo ad id conſulentem, teneri ad damna in defectum exequutoris. Tenebitur item ad pœnam delicti ordinariam, ſi ex illo admixto conſilio permotus fuit mandatarius ad id delictum exequutioni mandandum, quod tamen alioquin mandaturus exequutioni non fuiſſet.

9 Vtrum autem, quando aliquis prauum conſilium dedit, neque perſuadere illud tunc potuit, ſi poſtea is, cui eſt datum, illo permoueatur ad homicidium, aut aliud delictum patrandum, exequutioniq; illud mandet, puniendus ſit cõſulens pœna eius delicti ordinaria. Carrer. ibidem. num. 157. cum Baldo, cenſere videtur, non teneri. Nos tractatu præcedente in calce diſputat. 730. diximus, teneri ad damna ſubſequuta in defectum exequutoris talis praui conſilij:
B quoniam conſulens tunc vere per id ſuum cõſilium fuit cauſa permouens eum exequutorem ad id delictum. Atque eodem modo dicerem, teneri in foro exteriori ad pœnam ordinariam eius delicti, ſi in eo foro conſtet, exequutorem eo prauo conſilio fuiſſe permotum ad id delictum patrandum. In dubio autem, an inde fuerit permotus, puniri debet pœna arbitraria pro quantitate eius dubij, ſpectatiſque cæteris circumſtantijs concurrentibus.

10 Quando aliquis ex lõgo interuallo dedit prauum conſilium & poſtea fuit delictum ſequutum, prudentis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs concurrentibus eſt iudicandum, an exequutor ex eo prauo conſilio fuerit permotus ad id delictum patrandum. Atque quando fuerit valde veriſimile, permotum fuiſſe, ita
C vt iudex merito id ſibi omnino perſuadeat, puniri debet pœna ordinaria eius delicti: quando autem circunſtantiæ rem dubiam effecerint, puniri debet pœna ſolum arbitraria, maiori vel minori, pro quantitate dubii. Et iuxta hęc accipienda conciliandaq; ſunt quæ Carrer. §. 5. citat. nu. 155. ex variis autoribus, & tanquam inter ſe contraria, refert.

De mandante quouſque pœna ordinaria teneatur, irregularitatemq; incurrat.

Membrum III.

SVMMARIVM.

1 *Mandans homicidium illo ſecuto tenetur pœna homicidij ordinaria.*

2 *Quando mandans homicidium intendit illud formaliter, tunc ſequuto homicidio, mandans, & mandatarius incurrunt irregularitatem ex homicidio voluntario, & tenentur pœna homicidij voluntaria. Quando vero homicidium non intenditur, & tamen cenſetur voluntarium etiam comparatione mandantis, quia mandauit id, vnde mandatario, non excedente fines mandati, facile mors ſequi poterit, mandans incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario: nec puniendus eſt pœna homicidij ordinaria. Idem intelligendum de executore, qui homicidium patrauit illud non intendendo.*

2 *Quando mandatum aut conſilium eſt de re illicita, ex qua ſequi poteſt homicidium minime a mandante, aut conſulente intentum, tunc ſi homicidium ſequatur, etiam eius cui mandatum, aut conſilium datum eſt, mandans aut conſulens incurrit irregularitatem ex tali homicidio, ipſorum comparatione caſuali.*

3 *Mandans homicidium ſecuto delicto, tenetur ex delicto ipſo, & non antea quam ſequatur, tametſi quando ſequitur teneatur ex eo delicto ob mandatum, ſeu quatenus ex eo mandato eſt ſecutum: quod idem omnino dicendum eſt de conſilio.*

4 *Licet mandatum longe antea fuerit traditum, vt mã*
A *datarius aliquem interficeret, ſi deinde mãdatarius poſtea id committat, neque de expreſſa, aut tacita reuocatione mandati conſtet, cenſetur delictum commiſſum ex anteriori mandato, mandanſque proinde tenetur pœna homicidij eius ordinaria, quando non conſtat mandatarium ex peculiari ſua cauſa motum fuiſſe ad id patrandum.*

5 *Quando mandans ſuperior eſt ea in re mandatarij, licet id quod mandatarius executioni mandauit in re eſſet illicitum, obedientia id ſibi præcipientis excuſat eum a culpa, atque ab omni onere reſtituendi damna omnia inde ſequuta.*

6 *Quando mandatarius certo ſciebat, illicitum eſſe exequi quod præcipiebatur, aut ita erat dubium, vt non poſſet merito committere ſe ſcientiæ præcipientis, ſed potens facere diligentiam ad id ſciendum, executioni illud mandauit, neque a culpa, neque a pœna excuſatur.*

7 *Quando quod mandatur eſſet intrinſece malum, tunc ferenda potius eſt mors propria, quam id executioni mandandum: quando vero non eſſet intrinſece malum, tunc attenta quantitate damni, quod mandatario immineret, niſi tale mandatum, ex parte mandantis iniquum, ipſe executioni mandaret, eſſet iudicandum, num ea exequutio ad mandatum eius, a quo tantum detrimentum mandatario imminebat, niſi id exequeretur, excuſanda omnino eſset a culpa, & a pœna.*

8 *Quando mandatum erat intrinſece malum, aut licet malum intrinſece non eſset, non tamen tantum malum non implendo mandatum imminebat, vt excuſaret a culpa illud exſequentem, ſi delictum a mandatario ita commiſsum leue ſit, & damnum inde ſequutum leue; non punitur mandatarius ob hoc delictum, excuſante eum tum a pœna, tum a reſarcione dãni obedientia ſuperioris: punitur tamen mandans & competit aduerſus eum actio legis Aquiliæ ad reſarciendum damnum. Secus autem eſt de mandatario leue delictum committentis, et ſecus ſi delictum ſit graue.*

9 *Quandocunque mandatarius ſubditus ratione mandantis exequitur id, quod ſibi conſtat eſse malum & illicitum, tunc non excuſatur a pœna, neque ab onere reſarciendi damna data. Quando vero exequitur de mandato alterius id, quod ſibi non conſtat eſse malum, tunc ſolum mandans tenetur ad pœnam, & ad damna data, mandatarius vero ad nihil tenetur.*

D

10 *Quando aliquis ab aliquo iniuriam accipit, et conſanguineus eius, aut amicus interficit inferentem iniuriam, aut vulnerat, ſi ipſo inſcio ſit factum, neque poſtea ratum habuit nomine ſuo in ſuamque vindictã eſse factum, aut eſto agnouerit id fieri velle, ipſe nõ conſenſit, ſed omnino conatus eſt impedire nullam pœnam incurrit, nec proinde irregularitatem incurrit, nec ad reſtitutionem tenetur.*

11 *Qui mandat fieri delictum, ad quod mandans cõcurrere non poteſt vt adulterium, tenetur de mandato mandatarius, quoad iniuriam eo abuſu vxoris mandatam fieri marito.*

E

QVod ad mandantem interficere iniuſte attinet, magno nos onere hoc loco leuabunt, præter dicta duobus membris præcedentibus, & ſupra diſputatio. 3. quæ tractatu præcedente diſputat. 550. 729. & 731. dicta ſunt. Atque diſputa. 550. citata, prætermiſſa Barto. diſtinctione, & quamplurimorum aliorum, ibi relata, quam Carrer. §. 5. citato. num. 59. & ſeqq. copioſe etiam refert, quamque nume. 62. affirmat iudices non curare, diximus, mandantem homicidium, illo ſequuto, teneri pœna homicidij ordinaria, quam etiam Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nu. 39 1
aſſeuerat, multiſque iuribus confirmat. Atque id ſatis confirmant, quæ de conſulente cum communi doctorum

doctorum ſententia membro præcedente dicta ſũt. Si enim conſulens homicidium ei, qui alioquin illud non erat facturus, homicidio ſubſequuto, tenetur pæna homicidij ordinaria, ſanè multo magis tenebitur, qui illud fieri mandat, & cuius autoritate ac nomine fit, quippe qui in longè maiori culpa eius homicidij eſt, longeque plus ad illud influit, quàm conſulens: irrationabilia que valde eſſent iura, quæ conſulentem pæna homicidij ordinaria punirent, & mandantem punire ſtatuerent mitiori pæna arbitraria. Ac ſanè contra Bartol. & multorum opinionem Diſput. 550. citata relatam, quòd ſcilicet quando lex ſtatuit pænam ordinariam perſonę patranti delictũ, tunc ea non ſit puniendus mandans id delictum, ſed alia mitiori arbitraria, pugnat apertè. c. cum quis de homic. lib. 6. quod docet, pænam excommunicationis, canone ſi quis ſuadente diabolo, ſtatutam ei, qui manus violentas in clericum iniecerit, extendi non ſolùm ad illam mandantem, ſed etiam ad ratam eã habentem nomine ipſius factam, quatenus talis ratihabitio fictione ac diſpoſitione iuris mandato comparatur. Neque ſatisfacit reſponſio Carrer. §. quinto. citato, num. 196. quòd aliud habeat diſpoſitio iuris canonici, & aliud diſpoſitio iuris ciuilis: perſpicuè enim cap. cùm quis citato, ex diſpoſitione iuris ciuilis circa mandatum & ratihabitionem, canonico iure approbata ac recepta, id diſponit, vt latiùs membro ſequenti dicemus.

2 Quando mandans homicidium, intẽdit illud formaliter, perſpicuum eſt, ſequuto homicidio, mandãtem & mandatarium incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario, iuxta ea quæ Diſput. 3. dicta ſunt, & teneri pœna homicidij ordinaria, iuxta ea quæ. §. præcedente, & alijs locis citatis, dicta ſunt. Quando verò homicidium non intenditur, & tamẽ cenſetur voluntarium, etiam comparatione mandãtis, quia mandauit id, vnde, mandatario non excedẽte fines mandati, facilè mors ſequi poterat, iuxta ea quæ Diſput. 3. citata explanata ſunt, cenſet quidem Couar. clement. ſi furioſus. par. 2. in initio. num. 1. & 2. §. 1. num. 1. Id mandantem incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario; addit tamen. §. 1. nu. 1. citato, & in initio in calce. num. 2. citati, puniendũ non eſſe pæna homicidij ordinaria, ſed mitiori alia extraordinaria ac arbitraria, idemque cenſet de exequutore, qui ſimiliter homicidium patrauit illud nõ intendendo. Ducitur, quia homicidium illud nõ eſſe intentum, minus culpabile eſt, quàm ſi eſſet intentũ, eaq; de cã puniri debet minori pęna, q̃ ſi eſſet intẽtum, ac proinde pæna extraordinaria infra mortem. Arbitror tamen in omni euentu, in quo homicidiũ eſt voluntarium, vt diſtinguitur contra caſuale, atq; in quo irregularitas ex homicidio voluntario incurritur, iuxta ea quæ Diſput. 3. explanata ſunt, homicidam, ſiue ille exequutor ſit, ſiue mandans, aut conſulens, puniendum eſſe pæna homicidij ordinaria, iuxta ea quæ Diſput. 21. & alijs ſequentibus dicta ſunt, idque affirmare ac intendere iura, communemque doctorum ſententiam. Neque bonum commune patitur, vt, qui ita vulnerauit, vt mors inde facilè euenire poſſet, aut qui aliud iniuſtè fecit, vnde mors facilè poſſe ſimiliter euenire, ſequuta inde morte, non puniatur pæna homicidij ordinaria ex eo, quòd mortẽ non intenderit, aut quòd, ſi ſciret ſequendam, id nõ feciſſet: contrariumque affirmat communis doctorum ſententia, habetque praxis vbique recepta. Idẽ autem eſt dicendum de mandante illo modo vulnerare, aut aliquid aliud efficere, vnde mors facilè ſequi poterat. Quando autem, quod mandans efficere mandauit, & quod exequutor, non excedendo id mandatum, eſt exequutus, aptum non erat, vt inde facilè ſequeretur mors, ſed præter id, quod prudentes arbitrari poterant, mors eſt ſequuta, neque mandante neque mandatario illam intendẽtibus aut ſperantibus, tunc, cum id homicidium, neque comparatione mandantis, neque mandatarij, voluntariũ ſit, ſed caſuale, vtique quemadmodum neuter incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario, ſed ſolùm ex caſuali, vt Diſput. 3. dictum eſt, ita neuter puniri debet pæna homicidij ordinaria, ſed alia mitiori extraordinaria ac arbitraria. Quando item, quod mandans fieri mandauit, tale erat, vt inde mors facilè ſequi non poſſet, ſed mandatarius fines mandati (quos optimè ſeruare potuit) excedendo, homicidium cõmiſit voluntarium, ob quod proinde mãdatarius irregularitatem ex homicidio voluntario incurrit, pęnamque incurrit homicidij ordinariam; tunc, quia illud idem homicidium eſt ſolum caſuale, & nõ voluntarium comparatione mandantis, vt Diſp. 3. & tractatu præcedente Diſp. 550. eſt dictum, ſanè mãdans ſolùm incurrit irregularitatem ex homicidio caſuali, vt locis citatis eſt dictum, neque eſt puniendus pæna homicidij ordinaria, ſed mitiori extraordinaria ac arbitraria. Ad id verò, vnde Couarr. ductus fuit, dicendum eſt: Culpam, ob quam mortis pæna iuſtè imponitur, non conſiſtere in indiuiſibili, ſed habere magnam latitudinem, vt Diſp. 24. explanatum fuit, ac proinde nullam eſſe conſequentiam, vt ex eo, quòd è duobus homicidijs voluntarijs minor ſit culpa in vno, quàm in alio, ſi vnum punitur pæna mortis ordinaria, aliud puniri debeat pæna extraordinaria infra mortem ac arbitraria: è duobus enim homicidijs formaliter intentis, quæ Couar. ipſe cenſet punienda eſſe pæna ordinaria, eſſe poterit lõgè maior culpa in vno, quàm in alio, ob varias circunſtantias concurrentes, & tamen ipſe non concedet ſimilem conſequentiam, quòd ſcilicet ex eo, q̃d in vno ſit minor culpa, quàm in alio, & quòd id, in quo maior eſt culpa, puniri debet pæna ordinaria, ſequatur aliud puniendum eſſe pæna ſolùm extraordinaria infra mortem. Fortaſſe opinio hæc Couar. quam impugnamus, ortum habuit ex illa alia, quæ aſſeruit, mandantem, de quo ſermo eſt capit. vlt. de homicid. lib. 6. vniuerſim incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario, quam Diſp. 3. etiam impugnauimus.

Illud hoc loco obiter admonuerim. Quando mandatum, aut conſilium, eſt de re illicita, ex qua ſequi poteſt homicidium minimè à mandante, aut conſulente, intentum, aut patratum; tunc, ſi homicidium ſequatur, etiam eius, cui mandatum aut conſiliũ eſt datum, mandantem, aut conſulentem, incurrere irregularitatem ex tali homicidio, ipſorum comparatione caſuali. Vt ſi quis iuſſit, aut conſuluit, percutere alium virga leuiter, indeque orta rixa inter vtrũque, aut accedente alio ad defendendum, vel ad vindicandam eam iniuriam, interficiatur ea occiſione, vel inuaſus percuti virga; vel inuaſor; aut alius tertius: tunc vtique, qui id prauum mandatum aut conſilium dedit, irregularitatem incurrit ex eo homicidio caſuali comparatione ipſius, ac culpabili, ſaltem ex tali iniquo mandato aut conſilio. Ita Couar. clement. ſi furioſus. par. 2. §. 2. in calce. num. 1. Carrer. §. 5. citato. num. 143. & duobus ſequentibus, & doctores communiter. 2

3 Quia mandans homicidium, aut aliud delictum, ſequuto delicto, tenetur ex delicto ipſo, & non antea quàm ſequatur, tametſi quando ſequitur, teneatur ex eo delicto ob mandatum, ſeu quatenus ex eo mandato eſt ſequutum, idemq; omnino eſt dicendum de conſilio, vt conſtat ex l. qui ſeruo. §. plus Pompon. ff. de furt. cuius verba ſunt: *Plus Pomponius ſcripſit, eum qui perſuaſit, quamuis interim furti non teneretur, tunc tamen incipere teneri, cũ quis fugitiui fur eſſe cœperit, quaſi videatur ope conſilio eius furtum factum.* Et ex. l. ſi quis vxori. §. neque verbo. ff. eod. tit. Vbi ſic ſcri-

ſcriptum legitur. *Neque verbo, neque ſcriptura, quis furtum facit. Hoc enim iure vtimur, vt furtum ſine contrectatione non fiat. Quare & opem ferre, vel conſilium dare, tunc nocet, cum ſequuta contrectatio eſt.*
Quia, inquam, hæc ita ſe habent, ſanè, ſubſequuto delicto, in accuſatione aduerſus eum, qui illud mandauit, opponi debent locus & tempus commiſſi delicti, & non locus & tempus dati mandati ad id delictum. Item ad augendam ac minuendam pœnam mandantis, attenditur locus & tempus delicti commiſſi, non verò mandati ad id dati. Præterea mandatum, quatenus cauſa fuit eius delicti, puniri debet in loco & à iudice loci commiſſi delicti: non verò in loco, & à iudice loci, in quo mandatum fuit datum. Item tempus accuſationis & querelæ, aduerſus mādantem, currere incipit à tempore commiſſi delicti, non verò à tempore mandati ad id dati. Quæ omnia ſimiliter intellige de conſilio ad delictum committendum dato. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. num. 39. citato, Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. vlt. quæſt. 38. n. 6. & quæſt. 89. num. 3. & 4. & Carrer. §. 5. citato. nu. 83. Qui rectè addit, quando ſolùm mandatum eſſet puniendum, non pæna ordinaria delicti, eo quòd delictum non fuiſſet ſequutum neque attentatum, ſed pæna ſolius mandati, iuxta ea quæ cum eodem autore membro præcedente ſunt dicta, mandatum puniendum eſſe in loco, in quo fuit datum: idemque intellige de conſilio, quando ex illo non fuit ſequutum neque attentatum delictum, ſed nudum prauū conſilium eſt puniendum iuxta ea, quæ membro præcedente dicta etiam ſunt.

4 Eſto mandatum longè antea fuerit traditum, vt mandatarius aliquem interficeret, ſi poſt id lōgum interuallum mandatarius tale homicidium committat, neque de expreſſa, aut tacita, reuocatione mandati conſtet, cenſetur delictum commiſſum ex anteriori illo mandato, mandanſque proinde tenetur pęna eius homicidij ordinaria, quando non conſtat mandatarium ex peculiari odio ſuo, peculiari ve alia ſua cauſa, motum fuiſſe ad id homicidium patrandum. Cum enim mandatum ſufficiens cauſa cenſeatur eius effectus neque mandatarius, qua talis, cauſā aliā habeat eius effectus, aut nomine ſuo id efficiat, ſed nomine ac loco mandantis, ab eo per mandatū motus: ſanè, quando de mandato antecedente ad eum effectum conſtat, & non conſtat de peculiari alia cauſa ac motiuo proprio mandatarij, aut tertij alicuius, vnde mandatarius fuerit de nouo permotus, cenſendum eſt eum effectum à mandato, etiam ſi ex longo interuallo fuerit datum, fuiſſe profectū. Neque eſt par ratio de conſilio, quòd æquè ſit cēſendum, effectum fuiſſe ſequutum ex eo conſilio ad eū effectum ex longo interuallo datū, vt membro præcedente eſt dictum: quippe cum is, qui ex conſilio permouetur, ſuas partes agat, ſuoque nomine, tanquam ſua, & non conſulentis, referat id, ad quod prauum conſilium accepit, exequutioni mādare. In præcipua aſſertione huius paragraphi, licèt non ita elucidata ac corroborata, cum Innocentio & Bart. conſentit communis doctorum ſententia, quā Ant. Gom. n. 39. citato refert ac ſequitur.

Quouſque autem mandatum excuſet mandatarium à culpa, & à pæna, ab onereque reſtituendi dā num datum, quando, quod exequitur, malum re ipſa eſt, atque iniuſtum, eſt diſtinguendum. Quòd aut is, qui mandat, eſt ſuperior comparatione mandatarij, ita quòd, ſi id, quod mandatarius exequitur, malum re ipſa non eſſet, mandatarius teneretur in illo obedire mandanti, vel, qui mandat, ſuperior nō eſt comparatione mandatarij: quia eſto, quod illi mandat, malum re ipſa non eſſet, mandatarius abſque vlla omnino culpa poſſet ei non obedire, idque non

A exequi, quod exequi ei mandatur, ſeu iniungitur. Vt quando aliquis conducitur ad aliquid fabricādum, demoliendum, aut conficiendum, ad metendū, ſcindendum ligna, aut ad aliud ſimile, vel rogatur efficere, cùm facere id ac obedire non teneatur, eo quòd, qui id præcipit, ſuperior ad id ipſius non ſit.

In priori euentu, quando ſcilicet mandans ſuperior alioquin eſt ea in re mandatarii, iterum eſt diſtinguendum. 5 Quoniam vel mandatarius id exequutus eſt bona fide, credens id ſibi licere, vel in dubio, an ſibi id exequi liceret, attamen meritò ſe committens ſcientiæ, conſcientiæ, ac diligentiæ ad id ſciendum, ſibi id efficere præcipientis, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſput. 113. in re alia ſimili copioſè explanata ſunt, vel mandatarius, ſciens ſibi eſſe il-
B licitum id efficere, etiam ex mandato id ſibi præcipientis, exequutioni illud mandauit, vel dubius, an id ſibi facere liceret de mandato id præcipiētis, nec curans ſcire ac interrogare, an id ſibi exequi liceret, cùm, ſi vellet, poſſet alios conſulere, illudque ſcire, exequutioni id mandauit. In duobus prioribus euētibus, eſto, quod mandatarius exequutioni mandauit, in re eſſet illicitum ac iniuſtum, obedientia id ſibi præcipientis excuſat eum omnino à culpa, & per conſequens ab omni pæna, atque ab omni onere reſtituendi damna omnia inde ſubſequuta, iuxta ea quæ Diſput. 113. citata copioſè dicta ſunt. Sic in eo euentu excuſatur omnino à culpa & à pæna homicidij iniuſti quicunque miniſter publicus, qui de mandato principis, aut iudicis, qui ſententiam mortis in-
C iuſtam tulit, eam exequutioni mandauit, atq; idem eſt de quacunque alia pæna iniuſta, quam ſimiliter ad principis aut iudicis imperium exequutioni mādauit. Si enim bona fide id fecit, credens imperium eſſe iuſtum, pęnamque iuſtè infligi, aut meritò ſe committens ſcientiæ ac conſcientiæ ſui ſuperioris id ſibi præcipientis, eſto ipſe de iuſtitia eius imperij ac pęnæ ex parte dubitaret, iuxta ea quæ diſputatione citata dicta ſunt: tunc, quoniam in dubio parendum eſt ſuperiori, & multo magis quando ſubditus de iuſtitia præcepti nihil dubitat, ſed bonam fidem omnino habet, ſanè obedientia illum omnino excuſat, quemadmodum à culpa, ſic etiam à pęna & à reſtitutione damnorum illatorum: quandoquidem ad eam reſtitutionem, nec ratione rei ac-
D ceptæ, nec ratione iniuſtæ acceptionis teneatur. Atque in his euentibus intelligo l. non videntur. §. qui iuſſu. ff. de regul. iur. & l. quinta, titu. 15. par. 7. Eodem modo, quando miles principi ſubditus, bona fide pugnauit in bello iniuſto, aut meritò ſe committens ſcientiæ & conſcientiæ ſui principis ac conſiliariorum, dubius ipſe de iuſtitia belli, iuſſus pugnauit, ac interfecit, vel alia damna intulit, vtique quemadmodum obedientia ſui principis excuſatur à culpa, ſic etiam excuſatur omnino à pęna homicidij, cæterorumque damnorum, quæ ita pugnando dedit, & ab onere illa reſtituendi, niſi quatenus ex aliquo damno factus eſſet locupletior: tūc enim ſolùm reſtituere teneretur id, in quo, poſt-
E quam comperit bellum fuiſſe iniuſtum, ſe inueniret ex tali damno dato locupletiorem, vt hęc omnia Diſput. 113. citata copioſè explanata comprobataque ſunt.

In duobus verò alijs poſterioribus euentibus, nē 6 pe quando mandatarius certò ſciebat, illicitum ſibi eſſe exequutioni mandare, quod exequi pręcipiebatur, aut ita erat dubius, an eſſet illicitum, vt nō poſſet meritò cōmittere ſe ſcientiæ ac conſcientiæ præcipientis, conſiliariorumq; illius, ſed potens facere diligentiam ad id ſciendum, exequutioni illud mandauit; in his, inquam, duobus poſterioribus euentibus, neque à culpa neque à pęna omnino excuſatur, neq; itē excuſatur à reſtitutione damnorū, tametſi

ſolùm teneatur ea reſtituere in defectum eius, qui damna ea de re præcipit: hic enim, ante omnes alias concauſas eorum damnorum, reſtituere integre illa tenetur. Quòd eiuſmodi mãdatarius à culpa, & per conſequens à pæna, omnino non excuſetur, teneaturque reſtituere damna in defectu mandantis, Diſput. 113. in alio ſimili fuit comprobatum, eſtque ex ſe ſatis perſpicuum. Quoniam in eo euentu, Deo potiùs contrarium præcipienti eſt obediendum, quã homini: & quoniam mandatarius cauſa eſt iniuſta eorum damnorum, ac proinde peccat, de mandato hominis, etiam ſi ille ſupremus ſit princeps temporalis, id exequutioni mandando, ſubiacetque proinde pænæ ex ipſa rei natura pro quantitate culpæ, ac proinde tenetur in conſcientiæ & in exteriori foro reſarcire, in mandantis defectum, damna ita data. In foro tamen exteriori, quando mandatarius aliquid tale exequeretur de mandato ſupremi principis, fortaſſe non eſſet, qui pænam infligeret, qua is mandatarius eſſet dignus, neque ſimiliter eſſet, qui eum cõpelleret reſtituere damna ita iniuſtè data.

7 Hoc verò loco obſerua, quando, quod mandatur, eſſet intrinſecè malum, vt eſt homicidium, mutilatio, mendacium, periurium, fornicatio, & ſunt alia eiuſmodi, tunc ferendam potiùs eſſe mortem propriam, ſuſtinendaque eſſe potius quæcunque alia mala, quàm id eſſet exequutioni mandandum. Quãdo verò non eſſet intrinſecè malum, vt intrinſecè malum non eſt dare damnum proximis in eorũ bonis externis, aut illa capere, ſed cohoneſtari id poteſt ex circunſtantijs, vt quia ita neceſſarium eſt ad conſeruandam vitam id facientis, tunc, attenta quãtitate damni, quod mandatario immineret, niſi tale mandatum, ex parte mandantis iniquum, ipſe exequutioni mandaret, eſſet iudicandum, num ea exequutio ad mandatum eius, à quo tantum detrimentum mandatario imminebat, niſi id exequeretur, excuſanda omnino eſſet à culpa, & per conſequens ẽt à pæna, non ſolùm à Deo infligenda, ſed etiam imponenda in exteriori foro. Si enim, niſi mãdatarius id exequutioni mandaret, vita ipſius, aut membrum periclitaretur, vel longe maius damnum ei imminieret, quàm eſſet, quod proximo dare mandatur in bonis illius externis, nulla ſanè eſſet culpa in mandatario id exequutioni mandare: proximuſque, cui id damnum eſſet inferendum, eſſet irrationabiliter inuitus comparatione talis mandatarii, niſi conſentiret, ſibi ab eo inferri. Quia tamen mandatarius tunc in ſuum commodum proprium id damnum proximo inferret, vtiliterque ageret ſuum negotium tale damnum proximo inferendo, ſanè eo animo, eaq; lege, licitè poſſet illud inferre, vt nihilominus, in mãdantis defectum, teneretur illud reſtituere, quãdocunque reſtituere illud poſſet: ſicut, qui licitè de bonis proximi accipit, quod ſibi neceſſarium eſt ad propriam vitam conſeruandam, tenetur ea lege id accipere, vt valorem illius proximo, à quo illud accepit, reſtituat, niſi proximus ille id ei in eleemoſynam condonet. Hæc omnia oſtenſa à nobis in ſimili alia re ſunt tractatu præcedente Diſput. 113. dum diſputauimus, num fas captiuis Chriſtianis ſit remigare in triremibus Turcarum, aut Maurorum, dum Turcæ aut Mauri damnum Chriſtianis inferre volunt, eoque fine captiuis Chriſtianis remigare imperant; eaq; de cauſa in his comprobandis ac explanandis non plus hoc loco immoror.

8 Quando, quod fuit mandatum à legitimo alioquin ſuperiore, erat intrinſecè malum, aut, eſto malum intrinſecè non eſſet, non tamen tantum malum ex non impletione mandati imminebat, vt excuſaret omnino à culpa illud mandantem exequutioni, doctores, quos referunt ac ſequuntur Ant. Gomez. 3. tom. variar. reſolut. capit. 3. num. 42. & Carrer. §.

A 5. citato à num. 103. affirmant, ſi delictum à mandatario ita commiſſum leue ſit, damnumque ex eo delicto illatum ſit leue, vt eſt furtum rei exiguæ, aut deſtructio rei exiguæ, non puniri mandatarium ob tale leue delictum, neque ob id damnum competere actionem legis Aquiliæ aduerſus mandatarium, excuſante illum in exteriori foro, tum à tota pæna, tum etiam à reſarcione eius damni, obedientia ſuperioris, puniri tamen mandantem, & competere aduerſus eum actionem legis Aquiliæ ad reſarciẽdum id damnum. Ita probant l. ad. ea quæ non habent atrocitatem. l. non videntur. §. qui iuſſu. ff. de regulis iur. l. is qui in puteum. §. ſi tutoris. ff. quod vi aut clã. l. liber homo. 2. in prin. ff. ad leg. Aquil. l. 5. tit. 15. p. 7. & alia iura. Secùs autem eſt de mandatario, qui le-
B ue delictum committit, aut leue damnum dat de mãdato eius, qui ſuperior ipſius nõ eſt, qualis eſt filius, qui non eſt familias, ſed eſt ſui iuris, & id exequitur de mandato patris, & multo magis ſi de mandato alterius, qui neque eo modo eſt ſuperior illius, id efficiat: vt vtrumque ſatis exprimit. l. 5. citata. Secùs item eſt, ſi delictum ſit graue, nam etiam ſi mandatarius de mandato ſui ſuperioris id efficiat, tenetur ad damna & ad pænam, tametſi pæna ſit ei minuenda, propterea quòd de mandato ſui ſuperioris, ſub cuius erat poteſtate, id effecerit, adeò vt doctores citati dicant, eum, qui de mandato ſui ſuperioris homicidium commiſit, puniendum non eſſe pæna ordinaria, ſed alia mitiori extraordinaria. Atque in crimine falſæ monetæ innuit Anton. Gom. vbi ſuprà,
C ſe liberaſſe mulierem quandam à pæna ordinaria eius delicti, quòd de mandato mariti adiutorium in eo delicto illi præbuiſſet. Ego ſanè cenſerem, iudicem attendere debere ad ætatem, & ad ſubiectionẽ eius, qui de mandato ſui ſuperioris delictum exequitur, & ad damnum, quod ex tali ſuperiore ei imminebat, niſi id delictum exequeretur, atque ad quantitatem reuerentialis timoris, vnde motus & quodammodo coactus, ſit id exequutioni mandare, & ad reliquas circunſtantias concurrentes, vt iudicet num in delicto graui, quale eſt homicidium, & ſunt alia ſimilia, minuere debeat pænam ordinariã eius delicti, eamque commutare in aliam minorem arbitrariam, vel non, & vt iudicet, quantum de pæna minuere ex ea circumſtantia debeat. Neque enim cre-
D do, ſemper ſubdito commutandam eſſe pænam ordinariam delicti in aliam extraordinariam. Quando autem mandatarij vita periclitaretur, niſi homicidium exequeretur, tunc ex ea circunſtantia pæna ordinaria commutanda erit in aliam mitiorem arbitrariam, etiam ſi mandans id homicidium fieri ſuperior mandatarij non eſſet, ſed tyrannus, vt Diſputat. 27. eſt dictum, & affirmant doctores communiter. Illud item cum Bart. & communi doctorum ſententia affirmant Anton. Gomez. & Carrer. vbi ſuprà, inter delicta videlicet grauia in re propoſita, vt ſubditus, qui de mandato ſui ſuperioris illa committit, non excuſetur omnino à pæna, competatque aduerſus eum actio legis Aquiliæ, computari
E furtum rei notabilis, hoc eſt, rei non exigui valoris, iniuriam corporalem illatam proximo; ex qua infamia aliqua non admodum leuis illi ſequitur, aut læſio in corpore notabilis, vt expreſsè habetur. le. quinta, citata, & his ſimilia alia delicta. Quod autem, quando delictum eſt graue, mandatarius non excuſetur omnino à pæna ex eo, quòd ad mandatum ſui ſuperioris illud fuerit exequutus, ſatis apertè docent iura citata. Illud obſerua, quando delictum, damnumque de mandato ſuperioris datum, eſſet leue, licèt ſolus ſuperior ſit puniendus, teneaturque lege Aquilia, ſi tamen ſuperior non reſarciret damnum, quia non poſſet, aut alia ratione, tunc exequutor, qui illud iniuſtè dedit; non

ſolùm in conſcientiæ foro, vt eſt notiſſimum, ſed etiam in exteriori foro teneretur illud reſarcire ad æqualitatem; eo quòd naturali iure ad id teneatur: non tamen teneretur ad pœnam legis Aquilię ſupra damnum iniuſtè datum. Atque quo ad ſolam pœnam intelligo. l. liber homo. 2. in princ. ff. ad leg. Aquil. eam etiam intelligo quo ad latitudinem damni dati, ſi is, qui illud dare iuſſit, ſoluendo illud ſit. Iuxta ea autem, quæ hactenus dicta à nobis ſunt, quouſque mandatarius excuſetur à pœna delicti ab eo exequutioni mandati ob ſuperioris, qui illud iuſſit, autoritatem ac imperium, admetienda ſunt, quæ Ant. Gom. & Carrer. hac de re cum alijs tradunt, quæ non nihil à noſtra doctrina diſcrepant.

9 Quod autem attinet ad poſteriorem euentum ex duobus à principio huius materiæ de excuſatione mandatarij ob autoritatem mandantis, nempe quãdo mandatarius ſubditus comparatione mandantis non eſt, dicendum eſt. Quandocunque mandatarius id exequitur, quod ſibi conſtat eſſe malum ac illicitum, tunc mandatarius non excuſatur à pœna, neque ab onere reſarciendi damna data, vt eſt notiſſimum, & colligitur ex. l. liber homo. 2. in prin. ff. ad leg. Aquil. ex l. 5. titu. 15. part. 7. & ex alijs iuribus. Quando verò id exequitur de mandato alterius, quod ſibi non conſtat eſſe malum, vt ſi de mandato alicuius aliquid efficiat, aut deſtruat, in fundo alieno, ignorans alienum eſſe, contra iùſve alterius id fieri, tunc ſolus mandans tenetur ad pœnam, & ad damna data: mandatarius verò ad nihil tenetur; quia neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtè acceptionis, excuſante illum bona fide. Ita cum gloſſa vlt. l. in rem actio. §. ſignum. ff. de rei vend. Bart. & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. nu. 42. citato. & Carrer. vbi ſuprà. nu. 105. Et fortaſſe in hoc euentu locum habet. l. liber homo. 2. in prin. ff. ad leg. Aquil. id enim damnum eſt cum iniuria materiali ex parte mandatarij. Quando autem proteſtatio facta eſt mandatario, ne id efficiat, quia id cedit in iniuriam tertij, eſt diſtinguendum. Quoniam vel ea proteſtatio illi fit antequam ad id conductus ſit per mandãtem, vel poſtquam eſt conductus. Si ante conductionem ea proteſtatio fiat, accedere non poteſt ad id exequendum, niſi ſibi priùs conſtet, in tertij iniuriam id non cedere: alioquin de damno dato, in defectu mandantis, tenebitur, punirique ea de cauſa poterit. Si verò fiat poſtquam eſt conductus, tunc ceſſare non tenetur, perſeuerante conductore in mãdato: exquirere tamen tenetur, ſi commodè id facere poſſit, num in tertij iniuriam id cedat, vt, comperto cedere, continuò deſiſtat: interim tamen dum res eſt dubia, ſibique non conſtat, in tertij iniuriam cedere, perſeueranteque mandante in mandato, proſequi exequutionem tenetur: quoniam eo ipſo, quòd eſt mercede conductus, quodammodo eſt ſubditus comparatione conductoris, vt id efficiat: ſubditus autem in dubio parere tenetur ſuperiori id ſibi præcipienti, obedientiaque omnino excuſatur à culpa, & per conſequens à pœna, & ab onere reſtituendi damnum tertio alicui ſubſequutum, vt de militibus conductis ad bellum, de quo, poſt eos conductos, dubitatur, an iuſtum ſit, tractatu præcedente, Diſput. 113. & 114. cum Caiet. dicimus, conſentitq; Carr. n. 106. citato, cum Bar. & alijs quos citat.

Circa id, quod tractatu præcedente in calce Diſput. 550. diximus de mandato tacito, ſubſequuta interfectione inimici eius, qui tacitè mandauit, quando mandans cenſendus ſit teneri pęna ordinaria, & quando ſolùm ſit præſumptio vehemens mandati homicidij, vt mandans torqueri poſſit, ac puniri pęna extraordinaria, nõ verò ordinaria, niſi delictum confiteatur, legas Anton. Gome. cap. 3. citato. num.

A 45. qui nobiſcum conſentit, & Carrer. §. 5. citato. à num. 37. qui licèt conſentire videatur, poſtea tamen num. 51. videtur ſentire, id mandatum tacitum ſufficere ſolùm ad torturam, non verò vt pęna ordinaria imponatur. Perſiſte verò in noſtra ſententia diſputatione citata paucis explanata.

Dubium eſt, quando aliquis iniuriam ab aliquo accepit, & conſanguineus, famulus, aut amicus eius, interficit eum, qui iniuriam intulit, aut eum vulnerauit, vel damnum aliud, vel iniuriam illi in vindictam intulit, vtrùm prior ille offenſus teneatur ad pænam huius poſterioris delicti in vindictam ipſius commiſſi, quando mandatum ipſius ad id patrandum non probatur, neque de tali mandato conſtat. Atque dicendum eſt, ſi ipſo inſcio id ſit factum, neque poſtea ratum habuit nomine ſuo in ſuamque vindictam eſſe factum, aut eſto agnouerit id fieri velle, ipſe non conſenſit, ſed quantum in ſe fuit conatus eſt illud impedire, nullam pęnam incurrere, eo quòd in culpa ipſe non fuit, neque proinde incurrere irregularitatẽ ex ea interfectione aut mutilatione, neque item teneri reſtituere damna ita illata. Quòd in culpa ipſe non fuerit talis delicti, ſatis eſt perſpicuum, ſi ſeruauit omnia, quæ dicta ſunt; neque vllus verè docere potuerit, in quo fuerit in culpa, vt id delictum ipſi imputetur, ſi ea omnia ſeruauit: quare cùm, vbi non eſt culpa, locum habere non poſſit pæna, neque item obligatio reſtituendi dãna delicto aliquo illata; conſequens profectò eſt, vt vera ſint, quæ de eiuſmodi iniuriam paſſo, in cuius vindictam alius delictum patratus eſt, dicta ſunt. Ita Anton. Gom. cap. 3. citato, num. 47. & plerique alij, quos citat. Id autem probat. Primò, quoniam in eo euentu deficit omnino probatio contra ita offenſũ; ergo nulla ratione teneri debet ad pænam, aut ad reſtitutionem damnorũ, præſertim in criminalibus argumẽto. l. qui accuſare. C. de edendo. l. ſinguli. C. de accuſat. l. actor quod aſſeuerat. C. de probat. & aliorum iurium. Credo tamen exequutorem vindictæ in euentu, de quo diſputamus, interrogari poſſe ac debere, num mandatũ ad id acceperit à principali offenſo, & an principalis offenſus ſciuerit, nec impediuerit, exequutorem velle facere eam vindictã, aut ratum habuerit eſſe factam: hæc enim omnia delicta ſunt veriſimilia principalis offenſi, quæ coniuncta eſſe ſolẽt cum tali exequutione ex ipſamet rei natura, & ob id tanquam circunſtantiæ, vt plurimum coniunctæ in eo euentu cũ exequutione talis vindictæ, inquiri ex exequutore debent. Atque, quãdo eſſent alia indicia talis mandati, vt quia offenſus comminatus fuit vindictam, vel alloquutus ſecretò fuit exequutorem, tunc nõ ſolùm ex natura ipſa rei, quia ſcilicet vt plurimum coniunctum eſſe ſolet mandatum offenſi cum tali exequutione, ſed etiam ex eis alijs ſuperadditis indicijs, præſumptio eſt mandati, & interdum poterit eſſe tanta ea præſumptio, vt ſit ſufficiens ad torturã exequutoris, vt id detegat, vel ẽt ad torturã ipſius offenſi. Atq; quo ad hoc dũtaxat admitterem, quæ Carrer. §. 5. citato. n. 56. ex Bart. & aliis, quaſi in contrarium hac de re annuendo refert. Scđo probat Ant. Gom. idem ex c. quia præſulatus. 1. q. 4. Vbi id gloſſa & cõis opinio affirmat. Cum. n. parentes cuiuſdam ſacerdotis, quendam alium ſacerdotem interfeciſſent, quod ex inuidia ſimoniacè obtinuiſſet beneficium filii ipſorum, eoque illum priuaſſet; neque conſtaret, conſentiente filio, aut id conſulente, vel mandante fieri, parẽtes ipſius illum aliũ interfeciſſe, ſummus Pontifex ſtatuit, illum immunem omnino eſſe debere à pæna. Tertiò ex c. Petrus de homic. Vbi cum quidam Abbas diaconum quendam ſpoliaſſet beneficio, cognatique diaconi ira aduerſus Abbatem ea de cauſa commoti, coram diacono conueniſſent, dicentes, velle illum interficere:

A atque diaconus eos diſſuadere fuiſſet conatus, neque obtinere potuerit, vt id non efficerent, tandemque Abbas ab eis fuerit interfectus; reſpondet ſummus Pontifex, id diacono non nocere, ſed poſſe miniſtrare in ordinibus ſuſceptis, & aſcendere ad altiores. Si tamen laboraret infamia, quod conſenſerit, aut quod id non prohibuerit, nec fuerit conatus impedire, cum intendi agnoſceret, tunc purgare ſe prius debebat, quod immunis eſſet ab ea culpa, antequam miniſtrare in ordinibus ſuſceptis, aut aſcendere ad ſuperiores permitteretur. Vnde ſatis confirmatur, quod diximus ſupra, quando indicia ſunt, offenſum mandatum ad id delictum dediſſe, illud ve conatum non fuiſſe impedire, cum agnoſceret cauſa ipſius eam vindictam de eo, qui ipſum offendit, velle ſumi. Quarto ex capitu. ſicut tuis, de ſimon. vbi habetur, quod ſi amicus, aut conſanguineus electi ad B dignitatem, dedit pecuniam, vt electus ad eam admitteretur, ipſo electo omnino id ignorante, nec poſtea ratum habente, vel, ſi nouit ipſo contradicente, tunc id nihil ei nocere, vel ad culpam, vel ad pœnam. Quintò ex c. cùm ad ſedem apoſtolicam. de reſtit. ſpol. iuncta gloſſa magna ibi in medio, & communi opinione, vbi habetur, ex ſpoliatione facta per conſanguineos, amicos, vel familiares, non teneri quemquam, niſi probetur mandatum vel ratihabitio. Adde, vel tacitus conſenſus, id non impediendo, cùm ſciret nomine ac cauſa ipſius fieri. Quando autem offenſus ſciuit, id delictum in ipſius vindictam velle committi, nec fieri prohibuit, cùm poſſet, tunc tacitè cenſetur conſentire, ac velle, vt fiat, incurritque proinde pœnam illius ordinariam, atque, ſi delictum eſt homicidium, incurrit irregularitatem ex homicidio ordinario, teneturque reſtituere damna omnia eo delicto illata. Ita cum Panor. & cum communi doctorum ſententia. Ant. Gom. in calce num. 47. citati, idque, argumento à contrario ſenſu, probant quatuor iura, ex quibus Ant. Gom. poſteriora quatuor argumenta confecit. Probant item l. 2. 3. & 4. ff. de noxalib. act. l. 3. §. item is, ff. ad leg. Corn. de ſicar. & c. conſtitutis. 1. de teſtib. Adde, vt tractatu præcedente in calce diſp. 729. dicebamus, eum, qui nouit delictum nomine & cauſa ipſius in detrimentum alterius parari, non ſolum ex caritate, ſed etiam quaſi ex officio, atque ex iuſtitia teneri illud impedire, ſi poſſit: quòd ſi id prætermittat, cauſa cenſetur eius delicti, ac proinde incurrit pœnas pro eo delicto in iure ſtatutas, teneturque ad damna inde ſequuta. Incurrere autem pœnas pro eo delicto ſtatutas affirmat Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. cap. 3. in calce. nu. 4. De eo, qui mandat interficere per aſſaſſinum, aut per alium mercede ad id conductum, diſput. 25. eſt dictum.

11 Dubium eſt, num qui mandat fieri delictum, ad quod mandans concurrere non poteſt, vt adulterium, quod ad libidinem exequentis ordinatur, teneatur de mandato. Baldus & alij, quos Carrer. §. 5. citato. num. 86. & 190. refert, non teneri de mandato, ſubſequuto adulterio per mandatarium, ſed ſolùm de conſilio. Rectius verò dicitur, ſi adulterium mandetur fieri cum vxore in iniuriam mariti, teneri mandatarium de mandato, non quidem quo ad libidinem fornicationis, ſed quo ad iniuriam eo abuſu vxoris mandatam fieri marito, vt cum Bart. rectè Couar. clemen. ſi furioſus. part. 2. §. 1. nume. 5. Iulius Clar. li. 5. ſent. §. vlt. q. 87. nu. 5. & Carrer. nume. 190. citato obſeruant.

De ratum habente homicidium. Et num puniri debeat pæna ordinaria, irregularitatemque incurrat.

Membrum IIII.

SVMMARIVM.

1 *Vt ratihabitio delicti commiſſi ad pænam ratum habenti imputetur, tria ſunt neceſſaria.*
2 *Secundum aliquos ex homicidio, cuius quando fiebat, aliquis nulla ratione cauſa fuit, neque mandando neque conſulendo, eſto factum nomine ipſius fuerit, ſequaturque poſt illud patratum ratihabitio eiuſdẽ, non incurrit irregularitatem, qui illud nomine ipſius factum ratum habet.*
3 *Contraria opinio melior habetur.*
4 *Reijciuntur duo argumenta pro prima opinione.*
5 *Ratihabitio delicti intuitu alicuius facti, licèt retrotrahat, ita vt delictum de mandato eiuſdem à puncto quo fuit patratum cenſeatur factum, eique imputetur, non tamen retrotrahit, vt pæna excommunicationis aut irregularitatis incurſa cenſeatur à puncto patrati delicti, quia ſolùm incurritur à puncto culpæ ratihabitionis, ob quam delictum præcedens ei imputatur ad pœnam.*
6 *Ratum habens homicidium nomine ipſius patratum pæna ordinaria homicidij puniendus eſt.*

C VT tractatu præcedente Diſputat. 729. eſt dictum, vt ratihabitio delicti commiſſi ad pænam ei imputetur, qui illud ratum habet, tria ſunt neceſſaria. Primum eſt, quòd id delictum factum ſit nomine eius, qui illud ratum habet, quaſi partes negotiùmve illius agendo. Si enim delictum non fuit factum nomine eius, qui illud ratum poſtea habet, ſanè quantumcunque poſtea gaudeat complaceatque patratum eſſe, ratumque illud habeat, non tenetur pæna eius delicti, neque ſpirituali excommunicationis, aut irregularitatis, neque corporali. Peccabit ille quidem lethaliter complacendo, gaudendo, ratumve habendo, commiſſum fuiſſe id delictum, ſi id delictum lethale fuit, vt rectè Couar. clement. ſi furioſus. par. ſecunda. §. p[ri]mo. D numero vltimo. aduerſus Ioan. Andre. & qu[osd]am alios, qui contra communem theologorum ſe[nte]ntiam perperam aſſeruere id peccatum ſolùm eſſe [v]eniale; non tamen incurret pænas pro eo delicto ſta-tutas. Secundum verò eſt, vt poſtquam id delictum nomine ipſius, ad illi placendum, fuit factum ac velut negotium illius agendo, ipſe id ratum habeat, nomine videlicet ipſius eſſe factum. Si enim ratum non habet, nomine ipſius eſſe factum, quamuis fortè congaudeat de malo illi illato, ac peccet, non tamen id delictum ſibi imputatur ad pænam. Neque eſt ſatis, ſi ratum illud habeat actu interiori, niſi ea ratihabitio actu externo manifeſtetur: eo quòd nullus in irregularitatem incidat, ſicut E neque in excommunicationem, per ſolum actum internum. Vnde reiicienda eſt opinio Sylueſtri verb. homicid. 1. nume. 11. aſſerentis, eum, qui ſolo actu interno ratum habet homicidium nomine ipſius factum, coram Deo, atque in foro conſcientiæ, eſſe irregularem, non verò in foro exteriori. Tertium autem eſt, vt quando id delictum fuit commiſſum, ipſe in ſtatu eſſet, in quo potuerit illud mandare ac committere. Si enim puer tunc erat, ita vt ad vſum rationis nondum perueniſſet, vel erat fatuus, aut amens, ſanè quamuis id delictum nomine ipſius fuerit patratum, ipſeque, poſtquam ad vſum rationis deuenit, ratum illud habeat, ac peccet, non tamen incurrit pænas ob id delictum ſtatu-

ſtatutas; vt hæc omnia diſputatione citata fuerunt
oſtenſa. Doctoribus verò ibi citatis adde Carrer. §.
5.citato.num.195.& Iul.Clar.lib.5. ſentent. §. vlt.
q.87.n.5. Ex quibus autem verbis cenſeatur quis ra
tum habere, quod nomine ipſius eſt patratum, lege
Carrer.§.5.citato.a num.184.atque etiam quæ præ-
ſumptionem in foro exteriori faciant,ratum eum ha
buiſſe id delictum nomine ipſius eſſe factum. Quan
do autem ſolùm ſunt præſumptiones & indicia, ra-
tum illud habuiſſe,ſufficient illa quidem ad punien-
dum eum pœna arbitraria eius delicti: non verò vt
pœna ordinaria ei imponatur: quoniam ad pœnā or-
dinariam imponendam,neceſſe eſt delictum conſta
re omnino,plenève eſſe probatum,vt Carrer. vbi ſu
pra nu.198.cum communi doctorum ſententia affir
mat. Qui rectè ait,quando lex ad pœnam delicti re-
quireret præuium tractatum, aut quòd delinquens
per ſe ipſum id delictum committeret, aut aliquid
aliud,quod ratihabitionem excluderet, tunc ratiha-
bitionem non ſufficere, vt eſt ſatis perſpicuum.
Item ibidem.num. vltimo. cum Bald.& alijs addit,
ratum habentem delictum, puniendum eſſe in lo-
co, in quo delictum, quod ratum habet, fuit patra-
tum: non verò in loco, in quo illud ratum habet, ſi
diuerſum ſit: quoniam non punitur ob ratihabi-
tionem, ſed ob delictum nomine ac intuitu illius
factum, ſubſequuta ratihabitione, per quam illud
ſuum facit.

Couar.in clement.ſi furioſus.par.2.§.1.nu.4.cen
2 ſet,ex homicidio,cuius, quando fiebat,aliquis nulla
ratione cauſa fuit,neque illud mandando, neque cō
ſulendo, neque quauis alia ratione, eſto factum no-
mine ipſius fuerit, ſequaturque poſt illud patratum
ratihabitio eiuſdem,non incurrere irregularitatem,
qui illud,nomine ipſius factum,ratum habet. Citat
pro ea ſententia gloſſam.c.ſi quis viduam.verb.con
ſilio.50.diſt.& Speculatorem.

Suam verò ſententiam confirmat Couar. Primò,
quoniam irregularitas non contrahitur niſi in caſi-
bus à iure expreſſis,vt infrà oſtendemus,dum de ir-
regularitate ex homicidio & mutilatione fuerit no-
bis ſermo: iure autem pontificio nullibi inuenitur
expreſſum, ex ratihabitione homicidij, nomine
alicuius patrati, cenſeri illum id homicidium com-
miſiſſe, & ex homicidio ita commiſſo incurri ir-
regularitatem: ergo in eo euentu irregularitas non
incurritur.

Secundò, quoniam ad irregularitatem ex homici
dio neceſſaria eſt homicidij culpa: is autem, qui ra-
tum habet homicidium nomine ipſius antea factū,
nullam habuit culpam eius homicidij quoad actū,
quo commiſſum fuit;licèt enim per ratihabitionem
peccauerit peccato homicidij, ad ſpeciem ve peccati
homicidij attinente,animo tamen dumtaxat ac vo-
luntate peccatum homicidij commiſit; cùm homici
dij actus iam antea præceſſerit, neque potuerit cau-
ſam habere ab animo ac voluntate poſtea ſequuta.
Itaque quia ratihabitio ſequens, complacentiaque
quòd id homicidium nomine ipſius fuerit factū,in-
fluere non potuerunt tanquam concauſæ in actum
homicidij antecedentem, quo irregularitas contra-
hitur,fieri non poteſt, vt in hoc euentu irregularitas
ex actu homicidij patrato ac conſummato incur-
ratur.

3 Contrarium affirmant Felin.& communis do-
ctorum ſententia,quam Couar.ipſe refert, eamque
ſequuntur Nauar.in Manual.cap. 27. num. 233. &
alij,quos tractatu præcedente,Diſp.729.citauimus,
noſque ibi eam aſſeruimus,eſtque proculdubio am-
plectenda. Neque gloſſa,quam Couar. pro ſua ſen-
tentia citat, id perſpicuè aſſerit. Quoniam intelligi
optimè poteſt, quando homicidium non eſt patra-
tum nomine illud ratum habentis: quamuis enim

A hic illud optet antequā fiat, & poſtquam eſt factū,
in illo complaceat,ratumque illud habeat, non in-
currit irregularitatem ea ſola voluntate anteceden-
te ac ſequente id homicidium, vt ea gloſſa affirmat,
& conſtat ex cap.cum quis,de ſent.excommunicat.
lib.8.quoniam,quod nomine alicuius factum nō eſt,
retrotrahi non poteſt per ſequentem ratihabitionē,
vt fictione ac diſpoſitione iuris cenſeatur ab eo fa-
ctum ad incurrendas pœnas excommunicationis, &
alias,pro eo delicto ſtatutas,vt eo capite expreſsè ha
betur. Quod eodem modo intelligit ac exponit Car
rer. vbi ſuprà. num.196. Speculatorem, quem Cou.
pro ſua ſententia etiam citat.

Poſſumus verò retorquere in ſuum autorem duo 4
argumenta,quæ Couar.pro ſua ſententia conficit.
B Primum quidem, quoniam excommunicatio non
minùs non cōtrahitur,niſi in caſibus expreſſis in iu-
re,quàm irregularitas,ſed ex ſola ea iuris diſpoſitio-
ne,qua eſt meritò diſpoſitum, ratihabitionem deli-
cti intuitu, ſeu nomine, ratum illud habentis com-
miſſi,retrotrahi,vt id delictum,quo ad incurſionem
pęnæ pro illo ſtatutæ, cenſeatur commiſſum ab eo,
qui illud ita ratum habet, quo puncto commiſſum
exequutioni ve nomine illius fuit mandatum, pronū
ciat Bonifac.8.c.cum quis.de ſentent.excommunic.
lib.6.eum,qui ratam habet iniectionem manuū vio
lentarum in clericum nomine ipſius factam, incur-
rere excommunicationem canonis ſi quis ſuadente
diabolo;non quidem nouum ius ibi ſtatuendo,qua-
ſi tunc primò extendat excommunicationem eius
C canonis in ratum habentem id delictum nomine ip
ſius factum,& quaſi ante illud caput non incurrere-
tur,ſolumq; poſt illud caput incurratur, ac quaſi is,
cum quo Bonifacius ibi loquebatur,eam non incur-
rerit, ſi iniectionem manuum violentarum in cleri-
cum nomine ipſius factam ratam ipſe habuit,vt cō-
ſtat caput illud intuenti: ergo idem prorſus eſt dicen
dum de pœna irregularitatis pro homicidio, aut mu
tilatione,ſtatuta;cum ſit prorſus eadem ratio. Quo
fit,vt diſpoſitio illa generalis ciuilis iuris, canonico
etiam iure recepta ac approbata, quod ſcilicet ad in-
currendam pœnam iure ſtatutam pro delictis, ſatis
ſit ratihabitio delicti nomine ratum illud habentis
commiſſi, eo quòd iuris diſpoſitione æquiparetur
mandato eius delicti, ſufficiens ſit, ſufficienſque à
D Bonifacio octauo pronuncietur,vt expreſſum eo ip-
ſo in iure cenſeatur, in eo euentu excommunicatio-
nem ac irregularitatem incurri,quando ſtatutæ ſunt
pro delictis,quæ ita rata habentur.

Secundum verò argumentum poſſumus in hunc 5
modum retorquere in ſuum autorem. Quoniam ad
incurrendam excommunicationem ob manuū vio-
lentarum in clericum iniectionem,neceſſaria eſt cul
pa eius violentæ manuum iniectionis: quoniam pro
culpa eius iniectionis ad effectum perductæ eſt im-
poſita ea excommunicatio canone ſi quis ſuadente
diabolo: ſed,nihil impediente,quòd,qui poſtea ratā
habet violentam eam manuum iniectionem nomi-
ne ipſius factam,nullam culpam habuerit,neque ha
E bere iam poſſit in ea priori violenta manuum inie-
ctione,eo quòd ad præteritum non ſit potētia, incur
rit excommunicationem illam, vt patet. c. cum quis
de ſent. excommunic. lib. 6. idque propterea quòd
eo ipſo,quòd iure eſt ſancitum,vt ratihabitio delicti
nomine ipſius facti, fictione ac diſpoſitione iuris,
æquiparetur mandato ad effectum incurrēdi pęnas
pro eo delicto ſtatutas, cenſetur facta extenſio eius
excommunicationis ad ratam habentem eā manuū
violentarum iniectionē nomine ipſius factā,quaſi ea
culpa, nunc in ratihabitione eius delicti commiſſa,
cenſeatur iuris fictione ac diſpoſitione præterita vio
lenta manuum iniectio profecta:ergo idem propter
eandem rationem eſt dicēdum de irregularitate ex

homicidio aut mutilatione, nempe, ſequuta ratihabitione eius, cuius nomine fuerunt facta, ex iuris fictione ac diſpoſitione culpam talis ratihabitionis retrotrahi, vt, ad effectum incurrendi eam irregularitatem, æquiparentur mandato, cenſeanturque præcedens homicidium, aut mutilatio, ab eadem culpa profecta.

Eſt vero irregularitas hæc ex homicidio voluntario, quod ei imputatur, qui ratum illud habet nomine ipſius factum: in qua proinde diſpenſare non poteſt, qui facultatem non habet diſpenſandi in irregularitate ex homicidio voluntario. Non eſt tamen adeo indigna, vt in ea diſpenſetur, ac eſt irregularitas quā contraxit, qui id homicidium exequutioni mandauit, cuique abſque vlla iuris fictione imputatur.

5 Notat vero gloſſa. cap. cum quis citato, affirmatque communis doctorum ſententia, & nos id diſputatio. 729. citata probauimus, ratihabitionem delicti intuitu alicuius facti licet retrotrahat, ita vt delictū de mandato eiuſdem a puncto, quo fuit patratum, cenſeatur factum, eique imputetur, non tamen retrotrahere, vt pœna excommunicationis, aut irregularitatis, incurſa cenſeatur a puncto patrati delicti; quia ſolum incurritur a puncto culpę ratihabitionis ob quam delictum præcedens ei imputatur ad pœnam: neque enim ratihabitio ſubſequens efficere poteſt, vt qui ante illam non fuerat excommunicatus aut irregularis, fecerit excommunicatus aut irregularis; eo quod ad præteritū non ſit potentia. Quin obſerua, eſto ob id delictum impoſita fuiſſet pœna confiſcationis bonorum ipſo facto, ratihabitio tamē eius delicti non retrotraheret pęnam, quaſi confiſcata cenſerentur bona, quæ is habuit a puncto, quo nomine ipſius id delictum mandatum fuit exequutioni, ita vt ſi quid alienaſſet de eis bonis titulo donationis, aut alio, poſt id delictum exequutioni mandatum, & ante ratihabitionem, inualida eſſet alienatio repetereque illud fiſcus poſſet, ſicut repetere poteſt bona hæreticorum, quæ alienarunt a puncto patrati delicti. Cum enim in euentu, de quo diſputamus, ante ratihabitionem fiſcus virtute legis confiſcationis, & delicti commiſſi ab alio intuitu eius, qui illud nōdum ratum habet, non haberet ius in re comparatione bonorum, quæ erant eius, qui ratum poſtea illud habet; ſicut fiſcus ius in re habet virtute legis confiſcationis bonorum omnium hæretici, eo ipſo, quod crimen hæreſeos commiſit; neque ratihabitio delicti locum habeat in damnum tertii, qui ante eam ratihabitionem ius comparauit legitimum in bonis, quæ ante eandem ratihabitionem erant eius, qui ratum illud habuit, nondumque cuiquam erant obligata; conſequens profecto eſt, vt ea ratihabitio non retrotrahat pænam ad bona, quæ tempore ratihabitionis iam non ſunt habentis ratum id delictum, neque item impediat ius legitimè ab aliis ad illa comparatum ante eandem ratihabitionem, ſed ſatisfaciendum ſit omnibus eis iuribus, & ſolum, quod ſuperfuerit de bonis ratum id delictum habentis, ſatiſfactis prius iis, qui ad ea bona id ius comparauerant ad fiſcum pertineat.

Ad primum vero Couarruu. argumentum, conceſſa maiori, ad minorem dicendum eſt; Satis cenſeri id iure canonico expreſſum, dum ciuili iure, in canonico ea in parte recepto & approbato, ſtatutum eſt, ratihabitionem delicti commiſſi nomine ratum illud habentis æquiparari mandato eiuſdem delicti, vt imputetur ad culpam & ad pænam ei, qui illud ratum habet nomine ipſius eſſe factum, ac ſi illud mādaſſet, ac per ſuum mandatum ad illud concurriſſet ex quibus principiis Bonifacius octauus. capitu. cum quis citato deducit, ratam habentem manuum violentarum in clericum iniectionem nomine ipſius antea factam, incurrere pænam excommunicationis,
A canone ſi quis ſuadente diabolo ſtatutam: conſentiuntque alia iura in calce membri præcedentis relata, quæ ex eiſdem principiis decernunt, rata habentes alia delicta nomine ipſorū facta, incurrere etiam pænas eorum delictorum.

Ad maiorem vero ſecundi argumenti dicendum eſt, ad irregularitatem ex homicidio ſatis eſſe culpam ex homicidio antecedente imputatam iuris diſpoſitione ob ratihabitionem ſequentem talis homicidii nomine ipſius facti, neque eſſe neceſſariam culpam influentem ad eum homicidii actum; ſicut ad excommunicationem ob antecedentem manus violentæ in clericum iniectionem nomine alicuius factam, ſatis eſt culpa eius violentæ in clericum manus iniectionis ſibi iuris diſpoſitione imputata ob
B ſequentem ratihabitionem eiuſdem manus violentæ iniectionis, neque eſſe neceſſariam culpam, quæ ad eam manus violentæ iniectionem influeret, ob quam, ſequuta ratihabitione illius, incurritur excommunicatio, vt ex. capitu. cum quis citato liquet. Reliqua vero, quæ in eo argumento ſequuntur, ſolū probant, non interuenire culpam, quę ad id homicidiū, ob quod ea irregularitas incurritur, influxerit: quod vt dictum eſt, neceſſarium non eſt ad eam irregularitatem incurrendam; ſicut neque eſt neceſſarium ad incurrendam pænam excommunicationis ſtatutam pro manuum violentarum in clericum iniectione opere conſummata.

Couarruu. vbi ſupra. num. 5. cum Salyceto addit 6
Ratum habentem homicidium nomine ipſius pa-
C tratum, puniendum non eſſe pæna homicidii ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria. Idemque cenſet in cæteris delictis, rata ſcilicet illa habentem nomine ipſius patrata puniendum non eſſe pæna ordinaria pro illis delictis ſtatuta, ſed alia mitiori arbitraria. Ducuntur. Quoniam ratihabitio eorum delictorum iuris ſolum fictione æquiparatur mandato eorundē delictorum: fictio autem iuris, quoad pænam delicti ordinariam, non tantum operari debet, quantum verum mandatum talium delictorum. Fatetur vero Couarru. doctores plurimos docere contrarium, de quorum numero eſt Carrer. §. 5. citato, numer. 195. cum aliis, quos citat, & Iul. Clar. lib. 5. ſentenr. §. vlt. quæſtio. 87. nume. 5. ſolum docet, ratum habentem delictum nomine ipſius factum puniendum eſſe; eo
D quod talis ratihabitio mandato eius delicti æquiparetur; nihil vero meminit, pęnam non debere eſſe ordinariam, ſed extraordinariam ac arbitrariam. Ac ſane arbitror, opinio Couarruu. ac Salyceti non recipietur, ſed eiuſmodi delinquens pęna ordinaria eius delicti punietur. Quoniam non leuis eſt culpa, neque leue eſt incentiuum eius delicti, talem eſſe animum in eo, cuius nomine delictum eſt patratum, talemque ab exequutore delicti exiſtimari, quod ratū ſit habiturus id delictum nomine ipſius eſſe factum: vnde, ſi eum fuiſſe eius animum ratihabitio ſubſequens poſtea comprobet, talique animo culpam ratihabitionis addat, mirum non eſt, ſi iuris diſpoſitio eam ratihabitionem tunc conſilio eius delicti
E æquiparet ad pęnam ordinariam eius delicti, ratum illud ita habenti imponendam. Id quod ex eo confirmatur, quoniam ratum ita habens delictum, pro quo pœna ordinaria excommunicationis, aut irregularitatis, eſt ſtatuta, illam incurrit, vt oſtenſum eſt.

De

De conſentiente & de non impediente homicidium. Et num pœnam homicidij ordinariam irregularitatemq; incurrant. *Membrum V.*

SVMMARIVM.

1 *Quotupliciter capiatur conſentiens in homicidio.*

2 *Is, à cuius ſuffragio ſeu authoritatiuo conſenſu pendet vt homicidium iniuſtum fiat, ſequuto eo homicidio, irregularitatem ex homicidio uoluntario contrahit, & pœnam ordinariam incurrit, ſi ſit, qui talem pœnam illi infligat, & tenetur ad damna ſubſecuta. Idem intellige de ijs, à quorum ſuffragio pendet, vt mors iniuſta inferatur.*

3 *Conſentiens in necem alterius, illam non impediendo cum poſſet, ſi ex officio ad id tenebatur, pœnam ordinariam homicidij incurrit, & contrahit irregularitatem ex homicidio voluntario, & tenetur ad damna inde ſubſecuta, in defectum tamen eius qui illa intulit.*

4 *Is, qui impedire homicidium potuit, attamen ad id nō tenebatur ex iuſtitia, ſed ſolùm ex caritate, quamuis lethaliter peccet, non incurrit irregularitatem ſecundum aliquos: ſed quando doloſè omitteret impedire homicidium ex odio, animo vt ille interficeretur, incurrit irregularitatem.*

5 *Ea ex parte, qua culpa homicidij eſt ſolùm contra caritatem, non incurritur irregularitas. Refellitur opinio prior, & argumenta eneruantur.*

6 *Ii, qui non ex officio ex iuſtitiave impedire homicidia tenentur, ſi commodè ſine ſuo detrimento illa impedire poſſint, ſaltem ea detegendo, vt impediantur, quando aliter impediri non poſſent, & ea via poſſent, peccant in conſcientiæ foro cōtra caritatem, niſi illa impediant. In foro exteriori puniri non debent pœna ordinaria eius delicti, quod ita culpabiliter impedire omittunt.*

7 *Euentus in quibus, qui impedire potuit homicidium, aut aliud ſimile delictum, nec impediuit, ſaltem illud reuelando, puniri debet pœna ordinaria eius delicti primus in crimine læſæ maieſtatis.*

8 *Secundò quando mancipium uidet dominum interfici uel percuti, potenſque illud impedire, etiam cum periculo uitæ, ſaltem clamando, uel id reuelando, efficere id prætermittit: punitur id mācipium morte, niſi dominus ſuperuiuens ei pepercerit.*

9 *Famuli mercede conducti non tenentur mortem dominorum ſuorum impedire, cum periculo uitæ propriæ, ſed peccabunt contra caritatem atque honeſtatem moralem.*

10 *Milites mercede conducti ad defendendam vitam aliquorum ſi permittant quemquam occidi ex ijs, quos ita defendere tenentur, contra iuſtitiam peccant.*

11 *Filius conſcius parricidij quod alter frater patri intentat, aut mortis, quam aliquis extraneus patri parat, nec reuelat aut impedit, puniendus eſt pœna exilij.*

12 *Dominus qui ſcit ſuum mancipium uelle aliquem interficere, nec impedit: pater qui ſcit filium ſuum uelle committere homicidium, nec prohibet, ſi intuitu domini aut patris id homicidium fieret, tunc dominus aut pater pœnas omnes incurrit, & tenetur ad damna, incurritque irregularitatem. Si uerò intuitu domini aut patris id non fiat, non eſſet pœna mortis puniendus, neque incurreret irregularitatem.*

13 *Refellitur opinio contraria.*

1 Conſentiens, vt tractatu præcedente Diſp. 73 2. dicebamus, altero è duobus modis in re propoſita ſumi poteſt. Vno uidelicet pro eo, qui negatiuè ſe habet, non impediendo homicidium, quod poſſet impedire. Atque hunc in duos alios poſſumus diſtinguere. Vnus eſt, qui ex officio, ex iuſtitiave, tenetur id impedire, nec impedit. Alter verò, qui ſolùm ex caritate tenetur id impedire. Alio verò modo ſumitur conſentiens pro eo, ex cuius ſuffragio, autoritative conſenſu, pendet, quòd homicidium iniuſtum fiat, aut non fiat.

Ordiendo verò ab hoc vltimo, dubitandum non eſt, eum, à cuius ſuffragio, ſeu autoritatiuo conſenſu pendet, vt homicidium iniuſtum fiat, ſubſequuto eo homicidio, & irregularitatem ex homicidio voluntario contrahere, & pœnam ordinariam ſtatutam pro doloſo homicidio incurrere, ſi ſit, qui talem pęnam illi infligat, tenerique ad damna ſubſequuta. Talis eſt, qui, cum ab eius ſuffragio pendeat, bellum iniuſtum geri, conſenſum ſuffragiumve ad id præſtat. Talis item eſt, qui, cum ab ipſius ſuffragio pendeat, ferri ſententiam mortis iniuſtam, illud ſciens ac prudens fert, indeque mors vlterius ſequitur. Et tales ſunt alij ſimiles, à quorum ſuffragio atque autoritatiuo conſenſu pendet, vt mors iniuſta inferatur. Dixi, ſi ſit, qui eam pœnam illis infligat: quoniam eſſe non ſolet, qui ſupremis principibus tale quid iniuſtè decernentibus, eorumque ſupremis conſiliarijs, pœnam ob id delictum commeritam infligat. l. 1. in prin. & l. 4. in prin. ff. ad legem Corn. de ſicar. pęna legis Corneliæ de ſicarijs ſtatuitur iudicibus, qui ſententiam mortis in innocentem proferunt. Sic enim habetur. l. 1. *Quive, cum magiſtratus eſſet, publicove iudicio præeſſet, operam dediſſet, quo quis falſum iudicium profiteretur,* (id eſt, proferret) *ut quis innocens conueniretur, condemnaretur.* Et l. 4. ita habetur: *Lege Cornelia de ſicarijs tenetur, qui cum in magiſtratu eſſet, eorum quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permiſſum non ſit,* hoc eſt, iniuſtè. In hunc eundem ſenſum intelligit Iulius Clarus. lib. 5. ſent. §. homicidium. num. 15. verba illa legis. 3. ff. eod. titu. *Et qui falſa iudicia confeſſus fuerit, confitendave curauerit, quo quis innocens circumueniretur.* Quaſi ſit ſenſus, & qui operam dedit, vt accuſatus, vel inquiſitus, aliquid falsò confiteretur, per quod innocēs poſtea damnaretur ad mortem. Gloſſa verò ibi ea verba intelligit de eo, qui falſa ſuaſione induxit aliquem, aut induci fecit, vt ad eum locum deueniret, vbi mors illi erat parata: quod eſt auxilium eo modo præbere, vt ab alijs iniuſtè necaretur. Et l. lex Iulia. §. vlt. ff. ad legem Iul. repert. ſic ſcriptum legimus: *Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint? uel licèt non acceperint, calore tamen inducti, interfecerint uel innocentem, uel quem punire non debuerant?* (ea ſcilicet pęna) *capite plecti debent, uel certè in inſulam deportari,* (quæ erat pena legis Corneliæ de ſicarijs) *ut plerique puniti ſunt.* Obſerua tamen, vt iudex, aut quicunque alij, de quibus loquimur, pęnam mortis incurrat ob homicidium ita iniuſtè patratum, neceſſe eſſe, vt dolo illud commiſerit; alioquin, ſi ſola culpa, vt à dolo diſtinguitur, illud commiſerit, puniendus eſt pęna arbitraria pro culpæ quantitate. Atque eodem modo ad irregularitatem ex homicidio iniuſto voluntario requiritur etiam quòd id homicidium intentum cenſeatur formaliter, aut virtute, iuxta ea, quæ Diſputatio. 3. explanata ſunt. Alioquin, ſi ſola culpa, vt à dolo, imputatiuè ſaltem interueniente, diſtinguitur, interueniat, ſolùm incurretur irregularitas ex homicidio caſuali. Qui item iudex torſerit iniuſtè aliquem, ſi ille mortuus ex eis tormentis ſit, aut qui iudex ita in tormentis iniuſtè exceſſerit, vt reum interficiat, pęna capitis punitur, vt affirmat Iul. Clar. cum communi doctorum ſententia, quam nu. 15. citato, & longè fuſius. §. vlt. q. 64. nu. 2. & 37. refert.

Qui

Qui tamen probè addit, tunc ſolùm eum iudicem puniendum eſſe pœna capitis, quando ex ipſius dolo ea mors fuerit ſequuta: ſecus autem quando ſequuta fuerit ex ſola eius culpa, vt culpa à dolo diſtinguitur: nam tunc puniri debet pœna mitiori arbitraria.

3 Conſentiens in necem iniuſtam alterius, negatiuè duntaxat ſe habendo, hoc eſt, illam nō impediendo, cum impedire illam poſſet, ſi ex officio, ex iuſtitiave ad id tenebatur, vt quia erat miniſter publicus ad id conſtitutus, vel quia, cum ſciret mortem alicui intuitu ipſius parari, poſſetque illam prohibere ac impedire, eam non impediuit, iuxta ea quæ in calce membri præcedentis dicta ſunt, tunc & pœnam ordinariam eius delicti incurrit, & contrahit irregularitatem ex homicidio voluntario, atque tenetur ad damna inde ſubſequuta, in defectum tamen eius, qui illa intulit: niſi rata illa habuerit nomine ipſius eſſe illata: quia tūc tenetur tanquam cauſa magis principalis, quàm exequutor. Ratio autem horum hæc eſt, quoniam, qui ita homicidium non impedit, eſt vera cauſa moralis illius, non quidem poſitiua in illud influens, ſed negatiua illud non prohibens ac impediens, cum poſſit, atque ex iuſtitia illud impedire teneatur; nec eſt cauſa principalis, ſed minus principalis, ſi cum exequutore conferatur, niſi nomine ipſius ſit factum, illudque ratum habeat: nam tunc æquiparatur mandanti id homicidium, ſortiturque proinde rationem cauſæ magis principalis illius, collatos cum exequutore eiuſdem homicidij, vt tractatu præcedente Diſput. 735. iuncta Diſput. 729. hæc omnia explanata ſunt. Quouſque autem miniſtri publici teneantur, aut non teneantur, cum ſuo detrimento impedire iniuſta homicidia, & mutilationes, aliaque damna iniuſta, Diſput. 735. citata explanatum fuit.

Couar. clement. ſi furioſus. par. 2. §. 2. nu. 8. conſentit, in his euentibus, eum, qui prohibere potuit, & non prohibuit, incurrere irregularitatem, tametſi in aliquibus ex his euentibus non tam firmiter ac aſſeueranter id affirmet, vt, meo iudicio, par erat. Et quamuis non exprimat, eam irregularitatem eſſe ex homicidio voluntario, proculdubio eſt affirmandum, eſſe ex homicidio voluntario: modò tamen is, qui non prohibet, cum ex iuſtitia ad id teneatur, moraliter intelligit, ſequendum eſſe homicidium: ſi enim timeret ſolùm, ne ſequeretur, arbitrareturque non ſequendum, tunc dicendum eſſet, eam irregularitatem eſſe ex homicidio caſuali culpabili comparatione eius, qui veritus fuit, vereriue debuit, ſequendum homicidium. Quando autem moraliter credidit, ſequendum homicidium, tunc, cum cauſa ſit moralis illius, tametſi negatiua, non prohibendo illud, cū poſſet, ad idque ex iuſtitia teneretur, vtique cauſa eſt voluntaria illo modo eius homicidij, reputabiturque proinde voluntarium cōparatione illius, atque adeo in irregularitatem ex homicidio voluntario incurret. Minus tamen indignam, vt ſummus Pontifex de plenitudine poteſtatis in ea diſpenſet, quam ſi per ſe ipſum id homicidium eſſet exequutus, aut illud mandaſſet, vel etiam conſuluiſſet, permouendo ad illud eum, qui alioqui illud non erat commiſſurus. Incurrere autem irregularitatem in eo euentu, probat etiam c. Petrus, de homic. argumento à contrario ſenſu, illis verbis: *Cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem eius expreſſam auſu ſacrilego fuit ab ipſius conſanguineis attentatum.* Quaſi, ſi non prohibuiſſet, & non curaſſet, vt non fieret, imputaretur ei ad irregularitatem de qua proximè erat ſermo, homicidium Abbatis, idcirco à conſanguineis eius Petri patratum, quòd eum beneficio ſpoliaſſet, ipſo ab eis audiente, velle ea de cauſa Abbatem illum interficere. Neque eſt probanda gloſſa ibi in prima ſui parte, quæ contrarium videtur ſentire: quam neque Couar. vbi ſuprà probat. Probat item. c. conſtitutis. 1. de teſtib. illis verbis: *Si quis autem de conſanguineis dicti Archiepiſcopi aliquem de teſtibus præſumpſit impedire (quia veriſimile non videtur, ut eo inuito talia fierent, & ob hoc non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, eo quòd ſi voluerit, potuerit prohibere) eundem Archiepiſcopum,* &c. Vbi vides, ſcientem velle patrari delictum intuitu ipſius, nec prohibentem, cum poſſit, cenſeri ipſo non inuito id fieri, eſſeque proinde in culpa illius, quaſi illud velit intuitu ipſius fieri, quin & ſuſpectus eſt de ſocietate occulta inita expreſſe cum illo circa id delictū. Probat quoque lex qui patitur. ff. mandati. Vbi, qui patitur aliquid fieri intuitu ipſius, in ipſiusve commodum, non ſolùm cenſetur conſentire, ſed etiam mandare vt id fiat.

Idem verò Couar. nume. 8. citato. §. vlt. quamuis cenſeat in prædictis euentibus, eum, qui non impedit homicidium, cum poſſit, incurrere cæteras pœnas pro homicidio ſtatutas, addit tamen, intligendam illi non eſſe pœnam ordinariam eius delicti, ſaltem corporalem, aut criminalem, vnde cenſet puniendum eſſe pœna ſolùm arbitraria. Certè, quando conſtaret miniſtrum publicum, cum poſſet ſine ſuo detrimento, nō impediuiſſe homicidium, quod nouit committendum, crederem puniendum eum eſſe pœna ordinaria: quoniam ad id tenetur ex officio, eſtque vera cauſa omnino voluntaria talis criminis, negatiua tamen, neque ſunt circumſtantiæ, quæ illum excuſent à parte culpæ, nobiſcumque conſentit Iul. Clar. lib. 5. ſenten. q. 87. nu. 4. Quando verò non poſſet ſine aliquo ſuo detrimento illud impedire, aut non plenè ſciuiſſet, vel non plenè crediđiſſet, committendum id delictum, tunc locum, ob eas circumſtantias partem culpæ ipſius minuentes, habere poſſet, puniendum eum eſſe ſola pęna arbitraria pro quantitate eius culpæ. Quando item aliquis plenè agnouiſſet, committi velle homicidium intuitu ipſius, poſſetque omnino illud impedire, neque impediuiſſet, tunc cenſerem hunc etiam pœna ordinaria eius delicti eſſe puniendum, tāquam maximam eius delicti cauſam negatiuam, cuius intuitu fuit patratum, & quod ea de cauſa potuit omnino ac debuit impedire. Quando autem plenè non cognouiſſet ac credidiſſet committendum, aut certum non eſſet, eſto impedire illud fuiſſet aggreſſus, impediturum illud fuiſſe, tunc, ob eas circunſtantias culpam illius minuentes, puniri poſſet ſola pœna arbitraria pro quantitate culpæ.

Quod autem ad eum attinet, qui impedire quidē 4
homicidium potuit, attamen ad id non tenebatur ex iuſtitia, ſed ſolùm ex caritate. Couar. clement. ſi furioſus, part. 2. §. 2. num. 7. Carrer. in pract. §. homicidium. 4. nume. 21. & §. 6. nume. 67. Aug. verb. homic. 1. §. 17. & vt videtur Syluest. ibidem. nume. 14. & alij, quos Couar. & Carrer. citant, cenſent, quamuis lethaliter peccet, non incurrere irregularitatem, atque in hoc doctores communiter conſentiunt. Addunt verò, quando doloſè omitteret impedire homicidium ex odio, animo vt ille interficeretur, incurrere irregularitatem. Quod probant ex c. quantæ, de ſent. excommun. Vbi, qui impedire potuit, ne manus violentæ in clericum inijcerentur, ſi doloſè id non impediuit animo vt ille eam iniuriam ac detrimentum pateretur, in ſententiam excommunicationis incidit: idem autem dicendum videtur quo ad irregularitatem de eo, qui, cum impedire optime potuit homicidium, aut mutilationem, doloſè ex odio, animoque vt ille id detrimētum pateretur, id non impediuit. Idem etiam probant quidam eorum ex c. ſicut dignum. §. illi etiam. & §. hi quoque de homic.

Nos

5 Nos autem cum Nauar. in Man. cap. 28. nu. 231. & duobus ſequentibus, aſſerimus, ea ex parte, qua culpa homicidij eſt ſolùm contra caritatem, non incurri irregularitatem: vnde, qui, cum poſſit, nō ſubuenit extremè indigenti, cibo, potu, defenſione, aut alia ſimili re, qua ad conſeruandam vitam extremè indigeat, etiam ſi dolo atque ex odio id efficiat, peccat quidem grauiſſimè lethaliter contra caritatem, diciturque quodammodo homicida illius, interim tamen dum ex iuſtitia ad id non tenetur, irregularitatem non contrahit ex ea morte ſequuta, ab alijs ve iniuſtè illata: quoniam nullibi in iure inuenitur ea pęna in eo euentu ſtatuta: irregularitas verò non incurritur, niſi in caſibus expreſſis à iure.

Ad caput autem quantæ dicendum eſt ibi eſſe ſermonem de eis, qui conſenſerunt, vt rectori ſuæ Eccleſiæ manus violentę inijcerentur, quem, tanquam ipſorum ſpiritualem patrem, defendere tenebâtur: interpretatur verò ibi ſummus Pontifex iuris præſumptione, (vt ex eo capite conſtat, & affirmat Nauar. nume. 231. citato) eos, qui commodè ſubuenire potuerunt, ac impedire id crimen, ne in ipſorum ſpiritualem patrem committeretur, conſenſiſſe in id crimen: quoniam niſi conſenſiſſent tanquam ſocii, ita vt communi conſilio ac conſenſu id fieret, veriſimile erat, illud impedituros: & idcirco in exteriori foro ex ea præſumptione illos reputat excommunicatos. Alij eum textum interpretantur de ijs ſolùm, qui ex officio tenebantur id crimen impedire. Item in pęnis, quales ſunt excommunicatio & irregularitas, non valet argumentum à pęna excommunicationis, de qua ibi eſt ſermo, ad irregularitatem, niſi expreſſe idem in irregularitate ſtatuatur. Sed neque in excommunicatione ob clerici percuſſionem valet argumentum, vt quod in eo euentu eſt ſancitum, vt, ob eas circunſtantias concurrentes, quæ illam efficiunt præſumptionem, locum habeat in foro exteriori, intelligendum ſimiliter ſit ac extendendum, vt quandocunque aliquis impedire potuit clerici percuſſionem, & illam non impediuit ex odio ac dolo, quia congaudebat eam iniuriam illi inferri, cenſeatur in exteriori foro incurriſſe excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente diabolo, quaſi conſenſerit in eam percuſſionem. Neque in eo capite quicquam inuenitur, vnde colligatur, eum, qui dolo ac odio non impediuit percuſſionem clerici, quia complacuit ſibi ea percuſſio, incurrere excommunicationem, quando non aliter conſenſit, neque cooperatus eſt ad illam, neque ex officio, aut aliter ex iuſtitia, tenebatur illam impedire. Itaque in conſcientiæ foro nunquam, qui impedire potuit percuſſionem clerici, aut homicidium, cenſendus eſt incurriſſe excommunicationem, aut irregularitatem, niſi quando ex iuſtitia tenebatur illam impedire, eſto malitioſè ex odio ac dolo eam non impedierit, quia complacuit ſibi id fieri; modo tamen conſilio, aut alia ratione, ad eam percuſſionem, aut ad homicidium poſitiuè non influxerit.

Ad duos autem §§. capitis ſicut dignum, dicendum eſt. In primo eſſe ſermonem de eis, qui aſtiterunt, vt opem ferrent, ſi qui impedire vellent mortem Archiepiſcopi; quos conſtat irregularitatem incurriſſe. In eo verò §. ſermo eſt, qua inſuper alia pęna ac pęnitentia ſint afficiendi. In ſecundo verò paragrapho ſermo eſt de illis, qui ad ſarcinas eorum cuſtodiendas remanſerunt, quos nouerant ſicarios eſſe, pergereque ad maleficium patrandum: eos verò, qui ita ad ſarcinas remanſerunt, ſimiliter cōſtat, ſubſequuto homicidio, irregularitatem incurriſſe, ſaltem ex homicidio caſuali comparatione ipſorū, ſi ignorabant velle illos patrare homicidium, fuitque homicidium illud præter ipſorum ſpem: alio- A quin irregularitatem ex homicidio voluntario contraxiſſent, tanquam cooperatores eo modo ad illud. In eo autem paragrapho potiſſimum agitur, qua inſuper pœna ac pænitentia afficiendi ſint pro ea ſua culpa.

Quod verò ad eos attinet, qui non ex officio, ex iuſtitiave, modo explicato, impedire homicidia & alia damna iniuſta tenentur, conſtat, ſi commodè ſine ſuo detrimento illa impedire poſſint, ſaltem ea detegendo vt impediantur, quando aliter impediri non poſſent, & ea via poſſent, peccare illos in conſcientiæ foro lethaliter contra proximi caritatem, niſi illa impediant, quando ſunt damna notabilia. Vtrum autem in exteriori foro puniri debeât ob eam omiſſionem lethaliter culpabilem. Conſentiunt do- B ctores, quos referunt ac ſequuntur Couar. clement. ſi furioſus. par. 2. §. 2. num. 7. Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c 3. nume. 4. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. vlt. q. 87. nu. 1. 3. & 4. & Carrer. §. 4. citato. nume. 19. & § 6. nu. 63. puniri non debere pœna ordinaria eius delicti, quod ita culpabiliter impedire omittunt, idque, inter alia iura, probat. l. 1. §. ſed in eo. ff. ad ſenat. conſul. Syllan. & quidam eorum, vt Anton. Gom. Iul. Clar. & alij, quos citant, cenſent, nulla pœna eſſe puniendos. Couar. nume. 7. citato arbitratur, eum, qui commodè impedire potuit homicidium proximi, nec impediuit, puniendum nihilominus eſſe pœna arbitraria. Et idem fortaſſe eſt de alijs, qui ſine ſuo notabili detrimento impedire potuerunt notabilia alia damna proximorum. Atque aliquibus in locis C pœnæ certæ legibus priuatis eorum locorum ſunt ſtatutæ ijs, qui ad impedienda aliqua delicta proximis iniurioſa non accurrunt, vt ijs, qui nō accurrunt feminæ acclamanti vim aliquam inferri, vt Carrer. §. homicidium. 4. nume. 22. & §. 6. nume. 63. Quando autem, qui non defendit, cum poſſet, eſſet ſuſpectus, cauſa auxilium ferendi, ſi ita eſſet neceſſe acceſſiſſe, præceſſiſſeque, tractatum cum eo, communeque conſilium, idque ex circunſtantijs concurrentibus, comprehendi poſſet, tam vehemenſque poſſet eſſe ſuſpicio, vt torqueri ea de cauſa poſſet, vt aliqui ex doctoribus citatis rectè affirmant.

In aliquibus verò euentibus, qui impedire potuit homicidium, aut aliud ſimile delictum, nec impediuit, ſaltem illud reuelando, puniri pęna ordinaria e- 7 D ius delicti debet. Primus eſt, in crimine lęſæ maieſtatis, quando in principem, aut in rempublicam, exitium paratur: tunc enim, ſi id non detegatùr, pœna capitis imponitur id ſciēti, nec reuelanti, iuxta Bar. & multorum aliorum opinionem, & iuxta alios puniri debet pœna tota ordinaria eius criminis, de qua re tractatu præcedente, Diſput. 658. §. lege 6. eſt dictum. Et quamuis Baldus & plerique alij affirmauerint, nefas omnino eſſe interficere quemquam ea ſola de cauſa, quòd ſciuerit, & non reuelauerit, machinari crimen læſæ maieſtatis, vt Iulius Clarus. q. 87. citata. nume. 2. & Carrer. §. 4. citato. nume. 20. & §. 6. nume. 63. referunt; ego tamen, cum Iulio Claro ibidem, probandam cenſeo Bartoli opinionem, ma- E ximè quando præceſſit lex, quæ eam pœnam id crimen non reuelanti ſtatuat. Cum enim multum reipublicæ referat principis vita, reipublicæque incolumitas, quilibetque ſubditus naturali iure teneatur eam curare, poſtponendo bono communi vitam ac bona illud parantis malum, vtique iuſtum eſt tale præceptum, iuſtaque eſt lex tantam pęnam ſtatuens illud tranſgredienti. Vtrum autem, qui, potens principem à morte liberare, eum interfici permittit, nullo modo ad eam mortem influēdo, irregularitatem ex homicidio incurrat. Neganter eſt reſpōdendum: quoniam ad eam mortem impediendam non tenetur ea iuſtitia, ſed ex caritate eius præcipui proximi ac patriæ, & ex obedientia legum, quæ id meritò

præ-

præſcribunt, tanquam conſentaneum rectæ rationi, ipſiſque à ſuis ſubditis, ac patriæ, ex decentia morali ac caritate præcipuè debitum.

Secundus euentus eſt, quando mancipium videt, aut intelligit, iniuſtè, minimeque lege id permittente, dominum ſuum, dominam, aut filios dominorũ ſuorũ, interfici, aut percuti, aut tale quid aduerſus eos parari, vel ẽt dominũ ipſum ſe velle interficere, potenſque illud impedire, ẽt cum periculo propriæ vitæ, ſaltem clamando, vt alij accurrant ad id impediendum, vel id reuelando, efficere id prætermittit: punitur enim id mancipium morte, niſi ipſe interfectus poſt vulnera, aut aliã mortis cauſam acceptam, ſuperuixerit, atque mancipium excuſauerit, vel ei pepercerit. Ita habetur. l. 1. & ſequentibus. ff. ad ſenat. conſul. Syllan. & l. vlt. titu. 8. part. 7. Neque, vt mancipium eam pœnam euadat, ſatis eſt clamaſſe, ſi potuit heros liberare ſe opponendo ac pugnando, etiam cum periculo propriæ vitæ, vt iuribus citatis habetur. Sanè quamuis videam ea iura ita rigida eſſe lata in eo euẽtu in mancipia, ductoſque fuiſſe eos legiſlatores ad id ita ſtatuẽdum ex eo, quòd dicant, vitam mancipiorum eſſe ſuorum dominorum; non tamen auderem approbare eas leges, vt iuſtas, quatenus ſtatuunt pœnam, præſertim adeò acerbam, mancipijs, quæ cum periculo propriæ vitæ non accurrunt dominis ſuis: lege enim caritatis præponere quiuis poteſt vitam propriam vitæ, etiam ſui proprii patris nedum vitæ domini: falſumque arbitror, mancipij vitam eſſe domini ſui: eſt quippe ipſiuſmet mãcipij ac Dei, iniuſteque dominus illius, atque contra quintum decalogi præceptum, eam ab illo auferret, etiam ſi delictum commiſiſſet, quo tanta pœna eſſet dignum, (quoniam eam pœnam imponere non ad dominum ſed ad publicas poteſtates ſpectat) nedum quando nullum tale delictum committit. Et quamuis aliqua mãcipia in ſeruitutem ſint redacta, commutando illis mortem, quæ iuſtè poterat eis infligi bello iuſto, aut alia ratione; poſtquam tamen mors in ſeruitutem eſt ipſis commutata, non poteſt vita ſine alia culpa licitè, aut iuſtè, ab eis auferri: quòd autem vitam non exponant pro incolumitate dominorum, culpa ſanè non eſt; eo ꝙ ad id nõ teneãtur ſpectata natura ipſa rei. Vnde non auderem dicere, leges illas licitè in eo euentu mandari poſſe exequutioni: ſed ſolùm quando, cum poſſent ſine periculo propriæ vitæ eruere dominos ſuos à morte, id prætermitterent. Vtrum autem mancipium, quod, potens optimè liberare dominum ſuum à morte, id culpabiliter omittit, irregularitatẽ incurrat ex morte ſui proprii domini, ad quam nullo modo influxit, ſed quam potuit impedire. Neganter etiam arbitror reſpondendum: quoniam non tenebatur ex iuſtitia eam impedire, ſed ſolùm ex præcipua caritate erga ſuum proprium dominum, & ex gratitudine, ac maiore honeſtate morali, quàm erga alios, atque ex debito legali, ciuili iure ad id mancipia aſtringente ob illa alia omnia debita, quæ erant ex natura rei ſecluſo eo ſuperaddito humano iure.

9 De famulis mercede conductis fatetur cum Baldo Greg. Lopez. l. vlt. citata gloſſa. 1. non teneri impedire mortem dominorum ſuorum cum periculo propriæ vitæ: Grauius verò peccabunt contra caritatem, gratitudinem, atque honeſtatem moralem, ſi mortem illorum, cum poſſint, non impediant, eruntque grauiori pœna arbitraria puniendi, quàm alij, iuxta eam opinionem Couar. ſuprà relatam, qua affirmat, alios puniendos in eo euentu eſſe pœna arbitraria. Quia verò nõ conducuntur ad defendendam vitam dominorum, vt milites conducuntur ad pugnandum, etiam cum periculo propriæ vitæ, ſed ſolùm ad alia obſequia præſtanda, non arbitror eos plus teneri ad defendendam vitam dominorum, quàm alios, niſi ſolùm ex maiori honeſtate morali, debito gratitudinis ac caritatis, quicquid in contrarium dicant Carrer. §. 6. citato. n. 15. cum alijs, quos citant: qui affirmant eiuſmodi famulos perinde, ac mancipia, teneri cum periculo propriæ vitæ defendere vitam ſuorum dominorum.

De militibus mercede conductis ad pugnandum & defendendam vitam & bona aliquorum, itemque de vaſallis comparatione dominorum directorum, à quibus habent feudum cum onere pugnandi ac defendendi illorum vitam, ſanè, ſi permittant quemquam occidi ex ijs, quos ita defendere tenentur, contra iuſtitiam peccant, ſoluereque tenentur damna ita data, in defectum tñ eorũ, qui illa iniuſtè intulerũt, irregularitatẽque incurrunt ex homicidio voluntario ipſorum comparatione, quod ipſis imputatur tanquam cauſis illius negatiuis, qui illud de iuſtitia impedire tenebantur. 10

De filio ſcientem patricidium ab altero fratre parari aduerſus patrem, aut mortem ab aliquo extraneo parari eidem patri, nec reuelante ac impediente, cum poſſet, diximus in calce Diſput. 26. ſequuta morte patris, puniendum eſſe pœna exilij, iuxta. l. 2. ff. ad leg. Pomp. de parric. & l. 12. titu. 8. part. 7. quæ exprimit, id exilium eſſe debere in quinquennium, cenſuimuſque falſam eſſe opinionem Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nu. 4. qui affirmat, deſcendentem, aut aſcendentem, non impedientem mortem ſui aſcendentis, vel deſcendentis, cum poſſet, puniri integra pœna parricidij, & ſubinde pœna mortis. Quando verò aliquis non ita coniunctus, atque eſt deſcendens comparatione aſcendentis, nõ impediret mortem ſui coniuncti, quam poſſet commodè impedire, iuxta Couarruuiæ opinionem pœna extraordinaria puniri deberet, eo grauiori aliquantulum, quo interfectus plus ſibi eſſet coniunctus. An autem filius irregularitatem cõtrahat ex homicidio patris, quod impedire optimè potuit, nec impediuit, quando ad illud ipſe poſitiuè nõ influxit. Dicendum arbitror, non incurrere irregularitatem: quoniam licèt id impedire teneatur ex arctiore caritate atque ex pietate in patrem, ex maiorique gratitudine ob beneficia maxima à patre accepta, quam teneantur alij, ſitque ea omiſſio fœdiſſima in filio; tamen tenetur ad id ex iuſtitia. 11

Maius dubium eſt, de domino, qui ſcit ſuum mãcipium, aut famulum, velle interficere aliquem, & cum poſſet id prohibere ac impedire, non prohibet nec impedit, an puniendus ſit pœna mortis, teneaturque ad damna ita illata, incurratque irregularitatem ex eo homicidio, quod impedire potuit. Idem etiam eſt dubium de patre, qui ſcit filium ſuum velle committere homicidium, & cũ poſſet illud prohibere ac impedire, non prohibet nec impedit, num ſimiliter puniri debeat pœna mortis, & teneatur ad damna, incurratque irregularitatem. 12

Partem affirmantem ſuadet. quòd pater familias quaſi ex officio, ſeu ex ſuo munere proprio, teneatur impedire, ne ſui damna & iniurias alijs inferant. Item quoniam lege 2. & ſequentibus. ff. de noxal. act. habetur, ſi dominus nouit ſuum mancipium dãnum aliquod velle alicui inferre, potuitque impedire, ne illud inferret, nec impediuit, teneri loco mancipij ad totum damnum, neque liberari ab eo onere id ſuum mancipium noxæ dando.

Dicerem. Si intuitu domini, aut patris, id homicidium fieret, tunc perſpicuum eſſe, eum dominum, aut patrem, pœnas illas omnes incurrere, & teneri ad ea damna, ſi impedire id homicidium potuit, nec impediuit, vt ex hactenus dictis liquet: quoniam in eo euentu de iuſtitia, non ſolùm ipſe, ſed & quicunque alius, cuius intuitu id homicidium patraretur, teneretur illud impedire, ſi poſset: idque omittendo, cen-

cenſeretur cauſa moralis negatiua eius homicidij. Qñ verò id homicidiũ à mancipio, aut à filio, nõ fieret intuitu domini, aut patris, credo, quãuis in eo euẽtu, iuxta Couaruuiæ opinionem, eſſet puniendus pœna arbitraria, acerba magis, quàm quicunque alius, qui omitteret impedire id homicidium; non tamen eſſe puniendum pœna mortis, neque incurrere irregularitatem, conſentireque videtur Iul. Clar. q. 87. citata. nu. 3. quin & arbitratur, nullam pænam illum incurrere. Ducor. Quoniam non tenetur illud impedire ex iuſtitia, ſed ex caritate & ex arctiori vinculo honeſtatis moralis comparatione ſibi ſubditi, ob poteſtatem paternam, aut herilem, quam in eum habet, non verò comparatione iniuſtè interfecti: neq; punire, aut impedire, id delictum, tam ad ipſum ex officio & ex iuſtitia ſpectat, quàm ad poteſtates publicas: ſed ad ipſum ex maiori condecentia id ſpectat, quàm ad cæteros priuatos, ob poteſtatem œconomicam, herilem, aut paternam, quam in ſibi ſubditos habet.

Vnde negandum eſt, patrem, aut dominum, ad id teneri ſimpliciter ex officio, quaſi ex iuſtitia propter eam œconomicam, paternam, aut herilem, poteſtatem teneatur.

13 Ad legem autem 2. & ſequentes. ff. de noxal. act. dicendum eſt, comparatione damnorum circa res externas duntaxat id iure humano eſſe ſancitum, vt cum eo onere domini ſua mancipia poſſideant, atq; quo ad eadem damna quo ad bona externa eſt intelligenda. l. culpa caret. ff. de reg. iur. non verò eſſe intelligenda ea iura quo ad delicta mancipiorum, & quo ad pænas, quas pro illis commeruerint, vt tractatu præcedente Diſput. 71 1. explanauimus. Quare, ſi ex homicidio, quod à mancipio fuit patratum, damnum aliquod in euentu, de quo diſputamus, ſequutum fuerit alicui alteri, vt ſi interficiat mancipium alterius, id damnum, & quod inſumptum fuit in eo curando, dum poſt vulnera accepta vixit, cogetur dominus mancipij homicidæ ſoluere, nec liberabitur dedendo noxæ ſuum mancipium homicidam.

De auxilium ad homicidium præbente ante aut poſt homicidium. Et num pęnam homicidij ordinariam irregularitatemque incurrat. *Membrum VI.*

SVMMARIVM.

1 *Quid intelligatur nomine auxilij ad homicidium.*
2 *Tribus modis præſtatur auxilium ac homicidium.*
3 *Quocunque modo ad homicidium auxilium præſtetur, ſi præuio ante delictum tractatu cum auxiliante illud præſtet, incidit in pœnam homicidij, & incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario, propter præuium illum tractatum ac conſenſum tunc id auxilium præſtandi poſt commiſſum delictum.*
4 *Quando nullo præuio tractatu aliquis auxilium ad homicidium præſtat, antequam committatur, tunc ſecuto homicidio tenetur pœna ordinaria eius homicidij, incurritque irregularitatem ex homicidio voluntario, tanquam concauſa ex ſua cooperatione illud intendens, voluntarieque ad illud cooperans.*
5 *Quando aliquis auxilium præberet ante delictum cõmiſſum, quod non cooperaretur ad homicidiũ, quia ſine illo ſimiliter eſſet exercẽdum, tunc id auxilium præbens puniri non deberet pœna homicidij ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria.*
6 *Si conſtet id auxilium nihil cooperatum fuiſſe ad tale homicidium, quia conſtat homicidam nihil fuiſſe inde magis firmatum in ſuo malo propoſito: nihilq; omnino adiutum fuiſſe eo conſilio, tunc non incidit in irregularitatem.*
A 7 *Quando aliquis præſtitit aliquid ad homicidium præuium, quod verè illius fuit cauſa, attamen ignorante eo, qui illud præſtitit, petentem velle id ad illud patrandum, tunc ſi probabiliter id ignorarit, neque in conſcientiæ foro irregularitatem incurrit, neq; in exteriori foro pœna aliqua puniri debet, ſed abſolui.*
8 *Quando quis culpabiliter præſtitit arma, quibus illata eſt mors, quam ipſe non credebat inferendam, incurrit irregularitatem ex homicidio caſuali, non tamen ex voluntario.*
9 *Præſtans homicidæ auxilium crimine iam commiſſo, nullo præcedente tractatu neque promiſſione; nullam irregularitatem incurrit, & punitur pœna arbitraria. Non ita autem agitur in fure adiuuando furto iam expleto.*
B 10 *Qui reciperet eum, quem ignoraret homicidium aut aliud delictum commiſiſſe, tunc nullam incurrit pænam excuſante eum ignorantia inuincibili.*
11 *Receptatores malefactorum ſi participent in crimine, ita vt ad illud cooperentur, illudve foueant, tunc ſiue extranei ſint, ſiue affines, puniendi ſunt eadem pœna cum principali eius criminis patratore: quoniam concauſæ iniuſtæ ſunt eius criminis. Si verò in crimine non participent, & dum malefactores inquiruntur, non continuò eos tradant, tunc, ſi eiuſmodi receptatores propinqui non ſint malefactorum, quos receperunt, puniuntur pro quantitate culpæ, attenta etiam qualitate criminis principalis malefactoris, & pro quantitate perſonæ, quæ ita malefactores recepit, maiori vel minori.*
C 12 *Quid in Hiſpania circa occultatores malefactorum ſtatutum ſit.*
13 *Conſanguinei homicidæ aut alterius delinquentis, qui nihil cooperati ſunt ad id crimen, ſed ſolùm poſt crimen commiſſum delinquentem occultarunt, aut aliud auxilium dederunt, vt legem euaderet, puniendi non ſunt, at bene occultatores graſſatorum.*

NOmine auxilij ad homicidium hoc loco intelligitur, quicquid ad illud adiuuat ac influit, & neque eſt mandatum, neque conſilium, neq; conſenſus: vnde auxilium hoc loco à mandato, & à conſilio, atque à conſenſu diſtinguitur. 1

2 Vt tradunt doctores, quos referunt ac ſequuntur Ant. Gom. 3. tom. var. rel. c. 3. num. 48. Iulius Clar. D lib. 5. ſent. §. vlt. q. 90. nu. 1. & Carrer. in pract. §. homicidium. 4. à nu. 1. vno è tribus modis poteſt quis opem ſeu auxilium præſtare ad homicidium aut ad aliud delictum committendum. Videlicet, vel ante delictum commiſſum, vel dum cõmittitur, vel poſt delictum commiſſum, vt receptando & abſcondendo delinquentem poſt delictum commiſſum, aut illi equum præbendo, vt fugiat, atque in locum tutum ſe recipiat, vel alijs ſimilibus modis.

3 Atque quocunq; horum trium modorum auxiliũ præſtetur, ſi præuio, ante delictum commiſſum, tractatu ſeu conſilio cum auxiliante, illud præſtet, incidit in pęnam ordinariam eius delicti: ac, ſi delictum ſit homicidij, irregularitatem ex homicidio voluntario incurrit; non quidem ob auxilium, quod poſt E homicidium cõmiſſum præſtat, quatenus illud poſt homicidium commiſſum præſtat: quoniam cùm iã tunc auxilium illud influere non poſſit in homicidium antea omnino commiſſum, nõ poteſt eſſe cauſa ſeu concauſa illius, ac proinde neque propter auxilium eo modo ſpectatum, incurri poteſt irregularitas ex tali homicidio: ſed illã incurrit propter præuium illum tractatum ac conſenſum tunc id auxiliũ præſtandi poſt commiſſum delictum, qui tractatus ac conſenſus ad id homicidium tanquam concauſa influxit: quare, ſiue id auxilium in ſingulari promiſerit tempore tractatus & communis conſilij, ſiue ſuum auxilium in genere, quod expedire comperiretur,

retur, aut occurreret neceſſarium, ad nullum deſcendendo tunc in particulari, & ſiue poſt homicidium commiſſum aliquod auxilium præſtaret, ſiue nullũ, quia non ſeſe obtulit opportunitas: aut quia nõ fuit auſus, vel quia noluit, incidit nihilominus in irregularitatem ex homicidio voluntario, & tenetur ad pęnam homicidij ordinariam, quatenus per præuium illum tractatum, conſilium, ac conſenſum, concauſa fuit eius homicidij ad illud influens. Atque qñ præuio tractatu, communi conſilio, ac conſenſu, aliquis auxiliatur ad delictum, ſiue id auxilium præſtet ante delictum commiſſum, ſiue quando committitur, ſiue poſt illud commiſſum, intelligit Iulius Clarus q.90. citata.nu.1. opinionem Bart. & communem multorum, qua vniuerſim affirmat, auxilium, ſeu opem, præſtantem ad aliquod delictum, teneri pœna ordinaria eius delicti: non verò intelligit id vniuerſim Bart. quando non præceſſit tractatus, promiſſio, ac conſenſus de tali auxilio pręſtando, atque de auxilio, quod præceſſit tractatus & commune conſilium, procedunt ac probant multa ex ijs, quæ Ant. Gom. nume.48. citato & 49 adducit. Hæc verò Bartoli opinio fuit noſtra prima concluſio membro 1. huius diſputationis ſtabilita ac comprobata: & idcirco neque in hoc membro, neque in ſequenti, erit nobis ſermo de auxilium præbente ex præuio tractatu: quoniam hac de re ſatis ſunt, quæ membro 1. copioſè ſunt dicta.

Quando verò nullo præuio tractatu ac conſenſu præſtat quis auxilium ad delictum, ſiue illud præſtet ante delictum, vel poſt delictum, commiſſum, ea de re eſt nobis hoc membro 6. diſputandum. Si verò illud præſtet quando delictum ipſum committitur, de ea re membro ſequenti erit dicendum, in quo cõcludenda eſt tota diſputatio, ſubijciendæque ſunt concluſiones, poſt primam membro 1. ſtabilitam, quibus definiendum eſt, quod primo loco in titulo huius diſputationis fuit propoſitum, quodque eſt proprium huius diſputationis. Reliqua enim, quæ hoc, & præcedentibus membris de concauſis ad homicidium pertractamus, ſimul à nobis hoc loco diſputantur propter materię connexionem, & vt res tota ſemel exactè intelligatur, ac nec, ſi tractatum de concauſis ad homicidium ſeiungeremus ab ijs, quæ huic diſputationi ſunt propria neceſſe nobis eſſet multa inutiliter vtrobique repetere.

4 Quando nullo præuio tractatu ac conſilio aliquis auxilium ad homicidium præſtat antequam committatur, tunc, ſequuto homicidio, tenetur pœna ordinaria eius homicidij, incurritque irregularitatem ex homicidio voluntario, tanquam concauſa ea ſua cooperatione illud intendens, voluntariève ad illud cooperans, vt ſi arma dedit, aut venenum, quibus alius interficeretur; ſi pecuniam dedit, aut mutuauit, quibus ea arma aut id venenum emerentur; ſi ſciẽs duxit aliquem ad locum, in quo alij eum exſpectabant ad eum interficiendum; ſi explorauit vbi eſſet, & id denunciauit inimicis, qui eò accedentes, illum interfecerunt. Multa alia adducit exempla Carrer. §.4. citato à nu.1. atque quòd ita cooperans ad homicidium voluntarium, irregularitatem ex homicidio voluntario incurrat, ſatis eſt perſpicuum. Quòd verò puniendus ſit pœna homicidij ordinaria, affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur. Ant. Gom. n.49. citato, Iulius Clarus. q.90. citata, nu.1. quibus accedunt Couar. clement. ſi furioſus. part.2. §.2. num.1. & Carrer. §.4. citato. nu.69. & probant. l.3. in prin. & l. nihil intereſt. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Atque iuxta. l. nihil intereſt, & exempla, quæ ibi tradit gloſſa, ſtatuit. l.10. tit.8. par. 7. eum, qui ei homini irato, aut priuato vſu rationis, qui ſe, aut alterum, vult interficere, arma prębet, quibus id efficere poſſit, ſequuta morte, puniri pœna

A ordinaria homicidij, non ſecus ac ſi ipſe, qui ita arma præbuerit, eſſet qui interfeciſſet. Idem probant. l. ſi ſciente. ff. ad leg. Pomp. de parric. §. interdũ. inſt. de oblig. quæ ex delict. l. in furti. §. ope, & l. ſi pignore. §. qui ferramenta. ff. de furt. l.4. & l.18. titu.14. part.7. quibus tractatu præcedente ſub finem Diſp. 695. probauimus, opem auxiliumve præbentes ad furtum pœna ordinaria furum puniri, atque ex quibus iuribus multa exempla adhibuimus præuij auxilij ad furtum, quæ inſeruire poſſunt, vt intelligantur auxilia præuia ad homicidium.

Quando autem aliquis auxilium præberet ante delictum commiſſum, quod non cooperaretur ad homicidium: quia ſine illo ſimiliter eſſet exercendum, licèt fortè corroborauerit plus animum homi- 5
B cidæ ad id delictum committendum, tunc id auxilium præbens puniri non deberet pœna homicidij ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria. Vt ſi quis, ſciẽs aliquem omnino decreuiſſe interficere alium, illi diceret modum, quo facilius poſſet euadere, ſeque collocare in loco tuto; vel ſi illi promitteret ſuum auxilium & fauorem ad illum liberandum à ſupplicio ac pœna eius delicti, quantum ipſe efficere poſſet; vel ſi illi diceret, in tali loco inuenies equum, quo fugere poteris, aut in tali loco te poteris recipere, & ibi latitare, vel aliud ſimile: tunc enim, quia eiuſmodi auxilia perinde ſe habent, ac conſilium ad homicidium datum illi, qui, ſecluſo tali conſilio, ſimiliter homicidium erat patraturus, ſanè non ſunt ſimpliciter concauſæ eius homicidij, vt de eiuſmodi conſi-
C lio membro 2. eſt dictum, ac proinde, qui eiuſmodi auxilium præuium præſtitit, puniri non debet pęna ordinaria, ſed mitiori alia arbitraria. Ita Ant. Gom. Vbi ſuprà. nu.49. Couar. nume.2. citato, Iul. Clar. q.90. citata, nume.2. & 7. & Carrer. §.4. citato. nu. 69. & alij, quos citant. Conſentit. c. fœlicis. §. illud autem. de pęn. lib.6. Non tamen auderem admittere exemplum illud Ant. Gom. in calce. num.49. citati, de eo, qui illi, qui decreuerat committere homicidium, dixit, tali genere armorum id efficies citius & melius, quando ob tale conſilium ille vſus eſt potentioribus ac nocentioribus armis: nam hic cooperatur eo conſilio, ſeu auxilio, ad homicidium.

Vtrum autẽ, qui aliquo ex modis explicatis auxilium præſtitit, in quibus dicimus, ſubſequuto homi- 6
D cidio, puniendum eum non eſſe pęna ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria, incidat ob id auxilium in irregularitatem ex homicidio voluntario. Dicendum eſt, ſi omnino conſtet, id auxilium nihil cooperatũ fuiſſe ad tale homicidium: quia conſtat homicidam nihil fuiſſe inde magis firmatum in ſuo malo propoſito, nihilque omnino adiutum fuiſſe eo conſilio, tunc non incidiſſe in irregularitatem: eo quod conſtet nullo modo fuiſſe concauſam eius homicidii. Si verò conſtet, aliquid id auxilium cooperatum fuiſſe ad id homicidium, quia aliqua ſaltem ex parte firmauit magis homicidam in ſuo malo propoſito, dicẽdum eſt, incurriſſe irregularitatem ex homicidio voluntario: minus tamen indignam, vt in ea diſpen-
E ſetur, quàm ſit irregularitas aliarum concauſarum, quæ plus influxerint, pluſque cooperatæ ſint ad ſimile homicidium. In dubio autem, an id auxilium aliquid ad tale homicidium ſit cooperatum, cenſendus eſt is auxiliator in eam irregularitatem incidiſſe: quoniam, quando conſtat irregularitatem ſtatutam eſſe pro aliquo actu, ſeu delicto, & dubium eſt, an aliquis id fecerit, cenſendus is in eo dubio eſt, eã irregularitatem incurriſſe, vt inferius, dum de irregularitate ex homicidio fuerit ſermo, oſtendemus.

Quando aliquis præſtitit aliquid ad homicidium 7
præuium, quod verè illius fuit cauſa, vt arma, quibus occiſus fuit, aut inſtrumentum aliud ad id delictum patrandum conferens, quòd verè ad id homici-

dium

dium fuit cooperatum; attamen ignorante, eo, qui illud præſtitit, petentem velle illud ad id patrandum, tunc, ſi id probabiliter ignorauit, ita vt prudentis arbitrio ex circumſtantijs concurrentibus id imputari illi non debeat ad culpam, ſanè neque in conſcientiæ foro irregularitatem ex eo homicidio incurrit, ad quicquàm ve aliud tenetur, neque in exteriori foro debet pęna aliqua puniri, ſed omnino debet abſolui, ſi in eo foro de eius innocentia ex circumſtantijs concurrentibus ſufficienter conſtet. Si verò fuit in aliqua culpa id præſtando, quia timuit ad malum peti, non tamen id ſibi perſuaſit, vel quia ex circunſtantijs attendere debuit, poſſe inde malum ſequi, ſeque imprudenter facere, illud præſtando, tunc quidem, ſequuto homicidio, licèt puniri non debeat pæna homicidij ordinaria, puniri tamen debet alia arbitraria pro culpæ quantitate, vt tractatu præcedente in calce Diſput. 695. eſt dictum, de eo, qui ſimiliter confecit aut præbuit inſtrumẽta, quæ timuit, aut attẽdere debuit, peti ad furtum, vel ad aliud malum perpetrandum. Quòd ſi ex circumſtantijs concurrentibus ſuſpicio etiam ſit, ex præuio conſilio ac tractatu data eſſe eiuſmodi inſtrumenta, aut datum eſſe adiutorium illud aliud, ob quod ſuprà diximus, puniendum illud nõ eſſe pęna ordinaria, ſed ſolùm pęna arbitraria; tunc, ſi non leuis ex circumſtantijs ſit ea ſuſpicio, torqueri poteſt, vt confiteatur, an præceſſerit tractatus ac commmune conſilium: quòd ſi id non confiteatur, vt ea de cauſa puniri debeat pęna ordinaria, puniendus nihilominus eſt pęna arbitraria propter culpam, quæ ſine præuio tractatu, interuenit in præſtandis eis inſtrumentis, aut in præſtando eo auxilio inſufficiente ad pęnam homicidij ordinariam. Quod idem ſimiliter dicendum eſt in euentu ſequenti, quando ſcilicet auxilium præſtatur ſolùm poſt homicidium patratum, ſi ſuſpicio ſit, præſtari ex tractatu ac conſilio habito ante commiſſum delictum. Ita Iulius Clar. q. 90. citata, nu. 2.

8 Vtrùm autem in euentu, in quos quis culpabiliter præſtitit arma, aut alia inſtrumenta, quibus illata eſt mors, quam ipſe non credebat inferendam, irregularitatem ex homicidio incurrat. Dicendum eſt, incurrere quidem irregularitatem ex homicidio caſuali; quatenus id homicidium caſuale culpabileque fuit comparatione ipſius, dante ipſo operam rei illicitæ, aptæ vt inde homicidiũ ſequeretur, dum illicitè, ſaltem venialiter, ea inſtrumenta præſtitit: contra quintum decalogi præceptum: non tamen incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario: eo quòd id homicidium non fuerit voluntarium comparatione ipſius.

9 Quando aliquis homicidæ auxilium præſtat poſt homicidium commiſſum, nullo præcedente ante delictum tractatu, neque promiſſione, aut conſenſu de eo auxilio poſt homicidium ei præſtando, vt ſi illi ſuadeat fugam, aut equum, quo fugiat, & in loco tuto ſe recipiat, illi præſtet, vel ſubſidia alia pecuniæ, aut aliarum rerum, illi præſtet, vel illum recipiat, aut occultet, in primis hic nullam irregularitatem incurrit, vt Couar. nu. 2. citato rectè obſeruat. Quoniam hæc auxilia nihil influunt, neque influere poſſunt in homicidium iam antea commiſſum, neque ſunt vllo modo illius cauſa; quin neque ſunt auxilia ad homicidium patrandum, ſed ſunt auxilia ad pœnam illius euadendam poſt illud patratum, vt cum Bart. bene Iulius Clarus. nume. 2. citato obſeruat. Deinde eiuſmodi ita auxilium præſtans, receptans, aut occultans homicidam, puniri non debet pęna homicidij ordinaria, ſed alia arbitraria pro culpæ quantitate. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. c. 3. citato. nume. 50. Iulius Clar. n. 2. citato, Couar. nu. etiam 2. citato, & Carrer. §. 4. citato à nu. 26. & nu. 69. Neque eſt ea-

A dem ratio de receptatore furis, aut latronis, quando ipſum & res furtiuas recepit, aut quando res ſolas furtiuas recepit ac ſeruat, ſciens illum furem aut latronem eſſe, vel quando illum recipit, ipſum ea receptione fouens, vt continuet furta aut latrocinia, vt tractatu præcedente in calce Diſp. 695. §. quod ad furis receptatorem attinet, copioſè explicauimus. Cum enim fur, aut latro, furti crimen in eis euentibus continuet, non reddendo dominis res alienas furto ablatas, ad idque crimen talis receptator cooperetur, res alienas furto ablatas aſſeruando, furemque eo ipſe fouendo vt furta continuet, & nõ agnoſcatur eum eſſe, qui furta committit, ſanè meritò talis receptator eadem pęna, qua fur ipſe, aut latro, punitur, vt diſputatione citata multis iuribus comprobauimus.
B Quibus adde. l. 1. ff. de receptatorib. cuius verba ſunt: *Peſſimum genus eſt receptatorum, ſine quibus nemo diu latere poteſt. Et præcipitur, vt perinde puniantur, atque latrones.* Quando ſcilicet latrones modis explicatis recipiunt: de talibus enim receptatoribus eſt ibi ſermo. Additur: *In pari cauſa habendi ſunt,* (vt ſcilicet eadem pęna puniantur) *qui cum apprehendere latrones poſſint* (quando ſcilicet ad id miſſi ſunt, vel ex officio ad id tenentur) *pecunia accepta vel ſurreptorum parte dimiſerunt.* Adde etiam. l. 1. C. de his qui latrones, vel alijs criminib. reos occultauerint, cuius verba ſunt; *Eos qui ſecum, alieni criminis reos occultando, eum, eamve* (ream ſcilicet) *ſociarum, par ipſos & reos pœna exſpectet.* Vbi, ad effectum, vt æqualem ſubeant pęnam, ſermo eſt de eis tantum occulta-
C toribus ac receptatoribus, qui ea receptione & occultatione ſocios ſe criminum efficiunt, quatenus ad crimina eo ipſo cooperantur, eaque, vt fiant aut continuentur, fouent. De eis verò qui, poſt crimen patratum latrones aut alios malefactores occultant, ſolùm vt effugiant pœnam, eoſque, requiſiti, exhibere nolunt, loquitur reliquum eius legis, & loquitur lex ſequens. Vnde initium eius legis, iunctis quæ in eadem lege & lege ſequente adduntur, argumento à contrario ſenſu, noſtram communemque ſententiam confirmat, eum ſcilicet, qui poſt patratum homicidium occultat homicidam, aut aliud auxilium ei præbet, quod nihil ad homicidium cooperatur, ſed ſolùm ad euadendam pęnam, puniendum non eſſe pęna homicidij ordinaria, ſed
D alia arbitraria pro quantitate culpæ. Quod idem docuimus diſput. 695. citata de recipiente aut ſimul etiam occultante furem, vel latronem, poſtquam omnino à furto aut latrocinijs, ceſſauit, neque illa continuat, ſolùm vt pęnam euadat, aut vt ibi hoſpitetur, vt in quacunque alia domo poterat hoſpitari, res furtiuas non recipiendo nec aſſeruando. Ac ſanè, quando quis illum reciperet, eum non occultando, ſed publicè perinde atque in alia domo recipi poſſet, maximè ſi nondum à miniſtris publicis quæreretur, vt comprehenderetur, nullam ea de cauſa ſubire deberet pęnam, eſto ſciret, illum furta aliqua commiſiſſe. Quando item iuſto timore illum reciperet continuantem adhuc furta, quia alioquin timeret
E malum ſibi ab eo inferendum, nullam quoque ſubire ea de cauſa deberet pęnam. Conſentiunt. Iul. Clarus. q. 90. citata. nume. vlt. & Carrer. §. 4. citato. num. 38. & 39. De eo verò qui admoneret delinquẽtem, vt fugeret, quoniam miniſtri publici volebant eum comprehendere, ait Ant. Gom. in calce. nu. 50. citati, puniendum eſſe pęna arbitraria, tanquam auxilium præbentem poſt delictum commiſſum. Cum autem reus ipſe ius habeat ad fugiendum & euadendum, ſi poſſit, ſanè ad id eum admonere, quin & ad id auxilium illi præſtare, ceſſante prohibitione, quæ ea de re fiat, illicitum non eſt; eo quod ſit coadiuuare reum ad id, quod ipſi licet. Quia tamen expedit, vt delicta puniantur, meritò prohiberi ſubditi poſ-

ſunt, vt neque id auxilium reis dent. Atque ea de cauſa licitè id auxilium prohiberi poteſt: punirique poteſt, qui illud præſtiterit, ſi illud præſtet poſtquam lege vel iudicis præcepto eſt prohibitum, non verò poteſt puniri, niſi præſtetur præcedente prohibitione; nec puniri tunc poteſt, niſi pœna ſtatuta, aut pœna moderata arbitraria, ſi nulla ſit decreta ac ſtatuta.

10 Qui eum reciperet, quem ignoraret homicidium aut aliud delictum commiſiſſe, tunc nullam incurreret pœnam: quoniam vbi nulla eſt culpa, excuſante omnino ignorantia inuincibili, locum non habet pœna. Quando autem publicum in eo loco non eſt, eum commiſiſſe delictum, recipiens præſumitur ignoranter recepiſſe eum delinquentem, niſi contrarium probetur: aut niſi circunſtantiæ ſuſpectum illum valde reddant, vt ſi illum valde occultauerit, neque reddat ſufficientem rationem, cur illum adeò occultauerit, ſine ſcientia aut præſumptione magna grauis delicti, vt affirmant Antonius Gom. nume. 50. citato, Carrer. 4. citato. nume. 28. & 32. gloſſa in fine. l. 1. ff. de receptatoribus, & conſentit. l. verius. ff. de probationibus. quæ ait, ſemper ad actorem ſpectare probare contrariam ſententiam, ac probant. cap. fęlicis de pęnis, lib. 6. illis verbis; *aut poſtea receperit, aut defenſauerit, ſcienter eundem.* l. Metrodorū. ff. de pęn. l. 3. §. non tantum, verſ. ſed & enim. ff. de incend. l. prima, C. de his qui latrones, ibi; *& qui latrones ſciens ſuſceperit*; & alia iura, quæ Anto. Gom. citat. Vnde interitum æternum incurrunt iudices, & ad omnia damna, quæ dederint, tenentur, nec ſunt abſoluendi antequam illa integre reſtituāt, qui eos puniunt, qui lintre ad id deputata traijciunt malefactores, quos tales eſſe ignorant, aut aliud auxilium, quo euadunt, ignoranter eis præſtant.

11 Vt autem rem hanc de receptatoribus malefactorum concludamus, eſt diſtinguendum. Quòd aut receptatores ſunt conſanguinei vel affines delinquētis, aut ſunt alij extranei comparatione illius. Et rurſus, vel ita delinquentes recipiunt, vt participent de crimine, ad illud committendū cooperando, vel illud fouendo ea receptione ut committatur, aut cōtinuetur; vel ita delinquentes recipiunt, aut occultant, aliudve auxilium illis præbent, vt nihil ad delictum cooperentur, neque illud foueant ut continuetur, ſed ſolum poſt illud commiſſum recipiunt aut occultant malefactores, aliudve auxilium illis dant, vt pęnam effugiant, manuſque miniſtrorum publicorum euadant. Si participent in crimine, ita vt ad illud cooperentur, illudve foueant vt fiat, aut vt cōtinuetur, tunc, ſiue extranei ſint, ſiue affines, aut conſanguinei principalis eius criminis patratoris, puniendi ſunt eadem pęna cum illo: quoniam concauſæ iniuſtæ ſunt eius criminis. Atque de his omnib. receptatoribus eſt ſermo verbis ſupra relatis ex l. 1. ff. de recept. & ex l. 1. C. de his qui latronibus, atq; in alijs iuribus tractatu præcedente in calce Diſp. 695. citatis. Si verò in crimine non participent, & dū malefactores à miniſtris publicis inquiruntur, non continuò eos tradant, tunc, ſi eiuſmodi receptatores propinqui aut affines non ſint malefactorum, quos receperunt, puniuntur pro quantitate culpę, attenta etiam qualitate criminis principalis malefactoris & pro quantitate perſonæ, quæ ita malefactores recepit, maiori vel minori pœna corporali aut pecuniaria. Vnde l. prima, C. de his qui latron. poſt verba ſupra relata, ſic ſubiungitur: *Et latrones quiſquis ſciens ſuſceperit, & eos offerre iudicibus ſuperſederit, ſupplicio corporali, aut diſpendio facultatum, pro qualitate perſonæ, & iudicis æſtimatione, plectetur.* Eſt enim eiuſmodi pœna non ordinaria ſtatuta pro crimine principalis malefactoris, ſed arbitraria, ſpectatis circunſtantiis omnibus concurrentibus, vt ex verbis relatis ſatis eſt perſpicuum. Et l. 2. C. eodem tit. *quando criminoſus latitat in aliquo prædio, & petitus à miniſtro publico non ſtatim exhibetur, ſed neceſſarius eſt recurſus ad iudicem*, in primis ſtatuitur, qui ſuccurrere debeant, vt extrahatur, quando fuerit ad id neceſſarium: dominuſque prędij, ſi præſens erat, & criminoſum non exhibuit, præter alias pœnas, punitur amiſſione prædii: ſi autem præſens ipſe non erat, tunc is, qui curam prædii habebat, & criminoſum non exhibuit, punitur exilio perpetuo. Atque de vtriſque receptatoribus, tam ſcilicet de ijs, qui in crimine participant, quàm de iis, qui in eo non participant, loquitur. l. congruit. ff. de offic. præſid.

12 In hoc regno. l. 4. titu. 18. lib. 8. nouæ collect. ſic eſt diſpoſitum: *Qualquier que acogiere en ſu caſa hombre que fizo traycion, o aleue, o matò à otro à aleue y à traycion, o muerte ſegura, y lo tuuiere tres dias en ſu caſa, ſeyendole probado que lo ſabia quando lo recibio en ſu caſa, eſte tal acogedor ſea tenido de dar el malhecor teniendolo en ſu caſa, y ſi no lo diere, pierda la mitad de ſus bienes, y aya dello el tercio el iuez, y el otro el accuſador, y el otro ſea para nueſtra camara.*

Et l. 2. titu. 16. lib. 8. eiuſdem nouæ collect. ſic habetur: *Ninguno ſea oſado de aqui adelante de receptar malhechores, que ouieren cometido delicto, ni deudores que huuieren, por no pagar à ſus acreedores, en fortalezas, ni caſtillos, ni en caſas de morada, ni en lugar de ſennorio, ni de abolengo, aunque digan que lo tienen por priuilegio, o por vſo y coſtumbre; mas luego, que fuere requerido el duenno de la fortaleza, o lugar, o caſa donde eſtuuiere receptado qualquier malhecor ò deudor, y las iuſticias del, o el alcayde que lo receptare, ſea tenido de lo entregar por requiſicion del iuez del delicto, o del iuez del deudor, ſo las penas contenidas en las leyes ſobre eſto hechas y ordenadas por el ſennor Rey don Iuan nueſtro padre,* (ſunt autem quæ continentur, l. quarta, referenda) *y de mas que eſte ſea caſo de corte, para que ſea demandado o acuſado en la nueſtra corte el receptador y defendedor del tal deudor o mal hechor, y ſea tenido y obligado à las penas, que el malhecor deuia padecer por ſu delicto, y à la deuda que el deudor deuiere.* Hæ autem pœnæ, vt uides, non incurruntur, niſi receptator noluerit malefactorem aut debitorem tradere requiſitus ex parte iudicis, qui de cauſa cognoſcere debet.

Et l. prima, tit. 19. lib. 5. nouæ collect. ſic habetur: *Porque algunos cambiadores y mercadores reciben mercadurias fiadas para pagar à cierto termino, y los cambiadores reciben moneda de otros para la tener en ſu cābio, y deſpues ſe leuantan con los caudales agenos, y van à lugares de ſennorio, y à fortalezas, o fuera de nueſtros reinos, lo qual es coſa fea y dannoſa; por ende ordenamos, que el cambiador o mercader, que tal coſa hiziere, ſea tenido dende en adelante por robador publico, è incurra por ello en las penas en que caen è incurren los robadores publicos, y ſe haga proceſo criminal en ſu auſencia, como contra publico robador. Y defendemos que ningun alcayde, ni otro que tenga fortaleza, ni otra perſona alguna, ni la nueſtras iuſticias, no ſean oſados à receptar à el tal cambiador o mercader, y que lo entriegen à la iuſticia, que en eſte caſo deuiere conocer, cada y quando que fuere requerido, ſo pena que el tal receptador, o el que lo denegare de entregar, ſea tenido y obligado à la tal pena, que el dicho cambiador o mercader, que huyo con lo ageno, pagara, ſi fuera entregado. Y ſea tenido de pagar lo que el tal cambiador o mercader deue.* Lege etiam legem ſequentem.

Et l. quarta, titu. decimoſexto, libro 8. nouæ collect. habetur: *Porque en la muy noble ciudad de Seuilla tienen ordenança iurada y confirmada y guardada de los Reges nueſtros progenitores, que contiene, que quando quier que algunos ſennores o caualleros poderoſos*

ſos no ſon obedientes à nueſtra iuſticia, o receptaren, ò defendieren à algunos malhecores, ſuyos o agenos, no los queriendo entregar à la iuſticia, quando gelos demandan, o bolliciendo ellos, o hombres ſuyos, la dicha ciudad, o ſiendo cauſa de la bollecer, que la iuſticia y los officiales della los mandan ſalir de la dicha ciudad y ſu tierra ſo grandes penas, que les pongan; Y ſi no lo cumplen, iuntenſe la dicha iuſticia y officiales, y hagangelo cumplir contra ſu voluntad. Y porque eſta ordenança cumple mucho à nueſtro ſeruicio, y es muy prouechoſa à todas las otras ciudades y villas y lugares de nueſtros Reynos y ſennoríos, mandamos à todas las otras ciudades y villas y lugares de nueſtros reynos y ſennorios, que tengan y guarden y cumplan la dicha ordenança. Y mandamos, que ſi los tales fueren inobedientes, y negligentes en lo aſſi hazer, que los regidores de la ciudad, villa, o lugar donde eſto acaeſciere, hagan mouer todo el pueblo, y ſe iunten todos à los hazer ſalir, y executen en ellos las penas, que las iuſticias les ouieren pueſtas. Y que el tiempo, que les fuere aſſignado para ſalir de la tal ciudad, villa, o lugar, no les pueda ſer relaxado ſin nueſtro eſpecial mandado. Y ſi la dicha iuſticia y regidores fueren negligentes, que por el miſmo hecho ayan perdido los officios. Y mandamos, que no vſen mas dellos ſo las penas, en que caen aquellos, que vſan de officios publicos no les perteneciendo.

Lex 4.titu.12.eiuſdem lib.8.ita habet: *Si de algun caſtillo, o caſa fuerte, o fortaleza ſe hiziere algun robo, o otro maleficio, o los que lo hizieren ſe acogieren o receptaren à alguna fortaleza, aunque no ſean de los que la guardan y eſtan en ella, y el alcayde los defendiere ſabida la verdad, mandamos, que ſi el caſtillo fuere de algun ſennor, que el pague el robo, o la toma, o fuerça, que fuere hecha. Y ſi fuere de ygleſia de orden, que lo pague el perlado, o la orden cuia fuere. Y las iuſticias de la comarca, do eſto acaeſciere, hagan peſquiſa y ſepan la verdad: y ſi no lo hizieren, ſiendo requeridos, y en ello fueren negligentes, que lo paguen de ſus bienes.*

Et l.5. ſubiungitur: *Ordenamos, que qualquier, o qualeſquier ſennores de fortalezas, o alcaydes de caſtillos, que defendieren à los que matan, hieren, o roban, o lleuan mugeres caſadas o deſpoſadas, o otras mugeres por fuerça, o hazen otros maleficios, de que nace pena corporal en los cuerpos, ſi ſeyendo requeridos por los alcaldes, o iuezes, que an de complir iuſticia, para que entreguen los malhechores y robos, y los no quiſieren entregar para que ſe haga dellos iuſticia, mandamos à el nueſtro adelantado de la tierra, y à las nueſtras iuſticias, dõde fuere la dicha fortaleza y caſtillo y caſa fuerte, o alcaçar, que requiera à los ſennores, y alcaydes dellas, que le entrieguen los dichos malhechores, y à las mugeres, y à los que las lleuaron, y à los robos, para que hagan lo que fuere iuſticia y derecho. Y ſi no los quiſieren entregar, mandamos al dicho adelantado y iuſticias, ſeyendo certificados por teſtimonio de eſcriuano publico de lo ſuſo dicho, que vayan à la dicha fortaleza, y la tomen, y la deriben: porque ſea exemplo y caſtigo, que otros no ſe atreuan à hazer lo ſemeiante.*

Lex 6.tit.22.eiuſdem lib.ſic habet: *Por quanto algunas vezes acaeſcen en las miſmas ciudades y villas eſcandalos y bullicios entre perſonas principales, y los alcaldes y alguaziles de las tales ciudades y villas no pueden proueer cerca los dichos bullicios y eſcandalos, ſegun la gran manera de aquellos, entre quien ſon, ſi los regidores y officiales de las tales ciudades y villas no les dan fauor y aiuda para ello. Por ende mando, que en los caſos que acaeſcieren en las dichas ciudades y uillas à los alcaldes y alguaziles dellos, manteniendo aquello que pueden y deuen ſegun la natura de ſus officios, ſi allende de aquello ouieren meneſter fauor y aiuda, que los conceios, regidores, y officiales de la tal ciudad o villa ſe an tenidos de les dar el fauor y aiuda que ouieren meneſter para executar la iuſticia. Y ſi los caualleros y per*A *ſonas, que tuuieren poder en las tales ciudades y villas y lugares, defendieren à algunos malhecores, ſuyos, o de otros, y no los entregaren à la iuſticia ſeyendoles pedido, y no obedecieren à las iuſticias, que les manden ſalir de los tales pueblos donde moraren y ſu tierra ſo las penas que les puſieren, y ſi no lo cumplieren, que las dichas iuſticias y regidores ſelo fagan cumplir contra ſu voluntad, y fagan iunta de gente ſeyendo neceſſario para los hechar y executar en ellos y en ſus bienes la penas que les fueren pueſtas.*

Quod verò attinet ad conſanguineos, vel affines, 13
homicidæ, aut alterius delinquentis, qui nihil cooperati ſunt ad id crimen ſed ſolùm poſt crimen commiſſum delinquentem receperunt, occultarunt, aut aliud auxilium ei dederunt, vt pœnam euaderet aut B vt ad id in loco tuto ſe reciperet, lege 2.ff. de recept. ſic habetur: *Eos, apud quos affinis, vel cognatus, latro conſeruatus eſt, neque abſoluendos, neque ſeuerè admodum puniendos. Non enim par eſt eorum delictum, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.* Atque videtur eſſe ſermo de graſſatoribus, qui omnino non ceſſarunt à tanto delicto, & ad quorum delictũ tales affines, aut cognati, nihil cooperati ſunt, ſed ſolùm eos receperunt, dum ad ipſos diuertebant, neque illos iudicibus detexerunt, vt punirentur: eo quòd pęna & infamia talium latronum in ipſos etiam ſuo modo redundaret. Hos dicit puniendos eſſe, non tamen adeo ſeuerè, ac ſi ad ipſos non ita attinerent tales latrones, neque in ipſos eorum pęna & infamia ſuo modo redundaret. Eo au C tem minus tales receptatores ſunt puniẽdi, quo plus affinitate, aut conſanguinitate, eis latronibus ſunt coniuncti, vt minus puniri debet propria latronis vxor, quàm ſocer aut frater vxoris, & minus hi, quã alij affines remotiores in gradu. Et minus puniri debet pater aut mater latronis, vel filius aut filia latronis, qui illos recipit, quam alij aſcendentes, aut deſcendentes, remotiores in gradu, aut quam collaterales; & minus puniri debet frater aut ſoror latronis, quàm alij remotiores collaterales. Ac ſanè in homicida, qui iam omnino ceſſauit à delicto, & agitur de receptione illius, & occultatione à miniſtris publicis, ſine vlla reſiſtentia miniſtris publicis facta, aut de alio auxilio eis præſtãdo, vt pęnam euadat, etiam ſi aleuosè interfeciſſet, dummodo tamen crimen læ D ſæ maieſtatis non commiſiſſe, non video cur vxor, aut fortè etiã ſocer, aut cur pater, auus, filius, nepos, aut frater, puniri ea de cauſa debeant, aut iuſtè poſſint. Cum delinquens ipſe licitè efficere poſſit illa omnia naturali iure ad pœnam euadendam, neque leges eſſent iuſtè, aut tolerabiles, quæ id illi denegarent; & id ex parte ita coniunctorum, non aliud ſit, quàm illum adiuuare ad id, quod licitum delinquenti eſt: id quod, ſecluſa prohibitione iuris ac iudicis, cuique licet, etiam ſi coniunctus affinitate, aut conſanguinitate, ei delinquenti non ſit. Et quamuis ius aut iudex, in commune reipublicæ bonum, vt delicta puniantur, prohibere optimè poſſint in aliquibus grauibus criminibus, vt in homicidio, & in a E lijs, ne ſimile adiutorium delinquentibus pręſtetur, vt facilius capiantur, ac puniantur, ſtatuta certa pœna contrarium facientibus; non video tamen cur valde illis coniunctis, quorum delinquentium pęna & dedecus adeò ipſos afficit, prohiberi ſub pęna poſſit, ne id adiutorium ſibi adeò coniunctis præſtent: cum ſolùm cooperentur ad id, quod ſibi licitum, pium, ac bonum eſt, & cum adeo ſua eorum referat id efficere, perſonaſque adeo ſibi coniunctas, euadere tam acerbas pęnas, & tantum dedecus in ipſos redundans: lege autem, vt iuſtæ ſint, eſſe debent rationabiles ac tolerabiles, non imponentes graue onus ſine iuſta cauſa: at verò graue valde onus eſſet & irrationabile, prohibere adeò coniunctis, qui nihil ipſi de-

ſi deliquerunt, cum tanto ſuo damno ac detrimento, id adiutorium præſtare, quod iure naturali, ſeclu ſa ea prohibitione, ſibi licet, adeoque ipſis expedit. Vnde non arbitror legem 2. relatam ad hos euentus eſſe extendendam, quæ de receptatoribus latronum, qui nondum omnino à malo ſuo propoſito deſtiterunt. Neque item in eo euentu puniendam eſſe vxorem, filium, filiam, patrem, matrem, imò neque fortè fratrem talis latronis, quando de eis conſtaret, nihil in eo delicto participaſſe, cooperatoſve fuiſſe, ſed ſolùm alios affines, aut cognatos, remotiores in gradu. De eiuſmodi affinibus, aut cognatis, receptãtibus malefactores, lege Ant. Gom. in calce. nu. 50. citati, & Carrer. §. 4. citato. nu. 40. & 41, & alios doctores, quos citant, qui tamen hæc non ita exactè explicant, nec probo eorum ſententias, quatenus ab his diſcrepare comperientur.

De auxilium opemve præbente ad homicidium tempore, quo patratur, nullo præuio antea ea de re tractatu. Et quouſque pœnam homicidij ordinariam irregularitatemq; incurrat. *Membrum VII.*

SVMMARIVM.

1 *Quando in ſubita rixa vnus aliquid fecit, quo alius interficeret, vel præbendo interfectori arma, vel impediendo ne alij intercurrerent ad liberandum interficiendum, vterque ſecuto homicidio tenetur pœna homicidij ordinaria, incurritque irregularitatem ex homicidio voluntario.*

2 *Quando in rixa, nullo præuio ea de re conſilio, multi percuſſerunt eundem, & conſtat quis eorum illum lethaliter percuſſit, reliquoſque lethaliter eum non percuſſiſſe, tunc ſolus qui lethaliter percuſſit, puniendus eſt pœna homicidij ordinaria, reliqui verò arbitraria, pro quantitate culpæ: & lethaliter percutiẽs incurrit irregularitatem, alij minimè: niſi vulnera ad mortem cooperata ſint.*

3 *Quando aliquis lethali vulnere fuit ab vno percuſſus & ex vulnere alterius ſuperueniente fuit omnino occiſus, vterque pœna homicidij ordinaria tenetur, & vterque irregularitatem incurrit. Sed quando dubium eſt, an vulnus prius inflictum lethale eſſet, & num ex eo vulneratus occiſus fuit, an verò ex poſteriori, conſentiunt doctores eum qui prius vulnus inflixit, puniendum non eſſe pœna homicidij ordinaria, at alia mitiori.*

4 *Quando aliquis vulnus lethale ab aliquo accepit, & antequam ex illo obiret caſu alio interijt, tunc vulnerans puniendus eſt pœna homicidij ordinaria, quãdo certum eſt vulnus fuiſſe lethale: ſed ſi eſſet dubium an eſſet lethale, ſolum eſſet puniendus pœna homicidij arbitraria, nec contrahit alter irregularitatem.*

5 *Quando multi pugnarunt cum occiſo, iſque vnum tãtũ vulnus lethale accepit; ex quo mortuus eſt, ignoratur verò à quo id fuerit inflictum, tunc ſiue alij percuſſerint ſimul non lethaliter, ſiue nullum aliud vulnus ille acceperit, nullus eorum puniendus eſt pęna homicidij ordinaria, neque omnes, ſinguli tamen puniendi ſunt pœna arbitraria, & incurrunt ſinguli, de quibus dubium eſt an ipſi vulnus lethale inflixerint, irregularitatem.*

QVando præceſſit tractatus, communeve conſilium, de aliquo interficiendo, primam vniuerſalem concluſionem ſtatuimus membr. 1. quæ ad omnes vniuerſim homicidij concauſas ſeſe extẽdit, A vt ex dictis membris omnibus præcedentibus conſtat. Nunc verò quo ad præbentem opem, ſeu auxilium tempore, quo patratur, aliquid ve tunc circa illud exequentem, ſubijciendæ ſunt reliquæ concluſiones, quibus, & titulo in hoc vltimo membro propoſito, & duabus prioribus partibus tituli in principio huius oblongæ diſputationis propoſiti, ſatisfiet.

Secunda concluſio in ordine eſt. Quando in ſubita rixa vnus aliũ tenuit vt percuteretur, & alius percuſſit ac interfecit; aut vnus aliquid fecit, quo alius interficeret, vel præbendo interfectori arma, vel impediendo ne alij accurrerent ad liberandum interficiendum, vel aliud ſimile, vterque, ſequuto homicidio, tenetur pœna homicidij ordinaria, incurritque 1
B irregularitatem ex homicidio voluntario, ſi intẽtum eo modo coadiuuantis fuit, vt percuſſus interficeretur, vel vt percutiens quicquid vellet in interfectum exequeretur. Probatur vtrumque quia vterque fuit cauſa eius mortis illam intendens eo influxu, ſeu auxilio, ſaltem nihil curans, quod inde ſequeretur: quare homicidium illud ex parte vtriuſque fuit voluntarium, ita vt ad pœnam ordinariam eorum vnicuique imputetur, & vt cenſeantur irregularitatem ex homicidio voluntario incurriſſe. Quòd autẽ vnuſquiſque eorum in eo euentu pœnam incurrat homicidij ordinariam, conſentiũt. l. item Mela. §. ſi alius tenuit. ff. ad leg. Aquil. l. vtrùm, iuncta. l. ſciente. ff. ad leg. Pomp. de parric. l. vnica verſ. ſin autem. C. de rapt. virg. illis verbis; *quam eorum ſodalium, comitum, vel ſequacium, & qui eis auxilium præbuerunt.* l. C 1. verſ. ſin verò. C. de falſ. monet. ibi; *qui ad hoc miniſterium præbuerunt cum eo, qui fecit, ſupplicio capitali plectendi.* cap. felicis de pœn. lib. 6. & clement. 1. eo. tit. Conſentit item communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gome. 3. tom. var. reſ. cap. 3. num. 49. Iulius Clar. lib. 5. ſent. §. vlt. quæſt. 90. num. 2. Couar. clement. ſi furioſus. par. 2. §. 2. num. 2. & Carrer. §. 4. citato, num. 69. Quando autem in illis euentibus is, qui id auxilium præbuit, nulla ratione credidit, homicidam fuiſſe interfecturum, quin potius id fuit omnino præter ſuam ſpem, tunc in conſcientiæ foro non incurreret irregularitatem ex homicidio voluntario, ſed ex caſuali comparatione ipſius. In foro tamen exteriori, niſi ex circunſtantijs manifeſtè conſtet, id fuiſſe pręter omnẽ D ſpem eius, qui tale auxilium præbuit, cenſebitur irregularis ex homicidio voluntario, neque pęnã homicidij ordinariam euadet: ſecus autem ſi id aliquando apertè conſtet.

Tertia concluſio. Quando in rixa, nullo præuio ea de re conſilio, multi percuſſerunt eundem, & conſtat, quis eorum illum lethaliter percuſſit, reliquoſque lethaliter eum non percuſſiſſe, tunc ſolus, qui lethaliter percuſſit, puniendus eſt pęna homicidij ordinaria, reliqui verò arbitraria pro quantitate culpę ac vulneris, ſeu percuſſionis illatæ. Ita colligitur aperte ex. l. ſi in rixa, quæ eſt vlt. ff. ad leg. Corn. de ſicar. cuius verba ſunt: *Si in rixa percuſſus homo perierit, ictus vniuſcuiuſque in hoc collectorum contemplari* E *oportet;* & affirmant gloſſa ibi, & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. vbi ſupra. nu. 3. §. ſecundus caſus, Ant. Gom. c. 3. citato. nume. 36. cocluſ. 2. Iulius. Clar. 5. lib. ſent. §. homicidium. num. 41. & Carrer. §. 4. citato à. nu. 48. Idem habetur. l. 57. ſtyli, quam Couar. & Ant. Gom. vbi ſupra ad hoc citant. Hoc ipſum confirmat. l. item Mela. §. ſed ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil. quæ habet, in eo euentu ſolum percutientem lethaliter teneri de occiſo reliquos verò, qui percuſſerunt non lethaliter, teneri ſolùm de vulnerato. Atque doctrinam hanc verum habere affirmat Carrerius cum Bald. Vbi ſuprà, nume. 50. etiam quando, qui non lethaliter 2

ter percuſſit, autor fuit rixæ, & aggreſſor, aliuſque in ipſius defenſionem ſuperuenit, qui corrixantem interfecit. Longè verò maiori cum ratione hæc locum habent, quando vnus percuſſit lethaliter: autor verò rixæ, & alij ad fauendum concurrentes, nihil omnino percuſſerunt, vt Anton. Gom. concl. 2. citata rectè ait.

Quod verò ad irregularitatem attinet, conſtat eũ, qui lethaliter percuſſit, irregularitatem ex homicidio voluntario contraxiſſe. De aliis verò, qui percuſſerunt non lethaliter, affirmat abſolutè Couar. vbi ſupra, eos irregularitatẽ non contraxiſſe. Quod confirmat ex c. ſignificaſti. 2. de homic. Dicendum tamen eſt. In primis, ſi vulnera nõ lethalia illata mortem accelerarunt, ad illamque proinde cooperatæ ſunt, tunc, qui illa intulerunt, irregularitatem ex homicidio caſuali comparatione ipſorum contraxiſſe, quatenus concauſæ fuerunt illo modo eius mortis. Habendi item ſunt pro irregularibus eo modo, ſi dubium ſit, an ea vulnera mortem accelerarint, cooperatave proinde ad eam mortem eo modo ſint. Quoniam quando conſtat irregularitatem pro aliquo actu incurri; & dubium eſt, an aliquis eum exercuerit, pro irregulari eſt tunc is habendus, vt in ſequentibus oſtendetur, conſtat ex cap. ſignificaſti citato. Dicendum deinde eſt, eum, qui autor fuit eius rixæ, eſto ſolùm vulnus non lethale inflixerit, quod conſtet ad mortem cooperatum non fuiſſe, imò eſto nullum vulnus inflixerit, irregularitatem incurriſſe ex eo homicidio caſuali comparatione ipſius ſequuto: quoniam eo ipſo, quòd cauſa fuit rixę, operam dedit rei illicitæ, aptæ vt inde homicidium ſequeretur, ac proinde id homicidium ſequutum, imputatur ei ad irregularitatem ex caſuali homicidio. Dicendum tertiò eſt, adiuuantes aduerſus interfectum, ſiue percuſſerint non lethaliter, ſiue omnino non percuſſerint, ſi cooperati ſunt ad id homicidium iniuſtè, ſaltem vires, & animum, ſuo auxilio præbendo ei, qui interfecit, vt id homicidium patraret, aut de tali cooperatione eſt dubium, incurrere ſimiliter irregularitatem ob eam ſuam cooperationem, & influxum iniuſtum ad id homicidium. Capite verò ſignificaſti, nihil contra hæc aſſeritur. Erat enim ſermo de eo, qui ligone percuſſerat furem ſecum deferentem ſacram Euchariſtiam, ornamentaque Eccleſiæ, quem ſuperuenientes alii, ac videntes deferre eas res ex Eccleſia furto ablatas, illum interemerunt. Et reſpondet ſummus Pontifex, ſi conſtat omnino ictum ligonis non fuiſſe lethalem, neque is percuſſor alios ſuperuenientes poſtea, & interficientes eum latronem, incitauit vlla ratione, vt id efficerent, non eſſe cenſendum irregularem: eo quòd nullo modo cooperatus ſit ad eam mortem. Cæterùm in dubio, an id vulnus lethale fuerit, cooperatumve ad mortem fuerit, aut ſi alios aliquo modo incitauit, vt id efficerent, habendum illum eſſe pro irregulari.

3 Quarta concluſio. Quando aliquis lethali vulnere fuit ab uno percuſſus, & ex vulnere alterius ſuperueniente fuit omnino occiſus, vterque tenetur pœna homicidii ordinaria. Ita communior doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. §. ſecundo, citato, nume. 4. Iulius Clar. §. homicid. nume. 46. & Carrer. in pract. §. ſecundo, de homicidio, nume. 68. qui cum Bartol. ait, etiamſi ſecundum vulnus non eſſet lethale, vtrumque puniendum eſſe pœna homicidii ordinaria. Quia vulnus, quod de ſe non eſt lethale, ſuperueniens corpori vulnerato, & apto vt ex illo è vita diſcedat, efficitur lethale. Quando tamen quis, non credens ſe interfecturum, percuteret vulneratum antea lethaliter, ea tamen percuſſione, quæ de ſe nulla ratione eſſet lethalis, præſertim ſi ignoraret ſtatum

A ita iam antea vulnerati, ſanè dignus non eſſet pœna homicidij ordinaria, neque crederem illum incurrere irregularitatem ex homicidio uoluntario, ſed ex caſuali comparatione ipſius, vt tractatu præcedente Diſputatio. *697*. §. quando verò vnus, dicebamus. In noſtra concluſione, communiori doctorum ſententia confirmata, conſentire videtur Antonius Gomez. concluſ. ſecunda, citata, dum ipſe & Iulius Clar. nume. 41. citato affirmant, quando duo percuſſerunt aliquem ſingulis vulneribus, quæ ſeparatim ſumpta lethalia non erant, ſimul tamen ſumpta interfecerunt, vtrumque teneri pęna homicidii ordinaria, tanquam concauſas ſe mutuo adiuuantes ad eam interfectionem efficiendam ac complendam. Concluſionem propoſitam ualidè
B confirmat l. ita vulneratur. ff. ad legem Aquil. vbi habetur, percutientem lethaliter, cenſeri interficere: vnde ibidem dicitur, ſi poſt vulnus lethale inflictum alius ictum addat, ex quo mors celerius ſequatur, vtrumque teneri de occiſo. Concinit. cap. ſignificaſti. ſecundo, de homic. Et quamuis nec lex ita vulneratus, nec aliæ eius tituli, quæ obiici aduerſus noſtram concluſionem poterant, & de quibus Diſputatio. *69*. citata à §. quando multi vulnerarũt, loquuti ſumus, loquantur quando aduerſus interfectores agitur criminaliter, ſed ſolùm quando agitur ciuiliter, eaque de cauſa cum noſtra concluſione non pugnent, deciſionemque Vlpiani, in aliis legibus ibi relatis, præpoſuerimus deciſioni eius legis, certè doctrina eius legis vera eſt comparatione pœ-
C næ criminalis pro homicidio infligendæ. Quæ tamen pœna non reſpicit damna à multis illata, vt à ſingulis reſarciantur cum incremento lege Aquilia in pœnam ſtatuto, de qua pœna, & damno ſermo eſt in legibus tituli. ff. ad leg. Aquil. ſed reſpicit culpam cuiuſque eorum, vt iuxta illius quantitatem ea pęna infligatur.

Quando autem dubium eſt, an vulnus prius inflictum lethale eſſet, & num ex illo vulneratus fuerit occiſus, an verò ex ſolo poſteriori, conſentiunt doctores citati, eum, qui prius vulnus inflixit, puniendum non eſſe pœna homicidii ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria; eo tamen grauiori, quo plus fuerit veriſimilitudinis ac probabilitatis, prius vulnus lethale etiam fuiſſe, aut tale, vt ex ſolo poſterio-
D ri ſequuta fuiſſet mors. Nam tunc, cum non conſtet, infligentem prius vulnus uerè occidiſſe, æquitas non patitur, vt puniatur pœna homicidii ordinaria, quæ imponi non debet, niſi homicidæ doloſo omnino indubitato, qualis is, de quo agimus, non eſt.

Quòd verò ad irregularitatem attinet, dicendum eſt. Tam qui prius vulnus lethale inflixit, quàm qui addidit vulnus, ex quo percuſſus interfectus eſt, ſi attendere debuit illo mortem eſſe conſummandam, incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario, vt Diſput. *697*. citata dicebamus. Quoniam vterque verè eſt homicida voluntarius comparatione eius ita ab utroque occiſi. Quin in du-
E bio, an prius vulnus lethale fuerit, habendus eſt pro irregulari ex homicidio voluntario. Quoniam, quando conſtat irregularitatem in aliquo euentu eſſe impoſitam, in dubio, an aliquis id fecerit, habendus eſt pro irregulari eo irregularitatis genere, vt ſæpe eſt dictum. Minus tamen erit tunc indiſpenſabilis ea irregularitas, quàm ſi certum fuiſſet, vulnus illud omnino fuiſſe lethale, & minus adhuc, quo minor fuerit veriſimilitudo ac probabilitas id vulnus fuiſſe lethale. Addo, eſto conſtaret vulnus non fuiſſe lethale, ſi tamẽ certum eſſet, aut ſaltem dubiũ, an cooperatum fuerit ad eam mortem, illam accelerando, cenſendus eſſet, qui id vulnus inflixiſſet, irregularis, non quidem ex homicidio voluntario,

I 3 ſed

ſed ex caſuali. Quando item quis mortuus fuiſſet ex duobus vulneribus à duobus inflictis, quorum ſingula conſtaret inſufficientia fuiſſe ad mortem, ſimul tamen ſumpta cauſa illius ſufficiens fuerunt, tunc vterque irregularitatem ex homicidio uoluntario incurriſſet: Niſi, arbitrio prudentis, omnino præter ſpem mors eſſet ſequuta ex aliqua earum percuſſionum, atque ex modo illius: tunc enim ſolùm incurreretur irregularitas ex homicidio caſuali. Id quod facilius euenire poteſt in priori percuſſione, quàm in poſteriori, maximè ſi, qui poſterius percuſſit, non ignorabat prius vulnus. Ac ſanè in euentu, in quo homicidium illud cenſendum non eſſet voluntarium comparatione illius, ſed caſuale, puniendus ille non eſſet pęna homicidij ordinaria. Raro tamen inuenietur is euentus.

4 Dubium eſt, quando aliquis vulnus lethale ab aliquo accepit, & antequam ex illo obiret, caſu fortuito naufragij, ruinæ domus, aut alio ſimili interijt, an qui id vulnus iniuſtè intulit, puniendus ſit pœna homicidij ordinaria, & num irregularitatem incurrat. De eiuſmodi euentu ſermo eſt. l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquil. non quidem ad pœnam criminalem, ſed ad ciuilem, ac definitur, ita vulnerantem lethaliter non teneri de ſeruo interfecto, ſed de vulnerato, vt Diſput. 697. citata eſt dictum. Certè propenderem, quoad criminalem pęnam, puniendum eſſe pœna homicidij ordinaria, quando certum omnino erat vulnus fuiſſe lethale: in quocunque verò dubio, an lethale fuiſſet, ſolùm eſſet puniendus pœna mitiori arbitraria; eo tamen grauiori, quo probabilius eſſet, vulnus fuiſſe lethale. Ducor. Quoniam æquale delictum eſt, aliquem vulnerare alium omnino lethaliter, atque illum interficere, eaque de cauſa, quando conſtaret, vulnus omnino fuiſſe lethale, æqualis pęna eſſet imponenda, ac ſi ex illo mors re ipſa fuiſſet ſequuta. Quod enim iuſtè ac prudenter de generali conſuetudine, cōſentaneoque ad leges huius regni, vt Anton. Gom. c. 3. citato. num. 31. ait, ſit introductum, vt qui lethaliter percuſſit, non prius ordinaria pęna homicidij puniatur, quàm mors inde ſequatur, nihil ſanè obſtat huic noſtræ ſententiæ. Quoniam meritò id introductum eſt, eo quòd ſæpe vulnus, quando creditur eſſe lethale, vi naturæ ſanetur; eaque de cauſa recta ratio poſtulat, vt dum ab euentu ſciri poteſt, an vulnus lethale fuerit, is euentus omnino exſpectetur, antequam, qui lethaliter percuſſit, de homicidio puniatur. Quando verò fortuitus euentus id experimento ſcire impediuit, imponenda erit pęna pro quantitate delicti, ac proinde æqualis ac ſi ea mors inde eſſet ſequuta, quæ moraliter ac naturaliter inde eſſet ſequenda. Quod verò ad irregularitatem attinet, eſt mihi maius dubium. Quoniam hæc non prius incurritur, quàm mors actu ex cauſa illius, quā homicida dedit, ſit ſequuta, etiam ſi conſtet cauſam ſufficientiſſimam illius eſſe datam. Imò verò, ſi miraculosè mors impedita eſset ſequi ex ea cauſa, irregularitas nullo modo contraheretur. Quare cum, quando in eo euentu mors ſequeretur ex caſu fortuito ſuperueniēte, falſum eſſet dicere, mortem fuiſſe ſequutam ex vulnere lethali inflicto, falſumque item eſſet dicere eum, qui id vulnus lethale inflixit, interfeciſse eum hominem, fuiſseve homicidam illius, ſed ſolùm ſit uerum dicere, dediſse cauſam ſufficientem ad homicidium, futurumque fuiſse homicidam illius hominis, niſi mors illius aliunde fuiſset præuenta; vtique dicendum erit, illum non contraxiſse irregularitatem ex tali interitu eius hominis. Certè vrget hoc argumentum: propenderemque, non incurrere irregularitatem, quando vulnus lethale prius acceptum nō acceleraſset eam mortem: ſecus autem quando acceleraſset, ad illamve fuiſset

A cooperatum, quia citius ob id vulnus ex eo caſu fortuito obiiſset: quia tunc, qui id lethale vulnus inflixiſset, verè diceretur interfeciſse eum hominē vnà cum eo caſu fortuito, cooperatumve fuiſse ad eam mortem vnà cum caſu illo fortuito. Cæterum tunc dicendum eſset, ſi ſubitò comminutus eſset ictu bombardæ, ita vt vulnus lethale prius acceptum nihil acceleraſset mortem, nihilque ad illam fuiſset cooperatum, non incurrere irregularitatem, qui illud antea inflixerat, ſed ſolùm eā incurrere illum, qui bombarda illa eum interfecit, aut nullum, ſi ſine cuiuſquam culpa bombarda illa eā mortem effecit: quod durum aliquantulum videtur. Quòd ſi amplectenda eſset hæc opinio (in qua anceps ſum) ad caput, ſignificaſti citatum, dicendum eſset, tunc ex vulnere
B lethali antea accepto incurri irregularitatem, ſub ſequuta morte, ſuperuenientibus aliis, qui omnino peremerunt, quando ex illo vulnere accelerata aliqua ex parte fuit mors, ita quòd ad illam aliquid vulnus ſit cooperatum, vt regulariter eueniet. Et ſatis eſt, rem eſse dubiam, vt cenſendus ſit irregularitatem ex eo vulnere contraxiſse, quando mors fuit poſtea ſubſequuta, vt ſæpe dictum eſt.

Quinta concluſio. Quando multi pugnarunt cū occiſo, iſque unum tantum vulnus lethale accepit, 5
ex quo mortuus eſt; ignoratur verò, à quo ex multis, qui cum eo pugnarunt, id vulnus fuerit inflictū, ac proinde quis ex illis verè fuit homicida illius; tūc, ſiue alij percuſserint ſimul non lethaliter, ſiue nullum aliud vulnus ille acceperit, nullus eorū, de qui-
C bus eſt dubium, quis ex ipſis id lethale vulnus inflixerit, puniendus eſt pęna homicidii ordinaria, neque omnes ſunt puniendi pęna homicidii ordinaria, ſinguli tamen puniendi ſunt pęna homicidii arbitraria, eo verò vnuſquiſque grauiori, quo veriſimilius fuerit, eum potius, quàm alium, aut alios, id lethale vulnus inflixiſse. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. §. 2. citato, num. 5. Anton. Gom. nume. 36. citato, concl. 3. & 4. Iulius Clar. §. homicidium citato, nume. 38. 39. & 41. & Carrer. §. 2. citato, num. 75. & §. 6. à nume. 345. Ratio autem, cur nullus eorum tunc puniri debeat pęna homicidii ordinaria, eſt. Quoniam periculum eſset, ne quis ſuſtineret mortis pęnam, qua non eſset dignus: *ſanctius autem eſt, nocentem*
D *impunitum relinquere, quam innocentem condemnare*, vt habetur. l. abſentem. ff. de pęnis. Quo fit, vt propter incertitudinem, quis ex aliquibus homicidium commiſerit, deſinat imponi pęna homicidii ordinaria. Quia tamen ſimul ad id homicidium concurrerunt auxilium præſtando, tametſi non ex præuio ad id tractatu ac conſilio, ſinguli puniendi ſunt pęna mitiori arbitraria, eo grauiori, quo in maiori fuerunt culpa: vnde ſi aliquis eorum fuit autor rixæ, is grauiori pęna eſt puniendus, augendaque ſingulis erit pęna, pro ut maior culpa in unoquoque fuerit reperta, aut veriſimilius fuerit, eum lethale vulnus inflixiſse. Hæc autem multo magis locum habent, quando vnus tantum interfecit, & reliqui prorſus
E ſunt innocentes. Vt ſi de domo aliqua miſit aliquis ſagittam, & interfecit, atque ignoratur quis ex ea domo id fecerit, aut ſi aliquis interfecit, ſubitoque ſe immiſcuit aliis, ita vt prorſus ignoretur, quis ex multis ſit. Atque ſi conſtet, unum ſolum ex illis eſſe homicidam, & reliquos multos eſse omnino innocentes, nullaque ſint indicia de vllo in particulari, quòd id fecerit, aut quòd ſciat quis id fecerit, nullus eorum puniri debet, aut torqueri, ſed potius relinqui id delictum debet impunitum, quàm multi prorſus innocētes pęnam, aut vexationem, propter vnū nocentem ſuſtineant. Vt autem tractatu præcedente Diſput. 697. à §. quando multi vulnerarunt, copiosè explanauimus, in utroque euentu ex duobus, concluſione

cluſione quinta propoſitis, omnes ſimul tenentur lege Aquilia ad integrum damnum, & ad pœnam integram ciuilem vltra id damnum lege Aquilia ſtatutam: atque id eſt, quod ſtatuunt ac probant. l. item Mela. §. ſed ſi ſeruum, & aliæ. ff. ad leg. Aquil. ibi. citatæ ac explanatæ: & iuxta illas integrum eſt domino mancipij ita occiſi agere ad totum damnum, & ad totam pœnam, vel aduerſus omnes ſimul, vel aduerſus quemcunque eorum voluerit: vno tamen ſoluente integre, ceſſat domino mancipij actio aduerſus reliquos: ſoluentique competit actio aduerſus reliquos, vt partes, quas loco eorum ſoluit, ipſi refundant, vt ibidem explanatum fuit. Quo fit, vt iura illa nihil cum quinta noſtra concluſione pugnent.

Quòd verò ad irregularitatem attinet, procul dubio in vtroque euentu, concluſione. 5. propoſito, eſt dicendum, ſingulos, de quibus eſt dubium, num ipſi vulnus lethale intulerint, ex quo vulneratus fuit mortuus, habendos eſſe pro irregularibus, ex homicidio illo voluntario: quoniam, vt ſæpe eſt dictum, in dubio, an aliquis id fecerit, pro quo ſtatuta eſt irregularitas, habendus eſt pro irregulari eo irregularitatis genere. Conſentit. Couar. in calce. nu. 5. citati cum alijs, quos citat tametſi firmius id aſſerere debuiſſet, dictumque à nobis eſt Diſput. 697. citata. Non tamen adeò ea irregularitas erit indiſpenſabilis, ac ſi certum eſſet ipſum fuiſſe, qui verè id homicidium patrauit: quoniam rem eſſe dubiam, an fuerit homicida, & an verè ſit irregularis, multum facit vt faciliùs diſpenſetur: eoque facilior erit impetratio diſpenſationis, quo fuerit probabilius, non ipſum eſſe, qui vulnus lethale inflixit.

DISPVT. 34.

Vtrùm propter multitudinem concurrentium ad homicidium doloſum, minuendum ſit de pœna homicidij ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Tranſitio ad ſequentem diſputationem.*

2 *Probatur perperam propter multitudinem delinquẽtium detrahendum eſſe ſeueritati, ac proinde minuendam eſſe pœnam lege ſtatutam.*

3 *Nulla poteſt ſtatui certa vniuerſalis regula, quando & quouſque, ob multitudinem delinquentium, minui pœna ordinaria delicti debeat, ſed id relinquendum eſt prudentis iudicis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus,*

1 Diſputatione prçcedẽte oſtenſum eſt, omnes, qui præuio conſilio, ſeu tractatu, ad homicidium doloſum concurrunt, puniendos eſſe pœna homicidij ordinaria. Vt autem ex omnibus membris diſputationis præcedentis patet, fieri aliquando poterit, vt quàm multi ad vnum numero homicidium concurrant. Quæritur ergo, num ſi, iuxta dicta præcedente diſputatione, aliquãdo permulti, ſeruato eo iuris rigore, eſſent ita puniendi, fas iudici in eo euentu ſit, ac debeat, ne, attenta qualitate eius delicti & circumſtantijs concurrentibus, nimis multi pœna mortis plectantur, commutare eam pœnam homicidij ordinariam in aliam mitiorem arbitrariam ſaltem in aliquibus, aut in multis eorum, qui minùs culpabiles reperientur.

2 Lex aut facta. §. vlt. ff. de pœn. ſic habet: *Nonnunquam euenit, ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur: quoties nimirum multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit*. conſentit l. 8 tit. 31. part. 7. gloſ-
A ſa. §. vlt. citato, verb. multis, ita habet: *Plures tamen remanent alij non delinquentes: aliàs, ſi iſti* (hoc eſt delinquentes) *ſunt plures, detrahendum eſt ſeueritati, vbi multorum ſtrages iacet.* Hactenus gloſſa illa. Quæ ſatis apertè docet, propter multitudinem delinquentium detrahendum eſſe ſeueritati, ac proinde minuendam eſſe pęnam lege ſtatutam. Atque ad id confirmandum citari ea gloſſa conſueuit. Non tamen gloſſa illa ſatis accommodata eſt verbis ac intento illius textus. Non enim textus ille loquitur de delinquẽtibus, qui iã eſſent comprehenſi, in quóſve ſine difficultate aliqua pęna pro delicto commerita exequutioni mandari poſſet, quique à delicto iam ceſſaſſent, facilève, vt ceſſarent, contineri poſſent: ſed textus ille loquitur de multitudine graſſatorum,
B qui à delicto non ceſſant, difficileque comprehenduntur, vt pœna commerita eis infligatur, & difficilè coercentur ac continentur, ne vlteriùs in delicto progrediantur: Docet verò ille textus, quo plures illi ſunt, & quo plus expedit eos coercere, efficereque vt à delicto ceſſent, eo, ſi aliqui eorum cõprehendantur, acriùs acerbiorique pœna eſſe puniendos, adeò vt iudici tunc liceat augere ex ea circunſtãtia pœnam ordinariam pro eo delicto ſtatutam, vt pœnæ acerbitas exemplo alijs ſit, eoſque efficiat ſecedere, & à tanto delicto ceſſare. Doctrina autem, quam tradit gloſſa, & qua quaſi in contrarium docet, quòd ſicut ex circunſtantia eius textus poteſt ac debet in eo euentu augeri pæna, vt id exemplo ſit cæteris, & qui nondum in id crimen inciderunt, timo-
C re pænæ adeò acerbæ contineantur, ne in illud incidere audeant, qui verò id crimen exercent, terreantur, ne illud continuent, diſcedereque efficiantur ab eo crimine in illo loco patrando; ſic quando multi ſunt delinquentes, qui puniri debent, minui per oppoſitum de pæna ordinaria debet, ne ſit multorum ſtrages, quod in damnum ſuo modo cederet publicum; hæc, inquam doctrina eius gloſſæ, locum ſanè habet, quando poſt commiſſum delictum, quod in futurum iam non pendet, multi ob illud eſſent puniendi, aut quando ex eo, quòd ob aliquod delictum multi punirentur, ſequeretur ſeditio, ſcandalùmve ac ruina multorum. Neque, vt doctrina eius gloſſæ locum habeat, neceſſe eſt, vt plures ſint, qui deliquerunt, quique puniendi ſunt, quam qui non deliquerunt,
D runt, vt verba eius gloſſæ videntur innuere: ſed ſatis eſt, ſi multi prudentis arbitrio, ſpectaliſque circunſtantijs concurrentibus, deliquerint, eaque ordinaria pæna ſint puniendi.

Hac itaque de re dicendum arbitror, nullam poſ 3
ſe ſtatui certam vniuerſalem regulam, quando, & quouſque, ob multitudinem delinquentium minui pæna ordinaria delicti debeat, ſed id relinquendum eſſe prudentis iudicis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus. Quo enim grauius eſt delictum, magiſque reipublicæ pernicioſum, & ſperatur pænæ acerbitate, multorumque punitione ſine timore alicuius notabilis ſeditionis, ac ruinæ ſpiritualis, ac temporalis multorum, plus illud eſſe ex-
E tirpandum, continendoſque aut arcendos plures eſſe ab illo committendo, eo plures, ſimul, aut ſucceſſiuè, & eo acerbiori pæna ſunt puniendi, vt in commune bonum id delictum plus extirpetur, & contineantur homines ab illo patrando: modò tamen ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, nullus prudentis arbitrio ſit exceſſus. Hinc dicerem, ſi nimium abundarent, frequentiave eſſent, in aliquo loco, non ſolùm crimina graſſatorum, ſeditionem aduerſus principem, ac rempublicam miniſtroſque eius commouentium, aut ſimilia alia flagitia, valde reipublicæ pernicioſa, ſed etiam ſimplicia doloſa homicidia, atque ad continendos homines à tanto delicto committendo, iudicaretur expedire augere pænam

A nam eius delicti ordinariam, multoſq; ad idem homicidium concurrentes, puniri ſimul pęna homicidij ordinaria, fieri licitè ac ſanctè poſſet ac deberet, quando non timeretur inde maius aliquod malum. Tametſi in eo euentu non cenſerem, iudices particulares augere poſſe pęnā homicidij ordinariam, abſque ſupremi principis, aut ſupremi ſenatus, præſcripto ac facultate. Quando autem non eſſet circumſtātia, quæ perſuaderet expedire aggrauare pęnam, aut nimium multos puniri ſimul propter vnam, aut etiam propter plura delicta à varijs circa diuerſa numero obiecta commiſſa, tunc, eſſe multos eo modo culpabiles, quorum ſinguli digni eſſent tota pœna ordinaria eius delicti, præſertim ſi talis pęna eſſet mortis, mutilationis aut alia grauis, ſanè id eſset cir-

B cūſtantia, ob quā iudex poſſet ac deberet commutare pęnam eius delicti ordinariam in aliam mitiorem arbitrariam, vel in omnibus, vel in ijs ſaltem, qui minus culpabiles in eo delicto eſſent reperti. Idem fieri poſſet ac deberet, ſi ex eo, quòd pęna legis ordinaria exequutioni mandaretur, ſequeretur ſeditio grauis, magnum malum, ruinaque multorum. Hinc ad rem præſentem dico, ſi nimium multi communi tractatu ac conſilio concurriſſent ad idem numero homicidium, vt decem, aut plures, vel etiam pauciores, vt ſex, aut etiam quinque, tunc non omnes eſſent puniendi mortis pęna pro eo delicto ſtatuta, ſed ſatis eſſet, ſi qui id homicidium exequutioni mandauit, aut illud exequi mandauit, morte puniretur: reliqui verò; qui minus longè culpabiles reperirētur, pu-

C niendi eſſent ſolùm pęna arbitraria ac extraordinaria; eo tamen grauiori, quo in maiori culpa reperirētur. Atque quo grauius & atrocius eſſet delictum, ſpectatis circumſtantiis omnibus concurrentibus, eo plures deberent plecti ordinaria pœna eius delicti, & reliqui eo acerbiori pęna extraordinaria puniri deberent. Cum hac noſtra doctrina conſentiunt. c. Vt cōſtitueretur. 50. diſt. c. comeſſationes. 44. diſt. c. ipſa pietas. §. vlt. c. non poteſt. 23. q. 4. c. quoties. 1. q. 7. c. 2. tempor. ord. c. delictis. 2. de ſimon. ac. c. latores. de cleric. excommun. & quæ eiſdem in locis traduntur, iunctis gloſſis ibidem, dum docent, propter multitudinem delinquentium minuendum aliquando eſſe de pęna, & quando timerentur magna mala atque ſcandala, procedendum non eſſe ad pęnam,

D ſed ex hortationibus, meliorique via, qua id fieri poſſet, conandum eſſe educere homines à ſuis delictis, vt Aug. docet quatuor prioribus iuribus citatis, ſemperque eſt curandum, ne ſeditio populi ex modo punitionis oriatur, argumento legis penult. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Atque iuxta eandem noſtram doctrinam accipiēdum eſt, quod communi doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur, affirmat in re, de qua diſputamus, Iulius Clar. 5. lib. ſentent. §. vlt. q. 60. num. 30. & Carrer. in pract. § homic. 6. nume. 346. dum docent, in homicidio, & in ſimilibus delictis, propter multitudinem delinquentium minuendum eſſe de pęna ordinaria, ſaltem in his, qui minus culpabiles fuerint reperti, puniendo ordina-

E ria pęna aliquos magis culpabiles, in quo cōſentit c. latores citatum. Sic quando ſeditio culpabilis in populo fuit orta, atque ad illam compeſcendā, aut poſt illam tranſactam, iudicatur expediens procedere ad pęnam, ne id inultum tranſeat, ſolent autores ſeditionis, aut qui in illa præcipui fuerunt, acriter pro delicti quantitate puniri: reliqui verò mitius puniuntur, aut cum illis, vel cum pluribus eorum, ſolet diſſimulari, prout ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus, arbitrio prudentum, iudicatum fuerit expedire.

DISPVT. 35.

Si ciuitas, vel alia communitas, homicidium aut aliud delictum committat, qualiter ſit punienda.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas neque delinquere neque puniri poteſt, probatur id varijs argumentis.*

2 *Ciuitas, aut quæuis alia vniuerſitas materialiter ſumpta, quo ad perſonas ſeu membra, quibus conſtat, delinquere poteſt. Rarò autem quoad omnes ſuas partes delinquit, præſertim in committendo. Adeò verò numeroſa quoad partes, quibus conſtat, eſſe poterit, vt moraliter ſit impoſſibile quoad omnes ſuas partes delinquere. Quod ſi conſtet partibus aliquibus rationis vſum non habentibus, fieri nulla ratione poterit, vt quoad eas partes delinquat ac peccet.*

3 *Vt communitas deliquiſſe dicatur, dignaque proinde, vt communitas eſt, pœna ob id delictum ſit, quod ei tanquam communitati imputatur, neceſſe eſt, vt ſaltem quoad partes, quæ ipſam repræſentant, id agendo deliquerit; alioquin delictum non erit communitatis, ſed eorum ſolùm qui id commiſerūt, neque pro eo communitas ipſa poterit licitè puniri, ſed illi ſoli, qui id delictum commiſerunt.*

4 *Aliud eſt, communitatem aliquam procuratorem aut mandatarium aliquem conſtituiſſe, qui omnia negotia eius exerceat; aliud verò conſtituiſſe rectores, qui ipſam repræſentent, & nomine totius communitatis res illius exequantur.*

5 *Quando communitas delinquere non cenſeatur commiſſionis peccato, niſi per modum communitatis, ſaltem qui illam repræſentant, nihilominus omiſſionis peccato poteſt communitas delinquere, ſi potuit id commiſſionis peccatum impedire, ſaltem per eos qui illam repræſentant, nec impediunt.*

6 *Quando communitas deliquit per eos qui illam repræſentant, tunc fas eſt illam punire quoad partes, quæ ita per ſe ipſas deliquerunt, punirique poſſunt etiam pœna mortis, & confiſcationis bonorum. Deinde tenentur ad damna inde ſecuta. Quòd ſi iuſſerunt id per alios executioni mandari, mandatarij illud exequentes puniri etiam poterunt pro culpæ quantitate.*

7 *Qui innocentes ſunt de eadem communitate, quia ipſi reuera in culpa fuerunt, puniri non poſſunt pœna mortis aut mutilationis corporalis.*

8 *Quando delictum eſt tale, vt propter illud punire liceat parentes in filijs, in bonis externis ac famæ, tunc fas eſt punire communitatem delinquentem, etiam quoad innocentes, qui partes illius ſunt, ciuitatem ſolo æquando. Puniri etiam ciuitas poteſt confiſcatione bonorum, amiſſione libertatis, priuilegiorum, etiam quoad innocentes.*

9 *Quando delictum non eſt tale, pro quo vnus in alio innocenti puniri debeat, tunc ſi communitas, vt communitas illud committat, neque inueniatur aliquis in particulari qui illud executioni mandauerit, puniri non debet ob id crimen pœna mortis, ſed arbitraria.*

10 *Communitas non poteſt excommunicari, ſed puniri interdicto.*

11 *Argumenta prioris opinionis eneruantur in particulari.*

Diſputatio hæc præcedēti eſt affinis, ideoque poſt illam erit continuo examinanda. Atque in primis examinandum eſt, num ciuitas, aut alia communitas, delinquere ac puniri poſſit: partem quippe affirmantem quo

quo ad vtrumque horum ſupponit quæſtio propoſi
ta, alioquin locum non poſſet habere.
Quòd verò neque delinquere neque puniri poſ-
ſit, ſuaderi poteſt. Primò, quoniam ſicut hæreditas
eſt nomen iuris, non verò rerum, quæ rationem ſor
tiuntur hæreditatis, & quæ hæreditas dicuntur dum
ſortiuntur ac retinent rationem eius iuris, in quo ra
tio hæreditatis formaliter eſt poſita, à qua, qui in eis
bonis ex teſtô aut ab inteſtato ſuccedit, hęres forma
liter nũcupatur, vt tractatu præcedēte Diſp. 2. ex §.
vnico inſt. de reb. corpor. & incorp. fuit explanatũ,
qua ratione ibidem eſt dictum, hęreditatem, quo ad
illud ius, inter res incorporales, non verò inter cor-
porales, computari: ita ciuitas, vniuerſitas, ſeu com-
munitas, eſt nomen iuris, ſignificans formaliter re-
ſpectum coadunationis multorum in vnum myſti-
cum corpus ciuitatis, aut alterius communitatis, ꝓ-
ut fuerit finis, ad quem ita ſunt coadunati ac congre
gati in vnum corpus myſticum, & prout fuerint par
tes, ex quibus id corpus ad eum finem conſtat; eſt-
que proinde ciuitas, aut quæuis alia communitas,
quippiam incorporale intellectu ac libero arbitrio
minimè præditum: ſed, quod intellectu ac libero ar
bitrio caret, nec peccare ſeu delinquere poteſt, nec
proinde pænam pro eo delicto poteſt mereri ac ſu-
bire: ergo ciuitas, aut alia communitas, qua talis, nec
delinquere nec puniri poteſt.
1 Quòd ſi dicas, ciuitatem, aut aliam communita-
tem, materialiter ſumptam quo ad perſonas, quibus
conſtat, prout ſunt ſub eo reſpectu coadunationis
in eo corpore, poſſe peccare ac delinquere per eos,
per quos, iuxta inſtitutionem eius communitatis, re
gitur ac gubernatur: hi enim nomine ac loco totius
communitatis id efficiunt, ac proinde, ſi tale quid ef
ficiēdo, vt locum ac vicem totius communitatis ob-
tinent, peccent, communitas eſt, quæ per eos peccat
ac delinquit, ac proinde quæ ſubire quo ad totũ cor
pus myſticum poſſit ac debeat pænam ratione talis
delicti nomine ac loco partium omnium, ex quibus
conſtat, ipſiuſve corporis communitatis commiſſi.
Si, inquam, hoc dicas, tunc eſt hoc ſecundum argu-
mentum. Quoniam rectores illi ac deputati, vt no-
mine totius communitatis eam adminiſtrent, vicē-
que illius gerant, ſolùm ſunt communitas tota per
repræſentationem, quia ſcilicet illam repræſentant,
vicemque ac locum illius gerunt: ſed culpa illorum
non poteſt reputari culpa totius communitatis quo
ad omnes ſuas partes: quoniam dum gubernatores
peccant, peruerſum aliquid decernendo, illudq; exe
quutioni mandando, reliquæ eius communitatis par
tes, quæ in eo non interueniunt, verè non peccant
eo peccato, neque eis ad culpam & delictum poteſt
imputari, neque coram Deo imputatur; præſertim
cum multæ partes communitatis, vt pueri, & mulie
res, ac rudes, innocentes ſint, multique eorum vſu
liberi arbitrij, vel propter ætatē, vel ob cauſas alias,
careant, ſine quo eſſe nequit peccatum: ergo cõmu-
nitas tota quo ad eas omnes partes non peccat ac de
linquit, ac proinde nec iuſtè ob dicta delicta poteſt
puniri.
Tertiò, qui conſentire non poteſt, ſanè non po-
teſt delinquere: eo quod delictum ac peccatum eſſe
non poſſit ſine conſenſu, præſertim ſi delictum ſit
in committendo, & ſubinde neque in eo poteſt ha-
bere locum pæna, quæ eſſe non poteſt niſi propter
peccatum ac culpam: communitas autem conſenti-
re non poteſt, vt conſtat ex. l. vnica. ff. de libertis vni
uerſitatum, illis verbis: *Mouet enim, quòd* (munici-
pes ſcilicet, qui conſtituunt ciuitatem, aut aliam vni
uerſitatem, ſeu communitatem, prout illam conſti-
tuunt, ac rationem illius ſubeunt, vnumque in illa
ſunt) *conſentire non poſſunt*; & ex. l. 1. §. vlt. ff. de acq.
poſſ. qui ſic habet: *Municipes per ſe nihil poſſidere poſ-*

A *ſunt: quia vniuerſi conſentire non poſſunt:* ergo ciuitas,
aut quæuis alia communitas, neque delinquere po-
teſt, neque pænæ eſt obnoxia.
Quartò, aduerſus ciuitatem, aut aliam communi-
tatem, non datur actio de dolo, vt conſtat ex. l. ſed ſi
ex dolo. §. 1. ff. de dol. Vbi Vlpianus ſic ait: *Sed an in*
municipes de dolo detur actio, dubitatur. Et puto, ex ſuo
quidem dolo actionem non poſſe dari. Quid enim muni-
cipes dolo facere poſſunt? quaſi dicat, nihil: ſed id non
aliunde euenit, niſi quia communitas conſentire nõ
poteſt, vt habent iura in præcedenti argumento re-
lata: cum ergo ſine dolo eſſe non poſſit delictum, ꝙ
puniri ordinaria pæna poſſit, & ſine conſenſu eſſe
vniuerſim non poſſit delictum, præſertim quod in
committendo conſiſtat; conſequens profectò eſt, vt
B communitas neque delinquere poſſit, neque ſubin-
de pænæ propter delictum ſit obnoxia.
Præſens diſputatio ſequentibus concluſionibus
eſt dirimenda, quas intendere videtur communis
doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur
Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. n. 52. Iul. Clar. 5. lib.
ſent. §. vlt. q. 16. à n. 7. & Carrer. in pract. §. hom. 6.
a nu. 347. tametſi non ita dilucidè rem explicent.
Prima eſt. Ciuitas, aut quæuis alia vniuerſitas, ſeu
communitas materialiter ſumpta quo ad perſonas,
ſeu membra, quibus conſtat, delinquere poteſt, Ra
rò autem quoad omnes partes ſuas delinquit, præ-
ſertim in committendo. Adeò verò numeroſa, quo
ad partes, quibus conſtat, eſſe poterit, vt moraliter
ſit impoſſibile quo ad omnes ſuas partes delinque-
C re. Quòd ſi conſtet partibus aliquibus rationis vſũ
non habētibus, fieri nulla ratione poterit, vt quo ad
eas partes delinquat ac peccet.
Prima pars huius concluſionis facilè probatur. 2
Quoniam ciuitas, aut quæuis alia communitas, ma-
terialiter ſumpta, conſtat partibus intellectu libero-
que arbitrio præditis, per quas potētias poſſunt pec
care. Atque ſi partes omnes paruæ alicuius commu-
nitatis, vt collegij alicuius, libero arbitrio ſint prædi
tæ, omneſq; ſimul conueniant, & vt communitatē
conſtituunt, aliquid communi conſenſu decernant,
aut etiam exequutioni mãdent, mandariue efficiãt,
quod malum ac peccatum ſit, vtique delinquent, vt
communitas ſumpta materialiter ſunt: nullus autē
ſanę mentis negare poterit, pro libertate partium ta
D lis cõmunitatis id eas efficere poſſe, ac proinde poſ-
ſe delinquere. Item, quando ciuitas, aut alia commu
nitas, deputatos aliquos habet, qui omnium nomi-
ne ac loco ea decernant ac efficiant, quæ ad ipsã de-
cernere ac facere ſpectat; eo quòd difficile aut im-
poſſibile eſſet oēs conuenire, neque oēs habiles ſint
ad id decernēdum, ſanè, ſi in ij s decernendis ac effi
ciendis delinquant, vt pro eorum libertate ac fragi-
litate humana facilè poteſt euenire, communitas ip
ſa peccare ac delinquere dicetur, nõ quidem quoad
oēs partes, quibus conſtat, ſed quo ad eos, qui vicem
illius tenent, ipſamque repræſentant, ac nomine &
loco illius ea decernunt ac efficiunt: quare commu-
nitas materialiter ſumpta, vt rationem communita-
E tis habet, delinquere ac peccare pôt, vel quoad om-
nes ſuas partes, vel quo ad eas, quæ nomen, vicē, ac
locum illius tenent, ipſamque repræſentant.
Secunda verò pars, quod ſcilicet raro quo ad
omnes ſuas partes delinquat, præſertim in commit-
tendo, probatur. Quoniam quamplurimæ ſunt cõ-
munitates, vt ciuitates omnes ac oppida, quæ con-
ſtant partibus carentibus vſu rationis: tales ve-
rò cõitates, quo ad eas ſuas partes, delinquere non
poſſunt, neque committendo, neque omittendo. Itē
quoniam neque omnes partes vſum rõnis habētes,
vt mulieres, rudes, & minores, aptę ſunt vt admittã-
tur ad decernēdum ac faciendum exequutioni mã-
dare, quæ ad totam communitatem ſpectant, ideo-
que

que ad id non admittuntur. Præterea, quoniam nec omnes, qui habiles ad id ſunt, poſſunt ad ſingula decernenda ac exequutioni mandanda conuenire. Neque, ſi poſſent, expediret, vt omnes conuenirẽt: quia difficilè congregarentur, & non ſine magna moleſtia & labore: & quoniam difficillimè omnium vota colligerentur, diuerſitaſque iudiciorum definitionem, exequutionemque definitorum, impedirent, vt tractatu præcedente Diſputat. 23. eſt dictum, atque, qui ex tanta multitudine in peruerſa definitione non conſentirent, vtique in ea non delinquerent: ergo rarò communitas, quo ad omnes ſuas partes, delinquit, maximè in committendo.

Tertia verò & quarta pars, quòd ſcilicet adeò numeroſa poteſt eſſe communitas quoad partes, quibus conſtat, vt moraliter ſit impoſſibile quoad omnes ſuas partes delinquere; & quòd, ſi conſtet partibus aliquibus rationis vſum non habentibus, fieri nulla ratione poſſit, vt quo ad eas delinquat ac peccet; facilè patent in communitate prouinciæ, ciuitatis, aut oppidi non exigui, etiam quo ad ſolas partes, quæ rationis vſum in eis habent, vt circa ſecundam partem fuit explanatum. Quod verò ad eas etiam attinet, quæ vſu rationis carent, vt quoad infantes ad ſeptennium non peruenientes, in communitate cuiuſcunque oppiduli etiam liquet.

3 Secunda concluſio. Vt communitas deliquiſſe dicatur, dignaque proinde, vt communitas eſt, pœna ob id delictum ſit, quod ei tanquam communitati imputatur, neceſſe eſt, vt ſaltem quo ad partes, quæ ipſam repræſentant, quæque nomine ac loco totius communitatis res decernunt ac adminiſtrant, idque agendo, deliquerit; alioquin delictum non erit communitatis, ſed eorum duntaxat, qui illud commiſerunt, neq; pro eo communitas ipſa poterit licitè puniri quo ad innocentes, qui non deliquerunt; ſed illi ſoli poterunt tunc puniri, qui id delictum commiſerunt. In hac concluſione cõſentit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. ubi ſ 2. citato Iul. Clar. q. 16. citata, num. 8. & Carrer. vbi ſuprà nu. 348. Fauet ex parte. l. ſemper. §. in ſepulchro. ff. quod vi aut clam, quã Ant. Gom. in confirmationem citat. Vnde prædicti autores inquiunt, ſi non congregato regimine alicuius ciuitatis, vt delictum aliquod tanquam ciuitas ac communitas decernant, ac exequutioni mandent; aliquis, aut aliqui, de regimine clament arma, arma, commoueantque ac ſollicitent ad id delictum reliquos, tunc cito maior pars rectorum ciuitatis, aut rectores omnes, illos ſequantur, multique de populo, idque delictum patrent, tale delictum non eſt communitatis, neque pro illo puniri poſſunt innocentes, qui ad illud non concurrerunt, ſed eſt delictum illorum particularium, qui illud commiſerunt, illique ſoli debẽt pro eo puniri. Licèt enim omnes, qui ciuitatem repræſentant, illud commiſerint: quia tamen id non commiſerunt vt ciuitas, id tanquam ciuitas decernẽdo, & exequutioni mandãdo, non cenſetur ciuitas, communitaſve ciuitatis, illud commiſiſſe, ſed cenſentur illi ſoli particulares illud commiſiſſe. Hinc Iulius Clarus, nu. 8. citato refert, cùm Veronæ religioſi omnes cuiuſdã monaſterij interfeciſſent quendam, qui in ipſorum monaſterio fuerat hoſpitatus, prætorem proceſſiſſe aduerſus ſingulos, eoſq; mortis pœna affeciſſe, non verò proceſſiſſe aduerſus cõmunitatem: quia id delictum non commiſerunt vt communitas conuentus, & vt agentes rem ac negotium conuentus, ſed vt ſinguli, ſe tamen inuicem ad id adiuuantes, communicatoque conſilio vt ſingulorum, non verò tanqnam conuentus, & ad rem communitatis conuentus. Eſt ergo in vnaquaque communitate attendendum, qui ſint, qui, iuxta inſtitutionem regiminis eius communitatis eam admini-

A ſtrant, atque in tali adminiſtratione ipſam repræſentant, & quantam eorum partem neceſſe ſit conuenire, vt, quod decernitur, vim habeat, nomineque ac autoritate talis communitatis cenſeatur factum. Et quidem, ſi tanquam communitas, repræſentantẽſve communitatem, illud efficiant, & non vt ſinguli, & inſuper tot in eo conueniant, quot conuenire eſt neceſſe iuxta eius communitatis regimẽ; tunc id ab ipſa communitate cenſetur factum per eos, qui eam repræſentant, vicemque illius gerunt, ipſique communitati id imputatur. Quòd ſi aliquid horum deficiat, non cenſetur factum à communitate, neque ei poteſt ad pœnam imputari: ſed factum cenſetur ab ijs ſolùm, qui id decreuerunt, exequutionique mandari fecerunt, ipſique ſoli ob id delictum ſunt puniẽ
B di, non verò communitas, cuius ſunt partes. Quare, ſi, iuxta ordinem in regimine communitatis præſcriptum ad aliquid efficiendum nomine ac loco communitatis, neceſſaria erant vota maioris partis eam adminiſtrantium, aut duarum partium, neque tot conſenſerunt, ſed minor numerus, atque per potentiam id illi exequutioni mandarunt, delictum tunc non eſt communitatis, ſed priuatum illorum dumtaxat.

Hoc verò loco obſerua, aliud eſſe communitatẽ 4
aliquam procuratorem aliquem aut mandatarium conſtituiſſe, qui negotium aliquod, aut negotia aliqua, vel etiã negotia omnia illius exerceat; aliud verò conſtituiſſe rectores, qui ipſam repræſentent, nomineque ac loco totius communitatis res illius de-
C cernant ac exequantur. In priori quippe euentu, in mandato illo generali, in illàve generali commiſſione, non cẽſetur comprehenſum aliquid malum, niſi ſit expreſſum, ac proinde ſi mandatarius ille delictũ committat, ipſi imputatur, & non communitati: maneq; communitas ipſa ei mãdatario ſuperior cum iuriſdictione ac adminiſtratione. Vnde, quod ſyndici, aut œconomi, deputati à communitate, quæ ſibi iuriſdictionem ac adminiſtrationem retinet, delinquunt, non ex mandato ad id ſpeciali talis communitatis, ipſi imputatur, & non communitati: atq; de eiuſmodi ſyndico, aut procuratore, eſt ſermo. l. 1. §. quibus autem, & legibus ſequẽtibus, ff. quod cuiuſque vniuerſ. In poſteriori verò euentu, quia communitatis iuriſdictio, ac adminiſtratio, tota reſidet in
D adminiſtratoribus illius, qui ipſam repræſentant, quique nomine ac loco illius res illius gerunt tanquam præcipui, ſine dependentia ea in parte à reliquo communitatis; tametſi, ſi reliquum communitatis reclamet, aliquidque admoneat ac proponat, teneantur id audire ac expendere; vtique quicquid tales adminiſtratores ſtatuunt, aut exequũtur, ſiue bonũ ſiue malum, ac delictum in alterius iniuriam ac præiudicium, ipſi communitati imputatur per illos ſuos adminiſtratores ipſam repræſentantes, locumque ac vicem illius in ea adminiſtratione tenentes.

Illud etiam obſerua. Quamuis communitas delinquere non cenſeatur commiſſionis peccato, niſi per modum communitatis, modo explicato, ſaltem 5
E qui illam repræſentant, concurrenteque conſenſu ac voto tantæ eorum omnium partis, quantam, iuxta modum in regimine præſcriptum, neceſſe eſt concurrere, delinquant, vt explanatum eſt: nihilominus omiſſionis peccato poſſe eandem communitatẽ delinquere, ſi potuit, ac debuit, id commiſſionis peccatum impedire, ſaltem per eos, qui eam repræſentãt, nec impediuit, aut ſi poſt illud commiſſum, ratum illud habuit. Atque tunc ob id omiſſionis peccatum poterit communitas iuſtè puniri, quanta pœna id omiſſionis delictum iudicatum fuerit dignum. Ita cum Bar. Fel. & commun. doctorum ſententia Carrer. nu. 348. citato.

Tertia concluſio. Quando communitas modo 6
expli-

explicato deliquit per eos, qui eam repræſentant, vicemque illius gerũt, tunc fas eſt illam punire quoad partes, ſeu perſonas, quæ ita per ſe ipſas deliquerũt, idque eo acriùs, quo in maiori culpa fuerunt, id inique decernendo, exequi mandando, aut per ſe ipſos exequendo: punirique poſſunt etiam pœna mortis, & confiſcationis bonorum, ac alijs, ſi tanta pœna fuerint digni. Inſuper tenentur innocentibus de eadem communitate ad damna omnia, etiam pœnarũ in bonis externis, quæ inde illis fuerint ſubſequuta. Quòd ſi iuſſerunt id delictum per aliquos exequutioni mandari, mãdatarij etiam, qui in culpa fuerint illud exequendo, puniri etiam poterunt pro culpæ quantitate. In hac concluſione nulla eſt difficultas: quippe cùm prædicti omnes verè deliquerint, in culpaque fuerint tanta pæna digna: cauſaq; iniuſta fuerint eo ſuo delicto damnorum omnium, quę inde innocentibus de eadem communitate fuerint ſequuta. Eam verò affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. c. 1. citato. nu. 54. Iul. Clar. q. 16. citata. nu. vlt. & Carrer. §. 6. citato. nu. 350. & 351. Atque Ant. Gom. quando tempore Caroli 5. ciuitates quędam communi conſilio eorum, qui de illis erant, in hoc Caſtellæ regno aduerſus illum rebellarunt, acriùs multo punitos fuiſſe autores earum rebellionum, illoſque, qui reperti fuerunt in maiori culpa, quàm fuerint puniri cæteri. Idem etiam teſtatur Iulius Clarus, nu. vlt. citato, fuiſſe factum in Flandria in Gandeſi ciuitate, quando noſtra ætate aduerſus eundem Carolum 5. rebellauit, idque poſtulat recta ratio.

7 Quarta concluſio. Qui innocentes ſunt de eadem cõmunitate, quia ipſi reuera in nulla culpa fuerunt, ſed communitas per alios peccauit, puniri non poſſunt pœna mortis, corporalis, mutilationis, aut alterius corporalis læſionis, quæ contra quintum ſit prę ceptum decalogi. In hac conueniunt doctores communiter, quos referunt ac ſequuntur Ant. Gom. vbi ſupra. num. 53. & Carrer. nu. 350. quoſque nos tractatu præcedente in materia de bello diſputat. 119. retulimus. Vbi eam probauimus, quando reſpublica aliqua, ciuitas, aut oppidum aliud, bello iuſto punitur ob culpam talis communitatis: neq; enim tũc fas eſt innocẽtes de eadem republica per ſe, id ve intendendo, vita multare, aut etiam illos lædere in corpore: quoniam id eſſet contra quintum decalogi præceptum, malumque intrinſecè.

8 Quinta concluſio. Quando delictum eſt tale, vt propter illud punire liceat parẽtes in filijs, in bonis externis, honoris, ac famæ, vel etiam libertatis, vt ſunt rebellio aduerſus legitimum principem, aut aliud crimen læſæ maieſtatis, peccatum hæreſis, aut apoſtaſiæ à fide, & ſunt ſimilia alia; tunc fas eſt punire communitatem, quæ ita deliquit, etiam quo ad innocentes, qui partes illius ſunt, ciuitatem, aut oppidum, ſolo æquando, aratroque ſubijciendo, aut etiã ſale ſeminando: in quo euentu perit talis ciuitas, aut oppidum, ac definit eſſe, non quidem quo ad perſonas, quibus antea conſtabat, ſed quoad communitatem ipſam, ſeu quo ad rationem ciuitatis aut oppidi, vt patet l. ſi vſusfructus ciuitati. ff. quemad. vſusfruct. amitt. cuius verba ſunt: *Si vſusfructus ciuitati legetur, & aratrum in eam inducatur, ciuitas eſſe deſinit, vt paſſa eſt Carthago. Ideoque quaſi morte deſinit habere vſumfructum.* Puniri etiam poteſt ciuitas confiſcatione ſeu ſpoliatione bonorũ, etiam quo ad innocentes, aut etiam amiſſione libertatis innocentũ, ſi delictum tanta pœna ſit dignum, vt re ipſa puniri oppida & prouinciæ conſueuerunt, quando bellum iuſtum aduerſus illas geritur, vt tractatu præcedente, in materia de bello Diſp. 120. & 121. oſtẽdimus. Puniri etiam conſueuit amiſſione priuilegij, aut priuilegiorum, amiſſione ſedis Epiſcopalis, propter

A Epiſcopi eius loci, aut Cardinalis, interfectionem, vt conſtat, cap. ita nos. 25. queſt. 2. ca. fœlicis, in fine, de pœnis, lib. 6. ob alia etiam crimina eadem pœna ſtatuitur. cap. vbi periculum. §. ciuitas, de elect. li. 6, & cap. ad abolendam. §. ciuitas, de hæret. hę autem pænæ ad innocentes eius ciuitatis ſeſe extendunt. In hac concluſione conſentit communis doctorum ſententia, quam Anton. Gom. Iul. Clar. & Carrer. locis citatis referunt ac ſequuntur. Cùm autem in eiuſmodi grauiſſimis delictis fas ſit punire parẽtes in filijs innocentibus, in fortunæ bonis, honoris, ac famæ; multo magis fas erit punire in eiſdem bonis innocentes de communitate pro delictis ſuæ communitatis, quorum ipſi ſunt partes, & quorum loco ac nomine in totius communitatis commodum ac

B incommodum, ex eiuſdem communitatis præſcripto ac ordinatione, rectores communitatis ipſam adminiſtrant.

Sexta concluſio. Quando delictum non eſt tale, pro quo vnus in alio innocenti puniri debeat, vt eſt ſimplex homicidium, iniuria minùs grauis, quàm homicidium, & ſunt pleraque alia crimina: tunc ſi communitas vt communitas illud committat, neq; inueniatur aliquis in particulari, qui illud exequutioni mandauerit, aut qui ad id communitatem excitauerit, autorque fuerit talis delicti; vtique, ſi delictum mortis pæna erat dignum, cùm communitas, vt communitas, interfici non poſſit, neque debeat; eo quòd tota, ſecundum omnes ſuas partes, non deliquerit; & quoniam circumſtantia eſt, vt pæna ho- 9

C micidij ordinaria commutetur in mitiorem extraordinariam, multos eſſe, qui interfici pro eo crimine deberent, vt diſputatione præcedente eſt dictum; & circunſtantia etiam eſt, vt commutari ſimiliter in aliam mitiorem pænam poſſit, incertitudo perſonæ, aut perſonarum, quænam inter multas illud cõmiſerint, vt diſp. 33. memb. vlt. fuit oſtenſum; puniri profectò non debet communitas ob id homicidium pæna mortis, ſed arbitraria. Quòd ſi aliquis, aut pauci aliqui, reperirentur exequutores, aut concitatores communitatis ad id homicidium, tunc illi puniri poſſent ac deberent mortis pæna. Et tunc cõmunitas eo mitiori pæna eſſet punienda, quo plures tales mortis pęna, aut alia graui, pro eo delicto eſſet puniti. Communitatis verò pæna eſſe regulariter

D debebit pecuniaria, vel ex communibus, ſi ea communitas bona aliqua communia habeat, vnde id ſolui poſſit, vel cogendo ſingulos de ea communitate, vt ad eam pænam contribuant. Quòd ſi deprehendi poſſent, qui in culpa fuerint, qui non item, inter ſolos eos, qui deprehenderentur fuiſſe in culpa, eſſet id diſtribuendum iuxta quantitatem culpæ cuiuſq; Aliqui etiam, qui magis culpabiles reperirentur, puniri ſimul poſſent exilij pæna, aut alia corporali infra mortem, pro culpæ quantitate. Quãdo item delictũ eſſet tale, vt ſola pecuniaria pæna eſſet dignũ, (maximè quia puniendum eſſet in communitate, & non in aliquo, aut in aliquibus priuatis) tunc multo magis imponenda pro illo eſſet tali communitati

E ſola pecuniaria pæna, ſoluenda vel de bonis cõmunibus eius communitatis, vel contribuentibus ad illam ſingulis priuatis. Innocentibus verò actio competeret aduerſus nocentes, ſi, qui illi eſſent, deprehẽderentur, vt pro culpæ quantitate ipſi ſoluerent totã pænam, vel vt innocentibus reſtituerent, quod loco illorum ſoluiſſent. Hoc ferè totum videntur vbi ſuprà intendere tres doctores citati, & alij, quos referunt, neque alia indiget probatione.

Iuxta has autem noſtras concluſiones intelligenda ſunt iura, quæ aſſerunt, communitates, qua tales ſunt, delinquere poſſe, & pro delicto ab eis cõmiſſo poſſe puniri, de quorum numero ſunt lex metum. 3. §. animaduertẽdum. ff. de eo quod met. cauſ. in qua

ſcriptum

A ſcriptum legimus: *Et ideo ſiue ſingularis ſit perſona ea, quæ metum intulit, vel populus, vel curia,* (decurionum ſcilicet, quibus adminiſtratio ac regimen incumbit) *vel collegium, vel corpus, huic edicto locus erit,* vt ſcilicet ex illo teneatur, lex aliud. §. refertur, iuncta gloſſa ibi. ff. de regul. iur. lex quod maior, & lex nulli. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. quo in loco habetur, quod facit maior pars eorum, qui communitatẽ repræſentant, cenſeri factum ab ipſa vniuerſitate, deilloque vniuerſitatem teneri. cap. 1. §. ſi quis verò auſu de pace tenend. & iuram. firmand. Vbi habetur, ſi ciuitas, aut oppidum, delinquat rumpẽdo pacem, puniri pæna ibi ſtatuta.

10 Ex concluſionibus propoſitis intelliges, vnde ortum habeat ille ſtylus, quòd communitas non poſſit excommunicari; poſſit verò puniri interdicto. B Quia enim maior excommunicatio non incurritur niſi pro culpa lethali inobedientiæ eius, qui illã incurrit, & minor excommunicatio non incurritur ſine culpa veniali inobedientiæ: quando autem communitas peccato inobedientiæ peccat, non eſt neceſſe vt omnes, qui de ea ſunt communitate, eo peccato peccent, quin potiùs rarò omnes peccant, quã plurimique ſunt innocentes, vt ex concluſionibus propoſitis conſtat, inde efficitur, quòd communitas tota non poſſit excommunicari, ſed ſoli particulares ex ea, qui peccare eo inobedientiæ peccato comperientur, pro quo excommunicationis pæna fuerit ſtatuta. Interdicto verò puniri aut vexari poſſunt, etiam innocentes pro delicto aliquorum, aut etiam alicuius, de eadem communitate, vt quotidie fieri C videmus.

Super eſt reſpondeamus ad argumenta initio diſputationis propoſita. Ad primum dicendum eſt, probare quidem, communitatem quò ad formale reſpectus, in quo ratio communitatis formaliter ſumptæ eſt poſita, non poſſe delinquere: non verò quo ad materiale, hoc eſt, quo ad homines, qui, vt ſunt ſub illo reſpectu, rationem cõitatis ſortiuntur.

11 Ad ſecundum, conceſſa maiori, ad minorem dicẽdum eſt, culpam eorum rectorum non poſſe quidẽ imputari innocentibus, qui partes ſunt eius communitatis, quaſi veta ſit culpa eorum, vt rectè probat argumentum: poſſe tamen illis imputari ad pęnam in bonis duntaxat fortunæ, quam proportione quadam D ſuſtineant cum reliquis partibus eiuſdem communitatis, quatenus id peccatum verè eſt communitatis, cuius ipſi ſunt partes, nomine ac vice omnium patratum per eos, quibus eſt commiſſum res eius cõmunitatis nomine ac loco totius communitatis agere, vt explanatum eſt.

Ad tertium dicendum eſt, duo illa iura perſpicuè loqui de tota communitate quo ad omnes ſuas partes, atque, vt gloſſæ ibi rectè exponunt, intelliguntur, conſentire non poſſe facilè, quia difficilè poteſt communitas tota congregari ad conſentiendum, & difficile eſt vt, congregata, conſentiat quo ad omnes ſuas partes, etiam ſi de ſolis adultis intelligamus, qui apti ſunt ad conſentiendum, vt concluſione prima fuit explanatum, & eſt omnino impoſ- E ſibile, ſi de partibus vſum rationis non habentibus etiam loquamur, vt ibidem dictum eſt: vnde lex. 2. §. denique. 3. ff. de orig. iuris, loquẽs de adultis populi Romani, qui diuiſi, à rectoribus, plebiſcita conſtituerant, ait, *denique quia difficilè plebs conuenire cępit, populus certè multo difficilius,* vt .ſ. leges plebiſcitave ferret, ac ſe gubernaret. Quare non negant duo illa iura, poſſe cõitatem conſentire per eos, qui illam gubernant, locumque ac vices illius habent, quin potiùs vtrobique, iuncta l. 1. ff. de acqu. poſſ. aſſeritur, poſſe per hos, & per ſuos ſyndicos, aut procuratores, conſentire, & id ſatis eſſe, vt poſſeſſionem cõparet, quatenus communitas eſt. Vnde ad argumẽtum dicendum eſt, quamuis communitas non poſſit conſentire in delictum quoad omnes ſuas partes, ex quibus talis communitas conſtat, niſi admodum rarò, vt concluſione prima oſtenſum eſt; poſſe tamen conſentire quo ad adminiſtratores, qui eam repræſentant, viceſque illius gerunt; idque ſatis eſſe, vt delictum, quod illi commiſerint, etiam innocentibus, qui non conſenſerunt, imputetur, non quidem ad culpam, ſed ad ſolam pœnam in fortunę bonis; vt in reſponſione ad pręcedens argumentum explanatum eſt.

Ad quartum dicendum ſimiliter eſt, aduerſus municipes, totàmve communitatem, non dari actionem de dolo, quaſi quo ad omnes ſuas partes poſſit illud committere: quoniam in municipum (hoc eſt populi) communitate eſt omnino impoſſibile propter eos, qui vſum rationis in ea non habent: poſſe tamen competere aduerſus eos actionem de dolo ratione eorum, qui eam communitatem adminiſtrant, aut certè ratione procuratorum, ſi aliquid ex dolo talium procuratorum ad eam communitatem perueniat, neque illud, petitum ab ea, talis communitas reſtituat, vt ibidem ſubiungitur.

DISPVT. 36.

Vtrùm propter homicidæ minorem ætatem commutanda ſit pœna homicidij ordinaria in mitiorem arbitrariam.

SVMMARIVM.

1 *Minor, ſi infantiæ tempore, hoc eſt vſque ad ſeptenniũ ſuæ ætatis, homicidium aut aliud flagitium committat, nullam incurrit pœnam.*

2 *Minor item infantiæ proximus, maſculus ſcilicet vſque ad decimum annum cum dimidio expletum, fęmina vſque ad nonum annum cum dimidio, ſiue homicidium ſiue flagitium aliud committat, non incurrit pro ea pœnam.*

3 *Si minor pubertati ſit proximus, hoc eſt ſi maſculus decimum annum cum dimidio excedat, & fœmina excedat nonum cum dimidio, tenetur ex delicto homicidij.*

4 *Si talis minor confeſſus fuiſſet ſuum delictum, non ſufficienter aliunde probatum, reſtitui in integrum poteſt aduerſus eam ſuam confeſſionem, etiam iuramento confirmatam, vt ſibi non noceat, ſed reducatur ad ſtatum, ac ſi talem confeſſionem non feciſſet.*

5 *Minor pubertati proximus puniri non poteſt in delictis ſequentibus: Primò, quòd in domo talis impuberis falſa moneta cuditur, ipſo id ſciente nec reuelante. Secundò, ſi crimen ſit carnis, vt adulterium, ſtuprum, & cætera: Tertiò, ſi delictum merè in omittendo conſiſtat, ita tamen, vt ſuſpectus valde non ſit participem fuiſſe delicti.*

6 *Minor pubertati proximus non eſt puniendus pro homicidio pœna mortis ordinaria, ſed alia minori arbitraria: at puberes minores viginti quinque annis puniendi ſunt pro iudicis arbitrio.*

7 *Quando minor deliquit in ætate, in qua puniri non poteſt, poſtea quando ad maiorem ætatem deuenit, puniri nequit pro delicto in illa alia ætate commiſſo.*

Minor, ſi infantiæ tempore, hoc eſt, vſque ad ſeptennium ſuæ ætatis, homicidium aut aliud flagitium committat, nullam incurrit pœnam: idemque eſt de quocunque alio non habente vſum rationis. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. 3. tom. varia. reſolut. cap. 1. nu. 57. 1

Iul.

Iul. Clarus 5. lib. ſentent. §. vlt. quæſt. 60. nume. 2. & A Carrer. in pract. §. 6. de homicid. à num. 1. quã probant. §. infans. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & clemen. ſi furioſus de homic. quæ etiam ab irregularitate ex homicidio hos excuſat. Probat etiam legitima ratio, quoniam hi, dum hos actus obiectiuè malos exercēt vium non habent rationis, liberi ve arbitrij, eaque de cauſa nullam in eis exercendis habent culpam: Vbi autem non eſt culpa, nullum locum habere poteſt pœna.

2 Minor item infantiæ proximus, hoc eſt, ſi ſit maſculus vſque ad decimum annum cum dimidio expletum, & ſi fœmina ſit, vſque ad nonum annum cum dimidio expletum, vt tractatu præcedente diſputat. 224. explanauimus, ſiue homicidium ſiue flagitium aliud committat, non incurrit pro eo pœnam. B Ita Anton. Gomez. & Iulius Clarus vbi ſuprà, & alii doctores, quos citant. Et probant. §. pupillus inſt. de inutil. ſtip. illis verbis: *Nam infans, & infantiæ proximus, nõ multum à furioſo diſtat, quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum*: & multo apertiùs. §. penult. inſtit. de obligat. quæ ex delict. l. pupillum. ff. de regul. iur. l. apud, §. ſi quis non tutor. verſic. denique Iulianus. ff. de dol. mal. except. leg. 21. titu. primo. parte. prima. l. ſexta. in fine titu. quinto. & l. quarta. titu. 19. par. 6. leg. nona. titul. primo. l. tertia. titul. octauo. l. 17. titu. 14. & l. 8. titul. 31. par. 7. Credo tamen, ſi eiuſmodi minor cul pa ſua theologica damnum det, teneri illud reſarcire, eſto pœnam non incurrat, vt tractatu præced. diſput. 697. eſt dictum.

3 Si verò minor pubertati ſit proximus, hoc eſt, ſi maſculus decimum annum cum dimidio excedat, & fœmina excedat nonum cum dimidio, tenetur ex delicto homicidij, & regulariter ex aliis delictis. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gomez. cap. 3. citato. num. 58. Iulius Clarus num. 2. citato, & Grego. Lopez. iuribus huius regni mox citandis, & habetur. l. pupillum. ff. de regul. iur. cuius verba ſunt: *Pupillum, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe furandi, & iniuriæ faciendæ*. l. impuberem. ff. de furtis. §. penult. inſtit. de oblig. quæ ex delict. l. apud. §. ſi quis non tutor. ff. de doli. mal. excep. l. 4. tit. 19. par. 6. l. 9. tit. 1. & l. 8. titul. 31. par. 7. & cap. 1. de delict. puer. Atque iuxta hæc iura intelligenda ſunt. l. impuberem. in princ. ff. ad leg. Corn. de falſ. & l. impunitas. C. de pœn. Neque minor, qui in hac ætate, & multo magis, qui in alia minori deliquerit, reſtituitur in integrum aduerſus delictum, vt pœnam, qua eo eſt dignus, euadat, vt conſtat. l. ſi ex cauſa. §. nunc. & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib. & l. 1. C. ſi aduerſ. delic. atque affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gomez. in calce nu. 58. citati, & Iul. Clar. quæſt. 60. citata. numero 4. Quod Gloſſa conſentaneè ad textũ. l. 1. citata, & Iul. Clar. num. 4. citato, & alij intelligunt, quando delictum dolo eſt commiſſum: ſecùs autem quando ex ſola culpa, vt culpa à dolo diſtinguitur, eſſet commiſsũ: nam tunc reſtitui poſſet, iuxta gloſſam citatam conſentaneè ad eum textum.

4 Multi autem, quos Anton. Gomez. capit. 3. citato. nume. 66. refert, & in quorum ſententiam propendet Gregor. Lopez. leg. quarta. titu. 19. part. 6. aſſeruerunt, ſi minor, de quo loquimur, confeſſus fuiſſet ſuum delictum, non ſufficienter aliunde probatum, reſtitui in integrum poſſe aduerſus eam ſuã confeſſionem, etiam iuramento confirmatam, vt ſibi non noceat, ſed reducatur ad ſtatum, ac ſi talem confeſſionem non feciſſet, refertque in quodam euentu minorem quendam præuia conſultatione reſtitutum fuiſſe. Ipſe verò multis ac validis rationibus probat, aduerſus talem confeſſionem, etiam minoris pubertatis proximi, factam dato ei curatore ad id iudicium, ſine quo acta in iudicio aduerſus quemcunque minorem non valerent, locum nõ habere talem reſtitutionem, niſi probetur, læſum ea confeſſione fuiſſe, quia videlicet, probatur non commiſiſſe id delictum, quod eſt confeſſus; in quo euentu maior etiam reſtitueretur: atque Antonij Gom. ſententiæ ſubſcribit Iul. Clar. nu. 4. citato. Quæ ſententia mihi etiam probatur, modò minor iuridicè interrogatus fuiſſet, ita vt confiteri ſuum delictum teneretur, ſi illud commiſiſſet, quia videlicet erat ſemiplena probatio aduerſus illum, hoc eſt, vnus teſtis omni exceptione maior, aut quæ vni tali teſti æquipollerent. Si enim iuridicè non interrogaretur, quia non erat ſemiplena probatio, ſanè confiteri non tenebatur ſuum delictum, eſto illud commiſiſſet, ac proinde eo ipſo conſtaret, eum ſe læſiſſe ſua confeſſione, concedendaque proinde ei eſſet reſtitutio in integrum aduerſus eam læſionem ſibi ipſi factam indebitè, & maximè concurrente culpa iudicis non iuridicè interrogantis eum minorem. Iura autem & rationes, quibus Ant. Gom. ſuam confirmat ſententiam, non habent locum in hoc euentu: neque credo Antonium Gom. & Iulium Clarum in hoc euentu loqui, ſed potiùs illum excipere.

A doctrina tradita, quòd ſcilicet impubes pubertati proximus puniri poſſit ac debeat pro delictis in 5 ea ætate commiſſis, excipitur primò delictum, quo in domo talis impuberis falſa moneta cuditur, ipſo id ſciente, neque impediente ac manifeſtante: ſi enim ad falſam monetam non cooperetur, propter illud aliud delictum non amittit ſuam domum, vt il lam amitteret, ſi pubes eſſet. Ita habetur l. 1. C. de falſa monet. & l. 9. titu. 7. part. 7. tractatuque præcedente Diſp. 702. eſt dictum.

Secundò excipitur, niſi crimen ſit carnis, vt adulterium, ſtuprum, ſodomia, aut concubitus cum beſtia. Tum quia præſumptio eſt iuris & de iure vſque ad pubertatis annos potentem non eſſe ad id delictum committendum, illudque proinde non commiſiſſe ad effectum, vt puniatur. Tum vel maximè, quia ea de cauſa, & propter imprudentiam in ea ętate, qua expendere nequit malitiam delicti, ad quod fortè aliquis ex complexione nimis propendet, noluit ciuile ius, vt impuberes pro eo delicto punirentur, l. ſi minor. ff. ad leg. Iul. de adult. capit. primo, de delict. puer. & multo apertiùs ex diſpoſitione huius regni, qua propter vtramque rationem à nobis redditam, id expreſsè ſancitum eſt, l. 21. titu. primo, part. prima, l. 9. tit. primo, & l. 2. titu. 21. part. 7. Multi voluerunt, ſi impubes eſſet doli capax, opereque commiſiſſet adulterium, ſtuprum, aut ſodomiam, vel concubitum cum beſtia, puniendum eſſe pœna mitiori arbitraria, & in eorum ſententiam propendet Gregor. Lopez iuribus citatis, etiam de iure huius regni, ex ponereque conatur leges huius regni relatas, quæ apertè, quod dictum eſt, diſponunt. Meritò tamen Anton. Gom. cap. 3. citato, nu. 60. contrarium affirmat, refertque liberaſſe in hoc regno puerum impuberem, qui deprehenſus fuerat cum beſtia concubuiſſe, iudici oſtendendo iura aperta huius regni citata, ſtando autem in ſolo iure communi, non eſt improbabile, talem impuberem puniri poſſe pœna arbitraria pro carnis delicto opere conſummato. Quod verò attinet ad iudicandum matrimonium eſſe celebratum ac conſummatum, & ad cogēdum impuberem dotare virginem, aut eam ducere vxorem, quam conſtaret ſtupraſſe, rectè Anton. Gom. vbi ſuprà ait, locum habere malitiam in impubere ſupplere ætatem: ſecùs verò, vt propter id crimen puniatur. Eodem etiam modo, ſi pubes, aut maior viginti quinque annis, vi ſtupraſſet virginem impuberem, tunc, ęam virginem eſſe impuberem, non excuſa-

cuſaret ſtuprantem à pœna: quin potiùs, vt ea circumſtantia culpam ſtuprantis augeret, ſic etiam augere debet pœnam.

Item à doctrina tradita in impubere pubertati proximo excipitur, ſi delictum merè in omittendo conſiſtat, ita tamen vt ſuſpectus valde non ſit participem fuiſſe delicti. Ita cum Dino, Bart. & alii, quos citant, Iul. Clar. q. 60. citata. nu. 3. Ant. Gom. vbi ſupra. nu. 59. & Greg. Lopez l. 4. titu. 19. part. 6. & l. 9. titu. 1. part. 7. iuxta l. 1. §. impuberes, & l. excipiuntur, ff. ad ſenat. conſult. Syll. quæ iura manifeſtè de ſolis impuberibus loquuntur, contrariumque innuere videntur locum in eo delicto habere in puberibus, de ſoliſque impuberibus loquuntur Iulius Clarus & Gregorius Lopez. Ant. verò Gom. id extendere vult ad quoſcunque minores viginti quinque annis ductus, l. 2. C. ſi aduerſ. delict. Vbi, quamuis mater, quæ tutorem filiis non petiit, priuetur ab illorum ſucceſſione, id tamen intelligitur, quando ea mater decimum quintum annum ſuæ ætatis excedebat: ſecùs verò quando erat minor: itemque l. minoribus. Cod. de his quibus, vt indig. Vbi quamuis hæres, qui mortem interfecti non vindicauit, priuetur ſucceſſione in bonis illius, ſi tamen erat minor, ea ſucceſſione non priuatur. Exiſtimo tamen id ſolùm habere locum in illis euentibus à iure expreſſis: ſecùs autem in euentibus à iure non expreſſis.

6 Hactenus explicauimus, qui minores puniri ob delicta poſſint, qui non item. Nunc id, quod in titulo huius Diſputationis eſt propoſitum, eſt explanandum. Et quidem minores pubertati proximos non eſſe puniendos pro homicidio pœna ordinaria mortis, ſed alia longè minori arbitraria, in cæteriſque delictis minuendum multum illis eſſe de pœna ordinaria, tam corporali, quàm pecuniaria, conſentiunt doctores communiter, quos referunt Anton. Gom. cap. 3. citato, nume. 62. & 63. & Iul. Clar. quæſt. 60. citata. nu. 3. qui addit, pro nullo delicto eſſe eis imponendam mortis pœnam. Atque id probant. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. illis verbis; *Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit;* quod longè maiorem locum habet in impuberibus, quàm in aliis minoribus puberibus idem apertiùs de impuberibus probant. cap. 1. & 2. de delict. puero. l. 4. titu. 19. part. 6. l. 9. titu. 1. & l. 8. titu. 31. part. 7. Quod verò attinet ad puberes minores viginti quinque annis, eſt dubium, num minui eis pœna debeat, neque puniendi ſint pœna ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria. Et num, ſi Iudex eam illis non minuat, teneatur poſtea in Syndicatu. Anton. Gom. rem diſputat num. 63. citato. Atque ſtando in iure communi, refert opinionem Alber. Bal. & quorundam aliorum, aſſerentium, eſſe quidem in iudicis arbitrio illam minuere, vt ex verbis illis, ex l. auxilium, §. in delictis, ff. de mino. paulo antea relatis, conſtat, non tamen ad id teneri, eaque de cauſa, non teneri in Syndicatu, eſto illam non minuat. Contrarium verò affirmat Anton. Gom. ſtando in iure communi. Dictum eſt, ſtando in iure communi: quoniam de iure huius regni, vt conſtat. l. 8. titu. 31. part. ſeptima. Si is, qui deliquit, non excedebat decimum ſeptimum ſuæ ætatis annum, neceſſariò eſt illi minuenda pœna: eaque de cauſa, ſi Iudex illam non minuit, tenebitur in Syndicatu. Vltra eam verò ætatem poteſt quidem iudex in hoc regno eam minuere, ſi expedire iudicauerit attenta qualitate delicti, & circunſtantiis concurrentibus, & Anton. Gom. conſulit, vt ſemper minuatur; non tamen ad id tenetur. Couarr. in clement. ſi furioſus. part. tertia in initio in calce, numero quinto, ſimpliciter aſſerit, minorem puniendum non eſſe pœna ordinaria. Vidi in hac Concheſi ciuitate anno præterito milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, cùm iuuenis quidam comprehenſus fuiſſet ob grauiſſimum delictum, atque diceretur minorem eſſe, datum quidem illi fuiſſe curatorem in eo iudicio, attamē punitum fuiſſe pœna ordinaria mortis qualificatæ, vt delictum poſtulabat. In Luſitania verò, cum in ciuitate pace Iulia damnatus quidam iuuenis fuiſſet ad mortem ob furta, illumque diſpoſuiſſem ad mortem Chriſtianè ſuſcipiendam, iamque egredi carcerem vellemus, vt ſententia exequutioni mandaretur, protulit ille exceptiones aduerſus ſententiæ exequutionem, quarum vna continebat, tempore, quo probabatur commiſiſſe delictum, minorem viginti quinque annis fuiſſe; & cùm ex aſpectu id admodum veriſimile iudicaretur, accedente ſenatore quodam, qui cum alijs ſententiam tulerat, ad illum intuendum, admiſſa illi fuit ea exceptio, nec tunc ſententia fuit mādata exequutioni, donec examinaretur, num ea exceptio vera eſſet, an falſa, vt ſi vera eſſet, pœna illa mortis cōmutaretur in pœnam mitiorem triremium. Cum verò ex libro baptiſmi deprehenſum poſtea fuerit, illū tempore commiſſi delicti maiorem fuiſſe, poſt dies aliquot eadem mortis ſententia exequutioni fuit mādata. Ex hac autem hiſtoria conſtat, in Luſitania ſeruari, vt minores vigintiquinque annis non puniātur pœna delicti ordinaria. Stando autem in iure cōmuni, dicerem in hoc ſenſu iudicis arbitrio relinqui, minuere pœnam minoribus viginti quinque annis, vt ſi irrationabile prorſus iudicetur eam nō minui, attenta tenera ætate delinquentis, vt quindecim aut ſedecim annorum, ſpectatiſque alijs circunſtantijs concurrentibus, puniri ea de cauſa iudex debeat in Syndicatu. Vltra eam verò ætatem integrum illi relictum ſit, vel minuere pœnam, vel eam non minuere, pro vt rationabile iudicauerit, attenta qualitate delicti, & attentis cæteris circunſtantijs concurrentibus.

Quando minor deliquit in ætate, in quà puniri non poteſt, poſtea quando ad maiorem ætatem deuenit, puniri nequit pro delicto in illa alia ætate cōmiſſo, vt eſt notiſſimum. 7 Item quando deliquit in ætate, in qua pro eo delicto puniendus non erat pœna ordinaria, nec poſtquam deuenit ad maiorē ætatem, vigeſimumque quintum annum eſt egreſſus, poteſt puniri acerbiori pœna, ſed alia dumtaxat, qua puniendus fuiſſet tempore commiſſi delicti. Ita Couar. in calce. nume. 5. citati, Carrer. in pract. §. 6. de homic. num. 8. Iul. Clar. quæſt. 60. citata. nu. 5. cum pleriſque alijs, quos citant, neque id vllam continet difficultatem.

DISPVT. 37.

Senex ſi occidat, aut aliud delictum committat, an ob ætatem à pœna ordinaria excuſetur. Et quid de muto & ſurdo à natiuitate. Et de interficiente ludo lapidum, aut alio periculoſo.

SVMMARIVM.

1 *Si ſenex commiſit delictum, pro quo mortis pœna eſt imponenda, ſenectus non eſt in cauſa, vt minui ei pœna debeat: nec etiam quando delictum commiſſum non eſt puniendum pœna mortis, minuendum eſt ſeni de pœna pecuniaria ob circunſtantiam ſenectutis.*

2 *Quando ſenex puniēdus eſt pœna corporali infra mortē, tūc ſi ex pœna, qua alioquin puniēdus eſſet. pericli*

taretur

taretur vita ſenis, aut debilitaretur, minuendum eſt de pæna.

3 *Surdus & mutus à natiuitate puniendus eſt pæna delicti ordinaria: ſi iudicio polleat, ſitq́, legitimæ ætatis: non tamen poteſt torqueri.*

4 *Si ludus ſit perniciofus, vt haſtiludium, iaculatio arũdinum, torneamentum, ludus pilæ, &c. nihilque fiat dolo animo interficiendi aut vulnerandi, neque tranſgreſſio vlla fiat eorum, quæ in eo ludo permittũtur, tunc vulnerans aut interficiens ad nullam pænam tenetur.*

5 *Quando ludus non eſt omnino permiſſus, tunc ſi inde ſequatur læſio, & deinde mors, talis homicida non punitur pæna homicidij ordinaria, niſi ſub eo quaſi velamine mors interfecti comperiatur doloſè intenta.*

1 OB ſenectutem verò rectè Ant. Gomez. 3. tom. var. reſ. c. 3. num. 68. diſtinguit. Q̃d aut delictum, quod ſenex committit, eſt tale, pro quo mortis pæna eſt imponenda, & tunc ſenectus non eſt in cauſa, vt minui ei pæna debeat. Ratio autem eſt, quoniam tanta pæna eſt dignus propter id delictum, quanta iuuenis. Et quoniam minor eſt in eo ea pæna, quàm in iuuene: eo quòd per mortem minùs vitæ, quo ad durationem, ab eo auferatur, quàm auferatur à iuuene: & quia quo plus vigoris eſt in iuuene, quàm in ſene, eo plus doloris & afflictionis neceſſe ſit inferri iuueni, quã ſeni, inferendo vtrique in pænam idem genus mortis pro delicto ſtatutum. Loquimur autem in hoc, & in ſequentibus aſſertis, de ſene, qui non ſit adeò decrepitus, vt vſu rationis careat, vt regulariter ſenex vſu rationis carere non ſoleat. Si enim vſu rationis careret ſenex, qui homicidium aut aliud delictum commiſit, conſtat nulla pæna eſſe tunc illum puniẽdum: ſi item dubium aliquod eſſet, nũm omnino tẽpore commiſſi delicti compos ſui fuerit, puniri iuſtè non poſſet pæna ordinaria pro eo delicto ſtatuta. Cùm autem plus prudentiæ eſſe ſoleat in ſenibus, quàm in iuuenibus, pluſque ſenes, quàm iuuenes, teneantur bonum exemplum aliis præbere, maiori ſanè pæna digni ſunt ſenes, quàm iuuenes, pro eodem delicto ab vtriſque commiſſo, ſi cætera paria ſint.

2 Quando verò delictum, quod ſenex committit, non eſt puniendum pæna mortis, tunc, ſi puniendũ ſit pecuniaria pæna, ſatis perſpicuum eſt, minuendum non eſſe ſeni de pæna pecuniaria ob circunſtãtiam ſenectutis. Quoniam, vt proximè dictum eſt, circunſtantia ſenectutis non minuit, ſed potiùs aggrauat in ſene culpam delicti: & quoniam æqualis pæna pecuniaria non eſt grauior pæna in ſene, quã in iuuene, ex ſola ſenectutis circunſtantia. Conſentit. l. 1. ff. de iur. immunit. illis verbis; *maximè ſi non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniæ erogationem.*

Quando verò puniendus eſt ſenex pæna corporali infra mortem, aut eſt torquendus, tunc, ſi ex pæna, aut ex tortura, qua alioquin puniendus eſſet, aut torquendus, periclitaretur vita ſenis, aut longè maius detrimentum ſubire deberet propter ætatẽ, aut debilitationem, minuendum eſt ei de pæna, aut de tormentis, ita vt vita illius non periclitetur, neque maius id detrimentum ſubeat: id quòd ſimiliter eſt faciendum in quocunque alio ex quacũque alia cauſa debili. Imò verò etiam in pæna exilii, ſi tanta pæna iudicatur in ſene, aut in aliter debili, exilium in maiorem diſtantiam, ad æqualitatem reduci debet pæna in vtroque, detrahendo de diſtantia aut aſperitate loci in ſene, aut in aliter debili, ita vt pænæ ad æqualitatem, ex ea circunſtantia debilitatis, prudentis arbitrio reducantur. Quando autem nõ eſſet cur

A ſeni minueretur de pæna corporali, aut non facilè minui poſſet, vt ſi dignus eſſet pæna centum flagellorum publicorum, neque haberet cauſam ſufficientem, cur illi infligi non deberent, imponenda illi eſſet ea pæna, eſto laborioſior illi eſſet, quàm iuueni, pluſque aliquantulum eum debilitaret, quàm iuuenem. Atque iuxta hanc noſtram explanationem reduci ad concordiam poſſunt Anton. Gom. vbi ſuprà Greg. Lopez. l. 8. tit. 31. part. 7. verb. *al vieio.* & Iulius Clarus. lib. 5. ſent. §. vlt. quæſt. 60. num. 6. & doctores, quos citant, qui ad inuicem diſcordes videntur. Quòd in euentibus in hoc tertio noſtro aſſerto explanatis minui pæna debeat ſeni, probant. l. 2. ff. de termino moto, illis verbis, *poſſunt in tempus, vt cuiuſque patiatur ætas, relegari, id eſt, ſi iunior in lon*

B *gius, ſi ſenior, reſciſſius,* hoc eſt, breuius reſcindendo aliquid de longitudine temporis exilij. l. aut facta. §. perſona, ibi: *In eius rei conſideratione ætatis quoque ratio habeatur,* & l. 8. tit. 31. p. 7.

Quod ad mutum ac ſurdum à natiuitate attinet, dicendum eſt cum Ant. Gom. c. 3. citato. nu. 69. & cum alijs, quos citat. Puniendum eum eſſe pæna delicti ordinaria, ſi iudicio polleat, ſitque legitimæ ætatis. Non tamen poſſe condemnari ex ſua confeſſione (ſaltem pæna delicti ordinaria) quæ certa eſſe nõ poteſt, ſed ſolùm ex legitima aduerſus eum probatione delicti. Et quamuis nutibus ac ſignis interrogari poſſit ad veritatem indagandam, non tamen poſſe torqueri: eo quòd certam non poſſit promere confeſſionem. Quòd autem puniri poſſit pæna de- 3

C licti ordinaria, probat Ant. Gom. Quoniam nullibi in iure inuenitur quo ad hoc exceptus. Et quoniam valent contractus per eum celebrati, qui verbis non perficiuntur, ſed ſolo cõſenſu exteriùs expreſſo, aut etiam facto, & ad alios pleroſque actus validè efficiendos admittitur. Obſerua tamen, ſi delictũ eſſet ſolùm contra ius poſitiuum, neque conſtaret, eum conſcium eſſe eius iuris ac pænæ pro eo delicto ſtatutæ, credo puniri non poſſet: quoniam conſtare nõ poſſet, culpabiliter eum id ius eſſe tranſgreſſum.

Quod ad tertium, in titulo propoſitum, attinet, 4
eſt diſtinguendum. Quoniam ſi ludus omnino ſit pernicioſus, vt haſtiludium, iaculatio arundinum, imò & torneamentum publicè permiſſu poteſtatũ publicarum, atque lucta, ludus pilæ, & ſimiles ludi,

D nihilque fiat dolo animo interficiendi, aut vulnerandi, neque tranſgreſſio vlla fiat eorum, quæ in eo ludo permittuntur, tunc vulnerans, aut interficiens, ad nullam pęnam tenetur. Ita cum Bal. & alijs quos citant Greg. Lopez. l. 5. verb. *como en manera de iuego.* tit. 8. p. 7. & Couar. clement. ſi furioſus. pa. 2. §. 4. num. 8. conſentitq; l. ex plagis. §. vlt. ff. ad leg. Aqui. Vbi cum multi ad pilam luderent, & inter eos luderet mancipium cuiuſdam, vnuſq; colludentium impelleret mancipium, ne pilã reciperet, atq; ex eo impulſu mancipium ceciderit, ac crus fregerit, ſtatuitur, qui illud impulit, ad nihil teneri domino mancipii, quia vſus eſt iure ſuo, iuxta leges eius ludi, illud ita impellendo, caſuque potiùs id damnum euenit,

E q̃ culpa impellentis. Videbatur. n. ille ludus ſimilis ei, quo Salmãticę meo tpe ſcholaſtici, diuiſi in duas turmas, pila in agro ludebant, retibus quibuſdã inſertis in circulo ligneo, quem manu ex haſta tenebant, eoque pilam proijciebant, quouſq; illã includerent per duas haſtas ſolo infixas. Cum. n. duæ haſtæ ſolo infixæ eſſent ex vna parte, & totidem ęquè diſtantes inter ſe ex altera, vnaq; turma defenderet, ne pila mitteretur ab aduerſariis per haſtas, quę erãt ex parte ipſius, & conaretur illã mittere per haſtas aduerſariorũ: contra verò altera turma defenderet, ne pila mitteretur per haſtas, quæ erant ex parte ipſius, & conaretur illã mittere per haſtas aduerſariorum, quæ turma id priùs obtinebat, lucrabatur ſponſionem.

ſionem. Lex verò erat, vt vnuſquiſque impulſu ac lucta prohibere poſſet aduerſarium, ne pilam ſuo inſtrumento arriperet ac proijceret, paſſimque mutuò ex eis impulſibus ac lucta vnus proijciebat aliũ ex aduerſarijs in terram. Ludus autem *del bel orto* nuncupabatur. In eo itaque ludo, ſi quod damnum eiecto ex ea proiectione eueniret, dummodo proijciens leges ludi non eſſet tranſgreſſus, eſto id damnum eſſet percuſſio, aut mors inde vlteriùs ſequuta, vel eſſent ſumptus in vulnere curando, ad nihil proijciens illi teneretur, neque ciuiliter, neque criminaliter: quia proijciens vſus in eo fuiſſet ſuo iure iuxta leges eius ludi, neque proinde id illi ad vllam culpam imputaretur. Atque id eſt, quod definit, §. ille citatus, confirmatque apertè noſtram ſententiam: quæ multo apertiùs patet ex ijs, quæ tractatu præcedente diſputat. 697. à §. quando ludus, copioſè à nobis ſunt dicta. Quo loco idem eſſe oſtendimus de damno alicui tertio eis ludis periculoſis ſequuto, præter culpam ita ludentium, vel caſu fortuito, vel quòd is, qui id damnnm accepit, non ſe ſufficienter protexerit, ac in tuto collocauerit, ne id damnum acciperet.

5 Quando autem ludus non eſt omnino permiſſus, vt quando pueri & adoleſcentes, diuiſi in duas turmas, pugnant lapidibus manu, aut funda, in aduerſarios iaciendo recreationis gratia, atque ad gloriam victoriæ comparandam: aut quando tempore niuis, pilis ex niue confectis inuicem pugnant, aut trãſeuntes recreationis gratia inuitos percutiunt; vel quando tempore carnis priuij malis medicis, vbi illa ſunt multa, inuicem pugnant, aut tranſeuntes ſimiliter inuitos percutiunt: tunc, ſi inde ſequatur læſio, & vlteriùs mors, talis homicida non punitur pœna homicidij ordinaria, niſi ſub eo quaſi velamine mors interfecti comperiatur doloſè intenta. Ita Carrer. in practica. §. homicid. 6. nu. 354. & 355. cum quibuſdam gloſſis, & cum communi doctorum ſententia, quam referet, conſentiunt l. 4. verſ. cum quidam per laſciuiam. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. 5. tit. 8. part. 7. quæ duo iura in ſimilibus euentibus taxant pœnam relegationis in quinquennium in inſulam aliquam. Ratio autem cur in his euentibus imponenda non ſit pœna homicidij ordinaria eſt, non ſolum quia eiuſmodi interfectores vt plurimum ſunt minores, ſed etiam ac multo magis, quoniam id homicidium eſt à caſu ac præter intentionem. Et quidem quando factum eſt, pugnantibus mutuo conſenſu lapidibus, pilis niuis, aut malis medicis, vel alijs ſimilibus rebus, fortaſſe neque in conſcientiæ foro, neque in exteriori, percuſſor eo modo, aut interfector, tenetur ad damna ſubſequuta, ſi limitum eius ludi facta non fuit tranſgreſſio. Etenim, quamuis in eo ludo peccatum interueniat contra quintum decalogi præceptum, interdum lethale, ſi cum periculo fiat notabilis læſionis, & multo magis ſi cum mortis periculo fiat, vt quando lapidibus periculoſè luditur: mutuus tamen conſenſus ita pugnantium, ſe ſeque inuicem mutuò exponentium ei periculo, vt aduerſarij eidem periculo recreationis & victoriæ gratia ſeſe etiam exponant, videtur facere percutientes immunes ab onere reſtituendi damnum ſequutum. Licèt enim, cùm domini non ſint propriæ vitæ, ac membrorum, non poſſint facere alijs copiam ipſos percutiendi, vt alij ſimilem copiam ipſis faciant, eaque ratione, & contra propriam caritatem, & quodammodo contra iuſtitiam Dei comparatione efficiant, ſe ipſos periculo mortis ac læſionis corporalis ſine iuſta cauſa exponendo, & peccent ſimiliter contra caritatem proximi, & contra iuſtitiam ſuo modo Dei comparatione intendendo alios ita percutere, eaque de cauſa id peccatum ſit contra quintum deca-

A logi præceptum, nihil impediente eo mutuo conſenſu ita pugnantium ad victoriam ac gloriam recreationis gratia: nihilominus condonare ſibi inuicem potuerunt eo contractu oneroſo, inter eos æquali, reſtitutionem damnorum, ſi quæ inde ſequerentur: ſicut condonare poſſunt eadem damna ſibi reſtituenda, poſtquam ipſis illata fuiſſent nullo præſcio tali conſenſu ac contractu oneroſo. Quatenus verò id delictum eſt contra quintum præceptum decalogi, modo explicato, atque in detrimentum reipublicæ, vt Diſputat. prima, fuit explanatum, homicida eo modo, aut percuſſor, puniri poterit, ac debebit, à publicis poteſtatibus moderata pœna propter id delictum: eo quòd ludus ille non omnino permittatur, neque approbetur à re-

B publica. Atque accreſcere poteſtates publicæ poterunt ac debebunt in ea pœna, ſi præceſſit earum expreſſa inhibitio, ne ita luderetur, vt ſæpe inhiberi ſolet, quando ex eo ludo damna timentur. Atque idem dicendum eſt, quando præceſſit inhibitio, ne tranſeuntes, aut alij, inuiti percuterentur pilis niuis, aut malis medicis, ſi ex tali percuſſione læſio aut mors ſequatur. Qui autem modo explicato interficeret, aut mutilaret, vtique cùm dando operam rei illicitæ, aptæ vt inde is effectus malus ſequeretur, eſſet re ipſa ſequutus, irregularitatem incurreret ex homicidio, aut mutilatione, caſualibus. Quamuis, qui interficeret, lapides ita in aliquem, aut in aliquos, proijciendo ex intentione, vt ſi ex ira & odio ſimiliter eos proiiceret, ſe-

C quereturque inde mors, homicidium cenſeretur voluntarium, iuxta ea quæ diſputat. tertia, ſunt explanata, cenſendus proculdubio eſſet contraxiſſe irregularitatem ex homicidio voluntario: tametſi non adeò indignam diſpenſatione, ac ſi ex ira & odio, animoque interficiendi, eadem mors eſſet ſubſequuta. Quando autem ex proiectione pilarum niuis aut malorum medicorum, in inuitos læſio in corpore, mors, aut aliud damnum eſſet ſequutum, tunc in conſcientiæ atque in exteriori foro eſſet obligatio illud reſarciendi. Item, qui illud ita efficeret, puniendus eſſet, non quidem pœna homicidii, aut alterius delicti, quod interueniret, ordinaria, ſed extraordinaria ac arbitraria attentis circunſtantiis omnibus concurrentibus; eo

D tamen maiori, quam quando mutuo conſenſu eſſet illatum, quòd id damnum inuito, ac proinde contra iuſtitiam, illius comparatione eſſet illatum. Quæ item de irregularitate paulo antea dicta ſunt, multo magis habent locum in hoc euentu, ſi ex tali ludo in inuitum exercito mors aut mutilatio ſit ſequuta.

DISPVT. 38.

Si furioſus, ſeu amens, ebrius, aut dormiens, aliquem interficiant, num puniri E pœna ordinaria debeant. Et quid de prodigo interficiente.

SVMMARIVM.

1 *Amens, & furioſus, ſi dum iudicio carebat aliquem interfecerit, nulla omnino pœna neque ordinaria neque extraordinaria ob id puniendus eſt.*

2 *Is, de quo non conſtat antea fuiſſe amentem, præſumitur ſanæ mentis: quando verò conſtat antea amentem fuiſſe, talis præſumitur tempore delicti fuiſſe, excipe, ſi ante delictum conſtat poſt antecedentem amentiam fuiſſe ſanæ mentis.*

Licèt

3 Licet committenti delictum tempore amentiæ nefas ſit infligere pænam, quæ pænæ rationem haberet, poteſt tamen ei imponi, ac debet pæna impropriè dicta, quæ tamen nec mors ſit nec mutilatio. A

4 Si aliquis ſanæ mẽtis commiſit homicidium aut aliud delictum, pro quo pœna eſt dignus, atque in amentiam incidat, antequam ea pæna executioni mandetur, ceſſandum eſt ab executione ſententiæ, niſi priùs reſipiſcat: at pæna pecuniaria executioni mandari poteſt, etiamſi reus deſipiat.

5 Si quis ſe inebriauit, vt ebrius interficeret, ſecutaque ex ebrietate ſit interfectio, tunc puniendus eſt pæna homicidij ordinaria.

6 Si quis ſine ſua culpa in ebrietatem incidit, ex eaque ſit ſecutum homicidium, tunc ob ebrietatem neq; ob homicidium vlla pæna dignus eſt. B

7 Quando aliquis expertus ſe in ebrietate ſolere interficere ſe culpabiliter inebriauit, puniendus eſt pœna homicidij arbitraria.

8 Quando quis ſe culpabiliter inebriauit, tamen nõdum expertus ſe ebrietate efficere periculoſum aliquid ad homicidium, tunc ſi aliquem interficiat, non eſt puniendus ne pæna quidem homicidij extraordinaria.

9 Refellitur quod in contrarium obijci poſſet.

10 Si is qui dormit expertus non erat, dormiendo ſe exponere periculo interficiendi, atque dormiendo interficiat aut aliud dãnum inferat, quia fertur aliquos ſurgere in ſomnis de lecto, & ſtringere enſem, tunc talis pæna nulla eſt dignus. Si verò expertus erat ſe dormiendo efficere aliqua periculoſa, neque adhibuit C *cautelam, tunc ſecuto homicidio, tenetur pęna extraordinaria, pro culpæ quantitate.*

11 Prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio eſt interdicta, ſi homicidium doloſè committat, aut in aliud crimen incidat, punitur pæna ordinaria eius delicti.

1 QVod ad furioſum, ſeu amentem, attinet, qui dum iudicio rationis carebat, aliquẽ interfecit, aut aliud delictum commiſit, cum præſumendum non ſit, ſua culpa rationis iudicium amiſiſſe, aut, eſto ſua culpa illud amiſerit, cum præſumendum non ſit, intendendo id delictum committere dum amens eſſet, aut attendendo, vel attendere debendo, ſe exponere periculo id D delictum in amentia committẽdi, ſua culpa iudiciũ rationis amiſiſſe, ſanè abſolutè ac ſimpliciter eſt dicendum, amentem, qui, dum iudicio rationis carebat, aliquem interfecit, aut aliud delictum cõmiſit, nulla omnino pæna, neque ordinaria, neque extraordinaria, ob id delictum eſſe puniendum. Quoniam ſine iudicio rationis, vt culpa nullum locum habere poteſt, ſic neque pæna. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. clement. ſi furioſus. par. 3. in initio. num. 1. Carrer. in pract. §. homicidium. 6. num. 13. Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. n. 70. & Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 60. num. 7. eamque probant. l. infans. ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. diuus Marcus. ff. de offic. præſ. l. ſed etſi. §. igitur. ff. E ad leg. Aquil. l. penul. §. vlt. ff. ad leg. Pomp. de parric. l. 3. §. 1. ff. de iniur. c. illud, & alijs eius quæſtionis. 15. q. 1. clement. ſi furioſus, vbi ea de cauſa ab irregularitate ex homicidio & mutilatione is excuſatur, & alijs iuribus. Si tamen amens lucida haberet interualla, temporeque lucidi interualli deliquiſſet, tunc ob id delictum puniri poſſet, etiam pæna ordiria, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & colligitur ex. l. diuus Marcus. ff. de officio præſ. & ex alijs iuribus, affirmatque Ant. Gom. num. 70. cit.

2 Quilibet, de quo non conſtat antea fuiſſe amentẽ, præſumitur ſanæ mentis, vt colligitur ex. c. vl. de ſucceſſionibus ab inteſt. & ex alijs iuribus, reſque ex ſe

A liquet: quoniam talis vnuſquiſq; præſumitur, qualis eſt ſuapte natura, & quales regulariter ſunt alij homines, niſi contrarium probetur, & conſentit communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. cap. 1. citato in calce. n. 71. refert ac ſequitur. Quando autẽ conſtat aliquem antea amentem fuiſſe, talis præſumitur tempore delicti, niſi contrarium probetur: eaque de cauſa ad actorem tunc, aut ad iudicem ex ſuo officio procedentem, probare ſpectat, delinquẽtem ſanę mẽtis fuiſſe tempore commiſſi delicti. Ita cum gloſſa penul. c. indicas, conſentaneè ad textum ibi. 3. q. 9. cum gloſſa. c. vlt. verb. compotem de ſucceſ. ab inteſt. communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. c. 1. citato, nu. 71. & Carre. §. 6. citato, num. 18. Excipe, ſi ante delictũ B conſtat, poſt antecedentem amentiam fuiſſe ſanæ mentis: quoniam tunc talis præſumitur tempore delicti, qualis erat immediatè antea, nihil impediente amentia anterioris alterius temporis: quare tunc ad reum ſpectaret probare tempore delicti fuiſſe amentem. Circa probationem autem, an tẽpore alicuius actus fuerit amens, qui illum exercuit, aut non, lege, inter alios, Couar. in Epit. in 4. decret. par. 2. cap. 2. num. 5. 6. & 7. Semper autem iudex debet eſſe cautus, vt videat, num amentia fingatur, fictave fuerit, idque ex indicijs ac coniecturis expendere debet, ne propter amentiam fictam excuſet delinquentem à culpa, aut à pæna exequutioni mandanda propter amẽtiam fictam poſt culpam commiſſam, iuxta ea, quæ ſubiungemus: atque id eſt, quod admonetur. l. C diuus Marcus citata, & propter quod lata eo modo fuit deciſio eius textus, vt Couar. cleme. ſi furioſus. par. 3. in initio in calce num. 2. adnotauit.

Illud obſerua, quamuis committenti delictum tẽpore amentiæ nefas ſit infligere pænam, quæ pænæ rationem habeat, vt dictum eſt: eo quòd tunc, vt nulla in eo fuit culpa, neque illud fuit delictum formaliter comparatione talis amentis, ſed ſolùm materialiter; & vbi nulla eſt culpa, locum habere nõ poſſit pæna propriè dicta: nihilominus imponi ei põt, ac debet, exequutionique in eo mandari, pæna impropriè dicta, quæ tamen nec mors ſit, nec mutilatio, illumque affligat, & coerceat, ne tale quid in poſterum committat, ſitque velut medicina comparatione illius, quæ illum contineat à ſimili flagitio pa- 3 D trando. Conſtat enim amentes, & pueros, ante perfectum rationis vſum, plus pæna, timoreque illius, contineri, quàm iumenta: prudenter autem iumenta, quando ſiniſtrum aliquod committunt; fuſte, aut flagello, acriter percutiuntur, ne id iterum efficiant, ſicque continentur, ac aſſuefiunt, ne ſiniſtra efficiãt, pareantque ijs, à quibus ducuntur; & ſic videmus amentes fuſte, ac flagello, in domibus ad id deputatis, coerceri, ac contineri, ne ſiniſtra efficiant, & cogi vt pareant, eaque efficiant, quę ipſis vtilia ſunt, eaque ratione conſueuit dici; *El loco por la pena es cuerdo*: ꝙ ſi in amentibus impunita, mõ explicato, delicta relinquerentur, paſſim illa eadem in aliorũ in ſuũq; detrimentũ, ac maiora, committerent. Eo aũt E pæna maior ac acerbior amentibus pro delictis imponi poſſet, ac deberet, quo plus dubitaretur, an verè amentes eſſent, & quo plus accederent ad plenũ iudiciũ rõnis. Sicut. n. pueri non oẽs æquè diſtant à perfecto rõnis vſu: ſic & amentes non omnes æquè diſtant à perfecto vſu rationis. Noui ego Salmanticæ anno 1551. quendam nobili loco natum, qui in ſcholis atq; in ciuitate cum omnibus cõuerſabatur, & quamuis reputaretur non habere plenum rationis vſum, parum ſanè à perfecto vſu rationis diſtabat, vt ex verbis & ex actibus illius conſtabat. Is ſubitò quadã die in ſcholis aggreſſus eſt quendã ſcholaſticum, à quo neſcio quam offenſam acceperat, acriterque ſica eum vulnerauit, & continuo fugit in

templum maximum, in turrimque eius templi conſcendit. Illi ſanè acrior corporalis pœna pro eo delicto fuit infligenda, infra mortem ac mutilationem, quã ſi longè magis eſſet amens, pluſq; diſtaret à perfecto uſu rationis. Dixi, infra mortem ac mutilationem: quoniam cum Deus, & non reſpublica, dominium vitæ ac membrorum habeat, vt Diſput. 1. eſt oſtenſum, hæc ſanè auferri abſque culpa ad id ſufficiente à republica, poteſtatibus ve publicis, non poſſunt, eaque abſque culpa auferre, contra quintum eſſet decalogi præceptum. Quare neque in dubio, an delinquens tempore commiſſi delicti amẽs eſſet auferri ab eo iuſtè ac licitè ea poſſunt. Vnde non probo, quod Ant. Gom. vbi ſup. nu. 72. & Iul. Clar. nume. 7. citato referunt, iuſſu catholicæ Reginæ Eliſabethæ fuiſſe quondam in hoc regno factum, furca videlicet fuiſſe necatum quendam amentem, qui vulnus marito ipſius Regi Ferdinando inflixerat. Et quamuis non dubitem conſilio peritorum Reginam id iuſſiſſe; fortaſſe in eo, & in ſimilibus alijs euentibus, locum habuit, quod neptis illius Regina Catharina, coniux Ioannis tertij Luſitaniæ Regis, retulit eandem Eliſabetham aliquando dixiſſe, ſe ſcilicet nunquam conſuluiſſe medicum, iuris peritum, nec theologum, qui ei non reſpondiſſet, quod ipſa fieri optabat. Adeò ſumus omnes propenſi ad Regibus ac potentibus placendum in omnibus.

Dubium autem eſt. Num, ſi aliquis ſanè mentis
4 commiſit homicidium, aut aliud delictum, pro quo pœna eſt dignus, atque in amentiam incidat antequam ea pœna exequutioni mãdetur, ceſſandum ea de cauſa ſit ab illa exequutioni mandanda interim dum amentia perſeuerat, ita vt, ſi nunquam ad perfectum rationis iudicium redeat, nunquam ille ſit puniendus. Communis doctorum ſententia cũ Baldo, quam referunt ac ſequuntur Anto. Gom. nume. 72. citato, Iul. Clar. num. 7. citato, Carrer. §. 6. citato, nu. 14. & 15. & Couar. num. 2. citato, in effectu vult, ſi proceſſus non ſit formatus, lataque nõ ſit ſententia aduerſus ita delinquẽtem antequam in amentiam incidat, tunc non poſſe cõtra eum ferri ſententiam, neque per conſequens poſſe pœnam mandari exequutioni, niſi prius reſipiſcat, iuxta l. 2. §. furioſus. ff. de iure codic. & l. vbi non uoce. §. vlt. ff. de regul. iur. quibus in iuribus habetur, furioſum haberi pro abſente acquieſcente: & cum in eo locum non habeat contumacia, habetur pro abſente non contumaci, qui interim dum ſine contumacia abeſt, damnari non poteſt; qua de cauſa. l. furioſo. ff. de re iudicata, in hunc modum eſt diſpoſitum: *Furioſo a iudice, vel ab arbitro, ſententia dici non poteſt*. Cum enim audiri non poſſit, vt ſe ipſum defendat, condemnari etiam non poteſt. Si verò lata iam aduerſus eum erat ſententia, & antequam exequutioni mandaretur, ille in amentiam incidit, tunc, ſi pœna erat pecuniaria, mandari poteſt exequutioni: quoniam amẽtia ſuperueniens non eſt cur talem pœnã impediat. Si verò pœna erat corporalis, maximè mortis, aut mutilationis, tunc mandari non debet exequutioni, niſi prius ille reſipiſcat. Atque hæc ſententia, vt communis & pia, eſt amplectẽda: præſertim inter Chriſtianos quando pœna eſt mortis: quoniam reo concedendus eſt locus, vt pœniteat, ac vt ſe præparet ad Chriſtianè moriendum. Aliqui uolunt, quando crimen eſt atrox, mandari debere pęnam exequutioni iuxta l. diuus Marcus. ff. de offic. præſ. Vbi habetur, quòd ſi amens lucida habebat interualla, præſumptioque eſt, crimẽ commiſiſſe dum compos ſui erat, conſulatur Imperator, num ille, de quo ibi erat ſermo, qui propriam occiderat matrem, ob criminis grauitatem, ſit puniendus. Non tamen ibi dicitur, eſſe puniendum, ſed eſſe deliberandum à principe, num puniri debeat. Neque dicitur eſse delibe-

A randum, num puniri debeat dum amens fuerit. Adde, vt ex eo textu cõſtat, ſuſpectum illum fuiſſe, amẽtiam finxiſse, vt matrem impunè interficeret. Adde etiam, eã legem latam fuiſse ab Imperatoribus idolatris, quibus cura non erat, vt qui morte plectebantur, interitum ſempiternum euaderent, vitamq; conſequerentur æternam. Certè quando crimen fuit commiſsum tempore ſanæ mentis, & eſt notorium, aut ſunt aduerſus delinquentem integræ ac indubitatæ probationes, cenſerem, poſse condemnari pœna pecuniaria, qua eſset dignus, etiam ſi illa eſset amiſſionis omnium bonorum, dato illi curatore, qui illum defendat. Quin & quando probationes ſufficientes eſsent ad pęnam pecuniariam arbitrariam puniri ſimiliter poſset, ne crimina impunita maneB rent. Neque duo priora iura refragantur: quia loquuntur ad effectum, vt ipſe codicillos conficiat, vel alium actum exerceat, qui ſanam mentem requirit. Neque item refragatur lex furioſo. Quoniam intelligenda eſt, quo ad ea, quæ furioſus tempore amẽtiæ exercuit. Et quo ad ciuilia, non dato ei curatore. Neque enim æquitas poſtulat, vt qui ſanæ mentis deliquit, ex eo, quòd in furorẽ incidat, puniri omnino non debeat pœna pecuniaria, qua verè conſtat eum eſse dignum.

Quod verò ad ebrium attinet, prima concluſio 5
eſt. Si ſe inebriauit animo, vt captus ebrietate interficeret, quia expertus erat ſolere in ebrietate percutere, aut interficere, ſequutaque ex ebrietate ſit in
C tertectio, tunc puniendus eſt pœna homicidij ordinaria: quia verè fuit homicida voluntarius ac doloſus, volendo ebrietatem eo fine. Ita Carrer. §. 6. citato. nu. 25. & Couar. clem. ſi furioſus, par. 3. in initio, num. 3. cum alijs, quos citant, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua.

Secunda concluſio. Si quis ſine ſua culpa in e- 6
brietatem incidit, ut ſi ab alio, ipſo id ignorante, ſit inebriatus, ex eaque ebrietate ſequutum fuit homicidium, tunc neque ob ebrietatem, neque ob homicidium ulterius ſequutum, dignus eſt pœna aliqua. Ita Iul. Clar. q. 60. citata, num. 12. & Couar. num. 3. citato, reſque eſt etiam ex ſe ſatis manifeſta. Quoniam tunc, neque in ebrietate, neque in homicidio vlterius ſequuto, fuiſset in culpa, excuſante illum in uincibili probabili ve ignorãtia: pęna autem locum
D non habet, vbi non eſt culpa.

Tertia concluſio. Quando aliquis expertus, ſe in 7
ebrietate ſolere interficere, aut percutere, aliquid ve aliud efficere aptum, vt inde homicidiũ ſequatur, ſi ſe culpabiliter inebriauit, atque ita ebrius aliquem interfecit, puniendus eſt pęna homicidij, non quidẽ ordinaria, ſed arbitraria atque extraordinaria, quã lex 5. tit. 8. par. 3. conſentaneè ad legem 4. ff. ad leg. Corn. de ſicar. taxat, vt ſit relegatio quinquennio in inſulam aliquam. In concluſione hac conſentit cõmunis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequũtur Ant. Gom. c. 1. citato, nu. 73. Iul. Clar. nu. 12. citato, Carrer. vbi ſup. nu. 22. & Couar. nu. 3. citato, & 4. ſubſequenti, eamque confirmat l. reſpiciendũ.
E (aliàs, perſpiciendum) §. delinquunt, verſ. impetu. ff. de pęnis, cuius verba ſunt: *Impetu autem cum per ebrietatem ad manus uel ad ferrum uenitur*. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit. quę ſic habet: *Per vinum aut laſciuiam lapſis, capitalis pœna remittẽda eſt, vt militiæ mutilatio irroganda*. & l. 5. citata, quę ita habet: *O ſi alguno ſe embriagaſſe, de manera que mataſſe a otro por la beodez*. Quia enim in eiuſmodi homicidio non interuenit dolus, eo quòd neque in cauſa intendatur, ſed ſolùm culpa non punitur pęna homicidij ordinaria, ſed extraordinaria ac arbitraria pro culpæ quantitate. Quo loco obſerua, ſi aliquis vino inflãmatus, nec plenè captus, ita ut liberũ in eo maneret arbitriũ, aliquem interficeret id intendendo

dendo calore vini adiuuãte ad iracundiam inflãman dã, atque ad perturbandam rationem, tunc ille pęna homicidij ordinaria puniretur: quoniam id homicidium verè eſſet voluntarium ac doloſum.

8 Difficultas verò eſt, quando quis ſe culpabiliter inebriauit, attamen nondum expertus, ſe ebrietate efficere periculoſum aliquid ad homicidium, num ſi ebrius aliquem interficiat, puniendus ſit ob id homicidium ex ebrietate ſubſequutum, pęna homicidij extraordinaria ac arbitraria; an verò ob tale homicidium, vtpote omnino inuoluntarium, omninoque præter ſpem ſuam, & aliorum, nullo modo ſit puniendus: eo quòd neque in actu, quo ſe culpabiliter inebriauit, vlla ſit culpa homicidij, ſed ſolùm intemperantiæ, qua ſe culpabiliter vſu rationis priuauit, neque item in actu ipſo homicidij ſit homicidij culpa, vtpote patrato poſtquam iam carebat vſu rationis ac liberi arbitrij, ſine quo eſſe nequit peccatum, nec lethale, nec veniale.

Communis doctorum ſententia, quos citauimus, aſſerere videtur, etiam in hoc euentu ebrium eſſe puniendum pœna homicidij arbitraria, propter eum effectum homicidij ex ea culpabili ebrietate ſequutum, quaſi homicidium illud puniatur tanquam circunſtãtia ebrietatis culpabilis, & non quaſi voluntarium fuerit ac culpabile in ſe, aut in ſua cauſa, quaſi in illa fuerit vlla eius homicidij culpa, vt Couar. vbi ſuprà nu. 4. tandem explicare videtur.

Cenſeo ſtatuendam eſſe hanc quartam concluſionem. In hoc euentu, de quo diſputamus, ebrius, qui interficit, neque homicidij extraordinaria pęna eſt puniendus, Probatur. Quoniam in eo euentu nulla omnino eſt culpa, nec lethalis, nec venialis, homicidij, vt ſupponimus, ſatiſque eſt perſpicuum. Et quamuis, voluntariè ſe inebriare ſit dare operam rei illicitæ, ex qua ſecutum eſt id homicidium, non eſt tamen dare operam rei illicitæ aptæ vt inde homicidium ſequatur, eaque ratione id homicidium, neque in ſua cauſa, fuit culpabile lethaliter, aut venialiter, culpa homicidij, neque eſt circunſtantia aggrauans culpam ebrietatis: quippe cum ebrius ille non plus peccauerit ſequuto eo homicidio, quàm ſi ſequutum nõ fuiſſet. Sicut Loth ſi peccauit ſe inebriando, ex inceſtu tamen omnino præter ſpem ſubſequuto, minimeque apto ex ea ebrietate ſequi, nulla ratione aggrauata fuit eius culpa tanquam ex circunſtantia illam aggrauante, neque ob eum inceſtũ fuit dignus maiori pęna, quàm ſi ſequutus non fuiſſet, vt Aug. lib. 22. contra Fauſtum. c. 44. affirmat, & refertur. c. inebriauerunt. 15. q. 1. cui cõſentiunt Ambroſ. in lib. de Abraham patriarcha, c. 6. & refertur, c. ſanè. 15. q. 1. ac Hierony. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, & Origenes homil. 5. in Geneſin, dictumque atque examinatum à nobis eſt copiosè. 1. 2. q. 71. art. 5. Quo fit, vt ebrius ille neque extraordinaria pœna ſit puniendus ob tale homicidium. Et cum ebrietas ſola in exteriori foro non puniatur, conſequens profectò eſt, vt ille homicida omnino in exteriori foro ſit abſoluẽdus. Cõfirmatur noſtra concluſio, quoniam ebrius, de quo loquimur, ſubſequuto homicidio, non incurrit irregularitatem ex caſuali homicidio, etiã illam, quæ incurritur ex ſola culpa veniali homicidii, quod ſequitur dando operã alteri rei illicitę aptę vt inde homicidiũ, licèt raro, ſequatur, vt probè ac copiosè probat Couar. nume. 4. citato, & nos inferius oſtendemus, dum ſermo nobis fuerit de irregularitate ex homicidio, idque propterea quòd tale homicidium ſine vlla prorſus homicidij culpa ſit commiſſum: ergo multo minus id homicidium erit puniẽdum alia pęna corporali, aut pecuniaria, homicidij extraordinaria ac arbitraria: eo quòd nulla in eo, neque in ſua cauſa, interuenerit culpa homicidij, etiam venialis.

A Ad iura ergo in tertia concluſione relatã, dicendum eſt, intelligenda eſſe in euentu tertiæ illius concluſionis: non verò in euentu quartæ, de quo nunc diſputamus. Et fortaſſe. l. reſpiciendum verſ. impetu, loquitur etiam, quando ebrietas non plenè iudicio rationis priuauit, neque abſtulit vſum liberi arbitrij. Lex verò omne delictum §. per vinum, loqui videtur, quãdo vino, aut laſciuia, id factum eſt, ex quo homicidium non intendebatur, periculoſum tamẽ erat, vt inde homicidium ſequeretur, reque ipſa homicidium aut corporalis læſio fuit ſequuta: neque in eo. §. videtur eſſe ſermo de eo, qui vino priuatus erat iudicio rationis. Lex itẽ quinta ſatis eis ipſis verbis innuit, loqui ſolũ in euentu tertię concluſionis, dum ait, *de manera que mataſſe à otro por la beodez.* 9

B quaſi diceret, cum periculo interficiẽdi aliquem ex ebrietate. Quod ergo Ariſt. 3. Eth. c. 5. ait, ebrijs ſcilicet duplices pœnas ſtatutas fuiſſe, alteram pro culpa ebrietatis, ignorãtiaque voluntaria, quam ebrius incurrit priuando ſe ſua ſponte vſu rationis; & alteram pro delicto ex ebrietate vlterius commiſſo, in quo refert, quod à Pittaco, vno è ſeptem Græciæ ſapientibus, ea de re fuerat conſtitutum, ſanè intelligit de delicto, cuius periculo culpabiliter ebrietate ſe exponebat, iuxta tertiam noſtram cõcluſionem: non verò de delicto, cuius periculo cenſendum nulla ratione erat ſeſe exponere, iuxta quartã noſtram concluſionem.

10 Quod verò ad dormientẽ attinet, cũ dormire nõ ſit dare operam rei illicitæ, ſed licitæ, certæ, ſi is, qui

C dormit, expertus non erat, dormiendo ſe exponere periculo interficiendi, aut aliud damnum proximo inferendi, atque dormiendo interficiat, aut aliud damnum inferat; quia fertur aliquos ſurgere in ſomnis de lecto, ſtringere enſem, & ſimilia alia periculoſa efficere; tunc talis nulla pęna eſt dignus, vt communis doctorum ſententia affirmat, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. c. 1. citato. nu. 74. Iul. Clar. q. 60. citata. nu. 13. Carrer. §. 6. citato. nu. 25. & Couar. vbi ſuprà. nume. 6. Ratio autem eſt, quoniam ille effectus obiectiuè malus ac delictum, nec in ſua cauſa, fuit vlla ratione culpabiliter volitus, excuſante ignorantia inuincibili, quod inde ſequi poſſet. Si autem, qui dormit, erat expertus, ſe dormiendo efficere aliqua periculoſa, neque adhibuit debitam

D cautelam, ne dormiendo damnum alijs inferret, faciendo claudi oſtium à foris, aut admonendo alios, qui inde periclitarentur, vt cauerent, & denique ita res diſponendo, vt tuti omnes eſſent, ne quid mali eis inde eueniret; tunc ſequuto homicidio, tenetur non quidem pęna homicidij ordinaria, eo quòd homicidium non eſſet voluntarium ac doloſum, ſed extraordinaria ac arbitraria pro culpæ infra dolum quantitate, vt doctores omnes citati rectè ibidem affirmant, ac diſponitur. l. 5. ti. 8. par. 7. aſſeritque Gregor. Lopez ibi cum alijs, quos citat. Quòd ſi de induſtria dormiret animo interficiendi aliquẽ in ſomnis, ſequereturque interfectio illius, tunc homicidiũ tale eſſet voluntarium ac doloſum in ſua cauſa, iſ-

E que homicida puniendus eſſet pęna homicidij ordinaria, vt cum Bart. & alijs rectè Carrer. & Couar. vbi ſuprà affirmant.

11 Denique quod ad prodigum attinet, cui ſuorum bonorum adminiſtratio eſt interdicta, quicquid in contrarium dixerit gloſſa, communiter quoad hoc reprobata. l. ſi quis in tantam C. vnde vi, eſt dicendũ, ſi homicidium dolosè cõmittat, aut in aliud crimẽ incidat, puniri pęna ordinaria eius delicti. Ratio autem eſt, quoniam licèt prodigus ſit, eaq; ratione meritò ſit ei publica autoritate interdicta adminiſtratio ſuorum bonorum, neque valeant deinceps, quæ circa ſuorum bonorum adminiſtrationem propria autoritate egerit, nihilominus vſum habet rationis,

tionis, liberique ſui arbitrij, ac proinde delicta, quæ commiſerit, imputantur ei ad culpam coram Deo, & coram hominibus, dignaque proinde in foro exteriori ſunt, vt puniantur pœna eius delicti ordinaria. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. cap. primo, citato, num. 75. Carrer. §. 6. citato. num. 21. & Iul. Clar. q. 60. citata, num. 11.

DISPVT. 39.

De pęna homicidę caſualis: reſq; exemplis illuſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Repetuntur nonnulla de homicidio caſuali ex antecedentibus.*

2 *Si in homicidio caſuali nulla interueniat culpa, nulla pro eo imponenda eſt pœna: quia pœna locum habere non poteſt, vbi non eſt culpa: ſi verò culpa interuenit, puniendus eſt homicida pęna arbitraria.*

3 *Exempla uaria adducuntur homicidij caſualis, in quo nulla interuenit culpa.*

4 *Exempla homicidij caſualis, quod pœna arbitraria punitur.*

5 *Quando ex facto ipſo & circunſtantijs non conſtat homicidiū fuiſſe caſuale, præſumitur dolo factum.*

1 Aliqua in pręcedentibus de homicidio caſuali miſcuimus, præſertim duabus præcedentibus diſputationibus. Atque initio Diſput. 21. oſtendimus, pro homicidio caſuali, eſto in eo culpa lata, aut latiſſima, interueniat, regulariter non imponi pęnam ordinariam pro homicidio ſtatutam, ſed ſolam extraordinariā ac arbitrariam pro culpæ quantitate ſpectatis omnibus circunſtantijs concurrentibus: ad pęnamque ordinariam pro homicidio imponēdam neceſſarium eſſe, vt in homicidio dolus interueniat, vt præter iura, quæ Diſput. 21. retulimus, confirmant. l. cum autem. §. excipitur, verſ. capitalem. ff. de ædil. edict. cuius verba ſunt: *Capitalem fraudem admiſiſſe accipimus dolo malo & per nequitiam. Cæterùm ſi quis errore, ſi quis caſu fecerit, ceſſabit edictum.* l. in actionib. §. ſed in his, iuncta gloſſa ibi. ff. de in lit. iuran. Diximus item, neque latam, aut latiſſimam culpam in delictis dolo æquiparari, vt in contractibus lata culpa æquiparatur dolo. Legantur, quæ ibi dicta ſunt, in quibus conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Carrer. in pract. §. homicidium. 1. à num. 4. & à num. 22. §. 5. à num. 1. & §. 6. num. 185. Iul. Clar. 5. lib. ſentent. §. homicidiū. num. 2. 3. & 4. & §. vlt. q. 60. nu. 28. & quæſt. 84. nume. 1. Couar. clem. ſi furioſus, par. 2. §. 1. nume. 1. & Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 15. Vnde addit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Carrer. §. 1. citato, nume. 5. Iul. Clar. §. homicidium citato. nu. 3. & q. 84. citata. nume. 1. & Ant. Gom. nu. 15. citato. ſi ſtatutum diſponat, vt pro homicidio mortis pœna imponatur, intelligendum id ſtatutum eſſe de homicidio doloſo, non uerò de illo, in quo ſola culpa, etiam lata, aut latiſſima interuenit.

2 Si in caſuali homicidio nulla interuenit culpa, nulla pro eo imponenda eſt pœna: quoniam pœna locum habere non poteſt, vbi non eſt culpa. Neque ſatis eſſet culpa iuridica ad pęnam pro homicidio incurrendam, niſi, cum illa coniuncta etiam eſſet culpa theologica, ſaltem venialis: quippe cum ſine culpa theologica delictum, verumque peccatum, eſſe

A nullo modo poſſit, pro quo ſolo infligi poteſt vera pęna. Quia tamen vnuſquiſque in conſcientiæ foro, ac coram Deo, maximè cauere tenetur tantū proximi damnum, quantum eſt homicidium, facilè cū iuridica culpa homicidij coniuncta eſſe ſolet culpa theologica, ſaltem venialis, & cum lata, aut etiam cum leui, erit ſæpe coniuncta culpa lethalis, ratione grauiſſimi damni proximi, quod in homicidio cernitur. In foro verò exteriori præſumitur, coniunctam eſſe theologicam ac veram culpam pęna dignam cum iuridica culpa, maximè cum leui aut lata. Quòd autem quando nulla interuenit culpa in homicidio caſuali, nulla pro eo imponēda ſit pęna, ex ſe liquet, & colligitur ex l. item ſi obſtetrix. §. vlt. ex l. qua actione. §. ſi quis in colluctationem, ex l. ſi B ex plagis. ex l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil. ex §. iniuria, & ex §. item putator. inſt. eod. titu. atque ex alijs iuribus, quæ tractatu præcedente Diſput. 697. citauimus, vniuerſimque in euentibus omnibus, in quibus ibi explicatum eſt, non teneri aliquem de damno dato, eo quòd ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, caſu fortuito abſque vlla ſua culpa ſit ſequutum, multo minus tenetur ad pęnam criminalem ob homicidium, mutilationem, aut percuſſionem, eodem modo ſubſequuta, eo quòd ſimiliter nulla tunc interuenerit culpa. Idem habetur expreſsè lib. quinto, Luſitanarum ord. titu. 10. in prin. Vbi ſimul docetur, pro caſuali homicidio non eſſe imponendam pęnam ordinariam, ſed arbitrariam pro culpæ quantitate, ſi in tali homicidio aliqua in- C teruenit culpa eo modo occidentis: ſi verò nulla interuenit culpa, abſoluendum eum eſſe abſque aliqua pęna. Sic enim ibi, poſtquam ſermo eſt habitus de pœna ordinaria pro homicidio, ſubiungitur. *E ſe a morte for por alguum caſo ſem malicia ou vontad ede matar, ſera punido, ou reuelado, ſegundo ſua culpa, ou inocencia, que em tal caſo teuer.* Idem quoque habetur expreſsè l. quarta, tit. 8. par. 7. adhibito exemplo in eo, qui equo currit in loco ad id conſueto, pedibuſque conculcauit ac interfecit eū, qui trāſuerſim ſe obiecit pedibus equi, & in eo, qui arborem ſcindebat, aut aliquid proijciebat, admonendo prius ſufficienter tranſeuntes, aut ſubtus exiſtentes, vt fugerent id periculum, qui, quòd non curauerint periculum fugere, interfecti ſint: in his enim euenti- D bus, de quibus nos Diſput. 697. citata à §. quando ludus, ſummus loquuti, & in alijs ſimilibus, aſſeritur in ea lege nullam imponendam eſſe pœnam eo modo caſu interficienti, eo quòd culpa caruerit. Additur tamen, teneri iurare, ſe abſque vlla ſua culpa illū interfeciſſe, & inſuper teneri probare teſtimonio proborum, ſe nullam cum illo habuiſſe inimicitiam (vtrumque intellige, ſi ab eo exigatur.) Quòd ſi iurare noluerit, neque probauerit, nullam cum interfecto habuiſſe inimicitiam; tunc, tanquam de homicidio illo ſuſpectus, puniendus erit pœna aliqua iudicis arbitrio pro ſuſpicionis quantitate, quæ, ſpectatis circunſtātijs omnibus concurrentibus, fuerit ſe culpabiliter, aut doloſè, cauſam eius homicidij fuiſ- E ſe. Hæc verò ſancita ibi ſunt iuxta gloſſam. c. ſignificaſti. 1. verb. ſi eſt ita, de homici. & iuxta doctores ibi. Greg. autem Lopez, iuxta annotationem ex Hoſtienſi ad gloſſam citatam in marginæ, ait, ſi qui ita interfecit, bonę famę ſit, nec ſuſpectus de inimicitia aut de alia cauſa, vnde motus ſit ad id homicidium culpabiliter efficiendum, ſatis eſſe ſi iuret; ſe abſque vlla ſua culpa cauſam eius homicidij fuiſſe.

Quando in homicidio caſuali culpa eo modo interficientis interueniat, puniendusque proinde eo modo interficiens ſit pęna homicidij extraordinaria ac arbitraria, exempla adhibentur l. 5. titu. 8. par. 7. in ſcindente arborem, aut proijciente lapides, tegulas, & alia, quæ interficere poſſunt, nec tempeſti- 3

uè

uè clamauerit ac admonuerit tranſeuntes, aut inferius exiſtẽtes, vt fugere periculum poſſent, indeque homicidium eſſet ſequutum. Item in eo, qui curreret equo in loco ad id non deputato, nec clamauerit prius tempeſtiuè ac ſufficienter, vt homines ſecederent, nec ſe obijcerẽt curſui equi, indeque aliquis, pedibus equi conculcatus, interficeretur. Lex 13. titu. 23. lib. 8. nouæ collect. quæ eſt penult. titu. 13. lib. 8. ordin. ſic habet: *Si algun hombre, ne por razon de mal hazer, mas iugando, arremetiere ſu cauallo en rua, o en calle poblada; o iugare pelota, o bola, o herron, o otra coſa ſemeiable, y por occaſion matare algun hombre, peche el homizillo, è no aya otra pena: que maguer que lo no quiſo matar, no pudo ſer ſin culpa; porque fue trabeiar en lugar quæ no deuia, y ſi alguna deſtas coſas hiziere fuera de poblado, y matare alguno por occaſion como ſobre dicho es, no aya pena ninguna. Y ſi alguno bohordare conceieramente conſonaias (pretal de caſcábeles* ad id equis apponi ſolet) *en rua, o en calle poblada dia de fieſta, aſſi como de paſcua, o ſan Iuã, o a bodas, o a la venida del Rey, o de la Reyna, o en otra guiſa ſemeiable deſtas, y por ocaſion hombre matare, no ſea tenido a el homizillo, y ſi no aduxere ſonaias, el matador peche el homizillo, y no aya otra pena.* In eadem l. 5. ti. 9. par. 7. exempla adduntur in eo, qui per laſciuiam, in iocive ac ludi modum, aliquem impelleret, indeque mors ſequeretur (diſputatione autem 37. diximus, ſi in ludo, non tranſgrediendo leges ludi, interficeret, nulli ſubiacere pœnæ) additur etiã in exemplum quod de ebrio & dormiente, culpabiliter interficientibus, diſputatione præcedente fuit explicatum.

Lege autem 6. ſequenti exempla adhibentur de medico, aut chirurgo, cuius ægrotus ei commiſſus interiit, quia per imperitiam, profitendo plus ſcientiæ ac dexteritatis, in cauſa fuit, vt moreretur: in quo euentu præcipitur, vt ei prohibeatur vti vlterius eo officio ac arte. Conſentiunt. l. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tutor. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de muner. & l. 2. C. de profeſſorib. & medicis lib. 10. Quãdo autem dolo aliquem eo modo interfeciſſent, pęna homicidii ordinaria plecterentur. Item in ea, quę potionem dedit, vt alia conciperet, ex qua potione mortua illa eſt, quæ ad eum effectum talem potionem ſumpſit. Pęnam tamen ordinariam homicidij pharmacopolæ ſtatuit, qui ſine cõſilio medici alicui ſcamoneam, aut aliam medicinam valde acrem ac periculoſã propinat, ſi inde mors ſequatur: id quod etiam ſtatuit. l. 3. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Quod niſi fundetur in præſumptione iuris & de iure, quòd interficere ea via intenderit, ac proinde quòd id homicidium fuerit doloſum, exceptio ſanè eſt regulæ illius, quòd pro homicidio caſuali pęna ordinaria homicidij non infligatur. Nihil tamen impediente rigore earum legum, credo, ſi in foro exteriori conſtaret, id ſine dolo, hoc eſt ſine animo interficiẽdi, propinatum fuiſſe, non puniretur propinans pœna homicidij ordinaria, ſed arbitraria mitiori.

4 Item lege 9. in exemplum profertur, quando pater, herus, aut magiſter, filiũ, ſeruum, aut diſcipulũ ita durè punierit, vt inde ſit mortuus, ſi enim nõ animo interficiendi id fecit, non tenetur pęna homicidij ordinaria, ſed extraordinaria ac arbitraria. Conſentiunt, quoad prædicta omnia exempla hactenus relata. l. 3. & 4. ff. ad leg. Cor. de ſicar.

Legibus autem 5. 6. & 9. citatis, in his omnibus euentibus ſtatuitur ita caſu culpabiliter interficienti pęna relegationis in inſulam aliquã quinquennio, conſentaneè ad l. 4. §. 1. ff. ad leg. Cor. de ſicar. Arbitror tñ prudentis iudicis arbitrio eſſe relinquẽdum, quantam pęnam in eiuſmodi homicidiis caſualibus culpabilibus imponere debeat, ſpectata culpæ quantitate, attentiſq; circunſtantiis omnib. concurrentibus. Neque enim in omnibus homicidiis ęqualis eſt

A culpa, ſed longè maior eſt in quibuſdã, quàm in alijs; eo quòd procedere poſſint ex culpa leuiſſima, leui, aut lata; & quoniam ex obiecto, & ex aliis circunſtãtijs creſcere & decreſcere culpa multum poſſit: neque æquitas patiatur, vt vbi longè inæqualis interuenit culpa, æqualis pęna iniungatur. Neque ex eo, quòd lege 4. §. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. approbetur factum cuiuſdam iudicis, qui pro delicto quodam caſuali, de quo ibi eſt ſermo, impoſuit exilii pęnam in quinquennium in inſulam quandam, ſequitur, colligive prudẽter poteſt, omnia homicidia caſualia culpabilia punienda eſſe illa eadem pęna, nihil minuendo, neque augendo, ratione incrementi ac decrementi, culpæ eo modo interficientis.

B Multa alia adducunt doctores exempla homicidij caſualis, ſeu non doloſi, in quo proinde imponi non debeat pœna homicidii ordinaria, ſed extraordinaria ac arbitraria, & inter alios Carrer. locis ſuprà citatis, atque etiam Ant. Gom. c. 3. citato. nume. 15. & duabus ſequentibus. Nihil tamen illis obſtantibus, cenſeo, prudentis iudicis arbitrio eſſe ſemper relinquendum, vt videat ac iudicet, num, ſpectatis omnibus circumſtantiis concurrentibus, delinquens formaliter, aut imputatiuè, cenſendus ſit intẽdiſſe interficere, ita vt id homicidium iudicandum ſit voluntarium ac doloſum comparatione illius, iuxta ea, quæ Diſp. 3. & 21. copioſè explicauimus, vt illi pœnam homicidii ordinariam imponat; an verò iudicandum ſit ſolùm caſuale, minimève doloſum, vt illi ſolùm arbitrariam ac extraordinariam pœnam C imponat. Conducent præterea ad varia exempla homicidii caſualis, quæ tractatu præcedente Diſp. 697. dicta ſunt, atque ad diſcernendum, quando in illis culpa interueniat, pro qua pœna ſit imponenda, & quando culpa non interueniat, indignaque proinde pœna ſint.

5 Quando ex facto ipſo & circunſtantiis non conſtat homicidium fuiſſe caſuale, præſumitur dolo factum, vt probant. l. 1. & l. eum qui. C. ad leg. Corn. de ſicar. ac. l. non côuitij. C. de iniurijs, & affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. c. 3. citato. num. 17. refert ac ſequitur: ad delinquentemque probare ſpectat, fuiſſe homicidium caſuale.

D

DISPVT. 40.

De pœna mutilationis, vulneris, cæterarũque iniuriarum circa corpus, quæ in facto, infra mortem, conſiſtunt.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria interdum latè, interdum preſsè vſurpatur. Iniuria latius patet quàm contumelia. Si damnum iuſtè detur, ſi contumelia ſimul interueniat, ſiue non, ea damni datio præcisè ſumpta eſt iniuria latè ſumpta, non verò preſsè, & pro ea competit actio legis* E *Aquiliæ: ſi verò ſimul interueniat contumelia, pro ea contumelia competit actio iniuriarum.*

2 *Ex iniuria latiſſimè ſumpta variæ actiones oriuntur, vt legis Aquiliæ, furti, in factum, &c. ex iniuria verò pro contumelia iniuſtè illata oritur actio peculiaris, quæ iniuriarum nuncupatur. Iniuria duobus modis fit, verbis & facto. Tranſitio fit ad præſentem diſputationem.*

3 *Iniuria preſsè ſumpta pro contumelia in tota ſua latitudine diuiditur in atrocem ſeu grauem, & in non atrocem ſeu leuem. Iniuria fit atrox, vel ex parte iniuriæ in ſe, quia in ſe ſpectata eſt grauis, & magna, deinde ratione loci, in quo iniuria eſt accepta, tertiò ratione loci in quo iniuria eſt facta, quartò ratione*

tione perſonæ, quæ accepit iniuriam, fit etiam atrox A qualitate perſonæ inferentis.

4 Quondam lege xij. Tabularum talionis pœna pro iniuria mẽbri abſciſſi fuerat ſtatuta, vt ſcilicet ei qui manum abſcidit, manus abſcinderetur: at lex illa abolita eſt, & alia introducta, vt ſcilicet attẽta quãtitate iniuriæ pœna ſtatueretur iniuriæ commenſurata, arbitrioq; prudentis æqualis.

5 Ei qui iniuriam aliqua erat paſſus integrum eſt, vel agere ciuiliter ad pęnam pecuniariam, vel agere criminaliter, vt tanta pœna corporalis ei imponatur, quanta fuit iniuria illata, penſata quantitate iniuriæ ex circunſtantijs concurrentibus. Nonnullis tamen iniurijs pęnæ determinatæ ſunt, vt iniurijs quæ irrogantur heris à familis in Hiſpania & alijs.

6 Quando iniuriam paßus agit ciuiliter ad pęnam pecuniariam pro quantitate iniuriæ, tunc pęna illa ap- B plicatur ipſi iniuriam paſſo.

7 Qui agit actione iniuriarum, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, exprimere in libello debet aduerſus quem in particulari agat, ipſum deſignando à quo iniuria ſit affectus, deinde etiam exprimere quam iniuriam ab eo ſit paßus, apponet etiam annum, menſem, & locum.

8 Si ciuiliter aget, exprimere in libello poterit, quanti iniuriam ipſe exiſtimet, ſalua iudicis taxatione.

9 Iniuriam paſſus poteſt eam ſuo iudicio æſtimare in ſe, ſpectatiſque omnibus circunſtantijs concurrentibus, quanta ſumma pecuniæ ſit æquum vt compenſetur, ſiue ad id adiuuetur referendo ſe ad damnũ, ſiue ad lucrum, ſiue ad vtrumuis, ſiue non curet fa- C cere eam comparationem.

10 Quando qui iniuriã eſt paſſus eligit potius agere criminaliter probato ab eo crimine, imponitur ei, qui iniuriam intulit, pęna corporalis aut etiam pecuniaria, arbitraria pro iniuriæ quantitate; tũc tamen ſolus iudex eam arbitratur. Si pro qualitate iniurię perſonæ, quæ illam intulit, pœnam pecuniariam iniungat, ſiue vna cum alia corporali, ſiue ſine alia corporali, tunc ea pecuniaria pœna non applicatur iniuriam paſſo, ſed ſpectat ad fiſcum.

11 Non ſolùm in iniurijs puniendis, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, pœna eſt arbitraria, ſed etiam in puniendis quibuſcunque alijs criminibus, pro quibus pœna certa lege non eſt ſtatuta, pœna eſt arbitraria, penſata qualitate ac quantitate in ſe, atque D ex circunſtantijs omnibus concurrentibus.

12 Iudices in pęnis arbitrarijs pro delictis imponendis præ oculis habere debent Deum, non excedendo latitudinem iuſtæ pœnæ, inanis gloriæ, auaritiæ, iræ, vel alia paſſione permoti, itaque reos iniuſtè grauando.

13 Nefas eſt commiſſarijs iudicibus (quos in Hiſpania Peſquiſidores vocant) vel intuitu proſpiciẽdi reip. ſtatui ne ſimilia crimina committantur, vel intuitu accipiendi ex delinquentibus integrum ſuum ſuorumque ſtipẽdium, quemquam punire vel corporali vel pecuniaria pęna, qui verè innocens fuerit, aut quemquam vltra æquum punire.

14 Pro iniuria infra homicidium poteſt iudex procede- E re vſque ad pęnam mortis, ſi ita poſtulet grauitas delicti. Pro delicto autem, pro quo in aliquo loco eſſet conſuetum non imponi mortis pęnam, nefas eſſet iudici pęnam mortis imponere, niſi extraordinariæ circunſtantiæ occurrerent, quæ delictum aggrauarent.

15 Cum integrum ſit iniuriam paſſo intẽtare actionem iniuriarum vel ciuilem vel criminalem, quam ipſe maluerit, intentata vna earum, non permittitur ei eam deſerere, & intentare aliam, ſed vna electa, ceſſat omnino altera.

16 Quando actor ageret ciuiliter ad pęnam pecuniariã & iudex tempore ſententiæ cerneret, reum ſoluen-

A do non eſſe, commutare debet pœnam pecuniariam in corporalem.

17 Quando iniuria eſt ita leuis, quòd indigna eßet pœna corporali, & digna ſolùm eßet pęna pecuniaria, præſertim attenta qualitate eius qui illam intulit, tunc damnandus ille non eſt pœna corporali, ſed pecuniaria.

18 Cum iniuriarum actio ciuiliter intentatur, actor poteſt agere per ſuum procuratorem, & reus ſimiliter per ſuum poteſt ſe defendere: quando autem agitur criminaliter, neque agẽs agere poteſt per ſuum procuratorem, quando imponi poteſt pęna relegationis perpetuæ aut alia maior corporalis, neque reus defendere poteſt per procuratorẽ, ſed per ſe ipſum tantum: niſi agens, vel aduerſus quem agitur, B nobilis ſit.

19 Siue qui iniuriam eſt paſſus ciuiliter agat ad pęnam pecuniariam in vindictam iniuriæ, ſiue agat criminaliter, vltra eam actionem competit ei actio ad petendam recuperationem omnium damnorum in bonis externis, quæ ex ea iniuria ſint ei ſecuta.

20 Ad damna corporis, vt ad amiſſionem membri, aut ad amiſſionem debiti illius vſus, ad cicatricem relictam ex vulnere, & ad ſimilia corporis damna, nõ datur actio iure ciuili, vt præciſè ſunt damna corporis, præter actionem iniuriarum.

1 INiuria, vt Vlpianus, l. 1. in princ. ff. de iniurijs, ait, & habetur inſt. eod. titu. in prin. multis modis vſurpatur. Vno modo latiſſimè, pro om- C ni eo, quod non iure fit, quaſi ex eo iniuria ſit dicta, quòd non iure, ſeu contra ius, ſit facta. Alio modo vſurpatur preſsè, pro contumelia, hoc eſt, pro eo, quod in contemptum dedecusve eius cedit, qui ea iniuria eſt affectus. Verba Vlpiani. l. 1. citata, quo ad hoc ſecundum, hæc ſunt: *Specialiter autem iniuria dicitur contumelia.* Vbi glo. verb. *contumelia* ait, & ſic hoc titulo accipitur. Et in idem Vlpiani verbum in margine ſic dicitur: Hinc illud Pauianum, *Patior facilè iniuriam, ſi eſt vacua à contumelia.* Et quaſi ſubiungendo exempla, quòd iniuria latius pateat, quam contumelia, partes alias, vltra contumeliam, iniuriæ latiſſime ſumptæ tradendo, addit Vlpianus. l. 1. citata: *Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum ſignificatur: vt in lege Aquilia dicere ſolemus.* Quibus verbis ad illa alia ſua verba. l. ſed D & ſi quemcunque. §. 1. ff. ad legem Aquil. ſe refert, vbi idem Vlpianus ſic dixerat: *Iniuriam autem hic accipere nos oportet, non (quemadmodum circa iniuriarum actionem) contumeliam quandam; ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt, contra ius, id eſt, ſi culpa quis occiderit. Et ideo interdum vtraque actio concurrit, & legis Aquiliæ & iniuriarum. Sic duæ erunt æſtimationes, alia damni, alia contumeliæ.* Hæc Vlpianus ibi. Vbi vides, ſi damnum iniuſtè culpabiliterq; detur, ſiue contumelia ſimul interueniat, ſiue non, eã damni dationem præciſè ſumptam, eſſe iniuriam latè ſumptam, non verò preſsè, & pro ea competere actionem legis Aquiliæ, ſi verò ſimul interueniat cõ- E tumelia, pro ea contumelia competere actionem iniuriarum, de qua nunc loquimur, quæ per ſe eſt æſtimanda quatenus contumelia eſt. Interueniet autem utraque iniuria ſimul, competetque proinde vtraque actio ſimul, ſi quis interficiat mancipium alienum, aut brutum animal alienum, in domini contemptum: aut ſi quis vulneret aut mutilet hominem liberum in iniuriam ac contumeliam illius. Ratione enim expenſarum in vulnere curando, & ratione aliorum damnorum in bonis externis inde vlterius illi ſubſequutorum, quatenus impeditus eſt, ne laboraret, & ne ſua opera & induſtria aliqua lucraretur, competit aduerſus vulnerantem actio legis Aquiliæ. Ratione verò contumeliæ illi illatæ, eum

ex

ex intentione vulnerando, competit ei ſimul actio iniuriarum. Ratione item damni accepti in mancipio, aut in bruto animali, competit domino actio legis Aquiliæ: ratione verò contumeliæ, quando id factum eſt in contemptum ipſius, competit eidem domino actio iniuriarũ, de qua nunc loquimur. Aliud exemplum adhibet Vlpianus. l. 1. citata iniuriæ latè ſumptæ, vt à contumelia diſtinguitur, in eo, qui vel malitia, vel per ignorantiam, ſententiam iniuſtam profert, ſine vlla eius contumelia, aduerſus quem illam iniuſtè profert.

2 Ex iniuria latiſſimè ſumpta variæ actiones oriuntur, vt legis Aquiliæ, furti, in factum, & pleræque aliæ, quæ ad rem præſentem attinet. Ex iniuria verò pro contumelia iniuſtè illata oritur actio peculiaris, quæ iniuriarum nuncupatur. Porrò, vt ex Labeone Vlpianus l. 1. citata ait, iniuria duobus modis fit: Verbis ſcilicet, quæ in contemptum, dedecus, minoremve de aliquo ęſtimationem cedunt. Et facto, quod ſimiliter in contemptum, dedecus, minoremve de aliquo æſtimationem cedat. Nomine autem verborũ, quodcunque ſignum, quo aliquid id dedecus alicuius minoremve de illo æſtimationem ſignificatur, intellige. Quo fit, vt ſub verbis in re propoſita intelligantur ſcripturæ ignominioſæ, quæ libelli famoſi nuncupantur, aliquem geſtibus ac motibus in dedecus illius imitari, cornua pro foribus eius apponere, quibus ſignificetur, aliũ vxore illius fuiſſe abuſum, & ſimilia alia dedecoris ſigna. Facto autem multis modis contumelia ac dedecus irrogatur. Ad rem autem præſentem irrogatur percutiendo, manuſve violentas in aliquem inijciendo, in ſenſu fusè inferius, dum ſermo fuerit de excommunicatione ob iniectionem manuum violentarum in perſonam eccleſiaſticam, explicando, aliquem ignominiosè inſequendo, aut in loco aliquo includendo, vel percutere aliquem intentando, lignum aut manum eleuando ad eum percutiendum, vel aliquo alio modo nocumentum in perſonam illius efficiendo, aut intentando. Dixi, his modis facto ad rem præſentem contumeliam irrogari: quoniam in hoc tractatu ſolum eſt nobis ſermo de iniuſtitia nobis facta in bonis corporis noſtri, aut corporis perſonarum nobis coniunctarum, ita vt in nos ea iniuria redundet. Aliquibus autem alijs modis facto fit nobis iniuria, ita vt in dedecus noſtrum id factum cedat, non tamen fit cõtra bona corporis noſtri, aut perſonarum nobis coniunctarum, ſed contra noſtrum honorem ac exiſtimationem, aut ſimul etiam in præiudicium bonorum noſtrorum externorũ. Vt ſi quis inconſpectu noſtro noſtra diripiat bona, ſi in noſtrum deſpectum rem noſtram proijciat in ignem, aut in lutum, vel in flumen, aut in terram, ſi quis propria autoritate pignora ab aliquo eriperet, eo quòd aliquid ſibi deberet, ſi in ipſius abſentia domum illius aperiret, aut eã intraret, ipſo inuito, & ſimilibus alijs modis. Quamuis autem hęc omnia commemorata, tã quæ verbis, ſeu ſignis, quàm quæ factis fiunt, ad iniuriam preſsè, pro contumelia ſumptam, verè attineant; atque, qui ius ciuile copulauerunt, de eis omnibus ſub titulo de iniuriis agant. vt conſtat. ff. inſt. & C. de iniuriis, ac ti. 9. par. 7. & quatenus cum honore, fama, exiſtimationeve eorum, quibus iniuſtè fiũt, ad quartum tractatum ſequentem de eis omnibus diſſerere ſpectabat; ad intentum tamen noſtrum, quo in ſex tractatibus, in quos rem totam de iuſtitia à principio diſtribuimus, ad artem eam, idque omne, quod iure ciuili continetur, redigere molimur, pertinet, vt de iniuriis, quæ contra bona corporis noſtri, perſonarumque nobis coniunctarum, iniuſtè fiunt, hoc loco diſſeramus. Tum ne eiuſmodi damna in corpus noſtrum, perſonarumque nobis coniunctarum, iniuſtè illata, delictaque, quibus inferuntur, ac

A pœnas, & ſatisfactiones pro illis debitas, hoc loco prætermittamus. Tum etiam quoniam, cum bona corporis longè antecedant bona honoris ac famæ, iuſque ciuile nullam aliam actionem, vt dicemus, cõceſſerit pro damnis, infra mortem, corporibus noſtris, perſonarumque nobis coniunctarum, iniuſtè illatis, quàm actionem iniuriarum, omnibus iniurijs communem; expediens ſanè fuit, vt in conſequentiã damnorum corporis, quæ multo maiora ſunt, quàm damna honoris & famæ, de iniuriis corporibus noſtris, perſonarumque nobis coniunctarum, illatis, hoc loco diſſeremus.

Illud verò obſerua. Quamuis negari nullo modo poſſit, homicidiũ non minus eſſe iniuriam corpori noſtro, aut corpori perſonarum nobis coniunctarũ,

B tam, quã illa ſint mutilatio, vulnus, ac cæteræ percuſſiones; quia tamẽ ius ciuile peculiarem ac certam pœnã pro illo ſtatuit, tractatũq; peculiarem de illo ſeorſum inſtituit, illud non comprehendit ſub titulo iniuriarũ, neque iniuriarum actionem, ſed peculiarem aliam pro illo conceſſit: cum tamen verè iniuria ſit, atque inter iniurias computetur dum dicimus, ad eos de illo ſpectare accuſare, ad quos pertinet, iniurias ſuis illatas proſequi.

Iniuria preſsè ſumpta pro contumelia, in tota ſua latitudine, diuiditur in atrocẽ ſeu grauem, & in non atrocem ſeu leuem. Ex vno autem è quatuor capitibus euenire poteſt, vt iniuria ſit atrox, vt habetur. §. atrox inſtit. de iniur. l. prætor edixit. §. vlt. & duabus legibus ſequentib. ff. eod. titu. ac l. 20. titu. 9. 3

C part. 7. Primum eſt, ex parte ipſius iniuriæ in ſe, quia in ſe ſpectata eſt grauis & magna. Vt ſi vulnus inflictum ſit, quod non ſit valde leue: & multo magis ſi interueniat mutilatio, aut maneat inde priuatio debita vſus talis membri, vel ſi notabilis ignominia ex tali contumelia ei, qui illa eſt affectus, ſequatur, vt ſi alapã accepit, ſi fuſte fuit percuſſus, aut pedibus eſt conculcatus. Qua etiam ratione atrocem iniuriam dicerem, ſi cui in Hiſpanis dictum eſſet, mentiris, modò ille alicuius eſſet æſtimationis. Secundum eſt ratione loci, in quo iniuria eſt accepta. Vt ſi quis in oculo ſit percuſſus, aut in facie. Quæ enim percuſſio in alia corporis parte non eſſet atrox, facta in oculo, aut facie, atrox eſſe poterit. l. prætor edixit. §. vlt. in fine, ac lege ſequenti. ff. de iniur. §. atrox. verſ. non-

D nunquam inſt. eod. titu. & l. 20. citata. Tertium eſt, ratione loci, in quo fuit facta. Vt ſi facta fuit in foro publico, in Eccleſia, theatro, aut alibi coram multitudine, coram Rege, aut magnate, vel coram iudice. l. prætor edixit. §. vlt. & l. ſed eſt. ff. de iniur. §. atrox, verſ. vel ex loco inſt. eod. titu. & l. 20. citata. Quartũ eſt, ratione perſonæ, quæ iniuria eſt affecta. Vt ſi facta eſt Regi, vel magnati, prælato, iudici, parenti, patrono, vel hero. l. prætor edixit. §. vlt. ff. de iniur. §. atrox inſt. eod. titu. & l. 20. citata. Item ſi ſacerdoti fiat, & maximè veſtibus ſacris induto, atrox iniuria iudicatur. l. atrocem. C. de iniur. cuius verba ſunt: *Atrocem ſine dubio iniuriam eſſe factam manifeſtum eſt, ſi tibi illata eſt, cum eſſes in ſacerdotio, & dignitatis*

E *habitum & ornamenta perferres: & ideo uindictam potes eo nomine proſequi.* concinit. l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler. Confert etiam, vt iniuria accreſcat, atroxq; facilius cẽſeatur, qualitas perſonæ, quę illã infert, vt ſi vilis ſit & abiecta, aut illi ſubiecta, cui illam infert, vt ex ſe eſt perſpicuum, & conſentiunt. Item apud Labeonem. §. quod ait prætor, & l. ſed ſi vnius. §. quædam iniuriæ. ff. de iniurijs. Ex his omnibus capitibus, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, prudentis iudicis arbitrio iudicandum relinquitur, quæ iniuriæ atroces ſint ac graues, quæ non item, vt pro iniuriæ quantitate pęnam imponat: omnes autẽ, quas atroces nõ iudicauerit, leues cẽſentur, vt iuribus citatis habetur, præſertim. l. 20. citata.

Quam-

4 Quamuis quondam lege duodecim tabularum talionis pœna pro iniuria membri abſciſſi, ſeu rupti, fuerit ſtatuta, vt ſcilicet ei, qui manum abſcidit, manus abſcinderetur, & vt ab eo, qui dentem extraxit, aut oculum eruit, dẽs quoque extraheretur, aut oculus erueretur; id tamen poſtea in diſſuetudinem abijt, edictoque prætoris alia pœna introducta eſt, quæ idcirco prætoria honorariaque eſt nuncupata, vt ſcilicet attenta quantitate iniuriæ ex quatuor capitibus explicatis, pœna ſtatueretur iniuriæ cõmẽſurata, arbitrioque prudentis æqualis, vt vtrunque refertur. §. pœna autem inſtit. de iniur. Meritò autem illud primum in diſſuetudinem abijt, locoque illius ſucceſſit ſecundum: quoniam, vt tractatu 1. Diſput. 13. fuit explicatum, talionis illa pœna, quæ primo aſpectu iuſta videbatur & æqualis, quã ſæpiſſime inæqualis erat & iniuſta, limites iuſti non attingens, aut eos excedens: eo quòd vna & eadem iniuria ex qualitate perſonæ, cui infertur, & à qua infertur, & ex cæteris capitibus explicatis, accreſcere poteſt ac decreſcere: eademque pœna membri abſciſſionis grauior multo eſſet in principe, aut magnate, qui homini de infima plebe ſimile membrum iniuſtè abſcidiſſet, multumque inæqualior iniuria, quã intuliſſet, quam eſſet illata homini de infima plebe, qui ſimile membrum principi aut magnati iniuſtè abſcidiſſet, multumque deficeret ab iniuriæ quantitate, quam principi aut magnati eo delicto intuliſſet.

5 Hac de cauſa iure prætorio fuit ſancitum, vt ei, qui iniuriam aliquam eſſet paſſus, integrum eſſet, vel agere ciuiliter ad pœnam pecuniariam, vt ſcilicet tantum delinquens in pœnam eius iniuriæ ſoluat, quantum ea iniuria æſtimabitur; vel agere criminaliter, vt tanta pœna corporalis ei imponatur exilij, triremium, flagellorum, aut alia grauior, vel leuior, quanta fuerit iniuria illata; penſata quantitate iniuriæ ex quatuor capitibus explicatis, ex cæteriſque circunſtantijs concurrentibus; & ſimiliter penſata quantitate ac grauitate pœnæ ex qualitate perſonæ, cui infertur, & ex cæteris circunſtantiis cõcurrentibus; optioneque iniuriarum paſſo relicta, vt vel ciuilem vel criminalem actionem intentet, vt ipſe potius eligeret. Ita habetur. §. in ſumma inſtit. de iniur. & l. 21. titu. 9. par. 7. & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. 3. to. var. reſol. cap. 6. nu. 7. Iulius Clarus. 5. lib. ſent. §. iniuria. num. 4. & Couar. 2. var. reſol. c. 10. nume. 7. duobus. §. §. vlt. Obſerua tamen, in quibuſdam paucis iniuriis ſtatutas ex parte eſse determinatas pœnas, vt conficienti libellum famoſum, aut illum repertum primò aliis diuulganti, creditori propria autoritate occupanti bona aliqua debitoris moribundi, vel intuitu quòd debitor eſset, de quibus ſermo erit tractatu ſequenti, itemque iniuriam corpori defuncti aut eius oſſibus inferenti, etiam occupando materiam ex qua ſepulchrum cõſtat, aut diripiendo ea, cum quibus corpora ſunt humata, de quibus Diſputatio ſecunda, ex parte eſt dictum, atque his de rebus lege interim. l. 11. 12. 13. & 21. titu. 9. parte 7. Præterea in hoc regno l. ſecunda, ti. 20. lib. 6. nouæ collect. de iniurijs à famulis quibuſcunque ſuis heris factis, ſic ſancitam eſt: *Mandamos que el criado, o perſona que ſiruiere, de qual quier qualidad o condicion que ſea, en qualquier ſeruicio o miniſtracio que ſirua, que iniuriare à ſu ſennor y amo, y ſi eſto fuere de hecho, poniendo las manos en el, que de mas de las otras penas, en que caen è incurren, el ſemeiante caſo y delicto ſea auido por aleue, como perſona que quebranta la ſeguridad que deuia. Pero que ſi no puſiere las manos en el, y echare mano à la eſpada, o tomare armas contra el, ſi el dicho criado fuere hombre hijo de algo, de mas de las otras penas, eſtè preſo en la car-*
A *cel treinta dias, y ſea deſterrado por dos annos. Y ſi no fuere hombre hijo de algo, de mas de las dichas penas, ſea traydo à la verguença. Y que ſi la iniuria no fuere de hecho, ni tomando armas, ſino de palabras tan ſolamente, en aquello nueſtros iuezes y iuſticias procedan ſegun la qualidad del caſo, y de las perſonas.* Et l. 1. titu. 10. lib. 8. eiuſdem collect. circa filios iniuriam inferentes ſuis parentibus, ſic eſt diſpoſitum: *Por quanto algunos ſon deſobedientes à ſus padres y madres, mandamos, que de mas de las otras penas contenidas en las leyes de las ſiete partidas, qualquier hijo, o hija, que denoſtare à ſu padre, o madre, en publico, o en eſcondido, en ſu preſencia, o en ſu auſencia, ſiendole probado, que la nueſtra iuſticia lo eche en la carcel publica con priſion por veinte dias, o pague à el padre o à la madre ſeis cien-*
B *tos marauedis de los buenos, que ſon ſeis mil deſta moneda: la qual pena deſtas ſea qual el padre o la madre quiſiere. Y deſtos ſeis cientos marauedis ſean los docientos para el acuſador.* Et lege 2. eiuſdem tituli ſic habetur: *Qualquier que à otro denoſtare, y le dixere gafo,* (leproſo o ſarnoſo hodie dicitur) *o ſodomitico, o cornudo, o traydor, o hereie; o à muger, que tenga marido, puta, o otros denueſtos ſemeiantes, deſdigalo ante el alcalde y ante hombres buenos à el plazo que el alcalde le puſiere,* (intellige, niſi probet illud ita eſſe, vt tractatu ſequenti dicetur) *y peche trezientos ſueldos, y por ellos mil y dozientos marauedis: la mitad para nueſtra camara, y la otra mitad para el querelloſo. Y ſi fuere hijo de algo el que dixere los dichos denueſtos, no ſea condenado à que ſe deſdiga por ello, y pague quiniẽtos ſueldos,*
C *y por ellos dos mil marauedis: la mitad para nueſtra camara, y la mitad para el querelloſo. Y de mas deſto el iuez le ponga la mas pena, que le pareciere, ſegun la qualidad de las perſonas y de las palabras. Y ſi hombre de otra ley ſe tornare Chriſtiano, y alguno le llamare tornadizo, o marrano, o otras palabras ſemeiãtes, peche diez mil marauedis para nueſtra camara, y otras tantas a el querelloſo. Y ſi no tuuiere de que los pagar, peche lo que tuuiere: y por lo que fincare, iaga vn anno en el cepo. Y ſi antes de vn anno pudiere pagar, ſalga de la priſion.* Et l. 3. ſubiungitur: *Qualquier que à otro dixere alguna palabra iniurioſa o fea, menor de las contenidas en la ley precedente, pague à la nueſtra camara dozientos marauedis. Y el iuez le pueda dar mayor pena, ſegun la qualidad de las perſonas, y de las iniurias:* Lege etiam
D Diſput. 28. & 29. varias alias pœnas pro quibuſdam iniurijs corporalibus.

In Luſitania, qui vulnus inflixit, accepta pecunia, vt id efficiat, & qui id fieri mandat, mortis pœna puniuntur, vt habetur. 5. lib. ord. titu. 10. §. 2. & in calce Diſp. 25. eſt relatum. Lege alias pœnas ſtatutas in eo regno pro iniurijs quibuſdã corporalibus Diſput. 29. relatas.

Quando iniuriam paſſus agit ciuiliter ad pœnam 6
pecuniariam pro quantitate iniuriæ, tunc pęna illa applicatur ipſi iniuriã paſſo, vt diſponit. l. 21. citata: id quod aſſeuerant antea gloſſa. §. in ſumma ver. pena inſt. de iniurijs, Speculator, & Rofredus, & contra Angelum, qui propendet, applicãdam eſſe fiſco
E affirmant Greg. Lop. ibi, verb. *quel ſea hecha.* & Anton. Gom. nu. 7. citato.

Qui agit actione iniuriarum, ſiue agat ciuiliter, ſiue criminaliter, exprimere in libello debet aduerſus 7
quem, aut aduerſus quos, in particulari agat, ipſum, aut ipſos, deſignando, à quo, aut à quibus, iniuria ſit affectus; præterea exprimere debet, quam iniuriam, aut quas iniurias, ſit ab eo vel ab eis paſſus. Ita habetur. l. prætor edixit in prin. & §. quod autem prætor ait. ff. de iniur. Quin, vt Iulius Clar. §. iniuria citato, cum communi doctorum ſententia ait, apponere debet annum, menſem, & locum, in quibus eam iniuriam ſit paſſus.

Quòd ſi ciuiliter agat, exprimere in libello poterit, 8

rit, quanti iniuriam ipſi æſtimet, ſalua iudicis taxatione. Vt, verbi gratia, dicendo, illam æſtimo centū aureis ſalua veſtra legitima taxatione. Ita cum Angelo Aret. & cum Fabro Greg. Lopez. l. 21. citata verb. *pediere*, & Iulius Clarus vbi ſupra num. 6. qui addit, non debere tunc iurare, ſe eam tanti æſtimare, ſed poſt taxationem iudicis, iudicem debere eum cogere iurare, num eam æſtimet vſque ad ſummam ab ipſo iudice taxatam, vt ſi fortè minus illam æſtimet, minus ille adiudicet, neque poſſe tunc excedere ſummam à iudice taxatam, & eſto illam excedat, non curari illius iuramentum quo ad exceſſum: hácque affirmat Iulius Clarus eſſe communem doctorum theoricam ac praxim. Quòd ſi iniuriam paſſus qui ita ciuiliter agit, in libello non expreſſit, quanti iniuriam æſtimaret, iudex petere ab illo debet, quanti illam æſtimet: ſi verò iudici, attenta ac expenſa iniuriæ quantitate ex capitibus omnibus explicatis, ęqua ea ęſtimatio ac iuſta viſa fuerit, pręcipere debet iniuriam paſſo, vt illā iuramento confirmet, & tunc ſententiā ferat, vt qui eam iniuriam intulit, ſoluat iniuriam paſſo eam pecuniæ quantitatem in pœnam, in iniuriæque compenſationem. Si autem æſtimatio iniuriā paſſi viſa iudici fuerit exceſſiua, tunc Iudex moderari eam debet, detrahendo ab ea exceſſum, ac præcipere debet iniuriam paſſo, vt iuret, ſe in totam eam ſummam illam æſtimare, confirmataque ea ſumma iuramēto iniuriam paſſi, debet iudex proferre ſententiam, vt qui iniuriam intulit, eam in pœnam ac compēſationem ſoluat iniuriam paſſo. Hæc habētur. l. 21. citata, iuxta. §. in ſumma inſt. de iniur. l. conſtitutionibus, in fine. ff. eod. titu. iuncta. l. videamus. §. deferre, & duobus ſequentibus. ff. de in litem iurand. & l. ſancimus. C. de iudic. Anton. verò Gom. num. 7. citato praxim tradit, vt in libello æſtimatio iniuriam paſſi iuramento confirmata exprimatur: in quo euentu locum ſimiliter habebit iudicis moderatio iuxta duo iura poſtremo loco citata, & cum illa conſentit Iulius Clar. num. 6. citato, longeque congruētius ac melius eſt in ſe, ſalutique animarum, vt poſt iudicis moderationem accedat iuramentum paſſi. Porrò æſtimatio iniuriæ fieri debet, tam iniuriam paſſo, quàm à iudice, ſpectato tempore, in quo iniuria fuit illata, & ſpectatis circunſtantijs tunc concurrentibus: non verò ſpectato tempore, in quo æſtimatio fit, ſpectatiſque circunſtantijs tunc cōcurrentibus, vt habetur l. iniuriarum æſtima-

9 tio. ff. de iniurijs. Vtrum autem iniuriam paſſus in æſtimanda iniuria ſe referre debeat ad damnum, quod potius in pecunia, aut quoad valorem in bonis externis, ſuſtinere voluiſſet, ſaltem ſi illa haberet tēpore, quo illata illi fuit talis iniuria, an potius ad lucrum, quia eligere potius vellet eam ſibi non inferri, quam dari ſibi tunc tantum vel tantum æſtimationis. Lex 21. citata ſatis innuit, ad vtrumuis indifferēter ſe poſſe referre, & eam eſſe commmunem praxim affirmat Ant. Gom. nume. 7. citato, quam ipſe amplectitur, idéque Ant. Gom. ibi & Greg. Lopez. l. 21. citata tres ea de re referunt opiniones ſtando in iure communi. Primam, quòd referre ſe debeat ad damnum. Secundam, quòd ad lucrum. Ac tertiam, quòd ad vtrumuis indifferenter. Dicerem, illum poſſe eā ſuo iudicio æſtimare in ſe, ſpectatiſq; omnib. circunſtantijs concurrentibus, quanta ſumma pecuniæ ſit æquum vt compēſetur, ſiue ad id adiuuetur referendo ſe ad damnum, ſiue ad lucrum, ſiue ad vtrūuis, ſiue non curet facere eam comparationem: ſicut etiam iudex eodem modo debet eam æſtimare, vt videat, an æſtimatio iniuriā paſſi limites æquitatis excedat, neceſſeque ſit eam moderare: idque planè eſt; quod ſonat lex 21. citata, & quod ſonant alia iura, poſtulatque natura ipſa rei. Mihi verò probatur, quod Greg. Lopez. l. 21. citata verb. *al querel-*

A *loſo*, aduerſus Socinum ait, nēpe quamuis teſtes dicant, quanti æſtimandam cenſeant eam iniuriam, adhuc Iudici locum eſſe, vt moderamen ei æſtimationi adhibeat, ſi iudicet, id teſtium arbitrium exceſſiuum eſſe, nihil impediente, quòd teſtibus ſit iuramētum præſtitum.

Quēadmodum qñ iniuriam paſſus agit ciuiliter, 10
probato crimine, imponitur ei, qui iniuriam intulit, pęna pecuniaria arbitraria pro iniurię quantitate ex pectatis capitibus omnibus explicatis, circunſtantijſq; omnib. concurrētibus, quæ iniuriā augere aut minuere poſſunt, præcedente ęſtimatione eius iniuriæ, facta ab eo, qui iniuriam eſt paſſus, & ſubſequuta approbatione, aut moderatione iudicis, modo explicato: ita quando, qui iniuriam eſt paſſus, eligit po-

B tius agere criminaliter, probato ab eo crimine, imponitur ei, qui iniuriam intulit, pœna corporalis, aut etiā pecuniaria, arbitraria pro iniuriæ ſimiliter quantitate: tunc tñ ſolus iudex eam arbitratur atque imponit. Quòd ſi pro qualitate iniuriæ, perſonę, quæ illā intulit, aut alijs circunſtantijs concurrentib. pęnā pecuniariam iniungat, ſiue vnà cum alia pœna corporali, ſiue ſine alia corporali pœna, tunc ea pecuniaria pœna non applicatur iniuriam paſſo, ſed pertinet ad fiſcum. Hæc omnia habentur. l. 21. citata. Et conſentiunt quoad reliqua, præter hoc vltimum. §. in ſumma inſt. de iniur. illis verbis; *Si autem criminaliter* (ſcilicet agatur) *officio iudicis extraordinaria* (hoc eſt, non ordinaria lege ſtatuta, ſed arbitraria) *pœna reo irrogatur*, & alia iura ſuprà citata, conſen-

C titque commmunis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. nume. 7. citato, & Iul. Clar. vbi ſuprà nu. 7. Vltimum verò affirmat gloſſa. §. in ſumma verb. extraordinaria. inſt. de iniur. citatque. l. vlt. ff. eod. titu. non tamen video id ibi haberi, aut inde colligi. Inde verò id habet vim, ſtando in iure communi, quoniam quando iniuriam paſſus agit criminaliter, & non ciuiliter, non intendit ſatiſfieri ſibi iniuriam, ſed ſolùm eum, qui iniuriam intulit, tantum puniri in vindictam iniuriæ illatæ, quantum delictum illius commeretur: pęna autem, qua pęna, quando aliud iure non exprimitur, ad fiſcum ſpectat, & nō ad partē offenſam. Conſentiunt, quæ à nobis tractatu præcedente Diſp. 695. §. Ant. Gom. nu. 4. copioſè explicata ſunt. Quo in loco du-

D plicem actionem criminalem diſtinximus. Vnam, vt diſtinguitur contra actionem merè ciuilem, qua id petitur, quod non in pęnam neque in recompenſationem iniuriæ debetur, ſed quod nulla expectata ſententia debetur in foro conſcientiæ, vt eſt res furto ablata, aut æſtimatio illius, ſi nō exiſtat, aut ſi reddi non poſſit, & eſt damnum iniuſtè datum, etiam lucri ceſſantis. Atq; actio criminalis hoc modo ſumpta comprehendit vtranque actionem iniurarum, de quibus modò agimus, itemque comprehendit duplicem actionem furti ad pœnam, vel pecuniariam dupli aut quadrupli, ei applicandam, ex quo res fuit furto ablata, vel ad pœnam corporalem. Alteram verò actionem criminalem eo loco diſtinxi-

E mus preſsè ſumptam, vt diſtinguitur etiam contra actionem pecuniariam parti offenſæ applicandam: quo pacto ſumitur hoc loco à nobis, iuxta iura hoc loco & ibi citata. Eodemque modo ſumitur circa furtum, quando agere ad pœnam dupli aut quadrupli, parti applicandam, dicitur agi ad pœnam furti ciuiliter: agere verò non ad pęnam parti applicandam, ſed ad puniendum in ſe furem, ſiue pęna corporali, ſiue pecuniaria, aut vtraque ſimul, dicitur agi criminaliter, vt ibidem eſt dictum. Atque pœna tunc, etiam pecuniaria, appellatur pęna criminalis, quæ proinde fiſco debetur, ac eſt applicāda, & non parti offenſæ, vt ibidem dictum eſt.

Ant. Gom. nu. 7. citato rectè addit, non ſolum in 11

iniurijs puniendis, ſiue ciuiliter ſiue criminaliter agatur, pœnam eſſe arbitrariam, ſed etiam in puniendis quibuſcunque alijs criminibus, pro quibus pœna certa ac ordinaria lege non eſt ſtatuta, pœnã eſſe arbitrariam, penſata qualitate ac quantitate delicti in ſe atque ex circunſtantijs omnibus concurrentibus. Id quod ex ſe liquet, & confirmat. l. hodie. ff. de pœnis, cuius verba ſunt: *Hodie licet ei, qui extra ordinem* (lege videlicet præſcriptum) *de crimine cognoſcit, quam vult ſententiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorem: ita tamen, vt in vtroque modo* (id eſt ſiue grauiorem ſiue leuiorem pęnam ſententia iniungat) *rationem non excedat*, id eſt, id, quod poſtulat natura rei, ſpectatis omnib. circunſtantijs concurrentibus. Sicut autem pretia naturalia iuſta rerum in indiuiſibili non conſiſtunt, ſed latitudinem ſuam habent intra limites iuſti, quæ complectitur iuſtum pretium, pium, medium, ac rigoroſum, multumque pẽdet ea latitudo ab vſu ac pretio, quo res emi ac vendi abſque iniuſtitiæ ſcrupulo conſueuerũt, vt tractatu præcedente in materia de emptione, & venditione explanatum fuit: ſic quantitas pœnæ iniuſtæ, quæ lege non eſt taxata, in indiuiſibili non conſiſtit, ſed latitudinem quandam habet, complectentem pœnam iuſtam, leuem, mediam, ac rigoroſam, multumq; ea latitudo pẽdet ab vſu, quo pro ſimilibus delictis pœnę abſque iniuſtitiæ ſcrupulo à viris probis ac prudentibus imponi conſueuerunt, ita vt, dum illa tota latitudo, vel quoad rigorẽ ac iuſtitiæ zelum, vel quoad miſericordiam, non exceditur, pœna cenſeatur iuſta: quando verò exceditur, iniuſta per exceſſum, aut defectum, ſit iudicanda. Idem confirmat. l. 1. §. expilatores. ff. de effractoribus, & expil. illis verbis, *quibus nulla ſpecialis pœna reſcriptis impoſita eſt: idcirco, cauſa cognita, liberum erit arbitrium ſtatuẽdi ei, qui cognoſcit.* Cõfirmat etiam. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iul. repet. & l. 2. ff. de crim. ſtell.

12 Ibidem Anto. Gom. potius vt Theologus, quàm vt iuriſperitus, ſatis piè, verè, ac Chriſtianè conſciẽtias iudicum onerat, vt memores rationis, quã Deo ſunt reddituri, eundem Deum ſummum iudicem in pœnis arbitrarijs pro delictis imponendis præ oculis habeant, non excedendo latitudinem iuſtæ pęnæ inanis gloriæ aut auaritiæ cupiditate, ira, vel alia paſſione permoti, eaque uia reos iniuſtè grauando cum reſtitutionis onere ſub pœna æterni interitus damnorum omnium ita illis iniuſtè illatorum, vltra lethale peccatum, quod, eos ita iniuſtè grauando, tunc incurrunt: & vt in eiſdẽ pænis imponendis nõ deficiant miſeratione iniqua, precibus, pretio, aut ſiniſtro alio effectu permoti, à latitudine eadẽ pœnæ iuſtę, cũ detrimento boni communis, & cum iniuſtitia aduerſus offenſos, eoſq; qui iuſtam ob tale crimẽ vindictã ac pęnã exigunt. Atq; vtrũque eos ſeruare debere in pęnis imponẽdis iura ipſa ciuilia ipſos docẽt. l. quippe reſpiciendũ. ff. de pęnis, ſic ſcriptũ legimus: *Reſpiciẽdum eſt iudicãti, ne quid aut durius aut remiſſius cõſtituatur, quã cauſa depoſcit: neque enim, aut ſeueritatis aut dementiæ gloria affectanda eſt; ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Plenè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent: in grauioribus pœnis ſeueritatem legũ cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* Et l. Pedius, in fi. ff. de incend. ruin. naufrag. ſic habetur: *Ex perſonarum condictione, & rerum qualitate, diligenter pęnæ ſunt æſtimandæ: ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa poſtulabit.*

13 Illud etiam ego admonuerim, nefas omnino eſſe ijs commiſſarijs iudicibus, quos *Alcaldes de corte, peſquiſidores*, in hoc regno vocant, & mittuntur ad inquirenda ac punienda aliqua delicta, conſtituto eis, ac miniſtris, quos ad id ſecum deferunt, certo ſtipendio quotidie de bonis delinquentium: nefas, in

A quam, omnino illis eſſe, vel intuitu proſpiciendi rei publicæ ſtatui, ac bono communi, ne ſimilia crimina cõmittantur, vel intuitu accipiendi ex delinquentibus integrum ſuum ac miniſtrorum ſuorum ſtipendium, aut etiam applicandi pœnas pecuniarias fiſco Regis, vt laudem apud eos, à quibus miſſi ſunt conſequantur, iterumque ad ſimilia, aut ad maiora mittantur, vel promoueantur, quenquam punire, vel corporali uel pecuniaria pęna, qui verè innocẽs fuerit, aut plus quẽquam punire, vel tormentis uexare, quàm culpa ipſius commereatur, aut indicia ac culpa reperta perſuadeant, eũ eſſe torquẽdum: alioquin & grauiſſimum lethalẽ peccatum incurrent, & ſub reatu interitus æterni reſtituere tenebuntur omnia damna ab ipſis ita iniuſtè data, vel iis ipſis,
B quibus illa dederunt, vel illorum hæredibus. Illud etiam eſt iniquiſſimum, & cum onere reſtituendi damnum, quod cuius dederint, eum plus aggrauando, quã ipſius culpa commeruerit, commune, vt vocant, quos in culpa reperiunt ac condemnant, vt omnes & ſinguli teneantur ſoluere integram condemnationem pecuniariam, quam ſingulis imponũt, ita vt ditiores ſtatim plus ſoluãt, quàm ipſi commerentur, & quàm fuerint condemnati, incrementumque recuperent poſtea ex aliis, ſiue ſoluendo alii poſtea ſint, ſiue non, & ſiue diu expectare debeant ſolutionem, magnoſque ſumptus ſint facturi, moleſtiamq; magnam ac laborem ſint ſubituri, vt recuperẽt, quę loco aliorũ ſoluerint. Neque enim iuſtè poteſt quis quam plus grauari, quàm commeruerit ipſius culpa:
C neque vt eiuſmodi iudices ac miniſtri ſtatim recuperent ſua ſtipendia, integramque condemnationem, iuſtè & ſine grauiſſimo lethali peccato, ac reſtituẽdi onere, id efficere poſſunt. Neque quicquam ipſis ſuffragatur id, quod dicere conſueuerunt. Nempe vtiliter ipſos agere negotium illorum omniũ ac ſingulorum: quoniam, niſi ſtatim recipiant integra ſua ſtipendia, totamque condemnationem, plus immorabuntur, accreſcentque ſtipendia, quæ ſoluere teneantur. Neque enim ex eo, quòd plus immorẽtur, & quòd plus accreſcant ipſorum ſtipendia, quiſquã plus iniuſtè & ſine reſtituendi onere poteſt grauari, quàm ipſius delictum commereatur. Reliqui verò, ſi digni ſint tanta pœna, illam ſoluant: alioquin, ſi digni non ſint, aut ſi non ſint ſoluendo, qui illos
D vocauit, aut Rex ipſe de communibus reipublicæ bonis, eis ſoluat integra ipſorum ſtipendia: neque enim æquitas patitur, vt tanquam delinquens is ea ſoluat, qui ea ſoluere non commeruit.

14 Dubium autem eſt, vtrum pro iniuria infra homicidium progredi iudex poſſit in imponenda pœna corporali arbitraria vſque ad pœnam mortis, vt ſi grauiſſima ſit iniuria illata, qualis erit ſi iudici, aut magnati, homo de infima plebe, alapam impingat, aut eum mutilet, vel graue aliud vulnus doloſè illi infligat, nũ iudex progredi in puniendo tanto delicto poſſit vſque ad mortis pęnam infligendam: an verò ſemper pœna arbitraria eſſe debeat infra mortem. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 83. nu. 11. cũ pleriſ-
E que aliis, quos citat, propẽdet, nunquã iudicem in pęna arbitraria progredi poſſe vſq; ad mortis pœnã. Nos verò cum cõi doct. ſententia, quã Maranta & Carrer. locis ibi citatis referunt ac ſequuntur, Diſp. 24. §. tertiò eſt præmittendũ, aſſerimus, progredi poſſe vſq; ad pęnã mortis, ſi ita poſtulet grauitas delicti, vt in exẽplis propoſitis, & in alijs ſimilib. quæ rarò admodũ eueniunt; ad quod non parũ ſed multum adiuuaret, vt in loco aliquo imponi ea pęna poſſet, cõſuetudine ibi eſſe receptũ, vt ꝓ tali delicto cũ eis circunſtantijs in eo loco eſſet conſuetum imponi mortis pęnam. Pro delicto aũt, pro quo in aliquo loco eſſet conſuetum nõ imponi mortis pęnam, nefas eſſet iudici pœnam mortis imponere, niſi extraordi

nariæ

nariæ circunſtantiæ concurrerent,quæ quàm maximè aggrauarent delictum,ita vt per epicheiam prudens quiuis cenſere deberet,expedire vt pœna mortis tunc imponeretur:pro eo quippe tūc imponi poſſet ac deberet mortis pœna. In hac noſtra ſententia ita explanata conſentiunt Ant.Gom. c.6.citato.nu. 8.& Greg.Lopez. l.21.citata gloſſa vlt. cum pleriſque alijs, quos citant, tandéque huic ſententiæ hoc modo explicatæ annuere videtur Iulius Clarus.nu. 11. citato, eoque modo eſt intelligenda gloſſa. §.in ſumma,verb.extraordinaria inſt.de iniur. quæ eam affirmat, & quam Bart. & communior doctorum ſententia amplectuntur,argumento iurium, quæ ſuprà retulimus,ac docent, grauia crimina ſeuerè iudicis arbitrio eſſe punienda. Eam ſententiam confirmat. l.ſacularij. §. ſunt quædam (alias.l.ſunt quædam.) ff.de extraor.crim.ibi: *Hanc rem præſides exequi ſolent grauiter vſque ad pœnam capitis:quia & ipſa res mortem comminatur.* Nos item Diſp.24. cum Couar. & alijs aſſeruimus, etiam attentationes aliquas grauiſſimorum delictorum, quæ ad conſummationem delicti non ſunt perductæ, mortis pœna eſſe puniendas. Lege quæ ibi dicta ſunt.

15 Cum integrum ſit iniuriam paſſo intentare actionem iniuriarum,vel ciuilem, vel criminalem, quam ipſe maluerit, vt eſt dictum; intenta tamen vna earum, non permittitur ei eam deſerere, & eligere ac intentare alteram, ſed vna electa, ceſſat ac tollitur omnino altera. Ita habetur.l.21.citata, & conſentiunt. l.quod ſenatus, & l.prætor edixit.ff.de iniur. atque affirmat gloſſa.1.§.in ſumma inſt.eod.titu.& communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant.Gom.nume.7.citato,& alij,quos retulimus tractatu præcedente Diſput.695. à §.Ant. Gom. nume.4.citato, quo in loco copioſè id oſtendimus.

16 Quando actor ageret ciuiliter ad pęnam pecuniariam,& iudex tempore ſententiæ cerneret,reum ſoluendo non eſſe,commutare poteſt,ac debet, pęnam pecuniariam in corporalem. Tum quia quando aliquis ſoluere non poteſt pœnam pecuniariam pro aliquo delicto,regula eſt,quòd luat in corpore. Tum etiam quoniam.l.ſi quis iniuriam, & l.vlt.ff.de iniurijs diſponitur, vt qui pœnam iniuriæ illatę ſoluere ob ſuam egeſtatem non poteſt in pecunia, puniatur in corpore, & id affirmat Greg.Lopez.l.21. citata verb. *otorgue la iura.* Qui cum Alberico addit,actorem, qui ciuiliter agit, petere id non poſſe in libello: quoniam lite pendente,vel ante exequutionem,poſſet reus fieri ſoluendo. Ego autem non video cur non poſſit petere,vt,ſi ſententiæ tempore ſoluendo non ſit, iudex eum puniat corporali pœna,ne impunitus maneat, quodammodo in damnum id petētis, qui vindicatus non maneret de iniuria, quam eſſet paſſus, & in damnum boni communis, maximè cū id poſſit ac teneatur efficere iudex ex ſuo officio, etiam non requiſitus,vt autores citati confitentur. Et quemadmodum,ſi reus ſoluendo non ſit pęnam ſententia actori adiudicatam in iniurię compenſationē, poſſet actor petere à iudice,vt eam pœnam commutaret in corporalem, ne reus impunitus euaderet:ita à principio poſſet idem actor id petere,aut tempore ferendæ ſententiæ, quādo ſpes non eſſet, quòd reus haberet vnde pœnam pecuniariam ſolueret: quādo quidem id non petere abſolutè commutando actionem ciuilem in criminalem,ſed ſub cōditione,ſi pœnam ciuilem ſoluere nulla ratione poſſet.

17 Gregorius Lopez ibidem verb. *eſcarmiento* cum Fabro addit, quando iniuria eſt leuis,agi non poſſe criminaliter,iuxta.c.cum te.de re iud. Ibi tamen nihil tale habetur. Illud concederem,quando iniuria eſſet adeò leuis, quòd indigna eſſet pœna coporali, & digna ſolùm eſſet pœna pecuniaria, præſertim at-

A tenta qualitate eius,qui illam intulit, tunc illum dānandum non eſſe pœna corporali, ſed pecuniaria. Tunc tamen nihil impediret actionē eſſe criminalē, quia forte dedignaretur actor agere ad pœnā pecuniariam ſibi applicandam, ſolumque petere poſſet, vt reus puniretur pro quātitate iniuriæ illatæ, in quo euentu actio eſſet criminalis preſsè ſumpta, & non ciuilis,iuxta ea quæ ſuprà, & tractatu præcedente diſputatione citata dicta ſunt: ſed tunc pœna pecuniaria,tanquam criminalis in eo euentu, fiſco eſſet applicanda,vt vtrobique eſt dictum.

Quando iniuriarum actio ciuiliter intentatur, actor poteſt agere per ſuum procuratorem, & reus ſimiliter per ſuum procuratorem poteſt ſe defendere,vt habetur. l.nō ſolùm.§.agere. & l.ſed ſi vnius. 18
B §.idem Iulianus.ff.de iniur. & l.licèt.§.ad actionē. ff.de procurat.quæ iura iuxta gloſſas ibidem, & iuxta iura mox citanda, communemque doctorum ſententiam,intelliguntur quādo agitur ciuiliter, etiam pro iniuria corporali. Quin & nobiles perſonæ,quādo cauſa eſt ciuilis, licèt intereſſe poſſint ei cauſæ per ſe ipſos in iudicio,vt videant, num rectè eorum negotium agatur,& vt reddere poſſint rationem ac reſpondere ad interrogata,cōſtituere tamen debent procuratorem,per quem negotium ipſorum in iudicio peragatur,vt habetur,l.11.ti.5.p.3. & tract.5.dicetur. Quando autem agitur criminaliter,quemadmodum in alijs criminibus, neque agens agere poteſt per ſuum procuratorem,quando imponi poteſt pęna relegationis perpetuæ, aut alia maior corpora-
C lis,neque reus defendere poteſt per procuratorem, ſed per ſe ipſum tantum,vt habetur.l.pen.§.ad crimen,iunctis gloſſis ibi,& aliis iuribus,quę citant.ff. de publ.iud.c.veniens, de accuſ.l.6.ti.1.par.7. & l. 12.ti.5.par.3.& tract.5.copioſius dicetur:ita neque in actione iniuriarum. Excipitur,niſi is,qui iniuriarum actione criminaliter agit,aut is,aduerſus quem agitur,nobiles ſint,aut filij,vel filiæ,aut vxores nobilium,etiam defunctorum: nam tunc eiuſmodi nobiles agere poſſunt, ac ſe defendere, per procuratorem; modo tamen ſententia ac condemnatio nō feratur in procuratorē,vt in alijs cauſis,quæ per procuratorem aguntur,fit, ſed feratur cōtra ipſummet delinquentem, qui eo modo per procuratorē ſe defendit. Ita habetur.l.vlt. C.de iniuriis, & §.in ſum-
D ma, inſt.eod.ti. Lege quoad hæc omnia Ant.Gom. 3.tom.var.reſol.c.1.à nu.12.

Siue,qui iniuriam eſt paſſus, ciuiliter agat ad pęnam pecuniariam in recompenſationem ac uindictam iniuriæ,ſiue agat criminaliter, ſanè ultra eam actionem competit ei actio ad petendam recuperationem ſeu compenſationem omnium damnorum in bonis externis, quæ ex ea iniuria ſint ei ſequuta, ſiue ſint expenſarum cum medicis,chirurgis,ac medicamentis,ſiue lucri ceſſantis,ualoris ſuarum operarum ac induſtrię,quibus vti vulnere,mutilatione, aut alia iniuria fuit impeditus,aut in poſterum impeditur,& per cōſequens comparare fuit impeditus, quæ ea via erat acquiſiturus, ſiue ſint quæcūque alia 19
E damna in rebus temporalibus. Ita communis doct. ſententia,quam referunt ac ſequūtur. Couar. 2.var. reſol.c.10.num.7.à §. quartò eodem iure, Gregor. Lop.l.21.citata.verb.*ſe tuelle por la otra.* & Ant.Gomez.c.6.citato à nu.9.cum glo.1.§.in ſumma inſti. de iniuriis,& alii,quos nos tractatu præcedente Diſput.695.à §. Anto. Gom. citato,retulimus,vbi hoc ipſum copioſè oſtendimus. Atque pręter.l.vnicam. C.quando ciuilis actio crimin. præiud. & alia iura, quæ ibi citauimus, id confirmant. l.qui nomine.ff. ad leg. Corn. de falſ.iuncta gloſſa ibi,verb.pœnali, vbi habetur, qui prætoris nomine literas falſas edictū ve falſum propoſuit, vltra pœnā legis Corneliæ de falſis, cōpetere aduerſus eū actionem in factum

ad intereſse,damnűve inde ſubſequutum.l.ſed etſi. §.iniuriam.ff.ad legem Aquil. Vbi ſic Vlpianus ait: *Iniuriam autē hic accipere nos oportere,non (quemadmodum circa iniuriarum actionem) contumeliam quādam;ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt, contra ius, id eſt,ſi culpa quis occiderit. Et ideo interdum vtraque actio concurrit, & legis Aquiliæ, & iniuriarum. Sic duæ erunt æſtimationes, alia damni,alia contumeliæ.* l. item apud Labeonem.§.ſi quis ſeruo.ff.de iniur.cuius verba ſunt: *Si quis ſeruo vulnerato,iniuriarum egerit,deinde poſtea damni iniuriæ agat,* (hoc eſt,ad damnum ex iniuria reſultans) *Labeo ſcribit, eandem rem non eſſe: quia altera actio ad damnum pertinet culpa datum; altera ad contumeliam.* l.qui ſeruum in prin. ff. de act.& obl. Vbi Paulus iuriſconſultus ſic ait: *Qui ſeruum alienum iniurioſè verberat ex vno facto incidit & in Aquiliā,& actionē iniuriarum. Iniuria enim ex affectu fit,damnum ex culpa: & ideo poſſunt vtræq; competere. Sed quidem altera electa, alteram conſumi* (affirmant ſcilicet,& male,niſi,vt ſubiungit,in condemnatione ex vna,condemnato quoque fiat ſimul incrementi,quod peti poteſt ex alia) *Alij per legis Aquiliæ actionem iniuriarum conſumi* (cenſuerunt ſcilicet) *quoniam deſiit bonum & æquum eſſe, condemnari eum,qui æſtimationem præſtitit. Sed ſi ante iniuriarum actum eſſet, teneri eum ex lege Aquilia. Sed & hæc ſententia per prætorē inhibenda eſt* (ex horum ſcilicet autorum ſententia) *niſi in id,quod amplius ex lege Aquilia competit,agatur.* Continuò verò Paulus ſubijcit ſuam veramque ſententiam,dicens: *Rationabilius itaque eſt,eam admitti ſentētiam,vt liceat ei* (actori ſcilicet in prædicto euentu) *quā voluerit actionem prius exercere:quod autem amplius in altera eſt,etiam hoc conſequi,* illud videlicet poſtea ex ea alia actione petendo. Vbi uides,præter actionem iniuriarum ad pęnam & compenſationem iniuriæ,cōpetere actionem ad damnum in bonis externis eadem iniuria ſimul,aut vlterius,iniuſtè illatum. Id autem vel poteſt peti ſimul in eodem libello,quo actio iniuriarum intentatur,quaſi incidenter ſimul petatur, vt condemnatio quoq; ad id damnum ſeu intereſſe à iudice ex officio ſuo fiat,(petito enim uno,poteſt iudex ad alterū etiam ex officio ſuo condemnare,argum. l.interdum.2.§.qui furē.ff.de furt.) vel petere ſeorſum vtrūque diſtinctis actionib. ac libellis. Dubium verò eſt,vtrum præter id,in quo reus eſt condemnandus ob iniuriam illatam,cōdemnari præciſè debeat in latitudine damni dati, quā latitudinem reus in foro conſcientiæ tenetur ſoluere nulla expectata ſentētia; an uerò in id etiā, quod pęnale eſt in l. Aquilia, nec ſoluere tenetur niſi poſt latam ſententiam,iuxta ea quæ tractatu præcedente, dum ſermo nobis eſſet de damno iniuſtè dato in rebus externis, actioneq; legis Aquiliæ,fuit explicatum. Ac propenderem,in exteriori foro in id etiam eſſe condemnandū, quod in l. Aquilia eſt pęnale. Tunc quia gloſſa citata,iura etiam citata,ac doctores,de actione legis Aquiliæ loquuntur, quā competere etiam dicunt ob damnum in bonis externis ſimul datum, aut ulterius inde ſequutum. Tumvel maximè quoniam actio iniuriarū competit ob iniuriam ac contumeliam;actio autem legis Aquiliæ competit ob damnum iniuſtè datum in rebus externis,etiam ſi ſola culpa,ſine dolo & iniuria,ſit datum. Quid autem comprehendatur in latitudine eius damni,ex parte eſt dictū tractatu præcedente,dum de damno dato actioneque legis Aquiliæ habitus eſt ſermo,& conſtabit magis ex ijs,quæ inferius ſuo loco dicemus de reſtitutione in foro cōſcientiæ pro homicidio,& alijs iniurijs, ſeu damnis corporalibus.

20 Dictum eſt ſupra,vltra actionē iniuriarum,ſiue ciuilem ſiue criminalem,competere iniuriam paſſo actionem ad dāna in rebus externis ſimul iniuſtè data,aut inde vlterius ſubſequuta.

A Quoniam ad damnum corporis,vt ad amiſſionem mēbri, aut ad amiſſionem debiti illius vſus, ad cicatricem relictam ex vulnere,quæ corpus fędat,& ad ſimilia corporis dāna,nō datur actio iure ciuili,vt præciſè ſunt damna corporis,pręter actionē iniuriarum,ex qua,ſiue ciuiliter ſiue criminaliter intētata ſit, longè maior pęna corporalis,aut pecuniaria parti læſę applicanda, imponitur,quando eiuſmodi corporalia damna remanent,quā ſi non remanerent,eo quòd eo ipſo cēſeatur maior multo iniuria illata. Rationem verò addunt iura,quia neque liberum corpus, neque membrum,aut pars illius,vel cicatrix,aut alia deformitas in illo relicta,vllam recipit æſtimationē,vt habetur. l.vlt.ff.de ijs, qui deiec. vel effud. cuius verba ſunt:
B *Cum liberi hominis corpus ex eo, quod deiectū effuſumve eſt,læſum fuerit, iudex computat mercedes medicis præſtitas,cæteraq; impēdia,quæ in curatione facta ſunt præterea operas, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis factus eſt.Cicatricum autem,aut deformitatis,nulla fit æſtimatio; quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem.* Et l. 1.§.ſed cum eo.ti. ſic habetur: *Sed cum liber homo periIt, damni æſtimatio non fit in duplum:quia in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt: ſed quinquaginta aureorum condemnatio fit.* Vbi vides condemnationem fieri ob talē mortem,culpa quidem abſque dolo illatam: maior autē condemnatio fieri debet ob iniuriam cum damno corporis liberi dolo illato,quàm pro æquali damno abſque dolo,culpa ſolùm iuridica illato. Idem di-
C ſponitur alijs iuribus, quæ gloſſā. §.citato refert, & conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Cou.nu.7.citato. §.quarto eodem,& copioſius ac melius Anto.Gom.c.6. citato, nu.12. Qui cum quibuſdam alijs,quos referunt,rectè addunt: Si cicatrix, aut alia deformitas, maneat in muliere,præſertim non nupta,ratione cuius maiori dote indigebit, vt competentem maritum inueniat ei, quem inueniſſet, ſi ea deformitate caruiſſet; aut ſi maneat in mancipio,vel in alio animali,ratione cuius reddantur minoris valoris proprio illorum domino: tunc hoc aliud damnum, in bona externa redundans,compenſandum reſarciendumque eſſe, darique ad illud actionem legis Aquiliæ,vltra actionem iniuriarum ad damnum corporale talis defor-
D mitatis, vnde hoc aliud damnum in bonis externis redundat. Atque hac ratione nos ſup. diximus,pro damnis corporis præciſè ſumptis, quatenus damna corporis præciſè ſunt, non dari actionem iure ciuili,præter iniuriarum actionem: quia videlicet datur vlterius actio legis Aquiliæ, ſi inde ulterius reſultet damnum in bonis externis, ad reſarciendum hoc aliud damnum ita vlterius reſultans.

DISPVT. 41.

In iniurijs corporalibus, & in cæteris delictis, quando cenſendum ſit interueniſ-
E ſe diſtincta delicta, quæ pœnis diſtinctorum delictorum ſint punienda.

SVMMARIVM.

1 *Quando pro ſingulis delictis ſpecie diſtinctis pœnæ ſunt ſtatutæ vel certæ vel arbitrariæ,tunc ſiue delicta eiuſmodi diſtincta ex interuallo committātur, ſiue ſimul etiam unico actu, incurruntur pœnæ diſtinctæ pro illis ſtatutæ, & delinquens omnibus eis eſt puniendus.*

2 *Quando multi actus, pro quibus pœna eſt ſtatuta, aut eſt imponenda, ſi ſinguli fiant ſeorſim, aut quidam*

dam eorum ex interuallo vnus poſt alium, tunc ſi ad vnum finem ex intentione illos exercentis aut ex ſe ordinetur, nec fiant ex interuallo, ſed vno impetu, ita vt omnes in genere moris ſint vnum peccatum conflatum ex illis omnibus, vtique puniendi nō ſunt diſtinctis pœnis tanquam delicta diſtincta, ſed vnica finis aut effectus, ſecuti, eſto pro illis, ſi ſeorſim fierēt, pœnæ eſſēt diſtinctæ ſtatuto aliquo ſancitæ.

3 *Siue vno ictu et actu, ſiue multis, multæ percuſſiones fiant, aut vulnera multa inferātur, vno impetu, minime ve ex interuallo, vnicum delictum ac peccatū eſt in genere moris, ac proinde vna pęna percuſſionis aut vulneris eſt puniendum: & ita ſi quis pluries eo modo percutiat eccleſiaſticum, vnicam duntaxat excommunicationem incurrit.*

4 *Quod ſi ſimul actu vnico, minimè interpolato, quis furetur res multorum, aut aliquid, quod pro indiuiſo ad multos attineat, peccata ſunt diſtincta numero, pro diuerſitate numerica eorum, qui id damnum ſunt iniuſtè perpeſſi, furque diſtinctis pœnis eſt puniendus.*

5 *Si quis vno impetu ſine morali interruptione plures uerbales iniurias aduerſus aliquem dicat, diuerſas res fœdas & ignominioſas ſignificantes, is non committit plura delicta, ſed unum numero, unicaque pęna arbitraria eſt puniendus, pro quantitate tamen iniuriæ.*

6 *Si ſtatutum non quidem pro alapa ſtatuat certam pęnam, ſed dicat pro unaquaque alapa tantam ſubeat pœnam, tunc eſto delinquēs ſine interpolatione multiplicet alapas, puniendus eſt diſtinctis pœnis eius ſtatuti: ſed tunc attendendum eſt, num perſpicue ſtatutum ſignificet, quòd quamuis eodem impetu alapæ multiplicentur, pro ſingulis alapis ea pęna imponatur, & tunc ſtandum eſt ei ſtatuto.*

7 *Quando multa delicta, etiam eiuſdem ſpeciei, committuntur ex interuallo unum poſt aliud, ita ut uerè in genere moris ſint diſtincta numero delicta, puniuntur diſtinctis pęnis, unumquodque eorum ac ſi alterum non eſſet commiſſum, ſed ipſum ſolum.*

8 *Extra hos euentus erit ſtandum in unoquoque loco cōſuetudini receptæ, ut delicta plura eiuſdem ſpeciei commiſſa unum poſt aliud puniantur, quādo ſimul punienda occurrunt, & res committenda eſt prudenti iudici, ſpectatis omnibus circunſtantijs: idem dicēdum quando ſimul occurrunt punienda delicta eiuſdem ſpeciei, numero diſtincta ob diuerſitatem obiectorum, ſimul aut ex interuallo patrata, ut duo homicidia ſimul facta, aut facta unum poſt aliud.*

9 *In crimine falſi, quando aliquis in una & eadem cauſa protulit ex interuallo multos falſos teſtes, aut multa falſa inſtrumenta; falſarius non eſt ſecūdum aliquos puniendus totidem pęnis, aut vna omnibus illis ęquiualenti, quot ſunt ea crimina, & quot fuiſſet punitus, ſi ea crimina punirentur vnū poſt aliud eo ordine, quo ſunt commiſſa.*

10 *In huiuſmodi criminibus ſpectandus eſt finis, & media, quæ adhibentur, & refutatur prior opinio.*

11 *Quando aliquis puniendus eſſet, quòd vendendo pretium lege taxatum tranſgreſſus eſſet, vel in pondere & menſura defraudaſſet, tunc licèt pluries in id crimen incidiſſet, non eſſet puniēdus totidem pęnis, quot eſſent ea numero delicta, ſed vnica duntaxat pęna lege ſtatuta: ſi nulla eſſet lege ſtatuta, ſed pęna eſſet imponenda arbitraria, tunc eo grauior prudentis arbitrio eſſet imponenda, quo ſæpius id delictum commiſſum inueniretur.*

1 RES hæc difficilis ſequentibus concluſionibus eſt definienda. Prima eſt. Quando pro ſingulis delictis ſpecie diſtinctis pœnæ ſunt ſtatutæ, vel certæ ac determinatæ, vel arbitrariæ, tunc, ſiue delicta eiuſmodi diſtincta ex interuallo committantur, ſiue ſimul, etiā vnico actu, incurruntur pœnæ diſtinctæ pro illis ſtatutæ, delinquenſque omnibus eis eſt puniēdus. Exempla ſunt. Quia pro homicidio voluntario pœna irregularitatis eſt ſtatuta, in qua non ſit diſpenſandum, & pro ſacrilegio impoſitionis manus violentæ in perſonam Eccleſiaſticam eſt impoſita excommunicationis pœna; ſi quis interficiat ſacerdotem, incurrit & irregularitatem ex tali homicidio voluntario, & pœnam excommunicationis, nihil impediente, quòd ſimul vnicoque actu id homicidium ac ſacrilegium ſit commiſſum. Item ſi quis committat ſtuprum, aut adulterium, cum conſanguinea, incurrit pœnam pro ſtupro, aut adulterio, ſtatutam, & ſimul pœnam ſtatutam pro inceſtu, nihil impediēte, quòd inceſtus & ſtuprum, aut inceſtus & adulterium, vnico actu ſint commiſſa. Item ſi quis furetur mancipium, & illud vulneret, aut interficiat, tenetur domino de furto prius commiſſo, atque etiam lege Aquilia de ſeruo vulnerato, aut occiſo, quin & ſimul iniuriarum actione ei tenetur: quoniam ea delicta diſtincta ſunt ſpecie. Atque hoc vltimum exemplum quoad rem, de qua diſputamus, & quædam alia ſimilia, adhibentur. l. nunquam. ff. de delict. priuat. quæ perſpicuè hanc concluſionē, ex ſe ſatis manifeſtam, probat ac cōfirmat. Eius verba ſunt: *Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur. Neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam.* & continuò ſubiunguntur varia exempla, de quorum numero eſt illud, quod eſt propoſitum. Idē confirmat. l. ſi adulterium cum inceſtu in prin. & §. 1. ff. ad legem Iul. de adult. Vbi habetur, quòd ſi mulier ac vir eodem actu committant adulterium & inceſtum, nec quenquam illorum excuſet ignorantia, vtrumque eſſe puniendum pœna adulterij & inceſtus. Idem item confirmat. c. cum pro cauſa. de ſent. excommun. Vbi habetur, ſi quis eodem actu duplex ſacrilegium committat, vt impoſitionis manus violentæ in clericum, & quia id fecit in loco ſacro, ſi ratione vtriuſque cauſæ ſit excommunicatus, vnāque tantum earum cauſarum expreſſit, quando abſolutionis beneficium impetrauit, habeatur pro excommunicato. Cum hac noſtra concluſione conſentire videtur Couar. 2. var. reſ. c. 10. nume. 8. §. ego ſanè. verſ. tertium; licet nō ita diſtinctè, vt nos, loquatur. Neque Iulius Clarus. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 84. nume. 4. loquitur de delictis diuerſi generis, de quibus nos in hac prima concluſione loquitur, ſed de ijs, quæ ad eundem finem ordinantur, quæ omnia eiuſdem ſunt ſpeciei in exemplo, quod ſubiungit, neque vnquam in ea quæſtione eſt loquutus de pluribus delictis ſimul commiſſis, de quibus nos in hac noſtra cōcluſione loquimur. Neque arbitror cuiquam proponi concluſionem noſtrā poſſe, vt à nobis eſt propoſita ac comprobata, qui illam diffiteri poſſit.

Secunda concluſio. Quando multis actus, proquibus pœna eſt ſtatuta, aut eſt imponenda, ſi ſinguli fiant ſeorſim, aut quidam eorum ex interuallo vnus poſt alium, ita vt in genere moris diſtincta numero ſint peccata propter moralem interpolationē ac diſcontinuationem, tunc ſi ad vnum finem ex intentione illos exercentis, aut ex ſe, ordinentur, eiuſdemque ſpeciei in genere moris ac delicti ſint cum eo fine, nec fiant ex interuallo, ſed vno impetu, aut ſine morali diſcontinuatione, ita vt omnes in genere moris ſint vnum peccatum conflatum ex illis omnibus tanquam ex partibus peccaminoſis, illud vnum peccatū ac delictum integrantibus, vtique puniendi non ſunt diſtinctis pęnis, tanquam delicta diſtincta, ſed vnica finis, aut effectus ſequuti, eſto pro illis, ſi ſeorſim fierent, eſſent pęnę diſtinctę ſtatuto aliquo ſancitę. Hanc concluſionem, tametſi non adeo explicatā, affirmat ac intēdit Iul. Clar. nu. 4. citato cum 2

gloſſa,l.qui de crimine.verb.plurima. C.de accuſationib.& cũ pleriſque alijs,quos citat. Ac ſanè gloſſa illa hanc præcedentem noſtram concluſionem ibi paucis verbis intendit ac affirmat, licèt non adeò,vt nos,rem explicet. Exemplum eſt: Si quis arma accipiat ac deferat vt aliquem interficiat, in illum inſultet, eumve ex improuiſo aggrediatur, illum vulneret vno aut pluribus vulneribus, non ex interuallo, ſed in eadem rixa,ex quibus ille vel continuò vel poſtea moriatur. Sanè prædicta omnia eiuſdem ſpeciei ſunt cũ homicidio ex illis ſequuto, & ad quod à delinquẽte,aut ex ſe,ordinata ſunt. Dixi,aut ex ſe ordinata ſunt:quoniam, eſto interficiens non intenderet illis interficere,ſed ſolùm vulnerare,aut percutere,ita vt,ſi mortem inde ſequẽdam eſſet arbitratus, continuiſſet ſe potius ac abſtinuiſſet ab illis actibus efficiendis:omnia tamen ſunt eiuſdem ſpeciei,contra quintum decalogi præceptum, cum homicidio ſequuto, tanquam viæ & diſpoſitiones ad illud: eo quòd vulnus, aut pcuſſio,ſeu læſio in corpore proximi,ad quæ reliqua ordinata fuere, læſio ſunt in vita & in ſalute, eiuſdemque ſpeciei ſunt cum vitæ totius ablatione in eſſe delicti,& in genere moris, cuius ſunt veluti partes, & ad quam tendunt ac diſponunt & de ſe ordinantur: ſicut oſcula tactus impudici, quæ ad coitum ac copulam ex ſe ordinantur, eiuſdem ſpeciei ſunt in genere moris cum copula cum eadem muliere, ſiue talis copula ſequatur,ſiue non. Hinc, ſi in aliquo oppido eſſet pœna ſtatuta deferenti arma, & eſſet pœna ſtatuta inſultanti, ſeu aggredienti ex improuiſo alium, eſſetque pœna decreta vulneranti,& alia interficienti,tunc qui vnico impetu, minimeve interueniente interpolatione ſufficiente ad diſtincta peccata ac delicta in genere moris, aliquis arma ſumeret ac deferret, inſultaret, ſeu aggrederetur ex improuiſo cum eis aliquem, illũ vulneraret vno aut plurib. vulneribus, ex quibus ille moreretur continuò aut poſtea, ſanè puniendus ſolùm eſſet pro illis omnibus pœna homicidij:quoniam reliqua omnia vnum numero crimen ſunt in genere moris cum homicidio ex illis ſequuto,& ad quod fuerunt ordinata, neque ſunt diſtincta crimina,niſi partialia, integrantia vnum numero totale crimen homicidij. Atque, quando homicidium fuit ſequutum,conſentit Bart.l. nunquam citata,cum alijs,ſiue plura vulnera fuerint inflicta, ſiue vnũ omnia puniẽda eſſe vnica pœna homicidij ex eis ſequuti,nõ verò ſingula puniẽda eſſe diſtinctis pęnis, eſto quod quædam eorũ vulnerum lethalia non fuerint. Id,apertè probat.l.illud.§.vlt.ff.ad leg. Aquil.cuius verba ſunt: *Si idem eundem ſeruum vulnerauit poſteà, deinde etiam occiderit,tenebitur & de vulnerato,& de occiſo:duo enim ſunt delicta; aliter atque ſi quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit: tunc enim vnica erit actio de occiſo:* Vbi vides, quando aliquis non ex interuallo pluries vulnerauit, ſequutaque inde fuit mors, illum non teneri diſtinctis pœnis ob diſtincta vulnera,quaſi illa ſint diſtincta delicta, ſed teneri ſolum vnica pęna homicidij;quòd ea omnia vulnera vnico impetu,interpolationeque morali minimè interueniente,illata,non ſunt diſtincta crimina,ſed vnum homicidij ſequuti. Neque,quando ex vulnere ſequitur mors, eſt aliud crimẽ, aut alia pars criminis, vulnus, ex quo mors eſt ſequuta, & alia mors ipſa, ſed ſolum vulnus inflictum, vulneriſve inflictio,habet rationem criminis, quod tũc dicitur homicidium, quando ex illo ſequitur mors: ſi verò non ſequatur, retinet ſolùm rationem vulneris,criminiſve vulneris inflicti:mors verò ſequuta crimen non eſt,ſed conditio, ſine qua vulneris inflictio, aut cauſa alia iniuſta eius mortis,non ſortitur rationem homicidii. Eodem modo in eodem exemplo propoſito, ſi mors ex vulnere iniuſtè inflicto non ſequatur,

A tur,accepiſſe arma,illaque geſtaſſe ad eo modo vulnerãdum,inſultumque ſeu aggreſſionem ex improuiſo feciſſe ad ita vulnerandum,non ſunt multa crimina, ſed vnum totale inflictionis vulneris, eiusve effectus ſequuti, ex eis omnibus partibus conflati, ac proinde ſolũ puniuntur pęna inflictionis eius vulneris,vt Iulius Clarus,num.4.citato,rectè cum aliis quos citat,affirmat. Quòd ſi ex modo inſultus, vt quia aleuosè aut proditoriè, id vulnus fuit inflictũ, accreſcat culpa eius delicti,tunc augeri ex eo capite poterit pœna delicti talis iniuſtæ vulneris inflictionis:maximè cũ pęna delicti vulneris inflicti arbitraria ſit, quæ pro quantitate culpæ, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus,imponi debet maior aut minor, vt diſputatione præcedente eſt explanatum.

B Barto.eadem l.nunquam.ff.de priuat.delict.poſt Dinum cenſuit,ſi plura vulnera vno impetu, minimeve ex interuallo,aliquis alicui iniuſtè infligat, ad effectum duntaxat vulnerandi, & non interficiendi, neque inde homicidiũ ſequatur, puniendũ eum eſſe pœna plurium delictorum,hoc eſt,pro vnoquoque vulnere ſua pœna peculiari,perinde ac ſi id tantum vulnus fuiſſet inflictum. Idem volunt multi eſſe,eſto vnico ictu quis alteri duo vulnera infligat,vt ſi bidenti illum percutiat, & vnoquoque dente diſtinctum vulnus infligat. Iuxta hanc autem ſententiam eſt dicendum, ſi quis vnico impetu, minimeq; ex interuallo,bis,ter, aut quater percutiat, ſiue totidem ictibus,ſiue paucioribus ictibus atque actibus, C totidem excommunicationes canonis ſi quis ſuadẽte diabolo, incurrere. Atque hanc opinionem cum Dino & Bar.affirmat Couar.num.8.citato in prin. eſſe communiorem doctorum,eamque amplectitur Iulius Clarus.q.84.citata,nume.2.& 3.teſtaturque ſe ſemper vidiſſe iuxta eam iudicari, tametſi in fine,nu.3. citati addat, ſciſcitandum eſſe in vnoquoque loco à ſenioribus,quænam in eo loco conſuetudo ſit iudicandi hac in re ac interpretandi ſimilia ſtatuta,recedendumque ab ea conſuetudine non eſse.

Ego verò cum Couar.num.8.citato.§.Ego ſanè, verſ.deinde,& verſ.quartum,cum Ang.qui ita in toto orbe ſeruari affirmat,& cũ multis aliis,quos Couar.ibidem citat,non dubito, contrariam ſententiã veram eſse,nempe ſiue vnico ictu & actu,ſiue multis,multæ percuſſiones fiant,aut vulnera multa inſerantur,vno impetu, minimeve ex interuallo, vnicũ delictum ac peccatum eſse in genere moris, ac proinde vnica pœna percuſſionis aut vulneris eſse puniendum, & per conſequens, ſi quis pluries eo modo percutiat eccleſiaſticum, vnicam duntaxat excõmunicationẽ incurrere. Ducor,præter legem illud. §.vlt. ff.ad leg.Aquil. Verbis ſupra relatis, quæ id apertè docent,quoniã percuſſiones iniuſtæ, ac vulnera, omnia in genere moris ſunt eiuſdẽ ſpeciei, vt ſup.explanatũ comprobatumque eſt:quare,cũ numero non diſtinguantur ex parte obiectorũ, hominumve diuerſorum,quibus illis iniuria damnumve inferatur,ſanè, niſi numero ex eo diſtinguantur, ꝙ E detur inter illa moralis interruptio ſufficiens ad diſtinctionẽ numericam delictorum, vnum ſolum numero erunt peccatum ex illis omnibus tanquam ex partibus integrantibus conflatum,ac proinde vnica pœna erit ſolum puniẽdum. Tametſi cum in re propoſita,ſtando in iure communi, & regulariter in iuribus particularium regnorum, pœna ſit arbitraria pro culpæ quantitate ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, vt diſputatione præcedente fuit oſtẽſum,quo plures fuerint percuſſiones ac vulnera, & quo ſingula & omnia ſimul ſumpta fuerint grauiora,eo pęna ſit imponenda grauior. Spiritualis autem pœna excommunicationis, quando interuenit ſacrilegium, quia perſona, quæ eſt percuſsa,

eſt

eſt eccleſiaſtica, cum ordinaria ſit, illa ſanè neque ac
creſcit, neque multiplicatur, eo ipſo quòd delictum
eſt vnum, ſiue grauius ſit, ſiue leuius, & ſiue ex mul-
tis conſtet ſacrilegis percuſſionibus, ſiue vnica tan-
tùm ſacrilega percuſſio interuenerit. Quãdo autem
vnico actu interficerentur iniuſtè, aut percuterẽtur,
vel vulnerarentur multæ perſonæ, vt ſi vno actu tor-
menti ſulphurei multi interficerentur, percuteren-
tur, aut vulnerarentur, vel ſi iactu eiuſdem lapidis,
ſpiculi, aut baculi, multi ſimiliter percuterentur; tũc
ſanè, quia percuſſiones ac læſiones diſtinctæ eſſent
numero pro diuerſitate hominum, qui eam iniuriã
idve damnum iniuſtè fuiſſent perpeſſi, pro ſingulis
imponendæ eſſent diſtinctæ pœnæ, & ſingulis, id
damnum eàmve iniuriam paſſis, ſua peculiaris actio
competeret aduerſus delinquentem ad pœnam cri-
minalem, vel ciuilem, prout eſſet damnum, iniuria-
que accepta, & prout agere ciuiliter aut criminaliter
eligerent. Quòd ſi perſonæ iniuſtè percuſſæ eccleſia
ſticę eſſent, tunc tot excommunicationes incurreret
iniuſtus earum percuſſor, quot eſſent perſonæ eccle
ſiaſticæ iniuſtè percuſſæ. Si item multi homines eſ-
ſent eo modo eodem actu interfecti, tot irregulari-
tates incurreret interfector ille, quot eſſent homines
occiſi.

4 Num verò idem ſit dicendum in furto, videlicet,
quòd ſi ſimul vnico actu, minimè interpolato, quis
furetur res multorum, aut aliquid, quod pro indiui-
ſo ad multos attineat, peccata ſint diſtincta numero
pro diuerſitate numerica eorum, qui id damnũ ſunt
iniuſtè perpeſſi, ſitque diſtinctis pœnis ſit punien-
dus. Dicendum eſt, delicta eſſe diſtincta numero,
niſi fur inuincibiliter ignoraret, id ad multos attine
re: quia tunc ſolùm materialiter, non verò formali-
ter, eſſent diſtincta numero furta. Dicendum item
eſt, ſingulis id damnum eàmve iniuriam paſſis com
petere ſuam peculiarem numero diſtinctam actio-
nem ratione eius, quod furto eſt ex ipſo ablatum, &
competere actionem tunc merè ciuilem ad rem ſuã
recuperandam, valoremve illius, & ad reliqua dam-
na, ſi quæ ex tali furto ſunt ipſi vlteriùs ſubſequuta:
tum etiam ad pęnam pecuniariam dupli aut quadru
pli, atque ad pœnam merè criminalem, prout elege-
rit potiùs agere, aut iuxta iura eius regni fuerit ei a-
gere permiſſum, iuxta ea quæ tractatu præcedente
Diſp. 695. copioſè explanata ſunt. Cæterùm furem
non maiori pœna eſſe puniendum pro omnibus il-
lis furtis numero diſtinctis, quàm ſi omnia vnum nu
mero furtum eſſent: imò verò quadam ex parte eſſe
minùs puniendum, ſi agatur aduerſus eum crimina
liter, quatenus id furtum grauior culpa eſſet, ſi ad
vnum tãtùm attineret, quàm attinendo ad multos,
maiorque valor furto ablatus exigatur ad culpam le
thalem, ſi, quod furto ablatum eſt, ad multos perti-
neat, quàm ſi attineret ad vnum, vt tractatu præce-
dente Diſp. 689. oſtendimus. Quòd autem fur, quã-
do aduerſus ipſum ageretur ad pænã dupli aut qua-
drupli, non maiori pæna eſſet puniendus ob ea mul
ta furta numero diſtincta, quàm ſi omnia eſſent vnũ
numero furtum, ſatis liquet. Quoniam ſi ſimul fura-
tus ſit centum, quæ ad duos æqualiter pertineant, ſi-
ue pro indiuiſo, ſiue quia hæc quinquaginta ex illis
pertinebant ad vnum, & reliqua ad alium, ſolùm co
getur fur ſoluere vnicuique eorum duplum aut qua
druplum eius, quod ad ipſum attinebat, ac proinde
non plus vtrique ſolueret, quàm ſoluiſſet vni tãtùm,
ſi totum id furtum ad vnum ſolùm attineret. Quod
verò ad pænam omnino criminalem attinet, cùm il-
la imponenda ſit pro valore rei furto ablatæ, & pro
culpæ quantitate, & valor ſit æqualis, ſiue res furto
ablatę ad vnum tantùm attineant, ſiue ad multos, &
culpa furti ſit minor, quando pertinent ad multos,
quàm quando ad vnum ſolùm ſpectant, conſequẽs

A profectò eſt, vt non maior criminalis pæna ſit furi
imponenda, quando res furto ablatæ pertinent ad
multos, quàm quando pertinent ad vnum ſolum,
ſed potiùs ſit imponenda minor.

Iuxta doctrinam traditam, quòd ſcilicet quando 5
delicta non ſunt diſtinctæ ſpeciei, ſed vnius & eiuſ-
dem, neq; ex obiectis numero diſtinguuntur, ſi fiãt
ſine morali interpolatione ſufficiẽti ad numericam
in genere moris delictorum diſtinctionẽ, eſto mul-
tiplicentur actus, omnes eſſe vnum numero delictũ
conſtans ex diuerſis partibus peccaminoſis illud in-
tegrantibus, ac proinde non pænis diſtinctorum nu
mero delictorum, ſed vnius tantum delicti eius ſpe-
ciei eſſe omnes puniendos, ait rectè Couarr. vbi ſu-
prà, ſi quis vno impetu, ſine morali ve interruptio-
B ne, plures verbales iniurias aduerſus aliquem dicat,
diuerſas res fædas & ignominioſas ſignificantes, eũ
non committere plura delicta, ſed vnum numero,
vnicaque pæna arbitraria eſſe puniendum, pro quã-
titate tamen iniuriæ, quæ accreſcet ex multiplicatio-
ne eorum verborum, & ex qualitate rerum quas ea
verba ignominioſa ſignificant: eſſe verò vnam iniu-
riam, vnicumque iniuriæ delictum, ſatis etiam pro-
bat l. apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. Bar-
toluſque ibi confitetur, orationem compoſitam ex
pluribus verbis, quorum ſingula iniuriã ſignificant,
vnam numero eſſe iniuriam verbalem eam totam
orationem. Eodem modo ſubiungit ibi rectè Co-
uarr. ſi quis ſine morali interruptione multa verba
blaſphemiæ in Deum proferat, res varias blaſphe-
C mas ſignificãtia, vnum ſolum delictum blaſphemię
illum committere, vnaque ſolum pæna delicti bla-
ſphemiæ eſſe puniendum, quando certa pæna pro
delicto blaſphemiæ eſt ſtatuta. Quando autem pęna
eſſet arbitraria, tunc licèt delictum eſset vnum nu-
mero, pro quantitate tamen blaſphemiæ, & fædita-
te illius, eſset augenda pæna, ibidem etiam rectè ad-
dit, ſi pro alapa eſset certa pæna ſtatuta, atque vnus
ſine interuallo & interpolatione ſufficienti ad nu-
mericam delicti diſtinctionem, alteri impingeret
duas, tres, aut plures alapas, vnica pæna pro alapa
ſtatuta eſset puniendus, & non multis.

Idem Couarr. ibidem & Iul. Clar. num. 2. citato 6
cum Iacobo de Arena, & alijs, quos citant, aiunt, ſi
ſtatutum, non quidem pro alapa, verbali iniuria, aut
D blaſphemia, ſtatuat certam pænã, ſed dicat pro vna
quaque alapa, aut pro vnoquoque verbo iniurioſo,
vel pro vnoquoque verbo blaſphemo, tantã ſubeat
pænam; tunc, eſto delinquens ſine interpolatione
multiplicet alapas, verba iniurioſa, aut verba bla-
ſphemiæ, puniendum eſse diſtinctis pænis eius ſta-
tuti. Ego dicerem, raro ſtatuta ſub ea forma pænas
ſtatuere. Itemque, quando ſub ea forma latum eſset
ſtatutum aliquod, attendẽdum eſse, num perſpicuè
ſignificet, quòd quamuis eodem impetu alapæ mul-
tiplicentur, aut iniuriæ vel blaſphemiæ proferantur,
pro ſingulis alapis, aut pro ſingulis iniuriæ aut bla-
ſphemiæ verbis, vna & eadem oratione contentis,
ea pæna imponatur, atque tunc ſtandum eſse ei ſta-
E tuto: quod tamen meo iudicio omnino eſset mutan-
dum. Quando verò ſtatutum id non haberet perſpi
cuè, tunc nomine vniuſcuiuſque alapæ, vniuſcuiuſ-
que verbi iniurioſi, aut verbi blaſphemi, in eo ſtatu-
to, intelligendum eſset, quod ex interpolatione eſset
factum aut prolatum, ita vt eſset diſtinctum nume-
ro delictum in ſenſu ſupra explicato, & non idem
delictum cum ſequentibus aut præcedentibus ala-
pis, verbis iniurioſis, aut blaſphemiæ.

Tertia concluſio. Quando multa delicta, etiam 7
vnius & eiuſdem ſpeciei, committuntur ex interual
lo vnum poſt aliud, ita vt verè in genere moris ſint
diſtincta numero delicta, puniuntur diſtinctis pæ-
nis, vnumquodque eorum ac ſi alterum non eſset
com-

commiſſum, ſed ipſum ſolum. Hãc videtur probare lex illud. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. in prioribus verbis eius. §. ſuprà relatis, & Iulius Clarus quæſt. 84. citata. num. 2. affirmat eſſe communem doctorum, quã Bart. l. nunquam. ff. de priuat. delict. manifeſtè affirmat. Eſt verò indubitata, ſi illam intelligamus quo ad pœnam ipſo iure ſtatutam, quæ non indiget ſententia, vt incurratur cum effectu, atque vt cenſeatur executioni mandata, quales ſunt excommunicatio ipſo iure ſtatuta, aut irregularitas. Vnde ſi quis bis ex interuallo percutiat eccleſiaſticum, duplicem excommunicationem incurrit, vnam pro prima percuſſione, & aliam pro ſecunda. Item ſi priùs mutilet aliquem vno membro, & poſtea ex interuallo eũ mutilet alio, vel illum interficiat, duplicem incurrit irregularitatem, vnam pro priori mutilatione, & aliam pro poſteriori mutilatione aut homicidio. Eſt item indubitata eadem concluſio, quando ante ſecũdum delictum lata fuit ſententia, applicataque fuit pœna pro primo delicto, atque adeò punitum iã erat primum delictum. Eſſe enim commiſſum primum delictum ac punitum, non extenuat ſecundum, ſed illud aggrauat, efficitque dignum maiori pœna propter iterationem ac incorrigibilitatem. Tametſi, vt bene Iulius Clarus. quæſt. 84. citata. num. 6. ait, quãuis aggrauari ob iterationem pœna poſſit extraordinaria alia pœna, non tamen imponẽdo pœnam mortis, aut mutilationis: pro delicto, pro quo talis pœna non eſt ſtatuta, quicquid in aliquo euentu ibi referat aliquibus in locis fuiſſe in contrarium factum. Excipe, vbi conſuetudo eſt, vt propter ſecundum furtum aures abſcindantur, & propter tertium imponatur pœna mortis, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſp. 695. dicta ſunt: nam tunc tali conſuetudini erit ſtandum. Concluſionem hãc in euentibus explicatis affirmat Couar. nu. 8. citato.

8 Extra hos autem euentus fortaſſe erit dicendum, eſſe ſtandum in vnoquoque loco praxi ac conſuetudini receptæ, vt delicta plura eiuſdem ſpeciei commiſſa ex interuallo vnum poſt aliud puniantur, quãdo ſimul punienda occurrunt, remque eſſe ex parte committendam prudenti iudici ſpectatis circumſtãtijs omnibus concurrentibus: idemque erit dicendum, quando ſimul occurrunt puniẽda delicta eiuſdem ſpeciei, numero diſtincta ob diuerſitatem obiectorum, ſimul aut ex interuallo patrata, vt duo homicidia ſimul facta, aut facta vnum poſt aliud. Etenim ſi lege Aquilia dominus mancipii aut animalis agat ſimul de mancipio aut de animali ſuo bruto, priùs vulnerato, & poſtea ex interuallo occiſo, aut iterum vulnerato, punietur delinquens pęna legis Aquiliæ pro vnoquoque eorum delictorum, & pro vtroq; ſimul, ac ſi vnum commiſſum eſſet ſine alio, iuxta tenorem tertiæ concluſionis propoſitæ, duplexque actio contra eum competet. Atque id eſt, quod habetur. l. illud. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. ſuprà citato. Eodem modo, ſi quis ſimul, aut ex interuallo, occidat culpabiliter duo mancipia, aut duo alia aliena animalia, & dominus aduerſus delinquentẽ agat actione legis Aquiliæ, delinquẽs ſimul punietur duabus integris pœnis legis Aquiliæ pro illis duabus iniuſtis occiſionibus. In furtis etiam, ſi ſimul venirent punienda duo aut tria furta eiuſdem furis, ſtandoque in ſolo iure communi, ſecluſa conſuetudine, qđ pro ſecundo furto flagelletur & amputentur ei aures, & pro tertio interficiatur, ageretur ciuiliter aduerſus eum ad pœnam dupli aut quadrupli ſingula, & omnia perinde ea pœna integra punirentur, ac ſi vnumquodque commiſſum eſſet ſine aliis, vt ex ſuprà dictis liquet: quoniam ſi tota ea ſumma omniũ trium furtorum ſimul vnico furto fuiſſet ablata, tale furtum tota ea pœna puniretur, neque minori pœna puniri debent tria illa furta, quam puniretur vnũ

A tantum, quo tota ea ſumma furto eſſet ablata; quippe in tribus illis furtis iteratio delicti inueniatur, cõſuetudoque furandi, quæ delictum aggrauat. Atque ſtando in ſolo iure communi, fortaſſe iudex ex officio, vltra pœnam illam pecuniariam, imponeret aliã corporalem exilij, quando ſimul pœna illa pecuniaria tria furta puniret, idque propter conſuetudinem illam peccandi, quæ delicta illa aggrauat. Si verò criminaliter agatur ad tria illa furta ſimul punienda, vel ſuppoſita conſuetudine, quòd pro ſecundo furto aures amputentur, & pro tertio interficiatur, vel ea ſecluſa conſuetudine, certè non tanta pœna, hoc eſt, non toties multiplicata, punientur tria illa furta ſimul, quam ſi ſingula punienda venirent ſeorſum vnum poſt aliud. Suppoſita enim conſuetudine illa, pro primo furto puniretur fur ille publicis

B flagellis: pro ſecundo verò iterum puniretur flagellis publicis, & aurium abſciſſione, & pro tertio furca ſuſpenſus necaretur. Si autem tria illa furta ſimul punirentur, necaretur quidem furca ſuſpenſus, non tamen abſcinderentur illi aures, neque bis flagellaretur, quod ad corporales pœnas attinet: pecuniariæ verò dupli aut quadrupli locum non habent, qñ merè criminaliter infertur mortis, abſciſſionis aurium, aut flagellorum pęna, vt ex dictis tractatu præcedente Diſput. 695. liquet. Secluſa etiam conſuetudine puniendi modo explicato tria furta, certè ſi, ſtãdo in ſolo iure communi, punirentur ſimul tria furta, merè criminaliter, non accumularentur, ac multiplicarentur, pœnæ omnes corporales pro tribus il-

C lis criminibus ſimul puniendis, quæ imponerentur pro ſingulis eiſdem criminibus, ſi ſeorſim punirentur, vnum poſt aliud: ſed quædam maior arbitraria imponeretur pro omnibus ſimul ſumptis, quàm eſſent ſingulæ, quæ ſeorſim imponerentur pro ſingulis eiſdem criminibus, ſi ſeorſim vnum poſt aliud fuiſſent punita. Item in homicidio, ſi duo doloſa homicidia, aut plura, punienda veniant criminaliter mortis pœna, ſatis perſpicuum eſt, non multiplicari pœnam pro ſingulis eorum: cum mortis pœna multiplicari in eodem delinquente non poſſit. Quando item præceſſiſſet vulnus, aut mutilatio ex interuallo, & ſequutum fuiſſet homicidium, vel eiuſdẽ hominis priùs vulnerati aut mutilati, vel alterius hominis, atque vtrumque crimen veniret ſimul puniendũ

D criminaliter, certè non multiplicarentur pœnæ criminales, quæ pro vtroque delicto forent ſeorſim imponendæ, ſi priùs delictum vulneris aut mutilationis puniretur: eo quòd hæc pœna corporalis eſſe nõ poſſit ſimul cum pœna mortis. Si tamen ſimul ageretur ad pœnam vtriuſque delicti, cæterum ob crimen vulneris aut mutilationis ageretur ciuiliter ad pœnam pecuniariam, iuxta ea quæ Diſputatione præcedente explanata ſunt: ob homicidij verò crimen ageretur criminaliter, tunc credo, eum delinquentem puniendum eſſe vtraque pœna ſimul, ac ſi ea delicta ſeorſim, vt fuerunt commiſsa, punita eſſent vnum ante aliud, mutilatio quidem aut vulneratio, pęna ciuili, & poſtea homicidium criminaliter mortis pęna.

E Ac fortè, quando multa homicidia, aut vulnus, vel mutilatio, & homicidium ex interuallo commiſsum, venirent ſimul punienda criminaliter, vltra pœnam mortis, imponenda eſset pœna alia pecuniaria arbitraria applicãda fiſco, ſi reus bona relinqueret, vnde ſolueretur, vel applicandam hæredibus interfectorum, aut interfecti, ac vulnerati, vel mutilati ex interuallo. In adulterio item, & in alijs ſimilibus criminibus, mulier adultera non plus punitur pro decem adulteriis ex interuallo cõmiſſis, quando ſimul veniunt punienda, quàm pro vno ſolo. Neque item adulter plus punitur pro viginti adulteriis cum eadem muliere commiſſis, quando ſimul veniunt punienda, quàm pro vno ſolo.

9 In crimine falſi,quando aliquis in vna & in eadẽ cauſa protulit ex interuallo multos teſtes falſos, aut multa falſa ac conficta inſtrumenta, cenſet Couar. num.8. citato cum Benedicto & cum aliis, quos citat,eiuſmodi falſarium non fore puniendum totidẽ pænis,aut vna omnibus illis ęquiualenti, quot ſunt ea crimina & quot fuiſſet punitus, ſi illa crimina punirentur vnum poſt aliud eo ordine, quo ſunt commiſſa, ita vt poſt vnum commiſſum ac punitum, alterum in eadem cauſa committeretur ac puniretur; neque item fore punienda tot pęnis, quot punirentur ſimul illa eadem delicta, ſi cõmiſſa fuiſſent in diuerſis cauſis, & non intuitu vnius & eiuſdem cauſæ,ad eundemque effectum: quoniam cum Bartolo hi autores cenſent,crimina multiplicata ad eundem effectum,ac intentum,non adeò eſſe puniẽda diſtinctis pænis, quàm quando ſunt multiplicata ad diuerſos effectus ac fines. Addit verò Couar. qñ in eadem cauſa ſunt commiſſa,ſimulque veniũt punienda, augendam eſſe pænam, quo ea delicta fuerint magis multiplicata,& quo fuerint grauiora,ſpectatis circumſtantiis omnibus concurrentibus.

10 In eiuſmodi autem criminibus duo arbitror attẽdenda. Vnum eſt finis,ad quem ordinantur, nempe ad ſiniſtre vincendum in cauſa. Alterum verò eſt media,quæ ad id adhibentur, quæ ſanè delicta ſunt in ſe,atque ſpecie diſtincta à fine eis intento, nempe ad ſiniſtre vincendum ac obtinendum in cauſa, cum damno atque iniuria eius, cum quo geritur ea cauſa. Corrumpere enim teſtes,eoſque inducere,vt falſum dicant teſtimonium,aut corrumpere aliquẽ, vt falſum conficiat inſtrumentum, vel vt illud præſentet ad eum iniuſtum finem,delicta ſunt ſcandali, atque cooperationis ad crimen falſi,diſtincta ab iniuſtitia aduerſus eum,cum quo litigatur, & in cuius iniuriam ac damnum illa ordinantur. In eiuſmodi ergo criminibus,aut is,qui agit vt puniantur,eſt ille, in cuius iniuriam ac damnum facta ſunt, aut eſt iudex,qui ex officio illa punit,conſtituto miniſtro,qui accuſet. Sanè quando commiſſa ea delicta ſunt in cauſis diuerſis,illique,in quorum iniuriam ac damnum ſunt commiſſa, accuſant, non minus ſunt punienda,quando ſimul vterque, aduerſus quem commiſſa ſunt,agit,quàm ſi ſeorſim eſſent punienda: niſi pro vtrouis delicto eſſet imponenda pæna mortis aut alia,quæ iterari non poſſet, aut quæ ſimul cum alia non poſſet compati: atque tunc prudentis arbitrio eſſet pæna corporalis pro vtroque delicto augẽda,aut augenda eſſet ſimul pecuniaria pæna, fiſco aut litigantibus applicanda,iuxta ea quæ,quãdo plura homicidia,aut homicidium & mutilatio, vel vulneratio,venirent ſimul punienda, ſuprà dicta ſunt. Quando autem in eadem cauſa eſſent commiſſa,atque agente eo, in cuius iniuriam ac damnum eſſent commiſſa, puniendaque eſſent in collitigante, qui falſos teſtes aut falſa ſeu conficta inſtrumenta protuliſset,tunc verum habere poſset Benedicti ac Couar. opinio, quòd ſcilicet is collitigator vnica pæna grauiori iudicis arbitrio eſset puniendus; non verò diſtinctis, ac ſi ſingulæ productiones falſorum illorum teſtium aut inſtrumentorum ſeorſim fuiſsent puniendæ vna poſt aliam. Si autem ij,in quorũ iniuriam ac damnum ea delicta ſunt commiſsa, agant aduerſus teſtes ipſos,aut aduerſus confectores falſorum inſtrumẽtorum, aut aduerſus cooperatores ad id,tunc cùm in ſingulis ſingularia delicta puniãtur, eadem ſanè pæna ſunt puniendi,ſiue in vna & eadẽ cauſa deliquerint,ſiue in diuerſis, & ſiue puniantur accuſante eo,aduerſus quem deliquerunt,ſiue iudice procedente ex officio. Quòd ſi vnus & idem eorum deliquiſset bis,ſemel in vna cauſa,& iterum in alia, tunc is duplici pæna eſset ſimul puniendus, ſi vtraque compatibilis eſset cum alia, alioquin id eſ-A ſet efficiendum, quod de collitigatore delinquente in diſtinctis cauſis eſt dictum fore efficiendum. Si verò deliquiſset bis in eadem cauſa, idem quoq; eſſet dicendum,quod de collitigatore delinquẽte bis in eadem cauſa eſt dictum. Quando autem iudex procederet ex officio ad ea crimina in commune bonum punienda,nihil ijs petentibus, in quorum damnum ac iniuriam ſunt commiſsa,tunc ſiue in eadem cauſa,ſiue in diuerſis,ex interuallo,aut ſimul,eſsent commiſsa,credo eſsent punienda vnica pæna, grauiori aut minus graui,prout vnuſquiſque delinquentium plus ſua crimina multiplicaſset,grauioraque illa eſsent, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus.

Quando aliquis puniendus eſset, quòd venden- 11
B do triticum, aut res alias ſimiles, tranſgreſsus eſset pretium lege taxatum, aut quod vendendo vinum, carnes,& ſimilia,defraudaſset in pondere, aut menſura,vel in alijs ſimilibus euentibus,tunc credo,eſto pluries in id crimen incidiſset, non eſset puniendus totidem pænis, quot eſsent ea numero delicta, niſi lex cõtrarium omnino expreſſiſset, ſed vnica dumtaxat pæna lege ſtatuta: ſi autem nulla eſset lege ſtatuta,ſed pœna eſset imponenda arbitraria,tunc pæna eo grauior prudentis arbitrio eſset imponenda, quo pluries ac fœdius id delictum inueniretur commiſsum, ſpectatiſque cæteris circumſtantiis concurrentibus. Atque ita in praxi arbitror eſse receptum. Quod ſi alicubi alia viget in his rebus conſuetudo, aut aliud lege ſit expreſsum, ſtandum ibi erit tali cõ-
C ſuetudini aut legis expreſſioni.

DISPVT. 42.

De iniuriarum remiſſione, & vniuerſim quot modis iniuriarum actio ceſſet. Et num,qui iniuriam intulit, poſsit ab offenſo petere fideiuſſoriam cautionem, quòd nihil mali ab eo recipiet. Et ad quem pertineat agere iniuriarum actione.

D *SVMMARIVM.*

1 *Tranſitio ad ſequentem Diſputationem.*

2 *In iniurijs agi poteſt tum ad intereſſe pro damno accepto tali iniuria in bonis externis,tum etiam ad pœnã pro iniuria accepta, ſiue ea iniuria coniuncta ſit cũ damno in bono corporis, honoris, aut famæ, ſiue non.*

3 *Actio iniuriarum quo ad pænam tam ciuilem quàm criminalem multis modis tollitur omnino,ita vt deinceps intentari non valeat,nec admittatur,ſi intentetur. Primò ſi offenſus iniuriam expreſsè remittat; non ſolum quo ad rancorem & odium, ſed etiã quo ad actionem iniuriarum,quę iniuriato competit etiã*
E *poſt remiſſum odium & rancorem.*

4 *In Hiſpania poteſt Iudex ob quodcunque maleficium, quod ſine querela alicuius, qui eo offenſus accuſare velit, ad ipſius notitiam deuenerit, ex ſuo officio procedere ad inquiſitionem illius, eoq; deprehenſo, poteſt & debet illud in commune bonum punire, ne ſi impunitum omnino maneret, homines multo facilius auderent alia ſimilia efficere. Sed tamen poſtea hoc ius relaxatum eſt.*

5 *In iniurijs verbalibus non poteſt ex officio procedere ad inquirendum de illis,quando ad arma non eſt deuentum,neque interuenit corporalis iniuria, ſed ſolum poteſt procedere ad petitionem coram ipſo partis læſæ.*

Si

6 *Si iniuria offenſus expreſſè aut tacitè remittat iniuriam, ac proinde neque ei ciuilis actio ad pœnam neque criminalis deinceps permittitur; tamen ſi ex ea iniuria damnum aliquod in bonis ſuis externis fuit ſubſecutum, non cenſetur illud remiſiſſe, niſi ſufficiẽter id expreſſerit.*

7 *Secundò tollitur actio iniuriarum omnino, ita vt deinceps intentari non poſſit, ſi offenſus tacitè iniuriam remittat. Cẽſetur autem tacitè remittere eo ipſo, quod pacificè cum eo ſit locutus, qui illam intulit, aut eũ ſalutauit, vel cum eo riſit, luſit, comedit, niſi id factum fuiſſet ad vitandum ſcandalum aliorum.*

8 *Tertiò tollitur actio iniuriarum omnino præſcriptione. Si enim offenſus intra annum, computandum a tempore ſuſceptæ iniuriæ, actionem ob eam iniuriã non intẽtet, præſcribit reus eam actionem aduerſus illum, nec offenſus poteſt deinceps illam intentare. Annus autem currere incipit à puncto ſcientiæ.*

9 *Excommunicatus ob manus violentas in clericum iniectas, licèt abſolui nequeat niſi ſatisfacta priùs parte offenſa, non cenſetur tamen abſolui, licèt pars offenſa actionem iniuriarum intra annum illi non intentet.*

10 *Actio iniuriarum deſcendens ex iure ciuili in tribus euentibus præpoſitis non durat niſi per annum.*

11 *Quamuis actio iniuriarum anno præſcribatur, actio tamen ad damna in bonis externis ex iniuria reſultantia non præſcribitur anno, cum non ſit iniuriarũ actio, ſed ab ea longè diſtincta.*

12 *Qui iniuriam intulit, ſi timeat malum aliquod ab offenſo ea de cauſa ſibi inferendum, poteſt ab eo petere fideiuſſoriam cautionem, quòd nihil mali ipſi inferet, implorando iudicis officium, vt illum compellat eam ſibi præſtare.*

13 *Agere actione iniuriarum pertinet ad eum, qui iniuriam eſt paſſus.*

1 LOquimur de iniuriis, vt ab homicidio diſtinguuntur. De remiſſione enim homicidij facta ab ipſo interfecto poſt vulnus, aut aliam mortis cauſam acceptam, antequam ex hac vita ex tali cauſa diſcedat, itemq; de remiſſione homicidij facta ab hæredibus interfecti, & ab alijs, ad quos proſequi iniuriam interfecto factã ſpectat, dicetur ſequentibus diſputationibus.

2 In maiorem lucem dictorum duabus præcedentibus diſputationibus, eorumque quæ hac & ſequenti diſputatione ſunt dicenda, eſt obſeruandum. In delictis ſeu in iniurijs agi poſſe, tum ad intereſſe pro damno accepto tali delicto, aut iniuria, in bonis externis, ſi quod tale damnum eo delicto ſit in eis datum, aut vlteriùs reſultet; tum etiam ad pœnam pro delicto iniuriaque accepta, ſiue ea iniuria coniũcta ſit cum damno in bono corporis, honoris, aut famæ, ſiue non: hæc enim tria damnorum genera iniuriæ appellantur in iure, proſequutioque illorum nuncupatur proſequutio ad pœnam pro delicto ac iniuria, vt de damno corporis Diſput. 40. ex parte eſt dictũ, illud videlicet cum iniuria computari, atque ex illo accreſcere quantitatem ac æſtimationem iniuriæ, ſiue iniuriarum actione agatur ciuiliter ad pœnã pro iniuria pecuniariam, ſiue agatur criminaliter ad pęnam pro eadem iniuria corporalem. Sunt etenim ex vna parte iniuria, vt comprehendit damna in bonis corporis, honoris, ac famę, & ex alia damnum in bonis externis ſimul datum, aut vlteriùs ſequutum, diſtincta ac diuerſa in vno & eodem delicto, & per conſequẽs actio iniuriarũ, ad pœnãve pro aliquo delicto, ſiue illa ſit ciuilis ac pecuniaria, ſiue criminalis ac corporalis, diſtincta eſt ab actione merè ciuili ad intereſſe pro damno ſimul accepto, aut vlteriùs ſequuto in bonis externis. Verbi gratia, ſi quis aliquid ſit furatus, criminaliq; actione flagellatus in pęnam

A ſit pro eo delicto, adhuc ei, qui furtum eſt paſſus, cõpetit actio merè ciuilis aduerſus eundem furem ad recuperandam rem furto ablatam, vel valorem illius, & quodcunque aliud damnum in rebus externis, ſi quod ex tali furto ſit ei ſequutum. Quando verò ageretur ciuiliter ad pœnam dupli, quia in eo duplo, quod ſoluere in pœnam cogeretur, includeretur ſimplũ, quod eſſet furatus, non remaneret alia actio ad illud recuperandum, eo quòd eo ipſo ſimul eſſet actum ad rem furto ablatam, & ad pœnam illam pecuniariam: ſi tamen ex eo furto aliquod aliud damnum in bonis ſuis externis ei redundaſſet, qui furtum eſt paſſus, ad id etiam recuperandum competeret ei actio merè ciuilis. Similiter ſi quis iniuſtè alienas ſegetes exuſſit, præter pœnam ciuilem aut crimi-
B nalem, propter id delictum, tenetur ſoluere iniuriã paſſo valorem ſegetum, & ſi quod aliud damnum in bonis externis ei vlteriùs obueniſſet. Eodem modo, ſi quis iniuſtè interfecit, mutilauit, aut deforme reddidit alterius mãcipium, aut aliud illius animal, præter pœnam ob id delictũ, tenetur domino ad valorem mancipij, aut alterius illius animalis, vel ad id, quod ob mutilationem aut deformationem minùs valent. Pari etiam ratione, ſi quis ex vulnere deformam reddidit mulierem, quæ nubere ſperabat, aut virginem oppreſſit, ita vt maiori dote eis de cauſis indigeant ad æquè bene nubendum, tunc, præter pœnã, qua ob ea delicta ob eaſve iniurias eſt dignus, tenetur eis reddere, quantum plus indigent, vt cum ea deformitate, aut vt cum eo dedecore ac clauſtro
C virginitatis aperto, æquè bene nubant: quoniam ex talibus iniurijs id etiam damnum in bonis externis, vt ſcilicet maiori ea dote ad æquè bene nubendum indigeant, eſt illis ſequutum. Simili quoque ratione, ſi quis vel mulierem, vel alium aliquem, iniuſtè infamauit, eaque de cauſa damnum aliquod illi in bonis externis emerſit, aut lucrum ceſſauit, quia ea de cauſa fuit impeditus ab exequutione rei alicuius, vel fuit aliquid ab eo ablatum, tunc, præter pœnam, qua pro infamiæ iniuria eſt dignus, tenetur ei de lucro ceſſante, aut damno emergente, inde illi in bonis externis ſequuto. Eodem modo, ſi quis iniuſtè vulnerauit, mutilauit, aut interfecit aliquem, iſque ea de cauſa ſumptus fecit cum medicis, chirurgis, in medicamentis, vel damnum aliud ei in bonis ſuis externis
D emerſit, aut lucrum ceſſauit, quia ea de cauſa impeditus eſt negotiari ac laborare, eaque via lucrari eſt impeditus, ſanè percuſſor, præter pœnam, quæ eſt dignus pro eo delicto, iniuria, ac damno in corpore & honore, tenetur ei ſoluere ea omnia damna in bonis illius externis inde ei vlteriùs ſequuta.

His ita explanatis, vt ad id deueniamus, quod in 3
titulo huius diſputationis primo loco eſt propoſitũ, dicendum eſt. Actionem iniuriarum quo ad pœnã, tam ciuilem quam criminalem, multis modis tolli ac ceſſare omnino, ita vt deinceps intentari non valeat, nec admittatur, ſi intentetur. Primò ſi offenſus iniuriam expreſsè remittat. Non verò cenſetur eam remittere quo ad forum exterius, actionemque iniu-
E riarum, ex eo, quòd remittat illam quo ad rancorem ac odium, vt tenetur in foro conſcientiæ eam remittere, atque vt abſolui poſſit: quoniam rancor ac odium, appetituſque vindictæ prohibitæ iure diuino naturali, diſtinctum quid eſt à iure, quod offenſus habet ad petendum à miniſtris publicis, qui locum Dei ad punienda delicta habent, iuſtam vindictam ac compenſationem ciuilem aut criminalem, de iniuria ſibi illata in commune ac in proprium ſuum bonum, prout iura ſumma cum ratione ipſi concedunt, Deuſque permittit, nullaque ratione prohibet, vt in materia de caritate oſtendimus: quippe cũ, ſi id aliunde non inficiatur, actus ſit virtutis, nempe iuſtitiæ vindicatiuæ. Quare ex eo, quòd aliquis ritè de pec-

de peccatis confiteatur ac abſoluatur, dicatque, vt ritè cònfiteatur, Chriſtianeque ex hac vita diſcedat, ſe remittere offenſam ei, qui iniuriam aut damnum ipſi intulit, non cenſetur remittere actionem iniuriarum, quam proſequi eſt ei permiſſum in foro exteriori. Ita Couar. 2. var. reſol. cap. 10. num. 7. Iulius Clar. 5. lib. ſent. §. vlt. quæſt. 58. num. 39. & communis doctorum ſententia, quam referunt, conſentitq́, Gloſſa. cap. 2. de homic. lib. 6. verb. emendam, ſatis conſentaneè ad textum ibi, qui emendam compenſationemque iniuriæ petere permittit Eccleſiaſticis coram iudice ſeculari, conſentit item gloſſa, iuxta textum ibi cap. ſi quis contriſtatus. 90. diſt. & gloſſa penul. cap. quia præſulatus. 1. quæſt. 4. ac gloſſa pen. cap. 1. de maled. Quòd ſi, dum confiteri vult, aut dũ putat ſe moriturum, remittat apertè omnino iniuriam, & non ſolum quo ad rancorem & odium, idque conſtat, vel extra eos euentus, dicat ſe remittere iniuriam, non exprimendo, quòd quo ad ſolum rancorem & odium, tunc cenſetur eam omnino remittere, neque in exteriori foro permittetur ei intentare deinceps actionem iniuriarum circa eam iniuriã, aut proſequi actionem iam antea intentatam, ſi de tali remiſſione in eodem exteriori foro ſufficienter conſtet, idque ſiue gratis eam iniuriam remittat, ſiue pro aliquo pretio aut emolumento. Ita habetur lege ſi tibi decem. §. 1. ff. de pactis, cuius verba ſunt. *Quædam actiones per pactum ipſo iure tolluntur, vt iniuriarum, item furti.* Et. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, verſ. ſed ſi pactum. ff. eod. tit. qui ſic habet. *Sed ſi pactum conuentum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, veluti iniuriarum, non poterit poſtea paciſcendo efficere, vt agere poſſit: quia & prima actio ſublata eſt: & poſterius pactum ad actionem præſtãdam inefficax eſt: non enim ex pacto, iniuriarum actio naſcitur, ſed ex contumelia,* hoc eſt, ex delicto iniuriæ. Et. l. non ſolũ. §. 1. verſ. proinde. ff. de iniur. ſic ſcriptum legitur: *Si pactum de iniuria interceſſit, & ſi tranſactum, & ſi iuſiurandum exactum erit, actio iniuriarum non tenebit.* Scilicet deinceps. Idem habetur. l. 22. tit. 9. par. 7. & affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gomez. 3. tom. var. reſol. cap. 6. num. 15. Iulius Clar. 5. lib. ſent. §. iniuria. nu. 11. & Couar. num. 7. citato.

Lege. 11. tit. 20. lib. 4. fori, quæ eſt lex; 6. tit. 1. li. 8. nouæ collect. ſic fuit diſpoſitum. *Quando quema, ò homezillo, ò otrò maleficio fuere hecho, y algun hombre lo querellare à la iuſticia, ſi lo que dixere lo quiſiere prouar, ſea oydo. Y ſi dixere, que no lo puede prouar, mas que el alcalde ſepa la verdad, ſi el delicto fue hecho en la villa, ò en otro lugar poblado, no lo oya el alcalde ſobre ello, mas prueue lo que dixere, ſi quiſiere, ò ſi pudiere. Y ſi el hecho fuere en yermo, ò de noche, el alcalde ſepa la verdad por peſquiſa, ò como meior pudiere, ſi el que dio la querella dixere que no lo puede prouar. Pero ſi la tal coſa fuere hecha, quier en yermo, quier en villa, quier de noche quier de dia, y ninguno diere querella al alcalde, el alcalde de ſu officio ſepa la verdad por peſquiſa, o por donde meior la pudiere ſaber. Porque razon es, que los malos y deſaguiſados y malhechores no queden ſin pena.*

4 Ex hac lege conſtat in hoc regno, iudicem ob quodcunque maleficium, quod ſine querela alicuius, qui eo offenſus, accuſare velit, ad ipſius notitiã deuenerit, poſſe ex ſuo officio procedere ad inquiſitionem illius, eoque deprehenſo, poſſe ac debere illud in commune bonum punire, ne, ſi impunitum omnino maneret, homines multo faciliùs auderent alia ſimilia efficere, cederetque proinde id in reipublicæ præiudicium. Hinc iudices in hoc regno, eſto offenſus non quereretur neque accuſaret, & eſto tacitè aut expreſsè iniuriam remitteret, procedebant ex officio ad puniendos quaſcunque iniurias, etiam

A verbales ac leues, in commune bonum, tametſi non tanta pœna, ac ſi offenſus quereretur & accuſaret coram illis.

Carolus autem 5. l. 4. tit. 10. lib. 8. nouæ collect. ſequens moderamen hac in re adhibuit. *Ordenamos, que las iuſticias de nueſtros reynos ſobre palabras liuianas, que paſſarẽ entre quaeſquier vezinos de qualeſquier ciudades, villas, y lugares dellos, ſi no interuenieren armas, ni effuſion de ſangre, o en que no ouiere quexa de parte, ò que ſi vbiere dado quexa, ſe apartaren della, y fueren amigos, no ſe entremetan à hazer peſquiſa ſobre ello de ſu officio, ni procedan contra los culpados ni alguno dellos, ſeyendo las palabras liuianas, ni los tengan preſos, ni les lleuen penas ni achaques por ello. Y lo miſmo mãdamos ſe guarde en las cinco palabras de iniuria, que*
B *por la ley ſegunda deſte titulo* (quam diſp. 40. retulimus.) *ſe pone pena de trezientos ſueldos, no precediẽdo querella de parte: pero procediendo cerca de las dichas palabras, mandamos, que aunque deſpues la parte que dio la querella, ſe aparte della, que nueſtras iuſticias hagan iuſticia. Y ſi el corregidor, ò iuſticia, hallare, que algunos alguaziles y executores vinieren contra lo en eſta ley contenido, los haga luego caſtigar.*

Ex his conſtat in hoc regno, non ſolùm quando 5 in iniuria mutilatio interuenit, vulnus, aut alia læſio corporis, ſed etiam quando ad arma eſt deuentum, eſto inde nulla læſio ſit ſequuta, & quando facta eſt iniuria in quocunque alio facto conſiſtens, iudicem, habita notitia vndecunque de tali iniuria alteri illata, poſſe procedere ex officio ad inquiſitio-
C nem eius iniuriæ, atque ad illius punitionem in commune bonum, ne homines ſimilia in republica audeant, quando pars læſa coram illo non conqueritur neque accuſat, imò eſto pars læſa tacitè aut expreſsè remiſerit iniuriam. Atque quando pars læſa conqueſta eſt & accuſauit, deſtititque à cœpta accuſatione, poſſe adhuc iudicem ac debere procedere ad puniendam leuiùs eam iniuriam in commune bonum, idque conſuetudo ſeruat. Conſtat item in iniurijs verbalibus non poſſe ex officio procedere ad inquirendum de illis, quando ad arma non eſt deuentum, neque interuenit corporalis iniuria, ſed ſolùm poſſe procedere ad petitionem & querelam coram ipſo partis læſæ. Atque ſi tales iniuriæ verbales leues ſint, inferioreſque ad illas, de quibus l. 2. ti-
D tul. 10. lib. 8. nouæ collect. fit mentio, (quam legem nos Diſput. 40. retulimus) eſto ad petitionem, querelam, & accuſationem partis procedere cœperit ciuiliter aut criminaliter, eo tamen ipſo, quòd pars læſa à querela & accuſatione deſiſtit, tenetur iudex omnino deſiſtere, dimittendo liberum reum, nullãque pœnam ei imponendo, vt habetur l. 4. relata. Si verò iniuriæ verbales de numero earum ſint, quæ l. 2. (Diſputat. 40. relata) continentur, tunc eſto læſus à querela & ab accuſatione deſiſtat, iniuriamq́; remittat, procedere poteſt iudex ex officio ad talem verbalem iniuriam puniendam in commune bonũ, vt eadem l. 4. relata habetur. Multo tamen leuior pœna eſt tunc imponenda, quam ſi pars læſa ab accuſa-
E tione non deſtitiſſet.

Illud eſt obſeruandum. Ex eo, quòd iniuria of- 6 fenſus, expreſsè aut tacitè, remittat iniuriam, ſiue gratis, ſiue accepto pretio, ac proinde neque ciuilis actio ad pœnam, neque criminalis, ei deinceps admittatur, vt dictum eſt; nihilominus, ſi ex ea iniuria damnum aliquod in bonis ſuis externis fuit ei ſubſequutum, non cenſetur illud remiſiſſe, niſi ſufficienter id etiam expreſſit, aut ea fuit illius intentio, atque in dubio præſumitur non intendiſſe id ẽt remittere: vnde adhuc intentare poteſt actionem merè ciuilem ad æſtimationem ſeu valorem eius dãni, iniuria illa iam remiſſa, ſi bi iniuſtè dati. Ratio autem eſt, quoniam id damnum diſtinctum quid eſt ab iniu-

ab iniuria ſumpta pro contumelia: iniuriaq; ſolùm cenſetur remiſſa quoad pœnam, ad quam competit iniuriarum actio, tam ciuilis, quam criminalis: illud verò damnum pœna non eſt, actioque ad valorem illius, eſt merè ciuilis, diſtincta ab actione iniuriarũ, quæ ſeorſim ab iniuriarum actione poteſt intentari, vt dictum eſt. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Panor. cap. 1. de iniur. Speculator. titu. de accuſatore. §. 1. Adria. de reſt. q. de reſtitutione boni corporis, quę eſt penul. eius materiæ, Couar. nu. 7. citato, Iul. Clar. q. 58. citata, nu. 38. & Ant. Gom. c. 6. citato. nu. 13.

7 Secundò tollitur actio iniuriarum omnino, ita vt intentari deinceps non poſſit, ſi offenſus tacitè iniuriam remittat. Cenſetur autem tacitè illam remittere eo ipſo, quòd offenſus amicabiliter ſeu pacificè loquutus eſt cum eo, qui iniuriam illi intulit, aut eum ſalutauit, vel cum eo riſit, luſit, comedit, aut alio modo pacificè cum illo eſt conuerſatus. Ita habetur l. non ſolùm. §. 1. ff. de iniur. §. vlt. inſt. eod. titu. & l. 22. titu. 9. part. 7. affirmatque communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Greg. Lopez ibi gloſſa penul. Ant. Gom. c. 6. citato in calce. n. 15. & Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. iniuria. nu. 11. Quod tamẽ cum Fabro rectè Greg. Lopez & Anto. Gom. limitant, niſi ex caritate Chriſtiana atque ex honeſtate neceſſe illi eſſet efficere ad vitandum ſcandalum ac offenſionem aliorum. Vt ſi ambo inuitati eſſent, poſitique tunc caſu ad vnam & eandem menſam, aut niſi ſimul acciperent pacem in Eccleſia, & in ſimilibus alijs euentibus.

8 Tertiò tollitur omnino actio iniuriarum, ita vt deinceps intentari non poſſit, præſcriptione. Si enim offenſus intra annum, computandum à tempore ſuſceptæ iniuriæ, actionem ob eam iniuriam acceptam non intentet, præſcribit reus eam actionem aduerſus illum, nec offenſus poteſt deinceps illam intentare. Ita habetur l. ſi non conuitij, in fine. C. de iniur. & l. 22. tit. 9. par. 7. affirmatque communis doctorum ſentẽtia, quam referunt ac ſequuntur Greg. Lopez ibi gl. 1. & 2. Iul. Clarus. §. iniuria citato, nu. 9. & Ant. Gom. num. 15. citato. Licèt autem annus, quo præſcribitur iniuriarum actio, ſit continuus; ſi tamen iniuria metu eſſet illata, tunc, vt actio pręſcribatur, debet annus eſſe vtilis, hoc eſt, non computãdo in eo anno id tempus, in quo offenſus intentare non potuit eam actionem, iuxta. l. ſi cum exceptione. §. poſt annum, iuncta gloſſa ibi verb. vtili. ff. de eo quod met. cauſ. & affirmant gloſſa. l. ſi non conuitij citata, Greg. Lopez. l. 22. citata, gloſſa. 1. & doctores communiter.

Vtrùm autem annus continuus currere incipiat aduerſus ignorantem factam ſibi fuiſſe iniuriam; an verò ſolùm illi currere incipiat à puncto ſcientiæ. Deciſio Rotæ 240. in nouis, cum Guil. a Cug. propendet, currere incipere etiam ignoranti. Placet tamẽ mihi cum eodem Greg. Lopez l. 22. citata, gloſſa 2. ſolùm incipere currere à puncto ſcientiæ, non tamen propter l. annus. ff. de calumniatorib. quam Greg. Lopez citat, quæ in re lõgè diuerſa loquitur, & in qua ſermo eſt de anno vtili, vt eam legem intuenti erit perſpicuum: ſed quoniam durum admodum eſſet, computari debere eum annum ignoranti, ſibi factam eſſe iniuriam, à tempore, quo facta ei ſit: ſic enim eueniret, vt aliquando grauiſſimam iniuriam paſſus non poſſet vllam intentare actionem ad illam vindicandam, ſi anno integro, ex quo ſibi eſſet facta, eam ignoraſſet: vtique per epicheiam cenſendum omnino eſt, non eam fuiſſe mentem legumlatorum. Adde l. ſi cum exceptione, §. poſt annum. ff. quod met. cauſ. idcirco voluiſſe, quando iniuria metu eſt illata, annum debere eſſe vtilem, hoc eſt, cõputandum à puncto, quo metus ad actionem inten-

A tandam ceſſaret, quoniam alioquin fieri poſſet, vt fruſtra conceſſus ei eſſet annus ad actionem iniuriarum in eo euentu intentandam, vt ſi toto eo tempore metus perduraret, quo actionem intentare nõ auderet: eadem verò eſt ratio, imò longè maior, quando probabiliter quis ignoraret factam ſibi eſſe iniuriam: quoniam in hoc euentu nullo modo intentare poſſet actionem: in illo verò alio intentare eam poſſet, exponendo ſe alicui periculo, aduerſus quod opem à iudice ac ſecuritatem poſſet implorare. Adde etiam rationem, quam reddit lex 22. citata, cur elapſo anno præſcripta ſit iniuriarum actio, ſatis perſpicuè huic noſtræ fauere ſententiæ. Sic enim ait: *Porque puede ome aſmar, que ſe non tuuo por iniuriado, pues que tanto tiempo ſe callo que non fizo ende querella*
B *en iuizio, ò que perdonò à aquel, que gela fizo:* quæ ſanè locum non habent in eo, qui inuincibiliter ignorauit, factam ſibi fuiſſe iniuriam. Neque quicquam Guil. ſuffragatur. l. penul. ff. ſi is qui teſtam. liber eſſe iuſſus erit, &c. quam in confirmationem ſuæ ſententiæ citat. Quoniam non valet argumentum à diſpoſitione in illo euentu particulari ad alia: cùm in fine eius legis hæc verba addantur; *Quamuis in pluribus alijs cauſis iuſta ignorantia excuſationem mereatur.*

Cùm excommunicatus ob manus violẽtas in clericum iniectas abſolui nequeat, niſi ſatisfacta priùs 9
parte offenſa, vt patet c. ea noſcitur, de ſent. excommun. atque eo ipſo, quòd pars offenſa actionẽ iniuriarum intra annum non intentat, cenſeatur remitte
C re iniuriam, neque deinceps intentare poſſit iniuriarum actionem, vt dictum eſt; dubium eſt, vtrum excommunicatus ob eam manuum violẽtarum in clericum iniectionem, elapſo anno ab illata iniuria, ſi perſona offenſa intra id tempus actionem iniuriarum non intentauit, poſſit abſolui, nullam faciendo priùs ſatisfactionem parti. Deciſio Rotæ 240. citata ait abſolui poſſe, atque ita communi conſuetudine iudicatum fuiſſe ſuo tempore in Rota. Contrarium affirmant Hoſt. Ant. a Butrio, & Panor. c. ea noſcitur citato, nu. 3. & 4. quorum opinionem ſequitur Greg. Lop. l. 22. citata, gl. 1. Dicunt enim, quamuis iam tunc perſona offenſa intentare nõ poſſit iniuriarum actionem; per modum tamẽ exceptionis, quando excommunicatus ille accedit ad abſolutio-
D nem petendam, denegari ei debet, donec parti offenſæ competenter ſatisfaciat, aut donec perſona offenſa dicat, ſe nolle quicquam ab eo, remittereve illi iniuriam. Cùm enim offenſus ſciat, qui eam iniuriam ipſi intulit, eſſe excommunicatum, atque ex iuris diſpoſitione abſolui non poſſe, niſi priùs ei ſatisfaciat, non cenſetur in eo euentu remittere iniuriam ex eo, quòd intra annum actionem iniuriarum non intentet, expectando, vt, dum beneficium abſolutionis petierit, ei denegetur quouſque, iuxta diſpoſitionem iuris, parti offenſæ competenter ſatisfaciat. Atque hæc ſententia mihi probatur. Quam ex eo confirmo, quòd nomine ſatisfactionis, ſine qua, ſi eam facere potuerit, non eſt abſoluendus, non ſolùm in-
E telligitur ſatisfactio iniuriæ, ſed etiam damnorum in bonis externis, ſi quæ ſequuta ſunt ex tali iniuria, vt, ſumptuũ cũ medicis aut chirurgis, in medicamẽtis, & quodcunque aliud lucrum ceſſans aut damnũ emergens: actio autem ad hæc in exteriori foro petenda non durat ſolùm per annum, ſed multo maiori tempore, vt mox dicemus.

Cum iniuriarum actionem intra annum aduerſus offenſum præſcribi iure prætorio ſit introductum; eo quòd prætoriæ actiones regulariter ſolùm durare ſoleant per annum, vt habetur inſt. de perpetuis & temp. act. in prin. actio autem iniuriarum in tribus euentibus deſcendat ex iure ciuili, nempe quando quis pulſatus eſt, hoc eſt, ſine dolore manus in eum 10

in eum iniurioſè ſunt iniectæ, aut eſt verberatus, hoc eſt, cum dolore eſt percuſſus, manuſve in eum ſunt iniectæ, (in ſenſu, in quo circa excommunicationem ob manus in Eccleſiaſticum iniectas, explicabimus, quid nomine manus iniectionis intelligatur) & quando vi domus, in qua habitat, eſt intrata, vt habetur l. lex Cornel. ff. de iniur. & §. ſed & lex, inſtitu. eodem titul. dubium eſt, vtrum in his etiam tribus euentibus actio iniuriarum duret ſolum per annum; an verò ſit perpetua, durans triginta annis, nec minori tempore præſcribatur, vt actiones de iure ciuili deſcendentes perpetuæ eſſe ſolent, vt habetur inſtitu. de perp. & tempor. actio. in princip. & durare triginta annis eiuſmodi perpetuas actiones habetur l. ſicut in rem. C. de præſcript. triginta annorum. tractatuque præcedente Diſputatione ſeptuageſimaprima, dictum eſt, eiuſmodi ciuiles actiones de iure ciuili regulariter eo tempore durare, aut certè, cum ex delicto ſit in his tribus euentibus, durabit viginti annis, quo tempore durare ſolet regulariter de iure ciuili actiones ex delicto, iuxta l. querela. C. ad legem Corneliam de falſ. cuius verba ſunt: *Querela falſi temporalibus præſcriptionibus non excluditur, niſi viginti annorum exceptione*, (hoc eſt præſcriptione) *ſicut cætera quoque ferè crimina.* Gloſſa l. ſi non conuitij. C. de iniurijs, iuxta Marci opinionem, aſſeuerat actionem iniuriarum in his tribus euentibus non minori tempore pręſcribi, quàm triginta annorum. idem affirmant Gloſſa prima, l. lex Cornelia. ff. de iniur. Odofre. & alij, quos citant deciſio Rotę 240. citata, Greg. Lopez. l. vigeſimaſecunda citata gloſ. prima, & Antonius Gom. cap. 6. citato, numero decimoquinto. Cōtrariá tamen ſentētia, nempe in his etiam tribus euentibus actionem iniuriarum anno præſcribi, eſt communis, iuxta l. ſi non conuitij citatam, quæ vniuerſim loquitur de iniuriarum actione, & id ſatis aperte diſponit l. 22. citata de omni vniuerſim actione iniuriarum, atque affirmant Gloſsa ſecunda, §. ſed & lex inſtitu. de iniur. gloſ. l. ſecunda, C. de conſtit. pecu. & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur deciſio. 240. citata, Gregor. Lopez. l. 22. citata, gloſsa prima, & Anton. Gom. num. 5. citato.

11 Illud eſt obſeruandum. Quamuis actio iniuriarū anno præſcribatur; actionem tamen ad damna in bonis externis ex iniuria reſultantia non præſcribi anno, cum non ſit iniuriarum actio, ſed ab ea longè diſtincta, nempe legis Aquiliæ, quam, quia ex delicto deſcendit, vult. Antonius Gom. capitu. ſexto citato, numero decimo, durare viginti annis, iuxta l. querela, C. ad legem Corneliam de falſis ſuprà relatam; tametſi Iulius Clarus lib. quinto ſent. §. vlti. quæſt. 51. numero 1. & 2. dicat, communem doctorum ſententiam eſſe, quamuis actio ad puniendum delictum ſolum duret viginti annis iuxta l. querelā; actionem tamen ex delicto vlterius deriuatam, qualis eſt, de qua loquimur, de iure ciuili durare triginta annis. Quòd ſi prædicta actio ſit in factum ad intereſſe dumtaxat in bonis externis, de iure ciuili durabit triginta annis, & de iure huius regni ſolum durabit viginti, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſput. 71. dicta ſunt. Atque de hac actione videtur loqui Iulius Clarus §. iniuria citato, nume. 9. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius Diſputationis ſunt propoſita.

12 Quod verò ad ſecūdum attinet, num ſcilicet, qui iniuriam intulit, ſi timeat malum aliquod ab offenſo ea de cauſa ſibi inferendum, poſſit ab eo petere fideiuſſoriam cautionem, quòd nihil mali ipſi inferret, implorādo iudicis officium, vt illum compellat eam ſibi præſtare: affirmanter eſt reſpondendum cum communi doctorum ſententia, quam Anton.

A Gom. capit. ſexto, nume. 16. copioſè refert ac ſequitur, iuxta l. denunciamus. verſ. nam ſi quis. C. de his qui ad Eccleſ. confu. cuius verba ſunt: *Si quis aliquid contra leges à quibuſdam ſibi æſtimet præparari, liceat ei adire iudicem, & legitimum poſtulare præſidium.* Quod, iuxta Bartol. Fel. & communem doctorum ſententiam, quam Antonius Gom. refert, locum habet, etiam ſi, qui tali præſidio indiget, quique tale præſidium implorat, in culpa fuerit, quòd eo indigeat, dum cauſam eius inimicitiæ ſuo delicto præbuit. Atque Anton. Gom. multis alijs iuribus ſententiam hanc confirmat, quæ apud eum legas. Quā cum Bartol. Fel. & pleriſque alijs extendit, vt offenſus teneatur prædictam cautionem pręſtare, non ſolum pro ſe, ſed etiam pro ſuis conſanguineis, amicis, & familiaribus. Quod ego intelligerem, quando

B timeretur, quòd illi ipſius intuitu damnum inferrent. Quando enim de aliquo illorum timeretur, quòd ipſe etiam, inde offenſus, damnū inferre vellet, ab eo tunc cautio fideiuſſoria eſſet exhibenda, & non ab illo alio, à quo ipſe non penderet in eo damno inferendo. Iudex etiam ipſe ex ſuo officio etiam nemine id exigente, cogere offenſum & offendentem poſſet, vt ſibi mutuo cautionem præſtarent de damno non inferendo, aut vt eam is ſolus præſtaret, ex cuius ſola parte id damnum timeretur fore inferendum: quoniam non minus vertitur publica vtilitas in eo, quòd delicta impediantur antequam fiant, quàm in eo, quòd puniantur poſtquam fuerint commiſſa, iuxta l. congruit. ff. de offic. præſ.

C conſentit. l. prima, §. quoties. ff. de offic. præfe. vrb. & affirmat Bartol. & communis doctorum ſententia, quam Anton. Gom. vbi ſupra refert. Qui cum eodem Bartol. & alijs addit, eum, qui damnum ab alio ſibi inferendum timet, poſſe petere à iudice, vltra prædictam fideiuſſoriam cautionē, vt ſibi liceat adducere ſuos familiares & amicos armatos in ſuā defenſionem ac ſecuritatem, argumento. l. vlti. C. de erog. mil. annonæ lib. duodecimo. Non tamen debet iudex partes cogere præſtare prædictum fideiuſſoriam cautionem in perpetuum, ſed ſolum ad tempus ſuo arbitrio ſtatuendum, argumento l. 4. l. ſi finita. & leg. qui bona fide. §. vltimo. ff. de damno infect. Ita cum Bart. Aug. Fel. & alijs, Anto. Gom. vbi ſuprà. Quòd ſi is, ex quo malum timetur, præ-

D bere veriſimiliter non poſſit eam fideiuſſoriam cautionem, quia eſt pauper, vel aduena, tunc ſatis erit, ſi iuratoriam cautionem præbeat. Si autem veriſimiliter eam præbere poſſit, nec præbeat, tunc detrudendus eſt in carcerem, donec illā præbeat, & perſeuerat rationabilis metus mali ab eo inferendi. Idē dicerem de eo, qui illam veriſimiliter præbere non poſſet, quando valde eſſet timendum, nihil iuramēto impediente, illaturum eum eſſe malum. Hęc Anton. Gom. vbi ſupra, nume. 17. cum alijs, quos citat, argumento quorūdam iurium, quæ etiam citat. Atque hæc de ſecundo eorum, quæ in titulo huius Diſputationis ſunt propoſita.

Quòd verò ad tertium attinet, ad quem ſcilicet 13

E pertineat agere iniuriarum actione, dicendum eſt. Regulariter ad eum pertinere, qui iniuriam eſt paſſus. Quando autem pertineat agere, vel ad alium ſolùm, vel ſimul etiam ad alium vnà cum illo, qui principaliter iniuriam eſt paſſus, Diſput. 2. fuit copioſè explanatum.

DISPVT. 43.

Iniuriarum actio, itemque ob alia delicta, etiam quo ad damna in bonis externis data, aut vlterius ſequuta, quouſque expiret, aut non expiret, morte delinquentis, aut eius, cui accuſare incumbit.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur, non ad pœnam, ſed ad intereſſe, & compenſationem damnorum in bonis externis, quæ quis iniuſtè eſt paſſus; ſi ante mortem lis erat conteſtata aduerſus delinquentem, aut per delinquentem ſtetit quo minus conteſtaretur, quia vocatus comparere noluit in iudicio; tunc, eo defuncto, actio tranſit in hæredes illius, qui integre tenentur ſatisfacere omnia damna à defuncto iniuſtè data. Iuxta vires tamen hæreditatis defuncti tantùm.* B

2 *Quando damnum iniuſtè fuit datum, ita vt actio legis Aquiliæ ad illius compenſationem competat, ſi lis cum delinquente ante illius mortem non fuit conteſtata, competit quidem tam ei qui damnum eſt paſſus, quàm hæredibus illius actio, vt compenſetur, aduerſus eum qui illud dedit:* C *non tamen de iure ciuili tranſit actio illa in eius hæredes, qui illud dedit, niſi quatenus hęredes facti ſint ex eo delicto locupletiores.*

3 *Vniuerſim quando culpa Theologica defuncti damnum alicui in rebus externis iniuſtè datum eſt, neque defunctus illud compenſauit, hæredes illius naturali iure atque in conſcientiæ foro tenentur illud reſtituere ei, qui tale damnum eſt paſſus, & eo defuncto, hæredibus eius, iuxta vires tamen hæreditatis. Atque licèt lis ea de re conteſtata non fuerit cum defuncto, de iure canonico conceditur actio tam damnum id paſſo, quàm hæredibus illius qui id damnum intulit. Eadem actio concedi hodie inter Chriſtianos debet in foro ſeculari, etiam ſi nullum nouum ius ea de re condatur, condi tamen deberet,* D *vt conſcientiæ exonerarentur.*

4 *Diſcrimen illud inter ius canonicum & ciuile, de quo loquimur, ſolùm eſt quo ad latitudinem damni iniuſtè à defuncto dati, non verò quo ad id pœnę, quod ob tale delictum defunctus incurrit.*

5 *Quando in aliquo delicto proceditur ad pœnam merè criminalem, hoc eſt, non pecuniariam, tunc morte delinquentis exſtinguitur omnino delictum, nec vlteriùs datur actio, ſiue lis cum delinquente fuerit conteſtata ſiue non. Nam crimina morte exſtinguũtur quoad eiuſmodi pœnam, quam ſolus reus in ſe ipſo ſuſtinere debebat, neq; æquitas patitur, vt eiuſmodi pœnam omnino criminalem vnus pro alio ſuſtineat, ne innocens puniatur.* E

6 *Excipiuntur nonnulla crimina, in quibus morte delinquentis non exſtinguitur delictum, quo ad pœnam & accuſationem: Primum, crimen læſæ maieſtatis humanæ, ſecundum, hæreſeos; tertium, peculatus, quartum eſt repetundarum, quintum, quando aliquis accuſatus aut deprehēſus in delicto, pro quo in conſequentiam talis delicti bona illius erant confiſcanda, ſe ipſum interficit, ſextum, quando miles ſtipendiarius militiam deſerit, ſeptimum, quando vxor ſuſpecta eſt, quòd operata ſit ad mortē viri.*

7 *Quòd ſcilicet morte delinquentis delictum quo ad pœnam omnino exſtinguatur, ſequitur, mortuo delinquente ante ſententiam, aut poſt illam latam, ante*

A *eam executioni mandatam, nefas eſſe afficere pœna cadauer, ſi autem iudex id efficiat, teneri in ſyndicatu eius iniurię cadaueri illata, niſi lege lata eſt pœna, quæ ſeſe in cadauer extendat.*

8 *Quando pro aliquo delicto ſtatuta eſt pœna confiſcationis bonorum ipſo iure, aut ipſo facto, tunc mortuo delinquente, ſiue lis fuerit conteſtata cum eo, ſiue nō, datur actio aduerſus hæredes, vt ea bona, fructuſq; eorum, fiſco adueniant, aut alteri cui ea pœna eſſet applicata. Et ea actio præſcribitur quinquennio poſt mortem defuncti, etiam ſi hæredes conſcij ſint de crimine & de pœna confiſcationis ſtatuta.*

9 *Quando pœna confiſcationis bonorum aut partis eorum eſt a iure ſtatuta non principaliter, hoc eſt, non ſola per ſe, aut vna cum alia tanquam pars pœnæ* B *principaliter addita à lege, eo modo quo in crimine læſæ maieſtatis ſtatuta eſt iuribus, ſed acceſſoriè ſolùm ad aliam pœnam merè criminalem, tunc mortuo delinquente, vt exſtinguitur crimen quoad illam aliam pœnam merè criminalem, ſic etiam extinguitur quoad pęnam confiſcationis bonorum illi acceſſoriam.*

10 *In confiſcatione bonorum, aut partis eorum, quæ acceſſoriè in conſequentiam alterius pœnæ criminalis confiſcantur, vt actio ad eam confiſcationem tranſeat aduerſus hæredes delinquentis defuncti, neceſſarium eſt, vt præceſſerit condemnatio delinquentis dum ille viueret, vt neceſſe ſit, ſententiam, qua fuerit condemnatus, tranſiiſſe, dum ille viueret, in rem iudicatam.*

C 11 *Quando acceſſorie ad aliam pœnam criminalem eſſet quis condemnandus ad amiſſionem omnium, aut partis ſuorum bonorum, ſi reus in iudicio confeſſus eſſet crimen, pro quo ea pœna eſſet imponenda, aut legitimè id crimē eſſet aduerſus eum probatum, tunc ſi poſt eam confeſſionem aut probationem moreretur, antequam aduerſus eum prolata eſſet ſententia, tenentur hæredes eam pœnam confiſcationis ſoluere.*

12 *Quando bona confiſcanda eſſent, etiam acceſſoriè ad aliam pœnam criminalem, & aliquis accuſatus eſſet de crimine, pro quo ea pœna eſſet imponenda, vel in eo eſſet deprehenſus; tunc, ſi is ex conſcientia criminis metùve pœnæ ex tali delicto ſe ipſum interficeret, tunc habetur pro confeſſo, atque pro condemnato* D *eriperenturque ea bona ab hęredibus. Hæredes tamē erunt admittendi, ad probandam (ſi velint) defuncti innocentiam, quam niſi ſufficienter probent, bona ab eis eripientur.*

13 *Quando criminaliter proceditur in aliquo delicto tūc ſi à lege ſit ſtatuta pœna aliqua amiſſionis bonorum ipſo facto incurrenda, vtique ſiue lis fuerit conteſtata cum delinquente antequam moreretur ſiue non, actio tranſit aduerſus hæredes quo ad eam confiſcationis pœnam. Si verò pœna non erat confiſcationis bonorum ipſo facto incurrenda à puncto commiſſi delicti, ſed erat incurrenda per ſententiam, tunc ſi incurritur acceſſoriè in conſequentiam alterius pœnæ criminalis per ſententiam impoſitæ, & delin-* E *quens moriatur antequam lata ſit ſententia circa crimen, quæ omnino tranſierit in rem iudicatam, expirat talis pœna confiſcationis, neque executio illius tranſit in hæredes.*

14 *Quando pars læſa agit ciuiliter ad pœnam pecuniariam ſibi pro aliquo delicto applicandā, tunc ſi delinquens moriatur ante litem cum eo conteſtatā formaliter, aut virtute, exſpirat omnino id delictū quo ad eam pœnā, nec competit actio aduerſus hæredes illius: ſi verò moriatur poſt litem cum eo conteſtatā, tunc actio ad eam pœnam tranſit aduerſus hæredes talis delinquentis, vt eam ſoluant de bonis illius.*

15 *Quando agitur ad intereſſe & ad damnorum compenſationē in bonis externis, mortuo accuſatore & offenſo,*

offenſo,tranſit actio ad hæredes ipſius,vt poſſint eadem petere,eſto lis à defuncto non fuerit conteſtata, habetq; id verum, etiã in noxalibus actionibus aduerſus caput domus pro damno ex ea domo dato, rebus inde eiectis. Intelligitur quando ſuperſtes eſt qui damnum iniuſtè dedit, vel ſuperſtes eſt caput domus,vel dominus eius rei quæ damnum dedit.

16 *Quando de crimine aliquo agitur criminaliter, mortuo accuſatore exſpirat actio. Si tamen crimen publicum ſit,integrum eſt alijs accuſando illo de nouo, & præponũtur hæredes offenſi, iiq; ad quos ſuorum iniuriam proſequi ſpectat. Itẽ quando accuſator moreretur poſt latam ſententiam, qua reus condemnatus eſſet criminaliter ad pęnã aliquam pecuniariam aut confiſcationis bonorum, nec ſententia tranſiiſſet in rem iudicatam, ſed ab ea eſſet appellatum, tunc quo ad eam pœnam bonorum externorum præcisè non eſſet finita lis, ſed vel hæredes defuncti vel fiſcus, ſi ad eum pertineret ea pœna, proſequi poſſent cauſam vſque ad vltimam ſententiam definitiuam, vt ſi prima ſententia confirmaretur, executioni mãdaretur pœna illa bonorum externorum.*

17 *In delictis,vt furto, actione iniuriarum, &c. atque in actione ob ea delicta ad pęnam pecuniariã parti applicandam, ſi offenſus moriatur ante litẽ cum delinquente conteſtatam, exſpirat actio, nec tranſit ad hæredes offenſi. Si verò moriatur poſt litem cum delinquente conteſtatam, tunc actio tranſit ad hęredes offenſi, vt proſequantur eandem actionem ab offenſo iam cœptam, & poſt mortem delinquentis tranſit etiam aduerſus hæredes illius, vt ſoluant eam pœnam offenſo, vel hæredibus illius poſt illius mortem.*

1 Diſputatio hæc ſequentibus concluſionibus eſt definienda. Atque ordiendo ab actione ad reſartionem damnorũ in bonis externis iniuſtè illatorum, prima cõcluſio eſt. Quando agitur, non ad pænam, ſed ad intereſſe, & compenſationem damnorum in bonis externis, quæ quis iniuſtè eſt paſſus, ſi ante mortem lis erat conteſtata aduerſus delinquentem, aut per delinquentem ſtetit, quo minùs conteſtaretur, quia vocatus, comparere noluit in iudicio; tunc, eo defuncto, actio tranſit in hæredes illius, qui integre tenentur ſatisfacere omnia damna à defuncto iniuſtè data, iuxta vires tamen hæreditatis defuncti duntaxat: competit etiam hæredibus eius, qui damnum eſt paſſus. Hæc ſine vlla controuerſia eſt inter doctores, tam de iure canonico, quàm ciuili, & conſtat ex leg. vnic. C. ex delict. defunct. ex l. 25. titu. 1. par. 7. & ex alijs iuribus citandis: in eo enim euentu, etiam actio ad pænam pecuniariam tranſit aduerſus hæredes delinquentis, iuxta vires hæreditatis defuncti, vt dicemus, nedum actio ad compenſandum damna iniuſtè à defuncto data. Id quod confirmatur, quoniã per conteſtationem litis cum delinquente cenſetur quaſi contractus iuris diſpoſitione inter actorem & reum, iuxta l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio; eaque de cauſa, ſicut actio ex contractu tranſit ad hæredes, ita & ex delicto ad pænam pecuniariam poſt litis conteſtationem.

2 Quando lis cum delinquente non fuit conteſtata ante eius mortem, quamuis conſentiant doctores, in delicto furti & rapinæ, condictionem furtiuam ad vendicandam rem furto ablatã, aut ad loco illius obtinendũ valorẽ illius, atq; ad obtinendam compẽſationem omnium damnorũ, etiam lucri ceſſantis, inde ſubſequutorum, competere, tam ei, qui ea damna eſt paſſus, quàm hæredibus ipſius, non ſolùm aduerſus furem aut raptorem, ſed etiam aduerſus hæredes illius, iuxta vires hæreditatis, id quod ex variis iuribus oſtendimus tractatu precedẽte Diſp. 695. §. quãuis actio, & §. qđ ad rapinã attinet, & copioſius Diſp. 696. in princ. ac, præter iura ibi citata, conten tit. l. 1. ff. de priuat. delict. Quamuis, inquam, doctores in hoc conſentiant, communis tamen doctorum ſententia affirmat, quando damnum iniuſtè fuit datum, ita vt actio legis Aquiliæ, ad illius compenſatio nem, aut alia ſimilis competat, ſi lis cum delinquente ante illius mortem non fuit conteſtata, competere quidem tam ei, qui damnum eſt paſſus, quàm hæredibus illius actionem, vt compenſetur, aduerſus eum, qui illud dedit; non tamen de iure ciuili tranſire eam actionẽ ac competere aduerſus hęredes eius, qui illud dedit, niſi quatenus ex eo delicto hæredes facti ſint in aliquo locupletiores, quia videlicet ex eo delicto aliquid hæreditati accreuit. Ac ſanè hanc eſſe diſpoſitionem atque intentum iuris ciuilis, ſatis conſtat ex ijs, quæ tractatu præcedente diximus ac citauimus ex iure ciuili circa legem Aquiliam Diſp. 697. §. quia lex Aquilia, circa damnum arborum cæſarum Diſputat. 699. circa damnum ex ſiniſtra menſoris dimenſione datum Diſputat. 701. Nunquam enim ius ciuile admittit actionem, etiam ad damnũ iniuſtè datum aduerſus hæredes delinquentis, quando lis cum delinquente non fuit conteſtata, licèt in eis omnibus euentibus concedat hęredibus eius, qui id damnum eſt paſſus, actionem aduerſus eum, qui id damnum iniuſtè dedit, vt diſputationibus citatis oſtendimus. Vt interim omittam, quòd neque actionem aduerſus caput domus ad damnum ſequutum in rebus externis ex re è tali domo eiecta, effuſa, vel appenſa, concedunt iura aduerſus hæredes illius, quando lis conteſtata non fuit cum capite eius domus, vt Diſputat. 710. §. actio quæ aduerſus, explanatum fuit. Neque item actionem, quam concedunt aduerſus nautam, cauponem, aut ſtabularium, pro furto ac damno in ſua naui, caupona, aut ſtabulo alijs dato, concedunt aduerſus hæredes eorundem, quando cum nauta ipſo, caupone, aut ſtabulario non fuit conteſtata ante illorum mortem, vt in calce eiuſdem Diſputat. 710. eſt dictum. Conſentiunt l. vnica. C. ex delict. defun. leg. quod diximus. §. vlt. ff. de eo quod met. cauſ. l. in hæredem in princ. ff. de calumniatoribus. & l. 25. tit. 1. part. 7. & alia iura.

Couar. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 7. licet fateatur, communem eſſe doctorum ſententiam, quam ex parte ibidem refert, de iure ciuili pro damno iniuſtè dato non concedi actionem aduerſus hæredes eius, qui illud iniuſtè dedit, quando lis cum illo non fuit conteſtata, fateaturque iuxta communem doctorum ſententiam diſcrimen in eo euentu eſſe inter ius ciuile & canonicum, quòd de iure ciuili non detur actio, concedatur verò de iure canonico; eo quòd ex natura ipſa rei, atque in conſcientiæ foro, teneantur hæredes illud ſoluere, ſi hæreditas ad id ſufficiat, idque nulla exſpectata ſententia: propendet tamen, cum Carolo Molinæo, etiam de iure ciuili eam actionem concedi. Ductus illis verbis. §. his autem, inſt. de leg. Aquil. *Qua ratione creditũ eſt, pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolum tanti quiſque obligatur, quantum damni dederit, ſed aliquando longe pluris. Ideoque conſtat, in hæredem eam actionem non tranſire: quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nunquam lis æſtimaretur.* Hinc colligit Couar. quòd cùm actio præcisè ad damnum iniuſtè datum pęnalis non ſit, ſed proſequutiua eius, quod verè ex natura rei, atque ſtando in ſolo iure naturali, debetur, tranſire, in hæredes eius de iure ciuili debeat, qui illud dedit, iuxta doctrinam apertam eius paragraphi. Nos Diſputat. 697. citata ea verba expendimus, diximuſque ad ita conſtitui debuiſſe de iure ciuili, conſtituique debere inter Chriſtianos, ſaltem quando interueniente non ſola culpa iuridica, ſed etiam Theologica, damnum eſſet datum; at-

tamen deceptos fuiſſe conditores iuris ciuilis, dum diſtinguere neſciuerunt, eiuſmodi leges eſſe pænales quo ad exceſſum vltra damnum iniuſtè datum, non verò quo ad latitudinem damni intra eum exceſſum, multiſque alijs iuribus, atque etiam illo eodem paragrapho, eos ſtatuiſſe, vt abſolutè nullo modo quo ad damnum tranſiret actio aduerſus hæredes eius, qui illud dedit, niſi ipſi ex illo effecti eſſent in aliquo locupletiores, & quo ad id dũtaxat, in quo reperirentur facti locupletiores, aut niſi lis conteſtata cum eo fuiſſet, qui id damnum dedit antequàm è vita diſcederet.

3 Quicquid autem ius ciuile ſtatuerit, ſecunda concluſio eſt. Vniuerſim quando culpa theologica defuncti damnum alicui in rebus externis iniuſtè eſt datum, neque defunctus illud compenſauit, hęredes illius naturali iure atque in conſcientiæ foro, tenentur illud reſtituere ei, qui tale damnum eſt paſſus, & eo defuncto, hæredibus, ſeu ſucceſſoribus illius, iuxta vires tamen hęreditatis. Atque, eſto lis ea de re cõteſtata non fuerit cum defuncto, de iure canonico conceditur actio, tam damnum id paſſo, quàm hæredibus illius, aduerſus hæredes eius, qui id damnũ intulit, vt iuxta vires hæreditatis id damnum compenſent. Eadem actio concedi hodie inter Chriſtianos in foro ſeculari debet, etiam ſi nullum nouum ius ea de re condatur, condi tamen deberet, vt res omnibus eſſet perſpicua ac cognita, ceſſarentque ea de re opiniones, atque exonerarentur conſcientiæ, & iuſtitia adminiſtraretur.

Prima pars, quòd ſcilicet hæredes eius, qui id dãnum dedit, iure naturali atque in foro conſcientiæ ad id teneantur, præterquam quòd ſatis conſtat ex ſe, & ex dictis tractatu precedente Diſput. 697. 699. & in materia de reſtitutione, probatur facilè. Quoniam defunctus ante mortem, non in pęnam, ſed tãquam verum debitum contractum ex damno iniuſtè dato in bonis proximi externis, atque adeò ex parte iniuſtæ acceptionis, naturali iure tenebatur id reſtituere ac compenſare ei, qui illud eſt paſſus, & poſt mortem illius, hæredibus eiuſdem, atque ius ciuile, vt id is compenſet, qui illud dedit, actionem cõcedit iniuriam paſſo, & hæredibus illius, vt tractatu præcedente Diſput. 697. & 699. oſtendimus: neque minus iure naturali conſurgit obligatio reſtituendi ex dãno iniuſtè dato in rebus proximi externis, eſto ex eis bonis iniuſtè deſtructis nihil perueniat ad delinquentem, quàm conſurgat ex furto, vt tractatu præcedente circa radices reſtitutionis explanatum comprobatumque eſt: cum ergo hæreditas obligata maneat ad debita omnia defuncti, ex eaque ante omnia defuncti debita ſint extrahenda, ac ſolùm reliquum cenſeatur bona defuncti diuidenda inter hęredes & legatarios, de quibus ſolis potuit teſtator diſponere: conſequens profectò eſt, vt hæredes defuncti iure naturali, atque in foro conſcientiæ, reſtituere teneantur, tam damnum paſſo, quàm hæredibus illius, omnia damna iniuſtè à defuncto data, ſi ad id vires hæreditatis ſufficiant, & quantum vires hæreditatis patientur.

Secunda verò pars, quòd ſcilicet ad id detur de iure canonico actio, tam damnum paſſo, quàm hæredibus ipſius aduerſus hæredes eius, qui id dãnum dedit, eſto lis conteſtata non fuerit cum eo qui id dãnum dedit, eſt communis gloſsæ in ſumma verb. quod autem. 24. quæſt. 2. gloſsæ cap. vlt. de ſepult. & aliarum gloſsarum, quas Panor. ibidem citat, Bart. l. 1. de priuat. delict. num. 6. Syluelt. verb. hæred. 3. num. 6. Greg. Lopez. l. 25. titu. 1. par. 7. verb. *que vino en poder del finado*, & aliorum, quos Couar. nu. 7. citato refert ac ſequitur, & colligitur apertè ex cap. vlt. de ſepult. & ex cap. in literis. de raptoribus. Vbi præcipitur, vt hæredes cenſuris compellantur ſatiſ-

A facere damna à defuncto data iuxta vires hæreditatis. Quidam etiam id probant ex cap. tua nos de vſuris, & ex alijs iuribus, ex quibus conſtat, hęredes vſurariorum teneri, cogendoſque eſſe ſoluere vſuras acceptas à defuncto. Cæterum bene Bartol. l. 1. citata. num. 8. & cum eo Panorm. cap. vlt. de ſepulturis, & alii affirmant, in eo euentu de iure etiam ciuili concedi actionem, nempe condictionem indebiti aduerſus vſurarium, hæredeſque illius: neque eã actionem eſſe ex delicto, de quo modò loquimur, ſed ex quaſi contractu, vt reddatur, quòd indebitè fuit illo modo acceptum.

Panor. c. vlt. de ſepul. & c. in literis de raptoribus licèt confiteatur, communem eſſe doctorum ſententiam, diſcrimen illud conſtitui inter ius ciuile, &
B canonicum, nihilominus arbitratur, non eſſe conſtituendum tale diſcrimen, nec de iure canonico dari actionem aduerſus hæredem eius, qui damnum iniuſtè dedit. Ad duo verò iura citata reſpondet, ibi dari actionem, quia defunctus, qui damnum illud dedit, pænituit, confeſſuſq; eſt, ſe id damnum dediſse, quæ confeſſio conteſtationi litis æquipollet, atq; dũ pænituit, ſignave contritionis exhibuit, formaliter aut virtute præcepit hæredibus, vt id damnum datũ reſtituerent, rationeque obligationis hæredum ex tali præcepto, concedi eam actionem, ex quo capite actio etiam aduerſus eoſdem hæredes iure ciuili, in foroq; ſeculari, concederetur. Meritò verò hæc ſententia reprobatur à Couar. n. 7. citato, & ab alijs. Ac ſanè, cum hæredes illi in manifeſta culpa lethali ſint
C contra ius naturale, non reſtituendo id verum debitum defuncti per viam correctionis illius mediæ, de qua ſermo eſt. c. nouit de iudiciis, actio conceditur de iure canonico aduerſus illos, vt cenſuris compellantur ſoluere id defuncti debitum, & ſuum, loco defuncti, poſt mortem illius: id quod Greg. Lopez l. 25. citata adnotauit. Quòd ſi quis dicat, capite vlt. de ſepult. etiam pro homicidio & inceſtu factis à defuncto præcipi hęredes ſatisfacere, ea autem damna non ſunt in rebus externis. Dicendum eſt, ibi de incendio etiam præcipi ſatisfacere, textuque de iis vniuerſim præcipere hæredes ſatisfacere, quæ ipſi ex ipſa rei natura ſatisfacere tenentur nomine & loco defuncti tanquam damna, & non in pœnam, caputque in literis de raptoribus ſola damna lata à defun
D cto præcipere hæredes reſtituere.

Illud verò eſt obſeruandum, vt ſatis apertè docet 4
gloſſa citata in ſumma, 24. q. 2. atque optimè tradit Bar. l. 1. ff. de priuat. delict. diſcrimen inter ius canonicum & ciuile, de quo loquimur, ſolum eſse quoad latitudinem damni iniuſtè à defuncto dati: non verò quo ad id pænæ, quod ob tale delictum defunctus incurrit: in euentibus quippe, in quibus dicemus de iure ciuili non dari actionem aduerſus hæredes ad pœnam delicti defuncti, quando lis cum defuncto non fuit conteſtata, neque etiam datur aduerſus illos de iure canonico, neq; eſt vlla ratio cur eſset danda. Non videntur autem ſatis ad hoc attendiſse Iulius Clarus 5. lib. ſent. §. vlt. q. 51. nu. 16. &
E Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. n. 84. & 85. qui pęnas cum damno iniuſtè dato inuoluere quo ad id diſcrimen videntur. Illud ẽt nõ probo, ꝙ Iul. Clar. ibi ait. Nempe, ſi ſint multi hęredes defuncti, & vnus eorũ factus ſit non ſoluendo, reliquos teneri ſoluere integrũ damnũ à defuncto datũ. Neq; .n. vnuſquiſque hæredũ tenetur ad debita defuncti niſi pro rata quotæ hæreditatis, quæ ipsũ contingit, ad ipſumque deuenit, vt tractatu præcedente Diſp. 155. eſt dictum.

Tertia verò cõcluſionis pars, nẽpe eandẽ actionẽ inter Chriſtianos dẽre hodie cõcedi de iure ciuili, in forove ſeculari, eſto nullũ nouũ ius ea de re condatur, vt cõdi dẽre in eadẽ concluſionis parte ſubiũgimus, ex eo probatur, ꝙ id poſtulet exoneratio conſcientiarum

ſcientiarum eorundem hæredum, iuſtitiæque adminiſtratio, ac bonum commune. Et quoniam contrarium non fuit ſancitum iure Cæſareo tanquam ius humanum ac politiuum in commune bonum extra id, quod habet natura ipſa rei, ad lites vitandas, aut ad aliud commune bonum, eo modo, quo ad lites vitandas denegata fuit actio in foro exteriori in emptionibus & venditionibus, & in alijs contractibus, quando læſio non excedit dimidium iuſti pretij: ſed legibus iuris Cæſarei fuit id pronunciatum, errantibus earum legum conditoribus, quaſi id eſſet conſentaneum naturæ rei, naturalive iuri: quando autẽ cõſtat legem aliquam errorẽ continere, deceptũq; fuiſſe eum, qui illam condidit, ſtandum non eſt tali legi, ſed contrarium eſt efficiẽdum, qñ contrarium habet ipſa rei natura, & poſtulat commune bonum.

5 Tertia concluſio, Quando in aliquo delicto, proceditur in pœnam merè criminalem, hoc eſt, ad pœnam non pecuniariam, ſeu non amiſſionis aliquorũ externorum bonorum, tunc morte delinquentis extinguitur omnino delictũ, nec vlteriùs datur actio, aut in ea proceditur, ſiue lis cum delinquente fuerit conteſtata, ſiue non, & ſiue delictum ſit publicum, ſiue priuatum, in ſenſu Diſputatione ſequenti explicando. Crimina enim morte extinguuntur quo ad eiuſmodi pœnam, quam ſolus reus in ſe ipſo ſuſtinere debeat, neque æquitas patitur, vt eiuſmodi pœnam omnino criminalem vnus pro alio ſuſtineat, ne innocens puniatur. Hanc probant atque intendunt. l. defuncto. ff. de publi. iud. cuius verba ſunt: *Defuncto eo, qui reus fuit criminis, eſt pœna extincta*. l. 3. eod. titu. quæ ſic habet: *Publica accuſatio, reo, vel rea, antè defunctis, perimitur*, leg. in ſenatus, §. ſi propter, ff. ad ſenat. cõſult. Turpill. illis verbis; *quia morte rei iudicium ſoluitur*, l. prima, & tribus ſequentibus. C. ſi reus vel accuſator. cap. accuſatus. §. ſi verò ver. porro de hæret. lib. 6. & l. 7. & 23. titu. 1. part. 7. atque affirmat communis doctorum ſententia, quã referunt ac ſequuntur Greg. Lopez ibi, Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. nu. 78. & Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. vlt. q. 51. nu. 12.

6 Ab hac concluſione excipiuntur nonnulla crimina, in quibus morte delinquentis non extinguitur delictum quo ad pœnam & accuſationem. Primum eſt. Læſæ maieſtatis humanæ in euentibus, in quibus, qui in id crimen incidit, perduellionis nomen conſequitur: qui autem illi ſint, tractatu præcedente Diſp. 658. §. qui hodie, fuit explicatum. In eis quippe euentibus, etiam ſi delinquens mortuus ſit, crimen non extinguitur, ſed accuſatur eius memoria, citatis illius deſcendentibus, eiſque cuia id intereſt, vt eum defendant, ac purgent à crimine, probatoque crimine ſufficienter aduerſus eum, damnatur de eo crimine, & in conſequentiam damnatur eius memoria, pronunciaturque eum ipſiuſque deſcendentes incidiſſe in pœnas iure ſtatutas, mandanturque omnes eiuſmodi pęnæ exequutioni, quatenus defuncti ſtatus patitur, vt hæc omnia Diſputatione citata. §. citato, multis iuribus comprobata ſunt.

Secundum eſt, crimen hæreſeos aut apoſtaſiæ à fide, in quo ſimiliter proceditur, & oſſa defuncti concremantur, quia, præter alias pænas, & inter eas mortis naturalis, id etiam in corpore hæretici, aut apoſtaſiæ à fide, erat etiam exequutioni mandandum. Quòd autem in crimine hæreſeos, & apoſtaſiæ à fide, per mortem delinquentis non extinguatur delictum, ſed procedatur ad infligendas exequutionique mandandas pænas aduerſus ita delinquentes, deſcendenteſque eorum, exequutioni mandandas, habetur l. Manichæos. C. de hæret. leg. apoſtatarum. C. de apoſt. leg. ſeptima, titul. primo, part. ſeptima, cap. ſanè. 2. 24. quæſt. ſecunda, & cap. accuſatus. §. in eo verò de hæret.

A Tertium eſt, crimen peculatus, & legis Iuliæ de reſiduis, de quibus tractatu præcedente Diſputat. 684. §. aliud eſt furtum, dictum eſt. Eiuſmodi enim delictum morte delinquentis non extinguitur, ſed poſt mortem agitur aduerſus hæredes illius ad pænam pecuniariam iuxta vires hęreditatis, etiam ſi lis cum defuncto non fuiſſet cõteſtata, vt tractatu pręcedente Diſp. 695. §. crimen peculatus, comprobatum fuit, & habetur. l. 7. citata, & 8. ſequenti.

Quartum eſt, crimen repetundarum. In quo actio ſimiliter datur aduerſus hæredes eius, qui illud commiſit, etiam ſi cum defuncto lis non fuerit conteſtata l. 2. ff. ad leg. Iul. repetund. l. 2. C. eod. titu. l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. l. in ſenatus. §. ſi propter. ff. ad ſenat. conſult. Turpill. & l. 8. titul. B primo, part. 7.

Quintum eſt, quando aliquis accuſatus, aut deprehenſus in delicto, pro quo in conſequentiam talis delicti bona illius erant confiſcanda, ſe ipſum interficit: de qua re Diſput. 20. copioſè eſt dictum.

Sextum eſt, quando miles ſtipendiarius militiam deſerit: tunc enim, etiam ſi defunctus ſit, crimẽ morte illius non extinguitur, ſed bona illius confiſcantur. Ita habetur l. defunctorum. C. de re milit. libr. 12. lex 7. titu. 1. part. 7. vt ea pæna poſt mortem talis militis locum habeat, requirit, vt ad hoſtes tranſierit, aut palàm, vel occultè, adiutorium aliquod eis præbuerit in Regis aut regni præiudicium.

Septimum eſt, quando vxor ſuſpecta eſt, quòd operata ſit ad mortem viri: tunc enim, licèt ea mulier C mortua ſit, accuſari procediq; in accuſatione cępta poteſt, vt ſi comperiatur, rem ita habuiſſe, fiſcus obtineat quæcunque bona ex viro ad ipſam peruenerunt, etiam ex hæreditate filij vtrique communis, qui è vita poſt mortem patris diſceſſerit. Ita habetur l. Lucius Titius. ff. de iur. fiſc. & l. 8. titu. 1. par. 7. quæ addit, condemnari debere famam talis mulieris poſt mortem illius.

Hos omnes euentus commemorant gloſſa, l. ex iudiciorum verb. maieſtatis. ff. de accuſ. gloſſa. leg. prima, verb. ſit extinctum. C. ſi reus vel accuſ. & quædam eorum commemorant. l. 7. & 8. citatæ, Anton. Gom. cap. 1. citato, nu. 80. & Iulius Clar. queſt. 51. citata, num. 13. Quamuis autem quidam eorum, qui de pænis in bonis externis loquuntur, ad D concluſiones ſequentes attineant, placuit eos cum gloſſis citatis coniungere.

Ex concluſione propoſita, quòd ſcilicet morte delinquentis delictum quo ad pænam omnino criminalem extinguatur, inferunt Ant. Gom. c. 1. citato. nu. 78. & 79. Greg. Lopez. l. 7. citata, & Iul. Clar. q. 51. citata. nu. 15. cum Angelo & cum pleriſq; alijs, quos citant mortuo delinquente ante ſententiã, aut poſt illam latam, ante eam exequutioni mandatam, nefas eſſe afficere pæna cadauer: ſi autem iudex id efficiat, teneri in ſyndicatu eius iniuriæ cadaueri defuncti illatæ, iuxta l. 1. §. quotiens. ff. de iniur. & ea quæ Diſput. 2. dicta ſunt. Tametſi Iulius Clarus, & Anto. Gom. addant, de communi conſuetudine id E non ſeruari, ſed in grauiſſimis delictis ad terrorem, & in aliorum exemplum, ne ſimilia efficiant, ſolere pænam exerceri in cadauer ſuſpenſionis, concremationis, aut aliam ſimilem, eiq; conſuetudini eſſe ſtãdum; Obſerua autem, quãdo lege lata eſt pęna, quæ ſeſe extẽdit ad cadauer, aut quæ in cadauer exerceatur, vt quòd, poſtquam delinquens eſt extrangulatus, iaculis confodiatur, concremetur, in fruſta conſcindatur, quæ ſuſpendantur in capitibus viarum, aut in alijs locis, vel vt aliter eccleſiaſtica careat ſepultura, ſepultus in ſterquilinio, aut aliqua alia ratione, vel de eo, qui impænitens in culpa lethali diſceſſit, aut talis præſumptione iuris ac de iure præſumitur, eſt ſancitum, qualis eſt is, qui, ſui cõpos, ſe ipſum 7

ſum interficit, aut religioſus, qui poſt mortem proprietarius fuiſſe comperitur, tunc dubium non eſſe eiuſmodi pœnas exercendas eſſe in cadauere. Sic hæretici & apoſtatæ poſtquam ſunt extrangulati, concremantur eorum cadauera, idemque fit in eis, qui ob crimen nefandum interficiuntur: corpora enim eorum concremantur, quoniam id quoque eſt impoſitum eis in pœnam. Sic etiam graſſatores in hoc regno, poſtquam ſunt furca ſuſpenſi, iaculis eorum cadauera confodiuntur, poſteaque in fruſta ſecantur, parteſque eorum appenduntur in viis publicis. Sic qui ſe ipſos interficiunt, in ſterquilinio humantur: ſimiliterque religioſus, qui proprietarius fuiſſe comperitur, in ſterquilinio ſepelitur, atque ad maiorem horrorem, in ſignumque ſuæ perditionis, & in aliorum exemplum, pecunia ipſa cum eo ſepelitur, vt habetur. cap. cùm ad monaſterium, iuncto. c. monachi, & cap. ſuper quodam, de ſtatu monach. Eiſdem etiam de cauſis, atq; vt occaſio memoriæ adeò fœdi criminis non remaneat, quando aliquis cum beſtia coit, ſimul cum cadauere illius beſtia etiam comburitur. cap. mulier. 15. quæſt. 1. Obſerua etiam in crimine hæreſeos, aut apoſtaſiæ à fide, cùm morte ita delinquentis crimen non extinguatur, ſed poſt mortem procedatur ad condemnandam defuncti memoriam, & ad exequutioni mandandas pœnas reliquas, quas ita defunctus incurrit, meritò illius oſſa effigiemque concremari. Qua eadem ratione in cadauere eius, qui crimen perduellionis incurrit, exequutioni mandari poſſunt pœnæ, quæ in eo cadauere eſſent exequutioni mandandæ, ſi perduellio ipſe viuus de eo crimine damnaretur. Atque omnia hactenus dicta legis autoritate fiunt. Quando autem comprehenſus ac accuſatus de crimine nefando ſe ipſum interfeciſſet, ſanè epicheia legum interpres docet, cùm in pœnam, quòd impœnitens in lethali peccato diſceſſerit, eccleſiaſtica carere debeat ſepultura, & in pœnam criminis nefandi (quod iuxta dicta Diſp. 20. cenſetur eo ipſo confeſſus) corpus illius eſſe exurendum, meritò ſententiam ferri debere, quòd idē cadauer ignominioſè trahatur per vias publicas in locum, vbi concremari ſolent, qui ſimilia crimina committunt, & vt ibi cōcremetur: quod Anton. Gomez. num. 79. citato commemorat Salmanticæ fuiſſe factum. In aliis autem euentibus, quādo crimina grauia eſſent, iudicareturque expediens bono communi, aliquam pœnam imponi, exequutionique mandari in cadauere delinquentis, ad terrorem & exemplum aliorum, ne ſimilia facere auderent, non repugnarem id poſſe ac debere fieri: tametſi id extendi non debeat ad crimina, in quibus cōſuetudine non eſt receptum, vt id fiat: niſi eſſent inconſueta, & in quibus non minus expediat bono cōmuni cadauer ita puniri, quam in ijs, in quibus conſuetudine ſit id receptum.

8 Quarta concluſio. Quando pro aliquo delicto ſtatuta eſt pœna confiſcationis bonorum ipſo iure, aut ipſo facto, tunc mortuo delinquente, ſiue lis fuerit conteſtata cum eo, ſiue non, datur actio aduerſus hęredes & aduerſus quoſcūque, ad quos ea bona à pūcto commiſſi delicti deuenerunt, vt ea bona, fructuſque eorum, fiſco adueniant, aut alteri, cui ea pœna eſſet applicata. Ratio autem eſt, quoniam in eo euentu fiſcus, aut alius, cui ea pœna ſit applicata, cōparat ius in re in eis omnibus bonis à puncto commiſſi delicti, eaque de cauſa, ad quemcunque pertrāſeant, tranſeunt cum eo onere, vt tractatu præcedente Diſputat. 95. & alias ſæpe eſt dictum, poteſtque proinde is, qui in illis id ius habet, ea repetere de poteſtate cuiuſcūque apud quem fuerint reperta. Hāc concluſionem probat l. Caius. ff. ad ſen. conſ. Syllā. Cum enim hæres interfecti hæreditatem fiſco amittat, ſi omittat accuſare interfectorem, vt tractatu A præcedente Diſput. 178. oſtendimus, ſororque cuiuſdam interfecti, quod eiuſmodi accuſationē ſciēs omiſerit, hæreditatem interfecti amiſerit fiſco, crimenque eius omiſſionis poſt mortem eius ſororis delatum fuiſſet ad fiſcum, definitur, id crimen, quo ad eam pœnam amiſſionis ipſo facto talis hæreditatis, fiſco non fuiſſe extinctum morte eius ſororis, ſed fiſcum poſſe intentare actionem poſt mortem illius ad eam hæreditatem obtinendam. Eandem concluſionem probant. l. cotem. §. illicitarum, & l. cōmiſſa. ff. de publican. & vect. Vbi habetur, quòd quādo aliquis incidit in commiſſum amittendi fiſco merces, quas illicitè aſportauit, aut merces amittēdi ob non ſolutum vectigal ex illis, actio tunc illas repetendi tranſit aduerſus hæredem illius, eo defuncto, & B aduerſus quemcunque earum poſſeſſorem, apud quem fuerint repertæ: eo quòd ipſo iure fiſco ſint amiſſæ: quod ſimiliter euenit in reliquis rebus, quæ ad fiſcum deuoluuntur, iuxta. l. imperator. ff. de iur. fiſc. Probant item eandem concluſionem cap. accuſatus. §. in eo verò, de hæret. lib. 6. & alia iura, affirmatque communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. in Epit. in 4. decret. parte. 2. cap. 6. §. 8. num. 6. Anton. Gomez. capit. 1. citato. num. 80. & Iulius Clarus. quæſt. 51. citata. num. 14. Neque ſolùm id habet locum in criminibus, in quibus memoria defuncti damnatur, procediturq; proinde poſt mortem delinquentis ad pœnas omnes infligendas, quæ pro eo delicto poſt mortem poſſunt exequutioni mandari, vt in crimine perduellionis, C hæreſeos, & apoſtaſiæ à fide, ſed etiam in cæteris criminibus, in quibus directè, & non in conſequentiā alterius pœnę pro eo delicto ſtatutę, bona, aut pars bonorum, ipſo iure cōfiſcantur, vt ex l. Caius, & ex alijs tribus iuribus Digeſtorum citatis liquet, & affirmat communis ſententia. Tametſi Iulius Clarus. numero 14. citato dicat, in ducatu Mediolanenſi conſuetudine non eſſe receptum, vt in criminibus huius poſterioris generis bona poſt delinquētis mortem confiſcentur, niſi dum delinquens viueret, pronunciata eſſet ſententia, qua condemnaretur de crimine, ob quod ipſo iure eſſet impoſita pœna confiſcationis bonorum.

Illud eſt obſeruandum. In omnibus euentibus cō D cluſione quarta comprehenſis, præſcribi actionem quinquennio poſt mortem defuncti, etiam ſi hæredes conſcij ſint de crimine, & de pœna confiſcationis ſtatuta. Neque enim tenentur illam aduerſus ſe ipſos exequi, aut offerre illam fiſco, vel cuicunque alteri, cui lege ſit applicata. Quo fit, vt ſi ea pœna ab hæredibus non exigatur intra quinquēnium à morte delinquentis, neque in conſcientiæ neque in exteriori foro teneantur deinceps eam ſoluere. Ab hac tamen regula excipitur hodie crimen hæreſeos & apoſtaſiæ à fide. Hæredes quippe hæretici defuncti non præſcribunt bona fiſco ipſo iure ob id delictū debita, niſi quadraginta annis poſt mortem talis hæretici, idque dummodo ignorarent, ea bona fuiſſe hominis hæretici. Si enim ſciebant fuiſſe hominis E hæretici, nullo tempore illa poſſunt præſcribere: nō tamen tenentur illa offerre fiſco, etiam lata criminis & confiſcationis ſententia, antequam ea ab eis petātur, ſaltem per edicta publica. Hæc omnia copioſè à nobis ſunt oſtenſa tractatu præcedente Diſputat. 66. concluſ. 1. Diſputat. 73. concluſ. ſecunda. & ſequentibus, & Diſputat. 95. ad 2. argumentum. Lege etiam Iulium Clarum in calce numero. 14. citati, & Gregor. Lopez. l. 7. titul. 25. part. 7. gloſs. vlt. iuncto textu ibi.

Quinta concluſio. Quando pœna confiſcationis bonorum, aut partis eorum, eſt à iure ſtatuta nō 9
principaliter, hoc eſt, non ſola per ſe, aut vna cùm alia, aut cum alis, tanquam pars pœnæ principaliter

liter addita à lege, eo modo quo in crimine læſæ maieſtatis & in aliis criminibus ſtatuta eſt iuribus, quibus præcedens concluſio eſt confirmata, ſed acceſſoriè ſolùm ad aliam pœnam merè criminalem, vt de iure communi pœnæ mortis naturalis aut deportationis coniuncta erat pœna confiſcationis bonorum eius, qui illa alia pœna damnabatur, ut conſtat ex dictis tractatu præcedente Diſp. 9. 481. & 682. §. qui vim publicam, atque aliàs ſæpe; tunc, mortuó delinquente, quemadmodum extinguitur crimen quo ad illam aliam pœnam mere criminalem, ſic etiam extinguitur quoad pœnam confiſcationis bonorum illi acceſſoriam. Quo fit, vt crimen ſimplex homicidij doloſi, quod mortis naturalis pœna eſt puniendum, & in conſequentiam de iure communi puniebatur acceſſoriè pœna confiſcationis bonorum, morte delinquentis omnino expiret, etiā quo ad acceſſoriam pœnam confiſcationis bonorum. Secus autem in hoc regno eſt de homicidio aleuoſo aut proditorio, quòd principaliter in eo punitur pœna confiſcationis bonorum, vt Diſput. 23. & ſequentibus eſt dictum. Concluſionem propoſitam probat l. ex iudiciorū. ff. de accuſ. cuius verba ſunt: *Ex iudiciorum publicorum admiſſis* (hoc eſt, commiſſis, ſeu delictis, quaſi dicat, ex delictis publicis, de quorum numero eſt homicidium, vt diſputatione ſequenti videbimus) *non aliàs tranſeunt aduerſus hæredes* (defunctorum videlicet, qui ea delicta commiſerunt) *pœnæ bonorum ademptionis, quàm ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta*, dum ſcilicet illi viuebant: quare, ſi eiuſmodi delinquentes moriantur, antequam condemnentur, ſanè ſicut expirante eiuſmodi eorum delicta quo ad pęnam merè criminalem, ita expirant quo ad acceſſoriam confiſcationis pœnam. eſto lis cum delinquente fuerit conteſtata. Atque planè ea lex intelligenda eſt de pęna confiſcationis acceſſoria alteri pœnæ: nam ſi ſit principaliter impoſita, locum habent iura, quibus concluſio quinta confirmata eſt, & alia, quæ ſubiiciemus, quæ comprehendunt pœnas non ipſo iure impoſitas. Eandem concluſionem probat. l. 2. C. ſi reus vel accuſator, quæ ſic habet: *Si is, quem homicidij, ſeu cuiuſuis criminis, poſtulaſti reum, vita functus eſt, fruſtra ob pœnam deſertæ* (à te ſcilicet) *accuſationis conueniris; cum crimen morte eius cum pœna ſit extinctum: ac per hoc tibi adempta eſt neceſſitas accuſationis.* Eandem probant. l. defunctis eod. titu. & l. 23. tit. 1. p. 7. Probant quoque apertè lex vlt. C. ſi reus vel accuſ. vt mox ſubiungam, & l. ſi is, C. ſi pendente appell. Eandem concluſionem affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. c. 1. citato. num. 82. & 83. refert ac ſequitur, licèt rē obſcurè pertractet, idemque intendunt Iulius Clar. lib. 5. ſent. q. 94. nume. 7. & Greg. Lop. l. 23. citata, verb. *dicho es*, iuxta textum ibi.

10 Illud verò eſt aduertendum, in cōfiſcatione eiuſmodi bonorum, aut partis eorum, quæ acceſſoriè in conſequentiam alterius pœnæ criminalis confiſcantur, vt actio ad eam confiſcationem tranſeat aduerſus hæredes delinquētis defuncti, aut aduerſus alios eorum bonorum poſſeſſores; ita neceſſarium eſſe, vt præceſſerit condemnatio delinquentis, dum ille viueret, iuxta verba relata ex l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. vt neceſſe ſit, ſententiam, qua fuerit cōdemnatus, tranſijſſe, dum ille viueret, in rem iudicatam: ſi enim ab eo fuit appellatum, & pendente appellatione mortuus fuit, aut mortuus fuit intra tempus, in quo integrum adhuc erat ei appellare à tali ſententia; tunc quemadmodum ea morte crimen illud extinguitur quoad pœnam criminalem principalem, ita etiam extinguitur quo ad eam pœnam confiſcationis acceſſoriam, ita vt proſequenda vlterius non ſit cauſa, ſed omnino ea pœna extincta maneat, etiā

A comparatione ſucceſſorum in eis bonis talis defuncti. Ita glo. l. ex iudiciorum citata, verb. *ſequuta*, quā ſequitur communis doctorum ſententia, vt Anton. Gom. num. 82. citato refert ac ſequitur, & habetur expreſsè l. 3. C. ſi pendente appellatione, vbi cū præmittatur, quòd quando aliquis, præter pęnam exilij (cui pęnæ acceſſoria nō eſt pęna confiſcationis bonorum) ſimul ſententia iudicis condemnatur principaliter ad amiſſionem bonorum, aut partis alicuius eorum, tunc, ſi appellauit, pendenteque appellatione, ille mortuus eſt, quamuis crimē ſit extinctū quo ad exilij pęnam, aut aliam merè criminalem, continuandam tamen eſſe cauſam aduerſus hæredes vſque ad ultimam ſententiam quo ad eam bonorum confiſcationem ſeu pęnam: cum, inquam, hoc ibi

B præmittatur, continuò ſubiungitur, lōgè aliter rem ſe habere, quando pronunciata eſt ſententia, qua acceſſoriè bona confiſcantur, idque his verbis: *Nam multum intereſt, vtrum capitalis pęna irrogata* (per ſententiam ſcilicet) *bona quoque reo adimat*, (eadem ſcilicet ſententia) *quo caſu morte eius extincto crimine, nulla quæſtio ſupereſſe poteſt*, (de bonis ſcilicet, vt circa ea ſequenda ſit inſtantia appellationis) *an verò non ex damnatione capitis* (morte naturali aut deportatione) *ſed ſpeciali præſidis ſentētia bona auferantur. Tunc enim ſubducto* (hoc eſt, mortuo) *reo, ſola capitis cauſa perimitur, bonorum remanente quæſtione*, quo ad quam ſequenda eſt inſtantia appellationis. Idem habetur, l. vlt. C. ſi reus vel accuſ. cuius verba ſunt: *Si quis, cum capitali pœna, aut deportatione, damnatus*

C *eſſet*, (& in conſequentiam ad amiſſionem bonorum) *appellatione interpoſita, & in ſuſpenſo conſtituta, fati diem functus eſt, crimen morte finitum eſt*: (omnino ſcilicet, etiam quo ad confiſcationem bonorū, vt ibi gloſſa exponit conſentaneè ad textum: nam ſubiungitur in eadem lege.) *Sin autem relegationis pęnam ſuſtinuit, & in parte bonorum damnatus, appellatione vſus eſt; etiam poſt mortem eius, nihilominus appellationis ratio examinabitur; cum deſideretur, vtrum valeat, nec ne, particularis publicatio*, id eſt, confiſcatio bonorum. Hæc omnia etiam habentur l. 23. tit. 1. par. 7. & l. 28. tit. 23. par. 3. Vbi vides, quando proceditur criminaliter, id eſt, non ad pęnam pecuniariam applicandam parti; & delinquens condēnatus fuit à iudice pœna aliqua pecuniaria ob ali-

D quod crimen, non acceſſoriè ad aliam pęnam criminalem, ſed principaliter, ſiue ea pęna ſit omnium bonorum, ſiue partis eorum, ſiue certæ determinatæ quantitatis, & ſiue ſimul damnatus fuerit pęna alia merè criminali, ſiue non, atque ſiue ea pęna ſtatuta ſit à lege vt pro eo crimine imponatur, ſitque proinde ordinaria, ſiue non, ſed ſit arbitraria impoſita à iudice, atque à ſententia ſit appellatum, proſequēdam eſſe cauſam aduerſus hæredes, cogendoſque illos eſſe eam proſequi, vel parere ſententiæ, eamque pęnam ſoluere, vt habetur iuribus citatis, atque etiā l. 1. ff. ſi pendente appella. iuncta. l. 1. C. eod. titu. Atque rem locum habere in his omnibus euētibus explicatis, affirmat cum alijs Gregor. Lop. l. 28. citata

E glo. vltima, neque eſt cur id in controuerſiam vocetur. Iuxta hactenus dicta accipienda ſunt, quæ Iul. Clar. quæſtio. 94. citata. nume. 7. & 8. circa ea paucis docet.

Iuxta hæc eadem accipiendum eſt. ca. accuſatus. §. ſi vero de hæret. lib. 6. quod caput hæc eadem confirmat. Ibi enim habetur, ſi is, qui hæreticos recepit, aut defendit, bona ſua obligauit ad ſoluendam pęnam, quæ ipſi pro eo delicto imponeretur, tunc, ſi ante eius mortem illi imponeretur, vt aliquid ſolueret in opus aliquod pium, hæredes illius teneri eam pęnam ſoluere de bonis illius. Quo loco obſerua, in eo euentu procedi poſtpoſita appellatione. Si autem locus eſſet appellationi, delinquenſque ille ab

ea ſententia appellaſſet, tunc, ſi pendente appella-
tione eſſet defunctus, hæredes tenerentur vel pare-
re ſententiæ, & ſoluere pœnam, vel proſequi inſtan
tiam, vt ſi ſententia confirmaretur, pęnam ſoluerēt,
iuxta ea quæ dicta ſunt. Additur in eodem textu,
ſi delinquens ille è vita diſcederet, antequam pro-
ferretur ſententia, pœnaque ei imponeretur, tunc
hæredes illius ad nihil teneri; eo quòd morte ta-
lis delinquentis extinctum omnino eſſet id delictũ.

11 Illud eſt obſeruandum, quando acceſſoriè ad a-
liam pœnam criminalem eſſet quis condemnatus
ad amiſſionem omnium aut partis ſuorum bono-
rum, voluiſſe Bald. l. vnica. C. ſi ex delict. def. ſi reus
in iudicio confeſſus eſſet crimen, pro quo ea pœna
eſſet imponenda, aut legitimè id crimen eſſet aduer
ſus eum probatum, tunc, ſi poſt eam confeſſionem,
aut probationem, moreretur, antequam aduerſus
eum prolata eſſet ſententia, teneri hæredes eam pę
nam confiſcationis ſoluere: quoniam talis confeſ-
ſio in iudicio facta, aut probatio legitima criminis,
æquipollet ſententiæ. Idem refert Iul. Clar. q. 51. ci
tata, num. 14. conſuluiſſe Albericum, quando eiuſ-
modi delinquens mortuus fuiſſet poſtquam conclu
ſum eſſet in cauſa, antequam lata aduerſus eum eſ-
ſet ſententia; propendereque Iul. Clarus videtur in
eam ſententiam. Eiuſdem ſententiæ meminit Gre-
gor. Lop. l. 23. citata, verb. *el acuſado*, remittitque ad
Baldum vbi ſupra, & ad Ioan. de Platea. Vnde ei-
dem ſententiæ videtur annuere. Meritò tamen An
ton. Gomez. nume. 82. citato contrarium affirmat.
Etenim duo illi euentus licèt æquipolleant ſenten-
tiæ latæ, non tamen æquipollent ſententiæ, quæ trã-
ſierit in rem iudicatam, & à qua appellari non poſ-
ſet: ſupra autem perſpicuis iuribus eſt oſtenſum, in
eo euentu, eſto lata eſſet ſententia, ſi ab ea fuiſſet ap
pellatum, aut fuiſſet talis, quæ non tranſiſſet in rem
iudicatã, ſed potuiſſet ab ea appellari, extingui om-
nino delictum, etiam quo ad eam confiſcationis bo
norum acceſſoriam pænam. Fortaſſe ea Baldi, &
aliorum ſententia locum haberet, quando non ac-
ceſſoriè, ſed principaliter eſſet imponenda pæna
confiſcationis bonorum, vel certæ quantitatis pecu
niæ, procedendo criminaliter: nam tunc ea confeſ-
ſio, aut probatio legitima ac plena, æquipolleret ſen
tentiæ, quæ non tranſiret in rem iudicatã, ſed à qua
poſſet appellari: quando autem ea pæna venit prin
cipaliter imponenda, ſatis eſt ea ſententia, vt hære-
des vel ſoluere teneantur eam pænam, vel teneãtur
proſequi cauſam vſque ad vltimam ſententiam de-
finitiuam, vt ſi ſententia confirmetur, teneantur pæ
nam ſoluere, vt dictum eſt.

12 Quando bona confiſcanda eſſent, etiam acceſſo-
rie ad aliam pęnam criminalem, & aliquis accuſa-
tus eſſet de crimine, pro quo ea pęna, eſſet imponen
da, vel in eo eſſet deprehēſus; tunc, ſi is ex cõſcientia
criminis, metuve pęnæ ac ignominiæ ex tali delicto,
ſe ipſum interficeret, tunc haberetur pro confeſſo,
atque pro omnino condemnato, eriperenturque ea
bona ab hæredibus. Hæredes nihilominus erunt ad
mittendi ad probandam, ſi velint, defuncti innocen
tiam, aut quòd minimè ſui compos ſeipſum interfe
cerit: quæ niſi ſufficienter probent, bona ab eis eri-
pientur: Ita habetur l. penul. C. ſi reus vel accuſ. cu-
ius verba ſunt: *Defunctis reis publicorum criminum,
ſiue ipſi per ſe ea commiſerunt, ſiue alijs mandauerunt,
pendente accuſatione, præterquam ſi ſibi mortem conſci-
uerint, bona ſucceſſoribus eorum non denegari, notiſſimi
iuris eſt*. Idem habetur alijs iuribus, quæ Diſp. 20. ci-
tauimus, quo in loco copioſè de hac re dictum eſt.
Illud obſerua, in hoc & in alijs ſimilibus euentibus,
ſi bona intra quinquemniũ ab hæredibus non petã-
tur, eos illa pręſcribere, excepto quando de crimine
hæreſeos ageretur, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt.

A Ex dictis tota hac & præcedente concluſione li- 13
quet, quando criminaliter proceditur in aliquo deli
cto, hoc eſt, non ad pęnam pecuniariam parti appli-
candam, tunc ſi à lege ſit ſtatuta pęna aliqua amiſſio
nis bonorum, aut partis eorum, ipſo facto incurren-
da, vtique ſiue lis fuerit conteſtata cum delinquen-
te antequam moreretur, ſiue non, actio tranſit ad-
uerſus hæredes quo ad eam confiſcationis pœnam.
Si verò pęna non erat confiſcationis bonorum ipſo
facto incurrenda à pũcto commiſſi delicti, ſed erat
incurrenda aut imponenda per ſententiam, tunc ſi
incurritur acceſſoriè in conſequentiam alterius pę-
næ criminalis per ſententiam impoſitæ, vt de iure cõ
muni in conſequentiam pęnæ mortis naturalis, aut
deportationis, imponebatur pęna confiſcationis bo
B norum, & deliquēs moriatur antequam lata ſit ſen-
tentia, circa crimen, quæ omnino tranſierit in rem
iudicatam, expirat talis pęna confiſcationis, neque
exequutio illius tranſit aduerſus hæredes. Excipi-
tur, niſi delinquens accuſatus de eo crimine, aut in
eo deprehēſus, ex conſciētia talis criminis, timore-
ve pęnæ ac ignominiæ, ſe ipſum interfecerit: nam
tunc habetur pro confeſſo ac cõdemnato, pęnaque
illa confiſcationis tranſit aduerſus hęredes. Quòd ſi
pęna confiſcationis aut pecuniaria eſt aliter per ſen
tentiam inflicta, ſiue ſit ordinaria lege ſtatuta, ſiue
arbitraria ſtatuta à iudice, tũc eo ipſo, quòd per ſen-
tentiam viuente reo eſt inflicta, eſto reus à ſententia
appellauerit, aut mortuus fuerit intra tempus ad ap-
pellandum conceſſum, tranſit actio, continuatiove
C eius actionis, aduerſus hæredes, vt vel pareant ſen-
tentiæ ac ſoluant pęnam, vel litem vſque ad vltimã
ſententiam proſequantur, vt ſi prima ſententia fue-
rit confirmata, pęnam ſoluant. Obſerua autem, in
hoc euentu, vltra tempus ad deliberandum, an hęre
des eſſe velint talis delinquentis defuncti, eis conce-
di quatuor mēſes vltra tempus, quod defuncto com
petebat, vt intra id tempus non teneantur proſequi
cauſam, ſed ſe inſtruere ac præparare ad eam ſequē
dã. Ita habetur. l. vlt. C. ſi pend. appell. & l. 28. ti. 23.
part. 3. Iuxta ſententiam autem Baldi, & aliorum,
quos ſuprà citauimus, etiam in vltimo euentu expli
cato competit proſequutio actionis ad pęnam con-
fiſcationis aut pecuniariam, quando delinquens an
tequam moreretur confeſſus erat crimen, aut erat
D concluſum in cauſa, exiſtente aduerſus eum legiti-
ma ac plena probatione, eſto nondum lata eſſet de-
finitiua ſententia.

Sexta Concluſio. Quando pars lęſa agit ciuiliter 14
ad pęnam pecuniariam ſibi pro aliquo delicto ap-
plicandam, vt ad pęnam dupli ob furtum, ad pęnam
pecuniariam actione iniuriarum, & ad alias ſimiles
pęnas pro alijs delictis ſibi applicandis; tunc, ſi de-
linquens moriatur ante litem cum eo conteſtatam
formaliter, aut virtute, vt ſi, citatus, contumax fuit,
neque voluit in iudicio comparere, expirat omnino
id delictum quo ad eam pęnam; nec competit actio
aduerſus hæredes illius: ſi verò moriatur poſt litem
cum eo conteſtatam, tunc actio ad eam pęnam tran
E ſit aduerſus hæredes talis delinquentis, vt eam ſol-
uant de bonis illius. Ita habetur. l. ex iudiciorum. §.
vlt. ff. de accuſat. l. vlt. §. pen. ff. de publican. & vect.
l. vnica. C. ex delict. defunct. §. non autem omnes,
iuncto verſ. pęnales, inſt. de perpet. & tempor. act. l.
25. titu. 1. & l. 23. titu. 9. par. 7. Atque tunc eadem ip
ſa inſtantia cæpta proſequenda eſt aduerſus hære-
des, vt habetur expreſſè his duob. iuribus vltimo lo
co citatis, & cum Cyno & Salyc. affirmat Greg. Lo
pez. l. 25. citata, verb. *ſus herederos*. Qui verb. *deuen
pechar*, rectè cum Salyceto addit, hæredes ſolum te-
neri iuxta vires hæreditatis: & omnes ſimul ſum-
ptos teneri in ſolidum, ſed ſingulos ſolum teneri iux
ta proportionem partium ſuæ hęreditatis, in quibus
hære-

hæredes exiſtunt, vt in calce ſecundæ partis concluſionis ſecundæ eſt dictum. Dixi, quando pars læſa agit ciuiliter ad pœnam pecuniariam ſibi applicandam: quoniam ſi in his etiam delictis, quæ priuata dicuntur, vt in furto, iniuria illata, & in alijs ſimilibus, agatur criminaliter, hoc eſt, non ad pœnam pecuniariam parti applicandam, tunc nō tranſit actio aduerſus hæredes, ſed mortuo delinquente expirat omnino delictum, niſi vltra conteſtationem litis cū defuncto pronunciata fuerit ſententia pœnæ pecuniariæ aduerſus illum, antequam ille è vita diſcederet, etiam ſi ea ſententia non tranſiſſet in rem iudicatam, ſed ab illa appellaſſet delinquens, aut mortuus eſſet intra tempus, in quo appellare potuit, vt circa concluſionem precedentem eſt dictum. Ita affirmat gloſſa penult. l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. & conſentiunt iura ſuprà quo ad hæc citata.

Illud eſt obſeruandum, in euentibus, in quibus dictum eſt, morte delinquentis extingui delictum, permitti hæredibus defuncti petere à iudice, vt procedat in cauſa, ſumptaque informatione ac probatione vera ac iuridica, declaretq́ defunctum non commiſiſſe id delictum, vt illius infamia, ſuorumque ſucceſſorum ac hæredum, euitetur, teneturque iudex id præſtare. Ita cum Alberico & Baldo Ant. Gom. c. 1. citato. num. 83. argumento. l. filio. §. Seiæ. ff. de adimend. leg. Legas quæ tractatu præcedente Diſput. 639. in reſp. ad 7. circa legem diffamari dicta ſunt. Hæc quando reus ac delinquens moritur.

15 Quod verò attinet ad accuſatorem ac offenſum, ſeptima concluſio in ordine eſt. Quando agitur ad intereſſe & ad damnorum compenſationem in bonis externis, iuxta ea quæ concluſione 1. & 2. dicta ſunt, mortuo accuſatore ac offenſo tranſit actio ad hæredes ipſius, vt poſſint eadem petere, eſto lis à defuncto non fuerit conteſtata, habetque id verum, etiā in noxalibus actionibus aduerſus caput domus pro damno ex ea domo dato rebus inde eiectis, effuſis, ac appenſis, & aduerſus nautam, cauponem, ac ſtabularium, pro damnis, aut furtis, in naui, caupona, ac ſtabulo datis, aut factis, & pro damno dato à mancipio, aut ab alio animali alieno abſque culpa domini. Concluſionem hanc copiosè oſtendimus tractatu præcedente ex varijs iuribus, & communi doctorum ſententia, quo ad res quidem furto aut rapina ablatas, valoremve earum, ac damna alia inde ſequuta, Diſp. 695. §. quamuis actio, & §. quod ad rapinam attinet, & Diſp. 696. in prin. quo ad damnū verò iniuſtè datum, pro quo competit actio legis Aquiliæ. Diſp. 697. §. quia lex Aquilia: quo ad damnum autem arborum furtim cæſarum, Diſput. 699. quo ad damnum autem à meliore alteri partium datum, eo quòd ſiniſtrè in illius præiudicium ſit menſus, Diſp. 701. §. lex 3. item quo ad actionem aduerſus caput domus pro dāno dato rebus ex ea domo eiectis, fuſis, aut appenſis, Diſp. 710. §. actio quæ aduerſus: quo ad furtū item aut damnum datum in naui, caupona, aut ſtabulo, in calce eiuſdem Diſp. 710. denique quo ad damnum datum à mancipio, aut ab alio animali alieno ſine culpa domini, Diſp. 711. & 712. Concluſio propoſita intelligitur, quādo ſuperſtes eſt is, qui furtum aut rapinam commiſit, aut dānum aliud iniuſtè dedit, vel ſuperſtes eſt caput domus, nauis, cauponæ, aut ſtabuli, vel dominus mancipij, aut alterius animalis, quod damnum dedit, & actio eſt intentanda aduerſus illos: tunc enim mortuo eo, cui ius competebat ad actionem intentandā, tranſit ea actio ad hæredes ipſius, vt aduerſus illum eundem eam intentare poſſint, etiam ſi defunctus litem conteſtatus aduerſus eum non eſſet. Quando autem mortuus eſſet is, aduerſus quem ea lis erat intentanda, eſt inter ius ciuile & canonicum illud diſcrimē, num actio aduerſus hæredes illius tranſeat,

A quod ante ſecundam concluſionem & ſecunda concluſione ſuit explicatum. Et quouſque aduerſus hæredes capitis domus, vnde damnum eſt datum, aduerſus hæredes nautæ, cauponis, aut ſtabularij, vel aduerſus hæredes domini mancipij, aut alterius animalis, quod damnum dedit, actio tranſeat, aut non tranſeat, diſputationibus citatis fuit à nobis explanatum. Iuxta hanc autem noſtram concluſionem ac doctrinam admetienda ſunt, quę Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. nu. 85. & c. 3. nu. 37. hac de re docet.

Octaua concluſio. Quando de crimine aliquo agitur criminaliter, mortuo accuſatore expirat actio. 16
Si tn̄ crimen ſit de numero eorū, quæ publica dicuntur, vt diſtinguuntur à criminibus priuatis, integrū eſt alijs accuſare de illo de nouo, & præponuntur B hæredes offenſi, ijque, ad quos ſuorum iniuriā proſequi ſpectat, iuxta ea quæ diſputatione ſequenti dicenda ſunt. Item quando accuſator moreretur poſt latam ſententiam, qua reus condemnatus eſſet criminaliter ad pœnam aliquam pecuniariam, aut confiſcationis bonorum, nec ſententia tranſijſſet in rē iudicatam, ſed ab ea eſſet appellatum, aut poſſet appellari, tunc quo ad eam pœnam bonorum externorum præcisè non eſſet finita lis, ſed vel hæredes defuncti, vel fiſcus, ſi ad eum pertineret ea pœna, proſequi poſſent cauſam vſque ad vltimam ſententiam definitiuam, vt ſi prima ſententia confirmaretur, exequutioni mandaretur pœna illa bonorum externorum.

Prima pars, quòd ſcilicet defuncto accuſatore, ex C piret actio, reuſque liber maneat ab ea accuſatione intentata, quæ eo ipſo abolita cenſetur, habetur. l. ſi libellorum. ff. de accuſ. & l. vlt. C. ſi reus vel accuſat. vbi, cum præmiſſum fuiſſet, morte rei, aduerſus quē intentata erat accuſatio ad pœnam capitis, aut deportationis, vel ad aliam merè criminalem, etiam ſi in conſequentiam talis pœnæ capitis, aut deportationis, confiſcanda illi eſſent bona, atque etiam ſi lata eſſet ſententia, quæ in rem non tranſiſſet iudicatam, extingui omnino delictum, & accuſationem illam, additur continuo. Idem obſeruatur etſi accuſator pendente appellationis tempore vltimum diē obijſſet. Idem etiam habetur l. 23. titu. 1. par. 7. iuncta. l. 28. ti. 23. par. 3. Neque, eſto accuſatus id vellet, ac peteret, tenētur hęredes accuſatoris defuncti pro D ſequi accuſationem illam, vt habetur. l. diui fratres. ff. de accuſ. & l. 23. citata.

Secunda verò pars, quòd ſcilicet, quando crimen eſt publicum, vt eſt homicidium, & ſunt alia, integrum ſit alijs de nouo accuſare id crimen, & quod præponantur hæredes, illique, ad quos ſuorum iniuriam proſequi expectat, cæteris, qui accuſare velint, patebit diſputatione ſequenti. Vtrum autem accuſare teneantur intra dies triginta vtiles à morte accuſatoris, hoc eſt, non computando in eis dies, in quibus accuſare non potuerunt, & alioquin non admittantur ad accuſandum, vt haberi videtur. l. libellorum citata. § vlt. an verò fas ſit eis accuſare intra totum tempus, intra quod actio ex eo delicto non E præſcribitur. Doctores communiter, vt refert ac ſequitur Greg. Lopez l. 13. citata, verb. *de nueuo*, aſſeuerant, poſſe accuſare intra totum tempus, in quo accuſatio ex eo delicto nō præſcribitur, iuxta. l. querelam. C. de falſis, & l. accuſaturus. ff. ad leg. Iul. de adult. & in hoc regno ita eſt dicendum iuxta l. 23. citatam. Bar. verò §. illo vlt. citato voluit, intra eos triginta dies poſſe alios proſequi eandem accuſationē inceptam à defuncto, eandemque ſententiam affirmat Anton. Gom. cap. 1. citato, nume. 86. Iudex autem procedendo ex officio ſuo ad puniēdum id crimen, ſi ſit publicum, poterit intra eos triginta dies proſequi accuſationem cęptam à defuncto, iuxta. l. vlt. in princip. ff. de publ. iud. In hoc verò regno nullus

nullus alius à iudice poſſet eam proſequi, iuxta legem 23. citatam, vt ibi affirmat Gregorius Lopez, & idem refert aſſerere Angelum ſtãdo in iure communi, & ſatis colligitur ex §. vlt. citato. Fortaſſe, quod ibi dicitur de triginta diebus, referendum eſt ſolum ad ipſum offenſum, qui accuſare cæpit, & ſuperuenit poſtea impedimentum, vt abſentiæ, vel amentiæ, aut aliud, ob quod accuſare non potuit, abolitaque ad rei petitionem fuit etiam accuſatio, vt ibi dicitur: tunc enim idem offenſus admittetur ad accuſandum de nouo ſolùm intra triginta dies vtiles ab impedimento ceſſante.

In hoc autem regno, iuxta. l. 11. titu. 20. lib. 4. fori, quæ eſt lex 6. titu. primo, libro 8. nouæ collect. ex parte limitata. l. quarta, titu. 10. eiuſdem lib. 8. nouæ collect. vt vtrumque Diſput. 42. eſt relatum, iudices, cognito quocunque delicto, eſto pars offenſa non accuſet, aut remittat iniuriam, & ab accuſatione diſcedat, procedunt via inquiſitionis ad illud puniendum in commune bonum, mitiori tamen pœna, quàm ſi eſſet pars aliqua, quæ accuſaret, vt ibidem dictum eſt. Dubium verò eſt, vtrum quando iudex poſt mortem offenſi, qui accuſare cępit, via inquiſitionis procedit ad cognoſcendum de eo delicto, vt illud in commune bonum puniat, vti poſſit probationibus proceſſus facti, quando defunctus offenſus de eo crimine accuſauit. Et similiter, vtrum quando in crimine publico hæres, aut conſanguineus, iterum de eo crimine accuſat de nouo, poſſit vti eiſdem probationibus proceſſus facti à defuncto. Gregor. Lopez gloſſa citata affirmanter reſpondet, quando iudex via inquiſitionis poſt mortem offenſi procedit. Et ita planè eſt reſpondẽdũ. Quoniam iudex inquirere poteſt, ac debet, quacũque via potuerit de eo delicto, vt illud probatum puniat in commune bonum. In eandem ſententiam propendet Greg. Lopez, quando alius de nouo accuſat de eodem crimine: maximè ſi mortui fuiſſent teſtes à defuncto adhibiti, neque aliunde eſſe plena probatio: quoniam tunc communi bono expedit vti probationibus factis ab offenſo, ne crimina maneant impunita.

Tertia verò pars concluſionis propoſita habetur. l. 28. titu. 23. par. 3. conſentaneè ad l. 3. C. ſi pendente appell. & ad l. vlt. C. ſi reus vel accuſator, & ad ea, quæ circa 3. concluſionem dicta ſunt.

17 Nona concluſio. In delictis, de quibus concluſione ſexta eſt habitus ſermo, atque in actione ob ea delicta ad pœnam pecuniariam parti applicandam, de qua ibidem eſt dictum, ſi offenſus moriatur ante litem, in ſenſu ibi explicato, cum delinquente conteſtatam, expirat actio, nec tranſit ad hæredes ita offenſi. Si verò moriatur poſt litem cum delinquente conteſtatam, actio tunc tranſit ad hæredes offenſi, vt proſequantur eandem actionem ab offenſo iam cęptam, & poſt mortem delinquentis tranſit etiam aduerſus hæredes illius, vt ſoluant eam pœnam offenſo, vel hæredibus illius poſt illius mortem. Ratio totius huius concluſionis eſt, quam reddit. l. iniuriarum. 3. ff. de iniur. quia videlicet actio iniuriarum ad pœnam parti applicandam nõ computatur inter bona eius, qui iniuriam eſt paſſus, niſi poſt litem conteſtatam, qua, iuris fictione, cẽſetur eſſe quidam quaſi contractus inter accuſatorem & accuſatum, eaque de cauſa, niſi offenſus diſcedat lite cum offendente conteſtata, non tranſmittit eam litem ac actionem ad ſuos hæredes: ſi verò diſcedat lite conteſtata, trãſmittit eam ad ſuos hæredes, atque aduerſus hæredes accuſati, vt pœnam ſoluant de bonis defuncti. Hæc eadem tota concluſio habetur expreſsè. l. iniuriarum. 1. ff. de iniur. §. non autem, iuncta gloſſa ibi, inſt. de perp. & temp. act. l. 25. titu. 1. & l. 23. titu. 9. part. 7. & affirmat communis docto-

A rum ſententia, quam referunt ac ſequũtur Greg. Lopez ibi, & Ant. Gom. c. 1. citato. nu. 85. tametſi obſcurè loquatur, remque inuoluat cum damno iniuſtè dato.

DISPVT. 44.

Quæ delicta publica & quæ priuata dicantur. Et num homicidium delictum ſit publicum, iniuriæ verò priuatum. Et qui ſuam ſuorumque iniuriam proſequi dicantur, & de homicidio accuſare

B re poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Crimina alia ſunt publica, alia priuata. Quid ſint publica, & quænam publici criminis nomine cenſeantur.*

2 *Quid ſint delicta priuata, & quæ ſub ijs intelligantur.*

3 *Quando pro crimine aliquo priuato ſtatuta eſſet pœna pecuniaria fiſco applicanda, poteſt ad eam pœnam accuſare quicunque de populo, alij tamen contra ſentiunt.*

4 *Quamuis de iure communi adulterium ſit crimen publicum in Luſitania, tamen ſolus maritus adulteræ*

C *poteſt ipſam & adulterum accuſare, & nullus alius, de crimine adulterij. Idem obſeruatur in Hiſpania.*

5 *In Luſitania poteſt quiuis de populo accuſare in crimine hæreſeos, læſæ maieſtatis, graſſatoris, homicidij, & alijs criminibus, quæ licèt ſint publica, multa priuata continent.*

6 *Quando accuſatio de delicto priuato ſpectet ad offenſum, & non ad quemuis de populo, tamen deficiente legitimo accuſatore, iudex ex ſuo officio, non ſolùm in publicis delictis, ſed etiam in priuatis, poteſt ac tenetur inquirere de delictis, quæ ad eius aures deuenerint commiſſa eſſe, & procedere ad ea puniendum, conſtituto aliquo, qui nomine publico de illis accuſet.*

D 7 *In Luſitania, quando aliquis delicto priuato vulnus accepit, ſi non fuerit inflictum de propoſito, ſed orta ſubitò rixa, tunc parte læſa patiente, iudex ex officio non poteſt vlterius procedere, ſed liberum omnino tenetur delinquentem delinquere, modo vulneris non remanſerit ſignum in facie.*

8 *Licèt quiuis de populo admittatur ad accuſandum de delicto publico, excipitur tamen, niſi ſit perſona accuſare prohibita, vt mulier, minor, infamis, & alij.*

9 *Perſonæ tamen accuſare prohibitæ admittuntur ad accuſandum, quando proſequuntur ſuam aut ſuorum iniuriam. Item quando eſt delictũ publicum, quod eos tangat.*

10 *Quando accuſatio pertinet ad aliquos præcisè quatenus*

E *actio, quam habebat defunctus, tranſit ad hæredes, tunc actio ſolum pertinet ad hęredes, quicunque illi ſint, maximè ſi accuſatio ſit ciuilis ad pęnã pecuniariam parti applicandam: quando tamẽ partem aliquam eius pœnæ habiturus eſſet aliquis alius propter ius, quod ad illam habebat, tunc ad eum etiam ſpectaret proſecutio eius actionis, aut certè ſine conſenſu illius remitti ab hæredibus non poſſet pęna, quoad portionem ex ea pœna, quæ illum contingeret.*

11 *Illi dicendi ſunt proſequi ſuorum iniuriam, qui ſi rei illi eſſent criminaliter, quorum iudicium volunt proſequi, cogi nõ poſſint ferre aduerſus illos teſtimoniũ, & qui in quarto ſunt cum illis gradu conſanguinitatis,*

tatis; & illi ſoli appellantur ſui. Aliter ſupputat gradus cōſanguinitatis ius ciuile, aliter ius canonicum.

12 *Cauſam ſuorum proſequi dicuntur ſocer aut ſocrus comparatione generi aut nurus, & è contra; vitricus ac nouerca comparatione priuigni, & è contra; libertus comparatione patroni, & vxoris patroni, & è contra hi comparatione ſuorum libertorum; vxor etiam comparatione mariti, & è contra.*

13 *Clerici accuſare non poſſunt criminaliter etiam ſuorum iniuriam proſequendo, ſiue pœna ſanguinis veniat imponenda, ſiue non. Conqueri tamen coram iudicibus ſæcularibus poſſunt, & petere coram illis competentem emendam.*

VT in hac diſputatione explicemus, qui accuſare poſſint de homicidio, & de alijs iniurijs, aut criminibus; & ſequenti, qui præferantur quibus in accuſando, & quorum remiſſio neceſſaria ſit, vt nō imponatur pœna ordinaria, & venia à Rege impetretur, vbi id locum habet; & Diſp. 46. & 47. quouſque in criminibus locum habeat, aut nō habeat, tranſactio, vel gratuita remiſſio criminis; & num delinquentem liberent ſaltem à pœna ordinaria pro eo crimine ſtatuta; obſeruandum eſt. Crimen publicum vno modo ſumi, vt diſtinguitur contra occultum. Atque de crimine publico in hac vſurpatione non eſt nobis hoc loco ſermo: erit verò duobus tractatibus ſequentibus. Altero verò modo ſumitur, vt diſtinguitur contra crimen priuatum. Et de crimine publico in hac acceptione, eſt nobis hoc loco ſermo.

1 Criminum itaque, quod ad rem præſentem attinet, quædam dicuntur publica, quædam verò priuata. Publica appellantur illa, circa quorum accuſationem quiuis de populo iuris diſpoſitione admittitur: vnde in hac acceptione dicitur crimen publicū quaſi populicum, quia ad quemuis de populo ſpectat accuſare de illo. Ita habetur. l. 1. ff. de publ. iud. & inſt. eod. titu. in prin. verſ. publica, & affirmant Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. nu. 1. & Iulius Clarus. lib. 5. ſent. §. Blaſphemia, qui paragraphus primus eſt eius libri communiſque doctorum ſententia. Lege autem. 1. ff. de publ. iud. & inſt. eod. titu. à §. publica autem crimina ſequentia commemorantur. Crimen læſæ maieſtatis, adulterium, (tametſi de iure huius regni, & Luſitaniæ, vt videmus, publicum non ſit ſumptum preſsè pro adulterio cum aliena vxore: ſecus verò quoad peccatum ſodomiæ, ſtuprum, & alia, quæ comprehendit ſumptum latè, vt ſumitur de iure communi, quando inter publica crimina computatur, vt patet inſt. de publ. iud. §. item lex Iulia de adulterijs.) Crimen legis Cornelię de ſicarijs, & per conſequens homicidium, parricidium peculatus, falſi teſtamēti, vis publica & priuata, ambitus, crimen repetundarum, & annonæ. Inſt. eo. ti. §. eſt & inter, additur crimē plagiarij, & §. ſunt. pręterea additur crimen legis Iuliæ de reſiduis. Inter publica crimina etiam computatur, quæ ſunt in Dei offenſam principaliter, atque in foro ſeculari puniūtur, vt ſunt crimen hæreſis & apoſtaſiæ à fide, crimen blaſphemiæ, & alia quæ ſunt contra religionē chriſtianam, vt deturbatio Eccleſiarum aut imaginum. Adde ſortilegia, veneficia, & his ſimilia, quæ cum religione pugnant. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. nu. 1. citato. 2. & 4. & Iulius Clarus vbi ſuprà nu. 2. Cuius rei duplex eſt ratio. Prima eſt illa, quam reddit lex Manichæos. C. de hæret. cur crimen hæreſis publicum ſit, *quia* ſcilicet, *quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam.* Secunda verò, quoniam ſi quiuis de populo accuſare non poſſet eiuſmodi delicta, remanerent impunita; quando quidem nulla particularis perſona eis principaliter

A offenditur. Vtrùm autem crimen falſi in alio inſtrumento, quam in teſtamento crimen publicum ſit: Quicquid quidam in contrarium dixerint, ducti, quòd l. 1. ff. de pub. iud. connumerando crimina publica dicatur, Cornelia de teſtamentis, affirmanter eſt reſpondendum cū Azone & gloſſa ibidem, imò & cum. §. item lex Cornelia, de falſis inſt. de publ. iud. communique ſententia doctorum, quam Iulius Clarus vbi ſuprà. nu. 4. refert ac ſequitur. Verba enim illa legis primæ ſupplet ac explicat paragraphus citatus, quod ſcilicet lex Cornelia de falſis alioquin ſit dicta lex Cornelia de teſtamentis à parte, & quia fortè primò fuit lata circa teſtamenta. Inſtituta de ſuſpectis tutorib. §. conſequens, habetur, crimen ſuſpecti tutoris factum eſſe quaſi publicum, quia ſcilicet B de illo in pupillorum bonum permiſſum eſt cuiuis de populo accuſare, etiam fœminis, vt nutrici pupilli & alijs, modò iudicis arbitrio ex pietate pupilli ad id moueantur. Dicitur verò factum eſſe id crimen quaſi publicum, quia quo ad alia non eſt publicum, ſed priuatum: Vnde condemnatus de eo crimine non efficitur infamis, vt efficiuntur damnati de criminibus, quæ ſimpliciter ſunt publica, vt habetur. l. in famen. ff. de publ. iud.

Delicta priuata ſunt, de quibus is tantum poteſt 2
accuſare, qui iniuriam eis eſt paſſus. Quod intellige, ſiue ciuiliter ad pœnam pecuniariam ſibi applicandam, ſiue criminaliter uelit accuſare, iuxta l. vlt. ff. de priuat. delict. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. cap. 1. ci C tato. nume. 9. & Iul. Clarus. §. Blaſphemia citato. nume. 5. Eiuſmodi ſunt furtum, iniuria, & alia, de quibus non eſt expreſſum, vt ſint crimina publica. Poterit tamen alicui crimini priuato concedi in priuilegium, vt de illo alij poſſint accuſare, vt de crimine ſuſpecti tutoris eſt dictum, atque tunc id crimen quo ad id erit quaſi publicum, vt de crimine ſuſpecti tutoris habetur. §. conſequens. inſt. de ſuſp. tutoribus. Atque obſerua, quando de aliquo crimine in perſonam priuatam commiſſo diſpoſitum non reperitur in iure, vt ſit publicum, cenſendum eſſe priuatum. Ita probat. l. 3. §. vlt. ff. de præuaricatorib. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Anton. Gom. nu. 9. citato refert ac ſequitur. Quando autem audis, in crimine priuato eum ſolum accu D ſare poſſe, qui paſſus eſt iniuriam, intellige, non excludi illos, in quos iniuria redundat, de quibus Diſput. 2. eſt explicatum poſſe etiam agere, vel nomine proprio, vel loco ac nomine eorum, qui principaliter paſſi ſunt iniuriam. Item non excluduntur hæredes eius, qui iniuriam eſt paſſus, quique defunctum repræſentant, vt proſequi poſſint accuſationem de crimine priuato à defuncto ante ſuam mortem cum delinquente conteſtatam, vt diſputatione præcedente dictum comprobatumque fuit.

Quando pro crimine aliquo priuato ſtatuta eſſet 3
pœna pecuniaria fiſco applicanda, tunc cenſuit Barto. in reb. ff. de popularibus actionibus, poſſe ad eā pœnam accuſare quemcunque de populo, eamque E ſententiam amplexus eſt Panor. c. cum Petrus Manconella, nume. 12. de accuſ. & Aug. ad Angelum de maleficijs. aſſeruit eam eſſe communem opinionē. Baldus verò in rubr. C. qui accuſ. non poſſ. contrarium aſſeruit, teſtaturque Romanus Bartoli opinionem communiter reprobari, & Blancus in pract. aſſerit Baldi opinionem communi vſu eſſe receptā. Quibus non obſtantibus Iulius Clarus. 5. lib. ſent. §. vlt. quæſt. 17. adhærendū putat Bartoli opinioni, vbi contraria nō eſſet communi vſu recepta. Idemque autor. §. Blaſphemia citato, num. 6. rectè ait, in vnoquoque loco eſſe videndum quouſque conſuetudine receptum ſit, aut non ſit, vt in delictis publicis quiuis de populo admittatur ad accuſandum, &

vt

vt in priuatis non admittatur, aut admittatur, eique
conſuetudini eſse ſtandum, refertque varias conſue
tudines ea de re diuerſarum prouinciarum, de qua
re Diſput. 47. redibit ſermo. In dubio autem, an in
aliqua regione contraria ſit conſuetudo circa deli-
cta publica, aut priuata, ei, quæ ex iure communi
circa vtraque delicta eſt relata, ſtandum eſt in ea
regione diſpoſitioni iuris communis, quæ expla-
nata eſt.

4 Sunt verò circa prædicta nonnulla obſeruanda.
Primum eſt. Quamuis de iure communi adulteriū
ſit crimen publicum, de iure tamen Luſitano, lib. 5.
ord. titu. 15. §. 3. ſolùm maritum adulteræ poſse ip-
ſam, & eum, qui cum ea eſt adulteratus, accuſare
de crimine adulterij, & nullum alium: neque iudex
poteſt ex officio procedere ad illos comprehenden
dos, aut puniendos, eſto de adulterio per inquiſitio-
nes generales, aut particulares, apertè conſtet, niſi
accuſante ac requirente marito. Idem autem eſt de
iure huius regni, cum in eo ad mariti voluntatem,
& accuſationem ſint puniendi, nulluſque alius de
eo crimine poſſit eos accuſare, eique tradendi ſunt,
vt illos, ſi voluerit, puniat, poſſitque illis parcere,
vel ante accuſationem, vel accuſatione intentata ac
procedente, vel poſtquam lata aduerſus illos fuerit
ſententia, quòd in id inciderint crimen, traditique
fuerint marito puniendi, vt habetur. l. 1. & ſequen-
tibus, titu. 20. lib. 8. nouæ collect. & Diſp. 47. & rur
ſus inferius in hoc eodem tractatu, dum de adulte-
rio, & de pœnis pro eo ſtatutis, nobis fuerit ſermo,
referemus. Obſerua autem, quamuis adulterium
in his regnis quoad hoc non ſortiatur rationem cri
minis publici, retinere tamē rationem criminis pu-
blici quo ad alia, quo ad quæ non reperitur extractū
à conditionibus criminis publici, vt quo ad notam
infamiæ, ſi de illo adulteri condemnentur: quamuis
poſt condemnationem parcat eis maritus. Atque
vniuerſim obſerua, quamuis lege, aut ſtatuto circa
aliquam rem, crimen aliquod publicum quo ad ali-
quid extrahatur à conditionibus criminis publici;
ſi tamen non dicatur effici crimen priuatum, mane-
re crimen publicum quo ad id circa quod non com
perietur extractum à ratione criminis publici. Sicut
è contrario, niſi lege tali, aut ſtatuto, de crimine ali-
quo priuato dicatur fieri crimen publicum, ſanè ex
eo, quòd circa illud concedatur aliquid, quod ad cri
men publicum pertineat, nō cenſeri quo ad reliqua
deſinere eſſe crimen priuatum, vt ex eo priuilegio
in fauorem pupillorum conceſſo circa crimen ſuſpe
cti tutoris, vt circa illud quicunque, etiam mulieres
aliquæ, accuſare poſſint, liquet, ſupraq; eſt dictum.

5 Secundum eſt. Iure Luſitano in ſequentibus euē
tibus (qui cum criminibus publicis multa priuata
crimina inuoluūt) fas eſſe cuiuis de populo accuſa-
re: In crimine hæreſeos, aut apoſtaſiæ à fide, læſæ
maieſtatis, graſſatoris, homicidij, concubitus cum
religioſa, inceſtus, vis illatæ mulieri, ſodomiæ, leno
cinij, (*de alcoueiteiro* in ea ordinatione dicitur) falſi
veneficij, ſortilegij, diuinationis, incendij in ſege-
tibus, aut in alijs rebus, furti, percuſſionis factæ pa-
tri aut matri, qui comitatu aliorum aggreſſus eſt ali
quid mali, *fazer aſſuada* vocat ea ordinatio) viola-
tionis carceris, egreſſus per murum, dum oppidum
erat clauſum, ne quis egrederetur, vel cuſtodieba-
tur, culpæ cuſtodis carceris quòd vincti inde fuge-
rint, falſæ monetæ, aut eam ſcienter expendendi, vel
tonſionis illius, falſi teſtimonij, aut fuiſſe cauſam vt
teſtimonium falſum diceretur, concubitus, aut con-
tractus matrimonij, cum famula eius, cui ipſe ſeruie
bat; tranſitus ad ſecundas nuptias viuente altero cō
iuge, concubitus miniſtri Regis cum ea, quæ apud
ipſum negotium habebat, concubitus infidelis cum
chriſtiana, aut chriſtiani cum muliere infideli, trāſ-

A greſſionis exilij, ad fugam captiuos adiuuare, prohi
bita deferre infidelibus abſque Regis facultate, *ou-
que foy, ou mandou res guatar a a cidade de San Iorge
damina, ou à os partes è mares de guinee.* ſtrinxiſſe gla
dium in curia, blaſphemię in Deum, aut in ſanctos,
gladium in pompa (*prucíſion* noſtri vocant) aut in
Eccleſia ſtrinxiſſe, baliſta iaculum in alium miſiſſe,
eſto illum non percuſſerit, *barregueiro caſado, ou bar
rageaan de homem caſado, ou barragueiro corteſaon,
ou barragaan de homen corteſaon*, eſſe concubinam
clerici, aut alicuius religioſi, eſſe *roſiam*, reſiſtentia
miniſtris publicis, aut inſolens aduerſus eos inobe-
dientia, vti carcere priuato, captum à miniſtris pu-
blicis de eorum poteſtate eripere, fugere è carcere,
iudicem concedere vinctum ſub cautione fideiuſ-
B ſoria, vel ſi aſſeruit aliquem crimen commiſiſſe, pro
quo pœna flagellorum, aut exilij, vel alia grauior,
ſit impoſita, quod tamen ille non commiſit. In his
omnibus euentibus poteſt quiuis de populo Luſita-
no iure accuſare, vt habetur. 5. lib. ord. ti. 42. in prin.

Tertium eſt. Quamuis accuſatio de delicto priua 6
to ſolùm ſpectet ad offenſum, modo explicato, &
non ad quemcunque de populo; nihilominus defi-
ciente legitimo accuſatore, iudex ex ſuo officio, nō
ſolùm in publicis delictis, ſed etiam in priuatis (præ
cisè tamen quantum vel iure communi, vel particu
lari regni, aut prouinciæ, in qua iudex fuerit conſti-
tutus, aut principis iuſſu, ſit ei conceſsum, vel con-
ſuetudine ſit receptum) poteſt ac tenetur inquirere
de delictis, quæ ad ipſius aures deuenerint commiſ
C ſa eſse; vbique inquiſitionis comperto illa commiſ-
ſa eſse, poteſt ac tenetur procedere ad ea puniendū,
conſtituto aliquo, qui nomine publico de illis accu-
ſet. Cum enim in omni delicto, quod punire ad fo
rum externum ſpectat, bonum commune lædatur,
ſuoque modo iniuria illi fiat, ad bonumque com-
mune ſpectet, iniurias partibus reipublicæ factas nō
manere impunitas, vt homines in officio continean
tur, paxque & bonum reipublicæ melius conſeruen
tur; vtique, quando deſunt accuſatores, qui ſuā pro-
priam aut ſuorum iniuriam, iuxta præſcriptum iu-
ris, proſequantur, vel quia defuncti ſunt, vel quia
non audent, vel quia pepercerunt, intentareque ac-
cuſationem nolunt, aut ab ea intentata deſiſtūt, vel
denique quacunque alia ex cauſa, deſuntque in cri-
D minibus publicis alij de populo, qui accuſent, ad iu
dices ipſos ex ſuo munere ſpectat procedere ad in-
quirenda delicta, atque ad ea inquiſita punienda, ſal
tem quo ad offenſam ac læſionem boni communis,
quando pars læſa ſuam iniuriam ac læſionem remi-
ſit: quando autem parte offenſa accuſante punitur
delinquens, tunc ſimul cum iniuria & offenſa illius
particularis punitur læſio ac offenſa boni commu-
nis. Quòd autem ad iudices ex ſuo munere ſpe-
ctet, deficiente alio accuſatore, procedere modo ex
plicato ad inquirenda ac punienda delicta, quæ ad
ſuas aures peruenerint eſse commiſsa, ex ſe cōſtat,
& ex l. congruit. ff. de officio præſid. ex l. item apud
Labeonem. §. ſi quis ſic fecerit. ff. de iniur. Tametſi
E ſenſus eius textus videatur eſse, quòd quamuis in-
iuria facta ſit mancipio, non in contemptum domi
ni, iudex illam punire debeat, accuſante domino,
aut mancipio conquerente coram iudice: in quo e-
uentu, licèt mancipium non admittatur ad accuſan
dum, iudex ex officio debet punire id delictum: ſi-
cut etiam ex officio ſubuenire debet mācipio, quòd
ſeuerè nimis tractaretur à ſuo proprio domino, aut
maiori alia iniuria afficeretur, vt tractatu præce-
dente Diſput. 38. copioſè ex varijs iuribus oſtendi-
mus. Noſtrum principale aſsertum etiam patet ex
l. per omnes. C. de defenſionibus ciuit. ex l. qui ſe-
pulchra. C. de ſepul. viol. vbi accuſare de ſepulchro
violato videtur ſimul concedi cuicunque de popu-
lo

ſo ex l.4.verſ.mandantis. ff.ad leg. Iul.peculat.ex l. 27.iuncta.28.titu. 1.par.7.& ex l.3.titu.17.part.3. affirmatque communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequũtur Ant. Gom.c.1.citato.nu. 10.& 49.& Iul. Clar. lib. 5.ſent.§.vlt.q.3.nu.6.& q.5.

Dum noſtrum principale aſſertum affirmaui,addidi limitationem illam ; præciſè tamen quantum vel iure communi,vel particulari regni, aut prouinciæ,in qua iudex fuerit conſtitutus,aut principis iuſſu,ſit ei conceſſum , vel conſuetudine ſit receptum. Quoniam iura citata non de omnibus vniuerſim delictis loquuntur, ſi attentè legantur : atque lex congruit, quæ textus capitalis in hac materia cenſetur, quamuis furtum,& receptatores furium admiſceat; loquitur de inquiſitione generali, tum ex parte delictorum, tum etiam ex parte perſonarum delinquentium:in qua tamen generali inquiſitione,vt tractatu 5.videbimus,nefas eſt inquirere, niſi in caſibus à iure expreſſis, aut quādo id à principe particulari præſcribitur ac iubetur. Teſtatur autem Iul. Clar. 5.lib. ſentent. §.vlt.q.5.à num. 1. communem doctorum ſententiā eſſe,de iure communi,ſecluſa conſuetudine in contrarium,non poſſe iudicem,nemine accuſante,procedere ex ſuo officio ad inquiſitionem, niſi in caſibus expreſſis à iure , & loquitur de inquiſitione particulari ex parte delicti , & generali ex parte perſonarum , quiſnam illud commiſerit, de qua nūc loquimur,aut etiam de particulari ex parte perſonæ,num ſcilicet Petrus illud commiſerit, quando circa illud laborat infamia , vel ſunt iam indicia cōperta,quòd is illud commiſerit. Cenſerē,ſtando in iure communi,iudicem procedere poſſe ex ſuo officio ad inquirendum de quocunque crimine publico , quando ad ipſius aures peruenit commiſſum eſſe,aut indicia ſunt,commiſſum illud eſſe. Quoniam ſicut cuiuis de populo permittitur de eo crimine accuſare, ne ea crimina impunita maneant:ita in eundem finem poteſt ac debet iudex de illo inquirere, vt impunitum non maneat,conſtituendo accuſatorem nomine boni cōmunis, qui de illo accuſet,poſtquam teſtibus fuerit patefactum . Ad inquirendum verò de priuatis ſolùm poterit procedere, ſi expreſſa ſint à iure,quòd circa illa inquirat, ſaltem quia cōceſſum ſit priuilegium,quòd circa illa quiuis de populo accuſet.

Quicquid ſit de iuris communis diſpoſitione,cōmunis doctorum ſententia eſt, quam Iulius Clar. q. 3.citata.nu.6.& q.5.à nu.2.& Ant.Gom. nu. 10. & 49.citatis referunt ac ſequuntur , hodie de communi regnorum conſuetudine poſſe ac teneri iudices in foro ſeculari procedere ad inquiſitionem omniū delictorum, ſtatim atque ad ipſorum notitiam venerit patrata eſſe,ſolereque conſtitui publicos ſyndicos ſeu miniſtros,qui illa denunciēt,ſicque cōſuetudine eſse receptū in hoc regno . Ego addo, ea de re eſſe in hoc regno legem.11.titu.20.libro 4.fori,quæ eſt.l.6.titu.1.lib.8. nouæ collect. & id expreſsè ſtatuit, eamque retulimus Diſp.42. Quo in loco etiam retulimus legem Caroli Quinti.4.titu.10. eiuſdem. 8.lib.quæ præcedētem limitat ſolum quoad aliquas leues iniurias in ea expreſſas.

7 De iure Luſitano , quando aliquis delicto priuato vulnus accepit , ſi non fuerit inflictum de propoſito, ſed orta ſubitò rixa , tunc parte læſa parcente, iudex ex officio non poteſt vlterius procedere , ſed liberum omnino tenetur dimittere delinquentem; modò tamen vulnera obducta iam ſint , & ex eis non remanſerit ſignum in facie,neque læſio in membro aliquo:ſi enim vel vultus de propoſito fuit inflictum,vel nondum ſit obductum ac perfectè ſanum, vel ex illo manſerit læſio in membro, aut ſignum in facie,iudex tunc ex officio procedit ad pœnam infligendam, nihil impediente quòd pars læſa parcat,at

A que ab accuſatione deſiſtat. Ita habetur lib.5.ord. titu.42.§.3. Mitius tamen tunc puniet, quia pro ſola iniuria ac læſione boni communis pœna eſt tunc imponenda. Longè verò maiori cum ratione in leuioribus iniurijs , quæ in facto conſiſtunt , atque etiam in verbabilibus , iudex non procedit in eo regno ex officio, ſed ſolum ad petitionem partis, interimque dum pars læſa accuſat. Conſentiunt , quæ habētur lib.1.ord.tit.44.à §.46.incipit: *Outroſi os iuyzes*, vbi præſcribitur breuis modus iudicandi de iniurijs verbalibus, & præcipitur, ne pœnæ propter iniuriam verbalem excedant valorem ſex millium *reais*, & vt propter iniuriam verbalem nullus in carcerem detrudatur , niſi prius cognita cauſa & lata ſententia, vt in carcerē detrudatur . Paragrapho autē.51. quo

B ad hęc omnia pręcipitur,vt ſi is,qui verbo aut facto iniuriam intulit,ſit *fidalguo,ou caualeiro,ou eſcudeiro* Regis,vel alicuius magnatis,aut epiſcopi,tunc, ſi incepta aduerſus eum ſit accuſatio, eſto, qui iniuriam eſt paſſus,ab incepta accuſatione deſiſtat ac parcat, nihilominus iudex procedat vlterius ex officio vſque ad condemnationem. Quando verò incæpta nō fuiſſet condemnatio, tunc à Regis arbitrio pendet, num procedendum aduerſus illum ſit,nec ne: neque iudex ante quam Regem ea de re certiorem faciat, poteſt aduerſus eiuſmodi deliquentem, qui ita iniuriam intulit,procedere.

Quartum obſeruandum eiuſmodi eſt: Licèt quiuis de populo admittatur ad accuſandum de delicto publico;excipitur tamen, niſi ſit perſona accuſa- 8

C re prohibita:talis quippe non admittitur. Eiuſmodi ſunt mulier,minor,infamis,& alij, de quibus habetur.l.qui accuſare,& ſequentibus.iuncta.l.1.& aliis ſequentibus.ff.de accuſat.& l.2.titu.1.part.7.de eis Greg. Lopez ibi, Iul.Clar. lib.5.ſent.§.vlt.quęſt.14. & Anton.Gom.c.1.citato.nume.31. & alij,quos citant, eaque de re tractatu.5.dicetur. Iulius Clarus vbi ſuprà.nume.1.obſeruat,in locis, in quibus iudices ex ſuo officio procedunt ad cognoſcendū de omnibus criminibus, quamuis eiuſmodi prohibiti accuſare non admittantur ad accuſandum, iudices tamē habita notitia eorum criminum ex horum oblata accuſatione, delatione , aut querimonia , procedere via inquiſitionis ad illa detegenda ac punienda , ac proinde in praxi quo ad effectum punitionis perin-

D de rem habere , ac ſi prædicti etiam ad accuſandum admitterentur.

Quintum eſt. Eiuſmodi perſonas,legibus accuſare prohibitas,admitti nihilominus ad accuſandum, quando proſequuntur ſuam aut ſuorum iniuriam, idque ſiue crimen ſit publicum, ſiue priuatum. Vnde ſi iniuria facta ſit mulieri,minori,aut infami, admittuntur ad accuſandum proſequendo eam ſuam iniuriam. Si item delictum eſt publicum, vt homicidium , aut eſt quoduis aliud , & is, qui iniuria fuit illo affectus,ſit mortuus , permittitur vxori, & conſanguineis, aut hæredibus , tam maſculis , quam feminis, eſtò minores ſint,aut infames, accuſare proſequendo eam ſuorum iniuriam . Item quādo actio 9

E iniuriarum , iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt,ad hæredes tranſit,tūc hæredes, ſiue maſculi,ſint, ſiue feminæ, & ſiue minores ſint, aut infames, permittuntur accuſare eam ſuorum defunctorum iniuriam proſequendo. Quando itaque lege prohibentur aliqui accuſare, id nō intelligitur ſuam aut ſuorum iniuriam proſequendo , ſed aliorum ac boni communis iniuriam ac læſionem proſequendo. Ita habetur.l.hi tamen omnes.ff.de accuſ.l.non prohibentur , & duabus ſequentibus. C.de ijs , qui accuſare non poſſ.& l.2.titu.1.par.7. affirmatq; cōmunis doctorum ſententia , quam referunt ac ſequuntur Greg. Lopez. ibi, Iulius Clarus.q.14.citata.nu.2.& Ant.Gom.c.1.citato.num.32.

10 Sextũ eſt. Quando accuſatio pertinet ad aliquos præciſè quatenus actio, quam habebat defunctus, tranſit ad hæredes, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, tunc actio, proſequutio ve eius actionis, ſolùm pertinet ad hæredes, quicunque illi ſint, maximè ſi accuſatio ſit ciuilis ad pœnam pecuniariam parti applicandam. Ratio autem eſt, quoniam ſolo titulo hæredum repulſantium perſonam defuncti ea actio in eos deriuatur. Quando tamen partem aliquam eius pœnæ habiturus eſſet aliquis alius propter ius, quod ad illam habebat, tunc ad eũ etiam ſpectaret proſequutio eius actionis, aut certè ſine conſenſu illius remitti ab hæredibus non poſſet pœna quo ad portionem ex ea pęna, quæ illum contingeret. Vt ſi defunctus vxorem relinqueret, cui dimidium eius pœnæ deberetur, vel quia contraxiſſent in Luſitania cõtractu medietatis bonorum, vel quia ea pęna ad bona pertineret ſuper lucrata diuidenda æqualiter inter vtrũque coniugem, vel ſi defunctus reliquiſſet aſcendentes vel deſcendentes, &c. quintum aut tertium ſuorum bonorum reliquiſſet cuidam alteri, tunc quia illis deberetur dimidium, quinta, aut tertia pars eius pœnæ, proſequi quo ad id accuſationem poſſent, neque ſine ipſorum cõſenſu poſſent hæredes remittere eam pœnæ portionẽ. Eadem ratione, ſi in aliqua accuſatione ſimul ageretur de damno in rebus externis dato, tunc petere recompenſationem damni illius ſolum attineret ad hæredes, atque ad eos, quibus pars eius recompenſationis deberetur, vt ad vxorem, aut ad eum, cui defunctus quintam aut tertiam ſuorum bonorum reliquiſſet. Vnde ſi aliquis iniuſtè eſſet interfectus, & poſt vulnus acceptum aliqua expendiſſet cum medicis, chirurgis, & in medicamentis, aliquod ve aliud damnum, ſaltem lucri ceſſantis, illi obueniſſet ex illo vulnere, tunc petere recompenſationem horum damnorũ ſolùm pertineret ad hæredes. & ad alios, qui ea in parte eſſent læſi non verò ad alios conſanguineos defuncti, ad quos hæreditas & bona defuncti non ſpectarent: quippe cum hæc omnia partes ſint hæreditatis ac bonorum defuncti.

Quando autem accuſatio eſſet ad pœnam pro delicto in defunctum commiſſo, non quidem, quæ idcirco ad aliquos deriuaretur, quòd defunctus litem eſſet conteſtatus antequam ex hac vita decederet, ſed quoniam delictum eſſet publicum, vt in homicidio cernitur, aut quia priuilegium id crimen haberet, vt quiuis de populo accuſare de illo poſſet; tunc licèt quiuis de populo de eo poſſet accuſare, nihilominus quibuſdam peculiariter incumbit accuſare de eo crimine tanquam proſequentibus ſuorum iniuriam: atque hi non ſolum præferuntur cęteris, ſed etiam condonantibus his veniam, nullus alius de populo, ſaltem de iure huius & Luſitaniæ regnorum, poteſt accuſare: tametſi iudex ex ſuo officio proſequi accuſationem poſſit, iuxta ea quę dicenda ſunt.

11 Dubium eſt, quinam dicantur proſequi ſuorum iniuriam. Panorm. c. de cætero de teſtibus. nume. 7. & alij, varias ea de re ſententias referunt. Prætermiſſis alijs, illæ de iure communi recenſendę videntur, quæ affirmant, illos dicendos eſſe proſequi ſuorum iniuriam, qui, ſi rei illi eſſent criminaliter, quorum iniuriam proſequi uolunt, cogi non poſſint ferre aduerſus illos teſtimonium. Hanc enim regulam ſatis perſpicuè tradere videtur Vlpianus l. 2. ff. de accuſ. hiſce verbis: *Certis ex cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio, veluti ſi mortem exequantur eorum, earumque, in quos ex lege teſtimonium publicorũ* (delictorum ſcilicet) *inuitæ non dicunt.* Quamuis autem Vlpianus eam regulam tradiderit, gloſſa tamẽ. 1. l. ſi fęminæ. C. ad Turpil. quo ad conſanguineos regulam illam ſecuta iuxta. l. lex Iul. ff. de teſtib. ait, aliquem dici proſequi ſuorum iniuriam, ſi ſui con-
A ſanguinei vſque ad ſeptimum gradum iniuriã proſequatur. Atque eandem ſententiam veram eſſe affirmant Greg. Lop. l. 2. ti. 1. par. 7. verb. quarto gradu, Speculator, quem refert Maranta de ord. iud. par. 6. in prin. num. 62. & alij. Cæterum, niſi hoc intelligatur excluſiuè, ita vt ſoli cõſanguinei vſque ad ſextum gradum incluſiuè, computando gradus iuxta modum eos computandi iuris ciuilis, quem tractatu præcedente Diſp. 161. explanauimus, proſequi dicantur iniuriam ſuorum, non video qua ratione id glo. illa affirmat, innitendo regulæ traditæ, & l. lex Iul. citatę, vt illa gloſſa innititur, aut cui alteri fundamento inniti poſſit, vt id aſſerat. Etenim. l. lex Iul. citata, quo ad conſanguineos, ſic habet; *ſobrina, ſobrino, ſobrinæve natũ, eosue, qui propiore gradu ſunt;* quã
B ſcilicet numerati, vt ſunt aſcendentes omnes comparatione deſcendentium, & è contrario deſcẽdentes comparatione aſcendentium, & fratres, aut ſorores, inter ſe, à quibus ſupputationis principiũ ea lex ſumpſit, qui ſunt patrui, aut matertere comparatione ſobrinæ, & ſobrini, & patrui magni comparatione nati, ſeu filij, ſobrinæ, aut ſobrini. Quòd ſi in rigore huius literæ, in eoque quod ſonat, ſtemus, certè, inter conſanguineos, ſoli illi nõ poſsunt cogi ferre teſtimonium aduerſus ſuos conſanguineos criminaliter reos, qui in quarto ſunt gradũ cũ illis, & per conſequens, iuxta regulam Vlpiani. l. 2. citata, ſoli conſanguinei in quarto gradu, iuxta modum ſupputandi iuris ciuilis, dicẽtur proſequi ſuorum iniuriã. Etenim vnus frater comparatione alterius eſt in ſe-
C cundo gradu, comparatione verò ſobrinæ, aut ſobrini, eſt in tertio, & comparatione filij ſobrini, aut ſobrinæ, eſt in quarto, vt uerò iuxta. l. lex Iulia, citatam, dicamus conſanguineum vſque ad ſextum gradum non poſse cogi ferre teſtimonium aduerſus ſuum conſanguineum, & per conſequens vſque ad eũ gradum dicamus eum proſequi ſuorum iniuriã, opus eſt exponamus eam legem, vt ſupplendum intelligendumq; voluerit, idem eſse de filijs & nepotibus eius fratris, à quo cæpta eſt ſupputatio comparatione ſuæ ſobrinæ, ac filij ſuæ ſobrinę: ſic enim nepotes duorum fratrum ſunt in ſexto gradu inter ſe, non verò patruus magnus cum nepote ex altero fratre. Hanc autẽ opinionem, quod ſcilicet conſanguinei uſque ad ſextum gradum dicantur proſequi in-
D iuriã ſuorum, neque cogi poſſent ferre teſtimoniũ in cauſa criminali aduerſus illos, affirmat Ant. Go. c. 1. citato, nu. 34. ueram & cõem doct. ſententiam ſtando in iure cõmuni, eandem amplectitur Maranta de ord. iud. par. 6. in prin. nu. 62. & 72. innixus eidem regulæ, atque legi lex Iulia citatæ, ubi dicit numerari perſonas vſque ad ſobrinos, qui inter ſe ſunt in ſexto gradu: miraturque, quòd alij non ponderauerint ad hoc textum illum, per quẽ in proprijs terminis ait decidi hoc dubium. Ibi tamen non numerantur ſolum ſobrini, ſed etiam nati ex ſobrino aut ſobrina: neque conſobrini inter ſe ſunt in ſexto gradu, ſed in quarto, filij verò conſobrinorum ex diuerſis fratribus, hoc eſt, nepotes ex diuerſis fratribus,
E ſunt inter ſe in ſexto gradu. Alij, intelligendo legem lex Iulia, vt ſonat, dicunt, ſolos conſanguineos vſque ad quartum gradum dici proſequi ſuorum iniuriam, cogique non poſſe ferre teſtimonium in cauſa criminali ſuorum conſanguineorum. Atque hãc puto eſſe veriſſimã opinionem, ſtando in iure cõi, eamque definit ius huius regni. l. 2. & l. 26. verſus finem. tit. 1. par. 7. quo ad eos, qui dicuntur proſequi ſuorum iniuriam, & l. 11. titu. 16. par. 3. quoad eos, qui non coguntur ferre teſtimonium in cauſa criminali contra ſuos cõſanguineos, atque eodem modo intelligit definitionem huius regni Ant. Gom. in calce. nu. 34. citati. Neque eſt vera expoſitio Gregorij Lopez. l. 2. & 11. citatis, quòd fortè id intelligatur

de

de quarto gradu iuxta modum ſupputandi gradus de iure canonico, qui etiam à nobis fuit explicatus tractatu præcedente Diſp. 161. citata. Ducitur Gregorius Lop. quoniam, cum gloſſa. l. ſi fęmina citata, arbitratur, ſtando in iure communi, conſanguineos uſque ad ſeptimum gradum incluſiuè dici proſequi ſuorum iniuriam, neque poſſe cogi ferre teſtimonium aduerſus ſuos conſanguineos: qui autem conſanguinei in ſeptimo gradu ſunt inter ſe, computãdo gradus iuxta ciuile ius, ſunt in quarto computando eos iuxta ius canonicum. Non eſt autem uera ea expoſitio Gregorij Lopez, neque conſona eis iuribus. Primò, quoniam leges ciuiles, quando de gradibus loquuntur, intelligendæ ſunt iuxta modum ſupputandi ipſarum, iuris ue ciuilis, quando aliud non exprimunt, & quando leges aliquæ ciuiles principum Chriſtianorum non loquuntur de materia propria iuris canonici, vt non loquuntnr eæ leges huius regni, de quibus modò agimus. Secundò, quoniam, non illi ſoli, qui ſunt in ſeptimo gradu, computando gradus iuxta ius ciuile, ſunt in quarto computando gradus iuxta ius canonicum, ſed etiam illi, qui ſunt in octauo gradu inter ſe computato iuxta ius ciuile, ſunt in quarto computando iuxta ius canonicum: quare neque ea definitio iuris huius regni conſentiret cum ea gloſſæ opinione, neque cum iure communi intellecto, ut illud gloſſa illa intelligit. Tertiò, quoniam perſpicuè. l. 26. tit. 1. par. 7. computat illos ipſos ſolos, quos computauit lex Iulia, nempe, quando aliquis proſequitur mortem ſui conſobrini, aut conſobrinæ, aut filii ſui cõſobrini, aut ſuæ conſobrinæ, tanquam coniunctos ſolùm in quarto gradu cum patruo magno iuxta modum ſupputandi iuris ciuilis. Confirmatur etiam ſolos conſanguineos uſque ad quartum gradum, computatum iuxta ius ciuile, appellari ſuos de iure ciuili, ex l. petitione. §. egredientem. C. de aduoc. diuer. iud. vbi quamuis aduocatus fiſci patrocinari non poſſit pro extraneis, illi tamen cõceditur patrocinium præſtare pro ſuis conſanguineis intra quartum gradum in linea collaterali, quaſi ſui illi reputentur vltra aſcendentes ſuos ac deſcendentes: per quem textum Baldus & alij aſſeruerunt, vſque ad eum gradum conſanguineos eſſe cenſendos ſuos, vt quis comparatione eorum dicatur proſequi ſuorũ iniuriam. Iuxta hæc ergo mihi non probatur opinio Panor. nu. 7. citato, quam immeritò cum Felino communem appellat ac amplectitur Iulius Clarus. q. 14. citata. n. 2. quòd ſcilicet in linea collaterali ſoli fratres & ſorores dicantur ad inuicem proſequi ſuorum iniuriam, quaſi in ea linea ſolum in ſecundo gradu computato iuxta ius ciuile, & in primo computato iuxta ius canonicum, dicantur conſanguinei proſequi ſuorum iniuriam. Multo minus probo opinionem Padillæ. l. tranſigere. nu. 56. quòd id ſit extendendum ad conſanguineos omnes vſque ad decimum gradum ſtando in iure communi.

De iure verò Luſitano conſanguinei omnes vſque ad quartum gradum computatum iuxta ius canonicum, atque adeò vſque ad octauum gradum cõputatum iuxta ius ciuile, dicuntur proſequi ſuorum iniuriam. Ita habetur lib. 5. ord. titu. 1. §. 3. & titu. 73. §. 1. ſequentibus.

12 Item cauſam ſuorum proſequi dicuntur, neque cogi poſſunt ferre teſtimonium aduerſus illos in cauſa criminali, ſocer, aut ſocrus, comparatione generi, aut nurus, & è contra; vitricus ac nouerca comparatione priuigni, & è contrario; libertus comparatione patroni, & vxoris patroni, & filiorum patroni, & è cõtra hi comparatione ſuorum libertorum. Ita habetur. l. lex Iulia. §. de teſtib. l. 11. titu. 16. part. 3. l. 2. in fine, & l. 26. titu. 1. part. 7. & affirmant Panor. nu. 7. citato, & communis doctorum ſẽtẽtia. Vxor etiam comparatione mariti, & maritus comparatione vxoris, non coguntur ferre teſtimonium. Vnus item eorum dicitur proſequi iniuriam alterius, vt habetur. l. 26. tit. 1. par. 7. idque magis præcipuè, quàm quicunque alij conſanguinei, etiam pater, aut filius, iniuriam paſſi: quoniam vir & vxor reputantur vna caro, magiſque homicidium, aut iniuria, circa vnum eorum afficit alterum, quam quoſcunque alios conſanguineos, id homicidium aut eam iniuriam paſſi, eaque de cauſa ad eos magis præcipuè, quam ad quoſcunque alios, ſpectat accuſatio de eo homicidio, vt videbimus, & affirmant Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nu. 65. Padilla. l. tranſigere. nume. 57. & alij, quos citat. Quando item aliquis, carens deſcendentibus & aſcendentibus, hęredem inſtituit aliquẽ extraneum, aut aliquos extraneos, tunc tales hæredes proſequi dicuntur homicidium defuncti: imò præponuntur in accuſatione conſanguineis defuncti: non verò vxori aut marito, quando vxor fuit iniuſtè interfecta. Ratio autem, quare eiuſmodi hæredes præponantur in accuſatione eius homicidij conſanguineis defuncti, eſt. Tum quoniam de iure cõmuni tenentur accuſare mortem defuncti, alioquin hæreditatem fiſco amittunt, vt tractatu præcedente Diſp. 178. in ſecundo euentu ibi explicato copioſè eſt dictum. Tum etiã quoniam defuncti perſonam repræſentant, quod non conuenit ijs conſanguineis, qui hæredes interfecti non ſunt. Ita Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. num. 64. & Padilla vbi ſuprà. nume. 59.

Clerici accuſare non poſſunt criminaliter, etiam ſuorum iniuriam proſequendo, ſiue pœna ſanguinis veniat imponenda, ſiue non. c. ſacerdotes. 2. q. 7. affirmant Panor. c. cum. Petrus Manconella de accuſat. nu. 8. & Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. nu. 33. Quòd ſi accuſent, & ſequatur interfectio, aut mutilatio accuſati in pœnam, irregularitatem incurrunt, vt vtrumque Diſput. 8. eſt dictum. Conqueri tamen coram iudicibus ſecularibus poſſunt, & petere coram illis competentem emendam, & vt prouideatur, neque quid ſimile in poſterum ipſis fiat, de iniurijs ipſis, factis, aut quæ in ipſos redundant, & de damnis ipſis & ſuis eccleſijs illatis, eſto videant procedendum eſſe vſque ad pœnam mortis; modò proteſtentur, non intẽdere ac velle, vt pœna ſanguinis infligatur. Ita habetur. c. 2. de homic. lib. 6. & diſp. 8. eſt explanatum. 13

DISPVT. 45.

Vtrùm omnes, qui ſuorum iniuriam proſequuntur, admittantur æqualiter ad accuſandum. Et num eorum omnium remiſſio neceſſaria ſit, aut quorum, vt non imponatur pœna ordinaria, veniaque à Rege impetretur, vbi hæc locum habent.

SVMMARIVM.

1 *Solum admittuntur ad accuſandum proximiores in gradu, quando ipſi accuſare volunt, alioquin admittuntur, qui poſt illos ſunt proximiores, & ſatis eſt ſolos proximiores in gradu condonare, & remittere delictum. Quòd ſi multi ſunt æquè proximi in eo gradu, tunc omnes æqualiter admittuntur ad accuſandum, & neceſſe eſt, vt omnes remittant delictum.*

2 *In Luſitania omnes, qui de iure eius regni poſſunt proſequi ſuorum iniuriam, admittuntur ſimul ad accuſan-*

ſandum vnà cum vxore aut marito iniuſtè interfecti vel interfectæ: neque ſatis eſt, vt proximiores remittant, ſed neceſſe eſt vt omnes remittant; reuſque qui in iudicio ſe voluerit liberare, tenetur citare omnes vt minimum conſanguineos vſque ad ſecūdum gradum, qui præſentes fuerint in eo regno: reliquos verò non cogitur citare.

3 *Si vxor defuncti cōcurrat ad accuſandum cum alijs conſanguineis mariti, aut cum hæredibus illius extraneis, quando illa ſola non eſſet hæres mariti, hæredes mariti ex teſtamento aut ab inteſtato admittendi ſunt vna cum illa ad accuſandum, neque ſufficit remiſſio talis vxoris, ſine remiſſione hæredum; neque hæredum remiſſio, abſque remiſſione vxoris.*

4 *Si defunctus legitimos deſcendentes aut aſcendentes relinqueret, quoniam illi neceſſariò eſſent hæredes illius, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ad illos vtique, non ſolùm tanquam ad conſanguineos adeò cōiunctos, ſed etiam tanquam ad hæredes repræſentātes perſonam defuncti, attineret accuſare vel remittere iniuriam defuncti.*

5 *Quando pater vxorem interfeciſſet, ex qua filius cōmunis remaneret, filius admittendus eſt ad patrē accuſandum: nec remiſſio filij ſufficit qua patri mortem matris remittit, ſed requiritur etiam remiſſio conſanguineorum.*

6 *Si pupillus maior infante tranſactionem faciat cum autoritate tutoris, aut minor pubes illam faciat cū autoritate ſui curatoris, valida eſt quoad remiſſionem iniuriæ, neque neceſſe eſt, vt interueniat ad id iudicis decretum. Si verò pupillus infans ſit, ſolus tutor poteſt validè illam efficere, neque requiritur vt iudicis decretum interueniat.*

7 *Quando defunctus neque vxorem, neque aſcendentes, neque deſcendentes relinqueret, ſi hæredem aliquem extraneum inſtitueret, ille repræſentans perſonam defuncti, & tanquam qui de iure communi tenetur accuſare occiſionem eius, cui ſuccedit, præferetur in accuſando conſanguineis defuncti, atque etiam in remittendo.*

8 *In remiſſione hæredum extraneorum neceſſe eſt, vt omnes remittant, ſiue re ipſa hæredes defuncti ſint ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.*

9 *Licèt filius repudiet patris interfecti hæreditatem, poteſt tamen accuſare mortem patris, & præferendus eſt hæredi ſcripto, aut ab inteſtato, qui accuſare velit, eiuſque remiſſio præfertur remiſſioni ueri hæredis, eaq; ſola ſufficit, ſi hæres extraneus ſit, aut remotior conſanguineus in gradu.*

10 *Si filius defuncti, aut alius cui iure ſanguinis competebat accuſare interfectorem, remiſſionem cōcedat, aut illum accuſet, eo ipſo non adit hæreditatem defuncti, ſiue is hæres eſſet defuncti ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.*

11 *Filius ſpurius admittitur ad accuſandum mortem patris iure ſanguinis, & eius remiſſio neceſſaria eſt, quatenus aliorum conſanguineorum, qui in eodem cum defuncto gradu fuerint, fuerit ſolo iure ſanguinis neceſſaria.*

12 *Si religioſus interficiatur iniuſtè, eſto patrem habeat, non ad patrem, niſi in defectum monaſterij, ſed ad monaſterium, in quo erat religioſus, pertinet accuſare eam mortem, eam remittere, atque circa illam tranſigere.*

13 *Si percuſſus ipſe tranſactione aut gratis remittat iniuriam vulneris accepti, & non ſolùm odium & rancorem, ſed etiam quoad actionem & accuſationem, quæ ipſi competebat, ſecuta poſtea morte ex vulnere, poſſunt hæredes ac conſanguinei delinquentem de ea morte accuſare.*

1 DE iure communi, & in hoc regno, in quo nihil in contrarium eſt ſancitum, communis ac ve-

A ra ſententia eſt, ſolùm admitti ad accuſandum proximiores in gradu, quando ipſi accuſare volunt, alioquin admittuntur, qui poſt illos ſunt proximiores, ſatiſque eſſe ſolos proximiores in gradu condonare remittereve delictum. Quòd ſi multi ſint æquè propinqui in eo gradu, vt ſi ſint multi alij defuncti, aut multi fratres, tunc omnes æqualiter admitti ad accuſandum, neceſſariūque eſſe, vt omnes condonent ſeu remittant delictum. Ita Iul. Clar. 5. lib. ſenten. §. vlt. q. 14. nu. 6. q. 58. num. 21. Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 1. nume. 35. limit. 2. & c. 3. nume. 61. Couar. 2. var. reſ. c. 10. num. 5. Padilla. l. tranſigere. nu. 52. & quàm plurimi alij, quos citant. Neque eſt probanda ſententia in contrarium Marantæ de ord. iud. part. 6. in prin. nu. 58. ductus ex eo, quòd iniuria interfe-
B cti, aut aliter offenſi, redundet in conſanguineos, aſſeruit, remittentib. proximioribus, poſſe adhuc agere, & accuſare remotiores. Etenim actio ad accuſandum non competit proſequentibus ſuorum iniuriā ratione ſuæ propriæ iniuriæ, vt Diſput. 2. oſtenſum eſt, ſed ratione iniuriæ principaliter offenſi & quo ad eam iniuriam principalis offenſi, iuſque illud deriuatur in hæredes, & in conſanguineos ordine quodam, vt præponantur proximiores in gradu, illique ſoli accuſent, ſi velint, & in eorum defectum alii proximiores: quare, ſi proximiores accuſent, vel condonent ac remittant delictum, non attinet ad ſequentes in gradu accuſare deinceps, ſed ſolùm ad poteſtatem publicam ex ſuo officio procedere ad punitionem leuiorem ratione iniuriæ ac læſionis boni
C cōis, quam neque offenſus ipſe neque illius hæredes aut conſanguinei, remittere potuerunt: quia id non ad ipſos, ſed ad rempublicam ſeu principem ſpectabat. Quòd proximiores in gradu præponi debeant remotioribus ad accuſandum, quatenus plus ſua intereſt puniri delictum & vindicari iniuriam, maiorique cum zelo & acrimonia ſit veriſimile illos proſequunturos eſſe accuſationem, decentiuſque ex natura ipſa rei ſit vt ipſi præponantur, probant ſufficienter. l. ſi plures. ff. de accuſ. l. 2. §. ſi ſimul. ff. ad legem Iul. de adult. & alia iura. Quòd verò ad omnes pertineat, qui ſunt in eodem gradu, eo quòd ex eo capite æqualiter ad eos omnes id attineat, probant. l. 3. §. ſi ad plures. ff. de ſepulc. vio. l. itē apud Labeonem, in vltimis verbis. ff. de iniur. & alia iura. Cum
D autem ad eos ſolos tunc ea accuſatio illudque negotium pertineat, ſi illud proſequi ac accuſare velint, ad eoſdem etiam ſolos pertinebit circa illud tranſigere, aut delictum condonare ac remittere, quando iura, aut conſuetudo loci, eam tranſactionem aut remiſſionem permittunt, argumento iurium, quæ citata ſunt, vt doctores citati & alij communiter affirmant. Quin Ant. Gom. in calce. nu. 61. citati cū Baldo ait, ſi tempore tranſactionis, aut remiſſionis, qui proximior erat in gradu remiſit, aut qui in gradu erant proximiores remiſerunt, eſto poſtea naſcatur alius proximior, aut æquè proximus, eſſe validam remiſſionem, neque de nouo natū poſſe accuſare poſt illam factam, vt ſi interfectus reliquit vxorem præ-
E gnantem, & poſt remiſſionem factam ab vxore, patre interfecti, aut ab alijs, naſcatur poſthumus, non poſſe eum poſthumum tunc accuſare.

De iure verò Luſitano omnes, qui de iure eius regni proſequi poſſunt ſuorum iniuriam, hoc, eſt cō 2
ſanguinei omnes vſque ad quartū gradū incluſiuè computatū, iuxta modum gradus de iure canonico computandi, vt diſputatione præcedente eſt dictū, admittuntur ſimul ad accuſandum, vnà cum vxore, aut cum maritò iniuſtè interfecti aut interfectæ: neque ſatis eſt, ſi proximiores in gradu remittant, ſed neceſſe eſt vt omnes, quotquot proſequendo ſuorum iniuriā poſſunt accuſare, remittāt; reuſque, qui in iudicio voluerit ſe liberare, tenetur citare omnes

nes vt minimum cõſanguineos vſque ad ſecundum gradum, qui præſentes fuerint in eo regno: reliquos verò non cogitur citare. Quòd ſi non citet abſentes, & eos, qui in tertio & in quarto gradu ſunt, tūc hi poſſunt eum accuſare de nouo, etiam poſt ſententiam latam à iudice, efficereque vt ſufficienter puniatur, ſi, nō habita ratione præcedētis remiſſionis, non fuerit ſufficienter punitus. Hæc habentur. lib. 5. ord. titu. 1. §. 3. & titu. 73. à §. 2. Intra autem quantum tempus nouus hic accuſator poſſit accuſare, & quouſque accuſatus non poſſit ob id delictum mitti in carcerem, etiā ſi accuſetur, aut poſſit, & reliqua, quæ in eiuſmodi euentibus in eo regno diſponuntur, legas à §. 2. citato. Illud verò obſerua. In eo regno in eccleſiaſtico foro, quando reus eſt perſona eccleſiaſtica, cum in illo puniendo ſtandum non ſit ordinationibus eius regni, ſed canonico iuri, & vbi ius canonicum nihil diſponit, ſtandum ſit iuri communi Cæſareo, ſolùm admittentur ad accuſandum eiuſmodi reum, qui proximiores defuncto fuerint in gradu, ſufficietque eorum remiſſio, aut condonatio criminis. Hinc dum in Luſitania commorabar, cum, poſt remiſſionem parētum defuncti, vellet ſoror defuncti iterum, iuxta Luſitanas ordinationes, accuſare ſacerdotem interfectorem fratris eius mulieris, meritò fuit paſſa repulſam, ſequentibus iudicibus diſpoſitionem iuris Cæſarei communis.

Vt ad ius huius regni ac commune Cæſareum reuertamur, Ant. Gom. 3. to. var. reſ. c. 1. nu. 32. & c. 3. num. 65. arbitratur, ſi vxor defuncti concurrat ad accuſandum cum alijs conſanguineis mariti, aut cū hæredibus illius extraneis, præferendam cæteris eſſe in accuſando, ſolamque illius remiſſionem ſufficere, vtpote quæ ſit perſona magis coniuncta marito defuncto, quam cæteri, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt. Antonio Gom. ſubſcribit Padilla. l. tranſire. nu. 57. Exiſtimo tamen, quando illa ſola non eſſet hæres mariti, hæredes mariti ex teſtamento, aut ab inteſtato, admittendos eſſe vnà cum illa ad accuſandum, neque ſufficere remiſſionem talis vxoris ſine remiſſione heredū, neque rurſus ſufficere remiſſionem hæredum ſine remiſſione vxoris. Ducor, quoniam vxor, qua vxor, non repræſentat perſonam mariti, vt illam repræſentāt hæredes, eaque de cauſa hæredes vicem perſonæ mariti ſubeūt in accuſando, & in remittendo poſt mortem illius. Tam ergo vxor, quàm hæredes mariti, admittendi immediatè ſunt ad accuſandum: vxor quidem tanquam perſona magis coniūcta marito, quàm cæteri, atque in quam tātopere reſultat iniuria ac mors mariti: hæredes verò tanquam repræſentantes defunctum, & vicem illius poſt eius mortē ad omnia ſubeuntes: eaque de cauſa, tam vxoris, quam hæredum, neceſſaria eſt remiſſio.

Quando defunctus legitimos deſcendentes aut aſcendentes reliqueret, quoniam illi neceſſariò, vellet nollet defunctus, eſſent hæredes illius, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ad illos vtique, nō ſolùm tanquam ad conſanguineos adeò coniunctos, ſed etiam tanquam ad hæredes repræſentantes perſonam defuncti, attineret accuſare ac remittere iniuriam defuncti. Atque quemadmodum deſcendentes legitimi præponuntur aſcendentibus in ſucceſſione ac titulo hæredum defuncti: ſic etiam anteponendi illis ſunt in accuſando ac remittēdo mortem defuncti, maximè in hoc regno, in quo, & in Luſitania, eo ipſo, quòd defunctus matrimonium id contraxit, vnde tales deſcendentes legitimi procreati ſunt, patriam egreſſus eſt poteſtatē, vt tractatu præcedente oſtendimus.

Padilla, nume. 57. citato contendit, quando pater vxorem interfeciſſet, ex qua filius communis remaneret, tunc filium admittendum nō eſſe ad accuſan-

A dum pàtrem, ſed admittendos eſſe conſanguineos alios vxoris interfectæ. Addit verò, ſufficere nihilominus remiſſionem filij, qua patri remittat mortem matris, neque neceſſarium eſſe tunc remiſſionē conſanguineorum talis mulieris interfectæ. Quamuis autem, vt cum communi doctorum ſententia diximus tractatu præcedente Diſputat. 178. §. filius, non teneatur filius in eo euentu patrem accuſare; non tamen video, cur admitti non poſſit ad accuſandum, ſi accuſare patrem velit: neque lex ſi adulterium. §. Imperatores. ff. ad legem Iul. de adulter. cui Padilla nititur, eam ſententiam ſufficienter probat: atque in hac Conchenſi ciuitate ſuperioribus menſibus filius, vna cum auo ipſius, patre mulieris à marito interfectæ, admiſſus fuit ad accuſandum
B patrem: paterque interfector vxoris vltimo ſupplicio fuit affectus. Aequitas verò poſtularet, vt ad remittendam vxoris mortem non ſufficeret remiſſio filij, qui ex affectu ad patrem minimo negotio illi remittet matris mortem, ſed ſimul neceſſaria eſſet remiſſio conſanguineorum aſcendentium aut collateralium talis vxoris, qui proximiores tali vxori eſſent in gradu: & vt illi ad accuſandum admitterentur, eſto filius accuſare etiam vellet. Atque Iulius Clarus. quæſtio. 58. citata, nume. 31. ex Boſ. refert Senatum Mediolanenſem ſe valde difficilem exhibuiſſe in admittenda remiſſione ac pace facta à ſolis filiis communibus mariti ac vxoris interfectæ, ipſe etiam refert ſenatum reieciſſe gratiam quā dam à principe obtentam vi talis remiſſionis. Re-
C fert item approbatam fuiſſe gratiam aliam factam cuidam mulieri, quæ in rixa proprium maritum interfecerat, interueniente remiſſione filiorum vtriuſque coniugis: fortè, inquit, quia non adeò præſumitur remiſſionem factam matri obueniſſe ex timore reuerentiali matris, quantum præſumeretur de remiſſione facta patri. Ac ſanè in opinione, quòd ſufficeret ſola remiſſio filij, iudex, qui ex officio ſimul procedere debet ad pęnam patri in commune bonum imponendam, nihil impediente remiſsione talis filij, augere deberet pœnam, attento, quòd filius ex affectu in patrem mortem matris remittat, & quòd, niſi id efficeret, omnes vitio ac vituperio meritò id illi vertere deberent.

Vtrum autem, ſi filius ſit minor, aut quicunque 6
D alius, cui accuſare aut remittere, incumbit iniuriam ſibi aut alicui alteri defuncto factam, poſsit talem iniuriam validè remittere, aut tranſactionem circa eam facere, vel ſaltem tutor loco impuberis poſſit illam facere, ita vt ea remiſsio alijs conſanguineis remotioribus in gradu viam ad accuſandum præcludat, neque neceſſaria ſit ipſorum remiſsio. Communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Iulius Clar. quinto libro ſent. §. vlt. quæſtio. 58. num. 27. Padilla vbi ſupra num. 64. & Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 66. aſſerit, ſi pupillus maior infantem illam efficiat cum autoritate tutoris, aut minor pubes illam efficiat cum autoritate ſui curatoris, ualidam quo ad illa omnia
E eſſe, neque neceſſarium eſſe vt interueniat ad id iudicis decretum. Si verò pupillus infans ſit, ſolùm tutorem illius poſſe ualidè illam efficere quoad ea omnia, neque neceſſarium eſſe interueniat iudicis decretum. Idem uidetur dicere Anton. Gomez. vniuerſim quando minor eſt impubes: duo uerò alij autores citati, cum pleriſque alijs, quos citant, neceſſarium eſſe affirmant concurrat remiſsio impuberis, ſi maior ſit infante. Atque Iulius Clarus cum alijs, quos citat, affirmat, ſi tutor tranſactionem faciat, aut remittat iniuriam, obligando minorem ad aliquam pœnam, ſi tranſactioni aut remiſsioni poſtea non ſteterit, inualidam eſſe eiuſmodi obligationē ad pœnam: quoniam iam tunc ageretur de dāno

ac detrimento minoris. Addunt omnes doctores citati, ſiue tranſactio aut remiſſio facta ſit à minore ipſo cum autoritate tutoris, aut curatoris, ſiue à ſolo tutore, quando minor erat infans, non competere poſtea minori reſtitutionẽ in integrum: niſi dedecori eſſet minori talem tranſactionem eſſe factam: quoniam tunc ratione eius damni competeret minori reſtitutio in integrum ad reſcindendam eam tranſactionem ac remiſſionem, in ſuum præiudicium ac damnum factam: eo quòd in eo euentu debuiſſet potius tutor aut curator proſequi accuſationem loco minoris, aut vna cum minore ipſo. Quando autem tranſactio aut remiſſio dedecori non eſt minori, validè omnino cenſetur facta, ita vt locus non ſit reſtitutioni in integrum: quoniam rationabiliter ac vtiliter cenſetur facta, eo quòd expediat minori pax & concordia, ceſſareque à litibus ac ſumptibus, conſiliumque ſit euangelicum, etiam quo ad id, iniurias remittere. De iure Luſitano minor poſt remiſſionẽ factam à tutore, etiam ſi ea mediante reus veniam à Rege obtinuerit, poteſt nihilominus accuſare iterum talem reum ſeu delinquentem vſque ad vigeſimum quartum annum talis minoris, ſi maſculus ſit, & vſque ad vigeſimum ſecundum, ſi ſit fęmina. Ita habetur lib. 5. ord. titu. 75. §. 1.

7 Quando defunctus neque vxorem, neque aſcendentes, neque deſcendentes relinqueret, ſi hæredem inſtitueret aliquẽ extraneum, aut extraneos aliquos, ille aut illi, tanquam repræſentantes perſonam defuncti, & tanquam qui de iure communi tenentur accuſare occiſionem eius, cui ſuccedunt, vt Diſputatione præcedente dictum eſt, præferentur in accuſando conſanguineis defuncti, atque etiam remittendo, ita vt remiſſio illorum aut tranſactio ſufficeret ſine remiſſione aut tranſactione conſanguineorum defuncti. Ita Antonius Gomez. cap. 3. citato, nume. 64.

8 Vtrùm autem ſufficiat remiſſio vnius illorum, aut minoris partis eorum, an verò neceſſe ſit vt omnes remittant. Dicendum eſt, neceſſe eſſe omnes remittere, ſiue re ipſa hæredes defuncti ſint ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato: quia omnes, ſimul repræſentant perſonam defuncti, vicemque illius ſubeunt in accuſando, & in remittendo ac tranſigendo, & ſinguli pro parte illum repræſentant. Ita communior hodie doctorum ſententia, quam referunt ac ſequũtur, & quam latè ac rectè probat Ant. Gom. c. 3. citato. num. 63. Greg. Lopez. l. 22. titu. 1. part. 7. verb. *con ſus aduerſarios*, Iulius Clar. q. 58. citata, num. 34. qui teſtatur vſu eſſe receptam in ducatu Mediolanenſi, & Couar. 1. var. reſ. c. 13. in calce. nu. 13. Requiritur verò venia etiam à fęmina, & à minoribus, ſaltem quo ad ſuos tutores ſi infantes ſint, quando de numero ſunt talium hæredum. Ita Iul. Clar. ibidem. nu. 35. qui etiam teſtatur vſu eſſe receptum in ducatu Mediolanenſi, ſatiſque ex dictis liquet ita eſſe dicendum.

Quando hæredes non inueniuntur, aut interfectus erat forenſis, de cuius hæredibus notitia non habetur, quando gratiæ conceduntur homicidis à principe ſine hæredum remiſſione ait ibidem Iulius Clar. nu. 37. ſolere concedi gratiam cum conditione, quòd ſi aliquando apparuerint hęredes, teneatur homicida, qui gratiam obtinuit, remiſſionem intra certum tempus ab illis obtinere, alioquin gratia ſit nulla.

9 Communis doctorum ſententia cum Bart. quam referunt ac ſequuntur Padilla. l. tranſigere à nume. 60. & Iul. Clar. q. 58. citata. nume. 32. affirmat, eſto filius ſuus repudiet patris interfecti hæreditatem, poſſe accuſare mortem patris, & pręferendum eſſe hæredi ſcripto, aut ab inteſtato, qui accuſare velit, eiuſque remiſſionem præferri remiſſioni verè hære-
A dis, eamque ſolã ſufficere, ſi hæres extraneus ſit, aut remotior conſanguineus in gradu. Ducuntur l. pro hærede (alias incipit Papinianus) §. vlt. ff. de acquir. hæred. & l. quæſitum eſt. ff. de ſepulch. viol. quibus in iuribus habetur, filium poſſe agere actione ſepulchri violati, etiam ſi patris hæreditatem non adeat, aut eam repudiet, & eſto ſepulchrum ſit hæreditarium, id eſt, in quo hæredes ſoli ſuccedant. Et redditur hæc ratio in eo textu: quoniam actio ſepulchri violati non eſt ad proſequutionem eius, quod ad hæreditatem pertineat, ſed potius ad vindictam ac pœnam pro iniuria illata defuncto: quare cum res, de qua agimus, ad pœnam ac vindictam ſpectet nec ſit proſequutio eius, quod ad hæreditatem attineat, conſequens eſt, vt, eſto filius hæres non ſit, ad
B eum tamen ſpectet accuſatio ac remiſſio, pręferriq; debeat in ea accuſatione ac remiſſione hæredi extraneo, aut qui remotior ſit conſanguineus, quàm is filius. Sanè ex illis iuribus ſolùm colligitur, quòd filio, qui non eſt hęres patri, competat ea accuſatio ac remiſſio: non tamen colligitur, quòd præferri debeat hęredi, qui, quatenus hæres, defuncti interfecti perſonam repręſentat ac locum ſubit: maximè cum actio, de qua in eis iuribus eſt ſermo, ſit actio ob iniuriam factam defuncto poſt illius mortem, quæ hæredes & conſanguineos talis defuncti contingit, ac proinde ad omnes eam proſequi ſpectat: actio verò ad vindicandam mortem defuncti ſit ad vindicandum delictum commiſſum in defunctum, dum ille viueret: quòd ſi non eſſet actio delicti publici, ſed
C ſola iniuriarum ob iniuriam commiſſam in defunctum, dum adhuc viueret, quæ idcirco ad hæredes tranſiret, quòd defunctus litem cum delinquente eſſet conteſtatus, iuxta ea quæ præcedentibus Diſputationibus dicta ſunt, ſanè ad filium repudiantem patris hæreditatem non tranſiret, ſed ad ſolos hæredes veros ex teſtamento aut ab inteſtato: iniuria autem ſepulchri violati, quia fit cadaueri defuncti, & redundat in conſanguineos ac hæredes, ad omnes ſpectat agere ad vindictam eius iniuriæ ac delicti, ſed ordine quodam, vt ſcilicet hæredes præferantur non hæredibus conſanguineis, ſi hæredes agere velint, & conſanguinei, qui hæredes non ſunt, præferantur inter ſe proximiores in gradu defuncto ijs, qui remotiores fuerint, neque contrarium colligi-
D tur ex illis iuribus, neque in eis eſt ſermo præciſè de filio ſuo: ſed quod in eis iuribus intenditur eſt, duobus ex capitibus oriri poſſe intentari actionem ad vindicandam eam iniuriam factam cadaueri defuncti, etiam cum prælatione cuiuis alteri de populo, nempe ex iure ſanguinis ac propinquitatis cum defuncto, & ex iure hęreditario: neque ibi docetur, ius ſanguinis præponendum eſſe hæreditario iuri: cum contrarium ſit verum: alioquin etiam conſanguinei non hæredes, qui eſſent intra quartum gradum coniuncti cum defuncto, præferendi eſſent hæredibus non conſanguineis, aut non adeò defuncto in conſanguinitatis gradu coniunctis, quod autores, cum quibus diſputamus, non concedunt: neque in eis
E iuribus eſt ſermo de ſolo filio, qui eſſet hæres ſuus comparatione defuncti, vt vult Padilla, ſed etiam de illo, qui eſſet emancipatus tempore mortis patris. Et memento, crimen ſepulchri violati, aut publicum crimen eſſe, aut cui cõceſſum eſt priuilegiũ, vt circa illud quiuis de populo poſſit accuſare, vt Diſputatone præcedente dictum eſt. Quod ad rem itaque noſtram attinet, ſi quid ex illis iuribus colligitur quo ad accuſationem criminis publici defuncti iniuſtè interfecti, ſolùm eſt, ius accuſandi cũ prælatione cuiuis alteri de populo oriri non ſolùm ex iure hæreditario, ſeu hæredis, ſed etiã ex iure ſanguinis vſque ad quartũ gradum coniunctionis cum defuncto, aut vſque ad octauum, ſeu vſque ad quartum

tum, ſecundum modum computandi gradus iure canonico, de Luſitano iure; quod veriſſimum eſt, & conſtat ex dictis diſputatione præcedente: non tamen inde colligitur, eum, cui iure ſanguinis id competit, præferendum eſſe hæredi, neque id eſſe priuilegium ſolius filij, qui ius habeat ſuitatis: vnde meritò (referente Iulio Claro num. 32. citato) in Mediolanenſi ducatu admiſſum non fuit, vt remiſſio eius, qui hæres eſſe deberet iure ſanguinis, nec hæres fuit, quia repudiauit hæreditatem, admitteretur ſine remiſſione veri hæredis: quin ego exiſtimo, ſolã remiſſionem veri hæredis, aut verorum hæredum, ſufficere ſine remiſſione eius, cui ſolo ſanguinis iure competit accuſare, remiſſionemque huius non ſufficere, neque eſſe neceſſariam, quando veri hæredes accuſant ac remittunt. Quando autem non compareret verus hæres, ſufficeret remiſſio conſanguinei, aut conſanguineorum proximiorum in gradu, cum conditione, vt ibi ait Iulius Clarus, quòd ſi poſtea hæres compareret, teneretur delinquens ab eo remiſſionem obtinere, alioquin non valeret gratia, vi illius alterius remiſſionis conceſſa.

10 Hinc patet, quid dicendum ſit ad illud dubium, num ſi filius defuncti, aut alius, cui iure ſanguinis cõpetebat accuſare interfectorem, remiſſionem illi cõcedat, aut illum accuſet, cenſeatur eo ipſo adire hæreditatem defuncti, ſiue is hæres eſſet defuncti ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. Reſpondendumque eſt negante, vt colligitur ex duobus iuribus citatis. Ratio autem eſt, quoniam cùm accuſare ac remittere poſſit ſolo iure ſanguinis, ex eo capite cenſetur id efficere, quando aliud non conſtat aliunde, ac proinde non cenſetur exercere actum hæredis, quo tacitè cenſeatur adire hæreditatem. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Padilla vbi ſuprà numero 63. & Iul. Clar. quæſt. 58. citata, num. 33.

11 Ex dictis facilè etiam patet, quid dicendum ſit ad hoc aliud dubium. Num ſcilicet filius ſpurius, aut aliter illegitimus, admittatur ad accuſandã mortem patris, valeatque, aut neceſſaria ſit illius remiſſio. Dicendum quippe eſt, admitti iure ſanguinis, neceſſariamque eſſe eius remiſſionem, quatenus aliorum conſanguineorum, qui in eodem gradu fuerint cum defuncto, fuerit ſolo iure ſanguinis neceſſaria. Quatenus autem hæres non fuerit defuncto, quia incapax hæreditatis, neque priuilegio legitimationis fuerit hæres, non admitti ad accuſandum titulo hæredis, neque eo titulo neceſſariam aut validam eſſe illius remiſſionem. Vnde in Luſitania, in qua omnes conſanguinei vſque ad quartum gradum, iuxta ſupputationem iuris canonici, admittuntur ad accuſandum, neceſſariaq; eſt eorum omnium remiſſio, etiam ſi hæredes non ſint, ſed ſolo ſanguinis iure ad accuſandum admittantur, vtique etiam illegitimi omnes, qui fuerint intra quartum gradum, ſiue aſcẽdentes ſint, ſiue deſcendentes, aut etiam collaterales admittentur ad accuſandum, eorumque omniũ neceſſaria erit remiſſio. Ratio autem eſt, quoniam ius ſanguinis, eaque, quæ ſanguinis iure ſine hæreditatis commodo conueniunt, competunt illegitimis, ſuntque illis communia cum legitimis conſanguineis, vt Anton. Gom. l. 9. Tauri. num. 53. & 3. tomo. var. reſolut. cap. 3. num. 66. Padilla vbi ſupra. num. 58. & alij, quos citant, rectè affirmant. De iure autem communi & huius Caſtellæ regni, niſi hæredes exiſtant interfecto, vel priuilegio legitimationis, vel alia ratione, vt quia ſuccedunt matri interfectæ, non competet eis accuſare, neque neceſſaria aut valida erit eorum remiſſio, niſi in defectum hæredum, qui accuſent, & niſi proximiores in gradu, & æquè proximi ſint defuncto, ac alij, qui ſolo iure ſanguinis ad accuſandum admittantur. Atque iuxta hæc accipienda ſunt, quæ Anton. Gom. & Padilla locis citatis & Iulius Clarus. quæſt. 58. citata, num. 26. hac de re affirmant.

12 Religioſus, eſto patrem habeat, ſi tamen interficiatur iniuſtè, non ad patrem, niſi in defectum monaſterij, ſed ad monaſterium, in quo erat religioſus, pertinet accuſare eam mortem, eam remittere, atque circa illam tranſigere: quoniam ius totum eius religioſi tranſiuit in monaſterium, & per profeſſionem egreſſus eſt patriam poteſtatem. Atque in hac ſententia propendet Padilla. l. tranſigere. num. 38. quam veriſſimam eſſe arbitror. Quando verò filios legitimos in ſeculo reliquit, qui, nihil impediente profeſſione illius, verè ſunt hæredes illius, credo, ſi iniuſtè interficiatur, ſimul pertinere accuſare circa eam mortem ad monaſterium & ad filios, atq; vtrumque neceſſariam eſſe remiſſionem: hancque ſententiam videtur amplecti Iulius Clarus. quæſt. 58. citata. numero 25. relatis priùs duabus extremis ſententijs. Pertinet id quidem ad monaſterium propter ea, quæ proximè dicta ſunt: ad filios verò, non ſolùm propter adeò arctum ius ſanguinis, ſed etiam quia verè hæredes exiſtunt patri, ipſumque repræſentant.

13 Dubium deinde eſt, vtrum ſi percuſſus ipſe tranſactione, aut gratis, remittat iniuriam ac delictum vulneris accepti, ita vt non ſolùm quo ad rancorem ac odium illud remittat, vt in conſcientiæ foro tenetur, ſed etiam, modo Diſputat. 42. explicato, illud remittat quo ad actionem & accuſationem, quæ ipſi competebat, & poſt mortem ipſius ſuis hæredibus ac conſanguineis iuxta ea quæ explicata ſunt, vtrùm inquam, ſequuta poſtea morte ex eo vulnere, poſſint hæredes ac conſanguinei illius, quilibetq; de populo, delinquentem de ea morte accuſare. Anton. Gomez. 3. tomo variar. reſolut. cap. 3. numero 67. cum Bartol. & cum pleriſque aliis diſtinguit. Quòd ſi vulnus erat lethale, de quo admodum veriſimile ac moraliter eſſet certum, mortem inde eſſe ſequendam, tranſactionem ſeu remiſſionem delicti vulneris ſeſe extendere etiam ad mortem inde vlterius ſequutam, ac proinde hæredes & deſcendentes non poſſe poſtea de illa accuſare, ſed ſolum iudicem ex officio poſſe procedere ad illam puniendam pœna arbitraria. Quando verò vulnus non erat tale, quòd moraliter eſſet certum, mortem inde eſſe ſequendam, tunc eam tranſactionem ac remiſſionem non ſeſe extendere ad mortem vlterius ſequutam, ſed poſſe hæredes, nihil ea tranſactione ac remiſſione impediente, de tali morte poſtea accuſare. Quia verò doctores, quos referemus, vniuerſim affirmant, tranſactionem ac remiſſionem circa vulnus, quodcunque illud ſit, non ſeſe extendere vt comprehendat mortis remiſsionem, niſi id ſufficienter exprimatur, admonent Anton. Gomez. & alij, vt qui remiſsionem à vulnerato obtinent, faciant exprimere, quod vulneratus remittit mortem, ſi inde ſequatur, vel effectum omnem, qui ex eo vulnere fuerit ſequutus: nam quando id ita ſufficienter exprimitur, cenſetur remiſsa ſimul mors, ſi inde ſequatur, & per conſequens hæredes ac conſanguinei poſtea accuſare non poterunt de morte ſequuta. Albericus, Gandinus, & alij quos referunt ac ſequuntur Gregorius Lopez. leg. 22. titulo primo parte ſeptima. Padilla vbi ſupra numero 28. & Iulius Clarus. quæſtione 58. citata, numero 30. cenſent, tranſactionem ſeu remiſſionem factam circa vulnus non ſe extendere ad mortem inde vlteriùs ſequutam, niſi aliud ſit ſufficienter expreſſum, ſed poſſe de illa accuſare hæredes ac conſanguineos, id quod confirmant ex. leg. ſi vulnerato. ff. ad legem Aquiliam. Immo Iulius Clarus numero vigeſimo nono antecedente ait, in ſenatu Mediolanẽſi nõ curari de remiſsio-

miſſionibus factis ante mortem à vulnerato; intelligit verò, quia in eo ducatu, nihil impediente tali remiſſione, atque etiam conſanguineorum & hęredum, procedere ſolent iudices ad pœnam ordinariam imponẽdam delinquenti pro homicidio commiſſo, vt Diſput. 47. dicemus. Quando tranſactio aut remiſſio delicti vulneris inflicti facta eſſet cum ipſo vulnerato, & poſtea moreretur, non ex vulnere, ſed ex alia ſuperueniente cauſa, iuxta ea quæ Diſput. 32. explanata ſunt, tunc non teneretur pęna talis mortis, neque, ſi conſtaret aliunde, & non ex vulnere, obijſſe, poſſet ab hæredibus & conſanguineis accuſari, vt Padilla vbi ſuprà affirmat, atque ex ſe ſatis liquet.

DISPVT. 46.

Circa homicidium, ac alia delicta, quouſque licita ac valida ſit, aut non ſit, de iure communi tranſactio ac remiſſio.

SVMMARIVM.

1 *In publicis criminibus & priuatis, ex quibus pœna ſanguinis delinquenti imminet, licitum eſt ei cum accuſante tranſigere, ſiue ſit perſona offenſa, antequam moriatur ſiue aliquis alius, aliquid ei dando vt ab accuſatione deſiſtat: licitum eſt etiam ei pactum gratuitum cum accuſante efficere, quo accuſati precibus gratis ab accuſatione deſiſtat, & delictum condonet.*

2 *Quid intelligatur nomine criminis capitalis.*

3 *Pœna flagellorum inter pœnas ſanguinis eſt computanda: & proinde circa furtum, ob quod pœna flagellorum incurritur, tranſigere licet, ex ſententia aliquorum.*

4 *In delicto, pro quo ſola tortura eſſet imponenda, non habet locum tranſactio, quia tortura non eſt pęna ſanguinis, cum iudices Eccleſiaſtici ad torturã procedant. In crimine, in quo agitur de honore aut de amiſſione bonorum, locum habet tranſactio. Item in crimine, pro quo perſona Eccleſiaſtica eſſet degradanda.*

5 *In cauſa ſanguinis filij poteſt pater trãſigere, eo quod proprium ſanguinem videtur redimere, neque ex tali tranſactione inducitur probatio delicti filij.*

6 *Quòd accuſator in libello petat, vt reo pro aliquo delicto pęna ſanguinis imponatur, ſi delictum non eſt tale, pro quo pœna ſanguinis eſt imponenda, non eſt ſufficiens ratio, vt circa tale delictum tranſactio ſit valida.*

7 *Licèt adulterium crimen ſit publicum, & capitale, circa illud tamen tranſactio nec licita nec valida eſt, & cur id fiat.*

8 *Circa raptum, in quo adulterium non interuenit, valida eſt tranſactio.*

9 *Circa ſtuprum non fit tranſactio, quòd nomine adulterij promiſcuè ſtuprum contineatur.*

10 *De iure communi maritus adulteræ, & pater adulteræ, qui, nihil matrimonio impediente, in poteſtate illam habebat, quamdiu emancipata non erat, ſed in poteſtate erat illius, præferuntur cæteris in accuſando de adulterio, & maritus patri in ea accuſatione, niſi maritus infamis ſit. Olim marito fas non erat vxorem accuſare, ſed facere diuortium. Pater & maritus debent adulteram accuſare intra ſexaginta dies vtiles, in quibus & iudex accuſationem poſſit audire, & maritus aut pater adulteræ nullum legitimum haberent impedimentum ad accuſandũ. Elapſis ſexaginta integris diebus, in quibus nec maritus nec pater adulteræ accuſent de adulterio, conA ceduntur quatuor alij menſes vtiles, qui cũ duobus præcedentibus efficiunt ſex menſes, in quibus maritus & pater, non quidem iam iure mariti & patris, ſed iure extraneorum, vna cùm cæteris extraneis admittuntur ad accuſandum de adulterio illo. Quãdo adultera tranſibat ad ſecundas nuptias poſt adulterium tempore prioris matrimonij commiſſum, accuſari non poterat ea adultera, niſi prius accuſato adultero.*

11 *Quamuis licita non ſit tranſactio circa adulterium, licita tamen eſt gratuita remiſſio delicti, & ceſſare licitum eſt ab accuſatione.*

12 *In criminibus capitalibus, ſi talia ſint, vt ſciens teneatur ea detegere, quia id præcipitur, vt ea pœna iudicis officio in commune bonum puniatur, neque valida neque licita eſt tranſactio, neque gratuita remiſſio.*

B

13 *Pro criminibus, pro quibus non imponitur pœna ſanguinis, licita non eſt tranſactio, quin potius reus circa illa tranſigens habetur pro confeſſo id crimen, puniriq; proinde debet pœna ſtatuta, aut ordinarie pro eo crimine imponi ſolita, niſi reus ſufficienter probet, ſe id crimen non commiſiſſe, idque feciſſe ad redimendam moleſtiam.*

14 *Quando circa crimen agitur criminaliter, ſiue publicum ſiue priuatum, tranſactio circa illud eſt nulla, reuſque tranſigens habetur pro confeſſo, quando circa crimen priuatum agitur ciuiliter ad pœnam parti applicandam, aut agi eo modo ciuiliter poteſt, quia nondum intentata eſt accuſatio, tunc valida eſt trãſactio & pactum gratuitum.*

C

15 *Sicuti tranſactio circa crimina capitalia inualida eſt ita gratuita pactio ſeu remiſſio criminum eſt inualida: diſcrimen verò inter tranſactionem & gratuitam pactionem hoc eſt; quod reus tranſigens circa eiuſmodi delicta cenſetur illa confiteri, ex pactione verò gratuita non cenſetur confeſſus delictum, neque manet infamis.*

16 *Quamuis crimen falſi publicum ſit, & vt plurimũ non puniatur pœna ſanguinis, in eo tamen valida eſt tranſactio ſicut in delictis capitalibus.*

17 *Accuſationem criminalem intentans, & poſt litem conteſtatam omnino non proponens accuſationem proſequi non interueniente abolitione eius criminis, incidit in pœnam quinque librarum auri, fiſco applicandarum, ſi crimen, de quo accuſabat, erat publicum, ſi erat priuatum punitur pœna iudicis arbitraria.*

D

18 *In euentibus, in quibus valida eſt tranſactio ex parte rei, ſi facta eſt non cum extraneo, ſed cum eo, cui accuſare reum incumbit, tunc ea tranſactio aut gratuita pactio non liberat talem reum, ita vt deinceps tranſactores aut remiſſores eum accuſare nequeãt: ſed iudex poteſt adhuc ex ſuo officio vlteriùs procedere.*

19 *In euentibus, in quibus valida eſt tranſactio ac pactio gratuita, intelligendum eſt id eſſe, modò fiat antequam aduerſus reum lata ſit ſententia ob id crimen, quæ in rem tranſeat iudicatam. Poſtquam enim pœna criminalis eſt à iudice impoſita, remiſſio illius non ſpectat ad partem offenſam, ſed ad principem.*

E

20 *Licèt ad principem ſpectet condonare, aut pœnam criminalem in mitiorem mutare, poſt latam ea de re vltimam ſententiam: quando tamen accuſauit aliquis, qui circa id crimen ſuam iniuriam eſt proſequutus, nec crimen gratis aut accepto pretio remiſit, non debet princeps de pœna qua eſt condemnatus remittere, ſine talium conſenſu.*

DE hac re priùs eſt dicendum, quid ius commune habeat: deinde verò Diſputatione ſequenti 1
quid in hoc regno, & in Luſitania, ſit cenſendum.

De

De iure autem communi prima concluſio eſt. In publicis criminibus, ex quibus pœna ſanguinis delinquenti imminet, licitum eſt ei cum accuſante tranſigere, ſiue ille ſit perſona ipſa offenſa, antequam ex hac vita diſcedat, ſiue aliquis alius, aliquid ei dando vt ab accuſatione deſiſtat, & delictum ex ſua parte condonet, licitum etiam eſt ei pactum gratuitum cũ accuſante efficere, quo accuſati, aut alicuius alterius, precibus gratis ab accuſatione deſiſtat, & delictum ſimiliter condonet. Excipitur adulterij crimen. Cõcluſio hæc habetur expreſsè l. tranſigere. C. de tranſact. cuius verba ſunt; *Tranſigere* (pretio ſcilicet aliquo dato, aut aliquid pretio æſtimabile) *vel paciſci* (gratis, vt ibi gloſſa exponit) *de crimine capitali* (excepto adulterio) *prohibitum non eſt*. Quòd autẽ ſermo ſit de publicis criminibus, & de crimine capitali preſsè, vt capitale dicitur, quod pœnam ſanguinis ingerit, vt gloſſa rectè ibi exponit, conſtat ex verbis, quæ continuò in eadem lege ſubiunguntur; ſic enim habent: *In alijs autem publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, tranſigere non licèt, citra falſi accuſationem*. Idem habetur. l. 22. titul. 1. par. 7. Rationem reddunt Azo, gloſſa ibi, Bart. & communis doctorum ſententia, quoniam vnicuique licet ſanguinem ſuum redimere, vt habetur. l. 1. ff. de bo. cor por. qui ante ſent. mort. ſibi conſciu. cuius verba ſũt: *In capitalibus criminibus à principibus decretum eſt, non nocere ei, qui aduerſarium corrumpit, ſed in his demum quæ pœnam mortis continent. Nam ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemptum voluit*. Idem habetur l. vlt. ff. de præuar. ibi, *præterquam in ſanguine*. cap. vlt. §. in omnibus. 2. quæſt. 3. concinit. l. 54. titul. 14. part. 7. Atq; in his conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 54. Padilla. l. tranſigere, num. 1. & 2. & à num. 31. & Iulius Clarus. 5. lib. ſent. §. vlt. quæſt. 58. num. 5. Affirmant verò doctores, concluſionem propoſitam non ſolùm habere locum in criminibus publicis, ſed etiam in priuatis, pro quibus imponenda veniat pœna ſanguinis, atque vniuerſim de omnibus criminibus, pro quibus pœna ſanguinis veniat imponenda, nihil diſtinguendo, an publica vel priuata ſint, loquitur l. 22. citata, & concinit l. 54. citata, quæ furtum inter eiuſmodi delicta computat, & l. 1. ff. de bon. cor. qui ante ſent. l. vlt. ff. de præuar. & cap. vlt. 2. quæſt. 3. & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Gregor. Lopez. l. 22. citata verb. *yerros*. Anton. Gom. num. 54. citato, Iul. Clar. vbi ſuprà. numer. 6. & Padilla loco citato. num. 7. qui id colligit ex. l. tranſigere, argumento à longè maiori ratione: ſi enim id licet in publicis criminibus, quæ grauiora eſſe ſolent, in maiuſque præiudicium publicum, vtique longè magis licebit in priuatis, quæ minus grauia eſſe ſolent, in minuſque præiudicium publicum.

2 Nomine criminis capitalis, hoc eſt, pro quo imponenda venit pœna ſanguinis, vt circa illud tranſigere liceat ac paciſci, intelligitur non ſolùm crimen, pro quo imponenda veniat pœna mortis naturalis, ſed etiam pro quo veniat imponenda pœna mutilationis: hæc enim ſanguinis pœna propriè dicitur: & quamuis de iure antiquo mentio de ea non fiat inter pœnas capitales, id ex eo fuit, quòd nõ fuerit eo tempore in vſu, ſed de iure Codicis fuerit introducta. Ita communis doctorum ſententia, quã referunt ac ſequuntur Greg. Lopez. l. 22. citata, verbo. *de miembro*, Padilla vbi ſupra num. 2. & Iul. Cla. quæſt. 58. citata, num. 7. eſtque hodie hæc ſententia diffinita l. 22. citata ibi; *de muerte o de cortamiento de miembro*.

3 Vtrum autem nomine criminis capitalis, ſeu pro quo pœna ſanguinis veniat imponenda, intelligi etiã

A debeat crimen, pro quo pœna flagellorum veniat infligenda, ita vt circa illud liceat reo tranſigere; atque adeò quamuis de iure communi permiſſa non eſſet tranſactio circa furtum, vt conſtat l. athletas. §. vlt. iuncta. l. ſequenti. ff. de his qui not. infam. hodie tamen vbi de conſuetudine pro primo furto imponitur pœna flagellorum, pro ſecundo pœna etiã flagellorum, ac abſciſſionis aurium, & pro tertio pœna mortis, vt Diſput. 695. dictum eſt, liceat, non ſolùm pro delicto ſecundi & tertij furti tranſigere, ſed etiam pro delicto primi furti. Alexander, & multi alij, quos Padilla vbi ſupra num. 10. & alij referũt, cenſent, flagellorum pœnam inter pœnas ſanguinis eſſe computandam, licitumque proinde eſſe reo, ſtãdo in ſolo iure communi, circa id crimen tranſige-
B re: in eaque ſententia videtur eſſe Anton. Gomez. num. 54. citato, vbi ait, in delicto, in quo imponenda veniat pœna mortis, aut quæuis alia corporalis, licitam eſſe tranſactionem: & Gregor. Lopez. l. 22. citata, verb. *de miembro*, licet in contrariam ſentẽtiam propendeat, ait fortè in hanc tanquam in mitiorem propter diuerſitatem opinionum eſſe inclinãdum, quando caſus occurret, eamque amplectitur Iulius Clarus quæſt. 58. citata, num. 8. Ego ſanè contrariã veram eſſe exiſtimo ſtando in iure communi cum Padilla & cõmuniori doctorum ſententia: quoniã pœna flagellorum non eſt pœna ſanguinis, quam proinde infligere poſſunt iudices Eccleſiaſtici, conſentitque ſatis apertè cum hac ſententia lex 22. citata.

C Padilla vbi ſup. nu. 13. cum Claud. & Purp. arbi- 4
tratur, ſi delictum eſſet tale, pro quo ſola tortura eſſet imponenda, locum habere tranſactionem. Ducuntur authentica vt nulli iud. §. quia vero nos. vbi habetur, diſſolutionem neruorum grauiorem pęnã eſſe abſciſſione vtriuſque manus. Contrarium arbitror eſſe verum: quoniam tortura non eſt pęna ſanguinis, cum iudices Eccleſiaſtici ad torturam procedant, vt patet in tribunali ſanctæ inquiſitionis. Qua etiam ratione neque in delicto, pro quo pęna aduſtionis in facie eſt imponenda, locum habet tranſactio, quicquid in contrarium dixerit Purpuratus, vt tandem Padilla vbi ſupra num. 14. annuit: quandoquidem membrum ea pęna non abſcinditur, & iudices Eccleſiaſtici illam imponunt, qui ad pęnam ſan-
D guinis non poſſunt procedere. Eadem ratione neque in crimine, pro quo imponitur pęna perpetui carceris, locum habet tranſactio, quicquid Panor. & quidam alij in contrarium dixerint: quoniam ea pęna capitalis preſsè ſumpta ac ſanguinis non eſt, à iudicibuſque proinde Eccleſiaſticis infligitur. Ita Gregor. Lopez vbi ſuprà, Padilla loco citato, num. 15. Iul. Clar. quæſt. 58. citata, numero 9. & alij, quos citant. Neque in crimine, in quo agitur de honore aut de amiſsione bonorum, quin & de ſeruitute, locum habet tranſactio: quia hæc non ſunt cauſæ ſanguinis. Ita cum alijs Padilla vbi ſuprà nume. 34. & Iul. Clar. quæſt. 58. citata, num. 10. Quando autem delictum eſſet, pro quo perſona Eccleſiaſtica reali-
E ter aut verbaliter eſſet degradanda ac tradenda brachio ſeculari, quoniam iudex ſecularis procedere poſſet ad pœnam ſanguinis, licita eſſet tali perſonæ Eccleſiaſticæ tranſactio circa id crimen, etiam ante degradationem, dum lis penderet, aut pendere poſſet coram iudice Eccleſiaſtico, qui procedere non deberet ad pœnam ſanguinis. Ita Gregor. Lopez vbi ſuprà, Padilla loco citato num. 16. & alij, quos citant.

Cum alijs, quos citat, affirmat Padilla vbi ſuprà à 5
n. 20. in cauſa ſanguinis filij poſſe patrem trãſigere: eo quod propriũ ſanguinẽ videatur redimere, neq; ex tali tranſactione induci probationem delicti filij, circa quod fit ea tranſactio: habentque hęc locũ, quic-

quicquid gloſſæ quædam in contrarium dicant, etiã ſi filius emancipatus extraque patriam poteſtatem ſit. Et multo magis licita erit tranſactio filij circa cauſam ſanguinis parẽtis. Annuit Padilla Riminaldo hæc extendenti ad quoſcũque alios propinquos tranſigentes circa cauſas criminales ſuorum propinquorum: tametſi non probet vlteriorem eiuſmodi extenſionem ad quoſcunque alios. Illum legito.

Tranſactio in cauſa ſanguinis non ſolum eſt valida, ſi facta ſit poſt inceptam accuſationem, de eo crimine, ſed etiam ſi facta ſit ante cæptam accuſationem, quando timor eſt ne accuſatio fiat, argumento l. 2. C. de tranſ. & affirmant Ant. Gom. num. 54. citato, Grego. Lopez. l. 22. citata gloſſa 1. & alij, quos citat, Padilla vbi ſupra nume. 24. idque conſuetudine eſſe receptum teſtatur Iul. Clar. q. 58. citata, nume. 2. tametſi cum multis alijs cõtendat, de iure cõmuni inualidam eſſe tranſactionem factam ante inceptam accuſationem, poſſeque, qui cũ reo ita tranſegit, ea tranſactione non impediente, illum de eo crimine accuſare.

6 Quòd accuſator in libello petat, vt reo pro aliquo delicto pęna ſanguinis imponatur, ſi delictum nõ eſt tale, pro quo pęna ſanguinis veniat imponenda, non eſt ſufficiens ratio, vt circa tale delictũ tranſactio ſit valida, quicquid perperam in contrariũ dixerint Albert. & Oldra. Imò quamuis pro delicto aliquo, vt pro homicidio doloſo, pœna ſanguinis de iure communi ſit ſtatuta, ſi tamen alicubi ſit ſtatutum, vt pęna ſanguinis non puniatur, ſed pecuniaria, aut ſimul etiam alia, quæ pœna ſanguinis nõ ſit, non valet circa tale delictum tranſactio. E contra verò, ſi pro aliquo delicto pęna ſanguinis nõ ſit ſtatuta, ſed iudicis arbitrio ſit puniendum; ſi tamen, attentis circumſtantijs omnibus concurrentibus, aut etiam conſuetudine loci, veriſimile ſit, pęnam ſanguinis fore pro illo re ipſa imponendam, valida circa id delictum erit tranſactio. Hæc omnia meritò affirmant Gregor. Lopez. l. 22. citata gloſſa *que recebirian*, ſatis conſonè ad textum ibi, Iulius Clarus. quæſtio. 58. citata, num. 17. Padilla vbi ſupra nu. 27. & 66. ac alij, quos citant.

7 Secunda concluſio eſt. De iure communi, licet adulterium crimẽ ſit publicum & capitale, pro quo ſcilicet ſanguinis pęna veniat imponẽda, circa illud tamen tranſactio nec licita nec valida eſt. Cõcluſio habetur expreſsè l. tranſigere. C. de trãſ. vt conſtat ex verbis ſuprà relatis, in quibus lex illa excipit à criminibus publicis ac capitalibus, ſeu pro quibus pęna ſanguinis infligitur, crimẽ adulterij, circa quod nec licitè nec validè fieri poteſt tranſactio: idem habetur l. de crimine. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. 22. tit. 1. par. 7. illis verbis: *Fueras ende ſi el tal yerro fueſſe de adulterio. Callen tal caſo como eſte no puede ſer fecha auenencia por dineros*. & affirmat communis doctorum ſententia, quam, inter alios, referunt ac ſequuntur Padilla vbi ſupra nume. 70. & Iulius Clar. q. 58. citata, num. 11. Atque quamuis de iure digeſtorum crimen hoc non fuerit capitale, ex lege tamen tranſigere, & ex l. 22. citatis, conſtat capitale eſſe de iure Codicis: cum exceptio a regula ſupponat crimen, quod excipitur, de numero illorum eſſe, de quibus regula loquitur. Idem conſtat ex l. quamuis. 2. in fi. C. ad leg. Iul. de adulter. ibi; *Sacrilegos nuptiarum* (qui ſcilicet eas fædant adulterio) *gladio puniendos eſſe ſtatuitur*; ex l. caſtitati. C. eod. titu. & ex §. itẽ lex Iulia de adulterijs, inſti. de publ. iudi. Neque, quòd poſtea de iure authenticorum in authentica, vt nulli iudicum. §. ſi verò quando, & in authentica ſed hodie. C. ad leg. Iul. de adulte. ſancitum ſit, vt adultera flagellis cęſa recludatur in monaſterio, id quod etiã habetur l. 15. titu. 17. par. 7. quicquam contrariatur l. 22. citatę: quoniam adhuc in adultero remanebat

A pęna mortis naturalis, vt habetur l. 15. citata, & conſtat, quoniam de iure authenticorum nihil innouatum reperitur quo ad adulterum: comparatione autem talis adulteri locum adhuc habet exceptio legis tranſigere, & legis 22. citatæ, quòd ſcilicet, eſto id crimen capitale ſit, pro quo ſanguinis pęna veniat imponenda, locum circa illud non habeat trãſactio. Circa adulteram autem locum non haberet tranſactio, etiam poſt ius illud authẽticorum; eo quòd crimen id poſt idem ius authenticorum maneret de numero eorum criminum, de quibus ſermo erit concluſione tertia ſequenti, circa quæ, vt videbimus, de iure communi locum habet tranſactio. Hodie verò de iure huius regni, ac Luſitaniæ, pœna mortis punitur adultera, vt infrà, quando de pęnis pro adulterio ſtatutis nobis fuerit ſermo, ſuo loco dicetur.

B Licèt autem alia crimina grauiora ſint, quã adulterium, vt homicidium eſt grauius, cur tamen circa adulterium non admittatur tranſactio, admittatur verò circa homicidium, variæ rationes redduntur à doctoribus, quos copioſius, quam alii, refert Padilla vbi ſuprà à num. 72. Fortaſſe autem ratio fuit, ꝙ cum ad hoc vitium plus, quàm ad homicidium & ad alia, homines afficiantur, ex eoque, præter ipſius grauitatem, ſequantur grauiſsima mala dedecoris mariti adulteræ, occaſiones cædium ac inimicitiarum, infectionis clarorum natalium, ſucceſsionis filij alterius ſpurij in bonis mariti adulteræ, ſordidũque valde ſit marito & conſanguineis adulteræ circa id crimen tranſigere, his omnibus, & alijs ſimili- 8

C bus rationibus permoti legumlatores, noluerũt admittere tranſactionem circa hoc crimen, quo magis euitaretur, impedirenturque prædicta omnia mala.

Dubium eſt, vtrùm circa raptum, in quo adulterium non interuenit, valida ſit tranſactio. Multi validam non eſſe affirmant, iuxta priorem ea de re ſẽtentiam, quam refert Gloſsa. 3. l. tranſigere. Cod. de tranſa. idque confirmant ex l. vnic. §. pœnas. C. de rapt. virg. in qua parentes, qui tranſigunt circa raptum propriæ filiæ, pęna deportationis puniuntur. Verba §. illius hæc ſunt: *Parentibus* (*quorum maxime uindicta intererat*) *ſi patientiam præbuerint, ac dolorem demiſerint, deportatione plectendis*. Vbi non ſola tranſactio prohibetur, ſed etiam non accuſare, 9

D aut ab accuſatione ceſſare, ſiue gratis, ſiue aliquo accepto pretio. Contraria verò ſententia, quòd ſcilicet valida ſit tranſactio circa raptum, non minus, quam circa homicidium, nihil impediente, quòd parentes tranſigere circa raptum propriæ filiæ, aut nõ accuſantes talẽ raptum, puniantur de iure communi ea pęna, affirmat cum Bart. communior doctorũ ſententia, quam referunt ac ſequuntur Gregor. Lopez. l. 22. citata, verb. *del adulterio*, eamque amplecti videtur gloſſa citata cum Ioanne, quem refert. Et probatur. Tum ex l. tranſigere citata, quæ non excipit raptum, ſed ſolum adulterium. Tum etiam ex l. ſi quis ſeruus. C. quib. excuſ. ſeru. pro pręm. libert. accip. ibi; raptus facinus diſſimulatione præte-

E ritum aut pactione tranſmiſſum. Hanc tamen ſententiam limitandam cenſeo, niſi ſtuprum cum raptu interuenerit, ſiue illa fuerit tunc virgo, ſiue vidua, iuxta ea quę de tranſactione circa raptum mox dicemus.

Dubium item eſt, num circa ſtuprum ſit valida tranſactio. Atque partem negantem ſuadet, quòd nomine adulterii promiſcue ſtuprum comprehendatur textibus iuris ciuilis, vt conſtat. l. inter ſtuprũ. ff. de verb. ſig. l. inter liberas. ff. ad leg. Iul. de adult. quare lex tranſigere excipiens adulterium, ſtuprum quoque excepiſſe ſimul videtur. In caſu autem, in quo pro ſtupro pęna ſanguinis veniat imponenda, communis doctorum ſententia cum Bart. eſt, licitã

eſſe

eſſe circa ſtuprum tranſactionem, quam referunt ac ſequuntur Iulius Clarus quæſt. 58. citata, num. 14. & Padilla vbi ſupra à num. 81. Quoniam ſæpe etiam adulterium ſumitur preſsè : atque in materia hac odioſa preſsè eſt cenſendum fuiſſe ſumptum lege trāſigere. Et quoniam rationes, ob quas lege tranſigere facta eſt exceptio circa adulterium, non ſimiliter locum habent in ſtupro.

Legi tranſigere, quatenus adulterium excipit, cōtrariari videtur authenticum vt liceat matri & auiæ. §. vlt. verſ. quæ igitur per præſentem, ibi; *aut amicabili compoſitione deciſa ſunt*: vbi apertè admitti videtur tranſactio ſeu amicabilis compoſitio circa adulterium. Gloſſa. 3. l. tranſigere, primò refert opinionem, quòd lex tranſigere per id authenticum ea in parte corrigatur : quam opinionem ea gloſſa non probat, ſicut nec doctores communiter eam probāt, atque apertè contrariatur legi 22. huius regni citatæ, quæ poſt id authenticum lata fuit, nec tranſactionem circa adulterium admittit. Eadem gloſſa, itemque gloſſa vlt. in idem authenticum, quas ſequuntur Bartol. & communior doctorum ſententia, dicunt in eo authentico, vt ſatis ex antecedentibus cōſtat, non eſſe ſolùm ſermonem de adulterio, ſed etiā de alijs criminibus, circa quæ locum habet tranſactio: atque verba illa; *aut amicabili compoſitione deciſa ſunt*; intelligi non de adulterio, ſed de alijs criminibus ibi ſimul commemoratis. Et quamuis Padilla & alij eam ſententiam impugnent; non video tamen, cur probanda non ſit. Padilla cum Baldo & alijs cenſet in eo authentico, & in authentica ſi quis ei. C. de adult. quæ ex authentico citato fuit deſumpta, ſermonem eſſe, vt perſpicuè ibi patet, de adulterio, & quibuſdam alijs fornicationis criminibus prę ſumptis ſolùm, quando ſcilicet maritus eum, quem ſuſpectum habebat adulterium machinari cum ſua vxore, ter in ſcriptis admonuit, ne cum illa colloqueretur, & poſtea inuenit eos ſimul in aliquo loco; tūc enim præſumptio eſt iuris & de iure ibi ſtatuta, eos adulterium commiſiſſe, vt ſtatim abſque alia probatione poſſint ac debeant de eo crimine puniri. Atq; circa hoc tantum adulterium præſumptum dicunt hi autores admitti eo in loco tranſactionem, non verò circa illud, de quo conſtat verum eſſe adulteriū: vnde id declarationem eſſe cenſent, & quaſi limitationem legis tranſigere, quòd ſcilicet lex tranſigere ſolùm excipiat adulterium verum, & authenticum citatum eam limitationem admittat circa adulteriū præſumptum. Ego verò potiùs probarem Barto. & communiorem doctorum ſententiam.

Eidem legi tranſigere, quatenus adulterium excipit, repugnare etiam videtur authenticum vt nulli iudicum. §. adulteram, & authentica ſed hodie. Co. ad leg. Iul. de adulter. quæ ex eodem authentico deſumpta eſt, liberumque marito relinquunt, ſibi vxorem ſuam adulteram intra bienniū copulare. Gloſſa. 3. l. tranſigere, primò ſoluit, quod id liceat tātum viro. Ea verò ſolutione ab eadem gloſſa ſpreta, tranſit ad ſecundam, quod ſcilicet id ei liceat, adultera prius punita verberibus & incluſione in monaſterio, vt ibidem ſtatuitur. Atque hanc ſolutionem amplectuntur Bartol. & doctores communiter, quos Padilla vbi ſuprà numero octuageſimo nono. refert, eaque expreſsè eſt ſancita. lex 15. titulo 17. parte 7.

Contra eandem legem tranſigere, quatenus adulterium excipit, opponitur. l. ſi maritus. 2. §. ſi negauerit. ff. ad leg. Iul. de adulter. quo in loco marito ac patri adulteræ (qui cæteris in accuſando de adulterio præferuntur) permittitur renunciare accuſa-
10 tioni. In lucem verò huius materiæ obſerua. De iure communi maritum adulteræ, & patrem adulteræ, qui nihil matrimonio impediente, in poteſtate

A de eodem iure communi illam habebat, quamdiu emancipata non erat, ſed in poteſtate erat illius, præferri in ea accuſatione. Ita habetur l. 1. §. ſi ſimul. l. 2. l. ſi maritus. 1. in princ. l. is cuius. §. marito. ff. ad legem Iuliam de adulter. l. quamuis. 2. C. eod. titu. l. 2. tit. 17. par. 7. & alijs iuribus. Si tamen maritus adulteræ infamis ſit, aut colludat, ei præfertur pater adulteræ, l. 2. citata. Obſerua deinde, maritum adulteræ quondam non potuiſſe illā accuſare, niſi facto priùs ab illa diuortio, vt habetur l. miles. §. volenti. l. is cuius. §. marito citato. ff. ad leg. Iuliam. de adult. Atq; ſi vxorem & adulterum deprehendiſſet in adulterio, aut aliter certò illi de adulterio conſtaret, tenebatur diuortium facere, alioquin de lenocinio puniebatur. l. 1. §. lenocinij. l. ſi conſtante ibi: Niſi priùs
B lenocinij maritum accuſauerit, quòd ſcilicet ſciens vxorem ſuam adulterium commiſiſſe, eam non dimiſerit, diuortium ab ea faciens l. mariti in princ. & l. ſi quis adulterium. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. crimen, & l. fine metu. §. vlt. Cod. eodem titul. Hodie verò de iure authenticorum fas eſt marito accuſare adulteram non facto priùs cum illa diuortio, vt patet in authentico vt liceat matri & auiæ. §. quia verò plurimas ibi; *repudio miſſo*, & in authentico vt nulli iud. §. adulteram, & in authentica ſed hodie. Cod. ad leg. Iul. de adulter. Vt enim ibi admittitur eam accipere de monaſterio intra biennium, cum l. adulterium citata prohibitum eſſet eam reuocare, ita cēſetur conceſsum diuortium non facere, atque idem habetur l. 2. & 3. titul. 17. part. 7. affirmantque Gloſ-
C ſa. l. conſtante verb. extra maritum. ff. ad leg. Iul. de adulter. & doctores communiter. Obſerua tertiò, de iure communi maritum & patrem adulteræ prę ferri cæteris in accuſando adulteram intra ſexaginta dies vtiles, in quibus & iudex accuſationem poſſet audire, & maritus aut pater adulteræ nullum legitimum haberent impedimētum ad accuſandum. l. ſi maritus. 1. in princip. l. miles. §. quidam. l. is cuius. §. marito. l. ſi maritus. 2. in prin. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. iure mariti. C. eod. titul. computatos, de iure quidem antiquo, à puncto diuortij ob tale adulterium facti, vt patet l. is cuius. §. marito. l. pater. ff. ad leg. Iul. de adulter. de iure verò authenticorum ac partitarum, iuxta quod neceſse non eſt facere diuortium, vt ſuprà eſt dictum, computandos à puncto
D ſcientiæ talis adulterij, ita vt intra id tempus nullus alius poſset accuſare, tametſi de iure antiquo intra id tempus accuſari poſset maritus de lenocinio, qđ cum ſciret adulterium vxoris, diuortium ab illa non faceret, nec eam accuſaret, ſi conſtaret illum ſcire tale adulterium, nec diuortium facere, vt vtrumque habetur l. conſtante. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. fine, & l. quamuis. Cod. eod. titul. de iure verò authenticorum & partitarum accuſari non poteſt ea de cauſa de lenocinio, cum non teneatur facere diuortium ab vxore adultera, vt ſuprà eſt dictum, ſed alii expectare debent tranſitum ſexaginta illorum dierum. l. is cuius. §. marito citato, niſi maritus & pater adulteræ intra id tempus renuncient tali accuſationi: nam
E tunc eo ipſo, quod renunciant, integrum eſt alijs accuſare intra id tempus, vt habetur l. ſi maritus. ſecūdo. §. ſi negauerit. Porrò ius peculiare accuſandi, quod intra eos ſexaginta dies conuenit marito & patri adulteræ, appellatur ius accuſandi iure mariti ac iure patris, l. miles. §. quidam. verſic. quod priuilegium, l. quæſitum in princip. ff. ad legem Iul. de adulter. & l. iure mariti. Cod. eod. titul. illique cedere cenſetur, ſi intra eos ſexaginta dies renuncient tali accuſationi. §. ſi negauerit citato, illud item amittunt, ſi intra eos ſexaginta dies non accuſent, vt habetur l. is cuius. §. marito citato, remanet tamē illis, nihil impediēte ea repudiatione, aut lapſu eorū ſexaginta dierum, ius accuſandi, quod competit quibuſ-

cunque

cunque alijs.l.miles verſ.citato.l.quæſitum,in prin. ff.ad leg. Iul.de adult.l.iure mariti.§.& cum.C.eo. tit.& l.3.tit.17.par.7.quin & præponi alijs debent, ſi cum aliis ad accuſandum concurrant;eo quòd ipſi præcipui ſint ac magis coniuncti adulteræ, ipſiq; maiori iniuria ſint affecti, ad eoſque proinde accuſatio præcipuè ſpectet. Quòd ſi maritus,poſt diuortium cauſa adulterij, vxorem reducat in ſuam domum,cenſetur illi parcere,neque poteſt proſequi iã accuſationem,aut de nouo vllo tẽpore illam intentare.l.quæſitum.§.vlt.ff.ad leg. Iul.de adult. Quãuis autem ſexaginta illi dies ſimul currere incipiant marito & patri adulteræ,ſi neuter accuſationem intentet,accuſationemve parare intelligatur, ſi tamen maritus accuſare velit, non prius currere incipiunt patri,quàm maritus accuſare deſiſtat,aut renunciet accuſationi, vt vtrumque habetur l.ſi maritus. 1.in princi. Item, ſi maritus aut pater adulteræ intra eos ſexaginta dies accuſent, aut accuſationẽ proſequantur,liberi manent a præſumpta calumnia, vt habetur l.auxilium.§.1.ff.de minorib. & l.quamuis.§.in primis.C.ad leg.Iul.de adult.& l.3. tit.17.par.7.nõ verò liberi manent a calumnia vera cõtra ipſos probata,vt habetur l.is cuius.§.marito, & l.pater.ff.ad leg.Iul.de adult.& l.3.in fine titu.17.par.7. Elapſis ſexaginta integris diebus,ſeu duobus menſibus, in quibus nec maritus,nec pater adulteræ accuſent de adulterio, conceduntur quatuor alii menſes vtiles, qui cum duobus præcedentibus efficiunt ſex mẽſes vtiles,in quibus maritus & pater adulteræ,non quidem iam iure mariti & patris, ſed iure extraneorũ, vnà cum cæteris extraneis admittuntur ad accuſandum de adulterio illo:atque,vt ſuprà dictũ eſt,maritus & pater,tanquam magis præcipui, præponẽdi ſunt aliis,ſi ſimul cum aliis ad accuſandum concurrant: ſecus autem ſi poſt inceptam ab aliis accuſationem ipſi ad accuſandum accedant: nam tunc ab accuſatione repellentur, præferendo eum aut eos, qui accuſationem iam intentarunt. Sex autem illi menſes vtiles excedere non debent quinquennium continuum, computatum à puncto commiſſi adulterii: nam elapſo quinquennio illo continuo, præſcribitur omnino actio,neque deinceps poteſt intẽtari:niſi in adulterio vis interuenerit:nam tũc actio eſt perpetua, nec præſcribitur minori ſpatio, quàm triginta annorum. Hæc habentur l. mariti à §.ſex menſium, iuncta l.miles.§.quidam,& l.quæſitum eſt in prin.ff.ad leg. Iul.de adul.l.iure mariti.l.adulter.C.eod.tit.& l.3.& 4.tit.17.par.7. Itẽ poſt duos priores menſes ſi maritus aut pater adulteræ accuſent,non habent id priuilegium, vt non teneãtur de præſumpta calumnia, quin, vt aliqui volunt,idque innuit l.3.citata, niſi abſoluant accuſationem intra eos ſexaginta dies, non habere illud idem priuilegium. De iure item Codicis l.quamuis.2. C.ad legẽ Iul.de adulter.idemque habetur. l.2.titu.17.par.7. meritò fuit ſancitum,vt interim dum diuortium nõ eſſet factum inter adulteram & maritum illius, aut matrimonium non eſſet diſſolutum morte mariti, nullus alius admitteretur ad accuſandũ de eo adulterio, niſi maritus, pater adulteræ, frater, aut patruus,vel auunculus illius, idque in fauorem matrimonii, ne fædarentur connubia. Et licet Gloſſa l. quamuis citata,verb.proximis, à multis approbata, voluerit,reliquos eſſe etiam admittendos, ſed connumeratos præferendos eſſe cæteris, contrarium tamen apertè intendit ac ſtatuit textus ille,idque perſpicuè definit l.2.citata. Illud etiam obſerua,de iure communi, quando adultera tranſibat ad ſecũdas nuptias poſt adulterium tempore prioris matrimonii commiſſum,accuſari nõ poterat ea adultera, niſi prius accuſato & conuicto adultero.l.miles.§.licet, & l.vim §.à nupta.ff.ad legem Iul.de adulte. quando tamen adultera vidua manebat, poterat accuſatio ab illa incipere.l.ſi maritus.2.§.vlt.ff. eod. titul. Item ſex menſes vtiles ad recuſandum conceſſi, in ea, quæ ad ſecundas nuptias tranſiuit, computari debebant à puncto diuortij, aut deſitionis prioris matrimonij: in vidua verò à puncto commiſſi adulterij,vt habetur l.mariti.§.ſex menſes citato. Illud poſtremò obſerua, quæ dicta ſunt, magna ex parte hodie locum non habere in hoc regno & in Luſitania: quoniam,vt Diſputatione ſequenti dicetur, de iure horum regnorum poſtea fuit ſancitum,vt ſolus maritus adulteræ accuſare poſset de adulterio, & nullus alius admitteretur, neque perſeuerante matrimonio,neque poſtea,adeò vt neque iudex procedere poſſit ex officio ad adulteram puniendam. Vnde ex his,quæ dicta ſunt,ſolùm habent in his regnis locum, quæ de tempore præſcriptionis actionis intra quinquennium, aut etiam intra triginta annos ſi vis interuenit, mariti quoque comparatione, dicta ſunt. His ita explanatis,ad obiectionem,occaſione cuius ea omnia dicta ſunt,eſt dicendum. In eo.§.ſolùm id permitti, vt maritus & pater adulteræ amittant ius accuſandi intra ſexaginta dies iure mariti, non verò vt poſtea non poſſint accuſare,vt explanatum eſt,idque ſiue certus eſset maritus de adulterio ſiue non,&,quòd certus non eſset, non vellet accuſare,cederetque iuri ſuo,quo adulteram, etiam ſolũ ſibi de adulterio ſuſpectã,poterat intra eos ſexaginta dies accuſare ſine periculo præſumptæ calũniæ, vt habetur.l.quamuis.2.C.ad leg. Iul.de adult. Neque,quod ita cederet iuri ſuo,liber manebat tempore eius legis, vt accuſari non poſset de lenocinio, ſi diuortium non faceret ab ea vxore, quàm certò cognoſceret adulterium commiſiſse, iuxta ea quæ dicta ſunt. Lege alias reſponſiones minùs ſolidas ad eam obiectionem apud Padillam vbi ſuprà nu.91.

Azo,Bart.& alii,quos referunt ac ſequuntur Padilla vbi ſuprà.n.95.& Greg. Lopez.l.22.tit.1.par. 7. verb. *el marido*, (tametſi alii reclament) cenſent de iure communi quamuis licita non ſit tranſactio circa adulterium, licitam tamen eſse gratuitam remiſsionem delicti, ceſsareque ab accuſatione: de qua re non poteſt eſse dubium, ſi iudicis autoritate, ipſis remittentibus,accuſareque ceſsantibus,aboleatur accuſatio: nam id apertè conceditur conſanguineis adulteræ.l.quamuis.2.§.ſed his perſonis. C. ad leg.Iul.de adul. non tamen de iure communi id impediebat,quominus iudex procedere adhuc ex officio poſset ad pænam imponendam, quatenus id crimen in præiudicium boni communis fuit commiſſum. Atq; quod in ſenſu explanato recedi gratis ab accuſatione poſsit,ac remitti adulterii delictum,definitum eſt.l.22. citata his verbis: *mas bien ſe puede quitar de la accuſacion el marido,ſi quiſiere,no recibiendo precio ninguno por ello.* 11

Illud eſt obſeruandum,in criminibus, in quibus pæna ſanguinis irrogatur,ſi talia ſint,vt ſciens teneatur ea detegere,quia id præcipitur, vt ea pæna iudicis officio in commune bonum puniatur, vtiq; neq; validam neque licitam eſse tranſactionem circa ea crimina,neque gratuitam remiſsionem,maximè cũ ad ſcientem non ſpectet ea crimina vlla ex parte cõdonare,quare non ſolum inualidæ eſsent omnes tales pactiones factæ cum delinquente,nulliuſq; prorſus eſsent effectus,ſed etiam ſciens ac non detegẽs, quive eſset impedimento,ne talia crimina punirentur, eo ipſo puniretur ipſe ea de cauſa, ſi talis culpa ipſius detegeretur. Quo fit,vt circa crimen læſæ maieſtatis humanæ,qđ ſciens detegere tenentur, vt impediatur ac puniatur, vt tractatu præcedente Diſp. 658.circa primum gradum eius criminis, §. lege. 6. ſubiungitur,eſt dictũ, itemq; circa crimẽ hæreſeos, & ſimilia alia,quę ſub pęnis excõicationis,aut alijs, 12

detegi

detegi præcipiuntur, locum non habeat tranſactio, nec gratuita pactio, ad vllum omnino effectum, ſed perinde habendæ ſint eiuſmodi pactiones, ac ſi non interueniſſent, vt nihil omnino impediant circa cognitionem eius cauſæ, atque circa obligationem ea denunciandi. Atque hoc eſt, quod Padilla vbi ſuprà à numero 96. & alij, quos citat, hac de re intendunt.

23 Tertia concluſio eſt. Pro criminibus, pro quibus non imponitur pæna ſanguinis, licita non eſt de iure communi tranſactio. Quin potius reus circa illa transfigens habetur pro confeſſo id crimen, puniri que proinde poteſt ac debet pæna pro eo crimine legibus ſtatuta, aut ordinariè pro eo imponi conſueta: niſi reus ſufficienter probet, ſe id crimen non commiſiſſe, idque feciſſe ad redimendam ſuam vexationem, vitandamque moleſtiam ac ſumptus litis.

Prima pars huius concluſionis, quod ſcilicet circa eiuſmodi crimina licita non ſit tranſactio; habetur. l. tranſigere. C. de tranſ. l. ſi quidem. §. vlt. C. de contrah. & committ. ſtip. & l. 22. tit. 1. par. 7. eamq; affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Padilla vbi ſuprà, num. 103. Ant. Gomez. 3. tom. variar. reſolut. cap. 3. num. 54. Iulius Clarus. quæſt. 58. citata, num. 15. Ratio autem eius ſanctioniseſt, ne crimina maneant impunita in boni communis præiudicium, quod non expedit, vt habetur. l. ita vulneratus. §. quod ſi quis, & alijs iuribus, quæ gloſsa ibi citat. Hinc verò Bartol. & alii, quos Padilla numero citato refert ac ſequitur, colligunt, ſtatutum puniens delictum aliquod, tanquam fauorabile, eſſe extendendum: quod alij, quos idem Padilla refert ac ſequitur, limitant, niſi ſanguinis pænam infligat: nam tunc quo ad eam pænam minimè erit extendendum; ſecùs vt id crimen puniatur, pæna ſaltem extraordinaria.

24 Dubium autem eſt, vtrum ea pars intelligenda ſit ſolùm de criminibus publicis, quæ pæna ſanguinis non puniuntur, an verò etiam de criminibus ſimilibus priuatis. Gloſſa. l. tranſigere verb. publicis, hoc dubium mouet. Et primò refert opinionem Ioan. à multis approbatam, intelligi videlicet ſolùm de criminibus publicis; quoniam de eis tantùm perſpicuè loquitur lex tranſigere, vt conſtat ex verbis illis, quæ ſuprà retulimus. Gloſſa tamen ibi optimè diſtinguit, quam amplectuntur Bartol. & doctores communiter, quos referunt ac ſequuntur Gregor. Lopez. l. 22. citata, verb. *ſobre yerro alguno*, Padilla vbi ſupra. numero 14. Anton. Gomez. num. 54. citato, & Iulius Clarus. quæſt. 58. citata, numero 16. Quoniam vel circa crimen aliquod agitur criminaliter, & tunc ſiue crimen ſit publicum, ſiue priuatum, tranſactio circa illud eſt illicita ac nulla, reuſque tranſigens habetur pro confeſſo: vel circa crimen priuatum agitur ciuiliter ad pænam parti applicandam, aut agi eo modo ciuiliter poteſt, quia nondum intentata eſt accuſatio, in poteſtateq; actoris eſt agere ciuiliter aut criminaliter, vt circa actionem iniuriarum Diſputatione 42. dictum eſt, valida ac licita eſt tranſactio, pactumque gratuitum circa id crimen, vt eadem Diſputatione 42. ex varijs iuribus eſt oſtenſum. Quia verò circa crimina publica nunquam agitur ciuiliter ad pænam ſolam parti applicandam, eaque de cauſa nunquam circa illa eſt licita aut valida tranſactio, idcirco lex tranſigere ſolùm meminit criminum publicorum: lex verò 22. citata de criminibus indiſtinctè eſt loquuta, comprehendens etiam priuata, quando de illis agitur criminaliter, aut agi non poteſt niſi criminaliter: nam tunc etiam circa illa eſt illicita inualidaque tranſactio. Ratio autem cur, quando agitur criminaliter, aut agi non poteſt niſi criminaliter, illicita inua-

A lidaque ſit tranſactio circa tale crimen, hæc eſt. Quoniam partes licèt præiudicare poſſint iuri ſuo, aut iuri, quod conceſſum ipſis eſt, vt in ſuum commodum id conuertant agendo ad pænam ſolam pecuniariam ipſis tantùm applicandam, vt circa actionem iniuriam Diſputatione 42. eſt dictum, aut circa furti actionem, ſtando in iure ſolo communi, vt patet l. poſt deciſionem. C. de furt. l. ſi pro fure in pri. ff. de condict. furt. l. in pignore, in fine. l. interdum. 2. §. qui tutelam. ff. de furt. & l. ſi tibi. §. quædam. ff. de pact. præiudicare tamen non poſſunt iuri publico, efficereque vt delicta non maneant impunita pænis, quæ actoribus ipſis non ſunt applicandæ, vt cõſtat. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. iuncta. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publican. & vectig.

B Hinc cum quibuſdam gloſſis, Bartol. & communi doctorum ſententia, rectè colligit Padilla vbi ſuprà numero 105. & 106. quando pæna eſſet applicãda fiſco, aut iudex ex officio procedere poteſt ad inquirenda & punienda crimina in bonum commune, vt in hoc regno procedere poteſt ad puniendas regulariter iniurias & furta, nihil impediente remiſſione, aut tranſactione partis offenſæ, tunc tranſactionem non valere, vt impediat iudicem procedere ad punienda delicta in commune bonum, & ad infligendam pænam fiſco applicandam. Neque eſſe ſatis confeſſionem partis, à qua furto fuit aliquid ablatum, qua dicat, ipſo minimè inuito, ſed conſentiente, rem fuiſſe vſurpatam, vt iudex procedere adhuc non poſsit ad inquirendum, an res ita habuerit,

C nec interuenerit verum furtum, vel potiùs verum interuenerit furtum, quod in commune bonum pæna condigna puniat.

Dubium eſt, vtrùm ſicut tranſactio circa crimina, quæ pæna ſanguinis non puniuntur, inualida eſt, 15
ita gratuita pactio ſeu remiſsio eorundem criminũ ſit inualida, Gloſſa l. tranſigere. verb. non licèt, refert quoſdam cenſuiſſe, validam eſſe: eo quòd cum ea lex circa crimina capitalia dixerit, tranſactionem pactionemque eſſe licitam; circa crimina tamen, quæ ſanguinis pænam non ingerunt, ſolùm expreſſerit, tranſactionem illicitam inualidamque eſſe, nihil de pactione gratuita loquens; de ſolaque tranſactione circa ea crimina ſequuta etiam eſt. l. 22. citata. Gloſſa tamen illa eam opinionem reprobat, eam-

D que ſententiam eius gloſſæ cum Bartol. amplectitur communis doctorum opinio, quam referunt ac ſequuntur Gregor. Lopez. l. 22. citata. verb. *pechando algo*, Iul. Clar. quæſt. 58. citata. nume. 19. & Padilla vbi ſuprà. num. 108. qui dicunt, inualidam quidem eſſe etiam gratuitam pactionem circa ea crimina propter eandem rationem, ne ſcilicet maneant impunita, hocque tantum eſſe diſcrimen inter tranſactionem in eiuſmodi delictis, & gratuitam pactionem, quòd reus tranſigens circa eiuſmodi delicta, cenſetur illa confiteri, efficiturque infamis ex tali tranſactione, tacitaque confeſsione eius delicti, quæ reputatur ac ſi reus idem crimen eſſet formaliter confeſſus in iudicio: ex pactione verò gratuita

E non cenſeri confeſſus delictum, neque manet infamis. Vtrumque conſtat ex. leg. in fiſci. ff. de iure fiſc. cuius verba ſunt: *In fiſci cauſis pacti cum delatoribus, pro confeſſis habentur, ſi modò pretium, vel modicum, dederunt*. ex lege vltima. ff. de præuaricat. quæ ſic habet: *In omnibus cauſis, præterquam in ſanguine, qui delatorem corrupit* (pretio, aut re pretio æſtimabili) *ex ſenatusconſulto pro victo habetur*, ex lex athletas. §. vltimo. ff. de his qui notantur infamia, ibi. *Pactusve erit, ſimili modo infamis ſit*, perinde ſcilicet ac ſi eſſet damnatus de eo crimine: rationemque reddit lex, quoniam, quæ ſtatim ibi ſequitur. *Quoniam*, inquit, *intelligitur confiteri crimen, qui paciſcitur*. Et quòd ſermo

mo ſit de pacto non gratuito, ſed de tranſactione conſtat ex l. furti, ſtatim ibi ſubiuncta. §. pactus, qui paragraphus hiſce verbis id exponit: *Pactuſvè*, inquit, *erit. Pactum ſic accipe, ſi cum pretio quātocunque pactus eſt: alioquin & qui precibus impetrauit, ne ſecū ageretur, erit notatus*, (infamia ſcilicet) *neque erit ueniæ ulla ratio, quod eſt inhumanum.*

Secunda verò pars cōcluſionis, quòd ſcilicet tranſigens circa eiuſmodi crimina, habeatur pro confeſſo, poſſitque proinde ac debeat puniri pęna eius criminis, conſtat ex iuribus proximè citatis, quæ eam perſpicuè probant, & habetur l. 22. citata, aitque ibidem Gregor. Lopez verb. *condenar*, poſſe illum condemnari ad eam pœnam ex eodem proceſſu, iuxta l. ſecundam, C. de abolitio. quæ habet, iudicem tunc ex officio procedere debere vſque ad pœnæ impoſitionem, etiam per inquiſitionem: quòd Gregor. Lopez intelligit, proſequendo proceſsum antea cęptū, eoque ſe adiuuando.

Tertia verò pars concluſionis, quòd ſcilicet, ſi reus probet ſe innocentem eſſe, taleque crimen non commiſiſſe, ſed id feciſse ad redimendam ſuam vexationem, & ad vitandum ſumptus & moleſtiam litis, non habeatur pro confeſso, neque in pęnam vllam incidat, ſed repetere poſſit, quod dedit, tanquam acceptum ob turpem cauſam ex parte accipientis, nulla turpitudine exiſtente ex parte dantis, habetur l. ſerui. C. ad legem Iuliam de adulter. l. ſi ab eo. ff. de calum. l. 22. citata, & affirmant Gloſ. vltima, l. vltima. ff. de præuar. & doctores communiter. Imò verò in hoc euentu, dans ita ad ſuam redimendam vexationem, agit ad pęnam quadrupli aduerſus accipientem intra annum vtilem à puncto, quo id dedit; & poſt annum ad pœnam dupli. Ita habetur l. 1. in princip. iuncta l. annus. ff. de calum. & l. 22. citata, affirmantque Gloſsa. l. ſerui verb. ad recipiendum, C. ad leg. Iul. de adult. & communis doctorum ſententia.

16 Quarta concluſio. Quamuis crimen falſi publicum ſit, & vt plurimum non puniatur pœna ſanguinis, in eo tamen licita validaque eſt tranſactio, ſicut in delictis, pro quibus pęna ſanguinis imponitur. Ita habetur l. tranſigere, & l. ſi ex falſis, in fine. C. de tranſaction. l. ipſe ſignificas. C. ad legem Corneliā de falſ. & l. 22. citata, conſentitque communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Gregor. Lopez ibi verb. *falſedad*, Iulius Clar. quæſt. 58. citata. numero decimo octauo. & Padilla vbi ſupra à numero decimo nono. Rationem potiſſimam, cur priuilegium hoc circa id crimen ſit conceſsum, reddunt doctores, quoniam, qui de crimine falſi cōdemnaretur incideret in admodum notabilem infamiam, inutiliſque hominum conuictui remaneret, eaque de cauſa iura voluerunt permittere tranſactionem circa hoc crimen, ſicut & circa crimina capitalia. Et quamuis Padilla vbi ſuprà multa contra hanc & alias rationes huius ſanctionis arguat, amplectenda tamen eſt, tanquam rationi ſatis conſentanea, ſuppoſita ea iuris diſpoſitione, & tanquā communis doctorum.

17 Qui accuſationem criminalem intētauit, & poſt litem conteſtatam omnino propoſuit accuſationem non proſequi, non interueniente abolitione eius criminis, vel priuata, iudicis videlicet authoritate facta, vel publica, facta principis aut legis authoritate, quod iura tergiuerſari in accuſatione appellant, in Turpillianum incidit, hoc eſt, in pęnam quinque librarum auri, fiſco applicandarum, ſi crimen, de quo accuſabat, erat publicum, vt habetur l. tertia, §. vltimo, ff. de præuar. & l. prima, C. ad Senatuſconſ. Turpill. Si verò crimen, de quo accuſabat, erat priuatum, non incidit in eam Turpilliani pęnam, ſed punitur pęna iudicis arbitraria pro criminis quali-

A tate, vt habetur l. ſi quis repetere. §. ſi Stellionatus. ff. ad ſenat. conſult. Turpillian. & conſentiunt quo ad hæc omnia leges aliæ vtriuſque tituli. C. ac. ff. ad Turpillian. communiſque doctorum ſententia. Hinc, ſi in criminibus, in quibus dictum eſt tranſactionem, pactionemque gratuitam, illicitas inualidaſque eſſe, quis poſt accuſationem circa illa intentatam, tranſigat aut pacto gratuito ab accuſatione diſcedat, pænas explicatas incurrit. Vtrùm autem, ſi tranſigat, aut gratis remittat delicta, circa quæ dictum eſt, validam ac licitam eſſe tranſactionem, pactumque gratuitum ex parte rei, accuſator nihilominus in pænas explicatas incidat. Affirmanter eſt reſpondendum, quando abolitio criminis, priuata aut publica, ſimul non interuenit, iuxta communem doctorum ſententiam, vt mox dicemus. Quando autē

B tranſactio, aut pactum gratuitum, facta eſſent ante accuſationem intentatam; tunc is, cui integrum erat accuſare, eaque via noluit accuſationem intentare, in eas pænas non incideret, ſiue crimen eſſet tale, circa quod illicita inualidaque eſſent tranſactio ac gratuitum pactum, ſiue non: quoniam tunc id non eſſet tergiuerſatio, deſiſtentiavè ab accuſatione iā intentata litis conteſtatione: in quo ſolo euentu pænæ illæ incurruntur.

Guido de Suza & pauci alij voluerunt, in euentibus, in quibus valida ac licita eſt tranſactio ex parte rei, ſi facta ſit non cum extraneo, ſed cum eo, aut cum eis, quibus accuſare eum reum incumbit, tanquam proſequentibus ſuam aut ſuorum iniuriam 18

C circa id delictum, tunc eam tranſactionem, aut gratuitam pactionem, omnino liberate talem reum, ita vt neque is aut ij, qui ita tranſegerunt aut remiſerunt, accuſare eum deinceps poſſint de eo delicto, neque aliquis alius de populo, neque iudex ipſe ex ſuo officio, ſiue ex eodem proceſſu, ſiue ex alio, quē de nouo efficiat, ſed talis reus liber omnino maneat: niſi ſit ſtatutum aliquod peculiare in aliquo loco, quod aliud præcipiat: nam tunc in eo loco ſtandum erit diſpoſitioni eius ſtatuti. Addit, eandem tranſactionem aut gratuitam pactionem validas ac licitas ſimiliter eſſe ex parte accuſatoris, ac proinde, eſto poſt intentatam accuſationem, factamque inſcriptionem, & datos fideiuſſores de accuſatione proſequenda, per talem tranſactionem, aut gratui-

D tam remiſsionem, ab accuſatione deſiſtat, non incurrere pænam Turpilliani. Quoniam, inquit, leges, quæ contrarium ſtatuunt, ſunt vniuerſales, & limitantur per legem tranſigere, quæ in cauſis ſanguinis, & in crimine falſi, permittit talem tranſactionem, gratuitamque remiſsionem: lexque tranſigere videretur decipere, ſi reum vel accuſatorem, virtute ac autoritate eius legis tranſigentes, obnoxios relinquerent pænæ alicui aliarum legum, quod eſt contra legem 1. C. de iis qui ven. ætat. imp.

Contrarium affirmat communis doctorum ſententia cum Gloſſa, tertia. l. tranſigere, & cum Bartol. ibi, quam referunt ac ſequuntur Panormitanus capitulo primo. de colluſ. vitanda, Syluester verb.

E accuſatio. quæſtione 11. Anton. Gomez. tertio. tom. variar. reſolut. cap. 3. num. 75. iuncto calce. num. 54. Gregor. Lopez. l. 22. citata verb. *en el cuerpo del accuſado*. Iul. Clar. quæſt. 58. citata. num. ſecundo. tertio. & quarto. Couar. 2. variarum reſolut. capitulo 10. numero quinto. verſic. nono, & Padilla vbi ſupra à num. 46. & à nume. 51. validam ſcilicet eſſe, tam ex parte rei, quàm ex parte accuſatoris, quo ad ipſos tranſigentes, aut paciſcentes, atque ad ſequentes dumtaxat effectus. Primus, vt reus propter tranſactionem, aut pactum gratuitum, non cenſeatur confeſſus crimen, neque illam incurrat pænam propter id pactum aut tranſactionem. Secundus, vt accuſari deinceps non poſsit ab eo aut ab eis, qui id pactum

aut

aut tranſactionem cum ipſo inierunt, neque proſequendo priorem proceſſum, neque alium ineundo, incipiendoque nouam inſtantiam. Tertius. vt proceſſus cum eo accuſatore aut cum eis accuſatoribus factus non ualeat, ſed ſi alius priuatus admittendus ſit ad accuſandum, vel iudex ex officio ſuo procedere debeat ad cognoſcendum de eo crimine, & ad puniendum reum, incipi debeat nouus proceſſus. Cæterum addit communis opinio, eam tranſactionem & pactionem non eſſe permiſſam ac validam ad effectum, vt reus non poſſit deinceps accuſari de eodem crimine à quocunque alio de populo, qui cum eodem reo non tranſegit, nec pactionem gratuitam fecit de eo crimine, & ut iudex non poſsit ex ſuo officio procedere ad inquirendum de eodem crimine, illudque puniendum in commune bonum: neque enim pactiones priuatorum præiudicare poſſunt communi bono, vt illa crimina maneant impunita, manus alligando iudici, vt non procedat ad illa inquirenda & punienda, vt ex officio ſibi incumbit in defectum accuſatorum, alioſque de populo impediendo, vt de illis non accuſent in eundem finem, vt ipſis in publicis delictis permiſſum eſt ac conceſſum, argumento. l. qui cetu. §. vltimo, ff. de vi publ. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. ad legem Iul. de adult. l. 2. C. de aboli. l. 3. §. ſi ad plures. ff. de ſepul. viol. & cap. 2. de colluſ. deteg. Antoniuſq; Gom. in calce, nu. 55. citati arbitratur, ſtãdo in iure communi, iudicem & quencunque alium de populo, qui de nouo accuſet intra triginta dies ab ea tranſactione, & pactione cum alijs facta, poſſe vti eodem proceſſu cum trãſigentibus antea facto, iuxta. l. libellorum. §. vlt. ff. de accuſationibus. Non tamen arbitror id eſſe verum ſtando in iure communi, præſertim in euentu de quo loquimur: quoniam diſpoſitione iuris perempta videtur omnino inſtantia per eam tranſactionem ac pactionem, & reddita omnino nulla acta antea inter eos tranſigentes ac paciſcentes: neque in eo euentu loquitur. l. libellorum, atque circa diſpoſitionem eius iuris lege, quę diſput. 43. concluſione 8. circa ſecundam eius concluſionis partem dicta à nobis ſunt. Quid autem hodie de communi conſuetudine quoad id ſit cenſendum, diſputatione ſequenti dicetur. Addit item communis opinio, non ita eſſe permiſſam ac validam in fauorem rei eam tranſactionem ac pactionem quoad ipſos tranſigentes ac paciſcentes inter ſe, quin accuſator, ſi ab accuſatione iam intentata abſque abolitione obtenta deſiſtat, incidat in pęnam Turpilliani ob eam tergiuerſationem ipſi minimè conceſſam, vt colligitur ex l. ab accuſatione. ff. ad Turpil. Confirmatur hæc ſententia, quoniam de iure communi licet hæredes interfecti validam cum interfectore efficiant tranſactionem, aut gratuitam pactionem ac remiſſionem circa interfectionem eius, in cuius bonis ſuccedunt, ad effectus ſupra explicatos, iuxta legem tranſigere. C. de tranſ. nihilominus de eodem iure communi incidunt in pęnam amittendi fiſco hæreditatem ex eo interfecto ad ipſos delatam; eo quòd interfectorem non accuſent vſque ad condemnationem, vltimam ve ea de re ſententiam, vt tractatu præcedente Diſp. 178. copioſè oſtenſum fuit: ergo, quòd tranſactio, & pactio gratuita, valida ſint inter trãſigentes quo ad effectus explicatos, non impedit, quòd accuſator in pęnas incidat accuſatori ſtatutas, ſi ab accuſatione deſiſtat. Ad legem autem 1. C. de his qui ven. ætat. imp. dicendum eſt, rectam rationem poſtulaſſe, vt id ita in eo euentu pronunciaretur, vbi in illis contractibus nulla culpa cernebatur ex parte minoris, qui eam veniam ætatis impetrabat, & ex parte eorũ, qui poſt eam viam celebrare cũ eo contractus vellent, neque eſſe eãdem rationem in re propoſita,

A 19 Illud poſtremò eſt obſeruandum, in euentibus, in quibus dictum eſt, validam eſſe tranſactionem ac pactionem gratuitam quoad effectus explicatos, intelligendum eſſe id, modò fiat antequam aduerſus reum lata ſit ſententia ob id crimen, quæ in rem tranſeat iudicatam: poſtquam enim pęna criminalis in commune bonum eſt à iudice impoſita, remiſſio illius, aut compoſitio circa id delictum, non ſpectat ad partem offenſam, ſed ad ſolum principem. Hoc aſſertum innuit apertè. l. 22. titu. 1. par. 7. illis verbis: *Si la auenencia fuere fecha ante que la ſentencia ſea dada, ſobre tal yerro como eſte, que uala, &c.* Quod Greg. Lopez. ibi, & Padilla, vbi ſup. à num. 40. meritò intelligunt de ſententia, quæ omnino trãſierit in rem iudicatam: nam ſi à non vltima ſenten- B tia ſit appellatum, aut adhuc perſeueret tempus, in quo ab illa poteſt appellari ac ſuſpendi appellatione, vel ſi in abſentia rei, quod noſtri *en reueldia* vocant, lata ſit ſententia, ita ut reus poſtea comparens audiri adhuc debeat, valida eſt tranſactio, & gratuita pactio, inter reum & accuſatorem ad effectus ſupra explicatos: eo quòd adhuc perſeueret inter eos lis ac contentio circa id delictum, habeatque accuſator, à quo deſiſtere poſsit, gratis, aut accepto, vt deſiſtat, pretio aliquo, aut re pretio æſtimabili. Aſſertum principale probant Gregorius Lopez & Padilla ex l. ſi cauſa cognita. C. de tranſac. & ex l. poſt rem. ff. eodem titu. quæ de tranſactione circa cauſas, controuerſiaſque ciuiles, ſolùm loquuntur: neque meo iudicio vllum eſt argumentum ab eis iu- C ribus circa illas controuerſias ad rem, de qua diſputamus, vt ex dictis tractatu præcedente Diſput. 556. facilè conſtat: quo in loco tranſactionem preſsè, quæ in illis controuerſijs præcipuè habet locum, duntaxat definiuimus, dicentes, eſſe de re dubia nõ gratuitam pactionem. Et quoniam, in ciuilibus poſt latam vltimam ſententiam, aduerſus quam nullus ſupereſt recurſus, & circa quam nulla iam remanet omnino controuerſia, nullum quoque remanet dubium ad quem res pertineat, locum non habet tranſactio, de qua ibi eſt habitus ſermo. Habet tamen locum gratuita pactio, qua gratis, mereque liberaliter, aliquid remittatur ac condonetur. In cauſis autem criminalibus, de quibus diſputamus, non eſt neceſſe crimen eſſe dubium, exitumque cauſæ ancipi- D tem, vt locum habeat tranſactio latius ſumpta, qua ob ius accuſandi reum, eumque puniri faciendi ob aliquod delictum, aliquid accipiatur, ſicque ab accuſatione ceſſetur, delictumque id condonetur, à ſuam aut ſuorum iniuriam proſequente, ad quem ſpectat id condonare, quatenus eo delicto ipſe, aut ſuus, fuit iniuria affectus. Itaque ſi ad remiſsionem delicti ſpectes, quatenus ad accuſantem, ſuam vel ſuorum iniuriam proſequentem, ſpectat delictum, pęnamque pro illo commeritam, remittere, vel gratis, vel pretio aliquo ea de cauſa accepto, vtique tranſactio, & gratuita pactio, non minus locum haberent, poſt latam vltimam ſententiam, antequam pęna exequutioni eſſet mandata, quàm ha- E beant ante latam ſententiam; eaque de cauſa ex iuribus citatis aſſertum propoſitum minimè colligitur, neque item ex l. ordo. ff. de publ. iud. ex qua colligi Padilla affirmat: ſed ratio eius aſſerti illa tantum eſt, quàm nos ſupra reddidimus, quæ ſufficienter id confirmat.

20 Quo loco obſerua, quãuis ad principem ſpectet condonare, aut commutare pęnam criminalem in aliam mitiorem, poſt latam ea de re vltimam ſententiã; quando tamen accuſauit aliquis, qui circa id crimen ſuam aut ſuorũ iniuriã eſt proſequutus, aut ius illi erat ad accuſandum, nec crimen gratis, aut accepto aliquo pretio, remiſit, non debet princeps quicquã de pęna ordinaria, in qua reus eſt condẽnatus, re-

remittere ſine talium conſenſu ac remiſſione, niſi poſtulante id non leui reipublicæ bono: eo quòd talis remiſsio cederet in iniuriam proſequentium eo iure talem litem, quibus tenetur princeps miniſtrare iuſtitiam puniendo reum pœna ordinaria, quam ſuo delicto, commiſſo in ipſorum iniuriam ac offenſam, commeruit.

DISPVT. 47.

Quid circa dictam diſputationẽ præcedentem ſit hodie dicendum, in his pręſertim Caſtellæ ac Luſitaniæ regnis. Et num in foro conſcientiæ licita ſit tranſactio in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *In delictis quæ iniuriam inferunt, aut ſimul etiam damnum alicui priuatæ perſonæ, duo ſunt conſideranda: vnum eſt iniuria ac damnum priuatæ perſonæ, aduerſus quam id delictum eſt commiſſum: alterum eſt publica iniuria, qua reſp. læſa manet, & illam condonare ad remp. caputve illius ſpectat: & procedere ad illam vindicandam, quando non eſt qui de ea accuſet, ad iudices ſpectat.*

2 *Quando nullus de crimine aliquo intentat accuſationem, iudex in ſeculari foro hodie iuxta conſuetudinem multorum regnorum, & de iure regni Hiſpaniæ, ſiue crimen ſit publicum ſiue priuatum, ex officio procedit ad inquiſitionem & punitionem in commune bonum.*

3 *Proceſſus iudicis ex ſuo officio ad inquirenda crimina de iure communi eſt extraordinarius, in defectum alicuius qui accuſet; proceſſus verò iudicis ad querelam & accuſationem alterius eſt remedium ordinarium.*

4 *Licèt ſuperuentio accuſatoris ceſſare de iure communi efficiat proceſſum iudicis ex ſuo officio via inquiſitionis, hodie tamen multis in locis iudices ex ſuo officio procedunt ad inquirenda quæcunque delicta, licet prius delinquens accuſatus ſit, & effectum eſt remedium hoc æquè ordinarium ac prius, aliquibus etiam in locis magis ordinarium, quam accuſatio à priuatis effecta.*

5 *Quia proceſſus iudicum ad punienda delicta via inquiſitionis, adhibito aliquo, poſtquam ſunt detecta, qui nomine publico accuſet, effectus eſt regulariter ęquè ordinarius ac accuſatio facta a priuatis, factũ eſt, vt in multis locis hodie de communi conſuetudine admiſceatur proceſſus iudicum ex ſuo officio via inquiſitionis cum proceſſu via accuſationis, quando ſe offert aliquis qui accuſet, ita vt fiat unus proceſſus mixtus, agente accuſatore priuato partes ſuas, et ſimul iudice partes reip.*

6 *Cum ad commune bonum ſpectet delicta puniri, & æquitas patiatur, vt remiſſa iniuria ab offenſis, ſiue gratis, ſiue tranſactione pro emolumento aliquo, mitiùs pro ſola iniuria & offenſa reip. facta puniãtur, quam pro vtraque iniuria & offenſa ſimul, fit vt de iure cõi, nihil impediẽte remiſſione partis offenſæ, nihilq; impediente tranſactione cum reo circa id delictum ab ea facta, & alij ad accuſandum admittãtur, & iudex ex ſuo officio procedat ad imponẽdam totam pœnam ordinariam eis.*

7 *In Caſtella ſtatutum eſt, fieri in delictis capitalibus (excepto homicidio) tranſactionem circa ea crimina cum accuſatoribus, cum iiſve, qui proſequendo ſuam aut ſuorum iniuriam poſſunt ante alios omnes accuſare, vt deinceps iudex procedẽdo ex ſuo officio non poſſit pro eis imponere pœnã ſanguinis, ſed aliam infra illam arbitrariam. Quamuis nonnulli in contrarium propendeant, & legem perperam explicent.*

8 *Legis verba defenduntur, & contraria explicatio retunditur.*

9 *Euentus, in quibus in Caſtella non ſufficit tranſactio cum reo aut gratuita remiſſio, vt non ſit reo imponẽda pœna ſanguinis, ſed in quibus, nihil impediente tali tranſactione aut remiſſione, tenetur iudex imponere pœnam ſanguinis atque ordinariam pro eo delicto ſtatutam.*

10 *Hæres interfecti hodie, licet poſt intentatam accuſationem aduerſus interfectorem cum eo trãſigat, vel illi gratis parcat, non amittit hæreditatem fiſco: quia non propterea iudex deſinit ex officio procedere ad puniendam offenſam atque iniuriam publicã remiſſa ab interfecti hæredibus iniuria priuata.*

11 *In Hiſpania nullus præter maritum poteſt adulteram accuſare, niſi ipſo conſentiente.*

12 *Duo hæc priora habent itidem locũ in Luſitania, ſaluis nonnullis euentibus.*

13 *Qui ſuam aut ſuorum iniuriam proſequuntur, accipere poſſunt pro condonanda iniuria præcisè ſumpta competens pretium.*

VT quod propoſitum eſt, explicemus, obſeruandum eſt. In delictis, quæ iniuriam inferũt, aut ſimul ẽt damnum, alicui priuatæ perſonæ, duo eſſe conſideranda. Vnum eſt, iniuria ac damnũ priuatæ perſonę, aduerſus quam id delictum eſt commiſſum. Atque accuſare de eo delicto ratione eius iniuriæ ac dãni ad vindictam ac pœnam cõpetentem ſpectat ad eum, in cuius iniuriã ac damnum id delictum fuit commiſsũ, aut ad eos, ſub quorum cura is eſt, quoſve ea iniuria attingit: ad quos ſimiliter ſpectat condonare eã iniuriam gratis, aut pro emolumento aliquo tranſactione ea de re cum reo ipſo ac delinquente facta, quatenus iure non fuerint hæc illis inhibita. His autẽ deficientibus, vtrumque ſpectat ad perſonas illis coniũctas, qui ſuorum iniuriã proſequi ea in parte dicuntur, vt diſputationibus præcedentibus explanatum eſt. Alterum verò, quod eſt conſiderandum in eiuſmodi delictis, eſt publica iniuria ac offenſa, qua reſpublica læſa manet, emolumentũque publicũ eiuſdem reipublicæ, ne ea delicta impunita maneant in commune bonum, & in aliorum exemplũ, vt timore pœnæ cæteri in officio contineantur, paxq; ac reipub. bonũ cõſeruetur. Condonare verò eiuſmodi iniuriam, ac pœnam ob illam commeritam, partemve illius, ad rempublicam ipſam, caputve illius, ſpectat, tanquam ad cuſtodẽ boni communis: quod caput id interdum rationabili ex cauſa poterit efficere, aut gratis, vel pro emolumento aliquo, prout poſtulare bonum commune, patique æquitatem, attentis circunſtantiis omnibus concurrentibus, iudicauerit. Procedere verò ad vindicandam eiuſmodi publicã iniuriam ac offenſam, ad pœnamque condignã pro ea infligendam, & ſimul etiam ad puniendum iniuriam priuatam, qñ non eſt alius, qui de illa accuſet, ſpectat ex officio ſuo ad iudices, qui, dum pars læſa, aut qui illius iniuriã proſequuntur, accuſant, & ipſi ſententias condẽnatorias ad illorũ accuſatiõnẽ proferunt, ſimul puniunt iniuriã priuatã ac publicam: ideq; efficiunt qñ iniuriã paſſus, & qui illius iniuriã proſequi dẽrent, nec remittunt delictũ, nec accusãt, quia absẽtes ſunt, aut aliqua alia rõne, idq; cõſtituẽdo aliquẽ, qui noĩe publico accuſet, vt ſtatim ſubiungemus. Qñ aũt pars lęſa delictũ remittit, aut, illa defuncta, qui illius iniuriã proſequũtur, idẽ delictũ remittũt, vel gratis, vel trãſactione facta pro emolumẽto aliquo, in euẽtibus, in quibus id illis pmittitur, vel de iure

de iure communi, iuxta ea quæ diſputatione præcedente explanata ſunt, vel ſtatuto, aut conſuetudine loci, tunc etiam iudices ipſi de officio puniunt eadem delicta, quantum à iure, vel communi, vel priuato, id illis permittitur ac conceditur, idque vel puniendo publicam & priuatam iniuriam in commune bonum, vel ſolam publicam, prout iure, aut conſuetudine, aliquorum regnorum eſt introductum, vt ſola tunc iniuria ac offenſa publica puniatur. Atque quando ex officio puniunt delicta, vel de quibus loquimur, vel alia, quæ in nullius priuati iniuriam cedunt, vt blaſphemiam, ſodomiam, & alia eiuſmodi, conſtituunt aliquem accuſatorem, qui nomine publico de illis accuſet, conſentaneè ad leg. ſecundã, C. de delatoribus, lib. decimo. ſolentque iudices in hoc regno in tribunalibus ſecularibus ciuitatum ac oppidorum deputare aliquem ex publicis procuratoribus, qui cauſas aliorum in iudicio agunt, vt de ſingularibus criminibus, quando ad iudicum notitiam deueniunt, atque inquiſitione facta ſunt iam detecta, accuſent, adhibito eis iuramento, vt fideliter accuſent, proſequanturque accuſationem vſque ad debitum finem. In prætorijs verò cancellariarum, itemque in tribunalibus eccleſiaſticis epiſcoporum, ac ſanctæ inquiſitionis, deputati eſſe ſolent fiſcales miniſtri, qui de eiuſmodi criminibus accuſent. Atque, vt diſputationibus præcedentibus fuit explanatum, quando crimina ſunt publica, aut priuilegium ea in parte habent criminum publicorum, ius commune ſtatuit, vt circa illa quiuis de populo accuſare poſſet, præferendo reliquis eos, qui ſuam aut ſuorum iniuriam proſequuntur, & modo præcedentibus diſputationibus explanato. Quando verò ſimul concurrunt multi ad accuſandum circa eiuſmodi crimina, iudex eligit aptiorem ex eis, qui tunc ſolus accuſet, niſi proſequantur ſuorum iniuriam, & ſint pares in gradu, nam tunc ſimul admittuntur ad accuſandum, vt in præcedentibus dictum eſt. Quod ad iudicem ſpectet eligere aptiorem, conſtat ex leg. ſi plures. ff. de accuſat. & ex alijs iuribus, quæ Atonius Gom. 3. tom. varia. reſolut. cap. 1. num. 35. citat, & quo ad hæc omnia legito eum, ibi, & nu. 10.

2 Obſeruandum eſt deinde. Quando nullus de crimine aliquo intentat accuſationem, iudicem in ſeculari foro hodie iuxta cõſuetudinem multorum regnorum, atque de iure huius regni. l. vndecima, titulo vigeſimo, lib. quarto fori, quæ eſt. l. 6. titul. primo, libro octauo, nouæ collection. ſiue crimen ſit publicum, ſiue priuatum, (exceptis paucis iniurijs, de quibus mentio fit. l. quarta, titulo decimo, eiuſdem libri octaui) iudicem ex officio procedere ad inquiſitionem & punitionem illius in commune bonum, vt Diſput. 42. & alijs ſequentibus dictum eſt. Et quidem quando infamia de nullo in particulari circa id crimen præceſſit, nullaque certa perſona de aliquo in particulari iudici denunciauit, quòd is illud crimen commiſerit, ſed iudici ſolum fuit ſignificatum tale delictum fuiſſe commiſſum, aut ipſe crimen aut indicia illius per ſe ipſum deprehendit, ſolum procedit ad inquirendum, an ſit commiſſum, & quis illud commiſerit, de nullo in particulari inquirendo, nũ is illud cõmiſerit, eſto incerta aliqua perſona ſcripto, aut alio via, ei ſignificauerit, quis illud cõmiſerit, imò & qui teſtificari poſſunt eũ illud cõmiſiſſe. Quando autem denunciatũ ab aliqua certa perſona iudici fuit, quis illud crimen commiſerit, idque in actis fuit ſcriptũ, aut quis de illo laboret infamia, ſimiliterq; in actis fuit id ſcriptũ, vel ipſe inquirendo de delicto, quis illud cõmiſerit, aut nũ aliquis (neminem in ſingulari nominando) infamia laboret illud cõmiſiſſe, deprehẽdit teſtimonio alicuius, quod in actis acceperit, quis illud cõmiſerit, aut

A quis laboret infamia illud commiſiſſe, vel indicia deprehendit ac in actis accepit, aliquem illud commiſiſſe, tunc iam deinceps procedit ad inquirẽdum etiam, num ille id crimen commiſerit: atque comperto ita via inquiſitionis, quis illud commiſerit, aut quis veriſimiliter illud commiſerit, procedit ad capturam talis delinquentis, ſi crimen, & probationes exceptæ, ſunt talia, vt procedendum ſit ad capturam: & ſiue delinquens capiatur, capiendúſve ſit, ſiue non, intentat deinceps iudicium aduerſus illum, conſtituto aliquo, qui eum accuſet, eoque citato vt compareat ad ſe defendendum, vt hæc omnia latiùs tractatu 5. explananda ſunt: interim verò, inter alios, legas Iulium Clarum. l. 5. ſent. §. vlt. quæſt. 3. & 5.

B Tertiò eſt obſeruandum. Vt Iulius Clarus. quęſt. 3. citata, num. 3. cum communi ſententia, quam refert, ait, de iure communi (Cæſareo præſertim) proceſſum iudicis ex ſuo officio, ad inquirenda ac punienda crimina, eſſe extraordinarium ac ſubſidiarium, in defectum alicuius, qui accuſet: proceſſum autem iudicis ad querelam ac accuſationem alterius ſiue is ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur, ſiue non, ſed ſit aliquis alius de populo, qui in criminibus publicis, & in ijs, quæ quo ad id priuilegium criminum publicorum habent, accuſet, eſſe remediũ ordinarium. Vnde numero quarto ſequenti cum communi etiam ſententia, quam refert, infert, de eo dem iure communi, cum ſecundum iuris regulas remedium ordinarium ceſsare efficiat extraordinarium, vtique, ſi adſit, qui accuſet plenè de eo delicto, ceſſare, locumque non habere, proceſſum via inquiſitionis, præſertim ſi nondum ſit inceptus. Quando autem proceſsus iudicis ex ſuo officio via inquiſitionis iam erat inceptus, ſubiũgit idem Iulius Clarus ibidem, numero quinto. recurrere doctores ad diſtinctionem Salyceti. l. ea quidem. Cod. de accuſationibus. numero 54. Quod ſcilicet, aut accuſator poſt inceptum eum proceſsum ſuperuenit ante receptas probationes, aut poſt illas receptas. Si ſuperuenit ante receptas probationes, tunc vel poteſt imputari negligentiæ accuſatoris, quòd non antea ad accuſandum acceſſerit, & in eo euentu non ceſſat inquiſitio iudicis, ſed repellitur is accuſator. Vel non poteſt imputari negligentiæ accuſatoris, quòd antea non acceſſerit, atque tunc, ſi proſequatur ſuã aut ſuorum iniuriam, auditur, ceſsatque proceſsus via inquiſitionis: modò tamen ſuſpectus non ſit de colluſione, hoc eſt, quòd non ſeriò velit accuſare, ſed multa aut aliqua ſubticendo ac prætereũdo, quæ accuſare aut obiicere poterat. Si verò neque ſuam neque ſuorum iniuriam proſequatur, non auditur. Quando autem accuſator accedit poſt receptas probationes, tunc, ſi delictum ſit probatum, repellitur accuſator, eſto ſuam aut ſuorum proſequatur iniuriam: ſi verò non ſit probatum, admittitur ad accuſandum.

D

Licèt autem hæc ita ſe habeant ſtando in iure cõmuni, atque ſuperuentio accuſatoris ceſsare de iure communi regulariter efficiat proceſsum iudicis ex ſuo officio via inquiſitionis, exceptis euentibus paulo antea explicatis: eo quòd ordinarium remedium ceſsare faciat extraordinariũ ac ſubſidiarium; hodie tamen, non ſolùm in hoc regno, iuxta l. 6. tit. 1. lib. 8. nouæ collect. & dicta Diſputat. 42. & ſequentibus, ſed etiam regulariter in alijs regnis de communi conſuetudine, aut etiam iuxta ſtatuta diuerſorum locorum, iudices ex officio ſuo procedunt ad inquirenda ac punienda quæcunque delicta in bonum commune, etiam priuata, modo ſupra explicato, effectumque eſt id remedium æquè ordinarium, ac illud aliud; imò aliquibus in locis effectum eſt magis ordinarium, quàm accuſatio à priuatis 4

effecta, vt cum communi doctorum ſentẽtia, quam citat & cum qua conſentit Anto. Gom. 3.tom.var. reſol.cap.1.in calce num.49. aitque ita conſuetudine eſſe receptum in hoc regno, affirmat hæc omnia Iul. Clar.q. 3.citata, num.6. Qui refert, Neapoli nullum admitti ad accuſandum, niſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur, & in Gallia regalibus ordinationibus prohibitam eſſe accuſationem criminalem, etiam ſi quis ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur, ſed ſolùm huic eſſe permiſſum agere ad intereſſe, iudiceſque ſolos procedere ex officio ſuo ad punienda delicta; ac ſimile quid refert ex Flandria, atque in tribunalibus ſanctæ inquiſitionis iudices ſoli procedunt ex ſuo officio ad inquirenda ac punienda delicta, quæ ad tribunal illud ſanctum ſpectant, nulluſque priuatus admittitur ad accuſandũ, ſed ſolùm ad denunciandum ac teſtificandum, ſoluſque miniſter fiſcalis, ad id deputatus, eſt qui accuſat; quia id poſtulat modus procedendi in eo tribunali, ad fidei puritatem conſeruandam, extirpandoſque errores, qui cum illa pugnant: atque propter modum procedendi in his tribunalibus commemoratis dictum eſt, aliquibus in locis proceſſum iudicis ex officio via inquiſitionis adhibito aliquo poſt delicta inueſtigata ac detecta, qui nomine publico accuſet, eſſe effectum hodie magis ordinariũ, quàm ſit in eiſdem locis accuſatio facta de criminibus ab aliquo ex priuatis hominibus, ſiue ſuorum iniuriam proſequantur, ſiue non.

5 Quia ergo hodie proceſſus iudicum ex ſuo officio ad punienda delicta via inquiſitionis, adhibito aliquo, poſtquam ſunt detecta, qui nomine publico accuſet, quando non ſe offert priuatus aliquis, qui accuſet, aut quando priuati deſiſtunt à cœpta accuſatione, effectus regulariter eſt æquè vt minimũ ordinarius ac accuſatio facta à priuatis, poſtulante id ita bono communi, ne crimina impunita maneant, inde conſequenter eſt effectum, vt in hoc regno, & regulariter in alijs, vt cum communi doctorum ſententia, quam refert, affirmat Iulius Clarus quæſt. 3. citata, num.7. hodie de communi conſuetudine admiſceatur proceſſus iudicum ex ſuo officio via inquiſitionis cum proceſſu via accuſationis, quando ſe offert aliquis, qui accuſet, ita ſcilicet vt ſimul fiat vnus proceſſus mixtus, agente accuſatore priuato partes ſuas, & ſimul iudice partes reipublicæ ac boni communis, inquirendo ſimul, & addendo ex parte ſua probationes, quas pro nata occaſione repererit, eſto eos priuatus accuſator non adhibeat, atque etiam accumulando & addendo eas, quas via inquiſitionis repererat ante aduentum accuſatoris. Quo fit, vt ſi procedere incepit iudex via accuſationis, & ſuperueniat poſtea priuatus accuſator, maximè qui ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur, quocũque tempore ſuperueniat ante latam vltimam ſententiam, admittatur ad accuſandum, ceſſetque ſolus accuſator nomine publico conſtitutus, ſi iam tunc conſtitutus aliquis erat, nec propterea deſinat prior proceſſus illucuſque cauſatus, ſed ille continuetur ac augeatur accuſatione talis priuati, & iudice cum illo agente partes boni communis. Si verò iudex procedere nõ inceperat, ſed ſolùm ad querelam & accuſationem priuati accuſatoris incipiat, tunc ſimul cauſetur vnus proceſſus mixtus, agente ſimul iudice ex ſuo officio partes boni communis, & accuſatore priuato partes ſuas ad ſuam particularem vindictam. Si autem accuſator priuatus ab accuſatione deſiſtat, tranſactione cum reo facta, aut gratuita remiſſione delicti, vel morte præuẽtus, non propterea deſinit prior proceſſus, ſimul à iudice ex ſuo officio cauſatus, ſed continuatur, ſubrogato, qui nomine publico eandem accuſationẽ, eundemque proceſſum, vſque ad vltimam ſententiam

A continuet. Quin & ſi aliquis priuatus ſuccedat in accuſatione, ait Ant. Gom. locis ſtatim citandis, de cõmuni conſuetudine continuari eundem proceſſum, vtendo probationibus in eo factis. Quo fit, vt in hoc regno, & regulariter in alijs, quod diſputatione præcedente dictum eſt, ſtando videlicet in iure communi, tranſactionem, gratuitamque pactionem, in euẽtibus, in quibus de iure communi ſunt permiſſa, inter alios effectus operari, vt proceſſus illucuſque factus reddatur nullus, & neque iudex ex officio poſſit illum continuare, ſed incipere debeat nouũ proceſſum, hodie locum non habeat, ſed cõtinuari poſſit ac debeat ad reum in commune bonum puniendum, vt, præter doctores, quos Iulius Clarus num.7. citato, & quæſt. 58.num.3.citat, affirmant Ant. Go
B mez.3.tom.var.reſol.cap.1.in calce.num.37. & ca. 3.in calce.num.55. Padilla vbi ſuprà nu. 47. & alij, quos citant. Quin & quòd tranſigens, aut gratis deſiſtens ab accuſatione, incidat in pœnam Turpilliani, ait Iulius Clarus quæſt. 58.citata in calce nu. 3. conſuetudine eſſe abrogatum: quod ortum habuiſſe arbitror ex eadem radice, quia videlicet ex eo, quod priuatus ab accuſatione deſiſtat, nullum hodie eſt impedimentum, quo minùs reus à iudice ex officio valeat ex eodem proceſſu puniri. Imò verò Iulius Clarus ibi addit, ex eo, quod accuſator tranſigat, aut gratis ab accuſatione recedat, nullam hodie incurrere in Italia pœnam, idemque eſt in hoc regno, & in Luſitania, vt infrà dicam.

Ex dictis meritò Iulius Clarus quæſt.3.citata, nu.
C 8. infert, ſuperfluam eſſe hodie practicam illam ex Bar. quam Alex. tradit, & qua iudices peritos ait Anton. Gom.3.tom.var.reſol.cap.1.num.17. in hoc regno vti, nempe vt, quando iudices procedere volũt ex officio circa aliquod delictum, priùs requirant offenſum, aut eos, qui circa id delictum ius habent proſequendi ſuorum iniuriam, vt ſi accuſare velint, compareant intra certum tempus, & accuſent, vt ſi intra id tempus non comparuerint, omnino excludantur; neque impedire poſtea poſſint ac reddere nullum proceſſum ex iudicis officio cauſatũ. Quamuis enim integrum iudici ſit id efficere, & repellere accuſatores, ſi intra tempus eis præſcriptum non cõpareant; ad eum tamen effectum, vt impedire poſtea non poſſint proceſſum ex iudicis officio inchoa
D tum, id hodie, vt dictum eſt, minimè eſt neceſſariũ. Infert etiam ibidem numero nono. ceſſare cautelã Cæpollæ, quòd ad retardandum iudicem, ne ſuper crimen ex officio procedat, accedat ad eum is, cui incumbit ſuam aut ſuorum iniuriam circa id delictum proſequi, & illi requirat, vt ſibi conſtituat terminum, intra quem ipſe accuſare debeat, quaſi intra eum terminum iudex officio procedere non poſſit. Ex dictis enim patet, procedere hodie poſſe, neque impediri eum proceſſum, eſto intra eundem terminum is alius ad accuſandum accedat. Infert præterea num. 10. ſuperfluam ſimiliter etiam hodie eſſe illam aliam Bartoli practicam ad euitandũ, ne accuſatio impediat inquiſitionem, vt ſcilicet, facta
E accuſatione, iudex ab accuſatore facultatẽ petat ac obtineat, vt procedere nihilominus ex ſuo officio poſſit: neque enim ad id accuſatoris facultate iam hodie indiget.

Poſtremò eſt obſeruandum, cùm ad bonum com 6
mune ſpectet, vt delicta puniantur, etiam quatenus iniuriam ac damnum priuatis inferunt, vt homines in officio contineantur, paxque ac reipublicę bonũ conſeruetur, & ſimul etiam æquitas patiatur, vt remiſſa iniuria ab offenſis, aut ab ijs, qui illorum iniuriam proſequuntur, ſiue gratis, ſiue tranſactione pro emolumento aliquo, mitius pro ſola iniuria ac offenſa reipublicæ facta puniantur, quàm pro vtraque iniuria & offenſa ſimul; niſi quando ex aliqui-

aliquibus peculiaribus cauſis commune bonum efflagitat, vt nihil impediente remiſſione partis læſæ, aut eorum, ad quos proſequi illius iniuriam ſpectat integre ac ſeuere delicta aliqua puniantur, non ſecus ac ſi remiſſa non eſſet talis priuata iniuria; inde efficitur, vt de iure communi, atque de conſuetudine nonnullorum locorum, quam Iulius Clar. q. 58. nume. 3. affirmat ſeruari in Italia, nihil impediente remiſſione partis offenſæ, aut illorum, ad quos ſpectat iniuriam illius proſequi, nihilque impediente tranſactione cum reo circa id delictum ab eis facta, & alij ad accuſandum admittantur, & iudex ex ſuo officio procedat ad imponendam totam pœnam ordinariam pro eo delicto ſtatutam, vtramque iniuriam, & offenſam integreque delictum in bonum commune puniendo: efficitur etiam, vt iuribus, aut conſuetudine aliorum locorum, ſi non adſint qualitates & circumſtantiæ, quę aliud poſtulent, quando pars offenſa, vel ij, ad quos ſpectat iniuriã illius proſequi, remiſerunt priuatam iniuriam ac offenſam, meritò aliquid de pœna ordinaria eius delicti remittatur, illam commutando in aliam longè mitiorem. Nuſſibi tamen expedit, vt princeps de plenitudine ſuæ poteſtatis punire deſinat delicta, eaque remittat omnino, non remittente parte offenſa, ijs ve, qui illorum iniuriam proſequuntur, iniuriam ac offenſam priuatam, neque id ſanè habet conſuetudo: eo quòd princeps adminiſtrare teneatur iuſtitiam offenſis, delicta in illos commiſſa uindicando ad illorum accuſationem ac petitionem. Et quando bono communi expediret, vitam delinquenti condonare, remittereque illi offenſam ac iniuriam publicam id eſſe deberet, vindicando mitius in illo iniuriam ac offenſam ſolam priuatam, vel ſaltem aliquid in competentem ſatisfactionem offenſis, eis ve, qui illorum iniuriam proſequuntur, elargiendo, quo offenſa ac iniuria ipſis illata compenſaretur.

7 His ita conſtitutis, in hoc Caſtellæ regno conſentaneè ad proximè dicta, lege 22. titu. 1. par. 7. in hũc modum fuit diſpoſitum: *E porque guiſada coſa es, è derecha, que todo ome pueda redemir ſu ſangre, tenemos por bien, que ſi la auenencia fuere fecha ante que la ſentencia ſea dada ſobre tal yerro como eſte, que vala quanto para no recebir porende pena en el cuerpo el acuſado.* Vbi vides diſponi, in delictis, pro quibus pœna ſanguinis eſt ſtatuta (excepto homicidio iuxta diſpoſitionem eius legis, vt ſtatim in ea ſubiungitur) tranſactionem circa ea crimina cum accuſatoribus, cum ijs ve, qui, proſequendo ſuam aut ſuorum iniuriam, poſſunt ante omnes alios accuſare, valere vt deinceps iudex, procedendo ex ſuo officio ad ea delicta in commune bonum punienda, non poſſit pro eis imponere pœnam ſanguinis, ſed aliam infra illam arbitrariam. Aitque Anton. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nume. 56. cum communi doctorum ſententia, quam refert, ſi id fuit intentum eius legis, ex ea diſpoſitione oriri reo exceptionem peremptoriam aduerſus iudicem volentem eum condemnare pœna ſanguinis, nulla ratione poſſe id efficere ob eius legis diſpoſitionem.

Anton. Gom. ibidem, nihil impedientibus verbis adeò perſpicuis eius legis, arbitratur, non id intendiſſe eam legem, atque adeò, nihil impediente ea diſpoſitione, poſſe poſt talem tranſactionem quemuis de populo accuſare de eo delicto eundem reum, & iudicem ex officio poſſe procedere ad illi imponendam pęnam ſanguinis ordinariã pro eo delicto ſtatutam, ſicut ante eam legem, ſtando in diſpoſitione ſola iuris communis, poterat id efficere.

Ducitur. Primò, quoniam leges partitarum regulariter non diſcordant à iure communi, vt conſtat ex illis verbis proęmij illarum; *hizo y ordenò las ſiete partidas ſabiamente, ſacadas de las leyes de los empera-* A *dores, y de las fazannas antiguas de Heſpanna:* ergo ea lex non corrigit ius commune, ſed iuxta illud eſt intelligenda.

Secundò, quoniam in cauſa ſanguinis non poteſt fieri compromiſſum inter partes, vt ſtetur ſententiæ iudicis arbitri, aut iudicio arbitratorum, vt habetur. l. 24. titu. 4. par. 3. & idem habetur de iure communi. l. non diſtinguamus. §. Iulianus. ff. de arbit. quod tamen intelligitur, non comparatione partium inte ſe, quaſi comparatione earum non valeat: ſicut enim tranſactio circa delicta, quæ ingerunt pœnam ſanguinis, valet comparatione partium inter ſe, vt Diſputatione præcedente oſtenſum eſt, ita cõparatione earundem partium valet compromiſſum, cum à tranſactione ad compromiſſum valeat argu- B mentum, imò compromiſſum ſit tranſactio latius ſumpto vocabulo, vt tractatu præcedẽte Diſp. 556. fuit oſtenſum: ſed id intelligitur ſolùm ad excludendum alium accuſatorem, atque ad impediendum iudicem, ne id delictum puniat in bonum commune: ergo leges partitarum, quæ cum iure communi admittunt tranſactionem circa ea delicta, quæ pœnam ſanguinis ingerunt, non intendũt impedire, quominus alius, ab accuſatore tranſigẽte cum reo, eundem reum accuſet, neque item iudicem, quominus ad imponendam eidem reo pœnam ordinariam, pro tali delicto ſtatutam, progrediatur.

Tertiò, quoniam ſi lex 22. relata intenderet ſtatuere, quòd deſiſtente accuſatore ab accuſatione, facta inter eum & reum tranſactione aut concordia, C remitteretur pœna ſanguinis pro eo delicto ſtatuta, ſanè diceret ac ſtatueret, id ſolùm habere locum, quando ipſemet offenſus, aut hæredes illius, vel eius cõſanguinei, quibus illius iniuriam proſequi incumberet, eam tranſactionem aut concordiam cum reo efficerent; quandoquidem ad eos principaliter id negotium ſpectat, eiſque iniuria illa facta eſſe cẽſetur: ſed lex illa ſimpliciter ac indiſtinctè loquitur, ſtatuens, reum poſſe pactum ac concordiam facere cũ quocũque accuſatore, etiam extraneo: ergo lex illa intelligenda eſt, vt ſolùm valeat ea diſpoſitio cõparatione eo modo tranſigentium, non verò comparatione cuiuſcunque alterius, qui accuſare velit, nec comparatione iudicis.

Confirmatur validè hæc ratio, quoniam ſi talis D concordia, aut tranſactio, cæteris omnibus noceret, ſequeretur, in poteſtate cuiuſcunque de populo, cuiuſcunque ve amici delinquentis, eſſe eripere illum à pœna ſanguinis, eum accuſando, tranſactionemque ac concordiam poſtea cum eo efficiendo, præſertim ſi offenſus eſſet interfectus, aut alia ratione non exiſteret, neque haberet hæredes nec conſanguineos, eſſetque ignotus alienigena: vnde facilè præberetur cauſa delinquendi, quod eſt valde abſurdum atque iniquum.

Ibidem Anton. Gom. refert, cùm à Pincianis iuſtitię miniſtris, reſidente in eo oppido Carolo Quinto cũ ſua curia, comprehenſus eſſet quidam ſimplex homicida doloſus, veniamq; is obtinuiſſet ab hęredi E bus & conſanguineis interfecti, tranſactione ac concordia cum eis facta, iudices nihilominus ſententiã mortis aduerſus eum homicidam tuliſſe: rogatuque eius homicidæ ac conſanguineorum illius, virum religioſum acceſſiſſe ad Carolum Quintum illique ſignificaſſe, eam ſententiam eſſe omnino iniuſtam, vtpote quæ apertè eſſet contra diſpoſitionem ex lege illa 22. relatam: Carolumque Quintum iuſſiſſe ſuſpendi exequutionem eius ſententiæ; vocatiſque iudicibus, qui illam tulerunt, eos interrogaſſe, cur aduerſus diſpoſitionem eius legis eam tuliſſent: ac iudices illos reſpondiſſe, idcirco id feciſſe, quòd lex illa non id intenderet, quod primo aſpectu videtur ſonare, & quòd, ſecluſa ea diſpoſitione, ſtando in iure com-

communi, ea pœna eſset illi imponenda: Carolumque V. vocaſse tunc aliquos ex ſupremis regijs Senatoribus, eoſque ea de re conſuluiſſe; maioremq; illorum partem approbaſſe eã ſententiam, eumque intellectum diſpoſitionis illius legis 22. ac Carolum Quintum iuſſiſſe tunc mandari exequutioni ſententiam illam à iudicibus illis latam.

Addit nihilominus ibidem Anto. Gom. quamuis ipſius ſententia ſit in puncto iuris veriſſima, interim tamen dum lex illa 22. non declaratur per principem iuxta ipſius opinionem, ſeruari ac practicari debere vt verba ſonant, ſeque conſulere, vt ita fiat: quoniam, inquit, communis error & practica redacta iam eſt in conſuetudinem, atque ita communiter ſeruatur ac practicatur in hoc regno: mutandaque non ſunt, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt. Addit etiam, ſe in Salmanticenſi ciuitate ita iudicaſſe ac practicaſſe, dũ aſſertor fuiſſet in quadam eiuſmodi cauſa cum iudice quodam, commutaſſeque penam mortis in aliam mitiorem multo arbitrariam infra pœnam ſanguinis, eamque ſententiam approbatam fuiſse in Pinciana regia Cancellaria à iudicibus criminis. Addit item, patrocinãdo pro pauperibus in eadem ciuitate, multos à mortis pœna, facta prius eiuſmodi tranſactione ac concordia, liberaſſe.

8 Ego autem cum Gregorio Lopez in eadem lege, verb. *en el cuerpo del acuſado*, & Villalobos, quos refert ac ſequitur Padilla vbi ſupra num. 50. exiſtimo, legem illam 22. eum intellectum habere, quem verba ſonant, & quem doctores ac praxis huius regni communiter ſequuti ſunt; intendiſſeque ſtatuere iuxta opinionem Bar. quam Iul. Clarus, q. 58. citata, num. 3. refert, atque iuxta id, quod patitur ęquitas, vt ſcilicet (quando aliud non poſtulat qualitas delicti, bonumque publicum) remiſſa iniuria & offenſa priuata ab eo, aut ab eis, ad quos eam remittere ſpectat, mitius puniatur delictum pro ſola iniuria ac offenſa publica, quàm eſset puniendum pro eadem iniuria & offenſa publica atque pro iniuria ac offenſa priuata ſimul, ſi legitimè non eſset remiſſa; eaque de cauſa ſtatuiſse, vt quando legitimè remiſsa eſset iniuria ac offenſa priuata delicti, pro quo pœna ſanguinis eſset ſtatuta, valeret ea remiſſio, vt non imponeretur pœna ſanguinis, vt perſpicuè lex illa ſignificat; ſed pœna illa commutaretur in aliam mitiorem arbitrariam, quæ ſufficienter puniret ſolam iniuriam ac offenſam publicam, ſicque elegiſse mediam quandam ſententiam, rationi ac æquitati valde conſentaneam, inter duas extremas ſententias, quæ erant de iure communi, quas vbi ſupra Gregor. Lopez refert, & nos retulimus diſputatione præcedente, vnam communem ac verã ſtando in ſolo iure communi, & alteram Guidonis de Suza, & paucorum aliorum ibidem relatam, ac falſam ſtando in eodem iure communi. Neque probo, quod ibidem Greg. Lopez addit, nempe diſpoſitionem illam legis 22. ſolùm habere locum, quando inter delinquentem & eos accuſatores, ad quos ſpectat remittere iniuriam ac offenſam priuatam, facta eſt vera tranſactio pro emolumento ac valore aliquo, quod ſit alicuius momenti, attenta quantitate iniuriæ ac offenſæ priuatæ; non verò quando remiſſio eſset facta gratis, aut pro tam modico emolumento, quod pro nullo reputaretur; quaſi ea lex ſolùm ſit intelligenda de tranſactione, nõ verò etiam de gratuito pacto, gratuitaque remiſſione iniuriæ priuatæ; & quaſi ea lex intenderit, quòd id emolumentum, quod in vera tranſactione datur pro remiſſione iniuriæ ac offenſæ priuatæ, ſit in partem pœnæ, rationeque eius partis pœnæ, qua reus eo ipſo afficitur, ſit illi remittenda pœna ſanguinis ac cõmutanda in aliam arbitrariam, vt vult ibi Gregor.

A Lopez. Neque enim arbitror hoc fuiſſe intentum eius legis, & cauſam motiuam, quæ ad eam diſpoſitionem induxit ſapientes illos cõditores eius legis: ſed ſolùm, quòd remiſſa ritè iniuria ac offenſa priuata, ſiue gratis, ſiue pro pretio aliquo, æquitas patiebatur, rectaque ratio poſtulabat, vt mitius puniretur ſola iniuria ac offenſa publica. Et quamuis lex 22. de qua loquimur, ſolùm meminerit tranſactionis, neque vllam fecerit expreſſam mentionem pacti gratuiti, vt ex toto diſcurſu illius patet; idem tamen voluit eſſe intelligendum de pacto gratuito: alioquin ſanè valde manca ac curta eſſet; cum lex trãſigere, cuius materiam integre illa tractat, de pacto gratuito fuerit etiam loquuta, vt ex dictis præcedente diſputatione liquet. Quòd autem lex 22. in verbis
B ex illa ſupra relatis, aliquid nouum diſponere voluerit ſupra id, quod lex tranſigere diſpoſuerat, mediamque viam eligere intenderit inter duas extremas opiniones, quæ erãt de iure communi (id quod non rarò leges partitarum efficere ſolent) accommodatæ ad Bartoli opinionem, & ad id quod æquitas patiebatur ac recta ratio poſtulabat, neque ſolùm id diſponere ſtatuerit, quod lege trãſigere, fuerat ſancitum, patet apertè ex verbo illo, *tenemos por bien*, &c. quod vt ibi Gregorius Lopez rectè obſeruat, inſolitum eſt in legibus partitarum, dum iuxta leges iuris communis diſponunt, nouumque ius particularemque diſpoſitionem apertè ſignificãt: quin vt bene Gregorius Lopez ibi ait, verbum illud *tenemos por bien* plus ſignificat, quàm volumus: quoniã
C idem eſt ac ſi diceretur, indulgemus. Item idem Gregorius Lopez, verb. *en el cuerpo del acuſado*, ex doctrina Baldi. l. tranſigere, notat, legem tranſigere ſolùm eſſe permiſſiuam quo ad tranſactionem, & pactum gratuitum in delictis, pro quibus ſtatuta eſt pœna ſanguinis; eaque de cauſa ait Baldus, tranſactionẽ, ex permiſſione eius legis circa cauſas ſanguinis factam, eſſe præcisè validam inter ipſos tranſigentes, neque impedire alios accuſare, neque iudicem procedere ex officio ad imponendam pœnam ſanguinis, non ſecus, ac ſi talis tranſactio non eſſet facta: ſi autem non eſſet permiſſiua ſolùm, ſed diſpoſitiua, vt eſt l. 22. de qua loquimur, impediuiſſet alios ac iudicem, quo ad id, quod diſponeret ac ſtatueret, vnde colligit Gregorius Lopez, iuxta doctri-
D nam ac mentem Baldi, legem 22. vtentem illo verbo, *tenemos por bien*, ac diſponentem, vt tranſactio valeat ad effectum, vt pœna ſanguinis non imponatur delinquenti, impedire, & alios deinceps accuſare talem reum, vt pœna ſanguinis illi imponatur, & iudicem ne ex officio illam ei poſſit imponere.

Ad primum ergo argumentum Antonij Gom. dicendum eſt, id regulariter eſſe verum, aliquando autem diſponere vltra id, aut contra id, quod de iure communi habetur, vt dictum eſt, nec Ant. Gom. id negare poteſt: vnde cõceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia.

Ad ſecundum, quod Antonius Gom. vocat nouum ac ineuitabile fundamentum pro ſua ſententia, & cui dicit non poſſe reſpondere, eſt facilè dicẽ-
E dum: Lege illa 24. & §. illo, Iulianus, ſolùm meritò diſponi, non valere compromiſſum in iudicem arbitrum, neque proinde tranſactionem, non ſolùm in cauſa ſanguinis, ſed etiã in alijs criminibus, in quibus punitio in commune bonum, & non præcisè in commodum accuſantis, ad poteſtates publicas ſpectat, & quatenus ſic ad illas ſpectat ex iuris diſpoſitione: id quippe, quod ad poteſtates publicas ſpectat in commune bonum, non poſſunt reus & accuſator impedire compromiſso in arbitrum ac tranſactione, vt eſt perſpicuum: ſic enim facilè rei euadere poſſent pœnas, quas ad rempublicam ſpectat eis imponere, vt cæteri timorẽ habeant, atque in officio con-

contineantur, paxque & bonum commune conſeruetur: inde verò (poſt diſpoſitionem huius regni. l. 22. citata, qua prohibitum eſt, facta tranſactione in cauſa ſanguinis inter reum & eum, aut eos, ad quos ſpectat remittere iniuriá ac offenſam priuatam eius criminis, iudicem imponere pœnam ſanguinis, ſolumque illi eſt relictum imponere pęnam mitiorem arbitrariam infra ſanguinem) licet ſequatur, non valere compromiſſum in iudicem arbitrum comparatione eiuſmodi pœnæ arbitrariæ; non tamen ſequitur, tranſactionem factam inter reum & eum, aut eos, ad quos ſpectat remittere iniuriam priuatam, non impedire poſt eandem diſpoſitionem. l. 22. iudicem imponere pro eo crimine pœnam ſanguinis: vnde nihil omnino repugnat. l. 24. tit. 4. par. 3. legi. 22. citata, intellectæ vt ſonat, & vt in praxi eſt communiter recepta. Quare ad argumentum in forma, neganda eſt in hoc regno vltima pars antecedẽtis poſt diſpoſitionem legis 22. citatæ, ſi ea pars antecedentis intelligatur quo ad pœnam ordinariam: ſi verò intelligatur quo ad ſolam pœnam arbitrariam infra pœnam ſanguinis, concedendum eſt totum antecedens, & neganda eſt conſequentia, quatenus ea infertur, legem 22. citatam nõ impedire iudicem, poſt tranſactionem inter partes legitimas factam, imponere pro tali delicto pęnam ſanguinis ordinariam.

Ad tertium dicendum eſt, legem illam non loqui de tranſactione facta cum extraneo accuſatore, ſed ſolùm cum offenſo, aut cum eo, vel eis, ad quos ſpectat primo loco proſequi iniuriam offenſi, eamque remittere: eos enim ſolos intelligit ea lex, dum dicit, *trabaianſe de fazer auenencia con ſus aduerſarios*, quos ſcilicet id negotium contigit, & ad quos ſpectat proſequi ſuam aut ſuorum iniuriam, eáque ex parte ſua remittere. Confirmatur, quoniam etiam remiſſiones delictorum, factæ in hoc regno à Rege nullam vim habent, neque intelliguntur ab eo factæ, niſi remittentibus antea offenſo, aut eis, quibus proſequi illius iniuriam incumbit, vt habetur. l. 1. titu. 11. lib. 1. ord. quæ eſt lex 1. tit. 23. lib. 8. nouæ collect. quæ ſic habet: *Los perdones generales, o eſpeciales, quæ hazemos, ſe entiendan, perdonando los enemigos,* (hoc eſt remittentibus offenſis ipſis, aut qui illorum iniuriam proſequuntur) *porque aſſi entendemos que cumple a nueſtro ſeruicio, y à pro de nueſtros reinos.*

Vnde ad confirmationem negandum eſt, inde ſequi, quemcunque de populo poſſe eripere malefactorem à pœna ordinaria, & efficere, vt pœna ſanguinis illi commutaretur in mitiorem extraordinariam: id enim ſolum poſſunt efficere in hoc regno offenſus ipſe, aut hæredes, vel conſanguinei illius, quibus primo loco incumbit proſequi iniuriam offenſi, vt dictum eſt.

9 Obſeruandum verò eſt, in aliquibus euentibus non ſufficere in hoc regno tranſactionem cum reo, aut gratuitam remiſſionem, factam ab offenſo, aut ab eo, vel ab eis, qui illius iniuriam proſequuntur, vt non ſit reo imponenda pęna ſanguinis, ſed nihil impediente tali tranſactione aut remiſſione, iudicem teneri imponere pœnam ſanguinis atque ordinariã pro eo delicto ſtatutam: quoniam etiam ſi Rex ipſe in eis euentibus remitteret, neque exprimeret remittere non obſtante eo euentu & qualitate, inualida eſſet remiſſio; eo quòd multum bono communi expediat in eis euentibus delicta non manere impunita, integra ac tota pœna ordinaria pro eis ſtatuta. Primus, ſi in delicto interuenit proditio, aut *aleue*, vel fuit commiſſum in curia, aut ſi interfecit ſagitta, aut puluere ſulfureo. Ita habetur. l. 1. titu. 11. l. 1. ord. quæ eſt. l. 1. titu. 25. lib. 8. nouæ collect. iuncta. l. 2. vtriuſque tituli, illis verbis: *De mas deſto, ſi el maleficio, de que demanda perdon, hizo en nueſtra corte, y ſi matò con ſaeta, o con fuego*, & affirmat Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. c. 3. num. 59. Addunt Gregor. Lopez. l. 22. citata, verb. *en el cuerpo del acuſado*, ad finem, & Padilla vbi ſupra num. 48. idem eſſe de quocunque alio crimine, quòd prudentis arbitrio ſit adeò tędum ac præiudiciale, vt reipublicæ non expediat minori pœna puniri, etiam pro ſola offenſa publica, quàm capitis, etiam ſi pars offenſa remitteret, quale eſſet crimen graſſatoris, & ſunt ſimilia alia. Vnde quia quando furtum pęna mortis punitur, nõ tam punitur ea pœna pro iniuria priuata, quàm pro publica, & quia ita expedit bono communi, ſanè, eſto pars offenſa remittat tale delictum, iudex nihilominus procederet ad pęnam mortis. Idemq; multo magis habebit locum in latrocinio cõmiſſo graſſando. Atque hæc eſt magis legitima ratio in furto, quàm illa, quam cum Paulo Caſtrenſi reddit Ant. Gom. vbi ſupra nume. 58. Accepi autem in Luſitania, etiam in furto, quando pars offenſa remittit delictum, puniri mitius delinquentem, neque ſolere ei imponi pœnam ſanguinis. Quod intelligerem, quã do furtum non eſſet admodum graue ac qualificatum. Cum enim leges eius regni pęnam mortis ſtatuant pro furto non multę quantitatis comparatione pœnæ adeò acerbæ, vt tractatu præcedente ſuo loco eſt dictum, mirum ſanè non eſt, ſi quando furtum non eſt admodum magnæ quantitatis, neque eſt qualificatum ſacrilegio, aut alia circũſtantia admodum graui, iudices, remittente accuſatore, non procedant ad pœnam ſanguinis.

Quando item idem delictum, pro quo pœna ſanguinis eſt ſtatuta, ſemel fuit remiſſum ab offenſo, aut à proſequentibus iniuriam illius, eaque de cauſa delinquens punitus non fuit pœna ordinaria, ſed alia mitiori arbitraria: tunc, ſi idem delinquens iterum illud committat, ſecunda tranſactio, aut gratuita remiſſio illius, eum non liberat à pœna ſanguinis pro eo delicto ſtatuta: quia amittit priuilegium lege conceſſum ei, qui, poſtquam ille liberatus eſt à pœna ordinaria pro aliquo delicto ſtatuta, iterum illud committit, hoc eſt, aliud numero eiuſdem rationis ac ſpeciei. Quoniam neque ſi princeps ſecundò remittat, prodeſt ei talis remiſſio, ut pœnam ordinariam pro eo delicto euadat, niſi principi, quando ſecundò remiſit, facta fuit mentio de priori delicto, & de priori illius remiſſione. Ita, iuxta. l. 3. C. de epiſc. audien. affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. cap. 3. citato, num. 60. & Padilla vbi ſupra num. 67. & duobus ſequentibus, & conſentit Nauar. lib. 1. conſiliorum, titu. de conſtitutionib. conſil. 1. q. 19. ad 3. eſtque hodie in hoc regno, quo ad remiſſionẽ factam à principe, ſancitum. l. 2. ti. 11. lib. 1. ord. quę eſt l. 2. ti. 25. lib. 8. nouæ collect.

10 Illud eſt addendum, hodie hæredem interfecti, licèt poſt intentatam accuſationem aduerſus interfectorem cum eo tranſigat, vel illi gratis parcat, non amittere hæreditatem fiſco, vt quotidie fit, vſuque eſt receptum, dictumque eſt tractatu præcedẽte Diſput. 178. in calce ſecundi euentus ibi explicati: quia non propterea iudex deſinit ex officio procedere ad puniendam offenſam atque iniuriam publicam, remiſſa ab hæredibus interfecti iniuria, & offenſa priuata, idque ex illo eodẽ proceſſu illucuſque cauſato, vt dictum eſt. Non item hodie, ob eandem rationem, incidit in pœnam Turpilliani ex eo, quòd tranſigat, aut gratis remittat delictum, pro quo pęna ſanguinis eſt ſtatuta, ab accuſatione que deſiſtat vt etiam eſt vſu receptum. Quin in cauſis, pro quibus pęna ſanguinis non eſt ſtatuta, eſto is, qui criminaliter accuſare cępit, ab accuſatione ac querela coram tabellione cauſæ deſiſtat, eaque deſiſtentia iudici præſentetur, vt non procedat deinceps ad puniendam

niendam iniuriam & offenſam priuatam, ſed ad puniendam ſolam publicam, quatenus ex officio illi incumbit, nō incidit hodie in Turpillianum propter eandem rationem, vt vſu etiā eſt receptum. Et quāuis deſiſtentiæ & remiſſiones eiuſmodi iniuriarum ac offenſarum priuatarum, pro quibus pœna ſanguinis non eſt ſtatuta, circa quas de iure communi nefas eſt tranſigere, vt Diſputatione præcedente eſt dictum, fieri non ſoleant coram tabellione pro emolumento aliquo, ſed ſolùm ſolent fieri gratis ac libere: ſæpe tamen fieri conſueuerunt pro emolumento aliquo, nihil de ea præuia conuentione non gratuita ſignificando tabellioni ac iudici. Neque id eſt hodie in conſcientiæ foro condemnandum: eo quòd ſciente id republica, miniſtriſve eius publicis ac tacentibus & permittentibus, fiat: eaq; conſuetudo derogauerit iuri communi ea in parte, vt de tranſactione ſimili circa adulterium facta mox dicemus: neque in foro conſcientiæ eiuſmodi tranſactiones ſint iniuſtæ aut inualidæ, vt in dubio vltimo huius diſputationis explanabimus.

11 Quod ad adulterium attinet, iam hodie in hoc regno, non alius à marito, ipſo non conſentiente, poteſt accuſare vxorem de adulterio, vt conſtat. l. 1. titu. 7. lib. 4. fori, quæ eſt. l. 1. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. iunctis alijs legibus eiuſdem titu. 20. Multo tamen expreſſior eſt. l. 3. tit. 7. lib. 4. fori, iuxta quam neque iudex ex officio poteſt aduerſus eam procedere inquiſitione, & poſtea accuſatione, vt Greg. Lopez. l. 2. titu. 17. par. 7. verb. *tan negligente*, affirmat, teſtaturque in praxi eſſe receptum. Quin neque maritus poteſt accuſare vnum adulterorum ſine alio, ſi vterque ſuperſtes ſit: atque, ſi accuſet, & probet delictū vterque tradendus eſt ei à iudice, vt eos, ſi velit, interficiat, in poteſtateq; ipſius eſt, illis parcere, etiam poſt latam ſententiam, neque poteſt vni parcere ſine altero, vt hæc omnia patent ex l. 1. & ſequentibus titu. 20. citati. Et quamuis de iure commuini. l. trāſigere, & l. 22. citata, nefas ſit eis parcere trāſactione facta, multique aſſeruerint, gratis de iure communi poſſe maritum eis parcere, idque expreſſum ſit l. mari. §. plectitur. ff. ad leg. Iul. de adul. & l. 22. citata vt vtrumque diſputatione præcedente eſt dictum; hodie tamen aliquid ſecretò interdum accipiunt aliqui infimæ ſortis, vt parcant, neque id punitur, diſſimulantibus idq; nō curātibus iudicibus, vt teſtatur Padilla vbi ſuprà nume. 95. Neque id eſt damnandum in foro conſcientiæ propter conſuetudinem, reipublicęque tacitum cōſenſum ac permiſſionem. In foro tamen exteriori nō admitteretur, vt de eiuſmodi tranſactione & remiſſione non gratuita fieret ſcriptura publica. Et multo minus concederetur in foro exteriori actio ad petendum, quod ob eiuſmodi remiſſionem eſſet marito promiſſum: quin potius puniretur maritus, qui tale quid in foro exteriori attentaret, lenocinij circa propriam vxorem: eſſetque contra bonos mores tale quid permitti fieri publicè, & occaſio vt viles ſpe lucri permitterēt adulteria cum ſuis vxoribus. In remiſſionibus ergo, quæ in exteriori foro à maritis fiunt adulteris, ſola gratuita remiſſio aut ſola remiſſio ſonat, nulla omnino mentione facta de emolumento ea de cauſa accepto aut promiſſo: imò verò, ſi talis mentio fieret, conſentiente marito, puniretur maritus de lenocinio, vt dictum eſt.

12 Dicta duobus paragraphis præcedentibus ſimiliter habent locum in Luſitania. Excepto, quòd maritus parcere poteſt vxori adulteræ, non parcendo adultero: in eo tamen euentu adulter non punitur pęna mortis: atque, eſto maritus parcat etiam adultero punitur nihilominus pęna exilij: adultera tamen eo ipſo, quòd ei parcit maritus, libera omnino dimittitur, eſto poſt ſentētiam mortis, aduerſus eam latam,

A illi parcat. Neque adulteri marito traduntur in eo regno puniēdi, ſed miniſtri publici illos interficiūt: Solus item maritus accuſare in eo regno poſt adulterium: & neque iudices de illo poſſunt inquirere, & eſto inquiſitione illud deprehendant, non poſſunt procedere ad illud puniēdum, niſi maritus accuſet. Hæc autem intelliguntur, modò adulterium ſit ſimplex, neque habeat adiūctum inceſtum, raptum, aut fugam adulteræ de domo mariti, aut adulterium ſit commiſſum cum infideli, neque habeat qualitatem aliam, ob quam puniri etiam debeat adultera, aut adulter, aut vterque ſimul: nam tunc & alij poſſunt eos accuſare, & iudex procedere poteſt ex officio ad illa crimina ſuper addita punienda: & eſto maritus adulterium remittat, procedit Iudex ad illa crimina B ſuperaddita præcisè punienda. Hæc omnia habentur lib. 5. Luſitanarum ordinationum, titu. 15. Idque, quod de criminibus cum adulterio coniunctis ordinatione illa Luſitana eſt ſancitum, ait Gregor. Lopez. l. 2. citata verb. *tam negligente*, habere ſimiliter locum in hoc regno, conſentiuntque alij, quos citat.

13 Dubium eſt, vtrum ex natura rei, qui ſuam aut ſuorum iniuriam proſequuntur, proſequive accuſando poſſunt, iuſtè aliquid accipiant pro condonāda iniuria, remittendoque iure, quod ad accuſandū ſumendamque iuſtam vindictam de delinquente habent. Ioan. Med. de reſt. q. 29. ad finem ait: Si id accipiant pro damno, quod à delinquente acceperunt, atque ad æqualitatem in recompenſam eius C damni, tunc iuſtè illud accipere, neque reſtituere teneri, quod ita accipiunt. Si verò, inquit, aliquid vltra quantitatem ac valorem damni accipiant, ne cōtra delinquentem criminaliter agant, tunc iniuſtè id accipere, teneri illud reſtituere: eo quòd non ſua ſed reipublicæ interſit, criminoſos puniri. Quicquid autem Medina his verbis ſenſerit, arbitror, eiuſmodi homines pro remittenda iniuria præcisè ſumpta à damno dato, & vt deſiſtāt ab accuſando, vt iure proſequendo ſuam aut ſuorum iniuriam poſſunt, accipere poſſe competens pretium: falſumque eſſe, ſoli reipublicæ intereſſe, vt delinquentes puniantur: ſimul quippe ſua offenſorum intereſt, & illorum loco intereſt etiam eorum, qui illorum iniuriam proſequuntur, vt de priuata iniuria ipſis aut ſuis illata cō- D petens vindicta ſumatur. Ea enim de cauſa iura ſtatuerunt, vt in iniurijs priuatis, quæ non expediret reipublicæ ſolùm criminaliter puniri vnà cum iniuria & offenſa publica, poſſent offenſi agere, vel criminaliter vel ciuiliter ad pœnam pecuniariam ipſis applicādam pro iniuria & offenſa accepta: quare cū, quando ciuiliter agunt, licitè pro offenſa accipiant pœnam pecuniariam offenſæ proportionatam ipſis adiudicatam, licitaque ſit eis tranſactio ex natura rei pro condemnatione iuris, quod habent ad eam pœnā exigendam; conſequens profectò eſt, vt quando criminaliter agunt, agereve poſſunt, licita etiam ſit eis tranſactio pro condonatione iuris, quod habent ad proſequendam accuſationem, vt in vindi- E ctam, pro iniuria ipſis, aut ſuis illata, iuſtam pœnam corporalem delinquentibus imponi efficiant: vnde fit, vt qui eo modo tranſigunt, damnandi in foro cōſcientiæ nō ſint, neque reſtituere ſint iubendi, quod accipiunt, modò commenſuratum ſit iniuriæ, iurique, quod ad accuſandum habent, conſentitque Couar. 2. var. reſ. cap. 10. nume. 7. verſ. ſecundum, additque, tranſigentes repetere poſſe in iudicio, quod tali tranſactione eſt eis permiſſum, intellige in euētibus, in quibus tranſactio eſt permiſſa. In eandem ſententiam citat Ionnem Medina. Medina tamen, quod proximè ex ipſo eſt relatum, affirmat, Qui autem neque ſuam neque ſuorum iniuriam proſequuntur, nihil poſſunt accipere, vt ab accuſatione deſiſtant, aut

vt non

vt non accuſent; præſertim quando nulla pœna pecuniaria eſſet illis à iudice applicanda ob crimen illud, circa quod accuſabant, accuſareve poterãt. Ratio autem eſt, quoniam in tali trãſactione, nec ſuam nec ſuorum iniuriam condonant, neque ad eos ſpectat condonare iniuriam publicam, vnde iuſtum titulum non habent, ratione cuius aliquid iuſtè accipiant: quo fit, vt in eiuſmodi hominibus locum habeat Medinæ opinio.

DISPVT. 48.

De remiſſionibus delictorum, tam generalibus, quàm particularibus, à principe factis, quo uſque valeant, & de reſtitutione damnatorum in priſtinum ſtatum.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio delictorum à Principe facta duplex eſt: quædam generalis, & quædam particularis. Generalis alia fit certa lege, alia abſque lege. Particularis remiſſio fit, quando crimen, quo reus tenetur obſtrictus, licèt impunè maneat, non multum reip. nocet.*

2 *Princeps in particulari ſæpe delictum remittit propter miniſterium aliquod dignum & præclarum facinus delinquentis, aut patris, aut aui.*

3 *Non expedit Principem delicta remittere, quando reus accuſatores habet, qui ſuam aut ſuorum iniuriam proſequantur, quoniam ius illis dicere tenetur & vindicare pœna competenti intra limites iuſti in iurias illis factas: itemque quando reus tales accuſatores non habet, cæterum crimen eſt tale, vt reip. minimè expediat, attentis circunſtantijs, illud manere impunitum. Quando verò ex vna parte reus haberet accuſatores, & ex alia circunſtantiæ grauiter poſtularent, vt delinquenti pœna condonaretur, mortis ſaltem, aut corporalis, Princeps quidem remittere eam partem pœnæ omnino poſſet, quæ reſponderet iniuriæ reip. factæ: eam verò quæ reſpondet iniuriæ priuatæ, teneretur compenſare. Quando non adſunt circũſtantiæ, quæ non leniter contrarium ſuadeant, tenetur Princeps vindicare delicta, ſi reus accuſatores habeat, qui ſuam iniuriam perſequantur.*

4 *Quid circa generales remiſſiones in Hiſpania ſtatutum ſit.*

5 *Quid circa remiſſiones particulares per Principem in Hiſpania lege ſancitum ſit.*

6 *Quid ſit ordinatum in Hiſpania circa remiſſiones delictorum, tam generales quàm particulares, circa quædam crimina quæ ſub iuriſdictionem* de la her mandad *cadunt.*

7 *Ad ſupremos Senatores in Luſitania ſpectat accipere petitiones, quibus remiſſiones delictorum petuntur, eaſque expedire cum Regis approbatione, atque ad eoſdem ſpectat expedire cum Rege inſtrumenta remiſſionum delictorum.*

8 *Non ſpectat ad iudicem à Principe deputatum crimina remittere, quorum remiſſio petitur, ſed ad ſolum Principem, idque ſiue nondum lata ſit aduerſus talem reum ſententia, ſiue ſit lata, & condonatio pœnæ ac reſtitutio delinquentis in priſtinum ſtatum petatur.*

9 *Quando crimina remittuntur à Principe ante ſententiam aduerſus reum datam, cenſentur omnia condonata, quæ ob illud crimen incurruntur, niſi aliud exprimatur, neque reus manet infamis, eſto ob illud crimen infamiæ pœna incurreretur.*

10 *Quando crimina remittuntur à Principe poſt latam ſententiam, ſi ſolùm dicat ſe remittere id delictum, & nihil aliud addat, ſolùm cenſetur illi remittere pœnam corporalem, non verò aliam pecuniariam, nec pœnam infamiæ.*

11 *Si verò princeps delictum condonans dicat, reſtituo te in integrum, aut in ſtatum priſtinum, tunc etiam pecuniaria omnis pœna confiſcationis aut quæcunque alia cenſetur ei remiſſa, ita ut illi reſtituẽda ſint bona omnia, quæ apud fiſcum reperta fuerint: Secus verò, quæ fiſcus iam alienauerat.*

12 *Quando bona omnia alicuius confiſcantur, eo ipſo actiones omnes actiuæ rei aduerſus omnes ſuos debitores tranſeunt ad fiſcum, & omnes actiones paſſiuæ creditorum aduerſus reum aduerſus fiſcum: eo quòd ſola ea bona eius rei tranſeant ad fiſcum, quæ remanſerint deducto toto ære alieno, legitimè à reo vſque ad illud inſtans contracto.*

13 *Quando delinquens, cui bona erant confiſcata, reſtituitur in integrum à Principe, reſtituenda ſunt illi omnia bona illius, quæ apud fiſcum fuerunt reperta non autem ea quæ tempore reſtitutionis fuerunt à fiſco alienata. Quando autem fiſcus bona confiſcata alienauerat, ſed tempore reſtitutionis ea iterum acquiſierat, non comprehenditur in reſtitutione rei, vt ea bona ei reſtituantur.*

14 *Diſcrimen inter remiſſionem ex miſericordia*, por merced y por gracia.

Diſputatio hæc coniuncta eſt cum præcedentibus de trãſactionibus, gratuitiſque remiſſionibus delictorum quo ad iniuriam & offenſam priuatam, factis à priuatis offenſis, aut ab ijs, quibus ex iuris diſpoſitione proſequi illorum iniurias incumbit.

Remiſſio delictorum à principe facta duplex eſt. 1
Quædam generalis, & alia particularis. Generalis verò quędam fit à principe lege aut ſtatuto, vt qui in tali bello inſeruierint, aut in tali vel tali propugnaculo, hoſtib. propinquo, tanto vel tanto tẽpore ſuis ſumptibus ſeruierint, talia vel talia delicta ſint eis remiſſa. Alia aũt fit à Principe abſque lege, vt quando Rex, obtento aliquo regno, ingreditur de nouo aliquam ciuitatem, ſolet vinctis illius ciuitatis, qui accuſatores non habent, & quorum delicta non ſunt enormia, & quæ reipublicæ minimè expediat manere impunita, parcere, condonãdo illis ea delicta, (ſic vidimus Philippum ſecũdum Regem noſtrũ, dum, obtento Luſitaniæ Regno, ingreſſus eſt ciuitatem Euorenſem, pepercitſe vinctis, qui in ea ciuitate erant, nec accuſatores habebant) aut quãdo reuerſus parta inſigni victoria, aut quando filius valde optatus, regnoque neceſſarius, ob aliud ingens gaudium parcit ſimiliter vinctis alicuius ciuitatis; aut quando multi offenderunt pugnãdo aduerſus aliquẽ principem: eis enim debellatis, ſolet principes ad ſedendã prouinciam, in bonumque commune, parcere generaliter aut omnibus, aut paucis aliquibus exceptis, qui in maiori fuerunt culpa, aut quibus minus ſit fidendum: alijs etiam ſimilibus de cauſis ſolent principes facere remiſſiones criminum generales, interdum magis amplas, interdum verò minus amplas: quod ex legibus, ſeu, ſtatutis, alijſque inſtrumentis, ſeu verbis, quibus eas cõcedunt, eſt intelligendum. Atque remiſſiones generales criminum, abolitiones eorundem criminum generales nuncupantur. Aliæ autẽ ſunt remiſſiones particulares principum, quibus aliquibus de cauſis condonant remittunt aliquibus delicta, quando accuſatores non habent, qui ſuam aut ſuorum iniuriam circa ea crimina proſequantur, neque multum expedit reipublicæ, vt impunita non maneant: atque inter alias cauſas, in reuerenren-

rentiam ac memoriam Chriſti,qui in ara crucis pro ſuis etiam tranſgreſſoribus orauit, ſanctiſſimæque paſſionis ipſius,qua veniam omnium noſtrorum delictorum nobis omnibus promeruit, ſolẽt principes Chriſtiani die veneris ſancti aliquibus delinquentibus intra certum aliquẽ numerũ parcere. Hæc omnia conſtant ex l.abolitio,iuncta.l.ſequenti,& l.ſi interueniente. ff.ad Turpill. & ex l.1.2. & 3. titu.22. 32.par.7.iuncta.l.49 in fine titu.18.par.3.

2 Lege autem 1.titu.32. citato inter alias cauſas,vt princeps alicui in particulari remittat delictum,hæc connumerantur: *O por ſeruicio que ouieſſe fecho a el,o a ſu padre,o a aquellos,de cuyo linage viene, aquel a qui en perdona,o por bõdad, o ſabiduria, o por gran esfuerço, de que pudieſſe a la tierra uenir algun bien.* Intellige non leue, ſed magnum, & quod non facilè aliunde poſſet euenire. Semperque eſt attendendum ad qualitatem & quantitatem delicti, quod eſt remittendum, & ad cæteras circunſtantias concurrentes, ex quibus omnibus eſt iudicandum, num bono communi expediat, aut certè cum illo non pugnet, tale delictum tunc remitti. Neque in his euentibus ob excellentiam ſcientiæ,fortitudinis, aut inſignis peritiæ, poteſt iudex cuiquam remittere crimen, ſed ſolùm differre exequutionem pœnæ quouſque princeps conſulatur, nũ ea de cauſa remittere crimen velit delinquenti, ſaltem mortis pęnam illi commutando in aliam,vt vtilis valde reipublicæ maneat,iuxta. l.ad beſtias. ff.de pœn. vide Greg.Lopez.l.1.citata gloſſa penult. & vlt.

3 Eſt verò hoc loco obſeruandum, vt Diſputatione præcedente dicebamus, & in calce Diſput. 46. eſt dictum,non expedire,neque iuſtè aut licitè Principem efficere id poſſe,vt crimina remittat, quando reus accuſatores habet,qui ſuam aut ſuorum iniuriã proſequantur: quoniam ius illis dicere tenetur, & vindicare pœna competenti,intra limites iuſti,iniurias illis factas: itemque neque quando reus tales accuſatores non habet cæterũ crimen eſt tale ut reipublicæ minimè expediat, attẽtis circumſtantijs omnibus cõcurrentibus,illud manere impunitum. Princeps enim tenetur proſpicere bono communi, & illud illæſum.quo ad commode fieri poſſit,conſeruare. Quando autem ex vna parte reus haberet accuſatores,ex alia verò circumſtantię non leuiter,ſed grauiter poſtularent, vt delinquenti pœna condonaretur,mortis ſaltem,aut corporalis ac ignominiæ,propter vtilitatem ac bonum non leue reipublicæ, princeps quidem remittere eam partem pœnæ omnino poſſet,quæ reſponderet iniuriæ ac offenſæ reipublicæ,bonoque communi factæ:eam verò, quæ reſponderet iniuriæ priuatæ, teneretur compenſare aliunde ijs,qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequuntur: quoniam illis eſt ſatisfaciendum,vel criminaliter illos vindicando,vt iuſtè poſtulant,vel ciuili quaſi pęna in illorum cõmodum id illis commutãdo, ſi eam compenſationem velint;alioquin gratis erit tale delictum remittendum,quando id poſtulat commune bonum,pręferendo, quod commune bonum efflagitat,vindictæ iniuriæ particularis, quam iuſtè alioquin ij exigunt, qui ſuam aut ſuorum iniuriam proſequuntur.

Quia,quando non adſunt circumſtantiæ, quę nõ leuiter contrarium ſuadeant ac efflagitent, tenetur princeps vindicare delicta, ſi reus accuſatores habeat,qui ſuam aut ſuorum iniuriam proſequantur, aut etſi illos non habeat,ſi crimen tale ſit, vt bonũ commune poſtulet illud, non manere impunitum; atque in alijs criminibus expediat non facilè remitti,ne veniæ facilitas occaſionem ac incentiuum præbeat delictorum,in cauſaque ſit vt in reipublicę non leue detrimentum multiplicentur; inde meritò in hoc regno,l.1.titu.25.lib.8.nouæ collect. ex ordina

A mento deſumpta,vt & ferè aliæ,quas referemus,ſancitũ eſt,vt ſiue remiſſiones à Principe factæ generales ſint, ſiue particulares, illis non cenſeatur remiſſum id delictum, quod accuſatores habeat, qui ſuã vel ſuorum iniuriam proſequuntur, iuxta ea quæ Diſputatio.45.explanata ſunt; neque item quando delictum fuerit commiſſum proditoriè,autaleuosè, aut fuerit *muerte ſegura.* Itẽ.l.1.tit.4.lib.6. nouæ collect.de vaſallis, de quibus ibi fit mentio, qui tempore belli, modo ibi præſcripto, tenentur Regi ſeruire, neque id efficiunt, inter alias pœnas ſtatuitur, *que ſalga de la tierra por cinco annos,y ſi en eſte tiempo entrare en la tierra, que lo maten por ello, donde quier que lo hallaren,y que nos no podamos perdonar la dicha pena.* Vnde,niſi in remiſsione generali aut particu-
B lari hominis, qui ita deliquit, Rex exprimat in particulari, ſe remittere hanc pęnam, inualida erit remiſsio talis delinquentis, ſeu quo ad talem delinquentem.

Et l.15. titu.23.lib.6. nouæ collect. ſic habetur: *Mandamos,que qualquiera perſona,que matare o hiriere à otro con arcabuz, o piſtolete, por el miſmo caſo ſea auido por aleuoſo,y pierda todos ſus bienes la mitad para nueſtra camara y fiſco, y la otra mitad para el herido,o herederos del muerto. Y no entendemos en ningun caſo remitir la dicha pena.* Vnde niſi de hoc delicto in particulari fiat remiſsio, & de eiuſmodi pœna, non cenſetur remiſsio generalis, aut particularis,ſe ſe extendere ad hanc pœnam.

Circa remiſsiones generales ſic eſt diſpoſitum
C ac limitatũ,l.5.ti.25.li.8.nouæ collect. *Los priuilegios que por nos ſon o fueren otorgados à algunas villas o caſtillos fronteros, en que perdonamos a los malhechores y delinquentes,que por vn anno eſtuuieren en los dichos caſtillos fronteros con ſus armas y cauallos, mandamos que ſolamente ſe entiendan y obren en aquellas coſas, que ſe entienden y obran los priuilegios de Tariſa y antequera,y no mas ni allende.*

Et l.6. redditis prius cauſis ſequentis diſpoſitionis,ſic fuit ſancitum: *Mandamos,que qualquier malhecor,que hiziere o cometiere, o a hecho o cometido algun delicto, o delictos, en qualquier parte, que no goze de la remiſſion y perdon de los tales delictos, ſaluo ſi el lugar de la frontera de moros,donde fuere a ſeruir,eſtuuiere quarenta leguas,o mas,allede del lugar donde co-*
D *metio el delicto,o delictos, de que quiere auer perdõ por razon del dicho ſeruicio:y ſi mas cerca eſtuuiere,que no goze del tal perdon,aunque ſirua el tiempo ordenado,ni le aprouecha la carta de ſeruicio, que ſobre eſto ganare de aqui adelante. Y otro ſi declaramos y mandamos,que en el caſo,que alguno quiere ſeruir en qualquier manera en los lugares de frontera, que tiener priuilegio, que no pueda ganar el perdon, ſaluo ſi ſiruiere continuamente por vn anno entero, no embargante qualeſquier priuilegios,que algunas villas y lugares de la dicha frontera tienen, para que ganen el perdon los homicidas, que alli ſiruieren por diez meſes. Y declarando mas las dichas cartas y priuilegios,queremos y mandamos, que ſi en las muertes,o otros delictos, que fizieren los malhe-*
E *chores,que alli fueren à ſeruir,interuiniere aleue, o traycion, o muerte ſegura, o qualquier de los otros caſos en los dichos priuilegios exceptados,que el malhecor no goze de tal perdon ni de tal priuilegio, aunque ſirua todo el anno,y aunque ſea el lugar,donde ſiruiere, allende de las quarenta leguas donde vuiere hecho el delicto.*

Lege 7. additur: *Grandes males ſe ſiguen eſſo miſmo del priuilegio, o mal vſo y coſtumbre que tiene Valdezcaray, donde ſe acogen muchos homicidas y ladrones y robadores,y mugeres adulteras, y alli los defiẽden de las iuſticias; porende mandamos, que de aqui adelante qualquier que cometiere aleue,o matare a otro a traycion,o muerte ſegura, o ouiere cometido otro qualquier delicto, o muger que ouiere cometido adulterio, que no ſean*

ſean cogidos ni receptados en el dicho Valdezcaray: y ſi los receptaren, que ſean ende ſacados y entregadas a la iuſticia, que los pidiere. Y qualquier alcalde ni iuſticia ni otras perſonas algunas no ſean oſadas de los defender, ni reſiſtir à las dichas iuſticias, ſo las penas que padeceria el malhechor, ſi fueſſe preſo: y de mas que pierda la mitad de ſus bienes para la nueſtra camara: lo qual mandamos que ſe guarde y cumpla aſſi, no embargante qualquier priuilegio que ſobre eſto tenga Valdezcaray, o qualquier vſo y coſtumbre por donde ſe quiera ayudar; lo qual todo para en eſto nos reuocamos. Y eſto miſmo mandamos que ſe guarde y cumpla en todas las ciudades, y villas, y lugares, y caſtillos, y fortalezas, de nueſtros reynos, ſi quier ſean realengos, o de ſennorios y ordenes y abbadengos, y behetrias, y aunque digan, que tienen dello priuilegio y vſo y coſtumbre.

5 Circa remiſsiones verò particulares factas à Principe ſic eſt diſpoſitum. l. ſecunda, eiuſdem titu. 25. *Porque el perdon, que de ligero ſe haze, da occaſion à los hombres para hazer mal, por eſto mandamos, que ningun perdon, que nos hizieremos de aqui adelante, no valga ni ſea guardado, ſaluo el que fuere por carta firmada de nueſtro nombre, y ſellada con nueſtro ſello, y eſcrita de mano de eſcribano de nueſtra camara, y firmada en las eſpaldas de dos de nueſtro conſeio. Y otro ſi que no ſea entendido en eſte perdon, que vaya perdonado el maleficio que el aya hecho, ſaluo aquel que eſpecialmente fuere nombrado y declarado en la carta de perdon, que nos dieremos. Y que en el perdon general no ſe entienda ningun caſo eſpecial. Y ſi acaeſciere, que alguno, que nos ayamos perdonado, que tornaſſe deſpues a hazer otro maleficio, porque nos deſpues le mandaſſemos dar otra carta de perdon, mandamos que la carta ſegunda no valga, ſaluo ſi ſe hiziere mencion de la primera, aunque en ella vayan declarados todos los maleficios que hizo. Y otro ſi que no valga la tal carta de perdon, ſi fuere dada ſentencia contra el, ſi de la tal ſentencia no hiziere mencion. Y ſi fuere preſo, que haga mencion la carta como eſt a preſo. Y mandamos a el nueſtro Chanciller del ſello de la puridad, y a el que tiene el regiſtro, y a qualquier eſcriuano de nueſtra camara, que no paſſen carta ninguna de perdon que nos hizieremos, ſaluo exceptados los caſos acoſtumbrados. Y de mas de eſto, ſi el maleficio, de que demanda perdon, hizo en nueſtra corte, y ſi matò con ſaeta, o con fuego, o ſi deſpues que el dicho maleficio hizo entrò en nueſtra corte, la qual corte declaramos que ſea con cinco leguas en rededor, ſegun es coſtumbre, y ſi en qualquier de eſtos caſos ouieren caydo, no valga la carta que lleuare. Y mandamos que en los dichos perdones que ſe tenga eſta forma, que todos los perdones que nos ouieremos de hazer en cada anno, ſe guarden para el viernes ſancto de la cruz, y que nueſtro confeſſor, o quien nos mandaremos, reciba la relacion dellos, y la ſemana ſancta de cada anno nos haga cumplida relacion de cada perdon, que a nos fuere ſuplicado que hagamos, y de la condicion y qualidad del para que nos tomemos vn numero cierto de los que a nueſtra merced pluguiere de perdonar, tanto que no paſſe de veinte perdones cada anno: y que aquellos ſe deſpachen por aquel anno, y no mas. Y que los nueſtros ſecretarios iuren, que lo guardaran todos aſſi. Y quando entre anno, aſſi antes del dicho viernes ſancto, como deſpues, por algunas cauſas cumplideras a nueſtro ſeruicio, nos vuieremos de hazer algun perdon, mandamos que en el ſe guarden las coſas ſuſo dichas. Y que los perdones, que en otra manera ſe hizieren, no valgan, ni ſean guardados ni cumplidos, aunque ſe digan ſer hechos de nueſtro proprio motu y cierta ſciencia y poderio real abſoluto, con qualeſquier clauſulas derogatorias deſta ley, y de otras qualeſquier leyes y fueros y derechos, y con otras qualeſquier firmezas. Y mandamos a el nueſtro Chanciller y regiſtrador, è a cada uno dellos, ſo pena de perdi-*

A *miento de los officios, que no regiſtren ni paſſen ni ſellen perdones algunos contra el tenor y forma de lo ſuſo dicho.*

Lege 3. additur. *Las cartas de perdon, por las quales ſe quite el derecho de las partes, que no puedan acuſar ni pedir los bienes que les ſon tomados, mandamos que no valan ni conſigan effecto alguno, aunque por ellas las iuſticias ſean inhibidas. Porque nueſtra voluntades, que no embargante los tales cartas, las nueſtras iuſticias hagan cumplimiento de iuſticia a las partes: y que toda via ſe guarden las cartas ſegun la forma de las leyes antiguas de nueſtros reynos, y en los caſos en el los exceptos: y toda via es nueſtra intencion, que no embargante las cartas, ſea tenido de pagar y reſtituir todos qualeſquier bienes, que de hecho y contra derecho*
B *fueren tomados a qualeſquier perſonas, y quanto a eſto no aprouechen las dichas cartas de perdon. Y mandamos otroſi, que de aqui adelante las dichas cartas de perdon ſean eſcritas en las eſpaldas los nombres de las perſonas, que eſt an deputadas, anſi del nueſtro conſeio, como las otras. Y defendemos, que el ſecretario y regiſtrador, y el Chanciller, ni ſus lugares tenientes, no reciban ni paſſen las cartas de perdon, que en otra manera fueren eſcritas: y ſi lo contrario hiziere, pierdan los officios. Y aquellos, que las tales cartas impetrare, no ayan eſperança de auer mas perdon de los dichos ſus maleficios, y ſean auidos por confieſſos, y conuencidos de los dichos crimenes y delictos en las dichas cartas cõtenidas: y contra ellos ſe proceda por todo rigor de derecho, y las tales cartas no valan ni ayan effecto al-*
C *guno, aunque en ellas ſe haga expreſſa mencion deſta ley, y de otras qualeſquier leyes, que ſobre eſto hablan, aunque ſean inſertas è incorporadas de palabra a palabra, y aunque ſe diga que eſto procede de nueſtra voluntad y de nueſtra ſabiduria y proprio motu y abſoluto poderio, con otras qualeſquier derogaciones y approbaciones y penas: ca nos abſoluemos a las iuſticias, que las tales cartas no cũplieren, de las tales penas.*

Quo ad remiſsiones autem delictorum, tam generales, quam particulares, circa crimina quædam, quæ ſub iuriſdictionem *de la hermandad* cadunt, l. quarta, eiuſdem titu. 25. ſic eſt diſpoſitum: *Otro ſi por quanto muchos malhechores, que an cometido robos y otros caſos de la hermandad, procuran de ſeruir en las villas y caſtillos fronteros el tiempo por nos limitado;* 6
D *otroſi procuran y trabaian por auer cartas ſpeciales è generales de perdon de los delictos por ellos cometidos; y porque aqueſto redunda en deſeruicio nueſtro, mandamos que las tales cartas y prouiſiones y priuilegios de ſeruicios no valgan ni aprouechen coſa alguna delante de los nueſtros alcaldas y iuſticias de la hermandad, y que aquellas ſean obedecidas, y no cumplidas: ſaluo ſi expreſſamẽte ſe diſpuſiere y dixere en las dichas cartas, que queremos y nos plaze, que gozen las tales perſonas del dicho perdon, aunque ayan cometido el dicho caſo o caſos de hermandad.*

De iure Luſitano ad ſupremos ſenatores regios ſpectat accipere ac expedire petitiones, quibus re- 7
miſſiones delictorum petuntur, eaſq; expedire cum
E Regis approbatione ſeu conſenſu, quod *paſſe* à Rege adhibitũ nuncupatur, atque ad eoſdẽ ſpectat expedire cum Rege inſtrumenta remiſſionũ delictorum, quæ *cartas de perdones* vocant. Et quo ad quæ delicta admittãtur petitiones remiſsionũ, & quoad quę non, & quouſque imponi pęna debeat, quando remiſsiones conceduntur, aut non debeat, & ꝙ non concedantur quando reus habet partes, ad quas proſequi ſuam aut ſuorum iniuriam circa ea delicta ſpectat, ſine illarum remiſsione delicti à reo prius obtenta, & qui remittere debeant, aut poſsint poſtea accuſare, niſi cum eorum remiſsione fuerit à Rege condonatum delictum, habetur 1. lib. ord. tit. 3. per totum, iuncto titu. 73. & 74. lib. 5. Hæc verò magna

P ex

ex parte mutata ſunt quo ad facultatem expediendi ſine conſenſu *paſſe* Regis, quo ad alia 1. part. l.extrauag.titu.4.l.1.& 4.

8 Illud eſt obſeruandum circa delicta, quorum remiſſio petitur. Ad iudicem, à principe ad iudicandum deputatum, non ſpectare ea remittere, ſed ad ſolum Principem, idque ſiue nondum lata ſit aduerſus talem reum ſententia, ſiue ſit lata, & condonatio pęnę aut reſtitutio delinquentis in priſtinum ſtatum petatur. Ita habetur. l.1.titu.32.part.7.& colligitur ex l.relegati in fine, vbi remiſſio exilij denegatur iudici, atque ad ſolum principem attinere dicitur, ex l.diui fratres.ff.de pœnis ex l.1. §.vlt.in fine, ff.de quæſt. quibus in locis neque reſtitutio aduerſus ſententiam, qua comperitur, iudicem per errorem condemnaſſe innocentem, iudici, qui eam tulit, conceditur, ſed ad principem pertinere dicitur, affirmatque cum Bart. Salyceto, & alijs Greg. Lopez l.1.citata, gloſſa vlt. Quando autem pœna imponenda eſſet arbitraria, quæ ex iudicis arbitrio penderet, quæ & quanta eſſet imponẽda, tunc iudex, intra latitudinem iuſti, quantitatiſve pœnæ inter maiorem & minorem iuſtas, quas ad ſe attineret arbitrari, poſſet tum ex alijs iuſtis cauſis, tum etiam ex amicitia, eligere ac imponere mitiorem, non verò condonare totam pœnã, aut remittere partem infra latitudinẽ iuſtæ: quia id ad ſolũ principẽ ſpectat. Quod ad principẽ verò attinet, eſt diſtinguendum. Q̃m vel reus habet accuſatorem, qui ſuã aut ſuorum iniuriã proſequatur, aut non. Si talem habet accuſatorem, nõ poteſt reo condonare delictum, niſi accuſatorib. remittentibus, aut niſi multum reipublicæ expediret condonare pœnam reo, aut illam in mitiorem aliam commutare, etiã accuſatoribus inuitis, eo quòd in eo euentu commune bonum præponendum eſſet priuato accuſatorum, atque interdum opus eſſet facere accuſatoribus compenſationem aliquam pro pœna, aut parte pœnæ, ipſis inuitis condonatæ, vt in præcedentibus eſt dictum. Quando autem bonum commune non poſtularet fieri talem remiſſionem, tunc nihil de parte pœnæ omnino iuſtæ poſſet princeps condonare reo inuitis accuſatoribus: quoniam tenetur ius illis dicere, competenterque vindicare iniurias ipſis aut ſuis factas. Si tamen pars pęnę pro eo delicto applicanda eſſet fiſco, eam poſſet princeps condonare: quoniam condonaret tunc, quod ſuum eſſet, ad ipſumve ſpectaret, & non alienum. Quando tamen multum expediret bono communi, nihil talis pœnæ condonari, quia reus eſſet flagitioſiſsimus, iteraſſetque delictum, in bonumque commune, atque in exemplum aliorum, expediret acriter illum punire, tunc malefaceret princeps aliquid de pœna, etiam ad fiſcum attinente, illi condonando. Quando delinquens non habet accuſatores, qui circa id delictum ſuam aut ſuorum iniuriam proſequantur, tunc, niſi contrarium non leuiter commune bonũ efflagitet, ne crimina veniæ facilitate accreſcant in republica, & ne flagitioſiſsimi maneant impuniti, poteſt princeps condonare delicta, vel omnino, vel magna ex parte, condonando multum de pęna, idque vel ante latam ſententiam, vel poſt illam latam, & applicatam iam pœnam per ſententiam, præſertim ſi iuſtæ aliquæ cauſæ adſint, vt ſi præceſſerũt merita ac probitas delinquentis, aut ſuorum, vel alterius, qui pro illo principi preces offerat, vel aliæ ſimiles, atque ſola voluntas principis ſufficit, quando contrarium non leuiter poſtulat commune bonum, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus. Iuxta hæc accipienda ſunt, quæ habetur. l.1.2.& 3. titu.32.par.7. & quod habetur.cap.niſi ſpecialis, de officio legati, ad eaque admetienda ſunt, quæ tradit Panor. ibi, præſertim.nu.vlt. & quæ docent. Greg. Lopez.l.1.citata, gloſſa vlt.& alij, quos citat.

A Eſt vero hoc diſcrimen, quando crimina à principe remittuntur ante ſententiã aduerſus reũ datam, & quando remittuntur poſt ſententiã latam, pęnamque ſententia iam impoſitam ac iudicatam. Quòd quando crimina remittuntur à principe ante ſententiam aduerſus reum datam, cẽſentur omnia condonata, quæ ob illud crimen incurruntur, tam ſcilicet pœna corporalis, quam pecuniaria, ſeu confiſcationis bonorum, niſi aliud exprimatur, neque reus manet infamis, eſto ob illud crimen infamiæ pœna incurreretur: ſolumque manebit apud homines ſiniſtra exiſtimatio de eo delinquente, ſi aliquam exiſtimationem ſiniſtram de illo ob id crimen conceperunt, aut in poſterum concipient ij, ad quorum notitiam id crimen de nouo peruenit: eiuſmodi quippe B ſiniſtram exiſtimationem, infamiamve ve hoc modo ſumptam, ſine vlla habilitate ex iuris diſpoſitione inducta ad quæcunque alia, princeps non poteſt tollere, nec cadit ſub principis remiſsione. Ob hãc autem infamiam Ouidius dixit: *Pœna poteſt demi; culpa perennis erit*, quo ad eiuſmodi ſcilicet infamiam ac notam, quæ ex illa manet. Quòd verò prædicta omnia cadant ſub criminis remiſsione facta à principe ante ſententiam aduerſus reum latam, ſatis eſt perſpicuum: quoniam pœnæ omnes pro delicto locum non habent, niſi poſt latam ſententiam, aut dependentur à ferenda ſententia, quæ retrotrahat pęnam, quo ad effectum ad punctum commiſsi delicti, quando pœna erat ipſo iure ſtatuta. Neque in re propoſita loquimur de pęnis ſpiritualibus excommunicationis, ſuſpenſionis, C interdicti, aut irregularitatis, quæ incurruntur, etiam quoad effectum, independenter ex eo, quòd feratur ſententia: neque de alijs ſimilibus pœnis, quæ raro imponuntur, vt eo modo abſque dependentia vlla à ſententia ferenda incurrantur. Ea item omnia cadere ſub criminis remiſsione facta à Principe ante ſententiam aduerſus reum latam, habetur, l.ſecunda, titu.32.par.ſeptima. Neque quando remiſsio fit à crimine ante ſententiam latam, loquuntur, l.vltima, C. de generali abolit. l. generalis. C. de ſentent. paſsis, & alia iura: ſed loquuntur in ſequenti euentu, ſicque legem primam citatam exponere ea iura ait Greg. Lopez eadem l.1. citata, gloſ.1.

D Quando autem crimina remittuntur reo à principe poſt latam in reum ſententiam, eſt ſubdiſtinguendum. 10 Quoniam ſi ſolùm dicat, ſe remittere id delictum, & nihil aliud addat, ſolùm cenſetur illi remittere pœnam corporalem, non verò confiſcationis bonorum, aut aliam pecuniariam, neque item pœnam infamiæ, ſi quam ob illud delictum incurrit, neque item redeunt alij effectus, qui per delictum, aut illius condemnationem, ſunt ſequuti, vt ſi in maximam aut mediam capitis diminutionem incidit, quia damnatus in metallum, aut deportatus fuit, eaque de cauſa patriam egreſſus eſt poteſtatem, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſputatione 9. & alibi, copioſè ſunt explanata, ex E eo, quòd illi delictum remittatur, pœnaque corporalis deportationis ei eo ipſo remittatur, ciuitatique reſtituatur, filij tamen non regrediuntur in patriam illius poteſtatem, ſicut neque bona, quæ ob deportationem de iure communi illi confiſcabantur, illi reſtituebantur, neque ab infamia ob delictum ac pœnam deportationis incurſa liberabatur. Quòd ex remiſsione delicti, pœnæque deportationis, aut alterius corporalis, non cenſeantur illi conceſſa bona confiſcata, aut pœna alia pecuniaria, habetur expreſsè, l.ſecunda, C. ſenten. paſsis, & l. ſecunda, titu. 32. par. 7. Quòd verò neque infamiæ pœna ſit ei remiſſa ac deleta, habetur, l.vltima, Cod. de general.abol. l.generalis. C. ſenten.

ſent.paſſis, & l.2.titu.32. parte 7. Quòd item non redeant effectus per delictum, aut ſententiam condemnatoriam illius amiſſi, vt ſi per delictum patris, aut filij, filius patriam egrediebatur poteſtatem, quòd filius in poteſtatem patris non redeat, habetur expreſſè.l.in inſulam,& l.ſi pater.C.ſen.paſſ. Quando autem patronus deportatus fuit & reſtitutus, ius patronatus permanet, & talis patronus ſuccedit liberto, neque eſt neceſſe, vt ad id ius patronatus ſpecialiter reſtituatur. Ita habetur, l.prima, ff. ſenten. paſſ.

11 Si verò Princeps, qui delictum condonat, dicat, reſtituo te in integrum in prouinciam, aut in ſtatum priſtinum, vel reſtituo te in ſtatum, in quo eras ante delictum commiſſum, tunc etiam pecuniaria omnis pœna confiſcationis, aut quæcumque alia, cenſetur ei remiſſa, ita vt illi reſtituenda ſint bona omnia illius, quæ apud fiſcũ fuerint reperta: ſecus verò, quæ fiſcus iam alienauerit: nam hæc nõ cenſetur illi condonata, niſi aliud exprimatur. Remiſſa etiam ei cenſetur ac abolita ab eo pœna tota infamiæ, & filij redeunt in patriam poteſtatem, vt erant ante id delictum, omniaque redintegrantur, ac redeunt ad priſtinum ſtatum, quæ, ſpectatis circumſtantijs præſentibus, redire poſſunt. Ita habetur l.1. & alijs ſequentibus. C.ſent.paſſ. l.2.titu.32. & l.10.tit.33. part.7. Atque l.vlt.C.ſent.paſſ.habetur, ita filios in hoc euentu, qui per delictum patriam egreſſi fuerant poteſtatem, in patris poteſtatem redire eo modo, quo erant antea, vt nihilominus, quæ plenariè per eos ritè ac validè geſta erant, dum ita egreſſi erant patriã poteſtatem, firma maneant: ſecus verò, quæ poſt regreſſum in patriam poteſtatẽ poſſunt reuocari. Vnde contractus celebrati à filijs maioribus ætate, aut etiam minoribus adhibita tunc ſolemnitate requiſita, vt eſſent validi ſunt, nihil impediente regreſſu eorum filiorum in patriam poteſtatem. Teſtamentum verò filij eo tempore conditum, ſi morte eiuſdem filii intra id tempus fuit confirmatum, validum etiam eſt: ſecus autem ſi, dum viueret, regreſſus eſt in patriam poteſtatem: nam de iure communi, vt filius familias teſtari non poteſt, ita neque teſtamentum illius validũ manet, ſi filius ante mortem in patriam redeat poteſtatem. Tutores etiam, aut curatores, dati filijs dum patriam egreſſi erant poteſtatem, deſinunt eſſe, filijs in patriam redeuntibus poteſtatem: niſi pater prodigus ſit, aut alia ratione expediat ob patris ineptitudinem, vt tutores illi, aut curatores, perſeuerent.

12 Illud eſt obſeruandum, quando bona omnia alicuius confiſcantur, eo ipſo actiones omnes actiuas rei aduerſus omnes ſuos debitores tranſire ad fiſcũ; & è contrario actiones omnes paſſiuas, quæ creditoribus rei aduerſus reum competebant, tranſire etiam aduerſus fiſcum: eo quòd ſola ea bona eius rei tranſeant ad fiſcum, reputenturque eſſe talis rei, quę remanſerint deducto toto ære alieno, legitimè à reo vſque ad illud inſtans contractum. Hinc, niſi princeps reo reſtitui faciat omnia ſua bona, aut partem aliquotam eorum, eſto illi remittat delictum, & ſimul etiam reſtitui illi iubeat rem aliquam determinatam, vt prædium aliquod, aut certè pecuniæ quantitatem, nihilominus actiones omnes actiuæ & paſſiuæ manent apud fiſcum, nihilque inde reus tenetur reſtituere antiquis creditoribus, ſed agere illi debent aduerſus fiſcum.

Quod intelligo, quando ex bonis remanentibus apud fiſcum ſufficienter ſolui poſſunt debita omnia ab eo reo contracta ante occupationem eorum bonorum factam à fiſco: alioquin inde reus illis tenetur reſtituere, quod deerit, quin & poſtea, ſi locupletior ſit factus, reſtituere tenebitur, ſi quid aliud inſuper debebat. Quando verò princeps reſti- A tuere reo præcipit quotam aliquam ſuorum bonorum, vt dimidium, tertiam, quartam, aut aliam aliquotam ſuorum bonorum partem, tunc pro rata tranſeunt etiam ad ipſum actiones omnes actiuæ, quæ ſibi aduerſus ſuos creditores competebant, & tranſeunt ſimiliter pro rata aduerſus ipſum actiones omnes paſſiuæ, vt inde in eadem proportione debita ſoluat. Quando autem fiſcus occupauit bona illius, non in pœnam, ſed ob debita, quæ ille Regi fiſcove Regis debebat, tunc actiones paſſiuæ nõ tranſeunt in fiſcum: reliqui verò creditores, ſi reus non maneat ſoluendo, & fiſcus ius prælationis non habeat comparatione eorum, petere à fiſco poterunt partem eorum bonorum pro rata, vt inter omnes creditores, qui poſtponendi fiſco non ſint, diuidantur B vnà cum ipſo fiſco. Hæc omnia habentur l.ſi debitor, & alijs iuribus, quæ ibi gloſſæ citant l.tutor, & l.ſi ademptis. C.ſent.paſſ. Quando autem bona omnia reo reſtituuntur, tunc actiones omnes actiuę ad eum reuertũtur, ita vt ſi quam aduerſus aliquem debitorem inchoauerat ante cõfiſcationem eorum bonorum, poſſit illam proſequi; & ſimiliter paſſiuę omnes actiones aduerſus ipſum reuertuntur, agereque illis aduerſus eum ſimiliter poſſunt creditores, ac ſi bona illa cõfiſcata non fuiſſent. l.tutor. l.caſus, & l.ſi deportationis. C.ſent.paſſ. & penult.ff.eod.titu. Quando item princeps concederet reo omnia bona ſua, eſto ille accipere ea non vellet, reuerterentur ad talem reum actiones omnes paſſiuæ, quæ aduerſus illum competebant. Ita habetur.l.2.ff.ſent.paſſ.

C Poſſet nihilominus is gaudere beneficio ceſſionis bonorum, itemque quicunque alius, cui ſua bona fuiſſent confiſcata, & poſtea reſtituta, non ſecus ac ſi nunquam ei confiſcata fuiſſent, vt rectè aduerſus Ludouicum Roman. probat Emmanuel Acoſta.§. & quid ſi tantum.par.2.nu.42.

Dictum eſt ſuprà, quando deliquens, cui bona e- 13
rant confiſcata, reſtituitur integre à principe in ſtatum priſtinum, reſtituenda illi eſſe bona omnia illius, quæ apud fiſcum fuerint reperta, ſecus autem, quæ tempore reſtitutionis fuerint à fiſco alienata: quoniam Princeps aut non poteſt ſine cauſa dominia rerum ab alijs rectè acquiſita ab eis aut auferre, aut ne videatur velle alijs nocere, vt affirmant Bart. & communis doctorum ſententia, quam referunt D ac ſequuntur Gregor. Lopez. l.2.citata, gloſſa vlt. & Emmanuel Acoſta vbi ſupra, nume.45. Idem cum Ioan. de Platea & alijs affirmat Greg. Lopez gloſſa vlt. citata, de fructibus medio tempore à fiſco perceptis. Quando autem fiſcus bona ita confiſcata alienauerat, ſed tempore reſtitutionis rei in priſtinum ſtatum, ea iterum acquiſierat, Claudius & Lancel. Galia. ab Acoſta relati cenſent, in reſtitutione rei in priſtinum ſtatum non comprehendi, vt ea bona ei reſtituantur. Ducuntur, quòd, vt tractatu præcedente diſp.194. oſtendimus, quando teſtator donatione, aut contractatu oneroſo, nulla ad id premente neceſſitate, rem in ſingulari legatam alienauit, cenſetur reuocaſſe legatum, adeò vt, eſto poſtea E rem illam recuperet, non cenſeatur reuiuiſcere legatum: ergo pari ratione, cum in reſtitutione rei in priſtinum ſtatum non cenſeatur princeps reo concedere res, quæ perſeuerante confiſcatione fuerant à fiſco alienatæ, fit planè, vt, eſto fiſcus res aliquas recuperauerit, non cenſeantur illę comprehenſæ in tali gratioſa reſtitutione ad priſtinum ſtatũ, ac proinde vt non ad reum reſtitutum pertineant, ſed ad fiſcum. Emmanuel Acoſta vbi ſupra num.46. contrarium affirmat. Quod tamen mihi certè non probatur, quando poſt alienationem factam à fiſco iterum ad fiſcum rediiſſent confiſcata ex delicto alterius, aut legata, vel donata fiſco, vel à fiſco titulo oneroſo, acquiſita cum prius illa titulo gratuito alie-

alienaſſet: nam tunc fiſcus ea non haberet, vt bona, quæ fuerunt reſtituta, ſed vt bona longè diuerſo titulo à fiſco ritè acquiſita, quæ non cenſetur princeps concedere in reſtitutione in integrum rei in priſtinum ſtatum, niſi peculiariter ac expreſsè id exprimat. Quando autem fiſcus bona aliqua illius rei vendidiſſet, & iterum eodem aut minori pretio comparaſſet, vel pretium apud fiſcum remaneret loco rei uenditæ, tunc locum habere poſſet opinio Acoſtæ, vt reo reſtitueretur res ſua, aut quod ex pretio illius permaneret apud fiſcum, niſi de Principis mente contrarium conſtaret. Dubia quædam alia circa eiuſmodi reſtitutiones in ſtatum priſtinum legas apud Gregorium Lopez gloſſa vlt. citata.

14 Lex tertia, titu. 32. parte ſeptima, diſcrimen ponit inter remiſſionem ex miſericordia, *por merced y por gracia*, preſsè ſumptis. Quòd miſericordia ſit, quando Princeps motus ſola commiſeratione rei, aut illorum, qui ad eum ſpectant, illi parcit, licèt Dei amore atque intuitu. *Merced* eſt, quando ob merita, vel obſequia delinquentis, aut alicuius alterius, illi parcit. *Gracia* verò eſt, quando Princeps, potens abſque vllo iuſtitiæ præiudicio punire, ac non punire, vel punire mitiori pœna, eligit non punire, aut punire mitiori pœna.

DISPVT. 49.

De homicidio, mutilatione, & percuſſione ab eccleſiaſticis perſonis factis, & de patratis in perſonas eccleſiaſticas, quibus pœnis ea crimina debeant puniri.

SVMMARIVM.

1 *Tranſitio ad ſequentem materiam.*

2 *Percuſſio, mutilatio homicidium in perſonis eccleſiaſticis ſemper augetur ex circunſtantiis, vt augeri pœna debeat arbitrio iudicis prudentis.*

3 *Qui eiuſmodi crimina in eccleſiaſticas perſonas commiſerint, ſi religioſi non ſint, etiam nouitii, neque initiati ordinibus ſacris, eſto prima tonſura aut minoribus ordinibus ſint initiati, ſi tamen habitum clericalem & tonſuram non deferant, & ſimul alicui eccleſiæ de mandato epiſcopi inſeruiant, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſentur, non gaudent hodie priuilegio fori, ac proinde non ſecus atque alii laici puniendi à iudicibus ſecularibus ſunt hodie pro his criminibus, & quibuſcunque aliis ad ſeculare forum attinentibus, pœnis quibus cæteri laici puniuntur. Et alii caſus circa iudicium huiuſmodi perſonarum.*

4 *Priuilegio & exemptioni à ſeculari tribunali renunciare non poſſunt eccleſiaſtici, neque ſi renuntient, valet renunciatio.*

5 *Non ſolùm poſt ſententiam, quæ in rem tranſierit iudicatam, latam à iudice ſeculari, ſed etiam à principio cauſæ, aut in eius progreſſu, quando tamen eiuſmodi exceptiones proponuntur, imprimis ad iudicem eccleſiaſticum talis rei, & non ad iudicem ſecularem, ſpectat cognoſcere de ea exceptione, ſententiamq́; circa eam ferre, num ſcilicet talis reus ſit de numero eorum eccleſiaſticorum, qui exempti ſunt à foro ſeculari.*

6 *Quando iudex ſecularis aliquem reum comprehendit, qui eccleſiaſticum ſe eſſe dicit de numero eorum qui priuilegio fori gaudent, aut iudex eccleſiaſticus, vt talem petit eum ſibi tradi, ſi notorium ſit eum talem eſſe, tradendus tunc eſt ſtatim iudici eccleſiaſtico, antequam vlterius in examine eius cauſæ procedatur. Si verò notorium non ſit, tradi non debet iudici eccleſiaſtico, donec comperiatur diſcuſſione eccleſiaſticum eſſe.*

7 *Quando iudex ſecularis procedit criminaliter aduerſus eccleſiaſticum nondum captum, & is accedit ad ſuum competentem iudicem eccleſiaſticum, vt dicat ipſum perſonam eccleſiaſticam exemptam à tribunali ſeculari, petitque à tali iudice eccleſiaſtico, vt cenſuris compellat iudicem ſecularem inhibere à cognitione eius cauſæ, ſtatutum eſt in Hiſpania, vt ſi crimen tale ſit, pro quo, ſi ille eſſet laicus, capiendus eſſet à iudice ſeculari, debeat is reus detineri à iudice eccleſiaſtico in publico ſuo carcere, alioquin poſſit à iudice ſeculari comprehendi.*

8 *Quando eccleſiaſticus, qui erat captus, eſt remittendus à iudice ſeculari ad eccleſiaſticum, debet remitti cum cuſtodibus expenſis eiuſdem eccleſiaſtici. Si autem pauper ſit, remitti debet expenſis iudicis eccleſiaſtici.*

9 *Quando eccleſiaſticus poſt ſententiam latam à iudice ſeculari exceptionem opponit, quòd eccleſiaſticus ſit, atque obtinet, vt remittatur ad iudicem ſuũ eccleſiaſticum, tunc ad actoris petitionem condemnari à iudice eccleſiaſtico, & non à ſeculari, debet in expenſis ab actore factis in proſecutione eius litis coram iudice ſeculari.*

10 *Cognoſcere an habitus, in quo reus, qui contendit ſe eſſe eccleſiaſticum exemptumque à iuriſdictione ſeculari, eccleſiaſticus ſit, aut non, & an habitus, in quo antea incedebat, eccleſiaſticus ſit, an nõ, ſpectat ad iudicem ſecularem, ad quem definire ſpectat, an talis reus eccleſiaſticus ſit, ad ſuamque iuriſdictionem ſpectet, vel non.*

11 *Iudices eccleſiaſtici in ſuo tribunali imponere nõ poſſunt pœnam ſanguinis, hoc eſt mortis, aut mutilationis. Pœnam tamẽ flagellorum imponere poſſunt, etiam de iure canonico.*

12 *Ad depoſitionem ab ordine eccleſiaſtico & degradationem quod ſpectat, ſi ab epiſcopatu depoſitio fieri debeat, tunc ad cauſæ examen ac definitionem neceſſe eſt interueniant duodecim epiſcopi præter metropolitanum: ad deponendum verò presbyterum ſex alii epiſcopi requirebantur, præter proprium epiſcopum, qui cauſæ examini intereſſent, ſtabaturque maiori eorum parti, ſi diſcordarent; ad deponendum diaconum tres alii epiſcopi requirebantur præter proprium, ad clericum verò ſufficit proprius epiſcopus. Sed hodierna die vnus epiſcopus ſufficit ad degradandum ſacerdotem, & reliquos.*

13 *Ob grauiſſima quædam crimina actualiter eccleſiaſtici degradantur in eccleſiaſtico foro, idque in pœnam grauiſſimam in eodem eccleſiaſtico foro eis inflictam, atque vt forum eccleſiaſticũ amittant, cenſeanturque traditi foro ſeculari, fieri debet eiuſmodi degradatio corã iudice ſeculari, ac dici illos eius foro relinqui.*

14 *Pro crimine hæreſeos, ſi eccleſiaſticus relapſus non ſit, nec fuerit dogmatiſta, ac reſipuerit, degradari non debet, niſi verbaliter dumtaxat, ac proinde non dum pertinet is ad forum ſeculare, ſed ad eccleſiaſticum.*

15 *Eccleſiaſticus ſi deprehenditur falſaſſe litteras Apoſtolicas, ita vt negare id non poſſit, vel ſufficienter de eo crimine eſt conuictus, degradari debet coram iudice ſeculari, & eius foro puniendus relinqui.*

16 *Si quis ſacerdos vel clericus ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam*

liam intulerit, & conuinci potuerit, mox depoſitus curiæ tradatur, & recipiat quod inique geſſit.

17 *Præter tria delicta explicata, poſſunt eccleſiaſtici degradari actualiter ac tradi foro ſeculari, & competenter punire poſſunt iuxta leges ciuiles: aut ſi comprehendi non poſſint, vt degradentur, ſubijci poſſunt foro ſeculari, vt à miniſtris eius fori comprehendantur, in eoque foro comprehenſi puniantur, ſcilicet pro criminibus atrocibus & qualificatis.*

18 *Quando eccleſiaſticus aliquis ob ſua delicta eſt degradatus realiter, aut ſolùm eſt depoſitus, verbaliterque tantum degratus, Põtifex ſummus poteſt illum in priſtinum gradum reſtituere, non verò iudex aut prælatus, qui illum degradauit.*

19 *Quando eccleſiaſticus iuſſit aliquem per aſſaſſinum interfici, & ſi id conſtet, tunc, cum eo ipſo ſit diffidatus, & virtute ſit degradatus, abſque alia digradatione puniri poteſt brachio ſeculari.*

20 *Clericus non coniugatus publicè per propriam perſonam exercens officium carnificis, lanionis, &c. & ter admonitus a diæceſano, non deſtitit, inceditque habitu laicali, amittit priuilegium fori eccleſiaſtici, donec reſipiſcat. Clerici vero coniugati, eo priuilegio priuati ſunt: & alij caſus, quibus clericus priuilegiũ fori eccleſtaſtici amittit.*

21 *Quando aliquis poſt crimen commiſſum eos ordines ſuſcepit, per quos exemptionem à ſeculari foro conſequeretur, idque ſine fraude aliqua, tunc eiuſmodi ordines cum omnino eximunt à foro ſeculari, etiam comparatione criminis ante eos ordines patrati.*

22 *Si ante delictum præceſſit votum de ordinibus ſuſcipiendis, aut de ingredienda religione, & poſt delictum commiſſum ad votum implendum ordines ſuſcipiantur, aut malefactor religionem ingrediatur, liberatur tunc à foro ſeculari.*

23 *Quando idem delictum commiſſum ſimul fuit à viro eccleſiaſtico & laico, ita vt cognoſcere de eo crimine ratione vnius delinquẽtium, qui eccleſiaſticus eſt, pertineat ad iudicẽ eccleſiaſticũ, tunc ſpectat ad vtrumque iudicem cognoſcere de ea cauſa vnumquemque eorum aduerſus reum ſibi ſubiectũ, eumque punire quiſque debet iuxta iura modũque procedendi ſui fori.*

24 *Nouitius approbatæ religionis & exemptæ à iuriſdictione ordinariorum, durante nouitiatu delinquẽs, aliquem interficiendo, vel mutilando, aut aliud ſimile committendo, quemadmodum perſona eſt eccleſiaſtica, ita gaudet priuilegio fori, neque ad aliud tribunal tunc pertinet in criminalibus, quam ad tribunal ſui prælati ac religionis, perinde ac cæteri, qui perfectè religioſi ſunt.*

1 Hvcuſque diximus de pœnis ferè omnibus, quibus homicidiũ, mutilatio, & percuſſiones in ſeculari foro puniuntur; nunc conſequenter eſt dicendum de pœnis ſpiritualibus ac eccleſiaſticis pro eiſdem criminibus ſtatutis, itemque de canonicis impedimentis, quæ inde interdum reſultant. Dixi, dictum eſſe de pœnis ferè omnibus, quibus delicta illa in ſeculari foro puniuntur: quoniã de induſtria in hunc locum in hancque diſputationem reſeruauimus, quæ pœnę etiam in ſecurali foro imponerentur, quãdo in eiuſmodi criminibus interuenit ſacrilegium, quòd commiſſa ſint in perſonas eccleſiaſticas, itemque quando eccleſiaſtici illa commiſerunt, atque ſunt talia, vt brachio ſeculari ſint relaxandi, vt pœnis ciuilibus legibus ſtatutis in eo foro puniantur; ſimul autem eſt dicendum, quibus pœnis in eccleſiaſtico foro puniri debeant eccleſiaſtici, qui prædicta crimica committunt, quando talia non ſunt, vt propter illa relaxari ſeculari brachio debeant. Explanato autem in

A hac diſputatione ſacrilegio, quo hæc crimina in perſonas eccleſiaſticas committuntur, & quibus alijs pœnis debeat puniri, à diſputatione ſequenti explicabimus, quouſque ob illud excommunicationis pęna incurratur, & quouſque illa reſeruata ſit.

Ordiendo autem ab homicidio, mutilatione, ac percuſſione factis in perſonã eccleſiaſticam, in quibus delictis circunſtantia ſacrilegium interuenit, addens eis criminibus nouam ſpeciem peccati ex ſuo genere lethalem, ac neceſſario confitendã, quin & annexam habentem excommunicationem canonis ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. vt à Diſputatione ſequenti explanabimus, idque ſumpta perſona eccleſiaſtica latè, vt comprehendit etiam nouitios religionum prima tõſura minimè initiatos, & nouitias reli- 2
B gionum monialium, omneſque clericos, prima ſaltẽ tõſura initiatos, etiã ſi coniugati ſint, atque etiam ſi hodie nõ gaudeant priuiliegio fori, ſed iudicari poſſint ac puniri à iudicibus ſecularibus, iuxta ea quæ ſubijciemus: ordiendo, inquam, ab homicidio, mutilatione, ac percuſſione, commiſſis, in perſonas ſic eccleſiaſticas, in primis eſt dicendum. Ex eiuſmodi circumſtantia augeri & aggrauari hæc delicta, ac cẽſeri qualificata, vt augeri debeat pœna iudicis prudentis arbitrio, ſupra ordinariam, aut arbitrariam, iuribus ſtatutam, aut imponi (quando iuribus non comperitur ſtatuta) conſuetam pro eiſdem criminibus in laicas perſonas patratis; eo modo, quo Diſputa. 23. & ſequentibus dictum eſt, eiuſmodi delicta qualificata cenſeri, augendamque ſimiliter eſſe pœ-
C nam, quando proditoriè aut aleuosè fiunt, vel quando interuenit alia ex circunſtantijs notabiliter ea aggrauantibus ac fædantibus, quæ ab illa diſputatione 23. fuerunt explanatæ. Cum autem, vt eandem Diſput. 23. eſt dictum, quando pro eiuſmodi qualitatibus admodum notabiliter aggrauantibus ac fædantibus prædicta delicta, nec de iure communi inueni tur expreſſum, quantum augeri debeat pœna, qualiterve debeat etiã eſſe qualificata, vt pro parricidio eſt expreſſum, nec item de iure particulari regni, in quo id delictum eſt commiſſum, id expreſſum eſt, vt in hoc regno eſt expreſſum, qualiter aggrauari ac qualificari debeat pœna pro homicidio proditoriè ac aleuosè commiſſo; id quidem tunc iudicis arbitrio relinquatur; cõſequens profectò eſt, vt cum nec
D de iure communi, nec de iure huius regni comperiatur expreſſum, quãtum augeri ac aggrauari debeat pœna horum criminum, quando ſacrilegium eiuſmodi in eis interuenit, id iudicis arbitrio ſit relinquendum: qui tamen in eo augenda ac qualificanda ad omnes circunſtantias concurrentes attendere debet, & ad loci cõſuetudinem. Vnde longè maiorem ac ignominioſiorem pœnam imponere debet, ſi interficiatur pręlatus, mutiletur, aut percutiatur, quã ſi in ſimplicem ſacerdotem eadem crimina ſint cõmiſſa; & magis ſi commiſſa ſint in ſacerdotem, qui aliqua præfulgeat dignitate, infra epiſcopalem, aut literis, nobilitate, vel religione ſit inſignis, quã ſi his dotibus ille careat, nec tam vtilis ſit reipublicæ ac ec-
E cleſiæ, quàm ille alius; & magis quo ignobilior eſt is qui ea crimina in eos patrauit, magiſque eſt illi ſubditus, in quem illa commiſit, quàm quo fuerit nobilior, minuſque illi ſubditus; & minus puniniendus eſt, cęteris paribus, qui illa commiſerit in diaconum & minus adhuc qui in ſubdiaconum, quam qui eadem commiſerit in ſacerdotem, & minus qui ea cõmiſerit in religioſum nouitium, quam qui ea commiſerit in profeſſum, aut in noſtra ſocietate in coadiutorem, ſpiritualem præſertim, aut in alium, qui poſt duos probationis annos vota iam emiſit, & ſic de alijs qualitatibus circumſtantiæ concurrentibus. Ac ſanè quãdo illa cõmitterentur in nec religioſum ſimpliciter, ſed nouitium, nec initiatum ordinibus

 ſacris,

ſacris, non multum aggrauanda eſſet pœna, vt de eiſdem criminibus commiſſis ex propoſito quidem & ſine ſacrilegio, attamen minimè proditoriè nec aleuosè, Diſputatione 23. citata dicebamus. Et quã do committerentur in non religioſum, neque beneficiatum, neque deputatum ſeruitio alicuius eccleſiæ, aut dantem operam literis in collegio, aut vniuerſitate aliqua ex præſcripto Epiſcopi, eſto ille prima tonſura aut minoribus ordinibus eſſet initiatus, credo circunſtantia illa non eſſet ſufficiens vt aggrauaretur pęna delinquenti; præſertim hodie, quando nihil ferè differunt eiuſmodi initiati minoribus ordinibus ab alijs laicis, neque gaudent priuilegio fori. Atque, eſto beneficiati eſsēt, aut deputati ſeruitio alicuius eccleſiæ, ſi tamē paruæ eſſent ætatis, nec eſſent aliunde multæ æſtimationis, parum admodũ aut nihil aggrauaretur pęna committentium in illos ea delicta.

3 Qui eiuſmodi crimina in perſonas eccleſiaſticas commiſerint, ſi religioſi non ſint, etiam nouitij, neque initiati ſint ordinibus ſacris, neque ſint beneficiati, eſto prima tonſura aut minoribus ordinibus ſint initiati, ſi tamen habitum clericalem & tonſuram non deferant, & ſimul alicui eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiant, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſentur, non gaudent hodie priuilegio fori, vt in Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformatione fuit ſtatutum, ac proinde non ſecus, atque cæteri laici, iudicandi ac puniendi à iudicibus ſecularibus hodie ſunt pro his criminibus, & pro quibuſcunque alijs ad ſeculare forum attinentibus, pœnis, quibus cęteri laici puniuntur. Vnde ceſſant multa ex ijs, quæ Iulius Clarus, quinto lib. ſent. §. vlt. q. 36. a num. 8. Anton. Gom. 3. tom. var. reſolut. c. 10. à nume. 3. & Couar. de pract. quæſtio. cap. 31. circa hæc diſputant. Pro ſacrilegio tamen ac pœna excommunicationis ſimul incurſa cognoſcere ſimul poteſt ac debet iudex eccleſiaſticus, etiam aduerſus merum laicum ita delinquentem, modo ſtatim explicando, neque abſoluere ab excommunicatione ſpectat ad iudicem ſecularem, vt eſt notiſſimum. Atque cum eiuſmodi crimina, quo ad perſonas à foro ſeculari minimè exemptas, mixti ſint fori ratione ſacrilegij adiuncti, dicendum arbitror, ſi iudex ſecularis præueniat, ad ipſum ſolùm ſpectare imponere reo pœnam corporalem aut etiam pecuniariam, pro eis delictis commeritam, etiam vt ea delicta aggrauantur ex ſacrilegio adiuncto, quæ pœna cum grauior eſſe ſoleat ac debeat, quando imponitur à iudice ſeculari, quàm quæ ab Eccleſiaſtico iudice imponeretur pro ſacrilegio illo, ſanè iudex eccleſiaſticus tunc ſolùm cognoſcere debet quoad excommunicationem. Quando autem eccleſiaſticus iudex præueniſſet ob ſacrilegium, adhuc iudex ſecularis cognoſcere poſſet ac deberet quo ad homicidium, mutilationem, aut percuſſionem, procedendo etiam ad comprehenſionem rei pro delicti qualitate, & imponendo pœnas, quæ ad id forum ſpectant, addendo pro ſacrilegio coniuncto id ſolum, quod ad competentem pœnam in eo foro defuerit ſupra id, quod iudex eccleſiaſticus impoſuerit: poteſtque reum ab eccleſiaſtico iudice inſufficienter punitum, pro homicidio, mutilatione, aut percuſſione, quæ directè in eo euentu ad ſuum forum, & non ad eccleſiaſticum, ſpectant, iterum punire, atque id eſt, quod probat cap. felicis, de pœnis lib. 6. Contrarium autem dicerem in delictis, quæ quoad totam ſuam rationem formalem ſunt mixti fori, vt in blaſphemia, periurio, tranſitu ad ſecundas nuptias viuente priore coniuge, & de ſimilibus alijs criminibus: in his enim poſtquã is iudex punierit, qui præ-

A uenerit, locus non relinquitur alteri, ut pro eodem delicto, ſemel ab vno iudice punito, iterum puniat. Sicque dirimi poteſt ardua & difficilis controuerſia inter doctores, num ſcilicet in criminibus, quæ ſunt mixti fori, poſtquam vnus iudex, qui pręuenit, integre puniuit id delictum iuxta iura ac conſuetudinem ſui fori, poſſit iterum idem delictum puniri ab altero iudice. Dicendum quippe eſt, ſi in eo crimine ſit aliqua ratio delicti, de qua cognoſcere, & quam punire, non ſpectet ad iudicem, qui præuenit, vt in re propoſita, & in euētu, de quo eſt ſermo, cap. felicis citato, inuenitur homicidium, mutilatio, aut percuſſio, facta ab homine, quo ad eas rationes formales delicti, attinentis ſolùm ad forum ſeculare, & ad iudicem ſecularem, cum tamen ratio ſacri- B legij adiuncti, communis ſit vtrique foro, tunc poſt pœnam impoſitam à iudice eccleſiaſtico, qui præuenit, poſſe cognoſcere & punire iudicem ſecularem eundem reum, quoad id, quod iudex eccleſiaſticus impunitum reliquit; quin & ſimul dum iudex eccleſiaſticus cognoſcit de ſacrilegio adiuncto, vt illud puniat, poſſe iudicem ſecularem comprehendere eundem reum & aduerſus eum procedere ſimul, vt eũ puniat de homicidio, mutilatione, aut percuſſione, aliave iniuria adiuncta.

Quando autem iudex ſecularis præuenit, quia agnoſcere etiam poteſt de ſacrilegio tanquam de peccato rempublicam lędante, & tanquam de circunſtantia aggrauante homicidium, mutilationem, aut percuſsionem, adiũcta, nihil relinquitur, quod ad C eccleſiaſticum iudicem attineat, niſi impendere beneficium abſolutionis ab excommunicatione, appoſita medicinali pœnitentia, habitaque in ea imponenda conſideratione pęnæ impoſitæ, aut imponendæ, à iudice ſeculari pro integro delicto. Atque in hunc modum, à me explicatum, dirimendam cenſeo controuerſiam, quam referunt ac diſputant Iulius Clarus. 5. lib. ſenten. §. vlt. quæſtio. 36. num. 47. & quæſtio. 57. num. 14. Couar. 2. var. reſol. cap. 10. num. 6. & Ant. Gom. 3. tom. var. reſol. c. 1. nu. 4. neque inter ſe hi doctores plenè conſentiunt, valdeq; ancipites ſunt.

Quando eæ perſonæ eccleſiaſticæ, quæ exemptæ omnino ſunt à foro ſeculari, homicidium, mutilationem, percuſsionem, aut quodcunque aliud crimen D committunt, ſiue in perſonam eccleſiaſticam, ſiue in laicam, ſiue in Deum, aut in rempublicam, vt blaſphemiam, hæreſim, crimen falſæ monetæ, aut aliud falſi, ſodomiam, vel patriæ proditionem (placet enim de omnibus horum eccleſiaſticorum delictis loqui) tunc cognitio de his omnibus criminibus ratione perſonæ delinquētis, omnino quo ad ea exemptæ à foro ſeculari, ſpectat ad ſolùm forum eccleſiaſticum, ad iudicemque eccleſiaſticum. Ita habetur. c. at ſi clerici, c. clerici, & c. qualiter, de iudiciis, c. 2. de foro comp. c. continua, quod eſt Valentiniani, Theodoſij, & Arcadij Imperatorum, & alijs capitibus ſequentib. 11. q. 1. l. 57. ti. 6. par. 1. & l. 4. 5. & alijs ſeq. tit. 3. lib. 1. nouæ collect. Non eſt tamen ea E exemptio de iure diuino, vt cum pleriſque ex iuris Pontificij interpretibus eſſe vult Iul. Clar. q. 36. citata, nu. 2. ſed eſt de iure humano, rationi ac diuino iuri valde cōſentaneo, vt tract. precedente Diſp. 31. copioſè oſtendimus, & præter doctores ibi citatos, affirmat ac probat Cou. de pract. qq. c. 31.

Huic autem priuilegio ac exemptioni à ſeculari 4
tribunali renunciare nō poſſunt eccleſiaſtici, neque ſi renuncient, valet renunciatio; eo quòd priuilegiũ ſit ſtatus eccleſiaſticorum, in illius bonum ac decētiam conceſsum, & nō in commodum ſingulorum eccleſiaſticorum, vt habetur, c. ſi diligenti, de foro comp. & conſentit communis doct. ſentētia. Atque exceptio, quòd eccleſiaſticus à iudice ſeculari ne-

queat iudicari, eſt peremptoria omnino, ſi probetur: poteſtque opponi, etiam poſt vltimam ſententiam, quæ in rem tranſeat iudicatam, latam à iudice ſeculari, antequam exequutioni ſit omnino mandata, & ſuſpendi exequutionem, ac ſi probetur, reddit ſententiam nullam, vtpote latam à iudice, qui ad eã ferendam non habebat iuriſdictionem, neque à reo conferri illi potuit, tacitè aut expreſsè conſentiendo in eo iudicio, eo quòd, vt dictum eſt, cedere ac præiudicare ſuo conſenſu non potuit priuilegio ordini ac ſtatui eccleſiaſticorum, in bonum ac decentiam eius ſtatus conceſſo: poteſtque ea exceptio opponi, non ſolum à reo, ſed etiam ab ſtatu ipſo eccleſiaſticorum, iudicève eccleſiaſtico eius rei competenti, vt habetur. c. ſi iudex. de ſent. excommunica. libr. 6. affirmatque hæc omnia communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequũtur Couar. de pract. qq. c. 33. num. 2. & Iul. Clar. q. 36. citata. num. 3. 4. & 5. Qui nume. 22. cum Caſtaneo addit, teneri iudicem eccleſiaſticum petere reum ad ſuum tribunal attinẽtem, ſtatim ac id ſibi conſtat, alioquin poſſe deponi, quin & criminaliter puniri. Quando autem opponeretur poſt latam ſententiam, quæ omnino in rem iudicatam tranſijſſet, vt exequutio impediretur, nullique probabilitati niteretur, vt quia reus, in quẽ mortis ſentẽtia eſt lata, obijceret, ſe eſſe religioſum profeſſum, profeſſionemque emiſiſſe in cænobio valde diſtanti, nulla omnino adhibita probatione, etiam veriſimili, curare non tenetur iudex ſecularis talem exceptionem tanquam friuolam & inanem, vt ab exequutione ſententiæ deſiſteret, vt vidi in Luſitania curatam non fuiſſe in quodam fure, quem ad patibulum comitabar eum conſolando ac adiuuando, vt in gratia ex hac vita diſcederet.

5 Quamuis poſt concilium Tridentinum, quod initiatos ſolum prima tonſura, aut etiam minoribus ordinibus, magna ex parte, vt ſupra dictum eſt, ſeculari foro ſubiecit, minus frequẽtes hodie ſint eiuſmodi exceptiones, non ſolum poſt ſententiam, quæ in rem trãſierit iudicatam, latam à iudice ſeculari, ſed etiam à principio cauſæ, aut in eius progreſſu, quãdo tamen eiuſmodi exceptiones proponũtur, in primis ad iudicem eccleſiaſticum talis rei ac delinquẽtis, & non ad iudicem ſecularem, ſpectat cognoſcere de ea exceptione, ſententiamque circa eam ferre, num ſcilicet talis reus de numero eorum eccleſiaſticorum ſit, qui exempti ſunt à foro ſeculari, aut non vocato tamen ac audito iudice ſeculari, qui contrarium contendit, & quocunque alio, cui ſua interſit, eum exemptum non eſſe à foro ſeculari, quique id contendat. Ita habetur. ca. ſi iudex. de ſent. excom. lib. 6. redditque ibi Bonifacius Octauus elegantem eius rei rationem; quoniam eſſe illum eccleſiaſticũ, aut non, res eſt ſpiritualis ac eccleſiaſtica, cuius proinde examen ac definitio ad eccleſiaſticum iudicem & non ad laicum ſpectat. Addit Couar. ca. 33. citato. num. 1. cum Anton. à Butrio, Felino, Decio, & alijs, quos citat, hanc etiam aliam rationem: quoniã quando inter eccleſiaſticum iudicem ac ſecularem quæſtio mouetur circa iuriſdictionem, ad quem eorum pertineat, iudex eccleſiaſticus, propter maiorẽ ipſius autoritatem, eam cauſam definit, ſententiam ea de ferendo. Teſtatur autem Couar. vbi ſupra, non ſolum hanc eſſe communem doctorum ſententiam, iuxta expreſſam Bonifacij definitionem ca. ſi iudex citato, ſed etiam ita ſeruari in Hiſpanijs, quãdo iudices eccleſiaſtici non ex peruerſo affectu, animoque iniquè liberandi peſſimos delinquentes, qui ad tribunal ſeculare verè ſpectant, à iuſtiſſima pęna in eo illis infligenda, ſed ſincerè procedunt. Refert verò in Gallia iudices ſeculares, qui comprehenſos delinquentes tenent, eam litem dirimere, eos non remittendo eccleſiaſtico tribunali, niſi prius ſufficiẽ-

A ter coram iudicibus ſecularibus probent verè de numero illorum eccleſiaſticorum eſſe, qui ad eccleſiaſticum tribunal ſpectant. Idem ſeruari in Mediolanenſi ducatu teſtatur Iulius Clar. quæſt. 36. citat. numero 21.

Quando iudex ſecularis aliquem reum comprehendit, qui clericum, aut eccleſiaſticum, ſe eſſe dicit 6
de numero eorum, qui priuilegio fori gaudent, aut iudex eccleſiaſticus vt talem petit eum ſibi tradi, nũ ſit ſtatim iudici eccleſiaſtico tradendus, antequam cognoſcatur de cauſa, num talis re vera ſit, eaq; cauſa definiatur, diſtinguendum eſt. Quoniam ſi notorium ſit eum talem eſſe, aut fama publica ſit talem eſſe, vel talis communiter reputetur, tradendus tũc eſt ſtatim iudici eccleſiaſtico, antequam vlterius in B examine ac cognitione eius cauſæ procedatur. Idẽ eſt, ſi ille antea non ſe gerebat vt laicum, & comprehenſus, deprehenſusve fuit cum tonſura & veſtibus clericalibus, aut cũ habitu religionis, ſi religioſum ordinis alicuius ſe eſſe dicat. Quoniam in his omnibus euentibus reputandus ac habendus eſt, vt perſona eccleſiaſtica, eſſeque eſt cenſendus in poſſeſſione perſonæ eccleſiaſticæ gaudentis priuilegio fori, ac proinde conſeruãdus eſt in ea poſſeſſione, ac tradendus iudici eccleſiaſtico, interim dum id plenè examinatur ac definitur: quin & tunc probare eum eccleſiaſticum non eſſe, qui priuilegio fori gaudeat, ſpectat ad iudicem ſecularem, aut ad alium, cuia interſit, eum non gaudere eo priuilegio. Ita definit Bonifacius Octauus, cap. ſi iudex citato. Quando C verò nihil prædictorum interuenit, tradi non debet iudici eccleſiaſtico, donec comperiatur diſcuſſione cauſæ eccleſiaſticum eſſe, ad tribunalque eccleſiæ pertinere, reo ipſo oſtendente titulũ, vnde conſtet eccleſiaſticum eſſe, vt Bonifacius ibidem definit, aut legitimis teſtibus id comprobando, vt gloſſa communiter recepta ibi affirmat, & cum cõmuni doctorum ſententia aſſeuerat Couar. cap. 33. citato, num. 3. atque varijs iuribus confirmat. Subiungit verò Couarr. ibidem, cõſuetudine eſſe receptũ, vt hodie iudex ſecularis non remittat reum ad iudicem eccleſiaſticum quouſque lata ſit ſententia, eum eccleſiaſticum eſſe, ad ſuumque forum pertinere. Interim verò dum hæc cauſa pendet, neque eſt integrè examinata ac definita, iudex ſecularis procede- D re non poteſt in cauſa principali, ſed debet ab ea proceſſuve illius omnino ſuperſedere, cenſuriſque eſt inhibẽdus ne procedat, vt Bonifacius Octauus, c. ſi iudex citato definit.

Quando iudex ſecularis procedit criminaliter ad 7
uerſus eccleſiaſticum nondum captum, & is eccleſiaſticus accedit ad ſuum competentem iudicem eccleſiaſticum, vt pronunciet ipſum perſonam eccleſiaſticam exemptam à tribunali ſeculari, petitque à tali iudice eccleſiaſtico, vt cenſuris compellat iudicem ſecularem inhibere à cognitione eius cauſę, ſancitum in hoc regno eſt, diplomatibus ad id obtentis à ſummo Pontifice, vt ſi crimen tale ſit, pro quo, ſi ille eſſet laicus, capiendus eſſet à iudice ſeculari, de- E beat is delinquens detineri à iudice eccleſiaſtico in publico ſuo carcere tutò interim dum cauſa pendet, neque poſſit ſub fideiuſſoribus, aut alio loco in carcerem ei cõceſſo, à publico carcere dimitti, alioquin poſſit iudex ſecularis illum comprehendere ac detinere in carcere ſeculari. Ita habetur l. 7. titu. 4. lib. 1. nouæ collec. de qua re Couar. vbi ſuprà, nu. 4. idque propter clericos primæ tonſuræ, aut minoribus ordinibus initiatos, qui beneficiati nõ ſunt, erat ſancitum: hodie verò, cum à concilio Tridentino priuati ſint priuilegio fori, id ferè omnino ceſſat, vt & ceſſant alia, de quibus Couarruuias ibidem, num. 6. & 7.

Quando eccleſiaſticus, qui erat captus, eſt remit- 8
tendus

tendus à iudice ſeculari ad eccleſiaſticũ, remitti debet cum cuſtodibus expenſis eiuſdem eccleſiaſtici. Si autem pauper ſit, remitti debet expenſis iudicis eccleſiaſtici, qui remitti ſibi illum poſtulat, vt cum alijs, quos citat, affirmat Couarr. vbi ſup. num. 5. argumento quorundam iurium. Nefas tamen eſt eum remittere ignominioſè & cum irriſionibus, quas cõmemorat Iulius Clarus q. 36. citata, alicubi fieri: puniendique erunt iudices, qui eo modo illos remiſerint. Quin incident in pęnam excommunicationis canonis ſi quis ſuadente diabolo, ſi eos contingendo ignominiam illis intulerint.

9 Quando eccleſiaſticus, poſt ſentẽtiam latam à iudice ſeculari, exceptionem, opponit, quòd eccleſiaſticus ſit, atque obtinet vt remittatur ad iudicẽ ſuũ eccleſiaſticum; tunc, ad actoris petitionem, condẽnari à iudice eccleſiaſtico, & non à ſeculari, debet in expenſis ab actore factis in proſequutione eius litis coram iudice ſeculari: quoniam vere fuit in culpa, vt actor eas expenſas faceret, non opponendo antea exceptionem illam. Ita Couar. vbi ſup. nu. 2. cum alijs, quos citat. Idem dicerem, ſi ante ſententiam opponeret eandem exceptionem, poſtquam tamen progreſſio eſſet facta in lite coram iudice ſeculari, factæque eſſent expenſæ, potuiſſetque antea eandem exceptionem opponere, vt expenſæ illæ euitarentur.

10 Ad quem autem iudicem ſpectet cognoſcere, an habitus, in quo reus, qui contendit ſe eſſe eccleſiaſticum, exemptumque eſſe à iuriſdictione ſeculari, eccleſiaſticus ſit, aut non, & an habitus, in quo antea incedebat, eccleſiaſticus ſit, an non. Couar. cap. 33. citato, nu. 1. meritò affirmat, id attinere ad iudicem ſecularem, ad quem definire ſpectat, an talis reus eccleſiaſticus ſit, ad ſuamque iuriſdictionem ſpectet, vel non, atque ita ſeruari teſtatur in Hiſpaniis: citatque quoſdam, qui affirmant id attinere ad iudicem ſecularem, & qui quo ad id tantum affirmant in Gallia iudices ſeculares cognoſcere, an comprehenſus à iudice ſeculari eccleſiaſticus ſit: cum tamẽ verè conſtet in Gallia iudices ſeculares cognoſcere ſimpliciter, an talis eccleſiaſticus ſit, vel non. Iulius etiam Clarus. quæſtio. 36. citata, nume. 14. & in calce num. 21. conſtanter affirmat, ad ſecularem iudicem, & non ad eccleſiaſticum, attinere iudicare an habitus ſecularis ſit, vel non. Eius tamen ſententia nobis non probatur ex ipſa rei natura, ſtandoque in diſpoſitione iuris canonici ac communis. Quæ autem teſtes cenſendæ ſint clericales, in clericis primę tonſuræ, & initiatis minoribus tantum ordinibus, diſputant latè Couarr. de pract. quæſt. cap. 31. nu. 7. & 8. Iulius Clarus. quæſtio. 36. citata à nume. 13. & alij. Superfluam verò reputo hodie eam diſputationem, poſtquam in Cõcilio Tridentino ferè omnes priuati ſunt priuilegio fori.

11 Iudices eccleſiaſtici in ſuo tribunali imponere non poſſunt pęnam ſanguinis, hoc eſt, mortis aut mutilationis. Pęnam tamen flagellorum imponere poſſunt, etiam de iure canonico. Tametſi publicorum flagellorum pęna rarò imponi ſoleat, nec imponi debeat, aut expediat, viris eccleſiaſticis ad ipſorum tribunal attinentibus, præſertim in ſacris ordinibus conſtitutis, & maximè ſacerdotibus, propter maximam, quæ in eo cerneretur, indecentiam ac ignominiam miniſtrorum eccleſiæ, quibus reuerentia, magna ratione ſui gradus ac miniſterij, debetur, vt hæc omnia diſputat. 2. §. de prælatis, ex c. primo, de calumniatoribus, & c. cũ beatus Paulus. 45. diſtin. dicta ſunt. Dixi, flagellorum publicorum: quoniam religioſi, ſi exceſſus eorum id efflagitent, flagellari poſſunt ac conſueuerunt in ſuis cęnobiis coram ſolis religioſis, iuſſu prælatorum, ac miniſterio alicuius religioſi, aut per ipſummet prælatum.

A Eodemque modo punire poſſent Epiſcopi initiatos ordinibus ſacris, etiam presbyteros, quando eã pænam exigerent illorum exceſſus, ſi id commodè fieri poſſet, atque ſi id haberet conſuetudo. Talis tamen pæna nec commodè exerceri poteſt in eos ab Epiſcopis, poſtquam in communitate degere non aſſueuerunt, nec imponi eis conſueuit. Pæna tamen triremium imponi etiam presbyteris interdum conſueuit, tum ab Epiſcopis, tum etiam à prælatis religioſorum religioſis ſibi ſubditis, quando valde id exigunt illorum exceſſus, vt ipſi ea ſaltem pæna puniantur, cæteriſque id ſit in exemplum, vt à tam grauibus delictis abſtineant, atque tunc deponi degradarique verbaliter conſueuerunt, exuique veſtibus religioſis ac eccleſiaſticis, tradi induti veſtibus ſecu-
B laribus conſueuerunt miniſtris ſecularibus, vt ad triremes deferantur, eaque pæna in ipſos exerceatur, vt diſp. 2. §. citato dictum eſt. Lege quo ad hæc omnia, inter alios, Iulium Clarum, 5. lib. ſent. §. vlt. qu. 70. num. 2. & 5. In criminibus etiam grauibus, vt in furto, non leui, ſed graui, in homicidio, periurio, & in alijs ſimilibus, locum etiam habet depoſitio, quæ & degradatio verbalis nuncupatur, vt conſtat cap. degradatio de pænis libr. 6. & detruſio in monaſterium, (tametſi rarò ad hac detruſionem condẽnent Epiſcopi, & rariùs eam detruſionem efficaciter exequutioni mandari efficiant, vt Iulius Clarus. quæſt. 70. citata. num. 6. & alij affirmant, experientiaque ipſa teſtatur) condemnatioque ad carcerem perpetuum, quæ item rarò locum habet, niſi ob crimen
C hæreſeos, quando reconciliantur eccleſiæ. Ob leuiora autem crimina interdum ſuſpenduntur ab ordinum ac officij exequutione, vel ad tempus, vel in perpetuum, & beneficijs priuantur, alijſque pænis pecuniarijs, aut exilij, ſimilibuſque alijs pænis afficiuntur.

Ad ſententiam depoſitionis ab ordine, à graduve eccleſiaſtico, ſiue ſimul facienda ſit actualis degradatio, ſiue nõ, ſed ſolùm interim manere debeat intra limites depoſitionis, verbaliſve degradationis, ſi depoſitio fieri debeat ab Epiſcopatu, tunc ad cauſæ examen ac definitionem neceſſe eſt interueniant duodecim Epiſcopi præter metropolitanum, qui cum illis tredecim efficiat: quòd ſi diſcordent, ſufficit maior illorum pars, & tunc metropolitanus 12
D profert ſententiam, exprimendo de conſenſu taliũ vel talium, ipſeque proſequitur degradationem, ſi ad illam ſit vlteriùs progrediendum. Ad deponendum verò presbyterum, ſex alij Epiſcopi requirebantur, præter proprium Epiſcopum deponẽdi, qui cauſæ examini ac definitioni ſimiliter intereſſent, ſtabaturque maiori eorum parti, ſi diſcordarent, proferebatque ſententiam Epiſcopus proprius deponẽdi, exprimendo de conſenſu talium vel talium, ipſeque progrediebatur ad degradationem, ſi ad eam vlteriùs eſſe progrediendum. Ad deponendum verò Diaconum, aut ſubdiaconum, tres alij Epiſcopi requirebantur, præter proprium deponendi Epiſcopum, maiorique ſimiliter parti ſtabatur, ſi diſcordarent, reliquaque ſimiliter fiebant. Ad deponendum
E verò clericum in minoribus ordinibus cõſtitutum, aut prima ſolùm tonſura initiatũ, ſufficit ſolus proprius illius Epiſcopus, pręſente capitulo, aut maiori illius parte, vel præſentibus aliquibus à capitulo ad id deputatis. Ita habetur cap. ſi quis tumidus, & reliquis ſequentibus 15. quæſt. 7. conſentitque cap. degradatio de pænis, libr. 6. & habetur in pontificali Romano, affirmantque Iulius Clarus 5. lib. ſent. §. vlt. quæſt. 74. Sylueſter verb. degradatio, & communis doctorum ſententia. Addit verò Sylueſter, valere conſuetudinem, vt ſolus Epiſcopus ſine capitulo deponat clericum in minoribus conſtitutum. Ad deponendum verò ac degradandum presbyterum, aut diaco-

aut diaconum, vel ſubdiaconum, ob hęreſis crimen, ſatis eſt ſolus Epiſcopus, conuocatis Abbatibus ſuæ diœceſis, prælatiſque alijs ac religioſis & literatis, quos conuocare iudicauerit expedire. Ita habetur c. 1. de hæret. lib. 6. Hodie verò in Hiſpaniis inquiſitores hæreticæ prauitatis cum ordinario presbyterum, vel diaconum, aut ſubdiaconum, condemnant de hæreſi, ſimulque proferunt ſententiam depoſitionis aut degradationis. Imò verò hodie in concilio Tridentino ſeſ. 13. cap. 4. de reformatione fuit definitum, vt ſolus Epiſcopus per ſe, aut per eius Vicarium generalem, deponere poſſet, ac per ſe ſolum degradare poſſet, quemcumque presbyterum, diaconum, aut ſubdiaconũ, qui ob quodcunque crimẽ deponendi aut degradandi eſſent, idque his verbis: *Cum verò tam grauia nonnunquam ſint delicta, ab eccleſiaſticis commiſſa perſonis, vt ob eorum atrocitatem è ſacris ordinibus deponendi, & curiæ ſint tradendi ſeculari, in quo ſecundum ſacros canones certus Epiſcoporum numerus requiritur: quos ſi omnes adhibere difficile eſſet, debita iuris exequutio differretur: ſi quando autem interuenire poſſent, eorum reſidentia intermitteretur: propterea ſtatuit & decreuit: Epiſcopo per ſe, ſeu illius vicarium in ſpiritualibus generalem, contra clericum, in ſacris etiam presbyteratus ordinibus conſtitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalẽ depoſitionem, & per ſe ipſum etiam ad actualem atque ſolemnem degradationem ab ipſis ordinibus, & gradibus eccleſiaſticis, in caſibus, in quibus aliorum Epiſcoporum præſentia in numero à canonibus definito requiritur, etiam abſque illis procedere liceat; adhibitis tamen, & in hoc ſibi aſſiſtentibus, totidem Abbatibus vſum mitræ & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate aut diœceſi reperiri & commodè intereſſe poſſint alioquin alijs perſonis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues ac iuris ſcientia commendabiles exiſtunt.*

13 Ob grauiſſima quædam crimina actualiter eccleſiaſtici degradantur in eccleſiaſtico foro, idque in pœnam grauiſſimam in eodem eccleſiaſtico foro eis inflictam, atque, vt forum eccleſiaſticum amittant, cenſeanturque traditi foro ſeculari, eique ſubiecti maneant, puniendi pro eis criminibus, & pro alijs, ſi quæ deinceps commiſerint, pœnis legibus ciuilibus ſtatutis, fieri debet eiuſmodi degradatio coram iudice ſeculari, ac dici, eius foro illos relinqui ac ſubijci, ſeria obſecratione ſeu petitione facta, vt pœna ſanguinis, hoc eſt, mortis aut mutilationis, eis non imponatur, ſed miſericorditer cum illis ſe gerant: atque ex tunc omnino pertinent ad forum ſeculare, abſque alia traditione, eoſque comprehendunt iudices ſeculares, pœniſque iuribus ciuilibus pro eis criminibus ſtatutis eos puniunt. Ita fieri debere degradationem, vt ad forum ſeculare pertinere degradati incipiant, cenſeanturque eo foro eo ipſo traditi, ſtatuit Innoc. Tertius cap. nouimus. de verb. ſignific. Eiuſmodi verò degradatio eccleſiaſticorum, vt habetur cap. degradatio, de pœnis lib. 6. fit inſtar eius degradationis, quæ in ſeculari militia fieri conſueuit, ſpoliando milites, duces, & alios militiæ rectores, propter aliqua delicta militari cingulo, & alijs militaribus inſignijs, eoſque ignominioſè à militia reijciendo ac remouendo, qui eo ipſo infames erãt, nec commorari poterant, vbi imperator erat, vt habetur. l. 2. ff. de ijs, qui notant. infam. & aliis iuribus. Formæ verò, quibus Archiepiſcopi, Epiſcopi, preſbyteri, diaconi, ſubdiaconi, acolyti, exorciſtæ, lectores, oſtiarii, & initiati ſola prima tonſura, degradari debeant, habentur ſigillatim in põtificali Romano, formæque ſententiarum, quibus deponi à ſuis gradibus debent, conſentitq; c. degradatio citatũ. Qđ aũt eccleſiaſticus non prius pertineat ad tribunal ſeculare, nec puniri poſſit ciuilib. legibus, quàm degradetur, habetur in authentico clerici apud proprios Epiſcopos. §. illud palam. ibi: *Prius hunc ſpoliari à Deo amabili Epiſcopo ſacerdotali dignitate, & ita ſub legum fieri manus.*

14 Pro crimine hæreſeos, ſi eccleſiaſticus relapſus non ſit, nec fuerit dogmatiſta, ac reſipuerit, degradari nõ debet, niſi verbaliter dumtaxat, ac proinde nondum pertinet is ad forum ſeculare, ſed ad eccleſiaſticum. Debet tamen detrudi in perpetuum carcerem, vt ibi pęnitentiam perpetuò agat, non tamen ita arctum, vt interficiatur, alioquin eccleſiaſticus iudex, qui id efficeret, irregularitatem incurreret. Ita habetur. c. 1. de hæret. lib. 6. iuncta gloſſa ibi, & conſentit l. 60. tit. 6. par. 1. Quando autem eccleſiaſticus hæreticus nõ reſipiſceret, ſed pertinax eſſet, aut reputaretur impęnitens ac fictus, vel eſſet relapſus, aut talis dogmatiſta, cui nõ cenſeretur parcendũ; tunc, degradatus actualiter, ſubijciendus eſt foro ſeculari, illique relinquendus vt puniatur, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt. Ita habetur c. 1. iuncto c. ſuper eo. & c. accuſatus. de hæret. li. 6. & c. ad abolendam. extra de hæret. & conſentit. l. 60. citata.

15 Quãdo item eccleſiaſticus deprehenditur falſaſſe literas apoſtolicas, ita vt negare id non poſſit, vel ſufficienter de eo crimine eſt conuictus, degradari ſimiliter debet coram iudice ſeculari, & eius foro puniendus relinqui. Ita habetur cap. ad falſa priorũ. de crim. falſ. cap. nouimus. de verbor. ſign. & l. 60. citata. Capite tamen nouimus citato. §. vltimo. iubet Innocentius Tertius Epiſcopo Pariſienſi, qui falſarium quendam literarum apoſtolicarum de mandato eiuſdem Summi Pontificis comprehenderat, vt eum in perpetuum carcerem includat, vt ibi in perpetuum pænitentiam grauem pro eo crimine efficiat: quod ad gratiam ac indulgentiam, tunc à Summo Pontifice ei delinquenti factam, affirmant multi doctores attinere, id quod ſatis conſonum eſt duobus aliis iuribus citatis, ex quibus. c. ad falſariorum eiuſdem eſt Innocentii 3.

16 *Præterea ſi quis ſacerdotum, vel reliquorum clericorum, ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam, aut calumniam, aut conuicia intulerit, & conuinci potuerit, mox depoſitus curiæ tradatur, & recipiat, quod inique geſſit.* Sic diſpoſuit Pius Papa cap. ſi quis ſacerdotum. 11. quæſt. 1. & cõſentit. l. 60. citata. Gloſſa tamen cap. cum non ab homine. de iudiciis, & quædam aliæ, communiſque doctorum ſententia, id intelligunt, quando ita delinquẽs eſſet incorrigibilis, iuxta ea quæ dicenda ſunt. Quoniam non videtur conſonum rationi, vt eccleſiaſticus homicida ſolum deponatur ac detrudatur in carcerem, aut in monaſterium, vt ibi pęnitentiam agat, nec tradatur curiæ ſeculari, niſi deprehenſus poſtea ſit incorrigibilis, quia tunc demum tradi debet puniendus foro ſeculari, priuatus priuilegio eccleſiaſtico, vt habetur ca. cum non ab homine citato, & quòd pro ſolo conuicio dicto Epiſcopo tradi debeat puniendus curiæ ſeculari. Præterea id nõ eſt intelligendum de leui conuicio aut contumelia, ſed de graui. Adde, vt Panorm. cap. at ſi clerici de iudic. nu. 34. ait, in depoſitionibus ac pęnis non multum attendi debet ad pęnas antiquorũ canonum, in quibus facilè pęna depoſitionis imponebatur. Atque vt Pelagius Papa capit. fraternitatis, 34. diſtinct. ait; *Defectus noſtri temporis, quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa hominũ defecerunt, diſtinctionis illius non patitur manere menſuram.*

17 Dubitant doctores, vtrùm pro aliis delictis, extra tria explicata, poſſint eccleſiaſtici degradari ſtatim actualiter, ſpoliarique priuilegio fori eccleſiaſtici, ac tradi curiæ ſeculari puniendi iuxta ciuiles leges: an non, ſed ſi crimina grauia ſint, vt ſunt homicidiũ doloſum, furtum graue, periuriũ, & his ſimilia, aut grauio-

grauiora,debeant conuicti deponi ſolùm,ſeu degra
dari verbaliter,& detrudi in carcerem, aut in mona
ſterium, vt ibi pænitentiam grauem pro criminis
qualitate efficiant,retinendo adhuc priuilegium fo-
ri eccleſiaſtici: ſi autem contumaces ſint, quia com-
prehendi non poſſunt, poſtquam fuerint depoſiti,
vt in carcerem aut in monaſterium detrudãtur, aut
inde fugerunt,neque ſui copiam exhibent, ſed per-
ditè in eiſdem aut in alijs flagitiis, etiam leuioribus,
viuunt, excommunicentur: ſi verò excommunicati
non paruerint, nec ſe receperint ad pænitentiam ac
meliorem frugem, anathematizentur,hoc eſt,publi
cè adhibitis ſolemnitatibus extinctionis cãdelarum
denuntientur excommunicati,(vt Panor. cap. cùm
non ab homine, rectè exponit) ſi autem nec ſic pa-
ruerint,ad melioremque vitam ſe reducant, tũc de-
mum,tanquam qui in profundo malorum deuene-
runt, neque eccleſia iam habet quid amplius circa
eos efficiat, vt emendentur, & vt ab eo tribunali
competenter puniantur, ſeculari foro puniendi re-
linquantur ac committantur, ſpoliati eccleſiaſtico
priuilegio fori,vt apertè ſanciri videtur cap.cùm nõ
ab homine,de iudic.& conſentit l.61.titul.6.par.1.
Panormitanus,inter alios, hanc quæſtionem copio
sè diſputat,cap.at ſi clerici.à num.37.cap. cum non
ab homine.de iudiciis,& cap.1.de homicidio, con-
tenditque pro homicidio qualificato, vt ſi prodito-
riè ſit commiſſum, aut fiat cum ſpoliatione bonorũ
graſſando, vel ſi in eo interueniat parricidium, aut
ſi crimen læſæ maieſtatis humanæ commiſit,tractã-
do prodere patriam,aut interficere principem,& in
aliis valde qualificatis & atrocibus delictis,pro qui-
bus forum eccleſiaſticum non habet competentes
pænas quas infligat,degradãdos eſse actualiter eiuſ-
modi malefactores,ac tradendos foro ſeculari com
petenter puniendos iuxta ciuiles leges: aut ſi com-
prehendi non poſſint,vt degradentur,ſubiiciendos
eſſe foro ſeculari, vt à miniſtris eius fori comprehen
dantur, in eoque foro comprehenſi puniantur. Pa-
normitanum ſequuntur multi alii, in quorum ſentẽ
tiam propendere videtur Nauar.3.lib.conſil. conſi
lio 58.num.1.de regularibus, etiam quando homi-
cidium qualificatum eſt ſacrilegio,quo profeſſus re
ligioſus interfectus eſt à nouitio eius religionis: tã-
etſi fateatur communem ſententiam eſſe in contra-
rium Iulius Clarus.5.libro ſentent.§. vltim. quæſt.
36. numero 36.40. & alijs, Gregor. Lopez. l.61.
citata,verb.homicidio, & Couar.2.var.reſol. c.20.
num.7.rem etiam diſputant, atque affirmant com-
munem opinionem,quam referunt,eſſe,de iure de-
gradari ac tradi curiæ ſeculari non poſſe, niſi prius
ſit incorrigibilis (Iulius Clarus, nume.36.citato,&
alij dicunt,etiam ſi Summum Pontificem interfece
rit.) Addunt verò cõtrarium ſeruari, ſeruatumque
eſſe in praxi,& proferunt multa exempla, maximè
Greg. Lopez, Hiſpalique dicit, tres graues religio-
ſos,qui ſuum Prouincialem, ſatanica fraude dece-
pti,occiderunt, traditos fuiſſe curiæ ſeculari, ac ſu-
ſpenſos fuiſſe. Tandem tres autores citati affirmãt,
quando crimen,ſpectatis circumſtantijs concurren
tibus,eſſet valde qualificatum ac atrox, tradendos
eſse ſtatim puniendos iudicibus ſecularibus. In du-
bio autem id non eſse efficiendũ, niſi cõſulto prius
Summo Pontifice, atque de eius facultate. Miror
autem Iulium Clarum, & pleroſque alios, affirma-
re,de iure, etiam ſi eccleſiaſticus Summum Pontifi
cem interfeciſset,non eſse tradendum curiæ ſecula-
ri,niſi prius eſset incorrigibilis. Etenim cap.ſi quis
ſacerdotum.11.quæſt.1. fuit ſancitum, vt ſacerdos
inſidias parans ſuo Epiſcopo, aut contumeliam illi
inferens,tradatur ſtatim puniendus curiæ ſeculari:
maximè autem id habebit locum, ſi eũ interficiat,
aut grauiter vulneret, vel alapam illi impingat, aut
A fuſte ignominiæ cauſa eum cædat,multoque magis
id habebit locum,ſi in ſummum Pontificem,Chri-
ſti vicarium, omniumque patrem ac paſtorem vni-
uerſalem, quicquam horum efficiat: neque quo ad
hos euentus diſpoſitio illa iuris communis mitius e-
rit intelligenda, vt locum ſolum habeat, poſtquam
ille fuerit incorrigibilis, cum potius per epicheiam,
quando illa,& aliæ iuris canonici ſanctiones,cõtra-
rium ſonarent,non eſsent intelligendę in adeò atro
cibus ac qualificatis criminibus, quæ bonum cõmu
ne reipublicæ ac Eccleſiæ efflagitat,vt acerrimè in
quibuſcunque delinquentibus puniantur. Iuxta eã
dem doctrinam cenſet Gregorius Lopez vbi ſupra
meritò Hiſpali tres illos religioſos,qui prouincialẽ
ſuum interfecerunt,ſtatim,degradatos, fuiſse tradi
B tos curiæ ſeculari fuiſseque ſuſpenſos:quoniam pa
trem ſuum ſpiritualem,ac prælatum ſuum, qui qua
ſi Epiſcopalem iuriſdictionem in ipſos habebat,ale
uoſè ac proditoriè interemerunt. Idem cenſet faciẽ
dum eſse in parricidio,& in patrię proditione,quin
& in machinatione in principem ſecularem, & in
alijs valde qualificatis criminibus, conſentiuntque
Couar.& Iulius Clarus vbi ſuprà,docentes,iudicis
prudentis arbitrio eſse relinquendum, vt iudicet,
quando tam graues circumſtantiæ ac qualitates in-
teruenient,vt id ſit efficiendum:in dubio autem ef-
ficiendum id non eſse, niſi conſulto, & approban-
te, concedenteque id ſummo Pontifice. Sanè ego
multum propendeo in Panormitani ſententiã,quan
do delicti atrocitas, qualitateſque illud aggrauãtes,
C eſsent magnæ, propter rationes vrgentes, quibus
Panormitanus ſuam ſententiam probat. Et quoniã
grauiora multo ſunt eiuſmodi delicta in perſonis ec
cleſiaſticis,quæ aliis eſse debent exemplo, quam in
laicis:bonoque communi expedientiſſimũ,vt quan
do notoria ſunt & ſcandaloſa, acriter puniantur in
eccleſiaſticis,vt ſimilia non audeant,& miteſcat ac
ceſset laicorum grauiſſimum ſcandalum: atque per
epicheiam ita intelligi ac exponi debent ſanctiones
eccleſiaſticæ,quę alioquin eſsẽt irrationabiles,quin
cum pro crimine falſi ea pœna ſit ſtatuta, inde con-
iectura ſumitur, contra mentem eccleſiæ non eſse,
vt pro longè grauioribus & atrocibus delictis eadẽ
pæna à iudicibus eccleſiaſticis infligatur: latiuſque
multo eſt, vt iudices ipſi eccleſiaſtici in eiuſmodi a-
D trociſſimis delictis degradent,puniendoſque tradãt
curiæ ſeculari,eccleſiaſticos ita enormiter ac ſcanda
loſè delinquentes,quàm vt expectent, principes ſe-
culares,conſulendo bono ſuæ reipublicæ, id effice-
re, nihil de iudicibus eccleſiaſticis nihilque de illo-
rum iuriſdictione ea in parte curãdo. Tametſi prin
cipes ſeculares nihil circa eiuſmodi delicta puniẽda
debeant efficere ſine degradatione ac relaxatione
præuia facta per iudices eccleſiaſticos, aut niſi con-
ſulto priùs ſummo Pontifice, obtentoq; priùs illius
beneplacito.

Illud eſt obſeruandum, quando eccleſiaſticus ali 18
quis ob ſua delicta eſt degradatus realiter, aut ſolũ
eſt depoſitus,verbaliterque tantum degradatus, ad
E ſolùm Summum Pontificem pertinere reſtituere il-
lum in priſtinum ſtatum,& non ad iudicem,aut prę
latum,qui illum degradauit, aut depoſuit, vt iuſta
c.1.& 2.diſt.50.& l.1.in fine.ff.de quęſtionibus,af-
firmat communis doctorum ſententia, & habetur
in pontificali Romano.

Quando perſona eccleſiaſtica iuſſit aliquem in- 19
terfici per aſſaſſinum,aut aſſaſſinum recepit,ſi, mo-
do diſputatione 25.explicato, conſtet eum in id cri-
men incidiſſe,tunc,cùm eo ipſo ſit diffidatus, atque
adeò virtute ſit degradatus, eo quòd conceſſum ſit,
non ſolùm iudicibus eccleſiaſticis,ſed etiam cuicun
que alteri licitè eum interficere, vtique abſque alia
degradatione puniri interficique poteſt per iudices
ſecu-

ſeculares,vt Diſp.25. citata cum communi doctorũ ſententia fuit comprobatum.

20 Tractatu præcedente diſp. 342. §. clementina 1. diximus,ſi clericus non coniugatus publicè per propriam perſonam exerceat officium carnificis, aut macellarij,vel tabernarij, & ter admonitus à diœceſano,non deſtiterit, aut iterum aliquod ex prædictis officijs exerceat,incedatque in ſeculari habitu,amittere priuilegium fori eccleſiaſticum , ſolùm donec reſipiſcat. Coniugati verò clerici hodie eo priuilegio ſunt priuati,vt dictum eſt. Etiam priuantur ipſo iure omni priuilegio clericali,ac proinde priuilegio fori,quicunque clerici, qui hiſtrionum minorùmve artem exercent,& ter moniti à ſuo prælato, non reſipiſcant. Quòd ſi per annum perſeuerent,ſunt ipſo iure infames. cap.vnico. de vita & honeſt.cleric. libro 6.

21 Multi,quos referunt Couar.de pract.qq.cap.32. nu.2. & Iulius Clar.q.36.citata nu.23. volunt, clericum,etiam in ſacris ordinibus conſtitutum, qui, dimiſſo clericali habitu & tonſura,omnino vt laicus ſe gerit,ſi deprehendatur in delicto,& comprehendatur non gaudere priuilegio fori,ſed abſque degradatione poſſe per iudicem ſecularem puniri,iuxta c. perpendimus.de ſent.excomm. & cap.1.de apoſtatis. Tametſi Couar.admittendum id non cenſeat, ſi in ſacris ſit conſtitutus,niſi fortè in valde enormi delicto, & quando ſe immiſcuiſſet non vni ſoli, ſed multis enormitatibus,multique alij refragentur. Illos legito.

Quando autem aliquis poſt crimen commiſſum eos ordines ſuſcepiſſet,per quos exemptionem à ſeculari foro conſequeretur,vtrùm etiam illam conſequeretur comparatione criminis ante eos ordines ſuſceptos patrati,dum adhuc ſeculari foro erat ſubiectus;an verò ſolum comparatione criminum ac cauſarum poſt eos ordines ſuſceptos, Anton.Gomez.3. tom.var.reſ.cap.10.num.5.de eo, qui primam tonſuram ſumeret poſt delictum commiſſum, abſolutè aſſerit,iudicandum eſſe à iudice ſeculari. Ducitur, quoniam in delictis, quo ad pœnam imponendam, ſemper attenditur tempus commiſſi delicti,non verò tempus ſententiæ, vt ex multis iuribus probat. Id tamen,vnde ad id aſſerendum ducitur, nullius profectò eſt momenti: aliud quippe eſt,ad culpam æſtimandã, & ad pœnam pro illa imponendã, attendendum eſſe ad tẽpus cõmiſsi delicti & ad circũſtantias, tunc concurrentes,& non ad tẽpus ferendę ſententiæ,& ad circũſtantias quæ tunc cõcurrunt, quod ꝓbant iura,quæ citat,& quibus nititur: aliud verò longè diuerſum eſt, qꝫ iudex proferre debeat ſententiã & punire delinquentem, quando poſt delictum cõmiſſum ſuperuenit circunſtantia aliqua, ob quã delinquens,qui nondum eſt punitus,ſed adhuc eſt puniendus,pertinet ad alium forum,quod nunc diſputamus. Quare dicendum eſt,cum communi doctorum ſententia,quam referunt ac ſequuntur Couarr. de pract.99.cap.32.& Iulius Clarus,quæſt.36.citata.num. 43. Quando abſque fraude aliqua is delinquens ordines tales ſuſcepiſſet poſt crimen patratum,tunc eiuſmodi ordines eum omnino eximerent à foro ſeculari , etiam comparatione criminis ante eos ordines patrati,argumento.l.hos accuſare. verſ. item magiſtratum.ff. de accuſat. vbi connumerando eos,qui accuſari non poſſunt,dicitur. *Item magiſtratum populi Romani, eumve , qui reipublicæ cauſa abſfuerit, dum non retractandæ legis cauſa abeſt*, hoc eſt fraude,vt beneficio eius legis ab accuſatione liberetur.l.qui cum vno.§.reus.ff.de re milit. l. qui poſtea. ff.de iud. & cap. propoſuiſti. de foro compet. His verò duobus iuribus vltimis excipitur,niſi iam lis eſſet cœpta per conteſtationem, aut citationem, coram iudice, ad cuius forũ reus antea pertinebat: nam tunc perpetuata cenſetur iuriſdictio coram illo priori iudice,vt ratione noui fori, ad quod reus pertinere incipit,cauſa non pertineat ad hunc alium iudicem. Quod additio ad gloſſam.l. qui poſtea, cum Angelo in eo,qui ratione clericatus ad nouum forũ eccleſiaſticum pertinere incipit, intelligit, vt iudex ſecularis tunc punire ratione prioris delicti eũ poſſit ſolùm in bonis exteriùs, & ſic proſequi etiam quaſcunque cauſas ciuiles cœptas in ſuo tribunali vſque ad finem,non tamẽ poſsit eum punire in corpore. Quando autem talis delinquens fraude ac dolo eos ordines ſuſcepiſſet,vt iudicis ſecularis forum declinaret, tunc ordines ita ſuſcepti non liberarent eum à iuriſdictione ac foro iudicis ſecularis, argumento l.hos accuſare verſ.citato. l. ſi maritus. §. legis Iuliæ.ff.ad leg. Iul.de adult.l.vltim.ff. de re milit.& l.1.C.qui milit.poſſ.lib.12. Præſumitur autem fraus,ſi ille poſt delictum commiſſum, & ante ſuſceptos ordines,fuerat de delicto accuſatus,vel denunciatus,aut infamatus,imò verò rectè Baldus, à Couar.relatus,ait,eo ipſo,quòd tandem conſtat delictũ fuiſſe ab eo commiſſum,& ordines fuiſſe ab eo poſt illud commiſſum ſuſceptos, præſumitur eos in fraudem ſuſcepiſſe,vt declinaret ſeculare tribunal,ne in eo puniretur. Addit tamen communis ſententia cũ Bart. Iuan. And.quam Couar.& Iulius Clarus. vbi ſupra referunt ac ſequuntur, iudicem nihilominus ſecularem tunc non poſſe punire talem clericum pœna corporali, ſed ſolùm in bonis externis: iudicem tamen eccleſiaſticum tunc debere eum clericum degradare, ſi mortis aut mutilationis pœna ob id delictum ſit dignus,& tradere ita degradatum eum puniendum iudici ſeculari: quod quia iudices eccleſiaſtici præſtare nolunt,conſueuerunt, inquiunt ſeculares iudices ſuam mortis ſententiam, aut mutilationis, in eos exercere: quamuis malè faciant, vt ex Bart. & ex alijs doctores citati affirmant.

Iaſon & quidam alij,à Cou. & Iul.Clar.ibidem 22
relati, aſſeuerant, ſi ante delictum præceſsit votum de ordinibus ſuſcipiendis, aut de ingredienda religione,& poſt delictum commiſſum, ad votum implendum,ordines ſuſcipiantur, aut malefactor ille religionem ingrediatur, tunc liberari à foro ſeculari,quaſi abſque fraude tunc ſubiectus cenſeatur eccleſiaſtico foro, & declinaſse forum ſeculare. Et quamuis quidam aſſerant,ſufficere tũc, ſi delinquẽs ille iuramento confirmet, ſe ad votum implendum ante delictum patratum emiſſum ordines ſuſcepiſſe,aut ingreſſum eſſe religionem, vt ei ſit credendũ, præſumendumq; ſit, non in fraudem illos ſuſcepiſſe,aut ingreſſum eſſe religionem; meritò tamen Couar.cum alijs affirmat,ſtandum non eſſe iuramento illius: quoniam quando agitur de præiudicio tertij, non ſtatur iuro eius,qui aliquid affirmat, ꝙ à ſola ipſius voluntate fuit dependens,neq; aliter cõſtare poteſt factũ fuiſſe, q̃ ex aſſertione illius, vt eſt votum Deo coram ipſo ſolo,ſine teſtibus,factum: in re autem propoſita agitur de præiudicio magno reipublicæ,quòd id delictum non puniatur competenter per iudicem ſecularem, amorque vitæ & incolumitatis talis delinquentis facilè illum ad periurium inclinare potuit. Duo obſerua. Vnum eſt,quando delictum fuiſset homicidium,aut mutilatio, vnde ille irregularitatem contraxiſſet, ceſſare tunc obligationem implendi votum ſuſcipiendi Ordines, ad quod implendum legitimè eſt impeditus. Alterum verò eſt,hodie poſt Bullam Sixti quinti, latam ſexto Kalendas Decembris anni incarnationis dominicæ 1587. eiuſmodi delinquẽtes inhabiles eſse redditos ad religionem profitendam ac ingrediendam conceſsumque eſſe iudicibus ſecularibus, vt nihilominus procedant aduerſus eos,perinde ac ſi religionem non eſsent ingreſſi. Sic.n.habet bulla illa: Om-

Omnes autem, & quoſcunque, vt dictum eſt, criminoſos, vel ſuſpectos, aut ære alieno, vt etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos, ad religionem perpetuo inhabiles declaramus. Et ſi qui eorum contra præſentem noſtram conſtitutionem temere admittentur, tam ſuſceptionem habitus, quàm profeſſionem, & inde ſequuta, ex nunc, prout ex tunc, pari modo irritamus & annullamus, viribuſque & effectu carere decernimus: ac iubemus eos, qui ſic de facto recepti erunt, habitu ſpoliari, & à religione expelli: & nihilominus, ſi pulſi non fuerint, volumus & pariter declamus, habitus ſuſceptionem, & profeſſionem, penitus nullam eſſe & cenſeri, ac propterea, attentata nullitate habitus & profeſſionis, licere quibuſcunque iudicibus, & Curijs, etiam ſecularibus, ad quos, ſeu ad quas, ſpectat contra eos, vt prius iuris & facti remedijs opportunis, ex officio, vel ad cuiuſque inſtantiam, vel querelam, ciuiliter, criminaliter, aut mixtim procedere. Neque bulla hæc, quo ad hoc, derogata poſtea fuit ab aliis ſummis Pontificibus.

25 Dubitant doctores, vtrum quando idem delictũ commiſſum ſimul fuit à viro eccleſiaſtico & à laico, ita vt cognoſcere de eo crimine ratione vnius delinquentium, qui eccleſiaſticus eſt, pertineat ad iudicẽ eccleſiaſticum, vtrum, inquam, tunc iudex ſecularis cognoſcere etiam poſſit de eodem crimine ad illud puniendum in laico delinquente, qui ad ipſius tribunal ac iuriſdictionem ſpectat: an non, ſed remittere illum debeat ad iudicem eccleſiaſticũ. Multi, quos referunt Couar. de pract. qq. cap. 34. num. 1. Iulius Clarus quæſ. 36. citata, numero 43. & Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. cap. 10. num. 6. cum Antonio a Prato aſſeruerunt, tunc iudicem ſolum eccleſiaſticum cognoſcere debere de eo crimine, etiam quo ad laicũ, non verò iudicem ſecularem, affirmantque ita receptum fuiſſe ſæpe in praxi. Ducuntur, ne cauſa vna diuidatur, & ne de eadem re variæ ac diuerſæ ferantur ſententiæ à diuerſis iudicibus diuerſimodè iudicantibus. Et quia dignius trahit ad ſe minus dignũ, & non è contrario, iudex eccleſiaſticus, qui eſt dignior, iudicare ſimul debet de eccleſiaſtico & laico nec iudex ſecularis debebit aut poterit ſe immiſcere ad iudicandum laicum.

Meritò tamen tres autores citati cum pleriſque alijs, quos citant, aſſeuerant ad vtrumque iudicem ſpectare tunc cognoſcere de ea cauſa, vnumquemque eorum aduerſus reum ſibi ſubiectum, eumque punire debere iuxta iura, modumque procedendi ſui fori: ſicque affirmant receptum eſſe in praxi in hoc regno, & alibi: neque probo, quòd Iulius Clarus propendeat, de iuris rigore contrarium eſſe dicendum. Etenim cauſa illa diuidua eſt, cõgruamve diuiſionem habet, comparatione illorum duorum delinquentium, duorumque illorum tribunalium, ad diuerſas pęnas illis infligendas ratione diuerſorum ſtatuum illorum, & ratione modi procedendi, iuriumque, iuxta quæ in vtroque tribunali eſt iudicandum, neque eſt cur laicus tũc a iuriſdictione ſui iudicis ſecularis ſubtrahatur.

Vnde ſicut quando vxor & quidam tertius cooperantur ad furtum factum marito talis mulieris, diuerſimodè puniuntur, ſoluſque ille tertius punitur pœna furis, vt habetur, l. ſi quis vxori. ff. de furtis, & tractatu pręcedente dictum eſt, atque in multis alijs euentibus cooperantes ad idem delictum, diuerſimodè puniuntur pro quantitate culpæ ac pro qualitate ſtatus cuiuſque eorum, aliarumque circumſtantiarum concurrentium: ita abſurdum nullum eſt, quòd in re, de qua diſputamus, eccleſiaſticus & ſecularis cooperantes ad idem delictum, diuerſimodè puniantur, vnuſquiſque à ſuo iudice pro conditione ſui ſtatus, quantitate culpæ, ac modi proce-

A dendi ac puniendi in diuerſis tribunalibus, ad quæ ſpectant.

Poſtremum dubium in hac Diſputatione eſt, vtrum quando nouitius religionis approbatæ, ac exẽptæ è iuriſdictione ordinariorum, quales ordinariè omnes hodie ſunt, perſeuerante nouitiatu deliquit, aliquem interficiendo, mutilando, aut flagitium aliud committendo, puniri poſſit à Prælato eius religionis: an verò, ſi ordinibus non ſit initiatus, quorũ ratione de tribunali eccleſiaſtico ſit, puniri debeat aut poſſit à iudice ſeculari: ſi verò initiatus ſit eis ordinibus, puniri debeat à iudice eccleſiaſtico ordinario eius loci, tanquam qui ſimpliciter religioſus nõ ſit, dum ita eſt nouitius. Ea de re, quamuis non ſub his terminis, conſultus fuit Nauarrus 3. libr. conſi. 24
B conſilio 58. titu. de regularibus, circa nouitiũ quendam ordinis canonicorum regularium, de quo vehementia erant indicia, interfeciſſe canonicũ quendam profeſſum eiuſdem ordinis. Dicendum verò eſt cum Nauarro ibidem, iunctis ijs quæ docet cap. non dicatis. nume. 63. Eiuſmodi nouitium, interim dum nouitius eſt, quemadmodum perſona eſt eccleſiaſtica, gaudetque priuilegio canonis ſi quis ſuadẽte diabolo, vt ſequentibus Diſputationibus oſtendetur: ita gaudere priuilegio fori, neque ad aliud tribunal tunc pertinere in criminalibus, quam ad tribunal ſui Prælati ac religionis, perinde ac cæteri, qui perfecti religioſi ſunt eiuſdem ordinis. Dum enim ſummus Põtifex ordinem eximit ab alijs iudicibus ordinarijs, ſibique illum immediatum reliquit, vti-
C que totũ ordinem ſubiecit quo ad omnes ſuas partes, etiam quo ad eas, quæ ſub diſciplina erant regulari, vt perfectè & integrè partes fierent religionis, quales ſunt nouitij: neque expediebat, nouitios ſub alia eſse iuriſdictione, quàm ſuæ religionis.

Vnde, ſi delinquat, etiam occidendo, mutilando, aut aliud flagitium committendo, ſiue in alterum religioſum, aut nouitium eiuſdem religionis, ſiue in aliquem externum, neque eijciatur à nouitiatu, aut ille egrediatur nouitiatum, antequam de cauſa illa incipiat cognoſci in religione, eum quaſi citando ad illum ob id delictum puniendum, poſse prælatũ punire illum, & procedere vſque ad degradationem ac traditionem brachio ſeculari, vt à foro ſeculari puniatur, ſi tanta pœna ob id delictum ſit dignus,
D innuitque Nauarrus vbi ſuprà, iuxta Panormitani ſententiam ſuprà relatam, homicidium, quo religioſus profeſſus interficitur, eſſe crimẽ homicidij qualificatum ac ſufficiens, vt talis nouitius homicida degradetur, ac puniendus iuxta ſeculares leges pro tali delicto ſeculari curiæ tradatur. Quòd ſi ille egrediatur nouitiatum, antequam prælatus de eo crimine incipiat cognoſcere, eum quaſi citando ad illum pro eo puniendum, vt integrum eſt nouitio egredi, aut Prælatus illum, tanquam religione indignum, è nouitiatu, vt par eſt, eiiciat; tunc, cum eo ipſo ad illud tribunal pertineat, vel ſeculare, ſi non ſit beneficiatus, aut initiatus ordinibus, quæ duo de tribunali eccleſiaſtico illum efficiant, vel ad eccleſiaſticum,
E ſi beneficiatus ſit, aut eis ordinibus ſit inſignitus, neque à Prælato religionis præuenta fuerit iuriſdictio in illũ ad id crimen in eo puniẽdũ, vtique punietur, tunc à iudice ordinario, vel ſeculari, vel eccleſiaſtico, pro conditione talis egreſſi è nouitiatu, iuxta pęnã, quã pro eo delicto meruerit, attento ſtatu, in quo erat, & attentis reliquis circumſtantiis, quæ erant, quando id delictum commiſit, & non attentis præſentibus circumſtantiis, vt cum Ant. Gom. dictum ſupra à nobis eſt. Quando autem Prælatus iuriſdictionem illam præueniſset, poſset ac deberet nõ curare de tali iuriſdictione præuenta, ſed illum relinquere puniendum iudicibus tribunalis, ad quod pertinere inciperet.

Quod

Quod de eiuſmodi nouitio dictum eſt, locum etiã habet in noſtra Societate in omnibus, qui, peractis duobus probationis annis, tria vota emiſerũt;
7 veriq́ue religioſi noſtræ Societatis ſunt, non tamen profeſſi. Excepto, quòd integrum eiuſmodi religioſis non eſt, religionem egredi, ſed poſſunt puniri à Prælatis integre, prout commeruerint ipſorum delicta, & eos quærere ac comprehendere, ſi fugiant, integreque illos punire, etiam eos degradando ac tradendo puniendos iudicibus ſecularibus iuxta ciuiles leges, aut eos triremibus adigendo, ſi tales pœnas ipſorum commeruerint delicta, (quod Deus auertat euenire in noſtra Societate.) Quando itaq; eiuſmodi verè religioſi noſtræ ſocietatis nõ profeſſi delicta committerent, ob quæ digni eſſent pœna graui, iudicarenturque ſocietate indigni, integrum eſſet ſuperioribus, iuxta noſtræ ſocietatis priuilegia, in meliorem eiuſdem ſocietatis conſeruationem, atque in eccleſiæ, bonum, à ſancta Sede Apoſtolica illi conceſſa, eos à Societate dimittere, vota illis relaxando: & tunc iudices tribunalis ſecularis, aut eccleſiaſtici ad quod pertinere inciperent, punire eos poſſent iuxta delicta dum erant religioſi commiſſa, ſi dignum aut expediens iudicarent ex officio id efficere, aut ſi eſſet, qui de eis querelam aut accuſationem corã ipſis intentaret.

DISPVT. 50.

De pœna excommunicationis ob ſacrilegium iniectionis manuum violentarum in perſonam eccleſiaſticam. Et primò, qui poſſint eam excommunicationem incurrere. Et qui nomine perſonarum eccleſiaſticarum intelligantur, gaudeãtque eo canonis priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Quicunque percutit, aut manus uiolentas iniicit in quaſcumque perſonas eccleſiaſticas, excommunicationem incurrunt.*
2 *Omnes, modò iudicio rationis polleant ad culpam lethalem incurrendam, (ſine qua excommunicatio maior non incurritur) excommunicationem incurrere poſſunt, cuiuſcunque demum conditionis ſint.*
3 *Qui nomine clerici intelligantur.*
4 *Qui nomine monachi intelligantur, & qui gaudeant priuilegio monachali.*
5 *Commendatarij laici non gaudent priuilegio religioſorum, quia ſimpliciter religioſi non ſunt.*

1 INcipiendo ab vniuerſaliori pœna excommunicationis impoſita vniuerſim quibuſcunq; percutientibus, manuſve violentas ſuadente diabolo inijcientibus in quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, canone ſi quis ſuadente diabolo 17.q.4. ante omnia ſubijcienda ſunt verba canonis illius, qui ita habet. *Si quis ſuadẽte diabolo in clericum, uel monachum, manus uiolentas iniecerit, anathematis uinculo ſubiaceat. Et nullus Epiſcoporum præſumat illum abſoluere, niſi mortis urgente periculo, donec Apoſtolico cõſpectui præſentetur, & eius mãdatum ſuſcipiat.* Porrò priuilegium hoc, quod eccleſiaſtici habẽt, vt ſi quis illos percuſſerit, manuſve violentas ſuadente diabolo eis iniecerit, vinculo excommunicationis, ſedi Apoſtolicę reſeruatę, innodetur, priuilegium canonis appellatur, ad differentiam aliorum priuilegiorum eccleſiaſticorum, vt quòd immunes ſint à tributis, quòd exempti ſint à tribunali ſeculari, quod fori priuilegium nuncupatur.

Nomine, quis, in eo canone, ad effectum incurrendi eam excommunicationem, intelligantur tam feminæ quàm maſculi, cuiuſcunque ſtatus, conditionis, ac ætatis ſint, modò iudicio rationis polleant ad culpam lethalem incurrendam, ſine qua excommunicatio maior non incurritur. Ita communis doctorum ſententia iuxta c. 1. c. mulieres. c. pueris. de ſent. excommunic. & iuxta alia iura. 2

Nomine verò clerici, in eodem canone, vt qui in illum manus violentas iniecerit, eam excommunicationem incurrat, intelligitur, non ſolùm clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, ſed etiam qui minoribus aut etiam ſola prima tonſura eſt initiatus: dummodo ex aliquo capite ex ijs, quæ in progreſſu ſunt explicanda, hoc priuilegium non amiſerit. Ita communis doctorum ſententia iuxta ca. clericos, iuncta gloſſa ibi. 21. diſt. c. feriatim. 33. diſt. c. quoniã videmus. 69. diſt. & c. cùm attingat. de ætat. & qual. ord. 3

Monachi autem nomine in eodem canone intelligitur, in primis quicunque religioſus profeſſus religionis approbatæ, & quæcunque monialis profeſſa. Deinde intelligitur etiam quicunque nouitius, vel nouitia, talis religionis. Intelligitur præterea cõuerſus aut conuerſa talis religionis, hoc eſt, qui, aut quæ, ad ſeruitium talis religionis ſe dedicarunt, ſiue profeſſi ſint, ſiue non. Ita habetur c. non dubium, c. parochianos, & cap. de monialibus. de ſentent. excommunic. iuncto. cap. religioſo. §. vlt. eod. titu. libr. 6. & alijs iuribus, conſentitque communis doctorum ſententia. 4

In noſtra autem Societate, non ſolùm profeſſi ac nouitij, lõgèque maiori cum ratione, qui, peractis duobus probationis annis, tria vota conſueta caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ perpetuæ, iuxta noſtrum inſtitutum, à ſancta ſede Apoſtolica approbatum, emiſerunt, ſed etiam coadiutores temporales, qui tria eadem vota (ſimplicita tamen) emittunt, nunquamque ad profeſſionem admittuntur, hoc eodem priuilegio gaudent: idque non ſolùm quia verè ſunt religioſi ſub obedientia ſocietatis viuentes, eidemque religioni per prædicta tria vota obligati; caſtitatiſque illorum votum matrimonium dirimit, vt hæc omnia Gregorius decimus tertius ſuis literis definiuit: ſed etiam quoniam omnes de noſtra ſocietate, etiam nouitij, & coadiutores temporales, gaudent priuilegijs omnibus ordinum mendicantium, multiſque alijs, non quidem per participationem ſolùm, quaſi fictè (vt verbis bullæ vtar) ſimus mendicantes, ſed tanquam quintus mendicantium ordo à ſancta ſede Apoſtolica in eccleſia Dei inſtitutus, vt Pius quintus, ex ſanctiſſimo diui Dominici ordine ſummus Pontifex creatus, noſtræ Societati anno 1571. conceſſit, vt ex bulla ea de re ab eo lata conſtat.

Hoc eodem priuilegio gaudent religioſi omnes cuiuſcunque religionis approbatæ, in qua religioſi ſub obedientia Prælati viuunt, eſto in illa non ſit profeſſio, vt affirmat communis doctorum ſententia, quam, inter alios, refert ac ſequitur Iulius Clarus 5. lib. ſent. §. vlt. q. 77. nu. 3. idque, vt ait Nauar. in Manu. c. 27. nu. 79. cum alijs, quos citat, propter priuilegia, quæ prædicti ordines habere ſolent, & ob conſuetudinem ac ſtylum Romanæ Curiæ. Tales erant in Luſitania, dum ibi commorabar, pauperes, qui Paulum primum Eremitam imitantur, quos vulgus eius Regni Biguinos appellat, qñ profeſſionẽ non emittebant: iam verò hodie ab anno 1579. profeſſionem emittunt. Et tales ſunt quidam alij.

De iis, qui ſunt de tertio ordine diui Franciſci & diui Dominici, ait Caietanus in ſumma verb. excommunicatio. cap. 10. §. nota. 7. non gaudere hoc priuile-

Q

priuilegio: eo quòd profeſſionem non emittant. Obſerua tamen in Luſitania ac alibi eſſe aliqua monaſteria tertianorum, qui ſub obedientia viuunt, emittuntque profeſſionem trium conſuetorum votorum: atque de his dubium non eſt, eos priuilegio hoc gaudere. Idem eſt dicendum de quocunque alio aut alia, qui ſub habitu eius religionis profeſſionem emittunt, eſto in congregatione nõ viuant, quales aliquæ feminæ ſunt in hoc regno ſub habitu diui Franciſci. Quòd ſi alicubi ſint aliqui de tertio ordine diui Franciſci, diui Dominici, aut alterius religionis, qui tanquam in religione, tacitè ſaltem approbata, ſine profeſſione in ea congregatione ſub Prælati obedientia viuant, quales audiui fuiſſe aliquando aliquos de tertio ordine diui Franciſci in Luſitania, tales dicerem gaudere hoc priuilegio, deeiſque id affirmat Nauarrus vbi ſupra, quo in loco opinionem Caietani cum ſua conciliat, quòd Caietani opinio vera eſſe poſſit iuxta commune ius: non verò attentis priuilegijs, quæ ſimiles religioſi habere ſolent, attentaque conſuetudine ac ſtylo Romanæ Curiæ. De eiſdem religioſis intelligo Syluestrum verb. excommunicatio. 6. nume. 3. & verb. Eccleſia 1. verſus finem, & intelligo priuilegia eorundem, quæ Syluester refert, intelligo etiam Felinum in tractatu, quando literæ Apoſtolicæ noceant patronis, verſus finem, limitatione quarta, & alios, qui idem affirmant. Non verò de ijs, qui ita ſunt de tertio ordine, vt quamuis ſint coniugati, in ſeculoque extra congregationem viuant, ſeruant tamen regulam ſeu viuendi formam, quam illis beatus Franciſcus præſcripſit, vt habetur 1. parte Hiſtoriarum eius ordinis lib. 9. neque enim gaudent hoc priuilegio, conſentiuntque Luſitanæ ordinationes lib. 2. tit. 3. in prin. & §. 1.

De illis verò, qui ad tertium ordinem beati Franciſci aut beati Dominici admittuntur, ac ſe totos ſeruitio aut alteri miniſterio eius religionis deuouent, monachalem habitum aſſumendo, nihilque bonorum externorum retinendo, obediendoque ſuperiori talis religionis approbatæ, dicendum eſt, quamuis nullum emittant votum, cenſeri tamen perſonas eccleſiaſticas dum ita viuunt, gaudereque hoc priuilegio. Tales recipiuntur in Luſitania aliqui ad ſeruiendum in aliquibus monaſterijs obſeruantium, & ad petendum eleemoſynas monialibus, quas *deſcalças* vocant, ac alibi. Atque hi ſunt, qui in iure conuerſi non profeſſi nuncupantur, appellantur etiam deuoti alicui religioni. Eodem etiam modo gaudent hoc priuilegio, qui, mutato habitu, ſe & ſua in perpetuum miniſterio eccleſiæ alicuius ſecularis offerunt, nihil inde retinẽdo, neque etiam vſumfructum: atque hi appellantur conuerſi eccleſiarum clericorum. De his omnibus conuerſis, quòd priuilegio hoc gaudeant, affirmant Syluester locis citatis, Nauarrus in Apologia de reditibus eccleſiarum, monito 55. nume. 2. & in Propugnaculo eiuſdem Apologiæ, num. 14. & cap. non dicatis, numero 76. ac alij, quos citant, idem affirmant Gloſſa verb. conuerſi, conſentaneè ad textum ibi, c. duo ſunt. 12. quæſtio. prima, gloſſa item verb. eccleſiaſticis, cap. quiſquis, 17. quæſt. 4. & alia, cap. non dubium, de ſent. excommunic. Tametſi quidam alij refragentur.

De eremitis dicendum eſt, ſi in communitate viuant ſub Pręlato aliquo, tacitè vel expreſsè id approbante ſummo Pontifice, quia tanquam religioſi ita viuere permittuntur; vel ſi aliquis eremitarum viuat ſub obedientia alicuius Prælati ac congregationis, quæ eo priuilegio gaudeat, idque vel cum monachali veſtitu inſeruiendo alicui eremitæ monaſterij, vel incumbendo alicui alteri pio miniſterio, tanquam conuerſus talis religionis ad id ſeruiens; gau-

A dere hoc priuilegio: aliter verò eo non gaudere. Ita Nauar. in Man. c. 27. nu. 79. citato, Syluester locis citatis, & alij.

De commendatarijs laicis, num gaudeãt hoc pri- 5
uilegio, eſt longa concertatio inter Epiſcopum Dominum Franciſcum Sarmiento in ſuo libro de reditibus eccleſiaſticis par. 4. cap. 1. num. 13. & in defenſionibus eiuſdem libri parte 1. in monitum 55. Nauarri, & in quædam alia monita ſequentia eiuſdem Nauarri, atque inter eundem Nauarrum ex alia parte in Apologia citata quæſt. 1. monito 55. & quibuſdam alijs ſequentibus, & in Propugnaculo eiuſdem Apologię, num. 14. Dominus quippe Franciſcus Sarmiento cum Soto. 7. de iuſt. quæſt. 5. artic. 3. conſentaneè ad Diuum Thom. 2. 2. quæſtio.
B 186. articu. 4. ad tertium aſſeuerans, eiuſmodi milites non eſſe ſimpliciter & perfectè religioſos, (id quod nos etiã diximus ac probauimus tractatu præcedente de commendatarijs Hiſpaniarum, exceptis ijs, qui de religione ſunt diui Ioannis) neque eſſe perſonas ſimpliciter eccleſiaſticas, conſequenter negat, eos gaudere hoc priuilegio canonis. Contra verò Nauarrus, affirmans eſſe veros religioſos, perſonaſque eſſe verè eccleſiaſticas, conſequenter aſſerit, eos gaudere canonis ac fori priuilegiis. Dicendum verò in primis eſt, dubitandum non eſſe, commendatarios diui Ioannis gaudere hoc priuilegio, non ſolùm quia ſunt ſimpliciter ac verè religioſi in congregatione viuentes, emittenteſque profeſſionem trium votorum, & inter ea ſolemne votum caſtitatis ſimpliciter abſque vlla limitatione,
C (quæ omnia Sotus vbi ſupra non negat) ſed etiam quoniam expreſsè communicata habẽt in ipſorum bullis clericalia priuilegia: & quoniam c. canonica de ſent. excommunic. eis conceditur, vt, quando ſe inuicem percuſſerint, abſolui à priore presbytero cõuentus poſſint, ſicut & alii religioſi abſolui à ſuo ſuperiori poſſunt, atque ita à fide digno illius ordinis didici, in Melitenſi eorum conuentu, etiam hodie, haberi pro excommunicato eum, qui ipſorũ aliquem percutit, & vt talem abſolui nemine ea de re dubitante. Dicendum deinde eſt, quod ad reliquos commendatarios Hiſpaniarum attinet, quos *de Santiago*, *calatraua*, *Alcantara*, & in Luſitania *Dauis* vocant, dubitandũ non eſſe, à principio ordinum ip-
D ſorum habuiſſe hoc canonis priuilegium, nõ ſolùm quia erant religioſi in communitate viuentes, profitenteſque tria vota, (tametſi quidam eorum ſolam caſtitatem coniugalem profiterentur) ſeruandoque commendatarios quidem ſancti Iacobi regulam diui Auguſtini, & reliquos diui Benedicti regulam: ſed etiam quia expreſsè Alexander Tertius in bulla, qua anno 1175. fundationem ordinis beati Iacobi approbauit, qui ordo tunc in hoc Caſtellæ regno cæpit, eis commendatariis conceſſit priuilegium canonis, vt, dum in Luſitania commorabar, legi in regula ordinis beati Iacobi eius Regni, per dominum Georgium Ioannis ſecundi Luſitaniæ Regis filium compilata, fol. 25. pag. 2. Priuilegiaque om-
E nia eius ordinis conceſſa ſunt, non ſolùm commendatariis diui Iacobi regni Luſitani, ſed etiam commendatariis *Dauis* eiuſdem regni, vt conſtat ex bulla Iulii ſecundi, quæ habetur in regula ordinis *Dauis*, per eundem dominum Georgium compilata. Regulas autem ac priuilegia ordinum commendatariorum huius regni nondum legi. Cæterum hodie, cum à multis annis eiuſmodi commendatarii in congregatione non viuant, diſpenſataque habeant maxima ex parte uota caſtitatis ac paupertatis, eo quòd ſolùm voueant caſtitatem coniugalem diſpenſatamque magna ex parte habeant totam regulam, neque viuant niſi vt merè ſeculares, nullũ ferè exercitium obediẽtiæ habentes, intuendum arbi-

tror,

tror,quod ad priuilegia clericalia ſeu eccleſiaſtica attinet,ad conſuetudinem,illique erit ſtandum. Facta autem in Luſitania inquiſitione, num in eo regno, qui eiuſmodi commendatarios percuteret, cenſeretur excommunicatus, comperi à multis annis nullũ ea de re factum eſſe ſcrupulum,eaque de cauſa iudicaui præſcriptum iam eſſe in eo regno aduerſus id illorum priuilegium canonis. Idem etiam credo eſſe in hoc Caſtellæ regno. Qui autem compererit intra quadraginta antecedentes annos ſeruatum alicui eorum fuiſſe id priuilegiũ,is dicat, illos adhuc eo gaudere. Quo ad priuilegium verò fori,quouſque eiuſmodi commendatarij in Luſitania illo gaudeant,& quouſque eo non gaudeant, Diſp.141.citata fuit dictum. Idemq; audio ſeruari in hoc Caſtellę regno.

DISPVT. 51.

Quando ſuadente diabolo manus violentæ inijci cenſeantur in gaudentes priuilegio canonis, vt,qui illas inijciunt,excõmunicationem eius canonis incurrant.

SVMMARIVM.

1 *Quid in canone nomine manuum violentarum intelligatur,ita vt excommunicatio incurratur. Is etiam qui in re clerico adhærente manus inijcit, excommunicationem incurrit: quin & qui equo eius manus violentas inijcit, quando priuilegio gaudens ei inſidet. Item qui priuilegio gaudentem inſequitur, ita vt præcipitare ſe in aquas cogatur.*

2 *Qui clam aliquid ab eo accepit,qui hoc priuilegio gaudet, etiamſi id illi adhæreat, & etiam ſi id illi præſcindat,non incidit in hanc excommunicationẽ:quia huiuſmodi clancularia acceptio non eſt violenta.*

3 *Cùm priuilegium hoc canonis non tam ſit conceſſum in fauorem eccleſiaſticorum percuſſorum, quam in fauorem eccleſiaſtici ſtatus, ſequitur, vt, licèt eo priuilegio gaudentes in ſui percuſſionem conſentiãt, nihilominus ſi percuſſio iniurioſa ſit ſtatui eccleſiaſtico, percutiens incidat in hanc excommunicationem.*

4 *Si eccleſiaſticus manus violentas ſtatui eccleſiaſtico iniurioſas in ſe ipſum inijciat,tædio vitæ,ira, aut odio ſui,ſe ipſum ita vulnerando,percutiendo, vel ſumendo venenum, vt lethaliter peccet, incurrit excommunicationem.*

5 *Manus violenta & iniurioſa eccleſiaſtico ſtatui duobus modis eſt talis; vno ex ſeſe,quia ſcilicet ſecundũ ſe iniuriam infert perſonæ eccleſiaſticæ,& ſtatui eccleſiaſtico: altero ex diſpoſitione iuris humani: vtrouis modo manus iniectionem iniurioſam eſſe ſtatui eccleſiaſtico, ſufficiens eſt ad ſacrilegij peccatum & excommunicationem incurrendam. Quia ergo eccleſiaſtica lege eſt ſancitum, vt eccleſiaſticæ perſonæ, priuilegio fori gaudentes, interim dum eo gaudent,a iudicibus ſecularibus puniri non poſſint, neque ab eccleſiaſticis, niſi legitimam ad id poteſtatem habeant,atque eſto eam habeant,ſancitum eſt, vt qui Epiſcopi non ſunt, punire non poſſint eccleſiaſticos,niſi per ſe ipſos,aut,ſi neceſſe ſit, per clericum aut religioſum,et nunquam per laicum: conſequens eſt,ut ſi iudex ſæcularis ſtatuat pœnam percuſſionis alicuius eccleſiaſtici a ſuo foro executi, eamque per ſe aut per alium executioni mandet, tam ipſe quam eam exequens in hanc excommunicationem incidant. Conſequens etiam eſt, ut ſi eccleſiaſticus iudex decernat eandem pœnam, & per ſe uel per aliũ eã executioni mandet in eccleſiaſticum ſibi non ſubditum, ipſe & executor eandem excommunicationem incurrent. Item, ut ſi Prælatus, qui Epiſcopus non ſit,aut quiuis alius legitimus iudex eccleſiaſticus,in eccleſiaſticum ſibi ſubditum eam exequatur per laicum, aut quando id non eſt neceſſe per alium clericum, ſtando in iure communi canonico, tam ipſe quam executor incurrant hanc excommunicationem.*

6 *Vt ob manuum violentarum iniectionem in aliquem ex ijs,qui hoc priuilegio gaudent, incurratur hæc excõmunicatio neceſſe eſt, vt ea fiat illicitè, ſiue ex natura rei,ſiue quia ex diſpoſitione iuris humani eſt illicita, deinde vt ea iniectio altero eorum modorum ſit culpa lethalis. Quin, quando actus interior, quo manus violenta inijcitur,eſt culpa lethalis, incurritur hæc excommunicatio,etſi exteriori actu modica ac leuis violentia inferatur.* B

7 *Si duo eccleſiaſtici iocosè ſe ipſos percutiant, aut ſimili modo laicus eccleſiaſticum percutiat, licèt aliquid iræ interueniat, modò tamen attenta qualitate percuſſionis,& circumſtantijs concurrentibus,nõ interueniat culpa lethalis,non incurrunt excommunicationem.*

8 *Si pueri eccleſiaſtici ſe inuicem in rixa ex ira percutiant,ita tamen quod attenta quantitate nocumenti culpa non pertingat ad lethalem, non incurrũt iõ excommunicationem,nec regulariter incurrũt pueri clerici impuberes inter ſe inuicem rixantes: niſi lethaliter rixantes alterutrum grauiter mutilando peccarent.*

C NOmine manuum violentarum,in canone ſi quis ſuadente diabolo, intelligitur etiam quæcunque alia hominis pars. Vnde ſi quis cubito, pede, humero, aut alia quacunque parte,aliquem ex ijs percuſſerit, qui eo priuilegio gaudent,in eam excommunicationem incidit iuxta communem doctorum ſententia. Vt enim probè Caietan.in ſumma verb.excommunic. cap. 10. & alij doctores obſeruant, quia manus eſt organum organorum ad alia exequendum,nomine manus intelligitur quæcunque alia hominis pars, qua fiat violentia. Vt autem quis in eam canonis excommunicationem incidat, ſatis eſt, ſi mediatè, vel immediatè,manus violentas in eum iniiciat, qui eo priuilegio gaudet. Quo fit,vt non ſolùm is, qui D baculo, enſe, aut lapide percutit gaudentem eo priuilegio,eam excommunicationem incurrat,ſed etiã is, qui venenum illi propinat, uel ad eum mittit, ut illum interficiat,eo ipſo, quod eo illi re ipſa noceat, aut ille illud ſumit. Eadem ratione, qui in eũ conſpuit,aut puluerem,vel aliquid aliud,in eum iactat, aut effundit,ſi ſputum,puluis,vel aliud ita iactatum aut effuſum,illum contingat,incidit in eam excommunicationem. Item, qui aliquid eripit de manibus, aut de corpore eius, qui eo priuilegio gaudet, qui eum capit,detinet,incarcerat, vel includit in aliquo loco cum lethali iniuria illius, ſaltem quia inde egredi non poteſt ſine notabili pudore,aut ignominia,incidit in eandem excommunicationem, vt ha- E betur cap.nuper de ſentent. excommunic. Sufficit enim ſola exterior violentia re ipſa illi illata, qua detineatur parietibus incluſus, ad incurrẽdam eam excommunicationem,vt gloſſa ibi, Panormitan. & alij doctores communiter obſeruant.Idem eſſe affirmant Paludan.in 4.diſtinct. 18.quæſt. 3.num.27. Syluester verb.excommunic.6. numero 12. & alii, ſi cuſtodibus appoſitis egredi prohibeatur de aliqua domo minimè clauſa. Secùs autem ſi quis per metum eum egredi cogat de aliquo loco, minimè illum contingendo,vt rectè Syluester verb.excommunic. 6. numero quinto. caſu 8. ait, aut ſi quis, nulla illi appoſita clauſura, neque cuſtodibus, ei præcipiat non egredi de aliquo loco, vel in lo-

cum aliquem exulare, vt Caietan. cap. 10. citato ait. Quoniam licet hæc fiant comminando, nulla tamẽ exterior violentia re ipſa illi adhibetur ac fit, ſed ſolùm id illi præcipitur. Non ſolùm autem qui manus violentas modis omnibus explicatis in eum inijcit, qui eo priuilegio gaudet, in hanc excommunicationem incidit, ſed etiam, qui in re illi adhærente manus inijcit, vt qui illum in pallio percutit, dum illi adhæret, aut illud manu tenet, & qui pallium aut pileum ab eo eripit, dum illud tenet, aut alij adhæret, aut aliquid aliud de manibus eius aut de quauis alia corporis eius parte eripit. Quin & qui manus violentas inijcit in equum, aut in mulam, cui is inſidet, frænum aut habenas, vel aliud equi, aut mulæ, ornamentum tangendo, vel equum aut mulam percutiẽdo, incidit in eandem excommunicationem. Qui tamen manus violentas inijceret in equum aut in mulam eius, qui hoc priuilegio gaudet, quando eis non inſideret, neque illos teneret, ſed ab illis eſſet ſeparatus, tunc non incurreret hanc excommunicationẽ eſto animo iniuria ac contumelia afficiendi illum id efficeret. Idem dic, ſi manus violentas inijceret in pileum aut in pallium illius, quando ab eo eſſent ſeparata, eſto crederet illi adhærere, ſeque percutere eum, qui eis eſſet indutus, idque intendere: quoniam re ipſa non percuteret per illa eum, qui hoc priuilegio gaudet. Qui eum inſequeretur, qui hoc gaudet priuilegio, eaque ratione illum cogeret ſe præcipitare aut inijcere in flumen, vt inſequentem effugeret, hanc incurreret excommunicationem, iuxta mẽtem cap. nuper. de ſenten. excommun. Secùs autem eſſet, ſi dum ille inſequentem fugeret, caſu accideret, inſequente minimè illum attingente: quia tunc inſequens ſolùm fuiſſet illi occaſio talis læſionis, nõ verò cauſa. Idem quoque eſſet, ſi, præter ſpem merèque irrationabiliter, ille ſe inijceret in flumẽ, aut præcipitem daret, vt effugeret ipſum leuiter inſequẽtem. Ita Nauar. in Manu. ca. 27. num. 77. Sylueſter verb. excommun. 6. num. 5. caſu. 7. D. Anto. & alij, quos citant. Tametſi Ang. verb. excommun. 5. caſu. 1. num. 30. aſſerat, tutius eſſe dicere, eum, qui inſequendo in cauſa fuit, vt, qui hoc priuilegio gaudet, caderet, aut aliam læſionem acciperet, incidere in hanc excommunicationem. Quod mihi verum videtur, quando inſequutio verè fuit cauſa illius caſus aut læſionis, quia fuit talis, vt inde caſus ille aut lęſio facilè euenire poſſet, conſentitque Palud. q. 3. citata, num. 27. Secus autem eſſet, quando inſequutio, prudentis arbitrio, non reputaretur cauſa, ſed occaſio ſolùm caſus illius aut læſionis. In hactenus dictis conſentiunt doctores communiter Caiet. c. 10. citato notab. 1. Ang. loco citato. §. 28. Syl. vbi ſuprà ac. num. 10. & ſequentibus. Nauar. num. 77. citato, Palud. q. 3. citata. n. 26. & 27. Panor. c. 1. & c. nuper de ſent. excom. ac alij.

2 Qui tamen clam aliquid ab eo accepit, qui hoc priuilegio gaudet, etiam ſi id illi adhæreat, ac etiam ſi id illi præſcindat, non incidit in hanc excommunicationem. Talis eſt is, qui clàm de pecuniã de marſupio illius furatur, aut pallium, quo eſt ille amictus, & qui præſcidit ei marſupium aut cingulum, quo eſt præcinctus. Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi clancularia acceptio, eam ſi fiat cum præciſione rei adhærentis, non eſt violenta. Ita Palud. num. 27. citato, Ang. vbi ſuprà. §. 29. Caiet. cap. 10. citato notab. 2. & alij, quicquid Sylueſter in contrarium dicat verb. excommun. 6. num. 11. Meliorem tamen rationem eſſe arbitror. Quoniam ea excommunicatio impoſita eſt pro manus iniectione ſuadente diabolo, hoc eſt, quæ fit cum culpa lethali, non quidẽ quatenus eſt contra ſeptimum decalogi præceptũ, qualis eſt illa, de qua in hoc §. nobis eſt ſermo, ſed contra quintum, ſaltem ratione contumeliæ ac igno-
A miniæ illatæ. Quare ſi quis ei, qui hoc priuilegio gaudet, clam aliquid præſcindat, quod ei cedat in contumeliam ac ignominiam, vtique incurreret excommunicationem canonis ſi quis ſuadente diabolo.

Obſeruandum eſt, cùm, vt habetur cap. cõtingit. 3
1. de ſentent. excommun. priuilegium hoc canonis non tam ſit conceſſum in fauorem Eccleſiaſticorũ percuſſorum, quàm in fauorem eccleſiaſtici ſtatus, conſequens eſſe, vt eſto, qui eo priuilegio gaudent, in ſui percuſſionem conſentiant, atq; adeò ita percuſſo violentia ac iniuria non ſit illata; eo quòd volẽti ac conſentienti iniuria violentiaque non fiat; nihilominus, ſi percuſſio iniurioſa ſit ſtatui eccleſiaſtico, percutiens incidit in hanc excommunicationẽ.
B Atque ea de cauſa in eo capite pronunciatur excommunicatus, qui de clerici conſenſu, in recompenſam iniuriæ, quam clericus ille intulerat, eum percuſſit ſeu verberauit. Qua eadem ratione iudex ſecularis, quin & eccleſiaſticus iudex, excommunicationem incurrit, ſi de conſenſu clerici ſibi non ſubditi eum verberibus afficiat in condignam pœnam pro aliquo delicto: id enim (poſitó priuilegio alio eccleſiaſticorum in fauorem etiam eccleſiaſtici ſtatus, ꝙ iudicari ac puniri non poſſint à iudice ſeculari, quin neque ab eccleſiaſtico, qui iudex non ſit talis rei, de quo ſtatim dicetur) cedit in iniuriam ſtatus eccleſiaſtici, eaque de cauſa eo modo percutiens ſententiam excommunicationis incurrit. Quo fit, vt ſit ſatis, iniectionem manus in eum, qui hoc priuilegio gaudet
C iniurioſam contumelioſamve eſſe ſtatui eccleſiaſtico, eſto violenta iniurioſaque non ſit ei, cui inijciuntur, vt eas inijciens excommunicationem incurrat. Vtrum autem, qui ſe ita percuſſioni iniurioſæ ſtatui eccleſiaſtico ſubijcit, excommunicationem incurrat? Neganter eſt reſpondendum, ſi eam non cõſulat, aut præcipiat, ſed ſolùm permittat ac velit eã ſuſtinere, eſto ſe offerat, oſtendendo ſe ad illam paratum. Ita colligitur ex cap. cum contingat citato. Ait enim ſummus Pontifex, talem eſſe excommunicandum; quibus verbis perſpicuè innuit; non eſſe excommunicatum, idque affirmant Panor. ibi, Sylueſt. verb. excommun. 6. num. 5. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 78. & alij.

Ex dictis colligunt Panormitan. & alij. cap. cùm 4
D contingat citato, Nauar. in Manual. cap. 15. nume. 11. Caietan. cap. 10. citato, notab. 3. Sylueſt. verb. excommun. 6. num. 8. Paludan. in 4. diſtinct. 18. q. 5. num. 9. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. vlt. quæſt. 77. nu. 3. & doctores communiter, ſi eccleſiaſticus manus violentas ſtatui eccleſiaſtico iniurioſas in ſe ipſum inijciat, tædio vitæ, ira, aut odio ſui, ſe ipſum ita vulnerando aut percutiendo, vel ſumendo venenum, vt lethaliter peccet, incurrere excommunicationem canonis ſi quis ſuadente diabolo. Si autem ex deuotione in pœnitentiam ſe ipſum flagellet, aut alius ad petitionem illius eum flagellet, neutrum incidere in excommunicationem eius canonis: quia manus illæ non inijciuntur cum lethali culpa, quę neceſſaria eſt
E ad eam excommunicationem incurrendam: neque ſunt iniurioſæ ſtatui eccleſiaſtico, eſto in percuſſione exceſſus aliquis indiſcretioque aliqua interueniret. Hinc Caiet. cap. 10. citato. notab. 3. & alij meritò etiam affirmant, monialem, quæ potione, aut venæ ſciſſione, abortum intendit, non incurrere hanc excommunicationem, eo quòd ea manus iniectio in ſe ipſam ſui comparatione violenta, iniurioſa, ac contumelioſa non ſit, quippe cum volenti & conſentienti violenta, iniurioſa, ac contumelioſa manus iniectio non fiat: neque item ſit iniurioſa ſtatui eccleſiaſtico.

Illud eſt obſeruandum, vt Caietanus. cap. 10. ci- 5
tato notab. 4. probè notat, manum violentam, iniurioſam-

iurioſam vt eccleſiaſtico ſtatui, duobus modis poſſe eſſe talem. Vno ex ſe, quia ſcilicet ſecundum ſe iniuriam infert perſonæ eccleſiaſticæ, ſtatuive eccleſiaſtico. Altero verò ex diſpoſitione iuris humani. Atque vtrouis modo manus iniectionem iniurioſam eſſe ſtatui eccleſiaſtico, ſufficiens eſt ad ſacrilegij peccatum, & vt illam inijciens, in eã excõmunicationem incidat, de qua agimus. Quia ergo eccleſiaſtica lege eſt ſancitum, vt eccleſiaſticæ perſonæ, quæ fori priuilegio gaudent, interim dum eo gaudent, iuxta ea quæ Diſput. 49. explanata ſunt, à iudicibus ſecularibus puniri non poſſint, neque ab eccleſiaſticis, niſi legitimam ad id poteſtatem habeant, atque, eſto eam habeant, ſancitum eſt, vt qui Epiſcopi non ſunt, punire nõ poſſint eccleſiaſticos, niſi per ſe ipſos, aut, ſi neceſſitas poſtulauerit, per clericum aut religioſum, & nunquam per laicũ, vt habetur c. vniuerſitatis. de ſent. excommun. conſequens eſt, vt, ſi iudex ſecularis ſtatuat ac præcipiat pœnam percuſsionis alicuius eccleſiaſtici à ſuo foro exempti, eamque per ſe, vel per alium, exequutioni mandet, tam ipſe, quàm eam exequens, in hanc excommunicationem incidant, nihil impediente, qđ reus ea pœna & alia longè maiori ſit dignus. Conſequens etiam eſt, vt ſi eccleſiaſticus iudex decernat eandem pœnam, & per ſe, vel per alium, eam exequutioni mandet in eccleſiaſticum ſibi nõ ſubditum, tam ipſe, quàm exequutor de ipſius mãdato hanc etiam excommunicationem incurrat. Conſequens præterea eſt, vt ſi prælatus, qui Epiſcopus non ſit, aut quiuis alius eccleſiaſticus iudex legitimam habens poteſtatem ad pœnam ſimilem exequutioni mandandam in eccleſiaſticum ſibi ſubditum, eam exequatur per laicum, aut, non poſtulãte id aliqua neceſsitate, eam exequatur per alium clericum aut religioſum, ſtando in iure communi canonico, tam ipſe, quàm exequutor, incurrant hanc excommunicationem, vt habetur c. vniuerſitatis citato, & conſentit communis doctorum ſententia. Habet autem id verum, eſto eccleſiaſticus, qui ita puniretur, conſentiret in eo punitionis modo, vt affirmant gloſſa vlt. c. vniuerſitatis citato, & doctores communiter. Epiſcopus verò, quia indecens eſt ipſius ſtatui ac dignitati per ſe ipſũ verberare ac percutere, idque illi ea de cauſa eſt prohibitum. ca. non liceat. 86. diſt. ac alijs iuribus, mandare debet exequutioni eiuſmodi pęnas in perſonas eccleſiaſticas ſibi ſubditas per clericum alium aut religioſum, non verò per ſe ipſum. Si autem per laicum illas exequutioni mandet, tam ipſe, quam exequutor, excommunicationem hanc incurrunt, vt iuxta c. vniuerſitatis citatum, affirmant gloſſa ibi & doctores communiter. Quando autem Epiſcopus non haberet perſonam eccleſiaſticam, per quam percuteret, poſſet percutere ac punire per ſe ipſum, vt affirmãt gloſſa. cap. vniuerſitatis citato, & alia. 45. diſt. in ſũma. Vtrùm autem Epiſcopus, aut alius eccleſiaſticus iudex, vt inquiſitores hęreticę prauitatis, & alii torquere poſſint perſonã eccleſiaſticã per laicũ Panor. & alij c. vniuerſitatis citato, cõmuniſq; doctorum ſententia, quã Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 64. num. 25. refert ac ſequitur, aſſeuerant, de iure non poſſe, propter c. vniuerſitatis, & quia id eſt quaſi punitio ac vera percuſsio eccleſiaſtici gaudentis priuilegio canonis. Addunt tamen Panor. & alij, quos referunt ac ſequuntur Iulius Clarus vbi ſupra & Nauar. in Manu. c. 27. num. 86. contrarium conſuetudine eſſe introductum: neque ea conſuetudo eſt improbanda, vt cum Cardinali Alexan. Iulius Clarus vbi ſuprà rectè ait; quoniam niſi laici eccleſiaſticos torquerent, quando id eſſet neceſſarium, eccleſiaſticorum grauia ac pernicioſa delicta manerent impunita; cùm eccleſiaſtici alij torquere eos

A non vellent, neque id ipſos deceret. Adde, quo tempore circa eccleſiaſticorum punitionem tam arctè iure canonico meritò fuit diſpoſitum, vt non niſi per eccleſiaſticos modo explicato fieret, eccleſiaſticos cum Epiſcopis viuere conſueuiſſe in cõmunitate, ſicut hodie religioſi viuunt, punitionemque, quæ cum percuſsione fiebat, non fuiſſe publicã, ob honorem eccleſiaſticorum, neque tunc eccleſiaſticorum mores adeò fuiſſe deprauatos, vt hodie ſũt: vnde tunc expediebat, vt non fieret per laicos. Hodie verò, ſi exceſſus alicuius eccleſiaſtici (qui religioſus non eſſet, puniendus ob eum exceſſum ſolũ intra clauſtra ſui monaſterij) omnino exigeret, vt ad pœnam publicam percuſsionis illius deueniretur, ſanè per laicum miniſtrum deberet fieri: quo-
B niam exequutio illius omnino dedeceret perſonam eccleſiaſticam; hodieque conſuetudo habere uidetur, vt per laicum fiat, quando ſummus Pontifex aliquem eccleſiaſticum morte plecti iubet, aut flagellari publicè, & quando aliquis eccleſiaſticus ad triremes damnatur, traditurque ſpoliatus veſtibus eccleſiaſticis, & indutus ſecularibus, puniendus eo modo per miniſtros ſeculares triremium. Qui ergo iudex eccleſiaſticus ita per laicum puniri ac percuti iubet eccleſiaſticum ſibi ſubditum, iuxta morem conſuetum, non ſolùm non incurrit excõmunicationem, vt Nauarrus num. 86. citato affirmat, ſed neque etiam; quicquid ille in contrarium dicat, peccat. Poſtquam hæc ſcripſi, legi conſilium Nauarri 42. lib. quinto. tit. de ſent. excomm. vbi. n. 10.
C ex Aufrerio affirmat, conſuetudinem eſſe in Gallia, vt eccleſiaſtici ab Epiſcopis per laicos puniantur, eamque in Italiam penetraſſe, & de licentia vicarij Romę clericos verberari per laicos, neque eſſe hodie improbandam eam conſuetudinem propter rationes à nobis redditas. Quod verò ad prælatos religioſorum attinet, Alexander ſextus, vt habetur in compendio priuilegiorum fratrum minorum verb. abſolutio ordinaria. §. 20. & Leo decimus, vt ibidem habetur. §. 27. conceſſerunt fratribus minoribus de obſeruantia, vt, non obſtante capit. vniuerſitatis, prælati ipſorum percutere poſſent ſuos ſubditos correctionis gratia per alium, etiam ſi nulla ad id eſſet neceſſitas. Eodem autem priuilegio gaudemus nos, & gaudent quicunque
D communicata à ſancta ſede Apoſtolica habent priuilegia ordinum mendicantium, vt regulariter hodie communicata ea habent omnes religioſorum ordines. Nauar. conſilio citato rectè cenſet, eam conceſsionem duorum illorum ſummorum Pontificum intelligi, modò fiat per eccleſiaſticum, & non per laicum. Et quamuis conſuetudinem illã, vt Epiſcopi, & ipſorum vicarij, correctionis gratia verberent clericos per laicos, ad prælatos religionum comparatione ſuorum ſubditorum extendere videatur: id tamen dicendũ non arbitror. Quia longè aliud eſt de correctione religioſorum, quæ fit intra ſepta monaſterii, neque ibi eſt credendum introductum eſſe talem conſuetudinem. Placet
E tamen excuſatio, qua Nauarrus eo loco ab excommunicatione excuſat prælatum, qui correctionis gratia verberauit quendam ſibi ſubditum per quẽdam laicum familiarem, ac domeſticum monaſterii, ob ignorantiam talis prælati, quòd id ſibi non liceret, bonamque fidem, qua id fecit.

Vniuerſim autem eſt dicendum, vt ob manuum violentarũ iniectionẽ in aliquẽ ex ijs, qui hoc priuilegio gaudent, incurratur hæc excõicatio, neceſſe eſſe, vt talis iniectio fiat ſuadente diabolo, hoc eſt illicitè, ſiue ex natura rei, ſiue quia ex diſpoſitione iuris humani eſt illicita modo §. præcedente explicato. Neceſſe autem eſt, vt altero eorum modorũ ſit in ſe talis manuum iniectio culpa lethalis ad 6

hoc,vt hæc excómunicatio ob eam incurratur:quoniam excommunicatio maior, qualis eſt, de qua loquimur,non incurritur niſi ob culpam lethalem: & canon ſi quis ſuadente diabolo, Solum imponit pœnam excommunicationis propter manus violentæ iniectionem ex ſe, aut diſpoſitione iuris humani, prohibitam ac malam,& non ob aliquid, quod circa talem manus iniectionem de nouo ſub pœna eius excommunicationis maioris præcipiat aut prohibeat. Quod dico, quoniam poteſt optime ſtatui pœna excómunicationis maioris propter aliquid, quod ſimul quando ea pœna ſtatuitur de nouo præcipiatur aut prohibeatur , quod tamen ſecluſo tali pręcepto,aut prohibitione,nullum eſſet peccatum, aut ſolùm eſſet peccatum veniale: tunc tamen non incurreretur excommunicatio illa, niſi ob lethale peccatum inobedientiæ contra tale præceptum de nouo impoſitum: quod in re propoſita non cernitur. Quòd autem,vt hæc excommunicatio incurratur ob manus violentæ iniectionem, neceſſe ſit, vt ea ſit culpa lethalis modo explicato,affirmant Syl-ueſt.verb.excommu.6.num.2.Nauar. in Manu. c. 27.nu.76. Caiet.cap.10.citato, notab. 6. caſu 4.& alij doctores commnniter,nemine,quod ſciam, reclamante. Quo loco obſerua,quãdo actus interior, quo manus violenta inijcitur, eſt culpa lethalis, incurri hanc excommunicationem, etſi exteriori actu modica ac leuis violẽtia inferatur,quicquid Caieta. vbi ſupra & Ang.verb.excommu.5. caſu 1.§. 29. in contrarium innuant. Qui enim ſagittam, aut lapidem , proijcit in eum, qui hoc canonis priuilegio gaudet,eſto modicum illum contingat, hãc procul dubio excommunicationem incurrit. Niſi fortè duo autores citati ſolùm intenderint, eum, qui ex odio lethali lapillum in perſonam eccleſiaſticã proiiceret, ſine periculo læſionis notabilis, atque ſine notabili illius ignominia ac iniuria, aut aliud ſimile efficeret ſimiliter, non incurrere hanc excommanicationem, nihil impediente lethali odio ac animo, quo talis actus exterior eſſet imperatus: quod ſanè probabilitate non caret, tametſi non tanquam omnino certum auderem id affirmare. E contrario autem, quando actus interior non eſt culpa lethalis, eſto exterior actus eſſet talis, quòd quantum eſt ex ſe,eſſet iniuria grauis,attenta qualitate perſonæ,cui fieret, ſanè qui eum exerceret, vt condemnandus non eſſet culpæ lethalis, ſpectatis circumſtantiis cõcurrentibus, ita neque iudicandus in foro conſcientiæ eſſet incurriſſe excommunicationem: neque etiam in exteriori foro, ſi ex circunſtantiis concurrẽtibus in eo iudicaretur,exercẽtem illum, in culpam non incidiſſe lethalem.

Hinc Nauar.lib.5.conſ.38.tit.de ſent.excomm. conſilio.bene rñdit,militem Hieroſolymitanũ,qui bono zelo vitare intendens ſcandalũ, quod ſequendum timebatur ex verbis cuiuſdam Epiſcopi alloquentis arroganter Magnum Magiſtrũ ordinis Diui Ioannis , apprehendit eum à tergo ex poſteriori parte almucii,vt eum admoneret,eique ſuaderet ſilẽtium ac diſceſſum. Si enim id eo bono zelo fecit, non intẽdendo contumeliam ac iniuriam illi inferre,ſanè, vt iudicandus non eſt peccatũ lethale ſacrilegii commiſiſſe, ita nec eſt iudicandus incurriſſe excommunicationẽ,ẽt in exteriori foro; ſi ex circunſtantiis concurrentib.in eo foro iudicaretur,ſacrilegium lethale in eum epiſcopum non commiſiſſe.

7 Inde etiam facilè patet, ſi duo eccleſiaſtici iocosè ſe inuicem percutiant,aut ſimili modo laicus eccleſiaſticum percutiat, eſto aliquid iræ appetituſq; aliquis vindictæ interueniat, modò tamen, attenta qualitate percuſſionis, attentiſque aliis circunſtantiis concurrentibus, non interueniat culpa lethalis, eos excommunicationem non incurrere. Patet itẽ, A ſi in correctione, licita alioquin, eccleſiaſtici alicuius,exceſſus aliquis culpabilis interueniat,qui,attentis circumſtantiis concurrentibus,non perueniat ad culpam lethalem,nõ incurri excommunicationem.

Præterea patet,ſi pueri eccleſiaſtici ſe inuicem in 8 rixa ex ira percutiant,ita tamen quòd, attenta quantitate nocumenti,quod pugnis,aut alia ſimili re,ſibi inuicem inferre intendunt,attentaque modica iniuria ob qualitatem perſonarum, qua ſe inuicem afficiunt,culpa non pertingat ad lethalem,non incurrere eos excommunicationem, eamque regulariter non incurrere pueros clericos impuberes inter ſe inuicem rixantes. Atque hoc planè eſt,quod contineri videtur cap.1.de ſent.excommu. dum dicitur, ætatem excuſare clericos impuberes in ſe inuicem B rixantes, vt ex decurſu eius capitis liquet. Tametſi Panor.ibi,& alii, id caput interpretentur de excuſatione accedendi ad ſedem apoſtolicam,vt abſoluuntur, non verò de excuſatione ab excommunicatione. Fateor quidem,clericos impuberes doli capaces incurrere poſse excommunicationem,ſi vnus intendat inferre alteri magnum malum,vt eum interficere,mutilare, aut vulnerare: quia tunc lethaliter peccabunt. Quod autem contendo eſt, quando leue malum inferre intendunt,quod,attenta eorum ætate ac qualitate,non eſt iniuria notabilis, vt ſi pugnis ſe percutiant, regulariter eos non peccare lethaliter,neque incurrere excommunicationem:atq; hoc videri haberi. cap.1. citato: cùm in ſequentibus eiuſdem capitis caſibus eodem ductu orationis de ex C cuſatione ab excommunicatione ſit ſermo, vt illud caput intuenti liquet. Atque vt ſummatim rem hãc de iniectione manus non ſuadente diabolo ad effectum, vt hæc excommunicatio non incurratur, abſoluam, quando arbitrio prudentis iniectio manus violentæ in ſcholaſticum non eſset culpa lethalis,ſi impoſita non eſset excommunicationis pœna,excuſante à lethali culpa leuitate iniuriæ,ignorantia,vel alia circunſtantia concurrente, ſanè neque tunc eſſet culpa lethalis poſt impoſitam pœnam hanc excommunicationis,& per conſequens neque tunc incurreretur excommunicationis pœna. In dubio autem,an violenta aliqua manus iniectio in eccleſiaſticum ſit culpa lethalis, perinde ſe debet habere, qui ita manus in eum iniecit, ac ſi eſset excommunica- D tus. Tametſi tunc neceſse non ſit in pœnitentiæ foro, abſoluere illum peculiari forma excommunicatorum a iure ſtatuta,vt ea excommunicati maiori excommunicatione abſoluantur, ſed ſatis ſit eum abſoluere generali abſolutione à peccatis & ab excommunicatione.

DISPVT. 52.

Concauſæ ad manuum violentarum iniectionem in gaudentem priuilegio canonis,vt mandans,conſulens,&c. quouſq; E excommunicationem incurrant.

SVMMARIVM.

1 *Tranſitio & præparatio ad materiam ſequentem.*

2 *Quicunque mandato ſuo expreſſo vel tacito monet aliquem ad manus violentas in eum inijciendas,qui hoc priuilegio gaudet, perinde in excommunicationem canonis incidit, ac executor ipſe, modo tamen reuera fuerit concauſa talis iniectionis. Si verò mandans mandatum reuocauit, antequam executioni mandaretur,& hoc certum ſit, tunc mandans executionem non incurrit, licèt mandatarius poſtea illam exequatur.*

Si

3 *Si mandatarius reuocationem ignorauerit, atque ex mandato ſibi dato manus violentas in eum iniecit, qui hoc priuilegio gaudebat, tã ipſe quàm mandans excommunicationem incurrunt; mandans eo modo incurrit etiam poſt mortem ſuam.*

4 *Quando aliquis neque tacito neque expreſſo mandato, intuitu nomineque ipſius, manus violẽtas in gaudentem priuilegio inijceret: Si is, cuius nomine fuit factum, poſtquam ſciuit factum eſſe, ratum habuit incidit in excommunicationem, ſed non antequam illud ratum habuerit.*

5 *Tria ſunt neceſſaria, vt ratum habens manuum iniectionem in clericum ob eam ratihabitionem excommunicationem incurrat.*

6 *Quando aliquis crederet aut timeret, aliquem intuitu ipſius iniecturum manus violentas in clericum, propterea quòd ex illo iniuriam accepiſſet, ſi id non impediret cum poſſet, eſto poſt delictum ab alio commiſſum ratum illud non haberet, incideret in hanc excommunicationem.*

7 *Quando is, cuius intuitu manus violentæ in clericum eſſent iniectæ, ante talem iniectionem, ijs, qui eas iniecerunt, verbis aut ſignis indicaſſet, gratam eam ſibi fore, tunc illud eſſet tacitum mandatum: & incurrit ipſa iniectione manuum excommunicationẽ.*

8 *Conſulens aut conſentiens, vt manus uiolentæ in clericum inijcerentur, vel aliquo modo ad id cooperatus eſt, hanc excommunicationem incurrit.*

9 *Conſulens, conſentiens, mandans, &c. non incurrunt excommunicationem, niſi effectus per executorem ſequatur.*

10 *Qui impedire potuit manuum uiolentam iniectionem, nec impediuit, non incurrit in foro conſcientiæ excommunicationem, niſi ex iuſtitia ad id teneretur.*

1 QVamuis regulariter, ſi canon aliquis, aut ſtatutum, excommunicat efficientem aliquid, non cenſeatur vi talis canonis, aut ſtatuti, excommunicatus præcipiẽs, conſulens, aut aliquo alio modo mouens ad id efficiendum exequutoris animum, niſi talis canon, tale ve ſtatutum, id exprimat, vt cum Caiet. & alijs, rectè affirmat Nauar. in Man. cap. 77. nume. 51. & libro 5. conſi. titu. de ſenten. excom. conſi. 34. num. 2. alioque in loco eſt copioſius explanandum; nihilominus quando ex aliorum iurium expoſitione, aut aliunde, conſtat, eo canone, vel ſtatuto, comprehendi etiam præcipientem, conſulentem, aut quouis alio modo mouentem exequutorem, vt id exequutioni mandet; tunc hi quoque cenſentur eodem canone, vel ſtatuto, excommunicati, ſi id exequutioni mãdetur, vt Nauarrus ibidem bene obſeruat. Hinc quamuis canon ſi quis ſuadente diabolo, ſolùm faciat mentionem de inijciente manus violentas in gaudentem priuilegio eius canonis: quia tamen ex alijs iuribus ex eccleſiæque conſuetudine conſtat, cooperãtes quo quo modo ad eam manuũ iniectionem incidere in eam excommunicationem, ſanè hi quoque cenſendi ſunt eo canone comprehenſi.

2 Quicunque ergo mandato ſuo expreſſo vel tacito (modo tractatu præcedẽte Diſput. 550. 729. 731. & in hoc Diſput. 33. memb. 3. explicato) mouet aliquem ad manus violentas in eum inijciendas, qui hoc priuilegio gaudet, perinde in excommunicationem canonis ſi quis ſuadente diabolo, incidit, ac exequutor ipſe; modo tamen re vera fuerit concauſa talis iniectionis exequutioni mandatæ: quia exequutor, ſaltem partialiter, fuit motus ex eo mandato ad eam exequendam. Ita habetur, c. mulieres. §. vlt. de ſent. excommun. affirmantque Panorm. & alij doctores ibi, Caiet. verb. excommu. c. 10. notab. 1. Nauar. c. 27. citato, nu. 78. Syluest. verb. excommun. 6. num. 5. caſu 3. & doctores communiter. Si tamen, qui id mandatum dedit, illud reuocauit antequam ea manuum iniectio exequutioni mandaretur, atque de ea reuocatione mandatario conſtitit, tunc mandans excommunicationem non incurrit, eſto mandatarius poſtea illam exequutioni mandet, excommunicationemque ipſe ea de cauſa incurrat. Ratio autem eſt, quoniam tunc effectus ille non tribuitur mandanti, ſed ſoli malitiæ illud exequentis, iuxta ea quæ locis citatis copioſè à nobis explanata ſunt. Excipitur, vt eiſdem in locis dicebamus, niſi mandatum haberet admixtum aliquid conſilij, vnde mandatarius, nihil impediente reuocatione mãdati, motus fuerit ad id exequendum. Ratio autem huius exceptionis eſt, quoniam licèt conſulens reuocet ſuum conſilium, rationibuſque diſſuadere conetur, quod conſuluit, ſi tamen is, cui id conſilium fuit datum, moueatur ex eo conſilio ad exequutionem, tunc effectus tribuitur vtrique, iſque, qui illud dedit, cenſetur cõcauſa eius effectus vnà cum exequutore, vt affirmat communis doctorum ſentẽtia propter rationem diſcriminis, quam locis citatis inter mandantem & conſulentem ea in re reddidimus.

Vt autem mandans excommunicationem non incurrat, ſatis eſt ſi reuocet mandatum tacitè vel expreſsè, modo de ea tacita vel expreſſa reuocatione conſtet mandatario. Reuocatur verò expreſsè verbo, aut epiſtola, vel internuncio, quo id mandatario ſufficienter ſignificetur. Tacitè autem, inita cum eo amicitia, cui mandans ſuo mandato nocumentũ parabat. Ita glo. c. mulieres citato, & doct. communiter, locisque citatis de eiuſmodi tacita reuocatione mandati ſermo eſt habitus.

Quia verò, vt mãdans excommunicationem euitet, non ſatis eſt, reuocaſſe mandatum, ſed vlterius requiritur notitiam ſufficientem eius reuocationis ad mandatarium deuenire, inde efficitur, quòd ſi mandatarius reuocationem ignorauit, atque ex mãdato ſibi dato manus violentas in eum iniecit, qui hoc priuilegio canonis gaudebat, tã ipſe, quàm mandans, excommunicationem ob eam manuum iniectionem incurrant. Inde etiam efficitur, quòd ſi poſt mortem mandantis, mandatarius illam ignorans, eas manus violentas ex tali mandato inijciat, defunctus eam excommunicationem incurrat, nihil impediente, quòd, dum viueret, reuocauerit mãdatum expreſsè, & pœnituerit de peccato, aut quòd illud tacitè reuocauerit, dolendo verè de peccatis, & diſcedendo ex hac vita in gratia. Pœnam quippe excommunicationis incurrere quis poteſt dum iam exiſtit in gratia, pro peccato tamen præterito, ſubſequuto complemento, ſine quo excommunicatio non incurritur: incurrereq; illam poteſt defunctus pro peccato commiſſo dum viueret, ſubſequuto poſt mortem effectu, ſeu complemento, ſine quo non incurritur, vt oſtendimus. 1. 2. q. 71. art. 5. & cõſentiunt Sylu. verb. excom. 6. num. 5. caſu 3. & alij. Atque tunc pœna excommunicationis operabitur, ꝙ cadauer defuncti humari non poterit in loco ſacro, donec defunctus ab excommunicatione abſoluatur: ſi autem humatum fuerit, exhumari debet, vt Panorm. Felin. & alij affirmant, c. mulieres citato. Prętereа offerri non poſſunt ſacrificia & orationes publicæ pro eo defuncto antequam abſoluatur, neque illi proderunt eccleſiæ ſuffragia in purgatorio, quamdiu abſolutus non fuerit. Quia verò mandatum morte mãdantis expirat, vt tractatu præcedente Diſp. 263. 414. & 552. dictum eſt, prętertim quando mandatum exequutionem rei iniquæ cõtinebt, tunc eo ipſo, quòd mandatario conſtitit de morte mandantis eam iniquam manuum violentarũ iniectionem, reuocatũ cenſetur tale mandatum, ac proinde, ſi mandatarius poſt eam notitiam mandatum exe-

exequatur,ſolus ipſe incurrit excommunicationem:
non verò mandans iam defunctus.

4 Quando aliquis,neque tacito,neque expreſſo,in-
terueniente mandato alterius, intuitu nomineque il
lius, manus violentas in eum inijceret, qui priuile-
gio canonis gauderet,vtrum is,cuius intuitu, ſeu no
mine,id eſſet factum, incurreret hanc excommuni-
cationem. Quicquid in contrarium dicat gloſſa. c.
mulieres.de ſent.excom.eſt dicẽdum. Si poſtquam
is,cuius nomine id fuit factum,,ſciuit factum eſſe,ra
tum illud habuit,incidere eum in hanc excommuni
cationem, vt expreſsè habetur,c.cum quis,de ſent.
excommun.lib.6. Per ratihabitionem quippe eius,
quod nomine ipſius factum eſt, iuris diſpoſitione,
imputatur ei id factum ad incurrẽdam pœnam pro
eo ſtatutã,ac ſi illud mandaſſet, & quaſi retrotrahi-
tur ea ratihabitio,vt mandato æquiparetur,iuxta re-
gulam ratihabitionem de reg.iur.lib.6. Obſerua ta-
men,pęnam excommunicationis pro eo delicto ſta-
tutam non retrotrahi,vt cenſeatur incurſa à puncto
quo ob exequutore fuit commiſſum id delictum;ſi-
cut ratihabitio retrotrahitur,vt id delictũ ab eo pun
cto cẽſeatur mandatum ab eo,qui poſtea ratum ha-
bet nomine intuituve ipſius eſſe factum: cum enim
ea pęna non incurratur,niſi ob culpam propriam e-
ius,qui illam incurrit; & ante ratihabitionem nulla
fuerit culpa in eo, cuius nomine, id ipſo tunc igno-
rante,fuit factum; fieri nulla ratione poteſt, vt ante
ratihabitionem eam excommunicationem incurre-
rit,ſequuta poſtea ratihabitione, neque fuit vnquã
aliquis,qui id affirmauerit, vt tractatu præcedente
Diſp.729.dictum eſt. Obſerua deinde, vt cum Na-
uar.in Manu. c.27.nu.233.cum Ioan.And. Panor.
& alijs loco citato eſt dictum, vt ratihabitio ſubſe-
quens mandato æquiparetur,iſque,qui ratum habet
delictum nomine ipſius eſſe factum, excommunica
tionem,aliamve pœnam pro illo ſtatutam, incurrat,
neceſſe eſſe, vt quando delictum ab exequutore fuit
factum,is,cuius nomine factum eſt, fuerit in ſtatu,
vt potuerit illud tunc præcipere,quia ſcilicet tunc v-
ſum arbitrij habebat, ſaltem quia excitari tunc po-
tuit à ſomno, ſi dormiebat, & interrogari, an vellet
ſuo nomine id fieri: ſi enim tunc infans erat, furio-
ſus,aut aliter rationis vſu priuatus, factumque id ſit
nomine illius,ſanè, eſto poſtquam pollere vſu ratio
nis poſtea cæpit,illud ratum habeat,non incurrit ob
tale dictum excommunicationem, vel pœnam a-
liam:quia non erat in ſtatu,in quo potuerit illud prę
cipere.

5 Tria ergo neceſſaria ſunt, vt qui ratam habet ma
num violentarum iniectionem in eum, qui canonis
priuilegio gaudet,excommunicationem ob eam ra-
tihabitionem incurrat. Primum eſt, vt id factum
ſit nomine intuituve ipſius: ſi enim nomine ipſius
non eſſet factum, ſanè, eſto poſtea ratum illud ha-
beret, excommunicationem non incurreret, vt ca-
pit. cum quis citato expreſsè habetur. Secundum,
vt ratum illud habeat, quando ſcit eſſe factum: ne-
que enim ſufficit,ſi gaudeat id eſſe factum, dãnum-
que illud ac iniuriam eſſe illi illata, etiam ſi videat
nomine ipſius illa fuiſſe facta, niſi rata ea habeat ip-
ſius nomine eſſe facta. Neque ſufficit ſola interior
ratihabitio,niſi ea prodeat in externũ actum: cum
nullus ſolo interno actu excommunicationem in-
currat. Tertium autem eſt,vt quando id nomine ip-
ſius fuit factum, ipſe ita liberum arbitrium habue-
rit,vt potuerit imputabiliter ad culpam tunc id præ
cipere, ſi ipſius beneplacitum ab eo tunc fuiſſet po-
ſtulatum.

6 Quando aliquis crederet, aut timeret, aliquem,
aut aliquos,intuitu ipſius iniecturos manus violen-
tas in eum, qui canonis priuilegio gaudet, propte-
rea quòd ex illo iniuriam accepiſſet, aut aliqua alia
A ratione; tunc, ſi id non impediret,cum poſſet, eſto
poſt dictum ab alio,aut ab alijs, ipſius intuitu com-
miſſum ratum illud non haberet, quin potius factũ
fuiſſe doleret, incideret in hanc excommunicatio-
nem. Quoniam,cum videret, aut timeret, ipſius in-
tuitu eſſe patrandum,quaſi ex officio, ex onereve iu
ſtitiæ,tenebatur id impedire,ſi poſſet,ac diſſuadere,
vt in calce Diſp.729. citatæ cum Nauarro eſt dictũ.
Atque in hoc euentu,inter alios,habet locum c. quã
tæ. de ſent. excommu. quod eos excommunicatos
pronunciat, qui potuerunt impedire, ne violentæ
manus in eũ inijcerẽtur, qui priuilegio canonis gau
det,nec impedierunt,de quo capite mox erit ſermo.

Quando autem is, cuius intuitu manus violentæ 7
in eum eſſent iniectæ, qui canonis priuilegio gau-
B det,ante talem iniectionem ijs, qui eas iniecerunt,
verbis,aut ſigno alio, ſignificaſſet, gratam ſibi eam
fore,aut ſe illam fieri ſperare, tunc illud eſſet man-
datum,ſaltem tacitum,vt Diſp.729. citata, ac alibi,
dictum eſt: eaque de cauſa dubitandum nõ eſt,eum
incurriſſe excommunicationem ſtatim ac talis ma-
nuum iniectio exequutioni fuit mandata.

Is,qui conſuluit,aut conſenſit,vt manus violentę 8
in eum inijcerentur,qui canonis priuilegio gaudet,
vel aliquo alio modo ad eam manuum violentarum
iniectionem cooperatus eſt, ita vt re ipſa concauſa
verè fuerit,in eumque effectum influxerit partiali-
ter aliquo ex modis explicatis tractatu præcedente
à Diſp.729. & in hoc tractatu Diſput.33. membris
omnibus in ea diſputatione adhibitis, hanc excom-
C municationem incurrit,vt colligitur ex c.quantę de
ſent.excomm.& ex c.ſicut dignum, de homic.affir
matque communis doctorum ſententia. Si tamen
re ipſa in effectum non influxerit,quia licèt conſul-
uerit,aut aliquid aliud effecerit,vnde exequutor mo
ueri aut adiuuari potuerit, inde tamen motus adiu-
tuſque non fuit,& ſubinde effectus inde nec partia-
liter cauſę partialitate fuit ſequutus, iuxta ea quæ lo
cis citatis explanata ſunt,tunc non incidit in eam ex
communicationem.

Illud verò eſt obſeruandum, & cum conſilium, 9
conſenſus, mandatum, & ſimiles aliæ actiones, de
quibus in hac diſputatione eſt ſermo, ſolùm circa
rem,de qua loquimur, prohibitæ ſint ſub excommu
nicationis pœna tanquam actiones acceſſoriæ exe-
D quutioni,& non tanquam actiones principales: con
ſequens eſſe, vt quemadmodum exequutor non in-
currit hãc excommunicationem, niſi effectus ſequa
tur, ita vt non ſufficiat ad eum excommunicationẽ
hanc incurrendum,ipſum attẽtaſſe manuum violen
tarum iniectionem in eum, qui hoc priuilegio gau-
det, niſi ipſum contingat, aut aliquid ei adhærens,
modo Diſp.51.explicato:ita neque,qui aliquam ea-
rum actionum fecit, hanc excommunicationem in-
currit,niſi effectus ſimiliter per exequutorẽ ſequa-
tur. Poterit tamen aliquando præcipiens,conſulens,
aut aliquo alio modo cooperans, excommunicatio-
nem incurrere, quando exequutor eam non incur-
rat,aut è contrario: Vt ſi exequutor ab illa excuſetur
E ex eo, quòd inuincibiliter ignorauerit eum priuile-
gio canonis gaudere, in quem manus violentas inie
cit,quando illi alij inde non excuſentur; aut è con-
trario,ſi illi,aut eorum aliquis,ex eo capite excuſen-
tur, quando exequutor non excuſetur; vel ſi exequu
tor excuſetur ignorantia,quòd ea manuum iniectio
ſit illicita,(præſertim ſi ſit ſubditus,qui in dubio pa
rere tenetur ſuo ſuperiori) & illi alij inde non ex-
cuſentur.

De eo verò,qui impedire potuit eiuſmodi violen 10
tam manuum iniectionem, nec impediuit, dicendũ
eſt,non incurrere in foro conſcientiæ hanc excom-
municationem, niſi ex iuſtitia, aut quaſi ex iuſtitia,
ad id teneretur,vt copiſè oſtẽdimus ſupra Diſp.33.
memb.

memb. 5. Quo loco circa. c. quantæ. de ſent. excom. & circa rem hanc totam copioſè diximus, quæ hoc hoc loco dici poterant.

DISPVT. 53.

Quouſque ab excommunicatione excuſetur manus inijciens in aliquem, ignorando illum eſſe de numero canonis priuilegio gaudentium.

SVMMARIVM.

1 *Quando, qui manus violentas iniecit, inuincibiliter ignorabat eum eſſe de numero eorum, qui eo priuilegio gaudent, non incurrit excommunicationem.*

2 *Qui percutit vnum, quem videbat eſſe clericum, errans tamen inuincibiliter circa eam perſonam, percuſſit alium clericum, incurrit excommunicationē. Is verò qui ignorans inuincibiliter eum quem iniuſtè percutit clericum eſſe, ſi tamen ſciret illum clericum eſſe, nihilominus ſimiliter eum percuſſiſſet, non incurrit excommunicationem.*

3 *Qui credens ſe interficere Ioannem clericum, interficit Petrum clericum, ignorando inuincibiliter eum eſſe clericum, poſito quòd non eſſet Ioannes, quia de nocte incedebat in ueſte laicali, in quo Ioannes ſimiliter ſolebat de nocte incedere, non incurrit excommunicationem.*

4 *Quando manus violentas in clericum inijciens uincibiliter ignorabat eum eſſe de numero eorum, qui eo priuilegio gaudent, tunc ſi ea ignorantia prudentis arbitrio, ſpectatiſque circunſtantijs, adeò erat craſſa, ut non excuſaret à culpa ſacrilegij lethali, manus inijciens incurreret excommunicationem: ſi uerò ignorantia illa excuſaret à culpa ſacrilegij lethali, tunc non incurreret excommunicationem.*

SVbijciendi ſequentibus diſputationibus ſunt euentus, in quibus manus violentas inijciens in perſonas, de quibus Diſput. 50. dictum eſt gaudere priuilegio canonis, excommunicationem non incurrit.

1 Primus eſt. Quando, qui eas iniecit, inuincibiliter ignorabat, eum, in quem illas inijciebat, de numero eorum eſſe, qui eo priuilegio gaudent. Neque refert, ſi, qui ita manus violentas inijciebat, daret tunc operam rei illicitę, vt aduerſus Syluestrum verb. excommunicatio. 6. nu. 6. caſu 2. & aduerſus quoſdam alios, rectè affirmant Nauar. in Manu. c. 27. nu. 80. & Couar. cap. alma mater, par. 1. §. 10. num. 16. verſ. decimo quarto ex his, &c. noſque oſtēdimus. 1. 2. q. 76. art. 3. Ratio autem primi huius euētus eſt, quam cum Caiet. Couar. Alfonſo à Caſtro, & alijs ibidem reddidimus, & cuius meminimus ſupra Diſput. 30. Quia ſcilicet quando ignorantia inuincibilis eſt alicuius circunſtantiæ, vnde oritur aliqua culpa pro qua impoſita eſt certa pœna peculiaris ac propria illi culpæ, tunc quemadmodum ea circunſtantia excuſat omnino à culpa illa, ita excuſat etiam ab ea pœna pro tali culpa ſtatuta: quare cum pęna excommunicationis, de qua loquimur, impoſita ſit pro ſacrilegio iniectionis manuum violentarum in eum, qui priuilegio canonis gaudet; & ignorantia inuincibilis, quòd is, in quem inijciuntur, de numero eorum ſit, qui eo priuilegio gaudent, omnino excuſet à culpa talis ſacrilegij, licèt non à culpa illicitæ ac iniuſtę iniectionis earundem manuum in eum hominem, conſequens profectò eſt, vt ea pęna excommunicationis etiam excuſet. Hic euentus

A expreſsè deciditur cap. ſi verò. 2. de ſenten. excommun. Vbi, qui iniuſtè interficit clericum comam nutrientem, quem ea de cauſa inuincibiliter ignorauit eſſe clericum, immunis pronunciatur ab excommunicatione.

2 De eo autem, qui videbat, eum, quem percutiebat, eſſe clericum, errans tamen inuincibiliter circa perſonam, percuſſit Ioannem clericum, putans ſe percutere Petrum clericum, nullus eſt, qui dubitet, eum incidere in hanc excommunicationē: eo quòd ea excommunicatio lata ſit pro iniectione manuum violentarum in clericum, non uerò pro iniectione manuum in hunc vel in illum clericum: quare cum non habeat ignorantiam inuincibilem circunſtantiæ clerici, quæ proinde excuſet percuſſionem illam

B à ſacrilegio percutiendi clericum, ſed ſolùm habeat ignorantiam inuincibilem, quòd is, quem ſacrilegè percutit, ſit hic clericus in particulari; conſequens profectò eſt, vt in hanc incidat excommunicationem. Conſentiunt multa iura, quæ Diſputat. 30. citauimus.

De eo verò, qui ignorans inuincibiliter eum, quē iniuſtè percutit, clericum eſſe, ſi tamen ſciret illum eſſe clericum, nihilominus eum ſimiliter percuſſiſſet, ait Couar. §. 10. citato, nume. 15. verſ. decimò perpenſis, excommunicationem incurrere. Contrarium tamē nos oſtendimus. 1. 2. loco citato. Quoniam ignorantia illa, cum inuincibilis ſit, omnino excuſat à ſacrilegij culpa, & per conſequens ab excommunicationis pœna pro ea ſacrilegij culpa ſta-

C tuta. Conſentit. c. verò citatum, in quo, nulla facta mentione de quaſi habituali animo, in quo erat is, qui inuincibiliter ignorans eſſe clericum, eum interfecit, num ſcilicet fuiſſet ſimiliter eū interfecturus, ſi ſciret eum eſſe clericum, an non, immunis ab ea excommunicatione pronunciatur.

De eo verò, qui credens ſe interficere Ioannem clericum, interficit Petrum clericum, ignorando inuincibiliter eum eſſe clericum, poſito quòd non eſſet Ioannes, quia de nocte incedebat in veſtitu laicali, in quo Ioannes ſimiliter ſolebat de nocte incedere, diximus. 1. 2. loco citato, probabilius nobis videri, non incurrere excommunicationem. Quoniā re vera, ſi ille ita percuſſus fuiſſet laicus, percutiens in eo euentu non incurreret excommunicationem, 3

D eſto intenderet percutere clericum, crederetque ſe clericum percutere, vt aduerſus quandam gloſſam, & aduerſus quoſdam alios, Couar. nume. 15. citato, verſic. vlt. rectè probat, eſtque communiter receptum; idque ſiue daret operam rei licitæ, ſiue illicitæ: quare, cum percutiens, de quo loquimur, inuincibiliter ignoraret ſe percutere clericum, poſito quòd is, quem percutiebat, non eſſet Ioannes clericus, quem putabat ſe percutere, ſanè ea ignorantia excuſare videtur à ſacrilegio percuſſionis cuiuſuis alterius clerici, qui non eſſet Ioannes, atque adeò à pœna pro ſacrilega clerici percuſſione ſtatuta. Neque enim, vt quis excommunicationem incurrat, ſatis eſt ipſum committere ſacrilegij peccatum inten-

E tione percutiendi clericum, & inſuper re ipſa percutere clericum, quando ea actualis percuſſio eſt cum ignorantia inuincibili, quòd percuſſus clericus ſit, vt in eo liquet, qui ſibi omnino perſuadens, eum, quem percutit, nō eſſe Ioānem clericum, quem proſequebatur odio, ſed alium, quem omnino credebat eſſe laicum, illum interfecit, optando tūc vt ille ſuus ictus interficeret Ioannem: ſi. n. poſtea deprehēderetur, eum interfeciſſe Martinum clericum, quem omnino inuincibiliter ignorauit clericum eſſe, vtique non iudicaretur incurriſſe excommunicationem, excuſante eum à tali excommunicatione ignorantia omnino inuincibili, quòd clericum percuteret: & tamen tunc ſacrilegium committeret ea ſiniſtra volun-

luntate interficiendi percuſſione illa Ioannem clericum, quem erat certus ſe non percutere, & ſimul percuteret Martinum clericũ, quem & Martinum & clericum eſſe, inuincibiliter ignorabat.

4 Quando autem, qui manus violentas in eum iniecit, qui priuilegio canonis gaudebat, vincibiliter ignorabat, eum eſſe de numero eorum, qui eo priuilegio gaudent, tunc ſi ea ignorantia prudentis, arbitrio, ſpectatiſque circunſtantijs omnibus concurrentibus, adeò erat craſſa, vt non excuſaret à culpa ſacrilegij lethali, vtique, qui eas manus violentas iniecit, in pęnã incideret excommunicationis: ſi verò ignorãtia illa excuſaret à culpa ſacrilegij lethali, ſolumque relinqueret ſacrilegij culpam venialem, tunc non incurreret excommunicationem. Vtramque partem oſtendimus. 1.2. loco citato. Primam quidem, quoniã excommunicatio hæc impoſita eſt pro ſacrilegio lethali manus inijcientis in eũ, qui priuilegio canonis gaudet: quare quãdo ignorãtia, quòd aliquis eo gaudeat, adeò, ſpectatis circunſtantijs cõcurrentibus, eſt craſſa, vt à culpa lethali ſacrilegij eius iniectionis manuũ non excuſet, neque etiam excuſabit ab excõmunicationis pęna pro ea lethali culpa ſtatuta. Confirmatur, quoniam, vt habetur c. vt animarum. de conſt. lib. 6. ignorantia craſſa & ſupina nõ excuſat ab excommunicatione. Poſteriorem verò ex eo probauimus, quòd ad incurrendam excommunicationem maiorẽ, qualis hæc eſt, culpa requiritur lethalis, vt Diſp. 51. eſt dictum: quare quando ignorantia vincibilis ſolùm relinquit culpam ſacrilegij venialem in tali violenta manuum iniectione, proculdubio excuſabit à pœna excommunicationis.

Ibidem. 1.2. latè aduerſus Alfonſum à Caſtro, & aduerſus Couar. oſtendimus, falſam eſſe eorum opinionem, qua affirmant, dantem operam rei licitæ, ſi inde ex ignorantia craſſa ſequatur interfectio clerici, nõ committit peccatum ſacrilegij, eaque de cauſa, neque incurri excommunicationem, neque aliã pœnam pro eo ſacrilegio ſtatutam. Quod idem affirmant de quocumque alio delicto commiſſo ex ignorantia craſſa dãdo operam rei licitæ. Quando enim ignorantia illa craſſa non excuſaret à culpa lethali eiuſmodi ſacrilegij, ſanè neque ab excommunicationis pęna pro eo ſtatuta excuſaret, nihil impediente quòd committeretur dãdo operam rei licitæ. Tametſi rarò eueniet, quòd quis dando operam rei licitæ, ſacrilegium lethale percuſſionis eius, qui gaudeat priuilegio canonis, committat: cum ad id neceſſarium ſit, & illum percutere lethaliter iniuſtè ob ignorantiam craſſam dando operam alteri rei licitę, & inſuper habere adeò craſſam ignorantiam, quòd ille, ita iniuſtè percuſſus, gaudeat priuilegio canonis, vt, vltra peccatum lethale percuſſionis iniuſtæ hominis illius, ea ignorantiæ craſſitudo ſufficiat ad rationem aliam peccati lethalis ſacrilegij ſuper additam eidem percuſſioni lethaliter iniuſtæ.

DISPVT. 54.

Percutiens ſcienter clericum non incedentem in habitu clericali, deferentem arma, enormitatibus ſe immiſcentẽ, negotiantem, exercentem alia ei prohibita, bigamum, aut degradatum, an & quando ab excommunicatione excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habitu clerici non incedens, terque admonitus ab epiſcopo aut ab alio, vt clericalem habitum* A *aſſumat, nec paruit, tunc interim dum clericalem habitum deinceps non aſſumpſerit, amittit priuilegium clericale, eaque de cauſa, ſi quis manus violentas in eum tũc inijciat, licèt ſciat eum eſſe clericum, excommunicationem non incurrit.*

2 *Per apoſtaſiam ſolam, dimiſſionemque habitus clericalis aut monachalis, non amittitur priuilegium canonis.*

3 *Nouitius qui nondum per vota religioni erat aſtrictus, monaſteriumve ſit egreſſus animo deſerendi nouitiatum, amittit priuilegium canonis, nihil impediente quòd ante ingreſſum in nouitiatum, vel in ipſomet nouitiatu, vota ſimplicia emiſerit.*

4 *Eccleſiaſticus ter admonitus non deſinens geſtare arma, amittit priuilegium hoc canonis, ac proin*B *de manus violentas in eum inijciens ſciens illum eſſe eccleſiaſticum non incidit in excommunicationem.*

5 *Eccleſiaſticus immiſcens ſe enormitatibus, eſto agnoſcendo eum eſſe Eccleſiaſticum percutiatur, percutiens in excommunicationem non incidit.*

6 *Clericus exercẽs per annum ioculatoriam artem, vel mimorũ, eo ipſo amittit priuilegia omnia eccleſiaſtica. efficiturq́; infamis. Si verò per breuius tempus illã exerceat, & ter admonitus, exercere illam non deſinat, amittit priuilegia omnia eccleſiaſtica, ac proinde amittit hoc.*

7 *Si clericus coniugatus publicè per ſe exerceat officiũ carnificis, lanionis, vel cauponis, & ter admonitus non deſiſtat intra præfixum terminum, aut deſiſtat* C *quidem, ſed iterum illud officium exerceat, amittit omnia priuilegia, ac proinde & hoc: Si verò coniugatus non ſit, in habituque clericali incedat, ſolum amittit priuilegium in bonis, & tenetur proinde ſoluere tributa laicorum, non tamen amittit priuilegium canonis.*

8 *Si clericus coniugatus bigamus eſt, aut cõtraxit cum vna non virgine, eamque carnaliter cognouit, vel cum uirgine, & poſtquam adulterium illa commiſit, eam carnaliter cognouit, amittit priuilegia omnia.*

9 *Si clericus non bigamus habitum clericalem ac tonſuram non deferat, eo ipſo priuilegia clericalia amittit.*

10 *Realiter degradatus amittit priuilegia omnia cle*D *ricalia.*

11 *Clericus non baptizatus, cum clericus non ſit, non gaudet hoc priuilegio.*

Diſputatione præcedente explicauimus, quouſque ob ignorantiam, quòd aliquis de numero eorum ſit, qui priuilegio canonis gaudent, excuſetur ab excommunicationis pœna, ſi manus violẽtas in eum inijciat. Hac verò, & duabus ſequentibus, diſputationibus, eſt explanandum quouſque, qui non ignorat eum, in quem manus violẽtas inijcit, de numero illorum eſſe, ex alijs capitibus ab eadem excommunicationis pœna excuſetur. 1

E Quando clericus in habitu clericali non incedit, terque admonitus ab Epiſcopo eius loci, vel ab alio, qui Epiſcopi vices ad id habeat, aut ab eo, qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in eum clericum habeat, vt eccleſiaſticum habitum aſſumat, non paruerit, tunc, interim dum clericalem habitum deinceps nõ aſſumpſerit, amittit priuilegiũ clericale; eaque de cauſa, ſi quis manus violentas in eũ tunc inijciat, eſto ſciens & prudens eum eſſe clericum id efficiat, excommunicationem non incurrit. Ita habetur c. contingit. 2. de ſent. excom. conſentitque cõmunis doctorum ſententia. Neceſſe tamen eſt, vt admonitio illa prius illi ter fiat, nõ ſimul, ſed ſucceſſiuè cum interuallo aliquorum dierum inter vnam

& aliam

& aliam, & quòd monitio fiat ab habente ad id iuriſdictionem modo explicato. Textus enim ille dicit; *ter à te commoniti*; & loquebatur cum diœceſano: alioquin clericus ille non amitteret clericale priuilegium, ac proinde, qui illũ tunc percuteret, excõmunicationem incurreret. Non tamen requiritur, vt ea monitio ſit ſpecialis, facta vnicuique in particulari, ſed ſatis eſt, ſi ſit generalis per edictum, quo Epiſcopus præcipiat, vt clerici omnes habitum clericalem intra tantum tempus aſſumant ſub pęna amiſſionis priuilegij clericalis. Hæc Panor. c. contingit citato, Sylueſt. verb. excommu. 6. nu. 6. caſu 3. & doctores communiter. Concinit Iulius Clar. 5. lib. c. ſen. §. vlt. quæſt. 36. nume. 20. cum alijs, quos citat; tametſi loquatur ad amittendum priuilegium fori. Statim autem ac talis clericus reaſſumeret clericalem habitum, gaudere inciperet priuilegio hoc canonis, vt doctores omnes, iuxta c. cõtingit, citatum, affirmant.

2 Ex prædicto. c. contingit. 2. colligit Panor. ibi, cõſentiunt doctores communiter, per ſolam apoſtaſiam, dimiſſionemque habitus clericalis, aut monachalis, non amitti priuilegium hoc canonis. Idem colligit Panor. ex c. ſi verò 2. de ſent. excommu. Ex eo enim textu conſtat, eum, qui clericum nutriẽtem comam, & in quo nulla apparebant indicia clericatus, percuſſit, niſi ignorantia inuincibili, quòd ille clericus eſſet, illum percuſſerit, incurrere excommunicationis pœnam.

3 Nouitius autem, qui nondum per vota religionis aſtrictus religioni, erat, ita vt ab ſtatu nouitiatus ad alium eiuſdem religionis per ea vota tranſierit, eo ipſo quòd habitum dimiſerit, monaſteriumve ſit egreſſus animo deſerendi nouitiatum, amittit priuilegium canonis, nihil impediente, quòd ante ingreſſum in nouitiatum, vel in ipſomet nouitiatu, vel in ipſomet nouitiatu, vota ſimplicia emiſerit eiuſdem aut alterius religionis: quoniam eo ipſo deſinit eſſe religioſus. Eadem ratione in Societate noſtra illi, quibus, iuxta priuilegia noſtri ordinis, ſocietas remittit vota ſimplicia quæcunque, quibus poſt Peractum biẽnium nouitiatus ſe illi aſtrinxerant, eo ipſo amittunt priuilegium canonis, quo tanquam religioſi antea gaudebant: quoniam ſimiliter eo ipſo deſinunt eſſe religioſi. Profeſſi verò cuiuſque ordinis, & illi, qui in Societate noſtra aſtricti religioni ſunt, votis ſolùm ſimplicibus poſt biẽnium probationis quocunque tempore & in quocunque ſtatu ſeu gradu noſtræ ſocietatis emiſſis, per ſolam apoſtaſiam ac egreſſum à religione non amittunt priuilegium canonis: quia adhuc ſunt veri religioſi, adhucque non ſecus aſtricti ſunt religioni, ac ſi ab illa non apoſtataſſent.

4 Eccleſiaſticus, qui ter admonitus, modo paulo ſuperius explicato, non deſinit geſtare arma, amittit etiam priuilegium hoc canonis, ac proinde, qui manus violentas in illum iniecerit, ſciens illum eſſe eccleſiaſticum, non incidit in excommunicationem. Ita habetur. c. in audientia. de ſent. excommu. Nauar. in Manu. c. 26. nume. 80. ait, habere hoc locum, etiam ſi is eccleſiaſticus incedat in habitu clericali ac eccleſiaſtico, conſentitque. c. in audiẽtia citatum. Quamuis enim in principio caſus fuerit propoſitus de clerico, qui demiſſo habitu clericali arma geſtabat; in deciſione tamen ſolùm dicitur, ſi ter admonitus vt dimittat arma, dimittere illa non velit. Vnde hic euentus diuerſus ex parte eſt à præcedente.

5 Eccleſiaſticus, qui ſe immiſcet enormitatib. vt eſſet ſeditionem excitando, aut graſſando, pugnando in bello, vel ſimile quid efficiendo, eſto agnoſcendo eum eſſe eccleſiaſticum percutiatur, aut occidatur, percutiens in excommunicationem nõ incidit: quia eo ipſo, quòd eccleſiaſticus talia exercet, amittit pri-

A uilegium canonis, quamuis admonitus à prælato nõ fuerit. Ita habetur c. cum non ab homine, & cap. perpendimus, de ſenten. excommun. affirmantque, doctores communiter. Vtrum autem amittat etiã priuilegium fori, Panorm. negat. ca. perpendimus, ex textu ibi, & multi alij. Alij contrarium contendunt. Lege quæ Diſput. 49. ea de re diximus.

Nauar. in Man. cap. 27. num. 80. Syluestr. verb. excommunic. 6. num. 6. caſu 5. (ſibi contrarius verbo clericus. 3. q. 3.) & quidam alij affirmant, clericum, qui negotiationem exercet, terque, modo ſupra explicato, admonitus, non deſiſtit, eſto in habitu clericali incedat, amittere priuilegium hoc canonis, iuxta, cap. vlt. de vita & hon. cler. Nos verò tractatu præcedente Diſput. 342. diximus, ibi neque B eſſe ſermonem de priuilegio fori, neque de priuilegio canonis, ſed ſolùm de priuilegio, quo eccleſiaſtici, & ipſorum bona, exempti ſunt à tributis, & ab alijs onneribus, gaudereque eum clericum duobus illis alijs priuilegijs, conſentiunt Aug. verb. clericus. 9. nu. 3. Sylueſt. verb. clericus. 3. q. 3. & alij.

Clericus exercens per annum artem ioculatoriã, ſeu hiſtrionum, vel mimorum ipſo iure amittit priuilegia omnia eccleſiaſtica ac proinde amittit hoc, efficiturque infamis. Si verò per breuius tempus illam exerceat, & ter admonitus, modo ſuprà explicato, exercere illam non deſinat, amittit ſimiliter priuilegia omnia clericalia, ac proinde amittit hoc. Ita habetur. c. 1. de vit. & hon. cler. lib. 6. eſtque communiter receptum, fuitque dictum Diſp. 49. 6

C Si clericus, ſiue coniugatus, ſiue non coniugatus, publicè, ac per ſuam propriam perſonam exerceat officium carnificis, vel macellarij, aut tabernarij, & admonitus ter nominatim, modo ſuprà explicato (vnde in hoc euẽtu non ſufficit admonitio generalis per edictũ, niſi perſonę in particulari nominẽtur) vt intra terminũ à dięceſano pręfigendũ deſiſtat, nõ deſtiterit intra eum terminum, aut deſtiterit quidẽ, ſed iterũ poſt eum terminũ idem officiũ aliquo tẽpore exercuerit, amittit eo ipſo, ſi clericus coniugatus ſit, priuilegia omnia clericalia, ac proinde, qui illum percuſſerit, in excommunicationem non incidit: ſi verò non ſit coniugatus, in habituque clericali incedat, ſolùm amittit priuilegium in bonis, teneturque proinde ſoluere tributa, & ſubire onera, quæ ſubeunt D laici; non tamen amittit priuilegium canonis, eaque de cauſa, qui illum percutit, excommunicationem incurrit. Quòd ſi incedat omnino vt laicus ſine clericali habitu, amittit priuilegia omnia clericalia, interim dum reſipuerit, eaque de cauſa, ſi quis illũ tunc percutiat, excommunicationem non incurrit. Hæc omnia habentur clement. 1. de vi. & hon. cler. ſuntque communiter recepta. Vt tamen diximus tractatu præcedente Diſputat. 342. citata, & affirmat gloſſa recepta clementina citata, eſto clericus viliora officia exerceat, non proinde incidit in has pœnas, quamuis admoneatur, nec deſiſtat: quia pœnæ extendendæ non ſunt ex paritate aut maioritate rationis extra caſus, pro quibus comperiuntur à iure E impoſitæ. 7

Quando clericus coniugatus bigamus eſt, quia ſcilicet contraxit cum duabus, aut cum vna non virgine, eamque carnaliter cognouit, vel cum virgine, & poſtquam adulterium illa commiſit, eam carnaliter agnouit, amittit priuilegia omnia clericalia vt habetur. c. vnico de clericis coniug. lib. 6. & c. vnico de big. lib. 6. quo in loco ſub excommunicationis pœna eis quoque prohibetur deferre habitum clericalem ac tonſuram: quare qui violentas manus in talẽ clericum iniecerit, non incidit in hanc excommunicationem. Obſerua tamen, religioſum, eſto ante ſuum ingreſſum in religionem effectus fuerit bigamus, gaudere priuilegio canonis, ea ratione: quia re 8

ligio-

ligioſus eſt, eaque de cauſa, ſi quis manus violentas in eum injiciat, etiam dum eſt nouitius, incurrit hãc excommunicationem. Ita Sylueſt. verb. bigamus. q. 8. & alij doctores communiter. Simili modo, ſi bigamus conſtitutus ſit in ordinibus ſacris, quando, quia vel facta fuit cum eo diſpenſatio, vt illos ſuſciperet, vel quia illegitimè ad ſacros ordines aſcendit, gaudet priuilegio canonis, & qui in eum manus violentas iniecerit, excommunicationẽ incurrit: quoniam duo capita citata ſolùm loquuntur de bigamis in minoribus ordinibus conſtitutis. Ita gloſſa. c. vnic. de big. lib. 6. Sylueſt. vbi ſuprà, & alij. A

9 Si clericus coniugatus non bigamus habitum clericalem ac tonſuram non deferat, eo ipſo clericalia priuilegia amittit, vt Ang. verb. excommun. 5. caſu. 1. §. 22. rectè obſeruat, & habetur c. vni. de cler. coniug. lib. 6. eaque de cauſa, ſi quis tunc manus violentas in eum injiciat, non incidit in excommunicationem. Si tamẽ habitum clericalem ac tonſuram reaſſumat, gaudere iterum incipit priuilegijs clericalibus, vt bene probãt Ang. vbi ſupra. §. 23. & Sylueſt. verb. excommun. 6. nume. 4. Reſtrictiones verò concilij Tridẽtini ſeſ. 23. c. 3. de reform. vt clerici in minoribus ordinibus conſtituti, ſiue coniugati ſint, ſiue non, regulariter non gaudeant priuilegio clericali, non loquuntur de priuilegio hoc canonis, ſed de priuilegio fori, vt caput illud intuenti, ſatis eſt perſpicuum.

10 Realiter degradatus, modo Diſput. 49. explicato, amittit priuilegia omnia clericalia, vt conſtat. c. degradatio. de pœn. lib. 6. & notat ibi gloſſa, quicquid quidam ante illud caput in cõtrarium dixerint: quare, qui in eum poſt talẽ degradationem manus violentas iniecerit, excommunicationem non incurrit. C Depoſitus verò, ſeu verbaliter ſolùm degradatus, modo eadem Diſp. 49. explicato, non prius amittit priuilegia clericalia, quàm poſt eam verbalẽ degradationem inueniatur incorrigibilis, eaque de cauſa tandem anathematizetur, & poſt anathematiſmum incorrigibilis deprehendatur. Qui per aſſaſſinum interficere iuſſiſſet, hoc etiam priuilegium ſicut & fori amitteret. Qui item, quia comprehendi non poſſet, traditus ſine degradatione eſſet brachio ſeculari, hoc item priuilegium amitteret, Lege quæ Diſputat. 49. citata de hac re dicta ſunt circa fori priuilegium, quæ ſimiliter locum habent circa priuilegium canonis. D

11 Clericus non baptizatus, cum clericus non ſit, non gaudet hoc priuilegium, eaque de cauſa, ſi quis manus violentas in eum iniecerit, arbitratus eſſe clericum, excommunicationem re ipſa non incurrit, vt eſt notiſſimum.

DISPVT. 55.

In defenſionem, ad euadendamque extremam neceſſitatem, aut ſi eccleſiaſticus turpitudinis cauſa cum perſona coniuncta reperiatur, E quouſque violentæ manus in eum injiciantur ſine excommunicationis pœna.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis in ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ licitè percutit inuaſorem, vel alio modo manus violentas in illum licitè injicit, tunc, licèt is gaudeat priuilegio canonis, idque eas injicienti conſtet, excommunicationem non incurrit.*

2 *Si eccleſiaſticus aliquid aggrediatur, quod iure ei non licet, tunc licitum eſt cum moderamine inculpatæ tutelæ in eum manus injicere, quantum ſatis eſſe iudicatur, vt prohibeatur.*

3 *Si eccleſiaſticus aliqua iniuſtè occupata deferat ex loco, vnde ea iniuſtè vſurpauit, licitum eſt ſtatim, antequam illa reponeret in loco, ad quem ea deferebat, illa ab eo vi extrahere, quando non vellet pacificè ea tradere.*

4 *Si eccleſiaſticus ſolo verbo pudicitiam mulieris tentaret, atque ad euadendam non eſſet neceſſe mulieri manus violentas in illum injicere, aut eſto facto eius pudicitiam tentauerit, ſi tamen illa commodè euadere poſſet, manus violentas in illũ non injiciendo, tunc excommunicationem ea mulier incurrit, ſi manus violentas in eccleſiaſticum injiceret.*

5 *Si quis extremè indigeat equo, cui eccleſiaſticus inſidet, ad effugiendũ inuaſorem, qui vult illum interficere, illeque non velit illum concedere, tunc poteſt licitè manus violentas in illum injicere, quantum ſatis eſt ad euadendum.* B

6 *Quando aliquis manus injicit violentas in eccleſiaſticum turpiter inuentum cum ſua vxore, matre, ſorore, filia, licèt ſacrilegium committat eas authoritate propria interficiendo, in odium tamen eiuſmodi criminis non incurrit vulnerans excommucationem. Si verò quis manus injiciat in eccleſiaſticorum turpiter cum remotioribus conſanguineis inuentum, incurrit excommunicationem.*

QVando aliquis in ſui vel alterius defenſionem, aut in defenſionem externorũ bonorum, honoris, famæ, aut pudicitiæ, ſui vel proximi, cum moderamine inculpatæ tutelæ licitè percutit aut occidit inuaſorem, vel alio modo manus violentas in illum licitè injicit, iuxta ea quæ Diſput. 11. copioſè explanata ſunt; tunc, eſto is, in quem ita injiciuntur, canonis priuilegio alioquin gaudeat, idque eas injicienti conſtet, excommunicationem non incurrit. Ratio verò eſt plana, quoniam non peccat ita cum moderamine inculpatæ tutelæ eas in illum injiciendo, vt diſputationibus citatis comprobatum fuit: hęc verò excommunicatio abſque lethali culpa non incurritur. Confirmatur ex cap. ſi verò. 1. & ex cap. ex tenore, de ſent. excommu. & ex c. ſignificaſti. 2. de homic. quibus in iuribus id continetur. 1

2 Quòd ſi eccleſiaſticus aliquid aggrediatur, quod iure ei non licet, vt ingredi portam, cuius ingreſſus iuſtè ei denegatur, vel ſimile aliud efficere aggrediatur, tunc licitum eſt cum moderamine inculpatæ tutelæ manus in eum injicere, quantum ſatis ſit, neceſſariumve iudicabitur, vt ab ingreſſu prohibeatur ac arceatur. Ita colligitur ex c. ſi verò citato. Atq; eſto in illo ita arcendo culpa aliqua interueniret, quæ ſolùm eſſet venialis, vtique, qui ita illum arceret, excommunicationem non incurreret: cum ad incurrendam hanc excommunicationem culpa lethalis requiratur.

3 Præterea, ſi eccleſiaſticus aliqua iniuſtè occupata deferat ex loco, vnde ea iniuſtè vſurpauit, licitum eſſet in continenti, antequam illa reponeret in loco, ad quem ea deferebat, illa ab eo vi extrahere cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando non vellet pacificè ea relinquere ac tradere, idque eſto manus violentæ in eum injicerentur, quantum eſſe ſatis ad eam extractionem iuſtam illarum rerum. Eadem ratione, ſi illicitè occupaſſet immobile aliquid, licitum eſſet cũ moderamine inculpatæ tutelæ depellere illum in continenti à poſſeſſione illius, vt habetur c. olim. de reſt. ſpol. Cum enim in his omnibus peccatum non interueniat, neque, ſi veniale ſolùm interueniret, id ſufficeret ad hanc excommunicationem incurrendam, ſanè in illis excommunicatio non in-

curri-

curritur. Quando verò eccleſiaſticus rem iniuſtè vſurpatam detuliſſet iam ad locum deſtinatum, aut eſſet iam in pacifica poſſeſſione rei immobilis, tūc, eſto iniuſtè poſſideret, peccaretque lethaliter, res illas non reſtituendo, ſi tamen quis vi illas ex ipſo extraheret violentas manus in eum inijciendo, excommunicationem incurreret: quoniam licèt eccleſiaſticus ille peccaret res eas ita retinendo, qui tamen vi illas ab illo extraheret, violentas manus ea de cauſa in eum inijciendo, peccaret etiam, priuata autoritate ius ſibi ea in parte dicendo, ac proinde, ſi culpa eſſet lethalis, excommunicationem incurreret. Ita Nauar. in Man. cap. 27. num. 76.

Hinc Nauar. lib. quinto conſiliorum, titu. de ſenten. excommu. conſi. 40. lethalis culpæ meritò damnauit, in excommunicationemque incurriſſe affirmauit, religioſum, qui, vt occuparet ſibi ſuperiorem locum ſedendo, quem ad ſe attinere arbitrabatur, coram ſuo ſuperiore in conuentu propria autoritate duos alios religioſos presbyteros vi de ſuperiori loco deturbauit: petere namque debuit à ſuperiori, vt efficeret eum locum ſibi tanquam debitum cedi: præſertim cum ipſe nunquam antea in poſſeſſione illius fuerit.

4 Quando pudicitia mulieris ſolo verbo ab eccleſiaſtica perſona tentaretur, atque ad euadendum, neceſſarium non eſſet ei mulieri manus violentas in illum eccleſiaſticum inijcere; aut eſto pudicitia eius mulieris facto ab eccleſiaſtico tentaretur, ſi tamen illa commodè euadere poſſet, manus violentas in illum non inijciendo, tunc excommunicationem incurreret ea mulier, ſi manus violentas in eccleſiaſticum ea de cauſa inijceret. Vnde meritò Nauar. vbi ſupra nume. 85. affirmauit, nobilem quandam monialem excommunicationē incurriſſe, quæ alapam cuidam eccleſiaſtico impegit, qui laſciuum verbum illi dixit.

5 Si quis extremè indigeat equo, cui eccleſiaſticus inſidet, ad effugiendum inuaſorem, qui vult ipſum interficere, aut extremè indigeat re alia eccleſiaſtici; illeque non velit eam concedere, aut non tam citò, quàm ipſe extremè indigeat, tunc ſanè iniicere poteſt manus violentas in illum, quantum præciſè ſatis ſit ad euadendam ſuam extremam neceſſitatem, neque excommunicationem ob eam violentam manuum iniectionem incurret. Ratio autem eſt, quoniam non peccat id ita in eum finem efficiendo, quin potius eccleſiaſticus illicitè ac iniuſtè id accipere prohibet, vt in materia de caritate copioſè oſtendimus: hæc verò excommunicatio non incurritur, niſi ob culpam lethalem. Eadem ratione, qui eccleſiaſticum vi arceret, vt eum liberaret ab aliquo magno malo, quantum ad id eſſet ſatis, aut vt licitè illum impediret delinquere, non incurreret excommunicationem: quoniam ſimiliter abſque peccato id efficeret. Ita Nauar. vbi ſupra.

6 Quando aliquis manus iniicit violentas in eccleſiaſticum turpiter inuentum cum ſua vxore, matre, ſorore, aut filia, quamuis committat ſacrilegium, lethaliterque peccet eas autoritate propria in illum iniiciendo; in odium tamen eiuſcemodi criminis, & propter iuſtum maximumque dolorem ita illas iniicientis, noluit ius canonicum, vt pœnam excommunicationis incurreret. Ita habetur. capit. verò. 1. de ſententia excommunic. & affirmant Doctores communiter, dictumque ſupra eſt Diſputat. 7. in reſpon. ad primum. Dicitur verò eccleſiaſticus turpiter cum illis inuentus, non ſolùm ſi deprehendatur fornicando, ſed etiam ſi inueniatur illas amplexando, aut oſculando, vel ſi cum illis inueniatur in ſuſpecto loco, vt in reſpon. ad primum, citata eſt etiam dictum. Vt tamen ita manus violentas

A iniiciens, excommunicationem non incurrat, neceſſe eſt, vt illas iniiciat in continenti quando eccleſiaſticus illo modo cum illa fœmina inuenitur, aut quando illum eo modo inuentum inſequitur, quouſque ab inſequutione deſiſtat: ſi autem eas poſtea ex interuallo in eum iniiciat, excommunicationem incurrit, vt notant gloſſa. cap. ſi vero citato, & doctores communiter, & loco citato eſt dictum. Nomine verò vxoris intelligitur etiam illa, cum qua celebratum eſt matrimonium per verba de præſenti, quamuis conſummatum non ſit per copulam, & quamuis non ſit vera vxor propter impedimentum aliquod latens, quod à marito ignoretur: non tamen intelligitur ſponſa per verba de futuro, vt gloſſa. cap. ſi verò citato, & doctores communiter af-
B firmant. Nomine verò matris aut filiæ intelliguntur, quæ tales propriè ſunt, eſto non ſint ex legitimo matrimonio: non verò intelliguntur auiæ, aut neptes, neque etiam filiæ adoptiuæ: ſicut ſororum nomine non intelliguntur, quæ tales ſunt per adoptionem. Ita gloſſa. cap. ſi verò citato, & doctores communiter. Pœnæ namque extendendæ non ſunt vltra id, quod leges ſonant, in ſignificatione propria intellectæ. Qui verò manus violentas iniiciunt in eccleſiaſticos turpiter cum remotioribus conſanguineis aut affinibus inuentos, incurrunt hanc excommunicationem, vt capit. ſi verò citato ſubiungitur. Habet autem locum caput illud, etiam ſi iniiciens manus violentas in eccleſiaſticum, turpiter cum fœminis illis inuentum, illum interfi-
C ciat, vt Diſputat. 7. in reſpon. ad primum citata aduerſus Couar. eſt dictum. Itemque locum habet, etiam ſi illum interficiat maturo iudicio, & non ex nimia paſſione ac perturbatione, vt ibidem aduerſus Syluestrum, & Nauarrum dictum etiam fuit. Non tamen haberet locum, ſi per fraudem adduceretur, vt turpiter cum aliqua illarum fœminarum inueniretur, ac percuteretur, vt marito dicente vxori, filio matri, patre filiæ, aut fratre ſorori, vt illum vocaret, aut admitteret ad turpitudinem, vt ita eum inuentum percuterent, vt bene Nauar. cap. 27. citato, nume. 84. & alij obſeruant. Secus autem ſi eum non adduceret dolo, attamen de induſtria illum expectaret, vt eum deprehenderet ac interficeret, vt Nauar. ait lib. quinto conſilior. titu. de ſenten. ex-
D communic. conſ. 41. qui tamen perſiſtit, contra Fortunium, ſi illum interficiat, non paſſionis impetu, ſed maturo conſilio, incurrere excommunicationem: in quo parum ſibi videtur conſtare.

DISPVT. 56.

Correctionis cauſa quouſque in eos, qui priuilegio canonis gaudent, manus violentæ abſque excommunicationis pœna inijciantur, etiam capiendo illos per
E laicos.

SVMMARIVM.

1 *Licèt iuris diſpoſitione conceſſum Prælatis alijſque iudicibus eccleſiaſticis non ſit, punire eccleſiaſticas perſonas ſibi ſubditas per laicum, licitum tamen eis eſt comprehendere illos, & trudere in carcerem. Inde fit, vt ſæculares poteſtates licitè poſſint mittere in carcerem perſonas eccleſiaſticas de mandato eccleſiaſticarum poteſtatum.*

2 *Laicus inijcere poteſt manus in eccleſiaſticum abſque licentia iudicis illius eccleſiaſtici, vt eum præſentet ſuo prælato, quando is eſt debitor ac fugit, quando*

do miniſter ſæcularis iuſtitiæ inuenit eum in flagrãti delicto; quando illum inuenit de nocte, eſtque ſuſpicio eum aliquod ſcelus committere velle, quando offenſus ab aliquo eccleſiaſtico in euentu, in quo is eccleſiaſticus ideo eſſet in carcerem trudendus, eum capit intra ſpatium viginti quatuor horarum.

3 *Quando magiſter intuitu diſciplinæ, manus violentas in diſcipulum clericum inijcit, excommunicationem non incurrit.*

4 *Si ratione officij, quod quis habet in eccleſia, percutiat adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos, turbantes diuinum officium, is tunc ſiue laicus ſit, ſiue eccleſiaſticus ſit, non incurrit excommunicationem.*

5 *Patres familias, qui aliquos de familia in minoribus ordinibus conſtitutos percutiat, itemque alij propinqui ſimiles ſuos propinquos eiſdem de cauſis percutiunt, excommunicationem non incurrunt.*

6 *Pater non poteſt in filios in maioribus ordinibus conſtitutos violentas manus correctionis ac diſciplinæ gratia inijcere.*

7 *Refellitur opinio contraria.*

8 *Poſſunt magiſtri clericos correctionis gratia percutere, etiam per tertiam perſonam.*

9 *Perſonæ quæ ex officio puniunt, ſi percutiendo eccleſiaſticas perſonas excedant notabiliter, excommunicationem incurrunt.*

10 *Licèt quis punientium aliquam eccleſiaſticam perſonam ex odio puniat, non incurrit excommucationem.*

11 *Qui vi excommunicatum de eccleſia eijcit, nolentem ex ea aliter exire, excommunicationem non incurrit.*

12 *Aliquis percutiẽs eccleſiaſticum excommunicatum, incurrit nihilominus excommunicationem.*

QVouſque Epiſcopis, alijs prælatis, ac iudicibus eccleſiaſticis, fas ſit iuris diſpoſitione, priuilegio, aut conſuetudine, punire per ſe ipſos, vel per alios, ſibi ſubditos delinquentes, manus in illos inijciendo, eoſque percutiẽdo, & quòd nefas ſit iudicibus ſecularibus, antequam ipſorum brachio puniendos relinquantur, neque item iudicibus eccleſiaſticis, qui ad id iuriſdictionem in illos non habuerint, manus in illos correctionis gratia mittere, idque ſub excommunicationis pœna, præcedentibus diſputationibus, maximè Diſput. 51. explanatum fuit.

1 Quamuis autem iuris diſpoſitione conceſſum prę latis, alijſque iudicibus eccleſiaſticis, non ſit, punire eccleſiaſticas perſonas ſibi ſubditas per laicos; licitum tamen eis eſt comprehendere illos, mittereque eos in carcerem per laicos. Quo fit, vt ſeculares poteſtates, & quicunque alij laici, licitè poſſint capere mittereque in carcerem perſonas eccleſiaſticas de mandato ac conceſſione eccleſiaſticarum poteſtatum, quibus tales perſonæ eccleſiaſticæ quo ad id ſubduntur, quando ſubeſt cauſa talis comprehenſionis, miſſioniſque in carcerem. Eſt autem tunc licitum eos comprehendere, mittereque in carcerem, per laicas poteſtates, & per perſonas alias laicas, etiã quando incorrigibiles nondum ſunt, vt expreſsè habetur. c. ſi clericos, de ſent. excommu. lib. 6. quicquid in contrarium dixerit gloſſa. c. vt famæ. extra. eod. titu. Poteſt verò perſona eccleſiaſtica detrudi in carcerem, non ſolùm ad cautelam, ne fugiat, ſed etiam in pœnam, quando expediens iudicatur eo modo integre, aut ex parte, addendo videlicet aliam etiam pœnam, puniri illius delictũ, vt notat Panor. c. vt famæ citato, & idem innuitur apertè. c. ſi clericos citato, & habetur expreſsè. c. quamuis, de pœn. lib. 6. Et quamuis dum capiuntur, aut feruntur in carcerem,

A inferri eis poſſit ea violentia, quæ neceſſaria ad defenſionem eorum ſit, qui eos eccleſiaſticos capiunt, ac deducunt in carcem, vel in eo illos detinent, item que ea, quæ ad ſuperandam eorum rebellionem ac retinentiam fuerit neceſſaria, vt habetur. c. vt famæ citato; nõ tamen fas eſt inferre illis maiorem, quàm ad hæc neceſſaria ſit, vt ibidem ſubiungitur. Qua de cauſa, ſi eccleſiaſticus pacificè in carcerem ire vellet, ſanè, qui illum pugnis, aut impulſionibus iniurioſis, incedere compelleret, vel vim aliam iniurioſam non neceſſariam illi inferret, excommunicationem incurreret. Si tamen non deduceretur cautè, niſi iniectis manibus in veſtes illius, aut niſi manus ei ligarentur, vel aliud ſimile ei fieret, tunc licitum eſſet id omne efficere, quod, ſpectata perſonæ qualitate, ſpe
B ctatiſque cæteris circumſtantijs concurrentibus, expediens iudicaretur, vt cautè deduceretur. Quòd ſi eccleſiaſticus ſolùm deduceretur in carcerem, aut in eo detineretur, ad cautelam vt in iudicio compareret, pareretque ſententiæ; & datis fideiuſſoribus, aut pignoribus, ſufficientem ad ea omnia præſtaret cautelam; tunc, ſi ille ſufficientia ea offerret, & nihilominus inuitus in carcerem deduceretur, aut in eo detineretur, vtique, qui illum ita in carcerem deferret, aut in illo ipſum detineret, peccaret, excommunicationemque incurreret, vt habetur. cap. ſi clericos citato.

Hoc loco obſerua, iuxta communiorem, probabilioremque ſententiam, quam ſequuntur Panor. c. 2
cum non ab homine. de iudic. à nume. 10. Nauar. in
C Manu. cap. 27. nume. 82. 83. & 85. Sylueſt. verb. excommunic. 6. num. 5. caſu 2. & num. 14. Ang. verb. excommunic. 5. caſu 1. §. 12. laicum inijcere poſſe manus in eccleſiaſticum abſque licentia iudicis illius eccleſiaſtici, eum comprehendendo, aut detinendo, vt eum præſentet ſuo prælato in ſequentibus euentibus. Primus eſt, quando eſt debitor ac fugit, aut fugam meditatus: tunc enim comprehendi à creditore poteſt, vt eum iudici illius præſentet, qui cogat eum ſoluere debitum. Secundus, quando miniſter ſecularis iuſtitiæ inuenit eccleſiaſticum in flagranti delicto, illumque comprehendit, vt continuò eũ præſentet ac tradat ſuo iudici eccleſiaſtico. Tertius, quando illum inuenit de nocte, eſtque ſuſpicio eum committere velle ſcelus aliquod: tunc enim cõ
D prehendere illum poteſt, vt ſimiliter eum ſuo iudici præſentent. Quin & conijcere eum poteſt in carcerem ſecularem, ſi tunc opportunitas nõ ſit pręſentandi illum ſuo iudici. Cum primum tamen fuerit opportunum, tenetur illum præſentare ſuo iudici eccleſiaſtico. Quando tamen præſumptio non eſſet, eiuſmodi eccleſiaſticum velle ſcelus committere, vt quia eſſet perſona ſuſpicione carens, nullæque eſſent coniecturæ illum intendere mali aliquid efficere, vt ſi lumen ſociumque deferret, ſpectatiſque omnibus circunſtantijs concurrentibus, nulla tunc eſſet ſuſpicio mali, ſanè, qui illum tunc comprehenderet, excommunicationem incurreret: quoniam omnino illicitè id efficeret. Quartus, ſi offenſus ab ali
E quo eccleſiaſtico in euentu, in quo is eccleſiaſticus ea de cauſa in carcerem eſſe mittendus ac puniendus, eum capiat ac detineat intra ſpatium viginti quatuor horarum, vt illum præſentet iudici eccleſiaſtico talis delinquentis, quando ita eſt neceſſarium, ne fugiat, aut ad teſtes vocandos, qui teſtificentur de delicto, in quo eſt deprehẽſus, & cuius ratione ita detinetur. Quãdo autem in aliquo horum quatuor euentuũ interueniret exceſſus ex parte ita capientis eccleſiaſticũ, aut vis non neceſſaria, tunc, qui ita excederet, excommunicationem incurreret. Quando verò eccleſiaſticus turpiter deprehenderetur cũ vxore, matre, filia, aut ſorore, eũ tunc cõprehendentis, ſatis perſpicuum eſt, cõprehendentem il-

lum,

lum,vt eum ſuo eccleſiaſtico iudici præſentaret, nullam incurrere excommunicationem: cum, ſi illum tunc percuteret aut interficeret, nullam excommunicationem incurreret, vt diſputatione præcedente dictum eſt.

3 Quãdo magiſter intuitu diſciplinæ,aut correctionis in moribus, manus violentas in diſcipulũ perſonam eccleſiaſticam inijcit, excommunicationem non incurrit,ſiue is magiſter laicus ſit, ſiue perſona eccleſiaſtica. Ita habetur.c.1.ex tenore, & c.cum voluntate.§.vlt.de ſent. excommunicat. Nomine autem magiſtri pædagogum etiam intellige, & quencunque alium præpoſitum ad honeſtum aliquid docendum,aut ad continendum aliquos in officio; modò conſuetum ſit in eo munere percutere perſonas eo modo ſubditas: ex eo quippe, quòd eccleſiaſticæ ſint,exempti non ſunt à tali correctione, eaque cauſa, qui illas correctionis cauſa, iuxta modum ea correctione conſuetum, percutit, excommunicationem non incurrit, vt ex citatis iuribus apertè colligitur.

4 Similiter,ſi ratione officij,quod quis habet in eccleſia,percutiat pueros,vel adoleſcentes, in minoribus ordinibus conſtitutos, turbantes diuinum officium,is tunc,ſiue eccleſiaſticus ſit ſiue laicus,excommunicationem non incurrit. Eodem etiam modo, ſi clerici ſeniores deuotionis zelo percutiant pueros, vel adoleſcentes, in minoribus ordinibus conſtitutos,diuinum turbantes officium,excommunicationem non incurrent. Vtrumque habetur. cap. cum voluntate. §.vlt.de ſentent. excommun. Qua etiam ex cauſa. c.veniens.eod.titu. clericum, qui vt excommunicatus à parocho euitabatur, ab alijſque euitari ab eodem parocho præcipiebatur, eo quòd monialem quandam,diuinum turbantem officium, inuitam traxiſſet, poſuiſſetque extra eccleſiam,ſummus Pontifex pronunciauit, non incurriſſe excommunicationem: quoniam licuit illi ea violenta manus iniectio in perſonam eccleſiaſticam bono illo fine ac zelo, exiſtente culpa in ea moniali, prębenteque illa eam occaſionem, nec proinde ea manus violentæ iniectio comprehenſa cenſetur canone ſi quis ſuadente diabolo.

5 Præterea patresfamilias, qui aliquos de familia in minoribus ordinibus conſtitutos percutiunt ac puniunt, vel vt à ſuis inſolentijs cohibeantur, vel vt ſcientia boniſque moribus imbuantur,itemque alij propinqui, qui ſimiles ſuos propinquos eiſdem de cauſis percutiunt ac puniunt, excommunicationem non incurrunt. Ita habetur.ca. cum voluntate. §. vlt.citato. Id verò intelligitur de propinquis, quos decet, expediensque eſt punire alios propinquos, iuxta regulam tractatu pręcedente Diſputat.228.in ſexto effectu patriæ poteſtatis à nobis traditam,quo in loco, & ſuprà in hoc tractatu Diſputat.2.à §. parentibus & dominis,diximus, quæ hoc loco hac de re dici poterant, quæque non modicam lucem his afferent,de quibus nunc diſputamus:ea ibi legas,ne inutiliter repetantur.

6 Sunt verò nonnulla hoc loco circa proximè dicta examinanda. Primum eſt. Num liceat parentibus violentas manus correctionis ac diſciplinæ gratia in eos etiam filios inijcere, qui maioribus ordinibus initiati ſunt, atque adeò num immunes ab excommunicatione ſint, ſi eas in illos eo bono fine inijciant. Nauar.in Manu.c.27.nume.82. ſequutus Syluestrum verb.excommun.nu.6.caſu 8. & quoſdam alios, quos Syluester citat, arbitratur id licitũ eſſe,affirmatque eam eſſe communem doctorum opinionem.

Ducuntur hi autores, quoniam magiſter licitè punit eccleſiaſticum, etiam in maioribus ordinibus cõſtitutum,vt Ang.verb.excommun.1.caſu 1.§.9. & doctores alij concedunt,colligiturque ex c. cum voluntate.§.vlt.de ſent.excommun. vbi nulla facta reſtrictione ad diſcipulum in minoribus ordinibus cõſtitutum,dicitur, tam prælatum, quam magiſtrum, poſſe illum correctionis gratia percutere:conſtat autem prælatum punire poſſe ſibi ſubditum in maioribus ordinibus conſtitutum: cum ergo, quod magiſtro comparatione diſcipuli conceditur, denegari patri non debeat comparatione filij;conſequens ſanè eſt,vt ſicut magiſter punire poteſt diſcipulum in maioribus ordinibus conſtitutum, ſic etiam pater punire filium poſſit in maioribus conſtitutum ordinibus.

Contrariam ſententiam, nempe patrem correctionis gratia inijcere licitè non poſſe manus violentas in filium ſuum in maioribus ordinibus conſtitutum,ac,ſi id efficiat, excommunicationem incurrere,amplexati ſumus Diſputat.228. citata circa ſextum effectum patriæ poteſtatis, eandemque nunc amplectimur cum gloſſa c.cum voluntate citato, & cum Panor. Felino, Hoſt. Ant.à Butrio,& Zabarella ibi, Angel.vbi ſupra caſu 10.& alijs, qui tam multi ſunt,vt mirandum ſit, Nauarrum affirmare,ſententiam, quam ipſe amplectitur, communem doctorum eſſe:cum ſint longè plures longeque grauiores doctores pro noſtra ſententia, quæ ſatis apertè colligitur ex c.cũ voluntate citato argumento à contrario ſenſu. Ibi enim patri familias ſolùm permittitur punire correctionis gratia conſtitutos in minoribus ordinibus: vnde à contrario ſenſu, denegatur illi punire conſtitutos in maioribus ordinibus,propter reuerentiam, quæ ſacris ordinibus debetur, atque indecentiam, quæ eſt, laicum, qualis eſt pater, manus violentas in eum inijcere, qui in ſacris ordinibus eſt conſtitutus:tales quippe,ex ſola iuris canonici diſpoſitione, pręlatis eſt denegatum punire per laicum, quin & prælatis, Epiſcopo inferioribus, denegatum eſt punire illos per alium quencunque, nulla ad id vrgente neceſſitate, vt Diſputat.51. eſt dictum. Quare rectè ibi Panor. colligit, quamuis ſacri ordines filios quo ad alios effectus à patria poteſtate non eximant, eximere tamen illos ad eum effectum,vt non poſſint à patre puniri. Noſtra ſententia cõfirmatur rurſus ex eodem capite,quoniam ſimul in eo dicitur,tum patrem familias poſſe punire eos, qui ſunt de familia, tum etiam propinquum poſſe punire ſuos propinquos,qui fuerint in minoribus ordinibus conſtituti: ſicut ergo communis doctorum ſententia propter eum textum affirmat,propinquum poſſe ſolùm punire ſibi propinquos, qui in minoribus ordinibus ſint conſtituti,ita affirmandum eſt,patremfamilias poſſe ſolùm punire filium in minoribus ordinibus conſtitutum,non verò conſtitutum in ordinibus ſacris. Item ex eo, quòd in eo textu ſacerdotibus ſenioribus, alijſque, qui munus in eccleſia habent, concedatur percutere ſolùm pueros ac adoleſcentes in minoribus conſtitutos, qui diuinum officium perturbant, communis doctorum ſententia affirmat, non poſſe eos percutere conſtitutos in ordinibus ſacris: cum ergo eadem limitatio in eodem textu fiat in patrefamilias comparatione filij;conſequens profectò eſt,vt eum ſolum poſſit percutere, qui in ordinibus minoribus eſt conſtitutus. Scio Nauarrum loco citato dicere, de ſtricto iure poſſe affirmari,etiam ſeniores ſacerdotes,& eos,qui munus in eccleſia habent, percutere correctionis gratia poſſe,etiam conſtitutos in maioribus ordinibus: id tamen planè eſt contra communem doctorum ſententiam, & contra id, quod textus ille apertè innuit.

Ad id verò, vnde Nauar. & Sylueſt. ducuntur, 7
imprimis, admiſſo antecedente, neganda eſt conſequentia: cum enim hæc à iuris humani diſpoſitio-

ne pendeant, ſtandum eſt diſpoſitioni illius textus, id permittentis in vno horum, & denegantis in alio. Deinde cum Felino eſt dicendum, idcirco permitti illud in magiſtro, quoniam magiſter eſſe poteſt ſacerdos, aut diaconus, & diſcipulus eſſe poterit ſolùm diaconus, aut ſubdiaconus: nulla verò eſt indecentia, vt diſcipulus in ordinibus ſacris conſtitutus puniatur à magiſtro in altiori ordinum gradu conſtituto: pater autem regulariter eſt laicus comparatione filij in ordinibus ſacris conſtituti: Vnde, quod abſolutè dictum eſt de magiſtro, nulla facta reſtrictione de diſcipulo, quod eſſe debeat in ſolis minoribus ordinibus conſtitutus, intelligendum eſt, ſeruata decentia, perſonarumque qualitate ſpectata, ita vt inferior in gradu dignitatis ac ordinis, ſuperiorem, quin fortè æqualem, eo modo non puniat. Sotus quinto de iuſt. quæſtio. ſecunda, articu. ſecundo, anceps eſt circa dubium propoſitum. Potius autem videtur propendere, patrem non poſſe punire filium in ſacris conſtitutum ordinibus. De magiſtro verò, quamuis dicat, non videri eum condemnandum, ſi ferula diſcipulum percutiat in ſacris ordinibus conſtitutum; addit tamen, ſtandum in his eſſe uſui ac foro eccleſiaſtico. Ego autem cum Felino dicerem, condemnandum eum eſſe, ſi inferior in gradu, vt laicus, percutiat conſtitutum in ordinibus ſacris, aut ſubdiaconus diaconum, vel ſacerdotem; non verò ſi ſuperior in ordinis gradu inferiorem percutiat.

8 Secundum dubium eſt. Num ijs, de quibus dictum eſt, fas eſſe percutere clericos correctionis gratia, fas etiam ſit eoſdem percutere per tertiam perſonam. Atque in primis dicendum eſt, magiſtros noſtræ Societatis in ſcholis, quarum curam habemus ad docendam iuuentutem in eccleſiæ rerumque publicarum ſecularium bonum, poſſe licitè, ſecluſo quocunque Sedis Apoſtolicæ priuilegio, punire clericos in minoribus conſtitutos per correctorem laicum, vt mos eſt fieri in noſtris ſcholis. Ratio autem eſt, quoniam iura, quæ exprimunt ac declarant, licitum magiſtris, & alijs ſimilibus eſſe punire gratia diſciplinæ eiuſmodi eccleſiaſticos, non id explicant, quaſi nouum ius condendo, nouamque ad id efficiendo commiſſionem, & quaſi id antea fuerit comprehenſum canone ſi quis ſuadente diabolo, ſed per epicheiam explicant ac declarant, id nunquam fuiſſe prohibitum, neque comprehenſum eo canone, in quo intentio non fuit interdicere neceſſariam ac decentem manuum iniectionem, diſciplinæ ac bonorum morum cauſa, in pueros ac in adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos: id quod apertè innuitur, capit. primo, de ſenten. excommunic. Vbi, cum ſic præmittatur; *Neque magiſter*, (incurrit ſcilicet excommunicationem) *ſi ſcholarem clericum intuitu diſciplinæ, uel correctionis, percuſſerit*; hæc redditur ratio: *Quia non poteſt in ipſis iniectio manuum uiolenta notari*; quæ ſcilicet fit ſuadente diabolo, de qua canone, ſi quis ſuadente diabolo eſt ſermo; cuius canonis expoſitiones ac limitationes ſunt omnes ferè textus tituli de ſententia excommunicationis: cum ergo indecens ſit, religioſos per ſe ipſos flagellare, aut aliter percutere pueros, & adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos, quos zelo caritatis literis ac bonis moribus imbuunt; nulla verò in eo indecentia cernatur, quòd ipſorum iuſſu per laicum correctorem ad id deputatum puniantur ac flagellentur; præſertim cum, ſi ij ipſi laici correctores, præceptores illorum eſſent, id eis propria autoritate liceret: conſequens profectò eſt, vt per epicheiam iudicandum ſit, non eſſe id cenſendum prohibitum canone ſi quis ſuadente diabolo: præſertim cum eiuſmodi correctio adeò expediens illis ipſis ſit, qui eo modo puniuntur, bonoque eccleſiæ ac rerum publicarum ſecularium. Hoc ipſum confirmatur, quoniam quando aliquis legitimam poteſtatem habet puniendi eccleſiaſticos, ſanè, qnòd id per tertiam perſonam, etiam laicam, exequatur, non eſt ex ſe illicitum ac malum; quandoquidem, vt habetur, cap. vt famæ. de ſenten. excommunic. non ipſi exequutores, ſed illi, quorum autoritate tale quid faciunt, id efficere videantur, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua: quo fit, vt in euẽtibus, in quibus id nullo iure inuenitur prohibitum, cenſendum ſit id licere: cum ergo ſolùm comperiamus prælatis iudicibuſque aliis eccleſiaſticis prohibitum punire per laicum perſonas eccleſiaſticas, propter honorem ac reuerentiam, quæ debentur religioſis, iiſque, qui in ordinibus ſacris ſunt conſtituti, idque magna ex parte ſit derogatum cõſuetudine, quo ad punitiones, quæ extra clauſtra monaſteriorum circa eiuſmodi perſonas fiunt, vt Diſputatio. 51. dictum eſt; conſequens ſanè eſt, vt in reliquis euentibus, maximè vbi non ſubeſt eadem ratio, ſed eſt longè diuerſa, cenſendum ſit id non eſſe prohibitum: vnde capit. vt famæ citato, & cap. ſi clericos, de ſenten. excommunic. lib. 6. pronunciatur, licitum eſſe comprehendere ac in carcerem mittere eccleſiaſticos per laicas perſonas de mandato prælatorum, iudicumve eccleſiaſticorum ipſorum, redditurque duplex ratio: Vna quidem, cap. vt famæ citato, quia videlicet eccleſiaſtici ipſi iudices, qui id fieri præcipiunt, & nõ laici, per quos exequutioni mandatur, id facere videntur. Et altera, cap. ſi clericos, quia ſcilicet nulla in eo temeritas, vel iniuria, deprehendi valet. Propter has rationes mihi videtur, poſſe patresfamilias punire filios, & alios ſuos domeſticos, in minoribus ordinibus conſtitutos, per alios laicos: & ſimiliter propinquum poſſe punire alios ſuos propinquos per laicos: quin & clericos ſeniores poſſe dicere alicui laico, vt percutiat puerum, aut adoleſcentem, in minoribus ordinibus conſtitutum, qui diuinum perturbet officium: & neque præcipientes, neque id exequutioni mandantes excommunicationem incurrere. Neque enim eſt veriſimile, eccleſiam velle, vt nobilis paterfamilias per ſe ipſum flagellet ſuum filium, aut famulum, in ordinibus minoribus conſtitutum, quaſi ad id vti non poſſit miniſterio alterius famuli, aut cuiuſuis alterius laici. Conſentit. cap. cum voluntate. §. vlt. de ſenten. excommun. dum dicit, non incurrere excommunicationem patrem familias, qui aliquos de familia, vel ſuos propinquos, in minoribus ordinibus conſtitutos, duxerit corrigendos: non dixit punierit, aut correxerit, ſed dixit, duxerit, hoc eſt, iudicauerit, ſeu cenſuerit, corrigendos, quaſi exequutionem per ſe, vel per alium, poſſet efficere, vt iudicauerit ac maluerit. Neque eſt credendum, eccleſiam ſine vlla neceſſitate intendiſſe in hactenus dictis ligare manus hominibus ad id, quod expedit, decenſque eſt. Imò verò dico, non ſolos clericos ſeniores, ſed etiam ſeniores laicos poſſe abſque excommunicatione percutere pueros in minoribus ordinibus conſtitutos, diuinum turbantes officium, aut aliquid aliud indecens efficientes, pęnaque dignum, quando ſi ijdem pueri clerici non eſſent, licitè ab illis percuterentur, iuxta ea quæ Diſput. 228. citata in ſexto effectu patriæ poteſtatis dicta ſunt. Imò quando, ſi clerici non eſſent, ſolùm illos percuterent cum veniali peccato, non incurrerent excommunicationem eoſdem minoribus ordinibus initiatos ſimiliter percutiendo. quoniam ad hanc excommunicationem incurrendam, ſacrilegium requiritur lethale, vt ſæpe dictum eſt. Ratio autem, qua ad hoc ducor, eſt. Quoniam eccleſia in iis, quæ circa hanc materiam

alioquin erant licita, aut ſolùm erant peccata venialia, non videtur introduxiſſe culpam ſacrilegij de iure humano lethalem, niſi per exemptionem eccleſiaſticorum à poteſtatibus laicis, à foro ve ſeculari, aut præſcribendo poteſtatibus eccleſiaſticis modum puniendi via iudiciali, iuxta ea quæ ex c. vniuerſitatis. Diſp. 51. ac alibi ſuprà relata ſunt: quare quã do agitur de punitione, non per poteſtates eccleſiaſticas, aut ſeculares, neque via iudiciali, neque pro culpis, quæ audiantur ac puniantur in foro iudiciali, quales ſunt leues exceſſus puerorum, aut adoleſcentiũ, iuxta ea quæ Diſput. 128. dicta ſunt, ſanè relictæ videntur eiuſmodi punitiones, quando illis puniendi ſunt clerici in minoribus ordinibus conſtituti, naturæ ipſi rei, neque ius canonicum quicquam peculiare circa illas eſt cenſendum conſtituiſſe: vnde, cum excommunicatio, de qua loquimur, ſolùm incurratur pro culpa lethali, conſequens eſt, vt non ſolùm quando punitiones, quibus eiuſmodi pueri aut adoleſcentes puniuntur, eſſent licitæ, ſi illi clerici non eſſent, ſed ẽt quando ſolùm eſſent culpæ veniales, non incurratur ex eo excommunicatio, quòd illi in minoribus ordinibus ſint conſtituti. Confirmatur, quoniam ex hoc fundamento. c. veniens, de ſent. excommu. clericus ille, quia vi extraxit monialem, illamque extra eccleſiam collocauit, quia turbabat diuinum officium, pronunciatur non incurriſſe excõmunicationem, quia videlicet extractio illa ex natura rei nõ fuit culpabilis, culpa ſaltem lethali. Et quotieſcunque in ſimilibus euentibus ſummus Pontifex fuit conſultus, vt circa punitiones, quibus magiſtri, ſeniores ſacerdotes, patresfamilias, ac propinqui, puniunt conſtitutos in minoribus ordinibus, reſpondit conſentaneè ad hoc fundamentum, nullam de nouo conceſſionem aut diſpoſitionem ſtatuendo circa canonẽ ſi quis ſuadente diabolo, ſed ſolùm exponendo, quòd eiuſmodi euentus in illo non cõprehenderentur. Quòd autem c. cum voluntate, ſolùm fiat mentio de clericis ſenioribus percutientes pueros vel adoleſcentes in minorib. ordinibus conſtitutos, non verò de laicis, id ſolùm ex eo fuit, quia ſummus Pontifex de eis tantum fuit interrogatus, qui frequentius punire ſolent turbantes diuinum officium, quique, quia peritiores in iure ſunt, & cautiores in ſua conſcientia, facilius permoti ſunt ad interrogationem de ſe ipſis faciendam, maximè propter periculum irregularitatis, ſi excõmunicati celebrarent: non verò ex eo, quòd ſummus Pontifex non idem reſpondiſſet de laicis, ſi interrogatus de illis fuiſſet: quemadmodum idem etiam de eiſdem clericis reſpondiſſet, ſi propter alia, quæ pueri, aut adoleſcentes in minoribus conſtituti, indecenter facerent, rationabiliter illos ſimiliter percuſſiſſent.

9 Tertium dubium eſt: Vtrùm ſi perſonæ commoratæ, aut quæcũque aliæ, quæ ex officio puniunt, excedant percutiendo perſonas eccleſiaſticas, excõmunicationem incurrant. Ad quod eſt dicendum, ſi exceſſus non ſit notabilis ac tãtus, vt ad culpam pertingat lethalem, eos excommunicationem non incurrere. Ratio autem eſt, quoniam excommunicatio hæc non incurritur niſi ob culpam lethalem, ſoluſque is exceſſus, qui eſt vltra id, quod recta ratio patitur, eſt culpabilis: quare ſi ille, præciſè ſumptus à reliquo, quod iuſtè in pœnam infligitur, culpa eſt lethalis, excommunicatio incurritur: ſi verò ad culpam lethalem non pertingit, excommunicatio non incurritur. Atque cum, ſpectata fragilitate humana, manus percutientis, moraliter loquendo, non poſſit ſemper ita eſſe temperata, neque iudicium rationis ita ſemper librare poſſit pœnam condignam, quin aliquando interueniat aliquis exceſſus; durum ſanè eſſet, minimeque rationi conſentaneum, eccleſiam velle, vt quandocunque interueniret exceſſus

A aliquis in puniendis perſonis eccleſiaſticis puniens illas excommunicationem incurreret. Conſentit c. ſi clericos, de ſent. excommun. lib. 6. vbi ſic dicitur: *Cùm in his (niſi alias ex propoſito excedatur in ipſis) temeritas vel iniuria nequat inueniri.*

Nauar. in Manu. c. 27. nume. 82. & Sylueſt. verb. excommunicat. 6. nume. 6. caſu 8. aſſeuerant, ſi aliquis prædictorum ex odio puniat perſonam eccleſiaſticam, vt pater filium, magiſter diſcipulum, &c. incurrere excommunicationẽ: loquique videntur, etiam quando ſecluſo odio licitè poſſent eam pœnam infligere. Quæ opinio dura ac falſa mihi videtur. In punitione enim licita alioquin ac iuſta, & quæ ei ex officio incumbit eam infligere, qui illa punit, eſto peccatum lethale odij immiſceatur malitia B eius, qui iuſtè ac licitè ex officioque illam alioquin infligit, non video interuenire culpam ſacrilegij, ob quam ſolam ea excommunicatio eſt ſtatuta. Mitto rarò odium interuenire in eiuſmodi iuſtis ac licitis alioquin punitionibus, vt Diſput. 2. §. illud eſt obſeruandum, explanatum à nobis fuit. 10

Nauar. in Manu. c. 27. nume. 87. ait, qui vi excommunicatum de eccleſia eijcit, nolentem ex ea aliter exire, excommunicationem non incurrere. Item eos, qui vi de Sede Apoſtolica eum eijciũt, qui canonice à Cardinalibus non eſt electus, quando ille aliter non vult deſiſtere, excommnnicationem ſimiliter non incurrere. Neque eum illam incurrere, qui pro ſuo munere includit ac continet in cõclaui Cardinales, quouſque Pontificem ſummum eligant. C Quia enim in his, & in aljs ſimilibus euentibus, iuſtè hæc & ſimilia alia fiunt, excommunicatio non incurritur. Sicut neque incurritur, quando vi aliquis eijcitur in continenti de poſſeſſione noſtra, quam indebite occupauerat, vt diſputatione præcedente dictum eſt, ad quam hi euentus potius ſpectant. 11

Quidam aſſeruerunt, percutientem eccleſiaſticum excommunicatum non incurrere excommunicationem quaſi per excommunicationem canonis priuilegium amittat. Contraria tamen ſententia eſt communis ac vera, quam inter alios Iulius Clarus, quinto libro ſentent. §. vlt. quæſtio. 77. numero 9. refert ac ſequitur. Neque enim ex eo eccleſiaſticus clericalia priuilegia amittit, quòd ſit excom- D municatus, ſuſpenſus, irregularis, aut etiam depoſitus, ſeu verbaliter degradatus, niſi realiter degradatus ſit, aut, quia comprehendi non poteſt, vt degradetur, bannitus ſit, aut relictus curiæ ſeculari, vt puniatur. Quo fit, vt clericus hæreticus, niſi degradetur, aut tanquam incorrigibilis, relictus iam ſit puniendus curiæ ſeculari, priuilegia canonis ac fori non amittat. 12

DISPVT. 57.

Percuſſio manusve violẽtæ iniectio in gau- E dentem priuilegio canonis, quæ leuis, quæ grauis, & inter has, quę mediocris, & quæ enormis, ſeu atrox, ſit cenſenda, vt intelligatur ad quem pertineat abſolutio ab excommunicatione ea de cauſa incurſa.

SVMMARIVM.

1 *Leuis manuum violentarum iniectio eſſe poteſt, non ſolùm quando culpa, quæ in tali iniectione cernitur, eſt venialis, ſed etiam quando eſt lethalis.*

2 *Iniuria enormis ſeu grauis, interueniens in violenta manuum iniectione in priuilegio canonis gaudentem, potiſſimum æſtimatur ex facto.*

3 *Enormis & grauis iniuria interdum preſsè accipitur, vt diſtinguatur à leui, ſed etiam à mediocri. Grauis etiam iniuria, quæ à leui diſtinguitur, comprehendit mediocrem iniuriam, atque enormem preſsè ac propriè.*

1 NVnc eſt dicendum de abſolutione ab excommunicatione incurſa ob manuum violentarum iniectionem in eum, qui canonis ſi quis ſuadēte diabolo, priuilegio gaudet. Et quoniam, vt intelligatur quando ea abſolutio ſummo Pontifici non ſit reſeruata, & quis ab illa tunc poſsit abſoluere, multum conducit ſcire, quæ manuum violentarum iniectio ad eum effectum leuis cenſeatur, quæ mediocris, & quæ enormis, ſeu atrox, ſit cēſenda, ab huius rei explicatione erit nobis ordiendum.

Illud verò ante omnia eſt ſtatuendum, leuem manuum violentarum iniectionem, leuemve iniuriam, quæ in tali manuum iniectione cernitur, eſſe poſſe, non ſolùm quando culpa, quæ in tali iniectione cernitur, eſt venialis, ſed etiam quando eſt lethalis. Eiuſmodi quippe excommunicatio per manuum violentarum iniectionem in eum, qui priuilegio canonis gaudet, nō incurritur niſi ob culpam lethalem, vt ex dictis præcedentibus Diſputationibus conſtat; & Epiſcopis (vt patebit) conceditur abſoluere ab eiuſmodi excommunicatione, quando iniuria iniectionis eiuſmodi manuum eſt leuis. Quo fit, vt in hac diſputatione ac materia ſolùm ſit nobis ſermo de manuum iniectione leui, iniuriave in ea conſiſtenti leui, quæ ad culpam pertingat lethalem.

Præmittenda item eſt extrauagans nondum typis mandata, quam Couar. c. alma mater, par. 1. §. 9. nu. 2. tribuit Ioan. 22. Nauar. verò in Man. c. 27. nume. 92. negat fuiſſe illius, eo quòd illam referat Hoſtienſis, qui antiquior fuit Ioanne 22. & ob id incautius dicit tribui Pio ſecondo, qui fuit Iunior Ioanne 22. Eius verba referunt Nauar. nume. 92. citato, & alij, quæ hæc ſunt: *Perlectis, &c. reſpondemus, percuſſionem leuem eſſe pugni, palmæ manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam neque ſuggillationem carnium relinquit, neque abſcindit membrum, ſine effractione dentium, ſine euulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. Nolumus tamē dicere, quòd huiuſmodi leuis percuſſio, vel pugni aut vnguis, fiat atrox ob multi ſanguinis effuſionem. Ad indicandum tamen, quæ læſio ſit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non ſolùm factum, ſed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi & lædendi, cum omnibus ſuis circunſtantijs, loci, perſonæ, & alijs. Perſonæ, ſi eſt magiſter, iudex, pater, patronus, aut dignitas, percuſſus iniuſtè à ſubdito, aut ab alio ſe viliori: quia ex hoc interdum cenſentur graues iniuriæ, quæ ex ſe ſunt leues aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ ſit leuis & quæ enormis iniuria: admonentes, ut potius declines, in dubio, eſſe percuſſionem grauem, & ab ea non poſſe abſoluere, quàm declarando leuem eſſe, occaſionem præbeas lædendi ſtatutum eccleſiaſticum.* Hactenus extrauagans illa.

2 Quæ iniuria grauis ſeu atrox ſit cenſenda, & quę leuis, ex ijs, quæ Diſputatio. 40. ad pœnas pro eis iniurijs imponendas dicta ſunt, magna ex parte intelligetur. Iniuria enormis, ſeu grauis, interueniens in violenta manuum in eum iniectione, qui canonis priuilegio gaudet, interdum ac potiſsimum, æſtimatur ex facto, vt Diſputatio. 40. citata

A dictum eſt. Vt ſi alicui detruncatum eſt membrum, vel debile eſt redditum, ita vt amplius fungi non poſsit ſuo munere, aut ægre: longè verò maiori cum ratione, ſi tali manuum violentarum iniectione ſit is occiſus, erit atrox iniuria. Si item proceſſum eſt ad ſanguinis effuſionem, cenſebitur iniuria enormis ſeu grauis. Sanguinis verò effuſio denotat copiam ſanguinis, vt notant gloſſa & doctores communiter. capit. cum illorum, de ſenten. excommunicat. verb. effuſionem ſanguinis. Vnde ad enormem grauemve iniuriam ex percuſsione non ſatis eſt, ſi modicus ſanguis effundatur. Item ad hoc, vt propter multi ſanguinis effuſionem iniuria percuſsionis cenſeatur atrox ſeu grauis, neceſſe eſt, vt ea multi ſanguinis effuſio ſit cum notabili
B læſione, vt ex ſe liquet, & expreſsè habetur extrauaganti relata: ſi enim læſio ſit modica, ſed multū ſanguinis idcirco ex ea effundatur, quòd membrum ſit aptum vt ex eo cum modica læſione effundatur multum ſanguinis, non cenſebitur atrox ſeu grauis iniuria; vt quando ex percuſsione in naribus cum modica læſione multum ſanguinis effunditur. Ita gloſſa citata & doctores communiter. Illud verò admonuerim cum Syluestro verb. abſolutio 4. ſi læſio ex vulnere, aut ictu, ſit admodum grauis, iniuriam eſſe grauem, ſeu atrocem, eſto parum, vel nihil, ſanguinis exeat. Item quando percuſſio ex ſe eſſet valde ignominioſa, iniuria (niſi ex qualitate perſonæ percuſſæ valde extenuaretur, vt ſi eſſet puer nullius nobilitatis ac dignitatis) eſſet ad-
C modū grauis ac atrox, eſto ſanguis nō effunderetur & eſto corporis læſio eſſet modica; vt ſi adoleſcens æſtimationis, aut homo maioris ætatis, fuſtibus, aut alapa, percuteretur, ita vt grauiter, aut admodum, cenſeretur iniuria affectus, cōſentiuntque §. atrox, inſt. de iniur. & alia iura, quæ Diſput. 40. citauimus. Quare quando in extrauaganti relata, percuſſio palmæ inter leues iniurias computatur, non intelligitur, ſi percuſſio extenſa palma ſit facta in facie, ita vt alapæ rationem habeat. Idem dic de percuſſione baculo, quę in eadem extrauaganti inter leues iniurias computatur, ſi rationem habeat *de dar de palos*, quod Hiſpanè appellamus. Item quando percuſſio eſſet in oculo, ore, ſeu facie, cenſeretur grauis ſeu atrox, vt ex varijs iuribus Diſputat. 40. citata
D oſtendimus. Obſeruat verò bene Nauar. num. 92. citato, id intelligendum eſſe, quando percuſsio eſſet notabilis ac grauis, vel ignominioſa valde, attentis qualitatibus perſonarum, circunſtantijſque omnibus concurrentibus. Hæc omnia patent ex cap. cum illorum citato, iuncta gloſſa ibi, & ex ciuilibus iuribus Diſput. 40. citatis. Ex parte etiam perſonę offenſæ cenſetur interdum iniuria grauis ac enormis. Vt ſi quis percutiat Epiſcopum, aut alium prælatum, ſuum præſertim, vt habetur, cap. cum illorum citato, aut perſonam aliam ſibi ſuperiorem, vel in dignitate conſtitutam, cōſentiuntque extrauagans ſupra relata, & quæ Diſputio. 40. citata hac de re dicta ſunt. Ex parte item percutientis, attenta
E ſimul qualitate percuſsi, cenſetur iniuria grauis aut atrox, ſi valde ſcandaloſa ſit. Vt ſi religioſus ſecularem clericum percutiat in publico. Idem intelligerem, ſi extra clauſtrum in publico, aut in clauſtro in conſpectu ſecularium, vnus religioſus percuteret alium, modò alicuius momenti eſſet percuſsio in hoc & in præcedenti euentu. Secus autem res haberet, ſi intra clauſtrum inter ſolos religioſos vnus religioſus percuteret alterum leui percuſsione: inde enim non generatur tale ſcandalum in populo. Item, ſi laicus miniſter publicus autoritate publici miniſtri eccleſiaſticum percutiat, quaſi vſurpans eccleſiaſticam iuriſdictionem, cenſetur grauis, ſeu enormis, iniuria facta

ſtatui

ſtatui eccleſiaſtico. Interdum etiam ex parte loci, temporis, & aliarum circumſtantiarum concurrentium cenſetur iniuria grauis ſeu enormis vt Diſputatio. 40. citata explanatum ac comprobatum fuit. Vt ſi in platea, theatro, vel in eccleſia, aut in alio loco admodum publico percuſſio fiat, vel tempore, quo multi conueniunt in loco vbi percuſſio fit, vel tẽpore, quo percuſſus ſacris veſtibus eſt indutus ad diuina celebranda, vel dum illa celebrat, vel ſi corã Prælato, Rege, aut alia perſona in dignitate magna conſtituta, percuſſio fiat. Bene tamen obſeruat Nauar. num. 92. citato, ex his circumſtantijs nõ ſemper iniuriam, leuem alioquin, fieri grauem ſeu enormẽ, ſed ſolùm quando prudentis arbitrio tantum ex ijs accreſcit iniuria, aut irreuerentia, vt cenſeatur grauis aut ſcandaloſa: quod, penſata læſionis quantitate, & penſatis alijs circumſtantijs concurrentibus, B prudentis arbitrio eſt iudicandum. In dubio autem Epiſcopus, aut alius, qui ea de re cogniturus eſt, (etiã ex facultate delegata Epiſcopi, aut alterius, vt bene notat Nauar. num. 92. citato) vt videat, num facultatem abſoluendi habeat, quia iniuria eſt leuis, an verò ea careat, eo quòd ſit grauis, iuxta ea quæ ſequentibus diſputationibus dicenda ſunt, iudicare debet, num ea manus violẽtæ iniectio grauis, ſeu enormis, an potiùs leuis iudicanda ſit, & iudicio illius erit in conſcientiæ foro ſtandum, vt ex extrauaganti relata conſtat, affirmatque Panor. ca. cum illorum. de ſen. excommun. In dubio tamen propendere debet, eſſe grauem, ſeu atrocem, vt in eadem extrauaganti habetur. Præterea, ſi ex aliquo textu conſtaret, iniuriã C aliquam eſſe grauem, ſeu atrocem, aut id abſque aliquo dubio ex ipſa rei natura eſſet perſpicuum, tunc ſtandum non eſſet iudicio Epiſcopi, aut alterius ſimilis, qui contrarium iudicaret: neque eſſet valida abſolutio facta ab eo de ea excommunicatione, ſi ſolùm habebat facultatem abſoluendi ab excommunicatione incurſa ob leuem manus iniectionis iniuriam.

Quæ autem iniuria cenſenda ſit leuis, ex extrauaganti relata, & ex ijs, quæ explicando iniuriam grauem proximè dicta ſunt, facilè liquet: omnis quippe iniuria, quæ grauis iudicata non fuerit, iuxta ea quæ proximè explanata ſunt, cenſenda eſt leuis, ex regula, Quod contrariorum, &c.

3 Hoc loco obſerua, enormem atrocemque iniuriã D interdum ſumi preſsè ac propriè, non ſolùm vt diſtinguitur à leui, ſed etiam à mediocri, qualis eſſet, ſi alicui percuſſione, quæ alioquin leuis exiſtimaretur, dens eſſet extractus, aut capillorum copia eſſet auulſa, vel ſuggillatio ex percuſſione eſſet relicta, aut ex vulnere copia ſanguinis eſſet effuſa, non cum admodum graui læſione, aut cum admodum graui iniuria. Quo fit, vt mediocris iniuria media ſit inter leuem, & enormem, ſeu atrocem, preſsè ac propriè sũptam. Fit item, vt grauis iniuria, quæ à leui diſtinguitur, comprehendat mediocrem iniuriam atq; enormem, ſeu atrocem preſsè ac propriè. Aliquando verò quæcunque iniuria, quæ leuis non eſt, appellatur E atrox ſeu enormis, & ita idem ſunt grauis, atrox, & enormis iniuria, comprehenduntque ſub ſe mediocrem iniuriam. Eoque modo (tametſi impropriè) loquuti ſumus ſuprà explicando, quæ iniuria diceretur grauis, ſeu atrox, ac enormis, eo quòd extrauagans relata ita videatur loquuta. Itaque hoc loco, ꝙ ad rem pręſentem attinet, duo iniuriarum genera diſtinguenda ſunt, nempe iniuria leuis & grauis, quæ ſub ſe comprehendit mediocrem iniuriam inter leuem, & enormem, ſeu atrocem preſsè ac propriè sũptam, atque iniuriam ipſam enormem, ſeu atrocem, preſsè ſumptam, idque vt ſola abſolutio ab excommunicatione incurſa ob iniuriam leuem cenſeatur conceſſa Epiſcopis, vt dicemus: abſolutio verò à quacunque excommunicatione incurſa ob grauem percuſſionem eccleſiaſtici cenſeatur eis denegata, ac reſeruata ſanctæ Sedi apoſtolicæ, illiuſque legatis, exceptis nonnullis euentibus in progreſſu explicandis.

DISPVT. 58.

Legati Sedis apoſtolicæ quotuplices ſint. Et quouſque abſoluere poſſint ab excommunicatione incurſa ob manus violentas in eum iniectas, qui priuilegio canonis gaudet.

SVMMARIVM.

1 *Legati Sedis Apoſtolicæ quidam ſunt nati, quidam non nati: quinam ſint nati, & quinam non nati.*

2 *Legatis à latere conceſſum eſt abſoluere ab excommunicatione incurſa ob manuum violentarum iniectionem in clericum, vbique locorum, etiam extra ſuam prouinciam.*

3 *Legati Sedis Apoſtolicæ, qui à latere non ſunt, non poſſunt alios abſoluere ab excommunicatione, niſi qui ſunt ſuæ prouinciæ.*

4 *Legati nati aliter abſoluere non poſſunt ligatos hac excommunicatione, quàm alij ordinarij.*

5 *Omnibus his legatis non conceditur abſoluere à quauis excommunicatione, ſed tantùm ab hac.*

QVod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet. Inter legatos Sedis apoſtolicæ quidam dicuntur nati, quidam non nati. Nati nuncupantur, qui in dignitate ſunt conſtituti, quæ priuilegio Sedis apoſtolicæ annexum habet munus legati apoſtolici. Vnde dicuntur nati, quoniam eo ipſo, quòd in ea dignitate conſtituuntur, quaſi naſcuntur legati Sedis Apoſtolicę, ſine alia noua conceſſione eius muneris, quæ illis poſtea adueniat. Talis in Anglia eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis, vt conſtat. cap. 1. de officio legati; dignitas enim illa archiepiſcopalis ex antiquo Sedis apoſtolicæ priuilegio habet, vt quicunque illi præficitur, eo ipſo legatus ſit Sedis apoſtolicæ, quaſi id ſemper ea dignitas habeat annexum. Alii verò, qui conceſsione, particularibus eorum perſonis facta, legati Sedis apoſtolicæ conſtituuntur, dicuntur non nati. Qui, ſi Cardinales ſint ſanctæ Romanæ eccleſiæ, dicuntur legati à latere: ſi verò cardinales nõ ſint, non dicuntur legati à latere, ſed legati ſine ea prærogatiua ac titulo, nuncijque apoſtolici nuncupantur. 1

Quod verò ad ſecundum, quod in titulo huius diſputationis eſt propoſitum, attinet. Quamuis abſolutio ab excommunicatione incurſa ob manuũ violentarum iniectionem in eum, qui canonis priuilegio gaudet, Sedi apoſtolicæ ſit reſeruata, vt conſtat ex canone ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. & ex alijs iuribus; legatis tamen à latere eſt conceſſum, vt ab ea poſsint abſoluere, (etiam ſi percuſsio enormis fuerit, iuxta Panormit. cap. mox citando, communioremque ac veram ſententiam) idque à die, qua curiam Romanam egrediũtur, vſque ad diem, qua, regredientes, illam ingrediuntur, eſto legationem iam finierint; modò tamen eam non finierint per reuocationem legationis à Summo Pontifice factam. Poteſt verò talis legatus à latere abſoluere quoſcunque, qui in eam excommunicationem inciderint, ſiue ſint de prouincia, ad quam de- 2

ſtinatus

ſtinatus eſt legatus, ſiue de quauis alia. Ita, argumento à contrario ſenſu, colligitur apertè ex cap. excommunicatis, de officio leg. & affirmant gloſſa Panor. & alij ibi, cõſtatq; ex c. quod translationem eo. tit.

3 Legati verò ſedis Apoſtolicæ, qui à latere nõ sũt, quamuis intra prouinciam, in qua ſunt legati, abſoluere poſſint quoſcunque ligatos eadem excommunicatione, modò tamen ex alia prouincia non accedant ligati ea excommunicatione; eos tamen, qui ligati excommunicatione alibi contracta accedũt ad ipſorum prouinciam, abſoluere non poſſunt: neque item eiuſmodi legatus extra ſuam prouinciam abſoluere poteſt eos, qui ligati ea excommunicatione in ſua prouincia, ad ipſum accedunt, niſi ſpeciali priuilegio ſit eis id conceſſum. Ita habetur cap. excommunicatis, de off. leg.

4 Legati autem nati abſoluere aliter non poſſunt ligatos hac excommunicatione, quam poſſint eos abſoluere alij ordinarij, modo diſputatione ſequenti explicando, idque etiam ſi ſubditi ipſorum ſint, ad ipſoſque in ſua diæceſi accedant, niſi aliud peculiari priuilegio ſit eis conceſſum. Quo fit, vt ratione dignitatis legatorum natorum, nihil omnino poſſint circa abſolutionem ab hac excommunicatione. Ita habetur c. excommunicatis, de officio legati.

5 Illud obſerua, ex eo quòd legatis, tam à latere, quam non à latere, cõceſſum ſit modo explicato abſoluere ab hac excommunicatione, non proinde eſſe eis conceſſum abſoluere ab alijs excommunicationibus, ſummo Pontifici reſeruatis: quoniam nullibi in iure inuenitur id expreſſum, ſicut hoc expreſſum reperitur: quare ad abſoluendum ab alijs, peculiari indigent priuilegio, ac proinde ex ipſorum peculiaribus priuilegiis eſt addiſcendum, quantum circa alias excommunicationes ſummo Pontifici reſeruatas poſſint, aut non poſſint.

DISPVT. 59.

Epiſcopi, & alij ordinarij, quouſque abſoluere ab eadem excommunicatione poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopis etiam conceſſum fuit abſoluere ab hac excommunicatione, quando iniuria, ob quam eſt incurſa, eſt leuis, non verò quando eſt grauis.*

2 *Prælatus, qui epiſcopus non eſt, licèt alias iuriſdictionem habeat quaſi epiſcopalem, abſoluere non poteſt ab hac excommunicatione, niſi iniuria leuis fuerit.*

3 *Si excommunicatus impubes ſit, abſolui ab epiſcopo poteſt, eſto lethaliter percutiendo peccauerit. Item mulieres cuiuſcunque ætatis.*

1 Qvamuis à principio abſolutio ab hac excommunicatione fuerit vniuerſim apoſtolicæ ſedi reſeruata, vt patet ex cano. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. poſtea tamen conceſſum epiſcopis fuit, vt ab ea abſoluere ſolùm poſſent, quando iniuria, ob quam eſſet incurſa, leuis eſſet, non verò quando eſſet grauis, vt habetur. c. peruenit, de ſent. excommun. Et quamuis non defuerint, qui affirmarint, in eo capite non condi ius, ſed ſolùm concedi priuilegium cuidam Epiſcopo; gloſſa tamen ibidem, communiſque doctorum ſententia, contrarium affirmat. Si enim ius in eo capite non conderetur, ſed ſolùm cuidam particulari concederetur priuilegium illud, fruſtra caput illud in decretalibus cum aliis iuribus compilaretur. Accedunt

A dunt rationes aliæ, quas conficiunt Panorm. ibi, & alii doctores. Ac quamuis daremus, caput illud ſolùm continuiſſe priuilegium, quia tamen iam hodie vſu ac conſuetudine præſcripta eſt introductum, vt Epiſcopi ob illud caput abſoluãt ab hac excommunicatione, quando iniuria fuit leuis, dubitandum nõ eſt, Epiſcopos hodie poteſtatem ad id habere. Accedit in confirmationem extrauagans perlectis, Diſp. 57. relata, quæ condita eſt, vt Epiſcopi ſciant, quando abſoluere ex eo capite ab hac excommunicatione poſſint, quòd iniuria percuſſionis fuerit leuis.

Prælatus autem, qui Epiſcopus non ſit, eſto aliàs iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habeat, abſoluere non poteſt ab hac excommunicatione, eſto iniuria percuſſionis, ob quã fuerit incurſa, leuis fuerit, 2

B vt notant Panor. & Fel. c. peruenit citato, Syluestr. verb. abſol. 4. nu. 5. & alii doctores communiter. In eo enim capite dicitur, tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum; nullus autem, Epiſcopo inferior, frater ſummi Põtificis, ſed filius, appellatur. Vnde neque capitulum ſede vacante videtur poſſe abſoluere ab hac excommunicatione. Qui tamen vices Epiſcopi gerit, vt qui eius prouiſor nuncupatur, non ſolum poterit per ſe ipſum ab ea excommunicatione abſoluere, ſed etiam poterit aliis committere vt ab ea abſoluant, quemadmodum Epiſcopus ipſe id committere aliis poteſt. Eſt enim prouiſor Epiſcopi iudex ordinarius, vnum tribunal cum Epiſcopo efficiens, vt tractatu 5. oſtendetur.

Quando, qui in hanc excommunicationem incidit, impubes erat, hoc eſt, qui nondum decimũ quartum ſuæ ætatis annum, ſi erat maſculus, aut duodecimum, ſi erat femina, expleuerat, abſolui ab Epiſcopo poteſt, eſto lethaliter peccauerit percutiendo, & eſto percuſſio fuerit enormis, ac proinde eſto mutilauerit, aut interfecerit, gaudentem priuilegio canonis: poteſtque Epiſcopus eum abſoluere, ſiue abſolutionem ab ea excommunicatione ante annos pubertatis petat, ſiue poſt pubertatis annos quocunq; tempore. Ita habetur expreſsè c. vlt. de ſent. excommu. & affirmat communis doctorum ſententia. 3

C

Mulieres item, cuiuſcunque ſint ętatis, abſolui ab hac excommunicatione ab Epiſcopo poſſunt, eſto iniuria percuſſionis enormis fuerit, interueneritque mutilatio aut homicidium. Ita habetur. cap. mulieres, & cap. ea noſcitur, de ſentent. excommun. Id verò intelligitur, eſto tales mulieres ſui iuris ſint, & eſto robuſtæ ſint ac potentes ad iter faciendum, ad accedendumque ad ſanctam Sedem apoſtolicam. Hoc enim priuilegium fuit eis conceſſum, quia periculoſum illis erat facere iter. Ita Panorm. duobus illis capitibus citatis, & doctores communiter. Longè ergo maiori cum ratione moniales neceſſe non habent adire Sedem apoſtolicam, aut legatos ſummi Pontificis, pro abſolutione ab eiuſmodi excommunicatione, vt conſtat cap. de monialibus. de ſent. excommun.

D

E

DISPVT. 60.

Religioſi quouſque abſolui ab hac excommunicatione poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Si vnus religioſus manus violentas iniecerit in alium religioſum eiuſdem monaſterij, abſolui poteſt ab Abbate.*

2 *Commẽdatarij ordinis D. Ioannis, ſi unus manus uiolentas in alterum iniiciat, abſolui poſſunt per presbyterum priorem conuentus in euentibus, in quibus religioſi*

religioſi alij abſolui poſſunt à ſuis ſuperioribus.

3 *Superior monaſterij religioſorum abſoluere poteſt, nō ſolùm nouitium, qui poſt ingreſſum in nouitiatum manus violentas in clericum iniecit, ſed etiam eū, qui ante ingreſſum eas iniecerat, modò iniuria non fuerit grauis.*

4 *Religioſus percutiens clericum ſæcularem, poteſt ab Epiſcopo abſolui.*

5 *Quando religioſus monaſterij vnius, manus uiolentas iniecit in religioſum alterius monaſterij, tunc ille excommunicatus abſolui debet à ſuo ſuperiore, & à ſuperiore alterius religioſi, concurrente utroque ſimul.*

6 *Omnes religioſi hodie etiam in graui iniuria abſoluũtur à ſuis ſuperioribus.*

1 SI vnus religioſus manus violentas iniecerit in alium religioſum eiuſdem monaſterij, abſolui poteſt ab Abbate: modò tamen iniuria nō ſit grauis: nam tunc de iure communi abſolutio ad ſummum Pontificem ſpectat. Ita habetur ca. monachi, iuncto. cap. cum illorum, & c. canonica, de ſent. excommun. Nomine autem Abbatis, vt Pano. cap. cum illorum citato, Sylueſt. verb. abſolut. 4. nu. 3. & alij obſeruant, intelligitur quicunque ſupremus cuiuſcunque monaſterij ſuperior, qui in quibuſdam monaſterijs Prior, in alijs Guardianus, in alijs Rector, in alijs Præpoſitus, & in alijs diuerſis alijs nominibus appellatur. Non verò intelligitur ſuperior alicuius reſidentiæ, quæ membrum ſit monaſterij alicuius: tunc enim abſolutio ſpectat ad ſuperiorem principalis monaſterij, cui ſuperior reſidentiæ ſubeſt: non verò ad ſuperiorem reſidentiæ. Ita Panor. & Syluest. locis citatis ac alij. Poterit tamen ſuperior monaſterii delegare vices ſuas ea in parte ſuperiori reſidentiæ, ſicut & cuicunque alteri delegare eas poteſt, vt patet. capit. vlt. de officio iud. ordin.

2 Commendatarii autem Ordinis diui Ioannis, ſi vnus manus violentas in alterū iniiciat, abſolui poſſunt per presbyterum priorem conuentus in euentibus, in quibus religioſi alii abſolui poſſunt à ſuis ſuperioribus ſupremis ſui monaſterii, vt habetur c. canonica. de ſent. excommun.

3 Superior verò monaſterii religioſorum abſoluere poteſt, non ſolùm nouitium, qui poſt ingreſſum in nouitiatum manus violentas in gaudentem priuilegio canonis iniecerit, ſed etiam eum, qui ante ingreſſum in nouitiatum eas iniecerat, modò tamē in vtroque euentu iniuria non fuerit grauis. Ita habetur c. cum illorum. de ſent. excomm. Si tamen is nouitius ante profeſſionē abſoluatur, ſiue à manus iniectione facta ante ingreſſum, ſiue poſt ingreſſum, poſteaque religionem egrediatur, tenetur cum primum potuerit præſentare ſe ſummo Pontifici, aut alteri, qui poteſtatem habeat abſoluendi ab ea cenſura, alioquin ſtatim in eam reincidit, iuxta ea quæ inferiùs dicemus in euentibus, in quibus ſolùm propter impedimentum, quod quis habet accedendi ad Sedem Apoſtolicam, abſoluitur ab alio: tunc enim, ceſſante impedimento, tenetur abſolutus eo modo præſentare ſe Apoſtolicæ Sedi, aut alteri, qui eum poterat tunc abſoluere, alioquin in excommunicationem reincidit, conſentiunt Angel. verb. excommunic. 5. caſu 1. §. 4. & Syluest. verb. abſolut. 5. nume. 7.

4 Quamuis c. cum illorum. de ſent. excomm. religioſus, qui percuteret clericum ſecularem, abſolui ab alio non poſſit, quàm à ſummo Pontifice; hodie tamen c. religioſo. de ſent. excomm. lib. 6. conceſſum eſt, vt abſolui poſſit ab Epiſcopo in euentu, in quo, ſi talis religioſus eſſet clericus ſecularis, & percuteret alium clericum ſecularem, ab Epiſcopo abſolui

A poſſet, non verò in aliquo alio euentu, quare, iuxta illud caput, ſolùm poteſt abſolui quando iniuria eſt leuis.

Quando religioſus monaſterij vnius, manus violentas iniecit in religioſum alterius monaſterij; tūc, qui excommunicationem ob eam manuum violentarum iniectionem incurrit, abſolui debet à ſuo ſuperiori, & à ſuperiore religioſi, in quem violētæ manus fuerunt iniectæ, concurrente vtroque ſimul. Ita habetur c. cum illorum. de ſent. excomm. Quidam dixerunt, abſoluendum eſſe à ſuo proprio Prælato: ſi verò infligenda ei ſint verbera, aut alia pæna ſit illi inferenda, puniendum eſſe per Prælatum offenſi. Credo tamen ea de cauſa concurrere debere Prælatum offenſi, quoniam cum ad ipſum quoque ſpectat 5

B videre ac approbare aut improbare, quali pæna ac ſatisfactione, illi impoſita, ſit abſoluendus; eaque de cauſa requiritur, vt interueniat arbitrium ac conſenſus illius ad abſolutionem: ſi autem eiuſmodi Prelati diſcordent in pena & ſatisfactione imponenda, ꝗ Prælatus offenſi dicat, acerbiorem pænam ac ſatiſfactionem eſſe illi imponendam, quàm ſit illa, quam Prelatus abſoluendi velit illi imponere, aſſumendus erit tertius arbiter, qui cum illis ea de re iudicet, atq; abſolutio, impoſitio, ac exequutio pænę, ac ſatiſfactionis decretę, ad Prælatum abſoluendi pertinent tanquam ad verum iudicem rei illius. Ita innuit glo. c. cum illorum. citato, & conſentit Syluest. verb. abſolut. 5. num. 5. Quemadmodum autem is, ad quem pertinet abſoluere eum, qui manus violentas in alte

C rum iniecit, poteſt delegare alteri vices ſuas, qui illū abſoluat, vt habetur c. vlt. de offi. iud. ordin. & inter alios affirmat Syluest. verb. abſol. 4. num. 6. ſic longè maiori cum ratione Prælatus offenſi poterit committere Prælato abſoluendi, vt ſine ipſo eum abſoluat, impoſita illi pæna, quam iudicauerit expedire, aut committendo illi, vt efficiat quod in Domino iudicauerit, conſentit Syluest. verb. abſol. 5. n. 5.

Illud verò eſt obſeruandum, quamuis de iure cōmuni Prælati religioſorum abſoluere non poſsint ſuos ſubditos, quando iniuria iniectionis manuum violentarum fuerit grauis notabiliter aut enormis, nihilominus multos, aut omnes, vel ferè omnes, poſſe hodie ex priuilegio illos abſoluere, etiam quando iniuria iniectionis talium manuum eſt enormis. Vi- 6

D carij enim & cuſtodes fratrum minorum, itemque generales ac prouinciales fratrum Prædicatorū, & omnes, quibus hi id commiſerint, poſſunt ſuos ſubditos abſoluere ab excommunicatione ob enormē etiam manuum violentarum iniectionem in aliū, vt patet in compend. priuilegiorum fratrum minorum ver. abſolutio ordinaria ad fratres. §. 13. & 38. iunctis ijs, quæ in tribus dubijs in fine illius verbi ſubiunctis adnotãtur. Idem poſſunt, qui priuilegijs eorum gaudent, de quorum numero nos ſumus, & ſunt hodie omnes aut ferè omnes religioſi. Nos etiā peculiaria alia habemus priuilegia.

E

DISPVT. 61.

Vtrùm religioſi ab Epiſcopo exempti abſolui ab Epiſcopo poſsint ab excommunicatione ob leuem manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem.

SVMMARIVM.

1 *Tranſitio ad ſequentem Diſputationem.*

2 *Variæ circa ſubiectum Diſputationis ſententiæ.*

3 *Quando Prælatus religioſi exempti facultatem habet ab-*

bet abſoluendi ſuum ſubditum per ſe uel per alium ex ipſius commiſſione, abſolui non poteſt ab Epiſcopo de conſenſu ſolius religioſi: poteſt tamen abſolui ab Epiſcopo de conſenſu Prælati eius religioſi, uel ex peculiari Pontificis conceſſione.

4 *Quando in Epiſcopo eſt facultas abſoluendi in aliquo caſu, & non eſt in Prælato monaſterij exempti, tūc ſaltem de conſenſu Prælati, abſoluere poteſt Epiſcopus religioſum exemptum ſuæ diæceſis.*

5 *Quando in Epiſcopo eſt facultas abſoluendi in aliquo caſu, & in Prælato religioſi exempti non eſt talis facultas, tunc, ſi Prælatus concedere irrationabiliter non uellet eam facultatem, ut is ſubditus ab Epiſcopo abſolueretur, poſſet ab eo abſolui: ſecùs autem ſi rationabiliter non uellet eam facultatem concedere.*

1 QVamuis, ſuppoſitis priuilegijs religioſorum, rarò hodie religioſi ab Epiſcopo exempti neceſſe habeant ad illum accedere pro abſolutione aliqua, aut diſpenſatione, niſi fortè in euentu aliquo, propter amplam illam facultatem abſoluendi ac diſpenſandi in foro tantùm conſcientiæ illis factam in Concilio Tridētino ſeſſ. 24. c. 6. de reformatione, nihilominus tamen vtile erit examinare hoc loco hanc quæſtionē, vt intelligatur, num exemptio religioſorum ab Epiſcopis impediat, quominus, qui in illorum diæceſibus commorantur, poſſent ab illis obtinere abſolutiones ac diſpenſationes, perinde ac reliqui de ſua diæceſi, qui à iuriſdictione illorum exempti non ſunt.

Exemplum, in quo quæſtio propoſita habere poteſt locum, eſt. Si religioſi aliqui ab epiſcopo exempti non habeant priuilegium, vt abſoluere poſſint ſubditos ſuos leuiter manus violentas inijcientes in clericum ſecularē: cum enim de iure communi abſolui in hoc euentu non poſſint à ſuis prælatis, vt habetur cap. cum illorum. de ſen. excomm. dictumque eſt Diſputatione præcedente: conceſſum verò ſit Epiſcopis c. religioſo. de ſent. excommun. lib. 6. abſoluere religioſos in hoc euentu, vt Diſputatione præcedente eſt etiam dictum: dubium eſſe poterat, num exemptio à iuriſdictione epiſcoporum impedire poſſet, ne ab eis in hoc euentu abſoluerentur, neceſſeque proinde haberent recurrere pro abſolutione ad Sedem Apoſtolicam, aut ad legatos Summi Pontificis. Atque quòd exemptio impediat, ne ab epiſcopis abſolui in hoc euentu, & in quocunq; alio poſſint, ſuadet. Quòd eo ipſo, quòd ab epiſcopis ſūt exempti, deſinunt eſſe illorum ſubditi, nullam in ipſos epiſcopi habent iuriſdictionem: quare nullum ius habent epiſcopi illos abſoluendi aut cum eis diſpenſandi.

2 De hac re variæ ſunt doctorum ſententiæ. Federicus enim & alij, quos Panorm. cap. ſignificaſti. de for. compet. & Sylueſt. verb. abſol. 5. nume. 2. referunt, aſſeruerunt, epiſcopum abſoluere poſſe talem religioſum eo ipſo, quòd is religioſus abſolutionem ab eo petat. Ducuntur. Quoniam, cùm exemptio in fauorem ſit talis religioſi, poteſt is religioſus in eo euentu renunciare priuilegio ſuæ exemptionis, per ſuumque ſolum conſenſum extendere iuriſdictionē epiſcopi, vt in eo euentu ipſum abſoluat.

In contraria prorſus ſententia eſt, Ang. verb. exēptus. §. 6. & ſunt quidam alij. Nempe, neque in euētu capitis religioſo, poſſe epiſcopum abſoluere religioſum exemptum, niſi id illi de nouo à Summo Pōtifice concedatur. Ducuntur. Quoniam eo ipſo, quòd talis religioſus exemptus eſt à iuriſdictione epiſcopi, non eſt eius ſubditus, neque epiſcopus vllam poteſt circa illum exercere iuriſdictionem. In hac eadem ſententia videtur eſſe Gloſſa vltima clement. penultima. de ſentent. excommunicat.

Alij verò, de quorum numero videtur eſſe Panorm. cap. ſignificaſti citato, cenſent, quamuis epiſcopus de conſenſu religioſi exempti excommunicati non poſſit eum abſoluere in alijs euentibus; poſſe tamen illum abſoluere in euentu capitis religioſo citati: idq; propter rationem illius textus, ne ſcilicet eo prætextu religioſus materiam ſeu occaſionē vagandi habeat, adeundo Sedem Apoſt.

Quid autem de hac re ſentiam, ſequentibus concluſionibus explanabo. Prima eſt. Quando Prælatus religioſi exempti facultatem habet abſoluendi ſuum ſubditum per ſe vel per alium ex ipſius commiſſione, abſolui non poteſt ab epiſcopo de conſenſu ſolius religioſi; poteſt tamen abſolui ab epiſcopo de conſenſu prælati eius religioſi, vel ex peculiari sūmi Pontificis conceſſione. Vtramque partem affirmare videtur Panorm. cap. ſignificante citato. n. 10. & tribus ſequētibus. Ratio autem prioris partis eſt, quoniam exemptio religionis, aut monaſterij alicuius, ab ordinarij iuriſdictione, non eſt in fauorē ſolum cuiuſque religioſi talis religionis, aut monaſterij, ſed eſt in fauorem totius religionis aut monaſterij, & vt ſubditi plus à ſuo Prælato pendeant: ergo quando Prælatus habet facultatem abſoluendi ſuū ſubditum per ſe, vel per alium ex ipſius commiſſione, abſolui non poteſt ab Epiſcopo, ſine commiſſione aut conſenſu talis Prælati. Poſterior verò pars ex eo eſt manifeſta, quòd ſicut Prælatus in eo euentu concedere poteſt facultatem cuicunque alteri abſoluendi ſuum ſubditum: ita committere Epiſcopo poterit, vt illum abſoluat. Confirmatur ex c. luminoſo. 18. q. 2. vbi habetur, Epiſcopum de conſenſu Abbatis poſſe exercere iuriſdictionem in monaſterio exempto. 5

Illud tamen hoc loco obſerua, quando in religione aliqua exempta eſſet facultas in prouinciali abſoluendi in aliquo euentu, non verò in ſuperiori monaſterij, tunc Epiſcopus abſoluere in eo euentu non poſſet de conſenſu ſuperioris monaſterij, niſi ſimul interueniret conſenſus prouincialis, ſaltem præſumptus, ſed remittendus is religioſus eſſet prouinciali, qui per ſe, vel per alium, cui id committeret, illum abſolueret.

Secunda concluſio. Quando in Epiſcopo eſt facultas abſoluendi in aliquo caſu, & non eſt in Prælato monaſterij exempti; tunc, ſaltem de conſenſu Prælati, abſoluere poteſt Epiſcopus religioſum exēptum ſuæ diæceſis. Probatur, quoniam, vt bene notat Sylueſt. verb. abſol. 5. num. 2. & 3. exemptio religioſorum eſt in fauorē religionis, vt quietiùs Deo famulentur: vnde in ijs, quæ quietem ac fauorem concernunt, eſſe non debent peioris conditionis, q̄ alij de eadem diæceſi non exempti: eaque de cauſa, conſentiente religione, abſoluere poteſt Epiſcopus religioſos ſuæ diæceſis exemptos à caſibus, à quibus abſoluere poteſt non exemptos. Atque ita per epicheiam ſunt intelligenda c. religioſo, & cætera iura, quæ ordinarijs facultatem tribuunt abſoluendi. Cōfirmatur ex c. luminoſo citato, vbi habetur, de Abbatis conſenſu poſſe Epiſcopum exercere iuriſdictionem in monaſterio exempto. 4

Hinc primò colligo, Epiſcopos, ſaltem de conſēſu ſuperiorum monialium exemptarum, poſſe eas abſoluere ab excommunicatione propter enormem manuum violentarum iniectionem in perſonam eccleſiaſticam, eſto earum ſuperiores facultatem non habeant eas abſoluendi in eo euentu.

Colligo ſecundò, in caſibus, in quibus Conc. Trident. ſeſſ. 24. c. 6. de reformatione concedit Epiſcopis diſpenſare in foro conſcientiæ in irregularitatibus & ſuſpēſionibus, & abſoluere à peccatis & excōicationibus, poſſe eos diſpenſare cū religioſis ſuæ diæce-

diæceſis ab eo exemptis, eoſque abſoluere, de facultate ſuorum ſuperiorum, eſto ſuperiores illi facultatem in eis caſibus non habeant diſpenſandi cum illis, eoſque abſoluendi.

Ad clement. autem penul. de ſent. excommunicatio. vnde gloſſa ibi, & quidam alij moti ſunt ad aſſerendum, ordinarios non poſſe abſoluere religioſos exemptos, niſi de conſenſu ſummi Pontificis, cum Panor. loco citato eſt dicendum. Non ideo ibi concedi Epiſcopis autoritate Apoſtolica abſoluere fratres minores ab excommunicatione, de qua ibi eſt ſermo, quia illi ſunt ab illis exempti, ſed quia ſummus Pontifex ſibi reſeruabat abſolutionem ab illa excommunicatione, eaque de cauſa, niſi eam facultatem concederet Epiſcopis, abſoluere ab ea non poſſent.

5 Tertia concluſio. Quando in Epiſcopo eſt facultas abſoluendi in aliquo caſu, & in Prælato religioſi exempti nõ eſt talis facultas, ſaluo meliori iudicio, exiſtimo, ſi Prælatus concedere irrationabiliter nõ vellet eam facultatem, vt is ſubditus ab Epiſcopo abſolueretur, poſſet ab eo abſolui. Secùs autẽ ſi rationabiliter non vellet eam facultatem concedere. In dubio autẽ, an rationabiliter eam denegaret, nõ deberet Epiſcopus abſoluere. Ratio primæ partis concluſionis eſt, quoniam per epicheiam non eſt cẽſendum, voluntatem ſummi Pontificis eſſe, vt Epiſcopus in eo euentu non abſoluat, ſed religioſus cũ ſuæ animæ detrimento egrediatur monaſterium, & accedat ad Sedem Apoſtolicam pro ea abſolutione. Quare, ſi Prælatus monialis exemptę concedere non vellet facultatem, vt ipſa ab Epiſcopo abſolueretur in euentu, quo eccleſiaſticum enormiter percuſſiſſet, nec Prælatus ad eam abſoluendam haberet facultatem, credo poſſet Epiſcopus illam abſoluere. Et idem credo de alijs ſimilibus euẽtibus. Regulariter tamen non euenit, Prælatum denegare facultatem, quando eam concedere tenebitur. Reliquę duę partes concluſionis ex eo probantur, quòd exemptio religioſorum ab Epiſcopis eſt in fauorẽ religionis: vnde, quando Prælatus iudicaret expedire, vt ſuus ſubditus ab Epiſcopo non abſolueretur, ſed peteret Sedem Apoſtolicam, poſſet denegare illi talem facultatem, neq; Epiſcopus tũc poſſet eum abſoluere. Neque item in dubio, an Prælatus rationabili ex cauſa eam denegaret, poſſet Epiſcopus eũ abſoluere: quoniam in dubio ſtandum eſt iudicio ſuperioris talis ſubditi, qualis eſt Prælatus, & non Epiſcopus: nefaſque eſt in dubio, an aliquid licitè ac validè fiat, illud efficere attentare.

DISPVT. 62.

Epiſcopi quouſque ab excommunicatione abſoluere poſſint clericos in communitate aliqua conuiuentes, quãdo vnus ibi percutit alium. Itemque eos, qui prętextu ſui officij, vt cuſtodiendi ingreſſum oſtij, clericos percutiunt.

SVMMARIVM.

1 *Quando clerici aliqui ſimul viuunt, ſi vnus ipſorum alterum violenter percutiat, abſolui ab Epiſcopo poteſt, modò percuſſio non ſit atrox: ita vt in hoc euentu abſoluere poſſit, etiam ſi excommunicatio incurſa ſit ob iniectionem manuum cum iniuria non ſolùm leui, ſed etiam graui, quæ mediocris ſit, & non atrox.*

2 *Ianitor qui prætextu ſui officij manus violentas inijcit in eccleſiaſticum, eſto ſciat ſe eas in eccleſiaſticum inijcere, abſolui ab Epiſcopo poteſt, non ſolùm quando percuſſio eſt leuis, ſed etiam quando eſt mediocris.*

1 Quando clerici aliqui in eadem domo in collegij modum communiter viuunt, ſi vnus ipſorum manus violentas in alium de eadem communitate inijciat, abſolui ab Epiſcopo poteſt, modò percuſſio nõ ſit atrox ac enormis: quare in hoc euentu abſoluere poſſunt, etiam ſi excommunicatio incurſa ſit ob iniectionem manuum cum iniuria, non ſolum leui, ſed etiam graui, quæ mediocris ſit, & nõ atrox ac enormis preſsè. Ita habetur c. quoniam. de vit. & honeſt. cleric. Idẽ eſt dicendum de quibuſcunque alijs, qui de redditibus communibus in collegio aliquo viuunt, vt de clericis commorantibus in ſeminarijs Concilij Tridentini, vt eſt notiſſimum: quoniam clerici, de quibus in eo capite eſt ſermo, ſimiles omnino illis erãt, qui commorantur in ſeminarijs Concilij Tridentini, & de collegialibus collegiorum vniuerſitatum conuiuentibus de redditibus communibus. Et idem dicebam eſſe, dum Eboræ hæc docebam, de pueris miniſtrantibus in eccleſia Cathedrali illius ciuitatis, qui communiter viuunt, ac ſuſtentantur de redditibus ab ea eccleſia ad id deputatis. Quin & idem eſt dicendum de clericis, qui in domo communi viuunt ſub aliquo moderatore eorum, eſto ipſi ad ſuã ſuſtentatiõnẽ contribuant, vt ſunt conuictoria ſcholaſticorum. Conſentire autem videntur Nauarrus in Manu. cap. 27. num. 91. Syluest. verb. abſol. 4. nume. 3. caſu 11. Panorm. cap. quoniam citato. num. 3. concinunt etiam Gloſſa cap. decimas. 16. quæſt. 1. & alia. cap. nullus. 1. 17. quæſt. 4. Confirmari etiam hoc poteſt, quoniam ratio priuilegij conceſſi hac de re cap. quoniam citato, in his omnibus clericis conuiuentibus locum habere videtur, nempe, quòd maiorem multo occaſionem habeant ſe inuicem percutiendi, quàm habeant alij, durumque eſſet illos remittere pro abſolutione ad Sedem Apoſtolicam, quandocunque iniuria eſſet mediocris. Item textus ille in conceſſione eius priuilegii non videtur loqui de ſolis illis clericis, de quibus ſermo in eo capite præceſſerat, & quorum occaſione id priuilegiũ fuit conceſſum, ſed de quibuſcunque clericis communiter viuentibus, vt verba eius capitis intuenti eſt perſpicuum.

Ianitor item, qui prætextu ſui officij, defendendi ſcilicet ingreſſum aut egreſſum oſtii ſibi commiſſi, manus violentas iniicit in eccleſiaſticum, eſto attendat ſe eas in eccleſiaſticum, eſto attendat ſe eas in eccleſiaſticum inijcere, abſolui ab Epiſcopo poteſt, non ſolùm quando percuſſio eſt leuis, ſed etiã quando eſt mediocris. Quando autẽ percuſſio eſſet enormis, abſolui non poteſt ab Epiſcopo. Hęc habentur c. ſi verò. 1. de ſent. excomm. Miniſter verò publicus, qui munus comprehendendi aut puniendi habet tãquã poteſtas ſecularis, vt eſt *alguazil*, aut alius ſimilis, ſi quatenus talis manus inijciat in eccleſiaſticum ad id attendẽdo, neq; id efficiendo in defenſionem oſtij ſibi commiſſi tanquam miniſtro publico, quem alij ſuſpiciunt, abſolui ab Epiſcopo non poſſet, eſto manuum iniectio ex ſe eſſet leuis, & ob quã ab alio alioquin factam abſoluere Epiſcopus poſſet. Ratio autem eſt, quoniam vſurparet ſibi iuriſdictionem in eccleſiaſticum. Vnde infero, ſi eam manuum violentarum iniectionem non efficeret tanquam perſona publica, ſed tanquam perſona priuata, ſtomachatus tanquam priuata perſona in eam perſonam eccleſiaſticam, abſolui ab Epiſcopo poſset, ſi iniuria illata eſset leuis. Quòd ſi talis miniſter publicus, arcendo turbam tanquam publicus

blicus miniſter, manus inaduertenter iniiceret in eccleſiaſticum, cæterum non ſine culpa, quia aduertere debebat, ſe percutere eccleſiaſticum, abſolui ab Epiſcopo poſſet. Hæc habentur cap. ſi verò citato. Lege Syluest. vbi ſupra caſu 6. & 12. ac Nauar. num. 91. citato.

DISPVT. 63.

In mortis articulo innodatus excommunicatione ob quamcunque manuum in eccleſiaſticum iniectionem, an abſolui ab ea poſſit, etiam à ſimplici ſacerdote. Et num tunc abſolui à ſimplici ſacerdote poſſit, etiam ſi adſit alius, qui abſoluere eum tunc poſſet. Et num, quo ad id, idem ſit articulus & periculum mortis. Et, ſi euadat, num teneatur ſe præſentare ei, qui extra eum articulum abſoluere eum poterat, alioquin in excommunicationem reincidat.

SVMMARIVM.

1 *Omnis excommunicatus poteſt in articulo vel periculo mortis à quocunq; ſacerdote abſolui, ſi adeſſe nullus poſſit, qui ex officio id facere poſſit.*

2 *Simplex ſacerdos in mortis articulo non poteſt à peccatis reſeruatis & alijs lethalibus abſoluere, ſi adſit alius legitimus confeſſarius.*

3 *Laicus, aut is qui ſacerdos non eſt, abſoluere in articulo mortis non poteſt ab excommunicatione.*

4 *Quando is, qui manus violentas in eccleſiaſticũ iniecit, ab eo in mortis periculo abſoluitur, qui ſolùm pro tũc rationeque talis periculi ad id habet facultatem. In primis ita abſoluens, ſi commodè fieri poſſit, iniungere debet abſoluendo, vt priùs ſatisfaciat parti, ſi de cauſa aliquid illi ſatisfacere tenebitur, &c.*

5 *Aliquis tunc dicitur eſſe in periculo mortis, quando meritò inde mors illius timetur, quia non rarò ſolet mors inde euenire. Hinc fit, vt qui, antequam eſſet in periculo mortis, adire priùs poſſet eum, qui legitimam poteſtatem habet ad ipſum abſoluendum, quã in eo ſe conſtituere periculo, teneretur id præſtare, neque abſolui ab alio poſſet.*

6 *Quomodo diſtinguantur articulus mortis & periculum mortis.*

EXplicandi iam nunc ſunt euentus, in quibus ob neceſſitatem, vel impedimentum, abſolui quis poteſt ab excommunicatione quacũque ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem; ita tamen vt, ſi ipſo ſuperſtite ceſſet quocunque tempore neceſſitas aut impedimentum, teneatur, cum primum moraliter potuerit, ſe preſentare ei, à quo fuerat alioquin abſoluendus, ſin minus in excommunicationem reincidat.

1 Atque in primis ob neceſſitatem, ne quis ſine abſolutione à peccatis, atque etiam ab excommunicatione, ex hac vita diſcedat ob reſeruationẽ, ſi quis in hac, & in quacunque alia excõicatione, ſit in articulo ſeu in periculo mortis, abſolui poteſt à quocũque ſacerdote. Ita quo ad hanc excommunicationẽ habetur cano. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. c. ea noſcitur. c. quod de his, & c. quamuis. de ſent. excommun. Et quo ad omnes excommunicationes ac peccata, habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. verbis pau

A ſo inferius referendis. Hic tamen ordo ſeruari debet, vt ſi, ſine periculo, quòd mors præueniat, haberi poſſit copia ſummi Pontificis, legati à latere, aut alterius, qui legitimam facultatem habeat abſoluẽdi ab ea excommunicatione, aut à peccato reſeruato, ab eo abſoluatur, vel facultas abſoluendi ab eo petatur. Si verò talis non adſit, à quo abſoluatur, vel à quo peti talis facultas poſſit, adſit verò Epiſcopus abſoluendi, ab Epiſcopo abſoluatur, vel ab eo facultas abſoluendi petatur. Quòd ſi neque Epiſcopi adſit copia, abſoluatur à proprio parocho, aut ab alio, qui, ſecluſa reſeruatione illa, legitimus eſſet illius cõfeſſarius. Si autem nullius horum adſit copia, adſit verò aliquis ex approbatis ab ordinario ad confeſſiones audiendas, qui nullam alias iuriſdictionem B ad eum abſoluendum habeat, ab eo abſoluatur. Qđ ſi neque huius adſit copia, abſoluatur à quocunque ſimplici ſacerdote. Ita Ledeſ. 2. 4. q. 26. art. 1. Naua. in Manu. c. 26. n. 26. & 27. Sot. in 4. diſt. 18. q. 4. art. 4. & doctores communiter. Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi rationabilis, debita, ac neceſſaria cõceſſio, ſolùm eſt, ne pænitens ſine abſolutione ex hac vita diſcedat: præſertim cum ab ea pẽdere poſſit, quòd ille ſupplicia euadat ſempiterna, vitamque æternam obtineat, ſi ſolùm ſit attritus, & non contritus, & cum à peccatis abſolui non poſſit, niſi præuia abſolutione ab excommunicatione: quare, quãdo in mortis articulo ſeu periculo abſolui commodè poteſt ab eo, qui legitimam ad id extra id periculum habet poteſtatem, caret iuriſdictione ad eũ abſoluendum, C qui ſolùm in aliorum defectum haberet in articulo ſeu periculo mortis ad id facultatem; eo quòd talis facultas in eo periculo ſolum alijs concedatur, vnicuique enumeratorum in ſuo gradu, ob neceſſitatem eius, qui in eo periculo eſt conſtitutus. quando autem adeſt, qui legitimam ad id habet poteſtatẽ, quique paratus eſt ea vti in tali periculo, per ſe ipſum abſolutionem impendendo, aut ſubdelegãdo, qui id loco ſui efficiat, iam ille in mortis periculo conſtitutus neceſſitatem non habet, vt ab alio, carente alioquin ad id iuriſdictione, abſoluatur: quod tamen erat tota ratio, cur cuicunque alteri cenſeretur in eo periculo conceſſa facultas abſoluendi à quibuſcunque peccatis ac cenſuris cuicunque reſeruatis.

D Quidam, dum in Luſitania commoraretur, mordicus aſſerere ac docere cæpit, in mortis periculo, atq; adeò in quocunque graui morbo, vnde mors timeretur, poſſe ægrotum abſolui à quibuſcunque peccatis ac cenſuris, ſiue reſeruatis, ſiue non reſeruatis, à quocunque ſimplici ſacerdote, etiam ſi adeſſet parochus, & quicunque alius legitimus confeſſor, cõtra communem praxin perpetuò in eccleſia ſeruatam, neq; ſine graui periculo, quòd ille ſimplex ſacerdos, ob defectum iuriſdictionis ad tunc abſoluendum, ſacramentum non conficeret, ac proinde ęgrotus ſine vera abſolutione ex hac vita diſcederet. Ducebatur verbis illis Conc. Trid. ſeſſ. 14. ca. 7. vbi de articulo mortis agens, ſic dicit. *Omnes ſacerdotes quoslibet pæ-* E *nitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt.* Et quoniam, dicebat, expediens eſt, vt in mortis periculo liberum conſtituto in eo periculo relinquatur, eligere quemcunque confeſſarium voluerit, etiam ſi ille ſimplex ſit ſacerdos ab ordinario minimè approbatus, cui conſcientiam ſuam aperiat, & à quo à quibuſcunque peccatis ac cenſuris, cuicunque reſeruatis, abſoluatur. Et cum oẽs meritò illi reſiſterent, per amicum vr̃ Romæ conſultus fuiſſe Nauar. vt nunc ex lib. 5. conſil. Naua. tit. 39. de ſent. excom. conſ. 15. nu. 1. 2. & 3. conijcio, qui ſententiam mutauit, quã in manuali fuerat ſequutus, ductuſq; rationibus illius, propendit in illius ſententiam, addens, *quamuis crederem conſultè facturum, qui præſente ſuo*

ſuo parocho vel ſuperiore faciat ſe potius ab eo abſolue re, quàm ab alijs. Fortaſſe autem Nauarrus non concederet, quando nullus eſt caſus reſeruatus, & adeſt proprius parochus aut alius legitimus confeſſarius, qui iuriſdictionem ad eum abſoluendum habet, poſſe in mortis periculo conſtitutum, pro libito eligere in ſuum legitimum confeſſarium ſimplicem ſacerdotem, qui ualidè eum abſoluat.

Poſtea res per noſtros delata fuit ad Gregorium decimumtertium Pontificem maximum, qui, præter autoritatem vicarij Chriſti, literis egregiè pollebat, ac definiuit. In mortis articulo ſeu periculo, in præſentia eius, qui abſoluere poteſt à reſeruatis, præſtò illo exiſtente ad abſoluendum, aut ad facultatem concedendum ad abſoluendum à ſeruatis, non poſſe ab illis abſoluere eum, qui poteſtatem ad abſoluendum ab eis extra mortis periculum non habet. Itemque ſimplicem ſacerdotem, quin & approbatum ab ordinario, qui ſecluſo mortis periculo iuriſdictionem non habeat ad abſoluendum eũ, qui in mortis periculo eſt conſtitutus, non poſſe eum abſoluere à peccatis ſuis lethalibus, ſi præſtò ſit alius legitimus illius confeſſarius, qui eum à ſuis peccatis abſoluat. Nauarrus autem id conſilium ſcripſit ante hanc Gregorij decimitertij definitionem, & vel eam ignorauit poſtea, vel qui eius conſilia, poſt illius mortem, ex papyris manu ſcriptis ab eo relictis collegerunt, typiſque mandarunt, eandem definitionem ignorantes, quod ante illam reſponſum ab eo inuenerunt, typis mandarunt. Illud ego libenter darem, quando caſus reſeruatus eſt ſummo Pontifici, neque ad abſoluendum ab illo vllam poteſtatem habet Epiſcopus extra periculum mortis, tunc, non exiſtente præſtò ſummo Pontifice, qui abſoluat, neque alio, qui ad id legitimam poteſtatem extra periculum mortis habeat, qualis eſſet legatus ſummi Pontificis quoad excommunicationem ob grauem aut enormem in eccleſiaſticum manuum iniectionem, neceſſe non eſſe recurrere pro abſolutione, aut pro facultate ad abſoluendum ab eo caſu ad Epiſcopum, eſto præſtò eſſet, ſed poſſe tunc abſoluere ita conſtitutum in eo mortis periculo, quemcunque alium extra mortis periculum legitimum illius confeſſarium. Ratio autem eſt, quoniam quo ad eum caſum nullam habet poteſtatem Epiſcopus extra mortis periculum: in mortis verò periculo non pendet abſolutio ab eo caſu à poteſtate Epiſcopi: & quiuis legitimus confeſſarius poteſtatem habet in mortis periculo abſoluendi ab illo, poſito, quòd is non ſit præſtò abſoluere ab illo, aut concedere facultatem abſoluendi ab illo, cui eſt reſeruatus.

Non verò obſtant noſtræ communique ſententiæ, definitione Gregorij decimitertij confirmatæ, verba ex Concilio Tridentino relata. Quoniam intelliguntur, vt vſu fuit ſemper in eccleſia receptũ ac intellectum, quando non adeſt tunc copia eius, qui extra eum articulum abſoluere poſſet: ex fine quippe legis (qui fuit, ne quis ſine abſolutione diſcederet ob defectum eius, qui legitimam alioquin ad id haberet poteſtatem) colligi debet ſenſus legis, quòd ſcilicet ea iuriſdictio cóceſſa ſit omnibus vniuerſim ſacerdotibus in eo articulo in defectũ eius, qui ad id alioquin legitimam haberet poteſtatem: ſecus autem quando tũc adeſſet legitimus miniſter, qui ad id haberet legitimam poteſtatem, quique vti illa vellet: nam tunc conſtitutus in periculo mortis non indigeret miniſtro ad abſolutionem non habente ad id alioquin poteſtatẽ, & multo minus ſimplici ſacerdote idiota, quem ſaluti animæ illius nec expediret, nec deceret ei concedi, maximè in ea vltima parte vitæ illius, in qua medico peritiori ac idoneo indiget, & à qua pendet ſupplicia euadere æterna, ſempiternamque conſequi beatitudinem, ſine vlla in alterutro mutatione. Confirmatur nihil obſtare verba illa Concilij Tridentini, quoniam in eo capite definitum fuerat. In primis, nullius momẽti eſſe abſolutionem, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Deinde verò, non ſolum ſummũ Pontificem, ſed & Epiſcopos, reſeruare ſibi poſſe abſolutionem à quibuſdã atrocioribus delictis, maximè ſi illis annexa ſit excommunicatio, ita vt valida non ſit abſolutio ab illis facta ab inferioribus confeſſarijs, niſi ex Epiſcoporum, aut ſummi Pontificis, qui ea ſibi reſeruarunt, facultate ad abſoluendũ ab illis. Atq; tunc, non condendo nouum ius, ſed ſolũ referendo antiquum, quod ſemper fuit in eccleſia, vt ex his ipſis verbis, quæ ſubiũgit, liquet, in ſenſu, in quo id ius fuit ſemper intellectum, ſic ait: *Verũtamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione quis pereat,* (ob defectum ſ. eius, qui facultatem habeat in eo articulo ad abſoluẽdum ab eiuſmodi caſib. reſeruatis) *in eadem eccleſia cuſtoditum ſemper fuit,* (ecce, non cõdit nouũ ius, ſed ſolùm refert antiquum perpetuò in eccleſia ſeruatũ) (*vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis*) ſed ſcilicet in defectu eius, qui reſeruauit, & qui ab illo facultatem abſoluendi ab eis reſeruatis habeat, abſoluere ab eis poſſit quicunque aliàs legitimus illius confeſſor; & in defectu legitimi illius confeſſarij abſoluere poſſit quicunque ſimplex ſacerdos, qui eo ipſo, quòd omnes alij deficiunt, iuriſdictionem habet abſoluendi à reſeruatis, & à non reſeruatis; qua tamen omnino carebat ac caret, ſecluſa ea tunc neceſſitate; eam autem iuriſdictionem habet, dum illius non adeſt, qui abſoluere poſſit, vt tutiùs, qui in periculo mortis eſt conſtitutus, ex hac vita diſcedat, beneficio abſolutionis ei impenſo: id verò eſt, quod conſilium continuò ſubiungit, dicens (*atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt*, in ſenſu ſine dubio explicato, vt ſemper in eccleſia ſeruatum intellectumque fuit, & vt ex fine ac intento eius legis, ex neceſſitateque, cui ſubuenire intendit, conſtat. Quo loco obſerua, in eo capite de reſeruatione eſſe ſermonem dumtaxat, docereque concilium, reſeruationem nõ eſſe in articulo ſeu in periculo mortis, quod eccleſia ſemper intellexit, & nos contendimus eſſe intelligendum, atque Gregorius decimuſtertius intelligẽdum definiuit, in ſenſu explicato. Non ergo eſt ibi ſermo de lethalibus peccatis, quæ nullam omnino habẽt reſeruationem. De illis autem quis dicat, ſimplicem ſacerdotem (qui non ob reſeruationem, ſed quia omnino iuriſdictione ad abſoluendum ab eis caret, abſoluere ab illis non poteſt) accedente periculo mortis alicuius, præſtoq; exiſtente legitimo illius cõfeſſario, qui ad id iuriſdictionem habet, poſſe ab illis abſoluere, eccleſiamq;, nulla exiſtente neceſſitate abſolutionis illius, intendiſſe tribuere illi iuriſdictionem ad tunc abſoluendum? Sanè id eſſet ſtultitia, cederetq; id in detrimentum ſpirituale abſoluendi, qui tũc confiteretur minùs idoneo miniſtro, minuſque perito ac experto, & ad id apto: eadẽ verò eſt ratio, imò longè maior, vt neque tunc cenſeatur illi conceſſa facultas ad abſoluendum à reſeruatis, quæ grauiora eſſe ſolent, & ad quæ abſoluẽda difficiliùs conceditur facultas ac iuriſdictio. Non ergo ibi intendit concilium tollere in eo articulo reſeruationem, niſi in ſenſu explicato, hoc eſt, quantum neceſſarium fuerit, vt conſtitutus in eo articulo, ſine legitima abſolutione ab omnibus ſuis peccatis ex hac vita non diſcedat. Noſtra autem communiſque ſententia vel ex eo euidenter confirmatur, quoniam articulus ſeu periculum mortis non tollit omnino reſeruationem; ſic enim obtenta abſolutione in eo articulo ab excommunicatione reſeruata, nullus

lus propter talem abſolutionem ſupereſſet neceſ-
ſarius recurſus ad reſeruantem, ſed ſolùm tollit re-
ſeruationem quatenus eſt ſatis, ne conſtitutus in eo
periculo diſcedat ex hac vita ſine abſolutione à re-
ſeruatis & non reſeruatis: ſi enim innodatus excō-
municatione ob manuum violentarum in eccleſia-
ſticum iniectionem, vel quacunque alia ſummo Pō-
tifici aut Epiſcopo reſeruata, abſoluatur, vel à ſim-
plici ſacerdote, vel à parocho, in periculo mortis,
tunc ſi poſtea ita abſolutus euadat id periculum, &
quàm primum commodè potuerit non ſe præſentet
ſummo Pontifici aut Epiſcopo, cui erat reſeruata, re
incidit in excommunicationem illam, vt habetur ex
preſsè c. eos, de ſent. excommun. lib. 6. iunctis cap. ea
noſcitur. c. quod de his, & c. quamuis, extra eod. tit.
ergo periculum mortis non omnino tollit reſerua-
tionem, ſed ſolùm concedit abſolutionem ab excō-
municatione reſeruata, quantum præciſè eſt neceſ-
ſe, vt excommunicatus non diſcedat ſine abſolutio-
ne; neque aliud fuit intentum Concilij Tridentini,
neque alius eſt ſenſus verborum, quæ ex illo relata
ſunt, quatenus in eis dicitur, nullam in eo articulo eſ
ſe reſeruationem, quo fit, vt quādo præſtò eſt is, qui
ſibi excommunicationem reſeruauit, vt conſtitutum
in periculo mortis ab ea abſoluat, nō ſolùm ſimplex
ſacerdos, ſed neque parochus, aut quicunque alius le
gitimus alioquin confeſſor, poſſit illum abſoluere,
niſi de facultate eius, cui ea excommunicatio eſt re-
ſeruata: quoniam tunc neceſſaria non eſt talis abſo-
lutio ab alio præſtita, vt ille ex hac vita cum abſolu-
tione diſcedat.

3 Vtrum autem laicus, aut is, qui ſacerdos non eſt,
abſoluere in articulo mortis poſſit ab excommuni-
catione. Neganter eſt reſpondendum cum Couar.
c. alma mater. par. 1. §. 11. num. 8. Nauar. in Manua.
c. 27. num. 271. & de pœnit. diſt. 6. c. 1. in prin. n. 84.
& alijs, quos citant, quicquid alij in contrarium ſen
ſerint. Abſolutio quippe ab excommunicatione ſo-
lum conceditur in eo articulo propter abſolutionē à
peccatis: eaque de cauſa ei, qui poteſtatem non ha-
bet abſoluendi tunc à peccatis, non videtur eccleſia
conceſſiſſe facultatem abſoluendi ab excommuni-
catione. Vnde Concilium Tridentinum ſolū ſacer-
dotes omnes dixit abſoluere poſſe in eo articulo à
quibuſuis peccatis ac cenſuris, nulla de laicis aut nō
ſacerdotibus facta mentione. De ſacerdote excom-
municato cum Nauar. vbi ſuprà arbitror, validā eſſe
abſolutionem, quàm à peccatis ac excommunicatio
ne in eo articulo præſtiterit.

4 Quando is, qui manus violentas in eccleſiaſticum
iniecit, ab eo in mortis periculo abſoluitur, qui ſo-
lùm pro tunc rationeque talis periculi ad id habet
poteſtatem. In primis ita abſoluens, ſi commodè fie
ri poſſit, iniungere debet abſoluendo, vt priùs ſatiſ-
faciat parti, ſi ea de cauſa aliquid illi ſatiſfacere tene
bitur. Deinde ante abſolutionem accipere ab eo de-
bet iuramentum, quòd, ſi mortem euaſerit, quā pri-
mum commodè potuerit, ſe præſentabit Sedi Apo-
ſtolicæ, aut alij, qui extra id periculum abſoluere eū
poſſet, & quòd implebit, ſi quid ab eo fuerit ipſi ob
id delictum iniunctum. Ita habetur c. ea noſcitur. c.
quod de his, & c. quamuis. de ſent. excomm. Prætere-
ea, ſi mortem euaſerit, & contemnat ſe quàm primū
potuerit illi præſentare, à quo extra tale periculum
poterat abſolui, continuò in eandem reincidit ex-
communicationem. Ita habetur cap. eos. de ſenten.
excommun. lib. 6.

5 Dubium verò hoc loco eſt, quando aliquis cen-
ſendus ſit eſſe in periculo mortis: & num, quod ad
rem præſentem attinet, idem ſit articulus mortis &
periculum mortis, an verò differant. Et quidē, quod
ad primum attinet, reſpondent doctores communi
ter, tunc cenſendum eſſe aliquem eſſe in mortis pe-
A riculo, quando meritò inde mors illius timetur, quia
non rarò ſolet mors inde euenire. Quo fit, vt quādo
ægrotus in eo ſtatu eſt conſtitutus, vt iuſtè mors il-
lius timeatur, cenſendus ſit eſſe in periculo mortis.
Si verò morbus eſſet talis, ex quo non timeretur
mors probabiliter, tunc qui eo morbo eſſet affectus,
non cenſeretur eſſe in mortis periculo. Is verò, qui
præliaturus eſſet, cēſendus eſſet in mortis periculo.
Qui verò agitaturus eſſet tauros, vel haſtiludio, aut
torneamento licito, operam eſſet daturus, non cen-
ſeretur eſſe in periculo mortis. Qui autem per loca
inſidioſa, aut in quibus inimicos habet, eſſet tranſi-
turus, vnde facilè mors illi poſſet euenire, eſſe cenſe
retur in periculo mortis. Similiter, qui longam ini-
ret nauigationem, ſine copia confeſſarij in naui, aut
B qui tempore periculoſo ob tempeſtates eſſet nauiga
turus, iudicandus eſſet, in periculo eſſe mortis. Cæte
rum in prædictis euentibus adire prius poſſet eum,
qui legitimam poteſtatem habet ad ipſum abſoluen
dum, quam in eo ſe conſtituere periculo, teneretur
id præſtare, neque abſolui ab alio poſſet, interim dū
adire illum poſſet, qui legitimam ad eum abſoluen-
dum poteſtatem habet. Item, ſi incipiente aliquo na
uigationem minimè periculoſam, ſubitò oriretur
tunc tempeſtas aut aliud periculum, vnde probabi-
liter mors immineret, iudicaretur eſſe in mortis pe-
riculo, abſoluique à quocunq; ſacerdote poſſet, qui
ibi tunc reperiretur. Interim tamen, dum non ſuper
ueniret tale periculum, propter ſolam nauigationē
de ſe non periculoſam, neque cenſeretur eſſe in mor
C tis periculo, neq; abſolui poſſet. De prægnante verò,
quæ partui eſt proxima, affirmant doctores commu
niter, quamuis pluries ſit experta, ſe non periclitatā
eſſe in partu, reputandam tamen eſſe in mortis perì
culo: quoniam partus ex ſe eſt res periculoſa, nō mi-
nus quàm maris tempeſtas, facilèque poteſt euenire
aliquid in partu, vnde mors ſequatur: quare ſicut,
qui eſt in tempeſtate maris, nihil impediente, quòd
pluries ſit expertus, ſe euaſiſſe ſimiles tempeſtates:
& qui lateris inflammatione laborat. nihil impediē-
te, quòd ſæpe expertus ſit, ſe euaſiſſe ſimilem mor-
bum, cenſendi ſunt eſſe in mortis periculo; ita etiam
mulier, quæ proxima eſt partui, iudicanda eſt eſſe in
mortis periculo, nihil impediente, quòd ſæpe exper
ta ſit, ſine difficultate ac ſine periculo peperiſſe. Ex
D propoſitis exemplis facilè quiuis prudens conijciet
ac definiet, quando in quouis alio euentu iudicādus
ſit aliquis eſſe aut non eſſe in periculo mortis. Hæc
enim prudentis potiùs iudicio ſunt definienda in
euentibus particularibus, ſpectatis circumſtantijs
omnibus tunc concurrentibus, quā ſtatui poſſit cer-
ta regula, ad quam admetiri poſſint. Hæc de primo
eorum, quæ dubium propoſitum continebat.

Quod verò attinet ad ſecundum, num ſcilicet, 6
quod ad rem præſentem attinet, idem ſit articulus
mortis & periculum mortis, an verò differant. Sot.
in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 4. & Canus in relect. de pæ
nitentia, par. 5. cenſent periculum mortis eſſe, quod
proximè explanatum à nobis eſt: articulum verò
E mortis longè minùs latè patere, eſſeque ſolum, quā-
do iam mors impendet ex morbo, vulnere, aut ictu,
vel ab extrinſeco, quando in pœnam eſt quis iam à
iudice occidendus, aut ſimili alio modo. Quo fit, in-
quiunt, vt neque qui prælium eſt ingreſſurus, neque
qui tranſiturus eſt loca valde periculoſa, neque qui
nauigaturus eſt procelloſum ac periculoſum ma-
re, neque mulier inſtante partu, dicendi ſint eſſe
in articulo mortis, ſed ſolùm in mortis periculo.
Addunt deinde, facultatem abſoluendi à cenſu-
ris ac peccatis reſeruatis non intelligi conceſſam
cuicunque ſacerdoti modo ſuprà explicato in
mortis periculo, ſed ſolùm in articulo mortis.
Sententia hæc pugnat cum communi aliorum
doctorum

doctorum aſſertione, qui duos hos doctores anteceſſerunt, meritoque exploditur à Nauarr. in Manu. cap. 27. num. 271. & à Couarr. cap. alma mater. par. prima, §. 11. nume. 8. Quamuis enim quo ad verborum vim illud ſit diſcrimen inter periculum mortis & articulum mortis, quod Sotus & Canus conſtituunt, ſi in rigore verborum ſit loquendum; in iure tamen & à doctoribus pro eodem in re propoſita vſurpatur; falſumque ſine dubio eſt, quòd Sotus & Canus affirmant, nefas ſcilicet eſſe cuicunque ſacerdoti abſoluere in periculo mortis à reſeruatis modo ſuprà explanato. Ducor. Primò, quoniam id eſt contra communem ac receptum in eccleſia vſum, qui eſt optimus legum interpres. Secundò, quoniam cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſt. 4. habetur, vrgente periculo mortis, fas eſſe abſoluere ab excommunicatione ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem; cuius tamen abſolutio in eo canone ſummo Pontifici reſeruatur. Et cap. ea noſcitur, de ſentent. excommun. dicitur, tempore infirmitatis timore mortis licitum eſſe ab eadem excommunicatione abſoluere, & capite eos de ſenten. excommu. libr. 6. agens ſummus ille Pontifex de abſolutione in mortis periculo ab excommunicatione reſeruata, promiſcuè vtitur verbis articulo mortis & periculo mortis. Tertiò, quoniam ratio, qua eccleſia fuit ducta, vt vellet, quoſcunque ſacerdotes poſſe in articulo mortis abſoluere à reſeruatis modo ſuprà explicato, ne ſcilicet aliquis propter defectum abſolutionis amitteret ſempiternam felicitatem, cruciatibuſque adigeretur æternis, ſimiliter habet locum in mortis periculo. Neque eſt credendum, piiſſimam matrem eccleſiam, quæ Spiritu ſancto ducitur, contrarium voluiſſe in ſolo periculo mortis, vt, verbi gratia, ſi ingreſſurus quis eſſet iuſtum periculoſiſſimum prælium: quin neque licitè ac ſine peccato id poſſet ſtatuere, quod ſufficientiſſimum eſt, vt abſque omni dubio aſſeramus, contrarium fuiſſe eccleſiæ mentem. Adde, ſi in verborum rigore eſſet ſtandum in hac materia, intentumque eccleſiæ fuiſſet, ſolùm licere abſoluere à reſeruatis in articulo mortis, & non in ſolo mortis probabili periculo, ſanè in phthyſi, in inflãmatione lateris, vel in quouis alio morbo lethali aut periculoſo, non liceret abſoluere antequàm infirmus fatiſcere inciperet, anguſtiaſque mortis ingrederetur; quãdoquidem ante id tempus, eſto infirmus laboret morbo quantumcunque lethali, nõ dicitur propriè ac in rigore eſſe in articulo mortis: autores autem, cùm quibus diſputamus, non dicent, tam arctam eſſe facultatem hac in parte ab eccleſia conceſſam, (quam multi affirmant de iure eſse diuino, eccleſiamque ſolùm eam exiſtere explanaſse, non verò iure poſitiuo illam conceſſiſse) neque id ſanè habet eccleſiæ vſus. Adde etiam, data ſententia autorum, cum quibus diſputamus, dicendum conſequenter eſse, nunquam abſolutionem datam à reſeruatis ei, qui abſque miraculo mortem euaſiſset, fuiſse validam; eo quòd ille nunquam fuiſset verè in articulo mortis; ac proinde de eo non eſse dicendum, reincidere in excommunicationem reſeruatam, à qua fuit abſolutus, ſi cùm primùm commodè poſset, non ſe præſentaret ſummo Pontifici, ſed nunquam ab ea fuiſse liberatum: contrarium autem habetur c. eos citato, & affirmat communis doctorum ſententia.

DISPVT. 64.

Ob alia legitima impedimenta ad accedendum ad ſedem Apoſtolicam, aut ad alium, qui abſoluere poſſit, quouſque liceat abſoluere ab eadem excommunicatione. Et num ſi ita abſolutus, ceſſante impedimento, nõn præſentet ei, à quo fuiſſet abſoluendus, reincidat in excommunicationem. Et num hæc ipſa in alijs excommunicationibus reſeruatis ſimiliter locum habeant.

SVMMARIVM.

1 *Si excommunicatus, ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem, prudentis arbitrio legitimum impedimentum habeat ad accedendum ad ſedem Apoſtolicam, aut ad alium, qui ab ea excommunicatione poſſit abſoluere, tunc is, eſto enormiter violentas manus in eccleſiaſticum iniecerit, ſi tamen confiteri velit, & abſolui ab excommunicatione, abſolui poſſet ab Epiſcopo.*

2 *Mancipium, ſi multum diſtet ab eo, qui poteſtatem habeat ad ipſum abſoluendum, & vel in domini fraudem manus in eccleſiaſticum iniecit, vt ſe à domini ſeruitio ſubtraheret, vel ſine cauſa domini illas iniecit, & ex eo, quòd id mancipium ad eum accedat, qui poteſtatem ad ipſum abſoluendum habet, dominus illius pateretur graue damnum carendo ſeruitio illius, abſolui tunc poteſt ab Epiſcopo, modò tamen iniectio manuum ſit cum admodum graui iniuria. Alij caſus circa mancipia & ſeruos.*

3 *Vir, ſi in ſuæ vxoris fraudem manus violentas in eccleſiaſticum iniecit, abſolui ab Epiſcopo poteſt.*

4 *Filij familias, qui poſt pubertatis annos manus violentas in eccleſiaſticum inijciunt, abſolui ab Epiſcopo poſſunt in euentibus, in quibus mancipium ab Epiſcopo poteſt abſolui.*

5 *De viris qui cauſantur ſe non poſſe ferre laborem accedendi ad ſedem Apoſtolicam, conſulendus eſt ſummus Pontifex, propoſito illi negotio toto, & qualitate perſonæ, atque de conſilio ſummi Pontificis, & iuxta præſcriptum illius erunt abſoluendi, & non aliter.*

6 *Vniuerſim ſuperueniente impedimento aliquo, ob quod, prudentis arbitrio, qui manus violentas in eccleſiaſticum iniecit, accedere commodè non poſſet ad ſedem Apoſtolicam ipſiuſque legatum, abſolui ab Epiſcopo poteſt.*

7 *Antequam Epiſcopus in his euentibus abſoluat, ille, qui eſt abſoluendus, debet ſatisfacere eccleſiaſtico, iniuriam paſſo, ſi ad aliquam ſatisfactionem ei efficiendam teneatur, & commodè poſſet illam efficere: aut præſtare rectè cautionem iuratoriam, ſi ſatisfacere non poſſit.*

8 *Quando, qui manus violentas in eccleſiaſticum iniecit, occultus eſt, nec ſcitur eum id feciſſe, poteſt Epiſcopus abſoluere in foro conſcientiæ illa de cauſa excommunicatum, etiamſi percuſſio enormis fuerit.*

9 *In euentibus, in quibus Epiſcopus poteſt abſoluere eos, qui manus violentas in eccleſiaſticum iniecerunt, intelligitur etiam de mandante, aut quouis alio modo ad id cooperante.*

10 *Quando aliquis ex priuilegio poteſtatem habet abſoluendi à foro conſcientiæ ab excommunicatione ob manuum uiolentarum in eccleſiaſticum iniectionẽ, aut quando id licet ex conceſſione bullæ cruciatæ*

tunc qui in ijs euentibus abſoluere in conſcientiæ ſcro poteſt, non poteſt illud efficere, niſi ſatisfacta prius parte, aut quando per ipſum non ſtat, quo minus prius ſatisfaciat, ſed adeſt ad id impedimentum, præſtita ab illo priùs cautione, quòd plenè ſatisfaciet.

11 *Excommunicatus ex quacunque alia cauſa, excommunicatione ſummo Pontifici reſeruata, abſolui poteſt ab Epiſcopo, dum laborat legitimo impedimento, ſatisfacta priùs parte, ſi quid ei fuerit ſatisfaciendum, & præſtito iuramento quòd ceſſante impedimēto præſentabit ſe ſummo Pontifici aut alteri, qui ad id iuriſdictionem habet.*

1 SI is, qui excommunicationem ob manuū violentarum in eccleſiaſticum iniectionem incurrit, prudentis arbitrio legitimum impedimentum habeat ad accedendum ad Sedem Apoſtolicam aut ad alium, qui ab ea excommunicatione poſſit abſoluere, vt ob morbum, qui licèt periculoſus non ſit, pro tunc tamen impedit accedere ad poteſtatem habentem abſoluendi ab ea excommunicatione, tunc is, eſto enormiter violentas manus in eccleſiaſticum iniecerit, ſi tamen vel occurrat tempus implendi eccleſiæ præceptum de confitendo ſemel in anno, vel confiteri ex deuotione velit ac abſolui ab excommunicatione, dū ita morbo laborat, qui non citò tranſit, vt eſſet podagra, quartana febris vel tertiana, quæ non citò ac leuiter trāſiret, aut alius ſimilis morbus, abſolui poſſet ab Epiſcopo. Idem eſt de claudo aut cæco, & de habente ſimile aliud membrorum impedimentum, ob quod accedere commodè non poſſet ad Sedem Apoſtolicam & ad alium poteſtatem habentem ad abſoluendum ab ea excommunicatione: Idem quoque eſt de ſene aut valetudinario, qui vel præ nimia ætate, vel quod notabiliter eſſet debilis, vel quòd prauo alio laboraret affectu, prudentis arbitrio iudicaretur nō poſſe commodè accedere ad habentem poteſtatem ad ipſum abſoluendum, attenta loci diſtantia, & attento modo, quo iuxta ſuæ perſonæ qualitatem accedere deberet, vt eques, aut pedes, & attentis aliis circumſtantijs concurrentibus: is enim abſolui ab Epiſcopo poteſt. Idem item eſt de paupere, qui præ egeſtate, attenta perſonæ conditione, non haberet vnde efficere commodè poſſet ſumptus neceſſarios ad accedendum ad eum, qui poteſtatem ad ipſum abſoluendum haberet, aut qui accedere non poſſet ſine detrimento notabili vxoris aut filiorum; talis quippe abſolui ſimiliter ab Epiſcopo poteſt. Mendicus verò, qui vires haberet ad accedendum ad eū, qui poteſtatem haberet ipſum abſoluendi, mendicandoque poſſet cibos ita ſibi comparare in via, ac ſi maneret in loco, in quo eſt, neque acceſſus detrimento eſſet vxori aut filijs, quibus victum mendicando præbebat, abſolui ab Epiſcopo non poſſet: quoniam non iudicaretur habere impedimentū ad accedendum ad alium, cui abſolutio ab ea excommunicatione eſſe reſeruata. Idem dicerem de claudo, qui incedere ſolet eques, habetque vnde eques ad eum accedat, cui abſolutio ab ea excommunicatione eſt reſeruata, neque aliud habet ſufficiens impedimentum ad accedendum ad illum, & de alijs ſimilibus: tales enim non cenſentur impediti, ac proinde abſolui non poſſunt ab Epiſcopo. Is etiam, qui inimicitias habet, ſi periculoſa eſſet ei acceſſio ad eum, cui abſolutio eſſet reſeruata, abſolui ab Epiſcopo poſſet, eſto inimicitiæ ortum habuiſſent ex culpa ipſius, & eſto ei non immineret probabile admodum mortis aut vulneris alteriuſve notabilis iacturæ periculum, modò aliquale ei immineret. Hæc omnia conſtant ex capit. ea noſcitur. cap. quod de his, & ex. cap. quamuis. de ſen-

A tent. excommunicat. iuncto. cap. mulieres, & cap. de cætero eodem titulo.

Mancipium item, ſi multum diſtet ab eo, qui poteſtatem habeat ad ipſum abſoluendum, & vel in domini fraudem manus in eccleſiaſticum iniecit, vt ſe à domini ſeruitio ſubtrahere, vel ſine culpa domini illas iniecit, & ex eo, quòd id mancipium ad eum accedat, qui poteſtatem ad ipſum abſoluendum habet, dominus illius pateretur graue damnum carendo ſeruitio illius, abſolui tunc poteſt ab Epiſcopo; modò tamen iniectio manuum non ſit cum admodum graui iniuria, ita vt notabile ſcandalum generauerit: tunc enim, nihil impediente iactura domini, accedere deberet ad Sedem Apoſtolicam, aut ad ipſius legatum. Atque vt ſummatim, quæ ad mancipium ſpectant, dicam. B Si non multum diſtet à Sede Apoſtolica aut ab ipſius legato, abſolui non poteſt ab Epiſcopo ab iniectione manuum cum graui aut atroci iniuria. Item, ſi culpa domini eas manus iniecit, abſolui etiam non poteſt ab Epiſcopo, quando interuenit grauis aut atrox iniuria, etiam ſi Sedes Apoſtolica aut legatus multum diſtent. Præterea, quando admodum grauis ac enormis eſſet iniuria, ita vt graue ſcandalum generaret, abſolui non poſſet ab Epiſcopo, etiam ſi nulla interueniret culpa domini, multumque diſtarent ſedes Apoſtolica ac legatus. In alijs verò euentibus abſolui mancipium ab Epiſcopo poteſt. Cæterum loco moleſtiæ, quam in itinere erat ſubiturus, iniungi ei ab Epiſcopo debet ſatisfactio aliqua, (quod Panorm. c. relatū, mox C citando, obſeruat eſſe ſeruandum in reliquis euentibus, in quibus aliquis ob impedimentum, quod habet ad accedendum ad eum, qui poteſtatem ad ipſum abſoluendum habet, ab Epiſcopo abſoluitur. Hæc, quæ de mancipio dicta ſunt, habentur ca. relatum, iuncto. c. mulieres, de ſent. excom. Ex alio autem impedimento, ex quo reliqui abſolui poſſent ab Epiſcopo, iuxta hactenus dicta & dicenda, abſolui etiam mancipium ab Epiſcopo poſſet; cum, quo ad id, non ſit mancipium deterioris conditionis, quàm alij. Famulus autem liber abſolui non poteſt ab Epiſcopo in euentibus, in quibus explicatum eſt, mancipium, ne id in damnum domini redundet, abſolui ab Epiſcopo poſſe. 2

Vtrùm autem vir, ſi in ſuæ vxoris fraudem ma- 3
D nus violentas in eccleſiaſticum iniecit, abſolui ab Epiſcopo poſſit, Gloſſa. c. relatum citato. Pano. & ibi doctores communiter, neganter reſpondent. Quoniam vir non eſt ſub poteſtate vxoris, neque alicubi reperitur conceſſum, poſſe in eo euentu abſolui.

De filijs autem familias, qui poſt pubertatis an- 4
nos manus violentas in eccleſiaſticum inijciunt, nū abſolui ab Epiſcopo poſſint in euentibus, in quibus dictum eſt, poſſe mancipium ab Epiſcopo abſolui. Gloſſa. c. mulieres citato, & quidam alij, neganter reſpondent. Panor. verò & alij reſpondent affirmāter. Atque hæc poſterior opinio mihi magis probatur: quoniam non ſunt ſui iuris, & c. mulieres, concedit, perſonas, quæ ſui iuris non ſunt, abſolui ab Epi- E ſcopo poſſe. Hæc tamen opinio intelligenda eſt in ijs ſolis euentibus, in quibus caput relatum concedit, mancipium abſolui ab Epiſcopo poſſe. Quare neceſſe eſt, vt multum à Sede Apoſtolica, ab ipſiuſque legato, diſtent, & vt pater non fuerit in cauſa talium violentarum manuum in eccleſiaſticum iniectionis, itemque vt diſceſſus filij redundet in notabile detrimentum patris, atque vt iniuria talis manuum iniectionis non ſit admodum enormis, quæ ſcandalum generet.

De viris autem potentibus ac delicatis, qui cau- 5
ſantur, ſe non poſſe ferre laborem accedendi ad Sedem Apoſtolicam, conſulendus eſt Sūmus Pōtifex, propoſito ac explicato illi negotio toto, & qualitate per-

te per-

te perſonæ: atque de conſilio ſummi Pontificis & iuxta præſcriptum ipſius erunt abſoluendi, & non aliter. Ita habetur c. mulieres citato. Quod, vt bene not. glo. ibi & doctores communiter, eſt intelligendum; niſi interim periculũ aliquod immineret, aut interueniret aliqua circumſtantia ex ijs, quæ explicatæ ſunt, ob quas alij poſſent abſolui: tunc enim conſtat, ſicut alij abſolui ob eas circumſtantias ſuperuenientes ab Epiſcopo poſſunt, ſic etiam eiuſmodi delicatos, qui id cauſantur, abſolui ab Epiſcopo poſſe.

6 Denique, vt ſummatim rem hanc abſoluam, vniuerſim ſuperueniente aut exiſtente impedimento aliquo, ob quod, prudentis arbitrio, qui manus violentas in eccleſiaſticum iniecit, accedere commodè non poſſet ad ſedem Apoſtolicam, ipſiuſque legatum, abſolui ab Epiſcopo poteſt. Vt ſi bellum ſit in itinere, quo tranſitus ad ſedem Apoſtolicam, aut ad ipſius legatum, ſit periculoſus. Si is, qui tales manus iniecit, curam haberet animarum, & abſque notabili illarum detrimento non poſſet illas relinquere, quia non haberet idoneum vicarium, quem ſibi ſubſtitueret, aut aliqua alia de cauſa. Si haberet regimen ſeculare, & ſine notabili eorum, quos regit, aut reipublicæ detrimento, non poſſet illos relinquere, neque haberet idoneum vicarium, quo ſubſtituto, ceſſaret id detrimentum. In his omnibus, & in ſimilibus alijs euentibus, abſolui ab Epiſcopo poſſet, etiam ſi iniuria eccleſiaſtico illata eſſet enormis, vt conſtat ex iuribus citatis.

Obſeruat verò optimè Nau. in Man. cap. 27. nu. 90. eum, qui, iuxta hactenus dicta, legitimè eſt impeditus ad accedendum ad Sedem Apoſtolicam, & ad alium qui poteſtatem habeat ipſum abſoluendi, eſto poſſet mittere pro abſolutione, non teneri id efficere, ſed abſolui ab Epiſcopo poſſe. Ratio autem eſt, quoniam ius eum non obligat, mittere pro abſolutione, ſed ſolùm, vt ipſe eat, ſi commodè poſſit: in euentu autem, quòd commodè accedere non poſſit, ius concedit facultatem, vt abſolui ab Epiſcopo poſſit.

Optimè etiam ibidem obſeruat. Quando in his euentibus non eſſet copia Epiſcopi, qui abſolueret, vel Epiſcopus ex ſua nequitia non vellet abſoluere, tunc parochus aut alius ſacerdos abſoluere non poſſet: quoniam talis facultas his euentibus ſolis Epiſcopis conceditur. Cum quibus computa eorum prouiſores ſeu vicarios, qui vnum tribunal cum eis conficiunt.

7 Illud verò eſt obſeruandum antequam Epiſcopus in euentibus omnibus explicatis abſoluat, illũ, qui eſt abſoluendus, debere ſatisfacere eccleſiaſtico, qui iniuriam eſt paſſus, ſi ad aliquam ſatisfactionem ei efficiendam teneatur, & commodè poſſit illam efficere: aut certè præſtare debet cautionem, ſi ſatisfacere non poſſit, iuratoriam ſaltem, quando aliam præſtare non potuerit, quòd ſatisfaciet cum primum potuerit. Item præſtare debet iuramẽtum, quòd ceſſante eo impedimento, quod tunc habet ad accedendum ad ſedem Apoſtolicam, aut ad aliũ qui facultatem ad ipſum abſoluendum habeat, accedet cum primum potuerit. Hæc omnia habentur c. ea noſcitur, c. quod de his, & c. quamuis, de ſent. excommun. Obſeruat verò Sylueſter verb. abſolutio. 4. ſub finem nu. 3. quando impedimentum eſſet perpetuum, vt in ſene aut valetudinario, ſine ſpe recuperandi perfectam ſanitatem, neceſſarium non eſſe iuramentum, eo quòd eſſet ſuperfluum. Quia tamen caſu aliquo euenire poſſet, vt ſummus Pont. aut legatus eo accederent, tuncque ita abſolutus teneretur ſe illis præſentare, non iudico ſuperfluum, ſed neceſſarium id iuramentum. Illud deinde obſerua, ſi ceſſante impedimento ij, qui ita ab Epiſcopo

A abſoluuntur, non ſe præſentent ſedi Apoſtolicæ, aut alteri, qui ad eos abſoluẽdos poteſtatem habeat, reincidunt eo ipſo in excommunicationem, vt ſint eo ipſo ex tunc excommunicati, ac ſi antea non fuiſſent abſoluti. Ita habetur cap. eos de ſent. excommu. lib. 6. Vnde, ſi mancipium idcirco ab Epiſcopo abſoluatur, quia non eſt ſui iuris, & diſtet ab eo, à quo abſolui poterat, & quia acceſſus ad eum, à quo poterat abſolui, eſſet in detrimentum alicuius momenti domini illius; tunc, ſi id mancipium manumittatur & efficiatur ſui iuris, aut caſu non diſtet multum ab eo, à quo abſolui poteſt, vel dominus faciat ei facultatem accedendi ad eum, à quo poteſt abſolui, vel eueniat vt commodè ſine detrimento domini poſſit accedere, & non accedat, ac ſe præſentet ei, à quo
B poterat abſolui, reincidit in excommunicationem. Idem dic de filio familias, & in cæteris alijs euentibus, in quibus ceſſat impedimentum, ob quod abſolutio ab Epiſcopo fuit præſtita. Lege quo ad dicta tota hac diſputatione Syluest. verb. abſol. 4. num. 8. Nauar. vbi ſuprà à nu. 88. Ang. verb. excommun. 5. caſu. 1. à §. 51. & Caieta. in ſumma verb. excommu. c. 10. ſub finem. Et obſerua, ſede Apoſtolica vacante, eiuſmodi excommunicatum ſe præſentare debere ſummo Pænitentiario. Ita Panor. quem refert ac ſequitur Syluest. verb. abſolu. 4. nu. 7.

Illud eſt obſeruandum, hodie quãdo, qui manus 8 violẽtas in eccleſiaſticum iniecit, occultus eſt, ita vt, cum manus illas iniecisse, neque deductum ſit in forum contentioſum, neque ſit periculum, quòd dedu-
C cetur ob defectum probationis, poſſe Epiſcopum abſoluere in foro conſcientiæ illa de cauſa excommunicatum, etiam ſi percuſſio valde fuerit enormis: neque eiuſmodi ita abſolutum teneri poſtea accedere ad ſedem Apoſtolicam, aut ad illius legatũ: eo quòd in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 6. de reformatione conceſſum epiſcopis fuerit abſoluere ſimpliciter ac omnino ſubditos ſuos in conſcientiæ foro à quibuſcunque cenſuris ac delictis. Et quamuis per clauſulam, quæ in bulla cœnæ Domini poſtea apponi conſueuit, auferatur ab eis poteſtas abſoluendi à caſibus reſeruatis in eadem bulla cœnæ Domini, nihil ea Concilij Tridentini conceſſione obſtante, vt alibi oſtendemus; excommunicatio tamen, de qua loquimur, non eſt de numero earum,
D quæ in bulla cœnæ Domini continentur.

Illud etiam obſerua, in euẽtibus, in quibus hacte- 9 nus eſt dictum, Epiſcopum abſoluere poſſe eos, qui manus violentas in eccleſiaſticum iniecerunt, id ſimiliter intelligendum eſſe de mandante, aut quouis alio modo cooperante ad eam manuum violentarũ iniectionem, eaq; de cauſa excommunicatũ. Quando autem Epiſcopus abſoluere poteſt ea de cauſa excommunicatos propter impedimentum illis ſuperueniens, quo accedere non poſſunt ad Sedem Apoſtolicam, aut ad alium, qui poteſtatem ipſos abſoluendi habeat; tunc, cùm fieri optimè poſſit, vt vni ſuperueniat impedimentum, quando non ſuperuenit alii ex illis, aut aliis, abſoluere tunc poterit ſo-
E lum, aut ſolos legitimè impeditos, non verò alios, qui impedimentum ſufficiens non habent.

Illud deinde obſerua, quando aliquis ex priuile- 10 gio facultatem habet abſoluendi in foro conſciẽtiæ ab excommunicatione ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem, vt nos & cæteri mendicantes habemus, atque alii, qui mendicantium priuilegiis gaudent, aut quando id licèt ex conceſſione Iubilęi, vel bullæ cruciatæ, aut ex aliquo alio capite, tunc, qui in eis euentibus abſoluere in conſcientiæ foro poteſt, non poſſe illud efficere, niſi ſatisfacta priùs parte, aut, quando per ipſum non ſtat, quominus priùs ſatisfaciat, ſed adeſt ad id impedimẽtum, præſtita ab illo priùs cautione ſuprà explicata, quòd

plenè ac integrè ſatisfaceret. Vnde dicerem, quando excommunicatus ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem, per ſe vel per tertiam perſonam, offerret offenſo ſatisfactionem, neque ille vellet vllam admittere, ſed diceret, ſe velle rem deducere ad forum exterius, ibique efficere illum puniri, vt ſæpe offenſi ſolent reſpondere, tunc poſſe in conſcientię foro abſolui præſtita cautione, de qua ſuprà eſt habitus ſermo, quòd ſatisfaciet, quod iudicatum fuerit, ipſum rationabiliter ſatisfacere, aut ſubire debere, aut id, quo offenſus voluerit ante ſententiam eſſe rationabiliter contentus: idque non impediet; quòd ſi ſententia fuerit iudicatum excedens, non poſſit ita abſolutus ab ea appellare, ſuſpendereque ſatisfactionem quouſque offenſus rationabili ſatisfactione ſit contentus, aut quouſque res vltima ſententia diffiniatur. Eiuſmodi autem abſolutione in conſcientiæ foro legitimè obtenta, non manet abſoluto obligatio ſe præſentandi ſummo Pontifici, aut legato, ſub pœna reincidentiæ in excommunicationem: quoniam ea facultas non eſt ad abſoluendum ob impedimentum, quod tunc abſoluendus habeat ad ſe præſentandum ei, qui poteſtatem ipſum abſoluendi in conſcientiæ & in exteriori foro habeat, ſed eſt facultas illum abſolutè abſoluendi. Quia tamen ea facultas ſolùm eſt ad abſoluendum in foro conſcientiæ, nihilque ea abſolutio in foro exteriori ſuffragatur ei, qui eo modo in conſcientiæ foro eſt ſimpliciter abſolutus ab ea excommunicatione ac peccato; vtique in exteriori foro is iudicabitur excommunicatus, ac, ſi celebret, iudicabitur irregularis, & vt talis punietur, quamuis in conſcientiæ foro talis non ſit: vnde, quod ad forum exterius attinet, atque ad vitandum ſcandalum, ſi vbi ipſe exiſtit ſciatur in eam excommunicationem ipſum incidiſſe, tenetur ſe gerere ac ſi verè eſſet excommunicatus, accedereque pro abſolutione ad eum, qui in exteriori & in conſcientiæ foro deberet ipſum abſoluere, ſi in conſcientiæ foro abſolutus non eſſet. Conſentit Couar. cap. alma mater. part. 1. §. 11. nu. vit. & conſentiunt doctores alij communiter.

11 Dubium hoc loco eſt, vtrùm quemadmodum excommunicatus ob manuum violentarum in eccleſiaſticum iniectionem abſolui ab epiſcopo poteſt, ſi legitimum impedimentum habeat ad accedendum ad Sedem Apoſtolicam, & ad alium, qui ad ipſum abſoluendum poteſtatem habeat, ita excommunicatus ex quacunque alia cauſa excõmunicatione ſummo Pontifici reſeruata abſolui poſſit ab Epiſcopo, dum laborat ſimili impedimento, ſatisfacta ſimiliter priùs parte, ſi quid ei fuerit ſatisfaciendum, & præſtito iuramento, quòd, ceſſante impedimento, ſe præſentabit ſummo Pontifici, aut alteri, qui ad ipſum abſoluendum iuriſdictionem habeat. Et quamuis aliqui aſſeruerint contrarium, dicẽdum eſt cum Panorm. cap. de cætero, de ſent. excommun. (ſibi cõtrario. cap. quamuis eod. titu.) cum Fel. eodem. cap. quamuis, Sylueſtr. verb. abſol. 4. num. 7. Nauarr. in Manu. cap. 27. num. 89. & cum aliis, poſſe abſolui. Quoniam eſt eadem ratio. Et quoniam derogat Sedis Apoſtolicæ pietati non cenſere, id ipſam intendere. Et denique quoniam ſatis hodie id colligitur ex cap. eos, de ſent. excommun. lib. 6. vt bene Panor. cap. de cætero citato obſeruat. Excipitur, vt Sylueſter vbi ſuprà vult, quando in reſeruatione apponitur clauſula, quòd talis excommunicatio aut delictum, ab alio abſolui non poſſit, quàm à ſummo Põtifice, niſi in mortis articulo: nam tunc, ſuperueniente quouis alio impedimento, abſolui nec ab Epiſcopo poteſt: quoniam id ea clauſula ſignificat. Contrarium autem ſuadere videtur, quòd in canone ſi quis ſuadente diabolo ea clauſula perſpicuè apponitur: & tamen ſuperueniente impedimẽto, epiſcopus ab ea excommunicatione poteſt abſoluere, vt dictum eſt, ac iura concedunt: quare, ſi idem dicendum eſt de alijs excommunicationibus, quod de excommunicatione ob manuum violentarum in eccleſiaſticũ iniectionem, de qua ſermo eſt canone ſi quis ſuadẽte diabolo, idque propter eandem rationem, & propter alia, quæ dicta ſunt: in alijs etiam excommunicationibus appoſitio eius clauſulæ non impediet, quominus propter ſuperueniens impedimentũ abſolui ab Epiſcopo poſsit. Reſponderi tamen poterit, in excommunicatione ob manuum violẽtarum in eccleſiaſticum iniectionem peculiariter eſſe conceſſum ac in iure expreſſum, vt abſoluere nihilominus poſsit epiſcopus, quando iniuria eſt leuis, & in graui ac enormi, vt poſsit abſoluere extra mortis articulum ſuperueniente impedimento: in alijs autem excommunicationibus, in quibus ponitur clauſula, vt ſolum in mortis articulo, aut vt non niſi in mortis articulo, poſsit excommunicatus abſolui, aliquid operari debere eam clauſulã, vt ſcilicet in ſolo mortis articulo poſsit abſolui, & vt extra illum neque ab Epiſcopo poſsit abſolui. Elige, quod malueris.

DISPVT. 65.

De excommunicatione & alijs pœnis, ob manuum violentarum in Cardinalẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aut in Epiſcopũ iniectionem, & ob illorum inſequutionem. Itemque in impedientes legatos Sedis Apoſtolicæ fungi munere ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicantur excommunicatione ſummo Pontifici præterquam in mortis articulo, reſeruata, quicunque ceperint, percuſſerint, aut hoſtiliter inſecuti fuerint Cardinales S. R. E. & quicunque ad id ſocij fuerint, vel mandantes, vel conſulentes.*

2 *Qui hac cauſa excommunicati ſunt, publicari ac denuntiari debent vt excommunicati, per eccleſias omnes loci, in quo tantum facinus fuit commiſſum, itẽ in eccleſiis finitimarum ciuitatũ omnibus diebus feſtis & dominicis.*

3 *Quando autem fuerint abſoluẽdi, prius idoneos fideiuſſores dare debent, aut ſi dare nequeat, præſtita iuratoria cautione, atque etiam præſtitis hypothecis, quod parebunt pœnitentiæ ipſis iniungendæ, & quòd Deo iuuante illam implebunt, deinde alias multas infamias adhuc ſubire debebunt.*

4 *Hi excommunicati eo modo efficiuntur infames, quo illi, qui crimen læſæ maieſtatis committunt. Manent item eo ipſo diffidati ac banniti: teſtari non poſſunt, creditores non tenentur illis debita reddere, & alia plura eiuſmodi damna & infamiæ notas incurrunt.*

5 *Si quis in Cardinalium aut ſummi Pontificis odium inſecutus fuerit, aut manus iniecerit in aliquem eccleſiaſticum, de familia ſummi Pontificis aut Cardinalium, aut ad id cooperatus fuerit, punitur ſeuerè arbitrio iudicis, non tamen excommunicatur.*

6 *Qui Cardinalem occiderit, vel per ſe vel per alium, vel ad mortem cooperatus eſt, ſic in eum poteſtas iuriſdictionis inſurgit, quòd contra vitam ſubſidium mortis ſolatium innocet, neque per eiuſmodi pœnas, iudicibus eccleſiaſticis impoſitas, facultas adimitur iudicibus ſæcularibus, quin potiùs integrum eis relinquitur, imponere pro eiuſmodi ſacrilegijs pœnas legibus ſtatutas. Enumerantur ibidẽ & in paragraphis ſequentibus pœnæ, quas eiuſmodi ſubiturus eſt.*

Excom-

7 *Excommunicatur ipſo facto, excõmunicatione ſummo Pontifici præterquam in mortis articulo reſeruata, quicunque quemuis Pontificem, modò conſecratus iam ſit, temere percuſſerit, ceperit, bannierit, item omnes ad id cooperantes. Et enumerantur pœnæ, quas idem ipſe ſubiturus eſt, & alij caſus circa id oriri valentes.*

8 *Excommunicantur ipſo facto quicumque, qui impedierint legatos ac nuntios Apoſtolicos, ne terras ipſorum ingrediantur, aut ne ibi ea exequantur, ad quæ ab Apoſtolica Sede deſtinati ſunt. Sed hæc excommunicatio ſummo Pontifici non eſt reſeruata.*

9 *Nonnulla obſeruata circa excommunicationem bullæ cęnæ Domini.*

NVnc dicẽdum eſt de excommunicatione, & alijs pœnis ſtatutis, inijcientibus manus violentas in quaſdam perſonas eccleſiaſticas magis priuilegiatas, maioriſque dignitatis in eccleſia, atque in eos, qui eas perſonas hoſtiliter inſequuntur, licèt illas non contingant.

1 Incipiendo verò à Cardinalibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, capite fęlicis, de pęnis lib. 6. excommunicantur excommunicatione ſummo Pontifici, pręterquam in mortis articulo, reſeruata, quicunque ceperint, percuſſerint, aut hoſtiliter inſequuti fuerint Cardinales ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ita vt ſola hoſtilis inſequutio, ſine apprehenſione aut percuſſione, manuumve violentarum in eos iniectione, ſufficiat ad hanc excommunicationem incurrendam, vt in eo capite habetur. Vt verò Nauar. conſilio 37. lib. 5. titu. de ſent. excommun. nu. 4. & ſequentibus rectè obſeruat, non dicitur quis inſequi alium, ſi ad manus in illum inijciendas tendat, ſi ille iam ſe receperat, aut non comparet: ſed ſi declinantem illo animo eum ſequatur ſeu inſequatur. Excommunicantur item hoc eodẽ excommunicationis genere quicunque ad aliquid horum trium fuerint ſocij, vel id fieri mandauerint, aut poſtquam nomine ipſorum factum fuerit, ratum illud habuerint in ſenſu Diſp. 33. memb. 4. explanato, aut ad id conſilium dederint, vel fauorem, aut aliquid cooperati fuerint, modis Diſp. 33. citata quo ad omnia illius membra explicatis, etiam recipiendo malefactores. Hodie verò excommunicatio hæc eſt de cœna Domini, vt infra ſubijciemus. Cæterum propter has omnes cooperationes, cum tãquam acceſſoriæ illis alijs tribus prioribus actionibus adhibeantur, non incurritur excommunicatio, niſi quando aliqua alia illarum trium priorum actionum fuerit exequutioni mandata, ex eiſque cooperationibus cauſæ partialitate fuerit ſequuta.

2 Iubentur autem, qui in hanc excommunicationem inciderint, publicari ac denunciari excõmunicatos eſſe per eccleſias omnes loci, in quo tantum facinus fuerit commiſſum, nec non in eccleſijs finitimarum ciuitatum ac diæceſum, omnibus diebus dominicis ac feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accẽſis, (atque extinctis & proiectis in terram, vt fieri ſolet, & gloſſa ibi obſeruat) quamdiu in ſua contumacia illi perdurauerint, neque ad Sedem Apoſtolicam poſtulando abſolutionem acceſſerint, parati ad condignam pœnitentiam ac ſatiſfactionem eis iniungendam, opere implendam, vt ibidem habetur §. præſenti nihilominus.

3 Quando autem fuerint abſoluendi, prius ſufficiẽter & idoneè cauere debent, hoc eſt, præſtitis pignoribus, aut fideiuſſoribus, vt ibi notat gloſſa, aut ſi hæc præſtare non poſſint, præſtita iuratoria cautione, atque etiam præſtitis hypothecis, ſi res, quas hypothecæ ſubijciant, habeant, quòd parebunt pœnitentiæ ipſis iniungendæ, & quòd auxiliante Domi- A no illam integre implebunt. Deinde per omnes principales eccleſias loci, in quo ita deliquerunt, & vicinorum locorum, diebus dominicis, ac ſolemnibus incedent nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & deferentes ferulas in manibus, quibus per eaſdem eccleſias publicè fuſtigentur: ituri poſtea vltra mare, ibique acturi pœnitentiam per tres annos ad minus, neque inde poſt illos expletos reuerſuri, niſi de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia. Qui tamen ſolo nudo conſilio, aut ſimplici fauore, inuenti fuerint circa eiuſmodi delicta culpabiles, non tanto rigore erunt puniendi, ſed iudex eis admetietur pœnam pro culpæ repertæ quantitate. Hæc habentur ibid. §. cum autem, & §. illud autem.

B Item commemorati omnes, quos diximus prædictam excommunicationem ipſo facto incurrere, eo modo efficiuntur infames, quo illi, qui crimen læſæ maieſtatis committunt. Manent item eo ipſo diffidati ac banniti, ita vt quicunque licitè poſſit eos occidere, iuxta ea quæ Diſputat. 7. & 25. dicta ſunt. Teſtari item non poſſunt, neque ſuccedere in bonis alicuius ex teſtamento, aut ab inteſtato. Mandantur habitationes ac ædificia eorum dirui, in perpetuumque reparari prohibentur, vt perpetua eorum ædificiorum ruina perpetuam illorum teſtetur infamiam. Creditores illorum non tenentur reddere eis debita, nulluſque tenetur eis reſpondere in iudicio. Poſtquam tamen fuerint ab excommunicatione abſoluti, conceditur eis proſequi in iudicio ſuã C ſuorumque iniuriam, & petere, quæ ipſis de bonis poſt delictum commiſſum acquiſitis debentur, vt hoc vltimum ſubiungitur in eodem capit. §. verum cum. Item bona omnia ipſorum à puncto commiſſi delicti vſque ad latam ſententiam confiſcantur, ac proinde quo ad ea bona, & debita ipſis vſque ad id punctum, non ipſi audiuntur in iudicio, ſed fiſcus, aduerſus eos, qui eiuſmodi delinquentibus aliquid debebant. Quicquid locatum, in feudum, in emphyteuſin, aut alio modo ab eccleſia habebant, ſiue id beneficium ſit ſpirituale, ſiue quippiam temporale, illud ipſo iure amittunt eccleſiæ. Hæc omnia habentur c. fęlicis citato in princ. 4

Filij item ac nepotes eorum, per lineam præſertim maſculinam, amittunt ipſo iure quæcunque be- D neficia eccleſiaſtica obtinebant, etiam ſi id beneficium eſſet Epiſcopatus, inhabileſque redduntur ad beneficia, vel dignitatem, aut honorem eccleſiaſticum, vel ſecularem, & ad quodcunque publicum officium, ſeu munus, neque admittuntur in teſtes, neque promouentur ad ordines, ſublata eis quoad hæc omnia ſpe omni diſpenſationis. Hæc omnia habentur ibidem. §. quod ſi quis. Hæc etiam pœnæ extendi poſſunt ad fratres, & ad filios, ac nepotes fratrum, ſi ita Romano Pontifici videbitur, attenta atrocitate delicti. Ita habetur, §. cæterum quia.

Item ſtatuitur, vt ſi quis, in Cardinalium aut ſummi Pontificis odium, inſequutus fuerit, aut manus 5 E iniecerit, in aliquem clericum, aut religioſum, de familia ſummi Pontificis, aut Cardinalium, aut ad id conſilium dederit, vel quouis alio modo fuerit cooperatus, puniatur ſeuerè arbitrio iudicis, ita vt pœnæ quantitas culpæ quantitati ſit proportionata. Ita habetur ibidem. §. præmiſſo. Non tamen ibi pœna excommunicationis pro hoc delicto apponitur: quare, niſi manus violentæ in hos inijciantur, pro ſola inſequutione illorum, excommunicatio non incurretur: & quando manus violentæ in eos inijciẽtur, ſolùm incurretur excommunicatio canonis ſi quis ſuadente diabolo.

Quando aliquis (quod abſit) Cardinalem occiderit per ſe, vel per alium, vel cauſam talis mortis 6 dede-

dederit ad illam modo aliquo cooperando, vltra hactenus dicta, *ſic in eum poteſtas iuriſdictionis inſurgat, ſic rigor vltionis inſiliat, quòd contra vitam ſubſidium mortis ſolatium innocet.* Neque per eiuſmodi pœnas, à iudicibus eccleſiaſticis impoſitas, facultas adimitur iudicibus ſecularibus, quin potius integrũ eis relinquitur, imponere pro eiuſmodi ſacrilegijs pœnas legibus ciuilibus ſtatutas. Quod non intelligo ſolùm, quando mors Cardinali infertur, ſed etiã in alijs criminibus explicatis quando patrator illorum eſt laicus: tunc enim licèt ad iudicem eccleſiaſtici cum ſpectet punire ea crimina ratione ſacrilegij ac excommunicationis adiunctæ; ad ſecularem tamen iudicem attinet punire rationem formalem mortis, iniuriæ manuum violentarum quocũque alio modo in eccleſiaſticum iniectarum, atque iniuriæ inſequutionis illorum, etiam vt aggrauantur ex ſacrilegio adiuncto, vt Diſput. 49. explanatum fuit. Accuſator enim forum rei ſequitur, iudexque ſecularis ex ſuo officio procedere poteſt ac debet ad puniendum laicum ſibi ſubditum, tale præſertim ac tantum committens delictum, quod exigit, vt pœnæ accumulentur, neque eccleſiaſticæ ſeculares impediant, aut è contrario: tametſi ſemper in tribunali, quod poſterius ad puniendum acceſſerit, habenda ſit ratio pœnæ iam antea in tribunali altero inflictæ, ob rationem formalem delicti, quam per ſe ad ipſum punire ſpectabat, quatenus circunſtantia adiuncta, aggrauanſque, erat rationis formalis, quam per ſe ad illud alterum tribunal punire attinebat. Hæc, tametſi non adeò explanata, habentur, cap. fælicis citato §. ſi quis verò.

Illo eodem capite à §. qua propter, Principibus cęteriſque poteſtatibus publicis, earumque miniſtris præcipitur, vt, quod in ipſis fuerit, ſeruari efficiant cõtenta omnia in eo capite aduerſus eos tranſgreſſores idque ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda poſt menſem computatũ à puncto, à quo tale delictum ad ipſorum notitiam peruenerit. Ea tamen excommunicatio ſummo Pontifici non reſeruatur. Ciuitas verò, præter Romanam vrbem, (neque enim Romana vrbs his pœnis ſubiacet) quæ cõſilium, auxilium, aut fauorem dederit committentibus id delictum, vel quæ intra menſem à die, qua id delictum eſſe commiſſum ad notitiam ipſius deuenerit, eos non punierit prout tale delictum poſtulat, & prout ea ciuitas potuerit, priuata eo ipſo manet ſede ac dignitate epiſcopali, ſi eam habebat, aut maiori dignitate, vt archiepiſcopali, aut patriarchali, ſubiectaque interdicto manet.

Hoc loco obſerua, Pium quintum motu proprio lato anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, extendiſſe pœnas huius capitis ad ſcientes nec reuelãtes, commiſſum aut committi velle, eiuſmodi delictum aduerſus Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, his verbis: *Itaque ſanctioni prædictæ de ſimili fratrum noſtrorum conſilio adijcientes, ſtatuimus, vt quiſquis, etiam à nudo conſilio, aut ſimplici fauore, aut animo à cæteris prædictis alienus, quempiam, aut horum adminiſtrorum, vel conſciorum coniurationis, ſiue conſpirationis, aut cõmiſſi, cõmittendi ve criminis in perſonam Cardinalis, illorum ve fautorum, receptorum, vel occultatorum, ſiue ex renunciatione ſibi protinus, vel per interpoſitam perſonam aut literas, facta, cognouerit, ſi ex ſcripturis, cætu, conatu, concurſu, inſidijs, alijs ve ſignis & indicijs, qualencumque ſcientiam habuerit, vel etiam adiecerit, qui ve horũ quicquam intellexerit, quantuncumque res alias occulta ſit, quam primum id Romano Pontifici, ſi in curia fuerit, ſin autem ordinario loci, vel ſi Cardinalis ipſe ordinarius extiterit, propinquiori Epiſcopo: & ſi crimen nondũ commiſſum fuerit, etiam ipſi Cardinali properet reuelare. Quicunque verò, etiam non ſubditus, & omnino ex-* A *traneus, defecerit, cuiuſque dignitatis fuerit, prædicto ſit excommunicationis laqueo innodatus, pariterque maieſtatis reus infamiæ, & omnes pœnas prædictas eo ipſo incurrat. Eadem nihilominus conſtitutione, quoad reliquas eius partes, ac cæteris omnibus ſanctionibus Canonicis & ciuilibus, ad talium coertionem editis, in ſuo robore duraturis. Porrò ſi quis ad ſanitatem reuertens, rem adhuc incognitam detexerit, omni noxa penitus liberetur. Cæterum loci ordinarius ſecreto curet caſum ad ſe delatum prædicto Pontifici primo quoque tempore nunciare, & interim rem omnem ab ſtirpe exquirere, & ſi neceſſitas tunc poſtulet, ſeculare quoque brachium adhibere.*

Clementina ſi quis ſuadente diabolo, de pœnis, excommunicantur ipſo facto excommunicatione B ſummo Pontifici, præter quàm in mortis articulo, reſeruata, quicunque quemuis pontificem (modò conſecratus iam ſit, etiam ſi renuntiauerit Epiſcopatui, aut Epiſcopus titularis ſit, neque ſufficit eſſe electum, quin neque poſſeſſionem Epiſcopatus obtinuiſſe, iuriſdictionemque habere, vt affirmant gloſſa ibidem, gloſſa item clement. dignũ de celebr. miſſar. Fel. & Nauar. in Manu. c. 27. in calce nu. 67.) iniurioſè vel temere (ſecus ſi licitè in ſui defenſionẽ) percuſſerit, aut ceperit, vel bannierit, hoc eſt, proſcripſerit, ita vt ſola proſcriptio, vt egrediatur, vel procul agat ab aliquo loco, ſufficiat ad hanc incurrendam excommunicationem, eſto manus in illum non inijciantur. Excommunicantur præterea eodem excommunicationis genere quicunque aliquid C trium prædictorum mandauerint, aut factum ipſorum nomine, ratum poſtea habuerint, vel ſocij fuerint facientis, vel conſilium aut fauorem ad id dederint, aut ſcienter poſt delictum commiſſum defenderint facientem. Propter has tamen poſteriores actiones, eo quòd adiungantur tanquam acceſſoriæ illorum trium priorum, non incurritur excommunicatio, niſi quando aliqua trium priorum, cuius fuerint concauſæ, aut vt tales reputentur, mandata fuerit exequutioni. Excommunicatio autem hæc hodie eſt de cœna Domini, magis aliquantulum extenſa, vt ſubijciemus.

Interim dum, qui tale crimen commiſerit, non abſoluitur, per omnes eccleſias loci, in quo tale facinus commiſit, & ciuitatum ac diœceſum vicinarum, D quibuslibet diebus dominicis ac feſtiuis pronunciatur ac denunciatur excommunicatus, pulſatis campanis ac accenſis candelis. Atque antequam abſoluatur, ſufficienter ac idoneè cauere debet, quòd imponendæ pœnitentiæ parebit, & quòd, Domino auxiliante, illam implebit, vt hæc omnia circa præcedentem excommunicationem ob ſacrilegiũ in Cardinalem ſanctæ eccleſiæ Romanę cõmiſſum explanata ſunt. Ita habetur ibidem §. & quia eo.

Qui in hoc delictum in hancque excommunicationem incidit, amittit ipſo facto eccleſiæ, cui præerat talis Epiſcopus, quicquid ex eadem eccleſia locatum, in emphyteuſim, aut feudum, vel quouis alio modo habebat, atque adeò amittit quodcunque E officium, aut beneficium, tam ſpirituale, quàm temporale, quod eiuſdem eccleſiæ habebat. Filij item ac nepotes illius per lineam maſculinam redduntur ipſo facto inhabiles, abſque ſpe diſpenſationis ad obtinenda eccleſiaſtica beneficia in ciuitate ac diœceſi, cui talis Epiſcopatus pręerat. Non tamen priuantur ob hoc delictum iam obtentis, vt bene ibi notat gloſſa. Terra item committentis id delictum, modò vltra vnam diœceſim non contineat, ſubiacet vſque ad condignam ſatisfactionem eccleſiaſtico interdicto. Quòd ſi multas diœceſes contineat, tunc diœceſis domicilij principalis eius, qui ita deliquit, atque ea, in qua tale delictum commiſit, ſi diuerſæ ſint, ac ſit ita delinquẽtis, duæque aliæ, quæ ſint eiuſdem de lin-

ſinquentis, & quæ eidem loco, in quo delictum fuit A
commiſſum, ſint magis vicinæ, ſubiacent etiam eccleſiaſtico interdicto. Item quicunque locus, in quo Epiſcopus captus detinebitur, interim dũ illius per ſeuerauerit detentio, eccleſiaſtico ſimiliter ſubiacet interdicto, cuiuſcunque ſit is locus. Hæc omnia habentur ibid. à §. à feudis.

Quòd ſi ciuitas fuerit, quæ aliquid prædictorum delictorum in ſuum Epiſcopum commiſerit, tunc interdicto ſubiacet, donec competenter ſatisfaciat. Item poteſtas, aduocatus, & cæteri officiales publici eius ciuitatis, qui culpabiles extiterint, ſaltem id non impediendo, cum poſſent, ſunt ipſo facto excõ municati eodem excommunicationis genere. Ita habetur ibid. §. ciuitas.

8 In extrauag. vnica, quę incipit ſuper gẽtes, de cõ B
ſuetudine inter communes, excommunicantur ipſo facto quicunque, cuiuſcunque conditionis ac pręeminentiæ fuerint, qui impedierint legatos aut nuncios Sedis Apoſtolicæ, ne terras ipſorum ingrediantur aut ne ibi ea efficiant ac exequantur, ad quæ ab Apoſtolica Sede deſtinati ſunt. Hæc tamen excommunicatio vi illius extrauagantis reſeruata non eſt ſummo Pontifici. Ibidem etiam ſtatuitur, vt Regnum, aut terra, in qua tale delictum fuerit commiſſum, eo ipſo ſubiaceat eccleſiaſtico interdicto, interim dum ea perſeuerauerit contumacia.

9 Hodie verò de cęna Domini ſunt excommunicati enumerati omnes tota hac diſputatione, pręter publicas poteſtates, quæ intra menſem exequi non curant pęnas capitis fœlicis. Sic enim clauſula 11 C
Bullæ cęnæ Domini habet: *Item excommunicamus & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, uulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, aut hoſtiliter inſequentes Cardinales Sanctæ Romanæ eccleſiæ, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos, aut nuncios Sedis Apoſtolicæ, & qui eos eijciunt de ſuis diœceſibus, territorijs, terris, aut dominijs, eaque mandantes, uel rata habentes, aut auxilium, conſilium, uel fauorem præſtantes.*

Circa hanc clauſulam primò obſerua, hoſtiliter inſequentes pontifices, ſi eos non contingant, nec banniant, non incurrere excommunicationem clementinæ ſi quis ſuadente diabolo de pęnis, vt ex ſupradictis conſtat: incurrere tamen excommunicationem huius clauſulæ. Item, qui ſolo mandato eij D
ciunt pontifices, eos non banniendo, non incurrere illam excommunicationem, & ſimiliter, qui ſolo mandato, aut minis, abſque hoſtili inſequutione, eijciunt Cardinales, non incurrere excommunicationem capitis fęlicis, hanc tamen hos omnes excommunicationem incurrere. Item, qui legatos aut nuncios ſedis Apoſtolicę percutiunt, non prohibendo illos miniſterium ſuum exequi, ſed in vindictam dum recedunt; aut inibi commorantur, eos percutiendo, non incurrere excommunicationem extrauagantis citatæ: incurrere tamen hanc excommunicationem bullæ cęnæ Domini. Quo fit, vt latior ſit hæc excommunicatio, multo plures cõprehendens, quàm ſint illæ aliæ relatæ. Qui autem nomine pon- E
tificum intelligendi ſint ad hanc excommunicationem incurrendam, ſupra circa clementinam ſi quis ſuadente diabolo de pænis explanatum fuit.

Secũdò obſerua, ſi quis abſque peccato aliquem prædictorum percuteret, vt ſe ipſum cum moderamine inculpatæ tutelæ defendendo, aut alia ratione abſque peccato, tunc neque hanc excommunicationem neque aliquam aliam pęnam ea de cauſa incurreret, vt eſt notiſſimum: quoniam vbi nulla interuenit culpa, non poteſt pœna locum habere.

Tertiò obſerua, cum actiones illæ, mandare, ratum habere, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare, tãquam acceſſoriæ ad illas alias ſub ea excommunicationis pœna prohibeantur, neceſſe eſſe, vt aliqua alia principalium exequutioni mandetur, cuius acceſſoriæ ſint concauſæ, aut vt concauſæ reputentur, vt propter has acceſſorias actiones ea excommunicationis pœna incurratur.

DISPVT. 66.

Propter quas alias manuum violentarum in quoſdam alios iniectiones excõmunicatio cęnæ Domini incurratur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicantur omnes illi, qui illos, qui ad Sedem Apoſtolicam ueniunt, & inde recedunt, ſua uel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt.*

2 *Mandans, ſubſecuta aliqua principalium actionum, quæ prædictę ſunt, incurrit etiam hanc excommunicationem: non uerò conſulens, aut aliquo modo ad illam cooperans.*

3 *Excommunicantur etiam omnes interficientes, uulnerantes, mutilantes, detinentes peregrinos ad urbem cauſa deuotionis accedentes, & in ea commorantes, uel ab ea recedentes, & in his auxilium, conſilium, uel fauorem dantes; quæ ſententia latius etiam examinatur.*

4 *Excommunicantur etiam omnes, qui, per ſe vel per alios, perſonas eccleſiaſticas quaſcumque, vel ſæculares ad Romanam curiam ſuper cauſis, & negotijs recurrentes, & illa in eadem curia perſequentes aut procurantes, negotiorumq; geſtores, aduocatos, occidunt, vel aliquo modo lædunt, vel ad id aliquo modo cooperantur.*

Clauſula 9. Bullæ cęnæ Domini ſic hodie habet: *Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem ſua uel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, aut detinent. Nec non omnes illos, qui iuriſdictionem ordinariam, uel delegatam, à nobis, uel à noſtris iudicibus, non habentes, illam ſibi temere uendicantes, ſimilia contra morantes in eadem curia audent patrare.* 1

Circa hanc autem clauſulam obſerua primò, mãdantem, ſubſequuta aliqua actionum principaliũ, quæ in ea clauſula continentur; incurrere hanc excommunicationem: mandantem quippe comprehendit ea clauſula illis verbis: *ſua vel aliorum opera.* Qui autem conſilium ad aliquam actionum principalium, quæ in ea clauſula cõtinentur, daret; aut aliquo alio modo ad illam cooperaretur, etiam ſi talis actio principalis exequutioni mandaretur, non incurreret hanc excommunicationẽ. Niſi dicas, conſulentem, aut aliquo alio modo cooperantem alterius opera id efficere, ad quod conſilium dedit, aut aliquo alio modo verè eſt cooperatus. Obſerua tamen, ſolùm eum dici propriè facere alterius opera, qui fieri mandauerit: atque in pænis benigniorẽ magiſque propriam interpretationem eſſe amplectendam. Quondam etiam in ea clauſula non habebantur verba illa; *ſua uel aliorum opera;* & in fine clauſulæ hæc verba addebãtur; *& eos, qui talia fieri mandant:* vnde ſolus mandans tunc incurrebat hanc excommunicationem, non verò, qui aliter ad actiones illas principales cooperabantur: quare idem credendum eſt eſſe hodie. 2

Obſerua ſecundò, in hac excommunicatione eſſe ſermonem de venientibus ad ſedem Apoſtolicã, aut

aut ad curiam, & de commorantibus in ea, vbicunque ſedes Apoſtolica ac curia ſummi Pontificis ſit, & de venientibus aut commorantibus in illa, ratione illius ac propter aliquid in illa: non verò de venientibus ad locum, vbi illa eſt, aliqua alia de cauſa, vt bene notant Caiet. verb. excommun. cap. 14. & Nauar. in Manu. ca. 27. num. 65. quare, qui aliquam prædictarum actionum exercet in venientem quidem in locum, vbi eſt Sedes apoſtolica ac curia ſummi Pontificis, non tamen venientem gratia illius, & propter aliquid in illa, non incurreret hanc excommunicationem.

Tertiò circa poſteriorem partem clauſulæ obſerua; quòd qui in curia ſummi Pontificis non temere ſibi vendicaret iuriſdictionem ordinariam aut delegatam, & tanquam exercens eam iuriſdictionẽ, aliquam prædictarum actionum exerceret in commorantes in eadem curia, quamuis indebitè ac cum lethali peccato illas exerceret, non incurreret hanc excommunicationem: quoniam illi, dum intuitu exequendi ſuum munus aliquid eorum exercent, exempti per illa verba videntur à pœna huius excommunicationis.

Quartò obſerua, verbum illud, *ſpoliant*, non ſignificare clam ſurripere, ſed per vim: eaque de cauſa fures, qui clam aliquid furantur ab accedentibus, recedentibus, aut commorantibus in curia ſummi Pontificis, non incidunt in hanc excommunicationem.

Quintò obſerua, ex ignorantia probabili, quòd is, in quem exercetur aliqua actionum in hac clauſula contentarum, de numero eorum ſit, qui modo explicato accedunt, recedunt, aut commorantur in curia ſummi Pontificis, excuſabitur ab hac excommunicatione, qui eam actionem in illum exercuerit.

Quondam in hac clauſula apponebantur verba; *ex propoſito deliberato*; circa quæ Caiet. & Nauar. probè aliqua adnotarunt. Quia tamen hodie non apponuntur, non eſt cur circa illa immoremur.

3 Clauſula 10. eiuſdem bullæ ſic hodie habet: *Item excommunicamus & anathematizamus omnes interficientes, mutilãtes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprędãtes romipetas, ſeu peregrinos, ad vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis, accedentes, & in ea cõmorantes, vel ab ipſa recedentes: & in his dantes auxilium, conſilium, vel fauorem.*

Circa hanc clauſulam primò obſerua: Has tres vltimas actiones, nempe dare auxilium, conſilium, vel fauorem, acceſſorias eſſe comparatione illarum aliarum quinque priorum, quæ ſunt principales: eaque de cauſa, vt propter has tres poſteriores actiones excommunicatio hæc incurratur, neceſſe eſſe, vt aliqua quinque priorum exequutioni mandetur, & quòd illius hæ ſint concauſæ.

Secundò obſerua. Inter romipetas, & peregrinos ad vrbem, deuotionis cauſa, hoc ſolum eſſe diſcrimen, vt Caiet. verb. excommun. c. 13. & alij obſeruant. Quòd Romanus ciuis, qui eſt extra vrbem, & ad eam deuotionis cauſa reuertitur, videlicet vt in ea ſit tempore Iubilęi, aut alia ſimili de cauſa, quamuis non dicatur peregrinus quatenus Romam accedit, eo quòd in domum ſuam in ſuumque proprium domicilium accedat; dici tamen romipetam deuotionis cauſa: eaque ratione, ſi quis in illum aliquam actionem ex ijs, quæ in hac bulla continentur, exerceat, excommunicationem hanc incurrit. Accedere autem Romam peregrinationis ac deuotionis cauſa, in nullo differunt, vt bene Caiet. ibidem notat: quoniam peregrinari, non aliud eſt, quàm accedere ad aliquem locum deuotionis cauſa.

Qui aliquam actionum in hac clauſula contentarum, in peregrinum Hieroſolymam, aut alium piũ locum, qui Roma non ſit, petentem, non incurrit hanc excommunicationem, vt eſt notiſſimum. Item

A qui aliquam earum actionum exercet in peregrinum Romam petentẽ, ſed antequam peregrinationem incipiat, aut poſtquam illam abſoluit, non etiã incurrit hanc excommunicationem: quoniam requiritur vt exerceatur in illum interim dum, tanquam peregrinus, it Romam, reuertitur Roma, vel Romę commoratur. Qui item exercet aliquam earum actionem in habitantem Romæ, eſto habitet ibi cauſa deuotionis, non incurrit hanc excommunicationem. Si quis item ignorans eum, in quem aliquam earum actionum exercet, romipetam, aut peregrinum in vrbem, deuotionis cauſa eſſe, illam exerceat non incurrere hanc excommunicationem.

Clauſula 12. eiuſdem bullæ ſic habet: *Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per* 4
B *ſe vel per alias perſonas eccleſiaſticas quaſcunque, vel ſeculares, ad Romanam curiam ſuper cauſis & negotijs recurrentes, ac illa in eadem curia perſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos, procuratores, & agentes, ſeu etiam auditores, vel iudices, ſuper dictis cauſis vel negotijs deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi, occidunt, ſeu quocunque modo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe vel per alios, directè vel indirectè, delicta eiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque præeminentiæ & dignitatis fuerint.*

Obſerua, vt hæc excommunicatio incurratur, neceſſe eſſe, vt aliquid prædictorum occaſione cauſarum vel negotiorum fiat: ſi enim quacunque alia de
C cauſa fiat, ea excommunicatio non incurritur. Obſerua deinde, mandatorem ſignificari illis verbis; *uel per alios, directè uel indirectè.* Actiones autem illas, procurare, auxilium, conſilium, vel fauorem pręſtare, vnà cum mandato, videri actiones acceſſorias ac proinde illis non incurri excommunicationem, niſi aliqua alia cæterarum interueniat, cuius hæ ſint concauſæ.

DISPVT. 67.

De irregularitate in genere homicidium ac mutilationem.

D
SVMMARIVM.

1 *Quid ſit irregularitas.*
2 *Irregularitas non incurritur ob nullam aliam percuſſionem, quàm ob homicidium ac mutilationem.*
3 *Vt irregularitas incurratur, neceſſe eſt mortem aut mutilationem actu completo eſſe ſecutam.*
4 *Requiritur etiam, ut mutilator uel occiſor id fecerit poſt ſuum baptiſmum.*
5 *Qui per abortum aut aliqua alia ratione cauſa eſt, ut fœtus, poſtquam rationali anima eſt animatus, intereat, fit irregularis.*
6 *Si non conſtet an fœtus eſſet animatus rationali anima, uel non habendus eſſet tanquam irregularis, qui*
E *cauſa fuiſſet abortus. Non incurritur irregularitas niſi in euentu expreſsè iure expreſſo.*
7 *Excommunicatio item non incurritur, niſi ſit expreſsè enodatum, facienti talem ſpeciem actus impoſitam eſſe pęnam excommunicationis.*
8 *Non ſolùm alium illicitè mutilans irregularitatem incurrit, ſed etiam ſe ipſum illicitè mutilans.*

Conſequenter eſt dicendum de irregularitate, quæ ob homicidium aut mutilationẽ incurritur. Quia verò irregularitas propriè non eſt pœna, ſed canonicũ impedimentum (hoc eſt, de iure canonico introductum) ad ordines ſuſcipiendos, atque ad actus illorum exercendos; 1

cẽdos: incurriturque ob homicidium ac mutilationem, non ſolùm quando hęc illicitè fiunt, ſed etiam ſæpe quando fiunt licitè; eo quòd indecens ſit, non ſolum eum, qui iniuſtè occidit, aut mutilat, accedere ad altare, ſed etiam eum, qui abſque peccato hæc eadem efficit, vt Diſput. 8. explanatum fuit; tametſi maior ſit indecentia, multoque grauior, fædior, difficiliorque, vt in ea diſpenſetur, ſit irregularitas, quæ ex illis contrahitur, quando fiunt illicitè, quàm quãdo fiunt licitè & abſque peccato: dicemus de irregularitate, quæ ex quocunque homicidio, etiam minus propriè dicto, quale eſt illud, quod fit licitè & abſque peccato, & ex quacunque mutilatione, proueniat.

2 Illud verò eſt hoc loco obſeruandum. Ob nullam aliam percuſſionẽ incurri irregularitatem, quã ob homicidium ac mutilationem: eo quòd nullibi in iure ſit expreſſum, propter aliam percuſſionem incurri: irregularitas verò non incurratur, niſi in caſibus iure expreſſis, vt colligitur ex c. is qui, de ſent. excommun. lib. 6. Ob mutilationem autem ſicut & propter homicidium, incurri irregularitatem, affirmat communis doctorum ſententia, colligiturque ex clement. ſi furioſus, de homicidio, ex capit. 1. de cler. pug. in duello, ex c. in archiepiſcopatu de raptoribus ex cap. clericis, ne cler. vel monachi, & ex alijs iuribus. Porrò in iure, quando de irregularitate agitur, aut de proteſtatione requiſita, vt in aliquibus euentibus, eſto mors aut mutilatio ſequatur, irregularitas non incurratur, mors & mutilatio nuncupãtur ſanguinis effuſio, quamuis ſanguis non effundatur, vt quando aliquis extrangulatur, aut veneno interficitur, abſque vlla ſanguinis effuſione: è contrario etiam, nomine ſanguinis effuſionis intelligitur ſola mors ac mutilatio, non verò vulnus, aut quæuis alia percuſſio, ex quibus abſque morte ac mutilatione multum ſanguinis effunditur. Ita loquuntur cap. in archiepiſcopatu, & cap. clericis proximè citata, c. 2. de homic. lib. 6. & multa alia iura, vt patet illa intuenti. Hic verò loquendi modus ortum habuiſſe uidetur ex illo, quod, vt habetur. 1. Paralip. 22. dixit Dominus ad Dauid: *Non ædificabis mihi templum quia multum ſanguinis effudiſti.* hæc quippe irregularitas ob mortem ac mutilationem inſtar indecentiæ illius eſt ſtatuta, quam Dauid habuit ad templum Domino ædificandum.

3 Vt verò hæc irregularitas incurratur, neceſſe eſt mortem, aut mutilationem, re ipſa, actuque completo, eſſe ſequutam. Vnde, qui vulnus lethale inflixit, aliamve cauſam ſufficientem mortis aut mutilationis dedit, non prius irregularitatem incurrit, quã mors aut mutilatio inde ſequatur: vſque adeò, vt ſi, qui eam cauſam efficacem mortis aut mutilationis accepit, miraculosè mortem ac mutilationem euaderet, qui eam cauſam dedit, irregularitatem non incurreret.

4 Requiritur præterea, vt mutilator aut occiſor id fecerit poſt ſuum baptiſmum: ſi enim ante ſuum baptiſmum id fecerit, irregularitatem non incurrit, vt expreſsè habetur c. ſi quis viduam. 50. diſt. Et quãuis aliqui exiſtimauerint, caput illud eſſe intelligendum ſolùm, quando mutilatio aut occiſio facta fuit cum peccato; eo quòd peccata, & reliquiæ peccatorum, per baptiſmum deleantur: non verò quando ſine peccato ante baptiſmum quis mutilauit aut interfecit, vt ſi iudex ante ſuum baptiſmum damnauit aliquem iuſtè ad mortem, aut ad membri abſciſſionem, idque exequutioni fuit mandatum; nihilominus eſt dicendum, caput illud vniuerſim loqui, vniuerſimque eſſe intelligendum, vt affirmant gloſſa in ſumma 51. diſt. Panorm. cap. gaudemus. de diuort. num. 16. Nauar. in Man. cap. 27. num. 209. & alij, quos Nauar. citat. Bigamus verò ante baptiſ-
A mum, ſuſcepto baptiſmo manet nihilominus ex tali bigamia irregularis, vt habetur, cap. ſi quis viduam citato. Quoniam eo ipſo, quòd quis legitimè contraxit cum multis, aut cum non virgine, vel cognouit propriam vxorem ab altero carnaliter cognitã, idoneus non eſt ad repræſentãdam cõiunctionem Chriſti cum eccleſia. Et quoniam eccleſia ſtatuere voluit, vt bigamia propter illam rationem eſſet impedimentum, etiam ſi contracta eſſet ante baptiſmum, non verò mutilatio ac homicidium.

Ad hoc autem vt quis irregularitatem, de qua loquimur, incurrat, ſatis eſt, ſi poſt ſuum baptiſmum interficiat, aut mutilet, quemcunque alium hominẽ nulla omnino facta diſtinctione, quiſnam ille homo ſit: tametſi ex modo interfectionis, aut mutilatio-
B nis, interdum ab hac irregularitate excuſetur, vt ex dicendis patebit. Vnde eſto quis interficiat paganum, aut ſaracenũ, hanc contrahit irregularitatem, vt conſtat, c. clericum, 50. diſt. Et qui per abortum,
aut aliqua alia ratione, cauſa eſt, vt fætus, poſtquam 5
rationali anima eſt animatus, intereat, irregularis efficitur. Animatur uerò fœtus rationali animo quadrageſimo die à conceptionis die, ſi ſit maſculus, & die octogeſimo, ſi ſit fæmina, vt cum gloſſa vlt. in ſumma diſt. 5. cum gloſſa clement. 1. de ſumma Trinit. & fide cath. verb. ſimul. & cum communi ſententia diximus ſupra Diſput. 27. Qui tamen amputaret caput cadaueri, aut illud tranſigeret in corde, eſto crederet eſſe hominẽ viuum, & qui cauſa fuiſſet abortus antequã fætus rationali animo eſſet ani-
C matus, quia verè nec interficeret nec mutilaret hominem, irregularitatem non incurret.

In dubio autem, an fætus eſſet iam animatus ra- 6
tionali animo, vel non, habendus eſſet tanquam irregularis, qui cauſa fuiſſet eius abortus, atque vt talis abſtinere teneretur à ſuſceptione ordinum, & ab actuum ordinum exequutione, interim dum diſpenſationem non obtineret, iuxta c. ad audientiam, & c. ſignificaſti. 2. de homici. Licet enim quando ex iure non conſtat, impoſitam eſſe irregularitatem in aliquo euentu, quia in iure non comperitur expreſsè ſtatuta pro eo euentu, vt pro percuſſione abſque interfectione ac mutilatione, pro effuſione ſanguinis aut ſeminis in eccleſia, ſtatuta non comperitur, dicendum ſit, in eo euentu, non incurri irregularita-
D tem, id quod perſpicuè definitur c. is qui, de ſent. ex commu. vt ſuprà dictum eſt; quando tamen ex iure conſtat, ſtatutam eſſe irregularitatem pro aliquo actu, vt pro homicidio ac mutilatione conſtat eſſe ſtatutam; & dubiũ eſt, num aliquis aliquo ſuo actu occiderit, aut mutilauerit, tunc in eo dubio habendus eſt is pro irregulari, & vt talis ſe abſtinere tenetur à ſuſcipiẽdis ordinibus, & ab exequutione actuũ ordinum ſuſceptorum, & hoc eſt, quod definitur ac habetur c. ad audientiam, & c. ſignificaſti 2. citatis. Atque ita egregiè conciliat ea iura Couar. clem. ſi furioſus, par. 1. in initio. nu. 3. aduerſus Ioan. And. & pleroſque alios, quos citat, qui cenſuerunt c. is qui. intelligendum eſſe in foro exteriori, & non in
E foro conſcientię. caput verò ad audientiam, & c. ſignificaſti 2. intelligenda eſſe, non in foro exteriori, ſed in foro conſcientiæ: quam ſententiam Ioannis Andreæ ac communem reprobat etiam Nauar. c. 4. quod incipit, ſi quis eum, de pœn. diſt. 7. rem copiosè diſputans à nu. 35. iuncto 34. antecedente, & tam ipſe quàm Couar. rectè cenſent, omnia illa iura tam in conſcientiæ quàm in exteriori foro eſſe intelligenda, ſed explicanda eſſe modo cum Couarruuia, qui magis perſpicuè loquitur, à nobis explicato. Ac fortaſſe Nauar. tam loco citato, quàm lib. 5. conſil. titu. 9. de homicidio, conſilio 11. nume. 3. & conſil. 12. nume. 2. ſecum non pugnat, dum ait, iudicem non debere iudicare aliquem irregularem in dubio

quo ad forū exterius; licèt ipſe, de quo eſt dubium, an actum fecerit, propter quem ſit irregularis, ſe debeat iudicare irregularem. Velle enim videtur, etiam in exteriori foro pronunciandum eſſe, ſe debere gerere ac reputare ac ſi verè ſit irregularis, ad effectum vt diſpenſationem quærat, quam facilius multo conſequetur, quam ſi conſtaret eum verè eſſe irregularem, & ad effectum, vt ab ijs abſtineat, à quibus abſtinere tenentur, qui verè ſunt irregulares, atque etiam ad effectum, vt, ſi non abſtineat, pro eo vero delicto tunc iam in eo, quòd non abſtinet, commiſſo, competenter in exteriori foro puniatur: non verò in exteriori foro poterit pronunciari, eum verè eſſe irregularē delictumque commiſiſſe, ob quod irregularitatem incurrerit, ita vt pro illo pœna ordinaria eius delicti poſſit puniri: quoniam ad id neceſſaria eſt perſpicua talis delicti probatio: vnde, ſi beneficia eccleſiaſtica obtinebat, ob id dubium, an eā irregularitatem incurrerit, non poterit eis priuari, neque æquitas patitur, vt eis priuetur. Itaque aliud eſt, ipſum ſe debere gerere vt irregularem ad effectum, vt ab ijs abſtineat, à quibus abſtinere ſub reatu culpæ tenentur irregulares, & talem in foro exteriori ad eum effectum eſſe reputandum ac pronunciandum: quoniam in ijs, ex quibus culpa imminet, periculumque animæ, tutior pars in dubio eſt eligenda: aliud verò longè diuerſum eſt, pronunciandum in foro exteriori eſſe, eum verè eſſe irregularem, atque, ſi ea irregularitas ob delictum incurreretur, pronunciandum eſſe, verè illum id delictum commiſiſſe, punirive poſſe pœna illius delicti, aut ſpoliari debere ijs, quæ ſine delicto poſſunt ab irregularibus retineri, interim dum non pronunciantur irregulares, & vt tales eis ſpoliantur: quæ ſanè multum aliena eſſent à recta ratione, & ab alijs iuris diſpoſitionibus. Quòd ſi Nauarrus aliquid aliud voluit, ſanè nec ſibi conſtat, nec nobis probatur eius ſententia.

7 Quod de irregularitate eſt dictum, ſimili modo eſt dicendum de excommunicatione, & de alijs cenſuris. Nempe, ſi in iure non eſt ſufficienter expreſſum, atque adeò certum, facienti talem ſpeciem actus impoſitam eſſe pœnā excommunicationis, aut alterius cenſuræ, cenſendum eſſe, eum, qui talem actum fecerit, non eſſe excommunicatum, aut non incurriſſe aliam cenſuram. Si verò in iure ſit expreſſum, atque adeò ex iure certum, excommunicationem, aut aliam cenſuram, impoſitam in pœnam eſſe facienti aut omittenti actum alicuius ſpeciei: dubiū autem ſit, num, quod fecit aut omiſit Petrus, ſit id, pro quo eſt impoſita pœna ea excommunicationis, aut alterius cenſuræ, aut num Petrus fecerit aut omiſerit id, pro quo ea pœna eſt impoſita, habendum in conſcientiæ atque in exteriori foro eſſe, ac ſi eſſet excommunicatus, vel ac ſi aliam cenſuram, in pœnam impoſitam, incurriſſet, ad effectum, vt obtinere debeat abſolutionem ab ea cenſura, & vt abſtinere ab ijs teneatur, à quibus abſtinere tenentur, qui innodati ſunt ea cenſura, & vt reputandus ſit incurriſſe pœnam vlterius impoſitam non abſtinentibus ab ijs, à quibus abſtinere tenētur, qui innodati ſunt ea cenſura, vt incurriſſe irregularitatem, ſi celebret: ita in dubio an excommunicationem aut ſuſpenſionem incurrerit, & vt priuari iam tunc beneficijs, quæ obtinebat, meritò poſſit: quia in dubio, an aliquid fiat cum peccato & detrimento ſpirituali animæ, tutior pars eſt eligenda; veraque culpa eſt, pœna digna, non abſtinere ab ijs, quæ, ob dubium, exerceri abſque culpa non poſſunt. In dubio tamen non poſſet pronunciari in foro exteriori incurriſſe verè excommunicationem, aut aliam cenſuram in pœnam, & multo minus puniri poſſet pœna pecuniaria, aut alia, ſimul impoſita efficientibus aut omit-

A tentibus id, pro quo eſt impoſita talis cenſura: quoniam ad hæc integra ac perſpicua delicti probatio eſt neceſſaria.

Non ſolùm, qui alium illicitè mutilat, irregularitatem incurrit, ſed etiam is illam incurrit, qui ſe ipſum illicitè mutilat. Imò verò, qui illicitè ſibi partem membri abſcindit, vt digiti partem, irregularitatem incurrit: cum tamen irregularitatem non incurreret, ſi ſolam membri partem ab alio illicitè abſcinderet; eo quòd id non ſit mutilatio. In pœnam quippe ac odium delicti, quo quis, vel ira, vel ſub ſpecie boni, in ſe ipſum eſt eo modo crudelis, voluit ius, vt qui illicitè ſibi partē membri abſcinderet, irregularitatem incurreret. Ita habetur. c. partem 55. diſt.

B

DISPVT. 68.

Quid mutilationis nomine ſit intelligendum, vt mutilans irregularitatem incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Quid nomine mutilationis ad effectum irregularitatem incurrendi intelligendum.*

C VT intelligatur quando ob mutilationem illicitam, aut etiam interdum ob licitam, iuxta ea quæ in ſequentibus explicanda ſunt, irregularitas incurratur, hac diſputatione erit examinandum, quid nomine mutilationis intelligatur: ſequenti verò, quid membri nomine intelligatur.

Panorm. c. cum illorum, de ſent. excommu. nu. 8. Sylueſt. verb. homic. 3. q. 3. pronunc. 3. Ang. verb. homic. 5. §. 5. & quidam alij affirmant, ad effectum incurrēdi irregularitatem, nomine mutilationis intelligi, nō ſolam membri abſciſſionem perfectam, ſed etiam talem membri debilitationem, vt ex eo qui deinceps munus ſuum non poſſit. Vt quando aliquis mancus manet vel claudus. Imò verò affirmant, hoc ſecūdum eſſe propriè mutilationem: primum verò non eſſe propriè mutilationem, ſed detruncationem.
D Suam verò ſententiam confirmant, quoniam in clem. ſi furioſus, de homic. Vtrumque verbum ponitur, nempe detruncet, mutilet, vel occidat. Eam item confirmant ex c. quicunque percutit. 23. quæſtio. 8. quo in loco de debilitatione eſt ſermo.

Contraria verò ſententia eſt communis omninoque amplectēda, nomine videlicet mutilationis, ſolam detruncationem omnimodamque membri abſciſſionem intelligi: neque incurrere irregularitatem, qui mēbrum debilitat ſolum, inutileque omnino reddit ad ſuum munus exequendum. vnde, qui claudum aut mancum aliquem efficit, abſque membri detruncatione, & qui cæcum aliquem effi-
E cit, non eruendo illi oculum, non incurrit irregularitatem. Ita affirmant idem Panor. c. 1. qui cler. vel vouen. nu. 9. & c. accuſaſti. de accuſationib. in fine, Sotus 5. de iuſt. q. 2. art. 1. Nauar. in Man. cap. 27. num. 207. Couar. clement. ſi furioſus. par. 3. in initio. nume. vlt. communiſque ſententia, quam referunt. Probari autem poteſt. Primò, quoniam falſum eſt, in clementina ſi furioſus apponi verbum detruncet: ſolùm quippe ponitur verbum mutilet, quod propriè ſolam membri detruncationem ſignificat. Caput autem, quicunque percutit, licèt mentionem faciat de debilitatione membri, non eſt tamen in eo ſermo de irregularitate, quę propter eam membri debilitationem incurratur, vt liquet illud caput

caput intuenti. Secundo, quoniam membrum debilitatum eſt pars animalis, in eo viuens, atque adeò membrum ad ornatum inſeruiens: neque eſt vllum ius, quod exprimat, eum, qui membrum alteri debilitet, irregularitatem incurrere, ſed iura de ſola occiſione, ac detruncatione, ſeu mutilatione, loquuntur, vt patet. c. in archiepiſcopatu. de raptoribus c. clericis. cleric. vel monach. & alijs iuribus: quare, cum irregularitas non incurratur niſi in caſu à iure expreſſo, vt diſputatione præcedente dictum eſt: & in pœnis ac odioſis, de quorum numero eſt irregularitas, benignior iuris interpretatio ſit amplectenda: conſequens profectò eſt, vt dicendum non ſit, ob ſolam membri debilitationem irregularitatem eum incurrere, qui illam in alio efficit.

DISPVT. 69.

Membri nomine quid intelligatur, vt illud alteri abſcindens, mutilare eum dicatur, irregularitatemque incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Quid membri nomine comprehendatur ex ſententia aliorum.*
2 *Digitus neque dens propriè membrum ſunt neque quæuis alia pars coadiuuans ſolùm ad principalem actū ad quem membrum ordinatur.*
3 *Sententia hæc tamen à nonnullis limitatur.*
4 *Secunda opinio varijs argumentis probatur.*
5 *Vitiatus corpore eſſe poterit irregularis abſciſſa ſola parte membri, propter ineptitudinem & indecentiam, quam eo ipſo habet ad celebrandum, cum tamen id nō ſit ſufficiens, vt qui illam abſcindit, mutilator dicatur, irregularitatemque incurrat.*
6 *Feminæ mamillam abſcindens, ea quod membrum eſt, irregularis efficitur.*

1 Caiet. 2. 2. q. 65. art. 1. & Sotus. 5. de iuſt. q. 2. art. 1. in ea ſunt ſententia, vt in re propoſita dicant, nomine membri non ſolùm eſſe intelligendam partem corporis integram ac principalem habētem aliquod munus, ad quod adiuuatur partialibus alijs partibus, ex quibus conſtat, vt manum, qua palpamus, diuerſaque efficimus tanquam principali ad operandum inſtrumento; pedem, quo vtimur ad ambulandum, oculum, quo vtimur ad videndum, linguam, qua guſtamus, &c. Sed ſingulas alias corporis partes, quæ ad id munus cooperantur, & ſine quibus effici commodè nequit. Vnde, inquit Caietanus, quamuis integrum ac totale membrū generationi inſeruiens ſint teſticuli vnà cum membro genitali, teſticulique ſolùm cooperentur ad generationem, vnumquemque tamen eorum cēſeri membrum, eaque de cauſa, qui illum erueret, incurreret irregularitatem. De digitis autem, quod ſinguli ſint membra, ait Caietanus minus eſſe dubitandum: eo quòd peculiare munus habeant, quod eis exercetur, & non manu, vt pulſare citharam. Quo fit, inquiunt ipſe & Sotus, vt ſi quis alteri digitū abſcindat, irregularitatem incurrat. Si verò, inquiunt, vnus alteri ſolam partem digiti abſcindit, vt articulum vnum, non incurret irregularitatem: quoniam pars digiti non eſt membrū & quoniam, vt Sotus ait, pro nihilo reputatur.

2 Contraria tamen ſententia eſt communis ac amplectenda. Nempe (vt interim omittams, quæ in corpore humano ſolùm aut præcipuè ad ornatum pertinent, vt ſunt barba, cæterique capilli, de quibus cōſtat membra non eſſe) ex partibus, quæ propriè corpus, humanum integrāt ac componunt, neque digitum eſſe propriè ac preſsè membrum, neque partē quamuis aliā coadiuuantem ſolum ad principalem actum, ad quem membrum ordinatur, eſſe ſimiliter propriè ac preſsè membrum; tametſi eiuſmodi partes minus præcipuæ ſua habeant peculiaria officia, ac peculiarem coadiuuandi aut cooperandi modū. Quo fit, vt multo minus articulus ſit membrum, neque dens, qui adiuuat ad ſcindendum, aut ad terendum cibum, neque cartilago aurium, palpebræ, & aliæ ſimiles veræ corporis partes ſint membra quæ ornatum, cuſtodiam, atque ad melius percipiendum ſonum, & ad ſimilia alia melius exercenda inſeruiunt. Vnde, eſto quis alteri aurium cartilagines abſcindat, vt malefactoribus interdum in ſui delicti pœnam abſcinduntur, aut ſolas cartilagines narium, vel digitum, aut digitos, vel extrahat dentem, aut euellat vnum teſticulum, irregularitatem non incurrat: quoniam non truncat membrum, ſed ſolam membri partem. Qui tamen magnam partem membri abſcinderet, ita vt id, quod remaneret eius membri, eſſet ferè nihil comparatione eius, quod abſcinderetur, diceretur abſcidiſſe membrum, irregularitatemque proinde incurreret, vt ſi ferè totam manum abſcinderet. Communem hanc ſententiam, quam amplectimur, affirmant notabile penultimum poſt caſum illius textus clementinę ſi furioſus. de homic. Bart. l. 2. nume. 13. ff. de publ. iud. Panorm. cap. 1. qui cleric. vel vouent. num. 10. & capit. cum illorum de ſentent. excommunicat. nume. 8. ad eandem ſententiam, quod ad noſtrum inſtitutum attinet, accedit Felin. ibidem à nume. 3. eandem amplectuntur Ang. verb. hom. 5. §. 6. Gundiſ. à Villadiego in tract. de irreg. fol. 29. col. 1. Nauar. in Manu. capit. 27. nume. 206. Couar. clementina ſi furioſus. parte 3. in initio. nume. 8. & alij, quos citant.

Eandem ſequitur Syluest. verb. homic. 3. ad finem. nu. 4. Eam tamen limitat, niſi digitus ſit pollex vel index. Quæ quidem limitatio licèt verum contineat ad effectum, vt is, cui aliquis eorum digitorum abſcinditur, aut alia ratione aliquem eorum amittit, irregularis efficiatur, diſputatione ſequenti oſtendetur: non tamen habet verum ad effectum, ut, qui aliquem eorum digitorum, etiam iniuſtè, alteri abſciderit, irregularitatem incurrat. Neque valet argumentum; is, cui talis digitus abſcinditur, aut cui aliquid aliud infertur, vnde ineptitudinem aut indecentiam notabilem contrahit ad celebrādum, efficitur irregularis, etiam ſi abſque vlla ſua culpa id illi inferatur, ac patiatur; ergo, qui id illi infert, maximè iniuſtè ac cum peccato, irregularitatem etiam incurret. Quoniam in ijs, quæ à ſolo iure humano pēdent & quæ odioſa ſunt, quæque locum non habent, niſi in caſibus à iure expreſſis, de quorum numero eſt irregularitas, locum non habet argumentum à paritate aut maioritate rationis. Præterea quòd is, qui caret pollice aut indice, aut qui aliam ineptitudinem aut indecentiam magnam habet ad celebrandum, irregularis ſit ex diſpoſitione iuris canonici, ſancitum id ſanè fuit, quoniam expediebat hunc ad celebrandum nō admitti propter ſuam ad id ineptitudinem, ſiue ſua culpa, ſiue abſque ſua culpa alterius, ſiue abſque vlla alterius culpa, eum defectum ac ineptitudinem haberet: vnde inde non ſequitur, eum etiam debere conſtitui irregularem, qui ſua culpa eam inepritudinem in alio efficeret, & multo minus ſequitur, affirmandum eſſe, eum irregularitatem ex eo capite incurriſſe, etiam ſi in iure non ſit expreſſum ex eo capite incurrere, vt in iure expreſſum non eſt. 3

Illud etiam obſerua, vt Bart. & Felin. locis citatis aduertunt, non ſolùm digitum, ſed etiam partes alias corporis humani, quæ propriè & preſsè non ſunt membra, ſed membri partes, in aliquibus alijs diſpo-

diſpoſitionibus,ad aliudq; inſtitutũ, nomine mem
bri,latius ſumpto vocabulo,comprehendi.
4 Noſtra communiſque ſententia probatur. Pri-
mò ex l.item Offilius.ff.de ædil.edicto, vbi digitus
appellatur pars membri,& non membrum, & l.nõ
ſunt liberi, ff.de ſtatu hominum,innuitur,habẽtem
plures digitos ſolito,non habere plura ſolito mem-
bra:quare cum ius canonicum conſentaneè loqua-
tur ad loquendi modum iuris ciuilis; & communis
doctorum ſententia canonicum ius interpretetur,
quòd hac in re nomine membri non intelligatur di
gitus,aut pars alia membri principalis ac ſimplici-
ter; atque materia hæc irregularitatum odioſa ſit,
quæ proinde reſtringenda eſt potius,quam ampliã-
da: conſequens profectò eſt, vt in re propoſita no-
mine mẽbri,nec digitus,nec alia ſimilis pars, ſit in-
telligenda. Secundò, quoniam vltimus digitus ma
nuum,auricularis ſcilicet, & omnes pedum, neque
peculiare munus videntur habere;neque plus inſer
uire videntur ad actus manuum ac pedum, quàm
primus articulus pollicis, aut indicis, inſeruiant ad
ſcribendum,pulſandum,pingendum, & ad ſimiles
alios actus,neque minus articuli illi cooperari vidẽ
tur ad opera manuum, quam vnuſquiſque teſticu-
lorum ad actum generationis: ſed articuli pollicis
ac indicis,ex Caietano & Soti ſententia, non ſunt
membra, ſed partes membri principalis ac ſimpli-
citer: ergo neque ſinguli digiti,neque teſticuli,ſunt
membra, ſed partes membrorum principalium ac
ſimpliciter. Tertiò,quoniam falſum eſt,pulſare mu
ſicè,ſeu armonicè,eſſe munus proprium alicuius di
gitorũ: nullius quippe digiti ſingularis eſt munus;
ſicut neque ſcribere,aut pingere,eſt proprium mu-
nus digiti alicuius particularis; ſed neceſſe vt multi
digiti concurrant ad vnumquemque horum actuũ:
neque id munus eſt digitorum ita ſimul concurren
tium,ſed eſt munus manus per eos digitos,qui in ea
ſunt colligati: malè ergo Caietanus ex eo colligit,
vnumquemque digitum in particulari eſſe mem-
brum, quòd aliquis prædictorum actuum ſit pro-
prius actus digitorum;cum enim nullius eorum ſit
proprius actus,& omnes,aut aliqui eorũ,ſimul ſum
pti,non ſint vnũ quid,ſed manus ſit quid vnũ; per-
ſpicuũ ſanè eſt,nullum eorũ actuum eſſe munus di
gitorũ, ſed eſſe munus manus per digitos, qui in ip
ſa colligati ſunt,quiq; partes ſunt ipſius,ipſam cõſti
tuẽtes ac integrantes cũ alijs partib. eiuſdẽ manus.
Fatemur itaque,mẽbrum eſſe partem corporis,quę
proprium actum habet,iuxta illud Pauli ad Ro. 12.
*In vno corpore multa membra habemus,omnia autem
membra non eundem actum habent:* cui doctrinæ cõ
ſentit,quod de membris corporis idem Paulus 1.ad
Corint.12.tradit. Id quod etiam tradidit Ariſt.1.de
partib.animal. c.5. ſic dicens: *Corpus totum animæ
gratia conditum eſt; & membra officiorum gratia con
ſtant & munerum, ad quę ſingula accommodantur.*
Et paulo inferius ait: *Si quæ priores ſint actiones,*
(quo ad intentionem ſcilicet) *& pro fine aliarum ca
piantur; quo modo ipſæ ſe habẽt, eodem membra etiam
habent,quorum illæ ſunt actiones.* Vt ſicut cognoſce-
re internum finis eſt cognitionis externæ:ita ad has
diuerſas actiones membra, inſtrumentaque ad eas
exercendas,ſunt diſtincta,ad eaſque actiones exer-
cendas accommodata. Et paulo inferius addit:*Mẽ-
bra appello,naſum, oculum, atque etiam totam faciẽ:
partes quoque vocamus.* Et lib.4. Meteororum, c.
vlt.ſic ait: *At facies & manus magis, quàm illa om-
nia,* (partes ſcilicet, quæ membra non ſunt) *præ ſe
ferunt,quod rei alicuius gratia dicunt, cum ſuis deſcri-
bantur functionibus,membra dico,quorum alia* (quæ
ſcilicet viuunt) *cum ſuas ipſorum functiones obire poſ
ſunt, uerè talia dicuntur, ut oculus ſi aſpiciat.* Quod
dicit ad differentiam eorundem membrorum in ca

A dauere,quæ non niſi æquiuocè,atque tanquam effi
gies eorundem membrorum dum viuunt,membra
dicuntur,vt ſtatim ibidem ſubiungit. Fatemur, in-
quam,iuxta hanc Pauli, Ariſtotelis,ac communem
doctorum ſententiam, membrum eſſe partem cor-
poris, quæ proprium actum habet: negamus verò
digitum peculiarem actum habere,dicimuſque,ſo-
lùm cooperari concurrereque ad actum manus ſuo
peculiari modo ac officio: partes enim membri in-
terdum habent peculiaria quædam officia, ac mo-
dum cooperandi ac coadiuuandi, neceſſaria ad a-
ctum membri completum,vt ad ſcribendum,pingẽ
dum,pulſandum,tenendum,ac mouendum inſtru-
mentum artis ad opera fabricanda, & ad pleraque
alia, quæ ſunt actus membri principalis.
B Alia verò, quæ Caietanus adducit, diſputatione 5
ſequenti erit manifeſtum, & ex ſupra dictis etiam
iam patet, nullius eſſe momenti. Corpore quippe
vitiatus eſſe poterit irregularis abſciſſa ſola parte
membri, propter ineptitudinem ac indecentiam,
quam eo ipſo habet ad celebrandum; cum tamen
id non ſit ſufficiens,vt,qui illam abſcindit, mutila-
tor dicatur,irregularitatemque incurrat. Neque iu
ribus,quę Caietanus citat,aſſeritur, eos,qui eiuſmo
di partes habent abſciſſas, eſſe mutilatos, ſed ſo-
lùm pronunciantur irregulares propter ineptitudi-
nem ac indecentiam, quam eo ipſo habent ad ce-
lebrandum.
Illud admonuerim, falſam eſſe Couarruuiæ o- 6
pinionem loco citato, qua aduerſus Baldum affir-
C mat, mamillam ſeu mammam in fęmina non eſſe
membrum, eaque de cauſa illam fęminæ abſcin-
dentem, irregularitatem non incurrere. Cum e-
nim habeat proprium actum, nempe generare lac,
ac lactare infantem, atque vtrumque vnaquæque
mamilla ſeorſum ab alia efficiat, perinde ac vnuſ-
quiſque oculorum actum videndi exercet, & per-
inde atque quæuis aurium exercet audiendi actum,
negandum ſanè non eſt, vnamquamque fęminæ
mamillam verè eſſe membrum, illamque proin-
de abſcindentem,irregularitatem incurrere: idem-
que cum Baldo affirmat Felinus vbi ſupra nu.11.
Mamillæ verò in homine, cum nullum habeant pe
culiarem actum, ſed ſolùm ad decorem ac ornatũ
inſeruire videantur,non ſunt membrum, vt docto-
D res citati rectè affirmant.

DISPVT. 70.

Quando corpore vitiati irregulares ſint iudicandi.

SVMMARIVM.

1 *Tranſitio ad ſequentem diſputationem.*
2 *Si uitium corporis abſque culpa eo uitiati altaris mi
niſterium impediat, uel ſcandalum generet ad ad-
miniſtrandum in altari propter notabilem ad id in-*
E *decentiam, efficit irregularem eo modo corpore ui-
tiatum: non uerò, ſi non impediat altaris mini-
ſterium.*
3 *Cui deeſt index aut pollex, quibus ſacra Euchariſtia
tractatur,eleuatur, frangitur; item is cui deeſt ea
eiuſmodi digitorum pars, quæ modo explicato nota
biliter impediat tractare, eleuare, & frangere ſa-
cram eucharistiam; item is qui debilem habet ali-
quem prædictorum digitorum,irregulares ſunt.*
4 *Is qui potens quidem eſt debitè tractare ſacram Eu
chariſtiam,attamẽ uitium habet, ob quod propter
indecentiam, ſcandalum in eo ſenſu ſit eum mini-
ſtrare in altari, quod id merito alijs fœdum uidebi
tur, irregularis eſt.*

Qui

5 *Qui notabilem maculam habet in oculo, licèt bene vi-
deat, eſt irregularis.*
6 *Is, qui altero tantum oculo eſt cæcus, irregularis eſt,
ſi ſit cum notabili deformitate, non verò qui cæcus
eſt altero ſine deformitate.*
7 *Is, cui naſus eſt abſciſſus, etiam ſi ſola cartilago na-
rium ſit ei abſciſſa, irregularis eſt ob deformitatem.*
8 *Item qui habet notabilem deformitatem in facie, ita
vt ſcandalum generet; item gibboſus.*
9 *Si claudus accedere per ſe ipſum poteſt ad altare, ibi-
que exercere omnes motus, qui in miſſa ſunt neceſ-
ſarij, non eſt irregularis: ſecus verò, ſi contra. Intel
lige ſi ſine ſua culpa eſt claudus.*
10 *Qui exceſſum habet in membris, qui notabilem de-
formitatem non inducat, it a vt poſſit citra indecen-
tiam celebrare, irregularis non eſt.*
11 *Leproſus, ita vt alijs lepra pateat, irregularis eſt.*
12 *Qui morbum caducum patiuntur, furioſi, amentes
ex læſione organi, non verò ex ebrietate, paſſione,
phrenetici, lunatici, dæmoniaci, ſi ſemel aliquid ha-
rum patiantur antequam ordinentur, ordinandi
non ſunt, etiamſi conualuerint; quòd ſi ad aliquos
ordines ſint promoti, & aliquid tale patiantur, non
ſunt vlterius promouendi. In religioſo tamen di-
ſpenſari poteſt.*
13 *Hermaphroditus, ſi magis in ſexum femineum pro-
pendet, quam virilem, characterem ordinis non po-
teſt ſuſcipere, quia fœmina illius incapax eſt.*
14 *Quando irregularitas poſt ſuſceptos ordines ex cor-
poris vitio conſurgit abſque culpa corporis eo modo
vitiati, ſolùm impedit eos actus ordinis, ad quos cor
pore vitiatus habet impotentiam, aut quos non po-
teſt ſine indecentia exercere: non verò impedit alios
ſuſceptorum ordinum actus.*
15 *Quando aliquis abſque ſua culpa ita corpore eſt vi-
tiatus, vt id vitium neque impediat tractare ac frã
gere ſacram Euchariſtiam, neque indecentiam in
eo efficiat ad adminiſtrandum in altari, tunc licèt
mutilatus ſit aliquo membro, non eſt irregularis.*
16 *Quando quis ſua culpa eſt vitiatus, tunc non ſolùm
ſi integrum membrum ei deſit, ſed etiam ſi pars
membri ei deſit, eſt irregularis, tam ad ſuſcipiendos
ordines, quàm ad exercendum ſuſceptos: quin ſi no-
tabiliter membrum lædat, ita ut claudus maneat,
eſt irregularis.*
17 *Quando aliquis per indignationem, aut aliqua alia
uia illicita, partem membri ſibi abſcindit, eſt irregu
laris, licèt crimen non ſit notorium.*
18 *Si alicui ob ſuam culpam membrum aut pars mem
bri abſcindatur in uindictam delicti, aut quia ipſe
occaſio fuit rixæ, in qua ei abſciſſum eſt membrum,
aut pars membri, irregularitate incurrit.*
19 *Circa irregularitatẽ ob uitiũ corporis ſolus ſummus
Pontifex diſpenſat. Epiſcopi etiam diſpenſant in om
ni irregularitate ex delicto occulto proueniente, ex
cepta ea quæ ex homicidio uoluntario oritur.*

CVm diſputationibus, in quibus actum eſt,
quando aliquis cẽſendus ſit mutilator, ea
que de cauſa irregularitatẽ incurrat, con
iunctũ ſit examinare, quando mutilatus,
aut quouis alio modo corpore vitiatus, irregularis
ſit cenſendus, ea de cauſa, antequã vlterius progre-
diamur, erit id hoc loco diſputandũ. Illud verò eſt
obſeruandum, nõ tam arctè corporevitiatus iure ca
nonico repelli à ſacerdotio, miniſterioq; altaris, quã
in veteri lege Leu. 21. corpore vitiati repellebantur
à ſacerdotio, ſacrorumq; miniſterio, vt ſacros cano
nes cum eo c. 21. conferenti erit manifeſtum.
In primis verò eſt diſtinguendum. Quoniã vitiũ
corporis, vel euenit abſque culpa eo vitiati; vt quan
do gratia ſanitatis aliquam ſui corporis partem lici
tè ſibi fecit amputari, extrahi, debilitari, aut fędari,

A aut quando inuitus abſque ſua culpa id ab alio eſt
paſſus, aut aliqua alia ratione id abſque ſua culpa e-
uenit: vel tale uitium euenit culpa ipſius.
In priori euentu eſt in genere dicendum. Si tale 2
corporis vitium altaris miniſterium impediat ad tra
ctandam, eleuandam, ac frangẽdam ſacram Eucha
riſtiam modo ac digitis conſuetis, vel ſcandalũ ge-
neret ad miniſtrandum in altari propter notabilem
ad id indecentiam, efficit irregularem eo modo cor
pore vitiatum. Si verò modo explicato altaris mini
ſterium non impediat, neque generet ſcandalum ad
miniſtrandum in altari propter notabilem ad id in-
decentiam, non efficit habentem tale vitium irregu
larem, eſto id vitium ſit, mutilatum eum eſſe aliquo
membro. In regula hac conſentit cõis doct. ſenten-
B tia, quam, inter alios, refert ac ſequitur Cou. clem. ſi
furioſus. par. 1. in initio nu. 5. & conſtat ex ijs, quæ
ex illa deducemus, atque ex iuribus, quibus illam
confirmabimus.
Ex hac generali veriſſima regula colligitur, eum, 3
cui deeſt pollex aut index, quibus ſacra Euchariſtia
tractatur, eleuatur, ac frangitur, itemq; eũ, cui deeſt
ea eiuſmodi digitorum pars, quæ modo explicato
notabiliter impediat tractare, eleuare, ac frangere
eandem ſacram euchariſtiam, atque etiam eum, qui
ita debilem habet aliquem prædictorum digitorũ,
aut quouis alio modo impeditũ, vt eis modo expli-
cato tractare, eleuare, ac frangere nõ poſſit ſacram
euchariſtiã, irregulares eſſe, eſto abſque aliqua ipſo
rum culpa id euenerit. Dixi, notabiliter impediat:
C quoniã ſi notabiliter non impediat, vt ſi careat vn-
gue pollicis aut indicis, non erit cenſendus irregula
ris, vt ex c. vlt. de corp. vit. conſtat. Longè verò ma-
iori cũ ratione irregularis erit, qui caret manu, aut
illam habet aridam, vel aliter impeditã, ita vt vſum
habere non poſſit eorundem digitorum.
Ex eadem regula colligitur, eum, qui potens qui 4
dem eſt debitè tractare ac frangere ſacram euchari
ſtiã modo explicato, attamen uitiũ habet, ob quod,
propter indecentiam, ſcandalum in eo ſenſu ſit eũ
miniſtrare in altari, quòd id meritò alijs indecens,
fœdum, ac indignum videbitur, irregularem eſſe,
eſto id vitium corporis abſque vlla ſua culpa obue-
nerit. Exẽpla ex iure deprompta, quibus manu du-
ci quiuis poſſit, quando vitium ob fęditatem ac in-
D decentiam iudicandũ ſit tantum, vt irregularẽ eum
efficiat, qui illo laborat, ſunt. Vt ſi alicui erutus ſit
oculus: talis enim ob deformitatẽ eſt irregularis, ẽt
ſi oculus non ſit canonis, quẽ vocant, qualis eſt ſini
ſter, ſed ſit dexter. Ita habetur c. ſi euangelica. 55.
diſt. Idẽ eſt de eo, qui mutilatus eſt quocunque alio
mẽbro potenti, alijs cõſpicuo, vt habetur l. 25. ti. 6.
par. 1. conſentaneè ad varia iura canonica citanda,
& ad communem doctorum ſententiam.
Qui item notabilem maculam habet in oculo, ita 5
vt notabilem deformationẽ in illo efficiat, eſto ocu
lus ſit integer, ac bene uideat, eſt irregularis, c. 2. de
corp. vit. & c. 2. de verb. ſign. lib. 6. Quando autem
deformitas, vel in oculo, vel in quacunque alia cor-
E poris parte adeò notabilis ſit, vt irregularitatẽ effi-
ciat, arbitrio eius Epiſcopi eſt relinquendus, qui or
dines cõferre debet, ut conſentaneè ad c. 2. de cor-
pore vitiatis, doctores cõiter affirmant, & habetur
l. 25. citata; Ang. verb. corpore vitiatus. §. 5. aſſeruit
in religioſis ab Epiſcopo exemptis, iudicem eſſe ip-
ſorum prælatum. Meritò tamen reprehenditur à
Sylu. eod. verbo ad fin. nu. 2. Quoniã cum Epiſco-
pus ſit, qui conferre illis ordines debet, ad ipſum iu
dicare attinet, vtrũ ea de cauſa, & ex quibuſcunque
alijs, ad id ſint idonei, an non. Cõſentit. l. 25. citata.
De eo autem, qui ex altero tantum oculo eſt cæ- 6
cus, Syluester verb. corpore vitiatus, nume. 5. & alij
indiſtinctè affirmant, eum eſſe irregularem propter

c.ſi euangelica.55.diſt. Vt tamen Nauar.in Manu. cap.27.num.199.rectè ait, caput illum de eo ſolo loquitur,qui erutum habet oculum,atque adeò mutilatum, quod nunquam eſt ſine notabili deformitate: fieri autem optimè poteſt,vt oculus ſit integer,& ſine notabili deformitate, & vt nihilominus ſit cæcus. Ea verò de cauſa bene diſtinguit Nauar. quòd quando cæcitas eſt ſine notabili deformitate in oculo apparente, atque eſt in oculo dextro, non efficiat irregularitatem: quando verò vel eſſet cum notabili deformitate oculi,vel eſſet in ſiniſtro oculo, quem Romanus ſtylus idcirco canonis oculum appellat, quia qui eo eſt cæcus,reſpicere non poteſt canonem miſſalis,niſi vertendo multum faciem ad librum ac cum dedecore & indecentia, tunc eam cæcitatem efficere irregularitatem. Atque hæc ſententia nobis probatur.

Aliud exemplum habemus cap. presbyterum,de cler.ægrot. vbi presbyter, cui abſciſſi duo digiti à prædone fuerant cum parte palmæ manus,irregularis pronunciatur, tum propter debilitatem reliquorum digitorum, tum etiam propter deformitatem ac ſcandalum.

7 Ille,cui naſus eſt abſciſſus, etiam ſi ſola cartilago narium ſit ei abſciſſa, irregularis eſt ob deformitatem:& quia id impediret debitum vocis ſonum, fœdumque admodum ac moleſtum audientibus illum redderet. Atque communiter doctores affirmant, eum, cui memorũ patens ſit abſciſſum,ita vt ſimpliciter dicatur eo mutilatus,aut qui alia de cauſa eo caret,eſſe ob deformitatem irregularem. Conſentit.l. 25.citata. In re tamen propoſita ſola narium cartilago membrum non eſt.

8 Qui item notabilem habet deformitatem in facie ita vt modo ſuprà explicato ſcãdalum generet, eum ita celebrare, irregularis eſt. Similiter gibboſus,ſi notabiliter admodum ſit talis, ita vt indecens multum ſit eum celebrare,irregularis eſt,vt doctores cõmuniter affirmant. Ex omnibus exemplis propoſitis addiſcet prudens quicunque arbitrari, qualis deformitas in alijs ſimilibus euentibus, in alijſque partibus corporis humani, ſufficiat ad irregularitatem incurrendam,& qualis non. Atque in dubio Epiſcopus,qui ordines eſt ei collaturus,qui ea deformitate eſt affectus,iudicauit,ſufficiens ne ſit, aut non,vt irregularis ſit iudicandus,vt dictum eſt, eiuſque iudicio erit ſtandum in conſcientiæ atque in exteriori foro.

9 In claudo hæc regula à doctoribus traditur: Si ſine baculo accedere per ſe ipſum poteſt ad altare, ibique exercere omnes motus,qui in celebratione miſſæ ſunt neceſſarij,non eſt irregularis. Si verò prædicta omnia præſtare non poteſt, irregularis eſt iudicandus. Hæc regula colligitur ex cap. ſi quis in infirmitate.55.diſt.iuncto.cap.nullus Epiſcopus de conſec. diſt. 1. eamque affirmat gloſſa vtrobique. Illam tamen, quo ad priorem ſui partem, intellige de eo,qui abſque ſua culpa eſt claudus, vt argumento à contrario ſenſu innuitur cap. ſi quis in infirmitate citato: ſi enim ſua culpa claudus aliquis fiat, irregularitatem incurrit,vt Syluеſt.verb. corpore vitiatus.nu.5.& alij doctores communiter affirmant, patebitque ex inferius dicendis. De eo, qui pede ligneo incederet, eſto ſine baculo efficere poſſet omnes motus in celebratione miſſæ conſuetos,irregularis eſſet. Et quidem ſi ille vero pede careret, res eſt perſpicua:quoniam mutilatus eſſet membro patẽti, eoque notabili. Si verò pedem haberet, eſſet etiã irregularis,ob maximam fæditatem ac indecentiã, vt cũ Hugotione & Præpoſito affirmat Gregor. Lop. l.25.citata.verb.*dedo del pie*,& affirmant alij.

10 Qui exceſſum habet in membris, vt qui ſex digitos habet in manu, aut alium monſtruoſum exceſ-

A ſum, ſi neque vſum tractandi ac frangendi ſacram euchariſtiam impediat, neque deformitatem notabilem inducat,ita vt abſque aliorum ſcãdalo,in ſenſu ſuprà explicato,notabilique indecentia celebrare poſſit,irregularis non eſt, vt doctores communiter affirmant, & habetur l.25.citata, atque ex regula à principio tradita liquet: ſi verò aliquod prædictorũ ex tali exceſſu eueniat, irregularis eſt iudicandus, iuxta eandem regulam à principio traditam.

De leproſo Nauar.in Manu.c.27.num.202.ſimpliciter affirmat eſſe irregularem, ita vt promoueri ad ſacros ordines non poſſit, neque miniſtrare in altari, ſi iam antea erat promotus. Quod intellige, ſi lepra alijs pateat. Idem etiam affirmat de laborante quocunque alio morbo,qui ad vſum ordinũ in alta- 11
B ri notabile ſcandalum ſeu horrorem ac indecẽtiam præberet. Et quãuis iura,quæ ad confirmandã hanc ſuam ſententiam citat,eam non probent; nobis eius opinio probatur. Quoniam par eſt ratio,ſiue ſcandalum,indecentia, ac aliorum inde horror, proueniat ex macula,aut ex alio vitio corporis, ſiue ex morbo. Angelus verò verb.corpore vitiatus.§.vlt. Syluеſt. ibidem nume.5.verſ.7.cum Hugotione & alijs cenſent,ſi deformitas nimia non ſit,prohibendum non eſſe celebrare in ſecreto, aut etiam alijs leproſis in publico:non verò ſanis. Niſi,inquiunt,lepra eſſet in digitis, quibus indecenter valde ſacram tangeret euchariſtiam: tunc enim omnino permittendus non eſſet celebrare. Idem eſt, ſi lepra vſum indicum ac pollicum impediret, ad tractandam ac frangendam
C ſacram euchariſtiam.

De ijs,qui patiuntur morbum caducum,ſeu epilepſiam,(noſtri *gota coral* vocant) de furioſis, ſeu amentibus,qui ex læſione organi tales ſunt,non verò ſi ex ebrietate, paſſione,aut morbo iudicium ad tempus amittant,vt phrenetici, vt Nauar. in Manu.25. nume.72.rectè obſeruat, de lunaticis, dæmoniacis, ſeu arreptitijs,dicendum eſt: Si vel ſemel aliquid horum patiantur antequam ordines ſacros ſuſcipiant, ordinandi non ſunt,etiam ſi conualuerint, videanturque perfectè liberati. Quòd ſi poſt aliquos ordines iam ſuſceptos tale aliquid paſſi ſint,non ſunt ad altiores ordines promouendi. Ita gloſſa 1.dicens id eſſe communiter receptum. c. communiter 33. diſtin.Idem affirmant Nauar.in Man.cap.27.nume. 12
D 203. Syluеſt. & Ang.verb. corpore vitiatus in fine, haberique videtur expreſsè.c.maritum. & cap.clerici, iuncto.c.vſque adeò.33.diſtin. & ca.vltim.§.his ita.15.q.1. Aequum tamen eſt, vt cum iam promoto ad aliquos ordines ſacros,ſi perfectè conualuerit,diſpẽſetur vt ad ſacerdotium aſcendat. Aequum item eſt, vt cum religioſo, etiam ſi nullos ſacros ordines adhuc ſuſceperit, diſpenſetur, ſi perfectè ſimiliter cõualuit,vt ad ſacros ordines presbyteratumque aſcendat: præſertim cum audiendis confeſſionibus, & in alijs pijs miniſterijs,vtilis eſſe poſſit Dei eccleſiæ:& cum religioſi cautiores ſint, ſi in aliquam earum affectionum promotus relabatur, ne ſcãdalum in alijs generet,& ne aliquid in miniſterio,exercitio
E que ordinum,indecens contingat. Atque prælati earum religionum,quæ priuilegium habent,vt diſpenſare cum ſuis ſubditis poſſint in omni irregularitate, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilatione, aut bigamia, diſpenſare cum ſuis religioſis in hoc euentu poſſunt. Noſtra ſocietas illam habet in Bulla Pauli 3. anno 1544. & per communicationem priuilegiorum aliorum ordinum. Noſter Generalis diſpenſare nobiſcum poteſt in irregularitate ex mutilatione, vt conſtat ex compendio priuilegiorum minorum,verb.diſpenſatio.§.21. Quin & per cõicationem priuilegiorũ fratrum diui Benedicti Hiſpaniarũ diſpenſari conſciẽtię foro nobiſcũ poterat,in irregularitate ex homicidio, modo

do notorium nō eſset, vt patet ex eodē compendio, ex eodem verbo. §. 24. Dixi, diſpenſari poterat: quoniam ſi homicidium ſit voluntarium, etſi ſit occultum, ſtatuit concilium Trident. ſeſs. 14. c. 7. de reformatione, vt in eo non diſpenſetur ad ſacros ordines ſuſcipiendos: priuilegia autem omnia regularium reuocata ſunt, quatenus cum diſpenſationibus concilij Tridentini pugnauerint: eaque de cauſa prælati religioſorum neque in conſcientiæ foro diſpenſare hodie poſsunt, vt homicida voluntarius ordinem aliquem ſacrum ſuſcipiat: & fortè in eo priuilegio hoc non continebatur: concilium verò Tridentinū eo loco non prohibet diſpenſari cum homicida voluntario, vt miniſtret in ordine ſacro ante id delictum ſuſcepto, vt Diſp. 78. dicetur. Qui iam ordinatus eſt, aliquamque prædictarum affectionum patitur, ſi ſæpe tale quid patiatur, celebrare non poteſt, vt conſtat. 7. q. 2. c. in literis. Neque etiā ſi rarò id patiatur, atque ſpumet: idque propter periculum, ne aliquid ſpecierum ſacramētalium cum ſpuma emittat, vt habetur. 7. q. 2. cap. nuper. Quòd ſi neque ſpumet, neque freqnēter eam affectionē patiatur, celebrare poterit, ſed preſto exiſtente ſacerdote aliquo, qui perficere poſſit ſacrificium, ſi inter celebrandū tale quid ei acciderit, vt habetur. c. illud iūcto. c. ſeq. 7. q. 1. & c. in literis. 7. q. 2. Si tamē locus temporiſq; opportunitas nō pateretur adeſse ſacerdotē alium, qui ſacrificiū poſset perficere, arbitror, quando nō timeretur triſte aliquid ex eo euenturum, ꝙ, qui ei affectui eſt ſubiectus, ſine præſentia alterius ſacerdotis celebraret, poſset licitè id efficere: quoniā ita innuitur c. illud, citato. Arreptus verò à dæmone intra annum integrum celebrare non poteſt. Ita habetur c. communiter. 33. diſt. In his omnib. conueniūt glo. citata, Nau. & Sylu. locis citatis, & doct. communiter. Loquitur etiam conſentaneè Nau. lib. 1. conſiliorum ti. de ætate & qual. ordin. conſi. 5.

13 Hermaphroditus, hoc eſt, qui vtrumque ſexū habet, ſi magis vergat in fœminam, quā in maſculum, characterē ordinis nō poteſt ſuſcipere: quia iure diuino fœmina eſt incapax illius. Si uerò magis vergat in maſculum, quāuis characterem ſuſcipiat, ſi ordinetur, non tamen poteſt ordinari: ſi autē ordinetur exercere non poteſt actum ordinis ſuſceptum: quoniam ad vtrumque, tanquam monſtrum, cenſetur irregularis. Longè vero maiori cum ratione cenſetur ad vtrumque irregularis, ſi æqualiter ad mas & ad fœminā accedat quo ad ſexum ac effigiem: præſertim cum dubiū ſit, num characterem ſuſcipiat, ſi ordinetur. Ita Nau. nu. 203. citato, Sylu. verb. corpore vitiatus. in fine, & cōmunis doct. ſententia.

14 Illud circa hactenus dicta eſt obſeruandū. Quando irregularitas poſt ſuſceptos ordines ex corporis vitio conſurgit abſque culpa corporis eo modo vitiati, ſolum impedire eos actus ordinis, ad quos corpore vitiatus habet impotentiam, aut quos ſine indecentia ac ſcandalo in ſenſu ſupra explicato non poteſt exercere: non verò impedire alios ordinum ſuſceptorum actus. Vt ſi ſacerdoti abſciſsus ſit pollex aut index, vel aliunde habeat in manu impotentiam, aut indecentiam ad tractandam ac frangendā ſacram Euchariſtiam, ſolùm eſt tunc irregularis ad celebrandum, aut etiam ad adminiſtrandum ſacramentum extremæ vnctionis, ſi ad id etiam impotentiam aut indecentiam habeat: non verò erit irregularis ad miniſtrandum in altari actus diaconi aut ſubdiaconi, ſi ad eos indecentiam non habeat. Neque item erit irregularis ad audiendas confeſſiones, pœnitentiæque ſacramentum adminiſtrandum. Qui item morbo caduco corripitur, irregularis non eſt ad ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrādum. Ita colligitur ex cap. presbyterum. de cleric. ægrot. & affirmant communis doctorum ſententiam, quam, inter alios referunt ac ſequuntur Couar. cle. ſi furioſus. part. 1. in initio num. 5. & Nau. vbi ſup. nu. 200. & lib. 5. cōſi. ti. de ſent. exc. cōſ. 71.

15 Quando aliquis abſque ſua culpa ita corpore eſt vitiatus, vt id vitium neque ipſum impediat tractare ac frangere modo explicato ſacram euchariſtiam, neque indecentiam in eo efficiat ad adminiſtrandū in altari modo etiam explicato, tunc, eſto mutilatus ſit aliquo membro, non eſt irregularis. Hac de cauſa, qui vnum aut alterum digitum abſque ſua culpa habet abſciſſum, aut aliqua alia ratione eo aut eis caret, dummodo pollicem ac indicem habeat; qui item aliquem digitum ſperfluum haberet, dummodo neutrum horum, quæ dicta ſunt, aliam indecentiam aut impotentiam ad miniſtrandum in altari in eo efficerent, irregularis non eſſet. Eadem de cauſa is, cui prorſus abſciſſa eſſent virilia, aut aliud occultum membrum, vel alia ratione eis careret, dummodo id eſſet abſque ſua culpa, vt ſi abſciſſa eſſent ab hoſtibus, vel gratia ſanitatis, aut aliqua alia ratione abſque ſua culpa eis careret, non eſſet irregularis. Ita habetur. cap. qui partem. cap. ſi quis à medicis, & quinque alijs capitibus ſequētibus. 55. diſt. cap. ex parte 1. & cap. ex parte 2. de corpore vitiat. affirmatque communis doctorum ſententia. Quæ etiam communis ſententia cum gloſſa. cap. eunuchus ead. 55. diſt. aſſeuerat, eum, qui ita vitiatus eſt aliquo membro, aut parte membri, neceſſe non habere, illa, aut puluerem eorum, ſecum geſtare, vt vulgus quorūdam imperitorum ridiculè exiſtimauit eſſe neceſſarium. Eadem ratione is, qui ob vitium corporis, membrive defectum, irregularis eſt, ſi cum eo diſpenſetur, neceſſe ſimiliter non habet geſtare ſecum id membrum, aut partem illius, ob quorum defectum erat irregularis, neque puluerem eorū. Hæc quod attinet ad priorem partem diſtinctionis initio huius diſputationis propoſitæ, nempe quando vitium corporis non euenit culpa eo modo vitiati.

16 Quòd verò attinet ad poſteriorem, quando ſcilicet vitium euenit culpa vitiati, eſt dicendum: Quando quis ſua culpa eſt vitiatus, tunc non ſolum ſi integrum membrum ei deſit, ſed etiam ſi pars membri illi deſit, vt digitus, aut pars digiti, eſt irregularis tam ad ordines ſuſcipiēdos, quàm ad exercendum ſuſceptos. Quin ſi notabiliter membrum lædat, ita vt claudus maneat, eſt irregularis iuxta communem doctorum ſententiam. Habent autem hæc verum, etiam ſi virtutis amore, animoque fugiendi vitia, ſibi quis membrum abſcindat, aut ſuadeat vel præcipiat alteri, vt illud ipſi abſcindat, aut eruat, quod aliquibus, de quorum numero fuit Origenes, vt Euſebius lib. 5. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ. cap. 6. refert, circa teſticulos euenit. Hæc omnia conſtāt ex cap. ſi quis abſciderit. c. hi qui ſe. c. qui parte. & ſequēt. 55. diſt. ex c. ex par. 1. & ex c. ſig. de corp. vitiat. Atque capite qui partem citato habetur, eum, qui partem cuiuſcunque digiti culpabiliter ſibi abſciderit, eſſe irregularem, conſentitque c. 1. de corp. vitiat. idemque eſt dicendum, quoniam eſt par ratio, de quacunque alia parte cuiuſuis alterius membri.

17 Cardinalis, Hoſtienſis, & quidam alij, quos Nauar. in Manu. cap. 27. nume. 198. & Couar. in Clement. ſi furioſus. part. 1. in initio. nume. 6. referunt, & ex parte vidētur ſequi, affirmant, quando aliquis per indignationē, aut aliqua alia via illicita, partem membri ſibi abſcindit, non eſſe irregularem, niſi ſit notorium factum fuiſſe culpa illius. Arbitror tamen, eſto crimen non ſit notorium, eum eſſe irregularem: quoniam cap. qui partem 55. diſt. abſolutè & abſque vlla reſtrictione ſtatuit, eiuſmodi homines irregulares eſſe in odium delicti, quod ita in ſe ipſos cōmiſerunt: neque video vnde reſtrictio illa habeatur, quam apponunt, modò crimen ſit notorium.

28 Illud eſt obſeruãdum, ſi alicui ob ſuã culpam ac delictum membrum, aut pars mẽbri, abſcindatur, ſiue à iudice, ſiue ab alio iniuſtè in vindictam delicti, quod is commiſit, aut quia ipſe occaſio fuit rixæ, in qua ei abſciſſum eſt membrum, aut pars membri, vel aliqua alia ratione dando operam rei illicitæ, irregularitatem incurrere. Vnde Nau. Couar. & alij doctores communiter affirmant, ſi adultero, aut alteri inhoneſto, mẽbrum virile, aut teſticuli, abſcindantur, in vindictam delicti, quod commiſit, irregularitatem eiuſmodi inhoneſtum eo ipſo incurrere. Et c. 1. de corp. vitiat. habetur clericum, cui in duello, quod obtulit, vel quod ab alio oblatum acceptauit, partem digiti amittit, irregularitatem incurrere. Tametſi ibi cuidam Epiſcopo concedatur cum eo diſpenſare, quando non fuit tantum abſciſſum, vt ſine ſcandalo non poſſet celebrare.

29 Circa irregularitatem ob vitium corporis ſolus ſummus Pontifex diſpenſat iuxta communem doctorum ſententiam, quam referunt ac ſequũtur Couar. clement. ſi furioſus, par. 1. in initio, nume. 7. & Nauar. c. 27. citato, nume. 200. Neque approbatur gloſſa. cap. ſignificaſti. de corpo. vitiat. quæ propter eum textum affirmat, Epiſcopum poſſe cum eo diſpenſare, qui ſe caſtrauit arbitratus ſe obſequium præſtare Deo. In eo enim textu autoritate à ſummo Pontifice delegata id Epiſcopo illi committitur pro ea vice duntaxat, vt Panor. & alij rectè affirmant. Quod idem dicendum eſt de facultate ſimili, c. 1. de corp. vitiat. cuidam alteri Epiſcopo conceſſa, de qua §. præcedente habitus eſt ſermo. Hodie verò concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 6. de reformatione cõceſſit Epiſcopis diſpenſare in omni irregularitate ex delicto occulto proueniente, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario oritur: quo fit, vt diſpenſare hodie Epiſcopi poſſint cum corpore ſua culpa vitiatis, quando delictum fuit occultum, neque vitium fuerit tale, quod ſolum ipſum vitium in ſe ſpectatum efficeret irregularem eo vitiatum, eſto nulla ipſius interueniſset culpa. Atque diſpenſare eodem modo poſſunt cum religioſis ſui Epiſcopatus, eſto ſint ab ipſorum iuriſdictione exempti, iuxta ea, quæ Diſput. 61. de abſolutione ab excommunicatione Summo Pontifici reſeruata dicta ſunt.

DISPVT. 71.

Num homicidium aut mutilatio, facta à carente vſu rationis, irregularem efficiant eo modo occidentem aut mutilantem.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis abſque ſua culpa vſum rationis non habet, ſi tunc occidat aut mutilet, irregularitatem ea de cauſa non incurrit.*

2 *Quando aliquis abſque ſua culpa in ebrietatem incideret, aut quauis alia ratione abſque ſua culpa iudicium rationis amitteret, eſto, dum ita eſt affectus, interficiat, aut mutilet, irregularitatẽ non incurrit.*

3 *Quando aliquis eſſet expertus exponere ſe in ebrietate periculo aliquem interficiendi, tunc ſi ſua voluntate ſe inebriaret, atque ebrius aliquem interficeret, irregularitatem incurreret: imò ſi animo interficiẽdi ſe inebriaret, atque ebrius aliquem interficeret, incurreret irregularitatem homicidij voluntarij.*

4 *Quando aliquis non erat expertus ebrietate ſe exponere periculo interficiendi aut mutilandi, eſto ſua culpa ſe inebriet, aut alio modo culpa ſua ſe priuet* A *iudicio rationis, irregularitatem non incurrit, ſi ita priuatus iudicio rationis aliquem interficiat.*

5 *Quando aliquis non ſe ipſum agens, neque potens id vitare, actus omnino ab alio, interficeret aut mutilaret aliquem præter ſuam voluntatem, non incurreret irregularitatem.*

NVnc ad homicidium ac mutilationẽ eſt regrediendum: examinandaq; ſunt mẽbra, in quæ Diſp. 3. diſtinximus homicidium, in quæ diſtingui ſimiliter poteſt mutilatio: & circa ſingula expendendum eſt, num inde irregularitas oriatur, ac qualis. Ordiendum verò nobis eſt ab homicidio ac mutilatione, quæ fiũt à non habente vſum rationis.

B Prima autem certiſſima hac de re concluſio eſt. 1
Quando aliquis abſque ſua culpa vſum rationis nõ habet, ſi tunc occidat, aut mutilet, irregularitatem ea de cauſa non incurrit. Hoc verò eſt, quod abſq; vlla controuerſia definiatur à Clem. V. in concilio Vienenſi clement. ſi furioſus, de homic. his verbis: *Si furioſus, aut infans, ſeu dormiens, hominem mutilet, uel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit.* Ratio autem eſt, quoniam irregularitatem incurrit aliquis ob ſuum proprium actum quatenus eſt homo atque adeò ob actum humanum, qui eſſe nequit in non habente vſum rationis. Vnde, vt glo. clement. citata, Panor. cap. 1. de delictis puerorum, & alij obſeruant, illa definitione clementinæ illius reprobata fuit opinio Hoſt. qui aſſerebat, infantes doli non capaces irregularitatem incurrere, ſi aliquem occi-
C diſſent. Obſeruant verò optimè Panor. c. 1. citato, Cou. clem. citata, par. 3. in initio, nu. 5. & alij, cum infantia duret vſque ad ſeptennium, & inde ſequatur pueritia vſque ad pubertatis annos, ſi aliquis in infantia eſſet capax doli, atque aliquem interficeret aut mutilaret, incurrere ea de cauſa irregularitatẽ. E contrario verò, ſi aliquis poſt infantiam nõ eſſet doli capax, eſto tunc aliquem interficeret, aut mutilaret, non incurreret irregularitatem.

De ebrio dubitant doctores, num ſi aliquem in- 2
terficiat, aut mutilet, dum ita ebrius eſt, irregularitatem incurrat. Cardinalis clement. citata, Syluestr. verb. homic. 3. ad finem, num. 6. & quidam alij affirmant eum irregularitatem incurrere. Quoniam,
D ſi Clemens Quintus illum clementina citata excipere intendiſſet, eum vtique expreſſiſſet, ſicut furioſum expreſſit. Ad eandem ſententiam videtur accedere Palud. in 4. diſt. 32. q. 1. art. 3. eãdemque ſequitur Villadiego tract. de irreg. fol. 31. col. 2. quando culpabiliter ſe inebriauit.

Noſtra verò ſecunda concluſio eſt. Quando ali- 3
quis abſque ſua culpa inebrietatẽ incideret, aut in phreneſin, aut quauis alia ratione abſque ſua culpa iudiciũ rationis amitteret, eſto, dum ita eſt affectus, interficiat, aut mutilet, irregularitatem non incurrit. Probatur, quoniam eſt eadem ratio de his, quæ eſt de illis, qui in clementina ſi furioſus enumerantur. Neque in ea clementina, vt Diſput. ſequentibus
E oſtendemus, fit diſpẽſatio quo ad eos, qui in illa numerantur, quaſi ante eam clementinam irregularitatẽ incurrerent, ſed illa eſt iuris interpretatio, quæ ad omnia extendi debet, in quibus eſt eadem ratio.

Tertia concluſio. Quando aliquis eſſet expertus, exponere ſe in ebrietate periculo interficiendi aut mutilandi; tunc, ſi ſua voluntate ſe inebriaret, atque ebrius aliquem interficeret aut mutilaret, irregularitatem incurreret. Imò, ſi animo interficiendi ſe inebriaret, atque ebrius aliquem interficeret, incurreret irregularitatem homicidij voluntarij. Hæc eadem ſimiliter intellige de eo, qui ſua culpa in furiam incideret, & de eo, qui quouis alio modo ſua culpa vſum rationis amitteret, expertuſque eſſet, tali

A tali alienatione mentis exponere ſe periculo interficiendi aut mutilandi,& de eo, qui ea via interficere intenderet. Idem etiam de eo intellige,qui expertus eſſet,ſe in ſomnis ſolere ea efficere, vnde mors alicuius,aut mutilatio,nota eſſet ſequi. Hic.n. niſi prius, quàm dormiat,debitam adhibeat diligentiam,ne id ſequatur,nempe cuſtodiam debitam adhibēdo, aut efficiendo claudi domum, in qua dormit, aut aliud ſimile, irregularitatem incurret, ſi in ſomnis aliquē interficiat aut mutilet. Probatur cōcluſio, quoniam priuando ſe ita iudicio rationis cum eo periculo interficiendi aut mutilandi, nec adhibendo debitam cautelam,ne id ſequatur,peccat peccato ſpeciei homicidij aut mutilationis,ſiue effectus ſequatur, ſiue non,vt 1.2.q.71.art.5.copioſè oſtendimus,ſępeque etiam eſt dictum in hac materia de iuſtitia, atque ex B ſe liquet: ergo, ſi ſequatur homicidium aut mutilatio,cum fuerint culpabilia,ſuoque modo voluntaria in ſua cauſa,is homicida aut mutilator irregularitatem incurret.

4 Quarta concluſio. Quando aliquis non erat expertus,ebrietate,aut alio modo priuando ſe iudicio rationis, exponere ſe periculo interficiendi aut mutilandi,eſto ſua culpa ſe inebriet, aut alio modo ſua culpa priuet ſe iudicio rationis,irregularitatem non incurrit, ſi ita priuatus iudicio rationis aliquem interficiat aut mutilet. Concluſionem hanc ſatis probabilem veramque ſimpliciter exiſtimo cum Alfonſo à Caſtro 2.de leg.pænal.c.14. cum Couar. clem. ſi furioſus.par.3.in initio.n.4.& cum Nauar.in Manu.c.27.n.230. Ratio autem eſt,quoniam in primis C in potatione,qua quis ſua culpa ſe inebriauit,nō cernitur culpa homicidij aut mutilationis,quando,qui ſe inebriauit, expertus non erat inde tale quid eſſe aptum ſequi,vt 1.2. loco citato oſtendimus, quo in loco diluimus argumenta,quæ in contrarium adduci poſſunt. Deinde verò,quoniam licèt is potādo ita plus iuſto daret operam rei illicitæ, nihilominus ea potatio illicita non eſt cauſa proxima homicidij inde ſequuti,ſed remota, & per accidens multum ac præter ſpem comparatione talis effectus,minimeq; periculoſa comparatione eiuſdem effectus: eſto autem aliquis det operam rei illicitę,ſi tamen inde per accidens, valdeque remotè, atque actione minimè periculoſa comparatione talis effectus, ſequatur homicidium aut mutilatio,non incurrit is irregularita D tem,vt infrà patebit,dum ſermo nobis fuerit de homicidio ac mutilatione caſualibus.

Conſentaneè ad ea,quæ dicta ſunt,etiam eſt affirmandum. Eum;qui ira ſuccenſus fuit aduerſus aliquem,idque in cauſa fuit, vt de nocte de homicidio ſomniaret,ſurgeretque in ſomnis ac interficeret aliquem,non incurrere irregularitatem,quando expertus non erat,ex ira ſolere in ſomnis tale quid aggredi,quicquid in contrarium aſſeruerit Palud.art.3.citato. Inde enim valde remotè valdeque per accidēs ſequitur homicidium in ſomnis, & tanquam ex cauſa minimè ad id periculoſa;quòd proinde non ſatis eſt ad incurrendam irregularitatem. Ita Couar. Caſtrus,& Nauar.locis citatis,ac alij. E

5 Quinta concluſio. Quando aliquis non ſe ipſum agens,neque potens id vitare,actus omnino ab alio, interficeret aut mutilaret aliquem præter ſuam voluntatem,vt ſi,impulſus ab alio,gladio,quem manu tenebat,confoderet aliquem, non incurreret irregularitatem. Ratio autem eſt, quoniam eiuſmodi homicidium aut mutilatio non eſt actus humanus, vt ab hoc egreditur, qui omnino ab alio ad id agitur, comparaturque actui facto à non habente iudicium rationis,vt Diſputat.3.dictum eſt. Ea verò de cauſa hanc quintam concluſionem quatuor prioribus hoc loco adiunximus.

DISPVT. 72.

Vtrùm licitè occidens aut mutilans inuaſorem, quando id omittere potuit abſque peccato, irregularitatem incurrat. Et vtrum in euentibus, in quibus tenetur quis ſub reatu culpæ concurrere ad mortem, aut ad mutilationem alicuius, illa ſequuta, irregularitatem incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Is qui illicitè occidit aut mutilat iniuſtum inuaſorē, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, incurrit irregularitatem.*

2 *Quando is,qui occidit ſuum iniuſtum inuaſorem,vitare potuit ſimul mortem ac mutilationem ſuam, & mortem ac mutilationem aggreſſoris, & nihilominus in ſui defenſionem ac cum moderamine alioquin inculpatæ tutelæ, illum interfecit aut mutilauit,ſi mutilans aut occidens ſit eccleſiaſticus, irregularitatem incurrit.*

3 *Quando inuaſus eſſet laicus,cui dedecus eſſet fugere, atque adeò qui licitè poſſet interficere inuaſorem in defenſionem ſui proprij honoris, eſto & mutilationē illius & ſuam propriam vitare poſſet fugiendo, incurrit irregularitatem.*

4 *Reſpondetur ad argumentum in contrarium.*

5 *Ii,qui ſua culpa ad eum ſtatum deuenerunt, vt ad cōſeruandam ſuam vitam neceſſe eis eſſet interficere eos,qui ipſis mortem inferre volebant,licitè tunc,ad propriam vitam defendendam, poſſunt interficere eos,qui ipſis mortem inferre volebant.*

6 *Sicuti, quando uitari aliter non poteſt propria mors, quàm occidendo aut mutilando aggreſſorem,irregularitas non incurritur; ſic, quando aliter uitari non poteſt mutilatio proprij membri, non incurritur irregularitas, ſecuta morte aut mutilatione aggreſſoris.*

7 *Quando,ut quis ſe defenderet ab iniuſto aggreſſore, à quo periculum ei immineret, quod aliter uitare non poſſet, quàm ſe defendendo, uocaret aliquem in ſui defenſionem, tunc ſi ille cum aggreſſorem interficeret,is qui eos ita uocauit non incurrit irregularitatem.*

8 *In euentibus, in quibus dictum eſt licitè aliquem interficere aut mutilare aggreſſorem ad defenſionem ſui,non incurrit interfector irregularitatem,licèt id tūc ſimul efficiat ex odio talis aggreſſoris, aut interfecti aut mutilati.*

DIctum in priori parte tituli huius Diſputationis eſt,quando licitè occidēs aut mutilans omittere id potuit abſq; peccato: quoniam tractatu præced. Diſp.109. copioſè examinauimus, vtrū qn aliquis ſub reatu culpæ tenetur occidere aut mutilare, vel ad id quouis mō cooperari, ſequuta inde occiſione aut mutilatione,irregularitatē incurrat,an non: ꝙ hoc loco in poſteriori parte huius Diſp.eſt propoſitū,foretque hic examinādū,niſi ibi ea de re alia occaſiōe eſſet dictū.

De eo,qui illicitè occidit aut mutilat iniuſtum inuaſorem,excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, nullus eſt qui dubitet, eum irregularitatem incurrere. De eo verò,qui licitè illum interficit,fuerunt aliqui,qui ante clementinam ſi furioſus de homicidio affirmarunt,ēt eum, qui in defenſionē propriæ vitæ 1

cum

cum moderamine inculpatæ tutelæ ſuum iniuſtum inuaſorem interficit, nõ valens aliter vitare ſuæ propriæ vitæ periculum, irregularitatem incurrere. Ac, præter Ioannem, cuius opinio refertur ac reprobatur in Gloſſa.c.de his clericis.1.50.diſt.diuus Tho. 2.2.q.64.art.7.ad 3. in eadem fuit ſententia. Hodie verò contrarium eſt definitum in clemẽtina citata, vbi poſt verba, quæ de infante, furioſo, ac dormiente diſputatione præcedẽte ſunt relata, quòd nullam incurrant irregularitatem, eſto aliquem occidãt aut mutilent, ſubiunguntur hæc verba: *Idem de illo cenſemus, qui mortem aliter uitare non ualens, ſuum occidit uel mutilat inuaſorem.* Caiet. illam reſponſionem ad 3. diui Thomæ cẽſuit, hanc fuiſſe noui iuris ſanctionem, quaſi aliud habuerint iura, quæ fuerunt ante tẽpora diui Thomæ, aliudque tunc fuerit dicendum iuxta iura, quæ tunc erant, & idem affirmãt quidam alij ex theologis iunioribus. Contrarium verò eſt affirmandum: nũquam videlicet illum, de quo ſermo eſt in eis verbis clementinæ illius, irregularitatem incurriſſe, eamque clementinam ſolùm fuiſſe interpretationem iuris, quod antea erat, electionemque ac deciſionem opinionis veræ, reiecta falſa opinione contraria: id quod copioſè oſtendimus Diſpu. 109. vbi expoſuimus c.de his clericis 1.& 2.50.diſt. vnde autores contrariæ ſententiæ moti ſunt, eaq́; de cauſa non plura hoc loco hac de re dicimus.

2 Quando is, qui ſuum occidit iniuſtum aggreſſorem, vitare potuit ſimul mortem ac mutilationem ſuam, & mortem ac mutilationem aggreſſoris, fugiendo aut clamando, vel aliqua alia ſimili ratione; & nihilominus in ſui defenſionem, ac cum moderamine alioquin inculpatæ tutelæ, illum interfecit aut mutilauit; dubium eſt, num irregularitatem ob talẽ interfectionem aut mutilationem incurrat. Et quidem conueniunt doctores communiter, quãdo, qui ita occidit aut mutilat, perſona eſt eccleſiaſtica irregularitatem incurrere: quoniam non eſt illi dedecus fugere, ne alterum ipſe interficiat aut mutilet, quin potiùs maximè ſtatum illius decet: neque item eſt illi dedecus eadem de cauſa clamare, aliorum implorãdo auxilium, vt aggreſſor fugiat: quare cùm in eo euentu non ſit ei neceſſaria mors aut mutilatio aggreſſoris, vt ipſe propriam vitam ac honorem tueatur, irregularitatem ſanè incurret, ſi prætermittẽdo illa alia media ſufficientia ad vitam ſimul & honorem tuenda, ſuum iniuſtum aggreſſorem interficiat aut mutilet. Obſeruant tamen, ſi ex fuga periculum immineret ita inuaſo, quia vertendo terga, interfici ab inuaſore poſſet ipſum inſequente, non teneri fugere: atque ſi interficeret inuaſorem in ſui defenſionem non fugiendo tunc, irregularitatem non incurrere.

3 Quando inuaſus eſſet laicus, cui dedecus eſſet fugere, atque adeò, qui licitè poſſet interficere inuaſorem in defenſionẽ ſui proprij honoris, eſto & mortem ac mutilationem illius & ſuam etiam propriam vitare poſſet fugiendo, iuxta ea quæ Diſpu. 17. dicta ſunt. Couar. clement. ſi furioſus. par. 3. §. vnico. nu. 4. cenſet, hunc non eſſe irregularem, ex hypotheſi, quòd non peccet inuaſorem interficiendo in defenſionem ſui proprij honoris. Quod dico, quoniam anceps eſt, an licitè omnino poſſit quis iniuſtum aggreſſorem occidere pro defenſione proprij honoris mundani, vt Diſp. 17. retulimus.

Ducitur Couar. vt cenſeat, illum irregularem nõ eſſe ex hypotheſi, quòd licitè tunc interficiat iniuſtum inuaſorem. Quoniam ad hoc, vt homicidium aut mutilatio, quando priuata fiunt autoritate, irregularitatem inducant, neceſſe eſt, vt fiant cũ aliquo peccato, aut certè dando operam rei illicitæ, aptæ vt inde homicidium aut mutilatio ſequatur, vt ex dicẽdis inferiùs, quando de irregularitate ex homicidio

A ac mutilatione caſualibus ſermo fuerit, patebit: in euentu autem, de quo diſputamus, homicidium ac mutilatio fiunt abſque peccato, ac fiunt priuata autoritate, hoc eſt, non in iudicio, neque cooperando ad ſanguinis iudicium: ergo ex eis irregularitas non incurritur. Idem, cum Fortunio, cenſet Couarr. ibidem. nu. 6. eſſe, quando quis in defenſionem bonorum externorum licitè occidit iniuſtum aggreſſorẽ, & vniuerſim in omnibus euentibus, in quibus à Diſputatione 11. oſtendimus licitè occidi iniuſtum aggreſſorem, idque propter eandem rationem paulo antea ex illo traditam. Vnde quemadmodum in his omnibus euentibus, quamuis iniuſtus aggreſſor eſſet clericus, qui illum interficeret, non incurreret excommunicationem, vt affirmat communis docto-
B rum ſententia, & Diſput. 55. comprobatum fuit: ita vult Couar. neque incurrere irregularitatem.

Contraria tamen ſententia eſt communis, vt Couarr. ipſe confitetur, nempe, quandocunque aliquis alia via euadere poteſt propriam mortem, quàm interficiendo aut mutilando iniuſtum aggreſſorem, etiam cum iactura honoris aut bonorum externorũ, incurrere eum irregularitatem, ſi aggreſſorem interficiat aut mutilet. Hanc ſẽtẽtiam affirmant Gloſſa clement. ſi furioſus citata, & ibi doctores communiter, Panor. c. ſicut dignum. de homic. nu. 14. & alij conſentaneè ad aliam gloſſam ibi, idem Panor. cap. olim de reſt. ſpoli. nu. 17. Nauarr. in Manu. cap. 27. nu. 211. & 213. Syluest. verb. bellum. 2. nu. 8. & alij, quàm libenter amplectimur. Probari autem poteſt
C ex clement. ſi furioſus argumento à contrario ſenſu: ibi enim ſolùm eximitur ab irregularitate, *qui mortẽ aliter vitare non valens, ſuum occidit aut mutilat inuaſorem*: ergo, quando aliter eam occiſionem aut mutilationem vitare vellet, puta fugiendo, aut cum iactura honoris ac bonorum externorũ, ſi interficiat aut mutilet, irregularitatem incurrit: quæ non ſolùm incurritur propter peccatum, ſed etiam propter indecentiam, quæ eſt, vt is, qui occidit aut mutilauit, cùm id cum iactura bonorum externorum aut honoris vitare poſſet, accedat ad miniſtrandum in altari: vnde ſolam mortem aut mutilationem, factam ineuitabiliter in defenſionem propriæ perſonæ, voluit Eccleſia eximere ab irregularitate, atque hanc clementina ſi furioſus explicauit eſſe, quando aliter nullo
D modo conſeruare poterat propriam vitam, quàm occidendo aut mutilando inuaſorem.

At id verò, vnde Couarr. fuit ductus, negandum 4 eſt, vt homicidio eo modo propria autoritate facto irregularitas non incurratur, ſatis eſſe, ſi fiat abſque peccato: ſola quippe indecentia, quæ eſt, vt, qui ita abſq; peccato occidit, miniſtret in altari, ſatis eſt ad irregularitatem. Diſpar verò valde eſt ratio in eiſdẽ euentibus de excommunicatione, quando aggreſſor interfectus erat perſona eccleſiaſtica, & de irregularitate. Excommunicatio enim illa maior, vt incurratur, inobedientiam culpamque lethalem exigit, vt dum de illa excommunicatione nobis fuit ſermo, ſæpe eſt dictum, atque ex ſe liquet: irregularitas
E verò culpam non requirit.

De ijs, qui ſua culpa ad eum ſtatum deuenerunt, 5 vt ad conſeruandam ſuam vitam neceſſe eis eſſet interficere eos, qui ipſis mortem inferre volebant, de quibus Diſp. 15. diximus, licitè tũc, ad propriam vitam defendendam, poſſe interficere eos, qui ipſis mortem inferre volebant; vt de adultero reperto à marito cum ſua vxore, quem maritus ea de cauſa interficere aggrediatur; de alio inhoneſto reperto à patre cum propria filia, à fratre cum ſorore, &c. quẽ pater, frater, herus, aut alius ſimilis, aggrediatur ſimiliter ea de cauſa interficere; de eo, qui ingreſſus eſt ad furandum de nocte, quem in defenſionẽ propriæ domus, rerumque ſuarum, alius aggrediatur interfi-

interficere,atque niſi fur illum interficiat, periclitatur vita ipſius. De his,inquam,& de alijs ſimilibus, volunt aliqui,ſi in defenſionem propriæ vitæ cũ moderamine inculpatæ tutelæ interficiant eos, ex quibus periculum vitæ eo modo ipſis imminet, irregularitatem non incurrere: quoniam inquiunt,id tunc in defenſionem propriæ vitæ licitè efficiunt,ac proinde iuxta clementinam ſi furioſus immunes ſũt ab irregularitate. Dicendum tamen eſt cum Nauar.in Manu.cap.15.num.7.& in repet.c.finalis.14. qu.6. num.15.ac cum alijs,quamuis ex eo capite irregularitatem non incurrant, quòd ad defenſionem propriæ vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ licitè tunc interficiant; incurrere tamen irregularitatem ex eo homicidio, quatenus caſualis eſt ac ſequutus dando operam rei illicitæ,aptæque vt ſequeretur,vt Diſp.109.citata eſt dictum. Neq; enim occaſiones illæ iniuſtæ ita datæ rixarum,& vt alij ipſos percutere aut interficere aggrediantur,vnde ipſis neceſſarium ſit,illos alios in defenſionem ſuæ propriæ vitæ interficere,minus illicitæ minuſque aptæ ſunt, vt ex eis tale homicidium aut mutilatio ſequatur, quã ſit, eccleſiaſticum aprorum venationi operam dare, ex qua,ſi ſequatur aliquem ex ijs,quos ſecum ad talem venationem adducit, ab apro interfici vel mutilari, irregularitatem ex ea interfectione aut mutilatione incurrit,vt tractatu præcedente Diſput. 49. dictum eſt;& quàm ſit, aliquem alium aggredi ad iniuriam illi inferendam,ex qua aggreſſione ac rixa ſi ſequatur aliquem ex ijs,qui ipſum adiuuant,vel qui ad ipſum adiuuandum accurrunt, aut ex ijs, qui ſunt ex parte contraria, vel qui ad ſeparandos corrixantes accedunt,ab aliquo interfici vel mutilari, ipſi ea interfectio aut mutilatio ad irregularitatem imputatur,vt doctores communiter hæc omnia affirmant, & ex dicendis inferiùs circa irregularitatem ex homicidio caſuali patebit, quatenus ſimiliter dante ipſo in his alijs euentibus operam rei illicitæ,aptæque vt inde ea interfectio aut mutilatio ſequeretur, re ipſa ſequuta fuit.

6 Vtrùm autem quemadmodum,quando vitari aliter non poteſt propria mors, periculum ve probabile illius, quàm occidendo aut mutilando aggreſſorem,irregularitas non incurritur: ſic etiam,quando aliter vitari non poteſt mutilatio proprij membri, periculumve probabile illius,non incurratur irregularitas, ſequuta morte aut mutilatione aggreſſoris Villa diego de irregularitate,& quidam alius,quem Sylueſt.verb.homic.3.n.6.refert,aſſeruerunt,hunc irregularitatem incurrere. Contraria tamen ſententia eſt communis ac amplectenda, quàm affirmant Card.clement.ſi furioſus,citata,Sylueſt.n.6.citato, Nauar.in Manu.cap.27.num.211.Couar.clement. ſi furioſus. part. vlt.§.vlt.num.2.& alij,quos Couar. citat. Membrum quippe pars quædam eſt vitæ:in iureque mutilatio & occiſio quo ad irregularitatem æquiparantur: facilèque ex abſciſſione membri, intendenteve aggreſſore membri abſciſſionem, ſequi poteſt vitæ amiſſio. Idẽ dic de vulnere aut percuſſione graui, vnde damnum notabile corporis, periculumve vitæ aut membri, partiſve membri immineret. Quando autem ſolùm eſſet periculum damni corporis leuis,irregularitatem incurreret, qui, vt ſe defenderet, interficeret aut mutilaret iniuſtum aggreſſorem.

7 Quando,vt quis ſe defenderet ab iniuſto aggreſſore,à quo periculum vitæ aut membri ipſi immineret,quod vitare aliter non poſſet,quàm ſe defendendo,vocaret aliquem,aut aliquos in ſui defenſionem ac adiutorium,tunc, ſi illi eum aggreſſorem interficerent,conueniunt doctores,illum,qui eos ita vocauit,non incurrere irregularitatem. Ratio autem eſt, quoniam ſicut, vt vitaret periculum propriæ mor-
A tis aut mutilationis, potuit per ſe ipſum interficere talem aggreſſorem: ſic etiam potuit eundem interficere abſque irregularitate vtendo adiutorio ac miniſterio aliorum. Ita Nauar. vbi ſuprà num.212. De eo verò qui,ita adiuuando proximum ſuum in extrema exiſtentem neceſſitate eius adiutorii, aggreſſorem interficit. Nauar. ibidem & doctores communiter affirmant,irregularitatem incurrere. Idem de eo cenſent, qui ſolùm ſubueniret proximo exiſtente in ea extrema neceſſitate,miniſtrando illi arma, quibus ſe defenderet, ſi eis armis aggreſſorem interficeret,non valẽdo aliter vitare propriam mortem: cum tamen is,qui eo modo ſe defendendo, interficeret eiſdem armis aggreſſorem,irregularitatem nõ incurreret. Atque hæc omnia extendunt, vt locum
B habeant, etiam ſi quis eo modo defenderet patrem aut patriam,& niſi ipſe ita defenderet, pater ac patria perirent. Contrarium tamen eſt proculdubio affirmandum,quando,qui ita proximo extremè indigenti ſubueniret, teneretur id efficere ſub reatu culpæ,non ratione muneris ad id ſuſcepti,vt tractatu præcedente Diſp.109. citata explanatum cõprobatumque copioſè à nobis eſt. Lege etiam, quæ ſuprà Diſp.8.§.ſextum eſt,dicta ea de re ſunt. In quibus autem euentibus teneatur quis ſub reatu culpæ interficere aggreſſorem alterius,ſuprà Diſp.18. explicatum fuit.

Dubium eſt,vtrùm in euentibus,in quibus dictũ eſt,licitè & abſque irregularitate aliquem interficere aut mutilare aggreſſorem, quia ita eſt neceſſariũ 8
C ad conſeruandam propriam vitam,aut quia ad id tenetur neceſſitate ineuitabili ſub reatu culpæ, incurrat nihilominus irregularitatem,ſi id tunc ſimul efficiat ex odio talis aggreſſoris,aut interfecti, vel mutilati. Ad hoc arbitror eſſe neganter reſpondẽdum. Quoniam clementina ſi furioſus, abſolutè dicitur, eum,qui occidit aut mutilat ſuum aggreſſorem,non valens aliter vitare propriam mortem, irregularitatem non incurrere: eadem autem eſt ratio de aliis euentibus,in quibus conſentaneè ad eandem clemẽtinam,ad ipſamque rei naturam,eſt dictum, ex morte aut mutilatione,ad quã quis eſt operatus aut cooperatus,irregularitatem non incurri. Quòd autem is odium admiſceat,per accidens eſt,neque tollit eũ occidere non valentem aliter vitare propriam mor
D tem,aut ex alia ineuitabili neceſſitate,qua ad id efficiendum ſub culpæ reatu teneatur.

DISPVT. 73.

Quando bellum eſt iuſtum, quouſque irregularitas incurratur aut non incurratur ſi aliquis de parte contraria interficiatur aut mutiletur.

SVMMARIVM.

E 1 *Eccleſiaſtici in neceſſitate propria manu pugnare poſſunt,ad ſe ipſos defendendos,uel ad obtinendam uictoriam,quæ reip. intereſſet.*

2 *Eccleſiaſtici in bello iuſto pugnantes, & manu propria interficientes,irregularitatem incurrunt.*

EXplicandum deinde eſt, in quibuſdam aliis homicidiis ac mutilationibus, iuſtis ac licitis ex ſe,ſecluſaque prohibitione iuris poſitiui,quouſque irregularitas incurratur aut nõ incurratur. Atq; tria genera huiuſmodi homicidiorum ac mutilationum poſſumus diſtinguere,de quibus ſigillatim eſt hoc examinandum. Primum eſt, quando bello iuſto aliquis interficitur aut mutilatur.

tur. Secundum eſt, quando à poteſtatibus miniſtriſue publicis licitè aliquis interficitur aut mutilatur in pœnam delicti. Ac tertium, quando in medicina, gratiaque ſalutis ac conſeruationis illius, abſque peccato aliquis interficitur aut mutilatur.

1 Quod ad primum genus attinet, à quo idcirco incipimus, quòd, quæ hoc loco dici ea de re poterant, tractatu præcedente copioſè ſunt explicata, paucis eſt dicendum. Tractatu præcedente Diſp. 108. eſſe traditum, quouſque eccleſiaſticis liceat aut non liceat bello iuſto intereſſe, in eo adhortari, aliterque in eo cooperari, & quouſque non. Et quòd quamuis regulariter eis non liceat pugnare propria manu, niſi ex diſpenſatione ſummi Pontificis: quando tamẽ id eſſet ſimpliciter neceſſariũ, vel ad ſe ipſos à morte aut mutilatione liberandos, vel ad alterum innocentem à morte aut à mutilatione liberandum, vel ad liberandam patriam, aut ad obtinendam victoriam, quæ eccleſiæ ac reipublicæ intereſſet, poſſint licitè propria manu pugnare, interficereque ac mutilare, quantum ad id eſſet neceſſarium. Et quòd interdum id efficere tenerentur ſub culpa lethali. Et Diſp. 109. oſtendimus, (vt etiam præcedente Diſputatione retulimus) quando interficere aut mutilare ſub reatu culpæ tenentur, irregularitatem non incurrere interficiendo ac mutilando.

2 Ibidem Diſp. 110. oſtendimus, quamuis, excepto euentu, de quo proximè facta eſt mentio, & excepto quando eccleſiaſtici pugnando de facultate ſummi Pontificis interficiũt aut mutilant, (in his enim duobus euentibus, interficiendo aut mutilando, irregularitatem non incurrunt) ſi quem, vel ipſi, vel laici, eodem bello iuſto pugnantes, propria manu interficiant aut mutilent, irregularitatem, qui ita propria manu interficiunt aut mutilant, incurrant: in nullo tamen alio euentu eccleſiaſticos, & longè maiori cum ratione laicos, irregularitatem incurrere, eſto ſua cohortatione, armorum ſubminiſtratione, aut quauis alia cooperatione, interfectio aut mutilatio ſequatur: id ita ſtatuente eccleſia in fauorem belli iuſti, quòd adeò neceſſarium eſt ad eccleſiæ rerumque publicarum ſæcularium conſeruationem: & ne, interfecto aut mutilato, bello iuſto aliquo aduerſariorum, totus exercitus irregularis maneret, innumeraque alia multitudo hominum, neceſſaria ad exercitum præparantium: vt manere ſolet irregularis totus exercitus pugnantium iniuſtè, & innumera alia hominum multitudo, vno ſolo ea pugna occiſo aut mutilato, vt ibidem oſtenſum fuit.

Illud hoc loco admonuerim, nihil aduerſus ea, quæ hoc loco, & locis citatis, dicta à nobis ſunt, pugnare iura, quæ Nauar. in Manu. cap. 27. num. 216. citat, quaſi, qui arma dat, aut aliquem incitat in bello iuſto ad aliquem interficiendum, ſit aliquando irregularis. Etenim c. quòd in dubijs. de pœnis, loquitur, quando, quæ in illo numerantur, fiunt in bello iniuſto, vt ibi gloſſa exponit. Neque in eo capite eſt ſermo de irregularitate, ſequuta morte aut mutilatione, ſed ſolùm eſt ſermo de pęna depoſitionis propter delicta ibi commemorata. Caput verò ſententiam, ne clerici vel monachi. non ſtatuit irregularitatem in euentu, quem Nauarrus refert, vt ſatis liquet id caput intuenti. Hæc cenſui admonenda, ne quem aduerſus noſtram veriſſimam doctrinam mouerẽt, quæ Nauarrus eo loco docet: vbi, non attingens verã cauſam diſpoſitionis iuris hac de re circa ea, quæ ad bellum iuſtum ſpectant, quòd ſcilicet hæc, quę ex mera diſpoſitione iuris humani pendent, in fauorẽ belli iuſti propter cauſas paulo antea redditas ex mera voluntate ſummorum Pontificum ſic meritò ſancita ſint, aliquantulum, poſt Syluestrum verb. homicid. 3. num. 8. pronunc. 5. à nobis traditis, diſſentit, metaphyſicisque non neceſſarijs ſe implicat, neque

A ab illis ſe expedit, conando reddere rationem non veram diſpoſitionis iuris canonici hac de re. Illud etiam admonuerim, in hac materia de cooperatione ad bellum iuſtum non valere hanc conſequentiam; hic clericus dabat operam rei illicitæ, pugnando propria manu in bello iuſto, aut aliquo alio modò illicitè adiuuando aut cooperando cum alijs: ergo ſi ab alijs, ipſo coadiuuante, non tamen per ſe ipſum mutilante aut interficiente, aliquis interficiatur aut mutiletur, irregularitatem incurrit: nam capite petitio de homic. expreſsè habetur, clericum cooperantem & coadiuuantem in bello iuſto, dando operam rei illicitæ propria manu pugnando, non incurriſſe irregularitatem, modò tamen dubium non ſit, an aliquẽ per ſe ipſum interfecerit aut mutilauerit: in dubio B enim, an ipſe per ſe ipſum interfecerit, habendus eſt pro irregulari, vt ibi habetur.

DISPVT. 74.

Exercentes iuſtam cauſam ſanguinis, & ad illam concurrentes, quouſque, ſequuta morte aut mutilatione, irregularitatem incurrant.

SVMMARIVM.

1 *Quicumque cooperatur ad cauſam iuſtam ſanguinis, ſiue ad ſententiam aut capturam damnandi, ſiue ad exequutionem ſententiæ, ſubſecuta morte ea via iuſte puniti, irregularitatem incurrit, ſiue operatus ſiue cooperatus ſit eccleſiaſticus aut laicus.* C

2 *Qui conficit, aut vendit funes, aut gladios, aut alia inſtrumenta, neſciens ad id emi aut peti, irregularitatem non incurrit, licèt eiuſmodi inſtrumenta uendat aut det, illiſque aliquis mutiletur.*

3 *Quando aliqui viui cremantur, qui ligna ſubminiſtrant, quibus crementur, irregularitatem incurrunt, ſi re ipſa illis, antequã morerẽtur, cremati ſint.*

4 *Qui eum, qui ad mortem eſt damnatus, hortatur vt ſcalas aſcendat, aut quocumque modo eſt cauſa, vt mors citiùs fiat, irregularitatem incurrit, quando id in cauſa fuit, vt mors citiùs ſequeretur.*

D 5 *Confeſſarius qui interrogatur, num quis teneatur denuntiare in cauſa ſanguinis, num liceat accuſare in eadem cauſa, aut num id ſit melius, ſpectatis circũſtantijs omnibus, quando qui interrogat, denuntiare tenetur ſub reatu culpæ, irregularitatem non incurrit: quando uerò denuntiare aut accuſare non teneretur, exquireret tamẽ an melius eſſet denuntiare aut accuſare, quam contrarium, non incurreret item irregularitatem.*

6 *Quando iudex ad quem ſpectat ſentẽtiam mortis ferre, eamque præcipere mandare executioni, interrogat, ad quid, quoad aliquod delictum, à malefactore aliquo commiſſum, teneatur, quidue licitè efficere poſſit, aut non poſſit circa ſententiam proferendam, non incurrit irregularitatem.* E

7 *Doctores qui uoce aut ſcripto docendo explicans ius, & concionatores, qui in ſuggeſto idem explicant, quando non intendunt monere principem aut iuſtitiæ miniſtros ad interficiendum aliquem in particulari, ſed ſolùm ut munus ſuum debitè exſequantur, non incurrunt irregularitatem.*

8 *Confeſſarius, cui iudex confiteretur, ſe laturum non eſſe pœnam mortis in reum aliquem, ut legibus ſub lethalis culpæ reatu teneretur, poteſt illi dicere abſq; irregularitatis periculo: Neque ego te poſſum abſoluere, niſi firmiter ſtatuas, te nihil prætermiſſurum in officio tuo, ad quod ſub reatu culpæ lethalis tenearis.*

Repe-

9 Repetuntur nonnulla ex antecedentibus.

10 In euentu, in quo aliquis prænia proteſtatione non incid.t in irregularitatem, ſi de delinquente coram iudice ſæculari conqueratur, & mors aut mutilatio delinquentis inde ſequatur, incurrit irregularitatem aduocatus & procurator, qui eam cauſam agit aut patrocinatur.

11 Quando aliquis eſt iniuſtè accuſatus de aliquo crimine, & accuſans punitur pœna mortis, eo quòd eo modo iniquè accuſauerit, ſi is qui iniuſtè fuerat accuſatus, uindictam petit delicti in ſe commiſſi, prænia proteſtatione quòd non intendat accuſatorem iniuſtum interfici, nõ incurrit irregularitatem, ſed aduocatus ipſius: Si uerò uindictam ille petat, tunc etiam ipſe fit irregularis. Si uerò iniuſtè accuſatus uindictam non petat, ſed ſolùm ſe defendat, iudexque tamen accuſantem condemnat, tunc neque accuſatus neque aduocatus fiunt irregulares.

12 Irregularis fit iudex etiam eccleſiaſticus, qui ita reũ aliquem in carcerem includit, ut breui ſit illi mortem allaturus.

Diſputatione octaua. explanatum fuit, quouſque eccleſiaſticis ſit prohibitum, cauſæ ſanguinis, etiam iuſtæ, ſe immiſcere: quo in loco multa etiam de irregularitate, quam ea via incurrunt aut non incurrunt, dicta ſunt.

1 Nunc in genere ſtatuenda eſt hæc cõcluſio: Quicunque cooperatur ad cauſam iuſtam ſanguinis, ſiue ad ſententiam aut capturam damnandi, ſiue ad exequutionem ſententiæ ac pænæ, ſubſequuta morte aut mutilatione ea via iuſtè puniti, irregularitatẽ incurrit, ſiue qui eo modo operatus aut cooperatus eſt eccleſiaſticus ſit ſiue laicus. Hæc concluſio communis eſt doctorum, Nauar. in Manu. cap. 27. num. 212. 214. & 217. Couar. clement. ſi furioſus. part. 2. §. 5. Sylueſt. verb. homic. 3. num. 3. iuncta regula 6. præcedente, Gloſſæ. c. aliquantos. 51. diſt. ac cæterorum, qui de hac re loquuntur. Et, inter alia iura, colligitur ex cap. aliquantos citato, ex. c. ſi quis viduam. 50. diſt. & ex c. clericis. ne cler. vel monach. Quo fit, vt morte aut mutilatione puniti ſequuta, non ſolùm iudex, qui ſententiam tulit, aut qui eam mortem aut mutilationem præcepit, ſed etiam accuſator, aut denuntiator, & promotor fiſcalis, qui accuſationẽ eſt proſequutus, aduocatus, qui contra ita punitum patrocinium præſtitit, teſtis, notarius, ſeu tabellio, qui ſententiam ſcripſit aut pronuntiauit, vel teſtimonia ſcripſit aut legit, quando publicabantur, aſſeſſor iudicis, qui vnà cum illo in ſententia conuenit, & denique miniſtri omnes, qui ad condemnationẽ quoquo modo cooperati ſunt, irregularitatem incurrãt. Similiter, qui talem reum comprehenderunt, aut ad id cooperati ſunt, & qui ſentẽtiam exequutioni mãdarunt, vel ad id auxiliati ſunt, etiam ſi ſolùm aſtiterint gratia defendendi, ne quis reum eriperet, aut vt ipſorum autoritate ac protectione ſententia exequutioni mandaretur, irregularitatem incurrerunt. Eodem modo, qui funem miniſtrant, vt reus extranguletur, qui applicant vel tribuunt ſcalas, qui furcã fabricant, vt ſuſpendatur, qui acuit aut tribuit gladiũ, vel inſtrumentum aliud, quo mutiletur aut interficiatur, & denique qui quocunque alio modo cooperantur, vt id exequutioni mandetur, etiam ſi ſolo conſilio cooperentur, irregularitatem incurrunt.

2 Qui tamen conficit aut vendit funes, vel gladios, aut alia inſtrumenta, vel illa acuit, neſciens ad id peti aut emi, irregularitatem non incurrit, eſto eiuſmodi inſtrumenta vendat aut det, illiſque aliquis interficiatur aut mutiletur. Quoniam conficere, acuere, vendere, ac dare illa ad vſus humanos in genere, ad quos ſunt inſtituta, non eſt eſſe cauſam propinquã interfectionis aut mutilationis, ad quas ab ementibus, aut ex eis accipientibus, vel ab alijs applicãtur, neque eſt eſſe cauſas morales eorum effectuum: ad hoc autem vt aliquis propter mortem aut mutilationem alicuius irregularitatem incurrat, neceſſe eſt, vt ſit aliquo modo moralis cauſa horum effectuum, neque ſufficit eſſe cauſam eorum adeò ſeu illo modo remotam, vt bene Naua. & Sylueſt. locis citatis. obſeruant.

Inter cauſas remotas rectè Nauar. lib. 5. conſil. titu. de homicid. conſil. 13. computat religioſum illum, qui cùm reperta fuiſſet mulier quædam interfecta, eaque de re quidam loquerentur in ſimplicitate cordis, neque malefactorem detegere intendens, neque attendens inde poſſe ſumi occaſionem, vt detegeretur ac puniretur, dixit; Fortaſſe ne eſt, quam ego nudius tertius egredi de ciuitate vidi cum ſuo marito? Audientes autem hoc verbum, illud ad iudicem detulerunt, indeque occaſio fuit ſumpta, vt detegeretur, maritum illam interfeciſſe, & vt morte plecteretur.

3 Quando aliqui viui cremantur; tunc, qui ligna, quibus crementur, miniſtrant, irregularitatem incurrunt, ſi re ipſa illis, antequam animam exhalarẽt, cremati ſũt. Vnde, ſi lignis aliquorũ ſunt cremati, ſolũ poſtquã iam animam exhalarunt; tunc, qui ea ligna ſubminiſtrarunt, irregularitatem non incurrerunt, quoniam mortis illius aut mutilationis cauſa non fuerunt. Eadem ratione, qui ligna miniſtrant, quibus hęretici, aut aliqui alij, crementur, poſtquam priùs extrangulati ſunt, vt cõmuniter cremari eiuſmodi homines in Hiſpanijs ſolent, irregularitatem non incurrunt: quoniam ea ligna cauſa non ſunt mortis aut mutilationis illorum.

4 Qui eum, qui ad mortem aut ad mutilationem eſt damnatus, hortatur vt aſcendat ſcalas, vt exhibeat caput, aut vt porrigat manum, vt amputentur, vel aptat inſtrumenta, quibus celerius mors aut mutilatio ſequatur, vel hortatur miniſtrum iuſtitiæ, vt celeriter id efficiat, & denique quicumque, qui quouis modo eſt cauſa, vt mors aut mutilatio citius fiat, ſiue motus miſericordia rei, ſiue tædio temporis, quod conſumitur, ſiue quauis alia de cauſa id efficiat, irregularitatem incurrit, quando id in cauſa re ipſa fuerit, vt mors aut mutilatio citiùs ſequeretur. Vnde, quando aliquid horum eſt factum, nondumq; mors aut mutilatio inde eſt celerius ſequuta, ſi timetur ea de cauſa celerius ſequenda, conſilium eſt, ad irregularitatem euadendam, efficere, vt tantundem mors aut mutilatio retardetur, quantum ex tali cauſa data potuit accelerari. Hac tamen in re epicheia eſt vtendum, neque credendum eſt, eccleſiam voluiſſe prohibere, ſubleuare ex miſericordia reum, qui vel pedibus alligatus iumentis trahitur ſuper terram, vel qui pedes ducitur ad patibulum, ægreque poteſt ambulare, eſto inde ſequatur, quòd ille celerius ambulet, aut quòd, tractus iumentis ſuper terram, celerins ad patibulum deueniat. Neque ſi caſu, ac præter intentionem, quod celerius ad patibulum perueniatur, quis ſit in cauſa, quòd vel iumentum, quo reus ad patibulum vehitur, celerius ambulet, vel reus ipſe concitatius gradum emittat, timenda eſt inde irregularitas: eo quòd minimè ſit cenſendum, eam fuiſſe mentem eccleſiæ in eiuſmodi ſuis legibus: quæ planè mens eſſet irrationabilis, eccleſiaque ipſa indigna, minimèque proinde eſt illi à cordatis viris tribuenda.

5 Dubium eſt, an confeſſarius aut alius vir doctus, qui interrogatur, num quis teneatur denunciare in cauſa sãguinis, vel an id ſit melius, aut liceat, aut qui interrogatur, num liceat accuſare in cauſa sãguinis, aut nũ id ſit melius ac Deo gratius, ſpectatis circum

ſtantijs

ſtantijs omnibus concurrentibus, irregularitatem incurrat, ſi affirmanter reſpondeat, quando videt, interrogantem, ſi accepto eo reſponſo, denunciaturum aut accuſaturū, ſi poſtea ex tali accuſatione aut denunciatione ſequatur, ita denunciatum aut accuſatum puniri pœna mortis aut mutilationis. Atque in primis quando, qui interrogat, denunciare tenetur ſub reatu culpæ, vtique ſicut, qui denunciat, irregularitatem non incurrit, ſequuta inde poſtea morte aut mutilatione denunciati, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſp. 109. & in hoc tractatu Diſput. 72. dicta ſunt: ſic qui, interrogatus, aperit illi ius ac obligationem, quam ad ita denunciandum habet, irregularitatem non incurrit. Quando verò denunciare aut accuſare non teneretur, exquireret tamen, an melius eſſet denunciare aut accuſare, quàm cōtrarium aut id liceret, non item credo incurreret is irregularitatem, qui ſolùm illi aperiret ius, illumq; doceret, quid habeat natura rei, illi non ſuadendo, vt denunciet aut accuſet, neque ad id illum aliter mouendo, quàm illi aperiendo, quid rei veritas habeat, eſto intelligat, eum tali reſponſo audito, denunciaturū aut accuſaturum malefactorem illum. Quoniam aperire illi, quid rei veritas habeat, quidque ius illi concedat, aut quid melius in ſe, Deoque gratius, magiſque acceptum ſit, non eſt illum mouere ad accuſandum aut denunciandum, ſed ipſum, cognito obiecto, reique ipſius veritate, ab illo aut à ſe ipſo, mouere ſe ipſum ad id efficiendum. Et quoniam credendum nō eſt, mentem eccleſiæ fuiſſe, vt in eo euentu viri docti ac pij, qui in eccleſiæ ac fidelium lucē dati ſunt, nō poſſint aperire illis, qui ipſos conſulunt, quid natura rei habeat, quidque ius liberum ea in re ipſis relinquat, ſine periculo, quòd irregularitatem ex tali reſponſione incurrant. Neque ſanè conſentaneum eſt rectæ rationi, bonoque communi, eam fuiſſe mētem eccleſiæ in ſuis legibus latis de irregularitate ob defectum lenitatis, ac proinde neque credendum neque affirmandum eſt, eam fuiſſe eccleſiæ mentem in eis legibus, quæ nihil tale ſonant. Confirmatur, quoniam quando bellum eſt iuſtum, permittit eccleſia, quia id bono communi expediebat, vendere ac tradere arma ad id bellum, & homines ad id bellum incitare ac adhortari vt fortiter pugnent ac vincant, idque abſque vllo peccato, & abſque vllo irregularitatis periculo, nihil impediēte, quòd milites ita adhortati ac incitati, & quibus ita data ſunt arma, eis interficiant, irregularitatemque ea de cauſa ipſi incurrāt, vt Diſputatione præcedente, & copioſiùs tractatu præcedente Diſp. 108. & 110. comprobatum eſt: ergo longè maiori cum ratione eſt cenſendum, eā velle permittere, vt abſque peccato, & abſque irregularitatis periculo, doceri fideles poſſint, quę dicta ſūt, cum æquè hoc bono communi lucique fidelium expediat, & multo minùs imò nihil omnino ſit, ita fideles docentem, cooperari ad mortem iuſtam, eſto fideles ita edocti, cognita ea veritate, licitè, aut etiā cum maiori obſequio diuino, & maiori emolumento boni communis, ſe ipſos moueāt ad accuſandum aut denunciandum, quouiſve alio modo cooperandum, ad mortem iuſtam, ad iuſtamque malefactoris punitionem. Præſertim cùm, qui id ita fideles docent, cauſa ſint remota mortis inſtæ, ad quam ita ab ipſis edocti cooperantur: imo potiùs ſint dicēdi præbuiſſe illis ea manifeſtatione, quid rei natura haberet, quidque eis ea in parte liceat, cognitionem, vnde rectè occaſionem ſumpſerunt cooperandi licitè ad eam mortem iuſtam, quàm fuiſſe cauſam remotam eiuſdem mortis iuſtæ.

6 Idem intellige, quando iudex, ad quem ſpectat ſententiam mortis aut mutilationis ferre, eamq; pręcipere mādare exequutioni, interrogat, ad quid quoad aliquod delictum, à malefactore aliquo commiſ-
A ſum, teneatur, quidve licitè efficere poſſit aut non poſſit, circa ſententiam proferendam, pœnamque infligendam, aut quid Deo ſit gratiùs, bonoq; communi magis expediēs, vt ipſe efficiat. Aperire namque illi merum ius, & quid habeat natura rei, diſpoſitiòve iuris ciuilis aut canonici, ſufficiens nō eſt ad incurrendam irregularitatem, eſto, eo audito, eoq; modo edoctus, ipſe moueatur ab ipſa rei veritate, aut ſimul etiam à ſuo effectu, ad mortis aut mutilationis ſententiam ferendam, eamque exequutioni mandādam. Aliud enim eſt, iudicem adhortari aut incitare ad ferendam ſententiam mortis aut mutilationis: & aliud longè diuerſum eſt, ſincerè aperire illi ius, illique explicare quid habeat natura rei, neq; illum incitando, neque mouendo, ad illud exequen-
B dum, eſto, cognita veritate, ille inde moueatur, aut ſimul etiam à ſuo affectu, ad efficiendum quod tenetur, vel quod melius eſt, vel etiam quod ipſi licet. etiam ſi mitiùs intra iuſtitiæ limites ſe poſſet habere. Atque primùm ſufficit ad irregularitatem incurrendam, ſequuta morte aut mutilatione ex ſententia ac mandato iudicis, vt exequutioni mandetur, eſto adhortatio aut incitatio fieret iudici indirectè verbiſque palliatis, qualis c. ex literis de exceſſib. prælat. facta à quodam prælato fuit iudici à ſe conſtituto ad iudicandum in loco dominij ſui temporalis. Cùm enim quidam fur captus adductuſque fuiſſet, illeq; more eorum temporum locique illius, oſtendere voluiſſet ſuam innocentiam accepto ferro candenti ſine læſione, eoque accepto fuiſſet à ferro læſus, epi-
C ſcopus iudici à ſe conſtituto in eo loco ad iudicandum in criminalibus, cùm à iudice nihil interrogaretur, dixit, bonum non eſt, hunc manere impunitum, indeque iudex ille motus fuit ad ferendam mortis ſententiam in eum furem. Ea verò de cauſa in eo capite epiſcopus ille pronūciatur irregularis, & ſimul quia comitatus eſt iudicem ac populum ad exequutionem eius ſententiæ, autoritatē ſua præſentia præbendo ſententiæ ac exequutioni. Illud quippe fuit tacitè ac indirectè incitare iudicem illum ad eam ferendam ſententiam. Secundum verò hoc eſt, aperire aliquem, quando de re aliqua interrogatur, ius, atque explicare quid natura rei habeat, neque exhortando, neque incitando, ſufficiens ſanè non eſt ad irregularitatem incurrendam, idque plenè eſt, quod
D notat gloſſa. 2. c. ex literis citato, quæ nobiſcum conſentit, dum ait, ad incurrendum in re propoſita irregularitatem, neceſſariam eſſe ſuggeſtionem, ſeu adhortationem, vel incitationem. Quo loco obſerua, quādo ſolùm aperiretur ac explicaretur ius, & quid natura rei habeat, ſine alia directa aut indirecta adhortatione vel incitatione, non eſſe propriè conſulere, mouerève conſulendo; quòd tamen neceſſariū in re propoſita eſt ad irregularitatem incurrēdam: quando verò hęc fierent intentione mouēdi ac cooperandi & coadiuuandi ad exequutionem; tunc, ſequuta morte aut mutilatione, ſufficerent ad irregularitatem incurrendam, idque eſſet mouere cōſilio: quod non diſtinguunt, neque ſufficienter attendunt
E Panor. c. ex literis citato. nu. 5. Syluest. verb. homic. 2. nu. 7. pronunc. 4. & quidam alij.

De doctoribus, qui voce aut ſcripto docendo explicant ius, & de concionatoribus, qui ex ſuggeſto 7
idem explicant, imò qui etiam exhortantur in genere ad iuſtitiæ exequutionem, quando non intendūt mouere principem aut iuſtitiæ miniſtros ad interficiendum aut mutilandum aliquem aut aliquos in particulari, ſed ſolùm illos intendūt mouere, vt munus ſuum nō remiſsè, ſed debitè atque exactè, & vt poſtulat commune reipublicæ bonum, Deique obſequium, exequantur, ſimiliter eſt dicendum, eos non incurrere irregularitatem, eſto inde temporis progreſſu ſequatur, plures malefactores ſuſpendi aut

muti-

mutilari, quàm ſi ea exhortatio ad debitè exequendum ſuum munus iuſtitiæ non præceſſiſſet. Ratio autem eſt,quoniam non ſunt cauſæ proximæ,ſed remotæ (modo quo doctores in hac materia loquuntur) eorum, quæ iudices deinceps ea exhortatione permoti efficient:quemadmodum neque,qui adhortantur ad bellum iuſtum in genere, cenſentur cauſa proxima homicidiorum, quæ in eo bello ex tali adhortatione ac bono conſilio ſequuntur: cõſentiuntque in hoc Panor.& Sylueſt.locis citatis. Poſſumus verò hoc confirmare, quoniam incredibile eſt, eccleſiam velle,ſi reſpublica cædibus,furtis,& alijs ſimilibus flagitijs abundet, non poſſe concionatores abſque irregularitatis periculo adhortari in genere ad purgandam rempublicam eis malis, bonoque communi ſubueniendum, pœna exterminando ac compeſcendo malefactores: quemadmodum adhortari ad bellum iuſtum eodem modo abſque irregularitatis periculo poſſunt. Hoc ipſum,& præcedentia omnia, poſſumus etiam confirmare, quoniam,vt Couarr.2.variar.reſolut.cap.20.nume.10. in fine paragraphi tertio eadem, &c. cum Baldo, Ioanne, Bernardo, Dominico, Archidiacono, & Anania,affirmat, poteſt clericus abſque metu irregularitatis cõſulere Principi,vt pro certo crimine mortis pœnam lege ſtatuat,eidemq; legi condendæ ſuffragium adhibere, atque eſto ex tali lege poſtea aliquis occidatur,non propterea eum clericum irregularitatem incurrere.

8 De confeſſario, cui iudex cõfiteretur, ſe laturum non eſſe pœnam mortis in reum aliquem,vt legibus ſub reatu lethalis culpæ teneretur,dubitandum non eſt,abſque irregularitatis periculo,poſſe illi dicere, neque ego poſſum te abſoluere,niſi firmiter ſtatuas, te nihil prętermiſſurum in tuo munere,ad quod ſub reatu lethalis culpæ tenearis, atque adeò niſi id exequi in particulari ſtatuas, ad quod ita teneris, nihil impediente,quòd is iudex inde moueatur ad mortis pœnam tali reo,vt tenetur,imponendam. Ratio autem eſt, quoniam id non eſt incitare per ſe ad mortem alterius,ſed eſt exequi ſuum munus confeſſarii, vt ſub reatu lethalis culpæ tenetur. Et quoniam nulla ratione eſt credendum,eccleſiam ſuis legibus vniuerſalibus,latis circa irreguleritatem ob lenitatis defectum,intendiſſe irregularitatem in ſimilibus euentibus inducere. Quo fit,vt hic,& ſimiles alij euẽtus, per epicheiam ſint cenſendi excepti ab eiuſmodi legibus. Imò verò in euentu,de quo loquimur,ſi pœnitens dubitaret,num abſque peccato poſſet non ferre mortis aut mutilationis ſententiam in talem reum, poſſet ac teneretur confeſſarius illum docere,teneri ferre eam ſententiam,eumque inducere,vt propoſitum conciperet, faciendi id, ad quod in conſcientia tenetur,aliterque non velle eum abſoluere:neq; propter hæc vllam is confeſſarius incurret irregularitatem, eſto mors aut mutilatio talis delinquentis inde ſequatur.

9 Vt Diſputat.8. dictum eſt, Prælati & quicunque alij clerici ac religioſi,habentes iuriſdictionem temporalem,abſque peccato,& abſque periculo irregularitatis, delegare ſeu committere poſſunt cauſas ſanguinis iudicibus, quos ſuis ſubditis ad id præfecerint, idque non ſolùm delegando cauſas in generali, ſed etiam præcipiendo in particulari, vt circa talem cauſam ſingularem inquirant ac procedant, faciantque, quod fuerit iuſtum. Et quando in tali cauſa aut cauſis ab eis iudicibus appellatur,deſignare poſſunt alium, qui de eadem cauſa in particulari cognoſcat. Nihil tamen dicere aut facere poſſunt, quo moueant iudicem ad pœnam ſanguinis inferendam. Lege quæ copioſius ibi dicta ſunt.

Eadem Diſputa.8.explanatum eſt, quouſque clericis abſque peccato, & abſque periculo irregularitatis,conqueri liceat aut non liceat, coram laicis poteſtatibus de malefactoribus, qui in ipſos peccauerunt, facta proteſtatione, quòd non intendunt eos interfici aut mutilari. Vbi etiam oſtendimus, non eſſe immiſcere ſe cauſæ ſanguinis, aliquem coram iudice eccleſiaſtico denunciare,accuſare,aut teſtificari de crimine cuius cognitio ad id tribunal ſpectat,nihil impediente,quòd is reus relaxãdus ſit brachio ſeculari,& quòd à ſeculari iudice ſit interficiẽdus. Quæ autem ibi dicta ſunt licere clericis coram iudicibus ſecularibus præuia proteſtatione abſque periculo irregularitatis, eſto mors aut mutilatio rei ſequatur,ſimiliter habent locum in laicis, vt ſi ſimiliter de ſuis malefactoribus coram iudicibus ſecularibus conquerantur, morſque aut mutilatio eorum ſequatur,irregularitatem non incurrant,vt Sylueſt. verb.homic.3.num.2.§.vlt. Couarr. clement. ſi furioſus.par.2.§.5.num.5. & doctores alij bene affirmant. Quòd ſi laici coram iudicibus ſecularibus ſine præuia illa proteſtatione conquerantur de ſuis malefactoribus,emendamque petãt,quando veriſimiliter eſt illis imponenda pœna mortis aut mutilationis, quamuis non peccent, ſequuta tamen morte aut mutilatione eorum, de quibus ita cõqueſti ſunt, irregularitatem incurrent.

Obſeruat bene Couar. num. 5. citato cum communi doctorum ſententia,in euentu, in quo aliquis præuia proteſtatione non incidit in irregularitatem ſi de delinquente coram iudice ſeculari conqueratur,petatque emendam ac compenſationẽ, & mors aut mutilatio talis delinquentis inde ſequatur; incurrere tamen irregularitatem aduocatum ac procuratorem,qui eam cauſam agit, aut circa illam patrocinatur,eſto eandem proteſtationem ipſi præmittant. Ratio autem eſt, quoniam non agunt cauſam propriam,ſed alienam,quando autem circa negotiũ alienum quis ſe immiſcet cauſæ ſanguinis, non ſufficit proteſtatio illa ad irregularitatem euadendam, vt Diſp.8.oſtendimus. 10

Dubium eſt,num quando aliquis iniuſtè accuſatus eſt de aliquo crimine,& accuſans punitur mortis pæna aut mutilationis, eo quòd eo modo iniquè accuſauerit,irregularitatem incurrant,tam qui accuſatus iniuſtè fuerat,quàm aduocatus ipſius. Diſtinguendum autem eſt cum Couar.num.5.citato,quicquid aliqui alij in contrarium aliqua ex parte ſenſerint. Quoniam vel is, qui iniuſtè fuerat accuſatus, vindictam ac compenſam petit delicti in ipſum cõmiſſi: vel non, ſed iudex ex ſuo officio punit iniquum illum accuſatorem. Si accuſatus iniuſtè, petat vindictam præuia proteſtatione,quòd non intendat accuſatorem iniquum interfici aut mutilari, tũc ipſe irregularitatem non incurrit, eam tamen incurrit ipſius aduocatus, etiam ſi idem proteſtatus ſit. Quòd ſi accuſatus ſine tali proteſtatione uindictam petat, tunc etiam ipſe irregularitatem incurrit. Si autem iniuſtè accuſatus uindictam non petat,ſed ſolum ſe defendat, iudexque ex ſuo officio, ex ſuoque proprio motu,iniquum accuſatorem interficiat aut mutilet,comperto accuſaſſe iniuſtè, tunc neque accuſatus iniuſtè,neque aduocatus ipſius, irregularitatem incurrent, eſto nihil fuerint proteſtati, & eſto eſſent eccleſiaſtici: quoniam in ea iuſta innocentis defenſione ſolùm intenderunt liberare innocentem: cognita verò ea via iniuſtitia accuſantis, per accidens eſt ipſorum comparatione, quod iudex inde ſumpſerit occaſionem ad puniendum ex ſuo officio peruerſum illum accuſatorem. 11

Idem Coua.ibidem ad finem.num.3. cũ quibuſdam alijs affirmat,conſentitq; Nauar. in Manu. c. 27.n.226.in euẽtibus,in quibus aliquis pręuia proteſtatione,de qua eſt dictũ,irregularitatẽ nõ incurrit, ſe conquerendo de malefactore,petendoque emen-

dam ac compenſationem coram iudice ſeculari, A morteque aut mutilatione illius inde ſequuta, illam etiam non incurrere, eſto is ipſe, qui ita conqueritur ac emendationem de illo petit, illum comprehenderit, detinuerit, ac tradiderit iudici ſeculari, vt puniretur, & eſto, qui illum ita comprehenderit, eccleſiaſticus ſit. Hinc ſcrupuloſum mihi videtur, quòd Nauar. lib. 5. conſil. tit. de homicid. conſil. 9. à nu. 3. ait, ſi eccleſiaſticus, qui eo modo conqueſtus eſt de fure, qui ab ipſo, aut ab eccleſia ſua, vel à monaſterio ſuo aliquid eſt furatus, cuius ſatiſfactionē quin & emendam petat, indicet, vbi ille ſit, vt capiatur, ſi poſtea ob furti delictum is fur, ita comprehenſus, morte puniatur, quòd ita commereatur ipſius delictum, eccleſiaſticum, qui indicauit, vbi ille eſſet, incurrere irregularitatem. Ei enim, cui fas eſt petere B cum prædicta proteſtatione, non ſolùm vt reſtituatur ablatum, ſed etiam emendam, proteſtãdo, quòd non procedatur ad mortem vel ad mutilationem, licitum eſt etiam media omnia exequi ſub eadē proteſtatione neceſſaria ac congruentia, vt emendatio delinquentis ſequatur, & pęna ſequatur, de quorum numero eſt captura talis delinquentis, quin & tradere illum comprehenſum iudici. Neque probo, quòd Nauarr. ibidem conſil. 36. nume. 10. ait, nefas ſcilicet eſſe eccleſiaſtico, petere vt, qui in ipſum deliquit, puniatur criminaliter; petere namque etiam criminalem emendam poteſt ac pænam, proteſtando, quòd non intendit, vt illa ſit mortis aut mutilationis.

12 Vltimò cum Couar. ibidem. num. 7. cum Pan. & C cum pleriſque aliis obſerua. Irregularitatem incurrere iudicem, etiam eccleſiaſticum, qui ita reum aliquem in carcerem incluſit, vt breui ſit mortem illi allaturus, vel propter nimiam humiditatem, fœtorem, ac ſqualorem, vel ob alimentorum ſubtractionem: modò tamen mors inde aut mutilatio ſequatur. Obſerua tamen, quando carcer non plus eſſet aptus ad mortem inferendam, quàm ſunt communes carceres, eſto vincti faciliùs ibi moriantur, quàm ſi vincti non eſſent, iudicem ac miniſtros, ibi eum includentes aut detinentes, irregularitatem nō incurrere. Quoniam ipſimet vincti eligere abſque peccato ſibi poſſent tales domos ad habitandum: neque iudex, aut qui carceris curam habet, tenetur illis quærere meliores domos, quam quas ipſimet D vincti eligere ſibi poſſent ad habitandum, vel in pænitentiam ſuorum peccatorum, vel aliqua alia de cã. Idem dic, ſi non plus ſibi vincto ſubtrahatur, quàm reus ipſe licitè poſſet ſibi ſubtrahere in pænitētiam ſuorum peccatorum.

DISPVT. 75.

Quando non iniuſtè aliquis mutilatur in medicinam, aut ſimiliter via medēdi fit aliquid, vnde mors ſequitur aut mutilatio, quouſque irregularitas incurratur E vel non incurratur.

SVMMARIVM.

1 *Quando nulla interuenit culpa theologica homicidij aut mutilationis eius, qui ſanitatis cauſa aliquid fecit, unde mors eſt ſecuta; quia videlicet ſufficienter erat peritus ut id faceret, ſaltem quia tunc non erat copia peritioris, & nullam temeritatis culpam commiſit, qua ea mors ſequeretur, nec dedit operam rei illicitæ, irregularis non fit. Secùs uerò ſi fuerit in culpa lethali uel ueniali eius mortis.*

2 *Infirmorum curatores, cum opere ipſo non dent operam rei illicitæ, ſi nec lethaliter nec uenialiter peccēt eos in lecto uel de loco ad locum mouendo, ut regulariter non peccant, quando non tranſgrediuntur medicorum ordinem, neque aliquid efficiunt ſcientes aut timentes id nociturum, uel mortem culpabiliter acceleraturum, non incurrunt irregularitatem.*

3 *Si in aliquo euentu ſacerdos aliquis teneretur ſanare aliquid ſub reatu peccati mortalis, quia ita omnino eſſet neceſſarium ad liberandum aliquem à morte, eſſetque periculum in mora, ita ut alius expectari non poſſit, qui id efficeret, non incurreret irregularitatem, eſto mors aut mutilatio inde ſequeretur. Exemplum in rei teſtimonium adducitur de religioſo quodam Euorenſi.*

4 *Venæ apertio non eſt actus chirurgiæ, ac proinde iure humano prohibitus non eſt initiatis ordinibus ſacris.*

5 *Dummodo conſtituti in ordinibus ſacris per ſe ipſos non exerceant chirurgiæ actus ſcindendi aut adurēdi, non uidetur eis prohibitum præbere conſilium, ut per alios exerceantur, quin neque id præcipere.*

6 *Si medicus poſt ſuſceptos ordines ſacros medicinæ artem exerceat, & præter ipſius intentionem mortem alicuius acceleret, aut aliquem interficiat, applicando illi medicinam aliquam, non incurrit irregularitatem, ſed ſolùm id eſt indecens ſtatui ipſius.*

Dixi in titulo huius Diſputationis, non iniuſtè: C quoniam quando iniuſtè eo modo interficeretur, quia interueniret culpa lethalis aut venialis, contra quintum præceptum decalogi, tunc incurreretur irregularitas, de qua ſequentibus Diſput. erit ſermo.

Circa rem propoſitam ſequens concluſio eſt ſta- 1 tuenda. Quando nulla interuenit culpa theologica, neque lethalis, neque venialis, homicidij aut mutilationis eius, qui ſanitatis melioriſve valetudinis cauſa mutilauit, aut aliquid fecit, vnde mutilatio aut mors eſt ſequuta, quia videlicet ſufficienter erat peritus, vt id faceret, ſaltem quia tunc non erat copia alterius peritioris, periculumque erat in mora, & nullam negligentiæ, præcipitationis, temeritatis, vel alterius rei culpam commiſit, neque D lethalem, neque venialem, qua ea mutilatio aut ea mors ſequeretur, & inſuper non dedit operam rei illicitæ, ſibive idcirco prohibitæ, ne id ſequeretur, irregularitatem non incurrit. Si verò in culpa fuit lethali aut veniali talis mortis aut mutilationis, contra quintum præceptum decalogi, aut dando operam rei illicitæ, ſibique prohibitæ propter periculum mortis aut mutilationis, quæ inde ſequi poterant, morſque aut mutilatio ſequuta ſunt, irregularitatem incurrit.

Prior huius concluſionis pars colligitur apertè ex c. ad aures. de ætat. & qual. ord. vbi, interrogante medico quodam laico, qui multo tempore curauerat, applicandoque medicinas infirmis, aliquibus eorum E temporis decurſu nocuerant, mortuique ſunt, num hoc non impediente poſſet ad ſacros ordines promoueri, reſpondit Summus Pontifex. Si de prędictis euentibus conſcientia illum non remordeat peccati alicuius, licitè poſſe ad ſacros ordines promoueri. Ratio verò huius deciſionis eſt, quoniã effectus ille mortis aut mutilationis fuiſſet tunc caſualis, & ſine culpa lethali aut veniali eius homicidij aut mutilationis, comparatione talis medici, neq; illi erat prohibitum, operamve dabat rei illicitæ ita medēdo: pro homicidio verò aut mutilatione caſualibus, ſi nulla interuenit culpa eius, à quo caſualiter ſunt effecta, neq; ſequuta ſunt dante illo operam rei ſibi illicitæ, ex qua natę ſint ſequi, non incurritur irregula-

regularitas,vt infrà videbimus,quando de irregularitate ex homicidio caſuali ſermo fuerit. Eadē prior pars probatur, quoniam qui ſibi à medicis ſeu chirurgis licitè facit amputari virilia aut membrum aliud,ſanitatis cauſa, aut ſibi illud eadē ſanitatis cauſa licitè amputat, in quo comprehenditur, quando ſanus,ad euadendum mortis periculum, aut maius aliud malum, quàm ſit amiſſio eius membri, illud ſibi amputat, non incurrit ea de cauſa irregularitatem, eſto ipſe cauſa ſit talis amputationis, vt patet cap. ſi quis à medicis. cap. ſi quis pro ægritudine, & duobus ſequentibus 55. diſt. ergo neque chirurgus, qui id licitè præſtat, irregularitatem incurret. Et quamuis in his euentibus,ſi membrum eſſet patens, qui eo eſſet mutilatus, irregularis eſſet, non quidem quòd licitè mutilationi conſenſerit, ſed propter deformitatem, vt Diſputat. 69. dictum eſt, qui tamen licitè gratia ſanitatis illud amputaſſet, irregularitatem non incurreret. Conſentiunt in hac priori parte concluſionis Nauar. in Manu. cap. 27. num. 209. & libr. 5. conſtitu. de homic. conſil. 9. & conſil. 18. vbi rectè addit, clericum iuuantem chirurgum ad ſcindendum membrum,modò clericus nō ſcindat, non incurrere irregularitatem: quoniam id non eſt iure clerico prohibitum, neque eſt ſancitum vt in eo euentu irregularitatem incurrat: & irregularitas non incurritur: niſi in caſibus expreſſis à iure, Couarr. clement. ſi furioſus. part. 2. §. 4. numer. tertio. Sylueſt. verb. homic. 2. nume. 8. & duobus ſequentibus, & verb. medicus. nume. 8. ac doctores communiter.

2 Ex eadem parte liquet, eos, qui infirmorum habent curam, aut illis inſeruiunt, cùm in eo, eſto ſacerdotes ſint, operam non dent rei illicitæ, quin potiùs caritatis opus, Deo valde acceptum, exerceāt, ſi nec lethaliter nec venialiter peccent eos in lecto vel de loco ad locum mouendo, aut medicinam vel aliquid aliud eis præbendo, vt regulariter non peccāt, quando non tranſgrediuntur medicorum ordinem, neque aliquid efficiunt ſcientes aut timentes id nociturum, vel mortem culpabiliter acceleraturum, irregularitatem non incurrere. Atque in hac materia conſultius ſanctiuſque eſt, ianuam ſcrupulis non aperire, quàm eis locum dare. Maximè cùm per epicheiam ſit credendum, intentum eccleſiæ non fuiſſe, irregularitates in eiuſmodi euentibus velle incurri, tardoſque homines intendiſſe reddere ad inſeruiendum ac ſubueniēdum ſuis proximis, dum morbis laborant, mortique ſunt viciniores.

Poſterior autem pars concluſionis ex eo probatur, quòd homicidium ac mutilatio caſualis ad irregularitatem imputentur, quando fiunt cum theologica culpa, ſaltem veniali, homicidij aut mutilationis, & quando ſequuntur, dante aliquo operam rei illicitæ, ex qua illa nata ſint ſequi, vt patebit inferiùs, dum de irregularitate ex homicidio caſuali ſermo fuerit: longè autem magis imputantur ad irregularitatem, ſi ex intentione ab eis fiant, à quibus prohibita ſunt fieri propter indecentiam, quæ eſt, vt, qui miniſtrat alteri, ea efficiat, aut ſi fiant, dantibus illis operam actibus, idcirco ipſis in particulari prohibitis, quia apti ſunt, vt ex illis mors aut mutilatio ſequatur. Quo fit, vt cùm ſacerdotes, diaconi, aut ſubdiaconi capite ſententiam ne cler. vel mona. exercere prohibeantur chirurgiæ artem, quæ inciſionem aut aduſtionem aliquam inducit, hoc eſt, quo ad eiuſmodi actus, idque ob periculum mutilationis aut mortis, quæ inde ſequi poſſunt, vt Diſp. 8. dictum eſt, conſequens eſt, vt ſi ſacerdotes, diaconi, aut ſubdiaconi, ſanitatis gratia aliquem mutilent, vel adurendo, aut ſecando aliquid iuxta artem chirurgiæ, in cauſa ſint, vt aliquis mutiletur aut moriatur, irregularitatem incurrant, eſto non aliter pec-

A cant, quàm ob prohibitionem ipſis in iure factam, actus illos exercendo. Hanc tamen irregularitatem non incurrunt laici, etiam ſi in minoribus ordinibus ſint conſtituti; imò credo, neque beneficiarij, neque religioſi, qui ſubdiaconi non ſint: quia id efficiendo non dant operam rei ipſis illicitæ, eo quòd in iure prohibiti non inueniantur ea exercere.

Obſerua tamen, ſi in aliquo euentu ſacerdos aliquis, diaconus, aut ſubdiaconus, teneretur ſecare aliquid aut adurere, ſub reatu culpæ lethalis, quia ita omnino eſſet neceſſarium ad liberandum aliquem à morte, aut à longe maiori malo, eſſetque periculū in mora, ita vt alius expectari non poſſet, qui id efficeret, non incurreret irregularitatem, eſto id eſſet 3
B mutilare, aut eſto inde ſequeretur mors aut mutilatio, abſque alia ſua culpa, iuxta ea quæ Diſputat. 72. & tractatu præcedente Diſputatione 109. dicta sūt. Et quoniam in euentu, in quo ius naturale obligat ad aliquid faciendum ſub reatu culpæ, ceſſat prohibitio iuris humani, ne id fiat: quoniam ius humanū neque intēdit, neque poteſt prohibere id fieri, quod præcipit diuinum ius naturale; quare in eo euentu ſacerdos, diaconus, aut ſubdiaconus, qui ita mutilaret, ſecaret, aut aduceret, non daret operam rei illicitæ ſicut eadem faciendo operam rei illicitæ nō daret, ſi eſſet merè laicus: vnde quemadmodum laicus in eo euentu irregularitatem nō incurreret, ita neq; eam incurret ſacerdos, diaconus, aut ſubdiaconus.

Paulo antea quàm ad hunc locum deuenirem, ex
C ponendo in Euorenſi Academia hunc tertium de iuſtitia tractatum, cæpit peſtis in ea ciuitate graſſari. Et poſt egregiam operam à multis noſtrorum nauatam in miniſtrandis ſacramentis, conſolandis, curādis, ac adiuuandis ijs, qui eo morbo laborabant, in eoque miniſterio multis ex noſtris peſte conſūptis; ſubueniente ſimul ſua paſtorali cura egregiè ac munificentiſſimè illuſtriſſimo eius ciuitatis Archiepiſcopo Domino Domino Theotonio de Barganza, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, inſumptis ea in re multis ducatorum millibus, ſacerdos quidam pauperum religioſorum diui Pauli, quos vulgus eius regni perperam *Biguinos* vocat, zelo caritatis Deique amore ac ſuorum proximorū inflammatus, vitam ſuam periculo expoſuit, admi-
D niſtrando ſacramenta illis, qui eo morbo laborabant, ac in defectu aliorum chirurgorum, eis chirurgiæ arte medendo, apoſtemata aperiendo, cæteraque efficiendo, quæ ad valetudinem illorum neceſſaria congruaque iudicabantur: id autem fecit conſilio quorundam doctorum virorum, quos ea de re conſuluit, eique reſponderūt, licitè ac ſanctè id poſſe efficere, atque abſque vllo irregularitatis periculo. Cum autem temporis progreſſu ex multis hominum centenis, quos ita curauerat, duo tātum obijſſent, quidam iuriſperiti ſcrupulum illi iniecerunt, non poſſe licitè eo modo curare, artem chirurgiæ cum inciſione ac aduſtione exercendo, irregularitatemque incurriſſe.

E Ducebantur, quoniam, vt patet ca. ſententiam. ne cler. vel monac. dictumq; eſt tam in hac quàm octaua Diſput. chirurgiæ actus, ſcindendi aut adurendi, prohibiti ſunt conſtitutis in ordinibus ſacris, ac proinde eos exercendo ille peccauit, operamque dedit rei ſibi illicitæ: ſubſequuta verò inde morte, irregularitatem incurrit, nihil impediente, quòd zelo caritatis & abſq; aliquo tēporali emolumento eos actus exercuerit, vt patet c. tua nos. de homic. quo in loco pronūciatur irregularis monachus quidā ſacerdos, qui tumorē gutturis cuiuſdā mulieris aperuit, poſtea que ſubintrāte aere culpa eiuſdē mulieris ī eo vulnere, mortua eſt, nihil impediente, ꝙ is monachus zelo pietatis, & abſq; vllo quæſtu, eū actū exercuerit, &

quòd abſque alia ſua culpa mors illa ſequuta fuerit.

Recurrit tunc religioſus ille, ita admonitus, ad canonicum quendam illius ciuitatis, cuius inſignes ac largæ eleemoſynæ conſpicuæ erant toti illi ciuitati, quique præſidio erat omnibus operibus pijs, virisq; omnibus pijs, qui in illis & in quibuſcunque alijs operibus bonis ſe exercere volebant, eaque de cauſa, ob aliaſque inſignes illius virtutes, à Cardinali ac Rege Henrico à totoque populo diligebatur ac ſuſpiciebatur. Et quoniam defunctus eſt, dicam nuncupatum fuiſſe Gomez Pirez de Oliueira, cuius cōfeſſiones, dum ſanus atque æger eſſet, ſæpe audiui, familiaritateque illius vſus ſum. Hoc autem de viro hoc aſſerere poſſum, cum pingues reditus ſui canonicatus haberet, me nunquam inueniſſe hominem, quem in morbis promptiorem inuenirem ad migrādum ex hac vita, quàm hunc: id quod ego mecum expendens, tribuebam copioſiſſimis eleemoſynis illius, quas longo tempore exercuerat, alijſque egregijs virtutibus illius. Ad hunc itaque religioſus ille recurrit, ſcripto illi ſignificando, ſe velle relinquere tam pium proximiſque neceſſarium opus, quando quidem, vt dicebatur, non poterat illud exercere ſine peccato, innodatuſque erat irregularitate, atque impeditus ad celebrandum, & ad proximis adminiſtrandum ſacramenta. Id ſcriptum ad me miſit canonicus ille, non ſine maximo ſuo & multorum dolore, quòd religioſus ille deſerturus eſſet tam pium, vtile, ac neceſſarium multis opus.

Reſpondi, non ſine magna illius ac multorum lętitia, nec ſine gratulatione non modica Illuſtriſſimi Archiepiſcopi. Illum, nihil impediente argumento illo, quo iuriſperiti illi ducebantur, nec peccaſſe, ſed multum promeritum fuiſſe exercendo, in defectum aliorum chirurgorum, qui illos exercerent, actus illos chirurgiæ adeò neceſſarios tunc proximis ſuis, nec proinde irregularitatem incurriſſe: quandoquidem non conſtabat culpa ipſius lethali aut veniali, contra quintum decalogi præceptum, duos illos obijſſe, poſſeque licitè ac ſanctè perſeuerare in eiſdē caritatis operibus Deo adeò gratis, ſibi ipſi adeò meritorijs, proximiſque adeò vtilibus ac neceſſarijs: dūmodo, quando ſe offerret copia chirurgi alterius aut aliorum chirurgorum, qui ſufficienter eiſdem proximis ſubuenirent, ceſſaret ipſe à ſcindendis & adurendis tumoribus, ſeu apoſtematibus, ac vulneribus, & non antea. Id verò confirmaui, quoniā, vt ex dictis liquet, & ex dicendis magis patebit, irregularitas hæc non incurritur, niſi interueniente culpa lethali, aut veniali, homicidij aut mutilationis, contra quintum decalogi præceptum, vel niſi mors aut mutilatio ſequantur dante aliquo operam rei illicitæ, ex qua natæ ſint ſequi; id quod, inter alia, apertè colligitur ex cap. ad aures. ſuprà citato de ætat. & qualit. ord. & comprobatur, quoniam ex iure, atque ex communi doctorum ſententia, chirurgus, qui in ſacris ordinibus non eſt conſtitutus, quique ſecando aut adurendo in cauſa eſſet mutilationis aut mortis, abſque ſua culpa contra quintum decalogi præceptum, non incurreret irregularitatem, ſed ſacerdos in euentu, de quo diſputamus, nec peccat, nec operam dat rei illicitæ, exercendo actus illos chirurgiæ: ergo ſi ex illis, abſque ſua culpa cōtra quintum præceptum decalogi, ſequatur mors aut mutilatio, non incurret irregularitatem, ſicut neque eam incurreret, ſi ordinibus ſacris initiatus non eſſet, cui tunc illi actus non eſſent prohibiti. Ex hoc toto diſcurſu ſolùm nobis remanet onus probandi minorem proximè ſubſumptam, nempe eiuſmodi ſacerdotem in euentu, de quo diſputamus, non dare operam rei illicitæ exercendo eos chirurgiæ actus; reliqua enim eius diſcurſus notiſſima ſunt, probataque hac minore, diſcurſus totus euidenter probat no-
A ſtram ſententiam. Ea autem minor ex eo probatur, quoniam per epicheiam, legum ac diſpoſitionum interpretem, eſt intelligendum, euentum, de quo diſputamus, & ſimiles alios, in quibus caritas omnino poſtulat, vt prohibiti non ſint, minimè eccleſiam prohibere intendiſſe lege illa, qua capite ad audientiam citato, abſolutè prohibuit, ne conſtituti in ordinibus ſacris actus illos chirurgiæ exercerent. Intelligenda quippe eſt illa eccleſiæ lex, quando aliud non poſtulat proximorum neceſſitas, & quando ad aliud caritas non vrget. Semper enim per epicheiam ſunt cenſendi excepti à legibus illi omnes euentus, qui ſi legislatori occurrerent, quando legem condidit, vel illi fuiſſent propoſiti, aut de illis eſſet interrogatus, veriſimiliter illos excepiſſet,
B aut reſpondiſſet, ſe non intendere eos ſua illa lege comprehendere, neque in legibus ac diſpoſitionibus vniuerſalibus id cenſetur comprehenſum, de quo ſi diſponens interrogaretur, an intenderet illud comprehendere, neganter reſpondiſſet: vnde regula in generali de regul. iur. libro 6. ſic habet: *In generali conceſſione non ueniunt ea, quæ quis non eſſet ueriſimiliter in ſpecie conceſſurus*, & eadem eſt ratio de quacunque alia diſpoſitione, vt non cenſeantur in ea illa comprehenſa, de quibus ſi diſponens in particulari interrogaretur, neganter reſpondiſſet. Neque in re propoſita, quæ pro caritate ac decentia miniſtrorum altaris inſtituta ſanctè ſunt, intelligenda ſunt ad eos euentus extendi, qui contra caritatem eſſet, prohibitum eſſe ſacerdotem, de quo lo-
C quimur, interueniente adeò vrgenti neceſſitate proximorum, peritia illius ac dexteritate in illis exercendis, defectuque chirurgorum, qui poſſent aut vellent cum manifeſto periculo propriæ vitæ ſubuenire, ne illos licitè exercere poſſet, ſola diſpoſitione iuris humani Pontificij; irrationabiliſque omnino eſſet lex, quæ id vellet, ne iniqua dicam, quòd de legibus eccleſiaſticis nefas omnino eſt credere aut ſuſpicari. Confirmo euidenti ratione, legem eccleſiaſticam, de qua loquimur, non intelligi in euentu, de quo diſputamus. Quoniam ſi aliquis in extrema vitæ eſſet neceſſitate, niſi ſacerdos ei ſubueniret chirurgiæ actu incidendo aut adurendo, eo quòd nullus alius eſſet, qui illi ſubueniret, & ſacerdos id pręſtare poſſet abſque vllo ſuo periculo ac incommo-
D do, vtique, nihil impediente humana lege pōtificia, de qua agimus, licitè id efficere poſſet talis ſacerdos, eo quod cum ad id teneatur iure naturali ſub reatu lethalis culpæ, & eccleſia nullam poteſtatem aduerſus ea habeat, quæ ſunt de iure naturali, eccleſia neque id illa ſua lege prohibere intendit, neque, ſi prohibere illud intendiſſet, vim vllam ea ſua lex haberet tanquam apertè iniqua: ſed eadem eſt prorſus ratio in euentu, de quo diſputamus: quoniā licèt ſacerdos, de quo loquimur, non teneatur ſub reatu culpæ lethalis ſubuenire eo modo iis, qui peſte ſunt infecti, eo quòd non teneatur exponere propriam vitam pro corporali vita proximorum, nihilominus poſito, quòd ex caritate cedere velit iuri
E ſuo, illiſque ſubuenire, ſanè cōtra caritatem eorum, qui in extrema ſunt neceſſitate talis ſubuentionis, atque contra ius naturale eſt, prohibere illi tunc ne illis eo modo ſubueniat: idemque eſſe arbitror, ſi ſolum in graui admodum neceſſitate eius ſubuentione opus eſſet: ergo neque eccleſia ea ſua lege intendit prohibere ſubuentionem in euentu, de quo loquimur, neque id prohibere licitè ac validè potuit. Quo fit, vt neque ſacerdos, de quo loquimur, operam dederit rei illicitæ eos actus chirurgiæ exercendo, interuenientibus circumſtantijs, quæ interuenerunt, neque proinde, ſubſequutis mortibus illorum duorum inter tot, quot ita curauit, irregularitatem incurrerit.

Sacer-

Sacerdos verò, de quo ſermo eſt c. tua nos citato, idcirco ibi pronuntiatur irregularitatem incurriſſe, quia operam dedit rei tunc ſibi illicitæ: eo quòd facilè mulier illa accedere tunc poterat ad laicum, qui eam curaret, vt patet id caput intuenti.

Quamuis daremus, nefas fuiſſe ſacerdoti, de quo loquimur, exercere actus illos chirurgiæ, (quòd tamen efficaciſſimè ac euidenter eſt oſtenſum eſſe falſum) duo tamen ſunt, quorum vnum ſimpliciter eū excuſat ab irregularitate, alterum verò illum excuſat ex ſuppoſitione. Illud primum eſt, quòd cùm priùs interrogauerit viros doctos & pios, quibus fidem adhibere debuit; illique ſecurum eum reddiderint, poſſe licitè ac meritoriè eos actus exercere; vtique quamuis, quòd exercuit, non fuiſſet illi tunc licitum ex ſe, nequaquam tamen peccauit illud exercendo, excuſante eum ignorantia inuincibili, ac proinde operam non dediſſet rei illicitæ, nec ſubinde irregularitatem re ipſa incurriſſet.

Secundum verò eſt, quòd cùm irregularitas in euentu, de quo diſputamus, non incurratur, niſi ex chirurgiæ illicito opere re ipſa ſequatur mors aut mutilatio; ſanè, ſi duo illi nec mortui nec citiùs mortui ſunt ex curatione eis adhibita, ſed ex vi morbi, (vt veriſimile eſt ex ſola vi morbi illos obijſſe) ſacerdos, qui illos ita curauit, eſto perperam cōcedamus, operam dediſſe rei illicitæ illos ita curando, irregularitatem non incurrit. In dubio tamen, an ex ea curatione obijſſent, aut an citiùs obijſſent, habendus eſſet pro irregulari, ex illa alia falſa hypotheſi, quòd eo modo illos curando operam dediſſet rei illicitæ, & quòd non excuſaretur ab ea culpa ignorantia inuincibili. Huic autem noſtræ doctrinæ non aduerſatur caput tua nos citatum: quoniam apertio illa tumoris gutturis, de qua eſt ſermo in eo capite, cauſa re vera fuit eius mortis, tametſi dependenter ex eo, quòd ea mulier, contra admonitionem religioſi illius, ſe expoſuit vento ac æſtui.

Ex dictis patet, conſtitutos in ordinibus ſacris, in extrema aut in graui proximorum neceſſitate, licitè exercere poſſe chirurgiæ actus, ipſis alioquin prohibitos; modò tamen commodè haberi non poſſit chirurgus ſacris ordinibus minimè initiatus, qui poſſit ac velit illos ſufficienter exercere. Sacerdos verò, cuius occaſione tam multa dicta ſunt, hoc noſtro reſponſo ſedatus, perſeuerauit toto tempore, quo peſtis illa perſeuerauit, in curandis peſte infectis, incolumiſque euaſit: in quem poſtea illuſtriſſimus Archiepiſcopus Euorenſis multa contulit beneficia in ſignum gratitudinis tam præclari ac vtilis beneficij reipublicæ ac proximis ab eo exhibiti: nihil impediente, quòd Dei amore id fecerit, & quòd à Deo longè cumulatius præmium eſſet conſequuturus.

4 Illud admonuerim, venæ apertionem non eſſe chirurgiæ actum, ac proinde nec iure inueniri prohibitum initiatis ordinibus ſacris. Neque enim actus ille ad chirurgos ſpectat, ſed ad tonſores, qui ad præſcriptum medicorum ac chirurgorum venas ſcindunt ad ſanitatem inducendam. In pænalibus autem & odioſis, vt, ſunt prohibitiones, quæ irregularitatem inducunt, facienda non eſt extenſio argumento à paritate, quin neque à maioritate rationis eorum, quæ diſpoſita comperiuntur in iure. Hac eadem ratione dicerem, neque carnis apertionem cauſtico, neque tumoris, ſeu apoſtematis, apertionem mollificatiuo aliquo, aut implaſtro, quod vim aperiendi habeat per ſe ipſum abſque alia inciſſione aut aduſtione, eſſe computandas inter eos chirurgiæ actus, qui inciſſione aut aduſtione fiant: quoniam propriè atque in rigore neque inciſſiones ſunt, neque aduſtiones: eaque de cauſa cenſeri non debent prohibitæ conſtitutis in ordinibus ſacris:

A quippe cùm pœnæ ac odia reſtringenda ſint, & non amplianda.

5 Item obſeruo, dummodo conſtituti in ordinibus ſacris per ſe ipſos non exerceant chirurgiæ actus ſcindendi aut adurendi, non videri eis prohibitum præbere conſilium, vt per alios exerceantur, quin neque id præcipere: quandoquidem propriè ac in rigore id non eſt ipſos exercere chirurgiæ actus, qui ſint inſciſſio aut aduſtio: ſed eſt conſulere aut præcipere eos actus: pœnæ autem & odia reſtringenda potiùs ſunt, quàm amplianda.

De euentibus alijs, parte poſteriori concluſionis propoſitæ continentis, quoniam ad homicidium aut mutilationem caſualia pertineant, (præterquam quando mutilatio fieret ex intentione, quia tūc ſpe- B ctaret ad mutilationem voluntariam, de qua diſputatione ſequenti erit ſermo) ſermo erit infra, cùm de irregularitate ex homicidio & mutilatione caſualibus dicetur.

6 De medico autem eſt dubium, num ſi poſt ſuſceptos ordines ſacros medicinę artem exerceat, & præter ipſius intentionem, atque abſque ſua homicidij aut mutilationis culpa, mortem alicuius acceleret, aut aliquem interficiat, applicando illi medicinam aliquam, irregularitatem incurrat. Ad quod neganter eſt reſpondendum, quoniam non reperitur id ei in iure prohibitum, ſed ſolùm id eſt indecens ſtatui ipſius, non quidem propter mortem, quæ abſque ipſius culpa ſequi inde poteſt, ſed quoniam id exercere quaſi ex officio, non quadrat cum ſtatu ac mu- C nere ipſius. Quare ſi id aliquando efficeret, exigente neceſſitate alicuius, aut præſcribente id caritate, vel ex amicitia, aut applicando medicinam alicui ſuo domeſtico, vel conſanguineo, aut affini, non credo peccaret. Quia ergo non eſt ei prohibitum iure aliquo tanquam periculoſum, ſed ſolùm eſt ei indecens, ſi quaſi ex officio lucrique cauſa fiat, arbitror, ſi abſque ſua culpa contra quintum decalogi præceptum inde mors ſequatur, non incurret irregularitatem: ſicut neque irregularitatem incurriſſet initiatus ordinibus ſacris, qui ante prohibitionē illam eccleſiæ, c. ad audiētiam citato, exercendo chirurgiæ actus, ſciſſionis, aut aduſtionis, in cauſa eſſet abſque ſua culpa mortis aut mutilationis alicuius. Si tamen aliquando culpa, ſaltem veniali, talis medi- D ci ſequeretur mors alicuius, cui ita medicinas applicaret, irregularitatem incurreret: atq; in dubio, (qui non eſſet ſcrupulus) an culpa illius mors eſſet ſequuta aut accelerata, habendus eſſet pro irregulari: eaque de cauſa, qui timorati ſunt, non ſolent id munus exercere, niſi obtenta priùs facultate ac diſpenſatione ea in parte à ſummo Pontifice.

DISPVT. 76.

De irregularitate ex homicidio & ex mutilatione voluntarijs ac obiectiuè malis, & concauſa homicidij, aut mutilationis, quouſque irregularitatem incurrant.

E

SVMMARIVM.

1 *Repetuntur nōnulla ex ante dictis circa homicidium uoluntarium.*

2 *Ex homicidio uoluntario ſemper incurritur irregularitas, atque indiſpenſabilis, tam a cauſa principali aut executiua illius, quam a quacunque illius concauſa, modo comparatione eius concauſæ rationem etiam habeat uoluntarij.*

3 *Ex homicidio ea ex parte, qua eſt ſolùm contra caritatem, non incurritur irregularitas.*

4 *Is qui cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit ſimul ex odio ſuum aggreſſorem in euentu, in quo, ſi odium non interueniret, irregularitatem non incurreret, neque eam incurrit eo odio interueniente. Neque item iudex ſe immiſcens cauſæ ſanguinis, ſi ad homicidium ex odio ſimul cooperetur.*

5 *Secuto effectu homicidij, aut mutilationis, concauſæ incurrunt irregularitatem, ſi fuerunt concauſæ proximæ, nō verò ſi fuerūt cauſæ remotæ eius effectus. Quid ſit cauſa proxima hic & cauſa remota.*

CONſequenter eſt diſputandum de irregularitate ex homicidio ac mutilatione obiectiuè malis, vt homicidium ac mutilatio ſuo ambitu comprehendunt, tam homicidia ac mutilationes, in quibus cernitur ratio culpæ contra quintum decalogi præceptum, quàm quæ fiunt ab habente quidē vſum rationis, attamen ignorantia inuincibili excuſantur à culpa contra quintum decalogi præceptum. Homicidium ita ſumptū (idem de mutilatione intellige) diuiſimus Diſputatione 3. in homicidium voluntarium & in caſuale: atque quid eſſet vtrumque, quod ad rem præſentem attinet, latè ibi explicauimus. In hac autem diſputatione dicemus de homicidio voluntario, eademque ſuo modo erunt intelligenda de mutilatione voluntaria, ſequenti verò diſputatione de caſualibus homicidijs ac mutilationibus diſſeremus.

1 Illud verò eſt obſeruandum, nos Diſput. 33. ſeptem membris illius diſputationis copioſè egiſſe de concauſis omnibus ad homicidium & ad mutilationem, explanaſſeque quando vnaquæque earum eſſet cenſenda incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario indiſpenſabilem, in ſenſu Diſput. 3. explicato, & quando ea irregularitas, licèt eſſet ex homicidio voluntario, non tamen adeò eſſet indigna diſpenſatione, vt ſunt aliæ, eo quòd non tam fædè, neque cum tanta culpa homicidij, ſit contracta, vt regulariter contrahi aliæ ſolent, explanauimus item quando concauſæ illæ ſolum incurrerent irregularitatem ex homicidio caſuali, nihil impediente, quòd alia, aut aliæ concauſæ eiuſdem numero homicidij, irregularitatem ex homicidio voluntario contraherent. Egimus verò tunc de irregularitate, quam concauſæ homicidij aut mutilationis contraherent, explicando ſimul quouſque pænas alias homicidij incurrerent, vel ordinarias, vel ſolum arbitrarias, quoniam faciliùs tunc id explicari ac intelligi poterat, explicando eo loco modum, qualitatem ac quantitatem influxus ac culpæ vniuſcuiuſque earum concauſarum ad id homicidium aut mutilationem. ſi enim diſputationem earum irregularitatum in hunc locum reſeruaremus, neceſſe fui ſſet multa ex ijs, quæ eo loco dicta ſunt, dicique ibi omnino erat neceſſe, inutiliter hoc loco repetere, vt quid de irregularitatibus illis eſſet cenſendum ac tenendum hoc loco intelligeretur. Quæ ergo ibi dicta ſunt, magno nos onere hoc loco leuabunt. Idcirco autem in titulo huius diſputationis de irregularitate concauſarum homicidij, ac mutilationis, mentionem fecimus, vt intelligeretur, ad hunc locum attinere de illa agere, niſi conſultò propter ea, quæ dicta ſunt Diſputatione 33. citata, actum de illa meritò fuiſſet.

2 Statuenda autem eſt hoc loco hæc vniuerſalis cōcluſio. Ex homicidio voluntario, de quo modò nobis eſt ſermo, ſemper contrahitur irregularitas, eaq; indiſpenſabilis modo Diſput. 3. explicato, tam à cauſa principali aut exequutiua illius, quàm à quacunque illius concauſa, modò comparatione eius concauſæ rationem etiam habeat homicidij voluntarij.

A Hæc concluſio communis eſt omnium ac indubitata. Quoniam homicidium voluntarium, de quo in ea eſt ſermo, ſemper eſt cum lethali culpa iniuſti homicidij ac intenti ab eo, cuius comparatione homicidium dicitur voluntarium: ergo eo maximè cōtrahitur irregularitas, fædior multo indigniorque vt in ea diſpenſetur, quàm ſit irregularitas ex quocunque alio homicidio, quin & ex quocunque alio capite cōtracta: qua de cauſa in Concilio Tridentino ſeſs. 14. cap. 7. de reformatione ſancitum fuit, vt nunquam in ea diſpenſetur, vt Diſp. 3. eſt dictum.

Illud verò eſt hoc loco obſeruandum, ex homicidio ea ex parte, qua eſt ſolùm contra caritatem, non incurri irregularitatem. Quo fit, vt qui, non ſubueniendo proximo extremè indigenti, quando ſolùm ad id tenetur ex caritate, permittit illum mori, quãuis lethaliter peccet, & ſuo modo dicatur homicida illius, (quo genere loquendi vtuntur ſæpe ſancti Patres) non tamen irregularitatem incurrat, vt bene Nauar. in Manu. cap. 27. num. 231. & alij affirmāt. Et quamuis Angel. verb. homic. 1. §. 17. &, vt videtur, Syluest. ibidem. num. 14 Couar. Clement. ſi furioſus. part. 2. §. 2. num. 7. & Carrer. in pract. §. 4. n. 21. & §. 6. num. 67. id limitent, vt intelligatur, præterquam ſi doloſè, animoque vt moreretur, ei non ſubueniret, ſed ſineret eum mori, ducti potiſſimum ex c. quantæ. de ſent. excomm. meritò tamen Naua. loco citato aſſeuerat, neque in eo euentu illum irregularitatem incurrere, noſque cū illo id aſſeruimus Diſp. 33. Memb. 5. vbi reſpondimus ad c. quantæ, quò ducuntur, & ad quædam alia iura. 3

B

C Ex eodem fundamento, quòd ſcilicet ex homicidio ea ex parte, qua ſolùm eſt contra caritatem, irregularitas non incurratur, colligitur etiam, eum, qui cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit ſimul ex odio ſuum aggreſſorem in euentu, in quo, ſi odium non interueniret, irregularitatem non incurreret, neque eam incurrere eo odio interueniente: id quod etiam aſſeruimus in calce diſputationis 72. Neque enim ita illum occidendo peccat is contra iuſtitiam, ſed ſolùm contra caritatem. 4

Colligitur præterea, eum qui ſanguinis cauſæ ſe immiſcet, vt iudex, aut accuſator, ſi ſimul ad homicidium aut ad mutilationem cooperetur ex odio, eſt quidem irregularis, quatenus ita occidit, aut cooperatur ad homicidium, vel ad mutilationem, non verò quatenus ex odio id effecit: neque id eſt circunſtantia neceſſariò exprimenda in diſpenſatione eius irregularitatis, vt valida ea diſpenſatio ſit.

D

Illud hoc loco vniuerſim circa concauſas homicidij aut mutilationis eſt dicendum. Tunc, ſequuto effectu homicidij aut mutilationis, incurrere irregularitatem, quando fuerunt concauſæ proximę, nō verò quando fuerunt concauſæ remotæ eius effectus, vt doctores communiter affirmant. In re autem præſenti, nomine cauſæ proximæ non intelligitur, quæ immediatè, hoc eſt, non mediante alia, operatur, ſeu influit in eum effectum, & nomine remotæ non intelligitur omnis, quæ mediante alia operatur, ſeu influit: fieri enim optimè poteſt, vt cauſa aliqua mediante alia aut mediãtibus alijs operetur, & vt nihilominus non ſit cauſa remota, ſed proxima, vt modò loquimur, ac proinde vt irregularitatē incurrat. Cauſa ergo remota in re præſenti illa intelligitur, quæ ita remotè ac per accidens ſe habet ad effectum, vt prudentis arbitrio, moraliterque loquendo, cenſenda non ſit cooperari ac influere ad eum effectum, vt irregularitatem idcirco incurrat. Verbi gratia, quicunque in bello iuſto cauſa ſeu concauſa eſt mortis, aut mutilationis, alicuius, aut aliquorum ex hoſtibus, irregularitatem incurrit, ſiue cauſa aut concauſa ſit præcipiendo, ſiue conſulendo, ſiue præparando, aut conficiendo arma deter- 5

E

determinatè ac ſcienter ad id, ſiue exhortando, aut animando ad id bellum, ſiue ſua præſentia, tanquam vnus de numero tantæ multitudinis, animum præbendo ſuis, aut deterrendo hoſtes: qua ratione, mutilato aut interfecto vno de aduerſarijs, exercitus totus gerens bellum id iniuſtum irregularitatem quo ad ſingulas ſuas partes contrahit, quia ſe mutuò adiuuant, & vnuſquiſque eorum audet contra aduerſariorum multitudinem in comitatu cęterorum, qui ſunt de ſuo exercitu, fretuſque præſentia ac adiutorio eorum, pugnare audet. Omnes item & ſinguli, qui ipſis parant, aut miniſtrant neceſſaria ad tale bellum, ſiue ſint pecunia, ſiue quæcunque victualia, cæteraque omnia ad id neceſſaria aut conducentia, ſcientes ad id bellum, ſiue proximè, ſiue remotè, ordinari, irregularitatem incurrũt, ſiue præſentes ſint bello, ſiue abſentes, indeque quoquo modo adiuuãtes. Qui tamen conficeret arma, aut præpararet victualia, & alia ad id conducenda, aut ad ea cooperaretur, vel illa venderet, non intelligens ordinari, aut peti, ad bellum iniuſtum, ſed illa conficiendo, præparando, ad illa cooperando, illa vendendo, aut tradendo ad humanos vſus, aut ad vſus indifferentes, qui conuerti poſſent ad bonum & ad malum finẽ, ille talis non cenſeretur cauſa proxima, ſed remota, mutilationis aut homicidij, quæ inde in bello iniuſto aut extra bellum iniuſtè ſequerentur, neque proinde irregularitatem ex talibus homicidijs aut mutilationibus incurreret. Simili modo, qui Regi ſolueret pecuniam, quam illi debet, ſciens Regem ea vſurum ad bellum iniuſtum, non cenſeretur cauſa proxima damnorum, quæ ea pecunia tali bello iniuſto ſequerẽtur, ſed remota moraliter loquẽdo: quia ex ſua parte fecit, quod ipſe facere tenebatur, eum finem nõ intendendo: Rex verò ſua nequitia eam pecuniam conuertit in eos iniuſtos effectus. Qui autem mutuo daret pecuniam ad bellum iniuſtum, ad parandave conducentia ad id bellum, cenſeretur concauſa proxima, vt modo loquimur, mutilationum aut homicidiorum, quæ inde ſequerentur, ac proinde irregularitatem incurreret. Secus autem res haberet, ſi eam pecuniam mutuo daret, ignorãs ad rem illam iniuſtam peti. Ex his verò exemplis facilè quiuis iudicabit, quando aliquis cenſeri debeat cauſa remota homicidij aut mutilationis, & quando non. Hæc enim prudentis arbitrio ſunt potius committenda, vt definiantur, quàm de eis ſtatui poſſit certa regula. Lege inter alios Couar. clement. ſi furioſus, par. ſecunda, §. 3. nume. 2. Nauar. in Man. cap. 27. num. 224. Sylueſt. verb. hom. 3. num. 8. & quæ diximus tractatu præcedente, Diſput. 110. concluſ. 2.

DISPVT. 77.

De irregularitate ex homicidio aut mutilatione caſualibus.

SVMMARIVM.

1 *Tranſitio ad præſentem diſputationem.*

2 *Quando in homicidio aut mutilatione caſuali cernitur culpa lethalis aut venialis homicidij aut mutilationis, tunc talis homicida aut mutilator fit irregularis.*

3 *Opinio aliorum contraria refertur, & refutatur.*

4 *Quando homicidium aut mutilatio caſualia ſequuntur abſque vlla culpa lethali ac veniali homicidij ac mutilationis, & qui ita occidit aut mutilauit, non dedit operam rei illicitæ, non incurritur irregularitas.*

A 5 *Quando homicidium aut mutilatio ſequuntur quidem abſque ulla culpa lethali ac veniali homicidij ac mutilationis, attamen occidens aut mutilans dedit operam rei illicitæ, ex qua id homicidium aut mutilatio ſint ſecuta, irregularitatem incurrit.*

6 *Probatur prima concluſio præcedens, & confirmatur diuerſis caſibus, quibus irregularitas incurritur.*

7 *Probatur ſecunda concluſio præcedens, & confirmatur diuerſis caſibus, quibus irregularitas non incurritur.*

8 *Non ſatis eſt aliquem dare operam rei de ſe periculoſæ ad homicidium aut mutilationem, vt ſecuto homicidio aut mutilatione cenſendus ſit irregularis, ſed opus eſt ut illicitè illud efficiat.*

B 9 *Probatur tertia concluſio, & confirmatur diuerſis caſibus, quibus irregularitas incurritur.*

10 *Qui cauſa eſt remota homicidij aut mutilationis, eſto ea ſit operam dando rei illicitæ, non incidit in irregularitatem interfecto aut mutilato aliquo.*

Qvod homicidiũ & quæ mutilatio, quod ad rem præſentem attinet, caſualia dicantur, Diſput. 3. fuit explanatum. Et quamuis potiſſimum ſit nobis hoc loco ſermo de homicidio & mutilatione caſualibus, quando obiectiuè ſunt iniuſta, & ſequuntur ex actu vtentis ratione, ſiue ignorantia inuincibili excuſentur omnino à culpa homicidij aut mutilationis, ſiue non; ſimul tamen admiſcebimus aliquid de ho- 1
C micidio & mutilatione caſualibus obiectiuè iuſtis. Diſputatio autem hæc tribus concluſionibus eſt dirimenda. Quibus propoſitis, explicatis, atque ſtabilitis, iuxta eas explanabimus ac conciliabimus varia iura, quibus non parum eædem propoſitæ concluſiones corroborabuntur.

Prima concluſio eſt: Quando in homicidio caſuali, aut in caſuali mutilatione, cernitur culpa lethalis, aut venialis, homicidij, vel mutilationis, tunc talis homicida aut mutilator irregularitatem incurrit. Quando autem talis culpa lethalis aut venialis in eis cernatur, aut non cernatur, prudentis arbitrio eſt iudicandum, attenta qualitate rei periculoſæ, aut non periculoſæ, vt homicidium aut mutilatio ſequerentur, & ſpectata diligentia ac cautela a- 2
D dhibita, aut non adhibita, vt non ſequerentur, ſpectatiſque cæteris omnibus circunſtantijs concurrẽtibus. Concluſio propoſita eſt D. Thomæ, & Caiet. 2. 2. q. 64. art. 8. & communis doctorum, aperteque conſtat ac colligitur ex iuribus in progreſſu huius diſputationis citandis.

Sotus verò 5. de iuſt. quæſt. 1. articu. 9. ab ea diſſentit, arbitratus, propter homicidium aut mutilationem, in quibus ſolùm interuenit culpa venialis, non incurri irregularitatem. Ducitur, quoniam nõ videtur ei ęquum ac rationabile, vt pœna tanta, quãta eſt irregularitas, imponatur ob ſolam culpam uenialem: eaque de cauſa arbitratur, eccleſiam minimè id intendiſſe. Recedendum tamen non eſt à 3
E communi doctorum ſententia, quæ, vt 1. 2. q. 76. artic. 3. dicebamus, apertè colligitur. ex cap. continebatur, ex cap. ad audientiam, ex cap. tua nos, ex capit. ſicut ex literarum, de homicid. & ex alijs iuribus, in quibus interueniente ſolùm negligentia ac culpa veniali homicidij, vt euentus eorum capitum intuenti erit manifeſtum, quidam pronunciantur in euentibus illis irregularitatem incurriſſe. Ad id verò, vnde Sotus ducitur, eſt dicendum: Irregularitatem ex homicidio non tam eſſe pęnã, quàm impedimentũ canonicum ad ſacros ordines ſuſcipiẽdos, atque ad illis vtendum, propter indecentiam, quæ eſt, homicidam accedere ad altare Agni immaculati, vt præcedentibus diſputationibus ſæpe eſt dictum.

ctum. Vnde, quamuis eccleſia noluerit, vt propter homicidium aut mutilationem obiectiuè iniuſta, irregularitas incurreretur, niſi interueniente culpa aliqua, vel ipſius homicidij, aut mutilationis, vel rei alterius illicitæ, ex qua tale homicidium aut mutilatio ſequeretur, vt ex ſequentibus concluſionibus patebit: non tamen exigit culpam lethalem homicidij aut mutilationis, ſed contenta fuit ſola culpa veniali ob indecentiam, quam homicidium ac mutilatio ex ſe habebant. Confirmatur communis noſtraque ſententia, quoniam etiam quando nulla omnino interuenit culpa homicidij ac mutilationis, excuſante ab illa ignorantia inuincibili, incurritur irregularitas ex homicidio aut mutilatione caſualibus, quando ſequuta ſunt, dante aliquo operam rei alteri illicitæ, vt ex tertia concluſione patebit; incurriturque tunc irregularitas, non quidem eius culpæ commiſſæ, ob quam irregularitas non ſolet eſſe impoſita, ſed incurritur irregularitas homicidij aut mutilationis, quæ ſunt ſequuta præcedente ea alia culpa: ergo quamuis in irregularitate ex homicidio ac mutilatione caſualibus, & obiectiuè malis, de qua diſputamus, requiratur culpa aliqua ex ſtatuto eccleſiæ, tanquam conditio ſine qua non incurretur talis irregularitas, non tamen incurritur propter ſolam culpam atque in pœnam talis culpæ, ſed incurritur propter indecentiam homicidij ipſius aut mutilationis in ſe. Rurſus eadem noſtra communiſque ſententia confirmatur, quoniam irregularitas ex eo proueniens, quòd aliquis ſe immiſceat cauſæ ſanguinis, incurri poteſt abſque aliqua culpa (quin & cum merito) propter ſolum homicidium aut mutilationem, quæ ſint ſubſequuta, vt patet in laico, qui licitè ac meritoriè in ea cauſa accuſauit, & iudice, qui ſimiliter licitè ac meritoriè ſententiam tulit.

4 Secunda concluſio. Quando homicidium aut mutilatio caſualia ſequuntur abſque vlla culpa lethali ac veniali homicidij ac mutilationis, & qui ita occidit, operam non dedit rei illicitæ, nulla incurritur irregularitas. Concluſio hæc eſt diui Th. Caiet. ac Soti locis citatis, Nauar. in Manu. ca. 27. nu. 220. Couar. in clement. ſi furioſus. par. 2. §. 4. & communis doctorum, atque habetur c. dilectus. c. ex literis 1. & 2. cap. ſignificaſti. 1. & cap. vlt. de homic. multiſque alijs iuribus.

5 Tertia concluſio. Quando homicidium aut mutilatio caſualia ſequuntur quidem abſque vlla culpa lethali ac veniali homicidij ac mutilationis, attamẽ, qui ita occidit aut mutilauit, dedit operam rei illicitæ, ex qua id homicidium aut ea mutilatio ita ſequuta ſunt, vt res illa illicita apta eſſet, vt inde ſequeretur, irregularitatem incurrit. Hæc concluſio eſt diui Thomæ loco citato, & communis doctorum, colligiturque ex c. dilectus. de homic. & ex alijs iuribus citatis. Quidam autem, de quorum numero eſt Syluest. verb. homicidium 2. plus iuſto eam extenderunt, vt ſcilicet incurreretur irregularitas, ſi is, qui caſu occidit aut mutilauit, ſine vlla culpa homicidij ac mutilationis, dedit operam cuicunque alteri rei illicitæ, etiam ſi periculoſa non eſſet ac apta, vt inde id homicidium ac mutilatio ſequeretur. Cõtrarium verò habet noſtra concluſio, nempe neceſſe eſſe, vt ea res illicita periculoſa ſit eius homicidij aut mutilationis, atque adeò apta vt inde ſequerẽtur: id quod affirmant. Caiet. 2. 2. q. 64. art. 8. Sotus. 5. de iuſt. q. 1. art. 9. Couar. §. 4. citato. nu. 10. Nauar. nu. 220. citato, & nu. 237. Caſtrus. 2. de leg. pœnali. c. 14. prope finem, & plerique alij.

6 Ex his autem tribus concluſionibus facile erit iudicare, quando ex homicidio ac mutilatione obiectiuè iniuſtis irregularitas incurratur, quãdo nõ item, exponenturq; ac conciliabuntur varia iura, quibus concluſiones ipſæ corroborabuntur ac confirma-

A buntur magis. Vt verò à prima concluſione ordiamur. Capite presbyterum de homic. presbyter quidam, qui diſciplinæ intuitu ita puerum in capite percuſſit, vt puer inde poſt paucos dies interierit, qui inde in morbum incidit, ex quo mortuus eſt, pronũciatur irregularis. Ea quippe percuſſio culpabilis fuit, ſaltem venialiter, contra quintum præceptum decalogi; quandoquidem is effectus mortis ex illa fuerit ſequutus.

Capite continebatur. eod. titu. cum quidam clerici de agro venientes luderent iaciendo baculos per viam, eiuſque ludi lex eſſe ſoleret, vt qui baculo ſuo alterius baculum percuteret, eo pro equo vteretur, cuius baculum percuſſiſſet, tametſi clerici illi tunc ea lege ac conditione eius ludi non vterentur, ſed
B contenti ſolùm eſſent iaculatione baculorum ac gloria victoriæ. Euenit autem, vt cum quidam laicus, qui cum ipſis veniebat, eo modo ludẽdo percuteret baculum cuiuſdam diaconi, in eum inſiluerit, & à falce, qua diaconus erat accinctus, lethale vulnus acceperit, vnde poſt dies paucos mortuus eſt. Propoſito verò hoc euentu ſummo Pontifici, pronunciauit eum diaconum irrregularitatem incurriſſe. Ratio autem, licèt in textu non reddatur, hæc fuit: Quoniã cum conſuetum eſſet, victores in eo ludo in victos inſidere, diaconus ille in culpa fuit contra quintum decalogi præceptum, non ſemouendo falcem, præſertim cum, vt videtur, occultam illam ſub pallio deferret à tergo, & ob circunſtantias alias, quæ ibi ſubticentur. Et ſaltem in dubio, an culpa interuenerit,
C habendus fuit tanquam irregularis, iuxta ea quæ in præcedentibus ſæpe ſunt dicta. Quòd ſi prudentis arbitrio in nulla fuiſſet tunc culpa contra quintum decalogi præceptum, ſanè irregularitatem non incurriſſet: quoniam ludere eo modo cum laico, ſi prę ciſè id ſumatur, non erat res illicita, neque periculoſa homicidij aut mutilationis, ſi culpabilis negligentia ſemouendi falcem, moduſque illam geſtandi, ſpectatis circumſtantijs concurrentibus, non concurriſſent. Quo loco obſerua, non ſufficere ad incurrendam hanc irregularitatem culpam iuridicam, niſi ſimul interueniat culpa theologica, ſaltem venialis. Quia verò in eo euentu non fuit reperta magna culpa, conceditur in eo textu Epiſcopo eius diaconi, vt cum illo diſpenſet, vt miniſtret in ſubdiaconatus
D gradu.

Capite ad audientiam. eodem titu. de presbytero quodam, qui correctionis gratia cingulo percuſſit quendam de familia, gladioque, qui erat in vagina cingulo adhærente, eum vulnerauit, dicitur propter eandem rationẽ, ſi res eſſet dubia, num ita percuſſus mortuus ex eo vulnere eſſet, haberetur preſbyter ille pro irregulari: propterea quòd in culpa fuiſſet contra quintum decalogi præceptum ita vulnerando illum de familia.

Capite ſi ex literis, eodem titu. propter eandem rationem pronunciatur clericum quendam habendum eſſe pro irregulari, qui mulierem prægnãtem, cum qua inhoneſtè viuebat, ita ludendo traxit ex
E zona, vt illa ſenſerit, inde ſe fuiſſe læſam, idque fuiſſe in cauſa abortus ſequuti. Cum enim id non fuerit ſine peccato contra quintum præceptum decalogi ob periculum abortus, clericus ille eo capite irregularis iudicatur, ſi fętus anima rationali erat iam animatus. Idem verò propter eandem rationem iudicaretur, ſi à quocunque alio, qui ſciret illam prę gnantem eſſe, mulier illa ſimilem paſſa eſſet uiolentiam. Neque eſt audiendus Nauar. in Manu. c. 27. num. 236. & lib. 5. conſil. titu. de homic. conſil. 24. qui aliter eum textum intelligit, quique diſcrimen conſtituit inter duos, quorum alter idem prorſus efficeret cum alio, ſed non honeſto fine, aut indecenter atque illicitè habita ratione ſui ſtatus, quaſi inde

de vnus iudicandus ſit irregularis, & non alter.

Iuxta eandem primam concluſionem irregulares ſunt, qui domi ſuæ, aut alibi, feras habent, vt pãteras, leones, vrſos, aut etiam canes feros, ſimileſq; alias beſtias, quæ nocere poſſint, ſi propterea quòd non teneãtur cum debita cautela ac cuſtodia, ne nocere poſſint, aliquem mutilent aut interficiant. Domini enim, aut illi, quibus cura ac cuſtodia earum incumbit, in culpa ſunt contra quintum decalogi præceptum eiuſmodi effectus caſualis eo modo ſequuti: Ita Nauar. cap. 27. citato. nume. 227. & doctores communiter.

Iuxta eandem primam concluſionem, qui iacit lapides, aut aliquid aliud, in periculoſa loca, non adhibita prius debita diligentia, aut admonitione, ne cui noceant, vel diruit aliquid, aut cædit ligna in loco periculoſo, neque admonet tranſeuntes, aut inferius exiſtentes, irregularitatẽ incurrit, ſequuta inde morte aut mutilatione, quando in culpa fuit, ſaltem veniali, contra quintum decalogi pręceptum, eius mortis aut mutilationis.

7 Quod verò ad ſecundam concluſionem attinet, cap. lator. de homic. pronunciatur, clericum quendam irregularitatem non incurriſſe, qui cum luderet cum alio, & ille alius in terram eum proieciſſet, caſu, qui eum priecit, cultello, quem proiectus ad latus habebat, eſt interfectus. Neque enim in eo euentu culpa cõtra quintum decalogi præceptum ex parte proiecti in terram agnoſcitur: neque, qui eo modo in terram fuit proiectus, operam dabat rei illicitæ ex ſe periculoſæ comparatione talis effectus.

Capite dilectus eodem tit. ob eandem rationem decernitur, clericum quendam non incurriſſe irregularitatem, qui cum equo inſideret, qui non ſatis inſidenti parebat, velletque equum compeſcere, calcaribuſque adhibitis, caſu euenerit, vt habenæ frangerentur, equuſque curſum arripuerit, & pedibus conculcauerit ac interfecerit puerum. Cum enim is clericus nullam in eo euentu commiſerit culpam contra quintum decalogi præceptum, neque operã dederit rei illicitæ, pronunciatur non incurriſſe irregularitatem. Atque eodem modo dicunt doctores ſupra citati, pronunciaretur non incurriſſe irregularitatem, quamuis equo pergeret ad fornicandum, aut ad furandum, quoniam pergere equo ad fornicandum, aut ad furandum, licèt res eſſent illicitæ, non tamen, quæ viam pararent ad id homicidium, quæve periculoſæ eſſent comparatione eius homicidij. Eodem etiam modo non incurreret irregularitatem, ſi qui ſuper eum inſideret equum, monachus eſſet ordinis Diui Franciſci, qui contra regulam ſui ordinis equitaret: quoniam religioſis illis non eſt prohibitum incedere equites, tanquam res periculoſa ne aliquem interficiant aut mutilent; ſed paupertatis ac humilitatis cauſa.

Et cap. ex literis. 1. eod. titu. clericus quidam pronunciatur non incurriſſe irregularitatem, qui cum fęnum de curru quidam deponeret, & proſpiciendo prius ne quem offenderet, proiecit in terrã perticam, qua fœnum continebatur in curru, caſuque puerum percuſſit, qui inde mortuus eſt. Cum enim is clericus, adhibita ea diligentia, non peccauerit cõtra quintum præceptum decalogi ita puerum illum interficiendo, neque dederit operam rei illicitæ, iudicatur non incurriſſe irregularitatem.

Eodem modo. c. ex literis. 2. eo. ti. monachus quidam pronũciatur non incurriſſe irregularitatẽ, qui cãpanam deponebat, lignumque cecidit, ac interfecit puerũ in loco, in quo ſuſpicio non erat aliquem eſſe. Cũ enim is monachus in eo homicidio nõ peccauerit contra quintum præceptum decalogi, ignorantia ipſum excuſante à culpa, neque dederit operam rei illicitæ, irregularitatem ſanè non incurrit.

A Hoc loco obſerua, non ſatis eſſe aliquem dare operam rei de ſe periculoſæ ad homicidium, aut mutilationem, vt ſubſecuto homicidio, aut mutilatione, cẽſendus ſit irregularitatem incurriſſe; ſed opus eſſe, vt illicite illud efficiat. Vnde, ſi laicus aprorum venationi inſiſtat, aut ludat haſtiludio, vel rem aliã periculoſam, ſibi tamen non illicitam, aggrediatur, & abſque ipſius culpa homicidium aut mutilatio inde ſequatur, irregularitatem non incurrit: quia dando operam rei ſibi licitæ, abſque alia ſua culpa, id euenit. Si verò clericus aliquid eorum efficeret, quia id ſibi eſt illicitum, & res de ſe eſt periculoſa, ac apta vt homicidium aut mutilatio inde ſequatur, irregularitatem, ſubſecuto inde homicidio aut mutilatione, incurret. 8

B Simili modo capit. ſignificaſti. 2. de homic. cum quidam clericus inſideret equo, qui durus erat bucca, calcaribuſque eſſet conatus extrahere illum de aqua, atque equus contra ſeſſoris voluntatem, curſum arripuiſſet, mulieremque conculcaſſet ac interfeciſſet, attento quòd ſeſſor id equi vitium ignorabat, pronunciatur irregularitatem non incurriſſe: quoniam neque in culpa fuit talis homicidij, neque operam dedit rei ſibi illicitæ.

Et cap. exhibita eod. titu. pronunciatur, eum irregularitatem non incurriſſe, qui, ludendo, lapidem in alium proiecit, animo eum deterrẽdi: ille verò alius, fugiendo eum lapidem, caſu in lapidem alium impegit, in capiteque fuit vulneratus, ac tandem medici imperitia ac incuria mortuus eſt. Cum enim id præ-

C ter omniũ ſpem eueniſſet; neque, qui lapidem proiecit, peccauerit; eo quòd nullum eſſet periculum eũ tangendi, qui illo fuit deterritus; neque operam dederit rei illicitæ, cenſetur in eo capite irregularitatem non incurriſſe.

Item c. Ioannes. eod. titu. pulſante ſacerdote quodam campanam, vt fideles ad diuina conuenirent, caſu tintinabulum cecidit, ac puerum ibi exiſtentem interfecit. Summus verò Pontifex in eo capite pronunciat, eum ſacerdotem irregularitatem non incurriſſe: eo quòd nullum commiſerit peccatum in eo homicidio, neque præuideri poſſint fortuiti omnes euentus. Notant verò optimè aliqui ex doctoribus citatis, eſto ſacerdos ille tempore interdicti eccleſiæ, contra eccleſiæ præceptum, ſimili modo id cimba-

D lum pulſaſſet, idemque effectus eſſet ſequutus, non incurriſſet irregularitatem. Quoniam peccatum illud tranſgreſſionis eius præcepti eccleſiæ, quamuis eſſet res ſibi illicita, non tamen eſſet periculoſa tanquam via ad homicidium aut ad mutilationem.

Simili modo. c. vlt. eod. titu. Cum ſacerdos quidam vocaſſet quendam laicum in adiutorium, ad diſſoluendum laqueare eccleſiæ, & caſu laicus vnà cum laqueari corruiſſet, mortuuſque eſſet, pronunciatur, ſacerdotem illum irregularitatem non incurriſſe. Quoniam licèt res, cui intendebant, periculoſa eſſet; non tamen erat illicita, neque ſacerdos ille peccauit, vocando eum laicum ad ita adiuuandum; cum

E præuidere non potuerit, euenturam inde eſſe mortem illius.

Iuxta eandem ſecundam concluſionem, qui ægrotos mouent, aut aliquid illis adminiſtrant, quin & qui illis medentur, aut aliquem chirurgiæ actum in illis exercent, eſto is actus inſectio ſit aut aduſtio, niſi lethaliter aut venialiter contra quintum præceptum decalogi peccauerint, aliquid prædictorũ omnium efficiendo, irregularitatem non incurrunt, eſto poſtea veriſimile ſit, aut omnino conſtet, acceleratam inde ægroto fuiſſe mortem, aut eum inde omnino obijſſe. Ratio autem eſt quoniam nihil horum eſt eis prohibitum. Excipe, niſi, qui chirurgiæ actum exerceret, in quo inciſio aut aduſtio interue-

niſſet,

niſſet, eſſet in ſacris ordinib. conſtitutus: nã his prohibitum id eſt tanquã periculoſum, viaque ad mortem aut ad mutilationem; ac proinde, ſi inde mors aut mutilatio eſſet ſequuta, conſtitutus in ordinib. ſacris, qui eum actum exercuiſſet, irregularitatem incurreret.

9 Quod denique ad tertiam concluſionem attinet, cap. tua nos, de homic. monachus, qui actum chirurgiæ exercuit ſecando, pronunciatur irregularis, eſto nulla ipſius culpa contra quintum decalogi præceptum ſequutum fuerit inde homicidium, ſed culpa mulieris, quam ſecando curauerat. Ratio autem eſt, quoniam ſequutum fuit, dante ipſo operam rei ſibi illicitæ, ſibique prohibitæ tanquam periculoſæ vt inde homicidium aut mutilatio ſequeretur. Falsò autem affirmat Sotus 5. de iuſt. q. 1. articu. 9. in eo capite decerni, propterea quòd monachus ille pietatis gratia curaſſet, irregularitatem non incurriſſe, quaſi ſi quæſtus cauſa curaſſet, illam incurriſſet in eo euentu, & non aliter. Apertè enim in eo capite habetur, etiam ſi illo intuitu curauerit, peccaſse nihilominus, diſpenſationeque indigere, tanquam qui verè irregularitatem incurriſset. Concedit tamen ibi ſummus Pontifex, vt diſpenſetur cum eo monacho, ſi non quæſtus ſed pietatis cauſa cura uit. Atque aduerſus Sotum poſsumus in hunc modum argumentari: Si ibi in eo ſolo culpa interueniſset, quòd quæſtus cauſa curaſset, & non in eo, quod ſecando curaſset, ſanè cum ex eo, quòd pecuniam pro eo actu accepiſset, non dediſset operam rei illicitæ periculoſæ mortis, non incurriſset irregularitatem iuxta Soti principia, qui aſserit, ſolùm incurri irregularitatem, quando homicidiũ ſequitur dante aliquo operam rei illicitæ, quæ periculoſa ſit tanquam via ad homicidium.

Iuxta eandem tertiam concluſionem cap. vlt. de homic. lib. 6. is, qui verberare iuſſit, præcipiendo, ne mandatarius mutilaret aut occideret, homicidio inde ſequuto aut mutilatione, pronunciatur incurriſſe irregularitatem, eſto mandatarius exceſserit fines mandati: quoniam, qui verberare præcepit, rẽ illicitam præcepit, ex qua natum ſequi erat homicidium aut mutilatio.

Ab eadem nihilominus concluſione excipitur, quando aliquis cooperatus eſt ad bellum iuſtum, danteque ipſo operam rei illicitæ ac periculoſæ homicidij, ſubſequutum eſt homicidiũ, aut ſubſequuta eſt mutilatio, per aliquem alium, iuxta ea, quæ Diſput. 73. & tractatu præcedente Diſput. 110. dicta ſunt. Vnde quamuis clericus pugnet & coadiuuet in bello iuſto, ſi tamen ipſe non interficiat nec mutilet, ſed ſocij, quos adiuuat, non incurrit irregularitatem, eſto operam dederit rei ſibi prohibitæ, quia periculoſæ homicidij ac mutilationis. Eadem ratione, eſto dux eſset in eo bello, aut præpoſitus iaciẽtibus tormenta bellica, atque adeò peccaret, non incurreret irregularitatem, ſi per ſe ipſum non interficeret, iuxta ea quæ locis citatis dicta ſunt.

Clerici, qui haſtiludium, torneamenta, venationem aprorum, vel rem aliam aptam, vt mors inde ſequatur, ipſiſque prohibitam exercent, irregularitatem incurrunt ſequuta inde morte aut mutilatione alicuius, eſto debitam adhibuerint diligentiam, ne mors aut mutilatio inde ſequerentur, atque eſto laici in illo eodem euentu irregularitatem non incurrerent; eo quòd ipſis tales actus non ſint prohibiti. Ita Sotus loco citato. Ratio autem eſt, quoniã eiuſmodi actus clericis ſunt prohibiti, non ſolùm tanquam indecentes ipſorum ſtatui, ſed etiam quia periculoſi ac apti, vt mors aut mutilatio inde ſequantur. Eadem ratione irregulares eſsent, ſi iuberent agitari tauros, morsque aut mutilatio inde ſequeretur.

A De pueris lapidum ludo certantibus, Nauarrus lib. 5. conſil. titu. de homic. conſi. 7. affirmat, ſi caſu vnus alium interficiat, non eſse irregularem: quia non dant operam rei illicitæ. Certè is ludus non videtur omnino licitus, quando animo percutiendi lapide fit: eaque de cauſa ſi vnus ex propoſito funda percuteret alium, ac vulneraret, & interficeret eum, non auderem dicere, eum non eſse irregularem: quamuis ea irregularitas cenſenda non eſset ex homicidio voluntario ad effectum, vt ſummus Pontifex in ea diſpenſare non deberet. Sicut in foro exteriori tali homicidæ non imponeretur pœna homicidij ordinaria, ſed arbitraria, conſentit Carrer. in pract. §. homic. 6. nu. 354. & 355. cum multis alijs, quos citat.

B De eo, qui cum aliena vxore adulteratur, ſuperuenienteque marito illius, vt ſe ab illo defenderet, illum cum moderamine inculpatæ tutelæ interfecit, ait Sotus. 5. de iuſt. quæſt. 1. artic. 9. non incurrere irregularitatem, eſto talis adulter ſit clericus. Idem affirmant Caſtrus loco citato, & Couar. §. 4. citato, num. 9. quando aliquis adulterio cum aliena vxore occaſio fuit, vt maritus propter id crimen illam interficeret. Contrarium tamen arbitror eſſe verum in his & in alijs ſimilibus euentibus, cum Nauar. in Man. cap. 27. num. 238. & cum alijs. Ratio autem, qua ducor, eſt. Quoniam eiuſmodi crimina ita illicita ſunt, vt viæ faciles ſint, vt inde mortes ac mutilationes ſequantur. Nauarrus autem refert, Pium Quintum approbaſſe hanc ſententiam, cum C id controuerteretur in ſacra pœnitentiaria. Idem quoque dicendum eſt de eo, qui ingreſſus eſſet ad furandum, atque vt ſe defenderet, interfecit licitè, cum moderamine ve inculpatæ tutelæ, aggreſſorẽ. Et de eo, qui aggrediens alium interficere, aut iniuriam aliam illi inferre, pœnitentia ductus, deſiſtere voluit, atque, vt ſe defenderet ab aduerſario, quem ipſe fuerat prius iniuſtè aggreſſus, eum cum moderamine inculpatæ tutelę interfecit aut mutilauit, iuxta ea quæ Diſp. 15. dicta ſunt. Culpæ namque, quæ ita antecednnt, quæque occaſiones ſunt harum cædium aut mutilationum, viæ ſanè faciles ſunt ac paratæ, vt inde tales mortes ac mutilationes ſequãtur. Conſentit autem valde cum hac ſententia caput vltimum, de homic. lib. 6. quo in loco, qui percutere D mandauit, præcipiendo, ne mandatarius vlla ratione interficeret ac mutilaret, ſubſequuta inde poſtea morte aut mutilatione, mãdatario excedente fines mandati, pronunciatur mandans incurriſſe irregularitatem: quoniam præcepit id, vnde nata fuit ſequi mors aut mutilatio.

Qui cauſa eſt remota homicidij aut mutilationis 10 vt eſt is, qui gladios ad humanos vſus in genere cõficit, quibus poſtea cædes aut mutilationes fiunt, eſto illos conficiat operam dando rei illicitæ, vt ferrum alienum furando, ex illoque eos conficiendo, aut conficiendo illos in die feſto, vel contra præceptum, quo illos conficere ſit prohibitus, quia malè illos conficit, aut ob aliquod delictum, non incidit E in irregularitatem, interfecto aut mutilato aliquo eiuſmodi gladijs. Quoniam delicta, quibus illos confecit, non ſunt via ad mortem, aut ad mutilationem; ſed ſola ipſa confectio gladiorum in ſe ſpectata poſset dici uia ad mortem aut ad mutilationem: illa tamen prohibita non eſt, neque eſt cauſa proxima, ſed remota eorum effectuum, quę proinde ad incurrendam irregularitatem non eſt ſufficiens.

Placuit tot exemplis illuſtrare tres concluſiones propoſitas, multis eorum ex ſummorum Pontificum definitionibus petitis, vt inde quiuis facilè, conſentaneeque ad ſacros canones, diſcernere ſciat in ſimilibus alijs euentibus, quando ex homicidio

aut

aut mutilatione caſualibus,obiectiuè malis, irregularitas incurratur,vel non incurratur. De concauſis verò homicidij aut mutilationis caſualium, quã do irregularitatem incurrant, intelligetur ex dictis Diſp.33. ſeptem membris diſputationis illius.

DISPVT. 78.

Irregularitas ex homicidio ac ex mutilatione à quibus priuet. Et num ignorantia aliqua excuſet ab eiuſmodi irregularitate incurrenda.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas omnis ex quocũque homicidio aut mutilatione contracta impedit tum ſuſcipere de nouo ordines aliquos, tum etiam miniſtrare in iam antea ſuſceptis, idque ſub reatu culpæ lethalis.*

2 *Irregularis, tam ob homicidium aut mutilationem, quam ex quacunque alia cauſa, incapax eſt beneficij eccleſiaſtici de nouo obtinere, dum ita eſt irregularis, eſtque proinde collatio nulla.*

3 *Ignorantia, quòd irregularitas incurratur ob hoc aut ob illud, eſto inuincibilis ſit, non excuſat ab incurrenda ea irregularitate.*

SVpereſt, vt circa irregularitatem ex homicidio & mutilatione explicemus duo, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita. Et vt de diſpenſatione circa has irregularitates aliquid duabus diſputationibus ſequentibus dicamus.

1 Quod attinet ad primum in titulo huius diſputationis propoſitum. Couar.clement.ſi furioſus.par. 2.§.4.num.vlt.tribuit gloſſę.cap.dilectus.verb.nec actu. de homic. & Felino, cap.presbyterum. nu.3. eodem titu.quaſi ſenſerint,iudicem ob irregularitatem, quam contrahit, iuſtè ac licitè malefactorem interficiendo, priuari ſolùm à ſuſcipiendis ordinibus ſacris, non verò ab adminiſtrando in antea ſuſceptis. Obſcurè tamen gloſſa illa loquitur, vt non facilè intelligas quid ſibi velit. In Felino autẽ non reperio fuiſſe illius ſententiæ numero illo. 3.citato. Quicquid autem ſit de mente eius gloſſæ ac Felini, procul dubio eſt dicendum cum Couar.ibidem,& cum communi doctorum ſententia,quam refert,irregularitatem omnem, ex quocũque homicidio & ex quacunque mutilatione contractam, impedire, tum ſuſcipere de nouo ordines aliquos, tum etiam miniſtrare in iam antea ſuſceptis, idque ſub reatu culpæ lethalis. Ex tali tamen celebratione,ſeu exercitio actus ordinis, non incurrit nouam irregularitatem,ſed ſolùm peccat lethaliter: quoniam nullibi in iure reperitur diſpoſitum,irregularem exercẽdo actum ordinis incurrere irregularitatem: irregularitas verò non incurritur niſi in caſibus iure expreſſis,vt ſæpe in præcedentibus eſt dictum. Ita Nauar.in Man.c.27.nu.194.& 3.lib.conſi.tit.de conuerſ.coniug.conſi.6.nu.4.

2 Irregularis, tam ob homicidium, aut mutilationem,quàm ex quacunque alia cauſa, incapax eſt beneficij eccleſiaſtici de nouo obtinẽdi,interim dum ita eſt irregularis,eſtque proinde collatio nulla: atque de ſtylo Curiæ habet id locum etiam in penſione. Ita Nauar.lib.5.conſil.titu.de homic.conſi.35. in fine,& c.ſi quando,de reſcript.except.10.nume. 10. & ſequentib. idemque affirmat Staphylæus de liter. gratiæ,fol.36. ca.de noua forma expectatiuarum,num.22.quo ad irregularitatem ex homicidio,de quo ibi loquitur. Propter irregularitatem tamen,

A etiam ſi illa ſit ex homicidio voluntario,non manet irregularis priuatus beneficijs ante illam incurſam obtentis,etiam ſi curam animarum habeant,ſed venit illis priuandus iudicis ſententia. Ita, præter Nauarrum duobus locis citatis, & Staphylæum de liter.gratiæ,fol.140.c.quando quis veniat priuandus benef.nume.9.communis doctorum ſententia,quã referunt ac ſequuntur Couar. clement. ſi furioſus. §.4.num.6.& Iul. Clar.5.lib.ſent. §.homic.nu.21. conſentitque.cap.clericis.ne cler. vel monach. Vnde talis beneficiarius irregularis, interim dum per ſententiam non priuatur ſuo beneficio, licitè percepit fructus ſui beneficij,illoſque ſuos efficit. Neque quoad hoc quicquam innouauit concilium Tridentinum ſeſſ.14.cap.7.de reformat. quo ad homi-
B cidam voluntarium. Beneficiarius autem, qui ita irregularitatem incurrit, poteſt renunciare ſuum beneficium in gratiam alicuius tertij, antequam eo per ſententiam priuetur, validaque eſt ea renunciatio: quoniam renunciat,quod ſuum adhuc eſt. Dubium verò eſt, ſi aliquis à ſummo Pontifice obtineat beneficium, quo iſte per ſententiam eſt priuãdus ob irregularitatem, quam iam incurrit,num validè adhuc,qui irregularitatem eam incurrit,renunciare poſſit ſuum beneficium in fauorem tertij ante latam aduerſus ipſum ſententiam priuationis illius, eſto ſciat id beneficium obtentum iam eſſe ex ſummo Pontifice. Dubium ſimiliter eſt, cum Epiſcopus diſpenſare poſſit cum irregulari,vt obtineat nihilominus beneficium aliquod, iuxta ea quæ di-
C ſputatione ſequenti dicenda ſunt, ſi eueniat, vt id beneficium ſit tale, vt Epiſcopus diſpenſare poſſit cum eo irregulari,vt irregularitate nihil impediente, illud nihilominus retineat, num valida ſit ea diſpenſatio facta ante latam ſententiam, qua irregularis eo priuetur,ita vt irregularis ille poſſit illud retinere, nec poſſit deinceps eo priuari, nihil impediente, quòd alius à ſummo Pontifice obtinuerit id beneficium, quo irregularis ille erat per ſententiam priuandus; quæ proinde gratia cenſenda ſit eo ipſo expirare. Quamuis Staphylæus, fol.141. cap.citato,num.duodecimo,ad ſecundum dubium neganter cum Dominico reſpõdeat, & ad primum affirmanter; ad vtrumque tamen, quicquid quidam alij in contrarium dixerint, affirmanter eſt re-
D ſpondendum cum Couar. vbi ſupra, & cum communi doctorum ſententia,quam refert. Excipitur, niſi in literis impetrationis talis beneficij ex ſummo Pontifice appoſita ſit clauſula,quòd renunciatio lite pendente cedat in vtilitatem impetrantis: nam tunc, ſi lite pendente irregularis renunciet in fauorem tertij, ea renunciatio cedit in eius fauorem,qui id beneficium ex ſummo Pontifice impetrauit. Hęc tamen clauſula,vt ex Staphyleo & alijs Couar.vbi ſupra refert,ſolùm apponi ſolet poſt primam ſententiam priuationis beneficij ob irregularitatem incurſam,quando ab ea ſententia fuit appellatum. His autem de rebus latius alibi erit dicendum. Interim lege his de rebus Salcedo in pract.c.
E 94. qui tandem in his omnibus conſentit. Atque hęc dicta ſint circa primum eorum, quæ in titulo ſunt propoſita.

Quod verò ad ſecundum attinet. Ignorantia, quòd irregularitas incurratur ob hoc, aut ob illud, 3
eſto inuincibilis ſit, non excuſat ab incurrenda ea irregularitate, vt prima,ſecunda, quæſtio.76.art.3. oſtendimus. Vt homicida, aut mutilator, bigamus,rebaptizans, illegitimus, & ita de alijs, qui irregulares ſunt, ex eo quòd inuincibiliter ignorent à iure ſtatutas eſſe irregularitates in eis euentibus, ab eis immunes non ſunt,ſed illas nihilominus contrahunt. Quando tamen, vt irregularitas aliqua incurratur,neceſſe eſt interueniat aliqua culpa,tũc igno-

A ignorantia inuincibilis, quæ excuſauerit ab ea culpa, conſequenter excuſabit ab irregularitate pro aliqua culpa ſtatuta, aut quæ ſine ea culpa non incurritur, vt 1.2. loco citato dictum etiam, reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua. Quia ergo, quando homicidium aut mutilatio ſunt obiectiuè mala ac illicita, irregularitas ob illa non incurritur, niſi quando interuenit culpa, ſaltem venialis, talis homicidij aut mutilationis, vel quando fiunt dando operam rei illicitæ, aptæ vt inde mutilatio aut homicidium ſequatur, vt præcedentibus diſputationibus fuit comprobatum; conſequens profectò eſt, vt quando ignorantia inuincibilis in eiuſmodi homicidio, aut mutilatione, omnino excuſauerit à culpa neceſſaria, vt ob tale homicidium, aut ob talem mutilationem, irregularitas
B incurratur, conſequenter excuſet efficientem tale homicidium, aut mutilationem, ab irregularitate illa incurrenda.

DISPVT. 79.

Quis diſpẽſare poſſit circa irregularitatem ex homicidio ac mutilatione.

SVMMARIVM.

1 *Aliqui cenſent homicidam merè occultum irregularem non eſſe, etiam ſi homicidium fuerit voluntarium, ac proinde non egere diſpenſatione.*

2 *Melius eſt dicere, non eſſe diſpenſandum cum irregulari ex homicidio voluntario, etiam ſi ſit occultus, vt ad ſacros ordines promoueri poſſit.*

3 *Prior opinio refellitur.*

4 *Cenſent nonnulli epiſcopum diſpenſare poſſe cum homicida omnino occulto, vt miniſtrare poſſit in ordinibus ſuſceptis, licèt non vt aſcendere poſſit ad altiorem ordinis gradum, & loquũtur etiam de homicida voluntario.*

5 *Ante concilium Tridentinum poteſtas non fuit epiſcopis diſpenſandi cum irregularibus etiam omnino occultis, circa irregularitatem ex quocunque homicidio, ſiue voluntario, ſiue caſuali, aut ex mutilatione, non ſolùm ut aſcendere poſſent ad altiores ordines, ſed etiam ut miniſtrare poſſent in antea ſuſceptis.*

6 *Refellitur opinio dicentium epiſcopum poſſe diſpenſare cum homicida uoluntario, omnino occulto, ex perperam intellecto iure.*

7 *Per homicidium uoluntarium intelligitur quodcunque homicidium doloſum: Pontifex poterit cum omni homicida diſpenſare.*

8 *Examinatur canon concilij Tridentini circa diſpenſationem irregularitatis contractæ ex homicidio caſuali, & latius explicatur.*

9 *Si quis irregularitatem contraxit ex homicidio presbyteri, & in precibus oblatis diſpenſanti ſolùm propoſuit & expreſſit ſe interfeciſſe hominem, indeque contraxiſſe irregularitatem, neque exprimendo hominem illum fuiſſe presbyterum, ſicque diſpenſationem obtinuit, diſpenſatio ualida eſt, quia non contraxit diuerſam irregularitatem ab ea, quam contraheret, ſi ille homo eccleſiaſticus non eſſet, ſed inde prouenit, quòd cum peccato homicidij committat ſimul ſacrilegij peccatum.*

10 *Licet irregulari ex homicidio aut mutilatione occultis, etiam ſi uoluntaria fuerint, celebrare, antequam cum eo diſpenſetur, quando, niſi celebraret, crederetur aut in ſuſpicionem deueniretur, id ipſum homicidium commiſiſſe: modo de peccato doleat, & illud confiteatur.*

11 *Cum irregulari ex quocunque homicidio diſpenſare poterat epiſcopus ante concilium Tridentinum, ut obtinere ad ſuam ſuſtentationem poſſet beneficium ſimplex, non uerò beneficium curatum: item ut retineret beneficium ſimplex.*

Alfonſus à Caſtro lib. 2. de lege pœn. ca. vlt. concluſ. 3. & quidam alij, quos Ang. verb. homic. 5. §. 1. refert, in ea fuerunt ſententia, vt dicerent, homicidam merè occultum, hoc eſt, quando ipſe ſolus ſcit, ſe commiſiſſe homicidium, irregularem non eſſe, etiam ſi homicidium fuerit voluntarium, ac proinde non egere diſpenſatione. Idem cenſent de filio presbyteri ex muliere adultera, quando ex ſola parentum relatione ſcit ſe eſſe ita illegitimũ, quia communiter ab omnibus alijs creditur filius mariti talis adulteræ. 1

Ducuntur capite ex tenore, de temp. ord. quo in loco, quando crimen eſt occultum, pro quo, qui eo deliquit, eſſet deponendus, ſi probaretur, reſpondet ſummus Pontifex cuidam Epiſcopo, vt delinquenti imponat condignam pęnitentiam, & vt illi ſuadeat, vt parte pęnitentiæ peracta, vtatur ordine iam ſuſcepto, & ad altiorem non aſcendat, & nihilominus vt illi non prohibeat ad altiorem ordinem aſcendere, ſi voluerit; eo quòd crimen occultum ſit. Quaſi, quando crimen eſt occultum, delinquens irregularis non ſit, ſed de conſilio duntaxat ſit ſuadendus, non priùs vti ordine ſuſcepto, quàm pęnitentiæ partem peragat, & vt ad altiorem gradum ordinis non aſcendat.

C Contraria tamen ſententia eſt communis doctorum, vt referunt ac ſequuntur Nauar. in Manu. ca. 27. nu. 194. verſ. ſextò, Couar. clement. ſi furioſus. par. §. 3. nu. 4. & Syluest. verb. homic. 3. nu. 11. colligiturque apertè ex cap. vlt. de temp. ord. ex capit. inquiſitionis, de accuſa. & ex concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de reformatione. vbi præcipitur, vt non diſpenſetur cum irregulari ex homicidio voluntario, etiam ſi ſit occultum, vt ad ſacros ordines promoueri poſſit, & ex ſeſſ. 14. capit. 6. de reformatione, vbi conceditur epiſcopis diſpenſare in omni irregularitate ex delicto occulto proueniente, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario. 2

Ad id verò, vnde autores contrariæ ſententiæ ducuntur, dicendum eſt: Quædam eſſe delicta, quæ ſolùm quando ſunt notoria iuris notorietate, aut facti, punienda ſunt propter ſcandalum pœna depoſitionis perpetuæ, eaque de cauſa poſt latam ſententiam ſuſpendunt ab exequutione ordinum ſuſceptorum, & impediunt ad aſcendendum ad ſuperiores ordines, vt ſunt adulterium, & alia crimina, de quibus fit mentio. capit. vlt. de temp. ord. & alijs iuribus: atque de his ſolùm eſſe ſermonem. cap. ex tenore citato. Alia verò eſſe delicta propter quæ, ob rationes alias, ipſo iure incurritur irregularitas, vt ſunt homicidium & mutilatio, propter indecentiam, quę eſt, vt qui humanum fudit ſanguinem, in altari miniſtret, vt in præcedentibus eſt dictum: propter hæc autem, ſiue manifeſta ſint, ſiue occulta, incurritur irregularitas, vt de homicidio expreſsè dicitur. c. vlt. de temp. ord. & capit. inquiſitionis, de accuſ. & affirmant gloſſæ ibi, & doctores communiter, & colligitur ex Concilio Trid. duobus capitibus citatis. 3

D (placed at "ſolùm quando ſunt notoria"); E (placed at "regularitas, vt de homicidio")

Couar. nu. 4. citato, Archidiaconus, Panor. & alij à Couar. ibi citati, aſſeruerunt, Epiſcopum diſpenſare poſſe cum homicida omnino occulto, (hoc eſt, de quo nullus alius ſcit commiſiſſe id delictum præter ipſum) vt miniſtrare poſſit in ordinib. ſuſceptis, licèt non vt aſcẽdere poſſit ad altiorem ordinis gradum, & loquũtur etiã de homicida volũtario. Quin & Couar. ibi non reprobat opinionem eorum, qui aſſeruerunt, poſſe Epiſcopum diſpenſare cum eiuſmodi homicida volũtario omnino occulto, vt aſcendere 4

dere poſſit ad ſuperiores ordines: tētatque in editione Cæſarauguſtana exponere.c.7.ſeſſ.14. Concilij Tridētini,quo ad illa verba. *Qui ſua voluntate homicidium patrauerit, etiam ſi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit;* tentat,inquā, hæc verba exponere,de occulto,quod probari teſtibus poteſt, licèt neque ordine iudiciario ſit iam probatum, neque alia ratione ſit publicum,quia ſcilicet notorium, aut de quo eſt infamia, quaſi etiam poſt eam diſpoſitionem concilij Tridentini Epiſcopus diſpenſare poſſit cum homicida voluntario omnino occulto, vt ad ſuperiores ordines aſcendere poſſit: tametſi Couarruuias addat,quòd alijs potius placebit, occultum ibi ſumi latè, vt etiā comprehendit homicidam voluntarium omnino occultum. Ac quamuis hoc ita dicatur,vt meo iudicio eſt omnino dicendum,ſanè, ſi verò eſſet illa alia opinio Archidiaconi & aliorum,quos Couarruuias ſequitur, nempe ante concilium Tridentinum fas fuiſſe Epiſcopis diſpenſare cum homicida voluntario occulto, vt miniſtraret in ordinibus ante id homicidium ſuſceptis, dicendum quoque eſſet, poſt id caput concilij Tridētini idem ſimiliter poſſe. Quoniā, vt id caput intuenti liquet,nihil ibi prohibetur circa vſum ordinum ante ſuſceptorum ; ſed circa nouam ordinum,beneficiorum,ac officiorum eccleſiaſticorum collationem. Vnde non probo ſententiam Salcedi in practica ad finem. capit.94. & quorundam aliorum, qui arbitratur ante id caput potuiſſe Epiſcopos diſpenſare cum homicida voluntario omnino occulto,vt miniſtraret in ordinibus ſuſceptis, affirmant tamen eam poteſtatem ſublatam ab illis eſſe in eo capite.

5 Dicendum autem eſt cum Nauar.in Manu.c.27. nu.239.(quod latius proſequitur ibidem in Manuali Hiſpano) & cum Syluest.verb.homic.3.nu.11.ante concilium Tridentinum poteſtatem non fuiſſe in Epiſcopis diſpēſandi cum irregularibus, etiam omnino occultis, circa irregularitatem ex quocunque homicidio, ſiue voluntario, ſiue caſuali,aut ex mutilatione, non ſolùm vt aſcendere poſſent ad altiores ordines,ſed etiam vt miniſtrare poſſent in antea ſuſceptis, & vtrūque habetur, quo ad homicidium quidem voluntarium,l.14.& quo ad caſuale. l.15.titu.6. parte 1. Id quod Couarr. §.3. citato.nume.5. cum communi doctorum ſententia, quam refert, affirmat de quocunque irregulari ex homicidio, etiam caſuali, quando non eſt omnino occultus, & colligitur ex cap.ad audientiam,iuncto capit.continebatur,de homic. Vbi habetur,irregularem ex homicidio caſuali ſolùm poſſe ex diſpenſatione Epiſcopi miniſtrare in minoribus ordinibus antea ſuſceptis, nō verò in maioribus abſque diſpenſatione ſummi Pontificis,vt habetur capit. continebatur citato. Longè verò magis hæc habent locum in irregulari ex homicidio voluntario, & conſentit apertè capit.2. de cler. pug. in duello, in quo non permittuntur miniſtrare in ordinibus ſacris,conſentit item l.14.titu.6.part.1. Quòd ſi ſummus Pontifex,capit. continebatur citato. Cantuarienſi Archiepiſcopo conceſſit,vt cum quodam diacono irregulari ex homicidio caſuali diſpenſaret, vt in ſolo ſubdiaconatus ordine miniſtraret,id ſanè fuit delegando illi vices ſuas in eo ſolo euentu,ſeu pro ea ſola vice vt Panormit. ibi notat, idque fortaſſe propter modicam culpam,quæ in tali caſuali homicidio ex parte diaconi illius interuenit,vt modicam interueniſſe,ex ipſomet textu liquet. Idem dicendum eſt de quocunque alio iure, in quo ſummus Pontifex alicui alteri Epiſcopo committat diſpenſare in aliquo euentu: intelligendum enim eſt, vt id in eo ſolo euentu efficiat poteſtate delegata à ſummo Pontifice pro ea ſo-

A la vice ei conceſſa. Ex eo autem,quòd c.ad audientiam citato,cum ſolùm ibi eſſet ſermo de homicidio caſuali,concedatur Epiſcopis diſpenſare,vt eiuſmodi homicidæ miniſtrent ſolùm in minoribus ordinibus,refert Couar.nume.5.citato,opinionem Panormitani & quorundam aliorum eſſe, vt cum homicida voluntario diſpenſare non poſſint,vt in minoribus ordinibus miniſtrent, quia nullibi reperitur id eis conceſſum: cui ſententiæ Couarr.ibi non repugnat. Arbitror tamen poſſe Epiſcopos diſpenſare cum homicida voluntario, vt in minoribus ordinibus miniſtret:quoniam.ca.2.de cler.pug. in duello, de homicida voluntario eſt ſermo,ſolumque ibi præcipitur,vt in ſacris ordinibus non miniſtret:quod intelligendum eſt, ſine diſpenſatione ſummi Pontifi-
B cis:vnde,argumento à contrario ſenſu, inde ſatis apertè colligitur diſpenſare cum homicida voluntario, vt in minoribus ordinibus miniſtret, ſummo Pontifici non eſſe reſeruatum.

Iura autem, quibus Archidiaconus, Couar. & alij, ſibi perſuaſerunt, Epiſcopum diſpenſare poſſe cum homicida voluntario occulto omnino,vt miniſtret in ſacris ordinibus iam antea ſuſceptis,certè id neque veriſimiliter probant. Id enim ſibi perſuadēt ex c.niſi cum pridem. de renunciat.verſ.ſi tamē culpa latet. Quo in loco ſolum dicitur,ſi Epiſcopus debite ſuum munus exequatur, etiam ſi fuerit aſſumptus ad eam dignitatem ipſo culpabiliter ſilente, quòd eſſet illegitimus, aut quòd in alia eſſet irregularitate latente non propterea eſſe ei concedendum 6
C vt renunciet Epiſcopatui,quem vtiliter adminiſtrat ſed potius eſſe cum illo diſpenſandum in ea irregularitate: quod intelligendum eſt, ab habente ad id poteſtatem,qualis eſt ſummus Pontifex:vnde ex eo capite non colligitur, poſſe Epiſcopum diſpenſare cum homicida voluntario,vt miniſtret in ordinibus ſacris ante homicidium ſuſceptis: maximè cum diſpenſatio cum Epiſcopo,de qua ibi erat ſermo, ad ſummum Pontificem ſpectet. Multo minus id colligitur ex regula,quæ habetur.capit.nuper,de ſenten. excommunicat. quòd ſcilicet quando cenſura non reperitur ſummo Pōtifici reſeruata, poſſit in ea Epiſcopus diſpenſare. Præter alias enim ſolutiones,ſanè in re propoſita irregularitas, etiam ex homicidio caſuali, reperitur ſummo Pontifici reſeruata,
D non ſolùm ad aſcendendum ad alios ordines,ſed etiam ad miniſtrandum in ordinibus ſacris ante id homicidium ſuſceptis,vt ex iuribus paulo antea citatis conſtat,conſentitque Couarr. ipſe cum multis ex alijs doctoribus ſuæ ſententiæ, quos. nume.5. citat: neque datur ius vnde conſtet,ſi homicidium ſit omnino occultum, non eſſe reſeruatam diſpenſationē irregularitatis ex eo homicidio ſummo Pontifici,etiam ſi ſit voluntarium: quare ex regula capitis nuper, non ſolùm non colligitur Epiſcopos poſſe diſpenſare in irregularitate ex homicidio omnino occulto,etiam ſi ſit voluntarium, ſed potius colligitur contrarium.

Diſp.3. diximus ac oſtendimus, Nauarrum plus 7
E iuſto arctare homicidium voluntarium de quo ſermo eſt in Concilio Tridentino ſeſſ.14. c.de reformatio. Quidam etiam alij illud arctant,vt non comprehendat homicidium omne doloſum, de quo Diſp.21.ſermo eſt habitus,ſed ſolū homicidium,quod fit ex præmeditato, ſeu *de propoſito*,in ſenſu eadem Diſput.21.explanato, quaſi homicidium doloſum, quod fit ex intētione orta aliqua rixa,& non ex præmeditato ac de propoſito, in eo capite 7.cōcilij Tridentini cōprehendatur ſub homicidio caſuali. Contrarium verò oſtendimus Diſputat.3.citata,nempe in eo capite nomine homicidij voluntarij intelligi quodcunque homicidium doloſum, hoc eſt, quod fit intentione formali, aut etiam virtuali occidendi

eſto non fiat ex præmeditato, & vt uocant, de propoſito: id enim omne propriè ac ſimpliciter homicidium uoluntarium dicitur, proprieque concilium in eo capite voces vſurpauit. Atque de homicida voluntario ita latè ſumpto ſtatuitur in eo capite, vt eſto occultus ſit, *nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam non habeant animarum, conferri liceat, ſed omni ordine, ac beneficio, & officio eccleſiaſtico perpetuo careat.* Cum vero id ſit ius humanum, & ſummus Pōtifex ſupra totum ius humanum ſit, poterit nihilominus de plenitudine ſuæ poteſtatis cum eo homicida diſpenſare. Neque contrarium intendit diſpoſitio eius capitis: ſed ſolum illi proponere, expediēs valde eſſe, vt non diſpenſetur. Quod intelligendum eſt, niſi adſint circunſtantiæ, quæ valde extenuent culpam ac fœditatem talis homicidij aut aliç, quæ id multum efflagitent: quòd ſi vtræque ſimul concurrant, facilius poterit ac debebit diſpenſare. Couar. §.3. citato, num. 3. & 4. ex Gomecio, Staphylæo de literis gratiæ, & ex alijs refert, conſueuiſſe aliquando ſummos Pontifices ante eam definitionem diſpenſare cum homicida voluntario, quando eſt religioſus, aut religioſus eſſe vult in aliquo ordine mendicantium. Atque aliquando diſpenſaſſe cum publico homicida ſeculari, vt in ordinibus antea ſuſceptis miniſtraret, ſed poſt triennium, & extra locum, in quo id homicidium commiſit. In Staphylęo autem nihil tale reperio in loco, in quo Couar. eum citat: aliquid tamen dicit fol. 36. cap. de noua forma expectatiuarum, num. 22. Couarruuias addit, ſummos Pontifices conſueuiſſe aliquando abſoluere clericū homicidam ab homicidij reatu, & ab omnis labis ac infamiæ macula eius occaſione contracta, vt in priſtinos honores reſtituatur. Atque vi eius abſolutionis poſſe eum homicidam obtinere beneficium eccleſiaſticum ſimplex, ſi id ſibi iuxta, cap. 2. de cler. pug. in duel. conferatur. Vi tamen eiuſdem abſolutionis miniſtrare non poſſe in ſacris ordinibus antea ſuſceptis, niſi aliud in ea exprimatur.

8 In eod. 7. capite concilij Trid. hæc verba ſubiunguntur: *Si vero homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quam ob cauſam etiam ad ſacrorum ordinum & altaris miniſterium, & beneficia quæcunque, ac dignitates, iure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex cauſa metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus ac narratis, nec aliter, diſpenſare poſſit.* Circa hæc autem verba obſerua: In eis eſſe ſermonem de diſpenſatione in exteriori foro, & non in ſolo foro conſcientiæ. Neque in eis concedi Epiſcopis facultatem diſpenſandi in irregularitate contracta ex homicidio caſuali culpabili, aut facto culpabiliter in defenſionem vitæ, moderamen inculpatæ tutelæ excedendo (de quibus in eis verbis eſt ſermo) abſque facultate particulari conceſſa literis à ſede Apoſtolica emanantibus, aut ab alio, qui facultatem à ſede Apoſtolica diſpenſandi circa eam irregularitatē habeat, vt quidam falsò crediderunt. Neque enim Epiſcopi vllam facultatem diſpenſandi in foro exteriori habent circa eas irregularitates, etiam poſt diſpoſitionem eius capitis, niſi eis committatur in ſingulari à ſummo Pontifice, vel à nuncio apoſtolico, aut ab alio ad id facultatem habente, & tanquam delegati ab eo id efficiant. Quia verò multi eiuſmodi diſpēſationes à ſede Apoſtolica, & ab alijs poteſtatem eam concedendi habentibus falſis oblatis precibus, per bancarios, & per alias interpoſitas perſonas, atque adeò ſurreptitiè, aut obreptitie, nulliterque in præiudicium ſuarū animarum obtinebant, eis verbis ſancitum in eo capite fuit, vt

A ſummus Pontifex, & qui ab eo facultatem habent diſpenſandi circa eiuſmodi irregularitates, non diſpenſent, ſed gratiā, vt diſpenſetur, efficiant ac concedant, committendo ordinarijs eorum, cum quibus eſt diſpenſandum, aut metropolitano, vel viciniori Epiſcopo, vt virtute eius gratiæ diſpenſet, examinatis prius precibus oblatis illi, qui eam gratiam conceſſit, num ita re vera habeant, an verò aliquid falſum contineant, vel aliquid ſuppreſſum fuerit, quod ſurreptitiam aut obreptitiam eam gratiam efficiat, atque adeò nullam. Atque id ſanè eſt, quod in praxi poſt diſpoſitionem concilij Tridentini ſeruatur.

In eod. Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 6. de reformatione, conceſſum Epiſcopis fuit, diſpenſare B in eo foro conſcientiæ in omnibus irregularitatib. & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta illa, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, idque his verbis: *Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, diſpenſare.* Circa quæ verba primò obſerua, poſſe illos diſpēſare in irregularitate ex delicto mutilationis voluntariæ, modo illud crimen adhuc occultum ſit, & ad forum contentioſum nunquam hactenus deductum.

Secundò obſerua, crimen occultum videri ibi ſumi, vt diſtinguitur contra publicum, atque adeò cōtra C notorium notorietate iuris & facti, & contra illud, de quo quis laborat infamia: quo etiam modo ſumptum fuit homicidium occultum, ſeſſ. 14. c. 7. citato, vt perſpicuè ibi patet. Quare crimen occultum tam ibi, quàm in hoc cap. 6. comprehendit, quod eſt probabile; quia ſunt duo aut plures teſtes, quibus probetur, nondum tamen eſt probatum, neque delinquens circa illud laborat infamia. Atque in hoc conſentit Nauar. in Man. capit. 27. in calce, nume. 254. & nume. 255. Si tamen crimen ita occultum, ex quo irregularitas eſt contracta, deductum ſit ad iudicium, eſto nondum ſit probatum, non poteſt circa eam irregularitatem, adhuc prædicto modo occultam, diſpenſare Epiſcopus. Si tamen reus in iudicio ab eo crimine abſoluatur: ſanè quia iam D tunc crimen illud remanet occultum, nec pendet iam in iudicio, poteſt Epiſcopus iam tunc diſpenſare circa eam irregularitatem.

Tertiò obſerua, ſi quis in defenſionem vitæ, illicitè aliquem interficiat excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, tunc, eſto de interfectione conſtet, ſi tamen delictum ſit occultum, quia neque notorium, neque aliter eſt publicum, eum cum peccato interfeciſſe, poſſe Epiſcopum diſpenſare in ea irregularitate occulta; eo quòd non ſit ex homicidio voluntario, quod ibi excipitur: quippe cum hoc non aliud ſit, quam illud voluntarium homicidium, de quo ſermo eſt. cap. 7. ſeſſionis 14. Si tamen culpa talis homicidij in vitæ defenſionem deducta eſſet E ad forum contentioſum, non poſſet epiſcopus diſpenſare in irregularitate ex tali culpa contracta: niſi interfector abſolutus ab eo crimine fuiſſet in foro exteriori, ita vt culpa iam tunc occulta eſſet, nec penderet in foro exteriori, vt in calce paragraphi præcedentis dictum eſt. Conſentit Nauar. libro quinto, conſil. titu. de priuil. conſil. ſecundo, quo in loco vniuerſim affirmat, quando alij ignorant irregularitatem eſſe contractam, quia ignorant in actu aliquo ineſſe delictum, poſse epiſcopum in ea diſpenſare.

Quartò obſerua, epiſcopos vi eius facultatis diſpenſare non poſse in irregularitate proueniente ex homicidio aut mutilatione, factis abſque delicto,

ſto,etiã ſi occultæ eſſent, vt ſi quis in defenſionem honoris,aut bonorum externorum, licitè interficeret aut mutilaret iniuſtum aggreſſorem cum mod eramine inculpatæ tutelæ, aut ſi bello iuſto aliquem licitè interficeret aut mutilaret, vel licitè ſe immiſcendo cauſæ ſanguinis, cooperaretur ad interfectionem aut mutilationẽ malefactoris. Cum enim gratia ac conceſſio eius,quod alioquin nõ licet, ſed reſeruatum eſt, non plus ſe extendat, quam ſonet; & illis verbis non concedatur facultas diſpenſandi in alia irregularitate, quam in illis, quæ ex delicto, eoque occulto,proueniunt;cõſequens profectò eſt, vt epiſcopi vi eius facultatis diſpenſare non poſſint in irregularitate proueniente ex homicidio aut mutilatione iuſtis.

Quintò obſerua, quando conceditur facultas diſpenſandi in irregularitatibus,excepta ea,quę ex homicidio voluntario prouenit,non facta reſtrictione quòd irregularitas,in qua ſit diſpenſandum, proueniat ex delicto,vt regulariter fieri non ſolet ea reſtrictio in talibus conceſſionibus,quæ tamen facta fuit hoc capite;tunc,cum nomine homicidij uoluntarij ſimpliciter atque in eiuſmodi conceſſionibus intelligatur ſolum illud,quod eſt doloſum,& de quo ſermo eſt.c.7.ſeſſ.14.concilij Tridentini,vtique is,cui talis facultas eſt conceſſa,diſpenſare poterit in irregularitate ex homicidio non ſolùm caſuali, ſed etiã non caſuali ex defectu lenitatis,aut in ſuam defenſionem, vel pugnando in bello iuſto, vt cum Caietano in ſumma.verb. irregularitas, rectè affirmant Cou.clem.ſi furioſus.par.2.ad fin.§.3. & plerique alij. Quam autem facultatem habeant prælati religioſorum diſpenſandi in irregularitate ex homicidio,& in alijs irregularitatibus, Diſput.69.§.de ijs, fuit dictum.

9 Duo ſuperſunt obſeruanda circa diſpenſationẽ irregularitatis contractæ ex homicidio aut ex mutilatione. Primum eſt: Falſam mihi videri ſententiam Nau.5.lib.conſi.ti.de homic.conſ.4. qua affirmat, ſi quis irregularitatem contraxit ex homicidio preſbyteri,& in precibus oblatis diſpẽſanti,ſolùm propoſuit ac expreſſit,ſe interfeciſſe hominem quendã indeque contraxiſſe irregularitatem,non addendo neque exprimendo hominem illum fuiſſe presbyterum,ſicque diſpenſationem obtinuit,diſpenſationẽ fuiſſe obtentam ſurreptitiè, ac proinde eſſe nullã. Quoniam,inquit,quãuis,qui diſpenſationem petit, non teneatur detegere omnem circũſtantiam, quã ſi ſciret diſpenſans, difficilius diſpenſaret; tenetur tamen detegere delictum in ſpecie, ex quo contracta eſt irregularitas, quod hic non facit: quia detegit homicidium in genere, & non ſpeciem homicidij,quòd ſit ſacrilegij occidẽdo presbyterum. Hęc, inquam, Nauarri opinio, ex hoc ſuo fundamento, mihi uidetur falſa. Quoniam,qui occidit presbyterum,ex eo præciſè contrahit irregularitatem, quia occidit hunc hominem, cui eſt annexum, quòd ſit presbyter,& non ex eo quòd ille ſit presbyter:inde enim nõ prouenit,quòd ſit irregularis, neque quòd irregularitatem contrahat diuerſam ab ea,quã contraheret,ſi ille homo eccleſiaſticus non eſſet; ſed inde prouenit, quòd cum peccato homicidij committat ſimul peccatum ſacrilegij,ſuperadditum,quoad rationem illam ſacrilegij, illi alteri ſpeciei homicidij, ratione cuius ſpeciei ſacrilegij ſuperadditæ incurrit ille excommunicationem, & non irregularitatem,neque diuerſam irregularitatem ab ea,quam incurreret,ſi ille non eſſe presbyter.Quod autẽ Nauarrum fefelliſſe uidetur eſt, quòd non attenderit, illam ſacrilegij ſpeciem ſuperadditam ſpeciei homicidij in illo eodem actu non diuerſificare ſpeciem homicidii intra limites homicidii, ſed relinquendo homicidium illud in eadem ſpecie homicidii, ſuper addere illi nouam ſpeciem vitii ſacrilegii, ratione cuius neque incurritur irregularitas, neque diuerſificatur aut aggrauatur irregularitas ex homicidio contracta. Quin neque ſi homicidium illud eſset parricidium, quod diſtincta videtur ſpecies contra virtutem pietatis,intra limites homicidii, & ab aliis homicidiis, quæ ſunt contra iuſtitiam, non videtur neceſſario exprimenda circũſtantia illa parricidii. Quoniam exprimendo ſolam rationem homicidii in genere,exprimitur tota radix & origo unde ortã eſt irregularitas illa,& pro qua ſola irregularitas eſt impoſita,non celando aliquid vnde irregularitas illa diuerſificetur, aut aggrauetur in ratione irregularitatis ex homicidio.

10 Secundum eſt,rectè Nau.in Man.c.27.nu.259. & alios,quos Gutier.de canonicis.qq.c.13.à nu.21. refert ac ſequitur,affirmare,licere ei,qui irregularitatem cõtraxit ex homicidio aut mutilatione occultis,etiam ſi homicidium volũtarium fuerit,celebrare antequam cum eo diſpenſetur, quando niſi celebraret,crederetur, aut in ſuſpicionem deueniretur, ipſum id homicidium aut eam mutilationem commiſiſſe. Poſſe verò tunc celebrare abſque peccato, & pœna aliqua,modo de peccato præterito doleat, illudque confiteatur,ſi ſit copia confeſſoris, nec ſit in mora petendi diſpenſationem, neque plus celebret,quàm neceſſarium ſit, vt ipſe infamiam ac periculum pęnæ ob tale delictum euitet. Quod idem intelligendum eſt de excommunicato; abſque periculo enim peccati ac nouæ irregularitatis celebrare poteſt,quantum ſatis eſt,vt ipſe ſuæ famæ ac periculo cõſulat. Ratio autem eſt,quoniam prohibitio ne irregularis aut excommunicatus celebret,ſolùm eſt de iure humano: conſeruatio autẽ famæ eſt de iure naturali, cui humanum ius nec potuit nec intendit præiudicare. Ac ſaltem per epicheiam eſt cenſendũ eccleſiam non intendiſſe in eo euentu obligare:quoniam alioquin lex eſſet irrationabilis, rigidaque valde,ac intolerabilis, quod de lege eccleſiæ nulla ratione eſt præſumendum.

11 Cum irregulari ex quocunque homicidio, etiam voluntario,diſpenſare poterat Epiſcopus ante Concilium Tridentinum,vt obtineret ad ſuam ſuſtentationem poſſet beneficium ſimplex, vt colligitur ex c.2.de cler.pug.in duel.non verò vt obtinere poſſet beneficium curatum,argum.c.1.de fil.presb. lib.6. Ita Panor.c.2.citato,Sylu.verb.homic.3. num.11. Cou.§.3.citato,nume.6. & doctores communiter. Eadem etiam ratione diſpẽſare Epiſcopus cum eodem homicida poterat, vt retineret beneficium ſimplex, quod ante irregularitatem contractam habebat. Hodie verò ſublata ab Epiſcopis eſt hæc poteſtas.c.7.ſeſs.14. Concilii Tridentini quo ad ſolùm homicidam voluntarium ex delicto, & non in defenſionem: quo ad reliquos verò homicidas manet adhuc Epiſcopis eadem poteſtas, quæ ante concilium in eis erat.

DISPVT. 80.

An virtute bullæ cruciatæ,iubilæi,aut priuilegij concedentis confeſſario,vt abſoluere poſſit ab omni cenſura ac pęna eccleſiaſtica,poſſit is cõfeſſarius diſpenſare cum pęnitente in irregularitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor ſunt cenſuræ eccleſiaſticæ, excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, & ceſſatio à diuinis. Sed irregularitas non numeratur inter cenſuras eccleſia-*

cleſiaſticas preſſè ſumptas. Triplex eſt irregularitas.

2 *Confeſſarius non poteſt diſpenſare abſoluereve ab irregularitate, quæ nullam rationem pœnæ habeat.*

3 *Irregularitas quę ſimul contrahitur in pœnam culpæ, & propter indecentiam, diſpenſari non poterit virtute indultorum.*

4 *Refellitur opinio aliorum.*

5 *Cenſent nõnulli diſpenſari poſſe in irregularitate, quæ merè in pœnam præcedentis culpæ eſt ſtatuta.*

6 *Ex eo quòd in indulto aliquo facultas à ſummo Põtifice concedatur abſoluendi ab omni cenſura & pœna eccleſiaſtica, non cenſetur conceſſa facultas diſpenſandi in irregularitate etiam ſecundi generis, tollendive eam inhabilitatem ad ſacros ordines ſuſcipiendos, aut ad eos exercendos. Si tamen aliquid addatur, vnde ſufficienter colligatur, ſummum Pontificem intendiſſe concedere facultatem diſpenſandi in irregularitatibus, ab eiſque abſoluendi, etiam quoad irregularitates primi ac tertij generis, quatenus ſufficienter id inde colligetur.*

7 *Eneruantur argumenta contrariæ opinionis.*

1 CEnſura eccleſiaſtica idem eſt, ſi preſsè ſumatur, quod correctio, ſeu animaduerſio eccleſiaſtica, pœnæve inflictio ab eccleſia ſtatutæ: indeque pœna ipſa ab eccleſia ſtatuta, tanquam ipſi propria cenſura eccleſiaſtica eſt nuncupata. Quatuor autem eiuſmodi pœnæ merè eccleſiaſticæ, ſeu cenſuræ, numerantur, excommunicatio videlicet, ſuſpenſio, interdictum, & ceſſatio à diuinis. Licèt enim interdictum, & ceſſatio à diuinis, interdum in grauamen populi innocentis redundet, propter culpam tamen alicuius, atque in pęnam illius imponuntur ab eccleſia. Irregularitas autem, quia ſæpe abſque culpa eius, cui imponitur, atque adeò non in pœnam, ſed ex rationabili cauſa, introducta eſt ab eccleſia tanquam impedimentum canonicum ad ordines ſuſcipiendos, aut etiam ad miniſtrandum in ſuſceptis, idque vel propter defectum debitæ repræſentationis, vt eſt irregularitas ex bigamia, aut ex effuſione ſanguinis, mutilando, aut interficiendo, vel ob aliam indecentiam, vt eſt irregularitas ob vitium corporis, aut ob illegitimitatem; inde prouenit, quòd irregularitas in tota ſua latitudine inter cenſuras eccleſiaſticas, preſsè ſumpto vocabulo cenſuræ, non comprehendatur nec annumeratur. Dixi, preſsè ſumpto vocabulo cenſuræ: quoniam ſumpto eo vocabulo latè, prout decretum ſeu lex ſuperioris, vt aliquid cenſeatur impedimentum canonicum ad ordines ſuſcipiendos, aut ad miniſtrandum in iam antea ſuſceptis, propter indecentiam quæ eſt, vt qui illud habet, ad id admittatur, aut decentiam rationabilemve cauſam, quæ eſt, vt ad id non admittatur, rectè cenſura nuncupatur: ipſumque impedimentum poſt id ſuperioris decretum ac legem, rectè etiam, tanquam effectus eius decreti, cenſura poteſt appellari: ſicque interdum ſumitur vocabulum cenſura eccleſiaſtica, vt comprehẽdat etiam irregularitates quaſcunque. Dixi etiam, irregularitatem in tota ſua latitudine non comprehendi nec annumerari inter cenſuras eccleſiaſticas preſsè ſumpto vocabulo cenſuræ: quoniam triplex diſtinguitur irregularitas. Quædam, quæ nullam habet rationem pœnæ, qualis eſt, quæ non contrahitur ob aliquam culpam, vt eſt irregularitas ex bigamia, irregularitas ex eo, quòd aliquis natus ſit illegitimè, & irregularitas ex homicidio aut mutilatione licitè factis. Alia verò eſt, quæ merè in pœnam culpæ præcedentis eſt ſtatuta, vt eſt irregularitas, quam excommunicatus aut ſuſpenſus contrahit, ſi celebret, & ſunt ſimiles aliæ. Alia denique eſt, quæ ſimul contrahitur in pœnam culpæ, & propter defectum repræſentationis aut indecentiam, quæ ſimul eſt, vt is ad

A ordines aut ad illos exercendos admittatur. Talis eſt irregularitas, quæ cõtrahitur ex mutilatione aut homicidio illicitè factis, quia ſcilicet in illis interuenit culpa mutilationis aut homicidij, ſaltem venialis, vel quia facta ſunt dante tali homicida aut mutilatore operam rei alteri illicitæ, aptæ vt inde ſequerentur, vt Diſput. 77. explanatum fuit. Huiuſmodi namque homicidæ ac mutilatores non ſolùm ſunt irregulares in pœnam ob culpam præcedentem, ſed etiam propter indecentiam, quæ eſt, vt ordines ſuſcipiant, illoſque exerceant. Talis etiam eſt irregularitas eius, qui culpabiliter ſibi membrum aut membri partem abſcidit, aut in culpa fuit, vt illi abſcinderetur, iuxta ea quæ Diſp. 70. dicta ſunt. Licèt enim culpa illa eius, qui eam irregularitatem contrahit, cooB peretur vt ea irregularitas incurratur, ſimul etiam cooperatur defectus membri aut partis membri, ob indecentiam, quam inde talis homo habet ad ordines ſuſcipiendos, miniſtrandumque in ſuſceptis.

His ita explanatis, conueniunt omnes, ex capitibus in titulo huius Diſputationis commemoratis, 2 non poſſe confeſſarium diſpenſare abſoluereve ab irregularitate primi generis, quæ ſcilicet nullam rationem pœnæ habet. Quoniam neque eſt cenſura preſsè ſumpta, neque pœna: neque vnquam auditũ fuit in eccleſia, quemquam fuiſſe auſum virtute eorum indultorum diſpenſare cum bigamo, cum iudice, qui iuſtè malefactorem interfecit, neque cum illegitimè nato, in eiuſmodi irregularitatibus: conſuetudo autem legitimus eſt legum ac diſpoſitionum C interpres.

Circa irregularitatem verò tertij generis, quæ ſimul contrahitur in pœnam culpæ, & propter indecentiam, quæ, ſecluſa ea culpa, eſt, vt qui eam habet indecentiam, ad ordines promoueatur, aut actus illorum exerceat, pauci ex iis, qui aſſerunt, virtute eorum indultorum, quæ in titulo ſunt commemorata, poſse confeſſarium diſpenſare ſeu abſoluere ab irregularitate ſecundi generis, (de qua re mox erit ſermo) cenſuerunt, poſse quoque diſpẽſare ſeu abſoluere ab irregularitate tertii generis. Et quidã eam opinionem amplectuntur ſolùm, quando tres ſimul conditiones concurrunt. Prima eſt, vt ea irregularitas ſit occulta. Secunda, vt is irregularis non facilè poſſit obtinere diſpenſationem. Et tertia, vt D ſcandalum ſequatur, ſi non celebret. Quando autem hæ conditiones ſeu circunſtantiæ non concurrunt, eam reiiciunt.

Exiſtimo autem in omni euẽtu eam opinionem 3 eſse reiiciendam. Primò, quoniam quamuis daremus irregularitates ſecundi generis, quę ſcilicet merè ſunt pœnæ propter culpam commiſsam, poſse à confeſſariis diſpẽſari ſeu abſolui, eo quòd omni ex parte pœnæ ſint ac cenſuræ; cum tamen irregularitates tertii generis quadã ex parte pœnæ non ſint, nec cenſurę, eaq; ex parte impedimentum ſint canonicum irregularitatis, vt patet, quia, quando ſola culpa venialis interuenit, illa ſola non eſt ſufficiens cauſa ad tantã pœnam inducendam; ſanè eiuſmodi irE regularitates ea ex parte diſpẽſari uirtute talium indultorum non poterunt: quod autem duplici ex capite eſt irregularitas ac impedimẽtum canonicum, profectò, ſi ex vno capite virtute aliquorum indultorum diſpenſari ac tolli non poteſt, ſimpliciter virtute eorundem indultorum diſpenſari ac tolli non poteſt. Sicut quando aliquis duplici ex capite impeditus eſt contrahere matrimonium, poteſtas ac diſpẽſatio eius, qui circa vnum illorum capitũ poteſt diſpenſare, & non circa aliud, non ſufficit, vt ille cõtrahere poſſit matrimonium. Secundò, data opinione contraria, ſequeretur, confeſsarium virtute talium indultorum, ita in genere conceſſorum, poſſe diſpenſare cum homicida voluntario in irregularitate

tate ex tali homicidio contracta: præſertim cum fœditas ac difficultas eius diſpenſationis magis proueniat ex culpa lethali ac grauiſſima talis homicidij, quã ex homicidio illo in ſe, ſi culpa careret, ac proinde magis ea irregularitas participet de ratione pęnæ ob culpam, atque adeò de ratione cẽſuræ, quàm irregularitas ex homicidio caſuali culpabili ſolùm venialiter, aut etiam lethaliter: quis autem, niſi amens, dicat, intentum eccleſiæ eſſe concedere virtute talium indultorum facultatem diſpenſandi in irregularitate ex homicidio voluntario, quin & in irregularitate ex homicidio caſuali, & non in irregularitate ex homicidio, in quo nulla interuenit culpa? Maximè cum, ad effectum conſequendi iubilęum, aut alias gratias bullæ cruciatæ, ſimiliumque indultorum, neutra irregularitas quicquam impediat: ac ſi ſpe præmij ac nouæ gratiæ homines alliciendi, eſſent, ad ſe diſponendum ad conſequutionem iubilæi, aut vt bullas cruciatæ promptius aſſumerent, nõ minus apta eſſet gratia diſpenſationis ab vna irregularitate, quàm ab alia. Adde, curiam Romanam facilius diſpẽſare in irregularitate homicidij, in quo non interuenit culpa, quàm in irregularitate ex homicidio, in quo culpa interuenit, ſummumque Pontificem facilius concedere facultatem ad diſpenſandum in illa irregularitate, quàm in hac. Tertiò, qui homicidium aut mutilationem culpabiliter committit, non minus irregularis eſt, quo ad rationem irregularitatis primi generis, ob defectum lenitatis ac repręſentationis manſuetudinis Chriſti, quã ſit, qui voluntariè homicidium aut mutilationem, abſque omni culpa, quin & cum merito, exercet, imò plus de ratione eius generis irregularitatis participat; quandoquidem interuentio culpę homicidij aut mutilationis, indecentiam, defectumque lenitatis, non minuit, ſed auget: ergo quòd qui homicidium aut mutilationem culpabiliter committit, ſimul participet de ratione irregularitatis ſecũdi generis, de qua nihil participat, qui abſque ſua culpa voluntariè occidit aut mutilat, non erit in cauſa, vt qui virtute indultorum, de quibus loquimur, nihil poteſt circa irregularitates primi generis, aliquid poſſit circa irregularitates tertij generis, quæ ſimul participant de ratione irregularitatis primi ac ſecũdi generis: quippe cum participatio de ratione irregularitatis ſecũdi generis nihil omnino in eis minuat, de participatione irregularitatis primi generis, ſed potius eam participationem augeat.

4 Quòd autem etiam quando tres illæ conditiones interueniunt, reijciẽda ſit ea opinio, probatur. Quoniam vel virtute illorum indultorum conceditur facultas ad diſpenſandũ in irregularitatibus tertij generis ea ex parte, qua participãt de primo genere, vel non. Si non conceditur: ergo neque ſi interueniant tres illæ conditiones, valida erit diſpenſatio, vtpote facta ab eo, qui ad id non habet facultatem. Quando autem ſine ſcandalo & ſine periculo ſuæ famæ non poſſet non celebrare, tunc præcedente Diſputatione dictum eſt, poſſe abſque diſpenſatione celebrare, quantum præciſè eſt neceſſarium ad impediendum ſcandalum, & ad conſulendum ſuæ famę. Si autem virtute eorum indultorum ei concederetur facultas ad diſpenſandum in irregularitatibus tertij generis; tunc, etiam non concurrentibus eis conditionibus, poſſet diſpenſare: non concedi verò eam facultatem eis indultis, proximè eſt ſufficienter oſtenſum. Quòd ſi quis dicat, concurrentibus eis conditionibus, audere poſſe confeſſarium diſpẽſare in adeò vrgenti euentu, eſto certum non ſit, ſed dubium, num eis indultis concedatur facultas ad diſpenſandum in irregularitatibus tertij generis: Qui id ita dixerit, obſeruet, in qualicunque dubio, an diſpenſans verè habeat poteſtatem diſpenſandi,

A irregularem teneri ſe reputare pro non diſpenſato ac pro irregulari. Si enim quando conſtat pro aliquo actu aut indecentia ſtatutam eſſe à iure irregularitatem, qui dubitat, an id fecerit, aut an eã habeat indecentiam, tenetur ſe gerere ac ſi eſſet irregularis, talemque ſe reputare, vt in præcedentibus ſæpe eſt dictum, conſentitque communis doctorum ſententia: ſanè multo magis, qui ſcit ſe incurriſſe irregularitatem, & dubium eſt, an qui ſecum in ea diſpenſat aut diſpẽſauit, ad id habuerit ſufficientem poteſtatem, tenetur ſe gerere pro irregulari: iſque, qui in eo dubio diſpenſauit, vtique lethaliter peccauit ita cum eo dubio diſpenſando.

Solùm ſupereſt examinemus, num prædictis indultis concedatur facultas cõfeſſarijs diſpenſandi 5
B in irregularitatib. ſecundi generis, ſeu ad abſoluendũ ab illis. Cũ Sot. 5. de iuſt. q. 1. art. 4. ſequẽtia verba protuliſſet; *Ex his fit conſequens, irregularitatem nõ eſſe culpam, imò neque ſemper propriè pœnam*, vt lib. 1. q. 6. adnotauimus: *quia vbi nulla eſt culpa, nihil propriè habet rationem pœnæ: ſed eſt inhabilitas quædam & indecentia propter immunditiam ad ſacrorum adminiſtrationem. Quapropter cum in Pontificis bullis confertur facultas abſoluendi à quibuſcunque peccatis & cenſuris, cenſuræ nomine non venit irregularitas.* Cum inquam, Sotus hæc ibi dixiſſet, poſtea in 4. diſt. 22. quæſtio. 3. art. 1. ſic dixit: *Quando confertur in bulla cruciatæ facultas abſoluendi ab omni cenſura eccleſiaſtica, illo nomine includitur etiam irregularitas ratione peccati contracta: ſed tamen aliud irregularitatis genus, vt propter
C bigamiam, effuſionem ſanguinis, orbitatem membri, aut fęditatem corporis, quia non eſt cenſura, ſub illo nomine non comprehenditur. Præſertim, quòd abſolutio non fit niſi à culpa vel pœna: huiuſmodi autem irregularitas nec eſt culpa nec pœna: quare non opus habet abſolutione, ſed habilitate, quæ nomine abſolutionis non intelligitur.* Hæc Sotus ibi. Neſcias autem, an mutauerit in 4. ſententiam, quam ſequutus fuerat. 5. lib. de iuſtitia: quo in loco indiſtinctè de irregularitate loquitur, maximè cum dicat, neque ſemper eſſe propriè pęnam, quibus verbis comprehendit illam, quę ex culpa cõtrahitur, & de vtraque fuerat loquutus; tametſi ſumpſerit occaſionem ad illa omnia verba proferẽda, quæ ex ipſo retulimus, ex irregularitate, quæ contrahitur abſque peccato, de qua immediatè
D fuerat loquutus. Quidam autem illum exponunt, quòd 5. de iuſt. loquutus fuerit de ſola irregularitate, quæ abſque culpa cõtrahitur. Neſcias item, num in quarto ſub priori membro, de quo ait eſſe cenſuram, & concedi facultatem in bullis cruciatæ ad abſoluẽdum ab illa, comprehenderit irregularitatem ſolam ſecundi generis, à nobis explicati, an verò ẽt tertij, ac proinde an fuerit in opinione, quam paulo antea impugnauimus. Sentẽtiam Soti aſſeruit etiã Canus, & illam ſequuntur multi ex recentioribus theologis, & ſequitur Gutier. de canonicis qq. c. 3. Cæterùm hi autores illam ſequuntur quo ad irregularitates ſolas ſecundi generis, non verè quoad irregularitates primi & tertij generis.

E Suam ſententiã probant. Primò, quoniam eiuſmodi irregularitates ſecundi generis verè ſunt cenſuræ, ac merè ſunt pœnæ ſtatutæ ac incurſę propter culpam: ergo quo indulto conceditur abſoluere à cenſuris, aut abſoluere à pęnis, ſi non apponatur aliquid, per quod excludãtur eiuſmodi irregularitates, fas erit ab illis abſoluere. Neque refert, ſi quis dicat in facultate abſoluendi non comprehendi nec intelligi facultatem diſpenſandi: quia aliud eſt diſpenſare, & aliud abſoluere: abſoluere enim eſt remittere, quod reſpicit culpam, & ſuo etiam modo pœnam ob culpam incurſam: diſpenſare verò eſt habilem reddere, tollendo inhabilitatem ac impedimentum vnde inhabilis erat ad aliquid: quod locum habet

in irregularitate. Non, inquam, id refert. Tum quoniam irregularitas ſecundi generis tota ac merè eſt pœna: comparatione autem pœnæ locum etiam habet abſolutio. Tum etiam quoniam abſoluere nõ ſolùm ſignificat remittere, ſed etiam ſoluere ac liberare ab impedimento, quo quis impediebatur, ne aliquid faceret aut ſuſciperet; quod locum habet, non ſolùm comparatione irregularitatis ſecundi generis, ſed etiam comparatione irregularitatis primi ac tertij generis.

Secundò, quoniam in bulla cruciatæ à Pio IIII. conceſſa anno 1561. conceditur confeſſarijs facultas abſoluendi ab excommunicatione, ſuſpenſione, ac interdicto, additurque, & ab omni alia cenſura ac pœna eccleſiaſtica: ergo præter excommunicationem, ſuſpenſionem, ac interdictum datur alia cẽſura, à qua virtute eius bullæ potuit confeſſarius abſoluere, alioquin ſuperfluè ac deceptoriè adderentur illa alia verba, ne dicam falsò: hæc autem nõ eſt alia, quàm irregularitas ſecundi generis: illa ergo verè eſt cenſura ac pęna eccleſiaſtica, potuitque cõfeſſarius virtute eius bullæ ab ea abſoluere, & poſſunt ſimiliter confeſſarij ab ea abſoluere virtute indultorum, quæ eis concedunt abſoluere ab omni cẽſura eccleſiaſtica aut ab omni pœna eccleſiaſtica.

Tertiò, quoniam in aliquibus bullis ac priuilegijs conceditur, vt poſſit confeſſarius abſoluere ab omni cenſura ac pœna eccleſiaſtica, & additur, excepta irregularitate homicidij voluntarij & bigamiæ: quibus indultis aliæ irregularitates, præterquã homicidij ac bigamiæ, comprehenduntur nomine cenſuræ: exceptio quippe illa firmat regulam in cõtrarium: alioquin ſtultè, fruſtra, ac deceptoriè adderetur ea exceptio.

Confirmatur, quoniam in bulla anni 1563. conceditur facultas abſoluendi ab omni cenſura & pęna eccleſiaſtica, & additur, etiam ſi requirat ſpecialem mentionem ſui, nec includatur in generali clauſula: quæ verba addita videntur propter irregularitatem, quæ eſt pęna, quia iuxta communem iuriſperitorum ſententiam, poteſtas abſoluendi ab irregularitate non cenſetur comprehenſa in conceſſione facultatis abſoluendi ab omni cenſura & pœna eccleſiaſtica.

6 Noſtra autem hac de re ſententia, ſequenti concluſione continetur. Ex eo, quòd indulto aliquo facultas à ſummo Pontifice concedatur abſoluendi ab omni cenſura & pœna eccleſiaſtica, non cẽſetur conceſſa facultas diſpenſandi in irregularitate, etiã ſecundi generis ſupra explicati, tollendive eã inhabilitatem, canonicumve impedimentum ad ſacros ordines ſuſcipiendos aut ad eos exercendos. Si tamen aliquid addatur, vnde ſufficienter colligatur, ſummum Pontificem intendiſſe concedere facultatem diſpenſandi in irregularitatibus, ab eisve abſoluendi, eatenus eſt cenſenda conceſſa, etiam quo ad irregularitates primi ac tertij generis, quatenus ſufficienter inde id colligetur.

Iuxta poſteriorem partem huius concluſionis eſt dicendum, ſi in aliquo indulto concedatur, poſse confeſsarium abſoluere ab omni cenſura, excepta irregularitate homicidij voluntarij ac bigamiæ, cẽſendum eſse eo indulto cõceſsum diſpenſare in omni irregularitate, non ſolùm ſecundi generis, ſed etiam primi ac tertij: nam ex homicidio voluntario irregularitas contrahitur tertij generis, & ex bigamia contrahitur irregularitas primi generis: cum ergo nomen, cẽſura, latè nec impropriè ſumptum, comprehẽdat etiam irregularitatem primi generis, vt in principio huius Diſputationis explanatũ fuit; & exceptio illa irregularitatis homicidij voluntarii ac bigamiæ firmet regulam in contrarium, vt ſcilicet vniuerſim cenſeantur in ea conceſſione com- A prehenſę irregularitates cæteræ eorundem quoque generum cum illis duabus irregularitatibus exceptis; conſequens profectò eſt, vt ex ea exceptione ſufficienter colligatur, in ea conceſſione ac indulto comprehenſas eſse reliquas vniuerſim irregularitates, etiam primi generis. Itaque ex alijs verbis indultorum, præter ea verba, ab omni cenſura, & pœna eccleſiaſtica (ex eis enim noſtra & communiori doctorum ſententia, atque iuxta priorem partem noſtræ concluſionis, id non colligitur) eſt intelligendum in vnoquoque indulto, num concedatur facultas diſpenſandi in irregularitate, ab eave abſoluendi, an non, & quanta ea facultas concedatur.

Priorem partem noſtræ concluſionis cum Vil- B ladiego affirmat Nauar. in Man. cap. 27. num. 194. verſ. quarto, & copioſius, nu. 254. & lib. 1. conſi. tit. de temp. ord. conſi. 34. aitque num. 254. citato, Stylum Curiæ eſſe, vt per ea verba non cenſeatur conceſſa facultas diſpenſandi in irregularitate, niſi exprimatur, additis videlicet verbis vnde id ſufficienter colligatur iuxta poſteriorem partem noſtræ cõcluſionis. Eandem ſententiam affirmat communis iuriſperitorum ſententia, vt confitentur doctores, etiam contrariæ opinionis, eamque ſequuntur aliqui ex theologis, tametſi à paucis hæc res diſputata comperiatur. Memini autem ante quadraginta circiter annos, cum iam à Conimbricẽſi vniuerſitate Nauarrus diſceſſiſſet, quendam doctorem ac profeſſorem iuris canonici docere in ea vniuerſita- C te fuiſſe aggreſſum opinionem Soti in 4. eaque de re non bene audiſſe, Epiſcopumque Conimbricẽſem Dominum Ioannem Soarez de conſilio cæterorum doctorum eius vniuerſitatis, in ſummario cuiuſdam Iubilęi, in quo abſoluere concedatur ab omni cenſura, pronunciaſſe, non poſſe confeſſarios virtute eius clauſulæ abſoluere ab vlla irregularitate, ſicque ſeruari iuſſiſſe à ſuis ſubditis in ſuo Epiſcopatu, ipſo è ſuggeſto publicante Iubilæum, concionemque ea de re habente, cui ego interfui, eandemque ſententiam ſequutus eſt Ledeſmius. 2. 4. quæſtio. 26. art. 2. qui profeſſor theologiæ tunc in ea vniuerſitate erat.

Hunc autem eſse ſtylum Curię, cui eſt ſtandum, mihi cõfirmat maximè bulla iubilæi anno proximè D præterito 1597. à beatiſſimo Clem. VIII. conceſſa, in qua ſequens clauſula erat: *Concedimus & indulgemus, vt ſibi eligere poſſint quemcunque presbyterum cõfeſſarium, tam ſecularem, quàm cuiuſuis ordinis vel inſtituti irregularem ex approbatis ab ordinarijs locorum, qui eos ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque eccleſiaſticis ſententijs & cenſuris, à iure vel ab homine, quouis modo & cauſa latis ſeu inflictis. Nec non ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis, quantumuis grauibus & enormibus, etiam in caſibus, tam locorum ordinarijs, quàm nobis & Sedi Apoſtolicæ, etiam in literis in die cęnæ Domini legi conſuetis, atque aliàs, etiam per quoſcunque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum cõ* E *ſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro plenè & ſufficienter expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, quomodocunque reſeruatis in foro tantum conſcientiæ, hac vice ſolùm abſoluere:* Et infra. *Per præſentes autem non intendimus ſuper aliqua irregularitate, publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo contracta, diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi etiã in foro conſcientiæ, quo ad diſpenſationem ſeu facultatem diſpenſandi, habilitandi, & reſtituendi.* Et infra: *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim, quibus abſoluendi facultas in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pontifici pro tempore*

tempore exiſtenti reſeruatur, vt nec etiam ſimiles vel diſſimiles iubilæi indulgentiarum, & facultatum eiuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, nec non regula noſtra de non concedendis indulgentijs ad inſtar, &c. Ecce, cùm concedat facultatem abſoluendi ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs & cẽſuris, à iure vel ab homine, quouis modo & cauſa latis, addatque clauſulas ampliſſimas, quibus nullum peccatum nullamque excommunicationem excipiat: ſubiungit tamen, per ea non intendere concedere facultatem diſpenſandi ſuper vlla irregularitate, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate, publica vel occulta, quoquo modo contracta. Quare, licèt irregularitates ſecundi generis, pœnæ ſint, quæ ob delictũ incurruntur, quia tamen incapacitates & inhabilitates ſimul in ſe ſunt, canonicumve impedimentum ad ordines ſuſcipiendos, actuſque illorum exercendos; conſequens profectò eſt, vt de ſtylo curiæ diſpenſatio circa illas non cenſeatur comprehenſa in facultate abſoluendi ab omnibus cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, niſi aliud ſufficiẽter exprimatur: quia exceptæ cenſentur, quatenus incapacitates & inhabilitates ac impedimentum canonicum in ſe ſunt ad ordines ſuſcipiendos, actuſque illorum exercendos, vndecunque ſint contractæ.

Noſtræ, Nauarri communiorque doctorum ſententia, vel inde ſanè eſt omnino amplectenda, quòd ea, quæ dicta ſunt, cum minimum reddunt dubiam contrariam ſententiam: in dubio autem, an aliquis facultatem habeat diſpenſandi aut abſoluendi ab irregularitate, nefas profectò illi omnino eſt ab illa abſoluere, circa illamve diſpenſare: item diſpenſatus ipſe in dubio, an qui ſecum diſpenſauit, legitimã ad id poteſtatem facultatemve habuerit, tenetur ſe habere pro irregulari, minimeque diſpenſato, vt ſuprà dictum comprobatumque eſt: quare interim dũ contraria ſententia non eſt ita moraliter certa, vt, qui vti ea debet, abſque omni dubio eam ſibi omnino perſuadeat, neque confeſſario, neque irregulari, fas eſt ea vti.

His accedit, quòd quamuis abſoluendi vocabulũ ita ſumi poſſit, vt diſpenſationem comprehendat; in communi tamen vſu, tanquam diſpenſationem minimè comprehendens, ſumi conſueuit: quare, dũ non conſtat in indultis, abſoluere à cenſuris & pœnis, comprehendere diſpẽſare in irregularitatibus, eas inhabilitates, incapacitates, canonicaque ea impedimenta auferendo, cenſendum erit id non comprehendere, ad eave non ſe extendere ex intento cõcedentium talia indulta.

7 Ad primum autem argumentum contrariæ opinionis, conceſſo antecedente, nempe irregularitates ſecundi generis eſſe cenſuras ac pœnas, quæ tamẽ in ſe ex eccleſiæ diſpoſitione ſunt inhabilitates ac canonica impedimenta ad ordines ſuſcipiendos, actuſq; illorum exercendos, neganda eſt conſequentia: quoniam ex ſtylo curiæ, & ex communi vſu, quo verbũ abſolutio ſumi ſolet, non cenſentur comprehenſæ in facultate ad abſoluendum à cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, niſi aliud addatur, vnde intelligatur, mẽtem ſummi Pontificis concedentis eam facultatem, fuiſſe illas comprehendere.

Ad ſecundum dicendum eſt, eodem modo in bulla Iubilæi Clemẽtis octaui ſuprà relata concedi idẽ: & tamen Clemens octauus addidit, mentis ſuæ non eſſe, vt propter illa verba fas eſſet abſoluere ab vlla irregularitate, in eave diſpenſare, etiam in foro conſcientiæ, neque propterea verba illa dicenda ſũt deceptoria. Dicendum deinde eſt, ceſſationem à diuinis eſſe etiam cenſuram, vt ſuprà dictum eſt, clauſulamque illam addi ad maiorem cautelam, ſi fortè ali-
A quid aliud occurrat, vt ſi in pœnam aliquis eſſet priuatus ab vſu ſacramentorum ad aliquod tempus: illud enim ſuo modo eſſet cenſura, ſeu animaduerſio, & pœna eccleſiaſtica; poſſetque confeſſarius virtute eius indulti ab ea pœna, & ſuo modo cenſura, abſoluere pœnitentem in foro conſcientiæ ex rationabili cauſa, illique permittere ſuſcipere ſine aliorum offenſione ac ſcandalo ea ſacramenta; ſimiliaque verba ad maiorem exaggerationem, cautelam, ac inuitationem fidelium ad ſe diſponendum ad fruendum Iubilæis, aut ad promptius ſumendum bullas cruciatæ, poſſe licitè, minimèque deceptoriè addi.

Ad tertium dicendum eſt, quando ea exceptio additur, inde ſufficienter colligi, mentem ſummi B Pontificis eſſe, vt abſoluatur ab irregularitatibus, prçter illas exceptas, aut vt in eis diſpenſetur, vt dictum eſt. Cæterum tunc comprehenſæ cenſentur etiam irregularitates primi & tertij generis: quare argumentum æquè vim habet contra autores, cum quibus diſputamus, qui negant in huiuſmodi delictis, nomine cenſurarum comprehendi irregularitates primi ac tertij generis. Immo verò, ſi id argumentum ex eis verbis eius bullæ vim haberet, probaret, quando nulla exceptio adderetur, vt ſæpe, appoſita ea clauſula, non additur, fas eſſe diſpenſare circa irregularitatem ex homicidio voluntario, quod ſtultum eſſet affirmare, neque ipſi id concedunt.

Ad confirmationem dicendum eſt, militare C contra eos ipſos autores, qui illam proponunt. Si enim in ea bulla idcirco appoſita ſunt ea verba, *etiam ſi requirat ſpecialem mentionem ſui, neque includatur in generali clauſula*, ſanè quando non apponeretur ea ampliatio, irregularitates ſecundi generis non cenſerentur comprehenſæ in facultate abſoluendi ab omni cenſura & pœna eccleſiaſtica, cuius contrarium ipſi affirmant. Item ſi is eſſet ſenſus eorum verborum, iam tunc ſufficienter ex illis colligeretur, mentem Summi Pontificis eſſe concedere in eo indulto facultatem abſoluendi ab irregularitatibus, etiam tertij ac primi generis: quod ipſi non admittent: neque vlla ratione confirmatio illa pugnaret contra nos. Illam autem ampliationem non credo appoſitam fuiſſe, vt facultas abſoluendi ibi conceſſa D extenderetur ad irregularitates, ſed potius, vt extenderetur ad abſolutionem ab excommunicatione in conſcientiæ foro, vel ab alia cenſura, cuius abſolutio non cenſetur comprehenſa in conceſſione alioquin generali, iuxta regulam illam iuris; *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.* Niſi dicas, clauſulam illam appoſitam fuiſſe ad maiorem exaggerationem ac inuitationem fidelium, neque quicquam augere.

DISPVT. 81.

E Occidens aut percutiens aggreſſorem, vel eum, qui laceſſiuit, aut qui occaſionem magnam cauſamve dedit, vt interficeretur aut percuteretur, quouſque ad reſtitutionem teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur fundamentum ſequentium Diſputationum.*

2 *Vt quis ex eo ad reſtitutionẽ aliquam teneatur, quia occiderit, mutilauerit, aut percuſſerit, neceſſe eſt vt id*

id efficiat interueniente aliquo ipſius peccato contra iuſtitiam, neque ſatis eſt ad id, ſi peccatum aliquod ipſius contra ſolam caritatem interueniat; indeque ſequitur, eum qui cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit aut mutilat ſuum aggreſſorem, eſto ex appetitu vindictæ id faciat, ad nullam teneri reſtitutionem.

3 *Quando aliquis ſua aliqua iniuſtitia cauſa ſeu occaſio fuit rixæ; oborta autem ea rixa iniuſtè eſt illam proſequutus in ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ; tunc ſi alius illicitè ac iniuſtè eſt ipſum inſequutus, ad nullam reſtitutionem tenetur damni, quod in ſui defenſionem ita dedit.*

4 *Quando aliquis iniuſtè fuit cauſa alicuius rixæ aut pugnæ, eſto poſtea abſque iniuſtitia illam proſequatur, aliumque licitè interficiat aut vulneret, ſi tamen ita interfectus aut vulneratus iuſto errore rixam aut pugnam proſequebatur, tenetur is, qui ita occidit aut vulnerauit, ad reſtitutionem damni eo modo dati.*

5 *Quando qui rixæ occaſionem dedit iniuſtè interfecit, vulnerauit, aut aliud damnum dedit, tunc is ad reſtitutionem omnium damnorum tenetur.*

6 *Quando qui occaſio fuit rixæ damnum ab altero accepit, tunc ſi is, qui illud dedit, id in iuſtam defenſionem fecit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad nullam reſtitutionem tenetur.*

7 *Quando id non fecit in iuſtam defenſionem vel factum excedendo moderamen inculpatæ tutelæ; ſed in compenſationem iniuriæ, quàm is intulit, qui rixæ fuit occaſio, & ſimul in pœnam ſui delicti, in exteriori foro iudicis ſententia is abſoluitur, qui interfecit aut aliud damnum dedit, tunc ad nullam reſtitutionem, in foro conſcientiæ, damnorum, quæ ita dedit, tenetur.*

8 *Si quis fuſte, alapa, aut enſe percuſſus incontinenti repercuſſit, aut occidit, vel aliud damnum intulit, cæterùm excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, in foro conſcientiæ ad nullam damnorum reſtitutionem tenetur.*

9 *Is qui inuaſus occidit abſque moderamine inculpatæ tutelæ ſuum iniuſtum aggreſſorem, deberet ad iudicium vocare, eos qui damnum ita ab eo acceperunt, vt autoritate iudicis obtineret compenſationem atque abſolutionem ab obligatione reſtituendi data damna, quando illi quibus eſſent data, aut ad quos pertineret illa proſequi, liberè remittere non vellent.*

10 *Probabile tamen eſt interfectorem, aut qui aliud dãnum ita dediſſet, poſſe facere compenſationem, non aliud ſoluendo, quàm quod æquus iudex in eo euentu ſoluere præciperet, exſpectandoque vt aduerſarij ipſum ad iudicium vocent, ſi quid amplius ea de cauſa obtinere ab eo vellent.*

11 *Si is qui prior offendit præſcripſit pœnam, ad quam tenebatur, dum intra certum tempus ex ipſo non petitur, obligatio autem reſtituendi damna cum ſcientia quod data ſint, ac debeatur compenſatio illorum, nullo tempore præſcribitur, dicendum eſt: Pœnam quidem præſcribi illo tempore ad effectum, vt exigi è delinquente non poſſit, & vt delinquens non teneatur illam ſoluere: non tamen præſcribi ad effectum, vt qui priùs fuit offenſus delicto, quod cauſa vehementer motiua fuit, vt ipſe delicto alio damnum inferret, non poſſit excipere, ſe ex circumſtantia illius alterius delicti non teneri ad reſtitutionem eorum damnorum, uel ſaltem non ad integram illorum reſtitutionem.*

DIcendum eſt conſequenter de reſtitutione, ad quam in conſcientiæ foro, nullaq; expectata ſententia, is tenetur, qui alium occidit, aliàmve ex iniurijs, hactenus in hoc tertio tractatu explicatis, alteri infert, cum muti-
A lando aut aliter percutiendo. Atque ſermo eſt de eo, qui iniuſtè id facit, iniuſtève ſe in eas anguſtias redegit, vt neceſſarium poſtea ipſi fuerit abſque iniuſtitia id efficere. Qui enim nulla omnino ſua culpa, quæ contra iuſtitiam ſit, id efficeret, etiam ſi ex odio & contra ſolam caritatem id efficeret, ad nullam reſtitutionem teneretur: quia neque teneretur ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, damnive iniuſtè dati: quippe qui nullam iniuſtitiæ culpam in eo damno committeret. Res autem hæc perſpicuitatis gratia, & ne tædio afficiat, in multas Diſputationes erit diuidenda. Atque primò expli- 1
candum erit, quouſque inuaſus aut laceſſitus, iſve, cui non leuis occaſio ſeu cauſa data eſt, vt occiderit, mutilauerit, aut percuſſerit, interueniente aliqua ip-
B ſius culpa contra iuſtitiam, ſaltem præcedente, eius interfectionis, mutilationis, aut percuſſionis, ab eo reſtitutionis onere excuſetur, cui, iuxta explicanda ſequentibus Diſputationibus, illi ſubiacent, qui iniuſtè aliquem interficiunt, mutilant, aut percutiunt.

Quia ergo, vt quis ex eo ad reſtitutionem aliquã 2
teneatur, quia occiderit, mutilauerit, aut percuſſerit, neceſſe eſt, vt id efficiat interueniente aliquo ipſius peccato contra iuſtitiam, neque ſatis ad id eſt, ſi peccatum aliquod ipſius contra ſolam caritatem interueniat; inde ſequitur, eum, qui cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit, mutilat, aut aliter percutit, ſuum aggreſſorem, eſto ex odio, ex appetituque vindictæ, id efficiat, ad nullam teneri reſtitutionẽ: quia nullo interueniente ipſius peccato contra iuſtitiam,
C ſed ſolùm contra caritatem, id efficeret. Sequitur deinde, eum, qui fugiendo, aut ſe recipiendo antequam aggreſſor adueniret, potuit vitare interfectionem, aut aliam aggreſſoris percuſſionem, ad idque ſub reatu lethalis culpæ tenebatur, iuxta ea quæ Diſputat. 17. dicta ſunt, ſi id non fecit, ſed expectauit ſuum aggreſſorem, eumque interfecit aut aliter percuſſit, ad nullam teneri reſtitutionem: eo quòd in eo euentu non peccauerit contra iuſtitiam, ſed ſolum contra caritatem ſui ac proximi, dum ea via potuit ac debuit vitare ſimul periculum ſuæ propriæ vitæ ac proximi, nec fecit: poſtquam autem pugnare cepit: illum interficiendo aut percutiendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, non peccauit, ſed vſus eſt ſuo iure. Illud addo, ſi in hoc euentu contingat, inua-
D ſum occidi ſimul aut vulnerari ab aggreſſore, viciſſim interfecto aut vulnerato ab ipſo inuaſo, tunc aggreſſorem aut hæredes illius teneri ad integram dãnorum reſtitutionem, quæ inuaſus ita accepit, iuxta ea quę ſequentib. Diſputationibus explicanda ſunt, alios homicidas aut percuſſores iniuſtos teneri. Ratio autem eſt, quoniam licèt inuaſus maiora fortè damna intulerit aggreſſori, quàm ipſe ab illo acceperit; nihilominus inuaſus illa intulit iuſtè, eaque de cauſa ad nullam reſtitutionem ratione illorum tenetur: aggreſſor verò iniuſtè intulit illa alia damna inuaſo, & idcirco tenetur ad reſtitutionem ratione illorum: neque compenſare poteſt damna, quæ iniuſtè dedit, cum ijs, quæ abſque iniuſtitia ex parte in-
E ferentis viciſſim accepit. Quis autem dicatur iuſtè interficere, vulnerare, aut percutere, in defenſionẽ ſui, ſuarum rerum, ſui honoris, in defenſionem proximi, aut rerum illius, vel pugnando in bello iuſto, à Diſput. 11. & tractatu præcedente in materia de bello, fuit explanatum.

Quando aliquis cauſa occiſiòve non leuis fuit alicuius rixę, ex qua vel homicidium, vel mutilatio, vel aliud damnum fuit ſequutum, eſt diſtinguendum. Quoniam vel is, qui ita cauſa aut occaſio fuit eius rixæ, damnum dedit, vel illud accepit. Si illud dedit, tunc, aut abſque iniuſtitia illud dedit in ſui defenſionem, volens deſiſtere à pugna, vel illam non inchoare, ſi alius vellet, nec excedendo moderamen inculpatæ

patæ tutelę illud dedit, aut iniuſtè illud dedit. Si abſque iniuſtitia illud dedit, iuxta ea quæ Diſpu. 15. explicata ſunt; tunc, vel alius illicitè ac iniuſtè noluit deſiſtere, vel iuſto errore non deſtitit, credens eum, qui cauſam occaſionémve rixæ dedit, aut qui in ea pugnat iniuſtè, non velle deſiſtere, neceſſariumque ſibi in ſuam defenſionem eſſe, quod facit. His diſtinctionibus prænotatis, ſequentes concluſiones ſunt ſtatuendæ.

3 Prima concluſio. Quando aliquis ſua aliqua iniuſtitia cauſa ſeu occaſio fuit alicuius rixæ; oborta autem ea rixa, iuſtè eſt illam proſequutus in ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ; tunc, ſi alius illicitè ac iniuſtè eſt ipſum inſequutus, ad nullam reſtitutionem tenetur damni, quod in ſui defenſionem ita illi dedit. Exemplum eſt in adultero, qui occaſio fuit marito adulteræ, vt eum, cum ſua vxore deprehenſum, interficere aggrederetur. Si enim tunc adulter, vt ſe defenderet, cum moderamine inculpatæ tutelæ interficeret aut vulneraret aggreſſorem, ad nullam reſtitutionem teneretur damni ita dati. Quoniam non peccaſſet eo modo interficiendo aut vulnerando aggreſſorem, nihil impediente, quòd præbuerit occaſionem ei aggreſſioni per adulterij iniuſtitiam. Contra verò aggreſſor, nihil impediente, quòd ea maxima adulterij iniuria ac iniuſtitia fuerit laceſſitus, in culpa iniuſtitiæ fuit interficere aggrediendo propria autoritate eum adulterum, vt Diſpu. 7. & 15. oſtendimus. Exemplum eſt etiam in iure, qui animo tantùm furandi ingreſſus eſt domum alienam, inuaſuſque deſiſtere omnino volebat à furto, & ab omni alio damno dãdo. Hic enim ſi in defenſionem ſui corporis interficiat aut vulneret aggreſſorem, ad nullam reſtitutionem tenetur damni; quod ita dederit. Quoniam ſimiliter iuſtè ſe defendit, & aggreſſor in culpa eſt, nolens deſiſtere, vt eadem Diſp. 15. eſt dictum.

4 Secunda concluſio. Quando aliquis iniuſtè fuit cauſa alicuius rixæ aut pugnæ, eſto poſtea abſque iniuſtitia ac licitè illam proſequatur, aliumque licitè interficiat aut vulneret, ſi tamen ita interfectus aut vulneratus iuſto errore rixam aut pugnam proſequebatur, tenetur is, qui ita occidit aut vulnerauit, ad reſtitutionem damni eo modo dati. Exemplum eſt in eo, qui aliquem iniuſtè eſt aggreſſus, aut qui pugnare cępit, ſciens bellum ex parte ſuorum eſſe iniuſtum: ſi enim hic, poſt inceptam pugnam, vellet deſiſtere, aduerſariumque non lædere, ſanè non tenetur ſinere ſe interfici aut percuti ab eo, qui licitè cum ipſo pugnat, liciteque pugnare cępit, ſed poteſt licitè in ſuam moderatam defenſionem illum occidere: ſi tamen alius idcirco non deſiſtit, quia meritò ſibi perſuadet, aggreſſorem, eumve, qui ſecum iniuſtè cępit pugnare, non velle deſiſtere, vtiq; ſi hic, qui iniuſtè cępit pugnare, illum interficiat aut vulneraret, tenetur reſtituere damna omnia illi eo modo data, nihil impediente, ꝙ abſq; iniuſtitia licitèque iam tunc ea dederit. Ratio autem eſt, quoniam per iniuſtam aggreſſionem, iniuſtàmve ex parte ipſius pugnæ illius inceptionem, fuit à principio cauſa iniuſta, vt neceſſarium ſibi poſtea foret ea damna ad ſuã defenſionẽ inferre, nulla exiſtente culpa ex parte ipſius, cui illa dedit. Lege, quę Diſp. 15. de hac re dicta ſunt. Quòd ſi in culpa is fuiſſet, qui ea dãna accepit, quia ſibi perſuadens aliũ velle deſiſtere, ipſe deſiſtere noluit, tũc aggreſſor ad nullam tenetur reſtitutionem, propter ea quæ præcedente concluſione dicta ſunt: & quoniam inuaſus in eo euentu neceſſe non habet iam tunc ea damna inferre in ſuam defenſionem, neque habet ius vllum ad interficiendum aggreſſorem. De eo autem, qui in bello ex parte ſuorũ iuſto pugnabat, quia ius habet ad interficiendum eum, qui iniuſtè pugnare cępit, eſto is iã ex ſua par- A te deſiſtere ab ea pugna ac bello vellet, credo, ſi aduerſarius deſiſtere volens eum interficiat in ſuam iã tunc non iniuſtam neque illicitam defenſionem, tenetur reſtituere omnia damna data: quoniam antea cauſam iniuſtam præbuit, vt eſſet ſibi neceſſarium illa dare ad ſuam defenſionem: & quoniã, cùm alius, etiam tunc, ius habeat ad ipſum interficiendum, nõ poteſt licitè in ſuam defenſionem damna illi inferre, niſi ea lege ac conditione, vt ea reſarciat quoad fieri poſſit.

5 Tertia concluſio. Quando, qui rixæ occaſionem dedit, iniuſtè interfecit, vulnerauit, aut aliud damnũ dedit, tunc is ad reſtitutionem omnium damnorum tenetur. Talis autem eſt iniuſtus aggreſſor, qui aliquid horum iniuſtè patrauit. De hac cõcluſione nul- B lus eſt, qui dubitet, dubitarève poſſit. Ad quantam autem ac qualem reſtitutionem teneatur, Diſputationibus ſequentibus eſt examinandum.

6 Quarta concluſio. Quando, qui occaſio fuit rixæ, damnum ab altero accepit, tũc ſi is, qui illud dedit, id in iuſtam defenſionem fecit cum moderamine inculpatę tutelę, ad nullam reſtitutionem tenetur. De hac etiam nullus eſt, qui dubitet. Atque id eſt, quod aſſeruimus in principio huius Diſput.

7 Quando autem id non fecit in defenſionem iuſtam, vel id fecit excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, eſt ſequens quinta concluſio. Quando in cõpenſationem iniuriæ, quã is intulit, qui rixæ fuit occaſio, & ſimul in pęnam ſui delicti, in exteriori foro iudicis ſentẽtia is abſoluitur, qui interfecit aut aliud C damnum dedit, tunc ad nullam reſtitutionem tenetur in foro conſcientiæ damnorum, quæ ita dedit. Idem eſt, quando à parte damnorum abſoluitur, quo ad eam partem, à qua abſoluitur: & quando integre abſoluitur, quoad integra damna, impoſita ei aliqua pęna. Hæc intellige, dummodo ſufficienter in eo iudicio ac exteriori foro conſtet de integra culpa illius, qui id damnum dedit, quique per eam ſententiam ita abſoluitur. Et dummodo de iniuſtitia ſententiæ, qua ita abſoluitur, non conſtet. Exemplum huius concluſionis adhibere poſſumus in marito, qui adulterum cum ſua vxore interfecit, aut qui propriam vxorem ob adulteriũ commiſſum interfecit. Hic enim eo ipſo, quòd in exteriori foro abſoluitur in compenſationem iniuriæ, quam eo adul- D terio accepit, & in pęnam iuſtam pro adulterio illo, ad nullam reſtitutionem tenetur. Quoniam iuſta eſt ſententia, qua totum delictum, omniaq; damna ita ab eo adulteris data, ei condonantur, in recompenſationem grauiſſimę iniuriæ, quam accepit, & in pęnã iuſtam delicti adulterij aduerſus ipſum cõmiſſi. Neque refert, quòd adulter, à marito adulteræ interfectus, vxorem ac filios haberet, in quorum detrimentum ac damnũ mors illa ceſſerit. Quoniã ſicut adulter ille iuſtè interfici poterat ſententia iudicis in pænam ſui delicti, nihil impediẽte quòd id per accidẽs redundaret in damnum ac detrimentum vxoris ac filiorum illius innocentum: ſic condonari in pęnam iuſtam, & in compenſationem grauiſſimæ iniuriæ, E quã ab eo accepit, licitè ac iuſtè marito poteſt mors, quam ei adultero propria autoritate ac iniuſtè intulit, nihil impediente quòd ſimiliter id per accidens redundet in detrimentum ac damnum vxoris ac filiorum talis adulteri. Neque item refert, ſi adulter à marito occiſus, impenſas aliquas poſt vulnus acceptum fecerit cum medicis ac chirurgis, atque in medicamentis, & quòd caruerit lucro ſuarum operarum ac induſtriæ, toto tempore, quo fuit vulneratus, antequam ex vulneribus moreretur. Quoniã id quoque condonari iudicis ſentẽtia iuſtè ac licitè potuit occiſori in pænam adulterij aduerſus ipſum commiſſi. Hac eadem ratione, quando inuaſus in ſui defenſionem ſuum iniuſtũ aggreſſorem interfecit, cæte-

cæterùm excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, ac proinde iniuſtè, ſi in exteriori foro, nihil eo exceſſu impediente, omnino abſolueretur, quia ſcilicet reliquum ei remitteretur in recompenſationem iniuriæ, quam aggreſſor intulit, in pænamque delicti aggreſſoris, tunc credo ad nihil aliud teneretur in foro conſcientiæ: præſertim ſi ſimul hæredes, aut conſanguinei defuncti, egerunt de damno accepto in rebus externis, aut iudices rationem etiam eorum eo modo iudicando habuerunt. Quod enim iudicis ſententia tacitè aut expreſsè condonatur in compenſationem iniuriæ ab altero illatæ, atque in pænam delicti, condonatum in conſcientiæ foro etiam manet, quando de iniuſtitia ſententiæ non conſtat. Lege, quæ Diſput. 31. à §. quando inuaſus, his de rebus dicta ſunt. Quando autem aliquis in iudicio, in exteriorive foro, mitiùs condemnaretur quo ad damna, quæ intulit, eo quòd deficiente probatione, vel alia ratione, non ſufficienter in eo foro conſtaret de culpa ac damnis, quæ is intulit, tunc is prudentis arbitrio tenetur compenſare eam damnorum partẽ, quę ſaltem virtute, non fuiſſet condonata, ob iudicum ignorantiam, defectumque probationum. Quando item conſtaret, ſententiam fuiſſe iniuſtam, eo quòd iudices, vel ignorantia, vel nequitia, minus, quã par eſſet, adiudicaſſent in compenſationem damnorũ, quæ is, qui condemnatur, dediſſet, tunc interfector addere etiam teneretur, quãtum deeſſe iudicaretur, vt ea in re æqualitas conſtitueretur.

8 Quod dictum eſt de eo, qui in ſui defenſionem occidit aut aliud damnum intulit, cæterum excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, intelligendum etiam eſt de eo, qui alapa, fuſte, aut enſe percuſſus, incontinenti repercuſſit ac occidit, vel aliud damnum intulit: quin & de eo, qui ex interuallo ob grauiſſimã iniuriam acceptam interfecit aut aliud damnum intulit, iuxta ea quæ Diſput. 31. à §. citato dicta ſunt. His enim multum de pæna, & de obligatione reſarciendi damna data, eſt in foro exteriori detrahendum: tum in recompenſationem grauiſſimæ iniurię quam ab interfecto, aut aliud damnum ab eo paſſo, acceperunt; tum etiam in pænam delicti illius, qui idcirco minori pæna eſt dignus, quia priùs iniuria affecit, ac laceſſiuit ad eam vindictam de eo ſumendam. Atque, quod ita in foro exteriori detractũ fuerit, vim in foro conſcientiæ habet: eo quòd iudicis ea ſententia iuſta æquaque ſit.

9 Dubium eſt, quid ſi in euentibus quinta hac concluſione explicatis, & in alijs ſimilibus, res deducta ad iudicium non ſit, nec per conſequens iudicis autoritate in recompenſationem iniuriæ, quam accepit, & in pœnam delicti alterius, quicquam occiſori, aut aliud damnum inferenti, ſit condonatum? licebitne ei tunc ſimili modo facere compenſationem, nihilque amplius reſtituere, quàm quod iudex æquus publica ſententia eſſet ei iniuncturus, iuxta ea quæ proximè explanata ſunt?

Ratio autem dubitandi eſt, tum quòd pæna ante latam ſententiam non debeatur, ac proinde in pænam delicti, quod alius in ipſum commiſerat, propter quod fuit occiſus, aut aliud damnum fuit paſſus, non videtur licere occiſori, aut aliud damnum inferenti, quicquam de eo detrahere, quod alioquin reſtituere ob damna data tenebatur.

Tum etiam quoniam, vt tractatu præcedente Diſput. 690. 691. & 715. oſtendimus, licèt pro damno accepto fas ſit autoritate propria facere competentẽ compenſationem, quando autoritate publica obtineri nequit, fierique poteſt ſine ſcandalo, & concurrunt aliæ circunſtantiæ, de quibus Diſput. 691. eſt dictum; nefas tamen eſt propria autoritate facere compenſationem pro iniuria & offenſa, ſumpta pręcisè à damno accepto, & qui illam fecerit, reſtituere

A teneretur, quod ita in compenſationem acceperit, vt Diſput. 715. citata eſt comprobatum; quo fit, vt qui occidit aut aliud damnum dedit, laceſſitus iniuria, quam accepit, nihil in compenſationem talis iniurię detrahere poſſit de eo, quod reſtituere alioquin tenetur pro damno, quod interficiendo, mutilando, aut alia ratione iniuſtè dedit, niſi priùs id iudicis ſententia ei condonetur ac adiudicetur.

Propter has rationes conſulerem, vt maritus, qui occidit vxorem & adulterum in adulterio deprehẽſos, & vt is, qui inuaſus occidit abſque moderamine inculpatæ tutelæ ſuum iniuſtum aggreſſorem, & ſic de ſimilibus alijs, vocarent ad iudicium eos, qui dãnum ita ab ipſis acceperunt, aut eis defunctis, illos, ad quos pertinet proſequi eorum iniuriam, autoritate- B teque iudicis obtinerent compenſationem atque abſolutionem ab obligatione reſtituendi damna data, quando illi, quibus eſſent data, aut ad quos pertineret illa proſequi, eorumque compenſationem accipere, libere remittere non vellent, quod in compenſationem eorum damnorum poſſent prætendere, ratamque habere compenſationem, quam occiſor, aut qui aliud damnum dedit, facere vellet.

Non tamen caret probabilitate, in prędictis euen- 10 tibus poſſe interfectorem, aut qui aliud damnum ita dediſſet, facere compenſationem, non aliud ſoluendo, quam quod æquus iudex in eo euentu ſoluere p̄ciperet, expectandoque, vt aduerſarij ipſum ad iudicium vocẽt, ſi quid amplius ea de cauſa obtinere ab eo velint. Ratio autem, quæ id non leuiter ſuadere C videtur eſt. Quoniam licèt offenſus nihil in pænam delicti & offenſæ, quàm eſt paſſus, vſurpare propria autoritate poſſit de nouo, imò neque retinere in pęnam eius offenſæ ac delicti, quod alia via is ipſi debet, qui eam offenſam ipſi intulit, aut quod ratione illius poſt eius mortem hæredibus illius debet, puta via mutui, aut alterius contractus: ac licèt in recompenſationem iniuriæ ac offenſæ ipſi illatæ, præcisè ſumptæ à damno dato, nihil etiam poſſit autoritate propria accipere de nouo, aut retinere, quod alia via debeat: nihilominus tamen, quando antecedens delictum vnius eſt occaſio delicti alterius, extenuatq; culpam obligationemque reſtituendi, quæ ex poſteriori reſultat, conſurgente tũc iure ex parte eius, qui damnum aut qui plus damni poſterius dedit, ad ex- D cipiendum petenti ab eo reſtitutionem eorum damnorum, ſe vel omnino non teneri ad eam reſtitutionem, vel non teneri ad totam, idque in recompenſationem iniuriæ, quam priùs accepit, & in pænã delicti, quo ad id fuit laceſſitus: ſanè videtur poſſe expectare, vt coram iudice petatur ab ipſo quantitas, à qua non ſoluenda iuſtè ac licitè ſe poteſt tueri, excipiendo ac petendo conſentaneam rationi naturæq; ipſi rei talem compenſationem. Neque id propriè eſt, autoritate propria occupare aliquid in pænam atque in compenſationem iniuriæ, ſed eſt, non ſoluere id, ad quod non ſoluendum iuſtam habet exceptionem ac excuſationem, id quod iura prohibere nõ videntur. Quo fit, vt per ius, quod habet ad iuſtè ex- E cipiendum petenti à ſe reſtitutionem damnorũ, quę intulit, extingui in altero videatur ius, quod habebat ad petendam eam reſtitutionem damnorum, atque adeò fit, vt is, qui eam iuſtam exceptionem habet, de obligatus in conſcientiæ foro manet à reſtitutione eius ſummæ, circa quam iuſtam eam exceptionem habet, vt illam non ſoluat. Vnde ſi nunquam ab eo ſumma illa petatur, circa quam iuſtam eo modo habet exceptionem, nunquam tenebitur eã reſtituere.

Dicet fortè aliquis, Fieri poteſt, vt is, qui prior 11 offendit, præſcripſerit pænam, ad quam tenebatur, dum intra certum tempus ex ipſo non petitur, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſput. 66. & Diſp. 71. dicta ſunt: obligatio autem reſtituendi damna, cum

ſcien-

ſcientia, quòd data ſint ac debeatur compenſatio illorum, nullo tempore præſcribitur, vt Diſp. *66.* citata dictum eſt: ergo ſaltem lapſo eo tempore, quo pæna præſcribitur, tenetur, qui poſterius deliquit, ac damna aut maiora damna dedit, reſtituere damna, quæ dedit, aut incrementum illorum.

Ad maiorem huius argumenti dicendum eſt: Pænam quidem præſcribi illo tempore ad effectum, vt exigi ex delinquente non poſſit, & vt delinquens non teneatur illam ſoluere: non tamen præſcribi ad effectũ, vt qui prius fuit offenſus delicto, quod cauſa vehementer motiua fuit, vt ipſe delicto alio damnum inferret, non poſſit excipere, ſe ex circunſtãtia illius alterius delicti non teneri ad reſtitutionem eorum damnorum, vel nõ teneri ad integram illorum reſtitutionem. Quæ enim temporalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, vt habetur l. licèt. C. de exceptionib. l. purè. §. vlt. ff. de doli mal. excep. & alijs iuribus: id quod maximè habet verum, quando exceptio eſt circa illud idem ius, quod alius prætendit, quodque extinguitur omnino, aut ex parte, ea exceptione: non verò quando exceptio eſt circa diuerſa, quæ nullam inter ſe connexionẽ habent, neque vnum ex circunſtantia extenuans aliud. Vnde ſi aliquis fuiſſet prius offenſus, neque pænam delicti exegiſſet; poſteaque, nõ permotus offenſa prius accepta, eum, à quo fuerat offenſus, percuteret, damnum illi inferendo; ſanè non competeret ei exceptio illa, quòd prius ab alio fuiſſet offenſus, non ſolum ſi ille prior præſcripſiſſet iam pænam, qua pro eo delicto erat dignus, ſed etiam ſi illam nõ præſcripſiſſet. Quando tamen illam non præſcripſiſſet, poſſet viciſſim, qui priùs fuerat offenſus, intentare aduerſus illum actionem iniuriarum ex illo alio delicto.

Is, cui hæc placuerint, ad duas rationes ſuprà in contrarium propoſitas reſpondere poterit. Ad primam quidem, quòd licet pæna ante latam ſententiã non debeatur ad effectũ, vt poſſit licitè aliquid vſurpari in pęnã de bonis delinquentis, & vt delinquens teneatur eam ſoluere; nihilominus quãdo delictum prius commiſſum circunſtantia eſt poſterius commiſſi, illud extenuans quo ad culpam, leuiuſque reddens, atque extinguens ius, quod aduerſarius alioquin haberet ad petendam compenſationem damnorum, pænamque pro eo delicto, fas tunc eſt, tantũ detrahere de eo, quod ſecundus delinquens teneretur alioquin ſoluere, quantum æquitas poſtularet, iuſtuſque iudex iudicaret fore detrahendum. Vnde conceſſo antecedente in priori ſenſu, neganda eſt illatio, quæ in ea ratione dubitandi fit.

Ad ſecundum ſimiliter eſt dicendum, quãuis nefas ſit facere autoritate propria compenſationẽ pro iniuria ſumpta præciſè à damno dato, vſurpando aliquid de bonis eius, qui illam intulit; fas tamen eſſe, quãdo vnum delictum eſt circumſtantia alterius illud extenuans, atque extinguens modo explicato ius aduerſarij, detrahere quantum ęquus iudex eſſet iudicaturus fore detrahendum in recompenſationem prioris delicti.

Paulo antea, quàm hæc in Euorenſi Academia exponerem, conſultus fui circa ſequentem euẽtum: Famulus quidam dum in nobili quadam familia inſeruiret, grauiſſimam iniuriam ei familiæ intulit, penetrando ſecreta eius domus, ibique ſæpe dormiendo cum famula, quæ foras non egrediebatur: id quod in maximum diſcrimen adducere potuit famam atque exiſtimationem matris familias nobiliſſimæ eius domus ratione conditionis loci, ad quem penetrabat. Interrogatus ſum, an pater & mater familias eius domus, quibus iuuenis ille inſeruierat, tenerentur in conſcientia ſoluere illi ſtipendium obſequij illius illucuſque commeritum, an non: ſed poſſent in compenſationem grauiſſimæ iniuriæ, eo delicto ipſis illatæ, illud non ſoluere. Si enim tuta cõſcientia poſſent id non ſoluere, dicebant, nolle illud ſoluere famulo adeò indigno, quique tantopere ipſos offendiſſet. Ad hoc dubium eſt dicendum, non poſſe illos facere eam compenſationem, ſed teneri ſoluere ei famulo ſtipendium illud iam antea omnino illi debitum, niſi autoritate publica, intentata actione iniuriarum, ipſis in pænã iniuriæ adiudicetur. Quoniam ſequens iniuria illata non eſt exceptio competens comparatione prioris debiti: ſed in exteriori foro patresfamilias eius domus cogerentur ſoluere id integrum debitum iam omnino emeritum, illiſq; diceretur, vt, ſi vellent, actionem intentarent ciuilẽ aut criminalem aduerſus eum famulum ob delictũ, quod aduerſus eos commiſit, & ob iniuriam, quam eo delicto ipſis intulit: eo quòd res ſint inter ſe diuerſæ, neque vna ſit circũſtantia alterius, extinguẽſve ius famuli ob ſeruitia antea præſtita.

DISPVT. 82.

Quando vnus alterum in duello interficit, aut damnum aliud illi infert, an reſtituere teneatur damnum ita datum.

SVMMARIVM.

1 *Si propria vtriuſque ſponte certamen committatur, neuter eorum tenetur alteri reſtituere damnũ, quòd in eo illi dederit.*

2 *Si verò vnus alteram prouocat ad certamen, & alter deſcendit ſolùm prouocatus, vt ſuum mundanum tueatur honorem, prouocans tenetur ad reſtitutionẽ damnorum alteri ſubſecutorum, prouocatus item ſi illum occidat aut vulneret.*

Dicendum eſt: Si propria vtriuſque ſponte certamen committatur, neutrum eorũ teneri alteri reſtituere damnum, quod in eo illi dederit. Ratio autem eſt, quoniam licèt peccent lethaliter cõtra caritatem, & ſimul ſuo etiam modo contra iuſtitiam aduerſus Deum, & aduerſus rempublicam, modo Diſput. 1. explicato; nihilominus in ſe ipſos non peccant contra iuſtitiam ob mutuum pactum, tacitum ſaltem, quo vnuſquiſque eorum vult ſe exponere periculis damnorũ, quę ex tali certamine ſubſequentur, vt alter ſimiliter eiſdem periculis ſe exponat. Conſentiunt ex parte, quę dicta ſunt tractatu præcedente Diſput. 35. §. ad hoc dubium. 1

Quando verò vnus eorum alterum prouocat ad id certamen, & alter deſcendit ſolum prouocatus, vt ſuum mundanum tueatur honorem, tunc de prouocante dubium non eſt, teneri ad reſtitutionẽ omnium damnorum alteri ſubſequutorum, iuxta ea quæ ſequentibus Diſputat. explicanda ſunt. De prouocato verò, ſi prouocantem occidat aut vulneret, idcirco dicunt aliqui, eum reſtituere non teneri damna, quæ ita dederit, quoniam non peccat contra iuſtitiam; eo quòd id efficiat in defenſionem ſui honoris, qui maioris eſt æſtimationis, quàm ſint bona externa, quæ iuſtè defenduntur. 2

Sententia hæc mihi nõ probatur, quoniam licèt, qui iuſtè ſuum honorem defendit alterum occidendo, licitè illum interficiat, modò non ex odio illum interficiat: is verò, qui non inuaſus, ſed inuitatus ab alio, in certamen deſcendit, neq; licitè acceptat certamen, neque licitè inuitantem interficit, vt Diſpu. 17. comprobatum eſt. Quare ſicut non eſt medium licitum ad honorem defendendum, acceptare certamen, quod offertur, interficereque eum, qui ad illud

lud inuitauit, ita neque eſt medium ad id iuſtum. Neque in hoc euentu poteſt excuſari inuitatus à reſtituendi onere ob pactum tacitum ex parte inuitātis, quo condonare cenſeatur damna, quæ in eo certamine acceperit. Quoniam non cenſetur ea condonare, niſi vt viciſſim ipſe ſimili modo non teneatur reſtituere damna, quæ in eodem certamine dederit: qua re cum inuitans reſtituere teneatur damna, ſi quæ in eo certamine dederit, conſequens eſt, vt inuitatus ex eo capite non excuſetur à reſtitutione damnorum, quæ in eodem certamine dederit. Neq; certè video ex alio capite poſſe excuſari, quàm in recompēſam iniuriæ, & in pœnam delicti aduerſarij, quo eū prouocauit, occaſioque fuit, vt illi ea damna in eo certamine daret, vt Diſput. præcedente de eo, qui excedēdo moderamen inculpatæ tutelæ ſuum iniuſtum aggreſſorem occidit, eſt dictum.

DISPVT. 83.

Quæ damna in bonis externis ſequuta, & quibus reſtituere homicida teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Quando homicida non excuſatur à reſtitutione facienda, ratione damnorum illatorum, tenetur homicida, quoad damna in bonis externis eo homicidio data indeve ſecuta, omnia reſtituere, inter hæc damna computantur ſumptus, quos occiſus ante mortem in chirurgis et medicis inſumpſit, computantur etiā operæ, quas interfectus exercere debebat tempore toto, quo alioquin erat victurus, atque adeò lucrum, quod illis erat comparaturus. Et quomodo tempus vitæ eius cum operis ſit conformandum.*

2 *Tunc ſolùm occiſi operæ reſtituendæ ſunt, quando ex illis emolumentum aliquod erat alijs obuenturum ad ſuſtentationem vel patrimonij augmentum: quātum enim hac de cauſa defraudarentur morte iniuſta interfecti, tantum præciſè & non plus eſſet reſtituendum.*

3 *Longè diuerſa eſt ratio de operis, quibus interfectus, poſt cauſam mortis acceptam, ratione talis cauſæ mortis caruit, dum adhuc uiueret, & de operis quas poſt punctum mortis fuiſſet facturus, ſi eam iniuſtā mortis cauſam non accepiſſet.*

4 *Computari cum operis debet, ſi quid interfectus lucrabatur negotiando. Emolumentum quippe, quod inde alijs erat prouenturum, non ſecus eſt illis reſtituendum, quàm emolumentum, quod ex operis prouenturum ijſdem erat.*

5 *Quādo ex interfecti operis, ex negotiatione illius, nullus alius iniuſtè eſt paſſus damnum, tunc nulla conſurgit obligatio reſtituendi emolumentum.*

6 *Nō omnibus, qui morte iniuſta interfecti priuati sūt emolumento aliquo, quod ex illo forent percepturi, ſi ille interfectus non fuiſſet, tenetur homicida reſtituere valorem eius emolumenti; ſed illis ſolum, qui ius habebant percipiendi emolumentum illud, quia illis erat quaſi debitum.*

7 *Hæredibus ſiue teſtamento ſint inſtituti, ſiue ſuccedant ab inteſtato, non eſt facienda reſtitutio emolumenti, quod plus in hæreditate fuiſſet, ſi interfectus non ita iniuſta morte fuiſſet præuentus, quia nullum damnum eſt eis illatum ea morte iniuſta.*

8 *Creditoribus ipſius iniuſtè interfecti, ſi aliquando eueniat, ut propter eam iniuſtam mortem illi aliquid non recuperent eorum, quæ interfectus ipſis debebat, quod tamen recepturi erant, ſi ille interfectus non fuiſſet, tenetur homicida reſtituere ea damna.*

9 *Non totus ualor operarum interfecti eſt reſtituendus ijs, qui emolumento aliquo ex bonis iniuſtè interfecti priuati ſunt, ſed dumtaxat ualor, quo unuſquiſque iniuſtè inde fuit priuatus, tantum præciſè unicuique in particulari reſtituendo, quanto iniuſtè fuit priuatus. In æſtimatione autem ualoris operarum defuncti non oportet uti regula, quam præſcribit in legibus Vlpianus: ſed regula qua in re præſenti opus eſt, eſt prudentis arbitrium.*

10 *Hæc & ſimiles reſtitutiones melius perducuntur ad effectum, facta tranſactione & compoſitione cum ijs, quibus reſtitutio eſt facienda, qui ut plurimum remittere ſolent aliquid de ita debitis, quàm arbitrādo homicidæ uſque ad ultimum indiuiſibile, quantum unicuique eorum, qui ex ea morte iniuſta damnum iniuſtè ſunt paſſi, reſtituere debeat.*

QVādo homicida ex capitibus duabus præcedentibus Diſputationibus explicatis, & ex alijs ſimilibus, non excuſatur à reſtitutione facienda, aut à parte illius, ratione damnorum illatorum, indeve ſequutorum, cōueniunt doctores, quo ad damna in bonis externis eo homicidio data, ex illove ſequuta, teneri homicidam ea omnia integre reſtituere. In eis verò damnis in primis computantur, quæ occiſus ante mortē inſumpſit cum chirurgis & medicis, in medicamentis, in pretioſioribus cibis, ob vulnera, percuſſiones, aut ob aliam mortis cauſam accepta, & vniuerſim quæcunque alia ea de cauſa inſumpſit, quæ alioquin non foret inſumpturus. Vnde à ſumptibus, ad eiuſmodi damna computanda, ſemper eſt detrahēdum, quod alioquin inſumpturus erat in cibo & potu, & in alijs rebus. in ſolo enim incremento cēſendus eſt ſolum damnificatus iniuſtè ab eo homicida, quod ad hos ſumptus attinet. Sunt verò hæc intelligenda de ſumptibus, quæ rationabiliter fecit, attenta qualitate perſonæ, & attentis reliquis circunſtantijs concurrentibus. Si enim ſuperfluè aliqua inſumpſit, nō tenetur homicida ea reſtituere. Quoniam licèt eorū fuit occaſio, non tamen fuit cauſa, ac proinde non ſunt ei perinde imputanda, ac ſumptus rationabiles, quorum cenſetur fuiſſe cauſa iniuſta. In his, tāetſi non adeò accuratè explicatis, conſentiunt Nauar. in Manu. cap. 15. num. 19. & 20. Sotus. 4. de iuſtit. quæſt. 6. art. 3. ad 3. Couar. 2. var. reſol. cap. 10. num. 7. Scotus. in 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 2. Adr. in 4. quæſt. de reſt. boni corporis, Maior. in 4. diſt. 15. q. 19. in fine, Gabr. ibidem. quæſt. 15. Palud. ibidem. q. 2. art. 2. concluſ. 2. Ledeſ. 2. 4. quæſt. 18. art. 2. Panormit. cap. 1. de iniur. & dam. dat. Syl̄ueſt. verb. reſt. 3. num. 2. Ang. verb. reſt. 1. Anton. Gom. 3. tom. var. reſol. cap. 3. num. 37. & alij quos citant. Ratio verò eorum eſt, quoniam quiuis naturali iure tenetur reſtituere damna omnia in bonis externis, quæ iniuſtè dederit, vt tractatu præcedente in materia de reſtitutione fuit oſtenſum, & habetur cap. vlt. de iniur. & dam. dato: homicida autem eorum omnium damnorum fuit iniuſta cauſa. Confirmatur ex cap. 1. de iniur. & damn. dat. quod deſumptum fuit ex cap. 21. Exodi, conſtitutumque id eſt hodie de iure canonico, vbi, qui alterum percuſſerit, præcipitur ſoluere percuſſo, qui mortuus non fuerit, operas, quibus ille ea de cauſa caruerit, & impenſas in medicos: idemque eſſet, ſi ille ex vulnere moreretur, cum ſit vtrobique eadem ratio, eodemque modo cauſa eſſet iniuſta eorum damnorum in bonis externis. Idem quoque habetur l. vlt. ff. de his qui deiec. vel effud.

Nauarrus ubi ſuprà ait, homicidam reſtituere ēt teneri expenſas moderatas, factas iuxta perſonę qualitatem in funere occiſi, quoniam harum etiam homicida fuit cauſa. Arbitror tamen eas reſtituere nō teneri. Quoniam ſolum fuit cauſa vt citiùs fierent, non

non verò ut fierent: quandoquidem ille aliquando erat moriturus, vel per cauſas naturales, vel aliqua alia ratione, atque tunc erant faciendæ.

Deinde inter damna in bonis externis per homicidium data, ad quorum reſtitutionem propter rationes proximè factas homicida tenetur, computãt doctores citati operas, quas interfectus exercere debebat tempore toto, quo alioquin erat victurus, atque adeò lucrum, quod illis erat cõparaturus. Quia tamen incertum eſt, quanto tẽpore foret victurus, Ang. Cou. & Ang. Gom. vbi ſup. & alij, quos hi duo poſteriores autores citant, cenſent, computationem eiuſmodi operarũ faciendã eſſe iuxta l. hæreditatũ. ff. ad leg. fal. ſtatuto prius, quantũ operæ illæ ſingulis annis erant plus minus valituræ. Ducuntur, quoniam licèt lex illa non loquatur de hac re, loquitur tamen de alia ſimili, nempe, quando alicui legatum fuit in alimenta tantum quotannis tẽpore toto, quo viueret. Ad æſtimandum enim, quanta copia cẽſenda ſit huic legata in totum tẽpus, quo eſt victurus, vt ab hoc & à cæteris legatis, pro rata ſummæ legatæ vnicuique legatariorum, falcidia detrahatur, ait Vlpianus, ſi legatarius tempore mortis teſtatoris ſit viginti annorum, aut cuiuſuis alterius minoris ætatis, cenſeri teſtatorem ei legaſſe alimenta in triginta annos. Si verò ſit vigintiquinque annorum, aut alterius inferioris ætatis, quæ tamen ſupra viginti ſit annos, cenſeri ei legaſſe alimenta viginti octo annorũ. Si autem ſit triginta annorum, aut alterius inferioris ætatis, quæ ſit ſupra vigintiquinque annos, cenſeri illi legaſſe alimenta vigintiquinque annorum. Quòd ſi ſit trigintaquinque annorum, aut alterius ætatis inferioris, quæ ſit ſupra triginta annos, cenſeri ei legaſſe alimenta viginti duorum annorum. At ſi ſit quadraginta annorum, aut alterius minoris ętatis ſupra trigintaquinque annos, cenſeri illi legaſſe alimenta viginti annorum. Si autem ſit alicuius ętatis ſupra quadraginta annos vſque ad quinquaginta incluſiuè, cenſeri ei legaſſe alimenta annorum, qui ab ea ætate deſunt vſque ad ſexaginta, vno anno dempto. Vt ſi ſit quinquaginta annorum, cenſeri ei legaſſe alimenta nouem annorum. Si verò ſit quadraginta nouem annorum, cenſeri ei legaſſe alimenta decem annorum, & ita conſequenter. Quòd ſi ſit ætatis quinquagintaquinque annorũm, aut alterius inferioris, quæ ſit ſupra quinquaginta, cenſeri ei legaſſe alimenta nouem annorum. Si verò ſit ſexaginta annorum, aut alterius inferioris ætatis, quæ ſit ſupra quinquagintaquinque annos, cenſeri ei legaſſe alimenta ſeptem annorum. Denique ſi ſit cuiuſcunque ætatis, quæ ſexageſimum annum excedat, cenſeri ei legaſſe alimenta quinque annorum. Hæc eſt forma, quam Vlpianus ibi tradit, computãdi alimenta legata quotannis in totam vitam alicuius: atque iuxta eam dicunt autores citati faciẽdam eſſe æſtimationem operarum, quas interfectus erat facturus toto tempore vitæ ſuæ, facta prius taxatione valoris earum ſingulis annis.

2 Sunt tamen circa hæc omnia multa obſeruanda ac moderanda. Primũ eſt: Tunc ſolùm occiſi operas eſſe reſtituendas, quando ex illis emolumentum aliquod erat alijs obuenturum, vt vxori ac filijs, qui vel inde ſubſtentationem erant habituri, vel patrimonij augmentum, quo vxores ducerent, aut filiæ nuberent, vel aliud genus vitæ eligerent, aut in iam electo plus de bonis interfecti ratione earum operarum eſſent conſequuturi: quãtum enim hac de cauſa defraudarentur morte iniuſta interfecti, tantum præcisè, & non plus, eſſet reſtituendum. Ratio huius noſtri aſſerti hæc eſt: Quoniam ſuſtentatio, ac ſumptus proprij ipſius occiſi, quos ex eo lucro erat ipſe facturus, etiam in ſui ſplendorem, aut malè illud prodigendo, in priuatione ipſa vitæ illius A continetur: neque ſunt duo damna, priuare illum vita, quam ita erat tranſacturus, & priuare illũ operis, ex quorum emolumento ita erat victurus; quemadmodum duo damna diuerſa ſunt, priuare illum vita, & ſimul ac conſequenter priuare alios, quibus ſuſtentationem ac patrimonium debebat, emolumento, ad quod ius habebant, quodque ex operis illius erant percepturi, niſi ille iniuſtè vita eſſet ita priuatus. Quia ergo priuatio operarũ defuncti, quatenus inde ipſe erat victurus, non eſt damnum aliud à priuatione vitæ, quin potiùs quadam ex parte eſt beneficium, quatenus leuatur onere, labore, ac moleſtia eas operas exercendi; conſequens profectò eſt, vt occiſor ſolùm teneatur ad damnum vitæ, non verò ad valorem operarum, quatenus ex illis in ſui emolumentum B erat ſumptus facturus. Quouſque autem iniuſtus occiſor teneatur ad reſtitutionem damni vitæ, quam eripuit iniuſtè, & num ſi vita futura erat ſplendidior, teneatur ad maiorem reſtitutionẽ, propriam ac peculiarem hac de re ſubijciemus Diſputationem. Ex his iam liquidò conſtat, ſi ex operis occiſi nullum emolumentum erat alijs obuenturũ, quia plus ſecum ipſe inſumebat, quàm lucraretur, aut tantundem, etiam ſi vanè illud inſumeret, in ludis, ſuperfluis cibis ac veſtitu, in famulis, & in quibuſcunque alijs rebus, ad nullam reſtitutionem teneri eiuſmodi iniuſtum occiſorem ratione earum operarum: quoniam in nullo alicui alteri ea de cauſa damnum intulit. Conſtat deinde, ſi ex eis operibus aliquid emolumenti prouenturum erat alijs, iniuſtum C occiſorem reſtituere non teneri, quantum operæ illæ valebant, ſed ſolum quantum commodi ex illis illi alij erant percepturi. Item ſi occiſus carebat vxore, ſolumque habebat filios aut alios hæredes, & hi maius emolumentum ex eo accipiũt, quòd potiantur prius hæreditate, quàm ex eo, quòd defunctus operas exercuiſſet in totum tempus, quo inſuper erat victurus, eo quòd plus ex vſu fructibuſque hæreditatis ita anticipatæ ipſis proueniat, quàm ex defuncti operis eis proueniret, ad nullam reſtitutionem ratione talium operarum tenetur interfector: quippe cum nullum damnum eiuſmodi filijs aut hæredibus occiſi ex priuatione earum operarum vnà cum vita interfecti obuenerit, ſed potius lucrum.

D Quia verò occiſor ſolum tenetur reſtituere valorem operarum, (in quibus computa etiã induſtriã) quatenus ex illis obuenturum erat alijs emolumentum: atque comparatione eorum, quibus id emolumentum erat obuenturum, quibuſque faciẽda eſt reſtitutio, quatenus eo emolumento conſequenter ſunt iniuſtè priuati, impertinens omnino eſt, quòd interfectus labore ac moleſtia, aut ſine labore & moleſtia, eſſet lucraturus: conſequens profectò eſt, vt in re propoſita locum non habeat illa quæſtio, num ſcilicet interfector detrahere debeat aliquid de valore earum operarum ratione laboris ac moleſtiæ, quæ in eis operis exercendis, in eoque lucro comparando, appoſiturus erat interfector, quatenus ipſe E reſtituit valorem earum operarum, defuncto nullum laborem, moleſtiam, ac induſtriam, apponente. Hæc tamen quæſtio locum habet in reſtitutione valoris operarum, quæ facienda eſt mutilato, aut aliter percuſſo iniuſtè, & non occiſo, impeditoque ea de cauſa in reliquum vitæ ſuæ operas exercere, aut non tales, nec tot, eas exercere, quales ac quot foret alioquin eas exhibiturus. Eam autem quæſtionem examinabimus, quãdo de reſtitutione facienda mutilato, ac percuſſo, nec occiſo, poſt hanc de reſtitutione ratione homicidij, peculiarem Diſputationem ſubiiciemus.

Illud verò hoc loco obſerua, longè diuerſam eſſe 3
rõnem de operis, quib. interfectus, poſt cãm mortis

acceptam, ratione talis cauſę mortis caruit, dum adhuc viueret, & de operis, quas poſt punctum mortis fuiſſet facturus, ſi eam iniuſtam mortis cauſam non accepiſſet. Illas enim priores tenetur homicida quoad integrum earum valorem reſtituere: eo quòd iniuſtè priuauerit eis interfectum, dum adhuc viueret: de poſterioribus verò loquebamur, ſermonemq; proſequimur.

4 Deinde obſeruandum eſt, computandum cũ operis eſſe, ſi quid interfectus lucrabatur negotiando. Emolumentum quippe, quod inde alijs erat prouẽturum, non ſecus eſt illis reſtituendum, quam emolumentum, quod ex operis prouenturum eiſdẽ erat: quippe cum priuatio eis emolumenti, morte iniuſta interfecti ſequuta, non minùs ſit damnum iniuſtè datum eis, qui illo erant potituri, quam ſit priuatio emolumenti operarum. Si quos item interfectus habebat redditus, qui ſolùm ad vitam illius ad eũ pertinebant, vt commendæ, *de tenza*, quam in Luſitania vocant, *de merced de por uida*, in hoc regno dicũtur vitalitij, vſusfructus bonorum maioratus, aut alterius ſimilis rei, horum quoque eſt facienda reſtitutio, non ſecùs quam valoris operarum interfecti. Tantum verò vnicuique ea de cauſa eſt reſtituendum, quantum iniuſtè eſt priuatus de emolumento, quòd inde participare debebat, vt de operarũ emolumento eſt dictum. Neque refert, quòd filius primogenitus interfecti ſuccedat in bonis maioratus, aut in alijs, quæ ad primogenitum deferuntur. Quoniam vxor interfecti poterit manere priuata iniuſtè emolumento aliquo ex eis bonis, quod non aliunde illi compenſetur: atq; hoc eſt illi reſtituendum. Alij item filij iniuſtè interfecti, fratres primogeniti, poterunt manere iniuſtè priuati emolumento aliquo ex eiſdem bonis: & hoc ſimiliter eſt illis reſtituendum, niſi aliunde morte patris illis cõpenſetur. Denique quodcunque aliud lucrum ceſſans, aut dãnũ emergens, quod iniuſtè ſit eis datum morte iniuſta interfecti, ijs ipſis eſt reſtituendum, quibus datũ eſt, tantum vnicuique eorum, quantum iniuſtè ea via illi eſt datum.

5 Quando autem ex interfecti operis, ex negotiatione illius, & ex redditibus, qui perſonam vitamque illius comitabantur, nullus alius iniuſtè eſt paſſus dãnum: quia iniuſtè interfectus artifex non erat, nec negotiator, nec habebat tales redditus, vel quia nullus inde percipiebat emolumentum, ſaltem quo per accidens priuaretur iniúſtè morte talis interfecti; eo quòd occiſus iniuſtè omnia ſecum aut vanè inſumebat, vel quia eſto aliquid alijs inde proueniret, priuatio tamen perceptionis emolumenti illius non fuit iniuſta comparatione eorũ, iuxta ea quæ proximè ſubiũgemus, tunc nulla cõſurgit obligatio reſtituendi eiuſmodi emolumenta, ſeu ex hoc capite.

6 Huius rei occaſione quæritur, num omnibus, qui morte iniuſta interfecti, priuati ſunt emoluméto aliquo, quod ex illo forent percepturi, ſi ille interfectus non fuiſſet, teneatur homicida reſtituere valorẽ eius emolumenti. Ad quod neganter eſt reſpondendum cum Soto ac Ledeſmio locis citatis, ſed illis duntaxat, qui ius habebant percipiendi emolumentum illud, quia illis erat quaſi debitum. Inter hos computatur in primis vxor interfecti, quæ per contractum matrimonii hẽt ius participandi bonis mariti, cuiq; maritus ſuſtentationem debebat. Computantur deinde filii, quibus pater debet alimenta, quibuſque parentes theſaurizare debent patrimonium, ac proinde qui ius habent ſuccedendi in bonis parentum, velint nolint parentes. Eadem rõne cõputantur etiam nepotes ex filio aut ex filia prædefunctis. Cõputantur itẽ parentes iniuſtè interfecti, pręſertim ſi egeãt, & ab interfecto accipiebant ſuſtentationem: quoniã filius iure naturali ac humano tenetur ſuſtentare parentes ſuos egentes, poſſuntq; parentes id exigere à filiis in foro exteriori, vt patet. l. ſi quis à liberis in prin. ff. de liber. agnoſ. l. vlt. §. ipſum autẽ. C. de bonis quæ liber. l. 1. 2. & ſequentibus. C. de alen. lib. & l. filia tua. C. de patr. poteſt. dictũq; eſt tractatu pręced. Diſput. 168. De aliis autem, quos interfectus ex ſua liberalitate ſuſtentabat, quibuſve eleemoſynas aut beneficia alia tribuebat, eſt dicendum, non videri homicidã teneri eis ad reſtitutionem, eſto cognati illius eſſent, quicquid Adr. Sco. locis citatis, & alii in contrariũ aſſeruerint. Rõ autem eſt, quoniam id illis non erat debitũ, quaſi ius ad illud haberent, neque mors interfecto fuit illata animo priuandi eiuſmodi hoĩes emolumento, ꝙ ex occiſo ſperabant, veriſimiliterq; in futurũ percepiſſent, ſed accidit id inde præter interfectoris intentionem ſequi. Quia ergo, quæ eiuſmodi homines ab interfecto percepturi erant, connexionẽ non habent cum vita illius in rõne debiti, vt habent, quæ illi alij erant percepturi, neque mors ex intentione aduenit contraueniendi iuri, ꝙ eiuſmodi homines habent ad accipiendum, qđ ſibi quiuis ex liberalitate conferre voluerit, quaſi homicida intenderit id impedire, ſed per accidens eſt ſequutum, non ſecùs ac ſi mors ex alia cã eidem eueniret; conſequens profectò eſt, vt homicida reſtituere non teneatur emolumenta, quę eo mõ morte iniuſta per accidens impediuit. Poſſumus verò id cõfirmare, quoniam nullus dicet, homicidam reſtituere teneri amicis interfecti, quæ ſperabant ab illo ex liberalitate accipere, eo ꝙ ſoleret eos inuitare, aut dona ad illos mittere, vel illis cõcedere, ꝙ ab eo petebant: neq; itẽ dicet, teneri reſtituere famulis, quę, vltra ſtipendiũ emeritũ, ſperabãt ab illo in poſterum accipere, vel cõmoditatẽ, q̃ in illius domo erant habituri, neq; id affirmant Sco. Adr. & alii, quos impugnamus, ſed ſolũ loquuntur de cognatis, qui ſuſtẽtationẽ ab interfecto accipiebant: cũ ergo interfectus ex mera liberalitate ſuſtentaret eos ſuos cognatos, qui non ſunt de illorũ numero, quos cõmemorauimus, nõ ſecùs atq; ex liberalitate ſuſtẽtabat ſuos amicos ac famulos; neque eiuſmodi cognati habeant plus iuris ad emolumenta, quæ ex interfecto erãt in futurũ percepturi, quã amici aut famuli; conſequens profectò eſt, vt iniuſtus interfector non plus teneatur ea de cauſa cognatis illis reſtituere, quàm teneatur amicis aut famulis interfecti.

De hæredibus, ſiue teſtamento eſſent inſtituti, ſiue ſuccederent ab inteſtato, qñ non eſſent de numero eorum cognatorum, quibus diximus faciendam eſſe reſtitutionem emoluméti, quo ea morte fuerint priuati, eſſe poſſit maius dubium, num ſit illis facienda reſtitutio emolumenti, quod plus in hæreditate futurum fuiſſet, ſi interfectus non ita iniuſta morte fuiſſet præuentus. Reſpondendum tamen eſt, regulariter nullum damnũ eſſe eis illatum ea morte iniuſta. Quoniam, vel hæreditas futura non fuiſſet amplior, vel ſi amplior fuiſſet futura, id inde cõpenſabitur, quòd ea morte ita pręuenta citiùs in eis bonis ſuccedunt, citiùſq; eis potiuntur. Item, cùm integrũ eſſet interfecto alios pro libito inſtituere hæredes, vel applicare omnia bona ſua, vel partem magnam eorum, operibus piis; conſequens profectò eſt, vt regulariter plus commodi ex morte ita præuenta recipiant, quàm damni. Adde, ipſos ſua induſtria poſſe ſimiliter augere ea bona toto tempore, quo interfectus fuiſſet inſuper victurus, nihil eorum, neque etiã reddituum, inſumendo toto eo tempore, quo non fuiſſent alioquin eis bonis potituri, idque totum cõuertere in illorum augmentum, etiam id, quod interfectus toto eo tempore fuiſſet ex illis inſumpturus, ſi ea iniuſta morte non fuiſſet præuentus; quare ex morte illa nullum damnum, ſed commodum potiùs reportant. 7

Maius

8 Maius verò dubium adhuc eſt de creditoribus iniuſtè interfecti, ſi aliquando eueniat, vt propter eam iniuſtam mortem, illi aliquid non recuperet eorum, quæ interfectus ipſis debebat, quod tamen receptu ri fuiſſent, ſi ille interfectus non fuiſſet. Etenim hoc debitum de iuſtitia eſt, & quod anteponendum erat emolumento, quo priuatur vxor, & quo priuantur filij: cùm ad vxorem & ad filios non aliud ex marito & ex parte ſpectet, quàm quod remanſerit, deducto priùs toto ære alieno, ſatisfactiſque integre omnibus eiuſmodi creditoribus interfecti: quare cùm homicida reſtituere teneatur vxori ac filijs eius, quem iniuſtè interfecit, emolumentum verum ex ita interfecto, quo ipſos priuauit, longè maiori cum ratione tenebitur reſtituere hoc aliud. Nec refert, ſi quis dicat, damnum hoc creditorum non fuiſſe intentum ab homicida, ſed per accidens, præterque ipſius intentionem, eſſe ſequutum. Nam ſimiliter damnum vxoris ac filiorum fuit ſequutum per accidens, & præter intentionem homicidæ, & nihilominus tenetur illud reſtituere, quia connexum erat cum morte iniuſta interfecti, & contrarium eius damni debitum quodammodo erat ab interfecto: hoc autem damnum ſimiliter erat connexum cum morte iniuſta interfecti, & contrarium eius damni magis erat debitum ab interfecto, quàm damnum vxoris ac filiorum. Item ſicut damnum vxoris ac filiorum cenſetur voluntarium comparatione interfectoris, vt teneatur illud reſtituere, nihil impediente, quòd non attenderit, an interfectus vxorem ac filios haberet; & quòd id ignorauerit: quoniam eo ipſo, quòd cum peccato vult mortem interfecti, cenſetur imputatiuè velle ad effectum, vt illa reſtituere teneatur, quæcunque damna nata ſunt ſequi ex tali morte, ſi ex illa re ipſa ſequantur. ita idem omnino cernitur comparatione damni creditorum interfecti. Video communem hodie doctorum ſententiam eſſe, interfectorem reſtituere non teneri dãnum hoc creditorum, niſi formaliter illud intenderit, eaque intentione interfecerit, vt damnum illud creditoribus daret. Nihilominus nimium me vrgẽt rationes à me modò confectæ, vt aſſerere nõ audeã, eum non teneri reſtituere ea damna. Neque refert, quòd confeſſarij ea reſtituere non iubeant, neque in exteriori foro ſolui iubeantur, vt doctores contrariæ opinionis obijciunt. Quoniam propterea id fit, quia rarò euenit, vt propter mortem iniuſtam interfecti priuentur creditores debitis ſuis: idque vel quia interfectus creditores non habet, vel quia relinquit ſufficientia bona vnde illis ſatisfiat, vel quia non plus ſatisfaceret, ſi viueret, quam ſatisfiat de bonis, quæ relinquit: vel id etiam propterea fit, quia interfector non habeat vnde ſatisfaciat, vel quia creditores non attendunt, interfectorem ad id teneri, eaque de cauſa id in iudicio aut extra iudicium ab eo non petunt: neque interfector neque item confeſſarij ad id attendunt, ſi aliquando, quàm rariſſimè, eueniat, vt ea mors iniuſta fuerit in cauſa, vt creditor aliquis defraudetur debito, quod interfectus ei debebat. Quòd ſi ad id attenderetur, quando rariſſimè talis euentus occurrerit, tunc confeſſarij, ſi obligationem penetrarent, id præciperent interfectori reſtituere: & in foro exteriori, ſi id creditores peterent, ac ſufficienter probarent, eam iniuſtam mortem cauſam fuiſſe, quòd ipſi ſuis debitis priuarentur, præciperetur etiam interfectori vt illud reſarciret.

9 Ex hactenus dictis conſtat, non totum valorem operarum interfecti, reliquarumque rerum, quas cũ operis computauimus, eſſe reſtituendum ijs, qui emolumento aliquo ex bonis iniuſtè interfecti priuati ſunt, ſed duntaxat eſſe illis reſtituendum valorem emolumenti, quo vnuſquiſque inde iniuſtè fuit pri-

A uatus, tantum præcisè vnicuique in particulari reſtituendo, quanto iniuſtè fuit priuatus. Quo fit, vt in re propoſita, ad æſtimandum valorem operarũ defuncti, reliquarumque rerum, quæ cum operis computantur, vt intelligatur, quantum homicida ex eo capite reſtituere teneatur, locum non habeat regula illa ex l. hæreditatum. ff. ad leg. fal. Vt multi ex iuriſperitis locum habere in re propoſita aſſeruerũt. Primò, quoniam in alimentis legatis ad vitam alicuius, vt ex valore eorum falcidia detrahatur in eadẽ proportione, in qua detrahenda eſt ex cæteris legatis, ſolùm eſt conijciendus oculus ad tempus, in quod legatarius ſperabatur victurus: in re autem propoſita non eſt ſolùm conijciendus oculus ad tempus, in quod occiſus foret victurus, niſi ita morte iniuſta eſ

B ſet præuentus, ſed ſimul conijciendus etiam eſt oculus ad tempus, in quo ſinguli participaturi erãt emolumento ex eis operis & ex alijs ſimilibus bonis interfecti: poterat enim vnus participare longiori tempore, quàm alius, propter ætatem, mutationem ſtatus, & propter alias circunſtantias concurrẽtes. Præterea ſimul conijciendus eſt oculus ad quantitatem emolumenti, quod vnuſquiſq; eo tempore erat participaturus, atque eo modo eſt arbitrandum, quantũ vnicuique eorum in particulari, & quantum omnibus ſimul ſumptis, ſit reſtituendum. Secundò locum non habet eadem regula, quoniam alimenta ſingulis annis vitæ legatarij ſunt æqualia: valor verò operarum non ſingulis annis vitæ, quam interfectus victurus ſperabatur, futurus erat æqualis: quippe cum

C non tantum operetur ac lucretur ſenex, quantũ iuuenis. Tertiò, quoniam debitum alimentorum ſolum poteſt impediri morte legatarij: operę verò, earum que valor, impediri poterant morbis, multiſq; alijs impedimentis eius, qui iniuſtè fuit interfectus, propriaque voluntate illius, qui otio vacare poterat. Prę terea regula illa ex. l. hæreditatum, irrationabilis videtur in multis. In primis enim pares omnes facit, qui ſunt eiuſdem ætatis: cum tamen ex multis aliis capitibus eſſe poſſet imparitas quoad tempus, quod legatarii ſperabantur victuri. Vt ex eo, quod vnus legatariorum eſſet robuſtioris naturæ ac complexionis, minuſq; ſubiectæ morbis, quàm alii: aliquiſque eorum poteſt eſſe ita affectus, vt quamuis ſit paruæ admodum ætatis, ſperetur tamen longe minus victu

D rus, quàm alii, qui ſunt longè maioris ætatis. Item regula illa pares facit eos, qui ſunt diſpares lõgè in ętate. Vt parem facit eum in ſupputatione alimentorũ in totam vitam, qui eſt viginti annorum, cũ eo, qui eſt tantùm quinque annorum. Longè autem rationabilior eſſet regula illa, cuius mentionem facimus tractatu præcedente Diſputatione 388. dum ſermo nobis erat de emptione vitalitij, hoc eſt, certæ quantitatis valoris ſingulis annis in totam vitam eius, cui id vitalitium emeretur. Nempe vt attenta ætate ac complexione, cæteriſque circunſtantijs concurrentibus eius, cui id vitalitium in totam illius vitã emeretur, prudentis arbitrio æſtimaretur, quantum is ad ſummum ſperaretur victurus, atque dimidium ſum

E mæ illorum omnium annorum eſſet valor eorũ alimentorum: quoniam quantum fieri poteſt vt is moriatur ante medietatem eorum annorum, tantum fieri poteſt vt viuat vltra medietatem eorundem annorum, atque ita ſeruatur æqualitas periculi ac commoditatis, quæ euenire poteſt in commodum & in incommodum vtriuſque patris, hoc eſt, ementis & vendentis id vitalitium. Cæterum quamuis hæc regula rationabilis ſit ac æqua, ſi valor alimentorũ ſoluatur temporis progreſſu, ſoluendo in vnoquoque anno alimenta ſolùm illius anni, quouſq; perueniatur ad ſummam medietatis eorum annorum, ſiue ille priùs moriatur, ſiue ſuperuiuat, excedatque medietatem eorum annorum, non eſt tamen rationabi

A ijs ac æqua, ſi ſoluenda ſtatim ſit ſumma tota medietatis illorum annorum. Quoniam aliquando ea ſumma, quin & minori, poterit iuſtè emi vel cenſus perpetuus ac irredimibilis, vel ager, qui in perpetuum ſuppeditent alimenta, quæ ſufficiant in eandem aut etiam in maiorem ſuſtentationem ſingulis annis in perpetuum, vt Diſputatione 388. citata oſtendimus. Quare ſi vel alimenta, vel operarum valor, quæ in vitam totam iniuſtè interfecti forent ſoluenda, prout ille, ſi interfectus non fuiſſet, fuiſſet ſingulis annis operaturus, ſtatim integre ſoluerentur, ſanè longè minori pretio ſunt æſtimanda prudentis arbitrio, quàm ſit tota ſumma valoris eorum annorum, ſi ſucceſſiuè diuiſa in ſingulos annos ſolueretur: aut certè homicida, vel quicunque alius ſimilis debitor, permittendus eſſet ſucceſ- B ſiue ea ſoluere, prout ſucceſſiuè ex interfecto forét obtinenda.

Quia ergo res, de qua diſputamus, longè diuerſa eſt de ea, de qua Vlpianus. leg. hæreditatum citata agit, vt ſatis perſpicuè oſtendimus, conſtat ſanè nos non teneri vti ea regula ad arbitrandum, quantum homicida reſtituere teneatur pro damno operarum interfecti, & pro damno aliarum ſimilium rerum. Quin, eſto res eſſet ſimilis, non teneremur vti ea regula minus æqua in ſe: quippe cùm de conſcientiæ foro hoc loco agamus. Regula ergo, qua in re præſenti eſt vtendum, non alia eſt, quam prudentis arbitrium. Qui examinare debet, num iuxta hactenus dicta aliquis, aut aliqui, verè priuati C ſint iniuſtè emolumento aliquo ex morte iniuſta interfecti, & qui illi ſint: penſataque quantitate emolumenti ac temporis, quo probabiliter foret duraturum, detractaque non leui parte valoris totius eius temporis, propter periculum, quod erat, ne ceſſaret morte, morbo, aut otio eius, cuius futuræ erant illæ operæ, vel morte eius, qui eo emolumento erat participaturus, vel ob alias ſuperuenientes circunſtantias, rerumque viciſſitudinem ac inconſtantiam, & detracta ſimul aliqua non leui parte ex eo, quòd ſimul ſoluendum ſit, quod temporis progreſſu erat ſolùm in ſpe: his, inquam, omnibus examinatis ac penſatis, iniungendum iniuſto interfectori eſt, quantum reſtituere debeat vnicuique eorum, qui iniuſtè damnum ex ea D morte in tali emolumento acceperunt: neque alia certior ac dilucidior regula tradi, hac de re poteſt.

10 Atque hoc loco obſerua, hanc, & ſimiles alias reſtitutiones, meliùs definiri ac perduci ad effectum, facta tranſactione & compoſitione cum ijs, quibus reſtitutio eſt facienda, qui vt plurimum remittere ſolent aliquid de ita debitis, quàm arbitrando homicidæ vſque ad vltimum indiuiſibile, quantum vnicuique eorum, qui ex ea morte iniuſta damnũ iniuſtè ſunt paſſi, reſtituere debeat. Eſt verò hac in re vtiliſſima confeſſarij opera, qui de conſenſu homicidæ confitentis, aut conſilium petentis, eos alloquitur, quibus reſtitutio eſt facienda, & vel ex E illis obtinet remiſſionem totius debiti, vel facta compoſitione cum illis, obtinet remiſſionem partis debiti, vel certè maiorem conſcientiæ ſecuritatem circa id, quod ipſe eſt arbitratus fore in conſcientia reſtituendum, obtinendo ab ijs, quibus reſtitutio eſt facienda, vt ea ſumma ſint contenti.

DISPVT. 84.

Vtrùm pro damno vitæ ab iniuſtè interfecto ereptæ teneatur homicida aliquid reſtituere, & quale, cuique ea reſtitutio ſit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Si interfectus erat mancipium, tenetur iniuſtus interfector illius pro damno vitæ reſtituere domino illius valorem eius mancipij, quatenus damnum priuationis vitæ illius redundat in detrimentum bonorũ externorum eius domini.*

2 *Affirmant nonnulli pro damno vitæ nullam conſurgere obligationem quidquam reſtituendi.*

3 *Sed melior eſt opinio, pro damno vitæ conſurgere obligationem reſtituendi, quia vitæ damnum verò eſt damnum iniuſtè illatum, imò verò eſt maius damnum ex ſuo genere, quàm quodcunque aliud damnum bonorum externorum aut honoris aut famæ.*

4 *Homicida neque quiuis alius, qui damnum corporis infra mortem dedit, tenetur ad reſtitutionem eius damni poſt mortẽ eius, cui illud iniuſtè intulit, eſto teneatur læſo in vita illius. Sed non probatur, quia ſi is, qui damnum corporis intulit, tenebatur reſtituere læſo damnum illud in pecunia, vtique ius id, vt tantum pecuniæ ea de cauſa ipſi ſolueretur, tranſiuit ad hæredes illius, qui illi ſuccedunt in omnibus bonis externis, & in omni debito bonorum externorum vndecunque contracto, etiam ſi contractum ſit ex iniuſta priuatione boni corporis illius, aut alterius boni illius, quod ad hæredes tranſmittendum non foret.*

5 *Vbicunque pro homicidio ſtatuta eſt talionis pœna, vt ſcilicet homicida in pœnam eius delicti interficiatur debet homicida patienter ferre eam mortem, eoque modo ſatisfaciet ad aliam reſtitutionem. In loco autem in quo ea pœna non eſt ſtatuta, nullus debet mortem propter eam homicidij culpam ſibi inferre: quoniam nullus licitè poteſt eſſe homicida ſui ipſius. Expedit tamen, eum homicidam exponere vitã ſuã mortis periculo in cauſa aliqua iuſta, vt contra inimicos eccleſiæ. Sed opinio hæc refellitur.*

6 *Homicida reſtitutionem damnorum corporis facere debet, petendo ſuppliciter veniam, vel pœnitentia arbitraria, & mortem defuncti reſtituere debet bonis ſpiritualibus, nempe orationibus ac ſacrificijs pro interfecto oblatis. Sed hæc opinio cum alijs multis appendentibus refutatur.*

7 *Poſito, quòd homicida reſtituere aliquid teneatur pro damno vitæ, quam iniuſtè abſtulit, non eſt neceſſarium eam reſtitutionem fieri in pecunia, quando lata à iudice non eſt ſentẽtia, vt in pecunia aliquid pro eo damno ſoluat: ſed ſatis eſt, ſi ad æqualitatẽ, modo quo fieri poſſit, id damnum compenſetur, ſiue in pecunia, ſiue in aliquo alio.*

8 *Quando aliquis in pœnam homicidij, mortis pœna eſſet damnatus, non teneretur in conſcientiæ foro aliquid aliud ei reſtituere, pro damno vitæ, quod iniuſtè dedit. Teneretur tamen reſtituere damna in bonis externis, ſi quæ ſimul aut conſequenter dedit, puta expenſas in curatione, vſque ad mortem iniuſtè interfecti.*

9 *Si hæredes interfecti, illi ve ad quos ſpectat proſequi accuſationem et iniuriam loco interfecti, remittant homicidii compenſationem, uel pretio ac tranſactione facta ab homicida cum illis, uel merè gratis, tũc ad nullam reſtitutionem tenetur homicida in foro conſcien-*

conſcientiæ ratione damni uitæ, quod interfectio iniuſtè dedit.

10 *Si homicida ea morte iniuſta cauſa fuiſſet, vt pro interfecto non fierent tot ſacrificia ac ſuffragia, quot ipſe fuiſſet præcepturus fieri, niſi ea morte fuiſſet præuentus; tunc homicida cogendus eſt id compenſare, aut proprijs ſuis orationibus aut eleemoſynis, quibus fieri præcipiat orationes, ſacrificia, aut alia pia opera pro anima iniuſtè à ſe interfecti.*

11 *Quando neque homicida punitur pœna talionis, neque hæredes interfecti, illi ve ad quos proſequi iniuriam interfecti ſpectat, mortem ei condonant interfecti, tunc compenſare poterit illam mortem rebus ſpiritualibus, vt tot ſacrificia pro interfecto dicantur, vel tot alia opera pia pro illo fiant, quot arbitrio prudentis, ſpectata qualitate interfecti, ſatis eſſe iudicabuntur ad compenſandum damnum uitæ iniuſtè ei datum, attenta ualore & efficacia, quæ ſunt in ſacrificijs ad ſatisfaciendum pro defunctis.*

12 *Quando conſtaret interfectũ deceſſiſſe in culpa lethali, tunc nulla eſſet obligatio reſtituẽdi bonum quodcũque, quod ad hęredes illius non eſſet transferibile.*

1 IN primis, quando occiſus erat mancipium, nullus eſt, qui dubitet, iniuſtum interfectorem illius teneri pro eo damno vitæ reſtituere domino illius valorem eius mancipij, quatenus damnum priuationis vitæ illius redundat in detrimentum bonorum externorum eius domini: eſt enim mancipium bonum externum domini ſui, non ſecus ac iumentum. Quatenus autem eadem vita erat bonum mancipij, ſi non quoad dominium, (quia id ad Deum ſpectat, vt Diſputat. 1. dictum eſt) certè quoad vſum ac fruitionem à Deo illi conceſſa, quęſtio propoſita locum etiam habet quo ad mancipiũ ipſum occiſum, num reſtitutio aliqua ſit ei facienda ratione eius damni vitæ iniuſtè ipſi illatum. Tenetur præterea iniuſtus mancipij interfector domino illius reſtituere expenſas omnes, ſi quas is dominus fecerit in illo curando antequam ex cauſa iniuſta mortis accepta ex hac vita diſcederet. Quin & tenetur illi reſtituere valorem operarum eius mancipij, quibus dominus caruit tempore toto, quo mãcipium illud poſt mortis cauſam acceptam vixit. Operas verò, quibus dominus poſt mortem illius caruit, cariturusve eſt, idcirco iniuſtus interfector reſtituere illi ſeorſim à valore mancipij non tenetur: quoniam in valore mancipij, quem diximus eſſe illi ſoluendum, includuntur: ſicut vſus, quem dominus iumenti erat percepturus, ſi illud non uenderet, & vſus domus, in ualore ac pretio iumẽti ac domus perſoluunt. Eadem ratione, ſi quis mutilet mancipiũ, aut ex alia læſione corporis illi illata minus vtile illud reddat ad operandũ, uel ex cicatrice aut claudicatione deformitas in eo maneat, qua minus ea de cauſa mancipiũ valeat, tenetur talis iniuſtus vulnerator, aut percuſſor, eius mancipij, reſtituere domino illius æſtimationem totius illius damni: quod damnum in temporalibus reputatur ac uerè eſt comparatione domini eius mancipij.

2 Quod verò ad quæſtionem propoſitam attinet, Nau. in Man. cap. 15. nu. 19. & 20. affirmat, pro dãno uitæ nullam conſurgere obligationem quicquã reſtituendi. Idem affirmat de damno mutilationis, & de quocunque alio corporali. Ducitur, l. 1. §. ſed cum liber. ff. de his qui deiec. uel effud. ubi habetur, quando liber homo eſt interfectus ex re aliqua è domo aliqua eiecta, patremfamilias non puniri pœna dupli, perinde atque punitur quando aliquod aliud damnum eo modo eſt datum. Reddit verò rationem textus, *quia in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt*. Punitur nihilominus in eo euentu paterfamilias domus pęna quinquaginta aureo-

A rum, vt ibidem ſubiungitur. Ex l. vlt. eod. titu. habetur, ſi aliquis re eiecta eſt læſus, iudicem præcipere, vt ſoluantur læſo expenſæ factæ in curatione, & operæ, ſi quibus ea de cauſa caruit, aut in futurum eſt cariturus: cicatricum verò, aut deformitatum remanẽtium, nullam fieri æſtimationem: quoniam *liberum corpus* (vt ſubiungit textus) *nullam recipit æſtimationem*. Et l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. habetur, quando liber homo in membro aliquo eſt læſus, dari quidem ei actionem vtilem ad intereſſe pro expenſis & operis; non tamen directam pro damno corporali membri: redditque rationem textus, quoniam non videtur dominus membrorum ſuorum. Et ſimile quid diſponitur. l. ex hac. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicatur, & quibuſdam alijs iuribus. Obſerua tamen, B quamuis ciuilia iura non concedant actionem ad compenſationem damnorum corporis; eo quòd dicant corpus liberum non eſſe pecunia æſtimabile; admitterent tamen actionem iniuriarum ad vindictam pro iniuria accepta eiuſmodi damnis, cum ea iniuria computando ſimul damnum id corporale datum, eamque admitteret, tam ciuilem, vt pecunia compenſetur, quàm criminalem, vt pars læſa, vel hæredes illius, potiùs elegerint, excepto crimine homicidij, pro quo ſolùm admittunt criminalem actionem, vt hæc omnia ſuprà Diſp. 40. copioſè explanata ſunt. Ductus itaq; Nauarrus eo fundamẽto, quòd damna corporalia, iuxta iura citata, ęſtimabilia non ſint pecunia, affirmat, homicidam, & quencunque alium inferentem damnum corporis, ad nullam re- C ſtitutionem in conſcientiæ foro teneri.

Contraria tamen ſententia eſt Diui Thomæ. 2. 2. q. 62. artic. 2. ad 1. & communis doctorum, quos in 3 principio diſputationis præcedentis citauimus. Maiorem tamen excipio, qui in 4. diſt. 15. quæſt. 19. nullam mentionem facit, num in conſcientiæ foro ſit reſtitutio faciẽda pro damno corporis: quin potiùs, cum ſolum dicat, faciendam eſſe reſtitutionem expenſarum ac operarum, indeque concludat, maiorẽ reſtitutionem eſſe faciendam pro morte artificis, quàm pro morte nobilis, qui non lucrabatur operis ſuis, innuere videtur iniungendam non eſſe reſtitutionem pro morte corporis.

Communis verò ſententia probatur, quoniã corporis damnum verè eſt damnum iniuſtè illatũ, imò D verò eſt maius damnum ex ſuo genere, quàm quodcunque aliud damnum bonorum externorum, aut honoris, vel famæ: ergo ſicut iure naturali cõſurgit obligatio reſarciendi in conſcientiæ foro reliqua dãna iniuſtè data, conſurget etiam reſarciendi hoc dãnum. Neq; refert, ſi quis dicat, ob ſui magnitudinẽ eſſe inæſtimabile, eaq; de cã reſtitui nõ poſſe. Nõ, inquam, id refert. Primò qm̃ irrationabile prorſus eſt, eum, qui dat minus damnum, teneri ex natura rei, in foroque conſcientiæ, illud reſtituere: eum verò, qui dat maximum, ad nullam reſtitutionem teneri, neq. ad illam, quæ ſibi eſt poſſibilis. Præſertim cum, qñ damnum reſtitui non poteſt in eodem genere bonorum, in quo datũ eſt, reſtitui debeat in genere alio.

E Secundò, qm̃ licèt bona corporis ex ſuo genere pretioſiora ſint, quã bona externa, & honoris, ac famæ: nihilominus tantum addi poteſt de bonis inferioris ordinis, vt prudentis arbitrio ad ęqualitatem cõpenſetur damnum in bono ſuperioris ordinis iniuſtè datum. Præſertim cum æſtimatio dãni poſt illud datũ facienda ſit, non quanti occiſus aut mutilatus æſtimaret vitam aut membrum, antequam iniuſtè ab eo eriperetur, ſed quanti eſt æquum vt æſtimetur poſtquam eſt ereptum, vt modo, quo iã tunc fieri poſſit, ad æqualitatem compenſetur. Tertiò, quoniam non minor eſt iniuria, quæ infertur, qñ datur damnũ in bono corporis, quàm ſit damnũ ipſum: quippe cum totũ id damnum iniuſtè datum, iniuria ſit, & cũ in-

iurijs computetur ciuili iure, vt Diſputat. 40. explanatum fuit, atque in modo illud dandi accreſcere poſſit iniuria, non creſcente damno: ſed iura ciuilia dant actionem ad vindicandam ad æqualitatem iniuriam, quæ, quando damnum corporale eſt datum, fuit illata, & interdum etiam dant actionem ciuilem ad compenſandam iniuriam pecunia, quantum eam æſtimauerit offenſus, accedẽte ſimul arbitrio ac moderamine iudicis, in eaque iniuria includunt iura dãnum corporale datum tãquam partem eius iniuriæ, vt hæc omnia Diſput. 40. citata comprobata ſunt: ergo damna corporis non ſunt omnino inæſtimabilia; neque id velle videntur iura, quibus Nauarr. nititur, ſed ad maiorem exaggerationem eorum damnorum, id delictum videtur, conceſſa ſimul actione iniuriarum, qua id vel ciuiliter vel criminali pæna reſarciatur, vt offenſus, ſi ſit ſuperſtes, aut ipſius hæredes maluerint. Et quicquid ciuilia iura ea de re decernerent, argumenta tamen propoſita probant, teneri eum in conſcientiæ foro reſtituere damnũ corporis, qui iniuſtè illud dederit, eo mõ quo potuerit: conſentitq; ius canonic. c. vlt. de ſep. & alijs iuribus.

4 Victoria. 2.2. quæſt. 62. art. 2. ad 1. in commentarijs, manu ſcriptis, ſequutus, vt ipſe ait, magiſtrũ ſuum, à quo Pariſiis Theologiam audiuit, Ioannem videlicet Maiorem, docet, ſatis probabile eſſe, ac quẽuis poſſe tanquam tutum id ſequi, neque homicidã, neque quemcunque alium, qui damnũ corporis infra mortem dedit, vt qui oculum eruit, aut manum abſcidit, teneri ad vllam reſtitutionem eius damni poſt mortem eius, cui illud iniuſtè intulit, eſto teneretur læſo in vita illius. Ducitur, quoniam in eo damno corporali hominis iam defuncti nõ nocuit illius hæredibus, qui ſuccedere non debebãt in bonis corporis illius, vt in oculo, aut in manu, ſicut ſucceſſuri erant in bonis illius externis; quare, inquit, ſicut defunctus tranſmittere non debebat ad hæredes bonũ corporis, quo iniuſtè eſt priuatus, ita neque obligatio reſtituendi, quam defuncti comparatione is habebat, qui id damnum corporis illi dedit, tranſit ad hæredes illius defuncti, quaſi illorum comparatione illam etiam habeat. Tutum tamen, inquit, erit, vt defuncto ſatisfaciat orationibus, ſacrificijs, aut alijs operibus pijs pro illo oblatis, quæ illi recompenſent corporis damnum, quod fuit paſſus.

Id, vnde Victoria ad hoc ita aſſerendum ducitur, mihi non probatur omnino. Quoniam ſi is, qui damnum corporis intulit, tenebatur reſtituere læſo damnum illud in pecunia, vtique ius id, vt tantum pecuniæ ea de cauſa ipſi ſolueretur, tranſiuit ad hæredes illius, qui illi ſuccedunt in omnibus bonis externis, & in omni debito bonorum externorum vndecunque contracto, etiam ſi contractum ſit ex iniuſta priuatione boni corporis illius, aut alterius boni illius, quod ad hæredes tranſmittendum non foret. Quo fit, vt iure ciuili, in foroque ſeculari, non ſolùm ſi ante mortem damnum paſſi ſententia erat lata, vt pro eo damno redderetur illi tantum pecuniæ, ius illud tranſeat ad hæredes, ſed etiam ſi defunctus conteſtatus erat iam litem cum eo, qui id damnum ac iniuriam illi intulerat, tranſeat ad hæredes ius proſequẽdi eam litem, & obtinendi, quod ea de cauſa fuerit iudicatum, iuxta ea quæ Diſp. 43. dicta ſunt.

5 Scotus in 4. diſt. 15. quæ. 3. art. 2. quem ſequuntur Adria. & Gabr. locis in principio pręcedentis diſputationis citatis, & alij dicunt, vbicunque ſtatuta pro homicidio eſt talionis pæna, vt ſcilicet homicida in pænam eius delicti interficiatur, debere homicidam patienter ferre eam mortem, eoque modo ſatisfaciet, neque tenebitur ad aliam reſtitutionem. In loco autem, in quo ea pæna non eſt ſtatuta, nullum debere mortem propter eam homicidij culpã ſibi inferre: quoniam nullus licitè eſſe poteſt homicida ſui

A ipſius. Expedire tamen, inquiunt, eum homicidam exponere vitam ſuam mortis periculo in cauſa aliqua iuſta, vt contra inimicos eccleſiæ, eaque ratione reſtituet damnum vitæ, quod alteri iniuſtè intulit. Quòd ſi, inquiunt, facere non velit tantam reſtitutionem, abſoluendus non erit, niſi in ſpiritualibus æquiualenter reſtituat, offerendo orationes, ſacrificia, & alia pia opera pro interfecto in recompenſationem vitæ, quam ab eo eripuit, quantum prudẽtis arbitrio iudicabitur ad id eſſe ſatis.

Opinio hæc à plurimis reprehenditur in multis. In primis enim, ſi Scotus intendat, vbi pro homicidio ſtatuta eſt talionis pæna, (vt regulariter inter Chriſtianos eſt ſtatuta) teneri homicidam ſe offerre miniſtris publicis, vt comprehendatur ac interfi-
B ciatur, ſicque reſtituat, indigna profectò eſt ſuo autore. Quoniam id in pænam ac vindictam eſt ſtatutum: nullus autem tenetur ſe offerre pęnæ: neque ad illam tenetur antequam condemnetur; quin & illã præſcribere poteſt poſt condemnationem, niſi intra certum tempus exequutioni mandetur. Itemque inhumana ac intolerabilis eſſet lex, quæ vellet, homicidam teneri ſe obijcere offerreve tali pænæ; atque adeò iniuſta.

Neque arbitror Scotum id intendiſſe. Præterea id, quod dicit, debere homicidam exponere vitã contra hoſtes fidei, ſanè ſæpe nec expediret, nec eſſet ei conſulendum. Vt ſi haberet filios aut vxorem. Item eius poſſet eſſe ingenii, vt minimè id ſaluti animę ipſius expediret, quoniam ea via multis peccatis ſe ip-
C ſum implicaret. Adde, id parum facere ad compenſationem damnorum, quæ interfecto intulit: neque id eſſe medium multum proportionatum ad ea compenſanda. Id etiam, quod dicit, ſaltem teneri facere compenſationem in ſpiritualibus, offerendo pro interfecto orationes, ſacrificia, aut alia pia opera, aliqui idcirco reprehendunt: quoniam, inquiunt, ſicut damnum in bonis externis defuncti non ſufficiẽter reſtituitur ac compenſatur bonis ſpiritualibus, ita neque damnum in bonis corporis. Et quoniã ſicut, qui reſtituere non poteſt bona externa, ad quę reſtituenda tenetur, reſtituere ea non tenetur compenſãdo illa bonis ſpiritualibus; ita, qui reſtituere aliter non poteſt damnum corporis, non tenetur reſtituere illud bonis ſpiritualibus. Adde, ſi is, qui iniuſtè
D fuit interfectus, eſſet infidelis aut alius, de quo conſtaret, deceſſiſſe ex hac vita in culpa lethali, neque eſſet licitum quippiam tale pro eo offerre, neque id quicquam referret ad damnum corporis, iniuſtè illi illatum, ei compenſandum.

Sotus & Ledeſmius locis in principio diſputationis præcedentis citatis, quamuis primo aſpectu affir- 6
mare videantur, homicidam reſtituere teneri damnum vitæ iniuſtè datum, ſi tamen attentè eos legas, inuenies, tandem eos concludere, reſtitutionem dãnorum corporis faciendam eſſe ſolum petendo ſuppliciter veniam, vel pænitentia arbitraria, mortemque defuncti reſtituendam eſſe bonis ſpiritualibus, putà orationibus ac ſacrificijs pro interfecto obla-
E tis; quãuis neq; firmi ſint ad id homicidam in conſcientiæ foro teneri. Affirmant etiam, qñ is, qui iniuſtè eſſet interfectus, infidelis eſſet, aut aliunde cõſtaret, eum deceſſiſſe in culpa lethali, homicidã neque ad hanc reſtitutionem teneri. De reſtitutione verò dãnorum in bonis externis, quę ex homicidio ſequũtur, vt de reſtõne expenſarũ in curatione interfecti, & operarum, quibus iniuſtè fuit priuatus, multa dicunt, in quibus videntur inuoluere reſtitutionem dãnorum in bonis externis cum reſtitutione damni vitæ, aut ad rem non loquuntur.

Inter alia diſplicet id, quod dicunt, nẽpe, quando homicida eſt pauper, minorem reſtitutionem eſſe illi iniungendam, quàm quando eſt diues. Quando,

enim

enim damnum à paupere ac à diuite, iniuſtè datum, eſt æquale, ſanè æqualis vtrique reſtitutio eſt iniungenda, nempe ad æqualitatem cum damno ab vnoquoque eorum iniuſtè dato. Excuſabitur tamē pauper ab exequutione illius integre, quando propter paupertatem impotens fuerit ad eam totam exequutioni ſtatim mandandam: iniunctoque illi, vt ſtatim reſtituat totum, quod potuerit, præcipiendum eidem erit, vt cum paulatim ad pinguiorem fortunam redierit, paulatim, quàm citius potuerit, reſtituat reliquum.

Quod etiam ait Sotus, non eſſe iniungendam homicidæ tantam reſtitutionem, vt ad grauem deueniat neceſſitatem. Sanè ſi intelligat, plus eſſe homicidam leuandum ab onere reſtituendi id, quod ex homicidio reſtituere tenetur, quàm eſſet leuandus, ſi teneretur ex furto, aut ex aliquo alio capite, (vt verba ipſius primo aſpectu videntur innuere) falſa omnino eſt eius opinio. Neque enim homicida ex alijs cauſis leuari poteſt ab onere reſtituendi id, quod ex homicidio tenetur, aut concedi illi poteſt, vt reſtitutionem differat, quàm ex illis, quas quo ad omnia capita, ex quibus aliquis reſtituere tenetur, tractatu præcedente à Diſputat. 754. explicauimus.

Id quoque, quod vterque affirmat, nempe maiorem reſtitutionem eſſe iniungendam homicidæ, ſi iniuſtè ab eo interfectus diues ſit, literatus, nobilis, aut alijs præclaris dotibus ac conditionibus præditus, quàm ſi eis careat, locum ſanè habet, ſi de reſtitutione ratione damni corporis præciſè loquantur: eo quòd vita eius, qui illis præclaris dotibus eſt præditus, precioſior ſit, quàm ſi interfectus eis careret dotibus. Non autem eſt verum, ſi loquantur de reſtitutione, ad quam homicida tenetur ratione damnorum in bonis externis ex morte iniuſta ſequutorum. Quippe cum eiuſmodi damna ſæpe poſſint ſequi maiora ex morte eius, qui talibus dotibus caret, quàm ex morte eius, qui illis eſt præditus.

Id denique, quod dicunt, plus ſcilicet reſtitutionis eſſe iniungēdum, ſi aliquis iniuſtè ſit occiſus per inſidias, fraudem, aut atrocius, quàm ſi ſine his circunſtantijs, homicidij delictum aggrauantibus, ſit interfectus, eſt etiam falſum. Etenim circunſtantiæ illæ culpam aggrauant, & iniuriam illatam; non tamen augent damnum: quippe cum damnum vitæ idem ſit: & dānum in bonis externis ex tali morte vlterius datum poſſit facilè eſſe minus, quando interueniunt circunſtantiæ illæ aggrauātes culpam homicidij, quàm quando non interueniunt: obligatio autem reſtituendi, quo ad quantitatem latitudinis reſtitutionis efficiendæ, non conſurgit ex quantitate culpæ ac iniuriæ, ſumptæ præciſè a damno dato, ſed conſurgit ſolùm ex quantitate damni iniuſtè dati, vt tractatu præcedente Diſputat. 715. copioſè oſtendimus. Sicut ergo qui graſſando furatur per vim, grauius quidem peccat, maiorem iniuriam infert, pœna maiori eſt dignus in exteriori foro, & in foro conſcientiæ, ideoque maior pœnitentia, cæteris paribus, eſt illi imponenda in ſacramento pœnitentiæ, quàm hæc omnia cernantur, fierique debeāt in eo, qui clam abſque vlla prorſus vi furatur; & tamen, ſi furtum vtriuſque, damnumque ab utroque datum, ſit ęquale, non maior reſtitutio eſt vni iniungenda, quàm alteri; quia obligatio reſtitutionis conſurgit ex quantitate damni iniuſtè dati, & non ex quantitate culpæ ac iniuriæ, qua datum eſt: ita ei, qui grauius multo homicidium cōmiſit, quoad culpam & iniuriam illatam, maior quidem pœna eſt iniungenda in foro exteriori, maiorque pœnitentia eſt ei imponenda in ſacramento pœnitentiæ, quàm ei, qui non ita graue homicidium commiſit quo ad culpam ac iniuriam; & nihilominus non plus tene-

A tur reſtituere vnus, quàm alius, ſi æquale damnum dederunt: imò plus reſtituere tenetur, qui leuius homicidium quoad culpam ac iniuriam commiſit, ſi plus damni eo dedit, quàm reſtituere teneatur, qui grauius homicidium quo ad culpam ac iniuriā commiſit, ſi minus damnum eo dedit.

Antequam autem inter tot opiniones ſubiungā, 7
quid de grauiſſima, & quotidiana hac re ſentiam, examinandum duxi, num, poſito, quòd homicida reſtituere aliquid teneatur pro damno vitæ, quam iniuſtè abſtulit, teneatur id reſtituere in pecunia: an verò ſatis ſit, ſi id reſtituat in aliquo alio. Ad quod reſpondeo, neceſſarium non eſſe, fieri eam reſtitutionem in pecunia, quando lata à iudice non eſt ſententia, vt in pecunia aliquid pro eo damno ſoluat: B ſed ſatis eſſe ſi ad æqualitatem modo, quo fieri poſſit, id damnum compenſetur, ſiue in pecunia, ſiue in aliquo alio. Hoc noſtrum aſſertum innuit aperte Diuus Thom. 2.2. quæſtio. 62. artic. ſecundo, ad primum, vbi ait, damna corporis compenſanda eſſe, vel in pecunia, vel in aliquo honore. Eiuſdem ſententiæ ſunt Scotus, Adrian. Gabr. Couar. Victoria, locis hac & in principio diſputationis præcedentis citatis, & ſunt alij, dum dicunt, damnum uitæ iniuſtè ablatæ compenſandum eſſe in ſpiritualibus, offerendo orationes, ſacrificia, aut alia opera pia, pro anima iniuſtè interfecti. Ratio autem eſt, quoniam pecunia eſt inſtituta, vt ſit menſura, pretium, ac valor, rerum externarum: non uerò eſt inſtituta, vt ſit menſura, pretium, ac valor uitæ, mem- C brorum, honoris, aut famæ, quæ ſunt res altioris ac ſuperioris ordinis, quàm ſint pecunia, & cæteræ res externæ: quando ergo bonum, quod eſt reſtituendum, altioris eſt generis, nec reſtitui poteſt re ſui generis, ſatis eſt ſi compenſetur ad æqualitatem, bono alterius generis, neque eſt neceſſe, vt id bonum ſit pecunia. Præſertim ſi is, cui facienda eſt reſtitutio, ſit in ſtatu, in quo plus ei placebit bonum alterius generis, quàm pecunia, aut aliud bonum externum, vt defuncto plus placebunt ſpiritualia bona oblata pro anima ipſius, quā pecunia, aut aliud externum bonum datum ipſius hæredibus. Dixi, præſertim ſi is, cui facienda eſt reſtitutio, ſit in ſtatu, in quo plus ei placebit bonum alterius generis, quàm pecunia, aut aliud bonum externum. Quo- D niam non admitterem, vt ei, cui membrum eſſet abſciſſum, ac viueret, reſtitutio pro eo damno corporis fieret in rebus ſpiritualibus, ſi is renueret in talibus rebus eam reſtitutionem ipſi fieri, vt regulariter quiuis renuet. Neque item admitterem, eam illi fieri in honore ac fama, ſi ſimiliter renueret in eis bonis ſibi illam fieri, vt regulariter multi renuent. Is enim, qui tale corporis damnum iniuſtè eſt paſſus, quando ſibi non poteſt fieri reſtitutio in re eiuſdem generis ac valoris, cogendus non eſt accipere ſatisfactionem in re, quam pro nihilo æſtimat, & quam non poteſt vendere, vt inde compēſationem aliam ſibi gratam accipiat. Quo fit, vt in eo euentu, in bonis externis, & non in ſpiritualibus, aut in E honore & fama, ſit ei compenſatio facienda. Idem dicerem de reſtitutione honoris & famæ iniuſtè ablatis, quando fieri viuo deberet, & non in re eiuſdem generis, vt in honore etiam & fama. Neque enim admitterem, vt paſſo iniuſtè damnum in honore & fama fieret, contra ipſius voluntatem, reſtitutio in bonis ſpiritualibus.

Hoc ita conſtituto, ſequentibus concluſionibus 8
ſubijciam, quid de hac re ſentiam. Prima concluſio: Quando aliquis in pœnam homicidij, mortis pœna eſſet damnatus, non teneretur in conſcientiæ foro aliquid aliud reſtituere pro damno vitæ, quod iniuſtè dedit. Teneretur tamē reſtituere damna in bonis externis, ſi quæ ſimul aut conſequenter dedit, puta

puta expenſas in curatione vſque ad mortem iniu-
ſtè interfecti, & cætera diſputatione præcedente ex-
plicata. Priorē huius concluſionis partem affirmant
Scotus, Adrian. Gabr. locis citatis, & cæteri docto-
res communiter, nemine, quod ſciam, refragante.
Habet autem verum, præſertim quando ad accuſa-
tionem eorum, qui interfecti iniuriam proſequun-
tur, eo modo homicida damnaretur ac puniretur.
Probari autem poteſt, quoniam re ipſa in compenſa
tionem damni vitæ, quod dedit, auferretur ab eo æ-
quiualens in eodem genere bonorum poſtulantibus
id ijs nomine interfecti, ad quos pertinet damnum
corporis ac iniuriam interfecti proſequi: ergo ad nul
lam aliam reſtitutionem tenetur homicida ratione
eius damni, quod intulit. Neque refert, ſi hæredes
fortè vellent potius, vt illi iniungeretur compenſa-
tio in pecunia, appoſita ſimul delinquenti aliqua alia
arbitraria pœna pro iniuria, quam in rempublicam
committit. Non, inquam, id refert. Tum quoniam
neceſſe non eſt, vt compenſatio damni corporis in-
terfecti fiat hæredibus illius, vt ſubiungam. Tum e-
tiam quoniam ciuilia iura potuerunt optimè in com
mune bonum ſtatuere, reque ipſa, vt Diſput. 40. di-
ctum eſt, ſtatuerunt, vt ad compenſationem mortis
non ageretur ciuiliter, ſed ſolùm criminaliter ad ta-
lionis pœnam. Neque item refert, ſi quis dicat, eum
qui à publica poteſtate mortis pœna ob homicidium
damnatur, damnari ita in vindictam publicam, in
compenſationemque iniuriæ reipublicæ illatæ, ea-
que de cauſa adhuc illi, hæredibuſque ipſius, reſti-
tuendum remanere damnum vitæ perſonæ priuatæ
illatum, non minus, quàm ſi ea mortis pœna non eſ-
ſet damnatus ac punitus, vt innuere videtur Nauar
rus in Manu. capit. 15. nu. 22. Non, inquam, id item
refert, quoniam falſum omino eſt, in ſolam compen
ſationem iniuriæ reipublicæ illatæ interfici homici-
dam à publica poteſtate. Simul enim interficitur in
pęnam atque in compenſationem damni vitæ, quod
priuatæ perſonæ intulit, ad eorum petitionem, qui
loco interfecti accuſant. Idem etiam efficit iudex,
quando ex ſolo ſuo officio procedit, illis non condo
nantibus homicidæ delictum, ad quos proſequi in-
iuriam interfecti ſpectat, vt Diſputat. 47. eſt oſten-
ſum. Quando autem hi condonarunt homicidę deli
ctum, iudexque ſolùm ex ſuo officio procedit ad il-
lud puniendum in ſolum bonum commune, atque
ad puniendam reipublicæ iniuriam, non ſolet regu-
lariter puniri homicida mortis pœna, ſed alia longè
mitiori, vt Diſput. 45. iuncta 44. antecedente, & dua
bus ſequentibus dictum eſt. Dixi ſuprà, priorem par
tem concluſionis habere præſertim verum, quando
ad accuſationem eorum, qui interfecti iniuriam pro
ſequuntur, eo modo homicida damnaretur ac puni-
retur. Quoniam tunc nomine ac loco interfecti vi-
dentur ſuſpetere eam vindictam ac compenſatio-
nem damni ab homicida dati. Eſto autem homicida
interdiceretur accuſante quocunque de populo, iux
ta ea quæ Diſput. 44. dicta ſunt, eo quòd id delictum
ſit publicum, vt ibidem dictum eſt, aut interficere-
tur iudice ex ſolo ſuo officio procedente, conſtituen
teque promotorem fiſcalem, qui homicidam accu-
ſet, non teneretur homicida ad aliam reſtitutionem
ob damum vitæ, quod iniuſtè intulit. Quoniam, vt
proximè dictum eſt, nō in ſolam vindictam ac com
penſationem iniuriæ publicæ ea mors infertetur,
ſed ſimul etiam in compenſationem vitæ, quàm à
priuato iniuſtè abſtulit, aliquo de populo, aut pro-
motore fiſcali, accuſantibus nomine etiam defun-
cti. Ad poteſtates quippe publicas ex ſuo officio ſpe
ctat vtramque iniuriam punire ac vindicare: maxi-
mè quando illi, ad quos pertinet proſequi aut remit
tere priuatam iniuriam ac damnum, id non remiſe-
runt, vt Diſputat. 47. eſt dictum. Neque Nauarrus

A voluiſſe videtur contrarium: cum ratione vitæ abla-
tæ ipſe dicat nullam conſurgere obligationem reſti-
tuendi: ſed ſolùm loquitur de damno in rebus exter
nis vlterius ſequuto, & de quo loquitur ſecūda pars
noſtræ concluſionis.

Contrarium poſterioris partis noſtræ conclu-
ſionis innuere videntur Scotus & Adrian. locis cita
tis, & quidam alij. Eam tamen affirmant Nauarr.
nume. 22. citato, Gabr. vbi ſuprà ad finem. 4. & con
cluſ. 4. Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. c. 3. nume. 37. Co-
uar. 2. var. reſ. c. 10. nume. 7. Panor. ca. 1. de iniur. &
dam. dat. & alij, quos citant, colligiturque ex l. qui
nomine. ff. ad legem Corn. de falſ. vbi habetur, quā-
do ex aliquo delicto ſequitur damnum aliquod in re
bus externis datum, tunc, præter actionem crimina-
B lem pro delicto, dari actionem in factum ad intereſ-
ſe pro damno in rebus externis dato. Ac præter ra-
tiones, quibus præcedente diſputatione ea pars fuit
comprobata, poteſt confirmari. Quoniam ſi ex mor
te iniuſtè illata nullum detrimentum ſequeretur in
bonis externis, iuſtè eodemque prorſus modo puni-
retur homicida morte corporali in recompenſatio-
nem mortis, quam ipſe iniuſtè intulit: ergo quando
ſimul dedit damnum iniuſtè in rebus externis, ad-
huc illi reſtat in conſcientię foro reſtituendum dam
num in rebus externis, quod morte ipſius non com
penſaretur. Quin & in exteriori foro datur actio hæ
redibus interfecti iniuſtè ab homicida, vt petant cō-
penſationem damni in rebus externis dati, nihil im-
pediente, quòd homicida morte puniatur ob mor-
C tem aliam, quam ipſe iniuſtè intulit, vt, iuxta legem
qui nomine citatam, affirmant doctores communi-
ter, quos Couar. & Ant. Gom. locis citatis referunt
ac ſequuntur. Confirmatur rurſus, quoniam dam-
num in rebus externis reſultat in perſonas interfe-
cto coniunctas, vt diſputatione præcedente explana
tum eſt: ergo illis in conſcientiæ foro debet fieri re
ſtitutio, tantum vnicuique earum, quantum id dam
num earum vnamquamque contigit. Obſerua ta-
men, nobiles ac ingenuos facilè ſolere condonare
eiuſmodi damna, dedignanturque quicquam in eo-
rum compenſationem accipere. Quando ergo cō
ſtaret, nihil eos in illorum compenſationem velle,
ceſſaret obligatio illa reſtituendi. Quando verò res
eſſet dubia, obtinenda eſſet remiſſio, vel reſtitutio
D eſſet facienda.

Secunda concluſio. Si hæredes interfecti, illive, 9
ad quos ſpectat proſequi accuſationem ac iniuriam
loco interfecti, remittant homicidij compenſatio-
nem, vel pretio ac tranſactione facta ab homicida
cum illis, vel merè gratis, tunc ad nullam reſtitutio-
nem tenetur homicida in foro conſcientiæ ratione
damni uitæ, quod interfecto iniuſtè dedit. Proba-
tur primò concluſio, quoniam hi ius habent ad pro
ſequendam accuſationem vſque ad talionis pęnam
in compenſationem mortis iniuſtè interfecti: ſi au-
tem obtineant, vt ea pœna homicidæ imponatur, &
vt exequutioni mandetur, homicida ad nullam aliā
reſtitutionem tenetur ratione mortis, quam iniuſtè
E intulit, vt concluſione præcedente oſtenſum eſt: ſi
ergo hæredes interfecti, illive, ad quos attinet proſe
qui iniuriam, damnumque vitæ interfecti, condo-
nent gratis, aut pretio accepto, mortem interfecti,
pœnamque, quam in illius compenſationem loco
interfecti poterant exigere, conſequens profectò
eſt, vt homicida liber in conſcientiæ foro maneat
ab omni compenſatione mortis iniuſtè à ſe interfe
cti. Secundò, quoniam homicida eligere poteſt cō
penſare damnum vitæ, quod iniuſtè dedit, pecunia,
quia compenſare non poteſt id damnum re alia e-
iuſdem generis cum uita, quam abſtulit: cum ergo,
ſi eligat compenſare id damnum pecunia, ſoluenda
ea pecunia ſit hæredibus interfecti loco illius; con-

ſequens

ſequens ſanè eſt, vt illis condonantibus compenſationem eius damni, homicida ad nihil aliud in conſcientiæ foro teneatur.

10 Obſerua tamen, ſi homicida ea morte iniuſta cauſa fuiſſet, vt pro interfecto non fierent tot ſacrificia ac ſuffragia, quot ipſe fuiſſet præcepturus fieri, niſi ea morte fuiſſet præuentus, tunc homicidam eſſe cogendum id compenſare, aut proprijs ſuis orationibus ac ſatisfactionibus oblatis pro interfecto, aut eleemoſynis, quibus fieri præcipiat, orationes, ſacrificia, aut alia pia opera pro anima iniuſtè à ſe interfecti. Atque ad id conijcere debet oculum prudẽs confeſſarius, vt eſto ij, quibus incumbit iniuriam proſequi interfecti, mortem illius condonent; ſi tamen videat interfectum morte illa iniuſta defraudatum fuiſſe ſacrificijs, alijſque ſatisfactionibus, quas alioquin fieri præcepiſſet, pœnitenti homicidæ iniungat, vel in pœnitentiam delicti homicidij, vel in ſatisfactionem interfecto, vt id compenſet propriis orationib. ac ſatisfactionibus, aut eleemoſyna elargita pro ſacrificijs & alijs pijs operibus pro defuncto. Ac ſanè, eſto interfectus ea in parte in nulla re eſſet defraudatus, ſemper homicidæ aliquid eſſet iniungendum, ſaltem in pœnitentiam ſui delicti, pro anima interfecti.

11 Tertia concluſio. Quando neque homicida punitur talionis pœna, neque hæredes interfecti, illive ad quos proſequi iniuriam interfecti ſpectat, mortem interfecti ei condonant, tunc ſatisfacere compenſareque poterit mortem interfecti rebus ſpiritualibus, nempe impertiendo interfecto tantum de ſuis orationibus ac ſatisfactionibus, quas in decurſu vitæ ſuæ effecerit, quantum Deus nouit eſſe ſatis ad compenſandum ad æqualitatem damnum uitæ interfecti, (atque hic eſt ſuauior modus iniungendi homicidæ reſtitutionem, qui inueniri poteſt) aut eleemoſynas elargiendo, vt tot ſacrificia pro interfecto dicantur, vel tot alia opera pia pro illo fiant, quot arbitrio prudentis, ſpectata qualitate interfecti, ſatis eſſe iudicabuntur ad compenſandum damnum vitæ iniuſtè ei datum, attenta efficacia ac valore, quæ ſunt in ſacrificijs ad ſatisfaciendum pro defunctis. Excipitur, niſi conſtet, iniuſtè interfectum deceſſiſſe ex hac uita in culpa lethali. In hac concluſione conſentiunt Scotus, Adrian. & Couar. locis citatis, ac alij, neque ab ea diſſentit Victoria vbi ſupra, & denique ea videtur eſſe communis doctorum. Probari autem poteſt, quoniam cum bonum vitæ transferibile non ſit ad hæredes, neque hæredes ius ad illud habeant; & homicida non teneatur reſtituere illud in pecunia, ſed poſſit illud reſtituere in bonis ſpiritualibus, modò id gratum futurum credatur defuncto, qui damnum reſtituendum eſt paſſus, vt ante primam concluſionem fuit dictum; conſequens profectò eſt, vt ſatisfaciat ſufficienter reſtituendo illo modo in ſpiritualibus. Confirmatur, quoniam ſi quis iniuſtè famam læſit defuncti, non tenetur reſtituere illam hæredibus illius, ſed poteſt eam reſtituere defuncto, vel retractando, quod falsò de illo dixerat, vel laudando defunctum in aliquibus alijs, ita ut tantum bonæ illius exiſtimationis ſuis laudibus augeat, quãtum illi detraxerat: quo fit, vt quando non poteſt reſtituere eam illi in bonis eiuſdem generis, non teneatur reſtituere illam in pecunia, ſed ſatis ſit ſi illam reſtituat in bonis ſpiritualibus, quæ putabuntur futura tunc tali defuncto grata: quippe cum reſtituere non teneatur illam hæredibus, ſed reſtituere illam poſſit ipſimet defuncto: à ſimili ergo in re propoſita, cum non magis ſit ad hæredes transferibile bonum corporis, quàm honoris & famæ, & bonum corporis reſtitui non poſſit re eiuſdem generis; ſanè non conſurget obligatio reſtituendi illud hæredibus in pecunia, ſed ſatis erit reſtituere illud ipſimet defuncto in bonis ſpiritualibus, quæ putabuntur futura tunc illi grata.

Quando autem cõſtaret, interfectum deceſſiſſe in culpa lethali, locum haberet opinio Victoriæ, nullam ſcilicet tunc eſſe obligationem reſtituendi bonum quodcunque, quod ad hæredes illius non eſſet transferibile. Ratio autem eſt, quoniam tunc reſtitutio facienda non eſſet defuncto. Tum quia inutilis omnino illi eſſet. Tum etiam quoniam eſſet illa omnino indignus. Tum denique quoniam iam tunc ille non haberet rationem proximi noſtri, ſed potius haberet ratiõe hoſtis Dei ac noſtri, cui nullum bonum velle aut facere poſſemus, neque vllam illi efficeremus iniuriam aut iniuſtitiam, ſi tanquam hoſti Dei ac noſtri, illi denegaremus, quæ illi alioquin forent debita, iuxta ea quæ in hac. 2. 2. in materia de caritate. quæſtio. 25. art. 2. dicta à nobis ſunt. Neque item eſſet obligatio reſtituendi hæredibus illius, quoniam bonũ illud transferibile non eſſet ad illos, eaque de cauſa ſolùm erat obligatio reſtituendi id bonum defuncto, vt dictũ eſt, ſi eius reſtitutionis eſſet capax. 12

DISPVT. 85.

Vtrùm ſi is, qui cauſam mortis iniuſtam accepit, homicidæ parcat damna iniuſtè illata, antequam ex ea cauſa moriatur, liber homicida maneat ab onere reſtituendi. Et quando homicida ipſe non reſtituit, vt tenebatur, quouſque obligatio reſtituendi ad ipſius hæredes tranſeat.

SVMMARIVM.

1 *Quãdo qui mortis cauſam iniuſtè accepit, antequam ex ea moreretur, dixit ſe remittere iniuriam ac mortem, ſi inde ſequatur, intelligitur id interdum quoad ſolum rancorem & odium, vt lege caritatis in conſcientia tenetur, interdum vero quoad actionem ac pœnam, quæ aduerſus illum nomine defuncti poterat intentari.*

2 *Si qui cauſam iniuſtam mortis accepit, ſufficienter exprimat, ſe remittere homicidæ damnum corporale mortis ſibi illatum iniuſtè, ad nullam ipſius reſtitutionem tenetur homicida in conſcientiæ foro. Licitè autem, qui cauſam mortis iniuſtam accepit, facere eam remiſſionem poteſt.*

3 *Quod attinet ad obligationem reſtituendi damna in bonis externis ſecuta ex eadem cauſa mortis iniuſtè data; ſi, qui eam mortis cauſam accepit, non habeat in Hiſpania & Luſitania hæredes, qui ex iuris diſpoſitione ſuccedere debeant, velit nolit ipſe, in omnibus ipſius bonis externis ac iuribus, tunc ſi is homicidæ remittat eam obligationem, liber in foro cõſcientiæ homicida manet ab illa facienda, liciteque ac meritoriè, qui eam mortis cauſam accepit, efficere poteſt eam remiſſionem.*

4 *Quando qui cauſam mortis accepit in Hiſpania, & Luſitania hæredes deſcendentes aut aſcendentes relinqueret, tunc ſi eam obligationem homicidæ remitteret, neque valor eius obligationis excederet quintum, de quo ſolo poteſt ille libere diſponere in Hiſpania, ſi deſcendentes habeat, vel tertium, de quo in Luſitania libere poteſt vniuerſim diſponere, & in Hiſpania quando caret deſcendentibus, & habet aſcendentes, ſane homicida liber in conſcientiæ foro maneret ab ea obligatione, modo teſtator ille*

le non efficeret legata alia, quæ cum remiſſione illa quintum illud aut tertium excederent.

5 *In locis in quibus permittitur parentibus libere filios exhæredare, tunc ſi is, qui iniuſtam mortis cauſam accepit, remittat homicidæ eam obligationem, liber ille ab ea in foro conſcientiæ manebit.*

6 *Quando ea remiſſio redundaret in damnum vxoris, quia partem & bona ipſi debita contingeret, facienda non eſſet talis remiſſio ſine vxoris conſenſu, niſi qui illam faceret, ipſam integram ſumeret in partem, quæ ipſum contingit.*

7 *Quod ad obligationem reſtituendi damna in bonis externis, etiam lucri ceſſantis, ſi homicida illa eis non reſtituit dum viueret, quibus ea tenetur reſtituere, aut hæredibus illorum, ſi ipſis dum viuerent non reſtituit, tenentur hæredes homicidæ de bonis homicidæ ea reſtituere, vel ijs, in quos ea damna redundarunt, quibuſque homicida ipſe tenebatur ea reſtituere, vel hæredibus illorum, ſi illi defuncti ſint.*

8 *Circa obligationem, quam homicida habet ad reſtituendum interfecto, ſaltem in bonis ſpiritualibus, damnum corporale, quod iniuſtè illi intulit, quando ipſe pœnam talionis pro eo delicto non ſubijt, ſi homicida dum uixit eam reſtitutionem non fecit, tenentur hæredes illius de bonis ab eo relictis tribuere in ſacrificia aut in alias ſatisfactiones pro anima iniuſte interfecti, quantum homicida ipſe, ſi adhuc uiueret, tribuere teneretur.*

1 QVando, qui mortis cauſam iniuſtam accepit, antequam ex ea moreretur, dixit ſe remittere iniuriam ac mortem, ſi inde ſequatur, intelligi id debeat quoad ſolùm rancorem ac odium, vt lege caritatis in conſcientia tenetur, & quando quoad actionem etiam ac pœnam, quæ aduerſus illum nomine ac loco defuncti in tentari poterat, Diſput. 42. eſt dictum. Et quid neceſſarium ſit vulneratum exprimere, vt cenſeatur remittere non ſolùm iniuriam vulneris, ſed etiam mortem, ſi inde ſequatur, & quantum ea remiſſio illi proſit, aut non proſit, vt pœnam euadat, aut vt remiſſionem etiam criminis à principe obtineat, Diſp. 45. & tribus ſequentib. eſt dictum, nec de ea re nunc agimus. Sermo autem nobis hoc loco in priori parte in titulo huius diſputationis propoſita eſt, ſi ſufficienter is, qui cauſam mortis iniuſtam accepit, exprimat, ſe remittere homicidæ, etiam obligationem reſtituendi damna mortis, & quæcunque alia ex ea mortis cauſa ſequuta ac ſequenda, num homicida in cõſcientiæ foro liber maneat à reſtituẽdis damnis, ad quæ reſtituenda duabus diſputationibus præcedentibus oſtendimus, eum in conſcientiæ foro alioquin teneri. Simul etiam explanabimus, num, qui eam cauſam iniuſtam mortis accepit, licitè facere poſſit eam remiſſionem. De remiſſione autem actionis ad pœnam, quamuis is efficere illam non teneatur, regulariter tamen licitè ac meritoriè eam efficere poterit, eſtque illi conſulendum, vt illam efficiat, ſi facilem ad id ſe oſtendat. Præſertim cum, nihil ea remiſſione impediente, poteſtates publicæ procedere poſſint, ac debeant, ad id delictum puniendum, quantum commune bonum poſtulauerit, vt diſputationibus citatis explanatum fuit.

Quod ad priorem itaque partem in titulo diſpu-
2 tationis propoſitam attinet, prima concluſio eſt: Si qui cauſam iniuſtam mortis accepit, ſufficienter exprimat, ſe remittere homicidæ damnum corporale mortis ſibi iniuſtè illatum, ad nullam illius reſtitutionem tenetur homicida in conſcientię foro. Licitè autem, qui cauſam mortis iniuſtam accepit, facere eam remiſſionem poteſt. Prior huius concluſionis pars ex eo probatur, quòd, vt diſputatione pręcedenA te dictum eſt, bonum vitæ non eſt transferibile ad hæredes, ac proinde damnum priuationis vitæ iniuſtè illatum, præcisè ſumptum a quocũque alio damno inde ſequuto, eſt damnum interfecti, illi reſtituẽdum, vt diſputatione præcedente eſt dictum: ergo ſi ille reſtitutionem illius remittat, liber omnino homicida manet à reſtitutione illius facienda.

Poſterior verò pars concluſionis, quòd ſcilicet licitè, qui mortis cauſam accepit, efficere poſſit eam remiſſionem, ex eo eſt manifeſta, quoniam in eo nulli alij præiudicat, ſed ſibi tantum, qui, quod ſibi ſoli debebatur, remittit; neque in eo malum facit, ſed potius facit proximo, qui ipſum offendit, opus magnæ caritatis. Dei amore, remittendo illi debitum, idque onus: in quo plus ipſe lucratur merito inſignis eius
B operis, quàm amittat in ſatisfactione, quam alius fortè erat facturus alteri loco ipſius ea reſtitutione. Præterea illud idem opus remiſſionis propter Deũ eius obligationis, ſatisfactorium etiam eſt pro peccatis eius, qui illud efficit. Quo fit, vt licitè ac meritoriè poſſit eam remiſſionem obligationis reſtituendi efficere.

Secunda concluſio. Quod attinet ad obligationẽ 3
reſtituendi damna in bonis externis ſequuta ex eadem cauſa mortis iniuſtè data, de qua obligatione Diſp. 83. eſt dictum, ſi, qui eam mortis cauſam accepit, non habeat in hoc & in Luſitaniæ regnis hæredes, qui ex iuris diſpoſitione ſuccedere debeant, velit nolit ipſe, in omnibus ipſius bonis externis ac iuribus, excepto tertio, aut in hoc regno excepto ſolo
C quinto, ſi is deſcendentes habeat, tunc ſi is homicidæ remittat eam obligationẽ, liber in foro conſcientiæ homicida manet ab illa facienda: liciteque ac meritoriè, qui eam mortis cauſam accepit, efficere poteſt eam remiſſionem. Probatur cõcluſio, quoniam cum ille licitè de omnibus ſuis bonis poſſit libere diſponere, relinquẽdo illa cui voluerit, ſanè nulli iniuriam facit, remittendo eam partem homicidæ, cui licitè etiam ac meritoriè, efficiendo opus inſigne caritatis, potuit relinquere aliquid plus de ſuis bonis propter Deũ, quando id recta ratio efflagitaret, nedum potuit licitè leuare illum ab onere reſtituendi damna, quæ dedit in rebus externis, faciliorem ea ratione illi reddendo introitum in regnum cæleſte, ſuique conuerſionem in Deum.

D Tertia concluſio. Quando, qui cauſam mortis ac- 4
cepit, in his duobus regnis hæredes deſcendentes aut aſcendentes relinqueret, tunc, ſi eam obligationem homicidæ remitteret, neque valor eius obligationis excederet quintum, de quo ſolo poteſt ille libere diſponere in hoc regno, ſi deſcendentes habeat, vel tertium, de quo in Luſitania libere poteſt vniuerſim diſponere, & in hoc regno quando caret deſcendentibus, & habet aſcendentes, ſanè homicida liber in conſcientiæ foro maneret ab ea obligatione, modò teſtator ille non efficeret legata alia, quæ cum remiſſione illa quintum illud aut tertium excederent. Si enim excederent, ac remiſſio illa eſſet facta donatione inter viuos, illa eſſet valida inte-
E gre, neque eſſent implenda legata, quatenus cum donatione illa excederent quintum illud aut tertium, vtpote inofficioſa quoad id hæredibus, contingendo legitimas illis ex iuris diſpoſitione debitas. Si autem ea remiſſio haberet rationem legati, tunc, iuxta ea quæ tractatu pręcedente dicta ſunt de legatis, quę excedunt id, de quo teſtator libere potuit diſponere eſt videndum, quæ legata quibus ſint præponenda, & an proportione quadam ab omnibus ſit detrahendum incrementum vltra id, de quo teſtator libere potuit diſponere. Atque vniuerſim (computando cum bonis defuncti eã obligationem homicidæ reſtituendi ea bona externa) quatenus ea remiſſio eſſet inofficioſa hæredibus, quia ſcilicet excederet quin-

quintum aut tertium bonorũ defuncti, contingeretque proinde legitimas hæredibus in bonis illius debitas, eſſet inualida ea remiſſio in exteriori atque in conſcientiæ foro, quæ proinde homicidam quo ad id non exoneraret in vtroque foro ab onere reſtituendi, quod ita legitimas hæredibus debitas contingeret.

5 In locis autem, in quibus permittitur parentibus libere filios exhæredare, etiam ſine iuſta cauſa, vt Valentiæ permitti dicitur, tunc ibi, ſi is, qui iniuſtam mortis cauſam accepit, remittat homicidæ eam obligationem, liber ille ab ea in foro conſcientiæ manebit. Vtrum autem peccet, qui eam remiſſionem in eo loco facit, quatenus cedit in detrimentum filiorum. Penſandum eſt id ex quantitate bonorum, quę remanent filijs ex ſpe, quæ erat, vt homicida reſtitueret illis, ſi ea remiſſio illi nõ eſſet facta, & ex alijs circunſtantijs. Atque multum detrimenti eſſet obuenturum filijs, vt pater, qui eam remiſſionem efficeret, condemnandus eſſet culpa lethali. Semper autem quando recta ratio poſtularet, vt ea remiſſio non fieret, conſulendum patri eſſet, vt illam non efficeret.

6 Quando ea remiſſio redundaret in damnum vxoris, quis partem, & bona ipſi debita, contingeret, facienda non eſſet talis remiſſio ſine vxoris conſenſu, niſi qui illam faceret, ipſam integrã ſumeret in partem, quę ipſum contingit. Quin quatenus cederet in præiudicium vxoris, ipſa libere non conſentiente in tali remiſſione, ea remiſſio nõ liberaret homicidam in conſcientiæ & in exteriori foro à reſtitutione integri damni in bonis externis inde ſubſequuti vxori, niſi aliunde vxori id compenſaretur. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita.

7 Quod verò ad ſecundum attinet, paucis eſt dicendum. Quo ad obligationem reſtituendi damna in bonis externis, etiam lucri ceſſantis, de quibus Diſputat. 83. eſt dictum, ſi homicida illa eis non reſtituit, dum viueret, quibus in ea diſputatione diximus teneri ea reſtituere, aut hæredibus illorum, poſt ipſorum mortem, ſi ipſis dum viuerent ea nõ reſtituit, teneri hæredes homicidæ de bonis homicidæ, iuxta vires ſue hæreditatis, quam reliquit, ea reſtituere, vel ijs, in quos ea damna redundarunt, quibus ue homicida ipſe tenebatur ea reſtituere, vel hæredibus illorum, ſi illi defuncti ſint. Itaque obligatio illa reſtituendi in foro conſcientiæ vtrinque tranſit ad hæredes, vt ſcilicet hæredes homicidæ illa reſtituant, ſi homicida ipſe dum viueret ea non reſtituit, & vt reſtituantur hæredibus eorum, quibus ea reſtitutio erat facienda, ſi illis, dũ viuerent, facta non fuit. Probatur, quoniam id non debebatur in pœnam delicti ſed tanquam verum debitum ex damno iniuſtè dato, erat debitum naturali iure: ergo tranſit ea obligatio ad hæredes homicidæ, nec homicida plus in bonis cenſetur reliquiſſe, quam quod ſuperfuerit detracto eo debito, & quocunque alio eius homicidæ. Quin & in foro exteriori actio vtrinque tranſit ſimiliter ad hæredes de iure canonico, eſto lis non fuerit conteſtata ab interfecto cum homicida, eademque eſt concedenda de iure ciuili, quicquid in contrariũ diſpoſuerit ius commmune cæſareum, falsò deceptis quibuſdam iuris conſultis, qui id aſſeruerunt, vt Diſp. 43. concluſione prima, & ante eam concluſionem, copiosè oſtendimus.

8 Circa obligationem autem, quam diſputatione præcedente oſtendimus homicidam habere ad reſtituendum interfecto, ſaltem in bonis ſpiritualibus, damnum corporale, quod iniuſtè illi intulit, quando ipſe pœnam talionis pro eo delicto non ſubijt, ſane arbitror eſſe dicendum, ſi homicida, dum vixit, eam reſtitutionem non fecit, teneri hæredes illius de bonis ab eo relictis tribuere in ſacrificia, aut in alias ſatisfactiones pro anima iniuſtè interfecti, quantũ homicida ipſe, ſi adhuc viueret, tribuere teneretur. Niſi hæredes ipſi de ſuis ſatisfactionibus tantum Deo pro anima illius offerrent, quantum ad id eſſet ſatis. Ducor, quoniam homicida id non debebat in pœnam, ſed erat debitum iure naturali ex damno in iuſtè dato contractum: ad quod æquè obligata manẽt bona illius poſt ipſius mortem, atque ad reliqua debita ipſius.

DISPVT. 86.

Quando aliquis occidit aliũ, aut damnum aliud iniuſtè illi intulit, idque delictum alteri innocenti imputatur, vtrùm, qui verè id delictum commiſit, reſtituere innocenti teneatur damna, quæ ea de cauſa illi obuenerint.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis alium occidit, aut damnum aliud iniuſtè illi intulit, idque delictum alteri imputatur, ſi id ille non fecit intendendo vt innocenti imputaretur, neque vſus eſt in eo homicidio enſe innocentis, aut alia re, vnde ſit ſecutum, vt indicium oriretur aduerſus innocentem quoad id delictum, ſed ſolùm intendit id damnum inferre alteri in ſuam propriã vindictam, tunc ſi innocens aliquid cogatur ſoluere id ſanè reſtituere illi tenetur homicida in foro conſcientiæ. Ad reliqua uerò detrimenta ſumptuum lucri ceſſantis non tenetur illi homicida.*

2 *Si innocente, præſumpte ſaltẽ, inuito, uſus eſt homicida enſe eius ad alterum interficiendum, indeque indiciũ reſultauit, quòd innocens alterum interfecerit, eaque de cauſa periculis ſubiacuit, tenetur homicida omnia damna reſtituere innocenti, tanquam iam tunc cauſa illi iniuſta eorum damnorum, utendo re innocentis ipſo inuito, & cum tanto ſuo detrimento ad interficiendum alterum.*

3 *Si homicida eo animo occidiſſet alterum, ut id homicidium innocenti intentaretur, tenetur homicida innocenti ad omnia damna, quæ illi ea de cauſa obuenerint, tanquam non iam ſolùm præbens illorum occaſionem, ſed ueram moralem eorundem exiſtentem cauſam.*

4 *Quando homicida alterum occidit, non quidem eo fine, ut noceret innocenti, tamen uidens aut ſperans illi hoc imputandum, animatus aggreſſuſque facilius eſt id maleficium patrare, grauiſſime quidem peccat contra caritatem innocentis, non tamen contra iuſtitiam comparatione illius, nec tenetur ad reſtitutionem damnorum.*

5 *Si homicida, intelligendo poſtea ſuum homicidium imputatũ innocenti inimico ſuo, gauiſus ſit ex odio quo illũ proſequebatur, id infortunium illi eueniſſe, non peccat contra iuſtitiam, nec tenetur reſtituere.*

EXemplum eſt: Petrus iniuſtè occidit Paulũ, id verò homicidium imputatur Ioanni innocenti, qui ea de cauſa comprehenditur, & multos ſumptus ea de cauſa facit, aliaque detrimenta ſubit, & tandem cogitur damna temporalia ex eo delicto ſubſequuta ſoluere, ac pœna afficitur, quæritur, num Petrus teneatur in conſcientiæ foro ea omnia damna ſatisfacere ac reſtituere Ioanni.

Diſtinguendum eſt: Quoniam ſi Petrus non occidit Paulum intendendo, vt id crimen Ioanni impu- 1

puta-

putaretur, neque vſus eſt in eo homicidio enſe Ioannis, aut alia re Ioannis, vnde ſit ſequutum, vt iudicium oriretur aduerſus Ioanně quo ad id delictum, & cuius ratione Ioanni id delictum imputaretur, ſed ſolùm intendit id damnum inferre Paulo in ſuã propriam vindictam, aut aliqua alia de cauſa; tunc, ſi Ioannes aliquid cogatur ſoluere ex ijs, ad quæ Diſputat. 83. & 84. diximus teneri homicidam in conſcientiæ foro nulla expectata ſententia, id ſanè tenetur reſtituere illi Petrus: quippe cum id ſoluerit, nulla ratione id debens, quod verè Petrus debebat, reſtituereque tenebatur; quare cum Petrus id reſtituere teneretur, & Ioannes ſoluendo illud, leuauerit eo onere Petrum, tenetur Petrus id Ioanni refundere ac ſoluere. Ad reliqua verò detrimenta, & damna, ſumptuum lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis, moleſtiarum, quæ ob eam imputationem eius criminis eſt paſſus, etiam ſi tortus ea de cauſa fuerit, & quòd ſua fragilitate crimen, quod non commiſit, fuerit confeſſus, interfectus fuerit, aut alia pœna arbitraria, infra mortem, fuerit damnatus ac punitus, non tenetur illi Petrus. Ratio autem eſt, quoniam Petrus ſuo illo homicidio iniuſto nõ fuit Ioãni cauſa, quod id homicidium illi imputaretur, & quòd pateretur ea omnia damna, ſed ſolùm fuit illi occaſio eius imputationis, & cõſequenter, quòd ea omnia dãna ſuſtineret: qui autẽ ſolùm eſt occaſio alicui, quòd damna ab alijs ei inferantur, ſiue cum peccato, ſiue ſine peccato ea illi inferentium, & non eſt cauſa, peccat quidem contra caritatem illius, non euitando eam occaſionẽ, vt tenetur, idque eo grauius, quo damna, quibus ita occaſionem præbet, maiora ac pernicioſiora ſunt, ex eaque circumſtantia multum in re propoſita culpa eius homicidii aggrauatur, non verò peccat contra iuſtitiam, eaque de cauſa ad reſtitutionem eorum damnorum tenetur. Quouſque autem, qui ita delictum commiſit, teneatur, aut non teneatur, lege caritatis ſe prodere, vt innocentem illum à damnis eripiat, tractatu ſequenti commodius explicabitur.

2 Dixi, neque vſus eſt in eo homicidio enſe Ioannis, aut alia re Ioannis, vnde ſit ſequutum, vt indicium oriretur aduerſus Ioannem quoad id delictũ, & cuius ratione id delictum Ioanni imputaretur: Quoniam ſi Ioanne, præſumptè ſaltem, inuito, vt regulariter ſemper Ioãnes inuitus erit, vſus eſt Petrus enſe Ioannes ad Paulum interficiendum, aut alia re Ioannis, indeque indicium reſultauit, quòd Ioannes Paulum interfecerit, eaque de cauſa Ioãnis damnis ac periculis ſubiacuit, tenetur Petrus ea omnia damna reſtituere Ioanni, tanquam iam tunc cauſa illi iniuſta eorum damnorum, vtendo re Ioannis ipſo inuito, & cum tanto ſuo detrimento, ad interficiendũ Paulum. Accepi, cum quidam hoſpitaretur in domo quadam, aut in diuerſorio, enſem poſuiſſe in quodam loco, aliumque euaginaſſe enſem, domino enſis id non intelligente, eoque interfeciſſe ſuum inimicum, ac diſceſſiſſe, nemine vidente, quis id homicidium commiſiſſet, miſiſſeque iterum enſem in vaginam, illumque repoſuiſſe in loco, in quo illam repererat. Cum autem acceſſiſſent miniſtri publici, enſemque repertum euaginaſſent, comperiſſentque illum conſperſum ſanguine, ac cognouiſſent, cuius eſſet; illum eo indicio comprehenderunt, torturæ ſubiecerunt, confitentemque vi tormentorum delictum, quòd non commiſerat, eum ſuſpendio necaſſe. In hoc autem euentu quis dubitet homicidam illum, vtentem ad id homicidium gladio huius innocentis ipſo præſumptè inuito, eaque ratione obijcientem illum periculo, vt ei id homicidium imputaretur, & vt ſuſtineret ea damna, cauſam illi fuiſſe iniuſtam eorum damnorum, ac proinde teneri in conſcientiæ foro illi reſtituere omnia damna inde ei ſequuta.

3 Quando autem Petrus eo animo ac intentione occidiſſet Paulum, vt id homicidium Ioanni imputaretur, in diſcrimenque adduceretur, dubitandum non eſt, Petrum teneri Ioanni ad omnia damna, quæ illi ea de cauſa obuenerint, tanquam non iam ſolùm præbentem illorum occaſionem, ſed verã moralem eorũdem exiſtentem cauſam. Cum enim morales actus à fine ac intentione ſpeciem ſumant, ſanè ea exequutio homicidij Pauli eo fine ac intentione, vt imputetur Ioanni, & vt in diſcrimen adducatur damnorum, quæ ex ea imputatione illi nata ſunt ſequi, moraliterque ſequentur, non ſolùm habet rationem peccati homicidij comparatione Pauli, ſed etiam iniuſtitiæ comparatione Ioannis, quo ad omnia damna & diſcrimina, quæ eo homicidio illi intenduntur, reque ipſa iniuſtè cooperatione illa Petri Ioanni ſequuntur, dum ea illi re ipſa inferuntur: quo fit, vt Petrus teneatur ea omnia in foro conſcientiæ, tanquam cauſa illorum iniuſta, Ioanni reſtituere.

4 Maius autem dubium eſt, quando Petrus occidit Paulum, non quidem animo ac fine, vt noceret Ioanni, & vt illi id homicidium imputaretur; attamen videns, aut ſperans, illi imputandum, ſeque ea via facilè euaſurum pœnã, animatus aggreſſuſque facilius eſt id maleficium patrare, num tũc reſtituere teneatur Ioanni damna inde ei ſequuta. Propenderem ego, licèt grauiſſimè peccet contra caritatem Ioannis, non tamen peccare contra iuſtitiam comparatione illius, permittendo illi ea damna, vt ipſe ſuum expleret appetitum, adeoque nociuam occaſionem eorum damnorum præbendo cum ea notitia & cognitione, quòd illi eſſent obuentura, aut quòd facilè obuenire illi poſſent ea damna. Expediret tamen, vt ſaltem in pœnitentiam talis ac tanti delicti, Petro in ſacramento pœnitentiæ iniungeretur, vt ea damna, vel partem eorum, ſolueret ac reſtitueret læſo, illiusve hæredibus.

5 Eodem modo dicerem, peccare contra ſolam caritatem, & non contra iuſtitiam, ac proinde non eſſe cogendum reſtituere damna ſubſequuta, ſi Petrus, intelligendo poſtea ſuum homicidium imputatum fuiſſe Ioanni inimico ſuo, gauiſus ſit ex odio, quo illum proſequebatur, id infortunium illi eueniſſe, eique fuiſſe imputatum, quin etiam ſi gauiſus ſit, ſe id homicidium commiſiſſe, vnde id malum obuenit Ioanni, & quia id malum ei inde obuenit. Hi enim omnes actus eliciti, poſt eum effectum ſequutum, cauſa illius eſſe non poſſunt, ac proinde propter eos actus non magis reſtituere tenetur illa damna ante illos ſequuta, quàm ſi non elicerentur, ſed potius elicerentur actus contrarij. Quando autem antecederent homicidium, vix euenire poſſet, vt Petrus non ordinaret id ſuum homicidium Pauli in eum finem, ſaltem partialem, vt inde ea damna ſequerentur Ioanni: in quo euentu reſtituere illa ei teneretur, tanquam concauſa eorum damnorum ea ſua praua intentione ac directione ſui homicidij in eum finem. Si tamen nulla ratione dirigeret ſuum homicidium in eum finem, eſto ex odio optaret, vt id malum ſequeretur Ioanni, ſolùm peccaret contra caritatem, ac proinde de rigore ſcholaſtico non teneretur reſtituere ea damna Ioanni; tametſi, vt dictum eſt, vix euenire poſſet, vt in eo euentu non dirigeret id homicidium in eum prauum finem ſaltem partialiter.

DI-

DISPVT. 87.

Iniuſtus mutilator, vulnerator, aut percuſſor, & qui alias his affines iniurias corporales iniuſtè intulit, quouſque reſtituere teneatur damna in rebus externis inde ſequuta.

SVMMARIVM.

1 *Is qui aliquam iniuriam intulit, reſtituere tenetur omnes rationabiles ac moderatas expenſas, ſi quæ factæ ſunt in medicatione iniuſtè percuſſionis acceptæ: item omnes operas, quibus ea iniuria affectus fuit ob illam priuatus: item operas, ſi aliquibus eadem de cauſa in futurum carebit.*

2 *In re propoſita percuſſor tenetur reſtituere integrum valorem operarum, & non ſolùm valorem emolumenti, quod inde alijs erat prouenturum.*

3 *Integer valor operarum reſtituendus intelligitur, ſi eo toto priuatus ſit, aliundeque nihil poſſit compenſare. Si enim non eſt toto priuatus, quia laborare poterit ac lucrari, ſed non tantum quantum ſi non manſiſſet mancus, ſolùm erit illi reſtituendum, quantum minus potuerit ac potuit ea de cauſa lucrari, non verò reſtituendus eſt illi totus valor operarum.*

4 *Quando qui iniuſtè priuatus eſt, ne operas exerceat, eius eſt ingenij, quòd ſi lucraturus eſſet ducentos aureos laborando, ſumeret centum octoginta, modò ei concederentur abſque aliquo ſuo labore, degendo in otio, tunc licitum eſt detrahere illi de valore operarum, quantum arbitrio prudentis, ſpectato que ingenio læſi, & ſpectatis cæteris circunſtantijs, veriſimiliter crederetur illum minus ſumpturum in otio pro operis illis.*

5 *Quando is, qui iniuſtè priuatus eſt, ne operas exerceat, eius eſt ingenij, vt potius eligeret ſummam totam valoris, quam laborando poterat lucrari, quàm vellet detrahi ipſi aliquid de illa, vt liber eſſet à moleſtia operarum; huic ſanè integrè eſſet facienda reſtitutio ualoris earum operarum, nihil detrahendo pro labore ac moleſtia, quibus leuaretur.*

6 *Quando iniuſtè percuſſus impeditur ea de cauſa ab operis exercendis ad certum aliquod tempus, quia, curatus, manet ſine læſione, tunc arbitrandum eſt, quantum damni toto eo tempore ea in re ſit paſſus, illudque eſt ei reſtituendum. Quando verò impeditus manet in totam vitam, quia uidelicet mancus manet aut mutilatus aliquo membro in perpetuum, tunc eſt prudentis arbitrio iudicandum, quãtum detrimenti plus minus ſit cenſendus accepiſſe in annos ſingulos, iniuſtoque percuſſori eſt præcipiendum, ut quotannis tantum illi tribuat in ſuam ſuſtentationem, ut læſus de illo quod uoluerit efficiat.*

7 *Quando iniuria corporali nullum datum eſſet damnum operarũ, ut in diuitibus, neque ea iniuria cauſa fuiſſet alicuius lucri ceſſantis, aut dãni inde emergentis, nihil inferens reſtituere tenetur.*

8 *Quando corporalis iniuria eſſet alicui facta, cogendo illum miniſterium pretio æſtimabile præſtare, tunc qui talem iniuriam intuliſſet, ultra damna alia in rebus externis inde ſecuta, teneretur illi reſtituere ualorem miniſterij, quod iniuſtè fecit illum præſtare, quantum plus ualeret, quam aliæ operæ, quibus illum iniuſtè priuauit.*

9 *Obligatio reſtituendi hæc omnia tranſit ad hæredes eius, qui talem corporalem iniuriam intulit, quando ille, dum uiueret, non reſtituit.*

A Sicut Diſputat. 83. prius egimus de reſtitutione damnorum in bonis externis ex homicidio ſequutorum, & poſtea Diſput. 84. de reſtitutione damni corporalis homicidij in ſe, hoc eſt, de reſtitutione damni priuationis vitæ iniuſtè interfecti: ita circa delicta ac iniurias, in titulo huius diſputationis propoſitas, prius hac diſputatione eſt dicẽdum de reſtitutione damnorum in bonis externis, quæ ex illis frequenter ſequuntur, & poſtea diſputatione ſequẽti de reſtitutione damnorum corporis eis delictis illatis, & num pro iniuria corporali, præciſè ſumpta à damno, reſtitutio aliqua debeatur.

Conſentiunt doctores, eum, qui aliquam ex iniurijs in titulo propoſitis intulit, reſtituere teneri omnes rationabiles ac moderatas expenſas, ſi quæ factæ ſunt in medicatione iniuſtè percuſſionis acceptæ: eo modo, quo Diſput. 83. eſt explanatum, homicidam teneri reſtituere ſimile; expenſas factas vſque ad mortem iniuſtè interfecti propter cauſam iniuſtam eius mortis ex interfectore acceptam. Cõueniunt etiam teneri reſtituere omnes operas, quibus ea iniuria affectus fuit ob illam priuatus, vt ob mutilationem, vulnus, aut percuſſionem, ob iniuſtam miſſionem in carcerem, incluſionem ac detentionem iniuſtam in aliquo loco, miſſionem iniuſtam in exilium, & ob alias ſimiles iniurias. Item teneri reſtituere operas, ſi aliquibus eadem de cauſa in futurum carebit: vt ſi poſtquam à vulnere aut percuſsione curatus fuit, manſit mancus, aut alia ratione omnino ineptus, aut certè minus aptus ad operandum, vel ad aliquod tempus, vel in tempus totum uitæ ſuæ. Cum prædictis computa quodcunque aliud lucrum ceſſans, aut damnum ob eaſdem iniurias in rebus externis emergens. Ratio verò horum omnium eſt, quoniam cum is, qui aliquam ex prædictis iniurijs corporalibus iniuſtè intulit, conſequenter fuerit cauſa iniuſta horum omnium damnorum in rebus externis inde ſequutorum, vtique ad reſtitutionem omnium illorum in conſcientiæ foro tenetur, iuxta caput vlt. de iniur. & damn. dat. conſentitque capit. 1. eodem titu. quod ex capit. 21. Exodi fuit deſumptum, iureque canonico ſancitum, & in hunc habet modum: *Si rixati fuerint homines, & percuſſerit alter proximum ſuum, qui percuſſerit, operas eius & impenſas in medicos reſtituat.* 1

D Sunt verò circa hæc nonnulla obſeruanda. Primum eſt: In re propoſita percuſſorem reſtituere teneri integrum valorem operarum, & non ſolum valorem emolumenti, quod inde alijs erat prouenturum, vt de operis, quibus interfectus iniuſtè poſt mortem ſuam caruit, Diſputat. 83. dicebamus. Ratio autem huius diſcriminis eſt, quoniam percuſſus, qui mortuus non eſt, percepturus in tota vita ſua erat eum totum ualorem, eaque de cauſa totus is valor eſt ei reſtituendus, quia in eo toto damnum iniuſtè accepit. 2

E Secundum eſt. Quando dicimus integrum valorem operarum eſſe reſtituendum, intelligimus, ſi eo toto priuatus ſit, aliundeque nihil poſsit compenſare. Si enim non toto eſt priuatus, quia laborare poterit ac lucrari, ſed non tantum, quantum ſi non mãſiſſet mancus, aut alia ratione minus aptus ad laborandum, ſolùm erit illi reſtituendum, quantum minus potuerit ac potuit ea de cauſa laborare ac lucrari: non verò eſt illi reſtituendus totus valor operarum. Item ſi aptus manſit ad negotiandum, veriſimileque ſit, eum negotiatione aliquid lucraturum aut ſi negotiari omittat, id erit ſua culpa ſeu deſidia ac negligentia, tunc reſtituendus nõ eſt illi valor totus operarum, ſed ſolùm quantũ impeditus manſit lucrari: ſi verò nihil manſit impeditus lucrari, quia tan- 3

tantundem lucrari poteſt mancus, aut aliter manẽs læſus, quantum ſi cum ea corporis læſione non maneret; tunc nulla reſtitutio erit illi facienda propter operas, ad quas exercendas manſit impeditus. Quo loco obſerua, cum negotiatio fieri debeat periculo exponendo bona, cum quibus fit negotiatio, non totum lucrum, quod negotiatione acquiret, aut acquirere poterit, computandum eſſe in compẽſationem valoris operarum, de quo loquimur, & qui foret alioquin reſtituendus, ſed partem quandam illius eſſe tribuendam pecuniæ ac bonis, quibus fieret ea negotiatio, tanquam inſtrumentis periculo expoſitis, quibus id lucrum compararetur, & partem aliam tribuendam eſſe induſtriæ: atque ex hac ſola deberi cõpenſari, quantum minus reſtituendum ei ſit de valore operarum. Illud etiam eſt obſeruandum, ſi ſanus ac interger ſimul operaturus erat in opificio aliquo, ac negotiaturus bonis ſuis, neque vnum impedire debebat aliud, aut ſolùm ex parte erat illud impediturum, & non omnino; tunc nihil impediente lucro, quod comparare poſſet negotiando, ſoluendus ei eſſet totus valor operarum, quo eſſet priuatus aut ſolùm eſſet detrahendum, quantum negotiatio impediuiſſet operas, valoremque earum, quas impediuiſſent.

Quando operę impediuntur, neque valor earum aliunde compenſatur, vtrum aliquid detrahendum ſit de valore reſtituẽdo, propterea quòd mãcus (verbi gratia) abſque labore ac moleſtia operarum lucrũ illud comparat. Maior in 4.diſt.15. q.19. ad finem reſpondet, reſtituendas illi eſſe operas deducto aliquo ratione laboris ac moleſtiæ operarum, quibus releuatus manet: quoniam non tantum debetur ei quieſcenti, quantum laborando eſſe lucratus. Contrarium verò affirmant Sotus 4.de iuſt.q.6.art.3.ad 3. Ledeſm.2.4.q.18.art.2. & Couar. 2.var.reſ.cap.10.nu.7. nihil ſcilicet ex eo eſſe detrahendum, quod laboraturus non ſit.

4 Prima autem noſtra concluſio eſt. Quando, qui iniuſtè priuatus eſt, ne operas exerceat, eius eſt ingenij, quòd ſi quotannis lucraturus eſſe ducentos (verbi gratia) aureos laborando, ſumeret centum octoginta, aut ſummam aliam infra ducentos aureos modò ei concederentur abſque aliquo ſuo labore, degendo in otio, vt regulariter eſſe homines ſolẽt, tũc licitum eſt detrahere illi de valore operarum, quantum arbitrio prudentis, ſpectatoque ingenio læſi, & ſpectatis cęteris circunſtantijs concurrentibus, veriſimiliter crederetur illum minus ſumpturum in otio pro operis illis. Huius ſentẽtiæ videtur fuiſſe Victoria in commentarijs manuſcriptis 2.2.quæſtio. 62. art.2.ad 1. Tametſi non adeò rem explicet: atque hoc etiam eſt, quod videtur voluiſſe Maior loco citato. Probatur verò concluſio, quoniam damnum, quod huic iniuſtè fuit datum, priuando illum operis, quas alioquin fuiſſet facturus, non plus ipſemet illud æſtimaret, imò pro eo valore venderet lucrum ex operis ſuis, ſi eſſet ſine læſione ac impedimento in membro: ergo non plus illi debetur ratione illius præcisè ſpectati. De reſtitutione autem damni corporalis dati in membro, diſputatione ſequenti erit ſermo.

5 Secunda concluſio. Quando, qui iniuſtè priuatus eſt ne operas exerceat, eius eſt ingenij, vt potius eligeret ſummam totam valoris, quam laborando poterat lucrari, quã vellet detrahi ipſi aliquid de illa, vt liber eſſet à labore ac moleſtia operarum, (cuius ingenij pauci inuenientur, ſi agatur de labore ac moleſtia per totam vitam) huic ſanè integre eſſet facienda reſtitutio valoris earum operarum, nihil detrahendo pro labore ac moleſtia, quibus leuaretur. Probatur concluſio, quoniam huic tantum erant valituræ ſuæ illæ operæ, tantumque licitè eas ęſtimat, in-

A iuriamque illi faceret, qui eum impediret à labore ac moleſtia earum, aliquid illi ratione laboris, quo leuatur, de mercede detrahendo: ergo integer valor ſuarum operarum eſt illi reſtituendus, nihil impediente, quòd onere laboris ac moleſtiæ leuetur.

Ad arbitrandum verò, num aliquid ſit detrahendum ratione leuaminis à labore ac moleſtia operarum, an non, & quantum detrahi debeat, attendendũ eſt ad ingenium iniuſtè impediti ab operis exercendis, & ad circunſtantias reliquas concurrentes, prudentiſque arbitrio eſt id iudicandum ac ſtatuendum in particulari: neque enim certa alia regula hac de re ſtatui poteſt.

Quando iniuſtè percuſſus impeditur ea de cauſa 6
ab operis exercendis ad certum aliquod tempus,
B quia, curatus manet ſine læſione; tunc iuxta hactenus dicta eſt arbitrandum, quantum damni toto eo tempore ea in re ſit paſſus, illudque eſt ei reſtituendum. Quando verò impeditus manet in totam vitam, quia videlicet mancus manet, aut mutilatus, vel debilitatus aliquo membro in perpetuum, ita vt in totam vitã non poſſit operari ac lucrari, vel non poſſit tantum operari ac lucrari, quantum foret lucraturus, ſi ita non eſſet affectus; tunc, iuxta hactenus dicta hac & Diſputatio.83. eſt etiam prudentis arbitrio iudicandum, quantum detrimenti plus minus ſit cenſendus accepiſſe in annos ſingulos, iniuſtoque percuſſori eſt præcipiendum, vt quotannis tantum illi tribuat in ſuam ſuſtentationem, vt læſus de illo, quod voluerit, efficiat. Atque hic eſt certior ac
C melior modus, quo eiuſmodi reſtitutio iniungi poteſt, vt ſit omnino ad æqualitatem. Quoniam ſicut incertum eſt, quantum vita læſi ſit perſeueratura: ita in tempus incertum quoad durationem reſtitutio iniungitur ad æqualitatem. Præterea non præcipitur anticipata ſolutio operarum, ſed vt temporis decurſu ſucceſſiuè fiat eo modo, quo læſus ſuis operis erat lucraturus. Atque eo modo Ant. Gom.3.tom. var.reſ.cap.6.nume.11.cum alijs, quos citat, affirmat eſſe ferendam ſententiam in foro exteriori, quãdo de eiuſmodi intereſſe agitur. Quòd ſi reſtitutio tota faciẽda eſſet ſtatim, vel quia neceſſe eſt partem alteram longè diſcedere ab alia, vel quia ita conueniret inter vtramque partem, tunc arbitrato prius, quantum læſus ſperaretur victurus, iuxta ea quę Di
D ſpu.83. dicta ſunt, reſtituendum eſſet læſo longè minus, quam ſit dimidium ſummæ annorum, quos adhuc ſperatur poſſe viuere, propter vitæ incertitudinem, & quoniam operæ, quarum pretium ſoluitur, adhuc ſunt virtute ac in ſpe: ſicut etiam fructus agri qui contractu cenſuali reali emuntur, propter eandem rationem, iuſtè emuntur longè minori pretio, quàm ſit valor medietatis eorum, dum iam erunt in ſe ipſis extra ſuas cauſas, quando emuntur dum adhuc ſunt in ſpe, temporiſque decurſu percipi ex eo agro ſperantur: & ſicut operæ mancipij, aut iumenti vſus, iuſtè emuntur in ipſo mancipio, aut in iumẽto, longè minori pretio, quàm emeretur medietas earum operarum, aut medietas eius vſus, in ſe ipſis
E quando actu percipi ex mancipio aut ex iumento debent.

Quando iniuria corporali nullum datum eſſet dã 7
num operarum, vt in diuitibus, neque ea iniuria cauſa fuiſſet alicuius lucri ceſſantis, aut dãni inde emergentis, nihil ex his capitibus tenetur is reſtituere, qui illam intulit. Quando item nullæ factæ fuiſſent expenſæ in medicatione, propter vulneris aut percuſſionis leuitatem, nulla etiam conſurgeret reſtituendi obligatio ex eo capite. Similiter ſi læſus nullam reſtitutionem ex his capitibus vellet, quia dedignaretur eam accipere, vt dedignantur nobiles, aut aliqua alia de cauſa, tunc obligatio etiam non eſſet reſtituendi ex eis capitibus.

Quando

8 Quando corporalis iniuria eſſet alicui facta, cogẽdo illum remigare in triremibus, redigendo illum in ſeruitutem, cogendo illum fodere terram, aut aliud miniſterium pretio æſtimabile præſtare, tunc, qui talem iniuriam intuliſſet, vltra damna alia in rebus externis inde ſequuta, teneretur illi reſtituere valorem miniſterij, quod iniuſtè fecit illum præſtare, quantum plus valeret, quàm aliæ operæ, quibus illũ iniuſtè priuauit, aut lucrum aliud, quod fecit illi ceſſare: quoniam valorem, etiam horum, tenetur illi reſtituere, vt dictum eſt.

9 Obligatio reſtituendi ea omnia, quæ hac diſputatione explicata ſunt, in foro conſcientiæ tranſit ad hæredes eius, qui talem corporalem iniuriam intulit, quando ille, dum viueret, non reſtituit: tranſit verò, vt de bonis eius, qui ad hæc tenebatur, quantum illa bona ſufficiant, ſoluantur hæc & alia illius debita, ſi quæ reliquit: & tranſit hæc obligatio etiam ad hæredes eius, cui facienda erat ea reſtitutio, vt illis fiat, ſi facta non fuit ei, in cuius bonis iſti ſucceſſerunt. Ratio autem eſt, quoniam hæc omnia ſunt vera debita bonorum externorum. In foro item eccleſiaſtico actio iure canonico competit ad hæc debita recuperanda aduerſus hæredes eius, qui illa debebat, & competit hæredibus eius, cui debebantur. Et eadem concedenda eſt de iure ciuili, quicquid in contrarium aſſeruerint quidam iuriſconſulti, quorum placita compilata ſunt inter iura communia cęſarea: vt hęc omnia Diſputatione 85. explanata ſunt quoad ſimilia debita, quæ ortum habent ex homicidio iniuſto; eſt enim de his & de illis debitis eadem prorſus ratio, & idcirco non plus hoc loco circa hæc immoror.

DISPVT. 88.

Damnum ipſum mutilationis, & quodcunque aliud corporale infra mortem iniuſtè datum, quouſque & cui reſtituendum. Et num ob iniurias corporales reſtitutio debeatur, ſaltem damni honoris ac famæ, ſi quod inde reſultauit.

SVMMARIVM.

1 *Ob damnum corporis irreparabile iniuſtè datum, vt propter debilitationem membri, ita vt in poſterum fungi non poſſit ſuo munere, aut nõ tam bene atque antea illo fungebatur, reſtituere tenetur, qui illud dedit, quantum arbitrio prudentis æſtimabitur id damnum, attẽta qualitate perſonæ, cui id damnum eſt datum, & attenta qualitate membri, qualitate læſionis, &c.*

2 *Si defunctus dum viueret, actionem criminalem intentaſſet ad vindictã, pęnamque competentem obtinuiſſet, tunc nulla alia reſtitutio ei debetur pro damno eo corporali. Si verò non obtinuiſſet condignam pœnam, ſaltem qua eſſet contentus, idque imperitia iudicis, tunc reſtituendum illi eſſet, quantum cum ea pœna adiudicata, prudentis arbitrio ſufficiens eſſe iudicaretur, ad compenſandum ad æqualitatem id damnum corporis iniuſtè datum.*

3 *Quando damnum corporale iniuſtè datum irreparabile non eſſet, ſed ſanaretur perinde ac ſi datum non fuiſſet, tunc ex eo damno nulla reſtituendi obligatio oritur.*

4 *Si ex uulnere maneat ſignum in facie, uel alia deformitas, ob quam mancipium uilioris pretij redderetur, tunc tenetur percutiens reſtituere in conſcientiæ foro, quantum minus id mancipium ea de cauſa ualet.*

5 *Quando ex percuſſione neque ſequeretur detrimentum ac damnum permanens in corpore, neque item in rebus externis, tunc licèt à neutra parte teneretur percutiens ad reſtitutionem aliquam, ſed ſolùm affectus iniuria compararet ius ad pœnam in foro exteriori exigendam propter iniuriam ſibi illatam, quam ſolùm poſt latam ſententiam ſoluere teneretur, qui ea iniuria affecit; nihilominus ſi inde reſultet damnum in honore eam iniuriam paſſi, tenetur in conſcientiæ foro id damnum reſtituere, qui illud iniuſtè dedit.*

6 *Hæ reſtitutiones, quæ ex damno corporis ſpectato & damno in bonis externis in conſcientiæ foro conſurgunt, ſi fiant uiuente eo, qui id damnum eſt paſſus, nec fieri poſſint bono eiuſdem generis, fieri debent in pecunia, niſi iniuria affectus contentus ſit bono alterius generis.*

Dicendum eſt: Ob damnum corporis irreparabile iniuſtè datũ, vt propter detruncationem aut debilitationem membri, ita vt in poſterũ fungi nõ poſſit ſuo munere, aut non tam bene, atque antea illo fungebatur reſtituere teneri, qui illud dedit, quantum arbitrio prudentis æſtimabitur id damnũ, attenta qualitate perſonæ, cui id damnum eſt datum, & attenta qualitate membri, qualitate ac quantitate læſionis, & attẽtis cæteris circunſtantijs cõcurrentibus. Neque certa alia regula hac de re ſtatui poteſt. Multo autem melius eiuſmodi reſtitutio fit, facta conuentione cũ perſona ipſa, cui id damnum eſt datum, aliquoque illo remittente, aut contenta quantitate, in qua fuerit facta conuentio, quàm confeſſario, aut quocunque alio viro prudente, definiente vſque ad vltimũ indiuiſibile, quantum reſtituendum ſit, vt in ſimilibus euẽtibus Diſp. 83. dicebamus. Probatur noſtra aſſertio, quoniã ſicut obligatio eſt in foro conſcientiæ reſtituendi ſeu compenſandi cætera omnia damna, ſaltem re alia alterius generis, quando re ſui proprij generis compenſari non poſſunt, vt Diſp. 84. dictum comprobatumq; eſt, ita & hoc: idque præſcribit recta ratio, naturæve lumen, neque reddi poteſt congrua ratio, cur ex eiuſmodi damnis iniuſtè datis obligatio hæc non conſurgat. Vt autem Diſp. 84. dicebamus, interim dum is, qui id damnum eſt paſſus, viuit, ſi non vellet compenſationem illius in bonis ſpiritualibus, aut alicuius honoris, facienda eſſet illi reſtitutio in bonis externis, vt in pecunia. Poſt mortem verò illius, quoniam eiuſmodi reſtitutio ac compenſatio non eſt ob bonum, quod defunctus translaturus eſſet ad ſuos hæredes, neceſſe non eſt, vt reſtitutio fiat hæredibus, ſed fieri defuncto ipſi poterit in bonis ſpiritualibus, quæ illi pro eo ſtatu grata eſſe creduntur, vt de reſtitutione damni uitæ Diſp. 84. copioſè eſt dictum. 1

Hoc loco obſerua: Si defunctus, dum viueret, actionem criminalem intentaſſet ad vindictam, pęnamque competentem obtinuiſſet, tunc nullam aliam reſtitutionem illi deberi pro damno eo corporali. Quoniam ea pœna ad ipſius petitionem fuiſſet adiudicata in compenſationem damni ac iniuriæ acceptæ. Si verò non obtinuiſſet condignam pęnam, ſaltem qua eſſet cõtentus, idque imperitia aut nequitia iudicis, vel ob defectum probationis, vel alia de cauſa, tunc reſtituendum illi eſſet, quantum, cum ea pęna adiudicata, prudentis arbitrio ſufficiẽs eſſe iudicaretur, ad compenſandum ad æqualitatem id damnum corporis iniuſtè datum. Quòd ſi, is, qui eam iniuriam idque corporale damnum eſt paſſus, ex hac vita diſcederet, conteſtata actione cri- 2

criminali cum eo, qui eam iniuriam idque damnum intulit; tunc, ſi hæredes illam proſequerentur, condignamque pęnam obtinerent, ad nullam aliam reſtitutioné is ſimiliter teneretur, qui id damnum iniuſtè intulit. Quoniam ea pœna cenſeretur ſufficienter compéſatum. Ad nullam etiam aliam reſtitutionem teneretur, ſi ab hęredibus eius, qui id damnum eſt paſſus, ab illisve, qui illius iniuriam proſequuntur, veniam condonationemve eius delicti obtineret: quoniam tunc ad nullam reſtitutionem teneretur defuncto, vt in ſimili euentu Diſputat. 84. eſt dictum. Item, ſi qui iniuriam ac damnum eſt paſſus, dum viueret, intentaſſet actionem ciuilem ad pœnam pecuniariam, condignamque pœnam in pecunia obtinuiſſet, ſaltem qua ipſe eſſet contentus, ad nullam aliam reſtitutionem is teneretur, qui id damnum iniuſtè intulit. Quoniã pœna illa à iudice fuiſſet adiudicata in compenſationem damni ac iniurię illatæ. Idem eſt, ſi hæredes defuncti proſequerentur actionem ciuilem à defuncto intentatã, obtinerentque pœnam condignam pecuniariam, aut condonarent delictum, iusve, quod habebant ad eam actioné proſequendam ad eamque pœnam obtinendam. Quando autem, qui id corporale damnum eſt paſſus, diſcederet lite non conteſtata cum eo, qui illud dedit, morteque illius extingueretur id delictum, iuxta ea quæ Diſputat. 43. dicta ſunt, tunc qui id damnum dedit, reſtituere tenetur defuncto, in bonis ſaltem ſpiritualibus, damnum corporale, quod ei iniuſtè dedit, iuxta ea quæ in principio huius diſputationis & fuſius Diſputat. 84. dicta ſunt. Pœnam verò, quæ in exteriori foro iniungenda inſuper fuiſſet pro delicto ac pro iniuria, tam publica quam priuata, ſumpta præcisè à damno dato, non teneretur reſtituere: quoniam pœna non debetur ante latam ſententiã, vt ſæpe hoc & præcedente tractatu eſt dictũ.

3 Quando damnum corporale iniuſtè datum irreparabile non eſſet, ſed ſanaretur ac redintegraretur, perinde ac ſi datum non fuiſſet, vt cernitur in vulnere, ex quo nulla læſio neque deformitas manet, tunc ex eo damno nulla reſtituendi obligatio oritur. Ita affirmant Adrian. de reſt. quæſt. vlt. ad 1. & Richardus in 4. diſt. 15. ar. 1. q. 2. ad 3. Ratio aũt eſt, quoniã ſuperueniente ſanitate, vel vi naturæ, vel coadiuuante medicamine, nihil damni in eo, qui fuerat læſus, manet: ergo, qui id damnum corporis iniuſtè intulerat, ad nullam reſtitutionem eius damni tenetur; eo quòd iam tunc nullum tale damnum maneat; ſed ſatis erit ſi reſtituat reliqua damna, quæ in bonis externis ex eo vulnere redundarunt, diſputationeque pręcedente explicata ſunt. Dolor quippe ac vulnus perpeſſa, & moleſtia ea de cauſa ſuſcepta, ad iniuriam pertinent, & nõ ad damnum permanẽs: ſicut & moleſtia ac afflictio, quã aliquis ex eo patitur, quòd aliquid furto ab eo ſit ablatum, ad iniuriam pertinent, & nõ ad damnum: quare cum iniuriæ, ſumptæ, præcisè à damno dato ac permanente, reſpondeat quidem pœna, quæ ante latam ſententiam non debetur ſolumq; dãnum permanens, quod iniuſtè fuit datũ, ſit obnoxium reſtitutioni ac compenſationi in foro conſcientiæ; conſequens profectò eſt, vt vulnerans alium ad nullam reſtitutionem ei teneatur in conſcientiæ foro propter vulnus, doloré, ac moleſtiam inde ſuſceptam ſed ſolùm teneatur ad pœnam, ſi ad illam condemnetur.

4 Obſerua tamen, ſi ex vulnere maneat ſignum in facie, vel alia deformitas, ob quam mancipium vilioris pretij reddatur, tunc tenetur percutiens reſtituere in conſcientiæ foro, quantum minus id mancipium ea de cauſa valet: quoniam id iam, comparatione domini mancipij, eſt damnum in bonis ipſius externis iniuſtè datum ac permanens. Similiter ſi talis deformitas maneat in muliere aliqua, illaque ea de- A cauſa indigeat dotis augmento, vt ęquè bene nubat tenetur percutiens in conſcientiæ foro illi reſtituere incrementum illud, quo ad æquè bene nubendum indiget, tanquam damnum iniuſtè datum in rebus externis redundans. Quòd ſi tale damnum ei non ſequeretur, quia vel iam erat coniugata, vel quia nuptura non erat, ceſſat obligatio reſtituendi ex eo capite. Arbitror tamen, ſiue ea deformitas iniuſtè effecta ſit in viro, ſiue in femina, oriri inde obligationẽ in conſcientiæ foro reſtituendi illi, quantum attenta qualitate perſonæ, æſtimabitur id corporale damnum deformitatis ac indecentiæ iniuſtè illi datum. Ratio autem eſt, quoniam pulchritudo ac decentia corporis bonum quoddam eſt corporale pretio æſtimabile: quare ſicut, qui iniuſtè dat damnum aliud B corporis permanens, tenetur in conſcientiæ foro illud reſtituere ac compenſare, ſi, qui illud accepit, compenſationem velit, vt ſuprà dictum eſt; ita tenetur, qui hoc damnum dat.

Quando ex percuſſione neque ſequeretur detrimentum ac damnum permanens in corpore, neque item in rebus externis, tunc licèt ex neutro capite teneretur percutiens ad reſtitutionem aliquam, vt dictum eſt, ſed ſolùm affectus iniuria compararet ius ad pœnam in foro exteriori exigendam propter iniuriam ſibi illatam, quam ſolùm poſt latam ſententiam ſoluere teneretur: quia ea iniuria affecit; nihilominus, ſi inde reſultet damnum in honore ac æſtimatione eam iniuriam paſſi, tenetur in conſcientiæ foro id damnum reſtituere, qui illud iniuſtè de- C dit. Exempla ſunt, quando alicui iniuſtè alapa infligitur, vel ita percutitur fuſte, vt neque vulnus neque læſio in corpore ſequatur, quæ permaneat; vel pedibus conculcatur; aut ex mento ignominioſè apprehenditur; & in alijs ſimilibus euentibus. In eis enim quod potiſſimum tenetur percutiens in conſcientię foro reſtituere, eſt honor ablatus, damnumve honoris iniuſtè illatum. Idem quoque honor & exiſtimatio iniuſtè aufertur in mutilatione, & in alijs percuſſionibus, licèt non in tanto gradu, qui proinde in cõſcientiæ foro eſt reſtituendus, quando iniuria affectus reſtitutionem vellet. Quanam autem ratione reſtitui debeat, & quouſque tractatu ſequenti commodius explicabitur. 5

Reſtitutiones hactenus explicatæ, quæ ex damno D corporis præcisè ſpectato à damno in bonis externis, in conſcientiæ foro conſurgunt, (in quibus computa damnum imminutionis vitæ, ſi aliquando datum ſit, & damna in honore ac in exiſtimatione) ſi fiant viuente eo, qui id damnum eſt paſſus, nec fieri poſſint bono eiuſdem generis, fieri debent in pecunia, niſi iniuria affectus contentus ſit bono alterius generis. Poſt mortem verò illius, cum non fiant in compenſationem boni, quod tranſmittendum eſſet ad hæredes, fierique proinde poſſint ac debeant iniuria affecto iam defuncto, fieri illi poſſunt ac debent in bonis ſpiritualibus. Quod ſi factæ non fuerunt ab eo, qui ea damna dedit, obligatio eas efficiendi tranſit ad hæredes ipſius, vt de reſtitutione E pro damno vitæ hæc omnia Diſputatio. 84. & 85. explanata ſunt. Eſt enim vtrobique eadem ratio, ac proinde neceſſe non erit repetere hoc loco, quæ ibi dicta ſunt. 6

DISPVT. 89.

De pœnis pro adulterio ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium triplex eſt, coniugati cum non coniugata, non coniugati cum coniugata; coniugati cum*

A *cum coniugata: & quænam ſpecies grauior ſit, & quo de adulterio præſente diſputatione agatur.*

2 *Quando adulterium à marito committitur, ſiue cũ coniugata ſiue non coniugata, tunc de iure Cæſareo criminalis actio non datur vxori talis mariti aduerſus eum ob adulterij iniuriam in ipſam commiſſam.*

3 *In Hiſpania tamen pœna ſtatuta eſt coniugato, qui publicam habet concubinam.*

4 *Pœna in Hiſpania publicæ concubinæ clerici, religioſi, aut coniugati.*

5 *Adultera coniugata, & adulter qui cum ea adulterium commiſit, veteri lege mortis pœna puniebantur, pro eo adulterio; item iure communi Cæſareo.*

6 *Eodem iure communi, quando ita aduerſus adulteros agebatur criminaliter, bona omnia adulteri ad* B *fiſcum attinebant, niſi haberet deſcendentes aut aſcendentes, uſque ad tertium gradum. Mulieris uerò adulteræ bona in tres partes æquales diuidebantur.*

7 *De iure Hiſpanico tam adulteri quàm adulteræ bona per ſententiam iudicis ponuntur in poteſtate mariti adulteræ, ut de adulteris ipſis deq; ipſorũ bonis faciat, quod ſibi placuerit, eos morte puniendo, aut alia mitiori pœna infra mortem, uel eis omnino parcendo, poteritque ſibi aut cuiquam alteri rei applicare omnia illorum bona, uel partem ipſorum, ut ſibi placuerit.*

8 *Maritus adulteræ non poterit vnum eorum adulterorum interficere, & non interficere alterum; ſed aut vtrumque, aut neutrum; ſi vterque ſcilicet ſuperſtes* C *ſit, & vterque comprehendi poſſit.*

9 *Ius commune & ius regni Hiſpanici differunt inter ſe circa pœnas adulterorum.*

10 *Quando maritus adulteræ eos interficit propria autoritate, etiamſi illos interficiat deprehenſos in flagranti delicto, non lucratur bona eius adulteri, aut eorum adulterorum, quos ita interfecerit, neque ea bona ſubiacent tũc ipſius diſpoſitioni, ſed ſolùm quãdo lata prius ſententia, adulteri iudicis autoritate conſtituuntur in poteſtate ipſius, vt de ijs & de bonis ipſorum faciat quod voluerit.*

11 *Qui adulterium committit cum Regina, aut vxore Principis regni hæredis, in crimen incidit læſæ maieſtatis: quin etſi rẽ habeat cum filia Regis, aut principis regni hæredis, quando illæ coniugatæ non ſunt,* D *in crimen incidit læſæ maieſtatis, pœniſque pro eo crimine ſtatutis punitur.*

12 *In Hiſpania ſolus maritus poteſt accuſare adulteros, & non alius, niſi ex præſcripto ipſius, neque poteſt accuſare vnum adulterorum ſine alio, ſi vterque ſuperſit.*

13 *In Luſitania tam adulter quàm adultera mortis pœna puniuntur iudicis authoritate per miniſtros publicos infligenda ſeu exequenda.*

14 *Ibidem nullus poteſt adulteros accuſare niſi maritus.*

15 *Si maritus parcat uxori adulteræ, uel ante accuſationem uel poſt accuſationem, aut etiam poſt latam in eam mortis ſententiam, modò remiſſio ac uenia fiat* E *coram iudice eius cauſæ, & de ea re fiat inſtrumẽtum, in quo maritus adulteræ, iudex, ac ſcriba ſe ſignent, continuò dimittenda eſt ea mulier omnino libera, niſi ob aliquod aliud crimen in uinculis ſit detinenda.*

16 *Quamuis in Luſitania venia præſtita à marito adulteræ non impediat, quo minus idem maritus proſequi poſſit accuſationem adulteri, & quo minus iudex, poſtquam querela de eo adulterio data eſt à marito, etiamſi maritus proſequi accuſationem non uelit, ex ſuo officio progrediatur ad eundem in commune reip. bonum puniendum; nihilominus meritò eſt ſtatutum, ut eo ipſo, quòd maritus adulteræ parcit, imponi adultero non poſſit pœna mortis.*

17 *Varia præterea ſtatuta in regno Luſitanico circa adulteram & adulterum.*

DIctum eſt de pœnis ſtatutis pro delictis, quæ iniuriam irrogant corpori alicuius illud lædendo, & de obligatione reſtituẽdi pro damnis eo modo datis. Nunc conſequenter eſt dicendum de pœnis pro delictis, quæ in alterius iniuriam redundant, ad huncque tertium tractatum ſpectant; examinandum etiam eſt, quanta reſtituendi obligatio ex eiuſmodi delictis reſultet. Ordiendum verò erit ab adulterio cum vno coniuge, quod in iniuriam alterius ac prolis redundat.

Adulterium triplex eſt. Quoddam cõiugati cum non coniugata. Aliud coniugatæ cum non coniugato. Et tertium cũ cõiugata. In quo ex parte vtriuſq; extremi oritur adulterij ratio, ceditq; ꝓinde id adulterium in iniuriã duorũ aliorũ cum illis coniugatorum, eſtque ſubinde ea circunſtantia neceſſariò confitenda. Cum tamen in illis alijs duobus prioribus adulterijs, ratio adulterij ex parte vnius dumtaxat extremi reſultet, cedatque proinde vnumquodque eorum adulteriorum in vnius dumtaxat coniugati iniuriam. Quia verò adulterium coniugatæ, ſiue is, qui cum ea adulteratur, coniugatus etiam ſit, ſiue nõ longè grauius eſt, quam adulterium coniugati cum ſoluta; eo quòd inde longè grauiora damna, difficillimaque vt reſarciantur, oriri ſint apta, ſi coniugata ex eo, qui non eſt ipſius maritus, concipiat; & quoniam id adulterium in grauiſſimum dedecus mariti talis coniugatæ cedit, vnde vlterius cædes natæ ſunt ſequi, grauiſſima odia familiarumque euerſiones; inde effectum eſt, vt pro adulterio cũ coniugata, vtrique adulterorum grauiſſimæ pænæ, cæſareo præſertim iure, ſint ſtatutæ: non verò pro adulterio coniugati cum ſoluta. Quare, quæ de pœnis pro adulterio, tam adulteræ, quam adulteri, dicentur, intelligẽda ſolùm erunt de adulterio cum coniugata, ſiue, qui cum ea adulteratur, coniugatus etiam ſit, ſiue non. 1

Quando adulterium à marito committitur, ſiue cum non coniugata, ſiue etiam cum coniugata, tunc de iure ceſareo criminalis actio non datur vxori talis mariti aduerſus eum ob adulterij iniuriam in ipſam commiſſam. Ita habetur l. 1. C. ad leg. Iul. de adult. & l. 1. tit. 17. part. 7. quæ rationes ſuprà à nobis redditas tradit, cur vxori criminalis actio aduerſus maritum non detur, affirmatque communis doctorum ſententia, quã referunt ac ſequuntur Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. adult. nu. 2. & Couar. in 5. decret. par. 2. ca. 7. §. 6. nume. 5. De ea verò tanta inæqualitate, quòd criminalis actio detur marito aduerſus vxorem, nulla verò datur vxori aduerſus maritum adulterum, conqueritur Angelus relatus in margine ad leg. 1. citatam. 2

In hoc tamen regno lib. 8. nouæ collect. titu. 19. l. 5. ſequens pœna ſtatuta eſt coniugato, qui publicam habet concubinam: *Ordenamos, que ningun hombre caſado no ſea oſado de tener ni tenga manceba publicamente. Y que qualquiera, que la tuuiere, de qualquier eſtado y condicion que ſea, que pierda el quinto de ſus bienes, faſta en quantia de diez mil marauedis, por cada uegada que ſe la hallaren. Y que la dicha pena ſea pueſta por los alcaldes en poder de vn pariente, o dos, de la muger, que ſean abonados, que los tengan de manifieſto, paraque ſi ella quiſiere caſar, y fazer vida honeſta, que la dicha pena le ſea dada por bienes dotales a el marido que con ella caſare, y eſten depoſita dos faſta vn anno. Y ſi quiſiere entrar en orden, ſea dada la dicha pena para con que ſe mantenga en el dicho monaſterio. Y ſi no quiſiere caſar, ni entrar en orden, ſi ſe probare viuir honeſtamente en todo el anno deſpues* 3

A *que fue quitada del mal eſtado en que eſtaua, que le ſean dados los dichos marauedis, para que dellos ſe pueda mantener. Pero tornando à viuir vida torpe y inhoneſta, que la tercia parte de la dicha pena ſea para nueſtra camara, y la otra para el que lo accuſare, la otra para la iuſticia que lo ſentenciare y executare. Y ſi no ouiere quien lo acuſe, los alcaldes de ſu officio, auida informacion, procedan à execucion de la dicha pena, y apliquen en la manera dicha: y la parte del acoſador ſe aplique a las obras pias, que a la iuſticia pareciere.* Et l. 6. ſequenti in fine, coniugato, qui concubinam habet, cum qua habitet in eadem domo, extra domum ſuæ propriæ vxoris, ſequens pœna ſtatuitur: *Y aſſi meſmo ſean la mitad de los bienes para la camara, del hombre que tuuiere muger a ley y benedicion de la ſanta madre ygleſia, y toma manceba y viue con ella iuntamente en vna caſa, y no en caſa con ſu muger.*

4 Lege autem 1. eiuſdem tit. 19. ſequens pœna ſtatuitur publicæ concubinæ clerici, religioſi, aut coniugati: *Mandamos, que qualquier muger, que fuere hallada ſer publica manceba de clerigo, o frayle, o caſado, que por la primera vez ſea cōdenada a pena de vn marco de plata, y deſtierro de vn anno de la ciudad, villa, o lugar, donde acaeciere viuir, y de ſu tierra. Y por la ſegunda uez ſea la pena de un marco de plata, y deſtierro de dos annos. Y por la tercera vez a pena de un marco de plata, y que le den cien açotes publicamente, y la deſtierren por vn anno. Y qualquier la pueda acuſar y denunciar,* (vnde hoc eſt crimen publicum in hoc regno) *Y de la pena del marco ſea la tercera parte para el acuſador, y las otras dos partes para nueſtra camara.* C *Y mandamos a los nueſtros alcaldes y iuſticias de la nueſtra corte y de todas las ciudades, villas, y lugares de nueſtros reynos, ſo pena de perder los officios, que donde quier que ſupieren o hallaren las tales mancebas de clerigos, frayles, y caſados, que les hagan pagar la dicha pena, y que ayan la tercera parte que auian de auer el acuſador ſi le vuiera. Pero queremos, que las perſonas que ſegun la diſpoſicion deſta ley pueden lleuar el marco, que no lo lleuen ni puedan lleuar ni auer, ſin que ſe execute la pena de deſtierro y açotes en los caſos que ſe le deuen dar ſegun lo ſuſo dicho. Y que el corregidor, o iuez, o alguazil, que lleuare publica o ſecretamente marcos, o parte dellos, o marauedis algunos, por razon de lo ſuſo dicho, ſin ſer ſentenciado y executado el dicho deſtierro y otras penas primero, y por la orden,* D *que dicha es, que pague por el miſmo fecho por cada vez, que le fuere probado, lo que lleuo con las ſetenas para la nueſtra camara y fiſco. y que ſea priuado del officio. Y mandamos que los pleytos, que ſobre lo contenido en eſta ley ouiere en la nueſtra corte, que los oygan y libren todos los alcaldes de corte que en ella eſtuuieren, y no los vnos ſin los otros. Y que las dichas penas no ſean executadas ſin que primero ſean iuzgadas. Y mandamos, que en el caſado amancebado ſe execute la pena, que ha de auer ſegun la diſpoſicion de la ley de Virueſca, que en eſte caſo habla,* hoc eſt, quintæ legis eiuſdem tituli. 19. paulo antea nobis relatæ. Lege 2. 3. & 4. eiuſdem tit. nonnulla alia adduntur circa comprehenſionem ac punitionem eiuſmodi concubinarum publicarum, clericorum, religioſorum, ac coniugatorum. E Et inter alia præcipitur, vt non procedatur contra concubinas, quæ coniugatæ fuerint, niſi ad accuſationem ſuorum maritorum, niſi antea fuiſſent concubinæ alicuius, qui illas cum famulo matrimonio iunxiſſet, & eas domi retineret; aut niſi mariti conſentirent ipſorum vxores concubinas alicuius eſſe: tunc enim contra concubinam & maritum eſt procedendū ad pęnam vtrique imponendā.

Quas autem pœnas incurrant in Luſitania coniugatus, qui habet publicè concubinam, & concubina illius, habetur lib. 5. ord. titu. 25. iuncta. l. 10. titu. 22. quarta parte legum extrauagantium.

Quod verò attinet ad adulteram coniugatam, & ad adulterum, qui cum ea adulterium committit, de quibus ſolis adulteris ſermo nobis deinceps erit, lege quidem veteri mortis pœna vtrique erat ſtatuta pro eo adulterio. Sic enim Leuitici 20. habetur: *Si mæchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera.* Et Deuter. 22. ſic habetur: *Si dormierit uir cum uxore alterius, uterque morietur, id eſt, adulter & adultera: & auferes malum de Iſrael.* Lapidibus verò necabantur, vt conſtat ex illo Ioan. 8. *Adducunt autem Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei; Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio: in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?* Et infra: *Qui ſine peccato eſt ueſtrum, primus in illam lapidem mittat.* 5

De iure autem communi Cæſareo, quamuis de Digeſtorum iure non tam ſeuerè punirentur, de iure tamen Codicis pęna mortis vtrique adulterorum ſtatuta fuit, vt Diſp. 46. concluſ. 2. ex l. tranſigere. C. de tranſ. ex l. quamuis. 2. in fine, ex l. caſtitati. C. ad leg. Iul. de adult. ex §. itē lex Iulia de adulterijs, inſt. de publ. iud. & ex l. 22. tit. 1. par. 7. oſtendimus, & apertius idem probatur l. 15. titu. 17. part. 7. Tametſi, vt ibidem ſubiunximus, poſtea in authentico vt nulli iud. §. ſi verò quando, & in authentica ſed hodie. C. ad leg. Iul. de adult. quibus iuribus concinunt l. 15. ti. 17. par. 7. & c. gaudemus. de conuer. cōiug. mulieribus adulteris, ob ſextus fragilitatem, mitior pœna decreta fuerit, vt ſcilicet, flagellis cæſæ, recluderentur in monaſterio in perpetuum, niſi mariti intra biēnium vellent illas repetere ad cohabitationem. Hæc affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. adulterium. num. 7. Ant. Gom. l. 80. Tauri. num. 47. & Couar. in 4. decret. par. 2. c. 7. §. 7. num. 16. & 17. Iulius autem Clarus teſtatur hodie in multis prouincijs Italiæ pœnam pecuniariam adulteris imponi, & in multis alijs mortis pœna eos non puniri: quod deplorat, principeſque carū rerūpublicarum damnat, quòd nō ſeueriſſimis legibus, quæ executioni mandentur, tantum crimen puniant.

De eodem iure communi, quando ita aduerſus adulteros agebatur criminaliter, bona omnia adulteri ad fiſcum attinebant, niſi haberet deſcendentes aut deſcēdentes vſque ad tertiū gradum, vt habetur in authentico vt nulli iud. §. ſi verò quando citato. Idem videtur dicendum ſi haberet collaterales vſque ad tertium gradum, iuxta ea quæ in materia de furto & alias ſæpe dicta ſunt. Mulieris verò adulterę bona in tres partes ęquales diuidebātur, & quidē ſi maritus intra biennium illam repetebat, tres omnes illæ partes reſtituebantur adulteræ. Si verò eam intra id biennium non repetebat, & illa filios habebat, duæ partes eorum bonorum pertinebant ad filios, & vna ad monaſterium. Si autem carebat filijs, & habebat aſcendentes, qui in culpa non fuiſſent talis adulterij, tunc vna pars eorum bonorum pertinebat ad illos, & duæ attinebant ad monaſterium. Quòd ſi deſcendentibus & aſcendentibus carebat, tunc omnes tres partes attinebant ad monaſteriū. Hæc habentur expreſsè duobus authenticis citatis. Lex tamen 15. ti. 7. par. 7. diſponit, quādo ita agitur de iure cōi criminaliter aduerſus adulteram, dotem & arrhas pertinere ad maritum: reliqua autem bona adulteræ diuidi prædicto modo explicato. Id verò conſonum non eſt authenticis citatis, nec communi doctrinæ autorum ſtando in iure communi, neque hodie habet locū in hoc regno iuxta ea, quæ mox referimus. Lege quoad hæc Couar. in 4. decr. par. 2. c. 7. §. 6. nu. 4. 6

De

7 De iure verò huius regni, tam adulter, quàm adultera, bonaque vtriuſque omnia, per ſententiam iudicis ponuntur in poteſtate mariti adulteræ, vt de adulteris ipſis & de ipſorum bonis faciat, quod ſibi placuerit, eos morte puniendo, aut alia mitiori pœna infra mortem, vel eis omnino parcendo, poteritque ſibi, aut cuicunque alteri rei, applicare omnia illorum bona, vel partem eorum, vt ſibi placuerit. Excipitur, niſi adultera vel adulter filios habuerint: nā tunc filii talis adulteræ, aut adulteri, hæreditario iure obtinent bona ſui parentis ita delinquentis. Ita habetur l. 1. titu. 7. lib. 4. fori, quæ eſt l. 1. titu. 20. lib. 8. nouæ collect. & ſic habet: *Si muger caſada hiziere adulterio, ella y el adulterador ambos ſean en poder del marido, y haga dellos lo que quiſiere, y de quanto han, aſſi que no pueda matar al vno, y dexar al otro. Pero ſi hijos derechos* (intelligerem, legitimos, aut certè, qui illis ſuccedere poſſent, aut deberent) *tubieren ambos, o el vno dellos, heredenſus bienes. Y ſi por ventura la muger no fue en culpa, y fuere forçada, na aya pena.*

Intellige tamen, maritum adulterę punire eos nō poſſe morte extraordinaria, ſed ordinaria iugulationis, tranſuerberationiſve, aut furcæ, ſi adultera, aut adulter, eius conditionis ſint, vt vltimum hoc genus mortis in eis quadret. Antonius Gom. nu. 47. citato rectè ait, ſi maritus non velit eos interficere, poſſe illos mutilare, abſcindendo eis pedes, aut manus, vel aliud membrum, argumento legis nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adult. illis verbis: *Sed qui occidere poteſt adulterum, multo magis contumelia poterit iure afficere*; & legis nō debet (21) ff. de reg. iur. cuius verba ſunt: *Non debet, cui plus licet, quod minus eſt, nō licere.* Quin & apertè hoc comprehenditur illis verbis legis relatæ; *y haga dellos lo que quiſiere:* eos ſcilicet interficiendo, vel pœnam aliam infra mortem eis irrogando; quæ tamen intellige, dummodo cum illorum ſtatu quadret.

8 Vt apertè habetur l. 1. relata, maritus adulteræ non poterit vnum eorum adulterorum interficere, & non interficere alterum; ſed aut vtrumque aut neutrū debet interficere. Intellige, ſi vterque ſuperſtes ſit, & vterque comprehendi ac obtineri poſſit, vt in vtroque pœna mortis exerceatur, id quod lex 80. Tauri, quæ eſt l. 2. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. ſatis in ſimili innuit, dum accuſationem vnius ſine alio, quando vterque eſt ſuperſtes, his verbis prohibet: *El marido no pueda accuſar de adulterio à vno de los adulteros, ſiendo viuos, mas que ambos, adultero y adultera, los aya de accuſar, o a ninguno.*

9 In hoc autem multum diſtat ius commune à iure huius regni. De iure enim communi tantum abeſt, vt teneretur accuſare vtrumque ſimul, vt ſi vtriuſque accuſationem ſimul intentaret, nulla eſſet talis accuſatio, ſed neceſſe illi eſſet, intentare iterum accuſationem incipiendo ab accuſatione vnius illorum dumtaxat, quem potius eligeret, eaque accuſatione finita, accuſare poterat alterum. Ita habetur. l. ſi maritus. 2. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult. cuius verba ſunt: *Si quis & adulterum & adulteram ſimul detulit* (ad iudicium ſcilicet eos accuſando) *nihil agit: poteritq́; quaſi neutrum detulerit, rurſus à quolibet initium facere: quia nihil agit prima delatione.* Idem habetur. l. nihil. §. vlt. eod. titu. his verbis: *Cum alterum ex adulteris elegerit maritus, alterum non antè accuſare poteſt, quam prius iudicium finiatur: quia duos ſimul ab eodē accuſari non licet. Non tamen prohibetur accuſator ſimul cum adultero, vel adultera, eum quoque accuſare, qui domum ſuam præbuit; vel conſilio fuit, vt crimen committeretur.* Idem quoque habetur l. vim paſſam, §. duos quidem. eod. ti. & l. eos. C. eod. tit. Atque in hoc crimine, ſi accuſando prius vnum adulterorū, iuxta diſpoſitionem iuris cōmunis, is abſolueretur, ſententia illius abſolutoria prodeſſet alteri, cōdemnatoria verò ſententia vnius, alteri non noceret, ſed adhuc eſſet accuſandus, admittēdaque eſſet eius defenſio antequam condemnaretur. Ita habetur l. denunciaſſet. §. vlt. ff. eod. tit. his verbis: *Si abſolutus fuerit,* (adulter ſcilicet) *mulier per eum vincet, nec vltra accuſari poteſt. Si condemnatus fuerit, mulier nō eſt condemnata ſed aget cauſam ſuam, vt fortaſſis & obtinere, vel gratia, vel iuſtitia, vel legis auxilio poſſit. Quid enim ſi adulter inimicitijs oppreſſus eſt, vel falſis argumentis, teſtibuſque ſubornatis apud prӕſidem grauatus, qui aut noluit aut non potuit prouocare: mulier verò, iudicem religioſum ſortita, pudicitiam ſuam defendet?* Atque, quòd condemnatione vnius, alter non cēſeatur condemnatus, habetur etiam l. & ſi crimine. C. eod. tit. prædictaque omnia habentur l. 9. tit. 17. par. 7. in eiſque conſentit communis doctorū ſententia, quam Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu. 72. refert ac ſequitur. Vtrum autem in hoc regno ſatis ſit accuſare ſimul & eodem tempore vtrumque adulterum, eſto accuſatio non fiat eodem libello, ſed diuerſis. Caſtillo l. 80. Tauri affirmanter reſpondet. Antonius verò Gom. nu. 72. citato, arbitratur accuſationem fieri debere in eodem libello: quoniā alioquin, inquit, reſultaret diuerſitas, & inconueniens in accuſando, procedendo, & exequendo. Ex eo etiam, quòd in hoc regno accuſari non poſſit alter adulterorum ſine alio, infert bene ibidem Anto. Gom. ex eo quòd maritus alteri adulterorum parcat, cenſeri pepercisſe etiam alteri.

Quando maritus adulteræ eos interficit propria 10
autoritate, etiam ſi illos interficiat deprehenſos in flagranti delicto, nō lucratur bona eius adulteri, aut eorum adulterorum, quos ita interfecerit, neque ea bona ſubiacent tunc ipſius diſpoſitioni, ſed ſolum quando, lata prius ſententia, adulteri iudicis autoritate conſtituuntur in poteſtate ipſius, vt de eis & de bonis ipſorum faciat, quód voluerit. Ita diſpoſitum eſt l. 82. Tauri, quæ eſt l. 5. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. & ſic habet: *El marido que matare por ſu propria autoridad a el adultero, y a la adultera, aunque los mate en flagrante delicto, y ſea iuſtamente hecha la muerte,* (hoc eſt, impunè, quia permiſſu legis, vt Diſpu. 7. dictum eſt) *no gane la dote ni los bienes del que matare: ſaluo ſi los matare, o condenare, per autoridad de nueſtra iuſticia: que en tal caſo mandamos, que ſe guarde la ley del fuero, que en eſte caſo diſpone, que es la ley primera daſte titulo.* vigeſimi ſcilicet lib. 8. nouę collect. & prima tit. 7. lib. 4. fori, ſupraque relata eſt. Quo loco obſerua, ſi vnum illorum interfecit propria autoritate in flagranti delicto, & alterum nō, quia fugit, aut ereptus eſt de manibus eius, tunc aduerſus hunc poſſe agere in foro exteriori, etiam ſi is non comparreat, & lata ſententia aduerſus illum, qua damnetur de crimine, & conſtituantur per eam ſententiam bona illius in ipſius poteſtate, poſſe tūc ad libitū ſuum de illis diſponere, atque id ſignificat verbum illud eius legis, *o condenare.* Guterrius de pract. qq. libr. 2. q. 1. nu. 23. ait, ſi adulteri non comparentes damnentur à iudice, iudexque eos banniat, poteſtatem concedendo marito, vt illos interficiat vbicunque illos repererit, tunc maritum non ſolum impunè, ſed etiā iuſtè, quin & licitè poſſe illos interficere vbicunque illos repererit, tanquam miniſtrum publicum iam tunc conſtitutum ad id ita efficiendum, modò tamē non ex odio, ſed ex zelo iuſtitiæ, atque ad proſequēdum ius ſibi publica autoritate iam cōceſſum, id efficiat. Non tamen cōſulerem, vt in eo euentu ita bannirentur, conceſſo eo iure marito adulteræ.

Qui adulterium committit cum Regina, aut 11
cum vxore principis regni hæredis, in crimen incidit læſæ maieſtatis: quin & ſi rem habeat cum filia Regis, aut principis regni hæredis, quando illę coniugatæ non ſunt, in crimen incidit læſæ maieſtatis, pœniſ-

pœniſq; pro eo crimine ſtatutis punitur, vt habetur l.1.tit.18.l.8.nouæ collect. & tractatu præcedente Diſp.658.dictũ eſt. In eadẽ lege ad finẽ ſubiũgitur: *Y qualquier que hiziere alguna coſa de las ſobredichas contra qualquier Sennor que ouieſſe con quien uiuieſſe, haria aleue conocido. Pero ſi lo mataſſe, o hirieſſe, o le prendieſſe, o le hizieſſe tuerto con ſu muger, o no le entregaſſe ſu caſtillo quando gelo demandaſſe, y traxeſſe ciudad, o villa, o caſtillo, maguer no la tuuieſſe por el, en eſtas coſas harian traycion, y ſeria por ello traydor, y mereceria muerte de traydor y perder los bienes: como quier que eſte hierro no es tan graue como la traycion que hizieſſe contra el Rey, y contra ſu ſennorio, o contra pro communal del reino: ni ſu linage ayan aquella manzilla, que auria en lo que traxeſſe a el Rey, o à el reino.* Vbi vides adulterantem cum vxore domini ſui cõmittere proditionis crimen, pænaque mortis proditoris ac confiſcationis bonorum puniri, eſto ea proditio longè minus graue crimen ſit, quàm læſæ maieſtatis humanæ, in principem aut in rempublicam.

12 In hoc regno ſolus maritus poteſt accuſare adulteros, & non alius, niſi ex præſcripto ipſius, neque poteſt accuſare vnum adulterorum ſine alio, ſi vterque ſuperſtes ſit. Neque iudex ex officio procedere poteſt aduerſus adulteros ſine mariti accuſatione. Poteſt item maritus parcere adulteris, etiam poſt latam aduerſus illos à iudice ſententiam ad accuſationem mariti, vt hæc omnia in fine Diſputatione 47. §. quoad adulterium attinet, comprobatum à nobis eſt.

13 In Luſitania, tam adulter, quàm adultera, mortis pæna puniuntur iudicis autoritate per miniſtros publicos infligenda ſeu exequenda. Quando tñ adulter fuerit *fidalgo de ſolar*, & maritus adulteræ non item, aut quando adulter fuerit *caualeiro, ou eſcudeiro*, & maritus adulteræ *piam*, non priùs ſententia mandatur exequutioni, quam certior ea de re fiat Rex, ac pronunciauerit, quid facto opus ſit: vt tamẽ adultera tunc interficiatur, id non eſt neceſſe. Quando autem adultera fugit cum adultero, aut ab adultero defertur vi; tunc, vt adulter, cuiuſcunque ſit cõditionis, interfici ob id adulterium poſſit, neceſſe non eſt facere certiorem Regem. Atque de bonis adulteri reſarciuntur damna omnia, ſi quæ in bonis ſuis externis paſſus ea de cauſa ſit maritus adulteræ. Ita habetur 5.lib.ord.tit.15.in prin.& §.1.

14 De adulterio nullus, præter maritum, accuſare adulteros poteſt in eo regno. Atque eſto, vel inquiſitionibus, vel aliqua alia ratione, iudicibus de commiſſo adulterio conſtet, niſi ſit commiſſum cum infideli aliquo, vel cum conſanguineo, aut affinitatis adulteræ, comprehendere non poſſunt eos adulteros, neque contra eos procedere, niſi querelante priùs marito, ac accuſante volente. Ita habetur ibidem.§.3. dictumque eſt in calce Diſp.47.

15 Si maritus parcat vxori adulteræ, vel ante accuſationem, vel poſt accuſationem, aut etiam poſt latam in eam mortis ſententiam, modò remiſſio ac venia fiat coram iudice eius cauſæ, & ea de re fiat inſtrumentum, in quo maritus adulteræ, iudex, ac ſcriba ſeu tabellio cauſæ ſe ſignent, continuò dimittenda eſt ea mulier omnino libera, niſi ob aliquod aliud crimen in vinculis ſit detinenda. Quando cum adulterio eſſet adiunctum aliud crimen, vt circumſtãtia inceſtus, quia adulter erat conſanguineus aut affinis talis adulteræ, aut quia adulter erat infidelis, tunc remittente ei marito adulterium, nulla pæna ei imponitur pro adulterio, punitur tamen pro ſolo inceſtu, aut fornicatione cum homine infideli. Hæc omnia habentur ibidem.§.2.

16 Quamuis in eodem regno remiſſio ac venia pręſtita à marito adulteræ non impediat, quominus idẽ

A maritus proſequi poſſit accuſationem adulteri, & quominus iudex poſtquam querela de eo adulterio data eſt à marito, etiamſi maritus proſequi accuſationem non velit, aut illi parcat, ex ſuo officio progrediatur ad eundem in commune reipublicæ bonum puniendum, nihilominus meritò eſt ſtatutum, vt eo ipſo, quòd maritus adulteræ parcit, imponi adultero nõ poſſit pæna mortis. Sed ſi maritus, poſtquam adulteræ pepercit, proſequatur accuſationem adulteri, punitur adulter pæna exilij perpetui in inſulam diui Thomæ. Si verò neque illi parcat, neque proſequi velit accuſationẽ, punitur pæna exilij decem annorum in loca Africæ. Si autem maritus illi etiam parcat, punitur idem adulter pæna exilij ſeptem annorum in ciuitatem Ceptæ. Quando tamen

B adulter ſecum detuliſſet adulteram de loco, in quo maritus eam habebat, tunc, nihil impediente quòd maritus parcat vxori adulteræ, illiq; remittat totam pænam, atque id vxori tunc proſit, adulter tamẽ punitur pæna mortis, eſto illi etiã parcat maritus adulteræ. Hæc omnia habentur ibidem.§.4.

Tertia parte legum extrauagantium tit.1.l.15.eſt 17 ſancitum: Si maritus, qui vxorem de adulterio accuſabat, moriatur ante litem conteſtatam, non extingui accuſationem, ſed miniſtros publicos in ea procedere vſque ad vltimam definitiuam ſententiam, quando nullus loco defuncti manet, ad quem pertineat eam accuſationem proſequi. Si tamen maritus, poſt conteſtatam litem, in alium locum diſcedat, iudicibuſque de vita illius conſtet, tunc dimittendam

C eſſe eam mulierem liberam, reſeruato iure marito cauſam proſequi quocunque tempore vellet. Hæc ibi.

De eodem Luſitano iure, quando aduerſus adulteram proceditur criminaliter, illaque mortis pæna condemnatur, tunc, ſi ea adultera habebat filios, vel ex eo matrimonio, vel ex alio priori, aut deſcendentes alios ex filiis legitimis, vel habebat alios filios aut deſcendentes illegitimos, qui, iuxta ea quæ tractatu præcedente, dum ſermo erat de ſucceſſione filiorum illegitimorum, ſunt dicta, illi ſuccedere in eo regno poſſent, bona omnia illius pertinent ad eos filios aut deſcendentes, & non ad maritum. Si autem non habebat tales filios aut deſcendentes, bona ipſius omnia pertinent ad maritum. Si autem dũ ad-

D uerſus eam proceditur criminaliter, non condemnetur pæna mortis, ſed alia infra mortem, tunc bona omnia ipſius ad ipſam, & non ad maritũ, pertinent. Quòd ſi maritus vxorem de adulterio in eo regno accuſet, deficiatque in probatione, tunc, ſi vxor fuerat cõfeſſa, ſe eſſe legitimam illius vxorem, maritus amittit omnia bona ſua, & iura, quæ tunc habebat, vxori, ſi non habeat filios aut deſcendẽtes, qui ei de iure eius regni poſſint ſuccedere. Si enim tales filios aut deſcendentes habeat, maritus retinet omnia ea bona, in quibus illi ſuccedant. Si autem mulier abſoluatur, quia non probatur eſſe legitimam eius viri vxorem, tunc bona eius viri non pertinent ad eam mulierem. Hæc omnia habentur lib.5.ord.tit.

E 15.§.5.& 6.

In eodem regno maritus lucratur etiam omnia bonam vxoris, quando illam vnà cum adultero interficit repertos in flagranti delicto, non ſecus atque quando autoritate publica propter id crimen damnatur ad mortem. Non tamen credo, quicquã lucraretur, ſi ipſe eſſet *piam*, & adulter eſſet *fidalguo de ſolar ou deſembargador Regis, ou peſſoa de mayor qualidade*, eſto vna cum adultero eam interficeret repertos in flagranti delicto: quoniam non impunè poteſt in eo regno interficere tunc homines adulteros eius qualitatis, vt habetur.5.lib.ord.tit.16.in pr. In eo etiam regno licèt impunè interficere adulteros non repertos in flagranti delicto, modò poſtea

probet

A probet legitimè adulterium, atque etiamſi ſeorſim vxorem interficiat. Cæterum tunc ſolum lucratur medietatem bonorum ſuperlucratorum,quæ ad illam attinere debebat,non verò dotem neq; alia bona paraphernalia vxoris,habetque id locum, etiam ſi matrimonium in eo regno celebratum fuiſſet contractu medietatis bonorum. Hæc habentur tit.16.citato.§.1.& 2. Meo autem iudicio, quando maritus piam interfeciſſet vxorem,quam probaret fuiſſe adulteram cum aliquo ex illis ſuprà commemoratis altioris qualitatis, ſiue illam interficeret in flagranti delicto,ſiue poſtea, lucraretur medietatem bonorũ ſuperlucratorũ,quæ ad illam attinere debebat: quoniam,iuxta iura eius regni,licitè,hoc eſt impunè,illã interficeret,ſiue ſimul interficeret illos alios nõ impunè,ſiue eos non interficeret. B

Quando in eodem regno maritus accuſat vxorẽ, aut adulterum,de adulterio,& negatur ipſum contraxiſſe cum illa matrimonium, eſto maritus teſtes non producat, qui teſtificẽtur ſe audiuiſſe verba de præſenti,quibus matrimonium contraxerunt,ſi maritus probet,ipſum & vxorem acceſſiſſe ad eccleſiã ad parochum,aut ad alium ſacerdotẽ loco illius,coram quo matrimonium celebraretur,rediiſſeque tã quam coniugatos, atq; ſpatio anni vnius in eadẽ domo vixiſſe tanquã coniugatos,ea habetur ſufficiens probatio matrimonii,vt condemnentur pœnis adulterorum. Ita habetur tit.15.citato.§.pen.

De iure eiuſdem regni, ſi maritus accuſauit vxorem ſuam de adulterio cum aliquo in particulari,& quòd maritus non probauerit ſufficiẽter adulteriũ, C illa fuit abſoluta,& poſt mortem mariti illa illi alteri nupſerit,aut cum eo fuerit fornicata,ambo puniũtur morte, omniaque ſua bona amittunt hæredibus mariti defuncti,ſi accuſare eos voluerint: modò ea mulier non habeat filios aut deſcendentes: nam tũc hi hæreditabunt ea bona. Quòd ſi hæredes mariti defuncti noluerint eos accuſare, poterit quiuis de populo eos accuſare, atque tunc dimidium eorum bonorum vtriuſque, quæ hæredes defuncti obtinere deberent,ſi accuſarent,pertinet ad accuſantem, & dimidium alterum pertinet ad fiſcum Regis. Hæc habentur 5.lib.ord.tit.17.§.vlt.

Obſerua autem id ortum habuiſſe ex diſpoſitione iuris communis,l.ſi qui adulterii.Co. ad leg.Iul. de adult.l.11.tit.17.par.7.& l.12.tit.14 par.3. D quibus in iuribus habetur, quòd ſi aliqui accuſati ſunt de adulterio,& vel omnino abſoluti ſunt, vel abſoluti ſunt ab eo iudicio,eo quòd allegauerint eſſe conſanguineos,credendumque non eſſet,id facinus cõmiſiſſe: tunc,ſi poſt mortem mariti adulteræ cõtrahant matrimonium,aut (vt lex 12.citata addit,& cõſentit ordinatio Luſitana) cum illo inhoneſtè viuere deprehendatur,illa eſt præſumptio iuris & de iure,quòd antea commiſerint adulterium, puniríque ob illud debent. Atque cum viuens maritus intentauerit accuſationem,& ob defectum probationis illi fuerint abſoluti, videtur in hoc regno admittenda accuſatio hæredum.

E

DISPVT. 90.

Quando ob adulterium vxoris agitur ciuiliter ad diuortium, torique ſeparationem, quæ bona adulteræ marito adiudicentur.

SVMMARIVM.

1 *Vir & vxor licèt pares ſint iure diuino,vt ſi vnus alteri fidem fregerit, adulterium aduerſus eum committendo, innocens non teneatur debitum illi deinceps reddere,idque propria ſua autoritate, eo quod adulter eo ipſo,vt ſibi reddatur, amiſerit, poſſitque quo ad habitationem ab eo etiam recedere,& facere diuortium.*

2 *Si maritus agat ſolùm ciuiliter aduerſus ſuam vxorem adulteram ad diuortium & ſeparationem cohabitationis,ea vxor amittit dotem marito,& omnia bona: ſecundùm leges.*

3 *Adultera in hoc præſenti euentu amittit dotem marito, & inſuper tertiam partem quantitatis dotis de aliis ſuis bonis, ſi quæ alia bona vltra dotem habebat,atque ſi quid remanet,ad vxorem attinet,idque quod maritus ita ex delicto vxoris lucratur, attinet poſt mortem mariti ad filios eiuſdem vxoris,ſi quis ex eo matrimonio habebat, tanquam legitimos ex ea morte, atque adeò perinde ad eos tunc pertinet,atque ſi matri ab inteſtato ſuccederent in ea tota portione bonorum.*

4 *Idem ius valet in Luſitania & Hiſpania: quando autem in Luſitania matrimonium fuerit celebratum, contractu medietatis bonorum tunc, cum ratione dotis id ſolum habeat,quod marito à principio celebrationis matrimonii promittitur cum vxore, ſanè id ſolum amittet adultera tanquam dotem.*

5 *In Hiſpania,quando aduerſus adulteram agitur ciuiliter ad diuortium,non amittit marito, hæredibuſq; mariti,partem bonorum ſuperlucratorum,ſed ſi nõ habuerit vltra dotem alia bona, vnde inſuper marito ſoluatur tertia pars valoris, ex eis bonis id ei ſoluetur. Idem ius eſto viduæ, dummodo luxurioſè non viuat, licèt bis aut ter fornicetur intra annum luctus mariti.*

6 *Quando ciuiliter agitur ad diuortium,adultera amittit marito etiam arrhas,ſibi in Hiſpania vel Luſitania à marito promiſſas.*

7 *Maritus tenetur alere uxorem, à qua diuortiũ fecit, non tamen tenetur tam ſplendida alimenta ſubminiſtrare,ac ſi non peccaſſet,neque eſſet punita amiſſione dotis,aut etiam inſuper partis bonorũ paraphernalium, atque ſi in pœnam non eſſet factum legitimum matrimonium.*

8 *Quando agitur ciuiliter de adulterio ad diuortium, & conſequenter ut amittat dotem, & inſuper tertiam partem ualoris dotis ex aliis uxoris bonis, ſi quæ alia bona uxor habebat, tunc agendum eſt coram iudice eccleſiaſtico, ad quem pertinet diuortiũ concedere aut negare: non uerò eſt agendum coram iudice ſæculari, ad quem ut non ſpectat diuortium concedere, ita neque ad eum attinet iudicare de pœnis, quæ incidenter & per conſequentiam ſunt uni coniugum imponendæ,& alteri iuris diſpoſitione applicandæ.*

9 *Crimen adulterii eſt mixti fori,ita ut quoſcunq; adulteros,etiamſi laici & coniugati non ſint, punire poſſit indifferenter iudex eccleſiaſticus,& ſæcularis.*

10 *Si uxor uiuente marito adulterium commiſit, hæredes mariti, mortuo marito, agere poſſunt ciuiliter aduerſus eam ad dotem, & ad quantitatem tertiæ partis ualoris dotis ex aliis bonis adulteræ, præſertim ſi maritus dum uiueret eam actionem ciuilem aduerſus illam intentauit.*

Licet pares ſint uir & vxor iure diuino, vt ſi vnus alteri fidem fregerit, adulteriũ aduerſus eum committendo,innocens non teneatur debitũ illi deinceps reddere, idq; ꝓpria ſua autoritate,eo ꝗ adulter eo ipſo ius, vt ſibi reddatur, amiſerit, poſſitq; ab eo quo ad habitationẽ etiã recedere, diuortium ab illo efficiendo, vt Chriſtus Matt.5.& 19.& Marci 10.docuit, idque iudicio ac ſententia eccleſiæ,maximè ſi adulterium alterius notorium non ſit, quia tamen lõgè grauius eſt crimen adulte- 1

adulterij vxoris, quàm mariti, & ex quo grauiora mala ac damna nata ſunt oriri, quàm ex mariti adulterio, vt diſputatione præcedẽte dictum eſt; inde eſt effectum, vt iure humano, licèt nulla pœna reperiatur impoſita marito, (præter amiſſionis vxori donationis ante nuptias, aut propter nuptias, de qua infra erit ſermo, quæque, vt dicemus, locum non habet in his Hiſpaniarum regnis) quem vxor, agendo ciuiliter aduerſus illum ad diuortium ac ſeparationem, de adulterio conuincit: vxori tamen, quam maritus de adulterio conuincit, agendo ſimiliter aduerſus illam ciuiliter ad diuortium ac ſeparationem, pœna ſit ſtatuta: eaque hoc loco eſt explicanda, qualis ac quanta ſit.

2 Si maritus agat ſolùm ciuiliter aduerſus ſuam vxorem adulteram ad diuortium ac ſeparationem cohabitationis, conueniunt omnes, eam vxorem amittere dotem marito, iuxta l. conſenſu. §. virum etiam. C. de repudijs. l. cùm mulier. ff. ſolut. matr. & c. plerumque, de donat. inter vir. & vxor. Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu. 47. Iulius Clar. 5. lib. ſent. §. adulterium, nu. 12. & 15. communiorque doctorum ſententia affirmat, adulteram tunc, nõ ſolum dotem, ſed etiam omnia bona ſua amittere marito. Anto. Gom. ducitur. l. conſenſu. §. virum etiam, citato. Alij verò ducuntur c. plerumque citato, quo in loco Clemẽs tertius ait, mulierem amittere dotem vel dotalitiũ, nomine verò dotalitij intelligunt hi autores paraphernalia bona, arrhas, & quæcunque alia vxoris bona. Panor. verò & alij c. plerunque citato, negant nomine dotalitij intelligẽda eſſe bona paraphernalia. In eandem ſententiam propendet Couar. in 4. decret. part. 2. c. 7. §. 6. nu. 2. Atque in editione Cæſar auguſtana confitetur cum Emmanuele Acoſta. ca. ſi pater. part. 1. verb. legauit. nu. 46. legem 4. titu. 4. lib. 5. ordinam. quæ eſt l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. de qua infrà erit ſermo, non confirmare communiorem doctorum ſententiam, in cuius tamẽ confirmationem Couar. illam adduxerat, in eoque ipſum redarguerat Emmanuel Acoſta, nu. 46. citato, profiteturque ibi Couar. ſe à communi doctorum ſententia in prima editione non receſſiſſe, ductum authentico vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas, verſ. ſi de adulterio, quo, aduerſus communem opinionẽ, Panormitani ſententiam confirmauit. In eo enim verſiculo diſponitur, probante marito adulterium vxoris, facere ab illa poſſe diuortium, atque tunc lucrari dotem vxoris, & donationem ante nuptias (quæ duo etiam diſpoſuerat lex conſenſu. §. virum etiam, citato) & inſuper, ſi adultera habebat alia bona, maritum ex eis lucrari vſque ad quantitatem tertiæ partis dotis. Quod non quadrat cum ea ſententia, quæ affirmat, adulteram in eo euentu omnia vniuerſim ſua bona amittere marito. Quid autem nomine donationum ante nuptias ſeu propter nuptias intelligeretur de iure communi, diximus tractatu præcedente in calce Diſputationis 290. & Diſputat. 431. & quòd ea donatio pertineret quoad dominium ad vxorem toto tempore, quo matrimonium perſeuerabat, quoad fructus verò & adminiſtrationem attineret ad maritum, & quòd diſſoluto matrimonio regrederetur integre ad maritum, aut ad hæredes mariti. Quia ergo donatio illa conſtante matrimonio ad vxorem quo ad dominium attinebat, per adulterium in pœnam illam amittebat vxor quo ad id dominium, ſimulque amittebat dotem, & inſuper, ſi ea mulier paraphernalia bona habebat, amittebat ex illis marito vſque ad quantitatem tertiæ partis dotis. Hodie verò, quia in his regnis in vſu nõ eſt ea donatio, ante nuptias, aut propter nuptias, vt diſputationibus citatis dictum eſt, locum etiam in eiſdem regnis nõ habet, adulteram eam donationem amittere, maritumque eandem donationem lu-

A crari. Sicut neque etiam in eiſdem regnis habet locum propter eandem rationem pœna illa, quæ in eodem verſiculo imponitur adultero coniugato, vt ſcilicet vxori amittat donationem propter nuptias, ſeu ante nuptias, ita vt deinceps pleno iure attineat ad vxorem, & recuperata ſua dote, nunquam teneatur illam reſtituere marito, neque hæredibus mariti. In eodem verſiculo ſi de adulterio, & l. conſenſu, §. ſi verò filio, additur, ſi ea adultera filios habeat ex eodem matrimonio, poſt mortem mariti, dotem, & quod inſuper maritus de bonis alijs vxoris vſq; ad tertiam dotis partem accepit, attinere ad filios illos tanquam legitimam portionem matris.

3 His ita propoſitis ac explanatis, dicendum arbitror: Adulteram in euentu, de quo diſputamus, amittere dotem marito, & inſuper tertiam partem quan- B titatis dotis de alijs ſuis bonis, ſi quæ alia bona vltra dotem habeat: atq; ſi quid remaneat, ad vxorem attinere: idque, quod maritus ita ex delicto vxoris lucratur, attinere poſt mortem mariti ad filios eiuſdẽ vxoris, ſi quos ex eo matrimonio habebat, tanquam legitimos ex ea morte, atq; adeò perinde ad eos pertinere tunc, atque ſi matri ab inteſtato ſuccederent in ea tota portione bonorum. Ducor, quoniã quicquid antea lege conſenſu citata, fuiſſet ſancitum, id poſtea fuit correctum & auctum authentico illo citato, ex legeque conſenſu ſolùm ex adultera, præter donationem ante nuptias, amittebat marito dotem. Ducor item, quoniam Clemens tertius. c. nuper citato, dicẽdo adulteram amittere dotem vel dotalitiũ, C (aut, vt alia litera habet, ſeu dotalitium) apertè non eſt loquutus de illis tanquam de diuerſis, quæ ſimul ea adultera amitteret; cùm dictio, vel, non ſit copulatiua, ſed diſiunctiua, & interdum ſumatur expoſitiuè, vt ſit idem, quod, ſeu, expoſitiuè ſumptum: dictio enim, ſeu, interdum ſumitur diſiunctiuè, vt idẽ ſignificet, quod, vel; & interdũ expoſitiuè, quaſi addens ſynonymum, idẽmve poliens: atq; expoſitiuè ſumitur in eo textu, ſiue legas, ſeu dotalitium, ſiue legas, vel dotalitium: dotalitium enim à dote eſt deriuatum, & ſignificat datum in dotem, ſeu attinẽs ad dotem: vnde dos & dotalitium in eo textu idẽ ſunt: neque eſt vlla apparentia, quòd ſignificet bona paraphernalia, ſeu quæ ſunt extra dotem, proprietate ac vi vocabuli. Neque ſanè Clemens tertius eo in ca- D pite mutare intendit diſpoſitionem iuris ciuilis circa pœnas in eo euentu iure ciuili ſtatutas, in quo nuſlibi fuit expreſſum, quòd adultera aliud tunc amitteret marito, quam donationem ante nuptias, dotem, & vſque ad tertiam dotis partem ex alijs ſuis bonis, ſi quæ adultera habebat. Quia tamen Clemens tertius ſolùm fuerat conſultus, num adultera illa, facto diuortio ob eam fornicationis cauſam, repetere poſſet dotem a marito, reſpondit, non poſſe illam repetere. Concinit gloſſa 1. c. 1. vt lite non conteſtata.

4 Cum nihil in hoc regno, neque in Luſitania, ſit contra diſpoſitionem hanc iuris communis ſancitum, dicendum eſt, in his regnis adulteram, quando ita agitur ciuiliter aduerſus illam ad diuortiũ, ami- E ttere marito dotem, & ex bonis paraphernalibus, ſi quæ habeat, amittere inſuper vſque ad tertiam partem valoris dotis. Quando autem in Luſitania matrimonium fuerit celebratum contractu medietatis bonorum, tunc, cum ratione dotis id ſolum habeat, quod marito à principio celebrationis matrimonij promittitur cum vxore, ſanè id ſolum amittet adultera tanquam dotem: atq; ſi eadem adultera habuerit alia bona paraphernalia, quæ cum dote facta fuerint communia vtrique coniugi eo ipſo, quòd matrimonium fuerit conſummatum per copulam, inde etiam amittet tertiam partem. Arbitror tamẽ, ſi adeò imminuta fuiſſent bona, vt tempore diuortij ſola dos, aut minus dote, comperiretur, attinere ad me-

dietatem

dietatem vxoris, eam totam medietatem amitteret tanquam dotem ipſius, eſto in progreſſu matrimonij aduenisſét vxori multa paraphernalia bona, quæ inuenirentur conſumpta. Niſi dicas, ex quadã æquitate, per epicheiam, diuidendam eſſe tunc eam medietatem in duas partes iuxta proportionem dotis ad bona paraphernalia, atque amittere partem, quæ doti reſpondet, & ex altera parte, quæ reſpondet bonis paraphernalibus, amittere ex ea portione vſque ad tertiam partem valoris dotis. Neque ſanè repugnarem, cum diſpoſitio iuris communis ita proportionabiliter, non ſine magna æquitate, accommodetur ei matrimonio Luſitano, de quo nulla eſt mẽtio in iure communi. Neque mihi obijcias, quæ in calce diſputationis præcedentis relata ſunt de diſpoſitione eius regni circa amiſſionem adulteræ bonorum ſuperlucratorum marito. Quoniam illa non ſunt diſpoſita, quando maritus procedit ciuiliter ad diuortium, vt modo loquimur, ſed ſolum quando interficit licitè, (hoc eſt impunè) vxorem non interficiendo, vtrumque in flagranti delicto repertos, actioque eſt criminalis. Vnde in eo regno non arbitror marito adiudicari partem bonorum ſuperlucratorum, quando agit ciuiliter ad diuortium: quoniam non reperio id in eo regno diſpoſitum.

5 Vtrùm autem adultera in hoc regno in euẽtu, de quo diſputamus, amittat etiam marito, hæredibusq; mariti, partem bonorum ſuperlucratorum. Couar. num. 2. citato affirmanter reſpondere videtur, dum ſic ait: *Sed cõmuni opinioni accedit, quòd acquiſita matrimonio conſtante, quæ regio iure communia ſunt uiro & uxori, amittit ipſa uxor propter adulterium.* l. 4. tit. 4. lib. 5. ord. regia lex. 5. tit. 9. lib. 5. recopil. Ioan. Lupi. in repit. rub. de don. inter vir. & vxor. §. 20. col. 1. Hæc ille. Contrarium tamen arbitror affirmãdum ſolumque in hoc regno, ſi talis adultera non habuerit vltra dotem alia bona vnde inſuper marito ſoluatur tertia pars valoris dotis, ex eis bonis id ei ſoluetur. Ducor, quoniam lex illa 4. quæ eſt l. 5. titul. 9. lib. 5. nouæ collect. non loquitur de adultera, ſed de vidua, quæ non vnum aut aut alterum fornicationis actum committit, ſed quæ luxurioſè viuit, vt tractatu præcedente in calce Diſput. 434. copioſè dictum eſt. Sic enim ea lex ad finem habet. *Y otro ſi mando y ordeno, que ſi la muger fincare biuda, y ſiendo biuda uiuere luxurioſamente, que pierda los bienes, que uuo por razon de ſu mitad de los bienes, que fueron ganados, y meiorados por ſu marido y por ella, durante el matrimonio entre ellos, y ſean bueltos los tales bienes à los herederos de ſu marido defunto, en cuya compannia fueron ganados.* Lex enim iſta pænalis eſt, quæ in pænam, ac proinde poſt latam ſententiam, vt diſputatione citata dictum eſt, aufert à vidua partem illam ſuam bonorum ſuperlucratorum, quæ verè ipſius erant quo ad dominium ac poſſeſſionem, ad ipſamque deuenerant titulo oneroſo, vi ſocietatis bonorum initæ cum marito, & non titulo lucratiuo ex mariti liberalitate, tametſi induſtria mariti, & ſua, & inſuper capitalia vtriuſq, ad ea comparanda regulariter sũt cooperata, lex autem pænalis non eſt extendenda à caſu expreſſo ex paritate, aut maioritate rationis, ad caſum non expreſſum: quare cùm in hoc regno nõ reperiatur ea pæna ſtatuta coniugatæ pro adulterio, conſequens profectò eſt, vt in euentu, de quo diſputamus, ea pæna locum non habeat, etiam ſi coniugata conſtante matrimonio luxurioſè vixerit, (quam maritus coercere ac punire faciendo ob ea diuortiũ potuit) nedum ſi vnum aut alterum adulterium cõmiſerit. Neque item in vidua ea pęna locum habebit, etiam ſi intra annum luctus à morte mariti bis aut ter fornicationem committat, dummodo luxurioſè non viuat, vt rectè Emmanuel Acoſta ca. ſi pater. par. 1. verb. legauit à n. 32. probat. Licèt enim, ſi

A ea vidua intra annum luctus fornicetur, amittat in pænam legatum, & ſi quid aliud à marito ſit ei relictum, vt conſtat ex authentico de reſtitutionibus & ea quæ parit. §. vlt. iuncta. l. 1. & 2. C. de ſecund. nup. & ex l. 3. tit. 12. par. 4. neque id ſit correctum ca. vlt. de ſecund. nup. ſecùs autem ſi fornicetur extra annum luctus, vt rectè probat Acoſta vbi ſuprà, non tamen amittit in hoc regno partem lucrorum, quæ ad ipſam oneroſo titulo deuenerunt: quia id non reperitur in hoc regno diſpoſitum. Multo autẽ minus vidua, etiam ſi luxurioſè viuat extra annum aut intra annum luctus, nedum ſi vnam aut alteram fornicationem committat, amittit dotẽ, quicquid multi, quos Couar. in 4. decret. part. 2. cap. 7. §. 6. à num. 10. refert, in contrarium dixerint, & in quorum ſententiam ex parte ante Cęſarauguſtanam editionem propendeat: in ea verò Cæſarauguſtana editione contrarium meritò affirmat cum Pinel. de bon. mater. leg. 4. nu. 9. cum Acoſta vbi ſuprà nu. 44. & cum pleriſque alijs, quos hi autores citant, ſentit Anton. Gom. l. 80. Tauri, nu. 70. Etenim nullibi diſpoſitũ inuenitur, quòd vidua luxurioſè viuens amittat dotem. Neque valet argumentum in hoc regno à medietate lucrorum, quæ interueniente induſtria mariti comparata ſunt ad dotem, quę proprium bonum omnino eſt vxoris. Neque refert ſi quis obijciat, viduam, dum non tranſit ad ſecundas nuptias, cenſeri perſeuerare in priori matrimonio, gaudereq; priuilegijs, quibus ante gaudebat ratione viri, illiuſque nobilitate, donec tranſeat ad ſecundas nuptias: ſicut etiam maritus, amiſſa coniuge, cenſetur perſeuerare in eodem matrimonio, donec ad alias tranſeat nuptias, vt hæc omnia conſtant ex l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. ex l. quoties. C. de priuilegijs ſcholaſticorum, lib. 12. ex l. filij. §. vidua, iuncta gloſſa ibi verb. domicilium. ff. ad municipes. l. vlt. C. de incol. lib. 10. ex l. cum te. C. de nupt. ex authentico de nuptijs. §. non tamen, & ex multis alijs iuribus, affirmatque communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Anton. Gom. num. 70. citato, & Arias Pinel. iuxta textum ibi. l. 4. C. de bon. mater. num. 4. Non, inquam, refert, ſi quis hoc obijciat ad probandum, quòd etiam dotem amittat, ſi fornicetur, eo quòd perſeuerare adhuc cenſeatur præcedẽs matrimonium, vt multi, quos duo autores citati referunt, ex eo fundamento aſſeruerunt. Etenim non valet argumentum, quòd ſi ad priuilegia & dignitatem cenſetur perſeuerare antecedens matrimoniũ, cenſeatur etiam perſeuerare ad pænas & odia, quæ ſunt reſtringenda, neque extendenda ad ea ſunt, ad quæ in iure non reperiuntur extenſa.

Vtrum autem, qñ ciuiliter agitur ad diuortium, adultera amittat etiã marito arrhas ſibi, in hoc aut in Luſitanię regno, à marito promiſſas. Quamuis de hac re nihil de iure cõi ſit diſpoſitũ, eo quòd arrhæ eiuſmodi incognitæ de iure cõi fuerint, neq; itẽ diſpoſitum de iure huius regni aut Luſitani quicquã reperiam, mihi eſt veriſimile, eas amittere. Tũ quia, vt tractatu præced. Diſput. 431. dictum eſt, arrhæ in his regnis donationi propter nuptias ſucceſſerunt: adultera autem de iure cõi in euentu, de quo diſputamus, donationẽ pp nuptias amittebat, ẽt ſi pactũ interueniſſet de ea lucranda per mortem mariti, vt conſtat ex l. conſenſu, & in authentico, vt liceat matri & auię, citatis, neq; ſanè quicquã arrhę Hiſpanæ differunt à donatione pp nuptias interueniente pacto illo, quin potiùs talis donatio pp nuptias arctior erat, q̃ arrhæ, ſi quidem vxor ſtatim contracto matrimonio cõparabat dominium eius donationis, arrharum verò dominiũ non comparat, niſi diſſoluto oĩno matrimonio. Tũ ẽt quoniã indigna eſt adultera, cui maritus eã promiſſionem adimpleat, quippe quæ cum tanto mariti dedecore, iniuria, ac damno, 6

fidem

fidem ei non ſeruauit,tacitamque videtur habere ea promiſſio conditionem,ſi tu fidem in matrimonio, cuius intuitu hoc tibi promitto, mihi ſerues: neque ſanè mẽs diſpoſitionis iuris ciuilis eſt, vt quicquam illa accipiat de bonis à marito matrimonij intuitu promiſſis, quæ & inſuper dotem amittere, & tertiã partem valoris dotis de alijs ſuis paraphernalibus bonis,in pœnam ſoluere marito cogitur.

7 Vtrùm autem maritus alere teneatur vxorem adulteram, à qua ita diuortium ob adulterium fecit. Communis doctorum ſententia, quam Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. adulterium.nu. 17.refert ac ſequitur,affirmanter reſpondet. Quoniam licèt ob adulteriũ poſſit ab ea facere diuortium; non tamen deſinit idcirco eſſe eius legitima vxor, quouſque morte alterius ipſorum matrimonium diſſoluatur. Non tamen arbitror teneri illi præſtare tam magna ac ſplendida alimẽta,ac ſi non peccaſſet,neque eſſet punita amiſſione dotis,aut etiam inſuper partis bonorum paraphernalium,atque ſi in pœnam non eſſet factum legitimum id diuortium. Neque enim iam tunc tenetur illam alere ob dotem, quam ſuo delicto amiſit, vt antea ob dotem alere eam tenebatur: neque, quæ ita deliquit,iuſteque punita eſt,aliquo modo debet, quo ſi dotem haberet,nec ob ſuum delictum iuſtè eſſet eo modo punita; quin potiùs recta ratio poſtulat,vt in eo etiam patiatur ob ſuum delictum,in pœnam ve iuſtam. Quare ad ſummum arbitror maritum cogendum,vt tribuat illi tenuia ſufficientia alimenta, attenta qualitate ac conditione talis adulteræ,quibus vitam tranſigat, quando illa ea alimenta habere commodè non poterit ex ſuo labore & induſtria, ex alijſque ſuis paraphernalibus bonis. Dixi, ad ſummum poſſe maritum ad id cogi: quoniam nõ eſt mihi certa communis illa opinio, quam Iulius Clarus refert ac ſequitur, ſed valde dubia, quin & falſam eam eſſe cenſeo. Maritus enim quando non abſq; dote vxorem ſua libera voluntate accepit,non quia maritus tenetur illam alere, ſed ratione dotis; eaque de cauſa,ſi dos ſibi promiſſa ei non ſoluatur, nõ tenetur illam alere, vt cum communi doctorum ſententia tractatu præcedente Diſput.425. oſtendimus: quare eo ipſo,quòd, facto diuortio ob adulterium vxoris,vxor dotem marito in pœnam ſui delicti amittit, non tenetur maritus illam alere magis, quam quicunque alius extraneus, eſto matrimonij vinculum non ſit diſſolutum:quoniam non quia maritus præcisè tenebatur illam alere, ſed ratione dotis,quam iam vxor non habet, ſed ſuo delicto marito illam amiſit.

8 Quando agitur ciuiliter de adulterio ad diuortium, ſiue vxor ad id agat aduerſus virum ob viri adulterium, & in conſequentiam vt ſibi adiudicetur donatio propter nuptias in locis, in quibus ſunt adhuc in vſu iuxta commune ius; ſiue vir ad diuortiũ agat aduerſus vxorem ob vxoris adulterium, & in conſequẽtiam vt amittat dotem, & inſuper tertiam partẽ valoris dotis ex alijs vxoris bonis, ſi quæ alia bona vxor habeat; tunc agendum eſt coram iudice eccleſiaſtico,ad quem pertinet cognoſcere de cauſa ſufficiente ad diuortium,diuortiumque matrimonii concedere aut negare,atque incidenter,& in conſequentiam diuortij ob fornicationem,adiudicare pœnas ciuiles alteri coniugi innocenti, iuris diſpoſitione adultero aut adulteræ ſtatutas:non verò eſt agendum coram iudice ſeculari, ad quem vt non ſpectat diuortium concedere, ſuppoſito matrimonij ſacramento,quod eſt in eccleſia Chriſtiana, ita neque ad eum attinet iudicare de pœnis,quæ incidẽter & per conſequentiam ſunt vni coniugum imponendæ, & alteri iuris diſpoſitione applicandæ. Ita quicquid quidam in contrarium ſenſerint, affirmat communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequũtur

A Couar.in 4.decret.par.2.cap.7.§.6.num.8. Anton. Gom.in l.80.Tauri.n.47.& Iul.Clar.5.lib.ſent.§. vlt.q.37.n.3. eſtque in Hiſpanijs receptum in praxi,conſentiunt.c.tuæ,& c.accedens.de procurator. ac c.plerumque.de donat.inter.vir.& vxor.atq; eſt expreſsè diſpoſitum l.2.tit.9.par.4.

Vtrum autem crimen adulterii ſit mixti fori, ita vt quoſcunque adulteros, etiam ſi laici & coniugati non ſint, punire poſſit indifferenter iudex eccleſiaſticus & ſæcularis. Communior doctorum ſentẽtia, quam referunt ac ſequuntur Couar.c.7.citato.§.7, num.20.& Iulius Clar.q.37.citata.num.3.affirmãter reſpondet. Eam confirmat Couar.ex.c.intellexi mus,de adult. vbi iudex eccleſiaſticus ob adulteriũ excommunicauit adulteram & adulterum laicos. 9

B Item ex c.conſuluit.1. de appel. vbi ſummus Pontifex ait,ſi notorium ſit, aliquem vxorem alterius detinere,aut manus violentas in clericum iniecisſe, admittendam non eſſe eius appellationem.ex ca. 1. de offic.iud.ord.vbi habetur. *Habeant igitur Epiſcopi ſingularum urbium in ſuis diæceſibus liberam poteſtatem adulteria & ſcelera inquirere, ulciſci, & iudicare.* Arbitror tamen crimen adulterij,ſimpliciſque concubinatus laici, crimen eſſe ſecundum ſe ſeculare, ad ſolum tribunal ſeculare ex ſe attinens, vt puniatur, ſi ciuilibus legibus ſancitum ſit vt puniatur & quatenus ſancitum ſit vt in eo tribunali puniatur. Ad forum verò eccleſiaſticum ſolùm ſpectare illud punire per correctionem fraternam ſeu paternam Epiſcopi, aut per mediam inter correctionem fra-
C ternam & iudicialem,de qua eſt ſermo. c. nouit. de iudiciis, quando in præiudicium alicuius continuaret peccatum, atque ad petitionem illius coerceretur ac compelleretur deſiſtere à peccato & iniuria illi illata, impoſita etiã illi aliqua pœna ſalutari ac medicinali ad illius coërctionem, atque in aliorum exẽplum, vt mores boni in eccleſia conſeruentur, de quibus correctionibus ſermo erit tractatu 5. & in materia de correctione fraterna. Crimen enim illud merè eſt ſeculare,nihil admixtum habens de crimine eccleſiaſtico,ſicut furtum,continuatioque peccati furti, non reſtituendo in alterius iniuriam, quod crimen per cenſuras compeſcunt Epiſcopi,quando eſt occultum,nec ſeculares iudices illud compeſcũt, aut compeſcere poſſunt,eo quòd occultum ſit: idẽ-
D que efficere poſſunt,ac debent,& tenentur, circa adulteria & concubinatus,quando perſeuerant,neq; iudices ſeculares ea ceſſare curant ac efficiunt. Neque ſanè plus probant iura,quæ Couar.in confirmationem ſuæ ſententiæ citat. Capite enim intelleximus de adulterijs,iudex ille eccleſiaſticus excommunicauit adulteros illos,non quidem in pœnam adulterij,quaſi ea ſit pœna iure canonico pro eo crimine ſtatuta,vt malè affirmat Iulius Clarus.5.lib.ſent.§. adulterium.num.7.id probans ex cap. intelleximus citato: neque enim talis pœna adulterii eſt ſtatuta in iure,quaſi illam incurrant eo ipſo, quòd adulterium cõmiſerint,aut quaſi excõicari poſſint eo ipſo, quòd conſtiterit illos adulterium commiſiſſe, ne-
E que id in eo capite innuitur, aut ex eo capite intelligitur: ſed excommunicauit illos, quòd cum admoniti prius ab illo eſſent, vt ceſſarent ab eo peccato, vt ex paſtorali officio id efficere tenebatur, tam in illo,quam in quocunque alio lethali crimine, in quo illos perſeuerare intelligeret, eiſque ex eodem officio paſtorali ſub pœna excommunicationis ceſſare præcepiſſet,noluerint parere: ob eam quippe contumaciam & inobedientiam eos excommunicauit, & non quòd in ſolùm adulterii crimen incidiſſent: ea enim ſola de cauſa excommunicare illos nõ potuit. Eodem verò modo intelligitur c. conſuluit, de appel. Si.n.qui in notorio eſt adulterio, ceſſare ex officio paſtorali ab eo peccato ſub excõicationis pœna præci-

præcipiatur, aut ceſſare poſt id præceptum nolens, denuncietur ac declaretur excommunicatus, curanda non eſt appellatio illius tanquam nulla, & ſine vlla cauſa, ſaltem apparenti, interpoſita. Et eodem modo, ſi notorius percuſſor clerici pronuncietur excómunicatus, curanda non eſt appellatio illius à tali denunciatione, tanquam nulla ſimiliter, & ſine vlla, ſaltem apparente cauſa interpoſita. Capite autem 1. de officio. ord. nulla alia poteſtas conceditur Epiſcopis in ſuis diæceſibus ad inquirenda & vlciſcenda adulteria, & alia crimina, & ad iudicandum de illis, quàm quæ illis, pro cura ſua paſtorali, incumbit, ad eruendos ſuos ſubditos à peccatis, eiſque medendum, etiam appoſita illis ſalutari pœna, in aliorum exemplum, atque vt deinceps ſe contineant à peccatis.

10 Dubium eſt, num, ſi vxor viuente marito adulterium commiſit, hæredes mariti agere poſſint ciuiliter aduerſus illam ad dotem, & ad quantitatem tertiæ partis valoris dotis ex alijs bonis eiuſdem adulteræ. Vt verò certa à minùs certis ſeparemus, primò eſt dicendum: Si maritus dũ viueret accuſationem eam ciuilem aduerſus iſtam intentauerat, tunc eam actionem tranſire ad hæredes ipſius, atque etiam aduerſus hæredes adulteræ, ſiue adultera, poſt eam actionem aduerſus ipſam intentatam, moreretur ante maritum ſiue poſt maritum. Hoc totum eſt perſpicuum ex dictis Diſput. 43. concluſ. 6. & 9. & idcirco non plus circa illud immoror. Solùm obſeruo, quòd cùm maritus actionem intentaſſet coram iudice eccleſiaſtico, eo quòd priùs agere deberet ad diuortium, quoniam, ſi cum illa habitaret, præſumeretur eam carnaliter cognoſcere, eoque ipſo illi parcere, vt ex dicendis Diſp. 95. liquebit, in conſequentiã verò diuortij, agere coram illo deberet ad pœnam illam ciuilem amiſſionis eorum bonorum; hæredes quoque coram eodem iudice eccleſiaſtico proſequi deberent eandem accuſationem, non quidem iã ad diuortium, ſi quidem matrimonium morte alterius coniugis eſſet iam diſſolutum, omninoque finitum, ſed ad pænam illam ciuilem pro adulterio in conſequentiam diuortij coram eo iudice intentatam. Quando autem maritus mortuus eſt, non intentata actione ciuili aduerſus eam adulteram, diſtinguit Couarr. in quarto decret. part. ſecunda, cap. ſeptimo, §. ſexto, numero nono. Quoniam aut maritus, dum viueret, nouit adulterium, vel nõ. Si illud nouit, nec accuſationem ciuilem ad pænam aduerſus adulteram intentauit: ait Couarr. hæredes tunc, eo defuncto, non poterunt illam intentare. Id quod confirmat ex l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. ſol. mat. Ac ſanè, ſi illam cognouit carnaliter, quod preſumitur, ſi cum illa habitauit, illi eo ipſo pepercit, & neq; ipſe, neque longè maiori cum ratione hæredes ipſius, poſſunt eam deinceps accuſare, vt videbimus, & ex dictis Diſp. 46. à §. contra eandem legem, ſatis conſtat. Si verò maritus id adulterium dũ viueret ignorauit, tunc cum communiori doctorum ſententia, quam refert, affirmat Couar. hæredes intentare poſſe aduerſus eam adulteram actionem ciuilem ad dotem, & ad tertiam partem valoris illius, atque in eandem ſententiam propendet Emmanuel Acoſta. c. ſi pater. part. 1. verb. legauit. nu. 32. Ego ſanè, cũ Ant. Gom. in l. 80. Tauri. nu. 68. & 69. cum Baldo, & cũ alijs, quos citat, arbitror, mortua vxore ante litem aduerſus eam intentatam, extingui omnino id delictum, ita vt neq; maritus ipſe ſuperſtes poſſit illam intentare, ſiue id adulteriũ antea ſciuerit, ſiue ignorauerit, neque longè maiori cum ratione poſſint illam intentare hęredes illius, vt ex dictis concluſione 6. citata perſpicuè conſtat: neque id negabunt autores, cum quibus diſputamus: quoniam ea de re non eſt illis controuerſia, neque ea de re loquuntur. Arbitror item cum eiſdem autoribus, mortuo marito accuſatione non intentata, neque hæredes illius, neque quenquam alium, poſſe eam actionem aduerſus eam adulteram intentare in his Caſtellæ & Luſitaniæ regnis. Ducor, quoniam licèt de iure communi adulterium eſſet crimen publicũ, vt diſtinguitur cõtra priuatum; de iure tamen horum regnorum non eſt publicum ad effectũ, vt alius, quàm maritus, poſſit de eo accuſare, neq; iudex in his regnis poteſt ex ſuo officio de eo cognoſcere, vt vtrumque Diſp. 44. & ſequentibus copioſè eſt explicatum ac oſtenſum, lexque tit. 6. par. 4. negat quenquam, præter maritũ, agere ciuiliter poſſe aduerſus adulteram ad diuortium: quando autem crimen non eſt publicũ, de quo quiuis de populo accuſare poſſit, neq; priuatũ quoad id exemptum, vt ſcilicet alij poſſint de illo accuſare, neque eſt tale vt iudex ex officio poſſit procedere ad illud puniendum, ſanè mortuo iniuria eo crimine affecto, accuſatione nõ intentata, ſiue eo ignorante ſiue ſciente delictum, extinguitur omnino delictum, ita vt neq; iudex ex officio poſſit ad illud puniendum procedere, neque illi, ad quos iniuriam defuncti proſequi alioquin ſpectant, poſſint de illo accuſare, neque quiſquam alius, vt ex dictis Diſpu. 44. iunctis antecedentibus & ſequentibus Diſputationibus, liquidò conſtat. Stando verò in ſolo iure cõmuni, probabilis mihi multum eſt Couarruuiæ, Emanuelis Acoſta, & cõmunis doctorum ſententia, iuxta ea quæ ex iure communi Diſp. 46. à §. contra eandem legẽ retulimus. Si autem de accuſatione criminali ageretur, tunc dubitandum non eſſet, hæredes quin & quoſcunque alios poſſe illam accuſare: eo quòd crimen illud de iure communi ſit publicum, vt diſtinguitur contra priuatum, de quo proinde accuſare poteſt quiuis de populo, interim dum ſpatio quinquennii non eſt præſcriptum. Atque quemuis de populo poſſe poſt mariti mortem eam accuſare, ſupponunt apertè leg. ſi vxor. §. vltim. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. 9. in fine titu. 17. part. 7. dum, ſi illa trãſeat ad ſecundas nuptias, id denegant marito ſecundo, qui dum cum illa contraxit, approbare viſus eſt mores illius.

DISPVT. 91.

Adulteria multa cum eadem femina, & eiuſdem feminæ etiam cum multis viris, an vnica puniantur adulterij pœna. Et num pœnæ adulterij ob oſcula & tactus impudicos incurrant, quomodoque adulterium probetur.

SVMMARIVM.

1 *Vnica integra pœna adulterij puniuntur multa adulteria ex interuallo commiſſa ab eodem adultero cũ eadem aliena vxore. Idem intellige de multis adulterijs eiuſdem alienæ vxoris commiſſis, etiam cum diſtinctis adulteris.*

2 *Quando concubitus duplici de cauſa punitur, ut uerbi gratia adulterium cum coniugata, ſi adiunctam habeat circumſtantiam inceſtus, punitur una pœna quatenus adulteriũ, & alia quatenus inceſtus, tunc id delictum diſtinctis eis pœnis punitur, etiam ſi ſemel commiſſum ſit: quatenus id patitur qualitas pœnarum, quæ non ita communicant inter ſe, quaſi implicet multiplicari aut augeri.*

3 *Non poteſt mulier ob oſcula amittere dotem, & puniri pœna adulterij.*

4 *Quando arbitrio prudentis iudicis indicia ac præſumptio*

ptio adulterij, quæ duobus ſaltem teſtibus probatur, adeò ſunt vrgentia, vt omnino adulterium perſuadeant, ita vt moraliter dubium non ſit, quin ab illis adulterium ſit commiſſum, tunc talis adulterij probatio eſt ſufficiens, vt ſi ciuiliter agatur, concedatur viro diuortium, & vxor dotem amittat.

5 *Quando adulteri non ſunt conſpecti à teſtibus committere, tunc, ut condemnari de adulterio poſſint, ac puniri pœnis pro adulterio ſtatutis, indicia, de quibus teſtes omni exceptione maiores deponunt, talia eſſe debent, ut prudentis iudicis arbitrio uiolentã ſuſpicionem fornicationis inter illos efficiant.*

9 *Etiam ſi ueſtitus cum ueſtita reperiantur ſimul iacentes in eodem lecto, & ſeſe mutuo laſciuè amplexantes, maximè ſi locus ſit abſconditus, ea indicia quã ſæpiſſime prudentis arbitrio efficiunt uiolentam præſumptionem adulterij, ut illi adulterij pœna ordinaria puniantur.*

7 *Quamuis indicia certam moraliter efficiant præſumptionem adulterij; tales tamen poſſunt habere adiũctas alias circumſtantias, quæ in contrarium ſuadeant, ut nequaquam efficiant certam moraliter præſumptionem adulterij, atque ut nequaquam ſufficiant ad condemnandum de adulterio, ad pœnamue ordinariam pro adulterio ſtatutam, ſiue ciuilem ſiue criminalem, imponendam,*

8 *Oſcula, amplexus, & alii tactus impudici, quando nõ fiunt à cubantibus ſimul, ſed à ſtantibus, uel ſedentibus, indicia non ſunt ſufficientia, quæ uiolentam ac certam moraliter efficiant præſumptionem adulterii, ac proinde ob talem præſumptionem non poſſent condemnari adulterii, neque ad diuortium, & pœnam ciuilem, neque ad criminalem.*

9 *Quando maritus aliquem ſuſpectum haberet, machinari adulterium cum ſua uxore, terq; illum in ſcriptis admonuiſſet, ne cum illa loqueretur, poſteaque illos inueniret ſimul in aliquo loco, tunc illa eſt præſumptio iuris illos adulterium commiſiſſe, ac proinde tunc pęna adulterii puniri poſſent.*

1 QVod ad primum attinet, Diſput. 41. diximus, vnica integra pœna adulterij puniri multa adulteria ex interuallo commiſſa ab eodem adultero cum eadem aliena vxore. Idem autem intellige de multis adulterijs eiuſdem alienæ vxoris commiſſis, etiam cum diſtinctis adulteris, quando in adultera ipſa omnia illa adulteria veniunt punienda, ſiue ciuiliter agatur ad amiſſionem dotis, & tertiæ partis valoris dotis, ſiue agatur criminaliter, non ſolùm quando pęna mortis eſt illi imponenda, quæ iterari non poteſt, ſed etiam qñ pœna iterari poſſit, vt de iure communi eſt pœna flagellorum adulteræ ſtatuta, vnà cum reclusione in monaſterio, & de iure, aut conſuetudine, quorundam regnorum, pœna infra mortem & mutilationẽ imponitur, ſiue pecuniaria, ſiue corporalis, aut mixta ex vtraque iuxta ea, quæ Diſp. 89. dicta ſunt. Ita, cum gloſ. l. vulgaris in prin. verb. fuerit. ff. de furtis. Couar. 2. var. reſ. cap. 10. in calce. num. 8. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. adulterium. nu. 10. & alii, quos citant. Quando autem vnum adulterium punitum eſſet in iudicio, tunc aliud, quod iterum in iudicium deducatur, integra alia pœna eſt puniendum, vt rectè Coua. obſeruat, & ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Qui ait, hæc omnia ſimiliter eſſe intelligenda quo ad pœnas concubinarijs impoſitas.

2 Quo loco obſerua, in concubinatu, vel interuenire aliam culpã, pro qua pœna alia peculiariter ſit impoſita, vt culpam inceſtus, aut concubinatus cum infideli, vel non interuenire talem aliam culpam, & rurſus concubitum vel cedere in iniuriam tertiæ perſonæ, ratione cuius iniuriæ ac iniuſtitiæ ſit impoſita pęna, vt adulterium cum coniugata cedit in grauiſ- A ſimam iniuriã mariti illius, eaque de cauſa punitur peculiari ac graui pœna; aut non ita cedere in iniuriam tertiæ perſonę, ut peculiariter ea ratione puniatur. His autem diſtinctionibus præmiſſis, quo ad primam diſtinctionem eſt dicendum: Quando concubitus duplici de cauſa punitur, vt verbi gratia, adulterium cum coniugata, ſi adiunctam habeat circũſtantiam inceſtus, aut circũſtantiam, quòd ſit commiſſum cũ infideli, punitur vna pęna quatenus adulterium, & alia quatenus inceſtus, aut quatenus concubitus cum infideli, tunc id delictum diſtinctis eis pœnis ſimul puniri, etiam ſi ſemel commiſſum ſit, vt Diſput. 41. dictum eſt. Quod tamen intellige, quatenus id patitur qualitas pœnarum, quæ non ita communicant inter ſe, quaſi implicet multiplicari aut B augeri. Si enim adulter aut adultera mortis pęna eſſent puniendi, non relinqueretur locus pęnæ adulteri corporali. Si item bona eorum omnia amitterentur marito, non relinqueretur locus, vt in pęnam inceſtus fiſco applicarentur; vel è contrario, vt quod ob inceſtum applicatur fiſco, applicaretur etiã marito. Atque quando pœna confiſcationis bonorum omnium, aut partis eorum, ipſo facto incurreretur, & pęna amiſſionis bonorum applicaretur marito poſt latam ſententiam, tũc ſanè fiſcus quo ad ea bona, aut quo ad eam partem bonorum, præferretur marito, nõ ſolùm ob fiſci priuilegia, ſed etiam quia prius comparaſſet ius in re ad ea bona, quàm maritus. Quando autem neutra pęna bonorum externorum incurreretur ipſo facto, neque eſſet unde vnus C eorum, quibus diuerſæ illæ pœnæ eſſent applicatæ, præferretur alteri, tunc bona talis rei, quatenus in eis communicarent duæ illæ pęnæ, diuidenda eſſet quo ad eam quantitatem inter vtrumque iuxta proportionem pœnæ vni applicandæ ad pœnam alteri applicandam. In eiuſmodi autem criminibus vnius dũtaxat delinquentis, eſto numero eſſent multiplicata ex interuallo, quando tamen ſimul punienda venirent eadem iudicis ſententia, non diſtinctis pœnis, ſed vnica eſſent punienda. Quod verò attinet ad ſecundam diſtinctionem, quando crimen cõcubitus redundat in iniuriam tertiæ perſonæ, eaque de cauſa punitur, vt redundat adulterium coniugatæ, & cum coniugata, in iniuriam mariti illius, eaq; de cauſa punitur; tunc, quicunque delinquẽtium pu D nitur diſtincta pœna: atque ſi unus aduerſus duos maritos deliquit, vt quia cum duabus vxoribus alienis deliquit, punitur etiam diſtinctis pœnis adulterij, quatenus vna cum alia non communicauerit. Quare in hoc regno & in Luſitania, ſi is adulter ab vtroque marito accuſetur, vnica quidem mortis pęna punietur, attamen bona illius diuidentur inter vtrumque maritũ offenſum, vt unuſquiſque eorum eã medietatem, quæ ipſum contingit, ſibi aſſumat, vel de ea faciat, quod voluerit. Si uerò duo adulterati ſint cũ eadem aliena vxore, & maritus vtrũque accuſet, vterque punietur mortis pœna, & amittet ſua omnia bona. Vxor tamẽ adultera vnica pœna punietur, non ſolùm pro multis adulteriis, cum eodem cõ E miſſis, ſed etiam pro multis commiſſis cum diuerſis: vt de iure communi, ſemel publicè flagellata, detrudetur in monaſterium: quia eſt unica delinquẽs, licèt pluribus delictis adulterij: & quia ea omnia delicta redundant in iniuriam vnius dumtaxat mariti, & non plurium. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Duo verò alia ſimul ſunt examinanda. Cou. in 4. decret. par. 2. c. 7. §. 6. num. 3. refert opinionem Baldi, & multorum aliorum, aſſerentium, vxorem dotem amittere ob oſcula cum non ſuo coniuge, poſſeque maritum facere ea de cauſa ab illa diuortiũ, atque adeò poſſe maritum agere aduerſus illam ciuiliter ad ea omnia, quæ Diſputatione præceden- 3

te

te dicta ſunt, eamque vxorem ad illa omnia eſſe tūc condemnandam. Citatque pro ea ſententia gloſſas quaſdam, quæ, ſi expendantur, ſanè id non aſſerunt. Eidem opinioni videtur ſubſcribere Iulius Clarus lib. 5. ſent. §. adulterium. nu. 16. Ac pro ea citat Ant. Gom. l. 80. Tauri. nu. 50. quaſi Ant. Gom. aſſeruerit oſcula ſufficere, vt ea vxor non ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter puniatur pœna integra pro adulterio ſtatuta. Solumque videtur diſſentire, quòd ipſe exiſtimet, nō eſſe illi propter ſola oſcula & tactus impudicos imponendam pœnam integram adulterij criminalem, ſed ſolam arbitrariam pro quantitate delicti, maiorique aut minori ſuſpicione, quæ inde oritur, illam vſque ad adulterium fuiſſe progreſſam. Neſcias verò, an etiā ab opinione Baldi diſcedat quo ad actionem ciuilem. Et propterea dixi, videri eum ſubſcribere Baldi opinioni. Immeritò verò Iul. Clar. eam opinionem tribuit Ant. Gom. quoniam Anto. Gom. non loquitur de ea vxore, de qua ſolùm probantur oſcula aut alij ſimiler impudici tactus, vt patet Anto. Gom. legenti in eo loco, & vt ex proximè dicendis erit manifeſtum.

Antonius Gom. num. 50. citato diſputat, qualiter adulterium probetur ſufficienter, ſeu planè, ad effectum, vt pro eo imponi poſſit pœna adulterij ordinaria, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, ad pænam pro adulterio ſtatutam imponendam. Et primò dicit, probari ad id ſufficienter, ſi teſtes fide digni (hoc eſt, duo omni exceptione maiores) deponant, ſe vidiſſe eodem loco & tempore adulteros ſe commiſcentes ac adulterantes. In quo ſanè nullum poteſt eſſe dubium. Sic damnata fuit Suſanna de adulterio ad mortem Dan. 13. teſtimonio illorū duorum ſenum, qui teſtificati ſunt, ſe eodem tempore ac loco vidiſſe Suſannam commiſceri cum quodam adoleſcente, qui, quòd potentior ipſis eſſet, effugiſſet manus ipſorum: illique duo ſenes meritò in eo foro ac iudicio habiti ſunt omni exceptione maiores, antequam à Daniele redarguti fuiſſent mendacij interrogatione illius magis particularis circumſtantiæ loci ac arboris, ſub qua illos commiſceri vidiſſent. Deinde Ant. Gom. ait, probari etiam id ſufficienter *per uehementem coniecturam ac præſumptionem, puta ſi teſtes deponant ſe uidiſſe eos nudos & ſolos in eodem lecto iacentes, licèt non cōmiſcentes,* (hoc eſt, licèt non videant eos commiſcentes.) Illa ſunt verba Antonij Gom. Id verò confirmat ex textu expreſſo c. ex literis. de præſump. additque Ant. Gom. *Et licèt ille textus loquatur eo caſu, quo agitur de adulterio ciuiliter quo ad ſeparationem tori, tamen idem eſt ſi agitur criminaliter ad pœnam.* Hæc ille. Deinde eandem ſententiam confirmat citata communi doctorum ſententia, quæ id affirmat. Poſtea verò quærit, ſi teſtes fide digni deponant, ſe vidiſſe hominem ſupra fęminam alterius vxorem, quem non nouerunt, quis eſſet, num ſufficienter cenſetur probatum adulterium, ad pœnam tam ciuilem quàm criminalem imponēdam. Et adductis quibuſdam rationibus in contrarium, nihilominus cenſet, ſufficiēter eſſe probatum. Id quod confirmat hiſtoria illa Suſannæ ſuprà relata: neque enim illi ſenes teſtificati ſunt, ſe agnouiſſe iuuenem illum, ſed potiùs eum non agnouiſſe, & nihilominus Suſanna adulterij ac mortis pæna condemnata eſt. Quod tamen intellige, quando aliunde conſtaret, eum non fuiſſe tunc maritum illius, neque vi eſſe oppreſſam. Hæc tantùm ſunt, quæ ibi Anto. Gom. docet. In quibus nihil loquitur, quando ſolum probantur oſcula, coniunctio faciei ad faciem, aut alij tactus impudici.

4 Sanè cenſeo dicendum, quando arbitrio prudentis iudicis indicia ac præſumptio adulterij, quę duobus ſaltem teſtib. omni exceptione maiorib. probantur, adeò ſunt vehementia ac vrgentia, vt omnino a-

A dulteriū perſuadeant, ita vt moraliter dubium nullū relinquatur, quin ab illis adulterium ſit cōmiſſum, tunc talem adulterij probationem eſſe ſufficiētem, vt, ſi ciuiliter agatur, concedatur viro diuortium, & vxor dotem amittat, & inſuper ſoluat tertiam partē valoris illius, ſi habeat bona vnde eā inſuper ſoluat, & vt, ſi agatur criminaliter, vtrique adultero imponatur pæna tota pro adulterio ſtatuta. Talia autem indicia ſunt, taliſque præſumptio eſt, ſi adulter & adultera inueniantur ſoli ac nudi in eodem lecto iacentes, vt conſtat ex c. ex literis citato: probeq; cum alijs Ant. Gom. affirmat, id locum habere nō ſolū, ſi procedatur ciuiliter ad diuortium, & ad amiſſionem dotis, ſed etiam ſi procedatur criminaliter ad imponendam pęnam pro adulterio ciuili iure ſtatu- B tā. Quia enim ea indicia, eaque adeò vehemens præſumptio, omnino perſuadent adulterium, ita vt eſſe commiſſum nullum dubium, moraliter loquendo, remaneat, vtique ſicut ea probatio ſufficiens eſt ad condemnandum de adulterio, atque ad imponendā pęnam totam ciuilem, quando ciuiliter de adulterio agitur: ita ſufficiens eſt ad condemnandum de adulterio, ad imponendamque totam criminalem pænā pro adulterio ſtatutam, quādo criminaliter de adulterio agitur. Verba capitis ex literis citati hæc ſunt: *Produxerunt teſtes firmiter aſſerentes, quòd poſtquam mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, conſanguineum viri eiuſdem, ſolum cum ſola, nudum cum nuda, & in eodem lecto iacentem, ea (vt credebatur) intentione, vt eam cognoſceret carnaliter, viderunt* C *multis locis* (id eſt, e multis locis) *ſecretis, & latebris ad hoc commodis* (vt ſcilicet inde viderentur) *& horis electis.* Et infra. *Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ex eiuſmodi violenta & certa ſuſpicione fornicationis poteſt ſententia diuortij promulgari.*

Hoc loco obſerua, quando adulteri non ſunt con- 5
ſpecti à teſtib. commiſceri, tunc vt cōdemnari de adulterio poſſint, ac puniri pęnis pro adulterio ſtatutis, indicia, de quib. teſtes omni exceptione maiores deponunt, talia eſſe debere, vt prudētis iudicis arbitrio violentam & certam (hoc eſt, quæ moraliter nullum dubium relinquat) ſuſpicionē, ſeu præſumptionem, fornicationis inter illos adulterijve efficiāt: atque talia in eo textu iudicantur indicia illa, de quib. teſtes illi depoſuerunt, vereq; talia erāt. Vnde ex eo D textu regula à nobis tradita colligitur. Indicia autē illa, quæ talia in eo textu meritò iudicata ſunt, velut exemplum habere debet iudex ante oculos, vt manu ducatur ad iudicandum, quando indicia violentam ac certam moraliter faciant prȩſumptionē adulterii aut non. Qn autem mulier, de qua ſufficiēter probarentur eiuſmodi indicia, quæ certam moraliter efficerent præſumptionem adulterij, ſolum eſſet deſpōſata per verba de præſenti, & ante conſummatū matrimonium id illi ita contigiſſet, tunc probare poſſet aduerſus eam adeò violētam atq; alioquin certā moraliter præſumptionem, ſe non cōmiſiſſe adulteriū, integram ſe eſſe oſtendendo exploratione grauiū fideq; dignarum matronarum, vt euaderet pęnā adul- E terij ordinariā, ſolūq; puniretur pęna arbitraria ꝑ culpæ quātitate. Cōcinit caput nec aliqua 27. q. 1. qđ eſt Cypriani, licèt in eo ſit ſermo de virginib. Deo dicatis, quæ ita cubantes cum hominib. reperirētur.

Illud verò eſt obſeruādum, ēt ſi veſtitus cū veſti- 6
ta reperiantur ſimul iacentes in eodē lecto aut pauimento, ſeq; laſciuè tractantes, ſeu amplexantes, vel oſculātes, maximè ſi locus ſit abſcōditus, quaſi ad id de induſtria quęſitus, ea indicia quàm ſępiſſimè prudentis arbitrio efficere violentā ac certā moraliter præſūptionē adulterij, vt illi adulterij pęna ordinaria puniātur. Quin interdū ita iacētes aliquos ſimul inueniri, attentis circūſtantiis concurrentibus, efficiet violētam ac certam moraliter præſumptionem adul-

adulterij, etiam ſi non videantur tactus impudici, qui cum adulterio præceſſiſſe præſumentur. Neque huic doctrinę repugnat cap. ex literis citatum, quod ad ſolum euentum ibi propoſitum cũ illis omnibus circumſtantijs reſpondit.

7 Illud quoque eſt obſeruandum, quamuis indicia illa capitis ex literis, quãtum eſt ex ſe, ſecluſiſq; alijs circumſtantijs, quæ ea temperent ac extenuent, certam moraliter efficiant præſumptionem adulterij: tales tamen poſſe habere adiunctas alias circumſtãtias, quæ in contrarium ſuadeant, vt nequaquam efficiant certam moraliter præſumptionem adulterij, atque adeò vt nequaquam ſufficiant ad condemnãdum de adulterio, ad pænamve ordinariã pro adulterio ſtatutam, ſiue ciuilem ſiue criminalem imponendam. Finge enim mulierem coniugatam proficiſci terra aut mari, ad ſuum maritum longè diſtantem, cum conſanguineo, aut amico mariti, vel ſuo, aut cum aliquo alio, idque vel ex præſcripto mariti, vel ſine illius præſcripto, & in hoſpitijs mulierem illam cubare cum illo comite, vel veſtitam, vel nudã, idque vel ob defectum alterius lecti aut cubiculi, vel quòd in alio cubiculo erit fortè minus tuta, vel per imprudentiam aut metum talis mulieris, aliquave alia de cauſa; aut in naui cubare cum eodem comite, veſtitam aut nudam, quòd alibi cubando non ſit magis ſecura ab eodem comite, & ab alijs, qui ſunt in eadem naui: certè ita cubare veſtitam aut nudam integris noctibus cum alio à viro ſuo, licèt non ſit tutum, ſed periculoſum valde, nonnullaque ſit pręſumptio non leuis adulterij inter illos, iudicari tamẽ id non poteſt certa præſumptio adulterij, niſi aliunde adulterium conſtet, neque proinde puniri illi poterunt adulterij pæna. Quare, iudicare quando indiciũ vehemens, certaq; moralis præſumptio ſint adulterij, prudentis iudicis arbitrio eſt relinquendum, attentis & expenſis diligenter circumſtãtijs omnibus concurrentibus. Atque in quocunque dubio, num indicia certam omnino moraliter præſumptionem adulterij efficiant, ſanè illi, de quibus eſt ea non plenè certa præſumptio, condemnandi non ſunt de adulterio, nec proinde eſt illis imponenda ordinaria pæna pro adulterio ſtatuta, ſiue ciuiliter ſiue criminaliter aduerſus eos agatur: ſed ſolum erit eis imponenda pæna arbitraria, pro quantitate præſumptionis eius criminis ac culpæ: aut etiam torturæ erunt ſubijciendi, ſi vrgentia ſint indicia, & id petat maritus adulteræ.

8 Ex dictis iam facilè licet intelligere, oſcula, amplexus, & alios tactus impudicos, quando non fiunt à cubantibus ſimul, ſed à ſtantibus, vel ſedentibus, indicia non eſſe ſufficientia, quæ violentam ac certã moraliter efficiant præſumptionẽ adulterij, ac proinde ob talem præſumptionem eos non poſſe condemnari adulterij neque ad diuortium & pænam ciuilem, neque ad criminalem: id quod Couar. nu. 3. citato cum multis alijs meritò affirmat. Neque refragantur gloſſæ, quas Couar. pro contraria ſententia citat. Gloſſa enim c. non oportet. 81. diſt. ſolùm aſſerit, ſi mulier coniugata turpitudinis cauſa ingrediatur balneum virorum ſine viri conſenſu, poſſe virum facere ab illa diuortium de iure ciuili, & de eodem iure amittere dotẽ marito, aut, ſi ſine dote nupſit, amittere illi quartam ſuorum bonorum partem, iuxta l. vlt. §. inter culpas. C. de repud. Gloſſa. item. c. nec aliqua. 27. quæſt. 1. non loquitur de ſolis oſculis, ſed quando concurrit ſimul concubitus in eodẽ lecto, iuxta c. ex literis citatum. Item gloſſa. c. dixit. verb. ſuſpicio. 32. q. 1. non loquitur de oſculis, ſed de probata ſuſpicione violẽtiſſima ac certa moraliter, vt ex exemplis, quæ adducit, & ex ijs quæ in fine dicit, ſatis conſtat. Gloſ. item. l. 1. verb. propter voluntatem. ff. de extraord. crimin. potius probat contra-

A rium. Dicit enim, quando nõ eſt deuentum ad adulterium, ſed ad ſiniſtra colloquia & oſcula, id crimen extraordinaria pæna puniri, non verò pæna adulterij ordinaria. Citat etiam Couar. cap. 1. quibus modis feudum amittatur, vbi haberi ait, feudatarium propter oſculum vxori domini directi eius feudi amittere feudum domino directo. Conſentitque id locum habere in feudo. Ego verò in eo c. 1. hæc verba reperio: *Si ualuaſores ſeniorum uxores adulteraue rint.* Vbi inter cauſas amittendi feudum, adulterium cum vxoribus dominorum reperio numerari: non verò oſculum vxoribus illorum à ſuis vaſallis datũ.

9 Poſtremò illud eſt obſeruandum, quando maritus ſuſpectum haberet aliquẽ machinari adulteriũ cum ſua vxore, terque illum in ſcriptis admonuiſſet B ne cum illa loqueretur, poſteaque illos inueniret ſimul in aliquo loco, eam tunc eſſe præſumptionẽ iuris & de iure, illos adulterium commiſiſſe, ac proinde puniri tunc poſſent pœna adulterij ordinaria. Ita habetur in authentico vt liceat matri & auiæ. §. vlt. & in authentica ſi quis ei. C. ad leg. Iuliam de adult. dictumque eſt Diſputat. 46. concluſ. 2. §. legi transfigere quatenus, & copioſior ea de re Diſpu. 99. redibit ſermo.

DISPVT. 92.

Vtrùm adulterium cum meretrice vxore legitima alterius pæna adulterij ordinaria ſit puniendum. C

SVMMARIVM.

1 *Quicumque cum aliqua adulteratur, quæ priùs meretrix fuit, at poſtea ad bonam frugem ſe recepit, incurrit pænas adulterij ordinarias: item qui adulteratur cum vna, quę poſt matrimoniũ erat meretrix facta, niſi conſtet conſentiente marito id fieri.*

HAc, & ſequentibus Diſp. explanandum eſt, quę excuſent adulteros à pæna ordinaria adulterij. 1 Et quidẽ ꝙ ad id, quod propoſitum eſt, attinet, Iul. Clar. 5. libr. D ſent. §. adult. n. 3. diſtinguit. Qđ aut, quæ fuit meretrix, ſe recepit ad meliorẽ frugẽ, & cũ viro ſuo viuebat. Atq; tunc, tã illã, q̃ adulterantem cũ illa, incurrere pęnas adulterij ordinarias. Hanc autẽ ſniã ego ſanè probo. Aut poſt matrimoniũ erat meretrix. Et tunc ait, cõem opinionẽ eſſe, fornicantẽ cum illa nullã incurrere pęnã, multoſque pro ea ſententia citat. Cõtrariũ tñ vr̃ haberi l. ſi vxor. §. 1. ſeu. §. planè. ff. ad leg. Iul. de adult. & affirmat gl. 2. l. ſi ea. C. eo. tit. id confirmans ex l. ſi vxor, citata. Sanè ſi in conſpẽctu mariti illa meretrix ſit, neq; eã maritus coercere ac punire curauit, nõ video cur pæna adulterii ſint illi puniendi, qui cũ ea fornicati ſunt, non ſolũ ſi ignorarunt, illã eſſe coniugatã, ꝙ præſumendũ eſt, niſi a- E pertè cõſtet, illos coniugatã eſſe ſciuiſſe, ſed e͂t ſi id ſciebant. Maritus quippe, dũ illã non coercuit, nec punire curauit, quaſi cõſenſiſſe vr̃, durũq; valde eſſet, tã multos de adulterio punire: neq; poſtq̃ illa publica fuit meretrix, tantã iniuriã vnuſquiſq; eorum, qui cũ illa adulterati ſunt, marito fecit, quantã ei feciſſet, ſi meretrix non eſſet. Qñ aũt maritus eſt abſens à loco, in quo illa eſt meretrix, & ſuperuenit, intentatque illam & adulteros punire, tunc durum e͂t eſſet, tam multos adulteros cum illa punire, quorum ſinguli longè minorem iniuriam illi intulerunt, quàm ſi illa meretrix publica non eſſet: quare non arbitror in exteriori foro ille obtineret, vt illi criminali ordinaria pœna afficerentur, & vt in

hoc

hoc regno,& in Luſitania, amitterent ſua omnia bona tali marito. Quod ad adulteram verò ipſam attinet, communem ſententiam citat Iulius Clarus, illam ad mariti accuſationem puniendam eſſe pœna ordinaria. Ipſe verò contrarium affirmat, ductus l. ſi ea citata, vbi habetur, crimen adulterij ceſſare in ea, quæ eſt meretrix. Contrarium tamen ibi affirmat gloſſa 2. quæ meritò eam legem exponit de ſtupro, quando illa non erat coniugata, & contrarium expreſsè habetur l. ſi vxor. §. 1. citato. Vnde dicendum arbitror, maritum poſſe agere aduerſus illam ciuiliter ad diuortium, & ad amiſſionem dotis, & criminaliter ad pœnam pro adulterio ordinariam, quando non eſſet cenſendus conſenſiſſe in adulterijs illius. Atque tunc, cùm in hoc regno permiſſum marito non ſit, accuſare adulteram ſine adultero ſuperſtite, accuſare ſimul poterit aliquem, aut aliquos ex adulteris: & licèt illi excuſentur ab ea pæna ordinaria propter rationes ſuprà redditas; adultera tamen, in qua rationes illæ locum non habent, damnabitur, vt de illa, & de bonis omnibus illius, faciat quod voluerit, niſi illa filios habeat. Quòd autem adultera in eo euentu integris eis pænis condemnari ac puniri debeat, poſſumus ex eo ſolidè confirmare: quoniam longè maiorem iniuriam marito intulit meretricando, totque adulteria, & cum tot hominibus, in illius iniuriam multiplicando, ipſo omnino inuito, quàm ſi vnum aut alterum tantùm adulterium commiſiſſet, aut ſi cum vno aut altero tantùm homine ea adulteria commiſiſſet: ſed in hoc poſteriori euentu puniretur integris eis pænis: ergo & in illo priori integris adulterij pænis puniri debet, in quo plus deliquit, & cum longè maiori iniuria mariti peccauit: alioquin ex multiplicatione, & fæditate maiori ſuorum delictorum, cum longè maiori iniuria mariti, ipſa commodum excuſationemque à pæna reportaret, quod conſtat valde abſurdum eſſe, & contra iurium intentum.

DISPVT. 93.

Vtrùm adulterium cum ſponſa, pœna ordinaria adulterij ſit puniendum, tam in ea, quàm in illo, qui cum ea eſt fornicatus.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa duplex eſt.*

2 *Quicunque cum ſponſa per verba de præſenti adulteratur, ipſe & ſponſa incurrunt pænas ordinarias pro adulterio ſtatutas, eiſque puniendi ſunt.*

3 *Si liberi ex eo genere adulterij deuenerint, bona adulterorum ad eos liberos deuenient, & non ſubiacent diſpoſitioni mariti adulteræ.*

4 *Vt pænæ illæ de adulteris locum habeant, exigitur vt adultera ſponſa per verba de præſenti, cum ſponſo quatuordecim annorum, ſit duodecim annorũ: quia ſponſalia per verba de præſenti inter impuberes, aut altero eorum exiſtente impubere, non habent rationem matrimonij, ſed ſolùm habent tunc uim ſponſaliorum per verba de futuro.*

5 *Si impubes deſponſata fuit per verba de præſenti cum pubere, & malitia ſupplente ætatem, adhuc exiſtens impubes, habuit veram copulam fornicariam cum quodam tertio, non puniendi ſunt ambo pœna adulterij ordinaria, ſed alia arbitraria, ex arbitrio prudentis.*

6 *Si quis cum ſponſa per verba de futuro fornicetur, ille nec illa pænas ordinarias adulterij incurrunt.*

7 *Neque iura ciuilia docent copulam cum ſponſa de futuro eſſe adulterium preſsè et propriè ſumptum, aut ob illam adulterij pœnas incurri.*

8 *Licet fornicatio cum ſponſa per verba de futuro non ſit adulterium propriè, eo quòd non ſit contra matrimonium iam contractum, ſed ſolùm circa ſpem matrimonij; tamen, fornicatio commiſſa cum ſpōſa per verba de futuro, eſt circumſtantia neceſſariò confitenda, eo quòd mutet ſpeciem ſuperaddendo nouam ſpeciem iniuſtitiæ, eamque lethalem.*

SPonſa duplex eſt. Quædam per verba de præſenti, quæ velata more huius regni nondũ eſt, & cum qua matrimonium non eſt cõſummatum. Et quædam per verba ſolum de futuro. 1

Quod autem ad ſponſam per verba de præſenti attinet, conſentit communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Iulius Clarus. §. adulterium citato, nu. 8. Ant. Gom. l. 80. Tauri. num. 47. §. dubium tamen, Greg. Lopez. l. 1. tit. 17. par. 7. verb. *o deſpoſada*, & Couarr. in 4. decret. part. 1. c. 1. nu. 15. iunctis antecedẽtibus, ſponſam illam, & cum illa adulterantem, pœnas ordinarias pro adulterio ſtatutas incurrere, eiſq; eſſe puniendos. Ratio autem eſt manifeſta, quoniam ſponſa illa verè eſt iam cõiugata cum ſuo ſponſo, verumque matrimonium eſt inter vtrumque celebratum: quare fornicatio cum illa veram ſortitur rationẽ criminis adulterij; ac proinde, tam ea adultera, quàm is, qui cum illa eſt fornicatus, pœnas ordinarias pro adulterio ſtatutas incurrerunt. Id verò hodie eſt definitum in hoc regno l. 2. tit. 15. lib. 8. ordinam. quæ eſt l. 3. titu. 20. lib. 8. nouæ collect. & ſic habet: *Contieneſe en el fuero de las leyes, que ſi la muger, que fuere deſpoſada, hiziere adulterio cõ alguno, que ambo à dos ſean metidos en poder del eſpoſo, aſſi que ſean ſus ſieruos, pero que no los pueda matar. Y porque eſto es exemplo y manera para muchas dellas hazer maldad, y meter en ocaſion y verguença à los que fueſſen deſpoſados con ellas; porende tenemos por bien, por eſcuſar eſte yerro, que paſſe de aqui adelante en eſta manera: Que toda muger que fuere deſpoſada por palabras de preſente con hombre, que ſea de catorzo años cũplidos, y ella de doze años acabados, è hiziere adulterio, ſi el eſpoſo los hallare en vno, que los pueda matar ſi quiſiere ambo à dos: aſſi que no pueda matar a el vno, y dexar al otro, pudiendolos à ambos à dos matar, y ſi los accuſare à ambos, o à qualquiera dellos, que aquel contra quien fue iuzgado, que lo metan en ſo poder, y haga del y de ſus bienes, lo que quiſiere. Y que la muger no ſe pueda eſcuſar de reſponder a la accuſacion del marido o del eſpoſo, porque diga, que quiere prouar, que el marido o el eſpoſo, cometio adulterio.* Conſentit etiam l. 81. Tauri, quæ eſt l. 4. tit. 20. libr. 8. nouæ collect. quam infra referimus. 2

Lex illa ſecunda ordinamenti, quæ eſt 3. titu. 20. lib. 8. nouæ collectionis, per legẽ 80. Tauri, quæ eſt, 2. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. eſt correcta quo ad hoc, quòd maritus ſeu ſponſus accuſare nõ poteſt vnum adulterorum ſine alio, ſi vterque ſit ſuperſtes, vt Diſput. 89. relatum eſt. De eadem lege 2. ordinamenti, quæ eſt 3. tit. 20. lib. 8. nouæ collection. quatenus non meminit, quòd, ſi adulteri liberos habeant, bona adulterorum ad eos liberos pertineant, & non ſubiaceant diſpoſitioni ac voluntati mariti adulteræ, ait Anto. Gom. in calce. nu. 47. citati, quòd cũ hodie per legem 82. Tauri, quæ eſt lex 5. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. approbata & confirmata ſit lex 1. ti. 7. lib. 4. fori, quæ eſt lex 1. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. & diſponit, vt bona illa ad liberos adulterorum in eo euentu deueniant, vtique ad eos in euentu illo pertinent. Ego autem dicerem, eſto lex 82. Tauri non fuiſſet condita, adhuc in eo euentu pertinere ea bona ad liberos adulterorum: quoniam lex 2. ordinamenti nõ 3

intendit in illo præiudicare legi illi 1.tit.7.lib.4.fo-
ri, quæ antea fuerat condita, ac proinde quo ad id
exponenda ac limitanda eſt lex illa ordinaméti per
legem illam aliam fori priùs latam.

4 Quatenus eadem lex 2.ordinamenti, quæ eſt 3.
titul. 20.lib.8.nouæ collectionis,ad hoc, vt pænæ il-
læ in eis adulteris locum habeant, exigit vt adulte-
ra *ſea deſpoſada por palabras de preſente con hombre
que ſea de catorze annos cumplidos, y ella de doze an-
nos acabados*, ſanè id circa id additum fuit, quoniam
ſponſalia per verba de præſenti inter impuberes,
aut altero eorum impubere exiſtente,non habent ra
tionem matrimonij propter impotentiam eorum
tunc ad generandum, ſed ſolùm habent tunc vim
ſponſaliorum per verba de futuro ex iuris diſpoſi-
tione,vt alibi dicendum eſt. Quare,ſi mulier duode
cimum annum excedens, deſponſata ſit cum impu-
bere per verba de præſenti,& fornicetur cum quo-
dam alio, ſanè illa & fornicarius non incurrent pæ-
nas eius legis: quoniam ea copula fornicaria ratio-
nem non habet adulterij. Si item mulier impubes
contraxit per verba de præſenti cum impubere, aut
pubere,& facta iam pubes fornicetur cum quodam
tertio,antequam iterum cum ſponſo illo iam pube-
re celebrauit matrimonium per verba de præſenti,
non etiam incurrent pænas eius legis illa & fornica
rius ille ob eandem rationem,quia videlicet cum il-
la nondum celebrauerit verum matrimonium, co-
pula illa fornicaria rationem non habet adulterij.
Similiter ſi duo impuberes contrahãt per verba de
præſenti,& illa,adhuc impubes, malitia ſupplente
ætatem,copulam perfectam fornicariam habeat cũ
quodam tertio, ſponſo adhuc impubere exiſtente,
aut etiam pubere iam facto, ſed nondum cum illo
iterum celebrato mattimonio, fornicarii illi non
ſubiacebunt pænis eius legis propter eandem ratio-
nem, quia ſcilicet copula illa fornicaria rationem
adulterii non habet. Atque in his omnibus euenti-
bus locum habet reſtrictio illa ac limitatio eius
legis.

5 Dubium verò eſt, ſi illa impubes deſponſata fuit
per verba de præſenti cum pubere,& malitia ſupplẽ
te ætatem,adhuc exiſtens impubes,habuit veram ac
completam copulam fornicariam cum quodam ter
tio,vtrùm tunc illa & fornicarius ille pænas eius le-
gis incurrant; quoniam tunc, cum potens fuerit ad
generandum,verum fuit matrimonium cũ ſuo ſpõ-
ſo per verba de præſenti,ac proinde copula illa for-
nicaria rationem habuit veri adulterii. Longè verò
magis copula cum quodam tertio haberet rationem
adulterii,ac proinde longè magis eſſet dubium, nũ
tales fornicarii incurrerent pænas eius legis, ſi ſpon
ſus ille veram copulam habuiſſet antea cum illa ad-
huc impubere,malitia ſupplente illius ætatem, quo
caſu verum fuiſſet matrimonium illud inter ipſos
celebratum per verba de præſenti, præſertim ſi co-
pula inter ipſos anteceſſit celebrationem illam ma-
trimonii per verba de præſenti.

Couarruuias rem hanc totam diſputat num. 15.
citato. Dicendum verò arbitror,legem illam ordi-
namenti ad id dumtaxat reſpexiſſe, quod regulari-
ter, ſpectataque natura rei ac iuris diſpoſitione ac
præſumptione,euenire ſolet, nẽpe inter impuberes
non eſſe matrimonium, etiam ſi per verba de præ-
ſenti celebretur,neque curaſſe diſponere de euenti-
bus per accidens, & quàm rariſſimis, qui euenire
poſſent,& qui,quando euenirent, diſpoſitione ipſa
iuris non præſumerentur tales,niſi contrarium aliũ
de probaretur ac conſtaret manifeſtè. Maximè quia
in euentu illo primo loco propoſito euenire optimè
potuiſſet,vt quando illa impubes ſponſalia per ver-
ba de præſenti celebrauit, eſſet adhuc impotens ad
generandum, ac proinde id non eſſet matrimoniũ,

A & vt paulo poſt fieret ad id potens,in quo euẽtu for
nicatio illa ſubſequuta rationem non haberet adul-
terii. Atque poſt Concilium Tridentinum, in quo
fuit diſpoſitum,vt nullum eſſet matrimonium, niſi
celebratum eſſet præſente parocho, aut alio ſacer-
dote de ipſius parochi aut ordinarii licentia, & præ
ſentibus aliis duobus aut tribus teſtibus, iuſſumque
fuit,vt regulariter antecederent publicæ denuncia-
tiones in eccleſia antequam matrimonium celebra-
retur,multo rarius locum habere poſſunt eiuſmodi
euentus. Vnde dicendum eſt,ſi aliquando eiuſmo-
di euentus eueniret,perſpicueque probaretur,arbi-
trio prudentis iudicis relinqui iudicandum,qualiter
punire debeat tale adulterium. Et quamuis punien-
dum videatur acriùs,quàm ſi nõ præceſſiſſet id ma
B trimonium,non tamen videtur puniendum integra
ordinaria adulterij pæna,exiſtente præſertim ea di
ſpoſitione eius legis.

Quod verò attinet ad ſponſam per verba de futu 6
ro, communis doctorum ſententia eſt, quam refe-
runt ac ſequuntur Iul. Clar. num. 8. citato, Anton.
Gom. num. 47. etiam citato. §. dubium tamẽ,& Co-
uar. cap. 1. citato à nu. 6. ipſam, fornicantemque cũ
illa, pœnas pro adulterio ſtatutas non incurrere,tã-
etſi multi refragentur,ad quorum ſententiam acce-
dere videtur Gregor. Lopez. l. 1. titu. 17. par. 7. ver.
o eſpoſada, ſtando in puncto iuris communis: nam
de iure huius regni poſt legem illam. 2. ordinamen-
ti,quæ eſt 3. tit. 20. li. 8. nouæ collect. conſtat locum
non habere, vt ex ea lege relatum eſt: Ratio autem
C cur,ſi ſponſa per verba de futuro fornicetur, neque
ipſa,neque qui cum ea fornicatur,pænas pro adulte
rio ſtatutas incurrat,eſt. Quoniam,vt ex ſe liquet,&
copiosè probat Couar. vbi ſuprà num. 8. aduerſus
quoſdam contrarium affirmantes,(tametſi malè in
ter eos citet gloſſam cap. quemadmodum verb. ſpõ-
ſam, de iureiur. quæ id non affirmat) copula illa for
nicaria non eſt adulterium,eo quòd nondum extite
rit matrimonium, ſine quo eſſe nequit adulterium,
eaque de cauſa propter illam non incurruntur pœ-
næ adulteris ſtatutæ. Neque nobis obijcias legem.
1. titul. 17. par. 7. dum ſic habet; *Adulterio es yerro,
que ome faze à ſabiendas, iaziendo con muger caſada, o
deſpoſada con otro*. Quoniam in ea lege nomine de
caſada intelligitur illa, quæ more huius regni eſt ve-
D lata,ſeu ad eccleſiam delata,& cum viro benedictio
nes eccleſiæ iam ſuſcepit: nomine verò *de deſpoſa-
da*, intelligitur ea, quæ (more etiam huius regni) per
verba de præſenti contraxit matrimonium, nõdum-
que eſt velata: ſic enim vocabulis illis vſque in ho-
diernum diem in hoc regno vtimur. Neque eſt cre-
dendum,eos viros doctiſſimos,qui illas leges colle-
gerunt ac condiderunt, adeò fuiſſe inſipientes, vt
ſponſalia per verba de futuro matrimonium appel-
larent,contra id,quod rei veritas habet, ac iura do-
cent,& per conſequens,vt copulam fornicariam cũ
ſponſa per verba de futuro adulterium nuncuparẽt.
Neque etiam eſt dicendum,ſumptum eſſe adulteriũ
latè,vt comprehendit etiam ſtuprum, vt ſumitur ſæ
E pe textibus iuris communis. Quoniam adulterium
ita latè ſumptum fornicationem cum vidua compre
hendit,quæ tamen fornicatio cum vidua ſub adulte
rio ea lege 1. explicato non comprehenditur.

Neque ſanè iura ciuilia docent copulam cum ſpõ 7
ſa de futuro eſſe adulterium,preſsè & propriè ſum-
ptum,aut ob illam adulterij pænas incurri,vt multi
ſunt arbitrati. Dum.n. lex ſi vxor. §. diui Seuerus. ff.
ad leg. Iul. de adult. ſic habet: *Diui Seuerus & Anto-
nius reſcripſerunt, etiam in ſponſa hoc ipſum uindican-
dum, quia neque matrimonium qualecunque, neq; ſpem
matrimonij, uiolare permittitur.* (impunè ſcilicet)
ſanè,inquam, dum lex illa ita habet, ſponſalia per
verba de futuro non appellat matrimonium, ſed
ſpem

ſpem matrimonij, hoc eſt, ius eis ſponſalibus comparatum ad matrimonium cum ea ſponſa contrahendum, ſponſaliaque proinde apertè ibi diſtinguit à matrimonio iam contracto, ac proinde copulam fornicariam aduerſus fidem ſponſaliorum, cum iniuria & dedecore magno ſponſi, nõ cenſet eſſe adulterium preſsè, quod matrimonium iam cõtractum ſupponit, & eſt copula aduerſus fidem matrimonio iam contracto debitam. Quare verba illa; *hoc ipſum eſt uindicandum* (hoc eſt puniendum) non referunt adulterium, ſed referunt ſtuprum latè ſumptum: neque enim de ſolo adulterio præceſſerat in eo textu ſermo, ſed etiam de fornicatione cum concubina patroni, quæ neque vxor neque ſponſa illius erat, & quam puniendam etiam dixerat: neque in eo toto titulo, quin neque in ſequẽtibus in eo textu, eſt ſermo de ſolo adulterio, ſed etiam de alijs puniendis fornicationibus: imò verò vocabulum adulterij latè ſæpe in eo titulo quin & in eo textu ſumitur, vt ſtuprum comprehendit, etiam latè ſumptum, quo pacto comprehendit fornicationem cum vidua, vt Diſput. 46. §. dubium item eſt, dictum à nobis comprobatumque varijs iuribus eſt. Vnde in eodem textu. §. ſi minor, ſi ſubiũgitur: *Si minor* (mulier ſcilicet) *duodecim annis in domum deducta* (ſpõſi ſcilicet, vt poſtea ſit illius vxor) *adulterium commiſerit, mox apud eum ætatem exceſſerit*, (id eſt, & poſtea in domo illius exceſſerit pubertatis annos) *cœperitque eſſe vxor*, (illius ſcilicet) *non poterit iure viri accuſari ex eo adulterio, quod ante ætatem nupta commiſit: ſed vel quaſi ſponſa poterit accuſari ex reſcripto diui Seueri, quod ſuprà relatum eſt*, (hoc eſt, iuxta ea quæ paulo antea ex §. diui Seuerus à nobis relata ſunt: vbi vides, diſcrimen conſtitui inter fornicationem cum ſponſa, & cum vxore, etiam quando vna & eadem poſtquam eſſet ſponſa, tranſiuit in vxorem, accuſandaque illa eſt ab eodem viro, vel, ob crimẽ fornicationis, quod commiſit quando erat ſponſa, etiam ſi agnitum à viro ſit poſtquam in vxorem tranſiuit, vel ob fornicationis crimen, quod commiſit poſtquam fuit vxor, quod ſolùm preſsè ac propriè eſt adulteriũ, ac proinde quod ſolùm pœna adulterij preſsè ſumpti eſt puniendum. Atque l. mulierem. §. quærebatur. ff. eod. titu. habetur, ſi deſponſata vni, nubat alteri, cũ quo matrimonium conſummet, non poſſe ſponſum accuſare illam de adulterio; eo quòd ea copula, præcedente matrimonio cum eo ſecundo viro, fornicaria non fuerit: cum tamen re vera accuſare eam poſſet, ſi prior ille ſponſus non ſola ſponſalia, ſed matrimonium cum illa celebraſſet: tunc enim copula cum illo ſecundo eſſet fornicaria, & verum adulterium, vt pote contra fidem prioris veri matrimonij. Quando autem l. propter violatam. C. eod. titu. habetur, ſi virgo ſit violata antequam alicui eſſet deſponſata, & poſtea nubat cum aliquo, eum maritum non poſſe agere ob crimen ante ſponſalia cum ſua vxore cõmiſſum: poſſet tamen agere, ſi poſt ſponſalia cum ipſo contracta fuiſſet violata; quia tunc iniuria ipſi eſſet facta, quo tempore fuit violata. Quãdo, inquam id ita in ea lege habetur, intelligitur agere poſſe non iure mariti, neque tanquam de adulterio preſsè & propriè, ſed iure ſponſi tanquam de ſtupro in ſuam iniuriam commiſſo, ſeu de adulterio latè ſumpto in ſuam iniuriã propter antecedentia ſponſalia, ſpemve matrimonij cum iure ad rem, vt ea mulier ſecum illud contraheret, iuxta ea, quæ ex l. ſi vxor. §. diui Seuerus. & §. ſi minor. relata paulo antea ſunt. Itaque cũ l. item apud Labeonem. §. ſponſum quoque. §. de iniurijs, ſic ſcriptum legamus: *Sponſum quoque ad iniuriarum actionem admittendum puto*: (quando ſcilicet iniuria facta fuit ipſius ſponſæ.) *Etenim ſpectat ad contumeliam eius iniuria quæcunque ſponſæ eius fiat*: cum, inquam, id ita in eo §. ſcriptum legamus, ſa-

A nè multo magis competit ei iniuriarum actio, tam aduerſus ſponſam fornicantem cum aliquo, quam aduerſus fornicantem cum illa, eo quòd illa ſua propria ſit iniuria, contra ſpem matrimonij per ſponſalia comparatam, iusve iuſtitiæ ad rem, vt illa ſecum contrahat, fiatque ſua legitima vxor; neque illa fuerit iniuria facta ſponſę, ſi ſponſa in ea fornicatione conſenſit; quippe cum violenti ac conſentienti nulla facta fuerit iniuria. Ecce ergo, quænam grauiſſima iniuria ac iniuſtitia fiat ſponſo per verba de futuro, tã ab ſponſa, quàm à fornicante cum illa, ratione cuius meritò eiuſmodi ſponſo conceſſa in iure eſt actio ipſi omnino propria ad eam iniuriam vindicandam; tametſi non tanta pœna, quanta punitur adulterium preſsè ac propriè; eo quòd longè grauior iniuria ſit, quæ ex adulterio reſultat marito pro-

B pter ius iam in re ac veluti dominium corporis ſuæ vxoris ad actum coniugalem, indiſſolubilitatemque matrimonii; cum tamen integrum ſponſo per verba de futuro ſit diſſoluere antecedentia ſponſalia eo ipſo, quòd de fornicatione vxoris ipſi conſtat.

Couar. cap. 1. citato. nume. 14. ex eo quòd fornicatio cum ſponſa per verba de futuro non ſit adulterium preſsè & propriè, eo quòd non ſit contra matrimonium iam contractum, ſed ſolùm contra ſpem matrimonij modo explicato, infert, fornicationem commiſſam cum ſponſa per verba de futuro non eſſe circumſtantiam neceſſario confitendam, eo quòd non mutet ſpeciem: & circumſtantiæ, quæ ſpeciem non mutant, non ſint neceſſariò confitendæ. Ego

C contrarium exiſtimo eſſe verum. Tum quoniam circunſtantiæ notabiliter aggrauantes ſunt neceſſariò confitendę, iuxta tutiorem ac probabiliorem ſententiam: hæc autem notabiliter aggrauat. Tum perſpicuè, quoniam falſum eſt, hanc non mutare ſpeciem, ſuperaddendo nouam ſpeciem iniuſtitiæ, eamque lethalem, aduerſus ſponſum. Etenim præter ſpeciem fornicationis cum non ſua, quatenus eſt contra bonum prolis, id quod commune eſt omni copulæ fornicariæ; & præter rationem ſtupri contra quintum decalogi præceptum, ſi illa erat virgo, quatenus corrumpitur & aperitur clauſtrũ virginitatis ab ſtupratore aliter, quàm à Deo, qui ſolus eſt dominus corporis & membrorum, ſit conceſſum ac inſtitutum, hoc eſt, non actu coniugali; ſanè ibi cernitur noua

D ratio grauiſſimæ iniuriæ ac iniuſtitiæ aduerſus ſponſum, quæ non cerneretur, ſi cũ eo contracta non fuiſſent ſponſalia, & quam non dubito eſſe culpam iniuſtitiæ lethalem aduerſus illum, ac proinde eſſe neceſſariò confitendam: ea autem iniuſtitiæ ratio ibi cernitur, quatenus ea fornicatione violantur ius iuſtitiæ ad rem, quod vi ſponſaliorum præcedentium is ſponſus habet, vt illa ſit ſua vxor, & quatenus ea fornicatione inepta ea ſponſa redditur, vt matrimoniũ cum eo ſponſo celebretur, non ſine dedecore & iactura magna illius, atque quatenus, ſi ſit virgo, ab alio prius defloratur: quis autem dubitet, eam tãtam iniuriam, quæ ſponſo fit, culpam eſſe lethalem, ac circumſtantiam mutantem ſpeciem, ſuperaddendo

E nouã iniuſtitię ſpeciem? De ſponſo autem, qui, poſt ſponſalia contracta, fornicaretur cum alia, ſanè cum id non ſit tanta iniuria ſponſæ, quia in eo nullum dedecus cernitur ſponſæ in hominum & in ipſius ſponſæ æſtimatione, neque ille ea de cauſa ineptior redditur matrimonio cum ipſa contrahendo, exiſtimare quis poſſet, iniuriam, quæ tunc ratione ſponſaliorum antecedentium ſponſæ fit, non pertingere ad culpam lethalem, ac proinde non eſſe circumſtantiam neceſſariò cõfitendam: quod ſanè probabilitate non caret.

DI-

DISPVT. 94.

Vtrùm adulterium cum ea coniugata, de cuius matrimonio cum ſuo marito conſtat fuiſſe nullum, puniendum ſit pœna adulterij ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Quando matrimonium reputatum fuit validum inter virum & mulierem aliquam, eaque mulier poſt matrimonium fornicata eſt cum aliquo, ſi deinde probetur id matrimonium fuiſſe nullum, tunc maritus nec dotem aut quidquam aliud bonorum vxoris in pœnam ob fornicationem illius lucratur, & multo maiori cum ratione nihil lucrabitur de bonis eius, qui cum illa eſt fornicatus, neque illi fornicarij ſubiacebunt pœnæ ordinariæ pro adulterio ſtatutæ.*

2 *Contrarium tamen affirmant aliqui, nempe fornicarios illos pœnas ordinarias pro adulterio ſtatutas incurrere, eſto ante latam ſententiam delegatur matrimonium fuiſſe nullum, neque eam exceptionem, quòd ſcilicet matrimonium fuerit nullum, eſſe curandam, tanquam quæ non excuſaret fornicarios illos à pœnis pro adulterio ſtatutis.*

3 *Quid circa illam rem in Hiſpania ſtatutum ſit.*

4 *In Luſitania ita limitata eſt hæc quæſtio, vt non interficiatur adultera, neque maritus obtineat illius bona, ſed illa puniatur pœna arbitraria, quando maritus conſcius erat impedimenti, quando adulterium fuit commiſſum.*

5 *Quando aliqui ſe fingebant coniugatos, & tales communiter reputabantur, cum tamen inter ipſos nullus matrimonij contractus interueniſſet; tunc, ſi illa cum quodam tertio fornicetur, & de adulterio accuſentur, neque illa neque fornicator puniuntur pœna mortis, ſed alia arbitraria infra mortem, ob offenſam reip. factam.*

6 *Ex eo quòd quando matrimonium fuit nullum, maritus accuſare non poſſit vxorem fornicariam iure mariti, ſed iure extranei, colligitur maritũ non poſſe impunè interficere talem fornicariam ac fornicarium, repertos in flagranti delicto.*

7 *Diluuntur nonnulla ex antecedente opinione.*

8 *Quamuis maritus, detecta matrimonij nullitate, accuſare non poſſit iure mariti, hoc eſt cum prælatione alijs; nihilominus, ſuppoſita pœna pro adulterio etiam in eis fornicarijs iure ſtatuta, & applicata marito adulteræ, etiamſi matrimonium verum non fuerit, ad eum maritum, ita iure extranei accuſantem, pertinet pœna bonorum iure ipſi applicata.*

QVando matrimonium reputatum fuit validum ac verum inter virum aliquem & mulierem aliquam, eaque mulier, poſt contractum id matrimonium, fornicata eſt cum aliquo, quæritur, ſi probetur aut manifeſtetur poſtea id matrimonium fuiſſe nullum, quòd deprehendatur fuiſſe cõſanguineos, vel affines, aut propter legitimum aliud impedimentum dirimens matrimonium, quæritur, inquam, an tunc fornicarij illi excuſandi ſint à pœna ordinaria, tam ciuili, quàm criminali, adeò vt ſi lata fuiſſet ſententia, mãdataque fuiſſet exequutioni, & occupata fuiſſent bona illorum à marito, reſtituenda illis eſſent, aut hæredibus illorum, ſi illi eſſent defuncti, vt ſi capite propter id crimen eſſent mulctati, aut aliqua alia ratione.

A Glo. l. conſenſu. §. vir quoque. C. de repud. verb. ſibi habere, verſ. item quid dices? aſſerit, maritum in eo euentu non lucrari dotem talis adulteræ, ſed teneri illam reſtituere. Quod confirmat ex authentico de nuptijs. §. ſi verò ab initio, vbi habetur, quando matrimonium fuit ab initio nullum, propter dirimens ſeruitutis impedimentum ab altero coniuge ignoratum, tunc ex tali matrimonio vnum coniugem nullum lucrum reportare, ſed ſolùm petere poſſe, quod attulit, quodque ad ipſum ſpectat: vnde in propoſito, cum ab initio matrimonium fuerit nullum, dicendum erit, maritum nec dotem, nec quicquam aliud bonorum vxoris, in pœnam ob fornicationem illius lucrari, & multo maiori cum ratione nihil lucrabitur de bonis eius, qui cum illa eſt B fornicatus, neque illi fornicarij ſubiacebunt pœnæ ordinariæ pro adulterio ſtatutæ. Gloſſam illam ſequuntur Salyc. Paulus Caſtrẽſis, & alij, quos Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu. 48. refert.

Confirmare autem poſſumus in eo euentu, neq; dotem neque quicquam aliud de bonis illius pertinere ad maritum illum propter eam fornicationẽ, ex l. ſi vxor. §. diui Seuerus. verſ. ſed & ſi ea. ff. ad leg. Iul. de adulter. qui ſic habet: *Sed & ſi ea ſit mulier, cum qua inceſtum commiſſum eſt*, (quia ſcilicet erat conſanguinea eius mariti) *vel ea, quæ quamuis vxoris animo haberetur, vxor tamen eſſe non poteſt*, (ob dirimens ſcilicet impedimẽtum) *dicendum eſt, iure mariti accuſare eam non poſſe; iure extranei poſſe.* Ecce talis maritus nõ poteſt eam accuſare de eo cri C mine iure mariti, ſeu tanquam maritus, ſed ſolùm tanquam extraneus, vt quiuis alius de populo; eo quòd crimen illud publicum ſit de iure communi, vt diſtinguitur à crimine priuato, cuius proinde accuſatio ad quemuis de populo ſpectat: ergo quemadmodũ ſi alius accuſaret, nihil de bonis illius mulieris ad ita accuſantem in pœnam talis delicti attineret; ita ſi maritus, non iure mariti, ſed vt quiuis alius de populo illam accuſet, nec dos nec aliud de bonis illius mulieris ad ipſum attinebit.

Contraria tamen ſententia eſt communis doctorum cum gloſſa, & Panorm. c. plerumque, de don. inter virum & vxor. quàm referunt ac ſequũtur Iulius Clar. 5. lib. ſent. §. adulterium, num. 14. Anton. Gom. num. 48. citato, & Couar. in 4. decret. par. 2. D cap. 7. §. 6. num. 1. nempe fornicarios illos pœnas ordinarias pro adulterio ſtatutas incurrere, eſto ante latam ſententiam detegatur matrimoniũ fuiſſe nullum, neque eam exceptionem, quòd ſcilicet matrimonium fuerit nullum, eſſe curandam, tanquã quę, eſto probaretur, non excuſaret fornicarios illos à pœnis pro adulterio ſtatutis. Cum enim formaliter adulterium commiſerint, iniuriamque grauiſsimam marito adulteræ intulerint fornicando, interim dũ matrimonium non fuit pronunciatum nullum, meritò ſanè eas pœnas incurrunt, eſto per accidens id ex eo non fuerit adulterium materialiter, quòd mulier illa verè coniugata non fuerit. Hanc ſententiam, ſtando in iure communi, probat l. ſi vxor. §. di E ui Seuerus. ff. ad leg. Iul. de adult. illis verbis Diſputatione præcedente relatis: *quia neque matrimonium qualecunque*, (id eſt, etiam reputatum verum, nec verum exiſtens) *neque ſpem matrimonij, violare permittitur.* Et multo magis verſ. ſed & ea, in verbis ſupra in hac Diſputatione relatis, quibus marito, etiã poſtquam eſt detectum non fuiſſe verum matrimonium cum ea muliere, permittitur id adulterium accuſare ad pœnam adulterij, licet non iure mariti, hoc eſt, cum prælatione alijs, de qua Diſput. 46. fuit habitus ſermo, ſed iure extranei, & idẽ permittitur cuicunque alteri de populo.

Res verò hæc de iure huius regni definita eſt l. 81. Tauri, quæ eſt l. 4. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. his ver-

verbis: *Si alguua muger, eſtando con alguno caſada, o deſpoſada por palabras de preſente, en faz de la ſanta madre Ygleſia, cometiere adulterio, que aunque ſe diga y prueue por algunas cauſas y razones, quel el dicho matrimonio fue ninguno, ora por ſer parientes en conſanguinidad, o afinidad, dentro del quarto grado, ora porque qualquier dellos ſea obligado antes à otro matrimonio, o aya hecho uoto de caſtidad de entrar en religion, o por otra coſa alguna, pues ya por ellos no quedo de hazer lo que non deuian, que por eſto no ſe eſcuſen, à que el marido pueda accuſar de adulterio, aſſi à la muger, como al adultero, como ſi el matrimonio fueſſe uerdadero. Y mandamos, que en eſtos tales que aſſi auemos por adulteros, y en ſus bienes, ſe execute lo contenido en la ley del fuero de las leyes, que habla de los que cometen delicto de adulterio, que es la primera deſte titulo.*

4 Hæc eadẽ res definita eſt in Luſitania, li. 5. ord. tit. 17. adhibita limitatione, ꝙ nihilominus non interficiatur adultera, neque maritus obtineat illius bona, ſed illa puniatur pœna arbitraria, quando maritus conſcius erat impedimenti, quando adulteriũ fuit cõmiſſum. Sic enim habet titulus ille 17. in prin. *Se alguun homen peccar con molher, que for caſada de feyto, e nam de dereito, por cauſa dalgun diuido, ou cunhadio, que antre o marido e molher aia, ou otro qualquer impedimento porque o matrimonio nom ſeia ualioſo, aſſi deue morrer e auer aquella pena, como ſe o dito caſamento por dereyto foſſe ualioſo, ſe a tempo do dito peccado ella foſſe auida e tractada por caſada da quelle que a ouuer recebida por molher, e theuola em fama pubrica de molher, nomeandoſe pubricamente por marido e molher, e por taes auidos geralmente na uezinhanza onde moram: porque em tal caſo eſguardaram os dereitos muito atenzam, que ouue o dito adultero de peccar con molher caſada, penſando que ho era, ainda que ho ella non ſeia, pois o caſamento por dereito nam valeo, e por tanto deue auer aquella pena, que he dada à aquelle que peccou con molher caſada. E eſſa meſma pena corporal auera aquella, con que o dito peccado for cometido. Saluo ſe o marido era ſabedor do impedimento, porque o matrimonio nom era valioſo: porque em tal caſo ella nom morreraa per iuſtiça, nem o marido a poderaa matar: mas auera ella quando for accuſada po lo dito adulterio a pena que bem parecer a os iulgadores, auendo reſpeito a aqualidade do impedimento. E eſſa meſma pena arbitraria auera o marido quãdo ha no dito caſo matar. E nom auera o marido os beẽs da molher com que aſſi de feito, e nom de dereito, for caſado, por razam de parenteſco, ou cunhadio, ſe por iuſtiça em pena de morte a fezer condenar, poſto que dantre ambos nom fique filho nem outro algun deſcendente.*

5 Quando aliqui ſe fingebant coniugatos, & tales communiter reputabantur, cum tamen inter ipſos nullus matrimonij contractus interueniſſet, ſiue validus, ſiue inualidus; tunc, ſi illa cum quodam tertio fornicetur, & de adulterio accuſentur, neque illa, neque qui cum ea eſt fornicatus, puniuntur pęna mortis, ſed alia arbitraria infra mortem, ob offenſam reipublicæ factam, quòd cum reputaretur communiter coniugata, ita cum illa alius fornicatus ſit. Atque fornicarius in hoc euentu puniri non debet mitiori pœna, quam exilij ad loca Africæ in decennium: fornicaria verò puniri debet exilio quadriennij ad locum aliquem vltra marinum. Si tamen in prædicto euentu maritus ille putatiuus, vltra prædicta, præſentet inſtrumentum publicum matrimonij cum muliere illa contracti, fornicarius & fornicaria puniuntur exilio in decennium in inſulam diui Thomæ, fornicariaque illa, ſi deſcendentes non habeat, amittit omnia bona ſua marito putatiuo. Hæc omnia habentur ti. 17. citato. §. 1.

6 Ant. Gom. nu. 48. citato, ex eo, quòd quando matrimonium fuit nullum, maritus accuſare non poſſit vxorem fornicariam iure mariti, ſed iure extranei, vt ſupra dictum eſt, colligit cum Bart. & communi doctorum ſententia, non poſſe impunè interficere talem fornicariam ac fornicarium repertos in flagranti delicto, iuxta l. marito. §. vlt. ff. ad legem Iul. de adulter. Vbi, cum inter alia quæſitum fuiſſet, an ſi vxor contra leges nupſerat, maritus poſſet eam & adulterum interficere, ſubiungitur: *Et rectius dicetur, eos ius occidendi habere, qui iure patris maritive accuſare poſſunt.* Vbi à contrario ſenſu, & iuxta quæſtionem illam antecedentem, ad quam eis verbis reſpondetur, manifeſtè docetur, maritum, qui accuſare nõ poteſt iure mariti tales fornicarios, neque illos poſſe interficere repertos in flagranti delicto. Quòd ſanè eſt verum, quando maritus conſcius erat, matrimonium fuiſſe nullum; in quo adhuc euentu, vt ſatis perſpicuè conſtat ex verbis ſupra relatis ex §. diui Seuerus, & ex textu proximè relato, de iure communi fas erat marito accuſare tales fornicarios ad pœnam adulterij. Quando autem maritus exiſtimabat eam eſſe ſuam legitimam vxorem, quia impedimentum ignorabat, tunc ſanè impunè illos interficeret: quia tanquam maritus verus in ſua tunc exiſtimatione eos interficeret, eſto poſtea deprehenderetur, illam non fuiſſe ſuam legitimam vxorem.

Idem Ant. Gom. ibidem cum alijs, quos citat, aſſerit, quando matrimonium fuit nullum ob defectũ conſenſus, aut quia nondum contrahentes peruenerant ad legitimam ætatem ad contrahendum validè; tunc, eſto poſtea ſequatur fornicatio fęminæ, quæ eo modo inualidè cõtraxerat, nec ipſam, neque fornicarium cum ipſa, incurrere pœnas pro adulterio ſtatutas.

Ad authenticum de nuptijs. §. ſi uerò ab initio, 7 cui nitebatur gloſſa. l. conſenſu, dicendum eſt: Illud ſolùm habere locum, vt ui matrimonij nulli, quando nullum eſſe ſciebatur ab uno coniugum, & ab altero ignorabatur, (vt in eo matrimonio euenit, in quo liber cum ſerua contraxerat ignorando conditionem ſeruitutis illius) coniux, qui ſciebat impedimentum matrimonij, nullum lucrum ſeu commodum poſſit reportare, ſed contentus eſſe debeat ijs, quæ ad id matrimonium attulit: non tamen negat ille textus, id quod iura alia ſupra citata apertè diſponunt, nempe ob crimen fornicationis, commiſſum interim dum perſeuerabat idem aut ſimile aliud matrimonium inualidum inter ita coniugatos, maritum accipere poſſe aliquid de bonis talis vxoris, & de bonis fornicarij cum illa, in pœnam talis fornicationis in ipſius iniuriam commiſſæ. Tametſi de iure communi bona adulteri non pertinerent ad maritum, ſed ad fiſcum: neque item bona adulteræ, quando aduerſus illam procedebatur criminaliter.

Ad confirmationem, quam ſubiecimus, dicen- 8 dum eſt: Quamuis in eo euentu, detecta matrimonij nullitate, accuſare non poſſit iure mariti, hoc eſt cum ea prælatione aliis, de qua Diſput. 46. dictum eſt; nihilominus, ſuppoſita pœna pro adulterio, etiam in eis fornicarijs iure ſtatuta, & applicata marito adulteræ, etiam ſi matrimonium verum nõ fuerit, ad eum maritum, ita iure extranei accuſantem, pertinere pœnam bonorum iure ipſi applicatã. Vnde ad argumentum, conceſſo toto antecedente, neganda eſt conſequentia. Adde, tempore, quo ea lex lata fuit, nihil de bonis adulterorum applicatũ fuiſſe marito adulteræ: neque hodie de iure communi quicquam bonorum adulteri applicari in pœnã marito adulteræ; quin neque quicquam de bonis adulteræ illi applicari, ſi criminaliter aduerſus illam procedat, vt dictum eſt.

DISPVT. 95.

Pares ſunt vir & vxor, vt altero eorũ adulterante, alius agere poſſit ad diuortium. Et quouſque id impediat adulterium alterius ante vel poſt cõmiſſum. Et quando vnus tacitè alteri parcere cenſeatur, vt agere non poſſit ad diuortium. Et vir parcere cenſeatur vxori, vt nec criminaliter agere aduerſus eam poſſit. Et num viri adulterium actionẽ criminalem de adulterio aduerſus vxorem impediat.

SVMMARIVM.

1 *Pares ſunt vir & vxor, vt ſi vnus eorum adulteriũ in alterius iniuriam committat, amittat ius petendi debitum ab altero, qui innocens quoad ſimile crimẽ comparatione eius ſit, ac proinde innocens non tenetur illi reddere debitum in conſcientiæ foro, & poteſt in exteriori foro facere ab illo diuortium, ſi de tali adulterio ſufficienter in eo foro conſtet.*

2 *Vnus coniugum non ita amittit per ſuum adulteriũ ius petendi debitum ab innocente, quaſi non poſſet licitè vti actu coniugali cum illo, & quaſi non poſſit eum actum exigere inuitando licitè coniugem innocentem ad talem actum, ſiue is coniux innocens id adulterium ſciat, ſiue ignoret; ſed quia licitè coniux innocens poteſt eum actum illi in perpetuum denegare.*

3 *Quando vxor propter mariti adulterium diuortium ab eo faceret, vltra dotem & bona ſua parapherna lia, ac dimidium lucrorum, ſi quæ comparata fuiſſent conſtante matrimonio, ſoluendæ ſunt ei arrhæ, cum nulla ſit cauſa cur eas amittat.*

4 *Cum per adulterium unius, matrimonium non diſſoluatur, eaque de cauſa, eſto ab innocente legitimè eſſet factum diuortium propter adulterium, quod alter coniux aduerſus illum commiſiſſet, nihilominus fornicatio, quam is innocens poſt tale diuortium commiſiſſet, verè eſſet adulterium cõtra fidem matrimonij adhuc manẽtis, atque in iniuriam alterius coniugis, qui antea aduerſus ipſum adulterium cõmiſerat. Inde ſanè efficitur, quòd inter adulteria vtrinque commiſſa detur mutua iniuriarum fractæque fidei matrimonij compenſatio.*

5 *Ex eo quòd detur mutua adulteriorum compẽſatio, etiamſi adulterium innocentis ſecutum ſit poſt factum diuortium, infertur exceptionem hanc compẽſationis adulteriorum, ut impediatur diuortium, opponi poſſe etiam poſt litem conteſtatam. Et rarus quidam circa id ipſum euentus.*

6 *Copula fornicaria uxoris ante matrimonium cõtractum ſi poſt matrimonium contractum ſciatur, nõ eſt ſufficiẽs cauſa expellendi uxorem, denegandi ve illi debitum poſt contractum matrimonij; ſed tenetur maritus, ea copula fornicaria nihil impediente, admittere & uocare uxorem ad conſortium maritale: quare credendum eſt eam id uelle, ſed non audere id petere timore aut uerecundia mariti, cui ſcit notam eſſe antecedentem fornicariam copulam, eaque de cauſa ipſam faſtidire.*

7 *Copula fornicaria cauſa eſt ſufficiens, ut ſponſus per uerba de futuro poſſit licitè non uelle implere ſponſionem ſeu pactum eorum ſponſalium.*

8 *Pollutio peccaminoſa alterius coniugis cum quadam tertia aut cum quodam tertio ſine copula, & per cõſequens tactus alij impudici ſine copula cum eo aut* A *cum ea, non ſunt ſufficiens cauſa, vt coniux alter innocens poſſit licitè facere diuortium, aut negare debitum coniugi illi, qui aduerſus innocentem ita iniuſtè peccauit, contra fidem matrimonij.*

9 *Sentẽtia de mutua adulteriorum compenſatione confirmatur.*

10 *Quando adulteria vtrinque commiſſa ſunt ante reconciliationem inter coniuges factam, locus eſt compenſationi, ſiue plura ex vna parte commiſſa ſint quam ex alia, ſiue ex vna parte commiſſum ſit vnũ tantum, & ex alia commiſſa ſint multa, & ſiue vnus ſiue alius vltimò adulteratus ſit, ita vt in eo euentu neuter diuortium facere poſſit in foro conſciẽtiæ, neque in exteriori, ſi de adulterio vtriuſque in exteriori foro conſtet, neque poſſit vnus negare alteri debitum ratione adulterij ab eo commiſſi.* B

11 *Si vir ſciens vxorem commiſiſſe adulterium, eam carnaliter cognoſcat, cenſetur illi parcere adulteria illucuſque commiſſa, nec poteſt intentare criminalẽ accuſationem aduerſus illam circa ea adulteria, neque proſequi accuſationem, ſi iam aliquã aduerſus illam circa ea adulteria intentauerat: ſecus autem ſi poſt eam tacitam remiſſionem adulterium aliud committat: nam aduerſus de nouo commiſſum optimè poterit accuſationem intentare.*

12 *Sicut tacita remiſſio impedit, ne maritus criminaliter accuſare poſſit vxorem de adulterio; ita multo magis impedit, ne accuſare illam poſſit, ob adulteria illucuſque commiſſa, ciuiliter ad diuortium, & ne proſequi poſſit accuſationem, ſi iam illam intentauerat, & refelluntur opiniones contrariæ.* C

13 *Si maritus commiſerit adulterium in iniuriam vxoris, non impedit eum agere criminaliter ad vxorem puniendam, idque ſi adulterium mariti ſequatur adulterium uxoris, ſiue illud antecedat.*

Qvod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, initio Diſput. 90. eſt dictũ, atque ex ſcripturis ſacris Matt. 5. & 19. & Mar. 10. comprobatum, par eſſe virum & vxorem, ut ſi unus illorum adulterium in alterius iniuriam committat, amittat ius petendi debitum ab altero, qui innocens quo ad ſimile crimen comparatione eius ſit, ac proinde innocentem non teneri illi reddere debitum in conſcientiæ foro, poſſeque in exteriori foro facere ab illo diuortium, ſi de tali adulterio ſufficienter in eo foro conſtet: quoniam innocens nõ tenetur implere ex ſua parte mutuum oneroſum matrimonij contractum, quo ſe aſtrinxit debitum coniugale alteri reddere, eo ipſo, quòd alter infidelis ipſi fuit adulterando, fidemque eiuſdem matrimonij contractus illi non ſeruando. Ita communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. in 4. decret. par. 2. c. 7. §. 5. nume. 8. & §. 6. num. 5. & 6. Sotus in 4. diſt. 36. quæſt. vnic. art. 4. Nauar. in Man. cap. 22. num. 21. & duobus ſequentibus, & lib. 4. conſil. titu. 19. de diuort. conſi. 1. & patet ex c. 1. vt lite non conteſtata, & ex aliis iuribus, conſentitque Cõcilium Tridentinum ſeſſ. 24. cano. 7. atque ex dicendis magis patebit. Porrò ratio hæc à nobis proximè reddita, & quam communiter doctores reddunt, cui innititur ius illud diuinum ac naturale à Chriſto locis citatis traditum, æquè vim habet in vxore atque in viro. Vnde licèt Chriſtus locis citatis de dimiſſione vxoris ob fornicationem ſolùm fecerit mentionem, quia ſermo de improbatione libelli repudii in lege euangelica id poſtulabat, & quia non eſt frequens vxores diſcedere ab illis ob illorum fornicationem, idem tamen intelligẽdum de vxoribus reliquit, vt ſcilicet poſſent ſimiliter diſcedere à viris ob illorum fornicationẽ; idque expreſſit Paul. 1. ad Cor. 7. dicens: *Præcipio, non ego, ſed Dominus, uxorem à uiro nõ diſcedere: quòd ſi di-*

ſi diſceſſerit, (ob fornicationem ſcilicet viri, in quo euentu ſupponit Paulus ex doctrina Chriſti, ex iureque ipſo naturali, id illi licere) *manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari*. Vnde de viro idem Paulus continuo ſubiungit: *Et uir uxorem non dimittat*; ſub intelligens ſimiliter ex doctrina Chriſti, & ex iure naturali, excepta fornicationis cauſa, licèt id etiam non expreſſerit.

2 Iam verò non ita vnus coniugum amittit per ſuũ adulterium ius petendi debitum ab innocente, quaſi non poſſit licitè vti actu coniugali cum illo, & quaſi non poſſit eum actum exigere inuitando licitè cõiugem innocentem ad talem actum, ſiue is coniux innocens id adulterium ſciat, ſiue ignoret; ſed quia licitè coniux innocens poteſt eum actum illi in perpetuum denegare propter fidem matrimonij ſibi fractam, adulterando ita in ipſius grauem iniuriam. Cum enim matrimonij vinculũ inter ipſos maneat, nec poſſit, etiam innocens, tranſire ad alias nuptias, viuente adultero, quoniam adhuc ſunt, ratione vinculi matrimonij inter ipſos remanentis, legitimi vir & vxor, vt ex teſtimonijs ſcripturæ citatis cõſtat, & definit concilium Tridentinum can. 7. citato, ſanè, etiam adulter, poteſt vti actu coniugali, & ad illum inuitare coniugem innocentem: non tamen poteſt ad eum actum illum cogere, propter ius, quod ex tali adulterio coniux innocens comparauit, ad eum actũ adultero denegandum, ſi velit. Atque hæc ſunt, quæ Nauarr. capit. 22. citato. nume. 23. & Sotus. in 4. Diſp. 36. quæſt. vnic. art. 3. verſ. vtrũ verò, intendunt ac docent.

3 Quando autem vxor propter mariti adulterium diuortium ab eo faceret, vltra dotem, & bona ſua paraphernalia, ac dimidium lucrorum, ſi quæ comparata fuiſſent cõſtante matrimonio, ſoluendæ ſint ei arrhæ: cum nulla ſit cauſa cur illas amittat. Et, cũ donationi propter nuptias ſuccedant in hoc regno, fortaſſe erunt vxori ſoluendæ ſtatim facto diuortio, eſto matrimoniũ non ſit diſſolutum morte alterius coniugum, iuxta ea quæ Diſputatio. 90. de eiuſmodi arrhis dicta ſunt. Hæc de primo eorum quæ propoſita ſunt.

4 Quod verò ad ſecundum attinet, quouſque ſcilicet adulterium eius, qui diuortium facere vellet propter adulterium in ipſius iniuriam commiſſum, debitumque denegare illi, qui in iniuriam ipſius illud commiſit, impediat ne diuortium facere poſſit, debitumque illi denegare, dicendum eſt. Quòd cum per adulterium vnius, matrimonium non diſſoluatur, vt dictum eſt, eaque de cauſa, eſto ab innocente legitimè eſſet factum diuortium propter adulteriũ, quod alter coniux aduerſus illum commiſiſſet, nihilominus fornicatio, quam is innocens poſt tale diuortium commiſiſſet, verè eſſe adulterium contra fidem matrimonii adhuc manentis, atque in iniuriam alterius coniugis, qui antea aduerſus ipſum adulteriũ commiſerat; inde ſanè efficitur, quòd inter adulteria vtrimque commiſſa detur mutua iniuriarum fractæque fidei matrimonij compenſatio, ac proinde efficitur, quòd ſolùm, quia adulterium antea commiſit, ſiue occultum id ſit ſiue manifeſtum, non poſſit in conſcientiæ foro facere diuortium aduerſus alterum, qui aduerſus ipſum adulterium (etiam manifeſtum ac publicum) poſtea committit, nec poſſit illi denegare debitum, nec item in exteriori foro hæc illi permittantur, ſi de illo ſuo priori adulterio in eo foro conſtet; ſed etiam qui poſt legitimũ diuortium ab ipſo factum ob adulterium in ipſum commiſſum, ipſo illucuſque perſeuerãte innocente, in adulteriũ incidit, teneatur in eodem foro conſcientiæ ceſſare eo ipſo à diuortio antea legitimè facto, & debitum reddere alteri coniugi, ad id eſſe cogendum in exteriori foro, ſi de tali ſuo adulterio poſtea ſequuto in

A eodem exteriori foro legitimè conſtet; idque propter mutuam illam adulteriorum fideique aduerſus matrimonium fractę compenſationem, quicquid in hoc poſteriori euentu in contrarium dicat Sotus in 4. diſt. 36. quæſtio. vnic. art. 6. in reſp. ad 3. contra aperta iura, quæ mox citabimus, ductus verbis quibuſdam diui Thomæ. Quare adulterium vnius, tam in conſcietiæ quam in exteriori foro, ſi anteceſſit adulterium alterius, impedit ne, qui prior eſt adulteratus, diuortium facere poſſit, & ne poſſit debitum denegare ei, qui poſterius adulterium commiſit: ſi verò ſequatur, & diuortium legitimè ſit antea factum, impedit ne diuortium continuetur, altero coniuge non renuente, & ne ei debitum coniugale denegari deinceps poſſit, eſto coniux, ex quo antea legitimè fuit factum diuortium, id adulterium eſſe ſubſequutum ignoret. Atque in hoc euẽtu ceſſante diuortio, redintegratoque matrimonio quo ad thorũ & cohabitationem, res ad priorem redibunt ſtatum, vt ſcilicet ceſſent ciuiles pœnæ amiſſionis dotis aut donationis propter nuptias, in conſequentiam diuortij propter antecedens adulterium inflictę. Quòd autẽ locum habeat illa mutua compẽſatio adulteriorum, impediatque in conſcientiæ & in exteriori foro, modo explicato, diuortium, denegationemque coniugalis debiti, habetur apertè c. intelleximus, & c. tua, de adult. c. ex literis. in fine, de diuortijs, & c. nihil iniquius. 32. q. 6. affirmatque communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Couar. in 4. decret. part. 2. c. 7. §. 6. nu. 5. & 6. & Nauar. in Manu. c. 22. num. 23. verſ. octauo, & conſil. 1. citato, & lib. 5. titu. 16. de adulterijs, conſil. 1. & 2. Atque conſilio hoc ſecundo rectè Nauarrus affirmat, quando in foro exteriori conſtat ſufficienter, vtrumque coniugatorum adulterium cõmiſiſſe, ſiue propria autoritate ſint inuincem diuiſi, ſiue publica autoritate fuerit antea factum diuortium ob vnius ipſorum adulterium poſtulante altero ea de cauſa diuortium, iudicem eccleſiaſticum ex ſuo officio poſſe ac debere illos cogere, vt ad conſortium matrimoniale redeant.

Ex doctrina autem tradita, quòd ſcilicet detur mutua adulteriorum compenſatio, etiam ſi adulterium innocentis ſequutum ſit poſt factum diuortiũ infert Couar. numero 6. citato, exceptionem hanc compenſationis adulteriorum, vt impediatur diuortium, opponi poſſe, etiam poſt litem cõteſtatam. Ex eadem etiam doctrina infert Nauarr. conſilio 1. citato de diuortijs, ſi vir innocens diuortium ab vxore adultera fecerat, atque in adulterium labatur occultè, teneri in foro conſcientiæ repetere ac conſortium matrimoniale vxorem ignaram eius adulterij occulti ſui mariti, illique debitum reddere, eſtò illa in publico perſeueraret adulterio, quando admonita redire vellet ad conſortium maritale. Multo verò magis ad id tenebitur, ſi adulterium ipſius ſit etiam publicum, vt conſilio 2. de adulterijs addit: in quo euentu rectè (vt proximè dictum eſt) docet, iudicẽ ex ſuo officio nobili poſſe ac debere eos cogere, vt ad conſortium redeant maritale. 5

Ex eadem quoque doctrina infert idem Nauar. conſilio primo de adulterijs, male feciſſe quendam, qui cum ante concilium Tridentinum validè cum quadam fœmina clandeſtinè contraxiſſet, ac conſummaſſet matrimonium, illaque negato eo matrimonio, quod in foro exteriori probari non poterat, tranſiſſet ad ſecundas inualidas nuptias, ex eiſque prolem ſuſcepiſſet, ordines ſacros ſuſcepit, patrato adulterio cum alia poſt contractũ illud clandeſtinũ matrimonium, & ante eos ordines ſuſceptos: atque eum non poſſe vti eis ordinibus ita ſuſceptis ſine diſpenſatione ſummi Pontificis; poſſeque ſummum Pontificem cum eo diſpenſare, vt eis vtatur interim dum

dum non petitur à ſua vxore. Etenim cum, propter adulterium ab eo etiam commiſſum, ius habeat mulier illa ad eum petendum ad actum & conſortium coniugale, nō potuit ille eos ordines ſuſcipere. Ego verò dicerem, etiam ſi adulterium non commiſiſſet ante ordines ſuſceptos, non potuiſſe illos ſuſcipere. Quoniam periculum erat, (manendo præſertim in ſeculo) ne adulterium ipſe etiam committeret poſt illos ſuſceptos, in quo euentu, propter compenſationem adulteriorum, tenebatur ſimiliter regredi ad actum cōſortiumque maritale cū illa, tanquam cum ſua adhuc vera ac legitima vxore, quæ ius tunc ad id haberet ob adulteriorum compenſationem.

Neque mihi quiſquam obijciat cap. Agatoſa 27. q. 2. vbi, cum quidam coniugatus religionem eſſet ingreſſus, vxorque illum repeteret, ait ſummus Pontifex, ſi conſtat illam adulterium commiſiſſe, non eſſe illi tradendum: eo quòd illa propter ſuum adulteriū amiſerit ius ad conſortium maritale cum illo. Non, inquam, id caput quiſquā mihi obijciat. Quoniam, ſi ille non commiſerat etiā adulterium, vt in eo capite ſupponitur, non erat periculum, quòd in religione illud committeret, vt teneretur deſerere aliquando religionem, & redire ad conſortium cum illa. Et quoniam ille iam erat religioſus, neque erat tradendus vxori interim dum propter ſuum adulterium non tenebatur habere actum coniugalem & conſortium maritale cum illa, maximè cum non eſſet moralis ſpes, quòd vnquam ad id in futurum teneretur. Nunquam autem eſt permittendum, vt innocens, qui diuortium ab vxore fecit ob vxoris adulterium, ordines ſacros ſuſcipiat, aut religionem ingrediatur vel profiteatur, viuente illa vxore, niſi & illa ſimul religionem profiteatur, ne fortè contingat adulterium talis viri, & teneatur regredi ad maritale conſortium cum ſua adhuc legitima vxore, non alligata ſimul ſolemni caſtitatis voto. Conſentiunt c. cum ſis, & c. ſanè. de conuerſ. coniug.

Longè verò magis dicendum eſt in euentu illo, cuius meminit idem Nauar. in Manu. cap. 22. num. 24. Nempe de illo, qui cum validè contraxiſſet ac cōſummaſſet matrimonium clandeſtinum ante concilium Tridentinum, poſtulatuſque ab vxore in foro exteriori in maritum, negaſſet ſecum illam contraxiſſe, & ob defectum probationis fuiſſet in eo foro abſolutus, illaque inualidè ad ſecundas tranſiſſet nuptias, de quo quærebatur, an ingredi tunc religionē poſſet. Meritò autem Nauarrus reſpondit, non poſſe. Tū ob ea, quæ proximè à nobis dicta ſunt. Tum etiam quoniam cum ille tantam cauſam, ſeu occaſionem, tamque iniuſtam ex parte ſua illi dederit ad ita fornicandum tranſeundo ad inualidas nuptias, non eſt illi permittendum eam vxorem, tranſeundo ad religionem, deſerere, vt ſi moriatur ille alius illegitimus re ipſa maritus, non teneatur habere cum illa conſortium maritale, vt cum Panormitano rectè Nauarrus ibidem affirmat. Si enim, qui conſentit in adulterio vxoris, non poteſt illam punire diuortio, aut alia pœna, vt Diſputatione ſequenti dicetur, ſanè per Epicheiam idem quoque maiori cum ratione videtur dicendum in re propoſita ob adeò iniuſtam occaſionem adulterij, tranſituſue ad alias illegitimas nuptias, quam verus illius maritus ei dedit. Maximè cum quaſi conſentire ſit viſus in eo adulterio, cum poſſet ac teneretur eam continere ab eo trāſitu ad alias inualidas nuptias, atque adeo ab adulterio illo, eam confitendo ſuam vxorem, atque admittendo ad maritale conſortium, neque id facere voluerit.

6 Rectè autem Nauar. conſilio 2. de diuort. ait, copulam fornicariam vxoris ante matrimonium contractum, ſi poſt matrimonium contractum ſciatur, non eſſe ſufficientem cauſam expellendi vxorem, de

A negandive illi debitum poſt contractum matrimonij; ſed teneri maritum, ea copula fornicaria nihil impediente, admittere & vocare vxorem ad conſortium maritale, quando credendum eſt, eam id velle, ſed non audere id petere timore aut verecundia mariti, cui ſcit notam eſſe antecedentem fornicariam copulam, eaque de cauſa ipſam faſtidire ac odio habere. Quod intellige, etiam ſi copula illa fornicaria habita fuerit poſt ſponſalia de futuro cum ea vxore habita. Quoniam ea copula non eſt adulterium, nec proinde eſſet contra fidem matrimonij, neque propter illam comperitur conceſſiſſe Chriſtum, accommodatè ad ipſam rei naturā, diuortium: ſicut illud conceſſit propter adulterium, contra matrimonij fidem.

B Illud verò non probo, quod Nauar. ibidem ait, eandem ſcilicet copulam non eſſe ſufficientem, vt ſponſus per verba de futuro poſſit licitè non velle implere ſponſionem, ſeu pactum eorum ſponſaliū. 7
Si enim copula illa fornicaria ſequuta eſt ſponſalia, aut ēt ſponſalia anteceſſit, illamq; ſpōſus ignorabat quando ſponſalia contraxit, ea non celebraturus cum illa, ſi ſciret talem copulam, vtique ſponſus non tenetur tunc ſtare ſponſioni illi, contractuive illi diſſolubili ſponſalium, in quo fuit deceptus, vitio adeò graui tali ſponſæ minimè detecto: neque ea ſponſalia, propter id vitium ignoratum, fuerunt valida, quando ſi ſciretur, non celebraretur is contractus. Quando autem ea copula ſequuta eſſet poſt contractum ſponſalium celebratum, tunc, frāgendo ita fidem ſponſo, adeoque grauem iniuriam illi irrogan-

C do, qua ſe minus aptam ad celebrādum cum ea matrimonium reddidit, indigna facta eſt, cui ſponſus contractum ſponſalium impleat, eaque de cauſa licitè ſponſus poteſt ab eo contractu recedere, vt in ſequentibus ſuo loco cum communi doctorum ſententia repetemus.

Illud verò probo, quod idem Nauar. in calce cōſilij primi de diuortijs ait, & affirmant Sotus in 4. diſtinct. 36. artic. primo, & alij. Pollutionem ſcilicet peccaminoſam alterius coniugis cum quadam tertia, aut cum quodam tertio, ſine copula, & per conſequēs tactus alios impudicos ſine copula cum eo, aut cum ea, non eſſe ſufficientem cauſam, vt coniux alter innocēs poſsit licitè facere diuortium, aut 8

D negare debitum coniugi illi, qui aduerſus innocentem ita iniuſtè peccauit contra fidem matrimonij. Quoniam hoc non eſt expreſsum in Euangelio, neque eſt fornicatio conſummata: lexque illa pœnalis & odioſa ſtrictè eſt intelligenda: maximè attenta fragilitate & pronitate humana ad ſenſualitatis uitium. Conſentit gloſ. cap. omnes cauſationes. 32. quæſt. 7. Vtrùm autem ſodomitica copula conſummata cum quodam tertio ſatis ſit ad diuortium, Innocentius negat. Diuus Thomas verò Panorm. & alij, quos Sotus artic. 1. citato, & Couar. §. 5. citato, nume. 6. referunt ac ſequuntur, ſufficere affirmant, fauetque. cap. omnes cauſationes citatum, quod eſt Hieron. in Epiſt. ad Amandum. Non tamen ca-

E ret probabilitate maxima opinio Innocentis, maximè quando maritus paſſiuè ſe haberet ad actum ſodomiæ, aut etiam vxor cum alio à ſuo viro: nam tunc is coniux, qui eum actum pateretur ſodomiticum, non abuteretur membro, coniugi ſuo per matrimonium obligato: perindeque eſset pati eam ſodomiticam copulam, quod attinet ad membrum ratione matrimonii ſuo alteri coniugi obligatum, ac ſi eam copulā in manu aut in crure pateretur: quod ad diuortium, ex ſententia autorum contrariæ ſententiæ, non ſufficeret. Hieronymus autem loquitur de marito ſodomitico actiuè ſe habendo, & fortè ad id incitando vxorem: in quo euentu poteſt illa ab eo diuortium ea de cauſa facere.

9 Suprà aduerſus Sotum cum communi doctorũ ſententia, iuxta iura aperta, diximus, eſto coniux innocens ob fornicationem alterius coniugis diuortium ab eo fecerit, ſi poſt factum ita diuortium ipſe etiam in adulterium labatur, habere locum criminũ compenſationem aduerſus fractam fidem matrimonij, ac proinde teneri ceſſare à diuortio, & debitum reddere coniugi, ob cuius adulterium iuſtè ac licitè antea diuortium fecerat. Poſſumus verò id confirmare hoc validiſſimo argumento, quod ſimul rationem huius rei reddit. Quoniam, qui legitimè diuortium fecerat, ſi fornicetur, verum adulterium committit in iniuriam alterius coniugis, à quo legitimè diuortium fecerat, idque propter matrimonij vinculum, quod adhuc inter ipſum & illam perſeuerat: licèt enim fornicatio præcedens alterius coniugis, ius ipſi tribuerit denegandi illi debitum ob fidem fractam, iniuriamque ſibi ea fornicatione illatã, atque adeò ius ipſi tribuerit faciendi ab illo diuortium; ob vinculum tamen matrimonij adhuc cum illo perſeuerans, & quo illi adhuc eſt deuinctus, ſicut non habet ius tranſeundi ad alias nuptias, ita neque ius habet diuidendi carnem ab illo, ſe alteri coniũgendo, ſed adhuc ius iuſtitiæ ratione eiuſdem vinculi matrimonij illi alteri coniugi manet, vt, ſi carnalem coniugalemve actum habere velit, cũ ipſo illum habeat, & non cũ aliquo alio, alioquin id erit cõtra id, quod ratione vinculi matrimonij remanentis ſibi adhuc debetur, cedetque in iniuriam ipſius, atque adeò habebit verã rationem iniuſtitiæ aduerſus ipſum commiſſæ, ac proinde adulterij in ipſum commiſſi, non ſecus ac ſi legitimum diuortium ab ipſo eſſet factũ: quæ ſanè cauſa ac radix eſt, vt adhuc locum habeat compenſatio iniuriarum adulteriorumve cõtra matrimonij fidem, etiam tunc, commiſſorum.

Ex hoc fundamẽto facilè patet, falſam eſſe aliam Soti opinionem vbi ſuprà art. 6. ad 2. qua aduerſus diuum Thomam affirmat, facto diuortio per ſententiam eccleſiæ, licere coniugi, ob cuius culpam factum eſt, non velle redire ad alterum coniugem innocentem, qui velit illum ſibi reconciliare, poſſeque eo ipſo vouere caſtitatem validè ſine facultate coniugis innocentis in eiuſdem coniugis innocentis præiudicium, ita vt non teneatur illi reddere coniugale debitum, ſi illud ab eo petat. Hanc autem Soti opinionem falſam eſſe, facilè ex proximè explicato fundamento liquet. Etenim cum per diuortium matrimonij vinculum non diſſoluatur, maneatque inter vtrumque coniugem obligatio tota, quam matrimonij vinculum ex ſe habet, excepta obligatione reddendi debitum ex parte innocentis, quam adulter ſuo adulterio amiſit; neque ſententia eccleſiæ, diuortium concedens, aliud efficiat, quàm declarare, adulterum ſuo adulterio amiſiſſe ius, vt innocens teneatur illi debitũ reddere, poſſeque proinde licitè illud ei denegare, & in conſequentiam poſſe ab eo ſeparare thorum, cohabitationem, ac conſortium, idque ad innocentis petitionem exequutioni mandari præcipiat; ſanè ex parte adulteri obligatio tota manet ratione vinculi matrimonij remanentis, quæ antea erat, neque eſt cur adulterium, aut diuortiũ legitimè factũ vllum ius ab innocẽte abſtulerit, ac proinde poteſt, quando ſibi libuerit, reconciliare ſibi adulterũ, ab eoque debitum petere: id quod Paulus illis verbis 1. ad Cor. 7. ſatis expreſſit: *Manere innuptam, aut reconciliari viro*, ſi ipſa ita velit, tenebiturque adulter redire ad conſortium, debitũque innocenti reddere; neque abſque innocentis facultate poteſt votum validè emittere, quo in aliquo præiudicet obligationi, qua innocenti adhuc non ſecus deuinctus manet, quàm ſi diuortium ad innocentis petitionem non eſſet factum.

10 Sotus q. vnica citata, art. 1. tandem conſentit cum A communi doctorum ſententia, quando adulteria vtrinque commiſſa ſunt ante reconciliationem inter coniuges factam, locum eſſe compenſationi, ſiue plura ex vna parte commiſſa ſint, quàm ex alia, ſiue ex vna parte commiſſum ſit vnum tantum, & ex alia commiſſa ſint multa, & ſiue vnus ſiue alius vltimò adulteratus ſit, ita vt in eo euentu neuter diuortium petere poſſit in foro conſcientiæ, neque in exteriori, ſi de adulterio vtriuſque in exteriori foro cõſtet, neque poſſit vnus negare alteri debitum ratione adulterij ab eo commiſsi. Quia verò per reconciliationem remittuntur crimina eam reconciliationem antecedentia, vel ab innocente adultero coniugi, vel ab vtroque adultero viciſſim, reſque per reconciliationem redit ad ſtatum, ac ſi commiſſa non B fuiſſent, ſanè ſi poſt reconciliationem vnus eorum adulteretur, etiam ſi is ſit, qui ante eam reconciliationem fuerat innocens, alter poteſt ei negare debitum, & facere ab eo diuortiũ propter fidem de nouo fractã, adulteriumque in ipſius iniuriam de nouo commiſſum. Quo loco obſerua, non cenſeri reconciliationem ad hunc effectum, de quo modò loquimur, ſi vnus coniugum, ſciens alterum ſemel aut pluries fuiſſe adulteratum, cum eo actum coniugalem habeat, nihil ei de adulterijs commiſsis dicendo. Licèt enim per eum actum coniugalem, cum ſcientia adulterii, aut adulteriorum, quæ in ipſum commiſſa ſunt, tacitè cenſeatur illi ea parcere, neque poſsit deinceps facere propter illa ab eo diuortium, aut negare illi debitum, ut mox dicemus; non C tamen cenſebimur illum ſibi reconciliaſſe ad effectum, vt ſi ipſe poſtea adulteretur, nõ habeat locum adulteriorum compenſatio; niſi pacto expreſſo illi parcat, aut niſi præcedente rixa ac diſsidio inter illos propter adulteria verè ab eo cognita, & nõ propter ſolam eorum ſuſpicionem, actum coniugalem cum adultero habeat: tunc enim per eum coniugalem acceſſum, præcedente eo diſsidio, cenſetur illi formaliter parcere, eumque ſibi reconciliaſſe. Si autem ex parte reconciliantis ſibi alterum, præceſſiſſent etiam adulteria, tunc per talem reconciliationem cenſerentur remiſſa vtrinque delicta eo uſque commiſſa. Simili modo, ſi propter vnius eorum adulteria præceſsiſset diuortium, aut debiti denegatio, ſequereturque, eum, qui diuortiũ fecerat, D aut qui debitum, ſignificando ei cauſam, alteri denegauerat, actum coniugalem ſua ſponte cum illo habere, tunc per eum actum cenſeretur facta inter vtrumque reconciliatio, & multo magis, ſi pacto expreſſo illi pepercisset, idque ad effectũ, vt ſi poſtea cuiuſuis eorum adulterium ſequeretur, poſset alter propter illud facere ab eo diuortium, debitumque illi denegare. Illud etiam eſt dicendum, (in quo Nauar. conſi. 3. de adulterijs ex parte conſentit cum cõmuni doctorum ſententia, quam ibi refert) quando neuter coniugum eſſet innocens, ſed vterque aduerſus alterum adulterium commiſiſſet, vnuſque eorum, pœnitentia ductus, admoneret alterum, vt deſiſteret ab adulterijs, & vt haberent deinceps caſtũ E conſortium maritale; tunc ſiue, qui ita admoneretur, ſciret præcedentia adulteria id admonentis ac ab eo id exigẽtis, ſiue illa ignoraret, & ſiue thorum ab id admonente ſeparaſſet, vt cum altero fornicaretur, ſiue non, eam admonitionem, ſiue per admonitum ſtaret quominus conſentiret, ſiue conſentiret ac id vellet pro tunc, habere vim reconciliationis, vt ſequuto deinceps adulterio cuiuſuis eorum, alter negare illi poſsit debitum, facereque ab eo diuortium propter id adulterium contra fidem matrimonij de nouo ſequutum.

Hinc ad id, de quo Nauarrus in conſilio illo tertio fuit conſultus, facilius reſpondebo, ſi prius rem ipſam, de qua conſultus fuit, paucis referam. Cum

quidam ſuſpectam haberet vxorem ſuam de adul-
terio, ad diuortium aduerſus illam ea de cauſa egit:
illa verò ad domum adulteri confugit, & per poten
tiam vxoris, impotentiamque mariti, probare mari
tus non valuit adulterium: lapſuſque eſt maritus in
adulterium, illaque ex adultero concepit ac peperit
ſecretò, nec maritus, qui lapſus iterum ſæpe fuit in
adulterium quicquam obtinere potuit aduerſus il-
lam; rogataque per interpoſitas perſonas, vt ad con
ſortium mariti rediret, quia ille paratus erat, ad præ
terita dimittendum, conſortiumque maritale cum
illa habendum, redire noluit. Cum autem maritus
ſe debilem ſentiret ad caſtitatem in ſeculo ſeruan-
dam, neque illa ad eum redire uellet, conſultū fuit,
an ingredi poſſet religionem in longinquo aliquo
loco, ut optabat, poſita pœnitentia ipſius de præte-
ritis adulterijs, & admonitione facta vxori, vt ſecū
reconciliaretur, ac rediret ad matrimoniale conſor
tium, pertinaciaque vxoris in non redeundo, & in
continuando adulterio. Dicerem illum non eſſe ad
mittendum, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt. Tum ob
alia, quæ ibi Nauarrus dicit. Tum præcipuè ob pe-
riculum, quod eſt, ne poſt ingreſſum labatur fortè
ipſe in fornicationem, cogenduſque ſit regredi ad
cōſortium cum vxore, ſi illa in poſterum reſipiſcat,
præſumendumque ſit, illam id ita velle, vt ſupra di
ctum eſt. Neque arbitror poſſe eum tunc celare in
ſuo ingreſſu monaſterio cauſam ſuam cum vxore,
illiuſque ſtatum; cum de pręiudicio monaſterij aga
tur, atque ad ipſius ingreſſum liber cōſenſus ipſius
& monaſterij requiratur. Si tamen profeſſionem
emitteret, redire non teneretur ad vxorem, nec de
ſerere poſſet ſtatum religionis interim dum adulte
rium non committeret, iuxta. ca. Agatoſa citatum:
quoniam eo ipſo, quòd vxor illa fuit eo modo ad-
monita, pertinaxque fuit, adulteriumque poſt eam
admonitionem ac pertinaciam cōmiſit, amiſit ius,
vt maritus reddere illi debitum teneretur. Hæc de
ſecundo eorum quæ propoſita ſunt.

11 Quod verò attinet ad tertium, quando ſcilicet v-
nus coniugum tacitè alteri parcere cenſeatur, vt a-
gere non poſſit ad diuortium, & vir parcere cenſea
tur vxori, vt nec criminaliter agere aduerſus illā poſ
ſit; incipiendo ab hac poſteriori parte, eſt dicendū:
Si vir, ſciens vxorem commiſiſſe adulterium, eam
carnaliter cognoſcat, cenſetur illi parcere adulteria
illuc uſque commiſſa, nec poteſt intentare crimina
lem accuſationem aduerſus illam circa ea adulteria
neque proſequi accuſationem, ſi iam aliquam ad-
uerſus illam circa ea adulteria intentauerat: ſecus
autem ſi poſt eam tacitam remiſsionē adulterium
aliud committat: nam aduerſus de nouo commiſ-
ſum, optimè poterit accuſationem intentare. Idem
eſt, ſi vxorem, cum qua de iure communi diuortiū
fecerat, vt illam criminaliter accuſaret, aut quę, ti-
more delicti, domum mariti deſeruerat, in domum
ad menſam & cohabitationem pacificam reuoca-
uit: nam tunc eo ipſo cenſetur illi parcere. Ita habe
tur. l. ſi vxor. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult. redditur-
que ibi hæc ratio: *Sero enim accuſat mores, quos uxo-
rem ducendo approbauit.* Idem habetur. l. 5. tit. 7. li-
bro 4. fori, & l. 8. ti. 17. par. 7. quæ exprimit, eam re-
miſsionem prodeſſe vxori, vt eam maritus non poſ
ſit accuſare ob adulteria ante eam remiſsionem cō
miſſa, non verò ob adulteria, ſi quæ poſt talem re-
miſsionem commiſerit, & affirmat communis do-
ctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant.
Gom. l. 80. Tauri, num. 71. Greg. Lopez. l. 8. citata,
& doctores alij, quos citauimus. Ant. Gom. ſubiun
git, hanc & cęteras exceptiones, de quibus diſputa-
tione ſequenti erit ſermo, proponendas eſſe ab vxo
re ante litem cum ea de adulterio cōteſtatam, alio-
quin illi non prodeſſe, ſi poſt litem conteſtatam eas

A in ſui defenſionem proponat, iuxta. l. ſi maritus. 2.
§. pręſcriptiones. ff. ad legem Iul. de adult. cuius ver
ba ſunt: *Præſcriptiones* (hoc eſt exceptiones) *quæ
obijci ſolent accuſantibus adulterij, ante ſolent tractari,
quam quis inter reos ſuſcipiatur* (lite iam cum eo con
teſtata) *Cæterùm poſtea, quam reus ſuſceptus eſt, non
poteſt præſcriptionem obijcere.* Gloſſa tamen ibi, & l.
adulter poſt quinquennium. C. eodem tit. id intelli
gunt de exceptionibus dilatorijs, nō verò de perem
ptorijs, excepta exceptione lenocinij mariti, de qua
habetur. l. 2. §. ſi publico. ff. eodem tit. & l. 7. tit. 17.
par. 7. non excuſare adulteram, niſi ante litem con-
teſtatam eam opponat. Ac planè hanc ſententiam
apertè eſt viſus amplecti autor partitarum. l. ſepti-
ma citata, & ſequentibus, qui de ſola illa exceptio-
B ne lenocinij mariti, vt adulteræ & adultero pro-
ſit, dicit opponendam eſſe ante litem conteſtatam,
non verò de alijs peremptoriis, quæ ibi comme-
morantur. Quare in hoc regno hoc ita dicendū eſt.

Quod verò ad priorem partem attinet, ſicut taci- 12
ta illa remiſsio impedit, ne maritus criminaliter ac-
cuſare poſsit vxorem de adulterio; ita multo magis
impedit ne accuſare illam poſsit ob adulteria illuc
vſque commiſſa ciuiliter ad diuortium, & ne proſe
qui poſsit accuſationem, ſi iam illam intentauerat.
Ita cum glo. c. vlt. de adulteriis ab omnibus recepta
communis doctorum ſententia, quā referunt ac ſe-
quuntur Couar. in 4. decret. par. 2. cap. 7. §. 6. nu. 7.
Sotus in 4. diſt. 36. q. vni. art. 1. & Iulius Clar. 5. lib.
ſent. §. adult. num. 18. Cou. num. 7. citato meritò re
C prehendit Salycetum aſſerentem, quando vir ita ta
citè vxori parcit, non poſſe illam accuſare, eſto po-
ſtea in adulteria labatur. Ducebatur. c. de Benedi-
cto. 32. q. 1. vbi Papa Pelagius iuſsit adulteram quā
dam ab adultero ſeparari, & tradi viro ſub tuta cau
tione, vt nihil mali ob crimen commiſſum illi effi-
ceret, alioquin conſtitueretur in loco alio tuto. Ver
ba Pelagii, quæ ad rem præſentem faciūt, hæc ſunt,
vt in communibus codicibus habentur: *Illam verò,
ſi quidem maritus ſuus ſine dolo aliquo fortè accipere
voluerit, tua ordinatione ſub cautela recipiat; nullum
ei, duntaxat de cætero ſimile committenti, periculum il-
laturus.* Vbi cauere præcipitur, pro ſimili adulterio,
quod in futurum commiſerit, nullum ei periculum
maritū illaturum, ac ſubinde neque illam accuſatu-
D rum criminaliter aut ciuiliter. Cou. vbi ſup. reſpon-
det, eum textum præcipere, vt maritus caueat, non
interfecturum illam, etiam ſi in adulterium labatur
in poſterum, non verò vt caueat, ſe non illam accu-
ſaturū ciuiliter aut criminaliter, ut ei libuerit. Hanc
verò ſuam expoſitionem confirmat ex conc. Tribu
rieſi, c. 46. vbi præcipitur, quòd ſi adultera, quę à ma
rito quæritur ad pęnam criminalem mortis illi infli
gendam, confugerit ad Epiſcopū, vt illi ſubueniat,
curet vt maritus illi parcat. Si verò obtinere id non
potuerit, nullo modo eam illi tradat, ſed illam tranſ
mittat ad locū tutum, quē illa elegerit. Quòd ſi ma-
ritus illam inuenerit, Epiſcopus illi perſuadeat egre
gijs Auguſtini verbis, ut illi parcat, neque eā interfi
E ciat. Quòd ſi illa timore mariti fugerit ex loco illo,
& maritus ab Epiſcopo illā ſæpius petat, curet Epi
ſcopus, vt maritus illi tuto parcat, & tunc illā quę-
rat, ac marito tradat. Si verò id à marito obtinere
nequiuerit, nullo modo illā ei tradat. Verba aūt il-
lius cōcilii hæc ſunt: *Si cuius vxor conſtuprata fuerit,
& propterea maritus capitali ſententia delere eam ma
chinauerit: ipſa verò, vrgente mortis periculo, ad Epi-
ſcopum confugerit, & auxilium quæſierit, operoſiori, ſi
poteſt, Epiſcopus labore deſudet, ne occidatur. Si uero
non poteſt, nullo modo liceat ei, requirenti eam, reddere
viro ad occidendum, quæ ſe ei obtulit ad defendendum:
ſed ſolerti cura tranſmittet eam ad locum, quem ipſa de
legerit, ut ſecura uiuere poſſit. Si verò interdū maritus*

eam

eam inuenerit, & repetierit, ſecundum ſeculum poteſtatem habuerit, quid agere ei velit: ſed audiat Auguſtinum dicentem: Cum enim vir a virtute nomen accepit, & mulier à malitia, id eſt fragilitate, quare contra crudeliſſimam libidinis beſtiam vult unuſquiſque uxorem ſuam eſſe victricem: cum ipſe ad primum libidinis ictũ cadat? Nam quicquid contra fidem catholicam mulieribus non licet, nec viris licet. Si eadem mulier, timore perterrita, à loco, ubi eam Epiſcopus deſtinauit, aufugerit, & uir eius ab Epiſcopo ſemel, aut bis, uel ſæpius repetierit, ſi uitam ei obtinere poſſit perquirat, & reddat: ſin autem, omnino non reddat. Hæc Triburienſe cõcilium. Sanè arbitror, nunquam Pelagium ſtatuiſſe vt maritus eius adulteræ, quã ſibi reconciliabat, cautionem præſtaret, ſe nullum malum illi illaturum, ſi illa iterum in adulterium laberetur, ſed ſolùm, ſe illi nullum malum illaturum interim dũ in aliud adulterium non laberetur. Neque enim expediebat illã ſecuram reddere à marito, ſi iterum ſua culpa in adulterium laberetur, eaque ſecuritate anſam illi prębere vt iterum laberetur: & multo minus expediebat id tanquam legem condere & conditionẽ, ſub qua adulteræ reconciliarentur ac traderentur uiris ſuis. Neque in eo textu id patitur verbum illud duntaxat, quod ineptè apponeretur ad id ſtatuẽdum ac ſignificandum. Neque verò eſt eadem ratio de præſidio ab Epiſcopo præſtando adulteræ, quæ ad ipſum cõfugit poſt adulterium commiſſum, vt à morte eruatur, quæ iam ei in pœnam imminet ex marito de quo Triburienſe concilium loquitur, & de præſidio præſtando ante adulterium commiſſum, vt impunè committere illud poſſit: quod eſſet valde irrationabile id illi curare, ſub eaque lege ac conditione, præſtitaque prius ea de re à marito ſufficiẽti cautione, eam illi reconciliare ac tradere, & non aliter neque alio modo. Quare arbitror, deeſſe in eo textu dictionem, non, ſicque eſſe legendum: *Nullum ei, duntaxat* (id eſt modo) *de cetero* (hoc eſt in poſterũ) *ſimile non committenti* (id eſt, non committat) *periculum illaturus*.

Meritò etiam idem Cou. reprehendit aliud in alio extremo falſum aſſertum Io. Lupi, dicentis, ſi adultera marito reconciliata iterum in adulterium labatur, poſſe maritum illam, etiam de præcedenti delicto, accuſare. Semel enim extinctum delictum remiſſione, adduci iterum nõ poteſt in iudicium, nec puniri, vt ex ſe eſt notiſsimum, & tradũt doctores. c. de his, de accuſat. & l. tranſigere. C. de tranſact. iuxta ea iura.

13 Denique, quod attinet ad vltimum, quod in titulo diſputationis eſt propoſitum, num ſcilicet maritum cõmiſiſſe ẽt adulterium in iniuriam vxoris impediat eum agere criminaliter ad vxorẽ puniẽdam, ſicut dictum eſt, eum impedire, ne agere poſsit ciuiliter ad diuortium. Neganter eſt reſpondendum, idque ſiue adulterium mariti ſequatur adulteriũ vxoris, ſiue illud antecedat. Ratio autem eſt, quoniam ad agendum criminaliter, non ſunt pares, ſed ſoli marito ob grauiſsimam iniuriam ac dedecus, quod ex adulterio vxoris, ob grauiſsimaque alia mala in ſuum detrimentum, ac legitimæ prolis, quæ ex adulterio vxoris magis, quàm ex ſuo, nata ſunt ſequi, cõceditur criminalis actio aduerſus vxorẽ, ad criminalem pœnã iure ciuili ſtatutam: nulla verò criminalis actio cõceditur vxori ob adulterium mariti, vt ex dictis Diſp. 89. vtrumque liquet. Conſentit. l. 2. ti. 15. lib. 8. ord. quæ eſt. l. 3. ti. 20. lib. 8. nouæ collect. & in fine ſic habet: *Que la muger no ſe pueda eſcuſar de reſponder a la acuſacion del marido, o del eſpoſo, porque diga que quiere prouar, que el marido, o el eſpoſo, cometio adulterio.* Et affirmant Pan. c. 1. de foro comp. & multi alij, quos Cou. in 4. par. 2. c. 7. §. 6. nu. 5. refert ac ſequitur, nemine (quod ſciã) reclamante. Neque

nobis obijcias. l. 9. ti. 17. par. 7. quæ contrarium ſtatuere videtur, quando maritus, qui adulteratus eſt, perſona eſt vilis, & vxor illi opponit ac probat exceptionem adulterij ab illo antea commiſsi ante litem conteſtatam, cui legi conſonat. l. ſi vxor. §. iudex. ff. ad leg. Iul. de adult. ſecundum vnam expoſitionem gloſſę ibi, quam amplexati videntur conditores partitarum, & in legẽ ibi in hoc regno ſtatuiſſe: tametſi gloſſa ibi eam legem exponat, quando marito obijcitur crimen lenocinij vxoris, de quo euentu ſermo erit diſputatione ſequẽti. Non, inquam, nobis eam legem obijcias: quoniam, eſto id ſtatuere intẽderit, derogatum eſt lege ordinamenti proximè relata.

DISPVT. 96.

De alijs, quæ impediunt, tã ciuilem quàm criminalem actionem ob adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Primus euẽtus, in quo ob adulterium interdum materiale tantum, interdum uerò etiam formale, locũ non habet actio, tã ciuilis quàm criminalis, ob adulterium; quando coniugata paſſa eſt ſe ab alio cognoſci, arbitrata eum eſſe ſuum uirum.*

2 *Secundus: quando arbitrante uno coniuge alterum eſſe defunctum, matrimonium cum uno celebrauit.*

3 *Tertius: Si maritus libellum repudij uxori dederat, dum ambo infideles erant nondum ad fidem conuerſi, illaque alteri nupſerat.*

4 *Quartus: Quando coniugata ui fuit oppreßa, inuitaque eſt paſſa adulterium.*

5 *Quintus: Si à puncto adulterij commiſſi elapſum eſt quinquennium: eo enim tempore præſcribitur actio adulterij, ut deinceps intentari nõ poſſit, niſi in adulterio interuenerit uis.*

6 *Sextus: Si adulterium commiſſum eſt conſenſu mariti, quia id illi ſuaſit, uel quia id illi permiſit ſciens ac potens id impedire, nec impediens.*

7 *Si maritus cœpit accuſare adulterum uel adulterã, & deſtitit animo deinceps non proſequendi accuſationem; uel maritus dixit coram iudice ſe non uelle accuſare; poſteaque uel proſequi accuſationem uelit, aut eam intentare, repellitur exceptione, quòd iam ab accuſatione deſtiterat.*

8 *Quando aliquis de adulterio cum certa muliere fuerat accuſatus, & abſolutus in eo iudicio fuit.*

9 *Quando mulier aliqua adulterata fuit, mortuoq; marito tranſiuit ad ſecundas nuptias.*

SVbijciendi ſunt alij euẽtus, in quibus ob adulterium, interdum materiale tantum, interdũ verò etiam formale, locum nõ habet actio, tá ciuilis quàm criminalis, ob adulterium.

Primus eſt. Quãdo coniugata paſſa eſt ſe ab alio cognoſci, arbitrata eum eſſe ſuum virum. Tunc enim, ſicut ex parte ipſius nõ interuenit culpa adulterij, excuſante illam ignorantia, quòd ille nõ eſſet ſuus vir, ſolumque proinde ex parte illius fuit adulterium materiale, illa neque digna eſt vlla pœna, ac proinde nec ciuiliter nec criminaliter agi poteſt aduerſus eam ex adulterio, argumento. ca. in lectum. 34. q. 1. & conſentit. l. 1. in fi. titu. 7. lib. 4. fori, quæ eſt. l. 1. titu. 20. lib. 8. nouæ collect. Aduerſus adulterum verò, qui in uera culpa adulterii fuit, conſtat integram manere criminalem actionem, acriuſque eſſe puniendum ob dolum ac fraudem, quàm ſi ſciente & conſentiente aliena illa vxore id adulterium eſſet patratus. 1

Secundus eſt. Quando arbitrante vno coniuge, 2

alterum eſſe defunctum, matrimonium cum alio celebrauit, ca. cum per bellicam eadem cauſa & quæſtione. Atque licèt in hoc & in præcedente euentu aliqua interueniſſet temeritas, quæ non careret aliqua culpa, non propterea concedenda eſſet actio, quando de malitia non conſtaret.

3 Tertius eſt. Si maritus libellum repudij vxori dederat, dum ambo infideles erant nondum ad fidem conuerſi, illaque alteri nupſerat: tunc enim, ſi ambo ad fidem conuertantur, tenetur maritus eam iterum admittere ad matrimoniale cõſortium tanquam ſuã adhuc legitimam vxorem, quæ bona fide alteri nupſit, ſolumque materialiter cum illo altero eſt adulterata.

4 Quartus eſt. Quando coniugata vi fuit oppreſſa, inuitaque eſt paſſa adulterium. Ita habetur l. 1. citata. Sicut enim ignorantia excuſat à culpa: ita & vis illata, ac proinde excuſare debet à pœna. Obſerua autem, vim eſſe duplicem, vt tractatu præcedente diſput. 682. dictum eſt. Quandam preſsè ſumptam, quam iuriſperiti abſolutam atque præciſam appellant, in qua violẽtia preſsè ac propriè etiam ſumpta interuenit, hoc eſt, impetus extrinſecus, quo aliquis ad aliquid cogitur. Aliam verò eſſe, in qua non interuenit violentia preſsè ſumpta ſeu impetus illatus extrinſecus, quo is, qui eam patitur, ad aliquid cogatur, ſed interuenit ſolus metus, quo quis ad aliquid inducitur, quod, ſecluſo eo metu, non efficeret. Atque ea vis ſolũ cauſat, inuoluntarium mixtè, quia voluntariè id efficitur, ſeu eſt volitum, quod, ſecluſo eo metu, neque eſſet volitum, neque proinde efficeretur; eamque vim appellant etiam violentiam iuriſperiti, non abſolutam ac præciſam, ſed conditionatam: quia, quod ex illa eſt volitum ac fit volitum eſt ac fit ex conditione metus, quo ſecluſo, nec eſſet volitum, nec fieret. Hoc ita explicato, quando coniugata adulterium pateretur per violentiam, abſolutamve ac præciſam vim, ita vt ipſa nihil ſua ſponte cooperaretur ac vellet circa id adulterium, eſto non clamaret propter periculum infamiæ; vel grauis alicuius alterius mali, quod inde euenire poſſet; tunc, vt immunis omnino eſſet à culpa talis adulterij, ita immunis eſſet à tota pœna. Atque, quãdo de violentia illata in foro exteriori conſtaret, in eo præſumeretur paſſam fuiſſe adulterium illud nolendo, ac proinde abſolueretur. Quando autem metu mortis, aut grauiſſimi alterius mali, conſentiret, cõſtat eam peccare lethaliter adulterij peccato, ac proinde non excuſari à culpa circa id obiectum intrinſecè malum, eſto inuoluntariè mixtè conſenſerit. Vtrum autem tunc locum habeat actio ciuilis ac criminalis aduerſus eam, eſt dubium. Couar. in 4. decret. par. 1. c. 5. in princ. num. 3. arbitratur, illam eſſe ſufficientem cauſam, vt maritus poſſit ei denegare debitum, facereque ab ea diuortium, tametſi citet Pan. pro contraria ſententia. Ac ſanè, quamuis probabilitate magna non careat Couarruuiæ opinio, nimis tamen rigidus eſſet maritus, qui ea de cauſa diuortium ab ea faceret. Arbitror tamen in foro exteriori, neque integra pœna ciuili amiſſionis dotis eſſe puniendã, neque item integra pœna criminali, ſiue maritus ciuiliter ſiue criminaliter aduerſus eam agat, ex circũſtantia vis illatæ, metusve grauis, quo ad id adducta fuit, multum minuente, vt de quantitate culpæ, ſic etiam de pœna propter culpam adulterij iure ſtatuta: quare punienda tunc erit coniugata illa pœna ſolùm arbitraria pro culpæ quantitate, attẽtis circunſtantijs omnibus concurrentibus, iuxta ea quæ Diſput. 27. & 33. memb. 3. dicta ſunt. Adulter verò tunc, & pœna ordinaria adulterij, & pœna vis illatæ pudicitiæ, eſt puniendus, vt ex ſe eſt perſpicuum.

5 Quintus eſt. Si à puncto adulterij commiſſi elapſum eſt quinquennium: eo enim tempore præſcribi-

A tur actio adulterij, vt deinceps intentari non poſſit, niſi in adulterio interuenerit vis: nam tunc actio eſt perpetua, hoc eſt, quæ minori ſpatio, quam triginta annorum præſcribi non poteſt, vt vtrumque Diſput. 46. dictum comprobatumque eſt. Iuribus verò ibi citatis adde l. 7. ti. 17. par. 7. Hoc tamen intelligẽdum arbitror, quod attinet ad pœnas iure humano ſtatutas: ſecus autem quoad debiti denegationem, & quo ad diuortium, quando vnus coniugum delictum alterius ignorauit: quocunque enim tempore in notitiam certam illius deuenit, vti poteſt iure illo ſuo denegandi alteri ea de cauſa debitum, diuino ac naturali iure ſibi conceſſo. Obſerua autem, quod cũ in hoc regno, & in Luſitania, ſoli marito permittatur accuſare de adulterio, idque intelligendum vi- B deatur iure mariti, accuſatio in hoc regno præſcribetur aduerſus illum ſexaginta diebus vtilibus, modò quinquennium non excedant. Tametſi hoc exiguæ aut nullius ſit vtilitatis: cum hi dies vtiles à tempore ſcientiæ computari videantur, & rarò maritus intra eos dies poſt tempus ſcientiæ non accuſabit, aut ſaltem tacitè parcet cohabitando cum vxore.

Sextus eſt. Si adulterium commiſſum eſt de voluntate aut cõſenſu mariti: quia id illi ſuaſit, vel quia id illi permiſit ſciens ac potens id impedire, nec impediens. De quorũ numero eſt is maritus, de quo mẽtionem facit Nauar. in Man. cap. 22. num. 22. verſ. tertio, qui homines in domum ſuam inducebat, illoſque cum vxore ſua relinquens, recedebat, admonituſque ab vxore, quod ab illis ſolicitaretur ad peccã- C dum, id non curabat. Ex eo autem, quòd maritus illi occaſionem adulterij præbeat, non tribuendo illi neceſſaria, aut illam male tractando vel expellendo illam domo ob iram, vel alia ſimili ratione, non cenſetur velle ac conſentire illi adulterium. Vt tamen maritus, qui modo explicato cõſenſit in vxoris adulterio, ſi velit illam accuſare, repellatur, eaque adultera à tali accuſatione abſoluatur, neceſſe eſt, vt vxor id illi opponat ante litem conteſtatam, atque tunc, ſi id illi probet, punitur maritus de lenocinio vxoris, & tam adultera, quam adulter, ab accuſatione mariti abſoluuntur. Si verò vxor id illi opponat poſt litẽ conteſtatam, ac ſufficienter probet, punietur tunc quidem maritus de lenocinio vxoris: non tamen id vxori & adultero proderit, vt ab accuſatione mari- D ti abſoluãtur, à pœnaque adulterij liberentur. Adulter item à marito adulteræ accuſatus de adulterio, ſi marito opponat ante litem conteſtatam, de illius cõſenſu adulterium fuiſſe commiſſum, atque id illi probet, abſoluitur ſimiliter ab ea accuſatione mariti, & maritus ille punitur de lenocinio ſuæ vxoris. Si verò poſt litem conteſtatam id illi opponat, neque abſoluitur ab accuſatione, & ſubinde neque excuſatur à pęna, neq; maritus punitur de lenocinio. Hæc omnia habentur l. 7. titu. 17. part. 7. iuncta l. 29. titu. 1. ead. part. 7. ſancitatque erant l. cum mulier. ff. ſolut. matri. iunctis l. 2. §. ſi publico, & l. ſi maritus. 2. §. præſcriptiones. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. ita cordi. C. eodem titu. iunctis gloſſis eorundem iurium, E quæ ita illa conciliant, conſentit. c. diſcretionem, de eo qui cogn. conſan. vxor. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Anton. Gom. l. 80. Tauri. nume. 71. refert ac ſequitur. Gregor. Lop. l. 7. citata verb. *por quita*, ait de iure communi, quamuis obiectio lenocinij liberaret adulteram & adulterum in euentibus explicatis ab accuſatione mariti, & à pœna ex tali accuſatione imponenda, poſſe nihilominus alios illos accuſare, vt pœna criminalis adulterij illis imponeretur. In hoc autem regno locum nõ habet, quòd ab alijs de adulterio accuſentur. Idẽ Gregor. Lop. ead. l. 7. verb. *ſe podra aprouechar*, meritò excitat dubiũ, nũ hodie in hoc regno, poſtquam prohibitum eſt alijs, à marito accuſare adulteros de adul-

terio,

terio,probatoque adulterio,traduntur marito adulter & adultera, vt de illis, & de bonis illorum, efficiat,quod voluerit, locum habeat, quòd obiecto lenocinio mariti poſt litem conteſtatam,& ſufficienter probato,non liberentur à pœna illa. Et propendet liberari;quoniam æquitas non patitur, vt à marito,qui in eo adulterio conſenſit, puniantur, maximè illo modo in ſuum commodum. Vnde meritò in Luſitania lib.5.ord.tit.15.§.vlt. in hunc modum eſt ſancitum: *Eſendo prouado* (ab adulteris videlicet aut à quocunque alio) *que algun homem conſentio a ſua molher que lhe fezeſſe adulterio, ſerã ambos açouta dos con ſenhas capelas de cornos, aſſi elle como ella, è degradados pera ſempre pera a ylha de ſam Tome: eo adultero ſera degradado pera ſempre pera a ylha do prin cipe, ſem embargo de ò marido lhes querer perdoar.*

7 Septimum euentũ poſſumus ſubiungere. Si maritus cæpit accuſare adulterum vel adulteram, & deſtitit animo deinceps non proſequendi accuſationem; vel ſi maritus dixit coram iudice, ſe non velle accuſare: poſteaque vel proſequi accuſationem velit,aut eam incipere ac intentare,repellitur exceptione,quòd iam ab accuſatione deſtiterat, vel quòd coram iudice dixerit, ſe nõ velle accuſare. Ita habetur l.2.§.marito iure.l.ſi maritus.2.§.ſi negauerit.ff.ad leg.Iul.de adult.l.abolitionem.C.eod.titu.& l.8.titu.17.par.7.conſentit etiam.c.ſi illic.23.q.4.

8 Octauum addere poteramus de iure communi. Quando aliquis de adulterio cum particulari aliqua muliere fuerat accuſatus, & abſolutus in eo iudicio fuit: tunc enim ſi vxor de eodem adulterio cum illo accuſaretur, habebat exceptionem peremptoriam, quòd is, cum quo adulteraſſe accuſatur, iam erat de eo crimine abſolutus in iudicio, iuxta ea quæ Diſp. 89.dicta ſunt. Atque hanc peremptoriam exceptionem tradit l.9.titu.17.par.7.

9 Nonum de eodem iure communi addere poteramus. Quando mulier aliqua adulterata fuit, mortuoque marito tranſiuit ad ſecundas nuptias: tunc enim,ſi maritus ſecundus accuſare eã vellet de adulterio commiſſo conſtante priori matrimonio,habebat illa exceptionem peremptoriam aduerſus illum, quòd contrahendo cum ipſa poſtea matrimonium, ipſe mores illius approbauit, vt non poſſit de eo crimine eam accuſare,iuxta ea quæ in calce Diſp.90.dicta ſunt. Hanc quoque exceptionem peremptoriam tradit l.9.titu.17.par.7.

DISPVT. 97.

De pœna lenocinij, tam mariti circa vxorem, quàm aliorum lenonum & lenarum.

SVMMARIVM.

1 *Lenones ſunt quintuplices.*

2 *Si maritus circa propriam vxorem lenocinium exerceat,pœnam criminalem pro adulterio ſtatutam incurrit ſtãdo in iure communi,etiam ſi nullum emolumentum ipſi inde ſequatur.*

3 *Iure Digeſtorum, pœna adulteri plectebatur maritus,qui vxorem deprehenſam in adulterio nõ dimittebat faciendo ab ea diuortium, quoniam conſentire in adulterio lenociniumque circa eam committere exiſtimabatur.*

4 *De iure communi tãquam de adulterio puniebatur, qui ſciens eam ducebat vxorẽ,quæ de adulterio aut de ſtupro publicè fuerat condemnata.*

5 *Pœna adulterij puniebatur, qui comperiens aliquos incidiſſe in adulterium aut in ſtuprum,aliquid accipiebat,ne illos accuſaret.*

A 6 *Quando maritus ob lucrum aliquod, etiam ſi ſit ad conciliandam beneuolentiam alicuius, quam vt lucrum reputet,vxori ſuadet adulterium, illudque ei ea de cauſa permittit, lenocinium circa propriam vxorem committit, & mortis pœna pro adulterio puniendus eſt. Diſputatur pluribus de pœna hac mortis.*

7 *Quando alius à marito leno eſt aut lena,circa adulterium mulieris coniugatæ, vel ſtuprum virginis, aut viduæ honeſtæ,aut ad id alio modo cooperatur, ſcienter præbendo domum aut alio modo,ſiue id efficiat accepto ea de cauſa pretio,ſiue nullo pretio,tũc ſecuto effectu talis adulterij aut ſtupri de iure communi mortis pæna punitur.*

8 *Lenones & lenæ,ſecuto adulterio aut ſtupro, non puniuntur mortis pęna,ſed alia arbitraria.* B

9 *Quæ pœna in Luſitania pro communibus lenocinijs ſtatuta ſit.*

10 *Qui lenonem aut lenam ad fęminam aliquam mittit,eſto res effectum non habeat,illaque validè reſiſtat,vel epiſtolam mittit,eſto nuntius abſque culpa ſit,ſi rem prorſus ignoret, iniuriam grauem tali fęminæ irrogauit, propter quam iniuriarum actione intentata,puniri debet pęna arbitraria.*

11 *Lenones qui publicas habent meretrices,quarum curam ipſi habent,& quæ de illarũ pretio participant, pęna exilij extra id oppidum puniuntur: & meretrices illæ illorũ curæ ſubditæ in exilio ſimili puniuntur. Quòd ſi mulieres caſtè alias viuentes conquirerent,pactionibus cum illis factis, quas perderẽt,&* C *ipſi alijs ad fornicandum eas traderent, pęna mortis puniebantur olim,ſed id hodie abolitum eſt.*

12 *Quid circa lenones communes & lenas iure Hiſpanico ſtatutum ſit, & quid Luſitanico.*

13 *Lenones qui in domibus ſuis proſtitutas mulieres habent,ſiue ſint ipſorum mancipia ad id deputata, ſiue ſint mulieres liberæ, quas ad id ipſi deprauarũt, & ſiue ſimul ipſi aliud munus exerceant, vt cauponam,&c. atque tanquã adminiſtras eiuſmodi mulieres ad id habeant, & ſimul copiã ſui corporis faciant ijs,qui cauponã accedunt, diuerſas pœnas incurrunt,pro perſonarũ qualitate,quæ ibidem ſunt.*

14 *Lenones qui quouis modo cooperantur,vt mulier aliqua cum alio fornicetur, id ſuadendo, uel quouis alio modo, ipſo iure ſunt infames, etiam ante latam* D *aduerſus eos ſententiam.*

Occaſione pęnæ lenocinij mariti circa propriam vxorem, vniuerſim eſt dicendum de pœna lenonum & lenarum. Sunt autem lenones in quintuplici differentia,vt ait ac diſtinguit l.1.titu.22.part.7. In primo genere (licèt ibi quarto loco numeretur) ſunt,qui circa ſuas proprias vxores lenocinium exercent. In ſecundo, qui lenocinium exercent circa mulieres,quæ in loco publico ſunt,participando de illarum lucro, (*rufianes* hiſpanè dicũtur.) In tertio,qui lenocinium exercent circa eas,quæ in domibus priuatis ſunt. In quarto,qui exercent lenocinium circa eas,quas ipſi in ip- E ſorum domibus habent, ſiue illæ mancipia eorum ſint, ſiue ſint fęminæ liberæ. In quinto, qui domum ipſi exhibent fornicari ibi volentibus. 1

Quod ad primũ genus attinet, ſi maritus lenocinium circa ſuam propriam vxorem exerceat, pœnã criminalem pro adulterio ſtatutam incurrit ſtando in iure communi. Ita habetur l.auxilium.§. in delictis.verſ.ſed vt ad legem.ff.de minor. vbi etiam ſtatuitur,non concedi minori reſtitutionem in integrũ quoad tale delictum, & quo ad capita omnia legis Iuliæ de adulteris,de quibus erit ſermo. Idem habetur l.qui demum.ff.ad legem Iul.de adult.ibi; *vel quæſtum ex adulterio, uxoris ſuæ fecerit, cuiuſcunque ſit conditionis,quaſi adulter puniatur.* Et alijs iuribus, quæ 2

quæ Anton. Gom. l. 80. Tauri, nu. 73. citat. Idem habetur. l. 7. tit. ſeptimo, parte ſeptima, illis verbis: *E otroſi dezimos, que ſi la muger, que fueſſe acuſada de adulterio, dixeſſe en manera de ſu defenſion ante que reſpondieſſe a el acuſamiento, que no auia porque reſponder, porque el adulterio, de que la acuſauan, fuera fecho con plazer de ſu marido, o que el miſmo fuera alcahuete; que prouando vna deſtas razones, no es tenuda de reſponder a la acuſacion: antes le deuen de dar por quita, tambien à ella, como à aquel, con quien dizen que fizo el adulterio. E de mas deue recebir pena de adulterio el marido que la acuſaua: porque aquel yerro auino por ſu culpa, è por ſu maldad.* & l. 2. titu. 22. par. 7. ibi: *Otroſi qualquier que alcahotaſſe a ſu muger, dezimos que deue morir porende.* Vbi vides pęnam de iure communi adulteris ſtatutam, quæ erat mortis, & in conſequentiam confiſcationis ſuorum bonorum, ſi deſcendentes, vel aſcendentes, aut etiam collaterales vſque ad tertium gradum non haberent, ei decerni. Dubitat Gregor. Lopez. l. 2. citata. verb. *à ſu muger,* vtrum ſi quis, nullo accepto pretio, hoc eſt, non pro emolumento pecunia æſtimabili, leno ſit ſuæ vxoris, incidat in pœnam mortis lege ea. 2. ſtatuta marito, qui leno fuerit ſuæ vxoris. Et annuit, quoniam vbi lex non diſtinguit nec limitat, nec nos diſtinguere nec limitare debemus: & quoniam lex auxilium, & alia iuris communis iura, pœnam adulterij ſtatuunt, etiam accipientibus pretium, vt diſſimulent circa adulterium ab ipſis deprehenſum, ēt ſi contra ipſorum voluntatem ſit patratum. Poſſet quoque id confirmare ex illis verbis legis 7. ſupra relatis; *que el adulterio fueſſe fecho con plazer de ſu marido, o que el miſmo fuera alcahuete, que prouando vna deſtas dos razones, no es tenuda de reſponder.* Et infra: *E de mas deue recebir pena de adulterio el marido, que la acuſaua.* Vbi uides, diſtinguere tanquam diuerſa, *ſer el marido alcahuete* (quod importare Hiſpano ſermone videtur, ſuadere & inducere ad adulterium vxoris, ad aliud ve cooperari) ab eo, quod eſt, *ſer hecho con plazer del marido*, quod eſſe poteſt ſine vlla cooperatione mariti ad illud, permittendo ſua ſponte ac uoluntate illud fieri; & in utroque euentu lex illa ſeptem ſtatuit, eiuſmodi maritū puniendum eſſe pœna adulteris ſtatuta. Obijcit verò ibi Greg. Lop. l. mariti. §. plectitur. & §. qui quęſtum. ff. ad leg. Iul. de adult. quorum verba ſunt: *Plectitur & qui pretium pro comperto ſtupro acceperit. Neque intereſt, vtrum maritus ſit, qui acceperit, an alius quilibet. Quicunque enim ob conſcientiam ſtupri accipit aliquid, pœna erit plectendus. Cæterùm ſi gratis quis remiſerit, ad legem non pertinet. Qui quæſtum ex adulterio uxoris ſuæ fecerit, plectitur. Neque enim mediocriter deliquerit, qui lenocinium in uxore exercuit. Quæſtum autem ex adulterio uxoris facere uidetur, qui quid acceperit, ut adulteretur uxor. Siue enim ſæpius ſiue ſemel accipit, non eſt eximendus. Quæſtum enim de adulterio uxoris facere propriè ille exiſtimandus eſt, qui aliquid accipit, ut uxor patiatur adulterari meretricio quodam genere. Quod ſi patiatur uxorem delinquere non ob quæſtum, ſed negligentiam, uel culpam, uel quandam patientiam, uel nimiam credulitatem, extra legem poſitus eſſe uidetur.* Hæc Vlpianus ibi. Vbi vides, ſolam patientiam adulterij, permiſſionemve illius, nullum ſumendo pretium, non puniri. Greg. Lopez hanc legem exponit, de patientia & permiſſione, quam ille velare poteſt ignorantia ſeu incredulitate, quòd ſcilicet non ſibi perſuaſerit adulterium: alioquin, inquit, ſi conſtat illum ſciuiſſe adulterium, quin illos in manifeſto adulterio deprehendit ac diſſimulauit, aut alia ratione, vel punietur pœna extraordinaria & arbitraria, ſeu (vt ſubiūgit) pęna in hoc conſueta.

3 Quid autem de hac re ſentiam, qua potero breuitate explanabo. De iure Digeſtorum & Codicis pæna adulteri plectebatur maritus, qui vxorem deprehenſam in adulterio, aut aliter certò ſciens adulteratam fuiſſe, non dimittebat faciendo ab ea diuortium: quoniam conſentire in adulterio, lenociniūq; circa eam committere, exiſtimabatur. Si tamen velare poterat ſuam patientiam, quòd non certò adulterium cognouerit, leno vxoris non reputabatur, ac proinde pænam adulteri nō incurrebat. Vtrumque habetur expreſsè. l. mariti citata in prin. cuius verba ſunt: *Mariti lenociniū lex coercuit, qui deprehēſam uxorem in adulterio retinuit, adulteriumque dimiſit: debuit enim uxori quoque iraſci, quæ matrimonium eius uiolauit. Tunc autem puniendus eſt maritus, cum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, uel adumbrare patientiam prætextu incredulitatis. Idcirco enim lex* (Iulia ſcilicet de adulterijs) *ita loquuta eſt; adulterū in domo deprehenſum dimiſerit; quòd uoluerit in ipſa turpitudine deprehendentem maritum coercere,* hoc eſt punire, ob nō vltum adulterium in uxore, nō verò (ac ſi Vlpianus dicat) quando maritus adumbrare aliquo modo poteſt ſuam patientiam, quod non certò nouerit adulterium. Vnde, cum nulla ratione ſit credendum, Vlpianum in eodem textu ſibimet eſſe contrarium, ſanè in eodē ſenſu accipienda ſunt verba illa alia ex §. qui quæſtum ſupra relata, in eadémque lege ab Vlpiano ſubiuncta, illa ſcilicet: *Quòd ſi patiatur vxorem delinquere, non ob quæſtum, ſed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem poſitus videtur.* Niſi fortè dicas, verba illa: *uel quandam patientiam;* intelligenda eſſe, quia iuſtè timuit magnum aliquod malum ab adultero, vel aliunde, ſibi inferendum, niſi tacuiſſet ac diſsimulaſſet propriæ vxoris adulterium: id enim & à præſumptione lenocinij, & conſequenter à pæna illa, non minus ipſum meritò excuſaſſet, quàm negligentia, ſeu culpa lata, & nimia credulitas. Iuxta ea autem, quæ ex l. mariti. hac de re dicta explanataque ſunt, intelliguntur. l. 2. §. cæterū & §. ſi publico, verſ. nam Claudius eo. tit. l. auxiliū. §. in delictis, verſi. aut ſi in adulterio deprehenſam, ff. de minorib. & ſimilia alia iura. Hodie verò poſt ius authenticorum, quo marito permittitur, diuortium non facere ab vxore ſua adultera, nullam pænā incurrit maritus ex eo præcisè, quòd ſciens adulterium ſuæ propriæ vxoris iam patratum, & cuius ipſe non fuit cauſa, atque ex cuius beneplacito non fuit factum, non puniat illud diuortio, vxoris, vt Diſput. 89. dictum eſt. Et multo minus incurrit pænā in hoc regno, & in Luſitania, in quibus nulli alteri eſt permiſsum accuſare adulterium, quàm marito adulteræ, eique eſt permiſſum, parcere adulteræ & adultero, eoſque nec ciuiliter nec criminaliter accuſare. Vnde ceſſat hodie tota illa diſpoſitio de iure Digeſtorum ac Codicis.

De eodem iure communi tanquam de adulterio puniebatur vir, qui ſciēs eam ducebat vxorem, quæ de adulterio, aut de ſtupro publicè fuerat condemnata. Ita habetur. l. mariti. §. quod ait lex. ff. ad leg. Iul. de adult. l. auxilium. verſ. veluti ſi. ff. de minoribus l. caſtitati, & l. ſine metu. §. vlt. C. ad leg. Iul. de adult. Hoc etiam hodie in diſſuetudinem abijt, neque locum habet in his regnis. 4

De eodem iure communi pæna adulteri puniebatur, qui comperiens aliquos incidiſse in adulteriū, aut in ſtuprum, aliquid accipiebat, ne illos accuſaret. Et cum crimen adulterij & ſtupri publicum eſſet de iure communi, de quo proinde quiuis de populo poterat accuſare, vtique ſiue maritus adulteræ, ſiue quicunque alius, pretium acciperet, ne accuſaret, vel de adulterio vel de ſtupro eam pænam incurrebat: non tamen incurrebat pænam, ſi nullo accepto pretio diſsimulabat, & nō accuſabat; tametſi 5

(vt

(vt dictum eſt) ſi maritus adulteræ non dimitteret vxorem in adulterio deprehenſam, pænam incurreret, vt paulo antea dictum eſt. Hæc omnia habentur. l. mariti. §. plectitur. ff. ad leg. Iul. de adult. illis verbis ſuprà relatis: *Plectitur & qui pretium pro comperto ſtupro* (ſumitur latè, vt etiam complectatur adulterium) *acceperit. Nec intereſt vtrùm maritus ſit; qui acceperit, an alius quilibet. Quicunque enim ob conſcientiam ſtupri accipit aliquid, pœna erit plectendus. Cæterum ſi gratis quis remiſit*, (accuſare ſcilicet) *ad legem non pertinet.* Conſentiunt. l. auxilium. §. in delictis. verſ. pretiùmve. ff. de minor. l. iſti quidem in prin. ff. de eo quod metus cauſa, & l. ſerui. C. ad leg. Iul. de adult. Atq; hoc duo poſteriora iura, & l. Marcalem. C. de condictione ob turpem cauſam, ſimul docent repetendum eſſe pretium, iudicis autoritate, tanquam turpiter acceptum, idque vt fiſco adiudicetur; niſi, qui illud dedit, abſque culpa illud dederit ad ſuam redimendam vexationem: quia in eo, de quo alius accuſare eum volebat, culpa vacabat: tunc enim repetitio pretij ipſi conceditur, vt ſibimet reſtituatur, vt habetur. l. ſerui citata. Vt tamen ſæpe in præcedentibus eſt dictum, in hoc regno, & in Luſitania, ſolus maritus adulteræ accuſare poteſt de adulterio, atque vt Diſput. 47. §. quod ad adulterium attinet, eſt dictum, quamuis in his regnis non admittatur tranſactio & pactum publicum, quo maritus adulteræ aliquid accipiat vt parcat, & vt non accuſet, vel vt ab accuſatione deſiſtat, hodie tamen iam permittitur, vt id ſecretò fiat, nec punitur, eſto ſciatur, nec audiretur, qui ea de re accuſationem deferre vellet.

6 Quando maritus ob lucrum aliquod etiam ſi ſit, ad conciliandam beneuolentiam alicuius, quam vt lucrum reputet, vxori ſuadet adulterium, vel in eo complacet, illudque ei ea de cauſa permittit, lenocinium circa propriam vxorem committit, & de iure communi ac partitarum pænā mortis adulterio ſtatutam incurrit. Aſſertum hoc probant, l. 2. §. lenocinij. ff. ad leg. Iul. de adult. qui ſic habet: *Lenocinij quidem crimen lege Iulia de adulterijs præſcriptum eſt: cū ſit in eum maritum pœna ſtatuta*, (ea videlicet, quæ pro adulterio eadem lege eſt ſtatuta) *qui de adulterio uxoris ſuæ quid ceperit.* Intellige, vt illud permittat. Item lex qui demum. eod. tit. illis verbis, *uel quæſtum ex adulterio uxoris ſuæ fecerit, cuiuſcunque ſit conditionis, quaſi adulter puniatur.* Item lex mariti. §. qui quæſtum. eod. tit. ſic enim habet: *Qui quæſtum ex adulterio vxoris ſuæ fecerit, plectitur* (pęna ſcilicet legis Iuliæ de adulterijs.) *Neque enim mediocriter deliquerit, qui lenocinium in vxore exercuit. Quæſtum autem ex adulterio uxoris facere uidetur, qui quid acceperit ut adulteretur uxor. Siue enim ſæpius ſiue ſemel accepit, non eſt eximendus. Quæſtum enim de aduterio uxoris facere propriè ille exiſtimandus eſt, qui aliquid accepit, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere.* In quo paragrapho nota verba illa: *Qui lenocinium in vxore exercuit. qui quid accepit, vt adulteretur vxor:* in futurum ſcilicet: nam ſi iam fuerat adulterata, & pretium, vt taceret, accepit, ad aliud delictum id ſpectat, de quo. §. plectitur, paulo antea in eadem lege habitus erat ſermo. Itemque illa, vt vxorem pateretur adulterari; quæ idem ſignificant. Ex quibus omnibus verbis conſtat, lenocinium circa vxorem committere, qui ob aliquod emolumentum illam ſinit adulterari, eſto id illi non ſuadeat. Idem etiam probant. l. auxilium. §. in delictis. verſ. quæſtumve. ff. de minor. l. 7. titu. 17. & l. 2. titul. 22. par. 7. in verbis ex eis legibus ſuprà relatis. Vtrùm autem eiuſmodi lenocinium mariti circa vxorē mortis pæna ſit hodie in hoc regno puniendum? Anto. Gom. l. 80. Tauri. n. 73. ait, iudices hodie non tanta pæna, ſed ſola flagellorū pęna, illud punire, ductos,

A quòd pœna adulterij hodie in hoc regno ſit, vt adultera & adulter tradantur iudicis ſententia marito, vt de illis & de illorum bonis faciat, quod voluerit, & quòd hæc adulterij pæna locum non habeat in lenocinio mariti, circa propriā vxorem, vt liquet. Ant. verò Gom. meritò hanc rationem vt inſufficientem reiicit. Quoniam eo ipſo, quòd pæna in hoc regno adulteris hodie ſtatuta locum non habet in eo lenocinio mariti, recurrendum erit ad pœnam iure communi & iure partitarum pro eo crimine ſtatutā, quæ eſt mortis. Vnde ille cū Palatio Ruuios cenſet mortis pænam eſſe imponendam, reprehenduntque iudices, qui tantum ac tam fædum crimen ſola pœna flagellorum puniunt. Iulius Clarus 5. lib. ſent. §. vlt. q. 68. num. 23. ait, de iure communi pænam lenonū

B & lenarum eſſe pænam mortis, & videtur loqui de omnibus vniuerſim lenonibus, ductus authentico de lenonibus, quod, vt infrà dicemus, non de omnibus lenonibus loquitur: refert verò multos aſſerentes de communi conſuetudine id non ſeruari, ſed corona illis impoſita (ex cornibus. ſ. ex ea pendentibus) flagellari, aut alia arbitraria pœna affici. Credo in hoc regno conſuetudinem præſcriptam eſſe, vt non interficiantur: quia nunquam audiui quenquam pæna mortis propter id crimen fuiſſe in hoc regno affectum, & meo iudicio immodica ea pæna videtur propter id crimen: eos verò modo ſequenti puniri vidi. Simul maritus & vxor adultera publicè flagellantur, ſed maritus, torq; ex cornibus cōfecto collo illius appoſito, flagellis ducentis afficitur, illi à

C miniſtro publico inflictis, & totidem ridiculè inflictis ab vxore adultera funibus aliorum, quæ remanent euulſis ex illis alijs: vxor verò adultera centum flagellis afficitur, ei à miniſtro publico inflictis. In Luſitania verò, vt habetur lib. 5. ord. tit. 15. §. vlt. & Diſp. præcedente relatum eſt, ambo flagellantur publicè redimiti coronis ex cornibus confectis, exulantque in perpetuum in inſulam diui Thomæ. Qn̄ maritus pateretur vxorem adulterari, non pro emolumento aliquo, ſed quia nō certò ei conſtat de adulterio vxoris, vel quia graue malum timet, ſi contradicat, ac impedire progreſſum in adulterio conetur, tūc nulla afficitur pæna, iuxta ea quæ ſuprà ex. l. mariti. §. qui quæſtum. verſ. quòd ſi patiatur, dicta sūt. Quando autem ex puſillanimitate id pateretur, aut

D ex metu leui, minimeque in virum conſtantem cadente, puniri deberet arbitraria pæna infra conſuetam imponi illi, qui pro emolumento aliquo conſentiret in adulterio vxoris, maiori vel minori, pro maiori aut minori culpa eius mariti, attentis circunſtantijs concurrentibus. Credendum verò non eſt, aliquem neq; ductum emolumento aliquo, neque metu & puſillanimitate, permittere adulterium vxoris. Si quis autem ita eſſet perditus moribus atque inuerecundus, vt ex ſola ſua nequitia id permitteret, aut vellet, tunc is in maiori eſſet culpa, quàm qui pretio corruptus id vellet, aut permitteret, ac proinde augenda potiùs, quàm minuenda eſſet in eo pæna ordinaria.

E Qn̄ alius à marito, leno eſt, aut lena, circa adulteriū mulieris coniugatæ, vel circa ſtuprum virginis, aut viduæ honeſtę, & longè maiori cum ratione mulieris religioſæ, aut ad id alio modo cooperatur ſciēter præbendo domū, in qua fornicentur, ēt ſui amici, aut in qua colloquantur, vel id permittendo in domo, quā ipſe inhabitat, vel in balneo, aut in alio ſimili prædio, ēt ruſtico, aut quouis alio mō ad id flagitiū cooperando, ſiue id efficiat accepto ea de cauſa pretio, vel emolumento aliquo, (vt fieri regulariter ſolet) ſiue nullo accepto pretio, tunc ſequuto effectu talis adulterii, aūt ſtupri, de iure cōi mortis pæna punitur. Ita habetur. l. qui domum, iunctis duabus ſequētibus. ff. ad leg. Iul. de adul. l. 1. à §. qui puero. ff. 7

de

A de extraord.crim.& cõſentit authẽticũ ut nulli iud. §.ſi verò quando, illis verbis: *Et illis ſimilibus ſubijciendis pœnis, qui medii miniſtri huiuſmodi impio crimini* (adulterij ſcilicet) facti ſunt. Et habetur l. 2. tit. 22. part.7. illis verbis; *E eſſa miſma pena* (mortis ſcilicet, de qua proximè habitus fuerat ſermo) *deue auer el que alcahotaſſe a otra muger caſada, o virgen, o religioſa, o biuda de buena fama, por algo que le dieſſen, o le prometieſſen de dar. E lo que diximos en eſte titulo ha lugar en las mugeres que ſe trabaiaſſen en fecho de alcahoteria.* Iũctis illis verbis legis.1.antecedentis; *La quinta (manera* ſcilicet *de alcahuetes) es, quando alguno cõſiente, que alguna muger caſada, o otra de buen lugar, faga fornicacion en ſu caſa, por algo que de len, maguer non ande por truiaman entre ellos.* Et quamuis vtrobi- B que mentio fiat, quãdo id fit pretio accepto aut promiſſo; vt tamen vtrobique Greg. Lopez rectè ait, idem eſt, ſi non accepto pretio id fiat. Etenim, pretio aliquem ad id efficiendum eſſe adductum, non auget, ſed minuit culpã: quandoquidem maior culpa eſt, nullo præmio ad id aliquem inuitatum ac impulſum, id flagitium patrare, quàm ſi permotus præmio id efficeret. Quare leges illæ id non adhibuerũt tanquam reſtrictionem, ſed exprimendo id ita regulariter euenire. Accedit, quòd de iure cõmuni ea reſtrictio adhibita non erat; neque eſſe credendũ conditores partitarum irrationabiliter velle eo modo reſtringere diſpoſitionem eandem iuris communis. Crimen lenocinij prædictum non minùs, ſed magis fęde, incurrunt matres ac patres, qui filias proſti- C tuunt, quorùm ve ſuaſu filiæ fornicantur; idemque eſt de curatoribus, & alijs, ſub quorum cura ſunt filiæ alienæ, ſi ipſorum ſuaſu illæ fornicentur: quare hi omnes prædictas pœnas incurrunt. Dictum eſt ſuprà, lenones, & lenas, de iure communi incurrere pęnas commemoratas ſequuto adulterio aut ſtupro: quoniam ſi ex tali lenocinio re ipſa id non ſequatur, non puniuntur mortis pœna, ſed deportationis in inſulã aliquam, vt habetur l.1. in fine. ff. de extraord. criminib. In his omnibus conſentit Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu.73. & 74. qui tamen non bene ad hoc citat. l. mariti. §. plecti. ff. ad leg. Iul. de adult. qui paragraphus non loquitur in hoc euentu, ſed ſolùm quãdo aliquis accipit pretiũ, ne accuſet de adulterio aut de ſtupro antea commiſſis, vt dictum eſt. Malè item D citat authenticum de lenonibus. §. præconizamus: ibi enim ſolùm eſt ſermo de genere quodam lenonum, qui adducebant promiſſionibus, pactiſq; cum illis factis, & fideiuſſorib. ab eis acceptis, quòd perſeuerarent in impudicitia, mulieres multas, quas ita ſeductas ac deceptas hominibus ad fornicandũ ipſi darent, vt ipſi pretio potirentur, ſicque perdebant caſtitatem multarum fœminarum, rempublicamque ſcatere impudicitijs faciebant: his enim ſolis ſtatuta in eo authentico fuit pœna mortis, vt patet authenticum illud legenti: vnde non eſt cur pœna illa ad lenones omnes alios ac lenas extendatur, vt Anton. Gom. ibi, & Iul. Clar. libr. 5. ſent. §. vlt. q. 68. nu. 23. eam extendunt.

8 E Vtrum autem hodie pœna illa mortis, ſequuto adulterio, aut ſtupro, & deportationis nõ ſequuto eo flagitio, puniantur lenones & lenæ, de quibus loquimur, iuxta præſcriptum legum, quas nos citauimus. Ant. Gom. nihil ea de re loquitur, ſed ſolum docet eos incurrere pœnas illas: & cum nihil aliud addat, ſentire videtur, eas pœnas locũ hodie habere. Greg. verò Lopez. l. 2. citata gloſſa penult. hæc verba addidit: *Fortè poſſet dici, quod tunc puniatur* (leno ſcilicet, aut lena) *pœna mortis, quando principalis delinquens tali pœna teneretur. Si verò alia veniret puniendus principalis, eadem deberet puniri leno talis.* Cũ verò hodie, non ſolum, qui cum vidua ſtuprum committit, ſed neque qui cum virgine illud committit, pœna mortis in hoc regno puniatur, vt inferiùs ſuo loco dicemus: cumque, vt ſuprà dictum eſt, maritus, qui leno fuerit ſuæ propriæ vxoris, non puniatur de conſuetudine huius regni, & aliorum regnorũ, pęna mortis, fædiuſque & culpabilius ex parte ſit lenocinium cum propria vxore, quàm cũ aliena: cõſequens eſſe videtur, vt lenones, de quibus loquimur, non puniãtur mortis pœna, ſed alia arbitraria: atque id eſt, qđ ſentire videtur Greg. Lopez. verbis illis: quoniã arbitratur lenonem non acerbiori pœna eſſe puniendum, quàm principalis adulter, aut ſtuprator, cuius partes leno agit, quique cauſa eſt minus principalis eius delicti, quam ſint, qui fornicationem eam committãt, ad quam leno vt cauſa minus principalis cooperatur: video quidem graue eſſe crimen eiuſmodi lenonum ac lenarum, grauique pœna eſſe dignum, non ſolum, quia non peccant ex validiſſima paſſione ac propẽſione ad venerea, qua fornicarij ipſi peccant, ſed etiam quia ex eo viliſſimo, ſordidiſſimo, ac infami crimine ſequuntur grauiſſima mala, quæ ex parte connumerat lex 1. titu. 22. part. 7. his verbis: *E nace muy graue yerro deſtas coſas à tales, Ca por la maldad dellos muchas mugeres, que ſon buenas, ſe tornan malas. Y aun las que ouieſſen començado a errar, hazen ſe con el bollicio dellos peores. Y de mas yerran los alcahuetes en ſi miſmos andando en eſtas malas fablas, e fazen errar à las mugieres, aduziendolas à fazer maldad de ſus cuerpos, e fincan deſpes deshonradas porende. E aun ſin todo eſto, leuanta ſe por los fechos dellos peleas e muchos deſacuerdos, y otroſi muertes de hombres.* Licèt autem hæc ita ſint, ſuſpicor hodie hoc crimen non puniri pœna mortis, quoniam id conſuetudo nõ habet, ſed puniri pœna infra mortem arbitraria, maiori, vel minori, exilij, aut flagellorum, vel flagellorũ ſimul & exilij, vel etiam triremium, attenta quantitate & qualitate culpæ, & attenta qualitate lenonis, aut lenæ, & mulieris, quæ ad peccandnm inducitur, attentiſque cæteris circunſtantijs concurrentibus, & conſentiunt Iul. Clar. nu. 23. citato. & alij, quos citat. Qui autem nouerit non eſſe conſuetudinem in contrarium in hoc regno, punire in eo tenetur iuxta diſpoſitionem legis 2. citatæ. Adeo verò graue eſſe poterit delictum, attenta qualitate eius, quæ ad peccandum inducitur, atque eorum, in quorum iniuriã id cedit, vt puniri debeat, ita vt pœna arbitraria peruenire ad mortis pœnam debeat. Si enim lenociniũ committeretur, nõ dicam ſolum circa mulierem de ſtirpe Regis, ſed etiam circa filiam, vxorem, aut ſororem, alicuius magnatis, aut circa aliquam ex iis de domo Regis, quas *damas* vocant, idq. ab aliquo aut ab aliqua longè inferioris notæ, quis dubitet, talem lenonem aut lenam mortis pœna debere affici?

In Luſitania pro communib. lenociniis, de quib. 9 loquimur lib. 5. ord. tit. 29. ſequens pœna ſtatuta eſt: *Qualquor peſſoa, aſſi homem como molher, que alcouetar alguna molher caſada, ou conſentir que em ſua caſa faça maldade de ſeu corpo, moura por ello, e perca todos ſus benes, à metade pera noſſa camera, e a outra metade pera queno acuſar. E ſe alcouetar alguna freyra profeſſa, que eſte en moeſteiro, ou conſentir que a dita freyra em ſua caſa faça maldade de ſeu corpo, ſeia açoutada e degradada pera ſempre pera à ylha de ſan Tome, è perca ſeus benes po la ſobredita maneira. E ſe alcouetar alguna moça virgẽ, ou viuua honeſta de boa fama, ou conſentir que em ſua caſa faça maldade de ſeu corpo, ſeia açoutada è degradada pera ſempre fora da uilla e termo, è perca todos ſeus benes pe la ſobredita maneira. E qualquer que pe lo dito maleficio for à primiera vez acuſada, è em a dita pena condenada, ſe deſpois cometer outro qualquer maleficio da ſobre dita qualidade dal couetería, ſendo por ello à ſegunda vez acuſada, e lhe for probado, ſera degradada pera ſempre pera a ylha de ſan Tome, è perca ſeus benes po la ſobredita maneira. E ſe alguna*

guna

guna peſſoa alcouetar ſilha ou yrman da quelle, ou da quella, com que viuer, ou for ſeu paniaguado, ou de que recebeo bem fazer, ou cõſentir que em ſua caſa faça maldade de ſeu corpo, moura por ello, è perca ſeu benes po la ſobredita maneira. E ſe alcouetar alguna criada da quelle com que aſſi viuer po lo ſobredito modo, que eſtee guardada daſportas à dentro, ſera degradada dez annos pera à ylha de ſam Tome. E toda peſſoa que alcouetar alguna chriſtaan pera mouro, ou iudeu, ou qualquer outro infiel, ou cõſentir que em ſua caſa faça maldade de ſeu corpo, moura por illo, è perca ſeus benes po la ſobredita maneira. E qualquer peſſoa, que der conſentimento à ſua filha que tenha parte com alguun homem pera con ella dormir, poſto que non ſeia virgem, mandamos que ſeia acoutada com baraço e pregam pela villa, è degradada pera ſempre pera à ylha de ſam Tome, è mais perca ſeus benes po la ſobredita maneira. E ſendo de qualidade em que nom caiba açoutes, auera ſomente à dita pena da ylha de ſam Tome. E em todos os caſos ſobre ditos, em que alguna molher for condenada por alcoueteria em alguna das penas ſobreditas onde nom aia de morrer, ou ir pera a ylha de ſam Tome, tragua ſempre po ayna, ou enxarauia vermelha na cabeça fora de ſua caſa, è aſſi ſe ponha na ſentença, è non atrazendo ſeia degradada pera ſempre pera a ylha de ſam Tome. E toda peſſoa, a que for prouado alcouetou alguna das ſobreditas peſſoas, poſto que ſe nom proue que a dita alcoueteria ouueſſe effecto, mandamos que en tal coſa po lo dito cometimento ſeia degradada dez ãnos pera à ylha de ſam Tome, ſe ella ouuera de morrer pola data alcoueteria, ſe a effecto viera. En os outros caſos, em que non ouuera de morrer, ſera degradada quatro annos pera cada huun dos noſſos lugares da lem em Africa.

10 Qui lenonem, vel lenam, interceſſoremve ad feminam aliquam mittit, eſto res effectum non hẽat, illaque validè reſiſtat, ſanè, qui talem lenonem vel lenã mittit, aut epiſtolam ea de re, eſto nuncius abſque culpa ſit, ſi rem prorſus ignorauit, nihilque mali ſuſpicatus eſt, iniuriam grauem tali fæminæ irrogauit, propter quam, iniuriarum actione intentata, puniri debet pæna arbitraria, maiori vel minori, pro quantitatæ iniuriæ ac delicti, attenta qualitate talis mulieris, & attentis cæteris circunſtantijs concurrẽtibus. Ita probant. l. 1. §. vlt. iuncto principio. ff. de extraord. delict. l. 1. §. omnem, illis verbis: Ad infamiam, cum pudicitia attentatur. l. ſed eſt quæſtionis. §. vlt. l. attentari, & l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines, vbi Vlpianus varios modos proſequitur, quibus pudicitiæ honeſtæ fæminæ tentantur, pro quibus iniuriarum actio competit. ff. de iniurijs. §. iniuriarum in fine, inſt. eod. titu. & l. 5. titu. 9. par. 7. reſque ex ſe eſt perſpicua, & affirmat Anton. Gom. num. 74. citato.

11 Lenones, qui publicas habẽt meretrices, quarum curam ipſi habent, & qui de illarum pretio ipſi participant, qui rufianes earum hiſpanè dicuntur, pæna exilij extra id oppidum puniuntur, conſentaneè ad authenticum de lenonibus. §. ſancimus, & §. præconizamus, & ſimul mulierculæ illorum curæ ſubditæ in exilio ſimili puniuntur. Ita habetur. l. 2. titul. 22. par. 7. confirmatumque fuit quoad lenones libro 8. ord. tit. 14. l. 13. Quòd ſi lenones mulieres, caſtè alias viuentes, conquirerent, & adducerent, pactionibus cum illis factis, quas perderent, & ipſi aliis ad fornicandum eas traderent, tunc morte puniebantur authentico citato: eademque pæna in tam flagitioſos homines, in reipublicæ tantum damnum, hodie etiã exequutioni mandaretur. Qui lenonibus locarẽt domos ad publicas meretrices in eis conſtituendum, de quarum proſtitutionis pretio ipſi participarent, ſi ſcirent ad id conduci, tunc domus eas fiſco amitterent, & inſuper eidẽ fiſco ſoluerent decem libras auri. Ita, conſentaneè ad authẽticum de lenonibus, quod de lenonibus illis aliis tantùm loquitur, ſtatutum eſt. l. 2. citata. Et quamuis hanc pænam lex illa ſtatuere videatur iis, qui domos locant mulieribus ad lupanaria; intelligendum tamen eſt id, quando curam lupanarium habent eiuſmodi lenones, vt ibi Greg. Lopez exponit: nam locare domos ad lupanaria publica prohibitum non eſt, iuxta l. ancillarum. §. vlt. ff. de petit. hæred. Quod ſi ea lex intẽdit imponere vniuerſim eam pænam locantibus ſcienter domos ſuas ad lupanaria, ſubiungit ibi Greg. Lopez cum Angelo, talem pænam contraria conſuetudine eſſe abolitam, nullumq́, locum iam hodie habere.

Hodie verò circa eiuſmodi lenones, & mulieres quæ illos habent, ſic ſancitum eſt l. 4. tit. 14. li. 8. ord. quæ eſt. l. 4. tit. 11. lib. 8. nouæ collect. *Muchos ruidos y eſcandalos, muertes y heridas de hombres ſe recrecem en nueſtra corte, y en las ciudades y villas de nueſtros reinos, por los rufianes, &c.* Et infrà, *Porende mandamos, que las mugeres publicas*, (intellige, ſiue ſint in lupanari, ſiue extra) *que ſe dan por dinero, no tengan rufianes, ſo pena que qualquier dellas, que lo tuuiere, que le ſean dados publicamente cien açotes por cada vez que fuere hallado, que lo tiene publica o ſecretamente, y de mas que pierda toda la ropa, que tuuiere veſtida. Y que la mitad deſta pena ſea para el iuez que lo ſententiare, y la otro mitad para los alguaziles de la nueſtra corte, y de las ciudades y villas y lugares do eſto accaeſciere. Pero ſi el alguazil fuere negligente en eſto, la pena ſea para el que lo accuſare o demandare. Y otro ſi mãdamos, que en la nueſtra corte, ni en las ciudades ni villas de nueſtros reinos, no aya rufianes. Y ſi de aqui adelante fuerẽ hallados, que por la primera vez ſean dados à cada vno cien açotes publicamente. Y por la ſegunda vez ſean deſterrados de la nueſtra corte, y de la ciudad y villa y lugar donde fueren hallados, por toda ſu vida. Y por la tercera vez que mueran por ello enforcados. Y de mas de las dichas penas, que pierdan las armas y ropas, que conſigo truxeren, cada vez que fueren tomados. Y que ſea la mitad para el iuez que lo ſenterciare, y la otro mitad para el que lo accuſare. Y qualquiera perſona pueda tomar y prender por ſu propria autoridad à el rufian, dõde quiera que lo hallare, y lleuarle luego ſin detenimiẽto ante la iuſticia, para que en el executen las dichas penas.* 12

Et l. 5. tit. 11. lib. 8. nouæ collect. quoad eiuſmodi homines, ſic eſt variata prædicta pæna. *Otro ſi mandamos, que los rufianes que ſegun las leyes de nueſtros reynos deuen ſer condenados por la primera vez en pena de açotes, la pena ſea: Que por la primera uez le traygan à la verguença, y ſirua en las dichas nueſtras galeras ſeis annos. Y por la ſegunda vez le ſean dados cien açotes, y ſirua en las dichas galeras perpetuamente. Y mas pierdan las ropas, que la ley diſpone, la primera y ſegunda vez.*

Et l. 10. eiuſdem tituli, ſic aucta eſt præcedens pæna. *En quanto toca a los rufianes, que conforme à la dicha pragmatica hanc de ſer condenados en ſeis annos de galeras, mandamos que ſe entienda ſer por diez annos, de manera que en el caſo, en que auian de ſer condenados por los dichos ſeis, ſean condenados por los diez. Y que en lo que toca à la edad de los veinte annos, ſe guarde cõ los dichos rufianes, lo que eſta diſpueſto y declarado en el capitulo precedente cerca de los ladrones*. hoc eſt, vt habetur lege antecedente, *no embargante que los dichos no ayan la edad de los veinte annos, ſiendo de tal diſpoſicion y qualidad, que puedã ſeruir en las dichas galeras, y auiendo à lo menos dezi ſiete annos.* Lege etiam quæ tit. 24. eiuſdem lib. 8. nouæ collect. à l. 6. diſpoſita ſunt, circa commutationem aliarum pœnarum corporalium in pœnam triremium.

In Luſitania libro quinto. ordin. titulo 30. qui *dos rufianes* inſcribitur, ſic habetur: *Defendemos, que nin huna peſſoa nom tenha mãceba theuda em mãcebia de que receba bem fazer, ou ella delle, e quẽ o contrairo*

fezer,

fezer, aſſi elle como ella ſeran açoutados pubricamente po la villa ou lugar onde eſto acontecer, e mais ſeiam degradados pera cada huum dos lugnares dalem em quanto for noſa merce, e mais cada huum delles pague mil reaes para que os acuſar. Peroo ſemdo elle eſcudeiro, ou andando em traio è auto de eſcudeiro, em tal caſo mandamos, que elle ſcia ſomente degradado da villa è termo pera ſempre com preguam na audiencia, è mais pague os ditos mil reaes, è ella aia a pena ſobredita. Peroo ſe as ditas molheres culpadas em ſemelhante maleficio, ante de ſerem por ello preßas ſe caſarem, ou emtrarem em religiam, ſe guardaraa em todo o que diſſemos no titulo, que non tragua ninhuum homem barragaam na corte, no parrafo final.

13 Id genus lenonum, qui *rufianes* non ſunt earum mulierum, quæ in lupanari ſunt cóſtitutæ, aut quę in domibus ipſarummet meretriciam vitam exercent, ſed qui ipſi mulieres in domibus ipſorum proſtitutas habent, ſiue ſint ipſorum mancipia ad id deputata, ſiue ſint mulieres liberæ, quas ad id ipſi deputarunt ac deprauarunt, & ſiue ſimul ipſi aliud munus exerceant, vt cauponam, hoſpitium, balneum, atq; tanquam adminiſtras eiuſmodi mulieres ad id habeant, quæ ſimul aliquid muneris ibi exerceant, ſaltem cuſtodiendi veſtes ijs, qui balnei aquam ingrediuntur, & ſimul copiam ſui corporis faciant ijs, qui ad cauponam, hoſpitium, aut balneum, vel ad aliud ſimile accedunt, in ſequentem pænam incidunt. Qđ ad mancipia ipſorum attinet, libertatem conſequuntur. Ita habetur l.2.tit.22.part.7. Eandemque libertatem conſequuntur, etiam ſi in lupanaria aut alibi eas ad impudicitiam exercēdam incitet, vt habetur l.4.tit.22.part.4.& alijs iuribus partitarũ, quæ Gregor. Lopez citat. l.47.tit.5.par.5.gl.vlt. conſentiũt. l. ſi lenones. C. de Epiſcop. aud. & l. vlt. C. de ſpect. lib. 10. Atque in hoc euentu vel Epiſcopus, iuxta legem ſi lenones, vel iudex ſecularis, iuxta l. vlt. C. de ſpect. libr. 10. & iuxta iura citata huius regni, poteſt eas ac debet libertati donare. Hæc autem adde ijs, quæ tractatu 3. Diſp. 39. diximus in tertio euentu, in quo mancipium libertatem conſequitur. Quod verò attinet ad liberas mulieres, mortis pœna eſt ſimpliciter pro eo crimine lenonibus de iure communi ſtatuta, vt habetur in authētico de lenonibus, §. prępconizamus. De iure verò huius regni. l. 2. tit. 22. par. 7. eſt ſancitum, vt is leno eas competenter dotet: ſi autem noluerit, aut non potuerit eas dotare, vt morte plectatur. Hanc eandem pœnam incurret lena, quæ ſimiliter alias mulieres proſtitutas habuerit. Quod autem dictum eſt, idem ſcilicet intelligendũ, ſi ſimiliter proſtitutas habeant mulieres, quas ſimul deputatas habent miniſterio cauponæ, balnei, aut alteri ſimili, habetur l. athetas. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. & l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu nupt. quæ loquitur etiam de lenis, quæ in caupona aut alibi proſtitutas feminas habent. Illud obſerua, quádo aliquis in diuerſorio, aut caupona, vel in alio ſimili loco adminiſtram haberet perditam mulieré, quæ iam antea omnibus, qui vellent, copiam ſui faciebat, ad idque ſe inuitabat, vt in aliquibus diuerſorijs eſſe ſolent, vt eo tranſeuntes libentius accedant, & vt, qui hoſpitio recipit, commodum reportet ex miniſterio talis meretricis gratis accepto, vel ex pretio meretricio, aut etiam vt ipſe ea ſimul cum alijs abutatur, tunc non incurrere pænam legis 2. citatæ, neque authentici, quæ iura de eis lenonibus loquuntur, qui honeſtarum alioquin feminarum pudicitiã perdunt, vt patet illa intuenti: ſed puniendi eſſent tanquam lenones meretricum.

14 Lenones, qui quouis modo cooperantur, vt mulier aliqua cum alio fornicetur, id ſuadendo, aut illã proſtituendo, vel quouis alio modo ex ijs, qui explicati ſunt, ipſo iure ſunt infames, etiam ante latá aduerſus eos ſententiam. Ita habetur l. 1. l. athetas §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. l. palam. §. lenocinium. ff. de rit. nupt. & l. 4. titu. 6. par. 7. habetque id verum, etiamſi mancipium leno ſit, & poſtea libertatem conſequatur. Licèt enim infamia contracta a mancipio ei non noceat, ſi libertatem conſequatur, iuxta l. imperator. ff. de his qui notantur infamia, excipitur tamen infamia ob lenocinium circa alterius pudicitiam. Ita habetur. l. palam. §. Pomponius. ff. de his qui not. infam. Qui autem in crimen legis Iuliæ de adult. incidit modis alijs omnibus ſuprà explicatis, etiam non dimittendo vxorem poſtquam illi cóſtabat de adulterio ab illa commiſſo, vel pretium accipiēdo ne accuſaret de adulterio aut ſtupro iam antea commiſſis, ad quæ ipſe cooperatus non fuerat, incurrunt quidem infamiam ſi feratur ſententia, qua de tali crimine condemnentur, non verò ante latam ſententiam. Ita habetur l. 2. §. miles, & notat gloſſa 1. l. athetas. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam.

Lenones quiuis de populo poteſt de lenocinio accuſare. Ita habetur l. 2. tit. 22. part. 7. Et quòd lenones in hoc regno comprehendi à quocunque priuato poſſint, vt continuò deferantur ac præſententur iudici, ſuprà dictum eſt.

DISPVT. 95.

De pœna adulterij à clerico commiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conuictus de adulterio, aut illud confeſſus, licèt mortis pœna in ſuo tribunali eccleſiaſtico non puniatur, deponitur tamen, ab omnique officio ac beneficio priuatur, in monaſteriumque detruditur, vt ibi toto tempore vitæ ſuæ pænitentiam agat.*

2 *Quamuis in Caſtella iudex ſæcularis non poſſit procedere ad inquirendum & puniendum adulterium, niſi accuſante marito adulteræ, id non impedit iudicem eccleſiaſticum, quominus procedere poſſit ad inquirendum et puniendum clericum ſibi ſubiectũ.*

3 *Clericus ob ſolum ſimplex adulterium non degradatur, etiam verbaliter, aut amittit clericale fori priuilegium.*

BReuiſſima eſt hæc diſputatio. Clericus cõuictus de adulterio, aut illud confeſſus, licèt mortis pæna in ſuo tribunali eccleſiaſtico non puniatur, deponitur tamen, ab omnique officio ac beneficio priuatur, in monaſteriumque detruditur, vt ibi tempore toto vitæ ſuæ pęnitentiam agat, c. ſi quis clericus. 81. diſt. gloſſa c. lator. 2. q. 7. maximè quando de eo crimine accuſatur. Nam ſi non accuſetur, Epiſcopus remittere aliquid poteſt de eo iuris rigore, vt affirmat communis doctorum ſententia, quã referunt ac ſequuntur Greg. Lopez. l. 42. tit. 6. par. 1. gloſſa 2. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. adulterium nu. 7. Couar. in 4. part. 2. ca. 7. §. 7. nu. 19. & Salzedo in pract. ca. 85. nu. 2. Infamiam item incurrit clericus, qui adulterium commiſit, poſtquã aduerſus eum eſt lata ſententia condemnatoria de eo crimine, iuxta c. infames. 6. q. 1. & l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. Licèt autem Epiſcopus reſtituere non poſſit infamē in ſuum priſtinum ſtatum, ſed id ad ſummum Pontificem ſpectet, vt Diſp. 49. dictum eſt; quia tamen c. at ſi cleric. §. de adulterijs. extra de iud. conceditur Epiſcopis diſpenſare cum clericis adulteris depoſitis poſt peractam pænitentiam, in conſequentiam eis conceditur tollere eo ipſo ab illis infamiam, vt hæc omnia, cum communi ſenten-

ſententia, quam refert, affirmat Salzedo vbi ſuprà num. 3.

2 Quamuis in hoc Caſtellæ regno iudex ſecularis non poſſit procedere ad inquirendum & puniendũ adulterium, niſi accuſante marito adulteræ, bene tamen Salzedo vbi ſupra nu. 6. obſeruat, id non impedire iudicem eccleſiaſticum, quominus procedere poſſit ad inquirendum & puniendum clericum ſibi ſubditum: quoniam leges illæ vim non habent in foro eccleſiaſtico, neque iudices eccleſiaſticos impedire potuerunt, quominus ſuos ſubditos coercerent ac punirent, vt expedire iudicarent. Qui tamen prudenter ſe debet gerere, vt ſi crimen publicũ non ſit, ipſi illud non manifeſtent cum offenſione mariti adulteræ, eumq; laceſſendo vt interficiat adulteram & adulterum, conſulereque tenentur famæ clerici ſibi ſubditi, ac proinde vel ſecretò debent tunc punire eum clericum adulterum, vel ſi in exilium illum mittant, præſertim ad proſequutionem delicti euitandam, cauſam in ſententia ſubticendo. Si verò condemnatus appellet, ſecretò informare debent iudicem, ad quem eſt appellatum, ſignificando illi cur cauſam eius damnationis ac pœnæ non expreſſerint, qui contentus eſſe debebit, confirmareque ſententiam debebit, ſi veriſimilia, attentis circumſtantijs concurrentibus, viſa ipſi ſint, quæ ſecretò ſunt ei ea de re propoſita. Illud etiam probo, quod idem Salzedo ſubiungit, maritum adulteræ accuſare poſſe eccleſiaſticum, qui cum ea ſuit adulteratus, coram iudice eccleſiaſtico eius adulteri, eſtò adulteram non accuſet de adulterio coram iudice ſeculari. Quoniam leges ciuiles, quæ in hoc regno ea de re latæ ſunt, non ſe extendunt ad tribunal eccleſiaſticum. Quin & in eo euentu accuſare poteſt maritus ſolam adulteram in foro ſeculari: quoniam adulter ad illum forum non ſpectat. Illud etiam prudenter Salzedo ibi prælatos ipſorumque miniſtros admonet, vt ita de adulterijs clericorum (aut etiam laicorum ad correctionem paternam) inquirant, vt eos non patefaciant, in cauſaque ſint, vt plus creſcat infamia, cum periculo maioris iacturæ famæ vtriuſque adulteri, & cum periculo, quòd vterq; adulter à marito adulteræ interficiatur. Licèt enim diligenter inquirere debeant eiuſmodi crimina, (eccleſiaſticorũ præſertim) vt, quanta maxima vi id poſſint, ſecretò illa impediant ac puniant; cauere tamen ſummopere debent, ne notitia de illis creſcat occaſione talis inquiſitionis, ac coërctionis, potiuſque ab inquiſitione & coërctione ceſſare debent, quàm inde grauiora mala ac ſcandala ſequantur.

3 Clericus ob ſolum ſimplex adulteriũ non degradatur, etiam verbaliter, aut amittit clericale fori priuilegium, iuxta c. at ſi clericus. §. de adulterijs. extra de iudicijs. Quando autem interuenirent aliæ circũſtãtiæ, quæ atrox ac enorme redderent id delictum, qua pæna eſſe tunc puniendus, aut ſi is clericus eſſet incorrigibilis, lege quæ Diſp. 49. dicta ſunt.

Si religioſus adulterium commiſiſſet, acriùs adhuc eſſet puniendus. Lege quæ Diſp. 49. citata dicta etiam ſunt.

DISPVT. 99.

Marito & patri adulteræ quouſque impunè interficere liceat adulteros deprehenſos in adulterio.

SVMMARIVM.

1 *Iure antiquo conceſſum fuit interficere adulterum deprehenſum in adulterio, poſtea etiam fuit marito facta poteſtas, ut maritus interficere quoque poſſet ſuam vxorem in adulterio deprehenſam: poſtea tamen marito ſolùm fuit permiſſum interficere adulterum in domo talis mariti in adulterio cum ſua vxore deprehenſum, non verò alibi extra domum mariti; nec etiam quemcunque adulterum, ſed vilem & infamem.*

2 *Refellitur obiectio in contrarium.*

3 *Iure Luſitano maritus interficere impunè poteſt vxorem & adulterum in adulterio repertos, niſi adulter ſit perſona notabilis, & maritus ſit* piam *vt vocant, & alia ſtatuta Luſitanica circa adulterium.*

4 *Iure Hiſpanico, ſi maritus & vxor annos pubertatis excedant, etiamſi matrimonium per verba ſolum de præſenti in eccleſiæ facie celebrauerint, necdumque illud conſummauerint, marituſque vxorem deprehendat in adulterio, vbicunque illam adulterantem cum alio repererit, poteſt vtrumque interficere, modo tamen, ſi vtrumque interficere potuerit, non interficiat vnum ſine alio: eſtque id intelligendum de omni adulterio.*

5 *De iure communi fas eſt marito impunè eum interficere, quem ſuſpectum de adulterio habet cum ſua vxore, etiamſi illos non inueniat in flagranti delicto adulterij, propter ſolam præſumptionem iuris & de iure, quod adulterium commiſerunt: ſcilicet ſi ter eum per interualla ſcriptis admonuerit, ne cum ſua uxore loquatur, idque fiat ſingulis uicibus coram tribus teſtibus fide dignis.*

6 *De iure communi patri impunè licebat interficere quemcunque adulterum repertum cum ſua filia in adulterio, eſto uilis non eſſet: ſed requirebatur ut utrumque interficeret, & non vnum ſine altero: item ut in adulterio illos deprehenſos in flagranti delicto interficiat, non uerò ex interuallo.*

7 *Requirebatur etiam, ut is pater haberet tũc eã filiam in poteſtate, ita ut filia familias illius tunc eſſet.*

8 *Erat etiam neceſſarium, ut parens, qui in ſua poteſtate habebat filiam ſuam, impunè poſſet de iure communi illam & adulterum in adulterio deprehenſos interficere, ut illos in adulterio deprehenderet in domo ſua, aut in domo generi. Si autem illos deprehendiſſet in domo ipſiuſmet adulteri, aut in aliqua alia, non poterat eos impune interficere.*

9 *Omnia, quæ de iure communi ſancita ſunt, ut ſcilicet parens, ſub cuius poteſtate patria eſt adultera, poſſit impune interficere adulteram & adulterum, deprehenſos in adulterio, quando conditiones omnes explicatæ concurrunt, locum hodie non habent in Hiſpania neque in Luſitania.*

10 *Si maritus interficeret adulterum non uilem in adulterio cum ſua uxore repertum, quamuis id non efficeret impune, puniendus tamen tunc non erat pœna homicidij ordinaria, ſed arbitraria propter iuſtum nimiũmue dolorem, quo fuit laceſſitus ex tam graui iniuria ſibi irrogata, atque in ipſo flagranti delicto reperta.*

11 *Quando maritus interficiebat uxorem ſuam in adulterio deprehenſam, aut pater adulteræ, cum utrumque adulterum illorum interficere poſſet, ſolũ adulterum illorum interficiebat, ut ſi ex amore parcebat filiæ adulteræ, interficiebatque ſolùm adulterum cũ ea repertum, tunc, ſi maritus aut talis pater uilis erat, condemnabitur in perpetuum ad metallum; ſi autem honeſtior, in inſulam relegabatur.*

12 *Maritus in Hiſpania interficere non poteſt impune quemcunque adulterum, etiam non uilem & adulteram, niſi repertos ſimiliter in adulterio, atque in ipſo flagranti delicto. Quando dicantur adulteri reperti in flagranti delicto.*

13 *Si maritus, non in ipſo flagranti delicto, ſed poſtea ex interuallo, adulteros aut unũ eorũ interficiat, quos uel antea deprehenderat in adulterio, uel quos certò cogno-*

cognouit adulterium commiſiſſe, puniendus eſt pœna alia mitiori extraordinaria & arbitraria, quādo ſcilicet non interuenit proditio.

14 *Maritus impunè non poteſt interficere vxorem in adulterio deprehenſam, ſi illa prægnans ſit, & ipſe optimè id nouerit, ſed puniendus eſt pœna homicidij voluntaria aut etiam parricidij, ſi ſciebat fœtum iā eſſe rationali animo animatum.*

15 *Licèt is, quem maritus adulterantem cum propria vxore inuenit, initiatus ſit ordinibus ſacris, impunè illum interficit maritus in Hiſpania & in Luſitania: neque ea de cauſa excommunicationem incurrit, etſi maturo iudicio, ſciens ac prudens eum ordinibus ſacris eſſe initiatum, maritus ea de cauſa illum interficiat.*

16 *Si maritus aliquem in flagrāti delicto interficiat aut percutiat in Hiſpania, in flagranti delicto repertum cum filia aut vxore, id impunè non faciet, ſed punietur pœna alia extraordinaria.*

17 *Maritus vel pater, in euentibus, in quibus de iure Hiſpanico, Luſitanico & de iure communi dictum eſt eos poſſe impunè occidere adulterum aut vtrumque ſimul, non poſſunt id alteri ad exequendum mandare impunè.*

18 *Si quis ſolicitet uxorem alicuius ad adulterium, & illa id marito detegat: poteſt impunè ſe fingere, uelle ut, accedente illo ad adulterium patrandum, impune percutiatur à marito.*

DIſput. 7. examinauimus, an maritus licitè, hoc eſt abſque peccato, interficiat vtrumque adulterum in adulterio deprehenſos; partemque negantem verā eſſe oſtendimus. Hoc autem loco examinamus, quouſque iura impunè permittant marito adulteræ ac patri interficere adulteros deprehenſos in adulterio. Neque videntur damnandæ eiuſmodi leges, quæ id non præcipiunt, nec ſuadent, nec ad id cooperātur; ſed, vt homines à tanto flagitio à tantaque iniuria ac ignominia irroganda maritis abſtineant, & vt ſimul id ſit in pœnam nolentibus ſe à tanto flagitio continere, atque ob nimium dolorem & iniuriam, quibus mariti ac patres laceſſiti id efficiunt, ſolùm permittunt ac impunitum relinquunt maritum ac patrem adulteræ interficere adulteros in adulterio deprehēſos: ſicut etiam permittunt lupanaria ad maiora mala vitanda, & in reipublicæ bonum, ne lites multiplicentur, non concedunt actionem de fraudatis infra dimidium iuſti pretij.

1 Licèt quondam lege duodecim tabularum conceſſum fuerit interficere adulterum deprehenſum in adulterio, & poſtea facta etiam fuerit poteſtas, vt maritus interficere quoque poſſet ſuam vxorem in adulterio deprehenſam, vt Couar. in 4. decret. pa. 2. cap. 7. §. 7. num. 1. refert; poſtea tamen de iure cæſareo Digeſtorum, & Codicis, marito ſolùm fuit permiſſum interficere adulterum in domo talis mariti in adulterio cum ſua vxore deprehenſum, non verò deprehenſum in adulterio cum illa in domo ſoceri, aut in domo adulteri, aut alibi extra domum mariti; neque quemcunque adulterum in domo ſua cū ſua vxore deprehenſum fas fuit marito interficere, ſed ſolùm adulterum vilem ac infamem, vt ſi talis adulter antea fuiſſet leno, aut exercuiſſet artem ludicrā, aut pretio accepto fuiſſet munus, vel publicè fuiſſet damnatus de delicto, quod damnatione infamiam affert, neque in ſuum priſtinum ſtatum fuiſſet reſtitutus, aut ſi aliter eſſet infamis, vel eſſet mancipium, aut eſſet libertus talis mariti, aut vxoris illius, vel patris, matris, filij, aut filiæ talis mariti, vel talis vxoris. Has tamen qualitates exiſtere in marito adulteræ, vel in vxore adultera, non impediebant, quominus maritus adulteræ interficere impunè poſſet vilē ac infamem adulterum in ſua domo cum ſua vxore in adulterio repertum. Hæc habētur expreſsè lege marito. ff. ad leg. Iul. de adul. Idem habetur l. 13. tit. 17. par. 7. quæ tamen id extēdit, etiam ſi maritus deprehendat aliquem in adulterio cum ſua vxore in aliquo alio loco extra domum mariti. Conſentiunt l. Gracchus. C. eod. tit. l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. eod. tit. quæ verſ. certè ſubiūgit, licèt patronus repertus à liberto in domo liberti adulterari cum vxore liberti de numero vilium ſit, quem alioquin libertus impunè poſſet interficere, quia repertum cū ſua vxore in domo ſua, nefas tamen eſſe illum interficere, quia patronus ipſius eſt: nam (inquit ea lex) cuius famæ (vt libertus famæ ſui patroni parcere tenetur) multo magis vitæ parcendum eſt. l. qui occiderit. ff. ad leg. Aquil. quæ exprimit, occidentem mancipium alienum repertum in adulterio cum ſua vxore, non teneri domino talis mancipij de damno ex ea morte ei domino ſubſequuto, & alia iura. Vxorē etiam nefas erat marito interficere repertam in adulterio. Ita habetur l. nec in ea. ver. ideo autem. l. marito. l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. 13. tit. 17. par. 7. Conſentit in his omnibus communis doctorum ſententia quam referunt ac ſequuntur Couar. §. 7. citato num. 2. Anton. Gomez. l. 80. Tauri, num. 51. Iul. Clar. 5. lib. ſent. §. homicidium. n. 49. & Greg. Lopez. l. 13. citata, licet rem nō adeò exactè explicent. Id verò non probo, quod Cinus, Salyc. & Ang. aſſerunt, relati à Greg. Lopez l. 13. citata, & cum quibus Gregor. Lopez conuenire videtur, vilem ſcilicet perſonam iudicandam eſſe prudentis arbitrio, ſpectata qualitate perſonæ adulteri & mariti, aduerſus quem adulterium committit: ius quippe commune cæſareum, ad effectum ut adulterà marito adulteræ impunè interfici poſſit, nomine, vilis, perſpicuè intelligit ſolùm infamem, mancipium, ac libertum, non omnem, ſed qui libertus ſit talis mariti, aut talis uxoris, patris, aut matris, vel filij, aut filiæ eorum, & adhuc ab his omnibus excipit, quando maritus adulteræ libertus eſt talis perſonæ vilis, repertæ in adulterio cum ſua vxore, vt hæc omnia dilucidè conſtant ex l. marito, & ex l. ſi adulterium. §. imperatores. verſ. certè. ff. ad legem Iul. de adult.

Quòd ſi quis aduerſus id, quod ſuprà diximus, & habetur expreſsè. l. marito citata, eſſe ſcilicet maritum vilem, non impedire quominus occidere impunè poſſit adulterum repertum adulterari cum ſua vxore; ſi quis, inquam, aduerſus id nobis obiiciat cādem legem marito in fine, quæ id permittit, dūmodo iure mariti accuſare poſſit: at verò lege. 3. ff. eo. tit. haberi, ſi pater adulteræ probet, maritum illius infamem eſſe, præferri illi patrem adulteræ in accuſando. Dicendum eſt, quòd pater in eo euentu præferatur marito in accuſando, non impedire, quòd, ſi pater præferri non velit, maritus tunc non poſſit iure mariti accuſare adulterum & adulteram, ac proinde non impedire, quòd idem maritus, tanquam qui ius habet accuſandi, iure mariti poſſit interficere impunè adulterum repertum in ſua domo in adulterio cum ſua vxore. 2

Iure Luſitano lib. 5. ord. tit. 16. maritus interficere impunè poteſt vxorem & adulterum repertos in adulterio, excepto dumtaxat, ſi maritus adulteræ ſit *piam*, & adulter ſit *fidalguo de ſolar, ou deſembarguador* Regis, *ou peſſoa de maior qualidade*, quam ſupra .ſ. dicti; nam hos dumtaxat adulteros non pôt maritus, qui fuerit *piam*, impunè interficere: reliquos verò poteſt, & propriam vxorem vniuerſim poteſt interficere, ſi in adulterio illos reperiat. qui autem maritus nō fuerit *piam*, oēs vniuerſim adulteros, & uxorem, in adulterio deprehenſos impunè interficit. Atque qñ maritus interficit vxorem in adulterio deprehen- 3

prehēſam, lucratur oīa bona illius nō ſecus, atq; ea
3 lucraretur, ſi eā accuſaſſet, ac conuiciſſet, & dānaſſet de adulterio. Ita habetur ti. 16. citato in prin. & §. 2. & in calce Diſputa. 89. dictum eſt. De eodem etiam Luſitano iure, quos adulteros poteſt maritus impunè interficere deprehēſos in adulterio, poteſt etiam impunè interficere, ſi certò ſciat, idque poſtea ſufficienter probet eos, adulterium commiſiſſe, eſtò in adulterio illos non deprehenderit. Tunc tamen nec dotem nec bona paraphernalia vxoris lucratur: lucratur tamen bona ſuperlucrata conſtante matrimonio, quo ad dimidium, quod alioquin pertinere debebat ad vxorem, aut ad hęredes vxoris. Ita habetur ibidem §. 1. & 2.

De eodem iure Luſitano, ſi maritus interficiat vxorem, atque, ſe defendendo ab accuſatione eius homicidii, dicat, illam interfeciſſe, quòd, cum eſſet ſua legitima vxor, adulterium fuerit patrata; atq;, quòd à probatione adulterii defecerit, ipſe puniatur morte naturali tanquā parricida ſuæ vxoris, amittit omnia bona ſua hæredibus vxoris interfectæ, niſi ipſe deſcendentes habeat, qui illi ſuccedant, eſtò ex alia vxore ſint: nam tunc hi ſuccedunt illi in eis bonis, & nę hęredes vxoris interfectę. Quòd ſi alia pęna infra mortē ea de cā puniatur, tunc non amittit ſua bona hæredibus vxoris interfectæ. Ita habetur ibidē §. 3.

De eodem Luſitano iure, quādo maritus ob adulterium interficit vxorem aut adulterum, vt prorſus euadat pænam ob tale homicidium, non ſatis eſt, ſi probet, ſe cum illa acceſſiſſe ad Eccleſiam, vt coram parocho, aut alio ſacerdote, reciperetur, indeque rediiſſe cum illa tanquam cum ſua coniuge, & vixiſſe ſimul per annum cum illa publicè tanquam cum legitima coniuge, ſed etiā eſt opus vt teſtes deponant, ſe audiuiſſe verba, quibus ita in facie Eccleſiæ inter ſe contraxerunt. Si tamen hoc vltimum non probet, ſed ſolum illud primum, non punitur morte, ſed ſolum pæna exilii perpetui in inſulam diui Thomæ. Quòd ſi primum non probet, eſtò oſtendat publicū inſtrumentum dotale, & probet eos habitos ac reputatos fuiſſe publicè tanquam virum & vxorem, punitur morte naturali. Ita habetur ibidem. §. 4.

4 De iure etiam huius regni, ſi maritus & vxor annos pubertatis excedant, etiam ſi matrimoninm per verba ſolum de præſenti in eccleſiæ facie celebrauerint, necdumque illud conſummauerint, mariuſque vxorem deprehendat in adulterio, vbicunque illam adulterantem cum alio repererit, poteſt vtrumque interficere; modò tamen, ſi vtrumque interficere potuerit, non interficiat vnum ſine alio. Ita habetur. l. 3. titul. 15. libr. 8. ord. quæ eſt l. 3. titul. 20. libr. 8. nouæ collect. quam Diſputat. 93. retulimus, & quod ad rem præſentem attinet, ſic habet: *Que toda muger que fuere deſpoſada por palabras de preſente con hombre que ſea de catorze años cumplidos, y ella de doze años acabados, e hiziere adulterio, ſi el eſpoſo los hallare en vno, que los pueda matar ambos a dos: aſſi que no pueda matar à el uno, y dexar à el otro, pudiendo los à ambos à dos matar.* Conſentit l. 4. titul. 23. eiuſdem libr. 8. nouæ collect. quæ ſic habet: *Todo hombre que matare à otro à ſabiendas, que muera por ello. Saluo ſi lo hallare iaziendo con ſu mugier do quier que lo halle.* In euētu tamen, in quo maritus adulteros impunè interficit repertos in flagranti delicto, non potitur illorum bonis, ſed pertinent ad illorum hæredes. Ita habetur. l. 82. Tauri, quę eſt l. 5. tit. 20. lib. 8. nouę collect. & Diſp. 89. relata fuit.

Vtrum autem lex 3. citata intelligenda ſit ſolum de adultero vili, iuxta diſpoſitionem iuris cōmunis. Greg. Lopez rem diſputat. l. 13. tit. 17. par. 7. gloſ. 1. Et propēdet, de omni vniuerſim adultero eſſe intelligendam. Ego, cum Anto. Gom. l. 80. Tauri, nu. 51. & cum Couar. in 4. par. 2. c. 7. §. 7. nu. 6. de oī adultero

A ro intelligendā eā eſſe non dubito, ēt ſi adulter ſit patronus talis mariti, aut dn̄s directus, à quo feudū maritus habeat, quicquid Greg. Lopez in calce legis 3. citatę dubitet. Ducor, non ſolū q̄ a lex illa vniuerſim loqtur *de toda muger que fuere deſpoſada por palabras de preſente*; & de adultero qui cū illa fuerit repertus; & vbi lex nec diſtinguit nec limitat, maximè q̄n vniuerſim loquitur, nec nos limitare debeamus: ſed etiam quoniam non eſt credēdum, eam legem loqui de ſolo adultero infami ac vili, de quo loquebatur ius commune, eo modo quo ſuprà explanatum eſt, ius commune loqui. neque eo modo eſt vſu recepta: lex autem illa, ſi limitationem aliquam habere debebat, eam vtique habere debebat, quæ de iure cōi fuit adhibita: eo fundamento, q̄ iura anteriora exponūt
B poſteriora, eaq; limitant, q̄n de contraria diſpoſitione poſteriorū non conſtat: quo fit, vt lex illa vniuerſim ſit intelligenda de oī vxore adultera, & de omni adultero cum ea in flagranti delicto reperto. Nec dubito intelligendam eſſe, ēt ſi matrimonium fuerit inualidum, quando tanquam validum tolerabatur, cōiterq; tale reputabatur, iuxta l. 81. Tauri, quæ eſt l. 4. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. & Diſp. 94. relata fuit, cōſentit etiā l. marito in fine. ff. ad leg. Iul. de adult.

In ſequenti autem euentu de iure communi, & in hoc regno, atque in Luſitania, in quibus nihil in contrarium eſt ſancitum, fas eſt marito impunè eum interficere, quem ſuſpectum de adulterio habet cū ſua vxore, etiam ſi illos nō inueniat in flagranti delicto adulterii, propter ſolam præſumptionem iuris & de
C iure, quòd adulterium commiſerint. Atque cum vniuerſim de adultero iura in eo euentu loquantur, nihil arctando ad vilem adulterum, de omni adultero intelligenda ſunt, idque cum communi doctorū ſententia affirmat aduerſus quandam gloſſam Carrer. in pract. crim. §. adult. 6. nu. 238. Euētus autem eſt, ſi quis ſuſpectum aliquem habeat, q̄ adulterium cū ſua vxore machinetur, illū ter admoneat in ſcriptis, ne cū ſua vxore loquatur, idque fiat ſingulis vicibus coram tribus teſtibus fide dignis. Atq;, vt doctores notant, eſſe debent tres illæ admonitiones ex interuallo, & non ſimul. Et cum fieri debeant in ſcriptis, multi affirmāt fieri debere coram tabellione: & quāuis Ant. Gom. l. 80. Tauri, in calce nu. 60. id neceſſarium eſſe neget; lex tamen 12. tit. 14. part. 3. neceſſa-
D rium eſſe affirmat, id quod etiam obſeruat Greg. Lopez l. 12. tit. 17. par. 7. Facta autem ter ea admonitione in ſcriptis, ſi maritus poſtea illos inueniat loquentes in domo talis mariti, vel in domo vxoris, vel eius, de quo malè ſuſpicatur, aut in popinis, (hoc eſt, locis ad bibendum ac comedendum deputatis, vt in caupona, taberna, vel alio ſimili) aut in ſuburbanis, (idē intellige de quocunque alio loco æquè aut magis ſuſpecto, in quo fieri poſſet adulterium, vt ſatis innuit l. 12. tit. 17. part. 7.) tunc impunè poteſt maritus illū interficere. Si verò illos colloquētes inueniat in via publica, vel in eccleſia, vel in alio ſimili loco inepto, vt in eo adulterium fiat, tūc adhibitis teſtib. fide dignis q̄ eos, poſt prædictas admonitiones ita inuene-
E rit, licèt interficere eos non poſſit, denunciādi ſunt iudici, qui illos, tāquā ſi verè adulteriū cōmiſiſſent, puniet integra adulterorum pęna. Et fortaſſe in hoc regno, & in Luſitania, in quibus æquè impunè poteſt maritus interficere adulteram atq; adulterū, poterit impunè interficere etiā vxorem: de iure enim communi de ſolo adultero, ſuſpectò ve illo modo de adulterio, eſt id ſancitum, non verò de vxore: quoniam de iure communi nefas erat marito interficere vxorem deprehenſam in adulterio in flagranti delicto. Hæc oīa habentur in authentica ſi quis ei. C. ad leg. Iul. de adult. & in authētico vt liceat matri & auiæ. §. his quoq., vnde authētica illa deſumpta fuit, & l. 12. tit. 14. part. 3. ac. l. 12. tit. 17. par. 7. & conſen-

tit communis doctorum ſententia, quam Ant. Gomez.& Greg. Lopez locis citatis & Couar. vbi ſuprà n.2.referunt ac ſequuntur.

6 De iure communi patri impunè licebat interficere quemcunque adulterum repertum cum ſua filia in adulterio,eſtò vilis non eſſet. Ita habetur l.marito.ff.ad leg.Iul.de adult. cuius verba ſunt. *Marito quoque adulterum vxoris ſuæ occidere permittitur, ſed non quemlibet,vt patri,* permittitur.l. quẽlibet adulterum cum ſua filia interficere. Idem habetur multis alijs iuribus mox citandis. Multa tamen erant neceſſaria,vt pater impunè interficere poſſet adulterũ cum ſua filia repertum. In primis, vt vtrumque interficeret,adulterum.ſ.& filiam, & non vnum ſine altero,ſi vtrumque poſſet interficere.l. quod ait. §. quod ait lex,& l.nihil intereſt.ff.ad leg.Iul.de adul. ac l.14.tit.17.par.7. Ideo autem patri permiſſum fuit interficere quemcunque adulterum repertum cum ſua filia,modò ſimul filiam interficeret: marito autem neque vxorem, neque omnem adulterum, ſed tantum vilem,fuit permiſſum interficere,quòd pietas,affectuſve patris ad propriam filiam, continere eũ potuit,vt neutrum interficeret: maritus autẽ impetu iracundiæ ex tã graui iniuria ac ignominia accepta facilè vtrumque interficeret. Ita habetur l. nec in ea.in fi.ff.ad leg.Iul.de adul.cuius verba sũt. *Ideo autem patri,non marito,mulierem & omnem adterum permiſſum eſt occidere, quòd plerumque pietas paterni nominis,conſilium pro liberis capit,cæterum mariti calor & impetus facilè decernentis fuit refrænãdus.* Eadem ratio redditur etiam l.14.tit.17.par.7.

Deinde neceſſarium erat,vt illos in adulterio repertos ſtatim in flagranti delicto interficeret, non verò poſtea ex interuallo. Ita habetur,l. quod ait, in princip. ff. ad leg.Iul. de adulter. cuius verba ſunt. *Quod ait lex,cũ filia adulterum deprehenderit, non otioſum videtur. Voluit enim ita demum hanc poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitudine filiam deprehendat.Labeo quoque ita probat.Et Pomponius ſcripſit,in ipſis rebus veneris deprehenſum occidi.* Et hoc eſt,quod Soto & Draco dicunt. Et §. vlt. eiuſdem legis ſic ſcriptum legimus. *Quod ait lex,in continenti filiã occidat,ſic erit accipiendum,ne occiſo hodie adultero, reſeruet,& poſt dies filiam occidat,vel è contra. Debet enim propè vno ictu & vno impetu utrumque occidere, æquali ira aduerſus vtrumq; ſumpta. Quòd ſi non affectauit,* (vt ſcilicet filia fugeret) *ſed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpoſitis horis apprehenſa eſt à patrẽ,qui perſequebatur, in continenti videbitur occidiſſe.* Lege quæ tractatu præcedente diſp. 16. dicta ſunt. Et l.nihil intereſt.ff.eod.tit. ita habetur. *Nihil intereſt, adulteram filiam prius pater occiderit, an non, dũ utrumque occidat. Nã ſi alterum*(tantum ſcilicet) *occidit, lege Cornelia reus erit. Quòd ſi altero occiſo, alter uulneratus fuerit,uerbis quidem legis non liberatur:ſed diuus Marcus & Commodus reſcripſerunt, impunitatẽ ei concedi: quia licèt interempto altero, mulier ſuperuixerit poſt tam grauia uulnera, quæ ei pater inflixerat, magis fato,quam uoluntate eius*(patris ſcilicet)*ſeruata eſt,quia lex parem in eos,qui deprehenſi ſunt,indignationem exigit, & ſeucritatem requirit.* Vnde intelliges,quòd ſi pater leuiter eam vulneraſſet, ita vt conijceretur,noluiſſe illam interficere,teneretur de homicidio adulteri. Vt verò,quando vnum interficit, & non vtrumque, de homicidio interfecti non teneatur,opus eſt vt conſtet,ſeu præſumatur,vtrũque intendiſſe interficere,& plus non potuiſſe efficere, aut credidiſſe lethalia vulnera vtrique dediſſe, quæ ad mortẽ ſufficerent. Hæc tã multis retuli, vt intelligatur,tũ qñ cenſendus ſit aliquis in flagranti delicto interficere vtrũque adulterũ,tum ẽt qñ verè intẽderit vtrũque interficere,& non alterũ ſolũ, quæ duo leges huius regni in marito requirũt,vt immunis ſit

A à pœna propter adulterorum interfectionem.

Tertiò, vt pr̃ de iure cõi interficere impunè poſſet filiã & adulterũ deprehenſos in adulterio,neceſſariũ erat,vt is pr̃,ſeu parens,hẽret tunc eã filiam in ſua ptãte,ita vt filia familias illius tunc eſſet,ſatiſq; erat,vt per arrogationẽ, aut per adoptionẽ in euẽtibus,in quibus adoptatus tranſit in patriã ptãtem parentis adoptãtis,iuxta ea quæ tractatu præced. diſp. 227.dicta ſunt, & filia eſſet ſub illius ptãte, vt is parens per arrogationẽ,aut adoptionẽ,interficere poſſet eã filiã & adulterũ in adulterio deprehẽſos. Hæc habentur.l.patri,& tribus legibus ſeq.ff.ad leg.Iul. de adul.& l.14.tit.17.par.7. Et ꝙ de patre per arrogationẽ,ſeu adoptionẽ eſt dictum,hr̃. l. nec in ea.ff. eod.tit.cuius verba ſunt. *Nec in ea lege naturalis ab* 7

B *adoptiuo pater ſeparatur,* ſed ſimiliter,quaſi dicat, habet ea lex locũ in patre adoptiuo adulteræ, ꝙ intellige,in euentibus, in quibus illa tranſit ad patriã poteſtatẽ arrogãtis,aut adoptãtis,iuxta ea quæ diſp.227. citata dicta ſunt. Et quia de iure cõi deſcendẽtes oẽs per lineã maſculinã,ẽt ſi coniugati eſſent, erant ſub patria ptãte ſupremi aſcendentis ſuperſtitis, & non intermediorũ,vt ſi ſuperſtes eſſet proauus per lineã maſculinã,pronepotes illius erant in ipſius ptãte, & non in ptãte patris aut aui illorũ,& mortuo proauo, reincidebãt in ptãtem aui,ſi ſuperſtes eſſet, & nõ in ptãtem patris ipſorũ,mortuoque ẽt auo,reincidebãt in ptãtem patris,iuxta ea quæ tractatu præced.diſp. 184.& diſp.227.explanata ſunt:unde efficiebatur,ꝙ de eodẽ iure cõi,viuente proauo & pronepte per li-

C neã maſculinã coniugata adulterãte, ſolus proauus, in cuius ſola ptãte erat,& nõ auus,aut pr̃ illius,poſſent illã & adulterum in adulterio deprehenſos impunè interficere,defuncto verò proauo, ſuperſtiteque auo talis coniugatæ, ſolus auus, & non pr̃ eius coniugatæ,interficere poterat illam & adulterum in adulterio deprehenſos, & tunc demũ pater poſſet illam & adulterũ in adulterio deprehenſos interficere,qñ auus & proauus ſuperſtites non eſſent. Hinc intelliges iura ſuprà citata. Lex enim patri.ff.ad leg. Iul.de adult.ſic habet. *Patri* (hoc eſt, aſcẽdenti per lineã maſculinã) *datur ius occidendi adulterum cum filia,quam in poteſtate habet.Itaq; nemo alius ex patribus idem iure faciet,ſed nec filius familias pater* (adulteræ.ſ.ſi ſuperſtes ſit auus, aut proauus, cuius talis

D pater adulteræ, vna cum ea adultera, ſit filiusfamilias.) Et lex ſic eueniet,quæ proximè ibi ſubiũgitur, ita habet. *Sic eueniet,vt nec pater,nec auus,poſſint occidere* (adulterã & adulterum in adulterio deprehenſos,ſi .ſ.proauus ſit ſuperſtes.) *Nec immeritò, in ſua enim poteſtate non videtur habere,* (adulteram .ſ. ſuã filiã aut neptem)*qui non eſt ſuæ poteſtatis,*(vt nõ ſunt pr̃ & auus illius,dũ pauus ipſorũ pr̃,aut auus,eſt ſuperſtes.) Et l.ꝙ ait.§.ſufficit,ſic ſubiungitur. *Sufficit patri, ſi eo tempore habeat in poteſtate*(filiam.ſ.adulteram)*quo occidit,*(ipſam.ſ.& adulterum deprehenſos in adulterio) *non quo in matrimonium collocauit. Finge enim poſtea redactam in poteſtatem* (id eſt, poſt matrimoniũ celebratũ redactã eſſe in poteſtatẽ patris,morte aui,aut proaui, vel vtriuſque eorum.)

E Quartò,vt parẽs,qui in ſua ptãte hẽbat filiã adulterã,impunè poſſet de iure communi interficere illã 8
& adulterum in adulterio deprehẽſos, neceſse erat, vt illos in adulterio deprehenderet in domo ſua,aut in domo generi, hoc eſt, in domo habitationis talis parentis aut generi, ſiue eſset propria ipſorum domus,ſiue conducta, aut aliter ad habitandum conceſsa vel occupata. Si autem illos deprehendiſset in domo ipſiuſmet adulteri, aut in aliqua ſalia, vel in quouis alio loco,non poterat eos impunè interficere. Ita hr̃ l.nec in ea.§. ius occidendi. ff. ad leg. Iul. de adult.cuius verba ſunt: *Ius occidendi patri conceditur domi ſuæ, licèt ibi filia non habitet, vel in do-*

mo

mo generi. Sed domus & pro domicilio accipienda eſt. Et l.quod ait.§.quare, ſic ſubiungitur: *Quare non vbicunque deprehenderit pater, permittitur ei occidere, ſed domi ſuæ generive ſui tantum. Illa ratio redditur, quòd maiorem iniuriam putauit legiſlator, quòd in domum patris aut mariti auſa fuerit filia adulterum inducere. Sed ſi pater alibi habitet, habeat autem aliam domum, in qua non habitet, deprehenſam illo filiam, vbi non habitat, occidere non potuit.* Idem habetur l. 14.ti.17.par.7. Conſentiunt in his omnibus requiſitis de iure communi Carrer. in pract.crim. §.homic.6.à nu.234. Iul.Clar.5. lib.ſent. §.homicidiũ. nume.48. Couar.§.7.citato à nu.2. & alij doctores communiter, licèt rem non adeò exactè explicent.

9 Hæc omnia, quæ de iure communi ſancita ſunt, vt ſcilicet parens, ſub cuius patria poteſtate eſt adultera, poſſit impunè interficere adulteram & adulterum deprehenſos in adulterio, quando conditiones omnes explicatæ concurrunt, locum hodie non habent in hoc regno, neque in regno Luſitano. Ratio autem eſt, quoniam in his regnis eo ipſo, quòd aliqui matrimonium contrahunt, tam maritus, quam vxor, patriam egrediuntur poteſtatem, ſuique iuris efficiuntur, vt tractatu præcedente in calce Diſput. 229. oſtenſum eſt, & aliàs ſæpe eſt dictum: quare cum coniugata adultera eo ipſo, quòd in his regnis coniugata eſt, ſub nullius aſcendentium ſit poteſtate, conſequens profectò eſt, vt in his regnis locum non habeat ea facultas de iure communi cõceſſa parenti, ſub cuius poteſtate illa eſſet. Neque refert ꝙ l.14.tit.17.par.7.non meminerit illius conditionis, quòd ſit ſub patria poteſtate eius parẽtis: quoniam ſupplenda eſt ex iure communi, vnde lex illa fuit deſumpta cum alijs conditionibus in eadem lege appoſitis, neque eo tempore coniugatæ patriam egrediebantur poteſtatem per matrimonium. Conſentiunt Greg.Lop.ibi & Cou.§.7. citato, nu.4. Quia tamen in hoc regno coniugati non egrediuntur patriam poteſtatem per matrimonium in facie eccleſiæ celebratum, etiam ſi ſit conſummatum per copulam, niſi accedat velatio more huius regni, vt Diſput.229.oſtenſum eſt, quæ tamen velatio aliquando fit multis menſib. poſt matrimonium celebratũ; tunc, ſi coniugata reperiretur in adulterio à patre, antequam eſſet velata, concurrerentque cæteræ cõditiones de iure communi requiſitæ, interficere impunè in hoc regno poſſet eam & adulterũ; eo quòd adhuc eſſet ſub ipſius patria poteſtate.

10 De iure cõi, ſi maritus interficeret adulterum nõ vilem in adulterio cum ſua vxore repertũ, quãuis id non efficeret impunè, puniendus tamẽ tunc non erat pœna homicidij ordinaria, ſed arbitraria propter iuſtum nimiumve dolorem, quo fuit laceſſitus ex tam graui iniuria ac ignominia ſibi irrogata atq; in ipſo flagranti delicto reperta. Ita habetur l. Gracchus.§.vlt.C.ad leg.Iul.de adult.quæ ſola exilij pęna eiuſmodi maritum puniendum ſtatuit. Lex Luſitana, lib.5.ord.ti.16.in prin. quando maritus *Piam* interficit adulterũ cũ ſua vxore in adulterio deprehenſam *fidalguo de ſolar, ou deſembargador, ou peſſoa de maior qualidade*, quã ſupra dicti (quos ſolos adulteros, illique ſoli marito, in eo regno interficere nõ licet, vt ſupra dictum eſt) pęnã ſolùm exilij ei imponi *pera cada hum dos coutos, ou lugares dalem, com pregam na audiencia, polo tempo que a os iulgadores bem parecer, ſegundo à peſſoa que matar, nom paſſando de tres annos.* Vbi vides ſummam pęnã quæ in eo euentu imponi permittitur, quantumcunque homo ille plebeius infimus ſit, & quantacũque interfectus nobilitate polleat, eſſe exiliũ triẽnij ad loca tranſmarina, atque iuxta qualitatẽ perſonæ interfectæ & interficientis, cæteraſq; circunſtantias concurrentes, minuendum eſt de tempore exilij, & vt non ſit ad lo-

A ca tranſmarina, ſed ad aliquem *dos coutos* intra regnum ipſum. Lex autem 14.ti.17.par.7. in euentu, quo maritus interficit adulterum non uilem, cũ ſua vxore in adulterio repertũ, imponit pœnam, quam mox referemus.

De iure cõi, quando maritus interficiebat vxorẽ ſuã in adulterio deprehenſam, aut pater adulterę, cũ vtrũque adulterum interficere poſſet, ſolùm adulterum illorum interficiebat, vt ſi ex amore parcebat filiæ adulterę, interficiebatque ſolùm adulterum cũ ea repertum; tunc, ſi talis maritus aut talis pater vilis erat, condẽnabatur in perpetuũ ad metallum, aut ad ſeruiendum in alijs operib. publicis: ſi aũt honeſtior erat, in inſulã relegabatur. Ita habetur l.ſi adulteriũ.§.imperatores.ff.ad leg.Iul.de adult.& cõſentit l.1.in fi.ff.ad leg.Cor.de ſic. item l.ſi quis in graui.§.ſi maritus, in fi.ff.ad ſenat.conſ.Sylla. Quãdo autẽ l.nihil. ff.eod.ti.de patre interficiente alterum adulterum, cum vtrũque potuiſſet interficere, ait; l.Cornelia reus erit; intelligitur, ꝙ punietur de homicidio lege Cornelia, ſed non pœna ordinaria ac integra eius legis, ſed mitiori arbitraria, vt Ant.Gõ. in calce nu.51.citati rectè exponit, & expreſsè habetur l.1.in fi.ff.ad leg.Corn.de ſicar. Lex 14.in fi.titu.17.par.7.in his duobus euentibus, & in illo præcedenti, quando maritus interficit adulterum non vilem, ſic diſtinguit. *E porende dezimos, que ſi aquel, d quien mataſſe, fueſſe ome honrado, y el que lo mataſſe fueſſe ome vil, que deue el matador ſer condenado para ſiempre à los labores del Rey. E ſi fueſſen iguales, deue ſer deſterrado en alguna yſla por cinco annos. E ſi el matador fueſſe mas honrado que el muerto, deue ſer deſterrado por mas breue tiempo, ſegun el aluedrio del iudgador ante quien tal pleyto acaecieſſe.* Hac eadem pæna in hoc regno punietur hodie maritus, qui cùm interficere poſſet vxorem & adulterũ in adulterio deprehenſos, alterum tantum occidit, contra diſpoſitionẽ legis 3.tit.15.lib.8.ord.quæ eſt.l.3.tit.20.lib. 8. nouæ collect. Neque enim punietur pęna ordinaria homicidæ, ſed prædicta pæna, vt, iuxta iura citata, rectè Ant.Gom.num.51.citato ait. 11

Maritus impunè non potuit de iure cõi interficere adulterum vilem, niſi repertum in adulterio cum propria vxore, atque in ipſo flagranti delicto, vt dictũ eſt: neq; hodie in hoc regno põt impunè interficere adulterũ quẽcunq; ẽt non vilẽ, & adulterã, niſi repertos ſimiliter in adulterio, atq; in ipſo flagranti delicto, vt ẽt eſt dictũ, neq; itẽ de iure cõi pr̃ interficere impunè poterat filiã & adulterantẽ cũ ea, niſi repertos ſimiliter in adulterio, atque in flagrãti delicto, vt dictũ quoque ſupra eſt. Tunc ãt cenſentur deprehenſi in adulterio, qñ repeniuntur ſe pariter commiſcentes, aut qñ indicia adulterii ſunt talia, quæ illud oĩno perſuadent, certũque moraliter efficiunt, iuxta ea quæ Diſp.90.copioſè explanata ſũt, aut qñ præcedente trina monitione mariti, qualis ſuprà explicata eſt, ne is, quẽ ſuſpectũ hẽt machinari adulteriũ cũ ſua vxore, cũ illa loqueretur, eum poſtea inuenit cũ illa loquẽtẽ in locis ſuprà explicatis. Qđ ſi, qñ in euentibus explicatis ita inueniũtur, ad ſit ſufficiẽs probatio, duorũ ſaltẽ teſtiũ oĩ exceptione maiorum qui deponant ita à marito, aut à patre inuentos eſſe, cenſetur illos ita inueniſſe, ac proinde, ſi illos interfecit, liber ab omni pæna pp talẽ interfectionẽ pronũciatur. Quando autem illos interfecit, neque ſunt teſtes, quibus probetur, illos ita in adulterio deprehendiſſe, ſi reperiantur nudi ac interfecti in eodẽ lecto, aut ẽt in eadem domo mariti, in qua adulter hoſpes non erat, præſumitur ex eodẽ lecto nudos fuiſſe conatos fugere ac euadere manus mariti, atq; adeò deprehẽſos à marito in adulterio illos interfeciſſe, niſi indicia aliqua ſint aliunde aſportatos fuiſſe mortuos in eũ locum. Idem diceremus, ſi de nocte, quando non 12

do non erat ad aliquid aliud, quam ad adulteriũ pa trandum, adulter ille ingrederetur, veſtitus fuit interfectus, maximè poſt multam noctem, poſtquam iam omnes in lecto eſſent, & non ſunt circunſtantię, quæ contrarium ſuadeant, præſertim ſi maritus non erat tunc cum vxore in domo, adueniensque illos interficit in ſua domo repertos. Et denique idem eſt dicendum quando, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus, prudentis arbitrio eſt moraliter certum, commiſſum eſſe adulterium. Quando autẽ nõ eſt moraliter certum, attamen ſunt non leuia ſed magna indicia, repertum illum fuiſſe in adulterio, eaque de cauſa maritus adulteræ profitetur ſe illos occidiſſe, puniendus tunc non eſt maritus pæna homicidij ordinaria, ſed alia extraordinaria mitiori, eo minùs graui, quo maiora ſunt indicia commiſſum fuiſſe adulterium, aut quo probatio per teſtes plus accedit ad integram probationem, quòd eos in adulterio deprehenderit. Prędicta confirmant, quòd qñ aliquis interfectus inuenitur in aliquo loco, neq; sũt indicia, quæ contrarium perſuadeant, præſumitur occiſus fuiſſe in eo loco, vt cum multis alijs, quos citat, affirmat Ant. Gom. l. 80. Tauri, num. 56. Item, ꝙ in delictis, quando agitur de abſoluendo aliquo reo, in dubio intelligere ſemper debemus aliquid eſſe factum tempore & loco debito ac permiſſo, potiùs q̃ illicito & non permiſſo, vt reus à delicto excuſetur, atque in eo euentu dubia probatio releuat probantem, vt tradunt Bar. Panor. & communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. vbi ſuprà nu. 57. refert ac ſequitur, argumento l. meritò. ff. pro ſocio, & l. in interpretatione. ff. de pænis. His adde, ex qualitate & probitate, aut improbitate ac moribus mariti, ex odio, aut dilectione, quibus vxorem proſequebatur, & ex alijs circunſtantijs concurrentibus, expendere iudicem debere quantum probabilitatis ac veriſimilitudinis ſit, repertos eos adulteros fuiſſe aut non fuiſſe in adulterio. Adde ẽt, vt maritus illorum interfector puniri nõ debeat pæna homicidij ordinaria, ſatis eſſe repertos illos eſſe ſe amplexantes, aut oſculantes, vel in loco & modo valde ſuſpecto: dolor. n. iniuria, ac ignominia præſens ex tanto delicto ita reperto ac flagranti tunc, licèt ad adulterium non fuerit deuentum, ſatis eſt, noſtra & multorum ſententia, vt maritus ita tunc laceſſitus ad eam mortem infligendam excuſetur à pæna homicidij ordinaria, ſi cèt non à mitiori arbitraria, iuxta ea quæ diſp. 31. dicta ſunt, vbi multa ſunt addita, quæ multum conducunt, vt iudex rem hanc melius definiat.

13 Dubiũ eſt. Quid ſi maritus, non in ipſo flagranti delicto, ſed poſtea ex interuallo adulteros, aut eorũ alterum, interficiat, quos vel antea deprehenderat in adulterio, manuſque illiuſque euaſerunt, vel quos certò cognouit ac ſufficienter probat adulterium cõmiſiſſe? puniendusne tunc erit is maritus pæna ordinaria homicidij, parricidijque ſuæ propriæ vxoris? an verò ſolùm pæna mitiori extraordinaria ac arbitraria? Ant. Gom. l. 80. Tauri, puniendum eum affirmat pæna ordinaria homicidij aut parricidij. Quoniam permiſſio, qua maritus permittebatur impunè occidere adulterum ſolum vilem, & qua de iure huius regni & Luſitaniæ permittitur vtrumque occidere, ẽt ſi adulter vilis non ſit, & cõmutatio pænę ordinariæ in arbitrariam, quãdo de iure cõi interficiebat vxorẽ adulterã, aut adulterum non vilem, vel de iure Luſitano quando *piam* interficiebat *fidalguo de ſolar, ou deſembargador*, vel de iure huius regni, quando interficiebat alterũ tantum adulterorũ, ſi poſſet vtrũq; interficere, iuxta varia iura, quæ ſuprà citauimus; ſolum intelligebantur, & habebant locum, quã do adulteri reperiebantur in adulterio, atque in flagranti delicto, & non poſtea ex interuallo interficiebantur. vindicta. n. ac punitio ex interuallo ſolũ ſpe

A ctat ad poteſtates publicas, neq; vlla rõne conceditur aut permittitur priuatis, qui fuerũt offenſi. Nos verò Diſp. 31. cum alijs, quos ibi citauimus, contrarium affirmauimus, puniendum. ſ. non eſſe pæna ordinaria, ſed mitiori arbitraria. Quod intellige, quando non interuenit aleuoſia aut proditio in illis interficiendis, neq; maritus ſecuritatem promiſerat, aut publica iudicis autoritate erat illis promiſſa, maximè marito illam ſimul promittente, aut etiam fideiuſſoriam cautionem ad id præſtante, donec cã examinaretur, vt fieri ſæpe ſolet. Ducimur aũt, quoniã tantus dolor, non immeritò perſeuerans in marito ex tam graui iniuria ac ignominia ab ipſis adulterio illo accepta, compenſatioque iniuriæ à marito eo adulterio acceptæ, cum iniuria mortis propria autoritate adulteris ab eo illatæ, quam tamen illi commerebantur, vt publica autoritate illis inferretur, & q̃ maritus ipſe in hoc regno, lata prius ſententia à iudice, poterat legis huius regni autoritate propria ſua manu illis inferrè, certè multum minuere debent de pæna ordinaria, qua maritus pro eo homicidio erat puniendus, ſi illi innocentes fuiſſent, eademq; morte eos omnino innocentes interfeciſſet: quare æquitas non patitur vt tunc maritus ille eadem pæna homicidii, aut parricidii, ordinaria puniatur, qua puniẽdus foret, ſi illos omnino innocentes eodem modo interfeciſset. Atq; obſerua, in euentibus, in quibus iuxta iura citata dictũ eſt, marito, aut patri, interficienti adulteros, cõmutari pænam homicidii ordinariam in aliam arbitrariam longè inferiorem, quia id non fecit permittente ſed denegante id illi lege, ſanè tunc maritus aut pr̃ propria ſua autoritate id homicidium efficiunt, ꝙ facere ad ſolas ptãtes publicas in pænam eius delicti attinebat, imò de iure authenticorum adulteræ imponenda non erat pæna mortis publica autoritate, vt Diſp. 89. & aliis ſequẽtibus dictũ eſt: quare, ꝙ maritus laceſſitus tanta iniuria ac ignominia, tã vehementiq; dolore, propria autoritate, legeq; non permittente, illos tũc interficiat in cõpenſationẽ ac vindictam tantę iniurię prius acceptæ impedire nõ debet, ꝙ ob adeò iuſtas rõnes pæna homicidii ordinaria illi cõmutetur in arbitrariam: mamè quia id ex parte cedet in bonum cõe, ne vxores & adulteri tantum ac tam perniciosũ flagitium cõmittere audeant. Ducimur ẽt lege D. Adr. ff. ad leg. Pomp. de parric. Vbi cũ quidã pr̃ in venatione, atq; adeò non in flagranti delicto, occidiſſet ſuum proprium filium, eo ꝙ cũ nouerca talis filii, vxore patris, adulterium commiſiſset, Adr. non pæna parricidii eũ patrẽ puniuit, ſed pæna extraordinaria longè inferiori deportationis in inſulã, atq; vt ibi gloſ. ait, Adr. pænã parricidii ordinariã in eã adeò inferiorẽ pænam cõmutauit pp tantũ dolorem patris: & quoniã filius ille ea pæna erat dignus, paterq; ſolũ deliquit, ꝙ propria autoritate, & non per poteſtates publicas, eam illi inflixerat. Neq; ſatisfacit reſponſio Antonii Gom. quòd id ita in patre fuit commutatũ quoniam patris eſt punire filium, licèt non tanta pæna, quæ non per patrem ſed per publicas poteſtates erat infligenda: nam certè etiam marito incumbit propria autoritate punire vxorem, neque minori pæna poteſt illam punire propria ſua autoritate ob adulterium in ipſum commiſsum, quàm poſſit punire proprium filium ob adulterium cum vxore patris commiſsum. Conſentiunt cum noſtra ſententia ordinationes Luſitanæ, quæ extra flagrans delictum permittunt marito impunè occidere vxorẽ & adulterum, quod longe plus eſt, quam commutare pænã homicidii ordinariam in aliam multo minorem arbitrariam.

Dubiũ eſt, vtrũ marito impune liceat interficere vxorẽ in adulterio deprehenſam, ẽt ſi illa prægnans ſit, maritusq; id optime nouerit, Anton. Gom. l. 80. 14

Tauri

Tauri.nu.53.cum Bart.& alijs,quos citat,& cũ qui bus conſentit Carrer.§.6.citato,nu.239. affirmãter reſpondet. Ducuntur,quoniã impetus & calor acerrimus eum excuſat. Et quoniam quodammodo prouocatus videtur id facere in ſuam defenſionẽ. Ego autem non dubito eam ſententiam falſam eſſe,talẽque maritum puniendum eſſe pœna ordinaria homicidij,aut etiam parricidij,ſi ſciebat vxorem ita eſſe prægnantem, vt fœtus eſſet iam animo rationali animatus. Eſt verò is maritus tunc ea pœna ordinaria puniendus, non quidem quia interficit eam mulierem adulteram,ſed quia ſimul iniuſtè, vt illam interficiat, vnà cum illa interficit innocentem, quem illa in vtero gerit, eumque priuat ſempiterna beatitudine,ad quam fuit conditus. Atque,ſi ea mulier ex tali marito fuit prægnans,parricidium committit in terficiendo ſuum proprium filium innocentem, vt matris puniat adulterium. Sicut autem ſi is idẽ maritus,vt vxorem interficeret adulteram,ſimul ſciens & prudens,interficeret adultum alium innocẽtem, qui ante adulteram eſſet, & quo ſe adultera protegeret, puniendus eſſet pœna homicidii propter interfectionem talis adulti innocẽtis, quem iura ei impunè occidere non permittunt,ſed neque permittere potuerunt, eſtò alioquin adultera euaſura eſſet manus eius: ita puniendus erit ob interfectionem infantis innocentis vnà cum matre:quoniam iura ei non permittunt interficere infantem innocentem,vt interficiat matrem,neque id impunè efficere permittere illi potuerunt. Vnde ſicut poteſtates ipſæ publicæ interficere non poſſunt adulteram prægnantem, aut quæ quodcunque aliud delictum commiſit,ne illam ita puniendo,innocentem interficiat,qđ cũ iure naturali pugnat,ſed partũ illius tenentur expectare antequã morte illã puniãt:ſic neq; marito id impunè licitè poſſunt permittere,neq; ſunt cẽſendę id illi permittere: quare cõtinere ſe tunc omnino debet maritus, nihil impediẽte ſuo dolore ac maxima indignatione ex tanta iniuria ac ignominia ſibi illata, ne innocẽtẽ ſimul interficiat ac priuet vita æterna,pręſertim ſi ille ſit ſuus proprius filius, alioquin pœna homicidii ordinaria,aut ẽt parricidii,erit puniendus.

15 Eſtò autem is, quem maritus adulterantem cum propria vxore inuenit,initiatus ſit ordinibus ſacris, impunè illũ interficit maritus in hoc regno & in Luſitania: neq; ea de cauſa excommunicationẽ incurrit,eſtò maturo iudicio, ſciens ac prudens eum ordinib. ſacris eſſe initiatum,maritus ea de cauſa illũ interficiat, vt Diſp.7.in reſp. ad 1.& in calce diſp. 55. oſtendimus,& conſentiunt in vtroq; Ant. Go.l.80. Tauri.nu.55.Iul. Clar.5.lib.ſent. §.homicidiũ,nu. 48.& cõis doctorum ſententia,quam citant. Habet verò hoc ſecundum locum, etiam ſi maritus non deprehendat eum in adulterio cũ ſua vxore, ſed illam amplexantem,aut oſculantem, vel actum aliũ impudicum cum illa exercentem, aut ſolos ipſos deprehendat in ſuſpecto loco, vt locis citatis comprobatum fuit.

16 Vtrũ aũt ſicut inueniens eccleſiaſticũ iacẽtem cũ matre,filia,aut ſorore,vel laſciuè eas tractantẽ, non incurrit excõmunicationẽ,ſi eos percutiat ea de cauſa,aut interficiat, vt locis citatis dictũ eſt:ita,ſiue laicũ,ſiue clericũ,ea de cauſa in eodẽ flagranti delicto interficiat,aut percutiat, impunè id efficiat in his regnis,aut ẽt de iure cõi. Credo non omnino impunè interficere in his euentibus, (excipe de iure cõi, niſi ea filia eſſet coniugata,quæ eſſet ſub ipſius patria poteſtate,cum reliquis ad id requiſitis, ſimulque illam interficeret,aut æqualiter percuteret,ſi poſſet, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt)atque id affirmat Carrer.§. 6.citato.nu.235.cum communi doctorum ſentẽtia, quam refert;attamen non incurreret, meo iudicio, pœnam ordinariam, ſed longè inferiorem arbitra-

A riam, propter iuſtum dolorem atq; iniuriã ac ignominiam ita interficienti in flagranti delicto illatam, idque definitum videtur in hoc regno l.4. titul. 23. lib.8. nouæ collect. quæ quo ad hoc ſic habet: *Todo hombre,que matare à otro à ſabiẽdas,que muera por ello,ſaluo ſi matare à ſu enemigo conocido,o defendiendoſe, o ſi lo hallare iaziendo con ſu muger, do quier que lo hallare, o ſi lo hallare en ſu caſa iaziendo con ſu hiia, o con ſu hermana,*&c. Atq; ſolum in ea lege ſtatuitur, immunem eum eſſe à pœna mortis,quæ eſt pœna ordinaria pro homicidio voluntario: quædam tamen ex homicidijs,quæ ibi quoad hoc enumerantur,puniuntur pœna extraordinaria ac arbitraria, vt eam legem intuenti conſtat.

Vtrùm autem in euentibus, in quibus dictum eſt 17
B de iure horum regnorum, vel de iure communi, patrem aut maritum impunè poſſe occidere adulterũ, aut vtrumque ſimul,fas ſit ei,cui tale ius eſt conceſſum,mandare id aliis,ita vt alii de illorum mandato impunè id exequantur,maximè ſi pater aut maritus ſenes vel debiles ſint,aut aliter affecti, ita vt tutò & abſque periculo id exequi per ſe ipſos non poſſint. Quidam, quos referunt Carrer. §.6. citato, nume. 236. & 240. & Iul. Clar.vbi ſupra. nume.51.affirmanter reſponderunt, & ita ait Iul. Clarus alicubi eſſe receptum in praxi,neque Iul. Clar. ei ſententiæ refragatur: & intelligunt hi autores, non interueniente neque aſſiſtente mandante ipſo exequutioni talis homicidii. Communis tamen opinio,quam refert Couar.in 4.decret.part.2.cap.7.§.7.nume.5.&
C quam referunt ac ſequuntur Iulius Clarus num.51. citato,& Ant.Gom.l.80.Tauri,nume.61.affirmat, non poſſe id ita mandari alteri: quoniam ius illud vindictam ſumendi impunè de aliquo per ſe ipſum, & non publica autoritate, eſt exorbitans, valdeque extraordinariè conceſſum,cenſendumque proinde eſt eſſe perſonale, quod alteri mandari ac delegari non poſſit, vt illud nomine ac loco mandantis exequatur,atque in hoc conſentit cum illis Couar. Excipit verò communis ſententia,quam Anton.Gom. & Iul.Clar.amplectuntur, quando filius de mandato patris adulterum interficit, idq; propterea quòd filius reputatur vna perſona cum patre: quod dicũt apertè probari ex leg.Gracchus. C.ad leg.Iul.de adult. illis verbis: *Idemque filijs eius, qui patri parue-*
D *runt,præſtandum eſt*,quod ſcilicet patri ipſorum Numerio,qui Gracchum in adulterio cum ſua vxore repertum proximè dixerat præſtandum, vt ſi ſcilicet Gracchum iuxta conceſſionem legis Iuliæ de adulteriis interfecerat, vt quia Gracchus erat vilis, omnem pęnam euaderet. Rectè tamen Couar.nu.5.citato ait, quamuis id colligat communis opinio ex l. Gracchus,& iuxta eam legem id affirmet; nihil tamen tale ex ea lege colligi. Etenim Numerius ipſe, vt proximè fuerat dictum, Gracchũ in adulterio de nocte cum ſua vxore deprehẽſum interfecerat, ſed coadiuuantib. filiis de mandato patris,& propterea filios,coadiuuãtes patrem ad eã exequutionẽ de patris mandato, cenſet ea lex non minùs eſſe excuſan-
E dos à pœna,quàm patrem Numerium. Conſentiunt enim tres doctores citati cum communi doctorum ſententia,quam referunt, quando maritus aut pater impunè interficiunt adulteros, impunè quoq. ipſos adiuuantes ad exequutionẽ eius interfectionis cooperari ad eandem interfectionem, modò præciſè cooperatores ſint ad eam patris aut mariti vindictã, & non ſuum proprium odium aliunde conceptum ea interfectione & cooperatione expleãt: quoniam eo ipſo, quòd iura patri aut marito concedunt interficere impunè adulteros aliquos, illis concedere cenſentur aliorum cooperationem ad eam exequutionem,argumento multorum iurium, quæ Anton. Gom.vbi ſuprà num.62.citat:ad quod impertinens

eſt, quod cooperatores & coadiutores accedant A iuſſi, vt filii aut ſerui, iuxta id quod habetur l. Gracchus citata, aut ꝙ accedant rogati, vel mercede conducti, aut etiam quòd ipſimet coadiutores ad id ſe obtulerint gratis, vel quod etiam eam exequutionē perſuaſerint patri aut marito. Sententiam hanc ſtatuit in legem ordinatio Luſitana lib. 5. ord. tit. 16. §. vlt. his verbis: *E declaramos, que no caſo onde o marido pode matar ſua molher, ou à adultero, como encima diſſemos, que poderaa leuar conſigo as peſſoas que quiſer, pera o ayudarem, con tanto que non ſeiam ymiguos da dita adultera, ou adultero, por outra cauſa à fora à cauſa do dito adulterio. E eſtes, que conſiguo leuar, ſe poderaam liurar, como ſe liuraria o marido, prouando o matrimonio e adulterio. Porem ſendo ymiguos, como dito he, em tal caſo ſeram punidos ſegundo dereito, poſto que o marido ſe liure.* Illud verò obſerua, quòd cū maritus aut pater illicitè, ſed impunè, in prædictis euentibus interficiant adulteros vt Diſputat. 7. comprobatum eſt, multo magis cooperatores illicitè eos adiuuabunt ad eam interfectionem, eſtò impunè illos ita adiuuent.

18 Anton. Gom. l. 80. Tauri, num. 65. & ſequētibus, cum alijs, quos citat, affirmat, ſi quis ſolicitet vxorē alicuius ad adulteriū, & illa id marito detegat, poſſe impunè ſe fingere, velle vt, accedente illo ad adulterium patrandum, impunè percutiatur à marito, & ab alijs, qui ipſum ad eam percuſſionem coadiuuauerint, argumento l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furtis, & eorum, quæ ea de re dicta à nobis ſunt tractatu præcedente, dum de eiuſmodi furto per ſeruū alienum corruptum ſermo nobis erat. Rectè verò ſubiungit Anton. Gom. cum certus ſit maritus, adulterium tunc non fore committendum, ac proinde adulterum illum in adulterio non deprehendat, nō poſſe illum interficere impunè, ſed ſolùm poſſe illū impunè moderatè percutere pro culpæ & iniuriæ ab illo intentatæ qualitate ac quantitate. Lege quæ ſuprà in calce Diſputatione 55. ea de re dicta etiam ſunt.

DISPVT. 100.

An pro adulterio, ſecluſo alio iniuſto effectu, qui inde vlteriùs in rebus externis ſequatur, reſtitutio aliqua ei coniugi debeatur, cum cuius iniuria commiſſum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Voluerunt aliqui, ex adulterio in foro conſcientiæ deberi reſtitutionem pro iniuria adulterij contra iuſtitiam alteri coniugi eo crimine illata, ſpectata præciſè à quocunque alio damno ex eo crimine vlterius ſecuto, idque ab unoquoque adulterorum.*

2 *Sed ſanior opinio eſt, quando marito adulteræ ex adulterio cum uxore illius nullum damnum permanens eſt ſecutum, in fama, neque in bonis externis, pro nuda iniuria ſeu iniuſtitia adulterij, nullam ei deberi reſtitutionem in foro conſcientiæ, & ita ſemper in eccleſia in confeſſionum praxi ſeruatum eſt.*

3 *Ex ſolo damno iniuſtè dato ac permanente conſurgit obligatio reſtituendi ex iuſtitia commutatiua: pro iniuria uerò aut iniuſtitia ſumpta præciſè à damno dato permanente non conſurgit obligatio reſtituendi ſed illa eſt obiectum iuſtitiæ uindicatiuæ, ob quam condigna pœna imponenda à poteſtatibus publicis ueniat per iuſtitiam uindicatiuam.*

4 *Refellitur prima opinio.*

5 *Confirmatur diuerſimodè melior ſententia.*

6 *Reijcitur obiectio in contrariam partem.*

CVm nunquam legerim doctorem aliquē 1 ex ijs, qui ſua opera typis mandarunt, qui aſſeruerit, pro adulterio, quādo ex illo nullum aliud damnum, vel in bonis externis, vel in honore ac fama, ſequitur coniugi alteri, cum cuius iniuria commiſſum eſt, vllam reſtitutionem ei deberi, nec credam id vnquam in vſu ac confeſſionum praxi introductum fuiſſe in eccleſia, dum tamē in Luſitania commorabar, non defuerūt aliqui, qui docere cæperint, introducereque in praxi confeſſionum fuerint conati, pro iniuria adulterij contra iuſtitiam alteri coniugi eo crimine illata, ſpectata præ B ciſè à quocunque alio damno ex eo crimine vlterius ſequuto deberi reſtitutionem in foro conſcientiæ illi coniugi, cui illata eſt, idque ab vnoquoque adulterorum, quando non conſtat coniugem, cui illata eſt, non velle talem reſtitutionem. Addebant verò, prudentis arbitrio taxandam eſſe quantitatem pro vnoquoque adulterio reſtituendā, attenta qualitate perſonarum, nullumque eſſe maritum adeò vilem & abiectum, cui pro primo adulterio cum ſua vxore reſtitui non debeant tres ducati vt minimum, creſcenteque qualitate, ingenuitate, ac nobilitate mariti, accreſcere debere quantitatem pro primo adulterio reſtituendam prudentis ſimiliter arbitrio taxandam. Quando autem pluries eſſet cōmiſſum adulterium cū eadem coniugata, quia non in eadem proportio C ne creſcit iniuria, in qua creſcit adulteriorum numerus; quippe cum non duplo maior cenſeatur iniuria duorum adulteriorum, quàm ſit iniuria primi adulterii, præſertim qn̄ cōmiſſa non ſunt à diuerſis adulteris, ſed ab vno & eodem, neq; longum tempus interceſſit inter vnum adulterium & aliud, tunc, dicunt, non iuxta proportionem numeri adulteriorū accreſcere debet ſumma, quā obligatio ſit reſtituendi pro multis adulterijs, ſed ſumma ſtatuenda eſt arbitrio prudentis, attenta qualitate iniuriæ omniū eorum adulteriorum ſimul ſumptorum, penſatiſq; circumſtantijs omnibus concurrentibus.

Pro ea ſententia non alia ratio adducebatur, quā quòd adulterii peccatum eſt contra iuſtitiam, iniuriamque adulteri coniugi infert: quare inferunt, pro D quantitate iniuriæ, eo crimine contra iuſtitiam alteri coniugi illatæ, conſurgit obligatio illi compenſandi ac reſtituendi ad æqualitatem eam iniuriam. Et cum non ſolùm inferatur iniuria marito, quando adulterium cum vxore ipſius committitur, ſed etiā maritus, & ea cum qua maritus fornicatur, iniuriam eo adulterio inferant vxori talis mariti, inde inferūt eum maritum, eamq; cum illo fornicariam, teneri in foro conſcientiæ reſtituere vxori eius mariti iniuriā eo adulterio illi illatam.

Ego verò, vt tractatu præcedente Diſp. 715. dicere incipiebam, abſq; vllo prorſus dubio arbitror, qn̄ 2 marito adulteræ ex adulterio cū vxore illius nullum damnū permanens eſt ſequutū in fama, neque in bo E nis externis, pro nuda iniuria ſeu iniuſtitia adulterii eſto illa ſit grauiſſima, nullā ei dēri reſtitutionem in conſcientiæ foro. Qn̄ verò culpa adulterorū ſequutum ex eo adulterio eſſet ei damnum permanens in fama & exiſtimatione illius, tunc ex ipſa natura rei obligationem in foro conſcientiæ eſſe reſtituendi illi id damnū permanens eo modo, quo tractatu ſequenti explicauimus reſtituendum eſſe damnū permanens iniuſtè datum in fama & exiſtimatione alicuius. De damno autem, quod in bonis externis interdum ſequitur marito, proli, aut aliis hæredibus illius, ex adulterio vxoris, ſermo erit diſputatione ſequēti. Quia vero ex adulterio mariti regulariter nullū ſequitur damnū in fama & exiſtimatione vxoris, ſed

ris, ſed ſolùm illi irrogatur grauis iniuria ea iniuſtitia eius adulterij aduerſus illam ab vtroque adulterorum commiſſa; conſequens profectò eſt, vt regulariter illi reſtitutio ab adulteris pro adulterio non debeatur. Et quod cōtendimus, eſt, pro iniuria adulterij, ſeu iniuſtitia aduerſus eam tali adulterio commiſſa, præciſè ſumpta à quocunque damno permanente illi vlterius ex tali adulterio ſequuto, nullam illi deberi reſtitutionem.

3 Sententiam hanc noſtram non parum confirmat ſemper in eccleſia in confeſſionum praxi, nullo vnquam reclamante, aut contrarium docente, fuiſſe ſeruatam. Neque enim fuit vnquam auditum in eccleſia, quenquam pro iniuria, iniuſtitiave adulterij, non ſolùm quando adulterium erat occultum, ſed etiam quando factum erat publicum aut euidens, iniunxiſſe reſtitutionem adulteris, quæ fieret coniugi, cum cuius iniuria eſſet commiſſum, maximè pecuniariam, vt ij voluerunt, cum quibus modò diſputamus. Iuxta autem verbum Chriſti Matth. 5. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum;* iniunctum quidem ſemper fuit in eccleſia, quando adulterium certò ad notitiam illius deuenit, in quem fuit commiſſum, & ille commotionem retinet in animo aduerſus illum, aut illos, qui id facinus commiſerunt, vt ab illo venia petatur, cum ſignis pęnitentiæ & doloris, quòd id commiſerint, & cum humiliatione coram illo, quam rei natura, perſonarum qualitates, ac aliæ cicunſtantiæ poſtularent, idque vel per ipſoſmet adulteros, vel per tertiam perſonam, quando crederetur id non ęgre laturum offenſum, eaque via ſperaretur placandum, neque inde timeretur ſequendum maius malum, vt & in cæteris iniurijs illatis Diſp. 715. citata diximus eſſe faciendum: quòd tamen reſtitutio coniugi fieret pro iniuria adulterij illi ſumpta præciſè à damno dato, neque vſu introductum fuit vnquam in eccleſia. Cui ſententiæ etiam conſonat diſpoſitio iuris ciuilis l. tranſigere. C. de tranſact. l. mariti. §. plectitur. ff. ad leg. Iul. de adult. & alijs iuribus Diſput. 46. 47. 89. & ſequen. citatis, quibus marito prohibetur quicquam accipere pro iniuria adulterij commiſſi cum ſua vxore, aut circa eam iniuriam tranſactionem facere, quin potius eo ipſo, quòd ob eam iniuriam, aut vt deſiſteret ab accuſatione adulterij, aliquid acciperet, de lenocinio circa ſuam vxorem accuſari ac damnari poſſet: tametſi, vt in calce Diſp. 47. & alibi dictum eſt, in hoc regno & in Luſitania diſſimulentur, nec puniatur maritus, qui ſecretò ea de cauſa aliquid acciperet, non tamen publicè. Quòd ſi illi reſtitutio aliqua ex natura rei & in foro conſcientiæ naturali iure deberetur pro ea iniuria ac iniuſtitia, nunquam ſanè ius humanum illi prohiberet id ea de cauſa, & vt ſibi verè debitum, accipere, neque æqua videretur lex quæ id illi prohiberet.

4 Præcipua fundamentaliſque ratio huius noſtræ ſententiæ eſt illa, quam cum diuo Thoma, relatis apertiſſimis illius verbis ex varijs locis doctrinæ illius, nemineque refragante Diſput. 715. citata ſtabiliuimus, multiſque eo loco confirmauimus, quæ nos magno onere hoc loco leuabunt, ideoque paucis rē hanc abſoluemus. Nempe ex ſolo damno iniuſtè dato ac permanente (in illo comprehendendo rei alienæ, alterive debitæ) conſurgere obligationem reſtituendi ex iuſtitia commutatiua: pro iniuria verò ac iniuſtitia, ſumpta præciſè à damno dato permanente, non conſurgere obligationem reſtituendi: ſed illam eſſe obiectum iuſtitiæ vindicatiuæ, ob quam cō digna pœna imponenda à poteſtatibus publicis veniat per iuſtitiam vindicatiuam, quæ licèt ad iuſti-

A tiam commutatiuam reducatur tanquam pars illius potentialis, quatenus ad æqualitatem arithmeticam cum iniuria ac delicto pœnam morali modo, & vt arbitrium humanum reſque humanæ patiuntur, imponit; multum tamen ab illa deficit, quatenus non reſarcit iniuria affecto iniuriam ei illatam, commodo aliquo æquali eiuſdem illam ei compēſando, ſed ſolùm illum ratione eius iniuriæ vindicat, puniendo delinquentem, quantum ea iniuria idque delictum meretur: qua ratione vindicatiua iuſtitia nō eſt pars ſubiecta iuſtitiæ cōmutatiuæ, quaſi rationem iuſtitiæ cōmutatiuæ in ſe includat eo modo, quo homo, qui pars eſt ſubiecta animali, rationē animalis in ſe includit: ſed inter partes potentiales iuſtitiæ commutatiuæ computatur. Vnde, quia adulterium, quando ex B illo nō ſequitur damnum permanens alterius coniugis, vel in fama & exiſtimatione illius, vel in aliis illius bonis, ſolū habet rationē iniuriæ ac iniuſtitiæ illi illatæ; conſequens eſt, vt pro illo ita ſpectato nulla reſtitutio ex natura rei atque in conſcientiæ foro ei coniugi debeatur, in cuius iniuriā fuit commiſſum: ſed ſolùm ſit dignum, quod pœna competenti per iuſtitiam vindicatiuam à publicis poteſtatibus puniatur: quam tamen ſubire non tenentur adulteri, quouſque per ſententiam iudicis competentis, vel ex officio ſuo, vel ad petitionem ac accuſationem coniugis offenſi, vel alterius prout in ea republica fuerit inſtitutum, eis imponatur, exequutionique inſuper mandetur, vt affirmat communis doctorum ſententia, & Diſputat. 715. citata fuit copioſè ex- C planatum. Quando autem ex adulterio ſequeretur alteri coniugi damnum permanens iniuſtè ei ab adulteris datum, tūc illud, ſpectatū pręciſè à reliqua iniuria ac iniuſtitia adulterij, tenerentur adulteri illi reſtituere; non uerò iniuriam ac iniuſtitiam adulterij in ſe, præciſè ſpectatam à tali damno.

Ex his iam patet, nullius eſſe momenti rationem, qua autores illi ſuam illam ſententiam ſibi perſuaſerunt. Conceſſo enim antecedente, adulterium ſcilicet eſſe peccatum contra iuſtitiam, iniuriamque inferre alteri coniugi, neganda eſt illatio illa ſeu conſequentia, inde ſcilicet ſequi, adulteros teneri reſtituere ei coniugi ad æqualitatem iniuriam eo adulterio illi illatam, iniuſtitiamque aduerſus illum commiſſam: etenim reſtituendi obligatio, vt dictum eſt, & D Diſput. 715. citata copioſius eſt comprobatū, non conſurgit ex iniuria & iniuſtitia illa ſumpta præciſè à damno dato, ſed ex ſolo damno permanente iniuſtè dato.

5 Confirmare autem poſſumus noſtram omnium que ſententiam, communi Eccleſiæ praxi corroboratam, viamque ſimul aperiemus ad quaſdam alias difficultates circa illam enodandas. Quoniam temerarium iudicium peccatum eſt contra iuſtitiam, iniuriamque infert proximo, de quo tale ſiniſtrum iudicium concipitur; quia tamen ex eo temerario iudicio nullum damnum ei proximo ſequitur, nullus doctorum affirmat, ex illo conſurgere obligationem quicquam reſtituendi ei proximo, ſed ſolùm eſſet E obligationem ceſſandi à tali iudicio temerario, & tali iniuria eo illi inferenda, idque habet, habuitque ſemper communis Eccleſiæ praxis in confeſſionibus: ergo idem propter eandem rationem dicendum eſt de iniuria adulterij ſumpta præciſè à damno, quod inde alteri cōiugi ſequatur ac permaneat.

Hinc occurri poteſt ei difficultati, quæ ſeſe alicui offerre poterat. Videlicet, cum adulter poſſit interius vilipendere maritum adulteræ propter iniuriā quam illi intulit, abutendo eo modo vxore illius, ratione eius vilipendij interioris, exiguæque ęſtimationis illius, quam ſi is maritus ſciret, ęgrius ferret, quā ſi centū ducati fuiſſent ex bonis illius ablati, teneri adulterū reſtitutionē illi efficere. Hoc enim ad

mariti iniuriam pertinet, non verò ad damnum. Neque valet hoc argumētum; ſi ſcirem hanc iniuriam mihi eſſe factam, mallem eam mihi non eſſe facta, quàm ablatos de meis bonis eſſe cētum ducatos: ergo ex ea iniuria conſurgit obligatio mihi reſtituendi, quantum æſtimarem, mihi non eſſe factam. Grauitas quippe iniuriæ, præciſè ſpectatæ à damno dato, non infert obligationem reſtituendi, ſed ſolùm infert, dignam eam eſſe, quæ eo pęna grauiori puniatur, quo grauior ac maior ea iniuria fuerit. Illud verò interius adulteri vilipēdium irrationabile profectò eſt & iniquum. Cum enim adulterium non culpa mariti, ſed nequitia adulteri fuerit commiſſum, non eſt cur adulter maritum adulteræ uilipendat, ſed potius cur ſe ipſum vilipendat & increpet: eaque de cauſa ſicut ille, qui ſemel aut pluries ſiniſtrum iudicium de alio concepit, iubendus non eſt reſtituere aliquid iniuria eo ſiniſtro iudicio affecto, ſed iubendus eſt ſolùm vt deſiſtat ab ea praua & iniuſta exiſtimatione: ſic adulter iubendus non eſt reſtituere aliquid ratione illius prauæ & iniuſtæ æſtimationis, quam poteſt habere de marito adulteræ, ſed ſolùm eſt præcipiendus vt ab illa deſiſtat, & ſe ipſum confundat ac vilipendat ob delictum commiſsum, & iniuriam proximo ſuo, abſque vlla illius culpa, illatam. Conſulendum tamen illi erit, vt conetur, quantum commodè potuerit, honorare eum, quem adeò graui iniuria affecit, famamque & exiſtimationem de illo augere, vt aliqua ex parte ea ratione illi compenſet iniuriam grauem, quam illi intulit, quamuis ad id non teneatur.

Poſsumus confirmare noſtram ſentētiam, quòd ſcilicet pro iniuſtitia adulterij in alterum cōiugem commiſsa, iniuriaque adulterio illi illata, reſtitutio illi non debeatur, fundamentumque unde illam deduximus, quoniam qui alium iniuſtè interficit, quin & qui ſe ipſum interficit, peccat contra iuſtitiam aduerſus rempublicam, cuius interfectus erat membrum, eique reipublicæ iniuriam infert, vt Diſp. 1. concluſ. 3. cum diuo Thoma. 2. 2. quæſt. 64. artic. 5. dictum eſt: quia tamen iniuria illa comparatione eius reipublicæ non eſt dānum ei illatum in re, quæ ſit quaſi illius poſseſsio, ſed in re, quæ eſt illi coniuncta ac ſubiecta ad gubernationem in bonum commune eiuſdem reipublicæ ac ſingulorum illius, nulla ei reipublicæ debetur reſtitutio pro ea iniuſtitia & iniuria, vt bene ait Sotus. 5. de iuſt. q. 2. art. 6. habetque communis eccleſiæ vſus, nemine reclamante: eo quòd non quæcunque coniunctio inter duos ſufficiat, vt damnum comparatione vnius corū cenſeatur etiam damnum comparatione alterius, quod ſit obligatio ei reſtitui, eſto in illius iniuriam cedat: plus quippe requiritur, vt damnum vnius cenſeatur damnum alterius, quàm vt ex damno & iniuria vnius, iniuria alterius reſultet: ergo pro iniuria adulterij, ſumpta præciſè à damno alio, non conſurget obligatio quicquam reſtituendi alteri coniugi.

6 Obijcies. Vxor eſt poſseſsio viri, & vir vxoris, quo ad vſum corporis ad carnalem copulam, iuxta illud 1. ad Cor. 7. *Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir, &c.* ergo qui abutitur vxore alterius adulterando cum illa, ipſo iuſtè inuito, debet illi ęſtimationem vſus illius, nihil impediente, quòd vxor gratis conſentiat in eo ſui corporis abuſu: ſicut qui vtitur equo alieno, inſcio & inuito domino, tenetur illi reſtituere valorem vſus illius. Argumentum hoc vt patet, non probat deberi alteri coniugi reſtitutionem pro iniuſtitia & iniuria adulterij illi illata: ſed ſolùm procedit de valore vſus ſeu abuſus vxoris illius. Sed neque conuincit deberi marito pretiū pro illo abuſu. Ratio autem eſt, quoniam corpus vxoris eſt viri, ſeu uir habet poteſtatem illius, & non vxor, ad hoc ut ipſe illo vtatur ad vſum matrimo-

A nij, ita vt integrum vxori non ſit negare illi matrimoniale debitum: non tamen eſt illius, vt poſſit concedere alteri vſum illius: neque enim hoc ſecūdum eſt illi conceſſum per contractum matrimonij, ſed ſolùm primum: quia ergo vxoris corpus non eſt illius, vt concedere poſſit alteri facultatem ad copulam cum illa, conſequens eſt, vt licèt vxor iniuriam ei faciat concedendo alteri vſum ſui corporis; eo ꝙ maritus acquiſierit ius per matrimonium, vt ſolus ipſe eo vteretur; nihilominus nullum pretium pro eo abuſu ei debeatur; imò verò crimen lenocinij incurrat, ſi aliquid pro eo accipiat.

Noſtram communemque ſententiam poſſumus confirmare, quoniam ſi pro iniuſtitia & iniuria adulterij deberetur marito reſtitutio, etiam deberetur
B illi reſtitutio pro iniuria oſculi, amplexus, & cuiuſcunque alterius tactus inordinati mulieris coniugatæ, quin & pro iniuria inuitationis ad quoduis horum, ac ſigni inhoneſti: eo quòd hæc omnia iniuriæ ac iniuſtitiæ ſint in maritum commiſſæ, poſſetque maritus in exteriori foro agere iniuriarum actione pro eorum vnoquoque. Item ſi pro eiuſmodi iniurijs aliquid eſt reſtituendum in foro cōſcientiæ nulla expectata ſententia, reſtituendum ſimiliter foret in eodem conſcientiæ foro patri puellæ, ſub cuius cura illa eſſet, non ſolùm pro iniuria, quæ illi fieret ex ſtupro cum illa puella, ſed etiam ex quacunque alia copula cum ea poſtquam eſſet deflorata, quin & pro iniuria, quæ illi fieret ex oſculo, amplexu, aut alio inordinato tactu illius, ex inuitatione ad ali-
C quod horum, & ex ſigno impudico illi facto: quandoquidem hæc omnia in patris iniuriam ſimiliter cedant, illique pro eorum vnoquoque actio iniuriarum in foro exteriori concederetur, vt patet inſt. de iniurijs. §. iniuria, iuncto. §. ſequenti, & alijs iurib. ff. de iniurijs: contrarium verò habet praxis eccleſiæ, nempe quādo inde nullum aliud ſequitur damnum, nullam pro his iniuriis reſtitutionem iniungi. Neque eſt credendum, piiſſimum Deum adeò arctaſſe viam ſalutis æternæ, vt pro eiuſmodi & aliis iniuriis, præciſè ſumptis à damno dato, quæ adeò frequentes pro fragilitate humana ſunt, iniungeret obligationem difficilem admodum reſtituendi ad æqualitatem ſub pœna interitus æterni: eſſet enim admodum difficile taxare, quantum pro vnaquaque
D harum iniuriarum eſſet reſtituendum, & multo difficilius pro tot iniuriis reſtituere. Satis autem eſt, vt pœnis competentibus in exteriori foro vindicentur, & ſi quid ſatisfactum non fuerit in hoc ſeculo de pœna condigna pro eis iniuriis, in alio ſeculo pęna ſaltem ignis expurgatorii ſoluatur: idque conuictus humanus, miſeriaque huius vitæ, poſtulabant.

In confirmationem noſtræ communiſque ſentētiæ accedit vſum contrariæ ſententiæ eſſe plenum periculis animarum & corporum, contrariamque ſententiam multis intercludere potius, quàm aperire, viam ſalutis æternæ. Quàm ſæpiſsime enim accedunt ad confeſſionem viri perditi, qui vitam totam
E in luxuriis & adulteriis conſumpſerunt, acceduntque interdum ad generaliter confitendum de longiſſima vita eo modo perditè conſumpta, quibus ſi iniungas, vt pro ſingulis adulteriis reſtituant, quæ contraria ſententia iniungenda neceſſariò dicebat, profectò difficultate reſtituendi tantam ſummam diuerſis, quos ita iniuria affecerunt, ſuccumbent, à viaque ſalutis æternæ deficient, nunquam ad effectum perducentes, quæ iuxta ſententiam, quam impugnamus, reſtituere ſub pœna interitus æterni tenerentur. Item ex centum, quibus ea de cauſa reſtitutionem iniungas, vix quinque reſtituent, difficultate ipſa reſtituendi, priuandique ſe ſua pecunia, atque difficultate viæ ac modi id reſtituendi: quare

cum

cum veriſimile ſit omnes, qui de adulterijs cōfitentur, in ignorantia eſſe inuincibili ſeu probabili, ſe teneri eam reſtitutionem efficere, vt à principio naſcentis eccleſiæ omnes doctiſſimi viri in ea ignorātia fuerunt, qui nullam talem reſtitutionem fieri pręceperunt, aut docuerunt; conſequens profectò eſt, vt introductio huius opinionis, aduerſus quam diſputamus, præcludat potius hominibus viam ſalutis æternæ, quàm eam illis aperiat, eiſque animarum pericula potius obijciat, quam ea ab eis amoueat. Adde, ſi vſus eius opinionis introduci incipiat, populareſque intelligant, pro adulterijs reſtitutionem iniungi, facilè poſſe euenire, vt alijs de cauſis reſtitutiones fiant coniugatis, & illi ſuſpicentur fieri pro adulterijs cum ipſorum vxoribus: quod in cauſa eſſe poterit cędium vxorum, & multarum diſſenſionum: eaque ratione in diſcrimen adducentur corpora & animæ multorum. Quo fit, vt eſtò æquè probabilis eſſet contraria ſentētia, ac eſt noſtra, (quod tamen eſt omnino falſum) noſtra potius eſſet amplectenda, non ſolùm quoniam in dubio, an pœnitentes reſtituere teneantur, melior eſt cōditio ipſorum poſſidentium, ne id reſtituere teneantur, quàm ſit aliorum, quibus ea reſtitutio eſſet facienda: ſed etiā vt tot animarum & corporum pericula vitarentur, quot explanata ſunt ſequi, data contraria aliorum opinione.

DISPVT. 101.

Ex adulterio cum coniugata ſi filius naſcatur, quæ damna in bonis externis ſint nata ſequi cum onere illa reſtituendi. Et quouſque is filius præſumatur eſſe mariti. Et quouſque teneatur aut non teneatur credere ſe eſſe illegitimum matri id illi affirmanti.

SVMMARIVM.

1 *Si proles concipiatur & naſcatur ex adulterio cū muliere coniugata, tria damna in bonis externis nata ſunt alijs iniuſtè ſequi.*

2 *Quando vxor cum viro habitabat, proles ab ea tunc concepta in foro exteriori præſumitur eſſe ex marito, atque adeò legitima, niſi conſtet apertè eam non fuiſſe mariti, ut quia conſtet, tempore conceptionis maritum fuiſſe abſentem, uel conſtet fuiſſe impotentem, aut aliqua alia ratione conſtet, eum tunc non habuiſſe acceſſum ad eam uxorem.*

3 *Licet in foro exteriori non ſtetur dicto matris aſſerentis, filium à ſe genitum non eſſe legitimū ex ſuo marito, ſed eſſe ſpurium genitum ex adulterio, ut talis reputetur, & priuetur hæreditate mariti eius uxoris, & alijs bonis, quibus incapax eſſet, ſi eſſet ſpurius: nihilominus in foro conſcientiæ, quando filius meritò ſibi omnino perſuadet ſe eſſe ſpurium, quia mater fide digniſſima id illi ſignificauit, & quia nō eſt unde dubitet, rem ita habere, attenta probitate & Dei timore matris, & quia ipſum diligit, neque ei occurrunt circunſtantiæ, vnde dubitare poſſit, tenetur cedere hæreditati paternæ & alijs bonis, quorum ipſe ea de cauſa eſſet incapax, idque ſub reatu lethalis culpæ, interituſque æterni, & cum reſtituendi onere, quidquid ex eis bonis poſt eam ſententiam inſumeret.*

NVnc de damnis in rebus externis, quæ ex adulterio, ſi ex illo proles generetur, nata ſunt alijs iniuſtè ſequi, eſt dicendum. Et quouſque adultera A teneatur aut nō teneatur illa impedire. Atque quouſque adultera & adulter teneantur illa reſtituere, ſi impedita non fuerint, ſed alii iniuſtè illa patiantur. Primo autem loco id eſt examinandum, quod in titulo huius Diſputationis eſt propoſitum.

Si proles concipiatur & naſcatur ex adulterio cū 1 muliere coniugata, tria damna in bonis externis nata ſunt alijs iniuſtè ſequi. Primum eſt expenſæ, quę à patre putatiuo fiunt in ea educanda, & quæ poſt mortem patris fient etiam de bonis, quæ attinere deberent ad eundem patrem, ad hæredes ve illius. Cū his autem computa, quæ mater lucrari impedietur bonis communibus, dum prægnans ex eo adulterio fuerit, & dum eam prolem lactauerit ac educauerit, & quæ tempore partus plus inſumpſerit, quàm alio B quin inſumptura foret. Secundum eſt hæreditas, quam ea proles eſt obtentura de bonis patris putatiui, qua iniuſtè priuabuntur, qui alioquin in eis bonis ſucceſſuri forent, ſi is pater ſciret, eum non eſſe filium ſuum, aut quam fortè obtinebit ex cōſanguineis eius patris putatiui, aut aliūde eo intuitu, quòd filius eius patris ſit. Itemque hæreditas, quam de bonis maternis eſt eadem proles obtentura contra præſcriptum iuris, qua proinde hæreditate iniuſtè priuantur alij hæredes deſcendentes legitimi aut aſcendentes eiuſdem matris. Tertium damnum, quod inde eſt natum ſequi, eſt, ſi, vt prædicta damna euitentur, & ut conſulatur famæ eius adulteræ, aut ſimul etiam adulteri, is infans exponatur, eaque de cauſa in hoſpitali educetur. Tunc enim, ſi tales C adulteri diuites ſint, in cauſa fuerunt, vt ſumptus pauperibus deputati cum illo puero fierent, tenenturque illos reſtituere hoſpitali, vt cum alijs legitimè inſumantur; eo quòd ipſi ad ea alimenta ſuo filio præſtanda tenerentur. Idem eſſet dicendum, ſi infans expoſitus eſſet in domo alicuius diuitis, à quo educaretur, ſi præſumeretur eum diuitem voliturū reſtitutionem eorum ſumptuū, ſi ſciret diuitias magnas eorum adulterorum. Hæc de primo eorum quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet, in foro exterio 2 ri quando vxor cum viro habitabat, proles ab ea tunc concepta præſumitur eſſe ex marito, atque adeò legitima, niſi conſtet apertè eam non fuiſſe mariti, vt quia conſtet, tempore conceptionis, maritū D fuiſſe abſentem, vel conſtet fuiſſe impotentem, aut aliqua alia ratione conſtet, eum tunc non habuiſſe acceſſum ad eam vxorem. Ita Panor. cap. per tuas, de probationib. & cap. tranſmiſsæ, num. 9. & 10. iūcto num. 3. & 4. qui filij ſint legit. & communis doctorum ſententia, quam inter alios, Ant. Gom. l. 9. Tauri, nu. 2. & 3. refert ac ſequitur, atque hæc omnia cōſtant ex l. filium eum definimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. quoniam ſemper (aliàs quoniam certa) ff. de in ius vocando. l. ſi vicinis. C. de nuptijs. l. non nudis. C. de probat. in authentico qui bus modis nat. effi. ſui. §. natura. verſ. quapropter, & ex l. 9. titu. 14. par. 3. Vſque adeò verò proles genita ex muliere habitante cum marito præſumitur E eſſe mariti, vt eſtò vxor & maritus dicant, non eſse mariti, quando aliunde contrarium ſufficienter nō probatur, præſumatur filius mariti, & vniuerſim, quando aliquis eſt in poſseſsione filiationis comparatione alicuius, quia talis ab eis nominabatur & tractabatur antea, ſola affirmatio in contrarium vtriuſque parentis, ſine alia ſufficiente probatione, non ſufficit, vt excludatur ab ea poſseſſione, & vt talis non præſumatur, vt rectè Panorm. cap. tranſmiſsæ citato affirmat, & conſentiunt l. non nudis citata, & alia iura. Quando autem ſola eſset opinio viciniæ, quòd ille eſset filius aliquorum, cum aliquibus inſufficientibus indicijs, vnde ea opinio & fama eſset orta, tunc affirmatio eorum in cōtrarium, quo-

quorum filius reputabatur, præualet ei exiſtimationi, eſto ille nutritus eſſet in eorum domo, quorum filius reputabatur: atque hoc eſt, quod deciditur c. tranſmiſſæ citato. Ex eo autem quòd probetur vxorem, quæ cum marito habitabat, quando filium concepit, adulterium dum cum illo habitabat commiſiſſe, non ſequitur, filium conceptum non eſſe legitimum filium eius mariti, ac proinde legitimus filius talis mariti præſumetur ac reputabitur, niſi contrarium probetur. Ita probat l. miles. §. defuncto. in fine. ff. ad legem Iul. de adulterijs, & affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. vbi ſuprà & alij referunt ac ſequũtur. Si tamen probaretur adulterium fuiſſe commiſſum, quo tempore filius ille fuit conceptus, & pater longo tempore antea ex eo matrimonio filios nunquam genuiſſet, tũc coniectura eſſet moraliter certa, eum filium non eſſe mariti, ſed adulteri, maximè ſi proles genita ſimilitudinem cum adultero, & non cum marito, haberet: neque contrarium probat ille textus, qui ſolùm rectè docet, ex eo quòd probetur, matrẽ fuiſſe adulteram, non ſequi eum filium non fuiſſe mariti: quoniam adulterium potuit eſſe commiſſum ante conceptionem vel poſt conceptionem eius filij: & quoniã eſto adulterium probaretur eſſe commiſſum circa illud tempus, ſi eodem tempore mulier illa cum marito habitabat, & potens maritus ad generandum agnoſcebatur, poterat eſſe ex marito non minus, quã ex adultero: & in dubio in fauorem matrimonij ac filij eſt præſumendum, maximè cum filius ratione matrimonij & cohabitationis ſit in poſſeſſione legitimæ ſuæ filiationis, atque in dubio ſit melior conditio poſſidentis. Credo tamen, quando res eſſet ita dubia, quia adulterium probatur commiſſum tempore conceptionis talis filij, ſi tunc vxor & maritus affirmarent eſſe filium adulteri, quia maritus, licèt ſimul cum vxore habitaret, non habuit eo tempore rem cum illa, imò fortaſſe ſi ſolus maritus id affirmaret ac confirmaret iuramento, reputandum eſſe tunc eum filium adulteri. Atque eatenus admittendam eſſe cenſeo ſententiam Gregorij Lopez iuxta textum ibi. l. 1. titu. 14. part. 2. verb. *metiendolos en duda*, & aliorum, quos citat. Ex eo verò, quòd textus ille verè dicat, adulterium Reginæ efficere dubium, an filij ex illa nati ſint verè Regis, hæredeſque regni, non ſequitur qualecunque dubium ſufficere, vt habeantur pro non filijs legitimis Regis, & vt excludantur à ſucceſſione in regno, vel ab hæreditate paterna. Quoniam cum ſpeculatiuo dubio, an ſint filij Regis, ſtat certitudo moralis, quòd habendi ſint pro filijs legitimis, neque excludendi ſint à ſucceſſione in regno & ab hæreditate paterna: cum tamẽ maximum malum ſit dubitari ſpeculatiuè, an verè ſint filij Regis. Sunt autem ſemper in eiuſmodi euẽtibus attendendæ circumſtantiæ omnes concurrentes. Et quidem ſi tales ſint, quæ moraliter, ſecluſo dubio, perſuadeant eum filium ex adulterio eſſe genitum, talis eſt reputandus, etiam vt excludatur ab hæreditate mariti & vxoris, & vt ſpurius ſimpliciter quoad omnia habeatur: in dubio verò qualicunque, quod verè rem minimè moraliter certam eſſe ſinat, ſed dubiam aliqua ex parte eam efficiat reputandus eſt filius legitimus talis mariti in fauorem matrimonij, & quoniam in ea poſſeſſione eſt ratione matrimonij & cohabitationis coniugum tempore, quo fuit conceptus, neque ab illa eſt in dubio deijciendus: eo quòd ſit melior conditio ipſius poſſidentis, iuxta iura ſuprà citata, quæ id probant. Hæc de ſecundo.

3 Quod verò ad tertium attinet, licèt in foro exteriori non ſtetur dicto matris aſſerentis, filium à ſe genitum nõ eſſe legitimum ex ſuo marito, ſed eſſe ſpurium genitũ ex adulterio, vt talis reputetur, & pri-

A uetur hæreditate mariti eius vxoris, & alijs bonis, quibus incapax eſſet, ſi eſſet ſpurius: atque iuriſperiti ea de cauſa irrideant iuuenem quendam primogenitum cuiuſdam Reginę, ſucceſſoremque in regno, qui cum mater ei ſignificaſſet, ipſum non eſſe filiũ Regis, ſed conceptum fuiſſe ex adulterio cum quodam milite, ceſſit fratri minori natu filio Regis id regnum: nihilominus in foro conſcientiæ, quando filius meritò ſibi omnino perſuadet, ſe eſſe ſpurium quia mater fide digniſſima id illi ſignificauit, & qa non eſt vnde dubitet, rem ita habere, attenta probitate & Dei timore (excepto illo euentu conſenſus in adulterium) matris, & quia ipſum diligit, neque ei occurrunt circumſtantiæ vnde dubitare poſſit, an res ita habeat, maximè ſi illa in articulo mortis con-
B ſtituta id ipſi ſignificaſſet, teneretur cedere hæreditati paternæ, & alijs bonis, quorum ipſe ea de cauſa eſſet incapax, idque ſub reatu lethalis culpæ, interituſque æterni, & cum reſtituendi onere, quicquid ex bonis poſt eam ſcientiam inſumeret. Quoniam ex tunc amitteret bonam fidem. Ita cum Hoſtienſi & Panor. locis citatis, & c. officij, de pœnit. & remiſ. Ioan. Medina de reſtitu. q. 3. cauſa 4. & doctores communiter. Si tamen aliqua ex parte dubitaret, rẽ ita habere, & mater illi ſignificaſſet, tunc neque in conſcientiæ foro teneretur cedere eis bonis, neque vlli eorum parti. Quoniam in dubio quocunque pręſumitur filius legitimus mariti illius ſuæ matris neque deſerere tenetur poſſeſſionẽ legitimi filij eius mariti, & in conſequentiam licitè apprehendit ac re-
C tineret poſſeſſionem eorum omnium bonorum.

DISPVT. 102.

Quouſque adultera teneatur aut non teneatur detegere adulterium, filiumve non eſſe legitimum, vt impediantur dãna in bonis externi, quæ alijs ex eo ſequentur, quòd ille reputetur legitimus. Et quouſq; reſtituere teneatur ea dãna.

SVMMARIVM.

D

1 *Quando adultera detegendo ſuum crimen, impeditura non eſſet damna, quæ ex natiuitate talis filij ſequentur; quoniam in foro exteriori ſola ea confeſſio ſine alia legitima probatione, quòd ille ſit illegitimus, non ſufficit, ut reputetur talis, & vt excludatur à bonis, quorum eſt incapax, non tenetur detegere crimen ſuum, etiam ſoli illi filio ſuo ſpurio, nihil impediente, quòd nulla alia uia poſſit impedire neque reſarcire ea damna iniuſta aliorum: & tunc reputãda eſt ea adultera debitrix eorum omnium dãnorum, quæ omnino non poteſt ſoluere, cui proinde neganda non eſt abſolutio à peccatis.*

2 *Quando ea adultera haberet bona de quibus libere* E *poſſet diſponere, & quibus compenſare ſufficienter poſſet damna, quæ ex eo eſſent ſequenda, quòd ſi is filius reputaretur legitimus, non tenetur ſuũ crimen detegere, modò ex eis alijs ſuis bonis ſufficienter ea omnia damna compenſaret.*

3 *Contra hæc præcedentia obijciuntur tria argumenta in alteram partem.*

4 *Diſſoluuntur illæ tres obiectiones.*

5 *Quando adultera alia uia nec impedire nec reſarcire poteſt damna, quæ ex natiuitate filij ſpurij ſequuntur, atque uériſimile eſt, & certum, aut quaſi certum moraliter, ex reuelatione ſui criminis ea fore impedienda, quia uel poteſt in exteriori foro ſufficienter probari, eum filium ex adulterio fuiſſe con-*

ceptum,

ceptũ, vel facta reuelatione filio eius criminis, credi- A *tur ipſum ceſſurũ bonis, quæ ad ipſum nõ ſpectant, tunc nõ tenetur adultera cum periculo vitæ propriæ aut alterius detegere crimen ſuum, ſed potius debet permittere ea omnia damna.*

6 *Quando legitimus ſucceſſor priuandus eßet ſucceſſione in re tanta, quantum eſt regnum aut maioratus magnus, tenetur minimè adultera cum periculo propriæ uitæ detegere crimen ſuum, ſi id profuturum eſſet, vt ſpurius excluderetur, & vt admitteretur legitimus ſucceßor, idq; eſto ſpurius æquè bene adminiſtraturus eſſet eam remp.*

7 *Quando ex detectione criminis ſolùm ſequeretur infamia adulteræ cum aliquo audientium ſcandalo, tenetur adultera crimen ſuum detegere in articulo mortis, ſi veriſimile ſit ea via iri impeditum dam-* B *na, neque alia occurrat via, qua impediantur; debetque ſoli filio ſpurio ſecretò detegere, ſi id ſufficiat; alioquin tantum debet detegere, quantum ſufficiat, vt damna impediantur.*

8 *Refellitur obiectio contra hanc præcedentem ſententiam multis probationibus.*

9 *Communis opinio eſt, adulteram, non ſolùm cum periculo vitæ, ſed etiam cum iactura famæ, non teneri regulariter impedire damna in bonis externis, quæ ex ſuo adulterio alijs imminẽt, aut ea reſarcire, poſtquam ſecuta ſunt.*

10 *Quamuis hæc ſit communis doctorum opinio, non tamen omnes eodem eam modo intelligunt.*

11 *Quando alia via non occurrit impediendi ea damna, veriſimiliſque eſt ſpes, fore impedienda, adultera* C *manifeſtante crimen ſuum proprio ſuo filio ſpurio, quia ille fidem adhibebit matri, & eſt adeò timoratus, quòd cedet bonis illis, vel profitendo religionem, uel aliqua alia ratione, aut quia mater ſuis precibus apud illum eam ceſſionem ab eo obtinebit, neque ille ulterius matrem infamabit, tunc tenetur ea adultera ſub reatu culpæ lethalis, interituſq; æterni, manifeſtare crimen ſuum ei filio, eaque aia impedire ea aliorum damna iniuſta.*

12 *Quando damna, quæ ex adulterio & ex filio ex eo concepto alijs ſequuntur, prudẽtis arbitrio ſunt maiora quàm fama, quam adultera amitteret detegendo ſuum crimen, teneretur ea adultera illud manifeſtare nihil impediente ſua infamia, quando alia uia reſarciri non poſſent ea damna, aut quando mo-* D *raliter eſſet certum, aut quaſi certum, ea uia eſſe impedienda, neque eſſe ſequẽda grauia alia mala: quæ omnia rarò euenient ſimul.*

13 *Quando infamia adulteræ, ſcandala, & alia mala, quæ ex reuelatione peccati adulteræ probabiliter timerentur, longè præponderarent damnis, quæ aliјs ex adulterio & ex filio ſpurio iniuſtè ſequerentur, non teneretur adultera reuelare crimen ſuum, nihil impediente, quòd ea damna alia uia nec impediri, nec reſarciri poſſent.*

14 *Examinantur argumenta ſupra pro utraque ſententia confecta, quatenus cum his concluſionibus pugnare uidentur.*

15 *Quando adultera integre non poteſt reſarcire dam-* E *na, quæ ex ſuo adulterio aliјs ſequuntur, neque poteſt illa integre impedire, uel ad illa integre impediẽda non tenetur propter longè maius ſuum detrimentum; tenetur nihilominus reſtituere illa quantum potuerit, relinquendo damnificatis de bonis, de quibus libere poteſt diſponere, quantum maximè potuerit, & occultè accipiendo de bonis, quæ deuentura ſunt ad ſpurium, aut quæ iam ad eum deuenerunt, quantum tutò potuerit, ut ex illis compenſationem occultam in reſtitutionis modum illis efficiat, qui damnum propter eundem ſpurium patiuntur iniuſtè.*

16 *Quando nulli eſſent hæredes, quibus maritus debe-ret neceſſariò relinquere bona ſua, ſed eſſent alij, qui bus maritus veriſimiliter relicturus fuiſſet bona ſua, tenetur quidem adultera eis reſtituere damna ipſis ex ſucceſſione filij adulterini ſecuta; cæterùm non tantum eſt unicuique eorum reſtituendũ, quantum ueriſimiliter credebatur maritum fuiſſe illi relicturum.*

Omnes aut ferè omnes conueniunt, quando adultera, detegendo ſuũ crimen, impeditura non eſſe damna, quæ ex natiuitate talis filij ſequentur: quoniam in foro exteriori ſola ea confeſſio ſine alia legitima probatione, quòd ille ſit illegitimus, non ſufficit vt reputetur talis, & vt excludatur à bonis, quorum tanquã illegitimus eſt incapax, vt Diſputatione præcedente eſt oſtenſum, & vt ex dictis ibidem patet, regulariter probari non poterit ſufficiẽter in eo foro, eũ eſſe illegitimum; & quoniam is filius, eſtò mater illi manifeſtet, ipſum ex adulterio eſſe conceptum, non cedet hæreditati, & alijs bonis, quorum eſt incapax, quia vel illi non adhibebit integram ac indubitatam fidem, ſine qua neque in exteriori neque in conſcientiæ foro tenetur cedere eis bonis, vt pręcedẽte Diſp. eſt dictum; vel quia, eſtò illi integram ac indubitatã fidẽ adhibeat, cupiditate tamen, & vt ſimul cõſulat ſuo honori ac famæ, aut alia de cauſa, ex ſua nequitia non cedet eis bonis: conueniunt, inquam, omnes, aut ferè omnes, adulteram in eo euẽtu non teneri detegere crimen ſuum, etiam ſoli illi filio ſuo ſpurio, nihil impediente, quòd nulla alia via poſſit impedire neque reſarcire ea damna iniuſta aliorum: reputandamque tunc eſſe adulteram debitricem eorum omnium damnorum, quæ omnino non poteſt ſoluere, cui proinde deneganda non eſt abſolutio à peccatis: eo quòd nullus ad impoſſibile obligetur, & illa de peccatis doleat cum propoſito nullum lethale deinceps committendi, parataque ſit impedire ea damna, aut illa in totum vel ex parte reſtituere, ſi qua via in poſterum id efficere poſſit. Atque hic eſt vnus ex euẽtibus, in quibus locũ habet definitio illa Inno. 3. c. officij, de pœnit. & remiſſ. dum conſultus reſpondet ac definit, poſſe adulteram, cuius filius, eo quòd reputetur legitimus, ſucceſſurus eſt cum detrimento aliorum in bonis, quorum eſt incapax, abſolui nõ reuelato ſuo crimine. Ratio verò horum omnium eſt, quoniam fruſtra tunc ea mulier ſe ipſam infamaret ſine aliquo eorum emolumento, qui ob natiuitatem talis filij ea damna iniuſtè patiuntur. Imò verò cum ex ea manifeſtatione nata eſſent ſequi multa lethalia peccata, vel eius filij, qui cedere non vellet eis bonis, vel mariti ac conſanguineorum, qui excandeſcerẽt in odium ac vindictam adulterorum, idque ſine cuiuſquam emolumento, & cum detrimento famæ talis mulieris, & ſcandalo ac prauo aliorum exẽplo, ſanè peccaret lethaliter ea mulier ſuum crimen in eo euentu detegendo cum tanto damno ſuo & aliorum, & ſine vllius commodo ac emolumento. Conſentiunt, quæ ſuprà in hac 2.2. in materia de correctione fraterna. q. 33. art. 2. dicta à nobis ſunt. 1

Conueniunt deinde doctores, quando ea adultera haberet bona, de quibus libere poſſet diſponere, & quibus compenſare ſufficiẽter poſſet damna, quæ ex eo eſſent ſequenda, quòd ſi is filius reputaretur legitimus, non teneri ſuũm crimen detegere, modò ex eis alijs ſuis bonis ſufficiẽter ea omnia damna compenſaret. Exemplum eſt, ſi in Luſitania haberet ſex vel plures filios, & tertium ſuorũ bonorum, de quo libere in eo regno poteſt diſponere, illud relinquendo etiam cuiuis extraneo, aut ad quod aliud ipſa voluerit, illud relinquat alijs filijs æqualiter, excludendo ab illo ſpurium, atque ſtatuendo, vt maritus in illo ſuccedat tẽpore toto, quo vixerit, & vt poſt mortẽ mari- 2

mariti æqualiter diuidatur inter ſolos eos filios legitimos. Tunc enim ſatisfacit ex parte marito, & ſufficienter filijs legitimis, quippe cum tantum de ſuo tertio ſingulis relinquat, quantum ob eum filium ſpurium vnuſquiſque eorum defraudatur de legitima, quam ex vtroque parente habere debebat. Inclinare inſuper ſuaſionibus debet maritum, vt nihil maritus de ſuo etiam tertio relinquat illi filio, ſed alijs. In hoc autem regno licèt tertium & quintũ ſuorum bonorum ſimiliter diuidere debeat inter reſiquos filios, excludendo ab vtroque filium ſpurium, de ſolo tamen quinto poterat libere diſponere, relinquẽdo quod ex illo ſupereſſet, deductis inde ſumptibus funeris, cui vellet, & ad quod vellet; tertium autem ſolùm pro libito poteſt relinquere cui vult, aut quibus vult, ex ſuis legitimis deſcẽdentibus, modò ſint plures vno, alioquin ad legitimam eius vnius dumtaxat deſcendentis ſpectat, neque de illo poteſt vllo modo diſponere. Vnde attendendum eſt quouſque, etiam ex tertio, alijs legitimis filijs ſatisfaciat aut non ſatisfaciat, illud inter eos æqualiter diuidendo: quippe cum ipſis ſit quodammodo prædicto modo debitum. Cæterum cum onera illi tertio poſſit imponere, ſanè ea etiam ex parte eo tertio ſuo modo ſatisfacit filijs legitimis, illud inter illos æqualiter diuidendo, nec vllum onus in eo imponẽdo, vt poterat. In regnis verò Aragoniæ & Cantabriæ, cum integrum parentibus ſit exhęredare, quos liberorum libuerit, relictis ſingulis eorum quinque tantum ſolidis, facilius adultera in eis regnis compenſare poterit ea damna, excludendo ſpurium à ſucceſſione in bonis ipſius, eaque diuidendo inter filios legitimos, quantum ſatis ſit ad compenſanda ea damna, relinquendoque maritum vſufructuarium in eis bonis, dum is maritus vixerit, ad compenſandum etiam ei damna, quæ ex conceptione eius filij fuerint illi ſequuta. Et quoniam adulter ſimiliter, tanquam concauſa iniuſta eorum omnium damnorum, tenetur etiam ad illa reſarcienda contribuere ſuam medietatem, & defectum adulteræ tenetur illa integre reſarcire, ſicut & adultera in defectum adulteri tenetur integra ea reſarcire ac reſtituere, vt vtrumque Diſputione ſequenti oſtendemus; ſanè, ſi adulter, vt tenetur, cõtribuat, multo facilius reſarciẽtur. Denique quando hac aut quacunque alia via poſſet adultera impedire aut compenſare ſufficienter ea omnia damna, vel accipiendo occultè de bonis, & interuentu tertiæ alicuius perſonæ in reſtitutionis modum ea diuidendo inter filios legitimos, vel inducendo & perſuadendo filio ſpurio, vt profiteatur religionem, in qua monaſterium ius non comparet ad bona illius, ſed perinde remaneant parentibus, ac ſi talis filius eſſet mortuus, aut genitus non fuiſſet, vt ſi profiteatur noſtram Societatem aut Ordinem minorum, vel in noſtra Societate coadiutor ſpiritualis aut temporalis fiat, non tenetur mater detegere crimen ſuum: quoniam ſufficienter ea via occurit damnis illis.

3 Cæterùm contra hactenus dicta obijciet aliquis primò. Quid ſi ei filio pater putatiuus, cernens eum pauciora bona, quàm alios filios, accipere à matre, aut ob peculiarem affectum, quem ad eum habeat, ita de ſuis bonis diſponat, vt plus, quàm legitimam, illi relinquat, quod tamen ei non relinqueret, ſi ſciret non eſſe ſuum filium: aut ſi ei filio, intuitu quòd ſit filius eius patris, obueniant alia bona donatione, vel per vltimam voluntatem, aut ab inteſtato, quæ ſit credendum, largientem non velle illum ea obtinere, ſi filius eius non ſit, cuius filius legitimus eſſe reputabatur: neque mater hæc damna eis compenſet, quibus ea bona erant alioquin obuentura, aut filijs legitimis non tantum compenſet, quanto hac etiam alia ratione iniuſtè conceptione ac natiuitate

A talis filij priuantur. Cenſebiturne tunc ea adultera compẽſaſſe ſufficienter damna omnia ex ſuo adulterio ſequuta?

Secundò, mulier illa ſuo adulterio iniuſtitiam aduerſus maritum, & aduerſus legitimos deſcendentes ex ipſa & marito, commiſit, exponendo ſe periculo concipiendi ex eo adulterio, eaque de cauſa inſumendi alimenta cum eo filio, non ſolùm de bonis mariti, ſed etiam de ſuis proprijs, atque faciendi alios ſumptus ratione eius partus, quibus omnibus bonis ita inſumptis priuauit maritum quo ad dominium & vſum, & ſobolem legitimam ſucceſſione in illis, in præiudicium mariti & ſobolis legitimæ: ergo ea etiam bona omnia tenetur reſarcire illis.

Tertiò, filius ex eo adulterio conceptus, iure ciui-
B li eſt incapax hæreditatis, etiam maternæ, iuxta ea quæ tractatu præcedente, dum ſermo nobis erat de ſucceſſione filiorum illegitimorum, dicta à nobis ſunt: ergo eſto mater, vel occultè accipiendo de bonis, & diuidendo ea inter legitimos filios, vel diuidẽdo inter ſolos filios legitimos bona, de quibus ipſa poteſt libere diſponere, eis compenſet id, quod filius ſpurius accepturus eſt de legitimis ipſorum portionibus, ſemper tamen filius ſpurius accipit aliqua bona, quorum non eſt capax, & quibus priuantur illi, quibus forent relinquenda, quive in illis alioquin ab inteſtato ſuccederent, qui veriſimiliter fuiſſent filij ipſius legitimi, ſi quos ea adultera habebat: hoc ergo tenetur etiam illa compenſare aut impedire, ſi qua via poſſit.

C Ad primum horum dicendum eſt, niſi ea omnia integre compenſet, aut impediat ne ſequantur, non cenſeri omnino deobligatam à compenſatione integra damnorum iniuſtè ex eo adulterio ſequutorum. 4 Quin, ſi timor ſit aliqua ex illis in poſterum ſequi poſſe, vt quia aliquis fratrum in poſterum, arbitratus eum eſſe ſuum legitimum fratrem, relinquet ei aliqua bona, quæ, ſi ſciret eum nõ eſſe ſuum legitimum fratrem, illi non relinqueret, vel illi ſuccedet ab inteſtato cũ fratribus alijs legitimis ac vtrinque coniunctis, vel aliunde ſuccedat ſimiliter in alijs bonis, & hæc etiam damna reſarcire ea adultera tenetur, ac prouidere vt reſarciantur, ſi ſequantur, modò aliqua uia id efficere poſſit.

Ad ſecundum mihi dicendum videtur, adulteram illam ea quoque ratione contra iuſtitiam pec-
D caſſe, iniuriamque marito & legitimæ proli feciſſe exponendo ſe eo adulterio periculo eorum omniũ ſumptuum in præiudicium mariti, & ſobolis. Et eodem modo maritum adulterando peccare contra iuſtitiam ea etiam ex parte, qua in præiudicium vxoris & ſobolis ex ea uxore legitimæ exponit ſe periculo faciendi ſumptus cum ſobole illegitima ei alimenta præbendo, eique elargiendo, quæ iura in vita & per mortem ei largiri permittunt. Quod verò ad reſtitutionem attinet, ſi cum filio illo plus in alimentis fuit inſumptum, quia reputabatur legitimus, quàm ei deberentur, quia erat ſpurius, tunc incrementum tenetur ſoluere verus pater & mater
E talis ſpurij, tanquam cauſæ iniuſtæ eius damni, & vnuſquiſque eorum tenetur integrum id incrementum ſoluere in defectum alterius, iuxta ea quæ Diſputatioue ſequenti dicenda ſunt: atque id incremẽtum eis eſt reſtituendum, qui inde comperientur dãnum fuiſſe paſſi, ſiue maritus adulteræ is ſit, ſiue ſoboles legitima, defuncto patre, ſiue aliquis alius hæres, qui eo marito ſuccedat, quo ad portionem, quæ ex eo incremento bonis mariti cedere debebat. Reliquum verò, quod in alimentis debebatur ei filio ſpurio, iuxta quæ tractatu præcedente Diſput. 168. explanata ſunt, præter ſumptus lactis, ſi adultera eum filium lactauit, tenetur reſtituere adulter: quia ipſe ſolus, & nõ mater, tenetur ad ea omnia alimen

ta

ta,vt eadem Diſput.168.oſtenſum eſt. Quòd ſi adulter non reſtituat,ad id tenetur mater. Quoniam, ut ibidem, & Diſput.228. in quinto effectu patriæ poteſtatis, & alias comprobatum eſt, in defectum veri patris tenetur ipſa de ſuis bonis ea illi præbere, nihil impediente, quòd maritum & ſobolem legitimam habeat. Cauere tamen tenebitur, vt ipſa eos omnes ſumptus in partem bonorum,quæ ad ipſam ſpectant,aſſumat, reſtituẽdo marito aut hæredibus mariti,ſi medietatem eorum alimentorum, aut integra alimenta, habet minus in bonis, quæ ad ipſum ſpectant. Dixi,integra:quoniam ſi diſſoluto matrimonio, nulla ſint bona ſuperlucrata, & maritus ea integra alimenta accipit minus de ſuo capitali,integra ſunt illi tunc ſoluenda de bonis vxoris. Ad argumentum verò eſt dicendum,quòd quamuis peccauerit contra iuſtitiam ea etiam via adultera illa, & peccet ſimiliter maritus ſimili via contra iuſtitiam,ſi adulteretur, vt dictum eſt; quia tamen iura optima ratione permittunt, imò & præcipiunt coniugatis de bonis,quæ ipſorum vnumquemque contingit, præbere alimenta ſuis filijs ſpurijs, nihil impediente eo detrimento alterius coniugis & ſobolis legitimæ, non tenentur,quod de ſuis bonis ita inſumunt,reſtituere alteri coniugi, neque legitimæ ſoboli, in quorum detrimentum id cedit:quoniam contractus matrimonij ſub ea tacita conditione ex iuris ea diſpoſitione cenſetur celebratus, vt ſi aliquid tale pro fragilitate humana alicui coniugum contingat, teneatur nihilominus de ſuis bonis ea alimenta filio ſuo ſpurio præbere. Eodem modo eſt illis permiſſum, nihil impediente detrimento ſobolis legitimæ, eam portionem ſuorum bonorum, vel in alimenta, vel ſimpliciter per vltimam voluntatem illis relinquere, quàm iura in vnoquoque regno eis relinquere permittunt aut etiam præcipiunt,vt ſoboles illegitima ex teſtamento,aut ab inteſtato,de bonis illorum accipiat. In hoc autem regno arbitror,ſi maritus ſobolem illegitimam haberet, & cum illa aliquid in alimentis inſumeret vſque ad diſſolutum matrimonium cum ſua vxore,poſſe de bonis ſuperlucratis illa inſumere, ita vt in ſuam partem bonorum ſuperlucratorum non teneatur illa poſtea accipere, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſput.275. dicta ſunt. Et fortaſſe erit idem dicendum de vxore, ſi in alimẽtis ſobolis ſuæ illegitimæ aliquid inſumat,& ſint bona ſuperlucrata:quando autem non ſunt bona ſuperlucrata, vnuſquiſque eorum id ſumere debet in partem ſui capitalis, neque propter eiuſmodi alimenta quicquam minuendum eſt de capitali alterius coniugis.

Ad tertium, conceſſo antecedente,& prima conſequentia,neganda eſt ſecunda. Leges quippe ciuiles per epicheiam ſunt intelligendæ locum non habere in eo euentu:vt enim ſint iuſtæ, rationabiles ac tolerabiles eſſe debent: irrationabile verò eſſet ac intolerabile,obligare velle miſerã adulteram, vt cum ſcandalo & perturbatione aliorum, & cum tam graui ſuo detrimẽto,ſe detegeret, ne illegitimus ille partem illam ſuorum bonorum acciperet,aut illam prohibere tunc,ne compenſaret bonis ſuis, de quibus libere poteſt diſponere,quod ad alios attinet,propter incapacitatem alioquin talis filij ſpurij : quare cenſendæ non ſunt vim,quo ad id,in eo euentu habere. Et quidem quo ad id, quod tali ſpurio eſſet neceſſarium in alimenta competentia, retinere illud poſſet de bonis matris, quando aliunde competentia alimenta non haberet, eſtò in foro exteriori conſtaret eum eſſe ſpurium,neque id mater teneretur reſarcire filijs legitimis,vt dictum eſt.

5 Tota difficultas eſt, quando adultera alia via nec impedire nec reſarcire poteſt damna,quæ ex natiuitate filij ſpurij ſequuntur atque veriſimile eſt,& cer-
A tum,aut quaſi certum, moraliter, ex reuelatione ſui criminis ea fore impedienda, quia vel poteſt in exteriori foro ſufficienter probari, eum filium ex adulterio fuiſſe conceptum, vel facta reuelatione filio eius criminis,creditur ipſum ceſſurum bonis, quæ ad ipſum non ſpectant,num ea adultera tunc cum periculo propriæ vitæ,aut cum iactura ſuæ famæ,detegere teneatur ſuum crimen. Et quidem quando imminet periculum propriæ vitæ,aut vitæ alterius, vt adulteri,vel filij ſpurij,aut alterius, qui perſuaſit adulteræ id adulterium,vel vt committeretur,cauſa alia ratione fuit,conueniunt omnes,præter Adrianum quodlib.1.art.3.ad 2.regulariter adulteram non teneri reuelare crimen ſuum, ſed potius debere permittere ea omnia damna. Fortaſſe tamen Adrianus poſtea
B in 4.q.1.de reſt.ſententiam mutauit. Si enim attentè legatur, ſolùm intelligit teneri eam reuelare crimen ſuum,quando ſequitur ſola infamia ipſius cum aliquo aliorum ſcandalo: ſecus autem quando vitæ periculum interueniret,aut aliud adeò magnum ſcãdalum,quòd maritus,aut alij illius hæredes,irrationabiliter eſſent inuiti,eam tunc non detegere crimẽ ſuum, nihil impediente ipſorum damno ac detrimento. Atque Maior. in quarta diſtinct.15. quæſtio. 17. qui in reliquis Adrianum ſequitur, apertè affirmat, adulteram non teneri detegere crimen ſuum, quando veriſimiliter timeretur inde ſequendam mortem illius,aut cuiuſuis alterius: in eademque ſententia ante eos fuit Paludanus in 4. diſtinctio. 27. quæſtio. 6. articu.1. concluſ.3. Quicquid
C autem ſit de mente Adriani, communis doctorum ſententia probatur. Quoniam quando aliquis deuenit ad neceſſitatem extremam, ſeu ad vitæ periculum, etiam ſi ſua antecedente culpa ad eum ſtatum deuenerit, ſanè ſi ad id periculum euadendum opus ſit conſumere ac deſtruere res aliorum,licitè id pôt efficere,modò paratus ſit eas, ſi qua via poſtea poſſit, reſtituere; dominuſque eorum bonorum iniuſtus erit, ſi id tunc impediat; quoniam rerum externarum diuiſio fieri non potuit in præiudicium vſus earum tunc ad euadẽdum id periculum, vt hæc omnia copioſè à nobis explanata comprobataque ſunt ſuprà in hac 2.2.in materia de eleemoſyna: ergo adultera tunc ad euadendam propriam mortem,& ad vitandam mortem cuiuſuis alterius, pote-
D rit abſque vllo peccato, celando crimen ſuum, permittere vt ſpurius ſuccedat in bonis, quæ verè non ad ipſum,ſed ad alium ſpectant, parata ea reſarcire, ſi qua via id poſtea efficere poſſit. Confirmatur, quoniam, vt tractatu præcedente Diſp.754. & 755. oſtenſum eſt, ea mulier tunc impotens cenſetur ad reſarcienda ac impediẽda ea damna, quoniam cum tanto ſuo detrimento ea impedire aut reſarcire non tenetur. Atque hic etiam eſt alius euentus, in quo præcipuè Innocent. III. capit. officij, de pœniten. & remiſſ. intelligendus eſt definire, poſſe adulteræ impendi abſolutionem à peccatis, ea non detegente crimen ſuum : loquitur enim in euentu, in quo adultera timore mariti detegere ei non audet
E crimen ſuum.

Dixi communem ſententiam eſſe, regulariter eam adulteram cum periculo propriæ uitæ,aut vitæ alterius, non teneri in eo euentu reuelare crimen ſuum : quoniam ſi is adulterinus eſſet filius Reginæ alicuius,qui ſucceſſurus eſſet in regno aut in alia republica,eſſetque perditus moribus, qui cum magno damno publico illam eſset adminiſtraturus; cum tamen legitimus in ea ſucceſſor ſine eo detrimento eſset eam adminiſtraturus,tunc ea Regina, etiam cum periculo propriæ vitæ ac famæ, teneretur detegere crimen ſuum,quando inde eſset euenturum, ut perditus ille ſpurius excluderetur ab ea ſucceſſione & adminiſtratione reipublicæ. Ratio

autem eſt, quoniam tunc non exponit vitam & famam pro vitando damno iniuſto alicuius priuati, ſed pro vitando communi damno ſpirituali ac temporali reipublicæ: pro quo quiuis exponere tenetur propriam vitam, vt illi ſubueniat, quando aliter impediri non poteſt, nedum ipſa, quæ ſuo adulterio in cauſa fuit, vt reſpublica in id diſcrimen adduceretur, & vt ſimul impediretur à ſucceſſione in eo regno & adminiſtratione legitimus in eo regno aut in republica ſucceſſor.

6 Sot. 4. de iuſt. q. 7. art. 2. voluit, quando legitimus ſucceſſor priuandus eſſet ſucceſſione in re tanta, quantum eſt regnum, aut maioratus magnus, teneri adulteram cũ periculo propriæ uitæ detegere crimen ſuum, ſi id profuturum eſſet, vt ſpurius excluderetur, & vt admitteretur legitimus ſucceſſor, idque eſtò ſpurius æquè bene adminiſtraturus eſſet eam rempublicam. Et Cou. reg. peccatum. par. 1. in initio. nu. 6. §. ſed ſi, relata ea Soti opinione, eam nõ reprobat, ſed remittit, vt Sotus ibi legatur. Communis tamen ſententia eſt in contrarium, cui ſubſcribendum cenſeo. Quoniam vita longè altioris ordinis eſt, & ſucceſſione in regno præſtantior. Et quoniam nobilitas illius adulteræ vitam ac famam illius efficit præſtantiorem.

7 Quando autem ex detectione criminis ſolùm ſe queretur infamia adulteræ cum aliquo audientium ſcandalo, cenſent Adrianus, Paludanus, & Maior locis citatis, teneri adulteram ſuum crimen detegere in articulo mortis, ſi veriſimile ſit ea via iri impeditum damna, neque alia occurrat via, qua impediatur. Aiunt verò eſſe detegendum ſecretò ſoli filio ſpurio, ſi id ſufficiat: alioquin tantum eſſe detegendum, quantum ſufficiat vt damna impediantur. Atque Adrianus, & Paludanus affirmant, teneri adulteram detegere crimen ſuum filio ſpurio, etiam ſi is filius non teneatur credere ſe eſſe ſpurium, veriſimiliuſque ſit, eum ceſſurum non eſſe eis bonis, quorũ, quatenus ſpurius, eſt incapax. Rationem verò reddunt, quoniam adultera tenetur facere, quãtum potuerit, vt alij ex ſuo crimine indemnes ſeruentur. Exemplum adhibet Paludanus, dicens: Sicut miniſter verbi Dei tenetur manifeſtare impio ſuam impietatem, eamque illi obijcere, quamuis ille nõ ſemper acquieſcat: alioquin Dominus ſanguinẽ impij de manu eius requiret, vt idem Dominus per Ezechielem teſtatur. Aliud quoque exẽplum Adrianus adhibet, dicens: Sicut quando aliquis iniuſtè alium infamauit, tenetur, ſe ipſum retractando, efficere quantum potuerit, vt ita iniuſtè infamatus recuperet ſuam famam, eſtò videat alios in eadem exiſtimatione de illo eſſe permanſuros, neque ſibi fidem eſſe adhibituros.

Poſſumus confirmare ſententiam Adriani & aliorum. Primò, quoniã mulier illa, vt ſuam vitet infamiam, non poteſt furari ex aliquo: quoniam id eſt contra ius naturæ, neque in eo euentu occurrit extrema neceſſitas, in qua, ad conſeruandam vitam, ſint omnia quo ad vſum communia, quantum ſit ſatis ad vitam conſeruandam: ſed eiuſdẽ rationis eſt, non reſtituere damnum iniuſtè illatum, illudve nõ impedire, quãdo imminet ex cauſa ab eo iniuſtè data, qui illud impedire tenetur, vt tractatu præcedente Diſp. 716. fuit explanatum: ergo adultera reſarcire & impedire tenetur damna, quæ ex ſuo adulterio, ex ſuoque filio ſpurio, alijs ſequuntur, nihil impediente, quòd neceſſarium ad id ſit, eam ſe ipſam infamare.

8 Dicet aliquis: Saltem ob ſcandalum, quod ex reuelatione eius criminis ſequi poteſt, non tenetur ea mulier manifeſtare ſuum crimẽ, eſtò alij iacturam inde in bonis externis patiantur iniuſtè. Cõtra hoc ſecundò argumentor. Quoniam, præterquam quòd A inde regulariter non ſequatur ſcandalum, ſumptũ pro ruina, ſeu occaſione ruinæ aliorum, maximè ſi mulier illa ſuum crimen detegat in articulo mortis, ſed ſolùm ſequetur ſcandalum ſumptum pro admiratione & nauſea illius mulieris, modo ſupra à nobis explicato in hac. 2. 2. in materia de ſcandalo. quæſtio. 43. articu. 2. imò verò ſequetur ædificatio, optimumque aliorum exemplum, dum audierint illam pro ſalute animæ ſuæ, & ad vitandum damna, quorum cauſam ſuo actu alijs iniuſtè dedit, efficere rem adeò ſibi difficilem: quoniam, inquam, præterquam quod inde ſcandalum non ſequetur in prima ſed in ſecunda impropria ſcandali acceptione, coniunctum cum optimo exemplo; vt tamen habetur regula illa Bedæ, cap. qui ſcandalizauerit. extra B de reg. iur. *vtilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur*, hoc eſt, quàm fiat peccatum aliquod, vt quæſtio. 43. citata, articu. 7. explanauimus: cum ergo, ſecluſo ſcandalo, lethale peccatum adulteræ ſit, non impedire damna, quæ ex ſuo adulterio ſequuntur, eſto neceſſarium ſit ſe ipſam infamare detegendo ſuum crimen, vt præcedente argumento comprobatum eſt; conſequens profectò eſt, vt nihil impediente ſcandalo, quod inde in alijs poterit oriri, teneatur adultera ſuum crimen in eo euentu detegere.

Tertio, qui falſum crimen in iudicio contra innocentem dixit, tenetur ſe ipſum detegere, eaque uia famam ſuam innocenti reſtituere, nihil impediente, quod ea reſtitutione ipſe maneat infamatus, quin C & nihil impediente, quod ipſe mortis pœna ſit puniendus, ſi propter crimen, quod illi impoſuit, pœna mortis is erat afficiendus, aduerſus quem id falſum teſtimonium dixit: ergo adultera illa tenetur impedire ac reſarcire damna, quæ ex ſuo adulterio alijs iniuſtè ſequuntur, etiam ſi ad id neceſſarium ſit ſe ipſam infamare detegendo crimen ſuum.

Quarto, qui ab alio eſt læſus, repetere poteſt ab illo, quod ad ſe pertinet, nihil impediente, quod inde ſequatur infamia, quin & mors illius: ergo adultera etiam tenetur impedire ac reſarcire dãna, quæ ſuo adulterio alijs iniuſtè dedit, nihil impediente, quod ad id neceſſarium ſit ſe ipſam infamare ſuum detegendo crimen.

D Quinto non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, vt Paulus ad Roman. 8. ait: ergo adultera de qua loquimur, non poteſt permittere damna aliorum, quæ ſuo adulterio alijs iniuſte ſequuntur, vt ſuæ conſulat famæ: tenetur ergo detegere crimen ſuum ſi ita eſt neceſſarium, vt impediat ac reſarciat damna, quæ ſuo adulterio alijs iniuſtè dedit.

Sexto, quamuis fama ſit ordinis altioris, quàm pecunia & alia bona externa, tam ingens tamen eſſe poteſt valor bonorum externorum, quibus aliquis iniuſtè priuatur ob adulterium alicuius, vt ſuperet æſtimationem famæ adulteræ, quin & bonum vitæ illius: ſicut licèt aurum pretioſius ſit ar- E gento, tanta tamen eſſe poteſt copia argenti, vt valor illius ſuperet longè minorem copiam auri: ſed omnium conſenſu damnum iniuſtè proximo datum reſarciendum eſt cum æquali, imo etiam cum aliquanto maiori damno eius, qui illud dedit, quique ad reſtitutionem illius tenetur: ergo adultera in eo euentu cum iactura propriæ famæ, imo & uitæ, tenetur impedire ac reſarcire damna ex ſuo adulterio alijs iniuſtè imminẽtia aut iam per ſuam taciturnitatem ſequuta.

Communis tamẽ doctorum ſententia affirmat, 9 adulteram, non ſolùm cum periculo uitæ, ſed etiam cum iactura famæ, non teneri regulariter impedire damna in bonis externis, quæ ex ſuo adulterio

terio

terio alijs imminent, aut ea reſarcire poſtquam ſequuta ſunt. Ita Caiet. in ſumma verb. adulterium, & 1. tom. opuſculorum, opuſ. 31. qui eſt 17. reſponſ. c. 14. ad. 2. & conſentit doctrina, quam de eadem re tradit. 2. 2. quæſt. 62. art. 6. ad 2. Ioan. Med. de reſt. quæſt. 3. cauſa. 4. Sotus. 4. de iuſt. quæſt. 7. art. 2. ad 2. Scotus in 4. diſt. 15. quæſt. 2. penult. argumentum, Richardus ibidem art. 5. quæſt. 4. ad. 9. Alfonſus à Caſtro. 2. lib. de leg. pœn. c. 11. Couar. regula peccatum. part. 2. in prin. num. 6. Nauar. in Manu. c. 17. à num. 88. & plerique alij. Ducuntur.

Primò, quoniã nullus peccat differendo aut etiam omittendo omnino reſtitutionem, ex voluntate eius ſaltem debita, cui facienda eſt reſtitutio: ſed nullus rationabiliter poteſt velle, vt alius ei reſtituat cum longè maiori eius iactura, qui facere debet reſtitutionem, quàm ſit emolumentum, quod ex reſtitutione ipſe debebat percipere: id enim eſſet contra proximi caritatem: atque in eo euentu is cenſetur impotens ad reſtituendum, qui ſine longè ſuo maiori detrimento non poteſt reſtituere longè minus alterius commodum; ex capiteque eius impotentiæ deobligatur tũc ab ea reſtitutione faciẽda: qua de cauſa doctores affirmant, quando reſtitutio fieri non poteſt ſine longè maioribus ſumptibus, quàm ſit valor reſtituendus, propter loci diſtantiam, aut ob aliam ſimilem cauſam, reſtituendum eſſe id pauperibus pro anima illius, cui reſtitutio erat facienda, vt tractatu præcedente à Diſputatio. 754. eſt dictum: cum ergo longè maius malum ſit infamia, quam adultera pateretur detegendo crimen ſuum, quàm ſit detrimentum, quod in rebus externis alijs ſequitur propter filium ex eo adulterio genitũ: eo quòd detrimentum hoc aliorum ſit in rebus inferioris ordinis ac præſtantiæ, quàm ſit fama; conſequens eſt, vt adultera cum eo ſuo longè maiori detrimento famæ non teneatur impedire ac reſarcire minora aliorum damna iniuſtè data.

Secundò, quoniam, vt habetur cap. duo mala, & cap. nerui. 13. diſtin. ex duobus malis minus eſt ſemper eligendum: ſed minus malum eſt iactura in bonis externis aliorum, quàm infamia adulteræ, cum aliorum ſcandalo, ſuum detegendo crimen: ergo adultera in medio eorum duorum damnorum conſtituta, quorum alterum ſit ſibi neceſſariò eligendum, licitè poteſt permittere, vt ex filio ſuo ſpurio ea damna alijs in bonis externis ſequantur, vt cum iactura ſuæ famæ, & cum aliorum ſcandalo, crimẽ ſuum detegat.

Tertiò, quoniam id definit Innocentius tertius, c. officij, de pœnit. & remiſs. vbi ait, neque adulteræ, neque ei, quæ viro ſuo ſuppoſuit filium alienum, fingendo ſe eſſe grauidam, denegandam eſſe pœnitentiam ex eo, quòd crimen ſuum viro ſuo non detegat, eſto inde ſequatur filium alienum ſuccedere in bonis patris illius putatiui. Atque, quòd ibi Innocentius tertius loquatur de ſacramento pœnitentiæ, & de abſolutione in eo à peccatis, præterquam quòd eſt ſatis euidens ex contextu, probat id ſufficienter Ioan. Med. loco citato poſt Adrianum, eoque modo doctores communiter id caput intelligunt.

10 Quamuis doctores citati in hac ſententia conueniant, non tamen omnes eodem modo eam intelligunt. Caietanus quippe & Nauarrus locis citatis, cũ quibus conſentire videtur Alfonſus à Caſtro. c. 11. citato, & conſentiunt multi alij, nituntur huic fundamento. Quòd nunquam cum iactura in re ſuperioris ordinis teneatur quiſquam reſtituere rem inferioris ordinis: vnde, inquiunt, quia externa bona ordinis ſunt inferioris, quàm fama, & fama, quàm vita, nullus tenetur reſtituere famam alterius cum detrimento propriæ aut alienæ vitæ, neque bona alte-

A rius externa cum detrimento propriæ famæ: eaque de cauſa, inquiunt, nunquam adultera tenetur reſtituere aut impedire damna, quæ in bonis externis alijs iniuſtè ſequuntur ex ipſius adulterio, ſe ipſam infamando detectione ſuis criminis. Hoc tamen fundamentum limitat Nauarrus vbi ſuprà, vt intelligatur de fama circa bonos mores: non verò de fama quoad quoduis aliud, vt de fama in literis, in fortitudine corporis ac dexteritate pugnandi, vel imperitia in aliqua arte. Tunc enim, inquit, tantæ quantitatis ac valoris eſſe poterũt bona externa, vt ſuperent bonitatem famæ in eiuſmodi rebus. Infamia verò adulteræ, ſuum detegendo crimen, ſemper eſt infamia quoad bonos mores.

B Sotus verò & Couar. locis citatis, itemque Ledeſmius. 2. 4. q. 18. art. 2. dub. 6. aliter eã intelligunt. Inquiunt enim, quamuis fama ex ſuo genere ſit bonum præſtantius, quàm bona externa, adeò tamen modicam poſſe eſſe famam, tantamque poſſe eſſe copiam bonorum externorum, vt bona externa præponderent quoad valorem & æſtimationem famæ: quemadmodum ingens argenti copia præponderat, quoad valorem, modicæ auri quãtitati, nihil impediente quòd aurum ex ſuo genere ſit præſtantius ac pretioſius, quàm argentum. Hinc ſubiungunt, cum, quando damnum maius aut æquale, quin & aliquantulum minus, ex eo ſequitur iniuſtè læſo, quòd ei non fiat reſtitutio, quàm ſit damnum, quod is, qui læſit, ex eo patitur, quòd reſtituat, lædens reſtituere teneatur, nihil impediente damno, quod ipſe reſtituendo incurrit; conſequens eſſe, vt quando fama

C adulteræ non eſſet tanti momenti, vel quia illa non eſſet adeò nobilis, vel quia ex parte eſſet iam infamata, & res, quibus priuarentur legitimi ſucceſſores, eſſent ingentis cuiuſdam valoris, vt ſi priuarentur pingui maioratu, aut rebus alijs, quæ prudentis arbitrio excederẽt aut adæquarent (adde, vel ferè adæquarent) valorem famæ talis adulteræ, teneri tunc eam adulteram reſarcire ac impedire ea damna, etiã ſi ad id ſit neceſſariũ ſe ipſam prodere ac infamare. Imò (addit Sotus) adeò ingens eſſe poſſe emolumẽtum, quo legitimi ſucceſſores iniuſtè ob id adulterium priuarentur, vt etiam cum vitæ periculo teneatur adultera ſe ipſam prodere, vt ſi regnum eſſet deuenturum ad filium ſpurium, certumque eſſet, adul-

D tera manifeſtante ſuum crimen id fore impediendum, neque alia occurreret tuta via, qua id impediretur, vt ſuprà ex Soto relatum etiam eſt, Couarruuia non contradicente.

Quid de hac re ſentiam, aliquibus cõcluſionibus explanabo. In eis autem duo ſuppono. Vnum eſt, adulteram alia via non poſſe impedire aut compenſare damna, quæ ex ſuo adulterio alijs ſequuntur. Si enim alia via poſſet ea impedire aut compenſare, non tenetur ſe ipſam infamare. Alterum verò eſt, eſſe veriſimilem ſpem, quòd manifeſtando ſuum crimen, impedientur ea damna: quod tamen rarò eueniet, iuxta ea, quæ hac & præcedente diſputatione dicta ſunt. Quãdo enim non eſſet veriſimile ac cer-

E tum, aut quaſi certum moraliter, quòd ea via impedientur, neque tenetur ſe ipſam infamare, neque expedit id efficere, ut ſup. dictum eſt.

Prima concluſio: Quando alia non occurrit via 11 impediendi ea damna, veriſimiliſque eſt ſpes, fore impedienda, adultera manifeſtante crimen ſuum proprio ſuo filio ſpurio, quia ille fidem adhibebit matri, & eſt adeo timoratus, quod cedet bonis illis, vel profitendo religionem, vel aliqua alia ratione, aut quia mater ſuis precibus & autoritate apud illum eam ceſſionem ab eo obtinebit, neque ille vlterius matrem infamabit, tunc tenetur ea adultera ſub reatu culpæ lethalis, interituſque æterni, manifeſtare ſuum crimen ei filio, eaque

via impedire ea aliorum iniuſta damna. Quærat verò tutiorem, ſuauiorem, ac meliorem modum poſſibilem, quo id efficiat, vel per confeſſarium filij, cui prius illa ſuum crimen in confeſſione aperiat, faciendo illi poteſtatem vt id in confeſſione filio ex ſua parte detegat, tanquam rem ex cōfeſſione ab eo deriuatam, vel aliquē alium modū. Quando autem veriſimile non eſt, manifeſtante matre crimen ſuum filio ſpurio, fore impedienda ea dāna, nō tenetur illud ei manifeſtare, imò malè faciet illud ei manifeſtando, eritque id aliquando culpa lethalis. In priori huius concluſionis parte conueniūt communiter doctores omnes hactenus citati, etiam Caietanus, vt conſtat in ſumma verb. adulterium. Quoniam eam adulteram reuelare crimen ſuū vni tantum, qui ea damna impediet, nō cenſent eſſe, eā ſe infamare, quando notitia eius adulterij ibi ſiſtet, neque inde ad alios deriuabitur. In eadem ſententia ſunt Panor. c. officij. de pœn. & remiſs. Syluest. verb. adulterium. quæſt. 1. & multi alij. Probari autem poteſt ea pars, quoniam quando ex manifeſtatione eius criminis vni tantum nullum aliud timetur detrimentum adulteræ, ſanè non cernitur tanta iactura eius adulteræ ex ea manifeſtatione, maximè ſi is, cui eſt reuelandum, ſit proprius filius illius, quātum eſt damnum, quod regulariter aliis ſequitur ex ſucceſſione ſpurij in bonis, quæ ad alios ſpectant: cum ergo vnuſquiſque reſtituere teneatur damna iniuſtè alijs à ſe data, cum ęquali ſua iactura ac damno, imò & cum aliquantulum maiori, vt tractatu præcedente à Diſp. 754. dictum eſt: conſequēs profectò eſt, vt ea adultera, nihil impediente pudore ac iactura propriæ exiſtimationis, quam apud filium amittet, teneatur in eo euentu manifeſtare illi crimen ſuum.

Eodem modo teneretur manifeſtare crimen ſuū marito, ſi inde probabiliter crederetur impedienda eſſe ea damna, neque timeretur vlterius aliud detrimentum adulteræ, aut alterius tertij. Regulariter tamen nunquam erit illi manifeſtandum: quoniam ex ſola manifeſtatione facta marito non impedientur ea damna, filio ſpurio cedere non volente eis bonis: & quoniam timendum eſt, ne inde ſequatur mors vxoris aut adulteri, vel ne ſequantur odia & rixæ inter maritum & vxorem, vexatio vxoris dum vixerit, & vlterior eiuſdem vxoris infamia. Eo autem intuitu, quòd illi manifeſtata, condonabit, vt ſpurius ſuccedat in bonis ipſius, non eſt illi ea res manifeſtanda. Quoniam regulariter erit contrariū præſumendum. Et quoniam ſæpe non erit ad id ſufficiens ea condonatio, vt ſi habeat deſcendentes aut aſcendentes, quorum iuri præiudicare non poteſt ea ſua condonatione. Ac quoniam, quando valida eſſet ea condonatio, præſumendumque eſſet, eum illam facturum, ſi res ei manifeſtaretur; præſumendum quoque tunc eſſet, voluntatem eius quaſi habitualem eſſe, vt ſuccedat, re ipſi non manifeſtata, longeque magis gratum ſibi eſſe, vt ille ſuccedat in eis ſuis bonis, re ſibi non manifeſtata, quàm manifeſtata, poſtulatoque ab ipſo ad id conſenſu, idq; vt euitet moleſtiam ex notitia iniuriæ grauiſſimæ ſibi irrogatæ, cum tanto ſuo dedecore: quare tunc licitè in eis bonis ſuccederet is filius ſpurius ex pręſumpta voluntate eius patris putatiui.

Poſterior verò concluſionis pars initio huius Diſputationis fuit ſufficienter comprobata.

12 Secunda concluſio. Quando damna, quę ex adulterio & ex filio ex eo concepto alijs ſequuntur, prudentis arbitrio ſunt maiora, æqualia, aut etiā paulo minora, quàm fama, quam adultera amitteret detegendo ſuum crimen, teneretur ea adultera illud manifeſtare, nihil impediente ſua infamia, quando alia via reſarciri aut impediri non poſſent ea damna, &

A quando moraliter eſſet certum, aut quaſi certum, ea via eſſe impedienda, neque eſſe ſequenda gratia alia mala: quæ omnia raro euenient ſimul. Multum verò, vt aliquando id poſſet euenire, ad rem faceret famam eius mulieris eſſe iam lęſam. Concluſionem hanc aduerſus Caietanum, Caſtrum, & Nauarrum locis citatis, veram eſſe arbitror cum Soto, Couar. & Ledeſmio. Probari autem poteſt, quoniam qui damni cauſam iniuſtè dat, tenetur illud reſarcire, ſeu reſtituere, aut impedire, etiam cum æquali, aut cum paulo ſuo maiori damno ac detrimento: æquitas enim non patitur, vt innocens iniuſtè illud ſuſtineat, ne is, qui illud iniuſtè intulit, æquale aut paulo maius damnum patiatur in illo reſarciendo aut impediendo: quando ergo prudentis arbitrio damna

B iniuſtè ſequuta, aut imminentia ex adulterio, ob ſui magnitudinem tantæ æſtimationis reputantur, aut ferè tantæ, quantæ reputatur fama adulteræ, tenebitur adultera ad reſtitutionem ſeu impeditionem eorum ſub reatu lethalis culpæ, etiam cum ſua infamia, nihil impediente quòd fama ex ſuo genere ſit altioris ordinis, quàm bona externa. Confirmatur, quoniam maioratus & bona externa, poſt factam rerum diuiſionem, non ſolùm habent valorem ac æſtimationem ad naturam ſuſtentandam, ſubleuandaſque neceſſitates, ſed etiam conferunt ad honorem & ſplendorem vitæ, maioremque æſtimationem eorum, qui illa poſſident, quibus ob diuitias alij ſeruiunt, & non ſolùm, qui eis ſeruiunt, ſed & alij maiorem honorem ac reuerentiam eis exhibēt,

C nobilioreſque vxores ducunt, & fęminæ nobilioribus viris nubunt, ac denique propter diuitias meliorem ac honorabiliorem locum homines obtinent in republica, quàm ſi eis carerent, iniuriaque eis facta grauior cenſetur, quàm iniuria facta pauperi, ſicut etiam iniuria facta nobiliori grauior cenſetur, quàm facta ignobili aut minus nobili: ergo adultera, quæ ſuo adulterio cauſa eſt, vt alius iniuſtè priuetur maioratu, aut alijs bonis externis, ſimul illum iniuſtè priuat honore, & ſplendore eiuſdem rationis ſuo modo cum eo, quo ſe ipſam priuat detegendo ſuum adulterium ex ea parte, qua ipſa eſt diues, nobilis, & obtinens præſtantem locum in republica: fieri ergo poterit, vt in cōuictu humano, & quod ad res attinet huius ſeculi, tantum æſtimetur dam-

D num iniuſtum pinguis maioratus, ingentiumque diuitiarum, quantum fama adulteræ. Præſertim cum infamia adulteræ in re propoſita & in conuictu humano non tam attendatur ac æſtimetur ratione virtutis, quàm ratione æſtimationis huius ſeculi nequam ac circunſtantiarum, quarum in eo ratio habetur ad famam atque infamiam. Plus enim infamiæ ac pudoris patitur coniugata ex vno adulterio ipſius detecto, quàm patiatur adulter ex centum adulterijs ipſius detectis: cum tamen, ſi ad rationem vitij ac virtutis attendas, longè plus culpæ & longè plus pudoris & infamiæ erit in die iudicij viro ex centum ſuis adulterijs, quàm ſit futura vxori ex vno tantum ipſius adulterio. Item infamia vxo-

E ris redundat, quo ad æſtimationem huius ſeculi, in infamiam ac vilipendium mariti omnino innocentis, & qui eſt abſque vlla omnino culpa, quin & propter dedecus mariti ex adulterio vxoris accreſcit infamia adulterij in ipſamet vxore, quæ cauſa ſimul fuit ignominiæ mariti: cum tamen, ſi ad virtutem & vitium attendas, nulla ſit futura infamia nec pudor mariti ex adulterio vxoris omnibus in die iudicij detecti, ſed ſoli vxori erit pudor pro quantitate culpæ. Item in hoc ſeculo ex homicidio, quod non ſordidè quo ad leges, & æſtimationem huius ſeculi ſit commiſſum, plus culpæ eſt, quam in vno mulieris adulterio: & tamen adulterium fœdiſſimè infamat mulierem, & homicidium illud

non

non infamat in hoc ſeculo eum, qui illud patrauit, quin potius auget æſtimationem illius: non ergo in re propoſita tam attenditur ad infamiam ex vitio, ea ex parte qua eſt contrarium virtuti, quam ad infamiam, quæ reſultat quo ad conuictum humanum, & ex rebus & circunſtātijs, quę in eo ad famā & ad infamiā attendūtur. Præterea, ſi vxor & maritus diuites ſint & nobiles, plus infamia adulterij reputatur, quā ſi ſint ignobiles & pauperes: neq; quiſquam diceret propter infamiā, quæ ignobili ac pauperi reſultaret ex manifeſtatione ſui adulterij, excuſari illam ab obligatione impediendi damnum iniuſtum ſucceſſionis filij ſpurij in regno, aut in alio opulentiſſimo maioratu, priuationiſque iniuſtæ ſucceſſionis alterius in illo, ſi id ignobilis ac pauperis mulieris adulterium cauſa iniuſta fuiſſet adeò ingentis damni in bonis externis: non ergo in re propoſita agitur de infamia, quæ præciſè bonis moribus contraria ſit, & quæ præcipuè ex eo capite attendatur: Nauarrus autem fatetur, quo ad hanc aliam infamiam, præponderare poſſe ingens damnum rerum externarum damno infamiæ, neque excuſare eam infamiam ab obligatione illud impediendi, quando ea via poteſt impediri, & alia non poteſt.

13 Tertia concluſio. Quando infamia adulteræ, ſcandala, & alia mala, quæ ex reuelatione peccati adulteræ probabiliter timerentur, longè præponderarent damnis, quæ alijs ex adulterio & ex filio ſpurio iniuſtè ſequerentur, non teneretur adultera reuelare crimen ſuum, nihil impediente quòd ea damna alia via nec impediri nec reſarciri poſſent. In hac concluſione conueniunt omnes doctores contra Adriani opinionem citati, & multi alij, eſtque communis doctorum ſententia. Atque eam probant argumenta ibi ad hoc probandnm confecta. Quo loco obſerua, ſæpe eſſe credendum, patrem putatiuum velle, vt res potius ſit occulta, & neque ipſi detegatur, ſed potius ſpurius in bonis ipſius ſuccedat, quàm quòd cum tanto ſuo dedecore detegatur, & cum tanta ſua afflictione & moleſtia id ipſe ſciat, legibuſque huius ſeculi cogatur interficere ſuam vxorem, aut alia facere, quæ ne adduceretur vt faceret, optaret potius ſe nūquam ſciuiſſe id vxoris delictum. Atque talem ego reperi quendam nobilem, qui propter adulterium ab alio detectum, ſuam interfecerat vxorem, valdeque conquerebatur de quodam, qui id adulterium patefecerat.

14 Nunc percurrenda ſunt argumenta ſuprà pro vtraque ſententia confecta, quatenus cum his tribus noſtris concluſionibus pugnare videbuntur. Atque in primis ex dictis patet, falſum eſſe id, quod Paludanus & Adrianus dicebant, quando ſcilicet non eſt probabilis ſpes, ſpurium ceſſurū bonis, quæ ad aliū aut ad alios ſpectant, teneri nihilominus adulteram detegere illi crimen ſuum. Ad exemplum verò Paludani negandum eſt, miniſtrum verbi Dei, & multo minus priuatum aliquem, correctionis peccatoris gratia, teneri dicere peccatori iniquitatem ſuam, illam ei obijciendo, & de illa eum arguendo, quando inde non ſperatur emolumentum aliquod, ſed ſolùm damnum, & quòd ille fiet deterior: tunc enim ceſſat præceptum de illo corrigendo, locumque habet illud Chriſti: *Nolite proijcere margaritas ante porcos.* Multo autem magis locum non habet, vt alicui manifeſtetur obligatio, quā inuincibiliter ignorat, & à qua implenda excuſatur à culpa ob eam ignorantiam, quando, ſi illi manifeſtetur, illam cum ſua culpa lethali non implebit, ſequenturque alia mala: in eo enim euentu potius eſt obligatio lege caritatis, eam obligationem illi non manifeſtare, vt vitetur peccatum illius, & vitentur alia mala. Illud verò Ezechielis intelligitur, quando conſtat illum eſſe in peccato, & ex admonitione ſperatur illum fore con-

A uertendum, & quando verbum Dei multis proponitur, & ſperatur fore aliquos conuertendos. Quando item aliquis eſſet in peccato cum aliorum ſcandalo ex eo, quòd non augeretur, augendus in exemplum aliorum eſſet, eſto ex redargutione culpa ſua deterior fieret. In re autem, de qua loquimur, ſpurius nō eſt in peccato: imò verò manifeſtatio obligationis, in qua eſt, erit illi occaſio peccati, & erit occaſio aliorum maiorum.

Ad exemplum verò Adriani eſt dicendum: Neque illum teneri ſe retractare, quando nulla omnino eſt ſpes inde euenturum emolumentum aliquod ei, quem iniuſtè infamauit: quando autem eſſet ſpes, ea retractatione aliqua ex parte recuperandā eſſe famam illius, vt regulariter erit ſperandum: quoniam
B id maximè faciet, vt alij ſuſpicentur, illum ab alijs fuiſſe etiam iniuſtè infamatum, ſi alij etiam falſum teſtimonium contra inſontem illam dixerunt, tunc tenebitur ſe ipſum retractare. Et longè maiori cum ratione tenebitur id efficere, quando ea via eſt ſpes iniuſtè infamatum integre eſſe recuperaturum famam ſuam: quia vel alij inde permouentur ad ſimile quid faciendum, vel iudex inde permotus maiorē faciet diligentiam ad rem iterum examinandam, meliuſque indagandam veritatem. His accedit, in exemplo Adriani, ex manifeſtatione proprij criminis, non ſequi periculum detrimenti ſpiritualis alicuius alterius: ex eo verò, quòd mater filio ſpurio manifeſtet ſuum crimen, quando arbitratur filium ceſſurum non eſſe bonis, quæ non ad ipſum, ſed ad
C alios ſpectant, ſequi probabile detrimentum ſalutis ſpiritualis illius atque offenſæ Dei, ſine vllo alterius emolumento.

Ad primum verò argumentum pro opinione Adriani, dicēdum eſt: Quāuis eiuſdē ſpeciei ſint, accipere alienū iniuſtè, & illud iniuſtè retinere; facilius tamen circumſtantiam aliquam poſſe excuſare retētionem alieni à ratione iniuſtitię, quàm primam alieni occupationem: eo quòd docente id lumine naturali, longè plus requiratur ad ſpoliandum aliquem re ſua abſque iniuſtitia, quàm ad excuſandam ab iniuſtitia retentionem eius, quod alteri debetur, propter impedimentum, quod eſt, vt reſtitui ei poſſit ſine maiori incommodo eius, qui reſtitutionem efficere debet. Vnde communiter doctores omnes ad-
D mittunt, poſſe aliquem, non ſolùm differre reſtitutionem, ſed etiam omnino illam omittere, ſi fieri non poſſit ſine longè maiori eius detrimento, qui reſtituere debet, quàm ſit detrimentum, quod is, cui fieri debet, ex eo patitur, quòd omittatur: non verò ita loquuntur de prima rei alienæ occupatione. Idem autem, docente eodem lumine naturali, cernitur in permiſſione, qua adultera permittit, filium ſuū ſpurium occupare bona, quæ ad alios ſpectant, quia id impedire ipſa nō poteſt ſine longè maiori ſuo detrimento. Vnde ad argumentum in forma, conceſſa maiori, ad minorem dicendum eſt, eſſe eiuſdem rationis illa duo in genere iniuſtitiæ, quādo non adeſt circunſtantia, quæ unum excuſet ab in-
E iuſtitia & non alterum: ſecus autem quando adeſt circunſtantia, quæ excuſat retentionem aut non impeditionem damni, & non quæ excuſet à culpa primam rei alienæ occupationem, vt explanatum eſt.

Ad ſecundum argumentum, quod ad regulam illam Bedæ attinet, Panormit. cap. officij, de pœnit. & remiſs. & quidam alij reſpondent, intelligendam ſolùm eſſe in iudicibus & teſtibus, quaſi hi ſoli vtilius ſcandalum naſci permittant, quàm veritatem relinquant. Nos verò ſupra in materia de ſcandalo quæſtio. 43. articu. 7. cum communi doctorum ſententia reiecimus eam expoſitionem: diximuſque eam regulam intelligendam eſſe de veritate vitæ, ita ut dicere Beda velit, quando ſcanda-

ſum uitari nõ poteſt ſine peccato eius, qui illud vitare vellet; vtilius ſcandalum naſci permitti, quàm cõmittatur peccatum. Illa verò hoc loco non repeto, ne eadem res pluries, & extra ſuum proprium locũ explanetur. Ad argumentum verò dicendum eſt, iã in reſponſione ad præcedens argumentum & ſup. in hac eadem Diſput. eſſe oſtenſum, adulteram, etiã ſecluſo aliorum ſcandalo, non teneri impedire damna, quæ ex ſuo adulterio alijs ſequuntur, detegendo ſuum crimen, quando id efficere nõ poteſt ſine longè ſuo maiori damno ac detrimento. Præterea detrimentum, quod aliquando ex reuelatione ſui criminis imminere poſſet ſaluti ſpirituali aliorum, adiumento eſſe poſſet, vel etiam quandoque ſufficiens ratio, vt abſque vllo peccato permittere poſſet detrimenta aliorum in bonis externis, non reuelando ſuum crimen.

Ad tertium argumentum, conceſſo antecedente, quando infamia & damna, quæ ex ea retractatione ſequerentur ei, qui ſe deberet retractare, non eſſent longè maiora, quàm infamia & damna, quæ ex ſuo falſo teſtimonio accuſato imminerent; neganda eſt conſequentia, quando infamia & damna, quæ adulteræ ex manifeſtatione ſui criminis ſequerentur, eſſent longè maiora, quàm damna bonorum externorum, quæ alijs ſequerentur ex eo, quòd non manifeſtando ſuum crimen permitteret ſpurium ſuccedere in bonis, quę nõ ad ipſum ſed ad alium attineret.

Illud circa argumentum propoſitum obſerua. Quamuis regulariter, qui in iudicio, aut extra iudicium, alium infamauit, non teneatur cum periculo propriæ vitæ reſtituere ſolam famam & damna infamati in bonis externis: idque propterea quòd longè maius damnum ſit amiſſionis propriæ uitæ, quã ſit damnum illius alterius amiſſionis famæ & bonorum externorum; & quoniam nullus cum tãto ſuo maiori damno ac detrimento reſtituere tenetur dãnum longè minus alterius iniuſtè illi illatum: ſed ſatis ſit, eum qui illud intulit, reſarcire illi poſtea meliori modo, quo poſſit, ea omnia damna famę & bonorum externorum, pecunijs ea compenſando, vel aliqua alia ratione, qua melius id efficere potuerit, & quatenus id potuerit efficere: nihilominus ſi ex falſa accuſatione aut teſtimonio accuſato immineat vitæ periculum, tenetur ſe ipſum retractare cũ periculo propriæ vitæ, ſi id accuſato eſſet profuturum. Item ſi ex falſa accuſatione aut teſtimonio grauiſſima infamia immineret, aut adeſſet iam accuſato ſibi, & ſucceſſoribus ſuis ac conſanguineis, & cõfiſcatio omnium bonorum, vt ſi eſset accuſatus de crimine hæreſis, quod ſua fragilitate eſset cõfeſsus, aut de alio ſimili crimine, tũc vtique teneretur accuſans ſe ipſum retractare cum periculo propriæ uitæ ac famę, ſi id ſimiliter profuturum eſset accuſato ac ſuis ad eum liberandum ab ea grauiſſima infamia & amiſſione ſuorum bonorum. Ratio autem eſt, quoniam vita accuſantis vel non præponderat, vel certè non multum præponderat prædictis omnib. damnis: eo quòd melius eſset accuſato non viuere, quàm viuere cum tanta ſua & ſuorum infamia, coniuncta cum iactura omnium ſuorũ bonorum. Adde, famam alterius non eſſe medium à natura inſtitutum ad conſeruandã vitam eius, qui illam iniuſtè læſit, vt ſunt bona externa, quorum vſum impedire non potuit rerum diuiſio, quando illa neceſsaria ſunt ad conſeruandam uitam eius, qui extremè illis indiget.

Ad quartum, conceſso antecedente, neganda eſt conſequentia. Quoniam quando is, qui lęſit, dignus eſt infamia ac morte in pœnam ob ſuum crimen, licitè poteſt is, qui ab eo fuit læſus, exequi ſuũ ius procedendo aduerſus illum ad totam eam pœnam infamiæ ac mortis: is uerò, qui dignus eſt tota ea pœna, non tenetur illam exequi aduerſus ſemetipſum. Neque tenetur cum tanto ſuo maiori damno reſtituere minus damnum alterius, eſto dignus ſit, cui tota ea pœna iudicis miniſterio infligatur.

Ad quintum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia. Quoniam adultera illa permittendo in euentu explicato, in quo id ei licet, ea minora mala ac damna, quæ ex ſuo adulterio ortum habuerũt, vt ipſa longè ſuum maius damnum euitet, non facit malum, ſibi ve tunc illicitum, vt explanatum eſt.

Sextum verò argumentum totum eſt concedendum, quando prudẽtis arbitrio fama ac detrimẽta, quæ pateretur adultera, non multum præponderarent damnis, quæ ea reuelatione ſui criminis impediret, ne alijs ex ſuo adulterio iniuſtè ſequerentur: id enim nos ſecunda noſtra cõcluſione aſſeruimus.

Ad primum verò argumentum pro cõmuni opinione, quatenus pugnat cum noſtra prima & ſecunda concluſione, conceſſa maiori, negãda eſt minor, ſemper ſcilicet detrimentum & damnum quodcunque in fama adulteræ præponderare damnis, quæ alijs iniuſtè ex ipſius adulterio ſequuntur. Ad probationem verò dicendum eſt, quamuis fama præſtantior ex ſuo genere ſit, quàm bona externa: tantam tamen poſſe accumulari copiam bonorum externorum, coniunctam cum honore, ęſtimatione, ac fama, altiorique gradu in republica, quæ inde poſſeſſori illorum in conuictu humano reſultant, vt quoad æſtimationem & valorem æquent aut ſuperent valorem famæ, quam adultera amitteret reuelando ſuum crimen, quantum eſſet ſatis vt ea grauiora, æquè grauia, aut ferè æquè grauia damna iniuſta impedirentur.

Secundum verè argumentum neque ad probandum tertiam noſtram concluſionẽ eſt efficax. Cum enim malum culpæ ſit maius malum, quàm quodcunque detrimentum in bonis externis, in fama, & in vita, ſupponit profectò id, de quo eſt controuerſia, nempe poſſe quempiam abſque peccato permittere minus damnum proximi, cui permittens ipſe cauſam iniuſtè dedit, vt euitet maius aliud ſuum dãnum. Propoſitio verò illa maximè intelligenda eſt de malis proprijs eius, qui vnum illorum debet eligere; eoque modo intellecta, eſt vniuerſim vera. Intellecta etiam de malis alterius, quando vnum eorum eſt illi ab aliquo alio eligẽdum, etiam eſt vera. Cæterum intellecta de malis, quorum vnum pertinet ad eligentem, & aliud ad alterum, non eſt vniuerſim vera, neque in eo ſenſu prolata duobus illis capitibus. Nam cum paulo maiori detrimẽto eius, qui cauſam damni iniuſtè alteri dedit, tenetur illud ei impedire, aut illud ei reſtituere, vt dictum eſt. Itẽ nefas mihi eſt, eligere inferre minus damnum proximo ipſo inuito, vt ego euitem maius meum malum, vt etiam eſt dictum. Propoſitio verò illa inſeruit argumento, non intellecta aliquo ex duobus prioribus modis, ſed tertio modo: quo pacto oſtenſum eſt eam eſſe falſam.

Definitio verò Innocẽtij tertij, de qua eſt ſermo in tertio argumento, intelligitur, quando ex manifeſtatione ſui criminis imminet adulteræ periculum vitæ, aut longè maiorum malorum, quam ſint illa, quæ iniuſtè alijs ex ipſius adulterio ſequuntur, iuxta tertiam noſtram concluſionem: non verò habet locum aut intelligitur in euentibus primæ & ſecundę noſtrarum concluſionum.

15 Sunt verò nonnulla quo ad adulteram obſeruanda. Primum eſt: Quando integre non poteſt reſarcire dãna, quę ex ſuo adulterio alijs ſequuntur, neque poteſt illa integre impedire, vel ad illa integre impedienda nõ tenetur propter longè maius ſuum detrimentũ, iuxta ea quæ dicta ſunt: teneri nihilominus reſtituere illa quantũ potuerit, relinquendo dãnificatis

catis de bonis, de quibus libere põt diſponere, quantum maximè potuerit, & occultè accipiendo de bonis, quæ deuentura ſunt ad ſpurium, aut quæ iam ad eum deuenerunt, quantum tutò potuerit, vt ex illis compenſationem occultam in reſtitutionis modum illis efficiat, qui damnum propter eundem ſpurium patiuntur iniuſtè. Quòd ſi hæc non ſufficiant ad integre alijs ſatisfaciendum ſua damna, tenetur, quantum commodè iuxta ſuum ſtatum potuerit, & arbitrabitur eſse voluntatem eorum, quibus ea reſtitutio debetur, (neque enim cenſendum eſt proprios alios ſuos filios, & maritum, tam arctè velle eã obligare, quam alios) laborando ac parcè viuendo, tam dum coniugata fuerit, quàm poſtea, ſi vidua remanſerit, acquirere & augmentare bona, quibus compẽſet ac reſtituat ea omnia damna. B Item tenetur non diſponere de ſuis bonis, de quibus alioquin libera diſpoſitio ad eam attinebat, ad legata quamuis pia, teneturque temperare ſumptus ſui funeris, quantũ maximè potuerit, ſolos eos præcipiendo, quos attenta qualitate ſuæ perſonæ, excuſare non poſſit. Quòd ſi, qui ea damna paſſi ſint, fuerint filii eiuſdem, aut maritus, præſumere poterit, nihil impediente obligatione illis reſtituendi damna ſequuta ex ſuo adulterio, contentos fore, vt fiant ij ſumptus, qui ſi nõ fierent, cederet in ipſorum dedecus.

16 Quando nulli eſsent hæredes, quibus maritus deberet neceſsariò relinquere bona ſua, vt quia is maritus deſcendentibus & aſcendentibus careret, ſed eſsent alij, quibus maritus veriſimiliter relicturus fuiſset bona ſua, C obſeruant Sotus & Richardus locis citatis, teneri quidem adulteram eis reſtituere damna ipſis ex ſucceſſione filij adulterini ſequuta, cæterum non tantum eſse vnicuique eorum reſtituẽdum, quantum veriſimiliter credebatur, maritum fuiſse illi relicturum. Quoniam cum maritus potuiſſet non ita diſponere, quin & mutare voluntatẽ, quã ea de re ante ſuam mortem expreſſiſset, relinquereque ea bona, aut eorum partem, aliis, vel in alia opera pia, damnum illi illatum non tantum æſtimabitur, quantum erat id totum, quod credebatur illi relinquendum, ſed prudentis arbitrio eſt illi reſtituendum, quantum æſtimaretur illa ſpes, quæ eo plus valebit, quo plus & quo veriſimiliùs crederetur, fuiſſe illi id totum relinquendum. Aduerte tamẽ, quòd D ſi certum eſset moraliter, quantitatem aliquam eſse diuidendam inter aliquos, & incertum, quantũ defunctus vnicuique eorum eſset relicturus, tunc tota ea integra quantitas reſtituenda illis eſset, diuidẽda inter illos, iuxta veriſimilitudinẽ, quæ eſset, fuiſse à defuncto inter illos diuidendam, quoniam ea tota quantitas deberetur integre eis ſimul ſumptis. Obſerua item, id minus, quod ea adultera reſtituere teneretur ei, cui certum aliquid credebatur relinquendum à defuncto, quia poterat id non ei relinquere, teneri illam reſtituere pauperibus, aut inſumendo illud in alio opere pio pro anima defuncti, aut pro illis, quibus foret à defuncto relinquendum: quoniã ipſa integra damna marito adulterio ſuo data, aut aliis, quibus maritus ſua bona erat relicturus, tenetur E reſtituere, incertitudoque, quantum cuiq; foret relicturus, ipſam non deobligat ab integra reſtitutione totius latitudinis damni facienda. Quando autem incertum omnino eſset, cui maritus bona ſua fuiſset relicturus, aut in quibus operibus eſset ea inſumpturus, tunc diſtribuenda erit reſtitutio inter pauperes, aut inſumenda erit in aliis operibus pijs pro anima defuncti, & pro reliquis, ad quos erant deuentura, quique dãnum ea de cauſa iniuſtè acceperunt. Admonet verò optimè Caſtrus loco citato, vt, defuncto marito, ſciat adultera, cui reſtituere debeat damna, quæ ex eo ſequentur, quòd ſpurius ſuccedat in bonis ſui mariti, eam ſolicitè debere inter- A rogare maritum, & ab eo intelligere, cui relicturus fuiſset ea bona, ſi is filius moreretur, aut natus non fuiſset.

DISPVT. 103.

Num etiam adulter ad reſtitutionem eorundem damnorum teneatur, & quouſque. Et num adultera & adulter, ſi filius ex eo adulterio natus exponatur, teneantur ad expenſa hoſpitali, aut alteri, qui cum eo ſpurio illas fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Aſſerunt nonnulli, adulterum non teneri reſtituere damna ſecuta alijs iniuſtè ob filium ex adulterio natum.*

2 *Sanior opinio eſt, adulterum videlicet, qui indubitatus pater eſt eius filij, quiue ſibi omnino perſuadet, perſuadereve omnino debet, eum eſſe ſuum filium, teneri ſimul cum adultera ad reſtitutionem eorum omnium damnorum.*

3 *Adulter in conſcientiæ foro, ſi indicia habeat ſufficientia, quæ coram Deo ipſum omnino perſuadeãt, perſuadereve debeant, illum eſſe ſuum filium, vt ſuum debet illum reputare ad effectum, vt reſtituere teneatur damna omnia inde ſubſecuta, atque ad illum educandum, ad ſoluendaſve expenſas factas in illo educando.*

4 *Quando proles genita ex adulterio, aut etiam ex muliere non coniugata, alicubi exponitur, et ſumptibus hoſpitalis alicuius alitur, aut etiam alicuius diuitis, in cuius domo fuit expoſita, licitè fit ad crimen occultandum, euitandamque infamiam, & quando adhibetur debita cautela, ne proles pereat, deberetq; priùs baptizari, ne fortè moreretur ſine baptiſmo, ſignificandumque eſt ſcripto cũ prole poſito, an baptizata eſſet, vel non. Tum ſi parentes ſint diuites, tenetur reſtituere hoſpitali ſumptus, quos in eo prole alenda fecerit, & præſertim pater.*

Sotus 4. de iuſt. q. 7. art. 2. affirmat, adulterum non teneri reſtituere damna ſequuta aliis iniuſtè ob filium ex adulterio natum. Tum quoniam credere poteſt, eum nõ eſſe filium ſuũ. 1 Sicut, inquit, quando ſoluta cum duobus conuerſatur, ſi concipiat, neuter eorum tenetur credere eum eſſe filium ſuum. Tum etiam quoniam adulter non ſuppoſuit eum filium ſpurium marito adulteræ, ſed ſola adultera eum illi ſuppoſuit, tanquam legitimũ filium eius mariti, eaque de cauſa adulter non fuit cauſa illorum damnorum, niſi remota, ſed cã propinqua fuit ſola adultera, ac proinde ipſa ſola tenetur ea reſtituere.

2 Contraria tamen ſententia eſt communis eorum doctorum, qui ea de re tractant, adulterum videlicet, qui indubitatus pater eſt eius filii, quiue ſibi omnino perſuadet, perſuadereve omnino debet, eum eſſe ſuum filium, teneri ſimul cum adultera ad reſtitutionem eorum omnium damnorum. Ita Caiet. in ſumma verbo adulterium, Syluester ibidem. quę. 5. Ang. ibid. n. 4. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 2. dub. 2. Diuus Ant. par. 2. tit. 2. cap. 17. Naua. in Manu. c. 16. n. 48. & 49. & alii. Ratio autem eſt, quoniam is adulter verè fuit cauſa efficax eorum omnium damnorum: eo quòd non per accidens, ſed per ſe nata ſint ſequi ex eo adulterio: qui autem cauſa iniuſta eſt damni alicuius, ad reſtitutionem illius teneretur, vt ex ſe cõſtat, & ex

& ex c.vlt.de iniur. & damno dato. Atque cũ vnuſquiſque eorum duorum adulterorum cauſa fuerit omnium eorum damnorum totalis, effectus totalitate, licèt partialis partialitate cauſę, vnuſquiſq; in defectum alterius tenetur integra ea reſtituere, vt tractatu præcedente in materia de reſtitutione ſæpe eſt dictum. Vno tamen eorum integre reſtituente, alter tenetur ei reſtituere partem, quã loco eius reſtituit. Cùm verò ex iuris diſpoſitione, vt Diſpu. 101. & locis ibi citatis, eſt dictum, adulter teneatur ad omnia alimenta eius filij, exceptis lactis, ſi mater lac ei poſſit præſtare; & mater ad ea omnia alimenta teneatur ſolum in defectum patris; ſanè ſolus adulter tenetur ea præſtare, & ſubinde ea integra reſtituere ei, qui illa præſtitit, aut ſi mater, in defectum adulteri, illa reſtituat tanquam cauſa etiam illorum iniuſta, tenetur adulter ea integra illi reſtituere, excepto incremento ſupra alimenta debita filio ſpurio, ſi quod factum fuerit in alimentis illius, quia credebatur filius legitimus: quoniam incrementum hoc æqualiter eſt diuidendum inter adulteram & adulterum, vt Diſputat. 101. citata dictum eſt. Reliqua verò omnia damna æqualiter ſunt diuidenda inter adulterum & adulteram, ac proinde æqualiter contribuere debẽt ad reſtitutionem illorum: aut, ſi vnus ipſorum integra illa reſtituit in defectum alterius, tenetur alter reſtituere ei medietatem, quã loco ipſius reſtituit. Neque refert, ſi vnus eorum ſuaſerit alteri id adulteriũ, ad illudque eum permouerit, dummodo illum ad id non coegerit: quoniã conſulens, qua conſulens, non cenſetur cauſa principalis damni, ſed exequens cenſetur principalis cauſa cõparatione conſulentis, conſulenſque ſolum tenetur ad reſtitutionem in defectum exequutoris: vnde cum vterque adulterorum exequutioni mãdauerit cauſam eorum damnorum, hoc eſt, adulterium vnde illa ſequuta ſunt, ſanè vnuſquiſque eorum tenetur ad medietatem integram eorum damnorum, & ad reſtituenda ea omnia damna ſolum in defectum alterius, iuxta ea quæ de concauſis damnorum tractatu præcedente in materia de reſtitutione copioſè explanata ſunt.

3 Id etiam, quod Sotus dicit, poſſe ſcilicet adulterũ credere non eſſe filium ſuum, nobis non probatur. In conſcientiæ enim foro, ſi indicia habeat ſufficientia, quæ coram Deo ipſum omnino perſuadeãt, perſuaderève debeant, illum eſſe ſuum filium, vt ſuum debet illum reputare ad effectum, vt reſtituere teneatur damna omnia inde ſubſequuta, atque ad illum educandum, ad ſoluendaſve expenſas factas in illo educando. Vt ſi tempus partus reſpondeat tempori adulterij commiſſi, ex quo dicitur generatus, & maritus tempore adulterij erat abſens, vel antea filios ex ea ſua vxore non genuerat: aut adultera eſt talis, cui, ſpectatis circunſtantijs omnib. concurrentibus, meritò ſit credendum abſque vlla dubitatione eum filium ex eo adulterio fuiſſe genitum, hæc ſanè indicia ſunt manifeſta illum eſſe filium ſuum. Quòd ſi res dubia ſit, ſanè in foro conſcientiæ reſtituere tenebitur partem damnorum, maiorem vel minorẽ, pro dubii quantitate minori vel maiori: tenebitur item ſoluere partem maiorem, vel minorem, ſumptuum factorum in illo educando. Idem eſt dicendum, quando aliquis carnaliter ſolutam cognouit, quę alium ſimul admiſerit. Si enim ſibi omnino perſuadeat, ex ſuo coitu fuiſſe illum generatũ, quia partus reſpondet diei coitus, & nullæ ſunt circunſtantiæ, quæ diſſuadeant eum eſſe filium ſuum, ſed omnes eam perſuaſionem coadiuuent, tenetur in conſcientiæ foro eum reputare filium ſuum ad effectũ, vt omnia alimenta, excepto lactis, ſi tamen mater iuſtam cauſam non habeat eum non lactandi, ſoluat, & vt eum habeat vt filium ſuũ ad ea omnia, ad quæ tali illegitimo filio tenetur. Si verò, attentis circun-A ſtantiis concurrentibus, res ſit dubia, tunc ſanè pro quantitate minori, vel maiori, dubii, tenetur ad illa eadem plus vel minus contribuere; licèt non teneatur recognoſcere illum omnino in ſuum filium, cũ res fuerit dubia. Quin in exteriori foro, ſi cõfiteatur dubium ſibi eſſe, an ſit ſuus filius, credo præcipiendum illi eſſe, vt pro quantitate veriſimilitudinis ac probabilitatis, quam habet eſſe ſuum filium, & quã in eo foro confitetur, contribuat ad illa omnia. Neque enim in eo dubio ac probabilitate æquitas patitur, vt filius ille deſertus omnino maneat ſubſidio patris. Potiſſima autem ratio horum omnium hæc eſt, quoniam adulter, aut alius fornicarius, vt teneatur reſarcire damnum eo adulterio à ſe datum, aut vt teneatur ſubuenire filio à ſe genito, non cenſetur B in eo dubio bonæ fidei poſſeſſor, vt melior conditio ipſius poſſidentis ſit, qui retinere poſſit omnia ſua bona, & nihil contribuere ad reſarciendum damnũ ſequutum, & ad ſubueniendum illi, quem probabile eſt eſſe ſuum filium: imò verò in eo dubio reputatur poſſeſſor malæ fidei ad effectum, vt contribuere teneatur ad damna veriſimiliter ex ſuo actu malo iniuſtè ſequuta, pro quãtitate veriſimilitudinis, quæ fuerit, ex eo ſuo actu malo iniuſtè fuiſſe ſequuta, eo quòd mala fide cauſam illam appoſuerit ac dederit, vnde nata erant iniuſtè ſequi. Si quis enim mittẽdo ſagittam cauſam iniuſtam mortis ſufficiẽtem appoſuerit, & conſtet poſtea mancipium alicuius ſagitta fuiſſe interfectum, veriſimileque ſit ea ſagitta ſua eſſe interfectum, res tamen certa non ſit, ſed dubia, ſanè C non erit ille poſſeſſor bonæ fidei, vt in eo dubio non teneatur in foro conſcientiæ reſtituere damnum illud pro quantitate probabilitatis ac veriſimilitudinis, quæ fuerit, ipſum id mancipium alienum interfeciſſe. Aut, ſi duo miſerunt ſagittas iniuſtè, & vnus eorum interfecerit alienum mancipium, ignoreturque cuius eorum ſagitta ſit interfectum, ſanè neuter eorum cenſebitur poſſeſſor bonæ fidei, vt contribuere in eo dubio non teneatur ad reſtituendum id damnum pro quantitate dubii ſeu veriſimilitudinis, quæ eſt, ipſum illud interfeciſſe, ac proinde vterq; in conſcientiæ & in exteriori foro eſt cogendus contribuere ad id damnum; eo quòd conſtet vtrunq; cauſam illius ſufficientem ac iniuſtam appoſuiſſe, ipſoſque illud dediſſe iniuſtè, ſed tam ipſi quàm alii ignorẽt, D quis eorum illud dederit. Idem verò eſt in re propoſita de eo, qui ſuo adulterio cauſam ſufficiẽtem iniuſtam appoſuit, vt ſequerentur ea damna, vt pro quãtitate veriſimilitudinis, quæ eſt, ex eo adulterio fuiſſe ſequuta, teneatur reſtituere partem eorum. Itemque de eo, qui ſua fornicatione cum ſoluta cauſam ſufficientem appoſuit, vnde filius generaretur, vt, quando poſtea conſtat filium eſſe generatum, & dubium eſt an ex ſua vel ex aliena fornicatione ſit generatus, pro quantitate eius dubii ac veriſimilitudinis, quæ eſt, generatũ fuiſſe ex ſua fornicatione, illi ſubueniat, patris debitum cum illo in ea proportione adimplẽdo, in qua fuerit veriſimilitudo verè ipſum eſſe patrem illius: & vt, quando certum eſt filiũ aliquem E eſſe generatum ex fornicatione vnius è duobus, & dubium æquale eſt, ex qua eorum fornicatione ſit generatus, vterque æqualiter contribuat ad id debitum patris in eo filio adimplendum. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis fuerunt propoſita.

Quod verò attinet ad ſecundum. Quando proles 4
genita ex adulterio, aut etiam ex muliere non coniugata, alicubi exponitur, & ſumptibus hoſpitalis alicuius alitur, aut etiam alicuius diuitis, in cuius domo fuit expoſita. In primis eſt dicendum, licitum eſſe eam prolem ita exponere ad crimen occultandum, euitandamque infamiam, & alia mala, quando alia via commodè impediri non poſſent ſufficienter: & quan-

quando adhibetur debita cautela, ne proles pereat, deberetque priùs baptizari, nè fortè moreretur ſine baptiſmo, ſignificandumque eſſet ſcripto cum prole poſito, an baptizata eſſet, vel non. Addunt verò communiter doctores, ſi parentes ſint diuites, teneri reſtituere hoſpitali ſumptus, quos in ea prole alenda fecerit. Quoniam bona hoſpitalium ſunt in vſus pauperum, & præſumpta voluntas inſtitutorum eorum hoſpitalium eſt, vt quando ex aliqua iuſta cauſa bona aliqua hoſpitalis eo modo inſumerentur cũ filio alicuius diuitis, parentes tenerentur ea compẽſare in vſus aliorum pauperum, ſi quidem parentes tenentur ad alimenta ſuorum filiorum illegitimorum. Ad hanc autem reſtitutionem teneretur ſolus pater, ad quem ſolũ ex iuris diſpoſitione ſpectat tribuere alimenta eiuſmodi filijs, exceptis alimentis lactis, quando mater lactare commodè poteſt eum filium: in euentu autem, de quo loquimur, efficere id non poteſt ſine ſuo dedecore, & interdum ſine alijs etiam malis, qua de cauſa pater tenetur hæc etiã tũc ſoluere. Si pater propter paupertatẽ, aut alia de cã, non poſſet alimenta ei filio præbere, & mater diues eſſet, tunc mater teneretur integra alimenta hoſpitali reſtituere, quoniam mater, in defectum patris, tenetur præſtare alimenta omnia neceſſaria filio. Quãdo hoſpitale ex ſui inſtitutione haberet reditus ad alendos pueros expoſitos, & eſſet valde diues, ita vt intelligẽdum eſſet, inſtitutorem voluiſſe omnes ali, nihil ſperando de parentibus, eſto diuites eſſent, ceſſaret obligatio reſtituendi ea alimenta, eſto parentes eſſent valde diuites. Similiter eſſent reſtituenda alimenta alii, qui ſuis ſumptibus alimenta ei filio præbuiſſet, quando præſumendum eſſet, id eum velle attentis diuitiis patris eius filii. Cum autem parentes tribuere teneantur alimẽta eiuſmodi filiis iuxta quãlitatem & diuitias talium parentum, ſanè poſtquam ab aliis eſſent miſere educati, ſubuenire illis tenerentur publicè vel occultè, ſi diuites eſsent, miniſtrando illis neceſsaria, vt viuerent iuxta conditionem taliũ parentum. Item ſi iuxta legum diſpoſitionem in eo regno ſuccederent in parte bonorum eorum parentum, quam parentes denegare illis licitè non poſsẽt, curare tenerentur, vt illam, vel in vita talium parentum, vel poſt mortem, obtinerent, ac proinde ſemper curare deberent, vt intelligerent, quid de eis filiis diſponeretur, & vbi eſsent, & vt notitiam de illis ſemper haberent.

DISPVT. 104.

De pænis ſtupri, etiam cum vidua honeſta, & cum alijs.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum vno modo ſumitur latè, vt comprehendit concubitum cum vidua, cum maſculo Sodomitico actu, quin & adulterium, omnemque fornicationẽ. Alio uerò modo ſumitur ſtuprum preſſe & propriè pro ſola illicita defloratione uirginis, non præcedente cum illa matrimonio eius, qui illam deflorat, idque ſiue illa conſentiat in illa defloratione, ſiue non.*

2 *Stuprum non ſolùm ſi cum uirgine committatur, ſed etiam ſi committatur cum uidua honeſta, punitur de iure ciuili communi, ſi ſtuprator quidem perſona ſit honeſta, pæna confiſcationis medietatis bonorum eius fiſco Regis, ſi uerò perſona ſit humilis, pæna correctionis corporalis cum relegatione.*

3 *De hoc crimine accuſari poteſt ſolùm intra quinquennium à commiſſo delicto, & puniri poteſt reus à iudice ex officio.*

A 4 *Quando tutor ſtuprauit eam, cuius fuerat tutor, deportatur, & confiſcantur omnia illius bona.*

5 *Si mancipium ſtuprum commiſerit cum domina ſua ſumpto ſtupro latè, domina ipſa capitis pæna punitur, & mancipium comburitur. Si filij ex ea copula generentur, carent nobilitate omni, quam ob matrem prætendere poterant, neque ſuccedunt matri ex teſtamento.*

6 *Infidelis iure legis Hiſpaniæ, ſi cũ uirgine aut uidua Chriſtiana habeat acceſſum, lapidibus necatur. Ipſa uerò uidua amittit prima uice dimidium bonorũ ſuorum patri aut matri uel auis, ſi illos habeat, alioquin ad fiſcum Regis pertineant, pro ſecũda uice omnia ſua bona eiſdem, & ipſa interficitur.*

7 *Pænæ quæ ſunt in Hiſpania & Luſitania ſtatutæ* B *pro ſtupro latè ſumpto, quatenus cedit in iniuriam eorũ, cũ quibus ſtupratæ aut ẽt ſtupratores habitant.*

8 *De iure communi, & regni Hiſpanici, quando mulier cum qua habetur carnalis acceſſus, neque eſt nupta, neque uirgo, neque uidua honeſta, neque acceſſus ille fit cum iniuria patris familias domus, in qua habetur is acceſſus, neq; à famulo fit cum domeſtica domini ſui, non punitur talis acceſſus carnalis.*

9 *Si quis uirginem corrumpat, dotabit eam, & habebit illam uxorem. Si uerò pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam uirgines accipere conſueuerunt. Sed hæc ſententia nonnihil reſtringitur.*

10 *Si quis uitiauit uirginem, ſe illi ad id offerentem, aut conſentientem ad ſimplicem ad id petitionem, non* C *incurrit eas pænas, ſi nullæ ad id ſuaſiones interueniſſent, uidetur ea uirgo ad id ſeducta.*

11 *In foro exteriori ſemper præſumitur uirginem uitiatam ſeductam, niſi contrarium à ſtupratore probetur.*

12 *Stuprator adhuc puniendus eſt in tribunali eccleſiaſtico pæna aliqua arbitraria ob crimen commiſſum, licèt nec cogendus ſit ducere illam uxorem, nec ei reſtituere aut dare dotem, maximè quia de iure ciuili pæna ſtatuta pro ſtupro incurritur, eſto ſtuprata corrupta non fuerit.*

13 *Quando uirgo ſe ad ſtuprum obtulit, aut ſine ſuaſione ſtatim ad petitionem ſtupratoris conſenſit, quamuis ei uirgini non cenſeatur iniuria facta, quia uolenti non fit iniuria, ac proinde neque ipſi neque no-* D *mine ipſius competat alteri iniuriarum actio, nihilominus, ſi ſub patria erat poteſtate, patri cenſetur facta iniuria, ac proinde ſuo nomine, & non filiæ, agere poterit iniuriarum actione aduerſus ſtupratorem, ciuiliter ad pænam pecuniariam arbitrariam, uel criminaliter, ut ipſe malueri t, habendaque erit ratio, quoad iniuriam patris, maioris quantitatis dotis, qua indiget ad eam æquè bene nuptui tradendam, ac ſi corrupta non eſſet. Si item ſit ſub tutore, iniuria in ipſum redundat, agereq; proinde poterit tunc iniuriarum nomine proprio.*

14 *Si, dum aduerſus ſtupratorem agitur ad pænas pro ſtupro preſsè ſumpto in aliquo regno ſtatutas excipiat ille, ſeu in ſui defenſionem obijciat, illam non* E *fuiſſe uirginem, quãdo illam carnaliter cognouit, tũc ad ipſum ſpectat id probare, non uerò ad eam ſtupratam probare attinet ſe tunc uirginem fuiſſe.*

15 *Si uirgo conciperet ſine clauſtri apertione, & ſequatur partus, quo clauſtrum aperitur, ſtuprator incidit in pænas adulterij.*

16 *Diſpoſitio capitis primi & ſecundi de adulterio ſolũ habent locum quo ad eas pænas in foro eccleſiaſtico, quando reus ad illud forum attineret, itemque hẽt locum in terris patrimonij eccleſiæ quo ad reos laicos. Extra patrimonium uerò eccleſiæ & forum eccleſiaſticum non habent uim duo illa capita quoad reos laicos, niſi quatenus id fuerit uſu receptum aut lege ibi ſancitum.*

Si

17 *Si ſtuprata, cui dos eſſet ſoluenda in pœnam ſtupri, nuberet alteri æquè bene ac ſi ſtuprata nō fuiſſet, & haberet aliunde competentem dotem, tenetur nihilominus ſtuprator adhuc illi ſoluere dotem, ſi ante cōtractum id matrimonium certa quantitas dotis fuiſſet illi adiudicata, vt ſtuprator eam illi ſolueret, quia noluit ducere eam vxorem, aut quia non potuit.*

18 *Qui in Luſitania acceſſum carnalem habuerit ad virginem ipſa conſentiente, tenetur ducere eam vxorē, ſi ipſa uoluerit, niſi ita vitiata non fuerit adeò inferioris conditionis, vt apta non iudicetur, cum qua ſtuprator matrimonium contrahat. Atque ſi eam non ducat uxorem, uel ſi illa nubere illi non uelit, cōdemnandus eſt, ut illi tantum ſoluat in dotem, quantum iudex eius cauſæ arbitrabitur.*

19 *Quando aliquis conatur uitiare aut uitiat uirginem immaturam & impuberem, ſi ſolum ſit conatus, nō punitur pœna mortis, ſed alia citra mortem graui, ut triremium perpetuò, uel per decennium. Si uerò fregerit pudenda, nullo modo debet euadere pœnam ultimi ſupplicij: quia grauius eſt ſtuprum uirginis immaturæ, quam maturæ. Si uerò ui illam ſtuprauerit, incidit in pœnam deportationis perpetuæ propter uim coniunctam cum ſtupro, & ſimul propter ſtuprum uirginis immaturæ, ſi humilior ſit, incurrit pœnam damnationis in metallum; ſi uerò ſit honeſtior, incurrit pœnā relegationis in inſulā aut exilij.*

20 *Si clericus ſtuprum committat cum uirgine matura, etiam ſi illa conſentiat, deponendus eſt: ſi autem ui ſtuprum cum illa committat, augenda eſt pœna acri, ut detrudendo illum in monaſterium, aut in carcerem. Non uerò deponendus eſt, ſi cum uirgine immatura ſtuprum committat, quia cùm corrumpere illam non poſſit, ſed integra maneat, puniri nō debet clericus id attentans pœna depoſitionis, ſed alia mitiori, ſecundùm nonnullos. Sed ſecundùm meliorem ſententiam nihilominus eſſet deponendus, & alijs pœnis ſubijciendus.*

1 STuprum vno modo ſumitur latè, vt comprehēdit cōcubitum cum vidua, cum maſculo ſodomitico actu, quin & adulterium, omnemq; fornicationem, vt conſtat l. inter liberas in princ. & §. lex Iulia, & l. ſtuprum, ff. ad leg. Iul. de adul. cuius verba ſunt: *Stuprum committit, qui liberam mulierem* (hoc eſt, non cōiugatam) *conſuetudinis cauſa continet*, (litera alia habet, retinet.) *Adulterium in nupta admittitur, ſtuprum in vidua, vel virgine, vel puero.* l. inter ſtuprum, ff. de verb. ſign. & alijs iuribus, affirmatque diuus Th. 2. 2. q. 154. art. 6. ad 2. confirmatque id ex illo Num. 5. *Vir cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro; & hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulteriū, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro*, hoc eſt, in coitu fornicario, conſentitq; communis doctorum ſententia. Alio verò modo ſumitur ſtuprum preſsè & propriè, pro ſola illicita defloratione virginis non præcedente cum illa matrimonio eius, qui illam deflorat, idque ſiue illa conſentiat in ea defloratione, ſiue non. Vnde Gratianus 36. q. 1. c. lex, Stuprum, inquit, propriè eſt illicita virginum defloratio, non præcedente coniugali pactione. Cōſentiunt diuus Th. art. 6. citato, & doctores communiter. Atque de ſtupro ſumpto hoc modo nobis hoc loco potiſſimum erit ſermo, quatenus eſt vitium reſultans in iniuriam parentum, aut aliorum, ſub quorum cura eſt ea virgo. Simul verò ſermonem miſcebimus de pœna ſtupri, latiùs ſumpti, præſertim quatenus reſultat in iniuriam aliorum, cum quibus illæ, aut etiam ſtupratores, habitant.

2 Stuprum, nō ſolum ſi cum virgine committatur, ſed etiam ſi committatur cum vidua honeſta, punitur de iure ciuili communi, ſi ſtuprator quidem per-A ſona ſit honeſta, pœna confiſcationis medietatis bonorum illius fiſco Regis: ſi verò ſit perſona humilis, pœna coercitionis corporalis cum relegatione. Ita habetur. §. Item lex Iulia de adulteriis inſt. de publ. iud. vbi habetur: *Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur, cùm quis ſine vi, vel virginem, vel viduam honeſtè viuentem, ſtuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat peccatoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ eorum bonorum, ſi humiles, corporis coertionem cum relegatione.* Idem habetur l. 2. tit. 19. part. 7. quæ exprimit, confiſcationem medietatis bonorum in perſona honeſta pertinere ad camerā Regis. Et pœnā coercionis corporis in perſona humili futuram eſſe flagellorum publicorū, & relegationis pęnam eſſe in quinquennium in aliquam inſu-B lam. Conſentit in his communis doctorum ſententia, quam, inter alios, referunt ac ſequuntur Anton. Gom. l. 80. Tauri. num. 5. & Iul. Clarus. 5. libr. ſent. §. ſtuprum. nu. 3. Ant. Gom. ibidem ait, eaſdem pœnas incurrere mulieres, quæ ſtuprum committunt in illud conſentiendo.

De hoc crimine accuſari poteſt ſolum intra quinquennium à commiſſo delicto, & ait Anton. Gom. ibidem poſſe inquiri & puniri à iudice ex officio, & l. 2. citata, iuncta l. 2. tit. 18. & l. 4. titu. 17. exprimunt de eo accuſare poſſe quęcunque de populo. Et quòd ſolum intra quinquennium poſſit puniri, habetur l. mariti. §. præterea, & §. hoc quinquenniū, ff. ad leg. Iul. de adul. & l. 2. tit. 19. par. 7. iunctis illis alijs duabus legibus 2. & 4. citatis. 3

C Quando tutor ſtuprauit eam, cuius fuerat tutor, deportatur, & confiſcantur oīa illius bona. Et idem eſt de curatore ſtuprante virginem eius curæ commiſſam, aut quę antea fuerat eius curę commiſſa. Ita habetur, l. vnic. C. ſi quis eam, cuius tutor ſuerat conſtit. (aliàs. C. ſi tutor pupillam) & l. 6. titu. 17. par. 7. conſentit. l. qui pupillam. ff. ad leg. Iul. de adul. & affirmat gloſſa vlt. §. item lex Iulia de adulteriis, inſt. de publ. iud. & communis doctorum ſententia, quā Anton. Gom. l. 80. Tauri. nu. 24. refert ac ſequitur. Numero autem 25. refert multorum ſentētiam, qui affirmant, ſi cuſtos carceris acceſſum carnalem habeat cum muliere vincta, puniendum eſſe eadem pęna, quin & de conſuetudine puniri pœna mortis. Rectiùs verò ipſe ſubiungit, cùm nihil in iure quo ad D id reperiatur expreſſum, puniendum quidem illum eſſe grauiori pœna, quàm ſi cum eadem muliere cuſtodiæ ſuæ carceris ipſi non eſſet commiſſa: pœnam verò debere eſſe arbitrariam rōne eius circunſtantiæ, maiorem vel minorem, pro qualitate mulieris, ſpectatiſque aliis circunſtantiis concurrentibus. 4

Si mancipium ſtuprum commiſerit cum domina ſua, ſumpto ſtupro latè, vt comprehendit etiā adulterium, copulam cum vidua, aut cum alia quacunq;, domina ipſa capitis pœna punitur, & mancipiū comburitur. Si filii generentur ex ea copula, carent nobilitate omni, quam ob matrem prætendere poterant, neque ſuccedunt matri ex teſtamento, aut per interpoſitam perſonam, aut ab inteſtato, ſed illi ab E inteſtato ſuccedunt alii legitimi ſucceſſores illius. Quòd ſi mancipium illud habebat peculiū aliquod, accreſcit bonis fornicariæ illius, vt in eo quoque ſuccedant alii legitimi ſucceſſores eiuſdem fornicariæ, & non filii ex ea copula geniti. Eſt item crimen hoc publicum, de quo quicunque de populo poteſt accuſare ac denunciare. Atque ad accuſandum ſerui etiā admittuntur. Quòd ſi ſeruus dominæ illius accuſet, & probet delictum, eo ipſo conſequitur libertatem. Hæc omnia habentur. l. vnica. C. de mulierib. quæ ſe propriis ſeruis iunxerunt. Idem habetur l. 2. titul. 19. par. 7. quæ pęnam combuſtionis extendit ad quēcunq; famulum illius domeſticum, qui ſtuprū committit cum domina ſua virgine aut vidua. Lex autē 5

15.titul.17.part.7.diſponit, vt ſi ſeruus adulterium committat cum domina ſua, adulter & adultera cōburantur ob id crimen. Vnde lex 2.citata, titulo 19. pœnam combuſtionis videtur extendere ad famulum, qui cum domina ſua adulteratur. De pęna eiuſmodi mancipij Anton. Gom. vbi ſuprà. num. 23. & alij, quos citat.

6 Infidelis de iure huius regni ſi cum virgine, aut vidua, Chriſtiana habeat acceſsū, lapidibus necatur, Ipſa verò mulier prima vice amittit dimidium ſuorum bonorum patri, aut matri, vel auis, ſi illos hēat, alioquin ad fiſcum Regis pertineant. Credo autem vidua primo loco eam medietatem bonorum amittere ſuis deſcendentibus, ſi illos habeat. Pro ſecunda verò vice amittit omnia ſua bona eiſdem, & ipſa interficitur. Si infidelis acceſsum habeat cum coniugata Chriſtiana, ipſe ſimiliter lapidibus necatur, & illa in mariti poteſtate ponitur, vt illam puniat vt voluerit, etiam illam concremando, vel vt illi parcat. Si verò infidelis acceſsum carnalem habeat cū meretrice Chriſtiana, pro prima vice ambo publicè flagellantur, pro ſecunda verò morte plectuntur. Ita habetur. l. vlt. tit. 25. par. 7. vide Anton. Gom. vbi ſuprà. num. 26. De iure communi ſi Chriſtiana cum infideli matrimonium cōtrahebat, ambo morte plectebantur. l. ne quis Chriſtianam. C. de Iudæis. De iure autem Luſitano lib. 5. ord. ti. 21. ſi Chriſtianus rem habeat cum infideli, aut infidelis cum Chriſtiana, vterque mortis pœna punitur. Qui tamen ſine ſua culpa, vi, aut ignorans conditionem alterius, id efficeret, immunis eſset à pœna. Quòd ſi ignorantia eſset vincibilis, pro quantitate culpæ erit ei pœna imponenda.

7 Antequam ad ſolūm ſtuprum preſsè, hoc eſt cū virgine, regrediamur, ſubijciendæ ſunt pœnæ, quæ in hoc regno & in Luſitano ſtatutæ ſunt pro ſtupro latè ſumpto, quatenus cedit in iniuriam eorum, cum quibus ſtupratæ aut etiam ſtupratores habitant. Lex 1. tit. 15. lib. 8. ordinamenti, quæ eſt. l. 6. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. ſic habet. *Porque acaeſce a las vezes, que los que viuen con otros ſe atreuen a hazer maldad y fornicio con las barraganas, o con las parientas, o con las ſiruientas, de caſa, y deſto ſuele venir muerte de los ſennores, y otros males y dannos, porende eſtablecemos y mandamos, que qualquier que hiziere fornicio con la barragana conocida del ſennor, o con donzella que tenga en ſu caſa, o con cobigera de la ſennora de aquellos que la han, o con la parienta de aquel con quien viuiere, morando la parienta en caſa del ſennor, o cō el ama que cria ſu hijo o hija en quanto le diere leche, que lo maten por ello. Y à le que eſte yerro hiziere, que ſea pueſta en poder de aquel con quien uiuiere, que le de la pena que quiſiere, tambien de muerte como de otra manera. Y à el que hiziere tal maldad con la ſiruienta de caſa, que no ſea de las ſuſo dichas, que le den à cada vno dellos cien açotes publicamente por la villa. Y ſi fuere hijo de algo el que eſte yerro hiziere como dicho es con la ſiruienta, y ella fuere hija de algo, que yaga vn anno en la cadena. Y qualquier dellos que no fuere hijo de algo, que le den cien açotes.*

Philippus verò ſecundus. l. 4. titu. 20. lib. 6. nouæ collect. ſic ſtatuit: *Mandamos que el criado, o perſona que ſiruiere, en qualquier ſeruicio o miniſterio que ſea, que ſe emboluiere y tuuiere aceſo carnal con alguna muger o criada o ſiruienta de la caſa de ſu ſennor y amo, no ſiendo hombre hijo de algo, le ſean dados cien açotes publicamente, y ſea deſterrado por dos annos. Y que la miſma pena aya la dicha criada o muger. Empero ſiendo hombre hijo de algo, le ſaquen à la uerguenca, y ſea deſterrado por vn anno del reyno, y quatro del lugar do eſto acaeſciere. Pero que ſi lo ſuſo dicho acaeſciere con parienta del ſennor o amo, o donzella que cria en ſu caſa, o ama que le cria ſu hijo, que en eſte caſo ſe proceda y aga iuſticia con mas rigor, ſegun la qualidad del caſo lo requiere. Y que en la miſma pena caygan y incurran los criados o criadas, que ſe prouare o conſtare auer ſido terceros o medianeros, para que otros de fuera de caſa cometā y hagan el dicho delicto.*

De iure Luſitano, qui ingreditur domum alienā, vt habeat carnalem acceſsum cum muliere libera, quæ ibi ſit, quacunque ratione id fiat, ſi habitans in ea domo fuerit *eſcudeiro de linhagem ou for caualeiro* & qui ad id fuerit ingreſsus fuerit *piam*, punitur pęna flagellorum & exilij in quinquennium in inſulā diui Thomæ *con baraço è preguam*. Si autem ingrediens fuerit *eſcudeiro ou peſſoa em que nom caiba açoutes*, punitur pœna exilij in quinquennium in loca vltra marina *com huum pregam na audiencia*. Quòd ſi perſona, in cuius domum ad id fuit ingreſsus, fuerit maioris qualitatis ſeu notæ, ingrediens punitur maiori pœna exilii. Atque hæ pœnæ imponuntur pro ſolo ingreſsu eo fine, eſtò finis intentus non ſequatur. Quòd ſi acceſsum ibi habuerit ad virginem, aut ad viduam, de qua infrà de eodē iure Luſitano erit ſermo, ſubibit etiam pœnas, de quibus infrà ſermo erit. Si autem quis ingrediatur domum alienam ad habendum carnalem acceſsum *com alguna ſcraua branca de guarda que eſteueſſe dasportas à dentro*, in eaſdem pœnas incidit, eſtò non habeat acceſsum ad illam, ac ſi ipſa eſset libera. Quod ſi prædictis modis ingrediens ad acceſsum habendum ducere vxorem eam velit, ad quam ita eſt ingreſsus, & illa nubere illi etiam uoluerit, atque habitans domum conſenſerit, illique pepercerit, euadit prædictas omnes pęnas. Si aliquis carnalem acceſsum habuerit ad mulierē de domo Regis, aut Reginæ, vel principis, vltra alias pœnas, amittit omnia bona ſua dimidium fiſco Regis, & alterum dimidium ad redemptionem captiuorum.

De iure communi, & horum regnorum, quando mulier, cum qua habetur carnalis acceſsus, neq; eſt nupta, neque virgo, neque vidua honeſta, neque acceſsus ille fit cum iniuria patris familias domus, in qua habetur is acceſsus, neque à famulo fit cum domeſtica domini ſui, non punitur talis acceſsus carnalis. Ita iuxta. l. ſi ea, & l. quæ adulterium. Co. ad leg. Iul. de adul. l. ſi uxor. in prin. ff. eod. tit. lex. 2. in fine titu. 19. par. 7. & cum Bart. affirmat ibi Greg. Lop. glo. pen. Imò verò hodie in hoc regno acceſsus carnalis cum vidua de communi conſuetudine non punitur, vt teſtatur Ant. Gom. l. 80. Tauri. n. 14. quem refert Iul. Clar. §. ſtuprū citato. nu. 4. teſtaturq; etiā ſe nunquam vidiſse in Italia eum punitum. Hinc Salc. in prac. crim. c. 83. in ſcholio lit. A. cū Ant. Go. & Iul. Clar. conſentiens in hoc, ſubiungit, clericum cū vidua honeſta ſtuprū committentē puniendū nō eſse in foro eccleſiaſtico pœna depoſitionis, vt puniri debet, ſi ſtuprum cū uirgine committat, ut paulo inferiùs ſubiiciemus, ſed puniendum in his regnis in tribunali eccleſiaſtico eſſe pœna multo mitiori arbitraria. In Luſitania autem, ſi vidua honeſtè viuebat, & erat minor viginti quinque annis, & erat vel in domo patris ſui, vel in domo aui ex parte patris, eiſdem pœnis is ſubiacet, qui cum ea carnalē habuerit acceſſum, quibus de iure eius regni dicemus eum ſubiacere, qui cum virgine acceſſum habet. Secluſo autem eo euentu, credo in eo regno acceſsum carnalem cum vidua de communi conſuetudine nō puniri, conſentireque videtur ea conſtitutio Luſitana. 8

9 Nunc regrediamur ad ſtuprum preſsè ſumptum. De iure canonico. c. 1. de adul. & ſtupro (qđ deſumptum eſt ex. c. 22. Exodi) ſic eſt ſancitum: *Si ſeduxerit quis uirginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea,* (id eſt, concubitum cum ea habuerit) *dotabit eam, & habebit uxorem. Si verò pater uirginis dare noluerit reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines*

gines accipere conſueuerunt. Hæc lex pænalis eſt, meo iudicio, nec vim habet niſi poſt latam ſententiam. Diſputatione autem ſequenti eſt examinandum, num eiuſmodi ſtuprator ex natura rei atque in foro conſcientię ad aliquam reſtitutionem teneatur nulla expectata ſententia, & in quib. euentib. teneatur aut non teneatur ducere eã vxorem, quã vitiauit.

Antequam autem id caput examinemus, obſeruã dum eſt, Caput 2. eiuſdem tituli nullam vim auferre à capite 1. neque illud limitare. Quoniam caput primum ſancitum fuit in ius canonicum ab Innocẽtio tertio poſt caput ſecundum, quod latũ fuerat à Gregorio in regiſtro. Innocentius autem tertius longè fuit poſterior, quàm Gregorius: vnde poſteriori illi capiti, quo ad pænam poſteriùs in illo ſancitam, erit ſtandum. Gregorius autem capite illo ſecundo moderatus eſt pænam iure ciuili ſtatutam, & ſuprà relatam, confiſcationis medietatis bonorum, ſi ſtuprator eſſet honeſta perſona, & coerctionis corporalis flagellorum & relegationis, ſi eſſet perſona humilis ſtatuit, vt ſtuprator vel duceret vxorem eam, quam ſtuprauit, nullamque tunc ſubiret pænam, (in quo pænam ciuilis iuris mitigauit) vel corporaliter caſtigatus (arbitraria ſcilicet pęna) excommunicatuſque (hoc eſt, priuatus ad tẽpus participatione ſacramentorũ, vt gloſſa ibi exponit) in monaſterio, in quo agat pænitentiam, detrudatur, ad tempus ſcilicet.

Iuxta caput ergo illud primum, ad duo copulatiuè in pænam tenetur, qui ſeduxerit virginem, eáque vitiauerit, vt Panor. eodem capite. num. 3. & 4. communiſque doctorum ſententia affirmat. Nempe ad dotandam illam iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, ita vt ſtuprator tantum de bonis ſuis illi aſſignet in dotem, eſtò illa bona alia habeat, quãtum virgines ſuæ qualitatis ac diuitiarum accipere ſolent in dotem, vt ſi morte mariti diſſoluatur matrimonium, id habeat vnde ipſa viuat ac ſuſtentetur, aut ſi morte eius feminæ diſſoluatur, id tranſmittat ad ſuos deſcendentes, aut ad alios ſuos ſucceſſores: & ſimul tenetur ad ducendam illam vxorem. Quòd ſi pater eius mulieris noluerit tradere illam ei in vxorem, tenetur tradere illi dotem, qualem accipere ſolent mulieres cõditionis illius, vt in eo capite habetur. Atque in eo euẽtu, cùm non ſtet accipere illam vxorem per eum, qui illam vitiauit, ſed per ipſam & per patrem illius, credo non tenetur illi tradere tantam dotem, quanta tunc indiget ad æquè bene nubendum ac ſi vitiata non eſſet, ſed quanta indigeret ad nubendum iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, & iuxta circunſtantias, quę aderant antequam vitiaretur. Si autem, qui illam vitiauit, non poſſit eam ducere vxorem, vt quia initiatus eſt ordinibus ſacris, aut quia eſt coniugatus, vel quia eſt illi valde diſpar, aut alia ratione, ita ꝙ per ipſam not ſtet nubere cum illo, tunc credo tenetur illi dare tantam dotem, quanta indiget vt ęquè bene nubat ac ſi vitiata non eſſet, idque affirmant Panor. ca. 1. citato, & alij: quoniã compenſare illi debet, quòd non ducat ipſam vxorem, vt etiam tenebatur in pænam iuxta diſpoſitionem eius textus, atque adeò cõpenſare illi debet, vt poſſit æquè bene nubere ac ſi vitiata non eſſet: Addunt cõmuniter doctores, in hoc euentu eum, qui cum illa non poteſt contrahere, puniendum inſuper eſſe pæna aliqua alia leui, vel pecuniaria, vel alia arbitraria ratione delicti. Quòd ſi ille initiatus eſſet ordinibus ſacris, tunc & cogendus eſt tantam integram dotem vitiatæ illi tradere, quanta indiget, vt ęquè bene nubat, ac ſi vitiata non eſſet, eſtò illa habeat alia bona, & inſuper eſt deponẽdus propter id ſtuprum coniunctum cum ſacrilegio, & propter ſcandalum, quod aliis ex eo delicto perſonę eccleſiaſticæ ſequitur, vt cum Panor. c. 2. de adulterijs. doctores communiter affirmant, quos referunt ac ſequuntur Iul. Clar. §. ſtuprum. nu. 3. Salcedo in

A pract. c. 83. nu. 2. & in ſcholio lit. A. & Gut. de Canonicis. qq. c. 37. nu. 3. & conſentiunt, quæ dicta ſuprà à nobis ſunt Diſpu. 49. vbi etiam explanauimus quid ſit depoſitionis pæna. Quando autem, qui ita virginem vitiauit, ducere quidem eam poteſt vxorẽ, vitiataque ipſa & pater ipſius id volunt, ſed ipſe induci non poteſt, vt id efficiat, neq; paret iudici id illi præcipienti; tunc, cùm nullus cogi omnino poſſit celebrare matrimonium, cogi tamen debet, tantam dotem illi ſoluere, quanta indiget, vt æquè bene nubat, ac ſi vitiata nõ eſſet, eſtò ipſa habeat alia bona, & inſuper puniri acriùs debet pro delicto, eo quòd accipere non velit illam vxorem, vt in pænam illa iuris diſpoſitione tenetur. Quando qui virginem vitiauit, non habet vnde illi dotem ſoluat, tunc puniri in
B tribunali eccleſiaſtico (de quo ſolo hactenus agimus) debet acriùs multo, quàm ſi illam dotaſſet, in pænam delicti: atque, ſi de conſenſu vtriuſq; matrimonium inter ſe non celebrent, puniri in eo tribunali debet pæna capitis 2. de adulterio, aut alia arbitraria loco detruſionis in monaſterium; ſi quidem hodie non eſt in vſu pæna illa, aut certè ſi quidem detruſio hodie non fit cum eo rigore, qui eo capite pręſcribitur, vt Diſp. 49. dictum eſt.

Dubium eſt, ſi quis vitiatur virginem, ſe illi ad id 10
offerentem, aut conſentientem ad ſimplicem ad id petitionem, num incidat in pænas illas capitis 1. de adulter. Communior ſententia doctorum, atq; amplectanda, quam referunt ac ſequuntur Ant. Gom. l. 80. Tauri. nu. 10. Salcedo. c. 37. citata. num. 4. & 5.
C & in ſcholio lit. B. Gutier. c. 37. etiam. nu. 22. & Nauar. in Manu. c. 16. nu. 16. affirmat, in illis euentibus ſtupratorem non incurrere eas pænas, ſi nullæ ad id ſuaſiones ex parte ſtupratoris interuenerunt. Ratio autem eſt, quoniam tunc virgo illa non poteſt dici ſeducta ab ſtupratore: caput autem illud imponit eas pænas ſeducenti ad id virginem: ſic enim habet; *Si ſeduxerit quis virginem, dormieritque cum ea:* pænæ verò extendendæ non ſunt vltra caſum lege expreſſum. Quando autem ſuaſiones ſtupratoris interueniſſent, vt regulariter interuenire ſolent, quæ allicerent ac perducerent virginem illam ad eum conſenſum, credo in ſubiecta materia, atque iuxta intentum eius legis, dici eam virginem ad id ſeductam, conſentiuntque in hoc Anton. Gom. in calce. nu. 10.
D citati, & alij: vnde Eua ſerpentis ſuaſionibus ſeducta dicitur, eſtò error non fuerit in intellectu Euæ ante peccatum.

Sunt verò nonnulla circa hoc obſeruanda: Pri- 11
mum eſt in foro exteriori, de quo ſolo nunc agimus, ſemper virginem vitiatam præſumi ſeductam, niſi contrarium ab ſtupratore probetur, vt affirmat communis doctorum ſententia. Quare quando illa in ſenſu explicato ſeducta non fuiſſet, lethaliter peccaret exigendo eam pænam, reſtituereque illam teneretur in foro conſcientię, ſi ei adiudicaretur, illamq; acciperet: quoniam ſententia illa fundatur in falſa præſumptione, quæ proinde in foro conſcientiæ nullam vim habet. Quin & mulier illa reſtituere tenere-
E tur expenſas litis, in ea pæna iniuſtè petenda ex parte ſtupratoris factas. Quòd ſi ſtuprator illi exciperet, ſeu obiiceret, non fuiſſe ab illo ſeductam, ſed ſine vllis precibus ac ſuaſionibus illam ſe ad id obtuliſſe, aut conſenſiſſe, teneretur ſub culpa lethali id confiteri à iudice interrogata, eſſetq; periura, ſi ſub iureiurando interrogata id negaret.

Secundum eſt: Stupratorem puniendum adhuc 12
eſſe in tribunali eccleſiaſtico pæna aliqua arbitraria ob crimen commiſſum, licàt nec cogendus ſit ducere illam vxorem, nec ei conſtituere aut dare dotem: maximè quia de iure ciuili pæna ſtatuta pro ſtupro incurritur, eſtò ſtuprata corrupta non fuerit. Quòd ſi ſtuprator ordinibus ſacris erat initiatus, deponẽ-

dus

dus eſt in pænam delicti ſtupri ac ſacrilegij cū aliorum graui ſcandalo: quoniam ea pæna non imponitur ob damnum & ſeductionem virginis, neque in illius commodum, vt imponitur ſeducentibus virgines vt eas ducant vxores & vt eas dotent; ſed imponitur propter ſtuprum & ſacrilegium clerici cū graui aliorum ſcandalo, quæ omnia remanent, eſtò illa ad id ſe obtulerit, aut nudæ petitioni ſtupri illa ſtatim conſenſerit. Ita quoad pænam depoſitionis Salcedo vbi ſupra nu. 4.

13 Tertium eſt: Quando virgo ſe ad ſtuprum obtulit, aut ſine ſuaſione ſtatim ad petitionem ſtupratoris conſenſit, quamuis locum non habeant pænæ capitis. 1. de adult. neq; ei virgini iniuria cenſeatur facta, quia volenti & cōſentiēti non fit iniuria, ac proinde neque ipſi neq; nomine ipſius competat alteri iniuriarum actio; nihilominus, ſi ſub patria erat poteſtate, patri cēſetur facta iniuria, ac proinde ſuo nomine, & non filiæ, agere poterit iniuriarum actione aduerſus ſtupratorem, ciuiliter ad pænam pecuniariam arbitrariam, vel criminaliter, vt ipſe maluerit, vt ſuprà Diſp. 40. dictum eſt, habendaque erit ratio, quoad iniuriam patris, maioris quātitatis dotis, qua indiget ad eam ęquè bene nuptui tradendā, ac ſi corruptam nō eſſet. Si item ſit ſub tutore aut curatore, maximè in eius domo, iniuria in ipſum redūdat, agereque proinde poterit tunc iniuriarum nomine proprio. Quin & caput domus, in qua illa fuerit, ſi intra eam domū fuerit ſtuprata, aut à domeſtico eius domus, vel ab hoſpite fuerit ſtuprata, agere aduerſus illos ex ea circunſtantia poterit iniuriarum nomine proprio: atq; in hoc regno & in Luſitania agere poterit ad pænas ex eis circunſtantijs in his regnis ſtatutas, ſupraque à nobis relatas. Quòd verò actio cōpetat patri familias, etiam ſi filia in ſtuprū prædicto modo conſentiat, nullaq; proinde ſit facta iniuria ei filiæ, habetur expreſsè l. 1. ff. de iniur. à §. itē aut per ſe ipſum. iūctis illis verbis vltimis paragraphis antecedentis; *Ad infamiam cū pudicitia attentatur.* Et infra. §. vſq; adeò, ſic ſubiungitur: *Vſq; adeò autē iniuria, quæ fit liberis noſtris, noſtrum pudorem pertingit, vt etiam ſi volētem filium quis vendiderit, patri, ſuo quidē nomine, cōpetit iniuriarū actio; filij verò nomine non cōpetit: quia nulla iniuria eſt, quæ in volentem fiat.* Conſentit quoad iniuriam patris ob ſtuprum filiæ, etiā ſi illa conſentiat, doctrina diui Thomæ. 2. 2. q. 154. ar. 6. & Caietanus ibi, idque, qđ dictū eſt, affirmant Salcedo vbi ſupra nu. 6. & in ſcholio, lit. C. Gutie. c. 37. citato. nu. 24. & alij, quos citāt: tametſi plus iuſto rē extendant, quaſi ſtuprator teneatur ad dotē: ſolū. n. poterunt pater & alii, ſub quorū cura ea virgo erat, agere iniuriarū ciuiliter, aut criminaliter, ob iniuriā in ipſos inde reſultātē, neq; quicquā illis tenetur ſtuprator ſoluere ante latam ſnīam. Bene aūt obſeruat Salcedo, ſi pater conſenſiſſet in ſtupro filię, tunc illi non cōpetere actionē iniuriarū: qm̄ cōſentienti nulla facta fuiſſet iniuria. Si itē de lenocinio filiæ poſſet accuſari, quia poſt ſtuprū patratū pretiū pro eo ſtupro accepiſſet, nō cōpeteret ei deinceps iniuriarum actio: atq; ſi illā intentaret, repelli poſſet exceptione, ꝙ pretiū pro ſtupro accepiſſet, agique aduerſus eum de lenocinio poſſet. Illud obſerua, eſtò virgo ſe obtuliſſet ad ſtuprū, aut ſtatim ad ſimplicē ſtupratoris petitionē virgo illa libere cōſenſiſſet, ſi tñ ſtuprator rē poſtea detexiſſet, feminàq; illā infamaſſet, tenetur in conſcientiæ foro illi reſtituere id damnū famæ iniuſtè ea detectione illi illatū, & nō ſolū pater agere iniuriarū ea ēt de cauſa poſſet, ſed & ipſa vitiata agere nomine proprio poſſet iniuriarum ob eam detectionem iniuſtam in ſuam iniuriam ac damnum factā.

14 Si dū aduerſus ſtupratorem agitur ad pęnas capitis. 1. de adult. aut ad alias pro ſtupro preſsè ſūpro in aliquo regno ſtatutas, ille excipiat, ſeu in ſui defen- A ſionē obijciat, illā non fuiſſe virginē, qñ illā carnaliter cognouit, tunc ad ipſum ſpectat id probare, non verò ad eā ſtupratā probare attinet, ſe tunc virginē fuiſſe: quia ſemper ipſa præſumitur talis, niſi contrariū probetur. Ita Pan. c. 1. citato, & cōis doctorū ſententia. Si tñ tunc verè nō fuiſſet virgo, reſtituere in foro conſcientiæ tenetur ei, quē cōtenderet eam ſtupraſſe, dotem & quicquid aliud ea de cauſa fuiſſet ei adiudicatū atque exequutioni mādatum, qm̄ ea ſententia in falſa præſumptione eſſet fundata. Tenetur ēt ſtupratori reſtituere expenſas eius litis iniuſtę.

Si virgo cōciperet ſine clauſtri apertione, (qđ euenire, licèt rarò, aliqñ poterit) & ſequatur partus, quo clauſtrū aperitur, ait bene Salcedo c. 38. citato. n. 10. ſtupratorē incidere in pęnas c. 1. de adult. qm̄ eo modo ſeminando, cām dedit corruptioni clauſtri eius B feminæ, illiuſque corruptioni, vereque acceſſum carnalem conſummatum ſeminatione intra matricē, licèt non mittēdo intra vas virile membrum, habuit. 15

Obſeruandū eſt: Diſpoſitionē capitis 1. & 2. de adult. ſolùm habere locū quo ad eas pęnas in foro eccleſiaſtico, qñ reus ad illud forum attineret, vt ſi ſtuprator eſſet pſona eccleſiaſtica, itēq; habere locū in terris patrimonii eccleſiæ quo ad reos laicos. Extra patrimoniū verò eccleſiæ, & forū eccleſiaſticū, non habēt vim duo illa capita quoad reos laicos, niſi quatenus id fuerit cōſuetudine receptū, aut lege ibi ſancitū. Quòd ſi non fuerit peculiaris alia lex aut cōſuetudo, ſtandū ibi erit diſpoſitioni iuris cęſarei cōis ſupra relatæ. Rō aūt eſt, qm̄ cognoſcere de ſtupro, qñ C reus eſt laicus, illudq; punire, ad forum ſeculare ſpectat, ad qđ non ſe extendūt pęnę & diſpoſitiones iure canonico ſtatutæ. Ita cōis doctorū ſnīa, quā referunt ac ſequuntur Ant. Gom. l. 80. Tauri. nu. 7. Iuli. Clar. §. ſtuprū citato. nu. 3. & Gutier. c. 37. citato. n. 6. In hoc tñ regno, vt doctores citati aiunt, (& idē teſtatur Iuli. Clar. eſse in Italia & in aliis locis) de cōi conſuetudine locū nō habent pænę iure cæſareo cōi & partitarū pro ſtupro ſtatutæ, ſupraq; relatæ, ſed neq; ſtuprator virginis punitur vtraq; illa pęna capitis. 1. de adult. vt. ſ. & ſtupratā dotet, & ducat eā vxorē, ſed ſolùm vt alterū eorū ſtuprator efficiat, qđ ipſe maluerit. Si tñ ducere illā non poſſit vxorē, quia cōiugatus, aut alia legitima de cā, tenetur eā dotare, vt nubere ęquè bene poſſit, ac ſi ſtuprata nō eſſet, & D inſuper puniri debet pęna aliqua arbitraria pecuniaria, aut exilii, vt ait Ant. Gom. vbi ſupra nu. 9. & conſentiunt alii. Qñ aūt poſſet eā ducere vxorē, & vellet, & per vitiatā parenteſq; eius ſtaret, ꝙ eā non duceret vxorē, non teneretur dotē illi tradere. Pater tñ agere poſſet iniuriarū ciuiliter aut criminaliter ob ſtuprū ad pęnā ſolùm arbitrariā. Qñ verò ſtuprator nō poſſet eā ducere vxorē, aut non vellet, neq; haberet dotē, quā ei traderet, tunc ait Ant. Gom. n. 9. citato, in foro ſeculari puniēdus erit pęna iure cōi cæſareo ſtatuta, ſupraq; in principio huius diſputationis relata. Si tñ ſtuprator honeſta eſſet perſona, quæ dotē nō haberet, quā ſtupratæ daret, credo ſi qđ haberet, id in partē dotis eſſet ſtupratę adiudicādū, & vel E condēnandus eſſet, vt ſi ad pinguiorē fortunā deueniret, reliquū dotis ei ſolueret, vel puniēdus eſset pęna exilii grauiori, aut minus graui, ſpectatis circūſtātiis oīb. concurrentibus. Qñ autem mulier ſe inuitaſset ad ſtuprum, aut rogata ſine ſuaſionib. conſenſiſset, tunc ſtuprator, ēt in foro ſeculari, neq; tenetur eam dotare, neque ducere illam vxorem. Ita doctores citati ſuprà pro hac ſententia, & conſentit. l. vlt. titu. 7. libr. 4. fori, quæ ſic habet: *Si alguna muger, que no ſea caſada ni deſpoſada, ſe fuere de ſu voluntad a caſa de algun hombre à fazer fornicio, aquel con que lo haze, no aya pena ninguna.* Intelligerem, quæ adiudicanda eſset illi mulieri. Pater tamen agere poſset iniuriarum, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt. Et iudex etiā ex

16

ex officio punire poſſet ſtupratorem, & ſtupratã, pœna aliqua arbitraria ob delictum illud in exteriori foro punibile.

17 Dubitant Ant. Gom. vbi ſuprà. n. 11. & alij, ſi ſtuprata, cui dos eſſet ſoluenda in pænam ſtupri, nuberet alteri æquè bene ac ſi ſtuprata non fuiſſet, & haberet aliunde competentem dotem, vtrùm ſtuprator teneretur adhuc ſoluere illi dotem. Reſpondet verò Anto. Gom. affirmanter. Hæc ſententia mihi probatur, ſi ante contractum id matrimonium certa quantitas dotis fuiſſet illi adiudicata vt ſtuprator eam illi ſolueret, quia noluit ducere eam vxorẽ, aut quia non potuit. Quoniam iam ea quantitas dotis erat illi plenè debita per ſententiam illam: aut etiam ſi poſtea illi adiudicetur, quia ſtuprator non poterat eam ducere vxorem. Si verò contrahat antequam illi adiudicetur, quando ſtuprator poterat illam ducere vxorem, & antequam ſtuprator eligeret ſoluere illi potiùs dotem, quàm ducere eam vxorem, tũc quia eligere poteſt ducere illam vxorem, neq; per ipſum ſed per illam ſtat, non tenebitur illi ſoluere dotem in pænam. Rarò autem, quando illa iam nupſit alteri, petet ſibi adiudicari dotem ob ſtuprum præcedens nondũ ipſi adiudicatam: & cum ſolutio dotis ſolùm ſit in pænam ſtupri, non tenetur ſtuprator eã illi ſoluere ante latam ſententiam. Quando autem obligatio ſit aliquid reſtituendi in foro conſcientiæ mulieri vitiatæ, Diſp. 106. examinabitur.

18 De iure Luſitano, qui acceſſum carnalem habuerit ad virginem ipſa conſentiente, (vnde iure Luſitano, etiam ſi ipſa ſine ſuaſionibus conſentiat, quin etiam ſi ad id ſe offerat, ſtuprator incurrit ſequẽtem pænam) tenetur ducere eam vxorẽ, ſi ipſa voluerit, niſi ita vitiata non fuerit adeò inferioris conditionis, vt apta non iudicetur, cum qua ſtuprator matrimonium contrahat. Atque ſi eam non ducat vxorẽ, vel ſi illa nubere illi non velit, condemnandus eſt vt illi tantum ſoluat in dotem, quantum is iudex eius cauſæ expedire arbitrabitur, attenta qualitate, & attentis diuitiis eius mulieris, atque attenta qualitate ſuorum parentum. Quòd ſi ſtuprator non habuerit vnde id ſoluat, ſi fuerit eius qualitatis, qui flagellari non debeat, condemnandus eſt pęna exilij in loca Africæ vſque ad Regis beneplacitum: ſi verò fuerit inferioris conditionis, flagellandus eſt publicè *com baraço e preguam*, & ſimul eſt relegãdus ad loca Africæ vſque ad Regis beneplacitum. Inſuper qui prędictis pęnis corporalibus puniti fuerint, eo quòd nõ habeant bona vnde prædictam ſummam pecuniæ mulieri vitiatæ ſoluant, ſi poſtea, viuente eadẽ muliere, facti fuerint ſoluendo, tenentur ei ſoluere dimidium tantum eius ſummæ. Quando autem ſtuprator in vinculis detinetur propter ſtuprum, ſi deponat tantam pecuniæ ſummam, vel auri, aut argenti, quæ ſufficiat ad ſoluendam dotem, quam iudex attenta qualitate mulieris vitiatæ arbitrabitur, tunc demitti debet, vt eam litem à vinculis abſolutis proſequatur. Quòd ſi condemnetur, inde ſoluetur ſumma, quam iudex fuerit arbitratus. Si verò quantitas depoſita ad id non ſufficiat, iudex de ſuis bonis ſoluet, quod defuerit, quando aliunde non ſoluetur. Quando autem ſtuprator accuſatus fuerit commiſiſſe ſtuprum interueniente vi, dimitti è vinculis non poteſt, donec lis tota finiatur. Niſi publicatis teſtibus compertum fuerit vim non interueniſſe: nam tunc præſtita prædicta cautione, dimitti debet. Cõperto verò iniuſtè fuiſſe de vi accuſatũ, agere poterit vt illi cõpenſentur iniuria & dãna ipſi ea de cã illata. Actio de ſtupro ad prædictas pænas ſolum conceditur in Luſitania mulieribus vitiatis intra annũ vtilẽ, hoc eſt, excludendo in ſupputatione illius tp̃s, in quo agere non potuerunt, cõputandoq; annum à puncto, quo amor inhoneſtus inter illos ceſſauit. E- A lapſo verò eo anno, actio eis non cõpetit, niſi per beneficiũ reſtõnis in integrũ, ſi minores fuerint viginti quinq; annis. Eiſdẽ oĩno pænis & eodẽ mõ punitur in Luſitania ſtuprũ cũ vidua, quæ non exceſſerit 25. & honeſtè vixerit, habitaueritque in domo patris ſui, aut in domo aui paterni. Hæc omnia hñtur lib. 5. ord. tit. 23. in prin. & tribus. §§. prioribus.

Qñ aliquis conatur vitiare aut vitiat virginẽ immaturã vt à viro cognoſcatur, hoc eſt, adhuc impuberẽ, Iul. Clar. §. ſtuprũ. n. vlt. refert varias ſententias, variaſq; condẽnationes factas in Italia, mandataſq; exequutioni: quibuſdã aſſerentibus eſſe imponendã pænã mortis pro eo crimine, & interdũ fuiſſe impoſitã: alijs verò affirmantibus imponendã ſolũ eſſe pænã deportationis, aut (quia illa iã non eſt in vſu, vt tractatu præced. Diſp. 682. eſt dictũ) imponẽ- 19 B dam eſt pænã triremiũ, cum flagellis, aut aliã arbitrariã, ſicq; ſæpe fuiſſe factũ, exequutioniq; mandatũ. Ipſe verò licèt affirmet, de iure cõi pro ſtupro conſummato cũ virgine immatura non eſſe ſtatutã pænã mortis, ſed humiliores damnari in metallũ, honeſtiores verò in inſulã relegari, vt hr̃ expreſsè. l. ſi quis aliquid. §. qui nondum. ff. de pæn. cuius verba ſunt. *Qui nondũ viri potentes virgines corruperunt, humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulã relegãtur, aut in exiliũ mittuntur*, ſubiungit tñ hodie pænã eſſe imponendã iudicis arbitrio, maiorẽ vel minorẽ pro qualitate criminis ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus: additq; hæc verba. Ego autem ſp̃ fui in voto, ꝙ vbi eſſet ſolũ conatus ad defloran- C dũ, non puniretur pæna mortis, ſed alia, citra mortẽ graui putà triremiũ perpetuò, vel per decennium. Vbi verò frangeret pudenda, nullo mõ euadere deberet pænã vltimi ſupplicij. Hæc ille. Dicendum tñ arbitror. In primis, ſtuprũ virginis immaturæ grauiùs eſſe, q̃ virginis maturæ, grauiuſq; eſſe puniendũ. Sicq; de iure cõi grauius cenſetur, & grauius punitur. Nã vt ex iure citato conſtat, de iure cõi humiles pro eo crimine deportabantur, ſeu in metallũ dãnabantur, quæ pæna adiunctã hẽbat confiſcationem oĩum bonorũ, vt Diſp. 682. citata explanatũ fuit. Et l. ſi ſtuprũ. ff. de iniu. ait Vlp. pro ſtupro ſeruę poſſe dñm agere actione iniuriarũ: ſi ãt ſerua eſſet immatura, aliquos dicere, cõpetere aduerſus ſtupratorem actionẽ ẽt legis Aquil. Deinde eſt diſtinguendũ, q̃m D vel in ſtupro virginis immaturę interuenit vis, vt interuenire regulariter ſolet, maximè ſi illa pubertati non ſit proxima, q̃m ob nimiũ dolorẽ non patietur volens corrũpi, & quia in ea ætate non tã acriter inclinat nr̃a ad venerẽ, vt poſt pubertatẽ, aut interuenit raptus, vel neq; vis neq; raptus interuenit. Si neque vis neq; raptus interueniat, ſed illa ſua ſponte in ſtupro cõſentiat, tunc locũ non hẽt pęna mortis: q̃m nullo iure eſt id ſancitũ. Qđ ſi illa vel parentes tunc agant aduerſus ſtupratorẽ ciuiliter, vt illã vxorẽ ducat, aut dotet, atq; ſtuprator, vt tenetur, illã ducat vxorẽ, vel dotet, tunc iudex ob grauius id delictum, ꝙ immaturã virginẽ ſtuprauerit, ſimul illũ puniet pæna aliqua pecuniaria, vel exilij arbitraria, grauiori, E aut minùs graui, ſpectata qualitate perſonarum circunſtantiarumque concurrentiũ. Minùs verò graui pæna erit puniendus, ſi eam ducat vxorem, propter pacem, & quoniam eo ipſo illa remittet illi delictum quoad reliqua: ſolumque in commune bonum, propter iniuriam reipublicæ factam, imponi illi poterit pæna aliqua leuis. Si verò parentes, illive ſub quorum cura illa ſtuprata erat, criminaliter agerent aduerſus eum ſtupratorem, quòd non haberet vnde ſtupratam dotaret, neque eſſet eius conditionis, cui tradi illa deberet in vxorem, vel quia impeditus erat ad celebrandum matrimonium cum illa, tunc ſi humilis eſſet, flagellatus, mitti deberet in triremes loco pænæ deportationis; ſi verò eſſet honeſta

neſta perſona, relegari in inſulam deberet, aut affici alia pæna arbitraria graui, iuxta. l. ſi quis aliquid citatum. ff. de pænis. Si ſolum attentaſſet illam corrũpere, ipſa conſentiente, tunc accuſantibus parentibus, vel aliquo alio, ſub cuius cura virgo illa eſſet, quia non haberet locum pæna ciuilis, puniendus eſſet pæna arbitraria, vel pecuniaria, vel exilij, vel etiã grauiori corporali, attenta qualitate perſonarũ eius, qui ſtuprare eſt conatus, & eius quam conatus eſt ſtuprare, & attentis alijs circunſtantijs concurrentibus. Si tamen, qui illam ſtuprare eſt conatus, duceret illam vxorem, eſto ad id non teneatur, poſſet dimitti ſine alia pæna, præſertim, ſi illi, ſub quorum cura ea virgo erat, conſentirent, nec proſequerentur iniuriarum actionem aduerſus illum. Si autem virgo immatura ſtupraretur interueniente vi, tunc, vt patebit diſputatione ſequenti de iure huius regni ac Luſitani, puniretur pæna mortis: quoniam pæna mortis ſtatuta eſt in his regnis pro ſtupro interueniente vi. Si tamen illam vxorem duceret ex beneplacito partium, tunc, facta à femina illa remiſſione delicti, & ab illis, ſub quorum cura illa eſſet, neque in hoc regno neque in Luſitania puniretur ille pæna mortis, iuxta ea quæ ſupra Diſputatione 45. 46. & 47. dicta ſunt, ſed ſolùm pæna aliqua arbitraria in bonum commune propter iniuriam reipublicæ eo delicto factam. De iure autem communi, eſto ſine armis vi illam ſtupraret, incideret in pænam legis Iuliæ de vi publica, vt tractatu præcedente Diſputatione 682. §. item qui puerum, oſtenſum eſt. Et quamuis quidam, quos Gregor. Lopez. l. 3. titul. 20. par. 7. verb. *o faziendo* refert, cenſeant puniendum illum eſſe de eodem iure communi pæna mortis, rectius tamen alij id negant, niſi ſit mancipium: nam mancipium, quod vim publicam aut priuatam infert autoritate ſua, & non domini, pæna mortis punitur, vt Diſputatione 682. citata cõprobatum eſt. Dicendum itaque eſt, eum qui virginem immaturã vi ſtuprat, & incidere in pænam deportationis perpetuæ propter vim coniunctam cum ſtupro, vt Diſputatione 682. citata explanatum fuit, & ſimul propter ſtuprum virginis immaturæ, ſi humilior ſit, incurrere pænam damnationis in metallum, ſi verò ſit honeſtior, incurrere pænam relegationis in inſulam aliquam, aut exilii, vt dictum eſt. Quare cum deportationis pæna hodie non ſit in vſu, punietur pæna arbitraria, grauiori, aut minùs graui, attenta qualitate perſonæ, & attento, quòd duplici via delinquat, duplicemque pænam explicatam ratione diuerſarũ circunſtantiarum ſtuprum aggrauantium incurrat: humiliſque perſona flagellis publicis affecta, ad triremes in perpetuum aut ad decennium de iure communi erit punienda. Quando autem ſtuprata, & qui illius curam habent, agerent ciuiliter iuxta conſuetudinem multorum regnorum, vt illam dotaret, aut vt illam duceret vxorem, ſanè, ſi ſtuprator dotem competentem illi ſolueret, multum minuendum eſſet de illa alia pæna, commutando illam in lõgè mitiorem. Si verò de conſenſu partium eam duceret vxorem, longè plus eſſet minuendum, ſolam pecuniariam aliam pænam aut exilij imponendo. Quando autem raptus coniunctus eſſet cum ſtupro, tunc ſtuprator pæna mortis eſſet puniendus etiam de iure communi, vt Diſputatione 682. citata. §. qui rapuerit, oſtendimus, & diſputatione ſequenti copioſius oſtendemus de iure communi & horum regnorum. Quando aliquis rapere attentaſſet virginẽ, neque raptus eſſet ſortitus effectum, Diſput. 24. ex parte eſt dictum, & copioſiùs dicetur diſputatione ſequenti, quando raptor pænam mortis incurreret. Quando autem cum attentatione raptus, aut cũ raptu conſummato, coniunctum eſſet ſtuprum, aut attentatio illius, multo magis erit imponenda mortis

A pæna, locumque haberent aliæ pænæ, de quibus diſputatione ſequenti erit ſermo. Quando autem vi, abſque raptu, eſſet ſtuprum attentatum, neque virgo fuiſſet corrupta, ſanè ſi ad actum proximum corruptioni eſſet deuentum, vt quia virginem proiecit in terram, & conatus eſt opere eam ſtuprare, ſed nõ potuit, vel non præualuit, vel aliorum ſuperuẽtu fuit id impeditum, pęna eadem eſſet ille puniendus, qua puniretur, ſi vi illam omnino ſtupraſſet de iure huius regni. l. 2. tit. 31. par. 7. non verò de iure communi, ſed puniri tũc deberet pæna graui arbitraria, iuxta ea quæ Diſpu. 24. copioſè explanata à nobis ſunt, quando pro ſolo conatu delicti locum habeat pæna mortis, quæ pro delicto conſummato ſtatuta eſt: ad quam diſputationem hac de re lectorem remitto, &
B ad ea quæ diſputatione ſequenti adiicientur. Quando conatus ſtupri vi nõ eo vſque deueniſſet, ſed ad actum remotiorem, non eſſet imponenda pæna ordinaria ſtatuta pro ſtupro, in quo vis interuenit, ſed alia multo mitior arbitraria, iuxta ea quæ eadem Diſputatione 24. dicta ſunt, & diſputatione ſequenti ſubijcientur.

Hinc patet quid dicendum ſit ad dubium, de quo 20
Salcedo. c. 38. citato. in ſcholio, lit. A. iuncto. n. 3. & 4. cum Menochio loquitur. Cenſent enim, ſi clericus ſtuprum committat cum virgine matura, etiam ſi illa conſentiat, deponendum eſſe clericum, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt: ſi autem vi ſtuprum cum illa committat, augendam eſſe pænam acrem, vt detrudendo illum in monaſterium, aut in carcerem,
C ut pænitentiam agat. At verò inquiunt, pænam depoſitionis non habere locum cum virgine immatura: quoniam cum corrumpere illam non poſſit, ſed integra maneat, puniri non debet clericus id attentans pæna depoſitionis, ſed alia mitiori arbitraria: dicuntq; Menochium id obtinuiſſe patrocinando pro quodam clerico, qui coram Epiſcopo accuſatus fuit conatum fuiſſe ſtuprari virginem octo annorũ. In primis autem iura ſatis innuunt poſſe ſtuprari virginem immaturam: vnde doctrina illa non eſt vniuerſim vera. Deinde verò, attẽtare illam ſtuprare, actu illam corrumpere conando, non ſolùm ſi interueniſſet vis, eſſet delictum ſufficiens, vt ille eſſet deponendus propter circumſtantiam illam vis illatæ ad conatum ſtupri actu proximo, & de ſe ad id ſufficiẽ
D te: ſed etiam ſi illa conſenſiſſet ad conatum ad ſtuprum, quoniã actum ad id ſufficientem ex parte ſua adhibuit, cum ſacrilegio & graui admodũ aliorum ſcandalo, maximè ſi ex parte læſit virginitatis clauſtrum. Idem dicerem, ſi actum proximũ ad ſtuprũ haberet cum virgine matura, etiã ſi illa conſenſiſſet, & quia deprehenſi in eo attentationis actu, perficere ſtuprum non potuit. Ducor autẽ propter ea omnia, quæ proximè hoc loco & Diſput. 24. dicta ſunt. Si autẽ ſolùm voluiſſet delectari eo impudico cõtactu, non conando ſtuprum committere, locum haberet, qđ Salcedo & Menochius affirmant. Et fortè in illo euentu non aliud interuenit, neque aliud in eo tribunali fuit probatum aduerſus illum clericum
E cum virgine illa octo annorum.

DISPVT. 105.

De pænis raptoris, aut vim inferentis pudicitię. Et num validum ſit matrimonium inter raptorem & raptam celebratum.

SVMMARIVM.

1 *Raptus committitur, quando fęmina aliqua, uel ipſa, uel parẽtib. uel alijs, ſub quorũ cura ſit, renuẽtibus,*

eripitur de loco aliquo ad contrahendum cum illa, A *vel abutendo illa libidinis cauſa.*

2 *Si mulier aliqua omnino ſui iuris, quæ ſub nullius ſit obedientia, ipſa conſentiente matrimonij aut libidinis cauſa, domum egrediatur, & aliò cum alio fugiat, qui ipſam defendat à fratribus, aut ab alijs ſuis coniunctis, qui id ægre ferent, atque impedire & punire conabuntur, non dicitur raptus: quoniam non comparatione eorum, ſub quorum obedientia ſunt, (quippe cum nullos tales habeant) neq; comparatione eius mulieris, quæ ſua ſponte abſque ulla vi comitatur eò fine illum, cum quo egreditur aut fugit.*

3 *Si quis virginem repertam in domo patris aut in alia domo non educat illam de ea domo, ſed vi illam trahat de vna camera eius domus in aliam, in qua commodiùs illa abutatur, ibiq; illam ſtupret, non dicitur* B *committere raptum, ſed ſtuprũ cum ui; item ſi quis repertam in agro, eam inde per paſſus aliquot trahit.*

4 *Licet de iure ciuili raptus ſit, etiam quando ſponſus extrahit ſuam ſponſam id ita volentem, incidatque is ſponſus eo ipſo in pœnas de iure ciuili raptoribus ſtatutas: de iure tamen canonico, non ſolùm quãdo præcedentibus ſponſalibus aliquis de conſenſu ſuæ ſponſæ eam inuitis parentibus aut alijs, ſub quorum cura ſit, eam extrahit ad celebrandum matrimonium cũ illa, non eſt raptus, ſed etiam quando, præcedente ſolùm conſenſu in matrimonium futurum, aliquis de conſenſu eius, quæ cum eo uult matrimonium celebrare, illam extraheret ad conſummandum id cum ea, inuitis parentibus aut alijs, nõ eſt propriè raptus.*

5 *Si extractio illa de conſenſu puellæ hodie fiat ad cele-* C *brandum matrimonium non clandeſtinum, ſed præſente parocho, & præſentibus duobus alijs teſtibus, tunc illa extractio non eſt verè raptus, neque proinde is illius extractor inuitis puellæ parentibus aut alijs incurrit excommunicationem, & alias pœnas raptoribus ſtatutas. Quin matrimonium hoc modo celebratum eſt planè validum.*

6 *Tunc dicitur vis pudicitiæ inferri, quando femina aliqua opprimitur iniuſtè, aut ſaltem per metum cogitur pati turpitudinem, in eamve conſentire: & quomodo ſeſe habeant ad inuicem raptus & vis illata pudicitiæ.*

7 *Si femina iuſtè opprimatur, vt uxor à ſuo marito, nõ eſt vis illata pudicitiæ. Si tamen ſponſus opprimeret ſponſam, uel maritus eam, quam duxerat per verba* D *de præſenti, interim dum perſeuerat tempus à iure ei conceſſum, vt non teneatur conſummare matrimonium, ſanè ſi illa reniteretur, iniuriam grauiſſimam ei efficeret ſponſus aut maritus, viſque pudicitiæ illius cenſeretur eſſe illata, cenſerenturque raptæ, ſi ipſis inuitis extractæ eſſent de domo paterna ad conſummandum matrimonium.*

8 *Raptor viduæ honeſtæ, virginis, aut cõiugatæ, & qui illum comitati ſunt tempore aggreſſionis, puniuntur pœna mortis de iure communi, etiam ſi rapta libertina aut ancilla ſit, permittiturque parentibus mulierum ita raptarum aut inuaſarum, atque etiam illarum cõſanguineis, occidere raptores, comites, adiutoreſque eorum deprehenſos in flagranti delicto, mo-* E *dò tamen illis ſufficienter conſtet de illorum delicto. Si rapta ingenua mulier ſit, raptores in ipſa aggreſſione amittunt omnia ſua bona raptæ.*

9 *Quando rapta nubit cum raptore, non amittit bona aliqua ad ſe deuoluta.*

10 *Pœna mortis & aliæ raptoribus ſtatutæ locum non habẽt, ſi matrimonium rapta cum raptore legitimè contrahat, ſed ceſſant eo ipſo omnes pœnæ criminales, niſi parentes raptæ non peperciſſent. Quando autem raptus in iniuriam cederet principis, tunc pœna mortis imponeretur, etiamſi de conſenſu raptæ extraheretur de domo Regis, imò etiam ſi præcedentibus ſponſalibus inter ipſos clam aut præcedente tractatu matrimonij extraheretur de uoluntate extractæ ad matrimonium cum illa celebrandum.*

11 *Si præcedentibus ſponſalibus aut tractatu contrahendi matrimonium aliqua extrahatur de domo paterna, aut alterius, ſub cuius cura ſit, de voluntate quidem mulieris, atque ad celebrandum uerè cum ea matrimonium, ceterùm inuito patre, aut altero, ſub cuius cura ſit, non incurrit quidem pœnam capitis, eſt tamen graue delictum: ita ut ſi extractio illa eſſet ex familia illuſtri, pœna mortis intentari poſſit.*

12 *Qui rapuit mulierem ad fornicandum cum ea, aut ad matrimonium cum illa contrahendum, ſi ad finem intentum non peruenit, ut quia illam carnaliter non cognouit, aut quia matrimonium cum illa non celebrauit, puniẽdus eſt pœna ordinaria raptus, et incurrit ſimul excommunicationem eo ipſo, quòd raptus eſt patratus. Si non potuerit finem intentum executioni mandare, pœna ordinaria incurritur, ſi uerò finem intentum executioni mandare noluerit, pœna mitiori eſt puniendus.*

13 *Si mulier iuuenem libidinis cauſa rapiat, non eſt punienda mortis pœna, neque confiſcatione bonorum, ſed alia pœna arbitraria infra mortem.*

14 *Si quis immaturam uirginem rapiat, & illam corrumpat, erit puniendus pœnis legis lõgè maiori cum ratione, quàm ſi illa eſſet uirgo matura. Et ſi illam rapuerit animo illam corrumpendi, atque corrumpere eam eſt aggreſſus, ſed non potuit, & maximè ſi læſio aliqua in clauſtro illius reperiatur, eiſdem pœnis puniendus eſt.*

15 *Si quis rapiat mulierem, quæ nec uirgo, nec coniugata, nec uidua honeſta ſit, modò tamen illa tempore raptus ad meliorem frugem ſe receperat, honeſteque uiuebat, eſtò antea inhoneſtè uixiſſet, incurrit pœnas raptoribus ſtatutas: ſed in Hiſpania tantùm punitur pœna arbitraria infra mortem. De iure communi cùm in raptu meretricis aut ancillæ, & in ui illata pudicitiæ illius, iniuria grauis illi inferatur, pro ea iniuria & delicto conceditur actio ciuilis & criminalis, optione iniuriam paſſi ad pœnam arbitrariam.*

16 *Quænam pœna in Luſitania ſtatuta ſit raptoribus uirginum, uiduarum, & honeſtarum mulierum, & eam educentibus è domo patris aut tutoribus.*

17 *Qui uim pudicitiæ alicuius mulieris infert, eſtò ſine armis inferatur, de iure communi, inferens pœnam legis Iuliæ de ui publica incurrit.*

18 *De iure Hiſpanico uis pudicitiæ mulieri, uirgini, coniugatæ, aut uiduæ honeſtæ illata non ſolum punitur pœna mortis, ſed etiam pœnis alijs ſtatutis pro raptu. Imò uerò attentatio inferendi uim pudicitiæ uirgini, aut mulieri coniugatæ, ſi ad actum ad id proximum fuit deuentum, neque ſtetit per eum, qui eam uim inferre attentauit, punitur iiſdem pœnis, eſtò copula non ſit habita. Vis uerò alteri mulieri cuicunque illata punitur ſolum pœna arbitraria.*

19 *De iure Luſitano uis pudicitiæ a quocunque mulieri cuicunque illata, etiam ſi meretrix ſit aut mancipium punitur pœna mortis.*

20 *De iure communi pro iniurijs aduerſus pudicitiam, quando non interuenit uis pudicitiæ completa per copulam, ſed infra copulam iniuria fuit illata, competit actio iniuriarum ciuilis, aut criminalis, optione iniuriam paſſi, ad pœnam arbitrariam.*

21 *De iure canonico olim raptor pœna ſeruitutis puniebatur, ſeruuſque efficiebatur raptæ, quando ipſa renitente illam rapiebat: cum facultate tamen ſe ipſum redimendi, ſoluendo illi pro ſe competens pretium: quando autem conſentiente muliere illam rapiebat, efficiebatur ſeruus parentis eius mulieris, cum facultate ſe ipſum redimendi.*

Quid

22 *Quid in Concilio Tridentino ſtatutum ſit de raptore & matrimonio cum rapta.*

DIfferendum conſequenter fuiſſet de obligatione reſtituendi in foro conſcientię ratione ſtupri: id tamen commodiùs fiet diſputatione ſequenti, vbi ſimul examinabimus, num ex vi pudicitiæ illatæ, & ex raptu mulieris, obligatio reſtituendi oriatur, explicando priùs in hac diſputatione, quid ſit raptus, & quas pęnas incurrant raptores, & ij qui vim pudicitiæ inferunt.

1 Raptus committitur, quando femina aliqua, vel ipſa, vel parentibus, vel alijs, ſub quorum cura ſit, renuentibus, eripitur de loco aliquo ad contrahendum cum illa, vel ad abutendum illa libidinis cauſa. Ita colligitur ex. l. vnica. C. de rapt. virg. ex. l. raptores. C. de Epiſc. & cler. & ex. c. raptores. 36. q. 2. dũ raptum eſſe volunt, etiam ſi mulier rapta cõſentiat, quando inuitus eſt maritus, pater, aut alius, ſub cuius cura ſit. Conſonant Gratian. c. lex. 36. quæſt. 1. & D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 7. conſentiunt doctores communiter.

2 Hinc ſi mulier ſui omnino iuris, quæ ſub nullius ſit obedientia, vt ſunt viduæ in hoc & in Luſitaniæ regnis, quippe quæ per antecedens matrimonium patriam in his regnis egreſſę ſunt poteſtatem, & per mortem mariti obedientiam illorum, vinculumque, quo illis erant ſubiectæ, ſunt etiam egreſſæ, neq; ſub prælati ratione voti ſint obedientia, aut ſub alterius obedientia & cuſtodia, cui ſe ſubiecerunt, vt alicui ſeruitio in domo illius ſe manciparunt, & ſunt aliæ mulieres, quæ nunquam nupſerunt, mortuoque patre ſine tutore ſunt & curatore, neq; ſub alterius ſũt obediẽtia ac cuſtodia: Hinc, inquã, ſi mulier aliqua ita omnino ſui iuris, ipſa conſentiente, matrimonij aut libidinis cã, domũ egrediatur, & alio cũ aliquo fugiat, qui ipsã defendat à fratribus, aut ab aliis ſuis coniunctis, qui id ægre ferent, atque impedire ac punire conabuntur, non dicitur raptus, quoniam non comparatione eorum, ſub quorum cura & obedientia ſunt, quippe cùm nullos tales habeant, neque cõparatione eius mulieris, quæ ſua ſponte abſq; vlla vi comitatur eo fine illum, cum quo egreditur aut fugit. Eſſet verò raptus, ſi ipſa inuita ab illo ad id extraheretur. Inde etiam Nauar. lib. 5. conſil. titul. 17. de raptorib. conſil. 1. ait eſſe, quòd ſi virgo non ſui iuris, aut alia non ſui iuris mulier, egrediatur domum eius, ſub cuius cura & cuſtodia eſt, ad nubẽdum aut fornicandum cum eo, cuius amore tenetur, ipſo ad eum egreſſum illam non inuitante, nec adiuuante, eſtò illa ita egreſſa ille abutatur, aut cum illa matrimonium celebret, non dici illum raptorem illius. Si tamen illam egredientem expectaret ac comitaretur per ſe, vel per tertiam perſonam, vt illam protegeret ac defenderet, vel illam ad eum egreſſum & acceſsũ ad alium locum eo fine inuitaſſet, credo ſortiretur rationem raptoris: quoniam ad eiuſmodi raptũ mulieris, de quo eſt ſermo, nõ requiritur pręſentia eius, ex quo rapi ea mulier dicitur, & violentia illi illata, aut ſuis, ſaltem per metum, ratione cuius reſiſtere ille non audet, vt requiritur ad rapinam rerũ externarum, vt diſtinguitur à furto, de qua tractatu præcedente habitus eſt ſermo, ſed ſatis eſt, quod fiat illis inuitis, licèt abſentes ſint ab eo loco, clamq; id fiat, nulla vi neq; metu illis incuſſo, vt non reſiſtant: eaque de cauſa in explicatione raptus, de quo in hac diſputatione nobis eſt ſermo, dixi; ipſa, vel parẽtibus, aut aliis, ſub quorum cura ſit, renuentibus, hoc eſt inuitis, nec de vi feci mentionem. Conſentit idem Nauar. lib. 4. conſil. tit. 1. de ſponſalibus. conſil. 32. dum ait ad rationem raptus filiæ ſatis eſſe, ſi fiat cõtra voluntatem patris, licèt ipſa conſentiat. Vbi non vim exegit, ſed quòd fieret renuente patre, eo-

A ve inuito, ſeu contra illius voluntatem.

3 Circa verba illa poſita in explicatione raptus, eripitur de loco aliquo ad contrahendum cum illa, vel ad abutendam illa libidinis cauſa: bene notat Iulius Clar. lib. 5. ſenten. §. raptus. num. 1. cum aliis quos refert, aitq; ita obtentum fuiſſe in praxi. Si quis virginem repertam in domo patris, aut in alia domo, non educat illam de ea domo, ſed vi illam trahat de vna camera eius domus in aliam, in qua cõmodiùs illa abutatur, ibique illam ſtupret, non dici committere raptum, ſed ſtuprum cum vi, conſentitque Carrer. cum aliis quos citat. §. homicidium 6. num. 281. Errat tamen Iul. Clar. dum addit, pro ſtupro cum vi imponi pænam mortis, ſi de iure communi loquatur, vt diſputatione præcedente dictum eſt, & infra B ſubiiciemus. Eodem modo rectè ait, ſi quis virginẽ repertam in agro, eam inde per paſſus aliquot trahat, vt illa abutatur, non dici committere raptũ, ſed ſtuprum cum vi. Si tamen illam ex agro duceret in domum aliquam extra eum agrum, aut in alium locum, vel cum illa fugeret, illa inuita, aut parentibus inuitis, vel aliis, ſub quorum cura eſſet, diceretur cõmittere raptum.

4 Quamuis autem de iure ciuili raptus ſit, etiam qñ ſponſus per verba de futuro extrahit ſuam ſponſam id ita volentem, ſi parentes ſponſæ ſint inuiti, incidatque is ſponſus in eo euentu in pænas de iure ciuili raptoribus ſtatutas, vt patet l. vnica. C. de rapt. virg. de iure tamen canonico, non ſolùm, quando præcedentibus ſponſalibus aliquis de conſenſu ſuæ C ſponſæ eam inuitis parentibus, aut aliis, ſub quorum cura & cuſtodia ſit, eam extrahit ad celebrandum & conſummandũ matrimonium cum illa, non eſt raptus, ſed etiam quando, præcedente dumtaxat cõſenſu in matrimonium futurum, aliquis de conſenſu eius, quæ cum eo vult matrimonium celebrare, illam extraheret ad celebrandum & conſummãdum cum ea id matrimonium, inuitis parẽtibus, aut aliis, ſub quorum cura & cuſtodia ſit, non cenſetur neq; eſt propriè raptus. Ita habetur expreſsè c. cum cauſa de raptorib. & affirmant Panor. ibi num. 1. & 4. & doctores communiter, idemque habetur c. lex. illa 36. quæſt. 1. & cap. ſi quis virginem. 36. quæſt. 2. Quando tamen non ad nubendum ſed ad fornicandum puella extraheretur, eſtò ipſa in eam extractio- D nem conſentiret, ſi tamen parentes, illive ſub quorum cura & cuſtodia eſſet, renuerent, eſſet verus raptus, etiam de iure canonico, vt bene Panormit. vbi ſuprà ait, conſentiuntque iura citata & cap. de raptor. 36. quæſt. 1.

Ratio autem huius diſcriminis inter ius ciuile & canonicum eſt. Qm̃ de iure ciuili eſſe nõ poterat matrimonium inter raptorem & raptã, etiam ſi pręceſſiſſent ſponſalia, & ſponſa conſentiret in fugam & in matrimonium ſubſequutum, imò etiam ſi poſt eã fugã arreptam inuitis parentibus parentes quoque in matrimonium cõſentirent, erat tale matrimoniũ nullũ, perpetuoque raptor & rapta inhabiles ad contrahendũ manebant, l. unica C. de rapt. virg. & in au- E thentico de rapt. mulier. & de iure quorundam antiquorum canonum prohibitũ erat matrimoniũ eos inter ſe & cum quocunque alio contrahere, redditumque erat nullũ, niſi de facultate Ep̃i rationabili ex cã contraheretur, vt conſtat. 36. q. 2. c. de puellis, ex concilio Cabilon. c. ſi aũt. ex concilio Meldẽſi, & c. placuit, ex concilio Aquiſgranenſi. Quia verò poſtea de iure canonico eſt ſancitũ, validũ eſse matrimonium inter raptorem & raptam, ſi accederet ſpontaneus & mutuus conſenſus, quo inter ſe matrimonium celebrarent, vt patet. c. vlt. de raptoribus conſentiunt. ca. tria ſunt, & quædam alia ſequentia 36. quæſt. 2. atque id diſcrimen inter canonicum & ciuile ius affirmat præter Panormit. communis do-

ctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Ant. A Gom. l. 80. Tauri, nu. 43. & Iul. Clar. §. ſtuprū, nu. 7. explanatum definitumque fuit c. cum cauſa, de raptorib. non eſſe propriè raptum, quando præcedentibus ſponſalibus aut mutua voluntate contrahendi matrimonium, extraheretur aliqua de illius conſenſu è domo parentum inuitis parentibus ad matrimonium contrahendum. Quo fit, vt in hoc euentu, qui extrahit puellam de domo parentum, quemadmodum raptor de iure canonico non eſt, ſic nec pœnas iure canonico raptoribus ſtatutas incurrat: tametſi puniri debeat pœna aliqua propter delictum, quod in parentes commiſit extrahendo ipſorum filiam de domo eorundem parentum ipſis inuitis.

Dubium autem eſt, vtrùm diſpoſitio capitis cum cauſa. de raptorib. quam proximè retulimus, nempe B quòd quando aliqua de conſenſu ipſius extrahitur de domo parentum, aut alterius ſub cuius cura & cuſtodia ſit, ad matrimonium cum ea celebrandū, non ſit propriè raptus, locum hodie habeat poſt conciliū Tridentinum. Ratio autem dubitandi de hac re duplex eſt. Prima, quòd concilium Tridentinū ſeſſ. 24. c. 1. de reformatione, irrita fecerit matrimonia clandeſtina, qualia ad hoc pronūciauit eſſe matrimonia omnia, quæ non fiunt præſente parocho, aut alio ſacerdote de conſenſu ad id parochi aut ordinarij, & præſentibus duobus alijs teſtibus: cùm ergo extractio puellæ è domo parentum de conſenſu illius ad contrahendum cum illa matrimonium eſſe regulariter ſoleat ad contrahendum ſine ſolēnitatibus à Cōcilio Tridentino præceptis vt matrimonium ſit vali- C dū; conſequens profectò eſt, vt extractio illa de conſenſu eius puellę non ſit ad verè celebrandum matrimonium, quippe cùm id matrimonium ſit ipſo iure nullum poſt eam Concilij Tridētini ſanctionē, atq; adeò conſequens eſt, vt extractio illa verè hodie ſit raptus. Secunda verò eſt, quòd idem Concilium eadem ſeſſ. 24. c. 6. de reformatione, irritum fecit matrimonium inter raptorem & raptam celebratū, interim dum rapta in poteſtate fuerit raptoris: quo fit, vt cùm extractio puellæ è paterna domo de conſenſu eiuſdem puellæ ad celebrandum matrimonium eſſe non ſoleat ad illud celebrandum, poſtquam fuerit ſeparata à raptore, & poſita in loco tuto, neque eſſe ſoleat ad celebrandum illud cum circunſtantijs c. 1. de reformatione eiuſdem ſeſſionis ab eodem cō- D cilio præceptis vt ſit validum, conſequens eſt, vt hodie extractio illa non ſit ad celebrandum matrimonium verum, ac proinde eſt conſequens, vt hodie extractio illa ſit raptus propriè.

5 Ad hoc dubium eſt dicendum: Si extractio illa de conſenſu puellæ hodie fiat ad celebrandū matrimoniū non clandeſtinū, ſed præſente parocho, aut alio ſacerdote ex conſenſu parochi aut ordinarij, & præſentibus duobus alijs teſtibus, tunc extractionē illā non eſſe verè raptum, vt conſtat ex c. cum cauſa. de raptorib. neq; proinde is illius extractor inuitis puellæ parentibus, aut alijs ſub quorum cura & cuſtodia ſit, incurrit excommunicationem & alias pœnas in Cōcilio Tridentino ſeſſ. 24. c. 6. citato raptorib. ſta- E tutas: eo quòd ſtatutæ ſint raptoribus, & hic verè raptor non ſit. Imò verò dico, ſi præſente parocho & duob. teſtib. celebretur matrimoniū inter ſic extractā & eum, qui illam extraxit, dū adhuc eſt in domo & poteſtate eius, qui illā ita extraxit, validū eſſe matrimoniū, irritumq; nō eſſe factū à Concilio Tridētino. c. illo 6. citato: qm̄ conciliū ibi irritū quidē facit matrimonium inter raptorem & raptam, interim dum illa non eripitur de poteſtate raptoris, & conſtituta in loco tuto dicit ſe velle eū habere in maritū: attamē is, de quo loquimur, nō eſt verè raptor, neq; mulier, de qua loquimur, eſt verè rapta. Si autem ea mulier hodie eſſet quidem extracta de conſenſu ipſius, cæterùm ad celebrandum matrimonium clandeſtinum, ſeu ſine ſolemnitatibus in Concilio Tridentino præceptis vt ſit validum, tunc extractio illa eſſet verè raptus, quia non fuiſſet ad celebrandū verum matrimonium, extractorque talis feminæ inuitis parētibus, aut alijs, ſub quorum cuſtodia & cura erat, incurreret tunc in pœnas, tam ciuiles quàm canonicas, raptoribus ſtatutas. Atq; hoc ſolùm eſt, qđ probant duæ illæ rationes dubitandi propoſitæ.

Explanato quid ſit raptus, antequam ſubijciamus 6 pœnas raptoribus ſtatutas, explicandum eſt, quid ſit vis pudicitiæ illata. Dicendum verò eſt, tunc vim pudicitiæ inferri, quando femina aliqua opprimitur iniuſtè, aut ſaltem per metum pati cogitur turpitudinem, in eámve conſentire. Quæ enim vis aut metus tractatu præcedente Diſput. 682. dicta ſunt ſufficere, vt quis vim publicam aut priuatam paſſus eſſe dicatur, ſufficit vt mulier paſſa dicatur vim circa pudicitiam. Imò verò, vt ibi oſtenſum fuit, etiam ſi ſine armis vim circa pudicitiam aliqua femina ſit paſſa, dicitur priuilegio iuris paſſa vim publicam, & non priuatam: eaque de cauſa, qui vim circa pudicitiam infert, etiā ſi illam ſine armis inferat, pœnas incurrit iure iis ſtatutas, qui publicam vim inferunt, vt ibidē comprobatum fuit. Quando autem feminę vis pudicitiæ infertur, atq; ad id extrahitur de loco in locū modo in principio huius diſputationis explicato, cō iungitur raptus cum vi pudicitiæ illata. Quando autē nō ita ad id extrahitur, viſq; pudicitiæ illius infertur, eſt vis illata pudicitiæ ſine raptu. Quo fit vt neq; raptus ſit quippiam ſuperius ad vim illatam pudicitiæ; quippe cùm dari poſſit vis illata pudicitiæ ſine raptu: neque vis pudicitiæ illata ſit aliquid ſuperius ad raptum; eo quòd detur raptus ſine vi pudicitiæ illata: vt ſi puella conſentiat in extractione de domo paterna ad copulam fornicariā: tunc enim datur raptus illius ſine vi pudicitiæ illius illata. Porrò vis inferri pudicitiæ mulieris poteſt, vel illam modo explicato cogendo ad copulam carnalem: atq; ea eſt ſimpliciter & completè vis illata pudicitiæ illius: vel cogendo illam eodem modo ad quamcunque aliā turpitudinem ſine copula: eaque vis non eſt ſimpliciter & completè vis illata pudicitię illius. Atq; hęc poſterior vis cęteribus paribus eſſe poteſt grauior, aut minùs grauis, prout turpitudo, ad quā femina cogitur, grauior aut minùs grauis, fœdiorve aut minus fœda fuerit: vt ſi cogatur ſolū ad oſcula, aut amplexus, vel ſi ad alium actū magis fędum cogatur. Ad rationem autē raptus ſatis eſt, ſi femina modo in principio huius diſputationis explanato extrahatur coacta de loco ad locum ad turpitudinem aut ad matrimonium cum illa contrahendum, vel ſi volens extrahatur ſimiliter de loco ad fornicandum, iis inuitis, ſub quorū cura & cuſtodia eſt, etiō nec turpitudo nec matrimonium ſequatur. Atq; tunc raptor verè incidit in pœnas canonico & ciuili iure raptorib. ſtatutas: quoniam raptus non conſiſtit in fine ad quē femina extrahitur, ſed in extractione ad eum finem, ſiue finis intentus ſequatur, ſiue non. Vtrùm autem ſi raptor pœnitentia ductus ad finem raptum intentū nō perueniat, feminamque ſua ſponte reſtituat, euadat pœnam ordinariam pro raptu ſtatutam, quæ ſpiritualis nō ſit, infrà dicetur. Dixi, quæ ſpiritualis nō ſit; quoniam excōmunicationis pęnam ipſo facto raptorib. ſtatutam ſanè non euadet: illa enim ipſo iure incurritur eo ipſo, quòd ratio formalis raptus eſt cōpleta, etiō poſtea raptor pœnitentia ductus ad finē non deueniat, ad quem feminam rapuit, illamque reſtituat.

Dixi, tunc vim inferri pudicitiæ, quādo aliqua op 7 primitur iniuſtè, &c. Quoniam ſi iuſtè opprimatur, vt vxor à ſuo marito, non eſſet vis illata pudicitiæ. Si tamen vel ſponſus opprimeret ſponſam, vel maritus eam, quā duxerat per verba de præſenti, interim dum

dum perſeuerat tempus à iure ei conceſſum, vt non teneatur conſummare matrimonium, ſed tranſire poſſit ad religionis ſtatum, ſanè ſi illa renitere-tur animo profitendi religionem, aut expectandi, vt elaberetur tempus ſibi à iure ad deliberandum circa id conceſſum, iniuriam grauiſſimam ei efficeret ſponſus aut maritus, viſque pudicitiæ illius cenſeretur eſſe illata: cenſerenturque raptæ, ſi ipſis inuitis extractæ eſſent de paterna domo ad celebrandum aut ad conſummandum matrimonium. Ita cum Baldo & Saliceto Carrer. in pract. §. homicidium 6. nume. 277. Gregor. Lopez. l. 3. titu. 20. parte 7. verb. *ſu eſpoſa*. Anton. Gomez. l. 80. Tauri, nume. 38. & 39. Tametſi Anton. Gom. addat, in ſponſa per verba de præſenti ſe recedere à l. 3. titu. 20. par. 7. quæ de ea non loquitur quoad pœnam ordinariam raptus & vis illatæ pudicitiæ. Dicerem etiam in ſponſa per verba de præſenti eſſe in eo euentu raptum, & vim illatam pudicitiæ: exiſtimarem tamen eum raptum & vim non adeò grauia eſſe ob præcedens matrimonium cum illa, vt eſſet puniendum pœna ordinaria. Neque lex illa tertia neque alia iura ciuilia & canonica loquuntur de hoc rariſſimo euentu, neque de illo ſunt intelligenda, ſed ſi aliquando eueniat, & deducatur in forum exterius, vt puniatur, (quod nunquam fiet, maximè ſi per eã vim & raptum deuentum ſit ad copulam, qua conſummatum iam ſit matrimonium præcedens) puniendum ſolùm erit pœna arbitraria, longè minori, quam ſit pœna ordinaria pro raptu & ui illata pudicitiæ iuribus ſtatuta: quoniam vt dictum eſt, iura de eo raptu & vi non loquuntur.

8 De iure communi raptor viduæ honeſtè viuentis, virginis, aut coniugatæ, & qui illum comitati ſunt tempore aggreſſionis, puniuntur pœna mortis, etiam ſi rapta libertina, & ancilla ſit, permittiturque parentibus mulierum ita raptarum aut inuaſarum, atque etiam illarum conſanguineis, tutoribus, curatoribus, patrinis, ac dominis, impunè occidere raptores, comites, ac adiutores eorum deprehenſos in ipſa aggreſſione, aut flagranti delicto, modo tamen illis ſufficienter conſtet de illorum delicto, ita vt poſſint illud probare (lex quarta, titu. 23. lib. 8. nouæ collect. id impunè permittit cuicunque, qui alium *hallare llebando muger forçada para iazer con ella, o que aya iazido con ella*, intellige in flagranti delicto.) Item ſi raptus eiuſmodi mulieris ſit ingenuæ, hoc eſt, quæ nec libertina nec mancipium ſit, tam raptor, quàm qui illi ad id auxilium dederunt in ipſa aggreſſione, amittunt omnia ſua bona raptæ, aut monaſterio, ſi rapta ſit monialis, (præſcribuntur tamen omnia ea bona aduerſus monaſterium, & applicantur fiſco, ſi monaſterium negligens fuerit petere ea intra annum, vt habetur in authentico de ſanctiſs. Epiſc. §. vlt. & affirmat Gregor. Lopez. l. 3. citanda) dummodo rapta, quæ nec monialis nec coniugata ſit, non conſentiat in matrimonium cum raptore: ſi enim conſenſerit, ea omnia bona raptoris pertinent eo ipſo ad parentes raptæ, ſi illos habuerit, & illi nec in raptu nec in matrimonio illo conſenſerint, alioquin ea omnia bona pertinent ad fiſcum. Item ſi parentes raptæ paciſcant raptori, neque exequi aduerſus illum velint pœnam, qua eſt dignus, puniuntur pœna deportationis. Item omnes, qui raptori auxilium aut conſilium ad raptum extra tẽpus inuaſionis præbuerint, & qui illum receptauerint, mortis pœna plectuntur. Quòd ſi raptor, aut qui illum comitatus fuerit, vel auxilium ei præbuerit, mancipium ſit, comburitur in pœnam eius delicti. Hæc omnia habentur l. vnica, C. de rap. virg. iuncto authentico de mulierib. rap. quod exprimit, bona raptoris, illum comitantium, aut illi auxilium præbentium in ipſa aggreſ-

A ſione, ita pertinere ad raptam, vt ſi illa conſentiat in matrimonio cum raptore, pertineant ad parentes illius, ſi illi etiam non conſenſerint, alioquin deuoluantur ad fiſcum, idemque exprimit. l. 3. tit. 20. parte 7. Conſentiunt authenticum de ſanctiſs. Epiſcop. ei tantum, cap. ſi quis rapuerit. 27. quæſtio. prima, §. item lex Iulia de vi. verſ. ſin autem, inſtit. de pub. iud. & l. raptores. C. de Epiſco. & cler. Pœna autem illa amiſſionis bonorum mulieri raptæ, vt & reliquæ aliæ, non incurritur ipſo iure, ſed ſolùm debetur à tempore latæ ſententiæ, vt exprimit lex tertia citata. Bona tamen eadem amittebat rapta ipſo iure iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis à puncto quo matrimonium cum raptore cõſentiebat, vt habetur in authentico de raptis mulierib. §. ſancimus, & refert

B c. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6.

Sunt verò nonnulla hoc loco antequam vlterius progrediamur examinanda ac explicanda. Primum eſt: Num hodie poſtquam iure canonico. cap. vlt. de raptorib. & in Concilio Tridentino ſeſſ. vigeſima quarta, cap. 6. de reformatione, ac alibi, permiſſum eſt raptis nubere raptoribus, modo conſenſum liberum præſtent, quo extractæ de illorum poteſtate, & conſtitutæ in loco ad id apto, dicant ſe velle eis nubere, num, inquam, hodie ita nubendo parentibus bona illa, tam raptoris, quam comitantium, aut auxilium præbentium in ipſo raptu, ad ipſas deuoluta, & conſentientibus parentibus in eo matrimonio, aut illis iam tunc defunctis, deuoluantur ad fiſcum, vt ſtatuunt authenticum citatum, & lex 3. ci- 9

C tata, atque refert, cap. cum ſecundum leges citato, Gloſſa verb. certoque caſu, quam multi ſequuntur, quos Couar. in quarto decret. par. 2. c. 3. §. 9. nu. 1. & 2. Gregorius Lopez l. 3. citata, verb. *caſaſſe*. referunt, & quos Iulius Clar. §. raptus, nume. 8. ſequitur, affirmat, etiam poſt eam canonum diſpoſitionem, mulierem illam ea bona amittere. Ducuntur hi autores. Quoniam lex ciuilis ea bona defert illi raptæ, tanquam lucrum, quod alioquin erat fiſco applicandum, aut poterat applicare, idque ſub conditione, modo non contraheret matrimonium cum raptore, quæ conditio honeſta erat, neque mulieri illi matrimonium impediebat, cum liberam eam relinqueret ad contrahendum cum quocunque alio: quare cum non in pœnam id illi imponatur, ſed tan

D quam ei ſub ea conditione, ſi non contraheret cum raptore, ab ea auferatur, ſi conditionem eam non impleat, neque id vllum præiudicium bonis moribus afferat, neque libertatem ad nubendum ab ea tollat, niſi ſolùm cum illo, ſi potiri voluerit eis bonis libere à lege ſub ea conditione honeſta ei conceſſis, non eſt cur diſpoſitio illa iuris ciuilis locum non habeat extra loca patrimonij eccleſiæ, nihil impediente illa alia diſpoſitione iuris canonici. Accedit in confirmationem validiſsimam huius ſententiæ, (maximè quod ad hoc regnum attinet) quòd lex illa 3. titu. 20. par. 7. lata poſt eam diſpoſitionem iuris canonici, illud idem ſtatuit, quod authẽticum de raptis mulieribus ſtatuerat, illudque coniunxit

E cum diſpoſitione legis vnicæ, C. de rap. virg. quare in hoc regno locum debet habere, nihil impediente diſpoſitione illa alia iuris canonici, qua liberum raptæ relinquit matrimonium cum raptore contrahere. Couar. vbi ſupra cum gloſſa cap. de puellis, cum Panorm. & cum pleriſque alijs, quos ipſe & Greg. Lopez vbi ſupra citant, affirmat, ex eo quòd rapta cum raptore poſt eam diſpoſitionem iuris canonici nubat, non amittere ea bona raptoris & cõſortium ad ipſa deuoluta. Ducitur. Quoniam lex vnica, C. de rapt. virg. abſolutè ac ſimpliciter conceſſerat ea bona mulieri raptæ, & non ſub conditione, ſi raptori non nuberet: poſteaq; authenticum de raptis mulieribus ea bona in pœnã abſtulit à raptis, ſi cũ raptoribus

ribus matrimonium cōtraherent: pęna autē omnis nulla eſt impoſita contrahentibus matrimonium ob libertatem, quæ eſſet debet ad matrimonia contrahenda. Gregorius autem Lopez vbi ſuprà non probat eam Couar. rationem, propter leg. 3. huius regni citatam, quæ ſub ea conditione defert bona illa raptoris mulieri raptæ, ſi cum illo matrimonium non contrahat, tanquam lucrum ſub ea conditione ei cōceſſum, quod fiſco poterat applicare. Ego dicerem, authenticum de raptis mulieribus interpretari aperte legem vnicam C. de rapt. virg. quòd ſemper intellexerit ea bona deferri raptis ſub ea conditione, aut modo, ſi raptoribus non nuberent. Atque cum conditor eius authentici abrogare potuerit legem vnicam C. de rapt. virg. bonaque raptoris applicare raptæ ſub ea conditione, ſanè interpretatio illa eius authentici, qua ita inſtitutor eius authentici interpretatus eſt legem illam vnicam, vim habet diſpoſitionis, quòd ſub ea conditione id lucrum cenſeatur raptis conceſſum, ſi cum raptoribus non nubant, quæcunque antea fuerit mens conditoris legis vnicæ C. de rapt. virg. vnde neque ego probo eam rationem Couar. etiam ſtando in ſolo iure communi. Gregorius verò Lopez propendet in ſententiam Gloſſæ. cap. cum ſecundum leges, contrariam opinioni Couar. Gloſſæ. c. de puellis. Panormitani, & aliorum, tametſi alijs cogitandum relinquat, num propter libertatem, quæ eſſe debet in matrimonio contrahendo, amplectenda ſit Couarruuię & aliorum opinio, quam rationem ait plus vrgere, quàm illam aliam, cui nititur Couar. Ego verò amplectendam arbitror opinionem gloſſę cap. de puellis, Panormitani, Couar. & aliorum, raptam ſcilicet nubēdo cum raptore, non amittere bona illa ad ſe deuoluta. Ducor propter rationem aliam, quam Couar. in calce numeri 2. citati innuit. Nempe, quòd conditio illa, aut modus, ſi rapta cum raptore non nuberet, appoſita tunc fuit, quoniam tunc prohibitum illi erat cum eo nubere, quin & irritum erat matrimonium illud: ceſſante autem prohibitione illa non nubendi cum raptore, factaque libera poteſtate raptæ cum eo nubendi, ceſſaſſe cenſetur conditio illa, aut modus ille appoſitus, cenſenturque proinde eo ipſo abſque eo modo & conditione ea bona ad ipſam deferri. Lex autem illa 3. huius regni id prorſus diſpoſuit, quod authentico citato fuerat diſpoſitum, nō attendentibus collectoribus earum legum diſpoſitionem eius autentici iam hodie quo ad id nullam vim habere: neque ſanè intenderunt, vt vires ſuprà authēticum citatum lex illa haberet. Noſtram ſententiam confirmat hodie diſpoſitio concilij Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reformatione, quæ non ſolùm concedit raptæ facultatem validè nubendi raptori modo ſuprà explicato, & infra copioſius referēdo, ſed etiam in hunc modum in fine eius capitis ſtatuit: *Teneatur prætereà raptor mulierem raptam, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.* Vbi vides, bona omnia raptoris, ſi cum eo rapta nupſerit, non deuolui ad parentes aut ad fiſcum, ſed ex eis dotandam competenter eſſe raptam iudicis arbitrio: cum autem diſpoſitio illa facta fuerit, præſentibus & conſentientibus legatis omnium principum Chriſtianorum, rerumque publicarum liberarum, qui partes ſuorum principum ac ſuarum rerūpublicarum agebant, miſſis à principibus Chriſtianis, & à rebuſpublicis liberis, viris doctis qui aſſiſterent, adiuuarent concilium, atque ipſorum etiā cum legatis partes agerent, conciliumque à principibus rebuſque publicis liberis fuerit receptum, ſanè hodie non videtur habere locū confiſcatio omnium bonorum raptoris mulieri raptæ, aut parentibus illius, ſi illa in matrimonium cum raptore conſentiat, vel fiſco, ſi parentes conſenſerint, aut ſuper-

A ſtites tunc non ſint, ſed ſolum vt raptor competenter dotet raptam iudicis arbitrio, ſiue illam vxorem ducat, ſiue non, iuxta eā concilij Tridentini diſpoſitionem.

Secundum hoc loco examinandum eiuſmodi. Vtrùm pœna mortis, & aliæ raptoribus ſtatutæ, locum habeant, ſi rapta matrimonium cum raptore legitimè contrahat: an verò ceſſent eo ipſo pœnæ illæ criminales. Paulus Caſtrenſis & quidam alij, quos referunt Greg. Lopez vbi ſuprà, Ant. Gom. l. 80. Tauri. nu. 43. & Iul. Clar. §. raptor citato, nu. 8. affirmant, ſi rapta & parentes illius conſentiant in matrimonium cum raptore, ceſſare eas pœnas criminales, referunt multos ita obtinuiſſe id patrocinando, ſicque liberaſſe nonnullos raptores à pœna mortis, 10
B atque Anton. Gom. ait ſe ita iudicaſſe Salmanticæ, cum aſſeſſor eſſet cum quodam iudice ordinario recuſato, Iuliuſque Clarus quo ad pœnas criminales, excepta pœna confiſcationis, nihil definire audet. Ant. Gom. nihilominus ait, in puncto iuris raptorem non liberari à pœna mortis ex eo, quòd matrimonium cum rapta re ipſa celebret. Neque ius canonicum ex eo, quòd facultatem raptori & raptæ dederit contrahendi validè matrimonium, quicquam derogauit, aut derogari potuit diſpoſitioni iuris ciuilis quo ad pœnas pro raptu iuſtè ſtatutas, & Greg. Lopez ait, iuſtam futuram nō fore legem, quæ prohiberet raptorem criminaliter puniri pro raptu: eo ipſo quòd rapta matrimonium legitimum cum eo celebraret: quoniam id occaſio eſſet, vt id
C graue delictum frequentius committeretur. Atque lex Luſitana id apertè diſponit lib. 5. ord. titu. 14. §. 1. circa illum, qui vi carnalem acceſſum habet cū aliqua, vt ſcilicet eſtò illa cum eo poſtea matrimonium celebret, non excuſetur ille à pœna mortis. Ant. Gom. verò meritò ait in hoc (idem intellige in Luſitania) iuxta ea quæ ſuprà diſp. 46. & 47. dicta ſunt, ſi celebrato matrimonio rapta & parentes illius parcant raptori, non puniri tunc raptorem pœna mortis. Solum autem iudex procedere tunc poterit ad puniendum id delictum in commune bonum pœna aliqua arbitraria, quatenus eo rempublicam raptor offendit ac bonum commune, iuxta ea quæ ibidem dicta etiam ſunt. Si tamen parentes raptæ non pepercíſſent, tunc nihil impediente matri-
D monio celebrato, agere poſſent ad pœnam criminalem grauem, quatenus id delictum grauiter ipſos offendit, annuereque videtur Paulus Caſtrenſis: neſcio tamen an tunc in his regnis imponenda eſſet pœna mortis, remittente rapta ipſa delictum, quæ ſi inuitè fuit rapta, grauiter fuit offenſa, quando non adeſſent circunſtantiæ graues, quæ mortis pœna eum affici poſtularent. Quando autem raptus in iniuriam cederet principis, vt ſi quis rapuiſſet aliquam de domo ipſius, verbi gratia ex ijs, quas *damas de la reina, princeſa, o infanta*, vocant, tunc pœna mortis imponeretur, etiamſi de cōſenſu raptæ extraheretur de domo Regis, imò etiā ſi præcedentibus ſponſalibus inter ipſos clam aut
E præcedente tractatu matrimonij extraheretur de voluntate extractæ ad matrimonium cum illa celebrandum, eſtò tunc verè raptus non eſſet iuxta diſpoſitionem iuris canonici, vt ſuprà dictum eſt: idque propter iniuriam Regis factam in ſua domo, atque in exemplum aliorum, ne aliquid ſimile in poſterum fiat in domo Regis. Quando item raptus haberet fędas ac graues aliquas circunſtantias, ita vt rationi earum bono communi minimè expediret non puniri mortis pœna, tunc eſtò celebraretur matrimonium, & rapta atque parentes illius raptori parcerent, puniendus eſſet raptor à iudice ex officio ſuo mortis pœna in commune bonum, conſentaneè ad ea, quæ Diſputat. 46. citata dicta ſunt.

Atque

Atque in aliquo ex his euentibus uidetur quidam Rex Caſtellæ mortis pœna puniuiſſe raptorem quẽdam, quem prius voluit matrimonium contrahere cum rapta, vt honori ac famæ raptæ conſuleret, vt Iulius Clar. vbi ſup. nume. 8. refert. Illud eſt addendum, pœnam illam deportationis ſtatutam, l. vnica, C. de rapt. virg. & in authentico de raptis mulieribus, ijs parentibus, qui non accuſarent raptores filiarum ipſorum, nec curarent illos punire efficere, neque in hoc neque in Luſitaniæ regno habere iam hodie locum: eo quòd parcere & tranſigere circa hæc occultè, conſuetudine & diſſimulantibus principibus ac poteſtatibus publicis permiſſum ſit, vt diſputationibus citatis eſt dictum.

11 Tertium examinandum hoc loco eſt. Num ſi præcedentibus ſponſalibus, aut tractatu contrahendi matrimonium, aliqua extrahatur de domo paterna, aut alterius, ſub cuius cura & cuſtodia ſit, de voluntate quidem eius mulieris, atque ad celebrandum cum ea verè matrimonium, cæterum inuito patre, aut altero ſub cuius cura & cuſtodia ſit, incurrat pœnam mortis. Pars quæ negat, ſuaderi poteſt: quoniam ille non eſt verus raptus ex diſpoſitione iuris canonici, vt ſupra ex eo. cap. cum cauſa, de raptoribus dictum eſt. Dicendum tamen eſt de iure ciuili raptorem cenſeri, & pro eo eſſe impoſitam pœnam mortis. l. vnica. C. de rapt. virg. neque poſſe negari eſſe graue delictum commiſſum in grauem iniuriam illius, ſub cuius cura erat: maximè ſi ſponſalia præceſſerunt, aut promiſsio ex parte mulieris illius contrahendi cum ea, aut voluntas firma contrahendi, poſsit illam petere coram iudice eccleſiaſtico. Atque ſi ea extractio eſſet fęminæ alicuius de domo Regis, principis, aut alterius filij aut filiæ Regis, pœnam mortis eſſe imponendam. Item ſi extractio eſſet cum circunſtantijs, cum quibus iudicaretur bono communi expedire, vt id delictũ mortis pęna puniretur, etiam ſi parceret is, in cuius iniuriam facta eſſet extractio, pęna ſimiliter mortis eſſet puniendum à iudice ex officio ſuo. Quando autem non adeſſent adeò graues circunſtantiæ, vt ſi extractio eſſet de domo paterna, aut alicuius magnatis admodum illuſtris, tunc etiam ſi offenſus accuſaret, forſan imponenda non eſſet pęna mortis. Eo tamen grauior pęna ordinaria eſſet imponẽda, quo extrahens vilior eſſet, & extracta, iſque è cuius cura & cuſtodia extraheretur, eſſet nobilior, & quo adeſſent circunſtantiæ, quæ plus delictum aggrauarent. Quando autem offenſus ab accuſatione deſiſteret, ac parceret, multum tunc de ea pęna arbitraria eſſet minuendum.

Vtrum autem eſſet illis credendum, ſi vterque affirmaret præceſsiſſe inter eos ſponſalia, ſiue raptus interueniſſet, ſiue non, ſed inuenti eſſent ſimul. Quæſtionem diſputat Anton. Gomez. l. 80. Tauri. nume. 49. quando aſſererent contraxiſſe matrimonium, partemque affirmantem definit cum gloſſa. l. penult. C. de fideiuſs. & cum communi doctorum ſententia, quam refert, quando non eſſent circunſtantiæ, quæ contrarium perſuaderent. Ea tamen quæſtio locum hodie non habet poſt concilium Tridentinum, quod irritauit matrimonia, quæ celebrata non eſſent coram parocho aut duobus teſtibus. Locum tamen habere poteſt quoad ſponſalia, ſi inde culpa & pæna delicti minuatur.

12 Quartum eſt, num qui rapuit mulierem ad fornicandum cum ea, aut ad matrimonium cum illa contrahendum, ſi ad finem intentum non peruenit, ut quia illam carnaliter non cognouit, aut quia matrimonium cum illa non celebrauit, puniendus ſit pæna ordinaria pro eo delicto ſtatuta, an verò mitiori arbitrio iudicis imponenda grauiori aut minus graui, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus. A Multi, quos referunt Iulius Clarus, §. raptus, nume. quarto, Anton. Gomez. l. 80. Tauri, nume. 40. Carrerius in practica. §. homicidium. 6. nume. 285. & Couarr. in clementina ſi furioſus. parte ſecunda, in initio, nume. 8. affirmant puniendum eſſe pęna ordinaria. Quoniam iam raptus, pro quo ea pæna imponitur, conſummatus fuit in ratione raptus, licèt finis, ad quem is raptus patratus fuit, exequutioni non fuit mandatus. Et quidem quod attinet ad pænam ſpiritualem excommunicationis ipſo facto in Concilio Tridentino, capit. 6. citato raptoribus ſtatutam, dubitandum non eſt eam eſſe incurſam eo ipſo, quòd raptus eſt patratus, licèt poſtea finis, ad quem fuit patratus, exequutioni non mandetur, vt ſupra eſt dictum. Alij verò, quos B ijdem doctores referunt, contrarium affirmant, puniendum ſcilicet id crimen non eſſe pœna ordinaria, ſed mitiori arbitraria. Quatuor verò doctores citati, cum quibuſdam alijs, cum quibus etiam conſentit Gregorius Lopez. l. ſecunda, titu. 31. parte 7. verbò, *lo cumplam.* diſtinguunt. Quòd aut raptor non mandauit exequutioni finem, quem raptu intendebat, quia non potuit: & tunc dicunt puniri pœna ordinaria: aut eum finem exequutioni non mandauit, quia pœnitentia ductus noluit, & tunc puniri debere ſola pœna arbitraria mitiori, eãque diſtinctionem adhibuit, gloſ. prima, l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cleric. Addit verò Couarr. eum qui virginem rapuit puniendum eſſe pœna arbitraria admodum graui: tum quia C raptus in ratione raptus fuit conſummatus, tum etiam ob grauiſsimam iniuriam parẽtum illius, tum denique propter infamiam maximam illius mulieris: quoniam, inquit, licèt mille teſtes adhibeantur, quòd à raptore non fuit carnaliter cognita, difficilè admodum alij id ſibi perſuadebunt. Subiungit verò, ſi monialis ſit rapta ad turpiter illa abutendum, eſtò poſt raptum conſummatum pœnitentia ductus carnaliter illam non cognoſcat, puniendum eſſe pœna ordinaria. Tum ob grauiſsimum crimen raptus illius in ſe ob rationes, quas ibi Couar. ſubiunxit. Tum etiam, quoniam lex ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcop. & cler. in eo crimine ſolam attentationem punit mortis pœna, ac ſi crimen eſſet conſummatum. Obſeruandum verò arbi- D tror, legem ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcopis & cler. de ſolo raptu virginum Deo dicatarum, atque adeò de ſolo raptu monialium loqui, dũ ſtatuit, non ſolùm raptum ſed etiam attentationem illius puniendam eſſe mortis pœna: atque loquitur de raptu earum virginum ad celebrandum cum eis matrimonium: gloſſa tamen ibi ait, idem intelligendum eſſe, ſi raptus attẽtetur ad fornicationem cum illis. Ea autem lex videtur intelligenda, non de remota attentatione, ſed de proxima, qua efficaciter id intendit, nec potuit perficere. Atque in raptu, de quo ea lex loquitur, ſanè non ſolùm raptum conſummatum in eſse raptus, eſtò finis non fuerit exequutioni mandatus, cenſerem cum Couar. punien- E dum eſse pœna mortis ordinaria eius legis, ſed etiã aggreſsionem de ſe ad raptum ſufficientem, eſtò impedita fuerit, præualereque non potuerit: quoniam id videtur intentum diſpoſitioque eius legis. Lex verò 2. titu. 31. par. 7. extendit, vt attentatio ſine effectu puniatur pœna ordinaria, non ſecus quã ſi effectus attentatione intentus fuiſset ſequutus, quando attentatio facta fuit ad vim pudicitiæ inferendam, & ad raptum, tam mulieris virginis, quàm coniugatæ, nec mentionem facit ea lex de vidua honeſtè viuente. Atque loquitur non de quacunque attentatione vim inferendi pudicitiæ, ſed de attentatione proxima, ad vim per copulam conſummatam, dicens, *è començaſſe à metello por obra trabando*

de

de alguna dellas para cumplir ſu mal intento, quòd exponit ibi Greg. Lopez iuxta doctrinam Baldi, proſternendo illam ad rem cum illa habendum, non verò ſi remotiorem actum vi cum illa habeat; & quoad raptum loquitur de illo iam cępto, raptuſque rationem iam habente, eſtò cum rapta non deuenerit ad locum, ad quem illam deferre intendebat, neque finem, ad quem illam rapiebat, exequutioni mādaſſet: ait enim; *o lleuando la arrebatada*; vnde non loquitur de ſola attentatione ad illam rapiendam, ſed de raptu ipſo. Atque cum lex illa rationem reddat cur eiuſmodi attentationes, eſtò ex illis effectus intentus non ſit ſequutus, puniri debeant eadem pœna ordinaria, qua punirentur ſi effectus eſſet ſequutus, dicens, *ca maguer no paſaſſe à ella, merece ſer eſcarmentado bien, aſſi como ſi ouieſſe fecho aquello que codiciaua, pues que no finco por quanto el pudo fazer, que ſe non cumplio el hierro que auia penſado:* cum inquam, ea lex hanc rationem reddat, ſatis conſentaneè argumento à contrario ſenſu loquitur ad doctrinam illam, quòd ſi per ipſum etiam eiuſmodi attentationibus iam factis ſtaret, ſequi effectum eis attentationibus intentum: quia pœnitentia ductus, noluit perficere, quod intendebat, puniri non debeat pœna ordinaria ob eas ſolas attentationes, ſed ſolùm pœna arbitraria mitiori, maiori tamen vel minori, attenta grauitate culpę, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus. Vnde non auderem in hoc regno recedere à ſententia horum autorum, quando in raptu non interuenirent tales circunſtātiæ, quæ ſolùm raptum, ſine effectu eo intento, mortis pœna arbitrio prudentis dignū illum efficerent. Lege quæ Diſp. 24. hac de re dicta ſunt. Illud etiam addam, legem qui falſam. ff. ad leg. Corn. de falſ. non multum vrgere, vt ſtando in iure communi ei, qui verè iam rapuit mulierem honeſtam, non imponatur pœna ordinaria legis vnicæ. C. de rapt. virg. quando pœnitentia ductus, noluit exequi finem, ad quem illam rapuerat: nam hic verè conſummauit raptum in eſſe raptus pro quo pœna illa fuit ſtatuta: is verò de quo ſermo eſt l. qui falſam. non conſummauerat cudere falſam monetam, ſed pœnitentia ductus deſtitit ab eo crimine cōſummādo. Dignus tamen eſt is, qui pœnitentia ductus, exequutus non eſt id, ad quod mulierem honeſtam rapuerat, cum quo mitius agatur, quam ſi eum finem eſſet exequutus, aut quàm ſi exequutus illū non fuiſſet, non quia noluit, ſed quia non potuit, ac proinde dignus eſt cui pœna ordinaria commutetur in mitiorem arbitrariam, idque per epicheiam cenſendum eſt eſſe iuxta legum latorum mentem præſertim aſſerentibus id tot grauibus doctoribus.

13 Quintum examinandum hoc loco eſt, vtrùm diſpoſitio & pœna legis vnicæ. C. de rapt. virg. habeat locum in muliere iuuenem rapiente libidinis cauſa. Gloſſa eadem lege verb. ſponſam. affirmanter reſpondet, eandem ſententiam amplectuntur Ant. Gom. l. 80. Tauri. num. 37. & Carrer. §. citato, nu. 278. & 279. cū multis alijs, quos referunt, aſſerūtque aliquibus in locis ita fuiſſe iudicatum. Mihi verò probatur contraria ſententia, quam Iul. Clar. §. raptus. nume. 6. cum alijs quos refert, amplectitur, in eo ſcilicet euentu non eſſe eam mulierem puniendam mortis pœna, neque confiſcationis bonorum, illi adoleſcenti, quæ ſunt pœnæ ea lege vnica ſtatutæ pro raptu fęminæ honeſtæ, ſed alia pœna arbitraria infra mortem: quoniam lex illa eſt pœnalis neque de hominum, ſed de mulierum raptu loquitur: pęnæ maximè graues, quales illæ ſunt, non ſunt extendendæ ad aliud crimen vltra id, pro quo ſtatutæ ſunt: & quia non tantum malum imminet ac ſequitur adoleſcenti ex eo quòd rapiatur ad fornicandum, quantum fęminis imminet ac ſequitur ex eo,

A quòd rapiantur, neque tot ſcandala, & ſeditiones oriuntur ex illo crimine, quot ex hoc ſolent oriri.

14 Sextum eſt, vtrum ſi quis rapiat virginem immaturam, puniri debeat pœnis legis vnicæ. C. de rapt. virg. Ad quod dicendum eſt, ſi illam corrumpat, vtique puniēdus erit eiſdem pœnis longè maiori cum ratione, quam ſi illa eſſet virgo matura, ob ea quæ diſputatione præcedente hac de re dicta ſunt. Si itē illam rapuit animo illam corrumpendi, atque corrumpere eam eſt aggreſſus, ſed non potuit, aut impeditus eſt, & maximè ſi læſio aliqua in clauſtro illius reperiatur, eiſdē pęnis eſt puniendus. Quin ſi cōſtaret animo eā corrumpendi ad id eam iam deferre, ſed impeditus eſt, nec pœnitentia ductus illam reliquit, puniri debet pœnis eius legis, iuxta legem. 2.
B titu. 31. par. 7. & ea quæ circa dubium quartum dicta ſunt. Si verò ſolùm eam rapuiſſet ad tactus cum illa impudicos ac laſciuos ſine aggreſſione ad corrumpendum, tunc fortaſſe eſſet ſolùm pęna grauiori arbitraria ob raptum ad eos tactus & ob tactus ipſos puniendus, & maiori adhuc pœna ſi interueniſſet vis: taleſque circunſtantiæ interuenire poſſent, vt mortis pœna deberet puniri. Atque iuxta hæc ad metienda ſunt, quæ Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu. 42. de raptu virginis immaturæ diſputat, atq; affirmat, nobiſcumque conſentit, licèt rem non adeò explicet.

15 Septimum eſt, vtrum ſi quis rapiat mulierē, quæ nec virgo, nec coniugata nec vidua honeſta ſit, incurrat pœnas legis vnicæ. C. de rapt. virg. Ad quod
C dicendum eſt: De iure quidem communi, ſi quis rapiat eam, quæ non ſit de numero prædictarum, attamen quæ tempore raptus ad meliorem frugem ſe receperat, honeſteque viuebat, eſtò antea inhoneſtè vixiſſet, incurrere eas pœnas, ita colligitur ex l. vnica citata, & affirmant communiter doctores, qui de ſolo raptu meretricis, aut inhoneſtè in concubinatu apertè viuentis, diſputant, nū à diſpoſitione eius legis ſit excipienda, de quorum numero ſunt Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu. 45. Carrer. §. 6. citatato. nu. 276. iuncto antecedēte & ſequentibus, & Iul. Clar. §. ſtuprum citato. nu. 5. De iure tamen huius regni, credo, ſi quis rapiat mulierem, aut vim illi inferat, quæ non ſit de numero qualitatū illarum trium, nō incurrere illas pęnas, ſed ſolùm eſſe puniendū pęna
D arbitraria iuxta qualitatē raptoris & vim inferētis, mulieris, temporis, loci, ac cæterarum circunſtantiarum concurrentium. Lex enim 3. titu. 20. parte 7. ſolùm puniendos decreuit pœnis legis vnicæ citatæ, & authentici de raptis mulieribus raptores mulierum trium illarum qualitatū, quive intulerint vim pudicitiæ alicui ex illis mulieribus, atque in fine ea lex ſic ſubiungit; *mas ſi alguno forçaſſe alguna muger otra, que non fueſſe ninguna deſtas ſobredichas, deue auer pena porende a ſegun aluedrio del judgador, catando quien es aquel que fizo la fuerça, y la muger que forço, y el tiempo y el lugar en que lo fizo.* Credo autē agi tunc poſſe in hoc regno actione iniuriarum ciuiliter ad pœnam pecuniariam parti offenſæ applicandam, vel criminaliter ad pœnam corporalem,
E optione eius, qui eam iniuriam eſt paſſus iuxta ea, quæ diſput. 40. dicta ſunt. Quod verò ad meretricē, mulierem ve inhoneſtè manifeſtè viuentem, quæ cōiugata non ſit, attinet. Quidam, quos Iul. Clar. nume. 6. citato refert, cēſuerunt raptores earum, etiam de domo publica, puniendos eſſe mortis pœna, ſicque refert nonnullis in locis aliquos morte fuiſſe punitos. Ant. autem Gom. num. 49. citato, ait, illos non ſolùm non incurrere pœnas legis vnicæ. C. de rapt. vir. ſed etiam innuit nulla pęna eos eſſe afficiendos, iuxta leges quaſdam communis iuris, quas citat. Iulius verò Clarus. nu. 6. citato, inquit, in ducatu Mediolanenſi ſtatutum eſſe, vt puniantur pœna arbitraria,

ria,quam ſubiungit, ſenatum ſolere imponere triũ ictuum funis. In hoc etiam regno in calce legis 3. citatæ ſancitum etiam eſt, vt puniantur pæna arbitraria,iuxta qualitatem mulieris illius,raptoris, ſeu vim inferentis, & circunſtantiarum concurrẽtium: tametſi,vt ſubiungam,ibi mentio non fiat de raptu, ſed de ſola vi pudicitiæ illata. In Luſitania etiam lib.quinto,ord.titu.14.qui vim infert, etiam mulieri meretrici, aut mancipio, punitur pœna mortis; tametſi iubeatur, vt antea quàm pęna mortis imponatur, & mandetur exequutioni, certior fiat Rex, & ex ſuo beneplacito imponatur, quando mulier, quæ eam vim eſt paſſa, meretrix aut mancipium erat; quin & in eo regno pęna ſtatuitur cuicunque, in via,aut alibi apprehenderit (*trauar* ait ordinatio illa) mulierem etiam abſque animo fornicãdi cum illa: vnde mihi non eſt dubium puniri in eo regno raptum meretricis & alienæ ancillæ. De iure etiam communi,cum in raptu meretricis, aut ancillæ, & in vi illata pudicitiæ illius, iniuria grauis illi inferatur,nec modicum delictum in eo cernatur,dubitandum ſanè non eſt,pro ea iniuria & delicto iniuriarum actionem ciuilem & criminalem concedi, optione iniuriam paſſi, ad pęnam arbitrariam. Neque l.verum eſt.2.ff.de furt.cui Anton.Gom. nititur,contrarium docet. Licèt enim dicat, in raptu ancillæ ad libidinem non cerni furtum, quia non animo eam furandi, ſed ea abutendi, eſt factus ille raptus; neque item teneri de furto eum, qui fores meretricis fregit ad fornicandum cum illa,quando ipſo id non intendente, inde ſequutum, fures eam domum ingredi ac furari: neque tamen teneri ex furto,aut flauiana,qui vi opprimit meretricem: nõ tamen negat illa lex actionem iniuriarum concedi aduerſus illum in eis omnibus euentibus: neque item negat actionem concedi meretrici ad damna ei ſequuta ex iniuſta ac violenta effractione ſuarum forium cauſa turpitudinis cum ipſa inuita exercendæ. Imò verò de iure communi,qui rapuit quamcunque mulierem, etiam meretricem, eſtò ſine armis id efficiat, crimen committit de ui publica, & capite plectitur,vt habetur l.qui cœtu.§.vlt.ff.ad legem Iul.de vi publ.& §.item lex Cornelia,de vi publi.& §.item lex Cornelia,de vi publica. verſic. ſin autem.inſt.de pub.iud.tractatuque præcedente diſputat.682.§.qui rapuerit,dictum eſt,conſentitque lex Luſitana citata,atque iuxta ea iura, & non iuxta legem vnicam. C.de rapt.virg. loquuti ſunt doctores illi,quos Iulius Clar. refert, quique affirmãt raptum cum meretrice pæna mortis puniri, punitumque re ipſa fuiſſe in multis locis. Idemque fortaſſe eſt dicendum in hoc regno, quando finis raptus meretricis opere fuit conſummatus,quia copula,ad quam mulier illa fuit rapta,ſequuta fuit:eaque de cauſa lex 3.citata in fine, ſolum fuit loquuta de vi illata pudicitiæ mulieri, quæ non eſſet ex aliqua trium qualitatum in principio eius legis enumeratarum,nulla mentione facta in fine eius legis de raptu: cum tamen in antecedentibus in ea lege ſemper fuerit facta mentio tam de vi,quàm de raptu,ad incurrendas pænas legis vnicæ, C.de rapt. virg.& authentici de raptis mulieribus: neque ea lex videtur intendiſſe derogare diſpoſitioni Iuris communis quo ad actionem de vi publica & pęnam capitis quo ad raptores mulierum omnium, quæ non ſunt de aliqua ex illis tribus qualitatibus, etiam ſi honeſtè viuerent. In hoc autem regno,ſi raptus fiat extra *poblado*,vel rapta eo ducatur, crimen ſpectat ad iudices *de la hermandad*, modo rapta non ſit meretrix,iuxta l.2.titu.13.libro 8. nouæ collect. raptorque extrangulatus ſagittis configitur, vt Diſputatione 682.§.citato ex parte eſt dictum. Anton. Gomez.in confirmationem ſuæ ſententiæ citat etiam

A legem,quæ adulterium,in fine. C.ad legem Iuliam de adult.ſed inde ſolùm habetur,quòd copula cum ſimilibus mulieribus, in illa conſentientibus, non eſt punibilis: non verò quòd ſi interuenerit raptus, aut vis illis ad eam copulam illata, puniri non debeat ea iniuria. Citat præterea.l.vnicam,C.de raptu virg. quæ pęnam non ſtatuit raptoribus earundem meretricum. Cæterum licèt is raptus non puniatur pęnis eius legis; id tamen non impedit,quominus idem raptus, aut uis illis ad copulam illata, puniri debeant pænis ſtatutis pro eiſdem criminibus, quatenus diſpoſitione iuris, vis publica in eis cernitur.

Quod ad raptum attinet, in hunc modum eſt diſpoſitum in Luſitania,lib.5.ord.titu.14.§.3. *E ſe al-* 16
B *guun homen engualhar alguna molher virgem,ou honeſta,que caſada nom ſeia,por dadiuas,ou afaguos, ou prometimentos, ea tirar è leuar fora de caſa de ſeu pai, mai,tutor, curado,ſenhor, ou outra peſſoa ſob cuia gouernança ou guarda eſteuer, ou de qualquer outro luguar onde andar ou eſteuer por licença ou mandado ou conſentimento de cada hum dos ſobreditos, ou ella aſſi engualhada e induzida ſe for a certo luguar dõde a aſſi leuar,ou fugir con ella,ſem fazer outra verdadera forca a ella, ou a os ſobreditos: eo leuador da moça for fidalguo de ſolar, ou otra peſſoa poſt em dignidade, ou honra grande,ou pai da moça for peſſoa plebea è de baixa maneira,ou alfaiate,capateiro,ou outro official,nom ſemelhante nem y gualança condiçam,nem eſtado,nem linhagem a o leuador: em tal caſo o dito leuador ſera ri-*
C *ſcado de noſſos libros, è perdera qualquer tença graciosa,ou em ſua vida,que le de nos teuer,è ſera degradado pera cada huum dos noſſos luguares dalem em Africa, em quanto for noſſa merce. E qualquer outro de menor condiçam que ſemelhante fizer moura por ello. E bem aſſi auera luguar a dita pena de morte nas outras peſſoas an de ouuer ygualança de linhagem. Terem ſe o tal leuador, que leuona dita molher por ſua vontade, (poſto que a dita molher ſeia muito menor condiçam que o leuador) aleuaſſe contra vontade de ſeu pay, ou may,tutor,ou curador, ſob cuia gouernança ou guarda eſteuer, ſendo preſente cada huna das dilas peſſoas, em tal caſo mandamos que moura. E por quanto ſe muytos chamam fidalgos, è tomam apelidos das linhagems como lhes aproz, mandamos que quando tal caſo acontecer*
D *è ouuer duuida em ſua fidalguia, ante que o iulgem no lo fazam ſaber, pera vermos è determinamos as qualidades ante as peſſoas.* Qui verò in eo regno extrahit mulierem coniugatam ad adulterandum cum illa,pęnam mortis incurrit,& tenetur reſtituere omnia damna inde marito in bonis externis ſequuta; ſi verò ipſa conſentiat,pęnam ſimiliter mortis incurrit,præcipiturque mortis pęnam exequutioni mandari in adulterum, nihil impediente quòd maritus adultero parcat,& quòd reconcilietur vxori. Ita habetur lib.5.ord.tit.15.§.1.& 5.in fine. In eodem regno, qui ſimili modo rapit monialem de monaſterio,ſi fuerit *piam*,incurrit mortis pęnam,ſi uerò fuerit altioris gradus, punitur pęna centum aureorum
E monaſterio,& exilij perpetui in inſulam diui Thomæ. Ita habetur 5.lib.ord. ti.22.§.1.

Quod autem ad vim pudicitiæ illatam attinet de 17
iure communi, eſtò ſine armis inferatur, qui illam infert,pęnam incurrit legis Iuliæ de ui publica. Atque ſi mancipium eſſet, propriaque autoritate, & non domini,id efficeret, mortis pęnam incurrebat, alioquin in metalla damnabatur. Si verò eſſet perſona libera,pęnam incurrebat deportationis,confiſcabanturque bona illius, non tamen puniebatur mortis pęna. Hodie verò deportationis pęna locum non habet,neque confiſcantur bona illius,ſed punitur pęna arbitraria infra mortem,attenta qualitate criminis, & attento quòd ea pęna grauis ſtatuta

tuta

tuta eſſet de iure communi. Hæc omnia copioſè à nobis explanata ſunt tractatu præcedente Diſp. 682. §. item qui puerum, & à §. qui uim publicam, & conſtat ex l. 3. §. præterea. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & ex alijs iuribus ibi citatis. Vnde errant Anton. Gomez. l. 80. Tauri, num. 41. & alij, qui affirmant, vim ſolam illatam pudicitiæ, ſine raptu, de iure com muni pœna mortis puniri, aut in vi pudicitiæ illata raptum eiuſdem mulieris cerni, maleque pro ſua ſen tentia citat gloſſam. §. item lex Iul. de adul. inſt. de pub. iudic.

18 De iure verò huius regni. l. 3. titu. 20. part. 7. vis il lata pudicitiæ mulieri virgini, coniugatæ, aut viduæ honeſtæ, non ſolùm punitur mortis pęna, ſed etiam punitur pœnis alijs ſtatutis pro raptu. l. vnica, C. de rap. vir. & in authentico de rapt. mulierib. Imò verò attentatio inferendi vim pudicitiæ virgini, aut mulieri coniugatæ, ſi ad actum ad id proximum ſuit deuentum, neque ſtetit per eum, qui eam vim inferre attentauit, punitur eiſdem pœnis, eſtò copula non ſit habita, vt habetur l. 2. titu. 31. part. 7. Vis verò illata cuicunque alteri mulieri punitur ſolum pęna ar bitraria, vt habetur in calce legis. 3. citatæ, dictaque hæc omnia ſupra à nobis ſunt. Item ſi vis in hoc regno fiat cuicunque mulieri *fuera de poblado*, quæ meretrix non ſit, cognoſcant de eo crimine iudices *de la hermandad*, vt habetur l. 2. titu. 13. lib. 8. nouæ col lect. Præterea lex 4. titu. 23. eiuſdem lib. 8. nouæ col lect. impunè permittit cuicunque interficere eum, *que lo hallare lleuando muger forçada para iazer con ella, o que aya iazido con ella*, intellige, in flagranti de licto, vt ſuprà dictum eſt.

19 De iure verò Luſitano vis pudicitiæ à quocunque mulieri cuicunque illata, etiam ſi meretrix ſit, aut mancipium, punitur pœna mortis: ſi tamen mu lier ſit meretrix aut mancipium, tunc certior fieri debet Rex, antequam ea pęna imponatur. Eandem pœnam incurrit quicunque ad id dederit adiutoriũ, fauorem, aut conſilium. Quamuis autem, qui eam vim pudicitiæ mulieris intulerit, illam poſt crimen patratum ducat vxorem de conſenſu mulieris, non propterea ab ea pœna excuſatur. Pœna tamen prædicta ſolùm habet locum, quando mulier nullum conſenſum dedit ad copulam: ex eo autem, quòd poſt copulam conſummatam complaceat in copula vi antea cum ipſa habita, non euadit prædictam pœnam is, qui vim illam pudicitiæ intulit.

In eodem regno qui apprehenderit (*trauar* ait or dinatio) mulierem in via, aut alibi, non ad rem habendam cum illa, conijcitur in vincula triginta diebus, & ſoluet mille *reais* miniſtro, quem *merinho* in eo regno vocant, aut alteri accuſanti de eo crimine. Si verò eam apprehenderit ad rem cum illa habendam, punietur grauiori pœna, iuxta diſpoſitionem iuris. Hæc omnia habentur lib. 5. ord. tit. 14. in prin cipio & §. 1. & 2.

20 De iure autem communi, & in hoc regno, pro iniurijs aduerſus pudicitiam, quando non interuenit vis pudicitiæ completa & conſummata per copulã, ſed infra copulam iniuria fuit illata, competet actio iniuriarum ciuilis, aut criminalis, optione eius, qui iniuriam eſt paſſus, ad pœnam arbitrariam iuxta ea, quæ diſputat. 40. dicta ſunt, conſentiunque l. item apud Labeonem §. ſi quis virgines. ff. de iniur. & alia iura.

21 De iure canonico raptor quondam pœna ſeruitu tis puniebatur, ſeruuſque efficiebatur raptæ, quando ipſa renitente illam rapiebat: cum facultate tamen ſe ipſum redimendi, ſoluendo illi pro ſe compe tens pretium. Quando autem conſentiente muliere illam rapiebat, efficiebatur ſeruus parentis eius mulieris, cum facultate ſe ipſum redimendi. Ita habetur. c. de raptorib. 36. q. 1. Præterea tam raptor, quã

A præbentes ei ad id auxilium, pœnam incurrebant excommunicationis, non latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt patet c. 1. & ſequentibus. 36. q. 2. atque affirmant Syluest. ver. luxuria. q. 6. & doctores communiter. Et quãuis c. ſi quis virginem eadem cauſ. & q. dicatur, anathema ſit, illud tamen exponit Caiet. 2. 2. q. 159. art. 7. ad dubium 3. id eſt, fiat anathema, vt id caput cum alijs iuribus & cum communi doctorum ſententia conſentiat.

Hodie in concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 6. de 22 reformatione ſancitum eſt. In primis, vt matrimonium celebratum inter raptorem & raptam, interim dum illa manſerit in poteſtate raptoris, nec ſeparata ſit prius ab eo, & collocata in loco tuto & libero, vbi libere exprimat, an velit habere eum in ma

B ritum, ſit nullum.

Vtrùm autem, licèt tunc celebrari inter eos non poſſit matrimonium validum, poſſent nihilominus celebrari valida ſponſalia. Nauar. lib. 4. conſil. titu. 14. de conſanguinitate & affinitate, conſi. 3. à num. 5. diſputat hanc quæſtionem, eaque inualida ſimiliter eſſe rectè docet. Quoniam cum ſit eadem ratio de ſponſalibus, quippe quæ non minus requirant liberum ad ea aſſenſum ſponſæ, quam requirat matri monium, nec ſufficienter concilium prouidiſſet ma lo euitando, quod ea definitione vitare intendebat, ſi non eodem modo inualida redderet ſponſalia eo tempore celebrata, quæ via ſunt, & obligationem ad matrimonium inducunt, vtique per epicheiam eſt cenſendum, quamuis concilium ibi de ſolo ma-

C trimonio fuerit loquutum, idem tamen de ſponſalibus eodem tempore celebratis intelligere. Ea autẽ de re interrogata congregatio Romæ deputatorum ad reſpondendum dubijs circa definitiones concilij Tridentini obortis, nũ valida eſſent ſponſalia eo tempore celebrata, inualida ea eſſe reſpondit.

Deinde concilium in eodem capite 6. declarat, ſi rapta ſeparata prædicto modo à raptore conſenſerit habere raptorem in maritum, tunc raptorem poſſe legitimo ac valido matrimonio habere illam vxorem.

Tertiò, ſiue raptor illam habeat poſtea vxorem, ſiue non, ratione criminis raptus imponit conciliũ raptori, & omnibus, qui conſilium, auxilium, aut fauorem ad eum raptum illi dederunt, pęnam excom

D municationis ipſo iure & infamiæ perpetuæ, atque incapacitatis omnium dignitatum, & clericis pęnã ſimul depoſitionis à quocunque gradu. Non defuerunt qui aſſererent, ſi raptor vxorem duceret raptã, non incurrere infamiam: quoniam id eſſet in damnum raptæ, & retraheret à matrimonio illo celebrã do. Contrarium verò perſuadet, quoniam pœnæ illæ ob raptum incurruntur, antequam rapta collocetur extra poteſtatem raptoris, ac deliberet & conſentiat, aut non conſentiat circa matrimonium: neque ſtatuunt ſub conditione, ſi ipſa contrahat, aut ſi non contrahat cum illo, ſed abſolutè: ipſa autem videat, num ſibi expediat cum eo celebrare matrimonium, qui eas pęnas iam antea incurrerat. Perſua-

E det quoque verbum illud eius capitis; & nihilominus; hoc eſt, eſtò de conſenſu libero raptæ habeat eam in vxorem, incurrat ſequentes pęnas. Poſſumus præterea interrogare autores illius ſententiæ, num raptor illo tempore medio, dum in poteſtate raptoris & raptę eſt, celebrare matrimonium, patra to iã antea raptu, aut illud non celebrare, an raptor ſit infamis ob raptum antea patratum: ſi affirmanter reſpondeat, cum nullum ſit ius, quod ſtatuat abo leri eam pęnam, iam inflictam & contractam, per celebrationem poſtea matrimonij cum rapta, perpe ram falſoque id affirmatur. Nullus autem dicet, non fuiſſe antea contractam, ſed tunc demum contrahi, quando rapta erepta de poteſtate illius dicit ſe non velle

A velle contrahere cum illo; vel quando ipſe non vult contrahere cum illa volente, atque hunc tempore illo antecedente infamiam non contraxiſſe. Celebraſſe tamen eum poſtea legitimum matrimonium cum rapta, cauſa eſt nõ leuis, vt princeps ab eo auferat infamiã, illũ quoad in priſtinũ reſtituendo ſtatum, capacemque efficiendo omnium dignitatum.

Quartò ſtatuit ibidem concilium, vt raptor, ſiue mulierem raptam duxerit vxorem, ſiue non, teneatur eam decenter iudicis arbitrio dotare. Cum autẽ hæc pœna, vt raptor teneatur dotare raptam, ſiue illam ducat vxorem, ſiue non, ſtatuta ſit à concilio illo vniuerſali, annuentibus principibus ac rebus publicis ſecularibus, credo vbicunque receptum eſt concilium Tridentinum, pœnam confiſcationis bonorum raptoris mulieri raptæ commutatam eſſe in B pœnam hanc, vt teneatur illam decenter iudicis arbitrio dotare.

DISPVT. 106.

Ex ſtupro latè ſumpto, ex raptu, & ex vi pudicitiæ illata, quouſque obligatio reſtituendi in foro conſcientiæ reſultet. Et promiſſio, aut iuramentum, contrahendi cum ſtuprata, quouſque obligent.

SVMMARIVM.

1 *Quando mulier virgo, quæ ſub patria eſt poteſtate, abſque vi & fraude libere conſenſit in ſtuprum gratis, aut accepto ea de cauſa aliquo pretio, ad nullam reſtitutionem tenetur in foro conſcientię ſtuprator, ſiue illa ad id ſtuprum ſe inuitauerit, ſiue precibus etiam importunis & longo tempore iteratis, ſiue blanditijs ad id fuerit adducta; modò tamen adducta ad conſentiendum non fuerit inuoluntariè ex verecundia, quòd auſa non fuerit id denegare, inuoluntarieque conſenſerit, quia tunc ad reſtitutionem teneretur illi ſtuprator, ſi id intelligeret, quando illam deflorauit.* C

2 *Quando mulier eo modo, vt dictum eſt, ſtuprata eſt, nulla reſtitutio debetur patri eius virginis ſtupratæ: præſertim quando ſtuprum in cauſa non fuit, vt pater dotem augeret ad illam maritandam; quoniã quando, eo quod ſciretur mulierem illam eſſe corruptam, pater augeret dotem ad illam æquè bene maritandam, ac ſi corrupta non fuiſſet; & tunc culpa ſtupratoris mulier illa eſſet infamata, quia iniuſtè ſtuprum detexiſſet, tunc ad reſtitutionem teneretur ſtuprator famæ ab illa iniuſtè ablatæ, ac damnorum incrementi dotis, aut cuiuſuis alterius, quæ illi ex iniuſta læſione famæ illius ſequerentur.* D

3 *Quando aliquis pollicitationibus virginem adduxit ad conſenſum in ſtuprum, ei implere tenetur omnes eas pollicitationes in ſtuprum: niſi animo eam decipiendi & non adimplendi aliquid abſque iuramento illi fuerit pollicitus adeò inæquale, vt merito ipſa attendere debuerit illum id polliceri abſque animo adimplendi, animo eam decipiendi: vel niſi promiſſio impoſſibile contineat.* E

4 *Is qui animo implẽdi promiſit ſe ducturum aliquam in vxorem, ſi illa in ſtuprum conſentiret: Item is qui animo eam decipiendi idem illi promiſit, tenetur ducere eam vxorem, quæ in ſtuprũ eo modo conſenſit.*

5 *Si is, qui poſt primam validam promiſſionem culpa ſua ſe impotentem reddit ad illam implendam iterum potens illam implere reddatur, tenetur eã promiſſionem implere, ſi mulier cui facta eſt, id velit, niſi iam illi ſatisfeciſſet compoſitione aut tranſactione facta cum illa, aut aliqua alia ratione.*

6 *Quando id ſtuprum fuit omnino occultum, mulierque illa nullam contraxit infamiam, æqueque bene nupſit, atque ſi ſtuprata non fuiſſet, tenetur illi ſtuprator ad reſtitutionem aliquam.*

7 *Quando mulier per vim eſt ſtuprata, aut per fraudem, promittendo illi quod impleri non poteſt, vel alia ſimili fraudulenta ratione, aut quando inuoluntariè mixtè fuit ſtuprata, ita vt conſenſus eius mulieris ſufficiens non fuerit, vt donatio eſſet valida, tenetur ei ſtuprator ad reſtitutionem damnorum omnium: patri verò ad nullam reſtitutionem tenetur.*

8 *Qui ei, quam credebat virginem eſſe, promiſit ducturum eam vxorem, ſi in copulam conſentiret, non tenetur ducere eam vxorem, ſi illam corruptam inuenit: nec ei ad vllam reſtitutionẽ tenetur, quidquid ex ea copula abſque alia culpa viri mulieri illi ſequatur, ſiue id infamia ſit ſiue quoduis aliud.*

9 *Si quis virginem ſtuprauerit illi promittendo ſe ducturum illam vxorem, & poſt ſtuprum comperit, eam copiam ſui corporis feciſſe alicui alteri, neque tenetur illam ducere vxorem, neque quidquam illi reſtituere ob ſtuprum & damna ex illo vlterius ei mulieri ſecuta.*

10 *Qui ſciens aliquam eſſe corruptã, ei promiſit ſe ducturum eam vxorem, ſi in copulam cõſentiret, tunc ſi illa in copulam conſentiret, perinde teneretur ducere illam uxorẽ, ac ſi illa, quando conſenſit, uirgo eſſet.*

11 *Qui ui corruptam cognoſcit, ſi inde ei detrimentum nõ ſequatur in fama, neque in aliquo alio bono, quia æquè bene nubere poteſt, ac ſi id non eſſet paſſa, neque alia uia damnum aliud incurrit, ad nullam reſtitutionem ei tenetur, neque alia uia damnum aliud incurrit, licèt ea mulier ſit coniugata.*

12 *Quando ex raptu, præter ea quæ dicta ſunt, ſolùm ſequitur iniuria præciſa à damno dato, tunc nulla eſt obligatio reſtituendi quidquam ratione raptus ante latam ſententiam.*

13 *Quando aliquis tentando euertere pudicitiam mulieris alicuius, quoad id inuitæ, uel accedendo ad locum, vbi illa eſſet, in cauſa eſt, ut illa infametur, uel ut aliud damnum in bonis externis aut in aliqua alia re illi ſequatur, quia ob eam infamiam nõ inueniet, cui æquè bene nubat, tenetur ei reſtituere omnia damna ea uia ei ſecuta, eſto nihil omnino ex illa obtineat.*

14 *Quando inter aliquos præceſſerunt ſponſalia abſque conditione aliqua conſenſus in aliquid inhoneſtum, uterque tenetur contrahere cum altero tempore congruo, iuxta id quod à principio fuit expreſſum ac cõſtitutum, aut quod tunc in animo habebant ſaltem quaſi habitualiter, quia ſcilicet, ſi tunc fuiſſent interrogati, reſpondiſſent ſe non plus uelle protrahere tempus celebrandi matrimonium. Si tamen alter alteri remittat obligationem, tunc is, cui remiſſa obligatio fuerit, non tenebitur contrahere cum illo, eſtò ſponſalia iuramento fuiſſent confirmata.*

15 *Coniux qui alteri coniugi iniuſtè debitum negat, licèt iniuriam illi faciat ac lethaliter peccet, ad nullam tamen reſtitutionem tenetur.*

SEquentibus concluſionibus propoſitæ diſputationi eſt ſatisfaciendum. Prima concluſio. 1
Quando mulier virgo, quæ ſub patria eſt poteſtate, (& multo magis quæcunque alia) abſque vi & fraude libere conſenſit in ſtuprum gratis, aut accepto ea de cauſa aliquo pretio, ad nullam reſtitutionem tenetur in foro conſcientiæ ſtuprator, ſiue illa ad id ſtuprũ ſe inuitauerit, ſiue precibus, etiã importunis & longo tẽpore iteratis, ſiue blandicijs ad id fuerit adducta; modò tamen adducta ad conſentiendum non fuerit inuoluntariè ex verecundia, quòd auſa non fuerit id denegare, inuoluntarieque conſenſerit. Denique quando conſenſus eius virginis eam habet libertatem, quæ ſufficeret vt pecuniaria donatio eſſet valida, ſi ea virgo ſui iuris fuiſſet, diſponereq; validè de ſuis bonis poſſet ſufficeret quo-

que vt virgine ea conſentiente cum ea libertate, ſtuprator ad nullam reſtitutionem in conſcientiæ foro ob id ſtuprum teneretur, ſiue ad conſenſum in illud diuturnis ac importunis precibus ſiue blādicijs fuerit adducta. Hæc concluſio eſt aduerſus Nauarrum in Manuali. c. 16. nu. 16. & aduerſus quoſdam alios, qui diſpoſitiones pœnales iuris humani, de quibus Diſp. 104. eſt dictum, confundunt cum obligatione in foro conſcientiæ reſtituendi pro ſtupro nulla expectata ſententia. In eam tamen videntur conſentire apertè Sot. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ad 2. Ledeſmius. 2. 4. q. 18. ar. 2. fol. 241. & Sylueſt. verb. luxuria. q. 5. Ratio autem, cui ea concluſio nititur, eſt, quoniam volenti & conſentienti non fit iniuria: & quoniam, quod virgo illa de ſuo corpore poſt pubertatis annos diſponit, validum eſt, nihil impediente, quòd id in patris iniuriam cedat. Per accidens autem eſt, vt donatio virginis illius ad abuſum ſui corporis per ſtuprum, aut permixta cum acceptione alicuius pretij pro eodem abuſu, valida ſit, nec inducat obligationem reſtituendi in foro conſciētiæ, quòd virgo illa ad eum liberum conſenſum fuerit adducta precibus & blanditijs; modò tamen conſenſus ille fuerit talis, qui ſi per blanditias & preces obtentus non fuiſſet, validus eſſet. Quod autem Nauarrū & alios contrariæ ſententiæ autores feſelliſſe videtur, eſt diſpoſitio humani iuris canonici & ciuilis Diſp. 109. relata, quam etſi fateantur pœnalem eſſe, neque obligare in foro conſcientiæ ante latam ſententiam; nihilominus, inquiunt, ius ciuile l. vnica. C. de rapt. virg. & alijs in locis, tanquam vim ac fraudem in re hac reputat, mulierē grauiter fuiſſe ſollicitatam, caputque primum de adulterijs ſeductam appellat eā, quæ grauiter ad ſtuprum ſollicitata fuit, vt ſtuprator pœnam capite illo ſtatutam incurrat. Obſerua tamen, iura nec vim nec fraudem appellare preces & blanditias, quibus mulieres ſollicitantur & adducuntur ad conſenſum, ſed illis tanquam cauſæ motiuæ ac inductiuæ tribuere conſenſum mulierum: eaque de cauſa punire voluerunt eos, qui eo modo mulieres ad conſenſum perduxiſſent, vt tenerētur eas dotare & ducere vxores, vel vt ſub disiunctione tenerētur eas dotare, aut ducere illas vxores, neque quicquam aliud ea iura ſonant. Imò Luſitanum ius, quocunque modo virgo in ſtuprum conſentiat, punit ſtupratorem ea pœna, vt diſputat. 104. dictum relatumque eſt. Quare in foro conſcientiæ ſatis eſt conſenſum feminæ in ſtuprum ea libertate eſſe liberum quæ in alijs rebus ſufficiet vt donatio ſit valida, vt ſtuprator ad nullam reſtitutionem ei in conſcientię foro teneatur. Si verò conſenſus feminæ eo modo non eſſet liber, ſed ſolùm præ verecundia, quia negare id non audet, copiam ſui corporis faceret inuoluntaria quando conſentit, vtique tunc ad reſtitutionem teneretur illi ſtuprator, ſi id intelligeret, intelligerève debuit, quando illam deflorauit. Ratio autem eſt, quoniam ſimilis pecuniaria donatio eodem modo facta & accepta inualida proculdubio eſſet, cum onere illam reſtituendi: eo quòd ſimiliter eſſet inſufficienter voluntaria vt valida eſſet. Dixi, ſtupratorem in eo euentu teneri ad reſtitutionem eius ſtupri, ſi id intelligeret, aut intelligere debuit, quādo illam deflorauit: quoniam ſi id abſque ſua culpa non intellexit, cùm non teneatur ex parte rei acceptæ; eo quòd neque in ſe, neque in alio, in quo factus ſit locupletior, illa permaneneat; neque item ex parte iniuſtæ acceptionis, excuſante illum tunc ignorantia probabili, quòd illa inuoluntariè conſentiret, ac proinde quòd aduerſus illam committeret iniuſtitiam eam deflorando tunc, vtique ad nullam reſtitutionem ei tenetur.

2 Secunda concluſio. In euentu præcedentis concluſionis nulla reſtitutio debetur patri virginis ſtupratæ: præſertim quando ſtuprum in cauſa non fuit A vt pater dotem augeret ad illam maritandam. Hæc etiam concluſio eſt aduerſus Nauarrum & aduerſus illos alios. Atque in ea videntur conſentire Sotus, Ledeſmius, & Sylueſter locis citatis, nihil ea de cauſa reſtituere iniungunt patri virginis ſtupratæ.

Ratio verò huius concluſionis eſt, quoniam virgo non eſt poſſeſſio patris, eaque de cauſa damnum eius mulieris non eſt damnum patris, vt patri ſit reſtituendum, ſed eſt damnum ipſiuſmet mulieris. Inde tamen propter coniunctionem, quam ea mulier habet cum patre, aut quoniam patri cura incumbit & cuſtodia corporis illius, redundat damnum illud in iniuriam patris: pro iniuria verò præciſa a damno dato reſtitutio in foro conſcientiæ non debetur, ſed ei iniuriæ ſolùm reſpondet pœna, quæ non debetur B ante latam ſententiam. Neque huic noſtræ concluſioni refragatur diuus Th. 2. 2. q. 154. art. 6. ad 3. vt citat Nauarrus, ſed potiùs ei ſuffragatur. Eo enim in loco ſolum docet D. Th. ſtupro commiſſo cum puella inferri patri iniuriam, eaque de cauſa ſtupratorem teneri patri ad pœnā: diſp. autem 100. & tractatu præcedente diſp. 715. ex diuo Thoma oſtendimus, pro iniuria ſumpta præcisè à damno dato nō deberi reſtitutionem in foro conſcientiæ. Ac ſanè lex Deuteronomij 22. quam ibi diuus Thomas citat, qua præcipiebatur, vt ſi quis virginem non deſponſatam reperiſſet in agro, eamque ibi ſtupraſſet, deducta re ad iudicium, cogeretur accipere eā vxorem & ſolueret patri illius quinquaginta ſiclos argenti pro iniuria illi illata, pœnalis manifeſtè erat, C quæ proinde hodie nullam vim habet, vtpote quæ morte Chriſti ceſſauit: minimè autem ceſſaſſet, ſi de iure eſſet naturali, atque ex natura rei in foro conſcientiæ ad id obligaret.

Dixi, in concluſione: præſertim quando ſtuprum in cauſa non fuit, vt pater dotem augeret ad illam maritandam. Quoniam quando, eo quòd ſciretur mulierem illam eſſe corruptam, pater augeret dotē ad illam æquè bene maritandam, ac ſi corrupta non fuiſſet, videri alicui poſſet, ſtupratorem cauſam iniuſtam fuiſſe patri eius mulieris in ſuis bonis externis damni incrementi illius dotis, ac proinde teneri in foro cōſcientiæ illud ei reſtituere: id quod multi affirmant, ducti ratione illa. At certè nec in hoc euentu exiſtimarem teneri illum id reſtituere: niſi D quando culpa ſtupratoris fuiſſet mulier illa infamata, quia iniuſtè detexiſſet, cauſave iniuſta fuiſſet vt detegeretur, illam ab ipſo fuiſſe corruptam; tunc enim ad reſtitutionem teneretur ei mulieri famæ iniuſtè ab illa ablatę ac damnorum incrementi dotis, aut cuiuſuis alterius, quæ illi ex iniuſta læſione famæ illius ſequerentur. Si verò ipſe nō fuit cauſa iniuſta mulieri illi iacturæ famæ illius, quia ab alijs fuit res detecta, neque ipſe quicquam fecit præter id, in ꝙ libere mulier illa cōſenſit, ob quod illa famam amitteret, ad nullam credo illum teneri reſtitutionem in foro conſcientiæ, tam mulieri illi, quàm patri illius. Ratio autem eſt, quoniam mulier illa libere conſentiendo in ſtuprum, non ſolum libere voluit damnum E ſtupri, ſed etiam cuiuſcunque alterius iacturę, quæ inde, & ex admiſſione eius viri ad id ſtuprum, abſque alia culpa eius viri, ſequeretur: neque comparatione illorum damnorum cenſetur vir ille cauſa iniuſta: vnde mulier illa ſibi ipſi id damnum imputet, aut alij, ſi qui cauſa iniuſta illius ipſi fuerunt, crimen illud iniuſtè detegendo, illud ei reſtituant. Quòd ſi pater ſua ſponte voluerit eruere illam ab eo damno, quòd nubere æquè bene non poſſit ac ſi ſtuprata non eſſet, augendo illi dotem vt æquè bene nubat, ſanè non eſt cur ſtuprator id illi in conſcientiæ foro compenſare ac reſtituere teneatur. Sicut enim filia, quæ cauſa etiam fuit eius damni libere conſentiendo in ſtuprum, & ſe exponendo periculo vt id ſciretur, reſtituere non tenetur ſuis fratribus

bus portiones ſuas incrementi illius dotis, eſtò ad illos alioquin eſſent deuenturæ, modò tamen portiones legitimas, ipſis in bonis patris debitas, id incrementum dotis non contingat: ita neque ſtuprator tenetur patri, fratribus, aut ipſi puellæ, quicquam ea de cauſa reſtituere.

Quamuis etiam ex ſtupro, ſi ſciatur, infamia reſultet patri & matri ac fratribus puellæ, non tenetur ſtuprator ea de cauſa ad vllam eis reſtitutionem in foro conſcientiæ. Quoniam ea infamia per accidens in illos redundat propter coniunctionem, quã cum ea mulier habent, potiuſque habet rationem iniuriæ comparatione eorum, quàm damni: neque minus eſt cauſa eius infamiæ, ſtuprata libere in ſtuprum conſentiens, quàm ſtuprator: nullus autem dicet, ſtupratam teneri illis ad reſtitutionem ea de cauſa. Item ex copula cum filia vidua; ſi ſciatur, non minus reſultat infamia in patrem, matrem, & in fratres illius, quàm ex ſtupro virginis: nullus autem dicet vel viduam, vel fornicantem cum illa, teneri illis ad reſtitutionem eius infamiæ, quæ illis reſultat. Quin neque fratribus virginis concederet actio iniuriarum ob iniuriam in ipſos reſultãtem, ſed ſoli patri, eo quòd ea filia ſub illius tantùm eſſet poteſtate. Atque in his regnis, in quibus vidua eſt extra patriam poteſtatem, quippe quæ per antecedens matrimonium egreſſa fuerit patriam poteſtatem, & ſui iuris fuerit effecta, patri non conceditur iniuriarum actio aduerſus fornicãtem cum illa. Atque, quando iniuſtè virgo aut vidua eſſet infamata, detegente aliquo iniuſtè ſtuprum aut fornicationem illius, ei tantùm facienda eſſet reſtitutio ad id famæ damnum iniuſtè datum, non verò patri, aut alijs cõſanguineis, eſtò in ipſos infamia per accidens redũdet, vt praxis eccleſiæ ſemper habuit.

3 Tertia concluſio. Quando aliquis pollicitationibus virginem adduxit ad conſenſum in ſtuprum, implere ei tenetur eas omnes pollicitationes. Excipitur, niſi animo eam decipiendi, & non adimplendi, aliquid abſque iuramento illi fuerit pollicitus adeò inæquale, vt meritò ipſa attendere debuerit, illum id polliceri abſque animo adimplendi, animo eam decipiendi, obtinendique ab illa, quod optabat: vel niſi promiſſio impoſſibile contineat. In his enim duobus euentibus in conſcientiæ foro ſolùm tenetur illi reſtituere, quantũ arbitrio prudentis æſtimabitur damnum virginitatis amiſſæ, attento num ea de cauſa re ipſa plus indigeat ad æquè bene nubendum; eo quòd ſciatur, vel ſuſpicio ſit, eam non eſſe virginem, vel eo quòd infamiam contraxerit, quòd leuis cum illo fuerit. Ex his enim, & ex alijs ſimilibus circunſtantijs, accreſcere poterit plus vel minus æſtimatio damni amiſſæ virginitatis, attenta ſimul qualitate perſonarum, & attentis alijs circunſtantijs concurrentibus.

Prima pars huius concluſionis, quòd ſcilicet quãdo aliquis pollicitationibus virginem adduxit ad conſenſum in ſtuprum, implere illi teneatur eas omnes pollicitationes, (modò tamẽ ea pars intelligatur cum exceptionibus, quæ in eadem concluſione ſubiunguntur) communis eſt doctorum. Eſt enim tunc contractus inter mulierem illam & ſtupratorem, quo mulier illa pro eo, quod ei promittitur, copiam ſui cum iactura ſuæ virginitatis facit: vnde ipſa ex ſua parte contractum implente, conſurgit ex altera parte obligatio ex iuſtitia implendi illi, quod in recompenſationem promiſſum ei fuit, nihil impediente, quod promittens habuerit animum non implendi, ſed decipiendi illam. Ex natura quippe ipſa rei ex illo pacto literis aut verbis expreſſo, adimplente muliere illa, quòd ex ſua parte in recompenſationem pollicitationum concedit, conſurgit ex altera parte obligatio ex iuſtitia ea omnia illi implendi, quæ in recompenſationem promiſſa illi fuerunt, ſibique imputet promittens, quòd decipiendi animo promiſerit: eaque obligatio vim habet, non ſolùm in exteriori, ſed etiam in conſcientiæ foro; eo quòd ex natura ipſa rei naturali iure conſurgat. Atque ad vitandum ſaltem iniuriam grauiſſimam, quæ fieret mulieri adimplenti ex ſua parte, aut cuicunque alteri contrahenti, niſi pars altera id etiam impleret, ꝙ in recompenſationem exteriùs promiſit, tenetur in conſcientiæ foro atque ex iuſtitia, qui ſeductorio ac fallaci animo contractum celebrauit, id implere, quod promiſit.

Ex hac parte concluſionis ita explanata ac comprobata colligo, in primis, non ſolùm illum, qui animo implendi promiſit ſe ducturum aliquam vxorẽ, ſi illa in ſtuprum conſentiret, ſed etiam illum, qui animo eam decipiendi idem illi promiſit, teneri ducere eam vxorem, quæ in ſtuprum eo modo conſenſit: neque illi ſatisfacere, ſi pecunia velit illi ſatisfacere æſtimationem totius damni, quod illi eam ſtuprando dedit, niſi illa ea æſtimatione ſit contenta. Ratio autem eſt, quoniam illa non conſenſit in ſtuprum pro pecunia, qua ei id damnum compenſaretur, ſed vt ſtupratorem haberet in maritum: quare hoc eſt, quod ipſi debetur, & non illud aliud, rationabiliterque eſt inuita, quòd compenſatio ei fiat in pecunia, meritoque non eſt ea compenſatione contenta, vultque vt impleatur ei contractus, fiatque id, quod fuit ei promiſſum in compenſationem eius, quod ipſa eo contractu impleuit. Præſertim cùm non ſine magno ſuo dedecore acceptet compenſationem pecuniæ, & cùm inepta admodum maneat ad matrimonium cum alio celebrandum: & cùm nulla prudens mulier iniret contractum illum pro pecunia, quantumuis magna: & multæ, prudentia eius ſeculi, ea lege illum inirent, vt in maritum ſtupratorem haberent. 4

Ex eadem parte concluſionis, & ex duabus præcedentibus concluſionibus, colligo deinde, quando pollicitatione mulier aliqua adducta eſt in conſenſum liberum in ſtuprum, tunc ſi ſtuprator id impleat, quod promiſit, ſiue multum id ſit ſiue parum, ad nullam aliam reſtitutionem ſtupratorem ei teneri in conſcientiæ foro, neque item parentibus illius. Sicut enim quando illa gratis libere conſenſit, ad nullam reſtitutionem in conſcientiæ foro ſtuprator ei tenetur, neque item parentibus illius, vt duabus præcedentibus concluſionibus eſt oſtenſum: ſic quãdo conſenſit ſub pacto alicuius promiſſionis, ad nihil aliud tenetur ſtuprans, tam illi, quàm parentibus illius, niſi ad implendum quod promiſit, ſiue id multum ſit ſiue parum.

Secundam verò partem concluſionis, quòd ſcilicet quando ſtuprator animo eam decipiendi, & non adimplendi, aliquid abſque iuramento illi promiſit adeò inæquale, vt meritò ipſa attendere debuerit, illum id polliceri abſque animo adimplendi animo eam decipiendi, obtinendique ab illa, quod optabat, non teneatur implere illi, quod ita promiſit, affirmant Ledeſmius vbi ſuprà concluſione 3. Nauar. c. 16. citato nu. 18. Syluest. verb. luxuria. q. 6. & doctores communiter. Ratio autem eſt, quoniam cum tunc ſtuprator non habuerit interiùs animum promittendi, ſed decipiendi, & mulier illa id attendere debuerit, atque in contractu nõ cernatur ęqualitas, ſanè non tenetur ſtuprator illum implere ſed ſolùm tenetur ſatisfacere damna, quæ dedit, iuxta id, quod habet vltima concluſionis pars. Exemplum eſt, ſi nobilis promitteret filiæ agricolæ, aut officialis mechanici, ſe ducturum illam vxorem, ſi conſentiret in ſtuprum; aut ſi aliquis alius, qui in cõditione notabiliter admodum excederet mulierem deceptam, idem eodem animo illi promiſiſſet; vt ſi filius

filius ciuis honeſti ac diuitis id eo animo filiæ alicuius opificis promiſiſſet. Quando verò exceſſus non eſſet admodum notabilis, teneretur deceptor ducere vxorem mulierem deceptam, neque ei ſatisfaceret aliter illi compenſando damna accepta, niſi illa contenta eſſet ea compenſatione. Ratio autem eſt, quoniam illa non habuit ſufficientem rationem ſibi perſuadendi, ſtupratorem animo decipiendi ſibi promittere.

Dixi, in ea parte concluſionis; quando ſtuprator animo eam decipiendi, & non adimplendi, ſeſeque obligandi id promiſit, tunc eſtò inter eos eſſet maxima inæqualitas, teneretur ſtare promiſſis, niſi femina remittere ei obligationem vellet. Sponſalia quippe inter inæquales valida ſunt: longè verò magis erunt valida, quando in compenſationem femina in ſtuprum conſentit, impleuitque ex ſua parte, quod ab ea, vt cum illa celebrarentur, fuit petitum. Confirmatur, quoniam liberalis ſimplex promiſſio qua nobilis animo ſe obligādi promittit alicui ignobiliori ac pauperi ſe ducturum eam vxorem, eum in conſcientiæ & interiori foro obligat, ſicut & quæcunque alia promiſſio aliarum rerum eo ipſo, quòd eſt acceptata, vt ex eis, quæ tractatu præcedente in materia de promiſſionibus & donationibus dicta ſunt, liquet: ergo longè maiori cum ratione obligat hæc, ob quam ea mulier conſentit in ſtuprum.

Addidi in eadem concluſionis parte; quando ſine iuramento id promiſit: quoniam ſi iureiurando ſe id adimpleturum promiſit, ſanè licèt haberet animum decipiendi & non adimplendi, vi tamen iuramenti exteriùs animo iurandi facti (quamuis animo illam decipiendi, eamque ſolùm adducendi ad id, quod volebat) obligatio ex virtute religionis oritur illud illi in illius commodum factum implendi propter Dei reuerentiam, ne in teſtem infidelis promiſſionis, quam non ſolùm licitè poteſt implere, ſed etiam expedit illi, vt eam ei impleat, Deum adduxerit: quare qui iuramento ſe aſtrinxit ducere aliquam vxorem, tenetur id illi implere, nihil impediente inæqualitate magna, quæ ſit inter illos, & ꝙ animo non adimplendi, ſed eam decipiendi ac deducendi ad id, quod ipſe volebat, emiſerit id iuramentum, niſi illa ei remittat eam iuramenti obligationem.

Tertia concluſionis pars habet, quòd quādo promiſſio continet impoſſibile, non tenetur ſtuprator eam implere, ſed ſolùm tenetur reſtituere illa damna iuxta ea, quæ vltima concluſionis pars habet: Exempla ſunt, vt ſi aliquis, qui iam eſſet cōiugatus, aut initiatus ſacris ordinibus, aut qui caſtitatis votum habebat, vel qui priùs alicui alteri per ſponſalia aut promiſſionem validè ſe aſtrinxerat ducere illam vxorem, vitiaret aliquam, illi promittendo ſe ducturum eam vxorem. Talis quippe cùm vel omnino non poſſet ducere eam vxorem, vel licitè ducere eam non poſſet, eo quòd aſtrictus eſſet voto caſtitis ſaltem ſimplici, aut alteri eſſet prius obligatus, quæ obligatio vt prior fuit tempore, ita potior eſſe debet iure, ſanè nō tenetur ſtare promiſſioni etiam iuramento confirmatæ: cùm nullus ad impoſſibile, ad illicitùmve, poſſet obligari, etiam accedente iuramento. Quare ſolùm tenebitur tunc ad damna, quæ eam mulierem decipiendo dedit, iuxta ea quæ vltima concluſionis pars habet. Tametſi in pœnam iniuriæ deceptionis illius iniuſtæ aliquid amplius imponi ei debeat, ſi res ad forum exterius deducatur, mulierque illa impedimentum illud tempore promiſſionis ignorabat. Quia tamen id ſolùm eſt iniuria præciſa à damno dato, ad id non tenetur ſtuprator in conſcientiæ foro ante latam ſententiam. Eodem modo, quando ſtuprator tempore, quo promiſit ducturum eam vxorem, quam ſtu-

A prauit, potens erat id implere, ſuaque culpa effecit poſtea impletionem promiſſionis impoſſibilem, contrahendo per verba de præſenti validum matrimonium cum illa, tenetur in primis reſtituere ei mulieri omnia damna ex ſtupro illi ſequuta, iuxta ea quæ poſtrema concluſionis pars habet, & quantum ſua ſtupratæ intererat habere illum maritum, vt ſi ille erat diues, aut aliud magnum commodum ex matrimonio cum illo ei proueniebat. Ratio autē eſt quoniam mulier illa per validam illam promiſſionem ſibi factam acquiſiuit iuſtitiæ ius, vt id ſibi impleretur, ex iuſtitiaque erat ei debitum: quare ſtuprator contraueniendo iuri illi iuſtitiæ, quod illa ad id iam habebat, reddendoque ſua culpa impletionem eius promiſſionis impoſſibilem, tantum damna illi B iniuſtè intulit, quantum ſua mulieris illius intererat habere eum maritum; eaque de cauſa id etiam ſtuprator ille tenetur ei reſtituere. Hæc verò melius compoſitione & tranſactione facta cum ea muliere reſtituuntur, quàm taxando vſque ad vltimum indiuiſibile, quantum ea de cauſa ei de iuſtitiæ rigore debeatur, idque totum illi reſtituendo.

5 Quòd ſi is, qui poſt primam validam promiſſionem culpa ſua ſe impotentem reddidit ad illam implendam, iterum potens illam implere reddatur, vt quia mortua eſt mulier, cum qua poſtea matrimonium contraxit, tenetur eam promiſſionem implere, ſi mulier, cui facta fuit, id velit: niſi iam illi ſatisfeciſſet compoſitione, aut tranſactione facta cum illa, aut aliqua alia ratione. Similiter ſi ſtupratam ſua C promiſſione tunc, quando fuit facta, impoſſibili decepit, & poſtea factus ſit potens illam implere, quia mortua eſt mulier, cum qua tempore promiſſionis erat coniugatus, aut quia liberatus eſt ab obligatione ſponſalium validorum, quæ priùs cum alia celebrauerat, aut ab obligatione promiſſionis validæ alteri priùs factæ, tenetur implere eam inualidam antea promiſſionem, qua decepit, niſi iam antea compenſatione, aut tranſactione, vel alia ratione ſufficienter illi ſimiliter ſatisfeciſſet.

Vltima autem concluſionis pars, quòd ſcilicet in duobus euentibus duarum partium præcedentium eius tertiæ concluſionis ſtuprator ſolùm teneatur in conſcientiæ foro reſtituere ſtupratæ damna, quantum arbitrio prudentis æſtimabitur damnum vir- D ginitatis amiſſæ, attēto num ea de cauſa re ipſa plus indigeat ad æquè bene nubendum, & attenta ſimul qualitate perſonarum, alijſque circunſtantijs concurrentibus: hæc, inquam, vltima concluſionis pars probatione non indiget quoad hoc, quòd ea omnia damna ſint reſtituenda; cùm ea ſtuprata in eis omnibus damnum iniuſtè ab ſtupratore acceperit. Quo ad id verò, quòd non plus teneatur illi reſtituere, nihil impediente diſpoſitione iuris ciuilis, & canonici, quæ ſtatuit integram dotem eſſe ei ſoluendam, vt Diſp. 104. relatum eſt, ex eo probatur, quòd leges illæ ea de re pœnales ſint, vt affirmant Nauar. in Manua. cap. 16. nu. 17. Sylueſt. verb. luxuria. q. 5. Couar. in 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 8. nu. 15. & alij, E quos Couar. citat: quare cùm pœna non niſi poſt latam ſententiam debeatur, conſequens profectò eſt, vt ſi aliquando æſtimatio damnorum non pertingat ad valorem integræ dotis, qua ea mulier ad nubendum indiget, ſtuprator ante latam ſententiam non teneatur ad id incrementum.

6 Dubium eſt, num quando id ſtuprum fuit omnino occultum, mulierque illa nullam contraxit infamiam, æquèque bene nupſit, atque ſi ſtuprata non fuiſſet, teneatur illi ſtuprator ad reſtitutionem aliquam. Nauar. c. 16. citato, nu. 19. neganter reſpondet, quando maritus id non ſenſit, nec mulier ea de cauſa moleſtiam aliquam ab eo eſt paſſa. Ratio autem illius videtur eſſe, quoniam ea mulier nullum dam-

damnum ex ſtupro eſt paſſa neque patietur in futurum. Contrarium verò dicendum arbitror cum Victoria, quem Nauarrus citat. Cum enim apertio illa clauſtri virginitatis, damnum in ſe corporale ſit pretio æſtimabile, eſtò nulla infamia nullumque aliud damnum ei mulieri vlteriùs inde ſequatur, ſanè qui iniuſtè damnum illud ei dedit, tenetur illud ei reſtituere, quantum prudentis arbitrio in ſe æſtimabitur; & ratione periculi, quod inde ei mulieri imminet, verecundiæ ac moleſtiæ cum marito. Ad maiorem tamen reſtitutionem illi ſtuprator tenebitur, quando damnum id amiſſionis clauſtri virginitatis coniunctum fuerit cum infamia eius mulieris, eaque de cauſa maiori indiguerit dote ad nubendum.

7 Quarta concluſio. Quando mulier per vim eſt ſtuprata, aut per fraudem, promittendo illi, quod impleri non poteſt, vel alia ſimili fraudulenta ratione, quando inuoluntariè mixtè fuit ſtuprata, ita vt conſenſus eius mulieris ſufficiens non fuerit, vt donatio eſſet valida iuxta ea, quæ prima concluſione explanata ſunt, tenetur ei ſtuprator ad reſtitutionẽ damnorum omnium, modo vltima parte concluſionis præcedentis explanato. Patri verò ad nullam reſtitutionem tenetur. Prior pars huius concluſionis ex eo eſt manifeſta, quòd is raptor cauſa iniuſta mulieri illi fuit omnium illorum damnorum: ergo tenetur ea omnia illi modo explicato cõpenſare. Si quid autem ſtatuit ius vt inſuper illi ſoluatur, id in pœnam eſt ſancitum, eaque de cauſa ante latam ſententiam illi non debetur. Poſterior verò concluſionis pars ex eo probatur, quòd in eo patri iniuria quidem fuit illata, non verò damnum, ſaltem quod non reparetur facta filiæ reſtitutione integra damnorum omnium illi illatorum: eaque de cauſa patri ante latam ſententiam nihil pro ea iniuria debetur, iuxta ea quæ concluſione ſecunda explicata ſunt.

8 Quinta concluſio. Qui ei, quam credebat virginem eſſe, promiſit ducturum eam vxorem, ſi in copulam conſentiret, non tenetur ducere eam vxorem, ſi illam corruptam inuenit: neque ei ad vllam reſtitutionẽ tenetur, quicquid ex ea copula, abſque alia culpa viri, mulieri illi ſequatur, ſiue id infamia ſit, ſiue quoduis aliud. Probatur concluſio. Quoniam vir ille non tenetur ſtare promiſſioni illi inuenta muliere illa cum eo defectu, quem ſi tempore promiſſionis ſciret, nihil tale illi promitteret: ipſaque illum decepit non detegendo ei vitium ſuum cum quo nulla ratione vellet eam vxorem. Neque vir ille fuit illi cauſa iniuſta damnorum ex ea copula ei ſequutorũ, ſed ipſa ſibi imputare debet ea omnia damna; eo quòd celando eum ſuum defectum, id inierit pactum, copiamque ſui corporis viro illi fecerit. In dubio autem, an illam repererit virginem, tenetur implere illi promiſſionem.

9 Sexta concluſio. Si quis virginem ſtuprauerit, illi promittendo ſe ducturum illam vxorem, & poſt ſtuprum comperit, eam copiam ſui corporis feciſſe alicui alteri, neque tenetur illam ducere vxorem, neque quicquam illi reſtituere ob ſtuprum & damna ex illo vlterius ei mulieri ſequuta. Probatur concluſio. Quoniam cùm illa fidem ei viro fregerit, copiam corporis ſui alteri faciendo, ſeque illam indignã ea de cauſa reddiderit, cui promiſſio impleatur, non tenetur ſtuprator ducere eam vxorem. Et cùm ſtuprator non fuerit cauſa iniuſta ſtupri, quo illam ſtuprauerit, nec ſubinde damnorum ex eo ſtupro ei mulieri vlteriùs ſequutorum, ſanè ſtuprator non tenetur ſtuprum & alia damna ex illo ſequuta reſtituere illi ex parte iniuſta acceptionis: ſed neque tenetur ea illi reſtituere ex parte rei acceptæ: quippe cùm non maneant apud ipſum, neque ex illis fuerit A effectus locupletior: quo fit, vt ad nullam omnino reſtitutionem in eo euentu illi teneatur. In dubio autem an illa fregerit ei fidem, tenetur implere illi promiſſionem, niſi culpa eius mulieris ſit valde ea de re infamata, & maximè ſi ſimul cum ea infamia res ſit multum veriſimilis.

10 Septima concluſio. Qui, ſciens aliquam eſſe corruptam, ei promiſit ſe ducturum eam vxorem, ſi in copulam conſentiret, tunc ſi illa in copulam conſentiret, perinde teneretur ducere illam vxorem, ac ſi illa, quando conſenſit, virgo eſſet. Atque in omnibus idem prorſus eſt dicendum, quod de virgine concluſionibus præcedentibus eſt dictum: Excepto quòd illi non ſequitur damnum amiſſionis clauſtri virginitatis. Quare, quando nulla ſequuta eſt infa- B mia, neque illa maiori indiget dote ad æquè bene nubendum; ſanè pro ſola iniuria copulæ nihil illi debetur ante latam ſententiam: eo quòd illa ſolùm fuerit iniuria abſque damno. Quando autem illa ſuum corpus locaret ad fornicandum, locoque pretij, animo illam decipiendi, promiſſum illi fuiſſet ducere illam vxorem, tunc ſoluendum ei eſſet competens pretium pro illa corporis ſui copia.

11 Octaua concluſio. Qui vi corruptam cognoſcit, ſi inde ei detrimẽtum non ſequatur in fama, neque in aliquo alio bono, quia æquè bene nubere poteſt, ac ſi id non eſſet paſſa, neque alia via damnum aliud incurrit, ad nullam reſtitutionem ei tenetur: neque alia via damnum aliud incurrit, locumque habet hæc concluſio, eſtò ea mulier coniugata. Pro- C batur concluſio, quoniam in ea vi & copula ſolùm interuenit iniuria præciſa à damno dato: pro qua ſola eſt dictum ſæpe non conſurgere obligationem reſtituendi in foro conſcientiæ, ſed ſolùm ei iniuriæ reſpondere pœnam, quæ non debetur ante latam ſententiam. Quòd ſi ea mulier locare conſueuerat ſuum corpus ad fornicandum, tunc competens pretium pro eo abuſu eſſet ei ſoluendum. Si item illi ſequeretur inde aliud damnum, id quoque eſſet illi reſtituendum.

12 Nona concluſio. Quando ex raptu, vltra ea quæ hactenus dicta ſunt, ſolùm ſequitur iniuria præciſa damno dato, tunc nulla eſt obligatio reſtituendi quicquam ratione raptus ante latam ſententiam. Quare, ſi filia familias libere raptum conſenſit, illi D in primis nihil debetur ante latam ſententiam: quoniam volenti ac conſentienti libere nulla facta fuit iniuria. Parentibus verò, quia ſolùm fuit facta iniuria præciſè à damno, quod ipſis ſit datum, nihil etiã debetur ante latam ſententiam. Quòd ſi ratione raptus læſio fiat, vel augeatur infamia alicuius iniuſtè, aut in bonis externis illius, tũc pro damni illius quantitate tenebitur raptor arbitrio prudentis reſtituere illius æſtimationem ei, qui illud fuerit paſſus, ſiue is ſit mulier ipſa rapta, ſiue maritus illius, ſiue vterque.

13 Decima concluſio. Quando aliquis tentando euertere pudicitiam mulieris alicuius quoad id inuitæ, vel accedendo ad locum, vbi illa eſſet, in cauſa E eſt, vt illa infametur, vel vt aliud damnum in bonis externis aut in aliqua alia re illi ſequatur, quia ob eam infamiam non inueniet, cui æquè bene nubat, tenetur ei reſtituere omnia damna ea via ei ſequuta, eſtò nihil omnino ex illa obtineat. De reſtitutione verò famæ, ſumptæ præciſè ab alijs damnis datis, indève vlteriùs ſubſequutis, tractatu ſequẽti dicetur. Probatur concluſio, quoniam is tentator, ſeu inſidiator alienæ pudicitiæ, cauſa eſt iniuſta illi mulieri omnium illorum damnorum, ita ipſa inuita tentando pudicitiam illius: ergo tenetur ea omnia illi reſtituere.

14 Vndecima concluſio. Quando inter aliquos præceſſerunt ſponſalia abſque conditione aliqua con-

ſenſus

ſenſus in aliquid inhoneſtum, vterque tenetur contrahere cum altero tempore congruo iuxta id quod à principio fuit expreſſum ac conſtitutum, aut quod tunc in animo habebant, ſaltem quaſi habitualiter, quia ſcilicet ſi tũc fuiſſent interrogati, reſpõdiſſent, ſe non plus velle protrahere tempus celebrandi matrimonium. Si tamen alter alteri remittat obligationem, tunc is cui remiſſa obligatio fuerit, non tenebitur contrahere cum illo, eſtò ſponſalia iuramento fuiſſent confirmata: quoniam iuramentum promiſſorium obligare deſinit, remittente eo obligationem, in cuius fauorem ac bonum fuit factum. Quòd ſi obligatione ſponſaliorũ non remiſſa, vnus eorum contrahat matrimonium cum alia, aut cum alio, vel ſuſcipiat ſacros ordines, tenetur reſtituere alteri, quantum ſua illius intereſſet, habere illum in maritum, aut habere illam in vxorem: idque propter ſimilem rationem ei, quam in calce partis tertiæ concluſionis ſuperius reddidimus. Quòd ſi nihil illi intereſſet, quoniam his æquè bene contrahet matrimonium cum alia, aut cum alio, tunc licèt lethaliter peccauerit, qui ſe eo modo inhabilem red-

A diderit ad contrahendum cum eo, aut cum ea, cui virtute ſponſaliorum erat aſtrictus, ad nullam tamen reſtitutionem ei tenebitur. Quoniam nullum damnum ei dedit, ſed ſolùm iniuriam grauem illi fecit abſque vllo damno. Quod de ſponſo & ſponſa per verba de futuro eſt dictum, ſimiliter eſt intelligendum, quando fuit ſolùm promiſſio matrimonij ex vna parte abſque promiſſione alterius, nec ſub conditione tacita, vel expreſſa, mutuæ promiſſionis alterius. Tunc enim, ſi is, qui promiſit, fidem frangat, idem prorſus eſt dicendum, quod de ſponſo, qui ſimiliter fidem alteri ſponſo fregit, eſt dictum.

B Duodecima concluſio. Coniux, qui alteri coniugi iniuſtè debitum negat, licèt iniuriam illi faciat, ac lethaliter peccet, ad nullam tamẽ reſtitutionem ei tenetur. Ratio autem eſt, quoniam nullum damnum illi dedit, ſed ſolùm intulit ei iniuriam. 15

Ad laudem
Ieſu.

F I N I S.

LVD. MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE IVSTITIA ET IVRE
TRACTATVS,

Qui eſt

DE IVSTITIA COMMVTATIVA CIRCA
Bona Honoris & Famæ: Itemque circa Bona Spiritualia.

IN QVO QVAESTIONES ATQVE DIFFICVLTATES
ad hanc materiam pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruosè
& accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis deciſæ videntur;
ita vt nil amplius relictum ſit, quod ab aliquo deſiderari aut addi poſſit.

Opus non ſolum Studioſis, Theologis, & Canoniſtis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam Seculari verſantibus, apprime vtile & neceſſarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM,
altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materiarum ampliſſimo, atque locupletiſſimo.

VENETIIS, Apud Seſſas. M . DC . XI.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegio.

INDEX DISPVTATIONVM, QVAE HOC QVINTO TOMO CONTINENTVR.

1 QVID ſit honor & fama.
2 Vtrùm homo ſit dominus proprij honoris ac famæ.
3 De ſecreto quantum attinet ad hunc quartum de iuſtitia tractatum, & primò de duobus illis modis, in quibus rationem non habet ſecreti formaliter aut virtute commiſſi, & tamen obligatio eſt illud non reuelandi, etiam cum onere reſtituendi damna, ſi ex reuelatione ſequantur.
4 De tertio modo ſeu gradu ſecreti ſeruandi, in quo interuenit promiſſio ſeu pactum illud ſeruandi, nec tamen propriè eſt ſecretum commiſſum.
5 De quarto gradu ſecreti, quod rationem habet ſecreti formaliter aut virtute commiſſi, & de ſecreto confeſſionis ſacramentalis.
6 Seruare ſecretũ, quando ad id tenemur, ad quã pertineat virtutem, & ad quod vitiũ attineat manifeſtatio tunc illius. Atque quo decalogi præcepto aſtringamur ſecretum tunc ſeruare.
7 Infamia quid & quotuplex, & de infamia facti.
8 Infamia iuris in quibus euẽtibus ipſo facto ſeu ipſo iure ante ſententiam incurratur.
9 Infamia in quibus euentibus per ſententiam incurritur, aut interueniente aliquo ad iudicium attinente.
10 De abolitione infamię reſtitutioneq́ue infamis in priſtinum ſtatum.
11 Infamia à quibus excludat, inhabilemq́ue infamem reddat.
12 De iniuria iniuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ contraria: & quæ ſub ſe contineat.
13 Iudicium temerarium, hoc eſt, ſine ſufficientibus ad id indicijs conceptum, cuius ſpeciei vitij ſit actus. Et quando de re graui non ſit culpa lethalis, vel quòd non cõſenſerit uoluntas, vel quòd cum tanta cõſenſerit deliberatione, quãta ad culpam lethalem requiritur, & multo magis idem de temeraria in re graui ſuſpicione.
14 Ad prudentem cautelam quouſque vereri, inquirere intellectu, aut etiam exterius, expendereq́ue culpas aliorum liceat, abſque temerario iudicio, & abſque temeraria ſuſpicione.
15 Varij gradus diſtinguuntur, quibus Iudex circa exiſtimationẽ de delicto ex indicijs & probationibus poteſt eſſe affectus ad iudiciũ publicum ſententiamq́ue ferendam: & quando in illis erit temeritas, quando non item. Varij etiam alij gradus diſtinguuntur à Theologis in priuatis hominibus ad iudiciũ priuatum: & quando in illis erit temeritas, & quando non erit.
16 Iudicium temerarium an culpa lethalis ſit, & num etiam in ſuſpicione & dubio temerarijs lethalis culpa aliquando interueniat.
17 Vtrùm dubia interpretari in meliorem partem debeamus.
18 De vitio in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrario, hoc eſt de contumelia latiſſimè ſumpta.
19 Vtrùm contumelia latè ſumpta ex ſuo genere ſit culpa lethalis, ſitq́ue infima ſpecies, & ad quod capitale vitium reducatur.
20 Vtrùm contumelię ſint patienter ferendæ.
21 De conuitio, improperio, irriſione, & ſubſannatione.
22 De maledictione.
23 De vitio in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrario, & de detractione parte illi ſubiecta.
24 In quibus euentibus abſque vitio, atque adeò licitè, nocumentum famæ alterius inferatur.
25 De ſuſurrone & bilingui.
26 Vtrùm vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famę contrarium ex ſuo genere ſit culpa lethalis, & num ſit ſpecies infima.
27 Varij detrahendi modi, & num reuelare peccatum graue occultum alicuius, non detegendo perſonam, quæ illud commiſit, culpa ſit lethalis.
28 Vtrùm infamare defunctum culpa ſit lethalis, & num peccent hiſtorici, qui delicta notaſq; defunctorum, in proſapiam illorũ redundantia, ſcribunt.
29 Vtrùm reuelare delictum graue occultum alterius vni tantum, qui id non detegat, culpa ſit lethalis.
30 Vtrùm narrare ex auditu crimen alterius occultum culpa ſit lethalis.
31 Publicum crimen aut macula, quæ dicantur ad examen, num abſque peccato detegi de illis poſſint, qui de illis ſunt infamati.
32 Infamatus ſi quis ſit de aliqua re in loco aliquo an ea aut alia, ad infamiam eiuſdem attinens, manifeſtari eam neſcientibus licitè poſſit in eodem loco.
33 Infamatus quãdo aliquis eſt de re aliqua in aliquo loco aut tempore, an iniuſtè & cum reſtituendi onere id detegatur ijs in alio loco aut tempore, qui illud ignorabant.
34 Audiens ac tolerans detrahentem an lethaliter peccet, & ad reſtitutionem teneatur.
35 De famæ detractione, famoſis libellis.
36 De apertione litterarum alienarum, & de legente memoriam peccatorum alicuius, ea ve alijs diuulgante.
37 Vtrùm homo contra iuſtitiam grauiuſque lethaliter peccet ſe ipſum illicitè infamando,

quàm ſi proximum infamaret, ad reſtitutionemque ſuæ famæ teneatur, & ſimul quouſque in tormentis obligatio ſit ſeruare ſecreta aliorum, quantaq; culpa ſit, & cum quali reſtituendi onere, ad tormenta & alia detrimenta vitanda, alij crimen imponere.

38 De pœna pro iniuria cõtra honorem ac famam illata.

39 De pœna ob famoſum libellum.

40 Quæ neceſſaria ſint, vt quis alienam famam reſtituere teneatur.

41 Quæ reſtituere teneatur, qui famam iniuſtè læſit, & quo pacto fama reſtituatur ob falſum crimen aut ob falſam notã alteri impoſitam.

42 Vtrùm pro infamia, quam paſſus eſt is, cui fama reſtituitur retractatione criminis falſi, aut notæ illi impoſitæ, à puncto quo ita fuit infamatus, vſque ad eam reſtitutionem, ſumpta ea infamia præcisè à quocunque alio damno ex illa ſecuto, reſtitutio aliqua illi debeatur.

43 Vtrùm indirectè falſum crimen in iudicio alicui imponens, ſe ipſum in eo iudicio defendendo, teneatur illi ad famæ reſtitutionem.

44 De reſtitutione famæ læſæ iniuſtè detectione criminis veri, notæve veræ alicuius.

45 Vtrùm famæ reſtitutio fieri debeat hæredibus eius, à quo iniuſtè ablata eſt, & tranſeat obligatio eam efficiendi ad hæredes eius, qui iniuſtè eam abſtulit, & quid, quo ad vtrumque, de dãnis, quæ ex ea famæ abolitione ſecuta ſunt, & quouſque hæc ſint reſtituenda.

46 De reſtitutione famæ iniuſtè facto aliquo læſæ, & vniuerſim de reſtitutione honoris iniuſtè læſi.

47 Cum quanto periculo ac detrimento teneatur famam reſtituere, qui illam iniuſtè læſit.

48 Vtrùm remiſſio eius, cui damnum famæ iniuſtè eſt illatum, liberet ab onere illud reſtituendi.

49 Vtrùm in fama locum habeat compenſatio, ita vt deobligetur quis ab onere reſtituẽdi famã, quam iniuſtè læſit, quia is alius æquale famæ damnum huic iniuſtè intulit.

50 De iuſtitia commutatiua circa bona ſpiritualia. Et num, qui damni in bonis ſpiritualibus alteri eſt cauſa, ad reſtitutionem teneatur.

51 Num retrahens aliquem à religione ad reſtitutionem teneatur vel ei, quem retraxit, vel religioni.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVI HOC QVINTO TOMO CONTINENTVR.

Diſput. 1.

SI quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus. Ioan. 10.
Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei. Pſal. 49.

Diſput. 2.

Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Matth. 5.
Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, &c. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextra tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Matth. 6.
Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? Ioan. 6.

Diſput. 15.

Date illi infantem viuum. Neque mihi, neque tibi, ſed diuidatur. 3. Reg. 3.
Nonne bene dicimus nos, quòd Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Ioan. 8.
Ego dæmonium non habeo. Ibid.

Diſput. 16.

Nolite ante tempus iudicare. 1. Corinth. 4.
Nolite iudicare, & non iudicabimini. Matth. 7. & Luc. 6.
Nolite condemnare, & non condemnabimini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Ibidem.
Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo; frater ſine, eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Ibid.
Nolite detrahere alterutrum, fratres mei, qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi. Iacob. 4.
In via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat. Eccleſ. 10.

Diſput. 17.

Qui non manducat, manducantem non iudicet. Roma. 14.
Nolite iudicare, & non iudicabimini. Matth. 7.
Nolite ad tempus iudicare, quoad vſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. 1. Corinth. 4.

Diſput. 19.

Si quis dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis. Matth. 5.

Diſput. 20.

Qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Pſal. 37.
Qui cum malediceretur, non malè dicebat; & cum pateretur, non comminabatur. 1. Pet. 2.
Non vos defendentes cariſſimi, ſed date locum iræ. Rom. 12.
Qui te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. Matth. 5.
Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Prou. 26.
Reſponde ſtulto, ne ſibi ſapiens videatur. Ibid.

Diſput. 21.

Aſcende calue. 4. Reg. 2.
Exigua dabit, & multa improperabit. Eccli. 30.
Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit. Luc. 22.
Vah qui deſtruis templum Dei. Matth. 27.
Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos. Pſal. 2.
Quia vocaui, & renuiſtis; extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis id quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, &c. Prou. 1.
Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines à ſacrificio Domini. 1. Reg. 2.
Generatio quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit. Prouer. 30.
Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Ibid.
Et viri qui tenebant Ieſum, illudebant ei cædentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit? & alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Luc. 22.

Di-

Diſput. 22.

Neque maledici neque rapaces regnum Dei poßidebũt. 1. Corinth. 6.

Ipſe enim dixit & facta ſunt. Pſal. 32.

Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ; ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. Geneſ. 3.

Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & gregum tuorum, &c. Deut. 28.

Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniant ſuper vos, neque ſint agri primitiarum: quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi nõ eſſet vnctus oleo. 2. Reg 1.

Planxit autem Dauid plãctum huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ionatham filium eius, & præcepit, vt docerent filios Iuda planctum, ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum, & ait, Conſidera Iſrael pro his, qui mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati. Inclyti Iſrael, &c. Ibidem.

A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Ionathæ nunquam rediјt retrorſum, & gladius Saul nunquam eſt reuerſus inanis. Saul & Ionathas amabiles & decori valde, aquilis velociores, leonibus fortiores. Ibid.

Vidi calumnias, quę fiunt ſub ſole, & laudaui magis mortuos quàm viuentes, & feliciorem vtroque iudicaui, qui nunquam natus eſt, nec vidit mala, quæ fiunt ſub ſole. Eccleſiaſtes 4.

Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Iob 13.

Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim, quòd redemptor meus viuit, & in nouißimo die de terra reſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Iob 19.

In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultũ quid contra Deum locutus eſt. Iob 1.

Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.

Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Ierem. 20.

Maledicta dies, in qua natus ſum, dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Maledictus vir, qui annuntiauit patri meo dicens, natus eſt tibi puer maſculus, & quaſi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille, vt ſunt ciuitates, quas ſubuertit Dominus, & non pœnituit eum. Audiat clamorem manè, & vlulatum in meridiano; qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea ſepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei? Ibid.

Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiſcuntur Deum. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius.

Cum maledicit impius diabolo, maledicit ipſe animam ſuam. Eccleſiaſtici 21.

In quo iudicas alterum, te ipſum cõdemnas: eadem enim agis, quæ iudicas. Rom. 12.

Diſput. 25.

Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Eccleſiaſtici 5.

Non appelleris ſuſurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio, & pœnitentia ſuper bilinguem. Ibid.

Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit; furatur enim, vt eſurientem impleat animam. Prou. 6.

Suſurratori autem odium, & inimicitia & contumelia. Ibidem.

Cum defecerint ligna, extinguetur ignis; & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcent. Prou. 26.

Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa peruenient ad intima cordis. Ibid.

Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad interiora ventris. Prou. 18.

Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit de gente in gentem, ciuitates munitas diuitiarum deſtruxit, & domos magnatum effodit. Eccleſiaſtici 28.

Diſput. 34.

Digni ſunt morte, qui conſentiunt facientibus. Rom. 1.

Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem. Prou. 25.

Diſput. 37.

Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi & magni. Eccleſiaſtici 4.

Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Prouerb. 22.

Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Pſal. 51.

Væ vobis, viri impij, qui dereliquiſtis legem Domini altißimi. Et ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini: & ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra. Omnia quæ de terra ſunt, in terram reuertentur: ſic impij à maledicto in perditionem. Eccleſiaſtici 41.

Luctus hominum in corpore ipſorum: nomen autem impiorum delebitur. Ibid.

Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æternum. Ibid.

Super argentum & aurum gratia bona. Prou. 22.

Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. 1. Cor. 4.

Diſput. 46.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Matth. 5.

Diſput. 51.

Sequar te quocunque ieris. Luc. 9.

Pul-

Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Luc. 9.
Sequere me. Domine, permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum. Ibid.
Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade & annuntia regnum Dei. Ibid.
Sequar te Domine: ſed permitte mihi primum renuntiare his, qui domi ſunt. Ibid.
Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cœlorum. Ibid.
Principes gentium dominantur eorum: vos autem non ſic. Luc. 22.
Si vis perfectus eſſe, vade, &c. Matth. 19.

APPROBATIO.

Idem de Quinto Tomo Doctoris Ludouici Molinæ, quod de prioribus iudicium eſto. Talem videlicet eum eſſe, vt nihil in eo, quod ad accuratam materiæ propoſitæ tractationem facere poſſet, deſideretur. Quare etiam meritò in lucem edi, & prioribus adiungi poterit.

Laurentius Beyerlinck, Antuerp.

S. Theol. Licent. Eccleſ. Antuerp. Canonicus, & Librorum cenſor.

INDEX RERVM ET VERBORVM,

Quæ in hoc R. P. D. Ludouici Molinæ è Societate Ieſu,

Quinto Tomo de Iuſtitia Commutatiua circa Bona honoris, & Famæ continentur, accuratus, & locupletiſſimus.

Primus numerus Diſputationem, Poſterior Diſputationis numerum ſignificat.

A

Accuſatus.

ACCVSATVS *ſi negando crimen ſuum damnum inferat famę legitimè eum accuſantis, tenetur illi reſtituere id damnum, vel ſe retractando ſi adhuc perſeueret iudicium, aut eſtò iudicium ſit iam abſolutum: modo tamen tutò id poſſit efficere ſine longè maiori ſuo incommodo. 43. numero 1*

Actio.

Actio iniuriarum competit etiam aduerſus cauſas iniuriarum, vt conſulentes, mandantes. 38. nu. 12

Actione mandati directa qui damnatur, vt mandanti aliquid ſoluat, dolo ex parte mandatarij interueniente in eo, ratione cuius mandanti id teneatur ſoluere, infamiam incurrit. 9. num. 24

Actione pro ſocio qui damnatur, vt aliquid ſocio ſoluat ratione doli preſsè ſumpti, vt à lata culpa diſtinguitur, incurrit infamiam. 9. nu. 22

Actione directa depoſiti, qui damnatur, quæ ex depoſito competit aduerſus depoſitarium, ſi dolus interuenit, depoſitarius ita damnatus infamiam incurrit. 9. numero 25

Adultera.

Adulteram ſi quis in Hiſpania verè vocaret adulteram, aut viro eius adulterium vxoris improperet, tenetur actione iniuriarum, licèt verum ſit, & puuitur pro quantitate iniuriæ ſpectatis circumſtantijs. Diſp. 38. numero 6

Adulterium.

Adulterium quãdo latet, ita vt ſoli adulteri illud ſciant, nulla debetur reſtitutio: niſi ex eo adulterio ſuſcepta ſit proles, vel id adulterium damnum aliud adiunctũ habeat. 46. num. 6

Alapa.

Alapa quando alicui iniuſtè impingitur vel ſimile quid fit, tunc duplex ei fit iniuria, vna contraria iuſtitiæ commutatiuæ circa bona corporis, vel externa: altera circa bona honoris & famæ, & tunc duplex actio intentari poteſt. 12. nu. 2

Amphibologia.

Amphibologiæ, ſtatim atque agnoſcitur eis eſſe vſum ad reſtituendam famam, quando crimen verum fuit iniuſte detectum, inutiles ad id omnino reddunt, vel ſimpliciter, vel apud eos, qui id norunt, atque agnoſcere poſſunt. 44. num. 3

Amphibologiarum varij modi. 44. numero 2

Appellans.

Appellans in Hiſpania à ſententia arbitri, ob quam, ſi lata eſſet à iudice ordinario, incurreret infamiam, tũc ſi confirmaretur à iudice ad quem appellaſſet, incurreret infamiam. 9. num. 3

B

Bilinguis.

BIlinguis quis ſit, & duplex lingua. Diſputat. 15. numero 5

Blaſphemus.

Blaſphemum eſt maledicere creaturis, tam rationabilibus, quam irrationabilibus, vt ſunt opera & effectus Dei. 22. nume. 12

Bonum.

Bono quando ita expedit aliorum, aut iniuriam inferentis, conſilium eſt reſpondere ac reſiſtere; quia vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo: præſertum ſi fieri poteſt ſine damno aliquo, & ſi quando iniuriam patiens non valet ſe defendere. 20. nu. 2

Bona honoris media ſunt inter bona corporis & bona externa. 2. nu. 1

Bona ſpiritualia inter quædam ſunt naturalia, quæ immediatè non ordinantur ad felicitatem moralem ſempiternamque beatitudinem conſequendam: quædam verò ſunt, quæ ad felicitatem moralem immediatè ordinantur, ad conſequendamque felicitatem æternam, & de nocumento, quod prioris generis bonis infertur, idẽ eſt dicendum, quod de nocumento dato in bonis corporis. 50. nume. 1

C

Calumniari.

CAlumniari eſt accuſare aliquẽ de falſo crimine ſcienter ſeu ex intentione. Qui de calumnia eſt damnatus, eo ipſo quòd ita damnatus eſt, infamiam incurrit. 9. numero 6

Cardinales.

Cardinales infamiam remittere non poſſunt. 10. nume. 5 infamiam Epiſcopus directè non remittit: indirectè verò in euentu in quo diſpenſare, poteſt, vt nihil impediente delicto, ob quod in cauſa eſt infamia. Diſput. 10. numero 6

Cauſa.

in Cauſa qui fuit vt alius per ignorantiam peccaret, aut vi vel metu cauſa fuit peccati alicuius, tenetur de iuſtitia cauſam peccati auferre, ignorantiam ab illo depellen-

pellendo; aut ſi vi vel metu illum in peccato detinet, liberum illum relinquendo, vt abſque vi & metu à peccato deſiſtere poſſit. 50. nu. 4

Qui culpa alterius ita per ignorantiam decepti, damnum in ſpiritualibus paterentur, certè cum iniuria ob inuoluntarium mixtum ratione ignorantiæ illud paterentur, ac proinde de iuſtitia teneretur ille auferre ab ijs eam deceptionis cauſam, & illis & alijs reſtituere damna omnia, ſiue ſpiritualia, ſiue aliorum bonorum, ex ea iniuſta cauſa ita ſubſecuta. Diſputat. 50. numero 5.

in Cauſa, qui erit vt aliquis religionem egrediatur, de iuſtitiæ rigore tenetur religioni, quantum prudentis arbitrio æſtimabuntur prædicta omnia damna, vt contraria bona, ad quæ religio habebat ius, erant tunc in potentia. Si poteſt, reducat illum iterũ ad religionem, ſin minus, quærat eius loco alium æquè idoneum, ſi nec hoc poſſit, ipſe religionem profiteatur. Diſputat. 51. numero 5

Negant nonnulli hunc teneri ingredi religionem quia conſilium ingrediendi religionem proficiſcitur à propria libertate, deinde nemo inuitus ingredietur religionem. ibid. nu. 6

Certamen.

in Certamen qui pretio accepto cum aliquo homine deſcendit, vel qui pretium accipit vt aliquem interficiat, aut percutiat, ipſo facto infamiam ſubit. Diſput. 8. numero 12

Item quicunque de exercitu eſt dimiſſus ignominiæ cauſa ob delictum in exercitu commiſſum, etiamſi dux eſſet: qui autem alia de cauſa eſſet dimiſſus, infamis non eſſet. ibid. nu. 13

Item miles qui conducit prædia aliena negotiationis cauſa. ibid. nu. 14

Item vſurarius. ibid. nu. 15

Item qui promiſit alicui iureiurando ſe aliquid facturum aut impleturum, neque impleuit quando potuit, & iuramentum ad id ipſum obligabat. ibidem. numero 16

Item qui ſub homagio aliquid in Hiſpania promittit alicui, nec eidem adimplet, cum poſſit ac debeat. Homagium aliquando includit iuramentum, aliquando non. ibid. nu. 17

Item infamiam ſubit Sodomita. ibid. nu. 18

Item in regno Hiſpaniæ nobiles, qui in iudicio palinodiam cantabant: ſed ille euentus hodie locum non habet. ibid. numero 19

Chriſtus.

Chriſtus in vltima cœna nõ reuelauit occultum peccatum Iudæ, ſed prophetico ſpiritu prædixit proditionem futuram. 6. nu. 11

Clericus.

Clericum, qui infamiam incurrit, famæ reſtituere ad Pontificem ſummum ſpectat, non ad Principem ſecularem. 10. nume. 4

Compenſatio.

Compenſatio habet locum poſt infamiam vtrinque illatã, vt nullus eorum de iuſtitia teneatur reſtituere alteri niſi ſolum exceſſum damni, ſi forte plus infamauit, quam ab altero ſit infamatus. 39. nu. 2

Confeſſio.

Confeſſio criminis tormentis extorta non infamat confitentem: non intelligendo de confeſſione iuridicè extorta. 37. nume. 23

Diſſoluuntur argumenta pro opinione contraria. ibid. numero 24

Creatura.

Creaturæ irrationabiles maledici etiam poſſunt ad aliquid ſignificandum, idque per modum imperij: ac tunc ſi is, qui ita maledicit, ius habet ad deſtruendum illam creaturam, licitè fit. 22. nu. 8

Eædem creaturæ maledicuntur etiam in modum imperij, ſeu in modum optantis, nec ſemper ex animo, ſed ſolùm exprimendo dolorem, idque nonnunquam hyperbolicῶs. 22. nu. 9

Creaturæ irrationales tribus modis in maledictione ſpectari poſſunt: primò per comparationem ad creaturas rationales, ob quas ſunt: ſecundò, ut ſunt effectus & opera Dei: tertiò ſecundum ſe. 22. nu. 6

Credulitas.

Credulitas & opinio vel ſuſpicio duplex eſt, temeraria & rationalis. 15. nu. 5

Credulitas quomodo ab opinione diſtinguatur. 15. numero 2.

Crimen.

Crimen quando detegitur occultum perſonæ alicuius non detecta quidẽ perſona, ſed detecta qualitate illius perſonæ, ex qua licèt perſona agnoſci non poſſet, infamia tamen in alios redundaret, poſſet interdum culpa eſſe lethalis. 27. nu. 3

Crimen quid ſit notorium facti notorietate, & quam multis notorium ſit oportet. 31. nu. 1

Crimen quando aliquis imponendo euaderet quidem grauia tormenta, cæterum condemnandus eſſet de hæreſi, apoſtaſia à fide: ſi verò non confiteretur id crimen illud ſibi imponendo, ſed tormenta ſuſtineret, nihil horum ei eſſet euenturum, ſed ſolùm eſſet condemnandus de ſuſpecto in fide, tunc lethaliter peccaret crimen id ſibi imponendo, ut grauia fugeret tormenta. Diſput. 37. numero 16

Crimen quando verè eſt commiſſum, & iam publicum eſt effectum etiam per iniuſtitiam eorum, qui illud reuelatione ſua iniuſta publicum fecerunt, tunc non eſt culpa lethalis illud detegere ijs in loco, vbi publicum eſt iam effectum, qui non ſciebant. Diſputat. 32. numero 8

Crimen quando aliquis, ad euadenda quæcunque tormenta, ſibi imponit, ob quod eſt morte plectendus, lethaliter peccat. 37. nu. 18

Crimen aliquod quando damnatur publica quidem autoritate, ſed vt notitia criminis eius limites aliquos non egrediatur, tunc culpa eſt lethalis cum quantitate infamiæ cum reſtituendi onere, eam notitiam vltra eos fines extendere. 33. nu. 7

Crimen falſum cum fuit alicui impoſitum, ſufficienter fit ei reſtitutio famæ iniuſtæ ab eo ablatæ, dicendo ſe fuiſſe mentitum, ſi inde alij deponant exiſtimationem, quam de illo conceperant. 41. nu. 5

Crimen ſiue in iudicio ſiue extra iudicium alicuius iniuſte detegatur, atque is qui illud commiſit, vt ſe defendat, affirmet, uel detectorem non dicere uerum, uel ſe tale aliquid non feciſſe, vnde indirecte affirmet illum non dicere uerum, tenetur illi ad reſtitutionem famæ, ſi eam forte in aliquo tunc læſit. 43. nu. 2

Crimen qui alicui impoſuiſſet ob quod periclitaretur vita, vel ob quod ſequeretur illi ac ſuis talis iactura famæ, vt morti ſimilis aut ferè ſimiles eſſet, ſane is teneretur illud retractare cum periculo tormentorum

ac vitæ, quando eſſet ſpes ea retractatione impedienda aut reparanda eſſe damna: quod ſi non eſſet ſpes ta lis, tunc non teneretur ſe retractare, ſed teneretur reſtituere damna ita iniuſtè data. Diſputat. 37. numero 21

Crimen licet ex iuſta, & rationabili cauſa reuelare vni aut multis, quantum ea iuſta cauſa poſtulauerit. 29. numero 3

ad Crimen libelli infamatorij etiam pertinet canere com poſita aut referre illa, quæ in infamiam alicuius compoſita ſunt: etiam quando ſignum aliquod apponitur, quo aliquid infamatorium ſignificatur. Diſput. 35. numero 4

Crimen quo grauius eſt, maiorique pœna puniendum, eo præſumptio maior eſſe debet, & indicia vehementiora, vt præſumptio violenta cenſeatur. Diſp. 15. numero 12

Crimen cum aliquis caſu abſque ſua culpa nouit alicuius ſecretum, vel ipſi commiſſum fuit aliquod ſecretum, non tenetur illud ſeruare cum periculo vitæ, ſed poteſt illud detegere ad euitanda tormenta, etiamſi ex detectione alterius vita periclitaretur. 37. numero 10

Crimen aliquod quando ſolùm eſt ita notorium iuris notorietate, quòd nondum lata eſt ſententia, qua delinquens publicè de eo damnetur, nefas eſt illud detegere in loco, in quo is delinquens non laborat infamia. 33. numero 6

Crimen qui verè commiſit aliquod, de quo iam infamatus eſt, dignus ob illud in ſe eſt, de quo illud concipiatur, & proinde ea laboret infamia. At ideo tamen non eſt crimen eius detegendum, ob bonum commune & proximi caritatem. 32. num. 6

Crimen hæreſis, aut aliquid ſimile cui ſufficienter eſt probatum, vt brachio ſeculari comburendus tradatur, quando eius eßet conditionis, de quo alioquin præ ſumptio non eſſet commiſiße id crimen, timendum eſt eum incurrere culpam lethalem, tale crimen ſibi imponendo, vt mortem euaderet. Diſputat. 37. numero 17

Crimen alicui impoſitum ſi tale nõ eſt, vt ex illo ei mors vel aliud damnum in corpore aut fama vel diuitijs immineret, tunc imponens tenetur ſe retractare, ſi ea retractatione poſſet ea damna impedire vel reſarcire. 37. nume. 22

Conſenſus.

Conſenſu voluntatis in exiſtimando de aliquo quod famæ illius præiudicet, poteſt quis habere, vt dubitet pri mò de bonitate aut de aliqua bona qualitate illius, neu tri parti adhuc inclinando. 15. nu. 17

Poteſt eſſe ita affectus, vt aſſentiatur alteri parti, non tamen firmiter, ſed adhuc hæſitans. ibidem. numero 18

Vel poteſt eſſe affectus ita, vt ſine hæſitatione vlla alteri parti aſſentiatur. ibid. num. 19

Conſilium.

Conſilium ac meritum eſt patienter contumelias ferre, quando aliud non exigit bonum aliorum, aut bonum eius, qui contumeliam affert. 20. num. 1

Conſilia exercitus qui prodit parti contrariæ, peccat non ſolùm contra iuſtitiam, ſed etiam ad reſtitutionem obligatam. 3. num. 4

Contumelia.

Contumelia vni facta quando quaſi redundet in perſonas illi coniunctas ob amicitiæ, conſanguinitatis, aut aliam ſimilem rationem, nulla conſurgit obligatio quidquam reſtituendi perſonis ita coniunctis pro infamia. 46. nume. 8

Contumelia latè ſumpta, vt vitium totum iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium comprehen dit, ſpecies infima eſt. 19. num. 3

Contumelia qui differant, & detractio. Diſputat. 18. numero 4

Interdum fit aliquid abſque iniuſtitia, qaod præiudicat honori alterius, & tunc non ſpectat ad contumeliam. 18. numero 5

Contumelia cum duo ſe mutuo affecerunt, vtrique competit aduerſus alterum actio iniuriarum. Diſput. 38. numero 5

Contumeliam qui intulit, ſi aliter non poſſet ad ęqualitatem ſatisfacere in bonis honoris, & famæ, quàm petendo veniam, neque offenſus contentus eſſe vellet ſatisfactione in bonis externis, ſed exigeret vt qui iniuriam intulit, veniam ab ipſo peteret, tenetur tunc is id præſtare offenſo, neque ſatis eſt, ſi ſatisfacere velit in bonis externis. 46. num. 4

Contumelia latè ſumpta eſt peccatum lethale. Diſput. 19. numero 1

Ex circumſtantijs tamen nonnunquam eſt culpa venialis. ibid. numero 2

Contumelia frequentiſſimè ex ira oritur. Diſputat. 19. numero 4

Contumelioſus.

Contumelioſus actus quando eſt talis, vt nullum damnum corporis aut bonorum externorum relinquat, tunc eſtò eiuſmodi actus ante faciem eius fiat, cui contumelia infertur, isve factum eſſe ſciat, ſi tamen alteri factum eße ignorent, aut is ipſe ſolus, qui eam contumeliam eſt paſſus, in cauſa fuerit, vt ad notitiam aliorum deuenerit, nihil ei debetur reſtitutionis. 46. numero 7

Conuitiari.

Conuicium, quid ſit. Diſput. 21. numero 1

Conuitiatur qui alicui, aut aliquid dicit quod famæ illius præiudicet, ex eo quòd addat aut præmittat, ſaluo honore qui ei debetur, non ideo impeditur aduerſus eum actio iniuriarum, neque excuſatur à pœna. 38. numero 2

Culpa.

Culpam multum extenuat, vel etiam omnino excuſat, reuelare occultum graue crimen alterius, non animo nocendi aut diffamandi, ſed aliqua bona de cauſa. 29. numero 5

D

Damnatus.

DAmnatus de aliquo crimine (ex quo lata ſententia infamia incurritur) vt eam infamiam incurrat, neceſſe eſt vt damnetur propter factum proprium. 9. numero 21

Damnatus à iudice competente de crimine publico, ſumpto crimine publico, vt à priuato diſtinguitur, infamiam iuris incurrit: non verò damnatus à iudice incompetente. 9. num. 1

Damnatus qui eſt, ſiue criminali actione ſiue ciuili iniuriarum, quòd libellum famoſum fecerit, ſcripſerit, ediderit, aut fieri fecerit, facere non poteſt teſtamentum,

...tum, & ſi teſtamentum faciat, eſt ipſo iure nullum. 39. numero 3

Damnum.

Damnum aliquod ſi ex iniuſta litterarum apertione ſequatur, tenetur aperiens illud reſarcire. Diſput. 36. numero 3

Damnum famę alterius iniuſtè qui intulit, ſimul reſtituere tenetur omnia alia damna inde ſecuta, tanquam eorum cauſa etiam iniuſta. 41. num. 1

Damnum permanens religioni quando ex ea religioſi extractione eſſet ſecutum: teneretur qui illum extraxit illud integre reſarcire, ſaltem compenſando illud alijs bonis, vel remiſſionem eius damni ex religione obtinere. Quòd ſi vel remiſſionem obtineat, vel ſufficienter illud reſarciat reducendo egreſſum, aut aliquid inſuper compenſando, vel inducendo alium æquè vtilem, non tenetur ipſe tunc religionem ingredi. 51. numero 7

Quando is qui prędicto modo fuit cauſa damni notabilis, in quo religio ob egreſſum ſui religioſi manet, non poteſt illud alio modo reſarcire, quàm ſuo ingreſſu, atque quod ipſius ingreſſu reſarcietur omnino aut magna ex parte, tunc is tenetur eam religionem ingredi, niſi religio illi remittat id damnum ei illatum. ibidem. numero 8

Diſſoluuntur tria argumenta in alteram partem. ibid. numero 9

Damni qui cauſa eſt iniuſta in aliquo ſcientiarum aut artium, reſtituere ei tenetur, quantum prudentis arbitrio æſtimabitur id damnum. 50. nume. 2

Damni periculo quando aliquis detegeret crimen ſuum verum, de quo non iuridicè interrogaretur, ſcilicet ad euitanda notabilia tormenta; quia rationabiliter timeret, niſi id crimen ita detegeret, aliquid ei eorum eſſe euenturum, tunc meritò poſſet illud abſque peccato eo modo detegere, nihil impediente infamia, quam inde contraheret. 37. num. 8

Damni extenſio, quæ fieret poſt crimen iam factum eo modo publicum iniuſtè, ſi prudentis arbitrio eſſet incrementum damni exigui, attento quòd ille iam eſſet infamatus de eo crimine, tunc culpa non eſſet lethalis ita detegere crimen neſcientibus. Diſputat. 32. numero 4

Si quis illud vlterius detexit poſt factum publicum, exiſtimabat eum, quo cum loquebatur illud ſcire, tunc non peccat lethaliter id ita detegendo, neque tenetur ad reſtitutionem. ibid. num. 5

Damna lucri ceſſantis aut iacturæ in bonis externis, ſi quæ ſequuta fuerunt ex infamia iniuſte defuncto dum viueret illata, debentur hæredibus defuncti. Diſput. 45. nume. 2

Defunctus.

Defuncti ſi corpus ratione debiti à creditore ſepeliri impediatur, is creditor puniebatur pœna 50. librarum auri, aut ſi ſoluendo non eſſet, in corpore pœna arbitraria iudicis. 38. num. 19

Defunctum qui de occulto peccato infamat aut alia ratione, ſi notabilis ſit infamia, pertingere poſſet in culpam lethalem, non ſolum quando ea infamia redundaret in alias perſonas illi propinquas, ſed etiam ſi nihil omnino in alios redundaret. Diſput. 28. numero 1

Defunctorum corpora aut oſſa qui violant, ſi humiliores ſint, morte plectũtur, ſi honeſtiores, in perpetuum vel deportantur, vel in metalla damnantur. 38. numero 16

Delictum.

Delictum quando aliquis commiſit, ob quod infamiam iuris incurrit, tunc Princeps remittens crimen aut pœnam criminis, ſolùm cenſeretur illud remittere quo ad pœnam, non verò abolere infamiam. 10. num. 7

in Delicto an deprehenſus, pro quo lata ſententia, aut facta tranſactione, pactove non gratuito, circa illud infamia incurritur, incurrat infamiam ante latam ſententiam? 9. num. 20

Deriſio.

Deriſio, irriſio, & ſubſannatio quid ſit. Diſput. 21. numero 3

Deriſio, illuſio, ac ſubſannatio parentibus illata peccatum eſt graue, contrarium ſpeciali virtuti pietatis parentibus debitæ: & grauius eſt, ſi Deo inferatur. 21. numero 6

Deriſio quando eſt circa opera virtutum, eſt graue peccatum, tum ex obiecto, tum quia homines à virtutibus deterrentur. 21. num. 5

in Deriſione, illuſione, ac ſubſannatione, quatenus frequenter honor proximi iniuſtè læditur, ſpecies contumeliæ interuenit, licèt eis actibus læſio honoris non intendatur. 21. nume. 4

Detegere.

Detegere delictum graue occultum alterius, vni tantum, qui id non deteget, non eſt culpa lethalis, ex ſententia aliquorum. 29. num. 1

Contra tamen ſentiunt nonnulli Theologi. ibidem. numero 2

Detegitur quando crimen alicuius occultum, non detecta perſona eius, qui eo crimine laborat, ſi veriſimile non ſit deuentum iri in notitiam perſonæ, quæ eo laborat, tum non eſt culpa lethalis. 27. nu. 2

Detrahitur proximo ſeptem modis: primis tribus directè, quatuor poſtremis indirectè. 27. nu. 1

Detrahere.

Detrahere alicui per litteras priuatas aliud eſt, quam detrahere libellis famoſis. 35. num 1

Detrahenti qui ſeſe non opponit, detractionem impediendo, licèt non ſit cauſa, neque in eam conſentit, peccat dupliciter, primò non impediendo peccatum detrahentis, ſecundò non impediendo damnum famæ proximi. 34. nume. 3

Detrahendo amicitiam qui perturbant, non ſolùm ſi ſua detractione eum effectum intendant, ſed etiam illum non intendant, ſint tamen illius cauſa voluntaria, duplici peccant peccato. 25. num. 2

Detractio.

Detractio pars eſt vitij contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ. 23. num. 3

Detractio de rebus venialibus non ſemper eſt culpa venialis: nec ſemper de rebus lethalibus lethalis. 26. numero 4

Detractionis qui non eſt cauſa quidem, cæterum in ea delectatur, quamuis ad reſtitutionem non teneatur, peccat lethaliter, ſi detractio ſit de culpa lethali. 34. numero 2

Detractionis qui cauſa eſt, qua alius de quodam tertio detrahit, eum conſulendo, vel ad eam excitando vel quouis alio modo ad eam influendo, lethaliter peccat, ſi detractio pertingat ad culpam lethalem. 34. numero 1

in De-

In Detractione, quæ ſit verbo aut ſcripto, ſicut iniuſtè fama proximi læditur; ſic actus intellectus, quibus temeriarè concipimus ſiniſtrum quid de proximo, habẽt ſe inſtar actuum externorum, comparatione actuum voluntatis, quibus illos imperamus; & ſunt contra iuſtitiam commutatiuam. 13. nu. 1

Dignitas.

Dignitas quando eſt annexa alteri rei, cuius infamis incapax non eſſet propter infamiam, tunc neque per infamiam iuris amitteretur dignitas. 11. nu. 4

Dubitatio.

Dubitatio de aliquo circa aliquod ſiniſtrum, etiamſi temeritas adſit, quando ad limites ſuſpcionis non pertingit, regulariter non eſt culpa lethalis. Diſput. 18. numero 1

Quænam ſit dubitatio de qua hic agitur. ibid. nu. 12

E

Euentus.

In Euentibus, in quibus cum famæ vnius damno iniuſte dato ſimul illatum eſt famæ quorundam aliorũ, quod de iuſtitia illi reſtitui debeat, eſto compenſatio fieri poſſet obligationis, qua illi præcipue reſtituenda erat ſua fama cum obligatione, qua is idem ad æquale damnum famæ teneretur illi, qui ipſi reſtituere tenebatur, non tamen propterea ceſſaret obligatio. 49. numero 4

Examinatio.

Examinatio bonitatis alicuius perſonæ bono fine, nullum eſt peccatum. 16. nu. 13

Excommunicatio.

Excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda ſtatuta eſt in Concilio Tridentino, tam cogentibus non quoſcunque, ſed mulieres, ingredi religionem, quam impedientibus illas volentes religionem ingredi, ab ingreſſu. 51. numero 11

Expilator.

Expilator hæreditatis, ſepulchri violator incurrunt lata ſententia infamiam. 9. nu. 14

F

Fama.

Fama latiſſimè ſumpta eſt exiſtimatio, de aliquo maxime exterius manifeſta. 7. nu. 2

Fama quando eo modo non eſt neceſſaria, tunc remittere illius reſtitutionem nullum regulariter eſt peccatum, ſed meritum. 48. nu. 3

Fama cum iniuſtè læditur detegendo crimen alicuius verum, aut notam alicuius veram, tunc fama reſtituenda non eſt retractando, quod verè fuit dictum. Sed ſi amphibologia aliqua ea exiſtimatio à detegente id crimen, iniuſtè mentibus audientium effecta, euelli id mentibus illorum poſſit, ea eſt vtendum: euulſaque omnino ea exiſtimatione à mentibus illorum, ſufficienter eſt facta reſtitutio illi, cuius fama iniuſtè fuerat læſa. 44. numero 1

Fama eſt bona de aliquo exiſtimatio quoad aliquod illius bonum. 1. nu. 4

Fama alicui iniuſtè cum eſt læſa ob falſum aliquod illi im poſitum, communis opinio eſt, ſufficienter ei reſtitui famam, ſi qui id falſum impoſuit, coram illis apud quos ita eſt infamatus dicat, ſe falſum ea in re dixiſſe, ita vt opinionem malam de proximo ſuo prorſus à mentibus illorum eximat. 41. nu. 2

Refelluntur obiectiones duæ in contrarium. ibidem. nume. 3

Fama & rumor ſunt diuerſa. 7. nu. 2

Fama, vt eſt perſonæ, eſt ſtatus illæſæ dignitatis, legibus & moribus comprobatus. 7. nu. 3

Famæ damna qui ſibi mutuo intulerunt, tenentur ſibi inuicem famam reſtituere non curando compenſationem idque de caritate non de iuſtitia. 49. nu. 3

Famæ aut exiſtimationis, non eſt dominus vnuſquique quam alij de ipſo habent: quia fama eſt in mentibus aliorum, & quia nullus in eo nobis iniuriam ullam facit. 32. nu. 7

in Famæ propriæ læſione quando peccatum interuenit contra caritatem & non contra iuſtitiam, id non attinet ad uitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, ſed ad uitium propriæ caritati cõtrarium. 24. numero 10

Famæ qui alterius ex ignorantia vel negligentia adeo notabile damnum intulit, vt ſi ignorantia à parte culpæ non excuſaret, ſufficeret ad culpam lethalem, ſi is reſtituere damnum illud integre poſſet ſine graui ſuo detrimento, vt quia crimen falſum de aliquo dixit, atque ſe retractando, ſine graui damno ſuæ propriæ famæ, poteſt reſarcire totam famam quam abſtulit, tenetur proculdubio id efficere ſub culpa lethali, non ſolùm caritate, ſed etiam ex iuſtitia. 40. nu. 4

Tertiò requiritur, vt infamatus alia via famam amiſſam non recuperauerit. ibid. nu. 5

Famæ ex læſione iniuſta quod ſi damna alia in bonis externis lucri ceſſantis aut iacturæ alicuius iniuſte infamato ſunt ſecuta; tunc, ſi is qui damnum famæ iniuſte dedit, ea alia damna dum viueret non reſtituit, tenentur hæredes illius illa ei reſtituere, aut etiam hæredibus illius, ſi ille iam defunctus ſit. 45. nu. 4

Famæ alterius iniuſte quod præiudicet, id totum pertinet ad vitium in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, actus verò internus voluntatis, quo quis iniuſtè aliquid tale fieri aut intentari conſentiret, eſt peccatum internum eiuſdem vitij. 23. nu. 1

Famam qui alicuius lædit, peccat contra iuſtitiam commutatiuam: & etiam qui id attentauit facere. Diſput. 7. numero 1

Famam vt quis alienam reſtituere teneatur, primò requiritur, ut alienam famam verè abſtulerit. Diſput. 40. numero 1

Deinde requiritur, vt qui famam alienam verè læſit, contra iuſtitiam peccauerit eam lædendo, non ſolùm materialiter, ſed etiam formaliter iuſtitiam tranſgrediendo. ibid. nu. 2

Famam qui indirecte accuſatoris læſit, quamuis non teneatur eam illi reſtituere, ſuum retractando dictum, ſeque ipſum infamando, tenetur tamen illi reſtituere famam per verba quædam ſobria. 43. nu. 3

Famã qui proximi iniuſtè materialiter læſit, ſi poſt ita læſam, poſſet reſarcire illam ſine ſuo detrimento, ſanè teneretur id præſtare, non ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia. 40. nu. 3

Famoſus libellus.

Famoſi libelli in culpam qui incidit, culpam contra iuſtitiam incurrit lethalem, ſi infamia, quæ inde ſequitur, erat grauis. 35. nu. 5

Famoſum libellum qui compoſuit aut edidit, itemque qui illum

illum reperit, nec lacerauit, ſed illum manifeſtauit, pœna capitis plectitur: præſertim quando libellus aliquid continet, quod ſi probaretur commiſiſſe eum, quem is libellus de ea re infamat, puniretur pœna capitis. 39. numero 1

Falſum.

Falſum quando aliquis quid proximo iniuſte impoſuit, tenetur ſe retractare, quando aliter famam ei reſtituere non poteſt, neque ipſe maiorem infamiam inde contrahit, teneturque iuramento confirmare, id non ita ſe habuiſſe vt dixerat, ſi aliter fides non haberetur. 41. numero 4

Fas.

Fas eſt etiam, dum iniuria adhuc fit, & vlterius continuatur, tueri honorem proprium: non quidem contumeliam in recompenſationem acceptæ inferendo, ſed impediendo, ne iniuria vlterius progrediatur. Diſp. 20. numero 3

Femina.

Feminæ fit iniuria, ſi illa honeſtè viuat, atque aliquid fiat quo pudicitia illius attentetur, verbo, ſcripto, nutu, ita vt id honori eius deroget, competitque pro ea actio iniuriarum patri, ſponſo, aut marito, pro conditione ſtatus. 38. num. 9

Filius.

Filius lethaliter peccaret, imponens ſibi crimen patris, ob quod pater erat morte plectendus, vt vitam patris conſeruaret, & in ſe transferret mortem, quam pater erat ſubiturus. 37. numero 19

G

Gentiles.

GEntilium & paganorum ſepulcra violantur impunè. 38. numero 17

Gradus.

Gradus quatuor ſunt ex parte intellectus in iudice comparatione ſententiæ ferendæ, qui omnes ſunt infra euidentem cognitionem, ſub cognitione euidente id etiam comprehendo, quod euidens eſt ſenſu. Primus gradus eſt dubietas, quando intellectus iudicis eſt anceps, in neutram partem ſe inclinando: ſecundus ſuſpicio, quando iam intellectus in alteram partem inclinat propter indicia & inductiua, licet valde debiliter: tertius eſt opinio, quando iudex propter inductiua maiora ſibi iam perſuadet alteram partem: nec tamen firmiter, ſed adhuc dubius: quartus gradus credulitas eſt, quando propter indicia tam firmiter adhæret, vt amplius non dubitet. Diſputat. 15. numero 1

Quomodo credulitas ab opinione diſtinguatur. 15. numero 2

Quomodo hi tres gradus inter ſe diſtinguantur. 15. numero 3.

H

Hæreditas.

HÆreditatis expilator, ſepulchri violator incurrunt lata ſententia infamiam. 9. num. 14

Hiſtoriographi.

Hiſtoriographis licèt etiam aliquid plus ſcribere in hiſtorijs, quod ad infamiam aliquorum, de quibus ſcribunt, ſpectat. 24. num. 9

Hiſtriones.

Hiſtriones & ſcenici, qui ſe pretio locant ad ſcenam infamiam incurrunt: ſed rarò id modo accidit. Olim quidē apud Romanos, & Græcos licebat turpia exhibere. 8. numero 10

Itidem qui operas ſuas locant, vt pugnent cum beſtia fera, & licèt de facto non pugnent, ſatis eſt ſe ad id locaſſe. 8. num. 11

Homo.

Homo dominus eſt ſuæ famæ. 2. nume. 3

Homo non habet dominium vitæ, ſicut famæ. Diſput. 2. numero 5

Homo ſi dominus non eſſet famæ propriæ, non liceret ei ſe ipſum infamare: quod tamen ei eſt licitum, vt quando alterius famam læſam cum ſui ignominia reſtituit. 2. numero 6

Honor.

Honor exhibetur tum viuis, tum defunctis: præſentibus & abſentibus. Exhibetur non ſolùm ratione virtutis, ſed etiam ratione alterius boni. Diſput. 1. numero 3

Honor quid ſit & quomodo differat à reuerentia, quæ alteri exhibetur. 1. num. 1

Honor & fama, bona ſunt extrinſeca, non ſecus ac diuitiæ: & ideo felicitas non eſt in honore, quoniam illa intrinſeca eſt. 2. num. 4

Honor exhibetur tum verbis tum ſcriptis. Quid ſit ſacrificium laudis. Quomodo honor verbis & quomodo factis exhibeatur. 1. nu. 2

Honor quando iniuſtè facto aliquo aut dicto contumelioſo læditur, ſeu potius exiſtimatio alicuius, tenetur is, qui ita exiſtimationem iniuſte læſit, reſtituere illi quantum id damnum permanens prudentis arbitrio æſtimabitur, attenta qualitate perſonæ, & alijs circumſtantijs. Inſuper reſtituere illi tenetur, ſi inde aliud damnum lucri ceſſantis aut iacturæ alicuius in bonis externis diuitiarum fuit illi ſecutum. Diſput. 46. numero 2

Hoſtes.

Hoſtium literæ tempore belli licite aperiuntur: item quotieſcunque bono communi expediret. Diſputat. 36. numero 5

I

Impatientia.

IMpatientia Iob excuſatur. Diſputat. 22. numero 10

Imprecatio.

Imprecationes mali pœnæ quomodo intelligendæ in ſacra ſcriptura, quæ peccatoribus fiunt. Diſput. 22. numero 11

Improperium.

Improperium quid ſit. 21. nume. 2.

Impuber.

Impuber non poteſt accuſari iniuriarum, qui ſcilicet decimum cum dimidio annum non exceſſerit: at bene extra eam ætatem. 38. num. 11

Inductiua.

Inductiua minora requiruntur ad non temere ſuſpicandum, quam ad non temere opinandum. Diſput. 15. numero 4

Indicia.

Indicia iuuant ſe inuicem. 15. numero 15

Indi-

Iudiciorum & inductiuorum ob magnitudinem ad id credendum aliquando tam parum temeritatis eſt in aliquo iudicicio temerario, vt licèt ſit de re graui ad culpam non pertingat lethalem, ſed ſolùm ſit culpa uenialis. 16. num. 9

Infamatus.

Infamatus quando aliquis eſt de aliqua re in aliquo loco, non per ſententiam latam ea de re à publicis poteſtatibus, tunc contra iuſtitiam eſt & cum reſtituendi onere, detegere id in quo ille de ea re non eſt infamatus. 33. numero 1

Infamatus publicè de aliquo crimine dicitur, de quo licèt notorium non ſit eum id crimen commiſiſſe neque iuris neque facti notorietate, eſt tamen publica fama eum id commiſiſſe, ex veriſimilibus coniecturis habens ortum. 31. nu. 3

Infamatus quando aliquis eſt de aliquo crimine in aliquo loco, abſque culpa lethali & abſque reſtituendi onere narrari poteſt id crimen alijs in eodem loco, qui id neſciunt. Si intelligatur, quando is non eſt per iniuſtitiam infamatus in eo loco, ſed ipſe fuit in culpa ſuæ infamiæ, aut ordine iuris fuit infamatus. Diſp. 32. numero 2

Infamatus ſi eſt aliquis eo loco per iniuſtitiam (quia iniuſtè crimen illius tunc factum eſt publicum) tunc veriſimile eſt, vlteriorem lacerationem famæ illius iniuſtam etiam eſſe, cum onere reſtituendi. 32. nu. 3

Infamatum eſſe de aliqua re in domo aliqua aliud eſt, & aliud eſſe infamatum in vicinia aut populo vel regno. 31. nume. 4

Infamatus de vno crimine aut macula, illicitè & cum onere reſtituendi, infamatur de alio crimine etiam eiuſdem ſpeciei, poteſtque in eo interuenire culpa lethalis. Aliquando vero exigua aut nulla accedere inde poterit infamia, vt neque ſit lethalis culpa crimen detegere, etiamſi falsò imponatur, neque inde reſtituendi obligatio ſub culpa lethali conſurgat. Diſput. 32. numero 1

Infamia.

Infamia ex ſententia arbitri non incurritur, licèt delictū ſit tale, quòd ſi ſententia à iudice ordinario eſſet circa illud lata, incurreretur infamia. 9. nu. 2

Infamia perſonæ eſt læſio ſtatus, dignitatis, ſeu conditionis perſonæ alicuius, qua iuris humani diſpoſitionis infamis habetur ac redditur. 7. nu. 4

Infamia quando incurritur ipſo facto, non eſt opus ſententia declaratoria facti, vt incurratur. Diſput. 8. numero 2

Infamia in euentibus in quibus nō incurritur niſi lata ſententia, id ſolùm intelligitur de ſententia, quæ in rem tranſit iudicatam, non verò de ea, quæ in rem iudicatam non tranſit. 9. nu. 4

Infamia in Hiſpania & Luſitania non liberatur qui paciſcitur, ne ipſi actio intentetur. 9. nu. 18

Infamia ſi ſit iuris aut facti notoria, inualida eſſe electio ad dignitatem: & infamis qui ita ſe curat eligi peccat, & puniendus eſt: Quando verò quis iam in dignitate conſtitutus eſſet, & tum infamiam incurreret, tunc ſi infamia ſit iuris, amittit dignitatem: ſi vero infamia ſit facti, non ideo amittit dignitatem. 11. nu. 3

ex Infamia alicuius ſi ſequeretur tale aliorum ſcandalum quòd is ſub culpa lethali vitare teneretur, tunc culpa eſſet lethalis eum ſe ipſum ita infamare. Diſput. 37. numero 5

Infamia alicuius quando in aliquo loco ſolùm eſſet rumor publicus de aliquo delicto publico ex veriſimilibus coniecturis, aut ſuſpicio non firma, tunc qui ita detegeret id delictum, vt certum illud efficeret, peccaret contra iuſtitiam, cum onere reſtituendi. Diſput. 32. numero 9

Infamia ſi temporis longinquitate abolita eſt alicuius de aliquo delicto, de quo non fuit in iudicio damnatus, ſanè ſuſcitare de nouo infamiam illam iam abolitam iniuria eſt in eum, qui temporis decurſu recuperatā iam habebat famam. 33. nu. 2

Infamia quando non redundat in tertiam perſonam aut in communitatem, quæ ſimul infamata maneat de eodem, aut in alios, qui iuris diſpoſitione ex delicto alterius infames maneant, tunc remittente iniuſtè infamato obligationem reſtituendi, deobligatus manet is infamatus ab obligatione, qua de iuſtitia tenebatur reſtituere famam, nihil impediente quòd ea infamia redundet in detrimentum aliorum aut reip. Diſput. 48. numero 1

in Infamiæ recompenſationem, quam alius nobis iniuſtè intulit, illicitum eſt illum infamare, eſto illo inique reſtituere nobis velit famam, quam nobis iniuſtè abſtulit. 49. nu. 1

Infamiam iuris incurrit mulier lata ſententia quæ ſciens ſe non eſſe prægnantem ex marito defuncto, fecit ſe mitti in poſſeſſionem bonorum mariti ratione filij, quē à defuncto marito finxit ſe in ventre portare. 9. numero 9

Infamiam tunc eo ipſo incurrit ſi quis damnetur, quòd præuaricator fuerit. 9. nu. 10

Infamiam an liceat manifeſtare in alio loco, in quo alter ea infamia non laborat, quando eſt ſententia publica in loco aliquo de aliquo delicto damnatus. 33. numero 3

Infamiam ſi quis poſtquam ipſo facto incurrit, ad teſtimonium dicendum accedat, non eſt teſtimonium eius vſquequaque admittendum. 8. nu. 21

Infamiam ipſo facto incurrit, qui vel quæ bina ſponſalia aut bina matrimonia, aut ſponſalia & matrimonium cum duobus ſimul contrahit, non iuſſus ab eo, ſub cuius poteſtate ſit. 8. nu. 8

Infamiam etiam facto incurrunt lenones & lenæ. Diſput. 8. nume. 9

Infamiam item ſubit, qui ictibus, aut alia pœna publica delicto commerita, à publicis poteſtatibus eſt punitus non præcedente ſententia, at præcedente delicto. 9. numero 18

Infamiam in iure canonico ipſo facto incurrit qui in aliquod graue peccatum incidit, vt hæreſim, Apoſtaſiam ſchiſma, inceſtum, &c. 80. nu. 22

Infamiam non ſolum incurrit is, qui re ipſa de aliquo crimine ſupra dicto damnatus eſt, ſed etiam is qui pactus eſt, ne aliqua earum actionum accuſaretur: niſi pactum ex iudicis authoritate eſſet factum non gratuitum: tunc enim cenſetur reus crimen confiteri. Diſput. 9. numero 16

Infamiam euitat quando aliquis ad redimendam ſuam vexationem pactum non gratuitum facit, ne ipſi intentetur actio de crimine iniuſto. 9. nu. 17

Infamiam iuris aut facti remittere quoad ea ad quæ impedit, Princeps qui non habet ſuperiorem poteſt & reſpublica, quæ non agnoſcit ſuperiorem, & item Princeps qui alteri feudatarius eſt. 10. nu. 2

Infamiam incurrunt lata ſententia hæreditatis expilator & ſepulchri violator. 9. num. 14

Infamiam pacti non eſt in poteſtate principis, vel alterius, quo ad exiſtimationem, quam alij de te concipiūt, abolere non ſolùm efficiendo, vt concepta non fuerit, ſed etiam illam ab aliorum cordibus amouendo. 10. numero 1

Infamis.

Infamis infamia iuris, & infamia facti excluditur ab omni dignitate obtinenda. 11. nu. 1

Infamis eſt, quando aliquis iniuſtè de furto damnatus eſt vel de aliquo alio crimine, ob quod dicitur incurri infamiam ſi ſententia non reuocetur. Diſputat. 9. numero 15

Infamare.

Infamare licitum eſt ſe ipſum pro melius comparanda virtute vitaque æterna adipiſcenda, & propria ſcelera detegere, exemplo multorum Sanctorum. Quin Chriſtus in Euangelio apertè docet, famam eſſe fugiendam, & vanam gloriam. 2. nu. 7

Infamare ſe ipſum ſi præcisè ſpectetur quoad ſolam infamiam, quam ipſe inde contrahit, etiam ſi irrationabiliter id fiat, non eſt ex ſuo genere culpa lethalis, ſed venialis: quia homo dominus eſt ſui honoris. 37. numero 3

Infamat ſi dum quis ſe ipſum, interueniat periuriū, quia iureiurando erat aſtrictus dicere verum, ſibique impoſuit crimen aliquod, interuenit tum culpa lethalis periurij. 37. nume. 4

Infamans ſeipſum ſecundum aliquos peccat lethaliter, licèt id faciat vt mortem effugiat, & peccat contra iuſtitiam comparatione communitatis cuius eſt pars, eaque de cauſa tenetur illi communitati famam reſtituere iniuſte ſibi ablatam. 37. nu. 1

Infamare nemo ſe ipſum ſine rationabili cauſa poteſt abſque peccato: quia vt prodigalitas bonorum vitiū eſt, ita & famæ. 37. num. 2

Infamet, vt aliquis licitè ſe ipſum fieri poteſt, eſtò videat inde euenturum, vitam ab eo eſſe eripiendam, modo tamen non ſe infamet, crimen ſibi iniuſtè imponendo, ſed detegendo crimen quod verè commiſit, quodque detegere non tenebatur, & modo ad id rationabilis cauſa exiſtat. 37. num. 7

Infamandi aliquem per ſchedulas ſine cauſa ſi de ſiniſtra intentione conſtet, & de illarum autore, tunc ille puniendus eſt pœna libellum infamatorium conficientis. Si verò conſtet ſchedulas non animo infamandi eſſe oblatas, ſed vt crimen verè commiſſum detegatur, tunc ille puniendus erit non quidem quòd eas obtulerit, ſed quòd non plenè, & aperte denuntiauerit. 35. numero 3

Infamare ſeipſum illicitum eſt quempiam, crimen aliquod ſibi imponendo, etiā ſi id fiat ad euadenda grauiſſima tormenta aut ad mortem euadendam. Diſp. 37. numero 14

Infamauit quando aliquis aliquem iniuſte dum vixit, eāque infamiam illi non reſtituit, obligatio eā reſtituendi tranſit ad hæredes ipſius. 45. nu. 3

Infamat qui ſeipſum vel interficit, peccat contra bonum reip. 2. numero 2

Infamauerit qui aliquem circa aliqua bona, tam generis, quam alia, peccat, & ad reſtitutionem tenetur. 1. numero 5

Infamaſſet quando vnus alterum iniuſte, neque vt tenebatur vellet eam famam illi reſtituere, tunc iniuſte infamatus qui damnum in fama alteri nō dediſſet, poſſet in pecunia compenſare damnum famæ in quo eſt. 49. numero 5

Iniuria.

Iniuria ſeu iniuſtitia circa bona honoris & famæ interdum fit ſolo actu interno eius, qui illam re ipſa infert. 12. num. 3

Iniuria eſt duplex, latè ſumpta & preſſè. Iniuria latè ſumpta eſt omne quod contra ius fit; preſsè ſumpta eſt, prout præiudicat iuri circa bona honoris, & famæ præcisè. 12. num. 1

Iniuria non infertur ex eo, quòd de illo qui maiorem habet famam quàm par ſit, proferatur iudicium verum ea de re ex ijs, quæ in illo apparent, non detegendo crimen illius occultum, niſi id ex mala aliqua intentione fiat. 26. nume. 5

Iniuria ſi quæ alia fiat defuncto, ita vt ad infamiam illius pertineat, ad illius hæredes ſpectat nomine proprio intentare iniuriarum actionem. Diſput. 38. numero 18.

Iniuria irrogatur, ſi geſtibus aut quibuſcunque motibus corporis, aut veſte ad id induta, vel quauis alia ratione, aliquis aliquem imitetur, aliquid fœdum in illo denotando, vel ridiculum, quo honor eius quodammodo lædatur, & poteſt aduerſus eiuſmodi intentari actio iniuriarum. 38. num. 8

per Iniuriam qui nouit ſecretū alicuius, tenetur cum æquali aut cum paulò ſuo maiori detrimento id ſeruare. 37. nume. 13

Iniuriam infert, iniuriarumque actio aduerſus eum competit, qui alium inſequitur, vt ei noceat, aut qui illum includit in loco aliquo, aut aliquid huiuſmodi facit. 38. nume. 10

Iniuriam quando mancipium intulit, rationeque eius iniuriæ, quę abſque culpa domini illata fuit, iniuriarum actio competit, tunc ſi iniuria ſufficienter compenſetur punitione corporali mancipij, quæ nec mortem ei inferat, neque illum in aliquo membro mutilet, tenetur tunc dominus tradere id mancipium, vt iudicis arbitrio puniatur. 38. num. 20

Iudex.

Iudex ſi inſtigatorem accuſatoris in ſententia calliditatis argueret, non incurrit inſtigator infamiam iuris, ſed pudorem potius, ac proinde ſolam infamiam facti. 9. nume. 7

Iudici interroganti licet detegere aliquam rem, licèt delinquenti promiſeris pacto non te reuelaturum, ſi videlicet ante ſemiplena de delinquente infamia fuerit. Si ante crimen agnitum præcederet promiſſio de non manifeſtando, quando per ſe ipſum in futurum videret illud patrari, tunc teneretur iudici manifeſtare, ſi iuridicè ab eo interrogaretur. 4. nu. 3

Iudicare.

Iudicando temere, non tenemur, licèt in malam partem interpretemur, bonam exiſtimationem de proximo habere, ſed ſatis eſt, ſi abſtineamus à ſiniſtre illa in re iudicando. 17. num. 1

Iudicare probabilitatem aliud eſt quæ eſt ex indicijs, aliud eſt iudicare aliquem id feciſſe, aut velle facere. 18. nume. 7

Iudicans.

Iudicans in re graui, & cum ſufficienti deliberatione voluntatis temere circa ſiniſtrum quid de proximo, idque

que

que nō firmiter, ſed vacillanter, non peccat lethaliter, ſed is qui firmiter iudicat, ſine vlla hæſitatione. 16. numero 1.

Iudicium.

Iudicium quando temerarium eſt circa rem, quam non temere quis iudicat ineſſe alicui, licet temere iudicet illam in ſe eſſe culpam lethalem, aut aliquid aliud infamans, cum tamen ex ignorantia erret, non eſt culpa lethalis. 16. nu. 8

Iudicium temerarium vt peccatum mortale ſit tria requiruntur. 16. nu. 3.

Primò vt ſit voluntatis actus planè deliberatus. ibi. nu. 4

Secundò vt ſit in re graui, quæ tantum præiudicet famæ eius, vt id ad lethalem culpam in materia iuſtitiæ ſufficiat. ibid. nu. 5.

Tertiò, vt tanta interueniat temeritas in eo iudicio firmando, ac eliciendo, quæ prudentis arbitrio ad culpam ſufficiat lethalem. Illa temeritas tripliciter accidit. ibid. num. 6

Iudicium temerarium, de re quæ proximi famæ præiudicat, ex ſuo genere eſt lethalis. 16. nu. 1

in Iudicio non ſeruato ordine iuris qui accuſatur & interrogatur de aliquo crimine, quod verè commiſit, poteſt abſque mendacio affirmare, ſe id non commiſiſſe, licitèque id iureiurando confirmare, poſito, vt illud confiteri teneatur. 43. num 4

Ius.

Iure is infamiam incurrit mulier lata ſententia, quæ ſciens ſe non eſſe prægnantem ex marito defuncto, fecit ſe mitti in poſſeſſionem bonorum mariti, ratione filij, quem à defuncto marito finxit ſe in ventre portare. 9. nume. 9.

L

Latitudo.

Latitudo datur in leui præſumptione, vehementi, & violenta. 15. nu. 16

Libellus famoſus.

Libellus famoſus quid ſit ſub eo comprehenduntur ſchedulæ, quæ de aliquo crimine occulto ad iudicem deferuntur. 35. nu. 2.

Libellum famoſum qui reperit, nec lacerauit, ſed illum manifeſtauit, vtrum is tunc ſolum puniendus ſit pœna, qua punitur author talis libelli, quando de alio authore non conſtat: quando verò conſtat de alio authore, puniendus ſolum erit pœna mitiori arbitraria. Diſp. 39. nume. 2

Libellum famoſum qui compoſuit aut edidit, reſtituere tenetur famæ læſionem inde ſequutam. Diſputat. 35. nume. 6

Liberi.

Liberi quia parentes, nec liberti patronos, nec deſcendentes aſcendentes in cauſa criminali, aut quæ notam illis irroget, accuſare poſſunt; inde fit, vt neque, ad euadendam pœnam iniuriæ contra illos illatam, admittantur ad probandum verum eſſe, quod in præiudicium honoris illorum dixerunt. 38. nu. 7

Litteræ.

Litteræ hoſtium tempore belli licitè aperiuntur; item quotieſcunque pro bono communi expediret. Diſputat. 36. num. 5

Literæ alienæ aperiri poſſunt ex rationabili cauſa, etiam abſque conſenſu. 36. nu. 4

Litteras alienas priuatus quilibet poteſt legere, quibus iniuſtè timet ſibi damnum parari. Diſputat. 36. numero ſexto.

M

Maledictio.

Maledictio, ex parte mali, quod maledicendo quis exoptat ei cui maledicit, ſi illicitè illud ei exoptet, ad ſolum odium ſpectat: vel pertinet ad iniuſtitiam, ſi via iniuſta, ex parte eius qui id deſiderat, illud ei exoptet. 22. nu. 3

Maledictio fit tribus modis, primò affirmando malum alterius: ſecundò, imperio malum alicui efficiendo, quod eſt eum maledicere: tertiò per modum optantis ſeu imprecantis malum. 22. num. 1

Maledictio creaturarum vt ſæpe in pœnam hominis redundet, præſertim ſi fiat per modum imperij, licitè tūc fit ab eo, qui talem pœnam iuſtè imponere poteſt. 22. nume. 7

poſt Maledictionem in aliquem coniectam, continuò non velle, vt tale quid ei eueniat, aliud eſt; aliud verò non velle, etiam quando conijcitur, vt id eueniat; quod poſtremum excuſat maledicentem à culpa lethali, quando maledictio non præiudicat honori notabiliter. 22. numero 5

Maledictio ex ſuo genere eſt culpa lethalis, ſiue contumeliæ ſiue odij rationem ſortiatur. Ex circunſtantijs porrò poteſt fieri culpa venialis. Diſputatio. 22. numero 4.

Maledictio verbis expreſſa, ſi in præſentia alicuius fiat, honorique illius iniuſtè præiudicet, ad contumeliam ſpectat. 22. nu. 2

Maledicere creaturis irrationabilibus, ſecundum ſe conſideratis, non eſt culpa lethalis, at venialis. Diſputat. 22. num. 13

Mandata.

Mandata ad vitam æternam ſufficit ſeruare, & in præceptis decalogi nullum eſt præceptum de ſeruando ſecreto. 6. num. 8

Chriſtus reuelauit peccatum Iudæ in vltima cæna. 6. numero 9.

Mandati actione directa qui damnatur, vt aliquid mandanti ſoluat, dolo ex parte mandatarij interueniente in eo, ratione cuius ſoluere mandanti id teneatur, infamiam incurrit. 9. nu. 24

Manifeſtare.

Manifeſtare quando liceat licitè aliorum defectus 26. num. 7

Matrimonium.

Matrimonio illegitimo natum eſſe infamia eſt facti. 7. numero 5.

Modus.

Modus in reſtitutione famæ iniuſtè læſæ is tenebitur, exhibendo infamato honorem & reuerentiam, ſe illi ſubijciendo, veniam ab eo petendo, tantum laudis ei accumulando, vt ad æqualitatem illi honor compēſetur, qui iniuſtè læſus eſt. 46. nu. 3.

Mors.

Morte cum quis eſt plectendus, niſi ſibi crimen aliquod grauiſſimum imponeret, ſolum peccat venialiter, illud ſibi imponendo, quando ex ea criminis impoſitione non ſequitur notabile ſcandalum, aut notabilis iactura famæ aut bonorum. 37. nu. 15.

Mulier.

Mulier.

Mulier, quæ intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſibat, permittebatur obtinere à Principe remiſſionem infamiæ. 8.num.4

Mulier coniugata in adulterio deprehenſa, etiam ſi condemnata in adulterio non ſit, infamiam iuris incurrit. 8. numero 1

N

Nequitia.

NEquitia eius, cuius famæ præiudicatur, quando ita eſt omnino neceſſarium ad malum impediendum, quòd reipubl. aut priuato alicui imminet, licèt inde nullum ſpirituale commodum eius, cuius famæ id detrimentum infertur, ſperetur. 24.nu.2

Item, quando ad liberandum innocentem neceſſarium eſſet reuelare crimen occultum eius, qui verè nocuit. ibidem. num. 3

Item, quando licita eſt accuſatio de peccato alieno occulto, aut quis tenetur, vel licitè poteſt de illo teſtificari, aut denuntiare à iudice interrogatus vel non interrogatus. ibid. numero 4

Item, in pœnam iuſtam delicti ab eo commiſſi poteſtas publica licitè aliquem infamat. ibid.nu.5

Item, quando ita expedit bono communi, aut etiam bono eius qui infamatur. ibid. nu.6

Nocumentum.

Nocumentum famæ alterius inferri poteſt ſine peccato, quando ita eſt neceſſarium ad eruendum eum à peccato, cuius famæ detrimentum infertur, aut ad impediendum peccatum illius. 24. num. 1

Nota.

Nota aliqua generis, quæ non modicum infamaret, quando eſſet occulta, neque reſultaret ex ſententia publica, qua aliquis anteceſſorum damnatus eſſet de crimine, ob quod ea nota in pœnam redundaret, tunc culpa eſt lethalis illam detegere. 33.nu.8

Notorium.

Notorium quid ſit notorietate iuris: quod etiam duplex eſt, vnum, quod tam manifeſta iudicis ſententia eſt damnatum, vt nulla poſſit iam tergiuerſatione celari: alterum quod probatum eſt iam plenè in iudicio teſtibus omnino ſufficientibus, vt condemnatoria ſententia ritè proferatur. 31. nume. 2

O

Obligatio.

OBligatio ſeruandi ſecretum etiam conſurgit ex lege diuina poſitiua, qua in bonum ſacramenti pœnitentiæ ſalutiſque animarum prohibitum eſt illud reuelare. 5.nume.9

Obligatio oritur aliquando ſeruãdi ſecretum ex eo, quòd qui id ſcit iniuſtè venit in cognitionem eius, atque ideo peculiariter adhuc obligatur illud non manifeſtare. Qui iniquè litteras alicuius aperuit, & ea via ſecretum eius didicit, arctius tenetur illud ſeruare, quam qui illud ſine præuia quoad id iniuſtitia cognouit. 3. numero 6

Obligatio cui remittitur reſtituendi famam, non peccat, ſi poſt eam remiſſionem illam non reſtituat, niſi quando poſſet ſine ſuo notabili damno illam reſtituere. 48. numero 4

Obligatio ſeruandi ſecretum ex pacto, quo quis poſt agnitum quid promittit ſe non reuelaturum. Diſput.4. numero 1

Officium.

Officia ſi publica ſint, & aliquid authoritatis habeant, non poteſt infamis adire, nec etiam beneficia eccleſiaſtica; ſi verò ea ad authoritatem adminiſtrantis non ſpectent, infamis ab ijs non excluditur. Diſput. 11. numero 5

Opinio.

Opiniones variæ doctorum circa quæſtionem de retrahendo aliquem à religione. 51.num.1

Opiniones variæ de eo, vtrum ſi aliquis via inquiſitionis de crimine aliquo condemnetur, ob quod lata ſententia infamia incurritur, infamiam tunc incurrat. 9. numero 5

P

Pactum.

PActum quamuis obligationẽ inducat, licet tamen virtutes alicuius reuelare: eo quòd nullum afferant præiudicium; quin potius reuelatio illa cedit in honorem Dei, & proximi ædificationem. 4.nu.4

Pacto qui promittit ſe non manifeſtaturum rem aliquam, vi talis promiſſionis inducit ſuper ſe obligationem id non reuelandi, niſi cum peccato. Niſi quando pactum iam initum eſt, poſtquam illa res à multis cognita eſt. 4.num.2

Pater.

Pater quando in teſtamento aliquid infame filio diceret, quia ibi maturo iudicio cenſeretur id dicere, & non iratus, contrahit filius infamiam facti. Similiter quando de aliquo apud graues viros concipitur ſiniſtra opinio quoad mores illius, contrahit ille infamiam facti. 7. nume. 6

Pater filiæ defunctæ quando aliquem accuſat, quod eam interfeciſſet, non incurrit infamiam: ſcilicet quando non malitioſè accuſauit, ſed tantum ex ſuſpicione. 9. nume.8

Peccatum.

Peccatum alicuius occultum quando generalibus verbis ita detegitur, vt non magis ex ijs verbis concipi poſſit, illum quo ad id laborare culpa lethali, quàm veniali, tunc illa detractio eſt ſolùm venialis. Diſp.26. numero 6

Peccatum committitur etiam contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, quando læſio honoris non intenditur, & tamen inde ea ſequitur, niſi probabilis ignorantia excuſet. 18.nu.3

Peccatum non eſt contra iuſtitiam neque contra caritatem detegere vitium eius, qui de illo publica ſententia condemnatus eſt in vno loco, in alijs ad quæ ex eo loco eſt aliquod commercium. 33. num.4

Quando locus, in quo is degit, qui in alio publica ſententia fuit punitus, adeò diſtat à loco, in quo ille laborat infamia, lethalis culpa eſt detegere ibi peccatum illius. ibid. num. 5

Peccatum ſemper eſt literas alienas aperire, niſi adſit conſenſus ſaltem rationabiliter præſumptus eius, ad quem mittuntur, vel eius qui mittit, vel niſi adſit rationabilis cauſa. 36. num.2

Peccatum non ſolum committitur contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ, quando verbo aut facto

ꝰ *cto aliove ſigno intenditur læſio famæ alicuius, ſed etiam quando non intenditur, niſi ignorantia probabilis excuſet. 23. nu. 2.*

Peccatum quemadmodum non intellectu ſed in voluntate conſiſtit ac conſummatur; ſic licet cogitationes peruerſæ in mente oriantur, & tamen voluntas deliberato conſenſu non acquieſcit, non incurritur peccatum. 13. nume. 2.

Quamdiu res adhuc in intellectu peragitur, voluntate nondum præbente aſſenſum, non eſt cur timeatur culpa lethalis temerarij iudicij. ibid. nu. 3

Peccati qui alteri cauſa eſt abſque ignorantia, ita vt is qui peccat, prudens & ſciens peccet, ad nullam reſtitutionem ei tenetur, ſiue ſpiritualium damnorum, ſiue quorumcunque aliorum, quæ ei ex tali peccato ſequantur, licet hortatione aut conſilio peccati autor fuerit. 50. num. 6.

Diſſoluuntur quinque argumenta contraria. ibidem. numero 7

Peccati qui alteri cauſa eſt, tenetur ad reſtitutionem damni ei in ſpiritualibus ita datis, illum ſuaſionibus ad pœnitentiam adducendo, vt reſipiſcat, atque ſi illæ non ſufficiant, orando pro illo, & conando vt alij, qui ad id efficaciores ſint, idem illi perſuadeant, modo ſine fructu eum non infamet apud illos. 50. nu. 3.

Peccare.

Peccant etiam lethaliter & ad reſtitutionem damni tenentur, non ſolum qui falsò crimen notabile alicui imponunt, ſed etiam qui ad mortem euadendam, quæ iniuſtè eis infligeretur, alios falsò in æquale aut in ferè æquale diſcrimen adducunt. 37. nu. 20.

Peccet vt quis non ſe opponendo detractioni, tria requiruntur: primum, vt damnum famæ aut in re alia, quod ex tali detractione imminet, ſit notabile: ſecundum, vt ſit ſpes illud vitandi: tertium vt ſine graui ſuo damno poſſit illud impedire, attenta qualitate damni, quod ex detractione imminet. 34. nu. 6.

Peccat lethaliter, qui inuentam memoriam peccatorum alicuius legit; idque contra iuſtitiam circa famam illius, pro qualitate eorum, quæ in ea continerentur. 36. nume. 1.

Pœna.

Pœna, vt ſit inteſtabilis, ſi condemnetur actione ciuili aut criminali, ſtatuitur etiam ei, qui carmen famoſum compoſuerit aut ediderit. 39. nu. 4

In Luſitania eadem pœna punitur, qui libellum famoſum repertum manifeſtauerit, eave de re fuerit locutus, qua præcipitur puniri compoſitor vel editor. ibid. numero 5.

Pœna aut incurritur ipſo facto nulla lata ſententia, aut incurritur lata ſententia condemnatoria, & etiam ſi tunc Iudex maiorem pœnam pecuniariam imponat, non euitatur infamia. 9. num. 19

Præceptum.

Præceptum de non reuelando ſecreto continetur ſub octauo: Non falſum teſtimonium dices. *Diſputa. 6. numero 10.*

Præiudicare.

Præiudicat qui alteri in bonis corporis & in honore, is non ſolum peccat contra iuſtitiam commutatiuam circa bona corporis, ſed etiam contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, peccato ſpecie diſtincto. 18. nu. 2.

Præiudicat quod iniuſtè honori alterius, ſpectat ad vitium in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium, ſiue fiat ſigno aut facto, ſi ſiue abſenti, ſiue præſenti: quod vitium contumelia dicitur latiſſimè ſumpta. 18. nu. 1

Prælatus.

Prælatus, qui ſuam famam regendis ſuis ſubditis obſtrictam habet, contra iuſtitiam peccaret ſe ipſum infamando: vt etiam contra iuſtitiam peccat, qui alienam habens familiam, aut videns pauperes grauiter indigere, bona ſua proijcit in flumen. 37. nu. 6

Prælati detrahentium, quoniam tenentur ſuos ſubditos corrigere, facilius culpam incurrunt lethalem ſi ſubditos ſuos lethaliter detrahentes non cohibeant. Diſpu. 34. num 4

Prælatus non prohibens lethalem detractionem ſubditi ſui peccat lethaliter, & tenetur ad reſtitutionē damni, in defectum eius, qui tanquam cauſa magis principalis illud dedit; eo quod ex officio tenetur etiam ab eo damno ſubditum protegere, ſi poſſet. Diſputat. 34. numero 5.

Præſumptio.

Præſumptio iuris ſubdiuiditur in eam, quæ dicitur præſumptio iuris & de iure, & in eā quæ dicitur iuris tantum. 15. nu. 10

Præſumptio maior requiritur ad aliquem damnandum criminaliter, quàm ad damnandum ciuiliter, id alteri adiudicando, de quo inter eos eſt contentio. Diſputat. 15. num. 13

Præſumptio quomodo hic differat à ſuſpicione. Diſpu. 15. nume. 8.

Præſumptio rationabilis latè ſumpta diuiditur in præſumptionem iuris & in præſumptionem hominis. 15. numero 9.

Præſumptio eſt exiſtimatio ex indicijs inductiuis de re, quæ neque in ſe eſt euidens exiſtimanti de illa, neq; eſt illi plenè probata teſtibus, neque reus legitimè eſt eam confeſſus. 15. nu. 6

Præſumptio hominis, quid ſit. 15. num. 11

Præſumptio duplex, rationabilis & irrationabilis, item rationabilis in leuem, in vehementem, & violentam diuiditur, quid ſit leuis, vehemens, ac violenta præſumptio. 15. nu. 7

Præſumptio vna eneruat aliam, quæ erit in contrarium. 15. num. 14.

Princeps.

Princeps quando crimen remittit ante latam ſententiam contra eum qui deliquit, tunc cenſetur ei omnis pœna condonata, & in priſtinum ſtatum reſtitutus. 10. numero 8.

ſiue Principis authoritate vel iudicis qui domum moribundi ingreditur, & ibi, intuitu quod infirmus ei aliquid debeat, bona aliqua occupat vel obſignat, amittit eo ipſo debitum, & inſuper, ſiue debitor moribundus eſſet ſiue non, ſoluit tantundem, ac ſibi deberi dicebat, hæredibus eius defuncti, & inſuper tertia pars bonorum ſuorum à Rege confiſcatur, & redditur infamis. 38. num. 13

Profeſſus.

Profeſſus qui nondum eſt religionem, nec per vota ſimplicia eſt ei adſtrictus, qui ſuaſionibus à religione abſq; vi, metu, fraude, ac deceptionibus retrahit, vel ei qui nondum religionem erat ingreſſus, ſimili modo diſſuadet ingreſſum, ad nullam reſtitutionem tenetur, nec religioni nec ei, quem à religione retraxit, aut cui ingreſ-

ſum diſſuaſit, ſed grauiter peccat, ſi abſque iuſta cauſa id faciat, non tamen peccat, ſi ex rationabili cauſa id efficiat. 51. num. 2.

R

Religio.

RElígionis ab ingreſſu qui abſq; iuſta cauſa aliquem impedit, aut iam ingreſſum inde extrahit, tenetur ad reſtitutionem, tum religioni, quantum æſtimabuntur emolumenta, quæ religio ex ea perſona poterat recipere, tum etiam impedito, auferendo ab illo impedimenta, quæ illi appoſuit, liberumque omnino relinquendo, vt religionem ingrediatur, aut vt ad illam regrediatur, & inſuper ei reſarciendo, ſi quod aliud damnum ſit inde ei ſubſecutum, quod ille per ſe ipſum, ſi velit, non poſſit reſarcire. 51. nu. 10

à Religione ſi quis vi ac fraude eum extrahat, qui per profeſſionem aut per vota ſimplicia obligatus eſt iam religioni, tenetur religioni ad reſtitutionem damni inde ſecuti, ad reſtitutionemve emolumenti, quod ea ratione religio amittit. Ad nullam verò reſtitutionem tenetur extracto. 51. nu. 3

Diſſoluitur obiectio in contrariam partem. ibid. nu. 4

Reſtitutio.

Reſtitutio honoris & famæ quando fieri deberet in eo ipſo bono, in quo quis damnum accepit, ita quod quaſi redintegranda eſſet fama læſa, eaque fama neceſſaria eſſet vel ad tollendum ſcandalum, vel in notabile ſubditorũ aut reip. bonum, tum lethaliter peccaret, qui remitteret reſtitutionem talis famæ: niſi ex reſtitutione ſimilia damna ſequerentur ex parte eius, qui reſtituere deberet. 48. nu. 1

Reſtitutio famæ non tranſit ad hæredes illius, cui iniuſte fuit læſa, quaſi illis debeatur, ſed fieri debet in defuncto niſi conſtet eum eſſe in inferno. Intellige, quo ad famam defuncti læſam præciſe ſumptam. 45. nu. 1

Reſtitutionis nihil debetur nec iniungi debet pro iniuria, quam iniuſtè infamatus paſſus eſt tempore toto quo infamiam ſuſtinuit, interim dum fama illi non fuit reſtituta, aut interim dum infamia illa alia ratione non fuit abolita. 42. nu. 1

Refutantur duæ obiectiones in contrarium. ibid. nu. 2

præter Reſtitutionem ob læſionem in exiſtimatione explicatam, non debetur alia reſtitutio ob id præciſe quod contumelioſus actus fuerit contra honorem ei debitum, cui ea contumelia illata fuit. 46. nu. 5

Reſtituere.

Reſtituere nullus cum periculo propriæ vitæ tenetur damna honoris ac famæ, quæ prudentis arbitrio longè inferiora ſunt vita eius, qui eam reſtitutionem deberet efficere. 47. nu. 1

Reuelare.

crimen Reuelare graue & occultum filiorum aut famulorum, vt facit vxor marito, aut filius parentibus, vel etiam aliquis extraneus, paruæ culpæ expoſitum eſt, & interdum nullæ. 29. nu. 4

Reuelatio.

in Reuelatione ſecreti non ſolum peccatur contra iuſtitiã, ſed etiam in manifeſtatione eius quod eſt publicum, ſi nempe illa manifeſtatio cauſa aut concauſa ſit damni iniuſti in bonis alterius. 3. nu. 5

ex Reuelatione ſecreti ſi ſolum ſequeretur damnum honoris aut bonorum alicuius, tunc non ſolum fas eſſet ſciẽti tale ſecretum, illud reuelare ad euadendam ſuam vel aliorum mortem, ſed etiam ad euadendum quodcunque notabile damnum honoris aut diuitiarum. Diſput. 37. num. 12.

Rumor.

Rumor & Fama ſunt diuerſa. Diſput. 7. num. 2

S

Secretum.

SEcretum ſeruare commiſſum non ſemper eſt de iure naturali præſertim in his euentibus, quando ſcilicet ſecretum eſt circa delictum, vnde periculum reip. immineat, aut alicui priuato, quod aliter impediri non poteſt, quam detectione ſecreti commiſſi, & cæteris ſimilibus. 5. num. 6.

Secretum ſeruare confeſſionis pertinet ad virtutem religionis. 6. nu. 6

Secretum ſeruare abſque vlla præuia promiſſione aut iuramento, ſed obligatio illud ſeruandi conſurgit ſolum ex natura ipſa rei, pertinet ſolum ad iuſtitiæ virtutem & non ad fidei. 6. nu. 2

Secretum ſeruare alicuius, quando ad id tenemur, pertinet ad virtutem fidei. 6. nu. 1

Secretum ſeruare commiſſum pertinet ad iuſtitiam & ſimul ad fidem, quæ iuſtitiæ eſt fundamentum: manifeſtatio verò illius ad iniuſtitiam ſpectat, & ad infidelitatem. 6. num. 4.

Secretum cenſetur ſub tacito pacto non manifeſtandi aliquid alicui reuelari aut dici, quando ei detegitur, quã remedium poteſt adhibere, vt quando quædam confeſſario, medico, aduocato, & ſimilibus reuelantur, cenſentur illi id ex vi muneris ſui cum eo onere accipere, ne illud detegant. Quando autem quid amico declaratur, vel alicui qui remedium adhibere poteſt, tutum eſſet, antequam detegeretur, promiſſionem ab illo exigere cuiquam non reuelandi. 5. num. 2

Præcedentia non ſolum locum habent, quando ipſe delinquens ſub ſecreto commiſſo illud alicui manifeſtaret, ſed etiam quando quidam tertius illud idem delictum ſub ſecreto commiſſo ſimiliter alicui alteri manifeſtaret, aut quoduis aliud ſecretum de re ad alterum attinente ſimiliter cuidam alteri, ſub pacto non manifeſtandi, illi detegeret. Etiam habet locum id, quando is cui tale ſecretum commiſſum eſt, id contra fidem tertio cuidam reuelat. 5. nu. 3.

Ratio eſt, quia ſecretum ſeruare eſt ex iure naturali, nõ ſolum quando neceſſitate ſeu vtilitate aliqua detectum commiſſumque eſt, ſed etiam quando leuitate animi detectum commiſſumque eſt. ibid. num. 4

Secretum ſeruare quando ad id tenemur, ſi ſolum interueniat promiſſio illud ſeruandi ſpectat ad virtutem fidei, & detectio contraria pertinet ad vitium infidelitatis. 6. num. 3.

Secretum qui ex officio tenetur ſeruare contra iuſtitiam peccat illud reuelando: & tenetur ad reſtitutionem. 6. nume. 5.

Secretum manifeſtari etiam poteſt, quando is, cuius eſt ſecretum, aliter erui à peccato non poteſt, quam detegendo peccatum ſecretum illius. Diſputat. 5. numero 7.

Secretum ſeruandi quando aliquis præuia ſponſione aut adhibito iuramento, admittitur ad intereſſendum alicui delicto, aut ad adiuuandum ad illud patrandum, tunc

tunc tenetur non ſecus detegere, quàm ſi nulla ſponſio aut iuramentum præceſſiſſet. Diſput. quinta, numero 8

Secretum ſeruare rei propriæ pertinet ad caritatem, qua nos ipſos diligere debemus. 6. num. 7

ad Stellionatus crimen puniendum vel criminaliter agitur, vel agitur ciuiliter circa id, in quo ſtellionatus crimen interuenit. 9. nu. 26

Secretum qui prodit, cum proximi famæ læſione, peccat contra iuſtitiam, licet nulla obligatio interuenerit de illo non prodendo, teneturque ad reſtitutionem. Diſp. 3. nume. 2

Secreti commiſſi, ex reuelatione aut quod quis caſu nouit, ſi periclitaretur vita alicuius; ex eo vero quod celaretur, ſolum honos periclitaretur vel bona externa eius, qui illud nouit, tum eſt prudentis arbitrio iudicandum, quidnam ſequi oporteat. 37. num. 11

Secreti quartus gradus eſt, cum conſurgit obligatio ſeruandi id ex expreſſo aut tacito pacto, quo ſecretum ea lege alicui reuelatur, vt illud cuiquam alteri non manifeſtetur, ſed omnino taceat. 5. num. 1

Secreta reipub. non licet ad euadenda tormenta aut ad mortem euitãdam detegere, quæ in notabile illius damnum vergant. 37. num. 9.

Secretorum varij modi, quod attinet ad obligationem ea non manifeſtandi. Aliquando enim oritur obligatio non manifeſtandi ex ſola natura rei. Diſput. 3. numero 1.

Sepulchrum.

Sepulchrum defuncti qui violat vel rumpit, lapides inde auferendo punitur pœna 10. librarum auri fiſco Regis. 38. num. 14

Sepulchri violator, expilator hæreditatis, incurrunt lata ſententia infamiam. 9. nu. 14

Spurius.

Spurij licet ad dignitates promoueantur, quando non eſt competitor idoneus, qui cum ijs de ea dignitate contendat, tamen infames infamia facti ad illas non ſunt admittendi: qui olim fuerint decuriones in vrbibus, & qui regidores *modo in Hiſpania. Diſputat. 11. numero 2*

Summus Pontifex.

Summus Pontifex, ſummus in temporalibus, comparatione eorum qui ſibi in temporalibus ſunt ſubditi, remittit infamiam. 10. nu. 3

Suſpicio.

Suſpicio de re graui, licet aliqua in eo interueniat temeritas, non eſt culpa lethalis: eſſe tamen aliquando poteſt. 16. num. 10

Suſurratio.

Suſurratio, quæ præiudicium iniuſtè amicitiæ affert, eſt ſpecies infamiæ. 25. num. 4

Suſurratio quid ſit & ſuſurro: & quomodo ſuſurro à detractore differat. 25. nu. 1

Suſurro.

Suſurro aliquando ſine vitio detractionis poteſt peccare contra caritatem, tum eius cui illa detegit, tum eius de quo ita ſuſurrat, dum occaſio eſt, vt detrimenta illi ſequantur. 25. nu. 3

Suſurronum bilinguiumve vitium in ſuo genere grauius eſt, quàm contumelia & detractio, quia eſt contra amicitiam, quæ in ſuo genere eſt maius bonum quam honor. 26. numero 2

T

Tergiuerſator.

Tergiuerſator, hoc eſt, qui intentata accuſatione circa aliquem de aliquo delicto, non ad pœnam pecuniariam ipſi applicnndam, ſed ad quamcunque aliam pœnam, ab accuſatione deſiſtit, non interueniente criminis abolitione, incurrit infamiam: idque ſcilicet in iure communi. 9. nu. 11

Item damnatus de furto, rapina, iniurijs, & actione doli. ibid. nu. 11

Quicunque damnatus eſt de rapina bonorum, de crimine publico eſt damnatus. ibid. nume. 13

Theſaurus.

Theſaurum alicuius occultum qui reuelat, & ſi inde furtum ſequitur, peccat reuelans, cogiturque damnum reparare. 3. num. 3

Timere.

Timere licet ad remedium adhibendum, quod & aliquando neceſſarium eſt: nimietas tamen eo in genere eſt vitanda. 14. nu. 2

Timere aliquid ſiniſtrum de proximo aliud eſt, aliud verò ſtatuere ſiniſtrum aliquid de proximo: timere licet, ſtatuere non licet. Varia exempla ad id probandum. 14. nume. 1.

Tutela.

Tutelæ actione dolo interueniente qui damnatur, vt aliquid minori aut ſucceſſoribus illius ſoluat, infamiam incurrit. 9. nu. 23.

V

Verbum.

Verbum contumelioſum ſi aliquis alicui in ſua præſentia vel abſentia dixerit, aut detractiuum famę; iſque cui hoc dictum ſit, actionem iniuriarum ei intentet, an ea iniuriarum actio ceſſet ea exceptione quod verum dixerit, paratuſq; ſit probare, adeò vt ſi id probet, alio contendente falſum eſſe, euadat omnino pœnam, & ita iniuriarum actio ceſſet. 38. nu. 3.

Verba ſi quis ex ſe contumelioſa in aliquem etiam iratus proferret, cenſeretur irrogaſſe contumeliam, ac proinde agi contra eum poſſet de iniurijs, niſi ſufficienter probaret, ſe illa eo animo non dixiſſe. Diſputat. 38. nume. 4.

Veſtes.

Veſtes qui furantur, cum quibus defuncti humati ſunt, ſi armati id faciant, morte plectuntur; ſin minus, vſque ad pœnam metalli damnantur. Diſput. 38. numero 15.

Via.

Via iniuſta, vel ſecreta auſcultatione, aut violentia, quando quis in notitiam alicuius delicti venit, non minore onere tenetur illud non manifeſtandi, quam ſi per ſecretum commiſſum illud agnouiſſet. 5. num. 5

Vidua.

Vidua, quæ ſine facultate Regis tranſibat ad ſecundas nuptias intra annum luctus, amittebat omnia, quæ ei obuenerant ex priori marito, ſiue ratione matrimonij, ſiue teſtamento illius, illaque obtinebant filij. Diſp. 8. nume. 3.

Vidua eaſdem pœnas incurrit, quæ ſuſcepta tutela filiorum prioris matrimonij, præſtitoque iuramento ſe non tranſi-

*tranſituram ad ſecundas nuptias, niſi prius tutorem peteret filijs, ad eaſdem nihilominus tranſit. Diſput.*8. *numero* 7.

*Vidua ad ſecundas nuptias tranſiens intra annum luctus, computatum à morte prioris mariti, infamiam iuris ſimiliter incurrit, itidem pater eius, qui illam ſciens nuptui traderet, item ille qui illam ducit. Diſput.*8.*numero* 2.

*Vidua iure canonico intra annum luctus nubens pœna & infamia ſoluta eſt.*8.*nu.*5

*Eaſdem pœnas, quæ viduis intra annum luctus nubentibus ſancitæ ſunt, incurrunt viduæ, quæ intra eundem annum cum aliquo fornicantur. In Hiſpania vidua luxurioſè viuens ſiue in anno luctus, ſiue extra eum annum, amittit hæredibus mariti defuncti medietatem lucrorum, quæ ad ipſam ex eo matrimonio pertinuerunt.*8.*nu.*6

Violator.

Violator ſepulcri, expilator hæreditatis, incurrunt lata ſententia infamiam.

Vir.

*Viri timorati rarò incidunt in culpam lethalem temerarij iudicij, quia non perueniunt ad conſenſum, vel ſi repentinus aduenit conſenſus, non eſt deliberatus, ac ſufficiens ad culpam lethalem.*13.*num.*4

Vita.

*de Vita & moribus quando inquiritur, ad magnum aliquod emolumentum inquiritur, tunc nefas eſt detegere peccata eorum occulta, de quibus ad eum finem inquiritur.*24.*nu.*7

*Quando aliquid ita relinqueretur aliquibus, ijsve qui ad id eligerentur, dummodo tales vel tales habeant conditiones, ita vt ſi eas conditiones non habuerint, ius ad id non habeant, tunc licet iſtos defectus, licet paucis notos, detegere. ibid. nu.*8.

*Vita quando cum fama proximi, periclitatur, vel detrimentum honoris, arbitrio prudentis æquiparatur vitæ eius qui ea damna dedit, aut ferè illi æquiparatur, tenetur tunc qui iniuſtè eam infamiam intulit cum periculo propriæ vitæ eam famam reſtituere. Diſput.*47.*numero* 2.

Vitium.

*Vitium commutatiuæ iuſtitiæ circa bonum famæ contrarium licet ex ſuo genere culpa ſit lethalis, ex circumſtantijs tamen poterit eſſe ſolum culpa venialis.*26.*numero* 3.

*Vitium contrarium iuſtitiæ commutatiuæ circa honorem grauius eſt vitium ex ſuo genere quam vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium. Diſput.*26.*num.* 1

*Vitium totum iniuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium ſpecies eſt infima.*26.*nu.*8

Vrbanitas.

*Vrbanitatis gratia quando licitè obijciuntur vitia & defectus, licet cum pudore ſuſtinentium, non ſpectat ad contumeliam, dummodo moderatè fiat.*18.*nu.*6

FINIS.

LVDOVICI MOLINAE E SOCIETATE IESV, DE IVSTITIA ET IVRE TRACTATVS QVARTVS.

DE IVSTITIA COMMVTATIVA circa bona honoris & famæ, itemque circa bona ſpiritualia,

TOMVS QVINTVS.

EX dictis in principio tractatus pręcedentis liquet, qua ratione tractatus hic de iuſtitia commutatiua circa bona honoris, & famæ quartum obtineat locum. Tractatui verò huic adiecimus Diſputationem de iuſtitia commutatiua circa bona ſpiritualia: ne ea de re peculiarem breuiſſimum tractatum conficeremus. Placuit autem ea de re potius in hoc quarto tractatu diſputare, quàm in alijs. Tum quoniam hic breuior præcedentibus erat futurus. Tum vel maximè, quoniam honor & fama plus ad ſpiritualia bona accedunt, quàm bona reliqua, circa quæ iuſtitia commutatiua verſatur, de quibus duobus tractatibus præcedentibus eſt habitus ſermo.

DISPVTAT. I.

Quid ſit honor, & fama.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit honor, & quomodo differat à reuerētia, quæ alteri exhibetur.*

2 *Honor exhibetur tum uerbis tum ſcriptis. Quid ſit ſacrificium laudis. Quomodo honor uerbis & quomodo factis exhibeatur.*

3 *Honor exhibetur tum viuis, tum defunctis: præſentibus & abſentibus. Exhibetur non ſolùm ratione uirtutis, ſed etiam ratione alterius boni.*

4 *Fama eſt bona de aliquo exiſtimatio quoad aliquod illius bonum.*

5 *Qui aliquem infamauerit circa aliqua bona, tam generis, quam alia, peccat, & ad reſtitutionē tenetur.*

A 1 VT ab explanatione obiectorum, de quibus præcipuè in hoc quarto tractatu futurus eſt ſermo, initium ſumamus. Honor eſt exhibitio alicui rei alicuius velut in teſtimonium ac recognitionē boni ſeu excellentiæ illius. Non dixi, eſt reuerentia quæ alicui defertur, vt multi honorem definiunt. Quoniam ſuperiores reuerentiam non deferunt ſuis inferioribus, & maximè Deus ſuis creaturis: & tamen ſuperiores honorare dicuntur ſuos inferiores, quando aliquid illis exhibent veluti in teſtimonium & recognitionem boni, quod in eis eſt, rerumve ab illis bene geſtarum:
B Deuſque honorare dicitur ſuas creaturas libero arbitrio præditas, quando honore ſunt dignę, iuxta illud Io. 10. *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Cum enim reuerentia reputatio ſit cum ſubmiſſione eius, qui reueretur, comparatione eius quod reueretur, quaſi maius reputās quod reueretur, illique quaſi ſe ſubmittens, ſanè eſſe non poteſt ſuperiorem, qua tales ſunt, comparatione ſibi inferiorum: ſed potius inferiorum comparatione ſuperiorum, rerumve ad ſublimiores attinentium, quatenus ad illos attinent, & in illis reuerentia ſublimioribus defertur. Quòd ſi ſignum aliquod
C exterius accedat, quo exterius etiam reuerentia exhibeatur, illa dicitur reuerentia exterior ad differentiam interioris: ſoletque exterior reuerentia eſſe ſignum & effectus reuerentiæ interioris. Ex definitione honoris à nobis tradita facilè conſtat, reuerentiam omnem, etiam internam, (eorum præſertim comparatione quibus eſt cognita) eſse honorē: eo quòd ſit exhibitio rei alicuius velut in teſtimonium ac recognitionem excellentiæ eius, cui defertur: non tamen honorem omnem eſse reuerētiam, ſed honorem latius multo patere, quā reuerentiam:

quippe cũ honor, qui à Deo, & à cæteris ſuperioribus, quin & ab alijs, ſine ea reputatione cum ſubmiſſione illi, cui defertur, reuerentiæ rationem non habeat, ſed rationem habeat honoris à reuerentia diſtincti.

2 Honor verò interdũ verbis (ſub quibus ſcripta etiam comprehende) & interdum factis exhibetur. Quando enim aliquis boni alicuius, aut excellentię, quæ in eo ſit, in præſentia laudatur, aut ſcriptis, lauſque illa ita ei defertur, honor profectò eſt, q illi exhibetur. Vnde laudis ſacrificium, quod Deo decantatur, honor eſt, qui Deo exhibetur, iuxta illud Pſ. *Sacrificium laudis honorificabit me; & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Quo fit, vt laus ſæpe honor ſit, quãdo ſcilicet honorata exhibetur velut recognitio boni, ſeu excellentiæ illius. Quando verò laudes ſolùm ordinantur, vt notitia boni aut excellẽtiæ illius ad aliorum deueniat mentes, tunc laudes famæ aut etiã gloriæ rationem ſortiuntur. Eſt quippe fama notitia boni alicuius. Gloria verò ſupra famam addit, quod ea notitia ſit clara (hoc eſt, multorũ, reiq; præclaræ) cum laude. Quo fit, vt ſi quis in præſentia laudetur, eas laudes illi exhibendo veluti in recognitionẽ ac teſtimonium boni illius, quaſi illæ ea ratione ſint debitæ, indeque eueniat, vt notitia eius boni in alios diffundatur, qui eas audiunt, & qui in alios notitiam illam vlterius diffundũt, eiuſmodi laudes ſimul habeant rationẽ honoris, atque in aliorũ notitiam diffuſæ habeant rationem famæ & etiã glorię. Factis verò honor exhibetur, quando alicui ſtatua erigitur, caput aperitur, genu flectitur, præbetur ſedile, varijſque alijs modis, quibus velut in recognitionem boni alicuius, quod in eo ſit, aliquid eiuſmodi fit. Et quoniam magiſtratus, gradus, ac dignitates condignis ſolent conferri, eorumque collatione velut oſtentatio quædam fieri ſolet boni ac excellentiæ, quæ in eis eſt, honores appellari conſueuerunt, eorumque collatio exhibitio eſt honoris, ſi tanquam eis dignis conferantur.

3 Exhibetur autẽ honor non ſolũ viuis, ſed etiam defunctis. Vt quando eorũ corpora honorificè ſepeliuntur, funebres orationes in eorum laudem habẽtur, monumẽtum illis erigitur, & alijs modis. Exhibetur etiam honor non ſolùm præſentibus, ſed etiã abſentibus. Vt quando ob egregia facta alicuius abſentis, hoc in loco illi erigitur ſtatua in illius honorẽ aut facta præclara illius prædicare publice decernũtur, aut quando in defuncti honorẽ alijs in locis funebris põpa fit, laudeſque illius prædicantur. Exhibetur itẽ honor alicui nõ ſolùm in ſua propria perſona, ſed etiam in reb. ipſi coniunctis, ad ipſumve attinentibus. Hac ratione honor, qui ſtatua aut imagine alicuius exhibetur, in illius cedit honorẽ; honor itemque, qui Sanctorũ reliquijs exhibetur, Sãctis, quorũ reliquiæ illæ ſunt, defertur. Et honor, qui fit pro Rege, aut alijs Regis miniſtris, qua tales ſunt, in honorẽ Regis cedit: ſicut & cõtumelia illis facta in iniuriam ac contumeliã cedit Regis. Et honor, qui fit vxori aut filio, quatenus vxor aut filius alicuius eſt, cedit in mariti aut patris honorem: ſicut & contumelia illis facta cederet in iniuriam & contumeliã mariti ac patris. Exhibetur verò honor nõ ſolũ ratione boni virtutis, ſed ẽt cuiusuis alterius boni vt nobilitatis ac generis, roboris, pulchritudinis, diuitiarum, ſcientiæ, dexteritatis in bello, aut in alia arte, ratione dignitatis, aut officij, & aliorũ donorum, tam naturaliũ, quàm ſupernaturaliũ, & tam acquiſitorum, quã à natura inditorũ: tametſi præcipuus ſit qui ratione verę virtutis exhibetur. Hęc de honore.

4 Quod verò ad famam attinet, licèt varijs ẽt alijs modis vſurpetur, prout ad aliud aut ad aliud inſtitutũ de ea eſt ſermo, quod ad præſens tñ inſtitutum attinet, non aliud eſt, quàm bona de aliquo exiſtimatio quo ad aliquod illius bonũ. Quo fit, vt quamuis aliquis infamia laboret quo ad aliqua alia bona, vt quo ad caſtitatẽ aut inſolentiam, poterit tamẽ habere bonam famam, quòd fur non ſit: & quamuis infamia laboret quoad furta, poterit tamen habere bonam famam quoad fidẽ catholicam, hoc eſt, ꝙ hęreticus nõ ſit, nec de hæreſi ſit ſuſpectus. Item licèt aliquis bonam famam circa aliquid, vt circa caſtitatẽ, nõ habeat coram aliquibus, qui ea de re vitia illius norunt, poterit tamen habere ea de re bonã famam quo ad alios, qui ea illius vitia ignorant. Atque de fama hoc modo ſumpta nobis hoc loco eſt ſermo.

Porrò fama, vt de ea modo loquimur, eſſe poteſt 5
de quocunque bono, ratione cuius ſup. diximus poſſe exhiberi honorem. Quo fit vt, qui iniuſtè infamauerit aliquem aut aliquam, circa pulchritudinem, vires, ac magnanimitatem in præliando, aut quo ad alia bona, tam generis, quàm alia, ſiue illa acquiſita ſint, ſiue natura indita, cõtra iuſtitiam peccet, & aliquando lethaliter, atque cũ onere reſtituendi, quantum fuerit infamiæ damnum ea via iniuſtè datum, vt in ſequentibus dicetur.

DISPVT. 2.

Vtrùm homo ſit dominus proprij honoris ac famæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona honoris media ſunt inter bona corporis & bona externa.*
2 *Qui ſeipſum infamat vel interficit, peccat contra bonum reip.*
3 *Homo dominus eſt ſuæ famæ.*
4 *Honor & fama, bona ſunt extrinſeca; non ſecus ac diuitiæ: & ideo felicitas non eſt in honore, quoniam illa intrinſeca eſt.*
5 *Homo non habet dominium vitæ, ſicut famæ.*
6 *Si homo dominus non eſſet famæ propriæ, non liceret ei ſe ipſum infamare: quod tamen ei eſt licitum, vt quando alterius famam læſam cum ſui ignominia reſtituit.*
7 *Licitum eſt ſe ipſum pro melius comparanda uirtute uitaque æterna adipiſcenda infamare, & propria ſcelera detegere, exemplo multorum Sanctorum. Quin Chriſtus in Euangelio apertè docet, famam eſſe fugiendam & uanam gloriam.*

BOna honoris & famę medium locum quo ad nobilitatem ac præſtantiam tenent inter bona corporis & bona externa. Dubiũ 1
verò eſt, cum quibuſdam computari quo ad dominium debeant, num cũ bonis corporis, hoc eſt, cum vita & membris, de quibus tractatu præcedente Diſp. 1. oſtendimus, nos non eſſe illorum dominos, ſed Deum: an verò cum bonis externis, diuitijsve, de quibus tract. 2. eſt comprobatum, apud nos eſſe illorum dominium.

Caie. 2.2.q.73.art.2. & in ſumma ver. detractio, 2
quãuis non dicat, nos nõ eſſe dominos noſtræ famę quadam tamen ex parte id videtur innuere, dum aſſirmat, ſe ipſum infamantẽ peccare cõtra iuſtitiam comparatione eccleſiæ, ac multitudinis, ſeu reipub. cuius eſt pars, tenerique illi ad reſtitutionem eius famæ: quemadmodum diuus Th. 2.2.q.64. art.5. ait, eum, qui ſe ipſum interficit, iniuriam reipublicæ facere: quoniam id, quod ipſe eſt, eius eſt communitatis, cuius ipſe eſt pars. Ad Caietani ſententiam videtur accedere Io. Maior. in 4. diſt. 15. q. 16.

Quicquid autem hi duo doctores hac de re ſenſe 3
rint, communis tamen ſententia eorum doctorum,

qui

qui ea de re diſputant, affirmat, hominem dominũ eſſe ſui honoris ac famæ, quæ omnino eſt amplectẽda. Eam inter alios affirmant Sot. de ratione tegendi, memb. 1. q. 3. & lib. 4. de iuſt. q. 2. art. 3. concl. 4. & q. 6. artic. 3. ad 4. dub. penult. & vlt. & lib. 5. q. 10. art. 2. Adria. de reſtit. q. vlt. inter eas quas de reſt. fa. diſputat. & quodl. 11. q. 1. lit. M. Ledeſm. 2. 4. q. 18. artic. 2. Nau. in Man. cap. 18. num. 46. & c. inter verba, in commentario Hiſpano à num. 563. Eandem affirmare videtur Diuus Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. vbi ait, hominem cõſtitutum eſſe dominum ſui per liberum arbitrium, & ideo licitè de ſe ipſo diſponere quo ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, excepto tranſitu de hac vita ad aliam. Quibus verbis ſolùm dominium corporis ac uitæ cenſet non eſſe illi collatum, atque adeò neque membrorum, ex quibus corpus & uita conſtant. Et quæſt. 73. art. 4. ad 1. ait, in arbitrio hominis poſitum eſſe pati detrimentum ſuæ famæ, niſi vergat in periculum aliorum: eaque de cauſa poſſe cedere iuri ſuo, patienter ſuſtinendo detractiones aliorum, non defendendo propriam famam, eſtò defendere eam poſſit. Teneri tamen defendere famam proximi à detractionibus, ſi commodè poſſit: ſicut tenetur ſubleuare aſinum proximi iacentem ſub onere, aut aliud incommodum tẽporale eius vitare: quia non eſt in arbitrio ipſius poſitum, quod patiatur detrimentum famæ alterius, ſicut ſuæ. Luce ergo clarius ſentit diuus Tho. hominem perinde eſſe dominum ſuæ famæ atq; ſuarum diuitiarum.

4 Rationibus verò hæc noſtra ſententia probatur. Primò, quoniam honor & fama ſunt quædam bona noſtra extrinſeca, non ſecus atque diuitiæ: eſt enim fama opinio aliorum, quæ de nobis habetur: & honor eſt quid exterius, quod nobis ab alijs exhibetur, vt diſputatione præcedente eſt explanatũ: qua ratione Ariſt. 1. Eth. cap. 5. probat felicitatem non conſiſtere in honore & fama: quoniam hæc ſunt extrinſeca quædam bona, quæ facilè ſine noſtra culpa poſſunt amitti: felicitas verò eſſe debet bonum proprium nobis intrinſecum, quod facilè, nec ſine noſtra culpa, nobisve non volentibus, poſſit amitti: atque non ſolùm honor & fama ſunt quædam bona noſtra extrinſeca perinde atque diuitiæ, ſed etiam inſuper habent conducens, vt eorum dominium potius ſit noſtrum, quàm diuitiarum, quòd diuitiæ magna ex parte à Deo procreãtur ſine nobis, in primaque rerum conſtitutione collatæ à Deo fuerunt toti generi humano, poſteaque homines eas inter ſe diuiſerunt, vt tract. 2. explanatum comprobatumque fuit: at verò præcipua fama & honor, vt ſunt, quæ ob virtutem & ob alia ſtrenuè à nobis geſta nobis competũt, nos ipſi noſtra induſtria comparauimus nobis, illis effecti digni: ergo quemadmodum diuitiarum, ſic longè maiori cum ratione domini ſumus honoris noſtri ac famæ.

5 Secundò, ſi non militarent rationes, quibus tractatu præcedente Diſp. 1. oſtendimus, dominium vitæ noſtræ non eſse apud nos, ſed apud Deum, ſanè diceremus, Deum contuliſse nobis dominium vitæ & membrorum, nõ ſecus atque diuitiarum: ſed nulla earũ rationũ militat in honore & fama, vt liquet illas intuenti ac percurrenti; quin potius honorẽ & famam noſtra induſtria per liberum noſtrum arbitrium, diuina adiutum gratia, nobis cõparamus, vt proximè explicatũ fuit: ergo perinde ſumus domini honoris noſtri & famæ, atque aliarum rerum externarum, quin & longè inferiori quadam ratione.

6 Tertiò, ſi homo non eſset dominus ſuæ famæ & honoris, ſicut dominus non eſt propriæ vitæ & mẽbrorum, vtique ſicut non poteſt auferre à ſe vitam, etiam pro ſalute innocentis, quem morti iniuſtè obtulit, vt ex dictis tract. præcedente Diſp. 1. 9. & 10.

A conſtat, ſic nec liceret ſibi ſe ipſum infamare: ſed in multis euentibus non ſolùm id illi eſt licitum, verũ etiam ad id tenetur ſub reatu lethalis culpæ, vt quãdo falſum teſtimonium de aliquo dixit, tenetur cũ æquali aut paulo maiori ſua iactura ſe ipſum retractare, confiterique ſe fuiſse mentitum, atque iuramento, ſi opus ſit, id etiam confirmare, vt patebit infra dum de reſtitutione famæ ſermo erit: ergo homo dominus eſt ſuæ famæ & honoris.

Quartò, ſi homo non eſset dominus ſuæ famæ & honoris, ſicut dominus non eſt propriæ ſuæ vitæ, ſequeretur, ſicut non poteſt vitam ſibi adimere, etiam pro adipiſcenda ſempiterna vita, vt Diſpu. 9. citata oſtenſum eſt, ita nec pro melius cõparanda virtute, tutiuſq; ac melius cõparanda vita æterna, poſse fa- 7

B mam & honorem abijcere aut minuere, ſeipſum infamando, ſuaque ſceleta detegendo, etiã quando id facere poſset ſine aliorum ſcãdalo ac iactura: quod tamen nullus ſanæ mentis concedet, contrariumq; docent exempla Sanctorũ: Auguſtinus enim in ſuis confeſſionib. aliqua ſua crimina ſcripta reliquit, & Anſelmus ſuam virginitatem amiſsam deplorat, & de Ambroſio fertur, feminas in cubiculum adduxiſſe, ne in Antiſtitem eligeretur. Item Sancti atque Euangelium docent, poſthabere honores; *Si quis*, ait Chriſtus Matt. 5. *te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*, famamq; & honorẽ apud homines non quærere, etiam ex operibus virtutũ, vtpote quæ non leue impedimentũ ſunt ad virtutẽ ſempiternamq; felicitatem obtinendam; *Attẽ-*

C *dite*, ait Chriſtus Mat. 6. *ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus, &c. Te autem faciente eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito.* Et Io. 6. ait: *Quomodo uos poteſtis credere, qui gloriã ab inuicẽ accipitis*, ſatisq; Chriſtus exemplo docuit honores contẽnere ac fugere: ergo homo dominus eſt ſui honoris ac famæ.

Quinto, idem iudicium in re propoſita eſt de honore & fama: nullus autem vnquam affirmauit, hominem dominum non eſſe honoris, nec poſse illum abijcere abſque cuiuſque iniuria: ergo idem eſt cenſendum de fama.

Fundamentum, cui Caietanus nititur, argumentaque alia, quæ aduerſus hãc noſtram communemque ſententiam adduci poterant, commodius exa-

D minabuntur inferius, dum ſermo nobis fuerit, num homo lethaliter peccet ſe ipſum infamãdo, & num ad reſtitutionem famæ, quam ſe ipſum infamando amittit, alicui teneatur.

DISPVT. 3.

De ſecreto quantum attinet ad hunc quartum de iuſtitia tractatum. Et primò de duobus illius modis, in quibus rationẽ non habet ſecreti formaliter aut virtute commiſſi; & tamẽ obligatio eſt illud nõ

E ### reuelandi, etiam cum onere reſtituendi damna, ſi ex reuelatione ſequantur.

SVMMARIVM.

1 *Varij modi ſecretorũ, quod attinet ad obligationem ea non manifeſtandi. Aliquando enim oritur obligatio non manifeſtandi ex ſola natura rei.*

2 *Qui prodit ſecretum, cũ proximi famæ læſione, peccat contra iuſtitiam, licèt nulla obligatio interuenerit de illo non prodendo, teneturque ad reſtitutionem.*

3 *Qui reuelat occultum alicuius theſaurum, & ſi inde furtum ſequitur, peccat reuelans, cogiturque damnum reparare.*

4 *Qui prodit conſilia exercitus parti contrariæ, peccat non ſolùm contra iuſtitiam, ſed etiam ad reſtitutionem obligatur.*

5 *Non ſolùm in reuelatione ſecreti peccatur contra iuſtitiam, ſed etiam in manifeſtatione eius quod eſt publicum, ſi nempe illa manifeſtatio cauſa aut concauſa ſit damni iniuſti in bonis alterius.*

6 *Oritur aliquando obligatio ſeruandi ſecretum ex eo, quòd qui id ſcit iniuſtè venit in cognitionẽ eius, atq; ideo peculiariter adhuc obligatur illud nõ manifeſtare. Qui iniquè litteras alicuius aperuit, & ea via ſecretũ eius didicit, arctius tenetur illud ſeruare, quã qui illud ſine prauia quoad id iniuſtitia cognouit.*

Antequam de infamia dicamus, & de iniurijs ac vitijs iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ contrarijs, atque de reſtitutione honoris & famę, quãdo iniuſtè ſunt læſa, dicendum eſt de varijs modis ſecreti, quantum ad hunc quartum de iuſtitia tractatum ſpectat, vt meliùs intelligatur, quouſque ex manifeſtatione occulti iuſtitia commutatiua circa bona honoris & famæ violetur, obligatioque reſtituendi conſurgat, aut non conſurgat. Id verò ad alia etiã inſeruiet, maximè ad ea quę tract. 5. ſeq. dicẽda ſunt.

1 Secretorum, ſeu occultorum alijs, varij ſunt gradus ſeu modi, quod attinet ad obligationem ea non manifeſtandi alijs. Aliquãdo enim, in primo ve gradu, oritur obligatio ſeruandi ſecretum, non manifeſtandive alijs, quod illis eſt occultum, ex ſola ipſa natura rei, non interueniente expreſſo nec tacito pacto, vel promiſſione, illud nõ manifeſtãdi alijs; quatenus videlicet vnuſquiſque ex natura ipſa rei tenetur, non ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia, nihil facere, quo proximus in bonis ſuis lædatur, ſiue ea bona honoris ſint & famæ, ſiue corporis, ſiue externa & diuitiarum.

2 Hinc primò efficitur, vt qui ſecretum aliquod ſeu occultum alijs reuelat, ex cuius manifeſtatione fama aut honor proximi læditur, contra iuſtitiam peccet illud manifeſtando, eſtò nullum pactum aut promiſſio interuenerit de illo non manifeſtando, teneaturque ad reſtitutionem damni in honore aut fama inde alteri iniuſtè ſequuti, non minus quam fur, aut deſtructor iniuſtè rerum externarum proximi, tenetur illi ad earum reſtitutionem. Hac ratione, qui occulta peccata proximi nouit, ad quorum ſecretum ſeruandum, illave non manifeſtando, alijs, nullo pacto aut promiſſione ſe aſtrinxerat, ſi illa ſine ſufficiente ad id cauſa reuelet, contra iuſtitiam peccat, ad reſtitutionemque læſionis famæ illi tenetur: quoniam iniuſtè, ea detectione illorum peccatorum, illam læſit.

3 Inde etiam ſecundò efficitur, vt qui caſu nouit theſaurum alicuius latere in aliquo loco, eſto nullo ſe aſtrinxerit pacto aut promiſſione id alijs non reuelare, ſi tamen id manifeſtet, atque inde ſequatur furtum theſauri, non ſolùm contra iuſtitiam peccet, ſed etiam teneatur reſtituere rem eo modo furto oblatam, tanquam concauſa iniuſta eius damni. Agere verò de huiuſmodi ſecreto, de iniuſtàve manifeſtatione huius rei alijs occultæ, non ad hunc ſpectat tractatum, ſed ad ſecundum, in quo de iuſtitia & damno circa res externas dato ſermo eſt habitus. Satiſq; eſt ibi vniuerſim dixiſſe, eũ, qui cõcauſa iniuſta illius eſt, & peccare lethaliter, ſi dãnum tantum ſit, quod ad culpam ſufficiat lethalem, & teneri illud reſtituere in defectũ illius, qui cauſa principalis exequutrixve illius fuit, vt de hoc euẽtu particulari, & de alijs ſimilib. dictũ ibi ſufficienter cẽſeatur.

4 Inde vlterius tertiò efficitur, vt qui nouit ſecreta alicuius exercitus aut principis, à cuius parte bellũ eſt iuſtum, ſi ea contrarijs reuelet, non ſolùm peccet contra iuſtitiam, ſed etiam reſtituere, in defectũ tamen cauſæ principalis, teneatur, ſi quæ damna inde fuerint ſequuta. Et quidem ſi damna, quæ ſequẽtur, aut quæ inde nata ſint ſequi, fuerint vitæ, aut læſionis alterius in corpore, agere de manifeſtatione eius ſecreti, & de obligatione illud ſeruandi, ad præcedente attinet tractatum, in quo ſermo eſt de iuſtitia circa bona corporis. Si verò damna ſint bonorũ externorum, agere de ea manifeſtatione, & de obligatione illud ſeruandi, quatenus inde nata ſunt ſequi damna, pertinet ad ſecundum tractatum. Quòd ſi damna ſimul ſint corporis & bonorum externorum, tunc quatenus inde nata ſunt ſequi damna corporis, agere de reuelatione eius ſecreti, & de obligatione illud ſeruandi, ad præcedentem ſpectat tractatum; quatenus verò nata inde ſunt ſequi damna bonorum externorum, agere ea de re attinet ad ſecundum tractatum: quippe cum in reuelatione talis ſecreti peccatum interueniat, tum contra iuſtitiam commutatiuam circa bona corporis, tum etiam contra iuſtitiam commutatiuam circa bona externa: ſicut qui pugnando iniuſtè ſimul interficit, aut percutit, & deprædatur bona externa, eave deſtruit, cõtra vtranque iuſtitiam peccat.

Illud obſerua, non ſolũ in reuelatione eius, quod eſt ſecretum, poſſe interuenire iniuſtitiam cum reſtituendi onere, ſed etiam in manifeſtatione eius, quod eſt publicum, ſi ea manifeſtatio cauſa aut concauſa ſit dãni iniuſti in bonis corporis aut externis alicuius alterius. Vt, verbi gratia, ſi vnus quærat aliquem, quem non cognoſcit, ad iniuſtè illum interficiendum, ſanè eſtò ille, qui ita quæritur, ſit in publico foro, ibique à reliquis omnibus agnoſcatur, qui illum manifeſtaret quærenti eum ad illum interficiendum, contra iuſtitiam peccaret tanquam concauſa eius damni, ad reſtitutionemque teneretur in defectum eius, qui tanquam principalis cauſa id dãnum dediſſet. Similiter ſi vnus interrogaret, quænam eſſet domus cuiuſdam alterius, vt illam iniuſtè exureret, vtique qui illam ei oſtenderet, contra iuſtitiam peccaret, ſimiliterque reſtituere teneretur dãnum ab illo alio in ea datum, eſtò in eo publicum ac notiſſimum cæteris omnibus eſſet, cuius eſſet ea domus. Quia verò quando peccatum alicuius eſt publicum, ille amiſſam iam habet in conuictu humano ſuam famam ea in re, ſanè eſtò aliquis id peccatum illius cuidam manifeſtet, qui illud ignorabat, nõ peccat contra iuſtitiam, quin neque contra caritatẽ, neque proinde ad vllam reſtitutionem ei tenetur. Cæterũ de hac re copioſior in ſequẽtibus erit ſermo. 5

6 Aliquando autem, atque in ſecundo gradu, oritur obligatio ſeruandi ſecretum, non manifeſtandive alijs, quod ipſis eſt occultum, non ſolum ex natura rei, modo in præcedente gradu explicato, & ſimul etiam ex eo, ꝙ qui id ſcit, iniuſtè venit in cognitionẽ illius, atque ea de cauſa peculiarem ſuper ſe induxit obligationem id alijs non manifeſtandi, abſque vllo pacto aut promiſſione, qua ſe ad id aſtrinxerit. Quemadmodum enim, qui caſu rem alienam inuenit, vna tantum ratione tenetur ex iuſtitia illam reſtituere, nẽpe ratione rei acceptæ, quam apud ſe habet: qui verò furto aut aliter per iniuſtitiam illam accepit, tenetur duplici ratione eam reſtituere, nempe ratione rei acceptæ, & ratione iniuſtæ acceptionis: ita qui per iniuriam venit in notitiam peccati alicuius, cuius reuelatio nociua eſt bono proximi, tenetur ex iuſtitia id non manifeſtare, tum quia id poſtulat natura ipſa rei, iuxta ea quę circa pręcedentẽ primum gradũ obligationis non manifeſtandi alijs quod ipſis eſt occultum, dicta ſunt, in quo hic ſecundus gradus cum primo conuenit: tum inſuper ex eo, quòd per iniuſtitiam venit in cognitionem illius. Hinc fit, vt qui iniquè literas alterius aperuit, ea

que

que via in notitiam alicuius ſecreti deuenit, arctiori vinculo teneatur illud ſeruare, quàm ſi ſine prçuia quo ad id iniuſtitia in notitiam illius deueniſſet. Nõ tamen peccat duplici peccato reuelando id ſecretũ: ſicut neque is, qui ſimul tenetur reſtituere ex parte rei acceptæ, & ex parte iniuſtæ acceptionis peccat duplici peccato non reſtituendo, ſed vno tantùm.

2 Qui tamen literas iniquè aperuit, & reuelauit ſecretum in eis contentum, quod tenebatur non reuelare, vno peccato peccauit literas illas iniuſtè aperiendo, & altero reuelando poſtea ſecretum, in cuius notitiam ea via iniuſta deuenerat.

DISPVT. 4.

De tertio modo ſeu gradu, ſecreti ſeruandi, in quo interuenit promiſſio ſeu pactum illud ſeruandi, nec tamen propriè eſt ſecretum commiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſeruandi ſecretum ex pacto, quo quis poſt agnitum quid promittit ſe non reuelaturum.*

2 *Qui pacto promittit ſe non manifeſtaturum rem aliquam, vi talis promiſſionis inducit ſuper ſe obligationem id non reuelandi, niſi cum peccato. Niſi quãdo pactum iam initum eſt, poſtquam illa res à multis cognita eſt.*

3 *Licet iudici interroganti detegere aliquam rem, licèt delinquenti promiſeris pacto non te reuelaturum, ſi videlicet ante ſemiplena de delinquẽte infamia fuerit. Si ante crimen agnitum præcederet promiſſio de non manifeſtando, quando per ſe ipſum in futurum videret illud patrari, tunc teneretur iudici manifeſtare, ſi iuridicè ab eo interrogaretur.*

4 *Quamuis pactum obligationem inducat, licet tamẽ virtutes alicuius reuelare: eo quòd nullum afferat præiudicium; quin potius reuelatio illa cedit in honorem Dei, & proximi ædificationem.*

1 ALiquando, in tertioque gradu, obligatio ſeruandi ſecretum prouenit ex promiſſione aut pacto, quo quis poſt agnitum aliquid, promittit, ſe id nõ reuelaturum. Vt vidi, aut alia ratione cognoui, aliquem interfeciſſe hominem, aut commiſiſſe aliud flagitium, vel eum feciſſe aliud, aut eueniſſe aliquid, quod nõ vult ſciri: ſi poſt agnitam eiuſmodi rem illi promittam me illam non reuelaturum, aut pretio, vel in compenſationem pro aliquo alio, pactum cũ eo ineam, me non reuelaturum rem illam, ſæpe ea via ſuper me induco obligationem id non reuelandi vi talis promiſſionis aut pacti, ſiue ſecluſa ea promiſſione aut pacto fas mihi eſſet illud reuelare, ſiue non, iuxta ea quæ Diſputatione præcedente circa duos priores gradus obligationis nõ manifeſtandi alijs, quod eis erat occultum, dicta ſunt.

2 Dixi, ſæpe ea via induci obligationem id non reuelandi vi talis promiſſionis aut pacti: quoniam eſt magnopere in hac materia aduertendũ, quòd quando promiſſio aut pactum non manifeſtandi aliquid ſuperuenit poſt id iam agnitum, eſtò ea promiſſio aut pactum iuramento confirmentur, non efficiũt, vt, qui alioquin teneretur id reuelare, poſt eam promiſſionem aut pactum iuramento confirmata, non poſſit aut non teneatur illud manifeſtare. Imò verò non ſecus tenetur illud manifeſtare, quàm ſi ea promiſſio aut pactum non adueniſſent, & quàm ſi iuramento non fuiſſent confirmata. Ea quippe promiſſio, pactum, & iuramentum, ſolùm habent vim efficiendi, tum vt qui alioquin tenebatur id nõ manifeſtare, arctius vi eorum ad id teneatur: tum etiam vt qui ſine peccato poterat id manifeſtare, & non manifeſtare, vi eorum teneatur illud tacere.

Exemplis hæc omnia elucidemus. Nouit aliquis crimen alicuius, quod duo aut tres teſtes duntaxat ſciunt, iudexque, quòd de delinquente ſit iam infamia, aut ſemiplena probatio, eum, qui id nouit aut vidit, iuridicè tanquam teſtem interrogat, ſanè tenetur tunc detegere id crimen eius delinquentis, nihil impediente, quòd delinquenti ipſi, aut cuiuſuis alteri, promiſerit, ſe id nunquã manifeſtaturũ, & quod ad id non manifeſtandum aſtrinxerit ſe illi iuramẽto. Ratio autem eſt, quoniam ille in eo euentu tenetur ſub reatu culpæ id manifeſtare, ſecluſa ea promiſſione & iuramento ſuperuenientibus notitię eius culpæ: promiſſio autem & iuramentum, cum nõ ſint vinculum iniquitatis, id eſt, cum non obligent ad illicitum, obligare non poſſunt ad contrariũ aut contradictorium eius, ad quod ſecluſa ea promiſſione ſub reatu culpæ tenetur, hoc eſt, ad illud tunc iudici, interroganti iuridicè, non manifeſtandum. Eadem ratione, ſi ante crimen agnitum præcederet promiſſio, aut etiam iuramentum, de illo non manifeſtando, quando per ſe ipſum in futurum videret illud patrari, aut per ſe ipſum illud agnoſceret, ſanè teneretur tũc illud iudici manifeſtare, ſi iuridicè modo explicato de illo interrogaretur. Quoniam promiſſio ac iuramentum in eo euentu eſſent de re illicita, hoc eſt, de eo crimine non manifeſtando, quando in futurũ obligatio eſſet illud manifeſtãdi. Hæc ſint in exemplũ, quando promiſſio, & pactum, & iuramentũ de ſeruando ſecreto, de aliqua ve re non manifeſtanda, nullam obligationem inducunt.

Exemplum autem, quando obligationem omnino inducant, eſſet, quando aliquis ſciret virtutem aliquam alterius, quam integrum ei eſſet manifeſtare, & non manifeſtare alijs: virtutes quippe regulariter licitè manifeſtantur, etiam ſi occultę ſint, & etiam ſi inuitus is ſit, cuius ſunt: eo quòd nullum afferat præiudicium, ſicut præiudicium famæ affert manifeſtare vitia: quin potius manifeſtatio virtutum alienarum cedat in honorem Dei, & in proximorũ ædificationem. Item exemplum eſſet, quando quis ſciret vitium, quod ſimiliter integrum ei eſſet illud manifeſtare, quia eſſet publicum: aut quia ipſe licitè de eo poſſet accuſare; eo quòd poſſet illud probare, & in præiudicium ſuum eſſet commiſſum, aut alia ratione, & cuius licitè poſſet prætermittere accuſationem ac manifeſtationem. In his enim euentibus, & in ſimilibus alijs, ſi nuda promiſſione, pacto, aut etiam iuramento, ſe is, qui illa ſciret, aſtrinxiſſet ea non manifeſtare, induceret ſuper ſe obligationem ea non manifeſtandi: cum tamen ſecluſis his ſuperadditis vinculis, nullam ad ea non manifeſtandum haberet obligationem. Eſſet autem ex eis vinculis obligatio ea non manifeſtandi ſub culpa lethali, quotieſcunque interueniſſet iuramentum. Quando verò iuramentum non interueniſſet, obligatio eſſet ſub culpa lethali aut veniali, attenta qualitate rei, ad quam non manifeſtandam quis ſe aſtrinxit, & attẽtis cæteris alijs circunſtantijs concurrentibus.

Quando autem promiſſio, pactum, aut iuramentum, eſſent de non manifeſtanda re occulta, quam, his vinculis ſecluſis, teneretur, qui illam ſciret, eam non manifeſtare, iuxta ea quæ in duobus prioribus gradibus ſecreti, reiue alijs occultæ, Diſputatione præcedente dicta ſunt, tunc, vincula hæc ſolùm inducerent obligatio arctiorem ea non manifeſtandi, quàm antea eſſet. Vtrum autem ea obligatio diſtincta tunc ſit ſpecie ab illa alia, quæ erat ſecluſis his vinculis, & num ex illis reſultet ſpecies alia peccati diſtincta, Diſp. 6. explanabitur.

DISPVT. 5.

De quarto gradu ſecreti, quod rationem habet ſecreti formaliter aut virtute cõmiſſi. Et de ſecreto confeſſionis ſacramentalis.

SVMMARIVM.

1 *Quartus gradus ſecreti eſt, cum conſurgit obligatio ſeruandi id ex expreſſo aut tacito pacto, quo ſecretum ea lege alicui reuelatur, vt illud cuiquam alteri non manifeſtetur, ſed omnino taceat.*

2 *Cenſetur ſub tacito pacto ſecretum non manifeſtandi aliquid alicui reuelari aut dici, quando ei detegitur, qui remedium poteſt adhibere, vt quando quædam confeſſario, medico, aduocato, & ſimilibus reuelantur, cenſentur illi id ex vi muneris ſui cum eo onere accipere, ne illud detegant. Quando autem quid amico declaratur, vel alicui qui remedium adhibere poteſt, tutum eſſet, antequam detegeretur, promiſſionem ab illo exigere cuiquam non reuelandi.*

3 *Præcedentia non ſolùm locum habent, quando ipſe delinquens ſub ſecreto commiſſo illud alicui manifeſtaret, ſed etiam quando quidam tertius illud idem delictum ſub ſecreto commiſſo ſimiliter alicui alteri manifeſtaret, aut quoduis aliud ſecretum de re ad alterum attinente ſimiliter cuidam alteri, ſub pacto non manifeſtandi, illi detegeret. Etiam habet locum id, quando is cui tale ſecretum commiſſum eſt, id contra fidem tertio cuidam reuelat.*

4 *Ratio eſt, quia ſecretum ſeruare eſt ex iure naturali, non ſolùm quando neceſſitate ſeu vtilitate aliqua detectum commiſſumque eſt, ſed etiam quando leuitate animi detectum commiſſumque eſt.*

5 *Quando quis via iniuſta, vel ſecreta auſcultatione, aut violentia, in notitiam alicuius delicti venit, non minore onere tenetur illud non manifeſtandi, quàm ſi per ſecretum commiſſum illud agnouiſſet.*

6 *Non ſemper eſt de iure naturali ſeruare ſecretum commiſſum, præſertim in his euentibus, quando ſcilicet ſecretum eſt circa delictum, vnde periculum reip. immineat, aut alicui priuato, quod aliter impediri non poteſt, quam detectione ſecreti commiſſi, & cæteris ſimilibus.*

7 *Manifeſtari etiam poteſt, quando is, cuius eſt ſecretum, aliter erui à peccato non poteſt, quam detegendo peccatum ſecretum illius.*

8 *Quando aliquis prævia ſponſione ſeruandi ſecretum, aut adhibito iuramento, admittitur ad intereſſendum alicui delicto, aut ad adiuuandum ad illud patrandum, tunc tenetur non ſecus detegere, quàm ſi nulla ſponſio aut iuramentum præceſſiſſet.*

9 *Obligatio ſeruandi ſecretum etiam conſurgit ex lege diuina poſitiua, qua in bonum ſacramenti pœnitentiæ ſalutiſque animarum prohibitum eſt illud reuelare.*

1 ALiquando, in quartoque gradu, conſurgit obligatio ſeruandi ſecretum ex expreſſo aut tacito pacto, quo ſecretum ea lege alicui reuelatur, vt illud non manifeſtet cuiquam alteri, ſed omnino retineat. Atque eiuſmodi ſecretum propriè appellatur ſecretum commiſſum, fidei videlicet illius, cui detegitur: eſtque de iure naturali illud ſeruare, vt Caiet. 2.2.q.70.art.1. & communis doctorum ſententia affirmat, exceptis nonnullis euentibus, in quibus natura ipſa rei omnino eflagitat non ſeruari, vt patebit. Obligatio verò iu- A ris naturalis ſeruandi hoc ſecretum vi talis pacti efficit, vt qui ea tantum via illud nouit, non ſolum nõ teneatur illud detegere, ſed etiam vt ita non poſſit illud reuelare, vt ſi id reuelet, contra iuſtitiam peccet, reſtituereque teneatur damna omnia, quæ proximè aut remotè ex ea manifeſtatione fuerint ſequuta.

2 Exemplum quoddam adhibeamus, quo hæc melius intelligantur: Reuelauit aliquis crimen ſuum ſecretò alicui, qui alia via illud non ſcit, verbi gratia, ſe interfeciſſe talem hominem, aut flagitium aliud commiſiſſe, idque vel interueniente pacto expreſſo, ea ſcilicet lege id ei manifeſtari, vt nemini id diceret: vel interueniente pacto tacito, ne id cuiquã manifeſtaret. Tunc autem cenſetur ſub tacito pacto id B non manifeſtandi aliquid alicui reuelari, aut dici, quãdo ei detegitur, qui munus habet remedium adhibendi, & tanquam tali ei detegitur gratia conſilij, ſolaminis, aut alterius emolumenti. Quando autem leuitate animi id detegeret, non animo vt audiens teneretur id non detegere, quia gratia conſilij, ſolaminis, iuuaminis, aut alterius emolumenti id nõ diceret, ſed iactans ſe de eo crimine, aut quauis alia ratione parui pendens, quòd ſciatur; neque de ſecreto curans, tunc neque ſub tacito pacto ſecreti ſeruandi cenſeretur id detexiſſe. Hinc ſub tacito pacto ſecretum ſeruandi cenſentur manifeſtari, quæ ſequentibus dicuntur: Quæ confeſſarius in confeſſione audit, quæ aduocato tanquam tali à ſuo clientulo dicuntur, quæ medicis, chirurgis, obſtetricibus, & ſi- C milibus alijs manifeſtantur, vt iuxta ſuam artem remedium adhibeant, quæ viris doctis circa cauſas cõſcientiæ, & circa alia, conſilij gratia, manifeſtantur, & circa quæ interrogantur ac conſuluntur. Ita Nauar. in Manu. capit. 25. nume. 42. Hi enim eo ipſo, quòd id munus profitentur, cenſentur ex ſua parte cum eo onere & tacito pacto id accipere, ne illud detegant. Quando autem res detegeretur propinquo, amico, viro prudenti, aut alteri, qui conſilio, ſolamine, vel quouis alio modo adiuuare poſſet, tutum eſſet, vt antequam detegeretur, promiſſio ab illo exigeretur, ſeruandi ſecretum circa rem, quam illi vellet manifeſtare, vt vi fidei, quam naturali iure ſeruare tenetur ratione expreſſæ aut tacitæ prçuiæ promiſſionis, nec teneretur nec licitè ac iuſte poſſet il- D lud manifeſtare, etiam ſi à poteſtate publica interrogaretur, idemque manifeſtare præciperetur, quæ ea de re ſciret. Fortaſſe tamen quando ſine aliquo ex explicatis intelligeretur ſecretò id dici, eſtò promiſſio de ſecreto ſeruando non prius exigeretur, obligatio eſſet illud non detegendi tanquam virtute dictum ſub ſecreto commiſſo: qui enim attendit, attendereve debet, aliquid ſub ſecreto ipſi dici, quia id poſtulat natura rei, & is eſt animus quaſi habitualis dicentis, licèt, qui id detegit, non aduertat exigere prius ab illo promiſſionem, teneri ſanè videtur, vel id accipere ſub ſecreto commiſſo, vel admonere dicentem, ne id ſibi dicat, niſi liberum ipſi velit relinquere, vt id detegat. Tametſi non ſim certus, in ſi- E milibus euentibus obligationem eſſe ſeruandi ſecretum, quando poteſtates publicæ iuridicè alioquin interrogant, quaſi id ita ſciens non teneatur illud detegere, & quaſi pactum tacitum eo ipſo ex parte ſua interuenerit, fidem ſuam tacitè dederit, ſe id non detecturum. Vt verò ad rem ipſam redeamus, quando quis ſuum homicidium aut aliud flagitium alicui reuelauit cum pacto prçuio expreſſo aut tacito, modo explicato, vt id nulli manifeſtaret, ſanè eſtò delinquens infamia eius delicti laboraret, aut id delictum eſſet aduerſus ipſum ſemiplenè probatum, iudexq; alioquin iuridicè interrogaret ſcientem id delictum ſecretò ſibi commiſſum, num ſciret quis illud commiſerit, aut num ſciret talem, qui vere illud commiſit,

miſit, id commiſiſſe, detegere id non poſſet, quando alia via non ſciret eum illud commiſiſſe, quàm via ſecreti ſibi commiſſi, quin potius ſi id detegeret peccaret lethaliter contra iuſtitiam, reſtituereque teneretur omnia damna ex ea detractione ſequuta: niſi fortè & ignorātia inuincibili excuſatus fuiſſet à culpa, & per conſequens ab onere reſtituendi damna inde ſequuta: quod euenire aliquando poteſt. Quando ergo is, qui ſolùm ſub ſecreto ſibi commiſſo id nouit, à iudice interrogaretur, nū id ſciret, tunc eſto ſub iureiurando interrogaretur, reſpondere poſſet ac deberet, ſe id non ſcire, intelligendo ita vt poſſet licitè illud detegere, in quo ſolo euentu ac ſenſu deberet iudex intelligere, ſi iuridicè intenderet interrogare: quid ſi in alio euentu ac ſenſu intelligeret, tunc non interrogaret iuridicè, ac proinde opus nō eſſet ad mentem illius reſpondere, ſed ſatis eſſet reſpondere in illo alio ſenſu, quo ſolo deberet intelligere, ſi probus eſſet, iuridiceque interrogare intenderet, vt fuſius hęc omnia tractatu ſequenti exponentur.

3 Illud hoc loco eſt obſeruandum, quæ dicta ſunt, non ſolùm habere locum, quando is ipſe, qui delictum patrarat, illud ſub ſecreto commiſſo modo explicato alicui manifeſtaret, ſed etiam quando quipam tertius illud idem alterius delictum ſub ſecreto commiſſo ſimiliter alicui alteri manifeſtaret, aut quoduis aliud ſecretum de re ad alterum attinente, ſimiliter cuidam alij ſub pacto expreſſo aut tacito, quòd illud non manifeſtaret, illi detegeret. Imò verò id locum habet, etiam quando is, cui commiſſum eſt tale ſecretum, inique, contra fidemque ab eo datam de eo ſecreto non reuelando, atque adeò contra iuſtitiam, illud cuidam tertio manifeſtat. Et quidem quando is, qui iniquè, contra fidemque datam, illud manifeſtat cuidam tertio, ſub ſecreto etiam commiſſo illud ei manifeſtaret, facilè conſtat hunc tertium non minus teneri id ſecretum ſeruare quam tenebatur is, qui illud ei iniquè manifeſtauit: quippe cum & ipſe ſub ſecreto commiſſo illud acceperit, nec minus teneatur fidem datam de eo non reuelando ſeruare ei, qui iniquè ſub ea fide illud ipſi manifeſtauit, quàm ille teneretur primo, qui ſub ſecreto commiſſo illud ei antea manifeſtauerat. Quādo autem ille, qui ſub ſecreto commiſſo illud acceperat, iniquè, contra fidemque datam, illud manifeſtauit, non ſub ſecreto commiſſo, neque aſtringendo audientem vt illud non manifeſtaret, eſt dubiū, num qui ita illud ab eo audiuit, aſtrictus ſit illud nō manifeſtare, ita vt ſi ſciat eum, qui illud ſibi reuelauit, ſub ſecreto commiſſo illud accepiſſe, neque ipſe alia via illud ſciat, quā quatenus iniquè ab illo fuit deriuatum, & à iudice interrogetur (alioquin iuridicè) num ſciat, quis illud crimen commiſerit, teneatur illud ei non detegere. Atque reſpondendum arbitror, teneri illud non detegere. Ratio autē eſt, quoniam omnis illa cognitio deriuata eſt à prima manifeſtatione ſub ſecreto commiſſo, cederetque vlterior illa manifeſtatio, quæ fieret ab eo tertio, in illius iniuriam, qui primò id ſub ſecreto commiſſo manifeſtauerat: etenim id nihil aliud eſſet, quā extenſio & ampliatio iniuriæ ac iniuſtitiæ ipſi factæ à primo iniquo detectore: nullus autem, etiam præcipiente iudice, efficere poteſt id, quod in ſe alteri iniuriam irrogat, continuatioque eſt atque extenſio iniuriæ illius. Adde in iudicio id teſtimonium, cum ſolùm eſſet ex auditu, nullam efficere fidem niſi dependenter à confirmatione & teſtimonio eius, qui id iniquè atque iniuſtè detexerat: is autem teneretur & delictum alterius, ſub ſecreto ſibi commiſſū, negare in ſenſu ſupra explicato, & excuſare aut negare ſe id dixiſſe, niſi probari illi poſſet, ſimiliter intelligendo ſuam negationem, vt poſſet id confiteri.

A Vtrùm autem iudex punire poſſit, quę ei iniquè detegendo ſecretum commiſſum manifeſtata ſunt, ſequenti tractatu dicetur.

Ratio autem eorum omnium, quę dicta ſunt, hęc eſt: Quoniam ſeruare ſecretum commiſſum ex ſe eſt de iure naturali, non ſolum quando neceſſitate ſeu vtilitate aliqua detectum commiſſumque eſt, vt ad ſumendum conſilium, aut ad leuandam triſtitiā, ſumendamque conſolationem, vt ſæpe euenire ſolet, ſed etiam quando leuitate animi detectum commiſſumque eſt: iuri autē naturali contrauenire nō poteſt iudicis præceptum, neque vllum aduerſus illud habet vim. His acedit, in eo quòd non manifeſtetur, quod præcisè per ſecretum commiſſum ſcitur, nullum præiudicium reipublicæ fieri, eo quòd B id non tollat manifeſtari, quod ſimul alia via ſcitur, quatenus ſcitur alia via, delictaq; perinde relinquantur inquirenda ac punienda à republica, atque ſi per ſecretum commiſſum manifeſtata nunquā fuiſſent à delinquente ipſo, aut à quocunque alio: quo fit, vt cum ſeruatio ſecreti commiſſi de iure naturali in ſe ſit, eiuſque detectio in iniuriā eius cedat, qui ſecretum commiſit, eiuſq; qui inde detrimentū patitur, contra iuſtitiam is peccet, qui illud detegit ad reſtitutionemque damnorum inde ſecutorum teneatur. 4

Illud hoc loco admonuerim, cū ſecreto commiſſo eſſe computandum ſecundum gradum ſecreti. Diſp. 3. explicatum, ad effectum, vt obligatio ſit illud non detegendi, etiam ad præceptum iudicis de C re illa alioquin iuridicè interrogantis, nempe quando aliquis per iniuriam atque iniuſtitiā venit in notitiam delicti, aut alterius ſecreti alicuius, vt aperiēdo literas illius, aut quia dum ille ſecretò reuelabat aliquid alicui, clam ipſe acceſſit, idque audiuit, vel quia per vim & metum iniuſtè illata coegit aliquem reuelare crimen ſuum, aut quacunque alia ratione ſimiliter iniuſtè ſecretum agnouit. Ratio autē eſt, quoniam cum per iniuriā illud agnouerit, ſanè non cum minore onere illud non manifeſtandi ex natura ipſa rei cenſetur illud agnoſcere, quā ſi per ſecretum cōmiſſum illud idem agnouiſſet: neque enim minus onus inde in ſe inducit indemnem illum ſeruare ex ea notitia per iniuſtitiam ac iniuriam ita cōparatam, quā ſi ſine iniuſtitia ipſi id fuiſſet manife- D ſtatum, ipſo priusſpondente, ſe id nunquam cuiquā alij manifeſtaturum: ſicut fur non minorem obligationem habet reſtituendi rem furto ablatam, ſeruādique eū indemnem, à quo illam eſt furatus, quàm ſi pacto ad id ſe aſtrinxiſſet: quo fit, vt eſtò à iudice (iuridicè alioquin) interrogetur circa id, quod ea ſola via iniuſta nouit, non plus fas ipſi ſit id illi manifeſtare, quàm ſi ſponſione præuia ſe id nunquam manifeſtaturum, cognitionem illius accepiſſet. 5

Dixi ſup. de iure naturali eſſe ſeruandi ſecretum commiſſum exceptis nonnullis euentibus, in quib. natura ipſa rei omnino efflagitat non ſeruari. Euentus autē hi ſunt, quando ſecretū eſt circa delictum, vnde periculum reipub. imminet, aut alicui priuato E quod aliter impediri non poteſt, quàm detectione ſecreti commiſſi, vt ſi contaminād a ſit reſpublica, aut aliquis iniuſtè ſit occidendus, vel furtum ſit cōmittendum, aut non velit aliquis id reſtituere, quod reſtituere tenetur, neque alia eſt uia ſimilia damna reipublicæ aut proximi impediendi, quàm detegendo id ſecretum commiſſum: tunc enim, ſi nequitia alicuius, qui non vult à peccato deſiſtere, ea damna imminent, detegendum eſt ſecretum commiſſum, præcisè quantū ſit ſatis vt impediantur, & non amplius. Dixi, nequitia alicuius, qui non vult à peccato deſiſtere, ea dāna imminent: quoniā quamuis ex peccato pręterito alicuius illa per accidens immineant, ſi tamen peccator ille non tenetur iam tunc illa impedire 6

pedire, detegi licitè non poteſt ſecretũ commiſſum A
vt illa vitentur. Verbi gratia, Petrus iniuſtè Ioannẽ
interficit,cuius mors Paulo innocenti imputatur,ea
que de cauſa vita Pauli periclitatur, niſi detegatur
non fuiſſe Paulum,ſed Petrum,qui Ioannem inter-
ficit, Dico, ſi Petrus alicui reuelauit ſecretò, ipſum
fuiſſe,qui Ioannem interficit,non eſſe detegendum
id ſecretum commiſſum,nihil impediente, quòd à
Paulo innocente vita eripiatur. Ratio autem eſt,
quoniam Petrus regulariter non tenetur ſe ipſum
prodere,vt cum tanto ſuo damno vitam Pauli inno
centis conſeruet,eaque de cauſa,quia Petrus abſque
peccato ſuo præſente permittit Paulum innocẽtem
mori,detegi licitè non poteſt ſecretum, quod ea de
re ipſe alteri commiſit: eo quòd in culpa non ſit,nõ
impediendo damnum,quod per accidens ex pecca- B
to ſuo ſecreto Paulo innocenti imminet.Quòd ſi Pe
trus,collocando ſe priùs in loco tuto, conſulere te-
neretur vitæ Pauli innocentis, detegendo ſe fuiſſe
occiſorem Ioannis,aut permittendo, vt is,cui id ſe-
cretum cõmiſit,illud detegeret,quia ea via ſine gra-
ui ſuo periculo poſſet id efficere, liberareque Paulũ
innocentem à morte,quam non commeruit,tunc,ſi
id efficere non vellet, vt tenetur, detegendum eſſet
id ſecretum,præcisè quantum eſſet ſatis,vt conſule-
retur Paulo innocenti: Petro tamen priùs admoni-
to,vt tempeſtiuè ſe poſſet collocare in loco tuto.Ra
tio autem eſt,quoniam iam tunc culpa Petri actuali
imminet periculum vitæ Paulo innocenti, quod pe-
riculum,ſuppoſita nequitia Petri,à qua deſiſtere nõ
vult,impediri alter non poteſt, quam detegendo ſe- C
cretum ea de re ab ipſo commiſſum. Quòd autem in
prædictis euentibus detegendum ſit ſecretum,quan
tum præcisè ſit ſatis, vt damno communi ac proxi-
mi ſubueniatur, oſtendimus latè cum diuo Tho. &
cum alijs in hac 2. 2. in materia de correctione fra-
terna,q. 33. art. 8. & concinit idem ſanctus doctor
eadem 2.2.q.70.art.1.ad 2. Atque eius rei hæc eſt ra
tio,quoniam talis reuelatio ſecreti, culpa ac nequi-
tia eius,in cuius damnum aperitur,efficitur neceſſa
ria ad propulſandam iniuriam,quam actu infert,cũ
ab ea poſſit deſiſtere, atque ad deſiſtendum tenea-
tur,nec deſiſtere velit: quare cum naturalis ratio do
ceat,licere,quin & obligationem eſſe,eripere ac de
fendere innocentem à damno, quod ei paratur ac
infertur,etiam cum iactura nocentis, quando aliter D
nequitia nocentis eripi ab eo damno non poteſt:cõ
ſequens profectò eſt,vt in euentibus explicatis dete
gendum ſit ſecretum commiſſum, quãtum ſit ſatis,
vt damnum publicum vel priuatum euitetur ac im-
pediatur: habetque id verum (vt loco citato cũ di-
uo Th.in reſp.ad.2.citata dicebamus)de quocũque
ſecreto,eo excepto quod per confeſſionem ſacramẽ
talem ſcitur, eſtò quis iureiurando ſe aſtrinxiſſet il
lud non detegere: eo quòd in eis euentibus obliga-
tio ſit ſub reatu culpæ reuelare id ſecretum, quantũ
ſit ſatis ad impedienda ea damna: iuramentumque
non ſit vinculum iniquitatis, ad malum ve non ob-
liget.

7 Eodem modo (vt in materia de correctione fra- E
terna oſtẽdimus)quando is, cuius eſt ſecretum, erui
aliter nequitia illius non poteſt à peccato,quam de-
tegendo peccatum ſecretum illius, manifeſtandum
eſt,quantum ſatis ſit vt eruatur, ſeruato ordine cor-
rectionis fraternæ,quoniam præponendum eſt ſpi-
rituale bonum illius bono famæ eiuſdem,habetque
id ſimiliter verum in omni gradu ſecreti, (excepto
ſecreto confeſſionis ſacramentalis) etiam ſi iuramẽ
to confirmatum fuerit nunquam detegere id ſecre-
tum : quoniam in eo euentu lege caritatis conſurgit
obligatio illud manifeſtandi,quantũ ſatis ſit ad eruẽ
dum eum proximum à peccato: & iuramentum nõ
eſt vinculum iniquitatis.

Illud vltimò circa quartum gradũ ſecreti, de quo 8
loquimur,eſt obſeruandum,ad multos quotidianos
euentus decidendos. Quando aliquis,præuia ſpon-
ſione ſeruandi ſecretum, aut ſimul adhibito iuramẽ
to,admittitur ad intereſſendũ alicui delicto,aut aut
ad adiuuandum ad illud patrandum, non ſecùs tũc
teneri detegere id delictum,quàm ſi talis ſpõſio aut
iuramentum non præceſſiſſent. Verbi gratia,quan-
do lege eſt taxatum frumentum vt non vendatur vl
tra certum pretium,conſueuerunt aliqui ea arte vti,
ne detegantur poſtea,quando poteſtates publicæ in
quirunt de ijs , qui vltra pretium lege taxatum fru-
mentum vendiderunt,etiam ſi ij ipſi,qui illud ab eis
emerunt,à poteſtatibus publicis ea de re interrogẽ-
tur. Priùs quàm eis frumentum uendant, ab eis acci
piunt iuramentum,ſe nunquam id detecturos,etiãſi
à poteſtatibus publicis interrogentur,aliterque no-
lunt frumentum eis vendere, accepto verò prius ab
eis eo iuramento,frumentum illis vendunt vltra pre
tium lege taxatum. De eiuſmodi autem hominibus,
qui ita frumentum emerunt, dico nihil impediente
ea ſponſione ac iuramento,teneri detegere venden
tes in euentu,in quo, ſi talis ſponſio ac iuramentum
non præceſſiſſent,tenerentur illos detegere . Ratio
autem eſt,quoniam aliud eſt tradere notitiam de de
licto iam commiſſo ſola narratione illius , etiam ſi
leuitate animi id efficiat,& etiam ſi vt is, qui audit,
perſuadeatur commiſſum eſſe, oſtendãtur illi indi-
cia,quòd fuerit commiſſum, vt ſi ei oſtẽdatur enſis
ſanguine tinctus,quo quis aſſerat ſe interfeciſſe aliũ
& aliud longè diuerſum eſt admittere aliquem ad
intuitum delicti quando patrabitur, aut ad partici-
pandum in eo delicto dum fiet. Illud ſanè primum
eſt committere illi ſecretum ea de re, quæ illi dete-
gitur,quando ſub ſpõſione tacita aut expreſſa,quòd
illud non reuelabit, ei manifeſtatur: hoc verò ſe-
cundum non eſt committere illi ſecretum, ſed face-
re illum teſtem ac inſpectorem aut complicem eius
delicti : eaque de cauſa, nihil impediente ſponſione
ab eo præſtita,& iuramento, ſe nunquam illud reue
laturum,tenetur id manifeſtare iudici,qui, ſi non in
teruenifſet ea ſponſio ac iuramentum,iuridicè inter
rogaret. Ratio autem eſt, quoniam ea ſponſio adi-
mere non potuerit reipublicæ ius, quod habebat ad
inquirendum delicta, & vt ſibi manifeſtarentur ab
intuentibus illa : neque ſponſio obligat, quando eſt
de re illicita, contra iuſve alterius: & cùm eiuſdem
naturæ ſit etiam iuramentum, quod ad illicitum ſi-
militer non obligat;conſequens eſt, vt eſtò ea ſpon-
ſio confirmata eſſet iuramento, teneatur nihilomi-
nus is manifeſtare id iudici, ſecluſa ea ſponſione &
iuramento,iuridicè interroganti. Hac eadem ratio-
ne,quando multi in idem delictum conſpirãt, adhi-
bita mutua ſponſione ac iuramento,se nunquam id
crimẽ nec complices manifeſtaturos, ſane ſi eorum
aliquis comprehendatur, iuridiceque de complici-
bus,iuxta ea quæ tractatu ſequenti dicenda ſunt, in-
terrogetur, tenetur illos manifeſtare: quoniam ea
ſponſio & iuramentum afferre non poſſunt præiu-
dicium reipublicæ quo ad ius,quod habet inquiren-
di ac puniendi delicta, ſuntque proinde de re illici-
ta, ſi eum euentum comprehendere in illis intende-
rent, ac proinde vim non habent ad obligandum in
eo euentu.

Aliquando,in quintoque gradu,conſurgit obliga 9
tio ſeruandi ſecretum,non ſolum ex natura ipſa rei,
quoniam ibi interuenit pactum tacitum, ſponſiòve
tacita illud non detegendi, (qua ratione hic gradus
ad quartum præcedentem etiam ſpectat) ſed etiam
longè arctius,nullumque euentum admittẽs, in quo
illud ratione vlla fas ſit detegere, idque ex lege diui-
na poſitiua, quæ in bonum ſacramenti pænitentiæ,
ſalutiſque animarum, ad quam id ſacramentum in-

ſtitutum

ſtitutum eſt, prohibitũ eſt illud reuelare. Qua enim lege Chriſtus ſacramentum pœnitentiæ ſtatuit, mortaleſq; obligauit ad ſecretam confeſſionem ſacerdoti in eo faciendam, eadem prohibuit detectionẽ eorum,quę ea via ſcirentur. Cùm autem eiuſmodi prohibitio in bonum ſit ſacramenti pœnitentiæ,contrariaque manifeſtatio eorum,quæ ibi deteguntur, cederet in detrimentum eiuſdem ſacramenti pœnitentiæ, ſanè quatenus ea manifeſtatio poſitiua illa lege diuina eſt prohibita, peccatum eſt ſacrilegij contra virtutem religionis. Dixi,quatenus ea manifeſtatio poſitiua illa lege diuina eſt prohibita, peccatum eſt ſacrilegij contra virtutem religionis: quoniam cùm id, quod in confeſſione ſacerdoti reuelatur, ea lege & pacto tacito reueletur à pœnitente, vt ſacerdos id non detegat, vtique in eo ſecreto ſimul interuenit obligatio quarti gradus, quin & primi, ſi delictum in ſe ſit occultum. Qua de cauſa ſimul peccaret contra iuſtitiam is ſacerdos,qui auditum in confeſſione reuelaret,ac proinde ad reſtitutionem teneretur dãnorum omnium,tam famæ,quàm cęterorum bonorum, quæ ex ea reuelatione ſequerentur. Agere tamẽ ex profeſſo,de hoc quinto gradu,ad explanationem ſacramenti pœnitentiæ attinet, aliquidque tractatu ſequenti dicetur, quantum ad eum tractatum fuerit etiam neceſſarium.

DISPVT. 6.

Seruare ſecretum,quando ad id tenemur, ad quam pertineat virtutẽ, & ad quod vitium attineat manifeſtatio tunc illius. Atque quo decalogi præcepto aſtringamur ſecretum tunc ſeruare.

SVMMARIVM.

1 *Seruare alicuius ſecretum, quando ad id tenemur, pertinet ad uirtutem fidei.*

2 *Seruare ſecretum,abſque ulla præuia promiſſione aut iuramento, ſed obligatio illud ſeruandi conſurgit ſolùm ex natura ipſa rei, pertinet ſolùm ad iuſtitiæ uirtutem & non ad fidei.*

3 *Seruare ſecretum quando ad id tenemur, ſi ſolùm interueniat promiſſio illud ſeruandi,ſpectat ad uirtutem fidei, & detectio contraria pertinet ad uitium infidelitatis.*

4 *Seruare ſecretum commiſſum pertinet ad iuſtitiam & ſimul ad fidem, quæ iuſtitiæ eſt fundamentum: manifeſtatio uerò illius ad iniuſtitiam ſpectat, & ad infidelitatem.*

5 *Qui ex officio tenetur ſeruare ſecretum, contra iuſtitiam peccat illud reuelando: & tenetur ad reſtitutionem.*

6 *Seruare ſecretum confeſſionis pertinet ad uirtutem religionis.*

7 *Seruare ſecretum rei propriæ pertinet ad caritatem, qua nos ipſos diligere debemus.*

8 *Ad uitam æternam ſufficit ſeruare mandata, & in præceptis decalogi nullum eſt præceptum de ſeruando ſecreto.*

9 *Chriſtus reuelauit peccatum Iudæ in ultima cæna.*

10 *Præceptum de non reuelando ſecreto continetur ſub octauo:* Non falſum teſtimonium dices.

11 *Chriſtus in ultima cæna non reuelauit occultum peccatum Iudæ, ſed prophetico ſpiritu prædixit proditionẽm futuram.*

1 SOtus de tegendo ſecreto memb. 1. q. 1. ait, ſeruare alienum ſecretum, quando ad id tenemur in omnibus gradibus,tribus precedentibus concluſio-
A nibus explicatis,pertinere ad virtutem fidei, de qua tractatu 2. Diſp. 262. loquuti ſumus, idque concluſione 1. extendit ad primum gradum Diſput. 3. à nobis explicatum: ait enim,eum,qui viſu aut relatione tertiæ perſonæ nouit crimen alienum, quanquã expreſsè non promiſerit ſecretum, cenſeri tamen virtualiter promiſiſſe,propter vinculum & ius naturale,quo quiſque tenetur ſeruare ſecretum proximi.

Præterea arbitratur cum Caiet. (quem nos ea de re q. 262. citata impugnauimus) virtutem fidei, qua tenemur facto promiſſa adimplere, quando ſimul ex iuſtitia tenemur id adimplere, non eſſe diſtinctam virtutem à iuſtitia,ſed eſſe partem iuſtitiæ ſubiectã. Item licèt q. 1. citata cum Caietano diſtinguat fidẽ, qua tenemur,non ex iuſtitia,ſed ex honeſtate mora-
B li factis promiſſa adimplere, tanquam diſtinctã virtutem à fide, qua ex iuſtitia conuenta & promiſſa implere tenemur: hancque fidem,qua id implemus quod ex iuſtitia tenemur, dicat cum Caietano non eſſe diſtinctam à iuſtitia, ſed eſſe partem quandam ſubiectam illius;illam verò aliam fidem, qua ex honeſtate tantùm morali tenemur factis promiſſa implere,dicat eſſe partem potentialem ſolùm iuſtitiæ; addit tamen concluſione 2. eum quidem, qui promiſit ſeruare ſecretum ſibi commiſſum,teneri ex iuſtitia illud ſeruare,ſi actis, cui commiſſum eſt depoſitum,tenetur de iuſtitia illud ſeruare, vnde innuit, ſi illud detegat,peccare contra iuſtitiam. Eum verò, qui vidit delictum alterius occultum, aut, qui illud nouit ex relatione tertiæ perſonæ, cui non promiſit
C illud non manifeſtare,ait teneri illud ſeruare nõ propriè ex iuſtitia,ſed ex honeſtate morali; quibus verbis innuit,ſi illud manifeſtet, peccare ſolùm contra fidem,vt eſt diſtincta à iuſtitia,hoc eſt, quæ eſt pars ſolùm potentialis iuſtitiæ,obligans tantum ex honeſtate morali. Omnes tamen profectò affirmant,hũc peccare contra iuſtitiam, eaque de cauſa reſtituere teneri famam,quam iniuſtè læſit, & damna omnia vlteriùs ex ea manifeſtatione ſequuta. Neque id,dũ de hac re eſt ſermo, negat aut negare poteſt Sotus.

Suppoſitis autem iis, quæ tractatu præcedente Diſput. 262. citata diximus, quibus contra Caietanum perſpicuè oſtendimus, virtutem fidei, qua vniuerſim pacta & promiſſa adimplemus, etiam quando ſimul de iuſtitia illa implere tenemur, diſtinctã ſpe-
D cie eſſe à virtute iuſtitiæ,atque ex ſuo genere obligare ex ſua parte ſolum ſub culpa veniali, duplicemq; rationem formalem vitij interuenire, vnam ex ſuo genere lethalem, & aliam ex ſuo genere venialem, quando ſimul interuenit obligatio ex iuſtitia aliquid promiſſum vel conuentum adimplere; illis, inquã, ſuppoſitis, quid de priori parte quæſtionis in titulo huius Diſputationis propoſitæ ſentiamus, ſequẽtes concluſiones aperient.

Prima concluſio; Seruare ſecretum primi ac ſecũdi gradus,de quibus Diſp. 3. eſt dictum,& in quibus nullum pactum nullaq; promiſſio de illo ſeruando interuenit,ſed obligatio illud ſeruandi conſurgit ſolum ex natura ipſa rei modo ibi explicato, pertinet 2
E ſolùm ad virtutem iuſtitiæ, & nulla rõne ad virtutẽ fidei: ideoq; qui illud illicitè manifeſtat,peccat contra iuſtitiã circa bona famæ, ſi ea manifeſtatione fama lædatur,aut circa bona corporis, vel circa bona externa, ſi ea manifeſtatione bona corporis aut externa lædantur modis Diſp. 3. explicatis,eſtq; id peccatũ ex ſuo genere lethale,eo ꝙ ſit contra iuſtitiam: non verò peccat ille tunc contra virtutẽ fidei, vitio infidelitatis,atq; in vtraq; parte huius nr̃æ cõcluſionis à Soto diſſentimus. Cõcluſio verò probatur,qm̃ ſicut abſtinere à furto,& à damno in bonis externis proximo dando,vt ab exurenda ſine iuſta cauſa domo aliena, aut à deſtruendis ſine iuſta ſimiliter cauſa ſegetibus alienis, non pertinet ad virtutem fidei,

fidei,ſed ad iuſtitiã, contra verò furari aut deſtruere ſine iuſta cauſa domum, aut ſegetes alienas, non pertinet ad vitium infidelitatis,ſed ad iniuſtitiã circa res externas: ſic abſtinere à detegendo crimine alieno, quando detectione fama illius iniquè lęderetur, non ſpectat ad virtutem fidei, quando nulla ſpõſio nullumq́ue pactum interuenit de eo crimine nõ detegendo, ſed id ſpectat ad iuſtitiam circa bona famæ; contra verò, id crimen iniquè detegere, pertinet ad iuſtitiam circa bona famæ,non verò ad vitiũ infidelitatis. Quo loco obſerua,me non ſolùm contendere, abſtinere ab ea criminis iniqua detectione, non pertinere ad fidem, vt diſtinguitur contra iuſtitiam, obligatque ſolùm ex honeſtate morali, & eſt pars potentialis ſolùm iuſtitię,vitiumque contrariũ non pertinere ad infidelitatem,vt diſtinguitur contra iuſtitiam,vt ex ſe,quicquid Sotus in contrarium dixerit,eſt notiſſimum; quippe cùm perſpicuè in ea iniqua detectione cernatur iniuſtitia: ſed etiam me contendere,in abſtinendo ab ea iniqua criminis detectione non cerni fidem,quæ fundamentum eſt iuſtitiæ,& quam Sotus & Caietanus cum iuſtitia confundunt, affirmantes non eſſe diſtinctam virtutem à iuſtitia,atque cuius tranſgreſſio ſemper habet adiunctam rationem iniuſtitiæ. Ratio autem huius, quod contendo, eſt, quoniam fides non eſt fundamentum iuſtitiæ ſumptæ in tota ſua latitudine, ſed ſumptæ ſolum prout cernitur in pactis & conuẽtis: quis enim dicat, fidem, quæ eſt fundamentum iuſtitiæ,frangi quando committitur furtum,aut quando iniuſtè exuruntur ſegetes alienæ, vel quando homicidium committitur,& deniq; quando nullum omnino pactum aut promiſſio interuenit, & nihilominus iuſtitia commutatiua violatur? Certè nulla cum probabilitatis ſpecie id affirmari poteſt. Cum enim in ſimilibus euentibus nullum, neque virtute, anteceſſerit dictum proprium eius,qui ita iuſtitiam tráſgreditur,cui teneatur ſua facta adæquare,id dictum opere implendo,ſanè in eo,quòd is eo modo iniuſtè operetur,nõ cernitur fractio fidei proximo datę,atque adeò neque infidelitas aduerſus proximũ fidei virtuti contraria. Quo fit,vt cum in euentib. de quibus noſtra concluſio loquitur,neq; virtute interuenerit dictum, quo quis ſe proximo aſtrinxerit non manifeſtare ea aliena peccata,in qua iniqua illorum manifeſtatione non cernatur fidei fractio, neque vt fides eſt fundamentum iuſtitiæ, neque fidei latiùs ſumptæ,vt ſolum eſt contra honeſtatem moralem, nullam adiunctam habens iniuſtitiæ rationem: ſed ſolum in eis euentibus cernatur nuda iniuſtitiæ ratio,qua iniuſtè proximi fama lęditur. Obſerua autẽ, ſi ratio illa,quam Sotus reddit,cur in euentibus noſtræ concluſionis virtute interueniat promiſſio non manifeſtandi ea delicta,& per conſequens cur reuelatio illorum delictorum ſit contra fidẽ, vllius eſſet momenti, quia ſcilicet quanquam ille expreſsè non promiſerit non manifeſtare id ſecretum,cenſetur tamen virtualiter id promiſiſſe,propter vinculũ & ius naturale,quo quis tenetur ſeruare ſecretũ proximi: ſi,inquam, ea ratio vllius ad id eſſet momenti, ſanè ſequeretur, in omni iniuſtitia aduerſus proximũ cõmiſſa interuenire etiam propter eandem rationẽ infidelitatem fidei contrariam, atque adeò iniuſtitia nunquam ex Soti ſententia eſſet diſtincta ab infidelitate,neque fides, quando ad illam ſeruandam obligatio eſt iuſtitiæ,eſſet pars ſubiecta iuſtitiæ commutatiuę,ſed ęquè latè pateret atque commutatiua iuſtitia: quod tamen probè idem Sotus & Caietanus negant.

3 Secunda concluſio. Seruare ſecretum tertij gradus, Diſpu. 4. explicati,quando ad id tenemur,iuxta ea quæ ibi dicta ſunt,' ſi ſolùm interuenit promiſſio illud ſeruãdi,ſpectat ex eo capite ad virtutem fidei,

A & detectio cõtraria pertinet ad vitium infidelitatis: ſi vero interuenit pactum pro aliquo emolumento, pertinet ſimul ad iuſtitiam & ad virtutem fidei,quę fundamentum eſt iuſtitiæ, vt contraria detectio ſimul pertinet ad iniuſtitiam & ad infidelitatem fidei illi contrariam. Prior pars concluſionis probatur. Quoniam ex virtute fidei tenetur quiuis factis adæquare,implerève ſuam promiſſionem, vt Diſp. 262. citata explanatum fuit: quare celare ſecretum, vt nuda promiſſione ſe quis ad id aſtrinxit,ad virtutem fidei ſpectat,& contraria detectio pertinet ad infidelitatem, ei fidei contrariam. Hoc loco duo obſerua: Vnum eſt,ſi quis per eam promiſſionem ſe aſtrinxit ad id non manifeſtandum, quod ſecluſa ea promiſſione de iuſtitia tenebatur non manifeſtare,vt ſi erat B vitium proximi occultum, quod ſine cauſa ad id ſufficiente nefas eſſet manifeſtare, tũc ſimul tenebitur ex iuſtitia & ex virtute fidei id non manifeſtare: atque,in contraria illicita manifeſtatione ſimul interuenient diſtincta ratio infidelitatis & diſtincta ratio iniuſtitiæ, quæ ſimiliter eſſet, eſtò ea promiſſio non interueniſſet. Alterum verò eſt,cùm per promiſſionem (vt diſp. 262. citata explicatum fuit) dupliciter poſſit quis ſe intendere obligare ad id,quod promittit,nempe ex iuſtitia,vel ex ſola honeſtate morali,regulariterque in re,de qua loquimur, ſolum ſe intendant homines nuda promiſſione obligare ex honeſtate morali,vtique ſi non ex iuſtitia ſe is intẽdit ſua promiſſione ad id obligare, ſed ſolum ex honeſtate morali, tunc tranſgreſſio eius promiſſionis, id ſecre C tum manifeſtando,vt præcisè eſt cõtra eam promiſſionem,ſolum erit contra virtutem fidei,& non cõtra iuſtitiam: ſi autem ea promiſſione ſe intendit obligare ex iuſtitia,tunc tranſgreſſio illa ex eo capite & erit iniuſtitia,quatenus contrauentum eſt obligationi ex iuſtitia,quam ea promiſſione intendit ſuper ſe inducere, reque ipſa induxit, & erit ſimul peccatum veniale contra virtutem fidei, quatenus verba illius promiſſionis manifeſto non adæquauit, eave non impleuit,vt Diſp. 262. citata dictum eſt. Secunda verò pars concluſionis ex eo probatur, quòd tranſgreſſio pacti & contractus iuſti pertinet ad iniuſtitiam,ſicut ſeruare eum contractum ad iuſtitiam ſpectat,ac proinde ſpectat ad fidem,prout fides fundamentum eſt iuſtitiæ circa pacta & conuenta ex iu D ſtitia: Diſputatione autem 262. citata oſtendimus,in tali tranſgreſſione ſimul interuenire iniuſtitiæ peccatum ex ſuo genere lethale, & peccatũ diſtinctum infidelitatis ex ſuo genere veniale.

Tertia concluſio. Seruare quartum gradum ſecreti, de quo diſputatione præcedẽte eſt dictum, & q̃d propriè rationem habet ſecreti commiſſi,ad iuſtitiã pertinet, & ſimul ad fidem, quæ iuſtitiæ eſt fundamentum: contraria verò illius manifeſtatio ad iniuſtitiam ſpectat & ad infidelitatem fidei virtuti contrariam. Probatur concluſio,ſicut probata eſt poſterior pars præcedentis concluſionis. Quoniã obligatio ſeruãdi id ſecretum prouenit ex pacto tacito vel expreſſo quo ea lege & conditione id ſecretum re- 4
E uelatur ei,qui illud non manifeſtare tenetur, vt teneatur illud non manifeſtare cuiquam alij: ſeruare autem pactum, ſeu contractum illum, ad iuſtitiam pertinet,& ad fidelitatem, quæ illius eſt fundamentum circa pacta & conuenta.

Simili modo,qui ex officio tenetur ſeruare ſecretum,vt tabellio in aliquibus euentibus,contra iuſtitiam peccat reuelando id ſecretum, reſtituereq; tenetur damna inde ſubſequuta: non ſecùs atque,qui ex officio tenetur defendere aliquem, eumque non defendit, tenetur reſtituere ei damna ex omiſſione culpabili eius defenſionis illi ſubſequuta. Eodẽ etiã modo, qui communi lege ſibi cum aliis tenetur ſeruare ſecretum,ac veluti pacto tacito aut expreſſo inter 5

ter

ter eos,vt interdum canonici tenentur circa ea, quæ
in capitulo fiunt,& tenentur ſimiles alii,contra iuſti
tiam peccant reuelando id ſecretum,quod commu-
ni ea lege,ac veluti pacto,tenentur ſeruare .
6 De quinto gradu ſecreti,de quo Diſputat.præce-
dente habitus etiam eſt ſermo , iam ibi eſt dictum,
pertinere ad virtutem religionis illud ſeruare,vt di-
uina lege poſitiua ratione ſacramenti pœnitentiæ,in
eius ſacramenti atque in animarum bonum , eſt iu-
ſtum ſeruari : contrariam verò iniquam eius ſecreti
reuelationem eſſe crimen grauiſſimum ſacrilegij,re
ligionis virtuti contrarium. Dictum præterea eſt , vt
ſimul interuenit pactum tacitum id ſecretum non re
uelandi,eſſe peccatum contra iuſtitiam illud reuela
re,cum onere reſtituendi omnia damna, quæ inde
fuerint ſequuta . Eſt præterea peccatum infidelita-
tis contra pactum tacitum,promiſſionemque tacitā,
id ſecretum non reuelandi. Quod ſi peccata in con-
feſſione detecta,occulta ſint,ita vt iniuſtitia eſſet il-
la reuelare,ſi aliunde ſolùm ſcirentur , ſine pacto ac
promiſſione expreſſis aut tacitis ea non manifeſtan
di , ſed ſolùm ex natura ipſa rei, ita vt ad primum
etiam gradum ſecreti pertineant, ex eo etiam capi-
te iniuſtitia eſſet illa reuelare , cum reſtituendi one-
re, vt Diſputatione præcedente dictum etiā eſt .
7 Illud eſt obſeruandum non hactenus eſſe loqu-
tos de ſecreto rei alienæ. Seruare verò ſecretum rei
propriæ,quando ita expedit famæ noſtræ,ad carita
tem pertinet,qua nos ipſos diligere debemus, cura-
reque conſeruationem noſtram,propriæque noſtræ
famæ, aliorumque bonorum noſtrorum, pertinet
item ad conſtantiam ac continentiam linguæ,& cō
traria inordinata reuelatio rei noſtræ propriæ occul
tæ pertinet ad vitia his virtutibus contraria, atque
ad noſtræ famæ prodigalitatem . Quòd ſi reuelatio
eiuſdem ſecreti rei noſtræ propriæ in ſcandalum ēt
aliorum redundet, aut in iniuriam ac damnum no-
bis coniunctorum,ſimul ex aliorum caritate tenebi
mur idem ſecretum ſeruare, reuelatioque inordina-
ta illius cum caritate,qua eos diligere tenemur , pu-
gnabit. Hæc de primo eorum,quæ in titulo huius di
ſputationis ſunt propoſita.
8 Quod verò ad ſecundum attinet, vt illud expli-
cemus,aduerſus hactenus dicta hac & tribus Diſpu
tationibus præcedentibus poſſumus primò argumē
tari. Ad vitam æternam conſequendam , vitandaq;
proinde lethalia peccata, ſatis eſt ſeruare mandata ,
vt Chriſtus Matth. 19.docuit:in præceptis autē de-
calogi nullum eſt præceptum de ſeruando ſecreto :
ergo non eſt peccatum lethale contra iuſtitiam illud
conſeruare in euentibus , in quibus dictum eſt obli-
gationem eſſe ſub culpa lethali illud ſeruare: præſer
tim cum ea obligatio,ſi quæ ſit,non ſit de iure poſi-
tiuo,ſed de iure naturali,quæ contineri in præceptis
decalogi deberet.
9 Secundò, Chriſtus in cæna,vt habetur Ioan. 13.
manifeſtauit peccatum Iudæ occultum , quòd eum
eſſet traditurus: ergo reuelare peccatum occultū nō
eſt peccatum:alioquin Chriſtus id non feciſſet .
10 Ad primum horum eſt dicendum,præceptum de
ſeruando ſecreto,quatenus contraria manifeſtatio-
ne fama proximi læditur,reduci ad octauum decalo
gi præceptum & in eo contineri,ad illud .ſ. *non fal-
ſum teſtimonium dices.* Quemadmodum etiam ad il-
lud ſextum,*non adulteraberis*, reducitur prohibitio
omnium aliarum fornicationum , & in eo cenſetur
comprehenſa,& ad illud quintum,*non occides*,redu-
citur prohibitio omnium aliarum iniuriarum corpo
ralium,& in eo cenſetur cōprehenſa . Quando autē
iniqua manifeſtatione ſecreti læderetur vita aliena,
corpuſve alienum , aut læderentur bona aliena ex-
terna,iuxta ea quæ Diſp.3.explicata ſunt, tunc pro-
hibitio eius manifeſtationis ſecreti reduceretur ea

A ex parte ad quintum & ſeptimum præceptum deca
logi,in eiſq; comprehenderetur pro qualitate rerū,
quibus id iniuſtum damnum ea iniqua manifeſtatio
ne inferretur. Quamuis autem ſeruare ſecretum effi
giem habeat præcepti affirmatiui, vim tamen habet
præcepti negatiui, videlicet , non deteges ſecretum
alienum : ſicut etiam negatiuum eſt octauum illud
decalogi præceptum,*non falſum teſtimonium dices*,ad
quod reducitur & in quo comprehenditur. Cum ve
rò reuelare ſecretum contra bonum famæ ſit , quod
medium eſt inter bona corporis & bona externa,cō
ſequens profectò eſt,vt ex ſuo genere id ſit grauius
peccatum,quàm furtum,quo bona externa proximi
iniuſtè auferuntur aut læduntur,vt ex ſuo genere mi
nus graue peccatum ſit,quàm homicidium , adulte-
B rium,quin & quàm ſimplex fornicatio , quæ pecca-
ta contra bonum ſunt corporis. Ex circūſtantijs ve
rò euenire poteſt,vt furtum aliquod grauius pecca-
tum ſit,quàm detectio aliqua iniuſta alicuius ſecre-
ti,& vt detectio aliqua ſecreti ſit grauius peccatum,
quàm fornicatio aliqua ſimplex, & quàm adulteriū
aliquod,quin & quàm aliquod homicidium, vt ſi in
de ſpirituale aut corporum grauius aliud malum im
mineat.
Ad ſecundùm vero argumentum, prætermiſſis 11
alijs ſolutionibus,dicendum eſt cum Adr. quodlib.
11.q.1.ad.1.& cum Soto de teg.ſecr.memb.1.q.
2.ad 1. Chriſtum Dominum non dixiſſe peccatum
ſecretum,quod iam erat in Iuda, ſed prophetico ſpi
ritu prædixiſſe peccatum proditionis actualis futu-
C ræ,quod publicum erat futurum nequitia Iudæ , ſi-
cut etiam eodem ſpiritu prædixit peccatum trinę ne
gationis Petri , quod erat ſimiliter Petri fragilitate
futurum. Detexiſſe verò illud ad finem redemptio-
nis ac ſalutis generi humano , nempe vt intelligere-
tur,ſua ſponte ſe obtuliſſe morti: quandoquidē me-
dia , per quæ erat futura , & quæ poterat ipſe facilè
declinare, præſciebat. Præterea illud detexiſſe, vt
corda cæterorum diſcipulorum confirmarentur in
fide,dum cernerent, rem eueniſſe ſicut prædixerat.
Adde, eam detectionem prophetico ſpiritu peccati
à Iuda adhuc patrandi adiumento illi fuiſſe, tum vt
doleret de iam patrato,dum decreuit illud efficere,
& pactum circa illud cum principibus ſacerdotum
iniuit , (quod peccatum iam patratum in quo tunc
D erat Iudas,quodq; diſcipulis erat occultū,Chriſtus
non detexit)tum ēt vt deſiſteret à peccato adhuc cō
mittendo traditionis actualis Chriſti, niſi ſua mali-
tia eo etiam adiutorio noluiſſet adiuuari. Item cum
peccatum illud eſſet aduerſus Chriſtum , in ſuæ vitę
damnum,grauiſſimamq; iniuriam,fas Chriſto fuiſ-
ſet,etiam vt perſonæ priuatæ,illud detegere , vt im-
pediretur ac puniretur,nedum illud prædicere. Ad-
de etiam,cùm Chriſtus,vt Deus, Dominus eſſet fa-
mæ Iudæ,quin & vt homo dominus dono patris eſ-
ſe omnium,maximè quantum expediret ad finē re-
demptionis generis humani, ſaluti ſque omnium ſpi
ritualis , abſque vlla Iudę iniuria potuiſſe damnum
illud famæ Iudæ inferre.

E

DISPVT. 7.

Infamia quid & quotuplex. Et de infamia facti.

SVMMARIVM.

1 *Qui famam alicuius lædit, peccat contra iuſtitiam commutatiuam : & etiam qui id attentauit facere.*

2 *Fama latiſſimè ſumpta eſt exiſtimatio de aliquo, maximè*

ximè exterius manifeſtata. Rumor & fama ſunt diuerſa.

3 *Fama, vt eſt perſonæ, eſt ſtatus illæſæ dignitatis, legibus & moribus comprobatus.*

4 *Infamia perſonæ eſt læſio ſtatus, dignitatis, ſeu conditionis perſonæ alicuius, qua iuris humani diſpoſitione infamis habetur ac redditur.*

5 *Illegitimo matrimonio natum eſſe infamia eſt facti.*

6 *Quando pater in teſtamento aliquid infame filio diceret, quia ibi maturo iudicio cenſeretur id dicere, et non iratus, contrahit filius infamiam facti. Similiter quando de aliquo apud graues viros concipitur ſiniſtra opinio quoad mores illius, contrahit ille infamiam facti.*

1 CONſequenter eſt dicendum de ijs, quæ cõtraria ſunt iuſtitiæ commutatiuę circa bona honoris & famę. Et primò de cõtrario obiecto illius, hoc eſt, de infamia, quæ famæ, circa quam ea iuſtitia verſatur, eſt contraria. Atque quæcunque læſio iniuſta famæ, hoc eſt, exiſtimationis alterius circa aliquod bonum, etiam ſi illũ infamem non reddat, ſufficit vt, qui ita iniuſtè lædit, peccare dicatur contra iuſtitiam commutatiuam circa bona honoris & famæ, & vt, ſi id damnum famæ permaneat, teneatur illud reſtituere. Quin & attentare famam iniuſtè lædere, eſtò effectus non ſequatur, ſufficit ad peccatum contra eam iuſtitiam commutatiuam, licèt non vt obligatio ſit quicquam reſtituendi: quoniam obligatio reſtituendi famam exigit damnum permanens in eo datum. Imò verò ſolùm iudicium temerarium merè internum, aut ſuſpicio temeraria & iniuſta merè interna, quibus interiùs apud ita iniuſtè iudicantem aut ſuſpicientem lęditur æſtimatio ac fama proximi, ſufficit ad peccatũ lethale aut veniale contra eandem commutatiuã iuſtitiam: tametſi non ad obligationem reſtituendi: quoniam eo ipſo, quòd à tali iudicio ac ſuſpicione temerarijs ac iniuſtis ceſſatur, vt obligatio eſt ceſſandi, nullum remanet damnum.

Quamuis autem quæcunque lęſio iniuſta famę alterius modis explicatis, aut attentare ita eam iniuſtè lædere, quin & voluntariè ac iniuſtè exponere ſe periculo illã lædendi, ſufficiat ad obiectum iniuſtitiæ, iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ contrariæ, ſiue infamis inde reddatur proximus eo vitio offenſus ſiue non, & ſiue læſio in illius fama ſequatur, ſiue non: operæ pretium tamẽ eſt agere hoc loco de infamia, à qua quis infamatus aut infamis dicitur: tum vt intelligatur, quando illa iniuſtè vitio cõtrario iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ inferatur, cum onere reſtituendi damnum cõtrariæ famæ ea via iniuſtè datum: tum etiam vt intelligatur, quando detectio criminis alicuius ijs, quibus non erat cognitus, iniuſtitia non ſit, neque inde obligatio reſtituendi conſurgat; eo quòd ille ea de re infamatus iam erat, famamve amiſerat: tum deniq; vt intelligatur, quando aliquis iuris diſpoſitione infamis cenſeatur ad multos effectus ſuis proprijs in locis explicandos, quorum aliquos Diſputat. 10. ſubijciemus.

2 Fama latiſſimè ſumpta, vt ſub ſe comprehendit bonam & malam famam, eſt exiſtimatio de aliquo, maximè exteriùs manifeſtata: & quoniam fando ſolet fieri verbis ea manifeſtatio exiſtimationis de aliquo, à fando dicta eſt fama, quaſi fama ſit, quod de aliquo dicitur quo ad æſtimationem & notitiã, quæ de eo habetur. Fama, vt bonam & malam comprehendit, atque adeò vt ſub ſe comprehendit infamiã, interdum eſt de facto, aut de qualitate alicuius, vt quòd commiſſum ſit tale crimen, aut quòd talis perſona illud commiſerit, aut quòd bonũ aliquod egerit, vel quòd legitimus ſit, aut illegitimus, quòd de- A ſcendat ex parentibus tali ac tali nota affectis, &c. Atque quo ad aliquos effectus fama hæc aliquando ſumitur preſsè, vt à rumore diſtinguitur, ita vt rumor ſit paucorum ea de re dictum: fama verò ſit cõmune dictum in oppido, vicinia, aut congregatione aliqua. Prudentis autem arbitrio eſt relinquendum, vt iudicetur, quando cẽſeatur commune dictum & exiſtimatio multorũ, ita vt cẽſeri debeat plus quàm rumor, tranſireque cenſeri debeat in famam. Atque, quod erit ſatis, vt fama ſit in congregatione domus aut collegij, non erit ſatis vt ſit fama in vicinia, cuius pars eſt ea domus aut collegium: & quod ſatis erit vt ſit fama in vicinia, non erit ſatis vt ſit communis fama in ciuitate, vel oppido, quod ex multis conſtet vicinijs. Ad aliquos item effectus fama aliquan- B do ſumitur adhuc preſſiùs, vt diſtinguitur à vanis vulgi ſeu populi vocibus, ita vt fama ſit communis exiſtimatio ac dictum ortum habens ex veriſimilibus coniecturis: ſi autem ea exiſtimatio, aut dictum, ex veriſimilibus coniecturis ortum non habeat, non dicitur fama ita preſsè, ſed id dicitur vana exiſtimatio, aut vanæ voces populi ac vulgi, vt tractatu ſequenti dicetur. Interdum verò fama, vt ſe extendit ad bonam & ad malam, eſt de perſona aliqua quoad facta & qualitates illius: vnde dicimus homo ille eſt bonæ aut malæ famæ, inquirique ſolet qualis famæ aliquis ſit.

3 Sumpta autem fama vt eſt perſonæ, & vt opponitur infamiæ, quæ perſonam reddit ac denominat infamem, ſic definitur iuxta l. cognitio, §. exiſtimatio. C ff. de varijs extraord. cogn. & l. 1. tit. 6. par. 7. accommodatè ad Azonem, Speculatorem, & alios. *Eſt ſtatus illæſæ dignitatis legibus & moribus comprobatus.* Nomine autem dignitatis, vt ibi gloſſa exponit, intelligitur cõditio ipſa humana in ſe nullo prauo more infecta (intellige, neque nota, quę iuris humani diſpoſitione infamẽ reddat, quæ dignitate ſuper creaturas omnes mente liberève arbitrio minimè præditas. Dum autem ſtatus ille illæſus manet, probatuſque eſt legibus & moribus, quia ſcilicet legibus eſt conformis, boniſque moribus affectus, exiſtimatio, quæ de eo ſtatu habet̃, eſt fama ſeu bona fama, quæ de eo homine tunc habetur. Atque eiuſmodi fama eſt omnibus numeris abſoluta, integra, ſeu perfecta. Quando autem ſtatus eſſet illæſus, ſed nõ probatus D moribus ac legibus, vt in eo, qui non perueniſſet ad vſum rationis, aut ad eam ætatem, in qua mores eligere poſſent, tunc vt in illo locum non haberet infamia quo ad mores, ſic neque bona fama illi prorſus contraria, qualis eſt, quæ proximè eſt definita: eſſet tamen bonæ famæ ſecundùm quid, hoc eſt, ſtatus illæſi minimève deprauati quo ad mores, tametſi bonis moribus non ornati, ſaltem ſimpliciter. Intellige, niſi affectus eſſet nota aliqua, quæ diſpoſitione iuris redderet illum infamem. Vt ſi eſſet filius eius, qui de crimine læſæ maieſtatis humanæ aut diuinæ eſſet damnatus: tunc enim legibus quo ad eam notam probatus non eſſet. Item in adultis bona fama magnam latitudinem poteſt habere, prout vnus plus a- E lio moribus poteſt eſſe ornatus, minuſque habere permixtum de malis moribus, aut de nota mala, quę infamem aliquem iuris diſpoſitione non efficiat: neque enim quæcunque morum malorum, aut notæ non bonæ, admixtio infamem aliquem reddunt: tametſi famam ex parte denigrent ac minuant.

4 Infamia autem perſonæ, famæ proximè explicatæ contraria, quæ perſonam infamem reddit ac denominat, cùm à diſpoſitione iuris humani pendeat, quam talem habere ac ſtatuere velit, & non à natura ipſa rei, inconſtans omnino eſt, prout ius humanum ſtare vult, vel illud, efficere aliquem infamem: eam vero ſic poſſumus definire: Eſt læſio ſtatus dignitatis ſeu conditionis perſonæ alicuius, qua iuris

humani

humani diſpoſitione infamis habetur ac redditur. Eiuſmodi autem infamia duplex eſt. Quædam facti, alia iuris, vt habetur. l. 1. titul. 6. par. 7. & affirmant gloſſa. 1. l. 1. ff. de his qui not. inf. & gloſ. cap. infames. §. porrò. verb. infamia. 3. quæſt. 7. & doctores communiter.

5 Inter infamias facti primo loco lex. 2. tit. 6. par. 7. commemorat, genitum eſſe aliquem non ex legitimo matrimonio. Duæ tamen gloſſę proximè citatæ non meminerunt huius infamiæ, dum facti infamiam explicant. Greg. Lopez lege illa. 2. ait, eam legem ſequutam eſſe Azonis opinionem, qui illegitimos infames eſſe dicit, multoſque alios: idem Greg. Lopez refert titulo 13. in ſumma, parte. 4. verb. *en verguença*, qui illos infames, etiam appellant, aitque tales eſſe ſaltem facti infamia: iuſque præſertim canonicum infames eos reputare. Couar. etiam de pract. qq. cap. 19. num. 6. ait, multos eam infamiã facti appellare. Cùm autem hæc qualiſcunque infamia ex iuris diſpoſitione deſcendat, non video, cur non potiùs iuris, quàm facti, infamia ea debeat appellari: niſi quia eiuſmodi illegitimi non ſimpliciter cenſentur infames, neque quo ad omnia infames reputantur, à quibus excluduntur, & ad quæ inhabiles cenſentur, qui iuris infamia ſimpliciter infames ſunt: ſed dicuntur quodammodo infames, quia comparati cum legitimis, longè inferiores illis cenſentur, & ad multa iuris diſpoſitione inhabiles sũt redditi, licèt minus ij, qui illegitimi naturales ſunt, quàm qui ſunt ſpurii. Vnde in hoc regno illegitimi naturales non excluduntur ab ea patris nobilitate, quæ *hidalguia* nuncupatur, cum tamen ſpurii ab ea excludantur, minuſque ſpurii admittantur ad ſuccedendum in bonis parentum, quàm naturales admittantur. Denique illegitimi licèt inferiores habeantur in exiſtimatione & reputatione, quàm legitimi, ſolùm tamen cenſendi ſunt inhabiles & excluſi ab iis, à quibus iuris diſpoſitione ciuilis, vel canonici, comperiuntur excluſi, non vero à reliquis, à quibus excluduntur, qui ſimpliciter ſunt infames. Hinc optimè Couar. de pract. qq. cap. 19. num. 6. cum Calderino aduerſus nonnullos affirmat, illegitimum, etiam ſpurium, non excludi ab obtinendo & adminiſtrando officio tabellionatus, à quo tamen excluduntur verè infames: quoniam illegitimus non eſt ſimpliciter infamis, ſed ſolùm affectus nota, ob quã iure canonico & ciuili inhabilis ad multa redditur, de quorum numero non reperitur eſſe tabellionatus officium: quin potiùs cum l. generaliter. §. ſpurios, & l. ſpurii. ff. de decurionibus, habiles pronuncientur ad decurionatus munus, quod maius eſt, habiles quoque procul dubio cenſentur ad officium tabellionatus, quod eſt minus, præſertim cum nullibi reperiantur redditi inhabiles ad id munus. Neque refert, quod §. ſpurius citato dicatur, ſi competitorem ad decurionatum habeat aliquem legitimè natum, eum tunc ſpurio eſſe præponendum, non, inquam, id refert: quoniam ſolùm probat, illegitimos inferiores reputari legitimis, & maximè ſi illegitimi ſint ſpurii: vnde in electione ad munia publica, quæ honoris ſunt, & ad quæ illegitimi incapaces nõ ſint, cæteris paribus, legitimi pręponendi ſunt natis illegitimè. Iuxta ea verò, quæ de illegitimo dicta ſunt, credo, ſi aliquis, qui deſcendentibus & aſcendentibus caret, hæredem inſtitueret aliquem extraneum illegitimum, vel ſpurium, non poſſet agere frater inſtitutoris querela inofficioſi teſtamenti, vt ipſe obtineret eam hæreditatem: quoniam licèt ea querela competat fratri teſtatoris, quando eiuſmodi teſtator hæredem inſtituit aliquem infamem iuris aut facti infamia, iuxta ea quæ tractatu. 2. in calce Diſput. 159. dicta ſunt: illegitimus tamen non cenſetur ſimpliciter infamis nec iuris nec facti infa-

A mia, nec ab aliis rebus excluditur, quàm ab iis, à quibus iuris diſpoſitione excluſus comperitur, non verò comperitur excluſus iuris diſpoſitione à ſucceſſione in tali hæreditate.

Quando pater in teſtamento aliquid infame filio diceret, quia ibi maturo iudicio cenſeretur id dicere, & non calore iracundiæ, tunc licèt is filius ea de 6
cauſa non contrahat infamiam iuris, contrahit tamen infamiam facti, qua meritò apud graues & probos viros ea de cauſa minoris æſtimationis haberi debet, quaſi prauo more ſit affectus. Ita habetur. l. ea quæ pater. C. ex quib. cauſ. inf. irrog. & l. 2. tit. 6. par. 7. Item ſi iudex in iudicio (& longè maiori cum ratione de principe) aliquem reprehendendo, illi diceret, vt melius viueret, aut aduocato, procuratori,
B aut alteri diceret, vt caueret deinceps ab aliquo calumnioſè accuſando, id ſimiliter licèt iuris infamiã non irrogaret, infamem tamen illum redderet facti infamia: quia ſimiliter apud graues & probos deinceps ea de cauſa haberet minoris exiſtimationis. Ita habetur. l. verbum. & l. interloquutio. C. eod. titu. l. ob hæc verba. ff. de his qui not. inf. & l. 2. titulo 6. par. 7. Denique quãdo de aliquo apud bonos & graues concipitur ſiniſtra opinio quoad mores illius ex dicto fide digni, aut ex aliis non leuibus & vanis indiciis, tunc ille eo ipſo (vt ex ſe etiam ſatis liquet) contrahit infamiam facti, non tamen iuris, argumẽto. l. honori, & quæ notantur. l. licet. ff. de obſeq. à lib. & habetur. l. 2. titu. 6. par. 7. atq; affirmant gloſſa. cap. infames. §. porrò. verb. infamia. 3. quæſt. 7.
C & doctores communiter. Non tamen eſt ſatis apud viros bonos & probos concipi ſiniſtram opinionẽ de crimine, etiam manifeſto, quòd in conuictu humano non efficit hominem prauæ æſtimationis attenta illius qualitate & ſtatu, vt ſi homo aliquis ſecularis inſolens ſit & iracundus, aut in ſimplices fornicationes incidat, vel immoderatè iuret, ſimiliave alia crimina habeat: quoniam hæc humano more, & vt in conuictu humano æſtimantur, accipienda sũt. Lege inter alios Iul. Clar. 5. lib. ſentent. §. vlt. quęſt. 14. à num. 9. Idem. Iul. Clar. eodem §. vlt. quæſt. 21. in calce. num. 1. cum Saliceto ait, ſi infamatus infamia facti de malis moribus per triennium illos mutaſſet, & perſeueraſſet integro triennio integræ ac bonæ famæ, cenſeretur purgaſſe infamiam facti præ
D teritam, neque ei ad ea noceret, ad quæ infamia facti nocere ſolet. Item quando aliquis ciuiliter agendo condictione furtiua, aut interdicto, vnde vi, condemnatur, licèt non incurrat infamiam iuris, incurrit tamen infamiam facti, quòd de crimine ſit damnatus, ob quod ſi criminaliter damnaretur, infamiã incurreret: atque vniuerſim in quibus criminibus excuſatur quis ab infamia iuris ob qualitatem accuſati & accuſantis, vt ſi contra patrem aut patronum ageretur, incurrit nihilominus is infamiam facti, ita habetur. l. neque, ff. de vi & vi arm. l. ceſſat. ff. de ac. & obligat. l. 2. tit. 6. par. 7 & l. honori ac. l. licet. ff. de obſequi. à lib. Si enim opinio ea de re concepta à probis & honeſtis ex veriſimilibus indiciis infamẽ
E illum redderet infamia facti, vt dictum eſt, multo magis illum reddet infamem, quando res eadẽ deducta eſt ad iudicium, & is condemnatus eſt de ea, quin etiam ſi ſolùm probata ſit, nedumque lata ſit ſententia, imò verò eſtò ſolùm veriſimilia indicia eius criminis delata ſint ad iudicium, cognitaq; ſint ex ea delatione, eſtò nondum in iudicio plenè probata ſint.

DISPVT. 8.

Infamia iuris in quibus euentibus ipſo facto ſeu ipſo iure ante ſententiam incurratur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier coniugata in adulterio deprehenſa, etiam ſi condemnata in adulterio non ſit, infamiam iuris incurrit.*

2 *Vidua ad ſecundas nuptias tranſiens intra annum luctus, computatum à morte prioris mariti, infamiam iuris ſimiliter incurrit, itidem pater eius, qui illam ſciens nuptui traderet, item ille qui illam ducit.*

3 *Vidua, quæ ſine facultate Regis tranſibat ad ſecundas nuptias intra annum luctus, amittebat omnia, quæ ei obuenerant ex priori marito, ſiue ratione matrimonij, ſiue teſtamento illius, illaque obtinebant filij.*

4 *Mulier, quæ intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſibat, permittebatur obtinere à Principe remiſſionem infamiæ.*

5 *Iure canonico vidua intra annum luctus nubens pœna & infamia ſoluta eſt.*

6 *Eaſdem pœnas, quæ viduis intra annum luctus nubentibus ſanc tæ ſunt, incurrunt viduæ, quæ intra eundem annum cum aliquo fornicantur. In Hiſpania vidua luxurioſè viuens ſiue in anno luctus, ſiue extra eum annum, amittit hæredibus mariti defuncti medietatem lucrorum, quæ ad ipſam ex eo matrimonio pertinuerunt.*

7 *Eaſdem pœnas incurrit vidua, quæ ſuſcepta tutela filiorum prioris matrimonij, præſtitoque iuramento ſe non tranſituram ad ſecundas nuptias, niſi priùs tutorem peteret filijs, ad eaſdem nihilominus tranſit.*

8 *Infamiam ipſo facto incurrit, qui vel quæ bina ſponſalia aut bina matrimonia, aut ſponſalia & matrimonium cum duobus ſimul contrahit, non iuſſus ab eo, ſub cuius poteſtate ſit.*

9 *Infamiam etiam facto incurrunt lenones & lenæ.*

10 *Itidem hiſtriones & ſcenici, qui ſe pretio locant ad ſcenam: ſed rarò id modo accidit. Olim quidem apud Romanos & Græcos licebat turpia exhibere.*

11 *Itidem qui operas ſuas locant, vt pugnent cum beſtia fera, & licet de facto non pugnent, ſatis eſt ſe ad id locaſſe.*

12 *Qui pretio accepto in certamen cum aliquo homine deſcendit, vel qui pretium accipit vt aliquem interficiat, aut percutiat, ipſo facto infamiam ſubit.*

13 *Item quicunque de exercitu eſt dimiſſus ignominiæ cauſa ob delictum in exercitu commiſſum, etiam ſi dux eſſet: qui autem alia de cauſa eſſet dimiſſus, infamis non eſſet.*

14 *Item miles qui conducit prædia aliena negotiationis cauſa.*

15 *Item vſurarius.*

16 *Item qui promiſit alicui iureiurando ſe aliquid facturum aut impleturum, neque impleuit quando potuit, & iuramentum ad id ipſum obligabat.*

17 *Item qui ſub homagio aliquid in Hiſpania promittit alicui, nec eidem adimplet, cùm poſſit ac debeat. Homagium aliquando includit iuramentum, aliquando non.*

18 *Item infamiam ſubit Sodomita.*

19 *Item in regno Hiſpaniæ nobiles, qui in iudicio palinodiam cantabant: ſed ille euentus hodie locum non habet.*

20 *Infamia quando incurritur ipſo facto, non eſt opus* A *ſententia declaratoria delicti, vt incurratur.*

21 *Si quis poſtquam infamiam ipſo facto incurrit, ad teſtimonium dicendum accedat, non eſt teſtimonium eius vſquequaque admittendum.*

22 *In iure canonico ipſo facto incurrit infamiam, qui in aliquod graue peccatum incidit, vt hæreſim, Apoſtaſiam, ſchiſma, inceſtum, &c.*

INfamia autem iuris in ſequentibus euentibus 1 ipſo facto nulla expectata ſententia incurritur. Primò, mulier coniugata, ſi in adulterio deprehendatur, à quocunque fuerit in eo deprehenſa, etiam ſi condemnata de eo adulterio non ſit, imò verò etiam ſi ſit abſoluta, infamiam iuris eo ipſo incurrit. Si tamen in adulterio non fuit depre- B henſa, eſtò probetur adulterium commiſiſſe, non incurrit infamiam iuris, donec de eo adulterio ſit condemnata. Facti tamen infamiam iuxta ea, quæ paulo antea dicta ſunt, incurret. Hæc omnia habentur. l. palam. §. quæ in adulterio, iuncta gloſſa. ibi. ff. de rit. nup. & l. 3. tit. 6. part. 7. conſentitque communis doctorum ſententia.

Secundò, de iure ciuili, quæ mulier vidua intra 2 annum luctus, computatum à morte prioris mariti, ad ſecundas nuptias tranſibat, infamiam incurrebat, tam ipſa, quàm pater illius, (ſub cuius poteſtate de eo iure communi & partitarum erat) ſi illã ſciens nuptui traderet, atque etiam is, qui, id ſciens, cum ea contraheret per verba de præſenti: niſi de mandato patris aut aui, ſub cuius poteſtate eſſet, contraheret C id matrimonium; nam tunc pater aut auus, id ei præcipiens, eam infamiam contrahebat, & non filius ipſe aut nepos. Ita habetur. l. 1. & 2. C. de ſecũd. nupt. l. decreto, C. ex quibus cauſ. infam. (in qua lege veſtes lugubres remittuntur viduæ, quæ quondam ei præcipiebantur, modò ad ſecundas intra eũ annum non tranſeat nuptias) l. 1. §. qui eam. l. genero. l. liberorum. ff. de his qui not. infam. & l. 3. titul. 6. part. 7. Atque ea infamia incurritur ipſo facto nulla expectata ſententia, vt notat gloſſa 1. §. qui eam citato, conſentaneè ad textum ibi, & ad. l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt. & ad alia iura. Incurritur verò ea infamia, etiam ſi ſecundum matrimonium eſſet inualidum ob impedimẽtum illud dirimens. Ita habetur. l. quid ergo. §. cùm autem fa- D ctum. ff. de his qui not. infam. Elapſo autem anno, impunè poterat contrahere ſecundas nuptias, etiam ſi antea ignoraſſet maritum ſuum mortuum fuiſſe, vt habetur. l. genero. §. vlt. de his qui not. infam.

De facultate verò principis mulier contrahens matrimonium intra annum luctus euadebat pœnam infamiæ & alias pœnas. l. ſolet. ff. de his qui not. infam. & l. 3. titu. 6. part. 7. & l. 3. titul. 12. part. 4. vidua etiam contrahens ſponſalia per verba de futuro intra annum luctus, nullam ea ſola de cauſa incurrebat pœnam. Ita habetur. l. ſolet citata. §. vlt. Sponſa etiam per verba de futuro, ſi ei ſponſus moriatur, celebrare poteſt ſtatim matrimonium. l. vxores. ff. de his qui not. infam. & l. 3. titu. 12. par. quarta. Sub E hac autem pœna & ſub alijs, quas ſubiiciemus, iure ciuili fuit ſtatutum, vt mulier intra annum luctus non tranſiret ad ſecundas nuptias. In primis, quoniam ſi mulier contraheret intra annum luctus, periculum erat, ne eſſet dubium, an partus ſequutus eſſet prioris mariti vel poſterioris, vt habetur. l. liberorum. §. primo, ff. de his qui not. infam. & l. tertia, titu. ſexto, par. ſeptima. Quando autem Vlpianus. l. liberorum citata. §. Pomponius, approbat ſententiam Pomponii aſſerentis, ſi vidua partum edat intra annum luctus, poſſe deinceps intra eum annum contrahere matrimonium, intellige ex eo capite: ſecùs autem ex aliis, quæ cauſæ fuerunt motiuæ eius legis: alioquin eo etiam ipſo, quòd conſtaret viduam

duam prægnantem relinqui ex priori matrimonio, contrahere poſſet: quoniam ſciretur partum aut abortum eſſe prioris mariti: item elapſo nono menſe à morte mariti contrahere poſſet, quoniam de partu deinceps edito non poſſet eſſe dubium, an eſſet ex ſecundo matrimonio. Deinde ſatis innuitur eadem lege liberorum, vnam etiā è cauſis motiuis ſanctionis eius legis fuiſſe, quoniam decebat mulierem id tempus trāſire in luctu mariti; & ibidem dicitur, quamuis maritus dignus non fuiſſet qui lugeretur, vt ſi perduellio fuiſſet, aut ſe ipſum interfeciſſet ex conſcientia ſui proprij delicti, vel aliqua alia de cauſa, ob quam more maiorum defunctus non lugebatur, nihilominus ſatis eſſe cauſas alias motiuas condendæ eius legis perſeuerare, vt vidua illa intra eū annum tranſire non poſſet ad ſecundas nuptias: vnde, eſtò partus intra annum editus fuiſſet, ſi tamen maritus dignus fuiſſet, qui lugeretur, indecētia, quæ erat aduerſus illū, & ſobolem ex ea ſuſceptā, quòd vidua illa tam citò ad ſecundas tranſiret nuptias, ſatis erat vt incurreret pœnas ob eum tranſitum ſtatutas. Alia item cauſa traditur in authentico de reſtitutionibus & ea quæ pareret. §. vnum & ſequentibus, cur tranſitus intra eum annum ſub illis pœnis fuerit prohibitus, quia ſcilicet eo celeri tranſitu ſuſpectam ea vidua ſe reddit, & quòd nō caſtè vixerit tempore prioris matrimonij, & quòd machinata ſit mortem prioris mariti; hæc verò ratio motiua eius legis perſeuerat, eſtò duæ aliæ ceſſarent. Lex 3. titu. 6. par. 7. & l. 5. tit. 3. par. 6. ad hanc tertiam & primam cauſas prohibitionis tranſitus ad ſecundas nuptias intra annum luctus. Baldus addit quartam aliā quia ſcilicet tactus ventris viduæ illius, coitu ſecundi mariti, in cauſa eſſe poſſet abortus, ſi mulier illa grauida maneret ex priori matrimonio. Huius tamen cauſæ eius prohibitionis iura non meminerūt, & propter eam cauſam, ſi illius eſset habēda ratio, prohibitus eſset coitus cum propria vxore prægnāte, prohiberive deberet, quod tamen eſt falſum. Adde, quando conſtaret eam viduam prægnantē non eſse, atque adeò poſt decimum menſem à morte mariti, prohibitus non eſset tranſitus eius viduæ ea de cauſa ad ſecundas nuptias.

3 Præterea vidua, quæ ſine facultate Regis tranſibat ad ſecundas nuptias intra annum luctus, amittebat omnia, quæ ei obuenerant ex priori marito, ſiue ratione matrimonij, ſiue teſtamento illius, illaq; obtinebant filij, ſi qui erant ex eo matrimonio, aut ex alio eius mariti, alioquin ea obtinebāt hæredes alij mariti illius aſcendentes quidem mater & pater, & in horum defectum auus & auia, & ex collateralibus fratres & ſorores eius mariti: & iuxta gloſsam lege 1. citanda, fratres & ſorores ſuccedebāt ſimul cum auis, idque æqualiter; eo quòd omnes eſsent in æquali gradu, & qui æquales ſunt in eodem gradu, omnes ſimul æqualiter ſuccedunt: deficientibus vero his omnibus conſanguineis mariti, fiſcus ſuccedebat in eis bonis. Item nullus extraneorum poterat eam mulierem inſtituere hæredem, vel illi relinquere legatum, fideicommiſsum, vel donationē cauſa mortis, ſed neque conſanguinei ipſius poterant ea illi relinquere, neque poterat illis ſuccedere ab inteſtato, niſi eſsent conſanguinei ipſius vſque ad tertium gradum: nam his ab inteſtato & ex teſtamento ſuccedere poterat, & accipere poterat ab eis legatum, fideicommiſsum, & donationē cauſa mortis. Quæ autem ab alijs eſsent eis relicta, ſiue cōſanguinei illius eſsent vltra ad tertium gradum, ſiue extranei, in eis ſuccedebant alij hæredes eorum, qui id ei relinquebant ex teſtamento, & in defectum hęredum ex teſtamēto ſuccedebant hæredes eiuſdem ab inteſtato. Hæc omnia habentur. l. 1. C. de ſecundis nuptijs. in authentico de nuptijs. §. primę ſi-

A quidem, & l. 3. titul. 12. par. 4. iuncta l. 5. titu. 3. parte 6.

Mulier autem, quæ ita illicitè intra annum luctus ad ſecundas tranſibat nuptias, permittebatur obtinere à principe remiſſionem infamiæ & cęterarum pœnarum, quas ea de cauſa incurrerat, abſolutè quidem & abſque aliqua conditione, ſi filium aut filios non habebat ex eo priori matrimonio: ſi autem illos habebat, non aliter permittebatur ei obtinere eam remiſſionem ac veniam, niſi ex omnibus ſuis bonis, quæ ipſa habebat tempore, quo poſterius matrimonium contraxit, medietatem integram ei filio aut filiis abſolutè abſque aliqua cōditione omnino donaret, non relinquendo ſibi vſumfructum eorū, ſed eum in illos etiam transferendo, atque ita vt ea B medietas bonorum æqualiter inter eos filios diuideretur, ſi plures vno eſſent, & vt, ſi aliquis eorum ex hac vita diſcederet, perinde ex ea portione poſſet ex teſtamento diſponere, atque de alijs ſuis bonis: ſi autem de illa non diſponeret, nec filios haberēt, ſuccederēt in illa fratres ex eodem priori matrimonio: neque aliter ea medietas bonorum ad eam matrem deueniret, quàm ſi omnes ex hac vita diſceſſiſſent, neque aliter de illa diſpoſuiſſent, aut de parte illius. Hæc habentur l. 5. qua mulier. C. ad Turpil. & in authentico de nuptijs. §. primæ ſiquidē nuptię, verſ. dicimus autem infamiam. 4

Obſeruandum eſt tamē, iure canonico. c. pen. & c. vlt. de ſecund. nupt. ſublatam eſſe pœnam infamię ſublataſque eſse cæteras alias pœnas viduæ nubenti C intra annum luctus, cùm iuxta doctrinam Apoſtoli, mortuo marito, ſoluta maneat à lege viri, eique permittat nubere eo ipſo cui vult, tantum in Domino. Et quamuis gloſsa & quidam alij contēderint, adhuc vim habere leges ciuiles in foro ſeculari, maximè quando ex ſecundo matrimonio dubiū eſse poterat, num partus primi an ſecundi mariti eſset, legeſque partitarum vniuerſim voluerint, nihil impediente diſpoſitione illa iuris canonici, vim habere in foro ſæculari pœnas iure ciuili tali viduæ impoſitas, vt apertè ſtatuit. l. 3. tit. 12. par. 4. atque iuxta id ſtatutæ etiam ſint. l. 5. tit. 3. par. 6. & l. 3. tit. 6. par. 7. nihilominus communis ſententia affirmat, diſpoſitionem iuris canonici circa eam matrimonij materiam, & circa libertatem, quæ in eo celebrando eſse D debet, auferendo pœnas ei libertati contrarias, derogare diſpoſitionibus illis pœnalibus ciuilis iuris: qua de cauſa meritò in hoc regno, cum antea in foro ſeculari ſtaretur legibus illis partitarum relatis, ſancita eſt lex 5. tit. primo. libro 5. ordinam. quæ eſt lex 3. titulo primo. lib. 5. nouæ collect. & ſic habet: *Mandamos que las mugeres biudas puedan libremente caſar en el anno que los maridos murieren con quien quiſieren, ſin alguna pena y ſin alguna infamia ella ni con quien ella caſare, no obſtantes qualeſquier leyes, que en contrario ſean hechas y ordenadas: las quales annullamos y reuocamos, y mandamos à los nueſtros iuezes y alcaldes de la nueſtra caſa y corte y chancilleria, y de todas las ciudades y villas y lugares de nueſtros reynos y E ſennorios, que no atienten de proceder ni procedan por la dicha cauſa y razon contra las dichas biudas, ni contra aquellos que con ellas ſe caſaren, ſo pæna de dos mil marauedis para la nueſtra camara, y los que lo contrario hizieren, ſean emplacados que parezcan ante nos en la nueſtra corte.* Idem ſtatutum eſt lib. 4. Luſitanarum ordinationum tit. 11. Hæc autem omnia adiunge dictis tract. 2. Diſputat. 154. §. de iure ciuili. 5

Tertiò, pœnam infamiæ, & cæteras pœnas, quæ commemoratæ ſunt ſtatutas eſse iure ciuili viduis, quæ intra annum luctus tranſibant ad ſecundas nuptias, incurrunt viduæ, quæ intra eum annum luctus cum aliquo fornicantur. Ita habetur in authentico eiuſdem. Cod. de ſecund. nupt. & copio- 6

ſius in authentico de reſtitutionib. & ea quæ parit. §. vlt. iuncto authentico de nupt. §. & verſ. citatis, ac gloſſa ibi vero. interpoſitionem, & habetur l. 3. titu. 12. part. 4. & l. 3. titu. 6. part. 7. Atque cùm hæ pœnæ ſublatæ non comperiantur iure canonico aut ciuili ab eiuſmodi vidua, quæ intra id tempus fornicatur, adhuc vim habent, illaſque incurret, vt cum multis, quos citauimus, tractatu præcedente Diſputa. 90. §. vtrùm autem adultera in hoc regno, &c. dictum à nobis eſt. Longè autem diuerſa eſt illa alia pœna, quam etiam vidua in hoc regno incurrit, ſi luxurioſè viuat, ſiue in anno luctus, ſiuè extra eum annum, vt ſcilicet amittat hæredibus mariti defuncti medietatem lucrorũ, quæ ad ipſam ex eo matrimonio pertinuerunt, de qua pęna dictum eſt Diſp. 90. citata. §. citato, & tractatu 2. in calce Diſp. 434. ad quam incurrendã non ſatis eſt vna aut altera fornicatio eius viduæ, ſed tot requiruntur prudentis arbitrio, vt cenſeatur iam luxurioſè viuere, vt locis citatis explanatum eſt. Atque hæc adiunge ijs, quæ illis in locis dictã ſunt.

7 Quartò infamiam & cæteras pœnas, quas dictum eſt iure ciuili ſtatutas eſſe viduæ, quæ intra annum luctus tranſibat ad ſecundas nuptias, incurrit ſimiliter vidua, quę ſuſcepta tutela filiorum prioris matrimonij, præſtitoq; iuramento ſe non tranſituram ad ſecunda nuptias, niſi prius tutorem peteret filijs, & rationem redderet, ac ſolueret, quæ ad illos attinebant, contra id iuramentum ad ſecundas tranſibat nuptias. Ita habetur authentica eiuſdem C. de ſecũdis nuptijs, & copioſiùs in authentico de nuptiis. §. ſi autem tutelam. Cùm autem poſtea in authentico vt nulli prohib. mat. §. propterea igitur, ſancitũ fuit, vt eiuſmodi viduæ iuramentum non præſtent, ſed ſolùm promittant ſe illa omnia præſtituras, antequàm ad ſecundas nuptias tranſeat, dubium eſt, an hodie eam pœnam incurrant. Gloſſa item authentica eiuſdem citata opinionem in partem vtramque refert, & in partem negantem, quam ſecundo loco refert, videtur propendere. Atque ſi ſtemus in ſolo iure communi, fortaſſe probabilior eſt pars affirmans, quòd ſcilicet eas pœnas incurrat, ſi illa quæ ſine iureiurando hodie promittit, non adimpleat, idque ꝑpter illa verba. §. propterea igitur, citati. *Iuſiurandum uero non præberi, ſed ſufficere abrenunciationẽ ſolam Velleiani & aliorum omnium & de ſecundis nuptijs, nullo iuſiurando de hoc dando. Mox tamen vt ſecundas contraxerit nuptias, repentè expelli a tutela, & ea agi, quæ ſi eam iuraſſe contigiſſet, perferret, ſemel iudicio mentita, & præponens propriæ confeſſioni & depoſitioni ſecundas concupiſcentias.* Ecce dicit, *& ea agi*, (hoc eſt, ex equutioni mandari aduerſus illam) *quæ ſi eam iuraſſe contigiſſet, perferret*. Atq; hanc ſententiã amplectit gloſſa in authentico de nuptijs, verb. interpoſitionem, ſuprà citata, quæ abſolutè affirmat, viduam, quæ illis non ſeruatis ad ſecundas nuptias tranſit, incurrere omnes eas pœnas. Cæterum in his regnis vſu videtur recepta pars, quæ negat, eam ſcilicet non incurrere eas pœnas, ſed ſolùm amittere tutelam, cui conſuetudini conſentit l. 5. tit. 16. part. 6. quæ de ea muliere agens, ſolum ſtatuit amittere illam tutelam, neque vllam de eiuſdem pœnis mentionem fecit, eaque de cauſa nos de ſola ea pœna amiſſionis tutelæ mentionem fecimus tractatu 2. Diſputat. 220. §. quando impuberi, huic idem opinioni vſu in his regnis receptæ, conſonæque legi illi 5. citatæ, adhærentes, quæ vt eſt benignior, ita potiùs eſt complectenda. Atq; hæc iniunge paragrapho quando impuberi citato.

8 Quintò infamiam ipſo facto incurrit, qui vel quæ bina ſponſalia, aut bina matrimonia, aut ſponſalia & matrimonium, cum duobus ſimul contrahit, non iuſſus ab eo, ſub cuius poteſtate ſit: nam ſi ita infans A id feciſſet, non ipſe, ſed qui id iuſſit, & qui habẽs aliquem, vel aliquam, ſub ſua poteſtate, nomine illius eidem facit, vel fit ab eo, qui ſub poteſtate ipſius eſt, id ipſo præcipiente, vel ſciente ac permittente, infamiæ pœnam incurrit: ſecùs autẽ ſi id ignoraſſet, eſtò poſtquam id ſciuiſſet, ratum id haberet eſſe factum: nam in eo euentu ratihabitio non retrotrahitur, vt æquiparetur mandato, aut promiſſioni, ad effectum incurrendi eam infamiæ pœnam: quare ſolus qui celebraſſet ea bina ſponſalia, aut matrimonia, vel matrimonium & ſponſalia, incurreret tunc eam infamiæ pœnam. Dicitur autem quis ſimul celebrare cũ duobus bina ſpõſalia, aut matrimonia, vel matrimonium & ſponſalia, quando nondum diſſoluto vno eorum cum vno celebrato celebrat aliud cum alio, B eſtò non in eodem pũcto temporis ea cum diuerſis celebret, ſed in decurſu temporis varijs tẽporibus. Item incurritur ea infamiæ pęna, eſtò prohibita aut inualida ſint ea matrimonia aut ſponſalia, vt quia erat impedimentum ea inualida reddẽs, aut eorum aliquod. Hæc omnia habentur l. 1. in fine, & l. quid ergo in princ. & tribus §§§. ſequentib. ff. de his qui not. infam. Porrò quòd dicitur, eum qui in poteſtate habet ita contrahentem ſimul cum duobus incurrere pœnam infamiæ in euentibus explicatis, locũ habere poteſt in hoc & in Luſitaniæ regno, in quibus celebrantes matrimonium eo ipſo egrediantur patriam poteſtatem. Et maximè in hoc regno, in quo per matrimonium non fit egreſſio à patria poteſtate, niſi accedat velatio coniugatorum. Vnde ſi cele- C brentur bina ſponſalia patre pręcipiente, aut permittente, aut id efficiente noĩe filiæ aut filii, aut ſi priùs celebrentur eo modo ſponſalia & poſtea matrimonium, aut in hoc regno poſt celebratum matrimonium eo modo, necdumque ſequuta velatione, ſequantur alia ſponſalia ſimiliter celebrata, vel matrimonium, pater eam infamiæ pœnam incurret.

Sextò infamiæ pœnam incurrunt ipſo facto lenones & lenæ, vt tractatu præcedente in calce Diſputat. 97. explanatum fuit. Exceptis, qui in crimen incidunt legis Iuliæ de adulteriis modis eadem Diſputat. 97. explicatis, vt in eodem calce eiuſdem diſputationis dicimus: hi enim ſolum incurrũt pœnam infamiæ poſt latam ſententiam, vt ibidem explicatum eſt. Quot autem ſint genera lenonum & D lenarum, & quas pœnas alias incurrant, eadem diſputatione fusè dictum fuit: eaque de cauſa quo ad hæc non plura hoc loco dico. 9

Septimò infamiam ipſo facto incurrunt hiſtriones ac ſcenici, qui ſe pretio locant ad ſcenica ſpectaculumque ſui corporis exhibendum: non tamen eſt vt ſatis eam infamiam incurrant, ſi ſe ad id locent, niſi id, ad quod ſe ita locant, efficiant? Ita habetur leg. prima, & leg. ſecunda, §. ait prætor, iunctis duabus legibus ſequentibus. ff. de his qui not. infam. & leg. quarta, titul. ſexto, part. ſeptima. Hodie verò non video apud nos, qui hanc infamiam incurrant, niſi fortè iſti qui *farſas*, quas Hiſpani vocamus, apud nos ab aliquot annis pre- E tio repræſentant, in quibus obſcena bonoſque corrumpentia mores repræſentant. Etenim tempore Romanorum ac Græcorum, dum idola deorumque multitudo colebatur, turpia & obſcena in ſuorum deorum honorem per vias & in theatris celebrabantur, quæ dii illi à ſuis cultoribus exigebant, vt Auguſtinus 2. de ciuit. Dei per multa capita teſtatur, eaque ratione frequens inter eos erat vſus eiuſmodi comœdiarum, tragœdiarum, ac ludorum, ad quæ ſcenici ſe conducebant. Et cũ ſcenici eiuſmodi in pretio apud Græcos haberẽtur, honoribuſq; afficerentur, tanquam qui ea exhiberent, quæ diis ſuis placerent, & quibus colerentur, vt Auguſtinus 2. libr. citato. cap. 11. ait: à Romanis tamen 10

men ob turpia & indigna, quæ efficiebant, infamiæ nota afficiebantur, vt ex iuribus citatis conſtat. Vnde Auguſtinus ibidem, præſertim cap. 13. eos redarguit, quòd eos deos colerent, qui ea ſibi exhiberi vellent in cultum, ob quæ, qui illa exercent, ab ipſis afficiantur nota infamiæ: vnde intelligere deberent, dæmonia eos eſſe, & non deos. Cùm enim Auguſtinus, cum Scipione ex lib. de repub. Ciceronis agens, obieciſſet, Romanos ferre circa deos ſuos, quæ circa homines non ferunt, capite 13. ſic ait, *Sed reſponderet* (Scipio ſcilicet) *mihi fortaſſe, ſi viueret: Quomodo nos iſta impunita eſſe nollemus, quæ ipſi dij ſacra eſſe uoluerunt, cùm ludos ſcenicos, ubi talia celebrantur, dictitantur, actitantur, & Romanis moribus inuexerunt, & ſuis honoribus dicari exhiberique iuſſerunt? Cur ergo non hinc magis ipſi intellecti ſunt non eſſe dij ueri, nec omnino digni, quibus diuinos honores deferret illa reſpublica? Quos enim coli minimè deceret, minimeque oporteret, ſi ludos expeterent agendos conuitijs Romanorum, quomodo quaſi dij colendi putati ſunt? quomodo non deteſtandi ſpiritus intellecti, qui cupiditate fallendi inter ſuos honores ſua celebrari crimina popoſcerunt? Itemque Romani, quãuis iam ſuperſtitione noxia premerentur, vt illos deos colerent, quos videbant ſibi voluiſſe ſcenicas turpitudines conſecrari, ſuæ tamen dignitatis memores ac pudoris, actores talium fabularum nequaquam honorauerunt more Græcorum, ſed ſicut apud Ciceronem idem Scipio loquitur; cum artem ludicram ſcenamque totam probro ducerent, genus id hominum, non modo honore ciuium reliquorum carere, ſed etiam tribu moueri notatione cenſoria voluerunt. Præclara ſanè & Romanis laudibus annumeranda prudentia. Sed vellem ſe ipſa ſequeretur, ſe imitaretur. Ecce enim rectè quiſquis ciuium Romanorum eſſe ſcenicus elegiſſet, non ſolùm ei nullus ad honorem habebatur locus, verùm etiam cenſoris nota tribum tenere proprium minimè ſinebatur. O animum ciuitatis laudis auidum, germaneque Romanorum: Sed reſpondeatur mihi, qua conſentanea ratione homines ſcenici ab omni honore pelluntur, & ludi ſcenici deorum honoribus admiſcentur? Illas theatricas artes diu virtus Romana non nouerat, quæ etſi ad oblectamentum voluptatis humanæ quærerentur, & vitio morum irrepſerint humanorum, dij eas ſibi exhiberi petiuerunt. Quomodo ergo abijcitur ſcenicus, per quem colitur Deus? Et theatricæ illius turpitudinis qua fronte notatur actor, ſi adoratur exactor? In hac controuerſia Græci Romanique concertant. Græci putant rectè ſe honorare homines ſcenicos, cùm colant ludorum ſcenicorum flagitatores deos. Romani uerò hominibus ſcenicis nec plebeiam tribum, quanto magis ſenatoriam curiam, dehoneſtari ſinunt. In hac diſceptatione huiuſcemodi ratiocinatio ſummam quæſtionis abſoluit. Proponunt Græci: ſi dij tales colendi ſunt, profectò etiam tales honorandi ſunt. Aſſumunt Romani: ſed nullo modo tales homines honorandi ſunt. Concludunt Chriſtiani: nullo igitur modo dij tales colendi ſunt.* Hæc Auguſtinus ibi.

11 Octauò infamiam ipſo facto incurrunt, qui operas ſuas locant, vt pugnent cum beſtia fera; ſatiſque eſt aliquem ſe ad id locaſſe, eſtò non pugnet, vt ipſo facto infamiam incurrat. Qui verò ſe locaret ad interficiendam beſtiam, quæ alijs nocumentum afferret, pernicioſave eſſet, aut ad pugnandum cum illa, infamiam ea de cauſa non incurreret: quoniam id opus eſſet virtutis, cederetque in commodum bonum, neque quòd pretium ea de cauſa ſumat, dehoneſtat id opus. Qui item cùm fera, quæ alijs non noceret, fortitudinis gratia pugnaret, nullo accepto pretio, non incurreret infamiam: quoniam id non ad abiectum ac vilem animum attineret. Hæc omnia habentur. l. 1. §. item ex ſenatus conſulto, & §. beſtias. ff. de poſt. l. quarta. tit. 6. par. 3. & l. 4. ti. 6. par. 7.

12 A Nonò, qui pretio accepto in certamen cum alio homine deſcendit, infamiam quoque ipſo facto incurrit: quam nõ dubito incurrere eum, qui pretium accipit, vt aliquem interficiat aut percutiat. Qui verò nullo accepto ad id pretio cum aliquo pugnaret, infamiam non incurreret, eſtò vincenti præmium eſſet poſitum. Atque qui ita pugnant lucta, aut quouis alio certaminis genere, fortitudinis oſtendendæ ac victoriæ cauſa, athletæ dicuntur, vt ait gloſſa tituli, conſentaneè ad textum ibi. l. 1. C. de athletis libr. 11. Ibique ſtatuitur, vt qui athletæ tres coronas in certaminibus publicis obtinuerint, modò vnam earum in noua aut in veteri Roma obtineant, immunis ſit à muneribus oneribuſve perſonalibus. Quòd autem, qui pretio in certamen priuatum deſcendunt, infamiam incurrent, habetur l. 2. §. vltim. ff. de his qui not. infam. cuius verba ſunt; Eos autem qui quæſtus cauſa in certamina deſcendunt; infamiam ſcilicet incurrere. Quamuis autem gloſſa ibi exponat, cum beſtia dentata, & addat, idem eſſe de pugilibus, hoc eſt, de ijs, qui ſe locant ad certamen cum alio homine, eoſque affirmet infamiam incurrere; ſanè certamen propriè eſt cum homine; neque ibi videtur eſſe ſermo de pugna cum fera, de qua re habitus fuerat ſermo integer & copioſiùs l. 1. citata. ff. de poſtul. ſed de certamine cum alio homine: vnde lege athletas ſtatim ſequenti continuo ſubiungitur, athletas, qui non pretio, ſed fortitudinis gratia in certamen cum alio homine deſcendunt, infamiam non incurrere. Atque hanc totam noſtram ſententiam ſtatuit l. quarta, titul. ſexto, par. ſeptima, ita intelligendo paragraphum illum vltimum & legem athletas, non verò ſequendo ſolum additionem illam gloſſæ. §. illa vltim. vt ibi Gregor. Lopez ait.

13 Decimò infamiam ipſo facto incurrit, quicunque de exercitu aut ex alia militum congregatione, eſt dimiſſus ignominiæ cauſa ob delictum in exercitu commiſſum, etiam ſi dux eſſet, & quicunque exautoratus ea de cauſa eſſet, hoc eſt, militaria inſignia eſſent ab eo detracta, vt enſem è cingulo illi adimendo ignominiæ cauſa ob id delictum, aut calcaria ab illo auferendo, vel illi aliquid tale præſcindendo. Ita habetur leg. prima, in princ. & leg. ſecunda, ff. de his qui not. infam. & leg. quarta, titul. ſexto, part. ſeptima. Qui autem alia de cauſa eſſet dimiſſus de exercitu, infamis non eſſet, vt conſtat ex iuribus citatis. Qui item exautoratus eſſet, non quidem propter crimen commiſſum in exercitu, ſed quia nomen militiæ dedit, eo quòd litem cum aliquo haberet, vt ea ratione ſuas partes meliores redderet, infamiam non incurreret, vt habetur. l. qui cum. §. exautoratus. ff. de re milit.

14 Vndecimò miles, qui conducit prædia aliena negotiationis cauſa, infamiam ipſo facto incurrit. leg. vltim. ff. de locato, & leg. quarta, titul. ſexto, part. ſeptima.

15 Duodecimò infamiam ipſo facto incurrit vſurarius, l. improbum fœnus. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. leg. quarta, titul. ſexto, part. ſeptima, & l. vltim. titul. 6. libr. 8. nouæ collect. dictumque copioſè eſt tractatu 2. Diſputat. 334. in princ. Atque, vt ibi dictum eſt, ea pœna comprehendit omnes vſurarios, qui veras vſuras naturali iure & canonico damnatas exercent, eſtò iure Cæſareo eſſent permiſſæ. Placetque nunc cum Gregorio Lopez, leg. quarta, citata, verb. *vſureros*, comprehendere etiam vſurarios occultos, eſtò de eorum infamia non ſufficienter conſtet, niſi poſt latam ſententiam, qua pronunciantur commiſiſſe vſuram: neque tunc ex ſententia infamiam incurrunt, ſed ex delicto antea ab ipſis commiſſo illam iam incurrerant, licèt tunc conſtare incipiat, illam antea incurriſſe.

16 Decimotertiò infamiam ipſo facto incurrit, qui promiſit alicui ſub iureiurãdo, ſe aliquid facturum, aut impleturum, neque impleuit, quando potuit, & iuramentum ad id ipſum obligabat. Ita habetur l.4. tit.6.par.7. iuxta l.ſi quis maior. C.de tranſact. concinit.l.quoties.C.de dignitatib.libr.12. & affirmat ibi gloſſa, & gloſſa.l.Lucius.ff. de his qui notãtur in fam. Neque refragatur eadem lex Lucius, quatenus definit, quando quis egit iniuriarum ex ſcriptura, in qua teſtes depoſuerant, reum ea iniuria illum affeciſſe; ſi iudex fidem non adhibeat ei ſcripturæ, & ab ſoluat reum, teſtes illos infamiam non incurrere. Non, inquam, refragatur definitio illa eius legis. Tum quia ille non eſt euentus, de quo modo agimus. Tum etiam, quoniam non eo ipſo, quòd illi ſcripturæ fides non adhibetur, quantum ſatis eſt vt condemnetur ille reus, ſequitur teſtes illos conuictos eſſe falſi teſtimonii. In hoc autem regno in euentu, in quo dictum eſt, incurri eam infamiam, qui non implet id promiſſorium iuramentum, amittit eo ipſo in pœnam bona omnia ſua fiſco regis. Ita habetur l.1.tit.6.lib.8.ord.quæ eſt.l.1.tit.17.lib.8.nouæ collect.

17 Decimoquartò de iure huius regni, qui ſub homagio (*pleito menaie* appellant in hoc regno) aliquid promittit alicui, nec ei adimplet, cùm poſſit ac debeat, infamiam ipſo facto incurrit. Ita habetur l.2. tit.5. part.7. eamque infamiam lex illa appellat *menos ualer*. Quo loco obſerua, homagium interdum includere iuramentum, vt multis explicat ac probat Greg. Lopez.l.26.titu.11.part.3.gloſſa vlt. quando iuramentum quidem includeret, tũc promiſſio ſub homagio non eſſet euentus diſtinctus à decimotertiò præcedente, neque eſſet quid peculiare huius regni. Quando autem iuramentum non includit, tunc eſt peculiaris euentus de iure huius regni ſtatutus, vt infamia in eo incurratur: & de hoc euentu apertè loquitur lex.2. citata, vbi dicitur in hoc euentu *caer en menos valer ſegund la coſtumbre uſada en Heſpaña.* De decimo autem illo tertio euentu, in quo in tota ſua latitudine de iure communi infamia, incurritur, loquitur lex 4.tit.6.par.7. cum eodem iure communi, vt ſatis perſpicuè conſtat.

18 Decimoquintò infamiam ipſo facto ſtatuitur incurri ob peccatum ſodomiæ.l.4.tit.6.part.7. Quo in loco Greg. Lopez verb.*contra natura*, ait, non reperiri ita expreſſum de iure communi: ibidemque, & l.6.titu.1.part.6.gloſſa vlt.citat tres doctores, & inter eos Bart. & Barb. qui idem aſſeruerunt ſtando in iure cõi. Ego verò nõ video hactenus ius commune, vnde id colligatur. In hoc autem regno.l.1.titu.21. libr.8.nouæ collect. ſtatuitur, vt eſtò aliquis damnetur ac puniatur ob id crimen, deſcendentes tamen eius nullam ea de cauſa incurrant infamiam.

19 Decimoſexto infamiam incurrebant ipſo facto de iure huius regni illi nobiles, quos *hidalgos* vocant, quando *ſe deſdezian en iuizio o por corte*, palinodiàm ve recantabant, vt habetur l.2. titul.5. part.7. vbi Greg. Lopez. verb.*el hidalgo*, ſic addit: Idem de plebeio damnato actione iniuriarum. Duo tamẽ ob ſerua. Primum eſt, infamiam, quam tunc incurrebat ille nobilis, eſſe infamiam ipſo facto incurſam, ac ſe *deſdezia*, atque illud erat, quando erat reptatus, more tunc Hiſpaniarum, vt conſtat tit.4. antecedente: cùm autem mos ille reptandi hodie locũ nõ habeat, prohibitis duellis, vt hodie ſunt prohibita: locũ quoque hodie non habet euentus ille, in quo ea infamia ipſo facto aut ipſo iure à nobilibus incurrebatur. Secundum eſt, Infamiam aliam, quam incurrit plebeius, aut etiam nobilis, damnatus actione iniuriarũ, eſſe non ipſo iure, ſed poſt latam ſententiam, de qua infamia mox erit ſermo: neque, ſi in conſequentiam, quòd iniuriam intulerit, falſum aliquod alicui imponendo, damnatus quis ſit actione iniuriarum, præcipiatur in pęnam, aut in ſatisfactionem ac reſtitutionem famæ offenſi, *deſdezirſe*, incurrit infamiã *deſdiziendoſe*, ſed illam antea incurrit, quando damnatus iniuriarum fuit.

Notat bene Greg. Lopez.l.4.tit.6. par.7. gloſſa vlt. cum Baldo in his omnibus euentibus, in quibus infamia ipſo facto incurritur, neceſſarium non eſſe ſententiam declaratoriam delicti, vt incurratur, vt de vſurario ſuprà eſt dictum, ſed ante ſententiã fuiſſe incurſam; ſi autem notorium non erat, neq; facti, neque iuris notorietate, illum commiſiſſe id delictum, ſic conſequenter notorium faciet, incurſã ob illud antea ab eo fuiſſe eam infamiam. 20

Vlteriùs etiam cum alijs, quos citat, inde optimè notat, quando infamia incurſa eſt ipſo facto, ſi qui illam incurrit, ad teſtificandum accedat in aliqua cauſa, illique obijciatur eam infamiam incurriſſe, tunc in eadem ipſa inſtantia examinandum eſſe, an eam infamiam habeat iam contractam, commiſeritque id, ob quod illam iam contraxit, vt videatur, an admitti eius teſtimonium debeat, vel non. Quando autem infamia incurritur poſt latam ſententiam de aliquo crimine, tunc ſi, qui crimen illud commiſit, nondum de eo damnatus ſit, accedatque ad teſtificandum in aliqua cauſa, vtique, cum nondum infamis ſit, cauſæque diuerſæ ſint illa, ad quam teſtificandum accedit, & ea, quæ aduerſus ipſum competit circa crimen, de quo ſi damnetur, infamiam incurrit, admitti debet ad teſtificandum, neque in ea inſtantia examinari debet, an commiſerit crimen, ob quod poſt latam ſententiam, qua de eo condemnetur, incurret infamiam, ſed ſeorſum id examinari debet, ſi ea de re aduerſus eum contendere quis vellet.

Vlterius notant, tam idem Greg. Lopez ibi, Syl-ueſt. verb. infam.n.11. quàm alii doctores communiter, de iure canonico non ſolùm eſſe aliquem infamem in prædictis euentibus, in quibus de iure cęſareo communi dictum eſt infamiam incurri, ſed etiam quando incidit in peccatum aliquod graue, vt in hęreſin, apoſtaſiam, et ab ordine, & à religione, hoc eſt, à vita regulari, in ſchiſma, inceſtum, rapinã furtum, ſacrilegiũ, homicidium, periurium, veneficiũ, impoſitionem manuum violentarum in parentes, & in pleriſq; alijs ſimilibus criminibus, quæ me morantur, & rõne quorum ſtatuitur incurri infamiam.c.infames.6.q.2.c.alieni, & duobus ſequentibus.2.q.7.c.1.& duobus ſequentibus.c.conſanguineorum.c.conſpiratores.c.nullus.c.omnes.c. clericus, & c.hi qui.3.q.4.c.conſtituimus.3. q. 5. & aliis iuribus, adeò vt cõiter doctores dicant, de iure canonico ob quodcunque lethale peccatum publicum, in quo quis perſeueret, neq; oſtenderit ſe eſſe iam omnino emendatum, incurri infamiam. Et quo grauior & fędior ac diuturnior fuiſſet culpa, eo maior reputanda eſſet infamia, difficiliuſq; abſtergetur ceſſatione ab illa, in boniſq; perſeuerando moribus: qui meliores eſſent, eo citiùs ac magis antecedentem infamiam abſtergerent, quæ ſolùm infamaret quia ex culpa lethali. Atque in congregationibus, in quibus vitę puritas magis viget, eo lethalia peccata maiorẽ efficient infamiam, quo magis in eis vitę puritas diſciplinaq; regularis ac eccleſiaſtica magis viguerit. Quę .n. antiquitus mores Eccleſiæ non erant adeò corrupti, vt hodie ſunt, illa eo modo fuerũt ſancita: hodie verò in tanta morum perditione fortè illa nõ cum tanto rigore ſunt in praxi recepta: tametſi illorum maxima habenda ſit rõ ad admittendum ad honores eccleſiaſticos, beneficiaq; & miniſteria Eccleſiaſtica, & vt teſtibus non tanta fides habeatur, quãdo laborant aliqua tali infamia. 21

DI-

DISPVT. 9.

Infamia in quibus euentibus per ſententiam incurritur, aut interueniente aliquo ad iudicium attinente.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus à iudice competente de crimine publico, ſumpto crimine publico, vt à priuato diſtinguitur, infamiam iuris incurrit: non verò damnatus à iudice incompetente.*

2 *Ex ſententia arbitri infamia non incurritur, licèt delictum ſit tale, quòd ſi ſententia à iudice ordinario eſſet circa illud lata, incurreretur infamia.*

3 *In Hiſpania ſi quis appellaſſet à ſententia arbitri, ob quam ſi lata eſſet à iudice ordinario, incurreret infamiam, tunc ſi confirmaretur à iudice ad quem appellaſſet, incurreret infamiam.*

4 *In euentibus in quibus infamia non incurritur niſi lata ſententia, id ſolùm intelligitur de ſententia, quæ in rem tranſit iudicatam, nō verò de ea, quæ in rem iudicatam non tranſit.*

5 *Variæ opiniones de eo, vtrum ſi aliquis via inquiſitionis de crimine aliquo condemnetur, ob quod lata ſententia infamia incurritur, infamiam tunc incurrat.*

6 *Calumniari eſt accuſare aliquem de falſo crimine ſcienter ſeu ex intentione. Qui de calumnia eſt damnatus, eo ipſo quòd ita damnatus eſt, infamiam incurrit.*

7 *Si iudex inſtigatorem accuſatoris in ſententia calliditatis argueret, non incurrit inſtigator infamiam iuris, ſed pudorem potius, ac proinde ſolam infamiam facti.*

8 *Quando pater filiæ defunctæ aliquem accuſat, quod eam interfeciſſet, non incurrit infamiam: ſcilicet quando non malitioſè accuſauit, ſed tantum ex ſuſpicione.*

9 *Iuris infamiam incurrit mulier lata ſententia, quæ ſciens ſe non eſſe prægnantem ex marito defuncto, fecit ſe mitti in poſſeſſionem bonorum mariti, ratione filij, quem à defuncto marito finxit ſe in ventre portare.*

10 *Si quis damnetur, quòd præuaricator fuerit, tunc eo ipſo incurrit infamiam.*

11 *Tergiuerſator, hoc eſt, qui intentata accuſatione circa aliquem de aliquo delicto, non ad pœnam pecuniariam ipſi applicandam, ſed ad quamcunque aliam pœnam, ab accuſatione deſiſtit, non interueniente criminis abolitione, incurrit infamiam: idque ſcilicet in iure communi.*

12 *Item damnatus de furto, rapina, iniurijs, & actione doli.*

13 *Quicunque damnatus eſt de rapina bonorum, de crimine publico eſt damnatus.*

14 *Violator ſepulcri, expilator hæreditatis, incurrunt lata ſententia infamiam.*

15 *Quando aliquis iniuſtè de furto damnatus eſt vel de aliquo alio crimine, ob quod dicitur incurri infamiā infamis eſt, ſi ſententia non reuocetur.*

16 *Non ſolùm infamiam incurrit is, qui re ipſa de aliquo crimine ſupra dicto damnatus eſt, ſed etiam is qui pactus eſt, ne aliqua earum actionum accuſaretur: niſi pactum ex iudicis authoritate eſſet factum non gratuitum, tunc enim cenſetur reus crimen confiteri.*

17 *Quando aliquis ad redimendam ſuam vexationem pactum non gratuitum facit, ne ipſi intētetur actio de crimine iniuſto, euitat infamiam.*

18 *In Hiſpania & Luſitania non liberatur infamia, qui* A *pacifcitur ne ipſi actio intentetur. Infamiam item ſubit, qui ictibus, aut alia pœna publica delicto cōmerita, à publicis poteſtatibus eſt punitus non præcedente ſententia, at præcedente delicto.*

19 *Aut pęna incurritur ipſo facto nulla lata ſententia, aut incurritur lata ſententia condemnatoria, & etiam ſi tunc Iudex maiorem pœnam pecuniariam imponat, non euitatur infamia.*

20 *An deprehenſus in delicto, pro quo lata ſentētia, aut facta tranſactione, pacto ve nō gratuito, circa illud infamia incurritur, incurrat infamiam ante latam ſententiam?*

21 *Vt damnatus de aliquo crimine (ex quo lata ſententia infamia incurritur) eam infamiam incurrat, neceſſe eſt vt damnetur propter factum proprium.*

B 22 *Qui actione pro ſocio damnatur, vt aliquid ſocio ſoluat ratione doli preſsè ſumpti, vt à lata culpa diſtinguitur, incurrit infamiam.*

23 *Qui tutelæ actione dolo interueniente damnatur, vt aliquid minori aut ſucceſſoribus illius ſoluat, infamiam incurrit.*

24 *Qui mandati actione directa damnatur, vt aliquid mandanti ſoluat, dolo ex parte mandatarij interueniente in eo, ratione cuius ſoluere mandanti id teneatur, infamiam incurrit.*

25 *Qui damnatur actione directa depoſiti, quæ ex depoſito competit aduerſus depoſitarium, ſi dolus interuenit, depoſitarius ita damnatus infamiam incurrit.*

26 *Ad ſtellionatus crimen puniendum uel criminaliter agitur,* C *vel agitur ciuiliter circa id, in quo ſtellionatus crimen interuenit.*

INfamia autem iuris in ſequentibus euentibus, non ipſo facto commiſſo crimine incurritur, ſed per ſententiam latam de eo crimine.

Primus. Damnatus à iudice competente de crimine publico, ſumpto crimine publico ut à priuato diſtinguitur, eo ipſo infamiam iuris incurrit. 1 Licèt enim committens crimen publicum, vt proditionis, falſi, homicidij, adulterij, aut aliud publicum, ipſo facto infamiam iuris non incurrat, antecedente tamen ſententia iudicis competentis, qua de eo crimine damnetur, infamiam iuris incurrit. Ita habetur. l. 1. §. qui in iudicio. ff. de his qui not. infa. D & apertius. l. infamem. ff. de pub. iud. & l. 5. titu. 6. par. 7. affirmatque communis doctorum ſententia. Poterit tamen, qui commiſit crimen publicum, ante ſententiam incurrere infamiam facti, quin & qui commiſit crimen priuatum, iuxta ea quæ Diſp. 7. dicta ſunt. Quæ autem delicta publica ſint, & quę priuata, tractatu præcedente Diſp. 44. copioſè fuit explicatum, vbi multa dicta ſunt, quæ hoc loco onere nos leuant.

Dictum eſt, à iudice competente: quoniam ſi ab incompetente eſſet lata in hoc & in ſequentibus euentibus, in quibus lata ſententia dicemus incurri infamiam, tunc damnatus de illo crimine a iudice incompetenti infamiam non incurreret, etiam ſi E imperator eam ſententiam tuliſſet, vt cum Baldo, Angelo, & Paulo Caſtrenſi affirmat Gregor. Lop. l. 5. citata, gloſ. 1.

Item ex ſententia arbitri infamia nō incurritur, 2 eſtò delictum ſit tale, quòd ſi ſententia à iudice ordinario eſſet circa illud lata, incurreretur infamia. Ita habetur. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de his qui not. infam. & l. 5. titu. 6. par. 7. Et quamuis quando crimen eſt publicum, aut etiam priuatum de quo criminaliter agatur, locum non habeat ſententia arbitri, ſitque omnino nulla, eſtò ex ignorantia, quòd ſit inualida, ſit lata, vt habetur. l. non diſtinguamus. §. Iulianus. ff. de receptis arbit. quando tamen crimen eſt priuatum, & agitur ciuiliter valida

da

da eſt ſententia arbitri, cæterum ex ea non contrahitur infamia, eſtò, ſi lata eſſet à iudice ordinario, ex illa contraheretur infamia in euentibus explicatis, atque id eſt, quod habetur §. ex compromiſſo citato. Ait verò Greg. Lopez. l. 5. citata. verb. *de auenencia*, cum alijs quos citat ex tali ſententia arbitri infamiã nõ incurri, eſtò in compromiſſo fuiſſet expreſſum, quòd ex ea ſententia infamia incurreretur, & eſtò ſententia eſſet emologata, iuxta ea quæ tractatu 1. Diſput. 556. dicta ſunt.

3 Ibidem tamen quærit, num in hoc regno, in quo l. 4. titu. 21. lib. 4. nouæ collect. ſancitum eſt, vt ſententia arbitri, aut arbitratoris, ſi lata ſit de contentis in compromiſſo, & intra tempus in eo conceſſum mandetur exequutioni, infamia incurratur in euentu, in quo ſi ea ſententia lata eſſet à iudice ordinario ea damnatus infamiã incurreret. Atque citat Bart. pro parte affirmante, quòd ſcilicet ſtante tali ſtatuto, infamia incurratur. Et pro contraria parte, quòd ſcilicet tunc infamia non incurratur, citat Panormitanum, in hancque ſententiam ipſe propendet. Quoniam tale ſtatutum non tribuit iuriſdictionem, ſed, ad obuiandum incommodis, tribuit ſolùm effectũ exequutionis: neque id ſtatutum ad alium effectum eſt extendendum, quàm ad eũ, quem concedit: maximè quando effectus eſt odioſus & pœna, vt eſt infamia. Neque credo Bartolus contrarium diceret attenta lege illa huius regni, quæ nihilominus concedit damnato ab arbitro appellationem ab ea ſententia, dicereque de nullitate, & nihilominus non impediri eam exequutionem. Et fortaſſè in hoc regno, ſi quis appellaſſet à ſententia arbitri, ob quam, ſi lata eſſet à iudice ordinario, in remque tranſiſſet iudicatam, incurreret infamiam, tunc, ſi confirmaretur à iudice, ad quem appellaſſet, incurreret infamiam: quoniam, vt ex lege 4. citata conſtat, is iudex futurus eſt ordinarius, ac proinde iam tunc ille damnatus eſſet à iudice ordinario circa id, circa quod, ſequuta ſentẽtia iudicis ordinarij, infamia incurritur.

4 In euentibus, in quibus infamia non incurritur niſi lata ſententia, id ſolùm intelligitur de ſententia quæ in rem tranſit iudicatam, non verò de ea, quæ in rem iudicatam non tranſit. Vnde, ſi à ſententia, quę ſi tranſiret in rem iudicatam, induceret infamiam, appellatum fuerit intra tempus ad appellandum cõceſſum, tunc ad effectum vt incurratur ea infamia iuris, perinde eſt ac ſi extincta eſſet ea ſententia, nunquamque lata fuiſſet: quoniam, eſtò à iudice, ad quẽ fuit appellatum, confirmetur, deueniaturq; tandẽ ad ſententiam, quæ in rem tranſeat iudicatam: infamia tamen illa iuris ſolùm incurritur vi ſententiæ, quæ in rem tranſit iudicatam, & non vi antecedentis ſententiæ, eſtò ſequatur confirmatio illius, pronuncieturque malè ab illa prima fuiſſe appellatum; eaque de cauſa infamia illa incurritur à puncto latę vltimæ ſententiæ, quæ in rem tranſit iudicatam, nec retrotrahitur vt incurratur à puncto primæ ſententiæ: quare ſi is, qui ita condemnatur, teſtimonium adhibuiſſet tempore intermedio inter primam ſententiam, à qua fuit appellatum, & vltimam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, validum eſſet teſtimoniũ, neque inualidaretur, quia præſtitum ab infami iuris infamia, eo quòd neque iuris fictione per retrotractionẽ fuiſſet ille intermedio illo tempore infamis ea infamia, ſequuta poſtea ſententia, quæ in rem trã ſiret iudicatam. Ita habetur. l. furti. §. 1. ff. de his qui not. infam. & conſentit. l. 1. §. vlt. ff. ad ſenat. conſul. Turpill. & l. 6. titu. 6. part. 7. iuncto Gregorio Lopez ibi, verb. *el enfamamiento*. Neque in re propoſita locum habet illa regula, quòd pendente appellatione nihil innouetur, & quòd, ſi aliquid innouatũ fuerit, ſit inualidum: quoniam id intelligitur de ijs, de quibus erat lis, & de quibus directè lata eſt ſentẽ-

A tia: infamia autem de qua loquimur conſequitur ſententiam, non quamcunque, ſed quæ in rem tranſit iudicatam: quare cùm nondum adfuerit talis ſententia, nondum fuit infamis, ac proinde validum eſt teſtimonium, quod illo tempore is dedit, vtpote datũ à nõ infami tunc ea infamia, etiam iuris fictione. Infamari tamen poſſet & extenuari poſſet id teſtimonio ex eo, ꝙ ille iam tunc infamis eſſet infamia facti, maximè accedente illa ſententia, iuxta ea quæ Diſp. 7. de infamia facti dicta ſunt. Quando tamen lata fuit ſententia, à qua potuit appellari, tunc, ſi non appelletur ab ea intra tẽpus ad id à iure conceſſum, trãſeatque proinde ea ſententia tempore illo elapſo in rem iudicatam, retrotrahitur infamia, vt cenſeatur incurſa à puncto latæ ſententiæ, vt expreſsè habe- B tur l. furti. §. 1. citato: quoniam vi ſententiæ ipſius iã latæ incurritur infamia, atque à puncto, quo fuit lata, dependenter tamen ex eo, quòd ab ea non appelletur intra tempus ad id à iure conceſſum, tanquam à conditione ſine qua, vt ea ſententia non tranſiret in rem iudicatam, ita effectus infamiæ ab illo puncto cenſeretur ſequutus. Quare ſi in eo euentu, in quo appellatum ab ea ſententia non fuit intra tempus à iure conceſſum, medio illo tẽpore ita condemnatus teſtimonium præſtitit, tranſeunte ea ſententia in rem iudicatam, inualidum redditur, vtpotè latum à iam infami. Quæ dicta ſunt de ſententia, quã do ab ea appellatum non fuit intra tempus ad appellandum conceſſum, ſimiliter ſunt intelligenda, quã do fuit quidem appellatum intra id tempus, ſed C deſerta fuit appellatio, eaque deſertione ſententia, à qua fuit appellatum, trãſiuit in rem iudicatam: tunc enim condemnatus ea ſententia, à qua appellauit, cenſetur infamis à puncto latæ ſententiæ, à qua appellauit: quoniam reputatur ac ſi nõ appellaſſet. Ita habetur l. 6. tit. 6. par. 7. iuncto Gregorio Lopez ibi verb. *fincaria infamado porende*.

Dubium eſt, vtrùm ſi aliquis via inquiſitionis de crimine aliquo condemnetur, ob quod lata ſententia infamia incurritur, infamiam tũc incurrat. Greg. Lopez. l. 5. citata gloſſa 2. hoc dubium mouet, & citat gloſſam. in l. 3. §. præterea. ff. de ſuſcip. tutorib. Bartolum & alios, ad quos circa id dubiũ remittit, nec illud definit Iulius Clarus lib. 5. ſent. §. vlt. q. 72. nume. 3. idem dubium etiam mouet, relatis autori- D bus in vtramque partem: atque ipſe propendet, infamiam incurrere, quando eſſet præſens & auditus: ſecus autem quando aut eſſet abſens, aut præſens non eſſet auditus, neque ſeruata eſſent ſeruanda. Dicerem, quando patefacto delicto via inquiſitionis, intenta fuiſſet accuſatio aduerſus reum, aut iudice ex ſuo officio procedente aduerſus illum, intentata ſimiliter eſſet aduerſus illum accuſatio, illeque condẽnatus eſſet ſententia, quæ in rem tranſiret iudicatam, incurrere infamiam, eſtò ille abſens eſſet, atque ob ſuam contumaciam, quòd accedere non vellet ad ſe defendendum, eſſet condemnatus. Si verò accuſatio aduerſus illum intentata nõ eſſet, ſed iudex ex officio, ſine accuſatione ac defenſione illius, il- E lum damnaret, aut remouendo illum à tutela, aut alia ratione, tunc infamiam iuris non incurreret: id tamen adiumento eſſet vt incurreret infamiam facti, de qua Diſp. 7. habitus eſt ſermo. Atque in hoc euẽtu, quando ſcilicet iudex ex officio remoueret doloſum tutorem à tutela, propterea quòd conſtaret eũ infideliter ac malè illam adminiſtrare, ait gloſſa illa citata, fortè tutor ille infamiam non incurreret, lata ſententia à iudice ex ſuo officio, qua illum à tutela remoueret.

Calumniari, vt habetur l. 1. in princ. ff. ad ſenat. 6 conſul. Turpil eſt accuſare aliquem de falſo crimine ſcienter, ſeu ex intentione: qui enim ſciens aliquem innocentem eſſe de aliquo crimine, aut neſciens

ſciens

ſciens aliquem crimen aliquod commiſiſſe, de eo illum accuſat, aut denunciat, præſumitur intendere falsò de eo crimine illum accuſare, aut denunciare, eoque ipſo calumniæ crimen incurrit. Hoc poſito. Secundo loco, qui de calumnia eſt damnatus, eo ipſo, quòd ita damnatus eſt, infamiam incurrit. Non itaque ſufficit aliquem calumniæ crimen commiſiſſe, vt hanc infamiam incurrat, ſed neceſſe eſt vt de calumnia ſit damnatus: per eã enim ſententiã, hanc infamiam incurrit. Ita hr l. . . in princ. & apertius l. athletas. §. calumniatur. ff. de his qui not. infam. Quando iudex ſolùm accuſatori in ſententia diceret, non probaſti, non cenſeretur condemnare illũ de calumnia: quando verò in ſententia diceret, calumniatus eſt, tunc cenſeretur illum de calumnia cõdemnaſſe, vt habetur l. 1. ff. ad ſenat. conſul. Turpil. ac proinde infamiam incurreret.

7 Lege ob hæc verba. ff. de his qui not. infam. ait Papinianus, ſi inſtigatori accuſatoris, vt accuſaret, iudex in ſententia diceret; *callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe;* non incurrere eum inſtigatorem infamiam iuris, ſed pudorem potius illius eis verbis onerari, ac proinde ſolam infamiam facti incurriſſe, iuxta ea quæ Diſputat. 7. dicta ſunt. Reddit verò rationem Papinianus, dicens: *Non enim, qui exhortatur, mandatoris opera fungitur.* Ei autem legi contraria videtur lex 1. §. incidit. ff. ad ſen. conſul. Turpil. Vbi & mandator, & inſtigator, atque exequutor de crimine calumniæ condemnatur. Accurſius. l. hæc verba. verb. irrogari, varias reſponſiones adhibet. Prima, quòd lege hæc verba, ſermo ſit de ſententia interloquutoria, & ſine cauſæ cognitione, & §. incidit, ſit ſermo de ſententia definitiua & cũ cauſæ cognitione, iuxta. l. quid ergo. §. quantum. ff. de his qui not. infam. cuius verba ſunt: *Quantum ad infamiam pertinet, multum intereſt, an in cauſa quæ agebatur, cauſa cognita liquido pronunciatum ſit,* (per ſententiam ſcilicet definitiuam) *an quædam extrinſecus ſint eloquuta,* (etiam per interloquutoriam ſententiam) *nam his* (quæ ita ſcilicet extrinſecus ſunt eloquuta) *infamia non irrogatur,* iuris ſcilicet: poterit tamen irrogari infamia facti, iuxta dicta Diſp. 7. Secunda, quòd inſtigator damnatus videatur calumniæ, & ſubinde infamiam incurrat, non quidem iuxta verba ſenatus conſulti Turpilliani, ſed iuxta mentem illius; & quòd iuxta mentem ſenatus conſulti loquatur, §. incidit: Papinianus verò lege hæc verba, loquatur iuxta verba ſenatus conſulti, nec negare intendat, re vera infamiam incurrere iuxta mẽtem eiuſdem ſenatus conſulti. Tertia (quæ magis explicat probanda eſt) quòd paragraphus incidit, vt in eo patet, non loquatur de quocunque inſtigatore, ſed de eo, qui accuſare incepit, ac deſtitit, aliumque incitauit, vt eandem accuſationem intentaret: atque hic æquè cum mandante, & cum exequutore calumniæ, condemnatus de calumnia cẽſeatur verba illa; *callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe,* & per conſequens infamiam incurrat. Papinianus verò lege hæc verba, loquatur de inſtigatore, qui mandans non fuit, ſed tantum conſulens ac ſuadẽs, neque antea de eodem crimine accuſare cœperat ac deſtiterat. Atque inter hunc & mandantẽ diſcrimẽ conſtituat, quòd in mandante & in exequutore verba illa ſententiæ ſufficiant ad incurrendam iuris infamiam: in eiuſmodi verò inſtigatore ſufficiant quidem ad incurrendam infamiam facti, non verò ad incurrendam infamiam iuris.

8 Lege vltima. ff. de pub. iud. à numero damnatorum de calumnia eximitur, vt infamiam non incurrat, pater filiæ defunctæ, qui accuſauit aliquẽ, quòd eam interfeciſſet, ſiue ſeruum generi mariti eius filiæ, ſiue aliquem liberum: idque propter coniũctionem patris cum filia defuncta, & fortaſſe ſimul pro

A pter dolorem mortis filiæ, idque intelligerem, quando non malitiosè accuſauit, ſed temeraria ſuſpicione, ſine vllo fundamento.

Tertiò loco iuris infamiam lata ſententia incurrit mulier, quæ per calumniam ipſius in ventris poſſeſſionem eſt miſſa, hoc eſt, quæ ſciens ſe non eſſe prægnantem ex marito defuncto, quia vel ſciebat ſe prægnantem non eſſe, vel eſſe prægnantem ex alio, ita per calumniam fecit ſe mitti in poſſeſſionem bonorum mariti ratione ventris, filij ve quem defuncto marito finxit ſe in vtero portare: ſi enim de ea calumnia condemnetur, eo ipſo lata ea ſententia infamiam incurrit. Excipitur, ſi de iure communi ſub poteſtate patris aut aui erat, atque ex eorum conſilio id fecit: nam tunc non ipſa, ſed talis pater aut auus damnatus de ea calumnia, infamiam eam incurrit. Quòd ſi is pater aut auus non conſulat, patiatur tamen eam filiam, aut neptem, vti ea calumnia, tunc & prægnans ipſa, & pater, aut auus, ſi damnentur de ea calumna, eam infamiam incurrunt. Hæc omnia habentur. l. notatur, & quatuor ſequentibus. ff. de his qui not. infam. iuncta gloſſa ibi. l. non alia, verb. nomine. 9

B
(The marker B stands beside "uus damnatus de ea calumnia".)

Præuaricator is dicitur, qui partem contrariam adiuuat, vt ſi ſtando à parte actoris, reum adiuuet, detegendo illi ſecreta cauſæ, aut conſilio, vel ſi ſtando à parte rei, actorem adiuuet. Ita habetur. l. 1. ff. de præuaric. l. præuaricatores. ff. de verb. ſignif. l. athletas. §. item præuaricator. ff. de his qui no. infam. & alijs iuribus. Quarto ergo loco, ſi quis damnetur, quòd præuaricator extiterit, tunc eo ipſo infamiam incurrit. Ita habetur. l. 1. in prin. & l. athletas. §. item præuaricator. ff. de his qui not. infam. 10

C

Stando in iure communi, ſimiliter quinto loco incurrit infamiam tergiuerſator, hoc eſt, qui intẽtata accuſatione circa aliquem de aliquo delicto, non ad pœnam pecuniariam ipſi applicandam, ſed ad quãcunque aliam pœnam, ab accuſatione deſiſtit non interueniente abolitione criminis, vel generali, vel particulari, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſputat. 46. concluſ. 3. explanata ſunt: ſi enim de ea tergiuerſatione damnetur, infamiam eo ipſo incurrit, vt habetur. l. 1. & 2. C. ſi intra cert. temp. & l. 2. C. ad ſenat. cõſul. Turpill. atque affirmat gloſſa. l. 1. verb. qui iudicio. ff. de his qui not. infam. Dixi ſtando in iure communi: quoniam, vt tractatu præcedente Diſputatio. 46. & 47 copioſè eſt explicatum, neque in hoc regno, neque in Luſitania, neque regulariter in alijs, punitur aliquis eo, quòd deſiſtat ab accuſatione intentata pacto gratuito, aut tranſactione, vel alia ratione, ac proinde locum nõ habet incurri eam infamiam. 11

D

Sexto loco infamiam eo ipſo incurrit, qui de furto eſt damnatus. Septimo, qui vi bonorum ſeu de rapina eſt damnatus. Octauo, qui damnatus eſt iniuriarum actione. Et nono, qui actione de dolo eſt dãnatus. Tunc autem de dolo conceditur, vbi interuenit dolus preſsè ſumptus, vt à lata culpa diſtinguitur, frausve, quando nulla alia actio nec remedium ei competit, qui dolum eſt paſſus: quãdo enim actio alia aut remedium ei competit, quibus illi ſubueniatur, actio de dolo ei non competit, nec illi conceditur, vt patet. ff. de dolo per totũ eum titulum. Quòd autem in quatuor euentibus explicatis, lata ſententia, qua aliquarum actionum quis condemnetur, infamiam is eo ipſo incurrat, habetur l. 1. in prin. & l. athletas. §. vlt. ff. de his qui not. infam. l. infamem in fine. ff. de pub. iud. & l. 5. titu. 6. par. 7. 12

E

Cùm autẽ, vt habetur. l. 1. ff. de pub. iud. & tractatu præcedente Diſputat. 44. dictum fuit, vis publica & priuata ſint crimina publica, & non priuata; atque in rapina ſemper vis publica aut priuata interueniat; ſanè damnatus actione vi bonorum raptorum, 13

de

de crimine publico eſt cenſendus dãnatus, ac proinde infamiam incurrit comprehenſam in primo euẽtu hac diſputatione explicato, nec ea infamia computari debuit inter infamias, quæ incurruntur lata ſentẽtia de crimine priuato, vt fit. l. infamem. citata, & alijs iuribus citatis, in quibus permixtim cum infamia, quæ incurritur ex damnatione de criminibus priuatis, computatur. Hanc difficultatem mouet gloſſa vlt. l. infamem, citata. Et primò reſpondet, id gratia exempli eſſe dictum, in exemplíſque non requiri veritatem. Secundò melius reſpondet, quòd quia aliquando reperitur rapina, locumque habet actio vis bonorũ raptorũ eſtò vis non interuenerit re ipſa, vt quando aliquis ingreditur domum alienam animo vim inferendi, ſi aliquis reſiſtat, & furatur nemine ibi exiſtente, qui reſiſtat, iuxta legem ſi quis ex domo. ff. de furtis, propter eum euentum, in quo competit actio vis bonorum raptorum, neque crimen illud publicum, ſed priuatum, incurriturque infamia, ſi raptor ille damnetur, infamiam incurſam ex ſentẽtia actionis bonorum raptorum fuiſſe computatam inter infamias, quæ incurruntur lata ſententia circa crimina priuata. De eo autem euentu fuimus nos loquuti tractatu 2. Diſputat. 683. §. dubium eſt.

Licèt damnatus de furto infamiam incurrat, vt iuribus citatis, & l. ſi furti. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. conſtat, ſi tamen res furtiua apud aliquem reperta eſt, atque condicatur ſeu vendatur ex illa condictione furtiua, & ſequatur ſententia, non incurrit infamiã, vt habetur. l. ſi furti citata, & affirmat gloſſa. l. verb. qui furti. ff. de his qui not. infam.

14 Decimò, qui dãnatur actione de ſepulchro violato, infamiam eo ipſo lata ſententia incurrit vt habetur. l. 1. ff. de ſepul. viol. iuncta gloſſa 2. ibi.

Vndecimò, qui damnatur de expila. hæreditate, eo etiam ipſo incurrit infamiam, vt habetur. l. ſi te expilaſſe. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.

15 Quando aliquis damnatus eſſet de furto, quod verè non commiſiſſet, aut aliqua alia ſententia ex ijs, ob quas dictum eſt, & dicetur, incurri infamiam, neque tamen id crimen commiſiſſet, de quo damnatur, infamis nihilominus eſſet, dum ſententia non reuocaretur: quoniam ſententia, quæ in rem tranſit iudicatam, pro veritate habetur. Ita affirmant gloſſa vlt. l. athletas. §. vlt. ff. de his qui not. infam. gloſ. in l. non poterit. ff. de furt. gloſ. vlt. ff. de pub. iud. & Greg. Lopez. l. 5. titu. 6. par. 7. verb. feria.

16 Lege 1. in prin. & l. athletas. §. vlt. ff. de his qui not. infam. non ſolùm aſſeritur, eum, qui actione furti, vis bonorum raptorum, iniuriarum, aut de dolo, eſt damnatus, infamiam incurrere, ſed etiam eum, qui pactus eſt, ne aliqua earum actionum accuſaretur, ſiue pactum ea de re factum eſſet antequam intentata eſſet accuſatio, ſiue poſt illam intentatam. Atque ratio redditur. l. quoniam (quæ proximè poſt paragraphum illum vltimum citatum ſubiungitur) & l. quinta, titu. 6. part. 7. *Quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciſcitur.* Imò verò habetur eo ipſo pro conuicto de illo, vt habent iura alia, quæ tractatu præcedente Diſputat. 46. in calce probationis primæ partis tertię concluſionis retulimus. Id quod intelligendum in primis eſt, ſtando in iure communi, atque ad effectum vt habeatur pro confeſſo & conuicto de eo crimine, intelligendum eſt, quo ad delicta omnia, circa quæ Diſputat. 46. citata oſtenſum eſt, illicitam nullamque eſſe tranſactionem ſtando in iure communi circa ea factam: de quorum numero non eſt crimen, circa quod vel non poteſt intentari niſi actio ad pœnam pecuniariam parti applicandam, vel conceſſum parti eſt agere, ſi ita velit, ad eam ſolam pœnam, nullaque alia imponetur reo pęna in bonum commune, vt eſſe de iure communi ſo-
A let actio iniuriarum: tunc enim neque inualida neque illicita eſt tranſactio, pactum ve, non gratuitum circa id delictum, quo aliquid datur aut promittitur vt ea de re actio non intentetur, aut vt deſiſtatur à iam intentata, vt ibidem oſtenſum eſt: ac proinde ex tali pacto circa id delictum infamia non incurretur, vt ibidem etiam dictum eſt. Quare a delictis cõmemoratis, de quibus iura citata docent, non ſolùm cõdemnatos de illis incurrere infamiam, ſed etiam eos, qui circa illa paciſcuntur, vt actio non intentetur, aut vt ab intentata deſiſtatur, excipiendum eſt, quando actio, circa quam fieret id pactum, eſſet ſolùm pecuniaria applicanda parti, aut in poteſtate eius, qui illam adhuc intentare poſſet, ſi tum eſſet intentata re actio, ex qua reus ſolùm eſſet condem-
B natus pœna parti applicanda: in eo enim euentu ex pacto non incurritur infamia; cum tamen ſi intentata eſſet ea actio, & reus ex illa fuiſſet condemnatus, infamiam eo ipſo incurriſſet. Præterea quod iura illa docent de pacto circa illa quatuor crimina, cum limitatione proximè à nobis circa id adhibita, intelligendum ſimiliter eſt de ſimili pacto circa quæcunque alia crimina, ob quæ, ſi ſequatur condemnatio, incurritur infamia, quando ea crimina ſunt talia, vt circa ea prohibita, nullaque ſit reddita tranſactio: ſi enim circa talia crimina fiat ſimiliter pactum non gratuitum de actione ob illa non intentanda, aut vt deſiſtatur à iam intentata, ſimiliter eo ipſo de iure communi incurritur infamia, ſicut ſi, qui id crimen commiſit, damnatus de illo eſſet, idque propter ean-
C dem rationem, vt Diſp. 46. concluſione 3. citata cõprobatum eſt. Ob quæ autem crimina ſequuta condemnatione incurratur infamia, in hac Diſputatione explanamus: ob quæ verò eorum de iure communi prohibita ſit tranſactio, & ob quę permiſſa ſit, Diſp. 46. citata copioſè fuit traditum.

Illud verò eſt obſeruandum, quando pactum nõ gratuitum iudicis autoritate eſſet factum, vt deſiſteretur ab actione intentata, tunc ex tali pacto non incurri infamiam, reum ea pactione non gratuita circa id delictum cenſeri illud confiteri. Ita habetur l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his qui not. infam. & l. 5. titu. 6. part. 7. Legito Greg. Lopez ibi verb. *ſin mandado del iudgador.*

Dubium eſt, vtrùm ſi aliquis ad redimendam 17
D ſuam vexationem faciat pactum non gratuitum, ne aduerſus ipſum intentetur actio de crimine, quod verè non commiſit, aut vt deſiſtatur ab ea actione, in euentibus, in quibus dictum eſt ex eo pacto incurri de iure communi infamiam, quia cenſetur confeſſus id crimen & de eo conuictus, vtrùm, inquam, tunc euitet eam infamiam, ſi probet, ſe non commiſiſſe id crimen, ſed ad redimendam ſuam vexationem feciſſe id pactum. Dicendũ eſt cum gloſſa vlt. l. athletas. §. vlt. ff. de his qui not. infam. euitare tũc eam infamiam: id quod Diſput. 46. concluſ. 3. citata latiùs eſt à nobis oſtenſum.

Quod dictum eſt, in euentibus explicatis paciſcẽtem ne aduerſus ipſum actio intentetur, aut vt ab ea
E deſiſtatur, incurrere de iure communi infamiã non ſecus atque ſi de eo crimine eſſet dãnatus, intelligendum eſt id: de pacto non gratuito pro pecunia, aut pro alia re pretio æſtimabili: non verò de pacto merè gratuito, vt ſi aliquis precibus, aut interuentu alicuius, aut alia ratione, merè gratuitis obtineat, vt actio aduerſus ipſum non intentetur, aut vt deſiſtatur à iam intentata: tunc enim nec pro confeſſo id crimen habetur, nec infamiam incurrit, vt habetur expreſsè. l. furti. §. pactus ve. ff. de his qui not. infam. latiuſque dictum eſt Diſp. 46. concluſ. 3. citata.

Hæc autem, quæ de pacto dicta ſunt, quòd ſcilicet, qui in euentibus explicatis paciſcitur, pro confeſſo crimen, circa ꝙ paciſcitur, habeatur, & quòd 18
inta-

infamiam incurrat in euentibus, in quibus ſi damnatus eſſet de eo crimine infamiam incurreret, locum non habent hodie in hoc & in Luſitaniæ regnis, in quibus tractatu præcedente Diſp. 47. oſtenſum eſt, permitti etiam tranſactionẽ pactumve non gratuitum circa crimina inter offenſum, eosve, qui bus incumbit proſequi illius iniuriam, & inter delinquentem, integrumque manere poteſtatibus publicis, nihil impediente eo pacto & remiſſione criminis, progredi ex officio ſuo ad punienda ea delicta in commune bonum: idemque dictum eſt eſſe hodie regulariter in cæteris rebus publicis.

19 Vt quædam alia circa hactenus dicta examinemus, obſeruandum eſt. Duodecimo infamiam illum incurrere, qui ictibus, aut alia pœna publica de licto commerita, à publicis poteſtatibus iuſſuve earum eſt punitus, non præcedente ſententia, præcedente tamen delicto, in quo ille fuit deprehenſus, aut quod ille confeſſus eſt, quando id delictum erat tale, quòd ſi ſententia adeſſet, qua de illo damnaretur, ipſo iure lata ea ſententia infamiam incurreret, iuxta ea quæ dicta ſunt: ob criminis tamen notorietatem aut confeſſionem rei, maximè exigente id rei qualitate, aut ad id adiuuantibus alijs circumſtantijs tunc concurrentibus, ſine ſententia alia iuſſus fuit ea pęna puniri, mandataque ea pœna fuit executioni. Ita communis doctorum ſententia iuxta l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam. & l. fuſtibus. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. ſancitumque eſt l. 5. in fine titu. 6. par. 7. Neque refragatur l. nullam. C. eod. tit. quæ non incurri infamiam illam definit, qui cauſa indagandæ veritatis, vt illam confiteretur, iuſſus eſt torqueri fuſtium ictibus: quoniam ob torturam ad in dagandam veritatem infamia iuris non incurritur.

Dictum fuit; qui ictibus, aut alia pœna publica delicto commerito fuit punitus: quoniam eſtò delictum eſſet tale, vt ex illo lata ſententia infamia incurreretur, ſi tamen propter illud pœna grauior quàm delictum commereretur, eſſetve pro eo imponi cõſueta, impoſita eſſet iudicis ſententia, tunc eo ipſo cenſeretur quaſi tranſactum inter iudicem & reũ, vt pro illo exceſſu pœnæ remitteretur infamia, nihil impediente ſententia, qua de eo delicto eſſet cõdemnatus, ac proinde tunc damnatus ita de eo delicto infamiam non incurreret. Vt ſi pœna ordinaria pro aliquo delicto, ex cuius condemnatione infamia irrogaretur, eſſet pecuniaria certæ bonorum partis, & iudex imponeret pro illo pœnam corporalem, cenſeretur eo ipſo remiſiſſe ei delinquenti infamiam. Idem ſi pro eo delicto imponenda fuiſſet pœna minor corporalis, & imponeretur grauior. Si tamen imponenda fuiſſet pro aliquo delicto pœna pecuniaria leuior, & imponeretur grauior pecuniaria, non euitaretur infamia, vt ſi furtum manifeſtum, quod ſolùm eſt puniendum pœna dupli, iuxta ea quæ tract. 2. dicta ſunt, puniatur pœna quadrupli, non eſt cenſenda remiſſa infamia, quam lata ea ſententia is fur incurrit. Cenſeretur verò, etiam in furto, pœna infamiæ remiſſa, ſi pæna pecuniaria commutaretur in corporalem, vel corporalis leuior in grauiorem corporalem. Hæc habentur l. quid ergo. §. pæna grauior. ff. de his qui not. infam. & l. in ſeruorum. §. vlt. ff. de pænis, iunctis gloſſis vtrobique.

20 Vt verò varia iura concilientur, & res hæc exactius intelligatur, ſic arbitror diſtinguendum: Aut pęna incurritur ipſo facto, nulla de crimine lata ſententia, & tunc ſiue iudex poſtea pro eo delicto imponat maiorem pęnam, ſiue minorem, non tollitur infamia ipſo facto iam incurſa ante latam ſententiam, neque eam auferre cadit ſub iudicis poteſtatẽ. Ita cũ Ang. Greg. Lop. l. 6. tit. 6. par. 7. verb. *es quito*

A *el infamamiento*. Aut pœna infamiæ incurritur lata ſententia condemnatoria de crimine, & tunc ſi iudex imponat maiorem pęnam pecuniariam, quã imponere debebat, aut pro pœna corporali imponat pęnã pecuniariam, nõ euitatur infamia, iuxta dicta paulo antea ex §. pœna grauior, & l. ſeruorũ. §. vlt. citatis. Excipe, niſi pęnam pecuniariam imponeret loco corporalis grauioris, quia circũſtantiæ minuerent delictum, ex quibus id delictũ non iudicaretur dignũ maiori pœna, quã ea pecuniaria: nam tũc, iuxta ea, quæ mox ſubijciemus, cenſeretur remiſſa infamia. Quando autem iudex ſine rationabili cauſa pro pœna pecuniaria, quam deberet imponere, malè imponit pœnam corporalem, aut cum imponere deberet pænam corporalem minorem, imponit B maiorẽ manifeſtè, tunc iuris ipſius interpretatione cauſetur remittere, vt infamiã ea criminis condẽnatione non incurrat, commutata infamia in illo augmẽto pænæ, iuxta duo illa iura citata l. ſi Poſidonia. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. qui cum vna. §. ad tempus. ff. de re mil. l. ordinem. ff. ad munic. & l. 6. ti. 6. par. 7. Quando autem iudex ex rationabili cauſa auget pęnam, ſubdiſtinguendum eſt. Quoniam vel id fecit, quia circunſtantiæ concurrentes augent culpã delicti, augendoq; pænam, imponit eam commenſuratam delicto, & tunc nõ cenſetur commutare infamiam in id augmentum pęnæ, ac proinde ita punitus maiori ea pęna non excuſatur ab infamia. Vel id facit in bonum commune, vt quando ob multitudinem graſſatorum, aut aliter delinquentium, auge C tur pęna, & tunc augmentum id pænæ eſt in cõmutationem pro infamia, iuxta iura citata, ac proinde ita damnatus ac punitus infamiã non incurrit, vt rectè Greg. Lop. l. 6. citata gl. penult. ait. Si autem iudex minuat pænam ſolitam pro eo delicto imponi, tunc vel illud facit ſine rationabili cauſa, & tũc punitus ita minori pæna non euadit infamiam, ſiue ex ignorantia ſiue ex malitia id efficiat, iuxta l. diuus. ff. de iniur. conſentit. l. 6. ti. 6. par. 7. illis verbis, *por alguna razon derecha*, & habetur apertè. l. ord. ff. ad municip. vel id facit ex rationabili cauſa. Siquidem ſi id faciat, quia attenta qualitate puniendi, vt quia eſt perſona nobilis, tãta pęna in eo eſt ea minor corporalis, aut pecuniaria loco corporalis, quanta in ignobili eſt pæna maior, tunc infamiã incurrit: quo D niam delictum ad ęqualitatem atque iuxta iuris diſpoſitionẽ eo modo punitur, neque eſt cur infamia cenſenda ſit remiſſa. Si verò pœnã minuat, quia circunſtantiæ minuunt culpã, vt quia nõ ex dolo commiſſum fuit delictum, vel quia delinquens erat minor, vel quia ex aliqua alia circũſtantia extenuatur adeò culpa, vt minori pœna, quã ordinaria, aut quã imponi conſueta, prudentis arbitrio puniri debeat id delictũ, tunc damnatus ita de eo crimine & punitus ea leuiori pęna infamiã non incurrit, vt habetur l. etſi grauior, & l. ſi Poſidonium. (iuxta vnam lecturam) C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. ad tẽpus. ff. de decurionib. & l. 6. ti. 6. par. 7. Obſerua tamen, ſi leuior pęna eſſet impoſita, qua ad tempus relegaretur E & priuaretur adminiſtratione aliqua, tunc intra id tẽpus cenſeretur quoad id infamis: finito vero eo tẽpore, omnino finiretur infamia, iuxta. l. ſi cũ vno. §. ad tẽpus. ff. de re mil. l. ordine. ff. ad munic. & l. etſi. C. ex quib. cau. infa. irrog. Quando itẽ aliquis pœna mitiori aut grauiori deportaretur aut dãnaretur in metallum, tũ quia per eam pœnã ſtatum amitteret, maneret eo ipſo infamis, vt cũ Bald. ait Greg. Lop. l. 6. citata verb. *es quito del infamamiento*. Quãdo pęna minuitur ex circunſtantia ꝙ ſit ſenex, ait Greg. Lop. l. 6. citata verb. *por alguna razon derecha*, illum non manere infamem. Contrarium non dubito eſſe verum: quoniam ſenex ratione ætatis nõ minus ſed plus delinquit: minuuntur vero illi interdum pœ-

næ:

næ: quoniam aliqua pœna corporalis in illo eſt grauior, quàm maior in iuuene, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſput.37.dicta ſunt, vbi & Diſpu.38. & alijs antecedentibus explicauimus, ex quibus cauſis pœna minui debeat.

20 Nũc quæritur, vtrùm deprehẽſus in delicto, pro quo lata ſententia, aut facta tranſactio, pactove non gratuito circa illud, infamia iuxta hactenus dicta incurritur, vt deprehenſus verbi gratia in furto, incurrat infamiam ante latam ſententiam. Et ſimiliter, vtrùm confeſſus id delictum in iudicio, incurrat eo ipſo infamiam ante latã ſententiam. Pars, quæ affirmat, ſtatui videtur apertè l.1.in fine titu.6.par.7. in vtroque dubio propoſito. Ductique videntur conditores eius legis ex eo, quòd is, qui paciſcitur circa tale crimen, infamiam incurrit eo ipſo, idque propterea quòd, vt habetur l.quoniã. ff.de his qui not. infam. cenſetur tali pacto id crimen confiteri: ergo qui idem crimen confitetur formaliter in iudicio, multo magis illam incurret ante latam ſententiam; quo argumento Azo & quidam alijs id affirmarũt ſtando in iure communi. Et idem videtur eſſe, quando reus deprehenſus fuit in delicto, crimenque eſt notorium: quoniam ea notorietas æquipollet confeſſioni eius criminis, neque indiget ſententia, vt pęna pro eo crimine ſtatuta exequutioni mandetur. Contrarium tamen in vtroque euentu eſt dicendũ cum Bart. Panor. & cum communi doctorum ſentẽtia. Quoniam in pęnis non valet hoc argumentum; iura diſponunt, vt qui paciſcitur circa crimen, pro quo lata ſententia incurritur infamia, cenſeatur illud confeſſus, incurratque eam infamiam eo ipſo ante latam ſententia: ergo id extendẽdum eſt ad eum, qui in iudicio eſt confeſſus ſuum crimen, aut ad eũ, qui in eo crimine fuit deprehenſus: in pœnis enim non valet argumentum ex paritate aut maioritate rationis, vt pœna in eo euentu ſtatuta extendenda ad id ſit, ad quod iure non reperitur extenſa: odiaque reſtringenda ſunt, & non amplianda & extendenda.

21 Vt dãnatus de aliquo crimine (ex quo ſecuta ſententia infamia incurritur) eam infamiam incurrat, neceſſe eſt, vt damnetur propter factum ſuum, & non propter factum alienum, cui ſuccedat, aut cuius perſonæ ipſe ſubeat ac defendat: itéque requiritur, vt ipſe litem ſuam defendens damnetur, neque ſatis eſt, ſi per ſuum procuratorem ac defenſorem ipſe damnetur. Et qui in his euentibus excuſari dicitur ab infamia, damnari dicitur nomine alieno, l.furti. §.ſi quis alieno. ff.de his qui not.infam. Vnde ſi lite conteſtata cum defuncto actione furti, hæres perſonam defuncti repræſentans, de furto defuncti damnetur, neque hæres neque defunctus infamiam incurrunt. Si item, in quibus euentibus locum habet procuratorem defendere reum circa actionem, ex qua ſi alioquin damnatio ſequatur, incurritur infamia, ſi procurator damnetur, neque ipſe neque defenſus ab eo infamiam incurrunt. Si item curatore aut tutore defendente minorem circa talem actionem, damnatio ſequatur, nec minor, nec curator, aut tutor, infamiam incurrunt. Hæc omnia habentur §.ſi quis alieno citato. Hinc ſi ob delictum mancipij intentata ſit noxialis actio cum domino illius, vt ob furtum mancipij, & lite cum domino conteſtata, moriatur dominus relicto mancipio hærede ac libero, ſequaturque condemnatio poſt mortem domini, non incurrit id mancipium infamiam ex ea condemnatione: quia non nomine proprio, ſed nomine domini, cum quo lis fuit conteſtata, & cuius perſonam ipſe tanquam hæres illius repræſentat, damnatur: cum tamen damnetur ob factum ſuum, atque ſi lis cum ipſo eſſet cæpta, aut incipiatur, (vt gloſſa lege citanda ait) & damnetur ipſe ſuo nomi-

A ne proprio infamiam incurrat. Ita habetur l.ſeruus. ff.de his qui not.infam.

Decimotertiò, qui actione pro ſocio damnatur, 22 vt aliquid ſocio ſoluat ratione doli preſsè ſumpti, vt à lata culpa diſtinguitur, infamiam incurrit. Ita habetur l.1.in prin. verſ.qui pro ſocio, iuncta gloſſa ibi. ff.de his qui not.infa. & l.5.tit.6.par.7. Cum autem mortuo vno ſociorum ſocietas diſſoluatur, ac proinde contractus ille ad hæredes non tranſeat, etiam ſi pactum fuerit appoſitum vt ad hæredes trãſiret, niſi quando ſocietas eſſe circa vectigalia, aut circa alias res publicas conductas appoſitũque fuiſſet pactum vt ad hæredes tranſiret, hæredeſque idoneus eſſet, vt tractatu 2.in calce Diſput.412. & Diſputat.414. hæc omnia oſtenſa fuerunt; inde eſt con- B ſequens, vt eſtò hæres alicuius ſociorum damnetur ex ſocietate cum defuncto contracta ob dolum defuncti circa illam commiſſum, aut ob ſuum commiſſum poſt diſſolutam ſocietatem in abſoluendis, quę cæpta erãt tẽpore ſocij defuncti, quæ ad hæres tenetur, vt locis citatis comprobatum eſt, vel in ratione reddenda, & diuidendis bonis ſocietatis, tunc talis hæres infamiã non incurrat: quoniam vel non damnatur nomine proprio, ſed defuncti, hoc eſt, ob factum cum dolo in ſocietate per defunctum, & non per ipſum hæredem; vel ſi damnetur ob factum cũ dolo ab ipſo hærede, non damnatur vt ſocius; eo quòd ipſe ſocius tunc non eſſet, ſed vt geſtor loco defuncti, vicemque illius ſubiens, eorum, quæ ad extrinſecum ſocietatis complementum neceſſaria ſunt: in C quo euentu damnatus infamiam non incurrit. Atq; hoc eſt, quod habetur ac aſſeritur l.furti.8. illud planè. verſ. non planè. ff.de his qui not.infam. In euentu autem illo, in quo ſocietas tranſit ad hæredem, ſi poſtquam ad ipſum tranſiuit, aliquid circa ſocietatem ipſe commiſit, actioneque pro ſocio de eo damnetur, tunc quia vt ſocius id delictum circa ſocietatem commiſit, infamiam incurret: neque de hoc raro euẽtu eſt ſermo verſiculo citato. Idẽ dic, ſi tacito aut expreſſo conſenſu continuetur ſocietas in hæredem & alios ſocios, iuxta ea quæ Diſp.414. citata dicta ſunt, & poſt ita continuatam ſeu de nouo tacito aut expreſſo conſenſu initam ſocietatem aliquid doloſè efficiat, actioneque pro ſocio cõdemnetur: quoniam iam vt ſocius verus, & non vt hæres prioris D ſocij defuncti, condemnaretur.

Decimoquartò, qui tutelę actione dolo interue- 23 niente damnatur, vt aliquid minori, aut ſucceſſoribus illius, ſoluat, infamiam incurrit. Ita habetur l.1. verſ.citato. ff.de his qui not.infam. iuncta eadem gloſſa ibi. §.ſuſpectus autem remotus. inſt.de ſuſp. tutorib. cuius verba ſunt: *Suſpectus autem remotus, ſi quidem ob dolum famoſus eſt,* (id eſt infamiam incurrit) *ſi ob culpam, non æque.* & l.5.titu.6.par.7. Et quia hæres tutoris tutor non eſt, ſed ſolùm tenetur ad debita tutoris defuncti, & ad rationẽ tutelæ defuncto iniunctæ reddendam, vtique ſiue ob dolum defuncti damnetur, ſiue ob ſuum proprium circa rationem tutelę defuncti reddendam, reſtituendiſque bo- E nis minoris, infamiam nõ incurrit, ſicut etiam de hærede ſocij paulo antea dictum eſt. Atque hoc etiam eſt, quod de hærede tutoris habetur ac docetur l. furti.§.illud plane. verſ. nõ tamen. ff.de his qui not. infam.

Quando aliquis aliquid alicui mandauit, tunc ratione mandati à mandatario ſuſcepti competit mãdanti actio mandati directa aduerſus mãdatarium: & mandatario competit aduerſus mandãtem actio mandati contraria, quam iura vocant, vt tractatu 2. Diſp.549.§.quamuis, dictum eſt, vbi explanatum eſt, ad quæ actiones illæ ſe extendant. Illud item obſerua, quando aliquis fidei iubet pro alio, tunc contractus, quo is alicui ſe obligat pro alio, eſt fideiuſſio com-

comparatione eius, cui ita pro alio ſe obligat, ſi ad petitionem eius, pro quo ſe obligat, id efficiat, vel eo id ſciente & tacente, habet rationẽ mandatarij, vt pro ipſo ita fidei iubeat, & is, pro quo ita fidei iubet, cõparatione huius habet rationem mandantis: vnde is, pro quo hic fidei iubet, tenetur huic actione mandati contraria, vt tract. 2. Diſp. 539. §. illud eſt, explanatum relinquimus.

24 His ita conſtitutis, decimoquintò, qui mandati actione directa damnatur, vt aliquid mandanti ſoluat, dolo ex parte mãdatarij interueniente in eo, ratione cuius ſoluere mandanti id damnatur, infamiã incurrit. Ita habetur l. 1. in prin. verſ. qui pro ſocio, iuncta glo. ibi, & l. furti. §. mandati. ff. de his qui no. infam. ac. l. 5. ti. 6. par. 7. Et quamuis ex actione mandati contraria ſeu indirecta, itemque tutelę, contraria ſeu indirecta, qua minor, aut ſucceſſores illius, ad aliqua tutori ex tutela tenentur, neque etiam ex actione contraria ſeu indirecta depoſiti (de qua depoſiti actione mox erit ſermo) qua deponens ad aliqua tenetur depoſitario, etiam ſequuta condemnatione ex eiuſmodi cõtrariis ſeu indirectis actionib. doloque interueniente, non incurratur infamia, vt habetur l. 1. citata verſic. citato, l. furti etiam citata. §. contrario iudicio. (in actione autem pro ſocio, cũ æquales eiuſdemque rationis, & appellationis ſint ſocii, non ita diſtinguuntur actio directa, & contraria ſeu indirecta) quamuis, inquã, hæc ita ſint, excipitur tamen in actione mandati indirecta ſequens euẽtus. Si enim aliquis fideiuſſit pro alio, ac ſoluit loco eius, pro quo fideiuſſit, conueniatque illum poſtea actione mandati indirecta, & ille condemnetur, interueniente dolo ex parte mandantis, qui ita cõdemnatur, infamiam incurrit ita damnatus actione illa indirecta. Ita habetur l. furti. §. mãdati. ff. de his qui not. infam. vbi hic ſolus euentus excipitur ab actionibus omnibus contrariis ſeu indirectis.

Et quoniam, vt tract. 2. in calce Diſp. 552. oſtẽdimus, contractus mãdati, re integra, nõ expirat morte mandatarii, ſed tranſit ad hæredem, qui tãquam verus mandatarius poteſt mandare exequutioni ac proſequi idem mandatum; inde eſt conſequens, ꝙ ſi hæres damnetur actione mandati directa ratione eius, quod dolo ipſe fecit in exequutione mandati, aut ratione eius, quod dolo omiſit in exequutione eius mandati, damnetur nomine proprio quo ad id ac proinde infamiam incurrat, ſecus autem ſi damnatus ex eo, quod mãdatarius defunctus dolo fecit aut omiſit. Atque hoc eſt, quod habetur l. furti. §. illud planè. ff. de his qui not. infam.

25 Decimoſextò, qui damnatur actione directa depoſiti, quæ ex depoſito competit aduerſus depoſitarium, ſi dolus interuenit, depoſitarius ita damnatus infamiam incurrit. Secus ſi deponens actione depoſiti contraria ſeu indirecta damnetur. Ita habetur l. 1. in princ. verſ. qui pro ſocio, iuncta gloſ. ibi, & l. furti. §. contrario iudicio. ff. de his qui not. infa. & l. 5. tit. 6. par. 7. Et quoniam contractus depoſiti tranſit etiam ad hæredem depoſitarii, vtique ſi hęres dãnetur actione depoſiti ob id, quod dolo ipſe facit aut omiſit, poſtquam depoſitarius eſſe cæpit, damnatur nomine proprio, ac proinde infamiam incurrit: ſecus autem ſi damnetur ob id, quod dolo fecit aut omiſit depoſitarius defunctus, cui ipſe in depoſito ſucceſſit. Et hoc eſt, quod habetur l. furti. §. illud planè. ff. de his qui not. infam.

Circa quatuor actiones directas, pro ſocio ſcilicet, tutelæ, mandati, ac depoſiti, de quibus dictũ eſt, damnatum ex illis, ſi ſolus interuenit, infamiam incurrere, obſerua, cum actiones ex contractu ſint, & non ex delicto, eſto, qui illis conuenitur, aut conueniri timet, pactum non gratuitum, ne conueniatur, aut ut ab actione ceſſetur, celebret, non incurrere

A infamiam: ſicut de iure communi eam incurrit, qui ſimile pactum celebrat circa eam actionem ex delicto, ex qua ſi damnetur aliquis, infamiam incurrit: atque ea ratione l. 1. in princ. ff. de his qui not. infa. commemoratis actionibus ex delicto, ex quibus ſi aliquis damnetur, infamiam incurrit, addidit, idem eſſe, ſi pactum nõ gratuitum ne accuſetur, aut vt deſiſtatur ab accuſatione, circa illas celebrat: commemoratis uerò quatuor aliis actionibus ex cõtractu, nihil tale adiecit. Quòd autem cauſa eius diſcriminis ſit, vnas actiones eſſe ex delicto, & alias ex contractu, ſubiungit, l. in actionibus. ff. eod. titu. dicens: *In actionibus, quæ ex contractu proficiſcuntur, licèt famoſæ ſint, & damnati notentur,* (infamia ſcilicet) *attamen pactus non notatur. Meritò, quoniam ex his cau*B *ſis non tam turpis eſt pactio, quam ex ſuperioribus,* quę ſcilicet ſunt ex delicto.

Lex quid ergo. §. vlt. ff. de his qui not. infam. ſic habet: *Crimen ſtellionatus infamiam irrogat damnato, quamuis publicum non eſt iudicium.* Cui legi contraria videtur lex 2. ff. de crim. ſtellionat. quæ ſic habet: *Stellionatus iudicium famoſum quidem nõ eſt: ſed coercitionem extraordinariam habet.* De eo crimine quid ſit, & quibus pœnis puniatur, tract. 2. in calce Diſp. 532. dictum eſt. Vt verò ad concordiam duo iura citata reducantur, & intelligatur quid ea de re veritas habeat, obſerua. Quando interuenit ſtellionatus crimẽ, vel poſſe agi criminaliter ad puniendũ crimen ipſum ſtellionatus, vel ciuiliter circa id, in quo ſtellionatus crimen interuenit. Si agatur crimiC naliter ad delictum ipſum ſtellionatus puniendum, tunc damnatus de eo crimine ac punitus infamiam ea de cauſa non incurrit: quoniam id crimen publicum nõ eſt, neque de numero priuatorum, ob quę, ſi quis de illis, infamia incurritur, vt conſtat l. 1. ita. ff. de pub. iud. & ex hactenus dictis liquet. Atque de crimine ſtellionatus, quando criminaliter accuſatur, loquitur l. 2. ff. de crim. ſtellionat. quæ negat dãnatum de eo crimine infamiam incurrere. Quando autem interuenit crimen ſtellionatus, & agitur ciuiliter circa id, in quo id crimen interuenit, tũc ſi agatur actione, de qua damnatus aliquis infamiam incurrit, iuxta ea quæ proximè dicta ſunt, infamia incurritur interueniente ſtellionatus dolo: atque in hoc euentu loquitur lex quid ergo. §. vlt. relato. Si D verò agatur actione, de qua damnatus aliquis, etiã ſi dolo interuenerit, infamiam non incurrit, tunc vtique eſtò crimen ſtellionatus interuenerit, qui ita fuerit damnatus, infamiam non incurrit. Exemplũ eſt, quando aliquis, cum primo non haberet rem aliquam vni creditori obligatam, illam ſciens & prudens alteri etiam obligauit, quæ tamen res non ſufficiebat vtrique debito inde ſoluendo: tunc enim ſi ſecundus creditor agat ciuiliter aduerſus eum debitorem, qui id crimen ſtellionatus commiſit, contraria pignoratitia actione, vt vel ſtatim ſibi aut priori creditori ſoluat debitum, ita vt ipſi ſit ſatisfactum, aut obligata ſibi ſoli maneat ea res, ſoluto debito priori creditori, vel vt ſibi rem aliam pro ſuo debiE to obliget, iſque debitor ea contraria pignoratitia actione damnetur, vt vnum illorum trium poſteriori creditori præſtet, iuxta l. tutor. §. contrarium. ff. de pignorat. act. & ea quæ Diſputat. 532. citata dicta ſunt, ſanè debitor ille ita damnatus infamiam non incurret: quoniam ea actio non eſt de numero earum ciuilium actionum, ob quas ſi aliquis earum aliqua damnetur, infamiam incurrat, etiam ſi dolus in ea re interuenerit, ob quam ea ciuilis actio competit.

De infamia, quam incurrunt, non ſolùm committentes, crimen læſæ maieſtatis diuinę aut humanæ, inſequentes hoſtiliter Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, aut manus violentas in eos inijcientes,

tes,fautores, & cooperatores ad ea crimina prædi- A ctis omnibus, ſed etiam eorum filij aut etiam nepotes, dictum eſt tractatu 2. Diſputat.658. & tractatu 3. Diſput.65.

DISPVT. 10.

De abolitione infamiæ reſtitutioneq; infamis in priſtinum ſtatum.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt in poteſtate principis,vel alterius,infamiam facti quo ad exiſtimationem,quam alii de te concipiunt,abolere non ſolùm efficiendo, vt concepta non fuerit, ſed etiam illam ab aliorum cordibus amouendo.* B

2 *Remittere infamiã iuris aut facti, quoad ea ad quæ impedit, Princeps qui non habet ſuperiorem poteſt & reſpublica,quæ nõ agnoſcit ſuperiorem: & item Princeps qui alteri feudatarius eſt.*

3 *Summus Pontifex ſummus in temporalibus,comparatione eorum qui ſibi in temporalibus ſunt ſubditi, remittit infamiam.*

4 *Clericum, qui infamiam incurrit, famæ reſtituere ad Pontificem ſummum ſpectat,non ad Principem ſecularem.*

5 *Cardinales infamiam remittere non poſſunt.*

6 *Epiſcopus directè non remittit infamiam: indirectè verò in euentu in quo diſpenſare poteſt, ut nihil impediente delicto,ob quod in cauſa eſt infamia.* C

7 *Quando aliquis delictum commiſit, ob quod infamiam iuris incurrit, tunc Princeps remittens crimen aut pœnam criminis, ſolùm cenſeretur illud remittere quo ad pœnam, non uerò abolere infamiam.*

8 *Quando Princeps crimen remittit ante latam ſententiam contra eum qui deliquit, tunc cenſetur ei omnis pœna condonata, & in priſtinum ſtatum reſtitutus.*

1 INfamiam facti quo ad exiſtimationem, quam alij de aliquo concipiunt, ſiue iuſtam cauſam id ita concipiendi atque exiſtimandi de illo habeant, ſiue non, non in poteſtate principis aut alicuius alterius illam abolere, non ſolùm efficiẽdo vt accepta non fuerit, cum ad præteritum potentia non ſit, ſed etiam illam amouendo ab aliorum cordibus ac mentibus. Atque in hoc ſenſu (referente id Gratiano.2.q.3. poſt. c. Euphemium. §.hinc colligitur) dixit Gelaſius: *Quãquam animas per pœnitentiam ſaluare poſſimus, infamiam tamen abolere non poſſimus*. In eodemque ſenſu l.6.tit.6.par.7. ſimile quid dixit, illudque idem tradit Panorm. c.cum te. nu.9.de ſent.& re iud. Poteſt tamen poteſtas publica per ſententiam declarare, contrariam habere rei veritatem, vt homines contrariam de illo habeant exiſtimationem,aliaq; media ad id poterũt adhiberi,quæ interdũ effectum ſortientur,& interdum illum non ſortientur. Itẽ infamia facti, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè fuerit cõcepta, ad effectũ, vt in futurum ad dignitates obtinendas & ad alia non noceat, mutatione morum,ad meliorẽ frugem ſe recipiendo,iuſteq; ac piè uiuendo,tam quo ad id de quo erat infamia, quam quo ad alia,aboleri ac tolli poteſt,ita vt, qui antea infamis erat & habebatur, infamis deinceps non cenſeatur. Neque de abolitione huius infamiæ eſt nobis præcipuè hoc loco ſermo. Tametſi effectum etiam huius infamiæ, quatenus illa impedit ad dignitates obtinendas,& ad ſimilia alia, abolere ac tollere princeps poſſit, ſicut & infamiam iuris, vt ſubijciemus.

Remittere infamiam iuris,aut etiam facti,quo ad ea,ad quæ impedit,non ſolùm ad principem,qui ſuperiorem non recognoſcit,ſpectat, atque adeò ſpectat ſimiliter ad rempublicam, quæ non recognoſcit ſuperiorem,l.1.§.eum qui.verſ. de qua autem. ff.de poſt. l.ſi qua mulier. C.ad Tertull.l.imperialem. C.de nupt.l.6.titu.6.part.7. & tradit Panor.c. cum te,de ſent. & re iud.à nu.10. iuxta textum ibi, & doctores communiter. Et quamuis quondam id etiam ſpectaret non ſolùm ad imperatorem, ſed etiam ad ſenatum Romanum,qui leges etiam condere poterat,vt conſtat verſ.de qua autem citato:ſenatus tamen principum vt hodie habent poteſtatem condendi leges, ſic neque hæc alia poteſtas ſolet eis à principibus concedi. Inferiores autem, ſiue ſummi Pontificis ad ſpiritualia, vt legati à latere ac nuncij,ſiue principum ſecularium, non habent poteſtatem remittendi infamiam,niſi eis à principibus ſummis fuerit conceſſum, & quantum præciſè fuerit illis conceſſum. 2

Princeps, qui feudatarius alteri eſt,vt Rex Neapolitanus ſummo Pontifici, & alij ſimiles,ſi regnũ aut alium principatum acceperunt ad illud omnino adminiſtrandum ſiue dependenter ab illo, cui ſunt feudatarij, aut cum ea poteſtate, remittere infamiã poſſunt,vt ex ſe eſt notiſſimum. Vtrùm autem principes alij,qui ſuperiorem recognoſcunt, præſcribere poſſint poteſtatem remittendi infamiam, Dicendum eſt, eã poſſe præſcribere tempore de cuius initio non extet memoria: ſicut & poteſtatem imponẽdi tributa eodem tempore poteſt præſcribere,vt tractatu 2. Diſp.666.dictum eſt.

Summus Pontifex cum eorum comparatione, 3 qui ſibi in temporalibus ſunt ſubditi, ſupremus ſit tẽporalis princeps, vt ſunt alii Reges, ſuperiorẽ in tẽporalibus non recognoſcẽtes in ſibi ſubditos,dubium non eſt,poſſe illis remittere infamiã, non ſolùm quatenus illa impedimento illis eſt ad ſpiritualia ac eccleſiaſtica,ſed etiam quatenus eſt illis impedimentũ ad temporalia. Quo ad reliquos verò, qui ſibi non ſunt ſubditi in temporalibus, dicendũ eſt, nõ poſſe ab illis tollere infamiã ad ea, quæ ad ſuam iuriſdictionem ſpiritualem nõ ſpectant ſed ad principes ſeculares,quorum ſunt in temporalibus ſubditi, id attinere. Excipitur, niſi id neceſſarium multũ D eſſet ad finem ſpiritualem, neque præſtò eſſet id efficere princeps illius in temporalibus:nam tunc poſſet,iuxta ea quæ tractatu 2.Diſp.29.171.& 172.dicta ſunt de legitimatione ad temporalia: eſt enim vtrobique eadem ratio, eaque de cauſa hac de re nõ plus dico, conſentit quoad hæc omnia communis doctorum ſentẽtia, quam refert ac ſequitur Panor. c.cum te citato,nu.10.

Clericum quemcũque,qui infamiã incurrit,cum 4 de iuriſdictione ſit ſummi Pontificis,& non principis ſecularis,in quacũque republica ſeculari ille degat,reſtituere famæ ſpectat ad ſum.Pont. non verò ad principem ſecularem: reſtitutuſq; à ſum.Pontifice, deſinet ſimpliciter & abſolutè eſſe infamis. Si ſum.Pontif.ab aliquo laico,ad alterius principis ſe- E cularis iuriſdictionẽ attinente,infamiã tollat,vt ad ſacros ordines aſcendat,quod licitè poteſt ex rationabili cauſa efficere,tunc ille ſacris ordinibus initiatus per accidens,amittet infamiã ſimpliciter & quo ad omnia:quoniam eo ipſo,quòd ſacris ordinib.eſt initiatus, ad iuriſdictionẽ ſolam eccleſiaſticam ſpectat: & qui iam ad eum altiorem ac digniorem ſtatum aſcẽdit, & à quo quoad id ſublata eſt infamia, integræ famæ ſimpliciter cenſetur. Ita Pan. vbi ſupra nu.11.& Sylu.verb.infamia,nu.17.

De collegio Cardinalium num remittere poſſit 5 infamiam, quando illam remittere poſſet ſummus Pontifex, neganter eſt reſpondendum, quando

Sedes

Sedes Apoſtolica non vacat. Neque enim collegiũ illud iuriſdictionem habet, vt illam habebat ſenatus Romanus tempore Imperatorum, in quo perſe uerabant aliqua ex ijs, quæ vt reipublicæ libere quo ad capita illi ſenatui conueniebant, antequam idem ſenatus ac reſpublica ſubiicerentur imperatoribus, de quorum numero erant poteſtas condendi leges, ac remittendi infamiam. Tempore etiam ſedis va cantis remittere ſimiliter non poteſt infamiam col legium Cardinalium, niſi bonum eccleſiæ in aliquo euentu efflagitaret, vt ante electionem ſummi Pon tificis alicui infamia remitteretur: quod rarò aut nunquam eueniet. Ita Panor. vbi ſup. nu. 12. & 13. & alii, quos citant.

6 De Epiſcopo eſt dicendũ, directè remittere non poſſe infamiam: indirectè verò in euentu, in quo di ſpenſare poteſt, vt nihil impediẽte delicto, ob quod incurſa eſt infamia, vt, verbi gratia, non impediente adulterio, de quo aliquis clericus fuit damnatus, eaque de cauſa depoſitus, infamiamq; incurrit, miniſtret ſanè eo ipſo quo ita cum illo diſpẽſat, remittit illi indirectè infamiam ex tali adulterio contractam. Ita Panor. vbi ſup. nu. 15. Sylu. verb. infam. nu. 16. & doct. communiter.

7 Obſerua, quando aliquis delictum commiſit, ob quod infamiam iuris incurrit, tunc ex eo, quòd prin ceps diceret, remitto id crimen aut pœnam talis cri minis, ſolùm cenſeretur illud remittere quo ad pœ nam, non verò cenſeretur abolere infamiam ob illud incurſam, neque item condonare bona ob illud ad fiſcum delata ac confiſcata, vt tractatu præcedente Diſput. 48. copiosè dictum eſt: quod intellige, niſi aliud adderet, vnde intelligeretur abolere in famiam incurſam, aut niſi ex circunſtantiis concur rentibus perſpicuè intelligeretur abolere etiam infamiam, reſtituereque illum in priſtinum ſtatum quo ad famam. Quòd autem in remiſſione criminis facta à principe, ſi aliud non exprimatur, aut ſi aliunde non intelligatur fuiſſe mentem principis, in famiam quoque remittere, non cenſeatur facta remiſſio infamiæ incurſæ, neque condonatio bonorum ad fiſcum delatorum, habetur l. vlt. C. de gene ralib. abol. l. generalis. C. de ſent. paſſis, concinit, l. ad tempus. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. Lege alia iu ra, quæ Diſput. 48. citata addidimus, & alia, quæ ibi dicta ſunt. Neque refragatur l. cum indulgentia. C. de ſent. paſs. Quoniam ibi non eſt ſermo de infamia, ſed de pœna confiſcationis, quæ ſpecialiter fue rat remiſſa, concedendo damnato illi proprios lares. Fortaſſe ratio, cur in remiſſione pœnæ non in telligatur abolitio infamiæ, eſt: quoniam nota infamiæ non videtur propriè pœna, quoniã pro aliquibus criminibus ea nota incurritur ipſo facto ſine ſen tentia, neque dependenter à ſententia: in alijs verò incurritur ex ſententia condemnationis de crimine, nulla facta mentione de infamia: quia eſt nota, quæ ex iuris diſpoſitione conſequitur ſententiam. Quando autem in remiſſione diceretur, remitto tibi infamiam, aut reſtituo te in tuam famam, vel in priſtinum ſtatum, tunc abolita cenſeretur infamia. Quando autem princeps diceret, reſtituo te in integrum, tunc etiam infamia cenſetur abolita, & condonantur ei bona ſua, ſi quæ erant confiſcata, vt ha betur l. 1. C. de ſent. paſ. iuncta glo. ibi. l. 1. §. eũ qui. ff. de poſtul. & aliis iuribus, quæ gloſſa illa citat. Excipitur niſi bona ad fiſcum delata ſint iam alienata, neque in aliquo fiſcus ex illis maneat locupletior. Fructus etiam ſtantes in ſe aut in aliquo alio, apud fiſcum, ſunt quoque reſtituendi, iuxta ea quæ tracta tu 2. Diſp. 575. dicta ſunt. Lege quę longè copioſius hac de re Diſp. 48. citata dicta ſunt.

8 Lege 2. titu. 32. par. 7. habetur: Quando princeps crimen remittit ante latam ſententiam contra eum,

A qui deliquit, tunc omnem pœnam cenſeri ei condonatam, reſtitutuſque cenſetur in priſtinum ſtatum, in quo erat ante crimen, ac proinde remiſſa eſt illi infamia, ita vt non alia maneat, quam ea, quæ in hominum exiſtimatione remanet, quam in poteſtate principis non eſt à mentibus illorum auferre, ac recuperare omnia ſua bona, etiã ſi annotata ac ſecreſtata eſſent à fiſco, vt dependenter à ſententia ferẽda ad fiſcum attinerent. Et quidem, quod attinet ad eam iuris infamiam, quæ non incurritur niſi lata ſententia, nullum poteſt eſſe dubium: quoniam cũ crimen ante latam ſentẽtiam remittatur, neque pro grediendum iam ſit ad ſententiam ferendam de crimine remiſſo, incurſurus is delinquens iam non eſt infamiam ob illud crimen. Quòd verò attinet ad

B eam infamiam iuris, quæ talis erat, vt propter crimẽ commiſſum incurſa iam eſſet independenter à ſententia ferenda, idem quoque dicendum videtur iux ta diſpoſitionem eius legis, illam ſcilicet cenſeri remiſſam & abolitam remiſſo à principe eo crimine ante latam ſententiam de illo: quoniam per eam re miſſionem, qui ita deliquit reſtituitur ad ſtatum ex parte principis, in quo ille erat ante delictum commiſſum. Additur in eadem lege 2. Quando princeps poſt latam ſententiam de aliquo crimine dicit, ſe illud remittere, aut pœnam illius, non id intellige re niſi de pœna corporali, ac proinde nec cenſeri re miſſam infamiam, neque illi reſtituenda aut relinquenda eſſe bona fiſco adiudicata, niſi princeps exprimeret, vt redderentur ei delinquenti omnia ſua

C bona, aut niſi diceret, ſe reſtituere illum in priſtinũ ſtatum: nam tunc infamia cenſeretur ab eo abolita, reddendaque illi eſſent omnia ſua bona, quæ apud fiſcum manerent in ſe aut in aliquo alio, in quo fiſcus factus eſſet locupletior: aut niſi aliud circa con ſumpta & alienata princeps diſponeret, vt ſcilicet ei quoque redderentur. Tunc tamen videndũ eſſet, an ea etiam concedi illi, maximè alienata, expediret aut liceret: & num recompenſa iis eſſet facienda, ad quos ea bona legitimo deueniſſent titulo. Atque iuxta hæc lex illa 2. intelligere ac interpretari videtur diſpoſitiones iuris communis præcedente pa ragrapho relatas. Et iuxta hactenus dicta intelligenda ac exponenda eſt lex 6. ti. 6. par. 7. quo ad ea quæ hac de re diſponit.

D Lege quæ tractatu 2. Diſput. 624. dicta ſunt, quo uſque reſtitutus in priſtinum ſtatum principis gratia, in maioratum, cuius factus fuerat incapax, ſuccedat: & quæ tractatu præcedente Diſp. 48. copioſius dicta ſunt, atque hæc illis adiunge. Quando enim hæc ſcripſi, recordabar quidem me illa ſcripſiſſe, memoria tamen excidit me ea Diſp. 48. citata diſputaſſe, omnia tamen conſonant.

DISPVT. 11.

Infamia à quibus excludat inhabilemque infamem reddat.

E

SVMMARIVM.

1 *Infamis infamia iuris, & infamia facti excluditur ab omni dignitate obtinenda.*

2 *Licèt ſpurij ad dignitates promoueantur, quando non eſt competitor idoneus, qui cum ijs de ea dignitate contendat, tamen infames infamia facti ad illas nõ ſunt admittendi: qui olim fuerint decuriones in vrbibus, & qui* regidores *modò in Hiſpania.*

3 *Si infamia ſit iuris aut facti notoria, inualida eſt electio ad dignitatem: & infamis qui ita ſe curat eligi peccat, & puniendus eſt: Quando verò quis iam in dignitate conſtitutus eſſet, & tum infamiam in-*

incurreret, tunc ſi infamia ſit iuris, amittet dignitatem: ſi verò infamia ſit facti, non ideo amittit dignitatem.

4 *Quando dignitas eſt annexa alteri rei, cuius infamis incapax non eſſet propter infamiam, tunc neque per infamiam iuris amitteretur illa dignitas.*

5 *Officia ſi publica ſint & aliquid authoritatis habeāt, non poteſt infamis adire, nec etiam beneficia eccleſiaſtica; ſi verò ea ad authoritatem adminiſtrantis nō ſpectant, infamis ab ijs non excluditur.*

1 INfamis, non ſolùm infamia iuris, ſed etiam infamia facti, (modò tamen hæc notabilis ac momenti ſit, quo ad id de quo agitur, vt tractatu 2. Diſput. 620. in reſponſione ad 2. dictum eſt) excluditur ab omni dignitate obtinenda, l. 2. C. de dignitatib. lib. 12. l. vnica. C. de infamib. lib. 10. l. 7. ti. 6. par. 7. reg. infamibus de reg. iur. lib. 6. cuius verba ſunt: *Infamibus portæ non pateant dignitatum.* Quid autem ſit dignitas, tractatu 2. Diſput. 620. citata copioſè fuit à nobis explanatum. Quo in loco communi doctorum ſententia fusè oſtendimus, quando dignitas annexa eſt rei alicui, cuius infamis incapax non eſt, vt titulus marchionatus, ducatus, aut comitatus, vel iuriſdictio, bonis maioratus, quorum infamis non eſt incapax, ſæpe adiuncta ſunt, tunc infamiam non excludere ab ea dignitate annexa: cùm tamen excluderet, ſi per ſe, & non tanquam rei alteri annexæ, in illa eſſet ſuccedendum. Legas quæ ibi dicta ſunt.

2 Ex eo autem, quòd ſpurij admittantur ad decurionatus dignitatem, quando non eſt competitor ad illam idoneus, qui cum ipſis de ea dignitate contendat, vt habetur l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decurionib. non ſequitur, infames infamia facti admittendos eſſe ad dignitates, quādo alij circa illas cum ipſis non contendunt. Quoniam licèt aliqui computent illegitimos inter infames infamia facti, vt Diſp. 7. dictum eſt, longè tamen verius eſt, illegitimos non eſſe infames infamia facti, ſed ſolùm eſſe incapaces ex diſpoſitione iuris ad aliqua, non quidem ob ſuum crimen, ſed quòd geniti non ſint ex legitimo matrimonio, culpa in ipſorum generatione interueniente ex parte parentum ipſorum: neque ego in iure video aliam infamiam facti, quam eam, quæ poſita eſt in mala exiſtimatione de moribus alicuius, ſiue illa ortum habuerit ex moribus prauis alicuius à multis cognitis, conſpicientibus eos prauos mores aut indicia illorum, ſiue ex dicto iudicis, aut patris in teſtamento, ſiue aliunde, & ſiue vera ſit ea exiſtimatio ſiue non. Quòd ſi incapacitas illa illegitimorum ad aliqua ex diſpoſitione iuris infamia eſſet appellanda, potius dicenda eſſet infamia iuris ad illa, quam infamia facti. Quoad reliqua verò, ad quæ iuris diſpoſitione expreſſum non eſt, eos eſſe incapaces, ſanè incapaces non ſunt, ſed idonei reputantur, vt ad teſtimonium ferendū, ad munus tabellionatus ad dignitatē decurionatus, vt de dignitate decurionatus habetur l. generaliter. §. ſpurios, & l. ſpurij. ff. de decurionib. idemque eſt de reliquis, ad quæ incapaces redditi non reperiuntur iuris diſpoſitione, vt rectè hæc omnia affirmat Cou. de pract. qq. capit. 19. nume. 6. Neque hanc ſententiam impedit, quòd meritò §. ſpurius citato ſit diſpoſitum, ſi competitor idoneus adſit, qui ſimul cum ſpurio dignitatem decurionatus obtinere contendat, præponendum eſſe legitimum ſpurio, vt ex parte hæc omnia Diſput. 7. dicta fuerunt: quoniam id ſancitum idcirco fuit, quòd cæteris paribus, vt dignior anteferri legitimus ſpurio debeat, vtpote ſpurio dignior ac honorabilior. Porrò decuriones, de quibus in eo titulo & C. de decurionib. 10. eſt ſermo, erant, qui in ſingulis oppidis eligebantur, vt à conſilio regimini eſſent oppido tanquam capita illius oppidum cum rectore ac iudice repræſentantia: quibus in hoc regno reſpondent illi, quos *regidores* vocant, & in Luſitania illi, quos vocant *vereadores*, qui annui eliguntur, annui etiam eligebantur in hoc regno, & eligun tur aliquibus in locis illi, quos *regidores* vocāt: in præcipuis tamen locis pretio dignitates illæ comparantur à Rege illas ementibus, & ſucceſſoribus ipſorū, illiſve in quos transferre eas volunt, modò tamen nominent ſucceſſorem viginti diebus ante ipſorum mortem. In alia autem longè diuerſa ſignificatione illi decuriones in exercitu dicebantur, qui ducē militibus præficiebantur à denario illo numero decuriones nuncupari: illis verò hodie apud noſtros reſpondent, quos *cabos de eſquadra* in exercitu appellant.

Notant verò Panor. c. ſuper eo, de electione, & c. inter dilectos, de exceſſib. prælat. Couar. de pract. qq. c. 19. nu. 5. præſertim concluſ. 5. Greg. Lopez. l. 7. titu. 6. par. 7. gloſſa 1. & 2. & alij, quos citant. Si infamia ſit iuris aut facti notoria, inualidam eſſe electionem ad dignitatem, beneficium, aut officium, de quibus mox erit ſermo, iuxta regulam infamibus de reg. iur. lib. 6. l. 2. C. de dignit. lib. 12. l. vnica. C. de infamib. lib. 10. & c. cum in cunctis, de elect. peccareque infamem, qui ita curat ſe eligi, aut id permittit, eaque de cauſa puniri, vt patet l. qui vno. §. 1. 2. & 3. ff. de re mil. & l. 2. C. ſi ſeruus vel libert. ad decur. aſp. lib. 10. Quando tamen, qui eligeretur eſſet indignus, neque illius indignitas eſſet manifeſta, tunc non teneretur ille eam manifeſtare, vt cum Bart. & Ioan. de Platea ait Greg. Lopez gloſſa 1. citata in fine. Quando verò aliquis eſſet iam in dignitate, beneficio, aut officio, de quibus erit ſermo, infamiamque incurrit; tūc ſi infamia ſit iuris, amittit dignitatem, beneficium, aut officium, iuxta l. infamiam. C. de decur. lib. 10. l. 7. titu. 6. part. 7. & alia iura citata, eſtque ab illis remouendus eo ipſo, quòd talis infamia probata ſufficienter ſit. Ait verò Greg. Lopez gloſſa 2. citata, non amittere illa ipſo facto, ſed per ſententiā ſatiſque id innuit l. 7. citata, tametſi Greg. Lop. addat, ſi infamia ſit notoria, nō valere, quæ is infamis exercet, ac proinde innuit cum alijs amittere illa ipſo facto. Si verò infamia ſit ſolùm facti, non propterea is amittit dignitatem, beneficium, aut officium, vt colligitur apertè ex c. ſuper his. de accuſ. & affirmant doctores citati. Ait bene Cou. concl. 5. citata, cum pleriſque alijs, quos citat: Si infamis eligatur ad dignitatem aut officium, de quibus erit ſermo, aut poſtquam illud obtinuit, infamiam iuris incurrit, & ſi toleretur, tunc acta per illum valida eſſe, iuxta l. Barbarius. ff. de off. præſid. Quia ſatis ad id eſt, electū ad id fuiſſe, licet titulus fuerit inualidus, aut ex titulo antea ualido obtinuiſſe munus in quo toleratur, poſtquam illud infamia omiſit ob communē errorem, vt valida ſint, quæ in eo munere exercet. Inualida tamen eſſent, ſi abſque titulo, etiam inualido, munus exercuiſſet, vt idem autor cum alijs rectè affirmat. 3

4 Quando dignitas eſſet annexa alteri rei, cuius infamis incapax non eſſet propter infamiam, vt titulus ducatus, marchionatus, comitatus, & iuriſdictio, annexa ſunt bonis maioratus, iuxta ea quæ in principio huius Diſputationis, & tractatu 2. Diſputat. 620. dicta ſunt, tunc neque per infamiam iuris amitteretur ea dignitas: ſicut neque ipſa bona maioratus per eandem infamiam amittuntur, niſi aliud habeat annexum, ratione cuius amittantur: ad quod ſanè attendiſſe non uidetur Gregor. Lopez gloſſa 2. citata.

5 Quod ad officia attinet, quæ dignitates nō ſunt, eſt diſtinguendum, quoniam ſi publica ſunt, & honoris ac autoritatis aliquid habent, vt ſunt officium iudi-

iudicis, aſſeſſoris iudici, poſtulantis ſeu patrocinantis in iudicio pro aliquo, tabellionis autoritate publica, quamuis nõ ſint de numero eorum, quos regios, ſeu *del numero*, vocant, idem de illis eſt dicendum, quod de dignitatibus eſt dictum: ab illis ſcilicet eodem modo reijci infames, quo à dignitatibus. Atque idem propter eandem rationem eſt dicendum de beneficijs eccleſiaſticis, quæ dignitates non ſunt: ſi verò officia ad honorem & autoritatem ea adminiſtrãtis non pertinent, & præſertim ſi ad onus illa adminiſtrantium pertinent, in bonumque commune cedat eorum adminiſtratio, tunc ab eis infames non excluduntur. Item ſi munera publica non ſint, vt ſi quis iudex arbiter à partibus ipſis earum electione conſtituatur, tunc ab eis muneribus infames ſimiliter non excluduntur. Et quoniam hæc in particulari ſuis in locis ſunt a nobis explicanda, explicandumque item eſt ſuis proprijs in locis à quibus alijs infames excludantur, aut minus idonei reputentur, ea de cauſa non plura hac de re hoc loco dico. Interim legas legem 7. citatam, & iura quæ Gregor. Lopez ibi citat. Ea lex ſtatuit, infames non excludi ab officio tutoris teſtamentarij, & à contrario ſenſu à parte docet excludi à munere tutoris legitimi ac datiui. Contrarium verò refert ibi Greg. Lopez ex Bart. & Bald. eſſe ſcilicet eos poſſe etiam legitimos & datiuos tutores, quando illi, quorum conſtituuntur tutores, non ſunt nobiles altiorisque multum notæ cõparatione talium tutorum.

DISPVT. 12.

De iniuria iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ contraria: & quæ ſub ſe contineat.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria eſt duplex, latè ſumpta & preſsè. Iniuria latè ſumpta eſt omne quod cõtra ius fit; preſsè ſumpta eſt, prout præiudicat iuri circa bona honoris & famæ præcisè.*

2 *Quando alicui alapa iniuſtè impingitur uel ſimile quid fit, tunc duplex ei fit iniuria, una contraria iuſtitiæ commutatiuæ circa bona corporis, vel externa: altera circa bona honoris & famæ, & tunc duplex actio intentari poteſt.*

3 *Iniuria ſeu iniuſtitia circa bona honoris & famæ interdum fit ſolo actu interno eius, qui illam re ipſa infert.*

Explicata infamia, contraria obiecta iuſtitię commutatiuæ circa bona honoris & famę, dicendum conſequenter eſt de vitio in genere eidem iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famę contrario, & de partibus, quas id vitium ſub ſe continet.

1 Tractatu præcedente Diſput. 40. cum Vlpiano l. 1. ff. de iniurijs, & alijs iuribus ibi citatis, duplicem iniuriam diſtinximus. Vnam latè ſumptam, prout id iniuria dicitur, quod non iure ſeu contra ius alicuius fit. Et hoc modo quicquid fit in præiudicium cuiuſcunque iuris alicuius, ſiue fit circa bona illius externa, ſiue bona corporis aut perſonæ illi coniunctæ, ſiue circa bona honoris & famæ iniuria dicitur. Atque iniuria hoc modo ſumpta, idem eſt cum iniuſtitia latè ſumpta, prout iuſtitiæ in genere contrariatur: Alio modo ſumitur iniuria preſsè, prout præiudicat iuri, pręcisè circa bona honoris & famę. Atque hoc modo ſumpta, appellatur ab Vlpiano contumelia, ſumpto latè vocabulo, prout contumelia id

A omne dicitur, quod præiudicat honori aut famæ. Quando autem ea contumelia fit contra ius alicuius, atque adeo iniuſtè, eſt iniuria contraria iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ: in eaque iniuria cernitur iniuſtitia commutatiuæ iuſtitiæ circa bona honoris & famæ contraria, de qua ſola in hoc tractatu eſt nobis ſermo, tanquam de propria huius tractatus. Quæ omnia Diſputatio. 40. citata copioſè explanata ſunt, eaque de cauſa ſummatim illa hoc loco refero.

Ibidem diximus, quando cum iniuria ſeu iniuſtitia circa bona externa aut corporis, in perſonamve circa honorem & famam, vt quando alapa iniuſtè impingitur, fuſte ignominioſè quis percutitur, per vim contumelioſè auferuntur ab eo bona externa, 2
B & in alijs ſimilibus euentibus, tunc duplicem iniuriam ſeu iniuſtitiam ſimul interuenire, vnam contrariam iuſtitiæ commutatiuæ circa bona corporis aut circa bona externa: & alteram ſpecie diſtinctã, propriamque huius tractatus, contrariamque iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ: duplicemque proinde competere tunc actionem, vt Vlpianus & alij iuriſconſulti rectè docent, ſiue ſeorſim duæ illæ actiones intententur, ſiue ſimul vna cõ iunctim cum altera, aut in conſequentiam alterius, vt ibidem explanatum comprobatumque fuit. Coacti verò fuimus eo in loco (propter rationem ibi redditam) multa in genere tradere de iniuria propria huic tractatui, quatenus coniuncta eſſe ſolet cum iniuria ſeu iniuſtitia circa bona corporis, vt explica-
C remus pœnas, quibus puniri debeant corporales iniuriæ, quæ infra mortem fiunt. Vnde, quæ eo in loco diximus, multo nos onere in hoc tractatu leuabunt.

Iniuria ſeu iniuſtitia, iniuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ contraria, interdum fit ſolo actu interno eius, qui illam re ipſa infert, vt quando temerariè iudicat aut ſuſpicatur malum aliquod de aliquo: eo enim ipſo iniuriam re ipſa illi infert eo ſolo actu interno circa famam ac exiſtimationem, quæ de illo haberi debet: aut quando immeritò illũ actu interno deſpicit. Et quoniam forum externum de actibus internis non iudicat, neque eos punit; eo quòd noti exterius non ſint, neque in eo tribunali probari poſſint, neque pacem & tranquilitatem pu- 3
D blicam perturbent aut impediant, idcirco iuriſconſulti de eis non loquuntur. Quia tamen nos forum internum & externum explicamus, de iudicio etiã temerario hoc loco tanquam in ſua propria ſede dicemus: eſt enim iniuria ſeu iniuſtitia, commutatiuæ iuſtitiæ circa bona honoris & famæ contraria. Interdum verò iniuria ſeu iniuſtitia iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ contraria fit actu externo: idque aliquando facto, vt quando alapa impingitur alicui, vel fuſtè ignominioſè percutitur: & aliquando ſignis, vt verbis, voce, aut ſcripto, aliquid ignominioſum aut infamãs ſignificantibus: atque quando id ſcripto fit, id ſignum libellus infamatorius nuncupatur: alia etiam ſigna ignominioſa
E ac infamia fiunt nutibus, & etiam rebus alijs infame aliquid ſignificantibus, vt quando cornua alicui pro foribus appenduntur in ſignum, quòd aliquis vxore illius ſit abuſus. Voluntas autem ſeu conſenſus internus, aliquid tale efficiendi, etiam ſi ad actum externum non deueniatur, erit peccatum internum iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris & famæ, eiuſdem ſpeciei cum eodem conſenſu, ſi actus externus ex illo eſſet ſequutus: ſicut conſenſus internus in furtum aut in homicidium peccata interna ſunt furti aut homicidij, eiuſdem rationis & ſpeciei, ac ſi furtum aut homicidium haberent adiunctum.

Iniuriam preſsè, quæ ad hunc quartum tracta-

tum ſpectat, diuiſimus Diſput. 40. citata in atrocem ſeu grauem, & in non atrocem ſeu leuem: & quid vtraque ſit, & ex quibus capitibus expendendum ſit, num iniuria atrox ſit ac grauis, ibi copioſè explicabimus.

DISPVT. 13.

Iudicium temerarium, hoc eſt, ſine ſufficientibus ad id indicijs conceptum, cuius ſpeciei vitij ſit actus. Et quando de re graui non ſit culpa lethalis, vel quòd non cõſenſerit voluntas, vel quòd non cum tanta conſenſerit deliberatione, quanta ad culpam lethalem requiritur. Et multo magis idem de temeraria in re graui ſuſpicione.

SVMMARIVM.

1 *Sicut in detractione, quæ fit verbo aut ſcripto, iniuſtè fama proximi læditur; ſic actus intellectus, quibus temerariè concipimus ſiniſtrum quid de proximo, habent ſe inſtar actuum externorum, comparatione actuum voluntatis, quibus illos imperamus, & ſunt contra iuſtitiam commutatiuam.*

2 *Quemadmodum peccatum non in intellectu ſed in voluntate conſiſtit ac conſummatur; ſic licèt cogitationes peruerſæ in mente oriantur, & tamen voluntas deliberato conſenſu non acquieſcit, non incurritur peccatum.*

3 *Quamdiu res adhuc in intellectu peragitur, voluntate nondum præbente aſſenſum, non eſt cur timeatur culpa lethalis temerarij iudicij.*

4 *Viri timorati rarò incidunt in culpam lethalem temerarij iudicij, quia non perueniunt ad conſenſum, vel ſi repentinus aduenit conſenſus, non eſt deliberatus, ac ſufficiens ad culpam lethalem.*

1 ORdiendum nobis eſt ab actu interno, in quo ſolo, ſine ordine ad actum externum, quem imperet aut pro obiecto habeat, cernitur ratio iniuſtitiæ, iuſtitiæ cõmutatiuæ circa bona honoris, & famæ contraria, nempe à iudicio ac ſuſpicione temerarijs mereque internis. Quo loco obſerua, ſicut detractione, quę fit verbo aut ſcripto, tanquam actibus externis à volũtate imperatis ac elicitis, iniuſtè læditur fama proximi, quatenus eis in cauſa iniuſtè ſumus, vt alij de eis proximis ſiniſtram habeant opinionem, id de illis cõcipiendo, quod noſtra detractione aſſerimus; eſtque tunc detractio ipſa, verbo aut ſcripto facta, actus externus eius vitij contra iuſtitiam circa bona honoris & famæ proximi, actuſque voluntatis, quo detractionem imperamus, aut quo detrahere in poſterum ſtatuimus, vel quo vellemus detrahere ſi adeſſet aliquis, cui ſiniſtrum quid de proximo diceremus, eſt actus internus eiuſdem vitij, pro obiecto immediato habens actus externos detractionis elicitos aut volitos: non ſecus atque in furto, homicidio, & in alijs vitijs ſimiliter diſtinguuntur actus interni & externi eius vitij, internique actus pro obiecto immediato habent externos actus, vt 1. 2. copioſè explanauimus: ſic in re propoſita actus intellectus, quibus temerariè concipimus aut ſuſpicamur ſiniſtrum aliquid de proximo, habent ſe inſtar actuum externorum, comparatione actuum voluntatis, quibus illos imperamus, aut eos voluntariè non comprimimus, & à nobis arcemus: ſunt

A enim illi actus intellectus iniurioſi proximis quo ad famam ſeu exiſtimationem, quam de illis habere debemus, atque adeò ſunt contra iuſtitiam commutatiuam circa bona honoris & famæ illorum, non minus quàm detractio externa, qua cauſa iniuſta ſumus, vt aliquis alius ſiniſtrum de eiſdem proximis concipiat, in quo fama ſeu exiſtimatio, quam de illis habere debebat, ſimiliter læditur. Atque vt hęc melius intelligas, obſerua, quemadmodum virtutis ſtudioſitatis, & fidei, vt in hac ſecunda, ſecundæ, quæſtio. quarta, artic. ſecundo, & in Concord. quæſtio. 14. artic. 3. Diſputatio. 8. dicebamus, quo ad actus imperantes, & habitus illis actibus imperantibus reſpondentes (quo ad quos, etiam fides eſt virtus moralis, bonitatemque moralem habet) reſi-
B dent in voluntate, quo ad actus verò ſpeculandi ac ſtatuendi quando & quomodo oportet, & quo ad actus credendi, aſſentiendive reuelatis, qui actus imperati ſunt, & reſpondent actibus externis aliarum virtutum, reſident in intellectu, participantque hi actus intellectus, vt boni moraliter ſint, ab actibus voluntatis, quibus imperantur; habetque fidei actus vlteriorem alium actum externum à voluntate etiam imperatum, quo exterius fidei verbo aut ſcripto confitemur: ita vitium, quo temerè iudicamus aut ſuſpicamur ſiniſtre de proximo, habet in voluntate actum elicitum, quo actus illos malos ac iniuſtos intellectus imperamus, aut omiſſionem voluntariam actus voluntatis, quo illos eoſdem malos actus intellectus cohibeamus ac abijciamus, vt tene-
C mur; & inſuper habet actum externum vlterius à voluntate imperatum, quo iudicium temerarium intellectus exprimimus, id ipſum verbo aut ſcripto exterius iudicando, quod intellectu concipimus ac iudicamus. Hic autem actus quatenus cauſa eſſe poteſt, vt qui id audiunt, idem de proximo concipiant ac iudicent, ac detractionis vitium iam ſpectat, quatenus eo de fama & exiſtimatione proximi apud audientes iniuſtè detrahimus: iudicio verò interno noſtri intellectus ſolùm nos ipſi de æſtimatione, quam de proximo habere debebamus, detrahimus, quatenus aliter iniuſtè de eo concipimus, quam par erat ac tenebamur. Hinc exiſtimo, iudicium temerarium eiuſdem ſpeciei eſſe cum vitio detractionis, imò verò eſſe partem quan-
D dam eius vitij latè ſumpti, vt comprehendit detractionem, qua apud alios detrahimus de exiſtimatione proximi, & detractionem, qua apud noſmetipſos detrahimus de exiſtimatione, quam de illo habere debebamus: conſentitque B. Iacobus c. 4. ſuæ canonicæ in teſtimonio, quod Diſputat. 16. in calce concluſ. prima, referemus. In vitijs itaque & virtutibus voluntatis, quo ad actus imperantes, attendendum eſt, quos actus imperent atque habeant pro immediato obiecto, num ſcilicet potentiarum externarum, an verò actus intellectus & aliarum virium internarum: quando enim imperant actus potentiarum externarum, diſtinguimus in eis vitijs ac virtutibus actus internos & externos: quando ve-
E rò imperant actus intellectus & aliarum virium internarum, non diſtinguimus actus internos & externos eorum vitiorum ac virtutum, vt in virtute ſtudioſitatis, in fide, & infidelitate, & in vitio, quo temerariè iudicamus, aut ſuſpicamur aliquid de proximo, ſed diſtinguimus actus imperantes & imperatos eius vitij aut virtutis: eo quòd imperati (qui externis in aliis virtutibus & vitiis reſpondent) interni etiam ſint, ſicut & actus imperantes.

Hoc ita conſtituto. Quod ad temerarium iudicium ſuſpicionemq; temerariam attinet, præ oculis 2
mentis eſt ante omnia habendum, quòd cum culpa ac peccatum, non in intellectu, ſed in voluntate, in qua formaliter eſt ratio voluntarij, conſiſtat ac con-

conſummetur, quemadmodum in hac 2. 2. qu. 11. art. 2. dicebamus, eſtò ſe offerant intellectui tanquã veræ cogitationes fidei catholicæ contrariæ cum rationibus ac inductiuis mentem inclinantibus, eas cogitationes veras eſſe, interim tamen dum voluntas non conſentit plenè deliberato conſenſu ſtatués habere vt falſas, aut ſaltem vt dubias, & minimè certas, contrarias fidei veritati, non incurri peccatum hæreſis, tametſi interuenire poſſit culpa venialis in illis cogitationibus fidei catholicæ contrarijs reprimendis, expellendis, ac auertendis: ita in re propoſita, eſtò ſe intellectui offerat tanquam vera ſiniſtra ac temeraria (hoc eſt, ſine indicijs ſeu rationib. ſufficientibus ad id meritò ſibi perſuadendum) cogitatio de proximo cum indiciis ſeu coniecturis inclinãtibus intellectum ad aſſenſum, quibus ſibi perſuadere videtur id ita habere: interim tamen dum voluntas conſenſu plenè deliberato non conſenſit cũ intellectu, id cum illo ſtatuens ac acceptans tanquam determinatè verum, nõ interuenit lethalis culpa iudicii temerarii, ſed vel nulla interuenit culpa, ſi ſtatim atque attendere debet ſiniſtram ac temerariam eſſe eam cogitationem, eam reprimere conetur ac auertere rationibus in contrarium atque diſſenſu, aut diuertendo ad aliam cogitationem: quippe cũ nondum cogitatio illa fines egrediatur tentationis, cui ſine mora culpabili facta ſit competens reſiſtentia voluntatis, vel ſi aliqua interuenit culpa in negligentia voluntaria ac culpabili voluntatis in expellẽda ac ſuperanda ea tentatione ac cogitatione proximo nociua quo ad famam illius & honorem, illa erit culpa ſolùm venialis. Hæc verò multo magis locum habent in ſuſpicione temeraria, interim dum in ea voluntas cum intellectu conſenſu plenè deliberato non conſentit, ſed vel ſtatim ac voluntaria eſſe incipit, illam voluntas conatur reprimere aut auertere, vel ſolum eſt negligens in illa reprimenda ac auertenda.

3 Hinc primò colligo, quamdiu res peragitur ſolũ intellectu, voluntate nondum præbente conſenſum neque ſtatuente ac amplectente illud ſimul cum intellectu, non eſſe cur timeatur culpa lethalis iudicii temerarii, eſtò negligentia aliqua ſit reprimendi ac expellendi iudicium temerarium, quod ſe offert & eſt in intellectu, idque quamuis materia ſit grauis. Multoque magis id locum habere in ſuſpicione.

4 Colligo ſecundò, viros timoratos raro incidere in culpam lethalem iudicii temerarii, eſtò ſæpe patiantur eiuſmodi ſiniſtras cogitationes. Ratio autem eſt, quoniam vel non perueniunt ad cõſenſum voluntatis, vel certè ſi repentinus aliquis adſit conſenſus, non eſt plenè deliberatus ac ſufficiens ad culpam lethalem, eſtò res, de qua eſt ea cogitatio, grauis ſit. Vnde hæc regula videtur ſtatuenda. Quando timorati, præſertim ſcrupuloſi, eiuſmodi cogitationes ſiniſtras de proximis ſuis patiantur, & dubitent, an lethaliter peccauerint, interrogandi ſunt, an ſi tunc aduerterent, illud eſſe iudicium temerarium ac peccatum, deliberatè voluntate conſentirent. Quòd ſi neganter reſpondeant, cenſendum eſt, non peccaſse lethaliter: quoniam vel nullus adfuit voluntatis conſenſus, ſed res peracta eſt ſolum intellectu, dæmone ſuggerente & acuente eas cogitationes, non ſecùs atque quando, Deo id permittẽte, excitat ſimiles blaſphemiæ cogitationes aut ſiniſtras cogitationes aduerſus fidẽ, in quibus rariſſimè eſt cõſenſus deliberatus, vel ſcrupulis moleſtat timoratas animas, vt eas his omnib. viis ad amaritudinẽ perducat, pacem animæ perturbet, ſuauitatem Spiritus ſancti impediat, & deuotionem ac progreſsũ in virtutibus, vel certè, ſi aliquis repentinus adfuit conſenſus voluntatis, is non fuit plenè deliberatus

A ac ſufficiens ad culpam lethalem, eſtò res, de qua eſt ea cogitatio, grauis ſit. Faciliùs verò in hac materia, quam in aliis, euenire poteſt conſenſus voluntatis non plenè deliberatus propter aſſuetudinem iudicãdi intellectu de rebus oblatis, voluntate applicante potentiam intellectus, & concurrente ſuo imperio cum illa ad iudicia. Vnde, vt bene notat Sotus. 3. de iuſt. quæſt. 4. art. 3. quando aliquis contemplatione aut recordatione rei alicuius quaſi rapitur ad ſiniſtre de ea iudicandum, non eſt cur lethalem timeat culpam: eo quòd deſit conſenſus plenè deliberatus, qualis in materia hac ad culpam lethalem eſt neceſſarius. Quo loco, obſerua, diabolum ſolere vexare valde, inquietoſque reddere, atq; perducere ad amaritudinem multos timoratos ac ſcrupuloſos, offeréB do illis ſiniſtras cogitationes de ſuis proximis, ſtatimque concutiendo ipſorum conſcientias timore vano, quòd in temerarium iudicium conſenſerint, peccauerintque lethaliter, & quòd neceſſe illis ſit ipſos de ea re confiteri. Cum tamen diaboli intentum ſit, pacem illorum turbare, ad amaritudinemq; illos perducere, vt inquieti & amari, eiuſmodique cogitationibus ac ſolicitudinibus implicati, deuotionem ac attentionem ad ſpiritualia amittant, illis non inſiſtant, & vt quando illis inſiſtunt, inſipida illis reddantur, minoremque ad illa habeant applicationẽ. Quare curandum eſt, conſcientias illorum iuxta regulam propoſitam ſedare, eiſque perſuadere, ea in re nullam eſſe culpam lethalem, ſed id totum ſuggeſtionem eſſe diaboli, vt eos perturbet, & vt, quę com

C memorata ſunt, aduerſus ipſos obtineat. Quando autem ſibi confeſſarius perſuaſerit, in eiuſmodi ſiniſtris cogitationibus non interuenire culpam lethalem, optimum conſilium ſæpe erit, pręcipere eis, qui de illis confitentur, vt eis de rebus nec ſecum nec cũ quocunque alio confiteantur, eſtò diabolus vano timore præſtrepat. Interdum etiam ſanum conſilium eſt, confeſſiones de eis rebus ex illis audire, atque ſi aliud non confiteantur, quod abſolutione indigeat, mittere illos abſque abſolutione ad ſacram ſumendam Euchariſtiam, quoniam interdum ita melius ſedantur ipſorum conſcientiæ, audacioreſq; fiant ad eiuſmodi vanos timores ſuperandos, dum vident confeſſarios, auditis eiuſmodi ſcrupulis, eos paruipendere, mittereque eos ad ſacram Euchari-

D ſtiam abſque abſolutione ſumendam.

DISPVT. 14.

Ad prudentem cautelam quouſque vereri, inquirere intellectu, aut etiam exterius, expendereque culpas aliorum liceat, abſque temerario iudicio, & abſq; temeraria ſuſpicione.

E

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt timere aliquid ſiniſtrum de proximo, aliud verò ſtatuere ſiniſtrum aliquid de proximo: timere licet, ſtatuere non licet. Varia exempla ad id probandum.*

2 *Timere licet ad remedium adhibendum, quod & aliquando neceſſarium eſt: nimietas tamen eo in genere eſt vitanda.*

ILlud etiam ante mentis oculos in re hac de iudicio & ſuſpicione temerarijs eſt habendũ, quod 1
diuus Th. in hac. 2. 2. q. 60. art. 4. ad 3. Caiet. ibi, Sotus. 3. de iuſt. q. 4. art. 4. ad 3. & doctores cõmuniter obſeruant. Nempe aliud eſſe, timere aliquid

quid ſiniſtrum de proximo ad damna vitanda, quæ inde poſſent ſequi, aut ad remedium vel medicinã adhibendam, etiam culpam, ſi qua interueniſſet, puniendo: aliud verò ſtatuere ac iudicare ſiniſtrum aliquid de proximo. Sæpe enim quando nefas temeritaſque eſſet, ſtatuere ac iudicare aliquid tale de proximo, eo quòd ſufficientia indicia non eſſent ad id iudicandum, fas atque prudentia erit id timere, aut (vt diuus Thomas ait) id ſupponere ac ſi eſſet, ad dãna vitanda, aut ad medicinam vel remedium adhibendum. Imò verò fas erit expendere, inquirere, & examinare indicia, & quantum probabilitatis ſit, id eſſe aut non eſſe: modò tamẽ nihil temere ſtatuatur ac definiatur, ſeu iudicetur, ſed ſolùm inquirantur & expendantur indicia, expendaturque probabilitas, quæ iuxta ea indicia eſt, id eſſe aut non eſse, vt damna vitentur, aut vt remedium, vel medicina, debitaque pœna adhibeantur. Exempla rem hanc elucidabunt.

Vides hominem, cuius habitus atque aſpectus, verba, aut opera, indicium ſeu inductiuum ingerũt, licèt leue, ſuſpicandi, ne fortè ſit fur: ſanè tunc, quãuis nefas ſit iudicare, illum eſse furem, fas tamen atque prudentia eſt, timere ne fortè fur ſit, eaque de cauſa fas eſt, eum in domo tua nõ recipere, aut marſupium in loco tutiori collocare. Imò eſtò nullum indicium ac inductiuum videas, vnde ſuſpicari poſſis, illum furem eſse, prudentia eſt accipere marſupium, illudque in ſecretiori ac tutiori loco reponere, ne fortè ſit fur.

Item habes filiam aut vxorem: ſanè quamuis fas non ſit iudicare ac ſtatuere ſiniſtrum aliquid de illa aut de proximo tuo, dum non adſunt aperta ſufficiẽtiàve indicia, quæ id omnino perſuadeant; fas tamẽ tibi eſt, prohibere ac impedire colloquium illius cũ aliquo, non ſolum quando aliquod eſt indicium, licèt leue, mali alicuius, ſed etiam quando nullum eſt tale indicium: prudenter timendo ac præcauẽdo mala, quæ inde poſsent euenire. Tantus tamen eſse poteſt exceſsus in vxore prohibenda & in pręcauendo mala, vt ſi non temerarium iudicium, zelus tamen nimius atque indiſcretus, timorq; inordinatus, cum iniuria ac grauamine iniuſto miſeræ ac innocentis vxoris, poſset facilè interuenire.

Aliud accipe exemplum: Eſt pater, aut materfamilias, aut alius, cui cura aliquorum incumbit, inuenit furtum aut aliud delictum ab illis commiſsum: fas illi eſt indicijs inquirere, quis illud commiſerit, indiciaque expendendo iudicare, non quidem abſolutè hunc vel illum id commiſiſse, quando indicia ad id non ſunt ſufficientia, ſed quantum probabilitatis veriſimilitudiniſque ſit, hunc vel illum id commiſiſse, vt tandem rei veritas, quoad fieri poſſit, inueniatur, damnumque reſarciatur, & malefactor puniatur in ipſius & in aliorum bonum; ne iterũ quid ſimile fiat, omneſque, qui ipſius curæ ſubſunt, in officio contineãtur. Imò verò fas aliquando erit, obiicere id delictum ei, de quo veriſimilitudo ſit, illud commiſiſse, ipſum interrogando, quaſi illud commiſerit, aut illum arguendo, quaſi illud commiſerit: id quod abſq; mendacio fieri optimè poteſt, nihil incertum aſserendo, ſed colloquendo cum illo in modum ſupponentis, eum id delictum commiſiſse, vt ea via meliùs veritas patefiat. Quo loco obſerua, ſicut iudex, dum res eſt dubia, non poteſt punire eũ, de quo eſt veriſimilitudo, id delictum commiſiſse, pæna ordinaria; nihilominus, ſi ſint aliqua vrgentia indicia, poteſt illum torquere, ſi delictum dignũ ſit vt ad torturam deueniatur, aut imponere illi purgationem, vel pænam arbitrariam, pro quantitate veriſimilitudinis, & qualitate ac grauitate delicti: ita pręlatus, paterfamilias, & alii, quibus cura aliquorũ incumbit, dum veriſimilitudo eſt, aliquem ſibi ſubdi- A torum commiſiſse aliquod delictum, poteſt illum arguere ac reprehendere, obijciendo illi quantitatem veriſimilitudinis, quæ eſt, ipſum id delictum cõmiſiſse: quin & aliquam pænam poterit illi aliquando imponere; eaque de cauſa illi prohibere aliquid, tum in cautelam, tum etiam interdum in pænam arbitrariam, prout recta ratio reique circunſtantiæ id efflagitauerint. Hoc autem intelligo, non ſolũ quando conſtat aliquid eſse delictum, & nõ eſse certum, quis illud commiſerit, ſed etiam quando conſtat aliquem feciſse aliquid, quod ſpeciem habet mali, nec omnino conſtat eſse delictum, ſunt tamẽ indicia ac veriſimilitudo id eſse delictum, vt ſi ſubditus loquatur aut inueniatur cum muliere, ita vt non leuia indicia ſint id eſse in malam partem. Hoc autem dico B propter Caietanum vbi ſuprà, qui contrarium videtur aſserere.

Alia ſubiiciamus exempla: Es tu priuata perſona, ex quo aliquid furto eſt acceptum. Fas tibi eſt, vt qđ tuum eſt, recuperes, indiciis inueſtigare ac inquirere, quis illud furto acceperit. Et quamuis nefas tibi ſit, abſolutè iudicare ac ſtatuere, quis id furtum cõmiſerit, interim dum non ſunt ſufficientia indicia, quæ prudentis arbitrio id omnino perſuadeant; fas tamen tibi eſt, expendere ac iudicare, quantum probabilitatis ac veriſimilitudinis ex indicijs ſit, hunc vel illum id furtum commiſiſse, vt quod tuum eſt, recuperes, delictumque, ſi opus ſit, in commune bonum, iuſtamque tuam vindictam, puniatur.

C Item habes famulum, qui curam habet emendi tibi & familiæ tuæ neceſsaria, aut expẽdendi multam pecuniæ quantitatem; qua in re, ſi velit, & propriam poterit onerare conſcientiam, & tibi multum ſurripere. Quamuis nefas tibi ſit, interim dum prudentis arbitrio non ſunt ad id ſufficientia indicia, abſolutè iudicare, illum aliquid tibi ſurripere; fas tamen tibi eſt, vereri ne aliquid tibi ſurripiat, atque ad id ſciendum debitas moderatas adhibere cautelas, exigẽdo rationem ab illo, & ſi quid cariùs emptum attulerit, rationem exigendo cur tanto pretio emptum ſit, atque ab aliis interrogando aliqua, vnde rei veritas cõſtare poſſit: modò tamen adhibita ea prudentia id fiat, vt famulus is coram aliis nõ infametur, qui tuis interrogationibus exiſtiment illum furem eſse, aut te credere, vehementerve vereri, illum furem eſse.

D Item habes ſubditos, quorũ mores ad te ſpectat corrigere, & circa illos vigilare, ne quid inordinatè efficiant. Fas ſanè tibi eſt vigilare, & vereri illorum facta, ne aliquid ſiniſtrum committant. Atque ad indicia attendere, & ex illis conicere ac iudicare, quãtum probabilitatis ac veriſimilitudinis ſit, illos aliquid mali commiſiſse, quod corrigas. Imò priuatæ etiam perſonæ in bonum ſpirituale ſui proximi, vt malum impediat, ipſumque à peccato eruat, dum aliquid videt, quod ſpeciem habet mali, aut indicia aliqua ipſi occurrunt peccati proximi, fas ei eſt ad illa attendere, ex illiſque iudicare, quantum veriſimilitudinis ſit ac probabilitatis peccati alicuius, vt proximum corrigat, aut vt malum, quod alteri inde ſequitur, impediat. Cauere tamen debet, ne aliquid te- E mere abſolutè iudicet ac ſtatuat. Ratio autem horũ omnium eſt, quoniam hæc non ſunt temere iudicare, ſed prudenter damna propria aut proximorum timere, illiſque velle remedium aut medicinam prudenter viaque iuſta adhibere: quod nõ ſolum licèt, ſed etiam aliquando eſt expedientiſſimum, quin & neceſsarium, vt id fiat. Semper tamen nimietas eſt vitanda, & curandũ, ne dum bonum intenditur, maius malum ſequatur. Atque erga ſubditos ſic progredi ac vigilantes eſse debent ſuperiores, ad impedienda, inquirenda, præcauenda, & punienda mala, ne nimia vigilantia, & nimia ſuſpicio ac cautela, famæ ſubditorum immeritò deroget, eoſque ad nimiam ama-

amaritudinem ac perturbationem facilè adducat, A occaſioq; nimietate ſua ſit, vt dum cauere ac corrigere vult mala, maiora inde mala ſequantur.

DISPVT. 15.

Varij gradus diſtinguuntur, quibus iudex circa exiſtimationem de delicto ex indicijs & probationibus poteſt eſſe affectus ad iudicium publicum ſententiamque ferendam: & quando in illis erit temeritas, quando non item. Varij etiam alij gradus diſtinguuntur à theologis in B priuatis hominibus ad iudicium priuatum: & quando in illis erit temeritas, & quando non erit.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor ſunt gradus ex parte intellectus in iudice comparatione ſententiæ ferendæ, qui omnes ſunt infra euidentem cognitionem, ſub cognitione euidente id etiam comprehendo, quod euidens eſt ſenſu. Primus gradus eſt dubietas, quando intellectus iudicis eſt anceps, in neutram partem ſe inclinando: ſecundus ſuſpicio, quando iam intellectus C in alteram partem inclinat propter indicia & inductiua, licet valde debiliter: tertius eſt opinio, quando iudex propter inductiua maiora ſibi iam perſuadet alteram partem: nec tamen firmiter, ſed adhuc dubius: quartus gradus credulitas eſt, quando propter indicia tam firmiter adhæret, vt amplius nõ dubitet.*

2 *Quomodo credulitas ab opinione diſtinguatur.*

3 *Quomodo hi tres gradus inter ſe diſtinguantur.*

4 *Minora inductiua requiruntur ad non temere ſuſpicandum, quam ad non temere opinandum.*

5 *Credulitas & opinio vel ſuſpicio duplex eſt, temeraria & rationalis.*

6 *Præſumptio eſt exiſtimatio ex indiciis, inductiuis de re, quæ neque in ſe eſt euidens exiſtimanti de illa, D neque eſt illi plenè probata teſtibus, neque reus legitimè eſt eam confeſſus.*

7 *Præſumptio duplex, rationabilis & irrationabilis, item rationabilis in leuem, in vehementem, & violentam diuiditur, quid ſit leuis, vehemens, ac violenta præſumptio.*

8 *Quomodo hic differat præſumptio à ſuſpicione.*

9 *Præſumptio rationabilis latè ſumpta diuiditur in præſumptionem iuris & in præſumptionem hominis.*

10 *Præſumptio iuris ſubdiuiditur in eam, quæ dicitur præſumptio iuris de iure, & in eam quæ dicitur iuris tantum.*

11 *Quid ſit præſumptio hominis.* E

12 *Quo grauius crimen eſt, maioriq; pœna puniendum, eo præſumptio maior eſſe debet, & indicia vehemẽtiora, vt præſumptio uiolenta cenſeatur.*

13 *Maior præſumptio requiritur ad aliquem damnandum criminaliter, quàm ad damnandum ciuiliter, id alteri adiudicando, de quo inter eos eſt contentio.*

14 *Vna præſumptio eneruat aliam, quæ erit in contrarium.*

15 *Indicia iuuant ſe inuicem.*

16 *Datur latitudo in leui præſumptione, vehementi, & uiolenta.*

17 *Poteſt quis ex parte intellectus, concurrente conſenſu uoluntatis in exiſtimando de aliquo quod famæ illius præiudicet, ſe habere, ut dubitet primò de bonitate aut de aliqua bona qualitate illius, neutri parti adhuc inclinando.*

18 *Poteſt eſſe ita affectus, ut aſſentiatur alteri parti, non tamen firmiter, ſed adhuc hæſitans.*

19 *Vel poteſt eſſe affectus ita, ut ſine hæſitatione ulla alteri parti aſſentiatur.*

Deinde in lucem eorum, quæ dicenda ſunt, varij gradus exiſtimationis de aliqua re ob indicia & inductiua, quæ ad id ſunt, diſtinguuntur: idque in ſingulis eſſe poterit temeritas, ſi prudentis arbitrio indicia & inductiua ad eum exiſtimationis gradum ſufficientia non ſint: & poterit nulla eſſe temeritas, ſi ad eum exiſtimationis gradum ſufficientia ſint: Et quoniã diſtinctio graduum hac de re, quæ à iuriſperitis ad iudicium publicum ſententiamve publicam ferendam adhibetur, lucem afferre poteſt ad ea, quæ de iudicio priuato (de quo ſolo nobis, hoc loco eſt ſermo) dicenda ſunt, ab illa ordiemur, deinde verò diſtinctionem theologorum ſubijciemus.

Iuriſperiti cum Bart. l. admonendi. ff. de iureiur. à nu. 15. quatuor quaſi gradus ex parte intellectus, non excludendo voluntatis imperium ac cõſenſum diſtinguunt in iudice comparatione ſententiæ ferẽdæ: qui omnes ſunt infra ſententiam, hoc eſt, infra euidentem cognitionem, ſub cognitione euidente comprehendendo id etiam, quod euidens eſt ſenſu. Quo pacto dicimus eum, qui teſtificatur ſe vidiſſe aliquid, teſtificari ex ſcientia: quoniam, quod vidit, euidens illi eſt per viſum. Dicimus etiam, eum, qui teſtificatur, ſe audiuiſſe hæreſim aut blaſphemiam, ex ore alicuius, teſtificari etiam ex ſcientia: quoniã quod audiuit ex ore illius, euidens ipſi eſt per auditũ illum id dixiſſe. Eum verò, qui ex ore alicuius audiuit quendam tertium aliquid mali feciſſe, non dicimus teſtificari ex ſcientia malum, quòd is tertius fecit, ſed ex auditu: quoniam ex eo, quòd id ipſe audierit, non eſt ſibi euidens, illum tertium id malum feciſſe. Infra ſcientiam ergo ita latè ſumptam diſtinguunt iuriſperiti cum Bart. quatuor gradus ex parte intellectus à iudice comparatione ſententiæ ferendæ, quos appellant dubietatem, ſuſpicionem, opinionem, & credulitatem. 1

Primus gradus, hoc eſt dubietas, eſt, quando intellectus iudicis eſt anceps, neutram in partẽ ſe inclinando. Ad quod neceſſarium non eſt interuenire probationem aliquam. Statim enim atque actor aliquid opponit, & reus illud negat, incipit iudex dubitare quouſque indicia inductiuaq; adſint, quę ipsũ in alteram partem inclinent.

Secundus gradus, nempe ſuſpicio, eſt, quando iã intellectus in alteram partem inclinat, propter indicia ac inductiua, admodum tamen infirmiter ac debiliter, ita vt multum dubietatis remaneat, idque ſuſpicio nuncupatur, eſtque (vt Bart. ait) primus probationis ſeu credulitatis gradus: quoniam iam propter probationem ac indicia adhærere incipit iudex alteri parti, debili tamen atque imperfecta quadam credulitate, ſeu potiùs quadam tendentia ad perfectam credulitatem.

Tertius gradus, id eſt opinio, eſt, quando iudex propter indicia atque inductiua maiora ac vehemẽtiora ſibi iam perſuadet alteram partẽ, non tamen admodum firmiter, ſed cum admixta aliqua dubietate, vacillatione, ac formidine, ne fortè cõtradictorium verũ ſit. Atq; hic gradus opinio à iuriſperitis dr̃, propter illã formidinem ac dubietatẽ admixtã. Eſt aũt iam ſecũdus probationis ac credulitatis gradus. Quo loco obſerua appellari ẽt vehementem ſuſpicionem, ita vt præcedẽs gradus leuis ſuſpicio dicatur,

catur: hic verò dicatur ſuſpicio vehemens. Vterque tamen gradus ſuam habet latitudinem. Leuis quippe ſuſpicio eſſe poteſt maior aut minor, prout indicia ac inductiua leuiora fuerint, aut minus leuia, & probatio maior aut minor. Vehemens ſimiliter ſuſpicio eſſe poteſt maior aut minor, prout indicia, inductiua, ac probationes maiora vel minora fuerint infra plenam probationem, quæ ad credulitatem atque ad condemnandum pœna ordinaria, aut cōſueta pro eo delicto imponi, ſufficiat. Quo fit, vt neutra harum ſuſpicionum ſit ſatis ad condemnandum ac puniendum pœna ordinaria, aut conſueta imponi pro eo delicto plenè probato. Atque ita intelligo. l. abſentem. ff. de pœnis, dum in ea dicitur, ſuſpicionibus neminem debere damnari, conſentiunt. cap. tua nos, de cohab. cle. & mul. & alia iura.

Quartus gradus, credulitas ſcilicet, eſt, quando propter indicia, inductiua, ac probationes, tam firmiter adhæret iudex vni parti, vt dubietatem prorſus depellat, quia videlicet probatio attingit iam limites plenæ ac perfectæ probationis, iuxta id quod iura præſcribunt, aut viri prudentis arbitrio. Diciturque hic gradus à iuriſperitis credulitas, eſtq; tertius & ſupremus probationis, habetq; latitudinem, ſicut & duo præcedentes, prout probatio, intra limites plenæ atque integræ probationis, maior aut minor fuerit. Obſerua autem, hunc gradum nō diſtingui ab opinione latè ſumpta, vt à philoſophis ſumitur pro aſſenſu ineuidenti, cui non repugnat ex qualitate ac natura cognitionis ſubeſſe falsū. Fieri quippe poteſt, vt teſtes, qui iuxta iuris diſpoſitionem ad plenam probationem ſufficiunt, mentiantur, aut decepti fuerint, ac proinde fieri poteſt, vt iudex eorum teſtimonio fallatur in exiſtimatione ſua, atq; in ſen-
2 tentia iuxta eam probationem ferenda. Diſtinguitur verò hic gradus ab opinione preſsè ſumpta, vt à iuriſperitis ſumitur, hoc eſt, à vehementi præſumptione, qua iudex ita alteram partem contradictionis ſibi perſuadet, vt iuxta indicia ac probationes, regulaſque iudicandi, admixtam habeat dubitationē, ſeu vacillationem, ac formidinem, ne fortè contrarium aut contradictorium verum ſit, ob eam admixtam dubietatem ac vacillationem: vnde aliter ſumitur formido in re propoſita, atq; in definitione opinionis tradita à philoſophis: in re enim propoſita ſumitur pro dubietate admixta, ſeu aliquali vacillatione: in definitione verò opinionis latè ſumptæ, à philoſophis tradita, ſumitur pro non certitudine aſſenſus ex natura ipſius, quatenus euidens non eſt, neque alia ratione eſt certus, cui proinde ex eo capite, quòd certus ex natura ſua non ſit, nō repugnat ſubeſſe falſum.

Diſtinctio credulitatis ab opinione preſsè ſumpta, vt à iuriſperitis ſumitur, habetur expreſsè. l. 3. §. idem quoque: ff. de teſtib. quo in loco cuidam iudici, inter alia, ita reſcribitur: *Hoc ſolum ſcribere poſſum, non ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere, ſed ex ſententia animi tui te exiſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.* Diſtinctio verò omnium trium graduum
3 ꝓbationis, qui traditi ſunt, colligitur ex l. 1. in prin. ff. de quæſtionib. dum dicitur, ad quæſtionem tormenti ſeruorum deueniendum eſſe, quando ſuſpectus eſt reus, & aliis argumētis ita probationi admouetur, vt ſola confeſſio deeſſe videatur, ad plenam ſcilicet probationem ac credulitatem. Quo in loco primus gradus traditur ſuſpicio. Secundus, quando vltra ſuſpicionem vehementiora argumenta, quæ accedunt proximè ad integram ac plenam probationem. Atque hic eſt, qui appellatur opinio, in eodem que textu appellatur vehemens ſuſpicio, dum ſubiungitur, à ſuſpectiſſimo debere incipere tormenta, ab eoque, à quo facillimè poſſe ſe verum ſcire iu-

A dex crediderit. Tertius verò gradus traditur, quando, accedente confeſſione, adeſt integra ac plena probatio.

Circa hos gradus probationis, atque exiſtimationis iudicis ex indiciis & probationibus, duo obſeruanda ſunt: Primum eſt, minora indicia, inductiua, 4
minoremve probationem requiri ad non temere ſuſpicandum, quàm ad non temere opinandum, & minora requiri ad non temere opinandum, ad non temerève vehementer ſuſpicandum, quàm ad non temere credendum credulitate, quæ omnem afferat dubitationem ſeu vacillationem in ſenſu ſupra explicato, quæque proinde ſufficiens ſit ad omnino damnandum, imponendamque pænam ordinariā. Quo fit, vt minor probatio minoraque indicia ac
B inductiua ſufficiant ad meritò ac iuſtè damnādum aliquem de leuiter ſuſpecto in fide, quàm ſufficiant ad meritò ac iuſtè damnandum aliquem de vehementer ſuſpecto in fide, quam ad meritò ac iuſtè illum damnandum de hæretico. Hæc omnia ex ſe & ex dictis ſunt notiſſima, receptiſſimaque ab omnibus ſunt.

Secundum eſt, tam credulitatem, quàm opinionem, ac ſuſpicionem, diſtingui in temerariam, & in 5
rationabilem ſeu non temerariam. Quādo enim indicia, inductiua, ſeu probationes, ſufficientia ſunt iuris diſpoſitione, aut prudentis arbitrio, ad aliquid abſque dubitatione credendum, aut ad aliquid opinandum, vel ad aliquid ſuſpicandum, tunc credulitas, opinio, aut ſuſpicio, ex eis ſufficientibus ad id
C inductiuis ac probationibus concepta & habita, rationabilis minimèque temeraria eſt, eſtque abſque culpa: quoniam nulla iniuria reo fit in eo, quòd ita de eo concipiatur atque exiſtimetur ſeu cenſeatur. Quando verò, ſpectata qualitate criminis & perſonæ, ſpectatiſque cæteris omnibus circumſtantiis cōcurrentibus, leuia inſufficientiaque ſunt, ad id ita cōcipiendum, exiſtimandum, ac cenſendū, tūc credulitas, opinio, aut ſuſpicio, temeraria eſt, ac proinde culpabilis: quoniā iniuria fit proximo, quod abſque ſufficientibus ad id indiciis ac inductiuis ſiniſtrum aliquid de illo ſuſpicetur, opinetur, aut ſemota omni dubitatione omnino credatur, præſertim ad ea de cauſa illum damnandum.

Adhuc quod ad forum externum attinet, obſer- 6
D uandum eſt conſentaneè ad Panorm. cap. quāto. de præſumpt. & cap. tertio loco, de probat. & ad pleroſque alios: Præſumptionem, tenui meo iudicio, eſſe exiſtimationem ex indiciis, inductiuis, ac coniecturis de re, quæ neque in ſe eſt euidens exiſtimanti de illa, neque eſt illi plenè probata teſtibus omni exceptione maioribus, neque reus legitimè eſt eam cōfeſſus. Quando enim res eſt euidens, aut plenè probata teſtibus, aut reus legitimè eſt eam confeſſus, nō dicitur iudex eam præſumere, ſed quando aliis indiciis ac inductiuis (in eis comprehendendo teſtimonia non omni exceptione maiora, nec ſufficiētia ad plenam probationem) eam coniicit, ac exiſtimationem de illa elicit, tunc dicitur illam præſumere.

E Hinc intelliges, præſumptionem comprehendere in primis duos priores gradus probationis ſuprà ex Bart. traditos, videlicet ſuſpicionem leuem, ſuſpicionem vehementem, ſeu opinionem. Ex tertiò verò gradu, hoc eſt ex credulitate, non comprehendit eam, quam iudex ex eo habet, quòd res ſit euidens ac notoria facti notorietate, neque eam, quam habet, quando res plenè ac integrè atteſtationibus eſt probata, neque item eam, quam habet ex legitima rei confeſſione: comprehendit tamen quandā aliā, quæ in iure præſumptio violenta nuncupatur, quæ ſufficit ad condemnandum, vt ſubiiciemus. Atque obſerua, præſumptionem interdum etiam ſumi pro indicio ac inductiuo vnde aliquid p̄ſumitur, trāsla-

to atque

to atque extenſo præſumptionis nomine ad id etiã ſignificandum,quod præſumptionem efficit. Vnde dicimus,aliquem in tota anteacta vita probum fuiſſe, præſumptionem eſſe (hoc eſt, præſumptionem efficere)nunc etiam probum eſſe. Dicimus etiam, aliquem repertum fuiſſe ſolum cum ſola, & nudum cum nuda in eodem lecto , eſſe violentam præſumptionem fornicationis cum illa.

7 Præſumptio latè ſumpta primò diuiditur in rationabilem ſeu diſcretam minimeve temerariam, qualis eſt, quæ ſufficientibus indicijs ſeu coniecturis eſt concepta ac elicita;& in temerariam,ſeu irrationabilem ac indiſcretã,qualis eſt, quæ inſufficientib.ad id indicijs ac cõiecturis eſt cõcepta ac elicita.

Rurſus rationabilis,diſcreta, minimeque temeraria præſumptio diuiditur in leuem,vehementem, atque violentam , (Eadem diuiſio ſuo modo fieri etiam poteſt de temeraria atque irrationabili præſumptione.)Ita vt leuis præſumptio ſit rationabilis quædam præſumptio,attamen modica propter exiguitatem indiciorum ac coniecturarum , quibus eſt rationabiliter concepta & elicita, quæ efficere rationabiliter non ſufficiunt niſi leuem ſuſpicionem ac præſumptionem.

Vehemens præſumptio (quæ cap.inquiſitioni de ſent.excommu.probabilis etiam nuncupatur) eſt rationabilis præſumptio,quæ, infra ſufficientem perſuaſionem ad ſententiam condemnatoriam ſimpliciter ferendam,pertingit ad limites opinionis ac vehementis ſuſpicionis ob magnitudinem indiciorum inductiuorumve ad id perſuadendum. Vt ſi quis cõminatus alicui fuit in rixa, aut propter odium ac inimicitiam,quam cum illo habebat; poſteaque is , cui comminatio fuit facta,inuenitur mortuus,neſciturque à quo fuerit interfectus , tunc enim præſumptio vehemens eſt,ab illo,iuſſuve illius,qui illi fuerat cõminatus,interfectum fuiſſe.

Violenta præſumptio eſt rationabilis præſumptio,quæ propter magnitudinem vrgentiamque magnam indiciorum ac inductiuorum,ad id rationabiliter ita omnino perſuadendum, peruenit ad credulitatem,integramve perſuaſionem id ita habere. Talis fuit illa præſumptio 3. Reg. 3. quæ refertur c.afferte,de præſump. Cum enim mulieres duæ coram Rege Salomone contenderent de puero quodam , cuiuſnam earum eſſe filius,iuſſiſſetq; Salomon puerum ſcindi medium , dimimidiumque tradi vni , & alterum dimidium alteri , vrgentiſſimum tunc atq; apertum indicium fuit, illã fuiſſe matrem illius quæ dixit; *date illi infantem viuum ;* addente altera: *Neque mihi,neque tibi, ſed diuidatur:* meritoque id ſibi Salomon omnino perſuaſit,nullaque expectata alia probatione,protulit continuò ſententiam,vt illi traderetur, quam adeò vrgens ac violentum indicium veram eſſe matrem pueri illius indicauit. Indicia itaque ac inductiua, quæ ſui magnitudine ac perſpicuitate meritò,ſecluſa omni dubietate,iudicem prudẽtem omnino perſuadent efficere dicuntur violentam præſumptionem: quoniam quaſi violenter iudicem ad credulitatem omnimodamque perſuaſionẽ pertrahunt.

8 Quòd ſi interroges , in quo in re propoſita differat præſumptio à ſuſpicione, Reſpondeo,in hoc differre,quòd (ſumptis vocabulis vt ſumi communiter conſueuerunt) latius patet præſumptio, quàm ſuſpicio,ſola quippe leuis aut vehemens præſumptio appellari conſueuit ſuſpicio. Dixi,ſumptis vocabulis vt ſumi communiter conſueuerunt: quoniã aliquando violenta etiam præſumptio , quæ ſufficit ad ſententiam ſimpliciter ferendam , violenta & certa ſuſpicio nuncupatur,vt conſtat.c.literis,de præſump. Sumpto verò tam latè vocabulo ſuſpicionis,in nullo ſuſpicio ac præſumptio differunt.

A Diuiditur præterea præſumptio rationabilis minimeque temeraria,latè ſumpta,in præſumptionem 9 iuris, & in præſumptionem hominis. Præſumptio iuris eſt,quæ in iure inuenitur,atque iuxta quam dicitur ius aliquid præſumere; quãdoque quidem violenter,quandoque vehementer,ſeu non modicè, vt habetur c.ſuper eo,de teſtib.& quandoque aliqualiter,ſeu leuiter. Ex eo enim , quòd Iudæis dicentib. Chriſto Ioan.8. *Nonne bene dicimus nos,quia Samaritanus es tu,& dæmonium habes?* Chriſtus ſolũ reſpõderit: *Ego dæmonium non habeo ;* non eſt vehemens, ſed aliqualis,valdeque debilis præſumptio, quòd cõſentire in ſenſu aliquo voluerit ſe eſſe Samaritanũ: potuerunt enim eſſe alia, ob quæ Criſtus ad illud aliud non reſpondit. Hoc verò tanquam præſumptio B leuis adducitur in iure cap.nonne,de præſump. iuxta expoſitionem beati Gregor. in homilia in eum locum.

Rurſus præſumptio iuris ſubdiuiditur in eam , 10 quæ à iuriſperitis appellatur præſumptio iuris & de iure,& in eam, quæ ab eis dicitur præſumptio iuris tantum. Præſumptio iuris & de iure eſt,quando ius non ſolùm præſumit aliquid, ſed etiam ob eam præſumptionem ſtatuit aliquid , tanquam veriſſimum ſit , quod præſumitur ea præſumptione. Eaque de cauſa aduerſus eam præſumptionem non admittitur probatio,ſed cum primum conſtat de re, ob quã aliquid præſumitur , fertur ſententia circa id , quod ita præſumitur , non admiſſa probatione in contrarium eius,quod eo modo præſumitur,idque ſiue ius C exprimat,quòd ea probatio non admittatur,ſiue nihil tale exprimat,vt Panor.notat.c.ſuper eo, de præſump.nume.2. Exempla ſunt. Capite accuſatas.§.ille quoque, de hæret.lib.6.relapſus cenſetur, & vt talis iubetur puniri, qui poſt hæreſin abiuratam , de qua conſtat eum in illam incidiſſe, hæreticos recipit,deducit,viſitat,ſiue aſſociat,aut dona vel munera eis donat vel mittit,ſeu fauorem eis impendit,qui excuſari non poſſit : quoniam illa violenter præſumuntur ex abiurato iam ante errore prouenire. Alia præſumptio iuris & de iure habetur c.filij.eod.tit. aduerſus quam ibi præcipitur non admitti probationem. Item,c.is qui, de ſponſalib.ſtatuitur pro matrimonio eſſe habendum , quando quis poſt ſponſalia celebrata cum aliqua eam carnaliter cognouit: quo- D niam præſumitur maritali animo ad illam acceſſiſſe,additque textus , contra eiuſmodi præſumptionẽ admittendam non eſſe prbationem. Multa alia exẽpla ſunt in iure . Hoc tamen vltimum locum hodie non habet poſt concilium Tridẽtinum,quo eſt redditum nullum matrimonium aliter celebratum,quã præſente parocho , aut alio ſacerdote ex facultate parochi aut ordinarij,& duobus alijs teſtibus. Obſerua etiam , quando iura in fauorem aut vtilitatem alicuius inducunt præſumptionem aliquam iuris & de iure,licèt non alias probationes admittant aduerſus id quod ita præſumitur,admittere tamen probationem contrarij eius,quod ita præſumitur,per confeſſionem eius , in cuius vtilitatem introducta eſt. E Vnde ſi ſponſa illa ante concilium Tridentinũ confiteretur, ſponſum non acceſſiſſe ad ipſam maritali animo, iudicaretur ſponſum nec conſummaſſe nec celebraſſe matrimonium cum illa eo acceſſu ad illam. Regula hæc colligitur ex authentica neceſſe,C. de donat.ante nupt. ibique doctores illam notant, notat etiam eam Panor. c.quia plerique.de immu. eccleſ.num.23.& alias ſæpe.

Præſumptio iuris tantum dicitur illa, quæ habetur in iure, nullum tamen decretum ſtatuit iuris in ea fundatum. Vt cap.mandata, & capit. cum in iuuentute.de præſum.habetur,fuiſſe aliquem bonum in præteritum,eſſe præſumptionem , talem quoque eſſe in præſenti , & talem fore in futurum : nihil tamen

men

men in ea præſumptione fnndatum ſtatuitur ac præcipitur.

11 Præſumptio hominis eſt, quando iudex in aliqua cauſa aliquid pro aliquo vel contra aliquem rationabiliter præſumitur. Neq; enim præſumptiones omnes in iure continentur, ſed plurima arbitrio prudētis iudicis relinquuntur. Eiuſmodi fuit illa Salomonis præſumptio ſuprà commemorata, ob quam Salomon ſententiam tulit, cuius illarum duarum mulierum filius eſſet puer ille, de quo contendebatur. Plurima autem præſumenda atque arbitranda iudicum prudentiæ relinqui docetur. c. ſi teſtes. 4. q. 3. & l. 3. ff. de teſtib. vbi habetur, iudicem ſui animi motum informare debere ex argumētis & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe compererit & vero proximiora, ipſumque melius ſcire poſſe, quanta fides adhibenda ſit cuique teſtium ſpectatis omnibus circumſtantijs, quàm ſcriptis doceri poſſit: neque poſſe certò definiri, quæ argumenta ad quem modum probādæ cuiuſque rei ſufficiant: ſed id iudicis arbitrio eſſe committendum ſpectatis circumſtantijs concurrentibus. Hoc ipſum confirmant. c. in præſentia. de renunciat. & c. cauſam. de ſent. & re iud. Quāuis autē certa regula tradi non poſſit, quid in particulari ſufficiat, vt rationabiliter leuis pręſumptio concipiatur ac habeatur, & quid vt concipiatur & habeatur vehemens, quid item vt concipiatur & habeatur violēta, ſed prudentis arbitrio ſit id iudicandum; confert tamen ad id arbitrandum attendere, quid in iure tā quam violenta, vehemens, aut leuis præſumptio aliquibus in euentibus habeatur, atque ad eorum normam ac imitationem cætera definire; itemq; attendere ad exempla aliqua, quæ à doctoribus tradūtur. Tametſi fortè aliquando in iure, vel in odium delicti, vel in fidei fauorem, aut rei alterius, vt matrimonij, aliquid tanquam violenta præſumptio iuris & de iure in commune bonum ſtatuatur, quod extra eos euentus non eſt iudicibus imitādum, antequam à re ipſa ſtatuatur ac decernatur. Atq; hac de cauſa, ſolum quando præſumptio eſt iuris & de iure, non admittitur probatio in contrarium. Eadem ratione ſtatui non poteſt certa regula, quæ præſumptio queve indicia ſufficiant ad ſententiam abſolutè ferendam, puniendumq; pęna ordinaria, conſuetàve imponi pro eo delicto plenè probato. Itemque quæ indicia ad torturam ſufficiant, aut ad iniungendā purgationem, vel ad ſuſpendendum ab officio, aut à beneficio, vſque ad ſufficientem à delicto, de quo eſt præſumptio, purgationem. Præterea quæ indicia ſemiplenè probent, eo quòd æquipolleant vni teſti omni exceptione maiori, & quæ pluſquam ſemiplenè probent, aut ſufficiant ad tantam vel tantam pœnam arbitrariam iniungendam. Vnde hæc omnia arbitrio prudentis penſanda ac iudicanda ſunt.

12 Nonnulla tamen in maiorem horum lucem notanda ſunt. Primum eſt, quo grauius eſt crimē, acerbiorique pœna eſt puniendum, eo præſumptionem debere eſſe maiorem ac vrgentiorem, indicia debere eſſe vehementiora ac apertiora, vt præſumptio violenta cenſeatur, hoc eſt, ſufficiens ad ſententiam de eo crimine ferendam, illudq; puniendū pęna ordinaria. Id quod apertè colligitur ex. cap. literas. de præſump. quo in loco Innoc. tertius de quodam valde ſuſpecto de hæreſi ait, ſe propter ſolam ſuſpicionem, quamuis vehementem, non velle eum de tam graui crimine damnare. Quibus verbis ſatis innuit, plus requiri ad damnandū de maiori crimine, quàm ad damnandum de minori: idque Panor. ibi notat.

13 Secundum eſt, maiorem pręſumptionem requiri ad aliquem damnandnm criminaliter, pænamq; illi iniungendam, quàm ad eum damnandū ciuiliter, id alteri adiudicādo, de quo inter eos eſt cōtentio: quare, quod aliquando eſt ſufficiens & violēta pręſumptio ad hoc ſecundum, non eſt violenta & ſufficiēs præſumptio ad illud primum. Exemplum eſt in illa Salomonis præſumptione, ob quā adiudicauit puerum illum, quæ vera erat illius mater: vt enim notat Panor. & alij. c. afferte. de præſump. Caiet. & Sotus art. 3. citato, præſumptio illa ſufficiens fuit ad damnandum ciuiliter eam, quę non erat vera pueri illius mater, filium alteri adiudicando: non verò fuit ſufficiens ad damnandum eam criminaliter pœna ordinaria, qua propter id delictum erat digna: vnde non legimus, Salomonem talem pęnam illi inflixiſſe. Exemplum verò violentæ præſumptionis ad damnādum aliquem pęna capitis eſt, ſi euaginato enſe ſanguineq; cōſperſo cōſpiciatur fugere de loco, in quo relinquitur aliquis interfectus. Imò verò iuxta Pan. c. tertio loco, de probationib. & Bar. l. fur. ff. de fur. violenta erit præſumptio, ſi ſolùm cōſpiciatur egredi fugiens enſe ſtricto de eo loco. Itē violenta pręſūptio adulterij, & ſubinde vt pœna capitis imponat, eſt; ſi quis nudus reperiatur in eodem lecto cū nuda aliena vxore. Atque hæc ſunt indicia ſufficientia ad condemnationē, de quibus eſt ſermo. l. ſciant. C. de prob. Minora verò alia, vt quòd comminatus priùs fuerit aliquis alicui mortem, qui poſtea reperitur interfectus, quāuis ad torturam ſufficiant, aut ad pęnā arbitrariam, & ad vehementē præſumptionem; nō tamen ſufficiunt ad damnandum pœna ordinaria.

Tertium eſt, vnam præſumptionē eneruare aliā, quæ erat in contrarium. Vt præſumptio honeſtatis naturalis, quæ eſt inter conſanguineos, eneruat præſumptiones, quæ argumenta ac inductiua ſunt inter eos copulam interueniſſe. Quo fit, vt maior probatio vehementiorq; præſumptio (ſumpta pro indicio ac inductiuo vnde aliquid præſumitur) requiratur ad probandum, violentèrve præſumendum, copulā inter conſanguineos, quàm ad illam inter alios probādam, violentèrve præſumendam: idque, quod inter alios eſt violenta præſumptio copulæ, aliquando nō erit præſumptio violēta copulæ inter cōſanguineos. Atque hoc probat. l. ſi qui adulterij. C. ad leg. Iul. de adult. cuius verba ſunt: *Si qui adulterii fuerint accuſati, & obtentu proximitatis intentata depulerint, per cōmemorationem neceſſitudinis fidem derogando, dū exiſtimatur non debere credi, quod allegatur, vel non potuiſſe committi.* Quibus verbis, iunctis ſequentibus, ſatis apertè habetur, conſanguineos, qui de eo crimine accuſantur, ſæpe ex ea circūſtantia à crimine abſolui, quando ea circunſtantia ſecluſa condemnarentur, quia id eſſet violenta præſumptio ſecluſa ea circunſtantia. Probat etiam l. eum qui. C. de Epiſc. & cler. illis verbis: *Hac tantum eis* (clericis ſcilicet) *facultate conceſſa, vt matres, filias, atque germanas intra domorum ſuarum ſepta contineant. In his enim nihil ſæui criminis exiſtimari, fœdus naturale* (id eſt, conſanguinitatis vinculum) *permittit.* Idem validè confirmant. ca. cùm in iuuentute, de præſump. & c. pen. de cohabit. cler. & mulie. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu. 16. refert ac ſequitur. Inde verò nu. 17. mouet dubium, nū ſi conſanguinei nudus cum nuda in eodem lecto reperiantur, cenſeatur ea violenta præſumptio copulæ inter eos, ita vt ſufficienter probata cenſeatur, poſſintque de inceſtu damnari. Et licèt quoſdam referat, qui id negant ducti iuribus citatis, aſſerentes, quamuis præſumptio illa violenta ſit copulæ inter extraneos, iuxta. c. literis, de præſumptionibus; non tamen eſſe violentam copulæ inter conſanguineos: ipſe nihilominus cum Panor. Fel. & alijs violentam eſſe aſſerit, etiam inter conſanguineos, excepto, ſi aſcendētes & deſcendentes ſint. Idē ego intelligerē inter collaterales in primo conſanguinitatis gradu, vt ſi frater & ſoror reperiātur in eodem lecto nudus cū nuda: qm̄ l. cū qui. C. de Epiſ. & Cler. etiā collaterales in primo

mo gradu commemorat, pareſque quoad eam ſuſpi
cionem eos facit cum aſcendentibus & deſcenden-
tibus; & quoniam natura ipſa rei docet, eum conſan
guinitatis gradum etiam, in eo euentu, multũ ener-
uare præſumptionem, quando ſimul nó adſunt alia
vrgentia indicia, quæ illud indicium, in extraneis
violentum corroborent. Excipit etiam Ant. Gome.
alios conſanguineos & affines, ſi non ſecretò & oc-
cultè in latebriſq; & horis ad id quæſitis nudus cũ
nuda in eodem lecto reperiantur: nam caput literis
citatum de affinibus loquitur, & quando in latebris
lociſque & horis ad id accommodatis nudus cum
nuda in eodem lecto reperiuntur, pronunciatque eã
præſumptionem violentam, & ſufficientem ad di-
uortium inter maritum & vxorẽ eo mõ repertã cum
conſanguineo mariti. Ego verò non adeò id exten-
dendũ cenſeo, qñ non aliæ circunſtantiæ, vnà cum
conſanguinitate aut affinitate, adeſſent, quæ enerua
rent ex parte eam præſumptionem, qm̃ qñ ſola con-
ſanguinitas aut affinitas in tertio aut in quarto gra-
du interueniret, imò & in ſecundo, parum admodũ
eneruaret adeò vehementem violentãq; præſũptio
nem. Qđ ãt maſculi extranei nudi reperiantur in eo
dem lecto, bene Ant. Gom. ſubiungit non eſſe violẽ
tam præſumptionẽ copulæ ſodomiticæ inter ipſos,
quin neq; leuis præſumptio erit, niſi adſint indicia
alia, quæ ſuſpicionem augeant.

15 Quartum eſt, indicia ſe inuicem adiuuare, indeq;
emanaſſe regulam illam iuriſperitorum, *ſingula, quæ
non proſunt*, (id eſt, quæ non ſufficiunt) *collecta iu-
uant*: intellige, vel ad integram probationem, vel ad
ſemiplenam, vel ad plus quàm ſemiplenam.

16 Quintum denique eſt, ſicut ſuprà dictum eſt, da-
ri latitudinem in ſuſpicione, opinione, ac credulita-
te, ita in re propoſita eſſe dicendum, dari latitudinẽ
in leui præſumptione, in vehementi, & in violenta.
Quo fit, vt ſicut intra limites leuis præſumptionis
eſſe poteſt vna præſumptio leuis maior, quàm alia:
& intra limites vehementis poteſt vna præſumptio
vehemens eſſe maior, quàm alia, ita intra limites prę
ſumptionis violẽtæ, eſſe poteſt vna præſumptio vio-
lenta maior, quàm alia.

His omnibus ita circa forum externum iudicium
que publicum explanatis, quæ licèt ad ſequentem
quintum de iuſtitia tractatum magis quàm ad hunc
quartũ attinerent, idcirco tñ hoc loco inſerta ſunt,
qm̃ inde quiuis in iudicio priuato, ſuſpicione priua-
ta, atq; in priuata dubietate de delicto, aut exiſtima-
tione de re alia, quæ alterius famam minuit, meliùs
conijcere ac dijudicare poterit, qñ temeritas inter-
uenerit, qñ non item, vnde pendet cognitio, num in
ea exiſtimatione culpa interuenerit, an non: quoniã
ſi temeritas adfuit, culpa proculdubio interuenit, eo
maior aut minor, quo temeritas maior aut minor
fuit: ſi verò temeritas non adfuit, nulla ſanè inter-
uenit culpa, ſaltem qua iniuria illata ei ſit, de quo ita
eſt exiſtimatum: his, inquam, ita circa forum exte-
rius iudiciumque publicum explanatis, accedamus
cum theologis ad iudicium priuatum.

17 Vno è tribus modis poteſt ſe quis habere ex par-
te intellectus, concurrente conſenſu, aut imperio vo
luntatis, in exiſtimando de aliquo, quod famæ illius
præiudicet. Primò, dubitando de bonitate, aut de a-
liqua alia bona qualitate illius, vt num peccatum cõ
miſerit, animumve habeat illud committendi, num
labem habeat, quæ maculet genus illius, aut dubitã-
do de alia re ſimili, neutri parti contrarietatis aut cõ
tradictionis aſſentiendo, ſed dubitatiuè ſe habẽdo,
ſiue adſit inclinatio aliqua ex parte intellectus ĩ par
tem alteram, abſque conſenſu in illam, idque ob in-
ductiua, quæ in eam partem ſolicitent atque inclinẽt
intellectũ, ſiue nulla talis adſit inclinatio intellectus
in vnam partẽ magis, quam in aliam. Quamuis ãt in

A eiuſmodi dubio actus aliquis intellectus cernatur, in
quo eo mõ dubitans differt, non ſolùm ab eo, qui ni
hil de eo proximo cogitat, ſed ẽt ab eo, qui oblata
ſibi cogitatione circa eã qualitatem proximi ſuſpen
dit omnino actum, etiam dubitationis deliberatæ
aut voluntariæ circa illum, vel expellit eam cogita-
tionem: quia tamen in eo dubio nullus aſſenſus in-
tellectus in partem alterã interuenit, ſanè id dubiũ
limites non ingreditur iudicii, ſiue temerarij, ſiue
non temerarij. Solet verò eiuſmodi actus, quando
adeſt inclinatio intellectus in partem deteriorem, ſi
ne conſenſu tamen, appellari ſuſpicio, cum hoc ta-
men addito quaſi diminuente, ne fortè commiſerit
tale peccatum, aut ne fortè talem labem in genere
ſuo habeat, &c.

B Secundò poteſt quis ita eſſe affectus, vt aſſentia- 18
tur alteri parti, non tamen firmiter, ſed cum hæſita-
tione ac vacillatione, dubioque admixto, qualis aſ-
ſenſus his verbis exprimitur, Videtur commiſiſſe ta
le peccatum, ſed res nõ eſt omnino explorata intra
limites opinionis, ſed eſt ex parte dubia. Atque eiuſ-
modi actus appellatur ſuſpicio ſimpliciter ſine addi
to diminuente, & eſt medius actus inter dubium, de
quo proximè ſumus loquuti, & inter iudicium adhę
ſionemve omnino alteri parti ſine dubio admixto,
tametſi opinione & credulitate humana, cui ex na-
tura aſſenſus ac cognitionis nõ repugnat ſubeſſe fal
ſum: id quod quiuis prudens & doctus, etiam ſi aſ-
ſenſum eliciat opinione & credulitate humana om
nino determinata ſine vacillatione, hæſitatione, ſeu
C dubio admixto ex parte ipſius ita aſſentientis, facilè
confitebitur ex natura talis aſſenſus, quo ita rem ſi-
bi omnino ſine hæſitatione admixta perſuadet, non
repugnare ſubeſſe illi falſum. Hinc quando Caiet.
2.2.q.60.art. 3. ad ſecundum gradum explicatũ ait
pertinere illum, qui aſſentitur quidem ac iudicat ali
quid ſiniſtrum de proximo ſuo, non tamen ita firmi
ter, quin ſi ſe ipſum tunc interrogaret, an crederet
exiſtimationem ſuam fortè eſſe falſam, reſpõderet,
ſimul ſe credere poſſe eſſe falſam, eſt diſtinguẽdũ.
Quoniam ſi id quidem reſponderet, quoniam non
firmiter adhæret, ſed cum vacillatione & hæſitatio-
ne, verum ſanè affirmat Caietanus: ſi verò id reſpõ
deret, quia videt, opinionem & credulitatem huma
nam, eſtò determinata ac ſine hæſitatione in dubio
D admixto concepta ac formata ſit, eſſe talem, cui nõ
repugnat ſubeſſe falſum, fallique ita opinantem ac
credentem, falſum profectò Caiet. affirmat, quoniã
tunc id verè eſt iudicium plenũ, à ſuſpicione diſtin-
ctum, eoque magis temerarium de re ſiniſtra ita ab-
ſolutè & ſine dubitatione admixta ex parte illud eli
cientis formatum, quo debilioribus indicijs forma-
tum eſt, ob quorum debilitatem, ſi reflectat ſupra ſe
ipſum, ſeque interroget, num credat eam ſuam exi-
ſtimationem falſam fortè eſſe, facilè reſpondebit, ſi
mul ſe credere poſſe eſſe falſam, lõgè proculdubio
facilius, quàm qui ſufficientibus indiciis idem iudi-
cium ſine vlla temeritate formaret. Circa hunc ſecũ
dum modum exiſtimandi, quo quis poteſt eſſe affe-
E ctus, quique ſuſpicio ſine addito diminuente dr̃, ob-
ſerua. Quòd cum latitudinem, vt ſuprà dictum eſt,
habeat, poſſitq; plus aut minus de hęſitatione ac du
bio habere admixtum, ſi multum de hæſitatione ac
dubio admixtũ habeat, dicitur ſuſpicio leuis: ſi verò
parum de hęſitatione ac dubio habeat admixtum,
dicitur ſuſpicio vehemens. Vtraque autem ſuſpicio
ſuam etiam habet latitudinem, vt ſupra etiam dictũ
eſt. Et leuis eſſe poteſt magis aut minus leuis, & ve-
hemens eſſe poteſt magis aut minus vehemẽs, pro-
ut vnaquæque intra ſuos limites plus aut minus ha-
buerit de hæſitatione ac dubio admixtum.

Tertiò poteſt quis ita eſſe affectus, vt ſine hæſita 19
tione, vacillatione, dubiove admixto, credulitate

plena ex parte aſſentientis alteri parti aſſentiatur, A credens ita omnino habere. Atque hæc eſt, quæ appellatur iudicium diſtinctum à dubio & à ſuſpicione, etiam vehementi.

Illud dicendum eſt vniuerſim circa hos tres modos, quibus aliquis ex parte intellectus, concurrente aſſenſu aut imperio voluntatis, poteſt eſſe affectus in exiſtimatione de re aliqua, quæ famæ alicuius exiſtimationi ve, quæ de illo haberi debet, præiudicet. Tunc in vnoquoque eorum eſſe temeritatem, atque adeò iniuriam proximi lethalem aut venialem, quādo actus cuiuſuis horum trium graduum elicitur ſine ſufficientibus ad eam indicijs: quando verò ex ſufficientibus indicijs ſeu inductiuis ad id de eo cōcipiendum elicitur, tunc vt nulla in eo cernitur temeritas, ſic nulla in eo formando ac eliciendo fit ei B proximo iniuria. Maiora autem requiruntur indicia ac inductiua ad non temere iudicandum aliquid ſiniſtrum de proximo aliquo, quam ad non temere ſuſpicandum illud idem de illo, & maiora ad id non temere de illo ſuſpicandum, quàm ad non temere dubitandum illud idem de eo. Quæ autem in vnoquoque euentu ſufficiant ad non temere eliciēdum aliquem illorum actuum, ſtatui non poteſt certa regula, ſed prudentis arbitrio eſt id relinquendum. Tametſi non adiuuent parum ad id meliùs ſtatuendum ac cenſendum, quæ hactenus dicta ſunt. Illud tamen eſt admonendum, minores probationes minoraque indicia ac inductiua ſufficere ad non temere iudicandum aliquid iudicio priuato, quàm ad nō temere iudicandum illud idem iudicio publico. Si C enim vir vnus, de quo nulla ratione eſſet veriſimile eum mentiri, mihi narraret, ſe vidiſſe aliquos adulterantes, aut aliud flagitium illos commiſiſſe, idque narraret, vel animo, vt per me meliùs corrigerentur, vel fortè leuitate ſua mihi & alijs id manifeſtaret, ſanè temeritas nulla eſſet id credere, neque qui id ita crederet, vllam iniuriam ei faceret, imò potius iniuriam faceret viro illi fide digno, ſi crederet illum falſum narrare, nihil impediente, quòd cerneret, malè illum facere id ita narrando. Id tamen teſtimonium, etiam teſtis omni exceptione maioris, & iuramento confirmati, atque in iudicio publica autoritate ſuſceptum, ſufficiens non eſſet ad ſine temeritate iudicium publicum ea de re ferendum, dānandumque illum, de quo id eſſet teſtificatum. Ratio D autem eſt, quoniam ſicut plus requiritur ad damnandum aliquem criminaliter, quàm ad damnandū ea de cauſa illum ciuiliter, & plus ad damnandum eum de maiori crimine, vt ſupra explanatum, comprobatumque fuit: ſic plus requiritur ad ſententiam publicam, iudiciùmve publicum, maximè quando in eo agitur de damno illi reo exterius ea de cauſa inferendo, quàm requiratur ad iudicium priuatum internum.

DISPVT. 18.

Iudicium temerarium an culpa lethalis ſit. Et num etiam in ſuſpicione & dubio temerarijs, lethalis culpa aliquando interueniat. E

SVMMARIVM.

1 *Is qui in re graui, & cum ſufficienti deliberatione voluntatis temere dubitat circa ſiniſtrum quid de proximo, idque non firmiter, ſed vacillanter, non peccat lethaliter, ſed is qui firmiter iudicat, ſine vlla hæſitatione.*

2 *Iudicium temerarium, de re quæ proximi famæ præiudicat, ex ſuo genere eſt culpa lethalis.*

3 *Vt iudicium temerarium peccatum mortale ſit tria requiruntur.*

4 *Primò ut ſit uoluntatis actus planè deliberatus.*

5 *Secundò ut ſit in re graui, quæ tantùm præiudicet famæ eius, ut id ad lethalem culpam in materia iuſtitiæ ſufficiat.*

6 *Tertiò, ut tanta interueniat temeritas in eo iudicio firmando, ac eliciendo, quæ prudentis arbitrio ad culpam ſufficiat lethalem. Illa temeritas tripliciter accidit.*

7 *Aliud eſt iudicare probabilitatem quæ eſt ex indicijs, aliud eſt iudicare aliquem id feciſſe, aut uelle facere.*

8 *Quando iudicium temerarium eſt circa rem, quam non temere quis iudicat ineſſe alicui, licèt temere iudicet illam in ſe eſſe culpam lethalem, aut aliquid aliud infamans, cùm tamen ex ignorantia erret, non eſt culpa lethalis.*

9 *Ob magnitudinem indiciorum & inductiuorum ad id credēdum aliquando tam parum temeritatis eſt in aliquo iudicio temerario, ut licèt ſit de re graui, ad culpam non pertingat lethalem, ſed ſolùm ſit culpa uenialis.*

10 *Suſpicio de re graui, licèt aliqua in eo interueniat temeritas, non eſt culpa lethalis: eſſe tamen aliquando poteſt.*

11 *Dubitatio de aliquo circa aliquod ſiniſtrum, etiamſi temeritas adſit, quando ad limites ſuſpicionis non pertingit, regulariter non eſt culpa lethalis.*

12 *Quænam ſit dubitatio de qua hic agitur.*

13 *Examinatio bonitatis alicuius perſonæ bono fine, nullum eſt peccatum.*

Caiet. 2.2.q.60. art. 3. in ſumma verb. iudicium temerarium, & verb. ſuſpicio, vniuerſim affirmat, neque eum, qui in re graui & cum ſufficienti deliberatione ac conſenſu voluntatis, leuibus atque inſufficientibus ad id indicijs ac motiuis, ac proinde temere, dubitat circa ſiniſtrum aliquid de aliquo, aut id iudicat, cæterùm non firmiter, ſed cum hæſitatione, vacillatione, ſeu dubio admixto, peccare lethaliter, ſed ſolum eum, qui firmiter, hoc eſt, ſine hæſitatione admixta, id iudicat, peccare lethaliter. Addit Caiet. (& in eo Sotus 3. de iuſt. q. 4. artic. 3. etiam conſentit) Diuum Thomam in eo articulo 3. nomine eius, qui leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitat (quod Diuus Thomas veniale eſſe affirmat, pertinereque ad tentationem humanam, ſine qua hæc vita non ducitur) comprehendere, non ſolum eum, qui ita dubitat, vt nullum aſſenſum eliciat, ſed etiam eum, qui quāuis aſſenſum eliciat, non tamen ita firmum eum elicit, quin admixtam habeat hæſitationem. Qui aſſenſus, ait Sotus, ſuſpicio nuncupatur: id quod ſatis cōſtat ex dictis diſputatione præcedente. Confirmant verò Sotus & Caiet. Diuum Thomam, nomine eius, qui leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitat, vtrumque illorum comprehendiſſe: quoniam explicando ſtatim iudicium temerarium, quod de re graui ait eſſe culpam lethalem, eſſe dicit, quando quis pro certo æſtimat malitiam alterius ex leuibus indicijs. Cui ſententiæ concinit gloſſa in illud. 1. ad Corin. 4. *Nolite ante tempus iudicare.* quę eſt Aug. tract. 90. in Ioan. quam Diuus Thomas in confirmationē ſuæ ſententiæ citat, & ſic habet. *Si ſuſpiciones uitare non poſſumus, quia homines ſumus, iudicia tamen, id eſt, definitiuas firmaſque ſententias continere debemus.* Hæc gloſſa illa. Cum Caietano conſentire videtur Nauar. in Manu. cap. 18. num. 9. Alii verò aliter interpretantur Diuum Thomam, cenſentque in ſuſpicione & dubio de re graui interuenire culpā lethalem, cum quibus ex parte conſentiunt Sotus vbi ſupra,

pra, & Victoria in Commentariis manuſcriptis in eundem Diui Th. articulum.

2 Quid de hac re ſentiamus, ſequentes concluſiones aperient. Prima concluſio. Iudicium temerariũ de re famæ, exiſtimationi ve, quæ de proximo haberi debet, præiudicante, ex ſuo genere eſt culpa lethalis. Concluſio hæc eſt Diui Thomæ art. 3. citato, & communis doctorum. Probatur, quoniam fama, bonaque exiſtimatio in mentibus aliorum inter bona noſtra computatur altioris ordinis ac valoris, quàm ſint bona externa: ergo qui temerariè ex leuibus, minimèque ſufficiẽtibus indiciis ac inductiuis ſiniſtrè de aliquo iudicat, contra iuſtitiam peccat, iniuriamque illi facit in re, quàm iure optimo plus æſtimat, quàm externa bona; cum ergo peccatum contra iuſtitiam ex ſuo genere ſit culpa lethalis, præiudicareque proximo per iudicium temerarium in bono famæ exiſtimationiſve, quam de illo habere debebat, grauius ex ſe & ex ſua natura ſit, quã illi pręiudicare in bonis illius externis, meritoque is, cui ita præiudicatur, grauius illud ferat, pluſq; æſtimet, quã ſi in externis bonis eſſet ei pręiudicatum, conſequens profectò eſt, vt iudicium temerarium ex ſuo genere culpa ſit lethalis. Itẽ, qui falſum teſtimonium alteri dicit de re præiudicante bonæ exiſtimationi alicuius, aut peccatum occultum illius alteri detegit, lethaliter peccat ex omnium ſnĩa, quatenus iniuſta cã eſt, vt is, qui id audit, ſiniſtrè concipiat de eo, de quo id dr̃, famaq; ſeu exiſtimatio illius apud eum lædatur, etiã ſi periculum non ſit notitiam illam diffundendam eſſe ad aliquem aliũ, ſed non minus iniuriam quis alteri facit in eo, quòd ipſe temere de eo id malum iudicet & concipiat, q̃ in eo, quòd detegendo crimen ſecretum illius, aut falſum teſtimonium de illo dicendo in cã ſit, ꝙ alter ſimilem exiſtimationem de illo concipiat: ergo iudicium temerarium culpa eſt ex ſuo genere lethalis. Itẽ, qui temerè de aliquo iudicat, illum ſine iuſta cã apud ſe cõtemnit, vel certè eo ipſo ſe exponit periculo temere atq; iniuſtè illum contemnendi, ac iudicandi eum indignum muneribus, beneficiis, ac dignitatibus, ergò iudicium temerarium ex ſuo genere culpa eſt lethalis. Confirmatur ex illo Matth. 7. & Lucæ 6. *Nolite iudicare* (temere. ſ. iudicio interno, aut etiam externo ore vlterius prolato) *& non indicabimini* (iudicio videlicet condemnatorio ob eã culpam. Vnde ſtatim ſubiungitur.) *Nolite condemnare* (temere ac iniuſte) *& non condemnabimini* (pæna videlicet iuſta ob id delictũ) *in quo enim iudicio iudicaueritis* (id eſt, pro qualitate iudicii, quo inique proximos veſtros iudicaueritis) *iudicabimini* (pæna competenti vobis ea de cauſa impoſita. *Et in qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis.* Vnde continuò addit, expedire magis, vt vnuſquiſque proprios defectus conſideret, eoſque corrigere ac deplorare ſtudeat, vt ab eis purgetur ac mũdetur, quam alienos inquirere ac iudicare: indignũque eſſe, vt quis, neglectis maioribus ſuis delictis in minoribus alienis inquirendis ac iudicandis ſe occupet, etiam ſi obtendat, ſe id efficere gratia illos corrigendi: minuſque aptum eſſe ad ſyncere inſpiciendos minores alienos defectus, eoſq; corrigẽdos, qui maioribus eſt affectus, eoſq; corrigere nõ curat: ſic .n. addit. *Quid autem uides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo, frater, ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabes eſt in oculo tuo? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.* Et Iacobus Epiſtola ſua canonica. cap. 4. cum detractione, quæ ex ſuo genere culpa eſt lethalis coniungit temerarium iudicium, dicens: *Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum detrahit legi*, deficiendo ſcilicet ab impletione illius ſeq; ſubtrahendo ab obſeruatione illius. Addit, *& iudicat legem*, ſuum ſcilicet iudicium præferendo iudicio & mandato legis, quæ non temere iudicare cum præiudicio famæ proximi præcipit.

Secunda concluſio. Vt temerarium iudicium peccatum ſit lethale, tria neceſſaria ſunt ſimul concurrant. Primum, vt concurrat voluntatis actus plenè deliberatus, quantũ in quauis alia materia ſufficere ſolet ad culpã lethalem. Secundum, vt ſit de re graui, quæ tantũ præiudicet famę eius, de quo tale iudiciũ hr̃, vt id ad lethalem culpam in materia de iuſtitia ac iniuria ſufficiat. Et tertium, vt interueniat temeritas tanta in eo iudicio formando ac eliciendo, quæ prudentis arbitrio ad culpã ſufficiat lethalem. 3

Quòd attinet ad primum ex his tribus neceſſarijs, vt temerarium iudicium culpa ſit lethalis, ſatis ſunt, quæ diximus Diſpu. 13. vbi copioſè explicauimus, quando iudicium peragatur ſolo intellectu nõ interueniente conſenſu voluntatis, & quando conſenſus voluntatis cenſeri debeat non plenè deliberatus, atque adeò quando iudicium temerarium cenſendũ ſit carere culpa lethali ex eo, quòd ad illud nõ concurrat actus voluntatis plenè deliberatus. 4

Quòd verò ad ſecundum attinet, vt ſcilicet ſit de re graui, quæ tantum præiudicet famæ eius, de quo tale iudicium habetur, vt id ad lethalem culpam in materia iuſtitiæ ac iniuriæ ſufficiat; multi hanc regulam tradunt, quòd quando aliquis temere de proximo ſuo iudicat id, quod in eo proximo eſſet culpa lethalis, tunc id temerarium iudicium ſit culpa lethalis: quando verò aliquid aliud temere de ꝓximo ſuo iudicat, tunc id iudicium non ſit culpa lethalis. Probe verò Sotus art. 3. citato, poſt Victoriam, & multi alij poſt illos cenſent eã regulã non eſſe vniuerſim verã. Primò, qm̃ ſi de iuuene amoribus inhoneſtis dedito, aut de aliquo alio, qui parum curet ſe exiſtimari amoribus inhoneſtis deditũ, aliquis temere iudicet, illum ſiniſtra intentione mulierem aliquã aſpicere, aut ad ſe eam afficere curare, ſanè tale iudiciũ temerarium, hoc eſt, ſine ſufficientibus tunc indicijs deliberatè conceptũ, non erit culpa lethalis: qm̃ modica aut nulla iniuria eo illi infertur. Atq; idem cenſendũ eſt de iudicio temerario, quo quis iudicet de aliquo, ipſum velle digladiari cum alio, aut velle ſumere de illo vindictam, aut aliquod aliud crimẽ, qñ is nihil curaret, aut non multum ægre ferret, talem de ipſo haberi exiſtimationem. Idẽ eſſet de eo, qui famam omnino perditã haberet quo ad aliquod vitium, in quod ſæpè incidiſſet, & à quo non eſſet emendatus, ſi de illo temerariè iudicaretur, commiſiſſe actum alium eius vitij, vel velle illum cõmittere, eſtò ille peroptaret, non talem de ipſo haberi exiſtimationem: qm̃ adeo infamato de eo vitio, parum nocet quo ad exiſtimationẽ de illo circa id vitiũ ac cõtrariã virtutẽ, exiſtimatio temeraria, ꝙ vnũ aliud peccatũ eiuſdẽ ſpeciei ẽt commiſerit. Quo ad peccata ẽt venialia, quæ conſiderato ſtatu, & exiſtimatione ſanctitatis, quæ de illo habetur, multum detraherent de exiſtimatione illius, & nõ leuiter illius famã denigrarent, ita vt meritò ille ęgrius ferret, talem de ipſo haberi exiſtimationem, quam ſi iactura iniuſta in bonis ipſius externis fieret, quę ad culpam ſufficeret lethalẽ, veriſimile ſatis eſt, iudiciũ temerariũ quo ad illũ, ꝙ in ea incideret peccata, aut detractio de illo, ꝙ ea cõmiſerit peccata, culpã eſſe lethalẽ, ob notabile detrimẽtũ, qđ ea via famæ & exiſtimationi, quę de eo haberi debet, inferret; vt ſi de illo temere exiſtimaretur, aut detraheretur, mendacẽ eſſe, vel intẽperatũ valde eſſe in cibo & potu, aut alijs culpis venialib. eſſe deditũ, q̃ notabiliter, attẽta qualitate ſtatus, & exiſtimationis, quæ de illo hr̃, denigrarent famã ac exiſtimationem illius. De eo, qui temere iudicaret, natum honeſto loco, eſſe de genere hebræorũ 5

aut ſaracenorum, quidam dicunt, id culpam nō eſſe lethalem: quoniam, inquiunt, apud Deum, & apud rectè ſentientes, id infame non eſt, cùm in eo nulla ipſius interuenerit culpa. Fatentur verò detractationem, qua id alteri ſignificetur, eſſe culpam lethalē. Non tamen video, cur eſſe cauſam iniuſtam, quòd alius de illo habeat eam exiſtimationem de re, quæ nulla eſt culpa ita infamati, neq; apud Deum & homines rectè ſentiētes vlla eſt infamia, culpa ſit lethalis: & non ſit culpa lethalis habere temere & iniuſtè eā exiſtimationem ac iudicium de illo; cùm ille, de quo temere id iudicatur, non minùs ægre ferat haberi id iudicium & exiſtimationē de ipſo ab eo, qui id temere iudicat, quàm ab alio, cui id detractione ſit ſignificatum: & cùm non minùs ea de cauſa ipſum interiùs, in ſuaque reputatione, ipſum contemnet ea de cauſa, qui id temere de ipſo iudicat, quam is, cui detractione id ſignificatum ſit. Quare tale iudicium temerarium de ea aut de alia ſimili re grauē iniuriam cum Soto vbi ſuprà & cū alijs quo ad honorem & famam huius ſeculi reputo, quam ægriùs quiſque ferret, quàm ſi tanta læſio in bonis externis eſſet ei facta, quæ ſufficeret ad culpam lethalem, aut quam ſi temere de ipſo iudicaretur ipſum incidiſſe in culpam aliquam lethalem; ac proinde lethalē culpam in eo iudicio, ſi valde ſit temerarium, interuenire exiſtimo. Nulla ergo melior regula ſtatui poteſt ad iudicandum, quando iudicium temerarium ad culpam lethalem ex eo pertingat, quòd ſit de re graui, quàm attendere, num inde tanta iniuria ac læſio in fama & exiſtimatione illius ſequatur, quę prudentis arbitrio ad culpam pertingat lethalem.

Ex dictis colligo, ſi quis in re graui temere iudicaret, aliquem indeterminatè commiſiſſe aut committere velle aliquod delictum, nullū in particulari hominem concipiendo ac deſignando, non peccare lethaliter: quoniam nulli in particulari faceret iniuriā. Niſi fortè id iudicaret de religioſo alicuius monaſterij in particulari, ita quòd iudicium illud in contemptum & peruerſam exiſtimationem religioſorum illius monaſterij aut religionis redundaret.

Colligo deinde, ſi quis in re graui temere iudicaret de aliquo determinato in ſingulari, quem à longè videret, aut de nocte inueniret, neq; eū agnoſceret, neq; agniturus eſſet, quis ille eſſet, non peccare lethaliter. Quoniam modicam illi iniuriam ac læſionē in ſua fama id ei efficeret, nulluſq; ægre notabiliter ferret, talem de ipſo haberi ſiniſtrā exiſtimationem. Hæc de ſecūdo eorum, quæ neceſſaria ſunt, vt iudicium temerarium de aliquo culpa ſit lethalis.

6 Quod verò attinet ad tertium, nempe vt tanta interueniat temeritas in eo iudicio formando ac eliciendo, quæ prudētis arbitrio ad culpam ſufficiat lethalem, obſeruat D. Th. art. 3. citato, triplici ex capite euenire interdum ſolere, ꝙ quis temere de proximo ſuo aliquid iudicet. Interdū enim euenit ex parte iudicātis, qui qualis ipſe eſt, tales alios iudicat, ex ſua conſcientia alios æſtimans ac dimetiens, iuxta illud Eccleſiaſtici 10. *In uia ſtultus ambulans, cùm ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat.* Interdū verò prouenit ex prauo affectu ad eum proximum, puta ex odio, inuidia, aut alio ſimili affectu ad illum. Voluntas quippe vim magnam habet ad flectendum intellectum, iudiciumque rationis peruertendum: eaque de cauſa, qui prauè ad alium eſt affectus, facilè leuibus indicijs malum de illo ſuſpicatur ac iudicat. Interdum etiam prouenit ex longa experientia. Qua ratione Ariſt. 2. Reth. c. 13. ait, ſenes eſſe multum ſuſpicioſos, eo quòd multoties experti ſint aliorum defectus (tametſi alias etiam rationes coadiuuātes reddat, cur ſuſpicioſi ſint.) Et quidem quando temeraria ſuſpicio aut iudicium temerarium ex aliqua duarum priorum cauſarū euenit, plus culpæ, cæteris pa- A ribus, habet, quam qn̄ ex tertia cauſa prouenit, quatenus experientia, ꝙ cum paruis indicijs, quin & ſine illis, deprehendi id malum ſolet: ea enim experiētia conducit ad temeritatem ex parte excuſandam.

Obſeruandum deinde eſt, aliud eſſe iudicare probabilitatem ac veriſimilitudinem, quæ eſt ex indicijs, vt aliquis ſiniſtrum quid fecerit, aut efficere velit, aut vt labes aliqua in eo ſit, & aliud iudicare id feciſſe, aut velle facere, vel in eo eſſe talem labem ac defectum. quando. n. indicia ſufficientia non ſunt ad abſolutè aliquid horum iudicandum, ſunt tamen talia, vt prudētis arbitrio veriſimile ac probabile id efficiant, tunc nulla eſt temeritas iudicare veriſimilitudinem ac probabilitatem, quæ iuxta ea indicia eſt, vt id ſit. Quare non ſolum ad ſufficientem caute- B lam, & ad ſubueniendum malis, fas eſt iudicare eā probabilitatem, vt Diſp. 14. explanatū copioſè fuit; ſed etiam abſque vlla temeritate idem iudicat quicunque alius, qui ſine tali bono fine id iudicat, & abſque vlla iniuria eius id facit, de quo id iudicatur: quippe cum non plus iudicetur veriſimilitudinis & probabilitatis, quàm ſufficienter ea indicia atq; inductiua perſuadeant. 7

Illud præterea eſt obſeruandum cum Caie. 2. 2. q. 60. art. 4. & cum pleriſque aliis, quando iudicium temerarium eſt circa rem, quam non temere quis iudicat ineſſe alicui, licèt temere iudicet illam in ſe eſſe culpam lethalem, aut aliquid aliud infamans, cū tamen ex ignorantia erret, taleque id in ſe non ſit, regulariter non eſſe culpam lethalem. Vt ſi quis, arbi- C tratus ex ſua ignorantia imprecari malum iumento culpam eſſe lethalem, cernenſque aliquem iumento malum imprecari, iudicet illum peccaſſe lethaliter: tale temerarium iudicium non eſſet culpa lethalis: quoniam id non cedit in grauem iniuriam eius, de quo ea de cauſa exiſtimat is peccaſse illum lethaliter: cum illius ignorantię id imputetur, facileq; quiuis contemnat ex ea ignorantia aliquem arbitratum eſse, ipſum peccaſse lethaliter. 8

Illud denique eſt obſeruandum, cum peccatum lethale in iudicio temerario expendēdum ſit ex quātitate iniuriæ, quæ proximo fit, id temere de ipſo iudicando, & quo minora ad id iudicandum ſunt indicia, eo plus temeritatis & iniuriæ ſit ſiniſtrum aliquid de eo iudicare: quo verò maiora indicia ad id D iudicandum ſunt, eo minùs temeritatis & iniuriæ in eo iudicio ſit: conſequens profectò eſse, vt aliquando ob magnitudinem indiciorum ac inductiuorum ad id credendum tam parum temeritatis ſit in aliquo iudicio temerario, vt licèt ſit de re graui, ad culpam non pertingat lethalem, ſed ſolum ſit culpa uenialis, qua de cauſa rectè Sotus affirmauit, aliquando non poſse certo definiri, an iudicium aliquod temerarium culpa ſit lethalis, an vero ſolum venialis: Id vero multo magis habebit locum in ſuſpicione, eſto in illa aliquid temeritatis interueniat. 9

Tertia concl. Suſpicio de re graui, licèt aliqua in ea interueniat temeritas, regulariter non eſt culpa lethalis, eſse tñ poteſt de re adeo graui, & tanta in ea E interuenire poterit temeritas, vt ſit culpa lethalis. Prior pars eſt gloſſę ex Aug. deſūptæ tractatu 90. in Io. ſupraq; relatæ, & D. Th. art. 3. citato, qui regulariter ſunt intelligendi, in eāq; conſentiunt Caiet. & Sot. locis citatis. Probari āt poteſt. Quoniam in primis, ſi vel nulla rōne ſit voluntaria ſeu libera, vt in ſuſpicione longè facilius poteſt euenire liberam nō eſse, quàm in iudicio, tūc neque culpa erit venialis, eſtò materia valde ſit grauis, quoniam ſine libertate eſse nō poſſit ratio peccati, etiā venialis. Si itē nulla in ea interueniat temeritas, quia non maior eſt ſuſpicio, quam indicia ac inductiua id ſuadeant, tunc nulla iniuria in ea fit proximo, vt de iudicio, in quo nulla interueniat temeritas, dictum eſt, ac proinde 10

nullum

nullum peccatum contra iuſtitiam, etiam veniale, in ea interueniet, eſtò plenè deliberata ſit, & de re graui. Quod ſi vtiliter, fineque aliquo honeſto, iuxta ea quæ Diſput. 14. dicta ſunt, ea ſuſpicio eliciatur, tunc opus erit honeſtum, & nec veniale peccatum in ea interueniet: ſi autē vtilitate & fine honeſto careat, ad ſummum eſſe poterit culpa venialis, tanquā otioſum minimèque vtile opus. Porrò ſi non plus quis ſuſpicetur, quam iuxta quantitatem probabilitatis, quæ prudentis arbitrio ſit, attentis indiciis ac inductiuis, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt, nulla erit temeritas in ea ſuſpicione: ſi verò plus vehementiuſve ſuſpicetur tunc temeritas erit iuxta augmentum ſolum maioris ſuſpicionis, quàm pro quantitate indiciorum ad inductiuorum æquum ſit id ſuſpicari.

B Deinde verò ſuſpicionem, etiam ſi interueniat aliqua temeritas, quia maior eſt ſuſpicio, quàm indicia meritò perſuadeant, & etiam ſi de re ſit graui, (nam de re prudentis arbitrio non graui dictum eſt iudicium temerarium non eſſe culpam lethalē, & multo minus ſuſpicio erit culpa lethalis) atque etiam ſi interueniat libertas, regulariter non eſſe culpam lethalem, probatur. Quoniam licèt de iudicio temerario de re graui, interueniente plena deliberatione, & magna temeritate, attenta qualitate indiciorū, oſtēſum ſit eſſe culpam lethalem; non tamen cernitur tāta iniuria proximi in vno duntaxat tali iudicio interno priuato, vt non poſſet facilè aliquis dubitare, nū tanta iniuria eo fiat, quæ ad culpam lethalem ſufficiat: cum ergo in ſuſpicione, cæteris omnibus paribus, maximè ſi non ſit adeò vehemens, vt ferè nihil

C de dubio admixta habeat, vt regulariter eſſe non ſolet, ex vna parte ſit lōgè maior iniuria proximi, quā in iudicio temerario; & ex alia minus libertas eſſe ſoleat in illa, quā in iudicio plenè deliberato, eo quòd facilius & violentius rapi ſoleat intellectus ac voluntas ad ſuſpicandum ex indiciis, quam ad determinatè iudicandum. & quando in illa temeritas interuenit, eſſe ſoleat modica, quoad exceſſum, comparatione quantitatis ſuſpicionis, quam abſque iniuria proximi poterat idem ſuſpicans formare pro qualitate & quantitate indiciorum, conſequens profectò eſt, vt regulariter ſuſpicio de re graui, etiam ſi in ea temeritas aliqua interueniat, non ſit culpa lethalis: præſertim cum de iudicio temerario de re graui dictum ſit, aliquando non pertingere ad culpam lethalem

D lem propter modicam temeritatem, quæ in illo interuenit. Vnde in praxi confeſſionum non eſt ratio habenda ſuſpicionum, quaſi in illis culpa interueniat lethalis, quando non ſunt de re admodum graui, atque tunc cum indiciis admodum leuibus, niſi quis in baratrum ſcrupulorum incidere velit, perturbareque pænitentes, iugumque confeſſionū plus iuſto reddere graue ſibi ac pænitentibus, præſertim cum quando ſuſpiciones admodum ſunt vehementes, quæ modicum dubium habeant admixtum, pænitentes diſtinguere neſciant illas à iudiciis temerariis, atque pro iudiciis temerariis illas ſoleant confiteri, vixque confeſſarii examinando pænitentes diſcernere poſſint, num ſuſpiciones vehementiſſimę

E ſint, an potiùs iudicia temeraria. Quòd ſi doctus aliquis confiteatur, qui iudicium à vehementi ſuſpicione diſcernat, ipſe id aperiet, atque fortaſsè ſub dubio confitebitur, num ſuſpicatus id tantum vehemēter fuerit, an deuenerit ad iudicium temerariū. Adde ſæpe non eſſe tantam temeritatem, etiam in vehementiſſima ſuſpicione, quæ ad culpam ſufficiat lethalem; eo quòd vehementia indiciorum, quæ id vehementer ſuſpicari efficiunt, aufert multū de temeritate eius vehementis ſuſpicionis.

Poſterior verò concluſionis pars, eſſe. ſ. poſſe ſuſpicionem de re adeò graui, & in ea poſſe interuenire tanta temeritatē, vt ſit culpa lethalis, ex eo cū Soto & Victoria probatur. Qm̄ in iudicio & ſuſpicione temerariis, ex quantitate iniurię quæ fit proximo temerariè iudicando, aut ſuſpicando de illo ſiniſtrū aliquid, expendendum ac cenſendū eſt, num id iudicium, aut ea ſuſpicio, culpa ſit lethalis vel venialis: ſed maior fit iniuria alicui, quòd ex leuib. omninoque inſufficientibus indiciis opineris de illo cum vacillatione ac dubio admixto, ſeu ſuſpiceris, illum hæreticum eſse, aut patriæ proditorem, ſodomiticum, vel concubitum habuiſse cum matre, quàm ſi plenè iudices temerè de illo commiſiſse fornicationē cū muliere communi, aut delictum aliud, quod non leuiter præiudicet famæ ac exiſtimationi, quæ de illo haberi debet: conſequens profectò eſt, vt ſuſpicio non leuis in re illa adeò graui, pleneque deliberata, ſi leuibus indiciis concepta elicitaque ſit, culpa ſit lethalis.

11 Quarta concl. Dubitatio de aliquo circa aliquid ſiniſtrum, ēt ſi temeritas adſit, qn̄ ad limites ſuſpicionis non pertingit, regulariter non eſt culpa lethalis. Probatur qm̄ in dubitatione, eſtò temeritas aliqua interueniat, & deliberata ſit, ſitq; de re valde graui, longè maiori iniuria, cæteris paribus, fit proximo, lōgeq; proinde minor culpa interuenit, quā in iudicio temerario, & q̄ in ſuſpicione, atque ad non temere dubitandū longè minora iudicia ſufficiunt, q̄ ad nō temere iudicandū, & quàm ad non temere ſuſpicādum, vt ex ſe & ex dictis conſtat, ergo præter quam ꝙ dubitatio faciliùs eſse poterit non plenè deliberata, quam iudicium temerarium, & q̄ ſuſpicio, & ꝙ difficilius ſit tranſigere hanc vitā ſine dubitatione de probitate aliorum, quam ſine ſuſpicione, imò ꝙ cauti eſse attendereque à falſis ēt prophetis debeamus pp humanam fragilitatem ac malitiam, quā ſæpe in multis experimur, ſanè rarò indicia ſufficiētia non erunt ad dubitationem de re quantumuis ſiniſtra proximi, quam formamus, & eſtò interdum inſufficientia ad id ſint, tam modica erit temeritas cōparatione nudæ dubitationis, & tā longè minor erit iniuria temerariæ dubitationis, quàm temerariæ ſuſpicionis, vt ea temeritas & iniuria ad culpam non ſufficiat lethalē. Ait Sot. art. 3. citato, dubitare de bonitate Beatiſſimæ Virg. Mariæ, S. Ioan. Bapt. aut alterius ſimilis ſancti, eſse culpā lethalem. Id quidē fatemur, ſi ea dubitatio deliberata ſit, imò erit hæreſis: poſtquā ſanctitas beatæ Virginis, & S. Io. Bapt. adeò explorata eſt ac certa, vt ad fidem catholicam eam credere pertineat: eaque de cā in concluſione diximus, regulariter dubitationē deliberatā ac temerariā de re graui nō eſse culpā lethalē, quoniā aliqn̄ rarò culpa eſset lethalis: qn̄ verò ſanctitas alicuius non eſt adeò certa ac manifeſta effecta, vt iudicio eccleſiæ manifeſta ſit canonizatione, aut beatificatione Sāctorū, aut ſi manifeſta ſit effecta apertiſſimis miraculis, & cōſenſu populorū, rarò ſola dubitatio de probitate aut de peccato alicuius ad culpam pertingat lethalē. Tametſi quo grauior ac ſanctior eſt perſona, pluresque ſunt circunſtantiæ, quæ illius sāctitatem ac probitatem ſuadent, eo maiora indicia requirantur ad non temere dubitandū de illius bonitate, grauiorque iniuria ei fiat, inſufficientibus ad id indiciis de illius bonitate dubitare.

12 Illud eſt obſeruandum, dubitationē, de qua modò loquimur, non eſse ſuſpenſionē iudicii & aſsenſus, vt Sot. arbitratur, falsò addens, nos teneri habere bonā exiſtimationem de proximo noſtro non ſuſpendendo iudiciū: ſed eſse adducere intellectū in quæſtionem bonitatē proximi de illa diffidendo, & illam quaſi dubiam examinando: qđ ſi temere fiat, in iniuriam proximi cedit. In eo autē, quod oblata cogitatione de bonitate aut de malitia proximi, iudicium ſuſpendam, & auertam cogitationē ad alia, nolendo me intromittere in ea re, neque bonam

neque malam exiſtimationem de illo formando, neque illam curando examinare, adducereve in diſcrimen apud me, ſanè nullam omnino facio illi iniuriam.

13 Illud item obſerua, adducere in examen probitatem alicuius bono aliquo fine, vt quia cura & vigilantia circa mores illius incumbit ei, qui illos examinat, vel vt videat, num verè ſit dignus & aptus, quẽ præficiat alicui rei, aut in quo beneficium aliquod collocet, nullum eſſe peccatum, quoniam bono fine id fit, neque in eo vlla fit ei iniuria, cuius mores in eum finem examinantur.

Illud poſtremò obſerua, ex ſolo iudicio temerario, aut ſuſpicione vel dubio temerarijs, non conſurgere obligationem reſtituendi. Quoniam licèt iniuriam inferant, eo tamen ipſo, quòd ab illis ceſſatur, ceſſat iniuria proximi in futurum, nullumque damnum remanet: pro iniuria autem præterita, quæ nullum damnum relinquit, nulla reſtitutio debetur, vt duobus tractatibus præcedentibus ſæpe dictum cõprobatumque fuit.

DISPVT. 17.

Vtrùm dubia interpretari in meliorem partem debeamus.

SVMMARIVM.

1 *Non tenemur, licèt temere iudicando in malam partem interpretemur, bonam exiſtimationem de proximo habere, ſed ſatis eſt, ſi abſtineamus à ſiniſtre illa in re iudicando.*

1 Quæſtio hæc excitatur propter gloſſam in illud ad Rom. 14. *Qui non manducat, manducantem non iudicet*, vbi gloſſa ait: *Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.* Deſumpta verò fuit ex Aug. lib. 2. de ſermone Domini in monte. capit. 28. Vbi enarrans illud Matth. 7. *Nolite iudicare, & non iudicabimini, &c.* atque de iudicio temerario doctiſſimè & copioſè ibi diſputans, circa illud teſtimonium Matth. citatũ ſic ait. *Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* Et procul dubio intelligit, nõ malè de illis iudicando. Nam ait, non aliud nobis præcipi illis verbis Matth. 7. *Nolite iudicare*, &c. Illis verò non aliud nobis præcipitur, quàm vt abſtineamus à iudicio temerario, in peiorem partem interpretando, quæ dubia ſunt, quo animo ſint facta. Neque enim (quicquid Sot. 3. de iuſt. q. 4. art. 3. & 4. in contrarium dixerit) tenemur tunc bonum iudicium ac exiſtimationem habere de proximo, ſed ſatis eſt ſi abſtineamus à ſiniſtre de eo illa in re iudicãdo, vt diſputatione præcedente dictum eſt, & affirmant Caiet. 2. 2. q. 60. art. 4. & doctores communiter. Item cum Auguſtinus ibidem copioſè doceat, nobis non eſſe prohibitum iudicium certum de ijs, quę perſpicuè bona aut perſpicuè mala ſunt, vniuerſimque ita de rebus iudicare, vt temere & cum periculo errandi in proximi præiudicium non iudicemus, circa ea quæ dubia ſunt, ſic ait: *Sunt ergo quædam media, quæ ignoramus, quo animo fiant, quia & bono & malo fieri poſſunt, de quibus temerarium eſt iudicare, maximè ut condemnemus.* Ecce temerarium affirmat Auguſt. rem dubiam iudicare, determinatè in alteram partem, tam in bonam quam in malã, cum periculo errandi. Addens verò, *maximè ut condemnemus*, non negat, temerariũ quoq; eſſe, iudicare determinatè cõtrariam partem cum periculo ſen-

A tiendi falſum: quod ſanè malũ eſſet intellectus. Neque vnquã mihi potui perſuadere, non ſolum nos teneri habere iudiciũ, quo nobis perſuadeamus id verè eſſe, quod ignoramus, ita eſſe, ſed neq; licitè poſſe nos tale iudiciũ elicere, vt. ſ. qñ dubiũ eſt, an malo animo proximus aliquid fecerit, licitè determinatè iudicemus, eum bono animo id feciſſe, idque nobis licitè perſuadeamus. Tametſi hoc aliud iudiciũ hr̃e tunc poſſimus, expediẽſque ac bonum eſt, vt illud habeamus, credendum mihi non eſt, eum malo animo id feciſſe: quoniam in tali iudicio non erramus, eſtò ille malo animo id fecerit: quare ille habẽdus à nobis mihi non eſt malus ea de cauſa, neq; eſt condẽnandus, ſed potius eſt abſoluendus, ſi ad nos ſpectet eum iudicare in exteriori foro, quoniã in dubio melior eſt cõditio ipſius, qui in poſſeſſione erat,
B vt non malus haberetur: non tñ eſt pronunciandũ, eũ id bono animo feciſſe: quoniam periculum eſſet falſi in eo iudicio, in eaq; ſentẽtia, ac proinde vtrũque eſſet temerariũ, vt Auguſt. perſpicuè affirmat, tametſi tunc non eſſet iudicium temerariũ cum prę iudicio & iniuria proximi. Vnde in foro exteriori, qñ aliquis accuſatur de aliquo crimine, quod ſufficienter aduerſus illum non probatur, abſoluitur ille ab accuſatione, pronunciando actorem id crimẽ de illo non probaſſe, ꝙ ſanè eſt veriſſimũ, eſtò ille verè id crimen cõmiſerit: non tamen pronunciatur eum id crimen non commiſiſſe, quod eſſet temerarium & mendaciũ: quippe cum contra mentem catur, non ſolum quando affirmamus, quod ſcimus eſ-
C ſe falſum, ſed etiam, qñ, quod dubium eſt, determinatè affirmamus eſſe aut non eſſe. Vnde & iudex, quando ita abſoluit ac pronunciat ſententiam, & quicunque priuatus, qñ abſtinet à iudicando temere de illo in ſiniſtrã partem, aut quando verè iudicat, ſibi non eſſe iudicandũ illum ſiniſtra intentione id feciſſe, vel qñ iudicat ea de cã illum nõ eſſe ab ipſo reputãdum malũ, licitè ſimul iudicare ſecũ poteſt, quantum probabilitatis ac veriſimilitudinis ex indiciis ſit, illum ſiniſtra intentione id feciſſe, aut illum id crimen feciſſe, iuxta ea quæ præcedentibus diſputationibus dicta ſunt. Imò verò in foro exteriori interdum licitè ac iuſtè condemnatur de leuiter aut de vehementer ſuſpecto de eo crimine, vt ibidem dictum eſt. Quia ergo dum res aliqua eſt du-
D bia, neutram in partem poſſumus eam abſque temeritate iudicare determinatè, ſed iudicium de illa determinatum ac certum ad Deũ ſpectat. 1. ad Corin. 4. ait Paulus: *Nolite ante tempus iudicare*, (quæ dubia .ſ. vobis ſunt, minimèque explorata) *quoad vſque ueniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo.*

DISPVT. 18.

E De vitio in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris cõtrario, hoc eſt, de contumelia latiſſimè ſumpta.

SVMMARIVM.

1 *Omne quod iniuſte honori alterius præiudicet, ſpectat ad vitium in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium, ſiue fiat ſigno aut facto, ſiue abſenti, ſiue præſenti: quod vitium contumelia dicitur latiſſimè ſumpta.*

2 *Qui alteri præiudicat in bonis corporis & in honore, is nõ ſolum peccat contra iuſtitiam commutatiuam circa bona corporis, ſed ẽt contra iuſtitiam commutatiuam*

tatiuam circa bonum honoris, peccato ſpecie diſtincto.

3 *Committitur etiam peccatum contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, quando læſio honoris non intenditur, & tamen inde ea ſequitur, niſi probabilis ignorantia excuſet.*

4 *Qui differant contumelia & detractio.*

5 *Interdum fit aliquid abſque iniuſtitia, quod præiudicat honori alterius, & tunc non ſpectat ad contumeliam.*

6 *Quando vrbanitatis gratia licitè obijciuntur vitia & defectus, licèt cum pudore ſuſtinentium, non ſpectat ad contumeliam, dummodo moderatè fiat.*

EXplicato vitio contrario iuſtitiæ commutatiuæ circa bona famæ latiſſimè ſumptæ, cuius actus imperatus à voluntate, aut voluntariè elicitus, eſt internus, mentem intellectumve non egrediens, nempe explicato iudicio temerario, ſuſpicioneque ac dubio temerarijs, conſequenter eſt dicendum de vitijs contrarijs iuſtitiæ commutatiuæ circa bona honoris, & famæ, quorum actus imperati externi ſunt. Ordiendumque nobis eſt à vitio in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa honorem contrario.

1 Et quidem quicquid fit exterius, quod iniuſtè honori alterius præiudicet, id totum pertinet ad uitiũ in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium, ſiue fiat ſigno, hoc eſt, verbo, ſcripto, aut quouis alio ſigno, vt cornua appẽdendo foribus alicuius, in ſignum quòd alius adulteratus ſit
2 cum vxore illius, ſiue fiat quouis facto, & ſiue fiat præſenti, ſiue abſenti, & ſiue fiat viuo, ſiue defuncto, atque ſiue fiat in propria perſona eius, cuius honori præiudicatur, ſiue in re ad ipſum attinente, vt in ſtatua, equo, domo, in vxore, filio, mancipio, aut in re alia illius, prout Diſput. 1. explanatum fuit, totidem modis honorem cõtrarium poſſe alicui exhiberi. Actus autem voluntatis internus, quo quis in iuſtè aliquid tale fieri aut intentari conſentiret, eſſet peccatum internum eiuſdem vitij: ſicut peccatũ furti internum eſt conſenſus in furtum, & peccatum homicidij internum eſt conſenſus in homicidium, & ita in cæteris vitijs. Vitium hoc in genere in toto ſuo ambitu, quo ad actum externum, contumelia dicitur latè ſumpta, & conſentit legitima etymologia eius vocabuli tradita ab Vlpiano l. 1. ff. de iniur. dicitur enim à contemnendo: atque in prædictis omnibus aut contemptus opere cernitur, ſiue contemptus intendatur à lædente iniuſtè in honore, ſiue non. Quòd autem contumelia fiat non ſolum verbo, ſed etiam facto, atque adeò ꝙ vtrumque nomine vitij contumeliæ contrarii iuſtitiæ cõmutatiuæ circa bonum honoris comprehendatur, affirmat perſpicuè gloſſa interlinealis in illud ad Rom. 1. contumelioſos, quæ ſic habet: *Contumelioſi ſunt, qui dictis uel factis contumelias, & turpia inferunt.* Dixi, id uitium in toto ſuo ambitu dicitur contumelia latè ſumpta: quoniam aliquando contumelia preſſius ſumitur, vt infra dicetur. Hiſpanè vitium hoc in toto ſuo ambitu *afrenta* nuncupatur, & actus illius *afrentar*.

Non ſolum ſigno committi hoc vitium, vt verbo, ſcripto, aut alio ſigno obijciendo, ſeu improperando alicui aliquod vitium moris, aut naturæ, vel aliquem defectum, remve aliam vnde erubeſcere poſſit, vt appellando illum furem, ebrium, cæcum, gibboſum, humili aut infami loco natum, dicendo illi mentiris, aut ſimile aliud, ſed etiam facto committi, ſatis eſt perſpicuum, vt ſi alapa vel fuſte aliquis percutiatur, aut pedibus cõculcetur, ſi illi oſtẽdatur pollex inter duos alios digitos, *darbiga* hiſpanè dicitur, aut aliquid aliud fiat, quod in contemptum illius cedat.

Hinc ſequitur, ſi aliquis iniuſtè percutiendo aliũ 2
ſimul illi præiudicet in bonis corporis & ĩ honore, tunc peccare non ſolum contra iuſtitiam commutatiuam circa bona corporis, ſed etiã contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, peccato ſpecie diſtincto, ac proinde teneri aperire vtrumque in confeſſione. Quando tamen confitendo percuſſionem iniuſtam, ſufficienter intelligitur præiudicium honori illatum, tunc pęnitens confitendo eam percuſſionẽ ſufficienter cenſetur confeſſus vtrumque crimen. Vt ſi ſe accuſet, iniuſtè alapã alicui inflixiſſe, aut iniuſtè alium fuſte percuſſiſſe. Simili modo, ſi quis præiudicando iniuſtè alicui in bonis externis, ſimul in honore illi præiudicet, peccat contra iuſtitiam commutatiuam circa bona externa, & peccato ſpecie diſtincto contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, atque vtrumque crimen tenetur aperire ſufficienter in confeſſione.

Illud vero eſt obſeruandum, non ſolum quando 3
facto aliquo, aut ſigno, intenditur iniuſtè læſio honoris, committi peccatum contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, ſed etiam committi idem peccatum, quando ea læſio non intenditur, & tamẽ inde ea ſequitur, niſi probabilis inuincibiliſve ignorantia, quòd ea via talis læſio euenire poſſet, excuſet ab ea culpa. Verbi gratia, ſi quis fuſte ſolùm intendat lædere iniuſtè corpus proximi, nõ uerò lædere honorem illius, ſanè ſi actus ex ſe læſiuus ſit honoris illius, ſimul peccat contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, niſi ignorantia inuincibilis eum excuſet ab ea culpa. Ratio autem eſt, quoniam ea iniuſta læſio honoris licèt intenta non fuerit, fuit tamen uolũtaria, quatenus in poteſtate eam inferentis fuit eam uitare, fuitque ſubinde imputatiuè ab illo volita, iuxta ea quę 1. 2. q. 60 & aliàs ſæpe dicta à nobis ſunt. Quãuis enim ad rationem actus virtutis neceſſe ſit obiectum eius virtutis eſſe intentum ac uolitum qua tale; ad rationem tamen vitij ac peccati ſatis eſt ſi obiectum, malumve, quod ſequitur, ſit uoluntarium atque imputatiuè volitum, vt ex ſe liquet, ac locis citatis eſt oſtenſum. Hoc admonui propter Caie. 2. 2. q. 72. & ſeq. Sot. 5. de iuſt. q. 9. & ſeq. & propter quoſdam alios qui in cõtumelia, detractione, & in alijs ſimilibus vitiis, ad rationem & ſpeciẽ talium vitiorum plus fortè iuſto exigere videntur intentum inferendi damna, quæ eis vitiis inferuntur. Quamuis enim abſentia talis intẽtionis non parum culpã horum vitiorum extenuet, atque aliquãdo culpam, quæ alioquin eſſet lethalis, reddat venialem; nihilominus tamen ſemper, quando in poteſtate inferentis ea damna fuit illa uitare, ſaltem quia attendere potuit ac debuit nata eſſe inde ſequi, neque id attẽdit, cernitur ibi ratio ac culpa eius vitii, cum onere reſtituendi damna ita ſequuta, ſi perſeuerent, eſtò formaliter ea inferre non intenderit. Quando autem culpa tunc ad lethalẽ perueniat, prudentis arbitrio, ſpectatis circunſtantiis omnibus concurrentibus, eſt iudicandum. Illud verò eſt dicendum, quando ſi æquale damnũ, proportione quadam, in rebus externis eodem modo præter intentionem inferretur, cum eadẽq; animaduertentia, aut inanimaduertentia, quòd inde ſequi poſſet, iudicaretur in ea materia culpa lethalis, iudicandam quoque eſſe culpam lethalem in re, de qua diſputamus: eo quòd bona honoris & famæ præſtantiora ſint bonis externis diuitiarum. Atque hæc poterit eſſe non inepta regula manuducens ad rectius arbitrandum, quando in eiuſmodi euentibus, in quibus præter intẽtionem læditur honor aut fama proximi, culpa interueniat lethalis cõtra iuſtitiam commutatiuam circa bona honoris ac famæ.

Illud

4 Illud facilè ex dictis hac & prima diſputatione liquet. Afferri iniuſtè præiudicium honori, eſſe quod per ſe diſtinguit contumeliam à detractione qua famę iniuſtè præiudicium affertur. Fieri aũt aliquid iniuſtè in præiudicium honoris aut famæ, in præſentia vel in abſentia eius, cuius honor aut fama iniuſtè læditur, per accidens ad rationem contumeliæ ac detractionis ad earumque inter ſe diſtinctionem ſe habent. Quocirca, vt ex dictis hac & prima illa diſputatione facilè conſtat, quemadmodum honor exhiberi poteſt abſenti ac defuncto, ita illis poteſt fieri contumelia, non ſolùm quando aliquid ignominioſum fit aut dicitur, vt tãdem ad illius notitiam deueniat, in cuius dedecus cedit, ſed etiam quando aliquid fit in re ad ipſum attinente, in contemptum ac dedecus illius. Item detractio fieri poteſt in præſentia eius, cui detrahitur, vt aduerſus alios rectè notant Nauar. in Manu. cap. 18. nume. 12. & 18. & Adria. quodl. 11. lit. C. Si enim in præſentia alicuius crimina illius alijs iniuſtè manifeſtentur, qui illa ignorabant, ſanè fama illius denigratur, eique detrahitur, eſtò ſimul interueniat contumeliæ peccatum, quatenus in facie illi ea obijciuntur. Coniungi quippe in eodem actu optimè poſſunt duæ illæ ſpecies detractionis ac contumeliæ, quatenus eo ſimul iniuſtè læduntur honor alicuius & fama illius coram alijs.

5 Illud præterea eſt obſeruandum, idcirco nos dicere, quod fit iniuſtè in præiudicium honoris alicuius, pertinere ad contumeliam, vitium contrarium iuſtitię commutatiuæ circa bonum honoris: quoniã interdum fit abſque iniuſtitia aliquid, quod præiudicat honori alterius, & tunc non ſpectat ad vitium contumeliæ. Hiſpano autem ſermone *afrenta* etiam id comprehendat, quod iuſtè fit contra honorem alicuius: atque etiam id comprehendit contumelia latino ſermone, vt infrà ex Cicerone referemus. Quemadmodum autem malefactor puniri licitè poteſt in bonis corporis, & in externis diuitiarũ, prout delicta talem pœnam commeruerint: ſic etiam iuſtè ac licitè puniri interdum poteſt ac conſueuit in bonis honoris ac famæ, vt diuus Thom. 2.2.q.72. art. 2. ad 2. etiam ait: neque tunc contumeliæ aut detractionis vitia committũtur, ſed exercetur actus iuſtitiæ vindicatiuæ. Atque interdum ſimul punitur malefactor in corpore & in honore ac fama, vt quã do publicè verberatur, triremibus in pœnam addicitur, aut furca necatur: interdum verò ſolùm punitur in honore & fama, vt quando exponitur in loco publico, vt verecundiam ab inſpicientibus patiatur, aut ignominioſè defertur per vias publicas abſque vlla læſione in corpore. Interdum quoque licitè culpæ aliquorum puniuntur obiurgationibus & improperijs à parentibus, magiſtris, heris, & ab alijs, qui iuſtè ac licitè id efficiunt, iuxta ea quæ duobus tractatibus præcedentibus dicta ſunt. Nonnullis autẽ licitum eſt obiurgare, quæ malè fiunt, pudore ea ratione delinquentes afficiendo, quibus licitum non eſt punire in corpore, aut in externis diuitiarum bonis. Admonent verò Caiet. 2.2.q.72.art.2. Sotus 5. de iuſt.q.9.art.2. conſentaneè ad diuum Thom. ibi, & admonent alij, prælatos, religioſorũ præſertim, debere abſtinere quàm maximè ab iniurioſis verbis dum vitia puniunt aut reprehendunt. Quoniam præter quam quòd indecens ſit eo modo tractare ſibi ſubditos, inde interdum ſequi ſolẽt grauia mala, & maiores amaritudines, quàm ex alijs pœnis. Vnde (addũt multi) niſi ſuggerente Spiritu ſancto, dici non debent iniurioſa verba.

6 Interdum etiam vrbanitatis gratia licitè obijciũtur vitia & defectus, corporis præſertim, etiam quãdo, qui id patiuntur, leui aliquo pudore afficiuntur, (modò tamen non contriſtentur & commoueantur ad iram) quod proinde neque ad contumelię vi-A tium neque ad aliud pertinet, dummodò moderatè atque vt oportet id fiat, ſed ſpectat ad virtutem eutrapeliæ ac vrbanitatis, iuxta diuum Tho. quæſtiõ. 72. citata, art. 2. ad 1. Vnde Ariſt. 4. Ethic. capit. 8. ad eutrapeliam vrbanitatemque pertinere ait bene cõuitiari. Et Tullius pro Cælio, *Maledictum*, inquit, *nihil habet propoſiti, præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur, conuitium, ſi facetius, vrbanitas nominatur.* Quo in loco contumeliam in bonam etiam partem ſumpſit. Neque tam latè *afrenta* Hiſpanè ſumitur, vt hanc, quam Cicero contumeliam appellauit, comprehendat.

DISPVT. 19.

B Vtrùm contumelia latè ſumpta ex ſuo genere ſit culpa lethalis, ſitque infima ſpecies. Et ad quod capitale vitium reducatur.

SVMMARIVM.

1 *Contumelia latè ſumpta eſt peccatum lethale.*
2 *Ex circumſtantijs tamen nonnunquam eſt culpa venialis.*
3 *Contumelia latè ſumpta, ut uitium totum iuſtitiæ cõmutatiuæ circa bonum honoris contrarium comprehendit, ſpecies infima eſt.*
C 4 *Contumelia frequentiſſimè ex ira oritur.*

QVod ad primum attinet, dicendum eſt, contumeliam ex ſuo genere culpam eſſe lethalem. Probatur primò ex illo Mat. 5. *Si quis dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis.* Si autem contumelia illa, quæ non inter maiores computatur, culpa eſt lethalis, ſi quidẽ ſempiterno inferni igne punitur, vt Chriſtus teſtimonio illo docet, cõſequens profectò eſt, vt cõtumelia ex ſuo genere culpa ſit lethalis. Secundò, quoniã licèt contumelia ex ſuo genere minus graue peccatum ſit, quam homicidium, & quã adulterium, quin & quàm ſimplex fornicatio, eſt tamen ex ſuo genere peccatum grauius, quàm furtum, vt vtrumque af- 1
D firmat diuus Th. 2.2.q.72.art.3. de detractione; eſt verò eadem ratio contumeliæ, idque affirmant doctores communiter. Ratio autem eſt, quoniam grauitas peccatorum ex ſuo genere attenditur penes obiectum, à quo ratio & ſpecies peccati ſumitur, & penes genus damni, quod infert: cum ergo bona honoris & famæ media ſint quo ad bonitatem ac præſtantiam inter bona corporis & vitæ, quæ ſunt illis præſtantiora, & inter bona externa diuitiarum, quæ ſunt illis minus præſtantia; atque per homicidium, adulterium, ac fornicationem ſimplicem, prę iudicetur bono vitæ ac corporis, ſaltem quo ad prolem generandam, vt alio in loco eſt oſtendendum: per furtum verò præiudicetur bonis externis diui-
E tiarum, conſequens profectò eſt, vt contumelia & detractio, quibus præiudicatur bonis honoris & famæ, licèt minus grauia delicta ex ſuo genere ſint, quàm homicidium, adulterium, & fornicatio ſimplex, grauiora tamen ex ſuo genere ſint quàm furtum: quare cum tractatu ſecundo oſtenſum ſit, furtum ex ſuo genere eſſe culpam lethalem, idque omnes confiteantur, conſequens profectò eſt, vt contumelia & detractio multo magis ex ſuo genere culpæ ſint lethales.

Ex circunſtantijs verò, vt ſi contumelia aliqua 2
præiudicetur modicum honori eius, cui fit, aut ſi intentata non ſit, & ex alijs circunſtantijs, poterit interdum contumelia aliqua non ſolùm eſſe leuius mul-

multo peccatum, quàm furtum aliquod, ſed etiam fieri poterit, vt non pertingat ad lethalem culpam, ſed ſit ſolùm culpa venialis. Ex multis verò capitibus euenire poteſt, vt contumelia aliqua modica læſio in honore fiat. Vt ſi id, quod contumelioſè dicitur aut fit, modicè læſiuum ſit honoris: vel ſi is, cui dicitur aut fit, modicum honoris habeat, nec multum eam contumeliam curet ac pendat. Qua de cauſa contumelia, quæ ſi facta eſſet homini alicuius notæ, culpa eſſet lethalis, facta homini infimæ notæ, qui parum honoris habet, pro nihiloque honorem æſtimat, erit ſolum culpa venialis. Et contumelia, quæ facta homini maioris ætatis, culpa eſſet lethalis, facta puero, erit aliquando venialis.

Ex dictis diſputatione præcedente intelligetur, quòd ſicut furtum, vt ſuo loco tractatu 2. eſt dictũ, B ſignificat ſolùm contractionem externã iniuſtam rei alienæ: attentatio uerò furandi, & voluntas interna furandi, quando effectus non ſequitur, non dicuntur furta, ſed peccata furti: ſic contumelia ſolùm ſignificat dictum & factum, quo iniuſtè præiudicatur re ipſa honori proximi: non verò attẽtationem inferendi iniuſtè præiudicium honori, quãdo non perducitur ad effectum, neque item ſignificat nudam internam uoluntatem præiudicandi iniuſtè honori alterius: ſed hæc dicuntur peccata contumeliæ, non verò contumeliæ. Hæc de primo eorum quæ propoſita ſunt.

3 Quòd verò attinet ad ſecundum, num ſcilicet cõtumelia latè ſumpta, vt uitium totum iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium comprehendit, ſpecies infima ſit. Affirmanter eſt reſpõdendum cum Caiet. 2. 2. quæſtio. 72. art. 1. Sot. 5. de iuſt. quæſt. 9. artic. 1. & cum pleriſque alijs. Quoniam iniuſtitia contumeliæ non conſiſtit in eo, quo tanquam medio ac inſtrumento iniuſtè honori proximi præiudicatur; tametſi ex qualitate medij iniuria interdum ac præiudicium honori accreſcat, vel ex natura rei, vel in hominum æſtimatione, ſed conſiſtit in præiudicio iniuſto honori proximi illato: quare cum obiectum uitij contumeliæ latè ſumptæ ſit honor, quo ad præiudiciũ, quod iniuſtè illi infertur, & nõ ſint media diuerſa, quib. id præiudicium infertur: præiudiciumque ipſum iniuſtè illatũ ſemper ſit eiuſdem rationis in ratione præiudicii honori iniuſtè illati, quocunque medio id præiudiciũ inferatur, ſolumque differat ſecundum magis & minus, quod ſatis non eſt ad efficiendam diuerſitatem ſpecificam, conſequens profectò eſt, vt vitium contumeliȩ proximi ſpecies infima ſit, nullas inferiores ſpecies ſub ſe continens. Hæc de ſecundo.

4 Quod verò ad tertium attinet. Cum vitium non capitale ex eo capitali vitio oriri dicatur, ex quo frequentius emanat: contumelia verò frequẽtius ex ira quàm ex quouis alio capitali vitio oriatur: merito Greg. 31. Moralium contumeliam ex ira oriri affirmat, atque inter iræ filias eam computat, ad capitaleque proinde iræ vitiũ illam reducit. Ita autem ex ira oriri conſueuit contumelia, vt inſtrumentũ eſſe ſoleat, quo iratus vindictam de eo, in quem eſt iratus, ſumere ea ſoleat. Vnde mulierum eſt potius id vitium, quæ arma alia nõ habent, quibus vindictam ſumant, quàm virorum.

DISPVT. 20.

Vtrùm contumeliȩ ſint patienter ferendæ.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium ac meritum eſt patienter contumelias ferre, quando aliud non exigit bonum aliorum, aut* A *bonum eius qui contumeliam affert.*

2 *Quando ita expedit bono aliorum, aut iniuriam inferentis, conſilium eſt reſpondere ac reſiſtere; quia vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo: præſertum ſi fieri poteſt ſine damno aliquo, & ſi quando iniuriam patiens non valet ſe defendere.*

3 *Fas eſt etiam, dum iniuria adhuc fit, & vlterius continuatur, tueri honorem proprium: non quidem contumeliam in recompenſationem acceptæ inferendo, ſed impediendo, ne iniuria vlterius progrediatur.*

HVic quæſtioni ſequentibus concluſionibus eſt ſatisfaciendum. Prima concluſio. Conſilium ac meritum eſt tacere, patienterque contumelias ferre, quando aliud non exigit bonum aliorum, aut bonũ eius, qui contumeliam infert. Probatur, quoniam ea via euitantur mala, quæ oriri ac ſequi poſſent, ſi reſiſtere ac reſpõdere vellemus, maximoque cum noſtro merito virtutem patientiæ exercemus tacendo atq; id ferẽdo Dei amore ac eius proximi, idque via eſt commodata ac apta, vt is ipſe, qui contumeliam infert, noſtra patientia confundatur, redeat ad cor, ac emundetur, & vt qui noſtram intuentur patientiam, ædificentur. Confirmatur ex illo Pſalm. 37. *Qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.* Itemque exemplo Chriſti, *Qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur,* vt habetur 1. Petri 2. C pluri maſque contumelius verbo, & facto ſibi illatas tacens patientiſſimè ſuſtinuit. Ad Rom. 12. *Non vos defendentes cariſſimi, ſed date locum iræ.* Et Matt. 5. *Qui te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei & alteram.* eademque eſt ratio, quando contumelia & iniuria fit verbo, aut quocunque alio ignominioſo actu. Porrò hæc & ſimilia alia teſtimonia non ſonant præceptum, ſed conſilium, quicquid diuus Thom. 2. 2. quęſt. 72. & alij innuere in contrarium videantur. 1

Secunda cõcluſio. Quando ita expedit bono aliorum, aut ipſiuſmet, qui iniuriam infert, cõſilium eſt reſpondere ac reſiſtere, quãtum id alterius aut aliorum bonum poſtulat. Imò verò aliquãdo ad id quis D tenebitur. Reſponſio tamen tunc eſſe debet moderata, atque intra limites rectæ rationis. Probatur cõcluſio, atque in primis quando id expedit bono iniuriam inferentis. Quoniam ſi reſpondendo ei, illique oſtendendo falſitatem eorum, quæ dicit, aut alia via ſine iniuria & peccato compeſcendo illius os, à peccato deſiſtit, aut reſipiſcet, ſanè lege caritatis tenetur id efficere is, qui contumelia afficitur, quando aliud malum inde non imminet, nec iuſtè timetur: quippe cum unicuique mandauerit Deus de proximo ſuo. Vnde Prou. 16. dicitur, *Reſponde ſtulto* (qualis eſt omnis, qui peccat, & à recta ratione legeque Dei deuiat: ſic enim frequenter in Prouerbijs Salomonis id vocabulũ vſurpatur) *ſecundum ſtultitiam* E *ſuam,* (id eſt, vt expedit ad ſtultitiam illius reſpondeatur, eam illi oſtendendo, vt recta tunc ratio circunſtantiæque poſtulauerint) *ne ſibi ſapiens videatur,* cum tamen erret, ſtultuſque ſit. Proximè autem ante ea verba relata præmiſerit idem ſapiens: *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,* (hoc eſt, verba contumelioſa & inordinata, qualia ipſe dixerat, atque in vindictam eorum quæ dixerat) *ne efficiaris ei ſimilis.* Id quod confirmat vltimam partem noſtræ concluſionis. Vnde, quod ſapiens poſteriori loco ſubiungit, nihil omnino repugnat ei, quod proximè ibidem præmiſerat.

Deinde verò probatur concluſio, quando id expedit bono aliorum. Quoniam cum vnicuique 2

Deus

Deus mandauerit de proximo ſuo, ſanè, quando ex eo, quòd ei non reſpôderetur, qui contumeliã dicit, vera eſſe crederentur vitia, quæ improperat ac obijcit, indeque in alijs generaretur ſcandalum, vel doctrina peruipenderetur, ſpiritualiſque aliorum fructus impediretur, obligatio tunc eſſet reſpondere, ſi ex reſponſione ſperaretur ea mala eſſe impediẽda. Vnde Greg. Homil. 9. in Ezechielẽ, *Hi*, inquit, *quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnant.* Quando verò ex reſponſione non ſperaretur ea mala eſſe impedienda, tunc obligatio ex eo capite non eſſet reſpondendi ad contumeliam: quoniam id ſine fructu fieret, ſed patientia potius iuuat ad bene æſtimandum de eo, qui patienter ſuffert, & ad tollendum ſcandalũ, quàm ſi omittatur patiẽtiæ actus, quando ex non omiſſione actus patientiæ veritas non perſuadetur.

Quando contumelia iactaretur in alium, & ego, qui id audio, conſulere poſſem honori illius, mea reſponſione obturando os peruersè aduerſus proximum ſuum loquentis, aut defendendo honorẽ eius, qui iniuriam patitur, tenere tunc id efficere, ſi commodè ſine notabili meo damno poſſem, & qui iniuriam eam patitur, non poſſet ſufficienter honori ſuo conſulere. Quoniam non minus tenetur quis ſubuenire iniuriam patienti in honore & fama, quàm patienti iniuriam in bonis externis diuitiarum, quando commodè & cum fructu poteſt efficere, & alius non poteſt ſibi ipſi ſufficienter ſubuenire. Hæc tamen obligatio non eſt ex iuſtitia, ſed ſolùm ex caritate, quando is ex officio non tenetur tunc ſubuenire eo modo.

3 Tertia concluſio. Quamuis in euentibus, extra commemoratos præcedente concluſione, cõſilium ſit non reſpondere nec reſiſtere, ſed ſuſtinere contumelias patienter; fas tamen eſt, dum iniuria adhuc fit atque vlterius continuatur, tueri honorem proprium; non quidem contumeliam, in recompenſationem acceptæ, inferẽdo, & multo minus ea de cauſa percutiendo; quoniam id eſſet vindicta: ſed impediendo ne iniuria vlterius progrediatur ac continuetur, vtque illam repellendo. Tanta autem eſſe poſſet iniuria, qua contumelia inferretur, vt licitum illam patienti eſſet, interficere eam inferentem, quando aliud non ſufficeret impedire, ne vlterius progrederetur. Pro modica verò iniuria repellenda nefas eſt interficere. Hæc omnia conſtant ex dictis tractatu præcedente, Diſp. 17. Si enim pro defenſione bonorum externorum diuitiarum, quæ alicuius ſint momenti, fas eſt interficere, quando aliter defendi non poſſunt, longè maiori cum ratione effici licitè id poteris pro defenſione honoris & famæ, quæ excellentiora multo ſunt bona. Lege quæ diſputatione citata quo ad hæc omnia dicta ſunt. Poſt contumeliam verò completè illatam, fas eſt in eiſdem euentibus ſumere via iudicis competentem vindictam, non verò autoritate propria. Atque non ſolùm dum contumelia infertur, ſed etiam poſt illam completè illatã, licitum eſt, non ſolùm arguere ac moderatè increpare peccatorem illum, ſed etiam aperire rationes veras, quæ ea in re minuant autoritatem eius, qui eam infert, aut intulit, coram audientibus. Ratio autem eſt, quoniam id nô eſt vindicta, quippe cum eędem rationes adduci in iudicio licitè poſſint ante latam ſententiam ad compurgandam ac tuendam propriã famam & honorem: quòd non liceret, ſi id eſſe vindicta: quemadmodum percuſſio illius qui illam intulit tunc non liceret: conſentire autem in hoc videtur Sotus. 5. de iuſt. q. 9. art. vlt. Nihil tamen eſt licitum obijcere ei, qui iniuriam intulit, quod falſum ſit, aut quod ad conſeruandum & reſarciendum proprium honorem ac famam non pertineat. Nihil item licèt obijcere illi, aut de illo dicere in vindictã de illo ſumendam autoritate propria. Qua etiam ratione illicitum eſt tacere, dum contumeliam alius infert, eo animo vt ille acrius ea de cauſa commoueatur, ægriuſque id ille ferat, animoque ea via ſumendi de illo vindictam, vt rectè Sotus vbi ſupra affirmat.

DISPVT. 21.

De conuitio, improperio, irriſione, & ſubſannatione.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit conuitium.*
2 *Quid ſit improperium.*
3 *Quid ſit deriſio, irriſio, & ſubſannatio.*
4 *In deriſione, illuſione, ac ſubſannatione, quatenus frequenter honor proximi iniuſtè læditur, ſpecies contumeliæ interuenit, licèt eis actibus læſio honoris non intendatur.*
5 *Quando deriſio eſt circa opera virtutum, eſt graue peccatum, tum ex obiecto, tum quia homines à virtutibus deterrentur.*
6 *Deriſio, illuſio, ac ſubſannatio parentibus illata peccatum eſt graue, contrarium ſpeciali virtuti pietatis parentibus debitæ: & grauius eſt, ſi Deo inferatur.*

HAec omnia ad contumeliam latè ſumptam, vnà cum maledictione, aut maledicto, de quo diſputatione ſequenti ſermo erit, ſpectant, aut certè coniunctam illam habere ſolent: & idcirco paucis ſigillatim explananda ſunt.

1 *Conuicium*, ait Vlpianus. l. item apud Labeonem. §. primo, ff. de iniur. *dicitur vel à concitatione, vel à conuentu, hoc eſt, à collatione uocum. Cum enim in unũ complures uoces conferuntur, conuiciũ appellatur, quaſi conuocium.* Hæc Vlpianus ibi. Conſentit cum hac ethymologia ſignificationeque huius vocabuli, ꝙ Tullius conuicium pro ſtrepitu multarum vocum aliquando vſurpat. Pro Sextio ſic ait: *Et is qui antea cantorum conuicio conciones ſuas celebrare ſolebat, cantorum ipſorum uocibus eijcitur.* Et pro Archia: *Quia ſuppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuicio defeſſa requieſcant.* Feſtus verò à vicis, in quibus primo habitari cœpit, deriuatum eſſe ait. Et iuxta vtramque ethymologiam cũ c ſcribi debet. Alij verò dicunt, conuicium eſſe maledictum, ſeu vitium obiectum cum contumelia atque à vitio deriuari. Valla. 6. lib. elegantiarum ait à conuito eſſe dictum, quaſi à nobis eũ vitemus, in quem ſimilia obijcimus. Atque iuxta has duas poſteriores ethymologias ſcribi vocabulum hoc debet cum t. Sumpto ergo cõuitio in malam partem, vt frequentius ſumi conſueuit, iuxta priores duas ethymologias conuicium dictum eſt quaſi plurium coeuntium vocum ad vitium alicui obijciendũ contumeliæ ac dehoneſtationis gratia, quemadmodum 4. Reg. 2. multitudo puerorum clamabat ad Eliſeũ, *Aſcende calue.* Quamuis autem illæ fuerint ethymologiæ eius vocabuli, ſignificat tamen etiam ea quæ ab vno ſolo ſimiliter obijciuntur: neque enim eſt neceſſe vt ethymologia omnibus competat, ad quæ ſignificanda ſeſe extendit vocabulum. Diuus Tho. 2. 2. quæſtio. 72. articu. 1. ad tertium, ait, conuitium magis latè patere, quàm contumeliam preſsè ſumptam, quaſi contumelia ſolùm ſit, quando obijcitur

tur vitium moris, vt quando aliquis appellatur fur, ebrius, arrogans,&c. conuicium verò ſit, quando obijcitur quodcunque vitium ſiue moris,ſiue naturæ,& quicunque alius defectus, vt ſi appelletur cæcus,caluus,giboſus,ſordido loco natus,&c. Addit tamen contumeliam aliquando ſumi latè pro obiectione cuiuſcunque vitii ac defectus. Iuxta hęc contumelia non comprehenderet maledictum, in quo nullum vitium obiiceretur, ſed ſolùm commendaretur aliquis Satanæ, aut imprecaretur ei aliud malum in iniuriam & contemptum illius, nullum vitium illi obiiciendo. Hodie verò contumelia latiſſimè ſumi conſueuit, vt conuicium, maledictum preſsè ſumptum, & quamcunque aliam iniuriam comprehendit verbo aut facto illatam, quæ honori præiudicet: quo pacto Diſpu. 18.& ſeq. à nobis eſt ſumpta. Dixi, maledictum preſsè ſumptum: quoniã aliquando ſumitur latè, vt contumeliam omnẽ verbo illatam comprehendit, etiam quando abſque vitio vrbane infertur, iuxta teſtimonium Tullii pro Cęlio in calce Diſp. 18. relatum.

2 Improperium idem eſſe videtur, quod conuicium, vt conuicium eſt obiectio in faciem alicuius vitii moris, aut naturæ, vel cuiuſuis defectus: neque videtur comprehẽdere maledictum, in quo vitium aut defectus non obiicitur. Atque improperare eſt, quod Hiſpanè dicimus *dar en roſtro cõ alguna coſa*, quaſi defectũ ex parte eius, cui improperatur, obijciendo. Neque repugnat illud de illiberali & auaro Eccleſiaſtici 20. *Exigua dabit, & multa improperabit.* Quoniam ſenſus eſt, parua conferet beneficia, & multa improperabit, quaſi in illis non reſpondeatur beneficio collato, ingratuſque ſit, qui id beneficium accepit, exigendoque quàm plurima in beneficii exigui gratitudinem, & queremonias multas excitando, quòd nõ reſpondeatur beneficio accepto, eaſque queremonias in faciem obiiciendo. Conſentit illud Terentii in Andria: *Commemoratio hæc beneficiorum quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii*, quod eſt ingratitudinis vitium improperare. Probrum verò & opprobrium (quod obiectum probrum ſignificat) idem quod improperium eſſe videntur: & exprobratio actum ſignificat probrum obiiciendi.

3 Deriſio & irriſio (quòd Hiſpanè *moſa* dicitur) latius, quàm illuſio, patere videtur. Eſt enim, tam factis, quàm verbis, & tam in præſentia, quam in abſentia, riſui ac veluti ludibrio aliquid habere. Illuſio verò eſt ludibrio habere factis, aut verbis, quaſi decipiendo, quod irriſionis genus paſſus pro nobis eſt Chriſtus, quando velata eius facie eum percutiebant, dicentes, *Propheti̇za, quis eſt, qui te percuſſit?* quin & quando in Regis ſimilitudinem coronatus eſt ſpinis, & veſte purpurea eſt indutus, arundine loco ſceptri in dextera eius collocata. Latius tamen interdum ſumitur illuſio, pro aliis quoque ludibriis ſeu irriſionibus. Subſannatio autem eſt motibus corporis ac membrorum aliquem in præſentia, aut in abſentia, irridere, ludibriove habere, quod *eſcarnecer*, preſsè ſumpto vocabulo, Hiſpanè dicitur. Dicitur verò ſubſannatio à ſanna, quod id ludibrii genus ſignificat, Hiſpaneque *eſcarnio* dicitur. Id quoque genus irriſionis paſſus pro nobis etiam eſt Chriſtus, dum mouentes capita ſua illi dicebant: *Vah qui deſtruis templum Dei, &c.* Quòd ſi horum aliquid moderatè fieret, ſine contriſtatione & commotione ad iram, & ſine læſione honoris ac famæ eius, cui aut de quo fierent, ſeruatiſque reliquis circunſtantiis neceſſariis, vt ad vitium id non declinaret, tunc ad vrbanitatis eutrapeliæque virtutem id attineret, eſtò rubore aliquo is afficeretur, cui id fieret, neque propriè id mereretur, nomina illa, quorũ ſignificatio proximè à nobis eſt explicata, queq;

A nomina ad vitia, quæ in eiuſmodi actibus interuenire ſolent, ſignificanda frequentius ſolent vſurpari. Interdumque metaphoricè ſumuntur ad ſignificandum, quod iuſtè fit in pœnam commeritam, Deo non dolente pœnas peccatorum, ſed complacente in illas tanquam iuſtè inflictas, valdeque commeritas, iuxta illud Pſal. 2. *Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Et illud Prouerb. 1. *Quia vocaui, & renuiſtis; extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret; deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id, quod timebatis aduenerit: cum irruerit repentina calamitas, &c.* flagellorum meorũ temporalium pro peccatis veſtris.

B In deriſione ſeu irriſione, illuſione, ac ſubſannatione, quatenus frequenter honor proximi iniuſtè læditur, vitium ac ſpecies contumeliæ interuenit, eſtò eis actibus læſio honoris non intendatur: quoniam ſatis eſt ſi voluntariè ac iniuſta læſio honoris interueniat, vt actus, quo infertur, rationem contumeliæ ſortiatur, vt Diſputatio. 18. explanatum fuit. Quòd ſi ſimul iniuſtè fama lædatur, aut fama ſola iniuſtè lædatur, & non lædatur honor, cernitur ratio detractionis, eſtò id non intendatur. Quatenus verò ex actibus illis ſequi ſolet proximi erubeſcentia ac rubor, contriſtatio ac commotio ad iram, & vindictam, ſanè eſto id non intendatur, ſed intendatur capere eis actibus inordinatam oblectationem, nihil curando, quod illa in proximo inde ſequantur, culpa in eis actibus contra iuſtitiam, & caritatem proximi cernitur, quæ eſſe poterit lethalis, ſi effectus illos notabiles inde euenturos intelligebatur, aut intelligi debebat, ſpectatiſque alijs circumſtantijs concurrentibus. Multo autem magis culpa lethalis interueniet, ſi effectus illi in proximo intendantur, vt ex eis etiam effectibus inordinata oblectatio ſumatur. Et multo magis ſi ex proximi odio effectus illi in eo intendantur. 4

C Quando deriſio eſt circa opera virtutum, eſt graue peccatum: tum ex obiecto; tum etiam quoniam arcentur homines à virtutibus aggrediendis ac exercendis, occaſioque eis præbetur vt in uitia prolabantur. Quòd ſi de peccato duorum filiorum Heli, qui, antequam adeps incenderetur, cogebant immolantes dare partem carnium, quæ obueniebat ſacerdoti, ait ſcriptura. primo Reg. ſecundo. *Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebant homines à ſacrificio Domini:* quantum, quæſo, peccatum erit coram Domino, deriſionibus circa opera virtutum arcere homines à virtutibus aggrediendis ac exercendis. 5

D Deriſio, illuſio, aut ſubſannatio parentibus facta, peccatum eſt graue, contrarium ſpeciali virtuti pietatis parentibus debitæ. A Noè maledictus fuit Chanaan, quòd deriſerit eum, irreuerenterque ſe habuerit circa eum, nuditatem illius denunciando fratribus ſuis. Et Prouer. 30. inter varia hominum genera deteſtabilia connumeratur: *Generatio, quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit.* Et intra: *Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ,* (hoc eſt, matrem, quæ cum tanto dolore ipſum peperit, immemor gratitudinis, qua illis tenetur, ac reuerentiæ, quam illis exhibere debet) *ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ,* hoc eſt, dignus eſt, qui actus in patibulum ea de cauſa, corui & aquilæ, qui ad cadauera deuoranda (maximè in eminenti patibuli loco poſita) accurrere ſolent primi, oculum ei eruant: incipere enim conſueuerunt ab oculis, dum in corpore aliquo depaſcuntur. 6

E

Hæc

Hæc eadem, ſi in Deum fiant, ad peccatum blaſphemiæ contra virtutem religionis ſpectat, vt à nobis in hac ſecunda, ſecundæ, quæſt. 13. explanatum fuit. Et quia Chriſtus Deus erat, ait Luc. c. 22. *Et viri, qui tenebant Ieſum, illudebant ei, cædentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: Propheti za quis eſt, qui te percuſſit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.*

DISPVT. 22.

De maledictione.

SVMMARIVM.

1 *Maledictio fit tribus modis, primò affirmando malum alterius: ſecundò, imperio malum alicui efficiendo, quod eſt eum maledicere: tertiò per modum optantis ſeu imprecantis malum.*

2 *Maledictio uerbis expreſſa, ſi in præſentia alicuius fiat, honorique illius iniuſtè præiudicet, ad contumeliam ſpectat.*

3 *Maledictio, ex parte mali, quod maledicendo quis ex optat ei cui maledicit, ſi illicitè illud ei exoptet, ad ſolum odium ſpectat: vel pertinet ad iniuſtitiam, ſi uia iniuſta, ex parte eius qui id deſiderat, illud ei exoptet.*

4 *Maledictio ex ſuo genere eſt culpa lethalis, ſiue contumeliæ ſiue odij rationem ſortiatur. Ex circunſtantijs porrò poteſt fieri culpa uenialis.*

5 *Aliud eſt poſt maledictionem in aliquem cõiectam, continuò non uelle, ut tale quid ei eueniat; aliud uerò non uelle, etiam quando conijcitur, ut id eueniat; quod poſtremum excuſat maledicentem à culpa lethali, quando maledictio non præiudicat honori notabiliter.*

6 *Creaturæ irrationales tribus modis in maledictione ſpectari poſſunt: primò per comparationem ad creaturas rationales, ob quas ſunt: ſecundò, ut ſunt effectus & opera Dei: tertiò ſecundum ſe.*

7 *Vt maledictio creaturarum ſæpe in pœnam hominis redundet, præſertim ſi fiat per modum imperij, licitè tunc fit ab eo, qui talem pœnam iuſtè imponere poteſt.*

8 *Creaturæ irrationabiles maledici etiam poſſunt ad aliquid ſignificandum, idque per modum imperij: ac tunc ſi is, qui ita maledicit, ius habet ad deſtruendum illam creaturam, licitè fit.*

9 *Eædem creaturæ maledicuntur etiam non in modũ imperij, ſed in modum optantis, nec ſemper ex animo, ſed ſolùm exprimendo dolorem, idque nonnunquam hyperbolicῶs.*

10 *Excuſatur impatientia Iob.*

11 *Quomodo intelligendæ in S. ſcripturæ imprecationes mali pœnæ, quæ peccatoribus fiunt.*

12 *Blaſphemum eſt maledicere creaturis, tam rationabilibus, quam irrationabilibus, ut ſunt opera & effectus Dei.*

13 *Maledicere creaturis irrationabilibus, ſecundum ſe conſideratis, non eſt culpa lethalis, at uenialis.*

1 Maledicere cum idem ſit, quod malum dicere, tribus fit modis. Primo, enunciando ſeu affirmando malum alterius. Si autem famam minuat, vt quia detegitur iniuſtè crimẽ alterius occultũ, pertinet tunc maledictio ad detractionem. Si verò honorem lædat, vt quia in faciem crimen aut defectus alterius obijcitur, ad cõtumeliam ſpectat. Imprecando item & exoptando alicui malum, aut etiam per modum im- A perij illud ei iniuſtè inferẽdo, (qui ſunt duo alij modi, quibus maledictio fit, vt ſubiungemus) lædi poteſt honor, & qua ratione ea via iniuſtè honor læditur, ad contumeliam duo illi modi etiam ſpectant. Atque diſputare de maledictione, quatenus famam aut honorem lædit, ad hunc quartum de iuſtitia tractatum pertinet. Et quatenus verbis maledictio fit, eaque iniuſtè honor aut fama læditur, qui illam exercent, maledici nuncupantur, de quibus Paul. 1. ad Corint. 6. ait, *Neque maledici neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* Nomine item maledicti contumeliã omnem verbo illatam comprehendit Tullius pro Cælio in teſtimonio in calce Diſputatio. 18. relato. Hac autem ratione de maledictione, quatenus ſub contumelia latè ſumpta comprehenditur, diſputamus hoc loco. B Tametſi hac occaſione de illa latius etiam ſumpta dicemus.

Secundo modo fieri poteſt maledictio, imperio malum alicui efficiendo, quod eſt eum maledicere. Atque hic maledicendi modus potiſſimum conuenit Deo, qui ſuo imperio cauſa eſt rerum, (*ipſe enim dixit, & facta ſunt*) quique proinde dum bonum alicui impertitur, benedicere eum dicitur: maledicere autem alicui dicitur, dum malum illi infert. Idem maledicendi modus conuenit etiam creaturis, quatenus imperio ſuo aliquem mouet ad malum aliquod in aliquem exercendum. Quo pacto iudex malum pœna infligi alicui iubet. Modus hic maledicendi licitè & illicitè fieri poteſt. Si enim pœna condigna ſit, iſque, qui illam infligi imperat, ius poteſtatemve C legitimam eam imperandi habeat, neque odio aliove ſiniſtro fine moueatur, tunc maledictio eſt licita: ſin minùs illicita erit, & aliquando erit iniuſta, iuxta ea quæ ſuprà in hac. 2. 2. in materia de caritate q. 25. articu. 8. dicta ſunt, & aliàs tractatibus præcedentibus.

Tertio modo fit maledictio per modum optantis, ſeu imprecantis malum alicui. Atque vulgo conſueuit appellari maledictio. Poteſtque etiam priuatis licitè & illicitè fieri. Quando autem licitè fiat, & quando illicitè, copioſè q. 25. art. 8. citato fuit explanatum, neque eſt cur, quæ propria ſunt, eius loci, hoc loco repetantur.

Maledictio hoc modo ſumpta, verbis expreſſa, ſi in præſentia alicuius fiat, honorique illius iniuſtè 2
D præiudicet, ad contumeliam pertinet, eaque ratione ad hunc locum de ea agere ſpectat. Quando autem ex hoc capite ad culpam pertingit lethalem, ex quãtitate detrimenti honoris, & ex alijs circumſtantijs concurrentibus, iuxta ea quæ Diſput. 19. dicta ſunt, eſt expendendum. Quòd ſi maledictio dicatur, ita vt peruentura non ſit ad notitiã eius, cui maledicitur, vel alia ratione honori eius non præiudicet ſaltem iniuſtè, cui maledicitur, vt ſi obiurgationis cauſa filius à parte maledicatur, ſeruus ab hero, aut diſcipulus à magiſtro, tunc non ſortitur rationem contumeliæ.

Ex parte autem mali, quod maledicẽdo quis exoptat ei, cui maledicit, ſi illicitè ei exoptet, pertinet 3
E maledictio (ſiue ſimul ſortiatur rationem contumeliæ, ſiue non) vel ad ſolùm odium, quod caritati aduerſatur, vt ſi per cauſas naturales aut alia via non iniuſta mortem aut aliud malum illicitè illi exoptet vel pertinet ad iniuſtitiã, ſi via iniuſta ex parte eius, qui id deſiderat, illud ei exoptet. Atque pro diuerſitate obiectorum, qualitatiſve detrimenti, quòd exoptat, pertinebit ea maledictio ex eo capite ad diuerſas ſpecies: vt ſi malum quod illi deſiderat ſit corporis, bonorum externorum diuitiarum, aut honoris & famæ, vel boni ſpiritualis. Quare in confeſſionib. attẽdendum eximanandumque eſt, num maledictio rationẽ habeat contumeliæ, & cũ ex eo capite culpa ſit lethalis: itemque num maledicendo exopta

uerit

uerit proximo, cui maledicit, malum, quod illi imprecatur, & quale malum illi exoptauerit, num corporis, vel diuitiarum, vel honoris, aut famæ, vel boni ſpiritualis, & num id ad odium duntaxat pertineat contra caritatem, (quod frequentius eueniet) an verò ad peccatum iniuſtitiæ.

4 Maledictio, ſiue rationem contumeliæ ſortiatur ſiue odij, quia maledicens malum, quod imprecatur illi exoptat, cui maledicit ex ſuo genere eſt culpa lethalis, eo grauior, quo malum, quod maledicens exoptat, eſt maius, & quo, attentis circumſtantijs omnibus concurrentibus, plus in ratione contumeliæ honori illa præiudicatur. Atque ſi maledictio ſit in parentes, eſt ſpecie diſtincta, vtpote contra virtutem pietatis. Id quod de omni contumelia facta parentibus eſt ſimiliter dicendum. Si verò ſit in Deum, in B ratione contumeliæ eſt blaſphemia: ſi autem Deo malum exoptetur, eſt odium Dei.

Ex circumſtantijs maledictio proximo facta eſſe poteſt culpa venialis. Vt ſi malum, quod ei deſideratur, ſit leue, aut ſi non ex animo, vt tale aliquid ei eueniat, maledictio ſit in eum iactata, vel ſi non adſit plena deliberatio ad culpam lethalem neceſſaria, neque honori maledictione notabiliter præiudicetur. Hinc maledictiones parentum in filios, herorũ in ſeruos, ſine animo vt tale quid eis eueniat, ſed ex ira, aut obiurgationis cauſa, vt communiter fieri ſolent, non ſunt culpæ lethales. Idem eſt dicendum de quacunque alia maledictione, quæ ſine animo vt tale quid eueniat conijcitur in aliquem alium, quando ei aliquod notabile damnum non exoptat, neque, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus, ea maledictio notabiliter pręiudicat illius honori. Habet autem id verum, (quicquid Sotus. 5. de iuſt. q. 12. art. 1. in contrarium dixerit) etiam ſi aliquis diabolo alium commendet ſine animo vt tale quid ei eueniat, vt regulariter homines eum animum habere non ſolent. Quando autem aliquis ex ira ſe ipſum diabolo commendaret, eſtò ſine animo, vt ita eueniret, id faceret, non auderem eum excuſare à culpa lethali ob fœditatem, horrorem, ac peruerſitatem rei: eaque de cauſa, quando id in confeſſionibus deprehendo, ſoleo numerum eum peccatorum interrogare, acriterque vitium id paterno affectu deprehendo. Quando item maledictio in patrem inijceretur, propter reuerentiam & obſeruantiam, quam filij ei debent, præſertim ſi in faciem illi inijceretur, excuſandum non erit regulariter à culpa lethali. Idem ſuo modo dic de maledictione ſuo modo in prælatum, in ſacerdotem, aut etiam in herum.

5 Bene autem Caiet. 2. 2. q. 76. circa eiuſmodi maledictiones omnes in communes proximos obſeruat, aliud eſſe poteſt maledictionem in alium cõiectam, continuò non velle vt tale quid ei eueniat; aliud verò non velle, etiam quando conijcitur, vt id eueniat, quaſi ſolo verbo maledicat, (quod Caietanus appellat maledictionem non tranſire guttur) atque hoc ſecundum excuſare maledicentem à culpa lethali, quando maledictio eſt de re graui, neque notabiliter honori præiudicat: illud verò primum eum non excuſare à culpa lethali, quando tempore maledictionis verè deſiderabat, quod ea maledictione proximo illi imprecabatur. Quo loco obſerua, maledictionem conijci ex ira, & ex commotione magna animi, non eſſe indicium ſufficiens ad iudicandum perueniſſe ad culpam lethalem. Sæpe autem in confeſſionibus dum rudes aut timoratæ perſonæ examinantur, interrogatæ, diſcernere nequeunt, an animo vt ita res eueniret, maledixerint: meliuſque pro rei & perſonarum qualitate id aliquando conijciet prudens confeſſarius, quàm pœnitẽs id ſciat exprimere ac confiteri, etiam variè à confeſſario interrogatus,

A dum ex ira & commotione, quam tunc habebat, timet, ne animo vt ita eueniret, id dixerit.

Vt verò aliquid de maledictione creaturarũ irrationalium, aut etiam rationalium inter illas & vnà cum illis, etiam dicamus, obſeruandum eſt: Irrationales tribus modis, quod ad rem præſentem attinet ſpectari poſſe. Primò per comparationem ad creaturas rationales, ob quas ſunt. Secundo, vt ſunt effectus, & opera Dei. Et tertiò ſecundùm ſe. Primo modo ſpectatæ, varijs modis poſſunt maledici. 6

Primò, vt ea maledictio in pœnam hominis redundat. Et quidem ſi maledictio ſit per modum imperij ac cauſalitatis, licitè ab eo fit, qui talem pœnam iuſtè imponere poteſt. Hoc modo Deus Geneſis tertio, in pœnam peccati Adami maledixit terræ, reddendo illam minus fęcundam, (quod etiam de illa, in qua paradiſum plantauerat, intelligo) quàm fuerit condita, futuraque fuiſſet, quatenus id redundabat in laborem, & afflictionem hominum, dicens: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ*. Et, quaſi dicat, non iam de fructibus arboris vitæ, & de alijs pomis paradiſi, quæ optima & potentiſſima erant, ad ſine alio tuo, & poſterorum tuorum labore conſeruandam in magno vigore integraque ac perfecta ſanitate vitam. Simili modo Deutero. 28. comminatur Dominus maledictiones multas filijs Iſrael in pœnam, ſi mandata eius non cuſtodierint, vt: *Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & gregum tuarum*, & cæt. Contra verò, ſi cuſtodierint mandata illius, in præmium illis pollicetur copioſiſſimam earundem omnium rerum benedictionem, vt patet id totum caput legenti. Si verò eiuſmodi maledictio fit in modum optantis, fieri licitè poterit à quocunque, qui licitè alicui deſiderat pœnam in bonis illius, vel malum aliquod in eiſdem bonis intuitu maioris boni, iuxta ea quæ Diſputat. 25. articu. 8. citato copioſè explanata ſunt. Quo in loco diximus, non valere hanc conſequentiam, licitè quis poteſt alicui velle aliquod malum in pœnam, aut intuitu maioris boni, ergo licitè poteſt illud ei inferre, quoniam ad hoc ſecundum iuriſdictio eſt etiam neceſſaria, quæ ſæpe ei deeſt, qui licitè alicui pœnam aut aliud malum exoptat. Quòd ſi per modum imperij ac cauſalitatis bona alicuius externa ab eo maledicantur, qui id in iuſtam pœnam non poteſt infligere, vel in modum optantis alicui illicitè deſideretur malum aliquod in eiſdem bonis, iuxta ea quæ articulo octauo, citato explicata etiam ſunt, tunc culpa interuenit, aut venialis, pro quantitate mali, attentiſque circunſtantijs omnibus concurrentibus, idque vel contra ſolam caritatem, vel etiam contra iuſtitiam, prout fuerint circumſtantiæ concurrentes. 7

E Secundò eædem creaturæ irrationales eodem modo ſpectatæ maledici poſſunt ad aliquid ſignificandum, idque per modum imperij ac cauſalitatis. Ac tunc, ſi is, qui ita maledicit, ius habeat ad deſtruendum talem creaturam, eive nocendum, licita eſt ea maledictio. Sic Chriſtus, qui dominus eſt omnium, Marci 11. maledixit ficulneæ, in qua fructum non inuenit, quem eſuriebat, ſed tantum folia, quæ ſtatim à radicibus aruit, ad ſignificandam maledictionem, pęnamque grauiſſimam deſertionis Dei, quæ imminebat Synagogæ, eo quod reddere noluerit fructum iuſtitiæ. Sic etiam in grauiſſimis criminibus dirui domus, & deſtrui ciuitates malefactorum præcipiuntur, ſaleque ſeminari, 8

nati, cum præcepto vt in æternum non reædificentur, in ſignum & memoriam ac deteſtationem tanti crimininis eorum, quorum domus ac ciuitates illæ erant.

9 Tertiò creaturæ eodem ferè modo ſpectatæ maledicuntur, non in modum imperij ac cauſalitatis, ſed in modum optantis, nec ſemper ex animo vt id ita ſit, cum quàm ſæpiſſime & vt in plurimum, qui eo modo maledicunt, impoſſibilia imprecentur irrationalibus aut etiam rationalibus rebus, & quæ vident futura omnino non eſſe, neque curant aut intendunt vt ſint, ſed ſolùm exprimere dolorem ſuũ & affectum, quamque indignum aliquid in ſe ſit, vt euenerit, præciſè in ſe ſpectatum, vt funeſtum ac triſte, non habita ſimul conſideratione, quòd vtile illud alioquin ſit ac valde proficuum, atque ex Dei diſpenſatione ac prouidentia in fines optimos profectum: qua ratione illi ipſi patienter, quin & gratanter, tanquam à Deo profectum, vt beneficium ſingulare, Deique donum ipſis factum, ſi viri ſint ſancti, (quorum exempla proferemus) complectuntur. Vnde in eiuſmodi maledictionibus hyperboles interuenire ſolent non modicæ, ad magis ea ratione exprimendum animi affectum, quo ad id dicto præciſè modo ſpectatum: conſuetæque antiquis temporibus fuiſſe videntur ad planctus & affectus circa mortes & alia infortunia exprimendos: magiſtræq; erant, quæ ex munere habebant alias ducere ac inſtruere in cantu lugubri ac lamentabili infortuniũ exaggerando, laudeſque defuncti proferendo, ad id que cum alijs mulieribus & hominibus ſe conducebant, præficæ nuncupabantur, homines, qui in planctũ idem munus exercebant, dicebantur præfici. De eiuſmodi autem planctibus tunc conſuetis ſermo eſt in ſcripturis ſacris in veteri & in nouo teſtamento. In eis verò imprecationibus rerum impoſſibiliũ mendacia non ſunt, non ſolùm quòd hyperbolicè dicantur ad exprimẽdum affectum, ſed etiam quòd non in orationibus optatiuis aut imperatiuis, ſed ſolum in indicatiuis, quæ ſolæ enunciatiuæ nuncupantur, affirmationeſque ſunt aut negationes, mendacium cerni poſſit. Sic Dauid. 2. Reg. 1. ad exprimendum affectum, quem ipſi & alij filij Iſrael habere debebant circa infortunium mortis Saul & Ionatę, atque aliorum fortium Iſrael, ad illudque exaggerandũ, maledixit montib. Gelboe, in quibus acciderat, dicens: *Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniant ſuper vos, neque ſint agri primitiarum: quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus oleo.* Satis autem eſt perſpicuum, Dauidem, intellexiſſe, Deum ea de cauſa ſupernaturaliter non effecturum, vt nec ros nec pluuia deinceps caderent in eis montibus, neque colerentur agri, vnde primitiæ Deo offerrẽtur: præſertim cum in pœnam iuſtam peccatorum Saulis eas cædes ibi permiſerit, atque vt Dauid regno Iſraelis potiretur, quem loco Saulis elegerat: neque videtur Dauid id optaſſe, ſed ſolùm ea via exprimere affectum ac dolorem habẽdum de eo infortunio in ſe præciſè ſpectato, ſecluſis affectibus inde ſequutis, finibuſque optimis, ob quos à Deo fuit permiſſum. Maximè quia litera planctus illius tradita fuit à Dauid, vt filij Iuda illo modo plangerent infortunium illud, iuxta morem eius temporis: ſic enim eodem capite 2. habetur: *Planxit autem Dauid planctum huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ioanatan filium eius. Et præcepit vt docerẽt filios Iuda planctum, ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum. Et ait: Conſidera Iſrael pro his, qui mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati. Inclyti Iſrael, &c.* Facilè autem quiuis intelliget, eos, qui illum planctum canebant, illoque modo infortunium illud lamentabantur, non intendiſſe optare & poſtulare à Deo, vt in memoriã eius infortunij nec ros nec pluuia caderent deinceps in

A eis montibus, nec colerentur agri, nec eſſent paſcua: ſed illa hyperbole optatiua intendiſſe ſolùm ſignificare affectum, & dolorem illius ruinæ, atque ad illius luctum ac planctum more illorum temporum ſe inuicem excitare. Eodem etiam modo alias hyperboles continet planctus ille ad laudes interfectorum more eorundem temporum; vt eſt illud: *A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Ionatæ nunquam redijt retrorſum, & gladius Saul nunquam eſt reuerſus inanis. Saul & Ionatas amabiles, & decori valde, aquilis velociores, leonibus fortiores.*

Eadem hyperbolica optatiua maledictione Iob capite 3. maledixit diei, in qua natus fuit, & nocti, in qua fuit conceptus, multa magna ex parte impoſ-
B ſibilia per hyperbolem optatiua oratione exprimens, quæ ſuis tribus amicis ſignificarent, quanta anguſtia & quot miſerijs eſſet repletus, ad quas ſi ſolùm reſpiceret, & non ad Deum, cuius amore illas patiebatur, & à quo erant illi permiſſæ, atque ad præmium & bonum virtutis, quod perpeſſio earum afferebat, libenter optaſſet, ſe nunquam fuiſſe natum nec conceptum, mortemque cum vita fuiſſe ſibi commutatam, antequam ad illas deueniſſet. In quo ſenſu Eccleſiaſtes 4. Salomon etiam dixit: *Vidi calumnias, quæ fiunt ſub ſole, & laudaui magis mortuos, quàm uiuentes, & feliciorem utroque iudicaui, qui nunquam natus eſt, nec uidit mala, quæ fiũt ſub ſole.* Quare præterquàm quòd ea omnia à beato Iob optatiua hyperbole ſunt dicta, more tunc in
C deploratione infortuniorum ac miſeriarum atque in expreſſione affectus ac doloris cõſueto; & quòd impoſſibilia ita per hyperbolem optatiuè prolata intelligantur, ſi eſſe poſſent; ſanè non intelliguntur ſimpliciter & cum omnibus ſuis circunſtantijs, ſed ſpectatis nudè ac præciſè miſeriis illis in ſe, & quo ad anguſtiam atque afflictionem, quam pariunt, ſeclulis aliis circumſtantiis, quòd à Deo ſint permiſſæ, & eius amore perferantur, & quòd bonum virtutis ac præmium patienter perpeſſæ afferant: quo pacto ſpectatæ non ſolùm ſunt tolerabiles valde, ſed & optabiles. Hoc enim modo illas ſpectatas patientiſſimè Iob ingentique cum merito illas pertulerat, vt ex duobus antecedentibus capitibus conſtat, adeoque per ſpem firmus in Deo erat, etiam
D poſt eam hyperbolicam maledictionem diei ſuæ, & poſt cæptam diſputationem cum amicis ſuis, vt capit. decimotertio, dixerit: *Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* Et capit. decimonono. *Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, uel celſe ſculpantur in ſilice? Scio enim, quòd redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum, quem uiſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Quæ verba copiosè expoſuimus, prima parte quæſtio. vigeſima ſeptima, art. Diſputat.

E Illud, ſub aliorum iudicio, concederem, tam in 10
hac hyperbolica optatiua maledictione, poſt aduentum, planctum, ac ſilentium trium ſuorum amicorum ſeptem illis diebus, quàm in ſequentibus, attenta innocentia vitæ ſuæ, & magnitudine laborum, miſeriarum, tribulationis, & anguſtiæ, quæ ſe immeritò pati contendebat, volendo ſtare cum Deo in iudicio, contendereque cum eo, maiora & acerbiora pati, quàm mereretur, (de qua re in fine capitis 39. & initio capitis 42. recognoſcit ſuam inſipientiam & culpam, agitque pœnitentiam) optaſſe ſibi mortem cum vita commutari, vt à tam ingenti miſeria & anguſtia liberaretur, vt perſpicuè conſtat ex diſputatione cum ſuis amicis.

In

In quo à perfectiſſima patientia, vt homo, aliquid defeciſſe videtur, & fortè cum peccato aliquo veniali: eaque de cauſa Scriptura ſacra duobus capitibus præcedentibus, cum in calce capitis primi, poſt acerbiſſimam amiſſionem bonorum externorum, & filiorum ac filiarum, in laudem eximiæ patientiæ Iob dixiſſe; *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt*, & cum ad finem capitis ſecundi, poſt ſanctiſſima illa verba ad vxorem accepto inſuper vlcere illo peſſimo, ex quo ſedens in ſterquilinio teſta ſaniem radebat, eadem ſcriptura in commendationem eiuſdem eximiæ patientiæ addidiſſet; *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis*, de maledictione diei ſuæ, & de ijs, q̃ ſequũtur, nihil tale ſcriptura dicit. Tametſi in ijs, in quibus non peccauit, rectũ ipſum fuiſſe loquutũ ſcriptura ipſa capite vltimo teſtetur: atque non ſic rectum amicos illius fuiſſe loquutos, quatenus ex miſerijs, quę Iob fuit perpeſſus, temere illum iudicarunt hypocritam, peccatoremque occultum, Deumque hominibus per ſuam prouidentiam non permittere ſimilia mala, niſi in pœnam ſuorum peccatorum. Quia verò in beato Iob tanta ſanctitas atque innocenti adeoque eximia patientia fuit, peccatumque illius fuit ex ignorantia, facilè ab illo fuit erutus, facileque illi fuit condonatum, ob ſuamque eximiam patientiam cum ingenti merito bonis copioſiſſimis fuit cumulatus, interceſſorque à Deo ipſo fuit conſtitutus, vt amicis illius peccata remitterentur, quæ etiam ignoranter, intuituque honoris Dei, Deique partes aduerſus beatum Iob defendendi, commiſerant.

Circa illa verba, quibus inter alia Iob diei ſuæ maledixit; *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan*, inter alias expoſitiones, ea nobis magis probatur, qua Leuiathan duæ voces ſint in Hebræo eo in loco ſignificantes luctum ſuum. Vnde ſenſus illorum verborum eſt, *Maledicant ei*, diei ſcilicet natiuitatis ac conceptus mei, *qui maledicunt diei*, in qua ſcilicet aliquid triſte atque aduerſum aduenit, & inter eos illi, *qui parati ſunt ſuſcitare luctum*, id eſt. qui tanquam magiſtri, duceſque aliorum in planctu, præficique ac præficæ ea de cauſa dicebantur, parati ſunt excitare luctum ad illumque prouocare: hi enim conſueuerunt & locum & diem maledicere, in quo id triſte, quod plangitur, euenit, quaſi dicat Iob, qui maledicere ſolẽt alijs diebus, in quibus aliquid aduerſum ac triſte aduenit, inter quos illi præcipui & frequentiores eſſe ſolent, qui magiſtri conſtituuntur ad triſtia lugubriaque cãtica componenda, & ad alios excitandum ac ducendum ad luctum, maledictiones, quas inter alios dies conijcere ſolent, eas omnes in eum diem conijciãt. Expoſitionem reliquorum verborum maledictionis, quibus beatus Iob ille diei ſuæ maledixit, apud expoſitores eius loci legas.

Similis quoque hyperbolica maledictio, longeque durior, ad magis exprimendum dolorem, tædium, ac laborem ſuum, legimus apud Ieremiam. c. 20. Cum enim, propterea quòd captiuitatum Babylonicam prophetaſſet, percuſſus fuiſſet, & in duriſſimum carcerem fuiſſet coniectus, atque ab omnibus exoſus habitus fuiſſet, & quòd aliquantulum tardaſſet euentus, etiam à quondam ſibi amicis pſeudopropheta eſſet habitus, ac perſequutus, adeò vt ſanctus propheta in queremonias ad Dominum ex impatientia (vt homo) fuiſſet conuerſus; poſt excitatione ad laudem & gratiarum actionem Deo, quòd ſibi aſtitiſſet tanquam bellator & adiutor fortis, eumque eruiſſet ab omnibus illis malis, euentuque comprobaſſet, veram atque ex Deo fuiſſe prophetiam ſuam, idque verbis illis: *Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorum*; continuò, ad exprimendum in quanto tædio afflictione, ac labore antea fuerit, ſubiunxit: *Maledicta dies, in quo natus ſum, dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Maledictus uir, qui annunciauit patri meo dicens, Natus eſt tibi puer maſculus, & quaſi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille, vt ſunt ciuitates, quas ſubuertit Dominus, & non pænituit eum* (ſubuerſas ſcilicet fuiſſe reparari illas permittẽs, reuocando ſententiam ſubuerſionis earum) *Audiat clamorem manè, & ululatum in meridiano*, (id eſt nunquam deficiat tribulatio in domo eius) *qui non me interfecit à uulua*, (id eſt dum eſſem in vtero materno) *ut fieret mihi mater mea ſepulcrum, & uulua eius* (id eſt, vterus illius) *cõceptus æternus* (ex quo ſcilicet nũquam ſequeretur partus) *Quare de uulua egreſſus ſuum, ut uiderem laborem & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei?* Hæc per hyperbolen propheta ibi, poſtquam tranſacta fuit illius afflictio & anguſtia maxima, ad exprimendum, quantus tũc ipſius fuerit dolor, afflictio, ac tædium, & quali exclamatione hyperbolica dignum, ſi ad illud in ſe ſolùm oculi conijcerentur, ſine alijs adiunctis circunſtantijs, quæ eum dolorem lenirent ac tolerabilem propter Deum bonumque virtutis ac meritum redderent. Atque quòd per hyperbolem illa ſint dicta, teſtatur, quod iniquè & ſine cauſa propheta exoptaret tantum malum homini illi, qui abſque culpa, imò ẽt merito, natiuitatẽ ipſius patri ſuo nunciaſſet, & qui non ſine graui peccato ipſum necaſſet in vtero materno: maximè cum ignarus tunc fuiſſet afflictionum & dolorum, qui Ieremiæ erant ſuperuenturi: & cum impediturus ea via fuiſſet, ſanctitatem maximam ac meritum eius prophetæ. Vnde Hieronymus in eum locum ait; Quæ omnia dicuntur hyperbolicè. Et idem de hac exclamatione Ieremiæ, & de illa alia beati Iob, affirmant Dionyſius Carthuſianus in eum locum, & in fine commentariorum in. 3. cap. Iob. & alijs.

11 Quæſtione 25. articu. octauo citato, diximus imprecationes mali pœnæ, quæ in pſalmis, & prophetis inueniuntur factæ peccatoribus, vt eſt illud: *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiſcuntur Deum. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius*, &c. Et ſunt aliæ ſimiles, vel eſſe prædictiones ſpiritu prophetico, vt ſit ſenſus, conuertentur, & conſtituẽtur, vel eſſe imprecationes optatiuas vel imperatiuas, intuitu quòd ita iuſtum ſit vt fiat, conformandoque ſe voluntati diuinæ ea in parte, prophetico ſpiritu agnitæ. Neque video, cur homines in hac uita, iuſtitiæ intuitu, & quia ita eſt dignum ac bonum, vt fiat, petere iuſtè ac licitè poſſunt à miniſtris Dei iuſtam & competentem vindictam, & non eodem modo ac intuitu petere idem poſſint à Deo. Tametſi conſulendum ſit, vt potius à Deo poſtuletur miſericordia circa eos, qui nos offenderunt, quique pœna ſunt digni, quàm petere ut de illis Deus ipſe nos vindicet, iuſtam pœnam illis infligendo. Tum quoniam illud primum poſtulat miſericordia, & caritas in eos proximos. Tum etiam quoniam id prouocat miſericordiam Dei, vt nobis peccata noſtra dimittat, miſericordiam ſuam circa nos exerceat.

12 Si creaturæ, tam irrationales quàm rationales, ſpectentur ſecundo modo, nempe vt ſunt effectus atque opera Dei, tunc blaſphemum eſſet maledicere illis eo modo ſpectatis. Quoniã id cederet in iniuriam & contemptum Dei, à quo emanarunt: idque etiam ſi malediceretur diabolus quo ad illius naturam quatenus eſt effectus Dei. Illud verò Eccleſiaſtici 21. *Cum maledicit impius diabolo, maledicit ipſe animam ſuam*; non intelligitur de diabolo quo ad naturam, ſed quo ad culpam: quod licitum eſt. Sen-

ſus verò illorum verborum eſt, iudicat ſe ipſum eodem modo dignum maledictione ob culpam, in qua ſimilis illi eſt: iuxta illud Pau. ad Rom. 12. *In quo iudicas alterum, te ipſum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.*

Si autem irrationales creaturæ tertio modo ſpectentur, ſecundum ſe ſcilicet, tunc quia capaces iniuriæ non ſunt, non eſt culpa lethalis illis maledicere, ſed ſolùm venialis ob indecentiam, quæ eſt eo modo maledicere, & quoniam id vanum, otioſum, atque irrationabile eſt, vt Diuus Thom. 2.2. quæſt. 76. artic. 2. ait. Quare, qui iumentis, vento, pluuię, & aliis ſimilibus rebus maledicunt, cum regulariter illis ſecundum ſe ſpectatis maledicant, regulariter quoque non peccant lethaliter, ſed venialiter. Hoc loco dicendum poſt hanc diſputationem foret, de pœnis pro delictis contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, & de reſtitutione propter damna honori alieno iniuſtè data, niſi commodius vtrumque explanaretur inferius, dum de pęnis ob delicta circa bonum famæ fuerit ſermo, & de reſtitutione pro damno famæ iniuſtè illato.

DISPVT. 23.

De vitio in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrario, & de detractione parte illi ſubiecta.

SVMMARIVM.

1 *Omne quod exterius fit, quod iniuſtè famæ alterius præiudicet, id totum pertinet ad vitium in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrariũ: actus verò internus voluntatis, quo quis iniuſtè aliquid tale fieri aut intentari cõſentiret, eſt peccatum internum eiuſdem vitij.*

2 *Non ſolùm committitur peccatum contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ, quando verbo aut facto aliove ſigno intenditur læſio famæ alicuius, ſed etiam quando non intenditur, niſi ignorantia probabilis excuſet.*

3 *Detractio pars eſt vitij contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ.*

EXplicatis vitijs, quæ ſunt contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, dicendum conſequenter eſt de uitijs iuſtitię commutatiuæ circa bonum famæ contrarijs. Et quoniam à Diſput. 13. dictum eſt de parte quadam ſubiecta huic vitio latiſſimè ſumpto, cuius actus imperati interni ſunt, nempe de iudicio temerario, ſuſpicione, & dubio temerarijs, nunc ſolùm dicendum eſt de vitijs eidem iuſtitiæ commutatiuę circa bonum famæ contrarijs, quorum actus imperati externi ſunt.

1 Quemadmodum autem Diſput. 18. dictum explanatumque eſt, quicquid exterius fit, quod iniuſtè honori alterius præiudicet, id totum pertinere ad vitium in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium: actum verò internum voluntatis, quo quis iniuſtè aliquid tale fieri aut intentari conſentiret, eſſet peccatum internum eiuſdem vitij: ſic nunc eſt dicendum, quicquid exterius fit, quod iniuſtè famæ alterius pręiudicet, id totum pertinere ad vitium in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium: actum verò internum voluntatis, quo quis iniuſtè aliquid tale fieri aut intentari conſentiret, eſſe peccatum internum eiuſdem vitii. Poteſt verò (vt etiam circa vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonũ honoris eſt dictũ)

A fieri aliquid exterius, quod iniuſtè famæ alterius præiudicet, non ſolùm vocalibus verbis & ſcriptis, atque aliis ſignis, vt cornua appendendo foribus illius, in ſignum quòd aliquis adulteratus ſit cum vxore illius, ſimilibuſque aliis ſignis, quæ aliquid ſignificent, quod in infamiam illius cedat, ſed etiam factis. Si quis enim ita alapam alteri impingat, aut fuſte illum percutiat, vel pedibus illum conculcet, aut barbam illius euellat, vel ſimile aliud ignominioſum illi efficiat, vt ea contumelia in notitiam aliorum deueniat, ſanè is non ſolùm contumeliam læſionemque in honore eſt paſſus, ſed etiam paſſus eſt læſionem ac iacturam in fama, & exiſtimatione, quæ de illo habebitur, interim dum iuxta leges mũdi non ſumpſerit competentem vindictam. Parui-

B pendetur quippe in aliorum exiſtimatione, neque coram aliis apparere audebit, exiſtimationem timendo, quæ de illo ea in parte habebitur, vt experientia teſtatur: longeque plus id faciet, quàm per eandem contumeliam læſionem ſibi eſſe factam in reuerentia & honore, qui illi debebatur. Idem dicendum eſt de eo, cum cuius vxore ita adulterium ſit commiſſum, vt in aliorum notitiam commiſſum id eſſe deueniat, & de quocunque alio, qui ſimili modo contumeliam ſit paſſus. Sicut enim læſio in corpore, & læſio in honore, quæ interdum eiuſmodi contumeliis iniuſtè fiunt, ſimul ſunt contra iuſtitiam commutatiuam circa bona corporis, & contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, atque ſi vtrumque damnum perſeueret, obligatio

C ex commutatiua iuſtitia cõſurgit reſtituendi vtrumque: ſic quoque læſio, quæ ſimul iniuſtè in fama & in exiſtimatione conſurgit, pertinet ad diſtinctam ſpeciem iniuſtitiæ contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ, conſurgitque obligatio reſtituendi etiam id damnum, ſi perſeueret: quandoquidem conſequutiuè eſt voluntariè datum iniuſtè, vnà cum læſionibus illis aliis in honore & in corpore. Suntque ſpecies illæ tres vitii ac iniuſtitiæ ſufficienter aperiendæ in confeſſione, aut quæ earum ſimul fuerint repertæ, vt Diſput. 18. explanatum fuit. Multoſque reperies, qui in contumeliis ad hanc rationem vitii contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ non attendant, neque ad damnũm contra famam eiuſdem contumeliis iniuſtè datum:

D cum tamen quando contumelia ſimul honor & fama iniuſtè læduntur, conſurgere ſoleat longè maior obligatio reſtituendi damnum famæ iniuſtè datum, quòd permanere maiuſque eſſe ſolet, quàm damnum honoris, vt ex dicendis conſtabit. Fieri autem factis læſionem in fama, ſicut & verbis, inter alios affirmat Adria. quodlib. 11. quæſtio. prima, litera D.

Quemadmodum Diſput. 18. dictum eſt, non ſolùm quando facto aliquo aut ſigno iniuſtè intenditur læſio honoris, committi peccatum contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum honoris, ſed etiam committi idem peccatum, quando ea læſio non intenditur, & tamen inde ſequitur, niſi probabilis inuincibiliſve ignorantia, quòd ea via talis læ- 2

E ſio euenire poſſet, excuſet ab ea culpa: ſic quoque in re propoſita eſt dicendum, non ſolùm quando verbo, aut facto, ſignove alio intenditur læſio famæ alicuius, committi peccatum contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ, conſurgereque obligationem reſtituendi damnum permanens famæ ita iniuſtè datum, ſed etiam quando non intenditur ac ſequitur, niſi ignorantia probabilis ſit ſeu inuincibilis, quòd ea via euenire poſſet, quemadmodum à culpa iniuſtitiæ circa eam læſionem famæ, ita ab honore reſtituendi famæ damnum excuſet. Ratio autem eſt, quam ibi reddidimus, quia ſcilicet ea iniuſta læſio famæ licèt

cèt intenta non ſit, eſt tamen voluntaria, imputatiueque volita, quod ſufficit ad rationem vitij ac culpæ, & ad obligationem reſtituendi damnum ita culpabiliter contra iuſtitiam datum. Vt tamen ibidem ſubiunximus, id damnum non eſſe intentum, non parum extenuat rationem culpæ, fierique interdum poterit, vt ex eo capite culpa, quę alioquin eſſet lethalis, ſolùm ſit venialis. Prudentis autem arbitrio ibidem ſubiecimus, ſpectatis cæteris circumſtantijs concurrentibus, eſſe iudicandum, quãdo tunc culpa ad lethalem perueniat: regulamque adiecimus vnde id melius poſſet iudicari. Quæ omnia vt in damno ita præter intentionem iniuſtè contra honorem dato locum habent, ita habent locum in damno circa famam ſimiliter præter intentionẽ iniuſtè datam, eaque de cauſa non plus in hac re explicanda immoror.

B Eadem Diſputat. 18. dicebamus, quòd per ſe hoc vitium diſtinguitur ſpecie à vitio contrario iuſtitiæ commutatiuæ circa honorem, eſſe quòd in vitio hoc iniuſtè læditur fama, in illo verò læditur iniuſtè honor: quòd verò in præſentia aut in abſentia lædatur, per accidens eſſe, quo ad diſtinctionem horum vitiorum attinet. Vnde ibidem oſtendimus, vitium hoc in præſentia eius poſſe committi, cuius fama iniuſtè læditur, vt ſi uitium illius coram illo alijs manifeſtetur iniuſtè, aut etiam falsò, aut ſi contumelia illi fiat, quæ æſtimationem ac famam illius lædat. Lege quæ ibi copioſius hac de re dicta ſunt.

3 C Non habemus nomen, quo hoc totum vitium contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ ſignificetur. Pars quædam illi ſubiecta detractio dicitur. Et quamuis, ſi ad vim huius nominis, ad verbumque vnde id nomen deriuatur, attendas, ſanè ad ſignificandam detractionem cuiuſcunque rei atque de quacunque re fuerit impoſitum, atque per translationem accommodatum ſit ad ſignificãdam detractionem famæ iniuſtè atque in malam partem, potuiſſetque proinde ea ratione transferri & accommodari ad ſignificandum totum hoc vitium; ſi quidem eo vitio toto ſigno aut facto iniuſtè detrahitur de fama proximi, ea ve iniuſtè læditur; ex vſus tamen accommodatione ſolùm ſignificat detractionem iniquam & iniuſtam verbo vocis, aut ſcripto, famæ alterius: & qui id vitium verbo vocis, aut ſcripto, committit, detractor dicitur. Hiſpanè *murmuracion* vitium hoc nuncupatur, & qui illud committit, *murmurador*. Videturque vſurpatio harum vocum Hiſpanè ad id ſignificandũ, à murmure vocabulo latino, & à murmuratione originẽ traxiſſe: quòd vocis murmur interuenire ſoleat, dum id vitium committitur.

DISPVT. 24.

In quibus euentibus abſque vitio, atque adeò licitè, nocumentum famæ alterius inferatur.

SVMMARIVM.

1 *Nocumentum famæ alterius inferri poteſt ſine peccato, quando ita eſt neceſſarium ad eruendum eum à peccato, cuius famæ detrimẽtum infertur, aut ad impediendum peccatum illius.*

2 *Itẽ, quando nequitia eius, cuius famæ præiudicatur, ita eſt omnino neceſſarium ad malum impediendũ, quòd reip. aut priuato alicui imminet, licèt inde nullum ſpirituale commodum eius, cuius famæ id detrimentum infertur, ſperetur.*

3 *Item, quando ad liberandum innocentem neceſſarium eſſet reuelare crimen occultum eius, qui verè nocuit.*

4 *Item, quando licita eſt accuſatio de peccato alieno occulto, aut quis tenetur, vel licitè poteſt de illo teſtificari, aut denuntiare à iudice interrogatus vel non interrogatus.*

5 *Item, in pœnam iuſtam delicti ab eo commiſſi poteſtas publica licitè aliquem infamat.*

6 *Item, quando ita expedit bono communi, aut etiam bono eius qui infamatur.*

7 *Quando de uita & moribus requiritur, ad magnum aliquod emolumentum inquiritur, tunc nefas eſt detegere peccata eorum occulta, de quibus ad eum finem inquiritur.*

8 *Quãdo aliquid ita relinqueretur aliquibus, iis ve qui ad id eligerentur, dummodo tales uel tales habeant conditiones, ita ut ſi eas conditiones non habuerint, ius ad id non habeant, tunc licet iſtos defectus, licèt paucis notos, detegere.*

9 *Licet etiam hiſtoriographis aliquid plus ſcribere in hiſtoriis, quod ad infamiam aliquorum, de quibus ſcribunt, ſpectat.*

10 *Quando in læſione propriæ famæ peccatum interuenit contra caritatem & non contra iuſtitiam, id nõ attinet ad uitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, ſed ad uitium propriæ caritati contrarium.*

Ntequam vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, parteſq; illius, magis explanemus, explicandum eſt, in quibus euentibus abſque vitio atque adeo licitè famæ alterius nocumentum inferatur. Quia enim ſæpe abſque vitio id fieri poteſt, idcirco initio præcedentis diſputationis, explicando hoc vitium, dictum eſt; quicquid exterius fit, quod iniuſtè famæ alterius præiudicet, id totum pertinere ad vitium in genere iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium.

Primo autem id licitè & abſque peccato fit, quãdo ita eſt neceſſarium ad eruendum eum à peccato, cuius famæ detrimentum infertur, aut ad impediendum peccatum illius. Tunc enim licitè manifeſtatur peccatum illius occultum cum detrimento D famæ eiuſdem, aut alia via præiudicatur licitè famę illius: præciſè tamen quantum eſt ſatis ac neceſſarium ad eum effectum. Id verò inde originem habet, quoniam præponenda eſt vita ſpiritualis illius, illumque Deum non offendere, famæ eiuſdẽ. Quia tamen non maius detrimentum licitè inferri poteſt famæ illius ad eum effectum ac finem, quam neceſſarium ad illum obtinendum ſit, ſeruari debet ordo correctionis fraternæ in euangelio præſcriptus, quo ad fieri poterit, atque ſufficere ſperabitur ad eum finem intentum, vt in materia de correctione fraterna copioſè à nobis fuit explicatum. Ordo quippe ille correctionis fraternæ in eo naturali iure fundatur, indeque originem traxit, quod correctio proxi- E mi in bonum ſpirituale illius fieri debet cum minori iactura illius poſſibili, vt naturæ lumen præſcribit. Lege circa hunc euentum, quæ diximus ſupra Diſp. 5. §. eodem modo. 1

Secundo idem licitè fit, quando nequitia eius, cuius famæ præiudicatur, ita eſt omnino neceſſariũ ad malum impediendum, quod reipublicæ aut priuato alicui imminet, eſto inde nullum ſpirituale cõmodum eius, cuius famæ id detrimentum infertur, ſperetur; tantum præciſè famæ illius præiudicando, quantum nequitia illius ad id fuerit neceſſariũ, vt Diſp. 5. §. dixi ſupra, hoc totum explanatum copioſè fuit. Illa legas. 2

Ex hoc & ex priori euentu ſequitur, ſi famulus de

deprædetur dominum ſuum, aut filius patrem, neque aliter id damnum impedire poſſit, quàm domino aut patri reuelando, tunc reuelari ei debere, nihil impediente iactura famæ illius malefactoris, & punitione aliquali, quæ eidem malefactori ex eadem reuelatione immineret. Quoniã id totum poſtponi debet ſaluti ſpiritualis illius, impeditioniue, aut peccatorum, quæ, ſi id non reueletur patri aut domino, ille ea ipſa in re continuabit, & quòd impediatur id temporale damnum talis patris aut domini, quod culpa eiuſdem malefactoris adhuc pendet in futurum. Si tamen ſatis eſſe admonere patrem, aut dominum, vt aliquid efficeret, vnde impediretur id dãnum, ſine reuelatione malefactoris, id ſolum fieri tunc deberet. Quando ex reuelatione malefactoris timeretur mors illius iniuſta, aut maius malum illius, quam eſſet detrimentum temporale patris aut domini, reuelari tunc id delictum non deberet. Hęc eadem ſimiliter intellige, quando filius aut domeſticus inhoneſtè viueret, neque aliter ſperaretur vitanda peccata quæ pendent in futurum quàm reuelando rem patri aut domino.

Propter eandem rationem, ſi aliquis ſe fingeret optimum medicum, aut idoneum ad aliquid aliud, ad quod idoneus non eſſet, idque vergeret in præiudicium alicuius, ſi admonitus deſiſtere ille non vellet, licitũ eſſet detegere, talẽ illum nõ eſſe, quantum ſatis eſſet, vt id damnum impediretur, eſtò illius exiſtimatio minueretur. Imò verò, eſtò ille non ſe fingeret ad id idoneũ, & alius vti ad id illo vellet, ignorans idoneum id ad illum non eſſe, licitum eſſet detegere, idoneum illum ad id non eſſe, vt euitaretur damnum illud proximi.

Eadẽ ratione ſi aliquis mihi, amico meo, aut cuiuis alteri proximo, imponeret aliquid, aut contra iuris ordinem accuſaret, vel teſtificaretur, ita quòd iniuſtè ego aut proximus maneremus ab eo infamati, alteriue notabili periculo obiecti, ſanè qñ aliter repellere non poſſemus eã infamiam aut damnum, fas eſſet, vim vi repellendo, extenuare illius famã, quantum ſatis eſſet ad expellendam iniuriam ab eo nobis illatam: non quidem falſa illi imponendo, aut aliquid in vindictam illi obijciendo, vel aliquid contra famam atque exiſtimationem illius obijciendo, vel efficiendo, quod nihil ad noſtram defenſionem & ad noſtræ famæ purgationem inſeruiat, ſed ſolùm quod ad hæc inſeruiret.

3 Tertiò, quando ad liberandum innocentem, neceſſarium eſſet reuelare crimen occultum eius, qui verè nocuit ac deliquit, licitum eſſet illud reuelare cum detrimento famæ illius, & cuiuſuis alterius pœnæ, cui ea reuelatione ſubijceretur. Verbi gratia, Petrus crimen occultum commiſit, quod Ioanni imputatur, ita quòd vita, fama, aut aliud notabile bonum Ioannis periclitetur, niſi detegatur Petrum id crimẽ commiſiſſe; tunc dico, tertium, qui ſciuerit, non Ioãnem, ſed Petrum id crimen commiſiſſe, teneri illud detegere præciſè quantum ſatis ſit ad liberandum Ioannem innocentem ab eo periculo ac detrimento: modò tamen id non ſciuerit per ſecretum commiſſum in euentu, in quo iuxta dicta Diſp. 5. teneretur illud ſeruare. Ratio autem eſt, quoniam prępon derare apud eum tertium debent fama & bonum innocentis, quàm hæc ipſa nocẽtis, quique dignus ſuo delicto eſt, vt detrimentum in illis ſubeat, neque tũc vlla iniuria in eo fit nocenti. Ita Nauar. c. inter verba. nu. 702. in commentario Hiſpano. Admonendus tamen eſſet nocens, vt ſe collocaret in loco tuto antequam detegeretur, quando id ſufficeret vt innocens liberaretur à periculo, in quo eſt.

4 Quartò, quãdo licita eſt accuſatio de peccato alieno occulto, aut quis tenetur vel licitè poteſt de illo teſtificari, aut denunciare à iudice interrogatus, vel A etiam nõ interrogatus, iuxta ea quæ quo ad hæc omnia tractatu ſequenti explicanda ſunt, licitè præiudicatur famæ talis peccatoris detegendo peccatum illius occultum. Pro bono quippe communi, & vt delicta impunita non maneant, atque ſuam vel ſuorũ iniuriam proſequendo, iuſtam vindictam ac compenſationem iniuriæ ſibi aut ſuis illatæ poſtulando, hæc licent: & aliquando, qui tale peccatum detegit, ad id tenetur.

Quinto, in pœnam iuſtam delicti ab eo commiſſi 5 poteſtas publica licitè aliquem infamat. Sicut enim pro delicto commiſſo licitè malefactor punitur in corpore, & in bonis ſuis externis: ita etiam puniri iuſtè poteſt in bonis honoris & famæ, vt Diſput. 18. dictum etiam fuit.

B Sextò, quando ita expedit bono communi, aut ẽt 6 bono eius, qui infamatur, licitè præiudicatur eius famæ, detegendo crimina & defectus illius, tantum præciſè, quantum ad id fuerit expediens ac neceſſarium. Vt ſi aliquis ſacros ordines petat, aut beneficium eccleſiaſticum, aut aliud minus, ſitque indignus propter delictum occultum, ita vt promoueri, conferri ei beneficium eccleſiaſticum, aut præfici alicui muneri, pernicioſum futurum ſit bono communi, aut ſaluti ſpirituali eius, qui id petit, aut cui id conferri paratur, quia incidet in baratrum delictorum, quæ multum Deum offendant, dedeceant id adminiſtranti, & cedant in ſcandalum aliorum, detegendum tunc eſt id crimen illius occultum, non ſolùm quando de eo inquiritur, ſed etiam quando C de eo non inquiritur: modò tamen ex ea detectione fructus ſperetur: & modo id fiat cũ quàm minima iactura famæ illius fuerit poſſibile. Ratio autẽ eſt, quoniam præponi debet commune bonum, aut etiam ſpirituale eius peccatoris, famæ eiuſdem.

Quando autem de moribus & vita alicuius inquireretur ad gradum in aliqua vniuerſitate ſumendũ, 7 (vt in Euorenſi academia, quæ Eccleſiaſtica eſt, ſtatutis illius fit) vel de moribus ac vita alicuius fœminæ inquireretur, vt illi eleemoſyna, qua nubat, conferatur; quoniam talis elemoſyna relicta aut conſtituta ſit, vt ſolùm elargiatur fœminis honeſtè viuentibus; vel quãdo de vita & moribus alicuius ad aliud ſimile inquiritur; tunc nefas eſſet detegere peccata eorum occulta, de quibus ad eum finem inquiritur; D ſed ſolùm fas erit detegere ea peccata, de quibus ille laborat infamia: quoniam illi ſoli, qui de eis criminibus infamia laborant, intendi videntur excludi ab eis gradibus, ab ea eleemoſyna, aut ab alia ſimili re, ad quam ea morũ honeſtas exigitur. Neque quacunque de cauſa fas eſt detegere peccata ſecreta, aut de illis licitè inquirere: eo quòd pluris facienda ſit hominum fama, quæ alioquin multũ neceſſaria eſt ipſis ac reipublicæ, quàm vt ob ſimiles res liceat præiudiciũ illi afferre. Qua de cauſa in materia de eleemoſyna q. 32. art. 9. dicebamus, nefas eſſe inquirere peccata pauperum occulta ad eos, qui probi ſunt, eligendos, vt eis potius, quàm alijs, eleemoſyna conferatur: peccatumque eſſe lethale, tum ea de cauſa illa inquirere, tum etiam eadem de cauſa illa detegere: E ſolumque fas eſſe illa de cauſa ea peccata inquirere ac detegere, de quibus eſt ſaltem infamia. A regula tamen tradita exciperem, quando ex ſuſceptione talis gradus iuſtè timeretur notabile detrimentum boni communis, & periculi animarum, vt ſi ob eum gradum is aſſumeretur ad munus, vnde periculum immineret animarum, aut ſi graue ſcandalum immineret ex eo, quòd ille ad eum gradum eſſet promotus, vt ſi peccatum illius occultum ſit tale, quod veriſimiliter fiet poſtea publicũ, relabetur is poſtea in illud magno cum dedecore gradus, & ſcãdalo, quòd is, qui ad eum gradum aſſumptus eſt, talis ſit moribus: id quod facilè euenire poteſt, præſer

tim ſi gradus ſit doctoris in ſacra Theologia. In hoc tamen euentu, non quia ſtatutis vniuerſitatis ſit ſancitum, vt inquiratur de moribus illius, qui eum gradum voluerit ſuſcipere, fas eſt tale crimē occultum detegere, ſed quoniam natura ipſa rei, caritas, ac recta ratio poſtulant, vt pro bono communi id crimen detegatur, modò ex ea detectione fructus ſperetur.

8 Illud eſt obſeruandum, quando aliquid ita relinqueretur aliquibus, ij ſve qui ad id eligerentur, dummodo tales vel tales habeant cōditiones generis, vel alterius ſimilis rei, ita vt ſi eas conditiones non habeant, incapaceſque proinde ad id ſint; tunc, eſtò eiuſmodi defectus pauciſſimis noti ſint, licitum eſt illos detegere. Quoniam agitur de euitando præiudicio tertij, & ſimul ſæpe de euitando peccato ac iniuſtitia eius, qui id intēdit, vt ſi eos ſuos defectus ſciat, & nihilominus id intendat: eaque lege is cenſetur ſe ad illud opponere, aut illud intendere, vt quicquid de illo ea de re ſciatur, detegatur. Quando tamē aliquis, ignorans ſe eo defectu laborare, defectuſque is eſſet occultus; tunc is, qui eum defectum ſciret, teneretur admonere eum, qui id intendit, vt priùs, quàm de eo inquireretur, aut quàm inquiſitio abſolueretur, deſiſtat ab ea re intentanda. Si autem ille deſiſtere non vellet, teneretur eum defectum illius detegere.

9 Pro bono item communi, quod ex hiſtorijs reſultat, aliquid plus licitum eſt hiſtoriographis ſcribere in hiſtorijs, quod ad infamiam aliquorum, de quib. ſcribunt, poſterorumque ipſorum ſpectat, quàm alioquin illis liceret, vt in ſequentibus dicemus.

10 Illud quoque eſt obſeruandum, quando in læſione propriæ famæ, aut alicuius alterius, peccatum interuenit contra caritatem, & non contra iuſtitiam, vt ſæpe interuenire liquebit in ſequentibus, id non attinere ad vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, ex quo ſolo conſurgit obligatio reſtituendi damnum in alterius fama datum, ſed pertinere ad vitium caritati propriæ aut proximi contrarium: eaque de cauſa Diſputatione præcedente, explicando vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium, diximus; quicquid exterius fit, quod iniuſtè famæ alterius præiudicet, id totum ad id vitium pertinere.

DISPVTAT. 25.

De ſuſurrone & bilingui.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit ſuſurratio & ſuſurro: & quomodo ſuſurro à detractore differat.*

2 *Qui detrahendo amicitiam perturbant, non ſolùm ſi ſua detractione eum effectum intendant, ſed etiam illum non intendant, ſint tamen illius cauſa voluntaria, duplici peccant peccato.*

3 *Suſurro aliquando ſine uitio detractionis poteſt peccare contra caritatem, tum eius cui illa detegit, tum eius de quo ita ſuſurrat, dum occaſio eſt, ut detrimēta illi ſequantur.*

4 *Suſurratio, quæ præiudicium iniuſtè amicitiæ affert, eſt ſpecies infamiæ.*

5 *Quis ſit bilinguis & duplex lingua.*

1 SVſurratio propriè eſt murmur ſonùſve nō vehemens, ſed tenuis, vt ſunt aquarum decurrentium ac ventorū murmura, apud ſoni ſeu murmura, quæ *zumbido* hiſpanè dicimus, & ſunt ſimiles alij tenues verborum ſoni, qui ad aures noſtras perueniunt. Et quia detractores, maximè dum timent ab eis audiri, quorum famæ detrahunt, aut ab alijs, qui id ad eos deferre poſſint, ſolēt ſummiſsè loqui, ita vt quaſi murmur tenuiſve ſonus verborum ipſorum deueniat ad eos, quibuſcum ita loquūtur de alijs detrahendo, aut ad aures aliorum, qui non longè diſtant, idcirco detractores nuncupati ſunt ſuſurrones: illi præſertim, qui ea de alijs reuelant, quæ pacem, amicitiam, ac beneuolentiam perturbare poſſint inter eos, quibus illa reuelant, & eos de quibus reuelantur, qui *giſmeros*, & actus, quibus reuelantur, *giſmes* caſtellanè dicuntur: Luſitanè verò *mixericheros & mixericos*: vnde nauicula illa, velox in nauigando, quæ aſportare ſolet nuncia, peruenisse naues Indicas ad inſulam Angræ, & quæ peruenire ſolet aſportando ſimilia alia nuncia, *amixeriquera* in Luſitania nuncupatur. Hinc ſuſurro & latè ſumi poteſt pro detractore: vnde Iſidorus 10. lib. Etymol. 28. *Suſurro de ſono loquutionis appellatur, qui non in facie alicuius, ſed in aure loquitur detrahendo*; & gloſſa in illud Eccleſiaſtici 5. *Non appellaberis ſuſurro*, ait, id eſt detractor: & poteſt ſumi preſsè pro eo, qui ita detrahit, vt amicitiam, beneuolentiam, ac pacem perturbet. Vnde gloſſa in illud ad Rom. 1. *Suſurrones, detractores*, ait, *ſuſurrones inter amicos diſcordias ſeminantes: detractores, qui aliorum bona negant aut minuunt*, ſubaudi, aut aliter proximi famam iniuſtè minuunt.

Qui detrahendo amicitiam, beneuolentiam, pacemque perturbant, non ſolum ſi ſua detractione eum effectum intendant, ſed etiam ſi illum non intendant, ſint tamen illius cauſa voluntaria, quia attendere potuerunt ac debuerunt inde ſequi poſse, nec illum vitare curarunt, duplici ſanè peccant peccato, neceſſariò aperiendo in confeſſione, ſi vtrumque, attentis circumſtantijs concurrentibus, prudentis arbitrio ad culpam perueniat lethalem. Vno vitii iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ cōtrario. Et altero læſionis iniuſtæ beneuolentiæ ac amicitiæ proximi: quæ læſio ac damnum ſi permaneat, obligatio eſt in foro conſcientiæ illud compenſare, non minùs, quàm damnum famæ eadem detractione iniuſtè datum. Satis enim eſt, ſi is effectus volūtarius fuerit, qui euitari potuit ac debuit, nec fuit euitatus; vt cenſeatur imputatiuè iniuſtè volitus, ac proinde vt in eo detractionis actu interueniat noua illa alia ſpecies vitii ac iniuſtitiæ, & vt obligatio ſit reſtituēdi id aliud damnum permanens, eſtò intentum non fuerit. Imò addo, ſi inde etiam vlterius damnum aliud ſequatur, vt læſionis in corpore, aut in bonis externis eius, de cuius fama eſt detractū, quia is, apud quem eſt detractum, inde permotus fuit ad illi nocēdum in corpore aut in bonis externis, ſaltem expellēdo illum à commodis, quæ ex ipſo habebat habiturúſve erat: ſanè ea detractio ac ſuſurratio adiunctas etiam habet has alias ſpecies vitii atque iniuſtitię circa bona corporis & circa bona externa, neceſſariò in confeſſione aperiendas, ſi volūtariæ fuerūt, quia ſuſurro attendere potuit ac debuit ex ſua ſuſurratione ſequi ea damna poſſe, tenebiturque tunc compēſare illi ea damna, ſaltem in defectum principalis malefactoris, ſi alius iniuſtè tanquam cauſa principalis ea damna intulit. 2

Hoc loco obſerua, ſuſurronem, & eū præſertim, quem Hiſpanè *giſmero* dicimus, aliquando ſine vitio detractionis ſuſurrationibus, detractionève eorum, quæ vnus de alio dixit, aut quæ in offenſionem illius fecit, peccare poſſe grauiter contra caritatem, tum eius, cui illa detegit ac ſignificat, dum occaſio ea ratione eſt, vt ſuccenſeat in eum, qui illa in ſui offenſionem dixit aut fecit, de eoque vindictam ſumere velit, aut etiam re ipſa ſumat: tum etiam contra caritatem eius, de quo ita ſuſurrat, dum occaſio eſt, vt detrimenta illi ſequantur. Quando tamen 3

men compertum non fuerit peccaſſe contra iuſtitiã, ſed ſolum contra caritatem, quatenus verum dixit, neque detraxit famæ eius de quo illa dixit: quia erat publica, aut aliqua alia ratione, ſed ſolùm peccauit contra caritatem: quia ſignificare illa non debebat tunc illi, cui illa ſignificauit, ſolumq; ea narratione fuit occaſio, & non cauſa, vt ea detrimenta illi alteri ſequerentur, tunc ad nullam reſtitutionem eorum detrimentorum illi tenetur. Si autem non indebitè illa tunc narrauit ac detexit, ſed licitè ſpectatis circũſtantijs omnibus concurrentibus, tunc neque cõtra caritatem peccauit, quicquid inde iuſtè aut etiam iniuſtè præter ſuam intentionem atque ſpem fuerit ea occaſione ſequutũ. Dixi ſuprà, præſertim eum, quẽ Hiſpanè *giſmero* dicimus, quoniam licèt forte ſuſurro is ſolus latinè dicatur, qui famæ alterius modo explicato iniuſtè detrahit: Hiſpanè tamen *giſmero* is dicitur, qui quacunque ratione id non debuerat ei detegere, qui obiurgare, punire, aut indignari ea de cauſa poterat, & aliquando ad eum etiam extenditur, qui iure optimo id facit.

4 Obſeruat Caiet. 2.2.q.74. quamuis variæ amicitiæ ſpecies diſtinguantur, ratione vtilis, ratione delectabilis, vt inter coniuges, & ratione honeſti, ſuſurrationem nihilominus, quæ præiudiciũ iniuſtè amicitiæ affert, eſſe ſpeciem infamiæ. Quoniam ſuſurratio per ſe tendit ad lædendam mutuam amicitiam ac beneuolentiam: per accidens verò quo ad id eſt, quòd amicitia inter eos, inter quos læditur, ſit ratione vtilis, delectabilis, vel honeſti. Et quoniam ſicut ratio odij proximi eſt ſpecies infima, nihil impediẽte diuerſitate malorum quæ ex odio quis deſideret proximo, ſine tamen iniuſtitia ea in re aduerſus eum diſtincta inter ſe ſint ſpecie. Fatetur tamen, quòd ſi ſuſurro ordinet læſionem amicitiæ inter coniuges, vt ea via facilius cum vxore eius mariti adulteretur, peccare etiam peccato adulterij, ex relatione læſionis eius amicitiæ ad illum alium malum finem delicti ſpecie diſtincti: ſi verò ordinet læſionem amicitiæ inter aliquos ratione lucri, vt impediat lucrũ alicuius, committere etiam ſpeciem iniuſtitiæ circa bona externa, quo ad id iniuſtum datum tali ſuſurratione intentum. Obſerua tamẽ, in ſuſurratione præter vitium iniuſtitiæ contrarium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ, ſi in ea ſuſurratione læſio famæ iniuſta interueniat, ſi ea via ſimul interueniat amicitiam ac beneuolentiam lædi ac diſſolui, ſiue ſuſurro id intenderit, ſiue non, ſed ſolùm ex leuitate detexerit id, vnde præter intentionem ſuam ſequutum ſit lædi amicitiam ac beneuolentiam, cum tamen attendere potuerit ac debuerit, eum prauum effectum ac damnum ex ſua ſuſurratione ſequi poſſe, peccare, vel contra caritatem, vel etiam contra iuſtitiam, ſi iniuſtè id dixit ac detexit, vnde talis effectus ſequutus eſt, peccato alterius ſpeciei iniuſtitiæ quo ad eum effectum: itemque ſi inde vlterius ſequutum ſit damnum aliud iniuſtum, vt læſionis in corpore, quo maritus percuſſit vxorem, vel alius amicus ſuum amicum aut proximum, vel ſeparationis matrimonii, vel damni illati in bonis exteris, peccare quoque peccato iniuſtitiæ ſpecie diſtincto comparatione talis effectus, prout fuerit is effectus; nempe contra bonum corporis, vel contra bonum externum, modò tamen is, ex cuius ſuſurratione id damnum ſequutum eſt, attendere potuerit ac debuerit id damnum ſequi poſſe. Itaque à Caietano diſſentimus, quod vt in ſuſurratione interueniant hæ etiam rationes peccati atque iniuſtitiæ, neceſſe non eſt, vt intendantur ea ſuſurratione, & vt ad eos effectus à ſuſurrante ordinetur ea ſuſurratio, ſed ſatis eſt, qđ inde hi effectus nati ſint ſequi. & quod ſuſurrator attendere potuerit ac debuerit poſſe ſequi. id enim ſatis eſt, vt ſint voluntarij, ac proinde imputatiuè

A cenſeantur ab eo voliti, & per conſequens vt ea ſuſurratione peccauerit ſimul peccatis omnium earũ ſpecierum, & vt reſtituere teneatur ea omnia damna iniuſtè data, ſi inde ſint ſequuta ac permaneant. Ad primum ergo vnde Caietan. & quidam alij ducũtur, vt contrarium cenſeant, dicẽdum eſt, in primis, vt in ſuſurratione ea ratio formalis vitii reperiatur, quam ipſi admittunt, neceſſe non eſſe, q̃ ſuſurrator intendat lædere mutuam beneuolentiã & amicitiam inter illos, ſed ſatis eſſe, quod ex ea ſuſurratione ſit natum id ſequi, & quod potuerit ac debuerit attendere id poſſe ſequi, licèt id non intenderit, ſed ex leuitate id narrauerit, aut ex appetitu ei placendi, cui id narrauit, vt dictum eſt. Dicendum deinde eſt, quod licèt per accidens ſit, quòd amicitia, cui ſuſurratione læditur, ſit ratione vtilis, delecta

B bilis, vel honeſti, ſi tamen damna in corpore aut in bonis externis, ſint nata ſequi ex læſione iuſta talis amicitiæ, quæ cenſeantur imputatiuè ea ſuſurratione volita, id ſatis eſſe, vt in ea ſuſurratione interueniant etiam illæ aliæ ſpecies iniuſtitiæ. Ad ſecũdum verò neganda eſt ſimilitudo, quoniam in re propoſita iniuſtitia interuenit in his effectibus imputatiuè volitis, & quorum ſuſurratione data eſt cauſa iniuſtè: iniuſtitia autẽ circa bona corporis diſtincta eſt ſpecie ab iniuſtitia circa bona externa.

Vt verò reliqua, quæ de ſuſurratione addenda ſunt, cum ſermone de bilingui miſceamus, obſeruãdum eſt: Bilinguem eum dici, qui circa eandem rem duplici vtitur lingua, contrario modo vitioſè de ea- 5

C dem re loquens. Dixi, vitioſè, quoniam ſi iuſta de cauſa ſententiam mutet, eaque de cauſa contrario modo de eadem re loquatur ac antea fuerat loquutus, id non eſt bilinguem eſſe, vt vitium denotat, & vt communiter id vocabulum vſurpatur. Si autem quis contrarie de eadem re loquatur ex inconſtantia, & ob aliquod commodum, quia nõ audet diſplicere alicui, aut quia adulari ac placere alicui vult, vel intuitu pecuniæ, vel alterius commodi, vel ob vitandum incommodum aut periculum, quod timet, vel quacunque alia de cauſa; tunc, eſtò vitium ſuſurrationis non interueniat, bilinguis dicitur. Suſurro autem bilinguis eſſe ſolet, de eadem re coram vno loquendo vno modo, & diuerſo ac contrario modo

D loquendo de ea coram alio, apud quem detrahit de priori, cauſaque odij ac diſcordiæ ſeminat. Interdũ etiam ita inter duos ſe gerit, vt vni aduletur recte de eo loquendo, & detrahat apud illum de alio, & viciſſim accedat ad eum, de quo detraxerat, illiq; aduletur, recteque de eo loquatur, & detrahat apud eũ de illo alio, ſicque mutuas diſcordias prauaſque exiſtimationes inter illos ſeminet. Hiſpane bilinguis *hombre de dos lenguas, & cara de dos hazes* dicitur: maximeque poſterior hic loquendi modus vſurpatur, quando vno modo loquitur apud vnum, & diuerſo ac contrario loquitur apud aliũ. De bilingui in genere loquitur Sapiens Eccleſiaſtici 5. id vitium diſſuadens, dum ait: *Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem uiam. Sic enim omnis pecca-*

E *tor probatur in duplici lingua.* Quamuis autem quidã affirment in illis verbis, *Non uentiles te in omnem uentum*, in textu græco non eſſe illud pronomen, *te*, legitimum tamen ſenſum eius loci exprimit. Metaphora enim illa ventilationis, qua paleæ ſeparantur & expelluntur à grano in contrariam partem ei, ex qua ventus perflat, admonet ſapiens vnumquemque noſtrum, vt fugiat bilinguem eſſe dicens: *Non uentiles te in omnem uentum*, ſinens te inconſtanter pertrahi verbis tuis ac ſententia in partem, quam aura placendi aliis, conſequendi aliquod commodum, aut fugiendi aliquod damnum poſtulat, quaſi obſeruans eum ventum, vt illi te accommodes & ſequaris dictum illius. Et quia paleæ ducuntur vento,

to,neque in earum poteſtate eſt eo modo ab eo non A duci ac pertrahi:in noſtra autem poteſtate eſt,ſequi aut non ſequi auram commodi obtinendi, aut incommodi fugiendi,ea metaphora nos admonet, vt non ventilemus noſmet ipſos in omnem ventum, ſequendo noſtra ſponte eam auram. Idem autem eſt, quod ſequitur verbis illis proximè ſubiunctis; *Et non eas*(verbis ſcilicet tuis & ſententia tua: ea enim de re loquitur, vt patet intuenti ſequentia in eo capite)*in omnem uiam*,(qua videlicet ducit idem intuitus commodi conſequendi aut damni vitandi)*ſic enim omnis peccator* (qui ſcilicet conſtans non eſt in verborum rectitudine ac ſententia, de quo ſolo eſt ſermo) *probatur in duplici lingua*. Duplex enim lingua,qua inconſtãter ita vtitur, probat eum peccatorem. Et paulo inferiùs de ſuſurrone, qui bilinguis B eſſe ſolet, ſubiungit ibi idem ſapiens: *Non appelleris ſuſurro in uita tua*,ſed fugias omnino talis eſse,& talis appellari,*& lingua tua ne capiaris*, vt te deprehendant ſuſurronem, *& confundaris*. *Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia*(quòd talis ſcilicet ſit agnitus & notatus)*ſuper bilinguem*(ſuſurrando ſcilicet.) Quia enim detrahens ſuſurrando nocet proximo ſuo in bono famæ,quod præſtantius eſt, quàm bonum externum diuitiarum,in quo fur ei nocet,neq; ductus neceſſitate & vtilitate aliqua ita ſuſurro nocet in fama alterius, quemadmodum fur nocet neceſſitate ductus vt habeat vnde ſuſtentetur & tranſigat hanc vitam,(qua de cauſa Prouerb.6. dicitur: *Non grandis eſt culpa,cùm quis furatus fuerit; furatur enim, ut eſurientem impleat animam*) idcirco meritò C hoc loco dicitur, maiorem cõfuſionem & dolorem ac peiorem notationem ſubire deprehenſum bilinguem ſuſurrando,quàm ſubeat is, qui deprehenſus eſt fur. *Suſurratori autem odium,& inimicitia,& contumelia*, dum ſcilicet bilinguis ac ſuſurrator fuerit deprehenſus. Et Prouerb.26. habetur: *Cùm defecerint ligna,extinguetur ignis*, (quia ſcilicet eis nutritur ac ſuſtentatur)*& ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcunt*,quæ ab illo inter amicos & proximos excitantur,fouentur, ac nutriuntur, ſua bilingui detractione. Et paucis interiectis;*verba ſuſurronis quaſi ſimplicia*,) cùm tamen bilinguis ſit,callidèque loquatur) *& ipſa perueniunt ad intima cordis*,vbi lædũt & exulcerant,poſteaq; dolorẽ non modicũ generant,dum eis blãdis verbis,quæ ſimplicia videbãtur, decepiſſe D intelligitur. Et c.18.in eodẽ ſenſu dixerat:*Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris*. Et Eccleſiaſtici 28.*Suſurro & bilinguis maledictus:multos enim turbauit pacem habentes*. Lingua tertia (bilinguis videlicet, qui inter duos, quos ſua ſuſurratione excitauit ad malè de ſe inuicem loquendũ,atq; ad ſe inuicẽ odio proſequendũ,ideoq; lingua ipſius tertia ita ſuſurrando inter eos dr̃. Complutenſis verò Codex hẽt,lingua duplex, id eſt bilinguis)*multos commouit & diſperſit de gente in gentem*, (in cã illis exiſtens, vt deſerere cogerẽtur proprium locũ,alioq; cõmigrare) *ciuitates munitas diuitiarum deſtruxit*,(ob rixas & odia ab illa excitata) *et domus magnatũ effodit*. Multaq; alia mala, quorũ cã eſſe po E teſt ac ſolet,cõmemorat ac proſequitur in eo capite.

DISPVT. 26.

Vtrùm vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium ex ſuo genere ſit culpa lethalis. Et nũ ſit ſpẽs infima.

SVMMARIVM.

1 *Grauius eſt vitium ex ſuo genere,uitium contrarium iuſtitiæ commutatiuæ circa honorem,quam uitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium.*

2 *Suſurronum bilinguiùmue uitium in ſuo genere grauius eſt, quàm contumelia & detractio, quia eſt contra amicitiam, quæ in ſuo genere eſt maius bonum quàm honor.*

3 *Vitium commutatiuæ iuſtitiæ circa bonum famæ contrarium licet ex ſuo genere culpa ſit lethalis, ex circumſtantijs tamen poterit eſſe ſolùm culpa uenialis.*

4 *Non ſemper detractio de rebus uenialibus eſt culpa uenialis:nec ſemper de rebus lethalibus lethalis.*

5 *Non infertur ulla iniuria ex eo, quòd de illo qui maiorem habet famam quàm par ſit, proferatur iudicium uerum ea de re ex iis, quæ in illo apparent, non detegendo crimen illius occultum, niſi id ex mala aliqua intentione fiat.*

6 *Quando generalibus uerbis ita detegitur peccatum alicuius occultum, ut non magis ex iis uerbis concipi poſſit,illum quo ad id laborare culpa lethali quàm ueniali,tunc illa detractio eſt ſolùm uenialis.*

7 *Quando liceat licitè aliorum defectus manifeſtare.*

8 *Vitium totum iniuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium ſpecies eſt infima.*

QVemadmodum Diſput.19. dictum eſt,vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrariũ eſſe ex ſuo genere culpam lethalem, minùs quidem grauem, quàm homicidium, adulterium, quin & quàm ſimplicem fornicationem, ſed grauiorem ex ſuo genere, quàm ſit furtum: ſic quoque idem eſt dicendum de vitio iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium: idque propter rationem ibi cõfectam, quæ, vt ibi conſtat, communis eſt huic & illi vitio, & de vtroque vitio id efficaciter probat.

Vtrùm autem vitium hoc grauius ex ſuo genere 1 ſit,quàm contumelia,ſeu quàm vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium, an è contrario, Diuus Thom.2.2.quæſt.73. art.3. ad 2. ait, contumeliam ex ſuo genere eſſe grauius peccatum,quàm detractionem,cenſereque proinde videtur, vitium contrarium iuſtitiæ commutatiuæ circa honorem grauius ex ſuo genere eſſe, quàm vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium.Quod Sotus 5.de iuſt.qu.10.art.3.ait,non ex eo eſſe,quòd honor,qui contumelia læditur,ſit maius bonum, quàm fama:contra namque ait rem habere:& nos Diſputa.23.diximus, meritò homines, qui contumelia affecti ſunt,pluris facere damnum, quàm in ſua fama in exiſtimationève, quàm alij de ipſis habebunt, eo quòd ea contumelia ſint affecti, quàm faciant damnum ſibi illatum eſſe in ſuo honore,pręciſè conſideratum ab ea exiſtimatione ab eòve damno ſimul ipſis in ſua fama dato, diximuſque id experientiam ipſam teſtari. Sotus autem ait,contumeliam grauius eſſe delictũ ex ſuo genere, quàm detractionem,prouenire ex contemptu, qui in contumelia interuenit:quam etiã rationem diuus Thomas reddidit. Ego verò licèt quo ad eam circumſtantiam iudicem ac conſentiam, contumeliam eſſe grauius peccatum, quàm detractionem: eam tamen ipſam circumſtantiam exiſtimo eos, qui contumeliam ſunt paſſi, ex eo ferre grauiùs, maioremque quo ad eam illo cenſere factam ipſis eſse iniuriam propter exiſtimationem, quam de ipſis alij habebunt, quòd cum contemptum ſint paſſi, quàm ob contemptum ipſum in ſe prout ſolùm eſt contra ipſorum honorem, atque adeò exiſtimo acerbiorem iniuriam ac læſionem ratione eius circumſtantiæ eſſe illis factam in fama, quàm in honore. Vnde contumeliam exiſtimo eſse grauiorem culpam ex ſuo genere, quàm detractionem factam à tergo,

go, de quo loquitur diuus Thomas, ſi contumelia ſpectetur prout ſimul etiam nocet in fama & in exiſtimatione, quæ de tali contumelia affecto habebitur, id quod cum contumelia ſolet eſſe coniunctum, atque eo modo intelligo Diuum Thomam. Si tamẽ comparemus uitium iuſtitiæ cõmutatiuæ circa bonum honoris contrarium, cum vitio iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrario, quo ad proprias rationes formales præciſè conſideratas, arbitror grauius peccatum ex ſuo genere eſſe vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonũ famæ contrarium, maioremque & acerbiorem iniuriam inferre, quàm ſit & quam inferat vitium iuſtitiæ commutatiuę circa bonum honoris contrarium: eo quòd, vt Sot. rectè affirmat, fama bona maius bonum ex ſuo genere ſit, quàm ſit honor.

2 Suſurronum bilinguiumve vitium, qui pacem & amicitiam detractionibus ſuis perturbant ac diſſoluunt, ait Diuus Thom. 2.2.q.74.art.2. eſſe ex ſuo genere grauius peccatum, quàm contumeliam & detractionem: quia eſt contra amicitiam, quæ ex ſuo genere eſt maius bonum, quàm honor & fama, quæ contumelia & detractione læduntur. Malitiam ac grauitatẽ eius vitij ſatis deteſtatur ac exprimit Scriptura ſacra, vt ex dictis Diſputatione præcedente cõſtat. Atque quatenus detractionem includit, & addit effectum peſſimum perturbandi ac diſſoluendi pacem & amicitiam inter proximos, aliorumq; peſſimorum effectuum ſolet eſſe vlterius cauſa, non eſt dubium eſſe ex ſuo genere grauius peccatum, quàm contumeliam, & quàm nudam detractionẽ. Ex circumſtantiis tamen dari poterit nuda contumelia, detractioque nuda, quæ grauius peccatum ſit, quàm aliqua ſuſurratio.

3 Vitium commutatiuæ iuſtitiæ circa bonum famę contrarium, licèt ex ſuo genere culpa ſit lethalis, ex circumſtantijs tamen poterit eſſe culpa ſolum venialis. Vt ſi cum ſemiplena dũtaxat deliberatione, aut ex inaduertẽtia quadam ex parte culpabili, quis alium infamet: ea quippe inaduertentia reddere poteſt culpam, quæ alioquin futura eſſet lethalis, venialem. Id quod ſæpe euenire in viris timoratis conſueuit, qui ſi ad damnum, quod inferunt, attenderent, nihil tale commiſiſſent: neque enim tales exiſtimandi ſunt lethaliter peccaſſe, tametſi in materia graui tutum ſit de eiuſmodi exceſſibus ad cautelam confiteri, idque viri probi efficere ſemper ſoleant. Ex eo item quòd eo vitio modica læſio ſecundum hominum fiat exiſtimationem, eſſe interdum poterit culpa ſolum venialis. Vt ſi quis vitiũ occultum alterius detegat, quod, attenta qualitate & conditione eius, cuius eſt id vitium, non multum illum infamet, viliorisve exiſtimationis illum efficiat apud homines. Si enim de iuuene, quem iudicio hominum huius ſeculi id non dedeceat, aut admodem parum, quis detegat amores eum gerere cum aliqua femina, eã non detegendo, aut aliquid libidinoſum cum illa habuiſſe, aut vulneraſſe vel percuſſiſſe aliquem, ſanè id nõ erit culpa lethalis, quoniam attenta qualitate perſonæ, id vel non infamat, vel non ita, vt pertingat ad culpam lethalem. Imò verò ſi nihil id famam illius lædat, aut illi placeat talia de ipſo dici, non erit id culpa contra vitium, de quo diſputamus: eo quòd volenti & conſentienti nulla fiat iniuria, atq; adeò neque iniuſtitia, ſed ſolum id erit culpa, quia verbũ otioſum, quod nihil boni & multum mali audientium animis afferre poteſt.

4 Quamuis detractio de culpis venialibus regulariter ſit culpa ſolùm venialis; grauiorque regulariter ſit detractio de rebus pertinentibus ad mores, quàm de alijs vitijs & defectibus, qui ad naturam, ſcientiam, artem, aut ad genus ſpectant, non tamen poteſt generalis circa hoc regula conſtitui, ꝙ detra- A ctio de venialibus, aut de vitijs & defectibus, qui ad mores non ſpectant, ſit venialis, & alia ſit lethalis. Si enim detractio de re ad mores pertinente atque lethali non notabiliter famam in communi hominum æſtimatione lædat, neque ex illa ei, de quo ita detrahitur, notabile aliud detrimentum ſequatur, ſanè non erit culpa lethalis, eſtò ea detractio de culpis lethalibus occultis ſit. Contra verò, ſi detractio de re veniali, aut de re nihil omnino ad mores attinente, notabiliter in hominum exiſtimatione, attentis circumſtantijs concurrentibus, famam lędat, aut ex illa ſequatur ei, de quo ita detrahitur, notabile aliud detrimentum, ſanè ea detractio culpa erit lethalis. Verbi gratia, ſi de femina aliqua venialis aliqua leuitas cum aliquo narretur, certè talis eſſe poſſet ea fe- B mina, & talis ea leuitas, vt plus ei fama ea detractione læderetur, maiuſque inde detrimentum acciperet, quã ſi de alio culpa aliqua lethalis detegeretur, quæ non leuiter eum infamaret, eaque de cauſa, qui eam leuitatem de ea femina detexiſſet, lethaliter peccaſſet. Idem eſſet, ſi quis de religioſo aliquo, vel de prælato aliquo, quos, attenta qualitate ſtatus eorum, attentaque exiſtimatione, quæ de illis haberetur, multum id dedeceret, detegeret quis ſimilem leuitatem venialẽ cũ femina aliqua, aut aliquid aliud in ſe veniale, quod authoritatem eorum exiſtimationemque, quæ de illis haberetur, notabiliter minueret. Idem item eſſet, ſi de aliquo vitium generis illius occultum detegeres: plus enim illi noceres in exiſtimatione, quæ de illo habebatur, grauiuſque id C ferret, quam ſi grauius illius peccatum occultum detegeres, atque aliquando longè maius detrimẽtum illi afferres detectione eius vitij generis, quia ea de cauſa excluderetur à variis muneribus & honoribus, quàm ſi graue aliquod eiuſdem crimen detegeres. Eadem ratione ſi ſignifices vitium ac defectum alicuius artificis circa artem, quam exercet ac profitetur, aut imperitiam alicuius literati, vel inidoneitatẽ alicuius ad aliquid exercendum, aut aliquem minus fortiter & ſtrenuè ſe geſſiſſe in aliqua pugna, vel contumeliam ab aliquo accepiſſe, aut aliud ſimile, plus aliquando ei nocebis detectione eius defectus, vel in ſola fama, vel etiam vlterius in bonis externis & in emolumento, quod ea de cauſa amittet, quam ſi graue lethale illius peccatum occultum detege- D res, meritoque grauius illud feret, quàm hoc. Quare ſi vel id illi imponas, vel illud detegas, quando erat occultum, non ductus ſufficiẽti ratione & cauſa ad illud detegendum, vt quia ita expedit ad vitandum commune damnum, vel ad vitandum damnum priuatum alicuius, cui noceret imperitia illius, aut illũ eſſe ad id minus idoneum, vel aliqua alia iuſta & rationabilis cauſa, ſanè lethaliter in eo peccas. Non ergo alia regula ad hæc omnia, & ad ſimilia alia, ſtatui poteſt, quàm hæc. Nempe quando prudentis arbitrio, ſpectatis circumſtantiis omnibus concurrentibus, id quod illicitè detegitur, graue nocumentum infert famæ in hominum exiſtimatione aut aliis bonis eius, de quo detegitur, culpam eſſe lethalem ita E de illo detrahere, ſiue quod detegitur, ſit vitium moris lethale ſiue veniale, ſiue etiam ſit vitium ac defectus ad mores non ſpectans, qui abſque vlla contrahitur culpa: quando verò prudentis arbitrio ſolum infert leue detrimentum, eſſe ſolum culpam venialem.

Illud verò admonuerim, ex eo quòd de illo, qui maiorem famam habet, quàm par ſit, vel in ſciẽtia, 5 vel in aliqua alia re, etiam ſi id ſit in moribus, proferatur iudicium verum ea de re ex iis, quæ apparẽt ac conſpiciuntur in illo, non detegendo crimen aut vitium illius occultum, me non videre inferri illi vllam iniuriam, vllumve id eſſe peccatum, niſi id fiat ex odio, inuidia, aut ex praua alia mala intentione.

ne.

A ne. Quoniam id non eſt manifeſtare vitium illius occultum, ſed eſt ex ijs, quæ apparent, & quæ habet natura ipſa rei, verum iudicium proferre quo ad rem, circa quam alij errant, illam non penetrando, aut ad illam non quantum eſt neceſſe attendẽdo. Quòd ſi in eo ita iudicando ac manifeſtando alijs, ſiniſtra aliqua intentio miſceretur, tunc pro qualitate eius ſiniſtræ intentionis maior aut minor culpa ſeu peccatum interueniret, non quidem contra iuſtitiam commutatiuam circa bonum famæ, ſed contra caritatem. Hoc admonui ad tollendos ſcrupulos, quos viri timorati hac de re habere ſolent.

6 Regula illa Syluestri verb. detractio. num. 2. conſentanea diuo Antonio part. ſecunda, titul. octauo, capit. quarto, in princ. nempe quando generalibus B verbis ita detegitur peccatum occultum alicuius, vt non magis ex eis verbis concipi poſſit, illum quo ad id laborare culpa lethali, quàm veniali, detractionem talem non eſſe culpam lethalem, ſed ſolùm venialem, vt ſi de aliquo dicatur, eum eſſe iracundum, ſuperbum, cõtẽtioſum, auarum, præſumptuoſum, inanis gloriæ cupidum, aut aliud ſimile; ea, in qua regula non eſt vniuerſim vera, vt bene obſeruat Nauarr. in Manu. cap. 18. nume. 24. & cap. in te verba in Commentario Hiſpano à numer. 518. In ſimilibus namque euentibus, iuxta regulam à nobis paulo antea traditam, prudentis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus, eſt expendendum, an fama eius, de quo ita eſt detractum, læſa notabiliter maneat apud audientes, vel num inde notabiliter aliud detrimentum illi immineat, an C non. Et quidem in priori euentu iudicandum eſt culpam interuenire lethalem: in poſteriori verò interuenire lethalem: in poſteriori verò interuenire culpam ſolum venialem: id quod in exemplis propoſitis frequentiùs eueniet.

7 Hæc verò omnia ſemper ſunt intelligenda, quando non interuenit iuſta cauſa reuelandi crimina & defectus, iuxta ea quæ in præcedentibus dicta ſunt, & quæ in ſequentibus addentur. Itemque quando crimina non publica, aut eis nota, cum quibus de illis fit ſermo. Regula namque generalis eſt ſtatuenda, crimina aliena, eſtò enormia ſint, aliorumque defectus, ex iuſta cauſa poſſe licitè reuelari, quantum ex ea cauſa recta ratio præſcribit. Itemq. quan- D do crimina ſunt publica aut nota illis, cum quibus de eis loquimur, notaque illis eſſe nobis conſtat, tunc abſque vitio iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrario nos de illis loqui: idem etiam eſt de alijs defectibus publicis aut eis notis, quibuſcum de eis defectibus loquimur. Ratio autem eſt, quoniam in eo non lædimus famam eius, cuius ſunt ea crimina aut defectus. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius Diſputationis propoſita ſunt.

8 Quod verò attinet ad ſecundum, quemadmodum Diſputat. 19. cum Caiet. Soto, & alijs dictum eſt, vitium totum iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium ſpeciem eſſe infimam: E ſic quoque eſt hoc loco dicendum, vitium totum iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum famæ contrarium ſpeciem eſſe infimam, idque propter ſimilem rationem ei, quam Diſputat. 19. quo ad vitium iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris contrarium reddidimus. Quia ſcilicet vitium hoc reſpicit formaliter tanquam obiectum famam quo ad illius læſionem ac detrimentum: per accidens autẽ quod attinet ad hoc vitium eſt, quòd id detrimentum, eàve iniuſta famæ læſio, hoc vel illo fiat medio aut inſtrumento. Lege quæ Diſputat. 19. citata copioſiùs dicta ſunt.

DISPVT. 27.

Varij detrahendi modi. Et num reuelare peccatum graue occultum alicuius, nõ detegendo perſonam, quæ illud commiſit, culpa ſit lethalis.

SVMMARIVM.

1 *Septem modis detrahitur proximo, primis tribus directè, quatuor poſtremis indirectè.*

2 *Quando detegitur crimen alicuius occultum, non detecta perſona eius, qui eo crimine laborat, ſi uerisimile non ſit deuentum iri in notitiam perſonæ, quæ eo laborat, tum non eſt culpa lethalis.*

3 *Quando crimen detegitur occultum perſonæ alicuius non detecta quidem perſona, ſed detecta qualitate illius perſonæ, ex qua licèt perſona agnoſci non poſſet, infamia tamen in alios redundaret, poſſet interdum culpa eſſe lethalis.*

DIuus Thomas. 2. 2. q. 73. art. 1. ad 3. ſeptẽ 1
detrahendi modos enumerat: quos Sotus 5. de iuſt. q. 10. art. 1. ad 3. in octo diuidit. Quatuor ex illis directè detrahitur, atque primus eſt, quando ei, de quo detrahitur, falſum aliquod crimen imponitur, ſecundus quando verum crimen augetur, tertius quando vitium illius occultum detegitur, & quartus, quando quod bonum eſt, ſiniſtra dicitur intẽtione factum, aut aliter temerariè de aliquo exteriùs iudicatur. Id quippe licèt ad temerarium iudicium dicentis ſpectet, ſimul habet rationem detractionis, quatenus læſiuum eſt exiſtimationis eius, de quo ita detrahitur, apud illos, qui id audiunt, conſurgitque obligatio reſtituendi eam famam, quando læſio permanens ex tali detectione ſequitur.

Quatuor verò poſterioribus modis indirectè detrahitur: eorum verò primus quintus in ordine poſt præcedentes eſt, quando quis negat alterius bonum, ſextus, quando illud ſilet tempore, quo manifeſtare illud tenebatur. Quòd ſi, attentis circumſtantijs concurrentibus, teneretur de iuſtitia illud manifeſtare, tunc contra iuſtitiam peccaret illud ſilendo, cum onere reſtituendi damnum, ſi quod inde eſſet ſubſequutum. Si verò ſolùm ex caritate teneretur id manifeſtare, vt regulariter euenire ſolet, tunc illud ſilere, ſolùm erit peccatum contra caritatem, abſque vllo reſtituendi onere. Septimus, quando quis merita aliena diminuit, & octauus, quando ita laudat, vt laus in diminutionem cedat famæ ita laudati. Sæpe enim rei vna laudatio in vituperium atque infamiam laudati cedit. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò attinet ad ſecundum. Quando dete- 2
gitur crimen alicuius occultum, aut defectus illius occultus, non detecta perſona eius, qui eo crimine aut defectus laborat, ſi veriſimile non ſit, deuentum iri in notitiam perſonæ, quæ eo laborat, tunc ſatis perſpicuum eſt, id ita detegere culpam non eſſe lethalem, eſtò id crimen aut defectus valde grauia ac enormia ſint, multumque apta infamare illis laborantem. Ratio autem eſt, quoniam ea detectione nullius in ſingulari fama læditur. Quando autem eſſet periculum probabile, deuentum iri in notitiam perſonæ, quæ eis laboraret, tunc culpa eſſet lethalis id ita detegere, idque ſiue poſtea in notitiam eius perſonæ deueniretur, ſiue non. Quando item periculum eſſet, quòd deueniretur

in

in ſuſpicionem perſonæ alicuius in ſingulari, quòd eo crimine aut defectu laboraret, ſed non in notitiã certam, neque in opinionem determinatam, tunc peccatum eſſet lethale aut veniale, id ita manifeſtare, pro quantitate maioris vel minoris ſuſpicionis, quæ de aliquo circa id poſſet haberi, & pro qualitate criminis, ſpectatiſque reliquis omnibus circumſtantijs concurrentibus. Neque enim fama alicuius læditur ſolùm firma opinione, quòd ille crimen aliquod commiſerit, aut quòd defectu aliquo laboret, ſed etiam ſuſpicione: tametſi non tantum lædatur fama tali ſuſpicione, quantum opinione determinata ac firma: vnde & de leuiter aut de vehementer ſuſpecto de aliquo grauiſſimo crimine condemnatur interdum aliquis in exteriori foro.

3 Quando tamen detegeretur crimẽ occultum perſonæ alicuius, non detecta quidem perſona, quæ illud commiſit, cæterum detecta qualitate illius perſonæ, ex qua licèt perſona agnoſci non poſſet, infamia tamen in alios redundaret, tunc committi interdum poſſet culpa lethalis pro quantitate & qualitate talis infamiæ. Vt ſi ex religione aut ex cœnobio aliquo, de quo optima haberetur exiſtimatio ea in parte, religioſus aliquis inhoneſtum aliquid committeret, aut aliud ſimile, quod religionẽ illam aut cœnobium infamaret, ſanè culpa eſſet lethalis id detegere nominando religionem aut cœnobium, in quo erat religioſus, eſtò non nominaretur perſona, neque periculum eſſet, quòd vnquam agnoſceretur quis ille eſſet in particulari. Ratio autem eſt, quoniam ea detectione peccati occulti iniuſtè læderetur fama eius religionis aut cœnobij, obligatioque eſſet id damnum permanens illi reſtituere. Si autem religio aut cœnobium tale eſſet, quòd amiſſam ea in parte famam iam haberet, quoniam ſcitur id non eſſe ibi inconſuetum, non auderem condemnare culpæ lethalis, ſimile quid detegi, eſtò religioſi eius religionis aut cœnobij probi regulariter haberentur, taleſque re ipſa eſsent. Negandum tamen non eſt, improbum eſse id reuelari, timereque poſse interuenire in ea reuelatione culpam lethalem, ſaltem quando id cœnobium non laboraret magna circa tale crimen infamia. Quod autem de cœnobio eſt dictum, intelligendum etiam eſt de familia, quando de conſanguineo aut affine patris familiæ detegeretur crimen graue occultum, non explicando quis in particulari illud commiſerit, idque in infamiam cæterorum de eadem familia redundaret. Quando autem falſum teſtimonium imponeretur alicui de cœnobio aut de familia, non explicando aliquem in ſingulari, cui ita imponeretur, longè maius eſset peccatum, & obligatio reſtituendi damnum famæ tali cœnobio aut familiæ illatum.

DISPVT. 28.

Vtrum infamare defunctum culpa ſit lethalis. Et num peccent hiſtorici, qui delicta notaſque defunctorum, in proſapiam illorum redundantia, ſcribunt.

SVMMARIVM.

1 *Qui defunctum de occulto peccato infamat aut alia ratione, ſi notabilis ſit infamia, pertingere poſſet in culpam lethalem, non ſolum quando ea infamia redundaret in alias perſonas illi propinquas, ſed etiam ſi nihil omnino in alios redundaret.*

A 2 *Hiſtoriographi peccant, qui occulta aliorum peccata in ſuis hiſtorijs ſcribunt, licèt illi, de quibus ſcribũt, iam ſint defuncti.*

Qvi perſonam iam defunctam de occulto peccato infamat, aut aliqua alia ratione licèt minùs, cæteris paribus, peccet, quã viuam perſonam eodem modo infamaret, tamẽ ſi notabilis ea infamia ſit, pertingere poterit ad culpam lethalem, non ſolùm quando ea infamia redundaret in alias perſonas illi propinquas, ſed etiam ſi nihil omnino in alios redundaret. Fit enim defuncto iniuria eo modo peruersè famam illius lædẽdo, quæ etiam poſt mortem bonum quoddam illius eſt. Quo fit, vt obligatio ſit illi reſtituendi damnum in fama illius iniuſtè illi datum. Niſi conſtaret eum eſse in inferno, neque damnum in fama illius redundare in alios illi coniunctos. Tunc enim tanquam hoſti Dei, & noſtrum omnium, qui proximus noſter iam non eſt, obligatio non eſset quicquam illi reſtituendi, iuxta ea quæ tractatu pręcedente Diſput. 83. præſertim in calce concluſionis tertiæ dicta ſunt. 1

B

Hinc conſtat, peccare eos hiſtoriographos, qui occulta aliquorum peccata in ſuis hiſtorijs ſcribũt, eſtò illi, de quibus illa ſcribunt, defuncti iam ſint, vt Sotus de tegend. ſecr. memb. 1. quæſt. 2. in fine, & 5. de iuſtit. quæſt. 10. artic. 2. Adrian. quodlibet. 11. quæſt. 1. & alij rectè affirmant, tenerique reſtituere damnum famæ, quod ea ratione inferunt. Quæ autem non ſunt ita occulta, fas illis eſt ea ſcribere, (præſertim ſi hominum iam ſint defunctorum) idque pro bono publico. Tum vt notitia rerum geſtarum hiſtorijs habeatur. Tum etiam vt homines ſpe famæ comparandæ, quæ hiſtorijs æternitati mandetur, timoreque infamiæ incurrendæ, cuius ſimiliter hiſtorijs perpetua ſit memoria, alliciantur ad res pręclaras gerendas, ad turpiaque atque indecora magis fugienda ac vitanda. His enim de cauſis plus aliquid hiſtoriographis in hiſtorijs de aliorum vitijs ac defectibus ſcribere licet, quam alijs diffundere liceat, quia abſque vllo publico emolumento vel oblita exuſcitant, eſtò olim publica fuerint, vel quæ in vno loco ſunt publica, ad alia, ad quæ notitia illorum deuentura non foret, illa deriuant. De qua re in ſequentibus redibit ſermo. 2

C D

DISPVT. 29.

Vtrum reuelare delictum graue occultum alterius vni tantùm, qui id non deteget, culpa ſit lethalis.

SVMMARIVM.

1 *Detegere delictum graue occultum alterius, vni tãtum, qui id non deteget, non eſt culpa lethalis, ex ſententia aliquorum.*

E

2 *Contra tamen ſentiunt nonnulli Theologi.*

3 *Licet ex iuſta & rationabili cauſa crimen reuelare vni aut multis, quantum ea iuſta cauſa poſtulauerit.*

4 *Reuelare crimen graue & occultum filiorum aut famulorum, vt facit vxor marito, aut filius parentibus, uel etiam aliquis extraneus, paruæ culpæ expoſitum eſt, & interdum nullæ.*

5 *Multum extenuat culpam, uel etiam omnino excuſat, reuelare occultum graue crimen alterius, non animo nocendi aut diffamandi, ſed aliqua bona de cauſa.*

6 *Maior culpa eſt in iudicio temerario, maiorque ei ſit iniu-*

iniuria de quo habetur, quam ſit culpa in detectione peccati alterius occulti vni tantùm, qui id alijs non deteget.

7 *Culpa lethalis eſt ex ſuo genere reuelare alienum graue crimen occultum vni tantùm, licèt is nemini manifeſtaturus ſit.*

8 *Vt lethalis culpa iniuſtitiæ contra famam alterius committatur, neceſſe non eſt, quòd ita fama eo peccato lædatur, vt ille famam amittat, ſed ſatis eſt, quòd notabiliter exiſtimatio, quæ de illo habetur, prudentis arbitrio, uel in uno ſolo lædatur, aut lædi attentetur, eſtò effectus non ſequatur.*

1 Caietanus, ſecunda, ſecundæ, quæſtio. 73. articu. ſecundo, dubio primo, cui quidam ſubſcribunt, affirmat id non eſſe culpam lethalem, quando talis ille eſt, qui id tacebit, neque ob eam notitiam nocumentum aliud infert ei, cuius eſt id delictum, vt impediendo illum ab aſſequutione rei alicuius, à cuius aſſequutione illum non impediuiſſet, ſi notitiam eius delicti non habuiſſet, neque vllum aliud detrimentum ei obueniet. Exemplum adhibet Caietanus in viro & vxore, qui ſibi inuicem reuelare ſolent delicta filiorum ac famulorum, neque tamen ea de cauſa cõdemnatur culpæ lethalis. Item in eo, qui confitendo peccata ſua probo ac diſcreto cõfeſſario, ex quo nullum inde periculum imminet, indiſcretè illi reuelat eum, cum quo grauia peccata commiſit, aut occaſione alia illi reuelat occultum delictum alterius. Itẽ in eo, qui aliquid, ad delictum alterius attinens, accepit per ſecretum commiſſum, ignoranſque qualiter ea in re ſe gerere debeat, illud reuelat amico, aut viro probo ac docto, vt doceatur, qualiter ea in re ſe gerere debeat.

Fundamentum huius ſententiæ eſt, quoniã cùm fama ſit multorum, & contraria infamia ſit etiam multorum; eo quòd ex eo, quòd vnus aut duo ſciant delictum occultum alicuius, non cenſeatur ille laborare infamia de eo delicto; ſanè illud in primis non infamat eum, de quo id delictum ita detegitur: neque ex intentione aut notabiliter lædit famam illius; quoniam ſupponimus id non eſſe detectum animo nocendi & infamandi, neque, quòd vnus ſolùm id ſciat, qui id non deteget, eſt læſio notabilis famæ illius: quare cùm etiam ſupponamus, inde nullum aliud malum obuenturum eſſe ei, de quo id crimen eſt detectum; conſequens profectò eſt, vt id non ſit tanta iniuria ac detrimentum illius, vt ad culpam pertingat lethalem.

2 Contrariam ſententiam affirmant quidam alij cum Dominico à Soto. 5. de iuſt. quæſt. 10. artic. ſecundo. Primò, quoniam iudicium temerarium ex ſuo genere eſt culpa lethalis, vt à Diſputat. 13. explanatum comprobatumque fuit, & doctores communiter affirmant, etiam Caietanus ipſe: ſed non minùs, nec cum minori iniuria, læditur fama proximi detegendo peccatum illius vni tantùm, à quo non aliud detrimentum imminet, quàm illum habere notitiam de eo crimine, haberéve eam exiſtimationem de eo peccato re, quòd id crimen commiſerit, quàm lædatur iudicio temerario vnius priuati de eodem crimine: ergo detegere vni tantum delictum alterius occultum ac graue, de quo formare iudiciũ temerarium eſſet culpa lethalis, culpa etiam erit lethalis. Secundò, quoniam detegere ſine iuſta cauſa delictum occultum & graue alicuius duobus aut tribus, culpa eſt lethalis, vt omnes affirmant: ſed aliquando aliquis meritò ægriùs feret, delictum ipſius veniſſe in notitiam hominis alicuius grauis, infamatúmve ipſum ea de re eſſe apud illum, vt apud principem, prælatum, vel apud alium virum gra-

A uem, eſtò inde nullum aliud ipſi detrimentum immineat, quàm ferret crimen id ſuum manifeſtatum fuiſſe duobus aut tribus alijs viris: ergo falſum eſt, culpam lethalem non eſſe, crimen alicuius occultum ac graue manifeſtari vni tantùm, qui nulli alteri illud reuelabit, & à quo nullum aliud detrimentum ei obueniet, qui id crimen commiſit.

Vt quid de hac re quotidiana, ſcitaque neceſſaria, ſentiam, explicem, faciliuſque in praxi intelligatur, quando in reuelatione delicti occulti ac grauis alicuius vni tantùm iudicandum ſit interueniſſe aut non interueniſſe culpam lethalem, & quando res ſit dubia, timendumque non immeritò ſit culpam lethalem interueniſſe, ac proinde neceſſarium ad cau-B telam ſit de illa confiteri, nonnulla obſeruanda duxi.

Primum eſt, omnes conuenire, ex rationabili 3 ac iuſta cauſa fas eſse illud reuelare vni aut multis, quantum ea iuſta cauſa poſtulauerit, idque proinde fieri tunc abſque vllo peccato. Quæ autem iuſtæ ſint cauſæ, vt id fiat, Diſputat. vigeſima quarta, explanatum fuit.

Secundum eſt, in reuelatione criminis grauis & 4 occulti filiorum aut famulorum, quam vxor marito facit, aut maritus vxori; imò & quam filius aut famulus facit matri aut patri familias domus, vel etiam quam aliquis extraneus illis facit, multum extenuare culpam, & frequentiſſimè omnino ab illa excuſare, nullumque proinde in ea in-C teruenire peccatum, imò potius meritum, non ſolum quòd fiat abſque intentione nocendi famæ illorum, vt regulariter abeſse ſolet ea praua intentio, ſed etiam quòd illi omnes ſubiecti ſint curæ, reprehenſioni, ac correctioni eius matris ac patris familias domus: & quod id regulariter ordinetur in commodum ipſorum peccantium, vt domeſtica correctione reprehendantur ac puniantur, cohibeanturque à ſimilibus criminibus committendis, idque ſit in aliorum, qui de eadem familia ſunt, exemplum ac coërtionem: & quia vir & vxor communi illa vtriuſque cognitione illorum criminum mutuo conſilio melius quid facto opus ſit ſtatuent, proſpicientque in poſterum ne ſimile quid ab illo & ab alijs de familia committatur: & denique quia D illa ſunt delicta domeſtica, quorum punitio & prouidere, ne iterum quid ſimile fiat, non ad poteſtates publicas, ſed ad patrem & matrem familias domus ſpectat, idque delictum matrem familias contingit, in ipſius ac patris familias domus quodam modo iniuriam ac damnum redundans, qua de cauſa, & mater ius ſuo modo detegendi patri habet id delictum, & de eo accuſandi apud maritum, vt illud puniat domeſtica correctione, quatenus ipſam ſuamque domum offendit: non minus quàm quicunque offenſus delicto aliquo, quod punire ad poteſtates publicas ſpectat, ius habet de illo accuſandi apud poteſtates publicas, petendique de illo competentem vindictam, nihil impediente quòd ſit oc-E cultum. Pater item tanquam eo offenſus, aut dominus, ius quoque habet illud detegendi matri familias domus in partem pœnæ domeſticæ eius delicti, quod ipſos ſuo modo offendit. Et filij aut famuli reliqui, id ſcientes, tanquam agentes partes patris ac matris familias domus, de eo accuſare ſeu denunciare apud matrem aut patrem familias domus poſſunt, vt puniatur, & familia tota in officio contineatur: vitioque verti illis ſolet, ſi illud non manifeſtent, vt puniatur ac prouideatur quid facto opus ſit: neque id fieri videtur immeritò & contra rectam rationem, vt teſtatur conſuetudo, lumenque ipſum rationis præſcribere videtur: quippe cùm ad eos attineat ſuo modo, quicquid ad patrem

A aut ad matrem familias attinet. Quare propter has omnes rationes, aut earum aliquas, non videtur damnandum culpæ lethalis, imò ſæpe neque culpæ, quòd vxor ſimilia crimina famulorum domeſticorum occulta reuelet marito aut maritus vxori, immò neque quòd domeſticus illa eis reuelet, & interdum etiam externus, quando non timent inde inordinatum aliquem ac peruerſum effectum fore ſequendum, ſed ſolam reprehenſionem ac punitionem delinquentis moderatam ac condignam, maioremque cautelam in futurum. Neque valet argumentum, fama filij aut filiæ eſt bonum ipſorum proprium, non minùs quam ea bona eorundem externa diuitiarum, quæ caſtrenſia & quaſi caſtrenſia eorum dicuntur, bona ſunt propria eorum: B ergo ſicut nefas eſt matri bona illorum caſtrenſia aut quaſi caſtrenſia ab eis auferre, & dare ea patri, & nefas eſt patri ea ab illis auferre, & dare matri, & multo magis nefas eſt aliis domeſticis ea ab illis auferre, & dare illa patri aut matri, ita nefas eſt, nocere famæ & exiſtimationi illorum coram patre aut matre, etiam propter eorum delicta occulta. Non, inquam, legitimum eſt id argumentum: quoniam ſicut ex rationabili cauſa, quæ id poſtularet, fas eſſet lædere eorum bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia, ita ex rationabili cauſa, vt puniantur domeſtica correctione, & contineantur in officio, proſpiciaturque bono familiæ, fas eſt lædere exiſtimationem illorum apud patrem aut matrem familias domus, detegendo illis rationabiliter eorum delicta. C Famuli quoque ſub ea tacita conditione recepti cenſentur in domum, eiſque victus, veſtitus, & ſtipendium retribuitur, vt domeſticæ correctioni ſubdantur, pro cuiuſque eorum qualitate, & vt detegi patri ac matri familias domus poſſint ipſorum delicta, vt corrigantur, & vt proſpiciant bono totius familiæ. Non item valet hoc argumentum, meritò plus dolet filius aut famulus, reuelari ipſius delictum occultum patri aut matri, domino aut dominæ, malamque illos de ipſo habere exiſtimationem, quàm ſi idem delictum tribus aut quatuor aliis reuelaretur, eandemque de ipſo ob id delictum haberent exiſtimationem: ergo ſicut eſt culpa lethalis reuelare illud tribus alijs aut quatuor, ita quoque eſt culpa lethalis, aut maior culpa lethalis, vel D etiam ita eſt culpa reuelare illud patri, matri, domino, aut dominæ. Non, inquam, valet id argumentum: quoniam in hoc ſecundo interueniunt multa, quæ valde extenuant culpam, aut illam omnino impediunt, efficiuntque vt laudabiliter ac cum merito id fiat: & in illo primo non eadem interueniunt, quæ ita extenuent aut excuſent omnino culpam. Vbi ergo non ſunt cætera paria, inualidum eſt id argumentum: quod validum eſt, quando cætera ſunt paria.

5 Tertium eſt, multum extenuare de culpa, & interdum omnino ab illa excuſare, reuelare occultum graue alterius delictum, non animo nocendi ac diffamandi, ſed aliqua alia de cauſa, non mala, E ſed bona, vt ad capiendum conſilium, aut etiam ſolatium, vt delinquens corrigatur, vt quis confiteatur ſuam culpam ſacramentali confeſſione, quam aliter commodè non valet aut non ſcit explicare, & quòd ignoret aut non attendat id ita reuelare eſſe peccatum, quod ſi attenderet aut ſciret, nequaquam faceret. Itemque quod in Sacramento pœnitentiæ reuelatur, confeſſarium nulla ratione poſſe reuelare, neque poſſe vti ea cognitione, vt detrimentum aliquod inde alicui obueniat, neque auditum vnquam fuiſſe, niſi fortè quàm rariſſimè, vix aliquem confeſſarium in eam culpam incidiſſe, vt quod in confeſſione agnouit, reuelaret: tanta eſt Dei prouidentia, aſſiſtentia, ac adiutorium ad id, vt cum homines leues ac inconſtantes eſſe ſoleant ad ſeruanda alia ſecreta, in hoc vno ſeruando conſtantiſſimi omnes deprehendantur, eſtò alijs peccatis ſint obnoxij.

Quartum eſt, ex eo capite maiorem culpam cerni in iudicio temerario, maioremque iniuriam ei fieri, de quo habetur, quàm ſit culpa, quæ cernitur in detectione peccati alterius occulti, vni tantum, qui id aliis non manifeſtabit, & quàm in eo fiat ei iniuria, de quo ita reuelatur; quod maior iniuria ei fiat temere de illo concipiendo, quod ipſe non fecit, aut non conſtat feciſse, quàm detegere & affirmare, quod omnino conſtat eum feciſse: ſicut maior cæteris paribus eſt culpa, maiorque fit iniuria alicui, teſtimonium falſum de illo proferendo quàm detegendo verum crimen, quod ille re vera commiſit. 6

His ita explicatis, ad quæſtionem propoſitam eſt dicendum, culpam quidem ex ſuo tenere lethalem eſſe reuelare alienum graue crimen occultum vni tantum, eſtò talis is ſit, de quo ſit veriſimile, eum alijs id non reuelaturum: niſi adſint circumſtantiæ, quæ à culpa eam reuelationem excuſent, aut adeò illam extenuent, vt prudentis arbitrio ad culpam lethalem non pertingat. Quando autem interueniant circumſtantiæ, quæ eam detectionem, alioquin lethalem, à culpa omnino excuſent, aut ſi non omnino à culpa illam excuſent, adeò tamen culpam extenuent, vt ad lethalem non pertingat, certa regula ſtatui non poteſt, ſed prudentis arbitrio eſt relinquendum, vt ſpectatis circumſtantiis omnibus concurrentibus, iudicet, num conſtet interueniſse culpam lethalem, vel num conſtet eam non interueniſse, vel num res dubia maneat: atque in dubio, num culpa fuerit lethalis, obligatio eſt ſub culpa lethali de ea confiteri. Ex iis autem, quæ à nobis dicta ſunt, faciliùs iudicabitur, num conſtet interueniſse culpam lethalem, vel num conſtet eam non interueniſse, vel num res dubia maneat. 7

Ad argumentum pro opinione Caietani dicendum eſt, iam ſuprà initio Diſputatione ſeptima dictum eſt, vt lethalis culpa iniuſtitiæ contra famam ſeu exiſtimationem alicuius committatur, neceſse non eſse, quòd ita fama eo peccato lædatur, vt ille famam amittat, reddaturque infamis, ſed ſatis eſse, quòd notabiliter prudentis arbitrio, vel in vno ſolo, lædatur aut lædi attentetur, eſtò effectus non ſequatur. Vnde Diuus Thomas 2. 2. quæſtione 73. articulo ſecundo. cum in ſecũdo argumento dixiſſet, *ad rationem famæ pertinet publica notitia*, in fine reſponſionis ad id argumentum ſic dicit: *Etiam ſi uni ſoli aliquis de abſente malum dicat, corrumpit famam eius, non in toto*, (quaſi ſcilicet infamis maneat) *ſed in parte*. Ad id verò, quòd vlterius additur, eſt dicendum, graue nocumentum poſse inferri etiam vni tantùm detegendo graue peccatum alterius occultum, ita vt pertingat ad culpam lethalem, niſi excuſetur aut extenuetur culpa ex circumſtantiis à nobis explicatis: manereque poſse culpam lethalem, quando abſque cauſa reuelatur, etiam ſi non adſit animus infamandi, ſed ex leuitate cordis, non ſe valendo continere, niſi alteri id crimen reueletur. Confeſsarius autem, cui aliquid cum lethali aut veniali culpa detegeretur, aut quicunque alius, ſi præuenire poſset ne detegeretur, teneretur admonere pænitentem, aut quemcunque alium ei volentem detegere peccatum & peccatorem occultum, ne peccatorem detegeret. Si autem culpabiliter id detegeretur antequam illum, ne id faceret, admoneret, admonere eum debet, illicitè id feciſse, & vt de culpa commiſsa confiteatur, nec ſimile quid deinceps efficiat. 8

Duo

Duo autem argumenta pro parte alia contraria probant quidem culpam ex ſuo genere eſſe lethalem detegere graue peccatum occultum alterius vni tantùm, quod negare non videtur intendere Caietanus; non tamen probant ex capitibus explicatis adeò ſæpe extenuari eam culpam, vt vel nulla reddatur, vel vt non pertingat ad culpam lethalem.

DISPVT. 30.

Vtrùm narrare ex auditu crimen alterius occultum culpa ſit lethalis.

SVMMARIVM.

1 *Si graue peccatum occultum ex auditu tantum perceptum manifeſtaretur, culpa non incurreretur lethalis.*

2 *Qui graue peccatum occultum alterius ſolum narrat ex auditu, niſi ex modo narrandi maiorem innuat certitudinem verè illum, de quo id dicitur, id peccatum commiſiſſe, quàm dicendo id dici, nõ tenetur ad reſtitutionem famæ, licet ei, qui ex ore eius habent, rem putent ita ſe habere.*

3 *Quando peccatum graue occultum ita ex auditu narratur, vt perſona fide digna referatur, quæ id aſſertiuè dixit, aut tales circumſtantiæ addantur, vt res efficiatur perſuaſibilis audientibus, tunc tenetur narrans damnum famæ reſarcire, ex narratione ſecutum.*

4 *Qui aliquid occultum ex auditu narrat, damnumq́; aliquod famæ infert, quatenus cauſa iniuſta eſt, vt de ea re dubitetur, aut ſuſpicio habeatur, reſtituere tenetur damnum, quod ea narratione intulit, ſi permaneat.*

1 SErmo eſt de peccato graui occulto, quod ſi vt certum alijs manifeſtaretur, culpa incurreretur lethalis, iuxta ea quæ præcedentibus Diſputationibus explanata ſunt: vt ſi de femina, quæ habebatur honeſta, diceretur, audiui de tali femina eam ſtuprum aut adulterium commiſiſſe. Si enim ex auditu id narretur, quod quamuis aſſereretur ex viſu, aut alia ratione aſſereretur vt certum, non eſſet culpa lethalis, iuxta ea quæ præcedentibus Diſputationibus explanata etiam ſunt, facilè conſtat, ex tali relatione ex auditu, niſi admiſceatur alia ſiniſtra intentio lethalis, culpam lethalem non incurri.

2 Scotus in 4. diſtinct. 15. quæſt. quarta. ait, qui graue peccatum occultum alicuius ſolùm narrat ex auditu, niſi ex modo narrandi maiorem innuat certitudinem, verè illum, de quo id dicitur, id peccatum commiſiſſe, quàm dicendo id dici, aut ſe id audiuiſſe, non teneri ad reſtitutionem famæ illius, eſtò ij, qui ex ore ipſius id dici audiunt, ſibi perſuadeant rem ita habere. Quoniam, inquit, ea perſuaſio & credulitas eſt ex culpa id audientium: eo quòd, qui citò credit, leuis ſit corde, maleque faciat, atque in re propoſita peccet id credendo, ſibique id perſuadendo. Neque ſumpſiſſe eum occaſionem id ita credendi, ſibiq; perſuadendi ex eo, quòd alius narrauerit dici, aut id audiuiſſe, obnoxium reſtitutioni eum efficiat, qui id dici narrauit: quoniam ſolus is reſtituere tenetur, qui cauſa eſt iniuſta eius damni, non verò qui ſolùm eſt occaſio vt ab alio detur. Addit Scotus, niſi is, qui ita ex auditu refert crimen graue occultum alterius, id efficiat intendendo nocere famæ illius, non videri condemnandum culpæ lethalis. Tametſi ſubiungat, rem eſ-

A ſe periculoſam ob puſillorum ſcandalum: quoniam multi ſunt puſilli ac leues corde ad credendum, qui audientes, facilè ſcandalizabuntur, fidem illis adhibendo, malumque id de eo proximo ſibi perſuadendo. Caiet. ſecunda ſecundæ quæſt. 73. art. ſecundo. Adrian. in 4. in quæſtione de reſt. famæ, Gab. item in quarta diſt. 15. quæſt. 10. artic. tertio, dub. ſecundo, & Sylueſt. verb. detractio in fine, Scoto ſubſcribunt. Id ipſum Maior etiam facit in quarta diſt. decimaquinta, quæſt. decima ſexta, tametſi addat, peccare eum lethaliter, qui ex auditu coram eis ſimilia refert, qui illa maiori cum firmitate aliis referent, parumque ab hac ſententia differt Nauarr. in Manu. cap. decimo octauo, in calce. numer. 49. & latiùs cap. inter verb. nume. 576. ait enim peccare lethaliter,
B reſtituereque teneri damnum famæ ſequutum, quando ex auditu id refert coram illis, qui illud veriſimiliter credent, aut aliis maiori cum firmitate illud referent, idemque affirmat Adrian. quodl. 11. lit. g.

In contraria ſententia eſt Sotus. 5. de iuſt. quæſt. 10. artic. 2. aſſerens, eiuſmodi narrantem ex auditu graue peccatum alterius occultum, reſtituere teneri damnum famæ ſequutum, & per conſequens peccare lethaliter, ſi damnum ſequutum notabile fuit, aut periculum erat notabile damnum ſequendum.

Noſtra verò prima concluſio eſt: Quando peccatum graue occultum ita ex auditu narratur, vt perſona fide digna referatur, quæ id aſſertiuè dixit, aut 3
C circumſtantiæ auditæ tales referantur, quæ rem creditu dignam ac perſuaſibilem efficiant, vel denique, attentis circumſtantiis concurrentibus, perſonæ ſcilicet id narrantis, modi, quo id narrauit, & aliis concurrentibus, res efficiatur perſuaſibilis audientibus, dignaque quæ ab illis credatur. Tenetur ita id narrans, tanquam vera cauſa iniuſta illius, reſtituere totum damnum famæ ex ea narratione ſequutum, ſi non plus nequitia audientium concipiatur, quàm inde natum erat rationabiliter concipi: incrementum verò, cùm non ex ea narratione ſit ſequutum, ſed ex audientium nequitia, narranſq; non vera cauſa illius, ſed ſolùm occaſio fuerit, reſtituere non tenetur, eſtò permaneat. Quoniam ſicut is, qui coram aliis furatur, neque aliter eos ad ſurandum
D inducit, quàm ſuo exemplo, reſtituere non tenetur, quæ alii ſuo exemplo permoti furantur, eo quòd exemplum nudum non fuit cauſa furti illorum, ſed ſolùm occaſio vt inde ad furandum mouerentur, vt tractatu ſecundo, in materia de reſtitutione dictum eſt; ita res habet quo ad id incrementum damni famæ nequitia audiẽtium dati. Quòd ſi damnum ex ea narratione ſequutum, aut quod natum erat ſequi, notabile erat, attenta qualitate delicti, perſonæ de qua narratur, & cæteris circumſtantiis concurrentibus, tunc id narrans peccauit lethaliter. Idem eſt quo ad culpam lethalem contra caritatem, ſi attentis perſonis, quibus fuit narratum, & attentis circumſtantiis aliis concurrentibus, ani-
E maduertebat, aut animaduertere debebat, illas peccaturas lethaliter, ſibi perſuadendo, quod dignum non erat, vt ſibi perſuaderent, aut aliis id ita narrando vt peccarent lethaliter. Tunc enim propter lethale ſcandalum, quod vitare tenebatur, & cui occaſionem præbuit, peccauit contra caritatem, tum contra eos, qui ita ſcandalizati ſunt, ſcandalizari ve inde potuerunt: tum etiam contra proximum illum, de quo id narratum ex auditu fuit, cuius famæ ab illis aliis detrimentum fuit iniuſtè illatum, aut inferri ea occaſione potuit. Vnuſquiſque enim lege caritatis tenetur ſub culpa lethali vitare ſcandalum lethale aliorum, ſi commodè poſſet, nedum ad id ſcandalum occaſionem non præbe-

præbere. Tenetur inſuper impedire damnum notabile famæ aliorum, ſi commodè poſſit, non minùs quàm tenetur impedire damnum illorum in bonis externis diuitiarum, ſi commodè poſſit, nedum occaſionem non præbere eius damni. Concluſio hæc tota non alia probatione indiget, quàm quæ in illa eſt inſerta.

4 Secunda concluſio: Quia proximi fama non ſolùm læditur opinione ſiniſtra de illo, ſed etiam ſuſpicione, quin & dubitatione de probitate illius, aut quòd notam ſeu maculam aliquam habeat, vt in materia de iudicio temerario à Diſputat. decimatertia, dictum eſt: quæ autem ex auditu narrantur, vel quo ad mores prauos occultos, vel quo ad notam & maculam aliquam occultam, regulariter ſufficiunt ad generandam dubitationem, ne rēs ita habeat, aut etiam ſuſpicionem, quòd fortè ita res habet, ſanè qui aliud tale occultum ex auditu narrat, damnumque aliquod famæ infert, quatenus cauſa iniuſta eſt vt ea de re dubitetur, aut ſuſpicio habeatur, reſtituere tenetur damnum, quod ea narratione intulit, ſi permaneat, licèt non incrementum, cuius fuit occaſio, ſi plus audientes conceperunt, aut etiam famam læſerunt. Tenebitur verò id damnum permanens reſtituere ſub culpa lethali aut veniali, pro quantitate eius damni permanentis, maiori vel minori. Vtrùm autem id narrando peccauerit lethaliter aut ſolum venialiter, iudicandum eſt ex quantitate damni, quod natum fuit efficere, & ex ſcandalo audientium, quibus occaſionem plus concipiendi aut plus vlterius narrandi præbuit, & ex qualitate criminis, vt ſi ad ſodomiam, hæreſin, aut aliud enorme ac læſiuum valde famæ crimen attinebat, ex qualitatève notæ ac maculæ, & ex qualitate perſonæ, de qua id narrauit, atque ex cæteris circunſtantiis concurrentibus, iuxta ea, quæ dum de iudicio temerario nobis ſermo erat, explanata ſunt, num dubium temerarium, aut ſuſpicio temeraria de eiuſmodi rebus, ſpectata qualitate perſonę, de qua id dubium aut ea ſuſpicio habetur, culpa ſit lethalis. Concluſio hæc non alia etiam probatione indiget.

DISPVT. 31.

Publicum crimen aut macula, quæ dicantur ad examen, num abſq; peccato detegi de illis poſſint, qui de illis ſunt infamati.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit crimen notorium facti notorietate, & quàm multis notorium ſit oportet.*

2 *Quid ſit notorium notorietate iuris: quod etiam duplex eſt, vnum, quod tam manifeſta iudicis ſententia eſt damnatum, vt nulla poſſit iam tergiuerſatione celari: alterum quod probatum eſt iam plenè in iudicio teſtibus omnino ſufficientibus, vt condemnatoria ſententia ritè proferatur.*

3 *Publicè infamatus de aliquo crimine dicitur, de quo licèt notorium non ſit eum id crimen commiſiſſe neque iuris neque facti notorietate, eſt tamen publica fama eum id commiſiſſe, ex veriſimilibus coniecturis habens ortum.*

4 *Aliud eſt aliquem infamatum eſſe de aliqua re in domo aliqua, & aliud eſſe infamatum in vicinia aut populo uel regno.*

A VT conſequenter explicemus, quouſque abſque peccato liceat detegere id ignorātibus peccatum aut maculam, de quibus aliquis eſt infamatus, vel in loco & tempore in quibus eſt infamatus, vel in alijs, explicandum eſt, quod crimen aut macula ad eum effectum publica dicantur. Ad alium enim effectum iterum tractatu ſequenti erit ſermo de crimine notorio ac publico.

Quando aliquid eiuſmodi notorium eſt facti notorietate, publicum eſt ibi, vbi ita eſt notorium. Tūc autem vt iuxta c. veſtra, & c. quæſitum eſt, de cohabit. cleric. & mulier. doctores communiter tradunt, aliquid notorium dicitur facti notorietate in aliquo loco, quando iam ibi nulla poteſt tergiuerſatione celari. Ad quod non ſatis eſt, quòd id ibi euidenter à quatuor aut quinque ſit cognitum, ſed requiritur vt à tot de populo, vicinia, aut communitate ſit euidenter cognitum, vt prudentis arbitrio iudicetur non poſſe iam vlla tergiuerſatione celari. Ad notorietatem enim facti in primis euidentia eſt neceſſaria: quoniam opinionem conſtat non efficere notoriū, facileque is, de quo id multi opinarentur, atque de quo ex opinione id diceretur, tergiuerſari & obijcere poſſet, decipi eos, qui id opinati ſunt, ex falſiſque præſumptionibus id concepiſſe & aſſeruiſſe. Neque ſatis eſt tres, quatuor, aut quinque aſſerere ſe id vidiſſe, euidentive cognitione id ſcire: quoniam licèt tot teſtes omni exceptione maiores ſufficiant ad id planè in iudicio probandum; non tamen ſufficiunt, vt id notorium facti notorietate dicatur ac ſit: quoniam is, de quo id dicitur, tergiuerſari aliqua ex parte poterit id celare conando, non ſine aliqua ſpecie ne fortè res ita habeat, dicendo, eos ſibi eſſe inimicos, idque confinxiſſe mutuo conſilio, corruptóſve eſſe largitionibus, aut aliqua alia ratione, vel omnes, vel eorum aliquos. Quando verò iam tot euidenter illud cognouerunt, vt prudentis arbitrio non poſſit vlla tergiuerſatione celari, quia nihil cum vel leui veriſimilitudine poteſt obijci aduerſus tot hominum euidentem notitiam, quo id celetur, dicitur notorium facti notorietate. Licèt autem Panormit. cap. veſtra citato. nu. 16. aſſeruerit, vt aliquid notorium in aliquo loco dicatur, neceſſe eſſe, vt à maiori parte viciniæ ſciatur: arbitror tamen ſatis ad id eſſe, ſi ab octo aut à decem id euidenter agnoſcatur, maximè alijs id audientibus, aut aliqua eius rei indicia conſpicientibus. Quando item vitium aliquod iuris præſumptione cenſeretur notorium facti notorietate, tunc qui illo ita laboraret, cenſeretur quoque in re propoſita publicè de illo infamatus. Illud verò iuris præſumptione cenſetur notorium facti, quod quamuis in ſe euidens non ſit, tale tamen iure præſumitur. Hoc modo quando publicè aliquis ſemper habitus eſt filius alicuius, dicitur notorium illum eſſe aut fuiſſe filiū illius, vt patet cap. quoniam, de fil. presby. & cap. per tuas, de prob. Ad eundem verò modū, quod ad rem præſentem attinet, qui publicè domi mulieres retinent, quas nullus dubitat eſſe eorum concubinas, vel quia ex illis filios habent, vel patentibus alijs indicijs, arbitror iuris pręſumptione eos eſſe notorios concubinarios, in eo perſeuerantes peccato, ſi tot habere eos ita concubinas conſpiciant, quot ſufficiunt, vt aliquid notorium facti dicatur, eſtò de concubitu euidentia non ſit. Atque hoc eſt, quod velle videtur Panormitan. capit. veſtra, de cohab. cler. & mulier. num. 6. Legas etiam Syluestrum verb. cler. 2. §. 4. quæſt. 2. Qui autem hoc modo eſſet notoriè in concubinatu, de eo longè maiori cum ratione diceretur, eum eſſe publicum cōcubinarium: cùm minus ad rationem publici, quàm ad rationem notorii requiratur, latiuſque, vt conſtat c. tua nos, de cohabit.

bit.cleric. & mulier.& hoc loco, atque tractatu ſequenti videbimus, ratio publici pateat, quam pateat ratio notarij.

2 Aliud dicitur notorium, nō facti notorietate, ſed notorietate iuris, vt communiter doctores diſtinguunt iuxta cap. veſtra, & c. quæſitum eſt, de cohabit.cler.& mul. quæ ſuprà citata ſunt. Atque eiuſmodi notorium iuris notorietate duplex eſt. Vnum eſt, quod tam manifeſta iudicis ſententia eſt damnatū, vt nulla poſſit iam tergiuerſatione celari: vt quia ſētentia fuit publica, in remque tranſiuit iudicatam. Quod autem hoc modo notorium eſt, publicū etiā dicitur, tum ſimpliciter, tum etiam quod ad rem attinet, de qua nunc diſputamus.

Alterum verò eſt notorium iuris notorietate, qđ probatum eſt iam plenè in iudicio teſtibus omnino ſufficientibus vt condemnatoria ſententia ritè proferatur, aut etiam ea confeſſione rei, quæ ad ferendam condemnatoriam ſententiam omnino ſufficiens ſit, ita vt in neutro euentu reus poſſit iam vlla tergiuerſatione ſuum crimen in eo iudicio celare. Atque, quod hoc modo notorium eſt iuris notorietate, quamuis publicum ſit, & dicatur iam eſſe in eo iudicio, ad aliosque effectus, de quibus tractatu ſequenti erit ſermo, ad rem tamē, de qua diſputamus, non cenſetur publicum, niſi adiunctum ſimul hēat, eſſe etiam publicum aliquo alio ex eis modis publicitatis ad rem præſentem ſufficientibus, vt Diſputationibus ſequentibus videbimus.

Qui item damnatus eſt de leuiter aut de vehemēter ſuſpecto circa aliquod crimen, publicè etiam eſt infamatus, quòd ſit ita de eo crimine ſuſpectus.

Item in re propoſita publicè infamatus de aliquo crimine aut macula is dicitur, vt patet cap. tua nos citato, de quo licèt notorium non ſit, eum id crimen commiſiſſe aut eam maculam habere, neque iuris neque facti notorietate, eſt tamen publica fama eū illud commiſiſſe, aut eam maculam habere, hoc eſt, eſt opinio communis ex veriſimilibus coniecturis habens ortum: neque ad eam famam aut infamiam ſatis eſt, ſi pauci ita opinentur aut loquantur, ſed neceſſaria eſt opinio multorum prudentis arbitrio, vt ait gloſſa cap. inquiſitionis. §. vlt. de accuſat. quam ſequuntur Sotus. 5. de iuſt. quæſt. 6. art. 2. & de teg. ſecret. memb. 6. quæſt. 6. Bar. aut. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſtionibus. affirmauit, neceſſe eſſe vt ſi maioris partis viciniæ, vniuerſitatis, aut collegij, in eamque ſententiam inclinant Felyn. cap. inquiſitionis. §. vlt. citato, & alij doctores communiter. Nec video qua ratione Nauar. cap. inter verba. num. 584. affirmauerit, Bartol. aliud ſentire, cum loco citato, quod ex illo referimus, ſatis perſpicuè affirmet.

3 Nunc autem, quod ad rem præſentē attinet, quæ quotidiana eſt, & circa quā a multis maior lux deſideratur, quam quæ à doctoribus communiter traditur, eſt obſeruandum. Aliud eſſe aliquem infamatum eſſe de aliqua re in domo aliqua aut collegio, & aliud eſſe infamatum in vicinia, in populo, & in ciuitate, aut in communitate alia populoſa, vel regno. Atque à domo aut collegio incipiendo eſt obſeruādum. Quamuis quo domus aut collegium maiora ſunt; eo, vt in eis cenſeatur aliquis infamatus circa aliquam rem, requiratur plures de ea domo aut collegio id de eo opinari aut loqui: nihilominus quo maior eſt domus aut collegium, eo minorem partē proportionalem eius domus aut collegij ſufficere id opinari aut loqui de illo, vt is infamatus circa id in ea domo aut collegio cenſeatur. Verbi gratia, ſi domus conſtet ex octo, fortaſſe ad infamiam in ea domo requiritur, vt quatuor id opinentur, vel obloquantur, aut ſciant. Si verò domus aut collegium conſtet ex viginti, fortaſſe ſufficient ſeptem, aut ad

A ſummum octo. Quòd ſi conſtet ex centum, ſufficient quindecim, aut ad ſummum viginti. Neque ad id eſt neceſſe, vt medietas aut maior pars id opinentur. Eodem modo, dum hæc in Euorenſi academia exponebam, dicebam, vt in ea vniuerſitate, quæ tunc mille ſcholaſticis conſtabat, ſcholaſticus aliquis cenſeretur infamatus de aliqua re, ſufficere viginti, aut plures, vel fortè pauciores, qui id ſcirent aut opinarentur; modò tamen omnes non eſſent de vna domo aut collegio, aut de duabus domibus aut collegijs: nam tunc licèt id ſufficeret, vt in domo aut collegio, aut de duabus domibus aut collegiis: nam tunc licèt id ſufficeret, vt in domo aut collegio infamatus cenſeretur, non tamen vt in vniuerſitate cenſeretur ea de re infamatus. Eodem modo in vi-

B cinia, quæ ex quatuor aut quinque domibus cōſtet, in quibus quadraginta aut quadraginta quinq; ſint perſonæ, vt aliquis de vicinia illa dicatur in ea infamatus de re aliqua, ſatis erit, ſi infamia illa ſit inter octo aut decem de diuerſis illis domibus. Et in oppido, quod ex quadraginta domibus conſtet, vt aliquis in illo de re aliqua infamatus eſſe dicatur, ſatis erit, ſi opinio de ea re ſit apud viginti de eo oppido. Et quidam non ineptè docuit, vt aliquis infamatus de aliqua re cenſeretur in ciuitate, quæ quinque millibus ciuibus conſtat, ad minus requiri vt infamia eſſet inter triginta ſparſim de eadem ciuitate, innuens id ſufficere. Vt aliquis infamatus cenſeatur de re aliqua in toto aliquo regno, ſatis eſt, ſi in curia ſit infamatus, aut in illuſtri alio loco, quo influere ſolēt

C ex toto regno, & vnde fama in regnum totum facilè ſpargitur. Atque vt ſummatim dicam, quando iam res ita limites ſecreti ſeu occulti egreditur, vt prudentis arbitrio, attenta qualitate communitatis, in qua ſcitur, & comparatione cuius expenditur, an ibi de ea re is ſit infamatus, iudicatur eſse adeò pro palata ac publica, vt moraliter attenta conditione humana ſit vlterius ea res diffundenda, cenſendum ſanè eſt eum, de quo ea opinio à tot iam habetur, amiſiſse ibi ea in re ſuam famam, eſſeque ea de re ibi infamatum. Ac ſanè arbitror, ex doctrina hactenus à nobis tradita, potiùs arctare quàm laxare materiam hanc, praximque iudicantium, quando delicta & maculæ cenſenda ſint iam publica, & quando cenſendus quis ſit infamatus

D de illis, neque requiri tantum numerum id opinantium aut ſcientium, quantus à nobis explicatus eſt.

DISPVT. 32.

Infamatus ſi quis ſit de aliqua re in loco aliquo, an ea aut alia, ad infamiam eiuſdem attinens, manifeſtari eam neſcientibus licitè poſſit in eodem loco.

E *SVMMARIVM.*

1 *Infamatus de uno crimine aut macula, illicitè & cum onere reſtituendi, infamatur de alio crimine etiam eiuſdem ſpeciei, poteſtque in eo interuenire culpa lethalis. Aliquando uero exigua aut nulla accedere inde poterit infamia, ut neque ſit lethalis culpa crimen detegere, etiamſi falsò imponatur, neque inde reſtituendi obligatio ſub culpa lethali conſurgat.*

2 *Quando aliquis infamatus eſt de aliquo crimine in aliquo loco, abſq; culpa lethali & abſq; reſtituendi onere narrari poteſt id crimen alijs in eodē loco, qui id neſciunt. Si intelligatur, quando is nō eſt per iniu-*

ſtitiam in eo loco infamatus; ſed ipſe fuit in culpa ſuæ infamiæ, aut ordine iuris fuit infamatus.

3 *Si verò aliquis eo loco per iniuſtitiam infamatus eſt, (quia iniuſtè crimen illius tunc factum eſt publicum) tunc veriſimile eſt, vlteriorem lacerationem famæ illius iniuſtam etiam eſſe, cum onere reſtituendi.*

4 *Si extenſio damni, quæ fieret poſt crimen iam factum eo modo publicum iniuſtè, prudentis arbitrio, eſſet incrementi damni exigui, attento quòd ille iam eſſet infamatus de eo crimine, tunc culpa non eſſet lethalis ita detegere crimen neſcientibus.*

5 *Si quis illud vlteriùs detexit poſt factum publicum, exiſtimabat eum, quo cum loquebatur illud ſcire, tunc non peccat lethaliter id ita detegendo, neque tenetur ad reſtitutionem.*

6 *Qui verè commiſit aliquod crimen, de quo iam infamatus eſt, dignus ob illud in ſe eſt, de quo illud concipiatur, & proinde ea laboret infamia. At ideo tamen non eſt crimen eius detegendum, ob bonum commune & proximi caritatem.*

7 *Vnuſquiſque non eſt dominus famæ aut exiſtimationis, quam alij de ipſo habent: quia fama eſt in mentibus aliorum, & quia nullus in eo nobis iniuriam ullam facit.*

8 *Quando crimen uerè eſt commiſſum, & iam publicum eſt effectum etiam per iniuſtitiam eorum, qui illud reuelatione ſua iniuſta publicum fecerunt, tunc non eſt culpa lethalis illud detegere iis in loco, vbi publicum eſt iam effectum, qui non ſciebant.*

9 *Quandò infamia alicuius in aliquo loco ſolùm eſſet rumor publicus de aliquo delicto publico ex veriſimilibus coniecturis, aut ſuſpicio non firma, tunc qui ita detegeret id delictum, ut certùm illud efficeret, peccaret contra iuſtitiam, cum onere reſtituendi.*

1 DE hac re prima concluſio eſt: Infamatus de vno crimine, nota, aut macula, illicitè & cum onere reſtituendi infamatur de alio crimine, etiam eiuſdem ſpeciei, aut macula vel nota: poteſtque in eo interuenire culpa lethalis. Aliquando verò adeò exigua aut nulla accedere inde poterit infamia, vt neque ſit lethalis culpa crimen detegere, etiam ſi falsò imponatur, neque inde reſtituendi obligatio ſub culpa lethali conſurgat. Imò verò euenire aliquando poterit, vt nulla omnino obligatio reſtitcendi famam inde conſurgat, etiam ſi crimen imponatur, & qui id audit, illud omnino credat.

Priorem partem huius concluſionis, nempe infamatum de vno crimine, nota, aut macula, illicitè & cum reſtituendi onere infamari de alio crimine, etiam eiuſdem ſpeciei, aut macula, vel nota, poſſeque in eo interuenire culpã lethalem, affirmant Adrian. quodl. 11. q. 1. lit. h. & i. doctores communiter. Probari autem poteſt, quoniam licèt quis amiſſam habeat famam circa caſtitatem, poterit tamẽ integram illam habere circa iuſtitiam aut circa alias virtutes: eaque de cauſa illicitè ac contra iuſtitiam infamabitur de furto aut periurio, vel alio crimine moris, quin & de macula & nota generis, ſcientiæ, vel artis: tantaque iactura famæ eſſe poterit ea de re, vt in eo interueniat culpa lethalis, conſurgatque inde obligatio reſtituendi eam iacturam ac damnum famæ iniuſtè datum ſub culpa lethali, vt ex ſe ſatis liquet. Quin ſi mulier, quæ infamata ſemel fuit de aliquo adulterio, poſt tempus aliquod in aliud occultum incidat, ſanè tantam iacturam famæ amittere ex eo poterit, quòd ſecundum ipſius adulterium detegatur, vt ea detectio culpa ſit lethalis contra iuſtitiam, cum onere ſub culpa ſimiliter lethali

A illi reſtituendi eam iacturam ac damnum famæ iniuſtè illi datum detectione illa ſecundi illius adulterij, nihil impediente, quòd ſecundum adulterium, quod de nouo detegitur, & de quo de nouo infamatur, ſit eiuſdem ſpeciei cum primo, de quo erat iam antea infamata: facileq; erit plura alia ſimilia exempla tradere.

Poſterior verò eiuſdem concluſionis pars, aliquãdo videlicet adeò exiguam aut nullam poſſe accedere ex ea detectione infamiam, vt neque lethalis culpa ſit id crimen detegere, etiam ſi falsò imponatur, neque inde conſurgat obligatio reſtituendi ſub culpa lethali, imò poſſe aliquando euenire, vt nulla omnino obligatio reſtituendi famam inde conſurgat, etiam ſi crimen imponatur, & qui id audit, illud omnino credat: B ea, inquam, poſterior pars ex eo probatur, quoniam ſi de publica meretrice dicatur, illam aliquem admiſiſſe, ſanè eſtò id illi imponatur, non erit culpa lethalis, neque vlla conſurget obligatio famam illi ea de cauſa reſtituendi: quippe cùm nulla inde acceſſio infamiæ illi accreuerit. Item, eſſe aliquem iãm infamatum circa aliquod vitium, aut circa aliqua vitia, ſanè multum conducit, vt fama illius circa alias virtutes non ſit tanti momenti, quanti eſt fama aliorũ, maximè ſi virtutes ſint affines; ac proinde fieri poterit, vt detectio vitij, circa quod non erat infamatus, non tantum famæ illi detrahat, attenta qualitate perſonæ, & attentis circumſtantijs alijs concurrentibus, vt ad culpam pertingat lethalem, & vt obligatio reſtituendi, quæ inde conſurgat, ſit C culpa lethalis. Quando autem id ita iudicandum ſit, quando non item, ſtatui nequit certa regula, ſed id prudentis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus, eſt relinquendum.

Secunda concluſio: Quando aliquis infamatus eſt de aliquo crimine in aliquo loco, abſque culpa lethali & abſque reſtituendi onere narratur id crimen alijs in eodem loco, qui id non ſciunt. 2 Concluſio hæc communis eſt doctorum Nauar. c. inter verba à nu. 837. diui Ant. par. 2. tit. 8. c. 4. in prin. Caiet. in opuſculo. 17. reſponſionum. 9. reſponſ. ad 3. dubiũ, Ledeſmii. 2. 4. q. 17. ar. 2. Soti. 4. de iuſt. q. 6. art. 3. ad 4. Maioris in 4. diſt. 15. q. 6. & plurium aliorũ.

Cõtrarium verò affirmauit Adrian. q. de deſt. famæ duob. §§. ante reſponſionem ad argumenta, idẽ D que affirmauit Syluest. verb. detractio. nu. 2. Ducũtur. Quoniam contra caritatem eſt, proximi famam læſam apud id ſcientes lædere amplius apud id non ſcientes: quare, inquiunt, ſi læſio, quæ vlteriùs fit, id detegendo non ſcientibus, notabilis ſit, ea detractio erit culpa lethalis: ſin minùs, erit ſolùm culpa venialis. Addit verò Adrianus, lædentem eo modo famã non teneri ad reſtitutionem eius læſionis. Quoniam infamato non debetur fama iam ex iuſtitia, ſed ſolum læſio fit vlterius contra caritatem.

Recedendum tamen non eſt à communi doctorum ſententia. Saltem ſi intelligatur, quando is non eſt per iniuſtitiam in eo loco infamatus, ſed ipſe fuit in culpa ſuæ infamiæ, aut ordine iuris fuit infama- E tus. Exemplum primi, vt quando aliquis in conſpectu multorum peccauit, & ita in cauſa fuit, vt ipſius peccatum eſſet notorium: vel quando ita incautè ſe geſſit, totieſque culpam iterauit, vt multis opinionem genuerit ſui delicti. Hic enim ſibi ipſi abſtulit famam, indignuſque eſt effectus, vt contegatur circa id crimen apud alios eiuſdem loci. Neque tunc ratio poſtulat, vt hominum linguæ ita ſe contineãt, ac ſi crimen illius eſſet ſecretum, nec famam ſua culpa ipſe amiſiſſet: quin potiùs commune bonum ex parte tunc efflagitat, vt peccatum illius arguatur ac detegatur in illius confuſionem, atq; vt cæteri ſe cõtineant à peccatis, timeantq; peccata ſua publicã efficere in aliorum ſcandalum. Ac ſanè duriſſimum into-

intolerabileque iugum cenſeretur hominum ceruicibus impoſitum, ſi nullum crimen, quamuis publicũ, detegere ijs poſſent, qui illud ignorarent, & quotieſcunque de eo loquerentur, attendere tenerentur ne fortè aliquis adeſſet, qui illud ignoraret, ne culpã committerent, illud ignoranti reuelando. Id quod ſanè neque rei natura nec humanus conuictus patiuntur, neque eſt credendum pijſſimum Deum adeò graue iugum imponere intendiſſe ceruicibus hominum. Quando autem aliquis ordine iuris eſt infamatus de crimine aliquo, quia crimen illius iuſtè ſententia iudicis eſt factum publicum & detectum, vt puniatur ac ſciatur poſthabita fama illius, ſatis eſt perſpicuum licere illud detegere ijs, qui illud ignorant in eo ipſo loco, in quo eſt ita pulicum. Vtrùm autem liceat illud etiam detegere in loco, in quo non eſt publicum. Diſputat. ſequenti dicetur.

3 Dixi ſuprà, ſaltem ſi communis ſententia intelligatur, quando is non eſt per iniuſtitiam in eo loco infamatus: quoniam ſi per iniuſtitiam infamatus eſt quia iniuſtè crimen illius fuit factum publicum; vt ſi cum eſſet ſecretum, aliquis aut aliqui illud reuelarunt, effeceruntque publicum; tunc maior veriſimilitudo eſt, vlteriorem lacerationem ac læſionem famæ illius iniuſtam etiam eſſe, cum onere reſtituendi: Cum enim quo infamia ad plures ſe extendit, eo maior ſit, & cum maiori iactura ac damno diffamati: atque in eo euentu totum id damnum iniuſtè datum fuerit ita diffamato: conſequens eſſe videtur, quòd quemadmodum quando aliquis patitur damnum iniuſtum in bonis externis diuitiarum non ſolùm peccant ij, qui præcipuam illius partem à principio dederunt, ſed etiam ij, qui idem damnum poſtea extenderunt, etiam ſi id efficiant, prioribus illis alijs præbentibus eis occaſionem extenſionis eius damni, tenenturque vtrique ad reſtitutionem damni, quod dederunt, vnuſquiſque eorum ad reſtitutionem partis, quam dedit: ſic ſe res habeat in propoſito.

4 Quòd ſi ſententia hæc vera ſit, ſunt nonnulla circa eam obſeruanda. Primum eſt, ſi extenſio damni, quæ fieret poſt crimen iam factum eo modo publicum iniuſtè, prudentis arbitrio eſſet incrementi damni exigui, attento quòd ille iam eſſet infamatus de eo crimine, tunc culpa non eſſet lethalis ita detegere id crimen ijs, qui illud ignorabant, neque item inde conſurgeret obligatio reſtituendi id damnum ſub culpa lethali, ſed ſolùm ſub veniali, ſi permaneret, reſtituique poſſet.

5 Secundum verò eſt, ſi qui illud vlterius detexit poſt factum publicum, exiſtimabat eum, quo cum ea de re loquebatur, illud ſcire, vel arbitrabatur, ſibi licere illud neſcientibus detegere poſtquam iam erat publicum, tunc neque lethaliter peccaret id ita detegendo, neque reſtituere teneretur extenſionem illam damni in fama, ignorantia excuſante tum à culpa lethali, tum etiam à reſtituẽdi onere: eo quod in eo euentu non conſurgat obligatio reſtituendi ex parte rei acceptæ, & ab obligatione reſtituendi ex partæ iniuſtæ acceptionis excuſet ignorantia.

6 Dixi paulo ſuperius, ſi ſentẽtia hæc vera ſit. Quoniam in re, de qua hac & ſequenti Diſputatione agimus, duo ſunt obſeruanda. Primum eſt, eum qui verè commiſit aliquod crimen, de quo iam eſt infamatus, dignum ob illud in ſe eſſe, de quo id concipiatur, quique proinde ea laboret infamia: quandoquidem non aliud de eo concipiatur, quàm quod habet natura ipſa rei, & quàm quod crimen ipſeque ob id crimen mereatur. Bonum tamen commune reipublicæ, exemplique aliorum, & caritas eius proximi poſtulat, vt quãdiu res eſt ſecreta, neque ille famam amiſſam ea de re habet: id non detegatur, niſi eo cõtendente in iudicio iuſtam vindictam & pœnam de

A eo malefactore, qui eo crimine eſt offenſus, iniuriam tali crimine eſt paſſus, aut eo idem contendente, cui, iuxta præſcriptum reipublicæ, conceſſum eſt agere ac proſequi iniuriam eius, qui crimine illo fuit offenſus, vel quando ita expedit reipublicæ, ob criminis grauitatem ac perniciem, & damnum aliorũ, aut maximam Dei offenſam, republica ipſa ſtatuente vt tunc detegatur, iudiceque eccleſiaſtico aut ſeculari ex præſcripto eiuſdem reipublicæ de illo inquirente, aut denunciare præcipiente, etiam ſi ſecretum ſit, vel niſi crimen ſit publicum, de quo accuſare cuiuis de populo in commune bonum eſt conceſſum: ſemper enim commune bonum, paxque, tranquillitas, & reipublicæ conſeruatio in bono ſuo ſtatu, præferri debent bono priuato famæ alicuius, ma- B ximè quando ea eſt indignus, ob ſuumque crimen commeretur vt in ea puniatur, præcipiendo, vt aut ab ijs, qui id crimen aut indicia illius ſciunt, detegatur, aut facultate vt de eo accuſetur, vt is delinquens competenter puniatur, tum in fama & exiſtimatione, quæ de illo habebatur, tum etiam in alijs illius bonis, vt fuerit dignum, communique bono expediens, atque à republica ipſa ſancitum. Et denique in quocunque ex illis euentibus, qui Diſp. 24. explicati ſunt, fas eſt crimina occulta detegere, quantum cauſæ, & fines, ob quos tunc id licet, poſtulant, & non plus. Atque obſerua, quòd cum finis correctionis fraternæ ſeu paternæ, id ve ad quod ea correctio ordinatur, ſit ſola emenda fratris, qui eſt in peccato pendente adhuc in futurum, vt ab illo ceſſet ac C eruatur, neq; in illo is progrediatur vlterius: naturaque ipſa rei ordoque caritatis poſtulet, vt bonum ipſius ſpirituale ceſſareque à peccato præponatur famæ eiuſdem: eademque natura rei, caritas & iuſtitia poſtulent, vt ſi erui à peccato poſſit ſine vlla iactura ſuæ famæ, id fiat: ſi ita autem ſine iactura famę erui nõ poſſit, eruatur cũ quanta minori iactura fuerit poſſibile: inde ortum habuit ordo correctionis fraternæ à Chriſto in Euangelio præſcriptus, qui de iure eſt naturali, vt ſcilicet frater, in peccato pendenti in futurum iacens, corriperetur à ſolo id ſciente, ſi ſpes eſſet, quòd id ſufficeret: ſi autem non ſufficeret, adhiberetur ſimul vnus alius aut alter teſtis, antequam prælato ſeu eccleſiæ in prælato denunciaretur: ſi autem nec id ſufficeret, tunc pręlato denun- D ciaretur, &c. Cum verò finis correctionis iudicialis non ſit bonum, nec ſpirituale, nec aliud eius, qui deliquit, ſed finis, id ve ad quod ea correctio ordinatur, ſit, vt delinquẽs competenter puniatur in ſatisfactionem eius, qui eo delicto fuit offenſus, & in ſatiſfactionem ac bonum reipublicæ, atque vt pax debituſque reipulicæ ſtatus conſeruetur, cæterique timeant & in officio contineantur, ſanè correctio iudicialis non curat famam ac bonum delinquentis, ſed tãtùm ea eſt licitum præiudicare famæ eius, qui deliquit, non ſolùm ſententia iudicis poſtquam delictum fuerit probatum, in pœnamque eius delicti, ſed etiam vt de eo delicto accuſetur à legitimo accuſatore, inquiratur à iudice ex officio detegatur ac E denuncietur, teſtibuſque comprobetur, quantum in bonum commune iure ciuili aut canonico, in eccleſiaſtico vel in ſeculari foro, fuerit pro qualitate delictorum præſcriptum aut permiſſum: neque in ea læſione famæ delinquentis, quæ ea via, iuxta ordinem ac permiſſionem iuris, fit, vlla eſt culpa in foro conſcientiæ, neque contra iuſtitiam, neque contra caritatem delinquentis, modò ſiniſtra alia intentio non admiſceatur neque tranſgreſſio fiat quo ad id, quod ea correctione iudiciali canonico aut ciuili iure in eccleſiaſtico aut in ſeculari foro eſt permiſſum, vt hæc omnia latius tractatu ſequenti & in materia de correctione fraterna explanabuntur: contrariumque aſſerere procul dubio eſt aperta ignorantia, eſt-

que

que temere condemnare culpæ lethalis, quæ ritè in foro ſeculari ac eccleſiaſtico iuxta præſcriptũ iuris, & iuxta id quod poſtulat cõmune bonum reipublicæ ſecularis & eccleſiæ, quotidie fiunt. Vnde miror quendam virum, aliàs doctum & pium, quę ſequuntur his noſtris temporibus typis mandaſſe: *Obijcies, reuelans ſecretum delictum tenetur ad reſtitutionem famæ: ſed qui manifeſtat & probat in iudicio, quod probari poteſt duobus vel tribus teſtibus, non tenetur ad reſtituendam famam illi accuſato*, vt habetur lib. Ord. Reg. ti. 9. l. 2. *ergo ſignum eſt, illum non fuiſſe detractorem, nec peccaſſe contra iuſtitiam, & conſequenter non eſſe dicendum ſecretum, quod duobus vel tribus teſtibus probari poteſt. Reſpondeo, teneri iſtum ad reſtituendam illi famam, modo meliori, quo poterit, quia lex illa ſolùm reſpicit forum exterius, ita vt iudex non compellat accuſatorem, qui ita probauit delictum alterius, ad reſtituendam illi famam: at in foro conſcientiæ tenetur reſtituere, cum uerè infamauerit proximum. Reſpondeo ſecundò, etiam ſi non teneatur, qui probauit in iudicio crimen alterius, reſtituere illi famam, quia iam factum eſt publicum, nec poteſt dicere illud non cõſtare, cum conſtet probatione iuridica; nihilominus quãdo accuſauit, (niſi ſit ex criminibus nociuis, quæ tenemur reuelare) peccauit, & fuit verè infamator, ac reuelator ſecreti*. Hæc ille. In quibus apertè intendit, neque eum, qui legitimè in foro exteriori accuſat aliquem de aliquo crimine, quod ante accuſationem & probationem ſecretum eſt, vt diſtinguitur contra publicum, neque eum, qui de eo crimine in iudicio teſtificatur, licitè id efficere, ſed peccare in foro conſcientiæ, tenerique ad reſtitutionem famæ talis delinquentis ea via læſæ, eſſeque verum detractorem: quæ omnia abſurdiſſima planè ſunt, atque ſi res ita haberet, iura canonica & ciuilia, praxiſq; eccleſiaſtici & ciuilis fori, peccata lethalia contra iuſtitiam & cum onere reſtituendi fouerent, neque ſine peccatis iniuſtitiæ puniri delicta poſſent eo ipſo, quòd prius non eſſent publica effecta, miſeraque eſſet conditio reipublicæ, boni communis, atque proborum, qui competentem vindictam de iniurijs acceptis, & de alijs delictis exigere aduerſus iniquos licitè non poſſent, niſi prius publicè conſtaret, eos illa delicta commiſiſſe, de quibus accuſari ac puniri licitè poſſent.

7 Secundum obſeruandum eiuſmodi eſt. Non ſicut vnuſquiſque eſt dominus bonorum externorũ diuitiarum, quæ ritè legitimove titulo vt ſua poſſidet: ſic eſt dominus famæ, ſeu exiſtimationis non malæ, quam alij de ipſo habent. Tum quia fama eſt in mentibus aliorum, eſtque exiſtimatio, quam alij de nobis concipiunt, ſeu etiam eſt illos non habere malam de nobis exiſtimationem, eſtò nihil de nobis de rebuſque noſtris cogitent: quod conſtat non eſſe bonum, cuius nos verũ dominium habere poſſimus. Tum etiam, quoniam nullus iniuriam vllam in eo nobis efficit, quòd malè de nobis de actibuſque ac rebus noſtris concipiat, malamque proinde apud illum famam ſeu exiſtimationem habeamus, quando ita res habet, vt de nobis is concipit atque exiſtimat, neque via iniuſta in eam notitiam deuenit: bonis verò, quorum nos domini ſumus, nullus priuatus poteſt nos iuſtè ſpoliare ſeu priuare, etiam ob noſtra delicta: vnde nullus priuatus ob noſtra delicta poteſt nos iuſtè ſpoliare ac priuare bonis noſtris externis diuitiarum, neque vlla eorum parte, ſed ſolus iudex per ſententiam, poteſtasve publica, poteſt id efficere, ſi ea pœna ſimus digni. Tum denique (præter alia) quoniam in bonis noſtris externis diuitiarum, quorum ſumus domini, eſtò iudex ſententiam ferat, qua nos in illis puniat quo ad partem eorum, nullus tamen alius poteſt extendere eam pęnam ad partem aliam eorum, eam à nobis auferendo, aut damnum in ea nobis inferendo. id enim eſſet peccatum cõtra iuſtitiam cum onere reſtituẽdi nobis id damnum, vt omnibus eſt manifeſtum: at verò eo ipſo, quòd per ſententiam publicam damnati ſumus de aliquo crimine, eaque via factum eſt publicum omnibus, qui eam ſententiam audierunt, & qui illam cum noſtra ignominia mandari exequutioni viderunt, non peccant alii priuati contra iuſtitiam, quin neque contra caritatem iuxta communem & veram ſententiam, id crimen, eamque ſententiam & exequutionem, manifeſtando iis, qui ea omnia ignorabant, eaque ratione infamiam noſtram extendendo ad multos alios, eamq; augendo, minimè iuſti, nec facti exequutores eius pęnæ ac dilatationis & augmenti noſtræ infamiæ: ergo fama noſtra non eſt bonum ita noſtrum, vt illius ſumus domini, ſicut domini ſumus bonorum noſtrorum diuitiarum.

Ex his duobus, quæ obſeruanda duximus, dico, quamuis vnuſquiſque, interim dum crimen ſuum non eſt publicum, ius habeat, idque naturale, ab ipſamet rei natura profectum, ob rationes traditas in initio primi, quod obſeruandum duximus, vt nullus præiudicet famæ illius illud reuelando aliis, exceptis uitiis, quibus id licere recta ratio ac iuris diſpoſitio permittit, iuxta ea quæ in primo, quod obſeruandum duximus, & Diſput. 24. explicata ſunt, atque adeò qui illi iuri contrauenit, non ſolùm peccet contra caritatem, ſed etiam cõtra iuſtitiam cum onere reſtituendi damnum famę permanens, quod ita iniuſtè dederit: nihilominus quando crimen verè fuit commiſſum, iamque eſt publicum effectum, etiam per iniuſtitiam eorum, qui ſua reuelatione iniuſta publicum illud fecerunt, non eſt mihi compertum ac perſuaſum, culpam eſſe lethalem illud detegere iis in loco vbi publicum eſt iam effectum, qui illud non ſciebant, non ſolùm contra iuſtitiam & cum reſtituendi onere, vt Adrianus concedit, ſed neque contra caritatem. Tunc quoniam in eo euentu ille verè id crimen commiſit, & propter illud verè ipſe eſt dignus, de quo ea opinio, exiſtimatio, ac notitia habeatur, illeque quo ad id non ſolùm non eſt iam integræ famæ, quaſi ſolùm ex parte habeat illam læſam, vno dumtaxat aut duobus vel tribus id ſcientibus, & quaſi id crimen permaneat adhuc intra limites occulti, vt diſtinguitur contra publicum, expediatque bono communi, aliorumque exẽplo, eam conſeruari, ſed ſimpliciter illam habet amiſſam, eo quòd crimen id ſit iam publicum effectum, atque ex parte ad bonum commune ſpectat, vt poſtquam iam habet famam ita amiſſam ob verum ſuum crimen, in eo etiam id crimen puniatur, vt de illo alii loqui poſſint in illius ruborem & infamiam, nihil impediente, quòd ea infamia magis extendatur, vt ipſe & cæteri ſe deinceps contineant à tali crimine patrando: ob quam cauſam, quando crimen eſt iam publicum illo modo, magis canonico & ciuili iure eſt licitum de eo inquiri & denunciari, vt puniatur, nihil impediente, quòd ea ratione ſit longè magis extendenda infamia eius peccatoris, quàm liceat interim dum crimen manet occultum, vt diſtinguitur contra publicum, nec peccator adhuc laborat ſimpliciter infamia eius criminis. Tum etiam quoniam eo ipſo, quòd id crimen factum eſt iam publicum, &, qui illud cõmiſit, amiſſam iam quo ad illud habeat famam, non tanta iactura eſt famæ illius, quod ea fama, loquendo de illo, ad alios extendatur, qui illud ignorabant, vt culpa id ſit lethalis contra caritatem, maximè concurrentibus ſimul rationibus paulo antè traditis, vt id ſine culpa lethali fiat, & concurrente quod proximè ſubiungo. Tum denique quoniam conuictus humanus, ſpectata præſertim conditione ac fragilitate 8

tate

tate humana, & ſimul attentis omnibus aliis, quæ A dicta ſunt, non patitur, vt poſtquam crimen alicuius publicum eſt effectum, culpa ſit lethalis de illo loqui coram iis, qui illud ignorant, durumque valde iugum, difficileque admodum ſeruatu, impoſitum eſſet ceruicibus hominum, ſi in eu euentu contra caritatem peccarent lethaliter, ac proinde ſi ſemper quando crimen eſſet publicum, famæque notabiliter læſiuum, tenerentur homines ſub culpa lethali attendere, an crimen contra iuſtitiam factum eſſet publicum, compertumque habere non eſſe factum publicum contra iuſtitiam, vt de illo poſſent loqui, non examinato ac cognito prius, nullum adeſſe qui illud ignoraret; quod non videtur credendum, de diuina bonitate ac pietate: neque video, ſi id eſſet culpa lethalis, cur non eſſet contra iuſtitiã: B quoniam vel ille adhuc ius retinet, vt infamia illa ad alios non extendatur, vel non: ſi id ius non habet, ſanè non uidetur peccatum contra caritatem, ſed licitum eſſe, ſi alia ſiniſtra intentio non admiſceatur, otioſeque ac vanè, ac proinde cum peccato veniali id non fiat, non curando augmentum iacturæ, licèt non iniuſtæ, eius proximi, quod non contra caritatem, ſed præter & non ſecundum caritatem fieret: ſi autem adhuc id ius retinet, ſanè peccatum tunc non ſolùm erit contra caritatem, ſed etiam contra iuſtitiam comparatione eius proximi. Vnde quando peruerſa alia intentio lethalis non interueniret, non mihi perſuadeo in eo eſſe culpam lethalem. Neque valet illud argumentum, quando damnum iniuſtè datur proximo in bonis externis diuitiarum C non ſolùm peccat is contra iuſtitiam cum reſtituendi onere, qui illud primo dat, ſed etiam is, qui illud damnum poſtea extendit ad aliam partem diuitiarum: ergo quando damnum iniuſtè eſt datum in fama proximi reuelando crimen illius, illudque efficiendo publicum, ſi poſtea id damnum extenditur reuelando idem crimen aliis, qui illud ignorabant, non ſolùm peccant ij contra iuſtitiam cum reſtituẽdi onere, qui illud iniuſtè fecerunt publicum, ſed etiam illi, qui poſtea eam infamiam extenderunt reuelando illud aliis, qui illud ignorabant. Non, inquam, valet hoc argumentum. Tum quia non ita eſt aliquis dominus ſuæ famę, quo ad id, ſicut eſt dominus ſuarum diuitiarum, vt explanatum eſt. Tum præcipuè, quoniam in vtroque damno diuitiarum D cernitur iniuſtitia: in extenſione verò damni famæ reuelando crimen iam antea factum publicum ijs, qui illud ignorabant, non cernitur iniuſtitia, ſicut cernitur in reuelatione illius ſine iuſta cauſa antequam eſſet factum publicum, vt hæc omnia etiam explicata ſunt. Quando aliquis publicè eſſet infamatus iniuſtè de aliquo crimine, quod illi eſſet impoſitum, tunc qui ſciret falsò fuiſſe impoſitum, peccaret contra iuſtitiam extendendo ad alios eam infamiam cum onere reſtituendi id damni incrementum: quoniam etiam incremẽtum infamiæ ac damni eſſet datum iniuſtè.

9 Illud etiam circa ſecundam concluſionem propoſitam eſt obſeruandum, quando infamia alicuius in E aliquo loco ſolùm eſſet rumor publicus de aliquo delicto ex veriſimilibus coniecturis, aut ſuſpicio vel opinio non firma, tunc qui ita detegeret id delictum, vt certum & indubitatum illud efficeret, peccaret contra iuſtitiam cum onere reſtituẽdi, quo ad id incrementum, quod adhuc occultum erat, eſtò ipſe certo ſciret eum id crimen commiſiſſe. Pro quantitate autem infamiæ, quæ inde ſpectatis circũſtantiis omnibus concurrentibus, nata fuit augeri, iudicãdum erit, an culpa ad lethalem pertigerit. Et pro quantitate incrementi damni inde re ipſa ſequuti tenetur reſtituere, iudicandumque eſt, num ſub culpa lethali reſtituere illud teneatur.

DISPVT. 33.

Infamatus quando aliquis eſt de re aliqua in aliquo loco aut tempore, an iniuſtè, & cum reſtituendi onere id detegatur ijs in alio loco aut tempore, qui illud ignorabant.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis infamatus eſt de aliqua re in aliquo loco, non per ſententiam latam ea de re à publicis poteſtatibus, tunc contra iuſtitiam eſt & cum reſtituendi onere, detegere id in loco in quo ille de ea re non eſt infamatus.*

2 *Si temporis lõginquitate abolita eſt infamia alicuius de aliquo delicto, de quo non fuit in iudicio damnatus, ſanè ſuſcitare de nouo infamiam illam iam abolitam iniuria eſt in eum, qui temporis decurſu recuperatam iam habebat famam.*

3 *An liceat manifeſtare in alio loco, in quo alter ea infamia non laborat, quando eſt ſententia publica in loco aliquo de aliquo delicto damnatus.*

4 *Non eſt peccatum contra iuſtitiam neque contra caritatem detegere vitium eius, qui de illo publica ſententia condemnatus eſt in vno loco, in alijs ad quæ ex eo loco eſt aliquod commercium.*

5 *Quando locus, in quo is degit, qui in alio publica ſententia fuit punitus, adeò diſtat à loco, in quo ille laborat infamia, lethalis culpa eſt detegere ibi peccatum illius.*

6 *Quando aliquod crimen ſolùm eſt ita notorium iuris notorietate, quòd nondum lata eſt ſententia, qua delinquens publicè de eo damnetur, nefas eſt illud detegere in loco, in quo is delinquens non laborat infamia.*

7 *Quando crimen aliquod damnatur publica quidem autoritate, ſed vt notitia criminis eius limites aliquos non egrediatur, tunc culpa eſt lethalis cũ quantitate infamiæ, cum reſtituendi onere, eã notitiam vltra eos fines extendere.*

8 *Quando nota aliqua generis, quæ non modicum infamaret, eſſet occulta, neque reſultaret ex ſententia publica, qua aliquis anteceſſorum damnatus eſſet de crimine, ob quod ea nota in pœnam redundaret, tunc culpa eſt lethalis illam detegere.*

Quod Diſputatione præcedente concluſione prima eſt dictum, illicitum videlicet eſſe, infamatum de aliquo vitio aut macula, in aliquo loco, infamare de alio vitio aut macula, circa quæ non laborat infamia, id detegendo in eo loco, in quo non circa illud ſed circa aliud laborat infamia, æquè, imò magis, habet locum, vt illicitum ſit id, circa quod nullibi laborat infamia, detegere in loco, in quo neque circa aliud laborat infamia. Quare hoc loco ſolùm erit nobis ſermo de re, circa quam infamia laborat quis in aliquo loco, an contra iuſtitiam & cum reſtituẽdi onere detegatur in loco, in quo is infamia circa illam non laborat.

Prima aũt concluſio eſt. Quando aliquis infamatus eſt de aliqua re in aliquo loco, non per ſententiã latam ea de re à publicis poteſtatibus, tunc contra iuſtitiam eſt, & cum reſtituẽdi onere damnũ famę & detrimenta alia inde ſequuta, detegere id in loco in quo ille ea de re non eſt infamatus: niſi rationabilis cauſa occurrat, ob quã ibi detegatur, neque alijs neque plus illis detegatur, quàm ea cauſa expoſcat. Si enim contrahere ille vellet matrimonium cum 1

aliqua

aliqua, quæ id crimen aut eam maculam ignoraret, indeque detrimentum illi feminæ immineret, tunc ad vitandum damnum illius, quando alia via commodè non poſſet id impedire, detegi ea infamia idve vitiũ aut macula illi feminæ aut ſuis poſſet, quantùm ſatis eſſet ad id damnum vitandum. Idem intellige in ſimilibus alijs euentibus. Præcipuum, quod hac cóncluſione aſſerimus, affirmat Sotus. 5. de iuſt. q. 10. art. 2. neque video quenquam refragari. Nam Caiet. in opuſcul. 17. reſponſ. 9. reſp. quem Sotus in contrarium citat, ſolum ait, crimen publicum detegi illud ignorantibus poſſe abſque vitio detractionis, non exprimendo, num ſolùm in loco, in quo eſt publicum, an verò etiam in quocunque alio. Probari autem concluſio poteſt, quoniam is illæſam ſuam famam habet in loco, in quo non eſt infamatus, neque per ſententiam publicam punitus in ea eſt detectione eius criminis, vt ab alijs ſciatur in pœnam & confuſionem illius, vt ea ratione illi agnoſcatur & caueatur, cæterique timore ſimilis pœnæ ac infamiæ in officio ſe contineant, ſimileque quid non committant: ergo qui illum infamat, id detegendo in loco, in quo infamia non laborat, iniuſtitiam aduerſus eũ in eo committit, teneturque proinde illi reſtituere id famæ damnum, quod illi dat, cæteraque damna, ſi quæ inde fuerint vlterius ſequuta. Qui ergo feminam, quæ infamia ſolùm laborat in familia, in qua eſt, quòd amores gerat, leuiſque ſit cum aliquo, illã de eodem crimine extra familiam in vicinia, aut alibi in eodem oppido, vel in alio infamat, ſanè contra iuſtitiam aduerſus eam peccat, illique tenetur reſtituere id famæ damnum, & ſi quæ alia inde vlterius ſint illi ſequuta, quia ea de cauſa nubere non poteſt, aut non æquè bene, neque cum eadem dote, ſed cũ longè maiori. Similiter, qui infamatum de aliquo vitio in aliquo ſolùm collegio aut cœnobio, illum de eodem vitio infamat extra id collegium aut cœnobium, iniuſtitiam vtrique contra illum in eo committit, ad reſtitutionemque damnorum illi ſimiliter tenetur. Eodem modo, qui infamatum ſolùm in vicinia, de eadem re infamat extra viciniam, contra iuſtitiam aduerſus eum peccat, damnaque illi ea via data reſtituere ei tenetur. Neque in his propoſitis exẽplis, & in alijs ſimilibus, ad accuſandum à peccato & à reſtituendi onere eum, qui eo modo in alio loco infamat, ſufficit, quòd ſi ipſe id non detexiſſet in eo alio loco, alius de eadem domo, collegio, aut vicinia idem ſimiliter detexiſſet, (id quod videas multos in hac materia de læſione famæ & de onere eam reſtituendi fallere) quando enim per iniuſtitiam futura erat eadem læſio famæ, ſanè quod ita iniuſtè futura eſſet breui per alium, neque à reſtituendi onere eum excuſat, qui anteuertit, eâque læſionem ipſe infert. Vniuerſim enim, quando damnum iniuſtè datur, quòd breui alius illud eſſet ſimiliter daturus, neque à peccato neque à reſtituendi onere eum excuſat, qui anteuertit & illud dat: quoniam ſicut ille alius, qui breui illud iniuſtè erat daturus, peccaret, reſtituereque illud teneretur ſi illud iniuſtè daret, ita peccat, teneturque illud reſtituere, qui anteuertit, iniuſteque illud dat. Quando autem ex rationabili cauſa (vt ad obuiandum ſcandalo, quod in audientibus generaretur) aliquis detegeret id peccatum occultum vt puniretur, quod erat in proximo vt cum ſcãdalo aliorum ante punitionem manifeſtaretur, tũc ſicut non peccaret, qui ex rationabili cauſa id efficeret, ita neque ad reſtitutionem famæ ex eadem rationabili cauſa eo modo læſæ tenetur: atque id eſt, quod diuus Th. in 4. diſt. 19. q. 2. art. 3. ad 2. affirmat: quare perperam id diui Thomæ teſtimonium à quibuſdam adducitur ad id confirmandum, quod proximè reiecimus atque impugnauimus. Quando item in proximo eſſet, vt delictum aliquod occultũ

A iuridicè manifeſtaretur ac fieret publicum, tunc nõ eſſet culpa lethalis anteuertere, illudque manifeſtare, quando inde non aliud detrimentum, quam famæ, ſequeretur, moraliterque eſſet certum breui fore iuridicè manifeſtandum. Quoniam in eo, quòd paulo antea ſciatur, modica iniuria fit ei, cuius eſt tale delictum occcultum.

2 Quod de loco eſt dictum, intelligẽdum eſt etiam ſuo modo de tempore. Si enim temporis longinquitate abolita eſt infamia alicuius de aliquo delicto, de quo non fuit in iudicio damnatus, ſanè ſuſcitare de nouo infamiam illam, temporis tractu iam abolitã, iniuria atque iniuſtitia eſt in eum, qui temporis decurſu recuperatam iam habebat ſuam famam, qua de cauſa peccatum in eum committitur cum reſti- B tuendi onere damnum famæ, & ſi quod aliud ſit inde vlterius illi ſequutum. Pro bono tamen communi licitum eſt in hiſtorijs delicta publica referre, nihil impediente, quòd id obſtaculo ſit, ne fama temporis progreſſu recuperetur abolitione memoriæ illorum, & quòd infamia eorum delictorum ad alia loca deferatur, maximè à tempore, quo hiſtoriæ typis mandari conſueuerunt, & quòd ea ratione ad multo plures homines diffundatur: licitum verò eſt id ob rationes, quas in calce Diſp. 28. reddidimus. Id autem confirmat, quòd hiſtorijs ſacris multa ſimilia delicta narrantur, Spiritu ſancto aſſiſtente, vt ita ab ſcriptoribus, ſacrorum librorum id fieret. Neque arbitror id factum fuiſſe, Deo id diſpenſante, concedente, ac ordinante, tanquam domino famæ, vitæ, C & bonorum omnium, quaſi autores literarum ſacrarum peccarent ea delicta in eis hiſtorijs narrando, niſi Deus ad id facultatem illis dediſſet, idque illis, vt ita illud efficerent, præſcripſiſſet: quod tamen aliqui innuunt, ſentireque videntur: ſed quòd id ex natura rei liceat in bonos fines, quorum aliquot in calce Diſp. 28. citatæ commemorauimus.

3 Potiſſima controuerſia circa hanc Diſputationẽ eſt, quando aliquis ſententia publica in loco aliquo damnatus eſt de aliquo delicto, num liceat illud manifeſtare in loco alio, in quo ille ea infamia non laborat. Sotus. 5. de iuſt. q. 10. art. 2. & Ledeſmius. 2. 4. q. 18. ar. 2. citant Caietanum opuſ. c. 17. reſp. 9. reſp. pro parte affirmante. Caiet. tamen id clarè non dicit, ſed ſolũ affirmat, delicta publica dici poſſe abſ- D que murmurationis peccato, non explicando, vtrũ ſolùm liceat in loco, in quo ſunt publica, an etiam in loco, in quo ſunt occulta. In partem verò negantem citat Sotus Adrian. quodl. 11. Eo tamen in loco ego id non reperio. Ledeſmius verò citat Adria. q. de reſt. famæ, quaſi ibi affirmet, illicitum id eſſe, indeque conſurgere obligationem reſtituendi famam. Ibi tamen expreſsè affirmat, non conſurgere obligationem reſtituendi, ſed ſolum in eo interuenire peccatum contra caritatem. Sotus loco citato cenſet, in eo non interuenire peccatum cõtra iuſtitiam, ac proinde non inde conſurgere obligationem reſtituendi. Quoniam, inquit, ille iure publicoque præconio mulctatus eſt ſua fama, atque adeò cuique facta E eſt facultas id ſcelus propalandi. Addit tamen interuenire peccatum contra caritatem, poſſeque pertingere ad culpam lethalem, tunc potiſſimum, quando ille eo modo infamatus emendatus iam eſſet, bonũque nomen alibi recuperaſſet. Quibus verbis innuit quamdiu ſua emenda bonum nomen non recuperaſſet, non eſſe culpam lethalem eum de eodem crimine infamare in loco in quo id crimen adhuc eſſet occultum. Atque conſentit Maior. in 4. diſt. 19. q. 2. in fine, vbi ait, narrare in patria vnde aliquis eſt oriundus, eum in loco diſtanti punitum fuiſſe ob aliquod delictum, non eſſe peccatum, eſtò id ignoraretur in eo loco natiuitatis illius: eandemque ſententiam amplectitur Nauar. c. inter verba. nume. 842.

Ledeſ-

Ledeſmius verò vbi ſupra anceps eſt, an liceat, publicè in eo loco cōdemnatum, diffamare de eodem crimine in alio loco, in quo non laborat infamia. Atque in quo euentu interueniret culpa lethalis in eo infamando in alio loco, arbitratur oriri obligationem reſtituendi, quaſi ſemper id ſit peccatum contra iuſtitiam, & nunquam ſit contra ſolam caritatem. Et aduerſus Sotum ſic licet argumentari: Vel in euētu, in quo affirmat interuenire peccatum contra ſolam caritatem infamando eum in loco, in quo non laborat infamia, qui publica ſententia alibi eſt damnatus, facta eſt omnibus facultas in pœnam delinquentis vt diffametur eo modo; vel non. Si detur hoc ſecundum: ergo qui illum ita illicitè infamat, non ſolùm peccat contra caritatem, ſed ēt contra iuſtitiam ita illum infamando: quippe cum per eam ſententiam non ſit tributum ius ita illum infamandi. Si verò detur primum: cum is, qui eo modo infamat, vtatur iure iuſtè à republica ſibi tributo in pœnam delinquentis, ſanè exequutio eius iuris non erit contra caritatem, ſed præter caritatem eius proximi: quippe cum id ſit exequutio pœnæ iuſtę facta ab eo, qui ad id ius à republica habet.

4 Vt inter tot opiniones dicam, quod ſentio, ſecunda noſtra concluſio: Non eſt peccatum contra iuſtitiam, neque contra caritatem, detegere vitium eius, qui de illo publica ſententia condemnatus eſt in vno loco, in alijs, ad quæ ex eo loco eſt aliquod commercium. Vt detegere in India aut Romæ delictum illius, qui in Luſitania damnatus eſt ſententia publica: vel detegere in qualibet Luſitaniæ parte crimen illius, de quo ille Olyſſiponæ, aut etiam Eboræ, vel Conimbricæ, publica ſententia fuit dānatus, vel detegere in nouo orbe eum, qui Hiſpali, Madriti, aut in alia parte huius regni fuit damnatus aut è contrario: vel detegere in qualibet huius regni parte eum, qui Madriti, Hiſpali, Salmanticæ, Valliſoleti, Toleti, aut in alio ſimili oppido, ex quo ad alias huius regni partes eſſe ſolet non valde infrequens commercium, fuit publicè damnatus. In hac concluſione videntur cōſentire Caiet. Maior. Ledeſmius, & Nauar. vbi ſupra, ac alij. Probari autem poteſt, quoniam ad id publicè damnatur ac punitur, vt delictum illius in pœnam ac confuſionem eiuſdem ſciatur, & vt ea tanta iactura famæ, quantam patitur, ipſum & reliquos id ſcientes contineat in officio, cohibeatque à ſimili delicto patrando; qua de cauſa ſolent iudices eligere ad id dies, in quibus maior eſt frequentia, etiam exterorum; & in tribunali Sanctæ inquiſitionis indici ſolemniter aliquot ante diebus ſolet dies, in quo futura eſt damnatio eorum, qui ab eo Sancto tribunali damnantur ac puniuntur, vt de finitimis aut etiam à remotis locis conueniant homines ad id ſpectaculum: ergo fas eſt notitiam eius delicti, ac pœnæ pro eo delicto inflictæ, deriuare ad loca, ad quæ inde eſt aliquod commercium: neque id negat Sotus, quando in loco, in quo id ignoratur, non degit is, qui ita eſt damnatus, recuperata iam ſua fama. Confirmatur, quoniam eo ipſo, quòd publicè eſt quis punitus pro aliquo delicto, & productus in pœnam atque in confuſionem illius, vt id delictum ab omnibus ſciatur, videtur factum ſufficienter publicum, vt notitia illius deferri licitè poſſit ad loca omnia eius reipublicæ, atque etiam ad ea, ad quæ ex ea republica eſt commercium: imò verò id videtur eſſe intentum reipublicæ eo modo punientis: graueque eſſet iugum, maximè attenta fragilitate conditionis humanæ, minimeque rationabile ac æquum, producere aliquem eo modo in publicum, vt delictum illius in pœnam eiuſdem & in exemplum aliorum ſciatur, & continere linguas vniuerſæ multitudinis, qui eā damnationem ac pœnam conſpexerunt, ne in loca A alia, in quibus id non ſcitur, notitia eius delicti ac pœnæ pro eo inflictæ deriuetur.

Tertia concluſio: Quando locus, in quo is degit, 5 qui in alio publica ſententia fuit punitus, adeò diſtat à loco, in quo ille laborat infamia, adeoque infrequens eſt commercium ab uno eorum locorum in alium, vt veriſimile ſit, eam infamiam ad eum locum non peruenturam, probabile iudicant Nauar. cap. inter verba. nume. 847. & Ledeſmius vbi ſupra, culpam eſſe lethalem cum reſtituendi onere, detegere ibi peccatum id illius, tametſi contrarium non iudicent etiam improbabile. Ac certè, quando fama delinquentis ſimul fuiſſet cum delicto condemnata, vt condemnatur in crimine hæreſeos ac læſæ maieſtatis humanæ, in quibus etiam in B pœnam & odium tanti delicti deſcendentes aliqui innocentes condemnantur infamia, non auderem condemnare culpæ lethalis eum, qui crimen detegeret in loco diſtantiſſimo, ad quem non crederetur infamiam alia via deuenturam, & multo minus auderem illi iniungere onus reſtituendi. Ducor, quoniam qui id ita detegit, vtitur iure à republica conceſſo in pœnam iuſtam, atque in odium tanti delicti, vt plus homines ab eo patrando caueant. Quando verò non directè damnatur fama delinquentis, vt quando aliquis publicè ob aliquod ſuum crimen flagellatur, & in alijs ſimilibus euentibus, non caret probabilitate opinio Nauarri & Ledeſmij, maximè ſi ille alibi infamatus mores mutaſſet, creuiſſetque in reputatione. Non tamen adeò firmus C ſum in ea ſententia, vt auderem iniungere in eo euentu onus reſtituendi famam & alia damna, ſi quę inde vlterius eſſent ſequuta. Tum quia eo ipſo, quòd quis eſt publicè damnatus, & punitus de aliquo crimine, videtur in pœnam eius criminis conceſſum diffundere eam notitiam in aliquos abſque exceptione aliqua. Tum etiam quoniam in dubio, an ex ea detectione quis teneatur ad reſtitutionem famæ, melior eſt conditio poſſidentis ſua omnia bona, vt eam reſtituere non teneatur, id ſubeundo onus.

Quarta concluſio: Quando crimen aliquod ſolum eſt ita notorium iuris notorietate, quòd nondum lata eſt ſententia, qua delinquens publicè de eo dānetur, nefas eſt illud detegere in loco, in quo 6 D is delinquens non laborat infamia. Vt ſi aliquis faſſus eſt iam crimen ſuum in iudicio, ita vt ferri aduerſus ipſum iam poſſit ſententia condemnatoria, vel in iudicio eſt iam id crimen aduerſus illum legitimè ac plenè probatum, ſed nondum lata eſt aduerſus eum ſententia, nefas tunc eſt illud detegere in loco, in quo is delinquens non laborat infamia. Probatur concluſio. Quoniam delinquens adhuc in eo loco habet ſuam famam illæſam, necdumque in pęnam delictum illius eſt effectum publicum: ergo nefas eſt priuatis ante condemnatoriam ſententiam lacerare in eo loco famam illius, quaſi pœnam eius criminis exequendo, eaque facultate vtendo, quæ virtute datur priuatis per ſentētiam publicam E diffundendi notitiam in alios criminis publicè condemnati. Imò addo, neque in ciuitate, in qua aliquis prædicto modo faſſus eſt in iudicio ſuum crimen, aut eſt illi plenè probatum, fas eſt detegere crimen illud, niſi ſimul idem crimen alia via ſit ibi publicum, vt quia laborat iam infamia circa illud, vt regulariter laborare ea ſolet. Ratio autem eſt, quoniam illis duobus modis dicitur id crimen notorium iuris notorietate, ad effectum ut ferri poſſit ſententia condemnatoria: non verò dicitur eſſe notorium populo, vt is delinquens amiſſam apud populum habeat famam. Atque in hoc conſentit Caiet. in reſp. 9. citata, dum ait, per accidens poſſe impediri à iudice exequutionem publicationis eius criminis,

minis, qua ſimpliciter ſit iam notorium. Quando verò moraliter eſſet certum, paulo poſt eſſe ferendam ſententiam, tunc abſque culpa lethali manifeſtaretur id crimen, non ſolùm in populo, in quo ferenda eſt ea ſententia, ſed etiam in diſtanti, in quo licitè poſt latam ſententiam poſſet publicari. Ratio autem eſt, quoniam præuentio illa publicationis criminis illius ante latam ſententiam in modicum præiudicium rei cederet, vt ſup. eſt dictum.

7 Quinta concluſio: Quando crimen aliquod damnatur ac punitur publica quidem autoritate, ſed vt notitia eius condemnationis ac criminis limites aliquos non egrediatur, tunc culpa eſt lethalis pro quãtitate infamiæ, cum reſtituẽdi onere, eam notitiam & infamiam vltra eos fines extendere. Exemplum eſt in religionibus, in quibus peccata religioſorum regulariter puniuntur, vt notitia intra limites religionis contineatur: tunc enim ſi alia via extra religionem non ſunt publica, culpa eſt lethalis extra religionem illa detegere, eſtò in religione publica ſint facti ac iuris notorietate quacunque. Vtrum autem licitum ſit ea detegere in alio cœnobio eiuſdem religionis ac prouinciæ? Non auderem id condemnare culpæ lethalis, quando notoria ſunt iuris notorietate per ſententiam publicam: quoniam quaſi vna reſpublica ad finem ſpiritualem inſtituti eius religionis reputantur cœnobia omnia eiuſdem prouinciæ, eſtque veluti commercium mutuum ex vno cœnobio in aliud. Qui tamen timorati ac interiores religioſi ſunt, ſeriò perfectionem ſectantes, Deoque ſeriò placere cupientes, neſcio quam ſpiritus contritionem ac tepiditatem ſentiũt in eiuſmodi rebus abſque fructu audiendis, & multo magis in eis narrandis, nec ſedantur, niſi de eiuſmodi rebus confiteantur. Quando verò aliquid eſſet notorium facti notorietate, tam in religione quàm extra illam, tunc abſque culpa lethali narratur externis, & alijs religioſis, vt quòd aliquis egreſſus aut expulſus ſit à religione. Quando verò aliquis religionem egrederetur, continuoque regrederetur; tunc, ſi id eſſet occultum in eodem cœnobio, culpa eſſet lethalis id in eo cœnobio alijs detegere. Si verò eſſet publicum in eo cœnobio, ſed occultũ in cæteris eiuſdem prouinciæ, culpam reputarem etiam lethalem id reuelare in aliquo alio cœnobio, in quo eſſet occultum.

8 Sexta concluſio: Quando nota aliqua generis, quæ non modicum infamaret, ineptioremque redderet illa laborantem ad honores, ad munia publica, & ad alia eiuſmodi, eſſet occulta, vt occultum diſtinguitur à publico, neque reſultaret ex ſententia publica, qua aliquis anteceſſorum damnatus eſſet de crimine, ob quod ea nota & infamia, *ita ut in pœnam contingeret ea laborantem*, in pœnam redundaret & contingeret deſcendentes, tunc idem videtur dicendum de ea nota, quod de crimine non publico, cuius notitia notabiliter famam læderet, culpam ſcilicet eſſe lethalem, ſine rationabili cauſa illam detegere, quando culpa eſſet lethalis crimen illud aliud ſine rationabili cauſa detegere. Etenim is, de quo ea macula detegeretur, abſque vlla eſt culpa, neque in pœnam iuſtam illa laborat, neque eſt cur eius fama iuſtè tunc ea in parte lædatur. Quando autem is aliquid prætenderet, à quo ea macula illum excluderet, admonendus eſſet vt ab eo deſiſteret, ſi id commodè fieri poſſet: quòd ſi deſiſtere non vellet, detegi poteſt ac debet, quanta cum minori illius iactura id fieri poſſit.

DISPVT. 34.

Audiens ac tolerans detrahentem an lethaliter peccet, & ad reſtitutionem teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Qui cauſa eſt detractionis, qua alius de quodam tertio detrahit, eam conſulendo, vel ad eam excitando del quouis alio modo ad eam influendo, lethaliter peccat, ſi detractio pertingat ad culpam lethalem.*

2 *Qui non eſt cauſa quidem detractionis, cæterum in ea delectatur, quamuis ad reſtitutionem non teneatur, peccat lethaliter, ſi detractio ſit de culpa lethali.*

3 *At qui ſeſe detrahenti non opponit, detractionem impediendo, licèt non ſit cauſa, neque in eam conſentit, peccat dupliciter, primò non impediendo peccatum detrahentis, ſecundò non impediendo damnum famæ proximi.*

4 *Prælati detrahentium, quoniam tenentur ſuos ſubditos corrigere, facilius culpam incurrunt lethalem ſi ſubditos ſuos lethaliter detrahentes non cohibeãt.*

5 *Prælatus non prohibens lethalem detractionem ſubditi ſui peccat lethaliter, & tenetur ad reſtitutionẽ damni, in defectum eius, qui tanquam cauſa magis principalis illud dedit; eo quòd ex officio tenetur etiam ab eo damno ſubditum protegere, ſi poßet.*

6 *Vt verò quis peccet lethaliter non ſe opponendo detractioni, tria requiruntur: primum, vt damnum famæ aut in re alia, quod ex tali detractione imminet, ſit notabile: ſecundum, vt ſi ſpes illud vitandi: tertium vt ſine graui ſuo damno poſſit illud impedire, attenta qualitate damni, quod ex detractione imminet.*

EXaminandum conſequenter eſt, num audiens & tolerans detrahentem famæ alienæ peccet, reſtituereque teneatur. Atque, quòd non peccet, ſuaderi poteſt, quoniam nullus tenetur plus tueri famam alterius, quam ſuã propriam: ſed poteſt quiuis ſine peccato tolerare eum, qui ipſius famæ detrahit, iuxta illud Greg. Homil. 9. in Ezechielem: *Linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ita per ſuam malitiã excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum accreſcat*: ergo poterit etiam abſque peccato tolerare eum, qui alienæ detrahit famæ.

De hac re prima concluſio eſt. Qui cauſa eſt detractionis, qua alius de quodam tertio detrahit, eam 1 detractionem conſulendo, vel quouis alio modo ad eam excitando, vt ſciſcitando quid de illo tertio dicatur, aut oſtendendo ſibi gratum fore, vt quæ ad infamiam illius ſpectant, ſibi reuelentur, & ita ad eam detractionem alliciendo ac mouendo, vel quouis alio modo ad eam influendo, lethaliter peccat, ſi detractio talis ſit, quę, iuxta dicta Diſputationibus pręcedentibus, ad culpam pertingat lethalem, tenerturque ad reſtitutionẽ dãni ea detractione dati. Prior pars huius concluſiones probatur, quoniam qui cauſa eſt culpæ lethalis, lethaliter peccat: cum non ſolùm in id peccatum conſentiat, ſed etiam in illud influat; & digni ſint morte, non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, vt habetur ad Rom. 1. Confirmatur, quoniam hic non ſolùm peccat lethaliter influendo iniuſtè in læſionem famæ proximi, ſed etiam ſcandalizando eum, qui iniuſtè illo modo detrahit, eam incitando ad id peccatum. Quo fit, vt duplici peccato lethali peccet: vno contra iuſtitiam in eum, cuius famæ iniuſtè detrahitur;

hitur: & altero cõtra caritatem in eum, quem ad detrahẽdum mouet: qua de cauſa grauius illo peccat. Obſerua tamen, ſi quis inuincibiliter crederet, detractionem, ad quam mouet, futuram nõ fore adeò grauem, vt ad culpam pertingeret lethalem, atque, præter ſuam ſpem, qui ab eo fuit incitatus, in detractionem prorumperet lethalem, tunc non peccaret lethaliter, excuſante illum ab eo incremento culpæ ignorantia inuincibili ſeu probabili, & per conſequens nec teneretur ad reſtitutionem ſub culpa lethali: quoniam non teneretur ad reſtitutionem eius partis famæ, quæ præter ſuam ſpem eſſet læſa, excuſante ſimiliter eum à reſtitutione illius eadem ignorantia probabili.

Poſterior verò concluſionis pars ex eo probatur, quoniam concauſa iniuſta damni dati ad reſtitutionem illius teneretur, conſentiuntque in ea Adrian. quodl. 11. q. 2. Nauar. c. inter uerba à nu. 541. & in Man. c. 28. nu. 37. Sotus 5. de iuſt. q. 10. art. 4. & doctores communiter. Si tamen detractionem non imperauit, ſed ſolùm ad eam conſilio aut alia ratione incitauit abſque incitati fraude, ſolũ tenetur ad reſtitutionem in eius defectum, qui detraxit, iuxta ea quæ tract. 2. à Diſp. 729. dicta ſunt: vnde illo reſtituente, ipſe ad nullam reſtitutionem tenetur. Si verò detractionem imperauit, aut fraude detrahentem ad detrahendum induxit, ipſe tenetur principaliter ad reſtitutionem, & detrahens ſolùm tenetur in defectum illius, iuxta ea quæ ibidem dicta etiam ſunt.

2 Secunda concluſio. Qui detractionis non eſt cauſa, cæterum de illa delectatur, in ea complacendo quatenus proximo ea detrahitur, quamuis ad reſtitutionẽ non teneatur, peccat tamen lethaliter, ſi detractio talis ſit, quæ, iuxta dicta diſputationibus præcedentibus, ad culpam pertingat lethalẽ. Quòd ad reſtitutionem non teneatur, ex eo liquet, ꝙ ipſe non ſit cauſa damni, eaque ratione ſolũ contra caritatem peccet: non ſecus atque qui gaudet furtum proximo fieri, ſi in illud non influat ad illud modo aliquo cooperando, ſolùm peccat contra caritatem, nec ad reſtitutionem tenetur. Quòd verò ille lethaliter peccet, ex eo probatur, quod conſenſus in lethale peccatum, in lethaleque obiectũ, culpa ſit lethalis, iuxta illud ad Ro. 1. *Digni ſunt morte, qui conſentiunt facientibus.* Dixi, ſi de illa delectetur, in ea complacẽdo quatenus proximo ea detrahitur: quoniam ſi ſolùm complaceat de facetia detractionis, aut quia gaudet audire ac ſcire illa, quæ dicuntur, nolendo proximi damnum, ſanè ſic complacere nõ eſt complacere in peccato & obiecto lethali, neque lethaliter is peccauit, niſi in euẽtibus, quos ſequens concluſio explicabit.

3 Tertia concluſio: Qui neque detractionis eſt concauſa, neque in eã conſentit, modo præcedente concluſione explicato, ſi detrahenti non ſe opponat, detractionem impediendo, duplici ex capite incurrere poteſt peccatũ. Vno, quatenus impedire poteſt peccatum detrahentis, nec illud impedit. Altero verò, quatenus impedire poteſt damnum famæ eius proximi, cui detrahitur, vel quodcunque aliud mortis aut alterius mali, quod inde ſit natũ vlterius ſequi, vel ei, de quo detrahitur, vel ipſimet detrahenti, aut cuipiam alteri, nec illud impedit. Et quidem ex primo capite, vt audiẽs detractionem, illamque nõ impediẽs, lethaliter peccet, tria neceſſaria ſunt: Primũ eſt, detractionẽ culpam eſſe lethalem in detrahẽte. Peccata quippe venialia impedire non tenemur ſub culpa lethali. Secundũ eſt, quòd ſe opponẽdo detractioni, admonẽdo aut reprehendendo detrahẽtem, vel alia ratione illam impedire conando, ſit ſpes, ꝙ detrahentem continebit ac præſeruabit ab peccato lethali. Tertium verò, quòd id commodè poſſit ef-

A ficere ſine graui ſuo detrimento, atque quantitate ſpei, quæ eſt, ea via præſeruandũ illum fore à culpa lethali, iuxta ea quæ in hac 2. 2. in materia de correctione fraterna explanata à nobis ſunt. Et quoniam tria hæc raro concurrunt ſimul, raro ẽt perſonæ priuatæ ex eo capite peccant lethaliter ſe non opponẽdo detractioni, eamque non conando impedire, vt D. Th. 2. 2. q. 73. art. 4. Sot. q. 10. citata, art. 4. & alij doctores meritò affirmant.

4 Prælati verò detrahentium, quoniam ex officio tenentur corrigere ſuos ſubditos, illoſq; à peccatis cohibere, maioremque autoritatem apud ſuos ſubditos habent, quã alij, vt eos tunc contineant, deſiſtereque à peccato efficiant, cautioreſq; in futurum reddãt, facilius culpam incurrent lethalem, ſi ſubdi- B tos ſuos lethaliter detrahentes non cohibeant ac reprehendant. Adeò uerò collapſa eſſe poterit diſciplina regularis in cænobio aliquo, & tam parum aliqui eſſe poterunt ſubditi prælato, correctionique illius, ob mores collapſos, & inſolentiam toleratam multorum, vt à culpa lethali excuſetur prælatus, qui aliquos viderit lethaliter detrahentes, nec ſe detractioni oppoſuerit, merito timẽs, ſe nihil profuturũ, maioraque mala fore inde ſequenda. Quando autem maiora mala non timerẽtur, & maximè ſi ſpes eſſet ſe profuturum, teneretur ſub culpa lethali ſe opponere detractioni, ſubditoſque ſuos lethaliter detrahentes reprehendere.

5 Vtrum autẽ prælatus, qui cohibere poteſt detractionem lethalem ſui ſubditi, ſi illam non cohibeat C ac impediat, non ſolùm peccet lethaliter, ſed etiam reſtituere teneatur damnum famæ, & ſi quæ alia damna vlterius ex ea ſubditi detractione ſint ſequuta. Perſpicuum eſt, eſtò diceremus teneri, eum tamen non teneri niſi in defectum ſubditi, qui id damnum ſua detractione dedit: quippe cum ſubditus, & non prælatus, præcipua cauſa fuerit eius damni: quare, ſi efficeret ſubditum ſatisfacere, aut ſubditus ſuo proprio motu ſatisfeciſſet, vel obtinuiſſet remiſſionem ſatisfactionis: tunc prælatus liber ab onere reſtituendi maneat. Quando is, cui detrahitur, eſſet etiam ſubditus eiuſdem prælati vna cum detractore, Sotus art. 4. citato ait, neque tunc prælatum teneri illi reſtituere damnum in fama, aut vlterius in re alia illi ex ea detractione ſequutum, eſto D potuerit illud impedire, nec impediuerit: quoniam, inquit, non tanta iuſtitia tenetur prælatus ſuos ſubditos protegere à damno in fama, & in alijs rebus: quia cura prælati eſt cauere ne ſubditi peccent. Mihi verò contraria ſententia longè verior cum alijs videtur, illum ſcilicet de rigore iuſtitiæ teneri illi reſtituere id damnum, in defectum eius, qui tanquam cauſa magis principalis illud dedit: eo quòd ex officio atque adeo de iuſtitia teneatur etiam ab eo damno ſubditum ſuum protegere, ſi poſſit: quandoquidem non ſolùm eſt rector ſuorum ſubditorum, ſed iudex & cuſtos, qui impedire ex ſuo munere, ac proinde ex iuſtitia, tenetur damna omnia ſuorum ſubditorum: vnde quemadmodum poſtquam id dam- E nũ iniuſtè eſt illi illatum, tenetur de iuſtitia cogere alium ſuum ſubditum, vt illud reſarciat, ſi coram ipſo ea de re contẽdatur, & is ſubditus poſſit illud reſarcire: ita antequam inferatur, ſi poſſit illud impedire ne iniuſtè ei inferatur, non ſolùm à ſuo ſubdito, ſed etiam ab extraneo, neque id efficiat, contra iuſtitiam peccat cum reſtituẽdi onere ex natura ipſa rei. Et idẽ dicerem de iudice ſeculari, qui poſſit impedire damnum iniuſtũ in fama ſibi ſubdito, neque illud impediret: quoniam princeps & miniſtri eius ad id deputati defendere ex officio tenentur ſibi ſubditos ac protegere eos ab omnibus damnis, etiam honoris & famæ, ſi poſſint: ſicut etiam tenentur eis ius dicere, etiam quo ad ea damna in-

iuſtè ab alijs eis illata, ſi coram ipſis iniuriarũ actione, atque vt ipſis ea damna reſarciantur, contendatur ac petatur. Quando autem ſubditus damnum in fama extraneo iniuſtè inſerret, non video pręlatum aut iudicem peccare contra iuſtitiam, ſed ſolùm cõtra caritatem, non impediendo, cum poſſet, ne ſibi ſubditus id damnũ extraneo inferret: quoniam non tenetur ipſe ex ſuo munere ſeu de iuſtitia extraneo id impedire: tametſi, tanquam iudex ſibi ſubditi, teneatur ad petitionem alterius, ius illi dicere, cogendo ſubditum ſuum reſarcire damnum extraneo iniuſtè illatum, eumque etiam punire pro quantitate culpæ in alterum commiſſæ.

Priuati ſi attenderent, vel prę ſe ferendo moleſtè ferre audire detractionem lethalem, vel facetia aliqua detractioni illi ſe opponendo, vel aliter diuertendo ſermonem ad alia, vel ſuo diſceſſu, aut aliqua alia ratione, ſe poſſe ſine graui ſuo incommodo efficere, vt detrahens à culpa deſiſteret lethali, neque ea occaſione eſſe ſequendum, vt detrahens in grauius peccatum ire, ſeu odij, vel alterius ſimilis laberetur, tenerentur ſub culpa lethali id efficere; quoniã vnuſquiſque ſub lethali culpa tenetur impedire peccata lethalia ſui proximi, ſi commode poſſit id efficere: eo quòd vnicuique Deus mandauerit de proximo ſuo. Atque hæc de primo è duobus capitibus, ex quibus concluſione tertia eſt dictum, aliquem peccare poſſe non ſe opponendo detractioni, eamque impedire non conando: tametſi explicando obligationẽ peculiarem prælati & aliarum poteſtatum publicarum, nõ nihil de ſecundo capite miſcuerimus, quod ad illos eoſdem attinet, vt de illis in particulari ſermo quo ad ſecundum caput non rediret.

6 Vt verò ex ſecundo capite peccet quis lethaliter non ſe opponendo detractioni, eamque impedire non conando, tria etiam neceſſaria ſunt. Primum eſt, vt damnum famæ, aut in re alia, quod ex tali detractione imminet, ſit notabile. Quando enim eſt leue, ſicut non eſſet culpa lethalis illud efficere, ita lõge maiori cum ratione non erit culpa lethalis illud non impedire. Imò verò cum longè grauius ſit illud iniuſtè efficere, quam illud ex caritate non impedire, maior latitudo damni requiritur, vt illud ex caritate non impediens lethaliter peccet, quam requiratur vt illud iniuſtè efficiens peccet lethaliter.

Secundum eſt, vt ſit ſpes illud vitandi. Et quidẽ ſi detractio eſſet falſa, etiam poſt detractionem conſummatam, & poſt damnum ea illatum, vitari ſeu aboleri poſſet oſtendendo falſitatem detractionis. Si verò eſſet vera, cum, iuxta ſcripturæ admonitionem Eccleſiaſtici 4. verbum veritatis contradicendum non ſit vllo modo, poſt illam conſummatam damnumque ea illatum depelli non poſſet, niſi fortè apparentibus aliquibus rationibus eum excuſando, de quo ſit detractum. Ante detractionem autem inceptam aut conſummatam præueniri poſſet ne dãnum daretur, aut impediri ne augeretur.

Tertium eſt, vt ſine graui ſuo damno ac moleſtia poſſit illud impedire, attenta qualitate damni, quod ex detractione imminet. Sotus. ar. 4. citato propter hoc tertium requiſitum excuſat, etiam à culpa veniali, eos, qui ſine magna ſua verecundia opponere ſe non poſſunt detractioni lethali alicuius. Vt ſi (inquit) qui detrahit, ſit perſona valde illuſtris: & qui ſe opponere deberet, eſſet famulus illius, aut perſona alia abiecta, quæ coram illo mutire non auderet: neque enim tenetur ſuccurrere eo modo famæ proximi, aut ſpirituali detrahentis ſaluti, cum tanta ſua rationabili moleſtia. Adde, ex tali oppoſitione regulariter non ſperari fructum, ſed potius timeri poſſe accendendum ira fore detrahentem, maiotaque mala eſſet ſequenda: eaque de cauſa regulariter excuſari homines, etiã à culpa veniali, non ſe opponendo de-

A tractioni nec conando illã impedire. Si tamen aliquis in ſimili aliquo euentu veriſimiliter crederet ex ſua oppoſitione detractioni lethali alterius fructum eſſe ſequendum, reſque eſſet grauior, arbitror ſub lethali culpa teneretur ſe opponere, nihil impediente propria verecundia, quæ, ſuppoſitis his circumſtantijs concurrentibus, eſſet tunc irrationabilis. Quòd ſi ſpes eſſet vitandi mortem corporalem alicuius ſe ita opponendo, aut ſimile aliud graue damnum, nullus ſanè iure poterit dubitare, famulum ſub reatu culpæ lethalis teneri ſe opponere illuſtriſſimo cuique, etiam quando non admodum magna eſſet ſpes illud ea via vitandi, modò tamen inde non aliud dãnum timeret, ſed ſolùm ageremus de ſuperanda ea verecundia in eum finem.

B Concurrentibus itaque ſimul tribus, quæ commemorata & explorata ſunt, quiuis ſub culpæ lethali tenetur ſe opponere ac conari impedire detractionem. Sicut enim quiuis ſub culpa lethali impedire tenetur damnum proximi externarum diuitiarum, ſi cõmodè poſſit: ita maiori cum ratione tenetur impedire damnum famæ, quod deterius ex ſuo genere eſt, quàm bonum diuitiarum. Aliquo verò illorum trium deficiente, non tenetur quis ſub culpa lethali ſe opponere detractioni: & quia rarò tria illa ſimul concurrunt, diuus Th. art. 4. citato & doctores communiter affirmant, raró in eo interuenire culpam lethalem, quòd priuata perſona detractioni non ſe opponat. Prælatus verò & alij, quibus ex officio incumbit impedire damna, etiam honoris & famæ,
C ſibi ſubditorum, arctius ad id tenentur, & quouſque ad reſtitutionem eorum damnorum teneantur, ſi, cum poſſint, ea non impediant, paulo antea fuit explicatum.

Illud admonuerim, ſi is, qui ſe opponendo detractioni tenetur, ſimul poſſet impedire ſpirituale damnum detrahentis, & damnum eius, de quo detrahitur, ſanè ſi ad vtrumque, iuxta ea quæ dicta ſunt, ſub culpa lethali teneatur, duplex lethale peccatum ea omiſſione incurrere, vnum non ſubueniendo ſaluti ſpirituali detrahentis, & alterum non ſubueniendo damno eius, de quo detrahitur. Idéque eſt ſi in eodem euentu complaceret in detractione in euentu ſecundæ concluſionis propoſitæ.

D Quia ergo, qui detractiones audit, periculis hactenus explicatis eſt expoſitus, meritò Hieronymus ad Nepotianum ait: *Caue, ne aut linguam habeas aut aures prurientes, ne aut ipſe alijs detrahas aut alios detrahentes audias*. Quia item ſæpe grauius peccat, qui detractiones audit, quàm qui detrahit, vt in euentu primæ concluſionis, aut etiam in euentu ſecundæ, ſi audiens ex maiori odio complaceat in proximi detractione, quàm ſit voluntas nocendi eius, qui detrahit, ait etiam Bernardus 2. de conſideratione ad Eugenium: *Detrahere aut detrahẽtem audire, quid horum damnabilius ſit, non facilè dixerim*. Ac ſanè, quando audiens detractiones, aliter eas impedire aut declinare non valet, ſanum conſilium eſt, moleſtiam ac triſtitiam præ ſe ferre illas audiendo: quoniam, vt
E Prouer. 25. habetur: *Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem*. Atque ſemper, eſtò ad præſens emenda non ſperetur, (modò tamen inde maius malum non timeatur) ſatius eſt ſe opponere detractioni, vrbanè ſaltem facetia aliqua detrahentem reprehendendo, vel certè triſtitia vultus, aut declinando in alium locum, oſtendendo detractionem non placere, quàm nihil horum præſtare. Inde enim fiet, vt vitium hoc vires paulatim amittat, & vt plures illud fugiant.

Ad argumentum initio Diſputationis propoſitũ neganda eſt maior. Quamuis enim vnuſquiſque ordine caritatis præponere, cæteris paribus, optimè poſſit famam ſuam famæ proximi ſui, quando non

poteſt

poteſt vtramque ſimul ſeruare; nihilominus extra hunc euentũ arctius tenetur ſeruare famã proximi ſui, quàm ſuã propriam: quoniam cedere poteſt iuri ſuo, nõ ſubueniendo ſuæ propriæ famæ, atque ſi id ex rationabili cauſa efficiat, nullũ in eo interuenit peccatũ: at verò cedere nõ põt iuri alterius, quod habet, vt quiuis ex caritate teneatur ei ſubuenire ac impedire dãnum, quod ei injuſtè paratur, ſi cómodè ſine ſuo notabili detrimento id efficere poſſit.

Quouſque autem fas ſit aut nõ ſit ferre nobis detrahentes, & quando conſilium ſit eos ferre, quando non item, legenda ſunt quæ Diſp. 20. dicta ſunt: quæ enim ibi circa contumeliam dicta ſunt, locum etiam circa detractionem ſimiliter habent, neque eſt neceſſe illa repetere.

DISPVT. 35.

De famæ detractione famoſis libellis.

SVMMARIVM.

1 *Detrahere alicui per litteras priuatas aliud eſt, quã detrahere libellis famoſis.*

2 *Quid ſit libellus famoſus: ſub eo comprehenduntur ſchedulæ, quæ de aliquo crimine occulto ad iudicem deferuntur.*

3 *Si de ſiniſtra intentione infamandi aliquem per ſchedulas ſine cauſa conſtet, & de illarum autore, tunc ille puniendus eſt pœna libellum infamatorium cõficientis. Si verò conſtet ſchedulas non animo infamandi eſſe oblatas, ſed vt crimen verè commiſſum detegatur, tunc ille puniendus erit non quidem quòd eas obtulerit, ſed quòd non plenè & apertè denuntiauerit.*

4 *Ad crimen libelli infamatorij etiam pertinet canere compoſita aut referre illa, quæ in infamiam alicuius compoſita ſunt: etiã quando ſignum aliquod apponitur, quo aliquid infamatorium ſignificatur.*

5 *Qui in culpam famoſi libelli incidit, culpam contra iuſtitiam incurrit lethalem, ſi infamia, quæ inde ſequitur, erat grauis.*

6 *Qui libellum illum compoſuit aut edidit, reſtituere tenetur famæ læſionem inde ſequutam.*

De læſione famæ iniuſta, quę facto, vt à ſigno diſtinguitur, fit, ſatis ſunt, quæ Diſpu. 23. diximus. Et de reſtitutione, quæ ob eã iniuſtam famæ læſionem fieri debet, infra ſuo loco erit ſermo. Nunc verò proſequẽdo iniuſtam famæ læſionem, quæ ſignis fit, peculiariter eſt dicendum de famoſis libellis.

1 Atque qñ literis priuatis, vt epiſtola ad priuatum aliquẽ miſſa, ita detraheretur de fama alicuius, vt ea ſcriptura edenda nõ eſſet, ſed perinde detractio ea epiſtola aut chirographo facta haberet, ac ſi idẽ voce dictũ ſignificatumq; ei eſſet, ad quẽ ea epiſt. ive chirographus eſſet miſſus, tũc ſanè ea detractio literis facta rationẽ libelli famoſi non haberet: neq; eſt cur peculiariter de illa loquamur, ſed cũ detractione, de qua hactenus loquuti ſumus, eſt cõputanda.

2 Libellus autem famoſus eſt ſcriptura, ſiue carmine ſiue ſoluta oratione ſcripta, quæ infamiam alicuius continet, nondum antea alioquin publicã (quando enim res, quam ea ſcriptura cõtinet, iam erat publica, non habet rationẽ libelli infamatorij) vt edatur publicaque fiat, ſiue res ad effectum perducatur ſiue non, ſed expoſita vt in notitiam aliorum breui aut paulatim veniat, laceretur ab aliquo, vel exuratur, aliave ratione impediatur rem illam, ſiue in ſe falſam ſiue ueram, in notitiã aliorũ venire. Nomen libelli inde eiuſmodi infamatorijs ſcriptis fuit im-

A poſitũ, ꝙ ſcripta eſſe ſoleant parui libelli. Siue autẽ eiuſmodi ſcriptura tanta ſit, vt libellus dici poſſit, ſiue non, ſi infamiam continet, vt diuulgetur, notaq; ea via fiat, rationem retinet libelli infamatorij, de quo nunc loquimur. Neque enim eſt neceſſe, vt à à quo nomen eſt impoſitum, omnibus conueniat, quæ eo nomine ſignificantur.

Libelli etiam famoſi cẽſentur ſchedulæ, quæ de aliquo crimine occulto ad iudicẽ vel ad prælatũ deferuntur, vt pro munere ſuo de ſibi ſubdito circa id crimen inquirat, ita vt nõ ſciatur quis eas ſchedulas mittat, vel quando eiuſmodi ſchedulæ ei apponuntur ſupra menſam, aut in alio loco, vbi eas reperiat ac legat, etiã ſi in eis contineatur, quinam de ea re ſciãt ac teſtificari poſſint: quia enim eiuſmodi ſche-
B dulæ ordinantur, ut is iudex aut prælatus de eo crimine & malefactore inquirat, illudque publicũ efficiat notorietate iuris ſufficiente ad illud puniendũ, atque vt illud puniat, tales ſchedulæ cenſentur libelli famoſi, quando ex illis iuridicè procedere non poteſt iudex ad inquiſitionẽ, vt regulariter procedere non poteſt, vetante id iuris diſpoſitione. Atque de eiuſmodi ſchedulis & libellis videtur eſſe ſermo c. inquiſitionis. §. tertiæ, de accuſationib. quo in loco famoſi libelli nuncupantur, & præcipitur vt ex eis ſchedulis ac libellis famoſis non procedatur ad inquiſitionẽ, eſtò, qui illas obtulerunt, petant vt ad inquiſitionẽ procedatur, non detegendo qui ſint, qui id petant, & qui eas ſchedulas offerant. Cõſentiunt
C l. vnica. à §. ſanè. C. de famoſ. libelli. l. 3. tit. 9. par. 7. & affirmat Greg. Lop. ibi gloſ. pen. Quin obſerua, de iure canonico, vt tract. ſeq. videbimus, eſto qui eiuſmodi ſchedulas offerrent, ſe ipſos proderẽt, eas per ſe ipſos & tanquã ſuas offerendo iudici aut prælato, atque petendo vt procederet ex ſuo officio ad inquiſitionẽ & punitionem eius rei, ſanè qñ crimen non eſſet in perniciẽ publicam, & de eo delinquens non laboraret infamia, procedere non poſſet ad inquiſitionẽ de eo crimine, ad illudque via inquiſitionis puniendum, eſtò in eis ſchedulis duo aut tres teſtes oculati, qui id ſcirent, nominarentur, vt ex illo eodẽ capite & ex alijs iurib. conſtat, tractatuq. ſeq. dicetur. Et fortè in hoc ẽt euentu loquitur §. tertiæ citatum. Quando aũt crimen eſſet in perniciẽ publicam, vt ſi eſſet crimen hæreſeos, aut læſæ maieſtatis
D humanæ, aut ex illo immineret alicui ſubdito magnũ malũ, vt ſi illi pararetur mors iniuſta, aut aliud graue damnum, tunc qñ offerrentur eiuſmodi ſchedulæ, ita vt nõ conſtaret, cuius eſſent, certè neque iudex credulus nimis eſſe debet, neque procedere põt ad inquiſitionẽ publicam, neque ita ad occultã, vt infamia aliqua ei ſequatur, de quo id crimẽ in ſchedula dicitur, neque itẽ ſegnis eſſe debet, qñ veriſimilitudo aliqua eſt rem ita habere, timorve ne fortè id ita ſit, vt aliquid ſine præiudicio famæ denunciati, quoad fieri poterit, inquirat, vigilantiorque circa id ſit, vt peccata, quæ in perniciẽ publicã ſunt, detegat ac puniat, & vt periculo & dãno aliorũ iniuſto ſubueniat, impediatque ne id illis eueniat. Dum aũt in
E Luſitania cõmorarer, ad quoddã cęnobium delata fuit ſchedula quædam, ſine nomine cuius ea eſſet: atque qui illã ianitori tradidit, continuò diſparuit: in ea verò continebatur, vt inquiſitoribus ſignificaretur, quoſdam de fide ſuſpectos, contra prohibitionem tunc eis factam, parare fugere de eo regno cũ omnibus ſuis bonis, & quinam eſſent, qui id ſcirent, ac teſtificari poſſent. Significatum autem fuit cuidam inquiſitori, eam ſchedulam ad id cœnobiũ delatam eſſe, vt videret ſi quid fortè circa id facto eſſet opus. Ductus verò ille diſpoſitione illa iurium, quæ paulo antea citauimus, reprehendit illam eis ſchedulæ, tanquam quæ libelli infamatorij rationem haberet, habitam fuiſſe rationem, acceſ-

ſiſſeque ad notitiam eius ſchedulæ ita allatæ illi dãdam, non ſolùm in eo euentu, ſed etiam in quocunque alio ad fidem attinente. Ego autem miratus aliquantulum ea de re fui, nec dubito ex ſiniſtra intentione eorum iurium eam illius reſponſionem emanaſſe. Licèt enim quando crimen eſſet tale, ad cuius inquiſitionem procedi non poſſit, niſi præcedente infamia ea de re delinquentis, verum ſit, quod ille dixit: in criminibus tamen, in quibus ex indicijs quibuſcunque procedi poteſt ac debet, ſi non ad publicam inquiſitionem, & ad infamandũ homines, certè ad occultam aliquam indaginem, quantum caritas, prudentia, ordinatuſque zelus boni communis, ſpectatis circumſtantijs concurrentibus, tunc dictauerit, & circa quę crimina, obortis quibuſcunque indicijs, vigilantiores eſſe debent eæ publicæ poteſtates, quibus cura ac iuriſdictio circa illa incũbit, qualia ſunt crimina læſę maieſtatis diuinæ aut humanę, ſanè neque id ita eſſet cenſendum, quod inquiſitor ille hæreticæ prauitatis tunc cenſuit, neque præcludendum eo modo eſſet oſtium, ne ea notitia ad inquiſitores deferretur, vt vigilantiores circa id in particulari eſſent, ipſique met expenderent, num aliqua indago occulta eſſet circa id facienda, aut aliqua vigilantia vel cautela eſſet adhibenda. Euenire enim aliquando poterit, vt aliquis vel præ verecundia, vel timore alicuius mali, non audeat accedere ad id denunciandum, vt tenetur, ſed vtatur eo medio, quo id ſciatur, in re valde reipublicæ vtili. Atque in cauſa fidei, qui ex auditu ſolùm aliquid norunt, denunciare præcipiuntur, vt inde vlterius occultè inquiratur, vigilantioreſque inde circa id inquiſitores hæreticæ prauitatis ſint. Eodem quoque modo, quando prælatis religionum ſimiles ſchedulæ deferuntur circa delicta ſuorum ſubditorum, quamuis fidem eis adhibere non debeant, neque iudicium temerarium de ſuis ſubditis ea tantum de cauſa formare debeant, & multo minus aliquid efficere aut inquirere, vnde fama illorum periclitetur; cautiores tamen & vigilantiores circa id eſſet debent, eo plus, quo indicia alia moreſque alios eorundẽ ſuorum ſubditorum conſentire magis cum eis delictis viderint, ſuadibilioraque illa efficere prudenter attenderint, proſpiciendo ac cauendo vt non cõmittantur, & vt, ſi commiſſa eſſent, in futurumque pendere deprehendatur, paterna correctione, aut ẽt iudiciali, prout res poſtulauerit, corrigantur. Eodẽ præterea modo, quando ſchedula ſimilis poteſtati publicæ deferretur, parari malum iniuſtum ſibi ſubdito, veriſimilitudoque aut rationabilis timor eſſet, ne fortè res ita haberet, vigilans eſſe deberet, adhibereque competentes cautelas teneretur, vt illud impediret, præſcribente id ita recta ratione. Neque retragantur his omnibus tria iura citata, quæ ſolùm prohibent publicam inquiſitionem ex eiuſmodi ſchedulis circa delicta, de quibus non eſt infamia, & omnino procedi ex eis ad inquirendum delicta iam patrata, vt illa puniant, quando non ſunt in perniciẽ publicam, non verò prohibent procedi ſine cuiuſuis infamia ad impedienda mala, quæ ſuſpicantur iniuſtè imminere & parari alijs in futurum. Circa delicta verò iam commiſſa, minimeque in futurum pendentia, quæ in perniciem publicam non ſunt, omnibus eſt integrum de illis accuſare prout iura permittunt, ſi ita velint: nõ verò eis permittitur offerre eiuſmodi ſchedulas, quę rationem habent libellorum infamatoriorum, & multo minus iudicibus permittitur procedere ex eis ſchedulis ad inquirendũ, etiam occultè, de eis criminibus, vt ea puniant: atque id ſolùm eſt, quod habetur duobus iuribus poſteriori loco citatis.

3 Quoad eiuſmodi verò ſchedulas ac delationes arbitror eſſe dicendum: Si de ſiniſtra intentione, infa- A mandi ſine cauſa conſtet, & de illarum autore, tũc illum puniẽdum eſſe pœna libellum infamatorium conficientis & edentis, vt ex ſe eſt notiſſimum, de qua pœna infrà Diſp. 39. ſermo erit. Si verò conſtet non animo infamandi eas oblatas eſſe ſed vt crimen verè commiſſum detegatur ac puniatur; tunc ſi tribunali ſanctæ inquiſitionis ſint oblatæ, puniendus ille erit, non quidem quod illa obtulerit, neque quoad conſcientiæ forum vllum eſt in tali oblatione peccatum, ſed quod non planè & apertè ipſe, vt tenebatur, denunciauit: atque, niſi ruſticitas ignorantiaque eum excuſet, iudicandus erit incidiſſe in pœnas edicti, arbitrariaque pœna pro culpæ quantitate erit puniendus. Si verò illas obtulit bono zelo prælato aut iudici, vt malũ cauerent ac impedirẽt in fu- B turum pendens, ſanè neque in eo peccauit, neque vlla pœna ea de cauſa erit puniendus. Quòd ſi iudici eccleſiaſtico illas obtulerit circa delicta, quæ non ſunt in perniciem publicam, ac proinde circa quæ denunciatio non præcipitur, & quæ non ſunt publica, ita vt circa illa delinquens laboret infamia, de quibus criminibus ſermo eſt, capit. inquiſitionis cito, tunc ſiue ſuppreſſo eo cuius ſunt, offerantur, ſiue eo tunc ſe manifeſtante, ſanè ſi de ſiniſtro animo infamandi nõ conſtet, ſed potius de bono zelo, tametſi indiſcreto, non iudicarem illum pęna dignum, neque crederem interueniſſe culpam lethalem, excuſante illum à tanta culpa ignorantia. Eiuſmodi autem denunciationes per ſchedulas, ſuppreſſo eas offerente, libelli infamatorij pręſumuntur, & tales pu- C niuntur, ad petitionem eorum, de quibus aſſeritur, commiſiſſe eos aliquod delictum, ſi comperiatur, quis illas obtulerit, neque ex eis procedi poteſt ad inquirendum de crimine eiſdem ſchedulis contento: atque id eſt, quod ſtatuitur. l. vnica. C. de famoſ. libell. & l. 3. titu. 9. part. 7.

Ad crimen etiam infamatorij libelli pertinet, canere compoſita, aut illa referre, quæ in infamiã alicuius compoſita ſunt. Ita habetur. l. lex Cornelia in fine, & l. item apud Labeonem. §. generaliter, ff. de iniurijs, & l. 3. titu. 9. par. 7. Hoc autem intellige, quãdo quod canitur, aut refertur, non erat publicum & certum ita habere, & de libello infamatorio in principio huius diſputationis eſt dictum. Quando enim fama eſt iam amiſſa, ſcriptura aut vox, quæ id ſigni- D ficat, quoad quod fama eſt amiſſa, ſanè vt famã non lædit, ita neque rationem habet infamatorij libelli, non incurritur. 4

Ego non dubito ad libellum infamatorium attinere, pœnamque pro libello infamatorio ſtatutam incurri, quando ſignum aliquod apponitur, quo aliquid infamatorium ſignificatur, vt ſi cornua ad fores alicuius appendantur, in ſignum quòd vxor illius ei fecerit adulterium, aut ſi aliquid depingatur, quod denotet alicuius infamiam. Neque enim hæc minus infamant, quam ſcripturæ affixæ, quæ idem ſignificent & contineant: parumque refert, num ſignum, quo id ſignificatur, & in notitiam aliorum deducitur, quando antea erat occultum, ſcriptura ſit, E aut ſignum aliud, quod illud idem alijs ſignificet ac manifeſtet, conſentireque nobiſcum videtur Petrus à Puteo à Iulio Clar. lib. 5. ſenten. §. vlt. q. 68. nume. 25. relatus.

Quod ad culpam attinet, (de pœna enim pro eo crimine ſtatuta infrà ſuo loco erit ſermo) ſatis eſt pſpicuum eum, qui in crimine libelli famoſi incidit quouis modo ex explicatis, culpam contra iuſtitiam incurrere lethalẽ, ſi infamia, quæ inde ſequitur, aut quæ inde nata erat ſequi, erat grauis. Quin ſimul poterit contrahere culpam contrariam iuſtitiæ commutatiuæ circa bonum honoris ſpecie diſtinctam, ſi is libellus infamatorius ſimul ẽt præiudicet honori proximi. Perſpicuũ etiã eſt, non ſolùm eũ, qui libel- 5

li

li famoſi eſt confector, aut ad illũ conficiendũ quo uis modo cooperatur, vel illum manifeſtat, vel ut vlterius manifeſtetur (interim dum infamia illa non eſt publica) eſt cauſa, peccare lethaliter, ſed etiam eos omnes, qui aliquid horum efficere interius ſtatuunt ſeu conſentiunt. Satis item per conſequens eſt perſpicuum, quando ex libello infamatorio ſequitur re ipſa infamia, aut inde etiam vlterius damna alia ſequuntur, quencunque, qui eius libelli fuit quouis modo cauſa, ad illum quoquo modo aut ad illius diuulgationem cooperando, teneri reſtituere vel ea omnia damna, vel eam illorum partem, cuius ipſe cauſa aut concauſa fuit. Quare qui, poſtquam libellus ad notitiam aliquorum deuenit, illum aliis oſtendit, aut contenta in eo illis ſignificauit, antequam ea res eſſet omnino publica, tenetur reſtituere eam partem infamiæ, cuius fuit cauſa, & ſi quæ alia damna ex ea infamiæ parte ſint vlterius ſequuta. Qui verò conſilio aut alia via ad libellum atque ad infamiam cooperatus eſt, modo non imperauerit, neque deceperit exequutorem, ſolùm tenetur ad reſtitutionem damnorum, quorum ita fuit concauſa, in defectum exequutoris. Qui verò id imperauit, vnde ea damna ſequuta ſunt, aut decipiendo fuit cauſa vt darentur ac ſequerentur, tenetur tanquam cauſa magis principalis ad reſtitutionem eorum omnium damnorum, exequutor verò & aliæ concauſæ ſolùm tenentur ad reſtitutionem in defectum cauſæ illius magis principalis omnium eorũ damnorum, iuxta ea quæ quoad eiuſmodi omnes cauſas aut concauſas tractatu 2. à Diſp. 729. copioſè dicta ſunt.

6 Qui libellum cõpoſuit, aut edidit, reſtituere tenetur omnem famæ læſionem ex eo libello ſequutam, & damna reliqua, ſi quę inde ſint etiam ſequuta. Arbitror tamen eum, qui vlterius libellum diuulgauit, reſtituere teneri partem dãni, cuius ipſe ea vlteriori diuulgatione fuit cauſa, eumque, qui libellum compoſuit, aut primo edidit, non teneri ad reſtitutionẽ eius partis damni, niſi in defectum eius, qui ea vlteriori diuulgatione fuit illius cauſa: quoniam hic exequutor fuit eius partis damni, neque qui libellum iniuſtè compoſuit, aut primo edidit, eam partẽ damni tali exequutori imperauit, ſed ſolùm cum iniuria eius, qui eo fuit infamatus, exhibuit inſtrumentum, quo is exequutor eam partem damni mandare exequutioni potuit, ſi vellet.

DISPVT. 36.

De apertione literarum alienarum. Et de legente memoriam peccatorũ alterius, eave alijs diuulgante.

SVMMARIVM.

1 *Lethaliter peccat, qui inuentam memoriam peccatorum alicuius legit; idque contra iuſtitiam circa famam illius, pro qualitate eorum quæ in ea continerentur.*

2 *Semper eſt peccatum litteras alienas aperire, niſi adſit conſenſus ſaltem rationabiliter præſumptus eius ad quem mittuntur, vel eius qui mittit, vel niſi adſit rationabilis cauſa.*

3 *Si ex iniuſta litterarum apertione damnum aliquod ſequatur, tenetur aperiens illud reſarcire.*

4 *Litteræ alienæ aperiri poſſunt ex rationabili cauſa, etiam abſque conſenſu.*

5 *Hoſtium litteræ tempore belli licitè aperiuntur: item quotieſcunque pro bono communi id expediret.*

6 *Priuatus quilibet poteſt legere litteras alienas, quibus iniuſtè timet ſibi damnum parari.*

A Secundo eorum, quæ propoſita ſunt, incipiendo, qui inuentam memoriam peccatorum alicuius, attendens quid ſit, vel antequam eam legere incipiat, vel eam legere incipiendo, non ſe continet ab ea non legenda, vel non vlterius legenda, lethaliter peccat contra iuſtitiam circa famam illius pro qualitate eorum, quæ in ea continerẽtur, continerive poſſent maximè quoniam ea memoria ad confeſſionem ſacramentalem eorum peccatorum ſolet ordinari, in cuius ſacramẽti præiudicium aliqua ex parte cedit ea legi. Multo verò maius peccatum erit eam memoriam alijs oſtẽdere, vel alia ratione ea peccata alijs detegere, ſi q̃d momenti alicuius detegatur, & cum onere reſtituendi famam læſam, & ſi quæ alia damna ſint ſequuta, vt eſt notiſſimum. 1

Quod verò ad primum, quod propoſitum eſt, attinet, quaſi ex apertione literarum alienarum infamia ſequi, inter alia damna & inter alias iniurias eſt nata, & cognitio iniuſta alienorum ſecretorum, ſoletque id crimen oriri ex ſuſpicionibus ac iudicijs temerarijs, placuit de eo hoc loco ſermonem facere quoniam nullus alius commodior locus occurrit, in quo hac de re diceremus.

Dicendum verò eſt, niſi literæ alienæ aperiantur de conſenſu, ſaltem rationabiliter præſumpto, vel eius, qui illas mittit, vel eius ad quem mittuntur, vel niſi adſit rationabilis cauſa cur ſine eorum conſenſu aperiantur, ſemper eſſe peccatũ illas aperire. Quoniam eo ipſo, quòd clauſæ mittuntur, vult, qui illas mittit, ab alio non legi, quàm ab eo, ad quem mittũtur, aut qui ad id vices eius, ad quem mittuntur, habeat: habetque is, qui eas eo modo clauſas mittit, ad id ius. Idem eſſet, ſi quis legeret ſcriptum aliud alienum, quod clauſum non eſſet, ſe præſumeret dominum illius non velle vt legeretur: quoniam ius ad id habet, iniuriaque illi fit, ſi eo illius iuri contraueniatur, maximè ad id aperiendo locũ clauſum, in quo id ſcriptum aſſeruatur, aut introeundo domum vel cubiculum illius, ipſo inuito, ad illud legendum. Erit verò lethalis culpa literas eiuſmodi clauſas vel alia eiuſmodi ſcripta legere, quando timeri iuſtè poſſet inde poſſe ſequi damnum aliquod notabile, vel infamiæ, vel quodcunque aliud, aut quando timeri iuſtè poſſet, ea via deueniri poſſe in cognitionem alicuius rei, quam multum expediret eſſe occultam; aut quãdo meritò is, qui literas clauſas mitteret, vel alia ſcipta aſſeruata haberet, multum optaret, occultum id eſſe, quod in eis cõtinetur. Eſtò enim ex apertione literarum nullum damnum ſequeretur: iniuria tamen, quæ fit eas aperiendo eo præſumptè inuito cuius ſunt, tanta eſſe poteſt, attenta rei qualitate, quam is occultam eſſe vult, vt ad culpam pertingat lethalem. Quando verò ex apertione, aut ex lectione literarum alienarum, nihil tale timeretur, tunc ſolùm eſſet culpa venialis eas aperire aut legere. 2

Atque quando ex iniuſta apertione aut lectione literarum alienarum damnum aliquod ſequeretur, vel famæ, vel aliud quodcunque, tunc is, qui ita illius eſſet cauſa, reſtituere illud teneretur, vt eſt notiſſimum. Si tamen aperiendo aut legendo eas literas iniuſtè ſolùm venialiter, præter ſpem ſequeretur damnum aliquod, quod quiuis prudens minimè ſperaret, minimève timeret, tunc non conſurgeret obligatio illud reſtituendi, excuſante ignorantia inuincibili ſeu probabili, quemadmodum à culpa, ſic etiã ab onere reſtituendi id damnum. Idem arbitror eſſe dicendum, quando ex apertione aut lectione literarũ iniuſta lethaliter ſequeretur damnũ aliquod, quod nullus prudẽs ſequendũ timeret. Tunc enim, ſi nullũ damnũ timeri poterat, grauiuſq; in eo interueniebat iniuria nulla eſt obligatio reſtituendi id dãnum. Si verò damnum timeri poterat, ſed non tantum, ſo- 3

ſolùm erit obligatio reſtituendi maximũ damnum, quod timeri poterat, non verò incrementum vltra illud, quod nullus prudens timere poterat, excuſante vt à culpa eius incrementi, ignorantia inuincibili, ſic etiam ab onere illud reſtituendi. In foro tamen exteriori, quia id damnum ſequutum eſſet dante illo operam rei illicitæ, certè in pœnam eius antecedẽtis culpæ, vnde præter ſpem eam culpam committentis eſt ſequutum, cogetur illud reſarcire: ante latam autem ſententiam reſarcire illud in foro conſcientiæ non tenetur.

4 Dixi ſupra, ſemper eſſe peccatum literas alienas aperire, niſi de conſenſu, ſaltem rationabiliter præſumpto, eius qui illas mittit, vel ad quem mittuntur, vel niſi adſit rationabilis cauſa cur ſine eorũ conſenſu aperiantur. Quoniã ex rationabili cauſa aperiri abſque illorum conſenſu poterũt ſine vllo peccato. In primis enim prælatus religioſorum aut religioſarum, vbicunque id ita eſt ſtatutũ, aut quãdo id iudicat expedire, aperire põt literas, quæ ad ſuos ſubditos mittuntur, aut quas ſubditi ad alios mittunt. Imò verò ubi eſt ſtatutum ſub culpa, aut ſub cẽſura ne literæ mittantur, aut recipiantur, niſi aſpiciente eas prius ſuperiore, tunc qui illas accipit, aut mittit, contra formã eius ſtatuti, in culpã incidit, aut ſimul ẽt in cenſuram. Vbi verò ſtatutũ ad nullam culpam obligaret, (vt in noſtra ſocietate nõ obligat) nõ erit id peccatum lethale, niſi acceptio aut miſſio earum literarũ lethalis culpa alioquin in ſe ſit, vel propter ſcandalũ, vel quòd aliquid mali lethalis contineat, vel quòd ad finem lethalem ordinentur.

5 Deinde tẽpore belli in locis finitimis hoſtiũ licitè aperiuntur literę à miniſtris ad id deputatis. Et licitè ſimiliter aperiũtur, quotieſcũque ex aliqua graui cauſa ita reipublicæ expedire iudicatur, bonoue cõi. Secreta tñ alia, quæ in eis literis reperiuntur, tenentur celare eiuſmodi miniſtri. Atque quãdo certo ſcirent in aliquibus literis nihil cõtineri, quod præiudicium afferre poſſet reipublicæ, cernerẽtq; periclitare alicuius famã, ſi vlterius in eis legeretur, tenerentur deſiſtere ab ea lectione; tranſireq; ad aliud: quoniam legere eas literas ſolùm eſt licitum, quantum ſit ſatis vt bono communi proſpiciatur.

6 Priuatus item licitè aperire ac legere poteſt eas literas alienas, quibus iniuſtè timet ſibi damnum aliquod iniuſtè parari, aut malum poſſe inde ſibi euenire, vt illud fugiat ac impediat, tantum præciſè ex eis legendo, quantum ad id ſit ſatis. Imò idem efficere poſſet, quando iuſtè timeret, parari proximo eis literis damnum iniuſtum, aut ex illis poſſe ei iniuſtè ſequi, vt illud ei ex caritate impediret. In his conſentiunt Nau. in Man. c. 18. nu. 53. & diuus Anton. 2. par. tit. 1. c. 22. §. 5.

DISPVT. 37.

Vtrùm homo contra iuſtitiam grauiuſque lethaliter peccet ſe ipſum illicitè infamando, quàm ſi proximum infamaret, ad reſtitutionemque ſuæ famæ teneatur. Et ſimul quouſque in tormentis obligatio ſit ſeruare ſecreta aliorũ, quãtaque culpa ſit, & cum quali reſtituendi onere, ad tormenta & alia detrimenta vitanda, alij crimen imponere.

SVMMARIVM.

1 *Secundum aliquos ſe ipſum infamans peccat lethaliter, licèt id faciat vt mortem effugiat, & peccat contra iuſtitiam comparatione communitatis cuius eſt pars, eaque de cauſa tenetur illi communitati famam reſtituere iniuſtè ſibi ablatam.*

2 *Nemo ſe ipſum ſine rationabili cauſa poteſt infamare abſque peccato: quia vt prodigalitas bonorum vitium eſt, ita & famæ.*

3 *Infamare ſe ipſum ſi præciſè ſpectetur quoad ſolam infamiam, quam ipſe inde contrahit, etiam ſi irrationabiliter id fiat, non eſt ex ſuo genere culpa lethalis, ſed venialis: quia homo dominus eſt ſui honoris.*

4 *Si dum quis ſe ipſum infamat, interueniat periuriũ, quia iureiurando erat aſtrictus dicere verum, ſibique impoſuit crimen aliquod, interuenit tum culpa lethalis periurij.*

5 *Si ex infamia alicuius ſequeretur tale aliorum ſcandalum, quod is ſub culpa lethali vitare teneretur, tunc culpa eſſet lethalis eum ſe ipſum ita infamare.*

6 *Prælatus, qui ſuam famam regendis ſuis ſubditis ob ſtrictam habet, contra iuſtitiam peccaret ſe ipſum infamando: vt etiam contra iuſtitiam peccat, qui alienam habens familiam, aut uidens pauperes grauiter indigere, bona ſua proijcit in flumen.*

7 *Fieri poteſt, vt aliquis licitè ſe ipſum infamet, eſtò uideat inde euenturum, uitam ab eo eſſe eripiendam, modò tamen non ſe infamet, crimen ſibi iniuſtè imponendo, ſed detegendo crimen quod verè commiſit, quodque detegere non tenebatur, & modo ad id rationabilis cauſa exiſtat.*

8 *Quando aliquis ſine damni periculo detegeret crimen ſuum uerum, de quo non iuridicè interrogaretur, ſcilicet ad euitanda notabilia tormenta; quia rationabiliter timeret, niſi id crimen ita detegeret, aliquid ei eorum eſſe euenturum, tunc meritò poſſet illud abſque peccato eo modo detegere, nihil impediente infamia, quam inde contraheret.*

9 *Non licet ad euadenda tormenta aut ad mortem euitandam detegere ſecreta reip. quæ in notabile illius damnum uergant.*

10 *Cum aliquis caſu abſque ſua culpa nouit crimen alicuius ſecretum, uel ipſi commiſſum fuit aliquod ſecretum, non tenetur illud ſeruare cum periculo uitæ, ſed poteſt illud detegere ad euitanda tormenta, etiamſi ex detectione alterius uita periclitaretur.*

11 *Si ex reuelatione ſecreti commiſſi, aut quod quis caſu nouit, periclitaretur uita alicuius; ex eo uero quòd celaretur, ſolùm bonos periclitaretur uel bona externa eius, qui illud nouit, tum eſt prudentis arbitrio iudicandum, quidnam ſequi oporteat.*

12 *Si ex reuelatione ſecreti ſolùm ſequeretur damnũ honoris aut bonorum alicuius, tunc non ſolùm fas eſſet ſcienti tale ſecretum, illud reuelare ad euadendam ſuam vel aliorum mortem, ſed etiam ad euadendum quodcunque notabile damnum honoris aut diuitiarum.*

13 *Qui per iniuriam nouit ſecretum alicuius, tenetur cum æquali aut cum paulò ſuo maiori detrimento id ſeruare.*

14 *Illicitum eſt quempiam ſeipſum infamare, crimen aliquod ſibi imponendo, etiam ſi id fiat ad euadenda grauiſſima tormenta aut ad mortem euadendam.*

15 *Cum quis morte eſt plectendus, niſi ſibi crimen aliquod grauiſſimum imponeret, ſolùm peccat uenialiter, illud ſibi imponendo, quando ex ea criminis impoſitione non ſequitur notabile ſcandalum, aut notabilis iactura famæ aut bonorum.*

16 *Quando aliquis imponendo ita ſibi tale crimen euaderet quidem grauia tormenta, ceterum condemnãdus eſſet de hæreſi, apoſtaſia à fide: ſi verò non confiteretur id crimen illud ſibi imponendo, ſed tormenta*

ta ſuſtineret, nihil horum ei eſſet euenturum ſo-lùm eſſet condemnandus de ſuſpecto in fide, le-thaliter peccaret crimen id ſibi imponendo, a-uia fugeret tormenta.

17 *Quando is, cui crimen hæreſis, aut aliquid ſi nuf ficienter eſt probatum, vt brachio ſeculari a-rendus tradatur, eius eſſet conditicnis, de quo-quin præſumptio non eſſet commiſiſſe id crimi-mendum eſt eum incurrere culpam lethalem le crimen ſibi imponendo, ut mortem euaderet.*

18 *Quando aliquis, ad euadenda quæcunque torm, crimen ſibi imponit, ob quod eſt morte plecte, lethaliter peccat.*

19 *Lethaliter peccaret filius, imponens ſibi crime-tris, ob quod pater erat morte plectendus, ut m patris conſeruaret, & in ſe transferret mo, quam pater erat ſubiturus.*

20 *Peccant etiam lethaliter & ad reſtitutionem qui tenentur, non ſolùm qui falsò crimen notabile ai imponunt, ſed etiam qui ad mortem euadēdam æ iniuſtè eis infligeretur, alios falsò in æquale in ferè æquale diſcrimen adducunt.*

21 *Qui alicui impoſuiſſet crimen, ob quod periclitar vita, vel ob quod ſequeretur illi ac ſuis talis iacta famæ, vt morti ſimilis aut ferè ſimilis eſſet, ſa s teneretur illud retractare cum periculo torme-rum ac vitæ, quãdo eſſet ſpes ea retractatione in-dienda aut reparanda eſſe damna: quod ſi non t ſpes talis, tunc non teneretur ſe retractare, ſed t-retur reſtituere damna ita iniuſtè data.*

22 *Si crimen alicui impoſitum tale non eſt, vt ex ili mors vel aliud damnum in corpore aut fama v uitijs immineret, tunc imponens tenetur ſe retra re, ſi ea retractatione poſſet ea damna impedire reſarcire.*

23 *Confeſſio criminis tormētis extorta non infamat c fitentem: non intelligendo de confeſſione iuridicè torta.*

24 *Diſſoluuntur argumenta pro opinione contraria.*

DIximus hactenus de iniuſtitia contra famam alterius. Nunc verò eſt examinandum, vtrum qui ſe ipſum infamat, iniuſtitiam committat, ad reſtitutionemque teneatur, & quo vſque peccet, aut non peccet ſe ipſum infamando. Simul verò occaſione eorum, quæ circa hæc dicenda ſunt, maximè quando aliquis ſe ipſum infamat, vt tormenta, mortem, vel alia mala fugiat, miſcebimus ſermonem, quo vſque toleranda ſint tormenta aut mors, ne ſecreta aliena reuelētur, & quanta culpa ſit, & cum quali reſtituendi onere, ad tormenta & alia detrimenta vitanda, alijs crimen imponere. Hæc enim duo poſteriora ſeruanda in hunc locum fuerunt, vt extra ſuum proprium locum commodiùs examinarentur hoc loco occaſione eius, quod priori loco eſt propoſitum.

1 Quod ergo ad primum eorū, quæ propoſita ſunt, attinet, quodque proprium eſt huius loci, Caiet. 2. 2. qu. 73. art. 2. & in ſumma verb. detractio, & verb. reſt. ca. vit. caſu 2. in ea eſt ſententia, vt affirmet, aliquem ſe ipſum infamare, etiam ſi id efficiat, vt tormenta aut mortem euitet, eſſe ex ſuo genere culpam lethalem contra iuſtitiam comparatione communitatis reipublicæ, aut eccleſiæ, cuius eſt pars: eaq; de cauſa reſtituere reipublicæ teneri famam ita ſibi iniuſtè ablatam. Sui verò comparatione ait, quamuis contra iuſtitiam non peccet; eo quòd iuſtitia ſit ad alterum, nulluſque ſibi ipſi efficere iniuſtitiam poſſit, eſſe tamen plus quàm iniuſtum: quoniam ſe ipſum infamare eſt contra caritatem propriam, qua quiuis non minus ſe ipſum, quam ſuum proximum, diligere tenetur: qua de cauſa, inquit, grauius peccat ſe ipſum infamãdo, quam ſi ſuum proximum ſimili infamia afficeret. Ad hanc ſententiam accedere ex parte videtur Maior. in quarta diſt. 15. nume. 16. Panormit. quoque cap. ex parte, 2. de ſepult. num. 2. ait, lethale peccatum eſſe aliquem ſe ipſum infamare, eaque de cauſa peccare eos lethaliter, qui in tormentis ea delicta ſibi imponūt, quæ non cõmiſerũt, eſſeq; illos in ſtatu damnationis, ſi ante mortem eã confeſſionem non reuocent. Eandem ſententiã innuunt Diuus Anton. par. 2. tit. 2. cap. 2. §. 3. Felin. c. 1. de teſtium cogn. & quidam alij. Pro eadem ſentẽtia, quòd ſcilicet is, qui ſe ipſum infamat, lethaliter peccet, citatur gloſſa. cap. 1. verb. erroris. 15. queſ. 6. Ea tamen gloſſa ſolùm loquitur, quando aliquis metu tormentorum cõfitetur errorem in fide illum approbando, in quo euentu nullus eſt, qui dubitet, eum peccare lethaliter.

Angelus verb. detractio. §. vltimo ait, eum, qui ſine metu tormentorum ſe ipſum infamat, lethaliter peccare. Eum verò, qui metu tormentorum ſe ipsũ infamat, non peccare lethaliter: quia id mendacium eſt officioſum, neque poſtea tenetur retractare ea delicta, quæ ſibi impoſuit, ſi timeat ea de cauſa eſſe iterum torquendum, ſed præeligere eum poſſe mortẽ, vt tormenta euitet. Si autem non timeat ea de cauſa eſſe iterum torquẽdum, ait teneri retractare delicta ſibi impoſita. Syłueſt. verb. detractio. num. 4. videtur Angelum ſequi, addens, eum, qui, ne iterum tormentis ſubijciatur, non tenetur antequam ſententia feratur retractare delicta, quæ ſibi impoſuit, teneri tamen illa publicè retractare ante mortem poſt latã ſententiam.

Caietani & aliorum opinio ſuaderi poteſt. Primò, Eccleſiaſt. 4. præcipitur, *Curam habe de bono nomine*, hoc eſt, de bona fama. *Curam*, inquit ibi ſcriptura, *habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi & magni.* Et Prou. 22. *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ*, ergo vnuſquiſque tenetur conſeruare ſuam famam, atque adeò lethaliter peccat ſe ipſum infamando.

Secundò, Auguſt. 1. de Ciuit. Dei. cap. 20. & refertur cap. ſi non licet. 23. quæſt. 5. ſic ait: *Falſi teſtimonij non minus reus eſt, qui de ſe ipſo falſum fatetur, quam ſi aduerſus proximum hoc faceret*. Aperteq; ibi docet Auguſt. quamuis octauum decalogi pręceptũ ſub hac forma tradatur: *Non dices falſum teſtimoniũ aduerſus proximum tuum;* nihilominus illo eodẽ pcepto cenſeri prohibitum falſum teſtimonium aduerſus nos met ipſos: cum regula diligendi proximum ſit dilectio, qua nos ipſos diligimus, dicente ſcriptura; *diliges proximum tuum ſicut te ipſum*: cum ergo culpa lethalis ſit infamare proximum; conſequens ſanè eſt, vt culpa quoque lethalis ſit, aliquem ſe ipſum infamare.

Tertiò, idem Aug. de bono viduitatis. cap. 22. & refertur. c. non ſunt audiendi. 11. qu. 3. reprehendit eos, qui contenti teſtimonio propriæ conſcientiæ coram Deo, negligebant propriam famam circa quædam vitia, quorum indicia & ſuſpicionem præbebant, additq; Aug. *Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra*: ergo lethaliter peccat, qui ſe ipſum notabiliter infamat.

Quartò, argumentatur Caiet. vnuſquiſque præcepto caritatis tenetur plus ſe ipſum diligere, quam alium, ſeque ipſum infamando committit iniuſtitiam contra communitatem, cuius eſt pars: ergo ſe ipſum infamando, non minus peccat lethaliter, quam peccet infamando alium, peccatque contra iuſtitiam, teneturque reſtituere communitati damnum famę ita datum.

Quintò, idem Caiet. argumentatur, infamare ſe ipſum ex ſuo genere eſt culpa lethalis, vt eſt oſtenſum: ergo eſtò quis id efficiat ad euitanda tormẽta, erit culpa lethalis. Conſequentia ex eo patet, quoniam

niam metus mortis ac tormentorum non excuſat id à culpa lethali, quod ex ſuo genere eſt tale: alioquin licitum eſſet fornicari ad mortem euadendam.

2 Sequentibus concluſionibus aperiam, quid circa ea omnia, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita, ſentiam. Prima eſt. Infamare aliquem ſe ipſum ſine rationabili cauſa, peccatum eſt. In hac cócluſione omnes conſentiunt. Eſſet enim id prodigalitas famæ, quæ non minùs eſt peccatum, quàm peccatum ſit prodigalitas bonorum externorum diuitiarum, immò verò eo eſt maius peccatum, quo famæ bonum diuitiarum bonum excedit. Dixi, ſine rationabili cauſa: quoniã ſi ex rationabili cauſa, quis ſe ipſum infamet, vt humilitatis gratia, vel ad fugiẽdum damnum aliquod ſpirituale, vel ex alia ſimili, & neque interueniat mendacium neque ſcãdalum, fiatque moderatè iuxta rectam rationem, attẽtis circumſtantiis omnibus concurrentibus, nullaque alia circumſtantia interueniat, quæ eum actum inficiat, id ſanè nullum erit peccatum, quin potius erit egregia virtus. Sic Auguſtinus, & alii Sancti, ſua aliqua crimina detexerunt. Et Matthæus Apoſtolus, ſe fuiſſe publicanum, indeque à Chriſto fuiſſe vocatum, ſcripſit, quod in futurum, quo ad id, ſuam famam maculare poterat: vt verò exaltaret Chriſti in ipſum miſericordiam ac beneficium, illudque prædicaret, atque ad ſuam humilitatem, id non ſolum ei licuit, ſed fuit etiam opus non exiguę virtutis. Ferre verò patienter infamiam ab aliis iniuſtè illatam, nõ ſe defendendo ex rationabili cauſa, multo magis eſſe poteſt licitum, & frequenter Chriſti exemplo fit cum ingenti merito ac virtute, quando recta ratio contrarium ex aliquibus circũſtantiis non poſtulat. Lege quæ Diſp. 2. & 20. dicta ſunt.

3 Secunda concluſio: Infamare aliquem ſe ipſum, ſi præciſè ſpectetur quoad ſolam infamiam, quam ipſe inde contrahit, etiam ſi irrationabiliter atque illicitè id fiat, non eſt ex ſuo genere culpa lethalis, ſed venialis, neque eſt peccatum contra iuſtitiã, eaq; de cauſa ex illo non conſurgit reſtituendi obligatio. Concluſio hæc eſt contra Caietanum, & ſuo etiam modo contra alios doctores ſupra citatos. Eam verò affirmant Sotus de tegendo ſecreto memb. 1. q. 3. lib. 4. de iuſt. q. 2. art. 3. & q. 6. art. 3. ad 4. & libr. 5. q. 10. art. 2. Ledeſmii. 2. 4. q. 18. art. 2. Nauar. in Manu. c. 18. num. 27. & c. inter verb. (ſemper loquor de Commentario Hiſpano) à n. 563. Coua. 1. var. reſ. c. 2. num. 8. Eandem ſententiam tribuere poſſumus Adrian. quodl. 11. lit. n. & q. vlt. de reſt. famæ, & diuo Thomæ locis Diſput. 2. citatis.

Probari autem poteſt, quoniam homo dominus eſt ſui honoris & famæ, vt quatenus ab ipſo pendẽt, non ſecùs de eis diſponere poſſit, quã de bonis ſuis externis diuitiarum, vt Diſput. 2. copioſè comprobauimus: ergo aliquem irrationabiliter ac illicitè ſe ipſum infamare ex ea parte, qua famæ ſuæ iacturam facit, infamiamq; incurrit, non eſt aliud quam prodigalitas, quæ non eſt peccatum contra iuſtitiam, eaque de cauſa neque reſtituendi obligationem inducit: neque item eſt peccatum ex ſuo genere lethale, E ſed veniale: ſicut prodigalitas bonorum externorũ peccatum non eſt ex ſuo genere lethale, ſed veniale: aduerſatur enim ſolum caritati, qua vnuſquiſque ſe ac ſua debet diligere: dilectio autem ſui comparatione bonorum, quorum eſt dominus, & quæ neque ad ſalutem ſpiritualem, neque corporis, neceſsaria ſunt, non obligat ex ſuo genere ſub culpa lethali, ſed ſolum ſub veniali. Atq; q̃uis fama noſtra ſępe reipublicę noſtriſq; proximis ſit neceſsaria: ſicut & bona nr̃a externa diuitiarũ ſæpe ẽt eiſdẽ neceſsaria ſunt; quia tñ fama noſtra nõ eſt bonũ propriũ reipublicę, neq; noſtrorũ proximorum, ſed noſtrũ: ſicut neque bona noſtra externa diuitiarum, quando illis neceſ-

A ſunt, bonum proprium ſunt eorum, ſed non, conſequens profectò eſt, vt ſicut prodigali- onorum noſtrorum diuitiarum externarũ non eccatum contra iuſtitiam, etiam quando proxi- ac reipublicæ neceſſaria ſunt, eaque de cauſa id atum obligationem reſtituẽdi non inducit: ita n neque prodigalitas famæ noſtræ, etiam quan eipublicæ ac proximis noſtris eſt neceſſaria, pec m ſit contra iuſtitiam, neque vllam reſtituendi gationẽ inducat, quod Caiet. non attendit. Con iatur, quoniam qui famam alterius iniuſtè læ- , neque reipublicæ neque alijs proximis tenetur ıllam reſtitutionem, ſed ſolum læſo: atque ſi læ- illi parcat, eamque obligationem illi condonet, r omnino ille manet à reſtituendi onere: ergo B ue, qui ſuam propriam famam irrationabiliter ue illicitè lædit, ad vllam reſtitutionem reipubli- aut alijs proximis tenetur: ſibi autem de iuſtitia ı tenetur; eo quòd iuſtitia non ſit eiuſdem ad ſe am: quo fit, vt nullo modo de iuſtitia reſtituere eatur. Vtrum autem prodigalitas propriæ famæ eo, quòd interdum in detrimentum cedat reipucæ ac proximorum, ad culpam aliquando pergat lethalem, ex ſequentibus concluſionibus liebit.

Tertia concluſio. Si dum quis ſe ipſum infamat, 4
terueniat periurium, quia iureiurando erat aſtri- ıs dicere verum, ſibiq; impoſuit crimen aliquod, nc ſatis perſpicuum eſt, interuenire culpam lethan periurij. Si item quis ſe infamet iactando ſe de C iqua culpa lethali, in eaque complacendo, ſatis iam conſtat in eo interuenire culpam lethalem: uippe cum complacẽtia in culpa lethali peccatum uſdem ſpeciei ſit cum eo, in quo quis complacet. tque de eiuſmodi peccatore Pſal. 51. dicitur: *Quid loriaris in malitia, qui potens eſt in iniquitate?* ſi etiam ſicui neceſſaria eſſet ſua fama ad ſe continendum à ulpa lethali, tunc lethalis eſſet culpa illam prodige e. Rarò tamen in prodigalitate famæ ex hoc capite nteruenit culpa lethalis. Similiter ſi quis ſe ipſum nfamando ſe exponeret periculo vitæ, aut amiſſionis membri, neq; interueniret iuſta cauſa, quæ eum à culpa lethali excuſaret, tali periculo ſe exponẽdo, tunc vtique lethaliter peccaret ſe ipſum infamãdo: eo quòd vnuſquiſque ſub culpa lethali conſeruare D teneatur ſuam propriam vitam ac membra.

Quarta concluſio. Si ex infamia alicuius ſequere- 5
tur tale aliorum ſcandalum, quod is ſub culpa lethali vitare teneretur, tunc culpa eſſet lethalis, eum ſe ipſum ita infamare, aut non protegere aut defendere ſuam famam ac innocentiam, ſi commodè poſſet. Exempla ſunt. Vt ſi ex peccato lethali alicuius credito ſequeretur imitatio aliorum. Vel ſi ex peccato alicuius notabiliter cõtemneretur genus aliquod proborũ, vt ex peccato religioſi alicuius, religio, aut cænobium, notabiliter contemneretur, in quo ille erat religioſus, virtuſve minus reputaretur in alijs probis, ſegnioreſque notabiliter inde alij redderẽtur ad virtutem. Atque ob hæc exempla Aug. de bono viduitatis, cap. vltim. & refertur. c. non ſunt audiendi citato reprehendit quoſdam homines ac mulieres, qui probi ac ſancti reputabantur, contemnebantque ſuam famam aliquibus in rebus, quæ ſpeciem habebant mali, contenti teſtimonio ſuæ conſcientiæ, aitque ibi Auguſtinus, *Nobis neceſſaria eſt vita noſtra*, (loquiturque nõ de corporali vita, vt aliqui malè arbitrantur, ſed de recta vita quo ad mores, vt ibi perſpicuè patet) *alijs verò fama noſtra.* Exẽplum eſt deinde in homine, cuius fama multum reipublicæ intereſt, ſalutique aliorũ ſpirituali, vel quia ſuam famam quaſi obligatã alijs habet ratione muneris ac officij, ad quod bona fama eſt neceſſaria, vt euenit in prælato, vel quia licèt obligatam ſuam famam

mam alijs non habeat, ex eo tamen multum iuuantur proximi, famaque amiſſa, periret impediretúrq; magnus ſpiritualis fructus: vt ſi is eſſet inſignis concionator, aut alius ex cuius admonitionibus & exẽplo alij multum iuuarẽtur, atque ex cuius infamia periret ac impediretur is fructus; ſanè hi lethaliter peccarent ſe ipſos infamando, quin & non defendẽdo ſuam famam, ſi commodè poſſent, ſperarentque ſe illam conſeruaturos, & alioquin perituram cum aliorum ſpirituali detrimento.

6 Sotus. 5. de iuſt. q. 10. art. 2. ait, prælatum, qui ſuã famam regendis ſuis ſubditis obſtrictam habet, cõtra iuſtitiam peccare ſe ipſum infamando, quemadmodum, inquit, contra iuſtitiam peccat, qui alienam habens familiam, aut videns pauperes grauiter indigere, bona ſua proijceret in flumen. Quamuis autẽ primum exemplum ſit accommodatum, eo quòd pater familias de iuſtitia teneatur filios & vxorem alere, ac proinde proijcere eum bona ſua ita in flumen in iniuriam filiorum & vxoris cederet, ſicut in iniuriam ſubditorum cederet prælatum ſe ipſum infamare cum eorundem ſubditorum detrimento quo ad id, quo ad quod illis ex officio tenetur: ſecũdum tamen exemplum ſanè non eſt ad rem. Quoniã pauperibus non debetur ſubuentio ex iuſtitia, ſed ſolũ ex caritate: quare quatenus eo modo impediretur ſubuentio, non eſſet id peccatum contra iuſtitiam, ſed ſolum contra caritatem. Item quamuis fatear, eam iacturam famæ prælati cedere ſuo modo in iniuriam ſuorum ſubditorum, non tamen dicerem cõſurgere inde obligationem ex iuſtitia reſtituendi illis eam famam: quoniam fama illa non eſt ſubditorum, ſed prælati. Vnde ſi tertius aliquis famam eiuſdem prælati iniuſtè læderet, ſanè non teneretur ex iuſtitia reſtituere illam ſubditis, ſed prælato. Si autẽ prælatus eam obligationem reſtituendi illi remitteret, certè quamuis malè faceret, ſi ſuam famam recuperare poſſet cum commodo ſuorum ſubditorum, quorum adhuc eſſet prælatus, iniuriamque in eo illis faceret, ille tamen alijs deobligatus omnino maneret ab onere illam ex iuſtitia reſtituendi. Quod ſi prælatus, vel à ſe vel ab alio ita infamatus, idoneus non maneret ad deinceps eos ſubditos regendos, teneretur munus relinquere, aliique prælati ipſi ſuperiores, aut congregatio ipſa, ſi ſupremam ea in parte haberet quo ad id iuriſdictionem, teneretur illũ deponere. Si verò idoneus adhuc maneret, eſtò minùs quam antea erat, non teneretur relinquere munus, neque de iuſtitia teneretur reſtituere ſubditis emolumentum, quod ex maiori illa ſua idoneitate eſſent percepturi: maximè quia prælatus non tenetur de iuſtitia ad optimum regimen, & ad maiorem vtilitatem & profectum ſuorum ſubditorum, quaſi, ſi in aliquo ab optimo regimine maiorique commoditate & vtilitate illorum deficiat, contra iuſtitiam peccet, teneaturque illis ad reſtitutionem. Pater etiam familias licèt iniuriam faceret filiis, proiiciendo bona ſua in flumen, aut aliter illa deſtruendo, vel prodigendo, non tamen teneretur ea illis reſtituere: quoniam ſolus pater & non filii dominus illorum eſt, neque ad filios pertinent ea bona niſi poſt mortem patris, ſi tunc remaneant, perſeuerando illis vſque ad eius mortem, atque tunc pertinent ad illos iuxta pręſcriptum legum, & prout pater voluerit eis eam partem relinquere, de qua tempore mortis libere poteſt diſponere.

Quando infamia alicuius, ſiue is eſſet prælatus, ſiue aliquis alius, in illos redundaret, eſt diſtinguendum. Quoniam vel ille imponendo ſibi id crimen, vel illud committendo ac confitendo, ſolùm eſt occaſio infamiæ aliorum, quia inde alii occaſionem ſumunt reputandi alios malos, aut ad abiectè de illis ſentiendum; & tunc ad nullam tenetur illis reſtitu-

A tionem eius infamiæ, quæ in illos redundauit: quoniam non fuit illius cauſa, ſed occaſio ſolum. Vel fuit illius cauſa, ſaltem quia iuris diſpoſitione infamia ex eo crimine in pœnam illius redundat in alios ipſi coniunctos, vt in crimine hæreſeos & læſæ maieſtatis humanæ, aliqui ex deſcendentibus ex condẽnato de eo crimine infames manent, & tunc tenetur illis reſtituere id famæ damnum, tanquam cauſa iniuſta illius.

Quinta concluſio. Fieri poteſt, vt aliquis licitè ſe ipſum infamet, eſtò videat inde euenturum vitã ab eo eſſe eripiendam: modò tamen nõ ſe infamet, crimen, quod non cõmiſit, ſibi imponendo, ſed detegẽdo crimen quod verè commiſit, quodq; detegere nõ tenebatur, & modò ad id rationabilis cauſa exiſtat. 7
B Exempla rem hanc dilucidam reddent.

Eſt aliquis, qui crimen committit, propter quod dignus eſt morte, ignoratur tamen eum id crimen commiſiſſe. Sanè ſi videat innocentem ob id crimẽ periclitari, aut duci ad patibulum, poterit licitè manifeſtare illum eſse innocentem, ſeque id crimen cõmiſiſse, quando non poteſt alia via eripere illum à morte. Probatur, quoniam id ſolùm eſt cedere iuri ſuo, quod habet, vt tunc non ſe prodat, ſed potius innocentem mori permittat: neque eſt id ſe ipſum interficere, ſed eſt reuelare iuſtam cauſam, ob quam à publica poteſtate iuſtè interficiatur: atque eſt ex rationabili cauſa poſtponere famam propriã famæ innocentis, vitamque propriam vitæ innocentis, qd licitum eſt, maximeque meritorium, vt ex iis liquet,
C quæ ſuprà in hac. 2. 2. in materia de caritate. quę. 26. art. 5. & tractatu præcedente Diſp. 14. concluſio. 3. diximus: ergo licitum in eo euentu eſt, ſe ipſum cum periculo vitæ infamare detegendo crimen, quod verè commiſit. Immò verò concluſione 3. citata oſtendimus, fas eſse rationabili ex cauſa poſtponere vitã noſtram vitæ nocentis, vt permittere nos ab iniuſto aggreſsore interfici, ne ipſum interficiamus. Et Sotus de ratione regendi loco citato concl. 5. rectè ait, non ſolùm aliquem licitè poſse famam ſuam poſtponere famæ proximi, detegendo crimen ſuum, qñ innocens de illo infamatur, in quo conſentit etiam Ledeſmius. 2. 4. q. 18. art. 2. ſed etiam famę nocentis, ſuſtinendo patienter crimen, quod ipſi imponitur, ne alium detegat, qui illud commiſit, vt ita iactura
D ſuæ famæ fama proximi illæſa perſeueret: ſicut, ait, poſtponi poteſt vita propria vitæ proximi. Obſerua tamen, ſi fama innocentis longè plus neceſsaria reipublicæ eſset, quàm fama nocentis, tunc contra caritatem reipublicæ ac Dei eſset, permittere deſtructionem proprię famę, vt fama illius alterius cõſeruaretur, vt Diſp. 14. citata quoad vitæ conſeruationem dictum oſtenſumque eſt.

Aliud exemplum concluſionis propoſitæ eſt. Si aliquis, qui verè crimen aliquod commiſit, pro quo eſt dignus morte, ſubiiciatur torturæ, cruciatibuſve vt veritatem confiteatur: cæterum ei torturæ ſubiiciatur, non ſeruato ordine iuris, eo quòd non ſit ſemiplena probatio, vt veritatem confiteri teneatur;
E neque ſint ſufficientia indicia, vt torturæ ſubiiciatur. Sanè is licitè ſe ipſum infamat, detegendo crimen, quod confiteri non tenebatur, nihil impediente quod propter illud ſit morte plectendus. Ratio autem eſt, quoniam non mentitur detegendo ita crimen ſuum, rationabilique ex cauſa cedit iuri, quod habebat ad illud celandum, neque ſibi infert in eo mortem, ſed ſolum rationabili ex cauſa, ne ſcilicet tormẽta ſuſtineat, detegit delictum, ob quod vere eſt dignus morte, permittitque eripi ſibi vitam, quam non tenetur conſeruare cum tanto ſuo labore ac moleſtia. Ita Sotus concluſio. 5. citata. & membr. 3. quæſt. 4. concluſ. 10. & 5. de iuſt. quæſt. 10. artic. 2.

Contra-

Contrarium verò huius ſecũdi exempli affirmat Nauar.in Manu.cap.18.num.29.& cap.inter verba.num.557. & 568.ductus, quòd qui in eo euentu detegit ſuum crimen verum, cauſa eſt ſuæ propriæ mortis. Hoc tamẽ apertè eſt falſum, vt proximè deduximus ac oſtendimus, & conſtat ex primo exemplo circa hanc quintam concluſionem propoſito, in quo Nauarrus non negabit, licere detegere crimen propriũ pro tuenda illo modo vita innocentis: quod tamen eſſet illicitum, ſi detegeret ſuum verum crimen in eo euentu, in quo illud detegere non tenebatur, eſſet ſibi ipſi eſſe cauſam mortis.

8 Quando autem aliquis ſine mortis aut amiſſionis membri periculo detegeret crimen ſuum verum, de quo non iuridicè interrogatur, quia ſcit, quamuis illud detegat ac confiteatur, non tamen ea de cauſa eſſe interficiendum, nec mutilandum; attamen illud ita detegeret ad euadenda notabilia tormenta, mutilationem, aut mortem; quia rationabiliter timeret, niſi id crimen ita detegeret, aliquid eorum eſſe ei euenturum; tunc longè maiori cum ratione poſſet illud abſque peccato eo modo detegere, nihil impediente infamia, quam inde contraheret. Quoniam quemadmodum pecunia licitè poſſet tunc redimere ea tormenta, aut periculum mutilationis vel mortis: ſic etiam poteſt licitè illa redimere amiſſione propriæ famæ: idque non ſolum quoniam licèt fama ex ſuo genere præſtantior ſit pecunia, ingens tamen copia pecuniæ ſuperare poteſt in æſtimatione famam aliquam; ſed etiam quoniam vita integritaſque illius excellentioris ordinis ſunt, quam fama.

Vt verò hoc loco, antequam vlteriùs progrediamur, aliquid obiter de ijs inſeramus, qui tormentis aut mortis metu iniuſtè coguntur detegere crimina vera, aut alia ſecreta aliorum, quo vſque eis liceat, aut non liceat, illa detegere ad tormenta vel mortem euadendũ, ſequẽtes ſubijciamus concluſiones.

9 Sexta ergo concluſio in ordine eſt: Neque ad euadenda quæcunque tormenta, neque ad mortem ipſam euadendam, fas eſt detegere ſecreta reipublicę, quæ in notabilem illius perniciem vergant. Vt ſunt ea ſecreta exercitus, ex quorum detectione notabile periculum exercitui aut reipublicæ immineret. Concluſionem hanc affirmant Sotus de tegend. ſecret. memb.3.q.4.concluſ.6. & Nauarr.cap. inter verb. num.561. Probari autem poteſt, quoniam pro ſalute reipublicæ quiuis ciuis tenetur exponere propriã vitam, ad idque à republica poteſt ſub lethali culpa obligari, præſumendumque eſt in euentu huius concluſionis velle eo modo obligare ad ea ſecreta non detegenda: ergo nefas eſt ad tormenta aut mortem euadẽda detegere eiuſmodi reipublicæ ſecreta. Alia autem ſecreta, ex quibus leue detrimentum poſſet reipublicæ euenire, detegere quiuis poſſet abſque culpa, ad mortem aut ad grauia tormenta euadẽda. Quoniam non eſt præſumẽdum rempublicam velle, vt cum tanto ea ſcientis detrimento non detegantur: neque reſpublica rationabiliter id velle poſſet.

Sotus loco citato, quem Nauarrus etiã ſequitur, ait Magiſtratus, iudices, ſcribas, & alios miniſtros publicos, quibus ſecreta publica & cauſæ particularium ex officio committuntur, quique ob ſuum miniſterium ſtipendia accipiunt, teneri, etiam in cauſis particularium, tormenta & mortem potiùs tolerare, quam ea ſecreta illorum detegant, ex quorum manifeſtatione vel mors alicuius eorum ſequeretur, vel ingens aliquod damnum, vt amiſſionis comitatus, marchionatus, ducatus, vel alterius maioratus, vel quippiam aliud notabile. Placet autem nobis hęc opinio: quoniam ita poſtulat recta ratio, poſſuntque ea officia cum eo onere concedi, præſumendumque eſt, rempublicam velle, vt ad id in eis euentibus teneantur. Quando autem in cauſis tanti momenti

A probabile eſſet, ex ea manifeſtatione ſecretorum ſequendum non eſſe tantum damnum, itemque quando ſecreta eſſent rerum & cauſarũ minoris momenti, detegi ſine peccato ab eis miniſtris publicis poſſent, vt mortem, mutilationem, aut non leuia tormẽta euaderent. Quoniam ratio non poſtulat, vt cum tanto onere teneatur ſimilia ſecreta ſeruare, neque eſt credendum, rempublicam ad intendiſſe eos obligare: neque ſi intendiſſet, eſſet id rationabile & æquum.

Septima concluſio. Quando aliquis caſu abſque 10
ſua culpa nouit crimen ſecretum alicuius, aut aliud eiuſdem ſecretum, vel ipſi commiſſum fuit aliquod ſecretum, non tenetur illud ſeruare cum periculo propriæ vitæ, membri, aut grauium tormentorum; B ſed licitè poteſt illud detegere ad mortem aut grauia euadendum tormenta, etiam ſi ex detectione periclitetur vita alicuius. Excipio, niſi ea lege acceptaſſet id ſecretum ſibi commiſſum, vt etiam ad mortem euadendam non poſſet illud detegere.

Priorem huius concluſionis partem affirmat Sotus vbi ſuprà concluſ.8.& 9. Non tamen nitor fundamento, cui ille innititur. Ait enim obligationem ſeruandi eiuſmodi ſecreta non eſſe ex iuſtitia, ſed ex caritate, eaque de cauſa nos non teneri illa ſeruare cum tam graui noſtro detrimento. Nos verò Diſp. 3.& tribus ſequentibus ſatis perſpicuè oſtendimus, obligationem ea ſeruandi eſſe de iuſtitia, eaque de cauſa eum, qui illa, quando tenetur, non ſeruat, teneri ad reſtitutionem damnorum inde ſubſequutorũ: C quod Sotus negare non poteſt. Neque eſt verum, quod ſubiungit. Eodem videlicet modo nos ex caritate teneri ſeruare ſecretum, quod caſu nouimus, quo ex ſola caritate tenemur ſeruare res proximorum noſtrorum, quas caſu inuenimus. Non, inquã, hoc eſt verum. Quoniam non ſeruando res proximorum noſtrorum, habemus nos negatiuè, eaque de cauſa, quando ex officio non tenemur illos ſeruare, non cenſemur cauſa detrimenti atque amiſſionis earum, quoniam nõ influimus in illarum deſtructionem & amiſſionem. At verò non ſeruare ſecretum, non eſt habere nos negatiuè circa infamiã, aut circa alia damna, quæ proximo ex illius reuelatione ſequuntur, ſed eſt influere in ea damna poſitiuè detectione eius ſecreti. Fundamẽtum verò, cui nos nitimur, eſt. D Quoniam, qui ſecretum accipit cum pacto vt illud non reuelet, non cenſetur ſe obligare cũ tanto onere, vt etiam ſi neceſſarium ſit illud reuelare ad euitandam propriam mortem filij aut vxoris, vel ad euadẽda grauia tormenta aut mutilationem cuiuſquam eorum, non poſſit illud reuelare: maximè cùm ſecretum committi ſoleat in nullum eius emolumentum, cui ſub pacto illud ſeruandi detegitur, ſed vel leuitate illud detegentis, vel in ipſius cõmodum, aut alicuius tertij: nulluſque prudens in eo euentu acceptaſſet id ſecretum cum tanto ſuo oneſe: cùm ergo ordine caritatis nullus teneatur poſthabere ſuam propriam vitam aut ſuorum, vel grauem ſui aut ſuorum corporis læſionem, vitæ alterius: con- E ſequens profectò eſt, vt in eo euentu neque ex iuſtitia neque ex caritate teneatur ſeruare id ſecretũ, ſed poſſit licitè illud detegere, nihil impediente, quòd inde vita alterius periclitetur. Atque cum, quando aliquis caſu abſque ſua culpa nouit ſecretum alicuius, ex natura rei non conſurgat maior obligatio illud ſeruandi, quàm ſi ea lege ei reuelaretur, vt non poſſet illud detegere: conſequens ſanè eſt, vt in eo euentu longè maiori cum ratione non teneatur illud ſeruare cum tanto ſuo onere.

Addidi poſteriorem concluſionis partem, quoniam ſi is, cui ſecretum reuelaretur, ea lege illud acceptaret, vt neque ad mortem euadendam detegere illud poſſet, ſanè licitum eſſet tale pactum, meritoq; reue-

reuelans velle poſſet,non aliter reuelare illi id ſuum ſecretum,quod tanti ſua referat ſeruari,niſi cum eo onere: quare tunc, qui ita illud acceptaſſet, de iuſtitia teneretur illud ſeruare,etiam ſi,vt illud ſeruaret, propriam amitteret vitam, peccaretque lethaliter, teneretutq; ad reſtitutionem omnium damnorum ex reuelatione illius, vt ea ratione mortem euaderet,ſubſequutorum,ſi illud reuelaret.

11 Octaua concluſio. Si ex reuelatione ſecreti commiſſi,aut qđ quis caſu nouit,periclitaretur vita alicuius:ex eo verò quòd celaretur, ſolùm periclitaretur honor,aut fama, vel bona externa diuitiarum eius, qui illud nouit: arbitror prudentis arbitrio eſſe iudicandum,attenta quantitate detrimenti honoris,aut famę,vel diuitiarum eius, qui illud nouit,& ſpe,quę eſt vt illi id detrimentum reſarciatur poſtea,& num iniuſtè vita ſit illi alteri auferenda,an iuſtè:itemque num ſecretum ſit reuelatum in commodum eius, qui illud ſecretò accepit, vel alterius, & ex reliquis circunſtantijs concurrētibus eſt iudicandum, num cum tanto ſuo detrimento teneatur illud ſeruare, an non:quoniam,etiam ſi per ſecretum commiſſum illud accepiſſet, non cenſeretur cum tanto ſuo detrimento intendiſſe ſe obligare ad illud ſeruandum,ſi detrimentum eſſet magnum,& ſine ſpe, quòd foret reparandum,niſi expreſsè fuiſſet deductum pactū, vt etiam cum tanto ſuo detrimento teneretur illud ſeruare:tunc enim validum eſſet id pactum, illique eſſet ſtandum , vt in poſteriori parte huius concluſionis præcedentis dictum eſt. Minor verò eſſet obligatio ad id ſecretum ſeruandum, ſi caſu abſque ſua culpa illud ſciuiſſet, vt eſt ſatis perſpicuum, dictumque ad finem prioris partis præcedentis concluſionis.

Illud tamen obſerua,quando aliquis detrimentū pateretur in aliquibus ſuis bonis celando ſecretum alterius,quod caſu nouit,aut quod ſibi fuit commiſſum, idq; ne ex reuelatione illius alius pateretur grauius damnum,tunc,ſi id ſecretum reuelatum ei non fuit in ſuum commodum,ſanè illum, in cuius commodum id ſecretum fuit ſeruatum, vt vitaretur ei maius damnum,teneri in conſcientiæ foro compenſare illi id damnum: imò in exteriori foro conceditur actio negotiorum geſtorum ei,qui in gratiam alterius illud eſt perpeſſus aduerſus eum,in cuius gratiam illud eſt paſſus, ſi res talis non ſit, vt iuſta aliqua de cauſa in exteriori foro non debeat concedi talis actio, vt ſi interuenit aliqua culpa in eo ſecreto non reuelando,aut aliud ſimile.

12 Nona concluſio. Quando ex reuelatione ſecreti, de quo duabus præcedentibus concluſionibus habitus eſt ſermo,ſolum ſequeretur damnum honoris aut famæ,vel bonorum externorum diuitiarum alicuius,tunc nō ſolum fas eſſet ſcien ti tale ſecretum, illud reuelare ad euadēdam propriam, vel ſuorum, aut etiam cuiuſuis alterius innocentis,mortem, mutilationem, aut grauia tormenta, ſed etiam ad euadendum quodcunque notabile damnum proprium honoris,famæ,aut bonorum externorum diuitiarū. Quantum autem damnum ſuſtinere in eo euentu quis debeat,ne alienum reuelet ſecretum,prudentis arbitrio eſt id iudicandum, attento damno, quod proximo ex reuelatione talis ſecreti imminet,& attentis cæteris circunſtantijs omnibus concurrentibus. Illud addo, plus damni teneri ſuſtinere illum, qui cum pacto, vt ſeruaret ſecretum, illud accepit, quam illum, qui caſu id ſecretum nouit. Imò verò horum vtrumque petere poſſe ſatisfactionem damni, quod ſuſtinuerit, vt ſeruaret ſecretum ab eo, in cuius vtilitatem id ſecretum ſeruauit, idque damnū ſuſtinuit,iuxta ea quę precedente concluſione dicta ſunt. Atque quando aliquis formaliter aut virtute ſe aſtrinxit ſeruare ſecretum ſibi commiſſum,num pe-

A tere poſſit compenſationem damnorum, quæ,vt illud ſeruaret,ſuſtinuit: & quo vſque,quando nō fuit expreſſum, in ſe ſuſcipere totum onus & damnum illud ſeruandi, ſi quod inde eueniret, iudicādum eſt id ex circūſtantijs concurrentibus, ex quib. prudentis arbitrio eſt expendendū,an cenſendus ſit velle in ſe ſuſcipere id detrimentū,ſi eueniret,aut partem,attento quòd in ipſius commodū omnino aut ex parte fuerit id ſecretum illi reuelatum,aut quòd ipſe ſolicitauerit,vt ſibi reuelaretur,in ſe ſuſcipiendo onus illud non reuelandi attentiſque alijs circunſtantijs concurrentibus.

Primam huius concluſionis partem,quòd ſcilicet in eo euentu fas ſit reuelare id ſecretum ad euadenda damna ibi commemorata, affirmat Sotus de te- B gend.ſecr.loco citato,& 5.de iuſt.q.10.art.2.Probari autem poteſt, quoniam lege caritatis nullus tenetur vitare damna honoris,famæ,aut bonorum externorum diuitiarum proximi cum tanto ſuo detrimēto, vt in materia de eleemoſyna & aliàs ſæpe dictū eſt. Nullus item,cui committitur tale ſecretum, intendit ſe obligare illud ſeruare cum tanto ſuo damno,niſi ad illud cum tanto ſuo damno ſeruādum expreſſe ſe aſtringat: atque, quando caſu ſecretum id nouit,non maior obligatio illud ſeruandi conſurgit ex natura rei,neq; cum maiori ſuo detrimento, quā ſi illud per ſecretum commiſſum agnouiſset,imò minor tunc conſurgit obligatio,vt duabus præcedentibus concluſionibus dictum eſt:ergo prima pars eius concluſionis vera eſt. Reliquæ verò partes non alia C indigent probatione,quàm explanatione,quæ in eis fuit adhibita.

Decima concluſio:Qui per iniuriam nouit ſecre- 13 tum alicuius,tenetur cum æquali aut cum paulo ſuo maiori detrimento id ſecretum ſeruare. Vnde ſi ex illius reuelatione mors alteri immineret, teneretur potius tormenta ac mortem perpeti,quam illud reuelare. Si verò ex reuelatione talis ſecreti ſoli immiaeret alteri damnum in honore,aut fama, vel in bonis externis diuitiarum: ipſi verò, niſi illud reuelaret,immineret mors,mēbri amiſſio,vel imminerent grauia tormenta ac cruciatus,licitè quidam poſset illud reuelare: attamen reſtituere ei proximo teneretur damna omnia ex ea reuelatione illi ſequuta.

In priori huius concluſionis parte conſentire vi- D dentur Sotus vbi ſuprà concluſ.7.& Nauar.c. inter verba.nu.561. Probari autem poteſt,quoniam cum is per iniuriam atque iniuſtitiam ſciuerit id ſecretū, vt,verbi gratia,aperiendo illicitè alienas literas, aut via alia illicitè inquirendo crimen ſecretum alicuius,vel aliqua alia ſimili ratione, ſanè tenetur ſeruare illum indemnem antequam damna inde illi eueniant,etiam cum aliquali maiori ſuo damno, quemadmodum poſt eadem damna iniuſtè illi ſequuta tenetur ea illi reſtituere cum æquali aut etiam cū paulo maiori ſuo damno,vt tractatu 2. Diſputat.754.& tractatu præcedente Diſputat.102.eſt dictum:ergo quando imminet mors proximo ex reuelatione talis ſecreti, tenetur illud ſeruare cum detrimento ſuæ E propriæ vitæ:& quādo imminet illi aliud damnum, tenetur illum ſeruare indemnem cum æquali aut paulo maiori ſuo damno.

Poſteriorem verò partem eiuſdem concluſionis affirmat Nauarr. vbi ſuprà. numer.562. Poteſt autem probari, quoniam qua ratione nullus regulariter tenetur reſtituere bona famæ aut externa, cum detrimento, propriæ vitæ, aut cum lòngè maiori ſuo damno,quam ſit illud,quòd reſtituere tenetur, eſtò per iniuriam illud dederit, maximè quando ſpes eſt, quòd in proximo ſine tanto ſuo damno reſtituet,vt diſputationibus citatis eſt dictum:ita in re propoſita, eſtò quis per iniuſtitiam veniret in notitiam ſecreti alicuius,ex cuius detectione nulli immineat

neat

neat vitæ periculum, ſanè non tamen tenetur illud ſeruare cum periculo propriæ vitæ, aut cum longè maiori ſuo detrimento, quam ſit detrimentū, quod ex illius detectione proximo ſuo imminet, quando pactus eſt illud reſtituere, maximè ſi ſpes ſit ſe illum reſtituturū. Ratio tamen ac iuſtitia tunc poſtulant, vt proximo ſuo ea omnia damna reſtituat, quæ ſua culpa ita illi ſint ſequuta.

14 His ita obiter inſertis, regrediamur ad infamiā, qua quis ſe ipſum infamat, vnde digreſſi ſumus, circa quam vndecima concluſio eſt. Illicitum eſt quēpiam ſe ipſum infamare, crimen aliquod ſibi imponendo, etiam ſi id fiat ad euadenda grauiſſima tormenta, aut ad mortem euadendam. Concluſio hæc facilis eſt, atque communis omnium. Cum enim in eo, quod crimen ſibi aliquis imponat, interueniat mendacium, quod intrinſecè malum eſt, nulla ſanè ratione fieri poteſt, vt aliqua de cauſa id liceat: quare potius homo tenetur perpeti quæcunque grauiſſima tormenta, mortemque ingenti cum merito gloriæque corona perpeti, quam Deum offendat mēdacium proferendo, etiam ſi eo non ſimul ſe ipſum infamaret. Vnde ij vincti, qui ob crimen falſum, quod negant, tormentis ſubijciuntur, aut ad patibulū ducuntur morte plectendi, animandi acriter ſunt, ea omnia conſtanter perferre, crimenque ſibi non imponere ob ingens meritum, aut cumulatiſſimū præmium ipſis paratum: eſt enim velut genus quoddā martyrii illa perpeti, ne Deum vel venialiter offendant.

Potiſſima verò difficultas grauiſque cōtrouerſia circa hanc materiam eſt, num qui, ad euadenda grauia tormenta, delictum aliquod ſibi imponit, ob qđ ſit morte plectendus, lethaliter peccet, an non. Sot. de teg. ſecr. memb. 1. q. 3. concl. 6. licet non omnino firmus, affirmat tamen non eſſe peccatum lethale, filium crimen aliquod ſibi imponere, ob q̄ morte ſit puniendus, vt ea ratione ſeruet vitam patris, mortemque quā ille erat ſubiturus, in ſe transferat. Quoniam, inquit, id mendacium non eſt pernicioſum, ſed officioſum. Et memb. 3. q. 4. ad finem concl. vlt. ait, eſto quis, vt fugeret tormenta, falſum crimen ſibi imponeret, nō peccare lethaliter: quoniam id mēdacium ſolùm eſſet officioſum. Ibi tamen non explicat, vtrùm idem ſit, quando ob crimen, quod ita confitetur, morte eſſet plectendus. Tandem. 5. de iuſt. q. 10. ad finem art. 2. affirmat, non eſſe culpā lethalē, ad euadenda grauia tormenta confiteri crimen falſum, ob quod, qui illud confitetur, ſit morte puniendus. Quoniam, inquit, non tenetur homo cum tanto cruciatu conſeruare vitam propriam, eaque de cauſa permittere poteſt mortem breuiorem. Quare cenſet, id mendacium non eſſe pernicioſum, ſed officioſum. Eandem ſententiam affirmat Ledeſmius. 2. 4. q. 18. art. 2. quando tormenta ſunt grauia. Quando verò tormenta leuia ſunt, omnes confitentur culpā eſſe lethalem, eum confiteri crimen, quod non commiſit, & propter quod eſſet morte plectendus: qm̄ cum tam paruo damno vnuſquiſque tenetur ſub reatu lethalis culpæ conſeruare propriam vitam.

Contrariam verò ſententiam affirmat Nauar. in Manu. c. 18. n. 29. & c. inter verb. n. 556. & 558. ductus ex eo, q̄ detegere ita crimen falſum, ob quod ſit is morte plectendus, eſt cauſam eſſe ſuæ mortis, qđ eſt culpa lethalis, neque excuſatur ex eo, quòd id fiat ad grauia tormenta euadenda. Eandem ſententiam vr̄ amplecti Cou. 1. var. reſ. c. 2. in calce. n. 8. & iuxta eam intelligit Pan. & alios, atq; addit, neque Sotum illam negare. Quod tñ non video cur ſcripſerit. Licèt enim Sotus nec neget, nec negare poſſit, ſi quis eo mō verè eſſet cauſa ſuæ mortis peccare in eo lethaliter: videtur tamen Sotus apertè ſenſiſſe, in eo illum non eſſe cauſam ſuæ mortis, & ob id perſpi-

A cuè aſſerit, illum non peccare lethaliter.

In hac re graui circa euentus aliquos, qui facilè poſſunt euenire, ſequentes ſubiungam cōcluſiones. Duodecima in ordine eſt. Quando quis morte eſt plectendus, niſi ſibi crimen aliquod grauiſſimū imponat, ſolum peccat venialiter illud ſibi imponendo, quando ex ea criminis illius impoſitione non ſequitur notabile ſcandalum, neque iactura notabilis famæ ac bonorum aliorum. 15 Exemplum eſt accommodatum in iis, qui propter crimen hæreſeos, aut apoſtaſiæ à fide, tradendi ſunt brachio ſeculari vt cōburantur, eo quòd id crimen ſit aduerſus illos in tribunali ſanctæ inquiſitionis probatum ſufficienter. Si enim aliquando fortè contingat aliquem illorum innocentem eſſe, & iam res ad eas anguſtias deue- B niat vt niſi ſibi id crimen imponat, & de eo iam confeſſus miſericordiam petat, tradendus ſit brachio ſeculari, tunc non peccat lethaliter ſibi illud imponendo, vt mortem euadat, ſed ſolum peccat venialiter. Ratio autem eſt, qm̄ id crimen ſibi tunc imponēdo, non eſt ſibi cauſa mortis, ſed potius id efficiendo ſe ipſum eripit à corporis morte. Item qm̄ in eo euētu regulariter ex eo, quòd confiteatur id crimen, quod verè non commiſit, & ad reconciliationem eccleſiæ tanquam de eo confeſſus admittatur, non generatur maius ſcandalum, quam generaretur ex eo, qđ publicè condemnaretur tanquam fictus & impænitens de crimine hæreſeos, aut apoſtaſiæ à fide, & cōbureretur. Itemq; quoniam ex eo, quòd ſibi id crimē tunc imponat, nō ſequitur maior iactura honoris & C famæ, bonorumq; externorum diuitiarum, ſibi & ſuis, quam ſi illud ſibi imponeret, cum ſimiliter eſſēt ei confiſcanda omnia bona, ſi illud ſibi non imponeret; & maior infamia eſſet ſuis obuentura ex eo, qđ condemnatus de eo crimine tanquam fictus & impænitens combureretur, quam ex eo, quòd imponēdo ſibi id crimen, illudq; confitendo, reconcilietur eccleſiæ: ergo mendacium illud nec ſibi nec aliis eſt pernicioſum: ac proinde neq; eſt culpa lethalis, ſed ſolum venialis. Arbitrorque Nauarrum in hoc euētu non fuiſſe dicturum contrarium.

Decima tertia concluſio. Quando aliquis impo- 16
nendo ita ſibi tale crimen, euaderet quidem grauia tormenta, cæterum condemnandus eſſet de hæreſi, aut apoſtaſia à fide, confiſcandaq; ei eſſent bona: ſi D verò non confiteretur id crimen, illud ſibi imponendo, ſed tormenta ſuſtineret, nihil horum ei eſſet euēturum, ſed ſolum eſſet condemnandus de ſuſpecto in fide, tunc lethaliter peccaret id crimen ſibi imponendo, vt grauia fugeret tormenta, idque præſertim ſi filios aut nepotes haberet. Cócluſionem hanc mihi omnino perſuadeo, quoniam mendacium illud eſſet proximis pernicioſum, dum cum ſcandalo multitudinis condemnandus eſſet de hæreſi aut apoſtaſia à fide. Eſſet item iniurioſum fidei ac religioni Chriſtianæ, dum non vereretur imponere ſibi notam defectionis à fide, à religione ve Chriſtiana, tanquam qui aliquando crediderit falſam eſſe fidem, verâve non eſſe Chriſtianam religionem. Eſſet quoque id E mēdaciū pernicioſum valde perſonis omnibus ſibi cōſanguinitate aut affinitate coniunctis, dū infamię notā grauiſſimam oēs illę inde contraherent, eo magis, quo illi plus eſſent coniunctæ, præſertimq; eſſet pernicioſiſſimum deſcendentibus, aut etiam aſcendentibus illius, qui non ſolum grauiorem infamiæ notam contraherent, ſed etiam quos eo ſuo mendacio legitimis priuaret portionibus in bonis ipſius debitis, atque etiam alteri coniugi, ſi coniugatus eſſet: inde enim & notam grauem infamiæ contraheret, & pateretur detrimentum maximum in prole, & in bonis, tam ſuis, quam filiorum, ſibi cum illo cōmunibus. Cum autem hi omnes cedere in eo euentu non teneantur iuri ſuo, ne id detrimētum ille, imponen-

ponendo ſibi ipſi ea de cauſa tam fœdum ac nociuũ crimen, ipſis inferat, conſequens profectò eſt, vt neque metu grauiſſimorum tormentorum poſſit ille abſque lethali culpa imponere ſibi id crimen in præiudicium tantum fidei ac religionis Chriſtianæ, cũ tanto ſcandalo ſuorum proximorum, & cum iniuria tanta ac detrimento perſonarum ſibi conſanguinitate aut affinitate coniunctarum. Confirmatur eadem concluſio, quoniam ſi is idem, vt euaderet ſimilia tormenta, imponeret alicui alteri crimen aliquod ex quo æquale aut minus detrimentum ſequeretur illi, quàm ſit illud, quod ſibi conſanguinitate & affinitate coniunctis eo ſuo mendacio infert, peccaret lethaliter; eo quod nullus teneretur pati id detrimẽtum, vt alius via illicita mortem aut tormenta euaderet: ergo in re propoſita is etiam, de quo agimus, lethaliter peccat.

Petes. Vtrum in euentu huius concluſionis, qui ita cum tanto aliorum detrimento ſibi crimen impoſuit, teneatur illud retractare. Reſpondeo, Si retractando ita ſuum crimen, impedire poſſet ſcandalum & damna commemorata, aut ea reſarcire, tenetur vtique id efficere ſub reatu culpæ lethalis, etiã ſi iterum ſubijciendus eſſet tormentis: idque ſanè locum habere poteſt, non ex interuallo, ſaltem ante latam ſententiam. Cæterum ſi id nihil iam inſeruiat ad impedienda neque ad reſarcienda damna commemorata, ſed potius inſeruiat vt ab eo auferatur vita, & creſcant magis, quàm minuant, damna commemorata, vt regulariter eueniet ex interuallo ac poſt latam ſententiam, tunc non tenetur cum tanto ſuo maiori detrimento, & nullo, aut ferè nullo, emolumento alio, id crimen, quod ſibi iniquè impoſuit retractare.

17 Decimaquarta concluſio. Quando is, cui crimen, hæreſis, aut apoſtaſiæ à fide, ſufficienter eſt probatum, vt brachio ſeculari comburẽdus tradatur, eius eſſet conditionis, de quo alioquin præſumptio non eſſet commiſiſſe id crimen, eo quòd non ſit de eorũ progenie, de quibus eſt ea ſuſpicio, præſertim ſi vir, eſſet autoritatis, ſanè multum timerẽ, eum incurrere culpam lethalem, tale crimen ſibi imponendo vt mortem euaderet, nihil impediente quòd de eodem crimine eſſet publicè condemnandus, morteque ob illud eſſet plectendus. Derogaret enim autoritati fidei catholicæ ac religioni Chriſtianæ conſentiendo in eam notam, quòd à fide defecerit, deberetque potius fortiter mori ſummo cum merito, quàm eo modo fidei ac religionis Chriſtianæ autoritati derogare: ſemperque de eiuſmodi hominibus, qui id crimẽ negando fortiter moriuntur, pietatis ac Chriſtianæ religionis ſigna oſtendendo, quæ vt verè catholici ſolent oſtendere, opinio apud homines manet, fortè innocenter fuiſſe paſſos eam mortem, neque tãtum ſcandalum ex ea morte generatur, quantum generaretur, ſi conſentirent in notam, quæ eis imponitur, confitendo. Poſt confeſſionem autem de eo crimine ad mortem euadendam effectam, ſequutamque condemnatoriam ſententiam, qua de eo crimine eſſent damnati ac reconciliati eccleſiæ, non tenerẽtur retractare eam confeſſionem. Quoniam id parum iam reſarcitet ſcandalum datum, notamq́, quam fidei religioniq; Chriſtianę ex ſua parte immiſiſſent, eſſetque ex leui cauſa præbere occaſionem vt interficerentur, ſine ſuo & ſuorum emolumento. Concluſio hæc non alia probatione indiget.

18 Decimaquinta concluſio. Quando aliquis, ad euadenda quæcunque tormenta, crimen ſibi imponit, ob quod eſt morte plectendus, lethaliter peccat. Concluſionem hanc cum Nauarro, &, vt videtur, cum Couar. in calce nu. 8. citati, & aliis, quos citat, mihi perſuadeo aduerſus Sotum & Ledeſmium. Quoniam quamuis homo non teneatur cum tanto

A cruciatu, quantus eſt, quod tormentis infertur, conſeruare propriam vitam, adhibendo remedia, quę tãtos cruciatus afferant & efficiant, quantos tormenta efficiunt, poſſitque homo licitè mortẽ potius permittere, quàm talia adhibere remedia, nihilominus aliud eſt, non conſeruare vitam eis remedijs, illaque non adhibere, quibus conſeruetur, & aliud longè diuerſum eſt, præbere cauſam obiectiuam ac meritoriam mortis, illam cõfingendo, cum non ſit, vnde poteſtas publica iuſtè (iuxta eam confeſſionem falsò ſibi exhibitam) moueatur ad condignam mortis pœnam imponendam, exequutionique mandãdam, quod non eſt conſeruare præciſè vitam, ſed eſt cauſam deſtructionis illius verè apponere. Hoc autem neque ad fugienda tormenta eſſe põt licitum: neque B ex tormentorũ fuga cohoneſtatur non ſolum quatenus mendacium eſt, ꝙ eſt intrinſecè malum, nullaque ex cauſa poteſt cohoneſtari, ſed etiam quatenus eſt appoſitio cauſæ obiectiuæ meritoriæ mortis, cooperatioq; ad propriam mortem. Sicut enim nulla alia cooperatio ad propriam mortem iniuſtam in ſe (qualis eſt, de qua nunc loquimur) cohoneſtari ex fuga tormentorum poteſt, ita neque hæc, quæ verè eſt cooperatio ad eam mortem in ſe iniuſtam.

Neque aduerſus hanc noſtram ſententiam mihi obiicias. Pari ratione peccare eum lethaliter, qui metu grauium tormentorum detegit crimen ſuum verum, de quo non iuridicè interrogatur, & ob quod eſt morte puniendus: cuius tamen contrarium concluſione quinta nos aſſeruimus. Non inquam, id mi- C hi obijcias. Qm̃ diſpar admodũ eſt vtrobique rõ, ꝙ Nauarr. non attendit. Qui. n. in hoc euentu, qui nobis obiicitur, detegit crimen ſuum verum, quod detegere non tenebatur, non dat cauſam obiectiuã & meritoriam ſuæ mortis, ſed detegit quam iam dederat, & quam cõtractam iã habebat, cedendo iuri ſuo quod habebat ad illam non manifeſtandam ac occultandam, ſolumq; apponit conditionem ſine qua ob illã non erat à iudice interficiendus: quod ex rationabili cã eſt licitum, non ſolum in illo exemplo, ſed etiam in illo alio in eadem concluſione adhibito, de eo, qui detegit crimen ſuum, ne innocens propter illud interficiatur, & in quocunque alio ſimili. At verò in re propoſita fingitur, fingendoque obiicitur cauſa meritoria mortis, qua iuſtè formaliter D (ſed non materialiter, eo quòd ea cauſa non ſit, ſed conficta fuerit à reo) poteſtas publica mouetur ad mortem infligendam: quare ea impoſitio ſibi eius criminis cooperatio eſt ad eam mortem, veraque eſt cauſa illius iniuſta, non ſecus atque qui crimẽ falſo alicui imponunt, propter quod iudex morte illũ iuſtè formaliter punit, verè dicuntur ac ſunt cauſa iniuſta eius mortis.

Petes, vtrum in euentu concluſionis propoſitæ, poſtquam aliquis metu tormentorum ſibi crimẽ impoſuit, ob quod eſt interficiẽdus, teneatur ſub culpa noui peccati lethalis aut continuationis pręcedentis illud retractare: Ad hoc rñdeo: Si adhuc res ſit in ſtatu, in quo retractatio proderit ad mortem euadẽ- E dam, & ad vitanda alia dãna, teneri eum ſub culpa lethali illud retractare, eſtò iterum ſubiiciendus ſit eiſdem aut grauioribus tormentis. Quoniam tenetur auferre cauſam iniuſtam mortis, quam dedit, & quam dare cenſetur continuando, cùm poſſit illum auferre retractando crimen, quod ſibi impoſuit, neque id efficiat. Si verò res iam nõ ſit in ſtatu, in quo retractatio proſit ad mortem euadendam, vt quia lata eſt iam ſententia, tunc nõ tenetur ſub reatu culpæ læthalis illud retractare. Quoniam iam tunc ea retractatio nihil proderit ad vitam conſeruandam, & parum aut nihil proderit ad ſuam, & ſuorum famam reſarciendam, & regulariter neque ita ad ſcandalum tollendum, vt ſub reatu culpæ lethalis

ad eam retractationem publicam faciendam teneatur. Semper tamen conſulerem, vt quando ille ad patibulum duceretur aſſereret coram omnibus, etiam cum iureiurando, teſtando locum, & tempus, in quo eſt, rationemque, quam proximè Deo eſt redditurus, ſe nunquam id crimen commiſiſſe, ſed metu aut vi tormentorum illud fuiſse falsum, ſibique impoſuiſse. Atque ita in ſimilibns euentibus, monitu confeſſariorum, aut eorum, qui illos comitantur, adiuuantque ad chriſtianè & ſanctè moriendum, cõſueuerunt facere, qui interficiuntur ob crimen, quod non commiſerunt.

19 Decima ſexta concluſio: Lethaliter peccaret filius, qui ſibi imponeret crimen patris, ob quod pater erat morte plectendus, vt vitam patris conſeruaret, & in ſe transferret mortem, quam pater erat ſubiturus. Concluſio hæc eſt aduerſus Sotum, qui, vt ſuprà relatum eſt, contrarium aſſerit. Probari autem poteſt. Primò, quoniam ſi pater dignus ob id crimē eſt morte, vt Sotus ſupponit, noſtraque concluſio etiam ſupponit, ſanè ea fraude ac mendacio in iudicio impedire exequutionem iuſtitiæ in eum, deludereque eo modo publicas poteſtates, ſubijciendo illis innocentem loco nocentis, qui dignus eſt ea morte, non videtur carere culpa lethali, vt ſatis ex ſe eſt perſpicuum. Secundò, quoniam cooperari eo modo ad ſuam propriam mortē, fingendo in iudicio cauſam iuſtam obiectiuam illius, qui verè non eſt, peccatum vtique eſt lethale, vt circa præcedentem concluſionē eſt oſtenſum: quoniam non eſt ſolũ permittere propriam mortem, & vitam exponere pro patre, ſed eſt cooperari iniuſtè ad propriam mortē, vt pater à iuſta & commerita morte fraudulēter liberetur, quod nulla ratione poteſt eſſe licitum, ſed in re ex vtraque parte adeò graui eſt perſpicuè culpa lethalis. Adde, ſi id liceret ad eripiendum patrem à morte iuſta & ab eo commerita, idem liceret ad eripiendum ſimiliter amicum, & quemcunque alium proximum; cum pro proximo liceat rationabili ex cauſa exponere propriam vitam: id verò Sotus non concedet.

20 Vt verò aliquod etiam hoc loco de eis interamus, qui mortis metu, aut tormentorum, alijs crimen imponunt, atque de ijs, qui odio vel alia de cauſa idem efficiunt, decima ſeptima concluſio eſt: Lethaliter peccant, atque ad reſtitutionem omnium damnorum inde ſequutorum tenentur, non ſolum qui odio vel pecunia corrupti, aut alia ſimili de cauſa crimen notabile alicui imponunt, itemque illi, qui ad mortem aut tormenta euadenda, quæ iuſtè eis tam formaliter quàm materialiter infliguntur, ſed etiam illi, qui ad mortem aut grauiſſima tormenta euadenda, quæ eis iniuſtè materialiter aut formaliter inferuntur, alios falsò in æquale aut in ferè æquale diſcrimen adducunt. De hac concluſione nullus eſt, qui iure poſſit dubitare. Quoniam perſpicuum eſt, culpam eſſe lethalem cum reſtituendi onere, odio, aut alia ſimili de cauſa, iniuſtè alicui imponere crimen, in quo imponendo tanta cernatur iniuria, quæ ad culpam ſufficiat lethalem. Perſpicuum etiā eſt, eum, cui iuſtè formaliter aut materialiter infliguntur tormenta, vt fateatur verum, de quo iuridicè interrogatur, lethaliter peccare, imponendo innocenti quodcunque notabile crimen, vt ipſe ea via mortem effugiat, aut vt liberetur à tormentis id reticendo, quod confiteri tenetur. Id quod, dum reus de complicibus interrogatur, facilè poteſt euenire, detegendo aliquos innocentes, ſeu potiùs crimen illis imponendo, vt nocentes reticeat. Euenire etiam idem poteſt, dum reus interrogatur de ſuo proprio crimine, infamando alios de eodem crimine, aut de alijs criminibus, ſperando ſe ita à morte aut à tormētis euaſurum. Perſpicuum item eſt, eum, cui mors aut grauiſſima tormenta iniuſtè materialiter paran-

A tur, quia verè eſt innocens; itemque eum, cui ſolum formaliter iniuſtè parantur, quia cum verè ſit in culpa, de qua agitur, non tamen interrogatur iuridicè, lethaliter peccare alios in ſimile, æquale, aut ferè æquale diſcrimen falsò adducendo, vt ipſe ea mala euadat. Cum enim nullus alius iniuſtitiæ aut caritatis lege teneatur eiuſmodi pati, vt à morte iniuſta; aut à tormentis iniuſtis, illos liberet: conſequens profectò eſt, ipſos lethaliter contra iuſtitiam peccare, alios in ſimile, æquale, aut ferè ęquale diſcrimen adducēdo, vt ipſi eiuſmodi iniuſta diſcrimina euadāt.

Quod autem hoc loco poſſet in dubium vocari, eſt: Num quando alicui mors aut grauia tormenta, iniuſta materialiter aut formaliter, imminent, lethaliter is peccet, crimen aliquod alicui imponendo, ex B quo nō ſequitur illi iactura vitæ, aut membri, aliùdve corporis damnum, ſed ſolum iactura honoris, famæ, aut bonorum externorum diuitiarum, idque vt ipſe grauiora illa alia mala euitet, quæ ipſi iniuſtè imminent. Ratio verò dubitandi eſt, quoniam cum vnuſquiſque lege caritatis teneatur exponere honorem & famam ac bona externa diuitiarum pro vita corporali alterius, quando ille alius non poteſt aliter euadere mortem, mutilationem, aut grauem corporis læſionem, quæ iniuſtè ei imminent; conſequēs eſse videtur, vt qui ad ſimilia damna uitanda, crimē id alteri imponit, ex quo ſolum periclitantur fama & bona externa diuitiarum illius, nullam illi iniuriam efficiat, ac proinde vt non peccet lethaliter id mendacium aſſerendo, idve crimen illi imponen- C do, ſed ſolum venialiter. Dicendum tamen eſt, id eſſe culpam lethalem iniuſtitiæ. Primò quoniam honorem & famam nullus videtur teneri exponere pro vita corporali alterius: quoniam non eſt mendacium ad id à Deo ordinatum & collatum hominibus, vt bona externa diuitiarum ad conſeruationem vitæ à Deo ordinata ſunt, ad idque creata & collata ab eo ſunt hominibus in genere: & quando daremus, obligationem eſſe exponere honorem & famam pro vita corporali proximi, id ſolum eſset lege caritatis, non verò lege iuſtitiæ: peccatum verò lethale iniuſtitiæ eſt, contra voluntatem alicuius, ſaltem præſumptam, accipere aliquid notabile ab eo autoritate priuata, quod ille ſolum tenetur dare ex caritate: pauperes enim contra præſumptam volun- D tatem aliorum accipere non poſsunt autoritate propria, quod illi ſola caritatis lege tenentur inter alios diſtribuere, atque ſi illud accipiant, cõtra iuſtitiam peccant, ac furtum committunt: quare cum impoſitione criminis falſi alicui proximo ſemper inferatur præiudicium famæ illius, conſequens eſt, vt ſi notabile præiudicium famæ eo inferatur, culpa interueniat lethalis iniuſtitię illud illi contra voluntatem illius præſumptam imponendo, etiam ſi id fiat ad euadendam propriam mortem. Neque mihi obiicias, ad euadendam mortem corporis, licitè accipi bona externa diuitiarum alicuius, eo inuito: cum tamen ipſe ſolum ex caritate teneatur ea tunc dare. Non, inquam, id mihi obiicias, quoniam in ma- E teria de eleemoſyna oſtendimus, accipientem habere tunc ius iuſtitiæ ad illa accipiendum, ac proinde illorum dominum peccare contra iuſtitiam, tenerique ad reſtitutionem damnorum ſubſequutorum, ſi reſiſtat volenti illa accipere ad euadendam extremam vitæ neceſſitatem: longè autem aliter res ſe habet in aliis bonis, quæ non ſunt externa diuitiarum, vt ibidem dictum eſt: quoniam hæc alia bona non ſunt condita à Deo omnibus quo ad dominium communia, vt condita fuerunt bona externa diuitiarum prima ſui conſtitutione. Secundò, idem probatur, quoniam nullus in eo euētu tenetur ſubuenire extremè indigenti ea via, nēpe mentiendo, falſumque crimen ſibi imponendo; & mul-

multo minùs ipſe,qui extremè indiget,ius habet ſumendi ſua autoritate tale ſubueniendi ſibi genus, mentiendo, falſumque crimen ſuo proximo imponendo:ergo quicquid damni ita dat,vt ſuæ vitæ ſuique corporis incolumitati conſulat, eſt abſque vllo iure, ac proinde contra iuſtitiam, eaque de cauſa lethaliter contra iuſtitiam in eo peccat, ſi id damnum tantum ſit,vt ad culpam ſufficiat lethalem, teneturque illud reſtituere. Illud admonuerim,quamuis malè admitteretur, illum abſque culpa lethali poſſe id efficere cum ſolo veniali peccato ob mendacium,nihilominus teneri reſtituere damnum, quod eo modo dederit. Quoniam,qui iuſtè damnum dat, vt ſuæ extremæ neceſſitati conſulat, tenetur illud reſtituere,niſi intelligat eum,qui illud patitur, contentũ fore, vt illud non reſtituat: neque enim hic alius tenebatur de iuſtitia ſubuenire illi gratis,neque etiam de caritate,ſi is,qui id damnũ dat,potens ſit illud reſtituere,vt in materia de eleemoſyna cõprobatũ fuit.

21 Decima octaua concluſio: Qui alicui impoſuiſſet crimen,ob quod periclitaretur vita, membrum, aut læſio notabilis corporis illius, vel ob quod ſequeretur illi ac ſuis talis ac tanta iactura famæ & bonorum externorum diuitiarum,vt æquipararetur, aut ferè æquipararetur morti,ſanè is teneretur illud retractare cum periculo tormentorum ac propriæ vitæ, quando eſſet ſpes ea retractatione impedienda aut reparanda eſſe ea damna. Quòd ſi non eſſet talis ſpes, tunc non teneretur ſe retractare, ſed teneretur pro viribus reſtituere ea omnia damna ita iniuſtè data.

Prior pars huius cõcluſionis probatur, quoniam vnuſquiſque tenetur reſtituere damna à ſe iniuſtè data,cum æquali ſua iactura,atque etiam cum paulo maiori,vt concluſ. 10. ex tractatu 2. diſpu. 754. & ex tractatu 3. Diſpu. 102. dictum eſt: quare ſi is,qui crimen impoſuiſſet, ob quod ea damna imminerẽt aut data eſſent, ſua retractatione poſſet illa impedire aut reſarcire,teneretur id efficere,nihil impediente, quod inde ſequeretur mors ac infamia ipſius.

Hinc colligitur, ſi aliquis crimen hæreſeos alicui impoſuiſſet,teneri eum ſe ipſum retractare cum periculo propriæ vitæ, honoris, ac famæ, etiam ſi ille alius mortis timore aut vi tormentorum faſſus fuiſſet id crimen,illud ſibi imponendo, neque iam vita illius periclitaretur. Ratio autem eſt,quoniã,vt tractatu præcedente verſus finem Diſput. 102. reſpondendum ad 3. argumentum pro opinione Adriani. §. illud circa argumentum,&c. dicebamus, infamia, quam ille ſibi & ſuis contrahit,aut contraxit,cum iactura bonorum omnium externorum, vel æquatur morti, aut illam ſuperat, cùm ſatius illi eſſet non viuere, quàm viuere cum tanta miſeria, vel certè parum mors tantam miſericordiam ſuperat: quare, quando ſpes eſſet,ea retractatione illa omnia mala, vel omnino,vel magna ex parte,impedienda aut reſarcienda,ſanè ille teneretur ſe ipſum retractare.

Poſterior verò pars concluſionis ex eo probatur, quoniam ſi retractatio profutura iam non eſt,vt prędicta dãna impediantur aut reſarciantur,ſed potiùs ex illa ſit ſequendum,vt qui ſe retractat,ſine vllo aut cum exiguo emolumento aliorum, puniatur vitæ ac famæ amiſſione, ſatis perſpicuum eſt, non teneri ſe retractare, ſed ſolùm teneri reſtituere pro viribus omnia damna ex ea falſi criminis impoſitione à ſe data,alijſque ſequuta.

Atque hoc maximè eſt attendendum pro his,qui in tribunali ſanctæ inquiſitionis reconciliantur,poſteaque confeſſarijs dicunt, ſe mortis metu aut tormentorum impoſuiſſe aliquibus crimina in eo ſancto tribunali, qui iam ab eodem ſancto tribunali cõdemnati ac puniti ſunt. Cum enim hi, ſi ſint eiuſdẽ nationis ſuſpectę cum alijs condemnatis,quibus di-

A cunt crimen impoſuiſſe, ſuſpecti in ea retractatione habeantur, ſanè propter eorum retractationem nihil de ſententia iã lata mutabitur, maximè cùm non vnius ſolùm teſtimonio lata fuerit,cautique eſſe ſoleant inquiſitores hæreticæ prauitatis in attendẽdis circunſtantijs omnibus concurrentibus, & in exactiſſimè examinanda veritate,antequam ad condẽnationem procedant: quare talis retractatio ſolùm inſeruiet,vt ipſi,qui illam efficerent,iterum comprehenderentur ac traderentur puniendi brachio ſeculari. Ex qualitate itaq; eius,qui ſe retractaturus eſt, & ex alijs circunſtantijs concurrentibus, iudicandum eſt,num retractatio proderit,vt detegatur veritas. Et quidem quando eſſet ſpes probabilis, veritatem ea retractatione comperiendam, mortemque B aut infamiam alicuius impediendam, vel reſtituendum aliquem eſſe in ſuum honorem ac famam, & in poſſeſſionem ſuorum bonorum externorum,ſaltem quo ad ſuos ſucceſsores, ſi ille iam eſſet defunctus, teneretur is ſe retractare, propter honorem & famam defuncti,ſuorumque conſanguineorum, & vt damnatorum bona ſuis ſaltem ſucceſsoribus reſtituantur. Atque quamuis confeſſarij in eo tribunali fidem adhibere debeant quibuſcunque pænitentibus pro ſe & contra ſe; vt illis cautè ac ſufficienter examinatis,onerataque conſcientia eorum,quando id viderint expedire,vt attẽdãt,an res ita ſe habeat, eis præcipiãt ac iniungant,quæ,iuxta ea quæ fuerint confeſſi,facere tenentur,aut expediet illis iniũgere, non tñ eſſe debẽt nimium creduli,ſed potius cauti, C ne fortè decipiantur ab ijs, qui nationis ſunt ſuſpectæ,& quos ipſis non cõſtat ex animo cõuerſos eſſe ad fidẽ:neq; itẽ eſſe debent plus iuſto increduli, maximè quo ad ea,quæ ad id tribunal internũ ſpectãt.

Decima nona concluſio. Quando crimen alicui 22 impoſitũ tale non eſſet,vt ex illo ei immineret mors vel amiſſio membri,aut grauis corporis læſio,vel talis iactura famæ ac bonorum externorum, quæ morti ferè æquaretur, tunc qui illud impoſuiſſet, teneretur ſe retractare, ſi ea retractatione impedire aut reſarcire poſſet ea damna: modò tamen is, cui crimen eſt impoſitum, contentus non eſſet alia ſatisfactione: & modò ea retractatio non cederet in longè maius damnum eius,qui crimen impoſuit, quàm ſit damnum,quod criminis impoſitione dedit. Vn- D de cum periculo propriæ vitæ,aut membri, vel grauis læſionis corporis, vel cum quouis alio longè maiori damno ſuo proprio,quàm ſit damnum quod dedit, non tenetur ſe retractare. Tenetur tamen alia via reſtituere pro viribus totum damnum à ſe iniuſte datum. Concluſio hæc perſpicua eſt ex dictis tractatu 2. Diſp. 754. & tractatu 3. Diſput. 102. citatis. Quiuis enim reſtituere quidem tenetur damnum à ſe iniuſtè datum, cum æquali aut cum paulo maiori ſuo damno ac detrimento: cum longè tamen maiori non tenetur, maximè quando alia via fieri poteſt compenſatio: nunquamque cum periculo vitæ aut membri tenetur reſtituere damna, quæ longè ſunt inferiora.

E Illud hoc loco obiter circa hactenus dicta admonuerim. Doctores multos ductos. c. 1. 15. q. 6. aſſerere, confeſſionem criminis tormentis extortam non infamare confitentem. Hoc verò benè & malè poteſt intelligi. Si enim intelligatur de confeſſione iuridicè extorta,& propter quam reus licitè condemnatur, falſum profectò eſt. Quoniam ita condemnatus infamis eſt infamia iuris & facti, in euentibus Diſput. 7. 8. & 9. explicatis. Neque aſſeritur contrarium in eo capite,in quo ſolum eſt ſermo de ijs,quæ metu iniuſto tormentiſque iniuſtis extorquẽtur, ob quæ meritò voluit ille ſummus Pontifex nullũ eſſe infamem,vt ſimiles coactiones ceſſarent, quæ miniſtris eccleſię fiebant,vt patet id caput intuenti. Atq; 23

ſermo ibi eſt de infamia iuris, vt Caiet. 2.2.quæ.73. A
art.2. rectè affirmat. Infamiam quippe, quæ ex natura rei ex tali confeſſione oritur, opinionemve, quã de eo modo confitente ac imponente ſibi crimen homines concipiunt, nec tollere poſſunt, nec intendunt iura.

24 Supereſt reſpondeamus ad argumenta pro opinione Caiet. & aliorum propoſita. Ad primum itaque dicendum eſt, in eo loco Eccleſiaſtici 41. non tam tradi præceptum, quàm admonitionem ac ſalu berrimum conſilium. Neque eam admonitionem ac conſilium eſſe, vt aliter bonum nomen quæramus, quàm quærendo ac ſectando virtutem, operaque illius exercendo, quam bonum nomen in hoc ſeculo & in futuro conſequitur tanquam effectus, parſque præmij illius. Cũ enim præmiſiſſet ibi ſcriptura. *Væ vobis uiri impij, qui dereliquiſtis legem Domini altiſſimi. Et ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini*, id eſt, ita veſtro arbitrio derelinquendo ac tranſgrediẽdo legem Altiſſimi, vitamque in peccatis per agendo, efficietis vt in maledictione, quã à Deo eadem cã eſtis maledicti, ſitis nati, viuatiſve: *& ſi mortui fueritis*, (ita in peccatis vitam finiendo) *in maledictione* (æterna ſcilicet) *erit pars veſtra*. *Omnia, quæ de terra ſunt, in terram reuertuntur: ſic impij à maledicto in perditionem*, id eſt, ſicut quæ de terra orta sũt, in terram per mortem reuertuntur: ſic impij à maledicto, quo dum viuunt maledicti ob ſua crimina à Deo & ab hominibus ſunt, per mortem tranſeũt in æternam perditionem, ſeu damnationem. *Luctus hominũ in corpore ipſorum*, id eſt, tempore mortis, dum corpus deponunt, lugentur homines, tuncque in eo luctu (vt eo tempore fiebat) prædicantur geſta ac virtutes eorum: *nomen autem impiorum delebitur*, ac peribit, eruntque in perpetuam ignominiam & opprobium coram Deo. Hæc, inquam, cum ibi præmiſiſſet ſcriptura, continuò ſubiunxit: *Curam habe de bono nomine* (quale ſcilicet eſt illud, quod de virtute ac ſancta vita in hoc ſeculo & in futuro coram Deo comparatur.) *Hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri precioſi & magni*. Quod autem quærendum ſit virtuti ac ſanctæ vitæ inſiſtendo, tanquã effectus ac pars præmij illius in hoc ſeculo & in futuro, continuò ſubiungit ſcriptura, dicens: *Bonæ uitæ*, (qua ſcilicet id bonum nomen comparatur) *numerus dierum*, (qui finiuntur breui, & cum eis labor & cura in virtute exercenda, operandoque meritoriè), *bonum autem nomen permanebit in æternum*. Eo itaque in loco admonet ſapiens, non quidẽ quærere bonum nomen, quod cum hoc ſeculo peribit, quale eſt, quod mundi gloriæque inanis cupidi quærunt: ſed curare nos admonet bonum nomen, quod in æternum manebit. Neque illud curare admonet, id inſectando, perinde ſi quis inaniter ſuã quæret vmbram inſectando illam: ſic enim inſectantem fugeret, vt vſu euenire ijs quotidie ſolet, qui opera virtutum ob gloriam inanem exercent: ſed curam illius habere nos admonet quærendo ac ſectando virtutem, vnde oritur bonum id nomen, & quam id bonum nomen conſequitur. Ex eo ergo ſcripturæ teſtimonio non ſequitur, peccatum lethale aut veniale eſſe, aliquem eſſe ſuæ famæ prodigum: ſed ex natura ipſa rei, attentis circumſtantijs omnibus cõcurrentibus, eſt expendendum, quando prodigere famam, infamiamve ſponte ac libere ſubire, culpa ſit lethalis, quando ſolùm ſit venialis, & quãdo nulla ſit culpa, ſed potiùs ſit meritum. Illud quoq; Prouerb. 22. *Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ*, de eodem nomine bono intelligitur, quod virtutem ſanctamque vitam conſequitur. Additurq; ibidem, *Super argentum & aurum gratia bona*, hoc eſt, gratum eſſe coram Deo & hominibus ob eandem virtutem, vitæque ſanctitatem.

Ad ſecundum dicendum eſt, Auguſtinum eo in loco ſolùm velle vtrumque eſſe peccatum, & vtrũque ſuo modo prohibitum eſſe octauo decalogi præcepto: quod nos confitemur. Vnde illud verbum, non minus, non ſignificat ibidem, quod non leuius, ſed idem, quod ſicut, ſeu quod perinde, quaſi comparatio in eo ſit, quod vtrumque ſit peccatũ; non verò in quantitate & grauitate peccati: quare inde non habetur, aliquem ſe ipſum infamare falſum teſtimonium aduerſus ſe ipſum dicendo, ex ſuo genere eſt peccatum lethale, ſicut ex ſuo genere peccatũ eſt falsũ teſtimoniũ dicere aduerſus alterũ.

Ad tertium dicendum eſt, eo in loco eſſe ſermonem de contemnentibus ſuam famam præbendo alijs occaſionem ſuſpicionis peccati lethalis cum illorum ſcandalo, quod ſuprà eſt dictum eſſe culpam lethalem: contemnere verò propriam famam quando nos non præbemus occaſionem, & quando neceſſarium eſt illam curare ad tollendum aliorũ ſcandalum, & vt non impediatur notabilis proximorũ profectus, Sanctis eſſe conſuetum. Paul. enim. 1. ad Cor. 4. ait: *Mihi autem pro minimo eſt, ut à uobis iudicer, aut ab humano die*. Pro minimo dixit, & non, pro nullo: quoniã bona fama apud homines in hoc ſeculo bonum aliquod eſt. B

Ad quartum negandum eſt, vnumquemque præcepto caritatis teneri plus ſe ipſum diligere, quàm alium, maximè in ijs, quæ ad vitam æternam conſequendam neceſſaria non ſunt. Aliud quippe eſt, poſſe ordine caritatis præponere dilectionem ſui dilectioni proximi, aliud verò longè diuerſum eſt, ad id teneri præcepto caritatis: atque quamuis primum ſit verum, ſecundum tamen eſt falſum. Etenim meritoriè poteſt quis præponere vitam proximi ſuæ vitæ propriæ, vt dictum eſt. Præterea in re, de qua diſputamus, obligatio non infamandi proximum non ſolùm eſt ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia, obligatio verò non infamandi ſe ipſum eſt ſolùm ex caritate: cùm verò nõ poſſit quis cedere iuri alterius, ſicut cedere poteſt ſuo proprio iuri, grauiùs ſanè multo, cęteris paribus, peccat infamando proximũ, quam infamando ſe ipſum. Illud verò, quod Caiet. addit, aliquem .ſ. ſe ipſum infamando, iniuſtitiam committere contra communitatem, cuius eſt pars, oſtenſum eſt falſum omnino eſſe. C

Ad quintum negandum eſt, aliquem ſe ipſum infamare eſſe ex ſuo genere culpam lethalem: contrarium quippe eſt à nobis oſtenſum. Eſtò autem id ex ſuo genere eſſet culpa lethalis, ſicut abſcindere ſibi membrum ex ſuo genere eſt culpa lethalis: cum tamen intrinſecè non ſit malum, liceret ſanè ex rationabili cauſa, qua cohoneſtaretur, illud efficere, qualis interdum eſſet fuga immanium tormentorũ, aut liberare innocentem, qui ob noſtrum delictum, qđ ignoraretur à nobis eſſe patratum, duceretur ad patibulum, vt oſtenſum ſuprà fuit: ſicut etiam ad vitã conſeruandam licitum eſt abſcindere membrũ, vt tractatu præcedente fuit comprobatum. D

E

DISPVT. 38.

De pæna pro iniuria contra honorem ac famam illata.

SVMMARIVM.

1 *Repetuntur nonnulla ex ante dictis de iniuria ac contumelia.*

2 *Qui alicui conuitiatur, aut aliquid dicit quod famæ illius præiudicet, ex eo quòd addat aut p̃mittat, ſaluo honore qui ei debetur, non ideo impeditur aduerſus eum*

eum actio iniuriarum neque excuſatur à pœna.

3 *An ſi aliquis verbum contumelioſum alicui in ſua præſentia vel abſentia dixerit, aut detractiuum famæ; iſque cui hoc dictum ſit, actionem iniuriarium ei intentet, ea iniuriarum actio ceſſet ea exceptione quòd verum dixerit, paratuſque ſit probare, adeò vt ſi id probet, alio contendente falſum eſſe, euadat omnino pœnam, & ita iniuriarum actio ceſſet.*

4 *Si quis verba ex ſe contumelioſa in aliquem etiam iratus proferret, cenſeretur irrogaſſe contumeliā, ac proinde agi contra eum poſſet de iniurijs, niſi ſufficiēter probaret, ſe illa eo animo non dixiſſe.*

5 *Cum duo ſe mutuò contumelia affecerunt, vtrique cōpetit aduerſus alterum actio iniuriarum.*

6 *Si quis in Hiſpania verè adulteram vocaret adulteram, aut viro eius adulterium vxoris improperet, tenetur actione iniuriarum, licèt verum ſit, & punitur pro quantitate iniuriæ ſpectatis circumſtantijs.*

7 *Quia liberi parentes, nec liberti patronos, nec deſcendentes aſcendentes in cauſa criminali, aut quæ notā illis irroget, accuſare poſſunt; inde fit, vt neque, ad euadendam pœnam iniuriæ contra illos illatam, admittantur ad probandum verum eſſe, quod in præiudicium honoris illorum dixerunt.*

8 *Iniuria irrogatur, ſi geſtibus aut quibuſcunque motibus corporis, aut veſte ad id induta, vel quauis alia ratione, aliquis aliquem imitetur, aliquid fœdum in illo denotando, vel ridiculum, quo honor eius quodāmodo lædatur, & poteſt aduerſus eiuſmodi intentari actio iniuriarum.*

9 *Feminæ fit iniuria, ſi illa honeſtè viuat, atque aliquid fiat quo pudicitia illius attentetur, verbo, ſcripto, nutu, ita vt id honori eius deroget, competitque pro ea actio iniuriarum patri, ſponſo, aut marito, pro conditione ſtatus.*

10 *Iniuriam infert, iniuriarumque actio aduerſus eum competit, qui alium inſequitur, vt ei noceat, aut qui illum includit in loco aliquo, aut aliquid huiuſmodi facit.*

11 *Impuber non poteſt accuſari iniuriarum, qui ſcilicet decimum cum dimidio annum non exceſſerit: at benè extra eam ætatem.*

12 *Actio iniuriarum competit etiam aduerſus cauſas iniuriarum, vt conſulentes, mandantes.*

13 *Qui ſine principis authoritate uel iudicis domum moribundi ingreditur, & ibi, intuitu quod infirmus ei aliquid debeat, bona aliqua occupat uel obſignat, amittit eo ipſo debitum, & inſuper, ſiue debitor moribundus eſſet ſiue non, ſoluit tantundem, ac ſibi deberi dicebat, hæredibus eius defuncti, & inſuper tertia parte bonorum ſuorum à Rege confiſcatur, & redditur infamis.*

14 *Qui ſepulchrum defuncti uiolat uel rumpit, lapides inde auferendo, punitur pœna 10. librarum auri fiſco Regis.*

15 *Qui furantur ueſtes, cum quibus defuncti humati ſunt, ſi armati id faciant, morte plectuntur; ſin minùs, uſque ad pœnam metalli damnantur.*

16 *Qui corpora aut oſſa defunctorum uiolant, ſi humiliores ſint, morte plectuntur, ſi honeſtiores, perpetuum uel deportantur, uel in metalla damnantur.*

17 *Gentilium uerò & paganorum ſepulcra uiolantur impunè.*

18 *Si quæ alia iniuria fiat defuncto, ita ut ad infamiā illius pertineat, ad illius hæredes ſpectat nomine proprio intentare iniuriarum actionem.*

19 *Si corpus defuncti ratione debiti à creditore ſepeliri impediatur, is creditor puniebatur pœna 50. librarum auri, aut ſi ſoluendo non eſſet, in corpore pœna arbitraria iudicis,*

20 *Quando mancipium iniuriam intulit, rationeque* A *eius iniuriæ, quæ abſque culpa domini illata fuit, iniuriarum actio competit, tunc ſi iniuria ſufficienter compenſetur punitione corporali mancipij, quæ nec mortem ei inferat, neque illum in aliquo mēbro mutilet, tenetur tunc dominus tradere id mancipiū, ut iudicis arbitrio puniatur.*

1 TRactatu præcedente à Diſp. 40. occaſione iniuriæ huic quarto tractatu propriæ, quā do eſt coniuncta cum læſione, damnove corpori illato, (quod proprium erat eius loci) diximus copioſe omnia ferè, quæ hoc loco dici poterant, quæq; magis propria erant huius loci. Vnde illa hoc loco magno nos onere leuabunt, reuiderique poterunt quo ad ea, quæ propria ſunt huius loci.
B

Diſputatione 40. citata duplicem iniuriam cum Vlpiano diſtinximus. Vnam latiſſimè ſumptā, prout quicquid nō iure fit, cum iureve alteriùs pugnat, iniuria dicitur, quaſi non iure ſeu contra ius alterius factum. Alteram verò preſsè ſumptam, prout eſt idē quod contumelia, ita ſcilicet vt quicquid in alterius contemptum fit, ſeu cedit, iniuſteque eſt factum, iniuria preſsè dicatur, ſiue ea iniuria ac contemptus coniuncta ſit cum læſione ac damno corporis, vel bonorum externorum diuitiarum, ſiue non. Atque hæc eſt, quæ præciſè ſumpta à quocunque alio damno, eove modo præciſè ſpectata, ad hunc quartum de iuſtitia tractatum pertinet, illiuſque eſt propria, ſiue illata ſit verbis, aut quocunque alio ſigno, ſiue
C facto aliquo.

Illud tamen eſt addendum, contumeliam pro ea iniuria preſsè ſumpta, huicque tractatui quarto propria, latius patere, quàm pateat contumelia prout p̄ciſè eſt contra bonum honoris, vt de contumelia hactenus in hoc tractatu loquuti ſumus. Quicquid .n. contra famam iniuſtè fit, ſanè in contemptum & abiectionem eius, cuius eſt ea fama, in exiſtimatione hominum cedit, ad iniuriamque pertinet huic tractatui propriam, de cuius pœna actioneque iniuriarum propter illam hoc loco diſputamus. Hoc dumtaxat obſeruato, quòd dum ea iniuria latet eum, qui illam eſt paſſus, eoſq; ad quos iniuria illius proſequi iuris diſpoſitione ſpectat, etiam ex officio, iuxta ea quæ tractatu præcedente diſput. 42. dicta ſunt, vt la-
D tere ſolet dū detractio ne eſt illata, quæ à tergo eius fit, de cuius fama detrahitur, nec dumque honorem contingit, vt ex parte ſuoque modo contingere videtur, eo ipſo, quod ea detractio ad notitiam illius peruenit, ſanè quemadmodum in illo interim dum ad notitiam illius, aut illorum, ad quos proſequi iniuriā illius ſpectat, non deuenit, locum non habet intentari actionem pro ea iniuria illata, ita neque locū habet infligendi pœnā pro ea iniuria. Itaque nobis hoc loco ſermo eſt de pœna pro iniuria preſsè ſumpta, ſiue illata illa ſit contra honorem, ſiue contra famā, & de actione iniuriarum, quæ pro iniuria, vt vtramque comprehendit, competit. Tametſi locum non habeat intentari actionem iniuriarum, & per conſe-
E quens neque pœna infligi, pro iniuria contra famam illata, interim dum ea latet illum, qui eam eſt paſſus, illoſque ad quos iuris diſpoſitione pertinet iniuriam illius proſequi. Quòd verò iniuriarum actio competat, etiam quando iniuria eſt detractio contra ſolam famā, deuenitq; ad notitiā diffamati, habetur apertè l. 1. tit. 9. par. 7. illis verbis. *La otra manera es, q̄n dixeſſe mal del ante muchos por palabras razonandolo mal, o infamandole de algun yerro, o denoſtandolo. Eſſo meſmo dezimos que ſeria, que dixeſſe mal del à ſu ſeñor con intencion de le fazer tuerto o deshonra, o por le fazer perder ſu merced. Y de tal deshonra como eſta puede demādar emmienda aquel, à quien la fiziere, tambien ſi no eſtuuieſſe delante, quando le fizieron la deshonra,*

como ſi eſtuuieſe preſente. Idem habetur leg. quarta, eod. titul. quæ exprimit etiam ſi id fiat geſtibus & moribus corporis in abſentia. Conſentit l.8. titul. ſexto, eadem par. ſeptima. Conſentit præterea lex item apud Labeonem. §.conuitium.ff.de iniuriis, illis verbis: *Conuitium non tantum præſenti, verum abſenti fieri poſſe Labeo ſcribit.*

Eadem 40.diſputatione iniuriam hoc modo ſumptam diſtinximus in atrocem ſeu grauem, & in non atrocem ſeu leuem,& quid vtraq; ſit explanauimus.

Diximus etiam,pro iniuria eodem modo ſumpta actionem iniuriarum nuncupatam concedi,ſeu cõpetere. Atque ei,cui conceditur,eſſe integrum eligere, vel agere ciuiliter ad pœnam pecuniariam ipſimet parti læſæ applicandam,vel criminaliter ad pœnam corporalem: interdumque intentata ea criminali actione iudicem imponere reo pœnam pecuniarium, vel ſolam, vel vnà cum corporali, prout delicta,circunſtantiam perſonæ,& alias concurrentes, viderit poſtulare:tuncque eam pecuniariam pęnam habere rationem pœnæ criminalis, neque ad partem iniuriæ affectam eam attinere, ſed pertinere ad fiſcum.

Diximus præterea,pænam, quæ iniuriarum actione imponitur, eſſe arbitrariam, & qualiter taxanda ſit, quando agitur ciuiliter ad pænam pecuniariam parti applicandam. In aliquibus verò paucis criminibus diximus,pænam eſſe ordinariam à lege ſtatutam, quorum aliqua ibi commemorauimus, & reliqua hoc loco explicanda relinquimus. Illud verò addo, quando pæna pro aliqua iniuria eſt ordinaria à lege taxata,tunc ſolùm poſſe agi ad eam pęnam,neque eſſe integrum iniuriam paſſo, ei ve qui illius iniuriam proſequitur, agere indifferenter pro ea iniuria,ciuiliter aut criminaliter,vt maluerit.

Item ibidem diximus, quando iniuriarum actio intentari poſſit per procuratorem, & quando per procuratorem poſſit ad eam reſponderi; quando non item.

Ibidem quoque diximus,quando iniuria eſt coniuncta cum damno corporis, tunc id damnum cum iniuria computari,facereque accreſcere iniuriæ quãtitatem,neque pro eo damno competere diſtinctam actionem, ſed ſimul cum iniuria actione iniuriarũ puniri,grauiori pæna impoſita,quàm ſi ad ſolam iniuriam, ſumptam præcisè ab ea læſione ac damno, attenderetur. Quando verò iniuria eſt coniuncta cum damno in bonis externis diuitiarum, etiam cũ eo, quod lege Aquilia reſarcitur, competere diſtinctas actiones, ſiue ſimul ſiue ſeorſum intentetur vna poſt aliam, vnam quidem ad iniuriam vindicandam,alteram verò ad damnum reſarciendum,quin & vt pœna lege Aquilia pro eo delicto ſtatuta ſoluatur.

Eodem tractatu præcedente Diſpu.42.diximus, quot modis actio iniuriarum ceſſet ac tollatur omnino quoad iniuriam, de qua nobis hoc loco eſt ſermo, ſumptam præcisè à damno ſimul dato in bonis externis, ita vt intentari aut proſequi deinceps non poſſit actio pro ea iniuria ad pœnam,neque ad ciuilem neque criminalem. Dictum etiam eſt,quando,ſi remiſſa ſit iniuria à parte offenſa, procedere nõ poſſit iudex in hoc regno ex officio ad illam puniendã, ſiue actio antea fuerit intentata,ſiue non,& quando ac quouſque procedere nihilominus poſſit. Et quando pars offenſa cenſeatur tacitè remiſiſſe iniuriam, vt deinceps propter illam intentare non poſſit iniuriarum actionem. Item actionem iniuriarum non intentatam intra annum præſcribi vt intentari deinceps non poſſit. Et quando annus ille eſſe debeat vtilis, & quando ſit ſatis eum eſſe continuum, & num ignoranti iniuriam,currere incipiat.

Eodem tractatu præcedente Diſput.43.explana- A tum etiam fuit, quando & quouſque morte iniuria affecti, aut eius, qui iniuria affecit, actio iniuriarum expiret,aut non expiret.

In eodem tractatu diſput.44. diximus, iniuriam, de qua hoc loco eſt ſermo,eſſe crimen priuatum, & quando priuilegium, maximè de iure Luſitano, habeat, vt quiuis de populo accuſare de illa poſſit, & quando iudex de iure eiuſdem regni poſſit, aut non poſſit,ex officio procedere ad illam puniendam. Et quibus accuſare competit proſequendo ſuorum iniuriam. Et diſp.45.dictum eſt,qui ex eis quibus præferantur, & quorum remiſſio ſufficiat, aut neceſſaria ſit. Quæ ſanè plus locum habent quo ad homicidium, quàm quo ad alias iniurias, circa quas, ſi defunctus litem fuerat conteſtatus, ad hæredes illius, B qua tales ſunt,tranſit ea actio,& non ad alios. Si verò iniuria facta ſit defuncto poſt eius mortem,actio competit hæredibus & conſanguineis, ſed hæredes conſanguineis præferuntur. De qua etiam re quædam dixeramus eodem tractatu 3. Diſp.2.

In eodem tractatu Diſp.46. concluſ.3. circa partem primam dictum eſt, circa iniuriam, de qua eſt hoc loco ſermo, validam eſſe gratuitam remiſſionem,ac tranſactionem, quatenus circa illam agi poteſt ciuiliter, non verò ad impediendum progreſſum iudicis ad illam puniendam, quantum eſt legibus ei permiſſum ac ordinatum vt procedat, neque item ſi cæptum ſit agi criminaliter. Eadem verò diſputatione & 47. ſequenti dictum eſt, de conſuetudine locum hodie in omnibus criminibus habere in C hoc regno & in Luſitania tranſactionem, tametſi non publicam coram tabellione ac iudice; eamque non impedire iudices procedere ex officio ad eandem, delicta in bonum commune reipublicæ punienda, quatenus iuribus eſt eis permiſſum ac diſpoſitum vt procedant.

Sunt verò hoc loco nonnulla addenda,quæ in ea 2
diſputatione 40.citata reſeruauimus. Atque in primis admonet Couar.1.var.reſ.c.11.nu.1.cum communi doctorum ſententia, quam refert, qui conuicium in aliquem conijcit,aut aliud dicit,quod famæ illius pręiudicet,ex eo quòd addat,aut pręmittat,ſaluo honore, qui ei debetur, non propterea impediri aduerſus eum actionem iniuriam, neque excuſari à parte pœnæ. Cum enim contrarium conuitiatio aut D infamatio illa efficiat,eius, quod id verbum appoſitum ſignificat, nihil appoſitio eius verbi excuſat ab iniuria alijs verbis re ipſa illata.

Deinde verò eſt dubium, vtrum ſi aliquis verbũ 3
contumelioſum alicui in ſua præſentia dixerit, aut detractiuum famæ illius in præſentia, vel in abſentia; iſque, cuius honori aut famæ ita præiudicatum eſt, actionem iniuriarum aduerſus eam intentet, ea iniuriarum actio tollatur ac ceſſet ea exceptione, quod verum dixerit, paratuſque ſit probare ita rem habere, adeò vt ſi id probet, alio contendente falſum eſſe,euadat omnino pœnam,ceſſetque ea iniuriarum actio, nec locum omnino habeat. Pars quæ affirmat,videtur haberi expreſsè. l.eum qui nocen- E tem.ff.de iniurijs,cuius verba ſunt: *Eum,qui nocentem infamauit,non eſſe bonum æquum ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota eſſe & oportere & expedire,* & l.8.titu.6.par.7. quæ ſic habet: *Pero ſi aquel, que ouieſſe infamado a otro, quiſieſſe prouar que era verdad,lo que auia dicho, prouandolo aſſi, non aura pena,* & l.1.tit.9.eadem part.7.quæ ita habet: *Pero ſi aquel, que deshonraſſe à otro por tales palabras, o por otras ſemeiantes dellas,las otorgaſſe, è quiſieſſe moſtrar que es uerdad aquel mal,que dixo del,no cae en pena ninguna ſi lo prouaſſe. Eſto es por dos razones: La primera es,porque dixo uerdad, La ſegunda es,porque los fazedores del mal ſe recelen de lo fazer, por el afrenta, è por el eſcarmiento,que recebirian del.*

De

De hac re varie loquuntur doctores. Panor.cap. cum te,de ſent. & re iud.nu.25. & cum Ionne And. ſex de hac re ſententias refert. Arbitror verò in hûc modum eſſe diſtinguendum. Quoniam vel infamatur quis in iudicio ritè illum accuſando, intendendove aliquid probare, quod ad rem pertineat,aut ét ritè ſe defendendo, aut excipiendo. Et tunc aduerſus eum,qui ita infamauit,non competit iniuriarum actio: quoniam vſus eſt iure ſuo, ac proinde iniuriã in eo caſu non intulit:modò id,quod obiecit, aut detexit,probet ita habere: aut certè intelligatur, eum iuſto errore ductum,id obieciſſe:nã tunc modo abfuerit animus conuiciandi ac infamandi, certè formaliter iniuriam non intulit, & per conſequens aduerſus eum nô competit iniuriarum actio ea de cauſa. Atque in primo euentu locum habent l.eum qui, & l.8.& 1.citatæ,totumque hoc eſt ex ſe ſatis perſpicuum, illudque ſimul probat.l.ſi quidem.verſ. nam ſi perſeueret, iuncta l. ſi non conuitij. C.de iniur. Multo autem magis primum habet locum, ſi à poteſtate publica id fiat, vt conſtat l.iniuriarum.1. §.is qui iure,& l.quod reipublicæ.ff.de iniur. & alijs iuribus,quæ gloſſæ vtrobique citant,adde l.15. & 16. titu.9.part.7. Atque vt obiter hoc loco, quod ſequitur,inſeram. Quando aliquis extra iudicium impediret aliquem abſque mendacijs, fraude, ac dolo, ab aliqua re obtinenda, dicens aliquem alium eſſe idoneorem,aut ſe eſſe idoneorem, eſtò, iuſto errore ductus,falleretur; tunc aduerſus eum non competeret actio iniuriarum: quoniam nullam in eo iniuriã ei efficeret, quem ita impediret. l.iniuriarum.1.§.ſi quis de honoribus.ff.de iniur. & l.19.titu.9.part.7. Vel in iudicio aliquid obijcitur, quod verè læſiuum eſt honoris aut famæ,neque ad rem pertinet,aut cõſtat, quamuis ad rẽ pertineret, eſſe falſum, quia nec probatur, nec probari poteſt, neque eum, qui illud obiecit,iuſto errore ductum,illud obieciſſe:& tunc competit aduerſus ita infamantem, infamareve intendentem, iniuriarum actio. Atque hoc eſt quod probant l.ſi quidem, iuncta l.ſi non es. C.de iniur. & conſentit.l.quiſquis. C.de poſtulan.reſque etiam ex ſe eſt ſatis rationi conſentanea: neque enim occaſione iudicij fas eſt ſine iuſta cauſa cuiuſquam honorem ac famam lædere. Multo autem magis ſi iudex in iudicio manifeſtam iniuriam alicui inferret, vel verbo, vel opere, vt eum iniuſtè manifeſtè torquendo, vel alia ratione, competeret aduerſus eum iniuriarũ actio,dignuſque eſſet maiori pœna, quàm ſi extra iudicium & non vt poteſtas publica eãdem iniuriam efficeret:quoniam maior culpa eſt, inde in iuſtitiã procedere, vnde iuſtitia procederet deberet, quàm ſi eadem iniuria ab eo procederet,qui non tenebatur adminiſtrare alijs iuſtitiam. Ita habetur.l. nec magiſtratibus.ff.de iniur. l.lege Iulia.1.& 2.ff. ad leg.Iul.de vi publ.& l.16.titu.9.part.7. Vel quis extra iudicium infamatur, aut honor illius lęditur, aliquid fædum ei conuiciando. Et tunc vel id fit libello famoſo, (ſub illo intelligere quoduis aliud ſignum, quod eodem modo læderet honorem ac famam, vt ſi cornua appenderentur alicui in ſignum, quòd alius adulteratus eſſet cum ipſius vxore, non ſe manifeſtãte eo,qui ideo ſignum appoſuit) in quo euentu,qui ita famam aut honorem lędit,non ſe prodit,vt cogi poſſit id probare, & vt, ſi in probatione deficiat,puniatur:atque tunc,eſtò quod detegit, aut conuitiat,verum ſit,expediatque reipublicæ ſciri,vt puniatur, aut debita cautela adhibeatur, ne id alijs noceat,ſane ita per libellum famoſum infamãs, aut honorem lædens punitur pœna libellum famoſum conficientis,eſtò, poſtquam fuerit deprehenſus probare velit,quod is libellus cõtinebat,verum eſſe. Ita habetur.l.vnica. C.de famoſ.libell. & l.3.tit.9.par. 7. De iure tamen canonico,ſi probauerit,quod libel-

A lus continebat, (intellige quando expediebat id ſciri)non punitur pœna flagellorum,quæ pro eo crimine de iure canonico eſt ſtatuta, vt habetur.capit.1. 5.q.1.& affirmant Panor.vbi ſuprà nume.28.& doctores communiter. Vel id extra iudicium non fit libello famoſo,ſed verbis, ita vt conſtet,quis illa dicat:atque tunc,ſi quod dicitur,& in quo aliquis infamatur,aut quod illi conuiciatur,ſit verũ,& tale probetur,ſi alius ea de cauſa actionem iniuriarum velit intentare,expediatque reipublicæ id ſcire,vt puniatur,quia nondum erat detectum vel punitum,aut vt remedium adhibeatur,ne alios inficiat, vt ſi dicatur illum eſſe leproſum,aut alio morbo affectum,qui interficere alios poſſit,remediumque, ne alios inficiat adhiberi oporteat: & tunc non competit aduerſus
B illum iniuriarum actio ſi autem ea de cauſa intentata erat,abſoluitur,qui dixit,neque in ea progredi aduerſus illum permittitur, eſtò non recto animo fuerit id dictum ac detectum: propter emolumentum enim,quod inde reipublicæ euenit, & quia ille verè id commiſit, aut id habet, quod illi eſt dictum, noluit ius eum,qui id dixit,ea de cauſa puniri:peccabit tamen coram Deo,ſi id peruerſo animo efficiat. Atque hoc eſt quod habetur.l.eum qui.ff.de iniur.l.8. & l.1. citatis, & concinit l.iuſtiſſimos. C. de offic. præf.prouin. quæ de iudicibus, quando aliquid iniquè geſſerunt, concedit id dici, ac obloqui, cum ab officio ceſſauerint, vt ad principis notitiam id deueniat ac puniantur. Quando item aliquid correctionis aut obiurgationis iuſtæ cauſa ab aliquo dicere-
C tur rationabiliter alicui, qui ea obiurgatione eſſet dignus,æquumque eſſet vt is id illi, ſpectatis circunſtantijs cõcurrẽtibus, diceret,tunc eſtò ille alius conuicio ſe eſſe affectum quereretur, intentaretque ea de cauſa iniuriarum actionem, locum illa non haberet:quia ritè id eſſet factum. Quando item aliquis intentaret obtinere aliquid,ad quod non eſſet idoneus,quia illegitimus,aut quia notam generis haberet,idque obijceretur,aut detegeretur,quantum ſatis eſſet ad illum impediendum,tunc intentare non permitteretur ea de cauſa iniuriarũ actionẽ. Vtrũque cum alijs affirmat Panor.vbi ſuprà num.29. & conſentiunt alij. Quando verò extra iudicium aliquid detegeretur aut conuiciaretur alicui,quod non expediret rempublicam ſcire,vt id puniret,aut vt re-
D medium adhiberet, vel quia, ſi erat crimen, iam ab ea erat punitum, vel quia non erat puniendum, vel quia non ita res habebat, tunc locum habet iniuriarum actio. Excipe,niſi verum eſſet ac publicum, & non obijceretur in facie, ita vt cõtumeliæ rationem haberet, ſed detegeretur alicui, qui id non ſciebat, vel ea de re aliquis loqueretur coram alijs, qui id ſciebant,aut non ſciebant: tunc enim, cum ille eſſet ea de re infamatus, non cenſeretur in eo lædi famam illius,& per conſequens non concederetur ei iniuriarum actio ea de cauſa. Si tamen illi conuiciaretur in facie illud ei obijciendo, eſto verum eſſet, & is propter illud eſſet punitus, rationem ſanè haberet tunc contumeliæ, competeretque iniuria-
E rum actio,vt rectè cum alijs affirmat Greg. Lopez. l.1.citata, gloſſa vlt. Tametſi quando is ea de cauſa fuiſſet publicè damnatus, non cenſeretur id magna iniuria, nec proinde multum pœnæ ea de cauſa imponeretur, quando ita cõuiciatus iniuriarũ actionem intentare auderet. Iuxta hæc omnia admetienda ſunt quæ Couar.1.var.reſ.c.11.à calce.nume.4. his de rebus tradit, in quibus non omnino cum hac noſtra doctrina conſentit.

Si quis verba ex ſe contumelioſa in aliquem, etiã 4
calore iracundiæ, proferret, cenſeretur contumeliã ei irrogaſſe, ac proinde iniuriarum actio aduerſus eum competeret, niſi ipſe ſufficienter probaret, ſe non animo cõtumeliam iniuriamque inferendi illa dixiſſe.

dixiſſe. Vtrumque habetur l. ſi non conuicij. C. de iniur. Ex quo iure conſtat, quotieſcunque eſt ſufficienter notum non animo contumelia afficiendi eſſe dictum, locum non habere iniuriarum actionem, eſtò id verè in ſe ſit contumelia. Neque enim iniuria formaliter effici poteſt, ſine animo illam inferendi, ac proinde eſtò interueniat iniuria materialiter non competit iniuriarum actio, quando conſtat animum iniuriam inferendi non interueniſſe. Vnde l. illud. §. 1. ff. de iniur. ſic habetur: *Sanè ſunt quidam, qui facere non poſſunt,* (iniuriam ſcilicet) *ut puta furioſus, impubes, qui doli capax non eſt. Cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat, conſequens erit dicere, hos, ſiue pulſent, ſiue conuicium dicant, iniuriam feciſſe non uideri. Itaque pati quis iniuriam, etiam ſi non ſentiat, poteſt: facere nemo, niſi qui ſcit ſe iniuriam facere, etiam ſi neſciat cui faciat. Quare ſi quis per iocum percutiat, aut dum certat, iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat ſeruum ſuum, in ea cauſa eſt, ne iniuriarum teneatur.* Hæc ibi. Et lex cum ſeruo, ſtatim ſequens ſic habet: *Si cum ſeruo meo pugnũ ducere uellem, in proximo te ſtantem inuitus percuſſerim, iniuriarum non teneor.* Quæ omnia perſpicuè docent, ſine animo iniuriam inferendi, vt locum non habet iniuria formaliter, ita neque tunc competeret iniuriarum actionem. Contrà verò, ſi animus ſit iniuria afficiendi, locus ſanè eſt iniuriarum actioni ob rem, ob quam, ſecluſo eo animo, locum ea actio non haberet. Lex enim penult. ff. de iniur. ſic habet: *Si inferiorum dominus ædium, ſuperioris uicini fumigandi cauſa fumum faceret; aut ſuperior uicinus in inferiores ædes, qui id aut proiecerit, aut infuderit, negat Labeo iniuriarum agi poſſe. Quod falſum puto, ſi tamen iniuriæ faciendæ cauſa immittitur.* Hæc ibi.

5 Quando duo aliqui ſe mutuò contumelia affecerũt, vtrique competit aduerſus alterum iniuriarum actio. Credo tamẽ, maximè ſi ciuiliter vtraque actio intentetur, locum eſſe compẽſationi, vt ſolùm quoad exceſſum iniuriæ vnius ſupra aliam locum habeat pœna. Panor. vbi ſuprà nume. 25. ait, ſi ſecunda iniuria dicta ſit in defenſionem primæ obiectæ, locum pro ſecunda nõ eſſe iniuriarum actioni: quoniam licitè quis ſe defendit. Exemplum adhibet, vt ſi aliquid falſum in contumeliam ſit dictum, & contumelia affectus, in continenti in ſui defenſionem dicat, mentiris. Fortaſſe in Italia non adeò contumelioſum dicere mentiris, vt eſt in Hiſpania. Sanè ſi contumelia affectus in Hiſpanijs, aut vbilibet, reſponderet, non eſt ita, quamuis & hoc verbum extra eum euentum ſit contumelioſum, in eo tamen euentu ad iuſtam defenſionem contumelioſum illũ non arbitrarer, adhucque ei, qui illud diceret, competeret iniuriarum actio pro contumelia antea accepta ad integram pœnam, qua is, qui illam intulit, pro ea eſt dignus. Si tamen reſponderet, mentiris, tanta ſanè eſt in Hiſpanijs eius verbi contumelia, vt frequenter non ſolùm æquet, ſed & ſuperet contumeliam prius acceptam, ac proinde locus erit cõpenſationi. Atque quamuis hæc ſecunda contumelia interdum ſuperet prius acceptam, adeò tamẽ modicus poterit eſſe exceſſus, vt propter illud puniri non debeat, qui dixit, mentiris. Quoniam, vt bene vbi ſuprà ait Panor. aliquem laceſſitum priori contumelia, prorupiſſe in ſecundam, ſanè vt extenuat culpam ſecundæ, ita extenuare debet pœnam, qua pro illa eſſet alioquin dignus. Quando autem eſſet multus exceſſus ſecundæ contumeliæ ſupra primã, aliqua pœna moderata eſſet afficiendus, qui ſecundam contumeliam protulit, non tamen tanta, quanta illi fuiſſet imponenda, ſi non laceſſitus, tantum exceſſiſſet.

6 Gregor. Lop. l. prima, citata, glo. vlt. rectè ait, in hoc regno (idem in Luſitania intellige) ſi quis eam, A quæ verè fuit adultera, adulteram appellet, aut uiro illius improperet adulterium cum ipſius vxore eſſe commiſſum, quod in Hiſpanis fit vocãdo illum *cornudo*, teneri actione iniuriarum, eſto probare velit, rem ita habere, neque ad eam probationem eſſe admittendum, ſed puniendum eſſe pro quantitate iniuriæ ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus. Idem dic, ſi aliquam de adultera, aut aliquem de *cornudo*, à tergo infamet. Ratio autem eſt, quoniam crimen adulterij non punitur in his regnis, niſi ad ſolam accuſationem mariti, & non ad accuſationem cuiuſuis alterius, vt tractatu præcedente oſtenſum fuit, neque aliud in his regnis reſpublica iudicet ſibi expedire. Addit verò optimè Greg. Lop. (tametſi non adeò firmus, ac par eſſet) quamuis ſi B conuicium ſit falſum, nec poſſit illud probare, puniendus ſit vt palinodiam cantet, hoc eſt, ſe diſdicat, quod noſtri *deſdezirſe* appellant; ſi ita iniuria affectus velit, vt in pœnam apponitur. l. 2. titu. 9. libro 8. ord. quæ eſt l. 2. titu. 10. lib. 8. nouæ collect. relataque fuit tractatu præcedente Diſput. 40. quando tamen probare uellet cõuicium eſſe verum, nec permitteretur id probare, præcipiendus non eſſet ſe diſdicere: quoniam iniquum eſſet præceptum, quo alicui mentiri præciperetur; ſed tunc aliter eſſet puniendus, & cogendus honorem ac famam compenſare. Idem intellige in alijs euentibus, in quibus eadem lex præcipit conuiciantem, ſeu diffamantẽ, ſe diſdicere. Vt ſi coniugatæ, quę ante coniugium fuerat publica meretrix, quis id, poſtquam eſt coniu- C gata, obijciat: tenetur enim illi iniuriarum propter id conuicium pœna arbitraria, vt rectè Gregor. Lopez gloſſa citata ait: non tamen tenetur neque licitè poteſt ſe diſdicere: eo quòd mentiretur, cum cõuicium illud verum continuerit. In his etiam conſentit Couar. vbi ſupra. Lege etiam apud eundem ibid. à nu. 2. autorem longam diſputationem circa pęnam pecuniariam ea lege ſimul ſtatutam, quo ad valorem eius monetæ.

Sequentes, qui connumerantur l. 2. titu. 9. par. 7. 7
non admittuntur ad probandum verum eſſe, quod dixerunt in præiudicium honoris & famæ, vt euadant pęnam actione iniuriarum ipſis imponendam propter eam iniuriam ab ipſis illatam. *Eſto ſeria* (ait ea lex) *como ſi el hijo o el nieto o el biſnieto dixeſſe mal* D *à ſu auuelo, o à ſu biſauuelo, o el afforrado à aquel que lo afforrò, o el criado à aquel que lo crio, o à aquel con quien uiuio, o el ſieruo a ſu ſennor, o el que uiuio por ſeruiente familiar de alguno à ſoldada, à aquel con quien uiuia.* Nomine autem *de ſu auuelo, o biſauuelo*, vtriuſque textus intelliguntur, neque id ſolùm habet locum in illis deſcendentibus comparatione illorum aſcendentium, ſed vniuerſim in deſcendentibus cõparatione quorumcunque eorum aſcendentium: nomineque patroni, patrona etiam intelligitur. Vtrũque conſtat ex l. quique à §. prætor ait, iunctis legibus ſequentibus. ff. de in ius vocando, vbi habetur, nefas eſſe deſcendentem vocare in iudicio aſcendentem quemcunque, & libertum vocare patro- E num aut patronam, niſi facultate ad id prius petita ac obtenta à iudice, cui prius ſignificari debet, qua de cauſa vocari in iudicium debeant, & videre num expediat facultatem ad id concedi. Et l. ſed & ſi. §. prætor ait eodem titulo ſic habetur: *Prætor ait, in ius ſine permiſſu meo ne quis uocetur* (ex prædictis ſcilicet) *Permiſſurus enim eſt, ſi famoſa actio non ſit, uel ſi pudorem non ſugillet, qua patronus conuenitur, uel parentes, uel totum hoc facere debet cauſa cognita.* Conſentit l. 2. iuncta. l. 1. & l. liberto, ac alijs eius tituli. ff. de obſequijs à liberis, & idem habetur l. 3. tit. 2. par. 3. Et quamuis ſi libertus grauem ſeu enormem iniuriam acceperit à patrono, aut filius iam emancipatus, patriamve egreſſus poteſta-

tem,

tem, à parente, agere poteſt aduerſus illum petita prius & obtenta à iudice ad id facultate, ſecus autem ſi iniuria eſſet leuis, aut, eſtò iniuria eſſet grauis, ſi filius ſub eius parẽtis eſſet poteſtate, vt poſt verba proximè relata ſubiungitur §. prętor ait citato, & habetur copioſius l. prætor edixit. §. præterea, iuncta l. non ſolùm. §. quanquam. ff. de iniurijs, ac l. 3. titu. 2. part. 3. nihilominus, neque tunc libertus, aut filius emancipatus, agere poteſt ad pœnam corporalem patroni aut parẽtis, neque ad illius notam & infamiam, ſed ad nudam cõpẽſationem iniuriæ actione ciuili, ſeu ad pœnam pecuniariam, & vt deſiſtat à ſimili iniuria inferenda. Ita gloſſa. 1. & 2. l. hi tamẽ, iuxta textum ibi à §. liberi. ff. de accuſ. & iuxta l. vlt. C. de accuſ. & qui accuſare. §. vlt. ff. eod. titu. & habetur l. 3. titu. 2. part. 3. Vnde quia nec deſcendentes accuſare poſſunt aſcendentes, nec liberti patronos, in cauſa criminali, aut quæ notam illis irroget, iuxta iura citata, quin neque teſtes eſſe poſſunt aduerſus illos in eiuſmodi cauſis, vt habetur l. libertorum. C. de teſtibus, inde efficitur, vt neque, vt euadant pœnam iniuriæ contra illos illatam, admittantur ad probandum, verum eſſe, quod in præiudiciũ honoris aut famæ illorum dixerunt, vt habetur l. 2. titu. 9. part. 7. Excipitur, niſi eos diffamaſſent de crimine læſæ maieſtatis: nam tunc probare ſe verum dixiſſe admitterentur: quoniam de eo crimine accuſare permittuntur etiam ſerui famuli, liberi, & patroni, vt habetur l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. & l. penult. C. de accuſ. Idem dicẽdum eſt, ſi quis aliquem de crimine hęreſeos diffamaſſet: admitteretur enim ad id probandum: quia omnes accuſare ac teſtificari poſſunt de eo crimine. Si item libertus diffamaſſet patronum ſuum de adulterio cum propria vxore talis liberti, admitteretur ad probandum id adulterium, vt habetur l. ſi adulterium. §. liberto. ff. ad leg. Iul. de adult. Sicut autem ſerui & famuli, etiam ſi mercede ſint conducti, repelluntur ab accuſatione criminali ſuorum dominorum, quin & puniuntur, ſi id facere intentent, excepto crimine læſæ maieſtatis (idem intellige de crimine hęreſeos, quin & de adulterio cum vxore famuli, qui non eſt mancipium, ſi maritus accuſet: quoniam longè maiori cũ ratione, quàm libertus, id efficere poteſt) vt habetur l. penult. C. de accuſationibus l. vlt. C. de delatorib. lib. 10. & l. 6. titu. 2. part. 3. ita ſi diffamarunt dominos ſuos quo ad alia, & cum eis actione iniuriarũ ea de cauſa agatur, non admittuntur ad probandum verum eſſe, quod de illis dixerunt, vt pœnam euadant, vt habetur l. 2. titu. 9. part. 7. relatumque eſt. Quæ autem pœnæ in hoc regno ſtatutæ ſint famulis quibuſcunque, qui iniuriam dominis, quibus ſeruiunt, inferunt, & filijs, qui iniuria parentem afficiunt, tractatu præcedente Diſp. 40. relatum fuit.

8 Iniuria irrogatur, ita vt aduerſus illam inferentẽ competat iniuriarum actio, eaque de cauſa puniri debeat pœna arbitraria, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter aduerſus eum agatur, ſi geſtibus, aut quibuſcunque motibus corporis, aut veſte aliqua ad id induta, vel quauis alia ſimili ratione, in præſentia vel in abſentia alicuius, aliquis eum imitetur, aliquid fœdum in illo denotando, vel ridiculũ, quo honor vel fama illius quouis modo lædatur, ruboreve illum id poſſit afficere, aut ad indignationem eum prouocare, ſi ad notitiam illius deueniat. Ita habetur l. item apud Labeonem. §. generaliter. ff. de iniur. & l. 4. titu. 9. parte 7.

9 Item iniuria alicui feminæ fit, competitque ea de cauſa iniuriarum actio, tam ei, quàm patri aut alteri in cuius poteſtate ſub cuiusve cuſtodia ſit, ſponſo aut marito, ſi ſponſa aut coniugata ſit, ſi illa honeſtè viuat, atque aliquid fiat, quo pudicitia illius attentetur, verbo, ſcripto, nutu, aut per internuncium, vel

A conando blanditijs, precibus, aut alia ratione comitem illius ab illa abducere, vel illam ſectando, ita vt id honori aut famæ illius deroget, vel quoduis aliud eo fine afficiendo. Ita habetur l. apud Labeonem §. ſi quis virginem, & §. tenetur, iuncta l. 1. §. omnem. verſ. ad dignitatem. l. attentari. ff. de iniur. & l. 5. titu. 9. part. 7. Quando autem femina conſentiret in tali attentatione pudicitiæ illius, ei quidem iniuria non fieret, cum volenti & conſentienti nulla fiat iniuria, ac proinde illi non competeret iniuriarum actio. Tunc tamen competere poſſet ea actio illi, ſub cuius poteſtate aut cuſtodia illa eſſet, vel ſpõſo aut marito, qui eo ipſo cenſerentur ea attentatione iniuria affecti, vt hæc omnia ſunt notiſſima. Qui pudicitiam eius attentaret, quæ meretricio habitu B incederet, aut eam quæ exiſteret in loco, in quo meretrices habitant, non teneretur iniuriarum actione eſtò illa verè meretrix non eſſet: quoniam meretrici iniuria non fit attentando eius pudicitiam, hicque iuſto errore ductus, quòd illa eſſet meretrix, cenſetur id feciſſe, ſibique illa id imputet, quæ eo habitu incedit. Qui item virginis ingenuæ pudicitiam attentaret, incedente illa habitu ancillari, non teneretur pœna attentantis pudicitiam ingenuæ, ſed ancillæ dumtaxat propter eandem rationem. Vtrumque habetur l. item apud Labeonem §. ſi quis virginem citato, & l. 18. titu. 9. part. 7. Item iudex, ſi timor probabilis ſit attentantem pudicitiam mulieris honeſtę in ea attentatione perſeueraturum, inhibere id ei debet ſub aliqua pœna, idque vt impediat eam iniuriã, C quæ pendet ac imminet in futurum. Ita habetur l. 5. citata, iuxta varia iura, quæ Greg. Lopez ibi gloſſa vltima citata.

Item iniuriam infert, iniuriarumque actio aduerſus eum competit, qui alterum inſequitur, vt ei noceat, aut vt illum comprehendat, aut qui illum includit in loco aliquo, aut horum aliquid facere aggreditur, aut qui domum alicuius vi latè ſumpta, iuxta ea quæ tractatu 2. diſp. 682. explanata ſunt, ingreditur, aut aliquid illius vi eadem vſurpat, aut in deſpectum illius aliquid in terram proijcit, & ſimilibus alijs rebus. Ita habetur l. 6. & 7. titu 9. part. 7. l. item apud Labeonem. §. 1. & §. ſi quis bona. l. ſi iniuriæ, & l. penult. ff. de iniur. & alijs iuribus. Hæc verò quaſi in exempla ſunt eò dicta, vt ex illis melius D quiuis conijciat, in quibus euentibus iniuria interueniat, actioque iniuriarum ratione illius competat. 10

Iniuriarum actio non competit aduerſus impuberem, qui decimum ætatis annum cum dimidio non excesserit: quia non cenſetur ad id doli capax, (in femina autem ſi non exceſſerit nonum annum cum dimidio, iuxta ea quæ tractatu 2. Diſp. 224. §. vt ad minorem, dicta ſunt) extra illam verò ætatem competere poteſt aduerſus eum iniuriarum actio: quia cenſetur doli capax. Ita colligitur ex l. illud ff. de iniurijs, & habetur l. 8. titu. 9. par. 7. Multum tamen à pœna & à ratione iniuriæ excuſabit adeò tenera ætas, adeoq; exiguum adhuc iudicium rationis. Quin & minor ætas, etiam ſi ſit extra pubertatis annum, à E parte pœnæ excuſabit, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſput. 36. dicta ſunt. Furioſus verò, & vniuerſim qui iudicio rationis carent, vt culpæ ſunt expertes, ita & pœnæ, ac proinde actione iniuriarum non tenẽtur, vt ex ſe eſt notiſſimum, & habetur l. illud, & l. 8. citatis. Illi tamen, ſub quorum cura ſunt, teneri poterunt ad damna, quæ dederint, niſi competentem adhibuerint cautelam, ne ea dent, ipſorũque culpa illa dederint. Ita habetur l. 8. citata. Impubes tamen quicunque, & vniuerſim qui iudicio rationis carent, capaces ſunt iniuriæ. Ita habetur l. illud citata & l. 9. titu. 9. part. 7. agereque poſſunt actione iniuriarum illi, ſub quorum cura aut tutela ſunt, vt ea iniuria puniatur. Ita habetur l. 9. citata, 11

ta, dictumque eſt tractatu præcedente Diſputat. 2. Quo in loco copioſè explicauimus, quibus competat actio iniuriarum ratione iniuriæ alteri factæ, vel quòd in ipſos iniuria redundet, vel quòd iniuria affecti ipſis ſubiaceant, ſub eorumque cura ſint: itemque ad quos tunc earum iniuriarum remiſſio pertineat: quæ ſanè hoc loco non paruo onere nos leuant.

12 Iniuriarum actio competit etiam aduerſus concauſas eius iniuriæ, vt aduerſus conſulentem, mandantem, &c. Ita habetur. l. 10. titu. 7. par. 7. reſque ex ſe eſt notiſſima. Et intentari iniuriarum actio poteſt, vel coram iudice loci, in quo iniuria fuit facta, vel coram iudice eius, qui illam intulit. Ita habetur. l. 9. titu. citato, & conſtabit ex dicendis tractatu ſequenti.

13 Qui ſine principis aut iudicis autoritate domum moribundi ingreditur, & ibi, intuitu quòd infirmus aliquid ei debeat, bona aliqua occupat, aut ea obſignat, vel moleſtiam infert ibi exiſtentibus quoad hæc, amittit eo ipſo debitum, ſi quid ei moribundus debebat, & inſuper ſiue debitor ille eſſet, ſiue non, ſoluit tantundem ac erat illud, quod ſibi deberi dicebat, hæredibus eius defuncti, & inſuper amittit tertiam partem ſuorum omnium bonorum fiſco regis, & efficitur infamis. Ita habetur in authentico vt defuncti. §. 1. & in authentica item qui domum. C. de ſepulchr. viol. & l. 11. titu. 9. par. 7. Ea tamen lex aliquantulum variat à duobus iuribus citatis, quando moribundus nihil reddere debebat ei, qui tale crimen commiſit: ſic enim quo ad hunc habet: *E ſi por uentura el que eſto fiziere, non ouieſſe deudo ninguno contra aquel doliente que aſſi agrauiaſſe, deue perder porende la tercera parte de lo que ouiere, è auerlo la camara del Rey, è de mas deſto deue de fazer emienda à los parientes del muerto de la diſhonra que fizo à el è à ellos à bien uiſta del iudgador del lugar.* Fortaſſe puniendus tunc erit accommodatè ad diſpoſitionem illam authenticorum, pęnaque, præter confiſcationem tertiæ partis bonorum, applicanda erit hæredibus ex teſtamento, aut ab inteſtato talis defuncti.

14 Pro iniuria, quæ fit defunctis, & cedit in viuos, ad quos defuncti illi pertinent, & ad quos ſepulchra eorum reſarcire ſpectat, ſequentia ſunt iure ſtatuta. Qui de ſepulchro alieno lapides, lateres, columnas, aut quácunque aliam materiam extrahit, ſiue illam vendat, aut aliter alienet, ſiue inde aliquid ædificet, punitur pęna decem librarũ auri fiſco Regis. l. qui ſepulchra. C. de ſepulchr. viol. & l. 12. titu. 9. par. 2. Quæ lex addit, ſi ſoluendo non ſit, relegari ob id delictum. Quòd ſi iudex, ſciens delictum fuiſſe commiſſum, illum nõ punierit, punitur ipſe pęna viginti librarum auri eidem fiſco Regis, vt habetur. l. ſi quis. C. eod. titu. Inſuper, ſi qui eam materiam extrahit ac accipit, aliquid inde ædificet, amittit, quod ita ædificauerit, & locum, in quo id ædificauerit, ſiue ſit domus, ſiue villa, aut aliud prædium, fiſco Regis. Ita habetur. l. 2. §. vlt. C. eodem tit. & l. 12. citata. Inſuper (quamuis iura citata id non dicant) tenetur reſtituere damnum integrum in eo ſepulchro vnde illa extraxit, datum, idque non ſolùm in exteriori actione in factum, iuxta. l. prætor ait in prin. ff. de ſepulchr. viol. actioneve ad intereſſe, quod id includit, vna cum lucro ceſſante, & æſtimatione iniuriæ, vt in eadẽ. l. §. qui de ſepulchro violato, ſubiũgitur, & cõſentit. l. vnica. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt proferuntur; ſed ẽt in conſcientiæ foro, eſtò prædictis pęnis fuerit punitus. Quòd ſi mancipiũ fuerit deprehenſum demolire aut demoliuiſſe ſepulchra, ſiquidem domino illius id ignorante, relegatur id mancipium: ſin verò domino ſciente, in metalla damnatur, vt habetur ead. l. 2. citata.

15 A Qui furantur veſtes aut alia, cum quibus defuncti humati ſunt, ſi cum armis graſſatorum more id efficiant, morte plectuntur: ſi verò ſine armis, vſque ad pęnam metalli damnantur. Ita habetur. l. prætor ait. §. aduerſus. ff. de ſepulchr. viol. & l. 12. citata. Reſtituere etiam in foro conſcientiæ tenentur, atque ad id in exteriori foro cogi debent, ſi habeant vnde ſoluant, tum res ita furto ablatas, tum etiam ſi quod aliud damnum, vt eas furarentur, dederunt, iuxta ea quæ paulo antea dicta ſunt.

16 Qui corpora defunctorum, aut illorum oſſa, extrahunt de ſepulchro, in contemptum, aut proijciunt, aut aliter inhonorant (ſemper enim dolus interuenire debet, vt pęna pro delicto ſepulchri violati locum habeat, vt habetur. l. prætor ait. ff. de ſepul- B chr. viol.) Si humiliores ſint, morte plectuntur: honeſtiores verò in perpetuum vel deportantur, vel in metalla damnantur, vel relegantur. Ita habetur. l. vlt. ff. de ſepulchr. viol. & l. 12. citata, quæ de honeſtioribus ſic habet: *Mas ſi los que eſto fizieren fueren fijos dalgo, deuen ſer deſterrados para ſiempre.* Intellige iuxta. l. vlt. citatam, etiam eos deportando, aut in metalla damnando, pro maiori vel minori grauitate delicti, iniuriæque illatæ.

Quòd ſi illi, ad quos præcipuè ſpectat accuſare de furto rerum, cum quibus defuncti humati ſunt, aut de extractione aut inhonoratione corporũ vel oſſium eorundem defunctorum, quales ſunt ipſorum hæredes, atque etiam conſanguinei, intentare non velint accuſationem criminalem ad pœnas cor- C porales explicatas, ſed ciuilem ad pęnam pecuniariam, tunc id efficere poterunt actione in factum ad intereſſe, quantum æſtimabitur intereſſe totum in illo computando, quod dignum eſt ſolui pro iniuria ſumpta præcisè à quocunque alio intereſſe: atque facta æſtimatione per intentantem actionem, ſequutaque moderatione & arbitrio iudicis, vt minimum delinquens condemnari debet centum aureis, ita vt excedi poſſit ea ſumma, ſi ita res poſtulauerit, non verò minui. Quòd ſi ad plures ea iniuria attineat, qui omnes velint accuſare, iudex idoniorem, & qui plus iuris habet, eligit vt ſolus accuſet: intereſſe tamen illud inter omnes illos diuiditur, quos ea iniuria contingit, pro rata damni ac iniuriæ cuiuſque eorum. Quòd ſi nullus eorum accuſare D velit, tunc quiuis de populo ad accuſandum admittitur: eo quòd id crimen inter publica ad hunc effectum computetur. Ita habetur. l. prætor ait in prin. & §. qui de ſepulchri. ff. de ſepulchr. viol. l. 14. titu. 13. par. 1. & l. 12. titu. 9. par. 7. Atque quod ita adiudicatur hæredibus aut conſanguineis defuncti ita ad eos pertinet pro ea iniuria & intereſſe, vt eſto defunctus creditores reliquerit, nec reliquerit bona ſufficientia ad illis ſoluendum, nihil ex ea pęna & intereſſe ſolui eis creditoribus debeat. Ita habetur. l. quæſitum eſt. ff. de ſepulchr. viol. & l. 14. titu. 13. par. 1. Porrò cum actio illa in factum ad intereſſe pœnam pecuniariam pro iniuria illata, præcisè ſumpta à quocunque alio damno ac intereſſe, inclu- E dat, ſanè ea ex parte actio illa in factum criminalis eſt, ſumpta actione criminali latè, ac proinde ea intentata, locum non habet intentari actionem criminalem pro eodem delicto ad pœnas corporales ſupra explicatas, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſputat. 40. & tractatu 2. Diſputat. 595. conſentiunt Greg. Lop. l. 12. citata, verb. *cien marauedis de oro*, & alij quos citat.

17 Quæ dicta ſunt de pœnis pro ſepulchro modis omnibus explicatis violato, intelliguntur de ſepulchris Chriſtianorum: ſecus autem de ſepulchris hoſtium fidei: in illis quippe ea locum non habent, vt habetur. l. ſepulchra hoſtium. ff. de ſepulchr. viol. & l. 12. citata. Vbi Greg. Lop. verb. *enemigos de la fe*

quærit,

quærit, num liceat iudices autoritate quærere aurū & lapides pretioſos in ſepulchris antiquis Indorum occidentalium. Atque ipſe annuit. Diſtinguerem. Quoniam ſi ea ſepulchra adeò antiqua ſint, vt ad nullos poſteros eorum, qui in illis cum eo auro aut lapidibus pretioſis humati ſunt, iam ob antiquitatem pertineant: atque tunc rationem illa habent rerum domino vacātium, fiuntque proinde gentium iure primo occupantis, etiam ſi quondam cum illis humati fuiſſent Chriſtiani, quorum corpora iam nunc non inueniantur eis pretioſis rebus ornata: neque ad ea occupanda, & efficienda propria primo occupantis, neceſſaria eſt iudicis autoritas, iuxta ea quæ tract. 2. Diſputat. 53. & 55. dicta ſunt. Neque illa habere videntur rationem theſaurorum. Si autem theſaurorum rationem haberent, tunc quoad illa ſtandum eſſet dictis à nobis tractatu 2. Diſput. 53. 55. & 56. Si autem ea ſepulchra non adeò antiqua ſint, ſed in eis à non multo tempore humati ſint aliqui cum eis rebus pretioſis, vel ea ſepulchra ad poſteros eorum pertinent, qui cum eis rebus ibi humati ſunt, credo furtum eſſe ea bona occupare, eiſque ſpoliare cadauera adhuc illis ornata, cum onere illa reſtituendi. Quando autem infideles aliqui in rebuspublicis Chriſtianis habitare permitterentur, ibique in ſua ſecta viuere, & habere ſua ſepulchra; ſanè quamuis illa religioſa re ipſa nō ſint, iniuria tamen eis infidelibus fit, illa quouis ex modis explicatis violando, competitque hæredibus & conſanguineis eorum, qui ibi ſepulti ſunt, & quorum ſunt ea ſepulchra, actio iniuriarum aduerſus eos uiolatores, vt pœna arbitraria puniātur pro qualitate eius iniuriæ. Ita habetur l. 12. citata ſatis conſentanee ad rectam rationem, naturamque ipſam rei: quoniam perinde de tali iniuria eſt cenſendum, atque de quacunque alia eis infidelibus, dum viuūt, à Chriſtianis effecta. Arbitror quoque, ſi Chriſtiani ſpolient cadauera illa rebus, quibuſcum humatæ ſunt, teneri in conſcientiæ foro illa eis reſtituere, ad idque in exteriori foro eſſe cogendos, non ſecus ac ſi expoliarent ſimilibus rebus cadauera Chriſtianorum eiſdem rebus humata atque ornata.

18 Si quæ alia iniuria fiat defuncto, vel quo ad cadauer illius, vel quouis alio modo, ita vt ad contemptum aut infamiam illius id pertineat, ad hæredes illius, qui vnum cum illo, in cuius bonis ſuccedunt, reputantur, pertinet nomine proprio intentare iniuriarum actionem, vel criminalem vel ciuilem, vt maluerint, vt is delinquens pœna iudicis arbitraria puniatur, modo tractatu præcedente Diſp. 40. explicato. Ita habetur l. 1. §. & ſi fortè. ff. de iniur. & l. 13. tit. 9. par. 7. Quod & in cæteris iniurijs ad defunctum attinentibus, hactenuſque commemoratis, ſimiliter locum habet, vt ſcilicet hæredes nomine proprio agere poſſent iniuriarum, vt ex §. citato habetur, & conſentit. l. 13. citata, tractatuque præcedente explanatum fuit. Si autem ante aditam hæreditatem poſt defuncti mortem ea iniuria defuncto fiat, actio competit hæreditati iacenti, quæ defunctum tunc repræſentat, & per hæreditatem tranſit poſtea in hæredem, aut in hæredes, eo ipſo quòd hæreditatem adeunt, vt habetur l. 1. citata, §. quotiens, & Diſp. 2. citata dictum etiam eſt.

19 Si corpus defuncti à creditore ratione debiti ſepeliri impediatur, exequiaſve fieri, l. vlt. C. de ſepulchr. viol. is creditor puniebatur pæna quinquaginta librarum auri, atque ſi non eſſet ſoluendo, puniebatur in corpore pęna iudicis arbitraria: quod additio in margine ad gloſſam vltimam ibi rectè ait, locum ſimiliter habere quo ad alias pænas pecuniarias pro alijs criminibus ſtatutas, iuxta varia iura quæ citat. Inſuper, ſi quid ſolutum eſſet ab hæredibus, aut ab alijs, tali creditori, vt ſepulturam aut exequias non

A impediret, aut pignora in ſecuritatem debiti eſſent ei data, tenebatur ea reddere: & ſi quæ confeſſiones debiti, aut obligationes, quòd ei ſolueretur, aut fideiuſſores dati, vt ſepulturam & exequias non impediret, totum erat irritum & inane, reſque tota redibat in ſtatum, in quo antea erat. Poſtea verò in authētica item qui domum, poſt eam legem ſubiuncta, & apertius in authētico vt defuncti ſeu funera. §. ſi verò, iuncto. §. ſancimus igitur, antecedente, vnde authētica illa ſumpta fuit, ſancitum fuit, vt is creditor amittat debitum, atque ſiue defunctus id illi verè deberet, ſiue non, reddat tantundē hæredibus de ſuis bonis, ac erat id debitum, & amittat tertiam partem ſuorum bonorum fiſco, incurratque infamiam. Et quamuis quidam, quos Greg. Lop. l. 13.
B ti. 9. par. 7. glo. 1. refert, dixerint eas pęnas locum habere, niſi creditor ſepulturā & exequias impediat iudicis autoritate: veritas tamen eſt, iudicem eam facultatem concedere nō poſſe, & omnino ac ſimpliciter incurri eas pęnas. l. 15. ti. 13. par. 1. & l. 13. ti. 9. par. 7. quæ de hac re loquuntur, non has omnes pœnas commemorāt, vt ex parte not. Greg. Lop. l. 13. citata verb. *viſta del Iudgador*.

In authentica ſed neque. C. de ſepulchr. viol. & in authentico vt cum de appell. cog. §. hæc autem. verſ. ſancimus, & l. 15. ti. 13. par. 1. ac l. 13. ti. 9. p. 7. habentur ea quæ tractatu 2. in initio diſputat. 26. diximus, quæ non huius, ſed illius loci ſunt germana, nefas ſcilicet eſſe intra nouem dies à morte defuncti inquietare hæredes, conſanguineos, affines, aut
C fideiuſſores defuncti eosve in iudicium vocare, ob debitum defuncti, ſub pęnis ibi commemoratis. Et quæ ibi ſubiecimus, quando eſt periculum, quòd defuncti bona diſpareant, habetur. l. 15. citata, conſentaneè ad varia iura, quæ ibi Greg. Lop. citat, atque ad rectam rationem, quæ interpres eſt legum.

Quando mācipium iniuriam intulit, rationeque eius iniuriæ, quæ abſque culpa domini illata fuit, iniuriarum actio competit, tunc ſi iniuria ſufficienter compenſetur punitione corporali mācipij, quæ nec mortem illi inferat, neque inutile membrorum aliquid illius reddat, tenetur dominus tradere id mancipium, vt ita iudicis arbitrio puniatur: quoniam cum mancipium aliter ſoluendo non ſit, locum nō habet aduerſus illum pæna ciuilis, niſi dominus eli- 20
D gat illam potius ſoluere, aut noxæ dare mancipium pro pęna pecuniaria, qua, agendo ciuiliter, damnandum foret. Itaque ſemper, quando dominus non tradiderit mancipium puniēdum corporaliter pro iniuria illata, tenetur vel pænam ciuilem ac pecuniariam ſoluere, vel loco illius dare noxę id mancipiū. Semper enim iura permittunt domino mancipij, loco damni, ac pecuniariæ pęnæ, quam ſoluere ratione mancipij damnetur, eligere potius dare noxæ id mancipium, vt habetur l. miles. §. 1. ff. de re iud. & alijs iuribus. Illa verò alia, quæ dicta ſunt, atque ad hunc locum ſpectant, habentur. l. ſed etſi vnus. §. cum ſeruus. ff. de iniur. & l. 14. tit. 9. par. 7. eoque modo duo illa iura ſunt intelligenda.

E

DISPVT. 39.

De pœna famoſum libellum.

SVMMARIVM.

1 *Qui famoſum libellum compoſuit aut edidit, itemq́, qui illum reperit, nec lacerauit, ſed illum manifeſtauit, pœna capitis plectitur: præſertim quando libellus aliquid continet, quod ſi probaretur commiſiſſe eum, quem is libellus de ea re infamat, puniretur pœna capitis.*

Vtrùm

2 *Vtrùm is qui libellum reperit, nec lacerauit, ſed illum manifeſtauit, tunc ſolùm puniendus ſit pœna, qua punitur author talis libelli, quando de alio authore non conſtat: quando verò conſtat de alio authore, puniendus ſolùm erit pœna mitiori arbitraria.*

3 *Qui damnatus eſt, ſiue criminali actione ſiue ciuili iniuriarum, quòd libellum famoſum fecerit, ſcripſerit, ediderit, aut fieri fecerit, facere non poteſt teſtamentum, & ſi teſtamentum faciat, eſt ipſo iure nullum.*

4 *Pœna, ut ſit inteſtabilis, ſi condemnetur actione ciuili aut criminali, ſtatuitur etiam ei, qui carmen famoſum compoſuerit aut ediderit.*

5 *In Luſitania eadem pœna punitur, qui libellum famoſum repertum manifeſtauerit, eave de re fuerit locutus, qua præcipitur puniri compoſitor uel editor.*

1 QVid ſit libellus famoſus, & multa alia quæ hoc loco dici poterant, Diſput. 35. ſunt dicta. Qui libellum famoſum compoſuit, ſcripſit, edidit, aut dolo malo fecit, vt aliquid horum fieret, itemque qui illum reperit, nec lacerauit, exuſſit, aut aliter conſumpſit, ſed illum manifeſtauit, pœna capitis plectitur. Ita habetur. l. vnica. C. de famoſ. lib. iuncta. l. lex Cornelia §. ſi quis librum. ff. de iniur. lexque illa vnica habetur etiam 1. q. 5. §. vlt. Intelligendum tamen eſt id quando libellus continet aliquid, quod ſi probaretur cõmiſiſſe eum, quem is libellus de ea re infamat, puniretur pœna capitis. Alioquin ſolùm puniretur ea pęna, qua ob eam rem puniendus is eſſet, quem de ea re in eo libello infamat. Ita gloſſa. 1. l. vnica citata, hocque totum eſt hodie ſancitum in hoc regno l. 3. titu. 9. part. 7. Quòd ſi, qui eo libello infamatur, vel ſolùm eſſet puniendus ob rem, de qua in eo libello infamatur, pœna arbitraria, vel nulla pęna, tunc prędicti ſolùm punientur pœna arbitraria, vel minori pro iniuriæ quantitate, eaque vel corporali, vel pecuniaria, prout aduerſus eum ciuiliter aut criminaliter fuerit actum, vt de cæteris iniurijs diſputatione præcedente & tractatu præcedente Diſput. 40. dictum eſt. Et quia vt plurimum infamati libellis famoſis, ob rem de qua in eis infamantur, non eſſent plectendi capitis pęna, ſed vel nulla, vel arbitraria, inde prouenit, quòd vt plurimum ob famoſos libellos prædictis non imponatur pœna capitis, ſed arbitraria, vt Iulius Clarus. 5. lib. ſent. q. 68. nu. 25. teſtatur fieri eſſe conſuetum. Prædicta autem omnia locũ etiam habent, quando ex libello reſultat alicui infamia, eſtò ille non nominetur, vt habetur l. lex Cornelia. §. ſi quis liberum citato.

2 Vtrùm autem is, qui libellum reperit, nec deſtruxit, ſed manifeſtauit alijs, tunc ſolùm puniendus ſit pœna, qua punitur autor talis libelli quando de alio autore non conſtat: quia in eo euentu ipſe præſumitur autor illius, & vt talis punitur: quando verò conſtat de alio autore, puniendus ſolùm erit pœna mitiori arbitraria. Multi affirmanter reſpondent, ſatiſque fauent verba illa legis vnicæ citatæ; *Si uerò nõ ſtatim eaſdem cartulas uel corruperit, uel igne conſumpſerit, ſed uim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi autorem eiuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum.* Itemque verba illa capitis. 1. 5. q. 1. Et qui eas prius inueniret, rumpat, ſi non vult autoris facti cauſam incurrere. Alij verò volunt, eſtò conſtet de autore, puniendum eſſe pęna eiuſdem autoris, idque vtraq; verba intendere, ſatiſque apertè ſignificare: rationemque eſſe, quoniam non minus eſt cauſa infamię, quàm ſit autor, eum libellum, dum res adhuc erat occulta, manifeſtando: de horũ numero eſt Salicetus à Greg. Lop. l. 3. citata relatus verb. *como aquel que lo hizo*, cui Greg. Lopez non repugnat.

Eſtò, quòd libellus famoſus continet, reipublicæ

A expediat ſciri, & qui libellum cõpoſuit, ſcripſit, edidit, aut vt fieret dolo malo fecit, vel illum primò repertũ non deſtruxerit, ſed manifeſtauit, probare velint, id ita habere, non audiuntur, vt pęnam euadãt, vt diſputatione præcedente dictum eſt, iuxta legem vnicam. C. de fam. libell. & l. 3. tit. 9. par. 7. Quæ lex 3. aliam etiam rationem reddit, præter eam, quã nos diſputatione præcedẽte reddidimus: quia ſcilicet infamia ſcripto ex parſa longius multo durat, quã quæ voce eſt ſolùm prolata. Credo tamen noſtram rationẽ, quia ſcilicet, qui libello infamat, occultus eſt, eſſe potiſſimam rationem, quam lex vnica citata innuit, dum criminis detectionem non vult admittere, niſi manifeſtante ſe accuſatore. De iure tamẽ canonico, quando quod libellus cõtinet, reipublicæ ſciri opor- B tet, admittitur, qui illum compoſuit, aut repertum manifeſtauit, ad probandum ita habere, quod illo continetur, vt pœnam euadat: id quod diſputatione præcedente dictum eſt.

3 Qui damnatus eſt ſiue criminali actione, ſiue ciuili iniuriarum, quòd libellum famoſum fecerit, ſcripſerit, ediderit, aut fieri fecerit, inteſtabilis eſt, hoc eſt, facere non poteſt teſtamentum, & ſi illud conficiat, eſt ipſo iure nullum, neque ipſe teſtis eſſe poteſt in teſtamento alterius. Ita habetur l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniur. l. ob carmen in prin. ff. de teſtib. l. is cui. §. vlt. & l. cum lege. ff. de teſtament. & c. ſi teſtes. §. ob carmen. 4. q. 3.

4 Pœna, vt ſit inteſtabilis, ſi condemnetur actione ciuili aut criminali, ſtatuitur etiam ei, qui carmen fa- C moſum compoſuerit aut ediderit, eſtò illud in ſcriptum non redegerit, & vt puniatur pœna arbitraria criminali aut ciuili, prout aduerſus eum fuerit factũ: itemque ei, qui libellum famoſum vendendum aut emendum curauerit, dum ſcilicet in ſcriptum fuerit redactum, l. lex Cornelia. §. eadem pœna. ff. de iniurijs & l. 3. titu. 9. par. 7. Tametſi lex tertia citata pęnam infamiæ expreſſerit, nihilque dixerit de pœna, vt in hoc & in prædictis alijs euentibus, qui ea crimina commiſerit, ſit inteſtabilis.

5 Iure Luſitano lib. 5. ord. titu. 79. eadem pœna puniri præcipitur, qui libellum famoſum repertum manifeſtauerit, eave de re fuerit loquutus, qua præcipitur puniri, qui libellum famoſum compoſuit aut edidit. Hunc verò ibi ſolùm præcipitur puniri pœna D arbitraria pro quantitate iniuriæ, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus: præcipitur tamẽ, vt ea imponatur longè grauior, quàm ſi eadem infamia eidem palàm diceretur in facie.

Ibidem ſubiungitur, vt qui alteri retulerit ab alio eſſe dictum malum aliquod de eo, (quod Luſitanè dicunt *ir com megiricos*, & Caſtellani *con giſmes*) eadem pœna puniatur, qua puniretur, ſi is ipſe idẽ malum de illo eodem dixiſſet.

Iure verò canonico, qui libellum famoſum conficiunt, aut edunt, vel repertum manifeſtant, niſi probare velint, quæ in eo continentur, ita re habere idque re ipſa probent, puniuntur pœna flagellorum. Intellige, quando quod in eo libello continetur, fue- E rit graue. Quando enim eſſet leue, pœna arbitraria puniretur pro quantitate delicti & iniuriæ. Illud primum habetur c. 1. q. 1.

DISPVT. 40.

Quæ neceſſaria ſint, vt quis alienã famam reſtituere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vt quis famam alienam reſtituere teneatur, primò requiritur, ut alienam famam uerè abſtulerit.*

Deinde

2 *Deinde requiritur, vt qui famam alienam verè læſit, contra iuſtitiam peccauerit eam lædendo, non ſolùm materialiter, ſed etiam formaliter iuſtitiam tranſgrediendo.*

3 *Si, qui famam proximi iniuſtè materialiter læſit, poſt ita læſum, poſſet reſarcire illam ſine ſuo detrimento, ſanè teneretur id præſtare, non ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia.*

4 *Si is, qui famæ alterius ex ignorantia vel negligentia adeò notabile damnum intulit, vt ſi ignorãtia à parte culpæ non excuſaret, ſufficeret ad culpam lethalem, reſtituere damnum illud integrè poſſet ſine graui ſuo detrimento, vt quia crimen falſum de aliquo dixit, atque ſe retractando, ſine graui damno ſuæ propriæ famæ, poteſt reſarcire totam famam quam abſtulit, tenetur procul dubio id efficere ſub culpa lethali, non ſolùm ea caritate, ſed etiam ex iuſtitia.*

5 *Tertiò requiritur, vt infamatus alia via famam amiſſam non recuperauerit.*

Dicendum ſupereſt de reſtitutione honoris & famæ. Et quãuis à reſtitutione honoris inchoandum fuiſſet, quia tamen in reſtitutione famæ plus negotij eſt, ab illa erit incipiendum: permixtimque erit dicendum de reſtitutione honoris, quando ſermo fuerit de reſtitutione famæ læſæ aliquo facto, quo honor ſimul lædi conſueuit.

Quod verò ad id, quod propoſitum eſt, attinet nonnulla neceſſaria ſunt, vt quis famam alienam re-
1 ſtituere teneatur. Primum eſt vt alienam famam verè abſtulerit. Eſtò enim quis infamare alium intenderit, ſi tamen infamia inde non ſit ſequuta, quia fides ei non fuit adhibita, vel aliqua alia ratione, ſanè obligatio reſtituendi famam non conſurgit, eſtò lethaliter contra iuſtitiam is peccauerit. Si item fama ablata non fuit, quia vitium, quod de aliquo detectũ eſt, aut quod illi fuit impoſitũ, in illo nõ eſt infamia, aut non auget infamiam, quam iam antea habebat contractam, nulla profectò in hoc conſurgit obligatio reſtituendi famam. Vt ſi (iuxta ea quæ Diſputat. 26. & alijs dicta ſunt) de viro inhoneſtis amoribus dedito dicas, rem cum quadam muliere habuiſſe, eam mulierem non detegendo, ſanè ſiue verum ſiue falſum dixeris, ad nullam reſtitutionem ei teneris: quia nullam ab eo famam abſtuliſti. Idem eſt, ſi de eo, qui gaudebit talem de ipſo haberi æſtimationem, dicas, ſiue verè ſiue falsò, vindictam de aliquo ſumpſiſſe, in qua interueniret culpa lethalis, aut ſimile aliud viri magnanimi feciſſe, quod culpa eſſet lethalis. Vel de publica meretrice dicas, cubuiſſe cum aliquo, vel de publico vſurario, dediſſe alicui in ſingulari ſub vſuris, & ita de alijs ſimilibus, quibus infamia apud audientes non accreſcit ex eo, quod ſiniſtrum aliquid de eis narres.

2 Secundum eſt, vt qui famam alienam verè læſit, contra iuſtitiam peccauerit eam lædẽdo, non ſolùm materialiter ſed etiam formaliter iuſtitiam tranſgrediendo. Hinc in primis, qui famam proximi licitè, iuxta ea quæ Diſp. 24. & alibi dicta ſunt, lædit, ad nullam reſtitutionem tenetur; Deinde verò, qui illicitè quidem famam alterius lædit, cæterum non cõtra iuſtitiam, ſed contra ſolam caritatem, vt odio & animo nocendi, vel alia ratione contra ſolam caritatem, vtens tamen iure ſuo, iuxta ea quæ Diſp. 24. citata & alibi explanata ſunt, ad nullam reſtitutionẽ tenetur. Longè verò maiori cum ratione ad reſtitutionem non tenetur, qui ſola lege caritatis tenetur defendere famam proximi, ſe detractoribus opponendo iuxta ea quæ Diſp. 34. dicta ſunt, vel aliqua alia ratione, nec id efficit cum culpa ſua lethali contra ſolam caritatem.

Item qui inuincibiliter ſeu probabiliter ignorans
A ſe nocere famæ proximi, aut ſe iniuſtè illi nocere, ad nullam reſtitutionem famæ, quam ita re ipſa læſerit, tenetur. Quoniam in materia læſionis famæ, de qua agimus, non tenetur ratione rei acceptæ, quippe cum ea res, quo ad id, quod de ea læſum eſt, non maneat: neque in euẽtu, de quo loquimur, tenetur ratione iniuſtæ acceptionis iniuſtæ ve læſionis, excuſante eum ignorãtia inuincibili ſeu probabili.

Obſerua tamen, ſi poſt læſam ita iniuſtè materialiter famam proximi, poſſet, qui eam modo læſit, re- 3
ſarcire illam ſine ſuo detrimento, ſanè teneretur id præſtare, nõ ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia. Ratio autem eſt, quoniam quaſi ex officio ei tunc incumbit eam reſarcire: eo quòd cauſa fuerit eius dãni eo modo dati, in poteſtateque ipſius ſit, eam cau-
B ſam auferre, aut impedire ne vlterius id damnũ det ſeu continuet. Verbi gratia, iudex iuxta allegata ac probata ſententiam tulit, qua aliquem abſque culpa ſua iniuſtè materialiter infamauit: quia verè ille innocẽs erat; ſanè ſi poſtea ita conſtet illum fuiſſe innocentẽ, vt ſententia ſit retractanda, publiceq; ſit ei fama reſtituenda, tenetur is iudex, non ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia, retractare ſententiam, famamque illi reſtituere: idque non ſolũ, quia iudex eſt, ex ſuoque officio ei incumbit eam iuſtitiã tunc adminiſtrare, vt innocentem, ſibi ſubditum, iniuſtè oppreſſum releuet; ſed etiam quia ipſe fuit, qui eam ſententiam materialiter iniuſtam tulit, quæ in cauſa eſt, vt perſeuerent infamia & alia damna illi data, ipſeque poteſt eam cauſam eorum damnorum
C auferre, ac impedire ne vlterius cadat ac continuet, ac proinde veluti ex ſuo officio, quia ipſe eſt, à quo emanauit, atque adeò ex iuſtitia, tenetur illam auferre. Si tamen ſumptus aliqui ad id eſſent faciendi, neque eſſet aliquis delinquens, qui tanquam cauſa illorum iniuſta teneretur eos ſoluere, is profectò, cui ea via fama reſtitueretur, teneretur eos ſoluere: quoniam ipſius negotium in eo ageretur, & non iudicis, qui cum non fuerit cauſa eorum iniuſta, ad nullam teneretur reſtitutionem. Simili modo, ſi priuatus aliquis dixit aut fecit aliquid, quo abſque peccato ſuo famã alicuius iniuſtè materialiter læſit, excuſante eũ inuincibili ignorantia à culpa, ſanè ſi illi conſtet, fuiſſe falſum, quod bona fide dixit, ſeq; ipſum retractando reſarcire poſſit famam proximi,
D tenetur de iuſtitia id præſtare, impediendo, ne ea infamiæ cauſa, quam bona fide dedit, vlterius noceat ac perſeueret: modò id abſque notabili ſuo detrimento poſſit efficere. Si tamẽ ſumptus aliqui ad id eſſent neceſſarij, vel accedẽdo ea de cauſa ad aliquẽ locum, vel aliquos ad id cõuocando, is profectò tenetur illos tunc ſoluere, cuius negotiũ commodũ ve ea in re agitur. Eodem modo, ſi quis licitè aliquid de vno diceret, & id abſque ipſius culpa, intelligeretur de alio aut de alia, quæ infamata iniuſtè materialiter inde maneret, quis dubitat, eũ teneri de iuſtitia admonere eos, qui id ita malè cum detrimẽto famæ alterius intelligerẽt, non de illo id eſſe dictũ, ſed de alio aut de alia. Quando aũt in hoc & in præceden-
E te euentu dãnum eo modo bona fide abſque peccato datum non poſſit impediri auferendo eam exiſtimationẽ de mentibus hominum via aliqua licita, ac proinde abſque mendacio, tunc ad nihil aliud is teneretur, qui abſque peccato ſuo cauſa aut occaſio fuit eius damni. Quoniam non tenetur ad reſtitutionem illius, ſed ſolùm ad id damnum impediendum aut auferendum, ſi commodè poſſit.

Vtrum aũt, qui ignorantia, negligentia, vel inad- 4
uertentia ſua, culpabili quidem, cæterum non ita, vt perueniat ad culpam lethalem, ſed maneat intra limites venialis, damnũ adeo notabile famæ alterius dedit, vt ſi ignorãtia ſeu inaduertẽtia à parte culpæ non excuſaret, ſufficeret ad culpam lethalem, tenea-

tur ad reſtitutionem totius eius damni ſub culpa lethali, an verò ſolùm ad reſtitutionem partis illius. Reſpondendum eſt: Si reſtituere integre illud poſſit ſine graui ſuo detrimēto, vt quia crimen falſum de aliquo dixit, atque ſe retractādo, ſine graui damno ſuæ propriæ famæ, aliarumq; ſuarum rerum, poteſt reſarcire totam famam, quam abſtulit, iuxta ea quæ ſeq. Diſputatione dicenda ſunt, aut eſtò verum dixerit, poteſt ſimiliter ſine graui ſuo damno, vtendo aliqua amphibologia, eam totam famam, quam abſtulit, reſarcire, iuxta ea quæ infra ſuo loco dicenda ēt ſunt, tenetur procul dubio id efficere ſub culpa lethali, non ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia, vt de eo proxime eſt dictum, qui ex ignorantia prorſus inuincibili idē damnum dediſſet: longè autē maiori cum ratione ad idē tenetur, qui ex aliqua ſua culpa illud idē damnum dediſſet. Si verò non ſine graui ſuo dāno poſſet illud integre reſtituere, tūc non teneretur ad integram eius damni reſtitutionē ſed ſolùm ad reſtitutionem partis illius, pro quantitate culpæ ac dāni, nempe vel excuſando illum, vel illū laudando quo ad alia, vel aliquo alio modo partem eius damni reſarciendo. Ratio aūt eſt, quoniā quando aliquis tenetur ad reſtitutionem ſolùm ex parte culpæ, vt in re propoſita, ſanè ex natura rei ſolùm tenetur ad partem damni, pro quātitate culpę, quando culpa eſt leuis, quæ ad lethalem non pertingit: neque ratio eſtlagitat, vt quando damnum eſt magnum, datumque eſt ſolùm culpa veniali, nec reſarciri poteſt ſine graui proprio dāno ac iactura ſeu moleſtia; is teneatur ad integram reſtitutionem dāni, quod ita dedit. Neque in re propoſita locum habet diſpoſitio legis Aquiliæ, de qua tract. 2. à Diſp. 697. dictum eſt. Quoniam ea odioſa iuris humani diſpoſitio ſupra id, quod natura rei habet, extēdenda non eſt vltra damna, de quibus eadem diſpoſitio loquitur: loquitur verò de ſolis damnis in rebus externis diuitiarum, aut etiam corporis, vt patet eā totam diſpoſitionem intuenti. Quare neque ea, quę ibi Diſp. 698. neque quæ in eodem tractatu in calce Diſp. 295. dicta ſunt, cum hac noſtra tradita hoc loco doctrina pugnant. Quando vero culpa damni dati circa famam ex eo ſolùm eſſet venialis, quod obiectum & quantitas damni ſolùm eſſet venialis, tunc obligatio eſſet reſtituendi eam totam latitudinem damni, tametſi ſolùm ſub culpa veniali. Ceſſaret vero ea obligatio, quando rationabiliter præſumeretur eum, cui id damnum adeo paruum illatum eſſet, pro nihilo ducturum fieri eam reſtitutionem, ac proinde contentum fore, vt non fieret.

5 Tertium neceſſarium, vt quis alienam famam reſtituere teneatur, eſt, vt infamatus alia via famam amiſſam nō recuperauerit. Si enim alia via integrā eam recuperauerit, ad nullam reſtitutionem is ei tenetur, qui iniuſtè illam læſit. Verbi gratia, infamaſti aliquem de crimine aliquo, aut de aliqua nota, coram alijs: ille vero legitimè ſe purgauit de eo crimine aut nota, ita ut deleta omnino ſit infamia illa; vel alius ſuperuenit, qui contrarium affirmauit, omninoque perſuaſit, ita vt apud nullum maneat iam infamia de ea re: ſanè non teneris ad reſtitutionem, eſto iniuſtè id feceris. Idem eſt, ſi quacunque alia ratione abolita omnino iam ſit infamia. Neque contrariū docuit Adr. in 4. in q. de reſt. famæ in reſpon. ad 2. & 3. argumentum ex ijs, quę vltimo loco in ea q. proponit, vt illi tribuit Nauar. in Man. c. 18. nume. 43. patetque Adrianum legenti. Et quamuis Nauarrus quondam conſenſerit cū Adriano in eo, quod eo loco illi tribuit, iam vero hodie nobiſcum conſentit, vt ibidem affirmat; atque tam ipſe quàm alij doctores nobiſcùm conſentiunt in hoc tertio requiſito. Si tamen propter eam famæ læſionem medio illo tempore, quo recuperata non fuit, dam-

A num aliquod aliud ea de cauſa eſt paſſus, vt quia ea de cauſa expulſus fuit ab aliquo munere, aut munus aliquod nō eſt adeptus, quod alioquin adeptus fuiſſet, vel damnum aliud ob eandem famæ amiſſionem illi obuenit, tunc id totum, etiam ſi fama ſit integre reparata, eſt illi reſtituendum, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum, & patebit ex initio Diſputationis ſequentis.

Item quando aliquis remiſſionem reſtitutionis famæ, quam iniuſtè læſit, ab eo obtinuiſſet, cuius erat ea fama, vel abſque dubio crederet, illum cōtentum fore, vt ipſe eam non reſtitueret, quod tamen rarò eueniet, tunc obligatio non erit, de iuſtitia ſaltem, illam reſtituendi, & regulariter neque de caritate, iuxta ea quæ inferius dicenda ſunt.

B Vt ergo aliquis ad famæ reſtitutionem teneatur, neceſſe eſt concurrant ſimul quatuor omnia, quæ explanata ſunt, aliquo verò eorum deficiente, obligatio non eſt famam alienam reſtituendi.

DISPVT. 41.

Quæ reſtituere teneatur, qui famam iniuſtè læſit. Et quo pacto fama reſtituatur ob falſum crimen aut ob falſam notam alteri impoſita.

C *SVMMARIVM.*

1 *Qui damnum famæ alterius iniuſtè intulit, ſimul reſtituere tenetur omnia alia damna inde ſecuta, tanquam eorum cauſa etiam iniuſta.*

2 *Cum fama alicui iniuſtè eſt læſa ob falſum aliquod illi impoſitum, communis opinio eſt, ſufficienter ei reſtitui famam, ſi qui id falſum impoſuit, coram illis apud quos ita eſt infamatus dicat, ſe falſum ea in re dixiſſe, ita vt opinionem malā de proximo ſuo prorſus à mentibus illorum eximat.*

3 *Refelluntur obiectiones duæ in contrarium.*

4 *Quando aliquis falſum quid proximo iniuſtè impoſuit, tenetur ſe retractare, quando aliter famam ei reſtituere nō poteſt, neque ipſe maiorem infamiam* D *inde contrahit, teneturque iuramento confirmare, id non ita ſe habuiſſe vt dixerat, ſi aliter fides non haberetur.*

5 *Cum crimen falſum fuit alicui impoſitum, ſufficienter fit ei reſtitutio famæ iniuſtæ ab eo ablatæ, dicendo ſe fuiſſe mentitum, ſi inde alij deponant exiſtimationem, quam de illo conceperant.*

EVm, qui famam iniuſtè læſit, quamdiu id dānum manet, teneri illud reſtituere, notius eſt, quàm vt probatione indigeat. Cū enim hoc damnum maius ex ſuo genere ſit, quàm damnum in rebus externis diuitiarum: atque hoc ſub reatu interitus æterni ſit reſtituendum, quando E iniuſtè eſt datum ac permanet, vt tractatu 2. Diſp. 716. oſtenſum fuit: conſequens profectò eſt, vt & famæ damnum, quando fuit iniuſtè datum, eſtque notabile ac permanet, ſub reatu interitus æterni ſit ſimiliter reſtituendum.

Porrò, qui illud iniuſtè dedit, ſimul reſtituere tenetur omnia alia damna, ſi quæ inde ſequuta ſint, 1
tanquā cauſa illorum etiam iniuſta. Vt ſi infamatus priuatus ea de cā fuit officio, beneficio, aut emolumēto aliquo, vel id obtinere fuit impeditus, aliquā vel aliā iacturam paſſus eſt, ea omnia integre ſint ei reſtituenda, quantū prudentis arbitrio æſtimabūtur. De qua re ſermo Diſp. 45. redibit. Quare ſi is, qui famam ſuam iniuſtè læſam recuperauit, damnū aliud

inde

inde paſſus eſt antequam ea recuperaret, aut in illa recuperanda ac ſe purgando ſumptus aliquos fecit, ſanè is,qui iniuſtè eum infamauit, ea omnia damna tenetur ei reſtituere, eſtò poſt recuperatam integre ſuam famam ad nullam reſtitutionem propter illã antea iniuſtè lęſam non teneatur. Hęc de primo eorum,quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundũ attinet, cum duobus modis fama ſigno aliquo, vt voce aut ſcripto, alterius iniuſtè lędatur; vno falſum aliquod illi imponendo, altero verò, verum aliquod de illo iniuſtè detegendo; hac Diſp.& 43.eſt dicendum de reſtitutione famæ,quando falſum aliquod directè aut indirectè alteri imponitur,& Diſp.44. de reſtitutione famæ ob aliquid verum iniuſtè detectum. Diſput.verò 42.ſequenti examinabimus, vtrùm propter infamiam,in qua quis fuit à puncto,in quo iniuſtè fuit infamatus, vſque ad punctum,in quo fama fuit ei integre reſtituta,aut in quo ipſe integre illam recuperauit,debeatur ei aliqua reſtitutio,an non.

2 Quando autem fama alicui iniuſtè eſt læſa ob falſum aliquod illi impoſitum,tunc doctores communiter affirmant,ſufficienter ei reſtitui famam, ſi qui id falſum impoſuit, coram illis, apud quos ita eſt infamatus, ſe falſum ea in re dixiſſe, ita vt opinionem illam malam de proximo ſuo,cuius ipſe fuerat cauſa,prorſus à mentibus eorum depellat. Quòd ſi ſufficienter illam depelleret,non dicendo,ſe fuiſſe mẽtitum,ſed dicendo, ſe poſtea deprehendiſſe, quod affirmauit,non ita habuiſſe, (in quo ſanè nõ falſum diceret) vel ſimili aliqua alia loquutione,confirmandoque iureiurando,ſi ita opus eſſet,quod de illo dixerat,non ita habuiſſe,tunc id ſufficeret. Quoniam tantum tenetur reſtituere integre famam,quàm læſit,efficiendo vt illi omnino eam falſam exiſtimationem de illo depellant:ſi autem id conſequi poteſt ſine iactura ſuæ propriæ famæ, aut ſine iactura tanta ſuæ famæ,quantam incurreret, dicendo ſe fuiſſe mẽtitum, non teneretur nec deberet affirmare ſe fuiſſe mentitum. Quando autem id aliter conſequi non poſſet,quàm affirmando ſe fuiſſe mentitum,tunc affirmare teneretur,ſe fuiſſe mentitum, idque confirmare iureiurando,ſi ita neceſſarium eſſet, vt illi deponerent falſam exiſtimationem, quam ob ſuũ pernicioſum mendacium de proximo ſuo cõceperunt: modò tamen ipſe, affirmando ſe fuiſſe mentitum, attenta qualitate perſonæ, vt ſi ipſe eſſet prælatus, aut nobilis,vel aliqua alia de cauſa magnæ exiſtimationis, & is, de quo id falſum dixiſſet, infimæ eſſet notæ, & attentis cæteris circunſtantijs concurrentibus, longè maiorem infamiam incurreret, quàm eſſet infamia,quam illi alteri reſtituere teneretur:cũ tanta enim maiori ſua iactura non teneretur eo modo reſtituere minorem læſionem famæ alterius, vt ex dictis tractatu 2. Diſput.754. & tractatu præcedente Diſput. 102.patet,ſed ſatis eſſet, ſi eam infamiam aliter meliori modo, quo poſſet, reſtitueret, iuxta ea quæ Diſp.44.dicenda ſunt. Cùm æquali verò ſua infamia,aut cum paulo maiori,quàm eſſet ea quam reſtituere teneretur, ſanè dicere teneretur ſe fuiſſe mentitum,atq; ſi ita opus eſſet vt crederetur, teneretur id confirmare iuramento, qñ aliter reſtituere non poſſet famam alterius. Quoniam quando quis damnum iniuſtè alij dedit,tenetur id illi reſtituere cum ſuo æquali aut etiam cum aliquantulo maiori ſuo damno, vt diſputationibus citatis & alias ſæpe eſt dictum: ſibique imputet, quòd in eas anguſtias ſe ipſum redegerit, iniuſtitiam aduerſus proximo ſuum committendo: neque vlla ratio aut æquitas patitur, vt innocens maneat in damno æquali,aut paulo maiori, ne ipſe, qui nocens,fuit, iniuſteque illud dedit, tantundem aut aliquantulum maius ſubeat,in illo reſarciendo ac reſtituendo.

A Neque aduerſus hoc obijcias, ordine caritatis bonum proprium eiuſdem ordinis præferendum eſſe æquali aut minori bono alterius. 3 Quoniam intelligendum eſt,id caritatis ordine licere,quando contrarium non eſt debitum, vt in re propoſita ob iniuſtitiam in proximum commiſſam bonum famæ illius lædendo, debitum eſt illud ei reſarcire, eſtò ad id ſit neceſſe facere iacturam æqualis aut paulo maioris boni famæ noſtræ:alioquin neque in bonis externis teneremur reſtituere damnum bonis proximi iniuſtè illatum, vt domum illius aut ſegetes illius iniuſtè exurendo:quoniã ad id neceſſe eſſet,nos æqualem aut paulo maiorem iacturam in bonis noſtris externis pati: quod tamen conſtat eſſe falſum.

Neque rurſus obijcias, reſtitutionem ad id ordi-B nari, vt conſtituatur æqualitas: at verò reſtituendo famam proximo,confitendo me fuiſſe mentitum in eo, quod falsò de illo dixi, ille manet cum ſua integra fama, & ego maneo cum detrimento meæ famæ,quod eſt inæqualitas: ergo in eo euentu non teneor famam illi reſtituere, confitendo me fuiſſe mẽtitum. Non,inquam,hoc rurſus obijcias, quoniam reſtitutio per ſe ad id ordinatur, vt ad æqualitatem ſatisfiat damnum ac iniuſtitia aduerſus proximum commiſſa,ſiue ad id neceſſarium ſit,eum, qui id dãnum iniuſtè dedit,manere in damno æquali, vel paulo maiori, vt in exemplo eius, qui domum aut ſegetes alterius iniuſtè exuſſit, conſtat: per accidens autem eſt, quòd quando, qui alienum iniuſte retinet, illud idem reſtituit, aut tantundem, in quo inde ſit C factus locupletior, ipſe ita reſtituendo in nullo maneat damno.

Quod quando aliquis falſum aliquod proximo 4 ſuo iniuſte impoſuit, famamque illius læſit, teneatur ſe retractare, quando aliter famam ei reſtituere non poteſt,neque ipſe longe maiorem infamiam inde contrahit, teneaturque iuramento confirmare, id non ita habuiſſe,vt ipſe dixerat, quando aliter fides ei omnino non adhibebitur, neque omnino depelletur opinio falſa,quam de eo proximo alij conceperant,fatentur doctores communiter: idque iuramentum verum atque vtile tunc & neceſſarium actus erit religionis ac meritorius, ſi qui illud adhibet, conſtitutus ſit in gratia. Dubitant verò doctores,num quando is neque ita credetur,niſi teſtes ad-D hibeat,teneatur eos adhibere,ſi poſſit,eſtò facturus ſit ad id ſumptus aliquos,modò hi ſumptus non ſint multum exceſſiui comparatione æſtimationis famę reſtituendæ. Nauarro in Manu.c.18.nu.45.durum videtur ad id aſtringere illum in eo euentu: quoniã confitendo ſe fuiſſe mentitum, idque confirmando iuramento, ſufficientem cauſam adhibet, vt illa falſa exiſtimatio de mentibus aliorum deponatur: imò adhibet ex ſua parte maiorem cauſam vt depellatur,quàm fuerit illa,quam à principio dedit, vt ea falſa exiſtimatio in mentibus eorum gigneretur, illique proinde iam tunc in culpa ſunt eam non depellendo, cauſaque iniuſta ſunt eius exiſtimationis de proximo ſuo,& non ille alius, qui à principio pernicioſo ac iniuſto ſuo mendacio cauſa fuit vt exiſtima-E tio illa conciperetur. Neque deeſt,cui hæc Nauarri opinio placeat. Sotus verò loco mox citando & alij meritò affirmant,ad id illum ẽt teneri. Quoniã cum fuerit à principio cauſa iniuſta eius exiſtimationis in damnum proximi ſui,omnia efficere tenetur, quæ non cum longe maiori ſuo detrimento, quàm ſit dãnum,quod ipſe iniuſte proximo dedit, facere potuerit,vt ab eo damno ille eruatur, etiamſi ad id neceſſe ſit facere ſumptus aliquos, cum detrimento aliquo ſuorũ bonorum externorũ, quæ ſunt inferioris ordinis,quã fama. In eo tamen video multos doctores cõuenire, ſi ille qui cõfeſſus fuit falſum id eſſe,ꝙ de proximo ſuo iniuſtè dixit, idque iuramento confirma-

firmauit, ſiue teſtes ſimul adhibuerit, ſiue non: quia nullos habet teſtes quos adhibere poſſit, non credatur, perſeueretq; infamia proximi illius, cuius à principio ipſe fuit cauſa iniuſta, ad nullam aliam teneri illi reſtitutionem: quoniam eius tunc infamiæ iam ipſe non eſt cauſa, ſed cauſa ſunt, qui eam exiſtimationem retinent: cum temerarii iam in eo iniuſtique ſint, teneantur que eam à ſe repellere. Certè propendeo in contrariam Adriani opinionẽ in 4. q. de reſt. famæ in prin. eum ſcilicet tunc teneri alia via reſtituere id infamię, quod remanet. Etenim, qui id damnum à principio iniuſtè dedit, nondum illud reſarciuit, quamuis cauſam adhibuerit, vnde reſarciretur, niſi per iniquitatẽ aliorum ſtaret: nullus autem deobligatur ab onere reſtituendi damnum, quod iniuſtè dedit, quouſque illud re ipſa & cum effectu reſarcit, eſtò cauſam adhibuerit, vnde reſarciretur, niſi per alterius iniquitatẽ ſtaret, qui illud continuat, cauſaque iniuſta illius eſt. Si enim damnum dedi in bonis externis, & æſtimationem eius damni mitto per meum famulum aut amicum ad eum, qui illud eſt paſſus, iſque famulus aut amicus eam æſtimationem ſua culpa non reſtituit, ſed retinet, ſanè licèt is famulus aut amicus cauſa ſit iam iniuſta, quòd id damnum non tollatur, reſtituereque teneatur tum id damnum, tum etiam alia, ſi quæ inde vlterius ſint ſecuta, ego tamen ea de cauſa non deobligor à reſtitutione eius damni, nondum reparati, cuius à principio fui cauſa iniuſta. Dixi, me propendere in Adriani opinionem: quoniam video nonnihil eſſe diſcriminis, eo quòd in re, de qua diſputamus, non permanet aliud damnum, quàm quòd ex eo ſequitur, quòd iſti iniquè non depellant eam exiſtimationem, vt iá tenentur: cæterùm cum ego cauſam illius, à principio dederim, effectus ſanè eſt partialiter à meo pernicioſo mendacio adhuc emanans, quāuis ſine mea noua cauſa, culpaque ſolum eorum, qui id adhuc exiſtimant, atque adeò illi præcipuè tenentur iam ad id damnum, & ego in illorum defectum. Quòd ſi vera eſſet quoad hoc opinio contraria opinioni Adriani, ſanè ego opinionem illam etiam Nauarri amplecterer, eum ſcilicet, qui ſufficientẽ cauſam adhibuit, vt depelleretur illa ſiniſtra exiſtimatio, dicendo ſe eſſe mentitum, idque iuramento confirmando, non teneri inſuper adhibere teſtes, & multo minus facere ſumptus ad illos adhibendos, eſtò qui illam ſiniſtram exiſtimationem conceperunt, depoſituri illā non ſint, niſi teſtes adhibeantur.

5 Quòd quando crimen falſum fuit alicui impoſitum, aut nota falſa, ſufficienter fiat ei reſtitutio famæ iniuſtæ ab eo ablatæ, dicendo ſe fuiſſe mẽtitum, ſi inde alij deponant falſam exiſtimationem, quam de illo conceperunt, affirmant diuus Th. 2.2. q. 62. art. 2. Scotus in 4. diſt. 15. q. 4. Caiet. in ſumma verb. reſtitutio. c. de modo reſtituendi. Adri. vbi ſuprà, Nau. in Manu. c. 18. nume. 45. Sotus. 4. de iuſt. q. 6. art. 3. ad 4. Gab. & Maior. in 4. diſt. 15. vterque. q. 16. & doctores communiter. Neque dubito id ſemper habuiſſe praxim eccleſiæ, vt ſcilicet, quod attinet ad talem iniuſtam famæ læſionem, nihil aliud in reſtitutionem iniungeretur. Qua eadem ratione communiter affirmant doctores, quando certò conſtaret, eos, coram quibus aliquis iniuſtè fuit infamatus de crimine aliquo, ſiue vero ſiue falſo, omnino eius rei oblitos eſſe, ad nullam teneri eum reſtitutionem, qui iniuſtè illum infamauit: eo quòd id dānum famæ iniuſtè datum iam nō maneat. Idem propter eandem rationem ſunt dicturi, quando omnes, coram quibus aliquis fuit iniuſtè infamatus, iam è vita diſceſſerunt: quippe cum iam omnino eſſe deſit præterita omnis infamia ea de re.

Caiet. 2.2. q. 62. art. 2. ad 2. & quidā alij, hæc non negando, nihilominus affirmant, quando crimen, de quo aliquis iniuſtè fuit infamatus, erat falsū, eſtò veriſimile ſit eos, qui longo tempore antea illud audierunt, oblitos iam eſſe: quia tamen id certum non eſt, eſſeque poteſt vt recordentur, & vt eo plus firmentur in exiſtimatione illud verum fuiſſe, quo vident eum, qui illam infamiam ſparſit, tanto tempore de ſuis peccatis ſacramentaliter fuiſſe, nunquamque ſe ipſum retractando ea de re, famam reſtituiſſe, teneri adhuc ſe retractare coram illis. Quamuis autem id tutum ſit, ac regulariter amplectendū propter id periculū; quando tamen eſſet perexigua probabilitas eos adhuc recordari, atque ex retractatione ſequeretur notabilis infamia ei, qui ſe retractare deberet, arbitror eum non teneri tunc ſe retractare, ſed ſatisfacere laudando illum, quem infamauit, vel aliqua alia ratione ei compẽſando id infamiæ, quod remanere poſſe præſumitur, attento quod certum non ſit eam remanere, qua de cauſa eo minor compenſatio illi debetur, quo minus eſt certum eam remanere. Atque eadem ratione minor etiam reſtitutio debetur, quando crimẽ, de quo dubitatur, an adhuc maneat infamia, verum fuit, quod proinde nefas eſt retractare, quàm deberetur, ſi certum eſſet infamiam de illo adhuc remanere.

DISPVT. 42.

Vtrùm pro infamia, quam paſſus eſt is, cui fama reſtituitur retractatione criminis falſi, aut notæ illi impoſitæ, à pūcto quo ita fuit infamatus, vſque ad eam reſtitutionẽ, ſumpta ea infamia præciſè à quocunque alio damno ex illa ſequuto, reſtitutio aliqua illi debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Nihil reſtitutionis debetur nec iniungi debet pro iniuria, quam iniuſtè infamatus paſſus eſt tempore toto quo infamiam ſuſtinuit, interim dum fama illi non fuit reſtituta, aut interim dū infamia illa alia ratione non fuit abolita.*

2 *Refutantur duæ obiectiones in contrarium.*

ANtequam vlterius progrediamur, quod propoſitum eſt, erit examinandum. Eademque eſt difficultas de quacūque alia infamia, quam paſſus ſit aliquis vſque ad punctum, quo omnino fuit abolita morte, aut obliuione illorum omnium, qui notitiam de ea re habuerunt, & de quacunque infamia, quam quis ſit paſſus vſque ad inſtans, quo plenè ei reſtituitur, num ſcilicet reſtitutio ſolum debeatur pro infamia, quæ adhuc pendet in futurum, & quatenus in futurum pendet, quaſi quo ad id ſolùm rationem habet damni permanentis; non verò debeatur reſtitutio pro infamia præterita, præciſè ſumpta à quocunque alio dāno ex illa ſequuto, quaſi illa, ita præciſè ſumpta, rationem non habeat damni permanentis, ſed retineat ſolùm rationem iniuriæ pœna dignæ.

Ex dictis præcedente Diſputatione ſatis conſtat conſonum omnino eſſe communi doctorum ſententiæ, praxique eccleſiæ in confeſſionibus ſemper ſeruatæ, nihil reſtitutionis deberi, nec proinde eſſe iniungendum, pro iniuria, quam iniuſtè infamatus paſſus eſt tempore toto, quo infamiam ſuſtinuit, interim dum fama illi nō fuit reſtituta, aut interim dū infamia illa alia ratione non fuit abolita. Tametſi doctores omnes cōfiteātur, ſi ex ea infamia toto illo 1

tempore

tempore ſequutum ei fuit aliquod damnum, vt quia A
eade cauſa priuatus fuit officio, beneficio, aut emolumento alio, vel ſumptus aliquos fecit, vt ſe purgaret, aliquódve aliud damnum, etiam lucri ea de cauſa ceſſantis, eſt paſſus, id totum eſſe illi reſtituendũ. Nullus verò doctorum inter damna reſtituenda cõputat, ſubiacuiſſe iniuſtè infamatum toto eo tempore infamiæ illi, malamque de illo toto eo tempore habitam fuiſſe exiſtimationem. Ratio autem huius praxis communiſque doctrinæ (licèt nullus, quod legerim, eam reddat, neque examinet hanc difficultatẽ) hæc eſt: Quoniam illa alia verè habent rationem damni permanentis: ſubiacuiſſe verò iniuſtè toto illo tempore illi infamiæ ac exiſtimationi, quæ de illo fuit habita, ſolum iam nunc habet rationem iniuriæ perpeſſæ, quæ tranſiuit nullo iam nunc relicto damno: B
vt verò tractatu 2. Diſp. 715. pro ſolo damno remanente debetur reſtitutio, nõ verò pro iniuria ſumpta præcisè à damno dato, ſed illi reſpondet condigna pæna, quæ non debetur ante latam ſententiam. Cum hac verò doctrina conſentiunt, quæ tractatu præcedente Diſp. 100. & aliàs ſæpe dicta ſunt.

Neque Adrian. in 4. q. de reſt. famæ ad 2. & 3. eorũ, quæ vltimo eo in loco proponit, aliud docet. Ibi enim, concedens eum, qui diffamauit, non teneri ad famæ reſtitutionem, quando, qui malam de ita diffamato conceperant opinionem, ab ea mala opinione reſiliunt, quòd videat, eum, qui diffamauit, in multis alijs compertum fuiſſe dixiſſe falſum, hæc verba ſubiungit: *Manet nihilominus, qui diffamauit, obligatus ad reparationem pro intereſſe medij temporis, quo* C
diffamatus erat, ſiue fuerit intereſſe damni emergentis, ſiue lucri ceſſantis ex ea diffamatione: ut in re furtim ablata, quæ poſt reſtituitur. Hæc ille. Quo in loco perſpicuè liquet, non loqui de reparatione infamię, quã eo tempore ſuſtinuit. Illa quippe infamia per recuperationem famę abolita ac reſarcita fuit: non ſecùs atq; damnum rei furto ablatæ per reſtitutionẽ eiuſdem aut alterius ſimilis rei aboletur ac reſarcitur: neque pro iniuria, quòd caruerit ſua fama toto eo tempore, debetur ei reſtitutio, ſed iniuriæ illi pœna rñdet: ſicut neque pro iniuria, quòd caruerit re ſua externa, quę furto ab eo fuit ablata, toto eo tẽpore, quo reſtituta ei non fuit, debetur ei reſtitutio aliqua. Loquitur ergo Adrianus eo in loco de ſola reparatione damni emergentis, aut lucri ceſſantis ex infamia toto eo tempore perpeſſa, ſi quòd fortè ex ea infamia D
illi emerſit, aut ceſſauit in aliquibus alijs ſuis bonis, vt perſpicuè verba illius innuunt, & exemplũ, quod de re furto ablata adhibet: quare cum communi aliorum doctorum ſententia conſentit.

Idem voluit Nau. in Manu. c. 18. n. 43. & 47. verſ. ex eiſdem cauſis, &c. Vt patet expendenti verba illius. Loquitur. n. de ſola reparatione damni, additq;, *ſi quod à tempore illatæ infamiæ uſque ad eiuſdem abolitionem fuit paſſus.* Satis autem perſpicuum eſt, ſi illũ ſubiacuiſſe toto illo tempore infamiæ Nauarrus arbitraretur eſſe damnum permanens, eſſeque obligationem illud reſtituendi, loquuturũ eũ non fuiſſe conditionaliter, dicendo, *ſi quod à tempore illatæ in-* E
famiæ uſque ad eiuſdem abolitionem fuit paſſus: quoniã conſtaret, ſemper eum id damnum fuiſſe paſſum.

Arbitror autem recedendum nulla ratione eſſe à communi hac de re doctorum ſententia hactenus à nobis explicata, communique eccleſiæ vſu cõfirmata, nouum onus introducendo reſtituendi aliquid iniuſtè infamato, pro tempore, quo infamię ſubiacuit, eamque ſuſtinuit. Maximè quoniam id eſſet graue iugum ceruicibus pænitentium iniungere, à quo nõ facilè eos exonerarent. Atque vt hęc communis doctorum ſnĩa, praxi eccleſiæ confirmata, corroborat, quæ dicta à nobis ſunt tract. 2. Diſp. 715. & tractatu 3. Diſpu. 100. ita viciſſim ex illis ipſa corroboratur.

Obijciet nihilominus aliquis aduerſus hanc communem doctorum ſententiam, aliquem ſubiacuiſſe infamiæ iniuſtè tempore aliquo, quouſque fama retractatione reſtitueretur, aut alia ratione infamia aboleretur, non eſſe nudam iniuriam, ſed eſſe verum damnum, ac proinde reſtitutione eſſe neceſſariò in conſcientię foro compenſandum. Id verò probabit. Primò, quoniã non ſicut res ſe habet in re furto ablata, eſſe ſcilicet iniuriam & non damnum, caruiſſe illa tempore toto quouſque fuit reſtituta, ita res habet in fama iniuſtè ablata. Fama enim eſt exiſtimatio, quæ de aliquo habetur: & quemadmodum bonum hoc coaleſcit ac integratur ex exiſtimatione diuerſorum, cum quibus viuimus, quive nos agnoſcunt, notitiámve de nobis habent, ita coaleſcit ac integratur exiſtimatione, quam de nobis habent toto tempore, quo viuimus, atque etiam poſt mortem noſtram: ſicut ergo, qui nos iniuſtè infamat apud aliquẽ, aut apud aliquos, iniuſtè efficit nos carere parte integrante noſtræ famæ, damnique proinde illius noſtri eſt cauſa, tenetúrque idcirco illud nobis reſtituere: ita qui iniuſtè nos carere efficit fama noſtra certo aliquo tempore, iniuſtè efficit nos carere parte integrante noſtræ famæ, eſtque proinde cauſa illius noſtri dãni, quod reſtituere nobis ſimiliter tenetur, neque illud nobis ex eo reſarciretur, quòd infamia aboleatur, continuarique fama noſtra incipiat, qualis erat antequam id damnum nobis iniuſtè inferretur, aut ex eo, ꝙ retractatione fama noſtra redeat ad ſtatum in quo erat antequam iniuſtè lędęretur: quippe cum nõ redeat maior, quàm ante læſionem erat, vt ſuo augmento pars illa quo ad durationem, quæ iniuſtè ablata ac impedita fuit, reſarcitur, neque quo ad duratione ad eum redeat ſtatum, in quo erat antequam à nobis iniuſtè auferretur: non ergo ſicut res habet in re externa furto ablata, aut iniuſtè damno affecta ac deſtructa, quando reſtituitur & compenſatur re alia eiuſdem bonitatis ac valoris, ita res habet in fama, quando infamiæ abolitione reſarcitur, aut retractatione inſtauratur. Quando enim res externa furto ablata, iniuſtève damno affecta ac deſtructa, alia æquiualenti reſtituitur, totum, quod iniuſtè fuerat ablatum aut deſtructum, quo ad omnes ſuas partes reſtituitur ac compenſatur: at verò quando infamia morte aut obliuione eorum, apud quos quis fuerat iniuſtè infamatus, aboletur, aut retractatione fama læſa inſtauratur, non redit fama integra quo ad omnes ſuas partes, ſed perinde res habet, ac ſi res externa reſtitueretur deſtructa in aliqua ſua parte: quod conſtat non ſufficere ad integram ac plenam reſtitutionem.

Secundo, interim dum perſeuerat infamia, cuius aliquis iniuſta fuit cauſa, tenetur is, qui illius fuit cauſa iniuſta, reſtituere id damnum iniuſtè datũ, vt oẽs cõcedunt: ꝙ ſi reſtituere illud non poſſit bono eiuſdẽ generis, tenetur reſtituere id pecunia, aut aliqua alia ratione, vt in ſequẽtibus dicemus: ergo dato trãſactoque iam toto damno iniuſto, quod infamatus ſuſtinuit, non minùs, qui illud iniuſtè dedit, tenetur id totum quo ad durationem reſtituere, quam teneretur reſtituere partem illius, ſi quæ adhuc in futurum penderet: eaque de cauſa, quando abolita fuit infamia morte, verbi gratia, eorum, apud quos iniuſtè infamauit, tranſactaque fuit tota infamia quo ad durationem, quam iniuſtè infamatus toto tempore, quo illi vixerunt, ſuſtinuit, non minùs eſt illi reſtituendum damnum totum infamiæ tranſactum ac perpeſſum, quàm eſſet illi eidem reſtituenda pars quo ad durationem eiuſdem damni, quæ adhuc in futurum penderet, reſtaretque adhuc perferenda.

Fateor hæc argumẽta facilè permouere quemuis doctum virum poſſent, vt aſſereret, abolita iam infamia, aut fama iam inſtaurata retractatione criminis

falſi aut notæ impoſitæ, adhuc eum, qui iniuſtè infamauit, reſtituere teneri id infamiæ, quod infamatus interim ſuſtinuit dum infamia abolita non fuit: vt & me (ſtatim ac de hac re cogitanti occurrerunt) ancipitem reddiderunt, num hac in re diſcedendū mihi eſſet à communi doctorum ſententia. Re tamen attentè matureque conſiderata, inclino recedēdum ab ea non eſſe. Non ſolum quòd non facilè tranſgrediendi debeamus limites, quos patres noſtri maturo iudicio conſtituerunt; neque ſit recedendum ab vſu eccleſiæ à temporibus antiquis recepto; neque pœnitentes ſint grauandi tanto tam moleſto difficilique onere, dum cum probabilitate ab eo poſſunt excuſari: ſed etiam quoniam in vnaquaque re, attenta ac expenſa illius natura, eſt arbitrandum ac iudicandum, num maneat vel non maneat damnum, ſed potiùs in nudam tranſierit iniuriam, ac proinde num iniungenda ſit aut non ſit reſtitutio pro illo. Res etenim externæ ad ipſarum vſum ordinantur, ac proinde interim dum non reſtituuntur, vel eædem numero, quæ iniuſtè ablatæ aut deſtructæ ſunt, vel aliæ illis æquiualentes, vt earum ſimilis aut æquiualens eſse poſſit vſus, dicitur is, qui id iniuſtum detrimentum accepit, manere in damno à principio ei iniuſtè dato. Cæterum fama in virtutis teſtimonium ordinatur, aut alterius excellentiæ, de quà eſt ea fama, & in emolumenta, quæ inde ſunt nata oriri, attenta exiſtimatione hominum, vſuque & inſtitutione reipublicæ, cuius ſumus partes. Neque famæ aſſiſtentia virtuti, aut alteri excellentię verè aut exiſtimatę, in vno tempore, inſeruit in aliud tempus, quin potiùs diuiſa quo ad durationem atque aſſiſtentiam virtuti, aut alteri excellentiæ, ad diuiſionem temporis, in quo durat, tranſit cum ipſo tempore, neque inſeruire eſt apta quo ad ſuum vſum in aliud tempus. Quo fit, vt fama eo modo ſpectata, perinde ſe habeat, atque ſe habet ſanitas corporis diuiſa ad diuiſionē temporis, in quo vita durat: eaque de cauſa, ſicut, qui iniuſtè lędit ſanitatem corporis, tenetur quidem interim dū id damnum ac læſio perſeuerat ac pendet in futurū, reſtituere id damnū, adhibēdo quæ neceſſaria ſunt, vt corpus ad ſuam naturalem diſpoſitionem reducatur, & inſuper reſtituere tenetur, ſi quæ alia damna lucri ceſſantis, aut damni emergentis ex ea læſione iniuſta ac defectu ſanitatis vlterius ſunt ſecuta, vt ſi ob eum ſanitatis defectum eo modo iniuſtè lęſus non locauit operas ſuas, aut ab alio lucro eſt impeditus, vel damnum aliud ei emerſit ac ſuſtinuit: redintegrata verò ſanitate, vel natura ſola curante, vel ſimul arte adiuuante, ad nullam reſtitutionem læſionis ac damni corporis præteriti tenetur, vt cū Adriano & Richardo, nemine, quod ſciam, refragāte, tractatu præcedente Diſp. 88. dictum eſt: ita qui famam iniuſtè lædit, tenetur quidem interim dum id damnum durat, infamiaque in futurum pendet, reſtituere id damnum, adhibēdo quæ neceſsaria ſint, vt infamia ceſſet, & vt exiſtimatio de illo ad priſtinum redeat ſtatum, & inſuper reſtituere tenetur, ſi quæ alia damna lucri ceſsantis, aut damni emergētis, ex ea infamia ſecuta fuerunt: at verò, redintegrata ac inſtaurata iam fama, vel retractatione criminis falſi, aut notæ impoſitæ, vel quòd alia via abolita iā ſit infamia, cui cauſa iniuſta fuerat data, ſanè nulla obligatio reſtituendi manet id damnum famæ præteritum. Ratio autem vtrobique eſt eadem, quoniā ſcilicet quemadmodum in læſione corporis, redintegrata iam ſanitate, nullum manet damnum, ſubiacuiſſeque antea damno corporis ad tempus, non retinet eam rationem damni permanentis, ſed tranſit in rationem nudæ iniuriæ acceptæ, pro qua non reſtitutio, ſed ſola pœna debetur: ita in læſione famæ, inſtaurata iam fama, contrariæ infamiæ abolitione, nullum famæ damnum remanet, ſubiacuiſſeque in-

A famiæ aliquando non retinet iam rationem damni permanentis, pro quo ſola reſtitutio debetur, ſed tranſit in rationem nudam iniuriæ acceptæ, cui non reſtitutio, ſed pœna reſpondet. Ac ſanè eſt credendum, ſi Petrus aut Paulus, vel alius Apoſtolorum, confeſſionem alicuius audiſſet, qui confiteretur, ſe ante quindecim dies impoſuiſſe alicui crimen aliquod, nihil aliud tali pænitenti in ſatisfactionē præcepiſset, quàm vt ſe ipſum coram illis retractaret, quibus id dixit, nullam aliam illi iniungendo reſtitutionem pro infamia, cui ille alius eo modo iniuſtè infamatus integris illis quindecim diebus ſubiacuit, quando inde nullum aliud damnum fuit ei ſubſequutum: id quod perpetuò praxim eccleſiæ ſeruaſse non dubito.

B Ad obiectionem ergo in contrarium negandum eſt, ſubiacuiſse aliquem infamiæ tempore præterito, non eſse nudam iniuriam, abſque vlla ratione damni in eo permanētis, poſtquam iam inſtaurata eſt fama, contrariæ infamiæ integra abolitione. Ad primam verò probationem in contrarium dicendum eſt, quamuis non eodem omnino modo res ſe habeat in re furto ablata & in fama iniuſtè ablata, vt bene argumentum probat; nihilominus infamiam ſolum ſubire rationem damni quamdiu in futurum pendet, non verò habere rationem damni quo ad partes, quæ diuiſa ad diuiſionem temporis, in quo toto perſeuerat, iam tranſierunt, eſseque deſierunt: eo etenim ipſo quòd tranſeunt, habere deſinunt rationem damni permanentis, ſortiunturq; rationem C nudæ iniuriæ acceptæ, vt de partibus ſanitatis corporis, diuiſæ ad diuiſionem temporis, in quo toto vita durat, dictum eſt: eaque de cauſa, abolita iam infamia, famaque reducta ad ſtatum, in quo erat ante infamiam, non remanet obligatio compenſandi reſtitutione infamiam, quæ fuit vſque ad integram famę inſtaurationem: quoniam ea infamia eo ipſo, quòd fluxit, rationem habere deſinit damni permanentis. Quamuis ergo fama non redeat quo ad eas ſuas partes, quæ iniuſtè fuerunt impeditæ, eſseque debuerūt in tempore præterito; redit tamē quo ad omnes partes, quas, quando redit, erat habitura: eaque de cauſa in nullo redit damno affecta: quemadmodum dāno affecta rediret res externa, quę reſtitueretur non integra quo ad omnes ſuas partes. Quo fit, vt non D eadem ſit ratio, quod ad reſtituendi obligationem attinet, de partibus famæ iniuſtè ablatæ, quæ, ſi extitiſsent, impeditęque iniuſtè non fuiſsent contraria infamia, fluxiſsent cum tempore, & de partibus rei externę, quę iniuſtè ablata aut deſtructa ſit.

Ad ſecundam, conceſso antecedente, neganda eſt conſequentia, quando dato tranſactoque toto damno, is, qui illud iniuſtè eſt paſsus, non remanet in damno, vt in re propoſita euenit. Quando verò pars talis damni eſt tranſacta, & pars alia pendet in futurum, ea ſola quę in futurum pendet, eſt reſtituēda: quoniam ea ſola habet iam rationem damni: nō verò eſt reſtituenda pars tranſacta: quoniam hoc ipſo, quòd tranſacta eſt, non retinet rationem damni, E ſed ſolum habet rationem iniurię acceptę, vt dictum explanatumque eſt,

Dices: Ex his ſequitur, aliquem reportare commodum ex eo, quòd non reſtituat tempore, quo tenetur. Etenim ſi expectet, vt infamia aboleatur obliuione aut morte eorum, qui illam norunt, liberabitur ab onere reſtituendi, cui ante eam infamię abolitionem ſubiacebat. R̄ndeo, nullum eſse abſurdum, ſi per accidens id inde ſequatur. Sicut etiam ex eo, quòd is, qui vulnus iniuſtè inflixit, expectet vt vulneratus per naturam perfectè ſanetur, deobligatur ab onere reſtituendi illi damnum ſanitatis amiſsæ, quod tamen ante ſanitatem acquiſitam reſtituere tenebatur, expenſas competentes efficiendo ad perfe-

ctam

ctam curationem. Hæc tamen commoda temporalia, per accidens ita ex culpa retardandi reſtitutionē ſequuta, coniuncta ſunt cum longè maiori dãno proprio ſpirituali. Exemplum quoque adhiberi poſſet in eo, qui retardando reſtitutionem rerum externarum, cum iniuria, ſed ſine alio damno eius, cui reſtitutio fieri deberet, rebus, quas ita reſtituere teneretur, lucraretur negociando id quippe lucrum ad ipſum ſpectaret, idque temporale commodum ex ſua iniqua retardatione reſtitutionis reportaret, coniunctum cum longè maiori ſuo damno ſpirituali.

Quamuis autem hęc omnia ita ſe habeant, tutum tamen atque æquum arbitror ſuadere pęnitentibus, maximè quando infamia ſola obliuione aut morte eorum, qui notitiam de illa habebant, eſſe deſiuit, vt laudibus infamati, quo ad alia illius laude digna, cōpenſare conarentur infamiam, quam ille cum iniuria fuit paſſus, aut aliquibus beneficijs ea de cauſa illi impenſis, vel ſaltem Deo offerendo, vt ſi illi in aliquo tenetur, id diuina ipſius Maieſtas cōpenſet, applicando illi de ipſius operibus ſatisfactoriis, quantum viderit ad id eſſe ſatis. Non tamen affirmare auderem, pænitentes ad hæc teneri.

DISPVT. 43.

Vtrùm indirectè falſum crimen in iudicio alicui imponens, ſe ipſum in eo iudicio defendendo, teneatur illi ad famæ reſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Si accuſatus negando crimen ſuum damnum inferat famæ legitimè eum accuſantis, tenetur illi reſtituere id damnum, vel ſe retractando ſi adhuc perſeueret iudicium, aut eſtò iudicium ſit iam abſolutum: modò tamen tutò id poſſit efficere ſine longè maiori ſuo incommodo,*

2 *Siue in iudicio ſiue extra iudicium crimē alicuius iniuſte detegatur, atque is qui illud commiſit, vt ſe defendat, affirmet, uel detectorem non dicere uerũ, uel ſe tale aliquid non feciſſe, unde indirecte affirmet illum non dicere uerum, tenetur illi ad reſtitutionem famæ, ſi eam forte in aliquo tunc læſit.*

3 *Qui indirecte famam accuſatoris læſit, quamuis non teneatur eam illi reſtituere, ſuum retractãdo dictũ, ſeque ipſum infamando, tenetur tamen illi reſtituere famam per uerba quædam ſobria.*

4 *Qui in iudicio non ſeruato ordine iuris accuſatur & interrogatur de aliquo crimine, quod uere commiſit, poteſt abſque mendacio affirmare, ſe id non commiſiſſe, liciteque id iureiurando confirmare, poſito, ut illud confiteri teneatur.*

EXemplum eſt, quando aliquis, qui verè crimen aliquod commiſit, de eo accuſatur, atque, vt ſe defendat, negat ſe id crimen commiſiſſe: eo enim ipſo virtute ac indirectè affirmat accuſatorem mentiri, calumniatoremque eſſe. Simili modo ſi aduerſus denunciantem aut teſtificantem de eo crimine illud neget, virtute ac indirectè affirmat illum ea in re fuiſſe mentitum. Quærunt ergo doctores, num qui ita ſe defendendo famam alterius lædit, reſtituere id damnum illi teneatur.

1 Eſt verò in hunc modum diſtinguendum: Quoniam vel qui eo modo accuſatur, ſeruato ordine iuris, interrogatur, ita vt, quia iuridicè interrogatur, tenetur crimen ſuum confiteri: vel nondum interrogatur ſeruato ordine iuris, ita vt crimen ſuum teneatur confiteri, iuxta ea quæ tractatu ſequenti explicãda ſunt. Atque in primo euentu conueniunt doctores, ſi accuſatus, negando crimen ſuum, damnũ inferat famæ legitimè eum accuſantis, teneri illi reſtituere id damnum, vel ſe retractando, ſi adhuc perſeueret iudicium, aut eſtò iudicium ſit iam abſolutum: modò tamen tutò id poſſit efficere ſine longè maiori ſuo incommodo, vt pænæ alicuius grauis: vel quãdo aliter non poſſet, compenſando id damnum aliquibus alijs bonis. Ratio autem eſt, quoniam cum iniuſtè id damnum dederit: eo quòd iuridicè accuſaretur ac interrogaretur; reſtituere tenetur id damnum iniuſtè datum. Meritò autem dictum eſt, ſi negando crimen ſuum, damnum inferat famæ legitimè illum accuſantis: quoniam ſi re ipſa damnum illi nō inferat, vt plurimum nullum inferet, quoniam non propterea accuſans, aut aduerſus eũ teſtificans, habebitur mendax aut calumniator, ſed omnes intelligent, vel accuſatum omni modo, quo poteſt, ſiue verè ſiue falsò, per faſve aut per nefas ſe defendere, ſuſpicioque erit accuſatum mentiri: vel tales erãt tunc circumſtantiæ, ex quibus credatur, accuſantē bona fide & abſque vlla leuitate proceſſiſſe ad accuſandum, facileque potuiſſe decipi, in quibus euentibus, vt accuſans nullum famæ ſuæ detrimentum incurret, ita neque accuſatus ad vllam reſtitutionem ea de cauſa illi tenebitur. Ita Caietan. 2. 2. quæſt. 62. artic. ſecundo. & in ſumma, verb. reſtitutio. cap. vlt. caſu 1.

In ſecundo verò euentu Caietan. locis citatis ait, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, crimen alicuius iniuſtè detegatur, atque is, qui illud commiſit, vt ſe defendat, affirmet, vel detectorem non dicere verũ, vel ſe tale quid non feciſſe, vnde indirectè affirmet illum non dicere verum, teneri illi ad reſtitutionem famæ ita læſæ, ſi eam fortè in aliquo tunc læſit. Si n. 2 eam tunc non læſit, quia is, qui crimen detexit, non reputatur ab id audientibus mentitus, iuxta ea quæ in præcedenti euentu dicta ſunt, non tenetur illi ad vllam reſtitutionē, vt eſt perſpicuum. Solùm verò admittit Caietanus, accuſatum de crimine aliquo vero, non ſeruato ordine iuris, poſſe reſpondere: Nego propoſita. Probentur. Non afferendo falſa ea eſſe, aut ſe ea non commiſiſſe. Addit etiam Caietanus quamuis iniuſtè eo modo accuſans, aut crimen alienum detegens, contra iuſtitiam peccet, teneaturque reſtituere accuſato famam, quam ea ratione læſit, & viciſſim peccet cōtra iuſtitiam accuſatus eo modo, qui directè aut indirectè dicit, accuſantem non verum dixiſſe, teneaturque ei ad reſtitutionem famæ, quam ita læſit, locum tamen non eſſe compenſationi, ſed ſibi mutuo eo teneri reſtituere famam læſam: cenſet enim in reſtitutione famæ locum non eſſe compenſationi: quod tamen infrà ſuo loco improbabitur.

Scotus verò in 4. diſt. 15. q. 4. Richard. ibidem ar. 5. q. 3. Adrian. q. de reſt. famæ in prin. & in reſponſione ad 4. principale, Syluest. verb. reſt. 3. §. 3. Sot. 4. de iuſt. q. 6. art. 3. ad 4. Nauar. in Manu. cap. 18. n. 48. Maior & Gabr. vterque in 4. diſt. 15. quæſt. 16. affirmant eum, qui in eo ſecundo euentu negat, ſe tale crimen commiſiſſe, aut qui falſum id eſſe aſſerit, quod ipſi tribuitur, non teneri reſtituere famam detectori eius criminis. Ducuntur. Quoniam licèt ſit mentitus, atque, ſi iuramento id confirmauit, peccauerit lethaliter, peccatum tamen illud non eſt contra iuſtitiam: quippe cum is iure ſuo ſit vſus, ſuamque famam defenderit, quam alius iniuſtè lacerare eſt aggreſſus: quare ſicut, qui cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia ſcilicet ita erat neceſſarium ad ſuam defenſionem, ſuum occidit inuaſorem, licèt odio id efficiat, lethaliterque contra caritatem peccet, ad nullam tamē reſtitutionem tenetur, eo quòd iuſti-

iuſtitiam non violauerit: ita res habet in propoſito. A

3 Scotus addit, nihilominus, qui ita indirectè famã accuſatoris lædit, quamuis non teneatur eam illi reſtituere ſuum retractando dictum, ſeque ipſum infamando, teneri tamen reſtituere illi famam per verba quædam ſobria, vt dicendo, non exiſtimetis illũ calumniatorem: credo enim eum bonam habuiſſe intentionem, arbitratumque fuiſſe ſe probare poſſe ſuum intentum. Sotus verò, Maior, & Sylueſter locis citatis meritò aiunt: Si Scotus intelligat, illum ad id teneri de iuſtitia, falſum id eſſe. Quoniam accuſatus non peccauit contra iuſtitiam ſe ita defendendo eaque de cauſa non tenetur de iuſtitia ad vllam reſtitutionem. Si autem intelligat ex caritate, verum eſſe id, quando ſpes eſſet, ea via inſtaurandam eſſe famam illius. B Sotus tribuit Scoto affirmaſſe, eum, qui ſuum crimen negauit, de quo accuſatur aut interrogatur, conſeruato iuris ordine, peccaſſe contra rempublicam. Contrarium tamen apertè ibi Scotus affirmat.

Quamuis opinio Scoti, & aliorum hactenus explicata ac limitata, nobis probetur, arbitror tamẽ cum Ledeſmio. 2.4. quæſt. 18. art. 2. limitandam adhuc eam eſſe, vt intelligatur eſſe veram, quando is, cuius crimen iniuſtè fuit detectum, non aliter ſufficienter ac tutò credit ſe conſulere ſuæ propriæ famæ, quàm negando, ſe id crimen commiſiſſe, aut aſſerendo, falſum eſſe, quod de ipſo dicitur. Si enim credit, ſe aliter ſufficienter conſulere ſuæ famæ, vt dicendo probet, quæ obijcit, aut negando quæ obijciuntur, C ſimulque obijcientem excuſando, non quidem de falſitate eorum, quæ dicuntur, ſed de mendacio & calumnia ex parte illius, ſanè contra iuſtitiam peccaret, reſtituereque teneretur eam famæ partem, quam eo modo excedendo in ſui defenſione læderet. Rō autem eſt, quoniam iuſtitia ſolùm facere in defenſionem propriam permittit, quantum eſt ſatis, vt tutò quis ſe defendat: exceſſus verò eſt iniuſtus. Si tamen non occurrit hæc præmeditari ac taxare, exceſſuſque non eſt talis ac tantus, quem quiuis facilè, ſi animaduertere vellet, intelligeret neceſſarium ad tutam defenſionem non eſſe, ſanè non auderem iniungere ita excedenti reſtituendi onus: quoniam redacto culpa alterius ad eas anguſtias defendendi tunc ſubitò ſuam famam, non facilè hæc occurrũt, vt ad illa attendat, eaque expendat, aut exceſſum euitet. D Adde, ſi ſe ita defendendo cum eo exceſſu, non integre ſuam famam compurgauit, ſed ſuſpicio aliqua apud audientes manet, ne fortè id crimen commiſerit, tunc compenſare poſſe damnum, quod, ſe defendendo cum exceſſu vltra limites ſibi conceſſos, illi alteri intulit cum damno ſibi ab altero iniuſtè illato.

4 Illud in hac materia propter Sotum & alios admonuerim: Eum, qui in iudicio non ſeruato ordine iuris accuſatur ac interrogatur de aliquo crimine, quod verè commiſit, poſſe abſque mendacio affirmare, ſe id non commiſiſſe, licitèque iureiurando id confirmare, intelligendo, vt illud cõfiteri teneatur. E Ratio autem eſt, quoniam iuſtus iudex in eo ſolo euentu, in eoque ſolo ſenſu, interrogaret: quare reſponſio illa verum continet in ſenſu, in quo iuſtus iudex interrogat, interrogareve intenderet. Ei verò iudici, qui non legitimè interrogaret, non teneretur reſpondere ad peruerſam mentem ita interrogãtis, ſed ſatis eſſet ſi reſponderet in ſenſu aliquo vero, quem ea verba haberent, reſpondendo ad mentem legitimè interrogantis. Hactenus de reſtitutione famæ, quando læditur, falſum crimen, ſiue directè ſiue indirectè, alicui imponendo, ſatis ſuperque diximus.

DISPVT. 44.

De reſtitutione famæ læſæ iniuſtè detectione criminis veri, notæve veræ alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Cum fama iniuſtè læditur detegendo crimen alicuius verum, aut notam alicuius veram, tunc fama reſtituenda non eſt retractando, quod verè fuit dictum. Sed ſi amphibologia aliqua ea exiſtimatio à detegente id crimen, iniuſtè mentibus audientium effecta, euelli à mentibus illorum poſſit, ea eſt utendũ: euulſaque omnino ea exiſtimatione à mentibus illorum, ſufficienter eſt facta reſtitutio illi, cuius fama iniuſtè fuerat læſa.*

2 *Varij modi amphibologiarum.*

3 *Amphibologiæ, ſtatim atque agnoſcitur eis eſſe uſũ ad reſtituendam famam, quando crimen uerum fuit iniuſte detectum, inutiles ad id omnino reddũt, uel ſimpliciter, uel apud eos, qui id norunt, atque agnoſcere poſſunt.*

QVando fama iniuſtè læditur detegendo crimen alicuius verum, aut notam alicuius veram, conueniunt doctores, tunc famam reſtituendam non eſſe retractãdo, quod verè fuit dictum: quoniam id eſſet mendaciũ, quod pro nulla re mundi eſt proferendum: eo quòd ſit intrinſece malum. Conueniunt item, ſi amphibologia aliqua ea exiſtimatio à detegente id crimẽ aut notam, iniuſtè mentibus audientium effecta, euelli à mentibus illorum poſſit, ea eſſe vtendum: euulſaque omnino ea exiſtimatione à mentibus illorũ, ſufficienter eſſe factam reſtitutionem illi, cuius fama iniuſtè fuerat læſa. Niſi forte ante eam famæ reſtaurationem ex præterita infamia ſubſequuta fuiſſent damna aliqua lucri ceſſantis aut iacturæ alicuius: tunc enim hæc etiam eſſent illi reſtituenda. Quod ſi infamia permanens eſt, nec eo modo euelli poſſet, ait Diuus Thom. 2.2. quæſt. 62. art. 2. ad 2. & cũ eo Adrian. quodl. 11. quæſt. 1. lit. S. & doctores cõmuniter, non ſolum in hoc euentu, ſed etiam in quocunque alio, in quo ſit obligatio reſtituendi famam, neque fama læſa poſſet aliter reparari, compenſationem eius iniuſtę læſionis faciendã eſſe in aliquibus alijs bonis prudentis arbitrio.

Diuus Thomas & Scotus locis citatis, ac quidam alij, ſequentes ſuadent amphibologias ad famam reſtituendam, quando crimen verum (idem intellige de nota vera) fuit iniuſtè detectum, & permanet infamia. Vt detegens illis, quibus illud detexit, dicat: Male dixi, tale vel tale de tali dicendo, iniuſteq; illum infamaui. Nequaquam id credatis. In his. n. verbis nullum interuenit mendacium. Cũ enim peccauerit id dicendo, vtique male id dixit. Vere item iniuſte illum infamauit id de illo dicendo: In eo ſtẽ, quod ſuadeat, vt id non credant, neque mendacium interuenit, neque mali aliquid continetur.

Recentiores tamen theologi meritò obſeruant, quamuis is reſtituendi modus ſufficiens forte eſſet apud aliquos rudes, quando veriſimiliter crederetur, ea via depellendam omnino à mentibus eorum eſſe malam illam exiſtimationem, quam de eo proximo conceperant: inſufficientem tamen eſſe apud eos, qui iudicio pollerent: hi enim cum attenderent, famam ita reſtituentem non aperte aſſerere ſe falsũ dixiſſe, potius ea via confirmarentur verum id fuiſſe, quod audierunt, quàm ab eorum mentibus mala exiſtimatio, quam conceperant, euelleretur. Præter-

tim

tim ſi de hoc modo famam reſtituendi, quando verum crimē fuit detectum, notitiam aliquam habeāt.

Maior. in quarta diſt. 15. quæſt. 16. hunc modum reſtituendi famam in hoc euentu ſuadet, vt qui iniuſtè crimen verum detegendo infamauit, dicat: Quando tale quid de tali dixi, exiſtimabam verum eſſe, adhibita tamen poſtea diligentia, inueni, me malè id affirmaſſe.

2 Ego hunc etiam modum aliquando ſuaſi, vt dicat: Quod de tali dixi, ex mea ſanè malitia id dixi, atque, ſi opus fuerit, iuramento confirmabo, ex mea malitia me id dixiſſe: vnde id omnino non credatis, talemque exiſtimationem de mentibus veſtris deponite. In quo ſanè modo reſtituendi famam nihil mendacij continetur: quippe cùm ex nequitia propria id proferentis emanauit detectio illa iniuſta criminis alieni.

Alij recentiores hanc aliam amphibologiam excogitauerūt, vt cùm duplex ſit veritas, ſermonis ſcilicet ac vitæ, quę in eo eſt poſita, & quod operamur, cum lege Dei conſentiat; & per conſequens duplex etiam ſit falſum, ſeu etiam mendacium, vnum, quod contrarium eſt veritati ſermonis, & alterum, quod contrarium eſt veritati vitæ, & in eo eſt poſitum, quòd cum lege Dei non conſentiat, ſed ab ea diſcrepet, de quo non ſemel mentio fit in ſcripturis ſacris: cùm, inquam, hæc ita ſint, qui crimen verum de aliquo iniuſtè detexit, dicat, quod de tali dixi, falſum eſſe comperi, aut comperi eſſe mendacium, vel falſum aut mendacium tunc affirmaui, intelligēdo de falſo aut mendacio, contrario veritati vitæ, ita vt ſit ſenſus, id dicendo, tranſgreſſus ſum legem Dei ſeu peccaui: quod eſt veriſſimum. Neque hæc amphibologia caret maxima probabilitate. Quando tamen ex ea, aut ex aliqua alia, longè maior infamia ſequeretur ei, qui eo modo reſtituere aggrederetur famam, quàm eſſet infamia reſtituenda, obligatio non eſſet eo modo reſtituere famam, vt ex dictis diſputationibus præcedentibus ſatis conſtat.

3 Illud circa hos omnes modos eſt obſeruandum, ſtatim atque agnoſcatur, eis eſſe vſum ad reſtituendam famam quando crimen verum fuit iniuſtè detectum, inutiles ad id omnino reddi, vel ſimpliciter, vel apud eos, qui id norunt aut agnoſcere poſſunt. Atque vltimum, ſi introducatur, aut ſciatur, præiudicium afferre ei modo reſtituendi famam, quando crimen ſuit alicui impoſitum, de quo Diſputat. 41. eſt dictum. Quando enim quis, etiam ſub iureiurando, affirmauit, ſe falſum aut mendacium dixiſſe, ſuſpicabuntur id audientes, eum intelligere de falſo aut mendacio, contrario veritati vitæ, & non veritati ſermonis, niſi aliquid addatur, quo omnino conſtet, non de veritate vitæ, ſed de veritate ſermonis id intelligere ac proferre.

Hac itaque de re non alia regula aptior poteſt tradi, quàm, ſi attenta qualitate eorum, qui criminis veri detectionem audierunt, attentiſq; cæteris circumſtantijs concurrētibus aliqua amphibologia ex his, vel alia, quam pęnitens aut confeſſarius adinueniēt, credatur euulſura ſufficiēter exiſtimationem illam, cuius pænitens iniuſta fuit cauſa, tunc ea via pænitens famam reſtituat. Si item ſpes ſit, ea amphibologia minuendam eſſe infamiam, idem quoque remedium præſtetur. Reliquum verò infamiæ, quod remanſerit, laudibus ſaltem eiuſdem de alijs illius bonis ea dexteritate compenſetur, vt tantum famæ illi ea via accreſcat, vel apud eoſdem, vel apud alios, quantum quo ad illud aliud remanet illi de infamia. Atque eodem modo compenſanda eſt fama, quotieſcunque fama iniuſtè ablata reſarciri non poteſt. Ita tradunt Caiet. 2. 2. quæſt. 62. arti. ſecundo, ad 2. Sotus in reſp. ad 4. citata, Nauar. in Manu. cap. 18. 45. & alij. Eſt autem hic modus compenſandi famam, quando reſarciri non poteſt, melior cæteris; eo quòd ad æqualitatem bono eiuſdem generis compenſetur. Quando autem neutro prædictorum modorum reſtitui poſſet, compenſanda eſt honore, reuerentiam illi exhibendo, aut alios honoris actus erga illum exercendo, vltra eos, quos alioquin illi exhibuiſſet, qui proportione quadam eam famam compenſent, conſonatque Diuus Thom. art. 2. citato in reſponſione ad 1. Cum enim honoris bonum, affine maximè ſit bono famæ, quando fama bono eiuſdem generis nō poteſt omnino compenſari, rectius accommodatiuſque ad ipſam rei naturam compenſabitur honore, quàm aliquo alio bono. Beneficiis etiam ac pecunia compenſari poterit, quando alia non occurrerit via. Satiſfactio autem bonis ſpiritualibus pro illo, quantum ſua diuina maieſtas iudicauerit ad id eſſe ſatis, vel ſacrificia & orationes pro illo offerendo, ſi ille adhuc viueret, nec contentus eſſet eo ſatiſfactionis modo, non ſufficeret: quoniam velut pro nihilo id duceret, vt tractatu præcedente Diſput. 84. de ſatiſfactione in bonis ſpiritualibus pro damno corporis, honoris, aut famæ, quæ viuo fieret, dictum eſt. Si autem iam eſſet defunctus, neque conſtaret eum eſſe in inferno, ſufficeret ſane ea ſatiſfactio ac reſtitutio. Quoniam reſtitutio pro eis bonis ipſi defuncto, & non hæredibus illius, eſt facienda, eo quòd bonum famæ & honoris transferibile non ſit ad hæredes, neque hæreditario iure ad ea bona habent ius: defuncto verò in eo ſtatu magis grata erit ſatiſfactio in bonis ſpiritualibus, quàm in quibuſcunque alijs bonis, vt Diſputatione citata dictum eſt. Si autem conſtaret illum eſſe in inferno, nulla prorſus reſtitutio deberetur, tam illi; quoniam iam non eſſet proximus, neque in eo vllam ei efficeremus iniuriam: quàm hæredibus illius; quoniam illi ius non habent ad eam reſtitutionem, vt vtrumque Diſp. citata eſt dictum.

DISPVT. 45.

Vtrùm famæ reſtitutio fieri debeat hæredibus eius, à quo iniuſtè ablata eſt, & trāſeat obligatio eam efficiendi ad hęredes eius, qui iniuſtè eam abſtulit. Et quid, quoad vtrumque, de damnis, quæ ex ea famæ abolitione ſequuta ſunt. Et quouſque hæc ſint reſtituenda.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio famæ non tranſit ad hæredes illius, cui iniuſte fuit læſa, quaſi illis debeatur, ſed fieri debet in defuncto, niſi conſtet eum eſſe in inferno. Intellige, quo ad famam defuncti læſam præciſe ſumptam.*

2 *Damna lucri ceſſantis aut iacturæ in bonis externis, ſi quæ ſequuta fuerunt ex infamia iniuſte defuncto dum uiueret illata, debentur hæredibus defuncti.*

3 *Quando aliquis qui dum uixit, infamauit iniuſte aliquem, eam infamiam illi non reſtituit, obligatio eam reſtituendi tranſit ad hæredes ipſius.*

4 *Quòd ſi ex læſione iniuſta famæ, damna alia in bonis externis lucri ceſſantis aut iacturæ alicuius iniuſte infamato ſunt ſecuta; tunc, ſi is qui damnum famę iniuſte dedit, ea alia damna dum viueret non reſtituit, tenentur hæredes illius illa ei reſtituere, aut ēt hæredibus illius, ſi ille iam defunctus ſit.*

EX dictis in calce Diſputationis præcedentis liquet, reſtitutionem famæ non tranſire ad hæredes illius, cui iniuſte fuit lęſa, quaſi illis debeatur: ſed 1

fieri

fieri debere defuncto, niſi conſtet eum eſſe in inferno, proximumque proinde iam non eſſe: nam tunc nulli debetur ea reſtitutio, vt in calce Diſputationis præcedentis eſt dictum. Intelligendum tamẽ eſt id, quo ad famam defuncti læſam præciſè ſumptam. Quando enim cum defuncti fama læſa etiam eſset fama filiorum eius, aut aliorum illi coniunctorum, tunc quatenus ſimul iniuſtè eſset læſa fama horum, vtique ipſis reſtitutio deberetur, non quidem famæ defuncti, ſed famæ ipſorum vnà cum defuncti fama iniuſtè læſæ. Item quando defunctus actionem iniuriarum intentauerat pro fama ſibi læſa, liteque conteſtata ex hac vita diſceſſit, tunc proſequi eam actionem ad hæredes ipſius attinet: atque, ſi ciuilis actio fuerat intentata, pœna pecuniaria, aut trãſactionem circa illam facere, ad hæredes attinet, iuxta ea quæ tractatu pręcedente Diſp.43. & alibi dicta ſunt. Prętereà quãdo iniuria quo ad honorem & famam fuit facta defuncto poſt illius mortem, ad hæredes & cõſanguineos illius attinet intẽtare pro ea iniuria actiõnem, eamque proſequi, vt Diſp.38. dictum eſt. Illis tamen, meo iudicio, nulla reſtitutio pro ea infamia, quatenus defuncto eſt iniuſtè illata, debetur in foro conſcientiæ, ſed defuncto debetur reſtitutio famæ illius quamdiu infamia perſeuerat. Quòd autem iniuriarum actio in foro exteriori hæredibus ac conſanguineis defuncti concedatur ac competat pro ea infamia, ipſiſque adiudicanda ſit pœna, ſi ciuilis actio intentetur, idcirco ciuili iure eſt meritò ſancitũ, vt ea iniuria atque infamia defuncto illata impunita non maneat, eſſetque qui in hac vita partes defuncti ea in re ageret: nulli verò meliùs ad id conſtitui potuerunt, quàm hæredes & conſanguinei defuncti.

2 Quod verò attinet ad damna lucri ceſſantis, aut iacturæ in bonis externis, ſi quæ ſecuta fuerunt ex infamia iniuſtè defuncto dum viueret illata, illa ſanè debentur hæredibus defuncti. Quoniam quemadmodum ſuccedunt in bonis omnibus externis defuncti, ita ius ad eos tranſit ad bona omnia externa, quæ defuncto debebantur. Imò verò, vt ex dictis tractatu præcedente Diſput.43. liquet, actio eis concedi in foro exteriori debet, vt ſi probent eam iacturam fuiſſe paſſum defunctum in bonis ſuis externis ex detrimento in fama illius iniuſtè illato, ipſis tanquam ſucceſſoribus in bonis omnibus externis defuncti ſoluatur, etiã defunctus nullam ea de re intentaſſet actionem, modò tamen ea damna dum viueret non remiſiſſet.

3 Vtrùm autem ſi aliquis, qui dum vixit aliquem iniuſtè infamauit, eam infamiam illi non reſtituit, obligatio eam reſtituendi tranſeat ad hæredes ipſius; Adrian quodl.11.q.1.lit. S. citata, & cum illo Nauar. in Manu.c.18.nu.46. reſpondẽt affirmanter, aiuntque id habere locum etiam in exteriori foro. Ea verò ſententia nobis probatur, iuxta ea quæ de damno corporis vitæ ac membrorum tractatu præcedente Diſp.45. dicta ſunt. Cùm enim fama iniuſtè ablata pecunia ſaltem reſtituenda ſit, quando aliter non reſtituitur, debitumque pecuniarium ad hæredes tranſeat debitoris, vt ſcilicet illud defuncti loco iuxta vires hæreditatis reſtituere teneantur: conſequẽs profectò eſt, vt hæredes eius, qui iniuſtè infamauit, reſtituere teneantur damnum famæ, quod defunctus iniuſtè intulit, nec reſtituit. Cum verò, vt ibidẽ dictũ eſt, nec maior nec alia obligatio tranſeat ad hæredes, quàm ſit illa, quam defunctus habebat, ſanè ſicut defunctus reſtituere poterat famam iniuſtè à ſe læſam, compenſando eam laudibus infamati, aut honore illi exhibito, vel orationibus & proprijs ſatiſfactionibus applicatis pro infamato iam defuncto, vt diſputatione præcedente & tractatu præcedente Diſp.84. dictum eſt, ita hæredes eius, qui iniuſtè infamauit, ſimili quoque modo ſatiſfacere poſſint.

A 4 Quòd ſi ex læſione iniuſta famæ damna alia in bonis externis lucri ceſſantis aut iacturæ alicuius iniuſtè infamato ſunt ſequuta, tunc cõſtat ſi is, qui damnum famæ iniuſtè dedit, ea alia damna dum viueret non reſtituit, teneri hæredes ipſius illa ei reſtituere, aut etiam hæredibus illius, ſi ille iam defunctus ſit: Quoniam id pecuniarium debitum in hęredes eius, qui illud dedit, tranſit, vt iuxta vires hæreditatis illud ſoluant ei, qui illud paſſus eſt, hæredibuſque illius, ſi ille iam defunctus ſit, vt conſtat ex dictis tractatu præcedenti Diſp.43. & aliàs ſæpe, neminique ea de re poteſt eſſe dubium.

Sotus.4.de iuſt.q.6.artic.3.ad.4.ait, eum, qui verum crimen detegendo cauſa fuit iniuſta, vt infamatus, vnà cum fama, detrimentum in bonis externis B diuitiarum pateretur, teneri quidem ad reſtitutionẽ illius, ſed non integrè; vt integrè teneretur, ſi mentiendo infamaſſet, atque ita infamando vlteriùs cauſa eſſet eiuſdem detrimenti. Meritò verò à Nauarro reprehenditur in Manu.c.18.num.45. Quoniam cum verum dicendo iniuſtè illum infamauerit, atq; ita iniuſtè illum infamando, vere vlterius fuit cauſa iniuſta totius illius alterius damni inde ſubſecuti, non ſecus atque ſi mentiendo infamiam illudque aliud damnum vlterius iniuſtè dediſſet, ſane ad integram reſtitutionem illius alterius damni iniuſtè vlterius dati tenetur, nihil impediente quòd, cæteris paribus, grauius peccaſſet, crimen illi imponendo, quàm verum illius crimen iniuſtè detegendo: ſatis quippe eſt, iniuſtè dediſſe totum id damnum, præ- C ſertim interueniente lethali culpa, vt ad integram illius reſtitutionem teneatur.

Ibidem Sotus addit, in reſtitutionibus faciendis detrimenti in rebus externis ex iniuſta famæ læſione ſubſequuti, pẽſandã eſſe poſſibilitatem eius, qui reſtituere tenetur. Addit. Quis quæſo reſtituere valeat, ſi impedimento ei, quem diffamauit, fuit, ne Epiſcopatum aut egregiam cathedram ampliſſimãm ve dignitatem obtineret. Debet ergo (inquit) in hiſce euentibus conſilium teneri ſapientium. Quod ſi his verbis Sotus intendat, non eſſe obligationem reſtituendi tantum, quantum ſimilia damna prudentis arbitrio æſtimabuntur, vt ita erant in ſpe, eumque, qui id damnum dedit, aliter impoſſibilitate deobligari à reſtituenda parte damni illius, quàm ſi tãtundem furatus eſſet, falſa profectò eſt ipſius ſenten- D tia, nobiſcumque conſentit Nauarrus loco citato ad finem.nu.43. Niſi enim remiſſio per eum fiat, qui id damnum eſt paſſus, ſanè reſtituere tenetur id damnum integrum: atque, ſi propter impoſſibilitatem partem aliquam non reſtituat, obligatio illi remanet paulatim eam reſtituendi poſtea, quando potuerit, ac ſi potuerit.

DISPVT. 46.

De reſtitutione famæ iniuſtè facto aliquo læſæ. Et vniuerſim de reſtitutione E honoris iniuſtè læſi.

SVMMARIVM.

1 *Repetitis nonnullis de honore læſo dicto vel facto, trãſitio fit ad Diſputationem præſentem.*

2 *Quando iniuſtè facto aliquo aut dicto contumelioſo honor læditur, ſeu potius exiſtimatio alicuius, tenetur is, qui ita exiſtimationem iniuſtè læſit, reſtituere illi quantum id damnum permanens prudentis arbitrio æſtimabitur, attenta qualitate perſonæ, & alijs circumſtantijs. Inſuper reſtituere illi tenetur, ſi inde aliud damnum lucri ceßantis aut iacturæ alicuius*

cuius

cuius in bonis externis diuitiarum fuit illi ſecutum.

3 *Modus in reſtitutione famæ iniuſtè læſæ is tenebitur, exhibendo infamato honorem & reuerentiam, ſe illi ſubijciendo, veniam ab eo petendo, tantum laudis ei accumulando, vt ad æqualitatem illi honor cō penſetur, qui iniuſtè læſus eſt.*

4 *Si is qui cōtumeliam intulit, aliter non poſſet ad ęqualitatem ſatisfacere in bonis honoris & famæ, quàm petendo veniam, neque offenſus contentus eſſe vellet ſatisfactione in bonis externis, ſed exigeret vt, qui iniuriam intulit, veniam ab ipſo peteret, tenetur tūc is id præſtare offenſo, neque ſatis eſt, ſi ſatisfacere velit in bonis externis.*

5 *Præter reſtitutionem ob læſionem in exiſtimatione explicatam, non debetur alia reſtitutio ob id præciſe quod contumelioſus actus fuerit contra honorem ei debitum, cui ea contumelia illata fuit.*

6 *Quando adulterium latet, ita vt ſoli adulteri illud ſciant, nulla debetur reſtitutio: niſi ex eo adulterio ſuſcepta ſit proles, uel id adulterium damnum aliud adiunctum habeat.*

7 *Quando contumelioſus actus eſt talis, ut nullum dānum corporis aut bonorum externorum relinquat, tunc eſtò eiuſmodi actus ante faciem eius fiat, cui contumelia infertur, iſue factum eſſe ſciat, ſi tamen alteri factum eſſe ignorent, aut is ipſe ſolus, qui eā contumeliā eſt paſſus, in cauſa fuerit, ut ad notitiā aliorū deuenerit, nihil ei debetur reſtitutionis.*

8 *Quando contumelia uni facta quaſi redundet in perſonas illi coniunctas ob amicitiæ, conſanguinitatis, aut aliam ſimilem rationem, nulla conſurgit obligatio quidquam reſtituendi perſonis ita coniunctis pro infamia.*

1 DISputatione 23. oſtendimus, famam non ſolùm ſigno aliquo iniuſtè lædi, ſed etiā facto, conſurgereque obligationem eam reſtituendi. Diximus item in contumelijs, quando notitia, quòd illatæ ſint, ad alios peruenit, plus iniuria affectum æſtimare iacturam famæ, quam ex eo patitur, quòd ad alios notitia deuenerit ipſi illatas eſſe, quā æſtimet iacturam honoris, quam eſt paſſus, dū illatæ ipſi ſunt. In exiſtimatione enim eorum, ad quorum notitiam id deuenerit, paruipenditur is, qui alapa aut fuſte ſit percuſſus, aut cum cuius vxore adulterium ſit commiſſum, vel qui aliam ſimilem iniuriam ſit paſſus, quouſque iuxta leges huius ſeculi debitam vindictam ſumat, neque coram illis apparere audebit. Hac de cauſa ibidem dicebamus, quando ſcientibus alijs facto aliquo aut dicto ignominioſo honor alicuius læditur, conſurgere lōge maiorem obligationem reſtituēdi famam illius, quæ ſimul cum honore fuit læſa, quàm honorem eo dē facto aut dicto ignominioſo læſum. Manet quippe, qui eam cōtumeliam eſt paſſus, obnoxius deſpectui atque ſine honore in eorum exiſtimatione, qui id norunt: quod ſanè ad famam ſeu exiſtimationem de illo ſpectat, hocque potiſſimum cupit reſarcire. Imò verò hoc videtur eſſe, quod doctores reſtituendum eſſe docent, quando affirmant reſtituendum eſſe honorem iniuſtè læſum, ſeu iniuſtè ablatum: hoc quippe habet rationem damni permanentis in futurum ob abiectiorem ac viliorem exiſtimationem, quæ de illo in his manet, qui id norunt, ſatiſque conſentaneè ad hoc loquitur Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 62. artic. 2. ad. 3. dum ſic ait, *Ad tertium dicendum, quòd actio contumeliam inferētis non poteſt fieri ut non fuerit. Poteſt tamen fieri ut eius effectus, ſcilicet diminutio dignitatis perſonæ in opinione hominum, reparetur per exhibitionem reuerentiæ.* Non verò doctores intelligere videntur, reſtituendum eſſe honorem quo ad hoc præciſe, quod factum aliquid ſit contra honorem ac reuerentiam, quæ alicui de-

A bebatur. Id enim tranſiuit, neque damnum in perſona, quę eo actu inhonorata fuit, reliquit, eoque ipſo, quod tranſiuit, ſubire cæpit rationem ſolius iniuriæ ſumptæ præciſe à damno dato, cui certa pæna reſpōdet, non verò reſpondet vlla reſtituendi obligatio; vt ſæpe in præcedentibus eſt dictum atque oſtēſum. Iuxta hanc ergo doctrinam decidenda ſunt ea, quæ tractatu præcedenti Diſp. 88. 100. & alijs in hunc locum reſeruauimus.

Prima concluſio eſt. Quando iniuſte facto aliquo aut dicto contumelioſo in hoc ſenſu honor læditur, ſeu potiùs exiſtimatio alicuius, quod deinceps apud alios, qui id norunt, abiectior ac vilior exiſtimatio de illo habebitur, tenetur, qui ita honorem ſeu potius exiſtimationem ac famam illius iniuſte læſit, re- 2

B ſtituere ſeu compenſare illi, quantum id damnum permanens prudentis arbitrio æſtimabitur, attenta qualitate perſonæ, & attentis cæteris omnibus circumſtantijs concurrentibus. Inſuper reſtituere illi tenetur, ſi inde aliud damnum lucri ceſſantis aut iacturæ alicuius in bonis externis diuitiarum fuit illi ſequutum.

In priori parte huius concluſionis idcirco appoſita fuit pars illa; id damnum permanens, quoniam ſi damnum iam eſſet abolitum, vel morte eorū omnium, qui factam fuiſſe eam contumeliam nouerūt, vel obliuione, obligatio non eſt reſtituendi id damnum, quod iam non exiſteret, vt ex dictis præcedentibus diſputationibus conſtat. Eadem ratione, ſi is, qui illud fuit paſſus, competentem, iuxta ſeculi hu-

C ius leges, de illo vindictam ſumpſiſſet, non cenſeretur manere, eaque de cauſa obligatio non eſſet illud reſtituendi. Adde, in eo euentu locum eſſe compenſationi vnius damni cum alio, iuxta ea quæ diſputatione ſequenti dicenda ſunt. Quòd ſi compenſatio. l. propria vindicta ſumpta, non ęquaret damnum antea iniuſte datum, tunc ſolum incrementum eſſet reſtituendum. Præterea, ſi contumelia prius illata competenti pæna fuiſset in exteriori foro punita, vel criminali vel ciuili, tunc damnum ea illatum non cenſeretur manere compenſandum reſtitutione aut ſatiſfactione: quoniam iam ea via eſset ſufficienter punitum ac compenſatum. Si autem pæna manifeſte nō æquaret damnum datum, neque ea eſset contentus, qui illud accepit, tunc in conſcientiæ foro ſolùm eſ-

D ſet compenſandus exceſsus damni, vt eſt notiſſimū. Illud etiam eſt obſeruandum, homines regulariter pro eiuſmodi damno, ex contumelia illato, non ſolere aliam reſtitutionem ac compenſationem velle, quàm eam, quam ipſi ſumpſerint vindicando iniuriam illatam: atque eſto non audeant aut Dei timore non velint ſumere vindictam, ſolere dedignari aliam compenſationem ipſis fieri, maluntque ſuum potius damnum ac miſeriam ſuſtinere, quàm reſtitutionem ob id damnum accipere, quæ ipſis apud alios noua eſset ignominia. Immo ſunt multi, qui neque veniam ab ipſis peti volunt, neque per eum, qui iniuria illos affecit, neque per tertiam perſonam: quoniam ægre admodum ferrent, mentionem

E de contumelia ipſis illata eis fieri, eoque ipſo de nouo irritarentur ad vindictam per ſe ipſos ſumēdam, aut certe optarent potius talem veniam ab eis non peti: in quo euentu conſtat, eum, qui contumelia affecit, nihil impediente damno manente in contumelia affecti fama, ex eaque contumelia ſequuto, neque ad ſatisfactionem veniæ petitione eſse cogendum, neque ad id teneri. Quòd ſi eiuſmodi damnum in exiſtimatione illius ex adulterio cum vxore illius fuit ſequutum, iura impediunt tranſactionem circa eam iniuriam ac damnum fieri, vetantque intentari ciuilem actionem ob eam iniuriam ac damnum, ſolumque concedunt intentare actionem criminalem, vt ex dictis tractatu præcedente à Diſput. 46. &

rurſus

rurſus a Diſputat. 86. liquet. Tametſi ibidem ſit additum, permiſsam iam hodie ex tacito conſenſu ac diſſimulatione principum, publicarùmve poteſtatum, tranſactionem priuatam eſſe, hoc eſt, tranſactionem, non inſtrumento publico, neque coram miniſtris publicis, publicàve autoritate factam, ſed inter priuatos ipſos. Tametſi rariſſimi ſint, qui circa adulterium illam efficiant. In euentibus itaque omnibus explicatis, qui multi nec infrequẽtes ſunt, atque etiam quando id damnum paſſus reſtitutionem remitteret, conſtat, vel omnino non eſse obligationem reſtituendi damnum in exiſtimatione ac fama proximi iniuſtè contumelia datum, vel maxima ex parte ceſsare eam obligationem; ita vt, qui id damnum iniuſtè dedit, non teneatur id totum reſtituere, ſed ſolam partem, vt in nonnullis ex his euentibus dictum eſt. Illud tamen admonuerim, quando qui eam contumeliam idque damnum iniuſtum eſt paſſus ac ſuſtinet, non admitteret aliam ſatisfactionem, credendum eſse, gratum illi futurum, vt honor & reuerentia maior ſolita illi exhibeatur, & augeatur alijs vijs fama, bonaque exiſtimatio de illo, obſequiaque illi præſtentur, dummodo ea dexteritate hæc omnia fiant, vt non ſentiantur ac intelligantur fieri in recompenſationem ignominiæ præteritæ, ita vt illa præteritam ignominiam in hominum memoriam reuocent. Atque ea via curare is debet, qui damnum famæ contumelia intulit, illud reſarcire, ſi non integre, certè ex parte, idque præcipi illi à confeſsarijs deberet. Quatenus itaque locus & obligatio erit fieri reſtitutionem pro damno honoris & famæ contumelia iniuſtè dato, intelligenda eſt prior noſtræ concluſionis pars: non verò quando prædictis aut alijs ſimilibus modis ceſsat ea obligatio, vel omnino vel magna ex parte.

Ea itaque prior pars ita intellecta ac explanata facilè patet. Quoniam tunc fama iniuſte læſa manet contumelia antecedente; eaque læſio damnum eſt permanens, pendènſve in futurum: ergo obligatio erit illud reſtituendi, quantum arbitrio prudentis æſtimabitur, attentis circumſtantijs omnibus concurrentibus: niſi, qui ad id alioquin ex natura ipſa rei tenetur, ex aliquo ex capitibus explicatis, vel ex alio ſimili, omnino aut ex parte, ab ea reſtituendi onere liberetur.

Ex ea priori concluſionis parte ita comprobata, explicata, ac intellecta, ſequitur primò. Eum, qui alapa aut fuſte alium ignominiosè percuſſit, aut pedibus illum conculcauit, vel barbam illius ignominiosè apprehendit, aut præſcidit, vel euulſit, vel aliquo alio ignominioſo facto, ſcientibus id alijs, contumelia illum affecit, ex natura rei, niſi ex aliquo ex capitibus explicatis, aut ex alio ſimili, omnino aut ex parte excuſetur, teneri illi reſtituere, quantum æſtimabitur infamia, quæ inde illi reſultat: quæ ſanè eo maior erit, pluſque æſtimabitur, quo plures illam ſciunt, & quo factum fuerit ignominioſius, atque quo perſona, cui ea contumelia illata eſt, dignior ac præſtantior fuerit: ex his enim, & ex cæteris omnibus circumſtantijs concurrentibus, penſanda eſt quantitas illius, damnumque ex illa reſultans, vt ad æqualitatem compenſetur.

2 Ex eadem parte ſecundò ſequitur, ſi aliquis, id alijs ſcientibus, adulterio aliena abutatur vxore, vel aliquo alio actu, qui cedat in mariti infamiam ac vilipendium, vel illam inſectando, ſiniſtram ſuſpicionem generet, quæ in infamiam mariti cedat, teneri eum ſimiliter ex natura rei marito illi reſtituere, quantum ea infamia æſtimabitur, niſi ſimiliter ex capitibus explicatis, aut ex alio ſimili, ab ea obligatione vel omnino vel ex parte excuſetur. Ea autem infamia eo maior ſimiliter æſtimabitur, quo plures culpa eius, qui id crimen patratus eſt, id nouerint, & quo maritus dignior fuerit, & quò plures aliæ circumſtantiæ infamiam illam aggrauantes interuenerint. Imò verò ſi eam mulierem inuitam inſectetur, aut quamuis aliam, eaque de cauſa mulieri illi infamia ſequatur, eſtò cum illa nihil inhoneſtum habeat, tenetur ſimiliter ei reſtituere, quantum ea infamia ei æſtimabitur, quin & omnia alia damna inde vlteriùs ſequuta, vt tractatu præcedente Diſp. vlt. concluſ. 10. dictum eſt.

Ex eadem parte tertiò ſequitur, ſi quis vi mulierem aliquam opprimat, aut aliquid aliud ei mulieri ignominioſum cum ea, ipſa inuita aut inuoluntariè mixtè conſentiẽte, habeat, ita vt culpa eius, qui eam iniuriam illi infert, notitia eius rei ad aliquem alium aut ad alios deueniat, teneri eum illi reſtituere, quantum æſtimabitur infamia inde illi ſubſequuta, attentis circumſtantijs omnibus concurrentibus.

Idem intelligendum eſt, quando ex quocunque alio facto aut dicto contumelioſo, vt dicendo alicui, mentiris, aut aliud ſimile contumelioſum, infamia ac vilipendium in exiſtimatione eorum, qui nouerunt eam contumeliam illi eſse factam, ei ſequitur.

Modus verò reſtituendi exiſtimationem ac famã in euentibus explicatis, quatenus, iuxta ea quæ dicta ſunt, ad id is tenebitur, qui iniuſtè honori ac famæ præiudicauit. Honorem ac reuerentiam infamato exhibendo, ſe illi ſubijciendo, ac veniam ab illo petendo, laudibus illius, & aliis ſimilibus rationibus, quatenus illi grata & vtilia hæc omnia, iuxta hactenus dicta, erant, & non quando exacerbare magis poſsunt, nec prodeſse, tantum honoris & famæ illi accumulare atque augere, vel ad æqualitatem illi compẽſet honorem ſeu exiſtimationem ac famam, quam iniuſtè læſit. Talis enim ſatisfaciendi modus, ſi ad æqualitatem id fieri poſſit, eſt optimus: eo quòd ad æqualitatem bonis eiuſdem generis compenſet damnum iniuſtè illatum. Quòd ſi is, qui honori ac famæ alterius iniuſtè præiudicauit, non eo modo ad æqualitatem potuerit compenſare damnum quod dedit, & quod tenetur reſtituere, ob maximam læſionem in exiſtimatione ac fama, cuius fuit cauſa, vt ſi alapa vel fuſte publicè nobilem percuſſit, vel ſi ita cum vxore illius eſt adulteratus, vt publicum id ſit factum, tũc tenetur alijs bonis compenſare, quod ea alia via ad æqualitatem compenſare non potuerit. Et quidem ſi infamatus adhuc viuat, nec contentus ſit compenſatione in bonis ſpiritualibus, vt regulariter contentus non erit, tenetur id compenſare pecunia aut aliis externis bonis, ſi infamatus id ita velit. Plerique enim dedignabantur talem ſatisfactionem accipere, aut eis offerri, vt ſuprà dictum eſt. In dubio tamen an infamatus tũc ſatisfactionem in eis bonis velit, tentandum erit, an eam velit, vt illi ſignificando, talis vult tibi ſatisfacere, vide quam ab eo ſatisfactionem velis. Atque quando comperiretur velle eam in bonis externis, meliùs multo tranſactione cum illo fieret, petendo ab eo vt aliquid remitteret, & vt contentus eſſet tanta vel tãta ſatisfactione, quàm arbitrando vſque ad vltimum indiuiſibile, quantum illi ad æqualitatem debeatur, vt tractatu præcedente in ſimilibus euentibus eſt dictum.

Ledeſmius. 2. 4. quæſt. 18. art. 2. ait. Si is, qui contumeliam intulit, aliter non poſset ad æqualitatem ſatisfacere in bonis honoris & famæ, quàm petendo veniam, neque offenſus contentus eſſe vellet ſatisfactione in bonis externis, ſed exigeret, vt qui iniuriam intulit, veniam ab ipſo peteret, teneri eum id præſtare offenſo, neque ſufficere, ſi ſatisfacere vellet in bonis externis. Ratio autem eſt, quoniam ſatisfactio fieri debet in eodem genere bonorum, ſi id 4

ſit poſſibile, & is, cui fieri debet, contentus non A ſit alio genere ſatisfactionis, vt poterit rationabiliter nolle eſſe contentus. Idem innuit etiam Caiet. dub. 5. citato. Quare, inquit Ledeſmius, abſoluẽdus non erit pœnitens, qui noluerit veniam petere pro contumelia illata, quando offenſus contentus non eſt alia ſatisfactione, neque qui offendit, aliter ad ęqualitatem poteſt ſatisfacere in bonis honoris & famæ. Quia verò priuati religioſi bona externa non habent, quibus contumelias à ſe illatas compenſent, neque regulariter alijs bonis honoris & famæ poſſunt eas ad æqualitatem compenſare, ſtatuit Auguſtinus in Regula, eos petitione veniæ teneri illas cõpenſare: maximè quia expedit religioſos ſigna humilitatis exhibere, quibus damnum, quod per ſuperbiam intulerunt compenſent. Prælati prȩterea ea de cauſa competentes alias pœnas eis imponere ob eas B culpas, atque in ſatisfactionẽ offenſi, debent. Quãdo verò iniuſtè infamatus defunctus iã eſſet, cũ ipſius bonum honoris ac famæ ad hæredes ſuos non tranſeat, ſanè defuncto ipſi, & non hæredibus illius, eſt facienda reſtitutio eius læſionis. Quare cùm in eo ſtatu plus ille gaudeat bonis ſpiritualibus quàm aliis bonis, vtique in ſpiritualibus bonis eſſet ei reſtitutio facienda, offerẽdo de proprijs ſatisfactionibus pro illo, quantum Deus iudicauerit ad id eſſe ſatis, aut offerendo pro illo orationes & ſacrificia modo in præcedentibus ſæpe explicato. Quòd ſi conſtaret, cum eſſe in inferno, tunc vt non eſſet iam proximus noſter, ita neque vlla ſatisfactio ei deberetur, vt etiã in ſuperioribus ſæpe eſt dictum.

Poſterior verò concluſionis pars, nempe ſi ita in- C famato damnum aliud in bonis externis diuitiarum lucri ceſſantis, aut iacturæ alicuius, ex ea infamia ſit etiam ſequutum, id quoque reſtituendum illi eſſe, vt ſi is, qui alapa aut fuſte fuit percuſſus, ea de cauſa non inueniat mulierem, cum qua æquè bene matrimonium contrahat, atque inueniret, ſi eam infamiã non eſſet paſſus; aut ſi mulier, quæ iacturam iniuſtã in honore & fama eſt paſſa, non inueniat virum, cum quo ęquè bene nubat, ac ſi paſſa non eſſet eam infamiam; reſtituendam eis etiam eſſe eam iacturã in bonis externis; ea, inquam, poſterior concluſionis pars ab omnibus conceditur, facileque probatur. Quoniam id damnum iniuſtè fuit ei datum, vnà cũ damno in honore & fama: ergo eſt illi ad æqualita- D tem reſtituendum. Quin & in exteriori foro, vnà cũ reliqua iniuria, iubebitur id illi compenſari.

5 Secunda concluſio. Præter reſtitutionem ob læſionem in exiſtimatione ac fama explicatam, non debetur alia reſtitutio ob id præciſè, quòd contumelioſus actus, ex quo ea læſio ſequuta fuit, fuerit contra honorem ac reuerentiam ei debitam, cui ea contumelia illata fuit. Item ſi ex actu illo contumelioſo nulla lęſio relicta fuit in corpore eius, qui ea contumelia fuit affectus, quia vel non læſit, vel ſi læſit, inſtaurata iam ea læſio fuit per naturam, aut facilè per naturam ſine ſumptibus inſtaurabitur, nulla reſtitutio ex eo capite debetur affecto ea contumelia, eſtò dolorem eo contumelioſo actu paſſus ſit, & E eſtò læſionem in corpore, eo modo iam inſtauratã, aut quæ facilè & ſine ſumptibus inſtaurabitur, effecerit. Quo fit, vt pro adulterio cum vxore alterius, præter reſtitutionem læſæ exiſtimationis ac famæ mariti, quæ præcedente diſputatione explicata eſt, non debeatur ei reſtitutio alia ex eo, quòd id adulterium patratum fuerit contra honorem ac reuerentiam, quæ in illius vxore marito debebatur. Fit ſimiliter, vt pro publica alapa, vel percuſſione fuſte vel calce, præter reſtitutionem exiſtimationis ac famæ ea percuſſione iniuſtè læſæ, de qua præcedente concluſione dictum eſt, non debeatur ita percuſſo reſtitutio alia ex eo, quòd hæc facta ſint contra honorem & reuerentiam illi debitam, aut ex eo, quòd ea percuſſio dolorem aut læſionem intulerit, quæ ſine ſumptibus inſtaurata eſt. Idẽ intellige de ſimilibus alijs contumelioſis ac ignominioſis actibus. Prior concluſionis pars ex eo probatur, quòd in eo præciſè, quòd contumelioſus actus fuerit contra honorẽ ac reuerentiam, quæ ea contumelia affecto debebatur, nullum cernitur permanens damnum, ſed tranſiuit in nudam iniuriam, ſine vllo relicto damno: pro iniuria verò ſumpta præciſè à damno non debetur reſtitutio, ſed ſolùm puniri poteſt ac debet condigna pœna, quæ ante latam ſententiam non debetur, vt ſæpe dictum comprobatumque eſt. Poſterior verò pars ſimiliter probatur, quoniam quando læſio corporis nõ relinquit damnum permanens, nulla debetur reſtitutio, vt cùm Adrian. & Richardo, nemine reclamante, tractatu præcedente Diſp. 88. & aliàs ſæpe dictum eſt.

Tertia concluſio. Quando adulterium latet, ita 6 vt ſoli adulteri illud ſciant, nulla debetur reſtitutio: niſi ex eo adulterio ſuſcepta ſit proles; vel id adulterium damnum aliud adiunctum habeat, vt ſi adultera dona miſit de bonis mariti, aut aliud ſimile damnum habeat adiũctum. Damna enim omnia cum illo coniuncta, aut ex illo ſequuta, ſatis perſpicuum eſt reſtituenda eſſe. Præcipuum verò, quod hac concluſione aſſerimus, probatur. Quoniam pro adulterio quatenus præciſè eſt contra honorem ac reuerentiam mariti, nulla debetur reſtitutio, vt concluſione præcedente dictum. Item nullus vnquam dixit, pro irreuerentia, quæ eum, cui fit, latet, & quæ alios etiam latet, ſolique cognita eſt eam facienti, deberi reſtitutionem: tale autem quo ad hoc eſt adulterium, quod ſolis adulteris eſt notũ. Vnde pro adulterio cognito à ſolis adulteris, præciſeque ſumpto ab alijs omnibus damnis, nulla reſtitutio debetur. Et quoniam, quæ de hac re hoc loco addi poterant, copioſè dicta ſunt tractatu præcedente Diſp. 100. non plura circa hanc concluſionem obijciam.

Quarta concluſio. Quando contumelioſus actus 7 eſt talis, vt nullum damnum corporis aut bonorum externorum diuitiarum relinquat, vt de alapa, deleui percuſſione ignominioſa fuſtis aut calcis, & de adulterio ac alijs ſimilibus eſt dictum, tunc eſtò eiuſmodi contumelioſus actus ante faciem eius fiat, cui ea contumelia infertur, is ve factum eſſe ſciat, ſi tamẽ ceteri factum eſſe ignorent, aut is ipſe ſolus, qui eam cõtumeliam eſt paſſus, in cauſa fuerit vt ad notitiam aliorum deuenerit, credo nihil ei vi atque in ratione reſtitutionis deberi. Tenetur tamen, qui eã contumeliam intulit, curare reconciliationem cum fratre ſuo, veniam ab illo petendo, ac ſe illi humiliãdo, quatenus alterum non irritandum nouerit, ſignaque pœnitentiæ, quòd id fecerit, oſtendendo: atque ea omnia præcipere ei debent confeſſarij. Item ſi in exteriori foro ob eam contumeliam ac iniuriam cõdemnetur pœna æquali pecuniaria, aut exilij, tenetur illam implere: ſi verò condemnetur pœna flagellorum, aut alia graui corporis, quamuis non teneatur eam ipſe exequutioni mandare, poſſitque illicitè eam euadere, ſi ſine violentia alicui miniſtro publico illata poſſit illam effugere; eam tamen ſibi illatam patienter ſuſtinere debet.

Primum, quod hac concluſione aſſerimus, ex eo probatur, quoniam reſtitutio, vt ſæpe eſt dictum, ſolùm reſpondet damno, in illiuſque ſolius compenſationem debetur: in euentu autem noſtræ concluſionis contumelia illa iniuſtè illata nullum damnum relinquit: quoniam non corporis, aut bonorum externorum, vt in eadem concluſione ſupponimus, neque famæ; quippe cum contumelia illa illata ab aliis omnibus ignoretur, vt etiam habet eadem concluſio, vel ſi ea cõtumelia ab alijs ſciatur, id nõ ſit cul-

pa eius, qui illam intulit: quòd autem is illā ſciat, qui A eam iniuſtè intulit, non inducit obligationem reſtituendi, vt concluſione præcedente & fuſiùs tractatu præcedente Diſput. 100. dictum eſt: neque item, quòd is illam ſciat, qui illam eſt paſſus, obligationē reſtituendi inducit; tum quia ea notitia non pertinet ad infamiam propriam ipſius: tum etiam quoniam facilè attendere poteſt eam contumeliam non ſua culpa ſibi obueniſſe, ſed alterius, eaque de cauſa non eſt cur de cauſa viliorem de ſe ipſo exiſtimationem habeat: denique neque actus ille cōtumelioſus relinquit damnum honoris: quoniam in eo præcisè, quòd ſit aliquid factum contra honorem & reuerentiam, quæ alicui debebatur, nullum damnum, quod permaneat, relinquitur; ſed id ita eſſe iniuſtè factum, tranſit in nudam iniuriam, vt concluſione B 2. dictum eſt: conſequens ergo eſt, vt in euentu concluſionis propoſitæ nihil vi atque in ratione reſtitutionis debeatur.

Secundum verò, quod eadem concluſione affirimus, de curanda ſcilicet reconciliatione illo modo fratris ea contumelia affecti, ex eo facilè patet, quòd lumen ipſum naturæ doceat, eum, qui cauſam offenſionis proximo dedit, teneri pro viribus & poſſe illum ſedare, eique reconciliari, ſatisfaciendo illi ſi quid ea de cauſa vi reſtitutionis debet, vt ſi offenſio fuit publica & ignominioſa, quæ damnum in fama illi reliquerit: ſi verò ſolùm illi aliquid debet in pœnam pro iniuria ſine damno illata, tranſigendo cum illo circa eam iniuriam ac pęnam, vel iudicis ſententiam expectando, vt pœnam iuſtè iniunctam ſoluat; C modò illa non ſit grauis corporis, quàm licitè poſſit fugere, iuxta id quod in vltima parte eiuſdem concluſionis ſubiungitur, & tractatu quinto ſequenti magis explanabitur; & ſimul, attēta qualitate offenſæ, & attentis circunſtantijs concurrentibus, ſe illi humiliando, & ab eo veniam petendo. Atque hoc eſt, quod Chriſtus docuit ac præcepit Matthæi 5. conſentaneè ad id, quod natura ipſa rei caritaſque poſtulabat, dum de contumelijs illatis agens, dixit: *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade priùs recōciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.*

Quando ſuperior eſt, qui contumeliam abſque damno verbo, aut facto, iniuſtè ſubdito intulit, tunc D neceſſe non eſſet petere ab eo veniam, *Ne*, vt Auguſtinus in regula ait, *dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur autoritas.* Sed ſatis erit oſtenſione maioris beneuolentiæ, quàm eſſet ſolita illi oſtendi, & fauore aliquo illi compenſare iniuriam illatam, eumque reconciliare. Quod idem dicendū eſt de nobili comparatione obiecti, quem contumelia iniuſtè affeciſſet, & de pręceptore comparatione diſcipuli: neque enim ſuppliciter tenentur veniā petere ab ipſis, quibus contumeliam intulerunt ſed ſatis erit aliter fauore & honore illis ſatisfacere, eoſque ſibi reconciliare. Atque hoc eſt, quod vult Caiet. 2.2.q.72.ar.3. & in opuſculo 17. reſponſionum. 13. reſp. dubio 5. Quamuis eſtò priuatim, non ſe coram illis genu flectendo ac ſe humiliando, illis dicerēt, parce, quod apud te exceſſi; ego enim video me E exceſſiſſe, neque me id debuiſſe facere; non video quid autoritatis amitterēt, imò potiùs exiſtimo optimum de ſe ea in parte exemplum darent, ſubditoſque ædificarent. Semper verò tenerentur ad æqualitatem damnum illorum ſatisfacere, vel in honore & laudibus illius, vel in aliqua alia re.

8 Quinta concluſio. Quando contumelia vni facta quaſi redundat in perſonas illi coniunctas ob ſolam conſanguinitatis, aut amicitiæ, vel aliam ſimilem cōiunctionem; vt contumelia facta filio aui filiæ redundat in parentes ac fratres, arbitror nullam conſurgere obligationem quicquam reſtituendi perſonis ita coniunctis pro infamia ac vilipendio, quod in ipſos per accidens redūdat, iuxta ea quæ tractatu præcedente Diſp. vlt. quoad reſtitutionem propter ſtuprum dicta ſunt. Neque enim damna, quæ per accidens eo modo reſultant in perſonas coniunctas, obnoxia ſunt reſtitutioni, vt ita per accidens in perſonas coniunctas reſultant. Lege quæ ibi dicta ſunt.

DISPVT. 47.

Cùm quanto periculo ac detrimento teneatur famam reſtituere, qui illam iniuſtè læſit.

SVMMARIVM.

1 *Nullus cum periculo propriæ uitæ tenetur reſtituere damna honoris ac famæ, quæ prudentis arbitrio longè inferiora ſunt uita eius, qui eam reſtitutionem deberet efficere.*

2 *Sed quando cum fama proximi, eiuſdem uita periclitatur, uel detrimentum honoris, arbitrio prudentis æquiparatur uitæ eius qui ea damna dedit, aut ferè illi æquiparatur, tenetur tunc qui iniuſtè eam infamiam intulit cum periculo propriæ uitæ eam famā reſtituere.*

Diſputatione 40. iunctis ijs quæ Diſp. 41. addita ſunt, dictum eſt, quando obligatio non ſit reſtituendi famam, quia vel non fuit læſa, vel non fuit iniuſtè lęſa, vel recuperata iam eſt, ſaltem obligatione præteritæ infamiæ iniuſtè illatæ, morte, vel obliuione ſuorum, apud quos erat ea infamia. Nunc verò hac & duabus diſputationibus ſequentibus eſt examinandum permanente ac perſeuerante damno famæ iniuſtè illato, exiſtenteque ex natura rei obligatione illud reſtituendi, ex quibus cauſis ceſſet omnino aut ex parte ea obligatio, vel differri poſſit reſtitutio, aut reſtitui poſſit in aliquo alio bono, etiam non conſentiente eo, cui talis reſtitutio fieri debet. Tametſi euētus alios à Diſp. 41. explicauimus, in quibus quia reſtitutio fieri non poteſt bono eiuſdem generis, aut non ſine longè maiori iactura eius qui illam facere debet, quàm ſit fama reſtituenda, fieri poſſit ac debeat bono alterius rationis.

Quod ad id verò attinet, quod in titulo huius diſputationis eſt propoſitum, quæ hoc loco dicenda erant, copioſè ſunt dicta ac examinata tractatu præcedente Diſputat. 102. iuncta Diſputat. 754. tractatus 2. & iunctis aliquibus ex vltimis concluſionibus diſputationis 37. huius 4. tractatus. Ea verò de cauſa breuiter duas regulas ſtatuam locis citatis, præſertim Diſputat. 102. citata, fuſiùs explicatas. Prima eſt: Nullus cum periculo propriæ vitæ tenetur reſtituere damna honoris ac famæ, quæ prudentis arbitrio longè inferiora æſtimabuntur vita eius, qui eam reſtitutionem deberet efficere. Neque item reſtituere tenetur famam alienam cum periculo ſuę propriæ famæ longè maioris ac pretioſioris, quàm ſit fama reſtituenda. Tenetur tamen in vtroque euentu pro viribus & poſſe vel bonis eiuſdem generis vel alterius generis compēſare damnum totum, quod iniuſtè dedit, quantum illud hac alia via compenſare potuerit. Secunda regula eſt. Quando cum fama proximi vita eiuſdem proximi periclitatur, vel detrimentum famæ & honoris illius, aut ſimul aliorum bonorum eiuſdem, quòd illi iniuſtè illatum eſt, & ſimul fortaſſe per reſultantiam ſuis quoque, arbitrio prudentis æquiparatur vitæ

eius,

eius,qui ea damna dedit, aut ferè illi æquiparatur, tenetur,qui iniuſtè eam infamiam intulit, cum periculo propriæ vitæ eam famam reſtituere. Similiter, quando præiudicium famæ iniuſtè illatum ſuperat, æquatur,aut ferè æquatur, iacturę famę,quam is,qui illud intulit,patietur, ſi illud reſtituat, ſanè reſtituere illud tenetur cum ea iactura ſuæ famæ propriæ. Exempla locis citatis propoſita ſunt. Vtraque autem regula ex eo probatur, quoniam vnuſquiſque reſtituere tenetur damnum à ſe iniuſtè datum, cum æquali aut cum paulo maiori ſuo detrimento, non verò cum detrimento ſuo longè maiori: tametſi, quando longè maius detrimentum ipſi ex reſtitutione ſequeretur, teneatur alijs viis, quantum poterit, idem integrum damnum reſtituere, vt diſputationibus citatis hæc omnia explanata comprobataque ſunt.

DISPVT. 48.

Vtrùm remiſſio eius,cui damnum famę iniuſtè eſt illatum, liberet ab onere illud reſtituendi.

SVMMARIVM.

1 *Quando infamia non redundat in tertiam perſonam aut in communitatem, quæ ſimul infamata maneat de eodem, aut in alios, qui iuris diſpoſitione ex delicto alterius infames maneant, tunc remittente iniuſtè infamato obligationem reſtituendi, deobligatus manet is infamans ab obligatione, qua de iuſtitia tenebatur reſtituere famam, nihil impediente quòd ea infamia redundet in detrimentum aliorum aut reip.*

2 *Quando reſtitutio honoris & famæ fieri deberet in eo ipſo bono, in quo quis damnum accepit, ita quòd quaſi redintegranda eſſet fama læſa, eaque fama neceſſaria eſſet vel ad tollendum ſcandalum, vel in notabile ſubditorum aut reip. bonum, tum lethaliter peccaret qui remitteret reſtitutionem talis famæ: niſi ex reſtitutione ſimilia damna ſequerentur ex parte eius, qui reſtituere deberet.*

3 *Quando fama eo modo non eſt neceſſaria, tunc remittere illius reſtitutionem nullum regulariter eſt peccatum, ſed meritum.*

4 *Is, cui remittitur obligatio reſtituendi famam, non peccat, ſi poſt eam remiſſionem illam non reſtituat, niſi quando poſſet ſine ſuo notabili damno illam reſtituere.*

DVo in controuerſiam circa diſputationē propoſitam vocari poſſunt. Vnum eſt, vtrum is, cui damnum famæ iniuſtè eſt illatum, licitè remittere reſtitutionem illius poſſit. Alterum verò, vtrùm ea remiſſio ſit valida, ita vt, qui id damnum iniuſtè intulit, liber ab eo reſtituendo maneat, facta illi ea remiſſione.

Caiet. locis initio Diſputat. 37. citatis, quemadmodum affirmat, neminem licitè facere poſſe detrimentum ſuæ propriæ famæ, quin potius id ex ſuo genere culpam eſſe lethalem, cum onere reipublicæ reſtituendi id famæ damnum, ſic quoque dicere debet, neminem licitè remittere poſſe reſtitutionem ſuæ propriæ famæ: atque ſi eam remittat, eam remiſſionem non deobligare eum, cui facta ſit, ab onere eam famam reſtituendi. Ex eodem quippe fundamento. 2. 2. quæſt. 62. art. 2. ad 2. affirmat, quo ad famam locum non eſſe compenſationi; ſed ſi duo ſe inuicem infament, mutuò teneri ſibi inuicem reſtituere totam famam, quàm iniuſtè abſtulerunt. Idem

A ex eodem fundamento affirmat Maior initio eiuſdem Diſp. 37. relatus.

Prima noſtra concluſio eſt: Quando infamia non redundat in tertiam perſonam, aut in communitatem, quæ ſimul infamata maneat de eodem aut de alio crimine, aut in alios, qui iuris diſpoſitione ex delicto alterius infames maneant, iuxta ea quæ Diſputatione 37. concluſ. 4. iunctis iis quæ in calce Diſpu. 27. dicta ſunt, tunc remittente iniuſtè infamato obligationem reſtituendi, deobligatus manet is, qui iniuſtè infamauit, ab obligatione qua de iuſtitia tenebatur reſtituere famam, nihil impediente, quòd ea infamia redundet in iniuriam ac detrimentum aliorum, aut reipublicæ, vt ſi iniuſtè infamatus erat prælatus, vel perſona publica, cuius fama ſubditis aut B reipublicæ intererat, iuxta ea quæ Diſp. 37. concl. 4. citata, & Diſputatione 46. concluſ. 5. comprobata ſunt. Quando autem infamia in tertiam perſonam aut in communitatem aliquam redundaret, quæ ſimul infamata de eodem aut de alio crimine maneret, vel etiam in aliquos, qui iuris diſpoſitione manerent infames ex delicto principaliter infamati, tunc remittente eo, qui principaliter iniuſtè fuit infamatus, obligationem reſtituendi famam, licèt qui iniuſtè infamauit, liber maneat ab obligatione, qua de iuſtitia tenebatur famam illi reſtituere, non tamen manet liber ab obligatione, qua de iuſtitia item tenebatur reſtituere illis aliis famam, quam ſimul ab eis iniuſtè abſtulit, niſi & hi quoque ſimul hanc etiam aliam reſtituendi obligationem remit- C tant. 1

Priorem huius concluſionis partem affirmant omnes, quos Diſputatione 37. concluſ. 2. citauimus pro opinione contraria Caietani opinioni, manifeſtèque deducitur ex fundamento contrario illi, cui Caietanus nititur, quod eo in loco comprobauimus ac ſtabiliuimus. Cum enim homo dominus ſit honoris ſui ac famæ, nec minùs, quam bonorum externorum diuitiarum, liberam vtriuſque habeat diſpoſitionem, conſequens profectò eſt, vt ſicut, remittente illo reſtitutionem bonorum externorum diuitiarum, liber is manet, qui ea reſtituere tenebatur, ab obligatione, qua de iuſtitia ea reſtituere erat aſtrictus, iuxta ea quæ tractatu. 2. Diſputatione 757. dicta ſunt, ita remittente eodem ſuæ famæ reſtitutio- D nem, liber ſimiliter is maneat, qui eam reſtituere tenebatur, à vinculo quo de iuſtitia eam illi reſtituere erat aſtrictus, nihil impediente, quòd qui eam remiſſionem facit, malè aliquando faciat, eam remiſſionem efficiendo, & quod id aliquando cedat in aliqualem iniuriam ac detrimentum aliorum, quando infamia ſua eſt propria eam remiſſionem concedentis, iuſta ea quæ Diſput. 37. concluſ. 4. & Diſput. 46. concluſ. 5. explanata ſunt. Vt tamen ea remiſſio obligationis reſtituendi famam, eum, cui fit, deobliget à vinculo quo de iuſtitia eam reſtituere erat aſtrictus, eſſe debet libera omnino, modo tractatu ſecundo, Diſputatione 757. citata copioſè explicato.

E Poſterior verò concluſionis pars ex eo conſtat, quòd quando aliquis multis damnum iniuſtè intulit, omnibuſque de iuſtitia reſtituere tenetur, vnicuique id damni, quòd inde accepit, non ſatis eſt, vnum illorum remittere damnum iniuſtè datum, etiam ſi is ſit præcipuus, qui damnum accepit, vt qui damnum eis multis iniuſtè dedit, liber maneat à vinculo, quo alijs damnum ab eis acceptum reſtituere tenebatur.

Secunda concluſio. Quando reſtitutio honoris 2 & famæ fieri deberet in eo ipſo bono, in quo quis damnum accepit, ita quòd quaſi redintegrāda eſſet fama læſa, eaque fama neceſſaria eſſet, vel ad tollendum ſcādalum, vel in notabile ſubditorū aut reipublicæ

blicæ bonum, vel denique ad eorum aliquid ex ijs, quæ Diſputat. 37. concluſione tertia, & quarta, explicata ſunt, tunc lethaliter peccaret, qui remitteret reſtitutionem talis famæ: niſi ex reſtitutione ſimilia damna ſequerentur ex parte eius, qui reſtituere deberet. Dixi, quando reſtitutio fieri deberet in eo ipſo bono, in quo quis damnum accepit, ita quòd quaſi redintegranda eſſet fama læſa: quoniam ſi fieri reſtitutio deberet in aliquibus alijs bonis, eo quòd fama in ſe ipſa reſtitui non poſset, vt quia crimen, quod iniuſtè fuit detectum, erat verum, neque potuit deinceps palliari, tunc, qui ita in fama iniuſtè fuit læſus, remittere poſſet eius famæ reſtitutionem abſque peccato, nihil impediente, quòd ex infamia ſequutum eſset ac perſeueraret ſcandalum, vel damnum ac malum aliud, quod eo reſtituendi modo nõ tolleretur. Addidi, niſi ex reſtitutione ſimilia damna ſequerentur ex parte eius, qui reſtituere deberet: quoniam quando æquale ſcandalum ſequeretur ex eo, quòd is, qui infamauit, detegeret ſe iniuſtè infamaſſe, aut æquale aliorum aut reipublicæ damnum, eo quòd ille etiam eſſet prælatus, valdeque reipublicæ vtilis, poſſet iniuſtè infamatus ex caritate eligere pati potius iacturam proprij honoris ac famæ, permittereque ea damna, quæ inde malitia alterius ſequuta ſunt, quàm vt alius ſimilem proprij honoris ac famæ iacturam pateretur, & quàm vt de nouo ſimilia alia damna ac ſcandala orirentur, eſſetque id profectò magni meriti coram Deo. Intelligendum tamen eſt hoc, niſi perſona, quæ talem reſtituendi obligationem remitteret, aliquibus ex officio eſſet præpoſita, in quorum præiudicium eius infamia cederet, nec munus id relinqueret: tũc enim quamuis cedere poſſet iuri ſuo; non tamen cedere poſſet iuri ſibi ſubditorum, eaque de cauſa quãdo ſubditi ipſi, aut illi ſuperior prælatus, cui ea in re teneretur obedire, inuiti eſſent, remittere ſanè non poſſet eam ſuæ famæ reſtitutionem, eſtò ſubditis alterius, qui eam efficere teneretur, ſimile detrimentum ex ea reſtitutione per accidens proueniret. Cõcluſio ita explanata probatur, quoniam cum ea reſtitutio neceſſaria ſit ad tollenda mala, quæ ſub reatu culpæ lethalis tenetur is impedire, cui ea reſtitutio eſſet facienda, ſanè remiſſio eius reſtitutionis culpa eſſet lethalis, vel contra ſolam caritatem, vel etiam contra iuſtitiam, ſi in aliorum præiudicium fieret, in quorum iniuriàm id cederet, & quibus ipſe ex ſuo officio teneretur.

3 Tertia concluſio. Quando fama eo modo non eſt neceſſaria, tunc remittere illius reſtitutionem, nullum regulariter eſt peccatum, ſed caritas ac meritum. Probatur, quoniam in eo non cernitur prodigalitas, ſicut cernitur in laceratione propriæ famæ, antequam amittatur: ſed regulariter adeſt rationabilis cauſa, cur ea remiſſio reſtitutionis concedatur, nempe vt pudori ac difficultati proximi in ea efficiẽda ac iacturæ famæ illius conſulatur, & vt ſimul exerceatur patientia eius, qui eam infamiam ſuſtinet, remiſſionemque illam reſtituendi efficit.

4 Quarta concluſio. Is, cui in euentu prioris partis primæ concluſionis remittitur obligatio reſtituendi famam, non peccat, ſi poſt eam remiſſionem illam non reſtituat: niſi quando ſine notabili ſua moleſtia ac damno poſſet illam reſtituere, intereſſetque notabiliter ei, cui eſſet facienda, illam reſtitui, vel neceſſarium id eſſet ad tollendum ſcandalum, aut ad impediendum notabile damnum proximi alicuius. Denique non teneretur eam reſtituere, niſi quando, ſi ipſe eſſet alius tertius, qui famam illam non læſiſſet, ex caritate teneretur eo modo ſubuenire ei famæ. Neque omittendo tunc reſtitutionem eius famæ, quàm iniuſtè læſerat, peccaret contra iuſtitiam, ſed ſolum contra caritatem. Probatur hæc

A concluſio, quoniam facta ei illa remiſſione obligationis reſtituendi, nulla in eo manet obligatio reſtituendi de iuſtitia, vt concluſione prima oſtenſum eſt; ſed perinde tenetur ſolum ex caritate, atque cæteri proximi ex caritate tenentur impedire damna ſuorum proximorum, ſi commodè poſſint: quo fit, vt cum obligatio ex caritate ſolum ſit, quando ſine notabili proprio detrimento, ſine notabilique propria moleſtia pro quantitate damni, quod proximo imminet, poſſit illud impedire aut reſarcire, verum noſtra concluſio habeat.

DISPVT. 49.

B Vtrùm in fama locum habeat compenſatio, ita vt deobligetur quis ab onere reſtituendi famam, quam iniuſtè læſit, quia is alius æquale famę damnum huic iniuſtè intulit.

SVMMARIVM.

1 *Illicitum eſt in recompenſationem infamiæ, quam alius nobis iniuſtè intulit, illum infamare, eſtò ille iniquè reſtituere nobis non velit famam, quam nobis iniuſtè abſtulit.*

2 *Poſt illatam vtrimque iniuſtè infamiam, locum habet compenſatio damni cum damno, vt nullus eorum de iuſtitia teneatur reſtituere alteri, niſi ſolum exceſſum damni, ſi fortè plus infamauit, quàm ab altero ſit infamatus.* C

3 *Qui ſibi mutuo damna famæ intulerunt, tenentur ſibi inuicem famam reſtituere non curando compenſationem: idque de caritate, non de iuſtitia.*

4 *In euentibus, in quibus, cum famæ unius damno iniuſtè dato ſimul illatum eſt famæ quorundam aliorũ, quod de iuſtitia illis reſtitui debeat, eſtò compenſatio fieri poſſet obligationis, qua illi præcipue reſtituenda erat ſua fama, cum obligatione, qua is idem æquale damnum famæ teneretur illi, qui ipſi reſtituere tenebatur, non tamen propterea ceſſaret obligatio.*

5 *Quando vnus alterum iniuſte infamaſſet, neque ut tenebatur, vellet eam famam illi reſtituere, tunc iniuſte infamatus, qui damnum in fama alteri non dediſſet, poſſet in pecunia compenſare damnum famæ in quo eſt.* D

CAietanus & Maior, vt in principio diſputationis præcedentis retulimus ex illo ſuo fundamento, quòd homo non ſit dominus ſui honoris ac famæ, aſſeuerant, locum non eſſe compenſationi quoad famam iniuſtè læſam, ſed vtrumque eorum, qui ſe inuicem iniuſtè infamarunt, teneri ſibi mutuò famam reſtituere. In contraria verò ſententia ſunt doctores communiter, qui aſſeuerant hominem dominum eſſe ſui E proprij honoris ac famæ.

Noſtra verò prima concluſio eſt: Illicitum eſt in 1
recompenſationem infamiæ, quam alius nobis iniuſtè intulit, illum infamare, eſtò ille iniquè reſtituere nobis non velit famam, quam à nobis iniuſtè abſtulit. Tametſi licitum nobis ſit, in noſtram iuſtam defenſionem, quantum ſit ſatis ad protegendam ac defendendam quin & ad recuperandam noſtram famam, illum in ijs infamare, quæ via ſunt ad noſtram famam ab iniuria vindicandam. Hæc poſterior concluſionis pars Diſp. 24. & alibi oſtenſa fuit. Prior verò ex eo eſt manifeſta, qm̃ cum infamia alterius non ſit bonum illius, quod in recompenſationẽ boni ex nobis iniuſtè ablati nobis ſumamus, ſed ſit

ſit ſolum læſio boni alterius, ſanè in eo nihil aliud cernitur, quàm vindicta, quæ eſt omnino illicita propria autoritate.

2 Secunda concluſio: Poſt illatam vtrinque iniuſtè infamiam, locum habet compẽſatio damni cum damno, vt nullus eorum de iuſtitia teneatur reſtituere alteri niſi ſolum exceſſum damni, ſi fortè plus infamauit quàm ab altero ſit infamatus. Quòd ſi ex mutuo conſenſu fiat ea damnorum compenſatio, tunc eſtò vnus eorum alteri reſtituat infamiam, quam illi intulit, hic alter non tenetur reſtituere infamiam, quam antea reſtituenti intulerat: quippe cum iam eam illi non debebat, reſtitutioque ipſa facta ſit beneficium in ſe collatum, quod de iuſtitia compenſare non tenetur. Excipe, niſi iterum facta inter eos fuiſſet conuentio, quòd ea lege vnus reſtitueret, vt alter reſtituere viciſſim teneretur. Quando verò non interuenit mutuus tacitus vel expreſſus conſenſus in ea recompenſatione, tunc vno eorum reſtituente alteri famam, quam ab eo iniuſtè abſtulerat, alter tenetur illi reſtituere famam, quam ab eo iniuſtè etiam abſtulerat, nihil impediente, quòd ex ſua parte compenſationem mutuam intendiſſet ac voluiſſet. Ratio autem eſt, quoniam ea compenſatio, non interueniente ad illam conſenſu alterius, intelligebatur ſub tacita conditione, niſi alter reſtitueret: poteratque alter bona fide reſtituere, nihil ſciens de compenſatione, quam alius intenderat: in quo euentu æquitas ac ratio non patitur, vt qui reſtituit, in iactura maneat famæ, quam alter ab eo iniuſtè abſtulerat. Prima huius concluſionis pars ex eo liquet, quoniam fama in hominum poteſtate ac diſpoſitione non ſecus eſt poſita, quàm in hominum poteſtate ac diſpoſitione ſint poſita bona externa diuitiarum, maximè rerum, quarum dominiũ ad eos ſpectat, quibus ea damna iniuſtè ſunt illata, quàm in damnis famæ. Reliquæ verò eiuſdem concluſionis partes probatione alia non indigent.

3 Tertia concluſio. In euentibus, in quibus præcedente diſputatione eſt dictum, nihil impediente remiſſione obligationis reſtituendi famam, teneri eum, qui eam remiſſionem obtinuit, famam illam ex caritate reſtituere, ad ſcandalum aut alia mala vitanda, dicendum quoque eſt eos, qui ſibi mutuò damna famæ intulerunt, teneri ſibi inuicem famam reſtituere, non curando compenſationem. Tunc verò tenentur ad id de caritate, non verò de iuſtitia. Hæc concluſio ſatis eſt perſpicua, quoniam vnuſquiſque, nihil impediente compenſatione, quam alioquin efficere poterat, ex caritate tenetur vitare ſcandala, & impedire damna proximorum, ſi commodè ea impedire poſſit.

4 Quarta concluſio. In euentibus, in quibus cum famæ vnius damno, iniuſtè datum, ſimul illatum eſt famæ quorundam aliorum, quod de iuſtitia illis reſtitui debeat, iuxta dicta in poſteriori parte concluſionis primæ diſputationis præcedẽtis, eſtò compenſatio fieri poſſet obligationis, qua illi præcipuo reſtituenda erat ſua fama, cum obligatione, qua is idem æquale damnum famæ teneretur ſimiliter reſtituere illi, qui ipſi reſtituere tenebatur; non tamen propterea ceſſaret obligatio, neque compenſata cenſeretur, qua illis alijs reſtituere tenebatur damnum famæ ipſis vnà cum illo præcipuo illatum. Concluſio hæc notiſſima ex ſe eſt, neque probatione indiget.

5 Quinta concluſio. Quando vnus alterum iniuſtè infamaſſet, neque, vt tenebatur, vellet eam famam illi reſtituere, tunc iniuſtè infamatus, qui damnum in fama alteri non dediſſet, poſſet in pecunia compenſare damnum famæ, in quo eſt, idque non ſolum non ſoluendo debitum antiquum occultum, quantum ad æqualitatem ſufficere iudicaretur ad

A competentem compenſationem damni famæ, in quo eſt, ſed etiam occultè accipiendo de nouo, quãtum ſatis eſſet ad eandem compenſationem: dummodo non interueniret ſcandalum, & aliter commodè obtinere non poſſet reſtitutionem ſuæ famę, & denique dummodo interuenirent conditiones omnes requiſitæ, vt licitè in conſcientiæ foro fiat: occulta compenſatio debiti, quas tractatu 2. Diſputat. *691*. copioſè explicauimus. Concluſionem hanc affirmat Ledeſmius. 2.4. quæſt. 18. artic. 2. Probari autem poteſt, quoniam quando aliter fieri non poteſt reſtitutio famæ, fieri debet in bonis externis, vt præcedentibus diſputationibus dictum eſt: ergo quando is, qui famam reſtituere tenetur, ſua nequitia in alijs bonis illam non reſtituit, aut reſtituere B eam in alijs bonis non poteſt, tenetur in bonis externis diuitiarum illam reſtituere: quare, ſi id non præſtet, ſitque iniuſtus detentor eius, quod reſtituere tenetur, licitum erit facere in bonis externis illius competentem compenſationem, etiam occultè occupando de nouo bona externa illius, modò concurrant conditiones omnes requiſitæ ad licitè autoritate propria occultam compenſationem efficiendam. Illud verò admonuerim, cum is, qui damnum famæ iniuſtè intulit, non teneatur reſtituere in bonis externis diuitiarum, ſed ſufficienter reſtituat in bonis honoris & famæ, vt præcedentibus diſputationibus dictum eſt, cõſequens eſt, vt ſi, poſt compenſationem in bonis illius externis diuitiarum effectam, ille in bonis honoris & famæ reſtituat, redC denda illi eſſe externa bona, in quibus compenſatio fuerat effecta: id quod Ledeſmius vbi ſuprà bene obſeruat.

DISPVT. 50.

De iuſtitia commutatiua circa bona ſpiritualia. Et num, qui damni in bonis ſpiritualibus alteri eſt cauſa, ad reſtitutionem teneatur.

SVMMARIVM.

D

1 *Inter bona ſpiritualia quædam ſunt naturalia, quæ immediatè non ordinantur ad felicitatem moralem ſempiternamque beatitudinem conſequendam: quædam verò ſunt, quæ ad felicitatem moralem immediatè ordinantur, ad conſequendamque felicitatem æternam, & de nocumento, quod prioris generis bonis infertur, idem eſt dicendum, quod de nocumento dato in bonis corporis.*

2 *Qui cauſa eſt iniuſta damni in aliquo ſcientiarum aut artium, reſtituere ei tenetur, quantum prudentis arbitrio æſtimabitur id damnum.*

3 *Qui alteri cauſa eſt peccati, tenetur ad reſtitutionem damni ei in ſpiritualibus ita datis, illum ſuaſionibus ad pœnitentiam adducendo, vt reſipiſcat,* E *atque ſi illæ non ſufficiant, orando pro illo, & conando vt alij, qui ad id efficaciores ſint, idem illi perſuadeant, modò ſine fructu eum non infamet apud illos.*

4 *Qui in cauſa fuit vt alius per ignorantiam peccaret, aut vi vel metu cauſa fuit peccati alicuius, tenetur de iuſtitia cauſam peccati auferre, ignorantiam ab illo depellendo; aut ſi vi vel metu illum in peccato detinet, liberum illum relinquendo, vt abſque vi & metu à peccato deſiſtere poſſit.*

5 *Qui culpa alterius ita per ignorantiam decepti, damnum in ſpiritualibus paterentur, certè cum iniuria ob inuoluntarium mixtum ratione ignorantiæ*

rantiæ illud paterentur, ac proinde de iuſtitia teneretur ille auferre ab ijs eam deceptionis cauſam, & illis & alijs reſtituere damna omnia, ſiue ſpiritualia, ſiue aliorum bonorum, ex ea iniuſta cauſa ita ſubſecuta.

6 *Qui alteri cauſa eſt peccati abſque ignorantia, ita vt is qui peccat, prudens & ſciens peccet, ad nullam reſtitutionem ei tenetur, ſiue ſpiritualium damnorum, ſiue quorumcunque aliorum, quæ ei ex tali peccato ſequantur, licèt hortatione aut conſilio peccati autor fuerit.*

7 *Diſſoluuntur quinque argumenta contraria.*

EGimus huc vſque in hoc quarto tractatu de iuſtitia commutatiua circa bonum honoris & famæ. Supereſt pauca de iuſtitia commutatiua circa bona ſpiritualia addamus. Cur autem hanc vltimam partem huic quarto tractatui de iuſtitia addendam annectendamque cenſuerimus, in principio huius quinti tractatus eſt dictum.

1 Inter bona ſpiritualia quædam ſunt naturalia, quæ immediate non ordinantur ad felicitatem moralem, ſempiternamque beatitudinem conſequendam, vt ſunt potentiæ, ſcientiæ, & artes: quædam verò ſunt, quæ ad felicitatem moralem immediatè ordinantur, ad conſequendamque ſempiternam felicitatem, vt virtutes, gratia, meritoriaque opera. Quod autem ad bona prioris generis attinet, idem de nocumento in illis dato eſt dicendum, quod de nocumento dato in bonis corporis tractatu præcedente dictum eſt. Qui enim potionibus, præſtigijs, dæmonumque adiutorio, aut alia ratione, iniuſtè aliquem vſu rationis priuat, vel nocumentum aliud illi infert quoad vſum potentiarum animæ, ad reſtitutionem æſtimationis illius tenetur, quantum prudentis arbitrio, attentis circunſtantijs omnibus concurrentibus, id damnum, ſi permaneat, iudicabitur. Tenetur item ad reſtitutionem omnium aliorum damnorum, ſi quæ inde vlterius ſint ſequuta, non ſecùs, quàm ſi abſcinderet manum, aut aliud damnum corporis inferret. Immò vero læſio potentiarum organicarum, impeditioque iniuſta vſus illarum, damnum eſt corporis: impeditio verò vſus potentiarum non organicarum, quamuis damnum ſpirituale ſit, ex læſione tamen organorum potentiarum organicarũ prouenit ac pendet, quatenus dum rationalis anima corpori eſt immerſa, intellectu ac voluntate operatur dependenter à potentijs organicis, quarum læſio in potentias, quibus ſubminiſtrant, redundat. Eodem verò modo puniendum eſt delictum, quo eiuſmodi damnum infertur, inferrive intentatur, quo tractatu præcedente explanatum eſt, punienda eſſe delicta & iniurias contra bonum corporis, quæ mortem corporis non inferunt.

2 Item qui cauſa eſt iniuſta damni in aliquo ſcientiarum aut artium, vel quia vi, aut fraude, aliave ratione iniuſtè aliquem prohibuit ab vſu aut ac acquiſitione alicuius earum, vel quia ſua culpa falſa pro veris docuit, vel quia, cum ex officio ac de iuſtitia alios docere ac inſtruere teneretur, negligens notabiliter in docendo, ac inſtruendo, vt tenebatur, fuit aut ad id erat ineptus, idque in cauſa fuit, vt ij, quos de iuſtitia docere tenebatur, damnum paterentur in eius ſcientiæ aut artis acquiſitione, reſtituere eis tenetur, quantum prudentis arbitrio æſtimabitur id damnum, & quantum æſtimabuntur alia damna, ſi quæ inde ſint vlterius ſequuta. Quare non eſt cur hoc loco hac de re aliud dicamus, quàm quæ tractatu præcedente circa damna & iniurias corporis, & circa reſtitutionem damnorum corporis, & eorum, quæ vlterius inde ſint ſequuta, dicta ſunt.

A Quod verò ad bona poſterioris generis attinet, 3
Scotus in 4. diſt. 15. q. 3. Richardus ibidem artic. 5. quæſt. 2. Adrian. q. de reſtitutione bonorum animæ, Palud. in 4. diſt. 15. q. 2. art. 2. Gab. eadem diſtinctione. quæſt. 17. & Diuus Ant. par. 2. cap. 2. §. 1. affirmant, eum, qui alteri cauſa eſt peccati, illum ad id inducendo, vel quacunque alia ratione, teneri ad reſtitutionem damni ei in ſpiritualibus ita datis, illum ſuaſionibus ad pænitentiam adducendo & vt reſipiſcat, atque ſi illæ ad id non ſufficiant, orando pro illo, & conãdo vt alij, qui ad id efficaciores ſint, idẽ illi perſuadeant, modo tamen ſine fructu eum non infamet apud illos.

Probant vero id. Primo, quoniam grauius peccat, qui damnum ſpirituale alicui infert, quàm qui illi damnum infert in rebus externis, vnde Anterius

B Papa. cap. ex merito, & Anacletus. c. deteriores. 6. quæſt. 1. *Deteriores*, inquiunt, *ſunt qui vitam moreſq; bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt.* Habetque id verum, ait Adrian. etiã ſi ſolo malo exemplo proximos ſcandalizando, illos ad peccatum inducant. ait enim Nicolaus Papa 11. quæſt. 3. præcipui, *Scire etiam prælati debent, quia ſi peruerſa vnquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt*: ſed qui damnum rebus externis aliorum inferunt, tenentur illud eis reſtituere: ergo etiam illi, qui damnum rebus ſpiritualibus inferunt, etiam ſi ſolo exemplo illud eis inferant, tenentur illud eis reſtituere.

C Secundo, qui alteri venenum propinat, quo ſalus eius corporis læditur, tenetur de iuſtitia curare quantum potuerit, vt ab eo periculo eruatur, reſarcireque ei damnum ea via illi illatum: ergo qui alterum ad peccatum inducit ac pertrahit, tenetur etiam de iuſtitia curare, quantum potuerit, vt ab eo longè maiori damno eruatur, illudque ei reſarcire.

Tertio, qui ſeruum corrumpit alienum, in cauſaque eſt vt ille fugiat, de iuſtitia tenetur domino illius de eo damno ei dato: ergo qui conſilio vel malo exemplo Dei ſeruum corrumpit, illumque per culpam lethalem efficit ab eo recedere, gratiamque illius amittere, ſimili modo tenebitur de damno ſpirituali ita illato. Neque refert, ait Adrianus, ſi pecca

D tor reſtitutionem damni illius remittat: quoniam Deus, qui ſuperior eſt, illud non remittit, neque valet remiſſio inferioris contra ſuperioris, cuius ille eſt, voluntatem, in cuius iniuriam id damnum redundat.

Quarto, prælati ex officio atque ex iuſtitia curare tenentur bonum ſpirituale ſuorum ſubditorum: ergo hi ſaltem, ſi ſubditos ſuos ad peccandum inducant, immo ſi negligentes ſint in curando, ne ipſorũ ſubditi culpam lethalem incurrant, peccant contra iuſtitiam, tenebunturque non ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia, id illorum ſpirituale damnum reſarcire, curando pro viribus & poſſe illorum cõuerſionem ac emendam.

E Quintò, qni hæreſin aliquam perſuaſit, aut alium pernicioſum errorem, omnium conſenſu, tenetur eos omnes, quos ita perſuaſit, diſſuadere omni via ac ratione, qua id melius conſequi poſſit: ergo ſimili modo, qui alium ad peccandum induxit, tenetur ad eam ſatisfactionem, vt omni via, qua id conſequi poſſit, curet pro viribus illius conuerſionem ac emendam.

Prima noſtra concluſio eſt: Qui in cauſa fuit, ut 4
alius per ignorantiam peccaret, aut vi vel metu cauſa fuit peccati alicuius, & maximè ſi per vim, aut metum, illum adhuc in peccato detinet, tenetur de iuſtitia cauſam peccati auferre, ignorantiam & errorẽ, quantũ ſatis ſit, ex ſua parte ab illo depellẽdo, aut ſi vi

ſi vi vel metu illum in peccato detinet, liberum illum relinquendo, vt abſque vi ac metu à peccato deſiſtere poſſit. Quin & damna inde illis aut alijs ſequuta tenetur reſtituere, niſi fortè aliquando ipſe ignorantia inuincibili excuſetur à culpa eam cauſam peccati adhibendo, & per conſequens ab obligatione reſtituendi damna inde ſequuta.

Exemplum primum, quod ad ignorantiam attinet, eſt: Vt ſi aliquis errores in fide aut in moribus docuit, & alij, putantes errores non eſse, illos ſequuti ſunt, freti illius autoritate, aut rationibus, ſeu inductiuis, quibus illos perſuaſit, ſanè de iuſtitia tenetur contrarium illos eoſdem docere, quod in ſe eſt, & quantum ſufficiens iudicabitur, efficiendo vt, ſi per illos non ſteterit, errorem repellant. Atque reſtituere illis aut alijs tenetur, ſi quæ damna inde ſint ſequuta, interim dum errorem non depulit, ſaltem ſufficientia adhibendo media, vt, ſi per illos non ſtaret, quo depelleretur ac ceſſaret eorũ ignorantia. Eo enim ipſo, quòd id efficeret, culpa tota imputaretur ipſis, qui in eodem perſeuerarent errore, & non ei, qui illos antea docuit, ac proinde ipſi ſoli ſibi ipſis imputare deberent damna, quæ inde ipſis deinceps prouenirent, ipſique ſoli eſſent cauſa damnorum, quæ inde alijs deinceps euenirent, vt, verbi gratia, ex contractu iniuſto, ac proinde ipſi ſoli tenerentur ea reſtituere. Si autem, qui eos docuit, ignorantia inuincibili excuſaretur à culpa illos ita docendo, ſatis perſpicuum eſt, excuſari quoque ab onere reſtituendi damna inde eis aut alijs ſequuta: eo quòd non teneretur ex parte rei acceptæ, ſed, ſi teneri deberet, illud eſset ex parte iniuſtę acceptionis culpæve ſuæ, qua id damnum dediſset: quam ſupponimus nullam eſse.

5 Concluſio quo ad ignorantiam, & quo ad exemplum propoſitum, probatur. Quoniam qui culpa alterius ita per ignorantiam decepti, damnum in ſpiritualibus, aut inde etiam vlterius in aliis ſuis bonis paterentur, certè cum iniuria ob inuoluntarium mixtum ratione ignorantiæ, atque adeò per iniuſtitiam ipſis ab eo, qui ita illos decepit, illatam, illud paterentur, ac proinde de iuſtitia teneretur ille auferre ab eis eam deceptionis atque erroris cauſam illis datam, tenereturque de iuſtitia illis & aliis reſtituere damna omnia, ſiue ſpiritualia, ſiue aliorum bonorum, ex ea iniuſta cauſa ita ſubſequuta. Quare de rigore iuſtitiæ fortaſse tunc tenebitur aliquid etiam de ſatisfactionibus ſuis propriis offerre Deo pro parte ſatisfactionum culpæ illorum in amplectendis illis erroribus, quando, qui illos amplexati ſunt, non fuerunt omnino ob ignorantiam excuſati à culpa, quia ipſorum ignorantia non fuit inuincibilis, & quando veniam quo ad id ab illis non obtinuiſset. Licèt enim ipſi etiam in culpa fuerint eos ſequendo errores, imò propter ſolam ſuam propriam culpam id damnum eis obuenerit, teneanturq; ad eam ſatisfactionem ratione ſuæ propriæ culpæ, incidiſse tamen in illam deceptos iniuſtè ab alio, interuenienteque inuoluntario mixtè ob eam ignorantiam ac acceptionem, aliquid fortaſse operari debet, vt qui ita decepit, ad partem eius damni teneatur. Damnum verò amiſſionis gratiæ, reparari totum per pænitentiam peccati, quo fuit amiſsa, poteſt ab eo ipſo, qui id damnum ſua culpa incurrit, per ipſumque ſtabit, præſertim eo ipſo, quòd qui eum decepit, cauſam deceptionis ex ſua parte depellat.

Illud eſt obſeruandum, eſtò qui abſque ſua culpa, excuſante omnino ab ea ignorantia inuincibili, damni fuiſset cauſa, docendo, verbi gratia, contractum eſse licitum, quem poſtea comperit iniuſtum, proximoque iniurioſum eſse, non teneatur ad reſtitutionem damnorum inde ſubſequutorum, teneri

A tamen quaſi ex officio atque de iuſtitia auferre eam cauſam iniuſtitiæ à ſe datam, ſi commodè poſſit, quod ſi non auferat, tunc deinceps reſtituere tenebitur damna, quæ ex ea cauſa ſequentur: quoniam licèt à principio non fuerit iniuſtè data formaliter, ſed ſolum materialiter, à puncto tamen, quo non aufertur, & commodè poteſt auferri, incipit eſſe cauſa formaliter iniuſta comparatione eius, qui illam dedit, neque eam aufert, cùm commodè poſſit, atque ad id teneatur, iuxta ea quæ Diſputat. 40. dicta ſunt.

Secundum exemplum eiuſdem concluſionis quo ad vim ac metum eſt. Si quis famulum, puellam, aut quemuis alium, per vim aut metum aliquid iniquum facere efficiat, tenetur de iuſtitia auferre vim aut metum, illos in ſua integra libertate relinquendo, dam- B numque ipſis aut aliis ex vi, aut metu ita illato, ſequutum, reſarcire. Si quod autem damnum illi vlterius dent, poſtquam repoſiti ſunt in ſua integra libertate, vi omni ac metu prorſus ſublatis, tunc ipſis ſolis id damnum imputabitur, & non ei, qui à principio vim aut metum intulit, ac proinde ipſi ſoli tenebuntur illud reſtituere. Qd ſi is, qui à principio vim aut metum intulit, excuſatus fuit à culpa: quia inuincibili ignorantia credidit id ſibi efficere licere, tunc ipſe ad reſtitutionem damni non tenebitur. Qui autem metu ductus illud culpabiliter dederit: quia voluntariè mixtè illud dedit, nihil interueniente, quod eum excuſaret à culpa lethali in eo dando, tũc ipſe tenebitur illud reſtituere. Cócluſio quo ad vim C & metum, quo ad hocque ſecundum exemplum, quando culpa interuenit ex parte vim aut metum ad rem iniquam inferentis, eodem modo probatur, quo probata quo ad primum exemplum fuit. Videlicet quoniam is per iniuriam cauſa eſt iniuſta omnium eorum damnorum, ac proinde cauſam illorũ tenetur auferre, ſi adhuc ea cauſa perſeuerat, teneturque ea omnia damna ex ea cauſa ſequuta reſtituere, eſtò aliqua eorum prouenerint culpa eius, cui ad id metus incuſsus eſt: quoniam inuoluntariè mixtè, per iniuriam metus ſibi illatam, illorum fuit cauſa: vnde qui metum iniuſtè intulit, tenetur primo loco tanquam præcipua cauſa ad totum damnum; hic verò alius ſolum ad illud tenetur in defectum cauſæ principalis, niſi metus fuerit valde leuis. Tũc enim D meo iudicio vterque ad illud contribuere debebit, prout plus aut minus illius fuerit cauſa.

Secunda concluſio. Qui alteri cauſa eſt peccati abſque ignorantia, fraude, ac metu, ita quòd is, qui peccat, ſciens & prudens atque abſque metu ei incuſso peccat, ad nullam reſtitutionem ei tenetur ſiue ſpiritualium damnorum, ſiue quorumcunque aliorum, quæ ei ex tali peccato ſequantur, eſtò conſilio atque hortatione cauſa eius peccati fuerit. 6

Lege tamen caritatis arctius aliquantulum tenetur eum corrigere ac conari eruere à peccato in euentu, in quo quiuis alius, qui eiuſdem peccati eſset conſcius, teneretur eum corrigere ac conari tenere ab eo peccato. Probatur hæc concluſio quoad prio- E rem partem. Primò, quoniam volenti & conſentienti non fit iniuria, ac proinde nullus contra iuſtitiam peccat, ſuadendo illi damna, quæ ipſe ſciens ac prudens vult, & quorum periculo ipſe per ſuum liberum conſenſum ſe exponit. Quo fit, vt quemadmodum nullus doctorum affirmat, eum, qui conſulit aliquod peccatum, ex quo tertio alicui ſequitur damnum aliquod iniuſtum, teneri ei, qui id conſilium accipit, reſtituere damna, quæ ex eo conſilio ei proueniunt, ſed ſolum teneri reſtituere damna illi tertio, cui ex eodem conſilio damna iniuſta proueniunt; idque ſolum in defectum eius, qui eo conſilio permotus, ea damna iniuſtè intulit, ita quòd ſi is, qui eo conſilio permotus ea damna intulit, illa

reſtituat, ipſe ad nihil vtrique eorum teneatur, ſi verò ea non reſtituat, teneatur quidem ipſe ea tertio illi reſtituere, quod loco eius reſtituerit, vt tractatu 2. Diſput. 737. ac alibi dictum eſt; ratioque horũ omnium eſt, quoniam qui conſilium dedit, non peccauit contra iuſtitiam comparatione eius: qui ſciẽs ac prudens id conſilium accepit ac exequutioni mandauit, ſed ſolùm comparatione eius, cui damna ex eo conſilio illata ſunt: ita in re propoſita dicendum ſit, eum, qui ſuo conſilio alicui id ſcienti ac volenti cauſa fuit peccati, non teneri reſtituere illi damna, tam ſpiritualia, quàm quæcunque alia, quæ ex eo peccato ei obuenerunt: eo quòd id illi ſuadendo, non peccauerit aduerſus eum contra iuſtitiam, ſed ſolũ contra caritatem. Secundò, quoniam nullus ex cõſilio, quod alteri dat, tenetur ei ad damna, quæ ex eo conſilio ei proueniunt, niſi interuenerit fraus, vt cõſtat. l. 2. §. vlt. ff. mandati, cuius verba ſunt: *Nemo ex conſilio obligatur, etiam ſi non expediat ei, cui dabitur: quia liberum eſt cuique apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium:* Et regula conſilij. ff. de reg. iur. Sic habet: *Conſilij non fraudulenti, nulla obligatio eſt. Cæterũ ſi dolus & calliditas interceſſerit, de dolo actio competit.* Et regula nullus, de reg. iur. lib. 6. habet. *Nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.* Quo in loco gloſſa in delictis id totum affirmat, quod à nobis ratione præcedente eſt dictum: ergo qui conſilio alteri ſcienti ac conſentienti cauſa eſt peccati, ad nullam reſtitutionem ei tenetur damnorum, quæ ex eo peccato illi obueniunt. Poſterior verò pars cõcluſionis propoſitæ adeò eſt perſpicua, vt probatione non indigeat. Quando autem & quo ordine ſeruato, teneatur quis ad correctiõné fraternam, ſuo in loco in hac. 2. 2. copioſius à nobis explicatum fuit.

7 Ad primum verò argumentum in contrarium cõceſſa maiori, ſi intelligatur de grauiori peccato. (Ex circumſtantijs enim poteſt aliquando id eſſe minus graue peccatum, vt 1. 2. quæſt. 73. art. 8. conferendo peccatum ſcandali cum peccato homicidij examinatum fuit: & idem euenire poteſt, ſi conferatur cũ furto, aut cum alio delicto circa bona externa) conceſſa item ſimiliter minori, quando ea damna, de quibus in ea eſt ſermo, inferuntur exiſtente inuoluntario ex parte eius, qui illud patitur, vt regulariter euenit, neganda eſt conſequentia: eo quòd, qui ſpiritualia damna patitur, ſciens & prudens, libere conſentiendo in peccatum ob quod ei obueniunt, illa incurrat: vnde in eo non fit ei iniuſtitia, quæ neceſſaria eſt, vt quis ad reſtitutionem ob damna data teneatur: ſicut fit iniuſtitia ei, cui damnum, ipſo inuito, ſine iuſta cauſa in rebus ſuis externis infertur.

Ad ſecundum, conceſſo antecedente, quoniam in eo interuenit iniuſtitia ex parte propinantis venenum, neganda eſt conſequentia; quoniam in eo nõ interuenit iniuſtitia: quippe cum ea damna, volendo & conſentiendo in peccatum, ad quod quis malo exemplo aut alia ratione inducitur, incurruntur.

Ad tertium, conceſſo antecedente: quoniam id eſt damnum in bonis externis domini eius mancipij, quod is dominus inuitus patitur: neganda eſt conſequentia, ſi agatur de reſtitutione ei facienda, qui id damnum patitur: quoniam ſciens ac prudens liberè conſentiendo in peccatum, ob q̃ illa damna incurrit, ea patitur. Si verò de Deo agatur, vt in inſtantia ab Adriano ſubiuncta, negãda ſimiliter eſt conſequentia. Quoniam id non eſt Dei damnum, quod reſtituendum Deo veniat, ſed eſt offenſa ipſius, quæ pœna ab eo eſt punienda, eſtq; peccatoris damnum.

Ad quartum conceſſo antecedente, concedenda

A eſt quoque conſequentia, quòd teneantur ex officio, & ſuo modo ex iuſtitia, curare conuerſionem & emendam illorum, ſed non aliter, quando fuerunt cauſa peccatorum illorum, quàm quando non fuerunt eorum peccatorum cauſa: & cum ipſi ſubditi ſe poſſint eruere, Dei adiutorio, ab eis damnis, ſi velint, quando intelligunt ſe in eis eſſe, ſuaque voluntate ſcientes ac prudentes in eis iaceant, non tenentur prælati reſtituere eis ea damna, à quibus ipſi ſe poſſunt eruere, ſed ſolum tenentur ex officio, & ſuo modo ex iuſtitia illos adiuuare.

Ad quintum dicendum eſt, in eo euentu quando eſt ignorantia, etiam culpabilis, ex parte eorum, qui illos ſequuntur, teneri illos, qui eos docuerunt,
B auferre illam, tanquam cauſam quam adhibuerunt, vt illi alij eos errores amplecterentur ac ſequantur: tenerique ad id de iuſtitia, vt concluſione prima oſtẽſum eſt. Quando autem illi, qui eos errores ſequuntur, non ignorarent errores eſſe, tunc qui illos docuerunt, non tenerentur ex iuſtitia, ac ex caritate, arctiori tamen vinculo, quam ſi illos non docuiſſent, eos diſſuadere eo ſpirituali damno, vt concluſione ſecunda dictum etiam eſt.

DISPVT. 51.

Num retrahens aliquem à religione ad reſtitutionem teneatur vel ei, quem retraxit, vel religioni.

C

SVMMARIVM.

1 *Variæ doctorum opiniones circa quæſtionem de retrahendo aliquem à religione.*

2 *Qui eum, qui nondum profeſſus eſt religionem, nec per uota ſimplicia eſt ei adſtrictus ſuaſionibus à religione abſque ui, metu, fraude, ac deceptionibus retrahit, uel ei qui nondum religionem erat ingreſſus, ſimili modo diſſuadet ingreßum, ad nullam reſtitutionem tenetur, nec religioni nec ei, quem à religione retraxit, aut cui ingreſ-*
D *ſum diſſuaſit, ſed grauiter peccat, ſi abſque iuſta cauſa id faciat, non tamen peccat, ſi ex rationabili cauſa id efficiat.*

3 *Si quis abſque ui ac fraude à religione eum extrahat, qui per profeſſionẽ aut per uota ſimplicia obligatus eſt iam religioni, tenetur religioni ad reſtitutionem damni inde ſecuti, ad reſtitutionemue emolumenti, quod ea ratione religio amittit. Ad nullam uerò reſtitutionem tenetur extracto.*

4 *Dißoluitur obiectio in contrariam partem.*

5 *Qui erit in cauſa, ut aliquis religionem egrediatur, de iuſtitiæ rigore tenetur religioni, quantum prudẽtis arbitrio æſtimabuntur prædicta omnia damna, ut contraria bona, ad quæ religio habebat ius,*
E *erant tunc in potentia. Si poteſt, reducat illum iterum ad religionem, ſin minus, quærat eius loco alium æquè idoneum, ſi nec hoc poſſit, ipſe religionẽ profiteatur.*

6 *Negãt nonnulli hunc teneri ingredi religionem, quia conſilium ingrediendi religionem proficiſcitur à propria libertate, deinde nemo inuitus ingredietur religionem.*

7 *Quando damnum permanens religioni ex ea religioſi extractione eſſet ſecutum: teneretur qui illum extraxit illud integre reſarcire, ſaltem compenſando illud alijs bonis, vel remiſſionem eius damni ex religione obtinere. Quòd ſi vel remiſſionem obtineat, uel ſufficienter illud reſarciat reducendo egreſ-*

egreſſum, aut aliquid inſuper compenſando, vel inducendo alium æquè vtilem, non tenetur ipſe tunc religionem ingredi.

8 *Quando is qui prædicto modo fuit cauſa damni notabilis, in quo religio ob egreſſum ſui religioſi manet, non poteſt illud alio modo reſarcire, quàm ſuo ingreſſu, atque ipſius ingreßu reſarcietur omnino aut magna ex parte, tunc is tenetur eam religionem ingredi, niſi religio illi remittat id damnum ei illatum.*

9 *Diſſoluuntur tria argumenta in alteram partem.*

10 *Qui abſque iuſta cauſa aliquem ab ingreßu religionis impedit, aut iam ingreſſum inde extrahit, tenetur ad reſtitutionem, tum religioni, quantum æſtimabuntur emolumenta, quæ religio ex ea perſona poterat recipere, tum etiam impedito, auferendo ab illo impedimenta, quę illi appoſuit, liberumque omnino relinquendo, vt religionem ingrediatur, aut vt ad illam regrediatur, & inſuper ei reſarciendo, ſi quod aliud damnum ſit inde ei ſubſecutum, quod ille per ſe ipſum, ſi velit, non poſſit reſarcire.*

11 *Pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda ſtatuta eſt in Concilio Tridentino, tam cogentibus non quoſcunque, ſed mulieres, ingredi religionem, quàm impedientibus illas volentes religionem ingredi, ab ingreſſu.*

1 SOtus in 4. diſtin. 15. quæſtio. 3. ad ſecundum, Palud. ibid. quæſt. 2. articu. 2. Maior & Gab. ibidem vterque quæſt. 17. Adrian. q. de reſtitutione bonorum animæ, diuus Anto. pat. 2. titu. 2. cap. 2. §. primo. Syueſt. verb. reſtitut. 3. q. 1. & alij affirmant, non ſolùm eum, qui extraxit profeſſum à religione teneri ad reſtitutionem, tam religioni, quàm ipſi extracto, ſed etiam eum, qui extraxit nouitium, aut impedit ingreſſum ei, qui animum habebat ingrediendi religionem, teneri ad reſtitutionem, tam impedito, quàm religioni.

Paludanus & alij cenſent reſtitutionem religioni eſſe faciendam, inducendo efficaciter extractum aut impeditum ad religionem ingrediendum, vel, ſi id aſſequi non poſſit, quærendo alium æquè idoneum ac vtilem religioni, quem eam ingredi per-
2 ſuadeat, vel ſi id etiam ad effectum perducere non poſſit, religionem per ſe ipſum ingrediendo. Quod referunt feciſſe Raymundum, Generalem meritiſſimum ordinis diui Dominici, qui propterea quòd nouitium quendam ſuo conſilio ab eodem ſanctiſſimo ordine extraxiſſet, neque illi perſuadere regreſſum potuiſſet, ipſe eandem ingreſſus eſt religionem, fuitque in ea vir admodum vtilis ac inſignis.

Maior quamuis in reliquis conſentiat, negat tamen retrahentem teneri per ſe ipſum religionem ingredi: ſed ait, ſatis eſſe, quando nec perſuadere poteſt retracto vt intret, nec inuenit alium æquè idoneum, cui ingreſſum loco illius perſuadeat, ſi alia via religioni damnum, quod illi intulit, ſatisfaciat.

Scotus etiam, & quidam alij, quamuis conſentiant, reſtituendum eſſe religioni, etiam quando nouitius conſilio aut ſuaſione extrahitur, atque etiam quando à propoſito ingrediendi religionem is dimouetur, qui ſolùm habebat propoſitum religionem intrandi; nihilominus dicunt, quia multum intereſt inter habere iam aliquid, & prope eſſe vt illud habeatur, non tantam reſtitutionem deberi, quando nouitius extrahitur, aut aliquis dimouetur à propoſito ingrediendi religionem, quanta debetur, quando is à religione extrahitur, qui iam erat profeſſus.

A Idem Scotus, Gabriel, Maior, & Adrianus addunt, eum, qui nouitium extrahit, aut illum, qui propoſitum ingrediendi religionem habebat, ab eo propoſito remouet, tunc ſolùm teneri ad reſtitutionem religioni, quando odio animove nocendi religioni id efficit, vel quando fraude ac dolo idem facit: ſecus autem quando abſque fraude ac dolo, & non animo nocendi religioni id facit, argumento eorum quæ diſponuntur. l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqua plu. arcen. quæ tractatu 2. Diſput. 709. & 727. relata ſunt.

Extracto verò, aut impedito ab ingreſſu in religionem, affirmant doctores citati eo modo eſſe reſtitutionem faciendam, quo diſputatione præcedente dictum eſt eos affirmare reſtitutionem fa-
B ciendam eſſe ei, qui in culpam inductus eſt lethalem, nẽpe ſuadendo retracto ingreſſum religionis, ſeu regreſſum ad illam, orationibuſque ad id eum adiuuando, alioſque quærendo, qui id efficacius illi perſuadeant.

Noſtra verò prima concluſio eſt: Qui eum qui nondum profeſſus eſt religionem, nec per vota ſimplicia eſt ei aſtrictus ac obligatus, ſuaſionibus atque alijs ad id inductiuis à religione abſque vi, metu, fraude, ac deceptionibus extrahit, vel ei, qui nondum religionem erat ingreſſus, ſimili modo diſſuadet ingreſſum ac propoſitum, quod ad ingrediendum habebat, ad nullam reſtitutionem tenetur, nec religioni, eſto odio animoque ei religioni nocendi id efficiat, nec ei, quem ita ex religione ex- 2
C traxit, aut cui ingreſſum propoſitumve ingrediendi diſſuaſit. Quamuis autem grauiter peccet, abſque rationabili ac iuſta cauſa diſſuadendo illi ingreſſum, aut ſuadendo illi egreſſum: non tamen peccat, ſi ex rationabili ac iuſta cauſa vtrumuis illorum efficiat. In dubio verò, an cauſa ſit rationabilis ac iuſta ad tantum diſſuadendum bonum, ſemper eſt proponendum in fauorem religionis, ſecurioriſque ac perfectioris ſtatus. In hac concluſione conſentiunt Sotus. 4. de iuſtit. quæſtio. 6. articu. 3. ad primum. Ledeſmius. 2. 4. quæſtio. 18. artic. 2. & alij.

Prima verò illius pars, quod ad hoc attinet, quòd qui eo modo diſſuadet ingreſſum, aut ſuadet egreſſum, ad nullam reſtitutionem teneatur religioni,
D probatur. Quoniam ea ſuaſio non eſt aliud, quàm cooperatio ad id, quod is, cui id ita ſuadetur, poteſt abſque cuiuſquam iniuria efficere: eo quod religio nondum ad contrarium ius vllum comparauerit: cum ergo id fiat abſque vi, metu, fraude, ac deceptione, ob quam cum iniuria profeſſio in religione aut ingreſſus in illam impediatur, & in eo non contraueniatur iuri, quod ea religio habet, ad illos recipiendos, qui ſe illi obligare ac tradere voluerint: conſequens profecto eſt, vt quemadmodum is, qui abſque vi, metu, ac fraude diſſuadet donationem aut legatum alicui, ne illud ei efficiat, cui decreuerat illud facere, non peccat contra iuſtitiam, neque tenetur ad vllam reſtitutio-
E nem ei, cui alioquin id erat obuenturum, vt cum Adriano, & pleriſque alijs tractatu ſecundo, Diſputatione 727. oſtendimus: ita in re propoſita dicendum etiam ſit: cum ſit vtrobique eadem prorſus ratio.

Quòd vero eſto ea ſuaſio fiat odio, animoque nocendi ei religioni, obligatio non ſit quicquam ea de cauſa reſtituendi ei religioni, probatur. Quoniam, vt eadem Diſp. 727. citata cum eodem Adriano & cum pleriſque alijs dictum eſt, odium nocendique animus non inducit reſtituendi obligationẽ, quando ex eadem actione ac re, ſecluſo eo odio & animo nocendi, ea obligatio nõ reſultaret: quippe cum reſtituendi obligatio cõſurgat ex peccato contra iu-

ſtitiam,

ſtitiam, non verò ex peccato contra ſolam caritatem. Eodem etiam in loco reſpondimus ad legem 1. §. ijdem aiunt. ff. de aqua plu. arcend. atque cum eodem Adriano, & alijs diximus, diſpoſitionem eius legis ſolùm habere vim poſt latam ſententiam neque eſſe extendendam extra euentus iure quo ad id expreſſos. Legas quæ ibi dicta ſunt.

Eadem pars concluſionis quo ad hoc, quòd neque ei debeatur reſtitutio, qui eo modo eſt à religione extractus, aut cui diſſuaſus religionis ingreſſus fuit, ſatis conſtat ex dictis diſputatione præcedente, concluſione 2. Ex cõſilio quippe, in quo nec fraus, nec deceptio, nec vis vlla, aut metus interuenit, nulla conſurgit obligatio reſtituendi ei damna, quę ei ſequuta ſunt, qui id conſilium fuit amplexatus: eo quòd volenti & conſentienti nulla facta ſit iniuria. Confirmatur, quoniam maius ſpirituale damnum infert is, qui inducit alium ad culpám lethalem, quàm inferat is, qui alium inducit ad id, quod ſolùm eſt contra conſilium: cùm ergo, qui eo modo inducit ad culpam lethalem, ad nullam reſtitutionem inducto teneatur, vt diſputatione præcedente comprobatum fuit: conſequens profectò eſt, vt neque qui ſolùm eodẽ modo inducit ad id, quod eſt contra conſilium, teneatur inducto ad vllam reſtitutionem.

Secunda verò pars, quòd ſcilicet grauiter peccet, qui abſque rationabili ac iuſta cauſa diſſuadet alicui religionis ingreſſum, aut ei ſuadet egreſſum, facilè patet. Quoniam retrahere à tanto bono atque à tam ſecuro ac perfectò ſtatu abſque ſufficienti cauſa, graue ſanè peccatum eſt, tenebiturque, qui ita retraxit, caritatis lege ſuadere contrarium, ſi ſpes ſit iri reſarcitum, quod ita impediuit, vt concluſione ſecunda citata de eo dicebamus, qui alium ad peccatum induxit. Vnde grauiter peccant parentes, qui ſolo carnali affectu permoti abſque rationabili cauſa nullum non mouent lapidem, vt filios à religione, quam ingreſſi ſunt, extrahant, lachrymis & alijs vijs conando à tam ſancto propoſito illos auertere. Soletque Deus illos, ac filios ita extractos, grauiter etiam in hoc ſeculo punire. Videãt etiam ſenatores regij ſe grauiter peccare, concedendo mandata, vt abſque rationabili cauſa, prius ſufficienter cognita ac examinata, extrahant & collocentur in domo aliqua, vbi acriter eorum conſtantia tentetur, occaſioque grauis, quin & cauſa vehementiſſima, eis detur retrocedendi à tam ſancto propoſito, vim iniuſtam religionibus inferendo, vt ad id concedant nouitios receptos.

Tertia verò pars, illum ſcilicet non peccare, qui ex rationabili ac iuſta cauſa alicui diſſuadet ingreſſum religionis, aut egreſſum ſuadent, ex ſe quoque eſt ſatis perſpicua. Si enim ingreſſus futurus ſit nociuus, attenta qualitate eius, qui ingredi vult, & attentis circunſtantijs alijs concurrentibus, vel quia in religione, quam ingredi tentat, diſſolutè viuitur, & eſt veriſimile, quòd ille plus Deo ſeruiet extra eã religionem, quàm in illa; vel quia, qui religionem ingredi tentat, leuis eſt, & difficilis admodum moribus, ita vt timendum ſit longè maiora mala & ſcandala ſequenda eſſe ex ingreſſu, & ex retroceſſione, quam ſit bonum, quòd ex ingreſſu ſperatur, iuſtè ac ſanctè diſſuadetur ei ingreſſus. Memini me legiſſe apud Auguſtinum in ſermone quodam ad Eremitas, id quod prudenter ſanctus ille obſeruauit, & ſæpe experimur, eſtque præ mentis oculis in multis habendum. Nempe vt eſt proprium Dei, permittere mala, vt inde maiora alliciat bona: ita eſſe proprium diaboli, interdum ad bonum incitare, vt inde maiora mala ſequantur. Inter iuſtas etiam cauſas religionis ingreſſum diſſuadendi computari poſſunt, ſi qui ingredi vult, debilis admodum ſit, qui conti-

A nuò morietur, nec valebit ſuſtinere labores eius religionis, quam ingredi vult: ſi impedimentum ad eã religionem profitendam habeat: ſi iuſtè ſit timendum, quòd plus nocebit religioſis, quàm in ea religione proficiet: ſi parentes ipſius ac ſorores admodum grauiter eo indigeant: & aliæ ſimiles. Quæ dicta quo ad hanc tertiam partem ſunt, confirmat nõ parum illud Chriſti Lucæ 9. Cum enim quidam ſe Chriſto obtuliſſet ad illum ſequendum in ſtatu perfectionis, dicens: *Sequar te quocunque ieris.* Cernens Chriſtum, illum minus aptum ad id eſſe, quæſiturũque commoditates corporis, & plus impediturum ſuos alios diſcipulos, quam illos adiuturum in ſtatu illo perfectionis, illum ab eo propoſito diuertit, nec admittere illum voluit, dicens illi: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non*

B *habet, vbi caput ſuum reclinet.* quaſi diceret, te autem non video ad tantam renũciationem rerum ad tantamque perfectionem ſectandam aptum ac paratum. Continuo autem alteri, quem ad id aptum vidit, non ſe offerenti, illum ad id inuitando, dixit: *Sequere me.* Et cum ille reſpondiſset: *Domine permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum.* Eam dilationem illi non admiſit, ſed ei ſuaſit, vt illa poſthabita, continuo ipſum ſequeretur, dicens: *Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade & annuncia regnum Dei.* Me ſcilicet, vnà cum cæteris diſcipulis meis, in perfectionis ſtatu ſequendo, & ad miniſterium annunciandi regnum Dei animarumque ſaluti intentandi. Et cum continuo

C ſe alius ad id ei obtuliſſet, dicens: *Sequar te Domine,* addidiſſetque, quaſi ad id facultatẽ petendo: *ſed permitte mihi primum renunciare his, qui domi ſunt.* Significãdo illi, eũ qui eiuſmodi perfectionis ſtatum amplecti vellet, tanquam ad eum aptus, omnino renunciare cætera omnia debere, nec ad illa reſpicere, ſe illis quouis modo implicando dicens: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,* in ſtatu perfectionis animarum cultui ac profectui inſiſtendo, *& reſpiciens retro,* ad terrena & ſecularia, quæ eum relinquere omnino oportet, *aptus eſt regno cælorum,* hoc eſt, ei ſtatui perfectionis annunciandi regnum Dei. Quæ omnia ante mentis oculos habere debent, qui ad religionem alios admittunt, & qui perfectionem in religione ſequi aggrediuntur.

D Secunda concluſio: Si quis abſque vi ac fraude à religione eum extrahat, qui per profeſſionem aut per vota ſimplicia more noſtræ ſocietatis obligatus eſt iam religioni, tenetur religioni ad reſtitutionem damni inde ei ſequuti, ad reſtitutionemve emolumenti, quod ea ratione religio amittit. Ad nullam verò reſtitutionem tenetur extracto. 5

Poſterior huius concluſionis pars ex eo eſt manifeſta, quòd vt concluſione præcedente, & præcedente diſputatione concluſione ſecunda, eſt probatum, ex cõſilio, in quo nec vis, nec metus, nec fraus, ac deceptio interuenit, nulla conſurgit obligatio reſtituendi ei, qui id conſilium eſt ſequutus. Tenebitur tamen lege caritatis longè arctius, quàm

E alij, is qui eius damni ſpiritualis cauſa eo modo illi fuit, curare, regreſſum illius in religionem, illiuſque conuerſionem, ut duobus locis citatis de ijs, qui eo modo cauſa ſunt damni ſpiritualis, dictum eſt.

Priorem verò partem affirmant omnes, quos in principio huius diſputationis citauimus. Atque ſub forma, qua eſt propoſita, non negat eam Maior in 4. diſtinct. 15. quæſtio. 17. in fine. Neque credo illam negarent Sotus & Ledeſmius vbi ſupra. Vterque enim concluſione quinta, tametſi ſub dubio, cõfitetur, eum, qui à religione profeſſum extrahit, qui frugi erat religioni, teneri ad reſtitutionem religioni damni ea de cauſa religioni ſubſequuti: vt ſi il-

le

le cathedram moderabatur, vnde prouentus religioni obueniebant, teneri reſtituere religioni, quantum prudentis arbitrio id damnum religioni illatum æſtimabitur. Neque item credo eam negare Nauarrum in Manu. cap. duodecimo, num. 44. ſubſcribit enim Maiori, qui illam confitetur. Probari autem poteſt, quoniam ille adſtrictus erat religioni per vota ad parendum in omnibus iuxta regulas ac inſtitutum eius religionis: ergo religio ius habebat præcipiendi illi omnia, quæ eſſent iuxta regulas ac inſtitutum eius religionis, atque percipiendi ex illis commoditates quaſcunque, quæ inde euenire poſſent religioni, ſiue illæ eſſent bonorum externorum diuitiarum, ſiue honoris ac famæ religionis, ſiue profectus ſpiritualis, aut in litera, eorum qui de eadem ſunt religione, & hæc omnia illi erant debita ex virtute religionis ratione votorum, quibus illi eſt aſtrictus: non minus quàm alicui eccleſiæ debeantur ea, quæ illi per votum reale ſunt promiſſa, obligatio ad quæ ſoluenda tranſit ad hæredes promittentis, quando promittens, dum viueret, ea non ſoluit, vt tractatu ſecundo, Diſputatio. 626. eſt dictum, & in materia de voto dicetur: qua de cauſa religio ad illa, quę ſibi ex ſuo profeſſo prouenire poterant, ius quaſi ex iuſtitia habebat: ergo qui iniquo conſilio contrauenit huic iuri religionis, in cauſaque eſt, vt is priuetur, ad quæ ita ius habebat, quæque illi prædicto modo erant debita, tenetur illi ad eorum reſtitutionem, non minus quàm quicunque alius, qui ſuo conſilio in cauſa ſit, ne aliquis id conſequatur, quod ſibi quacunque alia ratione erat debitum, & ad quod ius habebat iuſtitiæ, tenetur illi ad illius reſtitutionem, vt tractatu ſecundo, Diſputatio. 727. comprobatum eſt.

Video theologos quoſdam huius noſtræ ætatis ab hac concluſione, tametſi non ita verbosè comprobata, recedere non ſine ſpecie aliqua probabilitatis, ductos hac ferè ratione: Religioſus ipſe profeſſus, qui permotus eo peſſimo conſilio ſe ſuo trahit à religione, non tenetur reſtituere religioni damna, quæ religioni ex eo ſuo iniquo ac ſacrilego egreſſu ſequuntur, quatenus religionem priuat emolumentis, quæ ex ipſo erat perceptura, ad quæ religio ratione votorum, quibus profeſſus ille ei erat aſtrictus, habebat ius, erantque modo explicato illi debita: ergo neque, qui eo iniquo conſilio concauſa fuit eius ſacrilegi egreſſus, tenetur ad reſtitutionem religioni illorum eorundem damnorum. Conſequentiam, licèt illi eam non probent, poſſumus nos probare. Tum quia religioſus ipſe profeſſus eſt magis præcipua cauſa religioni eorum damnorum, quàm ſit is, qui ſuo conſilio fuit concauſa eius iniqui egreſſus, eorundemque damnorum: vt enim in materia de reſtitutione copioſè explanatum eſt, exequutor damni magis præcipua cauſa eſt illius, quàm ſit conſulens: ſi ergo religioſus ipſe non tenetur ea reſtituere religioni, multo minus tenebitur is, qui ſuo conſilio concauſa fuit egreſſus illius, eorundemque damnorum. Tum etiam, quoniam, vt in eadem materia de reſtitutione explicatum fuit, conſulens, quando non decipit eum, cui id conſilium dedit, quo permotus damna aliqua iniuſtè intulit, non tenetur ad reſtitutionem eorum damnorum, niſi in defectum exequutoris, qui eorundem damnorum fuit cauſa magis præcipua, atque ſi conſulens in defectum exequutoris ea damna reſtituat, tenetur exequutor ei reſtituere, quod loco eius reſtituit: ſi ergo religioſus ipſe non tenetur reſtituere religioni prædicta damna, multo minus tenebitur ea idem religioni is reſtituere, qui ſuo prauo conſilio concauſa religioſo illi fuit eius egreſſus. Antecedens

A verò illius ſuæ rationis probant autores eius ſententiæ. Quoniam religioſus ille profeſſus non eſt per ſuam profeſſionem religioni deuinctus veluti mancipium comparatione domini, cui de iuſtitia debentur opera mancipij atque emolumenta, quæ ex eis ſunt prouentura, ſed religioni eſt deuinctus, vt filius patri: vnde Baſilius in regula de prælatis ait, *Patres ſe agnoſcant, non dominos*. Et Auguſtinus in ſua regula ait: *Ille autem, qui uobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominare, ſed caritate feruentem felicem*. Et Paulo inferius, *Superiori tanquam patri obediatur*. Et Chriſtus Lucæ 22. *Principes gentium dominantur eorum, nos autem non ſic*. Quia ergo religioſus profeſſus non vt mancipium eſt deuinctus religioni, ſed vt filius, ea quidem emolu-

B menta, quæ ex induſtria & operibus religioſi obueniunt ac reſultant, eo ipſo quòd reſultant atque obueniunt, debentur religioni ex iuſtitia, ita quòd non religioſus ipſe, ſed religio ipſa dominium ac ius iuſtitiæ ad illa acquirit: qua de cauſa ſi religioſus illa prælato non offerat, ſed ipſe vſurpet, furtum committit: vnde Auguſtinus de eo religioſo ait: *Eſt furti iudicio condemnandus*. Cæterum eadem emolumenta, antequam reſultent ac exiſtant, non debentur à religioſo ipſo religioni niſi ex obediẽtia atque ex virtute religionis ratione votorum, quibus religioni eſt traditus & aſtrictus: atque adeo debentur religioni ex hypotheſi, ſi reſultent atque exiſtant: quia ſolus religioſus eſt, qui per ſe eſt religionis, tanquam illi iam per vota aſtrictus & effe-

C ctus religionis: emolumenta verò ex illo ſunt religionis, ſi exiſtant, ſolùm religio habet ius ad illa, ſi exiſtant, atque quatenus præcipere & iniungere obedientia poteſt religioſo, ratione eorundem votorum, quibus religioni eſt aſtrictus, vt ea efficiat, ex quibus emolumenta illa reſultent & obueniant religioni. Et quia emolumenta illa non ſunt à religioſo debita religioni ex iuſtitia, neque aliter religio habet ad illa ius iuſtitiæ, quàm ſi illa exiſtant, ab eoque religioſo proueniant, & emanent, inde prouenit, quòd ſi religioſus ſacrilege à religione egrediatur, ab eaque apoſtatet, licèt teneatur ad religionem regredi vi ſuorum uotorum, non tamen teneatur reſtituere religioni emolumenta, quibus me-

D dio illo tempore apoſtaſiæ religionem iniquè priuauit, eſto poſtea habeat vnde illa reſtituat, vt ſi à ſummo Pontifice diſpenſationem obtineat vt maneat in ſeculo, & habeat pingue beneficium, vnde emolumenta illa medij illius temporis poſſit reſarcire: aut ſi regreſſus ad religionem, ex diſpenſatione eiuſdem ſummi Pontificis habeat in religione liberam diſpoſitionem aliquorum bonorum, non tenetur inde ea emolumenta reſtituere religioni, quibus eam priuauit, neque vnquam aliquis id affirmauit. Qua eadem ratione, ſi religioſus cathedram moderetur, vnde reditus non modici obueniant monaſterio, religioſuſque ille ſua culpa tempore aliquo non legat, priuetque monaſterium contra prælati voluntatem emolumento eius tempo-

E ris, non tenetur illud poſtea reſtituere monaſterio, eſto bona ſibi conceſſa habeat, de quibus libere poſſit diſponere, & vnde emolumenta illa poſſit reſtituere, neque vllus vnquam id affirmauit.

Arbitror verò recedendum non eſſe à concluſione propoſita. Licèt enim religioſus ipſe de iuſtitia reſtituere non teneatur ea emolumenta, quibus illam ſacrilegè atque inobedienter iniquè priuat, quia non cum tanto onere cenſetur ſe religioni in Dei obſequium tradere, neque id habent, neque rationabiliter haberent ac diſponerent inſtituta religionum, per epicheiamque legum, & quarumcunque aliarum diſpoſitionum interpretatiuam talem, id ita eſt intelligendum, nihilominus,

A minus, qui ſuo iniquo conſilio permouet profeſſum, vt religionem egrediatur, & in conſequentiam vt ſuo egreſſu religionem eis emolumentis ſacrilegè atque iniquè priuet, vtique cauſa eſt iniuſta religioni eorum damnorum, contraueniendo iuri illi, quod religio habet, vt ea emolumenta ex ſuo religioſo recipiat. Sicut enim ſi eum religioſum decipiendo ſuo conſilio & falſis ſuaſionibus illum extraheret à religione, cauſa eſt iniuſta religioni eorundem damnorum, teneretúrq; proinde illa reſtituere religioni tanquam illorum cauſa iniuſta, nihil impediente quòd religioſus ipſe ad nullam reſtitutionem teneretur in illo eodem euentu, eſtò culpabiliter ſe decipere ſineret, & peccaret ex eo conſilio egrediendo, vt ij ipſi, cum quibus diſputamus, affirmant, & poſtea dicetur: idemque eſſet, ſi per metū incuſſum, B aut vim aliquam, quæ eum religioſum à culpa lethali eiuſdem egreſſus minimè excuſarent, eum à religione extraheret, idque propterea quòd in vtroque euentu, qui id conſilium daret, eumve metum aut vim ad eum egreſſum inferret, contraueniret iuri, quod religio illa habet, vt ex ſuo religioſo ea emolumenta percipiat, quod ius licèt non ſit iuſtitiæ comparatione religioſi, eſt tamen longè maius, quam ſit ius, quod quis habet, vt ea legata & donationes recipiat, quæ quiuis ſub libera volūtate ex meraque ſua liberalitate voluerit ei efficere; cui iuri ſi aliquis cōtraueniat, impediendo ne fiant ea legata aut donationes, decipiendo illa efficere volentem, aut per vim aut metum illum à propoſito illa faciendi auertendo, peccat contra iuſtitiam aduerſus eum donatarium ac legatarium, C teneturque illi reſtituere damnum priuationis inde ſequutæ eorum legatorum ac donationum, eſtò qui illa facere volebat ea non deberet, ad nullamque teneatur reſtitutionem, vt tractatu 2. Diſp. 727. cum communi doctorum ſententia dictum comprobatumque eſt: ita ſanè res habet in propoſito: qui enim inquè profeſſo religionis egreſſum perſuadet, contrauenit illi iuri, quod verè habet religio recipiendi ea emolumenta ex ſuo religioſo, eaq; cōtrauentio iuri illi ex parte ita conſulentis, iniuſtitia eſt comparatione religionis illius, eſtò ius, cui contrauenitur, non ſit iuſtitiæ comparatione religioſi, ſed ſit ius ortum habens ex virtute religionis & ex obligatione votorum: ſicut qui contrauenit iuri legatarij aut donatarij, vt recipiat do- D nationem aut legatum ab eo, qui ea ex liberalitate ei facere voluerit, contra iuſtitiam peccat, & ad reſtitutionem tenetur, eſtò ius illud non ſit iuſtitiæ comparatione eius, qui ex liberalitate legare aut donare vult.

Ad argumentum verò in contrarium, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequētia. Ad primam verò conſequentiæ probationem dicendum eſt, ꝙ quamuis religioſus ipſe ſit magis præcipua cauſa eorum damnorum, detrimentive illius religionis, quā ſit is, qui egreſſum illi conſuluit ac perſuaſit, nihilominus religioſus non eſt cauſa iniuſta illorum, ſed ſacrilega ſolùm; conſulens verò eum egreſſum eſt cauſa iniuſta eorum damnorum, contraueniendo E iniuſtè iuri illi religionis, eſtò ius illud non ſit iuſtitiæ comparatione religioſi illius, vt dictum eſt. Vnde conceſſo antencedente eius primæ probationis. neganda eſt conſequentia: quoniam cauſa magis præcipua eorum damnorum, ſeu eius detrimenti, non eſt cauſa iniuſta: qui verò egreſſum & in conſequentiam damna illa conſuluit, eſt cauſa eorum iniuſta: obligatio autem reſtituendi oritur ex ſolo peccato contra iuſtitiam, quando obligatio reſtituendi non eſt ex parte rei acceptæ, vt in re præſenti non eſt. Ad ſecundam verò probationem dicendum eſt, ea omnia, quę in illius antecedente continentur, vera eſſe, quando vterque contra iuſtitiam peccat comparatione damnorum illatorum: non verò quando ſolus conſulens contra iuſtitiam peccat, vt quando decipit exequutorem, ita vt exequutor ab iniuſtitia excuſetur, aut quando quacunque alia ratione ſolus conſulens & non exequutor contra iuſtitiam peccauit. Vnde conceſſo antecedente, quando vterque contra iuſtitiam peccauit, neganda eſt conſequentia: quia in re præſente ſolus conſulens peccat contra iuſtitiam.

Qui ergo iuxta tenorem prioris partis ſecundæ concluſionis propoſitæ in cauſa fuerit, vt aliquis religionem egrediatur, de iuſtitiæ rigore tenetur religioni, quantū prudentis arbitrio æſtimabuntur prædicta omnia damna, vt contraria bona, ad quæ religio habebat ius, erant tunc in potentia. Autores in principio huius diſputationis citati reſtitutionem eſſe faciendam reducendo illum iterum ad religionē, vt ceſſent ea damna. Aut ſi is, qui illum extraxit, nō poſſit id ab eo aſſequi, inducendo alium æquè idoneum, atque æquè vtilem religioni, qui eandem religionem non fuiſſet alioquin ingreſſurus, vt loco illius profiteatur. Quòd ſi neque hoc efficere poſſit, reſtituat, inquiunt, ingrediendo ac profitendo religionem loco extracti, vt fecit Raymundus. 5

Maior tamen, Nauar. Sotus, & Ledeſmius locis citatis, quos ſequuntur hodie theologi aliqui, negāt, hunc teneri ingredi religionem. Imò Sotus & Ledeſmius, quos prædicti theologi ſequuntur, inquiunt, neque teneri quærere alium, qui loco egreſſi religionem ingrediatur. Primò, quoniam conſilium religionem ingrediendi nemo, niſi ſumma cum libertate, ſequi tenetur; eſt quippe exequutio eius conſilij perdifficilis: eo quòd, qui religionem profitetur, totam ſuam libertatem à ſe in perpertuum abdicet: eaque de cauſa canonico iure ſanctè eſt inſtitutum, vt profeſſionem antecedat annus probationis, quo ingrediens deliberet, an vires ad id ſentiat: ergo in nullo euentu tenetur quis religionem inuitus ingredi: neque vllus caſus ſeu euentus mutare poteſt illud Chriſti verbum Matth. 19 *Si vis perfectus eſſe, vade, &c.* Sed ſemper id liberum eſt relinquendum voluntati ingredientis. 6

Secundò, nemo ad fidem, niſi voluntarius admittitur: ergo multo minus tenetur quis inuitus ſequi conſilium ingrediendi religionem.

Tertiò, quoniam obligatio reſtituendi in foro conſcientiæ non oritur, niſi quando, ſi id in foro exteriori conſtaret, in eodem exteriori foro ſecundum leges cogeretur is, de quo id conſtaret, reſtituere. Summus autem Pontifex in foro exteriori non obligaret eum, qui alium à religione iniquè extraxiſſet, religionem loco extracti profiteri.

Quod attinet ad reſtituendi modum, tertia noſtra concluſio in ordine eſt. Qui extrahit aliquem à religione, ex cuius egreſſu religio nullo manet priuata emolumento: quia tantum cum eo religio inſumebat, quantum emolumenti ex illo percipiebat, & quia potius religio illum adiuuabat, quàm ab eo adiuuaretur, ita vt ex illius egreſſu, omnibus computatis, nullum detrimentum ſiue damnum religioni prouenit, præſertim cum loco egreſſi facilè recipiat æqualem aut idoneiorem, qui non adeò leuis & inconſtans ſit in Dei obſequio, vt illud deſerat, ſed damnum eſt ſolùm egredientis, tunc is ad nullam reſtitutionem tenetur religioni, eſtò extractus idoneus religioni eſt. Probatur, quoniam inde nullum damnum manet in religione, ſaltem quod non facilè reſarciat ingreſſum alterius ęquè idonei: cum vnumquodque cænobium alere non poſſit niſi certum numerum.

Quarta concluſio. Quando damnum permanēs religioni ex ea religioſi extractione eſſet ſequu- 7

tum,

tum, teneretur, qui eum extraxit, illud integre reſarcire, ſaltem compenſando illud alijs bonis vel remiſſionem eius damni ex religione obtinere. Quòd ſi vel remiſſionem obtineat, vel ſufficienter illud reſarciat reducendo egreſſum aut aliquid inſuper cōpenſando, ſi ita neceſſe etiam ſit pro damno medij temporis, vel inducendo alium æquè vtilem ac idoneum, vel alijs ſuis bonis, non tenetur ipſe tunc religionem ingredi. Hanc affirmant Maior. & Nauar. vbi ſuprà, & ex ſe eſt ſatis perſpicua: quoniam ſufficienter ſatisfecit damnum illatum: neque tenetur reſtituere ſuo ingreſſu, quod aliunde ſufficienter reſtituit.

Duo admonuerim: Vnum eſt, ſi loco egreſſi ſuſcipiat monaſterium aliū, quia habet certum numerum, quem poſſit alere, & propterea quòd extractus receſſerit, alium recipit, tunc iuxta idoneitatem de nouo recepti, compenſatum erit aliquid damni antea dati, aut totum id damnum, eſtò abſque ſuaſione atque induſtria eius, qui damnum dedit, ſit hic alius receptus: quippe cum receptus non fuiſſet, niſi loco egreſſi.

Alterum verò eſt, quando reſtitutio fieret regreſſu eius, qui fuerat extractus, tunc ſi monaſterium in damno aliquo adhuc maneat medij tempois inter exitum & egreſſum, quod regreſſu non reſarciatur, aut propter egreſſum damnum aliquod maneat in futurum, quia ille non regredietur adeò vtilis; tunc eam partem damni remanentem teneri eum reſtituere, qui cauſa iniuſta fuit egreſſus, vt eſt notiſſimum, iuxta opinionem, quam ſecunda concluſione ſequimur.

8 Quinta concluſio. Quando qui prædicto modo fuit cauſa damni notabilis, in quo religio ob egreſſum ſui religioſi manet, non poteſt alio modo illud reſarcire, quàm ſuo ingreſſu, atque ipſius ingreſſu reſarcietur omnino, aut magna ex parte, tunc is tenetur eam religionem ingredi, niſi religio illi remittat id damnum ei illatum. Hæc eſt doctorum, quos in principio huius diſputationis citauimus. Probari autem poteſt, quoniam is tenetur reſtituere id damnū iniuſtè ab eo datum, vt concluſione 2. oſtenſum eſt: neque poteſt illud alia via reſtituere, vt ſupponimus & poſt hac: ergo tenetur hac via illud reſtituere: prę ſertim cum argumenta contrariæ opinionis non concludant.

9 Ad primum ergo dicendum eſt, antecedens eſſe verum, quando ille vel ſua ſponte vel ſua culpa, non induxit ſuper ſe obligationem illud exequendi: ſi autem eam obligationem ſuper ſe induxit, iam tunc non tenetur illud facere vt nudum conſilium, ſed vi obligationis ex præcepto vel reſtituendi, vel impediendi votum, quam ſuper ſe induxit. Sicut enim ſi is vouiſſet religionis ingreſſum, non negabit Sotus, teneri eū ingredi religionē, nihil impediente quòd Chriſtus, dū de religionis ingreſſu intra limites con ſilij eſt loquutus, dixerit; *Si uis perfectus eſſe, uade, &c.* nihilque item impediente ꝙ eccleſia probationis annum ante profeſſionem ſtatuerit: ita non eſt cur neget, iureve negare poſſit, quando ſuo ſponte ac culpa extrahendi alium à religione ſuper ſe induxit obligationem reſtituendi religioni grauia dāna ea via iniuſtè ei data, neque habet aliam viam, qua ea reſtituat, niſi ingrediendo religionem, teneneri eum illam ingredi, non obſtante, quòd Chriſtus vt conſilium reliquerit hominibus religionem ingredi, & quòd eccleſia id de probationis anno ante profeſſionem ſtatuerit.

Secundum verò argumentum ſi quid probat, ſolùm profectò eſt, nemine extrinſeca coactione eſſe cogendum ingredi religionem ob maiora mala, quę ſequi poſſent, ſi eo modo extrinſecè coactus religionem ingrederetur: quemadmodum ob eandem rationem, & quia eccleſia vim cogendi in eos non habet, quia extra eccleſiam ſunt, vt fidem amplectantur, eccleſiamque ingrediantur, eos ad id non cogit. Non verò id argumentum probat, illum, de quo loquimur, non teneri ingredi religionem, eſtò reluctā tem ad id ſentiat voluntatem, vt ea via id reſtituat, quod tenetur reſtituere, & quod alia via reſtituere non poteſt. Quin potius argumētum retorqueri poteſt ad contrarium probandum. Sicut enim quiuis profiteri tenetur catholicam fidem, nihil impediente quòd ad id reluctantem habeat voluntatem, quoniam ad id iure diuino obligatur: ita quando aliquis ſua ſponte induxit ſuper ſe obligationem ingrediendi religionem, quia induxit ſuper ſe obligationem reſtituendi, quam alia via implere non poteſt, & ea via poteſt, tenetur eā ingredi, nihil impediēte quòd ad id reluctantem habeat voluntatem.

Ad tertium neganda eſt maior. Qui enim vendidit vltra iuſtum pretium rigoroſum, tenetur in foro conſcientię reſtituere: & tamen, eſtò id conſtet ac probetur in exteriori foro, non cogitur in eo reſtituere, niſi ſimul probetur exceſſum fuiſſe vltra dimidium iuſti pretij: ne enim multiplicentur lites, & ſequantur maiora mala, neque ciuile neque canonicū ius concedere voluerunt actionem in eo euentu, vt tractatu 2. in materia de emptione & venditione dictum eſt. Atque idem eſſe poſſet in re, de qua loquimur, ne ſi is ingredi religionem in foro exteriori cogeretur, ſequerentur inde maiora mala.

Sexta concluſio in hac diſputatione eſt: Qui abſque rationabili ac iuſta cauſa, vi, metu, aut deceptione, aliquem ab ingreſſu religionis impedit, aut iam ingreſſum inde extraxit, vel ante vel poſt profeſſionē, aut emiſſa vota, tenetur ad reſtitutionem, tantū religioni, quantum æſtimabuntur emolumenta, quę religio ex ea perſona poterat percipere, vt ita erant in ſpe; tum etiam impedito, auferendo ab illo impedimenta, quæ ille appoſuit, liberumque omnino relinquendo, vt religionem ingrediatur, aut vt ad illā regrediatur, & inſuper illi reſarciēdo, ſi quod aliud damnum ſit inde ei ſubſequutum, quod ipſe per ſe ipſum, ſi velit, nō poſſit reſarcire. Prior pars, quo ad eū attinet, qui iam per profeſſionē aut per ſimplicia vota religioni erat aſtrictus, probata eſt concluſione ſecunda, multoque dilucidior eſt, quādo interuenit vis, metus, fraus, ſeu deceptio, illamque in hoc euentu affirmant theologi huius ætatis, qui à ſecunda concluſione recedunt, propter ea quæ mox ſubiungemus. Quod verò ad eum attinet, qui nondum religioni erat aſtrictus, probatur. Quoniam licèt religio nondum ius ad ea emolumenta haberet, habebat tamen ius vt illa perciperet, ſi aliquis ſua ſponte ſe vellet ei aſtringere, religioſuſq; in ea fieri, cui iuri cōtra uenitur iniuſtè in eo, quòd aliquis mēdacijs, vi, aut metu abſque rationabili cauſa retrahatur ab ingreſſu in ea religione: non ſecus atque contrauenitur iuri, quod vnuſquiſque habet vt percipiat donationes & legata ab eo, qui ex ſua liberalitate voluerit ea illi conferre, ſi mendacijs, vi, aut metu ille retrahatur à collatione earum donationum aut legatorum ipſi facienda: quare ſicut, qui ita iniuſtè impedit collationem donationum aut legatorum, tenetur ad reſtitutionem eius damni eo modo impedito ſequuti, vt tractatu ſecundo, Diſpu. 717. oſtendimus: ſic qui modo explicato iniuſtè impedit aliquem ab ingreſſu religionis, tenetur ad reſtitutionem religioni emolumentorum, quę inde eſſet perceptura. Poſterior verò concluſionis pars ex ijs liquet, quæ concluſione prima diſputationis præcedentis dicta ſunt. Is enim inuoluntariè mixtè impeditur a magno eo bono ſpirituali, ac proinde, qui eo modo iniuſtè eum impedit, tenetur auferre cauſam iniuſtè impedientem, vt is id bonum

num poſſit conſequi, & inſuper tenetur illud reſtituere, ſi quod aliud damnum inde fuit ei ſequutum.

11 Illud poſtremò eſt hoc loco obſeruandum, pœnam excommunicationis ipſo facto incurrẽdam ſtatutam eſſe in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 18. de regularibus tam cogentibus, non quoſcunque, ſed mulieres, ingredi religionem, quàm impedientibus illas, volentes religionem ingredi, ab ingreſſu, idque his verbis: *Anathemati ſancta ſynodus ſubijcit omnes & ſingulas perſonas, cuiuſcunque qualitatis vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, ſeculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocunque coegerint aliquam uirginem, uel uiduam, aut aliam quamcunque mulierem* A *inuitam, præterquam in caſibus in iure expreſſis, ad ingrediendum monaſterium, uel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, uel ad emittendam profeſſionem, quique conſilium, auxilium, uel fauorem dederint, quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui uel præſentiam, uel conſenſum, uel autoritatem interpoſuerint. Simili quoque anathemati ſubijcit eos, qui ſanctam uirginum uel* B *aliarum mulierum uoluntatem uel capiendi, uel uoti emittendi, quoquo modo ſine iuſta cauſa impediunt.* Atque hæc dicta ſint de quarto hoc de iuſtitia tractatu ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris, Filij, & Spiritus ſancti, nec non intemeratæ ſemper virginis Dei genitricis Mariæ.

FINIS.

LVD. MOLINAE
E SOCIETATE IESV,
PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Profeſſoris,

DE IVSTITIA ET IVRE
TRACTATVS,

Qui eſt

DE IVDICIO, ET EXEQVVTIONE
Iuſtitiæ per Publicas Poteſtates.

IN QVO QVAESTIONES ATQVE DIFFICVLTATES
ad hanc materiam pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruosè
& accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis deciſæ videntur;
ita vt nil amplius relictum ſit, quod ab aliquo deſiderari aut addi poſſit.

Opus non ſolum Studioſis, Theologis, & Canoniſtis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam Seculari verſantibus, apprime vtile & neceſſarium.

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM,
altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materiarum ampliſſimo, atque locupletiſſimo.



VENETIIS, Apud Seſſas. M. DC. XI.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegio.

INDEX DISPVTATIONVM, QVAE HOC SEXTO TOMO CONTINENTVR.

1 DISCRIMEN inter correctionem fraternam & iudicialem. Et quarum virtutum actus ſit iudicium, iuſtitiæque executio per poteſtates publicas, materia ſcilicet & obiectū huius quinti de iuſtitia tractatus, ad quod cætera, de quibus in eo eſt ſermo, attributionem habent.

2 Iuriſdictio quid. Et de diſcrimine inter poteſtatem ordinis, & poteſtatem iuriſdictionis.

3 Quanta iuriſdictio ſit in poteſtatibus laicis, maxime ſupremis. Et num in poteſtate ſuprema huius regni ac Luſitani, hoc eſt in Rege, tota reip. iuriſdictio reſideat.

4 Num iuriſdictio tota Eccleſiæ in ſummo Pontifice reſideat, ab eoque in cæteras eccleſiaſticas poteſtates eccleſiaſtica iuriſdictio deriuetur.

5 De diuiſione iuriſdictionis latè ſumptæ in merum imperium, mixtum imperium, & in iuriſdictionem preſſè ſumptam. Et de officio iudicis nobili, & de iudicis officio mercenario.

6 Sex gradus meri imperij. Totidem diſtinguantur mixti imperij, & totidem iuriſdictionis. Et quando mixtum imperium alicui à Principe conceditur, in quibus gradibus concedi cenſeatur.

7 Epiſcopis, legatis Sedis Apoſtolicæ, & Prælatis inferioribus, etiam religionis, in ſibi ſubditos, quantum imperij ac iuriſdictionis competat.

8 Iudex latiſſimè ſumptus, vt comprehendit poteſtatem omnem, alius ordinarius, alius delegatus, & alius arbiter. Et quis ſit iudex ordinarius.

9 Legatorum Sedis Apoſtolicæ quidam iudices non ſunt; alij verò ſunt iudices, & tam qui ſunt à latere, quam qui à latere non ſunt, iudices ſunt ordinarij; & quanta eorum ſit iuriſdictio.

10 Vicarij Epiſcoporum & aliorum ordinariorū, qui iudices ordinarij, qui non item. Et quanta eorum iuriſdictio. Et vbi Epiſcopi & Archiepiſcopi, ipſorumque vicarij, poſſint cauſas audire.

11 Capitulum ſede vacante, & eius generalis vicarius ſeu prouiſor, an iudices ſint ordinarij. Et quanta eorum ſit iuriſdictio.

12 De iudicibus conſtitutis à dominis infra Regem diuerſorum ſuorum populorum, num ordinarij ſint. Et num tam illi, quàm alij miniſtri publici ab eiſdē dominis conſtituti, vnà cum ipſis dominis exſpirent.

13 De correctore & vicario illius, quem in hoc regno *tiniente* ſeu *alcalde maior* vocant, num iudices ſint ordinarij. Et num alijs iudicibus ordinarijs fas ſit vicarios ſibi creare. Num item auditores prætoriorum huius regni ſupremique ſenatus iudices ſint ordinarij.

14 Iudices ſeu poteſtates delegatæ quæ ſint. Et quomodo poteſtas delegata ab ordinaria decernatur.

15 Delegare aut etiā ſubdelegare quis poſſit, quis non item.

16 Delegans quouſque cogere alios poſſit, vt delegati ipſius ſint. Et quæ requirantur, vt cauſam poſſit delegare.

17 Quas cauſas delegare non poſſint iudices ordinarij. Et num quo ad id diſcrimen ſit inter ius canonicum & ciuile.

18 Nudum aliquod miniſterium, quādo lege, priuilegio, aut alia ratione, alicui muneri, vt prælati, annectitur, an poſſit delegari. Et num derogatum ſit hodie facultati abſoluendi in foro conſcientiæ à crimine hæreſis occulto, & ab alijs criminibus de cœna Domini, Epiſcopis à Tridentino concilio conceſſæ. Et quando nudum miniſterium, non annexum alicui muneri, conceditur, num delegari poſſit.

19 Iuriſdictio ordinaria non exſpirat, etiam re integra, exſpirante in concedente iuriſdictione. Iuriſdictio verò delegata, re integra, exſpirat in delegato exſpirante in delegāte iuriſdictione: ſecus re non integra. Et quando res integra dicatur.

20 Gratia quando morte, aut aliter exſpirante in concedente iuriſdictione, etiam re integra, nō exſpiret, & quando exſpiret, etiam re non integra. Et num delegati executores quo ad aliquam gratiam, morte eos delegantis, etiam re integra, non exſpirent.

21 Delegatus varijs modis poteſt ſubdelegare. Et quando iuriſdictio tunc in ſubdelegante aut in ſubdelegato exſpiret. Et quando à ſubdelegato appellandum ſit ad ſubdelegantem. Et quando delegator conſtitutos in dignitate ſub nomine dignitatis, num in ea delegatione ſuccedat, qui ſuccedit in ea dignitate.

22 De delegato vt procedat appellatione poſtpoſita. Et quatenus in executione procedere poſſit, ſi ab eo appelletur: atque de ſubdelegatione ab illo facta, & ad quem à tali ſubdelegato appelletur.

23 Suſpicio quouſque aduerſus delegatum, & ordinarium de iure ciuili & canonico locum habeat, iudicemque impediat aut non. Excommunicatio item delegantis quouſque impediat iuriſdictionem delegati; & ordinarij excommunicatio iuriſdictionem ſui vicarij.

24 Quot modis contingat multos ad aliquid delegari: quando eorum aliquis recuſatur, quis de cauſa ſuſpicionis recuſare debeat; quouſque ſubdelegare ſinguli poſſint; ad quem ab ipſis ſit appellandum. Quando neceſſe ſit omnes ſimul concurrere, quando non item. Si diſcordent, quorum ſententiæ ſit ſtandum. Et quid, quo ad hoc, quando multi iudices ordinarij eandem cauſam definiunt.

25 Delegatus oſtendere tenetur ſe habere eam iuriſdictionem, neque reſcripti limites excedere poteſt. Et quæ neceſſaria ſint, vt eſſe poſſit delegatus. Atque vbi, & num gratis, exercere ſuam iuriſdictionem debeat.

26 De poteſtate delegati ſummi Pontificis. Et num exequutioni mandare poſſit ſententiam à ſe latam. Et quid quo ad hoc de delegatis aliorum.

27 Delegati iuriſdictio quando exſpiret, quòd functus ſit iam ſuo munere, vel quòd elapſum ſit tempus illi præſcriptum, intra quod cauſam finiret. Et quantum temporis ſit ei conceſſum, vt ſententiam à ſe latam executioni mandet.

28 Num inquiſitores hæreticæ prauitatis iudices ſint delegati, an ordinarij. Et multa circa illorum iuriſdictionem.

29 Conſeruatores num iudices ſint delegati: quanta eorum ſit iuriſdictio. Et qui in conſeruatores eligi poſſint.

30 De arbitris & compromiſſo. Et quod diſcrimen ſit inter arbitros preſſe, & arbitratores, & inter amicabiliter compoſitores.

31 Diſcrimen inter arbitros iuris, & arbitros compromiſſarios, de quibus præcipuè eſt hoc loco ſermo. Et de arbitris teſtamentarijs.

32 De compromiſſo in arbitrum, nec in arbitratorem. Et de varijs illius modis.

33 De varijs clauſulis appoſitis interdum in compromiſſo. Et de poteſtate arbitris & arbitratoribus compromiſſo eis clauſulis data.

34 Cõpromiſſum ſi ſolo pacto nudo fuit celebratum, conſentientibus compromiſſarijs, hoc eſt arbitris, quouſque partes compromittentes & arbitros obliget de iure ciuili, & de huius regni, & de canonico iure, ſecuto & emologato arbitrio, aut illo nondum emologato vel ſecuto.

35 Si compromiſſum in arbitros ſtipulatione ſit vallatum, aut etiam in eo vel in compromiſſo pacto nudo celebrato, ſi appoſita fuit pœna, quouſque arbitros & partes obliget, ſecuto & emologato. Et quouſque appellare ab arbitrio liceat, aut non liceat de iure ciuili, canonico, huius regni, & Luſitano; hæc examinantur.

36 Compromiſſum iuramẽto confirmatum, quas vires habeat.

37 A ſententia arbitrorũ iuris, an liceat appellare.

38 De compromiſſo in arbitratorem preſsè, quouſque varie effectum actio ex illo reſultet aut non. Et num in ſententia arbitratoria locum emologatio habeat. Et quouſque, & intra quantum tempus reductio illius ad limites æquitatis peti poſſit, & apud quem.

39 Qui arbitri & arbitratores eſſe non poſſint aut poſſint.

40 Circa quæ compromitti non põſſint. Et quis compromittere poſſit.

41 Ex quibus cauſis arbiter, qui munus acceptauit, nec teneatur, nec cogi poſſit, ferre arbitrium, ſeu ſententiam, neque in cauſa progredi.

42 Quando in multos eſt compromiſſum, ſiue tanquam in arbitros, ſiue tanquam in arbitratores, num neceſſe ſit omnes concurrant. Et ſi diſcordent, quorum ſententiæ ſit ſtandum.

43 Compromiſſum quando exſpiret. Et quando arbitri aut partes prorogare poſſint tempus in compromiſſo præſcriptum.

44 Arbitri quo in loco cognoſcere de cauſa debeãt ac ſententiam proferre. Et num diebus feriatis vel in loco ſacro id efficere poſſint. Et ad quæ eorum ſententia ſe extendere poſſit.

45 Sententia arbitri intra quantum tempus expleri debeat. Et ad quem iudicem pertineat, executionem illius aduerſus moroſum cogere ac efficere.

46 Quid & quotuplex ſit lex. Et de lege Dei incommutabili ac æterna, itemque de lege peccati.

47 Lex naturalis num indita nobis ſit. Et quid ſit in nobis. Et de ſyndereſi & conſcientia.

48 Vtrùm lex naturalis ſit vna, ac ſit de omnibus virtutum actibus.

49 Vtrùm lex naturalis ſit eadem apud omnes. Et num mutationem ſuſcipiat, aut aboleri ab hominum cordibus poſſit.

50 Vtrùm lex vetus bona atque à Deo fuerit.

51 Vtrùm lex vetus ſoli Iſraelitico populo, quem ſolum obligauerit, dari debuerit.

52 Vtrùm lex vetus conuenienter tempore Moyſis à Deo lata ſit. Et num vetus Teſtamentum tempore Abraham inceperit, vetuſque ac nouum Teſtamentum veram Teſtamenti rationem habeant. Et à quo puncto computari debeant quadringenti triginta anni, poſt quos Paulus ad Galat. 3. ait legem veterem fuiſſe latam.

53 Quotuplicia ſint præcepta veteris legis.

54 Num ad præceptorũ veteris legis obſeruationem inducere Deus, dum lex illa perſeuerauit, filios Iſrael debuerit temporalibus præmijs, ac ſupplicijs.

55 Vtrùm præcepta omnia moralia ad legem naturæ pertineant, ſintque de omnium virtutum actibus.

56 De præceptis decalogi.

57 Vtrùm in præceptis decalogi diuina ſaltem potentia locum habeat diſpenſatio.

58 Vtrùm modus virtutis cadat ſub præcepto.

59 Vtrùm modus caritatis cadat ſub præcepto diuinæ legis.

60 Vtrùm pręcepta moralia veteris legis iuſtificarent.

De

Index Diſputationum.

61 De cæremonialibus veteris legis præceptis. Et num fuerint ante legem ſcriptam, virtutemq; tunc habuerint iuſtificandi.

62 Vtrùm cæremonialia veteris legis præcepta ita ceſſauerint, vt abſque lethali culpa ſeruari nequeant.

63 De iudicialibus veteris legis præceptis.

64 De lege noua, euangelicave, ac gratia.

65 Vtrùm lex noua fuerit alia à veteri. Et num iuſti veteris Teſtamenti filij fuerint Dei adoptiui.

66 Vtrùm lex noua veterem impleuerit, in eaque fuerit contenta. Et num lex vetus grauior noua ſit.

67 De quibus lex noua diſponat. Et de Euangelicis conſilijs.

68 Humanam legem, tam ciuilem quàm Eccleſiaſticam, quis condere poſſit, & quouſque ſubditorum acceptatione pendeat, cuiuſque virtutis ac potẽtiæ actus ea ſit, quomodo à lege Dei æterna deriuetur, quid ſit, & num à lege naturali deriuetur, meliuſque ſit legibus quàm præpoſitorũ prudentia reſpublicas gubernari.

69 Quas conditiones humana lex habere debeat. Et num ius gentium poſitiuum ius an naturale ſit.

70 Lex humana, vt obliget, num promulgationẽ requirat. Et num ſtatim promulgata obliget, an poſt duos menſes. Et quid de lege ſummi Pontificis.

71 Vtrùm de eſſentia legis humanæ ac conſtitutionis ſit, vt ſit ſcripta. Et num ignorantia legis ſeu iuris excuſet. Et qualiter legis ignorantia probari poſſit.

72 Vtrùm lex humana generalis eſſe debeat, & vniuerſa vitia prohibere, omniumque virtutum actus præcipere.

73 Vtrùm humana lex obliget in cõſcientiæ foro: eaque de re hæretici confutantur.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVI HOC SEXTO TOMO CONTINENTVR.

Diſput. 4.

PASCE *agnos, & oues meas.* Ioan. 22.

Diſput. 46.

A ſæculo fregiſti iugum, rupiſti vincula, dixiſti, non ſeruiam. Hierem. 2.

Inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum, ſubijce humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris vinculis illius. Eccl. 6.

Qui facit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Matth. 7.

Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Matthæi 12.

Quicunque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt; eiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum. Rom. 2.

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti voluntatem eius, & probas vtiliora inſtructus per legem, confidis te eſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ ac veritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipſum non doces, qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mæcharis; qui abominaris idola, ſacrilegium facis; qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur? & iudicabit, qui ex natura eſt præputium legem conſummans te, qui per litteram, & circumciſionem præuaricator legis eſt? Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ manifeſto in carne eſt circumciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circumciſio cordis, non in littera, cuius laus non eſt in hominibus, ſed ex Deo eſt. Ibidem.

Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine. Pſal. 4.

Reuelatur ira Dei de illo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent: quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam. Roma. 1.

Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte. Ibidem.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & confirmabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda Teſtamentum nouum, non ſecundum Teſtamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti. Quia hoc eſt Teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo leges meas in mentem eorum, & in corda eorum ſuperſcribam eas, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Heb. 8.

Non, quod volo bonum, hoc ago: ſed odi malum, illud facio. Velle adiacet mihi: perficere autem non inuenio. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati, quæ eſt in membris meis. Rom. 7.

Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis ſonantibus. Iob 28.

Quando præparabat cælos, aderam. Quando circumdabat mari terminum ſuũ, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Prou. 8.

Quis concludit oſtijs mare? circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia. Et dixi: Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Iob 38.

Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Prou. 8.

Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei. Exo. 22.

Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Iſaiæ 66.

Fiat lux & facta eſt lux. Geneſ. 1.

Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Pſal. 32.

Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Rom. 8.

Diſput. 47.

Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? Iob 38.

Pro-

Propter conſcientiam. Conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius. Vt quid iudicatur ab aliena conſcientia. 1. Corinth. 10.

Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Rom. 13.

Finis præcepti eſt caritas de corde puro & conſcientia bona. 1. Timoth. 1.

Habens fidem & conſcientiam bonam, quam quidem repellentes circa fidem naufragauerunt. Ibid.

Habentes myſterium fidei in conſcientia pura. 1. Timoth. 3.

Cui ſeruio à progenitoribus meis in conſcientia pura. 2. Timoth. 1.

Inquinata eſt eorum mens, & conſcientia. Tit. 1.

Quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem. Heb. 9.

Si ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemet ipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti. Ibid.

Ideo quòd nullam haberent vltra conſcientiam peccati cultores ſemel mundati. Heb. 10.

Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corde à conſcientia mala. Ibid.

Ego in omni conſcientia bona conuerſatus ſum ante Deum. Act. 23.

In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper. Act. 24.

Conſcientiam habentes bonam. 1. Pet. 3.

Non eſt in conſcientia noſtra, quis poſuerit eam in marſupijs noſtris. Gen. 43.

Scit conſcientia tua, quin & tu maledixiſti alijs. Eccleſiaſt. 7.

Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu ſancto, quoniam triſtitia mihi magna eſt. Rom. 9.

Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, & gratia Dei conuerſati ſumus. 2. Corinth. 1.

Deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientijs noſtris manifeſtos nos eſſe. 2. Cor. 5.

Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſo. Iob 16.

Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 1. Corinth. 4.

Diſput. 50.

Pater meus vſque modò operatur, & ego operor. Ioan. 5.

Nam ſi illud prius culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Heb. 8.

Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Rom. 5.

Occaſione accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum non erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cum veniſſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.

Nam peccatum, occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit. Rom. 7.

Dei perfecta ſunt opera. Deut. 31.

Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Hebr. 7.

Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum veneritis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Neomeniam & ſabbatum veſtrum, & feſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis. Iſaiæ 1.

Non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocauſtomatum & victimarum. Ierem. 7.

Num quid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Immola Deo ſacrificium laudis. Pſal. 49.

Si voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis. Pſal. 50.

Sacrificium & oblationes noluiſti, aures autem perfeciſti miri. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti. Pſalm. 39.

Holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt. Hebr. 10.

Oculum pro oculo, dentem pro dente. Matth. 5.

Ego autem dico vbis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Matth. 5.

Qui ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita ſunt eis eloquia Dei. Rom. 3.

Qui annunciat verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Pſal. 147.

Notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas, miſerator, & miſericors Dominus. Pſalm. 102.

Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit, ſe peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem. Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mãdatum. Scimus enim, quòd lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Rom. 7.

Si autem quod nolo, illud facio, conſentio legi, quoniam bona eſt. Ibidem.

Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. Ibidem.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ibidem.

Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Ibidem.

Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autem legi peccati. Ibidem.

Scimus quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur. 1. Timoth. 1.

Quid

Quid igitur lex? Propter tranſgreßionem poſita eſt; miniſtrata per angelos in manu mediatoris. Prius autem quàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Galat. 3.

Pædagogus noſter fuit in Chriſto. Ibid.

Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Rom. 10.

Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem aut Prophetas; non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Matth. 5.

Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit, ſed legem ſtatuimus. Rom. 3.

Lex per Moyſem data eſt: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ioan. 1.

Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, inuenimus Ieſum. Ibid.

Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Ioan. 3.

Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Ioan. 4.

Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Ibidem.

Scrutamini ſcripturas: illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Ioan. 5.

Eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis. Si credideritis Moyſi, credetis forſitan & mihi. Ibidem.

Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. Matth. 5.

Honora patrem tuum & matrem tuam. Exo. 20.

Iurauit Dominus, & non pænitebit eum; tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Pſal. 109.

Hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ. Marc. 11. Luc. 22.

Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, cuius liuore ſanati ſumus. Iſai. 35.

Princeps pacis. Iſai. 9.

Melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamẽti mediator eſt, quod in melioribus promiſſionibus ſancitum eſt. Heb. 8.

Dicendo autem nouum veterauit prius. Ibid.

Agnus occiſus ab origine mundi. Apoc. 13.

Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. Lucæ 23.

Et benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ. Geneſ. 22.

Non eſt in aliquo alio ſalus: nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Actor. 4.

Leuauit Abraham oculos, viditq; poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus: quem aſſumens, obtulit holocauſtum pro filio: Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. Gen. 22.

Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt. Ioan. 8.

Quid igitur lex? propter tranſgreßionem poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Galat. 3.

Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ cum initium accepiſſet enarrari per Dominum, &c. Hebr. 2.

Hic eſt, qui fuit in eccleſia, in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris: qui accepit verba vitæ dare nobis. Actor. 7.

Qui accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis. Ibid.

Apparuitque illi Dominus in flamma ignis de medio rubi. Cernens autem Dominus, quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi. Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Ego ſum qui ſum. Sic dices filijs Iſrael, Qui eſt, miſit me ad vos. Exod. 3.

Apparuit illi in deſerto montis Sina angelus in igne flammæ rubi. Moyſes antem videns admiratus eſt viſum. Et accedente illo vt conſideraret, facta eſt ad eum vox Domini, dicens, Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Actor. 7.

Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham. At ille reſpondit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum. Geneſ. 22.

Et ecce, Angelus Domini de cælo clamauit, dicens; Abraham, Abraham. Qui reſpondit, Adſum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquam. Nunc cognoui, quòd timeas Dominum, & non peperciſti filio tuo propter me. Ibidem.

Veneruntque duo angeli Sodomam. Gen. 19.

Multifariam, multiſq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Hebr. 1.

Deum nemo vidit vnquam; vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Ioan. 1.

Prophetam de gente tua & fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies, vt petijſti à Domino Deo tuo in Oreb, quando concio congregata eſt atque dixiſti: Vltrà non audiam vocem Domini mei, & ignem hunc maximum ampliùs non videbo, ne moriar. Et ait Dominus, Bene omnia ſunt locuti, Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam. Deut. 18.

Dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi. Matth. 12.

Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in Sabbatho. Ieſus autem reſpondit eis: Pater meus, &c. Ioan. 5.

Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluebat ſabbathum, ſed &

patrem

patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Ibidem.

Non licet tibi tollere grabatum tuum. Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Ibidem.

Iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus ſuis, quas operata es. Ezech. 16.

Et pollui eos in muneribus ſuis, cum offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta ſua, & ſcient, quia ego Dominus. Ezec. 20.

Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes, &c. Sed hoc verbum præcepi eis dicens, audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis: & non audierunt, neque inclinauerunt aurem ſuam. Ierem. 7.

Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta, & pacifica veſtra, oues veſtras, & boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi. Quòd ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus; ſi enim leuaueris cultrum ſuper eum, polluetur. Exo. 20.

Tulit de præda populus oues & boues, primitias eorum quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo ſuo in Galgalis. Ait Samuel. Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victima, aut auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. 1. Reg. 5.

Miſericordiam volui & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plus quàm holocauſtum. Oſeæ 6.

Bene, magiſter in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Marci 12.

Ieſus autem videns, quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi; Non es longè à regno Dei. Ibidem.

Diſput. 51.

Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces Iſrael conuertendas. Dedi te in lumen Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Iſaiæ 29.

Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Pſal. 2.

Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, vt vocem meam audiant, & fiet vnum ouile & vnus paſtor. Ioan. 10.

Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Lucæ 2.

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Marci 16.

Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos, qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & mediũ parietem maceriæ, ſoluens inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo, & veniens euangelizet pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem ijs qui propè: quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad Patrem. Epheſ. 2.

Quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa, quorum patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula, Amen. Rom. 9.

Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi; Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerũ filiorum Iſrael. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis. Circumduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. Dominus ſolus dux eius fuit, &c. Deut. 32.

Omnis alienigena non comedet ex eo. Quòd ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque ſicut indigena terræ. Si quis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos. Exo. 12.

Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridum, vt faciatis vnum proſelytum: & cum fuerit factus, facitis illum filium gehennæ duplo quàm vos. Matth. 23.

Iudæi quoque & proſelyti. Act. 2.

Teſtificor autem rurſus omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Gal. 5.

Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo, propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc poſſideam, cum propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Neque enim propter iuſtitias tuas & æquitatem cordis tui ingredieris, vt poſſideas terras earum: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te, deletæ ſunt: & vt impleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob. Scito ergo; quòd non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſſionem, cũ duriſſimæ ceruicis ſis populus. Memento, & ne obliuiſcaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in ſolitudine; & ex eo die quo egreſſus es de Aegypto vſque ad locum iſtum, ſemper aduerſus Dominum contendiſti, &c. Deut. 9.

Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, (vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt; Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Rom. 9.

Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Gen. 22.

Domi-

Dominus Deus patrũ veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos; hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Exo.3.

Diſput. 52.

Fratres, ſecundum hominem dico, tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſubordinat. Galat. 3.

Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Nõ dicit, & ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum fecit ad euacuandam promiſſionem. Ibid.

Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: ſed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt; qui autem de libera, per repromiſsionẽ; quæ ſunt per Allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte Sina. Gal.4.

Venit Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia; reſponditque omnis populus vna voce; Omnia verba Domini, quæ locutus eſt, faciemus. Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſermones Domini, & manè conſurgens ædificauit altare Domino ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael. Miſitque iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas pacificas Domino, vitulos duodecim. Tulitque Moyſes dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras: partem autem reſiduam fudit ſuper altare. Aſſumensque volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt, Omnia quæ loquutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes. Ille verò ſumptum ſanguinem ſparſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepegit Dominus vobiſcum ſuper cũctis ſermonibus ſuis. Exo.24.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorũ ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Ierem. 31.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda Teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamẽtum, quod feci patribus eorũ in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipſi non permanſerunt in Teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc eſt Teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo leges meas in mentem eorum, &c. Heb.8.

Ideo noui Teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui uocati ſunt, æternæ hæreditatis. Vbi enim Teſtamentum eſt. mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dicatum eſt. Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyſſopo, ipſum quoque librum & omnem populũ aſperſit, dicens: Hic ſanguis Teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit, & omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio. Heb.9.

Quorum adoptio eſt filiorum, & gloria & Teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa. Rom. 9.

Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine. 1.Corinth.11.

Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti. 2. Corinth.3.

Vſque in hodiernum enim diem id ipſum velamen in lectione veteris Teſtamenti manet non reuelatum, quoniam in Chriſto euacuatur. Ibid.

Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur. Marci 14.

Hic eſt calix noui Teſtamenti in meo ſanguine. Lucæ 22.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti; Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. Lucæ 1.

Non cuſtodierunt Teſtamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Pſal. 77.

Cor eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Ibid.

Neque profanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Pſal.88.

Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos. Dixerunt: Venite, diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael vltra. Quoniam cogitauerunt vnanimiter ſimul aduerſum te teſtamentum, diſpoſuerũt tabernacula Idumæorum, & Iſmaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal. Pſal.82.

In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis dicentes, Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus, quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. 1. Mach. 1.

Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè & Lazarum in ſinu eius. Luc. 16.

Noli timere, ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Gen.15.

Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Geneſ.37.

Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis, Beſtia deuorauit eum, & huc vſque non comparet. Si tuleritis & iſtum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Gen.44.

Salutare tuum exſpectabo, Domine. Gen. 49.

Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, & non deduces caniciem eius pacificè ad inferos. 3.Reg.2.

Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper, & caro mea requieſcit in ſpe. Pſ.15.

Quoniam non derelinquis animam meam in inferno; nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi

mihi feciſti vias vitæ. Delectationes in dextera tua vſque in finem. Pſal. 15.

Quòd autem ſuſcitauit eum à mortuis, amplius iam non reuerſurum in corruptionem. ita dixit, Quia dabo vobis ſancta Dauid fidelia. Ideoque & aliàs dicit, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Dauid enim in ſua generatione, cum adminiſtraſſet voluntatem Dei, dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem. Quem autem Deus ſuſcitauit à mortuis, non vidit corruptionem. Act. 13.

Viri Iſraelitæ audite verba hæc: Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & ſignis, quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut ſcitis, hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes intermiſtis, quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni: iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. Dauid dicit in eum, Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quia à dextris eſt mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, & caro mea requieſcit in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vitæ; replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha Dauid, quoniam defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrum eius eſt apud nos vſque in hodiernum diem. Propheta igitur cum eſſet, & ſciret: quia iureiurando iuraſſet illi Deus, de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius, prouidens loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius nos omnes teſtes ſumus. Act. 2.

Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo, ſatiabor, cum apparuerit gloria tua. Pſal. 16.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos; quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Pſal. 35.

Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Pſal. 149.

Exultationes in faucibus eorum. Ibid.

In domo Patris manſiones multę ſunt. Ioan. 14.

Gratiam & gloriam dabit Dominus. Pſ. 85.

Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum. Eccle. 18.

Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia eſt merces operi tuo. Ierem. 31.

Tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis; ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. 2. Mach. 7.

Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt. Sap. 4.

Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt eum, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Iob 19.

Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cæleſtium his mundari; ipſa autem cęleſtia, melioribus hoſtijs quàm iſtis. Hebr. 9.

Habitatio autem filiorum Iſrael, qua manſerunt in Aegypto, fuit quadringētorum triginta annorum. Quibus expletis eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Aegypti. Exodi 12.

Viri fratres & patres, audite. Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cùm eſſet in Meſopotamia, priuſquam moraretur in Charan, & dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monſtrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in terram iſtam; in qua nunc vos habitatis: Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis, ſed promiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini eius poſt ipſum, cùm non haberet filium. Act. 7.

Quo mortuo, & vniuerſis fratribus eius, omnique cognatione ſua, filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis, impleuerūtque terram. Surrexit interea Rex nouus ſuper Aegyptum, qui ignorabat Ioſeph, & ait ad populum ſuum: Ecce populus filiorum Iſrael multus & fortior nobis eſt, venite, ſapienter opprimamus eum. Exodi 1.

Scito prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo. Et poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia. Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum. Gen. 15.

Diſput. 53.

Et oſtendi vobis pactum ſuum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba, quę ſcripſit in duabus tabulis lapideis, mihique mandauit in illo tempore, vt docerem vos cęremonias & iudicia, quæ facere deberetis in terra, quam poſſeſſuri eſtis. Deut. 4.

Hęc ſunt præcepta & cæremonię atque iudicia, quę mandauit Dominus Deus veſter, vt docerem vos. Deut. 6.

Offeret vitulum de armento holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, & ſacrificium eius ac liba, vt cęremonię poſtulant. Num. 15.

Hęc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij in cæremonijs Leuitarum. Exodi 38.

Hęc eſt vnctio Aaron & filiorum eius in cęremonijs Domini in die, quo obtulit illos Moyſes, vt ſacerdotio fungerentur. Leuit. 7.

Si quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Rom. 13.

Omnia quęcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt omnis lex, & Prophetæ. Matth. 7.

Finis pręcepti eſt caritas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. Timoth. 1.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ. Matth. 22.

Qui non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? & hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. 1. Ioan. 1.

Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum

ſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Rom. 13.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum. Ioan. 14.

Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc caritas Dei per fecta eſt. 1. Ioan. 2.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei. Exo. 22.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Pſal. 92.

Diſput. 54.

Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculo veniebant ad Deum, & rememorati ſunt, quia Deus adiutor eorum eſt, & Deus excelſus redemptor eorum eſt. Pſal. 77.

Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam ſimilitudinem patrantes malum coram Domino Deo veſtro, teſtes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos eſſe de terra, quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis, non habitabitis in ea longo tempore, ſed delebit vos Dominus, atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus eſt Dominus. Cumque quæſieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum. Si tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ meæ, poſtquam te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt, &c. Cuſtodi præcepta eius atque mandata, quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Deut. 4.

Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra, venientq; ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te, ſi tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, benedictus tu in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructuſque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos, qui conſurgent aduerſum te, corruentes in conſpectu tuo. Per vnam viam veniet contra te, & per ſeptem fugient à facie tua. Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum, benedicetque tibi in terra, quam acceperis. Suſcitabit te Dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi, ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Videbunt te omnes terrarum populi, quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu ventris tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret tibi. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ in tempore ſuo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Deut. 28.

Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra germinabit ſemen ſuum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris; dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequimini inimicos veſtros, & corruent coram vobis. Perſequentur quinque de veſtris centum alienos: & centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera vobis ſuperuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri. & non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne ſeruiretis eis, & qui confregi cathenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti. Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea, quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam vobis: Viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his, qui oderunt vos. Fugietis nemine perſequente. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboque vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerſo, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras vſque in ſeptuplum propter peccata veſtra: emittamque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæque fient viæ veſtræ. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi, ego quoque contra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra, inducamque ſuper vos gladium, vltorem fœderis mei. Cumque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non ſaturabimini. Sin autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me, & ego incedam aduerſus vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptem plagis propter peccata veſtra, & ſimulacra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea, in tantum, vt ciuitates veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra, nec recipiam vltra odorem ſuauiſſimum. Diſperdamque terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem diſperdam in gentes, & euaginabo ſuper vos gladium, eritque terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ. Leuit. 26.

Animaduerte ſermonem, & intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſumme

tur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo & animaduerte. Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem. Dan. 9.

Ecce dedi eum teſtem gentibus, ducem & præceptorem populis. Iſai. 55.

Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Mich. 5.

Hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ: & rurſus ædificabitur platea & muri, in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus; & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, poſt finem belli deſolatio: confirmabit autem pactum multis hebdomada vna. Et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Dan. 9.

Cùm autem videritis abominationem. Orate vt non fiat fuga veſtra in hieme vel ſabbatho. Matth. 24.

Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tūc ſcitote quoniā appropinquauit deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad mōtes, & qui in medio eius, diſcedant. Lucæ 21.

Inuoca me in die tribulatonis eruam te, & honorificabis me. Pſal. 49.

Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cęlorum. Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Luc. 1.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Matthæo 5.

Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. 2. Timoth. 3.

Diſput. 55.

Coram cano capite ſurge, & honora perſonam ſenis. Leuit. 19.

Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, &c. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Exodi 20.

Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Prou. 25.

Diſput. 56.

Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte conſurgens aſcendit in montem Sinai, ſicut pręceperat ei Dominus, portans ſecum tabulas. Et ſcripſit in tabula verba fœderis decem. Cumque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas teſtimonij. Exo. 34.

In Oreb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit, quando aſcendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapideas pacti, quod pepegit vobiſcum Deus: & perſeuerauj in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas, ſcriptas digito Dei, & continentes omnia verba, quæ vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quando concio populi congregata eſt. Cumque tranſijſſent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis. Cumque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, vidiſſemque vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem, & deſeruiſſe velociter viam eius, quam vobis oſtenderam, proieci tabulas de manibus meis, confregique eas in conſpectu veſtro. Deut. 9.

In tempore illo dixit Dominus ad me, dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montem, facieſque arcam ligneam: & ſcribam in tabulis verba, quæ fuerunt in his, quas antea confregiſti, poneſque eas in arca. Feci igitur arcam de lignis Setim: cumque dolaſſem duas tabulus lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem habens eas in manibus. Scripſitque in tabulis iuxta id, quod prius ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio igni, quando populus congregatus eſt, & dedit eas mihi. Rurſuſque de monte deſcendi, & poſui tabulas in arcam, quam feceram, quæ huc uſque ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus. Deuter. 10.

Acceſſiſtis ad radices montis, qui ardebat vſque ad cælum, erantque in eo tenebræ & nubes & caligo. Vocem verborum eius audiſtis, & formam penitus non vidiſtis. Et oſtendit vobis pactum ſuum, quod præcepit, vt faceretis, & decem verba, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. Deut. 4.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile. Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, nec aſinum, neque omnia, quæ illius ſunt. Exodi 20.

Neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cęlo deſuper & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea neque coles: ego enim ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios, & in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Et faciens miſericordiam in millia, his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Non con. &c.

Audi Iſrael, Dominus Deus noſter vnus eſt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Deut. 6.

Non inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignē, aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus, nec incantator,

tor, neque qui Pythones conſulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Deut. 18.

Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit implebit. Num. 30.

Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Coram cæco non pones offendiculum. Leuit. 19.

Non erit meretrix de filiabus Iſrael; nec ſcortator de filijs Iſrael. Deut. 23.

Cum maſculo ne commiſcearis coitu femineo, quia abominatio eſt. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Leuit. 18.

Non habebis in ſeculo diuerſa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius, maior & minor: pondus habebis iuſtum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore ſuper terram, quã Dominus Deus tuus dederit tibi. Abominabitur enim Dominus Deus tuus eum, qui facit hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam. Deut. 25.

In iudicio plurimorum non acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies. Mendacium fugies. Exo. 23.

Non mentiemini, non eris criminator nec ſuſurro in populo. Leuit. 19.

Diſput. 57.

Vade, ſume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum. Oſeæ 1.

Dices omni plebi, vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua vaſa argentea & aurea, & veſtem. Exodi 11.

Fecerunt filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi, & petierunt ab Aegyptijs vaſa argentea & aurea, veſtemque plurimam. Dedit autem Dominus gratiam populo coram Aegyptijs, vt commodarent eis, & ſpoliauerunt Aegyptios. Exo. 12.

Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniã qui talia agunt, digni ſunt morte. Rom. 1.

Et reddidit illis mercedem laborum ſuorum. Sapient. 10.

Diſput. 59.

Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Ioan. 6.

Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, non dijudicans corpus Domini. 1. Corinth. 11.

Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc caritas Dei perfecta eſt. 1. Ioan. 2.

Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & caritas eius in nobis perfecta eſt. 1. Ioan. 4.

Hæc eſt caritas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt. 1. Ioan. 5.

Hæc eſt caritas, vt ambulemus ſecundum mandata eius. 2. Ioan. 1.

Non fuiſti, ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo. 3. Reg. 14.

In toto corde meo exquiſiui te. Pſal. 118.

Inuenies eum, ſi tamen in toto corde quæſieris eum. Deut. 4.

In tota voluntate quæſierunt eum, & inuenerunt. 2. Paralip. 15.

Reuerſus eſt ad Dominum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua, iuxta omnem legem Moyſi. 4. Reg. 23.

Diſput. 60.

Ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro coram illo. Rom. 3.

Si enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Galat. 2.

Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Rom. 2.

Lex non eſt ex fide, qui fecerit ea, viuet ex illis. Galat. 3.

Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in illis. Leu. 18.

Diſput. 61.

Excepto quòd carnem cum ſanguine non comedetis. Geneſ. 9.

Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Act. 15.

Moyſes dedit vobis circumciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Ioan. 7.

Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena, & ſeptena, maſculum & fęminam. Gen. 7.

Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum; quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. Geneſ. 9.

Quæ eſt parabola temporis inſtantis, iuxta quam munera, & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis & in potibus, & in varijs baptiſmatibos & iuſtitijs carnis, vſque ad tempus correctionis. Heb. 9.

Impoſſibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Heb. 10.

Diſput. 62.

Hic liber mandatorum Dei & lex eſt, quæ in æternum. Baruch 4.

Erit vobis hoc legitimum ſempiternum. Leu. 16.

Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificaremur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Gal. 3.

Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis; quoniam Abraham duos filios habuit, &c. Sed quid dicit? Eijce ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres nõ ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Gal. 4.

Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Ibidem.

Nolite iterum iugo ſeruitutis contineri, Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini. Gal.5.

Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat. Hebr.7.

Aufert primum, vt ſequens ſtatuat. Heb.10.

Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſum imaginem rerum. Ibid.

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. Matth.11.

Abſit Domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum. Act.10.

Quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. Deus enim perſonam hominum non accipit. Gal.3.

Reſtiti ei in faciem, qui reprehenſibilis erat, & cùm vidiſſem quòd non rectè ambularet ad veritatem euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cùm Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo cogis gentes Iudaizare? Ibid.

Conſummatum eſt. oan.19.

Velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum. Matth.27.

Chriſtus aſsiſtens Pontifex futurorum bonorum, per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Hebr.9.

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ioan.3.

Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Ioan.15.

Omnes Prophetæ & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt. Et, ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt. Matth.11.

Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Ioan.6.

A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Matth.11.

Ex illo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Lucæ 16.

Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Lucæ 1.

Traditus eſt propter debita noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem. Rom.4.

Cùm eſſet gentilis, non eſt compulſus circumcidi. Galat. 2.

Diſput. 64.

Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnibus & ſuper omnes qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non: ſed per legem fidei. Rom.3.

Fides per caritatem operatur. Gal.5.

Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Baruch 2.

Non præteribit generatio hæc donec, omnia fiant. Matth. 24.

Filioli, nouiſſima hora eſt. 1.Ioan.2.

Deus pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Heb. vlt.

Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem, accedamus. Hebr.10.

Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. Lucæ 23.

Vt maneat vobiſcum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Ioan.14.

Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum Ieſus erat glorificatus. Ioan.7.

Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, & tunc veniet conſummatio. Matth.24.

Sed dico. Numquid audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Rom.10. Pſal.18.

Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Pſal.21.

Diſput. 65.

Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum adoptionis filiorum. Rom.8.

Quando venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt adoptionem filiorum redemptionis reciperemus. Gal.4.

In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ioan.1.

Videte, qualem caritatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. 1.Ioan.3.

Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Iſaiæ 1.

Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Tit.3.

Quorum adoptio eſt filiorum. Rom.9.

Quanto tempore hæres paruulus eſt; nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cùm eſſemus paruuli, ſub elementis huius mundi eramus ſeruientes. Gal.4.

Si filij & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Rom.8.

Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes: vos autem ſicut homines moriemini. Pſal.81.

Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus. Deu.32.

Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius, in caritate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. Epheſ.1.

Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Rom.8.

Diſput. 66.

Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Rom.8.

Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte

diei

diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum: quæ ſunt vmbra futurorum. Coloſſ. 2.

Quaſi ſit rota in medio rotæ. Ezech. 1.

Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri neque nos portare potuimus? Act. 15.

Diſput. 69.

Hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſummare. Luc. 14.

Diſput. 71.

Qui citò credit, leuis eſt corde. Eccleſ. 19.

Diſput. 73.

Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus. Act. 5.

Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram: & ei, qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum eo & alia duo. Matth. 5.

Serui ſubditi eſtote dominis, non ſolùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. 1. Petri 2.

Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæ mandaui vobis. Matth. vlt.

Iſrael, audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Deut. 4.

Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam aut minuas. Deut. 12.

Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter. Iſaiæ 33.

Vnus eſt legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & ſeruare. Iac. 4.

Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me; cor autem eius longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominis & doctrinis; ideo, ecce, ego addam, &c. Iſa. 29.

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens; Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè eſt à me. Sine cauſa enim colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Matthæo 15. Marci 7.

Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. 2. Corinth. 3.

State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Galat. 5.

Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. 1. Corinth. 7.

Serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore. Epheſ. 6.

Seruus vocatus es, non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere. 1. Cor. 7.

Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matt. 19.

Attingens à fine vſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter. Sap. 8.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non enim eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Dei miniſter eſt tibi in bonum, ſi autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei, qui malum agit. Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideo enim & tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Rom. 13.

Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire. Tit. 3.

Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei. 1. Pet. 2.

Regem honorificate. Subditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Ibidem.

Subiecti inuicem in timore Chriſti. Mulieres viris ſubditæ ſint, ſicut Domino: ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Epheſ. 5.

Obedite parentibus veſtris in Domino. Serui ſubditi eſtote dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus. Philip. 6.

Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Prou. 8.

Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtret Domino, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael. Deut. 17.

Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis. Matth. 16.

Alligant enim onera grauia & importabilia, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Matth. 23.

Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit. Luc. 10.

Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis; ipſi enim peruigilant, tanquam pro animabus veſtris rationem reddituri. Hebr. 13.

Pertranſiens ciuitates, præcipiebat eis cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum. Act. 15.

Tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ decreta erant ab Apoſtolis & ſenioribus, qui erant in Ieruſalem. Act. 16.

Laudo vos, quòd ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. 1. Cor. 11.

Scitis, quæ præcepta dederim vobis: qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui Spiritum ſuum ſanctum nobis dedit. 1. Theſſal. 4.

Confidimus de vobis, fratres, in Domino, quoniam quæcunque præcipimus, & facitis & facietis. Cùm eſſemus apud vos, denuntiabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. Si quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & ne commiſceamini cum illo. 2. Theſſ. 3.

Conſerua, fili mi, præcepta patris tui. Prou. 6.

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris & matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noſter iſte proteruus, & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus va

cat

eat & luxuriæ, atque conuiuijs. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Deut. 21.

Docentes vos ſeruare omnia, quæ mandaui vobis. Matth. 28.

Facite igitur & ſeruate, quæ præcepit Dominus Deus vobis. Non declinabitis neque ad dextram neque ad ſiniſtram, ſed per viam, quam præcepit Dominus Deus veſter, ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis. Deut. 5.

Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas. Deut. 12.

Scripſit, vt quartam decimam, & quintam decimam diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, & reuertente ſemper anno, ſolemni celebrarent honore. Eſther 9.

Suſceperuntque Iudæi in ſolemnem ritum cuncta, quæ eo tempore facere cœperant. Suſceperunt Iudæi ſuper ſe & ſemen ſuum, & ſuper cunctos, qui religioni eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies abſque ſolemnitate tranſigere. Ibid.

Dies autem victoriæ huius feſtiuitatis ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore in præſentem diem. Iudith vlt.

Statuit Iudas, & fratres eius, & vniuerſa eccleſia Iſrael, vt ageretur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo. 1. Mac. 4.

Et factum eſt hoc: ex die illo conſtitutum & præfixum & quaſi lex in Iſrael. 1. Reg. 30.

APPROBATIO.

Sextus hic Tomus de Iuſtitia, Eximij Doctoris Ludouici Molinæ, non ſolùm approbationem, ſed longam commendationem multis nominibus meretur: quippe in quo, quicquid de Iudicio & Executione Iuſtitiæ per Publicas Poteſtates tractari poteſt, doctè & ſolidè eluceat, & legum tractationem, longè vtilem, cuius progreſſui mors inuidit, contineat. Vnde ad commune Theologicæ & Chriſtianæ reipub. bonum typis mandari oportere cenſeo. Antuerp. in Seminario Epiſcopali 17. Ianuarij 1608.

Laurentius Beyerlinck, Antuerp.

S. Theol. Licent. Eccleſ. Antuerp.
Canonicus, & Librorum cenſor.

INDEX RERVM ET VERBORVM,

Quæ in hoc R. P. D. Ludouici Molinæ è Societate Ieſu,

Tomo Sexto, de Iuriſdictione, & Varijs generibus poteſtatum publicarum, Iudicumve, continentur, accuratus & locupletiſsimus.

Primus numerus Diſputationem, Poſterior Diſputationis numerum ſignificat.

A

Abbas.

ABBATVM reſtrictio aut aliorum ſuperiorum circa eam rem, qui habebãt prioratus in diuerſis locis, quibus præſidebant. 25.*nume.* 8

Abrogare.

inter Abrogare legem, irritare legem, diſpenſare in lege, & interpretari legem, diſcrimen. 57.*num.* 1

Acta.

Acta coram arbitro fidem coram iudice ordinario efficiunt. 44.*nu.* 5

Actio.

Actio non datur de iure ciuili ad agendum vt ſtetur ſententiæ arbitri, quando compromiſſum iuramento fuit confirmatum. 36.*nu.* 4

Actor.

Actor & reus ſiue ſint eiuſdem ciuitatis, ſiue diuerſarũ, iudex delegatus non poteſt nec de cauſa cognoſcere extra ciuitatem, in qua ſit conceſſus, ſine expreſſo partium conſenſu. 25.*nu.* 7

Actor & reus quando ſunt eiuſdem ciuitatis aut diæceſis, cauſæ inter illos à ſede Apoſtolica committi non poſſunt extra eam ciuitatem aut diæceſim; neque eorum aliquis conueniri; ſecus quando ſunt diuerſæ ciuitatis aut diœceſis. 25.*num.* 6

Actores cauſarum poſſunt vocare reos in prima inſtantia coram legato, prætermiſſo alio ſuo iudice ordinario. 9.*num.* 7

Actus.

Actus quamuis virtutum omnium naturalium ſub præcepto & lege cadant, ſed multi eorum ſint opera conſilij, eatenus tamen ad legem naturalem pertinent, quatenus numen ipſum naturæ vel intellectus non minus ad eum finem eos eliciẽdos docet, quàm doceat efficiẽdos eos eſſe ad culpam vitandam, qui ſub præceptum ac legem cadunt. 48.*nu.* 2

Actus omnium virtutum non præcipiuntur legibus humanis. 72.*nu.* 2

vt Actus ſit ab habente eam virtutem, & vt verè ſit actus eius virtutis tria requiruntur. 58.*nu.* 1

Si aliquo præcepto affirmatiuo præcipiatur actus virtutis qua talis, ita vt non ſatisfiat illi præcepto, niſi quis actum virtutis efficiat, ſane ad id implẽdum præceptum requiritur, vt qui illum implet, habeat plenũ iudicium rationis; deinde vt non faciat inuitus, nec propter inanem gloriam. ibid. nu. 2

Obijciuntur tria circa hoc in contrarium argumenta, quæ diſſoluuntur. ibid. nu. 3

Annus.

Anni illi quadringenti triginta, de quibus Paulus ad Galat. 3. *computari debent à puncto promiſſionis illius Abrahamo factæ, quod in ſemine eius benedicendæ eſſent vniuerſæ gentes.* 52.*nu.* 7

Anteceſſor.

Anteceſſore mortuo in maioratu, ea omnia officia vacant ad effectum, vt ſucceſſor in maioratu poſſit de illis diſponere, & alijs ea conferre: quia iudices ab anteceſſore conſtituti non exſpirant, donec ſucceſſor illos amoueat, aut de alijs prouideat. 12.*nu.* 6

Apoſtolus.

Apoſtoli acceperunt parem cum Petro poteſtatem in totum eccleſiæ corpus, ſed illa cum ipſorum vnoquoque terminata eſt. 4.*nu.* 3

Appellare.

Appellatum eſt poſtquaam à ſententia arbitri ad iudicẽ ordinarium, poteſt pars ea appellatione grauata vlterius ad alium iudicem appellare. 35.*nu.* 9

Appellandum quando eſt poſt ſententiam ab arbitro latam, ad quem iudicem appellandum ſit. 35. *numero* 6

Appellandum non eſt ad iudicem arbitro ſuperiorem, ſi is diuerſus à iudice pacti non ſit. 35.*nu.* 7

Appellandum eſt ad iudicem rei, qui ab arbitri ſententia appellat: quoniam ille futurus eſt executor ſententiæ arbitri, ſecus in Luſitania, & Hiſpania olim fiebat. 35.*num.* 8

Appellatio.

Appellatio de iure communi à ſententia arbitri non admittitur, ſiue in cõpromiſſo pœna fuerit appoſita parti, quæ illius ſententiæ non ſteterit, ſiue non, de iure tamen Luſitano, eſto partes ſub compromiſſo obligauerint ſe ſententiæ ſtare, poteſt pars, quæ ea ſe ſententia grauatam ſenſit, ab ea appellare, neque ideo pœnam incurrit. 35. *nu.* 4

Arbiter.

Arbiter in cauſa propria nullus poteſt eſſe aut iudex, ſed bene arbitrator. 39.*nu.* 9

Arbiter non poteſt cogi in cauſa progredi, quando partes arbitrum grauiter infamarunt. 41.*nu.* 2

Arbiter non poteſt cogi in cauſa progredi, quando graues inimicitiæ oriuntur inter arbitrum & vtrumque aut alterum litigantium: aut antecedentes poſt munus ſuſceptum detectæ ſunt. 41.*nu.* 3

Arbiter non poteſt cogi progredi in cauſa, ſi rationabile impedimentum arbitro ſuperueniat, vt cauſam ad finem perducere non poſſit. 41.*nu.* 4

Arbiter non poteſt eſſe religioſus, ſed arbitrator. 39. *nume.* 5

Arbiter non poteſt eſſe nec item arbitrator excommunicatus.39.nu.6
Arbiter ſeruare debet iudicij formam, quam iudices ordinarij ſeruant; niſi quatenus ei aliquid, aut aliqua de illa remiſſa fuerint.44.nu.2
Arbiter non poteſt cogi progredi in cauſa, ſi comperiatur poſt munus acceptatũ arbiter munere aut alia re corruptus eſſe.41.nu.5
Arbiter non poteſt eſſe minor viginti annis, nec mutus, nec ſurdus, aut ſeruus: nec ſeruus fieri poteſt arbitrator.39.nu.1
Arbiter non poteſt punire mulcta ob contumaciam, condemnare tamen in expenſis contumacẽ poteſt in quas pars altera incurrit.44.nu.8
Arbiter eſſe non poteſt minor viginti annis, nec mutus, nec ſurdus aut ſeruus: nec ſeruus fieri poteſt arbitrator.39.nu.1
Arbiter preſsè ſumptus quaſdam habet velut partes ſubiectas.30.nu.3
Arbiter non poteſt cogi in cauſa progredi, ſi poſt id munus ab eo acceptatum partes ea de re contenderint coram iudice ordinario, vel ſi alium arbitrum circa eandem cauſam ſibi elegerint.41.nu.1
Quando partes arbitrum grauiter infamarunt.ibid.numero 2
Quando graues inimicitiæ oriuntur inter arbitrum & vtrumque aut alterum litigantium, aut antecedentes poſt munus ſuſceptum detectæ ſunt.ibid.nu.3
Si rationabile impedimentum arbitro ſuperueniat, vt cauſam ad finem perducere non poſſit.ibid.nu.4
Si comperiatur poſt munus acceptatum arbiter munere aut alia re corruptus eſſe.ibid.nu.5
Arbiter ſi in ſua ſententia non expreſſit, intra quantum tempus iudicatum ſolui deberet, tunc damnatus ſolum tenetur ſoluere iudicatum intra quatuor menſes à lata ſententia.45.nu.1
Arbiter interdum latè ſumitur pro exiſtimatore ſiue ſuarum ſiue aliarum rerum, interdum pro iudice ſiue ordinario ſiue delegato.30.nu.1
Arbiter ſi terminum expreſſit, in quo ſuum arbitrium ſolui deberet, implendũ tunc intra id tẽpus eſt; alioquin pœna incurritur, ſi in compromiſſo fuit ſtatuta. Neque tunc, quando pœna exigitur poſt illum terminum elapſum locum habet purgatio moræ, ſed cogi poteſt ſoluere nihilominus pœnam.45.nu.2
Quando non eſt locus perpurgationi moræ, ſi poſt pœnam incurſam reus impleat ſententiam, & actor ſolutionem recipiat nihil proteſtando, quòd nihilominus ſolùm ipſi maneat ius ad exigendam pœnam, locum tunc non habet agere inſuper poſſe ad pœnam.ibid.numero 3
Arbitri ſententia vt cenſeatur expreſſe emologata, quamuis de iure communi neceſſe ſit partes illi ſe ſubſcribant; de iure tamen canonico ſatis eſt, ſi verbo, aut quouis alio modo in eam ſententiam conſentiant.34.nu.8
Arbitri ſententiæ ſtare de iure ciuili non datur actio ad agendum quando compromiſſum iuramento fuit confirmatum.36.nu.4
Arbitri & arbitratores eſſe poſſunt libertus, etiam infamis, ac filius in re patris.39.nu.2
Arbitri iuris qui ſint.31.nu.2
Arbitri & arbitratores eatenus amicabiles compoſitores nuncupari poſſunt, quatenus, vt partes fugiant lites, ex compromiſſo earundem partium in illis, quòd eorum definitioni ſtabunt, illas componunt amicabiliter.30.nu.9
Arbitri & arbitratores nil quidquã ſcienter aut ex ignorantia craſſa, & lata culpa in examinandis meritis & iure vtriuſque partis, tollere poſſunt de iure vnius partis, & tradere alteri, niſi id eis à partibus ipſis efficere concedatur.33.nu.6
Arbitri ſententia licet iniuſtè partem grauaret, ſi iuramento compromiſſum fuit confirmatum, atque adeò ſi iuramento confirmatum fuit illi ſtare, quæcunque ea eſſet, ſub reatu culpæ lethalis tenetur pars ea iniuſtè grauata illi ſtare, niſi prius iuramentũ relaxetur.36.numero 3
Arbitri licet conſentiunt in compromiſſo nudo, de iure ciuili communi cogi nõ poſſunt progredi vlterius in cauſa ſibi commiſſa; ſi verò pœna appoſita ſit partibus cõſentientibus, cogi poſſunt in cauſa progredi.35.nu.6
Arbitri in quibus euentibus nõ conſtituantur, eſtò iudex ut ſuſpectus recuſetur propoſita illi cauſa in particulari.23.nu.15
Arbitri aliquando ſumuntur preſsè pro ijs, quos partes mutua inter ſe conuentione ſibi eligunt, qui controuerſias inter ipſos dirimant, ac quorum iudicio ſtent.30.numero 2
tam Arbitri quam partes in foro conſcientiæ debitum naturale contrahunt, ſi in cauſa non procedant, & ad arbitrium ferendum, licet ſolo nudo pacto inter ſe compromiſerint.34.nu.7
Arbitri compromiſſarij qui ſint.31.nu.1
Arbitri teſtamentarij qui ſint.31.nu.5
Arbitri quando inter ſe non conueniunt, tunc lege præcipiuntur inter ſe conſentire, vel eligere unum tertium, & ad id pœnis cogi poſſunt à iudice recuſato.23.nume.12
Arbitrorum cuiuſuis morte, ſi in multos fuerat compromiſſum, expirat compromiſſum, ſi nondum per eos arbitros erat lata ſententia definitiua: item ſuperueniente impedimento, vt iam poſſit in cauſa progredi.43.numero 1
Arbitrorum ſententia ſolam vim habet obligandi, quę ex pacto & compromiſſo oritur; aut quam ius temporis progreſſu pacto dare voluerit.34.nu.4
Arbitrorum definitio, & proprietas ex Paulo & Proculo declarata.30.nu.7
Arbitrorum pars maior ſi adſit, & reliqui vocati, vt adſint abſque iuſto impedimento intereſſe noluerint, iure canonico validum eſt arbitrium, quod maior pars eo modo in aliorum abſentia tulerit.42.nu.3
Arbitris iuris annumerantur arbitratores, qui non à partibus, ſed à iudice eliguntur, vt iuxta ipſorum artem, quid de aliqua re ſentiãt, dicant, vt quoad dimenſionẽ & mẽſuram, & quoad valorem rei alicuius.31.n.3

Arbitrium.

Arbitrium in eccleſia fieri non poteſt; nec in ea poteſt alius iudex iudicare.44.nu.4
Arbitrium non poteſt ſe ad alia extendere, quàm ad ea ad quæ compromiſſo arbitro eſt conceſſa facultas; at ſi ad aliud ſe extendat, inualidum eſt arbitriũ.44.nu.6

Arbitramentum.

Arbitramentum, vt pars altera, quo pars altera exiſtimat ſe grauari iniuſtè, reuocet, aut ad iudices iuſtitiæ reducat, reclamare debet ad iudicem ordinarium, qui de ea cauſa cogniturus eſſet, ſi partes non compromiſiſſent in arbitratorem.38.nu.5

Arbi-

Arbitramentum ſi intra dies decem non reclametur, & expreſſe eſſet emologatum, & à partibus receptum, non eſt tunc locus reclamationi, ſed mandandum eſt executioni. 38. nu. 4

Arbitramentum in Luſitania arbitratorum reuocari nõ poteſt, niſi pars, quæ petit illud ad limites iuſtitiæ reduci, alleget ſe eſſe in eo grauatam in ſexta parte cum minimum iuſti valoris. 38. nu. 8

Arbitrator.

Arbitrator quando nulla ſeruata iudicis forma proferre deberet arbitramentum, neque de ea re confici inſtrumentum publicum deberet, proferre arbitramentum poſſet in diebus feriatis etiam ad Dei honorem. Compromiſſum tamen etiam in arbitratorem fieri licitè non poſſet in diebus ad Dei honorem feriatis, niſi ex iuſta cauſa. 44. nu. 3

Arbitrator fieri non poteſt ſeruus. 39. nu. 1

Arbitrator non poteſt eſſe excommunicatus. 39. numero 6

Arbitrator aliquis poteſt eſſe in cauſa propria, ſed non iudex aut arbiter. 39. nu. 18

In Arbitratorem aliquem quando eſt compromiſſum vt aliquid definiat in cõplementum alicuius contractus, ex quo actio de iure ciuili detur; tunc eſto compromiſſum in arbitrum celebratum ſit pacto nudo, non ſolum de iure Canonico, ſed etiam de iure ciuili datur actio, vt id arbitramentum executioni mandetur. 38. numero 1

In Arbitratorem quando eſt compromiſſum, pœna ei appoſita, qui arbitramento non ſteterit, tunc id non impedit, quo minus ab arbitramento poſſit reclamari ac peti, vt ad limites iuſtitiæ reducatur. 38. nu. 9

Arbitratores ſolùm ſunt extra lites, quoad contractus & ſimilia alia. 30. nu. 4

Inter Arbitros, & arbitratores diſtinctio. 30. numero 5

Refutantur nonnulla in diſtinctione arbitrorum, & arbitratorum. ibid. nu. 6

Arbitratores cum arbitris iuris computantur, qui non à partibus, ſed à iudice eliguntur, vt iuxta ipſorum artem, quid de aliqua re ſentiant, dicant, vt quo ad dimenſionem & menſuram, quo ad valorem rei alicuius. 31. nu. 3

Arbitratores iurare poſſunt ſe verum arbitramentum laturos & partes confirmare compromiſſum in arbitratorem: præſertim ſi arbitratores miniſtri publici ſint. 38. nu. 10

Arbitratores duo quando electi de cõſenſu partium præſtito eis iuramento ſe ſincere arbitraturos, concordauerint in eodem arbitramento, tunc ſi pars aliqua ſe ſenſerit grauari, recurſum habeat ad iudices ordinarios, proponendo tamen rationem coram illis, cur ſe iniuſtè grauatam eo arbitramento ſentiat. 38. nu. 7

Arbitratores duo ſi ſunt electi ad aliquod arbitramentum ferendum, atque in arbitramento diſcordent, tũc præcipit iudex partes eligere tertium, vt id arbitramentum præualeat, in quo duo ex illis tribus conuenerint. 38. numero 6

Arbitrix.

Arbitrix non poteſt eſſe mulier, niſi ratione alicuius dominij. 39. nu. 4

Ars.

Inter Artem diuinam & prouidentiam diuinam diſcrimen. 46. num. 17

B

Baptiſmus.

Baptiſmi lex, & aliæ leges à Chriſto ante paſſionem latæ, ſtatim à morte Chriſti habuerunt vim præcepti, nec ad id neceſſaria fuit alia promulgatio, quam quæ à Chriſto ipſo, dum viueret, facta illarum fuit. 62. nume. 6

Baptiſmum ante paſſionem à Chriſto fuiſſe inſtitutum, ſupponendum atque eo tempore vſque ad paſſionem fuiſſe in conſilio non in præcepto, affirmant Thomiſtæ totam legem veterem ac proinde circumciſionem fuiſſe vſque ad paſſionem in præcepto; in morte verò ac reſurrectione Chriſti ceſſaſſe, & exinde legem nouam cępiſſe eſſe in præcepto. Scotus verò & alij aſſerunt baptiſmum non prius cępiſſe eſſe in præcepto, quàm Euangelium promulgatum fuerat; ſed ſententia eius, licèt pluribus probetur, refellitur: ac prior confirmatur. 62. nu. 5

Beneficium.

Beneficium maius Iudæi acceperunt, & maiora auxilia eis fuerunt collata ad legem implendam meritis Chriſti, cuius fidem expreſſius profitebantur, quàm in lege naturæ fieret; & alia eorum priuilegia. 51. nu. 2

Beneficia illa, quæ Deus Iudæis contulit, contulit illis nõ ob merita eorum, ſed ex ſola ſua miſericordia, atque vt promiſſa ſua Abrahamo, Iſaac, & Iacob impleret, & ex gratuita etiam miſericordia elegit Abraham, vt ex eius ſemine Chriſtus naſceretur. 51. nu. 4

Bona fides.

Bona fide poſſidens aliquid alienum ignorantia facti tanto tempore, quantum ad id præſcribendum eſt neceſſarium, quamuis illud vere præſcribat cõparetque proinde dominiũ illius, quod prior dominus eo ipſo amittit; qui tamen ignorantia iuris etiam inuincibili, quod eſſet ſuum, illud poſſideret, id non præſcriberet; illa tamen poſſeſſio non eſt bona fide ex diſpoſitione iuris ciuilis ad præſcribendum neceſſaria. 71. nu. 15

Bona opera.

Bona opera moraliter facta in gratia ſicut ſunt meritoria augmenti gratiæ in noua lege; ſic etiam erant in veteri lege. 60. nu. 3

Bona temporalia.

Bona temporalia promittere obſeruantibus præcepta data in lege veteri expediens fuit. 54. nu. 1

Bonum commune.

Bonum commune reip. ſi poſtulet, vt lex aliqua feratur, quamuis illa redundet in bonum particulare Principis, aut aliquorum de republ. id non impedit legem illam eſſe iuſtam. 69. nu. 2

C

Cæremoniæ.

Caeremoniæ & ſacrificia licet ante legem ſcriptam fuerint; demptis tamen nonnullis; non fuit cæremoniale vllum tempore legis naturæ in præcepto. 60. n. 1

Cæremonialia.

Cæremonialia præcepta veteris legis non ceſſarunt, nec in æternum ceſſabunt, vt probatur, ſed non affirmatiue. 62. nu. 1

Cæremonialia præcepta, & iudicialia ſunt de iure poſitiuo diuino, vt nullum eorum ſit de lege naturali. 53. numero 3

Cæremonialia & iudicialia præcepta non eſſe moralia. 53.nu.4.

Cæremonialia præcepta ceſſarunt non ſolum quatenus vmbra erant futurorum, ſed ſimpliciter & omnino. 62.nu.3

Cæremonialia præcepta veteris legis nō conferebant gratiam, ac proinde non iuſtificabant iuſtificatione, qua quis ex iniuſto fiat iuſtus.60.nu.4

Cæremonialia præcepta legis veteris quatuor partes ſub ſe continent: ſacrificia & oblationes, ſacramenta, ſacra & obſeruantias.53.nu.6

Capitulum.

Capitulum ſuccedit in iuriſdictionem, quæ epiſcopo competit vt epiſcopo. 11.nu.10

Non ſuccedit in prouiſionem beneficiorum, quæ ad epiſcopum conferre ſpectat: at poteſt ſaltem ea commendare prouidendo de idoneo œconomo. 11.nu.11

Capitulum vtrum ſede vacante ſuccedat epiſcopo quoad alienationem.11.nu.15

Capitulum ſede vacante, & loco illius, prouiſor vel vicarius illius diſpenſare in ijs poteſt, in quibus epiſcopus diſpenſare poteſt ratione epiſcopalis iuriſdictionis. 11.num.5

ad Capitulum etiam tranſit iuriſdictio concedendi facultatem tranſeundi ad dignitatem eccleſiaſticam in aliam diœceſim, & omnino tranſeundi eccleſiaſticum in alienam diœceſim.11.nu.14

Capitulum licet non conferat beneficia, quæ ad epiſcopū pertinebāt conferre, quando tamen ad epiſcopum deuoluitur conferre aliqua beneficia ob negligentiam vel delictum inferioris, tunc poteſt capitulum ea conferre. 11.nu.12

Capitulum non tranſit in priuilegium, quod epiſcopis ratione dignitatis conceſſum eſt.11.nu.9

Capitulum ſede vacante debet vocare epiſcopum ad confirmandum, ad oleum conſecrandum, & alia efficienda, quæ poteſtatem ordinis epiſcopalis requirunt.11. nume. 17

Capitulum vtrum ſede vacante poſſit viſitare ea monialium monaſteria, quæ ſedi Apoſtolicæ immediatè ſunt ſubiecta.11.num.8

Caritas.

Caritas duplex Deo debetur, naturalis & ſupernaturalis: proinde præceptum caritatis erga Deum includit id, quod eſt ei debitum ex caritate ſupernaturali. 59.num.2

Caritas naturalis triplex eſt, Dei, proximi, ac noſtri: at habitus caritatis ſupernaturalis vnica eſt ſpecies infima, quæ imperat actum caritatis, quo diligimus proximum & nos, vt ſit propter Deum. 59.nu.1

Caritatis tria præcepta, quamuis ad decalogum reducantur, non ſunt decalogo formaliter expreſſa. Diſput. 59.num.5

Cauſa.

Cauſa oblata in libello ſi apertè ſit nulla, poterit iudex cui offertur, illa ſpreta, progredi vlterius in lite. 23. numero 6

Cauſa quando delegato fuit commiſſa, vt illam intra certum terminum finiret, & malitia alterius partis litigantium impeditus fuit, tunc delegatus punire eum debet, qui eo modo malitioſè deliquit, committereque cauſam alteri debet, qui illam intra terminum præſcriptum finiat. 27.nu.4

Cauſa quando delegatur termino temporis præſcripto intra quod decidatur, tunc eo termino tranſacto, eſtò indeciſa adhuc ſit, exſpirat eius delegati iuriſdictio, atque ad delegantem cauſa deuoluitur, niſi ante aduentum termini tempus de partium conſenſu prorogetur. 27.nu.3

in Cauſa pertinenti ad libertatem aut ingenuitatem alicuius compromitti non poteſt.40.nu.2

Cauſæ meri ac mixti imperij, quæ ordinarijs infra ſummum Pontificem competunt, poſſunt delegari. 17. numero 4

Cauſæ ſpirituales in laicos compromitti non poſſunt, niſi de licentia ſummi Pontificis: at bene in laicum, & clericum ſimul. 39.nu.10

in Cauſis criminalibus compromitti non poteſt. 40.n.1

Cauſa matrimonij ad vinculum ipſum matrimonij ſpectans compromitti non poteſt. 40.nu.4

Christus.

Chriſtus multa addidit ad legitimum præceptorū quorundam moralium intellectum, ad conſilia perfectionemque Chriſtianam attinentia. 67.nu.2

Chriſti Euangelium, non eſſe euangelium, ſed futurum eſſe adhuc euangelium Spiritus ſancti, quaſi lex alia poſterior futura refellitur.64.num.5

Chriſto vt homini conuenit leges præſcribere. 46.numero 4

Citatus.

Citatus peremptoriè in diem aliquem, ex æquitate eſt expectandus in diem ſequentem, ſiue ſit citatus ad ſententiam audiendam, ſiue ad aliquid aliud. 27.nu.5

Commiſſarius.

Commiſſarij inquiſitorū & inquiſitores debent eſſe quadraginta annorum. 28.nu.23

Compromiſſum.

Compromiſſum exſpirat, ſi partes, quę compromiſerunt, tranſactionem faciant circa compromiſſum: vel vna pars cedit alteri totum ſuum ius. Item ſi partes inter ſe conueniant, vt à compromiſſo diſcedatur. 43.nu.4

Compromiſſum fuit iure ciuili quando expreſsè, & non expreſsè in multos, vt ſententia à maiori illorum parte lata valida ſit, neceſſe eſt vt omnes, in quos ita fuit compromiſſum, præſentes ſint, quando ſententia profertur. 42.nu.2

Compromiſſum extinguitur, ſuperueniente impedimento arbitri, vt iam non poſſit in cauſa progredi. 43. nume.1

Compromiſſum ſi fuit in duos, & additum in compromiſſo fuit, quòd ſi illi diſcordent, eligant ipſi tertium, nullum particulariter deſignando, compromiſſum eſt nullum.42.num.5

Compromiſſum quando ſolo pacto nudo fuit celebratū, neque pœna appoſita neque ſtipulatione, ex iure communi ciuili ex illo non oritur obligatio ciuilis illud ſeruandi, niſi ex altera parte traditione ſit impletum, & ſic tranſeat in pactum veſtitum.34.nu.1

Ex iure communi ciuili conceditur retinere, quod ex tali pacto nudo ſolutum acceptumque eſt, ita vt ius ciuile actionem non concedat ad illud repetendum. 34. num.2

Compromiſſum ſi eſſet factum in aliquem, quantum pro iniuria accepta aut pro dāno dato eſſet ſoluendū, tunc ſecuto arbitramēto, quod reducendum non ſit ad limites iuſtitiæ arbitrio prudentis, datur actio de iure ciuili communi ad executionem talis arbitramenti. 38. numero 3

Com-

Compromiſſum quando eodem modo eßet celebratum, ſecutaque arbitrorum ſententia, nec tacitè aut expreßè eſſet emologata, ſed reclamata eßet ante decem dies, tunc in Hiſpania, & Luſitania admitteretur ea reclamatio & appellatio, & in Hiſpania nihilominus executioni ea ſententia mandaretur. 35. nu. 19

Obſeruanda nonnulla circa hoc. ibid. nu. 20

Compromißum inualidum eſt, quo aliquid in aliquem compromittitur, eum aſtringendo, vt in iudicando aliquem conſulat, eorumque conſilium ſequatur. 33. numero 8

Compromiſſum, quo partes compromiſſarios arbitros eligunt, ſibique mutuò promittunt illorum arbitrio ſtare, liberum ac voluntarium eſt, vt fiat aut non fiat ex parte ita compromittentium, item ex parte arbitrorũ, antequam conſentiant & acceptent ſe arbitros eſſe. 32. nume. 1

Compromiſſum aliquando iuramento confirmatur ſed vetitum id eſt propter frequentiam periurij. Diſput. 36. nume. 1

Quoniam cõpromittentes uetantur iuramento compromiſſum confirmare, non tenentur partes quæ iuramento compromißum confirmarunt, id ſeruare. ibid. numero 2

Compromiſſum quando pacto nudo fuit, tunc ſtando in ſolo iure ciuili communi, ſi ſecuta fuit emologatio expreſſa ſententiæ arbitrorum, mandanda eſt executioni, nihil impediente quòd damnatus velit ſoluere pœnam, & nõ ſtare ſententiæ ſemel à ſe expreſsè emologatæ. 35. nu. 11

Compromiſſum ſi iuramento eſt confirmatum, & ſub iureiurando eſt promiſſum, quòd ſtabitur ſententententiæ arbitri, tunc eo ipſo cenſetur ſub eodem iuramento virtute renunciatum ſub periurij reatu petitioni reductionis talis ſententiæ ad æqualitatem arbitrio prudentis. 36. nume. 7

Compromiſſum quando iuramento fuit confirmatum, ſiue interuenerit ſtipulatio, ſiue non, datur de iure canonico actio, ut ſtetur ſententiæ arbitri. 36. nu. 5

Compromiſſum quando in arbitratore vallatum eſt ſtipulatione, aut factum eſt ſimul cum contractu principali ſocietatis, tunc ſecuto poſtea iuramento non datur de iure ciuili communi actio ad illius executionem, eo quod id compromiſſum ſit pactum nudum. 38. nu. 2

Compromißnm neque alium tractatum validè celebrare poteſt infans aut impubes. 40. nu. 9

Compromiſſum quando ſtipulatione vallatum fuit, & ſecuta fuit emologatio tacita lapſu dierum decem aut quinque in regno Hiſpaniæ, in quibus ab ea non fuit reclamatum, tunc de iure regni Hiſpanica ac Luſitanici nõ admittitur appellatio ab ea ſententia, mandabiturque executioni in Hiſpania, & de iure ciuili communi. 35. nu. 15

Compromiſſum quando ſtipulatione fuit vallatum, & appoſita fuerit pœna contrauenienti ſententia, tunc ſi appoſita non fuit clauſula rata manente ſententia de iure communi, ſi is, qui ea fuit damnatus, expreſsè illam emologauit, victor agit ad ſententię executionem, ſi victus eam implere moretur. 35. nu. 14

Compromiſſum niſi apertè conſtet inter partes interueniße, quo manifeſtè conſtet ſe intendiſſe obligare ſtare illorum arbitrio, non cenſetur tale compromiſſum eſſe factum, parteſque teneri eam rem coram illis proſequi eorumque definitioni ſtare. 32. nu. 3

Compromiſſum, quo aliqui promittunt ſe ſtare arbitrorum ſententiæ, pactum eſt nudum, interim dum à neutra parte quidquam eſt tributum alteri ratione eius pacti. 34. nu. 3

Compromiſſum quando eſt in aliquem arbitratorem, vt aliquid definiat in complementum alicuius cõtractus, ex quo actio de iure ciuili detur, tunc eſto compromiſſum in arbitrum celebratum ſit pacto nudo, non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili datur actio, vt id arbitramentum executioni mandetur. 38. numero 1

Compromiſſum quando in arbitrum ſtipulatione fit, arbiter cogitur progredi in cauſa, & ſuam tempore congruo ſententiam ferre. 35. nu. 1

Compromiſſum quando ſtipulatione eſſet vallatum appoſita pœna non ſtanti compromiſſo ac ſententiæ, additaque eſſet clauſula, rato nihilominus manente compromiſſo; tum ſecuta ſententia, & emologata expreſsè de iure ciuili cõmuni, agitur ſolùm ad ſentẽtiæ executionem, ſi damnatus ſit in mora eam adimplendi, & non ad pœnam. 35. nu. 17

Compromiſſum quando ſimiliter & cum eadem clauſula eſſet celebratum, ſecutaque arbitrorum ſententia, tacitè eſſet emologata, quia intra decem dies illi non eſſet reclamatum, nec ab eà eſſet appellatum, tum de iure regni Hiſpanici, & Luſitani non admittetur appellatio à tali ſententia, ſed executioni mandabitur. 35. num. 18

Compromiſſum quando ſtipulatione vallatum eſt, & lata per arbitrum fuit ſententia, de iure communi ciuili parti, quæ vult illi ſtare, in cuiuſque fauorem lata eſt, conceditur actio aduerſus alteram ei parere nolentem. 35. nu. 2

Compromiſſum quando in tres fuit ſi duo conueniat in aliqua earum ſumma, vt in decem, & alius diſſentiat, condemnans videlicet in minori, vt in quinque, vel in maiori vt in quindecim, ſtatur ſententiæ illorum duorum, qui in eadem ſumma conueniunt. Si verò omnes tres circa ſummam diſcordent, quia vnus condemnat in quindecim, alius in decem, aut alius in quinque, tũc quamuis duo virtute conuenire videantur ſaltem in decem, ſtandum eſt in quinque; quoniam omnes in eo virtute conſentiunt: his itaque modis compromiſſo celebrato, cogi poſſunt arbitri ferre ſententiam. 42. nu. 4

Compromiſſum quando in multos ita eſt, vt ſi non omnes poßint, reliqui ſine illis procederent, tunc valeret arbitrium eorum, qui procederent ſine alijs. Si verò, vt omnes in eadem ſententia conueniant, tunc niſi omnes interſint, & eiuſdem ſint ſententiæ, inualidum eſt arbitrium. 42. nu. 6

Compromiſſum quando circa multa fuit in aliquos arbitros, neque fuit expreſſum, vt ſimul & non diuiſim circa illa pronuntiarent, valida ſunt arbitria circa ſingula diuiſim. 44. nu. 9

Compromiſſum morte cuiuſuis arbitrorum, ſi in multos fuerat compromiſſum, ſi nõdum per eos arbitros erat lata ſententia definitiua: item ſuperueniente impedimento, vt iam non poſſit in cauſa progredi. 43. numero 1

Item morte cuiuſuis compromittẽtium ante latam ſententiam definitiuam. ibid. nu. 2

Hæc duo priora non minus habent locum in compromiſſo in arbitratorem, quàm in compromiſſo in arbitrum. ibid. nu. 3

Si partes, quæ compromiſerunt, tranſactionem faciant circa compromiſſum, vel vna pars cedit alteri totum ſuum ius, perſpicuum ex ſpirare compromiſſum. Item ſi partes inter ſe conueniant, vt à compromiſſo diſcedatur. ibid. num. 4.

Arbitris quando nullum tempus fuit ex compromiſſo præſcriptum, intra quod ſententiam ferrent, tunc intra congruum tempus tenentur illam finire, id poſtulante ſaltem altera partium, & ad id a iudice ordinario poſſunt cogi. 43. *nu.* 5

Compromiſſum ex nudo pacto obligat partes ad parendum præceptis arbitrorum rationabilibus concernentibus ad cauſæ expeditionem, niſi impedimentum iuſtum interueniat. 34. *nu.* 10

Compromiſſi contractus ex parte arbitrorum, ita vt partes audire & ferre arbitrium teneantur, conſenſu & acceptatione eorum completur, Prætorque neminem ad id cogit: at poſtquam ſemel conſentiunt, munuſq; acceptant, prætor ſuam interponit auctoritatem. 32. *nume.* 5

in Compromiſſo quando locus deſignatus fuit, in quo arbitri de cauſa cognoſcere deberent, eo in loco eſt terminanda; ſi vero in compromiſſo nihil expreſſum eſt, eo in loco eſt cauſa peragenda, in quo arbitri compromiſſum acceptarunt. 44. *nu.* 1

Compromiſſo ea exprimi debent, ad quæ arbitrandum à compromittentibus in arbitris aut arbitratoribus facultas eis conceditur. 32. *nu.* 7

ex Compromiſſo nudo in Hiſpanijs debitum ciuile oritur daturque actio. 34. *nu.* 9

in Compromiſſo iuramento confirmato, quòd ſententię arbitri ſtaretur quando adiuncta fuit pœna ei compromiſſo, & arbitri ſententiæ non ſtanti, ſatis eſt partem, quæ ſtare nolit arbitri ſententię, ſoluere pœnam, eaque ſolutione pœnæ electa non teneri ſtare ſententiæ, nihil impediente ea iuramenti confirmatione. 36. *numero* 6

in Compromiſſis apponi conſueuerunt clauſulæ, quod arbitri procedant non ſeruata forma & ſolemnitatibus iudicij, ſed ſummariè & de plano, ſine figura iudicij ſeruata tantum æquitate: quæ clauſulæ validæ ſunt & vim habent. 33. *nu.* 1

Compromiſſarius.

Compromiſſarij arbitri qui ſint. 31. *nu.* 1

Compromittere.

Compromittere poſſunt Eccleſiaſtici in laicum, etiam ſine facultate ſuperioris, in eis quæ ſunt temporalia. 39 *nume.* 11

Compromittunt quando partes in aliquos cum facultate vt procedant non ſeruata forma iuris, ſeruata tantum æquitate, & ſine ſtrepitu iudicij, arbitri tales audire debent, quæ partes proponere velint. 33. *nu.* 4

Compromitti poteſt cauſa in iudices delegatos, quæ coram illis agitur, vt eam definiant tanquam arbitri & longe maiori cum ratione, vt tanquam arbitratores aliquid definiant. 39. *nu.* 8

Compromitteretur quando in aliquem vt in arbitrum, nihilque exprimeretur vnde intelligeretur vt procederet non ſeruata iuris forma, illam omnino ſeruare teneretur in procedendo & arbitrando. 33. *nu.* 3

Compromitti non poſſunt res ad aliquam communitatem ſpectantes, vt ad regnum, ciuitatem, &c. 40. *nu.* 3

Cempromittatur ſi in aliquos cum clauſula, vt omnes aut multi, vel vnus eorum cauſam expediat, tunc quilibet eorum ſolus poteſt eam cauſam expedire. 42. *numero* 7

Compromitti non poteſt de cauſa pertinẽti ad libertatem aut ingenuitatem alicuius. 40. *nu.* 2

Compromittitur quando in duos, quorum alter non poteſt eſſe arbiter nec arbitrator, arbitrium aut arbitramentum latum ab altero, qui eſſe poterat arbiter aut arbitrator, eſt nullum. 39. *nu.* 3

Compromittere quando aliqui dicerent ſe in aliquem, vt in arbitrum & in arbitratorem, nihil aliud adijciendo, nec exprimendo modum, quem in procedendo ſeruare deberet, niſi ex circunſtantijs concurrentibus intelligeretur partes eis verbis aliud intendiſſe, relicta eſt ei optio, vt ſeruata iudicij forma vel non ſeruata procederet, prout vellet. 33. *nu.* 2

Compromitti in cauſis criminalibus non poteſt. 40. *nume.* 1

Compromittitur quando in multos tanquam in arbitros, vel tanquam in arbitratores, neque aliud exprimitur, ſtandum eſt plurimorum ſententię: multo magis ſi id in compromiſſo exprimitur. 42. *nu.* 1

Compromitti non poteſt cauſa etiam matrimonij, ad vinculum ipſum matrimonij ſpectans. 40. *nu.* 4

Compromittere poteſt omnis, qui poteſt tranſigere, excipitur circa res ſpirituales, circa quas inualida eſt tranſactio. 40. *nu.* 6

Cõpromittitur quando cauſa ſpiritualis, vt beneficij eccleſiaſtici, de quo duo contendunt, in aliquos, poſſunt arbitri pronunciare, quando cauſam dubiam reperiunt, vt vnus obtineat id beneficium, & ex redditibus certam alteri partem tribuat, quando id non fit in compenſationem iuris illius ſpiritualis, ſed pro bono pacis. 40. *nu.* 7

Compromitti non poſſunt cauſæ ſpirituales in laicos, niſi de licentia Summi Pontificis: at bene in laicum & clericum ſimul. 39. *nu.* 10

Compromittunt quãdo minores requiritur autoritas teſtatoris aut curatoris, prout res fuerint, de quibus compromittunt, vt compromiſſum ſit validum ad effectum obligandi minorem. 40. *nu.* 8

Conditio.

Conditiones, quæ requiruntur ad legem humanam ex Iſidoro. 69. *nu.* 1

Confeſſio.

Confeſſiones audiendi priuilegium aliquibus conceſſum quando lex ſummi Pontificis reuocaret, non cenſetur ea lex ita reuocare tale priuilegium, vt irritas faceret confeſſiones, quas habentes id priuilegium audirent, antequam notitia eius reuocationis ad eos perueniret, vel notitia reuocationis eius tam communiter haberetur in loco, in quo eas audiuit. 70. *nu.* 11

Congregatio.

in Congregationibus hominum religioſorum uitia omnia, quæ alicuius ſunt momenti, prohibita eſſe cenſentur, vt in eis congregationibus pœnis condignis puniantur. 72. *nume.* 3

Conſeruator.

Conſeruatores, qui intelligantur in Concilio Tridentino. 29. *nume.* 8

Conſeruatores ſubdelegare non poſſunt vices ſuas, niſi eis conceſſum expreſſè. 29. *nu.* 5

Conſeruatores per mortem Pontificis qui eos conceſſit, ipſo iure exſpirant quo ad negotia nondum capta: ſecus autem quo ad iam capta. 29. *nu.* 6

Conſeruatorum munus eſt defendere eos, quibus conceduntur, à manifeſtis tantum iniurijs ac uiolentijs. 29. nume. 3
in *Conſeruatores non poßunt deputari, niſi epiſcopi vel obtinentes dignitates aut perſonatus in eccleſiis cathedralibus ac collegiatis, & qui conſeruatores eſſe non poſsint. 29. nu. 3*
Conſeruatores Academiæ Eborenſis, & Conimbricenſis ſunt iudices Ordinarij. 29. nu. 7
Conſeruatores cognoſcere non poſſunt extra ciuitatem, in qua fuerunt deputati, de cauſis ad quas ſunt conſeruatores conceſſi. 29. nu. 4
Conſeruatores iudices ſunt delegati. 29. nu. 1

Conſilium.

Conſilia diuerſa ſunt à legibus & à præceptis. 46. numero 29

Conſtitutio.

Conſtitutio ſi preſsè ſumatur, conſtitutio eſt idem quod lex. 46. nu. 24
Conſtitutiones quædã ſunt inferioribus traditæ, quæ quatenus ex præſcripto eas ferentium ad nullam culpam ſubditos obligant, ut eos magis à peccatis præſeruent, rationem omnino legum non habent, ſed ſolùm ex parte, quatenus verè ſunt ſuorum ſuperiorum, ea in re Dei locum tenentium. 46. nu. 30

Contractus.

Contractus compromiſſi ex parte arbitrorum, ita vt partes audire & ferre arbitrium teneantur, conſenſu & acceptatione eorum completur, Prætorque neminem ad id cogit; at poſtquam ſemel conſentiunt, munuſque acceptant, prætor ſuam interponit authoritatem. 32. numero 5

Controuerſia.

Controuerſia inter Hieronymum & Auguſtinum circa modum ceſſationis legalium, ſed Auguſtini ſententia recipitur, ſcilicet poſt Chriſti mortem etiam Apoſtolos legalia ſeruaſſe. Agitur de controuerſia inter Apoſtolos Petrum & Paulum. 62. nu. 4

Correctio.

Correctio fraterna, quid ſit & ad quarũ virtutũ actum ſpectet. 1. nu. 1
Correctio iudicialis reſpicit peccatum proximi, quatenus cadit in detrimentum alterius, ac boni communis. 1. numero 2

Corrector.

Correctores in Hiſpania eligere ſibi poßunt vicarios, quos Alcades maiores, *tum etiã* Tenientes de corregidores *uocant. 13. nu. 3*
Correctores in Hiſpania quomodo inſtituti. 13. nu. 1

Creatura.

Creaturis mente carentibus peculiares Deus præſcripſit leges libera ſua voluntate, quo ad exequutionem in tẽpore determinatas, quibus naturæ neceſſitate ad particulares ſuos fines diriguntur. 46. nu. 19

Crimen.

Crimina religioſorum, ad ſanctæ inquiſitionis tribunal ſpectantia, punienda ſunt non per ipſorum prælatos, ſed per inquiſitores hæreſeos, aut per epiſcopos. 7. numero 5

Criminales cauſæ.

in *Criminalibus cauſis compromitti non poteſt. 40. numero 1*

Culpa lethalis.

ſub *Culpa lethali tenemur præcepto caritatis Dei ſubuenire, & nos opponere, quando honor Dei periclitaretur coram hominibus. 59. nu. 6*
Obijcitur aduerſus antecedentia argumentnm, quod diſſoluitur. ibid. nu. 7
Duobus modis aliquid dicitur modus actus virtutis alicuius: vnus enim eſt intrinſecus, alter extrinſecus. ibid. numero 8

Curia Summi Pontif.

in *Curia Summi Pontificis ſtatim ac lex aliqua eſt promulgata, obligat omnes de curia, & de prouincia, in qua curia reſidet, tametſi eam ignorantes inuincibiliter excuſentur à culpa, & à pœna trãgreſſionis illius. 70. nume. 8*

D

Decalogus.

Decalogi præcepta ſola maxime negatiua primæ tabulæ diſpenſari non poſſe diuina potentia, at bene præcepta ſecundæ tabulæ, Scotus ait. Sed refellitur nõ nullis. 57. num. 4
ad *Decalogi ſingula pręcepta reducuntur alia per modum additionis. 56. nu. 7*
ex *Decalogi præceptis negatiuis ſecundæ tabulæ ſolum quintum poſſe diſpenſari diuina potentia: Præcepta uero omnia affirmatiua tam primæ quam ſecundæ tabulæ eadem diuina potentia poſſe diſpenſari, Maior ait, ſed refellitur etiam in aliquibus. 57. nu. 5*
Decalogi præcepta omnia non ſolum à Deo diſpẽſari poſſe, ſed etiam Deum præcipere poſſe contraria eis omnibus Oceamus ait. Sed refellitur. 57. nu. 3
Decalogi omnia præcepta nec diuina potentia diſpenſari poſſunt præter tertium, ea ex parte qua cæremoniale ac de iure poſitiuo eſt, ſecundum Diuũ Thomam, Molinam & alios. 57. nu. 6
de *Decalogi præceptorum diſtinctione in ipſis tabulis au ctores diuerſimode ſentiunt. 56. nu. 5*
in *Decalogi præceptis ſecundum aliquos locum habet diſpenſatio diuina ſaltem potentia, idque probatur argumentis. 57. nu. 1*
in *Decalogi præceptis prima principia moralia, ex quibus deducuntur, continentur, tanquam principia in cõcluſionibus ex ipſis deductis. 56. nu. 6*

Denunciatio.

Denunciationes præuias ante matrimonium remittere etiam poteſt vicarius. 10. nu. 13

Diæceſis.

Diæceſes ab alijs Apoſtolis conſtitutæ perſeuerare poterant in modo electionis epiſcoporum, ipſis ab Apoſtolis conſtituto, interim dum aliud cathedra Petri quoad id non ſtatuebat. 4. nu. 4

Deus.

Deus promiſit filijs Iſrael vltra terram promißonis, etiã æternam hæreditatem per Chriſtum uenturum obtinendam, interimque omnes ad inferos deſcenſuros in locum iuſtis deputatum à tormentiſque omnino liberum. 52. nu. 4
Deus beneficia illa, quæ Iudæis contulit, non illis contulit ob merita eorũ, ſed ex ſola ſua miſericordia, atque vt promiſſa ſua Abrahamo, Iſaac, & Iacob impleret, & ex gratuita etiã miſericordia elegit Abraham, vt ex eius ſemine Chriſtus naſceretur. 51. nu. 4
Deus cur Iſraelitico populo præcepta iudicialia dederit. 53. nu. 5

Deus

Deus creaturis mente carentibus præſcripſit peculiares leges libera ſua voluntate, quoad executionem in tempore determinatas, quibus naturæ neceſſitate ad particulares ſuos fines diriguntur. 46. *nu.* 19

Dei lex in ſcripturis ſanctis appellatur volũtas Dei. 46. *nume.* 12

Delegata res.

Delegata res quando dicatur eſſe non integra ad effectũ, vt perpetuata ſit iuriſdictio in delegato neq; eſſe in eo deſinat, eſtò eſſe deſinat in delegante, & alia dubia circa id ipſum. 19. *nu.* 3

Delegatæ cauſæ.

Delegatæ cauſæ ab Apoſtolica ſede audiri non poſſunt niſi in ciuitatibus, aut in locis, vbi copia peritorum haberi poſſit. 25. *nu.* 5

Delegare.

Delegare ut aliquis cauſam aliquam alteri valide poſſit, neceſſe eſt, vt cauſa ſit talis, de qua delegans ipſe cognoſcere poſſet, alioquin delegatio eſſet inualido. 16. *numero* 3

Delegantur cum multæ cauſæ alicui, ſi citatio circa omnes ſit facta, perpetuatur iuriſdictio circa omnes: ſi verò circa vnam tantùm cauſam ſit facta citatio, ſolùm circa illam perpetuatur iuriſdictio. 19. *nu.* 4

Delegantur quando multi ad aliquid abſque alia declaratione, ſi tunc aliquis eorum moriatur re adhuc integra tota delegatio eo ipſo expirat: poſſunt etiam ſinguli ſubdelegare. 14. *nu.* 1

Delegari poſſunt etiam multi iudices ad aliquam cauſam, ſed cum clauſula, vt ſi omnes inter ſe nequiuerint ſaltem duo de ea cognoſcant: tunc ſi vnus intereſſe non poſſit, ſed velit ſubdelegare, non tenetur alter committere ſubdelegatum, ſed poteſt ſolus ad cognitionem cauſæ procedere: vel ſi vnus ex tribus tunc recuſetur, & alter moriatur, tunc niſi defunctus ſubdelegaſſet vices ſuas tertio remanenti minimè impedito, non poſſet vblidè procedere in cauſa, ſed recurrendum tunc eſſet ad primum delegantem. 24. *nu.* 3

Deleget quando cauſam iudex ordinarius, & reſeruet ſibi ſententiam, non aliter poteſt ſibi ſententiam reſeruare niſi ter eam cauſam audiat. 21. *nu.* 7

Delegari multi etiam poſſunt ad aliquid cum clauſula, vt vnus aut multi vel vnus eorum id exequatur: atque tunc quilibet eorũ ſolus poterit id exequi. In his trib. modis ſemper ſtandum eſt ſententiæ maioris partis: quando aliud non diſponitur. 24. *nu.* 4

Delegatur rectè etiam cauſa, ut audiatur in loco, in quo delegans ipſe poterat eam audire, eſtò dum delegat ſit extra locum ſuæ iuriſdictionis. 16. *nu.* 4

Delegauit ſi quis medium cauſæ, tunc in primis neutra partium recuſare poteſt eum ſubdelegatum, niſi iuſta de cauſa. Si de conſenſu partium is ſubdelegatus ſit datus, appellari ex illo non poteſt. 22. *nu.* 2

Delegatus.

Delegatus à Summo Pontifice, vt aliquid inquirat, vel vt eccleſiam de prælato prouideat, quia tunc fidem & induſtriam perſonæ, quam ad id delegat, ad id eligere videtur, talis ſubdelegare non poteſt. 15. *nu.* 3

Delegatus iudicis ordinarij ſubdelegare non poteſt niſi delegatus alicuius ſupremæ poteſtatis. 15. *nu.* 1

Delegatus ſummi Pontificis cogere quemcunque poteſt, vt ſuſcipiat munus ſubdelegati. 16. *nu.* 2

Delegatus Summi Pontificis circa cauſam aliquam, quãdo ſummus Pontifex non relinquit ordinario integrã ſuam iuriſdictionem, quo ad vſum circa eandem cauſam tali, ea delegatione cenſetur auocare & fit ſuperior ordinario. 28. *nu.* 17

Delegatus ob ordinario, ſi delegatus ſit ad vniuerſitatem aliquam cauſarum, licet ſubdelegare non poſſit vniuerſitatem cauſarum, poteſt tamen ſubdelegare hanc vel illam cauſam. 15. *nu.* 4

Delegatus à principe, vt per ſuam perſonam aliquid exequeretur, tunc ſubd elegare non poſſet. 15. *nu.* 2.

Delegatur ſummi Pontificis eſſe non poteſt, niſi conſtitutus in dignitate vel perſonatu, vel canonicus eccleſię cathedralis. 25. *nu.* 4

Delegatus formam ſibi præſcriptam excedere non debet alioquin irritum erit quod contra mandatum ſibi datum fecerit. 25. *nu.* 2

Delegatus iudex de iure Cæſareo recuſari poteſt à litigatoribus ante litem cõteſtatam, præſertim ſuſpectus. 23. *nu.* 1

Delegatus ſi partem cauſæ deleget, reſeruando ſibi alteram, tunc per eam ſubdelegationem non exſpirat in eo iuriſdictio, etiam re non integra. 21. *nu.* 4

Delegatus quando aliquis eſt à ſummo Pontifice, ſi antequam recuſetur, ſubdeleget cauſam in totum, valida eſt talis ſubdelegatio, neque ſubdelegatus poteſt recuſari, niſi ſit ſuſpectus. 23. *nu.* 15

Delegatus ab inferiore à Principe poteſt exequi ſententiam de iure canonico à ſe latam, non ſolum quando id ei fuit à delegante expreſsè commiſſum, ſed etiã quòd cauſa fuit ei commiſſa, niſi delegans ſibi ſententiæ executionem reſeruauerit. 24. *nu.* 5

Delegatus quando non integrè ſubdelegauit, ſed reſeruando ſibi partem iuriſdictionis, appelletur à ſubdelegato appellandum erit ad ſubdelegantem, ſi adhuc viuat & non ad delegantem. 21. *nu.* 6

Delegatus vel ſubdelegat totam cauſam, vt ſibi nihil reſeruet: vel partem cauſæ, reſeruando ſibi partem illius: in priori reaſſumere poteſt ſibi cauſam. Diſput. 21. *nume.* 1

Delegatus quando aliquis lege conſtituitur tunc quandiu illa lex perſeuerat, durat quoque iuriſdictio ea lege cõceſſa. 19. *nu.* 5

Delegatus ſi procedat ex principis commiſſione appellatione poſtpoſita, & nihilominus pars à ſententia aduerſus ipſam latã appellet, à principeq; obtineat, vt iudices alij de appellatione cognoſcant, tunc ſi ſecunda commiſſio ſit ex certa ſcientia, is princeps eo ipſo cenſetur admittere eam appellationem. 22. *nu.* 3

Delegatus ſi totam cauſam delegauit cum hac limitatione; vt ſubdelegatus, antequam ſententiam feret, teneatur ipſum uel alium conſulere, tunc re non integra exſpirat iuriſdictio in ſubdelegante. 21. *nu.* 2

Delegatus ſummi Pontificis maior eſt in cauſa à ſummo Pontifice delegata omnibus alijs: & quæ ſit eius poteſtas. 26. *nu.* 1

Poteſt tum per ordinarium loci etiam ad id illum compellendo, tum etiam per ſe ipſum executioni mandare ſententiam à ſe latam. ibid. nu. 2

Ad executionem ſuæ ſententiæ inuocare poteſt auxiliũ brachij ſæcularis. ibid. nu. 3

Delegatus cuiuſcunque Principis poteſt per ſe etiam executioni mandare ſententiam à ſe latam. 26. *nu.* 4

Delegatus ab inferiori à Principe in iure ciuili nõ poteſt exequi ſententiam à ſe latam; ſed executio ad iudicem ordinarium delegantem ſpectat. 26. *nu.* 6

Dele-

Delegatus quandò integre cauſam ſubdelegauit, ſi à ſubdelegato appelletur, erit appellandum, non ad ſubdelegantem, ſed ad primum delegantem. 21. nu. 5

Delegatus quando ab ordinario eſſet cęperit æqualis aut maioris poteſtatis in eodem tribunali cum delegante, tunc expirat delegatio in tali delegato. 21. nu. 3

Delegati iuriſdictio morte eam concedentis, aut aliter in eo iuriſdictione expirante, re integra in delegato exſpirat, niſi quoad aliquam gratiam factam deputati ſint iudices aliqui executores illius. 20. nu. 1

Delegati à ſede Apoſtolica nullum præcipere poſſunt vocari ad ferendum teſtimonium circa cauſam ipſis delegatam, niſi quando conditio cauſæ id exegerit. 25. numero 9

Delegati ſi tres eßent ad eandem cauſam à Principe, & duo ſubdelegarent duos alios in parte, qui cum tertio collega immediatò à Principe procederent, tunc non eſt appellandum ad duos ſubdelegantes, ſed ad Principem delegantem. 24. nu. 2

Diſpenſare.

inter Diſpenſare in lege, abrogare legem, irritare legem, & interpretari legem, diſcrimen. 57. nu. 1

Dominium.

Dominium aliquod temporale quando donatum eſt eccleſiis particularibus, tum in cauſis ciuilibus & criminalibus non eſt appellandum ad Principem regni, ſed ad ſuperiores poteſtates eccleſiæ: niſi dominium donatum ſit cum reſeruatione mixti ac meri imperij primi gradus apud principem ſæcularem. 6. nu. 6

E

Eccleſia.

in Eccleſia arbitrium fieri non poteſt, nec in ea poteſt alius iudex iudicare. 44. nu. 4

Eccleſiæ tota iuriſdictio ampliori quodam modo reſidet in Pontifice ſummo, quàm iuriſdictio tota ciuilis reſidet in Rege. 4. nu. 8

Eccleſiaſtici.

Eccleſiaſtici compromittere poſſunt in laicum, etiam ſine facultate ſuperioris in eis quæ ſunt temporalia. 39. numero 11

Eccleſiaſtica poteſtas.

Eccleſiaſticas inter poteſtates ſunt etiam poteſtates ordinariæ: item in religionibus. 8. nu. 6

Emologatio.

Emologatio ſi ſecuta fuerit ſententiæ arbitrorum tacita ſolùm lapſu decem dierum, in quibus ab ea non fuit reclamatum, tunc integrum eſt damnato ea ſententia ſoluere pœnam, eaque ſolutione non ſtare arbitrorum ſententiæ, & impedire eius executionem. 35. nu. 12

Epiſcopus.

Epiſcopus non poteſt Parochos iuriſdictione in ſuos parochianos priuare. 4. nu. 11

Epiſcopus in ſua diœceſi integram habet iuriſdictionem ſub ſummo Pontifice. 4. nu. 10

Epiſcopus licèt diceret, Conſtituo te Vicarium meum vniuerſalem cum poteſtate & facultate, vt omnia loco mei efficere poſſis, quæ ego poßum, etiam ſi talia ſint, quæ ſpeciale requirant mandatum, non conſequitur ille ui ſolius clauſulæ illius generalis poteſtatem ad quicquam eorum efficiendum, quæ ſpeciale requirunt mandatum. 10. nu. 9

Epiſcopus ſine inquiſitore & inquiſitor ſine epiſcopo procedere non poſſunt ad includendum aliquem in duriori carcere, qui magis deſeruire videatur ad pœnam, & afflictionem, quàm ad debitam eius rei cuſtodiã. 28. numero 12

Epiſcopo vt conuenit litteras dimiſſorias concedere ſubditis, vt ab alijs epiſcopis ordines ſuſcipere poſſunt: ſic idem conuenit capitulo ſede vacante. 11. nu. 4

Epiſcopi & legati Apoſtolici in eccleſiaſtico foro ea omnia habent, quæ ſunt imperij, præterquam in primo gradu meri ac mixti imperij. 7. nume. 1

Epiſcopi in ſua diœceſi poſſunt vel per ſe vel per vicarium generalem iudicare, & quamcunque aliam iuriſdictionem exercere in quacunque diœceſeos parte: eo quòd ſic in ſua diœceſi habent ordinariam poteſtatem: Archiepiſcopus verò non niſi in ſua ciuitate, vel in alio loco vnde fuit appellatum. 10. nu. 11

Epiſcopi ſine inquiſitoribus & inquiſitores ſine Epiſcopo procedere de iure communi poſſunt aduerſus hæreticos, eos inquirendo, in ius illos vocando, & alia efficere. 28. nu. 11

Epiſcopis num derogatum ſit hodie quoad facultatem abſoluendi in foro conſcientiæ à crimine hæreſeos occulto, & ab alijs criminibus de cęna Domini à Tridentino concilio conceßum. 18. nu. 2

Epiſcopis in ſuis diœceſibus à ſede Apoſtolica eſt conceſſum, procedere in crimina hæreſeos aduerſus ab ipſis exemptos, auctoritate ſummi Pontificis. Diſput. 28. num. 3

ad Epiſcopos ſpectat curare, vt ſubditi in ſana doctrina inſtituantur, vt in hæreticos inquiratur, ac proinde ſunt iudices ordinarij. 28. nu. 2

Epiſcopos & parochos cum de iure diuino ſit eſſe in eccleſia, non poteſt Pontifice efficere, vt nulli omnino Epiſcopi vel parochi ſint. 4. nu. 9

Epiſcopos contra hęreticos neque priuati inquiſitores neque etiam generalis inquiſitor procedere poſſunt, nec inquirere, niſi horum aliquid eis expreſsè à Pontifice concedatur. 28. nu. 19

Epiſcopalis ſedes.

Epiſcopali ſede vacante iuriſdictio tranſit ad Capitulum cathedralis eccleſiæ, niſi Pontifex de alio prouideat. Vel poteſt Capitulum aliquem vicarium generalem conſtituere. 11. nu. 1

Euangelium.

Euangelium Chriſti non eſſe Euangelium, ſed futurum eſſe adhuc euangelium Spiritus ſancti, quaſi lex alia poſterior futura, refellitur. 64. nu. 5

Excommunicatio.

Excommunicatio delegantis, ſi res non ſit integra, non impedit iuriſdictionem delegati, ſiue delegatio fuerit facta in totum, ſiue in parte. 23. nu. 19.

ſub Excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda qui iuſſus eſt aliquid intra certum tempus ſoluere aut aliud efficere, licet à peccato ab excommunicationis pęna excuſetur, ſi per impotentiam id non poſſit ſoluere, eandem pœnam excommunicationis incurrit, ſi poſtea pendente eodem pręcepto id non impleat, cum primum implere illud potuit. 45. nu. 4

Excommunicatus.

Excommunicatus non poteſt itidem eſſe arbiter, nec arbitrator. 39. nu. 6

Executor.

Executores quando in litteris Apoſtolicis conceduntur cum clauſula, vt quando & quoties opus fuerit eas pu-

publicari efficiant, &c. tunc ſanè etiam anno elapſo poſtquam tales litteræ executioni ſint mandatæ, non ceſſat eorum executorum iuriſdictio. 27. nu. 2

F

Facultas.

Facultas ſi alicui concedatur aliquid faciendi, vt gratia ac priuilegium eius, cui talis facultas conceditur, tunc morte concedentis re integra non exſpirat ea gratia. Si verò alicui concedatur facultas, non vt gratia eius, cui talis facultas conceditur, ſed vt gratia, quæ per eum alijs fiat in futurum, tunc morte concedentis ea gratia re integra non exſpirat. 20. nu. 3

Falſitas.

Falſitas opinionis eius oſtenditur, quæ dicit legem non obligare eos, qui à culpa tranſgreſſionis, illius ignorantia inuincibili, quod promulgata ſit, excuſantur. 70. numero 3

Fœdus.

Fędus & pactum veteris legis, cur potius fœdus & pactum nominatum fuerit, aut promiſſio Abrahamo facta, quam Teſtamentum: & tempore legis gratiæ Teſtamentum. 52. nu. 6

Fędus & pactum quod inter Deum & populum Iſraeliticum pactum in nouo Teſtamento, vocatur Teſtamentum, & diſtinguuntur duo teſtamenta, nouum & vetus. De nomine Teſtamenti varie diſputatur: aſſeritur epiſtola Pauli ad Hebræos contra Lutherum, & Eraſmum eſſe canonica. 52. nu. 3

Frequenter.

Frequenter fit, vt id quod ſine alijs circunſtantijs in ſe ſpectatum eſt de iure naturali, accedente circumſtantia aliqua non ſit de iure naturali; imo contrarium ſit de iure naturali. ibid. nu. 3

G

Gentium ius.

Gentium ius preſſe ſumptum, nō eſt ius naturale, nec comprehendit ſub ſe ius naturale, ſed eſt ius poſitiuum humanum: Verum quando late ſumitur, vt apud Iuriſconſultos, tunc multa ſub ſe comprehendit, quæ ſunt de iure naturali, & multa quæ ſunt de iure poſitiuo humano. 69. nu. 3

Gradus.

Gradus tres eorum quæ ſunt de iure naturali. 49. numero 5

Gradus tres moralium pręceptorum. 55. nu. 2

Gratia.

Gratia quando facta eſt illi, cui facultas aliquid faciendi eſt conceſſa, vt id circa ipſum ab alio fiat, tunc gratia non exſpirat morte concedentis. Si verò gratia ſolum eſt mandatum, vt id circa ipſum in particulari fiat, nō eſt gratia facta, ſed in futurum illi facienda, & ideo re integra exſpirat morte concedentis. 20. nu. 4

Gratia ſi à Summo Pontifice concedatur ſub hac vel ſimili forma; Dum hæc fuerit Sedis Apoſtolicæ voluntas, tunc morte concedentis non exſpirat. 20. nu. 8

Gratia ſi concedatur hac vel ſimili forma; Vſque ad meū beneblacitum, tunc morte concedentis exſpirat, & antea, ſi illam antea reuocauerit. 20. nu. 6

Si abſolutè concedatur, non exſpirat morte concedentis. ibid. nu. 7

Gratia iam facta neque re integra exſpirat, neque per cōſequens poteſtas delegata executornm ad illam ad effectum perducendam; at gratia nondum facta re integra exſpirat. 20. nu. 2

Gratiæ lex cœpit ab eo tempore, quo Deus filiuum ſuum hominem factum in mūdum mittere dignatus eſt. 46. numero 15

Gratiæ lex non fuit tradenda ſtatim à principio mundi, ſed tot ſęculis præcedere debuit lex naturæ & lex ſcripta. 64. nu. 2

in Gratiæ lege Chriſtus de his diſpoſuit, quæ ad gratiam conferendam, & ad illam conſeruandam, quaſi ab eis gratiæ conſeruatio penderet, erant neceſſaria. 67. nu. 1

Gratiæ lex perſeueratura eſt vſque ad finem mundi, nec vlla alia poſt eam futura eſt. 64. nu. 3

Gratiæ lex licet quoad præcepta non iuſtificet, ſacramenta tamen nouæ legis iuſtificant, quod veteris legis ſacramenta non poterant. Gratia vero eſt, quæ in noua lege longe copioſius iuſtificat, quam vnquam antea iuſtificauerit. 64. nu. 1

Gratiam non conferebant cæremonialia præcepta veteris legis, ac proinde non iuſtificabant iuſtificatione, qua quis ex iniuſto fiat iuſtus. 60. nu. 4

H

Hæreditas.

Hæreditas uitæ æternæ, & iuſtificatio ad illam neceſſaria non ſunt ex lege veteri, ſed ex Chriſto eſt hæreditas vitæ eternæ, & iuſtificatio ex meritis Chriſti. 50. nu. 7

Hæreditas vitæ æternæ eſt ex Chriſto, & iuſtificatio ex meritis illius. 50. nu. 7

Hæredi inſtituto ſi non remaneat quarta pars bonorum defuncti, atque ex ignorantia iuris ſoluit legata integra, non poteſt ex illis quod ad eam defuerit repetere. 71. nume. 16

Hæreticus.

Hæretici antiqui legē veterem improbabant, & in Deū & Chriſtum blaſpemi erant. 50. nu. 2

Hæretici aſſerunt non eſſe in eccleſia poteſtatem condendi leges, quæ in conſcientiæ foro obligent: quod ex uarijs locis ſcripturæ oſtenditur. 73. nu. 3

Sed refutantur cum omnibus argumentis, & oſtenditur plenariam eſſe poteſtatem in eccleſia leges condendi, quæ in foro conſcientiæ obligent, idque varijs argumentis. ibid. numero 4

Repetuntur quædam ex antedictis. ibid. nu. 5

Oſtenditur ex ſacra Scriptura obediendum eſſe ſuperioribus ſacerdotibuſque, & eorum poteſtas declaratur. ibid. num. 6

Confutatur idem error hæreticorum ex ſanctis Patribus, & Eccleſiæ traditione. ibid. nu. 7

Refelluntur argumenta, quibus hæretici ſuum errorem aſtruunt. ibid. nu. 8

Humana lex.

Humana lex non prius vim habet obligandi ſubditos, quam promulgata ſit. 70. nu. 1

Humana lex duplex eſt; vna ciuilis, ſupremorum Principum, rerumque publicarum: altera ius Canonicum à Summis Pontificibus Chriſti auctoritate eccleſiæ ad finem ſupernaturalem ac ſpiritualem latum: quæ ambæ à lege Dei incommutabili, & æterna deſcendunt. 46. numero 22

Hu-

Humanæ aut diuinæ leges poſitiuæ efficiunt aliquid ad virtutem aliquam attinere tanquam neceſſarium; & efficiunt contrarium attinere ad vitium contrarium; quæ tamen ſecluſis illis legibus non eo modo ad eam virtutem aut ad id contrarium, vitia attinerent. 48. *numero* 3

I

Ignorantia.

IGnorantia iuris inuincibilis quoniam à pœna excuſat inde efficitur, amentem, infantem, & quemcunque alium vſu rationis perſpicuè carentem, ſi inuincibili ignorantia iuris flagitium aliquod committeret, pro tali delicto in foro exteriori omnino excuſari. 71. *numero* 12

Ignorantia iuris in commodis ſeu compendijs etiam inuincibilis obeſt, ſed non excuſat, nec adiuuat: in damnis verò ignorantia iuris non obeſt, ſed excuſat & adiuuat. 71. *num.* 14

Ignorantia legis alicuius promulgatæ ſufficienter probatur, probato aliquo, quod coniunctum moraliter eſſe non potuit cum ſcientia eius legis, aut cum negligentia culpabili illam ſciendi. 71. *nu.* 5

Ignorantia legis iuramento tranſgredientis ſufficienter probari poteſt, quo affirmet ignoraſſe ſe talem legem latam fuiſſe: quando ſpectatis circunſtantijs concurrentibus res eſt in ſe dubia, num legem ignorauerit. 71. *num.* 3

ex Ignorantia iuris quando quis repudiauerit hæreditatem ad ſe attinentem, aut intra tempus à iure ſtatutũ, vt adeatur, & vt alioquin eo tempore tranſacto ad proxime ſucceſſorem ea hæreditas tranſeat, illam non adiuit; tunc eo ipſo tranſit hæreditas illa ad proximum ſucceſſorem, nec ei ſubuenitur: ſecus autem ſi ex ignorantia facti illam repudiauit, vel non adiuit. 71. *num.* 17

Ignorantia legis tunc excuſat à culpa & à pœna, ſi loquamur de lege promulgata quidem, ſed antequam præſumatur deueniſſe notitiam illius ad homines communiter eius loci, in quo aliquis prætendit habuiſſe illius ignorantiam, habita ratione temporis, à quo fuit primo promulgata, &c. 71. *num.* 2

Ignorantia iuris in foro externo non præſumitur, maximè quæ craſſa non ſit, quæque à culpa & à pœna excuſet, ita vt niſi ſufficienter ignorantia inuincibilis iuris probetur, pœna tranſgredientibus legem ſtatuta non euadatur. 71. *nu.* 10

Refellitur opinio Nauarri dicentis, eum, qui bona fide & probabili ignorantia contractum celebrauit vſurariũ, non teneri ad reſtitutionem eius, quod in eo contractu vltra ſortem, adeoque tanquam veram vſuram in ſe ſed non exiſtimatione celebrantis eum contractum, accipit, modo non excedat id quod lucraturus fuiſſet iuſto alio contractu, ſi ab hoc abſtinuiſſet. ibid. *numero* 11

Ignorantia legis, loquendo in foro conſcientiæ ſi verè ſit inuincibilis, tunc ignorantia legis vſu receptæ ab omni culpa & à tota pœna tranſgredientibus eam legem excuſat in eodem foro. 71. *nu.* 8

Licèt, quando aliæ pœnæ ſunt ſtatutæ pro aliquo delicto qui id delictum committit, non excuſetur à pœna, eſtò inuincibiliter eam pœnam ignoret eſſe pro eo delicto ſtatutam; qui tamen inuincibiliter ignorat legem eccleſiaſticam, qua aliquid præcipitur ſub pœna excommunicationis, non incurrit excommunicationem illam licèt id quod ſub ea pœna prohibetur, malum alioquin in ſe ſit. 71. *nu.* 9

Imperfectio.

Imperfectio legis veteris comparatione nouæ in eo eſt poſita, quod nouam adumbrabat, & ad illam, tanquam ad longe perfectiorem diſponebat. 50. *nu.* 6

Imperium.

Imperium merum, quid ſit, & quid ſit imperium mixtum. 5. *num.* 5

Imperij meri ſex ſunt gradus; primus vocatur imperium merum maximum, ſecundus maius, tertius magnum quartus paruum, quintus minus, ſextus minimum. 6. *nume.* 1

in Imperio mixto ſunt etiam ſex gradus, & ſex in iuriſdictione preſsè ſumpta. 6. *nu.* 2

Imperium, quo leges ita intellectu per politicam prudentiam fabricatæ ſubditis imperantur, eſt vlterior actus intellectus ab eadem prudẽtia vlterius elicitus, in quo ratio legis conſiſtat. 46. *nu.* 10

Impubes.

Impubes aut infans neque compromiſſum, neque alium tractatum valide celebrare poteſt. 40. *nu.* 9

Infans.

Infans aut impubes neque compromiſſum neque alium tractatum validè celebrare poteſt. 40. *nu.* 9

Inquiſitio.

de Inquiſitione Hiſpanica in particulari agitur latius, & quid ea peculiare habeat. 28. *nu.* 13

Inquiſitor.

Inquiſitor perpetuus generalis, qui à Rege eligitur, & à Pontifice confirmatur, habet iuriſdictionem delegatã inſtar ordinariæ, & in multis cum illa conuenientem. 28. *num.* 6

Inquiſitores fidei tam ſupremus quam inferiores immediate habent ſua poteſtatem à Summo Pontifice. 28. *numero* 5

Inquiſitores cum delegati à Summo Pontifice ſint, ſubdelegare vnum aut multos poſſunt, qui vel ſimul coniunctim procedant in iiſdem cauſis vel diuiſim in diſtinctis locis ſui diſtricti; etiam creare poſſunt vicarios. 28. *nu.* 8

Inquiſitores & ordinarij quando in aliquo diſcordant, tunc de iure communi cauſa ab inquiſitoribus & ordinario bene inſtructa remitti debet ad ſummum Pontificem. Secus in Hiſpanijs. 28. *nu.* 14

Inquiſitores multi de iure communi quando conſtituti ſunt in eodem diſtricto, ſimul ac diuiſim procedere poſſunt contra eos, ad quos iuriſdictio eorum ſe extendit. 28. *nume.* 9

tam Inquiſitores quàm ordinarij iuriſdictionem habent, non ſolum in clericos ſæculares, ſed etiam in quoſcunque religioſos, vt contra eos procedant ac eos puniant, quando de fidei negotio agitur. 28. *nu.* 18

Inquiſitorum quando vnus hæreticus reperiretur, epiſcopus aut alius inquiſitor poteſt aduerſus eum procedere, eumque comprehendere. 28. *nu.* 21

Inquiſitoribus exiſtentibus in eadem prouincia, ſi Summus Pontifex cauſam aliquam fidei alicui particulariter deleget, vt de ea cognoſcat, tunc cenſetur ea cauſa ad Summum Pontificem auocata; nec proinde poſſunt illi alij inquiſitores de ea cognoſcere. 28. *numero* 10

In-

Inſtinctus.

Inſtinctus, vires, totumque hoc corporeum vniuerſum Deus mire ſua prouidentia ordinat, leges quoque ad id à Deo illis ſtatutæ dicuntur.46.nu.20

Irritare.

inter Irritare legem, abrogare legem, diſpenſare in lege, & interpretari legem, diſcrimen. 57.nu.2

Oceamus ait præcepta omnia decalogi non ſolùm diſpẽſari à Deo poſſe: ſed etiam Deum præcipere poſſe cõtraria eis omnibus præceptis, ſed refellitur. 57. numero 3

Scotus ait ſola præcepta maximè negatiua primæ tabulæ diſpenſari diuina potentia non poſſe, at bene præcepta ſecundæ tabulæ, ſed refellitur in nonnullis. ibid. numero 4

Maior ait, ex præceptis negatiuis ſecundæ tabulæ ſolum quintum poſſe diuina potentia diſpenſari: præcepta vero omnia affirmatiua, tam primæ quam ſecundæ tabulæ, eadem diuina potentia poſſe diſpenſari, ſed refellitur etiam in aliquibus. ibid.nu.5

Secundum Diuum Thomam, & plures alios, & ſecundum Molinam, omnia præcepta decalogi nec diuina potentia diſpenſari poſſunt præter tertium, ea ex parte qua cæremoniale ac de iure poſitiuo eſt. ibid. nume. 6

Reijciuntur argumenta, quæ oſtenderant præcepta decalogi poſſe diſpenſari, diuina ſaltem potentia, & excuſantur exempla, quæ in rei confirmationem allata fuerant. ibid.nu.7

Iudæus.

Iudæi maius beneficium acceperunt, & maiora auxilia fuerunt eis collata ad illam implẽdam veterem legem meritis Chriſti, cuius fidem expreßius profitebantur, quam in lege naturæ fieret: & alia eorum priuilegia. 51.nu.2

Iudæi acceperunt maius beneficium, & maiora auxilia fuerunt eis collata ad illam implendam meritis Chriſti, cuius fidem expreſſius profitebantur, quam in lege naturæ fieret, & alia eorum priuilegia. 51.nu.2

Iudæi tenebantur legem totam ſcriptam ſeruare, quam circumciſione fuerant profeßi; neque ſynagogam deſerere poterant, & ita tranſire ad legem naturæ. Gentibus verò integrum erat ad legem ſcriptam tranſire, eamque profiteri ſeipſos circumcidendo. 51. numero 3

Iudæis legalium obſeruatio poſt mortem Chriſti mortifera reddita fuit.70.nu.2.b

Iudæis Deus vltra terram promiſſionis, etiam æternam hæreditatem per Chriſtum venturum obtinendã promiſit; interimque omnes ad inferos deſcenſuros in locum iuſtis deputatum, à tormentiſque omnino liberum.52.num.4

Iudæorum lex grauior & maior fuit quam Gentium.51. nume. 1

Iudex.

Iudex aut arbiter nullus poteſt eſſe in cauſa propria, ſed bene arbitrator. 39.nu.9

Iudex recuſatus poteſt arbitros inter ſe diſcordantes vel tardantes cogere, vt perficiant rem ad quam arbitri conſtituti ſunt, & poteſt certum temporis terminum illis præſcribere, intra quem rem totam teneantur abſoluere.23.nu.13

Iudex ordinarius, quid ſit. 8.num.2

Iudex ordinarius de iure ciuili communi non ſolum non poteſt cogere partes, quæ coram ipſo circa id litigant, vt in ipſum circa eandem cauſam compromittant, qui vt iudex arbiter illam definiat, ſed etiam quamuis partes ſua ſponte compromittere eo modo in illum vellent, inualidum eſſet compromiſſum. 39.nu.7

Iudex delegatus, vt quis poßit eſſe impletum habere debet vigeſimum ſuæ ætatis annum. 25.nu.3

Iudex latiſſimè ſumptus quomodo diuidatur. 8.nu.1

Iudex ordinarius & delegatus in Hiſpania non deſinũt eße iudices in cauſa circa quam recuſantur, ſed in cauſis ciuilibus adſumunt adiunctum quem ipſi eligunt; in criminalibus verò quos lex illis præſcribit.23.numero 5

Iudex delegatus oſtendere debet ſe habere eam delegatam iuriſdictionem, alioquin nullus tenetur ei parere, etiam in executione latæ à ſe ſententiæ. 25.nu.1

Iudex recuſatus, expreſſa coram illo cauſa recuſationis, non ſolùm iuriſdictionem minimè ſuſpectam habet, ſed etiam eam impeditam non habet ad compellendos arbitros electos, vt id munus ſuſcipiant. 23. numero 9

Iudex quando eſt recuſatus, oblata illi cauſa recuſationis, & proceſſit nihilominus vlterius, non interpoſita appellatione à recuſante ob id grauamen, tunc inualidus eſt proceſſus ab eo iudice poſt eam recuſationem factus. 23.num.7

Iudicis officium nobile quid ſit. 5.num.4

Iudex ordinarius quãdo recuſatur, poteſt cauſam etiam alteri delegare. 23.nu.17

Iudex ordinarius quando recuſatur, tunc eligat arbitros, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant. 23.nu.6

Iudicis officium mercenarium quid ſit. 5.nu.3

Iudicem delegatum, vt ſibi ſuſpectum, qui recuſat, neceſſe non habet de iure ciuili cauſam proferre, ob quam ſuſpectum eum habeat, & multo minus eam probare, ſed ſatis eſt aſſerere, ſe habere illum ſuſpectum. 23. nume. 2

à Iudice ordinario cui merum ac mixtum imperium cõpetit, quando ob neceſſitatem morbi aut iuſtæ abſentiæ ſubſtitutus eligitur, qui ad tempus tanquam iudex ordinarius ibidem iudicet, tunc reliqua poteſt exequi præter pœnam mortis.13.nu.6

Iudices variè à dominis oppidorum creantur, vt fuerit illis conceſſum, vtque fuerint oppida, quorum ſunt domini, atque vt vſu id obtinuerunt.12.nu.2

Iudices ordinarij ſunt, qui inter aliquos alicuius profeſſionis ab eis, qui eius profeßionis ſunt, eliguntur, vt de ijs rebus præcipuè iudicent, quæ ad eam profeßionem ſpectant: id tamen fieri non poteſt abſque ſpeciali Regis mandato aut approbatione.8.nu.4

Iudices ordinarij ſi diſcordent & pares ſint, quibuſdam reum abſoluentibus, quibuſdam condemnantibus, ſtatur ſententiæ abſoluentium. 24.nu.7

Iudices delegati quod ſi diſcordent in ſententia, & pares ſint, neutra ſententia præualet, ſed recurritur ad delegantem: ſecus porrò in iudicibus ordinarijs.24. numero 6

Iudices ordinarij delegare poſſunt; at delegatus ſubdelegare non poteſt, niſi delegatus alicuius ſupremæ poteſtatis. 15. num. 1

Iudices ſi ab anteceſſore in maioratu erant creati, non in diutius tẽpus, quàm in conſuetum, tunc morte anteceſſoris in maioratu non expirant eorum munera, neque amoueri poſſunt à ſucceſſore, ſine iuſta cauſa.12.nu.5

Iudi-

Iudices & poteſtates ordinariæ ſunt etiam non ſolùm ſuprema, a qua aliæ deriuantur, ſed etiam quæ à ſuprema deriuantur: modò tamē ex proprio munere ad id creato iuriſdictionem exerceant. 8. nu. 3

Iudices conſtituti eorum populorum ab anteceſſore in maioratu vtrum ordinarij ſint, an delegati. Diſput. 12. numero 3

At diſtinguere oportet in iudicibus & alijs miniſtris creatis ab anteceſſore in maioratu ratione dominij iuriſdictionis maioratus. ibid. nu. 4

Iudices aliqui quando ab ijs ſunt conſtituti, quin principes non ſunt, ſupremæve poteſtates, tunc ſi quis ex tacito vel expreſſo legis conſenſu aut principis committat alicui vices ſuas, iudicem quidem efficit ordinarium, ſuum tamen uicarium. 14. nu. 4

in Iudices delegatos compromitti poteſt cauſa, quæ coram illis agitur, vt eam definiant tanquam arbitri, & longè maiori cum ratione, vt tanquam arbitratores aliquid definiant. 39. nu. 8

Iudices circa vnam & eandem rem pro altera tantum parte litigantium ferre debent ſententiam. 31. numero 4

Iudicibus ſecularibus nefas eſt creare vicarios generales, qui iudices ordinarij ſecum ſint, ex eodemque tribunali loco ipſorum iudicent: niſi in caſu neceſſitatis. 13. nu. 2

Iudicium.

Iudicij formam arbiter debet ſeruare, quam iudices ordinarij ſeruant, niſi quatenus ei aliquid aut aliqua de illa remiſſa fuerint. 44. nu. 2

Iudicialia præcepta.

Iudicialia præcepta cur Deus Iſraelitico populo dederit. 53. nu. 5

Iudicialia præcepta veteris legis in quatuor partes diſtinguuntur, iuxta quadruplicem ordinem, qui in repub. cernitur. 63. nu. 3

Iudicialia omnia præcepta ſpectantia præcipuè ad regimen reipubl. licet Chriſti morte ceſſarint, nō prohibet aliqua horum vel in eccleſia Chriſtiana vel in rebus publicis ſeruari, non quidem tanquam præcepta in veteri lege, ſed tanquam congrua in ſe vt ſeruari poſſint. 63. nu. 2

Iurare.

Iurare poſſunt arbitratores, ſe verum arbitramentum laturos, & partes confirmare compromiſſum in arbitratorem: præſertim ſi arbitratores miniſtri publici ſint. 38. nume. 10

Iuriſconſulti.

Iuriſconſulti multi cenſent de ratione & ſubſtantia legis eſſe, vt ſit ſcripta: quòd lex ſit à legendo dicta, at melior multorum ſententia aſſerentium non eſſe de eſſentia legis vt ſit ſcripta, tametſi ante publicationem redigi in ſcriptis ſoleat, vt melius de illa conſtet. 71. n. 1

Iuriſdictio.

Iuriſdictio ordinaria non expirat morte eius, qui illam conceſſit, aut aliter expirante iuriſdictione in concedente, etiamſi is, cui collata fuit, nihil illius exercuerit. 19. nume. 1

Iuriſdictio tota regni Hiſpaniæ eſt in Rege, & à Rege in alios deriuatur. Si tamen caſu ita regnum vacaret, vt nullus ſuperſtes eſſet, qui ius ea via ad regnum haberet, tunc totum ius ad ipſam remp. deuoluitur; vel etiam ſi Rex in tyrannidem declinaret, vel aliquid Reip. non expediens moliretur. 3. nu. 2

Iuriſdictio tota Eccleſiæ eſt in ſummo Pontifice, ab eoque in alias deriuatur Eccleſiaſticas poteſtates. 4. numero 1

Quædam Pontificiæ poteſtatis exempla. ibidem numero 2

Iuriſdictio delegata, cum non radicetur in delegato, expirat in delegato, ſi delegans re adhuc integra moriatur, aut quauis alia ratione amittat iuriſdictionem. 19. nume. 2

Iuriſdictio arbitrorum eſt extraordinaria à lege introducta ad particularia aliqua cognoſcenda. Diſput. 23. numero 11

Iuriſdictio tota eſt de iure communi in ſupremo Principe. 3. nume. 4

Iuriſdictio tota reip. Luſitanæ reſidet in Rege Luſitano. 3. nume. 5

Iuriſdictio externa diuiſa eſt in imperium, & in iuriſdictionem preſſè ſumptam: imperium rurſum in merum imperium & in mixtum. 5. nu. 1

Imperium quid ſit, & quid ſit iuriſdictio preſſe ſumpta. 5. nume. 2

Iudicis officium mercenarium quid ſit. Diſputat. 5. numero 3

Iuriſdictio quid ſit vnde deriuetur ipſum nomen iuriſdictio: à iuriſdictione publicę poteſtates formaliter habent, quod ſint publicæ poteſtates. 2. nu. 1

Iuriſdictio tota eccleſiæ ampliori quodam modo reſidet in Pontifice Summo, quam iuriſdictio tota ciuilis reſidet in Rege. 4. nu. 8

Iuriſdictio quæ Regum donatione eſt in alijs, à Regibus deriuatur. 3. nume. 3

Iuriſdictio vniuerſa ſede vacante, epiſcopi ad Capitulum deuoluitur, exceptis euentibus particularibus quo ad quos fuerit iure expreſſum, iuriſdictionem ad illū non deuoluit. 11. nu. 3

Iuriſdictionis plenior definitio, quæ omnes nēpe eius partes complectitur. 2. nu. 5

Iuriſdictionis nomine quoad actum illius, comprehenditur non ſolum iudicium, & ferre ſententiam in ſubditos, ſed etiā leges condere, publicos miniſtros creare, vt iudices, tabelliones, ſententias exequutioni mandare, & alia eiuſmodi. 2. nu. 4

Iuriſdictionis poteſtas, & poteſtas ordinis quomodo differant. 2. nume. 2

Iuriſdictione Correctorum ceſſante ceſſat etiam iuriſdictio vicariorum, aliquando tamen interim dum Rex certior redditur, rata ſunt ea quæ ſtatuit vicarius. 13. numero 4

Ius.

Ius gentium preſſè ſumptum non eſt ius naturale, nec comprehendit ſub ſe ius naturale, ſed eſt ius poſitiuū humanum: ſed quādo latè ſumitur, vt apud Iuriſconſultos, tunc multa comprehendit ſub ſe, quæ ſunt de iure naturali, & multa quæ ſunt de iure poſitiuo humano. 69. nume. 3

circa Iuris naturalis nonnulla etiam viri docti & timorati errant, idque varijs ex cauſis. 49. n. 2

Ius naturale, tam obiectiuè ſumptum, quàm ſumptum pro lege naturali, eſt ſimpliciter idem apud omnes. 49. nume. 1

Sæpe fit, vt multa, quæ in ſe ſunt iuris naturalis, non ſolum à multis ignorentur, verum vt etiam circa aliqua docti, & timorati errent, idque varijs ex cauſis. ibid. nume. 2

Frequenter fit, vt id quod ſine alijs circunſtantijs inſpectatum eſt de iure naturali, accedente circunſtantia aliqua non ſit de iure naturali, imò contrarium ſit de iure naturali. ibid. nu. 3

Iuris arbitri qui ſint. 31. nu. 2

Iuris ignorantia.

Iuris ignorantia in commodis ſeu compendijs etiam inuincibilis obeſt, ſed non excuſat, nec adiuuat: in damnis vero ignorantia iuris non obeſt, ſed excuſat & adiuuat. 71. nu. 14

ex Iuris ignorantia quando quis repudiauerit hæreditatem ad ſe attinentem, aut intra tempus à iure ſtatutũ, vt adeatur, & vt alioquin eo tempore tranſacto ad proximè ſucceſſorem ea hæreditas tranſeat, illam non adiuit, tunc eo ipſo tranſit hæreditas illa ad proximum ſucceſſorem, nec ei ſubuenitur: ſecus autem ſi ex ignorantia facti illam repudiauit vel non adiuit. 71. nume. 17

Iuris ignorantia inuincibilis quoniam à pœna excuſat, inde efficitur, amentem, infantem, & quemcunq; aliũ vſu rationis perſpicue carentem, ſi inuincibili ignorãtia iuris flagitium aliquod committeret, pro tali delicto in foro exteriori omnino excuſari. 71. nu. 12

Iuris ignorantia in foro externo non præſumitur, maxime quæ craſſa non ſit, quæque à culpa & à pœna excuſet, ita vt niſi ſufficienter ignorantia inuincibiliter iuris probetur, pœna tranſgredientibus legem ſtatuta non euadatur. 71. nu. 10

Iuſtificatio.

Iuſtificatio duplex eſt per gratiam gratum facientem. 60. numero 1

L

Legatio.

Legatio natorum legatorum ſolum morte ipſorum expirat, aut amiſſione dignitatis, cui id legati munus eſt annexum: legatio verò aliorum legatorũ multis modis. 9. nu. 14

Legatus.

Legatus, interim dum munus ſuum non expirat efficere poteſt ſtatutum perpetuum. 9. nu. 11

Legatus ſi deleget alicui cauſam aliquam ante ſuum diſceſſum, ſi delegatus ante egreſſum legati à prouincia non expediuit citationem circa eam cauſam, expirat poteſtas ipſius delegata, quo ad cauſas. 9. nu. 12

Legatus audire poteſt cauſas in qualibet parte prouinciæ, etiam expediendo in vno loco cauſas alterius ſuæ prouinciæ, & reliqua quæ ad munus ſuam ſpectant. 9. nume. 8

Legati Sedis Apoſtolicæ, cum ſunt iudices, ſunt triplices, quidam legati à latere, alij legati miſſi, alij legati nati. 9. nu. 2

Legati à latere habent iuriſdictionem in exemptos, reliqui non habent. 9. nu. 10

Legati omnes Apoſtolici non ſunt iudices, ij tamen immunes ſeruandi, vt nihil mali aut iniuriæ accipiant, qui verò eos impedit vti legatione ſua, excommunicãtur ipſo facto. 9. nu. 1

ad Legatum quemcunque poteſt appellari, prætermiſſis medijs. 9. nu. 9

Legati cum iudices ſint ordinarij in prouincijs, ad quas mittuntur, concurrunt tãquam iudices ordinarij in ijs prouincijs cũ reliquis illic iudicibus ordinarijs. 9. n. 6

Legati Sedis Apoſtolicæ cum ſunt iudices, computantur inter iudices ordinarios. 9. nu. 3

Diſcrimen inter illa tria genera legatorum. ibid. nu. 4

Legatus Apoſtolicus ea exercere poteſt, quæ ſummus Pontifex, exceptis ijs, quæ ſummo Pontifici reſeruata ſunt. 9. nume. 5

Legiſlator.

Legiſlator quando voluit ut lex ipſius non obligaret ante lapſum certi temporis à puncto promulgationis illius, perſpicuum eſt tunc eam ante id tempus elapſum non obligare: eo quòd lex non maiorẽ vim obligandi habeat, quam legiſlator velit eam habere. 70. nu. 4

Legiſlator quando expreſſit à quo puncto velit ſuam legem obligare, ſtatim ab eo pũcto obligat, etiam ignorantes, tametſi ignorantes inuincibili ignorantia excuſentur, & per conſequens etiam à pœna tranſgreſſionis eius legis. 70. nu. 5

Legiſlator quando non expreſſit tempus à quo lex ſua obligare inciperet, ſi ſit inferior Principe, etiam ſi ſit lex concilij prouincialis, ſtatim à publicatione incipit obligare. 70. nu. 6

Legiſlator quando eſt ſupremus princeps, vel reſp. libera, tunc de iure Cæſareo lex illius non obligat in curia & prouincia, in qua curia reſidet, niſi poſt duos menſes à publicatione illius. 70. nu. 7

Legiſlatores humani rerumpublicarum ſæcularium reſpicientes ius naturæ, gentium, & ciuile, non eas ſolùm condũt leges, quæ ad iuſtitiam virtutem cardinalem ſpectant, ſed etiam eas, quæ ad alias virtutes ſpectant. 46. nume. 8

Lex.

Lex Iudæorum maior & grauior fuit quam Gentium. 51. nume. 1

Lex ſummi Pontificis quãdo reuocaret priuilegium audiendi confeſſiones aliquibus conceſſum, non cenſeretur ea lex ita reuocare tale priuilegium, vt irritas faceret confeſſiones, quas habentes id priuilegium audirent, antequam notitia eius reuocationis ad eos perueniret, vel notitia eius reuocationis iam communiter haberetur eo in loco, in quo eas audiunt. 70. nu. 11

Lex vetus difficilior impletu fuit quàm noua, propter multitudinem præceptorum eius legis, atque ob dolorem circumciſionis. 66. nu. 6

Lex humana non prius vim habet obligandi ſubditos, quam promulgata ſit. 70. nu. 1

Lex naturalis nulla ratione poteſt ab hominum cordibus aboleri, prout eſt potentia intellectus, poteſt tamen aliquando aboleri per obliuionem & contrarium errorem. 49. nu. 6

Lex aliqua ſtatim ac in curia ſummi Pontificis eſt promulgata, obligat omnes de curia, & de prouincia, in qua curia reſidet, tametſi ignorantes eam inuincibiliter excuſentur à culpa & à pœna tranſgreſſionis illius. 70. nu. 8

Lex naturalis vna lex dicitur vnitate finis ac ordinis ad eum finem. 48. nu. 1

Lex vt integram ſuã completam rationem legis comparatione omnium quibus fertur, habeat, neceſſe non eſt promulgationem coram ſingulis fieri, ſed ſatis eſt coram aliquibus toti collectioni ſubditorũ eam legem ferri, ſiue ſolẽniori ſiue minus ſolenni promulgatione, vt omnes eo ipſo aſtringat. 70. nume. 2

Lex gratiæ tradita eſt per filium Dei hominem factum. 50. nume. 8

Lex

Lex noua quoad illa, in quibus cum veteri omnino communicabat, vt quoad præcepta moralia, ſimpliciter in illa continebatur: quoad reliqua continebatur tanquam perfectum in minus perfecto: quoad fidem, continebatur implicitè. 66. nu. 5

Lex vetus bona eſt, licèt fuerit imperfecta comparatione legis gratiæ ac finis vltimi, ad quem vtraque ordinabatur. 50. nu. 5

Lex vetus conuenienter tempore Moyſis data fuit, iuxta diuinæ ordinem prouidentiæ. 52. nu. 1

Lex vetus per angelos Dei miniſtros tradita eſt: at lex gratię per filium Dei, hominem factum. 50. nu. 8

Refelluntur argumenta Manichęorum, quibus probare nitebantur legem ueterem non eſſe bonam. ibid. numero 9

Explicatur quidam locus Ezechielis diuerſimodè, ibi. numero 10

Lex uetus ſolis Iudæis data fuit, lex naturæ Gentibus ſufficiebat: vnde maior & grauior Iudæorum lex, quã Gentium. 51. nu. 1

Lex humana duplex eſt; vna ciuilis ſupremorum Principum rerumque publicarum: altera ius canonicum à ſummis Pontificibus Chriſti authoritate reip. eccleſiaſticæ ad finẽ ſpiritualem ac ſupernaturalem latũ: quæ ambæ à lege Dei incommutabili, & æterna deſcendunt. 46. nu. 22

Lex naturalis quamuis ſit nobis indita quoad vim intellectus, oſtendens nobis bona moralia ſequenda, & mala vitanda; nihilominus poſſumus facilè multa ex illis ignorare, multa alia non certò cognoſcere, quin & in varios errores circa multa incidere. 47. nu. 6

Lex quando ad pœnam incurrendam exigit delinquentem dolum ſeu ſcientiam, vt ſi dicat, Qui ſcienter id fecerit, ſit eo ipſo excommunicatus, tunc ignorantia craſſa & ſupina, etiam ſi iuris ſit, à tali pœna excuſatur. 71. nu. 13

vt Lex aliqua non obligaret ante lapſum certi temporis à puncto promulgationis illius, quando legiſlator voluit, perſpicuum eſt tunc eam ante id tempus elapſum non obligare: eò quod lex non maiorem vim obligandi habeat, quam legiſlator velit eam habere. 70. numero 4

Lex merè humana non deriuatur per conſequentiam neceſſariam à lege naturali: ſed multæ leges humanæ deriuantur à naturalibus per arbitramentum ac diſpoſitionem humanam, non tamen neceſſariam. 68. numero 1

Lex noua legis veteris priorem finem impleuit, per iuſtitiam ſcilicet omnes ad vitam æternam perducendo. 66. nume. 2

Lex naturalis tribus modis ita appellatur. 47. nu. 2

Lex aliqua in regno Caſtellæ & Hiſpaniarum quando promulgatur additur clauſula, quod à trigeſima promulgationis die ſeruanda ſit. 70. nu. 9

Lex noua ac Chriſtus impleuit etiã poſteriorem finem veteris legis, adũbrare ſcilicet ea quæ in noua lege erant futura. 66. nu. 3

Lex noua, & vetus quamuis ad eundem finem vltimum ſempiternæ fælicitatis fuerint ordinatæ, ſimpliciter tamen diuerſæ ſunt, quatenus pro ratione diuerſi ſtatus eccleſiæ tempore legis veteris ac nouæ diuerſa alia præcepta lege vtraque lata ſunt, in ſeque comprehendunt. 65. nu. 1

Opinio aliquorum probantium iuſtos veteris teſtamẽti non fuiſſe verè filios Dei per adoptionem, ſed tantum per figuram. ibid. nu. 2

Sed probabilior opinio, iuſtos veteris teſtamenti ac legis naturæ uerè fuiſſe filios Dei adoptiuos. ibid. numero 3

Refellitur prior opinio negantium, & omnia argumẽta diſſoluuntur. ibid. nu. 4

Lex gratiæ perſeueratura eſt vſque ad finem mũdi, nec vlla alia poſt illam futura eſt. 64. nu. 3

Refutantur hæretici Cataphrygas & Manichæi, qui aſſerebant promiſsionem aduentus Spiritus ſancti nõ fuiſſe Apoſtolis impletam, ſed per Spiritus ſancti aduentum futuram aliam legem. 64. nu. 4

Lex naturalis indita eſt mentibus noſtris naturaliter, quæ triplici ſtatu in nobis ſpectatur: primo eſt facultas ipſa naturalis intellectus nobis indita, ſecundum quam ad imaginem Dei conditi ſumus, quæ appellatur ſynderesis vel conſcientia. 47. nu. 3

Secundus ſtatus eſt, quando iam actu in nobis eſt quoad indicia principiorũ ac concluſionum moralium. ibid. numero 4

Tertius ſtatus eſt, quando manet quoad habitum ex iudicijs actualibus legis naturalis in nobis relictum. ibid. nu. 5.

Lex vel ſumitur pro quacunque ſingulari lege lata ab eo, qui ad id poteſtatem habet, uel pro collectione multarum legum, quæ ad vnum finem ordinantur. 46. numero 23

Lex naturalis eſt propriè & verè lex diuina. 46. numero 14

Lex gratiæ cæpit ab eo tempore, quo Deus filium ſuum hominem factum in mundum mittere dignatus eſt. 46. nu. 15

Lex naturalem mutationem non recipit. 49. nu. 4

Lex Dei in ſcripturis ſanctis appellatur voluntas Dei. *Refelluntur in contrarium oppoſitiones nonnullæ. 46. numero 12*

Lex gratiæ non fuit tradenda ſtatim à principio mundi, nec verbum diuinum ſtatim à mundi principio incarnandum, ſed tot ſæculis præcedere debuit lex naturæ, & lex ſcripta. 64. nu. 2

Lex vetus ceſſauit lege noua adueniente Chriſti: quia erat vmbra nouæ legis. 62. nu. 2

Lex aliqua vt iuſta ſit, ac proinde in foro conſcientiæ obliget, quatuor neceſſaria ſunt. 73. nu. 1

Lex humana ciuilis actus eſt prudentiæ politicæ, vel internus ſi adhuc mente contineatur; vel externus, ſi ſcripta ſit aut voce prolata, concurrente ad id voluntate legislatoris libera. 46. nu. 11

Lex baptiſmi & aliæ leges à Chriſto ante paſſionem latæ ſtatim à morte Chriſti habuerunt uim præcepti, nec ad id fuit neceſſaria alia promulgatio, quam quæ à Chriſto ipſo, dum uiueret, facta illarum fuit. 62. numero 6

Argumẽta quædam in contrarium refelluntur. ibidem numero 7

nomen Lex vnde deriuetur. 46. nu. 2

Lex Dei æterna & incommutabilis quid ſit in ipſomet Deo exiſtens. 46. nu. 15

Lex gratiæ licet quoad præcepta non iuſtificet, ſacramẽta tamen nouæ legis iuſtificant, quod veteris legis ſacramenta non poterant: gratia verò eſt, quæ in lege noua longè copioſius iuſtificat, quam unquam antea iuſtificauerit. 64. nu. 1

Lex quando irritum aliquid ex iuſta cauſa redderet, quod alioquin in ſe erat licitum, & quod reddi irritum redundaret in iniuriam ſubditorum, dum fieret bona mente, eam legem ignorando, tunc ea lex in curia promulgata, non obligat commorantes in alijs prouincijs, quouſque in vnaquaque earum promulgatione communis ſcientia de ea lege habeatur, recipique in vnaquaque ſeu executioni mandari ea lex incipiat. 70.nume.10

Lex vna particularis non poteſt imperare, vetare, permittere, punire; at bene lex, quando multarum legum eſt collectio. 46.nu.25

ex Legis veteris præceptis moralibus Deus tradidit decalogi præcepta, eaque poſtea ſcripſit in duabus tabulis lapideis quas ipſe dolauerat: & confractis tabulis, tradidit Deo Moyſes nouas tabulas. Alia vero præcepta moralia partim tradidit Deus per Moyſem, & partim reliquit ea ſapientibus ex his præceptis deducenda. 56.nu.1

Legis ignorantia iuramento tranſgredientis ſufficienter probari poteſt, quo affirmet ignoraſſe ſe talem legem latam fuiſſe: quando ſpectatis circumſtantijs concurrentibus res eſt in ſe dubia, num legem ignorauerit. 71.nu.3

Legis veteris præcepta de ſpe, fide & caritate reducũtur ad præcepta moralia. 53.nu.7

Legis veteris præceptorum tria ſunt genera, Moralia Cæremonialia & Iudicialia: ac quomodò inter ſe diſtinguantur. 53.nu.2

Legis noua definitio humanæ, ſecundum Caſtrum & D. Tho. Et quomodo eam author noſter definiat. 46.numero 31

Legis veteris cæremonialia præcepta non conferebant gratiam, ac proinde non iuſtificabant iuſtificatione, qua quis ex iniuſto fiat iuſtus. 60.nu.4

Legis de ratione & ſubſtantia eſſe multi iuriſconſulti cenſent, vt ſit ſcripta; quod lex à legendo ſit dicta: at melior multorum ſententia, aſſerentium non eſſe de eſſentia legis vt ſit ſcripta, tametſi ante publicationem in ſcriptis redigi ſoleat, vt melius de illa conſtet. 71.nume.1

Lex à legendo dicta eſt. 71.nu.1

Legis ignorantia, loquendo in foro conſcientiæ, ſi vere ſit inuincibilis, tunc ignorantia legis vſu receptæ ab omni culpa, & à tota pœna tranſgredientibus eam legem excuſat in eodem foro. 71.nu.8

Legis veteris imperfectio comparatione nouæ in eo eſt poſita, quod nouam adumbrabat, & ad illam, tanquã ad longè perfectiorem, diſponebat. 50.nu.6

Legis veteris tempore cur fœdus & pactum potius fœdus & pactum *nominatũ fuerit aut promiſſio Abrahamo facta, quam* Teſtamentum*: & tempore legis gratiæ,* Teſtamentum. *52.nu.6*

Legis alicuius promulgatæ ignorantia probatur ſufficienter probato aliquo quod coniunctum moraliter eſſe non potuit cum ſciẽtia eius legis, aut cum negligentia culpabili illam ſciendi. 71.nu.5

Quamuis, vt quis teneatur ſeruare legem promulgatam, non requiratur ſcientia quòd lata ſit, quæ ſit euidens, requiritur tamẽ notitia illius, quæ à fide dignis ſit habita. 71.nu.6

Legis ignorantia tunc excuſat à culpa & à pœna, ſi loquamur de lege promulgata quidẽ, ſed antequam præſumatur deueniſſe notitiã illius ad homines, communiter illius loci, in quo aliquis prætendit habuiſſe illius ignorantiam, habita ratione temporis, à quo fuit primo promulgata. 71.nu.2

Legis naturalis, legis ſtatus innocentiæ, legis ſtatus naturæ poſt peccatum, legis gratiæ, & legis humanæ diſtinctio. 46.nu.21

Legem veterẽ hæretici antiqui improbabant, & in Deũ & Chriſtum blaſphemi erant. 50.nu.2

Legem promulgatam vt quis teneatur ſeruare, quamuis non requiratur ſcientia, quod lata ſit, quæ ſit euidens: requiritur tamen notitia illius, quæ à fide dignis ſit habita. 71.nu.6

Legem totam ſcriptam tenebantur Iudæi ſeruare, quam circumciſione fuerant profeſſi; neque ſynagogam deſerere poterant, & ita tranſire ad legem naturæ. Gentibus vero integrum erat ad legem ſcriptã tranſire, eamque profiteri ſe ipſos circuncidendo. 51.numero 3

inter Legem irritare, abrogare legem, diſpenſare in lege & interpretari legem, diſcrimen. 57.nu.1

Legem veterẽ hæretici antiqui improbabant & in Deum & Chriſtum blaſphemi erant. 50.nu.2

Legem condere, qua reſp. in commune ipſius bonum gubernetur, ad eos pertinet, quibus à rep. in ſui regiminis conſtitutione, aut poſtea temporis progreſſu fuit conceſſum. 46.nu.3

ad Legem humanam quæ conditiones requiruntur ex Iſidoro. 69.nu.1

Legem totam ſcriptam tenebantur Iudæi ſeruare, quam circumciſione fuerant profeſſi; neque ſynagogã deſerere poterant, & ita tranſire ad legem naturæ. Gentibus vero integrum erat ad legem ſcriptam tranſire, eamque profiteri ſeipſos circumcidendo. 51.nu.3

ad Legem integram ad finem aliquem non ſolùm pertinet dare præcepta obligantia ſub culpa, ſed etiam ad eam attinet dare alia, quæ ad eorum obſeruationẽ poſſunt inducere, & conſilia aliqua quæ ad maiorem perfectionem comparatione finis integri eius legis ſpectant. 53.nu.9

Legem aliquam eſſe promulgatam quando conſtaret attamen eam eſſe talem, de qua merito dubitatur an ſit recipienda vel ſimpliciter vel in aliqua prouincia, non tenẽtur particulares ſtatim ac ſciunt illam eſſe latam, eã ſeruare, ſed poſſunt expectare num recipiatur. 71.nu.7

Legem vltra naturalem tradita fuit homini lex ſupernaturalis, tum in ſtatu innocentiæ, tum etiam poſt lapſum; deinde etiam tradita eſt lex naturalis redacta ad ſummam præceptorum decalogi. 50.nu.1

Legem aliquam, quod quis ſcienter ſit tranſgreſſus, aut certe quod ex ignorantia craſſa eam ſit tranſgreſſus, quando eſt præſumptio plena contra aliquem, tunc non eſt ſatis probatio per iuramentum tranſgreſſoris, vt ea ignorantia cenſeatur ſufficienter probata, quin neque iuramentum cum vno teſte. 71.numero 4

in Lege ueteri expediens fuit bona tẽporalia promittere obſeruantibus præcepta data. 54.nu.1

Oſtenditur ex ſacris litteris quã ampla in bonis temporalibus promittatur remuneratio obſeruãtibus legẽ. ibid.nu.2

in Lege quacunque à Deo lata finis omnium præceptorum in ea locatorum eſt caritas Dei, quæ non eſt ſine proximi caritate. 53.nu.7

in *Lege veteri duo ad rem præſentem ſpectantur, finis ſcilicet legis & præcepta. Finis eſt duplex, vnus cōmunis illi cum lege noua, nempe per iuſtitiam perducere omnes ad vitam æternam. Alter illi peculiaris, adumbrare ſcilicet ea, quæ in lege noua erant futura.* 66.*nu*.1

in *Lege euangelica homines non erant inducendi proſperitate bonorum temporalium, ſed præmio cęleſti, & comminatione interitus ſempiterni.* 54.*nu*.4

in *Lege gratiæ Chriſtus de his diſpoſuit, quæ ad gratiam conferendam & ad illam conſeruandam, quaſi ab eis gratiæ conſeruatio penderet, erant neceſſaria,* 67.*numero* 1

Alia præterea tradidit Chriſtus ad legitimum præceptorum quorundam moralium intellectum, ad conſilia perfectionemque Chriſtianam attinentia.ibid.numero 2

Lege aut priuilegio quando conceditur, vt habens tale munus poſſit nudum aliquod miniſterium exercere, ita quòd id priuilegium ſit illi muneri adiunctum, eo ipſo poterit id delegare, niſi in conceſſione, ne id deleget, expreſſum ſit. 18.*nu*.1

Leges Euangelicæ cæperunt à pūcto mortis Chriſti obligare totum orbem, etiam ante ſolemniorem promulgationem legis Euāgelicæ factam in die Pentecoſtes. 70.*nu*.2.*b*

Leges quotiplicem finem habeant. 46.*nu*.6

*Leges humanæ non prohibent omnia vitia. Diſp.*72.*numero* 1

Nec præcipiunt actus omnium uirtutum. ibidem numero 2

Leges humanæ aut diuinæ poſitiuæ efficiunt aliquid ad uirtutem aliquam attinere tanquam neceſſarium, & efficiunt contrarium attinere ad vitium contrarium, quæ tamen ſecluſis illis legibus non eo modo ad eam virtutem, aut ad id contrarium, vitia attinerent. 48.*nume*.3

Leges naturalis & diuina de ſuſcipiendo baptiſmo & ſimiles vniuerſim omnes aſtringunt, etiam amentes & pueros, ſed ignorantes eas inuincibiliter, quòd rationis vſum non habeant, excuſantur à culpa illas non implendo. 47.*nu*.7

Leges humanæ iniuſtæ ſi tales ſint, quæ ſine culpa ſeruari non poſſint, etiamſi illa venialis ſit, tunc non eſt illis parendum: ſi autem ſunt tales, quæ ſeruari poſſint ſine vlla culpa etiam veniali, tunc licèt non obligent, quia iniuſtæ ſunt, ſi tamen inde magnum malum oriatur, obligatio erit illas ſeruandi ex caritate ad vitandum id malum. 73.*nu*.2

inter *Legis vires etiam connumerandū præmia aliquid efficientibus proponere, & pœnas malefactoribus.* 46.*nume*.27

Leges, ſummi Pontificis, quæ tempus non præſcribunt à quo obligare incipiant, ſtatim à publicatione in curià facta obligant totam eccleſiam: ignorantes tamen eas inuincibiliter excuſantur à culpa & à pœna trāſgreſſionis illarum. 70.*nu*.12

Leges cōdere ad finem ſupernaturalem ad Deum ſolùm ſpectat, ꝑ ſe ipſum immediatè uel per ſuos miniſtros, qui nomine ipſius eas ferunt. Quomodo Deus leges hominibus in ſtatu innocentiæ & poſt perditam innocentiam & legem ſcriptam dederit. 46.*nu*.13

*Leges eis etiam conuenit condere, quos Deus conſtituit Reges aut Rectores reip. alicuius temporalis, quia illi habent iuriſdictionem illam non à republ.ſed à Deo.*46.*nu*.5

Leges præſcribere poteſt deus Optimus Maximus, vt ſupremus Dominus. Item Chriſto vt homini conuenit. Item Pontifici eas leges condere conceditur, quas expedire iudicauerit ad finem ſupernaturalem. 46.*nume*.4

*Leges quædam habent finem naturalem, aliæ finem ſupernaturalem.*46.*nu*.6

*Leges interdum nonnulla permittunt ex rationabili aliqua cauſa, quæ, cum mala in ſe contra ius naturæ ſint, ipſæ tamen nec ea prohibent, nec puniunt, nec punire ſinunt.*46.*nu*.26

*Leges ferre ad naturalem hominis felicitatem & moralem, partim ad Deum tanquam ad naturæ authorem, partim ad ſupremos reip. cuiuſque moderatores ſpectat.*46.*nu*.7

*Legibus melius gubernatur reſpub.quam prudētia præpoſitorum ſine legibus.*68.*nu*.2

*Legibus humanis non præcipiuntur actus omnium virtutum.*72.*nu*.2

Legalis obſeruatio.

*Legalium obſeruatio poſt mortem Chriſti Iudæis mortifera reddita fuit.*70.*nu*.2.*b*

Legalia.

*Legalia poſt ſufficientem Euangelij prædicationem orbi factam licitum nō eſt alicui aliqua ex cauſa ſeruare: nec excuſantur à peccato, qui adhuc ea ſeruant animo ea ut legalia ſeruandi.*62.*nu*.8

Refelluntur argumenta quæ initio Diſputationis allata ſunt in contrariam partem.ibid.nu.9

Libertus.

*Libertus, etiam infamis, ac filius in re patris eſſe poſſunt arbitri & arbitratores.*39.*nu*.2

M

Mahometus.

M*Ahometus multa ex prioribus hæreticis hauſit, qua ſuis erroribus immiſceret.*50.*nu*.3

Manichæi.

*Manichæorum argumēta ex ſacra ſcriptura, quibus probabant veterem legem non eſſe bonam.*50.*nu*.4

Manichæorum argumenta refelluntur, quibus probare nitebantur legem veterem non eſſe bonam. 50.*numero* 9

Matrimonium.

*Matrimonij cauſa, ad vinculum ipſum matrimonij ſpectans compromitti non poteſt.*40.*nu*.4

*Matrimonia clandeſtina irrita fecit Concilium Tridentinum.*70.*nu*.4.*a*

Merum & Mixtum Imperium.

ad *Merum ac mixtum imperium quæ pertinent. ea nec iudicibus ciuitatum competebant, ſed ſolis præſidibus prouinciarum, delegari non poſſunt, ſed ſolum ea quæ iudicibus ordinarijs ciuitatum competebant.* 17.*numero* 1

Refellitur obiectio in contrarium.ibid.nu.2

à *Principe frequenter delegantur cauſæ meri imperij capitales.*17.*nu*.3

Miles.

*Militi ſæculari, ruſticis rudibus, minori viginti quinque annis, mulieribus etiam in certis caſibus ſubuenitur, ſi in aliquo ius ciuile ignorent.*71.*nu*.19

Miniſterium.

Miniſterium aliquod quando conceditur exercere non annectendo id muneri alicui, quaſi id munus ſequatur, tunc is, cui id conceditur, non poteſt delegare vſum eius miniſterij alicui alteri. 18.*nu.*3

Minor.

Minor viginti annis non poteſt eſſe arbiter, nec mutus, nec ſurdus, aut ſeruus: nec ſeruus fieri poteſt arbitrator. 39.*nu.*1

Minores quando compromittunt, requiritur auctoritas teſtatoris aut curatoris, prout res fuerint, de quibus compromittitur, vt compromiſſum ſit validũ ad effectum obligandi minorem. 40.*nu.*8

Moralia.

Moralia præcepta ad legem naturæ pertinent. 55.*nu.*1

Moralia præcepta ſe extendunt ad actus omnium virtutum. 55.*nu.*3

Moralium præceptorum tres gradus. 55.*nu.*2

ex Moralibus ueteris legis præceptis Deus tradidit decalogi præcepta, eaque poſtea ſcripſit in duabus tabulis lapideis, quas ipſe dolauerat: & confractis tabulis, tradidit Deo Moyſes nouas tabulas. Alia uero pręcepta moralia partim tradidit Deus p Moyſem, & partim reliquit ea alijs ſapientibus ex his præceptis deducenda. 56.*nu.*1

Mulier.

Mulier non poteſt eſſe arbitrix: niſi ratione alicuius dominij. 39.*nu.*4

Mulieribus in certis caſibus ſubuenitur, ſi in aliquo ius ciuile ignorent. 71.*nu.*19

Mutus.

Mutus non poteſt fieri arbiter. 39.*nu.*1

Mutus arbiter eſſe non poteſt. 39.*nu.*1

N

Naturalis & Diuina lex.

Naturalis & diuina leges de ſuſcipiendo baptiſmo, & ſimiles vniuerſim omnes, adſtringunt etiam amentes & pueros; ſed ignorantes ea inuincibiliter, quod rationis vſum non habeant, excuſantur à culpa illas non implendo. 47.*nu.*7

Naturalis lex vna lex dicitur vnitate finis ac ordinis ad eum finem. 48.*nu.*1

Naturalis lex tribus modis ita appellatur. 47.*nu.*2

Naturalis lex indita eſt mentibus noſtris naturaliter, quæ triplici ſtatu in nobis ſpectatur: primo eſt facultas ipſa naturalis intellectus nobis indita, ſecundum quam ad imaginem Dei conditi ſumus, quæ appellatur ſynderesis vel conſcientia. 47.*nu.*3

*Secundus ſtatus eſt, quando iam actu in nobis eſt quoad iudicia principiorum ac concluſionum moralium. ibid.nu.*4

Tertius ſtatus eſt, quando manet quoad habitum ex iudicijs actualibus legis naturalis in nobis relictum. ibi. numero 5

Naturalis legis, legis ſtatus innocentiæ, legis ſtatus naturæ poſt peccatum, legis gratiæ, & legis humanæ diſtinctio. 46.*nu.*21

Naturalis lex quãuis ſit nobis indita quoad vim intellectus, oſtendens nobis bona moralia ſequẽda, & mala vitanda; nihilominus poſſumus facile multa ex illis ignorare, multa alia non certo cognoſcere, quin & in varios errores circa multa incidere. 47.*nu.*6

Naturalis lex eſt proprie & vere lex diuina. 46.*nu.*14

Naturalis lex nulla ratione poteſt ab hominum cordibus aboleri, prout eſt potentia intellectus; poteſt tamen aliquando aboleri per obliuionem & contrarium errorem. 49.*nu.*6

Naturale ius tam obiectiue ſumptum, quam ſumptum pro lege naturali, eſt ſimpliciter idem apud omnes. 49.*nume.*1.

*Sæpe fit, vt multa quæ in ſe ſunt iuris naturalis, non ſolum à multis ignorentur; verum etiam vt circa aliqua docti & timorati errent, idque varijs ex cauſis. ibid.nu.*2

vltra Naturalem legẽ homini tradita fuit lex ſupernaturalis tum in ſtatu innocentiæ, tum etiã poſt lapſum; deinde etiam tradita eſt lex naturalis redacta ad ſummam præceptorum Decalogi. 50.*nu.*1

Nauarrus.

Nauarri opinio refellitur, dicentis, eum qui bona fide & probabili ignorantia contractum celebrauit vſurariũ non teneri ad reſtitutionem eius, quod in eo contractu vltra ſortem, adeoque tanquam veram vſuram in ſe, ſed non exiſtimatione celebrantis eum contractum, accipit; modo non excedat id, quod lucratus fuiſſet iuſto alio contractu, ſi ab hoc abſtinuiſſet. 71.*nu.*11

Nobilis.

Nobiles in Hiſpania, qui iuriſdictionem ſuorum oppidorum habent, habent facultatem creandi iudices, qui loco ipſorum iuriſdictionem exerceant, quæ ad ipſos ſpectat, & cuius ipſi ſint domini. 12.*nu.*1

Nuntius Apoſtolicus.

Nuntios aduerſus Apoſtolicos procedere non poſſunt inquiſitores hæreticæ prauitatis nec ordinarij, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia. Poſſunt tamen inquirere ſeque informare, vt Pontificem certiorem efficiant. 28.*nu.*20

O

Obligatio.

de Obligatione pacti nudi quid veteres leges ſanciant. 34.*num.*5

Obſeruatio.

Obſeruatio legalium poſt mortem Chriſti Iudęis mortifera reddita fuit. 70.*nu.*2.*b*

Obſeruationes præceptorum, & conſiliorum, etiam pręcepta ipſa & conſilia in ſcriptura appellãtur iuſtitiæ & iuſtificationes, quatenus iuſtos nos efficiũt meritis Chriſti cooperantibus. 53.*nu.*10

ad Obſeruationem legis euangelicæ homines non erant inducendi promiſſione proſperitatis bonorum temporalium, ſed præmio cæleſti, & comminatione interitus æterni. 54.*nu.*4

Officium.

Officium iudicis nobile quid ſit. 5.*nu.*4

Opinio.

Opinionis eius falſitas oſtenditur, quæ dicit legem non obligare eos, qui à culpa tranſgreſsionis, illius ignorãtia inuincibili, quod promulgata ſit, excuſantur. 70. *numero* 2

Opus.

Opus nullum moraliter bonum iuſtificabat in veteri lege, iuſtificatione ſcilicet, qua quis ex iniuſto, & peccatore fiat iuſtus, ſicut neque in noua lege iuſtificat. 60.*nume.*2

Ope-

Opera bona moraliter facta in gratia ſicut ſunt meritoria augmenti gratiæ in noua lege, ſic etiam erant in ueteri lege.60.nu.3

Ordinarius.

Ordinarius iudex ſi cauſam deleget, & reſeruet ſibi ſententiam; non aliter poteſt ſententiam ſibi reſeruare, niſi ter eam cauſam audiat.21.nu.7

Ordinarius in euentibus, in quibus poteſt delegare, cogere poteſt ſibi ſubditum, vt delegatus ipſius ſit; ac non eum qui ſibi non eſt ſubditus.16.nu.1

Ordinarius quando eſt recuſatus, & cauſam alteri delegauit, appellandum eſt ad iudicem ordinarium recuſatum à tali delegato, non quidem vt ipſe de ea cognoſcat in gradu appellationis, ſed vt deputet delegatum, quem neutra pars recuſet.23.nu.18

Ordinarius poſt exercere ſuã iuriſdictionem in quoſcunque exemptos, quando delictum commiſſum eſt extra locum exemptum: ſecus autem quando delictum eſt commiſſum in loco exempto.7.nu.6

Ordinarij iudices delegare poſſunt: at delegatus ſubdelegare non poteſt, niſi delegatus alicuius ſupremæ poteſtatis.15.nu.1

Ordinarij multi quando concurrunt ad aliquid, non vt ſinguli, ſed ut vniuerſitas, tunc non ſatis eſt maiorem partem non conuenire in vno, quam ſint ſingulæ partes quæ conueniunt in alijs: ſed neceſſe eſt inprimis, vt duæ ſaltem partes è tribus ſint ad id congregatæ ex ijs, qui intereſſe poſſunt.24.nu.5

Ordo.

Ordo & ſeries præceptorum decalogi eſt maximè conueniens & naturalis.56.nu.4

Ordinis poteſtas & iuriſdictionis poteſtas quomodo differant. 2.num.2

P

Pactum.

PActum & fœdus quod inter Deum & populum Iſraeliticum pactum eſt, in nouo Teſtamento, vocatur Teſtamentum, & diſtinguuntur duo teſtamenta, nouum & vetus. De nomine Teſtamenti variè diſputatur: aſſeritur epiſtola Pauli ad Hebræos contra Lutherum & Eraſmum eſſe canonica.52.nu.3

Pactum & fædus veteris legis, cur potius pactum & fædus nominatum fuerit aut promiſſio Abrahamo facta, quam Teſtamẽtum: & tempore legis gatiæ Teſtamentum.52.nu.6

Pactum quando eſt in aliquos, vt arbitrentur ac indicẽt aliquid, ita vt ei arbitrio partes ſtẽt, nec ex forma pacti conſtat partes intendiſſe ſe obligare ad ſtandum arbitrio, tunc partes intelligendæ ſunt ſe intendiſse obligari ad illi ſtandum. 30.nu.8

Pacto nullo præuio partium, qui componere eas circa ſuas controuerſias moliuntur dependenter à libero earundem partium conſenſu, ſimiles ſunt proxenetis.30.num.10

Pars.

Pars vna quando ad vitandos ſumptus litium conſentiret, vt arbitri aut arbitratores ſcienter aliquid de iure ipſius tollerent, ac traderent alteri parti, tunc arbitri & arbitratores licitè id efficiunt, quantum intelligunt contentam eſſe partẽ ae cuius iure tollunt, nec proinde ad vllam reſtitutionem eius damni ei tenentur.33.nu.7

Partes ſi inter ſe conueniant, vt à compromiſſo diſcedatur, compromiſſum expi at.43.nu.4

Partes ſi compromittant in aliquem & aliquos, & illi ſimul conſentiant ſe eſſe arbitros, tunc contractus eſt perfectus ex parte compromittentium & compromiſſariorum.32.nu.5

Partes, quando non concederent ſolum facultatem arbitris, vt procederent non ſeruata forma iudicij, ſed etiã compromiſſo eis præſcriberent, vt eam formam non ſeruarent, tunc ſeruare non poſſent, partibus aut earum altera inuitis, formam, quam ex forma compromiſſi intelligeretur, partes intendiſſe vt non ſeruarẽtur.33.nu.5

Parochus.

Parochos & epiſcopos cum de iure diuino ſit eſſe in eccleſia, non poteſt Pontifex efficere, vt nulli omnino epiſcopi uel parochi ſint.4.nu.9

Paulus.

Pauli epiſtola ad Hæbreos contra Lutherum & Eraſmum aſſeritur eſſe canonica.52.nu.3

Pœna.

Pœnæ aliquæ quando ſtatutæ ſunt pro aliquo delicto, licet, qui id delictum committit, non excuſetur à pœna, eſto inuincibiliter eã pœnam ignoret eſſe pro eo delicto ſtatutam; qui tamen inuincibiliter ignorat legem eccleſiaſticam, qua aliquid præcipitur ſub pœna excommunicationis, non incurrit excommunicationem illam, licet id, quod ſub ea pœna prohibetur, malum alioquin in ſe ſit.71.nu.9

Pontifex.

Pontifex vt eſt iudex ordinarius in cauſis fidei; ita etiã delegat inquiſitores fidei, vt iudices delegatos.28. numero 4

Pontifex poteſt à iuriſdictione epiſcoporum eximere, quos ab illorum iuriſdictione iudicauerit eximi expedire.4.nu.7

Pontifex poteſt per ſe ipſum in quibuſcunque ſubditis ſuorum inferiorum exercere, quidquid poteſtates inferiores exercere in illos poſſunt.4.nu.6

Pontifex quamuis legato à latere ſuas vices committat in prouincia, ad quam eum deſtinat, non tamen concedit illi, quæ ſunt primi gradus aut mixti imperij.6. numero 4

Pontificis Summi lex quando reuocaret priuilegium audiendi confeſſiones aliquibus conceſſum, non cenſeretur ea lex ita reuocare tale priuilegium, vt irritas faceret confeſſiones, quas habentes id priuilegium audirent, antequam notitia eius reuocationis ad eos perueniret, vel notitia eius reuocationis iam communiter haberetur eo in loco, in quo eos audiunt.70.nu.11

Pontificis Summi leges, quæ tempus non præſcribunt à quo obligare incipiant, ſtatim à publicatione in curia facta obligant totam Eccleſiam: ignorantes tamen eas inuincibiliter excuſantur à culpa, & à pœna trãſgreſſionis illarum.70.nu.12

Pontifici licet iuriſdictionem alijs reſtringere, alios ex toto ea priuare: & ad eum tanquam ad ſupremam poteſtatem fit in quacunque cauſa appellatio.4. numero 5

Pontifici eas leges condere conceditur, quas expedire iudicauerit ad finem naturalem.46.nu.4

Pontifices Romani in craſtino ſuæ confirmationis ſolent reuocare gratias omnes circa beneficia à ſuis anteceſſoribus factas, quæ ſcilicet adhuc ſunt integræ.20.n.9

Poſſidens.

Poßidens bona fide aliquid alienum ignorantia facti tãto tempore, quantum ad id præſcribendum eſt neceſſarium quamuis illud verè præſcribat, comparetque proinde dominium illius, quod prior dominus eo ipſo amittit, qui tamen ignorantia iuris etiam inuincibili, quòd eſſet ſuum, illud poſſideret, id non præſcriberet, illa tamen poſſeßio non eſt bona fide ex diſpoſitione iuris ciuilis ad præſcribendum neceſſaria. 71. *nu.* 15

Poteſtas.

Poteſtas ordinis & poteſtas iuriſdictionis, quomodo differant. 2. *nu.* 2

Varia exempla, quibus oſtenditur poteſtas ordinis & poteſtas iuriſdictionis. ibid. nu. 3

Poteſtas delegata quid ſit. 14. *nu.* 1

Diſcrimen, quando aliquis conſtituitur iudex delegatus, & quando ordinarius. ibid. nu. 2

Poteſtas delegati exſpirat eo ipſo, quòd ſententiam definitiuam à ſe latam plenè per ſe vel per alium executioni mandauit. 27. *nu.* 1

Poteſtatem, quam habent vicarij epiſcoporum, habent etiam vicarij aliorum prælatorum, qui iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalem habent. 10. *nu.* 12

Præceptum.

Præceptum de diligendo Deo ex toto corde duobus modis intelligitur. 59. *nu.* 9

Præcepta ſola maxime negatiua primæ tabulæ diſpenſari diuina potentia non poſſe; at bene præcepta ſecundæ tabulæ, Scotus ait, ſed refellitur in nonnullis. 57. *nu.* 4

Præcepta omnia decalogi nec diuina potentia diſpenſari poſſunt præter tertium, ea ex parte, qua cæremoniale ac de iure poſitiuo eſt, ſecundum Diuum Thomam, Molinam & alios. 57. *nu.* 6

Præcepta omnia decalogi non ſolum à Deo diſpenſari poſſe ſed etiam Deum præcipere poſſe contraria eis omnibus, Oceamus ait. Sed refellitur. 57. *nu.* 3

Præcepta cæremonialia veteris legis non conferebant gratiam, ac proinde non iuſtificabant iuſtificatione, qua quis ex iniuſto fiat iuſtus. 60. *nu.* 4

Præcepta cæremonialia veteris legi quatuor partes in ſe continent: ſacrificia & oblationes, Sacramenta, Sacra, & Obſeruantias. 53. *nu.* 6

Præcepta quædam veteris legis cæremonialia vim habebant ad tollendam immunditiam corpalem, ab ipſamet lege in quibuſdam euentibus ſtatutam: at nulla poterant mundare ab immunditia ſpirituali. 61. *numero* 3

Præcepta omnia iudicialia ſpectantia præcipue ad regimen reipub. licet morte Christi ceßarint; non prohibet aliqua horum vel in Eccleſia Chriſtiana vel in Rebuſpub. ſeruari; non quidem tamquam præcepta in veteri lege, ſed tanquam congrua in ſe vt ſeruari poſſint. 63. *nu.* 2

Præcepta iudicialia cur Deus Iſraelitico populo dederit. 53. *nu.* 5

Præcepta cæremonialia veteris legis non conferebant gratiam, ac proinde non iuſtificabant iuſtificatione, qua quis ex iniuſto fiat iuſtus. 60. *nu.* 4

Præcepta cæremonialia, & iudicialia ſunt de iure poſitiuo diuino, vt nullum eorũ ſit de lege naturali. 53. *numero* 3

Refellitur obiectio, & oſtenditur cæremonialia & iudicialia non eſſe moralia. ibid. nu. 4

Præceptum de ſabbathi obſeruatione Heſychius excludit à decalogo, ſed immeritò, alij aliter alia diuidunt & coniungunt. 56. *nu.* 3

Præcepta omnia veteris legis Chriſtus pro loco & tempore facto exactiſſimè, interim dum vixit, adimpleuit 66. *nu.* 4

Præcepta cæremonialia legis veteris quatuor partes ſub ſe continent; Sacrifica & oblationes, Sacramenta, Sacra, & Obſeruantias. 53. *nu.* 7

Præcepta in veteri lege ſpei, fidei, & caritatis ſupernaturalis reducuntur ad præcepta moralia. 53. *nu.* 7

Præcepta moralia ad legem naturæ pertinent. 55. *numero* 1

Præcepta moralia extẽdunt ſe ad actus omnium virtutum. 55. *nu.* 3

Præcepta cæremonialia ueteris legis non ceſſarunt, nec in æternum ceſſabunt; ut probatur, ſed non affirmatiuè. 62. *nu.* 1

ad Præcepta ſingula decalogi reducuntur alia per modum additionis. 56 *nu.* 7

Præcepta tria caritatis quamuis ad decalogum reducãtur, non ſunt decalogo formaliter expreſſa. 59. *nu.* 5

Præcepta iudicialia ueteris legis in quatuor partes diſtinguuntur, iuxta quadruplicem ordinem, qui in republ. cernitur. 63. *nu.* 3

Præcepta cæremonialia ceſſarunt non ſolum quatenus vmbra erant futurorum, ſed ſimpliciter & omnino. 62. *nu* 3

Præcepta caritatis Dei, proximi, ac noſtri duobus modis intelliguntur. Vno latè, vt præcipiunt nihil fieri nec omitti, quod cum caritate Dei, proximi, aut noſtri pugnat: altero, quatenus vim habent præceptorũ affirmatiuorum, præcipiuntque præcisè actus poſitiuos proprios charitatis Dei, proximi, aut noſtri: non vero quatenus ſe extendunt ad præcipiẽdum ea, quæ ad alias virtutes ſpectarint. 59. *nu.* 4

in Præceptorum decalogi diſtinctione non omnes conueniunt. 56. *nu.* 2

Præceptorum obſeruationes, & conſiliorum etiam præcepta ipſa, & conſilia in ſcriptura appellantur iuſtitiæ & iuſtificationes, quatenus nos iuſtos efficiunt meritis Chriſti cooperantibus. 53. *nu.* 10

Præceptorrm decalogi ordo & ſeries eſt maxime conueniens & naturalis. 56. *nu.* 4

Præceptorum obſeruationes, & conſiliorum, etiam præcepta ipſa & conſilia in ſcriptura appellantur iuſtitiæ & iuſtificationes, quatenus iuſtos nos efficiunt meritis Chriſti cooperantibus. 53. *nu.* 10

Præceptorum moralium tres gradus. 55. *nu.* 2

Præceptorum veteris legis tria ſunt genera, Moralia, Cæremonialia, Iudicilia: & quomodo inter ſe diſtinguantur. 53. *nu.* 2

de Præceptorum decalogi diſtinctione diuerſimodè authores ſentiunt. 56. *nu.* 5

Præceptorum decalogi ordo & ſeries eſt maxime conueniens & naturalis. 56. *nu.* 4

in Præceptis decalogi prima principia moralia, ex quibus deducuntur, continentur, tanquam principia in concluſionibus ex ipſis deductis. 56. *nu.* 6

Præceptis in decalogi ſecundum aliquos locum habet diſpenſatio, diuina ſaltem potentia, idque probatur argumentis. 57. *nu.* 1

ex Præceptis negatiuis ſecundæ tabulæ ſolum quintum poſſe diſpenſari diuina potentia: Præcepta vero omnia affirmatiua tam primæ quam ſecundæ tabulæ eadem

dem diuina potentia poſſe diſpenſari, Maior ait, ſed refellitur etiam in aliquibus. 57.nu.5

ex Præceptis moralibus veteris legis Deus tradidit Decalogi præcepta, eaque poſtea ſcripſit in duabus tabulis lapideis quas ipſe dolauerat: & confractis tabulis tradidit Deo Moyſes nouas tabulas. Alia vero præcepta moralia partim tradidit Deus per Moyſen, & partim reliquit ea alijs ſapientibus ex his præceptis deducenda. 56.nu.1

Prælatus.

Prelati religioſorum poſſunt punire ſubditos iuxta ſtatuta ſuarum religionum: at non licet eis degradare. 7.nume.3

Prælati inferiores Epiſcopis regulariter non habent ea quæ ſunt imperij, niſi quæ ſunt de minori & minimo imperio. 7.nu.2

Prælati religioſorum num ſuos ſubditos ad triremes damnare poſſint. 7.nu.4

Præſes.

Præſides prouinciarum & alij iudices ordinarij habent imperium merum in ſecundo gradu. In Hiſpania correctores locorum & alij iudices ordinarij iudicant de omnibus cauſis criminalibus meri imperij in ſecundo & ſequentibus gradibus; inde verò appellatur ad regia prætoria. Aliter porrò in Luſitania. 6.nu.5

Præſumptio.

Præſumptio plena quando eſt in aliquem, quod ſcienter legem aliquam ſit trangreſſus; aut certè quòd ex ignorantia craſſa eam ſit tranſgreſſus, tunc nō ſatis eſt probatio per iuramentum tranſgreſſoris, vt ea ignorantia cenſeatur ſufficienter probata, quin neque iuramētum cum uno teſte. 71.nu.4

Princeps.

Princeps licet alicui totam iuriſdictionem ciuilem alicuius loci concedat, & etiam criminalem cum mero & mixto imperio, non ideo tamen concedit illi, quæ propria ſunt Principis, ratione ſuæ ſupremæ poteſtatis. 6.nume.3

Princeps quando conſtituat iudicem ordinarium, & quādo delegatum. 14.nu.3

Principis delegatus habens in mandatis, vt per ſuā perſonam aliquid exequeretur, delegare non poteſt. 15. numero 2

Principis conceſſione quando aliquis ex eodem tribunali tanquam iudex ordinarius eſt vicarius eius iudicis ſecularis ordinarij, cui merum ac mixtum imperium competit, etiam ad pœnam mortis imponendam, tunc proferre, poteſt ſententiam mortis, dum iuriſdictio in correctore perſeuerat. 13.nu.5

Priuilegium.

Priuilegium audiendi confeſſiones aliquibus conceſſum, quando lex Summi Pontificis reuocaret, non cenſeretur ea lex ita reuocare tale priuilegium, vt irritas faceret confeſſiones, quas habentes id priuilegium audirent, antequam notitia eius reuocationis ad eos perueniret, vel notitia reuocationis eius iam communiter haberetur in loco, in quo eas audiunt. 70.nu.11

Promiſſio.

Promiſſio Iudæis facta de æterna Dei hæreditate ipſis cōferenda poſt mortem promittentis, ſi legem ſeruarent, quamuis propriiſſimè Teſtamenti rationem habeat ex parte Dei, ea tamen Dei voluntas deambulatoria non fuit ac mutabilis uſque ad mortē teſtatoris, ſed firma & oīno immutabilis ex parte Dei. 52.nu.5

Promiſſio illa deſiijt quādo lex abolita eſt, quod per aduentum Chriſti accidit: & quando Chriſtus mortuus ſit: agitur pluribus de hebdomadis Danielis: de abominatione futura in loco ſancto, de euerſione Hieruſalem. 54.nu.3

Promulgatio.

Promulgatio eſt de intrinſeca ratione legis, & ſine ea lex obligandi vim non habet. 74.nu.2.c

Promulgare.

Promulgatur quando lex aliqua in regno Caſtellæ & Hiſpaniarum, additur clauſula, quod à trigeſimo promulgationis die ſeruanda ſit. 70.nu.9

Prouidentia.

inter Prouidentiā & artem diuinam diſcrimen. 46.numero 17

Prouiſio.

Prouiſio beneficij quando ſimul ſpectat ad Capitulum & ad Epiſcopum, per concurſum fit ſuffragijs Capituli & Epiſcopi, tunc Capitulum ſede vacante confert eiuſmodi beneficia. 11.nu.13

Prudentia.

Prudentia non vno tantum modo concurrit in ſupremis reip. ciuilis moderatoribus ad leges cōdendas, ſed multis. 46.nume.9

Q

Quarta Pars.

QVarta pars bonorum defuncti ſi hæredi inſtituto non remaneat, atque ex ignorantia iuris ſoluit legata integra, non poteſt ex illis, quod ad eam defuerit, repetere. 71.nu.16

R

Reconuentio.

REconuentio coram arbitro compromiſſario locum non habet; at bene coram arbitro iuris. 44.nu.7

Recuſare.

qui Recuſare vult iudicem delegatum, quando degit in loco diſtanti ab eo in quo iudex, tunc recuſare eum poteſt coram iudice ordinario loci in quo ipſe reſidet. 23.nume.4

Recuſatio.

Recuſatione facta iudicis delegati ſi ei fiat, ipſemet delegatus cogere debet litigantes, vt arbitros ante triduū eligant, qui cauſam definiant. 23.nu.3

Recuſatione propoſita de iure canonico iudici exprimendo cauſam, & iudex recuſationem admittat, tunc procedendum non eſt ad electionem arbitrorum. 23.numero 8

Regnum.

in Regno Caſtellæ & Hiſpaniarum quando promulgatur lex aliqua, additur clauſula, quod à trigeſimo promulgationis die ſeruanda ſit. 70.nu.9

Religioſus.

Religioſus nō poteſt eſſe arbiter, ſed arbitrator. 39.numero 5

Religioſis quando conceditur facultas aliquid faciendi, eſt gratia ac priuilegium, quod morte concedentis nō expirat, etiam quoad ea quæ integra adhunc ſunt. 20. numero 5

in Religioſorum hominum congregationibus vitia omnia, quæ alicuius ſunt momenti, prohibita eſſe cenſentur,

tur, vt in eis congregationibus pœnis condignis puniantur.72.nu.3

Renuntiare.

Renuntiari in compromiſſo non poteſt petitio reductionis arbitri ad æqualitatem arbitrio prudentis.35.numero 10

Res.

Res ad aliquam communitatem ſpectantes, vt ad Regnũ, ciuitatem, &c. compromitti non poſſunt.40.nu.3

Rerum, quæ ſub diuinam cadunt prouidentiam, quędam ſunt mente prędite, quædam mente carent: mente præditis ſtatuuntur leges quo ad finem felicitatis naturalis ac ſupernaturalis, quas integrum illis ſit ſeruare aut non ſeruare.46.nu.18

Reſpublica.

Reſpublica melius gubernatur legibus, quàm prudentia præpoſitorum ſine legibus.68.nu.2

Reipub. commune bonorum ſi poſtulet, vt lex aliqua feratur, quamuis illa redundet in bonum particulare Principis, aut aliquorum de Repub. id non impedit legem illam eſſe iuſtam.69.nu.2

Rex.

Rex diſtinctas habẽs prouincias, quarum ſingulæ ſuum regimen habent, non debet iudices conſtituere hominibus de vna prouincia in alia: ſed in ſua propria prouincia debet illis iudices ſtatuere.16.nu.5

Rex ſi hæreſios ſuſpectus ſit, prudentis requiſitoris erit aduerſus eum non procedere, ſed Pontificem conſulat.28.nume.22

Ruſticus.

Ruſticis rudibus, minori viginti quinque annis, & militi ſeculari, mulieribus etiã in certis caſibus ſubuenitur, ſi in aliquo ius ciuile ignorent.71.nu.19

S

Sacrificia.

SAcrificia & cæremoniæ licet ante legem ſcriptam fuerint; demptis tamen nonnullis, non fuit cæremoniale vllum tempore legis naturæ in præcepto.61.numero 1

Refutatur obiectio in contrarium.ibid.nu.2

Sedes.

Sedes interim dum vacat, agitari non poteſt cauſa de attinentibus ad ſolum prælatum, aut de communibus prælato cum Capitulo, etiam ſi eccleſia ſit rea: ſed neque continuari poteſt cauſa antea cæpta.11.numero 16

Sede vacante Capitulum excommunicare poteſt, & alia facere quæ ad correctionẽ ſpectant, indulgentias concedere.11.nu.6

Poteſt item ſtatuta facere, quæ obligent totam diœceſim in perpetuum. Item diœceſim viſitare, ſicut tenetur id facere epiſcopus.11.nu.7

Senator.

Senatores ſupremi tribunalis inquiſitionis ſunt iudices immediate delegati à Summo Pontifice, ab eo immediate ſuam iuriſdictionem habentes.28.nu.7

Senatores, & cũ eis præſes, quoad ea, de quib. ex ſuo munere à Rege conſtituto ipſis iudicare incũbit, iudices ſunt ordinarij.13.nu.7

Sententia.

vt Sententia arbitri cẽſeatur expreßè emologata quamuis de iure communi neceſſe ſit vt partes illi ſe ſubſcribant, de iure tamen canonico ſatis eſt, ſi verbo aut quouis alio modo in eam ſententiam conſentiant.34.numero 8

Sententia arbitrorum ſolam vim habet obligandi, quæ ex pacto & compromiſſo oritur, aut quam ius temporis progreſſu pacto dare voluerit.34.nu.4

Sententia quando non eſt omnino abſolutoria, ſed in pœnã reus abiurare præcipitur, aut pœna alia ei imponitur, ſtando in ſolo iure communi non poteſt inquiſitor ſine ordinario aut ordinarius ſine inquiſitore procedere ad eam ſententiam ferendam.28.nu.16

à Sententia arbitrorum iuris appellandum eſt, perinde atque à ſententia iudicum ordinariorum ac delegatorum.37.nu.1

Sententia aliqua quando in rem iudicatam tranſiuit, ſi compromittatur circa dubia quoad illam orta, id cõpromiſſum intelligitur non de dubijs ea ſententia iam deciſis, ſed de alijs, quæ poſt illam ſunt orta.40.numero 5

Sententia cum emologata tacitè eſt non ſecus atque ſi in compromiſſo adhibita non fuiſſet pœna, ſententia mandanda eſt integre executioni.35.nu.13

Sententia quando ferenda eſt definitiua aut interlocutoria, non poteſt vnus ſine alio validè ac licitè procedere ſententiam abſolutoriam pronuntiando, quia delictum non ſufficienter probatum inuenitur.28.numero 15

Sententia quando ab arbitris eſt lata, & nec expreßè nec tacitè emologata, ſed reclamata eſſet ante dies decem elapſos, & in Hiſpania ante quinque, tunc in Hiſpania & Luſitania admitteretur appellatio ab illa ad iudices ordinarios, & nihilominus in Hiſpania executioni mandaretur.35.nu.16

Sententiæ latæ in Hiſpania ſtatim executioni mandãtur, Bart. tamen nonnihil relaxat.35.nu.5

Sententiam arbitri & arbitramentum arbitratoris, non ipſi, ſed iudex ordinarius mandare debet executioni.45.nume.5

Sententiam ferre debent iudices circa vnam & eandem rem pro altera tantum parte litigantium.31.nu.4

Series.

Series & ordo præceptorum decalogi eſt maxime conueniens & naturalis.56.nu.4

Seruus.

Seruus arbiter eſſe non poteſt.39.nu.1

Seruus fieri non poteſt arbitrator.39.nu.1

Seruus non poteſt fieri arbiter.39.nu.1

Soluens.

Soluens aliquid quod ſuum iam ſimpliciter erat, aut ad ſe iam omnimodo pertinebat, vel illud remiſit, ſi id ex ignorantia iuris aut facti fecit, illud repetit, nec proinde talis ignorantia ei nocet.71.nu.18

Minori vigintiquinque annis, & militi ſæculari, ruſticis rudibus, mulieribus etiam in certis caſibus, ſubuenitur, ſi in aliquo ius ciuile ignorent.61.numero 19

Subditus.

Subditos non prius ligat lex humana, quam promulgata ſit.70.nu.1

Summus Pontifex.

à Summo Pontifice cum aliqua cauſa eſt alicui in particulari delegata, tunc legatus nõ poteſt eam cauſam ad ſe uocare, niſi habeat ſpeciale ad id à Pontifice mandatum.9.nu.13

à Summo Pontifice quando aliquis eſt delegatus, vt procedat appellatione poſtpoſita, ſi is ſubdeleget, tūc ſubdelegatus non procedit appellatione poſtpoſita. 22. *numero* 1

Superior.

Superioribus ſacerdotibuſque eſt obediendum & eorum poteſtas declaratur. 73. *nu.* 6

Supputatio.

Supputatio illorum quadringētorum triginta annorum. 52. *nume.* 8

Surdus.

Surdus arbiter eſſe non poteſt. 39. *nu.* 1

T

Tranſigere.

TRanſigere qui poteſt, poteſt etiam compromittere, excipitur circa res ſpirituales, circa quas inualida eſt tranſactio. 40. *nu.* 6

Tempus.

Tempus quando non præſcribūt leges Summi Pontificis, à quo obligare incipiant, ſtatim à publicatione in curia facta obligant totam Eccleſiam: ignorantes tamē eas inuincibiliter excuſantur à culpa & à pœna trāſgreſſionis illarum. 70. *nu.* 12

Tempus quando legiſlator non expreſſit, à quo lex ſua obligare inciperet, ſi ſit inferior Principe, etiam ſi ſit lex Concilij Prouincialis, ſtatim à publicatione incipit obligare. 70. *nu.* 6

Teſtamentum.

Teſtamentum Vetus in Abrahamo cæpit, & data lege tempore Moyſis fuit innouatum, & inter Deum & populum Iſraeliticum ſtabilitum. 52. *nu.* 2

de Teſtamenti nomine varie diſputatur. Diſp. 52. *numero* 3

Teſtamentarius.

Teſtamentarij arbitri qui ſint. 31. *nume.* 5

V

Veedores.

VEedores, qui ſint in Hiſpania, & quod eorum munus, & alia eiuſmodi munia, quæ ſunt opificij cuiuſque in particulari. 8. *nu.* 5

Verbum.

Verbum diuinum non fuit ſtatim à principio mundi incarnandum, ſed tot ſeculis præcedere lex naturæ & lex ſcripta. 64. *nu.* 2

Vetus Teſtamentum.

Vetus Teſtamentum in Abrahamo cæpit, & data lege tempore Moyſis fuit innouatum, & inter Deum & populum Iſraeliticum ſtabilitum. 52. *nu.* 2

Vetus lex tempore Moyſis data fuit iuxta diuinæ ordinem prouidentiæ. 52. *nu.* 1

ex Veteris legis moralibus præceptis Deus tradidit Decalogi præcepta, eaque poſtea ſcripſit in duabus tabulis lapideis, quas ipſe dolauerat: & confractis tabulis, tradidit Deo Moyſes nouas tabulas. Alia vero præcepta moralia partim tradidit Deus per Moyſen, & partim reliquit ea ſapientibus ex his præceptis deducenda. 56. *nu.* 1

Veteris legis præcepta de ſpe, fide & caritate ſupernaturali reducuntur ad præcepta moralia. Diſputat. 53. *numero* 7

Veteris legis pactum & fœdus, cur potius pactum & fœdus nominatum fuerit aut promiſſio Abrahamo facta quam Teſtamentum; & tempore legis gratiæ teſtamentum. 52. *nu.* 6

Veteris legis præceptorum tria ſunt genera, Moralia, Cæremonialia, Iudicialia: & quomodo inter ſe diſtinguantur. 53. *nu.* 2

Vicarius.

Vicarius dummodo aliquis conſtituatur, vt in loco epiſcopi iudicet, cenſetur iudex ordinarius, licèt illi non concedatur iuriſdictio in totā diœceſim, vel licèt epiſcopus aliquas cauſas ſibi reſeruet, quas per ſe ipſum iudicare velit. 10. *nu.* 5

Vicarius ſimul eſt ordinarius nonnullis in locis. Diſput. 10. *nume.* 10

Vicarius generalis epiſcopi ſolùm iudicat de cauſis omnibus ciuilibus, beneficialibus, matrimonialibus, idque ex eo, quòd id munus generaliter ei committatur: delicta verò punire, & de ijs inquirere ad epiſcopum ſpectat. 10. *nu.* 8

Vicarius vt ſit iudex ordinarius, debet de conſenſu expreſſo vel tacito legis, Principis, aut reip. à principali iudice ordinario conſtitui: at vicarij foranei, quia ab epiſcopo tantum conſtituuntur, non ſunt iudices ordinarij, ſed delegati epiſcoporum. 10. *nu.* 6

Vicarius alterius duobus modis dicitur aliquis. 10. *numero* 14

Vicarius ſi ſit talis, vt expreſſo vel tacito Principis aut reip. conſenſu à iudice ordinario loco ſui conſtituatur, iudex eſt non delegatus, ſed ordinarius. Diſputat. 10. *numero* 1

Vicarius ordinarij, qui vnum tribunal efficit cum ordinario, poteſt exequi ſententiam tam in iure ciuili, quā canonico. 26. *nu.* 7

Vicarij ipſi non poſſunt loco ſui creare alios vicarios generales pro libito ſuo. 10. *nu.* 7

Vicarij alij epiſcopi, qui foranei dicuntur, non ſunt iudices ordinarij, ſed delegati ab epiſcopo aut ab ipſius vicario. 10. *nu.* 4

Vicariorum iuriſdictio expirat, mortuo principali aut illo remoto ab officio ac iuriſdictione. Diſput. 10. *numero* 2

Eiuſmodi vicarij ſunt vicarij Epiſcopi aut Archiepiſcopi. ibid. nu. 3

Vicariorum foraneorum ab epiſcopo ad vniuerſitatem aliquam cauſarum delegatorum poteſtas non exſpirat, ſi antequam iuriſdictio in epiſcopo ceſſaret, vti ſuo munere cæperant. 11. *nu.* 2

Vires.

Vires inter Legis computatur legem unam interpretari aliam, aut eam limitare, vel abrogare, vel tollere omnino vel ex parte. 46. *nu.* 28

Vires, inſtinctus, totumque hoc corporeum vniuerſum Deus mirè ſua prouidentia ordinat, leges quoque ad id à Deo illis ſtatutæ dicuntur. 46. *nu.* 20

Virtus.

Virtutum omnium actus non præcipiuntur legis humanis. 72. *nume.* 2

Virtutum omnium naturalium actus, quamuis non omnes ſub præcepto & lege cadant, ſed multi eorum ſint opera conſilij; eatenus tamen ad legem naturalem pertinent, quatenus numen ipſum naturæ vel intellectus non minus ad eum finem eos eliciendos docet, quam doceat efficiendos eos eſſe ad culpam vitandam, qui ſub

ſub praeceptum ac legem cadunt. Diſputat.48. numero 2

Vita.

Vitæ æternæ hæreditas & iuſtificatio ad illam non ſunt neceſſaria ex lege veteri, ſed ex Chriſto eſt hæreditas vitæ æternæ, & iuſtificatio ex meritis Chriſti. 50. numero 7

Vitia.

Vitia omnia, quæ alicuius ſunt momenti, in congregationibus hominum religioſorũ prohibita eſſe cenſentur, vt in eis congregationibus pœnis condignis puniantur. 72. nume. 3

Vitia omnia non prohibentur legibus humanis. Diſp. 72. numero 1

F I N I S.

LVDOVICI MOLINAE E SOCIETATE IESV, DE IVSTITIA ET IVRE TRACTATVS QVINTVS.

DE IVRISDICTIONE, ET VARIIS generibus poteſtatum publicarum, iudicumve,

TOMVS SEXTVS.

DISPVT. I.

Diſcrimen inter correctionem fraternam & iudicialem. Et quarum virtutum actus ſit iudicium, iuſtitiæque exequutio per poteſtates publicas, materia ſcilicet ac obiectum huius quinti de iuſtitia tractatus, ad quod cætera, de quibus in eo eſt ſermo, attributionem habent.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit correctio fraterna, & ad quarum virtutum actum ſpectet.*

2 *Correctio iudicialis reſpicit peccatum proximi, quatenus cadit in detrimentum alterius, ac boni communis.*

1 SVPRA in hac 2.2.quæſt.33.artic.1.dum de correctione fraterna nobis erat ſermo, fraternam correctionem à iudiciali diſtinximus. Dicebamus verò, correctionem faternam, iuxta diuum Thomam eo in loco, eſſe adhibitionem remedij peccato proximi, quatenus ipſimet nocet. Quo fit,vt ea correctio pro fine bonum ac emendam ipſius peccantis habeat: & vt ex eo fine ſit dimetiendum, quantum in ea correctione progrediendum ſit, aut nõ ſit, vt ibidem & alijs articulis in ea quæſtione ſequentibus copioſè explanauimus. Eſt autem ea correctio actus miſericor- A diæ ac caritatis proximi, quo quis illi impedire aut ab eo depellere peccati miſeriam conatur, conſeruareq; aut inducere in illum bonum peccato contrarium. Tametſi prælatus velut ex iuſtitia ratione officij arctiuſque ad id teneatur: atque pro poteſtate,quam in ſubditum in bonum illius habet, paterne,aliterque, quàm ad alios, pertineat corrigere eũ ſuum ſubditum, pœnam videlicet illi comminãdo, aut etiam inſligendo, maximè ſi admonitiones ac obiurgationes viderit ad id nõ ſufficere, vt ibidem dictum eſt.

Correctionem verò iudicialem ibidẽ dicebamus reſpicere peccatum proximi, quatenus cedit in de- 2
B trimentum aliorum ac boni communis. Eam verò eſſe dicebamus actum iuſtitiæ, quo iuſta pœna, in vindictam de eo peccato,infligitur, atque in ſatisfactionem eo læſi vel boni communis. Corrigere autem eo modo ſtatuendo pœnam iuſtam,eamque infligendo, dicebamus pertinere ad ſolas publicas poteſtates: tametſi læſus intendere ac petere poſſit vt ea pœna per publicas poteſtates decernatur ac infligatur, alijque ad eandem correctionem interuenire ſoleant, vt ex dicendis in progreſſu huius tractatus erit manifeſtum. Quia ergo huiuſmodi correctio actus eſt iuſtitiæ, partim commutatiuæ, C & partim vindicatiuæ, vt ſubijciemus, de ea diſſerere ad hunc quintum de iuſtitia tractatum ſpectat.

Non ſolùm autem de ea correctione, quæ idcirco iudicialis dicitur, quòd publico iudicio iudicisq; autoritate fiat, futurus nobis eſt ſermo in hoc quinto de iuſtitia tractatu, ſed vniuerſim etiam de iudicio, iuſtitiæque exequutione publica autoritate, & de ijs, quæ hæc concernunt, ad eaque attributionem habent. Quæ ſanè non ſolùm habent locum in criminibus delictiſve puniendis, in quo prædicta correctio cernitur, ſed etiam in definiendis ci-

uilibus cauſis, in exequutioneque eorum, quæ circa illas iudicata definitaque fuerint, & in pleriſque alijs ſtatuendis ac exequendis, quæ commune reipublicæ bonum eſtlagitat. Atque hæc omnia diſputanda ac explicanda in hoc quinto tractatu remanent in complementum eorum, quæ ad iuſtitiam cõmutatiuam ſpectant. Meminiſſe enim oportet, nos tractatu 1. in calce Diſput. 12. oſtendiſſe, actum, quo iudex poteſtasue publica ius dicit, iuſtitiamque adminiſtrat, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, adiudicando ac tribuendò vnicuique, quod ad ipſum ſpectat, & delicta puniendo, quin & actus omnes, quibus ea omnia ſtatuit ac efficit, quæ publicum reipublicæ bonum partiumque eius eſtlagitant, ſi præcisè ſpectentur, quatenus poteſtas publica id eis præſtat ac efficit, quod ex officio ſuo ac munere tenetur, eſſe actus iuſtitiæ commutatiuæ, imperatos à iuſtitia legali per politicam ac regitiuam prudentiã, quæ in ea publica poteſtate, eo magis, quo ſuperior eſt, architectonicè reſidet, vt eodem tractatu 1. diſputa. 1. copiosè explanatum fuit. Etenim, vt tractatu 2. diſp. 25. & aliàs dictũ eſt, reipublicæ partes idcirco tributa & alia ſtipendia ſoluunt, commmuniaque bona deputata habent, quibus princeps & publici alij miniſtri potiuntur, eiſque obedientiam ac reuerentiam exhibent, vt ius ipſis dicant, ipſos defendant ac regant, & omnia alia præſtent, quæ ad totius reipublicæ ac partium eius bonum expedientia ac neceſſaria viderint, ad idque quaſi mercede conductas eis omnibus emolumentis publicas poteſtates habent: eaque de cauſa, ſi ex omiſſione alicuius eorum, quæ publicæ poteſtates ex ſuo officio atque ex iuſtitia commutatiua pro eis emolumentis facere tenentur, damnum aliquod partibus reipublicæ obueniat, reſtituere illud eis tenentur. Item ſi in criminibus ius parti læſæ non dicant, crimina competenti pœna ad læſi petitionem non puniendo, aut ad petitionem eorum, ad quos eas iniurias proſequi ſpectat, lethaliter ſanè contra iuſtitiam peccant, reſtituereque tenentur damna, ſi quæ ea de cauſa illis obuenerunt: quòd ſi ſolam iniuriam ſine damno ea in re illis intulerunt, puniri ea de cauſa in reſidentia aut à ſublimioribus poteſtatibus debent, pœnamque ſubire lata aduerſus eos ſententia. Poteſtates itẽ publicæ ius in ciuilibus dicendo, iuſtitiamque partibus adminiſtrando, ea etiam ratione actum iuſtitiæ commutatiuæ exercent, quatenus cum eo cooperantur, à cuius parte iuſtitia commutatiua pugnat, alterumque illam cũ eo ſeruare decernunt ac cogunt, vt in calce eiuſdem Diſputat. 12. dictum eſt. Quatenus autem in criminalibus pœnam iuſtam decernunt ac intligunt in vindictam pro criminibus patratis, atque in læſi ac boni communis ſatiſfactionem, eatenus ſanè actum iuſtitiæ commutatiuæ non exercẽt, ſed iuſtitiæ vindicatiuæ, quæ deficit ab integra ratione commutatiuæ iuſtitiæ, illi tamen eſt affinis, atque inter partes potentiales illius computatur, vt eadem Diſputat. 12. explicatum fuit: qua etiam ratione ad hunc quintum de iuſtitia tractatum de ea agere ſpectat.

DISPVT. 2.

Iuriſdictio quid. Et de diſcrimine inter poteſtatem ordinis & poteſtatem iuriſdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit iuriſdictio: vnde deriuetur ipſum nomen Iuriſdictio: à iuriſdictione publicæ poteſtates formaliter habent, quod ſint publicæ poteſtates.*

2 *Quomodo differant poteſtas ordinis & poteſtas iuriſdictionis.*

3 *Varia exempla, quibus oſtenditur poteſtas ordinis & poteſtas iuriſdictionis.*

4 *Nomine iuriſdictionis, quoad actum illius, comprehenditur non ſolùm iudicium, & ferre ſententiam in ſubditos, ſed etiam leges condere, publicos miniſtros creare, vt iudices, tabelliones, ſententias exequutioni mandare, & alia eiuſmodi.*

5 *Plenior Iuriſdictionis definitio, quæ omnes nẽpe eius partes complectitur.*

INitium explanationis ordinis iudiciorum, iuſtitiæque exequutionis per poteſtates publicas, nõ aliunde poſſumus commodius ſumere, quàm à poteſtatibus ipſis publicis, à quibus iudiciũ exequutioque iuſtitiæ emanare debet. Ita enim fiet, vt à fonte nobiliſſimoque principio eius, de quo tota futura eſt diſputatio, initiũ ſumamus. Quia vero iuriſdictio eſt id, à quo publicæ poteſtates formaliter habent, vt publicæ poteſtates ſint, ab illius explanatione erit initium ſumendum.

Iuriſdictio à gloſſa l. 1. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, quam ſequuntur Bart. ibi, Panor. c. 1
quod ſedem, de offic. ordi. Nauar. de datis & acceptis notab. 32. num. 47. Sylu. verb. iuriſdictio, & cõmuniter iuriſperiti, in hunc modum definitur: *Eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi & æquitatis ſtatuendæ*, hoc eſt, ſtatuendi quod æquum eſt. Affirmant verò dici à nominibus *ius & ditio*, nomenque *ditio* imperium ac poteſtatem ſignificare, quaſi iuriſdictio idem ſit, quod poteſtas iuris, dicendi ſcilicet. Cæterum tunc ſcribendum eſſet iuriſditio, ſine c, vt ab aliquibus ſcribitur: & non iuriſdictio, vt communiter ſcribitur.

Alij verò rectius dicunt, iuriſdictionem dici à dictione iuris: dicere verò ius eſſe non ſolùm ſententiam pronunciare & definire quid ius æquitaſque contineat, ſed etiam legibus ac præceptis gubernare iuſtitiam adminiſtrare, atque vniuerſim perſonam publicam in alios vt in ſibi ſubditos poteſtatem habentem facere circa illos, quicquid pro poteſtate, qua ſibi ſubduntur, efficere poteſt. Quo fit, vt iuriſdictio *ſit facultas alicuius autoritatem & eminentiam ſuper alios habentis ad eorum regimen & gubernationem*, vt cum Victoria & Nauar. conſentaneè ad diuum Thomam tractatu 2. diſputat. 21. definiuimus poteſtatem iuriſdictionis in genere. Iuriſdictio enim & poteſtas iuriſdictionis idem ſunt. Neque enim ſumimus hoc loco iuriſdictionem pro iuriſdictionis actu ac exercitio, dictioneve actuali iuris, ſed pro facultate ac potentia ad eum exercendum, quæ etiam poteſtas iuriſdictionis nuncupatur, à qua nomine abſtracti concretum ſignificando, qui illam habent, poteſtates publicę nuncupantur, vt diſputat. 21. citata dictum eſt. Hinc iam patet, iuriſdictionem, de qua loquimur, eſſe id à quo poteſtates publicæ formaliter habent, quòd ſint publicæ poteſtates: facultas enim ſeu potentia exercendi actus iuriſdictionis circa ſibi ſubditos, exercendi, inquam, plures aut pauciores actus, & circa plures aut pauciores ſubditos, prout vnaquæque publicarum poteſtatum fuerit ſuperior aut inferior, & latiorem aut minus latam habuerit eam facultatem ac iuriſdictionem communicatam, eſt id, à quo vnaquæque publicarum poteſtatum formaliter dicitur publica poteſtas, hoc eſt, publica pollens poteſtate, nomine abſtracti ſignificato concreto. Inde vlterius patet, habere iuriſdictionem, facultatemve ſeu potentiam iuriſdictionis, relatiuum eſſe ad ea, ad quæ ea facultas in inferiores, ac ſubditos

tos ſe extendit, eſtque ea facultas habitudo quędam ad illa.

2 Ex dictis autem facilè iam erit diſtinguere in miniſtris Eccleſię poteſtatem ordinis à poteſtate iuriſdictionis. Poteſtas quippe ordinis effectum reſpicit, quem quis ratione ordinis efficere poteſt, non quia ad illum exequendum ius habeat pro poteſtate regendi ac gubernandi ſibi conceſſa, ſed quia facultas ac potentia, quam mediante ordine ſuſcepit, ex ſe atque ex inſtitutione Chriſti id efficere habet. Poteſtas verò iuriſdictionis reſpicit effectum, quem quis efficere poteſt, quia ad eum exequendum ius habet pro poteſtate regendi ac gubernandi, quæ in ipſo eſt. Quo fit, vt ſi ad aliquid efficiendum ſimul in Eccleſiæ miniſtro requiratur poteſtas ordinis & iuriſdictionis, effectus ille vt emanat ab vna earum poteſtatum, dicatur effectus poteſtatis ordinis, & vt emanat ab alia, dicatur effectus poteſtatis iuriſdictionis.

3 Exépla hæc omnia dilucidiora reddent. Si Epiſcopus aliquis ordinet ſubditum alterius diœceſis, in quem nullam ad id iuriſdictionem habeat; ille quidem ita ordinatus characterem recipiet, manebitque ordinatus: Epiſcopus tamen, qui eum ordinauit, non exercuit actum iuriſdictionis: quoniam nō exercuit actum circa id, quod ipſius regimini ac gubernationi eſſet ea in parte ſubiectum. Quare effectus ille in eum ita ordinatum inductus fuit ſolùm effectus poteſtatis ordinis, quatenus facultas & potentia, quam per epiſcopatus ordinem ille Epiſcopus accepit, dum Epiſcopus ordinatus fuit, ex ſe & ex Chriſti ordinatione habet eum effectum inducere, quotieſcunque ſacramentum ordinis adminiſtratur. Quòd ſi tunc ſibi quo ad id ſubditum ordinaret, idem effectus ſimiliter eſſet poteſtatis ordinis, veruntamen illum per ordinis poteſtatem inducendo, exerceret ſimul actū iuriſdictionis ſibi ſubditū ita ordinando, atque adeò effectus idem, vt emanaret à poteſtate iuriſdictionis ad illum in eum ſubditum inducendum, eſſet ſimul effectus poteſtatis iuriſdictionis. Quòd ſi aliquis electus ac confirmatus eſſet Epiſcopus, nondumque eſſet conſecratus, haberet quidem poteſtatem iuriſdictionis, non tamen poteſtatem ordinis Epiſcopalis: eaque de cauſa excommunicare poſſet, & abſoluere ab excommunicatione, cæteraque in ſuo Epiſcopatu exercere, quæ ſunt ſolius iuriſdictionis epiſcopalis non verò ea, quæ Epiſcopi ratione ordinis epiſcopalis poſſunt exercere; atque ſi ea efficere attentaret, effectum non induceret.

Si item laicus infantem antea non baptizatum baptizet, inducet in illum mediante baptiſmo effectum regenerationis ſpiritualis: is tamen effectus non erit poteſtatis ordinis, vt ex ſe liquet, ſed erit effectus virtutis baptiſmi, qui, vt ſit validus, nullum ordinem in illum adhibentem requirit. Neque baptizans tunc exercebit actum iuriſdictionis, nihil impediente, quòd in caſu neceſſitatis non ſolùm licitè id efficiat, ſed etiam ad id teneatur ſub culpa lethali, ſi non adſit clericus, qui illum extremè indigentem baptizet. Ratio autem eſt, quoniam laicus ille tunc baptizās, non exercet actum, illum baptizandi tanquā ſuperior in ſibi ſubditum, qui poteſtatem ad id in eum habet. Idem dic, ſi ſimplex ſacerdos idem efficeret. Quamuis enim laicus in præſentia ſacerdotis baptizare nō poſſit, id propterea eſt, quoniam congruit baptiſmum potius per clericum, quàm per laicum, adminiſtrari: & quoniā id ita de cauſa ab Eccleſia ſancitum eſt: non verò quaſi ordo ſacerdotalis ad baptiſmum aut ad baptiſmi effectum operetur: neque ſimplex ſacerdos ſuperior eſt baptizandi, vt in eo euentu iuriſdictionis actum exercere dicatur. Si verò proprius illius, ratione parentum, parochus illum baptizaret, aut alius de commiſſione parochi, diceretur exercere actū iuriſdictionis: quoniam ad id ius ac poteſtatem ſuperioris haberet ordinariam aut delegatam. Quando autem dicitur, parochum non habere iuriſdictionem in foro exteriori, ſed ſolùm in foro conſcientiæ, ſermo eſt de iuriſdictione iudiciaria, & cum vi coerciua: non verò de iuriſdictione latius ſumpta, vt de ea nūc loquimur, pro exercitio actus poteſtatis, quam in ſibi ſubditos quis habet. Neque enim eſt negandum parochum ſuperiorem ſuo modo eſſe ſuorum parochianorum eſtò vim coerciuam in illos non habeat, neque eorū prælatus aut iudex dicendus ſit.

Quando item epiſcopus calices aut Eccleſias conſecrat, benedicit corporalia, & alia ſimilia efficit, quæ de iure ſolùm humano & ſtatuto Eccleſiæ annexa ſunt ordini Epiſcopali, vt bene Caſtrus 2. de iuſta hæret. punit. c. 22. concluſ. 3. ait, ſi ea quidem in ſua diœceſi exerceat, & circa ſibi ſubditos, ac circa res Eccleſiarum ſibi ſubditarum, actum ſanè exercet poteſtatis iuriſdictionis: non verò ſimpliciter poteſtatis ordinis epiſcopalis, quaſi poteſtas illa ſit ab ordine, atque adeò iure diuino inſtituta: ſic enim quemadmodum ſummus Pontifex non poteſt concedere ijs, qui epiſcopi non ſunt, vt alios ordinibus ſacris initient, ita nec illis concedere poſſet, vt illa alia efficerent: quippe cū nihil in contrariū circa ea poſſit, quæ ſunt de iure diuino: cum tamen illa alia verè alijs ab epiſcopis poſſet concedere, & ſæpe per priuilegium conceſſa ſint multis ſuperioribus religionum. Similiter quemadmodum ſummus Pontifex efficere non poteſt, vt ordinatus ab epiſcopo hæretico non ſit ordinatus: ita efficere non poſſet, vt eccleſia ab hæretico epiſcopo conſecrata non eſſet conſecrata, ſi talis conſecratio effectus eſſet ordinis epiſcopalis, & non nudæ iuriſdictionis: contrarium verò colligitur apertè ex cap. eccleſijs, & ex duobus ſequentibus, de conſecrat. diſtinc. prima, quo in loco pro non conſecratis habentur, iubenturque de nouo conſecrari. Sunt ergo illa commemorata ordinis epiſcopalis, non quaſi actus illi validè facti ab ordine à poteſtate ve ordinis epiſcopalis emanent, ſintque iure diuino inſtituta tanquā effectus ordinis epiſcopalis, ſed quoniam per eccleſiā illa attributa ſunt epiſcopali ordini, eo ꝙ congruat vt ab epiſcopis exerceantur. Quia ergo poteſtas illa iure humano eſt inſtituta, ordinique illi eodem iure humano meritò attributa annexaq; fuit, diſpoſitioni ſummi Pontificis poteſtas illa ſubiacet, vt illam communicare alijs poſſit, & vt eam auferre poſſit ab epiſcopis, actumve illius ita illis impedire, vt irritum ſit quicquid quo ad illū attentauerint: quemadmodum ex capitibus citatis conſtat, abſtuliſſe eam poteſtatem ab epiſcopis hæreticis, irritumque reddidiſſe actum illius, ſi eum exercere attentarent.

Aliud poſtremum adhibeamus exemplum. Quia ad effectum ſacramenti pœnitentiæ, ad ipſumque ſacramentum conficiendum, ſimul ex parte abſoluentis, illudque adminiſtrantis, requiruntur poteſtas ordinis & iuriſdictionis: eo quòd iudicium illud, vt & quodcunque aliud, ſit nullum, niſi in iudicantis, quoad id, ſubditum exerceatur; conſequens profectò eſt, vt ſi vel abſoluēs ſacerdos non ſit, eſtò parochus ſit, & iuriſdictionem ad abſoluendum habeat, vel iuriſdictione ad abſoluendum careat, neque ſacramentū conficiatur, neque per conſequens ſacramenti effectus fiat ac ſequatur, vt ſuo in loco eſt dicendum.

4 Ex explanatione vocabuli, iuriſdictio, quam ſequimur, atque ex hactenus dictis cōſtat, nomine iuriſdictionis quoad actum illius, comprehendi non ſolùm iudiciū, ferreque ſentētiam in ſubditos, ſed etiam leges illis condere, præcepta alia eis iniun-

gere, miniſtros publicos illis creare, vt iudices, tabelliones, &c. ſententias exequutioni mandare, atque adeò malefactores per ſe, aut per miniſtros ad id deputatos, morte pænisque alijs iuſtis afficere, emancipare filiosfamilias, minoribus orfanis tutores ac curatores creare ac tribuere, ætatem eorum ſupplere, illos ante tempus à iure præfinitum à curatoribus eximendo, beneficium reſtitutionis in integrum illis & eccleſijs concedere, atque vniuerſim ea omnia vnamquamque publicarum poteſtatum, tam ſecularem quàm eccleſiaſticam, in ſuos ſubditos & in res ſibi ſubiectas in conſcientiæ & in exteriori foro exercere ac efficere, ad quæ regimen & poteſtas ipſius non impedita ſeſe extendit. Dixi, nõ impedita: quoniam aliquando poteſtas ita impeditur, manens ſolùm quaſi in habitu, vt ſi actum exercere attentet, is actus ſit nullus: atque tunc, qui eam eo modo impeditam habet, carere iuriſdictione dicitur, quod intelligendum eſt, quoad exercitium illius, ob impedimentum ſuperueniens, quod non ſinit actum ualidum ab ea manare, vt in excommunicato ac ſuſpenſo ab officio conſtat in euentibus, in quibus acta per illos ſunt nulla. Neque enim propter excommunicationem, aut ſuſpenſionem amittit officium, ſuperioritatem, ac poteſtatem habitualem in alios, quæ verè in ſe eſt poteſtas iuriſdictionis, ſed ſolùm ita habet illam alligatam ac impeditam, vt ſi in actũ prodeat, actus ſit nullus, quod eſt carere pro tunc iuriſdictione quoad actus illius, ob id impedimentum adueniens. Neque quando ab eo tollitur poſtea excõmunicatio aut ſuſpenſio, confertur illi poteſtas iuriſdictionis, ſed ſolùm tollitur à poteſtate iuriſdictionis impedimentum, quo alligata & impedita erat, ne prodire in actum validum poſſit.

Sanè definitio iuriſdictionis à gloſſa tradita, & à iuriſperitis communiter recepta, nec apta nec cauta mihi videtur, nec omnem iuriſdictionem uidetur comprehendere. In eo enim, quòd dicit, de publico introducta, comprehendere non videtur iuriſdictionem à Chriſto eccleſiæ traditam, quæ nõ de publico, hoc eſt, reipublicæ autoritate, eſt introducta, ſed à Chriſto collata. Neque omni ſeculari iuriſdictioni ea pars definitionis competere uidetur, niſi intelligatur mediatè vel immediatè. Neque omnes qui iuriſdictionem habent, neceſſitatem habent iuriſdicendi, exercendive actum iuriſdictionis, ſtatuẽdique æquitatem. Prætermiſſa ergo ea definitione, & prætermiſſis alijs, quas Turrecremata lib. 1. ſummæ. c. 96. Alfonſus à Caſtro. 2. de iuſta hæret. punit. c. 21. & alij adducunt, ſic poſſumus definire iuriſdictionem latiſſimè ſumptam: *Eſt facultas ſeu ius faciendi vnumquemque circa ea, quæ ſibi tanquam ſuperiori ſubduntur, ea omnia, ad quæ munus ſuum ſuperioris ſe extendit.* Ius uerò relatio quædam eſt ad ea, ad quæ eſt id ius. Per particulam verò, facultas ſeu ius, reijciuntur à ratione iuriſdictionis ea omnia, quæ non ſunt ius ad aliquid, aut ad aliqua: per reliquum verò definitionis reijciuntur à ratione iuriſdictionis iura omnia, quæ non ſunt ſuperioris ad faciendum ea, quæ ad ſuum munus ſpectant. Quòd ſi id ius ſit aliquando impeditum in ſuperiori, rationem ſuperioris retinente, tunc erit in eo iuriſdictio impedita ab actus exequutione. Porrò nomine ſuperioris in re propoſita, etiam intelligimus confeſſarium, qui ordinariam ſeu commiſſam ac delegatam habet facultatem audiendi confeſſiones: eſt enim miniſter ac ſuperior iudexque loco Dei in foro conſcientiæ eius, qui ſe ipſum illi ſubdit in confeſſione, vt pœnitentiæ ſacramentum ei adminiſtret. Intelligimus etiam eum, qui facultate alterius, aut etiam eorum, qui illi, annuente iure, ſubduntur, munus ſuperioris exercet, vt ſunt iudices arbitri, & eſt epiſcopus, qui epiſcopalia in eum exercet, qui non eſt ſibi ſubditus, ex commiſſione tamen epiſcopi illius.

DISPVT. 3.

Quanta iuriſdictio ſit in poteſtatibus laicis, maximè ſupremis. Et num in poteſtate ſuprema huius regni, ac Luſitani, hoc eſt, in Rege, tota reipublicæ iuriſdictio reſideat.

SVMMARIVM.

1 *Repetuntur nonnulla prius dicta.*
2 *Tota regni Hiſpaniæ iuriſdictio eſt in Rege, & à Rege in alios deriuatur. Si tamen caſu ita regnum vacaret, vt nullus ſuperſtes eſſet, qui ius ea via ad regnum haberet, tunc totum ius ad ipſam remp. deuoluitur; vel etiam ſi Rex in tyrannidem declinaret, vel aliquid Reip. non expediens moliretur.*
3 *Iuriſdictio quæ Regum donatione eſt in alijs, à Regibus deriuatur.*
4 *Iuriſdictio tota eſt de iure cõmuni in ſupremo Principe.*
5 *Tota iuriſdictio reip. Luſitanæ reſidet in Rege Luſitano.*

TRactatu 2. Diſp. 21. oſtendimus, quid poteſtas in genere ſit, eamque diuiſimus in ſecularem & eccleſiaſticam, & quid vtraque ſit explanauimus. A diſputatione verò 22. de origine ſecularis poteſtatis egimus, tũ eius, quæ eſt in capite familiæ, tum vxoris comparatione & filiorum, quæ duæ poteſtates de iure ſunt naturali, quã etiam comparatione mancipiorum, ac aliorum famulorum mercede conductorum, quarum poteſtatũ tituli ſunt de iure humano: titulis autem ſuppoſitis, de iure ſunt naturali, vt hæc omnia ibi expoſita ſunt: tum etiam eius, quam diximus iure naturali eſſe in toto corpore reipub. cõparatione omnium partium, quibus conſtat. Inde verò de iure humano pro arbitratu diuerſarum rerumpublicarũ, diximus Diſp. 23. ortas fuiſſe varias ſupremas rerumpublicarum poteſtates, vel monarchicã, ſeu regiam, vel ariſtocratiam, hoc eſt, paucorum optimatum regimen ſupremum, vel democratiam, id eſt, multorũ ſupremum regimen: ortaſq; fuiſſe ſingulas harum trium ſupremarũ poteſtatum, cũ maiori vel minori poteſtate, prout reſpublicæ, vnde ortum habuerunt, plus vel minus poteſtatis eis cõferre voluerũt, aut prout iure belli iuſti vna reſpublica in aliam plus vel minus poteſtatis ritè comparauit. Ab his autem ſupremis poteſtatibus, aut ſimul etiam interdum ab ipſa republica in prima ſui regiminis cõſtitutione, deſcendunt cæteræ infra illas poteſtates ſeculares, cum maiori vel cum minori iuriſdictione, tum quoad territorium, ſeu diſtrictum, maioremq; vel minorem ſubditorum multitudinem, tum etiã quoad quãtitatem poteſtatis in illos, prout vnicuique earum fuerit conceſſum aut denegatum: Vnde cum hæc omnia ab arbitrio rerumpublicarum poteſtatumque ſuperiorum pendeant, multumque temporis progreſſu varientur, non ſolùm in diuerſis rebuſpublicis, ſed etiam in una & eadem, ſub artem nõ cadunt, neque de illis vlla certa regula tradi poteſt, ſed in vnaquaque republica ſenſu, vſuque, & experientia intelligi & addiſci debet, vtrum vna aut pluribus ſupremis poteſtatibus gubernetur, & quãta in illa aut in illis pluribus iuriſdictio ac poteſtas

ſtas ſit,& quantum pendeat aut non pendeat in ea à republica,& quæ inferiores poteſtates in ea republica inſtitutæ ſint,& quanta cum amplitudine iuriſdictionis,tam quoad territorium ac diſtrictum, quàm etiam quoad iuriſdictionis actus.

Ex dictis etiam eiſdem diſputationibus,& tractatu 3. Diſputat.2.conſtat,quantum variæ reſpublicæ poteſtatis reliquerint patribus familias quoad vim coerciuam,criminumque punitionem,comparatione vxoris,liberorum,mancipiorum,ac famulorum, itemque magiſtris liberalium ac mechanicarum artium comparatione eorum,quos inſtruunt, & alijs ſimilibus aliorum moderatoribus, & quæ alijs reipublicæ poteſtatibus, quæ magis propriè publicæ poteſtates dicuntur ac ſunt,reſeruauerint. Diſputatione item 27. oſtendimus, quanam ratione omnes vniuerſim poteſtates ita generatim commemoratæ à Deo mediatè vel immediatè deſcendãt, locoque Dei vnaquæque in ſuo ordine ac gradu præcipiant, illiſque obediatur.

Nobis itaque non eſt animus de ſingulis laicis publicis poteſtatibus, non ſolùm aliarum rerum publicarum, ſed neque huius Caſtellanæ diſputare, tametſi infrà à Diſp.8.dum poteſtates publicas in ordinarias & delegatas diuidemus multaque circa illas diſputabimus, tractatum quoque addentes de iudicibus arbitris, & de arbitratoribus, multa admiſcere conabimur de laicis publicis poteſtatibus in particulari huius Caſtellani regni.

Placuit verò in hac diſputatione examinare, non quidem de ſupremis poteſtatibus aliarum rerumpublicarum,inter illas computando etiam Romanam quoad Imperiũ, libere Auguſto Cæſaris & ſucceſſoribus illius ab illa republica lege publica tributũ, vt melius eo modo gubernaretur,viaque bellis ciuilibus ac ſeditionibus præcluderetur,quæ ipſam eneruabant ac deuaſtabant; ſed ſolùm de ſuprema monarchia ſeu regia poteſtate huius Caſtellæ regni, à qua cæteræ inferiores laicæ poteſtates in eo deſcendunt, num in illa tota iuriſdictio, quæ naturali iure reipublicæ Caſtellanæ competit, reſideat, an non, ſed coarctata in aliquo Regibus huius regni fuerit communicata, ita quòd aliqua iurirſdictio in republica ipſa remaneat,quam Regibus non communicauerit,& in qua Reges huius regni à republica depẽdeant. Idem examinabimus de ſuprema Regum Luſitanorum poteſtate. Sequenti verò diſputatione de ſummis Pontificibus ſimiliter examinabimus num tota iuriſdictio eccleſiæ in eis reſideat.

2 Quod itaque ad hoc Caſtellæ regnum attinet,meritò Couar.de pract. qq. c. 1.nume.9. & alijs affirmant,totam huius reipublicæ iuriſdictionem eſſe in Rege,& à Rege deriuatam eſſe ac deriuari in alios. Quicquid enim eſſet tempore Gothorum vſque ad Rodericum,qui Hiſpanias amiſit(de qua re aliqua diximus tractatu ſecundo. Diſp.576.) poſt occupatas Hiſpanias à Mauris, Pelagius,qui de regia ſtirpe Gothorum erat,in Regem ab Hiſpaniarum reliquijs creatus fuit,cui iuriſdictionẽ omnem adminiſtrationemque totam ſupra ſe contulerunt, volueruntque vt regnum deinceps,non electione,vt illuc vſque,ſed hæreditario iure in poſteros Regis deſcẽderet,vt diſp.576. citata dictum comprobatumque fuit:id quod vſus perpetuus, & conſuetudo ab illis temporibus ad hæc vſque noſtra ſeruata teſtatur ac confirmat. Quo fit,vt reſpublica hæc iam hodie auferre non poſſit à Rege,& ab ijs,qui ius ad regnum habent, ius illud tranſmiſſionis regni ac ſucceſſionis in illo ſanguinis atque hæreditario iure,ipſis inuitis, vt ex dictis tracta. 2.diſput.23. & 576. liquet Si tamen caſu ita regnum vacaret, vt nullus omnino ſuperſtes eſſet,qui ius ea via ad regnum haberet, tunc totum ius & adminiſtratio reipublicæ deuol-

A ueretur ad ipſam rempublicam, vt erat antequam ſibi moderatorem conſtitueret, ac proinde integrũ tunc ipſi eſſet, vel conſtituere ſibi de nouo Regem, quem vellet,legibuſque,quibus vellet,eum aſtringere,arctando ac minuendo illi iuriſdictionem,vel eligere ſibi quoduis aliud regiminis genus vellet, vt Couar.c.1.citato, & c.4. ſequenti in calce.nume.3. doctoreſque communiter affirmant, ſatiſque conſtat ex dictis tractatu 2. diſput.23. & 29. Adhuc autem in republica iuriſdictio perſeuerat, vt ſi Rex in tyrannidem declinaret,aut id, quod omnino reipublicæ non expediret,efficere vellet,illi poſſet reſiſtere,ſibique ipſi cõſulere, vt ex ſe & ex dictis diſp.23. citata conſtat.

Dixi,totam huius reipublicæ iuriſdictionem eſſe 3
B in Rege,& à Rege deriuatã eſſe ac deriuari in alios: quoniam iuriſdictio,quæ Regũ donatione, aut alia ratione, eſt in optimatibus & in alijs, in obſequiorum, aut in rei al cuius alterius recompenſationem, ſanè à Lege fuit illis collata,effectaque propria illorum. In hoc ergo ſenſu dicimus, reſidere totam huius reipublicæ iuriſdictionem in Rege, quòd reſpublica nihil illius ſibi reſeruauerit, & quòd quicquid illius eſt alienatum ac effectum aliorum proprium, à Regibus fuit deriuatum, itemque quoniam, qui eam obtinent,adhuc Regibus manent ſubiecti, etiã quoad ipſammet iuriſdictionem, quantum ſibi Reges reſeruarunt, & quantum poſtulat commune bonum,regiaque ſuprema poteſtas. Reliquum verò totius reipublicæ iuriſdictionis, quod alienatum non
C eſt,à Rege deriuatur in poteſtates illi ſubordinatas atque à Rege pendet.

Illud admonuerim, ſi quando Pelagius creatus fuit Rex, aliqui erant optimates inter illas Hiſpaniarum reliquias,qui iuriſdictionem aliquam ſuam propriam habebant, illam deriuatam non fuiſſe à Rege Pelagio, neque à ſucceſſoribus illius, ſed ex anteceſſoribus,aliquòve alio titulo comparatam fuiſſe.

Similiter doctores affirmant, iuriſdictionem to- 4
tam eſſe de iure communi in ſupremo principe iuxta l. 1. ff.de conſt. prin. & alia iura. & conſentiunt, l. 2. 5. 7. & 8. titu. 1. p. 2. eos referunt ac ſequuntur Grego. Lopez.l.2.citata, Couar.num.9.citato. Maranta de ord.iud.par.4.diſt.5.nu.3. & Alua. Velaſ. de iure empli.q.8.à nume.20. Ex eo, quòd tota hu-
D ius reipublicæ iuriſdictio in Rege in ſenſu explicato reſideat, colligunt Couar.c.1.citato.n.9. Grego. Lopez.l.2.titu. 1.part.2.verb. *iuſtitia è eſcarmiento*, & verb. *por priuilegio*, poſt Baldum, Auendanium, & alios,quos copioſius,quàm alij, refert Aluar. Velaſ.de iure empli. q.18.à.num.20. præſumptionem eſſe,quamcunque iuriſdictionem oppidi,caſtri, aut aliam,ad Regem pertinere: eaque de cauſa,quando quis contendit ad ſe pertinere, ipſe, & non Rex, id probare debet,atque ſi ſufficienter non probet ad ſe pertinere,ſuccumbet,eſtò in poſſeſſione illius ſit, eaque ſpoliabitur. Probare autem debet, vel legitimum titulum ac conceſſionem illius,vel legitimam præſcriptionem,quæ nõ minor ſufficit,quàm imme
E morabilis ſine titulo, & centenaria cũ titulo,imò in Luſitania neque immemorabili poſſeſſione præſcribitur, ſed neceſſe eſt poſſeſſorem legitimum titulum oſtẽdere,alioquin ſuccumbit,eaque iuriſdictione ſpoliatur, vt hæc omnia latiſſimè oſtendimus tractatu 2.diſputat.75.à §.quoniam vt tractatu,&c.eaque de cauſa quo ad hoc non amplius immoror, & hæc omnia habentur l. 4.titu. 1.lib.2.ord. quæ eſt.l. 2.titu.1.lib.4.nouæ collect.l.6.tit. 13.lib.3.ord.quæ eſt.l. 1.titu. 15.lib.4.nouæ collect.& lib.2. Luſitanarum ord.titu.26.§.15.& 52.

Sicut dictum eſt, iuriſdictionem totam huius 5
reipublicæ reſidere in Rege: ita dicendum ſimiliter eſt,iuriſdictionem totam reipublicæ Luſitanæ reſi-

reſidere in Rege Luſitano. Cum enim Henricus exterus, primus Luſitaniæ Comes, à Rege Caſtellæ, vna cum filia Regis, Luſitaniam titulo Comitis accepiſſet ob ſuppetias, quas aduerſus Mauros ſecum attulerat, reſque ab eo præclarè geſtas; populique Luſitani poſtea Alfonſum Henriquez eius filium, Regem Luſitaniæ acclamaſſent, ſibi eum in Regem eligentes; ſanè poteſtatem ac dominium, quod Rex Caſtellę in ipſos tunc habebat, illi tribuẽdo, inſtar Regis Caſtellæ voluerunt, vt regnum in Alfonſi Henriquez, poſteros hæreditario ac ſanguinis iure deriuaretur: id quod perpetuò ſeruatum fuit, neque vnquã apparuit vllum veſtigium, quod populi reſpublicave Luſitana aliquid iuriſdictionis ſibi aſſeruauerint, quam in Regem non tranſtulerint. Quo fit, vt dicendum ſimiliter ſit, iuriſdictionem totam reipublicæ Luſitanæ reſidere in Luſitaniæ Rege, vt de Rege Caſtellæ dictum eſt.

DISPVT. 4.

Num iuriſdictio tota eccleſiæ in ſummo Pontifice reſideat, ab eoque in cæteras eccleſiaſticas poteſtates eccleſiaſtica iuriſdictio deriuetur.

SVMMARIVM.

1 *Tota Eccleſiæ iuriſdictio eſt in ſummo Pontifice, ab eoque in alias deriuatur Eccleſiaſticas poteſtates.*
2 *Quædam Pontificiæ poteſtatis exempla.*
3 *Apoſtoli acceperunt parem cum Petro poteſtatem in totum eccleſiæ corpus, ſed illa cum ipſorum vnoquoque terminata eſt.*
4 *Diæceſes ab alijs Apoſtolis conſtitutæ perſeuerare poterant in modo electionis epiſcoporum, ipſis ab Apoſtolis conſtituto, interim dum aliud cathedra Petri quoad id non ſtatuebat.*
5 *Pontifici licet iuriſdictionem alijs reſtringere, alios ex toto ea priuare: & ad eum tanquam ad ſupremam poteſtatem fit in quacunque cauſa appellatio.*
6 *Pontifex poteſt per ſe ipſum in quibuſcunque ſubditis ſuorum inferiorum exercere, quidquid poteſtates inferiores exercere in illos poſſunt.*
7 *Pontifex poteſt à iuriſdictione epiſcoporum eximere, quos ab illorum iuriſdictione iudicauerit eximi expedire.*
8 *Tota eccleſiæ iuriſdictio ampliori quodam modo reſidet in Pontifice ſummo, quàm iuriſdictio tota ciuilis reſidet in Rege.*
9 *Cum de iure diuino ſit eſſe in eccleſia parochos & epiſcopos, non poteſt Pontifex efficere, ut nulli omnino epiſcopi uel parochi ſint.*
10 *Epiſcopus in ſua Diœceſi integram habet iuriſdictionem ſub ſummo Pontifice.*
11 *Epiſcopus non poteſt Parochos iuriſdictione in ſuos parochianos priuare.*

1 Dicendum eſt (vt ex parte in materia de fide quæſt. 1. art. 10. fuit à nobis dictum) in ſequenti ſenſu iuriſdictionem totam eccleſiæ reſidere in ſummo Pótifice, & ab eo in reliquas eccleſiaſticas poteſtates deriuari. In primis, quod in totum eccleſiæ corpus, & in ſingula eccleſię membra, iure diuino plenam habet poteſtatem, quam Chriſtus Petro, & in illo ſummis omnibus Pótificibus illius ſucceſſoribus, Matt. 16. promiſit, ac Ioan. 21. tradidit, dum illi dixit: *Paſce agnos, & oues meas*, nullam excipiẽdo, ſed totius ſui A ouilis curam plenã abſque vlla limitatione ac coarctatione illi tribuendo. Quo fit, vt nullus de eccleſia exemptus eſſe poſſit à iuriſdictione, legibus, regimine, ac poteſtate ſummi Pontificis.

Deinde, quoniam à ſummo Pontifice iuriſdictio tota deriuatur, tam in conſcientiæ, quàm in exteriori foro, in reliquas eccleſiæ poteſtates ipſi ſubordinatas, vt in Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, parochos, prælatos omnes religionũ, & in quoſcunque alios iudices ac ſuperiores eccleſiaſticos. 2
Atque hoc non ſolùm, quòd poſt apoſtolos ad ipſum ſolum pertineat diuidere totum eccleſiæ corpus in patriarchatus, metropoles, diœceſes, & paræcias, præſcribereque Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac parochis, quantum iuriſdictio vniuſcuiuſque eorum quoad ſubditos ſe extendere debeat, & quod ad ipſum ſpectet, poſtquam eo modo totum eccleſiæ corpus diuiſerit, iterũ diæceſes vnire, aut paræſcias, vel iã diuiſas partiri adhuc in plures, vt expedire iudicauerit: ſed etiam quòd ad ipſum attineat creare ac conſtituere Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, parochoſque omnes, atq; adeò ipſe eſt, qui illis tribuit & à quo accipiunt iuriſdictionem: per conſequens autem, qui ab his ita creatis iuriſdictionem quamuis accipiunt, pro poteſtate ad illam concedendam, quæ eorum cuique cõuenit, mediatè illam à ſummo Pontifice accipiunt. Cum verò ad ſummum Pontificem quoque pertineat, religiones approbare, earumque ſuperioribus iuriſdictionem in ipſis ſubditos conferre, & denique quoſcunque alios iudices eccleſiaſticos in eccleſia mediatè vel immediatè conſtituere, eiſque omnibus iuriſdictionem conferre: conſequens profectò eſt, vt ab ipſo, tanquam à fonte, iuriſdictio tota eccleſiæ, quæ in alijs omnibus eccleſiaſticis poteſtatibus eſt, emanet ac deriuetur, ab ipſoque tota dependeat.

Quòd ſi aliquibus quondam permittebatur, aut hodie permittitur, eligere ſibi epiſcopos, aut ſimile aliud ſine recurſu ad ſummum Pont. efficere, id ſanè erat expreſsè aut tacitè concedente id ſummo Pontifice, vel quia nõ erat facilis ad ipſum acceſſus, vt in eccleſijs in regionib. longinquis ab Apoſtolis, & ab illorum ſucceſſorib. in principio eccleſiæ fundatis, vel aliqua alia iuſta de cauſa: vnde illa quoque iuriſdictio à ſummo Pontifice tacitè vel expreſsè illam concedente deriuabatur.

Dixi paulo ſuperius, ad ſolum ſummum Pontificem, poſt apoſtolos, pertinere diuidere totum eccleſiæ corpus in patriarchatus, metropoles, diœceſes, &c. quoniam, vt in materia de fide. q. 1. art. 10. dictũ eſt, reliqui apoſtoli parem cum Petro iuriſdictionis poteſtatem in totum eccleſiæ corpus à Chriſto acceperunt ad eccleſiam fundandam: illam tamen acceperunt finiendam cum ipſorum vnoquoque, neque trãſituram ad epiſcopos, qui ipſorum loco in eccleſia ſuccedunt, non quidem in apoſtolatu, ratione cuius apoſtoli eam vniuerſalem poteſtatẽ iuriſdictionis à Chriſto acceperunt, ſed in dignitate epiſcopali tanquam ſummi Põtificis ex Chriſti inſtitutione coadiutores, vt art. 10. citato cõprobatum fuit. Vnde apoſtoli, dum viuebant, indepẽdenter à Petro diuidere poterãt diæceſes ac paræſcias in locis, in quibus prædicabant ac fundabant eccleſias, & ad quæ alios deſtinabant, qui prædicarent & fundarent eccleſias, conſtituereq; ibi poterant Epiſcopos & parochos: apoſtolis autem defunctis, illa omnia ſubiecta manebant ſoli Petro, & ſucceſſoribus illius, tanquam ſupremo capiti, & paſtori vniuerſali totius eccleſię, cui reliqui omnes ſubordinantur, & à quo, in ſenſu explicato, & adhuc magis explicando, pendent. Atque, cum Turrecremata in reliquis, quæ hactenus dicta ſunt, & quæ ſubijciemus, nobiſcum 3

con-

conſentiat in locis infra citandis; in eo tamen doctrina eius nobis non probatur, quòd affirmet, reliquos apoſtolos non accepiſse immediatè à Chriſto iuriſdictionem vniuerſalem in orbem, ſed eam acce-
3 piſse immediatè à Petro, & mediatè à Chriſto: contrarium verò, cum multis alijs, nos oſtendimus art. 10. citato.

4 Illud nobis probatur, quod Victoria relect. 2. de poteſtate eccleſiæ. q. 2. à nu. 27. ait, diœceſes ſcilicet conſtitutas ab alijs apoſtolis à Petro, perſeuerare potuiſſe in modo electionis Epiſcoporum, atque aliorum rectorum eccleſiæ, ipſis ab alijs apoſtolis conſtituto, interim dum aliud cathedra Petri quoad id non ſtatuebat. Id quippe poteſtate iuriſdictionis immediatè à Chriſto deriuata cõſtitutum erat, tametſi iure diuino, mortuis apoſtolis ea omnia ſubiecta manerent diſpoſitioni cathedræ Petri: eaque de cauſa diæceſes illæ perſeuerare in eo modo ab apoſtolis inſtituto, iure optimo potuerunt, interim dum aliud ex cathedra Petri non ſtatuebatur. Quare ſi aliquis conſtitutus erat ab apoſtolis metropolitanus, aut patriarcha alicuius prouinciæ, aut aliquarum prouinciarum, cum poteſtate vt diæceſes ac paræſcias diuideret, is, dilatata fide in ea prouincia, aut in eis prouincijs, diuidere diæceſes ac paræcias poterat, interim dum ex cathedra Petri aliud non ſtatuebatur ac præcipiebatur. Atque ſi ab apoſtolis inſtitutum fuit, vt clerici, vel omnes, vel aliqui, Epiſcopum eligerent in aliqua diæceſi, id ſanè obſeruandum erat, interim dum aliud ex cathedra Petri non decernebatur. Similiter ſi ab apoſtolis erat ſancitum, vt epiſcopi parochos in ſuis diæceſibus eligerent ac conſtituerent, id etiam ſeruandum erat. Omnes tamen eccleſiæ ab alijs apoſtolis eo modo fundatæ ex euangelio ipſo, atque ex doctrina ipſorummet apoſtolorum, intelligebant dependentiam, quam quoad iuriſdictionem à cathedra Petri habebant.

Id verò difficile mihi quin & falsũ videtur, quod Victoria ſubiungit, & ſequitur Ledeſmius 2. 4. q. 20. artic. 4. vnumquemque videlicet epiſcopum potuiſse eligere ſibi ſucceſsorem, interim dum aliud ex cathedra Petri non ſtatuebatur. Niſi enim id ipſis efficere conceſsum ab apoſtolis fuiſset, id ſanè non potuiſsent: creditu tamen eſt difficillimum, apoſtolos id illis conceſſiſse, diſpoſuiſseque vt id poſſent efficere: cum inde oriri multa ac grauia mala facilè poſsent: ob quæ art. 10. citato aduerſus Victoriam cum communi doctorum ſententia oſtendimus, ſummos Pontifices eligere ſibi non poſse ſucceſsores. Et quoniam hæc omnia ad loca alia ſpectat copioſius diſputare, idcirco ſummatim illa hoc loco aſserimus ac definimus.

5 Præterea in hoc ſenſu tota eccleſiæ iuriſdictio reſidet in ſummo Pontifice, ab eoque in alios deriuatur, pendetq; ab eo, quòd ſummus Pontifex ex cauſa reſtringere iuriſdictionem poteſt reliquis, quin & illos iuriſdictione tota interdum priuare, vt expedire iudicauerit. Et quòd à quocunque iudice ac ſuperiore fas eſt in quacunque cauſa ac grauamine appellare ad ſummum Pontificem, tanquam ad ſupremam poteſtatem, à qua omnes aliæ pendent, & cui ſubijciuntur, vt 2. q. 6. per multa capita liquet. Et quamuis interdum ſummus Pontifex concedat, vt poſtpoſita appellatione procedatur, faſque tunc ijs, quibus id conceditur, ſit appellationem non admittere, ſi viderint ad illam legitimam cauſam nõ eſse, procedereque non ſecus poſſint in cauſa, atque ſi appellatum non eſſet, ſemper tñ recurſus ad ſummum Pontificem patet, vt, ſi de grauamine apud illũ conſtiterit, prouideat vt res poſtulauerit. Et quoniam corrigere ſummus Pontifex poteſt ac punire exceſſus omnes quarumcunque poteſtatum eccleſiaſticarum, de eiſq; inquirere, vt recta eſflagitauerit ratio.

A Item in hoc ſenſu tota iuriſdictio eccleſiæ in ſummo Pontifice reſidet, & ab eo pendet, quod per ſe ipſum exercere in quibuſcunque ſubditis ſuorum inferiorum poteſt, quicquid poteſtates inferiores exercere in illos poſſunt, vt illos abſoluere, ordinare, punire, &c. Quemadmodum etiam epiſcopi poſsunt per ſe ipſos in quoſcunque parochianos cuiuſcunque parochi ſuæ diæceſis exercere quicquid parochi in illos exercere poſsunt. Tota quippe iuriſdictio atque adminiſtratio eccleſię ad ſummum Pontificem pertinet. Quia tamen illam totam exequi per ſe ipſum non poteſt, conſtitutum à Chriſto fuit, vt in eccleſia eſsent epiſcopi, qui adiutores ipſius eſsent & quaſi adminiſtri, quibus partem ſuæ ſolicitudinis impartiretur, non ita quaſi à ſe adimeret, abdicaret,
B ac alienaret eam ſuæ poteſtatis partem, ſed ita vt, manente in ipſo integra ac plena poteſtate, partem illis concederet ac communicaret ſub ſua. Non ſecus atque Rex iudicibus ordinarijs, quos ſub ſe conſtituit, ita poteſtatem tribuit, vt nullam ſibimet poteſtatem adimat, ſed integrum ſibi ipſi relinquat ea omnia per ſe ipſum efficere, ad quæ illis poteſtatem ordinariam tribuit. Et quia hoc modo epiſcopi poteſtatem à ſummo Pontifice ex Chriſti inſtitutione accipiũt, Gregorius quartus. c. decreto, & Vigilius, c. qui ſe, 2. q. 6. inquiunt, *Romana eccleſia, quæ prima eſt, ita vices ſuas alijs impertiuit eccleſiis, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.* Simili quoque ratione, quia Epiſcopi non poſsunt per ſe ipſos in tota ſua diçceſi id totũ exercere, quod
C ad ipſorum iuriſdictionem ac poteſtatem pertinet, à Chriſto fuit inſtitutum, vt eſsẽt parochi, qui adiutores & quaſi adminiſtri Epiſcoporum eſsent. Atque ita, quando Epiſcopi aliquos in ſacerdotes ordinant, ſic dicunt: Quanto fragiliores ſumus, tãto amplius neceſsarijs auxilijs indigemus. Licèt ergo parochi vel à ſummo Põtifice, vel ab Epiſcopo, immediatè iuriſdictionem in ſibi ſubditos accipiant, non tamen idcirco iuriſdictio minuitur Epiſcoporum, quaſi non poſſint per ſe ipſos in ſubditos parochorum ea omnia exercere, quæ parochi poſsunt.

Ex eo, quòd iuriſdictio tota eccleſiæ in ſenſu hactenus explicato reſidet in ſummo Põtifice, & quòd 7
in omnes ſubditos Epiſcoporũ poſſit quicquid Epiſcopi in illos poſsunt, prouenit, quòd ſummus Pon-
D tifex eximere à iuriſdictione Epiſcoporum poſſit, quos ab illorum iuriſdictione eximi iudicauerit expedire: vt plurimum religioſos per priuilegia eis cõceſsa ab illorum iuriſdictione eximit. Prouenit quoque, quòd ſummus Pontifex concedere poſſit facultatem ac iuriſdictionem audiendi confeſſiones, & alia eiuſmodi exercendi in diçceſibus quorũcunque Epiſcoporum, quibuſcunque expedire iudicauerit, idque Epiſcopis etiam inuitis.

Ex hactenus dictis patet, iuriſdictionem totam 8
eccleſiæ iure diuino in ſummo Pontifice reſidere, & ab eo in reliquos deriuari ac pendere, quodammodo ampliori quodam modo, quam iuriſdictio tota ciuilis reſideat in Rege: quippe cum ſummus Põ-
E tifex non poſſit à ſe abdicare partem iuriſdictionis, maximè in præiudicium ſucceſſorum: quemadmodum diſputatione præcedente eſt dictum. Regem abdicare poſse à ſe partem ſuæ iuriſdictionis, ita illam magnati alicui concedendo, vt ea pars iuriſdictionis in ipſo non maneat.

Hactenus dicta probat inter alios latè ac doctè Turrecremata part. 2. ſummę à c. 53. vſque ad 69. & in eis conueniunt, Cai. tractatu de autoritate Papæ, c. 3. & 4. & in Apologia part. 1. c. 4. Victo. relect. 2. de poteſtate eccleſiæ. q. 2. à num. 8. Sotus in 4. d. 20. quæſt. 1. art. 4. & alij.

Illud verò obſerua, cum de iure diuino ſit, eſse in 9
eccleſia Epiſcopos & parochos, quibus ſub ſummo Ponti-

Pontifice gubernetur, id ita Chriſto inſtituente ac iubente, tametſi tot vel tot Epiſcopos ac parochos eſſe, hoſque vel illos in particulari creari, vt huius vel illius loci Epiſcopi aut parochi ſint, pendens ſit à ſummi Pontificis arbitrio ac beneplacito, ſummũ Pontificem efficere non poſſe, vt nulli omnino ſint Epiſcopi aut parochi in eccleſia, vt bene Sotus vbi ſuprà & alij notarunt: Imò poſtquam epiſcopatus ritè alicui eſt collatus, aut beneficium aliud, non poteſt ſummus Pontifex abſque rationabili cauſa priuare eum illo.

10 Illud item obſerua, munus Epiſcopi ex inſtitutione Chriſti eſſe, vt quantum ex ſe eſt, integram Epiſcopus iuriſdictionem in ſua diæceſi habeat, eaque de cauſa eo ipſo, quod aliquis creatus eſt Epiſcopus alicuius diæceſis, habere ſub ſummo Pontifice cenſetur integram in ſibi ſubditos iuriſdictionem, niſi quatenus legibus ſummi Pontificis, aut conſuetudine, reſtricta ac reſeruata cenſetur ſummo Pontifici. Quo fit, vt Epiſcopi concedere in ſua diæceſi poſſint leges, quas viderint expedire, tametſi ab illis appellari ad ſummum Pontificem poſſit, & inſtituere curatos, diſpenſare in votis, & ſimilia alia facere, niſi quatenus ſummo Pontifici fuerit id reſeruatum.

11 Quia item parochi cum beneficio curato, ex Chriſti inſtitutione, ſub Epiſcopis ſunt in eccleſia, atque quantum ex ſe eſt ex ſuo munere illis conuenit habere ordinariam ac plenam iuriſdictionem in foro conſcientiæ in ſuos parochianos, tametſi Epiſcopi in illos exercere per ſe ipſos poſſint quicquid parochi poſſunt, vt ſuprà dictum eſt, quin & alijs, quibus expedire viderint, concedere poſſint facultatem audiẽdi confeſſiones eorundem parochianorum, conſequens eſſe, vt licitè Epiſcopus ex rationabili cauſa reſtringere poſſit iuriſdictionem parochorum, ſibi reſeruando caſus aliquos, non tamen ex toto poſſe eos priuare iuriſdictione in ſibi ſubditos, niſi eos ineptos ad audiendas confeſſiones iudicaret, aut vrgẽs alia cauſa id ſuaderet: imò neque reſtringere poteſt plus iuſto illorum iuriſdictionem, tot caſus abſque rationabili cauſa reſeruando, vt id in iniuſtum ſubditorum grauamen cedat, atque in irrationabilem ac iniuſtam reſtrictionem iuriſdictionis parochorũ: talis quippe reſeruatio eſſet inualida ac nulla, vt Sotus & Ledeſmius in 4. dum ſermo illis eſt de caſibus reſeruatis, affirmãt. Tametſi, meo iudicio, tutũ non eſſet quicquam propria autoritate audere contra reſeruationem Epiſcoporum.

De poteſtate Summi Pontificis diximus tractatu 2. Diſputat. 21. & 29. & in materia de fide. quæſt. 1. artic. 10. neque hic eſt aptus locus plura de illa dicendi.

DISPVT. 5.

De diuiſione iuriſdictionis latè ſumptę, in merum imperium, mixtum imperium, & in iuriſdictionem preſsè ſumptam. Et de officio iudicis nobili, & de iudicis officio mercenario.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio externa diuiſa eſt in imperium, & in iuriſdictionem preſsè ſumptam: imperium rurſum in merum imperium & in mixtum.*

2 *Quid ſit imperium, & quid ſit iuriſdictio preſse ſumpta.*

3 *Quid ſit officium iudicis mercenarium.*

4 *Quid ſit officium iudicis nobile.*

5 *Quid ſit imperium merum, quid ſit imperium mixtum.*

IVriſdictio Diſput. 2. definita ac explicata, ad externum attinens forum, diuiditur immediatè in imperium & in iuriſdictionem preſsè ſumptã. Quæ ob ſui imperfectionem nomen diuiſi retinet. Rurſus imperium diuiditur in merum imperiũ, & in mixtum imperium. Atque in tria conſtituuntur mẽbra iuriſdictionis latè ſumptæ, vt notant Bar. l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. Panor. c. quod ſedem, de offic. ord. & alij. 1

Imperium in hunc modum definitur à Bart. & à Pan. locis citatis. *Eſt iuriſdictio, quæ exercetur officio iudicis nobili*. Iuriſdictio verò preſsè ſumpta ſic ab eiſdem autoribus definitur. *Eſt iuriſdictio, quæ exercetur officio iudicis mercenario*. 2

Officium autem iudicis mercenarium ſic definitur à Bart. l. 1. num. 12. ff. de iuriſdict. omn. iud. & à Panor. cap. 2. de offic. iud. num. 5. Eſt officium iudicis, quod deſeruit actioni, intellige merè ciuili, quæ propriè actio appellatur. Dicitur autem mercenarium, quaſi mancipatum ac ſeruiens actioni, vt mercenarius operi. Actio enim mere ciuilis, qua de intereſſe aliquo inter partes agitur, ad quam earum id, de quo litigatur, pertineat, hoc ex ſe habet, ex naturaue eius actionis, quòd iudex non mouetur motu ſuo proprio ad exequutionem ſui muneris circa eam actionem, ſed ad partium ſolum petitionem, & vt exigunt vt pro ſuo munere procedat: vnde partibus ceſſantibus, aut ſecum tranſigentibus, ceſſat iudex, neque ex ſuo munere habet ſe amplius quoad id intromittere. Neque per idem mercenarium officium iudex habet concedere beneficium aliquod, etiam ad merè ciuiliter agendum, vt concedere minori aut eccleſiæ beneficium reſtitutionis in integrum, aut aliquid aliud, ſed id totum pertinet ad officium iudicis nobile. Quia itaque officium iudicis mercenariũ eo modo eſt mancipatum ac deſeruiens actioni merè ciuili, eiue, quod partes requirunt, vt velut de ſuo nihil per id officium concedat iudex, neque ſe intromittat, (vt de ſuo habet ſe intromittere in criminalibus ad delicta punienda, quatenus nociua ſunt, pręiudiciumque afferunt bono communi, etſi per accidens in aliquibus prohibitum ei ſit procedere, niſi ad petitionem ac accuſationem partis) appellatur officium mercenarium & ſeruiens actioni, diciturque à doctoribus non per ſe ſtare, ſed quaſi ſubiectũ eſſe & mancipatum actioni merè ciuili, eique quod partes intendunt, ſiue ante litem conteſtatam, vt in citatione, & in alijs, quæ litis antecedunt conteſtationem, ſiue poſt conteſtatam litem vſque ad definitiuam ſententiam, ſiue etiam in exequutione poſtea ſententiæ, vt ibidem Bart. notat. 3

Officium verò iudicis nobile definitur ibidem ab eiſdem autoribus, eſſe quod nõ deſeruit actioni, ſed per ſe ſtat, atque ex illo iudex procedit ad aliquid faciendum, aut concedẽdum, quoniam id ſibi pro ſuo munere competit, pro ſuaque poteſtate, ſiue procedat ex ſolo ſuo motu, vt ad inquirendum de aliquo crimine, ad legem ferendam, aut ad aliud ſimile; ſiue procedat ad petitionem alicuius, vt concedendo reſtitutionem in integrum, emancipando, puniendo ad inſtantiam, accuſationemque partis offenſæ, aut alio ſimili modo ad alterius inſtantiam procedat. Et quia punire delicta ad iudicem ex ſuo munere ſpectat, quatenus in detrimentum boni communis redundant, conſequens profectò eſt, vt omnis pęnæ inflictio ad officium iudicis nobile atque adeò ad imperium pertineat, nihil impediente quod iudex poſtulante ac accuſante parte læſa illam infligat, & quod in aliquibus euẽtibus, vel quòd iniuriæ 4

leues

leues admodum ſint, vel alijs iuſtis de cauſis, vt in A hoc regno circa adulterium prohibitum per accidens iudici ſit, procedere ad pœnæ inflictionem id non poſtulante parte læſa, aut parte læſa condonante delictum: reſpicitur enim ad id, quod eſt per ſe, non verò ad id, quod per accidens aliquando euenit atque eſt ſancitum. In hac autem materia iuriſdictionis, imperij, ac officij iudicis nobilis, nomine iudicis quæcunque poteſtas publica intelligitur, etiã Rex atque ſummus Pontifex, ſiue iudicent, ſiue quemcunque iuriſdictionis alium actum exerceant, vt leges ferendo, veniam ætatis aut beneficium reſtitutionis in integrum concedendo, legitimando, emancipando, & ſimilia alia iuriſdictionis exercendo, vt ex definitionibus traditis, & ex tradendis, liquidò conſtat.

4 Merum imperium à Bart. l. imperium citata, & à 5 Panor. c. quod ſedem citato ſic definitur: Eſt iuriſdictio, quæ exercetur officio iudicis nobili publicã vtilitatem reſpiciente. Vt condere leges eſt actus meri imperij: quoniam lex publicam vtilitatem reſpicit non huius vel illius particularis. Malefactores item inquirere, eoſque punire, actus ſunt meri imperij; quoniam pœna infligitur in commune bonum, quod delicto fuit læſum, & cuius iudex eſt cuſtos, eſtò ſimul intendatur iuſta vindicta ac ſatisfactio partis læſæ.

Mixtum verò imperium ſic ab eiſdem autoribus ibidem definitur: Eſt iuriſdictio, quæ exercetur officio iudicis nobili priuatam vtilitatem reſpiciente, vt concedere alicui reſtitutionem in integrum, eſt actus mixti imperij. Emancipare aliquem, concedere alicui veniam ætatis, & ſimilia alia efficere, quæ in priuatam eorum vtilitatem, quibus conceduntur, iudicis officio fiunt, tametſi in commune reipublicæ bonum dirigantur, vt & cætera, quæ quocunque iudicis officio, etiam mercenario, exercentur, in commune reipublicæ bonum mediatè redundant, actus ſunt mixti imperii.

6 Itaque iuriſdictio preſsè ſumpta differt ab imperio quod exerceatur iudicis officio mercenario, & imperium iudicis officio nobilis. Merum verò imperium differt à mixto, quòd imperium merum nobili officio iudicis exerceatur reſpiciente publicam vtilitatem: mixtum vero imperium exerceatur eodẽ iudicis officio nobili reſpiciente priuatam vtilitatem. Atque mixtum nuncupatur, quoniam quatenus exercetur officio nobili, participat de imperio: quatenus vero reſpicit priuatam vtilitatem, participat de iuriſdictione preſsè ſumpta, ad differentiam meri imperii, quod quia reſpicit publicam vtilitatem, non ita participat de iuriſdictione preſsè ſumpta.

DISPVT. 6.

Sex gradus meri imperij. Totidem diſtinguuntur mixti imperij, & totidem iuriſdictionis. Et quando mixtum imperium alicui à principe conceditur, in quibus gradibus concedi cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Sex ſunt gradus imperij meri, primus vocatur imperium merum maximum, ſecundus maius, tertius magnum, quartus paruum, quintus minus, ſextus minimum,*

2 *Sunt etiam ſex gradus in imperio mixto, & ſex in iuriſdictione preſsè ſumpta.*

3 *Licèt Princeps alicui totam iuriſdictionem ciuilem alicuius loci concedat, & etiam criminalem cum mero & mixto imperio, non ideo tamen concedit illi, quæ propria ſunt Principis, ratione ſuæ ſupremæ poteſtatis.*

4 *Quamuis Pontifex legato à latere ſuas vices committat in prouincia, ad quam eum deſtinat, non tamen concedit illi, quæ ſunt primi gradus aut mixti imperij.*

5 *Præſides prouinciarum & alij iudices ordinarij habent imperium merum in ſecundo gradu. In Hiſpania correctores locorum & alij iudices ordinarij iudicant de omnibus cauſis criminalibus meri imperij in ſecundo & ſequentibus gradibus; inde verò appellatur ad regia prætoria. Aliter porrò in Luſitania.* B

6 *Quando aliquod dominium temporale donatum eſt eccleſiis particularibus, tum in cauſis ciuilibus et criminalibus non eſt appellandum ad Principem regni, ſed ad ſuperiores poteſtates eccleſiæ: niſi dominium donatum ſit cum reſeruatione mixti ac meri imperij primi gradus apud principem ſæcularem.*

Bart. l. imperium citata, & cum eo Panor. c. quod ſedem citato, ſex gradus meri imperii diſtinguunt. Primum, quẽ appellant maximum. Eius gradus eſt poteſtas condendi legem, quæ rempublicam totam obliget: quod ſoli ſupremæ poteſtati laicæ ac eccleſiaſticæ conuenit. Eſt etiam poteſtas cudendi monetam, & in ſummo C Pontifice poteſtas conuocandi vniuerſale conciliũ. Eſt item poteſtas indicendi ac inferẽdi bellum. Eſt quoque, quod ad ipſum vltimo appelletur, atque adeo poteſtas cognoſcendi vltimo de omnibus cauſis. Eſt præterea poteſtas inſtituendi tabelliones, & alios miniſtros publicos, & poteſtas imponendi tributa, & ſimilia alia faciendi, quæ ſuprema poteſtas ſibi reſeruat, vt ſibi ratione ſuæ ſupremæ poteſtatis conueniat. 1

Secundum appellant merum imperium maius. Eius gradus eſt poteſtas malefactores puniendi pena amiſſionis vitæ, aut membri, illos mutilando. Itẽ eſt poteſtas puniendi illos morte ciuili, eos in ſeruitutem redigendo, aut deputando illos ad metalla, per quam pænam quondam libertas amittebatur: in D quibus euentibus maxima capitis diminutio de iuri ciuili communi incurrebatur, vt tractatu ſecundo, diſputatio. nona, explanatum eſt. De iure item canonico poteſtas degradandi aliquem, eumque curiæ tradendi ſeculari, vltimo ſupplicio æquiparatur, eaque de cauſa ad merum imperium maius ea poteſtas pertinet. Detrudere item aliquem in pœnam in carcerem perpetuum, morti ciuili canonico iure æquiparatur, eaque de cauſa poteſtas puniendi ea pæna ad merum imperium maius ſpectat. Ad quem etiam gradum ſpectat excommunicare aliquem, quando non fit ad petitionem alicuius, in bonum priuatum illius, vt illi debitum ſoluatur, aut vt malè vſurpatum illi reſtituatur. Hæc Panormitan. E vbi ſuprà.

Tertium appellant merum imperium magnum. Eius gradus eſt poteſtas damnandi perpetuæ amiſſionis ciuitatis, vt quando quis aqua & igni interdicebatur, aut in inſulam deportabatur, quæ pæna capitis media diminutio in iure dicitur, vt eadẽ Diſp. 9. citata dictum eſt. De iure autem canonico aliquãdo pæna amiſſionis libertatis atq; etiam deportatio nis imponitur, tametſi Panor. vbi ſuprà dicat, hanc non eſſe iam in vſu.

Quartum appellant merum imperium paruum. Eius gradus eſt poteſtas relegandi aliquem, vel eum puniendi acriter in corpore, vt pœna flagellorum, aut ſubiiciendi illum torturæ in criminali cauſa.

Quæ

Quæ pœnæ locum etiam habent in foro eccleſiaſtico.

Quintum appellant merum imperium minus. Eius gradus eſt poteſtas leuiter coercendi in corpore.

Sextum appellant merum imperium minimum. Huius gradus eſt poteſtas puniendi mulcta, ſeu pœna aliqua pecuniaria leni. Hæc autem & præcedens poteſtas iudicibus eccleſiaſticis, ſicut & ſecularibus, competit.

Quando autem grauis mulcta pecuniaria eſſet imponenda propter aliquod delictum, ob circunſtãtias aliquas, commutando pœnam corporalem in pecuniariam, vt ob nobilitatem, aut alia ratione, fortaſſe commutatio pertineret ad mixtum imperium, quando in vtilitatem eius fieret, cui commutatur. Inflictio autem eius pœnæ ad eum gradum meri imperij pertineret, ad quem pertineret corporalis pœna, quæ alioquin imponenda foret: niſi in pecuniariam commutaretur.

2 Mixtum imperium diſtinguit etiam Bartol. l. 2. imperium citata in ſex alios ſimiles gradus. Primũ appellat mixtum imperium maximum. Ad hũc gradum pertinet poteſtas ad ea, quæ cum mixti ſint imperij, ſoli principi conueniunt, quia ad illa non ſolet alijs poteſtatem concedere. Eiuſmodi ſunt, concedere minoribus veniam ætatis, legitimare illegitimum, famam reſtituere infami, illum ad priſtinum reducendo ſtatum, remittere pœnam delicti, quando non eſt pars læſa, aut ſuorum proſequens iniuriã quæ accuſet, vel quando reipublicæ expedit illam remittere, facta competenti compenſatione parti læſę, item concedere vt procedatur appellatione poſtpoſita, concedere vt iterum cognoſcatur de re, quæ in iudicatam tranſiuit, ſententiamque reuocare, quę in rem tranſiuit iudicatam, & ſunt ſimilia alia. Reliquos autem gradus, quos Bart. proſequitur, quique conueniunt poteſtatibus inferioribus, vt concedere reſtitutionem in integrum, conſtituere tutorem aut curatorem, interponere autoritatem in emancipatione, & ſimilia alia facere, quæ ad iudicis officium nobile ſpectant, neceſſe non eſt, nos hoc loco proſequi.

Simili modo diſtinguit Bar. ibidem iuriſdictionẽ preſsè ſumptam in ſex alios gradus. Nullus tamen eſt ſoli principi reſeruatus, eaque de cauſa illos etiã hoc loco non proſequor.

3 Illud verò eſt obſeruandum, eſtò princeps alicui concedat iuriſdictionem totam alicuius loci ciuilem & criminalem cum mero ac mixto imperio, nõ propterea cenſeri concedere illi, quæ propria ſunt principis ratione ſuæ ſupremæ poteſtatis, ac proinde nõ cenſeri illi concedere, quæ pertinent ad primum gradum meri imperij, neque item ea, quæ pertinent ad primum gradum mixti imperii, iuxta ea, quæ de primo gradu meri imperii & de primo gradu mixti imperii proximè explicata ſunt, niſi ſufficienter exprimatur ac explicetur concedi aliquid eorum in particulari: tuncque id ſolum, quod ita ſufficienter fuerit expreſſum, cenſetur conceſſum, & non reliqua, quæ cõceſſa non fuerint. Ita colligitur apertè ex. c. quod translationem, de officio legati, & ex lib. 2. Luſitan. ord. tit. 26. quin & ibi habetur expreſsè, affirmantq; doctores, quos Anton. Gomez. l. 40. Tauri in calce. num. 10. refert ac ſequitur, cæterique doctores communiter. Vnde nomine meri imperii in ſimilibus cõceſſionibus, & ſæpe in communi vſu loquendi doctorum, ſolum intelligitur, quod pertinet ad ſecundum gradum meri imperii, & longè maiori cum ratione, quod pertinet ad tertium, & ad ſequentes gradus mixti imperii. Arbitror autem eum loquendi vſum ortum habuiſſe ex. l. imperium. ff. de iuriſd. omnium iud. quo in loco ſic dicitur. Merum imperium

A eſt habere gladii poteſtatem in facinoroſos homines, hoc eſt, habere poteſtatem puniendi pœna capitali. Quod, iuxta gloſſam, & Bart. ibi, communemque doctorum ſententiam, non eſt explicatio meri imperii in tota ſua latitudine, quaſi ibi definitio imperii tradatur, ſed eſt explicatio illius per exemplũ: Eodem modo ſumitur mixtum imperium. l. 18. tit. 4. par. 3. ſimili quoque modo nomine mixti imperii in ſimilibus conceſſionibus, vſuque loquentium, ſolum intelligitur, quod pertinet ad ſequentes gradus mixti imperii poſt primum illius gradum, ortumque id videtur habuiſſe ex eadem lege, vbi ſimiliter mixtum imperium explicatur exemplo pertinente ad ſequentes gradus mixti imperii poſt gradum primum.

B Eodem modò ex eo, quòd ſummus Pontifex legato à latere ſuas vices in prouincia, ad quam eum 4
deſtinat, committat, non cenſetur ea illi concedere, quæ ſunt primi gradus meri aut mixti imperii, qualia ſunt, quæ ex ſe ſoli ſedi apoſtolicæ conueniũt, aut quæ in ſignum priuilegii principalis ſibi reſeruat, vt patet. c. niſi, & copioſius. c. quod translationem, de officio legati, vt ſunt transferre epiſcopum vnũ de vno epiſcopatu in alium, ſubiicere vnam cathedralem eccleſiam alteri, vnire epiſcopatus, aut eos diuidere, de quibus duobus capitibus citatis dictum eſt, & pertinent ad primum gradum mixti imperii, & ſunt ſimilia alia; quæ commemorant gloſſa. c. quod translationem citato, & latius Sylu. verb. caſus. n. 2. & alii: Vnde, vt eorum aliquid conueniat legato, ne-
C ceſſe eſt, vt ſpecialiter ei concedatur. Eiuſmodi ſunt diſpenſatio in matrimonio, & ſimilia alia, quæ ſoli apoſtolicæ ſedi ſunt reſeruata. Poſſunt tamen legati à latere abſoluere percuſſorem eccleſiaſtici, etiam in caſu ſoli apoſtolicæ ſedi reſeruato, quoniam id quaſi ex conſuetudine cenſetur ei conceſſum, vt habetur cap. quod translationem citato, iuncto, cap. excommunicatis, eod. titu. & tract. 3. Diſputat. 58. eſt dictum.

De iure communi Præſidibus prouinciarum & 5
aliis iudicibus ordinariis committebatur merum imperium in ſecundo gradu & in ſequentibus, & iuriſdictio in cauſis, quæ excedebãt trecentos aureos. Iudicibus verò ciuitatum ſolum concedebatur cognoſcere de minoribus delictis, & ea punire, & de
D cauſis ciuilibus, quæ non excedebant trecentos aureos, vt notant Bart. l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. & Panorm. cap. quod ſedem, de offic. ord. num. vlt. iuxta authenticum, de defenſoribus ciuit. §. & iudicare, & §. audient, iuncta. l. illicitas. §. qui vniuerſas, & gloſſa ibi. ff. de offic. præſ. In hoc autem regno Correctores locorum, ad quæ mittuntur, & alii iudices ordinarii locorum, ad quæ nec Correctores nec aſſiſtentes mittuntur, iudicant in prima inſtãtia de omnibus cauſis criminalibus meri imperii in ſecundo & ſequentibus gradibus, & de cauſis omnibus ciuilibus: inde verò appellatur ad regia prætoria. Atque in quibus cauſis fas eſt iudicibus non admittere appellationem, ſed ea non curata, mandare
E ſententiam exequutioni, illam exequutioni mãdant, eſtò mortis pœnam ea ſententia contineat. Ita Cou. de pract. qq. cap. 4. iuncto. cap. 23. & alii doctores cõmuniter, eſtque vſu receptum. In Luſitania verò iudices locorum, qui pedanei non ſunt, & Correctores, quorum munus longè diuerſum eſt à munere Correctorum huius regni, etiam in prima inſtantia cognoſcunt de eiſdem cauſis, cæterum in cauſis criminalibus, in quibus mors eſt infligenda, & in quibuſdam aliis, non ſolum tenentur ſemper admittere appellationem ad curiam, ſed etiam ipſi, lata ſententia, appellare tenentur ex parte iuſtitiæ, vt in ſuperiori tribunali eiuſmodi cauſæ ſemper vltimo definiãtur. Ita habetur lib. 5. ord. tit. 1. & 42. Idem ait Iul.

Clar. lib. 5. ſent. §. vlt. q. 40. ſeruari in Mediolanenſi ducatu.

Quantum autem iuriſdictionis, aut meri & mixti imperii, domini oppidorum habeant in locis ſuis, ex titulis, quibus ea oppida iuriſdictioque in illis conceſſa ſunt, eſt addiſcendum: & num ad ipſos, aut ad iudices ab ipſis conſtitutos, conceſſa ſit prima appellatio: vltima enim ſemper ad ſupremum principem ſpectat. Quomodo autem intelligendæ ſint conceſſiones iuriſdictionis aut meri ac mixti imperij factę in Luſitania optimatibus, etiam ſi verbis amplis cōceſſæ ſint, habetur 2. lib. ordin. titul. 26. per totum titulum.

6 Quod verò attinet ad iuriſdictionem ſecularem quondam donatam vel eccleſiæ Romanæ, vel priuatis eccleſiis, vt Toletanæ, Conchenſi, Bracharenſi, Conimbrienſi, & alijs, eſt obſeruandum. Quod cū reſpublica eccleſiæ diſtincta ſit à ſecularib. rebuſpublicis principum chriſtianorum, illiſq; ſuperior, cui cæteræ ſubordinātur, ſicut earum finis naturalis ad finem ſupernaturalem eccleſiæ ordinatur, vt tracta. 2. à Diſput. 21. explanatum fuit, quamuis exemptio omnimoda à ſupremo principe, vt ad illum non appelletur, & vt ei legibuſque illius non pareatur, concedi alicui ſubditorum non poſſit, neque id præſcribi à ſubdito aduerſus ſupremum principem poſſit, vt eodem tract. 2. Diſput. 74. cum communi doctorum ſententia eſt dictum, nihilominus temporale dominium concedi poteſt à principe Chriſtiano vel Romanæ eccleſiæ, vel particularibus eccleſiis in ſuo Regno ſitis, omnino exemptum quoad iuriſdictionem ſecularem à tali principe, ſemelque ritè donatum, reuocari aut reſtringi non poſſe eam donationem, eo quod reipublicæ diſtinctæ aut parti reipublicæ diſtinctæ ea donatio ſit facta. Sic partim à Conſtantino Imperatore, & partim ab aliis, eccleſiæ Romanæ donatum fuit totum ſuum patrimonium dominii temporalis in illius ſplendorem, omnino exēptum ab omni principe ſeculari, vt tractatu 2. Diſp. 25. dictum comprobatumque fuit. Quod ſi ſimili modo dominium aliquod temporale iuriſdictionis latè ſumptæ donatum ſit eccleſiis particularibus tunc in cauſis criminalibus & ciuilibus eius dominii appellandum non eſt ad principem eius prouinciæ aut regni, ſed ad ſuperiores poteſtates eccleſiæ, ad miniſtroſve ad id ab eis deputatos, vt à miniſtris Epiſcopi, cuius eccleſiæ ſit id dominium temporale, ad Archiepiſcopum, aut à miniſtris Archiepiſcopi, ad ſummum Pontificem, vt habetur. cap. Romana. §. debet, de appellat. lib. 6. Si autem dominium donatum ſit cum reſeruatione meri ac mixti imperii primi gradus apud principem ſecularem eius prouinciæ, tunc in prædictis cauſis non ad ſuperiores poteſtates eccleſiaſticas eſt appellandum, ſed ad principem ſecularem, illiuſve ſuprema prætoria, vt eodem cap. Romana. §. debet citato, ſatis perſpicuè habetur. Sic Reges Caſtellæ, & Luſitaniæ, quin & Galliæ, vt Couar. cap. 4. citato & alii referunt, ſemper cēſuerunt, non aliter donaſſe eccleſiis ac religionibus dominium temporale oppidorum, quæ ad ipſas pertinent, quam ſibi reſeruando primum gradum meri ac mixti imperii, ac proinde perinde ſubiecta eis ea dominia temporalia iuriſdictionis manent, ac ſubiecta eis manent dominia iuriſdictionis magnatium eiuſdem regni, appellandumque proinde eſt in cauſis ciuilibus & criminalibus eorum dominiorum ad Regem, & ad ipſius prætoria, ſeruata iuriſdictione tota eis conceſſa primæ aut etiam ſecundæ inſtantię ſi ex ſuis titulis conſtat hanc etiam habere, non verò eſt appellandum ad ſuperiores eccleſiaſticas poteſtates. Ita habetur. l. 8. tit. 3. lib. 1. nouæ collect. & in Luſitania lib. 2. ordin. titu. 26. Adde, ſæpe eiuſmodi dominia iuriſdictionis ſecularis oppidorum aliquo-

A rum tranſlata à magnatibus fuiſſe in religiones, & in alias eccleſias, nec potuiſſe ad illas, ſiue ſpeciali alia principis conceſſione, tranſire maiorem iuriſdictionem in ea oppida, quam magnates illi in ea habuerint.

Quæ iuriſdictio præſcribi à ſubditis non poſſit aduerſus ſupremam poteſtatem eccleſiaſticam, aut aduerſus ſupremam laicam poteſtatem, & quæ præſcribi poſſit, & quanto tempore cum titulo, aut ſine titulo, & quid ea de re habeat ius Luſitanum, tracta. 2. diſp. 74. & 75. à §. quoniam vt tractatu, &c. copioſè eſt dictum.

DISPVT. 7.

B

Epiſcopis, legatis ſedis apoſtolicæ, & prælatis inferioribus, etiam religionis, in ſibi ſubditos, quantum imperij ac iuriſdictionis competat.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi & legati Apoſtolici in eccleſiaſtico foro ea omnia habent, quæ ſunt imperij, præterquam in primo gradu meri ac mixti imperij.*

2 *Prælati inferiores Epiſcopis regulariter non habēt ea quæ ſunt imperij, niſi quæ ſunt de minori & minimo*

C *imperio.*

3 *Prælati religioſorum poſſunt punire ſubditos iuxta ſtatuta ſuarum religionum: at non licet eis degradare.*

4 *Num prælati religioſorum ſuos ſubditos ad triremes damnare poſſint.*

5 *Crimina religioſorum, ad ſanctæ inquiſitionis tribunal ſpectantia, punienda ſunt non per ipſorum prælatos, ſed per inquiſitores hæreſeos, aut per epiſcopos.*

6 *Ordinarius poteſt exercere ſuā iuriſdictionē in quoſcunque exemptos, quando delictum commiſſum eſt extra locum exemptum: ſecus autem quando delictum eſt commiſſum in loco exempto.*

VT bene Panormitanus cap. quod ſedem 1
D de offic. ordin. ait, Epiſcopi & legati ſūmi Pontificis in eccleſiaſtico foro ea omnia habent, quæ ſunt imperii, præterquā in primo gradu meri ac mixti imperii, iuxta. cap. 1. de offic. ordin. & facilè conſtat ex dictis copioſè à nobis tractatu 3. Diſputatione 49. Tametſi pœnam ſanguinis imponere non poſſint, neque exequutioni illam mandare, ſed quando erit imponenda ob delicti atrocitatem, degradare poterunt ac tradere delinquentem curiæ ſeculari, vt ibidem fuit explicatum. Vbi etiam eſt dictum, punire eos poſſe flagellorum pœna, quamuis rarò id efficere debeant, & mittere in triremes, degradando, ſaltem verbaliter, quos ita miſerint. Inquiſitores item hæreticæ
E prauitatis ea habent, quæ ſunt meri imperii in ſecundo gradu, & in reliquis inferioribus, tametſi pęnam ſanguinis imponere non poſſint: ſed quando delictum ea pœna eſt dignū, relaxare debeant delinquentes brachio ſeculari, iuxta ea quæ Diſput. 49. citata dicta etiam ſunt.

Prælati Epiſcopis inferiores, regulariter non 2 habent ea, quæ ſunt imperij, niſi quæ ſunt de minori & minimo imperio. Poſſunt tamen excommunicare, quod ad ſecundum gradum meri imperii, vt diſputatione præcedente eſt dictum, ſpectat.

Pręlati verò religioſorum, iuxta Panor. c. quod ſe 3 dem citato in fine, & latius c. cum cōtingat, de foro com-

competenti, & c. cùm ab eccleſiarum, de off. ord. punire ſibi ſubditos poſſunt iuxta ſtatuta ſuarum religionum, atque vbi ſtatuta pœnam non ſtatuerint, punire debent iuxta canonicas leges, vt delicta poſtulauerint, vt colligitur ex. c. ea quæ, de ſtatu monach. Modò tamen ad degradationem non procedant, quæ pœna ſolum per Epiſcopos locorum imponi poteſt: quia ad eum pertinet degradare, ad quẽ pertinet ordinare. Nauar. c. non dicatis. 12. queſt. 1. num. 63. hæc admittit in prælatis religioſorum, qui exempti ſunt ab ordinario, quales ait eſſe hodie ferè omnes, ſaltem per communicationem priuilegiorum aliorum ordinum. Eiuſmodi enim prælati (maximè prouinciales) iuriſdictionem habent quaſi epiſcopalem ſuorum religioſorum comparatione, iuxta gloſſam Clem. 1. de rebus eccleſ. non alien. verb. proprij, & conſentit, cap. abbates de priuil. Vnde credo eos, non ſecus atque Epiſcopos, poſſe verbaliter ſibi ſubditos degradare, & tradere eos puniendos iudicibus ſecularibus, quando exceſſus id commeruerunt: maximè hodie poſt definitionem concilij Tridentini ſeſſ. 13. cap. quarto, de reform. tracta. tertio. Diſputat. 49. relatam, qua Epiſcopis per ſe aut per ſuum vicarium conceſſum eſt id efficere, ſine interuentu aliorum Epiſcoporum, aut cuiuſuis alterius quo ad id: tota autem correctio ac punitio eiuſmodi prælatis incumbit ſuorum religioſorum independenter ab Epiſcopo. De alijs verò religioſis, qui ab Epiſcopo exempti non ſunt, ait ibidem Nauarrus, eos de iure communi ſolum poſſe de ijs cognoſcere, quæ ſunt contra regulam, atque iuxta præſcriptum regulæ dumtaxat: ex communi tamen conſuetudine poſſe eos de aliis etiam cognoſcere, abſque præiudicio ordinarii loci, ita vt ordinarius quoque poſſit de eis cognoſcere: atque, ſi de eis ordinarius cognoſcere attentet, ceſſare debet is prælatus de eiſdem cognoſcere.

4 Vtrum autem prelati religioſorum exemptorum ab ordinariis damnare ſibi ſubditos poſſint pœna triremium, quando culpæ tanta pœna fuerint dignæ, expedienſque id iudicabitur. Nauarr. cap. nullam. 18. quæſt. ſecunda, num. vlt. qui tertius eſt illius commentarius de regularibus quæſtionem in vtrãque partem diſputat, affirmatque de conſuetudine id eos poſſe efficere, nihil impediente, quòd manus violentæ per laicum triremi præpoſitum in illos iniiciantur, illos flagellando ac percutiendo. Id enim ex conſuetudine præſcripta abſque excommunicationis pœna liciteque fieri poteſt, vt bene ibi ait Nauarrus: quoniam cõſuetudo vim habere quo ad id poteſt aduerſus contrariam humani iuris legem. Conſentiunt, quæ diximus tracta. tertio. Diſputatio. 49. & 51. Illa item adiuuat priuilegium à Pio II. generali ac aliis prælatis inferioribus ordini Carmelitarum conceſſum, quo per communicationem priuilegiorum cæteri religioſi exempti communiter gaudent, vt ſcilicet omnes & ſingulos ſuos religioſos apoſtatas, criminoſos, incorrigibiles, aut delinquentes fratres eiuſdem ordinis, poſſent punire, non ſolum pœnis ordinis ſtatutis contentis, ſed etiam acrioribus, tam per ſe, quàm per locorum ordinarios, officiales, ſeu alios miniſtros, infra tamen vltimum ſupplicium ac mutilationem, & modò, ſi torturæ ſubiiciendi eſſent, id fieret de conſenſu atque in præſentia duorum fratrum antiquiorum eiuſdem ordinis. Ita habetur in compendio priuileg. fratr. Minor. verb. apoſtata. §. 19. Vide ibidem verb. correctio. & verb. eiectio. Porrò quando religioſus aliquis triremibus in pœnam eſset adigendus, in pœnam quoque ſpoliandus eſset habitu ordinis iuxta ordinis priuilegia, de qua pœna inter alios Nauarr. cap. ſtatuimus. 19. quæſt. tertia, nume. 34. qui quartus eſt commentarius illius de regularibus, tradenduſque eſset triremibus indutus veſtibus ſecularibus ei pœnæ ſuſtinendæ aptis, vt fieri conſueuit.

Crimina vero religioſorum ad tribunal Sanctæ inquiſitionis attinentia punienda ſunt, non per ipſorum prælatos, ſed per inquiſitores hæreticæ prauitatis, vna cum Epiſcopo diſtricti, ad quod pertinet is religioſus. In prouinciis autem, in quibus non ſunt inquiſitores, per Epiſcopos ſunt punienda ea crimina, vt colligitur ex cap. ad abolendam, de hæret. ex cap. accuſatus. §. vltim. de hæret. libr. ſexto, & ex aliis iuribus. Simancas in inſtitutionibus, titu. 34. numer. 32. refert, ſancitum eſse, vt priuſquam inquiſitores particulares procedant ad comprehendendos religioſos, & alias inſignes perſonas, conſulant inquiſitorem generalem. Quod ille rectè intelligit ac limitat, niſi eſset periculum in mora. 5

Capite volentes de priuileg. libr. ſexto, innouato per concilium Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat. ſancitum eſt, vt ordinarius poſſit exercere ſuã iuriſdictionem in quoſcunque exemptos, quando delictum eſt commiſſum extra locum exemptum, & in territorio ſuæ iuriſdictionis, aut contractus eſt celebratus extra locum exemptum, & in territorio ſuæ iuriſdictionis; vel quando res, de qua exempti conueniuntur, eſt extra locum exemptum, & in territorio iuriſdictionis ſuæ. Secus autem quando delictum eſt commiſſum in loco exempto, aut contractus eſt celebratus in loco exempto, vel res, circa quam exemptus conuenitur, eſt in loco exempto: nam tunc exempti gaudent ſuo priuilegio. Item in tribus prioribus euentibus, in quibus dictum eſt, exemptum poſſe conueniri coram ordinario, ſolus is ordinarius poteſt exercere in eos ſuam iuriſdictionem, in cuius territorio ſeu diſtricto commiſſum eſt delictum, aut celebratus eſt contractus, vel conſtituta eſt res, circa quam exemptus conuenitur. Quare ſi religioſus ita exemptus commiſit delictum, aut celebrauit contractum, in vna diæceſi, & commoretur in alia, in qua ſuum monaſterium ac domicilium habeat, vel res, circa quam religioſi alicuius monaſterii conueniuntur, ſit in vna diæceſi, & monaſterium in alia, ordinarius loci, in quo eſt monaſterium ac domicilium eorum religioſorum, nihil ſuæ iuriſdictionis poteſt in eos exercere, neque poteſt eos compellere vt in alia diæceſi reſpondeant, aut eos illuc mittere, vt habetur eodem cap. volentes citato, ſed ſolum id poteſt ordinarius illius alterius diæceſis. Quia vero concilium Tridentinum ſolum id caput innouauit, vt ſolum eam vim haberet, quam habebat quando fuit conditum, & quando in ſua erat viridi obſeruantia, nihil quoad illa addendo: caputque illud vim non habebat, quando priuilegium continebat, vt conueniri non poſſent etiam de factis, litis, ac celebratis extra locum exemptum, maximè cum ſufficienti derogatione eius capitis: conſequens profecto eſt, vt cum regulariter monaſteria illud priuilegium habeant, hoc poſteriori modo conceſſum, ſaltem per communicationem priuilegiorum, vim quoque hodie id caput non habeat, etiam poſt illius innouationem factam in concilio Tridentino, vt rectè Nauarrus. cap. non dicatis citato, nu. 63. affirmat. 6

Obſerua tamen, concilium Tridentinum ca. 14. citato ſubiungere, clericos aut religioſos commorantes extra ſuum monaſterium, quocunque modo exemptos, poſſe in cauſis ciuilibus mercedum, & in cauſis miſerabilium perſonarum, conueniri coram ordinario eius loci, in quo commorantur, & ab eo compelli ſoluere ea debita, nihil impediente quod eiuſmodi exempti habeant in eodem loco iudicem ſibi ab Apoſtolica Sede deputatum, vt corã

eo

eo conueniatur. Inſuper ſtatuit, vt iidem poſſint in A
aliis cauſis ciuilibus conueniri coram ordinario eius loci, & compelli ab eo ſoluere debita, dummodo in eo loco non habeant iudicem ſibi à Sede Apoſtolica deputatum. Atque in vtroque euentu derogat cõcilium priuilegiis omnibus & exemptionibus in cõtrarium conceſſis.

Duo obſerua. Vnum eſt: Tunc extra monaſterium commorari, quando ſedem & habitationem, vt ſtudii cauſa, aut ad agenda ibi negotia, vel alia ſimili de cauſa, extra monaſterium habet, ſecùs quando habitat in reſidentia monaſterii, aut egreditur reuerſurus ſine mora ad monaſterium. Alterum verò eſt, religioſos particulares non commorantes extra monaſterium, pro delicto commiſſo extra ſepta monaſterii, aut pro contractu extra ſepta monaſterii ce B
lebrato, conueniendum eſſe coram ſuo ſuperiore, hoc eſt, coram prælato ſui monaſterii, qui eſt ſuus iudex ordinarius, &, vt bene Nauar. cap. non dicatis num. 6. ait, non coram conſeruatore monaſterii, neque coram aliquo alio. Neque in hoc euentu loquitur decretum illud concilii Trid. Neq; ita decretum de quo proximè ſubiungo ſermonem. De eo tamen religioſo loquitur. c. 14. ſeſſ. 25. de quo vlterius ſermonem facio.

Idem concilium ſeſſ. 6. c. 3. epiſcopis concedit, vt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati poſſint quemcunque regularem extra ſuum monaſterium degentem, ſi deliquerit, viſitare, punire ac corrigere ſecundum canonicas ſanctiones, nihil impediente quocũque priuilegio ſui ordinis.

Idem concilium ſeſſ. 25. cap. 14. ſtatuit, vt ſi regularis ab epiſcopo exemptus, & intra clauſtra monaſterii degens, ita extra ea clauſtra deliquerit, vt populo ſit ſcandalo, teneatur illius ſuperior, epiſcopo inſtante, ſeu id præſcribente ac monente, illum ſeuerè punire intra tempus, quod epiſcopus ad id præſcripſerit, de eaque punitione certiorem epiſcopum facere: alioquin is ſuperior à ſuo ſuperiore officio priuetur, & epiſcopus punire eum regularem poſſit, qui ita extra clauſtra deliquerit.

Idem concilium ſeſſ. 21. cap. 8. circa monaſteria commendata, etiam abbatias, prioratus, & præpoſituras nuncupatas, in quibus viget obſeruantia regularis, iniungit epiſcopis, vt paternis admonitionibus prouideant, tum vt eorum regulariũ ſuperiores iux- D
ta ipſorum regularia inſtituta debitam viuendi rationem obſeruent, tum etiam vt ſubditos ſuos eam obſeruari faciant, eoſque in officio contineant ac moderentur. Quod ſi admoniti, intra ſex menſes eos ſubditos non viſitauerint vel correxerint, tunc epiſcopi, etiam vt delegati ſedis apoſtolicæ, eos viſitare poſſint & corrigere, prout ipſi ſuperiores poſſent, iuxta eorum inſtituta, quibuſcunque appellationibus, priuilegiis, & exemptionibus penitus remotis & non obſtantibus.

Superiores quarumcunque religionum, etiam ſi exemptæ ab ordinariis nõ ſint, capere poſſunt ſuos ſubditos fugientes, vbicunque eos repererint, abſque cuiuſquam facultate, qui ibi iuriſdictio- E
nem habeat. Quoniam eiuſmodi ſuperiores ius in eos ſuos ſubditos habent, vt in rem propriam, quam quiſque, vbicunque eam repererit, capere poteſt. Ita cum Bart. & cum communi doctorum ſententia, argumento multorum iurium, Nau. c. nullam citato nu. 50.

DISPVT. 8.

Iudex latiſſimè ſumptus, vt comprehendit poteſtatem omnem, alius ordinarius, alius delegatus, & alius arbiter. Et quis ſit iudex ordinarius.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo diuidatur iudex latiſſimè ſumptus.*
2 *Quid ſit iudex ordinarius.*
3 *Iudices & poteſtates ordinariæ ſunt etiam non ſolùm ſuprema, a qua aliæ deriuantur, ſed etiam quæ à ſuprema deriuantur: modò tamen ex proprio munere ad id creato iuriſdictionem exerceant.*
4 *Præterea iudices ordinarij ſunt, qui inter aliquos alicuius profeſſionis ab eis, qui eius profeſſionis ſunt, eliguntur, vt de ijs rebus præcipuè iudicent, quæ ad eam profeſſionem ſpectant: id tamen fieri non poteſt abſque ſpeciali Regis mandato aut approbatione.*
5 *Qui ſint in Hiſpania* Veedores, *& quod eorum munus, & alia eiuſmodi munia, quæ ſunt opificij cuiuſque in particulari.*
6 *Inter poteſtates eccleſiaſticas ſunt etiã poteſtates ordinariæ: item in religionibus.*

C IVdex hoc loco latiſſimè ſumitur, pro quacunque poteſtate, etiam ſuprema, tam laica, quàm eccleſiaſtica. Rex quippe ac ſummus Pontifex ſunt iudices ſupremi, à quibus, in ſenſu Diſputatione 3. & 4. explanato, iuriſdictio tota in alios deriuatur. 1

Quod verò iudex, ita latiſſimè ſumptus, ſufficienter diuidatur in tria illa membra in titulo Diſputationis propoſita, quæ eadem tradit l. 1. tit. 4. par. 3. in hunc modum cum communi doctorum ſentẽtia colligitur. Quoniã legitimus iudex vno ex his duobus modis eſſe poteſt. Nempe vel per poteſtatem non mendicatam ab illis in ſingulari, inter quos exercere debet iudicium, ſed quam ex ſuo habet munere, aut certè legitimè ex illo participatam, qui ex ſuo mune-
D re illam habet: vel per poteſtatem ab illis ipſis in ſingulari mendicatam, inter quos exercere debet iudicium, qui in ipſum compromittunt, vt ſtent illius ſententiæ: eumve in iudicem controuerſiæ, quę inter ipſos eſt, ſibi eligunt, nõ reſiſtente, ſed potius id approbante ac concedente republica ſuis legibus. Si hoc poſteriori modo aliquis ſit iudex, dicitur atq; eſt iudex arbiter: neq; eius poteſtas eſt ſimpliciter ac propriè iuriſdictio. Si verò illo priori modo ſit iudex, eſſe id iterum poteſt vno e duobus modis. Quoniã vel per poteſtatem ac iuriſdictionem, quã habet ex ſuo munere: vel non per poteſtatem ac iuriſdictionem, quam habeat ex ſuo munere, ſed ſolum ex commiſſione alterius, illius vices ea in parte gerendo, &
E non ſuum proprium aliquod munus exercendo. Si priori modo aliquis ſit iudex, dr̃ ac eſt iudex ordinarius: ſi verò poſteriori modo, eſt iudex delegatus.

Hinc iudicem ordinarium, ſeu potius poteſtatem ordinariam, ſic poſſumus definire: Eſt, quæ ex ſuo munere iuriſdictionem exercet. Quod ſi illam exerceat iudicando, partiumque controuerſias dirimendo, & vniuerſim quo ad ea, quæ ad contentioſũ forum ſpectant, dicitur exercere contentioſam iuriſdictionem. Si verò eam exerceat quo ad ea, quæ ad forum contentioſum non ſpectant, vt circa collationem beneficiorum, quæ ad ipſum conferre ſpectat, quo ad conceſſionem priuilegiorum, ordinum, & quo ad ſimilia alia, quæ ad contentioſum forum 2

non pertinent, dicitur exercere voluntariam iuriſdictionem.

3 Sunt verò poteſtates ordinariæ, non ſola ſuprema, à qua aliæ deriuantur, ſed etiam quæ à ſuprema deriuantur; modò tamen ex proprio munere ad id creato ac conſtituto iuriſdictionem exerceant, & non quaſi nudas alterius vices, abſque munere proprio, gerentes. Quo fit, vt proconſules ac præſides, qui prouincijs, & prætores, qui ciuitatibus moderandis præficiebantur, & qui hodie in his regiminibus illis reſpondent, iudices ſint ordinarij. Errat verò Sotus 5. de iuſtitia. q. 4. artic. 1. contra caput legatos de officio legat. lib. 6. & contra alia apertiſſima iura ciuilia, communemque doctorum ſententiam, ſub poteſtate delegata, & non ſub ordinaria, illos connumerans. Correctores, quos in hoc regno & in Luſitania vocant, (tametſi maior ſit eorum iuriſdictio in hoc regno, quàm in Luſitania, nec in Luſitania vicarijs vtantur, vt in hoc regno in ſuos vicarios eis vtuntur, quos *tinientes & Alcaldes maiores* vocant) & iudices alij in hoc regno locorum, ad quę correctores non mittuntur, & in Luſitania iudices *das comarcas*, quos vocant, ſiue à Rege mittantur, quos in eo regno *Iuizes de fora* idcirco dicuntur, ſiue electione in ipſiſmet populis creentur, itemque iudices, qui pedanei in iure dicuntur, & de minimis in paruis oppidis iudicant, omnes ſunt iudices ordinarii, & inter tales computantur libr. primo Luſitanarum ordinationum titul. 44. & conſentiunt l. prima, titul. 4. part. 3. l. prima, & ſequentes titul. 15. libr. ſecundo ord. quæ ſunt lex prima, & ſequentes titul. nono, libr. tertio, nouæ collect. Vſque ad quam autem quantitatem cognoſcere poſſint iudices pedanei in Luſitania, prout maiora vel minora fuerint oppidula, in quibus ſunt pedanei iudices conſtituti, habetur ad finem tituli 44. citati. In hoc autem regno Carolus quintus hanc 12. legem titul. nono, libr. tertio, nouæ collect. circa eiuſmodi pedaneos iudices conſtituit: *Mandamos, que de aqui adelante en los lugares que tienen coſtumbre, que los alcaldes dellos conozcan haſta ſeſenta marauedis, que de aqui adelante puedan conocer haſta en quantia de cien marauedis.*

4 Iudices præterea ordinarii ſunt, qui inter aliquos alicuius profeſſionis, aut officii, ab iis, qui eius profeſſionis aut officii ſunt, vel a maiori illorum parte, vel ab iis, quibus electio à communitate ipſa eſt commiſſa, eliguntur, vt de iis rebus præciſè iudicent, quæ ad eam profeſſionem aut officium ſpectant. Vt ſunt iudices mercatorum aliquibus in locis, à communitate mercatorum eo in loco electi, vt Burgis, Hiſpali, Olyſſipone, & in aliis ſimilibus locis. Quòd ſi negotiatio mari fiat, conſul conſtitui ab eis ſolet, qui de iis, quæ circa eam maritimam negotiationem eueniunt, controuerſiáſve, quæ inde oriuntur, iudicent. Atque ea iuriſdictio conſulatus maris appellatur: ſuntque quo ad illa peculiaria ſtatuta ac leges ſancitæ, quæ leges conſulatus maris nũcupantur, & iuxta eas, & iuxta conſuetudines circa eam negotiationem receptas iudicatur; alioquin ad ius commune recurritur ad eas controuerſias definiendas ac dirimendas. Tales etiam ſunt iudices diuerſorum officiorum, quo ad illa, quæ ad ea officia ſpectant, à communitate eorum, qui de eo officio ſunt electi ac conſtituti. Et tales ſunt iudices à quacunque alia confraternitate ac congregatione conſtituti & electi, vt in iis præciſè iudicent inter eos, qui de ea confraternitate aut congregatione ſunt, quæ ad ipſam confraternitatem ac congregationem ſpectant, non verò quo ad alia. Hos omnes iudices eſſe ordinarios, tametſi integrum ſit actoribus, non coram illis contendere eis de rebus, ſed coram iudice loci ordinario, habetur leg. vltim. C. de iuriſdict.
A omn. iudic. l. prima, & ſecunda, titul. 4. part. tertia, & conſentit communis doctorum ſententia. Obſerua tamen eiuſmodi iudices à lege, quæ eos ita eligi ac creari permittit ac concedit, habere, quòd iudices ſint ordinarii: vnde à lege atque republica habent iuriſdictionem, ſed mediate electione eorum, quibus eligere eos in iudices eſt permiſſum ac conceſſum.

Illud deinde obſerua, in hoc regno lege 17. titul. 15. lib. 2. ord. ſic eſſe diſpoſitum: *Porque los officios de los alcaldes de los fiſicos, curuianos, y de otros eſpeciales officios de Iuizes, tienen y redundan en peruizio della nueſtra ordinaria iuriſdiction de las nueſtras ciudades è uillas è lugares, nos los reuocamos, è mandamos que no uſen de los tales officios. los que aſi dellos ſen proueidos, ſin nueſtro mandado.* Greg. Lopez. l. prima, citata
B verb. *meneſter es*, ait. Eiuſmodi iudices videri propter hanc legem ceſſare in hoc regno, vt vti nõ poſſint ſuo munere ſine ſpeciali mandato Regis. Vnde ait, ſpeciale approbatione Regis eſſe Burgis Priorem & conſules mercatorum, vt ex quadam pragmatica catholicorum Regum Ferdinandi & Elizabethæ conſtat, idemque à Carolo quinto ait conceſſum eſſe Hiſpali Priori & conſulibus mercatorum. Atque idem conceſſum refert eſſe protomedicis quo ad medicos & chirurgos pragmatica alia eorundem catholicorum Regum.

5 In hoc autem regno quotannis eliguntur à communitate officiorum in vnoquoque oppido *ueedores*, quos vocant, & in electione aliquando legibus regni eſt pręſcripta certa forma circa nonnullos *uee*-
C *dores*, certæque leges illis præſcribuntur. Eorum munus eſſe ſolet, iudicium interponere circa officia eius artis, & circa querimonias & difficultates circa illa emergentia, & interdum viſitare, quæ ea arte fiunt, & denunciare, quæ non vt oportet fuerint circa ea facta, aut aliquid circa illa efficere, vt ſigna quędam pannis apponere, aut etiam pœnas aliquas imponere, eaſque exequutioni mandare, pręciſè prout lege fuerit eis conceſſum. Solent etiam adiunctum habere munus examinandi opifices eius artis, num idonei ſint, vt eam artem tanquam artifices profiteantur, eaque de re inſtrumenta concedere.

Examen verò medicorum, chirurgorum, & pharmacopolarum pertinet ad protomedicos & *alcaldes* ad id deputatos, vt habetur titul. 17. libr. tertio, no-
D uæ collect. Examen item eorum, qui *ſaiar, ſangrar, echar ſanguiſuelas, echar ventoſas*, aut extrahere dentes debent, pertinet ad tonſores maiores Regis, vt habetur eodem libr. tertio, titul. 17. Item examen *de los albeitares* (veterinarii latinè dicuntur) *y herradores* pertinet *a los albeitares y herradores maiores*, vt habetur eodem libr. tertio, titu. 18. Opifices *de obrage de lana* examinari debent à duobus *veedores* eiuſdem officii, & à duobus aliis opificibus eiuſdem officii, vt habetur leg. 100. titul. 13. lib. ſeptimo, nouæ collect. De modo, quo eligẽdi & confirmandi ſunt *los veedores de officios de obrage de lana*, maximè *de texedores, perailes, bataneros, y tundidores*, & quanta ſit eorum iuriſdictio ad pœnas imponendas, & exequu-
E tioni mandandas, habetur eodem titul. 13. leg. 109. & 110. iunctis antecedentibus & ſequentibus, & titul. 14. l. 15. & titul. 17. l. 43. iunctis antecedentibus. De modo etiam electionis *de los veedores de los cereros è candeleros de ſeuo*, & quæ obſeruare debent, habetur eodem lib. 7. titu. 18. l. prima, & ſequentibus. De modo item electionis *de los veedores de los pellegeros*, & quæ obſeruare debent, habetur ibidem titul. 19. l. prima, & ſequentibus.

6 Vniuerſim autem quicunque ex proprio munere ad id conſtituto iuriſdictionem aliquam habent, ſiue magnam ſiue paruam, iudices poteſtateſve ſunt ordinariæ, vt ex eo ſuo munere eam iuriſdictionem exerceant. Atque inter poteſtates eccleſia-

ſticas

ſticas Archiepiſcopi & epiſcopi ordinariæ ſunt po- A
teſtates. Et ſub illis decani & archidiaconi, de iure communi quondam iuriſdictionem aliquam iudiciariam habebant: id verò conſuetudine pleriſque in locis eſt abrogatum. Capitulum item, ſede vacante, iuriſdictionem ordinariam habet loco epiſcopi. Exempti item, qui iuriſdictionem quaſi epiſcopalē in ſuos ſubditos habent, iudices eorum ſunt ordinarij. Parochi item iuriſdictionem ordinariam habent ad ea, quæ ex ſuo officio exercere ipſis incumbit, atque in foro tantum conſcientiæ habent iudiciariam ordinariam iuriſdictionem. In religionibus item à ſancta Sede Apoſtolica approbatis, Generales, Prouinciales, Priores, Guardiani, Præpoſiti, Rectores, & alij ſimiles religioſorum ſuperiores, iuriſdictionem habent ordinariam in ſibi ſubditos, B
maiorem vel minorem, prout inſtitutum ac diſpoſitio religionis illis tribuit. Et vniuerſim quicunque ex munere proprio, & non quaſi vices aliorum præcisè agentes, regimen aliquorum habent, iuriſdictionem ordinariam quo ad id habent. Certè autem videtur loquutus Nauar. cap. non dicatis. num. 63. de iuriſdictione ſuperiorum religionum in ſibi ſubditos, maximè quando religiones exemptæ non ſūt ab ordinario, dum innuit, eos non aliter habere iuriſdictionem ordinariam, quàm habeant iudices officiorum ac confraternitatum, electi à communitate eorum, qui ſunt de eo officio aut confraternitate, iuxta l. vlt. C. de iuriſdict. omn. iud. Etenim eo ipſo, qđ eiuſmodi religiones à Sede Apoſtolica ſunt approbatæ, poteſtates iuxta præſcriptum eius religionis electæ C
ac creatæ iuriſdictionem habent quo ad id à ſummo Pontifice, & non à ſola communitate, à particularibuſque illius: tametſi modus eligendi eas poteſtates regimini earum religionum relictus à ſummo Pontifice ſit.

Ex dicendis verò, tum ſequentibus Diſputationibus, de iudicibus ordinarijs, tum etiam Diſputationibus, quas de iudicibus delegatis conficiemus, erit magis perſpicuū, quę poteſtates ordinarię ſint, quæ non item, ſed delegatæ.

DISPVT. 9.

Legatorum Sedis Apoſtolicæ quidam iudices non ſunt: alij verò ſunt iudices, & (D) tam qui ſunt à latere, quàm qui à latere non ſunt, iudices ſunt ordinarii: & quanta eorum ſit iuriſdictio.

SVMMARIVM.

1 *Omnes legati Apoſtolici non ſunt iudices, ij tamē immunes ſeruandi, vt nihil mali aut iniuriæ accipiāt, qui verò eos impedit uti legatione ſua, excommunicantur ipſo facto.*

2 *Legati Sedis Apoſtolicæ, cum ſunt iudices, ſunt triplices, quidam legati à latere, alij legati miſſi, alij legati nati.* E

3 *Legati Sedis Apoſtolicæ cum ſunt iudices, computantur inter iudices ordinarios.*

4 *Diſcrimen inter illa tria genera legatorum.*

5 *Legatus Apoſtolicus ea exercere poteſt, quæ ſummus Pontifex, exceptis iis, quæ ſummo Pontifici reſeruata ſunt.*

6 *Legati cum iudices ſint ordinarii in prouinciis, ad quas mittuntur, concurrunt tanquam iudices ordinarii in iis prouinciis cum reliquis illic iudicibus ordinariis.*

7 *Poſſunt actores cauſarum uocare reos in prima inſtantia coram legato, prætermiſſo alio ſuo iudice ordinario.*

8 *Legatus audire poteſt cauſas in qualibet parte prouinciæ, etiam expediendo in uno loco cauſas alterius ſuæ prouinciæ, & reliqua quæ ad munus ſuum ſpectant.*

9 *Ad legatum quemcunque poteſt appellari, prætermiſſis mediis.*

10 *Legati à latere habent iuriſdictionem in exemptos, reliqui non habent.*

11 *Legatus, interim dum munus ſuum non expirat, efficere poteſt ſtatutum perpetuum.*

12 *Si legatus deleget alicui cauſam aliquam ante ſuum diſceſſum, ſi delegatus ante egreſſum legati à prouincia non expediuit citationem circa eam cauſam, expirat poteſtas ipſius delegata, quo ad cauſas.*

13 *Cum aliqua cauſa à Summo Pontifice eſt alicui in particulari delegata, tunc legatus nō poteſt eam cauſam ad ſe uocare, niſi habeat ſpeciale ad id à Pontifice mandatum.*

14 *Legatio natorum legatorum ſolùm morte ipſorum expirat, aut amiſſione dignitatis, cui id legati munus eſt annexum: legatio uerò aliorum legatorum multis modis.*

CIrca quoſdam iudices ordinarios peculiares conficiendę ſunt Diſputationes, vt res hæc tota de iudicibus ordinarijs dilucidior fiat. A legatis ergo Sedis Apoſtolicæ ordiendo, vt Sylu. verb. delegatus. num. 16. & alii notant, ex legatis Sedis Apoſtolicæ quidam non ſūt
iudices, alii verò iudices ſunt. Qui enim a Sede Apo 1
ſtolica mittūtur ad aliquid cum aliquo principe vel cum aliquo alio tractandum, vel ad aliquod aliud nudum miniſterium abſque iuriſdictione aliquā, legati quidem ſunt Sedis Apoſtolicę, non tamen ſunt iudices. Atque hi nuncii Apoſtolici etiam dicuntur. Neque de eis eſt nobis hoc loco ſermo. Sunt tamē tam hi, quàm reliqui legati aliorum principum ac rerūpublicarum, etiam ſi hoſtium ſint legati, gentiū iure immunes ſeruādi, vt nihil mali aut iniuriæ accipiāt, & vt audiantur, permittunturque exequi legationē ſuam. Ita habetur cap. ius gentium, diſt. 1. vbi inter alia, quæ iuris gentium eſſe dicuntur, dicitur: *Legatorum non uiolandorum religio.* Habetur etiam. l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ. l. vlt. ff. de legationibus, & l. 9. tit. 25. par. 7. Atque. l. vlt. citata in pœnam lędens legatum hoſtium, hoſtibus traditur, vt de eo, quod voluerint efficiant. Quod ſi legatus aliquid debeat alicui de republica, in qua legatione fungitur, ſi debitum contractum ante legationem fuit, non poteſt de eo conueniri. Si verò fuit contractum tempore legationis, conueniri de illo poteſt. l. ſecunda, §. legatis, & §. omnes autem. ff. de iudic. & l. 9. titul. 25. parte 7.

Qui legatum Sedis Apoſtolicæ impediebat vti legatione ſua, ſiue is eſſet de numero horum legatorū, ſiue de numero eorum, de quibus mox futurus eſt ſermo, quondam cap. ſi quis. 94. diſt. excommunicari præcipiebatur. Hodie verò, qui impedit legatos aut nuncios Sedis Apoſtolicæ exercere id, ad quod deſtinati ſunt, aut manus in illos iniicit, excommunicatus eſt ipſo facto extrauag. vnica, quæ incipit, inter gentes, de conſuetudine, inter communes, & clauſula 11. de cæna Domini, vt tractatu 3. Diſputatione 65. explanatum fuit: quo in loco dictum etiam eſt, in quas alias pænas incidat, ſi tales legati cardinales ſint aut epiſcopi; neque propria ſunt hæc huius loci, eaque de cauſa circa illa hic non immoror.

Alii verò legati Sedis Apoſtolicæ, qui iudices ſūt, 2
in triplici ſunt differentia, vt colligitur ex. cap. ex-

communicatis,de officio legati, & habetur l.23. tit. 9.part.1. notantque Panorm. cap. excommunicatis citato. gloſſa cap. primo, de offic.leg. libr.6. & doctores communiter, dictumque eſt tractatu 3. Diſputat. 58. Quidam ſunt, qui dicuntur legati à latere. Atque hi ſunt Cardinales Sanctæ Romanæ eccleſiæ, ad aliquam aut ad aliquas prouincias deſtinati, vt ibi munus legatorum Sedis Apoſtolicæ exerceāt. Alij verò ſunt, qui non ſunt à latere, ſed dicuntur legati miſſi, nuncijque Sedis Apoſtolicæ communiter vocantur. Et hi ſunt, qui, cum Cardinales non ſint, ad aliquam aut ad aliquas prouincias deſtinati ſunt, vt ibi munus legatorum exerceant. Itaque legati à latere in eo ab ijs qui à latere non ſunt, differūt, quòd illi Cardinales Sanctæ Romanę eccleſię ſunt, hi non item, vt gloſſa citata, Panormit. & alij affirmant, & colligitur ex c. 1. de offic.leg.libr.6. & ex l. 23. citata. Alij ſunt, qui idcirco legati nati, ad differentiam duorum priorum generum legatorum, dicuntur, quòd dignitatem habeāt eccleſiaſticam, cui annexum ſit munus legati Sedis Apoſtolicæ in omnes, ad quos ratione dignitatis, cui munus legati eſt annexum, ſe extendit eorum iuriſdictio. Vnde legati nati dicuntur, quia quaſi naſcuntur legati eo ipſo, quòd ei dignitati præficiuntur. Talis eſt in Anglia Archiepiſcopus Cantuarienſis in tota ſua prouincia, vt patet cap. 1. de offic. leg. Talis item eſt in eodem regno Archiepiſcopus Euoracenſis, vt affirmat gloſſa.cap.1.de offic.leg.libr.6. Et tales dicuntur eſſe Remenſis & Piſanus.

3 Hi omnes legati inter iudices ordinarios computantur, vt habetur cap. legatos, de offic.leg.lib.6. eaque de cauſa morte eorum, à quo legati miſſi ſunt, eorum munus ac iuriſdictio non expirat, vt ibidem habetur. Atque quamuis id caput potiſſimum videatur loqui de legatis primi & ſecundi generis, idem tamen eſt intelligendum de legatis natis, qui in perpetuum annexum id munus habent ſuæ dignitati, quique verè legati ſunt, ſicut & reliqui, vt patet cap. primo, de offic.leg.lib.6. Ait verò Panormitan. cap. primo de offic. leg. & poſt eum Nauarr. de reſcrip. remedio 5. nume. 2. & de indulg.& Iubil.notab.28. num.19. & alij, eam iuriſdictionem ordinariam eſſe, ſed extraordinario modo.

4 Sunt verò nonnulla diſcrimina inter tria prædicta genera legatorum. Primum eſt, quòd ſi ſuperueniat legatus à latere in aliquam prouinciam, in qua munus legati habeat, quamuis non expiret munus aliorum legatorum non à latere, ſi fortè aliquis ſit in ea prouincia, non tamen poſſunt vti illo interim dum legatus à latere fuerit in ea prouincia: eo tamen inde recedente, vti poſſunt munere ſuo. Ita habetur cap. volentes, de offic.leg. quod Panormitan. ibi meritò intelligit, etiam de legato nato. Atq; ego id etiam intelligo, eſto prior legatus non à latere, miſſus fuiſſet, cum facultatibus legati à latere, vt interdum mitti ſolet, & Nauarr. cap. cum contingat de reſcrip. remedio 5. teſtatur Lippomanum miſſum fuiſſe in Luſitaniam.

Secundum eſt, quòd legatus à latere à die, qua curiam Romanam egreditur, vſque ad diem, qua reuerſus illam ingreditur, eſto legationem finierit, dummodo tamen illam non finierit per reuocationem legationis factam à ſummo Pontifice, abſoluere poteſt percuſſores eccleſiaſticorum, etiamſi percuſſio enormis fuerit, poteſtque eos abſoluere, ſiue ſint de prouincia, ad quam ſit miſſus legatus, ſiue de alia. Ita colligitur argumento à contrario ſenſu ex ca. excommunicatis, de offic.leg. & affirmant gloſſa & Panormitan. ibi, cæterique doctores communiter, & conſtat ex cap. quod translationem; eodem titu. Legati verò miſſi, qui non ſunt à latere, quamuis in prouincia, in qua ſunt legati, poſſint eoſ-

A dem percuſſores abſoluere, dummodo tamen aliunde non accedant cum ea excommunicatione ad eam prouinciam; non tamen poſſunt abſoluere extra eam prouinciam, etiam eos, qui cum excommunicatione contracta in prouincia, in qua ſunt legati, ad ipſos accedunt, niſi ſpecialiter aliud eis fuerit conceſſum. Ita habetur cap. excommunicatis citato. Quod ſi cum poteſtate legatorum à latere accederent, id omne poſſent, quod legati à latere poſſunt. Legati vero nati non aliam facultatem habent abſoluendi percuſſores eccleſiaſticorum, quàm eam, quam habent quatenus epiſcopi ſunt, niſi peculiari priuilegio aliud eis concedatur. Ita habetur cap. excommunicatis citato. Atque hæc omnia habentur etiam l.23. titu.9. part.1. & dicta ſunt tractatu 3. Di-
B ſputat. 58.

Quamuis autem legati à latere, & alii legati miſſi, qui nuncii dicuntur, prædictam facultatem habeant abſoluendi modis explicatis percuſſores eccleſiaſticorum in euentibus, in quibus abſolutio ab ea excommunicatione eſt alioquin Apoſtolicæ ſoli Sedi reſeruata; nihilominus tamen non ſimiliter habent facultatem abſoluendi ab aliis excommunicationibus ſoli Pontifici ſummo reſeruatis, niſi eis peculiari alio priuilegio à ſummo Pontifice concedatur. Quin potius hæc regula generalis eſt ſtatuenda, nullum legatorum poſſe ea, quæ ſummus Pontifex ſibi ſoli reſeruat, niſi peculiari priuilegio ei aliquid eorum concedatur, & quatenus fuerit ei conceſſum, vt Diſputa.6. iuxta cap. quod translationem, iuncto
C cap. niſi, antecedente de offic.leg. dictum eſt. Ait verò Gregor. Lopez. l.23. citata, gloſ.2. ſi legatus à latere dicat aliqua ſibi eſſe conceſſa à ſummo Pontifice, quæ ſummus Pontifex ſibi habet reſeruata, ei non credi, niſi conſtet ex literis ſuæ delegationis. Neque in hoc regno admittitur in legatum, niſi literas ſuæ legationis regio ſenatui oſtendat, neque id improbandum vlla ratione video. Poſtquam autem in legatum eſt admiſſus, credendum ei eſt quo ad facultates, quæ ei ex ſuo munere competunt: ſecus quo ad eas, quæ ex ſuo munere ei non competunt, ſed reſeruata ſunt Pontifici ſummo, niſi id ſibi eſſe conceſſum oſtendat. Et idem dicendum eſt de legato non à latere.

Tertium eſt, quod ſolus legatus à latere poteſt cō
D ferre beneficia eccleſiaſtica prouinciæ, ad quam mittitur, cum limitatione tamen, quæ habetur cap. præſenti, & c. deliberatione, de offic. legati lib.6. Alii vero legati beneficia eccleſiaſtica conferre nō poſſunt, niſi fuerit eis conceſſum. Ita habetur c. 1. de offi.leg. lib.6. Cæterum de hac re in materia de beneficiis.

Quartum, quod ſoli legati à latere exercere poſſunt iuriſdictionem in exemptos ab ordinariis: vnde qui exempti ſunt ab ordinariis, exempti non ſunt ab ipſorum tribunali, vt infrà dicetur. Et quædam alia exercere poſſunt legati à latere, quæ aliis legatis non competunt ex ſuo munere, niſi eis peculiariter concedantur.

Legatus ex ſuo munere ea exercere poteſt, quæ 5
E poteſt ſummus Pontifex, exceptis iis, quæ ſummo Pontifici reſeruata ſunt, vt paulo antea & copioſius Diſputat.6. dictum eſt. Vnde diſpenſare non poteſt circa matrimonia, niſi aliquid quoad illa ſit peculiariter ei conceſſum, & exceptis iis, quæ ſunt contra ius, & quæ ſunt contra conſuetudinem prouinciæ, & quæ ſunt contra priuilegia à ſummo Pontifice conceſſa, quæ infringere ac minuere non poteſt, niſi peculiariter eſſet ei conceſſum. Ita cum Panormitan. cap.vlt. de confirmat. vtil. vel inutil. & cum aliis Gregor. Lopez. l.23. citata gloſ.2. vbi quo ad hæc omnia multa adhibet exempla. Quia itaque legatus, etiam ſi non ſit à latere, ea poteſt, quæ ſummo Pontifici reſeruata non ſunt, poteſt regulariter

riter

riter in ſua prouincia, aut in ſuis prouincijs, ea omnia, quæ poſſunt reliqui ordinarij eiuſdē prouinciæ ſiue epiſcopi, ſiue Archiepiſcopi, ſiue etiam Patriarchæ ſint, & aliquid amplius: eo quòd cognoſcere poſſit de ipſorum criminibus, tametſi procedere nō poſſit ad depoſitionem eorum, eſtò tanta pœna digni ſint: quoniam id peculiariter eſt reſeruatum ſūmo Pontifici, vt notat Panormitan. cap. 1. de offic. leg. num. 2. & 4. argumento capitis accuſatus, & cap. quamuis. 4. quæſt. 6. vbi depoſitio epiſcopi Summo Pontifici reſeruatur, & idem affirmat gloſſa. 2. cap. ſi quis autem. 94. diſt. Atque in aliquibus etiam aliis eſt amplior illorum poteſtas. Dixi, regulariter legatos poſſe omnia, quæ poſſunt ordinarii: quoniam in aliquibus reſtricta eſt eorum poteſtas, vt circa collationem beneficiorum, vt ex parte paulo antea fuit dictum. Et quoniam, vt Gregor. Lopez. l. 23. citata verb. *no puedan abſoluer*, in fine, ſic ait: Aduerte, quod multum ſunt conſiderandæ literæ legationis: quia communiter hodie datur à Papa commiſſio limitata, cuius tenor eſt conſiderandus. Hæc ille.

6 Legati cùm, vt dictum eſt, iudices ſint ordinarii in prouincia aut prouinciis, ad quas deſtinati à Sede Apoſtolica ſunt, tanquam iudices ordinarii in ea prouincia aut in eis prouinciis, concurrunt cum reliquis iudicibus ordinariis eius prouinciæ aut earum prouinciarum. Inde Gutierrius de quæſtionibus canonic. quæſt. 11. à num. 3. cum aliis, quos citat, id infert, quod quotidie fit. Eiuſmodi ſcilicet legatos ferre poſſe in ſua prouincia aut prouinciis, per viam correctionis mediæ inter fraternam & iudicialem, eas excommunicationes præuia monitione pro rebus perditis aut ablatis, vt reſtituantur, vel reuelentur, ſi quis illas iniuſtè nō reſtituat, quas epiſcopi, & Archiepiſcopi eiſdem de rebus ferre ſolent, ſi ad legatos, vt eas ferant, recurratur. Solere verò eas decernere per totam prouinciam committendo rem epiſcopo, ipſius vicario, ſeu officiali diæceſis, vt ſi re maturius conſiderata, iuxta Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. capit. 3. duxerit concedendas, eas decernat cum aſſignatione alicuius termini, intra quem ſub pœna excommunicationis Apoſtolicæ res reſtituatur, aut illam iniuſtè detinens reueletur.

7 Legati ita vt iudices ordinarii cum epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & aliis ſuæ prouinciæ aut prouinciarum, concurrendo, licèt auocare ad ſe nō poſſint cauſas ſubditorum eius prouinciæ aut prouinciarum, neque illos compellere, vt coram ſe contendant; quoniam optio actori datur, vt eligat potius ordinarium, quem voluerit, quādo multi ſimul concurrunt, coram quibus poſſit in prima inſtantia contendere: nihilominus de tota prouincia, aut de quauis prouinciarum, poſſunt actores vocare reos in prima inſtantia ad iudicium coram legato aut nūcio, prætermiſſo alio ſuo iudice ordinario, vt patet cap. 1. de offic. leg. & notant gloſſa ibi, Panor. & alii doctores communiter. Hodie tamen in Cōcilio Tridentino ſeſſ. 24. ca. 20. de reformat. reſtricta eſt quo ad hoc legatorum poteſtas. Sic enim ibi conſtitutum eſt: *Cauſæ omnes, ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia (hoc eſt vſque ad vltimam primam ſententiam definitiuam) coram ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur, atque omnino, ſaltem intra biennium a die motæ litis, terminentur: alioquin (id eſt, ſi intra id ſpatium non fuerint coram ordinariis locorum terminatæ, lata ab eis ſententia definitiua) poſt id ſpatium liberum ſit partibus, vel alteri illarum, iudices ſuperiores, alias tamen compellentes, adire, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit, aſſumant, & quamprimum terminari curent. Nec antea (quàm ſcilicet biennium illud ſit elapſum) aliis committantur, nec auocentur: neque appellationes ab eiſdem in-*

A *terpoſitæ, per ſuperiores quoſcunque recipiantur, eorumve commiſſio aut inhibitio fiat, niſi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat. Ab his excipiantur cauſæ, quæ iuxta canonicas ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabilique cauſa iudicauerit ſummus Romanus Pontifex per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ ſanctitatis ſuæ manu propria ſubſcribendum committere aut auocare. Ad hæc cauſæ matrimoniales & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam viſitando, ſed epiſcopi tantum examini & iuriſdictioni relinquantur, etiam ſi in præſenti inter epiſcopum & Decanum, ſeu Archidiaconum, aut alios inferiores, ſuper cauſarum iſtarum cognitione lis* B *aliqua in quacunque inſtantia pendeat. Coram quo ſi pars verè paupertatem probauerit, non cogatur extra prouinciam, nec in ſecunda nec in tertia inſtantia, in eadem cauſa matrimoniali litigare, niſi pars altera & alimenta & expenſas litis velit ſubminiſtrare. Legati quoque, etiam de latere, Nuncii, Gubernatores eccleſiaſtici, aut alii, quarumcunque facultatum vigore, non ſolùm epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem iis præripere aut perturbare non præſumant, ſed nec etiam contra clericos, aliaſue perſonas eccleſiaſticas, niſi epiſcopo prius requiſito, eoque negligente, procedant: alias eorum proceſſus ordinationeſue nullius momenti ſint, atque ad damni ſatisfactionem partibus illati teneantur. Præterea, ſi quis in caſibus à iure per-* C *miſſis appellauerit, aut de aliquo grauamine conqueſtus fuerit, ſeu alias ob lapſum biennii, de quo ſuprà, ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia, coram epiſcopo geſta, ad iudicem appellationis expenſis ſuis transferre, eodem epiſcopo prius admonito, ut, ſi quid ei pro cauſa inſtructione uidebitur, poſſit iudici appellationis ſignificare. Quòd ſi appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ tranſlata ſunt, expenſas, pro portione ſua, ſi illis uti uoluerit, ſubire, niſi aliter ex loci conſuetudine ſeruetur, ut ſcilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porrò ipſam actorum copiam teneatur notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citius, & ad minus intra menſem, exhibere. Qui notarius, ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit,* D *ab officii adminiſtratione arbitrio ordinarii ſuſpendatur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem & pauperes loci diſtribuendam, compellatur. Iudex uerò, ſi & ipſe impedimenti huius conſcius particepſue fuerit, aliterue obſtiterit, ac appellanti integre acta intra tempus traderentur, ad eandem dupli pœnam, prout ſupra, teneatur. Non obſtantibus, quo ad omnia ſupra ſcripta, priuilegiis, indultis, concordiis, quæ ſuos tantum teneant autores, & aliis quibuſcunque conſuetudinibus.* Hæc concilium ibi.

Quemadmodum epiſcopus in qualibet parte 8
ſuæ diæceſis, modò locus exemptus non ſit, poteſt pro tribunali ſedere, & cauſas audire per ſe E vel per alium, carceri mancipare, & reliqua, quæ ad ſuum munus ſpectant, exequi, eo quòd in tota ſua diæceſi habeat iuriſdictionem, vt habetur cap. cum epiſcopus, de offic. ordin. lib. 6. & Archiepiſcopus in qualibet parte ſuæ diæceſis, licèt non in diæceſibus ſuorum ſuffraganeorum, niſi in caſu, vt habetur cap. vt litigantes de offic. ordin. lib. 6. ita legatus audire poteſt cauſas, & exercere ſuum munus in qualibet parte prouinciæ aut prouinciarum, in quibus eſt legatus, etiam expediendo in vno loco cauſas alterius ſuæ prouinciæ, & reliqua, quæ ad ſuum munus ſpectant, vt habetur cap. nouit. de offic. legat. & affirmat gloſſa. cap. cum epiſcopus, citato, atq; hæc omnia aſſerunt. Nauar. lib. 1.

conſil.titul.3.de offic.iud.ord.conſil.3. & doctores communiter. Debet tamen locus eſſe honeſtus, & ad quem commodè accedere poſſint litigantes argumento legis ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de receptis arbit. & cum Franco affirmat Nauarr. vbi ſuprà num.2.

9 Ad legatum quemcunque poteſt appellari prætermiſſo medio, aut medijs, vt ſi appelletur ab epiſcopo, poteſt immediatè appellari ad legatum, prætermiſſo Archiepiſcopo. Ita iuxta textum ibi, gloſſa, Panor.nu.7.& alij cap.1.de offic.leg. aitque Panorm.ita receptum eſſe in praxi. In concilio tamen Tridentino ſeſſ.22.c.7. ſic habetur: *Legati & Nuncij Apoſtolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani, in appellationibus ad eos interpoſitis, in quibuſuis cauſis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus poſt appellationem, ſeruare teneantur formam & tenorem ſacrarum conſtitutionum, & præſertim Innocentij quarti, quæ incipit Romam, de appellat.libr.6. quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, aut ſtylo, vel priuilegio, in contrarium non obſtantibus: aliter inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quæcunque ſint ipſo iure nulla.* Et quo ad cauſas criminales in eodem concilio ſeſſ.13. cap. 3. ita eſt diſpoſitum: *Rurſus ab epiſcopo, aut eius vicario in ſpiritualibus generali, in criminali cauſa appellans (ad quemcunque ſcilicet, atque adeò etiam ad legatum aut nuncium) coram iudice, ad quem appellauit, acta primæ inſtantiæ omnino producat: & iudex, niſi illis viſis, ad eius abſolutionem minimè procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibeat: alioquin abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur.*

10 Vtrum autem legati iuriſdictionem habeant in exemptum. Dicendum eſt cum Panormitan. cap. primo, de offic. legat. conſentaneè ad gloſſam ibi, legatos à latere habere iuriſdictionem in exemptos: reliquos verò legatos eam non habere. Quare exempti, niſi velint, compelli non poſſunt litigare coram alijs legatis. Vtrumque colligitur ex cap. primo, de verbor.ſignific.lib.6.& ex cap. ſi Abbatem, de elect.libr.6. In quo additur, legatos à latere confirmare poſſe electiones epiſcoporum, Archiepiſcoporum, ac exemptorum, quæ confirmatione à Sede Apoſtolica indiguerint, concedereque poſſe Abbatibus exemptis in epiſcopos electis, vt abbatiam deſerãt tranſeundo ad epiſcopatum, ad quem ſint electi, quando talem abbatiam deſerere non poſſunt ſine facultate Sedis Apoſtolicæ: non tamen poſſe concedere, vt epiſcopus vnus tranſeat ex epiſcopatu vno ad alium, etiamſi in illum ſit electus: quoniam id concedere ſoli ſummo Pontifici conuenit: alios verò legatos hæc non poſſe, niſi in ſpeciali eis concedantur, vt habetur cap.ſi Abbatem citato. Cenſebuntur verò ea omnia eis conceſſa, ſi cum facultate legati à latere mittantur: quod ex literis commiſſionis eſt intelligendum. Quo fit, vt in his etiam differat legatus à latere à cæteris legatis, qui à latere non ſunt, vt ſuprà in quibuſdam alijs, ab ibi commemoratis, eum à cæteris differre dicebamus.

11 Legatus, interim dum munus ſuum non expirat, efficere poteſt ſtatutum perpetuum. Atque ſi in eo illud tranſgredientibus apponat pœnam excommunicationis ipſo facto incurrendam, illam ſanè incurrunt, qui id fuerint tranſgreſſi etiam poſt finitam legationem. Ita habetur expreſsè cap.vltim. de offic. leg.iuncta gloſſa ibi. Is verò textus de quocunque legato intelligitur iuxta Panorm.ibi. Tum quia textus id non reſtringit ad legatum à latere. Tum quia quoniam quicunque legatus eſt iudex ordinarius, maior epiſcopo: vnde quemadmodum epiſcopus A efficere poteſt ſtatutum perpetuum, quod poſt ipſius mortem perſeueret ac vim habeat, ita & quicũque legatus poterit ſimile ſtatutum efficere.

Si legatus deleget alicui cauſam aliquam aut cauſas aliquas, ante ſuum diſceſſum, quoniam eſt iudex ordinarius, & iudex ordinarius delegare poteſt: & quoniam, eſto eſſet delegatus, delegatus tamen ſummi Pontificis poteſt ſubdelegare, vt vtrumque patebit, quando de iudicibus delegatis infra ſuerit ſermo: tunc ſi delegatus ante egreſſum legati à prouincia non expediuit citationem circa eam cauſam aut cauſas, expirat poteſtas ipſius delegata quo ad cauſas, quo ad quas non expediuit citationem, vt habetur cap.vltim.citato. Ratio autem eſt, quoniam re integra, expirat delegati poteſtas eo ipſo, quòd in B delegante expirat munus: cenſetur autem res integra, interim dum delegatus non expediuit citationem circa cauſam ſibi commiſſam, vt in ſequentibus oſtendetur: munus vero legati inter alios modos, quibus expirat, vnus eſt ex eo, quod legatus egrediatur limites prouinciæ aut prouinciarum ſuæ legationis, animo non reuertendi, vt ſubijciemus. 12

Quando cauſa aliqua à ſummo Pontifice eſt alicui aut in aliquibus in particulari delegata, tunc legatus non poteſt eam cauſam ad ſe auocare, neque in illam ſe intromittere, aut infirmare ſententiam ab eo iudice delegato circa eam latam, niſi legatus habeat ad id ſpeciale ſummi Pontificis mandatum. Ita habetur ca. 2.de offic.leg. Eo autem in loco Pa- C norm.notat, in ea cauſa appellari non poſſe ad legatum, ſed immediatè eſſe in ea appellandum ad ſummum Pontificem. Ibidem, & cap.primo, de reſcrip. innuere videtur, ſi is qui delegatum iudicem impetrauit, prius conueniatur ante legatum, nec literas oſtendat, ac ex illis excipiat, eum legatum non eſſe in ea cauſa ſuum iudicem, tunc eo ipſo, quod coram illo reſpondere cœperit, iure præuentionis cogi cauſam coram illo proſequi tanquam coram ſuo iudice ordinario, neque locum habere tunc reſcriptum, vt conueniatur coram iudice in eo reſcripto à ſummo Pontifice delegato. Atque idem eſt, ſi coram quocunque alio ſuo iudice ordinario ſimiliter conueniatur, neq; ex reſcripto obtento excipiat eum non eſſe ſuum iudicem ordinarium. 13

D Hæc quod ad ea attinet, quæ legatus poteſt aut non poteſt. Reliqua vero, quæ ei peculiariter conceduntur quoad facultates diſpenſandi in matrimonijs, & quo ad alia ſummo Pontifici peculiariter reſeruata, ex copia facultatum cuique eiuſmodi legatorum conceſſarum, eſt addiſcendum. Si cui autem eorum legatio non plena concedatur, ſed reſtricta in aliquo, aut in aliquibus, ex literis ſuæ legationis eſt ſimiliter addiſcendum.

Legatio natorum legatorum ſolum expirat morte ipſorum, aut amiſſione dignitatis, cui id legati munus eſt annexum. Continuatur tamen in ſucceſſoribus in illa eadem dignitate, cui id legationis munus eſt annexum. 14

E Legatio vero aliorum legatorum multis modis finitur, quos gloſſa c.præſenti, de offic.leg.libr.6.& cum ea doctores communiter tradunt. Primus eſt, ſi aliquis ad certum tempus conſtitutus fuit legatus, finito eo tempore, legatio quoque finitur. Secundus, per reuocationem legationis. Tertius, per egreſſum legati à toto ambitu loci ſuæ legationis animo non regrediendi. Secus autem per egreſſum ab vna prouincia ſuæ legationis, ſi in alia eſt adhuc intra limites ſuæ legationis: inde enim exercere ſuum munus poteſt, etiam circa aliam prouinciam, vnde ſit egreſſus. Ita habetur c.nouit, de offic. leg. Quartus morte legati. Non tamen finitur morte eius ſummi Pontificis, qui munus legationis ei iniunxe-

iunxe-

iunxerat, vt ſupra dictum eſt. Quòd ſi legatus aliquid delegauerat antequam in eo aliquo prædictorum omnium modorum legatio finiretur, & res integra non ſit, quia delegatus antequam legatio expiraret, citationem circa eam rem expediuerat, tūc ex eo, quòd legatio expiret in legato, non expirat in delegato iuriſdictio ei commiſſa, ſed progredi in ea cauſa poteſt quouſque finem ei imponat. Si autem res integra ſit, quia delegatus nondum citationem expedierat, tunc in delegato expirat iuriſdictio vna cum legatione legati, vt ſupra dictum eſt.

DISPVT. 10.

Vicarij Epiſcoporum, & aliorum ordinariorum, qui iudices ordinarij, qui non item. Et quanta eorum iuriſdictio. Et vbi Epiſcopi, & Archiepiſcopi, ipſorumque vicarij, poſſint cauſas audire.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius ſi ſit talis, vt expreſſo vel tacito Principis aut reip. conſenſu à iudice ordinario loco ſui conſtituatur, iudex eſt non delegatus, ſed ordinarius.*

2 *Vicariorum iuriſdictio exſpirat, mortuo principali, aut illo remoto ab officio ac iuriſdictione.*

3 *Eiuſmodi vicarij ſunt vicarij epiſcopi aut Archiepiſcopi.*

4 *Alij vicarii epiſcopi, qui foranei dicuntur, non ſunt iudices ordinarij, ſed delegati ab epiſcopo aut ab ipſius vicario.*

5 *Dummodo aliquis vicarius conſtituatur, vt in loco epiſcopi iudicet, cenſetur is iudex ordinarius, licèt illi non concedatur iuriſdictio in totam diœceſim, vel licèt epiſcopus aliquas cauſas ſibi reſeruet, quas per ſe ipſum iudicare velit.*

6 *Vicarius vt ſit iudex ordinarius, debet de conſenſu expreſſo vel tacito legis, Principis, aut reip. à principali iudice ordinario conſtitui: at vicarij foranei, quia ab epiſcopo tantum conſtituuntur, non ſunt iudices ordinarij, ſed delegati epiſcoporum.*

7 *Vicarij ipſi non poſſunt loco ſui creare alios vicarios generales pro libito ſuo.*

8 *Vicarius generalis epiſcopi ſolùm iudicat de cauſis omnibus ciuilibus, beneficialibus, matrimonialibus, idque ex eo, quòd id munus generaliter ei committatur: delicta verò punire & de ijs inquirere ad epiſcopum ſpectat.*

9 *Licèt epiſcopus diceret, Conſtituo te vicarium meum vniuerſalem cum poteſtate & facultate, vt omnia loco mei efficere poſſis, quæ ego poſſum, etiamſi talia ſint, quæ ſpeciale requirant mandatum, non conſequitur ille ui ſolius clauſulæ illius generalis poteſtatem ad quicquam eorum efficiendum, quæ ſpeciale requirunt mandatum.*

10 *Nonnullis in locis vicarius ſimul eſt ordinarius.*

11 *Epiſcopi in ſua diœceſi poſſunt uel per ſe uel per vicarium generalem iudicare, & quamcunque aliam iuriſdictionem exercere in quacūque diœceſeos parte: eo quòd ſic in ſua diœceſi habent ordinariam poteſtatem: Archiepiſcopus uerò non niſi in ſua ciuitate, uel in alio loco unde fuit appellatum.*

12 *Poteſtatem, quam habent uicarij epiſcoporum, habent etiam uicarij aliorum prælatorum, qui iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habent.*

13 *Denunciationes præuias ante matrimonium remittere etiam poteſt uicarius.*

14 *Duobus modis dicitur aliquis uicarius alterius.*

A 1 VIcarius ſi ſit talis, vt expreſſo vel tacito principis, legis, aut reipublicæ conſenſu à iudice ordinario loco ſui conſtituatur, vt ex proprio ſuo tribunali vniuerſaliter iuriſdictionem vice ſui exerceat, iudex eſt, non delegatus, ſed ordinarius. Imò uerò vnum & idem tribunal efficit cum principali eo iudice ordinario, cuius vicem ſubit. Qua de cauſa non appellatur ab eo vicario ad iudicem principalem, cuius eſt vicarius: eo quòd ab eodem tribunali ad idem non appelletur, vt hæc omnia habentur cap. Romana in princ. de appellat. lib. 6. & affirmant gloſſæ ibi, & doctores communiter, quos Maranta de ord. iud. par. 4. diſt. 5. num. 12. & 15. refert ac ſequitur. Quin neque conſuetudine introduci poteſt, vt ab eiuſmodi B vicario ad eum, cuius vices gerit, appelletur, idque ob eam rationem, quòd ab eodem in idem tribunal appellari non poſſit, vt cap. 2. de conſuetud. lib. 6. habetur.

2 Quia verò eiuſmodi vicarij iuriſdictionem habent dependentem à iuriſdictione eius, cuius vicem gerunt, & in cuius tribunali ſedent, imò verò eandem loco illius exercent, quam ille ex eodem tribunali exercere deberet, inde euenit, vt mortuo principali, aut illo remoto ab eo officio ac iuriſdictione, iuriſdictio eorum etiam eo ipſo expiret: quod longè alienum eſt ab alijs iudicibus ordinarijs qui nō expirant eorum morte, qui illos iudices conſtituerunt. Ita præter alia iura, colligitur ex cap. 1. de offi. vicar. lib. 6. vbi habetur, excommunicato principa- C li, quamuis idcirco excommunicatus non maneat eius vicarius, quæ tamen gerit, agendo vices talis excommunicati, eſſe nullius vigoris ac momenti, non ſecus atque ſi ab ipſomet excommunicato fierent, & affirmat communis doctorum ſententia, quam ſequuntur Nauar. cap. nullam, de regularib. nu. 22. §. ad prius. Couar. proximè citandus, & alij: ſic autem in his euentibus iuriſdictio horum vicariorum expirat, vt etiam quo ad negotia iam cæpta expiret, vt cum gloſſa vlt. conſentaneè ad textum ibi, Clement. vlt. de procur. communiter recepta, cum Panormit. & cum pleriſque alijs, quos citat, affirmant Couar. de pract. qq. cap. 4. num. 4. Nauar. lib. 1. conſil. titu 6. de elect. conſi. 9. num. 6. cum tamen legatorum iuriſdictio quoad negotia cæpta delegantis D morte non expiret, vt Diſputatione præcedente dictum eſt, & in ſequentibus magis perſpicuum fiet.

3 De numero eiuſmodi vicariorum in primis eſt vicarius generalis epiſcopi aut Archiepiſcopi. Ita doctores communiter capit. penult. de offic. vicar. gloſſa. cap. 1. verb. rationabili. & c. 2. verb. officialem, conſentaneè ad textum ibi, de offi. vicar. lib. 6. colligiturque apertiſſimè ex cap. Romana in princ. iuncta gloſ. ibi de appellat. lib. 6. & ex. cap. 2. de conſuet. lib. 6. Vnde quemadmodum epiſcopus dicitur ordinarius, ſic etiam vicarius illius generalis ordinarius nuncupatur, conſentit cap. vt animarum, de cōſtit. lib. 6. & affirmant gloſ. cap. 2. verb. officialem, de offic. vicar. lib. 6. gloſ. cap. perlectis. verb. iurgia. E 25. diſtinc. gloſ. cap. Romana in princ. verb. generaliter, de appellat. lib. 6. & doctores communiter, quos Couar. 3. variarum reſolut. cap. vlt. nume. 4. refert ac ſequitur. Atque eiuſmodi vicarij nomine ordinariorum comprehenduntur ſæpe in concilio Tridentino, & alibi, iuxta rem, de qua eſt ſermo.

4 Alij autem vicarij epiſcopi, qui foranei dicuntur, de quibus ſermo eſt in gloſſa clem. 2. de reſcr. verb. *foraneo*, non ſunt iudices ordinarij, ſed delegati ab epiſcopo aut ab ipſius vicario, vt affirmat gloſſa. c. 2. de conſuet. lib. 6. & cum ea doctores communiter quos Maranta diſt. 5. citata. nume. 14. refert ac ſequitur. Et quia eiuſmodi vicarij foranei non vnum tribu-

tribunal efficiunt cum tribunali epiſcopi, ab ipſis appellatur immediatè ad epiſcopum aut ad ipſius vicarium, vt habetur c. Romana. de appellat. lib. 6. & affirmant doctores communiter, quos Maranta vbi ſuprà. nume. 15. & Couar. de pract. qq. c. 4. nu. 8. referunt ac ſequuntur.

5 Hoc loco obſerua, dummodo aliquis vicarius cõſtituatur, vt in loco & tribunali epiſcopi, iudicet, cēſeri eum iudicem ordinarium, eſtò illi non concedatur iuriſdictio in totam diæceſim, vel eſtò epiſcopus aliquam aut aliquas cauſas ſibi reſeruet, quas per ſe ipſum iudicare velit. Ita colligitur ex c. penult. de offic. vicar. Quo in loco Panor. & doctores communiter affirmant, vicarium ſolius vrbis Romæ, de quo in eo capite eſt ſermo, à ſummo Pontifice tanquam epiſcopo Romanæ diæceſis relictum, vt ex ſuo tribunali iuriſdictionem exerceat, iudicem fuiſſe ordinarium: cum tamen iuriſdictionem extra vrbem in totam diæceſim non haberet, vt in eo capite apertè dicitur, ibique Panor. affirmat. Idem colligitur ex c. licèt, & ex c. cum generali. de offic. ord. lib. 6. vbi habetur, vicarium generalem epiſcopi per ſolam commiſſionem officij generaliter, ſolùm poſſe cognoſcere de cauſis ciuilibus, non verò de cauſis criminalibus, neque habere adminiſtrationem in ſpiritualibus, neque poſſe conferre beneficia, niſi horum aliquid aut omnia ſpecialiter ei concedantur, vt regulariter fieri ſolet, & iuxta eadem iura hæc eadem affirmat Nauar. c. ſerpens. de pœnit. diſt. 1. nu. 4. Conſentit in proximè dictis Maranta diſt. 5. citata. num. 16. iuxta iura proximè citata. Id verò, quòd in calce eius numeri cum Felyn. ſubiungit, nempe ſi aliquid horum ſuo vicario generali concedat, tunc eum vicarium quo ad id non eſſe iudicem ordinarium, ſed delegatum: hoc, inquam, quod ita ſubiungit, non probo, quando in commiſſione generali id per clauſulam additam illi concederet, non in aliquo ſingulari euentu, ſed vniuerſim quotieſcunque id occurreret, aut ſi poſtea ſimiliter per clauſulam eo modo generalem iuriſdictionem illius eodē modo ampliaret. Secus autem quando aliquem aut aliquos euentus in ſingulari dumtaxat illi committeret, quo ad illos enim cēſetur illum efficere iudicem delegatum. Ducor vt in illo alio euentu cenſeam illum eſſe iudicem ordinarium: quoniam quamuis iura citata ſtatuant, ſola commiſſione officij vicarij generalis epiſcopi non cenſeri illi conceſſas criminales cauſas neque prouiſionem beneficiorum: non tamen ſtatuunt non poſſe illi concedi tanquam ſuo vicario generali, & tanquam iudicanti ex ſuo tribunali, ac proinde vt iudici ordinario in eodem tribunali ſecum. Ex dictis patet, iuriſdictionem ordinariam eſſe in vicario epiſcopi eo ipſo, quòd ad iudicandū vice epiſcopi aſſumitur in loco & ex tribunali epiſcopi, nihil impediente, quòd epiſcopus illi non concedat totam iuriſdictionis poteſtatem, quam ipſe habet. Vnde verba illa in principio huius Diſputationis appoſita, vt ex proprio ſuo tribunali vniuerſaliter iuriſdictionem loco ſui exerceat, intelligenda non ſunt, quaſi iudex ipſe principalis ordinarius reſtringere illam in aliquo aut in aliquibus non poſſit, dummodo tamen vice ipſius in ſuo tribunali, & in loco ad vniuerſaliter iudicādum deputato, illum præficiat.

Conſentit Bart. l. 1. in fine. ff. quis & à quo appelletur, quo in loco ex eo, quòd vicarius præficiatur ad iudicandum in loco, vbi principalis ordinarius iudicare ſolet, aut vbi iudicaturus erat, & ex tribunali principalis ordinarij, quaſi vnum cum eo tribunal efficiat, docet iudicandum eſſe, num is vicarius iudex ſit ordinarius, an verò delegatus. Quamuis enim, inquit, epiſcopus in ſuum vicarium aliquem in loco aliquo conſtituat, illique vniuerſaliter com-
A mittat cauſas omnes eius loci, ſi tamen is epiſcopus alibi ſuum tribunal vniuerſale habeat, talis vicarius non erit, iudex ordinarius, ſed delegatus eius epiſcopi. Idem cum eodem Bar. affirmat Maranta de ord. iud. part. 4. diſt. 4. num. 8.

Dixi item in principio huius Diſputationis, ſi vicarius ſit talis, vt expreſſo, vel tacito principis, legis, 6 aut reipublicæ conſenſu à iudice ordinario, loco ſui conſtituatur, &c. quoniam gloſſa. c. Romana citato, verb. generaliter, Couar. 3. var. reſol. c. vlt. nume. 4. & alij affirmant, vt vicarius ſit iudex ordinarius, neceſſe eſſe vt de cōſenſu expreſſo, vel tacito legis, principis, aut reipublicæ, à principali iudice ordinario conſtituatur: iura autem ſupra citata expreſsè epiſcopis permittunt conſtituere tales generales vicarios loco ſui. B

Quia verò vicarij foranei epiſcoporum ab epiſcopo, & non à principe, à lege, aut à republica conſtituuntur, non ſunt iudices ordinarij, ſed delegati epiſcoporum. Secus de iudicibus pedaneis paruulorum oppidorum: qui ex præſcripto principis, legis, aut reipublicæ conſtituuntur. Hi enim iudices ſunt ordinarij quo ad cauſas, de quibus iudicare eis licet, vt Diſp. 8. dictum eſt.

Vicarij autem ipſi non poſſunt loco ſui creare alios vicarios generales pro ſuo libito, vt not. gloſſa. 7 cap. primo, de offic. vicar. lib. 6. verb. ipſius, & communis doctorum ſententia, quam Maranta de ord. iud. par. 4. diſtin. 5. num. 22. refert ac ſequitur, argumento cap. clericos extra eodem titu. Tametſi, tanC quam iudices ordinarij, aliquam aut aliquas cauſas poſſint delegare. Dixi, eos non poſſe pro libito creare alios uicarios generales loco ſui: quoniam ex cauſa, vt iuſtæ abſentiæ, aut ægritudinis, poſſunt ad tēpus modicum vicarios creare, qui ex eodem tribunali iudicent, vt notant gloſſa clement. prima, de regularib. verb. locum aliorum, & alij, quos Maranta, nu. 22. citato refert ac ſequitur. Sunt verò eiuſmodi ſubſtituti in euentibus eiuſmodi lege conceſſis, iudices ordinarij, quemadmodum & ij, quibus ex ea rationabili cauſa ſubſtituuntur, vt rectè affirmant Bart. l. nec quicquam. §. ubi decretum. nu. 6. iunctis ijs, quæ dixerat l. obſeruare. nu. 3. & 5. ff. de offic. procon. & alij, quos Maranta diſt. 5. citata refert ac ſequitur.

D Vt conſtat ex capit. ſecundo, de offic. vicar. libro 6. uicarius generalis epiſcopi, niſi aliud in creatione 8 illius addatur, ſolùm habet iudicare de cauſis omnibus ciuilibus, etiam de matrimonialibus, & beneficialibus ad epiſcopi tribunal ſpectantibus, idque ſolùm cenſetur ei commiſſum ex eo, quòd id munus generaliter ei committatur. Inquirere verò de delictis, ea punire, deponendo, aut quacunque alia ratione, adminiſtrare item ſpiritualia, vt ſunt ea, quæ ad ſacramenta ſpectant, qualia ſunt examinare & approbare ordinandos, literas dimiſſorias, quas reuerendas vocant, ad ordines extra diæceſim ſuſcipiendos eis conferre, vigilare circa ſacramentorum adminiſtrationem, confeſſa-E rios examinare, iuriſdictionem ad confeſſiones audiendas eis conferre, viſitatores inſtituere, illos ad viſitandum mittere, fraternè ſeu paternè ſubditos corrigere, & ſimilia facere, nō ad ipſum ſed ad epiſcopum ſpectat, niſi ſpecialiter hæc illi concedantur. Item, vt patet c. 3. eodem titu. conferre ea beneficia, quę ad epiſcopum conferre ſpectat, non cenſetur conceſſum vicario generali epiſcopi ex eo, ꝙ generalis vicarius epiſcopi conſtituatur, niſi ſpecialiter ei concedatur ac committatur. Tum quia in generali conceſſione non intelligūtur ea conceſſa, quę veriſimiliter in particulari non concederentur. Tū etiam, quoniam in conceſſione vniuerſalis adminiſtrationis regulariter non cenſetur conceſſa facul-

tas donandi: collatio autem beneficiorum donatio quædam eſt, quo ad poteſtatem ea vni potius quàm alteri conferendi, licèt non quatenus epiſcopi ea cõferre tenentur intra ſemeſtre. Vt autem ſuprà dicebamus, duobus modis poteſt vicario ſuo generali aliquid horum ab epiſcopo concedi, quæ ſpeciali indigent conceſſione. Vno, ad certum tempus, aut in aliquo ſingulari euentu, vel in aliquibus ſingularibus euentibus, & tunc credo, quo ad illa non eſſet ordinarius, ſed delegatus epiſcopi. Altero verò, vt id loco epiſcopi ex officio ſibi commiſſo habeat, nõ ſecus, atque cognoſcere de cauſis ciuilibus, & tunc quo ad id etiam eſſet iudex ordinarius, poſſetque delegare, vt ſuprà vtrumque dictum eſt.

9 Vt autẽ notat gloſſa vlt. c. 2. de offic. vicar. lib. 6. cum alijs, quos eadem gloſſa citat, ex eo, quòd epiſcopus vicario ſuo diceret, conſtituo te vicarium meum vniuerſalem cum facultate & poteſtate, vt omnia loco mei efficere poſſis, quę ego poſſum, etiã ſi talia ſint, quæ ſpeciale requirant mandatum, non conſequi illum vi ſolius clauſulæ illius generalis poteſtatem ad quicquam eorum efficiendum, quæ ſpeciale requirunt mandatũ, argumento c. qui ad agendum, de procura. lib. 6. vbi ſtatuitur, ſi quis procurator generalis alicuius conſtituatur, adhibita eadem clauſula, vt efficere omnia poſſit, etiam ſi ſpeciale requirant mandatum, vi ſolius illius generalis clauſulæ, illum nihil eorum poſſe efficere, quæ ſpeciale requirunt mandatum. Si autem conſtitueretur vicarius generalis, etiam quo ad tale, vel quo ad talia, exprimẽdo aliquid aut aliqua in particulari ex ijs, quæ ſpeciale requirunt mandatum, & adderetur clauſula, & quo ad reliqua, quæ ſpeciale requirunt mandatum, tunc efficere poſſet reliqua non expreſſa in particulari, quæ ſpeciale requirunt mandatum, argumẽto eiuſdem c. qui ad agendum, de procu. lib. 6. quo in loco hoc idem quo ad procuratorem vniuerſalẽ eodem modo creatum ſtatuitur. Lege quæ quo ad procuratorem tract. 2. Diſp. 557. §. vlt. Diſput. 565. §. vlt. & Diſp. 573. §. quando aliquis, dicta à nobis ſunt. Vtrum autem ſi quis ab aliquo epiſcopo creetur vicarius generalis ipſius, dicendo cum facultate vt omnia efficere poſſis loco mei, excepto quòd prouidere non poſſis beneficia, aut excepto aliquo alio vel aliquibus alijs, quæ ſpeciale requirunt mandatum, vtrum, inquam, tunc cenſeatur concedere illi reliqua omnia, quæ ſpeciale requirunt mandatum, rem latè diſputat Couar. 2. var. reſol. cap. 5. num. 9. adductis doctoribus pro vtraque parte. Mihi verò probatur, quod affirmat communior doctorũ ſententia, quam ibi Couar. refert; tametſi ipſe cum quibuſdam alijs in contrarium propendere videatur: nempe tunc non cenſeri illi conceſſam facultatem ad reliqua, quæ ſpeciale mandatum requirunt. Ducor, quoniam diſpoſitione iuris ea, quæ ſpeciale mãdatum eadem iuris diſpoſitione requirunt, non cenſentur conceſſa clauſula generali, quòd conceduntur omnia, etiam quæ ſpeciale mandatum requirũt, niſi exprimatur aliqua aut aliquid ex illis, & addatur, & reliqua: ergo ſola exceptione quorundã non cenſentur eadem iuris diſpoſitione cõceſſa reliqua, quæ ſpeciale mandatum requirunt, niſi aliquid addatur expreſſius, quòd ſcilicet aliqua, quæ ſpeciale mandatum requirunt, conceduntur. Licet enim, ſi non eſſet ea iuris humani diſpoſitio, id ſufficeret; quia exceptio illa cum ea clauſula generali ſufficienter id exprimit, ſecluſa humani iuris diſpoſitione in contrarium, vt rectè Couar. affirmat; ſtante tamen ea iuris humani diſpoſitione in contrarium, non eſt cenſendum id ſufficienter exprimere. Credo tamẽ, ſi diceretur, creo te vicarium meum ad omnia, etiamſi ſpeciale requirant mandatum, excepto, quòd prouidere non poſſis beneficia, aut tale, vel tale quid aliud facere, cenſeri cum illa clauſula, & ea exceptione, reliqua conceſſa; tametſi propter varietatem opinionum, & diſpoſitionem illam aliam iuris, tutum etiam tunc erit exprimere aliquid in particulari, quod concedatur, & quod requirat ſpeciale mandatum, & addere, & reliqua, quæ mandatum ſpeciale requirunt, excepto hoc, vel exceptis talibus rebus. Atque ad hæc admetiaris, quæ tractatu ſecundo, locis citatis dicta à nobis ſunt.

10 In multis diœceſibus vnus tantum officialis epiſcopi eligitur, qui ſimul cauſis ciuilibus, quin & criminalibus, & rebus ſpiritualibus eius epiſcopatus præficitur, vt in hoc Conchenſi epiſcopatu: atque hic prouiſor appellari conſueuit, eſtque ſimul vicarius generalis, atque cenſendus eſt ordinarius quo ad omnia, quibus ita quaſi ex munere ſuo loco ac vice epiſcopi præficitur, iuxta ea, quæ dicta ſunt. In aliquibus verò diœceſibus, vt in Archiepiſcopatu Euorenſi, & in alijs diœceſibus Luſitani regni, tres miniſtri præficiuntur. Vnus in cauſis ciuilibus, & (ſi bene recordor) etiam in criminalibus; atque hic appellatur vicarius generalis. Alius, qui ſpiritualibus rebus intendat, & ſimul collationi beneficiorum, quantum ei præſcribitur: & hic prouiſor nuncupatur. Tertius, qui exequutioni vltimarum voluntatum intendit, quantum id curare ad epiſcopum ſpectat, & hic *Iuiz dos reſiduos* vocatur. Omnes verò hi tres iudices ordinarii ſunt, qui loco epiſcopi ex eodem cum epiſcopo tribunali hæc omnia præſtant.

11 Vt ex dictis occaſione legati Diſputatione præcedente ex parte conſtat, Epiſcopus & Archiepiſcopus per ſe, vel per ſuum vicarium generalem, aut delegatum, iudicare, & quamcunque aliam ſuã iuriſdictionem exercere poteſt in quacunque ſuæ diœceſis parte, atque adeò incarcerare poteſt ac punire: eo quòd Epiſcopus & Archiepiſcopus in qualibet ſuæ diœceſis parte habeat iuriſdictionem ordinariam. Excipitur, niſi talis locus ſuæ diœceſis exemptus ſit ab ipſius iuriſdictione: in ea enim ſuæ diœceſis parte ita ab ipſius iuriſdictione exempta, vt in cœnobio exempto, illam exercere non poteſt. Hæc habentur cap. cum epiſcopus, de offic. ordin. lib. 6. Archiepiſcopus verò cauſas, quæ ad ipſum iure metropolitani per appellationem deuoluuntur, aut aliter iure metropolitani ad ipſum ſpectant, audire & expedire non poteſt niſi in ſua ciuitate aut diœceſi, vel in loco vnde fuit appellatum, aut vbi cauſæ conſiſtunt, neque poteſt eas alibi delegare, eſtò is locus, in quo, vt expediantur, eas delegat, ſit intra ſuam prouinciam, niſi aliud habeat conſuetudo. Ita habetur, capit. vt litigantes, de offic. ordin. lib. 5. Gloſſa tamen ibi ait, de partium conſenſu, & ſimul de conſenſu ordinarij eius loci, poſſe illas ibi audire aut delegare: id quod nulli poteſt eſſe dubium. Illud eſt addendum, quamuis Archiepiſcopus delegare poſſit cauſas, quæ ad ipſum per appellationem deuoluuntur, vt cognoſcantur in locis ſuorum ſuffraganeorum, vnde fuit appellatum, & poſt eam appellationem inhibere poſſit iudicẽ: vnde ad ipſius tribunal fuit appellatum, ne vlterius in ea cauſa progrediatur: non tamen poſſe conſtituere officialem in loco ſuffraganei, qui, quando in futurum appellatum fuerit, cognoſcat ibi de cauſis, & iudices inhibeat, à quibus fuerit appellatum. Ita habetur cap. primo, de offic. ordin. lib. 6. Lege quo ad hæc omnia Nauar. lib. 1. conſil. titu. 3. de offic. ord. conſi. 3.

12 Quod dictum eſt de vicariis Epiſcoporum, dicẽdum ſimiliter eſt de vicariis aliorum prælatorum, qui iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habent, vt in hoc Conchenſi epiſcopatu de vicario generali prioris cõuentus diui Iacobi de Veles, & de pleriſq; aliis

vica-

vicarijs generalibus aliorum prælatorum, qui in aliquos ordinariam iuriſdictionem quaſi epiſcopalẽ habent. Eiuſmodi quippe vicarij illorum generales ſi ex eodem tribunali eorum, quorum ita ſunt vicarij, iuriſdictionem loco illorum exerceant, iudices etiam ſunt ordinarij: eorumque iuriſdictio cum eorum iuriſdictione ſimiliter expirat, à quibus vicarij conſtituti ſunt. Si verò non ex eodem tribunali iuriſdictionem exerceant, ſed vicarij ipſorum conſtituti ſint in aliquo alio oppido, tunc iudices ſunt ipſorum delegati in eo oppido, eſtò ad vniuerſitatẽ cauſarum in eo oppido conſtituti ſint vicarij ipſorum, vt de ſimilibus vicarijs Epiſcoporum pedaneis ſuprà eſt dictum.

13 Dubitant aliqui, vtrùm remitttere præuias denũciationes, quæ fieri debent in Eccleſia de ijs, qui cõtrahere volunt matrimonium, antequam illud contrahant, ſpectet ad ſolum Epiſcopum, an etiam ad ipſius vicarium generalem ſeu prouiſorem: de qua re concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 1. de reformatione ſic diſpoſuit: *Niſi ordinarius ipſe expedire indicauerit, ut prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit.* Menochius & poſt illum *Suarez de Paz* in ſua practica aſſeruerunt, ita ſolùm epiſcopum id poſſe, & non vicarium ipſius generalem ſeu prouiſorem, vt eſtò epiſcopus vicario ſuo id committat, nulla ſit talis remiſſio per eum vicarium generalem facta. Meo autem iudicio meritò contrarium affirmant Alfonſus à vera cruz in append. ad ſpeculum coniug. dub. 1. propo. 6. Gutier. de cano. qq. c. 19. à nu. 13. & Salcedo in pract. c. 73. in fine ſcholij. Etenim id iudicio ordinarij committit concilium Tridentinum, vt ex verbis relatis conſtat: nomine autem ordinarij etiam vicarius generalis epiſcopi ſeu eius prouiſor intelligitur, vt ex dictis conſtat.

Adde, ſæpe euenire poſſe, vt epiſcopus ſit abſens, & vt neceſſe ſit eas denunciationes remitti: inſufficienter autem concilium prouidiſſet neceſſitati, quę occurrere poterat, niſi arbitrio vicarij ſeu prouiſoris id etiam commiſiſſet, quando epiſcopus ſibi id non reſeruaret, vt poteſt. Vtrùm autem expediat, epiſcopum in ſui abſentia id ſibi reſeruare. Fortaſſe non expedit omnino, id ſibi reſeruare, ob grauem neceſſitatem, quæ occurrere facilè poteſt. Adde item, concilium non æquiuocè ſumpſiſſe ordinarium in illis verbis, & in his, quæ proximè poſt illa ſubiecit: *Qui aliter, quàm præſente parocho, uel alio ſacerdote, de ipſius parochi ſeu ordinarii licentia:* nullus autem dubitare poteſt, in his verbis ad validitatem matrimonij ſatis eſſe adeſſe ſacerdotem de licentia vicarij epiſcopi generalis ſeu prouiſoris: & tam in his verbis, quàm in illis alijs antecedentibus circa quæ eſt præſens dubium, praxis ſemper obtinuit vt nomine ordinarii etiam vicarius generalis Epiſcopi ſeu prouiſor intelligeretur: praxis verò ac conſuetudo recepta optimus eſt legum interpres. Quia verò nomine ordinarii, etiã capitulum ſede vacante, & illius vicarius ſeu prouiſor intelligitur, vt diſputatione ſequenti dicetur; & intelliguntur alii, qui iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in quoſdam laicos habent à iuriſdictione epiſcopi exemptos, vt paulo antea dictum eſt, intelligunturque horum generales vicarii; ſanè hos omnes ſibi ſubditis remittere eas denunciationes poſſunt, nomineque ordinarij in eo concilij Tridentini loco intelliguntur: neque concilium ſufficienter prouidiſſet neceſſitati, quæ occurrere poterat, vt denunciationes illæ remitterentur, niſi illos omnes nomine ordinarij comprehendiſſet, vt verè omnes illi ordinarij ſunt, ſimpliciterque & abſolutè loquendo, nomine ordinarij comprehenduntur.

14 Nauar. c. nulla, qui eſt tertius commentarius de

A regular. nume. 22. §. ad prius, obſeruat. Duobus modis aliquem dici vicarium alterius. Vno eo modo, qui hactenus eſt explicatus: de quo vicario eſt ſermo in iure canonico in titu. de offic. vic. atque hunc amittere iuriſdictionem eo ipſo, quòd iuriſdictio in eo ceſſat, cuius eſt vicarius. Altero modo quia ex electione ſuperior conſtituitur ſub aliquo principali priore, aut ſub Abbate conuentus, qui conuentum regat, & caput etiam ſit conuentualium. Atque huius iuriſdictionem non expirare mortuo principali priore aut Abbate, vel aliqua alia de cauſa ceſſante, aut ſuſpenſa in illo iuriſdictione: quia habet ſuam iuriſdictionem ſibi propriam ex munere ſuo, ſiue ad illius electionem interueniat etiam Abbas, ſeu principalis prior, ſiue non. Atque vt id melius intel-
B ligas, obſerua. Quando vicarius ab ipſomet conſtituitur, cuius eſt vicarius, pro ipſius arbitrio, vt vices ipſius ſubeat, ab ipſoque omnino pendeat, tum vt id munus habeat, tum etiam vt illud exerceat, tunc iuriſdictio talis vicarij à iuriſdictione eius, cuius eſt vicarius, pendet. Quando verò munus eſt inſtitutum ab ipſa religione, vt ſit in adiutorium principali ſuperiori, ſiue ſimul eligatur à principali ſuperiori, ſiue non, ſed vel à generali, aut à prouinciali, vel à ſolo conuentu, vel etiam à ſolo principali ſuperiori conuentus, tunc eius adminiſtratio ac munus non expirat expirante principali ſuperiori. Sic in multis religionibus conſtituti ſunt vicarij, ſub priores, & in noſtra Societate miniſtri, & interdum etiã vicerectores, quando collegia ſunt magna, quorum
C adminiſtrationi iudicatur expediens, vt vltra rectorem & miniſtrum ſit alius ſuperior intermedius, q vicerector dicatur: horum autem munera non ceſſant morte ſupremi ſuperioris talis conuentus, ſiue dicatur Abbas, ſiue prior, guardianus, rector, prępoſitus, ſiue quouis nomine alio nuncupetur.

DISPVT. II.

Capitulum ſede vacante, & eius generalis vicarius, ſeu prouiſor, an iudices ſint ordinarij. Et quanta eorum ſit iuriſdictio.

D *SVMMARIVM.*

1 *Sede epiſcopali uacante iuriſdictio tranſit ad Capitulum cathedralis eccleſiæ, niſi Pontifex de alio prouideat. Vel poteſt Capitulum aliquem vicarium generalem conſtituere.*
2 *Vicariorum foraneorum ab epiſcopo ad uniuerſitatẽ aliquam cauſarum delegatorum poteſtas non exſpirat, ſi antequam iuriſdictio in epiſcopo ceſſaret, vti ſuo munere cæperant.*
3 *Vniuerſa iuriſdictio, ſede vacante, epiſcopi ad Capitulum deuoluitur, exceptis euentibus particularibus, quoad quos fuerit iure expreſſum, iuriſdictionem ad illum non deuolui.*
E 4 *Vt epiſcopo conuenit litteras dimiſſorias cõcedere ſubditis, vt ab alijs epiſcopis ordines ſuſcipere poſſunt; ſic idem conuenit capitulo ſede vacante.*
5 *Capitulum ſede vacante, & loco illius, prouiſor vel vicarius illius diſpenſare in ijs poteſt, in quibus epiſcopus diſpenſare poteſt ratione epiſcopalis iuriſdictionis.*
6 *Sede vacante Capitulum excommunicare poteſt, & alia facere quæ ad correctionem ſpectant, indulgentias concedere.*
7 *Poteſt item ſtatuta facere, quæ obligent totam diœceſim in perpetuum. Item diœceſim viſitare, ſicut tenetur id facere epiſcopus.*
8 *Vtrum Capitulum ſede vacante poſſit viſitare ea mo-*

nia-

nialium monaſteria, quæ ſedi Apoſtolicæ immediatè ſunt ſubiecta.

9 *Capitulum non tranſit in priuilegium, quod epiſcopis ratione dignitatis conceſſum eſt.*

10 *Capitulum ſuccedit in iuriſdictionem, quæ epiſcopo competit vt epiſcopo.*

11 *Non ſuccedit in prouiſionem beneficiorum, quæ ad epiſcopum conferre ſpectat: at poteſt ſaltem ea commendare prouidendo de idoneo œconomo.*

12 *Licèt Capitulum non conferat beneficia, quæ ad epiſcopum pertinebat conferre, quando tamen ad epiſcopum deuoluitur conferre aliqua beneficia ob negligentiam vel delictum inferioris, tunc poteſt capitulum ea conferre.*

13 *Quando prouiſio beneficij ſimul ſpectat ad Capitulum & ad Epiſcopum, per concurſum fit ſuffragijs Capituli & Epiſcopi, tunc Capitulum ſede vacante confert eiuſmodi beneficia.*

14 *Ad Capitulum etiam tranſit iuriſdictio concedendi facultatem tranſeundi ad dignitatem eccleſiaſticam in aliam diœceſim, & omnino tranſeundi eccleſiaſticum in alienam diœceſim.*

15 *Vtrum Capitulum ſede uacante ſuccedat epiſcopo quoad alienationem.*

16 *Interim dum ſedes vacat, agitari non poteſt cauſa de attinentibus ad ſolum prælatum, aut de communibus prælato cum Capitulo, etiam ſi eccleſia ſit rea: ſed neque continuari poteſt cauſa antea cœpta.*

17 *Vacante ſede Capitulum debet vocare epiſcopum ad confirmandum, ad oleum conſecrandum, & alia efficienda, quæ poteſtatem ordinis epiſcopalis requirunt.*

1 Sede epiſcopi vacante morte Epiſcopi, aut depoſitione, vel translatione, aliquave alia ratione, iuriſdictio tranſit ad capitulum cathedralis Eccleſiæ, niſi ſummus Pontifex de alio prouideat, qui eam eccleſiam interim adminiſtret. cap. cum olim, iuncta gloſſa ibide maior. & obed. cap. 1. eodem titu. lib. 6. cap. eccleſiæ, de ſuppl. negl. præl. lib. 6. & aliis iuribus, affirmatque communis doctorum ſententia. Idem eſt ſi epiſcopus captus ſit ab infidelibus vel ſchiſmaticis, vel à quibuſcunque aliis, interim dum captiuitas perſeuerat, vt habetur, cap. ſi epiſcopus, de ſuppl. neglig. præl. lib. 6. Cum autem ceſſante iuriſdictione in epiſcopo, continuo, etiam quoad negotia cępta, ceſſet quoque in ſuis miniſtris, qui ex ipſius tribunali loco illius illã exercebant, vt diſputatione præcedente dictum eſt, conſequens profectò eſt, vt iuriſdictione in quocunque ex his euentibus delata ad capitulum, ad capitulum ipſum pertineat vel creare de nouo alios miniſtros, vt alium vicarium generalem ſeu prouiſorem eiuſdem capituli, viſitatores diœceſis, & alios ſimiles miniſtros, vel præteritos confirmare, eiſque vti, non iam vt miniſtris epiſcopi antecedentis, ſed vt ſuis propriis miniſtris. Qui autem ex tribunali iuriſdictionem loco capituli exercuerint, quoad eam iuriſdictionem ad capitulum deuolutam, iudices erũt ordinarii, ſicut & capitulum quoad eam iuriſdictionem ad ſe deuolutam iudex eſt ordinarius.

In concilio Tridentino quoad electionem vicarii generalis, ſeu prouiſoris, ſic ſeſſ. 24. c. 16. ſancitum eſt: *Capitulum ſede vacante officialem ſeu vicariũ intra octo dies poſt mortem epiſcopi conſtituere uel exiſtentem confirmare omnino teneatur, qui ſaltem in iure canonico ſit doctor, vel licentiatus, uel aliàs, quantum fieri poterit, idoneus. Si ſecus factum fuerit, ad metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluatur. Et ſi eccleſia ipſa metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior epiſcopus ex ſuffraganeis in Metropolitana, & propinquior epiſcopus in exempta œconomum* (de quo in eod. capite ha-

A bitus etiam fuerat ſermo) *& uicarium idoneos poſſit conſtituere. Epiſcopus uerò ad eandem eccleſiam uacantem promotus ex ijs, quæ ad eum ſpectãt, ab eiſdem œconomo, uicario, & alijs quibuſcunque officialibus, & adminiſtratoribus, qui ſede uacante, fuerint à Capitulo, uel ab alijs eius locum tenentibus, etiam ſi fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, iuriſdictionis, adminiſtrationis, aut cuiuſcunque muneris, poſſit eos punire, qui in eorum officio ſeu adminiſtratione deliquerint: etiam ſi prædicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, uel à deputatis ab eodem, abſolutionem ab eodem aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis, ad eccleſiam pertinentibus, ſi quæ ad capitulum peruenerunt, rationem reddere.*

B Pauianus de officio & poteſtate capituli ſede vacante part. 2. q. 10. bene probat, capitulum ſede vacante poſſe conſtituere vnum aut plures vicarios loco ſui, eiſque poſſe reſtringere iuriſdictionẽ & poſſe illos conſtituere. Poſſe item conſtituere de ipſo capitulo vicarios pedaneos, ſicut epiſcopus poſſet illos conſtituere, qui erũt iudices delegati. Item tam pedaneos vicarios, quam generalem, aut generales eſſe ad nutum amobiles à capitulo. Si tamen capitulum ſe aſtrinxiſſet non reuocare vicarium generalem, tunc ſine iuſta & vrgente cauſa reuocari non poſſet. A vicario generali capituli non appellatur ad capitulum, eo quòd vnum tribunal cum illo efficiat: ſicut neque à vicario generali epiſcopi appellatur ad epiſcopum, vt diſputatione præcedente di-
C ctum eſt.

Quod verò attinet ad vicarios foraneos ab epiſcopo ad vniuerſitatem aliquam cauſarum delegatos, ſi antequam in prædictis euentibus iuriſdictio in Epiſcopo ceſſaret, vti ſuo munere cœperant, non ceſſat tunc iuriſdictio talium delegatorum ab eo epiſcopo, vt infra, dũ de iudicibus delegatis ſermo fuerit, patebit. In reliquis verò eiuſdem epiſcopi iudicibus delegatis quamuis iuriſdictio quoad negotia nõdum cœpta ceſſet eo ipſo, quòd iuriſdictio illius ad capitulum deuoluitur, non tamen ceſſat quoad negotia iam cœpta: quoniam delegati iuriſdictio ſolùm quoad negotia nondum cœpta in eo ceſſat, finita iuriſdictione in delegante, vt inferius ſuo loco vi debimus. 2

D Quod dictum eſt de miniſtris epiſcopi, quando epiſcopi iuriſdictio deuoluitur ad capitulum, intelligendum ſimiliter eſt de miniſtris capituli, quando iuriſdictio in capitulo ceſſat, & deuoluitur vel ad eundem epiſcopum, vt ſi à captiuitate liberetur, vel ad alium in eo epiſcopatu ſucceſſorem. 3

Quamuis aliqui fuerint arbitrati, ſede in prædictis euentibus vacante, iuriſdictionẽ deuolui ad capitulum ſolùm quoad ea, quę iure reperiũtur in particulari expreſſa, competere illi tũc iuriſdictionem, non verò quo ad aliqua: communis tamen & vera ſententia eſt, regulam in contrarium eſſe ſtatuendã, nempe vniuerſam iuriſdictionem epiſcopi ad capitulum deuolui exceptis euentibus particularibus,
E quoad quos fuerit iure expreſſum iuriſdictionẽ ad illud non deuolui. Ita Panor. c. cum olim, de maio. & obed. num. 2. verſ. ex quibus elicitur, & c. illa, nume. 4. ne ſede vac. & Nau. li. 1. conſ. tit. 11. de temp. ord. conſil. 28. Franc. Pauianus, de offic. & poteſt. cap. ſe. vacante, prima par. princ. q. 1. & alij, quos citat. Conſentiunt, c. ſi epiſcopus illis verbis; *In ſpiritualibus & temporalibus miniſtrare debebit*; capitulum, ſcilicet, ſede vacante, & c. eccleſiæ, illis verbis: *Niſi forte capitulum in ſpiritualibus & temporalibus negligenter aut perperam adminiſtret*; de ſuppl. neglig. præl. lib. 6.

Hinc quemadmodum epiſcopo conuenit literas dimiſſorias, quas reuerendas uocant, ſibi ſubditis con- 4

concedere, vt ab alijs Epiſcopis ordines ſuſcipere poſſint: ſic idem conuenit capitulo ſede vacante. In concilio tamen Tridentino hæc facultas capitulo fuit reſtricta, vt ſcilicet intra annum à puncto ſedis vacantis concedere illas non poſſit, niſi ei, qui occa ſione beneficij eccleſiaſtici recepti, aut recipiendi, ſit arctatus. Elapſo verò anno à puncto ſedis vacantis, concedere eas poteſt, non ſecus atque epiſco pus poſſet illas concedere. Capitulum reuerendas contra id decretum concedens, eccleſiaſtico ſubiacet interdicto: ordinati verò vi illarum, ſi minorib. ordinibus initientur, non gaudent priuilegio clericali: ſi verò ſacris ordinibus ſint initiati, ab illorum exequutione ſunt eo ipſo ſuſpenſi, vſque ad beneplacitum prælati futuri. Ita habetur in concil. Triden. ſeſſ. 7. cap. 10. ſeſſione verò 23. cap. 10. idem ex tenditur ad adminiſtratorem epiſcopatus ſede vacante loco capituli, eique, ſi reuerendas cõtra diſpo ſitionem eius decreti concedat, pœna imponitur ſu ſpenſionis ipſo iure ab officio & beneficio.

Quamuis autem capitulum ſede vacante intra an num à puncto, quo ſedes vacauit, concedere non poſſit literas dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos, niſi ei, qui occaſione beneficij eccleſiaſtici recepti, aut recipiendi, ſit arctatus, vt dictum eſt; capitulum tamen, & eius vicarius generalis, ſeu prouiſor, prohibiti non ſunt dare literas teſtimoniales idoneitatis, atque adeò probitatis ac morum, ordinandi, quę non ſufficiunt, vt epiſcopus alienus poſſit illum ordinare, niſi accedat facultas eius, qui illam legitimè concedere poſſit, vt ille ordinetur, vt hæc omnia rectè affirmat Nau. lib. 1. conſi. tit. citato de tempor. ord. conſ. 18. alias 27. Quin potius, accedente reſcri pto Nuncij Apoſtolici, vt aliquis intra annum ſedis vacantis ordinari poſſit ab alieno epiſcopo acceden te teſtimonio ſui ordinarij idoneitatis, ſanè ad capi tulum, & loco capituli ad vicarium generalem ſeu prouiſorem eiuſdem capituli, ſpectat tũc illum examinare quoad literas & mores, teſtimoniumque illi tradere idoneitatis, vt cum eo teſtimonio, vi reſcripti Nuncij Apoſtolici, ordinari ab epiſcopo alieno iuxta tenorem eius reſcripti legitimè poſſit. Sicque annis præteritis, tempore primi anni ſedis vacantis, multos vidimus in hac ciuitate Conchenſi, vi eiuſmodi reſcriptorum Nuncij Apoſtolici exa minatos fuiſſe à vicario generali capituli, accepiſſeque literas teſtimoniales ſuæ idoneitatis, legitimeque alibi ordinatos fuiſſe. Neque id profectò (quicquid in contrarium innuere autumareque videatur Nauar. conſil. 18. citato) eſt contra illam diſpoſitionem concilij Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. quæ ſic habet: *Vnuſquiſque autem à proprio epiſcopo ordinetur. Quòd ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſuis generalis aut ſpecialis reſcripti vel priuilegij prætextu, etiam ſtatutis temporibus, permittatur, niſi eius probitas ac mores ordinarij ſui teſtimonio commen dentur. Si ſecus fiat, ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum ordinum exequutione, quandiu proprio ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.* Nauar. autem in eo conſilio innuere aper tè videtur in illis verbis: *Niſi eius probitas ac mores ordinarij ſui teſtimonio commendentur:* nomine ordinarij, ſolùm epiſcopum ordinandi intelligi: non verò etiam capitulum ſede vacante, & eius vicarium generalem ſeu prouiſorem: neque alium, quàm proprium epiſcopum ordinandi intelligendum eſſe in reſcripto Nuncij Apoſtolici. Procul dubio tamen vehementer errat. Tum quoniam ſede vacante, capitulum, & eius vicarius generalis, verè ac ſimpliciter ſunt ordinarij talis, qui id teſtimonium probitatis ac morum accipit. Tum etiam quoniam poſt primum annum ſedis vacantis capitulum, & eius vicarius generalis concede-

A re poſſunt ſubditis eius diœceſis reuerendas vt ordinentur ab alieno epiſcopo cum teſtimonio idoneitatis, ac proinde probitatis ac morum illius, iuxta idem cõcilium Trid. ſeſſ. 7. c. 10. vt quotidie fit: er go in illo alio. c. 8. ſeſſ. 23. nomine ordinarij, qui id teſtimonium concedere poſſit, etiam capitulum ſede vacante & eius vicarius generalis comprehendũ tur. Tum præterea, quoniam etiam in primo anno ſedis vacantis concedere poſſunt eaſdem reuerendas cum eodem teſtimonio, vt is ordinetur ab alieno Epiſcopo, quando arctatus eſt beneficio eccleſiaſtico accepto, aut accipiendo: ergo ad effectum præſtandi id teſtimonium nomine ordinarii capite illo 8. ſeſſ. 23. capitulum & eius generalis vicarius comprehenduntur. Tum denique quoniam id con-
B tinent reſcripta Nunciorum Apoſtolicorum, & id habet praxis quotidiana, vt ſcilicet cum eo teſtimonio & reſcripto Nuncij Apoſtolici ordinentur, qui ſunt de epiſcopatu, in quo ſedes vacat, etiam intra primum annum ſedis vacantis.

Dubium eſt, vtrùm capitulum ſede vacante, & loco illius, vicarius ſeu prouiſor illius, diſpenſare in ijs poſſit, in quibus Epiſcopus diſpenſare poteſt ratione epiſcopalis iuriſdictionis vt in votis, in quibus epiſcopus diſpenſare poteſt, in petitione debiti, vt illegitimus minores ordines ſuſcipere poſſit, & obtinere beneficium aliquod ſimplex, iuxta c. 1. de filijs presb. lib. 6. Quamuis autem quidam negauerint, ducti, quòd diſpenſatio ſit vſus voluntariæ iuriſdictionis, & quòd ad capitulum ſede vacante ſo-
C lum deuoluatur iuriſdictio neceſſaria: contrarium tamen eſt dicendum cum Panor. c. cum olim, de maior. & obed. num. 2. verſ. octauo dubitatur, cum Nauar. vbi ſuprà conſ. 28. & 30. cum Pauiano vbi ſuprà q. 5. & cum alijs, quos citant, nempe diſpenſa re poſſe. Quoniam tota vniuerſim iuriſdictio epiſcopi cenſetur ad capitulum deuolui, etiam voluntaria, quæ non fuerit reperta eſſe illi denegata, vt di ctum eſt: nullibi autem hanc iuriſdictionem compe rimus illi eſſe denegatam. Et cum ſæpe expediens ac neceſſarium ſit cum ſubditis diſpenſare in multis, vt ex ſe eſt notiſſimum, & colligitur ex c. domino ſancto, iuncta gloſſa ibi verb. neceſſe, & iuncto. c. vt conſtitueretur, diſt. 50. nõ ſufficienter eſſet pro uiſum diœceſibus, ſi iuriſdictio epiſcopi ſine diſpen
D ſandi iuriſdictione ad capitulum deuolueretur ſede vacante. Poteſt item concedere facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus epiſcopo reſeruatis, cum ſit eadem ratio, & ex ſe ſit ſatis perſpicuum, affirmatque Panor. iuxta idem. c. vnicũ. de his qui, num. vlt. & c. cum olim. verſ. quartodecimo, de maior. & obed. & in his omnibus conſentit Pauianus. q. 5. citata. part. 1. Ea item omnia efficere poteſt circa exequutionem vltimarum voluntatum, quæ efficere poſſet epiſcopus; cum ea omnia ad iuriſdictionem epiſcopi vtilem ac neceſſariam circa diœceſim pertineant, vt Pauianus. 2. part. q. 7. rectè cum alijs affirmat.

Ex eodem fundamento, quòd tota iuriſdictio epi ſcopi, quæ in iure denegata ei non comperitur, deri
E uetur in capitulum ſede vacante, conſtat capitulum ſede vacante excommunicare poſſe. Ita Nauar. in Manu. c. 27. nu. 5. reſque eſt notiſſima. Poteſt item abſoluere ab excommunicatione, tam à iure, vt ob percuſſionem eccleſiaſtici, quàm ab homine, quãdo ab illis epiſcopus abſoluere poteſt. Ita habetur expreſsè c. vnic. de maior. & obed. lib. 6. Poteſt ſimiliter punire, deponere, ſuſpendere & priuare beneficijs, & alia facere, quæ ad correctionem ſpectant: cum ea omnia ad iuriſdictionem epiſcopi ſpectent. Ita Pauianus vbi ſuprà part. 2. princip. q. 6. & alij, quos citat ex eodem item fundamento, & quia con cedere indulgentias actus eſt iuriſdictionis, cenſet pro-

probabilius Panorm. vbi ſuprà verſ.tertiodecimo, poſſe illas cōcedere,ſicut & epiſcopus, in quam ſententiam inclinant Nauar.§.in Leuitico,monito 31. num.6.& 7. quia ait conſuetudinem eſſe receptam, Sylu.verb.capitulum in calce.num.5. & alij. Ad eādem ſententiam accedit Pauianus vbi ſuprà.q.4.primæ part.principal. Neque id probo,quod ait, debere ſcilicet capitulum vt & epiſcopum electum nondum conſecratum eas concedere per Epiſcopum alium conſecratum, quem ad id vocent. Neque enim illud eſt poteſtatis ordinis, ſed ſolius iuriſdictionis.

7 Ex eodem quoque fundamento Panor.vbi ſuprà verſ.2.cum Calderino affirmat,& ſequuntur Sylu. vbi ſuprà num.4. Pauianus vbi ſuprà.q.6.& alij,capitulum ſede vacante poſſe facere ſtatuta, quæ obligent totam diæceſim, & vim habeant obligandi in perpetuum etiam tempore Epiſcoporum, qui in eo epiſcopatu ſucceſſerint, ſicut epiſcopus poteſt eadem ſtatuta perpetua facere. Cæterùm quicunque epiſcopus in eo epiſcopatu ſuccedens poterit illa reuocare: ſicut & reuocare pōt quæcunque alia cuiuſuis alterius epiſcopi ſui anteceſſoris: neq; enim prædeceſſor auferre poteſt ſucceſſori in epiſcopatu poteſtatē condendi noua ſtatuta, & reuocare iam condita. Item ſtatutum factum in præiudicium ſucceſſoris eſſet nullum:quia ſede vacante nihil in præiudicium epiſcopi & diæceſis innouari poteſt.c.1. & ſequentibus ne ſed.vac.

Ex eodem præterea fundamento deciditur quæſtio,de qua gloſſa clem.1.de hæret. verb. capituli, num ſcilicet ſede vacante capitulum poſſet viſitare generaliter diæceſim, ſicut eam viſitare poteſt ac tenetur epiſcopus. Cùm enim id ad iuriſdictionem epiſcopi ſpectet,ſanè competit capitulo ſede vacante, nō ſolùm quoad crimina particularia,de quibus ſit infamia,quod doctores contrariæ ſententiæ affirmant,eo quòd tunc viſitatio ſit neceſſaria, ſed etiā generaliter: quia id eſt exequutio iuriſdictionis epiſcopalis non ſolum vtilis eccleſijs ac diæceſi,quod ſufficeret, ſed etiam neceſſaria incumbēs ex officio habenti curam epiſcopatus,iuxta. c.inter cætera,de offic.ord. & alia iura. Ita Panor.vbi ſuprà. verſ.extra gloſſam: Pauianus loco citato.q.7. Sylu.verb.capitulum.num.3.& alij. Sicque vidimus in ſede vacante præterita huius eccleſiæ Conchenſis, capitulum vniuerſaliter viſitaſſe diæceſim. Conſentit.c.eccleſiæ,de ſuppl.neg.præl.lib.6.vbi ſtatuitur, metropolitanum poſſe mittere viſitatorem eccleſiæ vacanti: ſi capitulum negligens ſit in exequenda iuriſdictione epiſcopali ad ſe deuoluta.

8 Dubitant doctores,vtrùm capitulum ſede vacante viſitare poſſit ea monialium monaſteria,quæ, cū nulli alteri ſubdita, ſedi apoſtolicæ ſunt immediatè ſubiecta, & quorum viſitatio clem.2. de ſtatu monach.& apertius in concil. Trid.ſeſſ.20.c.9.de regularibus, etiam eorum gubernatio epiſcopis tāquam ſedis Apoſtolicæ delegatis committitur. Panor.vbi ſuprà verſ.5. controuerſiam contrariaſque ea de re ſententias refert,ipſeq; in partē negantem propendet. Ductus,quòd quæ epiſcopo tanquam ſedis apoſtolicæ delegato competunt, non tranſeunt in capitulum ſede vacante. In eandem ſententiam propendet Pauianus.q.7. citata, tametſi quæſtione 10. in prin.illam limitandam cenſeat. Alij, quos Sylu. in calce num.3. citati refert, & in quorum ſententiam propendere videtur,affirmanter reſpondent. Ducti ſatis debili fundamento capitis vnic. de maior. & obed.lib.6.quod meo iudicio nihil ad rem facit. Dicerem, attendendum eſſe,num muneri epiſcopi aliquid iuriſdictionis tanquam ſedis apoſtolicæ delegato in perpetuum committatur, vt ex officio epiſcopis deinceps competat, atque tunc dicerem eam

A iuriſdictionem per epicheiam tranſire ad capitulū ſede vacante: niſi aliquid apponatur, vnde colligatur,contrarium fuiſſe intentum concilij aut ſummi Pontificis id ſtatuentis. Cum enim perpetuò ei muneri annectatur tanquā pars iuriſdictionis eius muneris,idque non in bonum & tanquam priuilegium epiſcopi, ſed in bonum eorum, in quos ea iuriſdictio exercetur,aut in bonum aliorum & eccleſiæ,cēſendum eſt eam partem iuriſdictionis in eum tranſire,in quem epiſcopalis reliqua iuriſdictio tranſit,ac proinde tranſire in capitulum ſede vacante. Atque in re propoſita quis dubitet, quomodo concilium Tridentinum.c.9.citato ſic ſtatuit: *Monaſteria ſanctimonialium, ſanctæ ſedi apoſtolicæ immediatè ſubiecta, etiam ſub nomine capitulorum ſancti Petri, vel ſan-* B *cti Ioannis, vel alias quomodocunque nuncupentur, ab epiſcopis, tanquam dictæ ſedis delegatis, gubernentur, nō obſtantibus quibuſcunque.* Quis, inquam dubitet, eam iuriſdictionem tranſire ad capitulum ſede vacante. Neque enim mens concilij fuit,vt toto tempore ſedis vacantis, ſiue per mortem ſiue per captiuitatem epiſcopi,moniales illæ careant gubernatore, neque id rationi eſſet conſentaneum: vnde per epicheiam cenſendum non eſt,id concilium intendiſſe. Quando verò quoad aliquam cauſam,vel quoad negotium aliquod particulare,epiſcopus eſſet delegatus,etiam ſub nomina dignitatis, ita vt delegatio ad ſucceſſorem in epiſcopatu, iuxta ea quæ inferius dicenda ſunt,tranſiret,tunc ſanè ea iuriſdictio non tranſiret in capitulum ſede vacante: quoniam C capitulum ſede vacante non eſt epiſcopus eius diæceſis, ſed eſt is, in quem iuriſdictio eius epiſcopatus tranſiuit.

9 Quod epiſcopis conceditur in priuilegium ratione dignitatis ipſorum, vt eſt illud, de quo c.vlt. de priuil.lib.6.vt dum ſcilicet iter faciunt,poſſint celebrare, aut facere celebrare extra eccleſiam in loco decenti in altari portatili, & ſunt alia, quę ibi gloſſa penult. commemorat, non tranſit in capitulum ſede vacante, vt ſatis eſt perſpicuum, affirmantque Panorm. vbi ſupra verſ.duodecimo, Sylu. vbi ſupra,num.5.& alij:neque enim priuilegium ſe extendit vltra perſonas eò priuilegiatas, iuxta.cap.ſanè,de priuil.

Quando aliquis cum conſilio Epiſcopi aut ſimul D cum epiſcopo conferre debet aliquid, capitulum ſede vacante,non ſuccedit quoad id epiſcopo, vt colligitur ex cap. vnico.§.vlt.ne ſede vac.lib.6.& affirmant Panorm.vbi ſupra verſ.9. Sylu.nume.5.citato, & alij.

10 Si iuriſdictio aliqua competat ex conſuetudine epiſcopo vt epiſcopo,in ea ſuccedit capitulum ſede vacante: quoniam acceſſorium ex conſuetudine comparatum,qualitatem ac naturam ſortitur principalis. Ita Panormit. vbi ſupra verſ.decimo, cum collectario, & Syluest. vbi ſup. num.4.

In iuriſdictione item, quæ Epiſcopo competit in comprehendendis,iudicandis, ac puniendis hæreticis,ſuccedit capitulum ſede vacante.cap.ad abo- E lendam,de hæret.clem.1.& 2.eodem titu. Id quippe ad iuriſdictionem epiſcopi eamque neceſſariam pertinet. Conſentit Pauianus cum alijs,quos citat. quæſt.10.citata,§.penult. Non tamen poteſt comprehendere, & detrudere eiuſmodi hæreticos, neque alios quoſcunque malefactores, niſi in carcerem,in quem eos detruderet epiſcopus: vnde capitulum non poteſt facere alium carcerem ſuum proprium,vt Pauianus vbi ſupra 2.par.quæſtio.6. affirmat: quia detrudit in carcerem, vt adminiſtrator epiſcopatus.

11 Capitulum ſede vacante non ſuccedit in prouiſione beneficiorum,quæ ad epiſcopum cōferre ſpectat,vt in hoc Conchenſi epiſcopatu ad epiſcopum

pertinet conferre beneficia, quæ vacant menſibus Martij, Iunij, Septembris, & Decembris: reliqua verò in alijs menſibus vacantia conferre ad ſummum Pontificem ſpectat. Et in quibuſdam alijs diœceſibus alternatiuè pertinet conferre beneficia ad ſummum Pontificem, & ad prælatos, vt menſe Ianuario pertinet ad ſummum Pontificem, Februario ad epiſcopum, & ita alternatiuè in reliquis menſibus. Quia verò conferre ea beneficia eſt illa donare ea ex parte, qua integrum relinquitur epiſcopo ea huic potius quàm alteri conferre, eaque beneficia conferre quaſi ad fructus, & emolumenta dignitatis epiſcopalis ſpectat, idcirco id ius non tranſit in capitulum ſede vacante: vnde tunc circa prouiſionem eorum beneficiorum, quæ epiſcopus, ſi ſedes non vacaret, fuiſſet collaturus, recurritur ad ſummum Pontificem, qui tunc ea confert, vt cum Hoſtienſi affirmat Panorm. cap. illa, num. 3. ne ſede vac. Quòd verò ius conferendi ea beneficia non tranſeat ad capitulum ſede vacante, habetur expreſſè cap. illa citato, & cap. vni. §. cum verò. eodem titu. lib. 6. Vſque adeò autem habet id verum, vt eſtò beneficium viuente epiſcopo in menſe ipſius vacauerit, ſi tamen mortuus ſit antequam illud conferet, collatio ad ſedem Apoſtolicam ſpectat, vt Pauianus vbi ſup. par. 2. prin. quæſtio. 1. affirmat, ſatiſque eſt perſpicuum.

Licèt autem ad capitulum ſede vacante non pertineat conferre beneficia, quæ conferre ad Epiſcopum attinebat: ad capitulum tamen tunc pertinet illa commendare, prouidendo de idoneo œconomo qui illa adminiſtret, aſſignato illi congruo ſtipendio, donec beneficia illa ab eo côferantur, ad quem collatio eorum ſpectat, vt cum Ioan. Andr. affirmat Panorm. cap. illa citato, num. 4. & conſentiunt doctores communiter. Id quippe ad iuriſdictionem neceſſariam ſpectat, quæ pertineret ad epiſcopum, etiam ſi collatio beneficij non ad ipſum ſed ad ſummum Pontificem attineret, eaque proinde iuriſdictio ad capitulum ſede vacante deriuatur. Vnde id, quod concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 18. in hunc modum ſtatuit: *Debeat epiſcopus ſtatim, habita notitia vacationis eccleſiæ, (parochialis ſcilicet) ſi opus fuerit, idoneum in ea vicarium cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur;* id, inquam, quod concilium ſic ſtatuit, procul dubio tranſit ad capitulum ſede vacante, vt vſu eſt receptum: id enim ad vtiliſſimã ac neceſſariam iuriſdictionem epiſcoporum pertinet in animarum ſalutem, quæ proinde iuriſdictio ad capitulum ſede vacante deriuatur. Exequi prætereà reliqua quoad examen circa beneficia parochialia, & ex iudicatis ab examinatorib. idoneis eligere, *quem cæteris magis idoneum iudicauerit, vt illi, & non alteri, collatio eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre,* quæ epiſcopis in illo eodem capite præſcribuntur, vtique ad capitulum ſede vacante deriuantur, tanquam iuriſdictio vtilis & neceſſaria epiſcoporum, in melius regimen animarum, ſicque vſu eſt receptum. Siue ergo beneficium curatum, quod iuris patronatus non ſit, tempore ſedis vacantis in mēſe ſummi Pontificis vacet, ſiue in menſe epiſcopi, omnia in eo capite præſcripta peragit capitulum ſede vacante vſque ad electionem dignioris incluſiuè, non ſecus atque illa perageret epiſcopus: collationem verò eorum omnium beneficiorum remittit ſummo Pontifici. Circa beneficia etiam curata, quæ iuriſpatronatus ſunt, ea omnia peragit capitulum ſede vacante, quæ ibi præſcribuntur, vt epiſcopus efficiat, & quæ epiſcopus peragere, ſi ſedes non vacaret: quoniam ea omnia poſt eam diſpoſitionem concilij Tridentini ad iuriſdictionem epi-

A ſcopi quoad rectam diœceſis adminiſtrationem ſpectant, quæ tota iuriſdictio ad capitulum ſede vacante deriuatur, ſicque vſu eſt receptum.

Quamuis ad capitulum ſede vacante non pertinet conferre beneficia, 12 quæ conferre pertinebat ad epiſcopum ratione ſuæ dignitatis, tanquam annexum eius dignitati illa donare; quando tamen ad epiſcopum deuoluitur conferre aliqua beneficia ob negligentiam vel delictum inferioris, tunc ea conferre ſpectat ſimiliter ad capitulum ſede vacante, vt cum Ioann. Andr. affirmat Panorm. cap. illa citato, num. 3. & conſentiunt doctores communiter: quoniam ea deuolutio tunc idque ius pertinet ad iuriſdictionem epiſcopalem ratione vtilis adminiſtrationis ſuæ diœceſis in bonum & fauorem non Epiſcopi, B ſed beneficiorum ac animarum: in eiuſmodi autem iuriſdictione ſuccedit capitulum ſede vacante. Quòd autem in eo euentu collatio beneficiorum ad capitulum ſede vacante ſpectet, colligitur apertè ex c. illa citato in fine, iuncta glo. vlt. ibi. Ob negligentiam verò conferendi beneficium intra ſemeſtre à puncto notitiæ vacationis beneficij tranſit ius, quod epiſcopus habeat ad illud conferendum, ad capitulum, etiamſi ſedes non vacet, & habetur, cap. nulla. §. vlt. & cap. quia, de conceſs. præben. & notat Pauia. ſecunda par. princ. quæſtio. ſecunda, §. quædam.

Quando prouiſio beneficij ſimul pertinet ad capitulum, 13 & ad epiſcopum, vt prouiſio canonicatuum, quos in hoc regno vocant *Calongia Magi-* C *ſtral, calongia doctoral, y calongia de eſcrittura*, per concurſum fit ſuffragijs capituli & Epiſcopi, tunc capitulum ſede vacante confert eiuſmodi beneficia. Ita habetur, cap. primo, in princ. ne ſede vac. lib. 6. & affirmant Panor. cap. illa citato in calce, nume. 4. Nauar. lib. 2. conſi. titu. 5. de præb. conſil. 20. & doctores communiter. Quod attinet ad canonicatum deputatum, vt munus pœnitentiarij habeat annexum, ait Nauar. conſil. 20. citato, ſe audiuiſſe magnam dubitationem fuiſſe in eccleſiis Hiſpaniarum, num prouiſio eius canonicatus ſpectaret ad ſolum Epiſcopum, an ad epiſcopum & capitulum; idque vel ſimul, vel ad Epiſcopum cum conſenſu & conſilio capituli. Atque in primo euentu ait, prouiſionem eius canonicatus non pertinere ad ca- D pitulum ſede vacante: quoniam, vt ſupra dictum eſt, non deuoluitur ad capitulum ſede vacante prouiſio eorum beneficiorum, quæ conferre ad ſolum Epiſcopum ſpectat. In ſecundo verò euentu, ſi ſcilicet prouiſio eius canonicatus ad Epiſcopum, & capitulum pertineat ſimul, ait, ad capitulum ſede vacante pertinere conferre eum canonicatum, iuxta ea, quæ proximè dicta ſunt de tribus alijs canonicatibus, quorum prouiſio ad capitulum, & Epiſcopum ſpectat ſimul: In tertio verò euentu, ſi ſcilicet prouiſio pertineat ad Epiſcopum cum conſenſu, & conſilio capituli, rectè ait, iuxta capit. primum, ne ſede vacante, lib. ſexto, collationem tunc eius canonicatus non pertinere ad capitulum E ſede vacante, ſed iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, deuolui ad ſummum Pontificem. Audio autem dubitationem illam eſſe iam hodie ſublatam: atque prima vice duntaxat canonicatum illum prouiſum fuiſſe per concurſum, prouiſionemque illius deinceps pertinere vel ad Epiſcopum, vel ad ſummum Pontificem, prout fuerit menſis, in quo vacauerit, ad ſummum ſcilicet Pôtificem vel ad Epiſcopum ſpectans. Quo dato, nunquam pertinet ad capitulum ſede vacante prouidere eum canonicatum, ſed ſemper pertinet ad ſummũ Pont. ſiue vacauerit in menſe Epiſcopi, ſiue in menſe ſummi Pontificis: quoniam, vt dictũ eſt, prouiſio beneficij, quæ ad ſolum Epiſcopum pertinere debebat, non deuoluitur

ad

ad capitulum ſede vacante, ſed deuoluitur ad ſum-
mum Pontificem. In eodem. c. 1. ne ſed. vac. lib. 6.
habetur, quando collatio beneficij pertinet ſimul
ad epiſcopum & ad capitulũ, & capitulares confer-
re nõ poſſunt, quia omnes ſunt ſuſpenſi, aut excom
municati maiori excommunicatione, tunc ſolũ epi-
ſcopum conferre id beneficium.

In eodem. c. 1. §. cum verò, habetur, quando ad
epiſcopum ſpectat collatio beneficij cum conſilio
aut conſenſu capituli, defuncto epiſcopo aut ſuſpen
ſo, ita tamen vt epiſcopus, non ſit in mora in peten-
da relaxatione talis ſuſpenſionis, quaſi per eam tan-
ti temporis moram deuolutũ fuerit ius conferendi
id beneficium ad capitulum, etiam ſi ſedes non va-
caret, vt ſuprà dictum eſt, tunc collationem eius be-
neficij non pertinere ad capitulum, ſi contingat tũc
ſedem vacare, ſed pertinere ad ſummum Pontifi-
cem. Ex quo textu colligitur conſilium aut conſen-
ſum attinere ad capitulum, non efficere prouiſio-
nem beneficij communem capitulo cum epiſcopo,
quaſi ratione eius communionis prouiſio talis be-
neficij pertineat ad capitulum ſede vacante. Con-
ſentit Nauar. conſil. 20. citato, nume. vlt. Colligitur
etiam, quando tunc collatio, ſede vacante, ad ſum-
mum Pontificem deuoluitur, nõ manere ſummum
Pontificem obligatum ad petendum conſilium aut
conſenſum quo ad eam collationem à capitulo, vt
epiſcopus erat obligatus.

Eodem c. 1. §. vlt. habetur, quando ad aliquem
pertinet collatio alicuius beneficij petito conſilio
ab Epiſcopo, tunc ſublato Epiſcopo, aut illo abſen-
te, ita vt breui, prudentis arbitrio, non poſſit habe-
ri copia illius ad petendum ab eo conſilium, non
propterea differri deberi prouiſionem beneficij ſed
conferendum eſſe, non petito ab eo conſilio.

Quamuis capitulum ſede vacante beneficia non
conferat, confirmat tamen electos ad beneficia, quã
do confirmatio ad epiſcopum attinebat, vt habe-
tur in c. cum olim de maior. & obed. & inſtituit prę
ſentatos à patronis, vt habetur. c. 1. de inſti. lib. 6.
Ratio autem eſt, quoniam vtrumque ad iuriſdictio
nem epiſcopalem ſpectat, itaque proinde ad ca-
pitulum ſede vacante, neque aliquid prædictorum
duorum eſt donare beneficia, ſed iam collata confir
mare, aut improbare electionem, vel conferre ea illi
ſi idoneũ illum reperiat, cui illa cõferre tenetur ad
patroni præſentationem, iuxta ius, quod patronus
ad id habet. Ita Panor. c. cum olim. citato. nume. 1.
Pauia. q. 2. citata. §. confirmare, & q. 4. ac 5. & docto
res communiter, poteſtque id exercere in ſingulos
electos ac præſentatos, etiã ſi de capitulo ſint, quin
eſtò ſit decanus capituli: quia capitulum ſuperior eſt
ſingulis de capitulo, vt poſt Pauianum. q. 4. cita. re-
ctè ait Nauar. lib. 1. conſ. nume. 31. de offic. iud.
ord. conſ. 7. nume. 3. Qualis autem hodie ſit præ-
ſentandus, tam quando ius patronatus eſt eccleſia-
ſticum, quàm quando eſt laicum, diſpoſitum eſt in
concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 18. ab illis verbis;
Si verò iuris patronatus, &c.

14 Ad capitulum item ſede vacante tranſit iuriſdi-
ctio concedendi facultatem tranſeundi ad dignita-
tem eccleſiaſticam in aliam diœceſim, & omnino
tranſeundi eccleſiaſticum in alienam diœceſim, ſi-
cut epiſcopo eadem iuriſdictio competit. Ita aduer
ſus gloſſam ibi, Panor. c. cũ olim, de maior. & obed.
num. 2. verſ. ſed dubitatur. Ioan. Andr. & doctores
communiter. Neque enim id eſt alienatio rerũ Epi
ſcopatus, vt rectè Panor. probat.

15 Vtrùm autem capitulum ſede vacante ſuccedat
epiſcopo quoad alienationem. Prætermiſſa doctri-
na ea de re gloſſæ vtrobique, diſtinguit bene Panor.
c. cum olim. de maior. & obed. verſ. tertio dubita-
tur, & c. 1. ne ſed. vac. nume. 7. Quòd aut agitur de
A bono epiſcopatus, aut de bono eccleſiæ inferioris
ad cathedralem. Quod ad bona epiſcopatus atti-
net, ſi mobilia ſint, quæ ſeruando ſeruari non poſ-
ſint, iuxta ea quæ tract. 2. Diſput. 465. §. nomine bo-
norum, & Diſput. 468. concl. 1. dicta ſunt; tunc is,
qui illorum adminiſtrationem habet, ſiue ſit œcono
mus, ſiue capitulum, alienare illa poteſt, idque abſ-
que ſolemnitate, vt diſputationibus citatis dictum
eſt. Quod verò attinet ad bona epiſcopatus, tã im-
mobilia quàm mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſer-
uari poſſunt in ſenſu duabus diſputationibus citatis
explicato, tunc alienari non poſſunt à capitulo ſede
vacante, neque capituli autoritate, ſed ſi ſede vacan
te alienari debent, neceſſe eſt interueniat autoritas
apoſtolicæ ſedis. Quòd probat Panor. capit. 1. ci-
B tato argumento eius textus: quoniam ſi ſede vacan-
te non poteſt agitari iudicium, cuius exitus eſt du-
bius, contra ſedem vacantem, rem ve ad illam atti-
nentem, eo quòd eccleſia tunc careat defenſore, vt
habetur. c. 1. citato, multo minus, poterit tunc quic-
quam illius alienari, quod ſeruando ſeruari poſſet:
cum in alienatione de maiori præiudicio, quàm in
iudicio agatur. Exciperem tamen niſi neceſſitas om
nino vrgeret; ita vt differri alienatio vſque ad ſuc-
ceſſorem in epiſcopatu non poſſet; neque vrgente
ea neceſſitate, facta eſſet dato tali eccleſiæ prius cu-
ratore, iuxta. c. proximè citandum. Idem probat Pa
nor. ex c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. quo in loco
alienatio facta ab Epiſcopo de re eccleſiæ parochia
lis ſibi inferioris vacantis, pronunciatur nulla; eo
C quòd dum vacat, careat defenſore, nec ab eo epi-
ſcopo conſtitutus fuerit defenſor talis eccleſiæ, an
tequam eam alienationem faceret, qui partes eius
eccleſiæ ageret: ſic autem argumentatur Panor. ea
alienatio boni eccleſiæ, inferioris vacantis eſt inua-
lida illa de cauſa, multo magis inualida erit aliena-
tio de bonis eccleſiæ cathedralis, dum vacat, & ca-
ret defenſore, ſi autoritate capituli facta ſit, nec da-
tus illi ſit prius viſitator, ſeu adminiſtrator; quem
tamen non poteſt alius illi dare, niſi ſolus ſummus
Pontifex, vt habetur. capit. vlt. de ſuppl. neglig. præ-
lat. lib. 6. & cap. is cui, de elect. lib. 6. vbi additur, ad
miniſtratorem, datum à ſummo Pontifice eccle-
ſiæ cathedrali vacanti cum plena in ſpiritualibus &
temporalibus adminiſtratione, alienare non poſſe
D immobilia bona eius eccleſiæ: vnde multo minus
capitulum poterit illa alienare. Quòd ſi contra-
ctus aliquis fiat à capitulo ſede vacante, non de re-
bus menſæ capitularis, quem fas illi ſit celebrare,
ſed de aliis bonis Epiſcopatus eccleſiæque cathe-
dralis, quem celebrare ad Epiſcopum attineat,
tunc eſt nullus in præiudicium eccleſiæ cathedra-
lis. Si verò cedat in fauorem & bonum eccleſiæ,
aut res ſit dubia, tunc in poteſtate eſt ſucceſſoris in
eo epiſcopatu vel illum approbare velleque illi ſta-
re, aut nolle illi ſtare, vt de contractu celebrato à mi
nori ſine autoritate tutoris tract. 2. Diſput. 224. di-
ctum eſt. Ita Panor. c. 1. citato, nu. 8. iuxta, c. ſi qua
de rebus. 12. q. 2.

E Si verò agatur de alienatione boni immobilis,
aut mobilis pretioſi, quod ſeruando ſeruari poteſt,
eccleſiæ inferioris ad cathedralem, tunc ſicut vali-
da eſt alienatio eius boni, ſi interueniat autoritas
Epiſcopi, & interueniant reliqua, quæ tracta. 2. Di-
ſput. 468. concluſ. 5. dicta ſunt debere interuenire,
vt ſit valida ea alienatio, tam quando ea inferior ec
cleſia non vacat, quàm quando vacat, ita valida
erit eadem alienatio, ſi loco epiſcopi ſuam interpo-
nat autoritatem capitulum ſede vacante: quoniam
capitulum tunc non alienat, ſed interponit ſuam au
toritatem loco epiſcopi, eaque iuriſdictio ad id Epi
ſcopi, non ſolùm vtilis diœceſi, ſed ſæpe etiam ne-
ceſſaria, tranſit in capitulum ſede vacante. Ita Pa-

nor. duobus locis citatis, Feder. Sylu. vbi ſupra nume. 3. & alii.

16 Interim dum ſedes vacat, agitari non poteſt cauſa de attinentibus ad ſolum prælatum, aut de communibus prælato cum capitulo, etiam ſi eccleſia ſit rea; quoniam caret tunc defenſore, vt patet. cap. 1. ne ſede vac. & aliis iuribus: ſed neque continuari poteſt cauſa antea cæpta, vt conſtat ex c. vlt. ne ſede vac. quo in loco nulla pronunciatur teſtium examinatio facta ſede vacante. Quando tamen periculum eſſet, ne teſtes competentes poſtea examinari poſſent, aut propter ſenectutem, ne interim morerentur, vel quia vita alicuius eorum periclitaretur, aut ſi diſcedere vellent in partes longinquas, ita ut facilè copia illorum haberi non poſſet, tunc validè poſsent examinari ſede vacante, iuxta ca. quoniam in princ. vt lite non conteſtata. De iis autem, quæ ad ſolùm capitulum ſpectant, continuari ac agitari de nouo poteſt cauſa ſede vacante: quoniam licèt, ſi ſedes non vacet, ad id requiratur conſenſus prælati in grauibus arduiſque rebus; intelligitur tamē ſi adſit, præſtareve cum conſenſum poſſit. Lege quoad hæc Panorm. c. vlt. citato, & Fel. c. edoceri, nume. 7. verſ. ſede vacante, quo in loco eas ampliationes & reſtrictiones circa hanc doctrinam tradit.

Præſcriptio aduerſus eccleſiam vacantem prælato, nec incipere nec continuari antea cępta poteſt, ſed interim ceſsat ac dormit, vt tractatu 2. Diſput. 78. dictum eſt. Quare capitulum comparare præſcriptione non poteſt ius aliquod in præiudicium eccleſiæ aut prælati, quod ſibi tempore ſedis vacantis ex eo competat, quòd in poſseſſione ſit vtendi eo iure ſede vacante.

17 Capitulum ſede vacante ad conſecrandum oleū, ad confirmandum, & ad alia efficienda, quæ poteſtatem ordinis Epiſcopalis requirunt, exercerique in ea dięceſi poſsunt ſede vacante, vocare poteſt Epiſcopum, qui ea ibi exerceat: cum debita tamen cautela, ne Epiſcopus ille ius aliquod in ea diæceſi prætendere ea de cauſa poſſit.

DISPVT. 12.

De iudicibus conſtitutis à dominis infra Regem diuerſorum ſuorum populorū, num ordinarij ſint. Et num tam illi, quàm alij miniſtri publici, ab eiſdem dominis conſtituti, vnà cum ipſis dominis expirent.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles in Hiſpania, qui iuriſdictionem ſuorum oppidorum habent, habent facultatem creandi iudices, qui loco ipſorum iuriſdictionem exerceant, quæ ad ipſos ſpectat, & cuius ipſi ſint domini.*

2 *Eiuſmodi iudices uariè à dominis oppidorum creantur, vt fuerit illis conceſſum, utque fuerint oppida, quorum ſunt domini, atque ut uſu id obtinuerunt.*

3 *Vtrum iudices conſtituti eorum populorum ab anteceſſore in maioratu ordinarij ſint, an delegati.*

4 *At diſtinguere oportet in iudicibus & alijs miniſtris creatis ab anteceſſore in maioratu ratione dominij iuriſdictionis maioratus.*

5 *Si ab anteceſsore in maioratu erant creati, non in diutius tempus, quàm in conſuetum, tunc morte anteceſſoris in maioratu non expirant eorum munera, neque amoueri poſſunt à ſucceſsore, ſine iuſta cauſa.*

A 6 *Mortuo anteceſſore in maioratu, ea omnia officia uacant ad effectum, ut ſucceſſor in maioratu poſſit de illis diſponere, & aliis ea conferre: quia iudices ab anteceſſore conſtituti non exſpirant, donec ſucceſſor illos amoueat, aut de aliis prouideat.*

ILlud eſt obſeruandum, eos nobiles huius regni, 1 qui iuriſdictionem ſuorum oppidorum habent, præſertim cum mero & mixto imperio, vt ſunt Duces, Marchiones, Comites, Prælati aliqui, qui dominium ac iuriſdictionem ſecularem quorundam oppidorum obtinent, & ſunt alii ſimiles, eos, inquam, omnes, vel Regis conceſſione expreſſa in titulis contenta, quibus ea oppida eorumque iuriſdictionem obtinent, vel tacita ac permiſſa vſu B & conſuetudine recepta, facultatem ſolere habere creandi iudices, qui ipſorum loco ac nomine eam iuriſdictionem exerceant, quæ ad ipſos ſpectat, & cuius ipſi ſunt domini. Hos autem omnes non eſt cur dubitandum arbitrer iudices eſſe ordinarios: quippe cum principis autoritate, à quo id dominiū iuriſdictionis in eos dominos ritè eſt deriuatum, ad vniuerſitatem cauſarum ad regimenque ordinarium eorum populorum conſtituantur ab eis dominis, quales à principe ipſo conſtituerentur, conſtituive poſſent, ſi penes ipſum principem illud idē iuriſdictionis dominium in eos priuatos dominos translatum perſeueraret. Conſentit cum Barto. & cum pleriſque aliis, quos citat Molina libro primo, de primogen. capit. 25. numero 12. §. contra- C riam, & §. ſequenti, tameſi rationem à nobis proximè redditam, quæ ſanè vim maximam habet, non tradat.

Eiuſmodi iudices variè à dominis oppidorum 2 creantur, vt fuerit illis conceſſum, & vt fuerint oppida, quorum ſunt domini, atque vt uſu & præſcriptione id obtinuerint. Quidam gubernatorem ſeu correctorem creant, qui immediatus ac ſolus eſt iudex ordinarius diuerſorum oppidorum. Niſi fortè pedanei iudices aliqui ſint particularium oppidorum, qui de minimis ſolùm ibi iudicent. Sic in Marchionatu *de Moya* vnus tantum corrector ſeu gubernator à Marchione conſtituitur totius Marchionatus, non interueniente electione aut nominatione populorum, ſed ſolo Marchione illum con- D ſtituente? Sedes verò huius gubernatoris eſt *en là uilla de Moya*, indeque ius in prima inſtantia dicit toti marchionatui: quamuis interdum egrediatur ad viſitanda alia eius marchionatus oppida, & ad rationem exigendam eorum, quæ ibi fiunt. Hic autem corrector ſeu gubernator vicarium non habet, ſed ipſe immediatè iudicat omnia, ſumpto, ſi ipſe vir literatus non ſit, aſſeſſore ad ea, quæ aſſeſſore indigent. Neque ab eo gubernatore appellatur ad marchionem, cuius tribunal ipſe obtinet, ſed appellatur ad Regem immediatè, ad Granatenſeve prætorium.

In quibuſdam verò aliis dominiis, varia præcipua eorum dominiorum oppida, quæ *villas* ſunt, E ſibi iudices quoſdam ordinarios eligunt, ne conſtituti ac pendentes à ſolo domino ſubditos magis ad domini voluntatem opprimant: eos verò ita à populo electos confirmat dominus: habentque proinde à dominio iuriſdictionem, vt cum pleriſque aliis, quos citat, affirmat Couar. de pract. qq. capit. quarto, nume. 6. concluſ. ſecunda, id quod ſatis apertè colligitur ex authentico de defenſoribus ciuit. §. iuſiurandum, quo in loco habetur, iudicem ab aliquo confirmatum, ab illo habere iuriſdictionem. Solent verò eiuſmodi domini creare poteſtatem aliam ſuperiorem communem omnibus aut multis ſuis populis, quam gubernatorem vocant, à ſolis dominis electam ac conſtitutam, ad quam

quam ab alijs iudicibus ſuorum oppidorum ordinarijs appellatur, & quæ curam ſuorum oppidorũ magis vniuerſalem habet, reſidentiamque adminiſtrationis iudicum inferiorum cæterorumque miniſtrorum publicorum eorundem oppidorum ſumit. Hanc autem poteſtatem creare non plus dominis oppidorum priuatis videtur competere, quã ex titulis, quibus ea oppida illis ſunt conceſſa, conſtiterit ipſos eam habere, aut quàm vſu legitima ve præſcriptione illam comparaſſe conſtiterit. Neque ſumptibus populorum eſt creanda, niſi quatenus id onus conſtiterit populos habuiſſe, antequam ea oppida in dominium talis domini, ſuorumve anteceſſorum, deueniſſent, aut niſi quatenus compertum fuerit legitimè id onus populis fuiſſe iam impoſitum. Cum enim populi ea de cauſa tributa ſoluant, aliaque onera ſubeant, vt defendantur, iuſque illis dicatur, ſumptibus ſanè Regis, aut eorum, in quos dominium horum populorum eſt translatum iudices ſunt illis conſtituẽdi, vt multi, quos Couar. cap. quarto, citato refert, affirmant: niſi aliqua ſit peculiaris in contrarium ſufficiens ratio, vt de correctoribus, qui in hoc regno ad varia loca à Rege mittuntur, diſputatione ſequenti dicetur. Quando autem ita gubernator vniuerſalis ſupra iudices ordinarios diuerſorum oppidorum ab illorum domino conſtituitur, ad eum appellatur, tanquam ad conſtitutum ad id à domino ipſo, & tanquam ad conſtitutum in tribunali ſupremo eiuſdem domini: neque aliter ad dominum appellatur. Ait verò Couar. cap. 4. citato, integrum ſubditis eius domini eſſe, appellare immediatè à iudicibus ordinarijs oppidorum ad Regem, ad prætoriumve regium, prætermiſso medio illo tribunali ſuperiori ſui domini. Ait item, quando iudices ordinarij in oppidis aut in oppido eliguntur, aut nominantur ab oppido, & confirmantur à domino oppidi, æquitatem ac rationem poſtulare, vt quandoquidem dominus non integrè conſtituit talem iudicem aut iudices, ſed populi etiam illos eligunt aut nominant, & dominus eos confirmat, ab eis iudicibus ad dominum poſſit immediatè appellari, ibique, num. 7. refert legem Ioannis primi, quæ multum ad id conducit. Fortaſse appellatio ad dominum oppidi nõ pluries erit admittẽda, quàm ex titulo conceſſionis oppidi aut oppidorum comperietur ad eum attinere, aut vſu fuiſse à domino eius oppidi iam præſcriptam. Infra verò in hoc tractatu de appellationibus ſuo loco dicetur.

Vt verò ſummatim dicam, regimen diuerſorum populorum dominio priuatorum dominorum addictorum, moduſque conſtituendi in eis iudices, valde inconſtans variumque eſt, eaque de cauſa ex titulis, quibus in eos dominos translatum eſt id dominium, ex origineque eius iuriſdictionis, & ex vſu recepto ac præſcripto, eſt in vnoquoque oppidorum addiſcendum, quale ſi eorum regimen, & cum quanta domini iuriſdictione. Hæc de primo eorum, quæ in titulo diſputationis propoſita ſunt.

3 Quod verò ad ſecundum attinet, cum priuati domini eiuſmodi populorum, titulo maioratus id dominium obtinere ſoleant ab aliquo primo inſtitutore, nihilque quoad bona maioratus diſponere poſſint ac ſtatuere, quod poſt tempus vitæ ipſorum perſeueret in præiudicium ſucceſsoris in dominio eorundem bonorum, quod quidem dominium non ab eo proximo anteceſsore, ſed à primo inſtitutore habent, obſeruat bene Molina lib. primo, de primogen. cap. 25. in calce, nu. duodecimo, ſtatuere ac definire, num iudices conſtituti eorum populorum ab anteceſſore in maioratu ordinarij ſint an delegati, ad effectum vt, ſi iuriſdictio eorum

A ordinaria ſit, non expiret morte eius, qui illam conſtituit, nihil omnino ad rem præſentem facere: quoniam eſto ordinaria ſit, ex eo tamen capite ceſſare debet, quatenus nihil anteceſſor diſponere potuit, quod ſucceſſori præiudicaret, eumque impediret in vſu eiuſdem dominij iuriſdictionis, & in conſtituendis miniſtris, qui loco ac nomine ipſius eam iuriſdictionem adminiſtrent. Quod idem intellige de eis epiſcopis, ad quorum menſam epiſcopalem dominium ſeculare aliquorum oppidorum ſpectat: nihil enim diſponere poſſunt, quod præiudicet ſucceſſori, quoad vſum eius iuriſdictionis. Non verò ſic res habet in regni reipublicæque totius adminiſtratione. Licèt enim ſucceſſor in regno ea omnia mutare poſſit, quæ ſuus prædeceſſor, ſi perſeuera-
B ret, mutare poſſet; interim tamen dum nihil mutat, miniſtri ordinarij, ab anteceſſore aut ab anteceſſoribus creati, perſeuerant quouſque tempus ſuę adminiſtrationis finiant, aut quouſque moriantur, vel ad altiorem gradum promoueantur, ſi eorum adminiſtratio ſit perpetua, vt eſt auditorum regalium prætoriorum, vel quouſque iuſta aliqua de cauſa priuentur atque amoueantur ab adminiſtratione: eos enim ita perſeuerare poſtulat totius reipublicæ bonum, rectaque illius adminiſtratio: tametſi illi omnes tẽpore ſucceſſoris in regno, nomine ſucceſſoris, & non anteceſſoris, iuriſdictionem ac munera ſua adminiſtrent.

Quamuis autem hæc ita ſe habeant, longè tamen 4
aliter cenſendum ac diſtinguendum puto circa iu-
C dices & circa alios miniſtros creatos ab anteceſſore in maioratu ratione dominij iuriſdictionis maioratus, atque Molina. c. 25. citato cenſeat ac diſtinguat. Eſt enim attendendum, num munera, ad quę dominus maioratus miniſtros conſtituit, ſiue illa ſint munera iudicum, decurionum, tabellionum, cuſtodum caſtrorum, ſiue aliqua alia, talia ſint, vt ex antiqua inſtitutione, aut immemorabili conſuetudine, qui ad illa præficiuntur, non ſint ad nutum amobiles, ſed in eis perſeuerent, vel in perpetuum, vt durare ſolent tabelliones publici, qui nõ ad commiſſionem aliquam, ſed vt ſtabiles in eo munere ſint, in aliquo oppido creantur; vel ad certum tempus, vt ad annum, ad biennium, aut ad longum tempus, vt in oppidis iudices annui creari ſolent aut de-
D curiones, hoc eſt, *regidores*, quos in hoc regno vocant, aut *vereadores*, quos vocant in Luſitania; ſiue à populo eligantur ac nominentur, & à domino oppidi confirmentur, eo modo, quo eligerentur ab eodem oppido, & confirmarentur à principe, ſi id oppidum eſſet principis; ſiue creentur à ſolo domino oppidi ſine electione ac nominatione populi, quia videlicet ita ab antiquo inſtitutum eſt, aut immemorabili conſuetudine receptum, vt iudices aut decuriones annui, omninoque in eum annum ſtabiles, à ſolo domino oppidi creentur ſine populi nominatione, quia tales fortè mittebantur & creabantur à Rege, antequam dominium eius populi in anteceſſores eius, qui eum poſſidet, tranſiret. Eſt item at-
E tendendum, an potius eiuſmodi munera ex ſua inſtitutione aut conſuetudine in eo oppido talia ſint, vt qui ad illa à domino oppidi eligantur ad nutum domini ſint amobiles.

In priori quidem euentu eſt dicendum, ſi ab an- 5
teceſſore in maioratu erant creati, non in longius tempus, quàm in conſuetum; tunc morte anteceſſoris in maioratu non exſpirare eorum munera, neque amoueri poſſe à ſucceſſore, ſine iuſta cauſa, vt delicti, quo amiſſionem illorum mereantur, quouſque tempus conſuetum expleant, ſiue illud ſit certum ac limitatum, ſiue ſit perpetuum durans in totã vitam creati in id munus, vt eſſe ſolet munus tabellionis publici, ſiue etiã ſit transferibile in alios, le-

gitimeque in alios traſferatur. Ratio autem eſt, quoniam anteceſſor nihil omnino præiudicat in ea re ſucceſſori, ſed tale confert munus, quale illud eſt ex legitima inſtitutione: atque prouidendo in totum id tempus, quod eſt inſtitutum, vt duret, iure ſuo vtitur, quatenus tempore ſuo id munus vacauit, ad ipſumque tunc pertinebat, & non ad ſucceſſorem, illud conferre, ac proinde vti ea gratia in eum, cui illud contulit: ſtatimque ac illud contulit, gratia fuit conſummata pro toto tempore, quo id munus legitima prædeceſſorem inſtitutione durare debet: gratia verò ſemel conſummata reuocari non poteſt, neque à collatore, neque à ſucceſſore collatoris in dignitate ac iuriſdictione ſimilē gratiam efficiendi: eo quòd integrum, perfectum, ac conſummatum ius ſit iam ei quæſitum, cui ea gratia facta eſt. Sic cum beneficia eccleſiaſtica ſui inſtitutione in perpetuum durent, neque à beneficiarijs ſine iuſta cauſa, vt delicti, auferri poſſint, quamuis gratia ſit conferre illa huic potius quàm alteri, quando in poteſtate collatoris eſt conferre illa ei, quem ex multis voluerit; attamen eo ipſo quòd collator illa ei cōfert, quem ad illa eligit, gratia cenſetur conſummata in tempus totum eius beneficiarij, nec poteſt reuocari ab ipſo collatore, neque à ſucceſſore: neque eam gratiam collatione eius beneficij conſummando in totum tempus, quo vita eius beneficiarij perſeuerauerit, quicquam ſucceſſori in munere talis collatoris præiudicauit, ſed vſus eſt ſuo iure, quod ipſi tunc ad eam gratiam faciendam competebat, & quæ tunc ſucceſſori non competebat. Ratione à nobis tradita (tametſi eam non expreſſerit) de muneribus, quæ ſui inſtitutione in aliquo oppido ſunt perpetua, Grego. Lopez. l. 2. titu. 15. verb. *ſino el hiio mayor*. in fine verſic. & nota, ſic dixit: *Et nota, quòd ſucceſſor in regno, vel maioria, non poterit reuocare officia, alias perpetua, veluti decurionatum, vel tabellionatum, ſeu ſimilia officia perpetua à prædeceſſore collata*, vt notat Bal. in c. vnic. qui ſucceſſo. feud. dar. ten. Idem verò diceret de officijs, quæ licèt perpetua non ſint, ad nutum tamen amobilia non ſunt, pro tempore quo inſtitutum ſit vt durēt: cum ſit eadem ratio de toto tempore officiorum, quæ vt perpetua ſint, fuerunt inſtituta, & de periodo temporis, quo inſtitutum ſimiliter eſt, vt durent quædam non perpetua officia, per id certum tempus non amobilia. Eandem ſententiam, quo ad tabellionatum & alia officia perpetua, refert ex Greg. Lopez & Alberico ac ſequitur Molina. c. 25. citato. nu. 17. vbi etiam refert, quendam ſucceſſorem in maioratu, qui tabellionatum ab eo, cui ſuus abſtulerat prædeceſſor, cum contulerat, ductus quòd morte ſui anteceſſoris ceſſaſſet, damnatum fuiſſe, vt eum illi reſtitueret, cum fructibus omnibus temporis, quo illo ita iniuſtè fuit priuatus.

In poſteriori verò euentu, quando ſcilicet officia ex ſui inſtitutione ad nutū ſunt amobilia, tunc eſtò ab anteceſſore in maioratu collata ſint in tempus certū, aut in totam vitā, eius, qui illa accepit, & conferens ipſe facta ea gratia titulo merè gratioſo, aut facta ea diſpoſitione in recompenſationem pro obſequijs, vel aliqua alia de cauſa, nō poſſit illam reuocare interim dum ipſe fuerit dominus eius, eo tamē ipſo, quòd ex hac vita diſcedit, aut quòd aliqua alia de cauſa maioratus in alium tranſit, vacant ea omnia officia ad effectum vt ſucceſſor in maioratu poſſit de illis diſponere, eaque alijs conferre. Idem longè maiori cum ratione eſt dicendum, ſi anteceſſor illa contulerat ſine limitatione temporis. Idem item eſt dicendum, ſi officia erant de munere eorum, de quibus in priori euentu eſt dictum, cæterum ab anteceſſore collata fuerant in longius tempus, quàm eſſet illud, in quod inſtituta erāt cōferri: tunc enim,

A tranſacto tempore, in quod irreuocabiliter potuerunt à prædeceſſore conferri, vacant tempore ſucceſſoris in eo maioratu ad effectum, vt ſimiliter poſſit de illis diſponere. In his nullus, meo iudicio, poteſt diſſentire: quoniam talis diſpoſitio de eis officijs facta ab anteceſſore in maioratu, qui dominiū bonorum maioratus ad ſuam tantum vitam reſtrictum habet, cederet in præiudicium ſucceſſoris; pręciperet enim illi diſpoſitionem de eis officijs, quæ pro eo tempore ad eum ſucceſſorem ſpectat: nulla autem diſpoſitio de bonis maioratus in præiudiciū ſucceſſoris, quo ad id ve, quod ad ſucceſſorem prouidere aut eo frui ſpectat, valida eſt. Iuxta hanc doctrinam Greg. Lopez vbi ſuprà poſt verba, quæ ex illo paulo antè retulimus, ſic adiecit: *Non tamen po-*
B *terunt domini maioratuum cōcedere caſtellanias perpetuas, uel annuos reditus, uel ſimilia in præiudicium ſucceſſorum* ſecundum Bal. in §. amplius conſueuerat, de pace cōſtant. Et vide And. de Iſernia de prohib. feud. alien. per Fe. in verb. neq; dominus feudi col. finali in verſ. ſed an princeps. Idem latè intendit ac probat Molina. c. 25. citato à num. 4. tametſi in multis ab illo diſſentiam.

Dixi ſuprà; mortuo anteceſſore in maioratu ea 6
omnia officia vacare ad effectum, vt ſucceſſor in maioratu poſſit de illis diſponere, eaque alijs conferre: quoniam conſtituti iudices ab anteceſſore, ēt ſi ad nutum amobiles ab eo eſſent, non expirant, donec ſucceſſor illos amoueat, aut de alijs prouideat, hique alij ad locum perueniant, vbi & vnde alij ius
C dicunt. Neque enim populus ſine iudicibus illo medio tempore manere debet: neque ſolet ea iuriſdictio ad decuriones in eo euētu deuolui: neque item eiuſmodi iudices, etiam ſi ad nutum amouibiles ſint ſunt vicarij preſsè, vt ſunt vicarius Epiſcopi, & capituli ſede vacante, de quibus duabus præcedentibus diſputationibus dictum eſt; ſed ſunt iudices ordinarij principales, ſimiles illis, quos ſupremus princeps ad ſua oppida mittit, in quos domini maioratuum non ſuam iuriſdictionem trāſmittunt, vt nomine ac loco ſui iudicent, quam princeps in ſuos ſimiles iudices ordinarios iuriſdictionem ſuam trāſmittat, vt nomine ac loco ſui in oppidis ipſius iudicent.

Quin eſtò, vel princeps, vel maioratum domini,
D creent iudices ordinarios ad certum tempus, non ceſſat eorum iuriſdictio tranſacto eo tempore, niſi accedent eò alij iudices de nouo creati, qui iudicare incipiant, idque propter illam rationem, ne ſcilicet populus in eo interim ſine iudice maneat. Ita habetur. l. meminiſſe. ff. de offic. proconſ. cuius verba ſunt: *Meminiſſe oportebit, uſque in aduentum ſucceſſoris omnia debere proconſulem agere: cum ſit onus proconſulatus, & utilitas prouinciæ exigat, eſſe aliquem per quem negotia ſua prouinciales explicent. Ergo in aduentum, (id eſt, uſque ad aduentum) ſucceſſoris debebit ius dicere*. Eodemque modo officiales, quos ſecum affert, & ipſe conſtituit, in totum id tempus perſeuerant in ſuis muneribus. Vnde ibidem continuò. §.
E ſequenti ſubiungitur, vt nō dimittat ſuum legatum ab ipſo ad cauſas audiendas conſtituto. Et l. vnic. ff. de offic. præf. auguſtalis, ſic habetur. *Præfectus Aeypti non prius deponit præfecturam & imperium (quod ad ſimilitudinem proconſulis lege facta ſub Auguſto, ei datum eſt) quàm Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius, licèt in prouinciam uenerit: & ita mandatis eius continetur*. Conſentit. l. ſi fortè. ff. de offic. præſ. quæ ſic habet: *Si fortè præſes prouinciæ manumiſerit* (hoc eſt autoritatem ad id præſtiterit) *uel tutorem dederit, prius quàm cognouerit, ſucceſſorem aduenisse, erunt & hæc rata*. Vbi vides etiam facta per ignorantiam aduentus ſucceſſoris poſt punctum, in quo ceſſarat iuriſdictio, valida eſſe. Ita

iuxta hæc videmus, quamuis correctores in hoc regno in triennium creentur, perſeuerare cum omnibus ſuis miniſtris vſque ad aduentum alterius correctoris. Atque in hoc diſtrictu, eſtò nouus corrector ad ciuitatem *Huete* perueniat, ibique poſſeſſionem accipiat, ceſſentque ibi miniſtri prioris correctoris, nouuſque corrector alios conſtituat, nō priùs tamen in hac ciuitate Concheſi expirare correctorem priorem & eius miniſtros, quã nouus corrector hanc ciuitatem ingrediatur.

Idem propter eandem rationem eſt dicendum ſiue præceſſor in maioratu, ſiue Rex, iudicem aliquẽ creauerint ſub hac forma, vſque ad meum beneplacitum: mortuo enim poſſeſſore maioratus, aut Rege, licèt continuò is iudex ceſſare deberet, iuxta ea quæ Diſputatione 20. dicentur, & quæ dicta sũt tractatu 2. Diſputat. 298. ne tamen populus ſinè iudice remaneat, perſeuerat is iudex, iuxta iura paulo antea citata, vſque ad aduentum noui iudicis. Neque video cur Molina vbi ſuprà. num. 5. hoc cum Boerio admittat in iudice à Rege ſub illa forma creato, & neget in iudice à poſſeſſore maioratus ſub eadẽ forma creato.

Iuxta dicta de iudicibus à dominis maioratuum creatis in vtroque ex duobus euentibus explicatis, accipio & intelligo diſcrimen illud, quod Faber. §. item ſi adhuc. inſt. de mandato, tradidit inter vicarios preſsè ſumptos, & eiuſmodi iudices, quòd ſcilicet vicarij preſsè ſumpti continuò expirẽt mortuo aut amoto à dignitate epiſcopo, vel alio principali, cuius ſint vicarij: iudices verò conſtituti à dominis populorum non ſtatim expirent mortuo domino, deuolutoque dominio oppidi in alium. Id diſcrimen ex Fabro refert, nec improbat Couar. de prac. qq. cap. quarto. nume. quarto. idemque videtur intendere Maranta de ordin. iudic. part. 4. diſtinct. 5. numero 10.

DISPVT. 13.

De correctore, & vicario illius, quem in hoc regno *tiniente*, ſeu *alcalde maior*, vocant, num iudices ſint ordinarij. Et num alijs iudicibus ordinarijs fas ſit vicarios ſibi creare. Num item auditores prætoriorum huius regni ſupremique ſenatus iudices ſint ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Correctores in Hiſpania quomodo inſtituti.*
2 *Nefas eſt iudicibus ſecularibus creare vicarios generales, qui iudices ordinarij ſecum ſint, ex eodemque tribunali loco ipſorum iudicent: niſi in caſu neceſſitatis.*
3 *Correctores in Hiſpania eligere ſibi poſſunt vicarios, quos* Alcaldes maiores, *tum etiam* Tenientes de corregidores *uocant.*
4 *Ceſſante iuriſdictione Correctorum ceſſat etiam iuriſdictio uicariorum, aliquando tamen interim dum Rex certior redditur, rata ſunt ea quæ ſtatuit uicarius.*
5 *Quando aliquis conceſſione principis ex eodem tribunali tanquam iudex ordinarius eſt uicarius eius iudicis ſecularis ordinarij, cui merum ac mixtum imperium competit, etiam ad pœnam mortis imponendam, tunc proferre poteſt ſententiam mortis, dum iuriſdictio in correctore perſeuerat.*
6 *Quando à iudice ordinario, cui merum ac mixtum imperium competit, ob neceſſitatem morbi aut iuſtæ abſentiæ ſubſtitutus eligitur, qui ad tempus tãquam iudex ordinarius ibidem iudicet, tunc reliqua poteſt exequi præter pœnam mortis.*
7 *Senatores, & cum eis præſes, quoad ea, de quib. ex ſuo munere à Rege conſtituto ipſis iudicare incumbit, iudices ſunt ordinarij.*

IN hoc Caſtellæ regno cum à principio longo tempore oppida gubernarentur iudicibus ordinarijs ab ipſiſmet populis regulariter electis, & à Rege confirmatis, qui *Alcaldes* ciuitatũ aliorumque oppidorum nuncupabantur, cauſaſque ciuiles & criminales in prima inſtantia iudicabant, correctoreſque rarò ad petitionemque oppidorum mitterentur, iuxta. l. 2. tit. 4. part. 3. & l. 1. tit. 15. lib. 2. ordin. quæ eſt. l. 1. tit. 9. lib. 3. nouæ collect. conſentit l. 1. tit. 2. lib. 7. ord. & quoad correctores conſentiunt. l. 1. 2. & 3. tit. 16. lib. 2. ord. & l. 1. & 3. tit. 5. lib. 3. nouæ collect. atque vtrumque refert affirmatque. Cou. de pract. qq. c. 4. in calce. num. 4. & num. 5. poſtea tamen, petentibus id in varijs euentibus populis, intellectoque id magis expedire, vt melius iuſtitia adminiſtraretur, miſſi ſunt correctores à Rege in varias ciuitates & oppida, & ad quaſdã magnas præcipuas ciuitates, vt Hiſpalim, aſſiſtentes, qui varia diſtricta gubernarent, & de cauſis ciuilibus & criminalibus in prima inſtantia iudicarent, & quibus, vltra conſueta alia emolumenta, ſtipendia ſoluerentur de proprijs, quæ vocant, earundem ciuitatum ac oppidorum, atque vbi non eſſent propria vnde ea ſtipendia ſoluerent, contribuerent ſinguli, vt ad alia in commune bonum, ſic & ad hoc ſtipendium ſoluendum. Ita habetur. l. 7. tit. 16. lib. 2. ord. quæ eſt l. 5. titul. 5. lib. 3. nouæ collect. Quia enim ad petitionem populorum cœperunt eiuſmodi iudices mitti, qui maiori cum potentia gubernarent, magiſq; homines in officio obtinerent, nec eſſent naturales eius loci, in quo id munus exercerent, ſed aliunde aduenirent, idcirco onus ſoluendi eiuſmodi ſtipendia, iniunctũ fuit populis ipſis. Accedere potuit, regium patrimoniũ eſſe adeò tenue, neceſſitateſque reipublicæ adeò excreuiſſe, vt id onus iuſtè populis imponeretur, quẽadmodum eadem de cauſa licitè augeri potuiſſent tributa, nihil impediẽte, quod quando reditus regij ad id ſufficiunt, ad Regem pertineat ſuis ſumptibus conſtituere iudices, & alios miniſtros reipublicæ neceſſarios, conſentiunt Couar. vbi ſuprà, & Gregor. Lopez. l. 2. titu. 4. part. 3. verb. *e eſtos tales*, cum aliis, quos citant. 1

His ita explanatis, dubium eſt, vtrum quemadmodum epiſcopis fas eſt conſtituere vicarios generales, qui iudices ordinarij ſint, locoque ſui ex eodem tribunali iudicent, idemque fas eſt capitulo ſede vacante, vt vtrumque Diſputatione 10. & 11. dictum comprobatumque fuit. Sic etiam iudicibus ſecularibus ordinarijs fas ſit creare vicarios generales, qui iudices ordinarij ſecum ſint, ex eodemque tribunali loco ipſorum iudicent. Ad quod neganter eſt reſpondendum, excepto caſu neceſſitatis ob infirmitatem, aut ob iuſtam abſentiam, idque ad tempus duntaxat eius iuſtæ neceſſitatis. Excepto item ex conceſſione principis. Eiuſmodi tamen iudices ordinarij licèt extra eos euentus conſtituere non poſſint vicarios, qui iudices ſint ordinarij, delegare tamen poſſunt cauſas, vt, dum de iudicibus delegatis ſermo fuerit, dicetur. Quòd autem, ſecluſa peculiari facultate principis, iudices ſeculares ordinarij creare non poſſint vicarios, qui ex eodem tribunali loco ipſorum iudicent, ac proinde qui iudices ſint ordinarij, niſi in caſu iuſtæ neceſſitatis, habetur expreſsè in authentico de collatorib. §. ad hoc prohibemus, iũcto 2

authen-

authentico vt nulli iud. in prin. & præter alia iura regni Siciliæ, quæ Maranta de ord. iud. part. 4. diſt. 5. num. 19. citat. lege 2. tit. 7. libr. 1. fori, quæ eſt. l. 4. tit. 9. lib. 3. nouæ collect. ſic habetur: *Los alcaldes que fueren pueſtos por nos, y por los pueblos auiendo priuilegio o fuero para ello, no pongan otros ſubſtitutos en ſu lugar que iuzguem, ſino fueren dolientes o flacos, de guiſa que no puedan iuzgar: o ſi fueren por nueſtro mandado, o del conceio do ſon alcaldes, o a ſus bodas, o de algun ſu pariente do deua ir, o por otra cauſa derecha.* In hoc autẽ euentu iuſtæ neceſſitatis, etiam vicarij, qui iudices ſunt ordinarij, conſtituunt loco ſui alios vicarios, qui ex eodem tribunali, dum ea iuſta neceſſitas durat, iudicant, ſuntque iudices ordinarij, vt Diſp. 10. dictum eſt, & affirmant gloſſa clemen. 1. de regular. verb. locum aliorum, & doctores communiter. Quãdo item aliquis à principe iudex ordinarius creatur cum facultate creandi vicarium ſeu ſubſtitutum, qui loco ipſius ex eodem tribunali iudicet, tunc conſtat eiuſmodi ſubſtitutum ſeu vicarium eſſe etiam iudicem ordinarium, cum principis aut legis autoritate vniuerſaliter de cauſis ex eodem tribunali iudicet. Atque in vtroque euentu, quando ſcilicet aliquis principis autoritate aut legis eſt conſtitutus vicarius generalis ſimpliciter, & non ad tempus ſolum, aut quando legis autoritate ob iuſtam neceſſitatem ad tempus, dum ea iuſta neceſſitas perſeuerat, eſt creatus vicarius generalis, affirmat Bart. l. nec quicquã. §. vbi decretum, num. 6. iunctis iis, quæ dixerat. l. obſeruare. num. 3. & 5. ff. de offic. proconſ. eiuſmodi vicarios iudices eſſe ordinarios, eo quòd legis aut principis autoritate creentur, & idem affirmant doctores alij communiter, quos Maranta de ord. iud. part. 4. diſt. 5. a nu. 17. refert ac ſequitur. Confirmat autem Maranta vbi ſuprà. num. 18. in duobus euentibus explicatis, nempe cõceſſione principis, aut autoritate legis in caſu iuſtæ neceſſitatis, creatos vicarios eſſe iudices ordinarios, & non delegatos, hac ratione, quam vrgentiſſimam ipſe appellat. Quoniam lex expreſsè prohibet, iudices ordinarios facere ſibi ſubſtitutos, niſi in caſu neceſſitatis, vt patet in authẽtico de collatorib. §. ad hoc prohibemus, iuncto vt nulli iud. in prin. ſed iura permittunt iudicibus quibuſcunque ordinariis delegare cauſas delegabiles, vt conſtat. l. more, iuncta. l. 1. in fine, & gloſſa vltim. ibi. ff. de iuriſdict. omn. iud. idque etiam in caſu neceſſitatis, vt patet. l. 1. in fine principij. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. quo in loco in caſu neceſſitatis permittitur delegatio etiam meri imperii, quoad cognitionem ſolum, non verò quoad exequutionem, cuius tamen delegatio extra eum caſum non licet, vt ibi ita videbitur: quando ergo iura authenticorum vetant fieri ſubſtitutum ſeu vicarium extra caſum neceſſitatis, & extra peculiarem principis conceſſionem, intelligũt profectò, qui iudex ſit ordinarius: quare manifeſtè intendunt in caſu neceſſitatis, aut peculiaris conceſſionis principis, conſtitui poſſe ſubſtitutum ſeu vicarium, qui iudex ſit ordinarius. Hinc Maranta ibidem, quando Alexander & Iaſon affirmant, ſubſtitutum iudicis ſecularis ordinarii eſſe iudicem delegatum, eos intelligit, de ſubſtituto creato extra caſum neceſſitatis, & ſine peculiari principis ad id facultate: in his quippe duobus euentibus quando creatur, vt ex eodem tribunali loco ſui iudicet, iudex eſt ordinarius, & non delegatus, vt explanatum comprobatumque eſt.

5 Quia ergo in hoc regno mitti correctores conſueuerunt, qui nobiles & prudentes ſint, vt ſuſcipiãtur, pluſque in officio ſubditos contineant, qui regulariter eſſe ſolent homines ſine literis, ineptique proinde vt in ciuilibus & criminalibus cauſas expediant ac ius dicant, mittuntur cum facultate principis expreſſa aut tacita, vt vicarium loco ſui conſtituãt, qui
A ex ipſorum tribunali in ciuilibus & criminalibus ius dicat, eſtq; proinde iudex ordinarius eo modo, quo de vicario generali epiſcopi dictum eſt, vt ſine vlla controuerſia vſu eſt in hoc regno receptum, & affirmat Couar. 3. var. reſol. cap. 20. num. 4. Quòd autẽ correctores eligere ſibi poſſint eiuſmodi vicarios, quos tum *Alcaldes maiores*, tũ etiam *tenientes de corregidores* vocant, & quorumnam locorum eiuſmodi vicarij correctorum præſentari ſupremo ſenatui & ab eo examinari & approbari debeant, antequam id munus obeant, habetur. l. 5. & 6. tit. 5. li. 3. nouæ collect. Quales item correctores eſſe debeant, & quæ obſeruari debeant, habetur lib. 2. ord. tit. 16. & li. 3. nouæ collect. tit. 5. & 6.

Sicut de vicariis generalibus epiſcoporum Diſp.
B 10. eſt dictum, iuriſdictionem eorum pendere a iu- 4
riſdictione epiſcoporum, ita vt ceſſante iuriſdictione in Epiſcopis, ſiue morte epiſcoporum, ſiue quacunque alia ratione, continuò ceſſet iuriſdictio in ipſorum vicariis, etiam quoad negotia cœpta: ſic quoque de eiuſmodi vicariis correctorum eſt dicẽdum, ſtando in ſola natura rei, vt aduerſus Auendanium rectè Couar. de pract. qq. cap. 4. num. 4. affirmat. Eſt enim prorſus eadem ratio, nullumque accommodatum poteſt tradi diſcrimen in ea parte inter vtroſque vicarios eorum comparatione, quorum sũt vicarii. Item colligitur apertè ex l. 7. titu. 5. lib. 3. nouæ collect. quo in loco, cum. l. 6. antecedente ſancitum eſſet, vt correctores abeſſe non poſſent à loco iuriſdictionis ipſorum vltra tres menſes, etiam in-
C terpolatos, vnius anni, neque in eis tribus menſibus abeſſe poſſent, niſi ex cauſis ibi expreſſis, idque ſub pæna amiſſionis ſtipendii pro rata temporis abſentiæ, & ſub aliis pænis ibi ſtatutis, lege 7. additur, vt continuò elapſis tribus menſibus abſentię vacet munus eorum, & vt ſtatim certior fiat Rex, & interim ſeruiant vicarius illius & alii illius miniſtri, non iam vt vicarius & miniſter illius, neque nomine illius: ſed Regis nomine. Vbi conſtat, ceſſare iuriſdictionem vicarii illius, continuò atque in correctore ceſſat iuriſdictio, neque deinceps titulo illo præcedente illã habere, ſed ex nouo titulo ac conceſſione vi illius legis illi facta, interim dum Rex certior fit, & quid facto opus ſit prouideat. Vtrùm autem mortuo correctore, ceſſet iuriſdictio in illius vicario, ita vt progre-
D di in illa non poſſit, etiam quo ad negotia cœpta. Dicendum eſt, ex natura rei ceſſare. Ait tamen Couar. in editione Cæſarauguſtana. num. 4. citato, ipſo præſide in Granatenſi prætorio, diſpoſitionem legis 7. citatæ, vt. ſ. deſinente munere correctoris per abſẽtiam vltra tres menſes, proſequatur vicarius illius munus ſuum, non iam vt vicarius præcedentis correctoris, ſed autoritate ac nomine Regis, quouſque aliud Rex prouideat, extenſam per epicheiam fuiſſe ad euentum mortis correctoris decreto eiuſdem ſenatus. Atque ita obſeruatum fuit in hac Conchenſi ciuitate annis præteritis, mortuo quodam huius ciuitatis correctore. Interim enim dum Rex fuit factus certior, vicarius illius correctoris proſequutus eſt ſu-
E um munus, quouſque Rex illum in eo munere confirmauit. Audio verò Regem & illum confirmaſſe, & approbaſſe ac confirmaſſe acta illius à morte correctoris vſque ad confirmationem, quaſi non autoritate mortui, cuius fuerat vicarius, id legitimè egiſſet, ſed autoritate ac beneplacito Regis, in moreque eſſe poſitum vt eo modo illa Rex confirmet. Atque in hac Conchenſi ciuitate, & in ciuitate *Huete*, quibus idem corrector eſt communis, & in qua *Huete* ciuitate corrector huius ciuitatis aliũ vicarium ſuũ generalem creat, eo modo ſanè eſt faciendum, eo ꝙ hæ duæ ciuitates *Alcaldes* ordinarios electione non creent. In oppidis verò correctionis, in quibus ſimul populi electione creantur *Alcaldes* ordinarii, qui

ſimul

ſimul cum correctoribus, aut cum ipſorum vicarijs, iudicant de ciuilibus & criminalibus, ita in ciuilibus integrum ſit actori conuenire reum, vel coram eo *Alcalde* in criminalibus ſit locus præuentioni, vt is iudicet, qui de delicto prius cognoſcere inceperit; tametſi regulariter correctores de criminalibus in eis oppidis cognoſcant: in his, inquam, oppidis, audio in more eſſe poſitum, vt mortuo correctore, expiret omnino illius vicarius, & ſuccedant in exercitio iuriſdictionis *Alcaldes* oppidi, electione populi & confirmatione Regis creati, quẽ voluerit ex duobus, qui eliguntur, vel coram correctore, ſeu ipſius vicario, & ita quod quouſque Rex alium iudicem mittat. Quòd ſi caſu aliquo in hac ciuitate ſimul obirent corrector & eius vicarius, tunc ad ciuitatem ſpectaret eligere Alcaldem aut Alcaldes, qui tãquã iudices ordinarij ius dicerent, adminiſtrarentque ciuitatem, interim dum Rex de alio iudice ordinario prouideret, iuxta. l. vbi adsũt. ff. de tut. & curat. dat. ab his, vbi habetur, deficiente iudice, poteſtatem dãdi tutores remanere apud ordinem decurionũ, quaſi tunc poteſtas iudicandi ad populum ipſum quoad ſuum regimen ſeu decuriones deuoluatur. Qua eadem ratione, ſi mortuo correctore, ciuitas vicariũ correctoris defuncti eligeret, vt munus ſuum proſequeretur, quouſque Rex de iudice prouideret, id ſanè ſatis eſſet, vt vicarius ille tanquam iudex ordinarius proſequi idem munus poſſet. Atque iuxta hæc accipienda admittendaque ſunt, quæ Molina lib. 1. de primog. cap. 25. à num. 6. tradit. Illud quoad correctores admonuerim, quoad *villas*, quas vocant ipſius diſtricti, quæ à iudicibus ordinarijs gubernãtur electis à populo & confirmatis à Rege, ſolum correctores habere illas viſitare, & reſidentiam eorum iudicum ac cæterorum miniſtrorum publicorum earum accipere, puniendo, ſi quæ correctione digna inuenerint.

Illud inſuper admonuerim, in locis, ad quæ correctores mittuntur, & in quibus *Alcaldes*, qui iudices ſint ordinarij, ſimul eliguntur, addiſcendum in vnoquoque eſſe, quanta iudicum electorum & quanta correctoris ſit iuriſdictio. audio enim hæc inconſtantia eſse in hoc regno, neque idem vbique ſeruari.

5 Quando aliquis conceſſione principis ex eodem tribunali tãquam iudex ordinarius eſt vicarius eius iudicis ſecularis ordinarij, cui merum ac mixtum imperium competit, etiam ad pænam vltimi ſupplicij imponendam, vt in hoc regno ſunt *tinientes* ſeu *Alcaldes maiores* correctorum, tunc proferre poteſt ſententiam mortis aut mutilationis, eamque exequutioni mandare, dum iuriſdictio in correctore perſeuerat: quoniam eius nomine ac loco ex eodem tribunali tanquam iudex ordinarius id facit. Neque de hoc euentu video eſse mentionem in particulari in iure communi: quoniam tale genus iudicum non videtur fuiſse in vſu tempore iuris cõmunis. Quando verò aliquis ſubſtituitur à principe loco demortui, aut loco eius, qui aliter iuriſdictionem amiſit, vt in hoc regno vicarius eius correctoris, qui propter abſentiam vltra tres menſes iuriſdictionem amittit, à principe ſubſtituitur, vt munus idem, quod antea exercebat, nomine Regis proſequatur, quouſque Rex ipſe certior fiat & aliud ſtatuat, & vt in hoc eodẽ regno ſubſtitui etiam conſueuit à principe loco correctoris demortui, interim dum princeps de alio iudice non prouidet, & vniuerſim quotieſcunque princeps loco iudicis ordinarij, qui exequutionem meri imperij in tertio gradu habet, alium ſubſtituit, tunc is ſubſtitutus à principe pænam mortis ac mutilationis imponere atque exequutioni mandare poteſt, iuxta. l. 2. C. de offic. eius, qui vicem alterius gerit. Ita Bartol. & communis doctorum ſententia, quam referũt

A ac ſequuntur Maranta vbi ſuprà. num. 20. & Iulius Clar. 5. lib. ſent. §. vlt. q. 40. reiecta à Bart. & ab aliis communiter gloſsa vlt. l. 2. citata, quæ appoſito verbo, fortè, negat eiuſmodi ſubſtitutum exercere poſſe pænam mortis ac mutilationis.

Quando verò a iudice ordinario, cui merum ac mixtum imperium competit, ob neceſſitatem morbi aut iuſtæ abſentiæ, ſubſtitutus eligitur, qui ad tempus tanquam iudex ordinarius ex eodem tribunali iudicet, tunc reliqua poteſt exequi præter pænã mortis ac mutilationis, vt habetur in authentico de collatoribus. §. ad hoc prohibemus, & affirmat communis ſententia, quam Iul. Clar. & Maranta vbi ſuprà referunt ac ſequuntur. Iuxta gloſsam autem. l. 1. ver. poſſit eam. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdic. à 6
B Bart. & ab aliis approbatam, poterit eiuſmodi vicarius cognoſcere de cauſa mortis aut mutilationis, ita tamen vt eam non definiat, quandoquidem delegari poſſit cauſa imperii in caſu neceſſitatis, vt eadem l. 1. habetur, de qua re gloſsa citata loquitur. Sicut etiam extra caſum neceſſitatis conſulibus permittebatur delegare cauſam meri imperii circa incluſos in carcerem, non tamen delegare eius cauſæ definitionem, ſed quoad ſolam cognitionem, vt habetur l. ſolet. ff. de offic. proconſ. Quin & l. 18. tit. 4. part. 3. iuxta. l. 2. C. de iudicibus pedan. apertè habetur, in caſu iuſtæ neceſſitatis delegari poſse cauſam meri imperii in tertio gradu quoad ſolam cognitionem, ita vt delegatus ſententiam non ferat, ſed eam iudici ordinario, qui talem cauſam delegauit, referuet.

C Illud obſerua, in vnaquaque prouincia eſse addiſcendum, quantum liceat iudices aliquos creare vicarios, qui loco ipſorum iudicent, & quanta illorum ſit poteſtas iuxta leges, ſtatuta, ac conſuetudinem eius prouinciæ. Lege Iul. Clar. quæſt. 40. citata.

Senatores tam prætoriorum, quam ſupremi conſilii Regis, & cum eis præſes, quoad ea, de quibus ex ſuo munere à Rege conſtituto ipſis iudicare incumbit, iudices ſunt ordinarii, vt conſtat ex l. 1. titulo 4. par. 3. quoniam ſunt munera à Rege ad id conſtituta: & quia iuriſdictio à Rege creata, quando aliud de ea non conſtat, cenſetur ordinaria. Vnde non expirant morte Regis eos creantis, etiam quo ad negotia nondum cæpta. Quando autem alicui illorũ ex- 7
D tra munus ſuum cauſa aliqua, vel à ſenatu, vel à principe ipſo delegaretur, tunc quo ad illam iudex eſset delegatus.

DISPVT. 14.

Iudices ſeu poteſtates delegatæ quæ ſint. Et quomodo poteſtas delegata ab ordinaria decernatur.

SVMMARIVM.

E 1 *Quid ſit poteſtas delegata.*
2 *Diſcrimen, quando aliquis conſtituitur iudex delegatus, & quando ordinarius.*
3 *Quando Princeps conſtituat iudicem ordinarium, & quando delegatum.*
4 *Quando aliqui iudices ab ijs ſunt conſtituti, qui principes non ſunt, ſupremæve poteſtates, tunc ſi quis ex tacito vel expreſſo legis conſenſu aut principis committat alicui vices ſuas, iudicem quidem efficit ordinarium, ſuum tamen uicarium.*

NVnc de iudice poteſtateve delegata eſt dicendum: vnde poteſtas ordinaria magis adhuc elucidabitur. Poteſtatem autem delegatam ſic poſ- 1
ſumus

ſumus definire: Eſt poteſtas, quę non ex proprio munere, ſed ex commiſſione mediata vel immediata alterius, quæ id habet ex proprio munere, iuriſdictionem exercere poteſt. Quo fit, vt delegatus aliena iuriſdictione vtatur, nihil ea in parte habens proprium, vt habetur l. 1. §. qui mandata. & l. ſi pater. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. Dixi in definitione; ſed ex commiſſione mediata vel immediata alterius: quoniam iudex delegatus interdum poteſt ſub delegare, vt ex dicendis patebit: atq; hoc in loco definimus delegatum ſumptum latè, vt ſubdelegatum etiam comprehẽdit, qui mediatè iuriſdictionem ab eo habet, qui illũ ex ſuo munere, tanquã iudex poteſtá ſve ordinaria habet. Per partem illam definitionis: quæ non ex proprio munere; reiicitur à ratione delegati, iudex ordinarius, poteſtá ſve ordinaria, quę ex proprio ſuo munere iuriſdictionem exercet. Per reliquum verò definitionis à ratione delegati reiicitur iudex arbiter, qui non accipit iudicandi poteſtatem ab eo, qui iuriſdictionem ex proprio munere habeat, ſed à partibus, quæ ſibi illum in iudicem delegerunt, non refragante ſed annuente lege.

Quando autem iudici alicui ordinario cauſa aliqua committitur, quæ ad eum ex proprio munere non ſpectabat, tunc in ea procedit, non vt ordinarius, ſed vt delegatus: eo quòd illam non exerceat ex ſua propria iuriſdictione, ſed ex iuriſdictione ab alio ſibi commiſſa, vicem illius gerendo. Ita habetur. l. & ſi prætor citata.

Quando verò iudici ordinario committitur à ſuperiori cauſa aliqua, quæ, ſecluſa ea commiſſione, ad eum ſpectabat, tunc exiſtimandus non eſt per eam commiſſionem cõſtitui iudex delegatus, ſed ſolum excitari, vt id efficiat vt ordinarius, quod ex ſuo munere facere tenetur: Niſi fortè aliquid quoad eam cauſam ei cõmitteretur vltra id, quod ex officio habet vt ordinarius, vt verbi gratia, vt procedat appellatione poſtpoſita, vel aliud efficere præcipiatur, qđ in particulari, vt ei præcipitur, facere non tenetur; vel niſi aliquid in commiſſione apponatur, vnde intelligatur iniungi, vt id efficiat iuriſdictione id iniungentis, vt ſi dicatur, procedas autoritate noſtra, vel vt delegatus noſter, aut ſimile aliud. Ita Panor. cap. licèt, de offic. ord. num. 3. conſentaneè ad textum ibi & ad alia iura, quæ citat; & probat textus. cap. in aliquibus, de reſcrip. lib. 6. Ex eo verò, quòd in hoc regno. l. 7. tit. 5. lib. 3. nouæ collect. dicatur, vt vicarius correctoris, qui munus ob abſentiam vltra tres menſes amiſit, vtatur ſuo munere nomine Regis, & non correctoris præteriti, non cenſetur Rex facere illum iudicem ſuum delegatum: quia ſolum intendit, vt quod tanquam iudex ordinarius ante efficiebat nomine correctoris, deinceps tanquam iudex ſimiliter ordinarius efficiat nomine Regis, & per munus à Rege obtentum; & non à correctore, vt antea, obtento eo à correctore, illo vtebatur.

2 Ad diſcernendum in particulari quando aliquis conſtituatur iudex delegatus, & quando ordinarius, obſerua conſentaneè ad Bart. l. more. nu. 8. ff. de iuriſd. omn. iud. ad Pan. ca. relatum. nu. 5. de offic. deleg. & ad alios, iuriſdictionem ordinariam conferre poſſe legem, principem, conſuetudinem, quę vim habeat legis, populum, aut vniuerſitatem, quando tamen regimen ac gubernatio reipublicæ penes populum aut vniuerſitatem reſidet. Tunc enim ſicut leges condere poteſt, quæ vniuerſam aſtringant rẽpublicam, ſic etiam munera creare in republica poteſt, atque adeò conferre iuriſdictionem ordinariã. Vniuerſitas item mercatorum, opificum, ac confraternitatum, eligere etiam iudicem ordinarium de iure communi poteſt, vt diſp. 8. dictum eſt, qui iudicet præcisè de attinentibus ad eam negotiationem, opificium, aut confraternitatem: cæterum tunc ea vni-

A uerſitas non confert iuriſdictionem, niſi eligendo eum, qui illam, ſed lex eſt, quæ eam illi confert: quare à lege, qui ita eſt electus, eam iuriſdictionem ordinariam habet, & non ab electoribus, niſi ſecundum quid, tanquam ſcilicet ab efficientibus id, ſine quo lex non tribuit illi eam ordinariam iuriſdictionem.

Quod autem ad principẽ attinet, diſtinguit Bart. 3
Quoniam vel committit alicui vnum aut plura negotia in particulari, vt vnum, duo, aut tria in particulari, & tunc nõ conſtituit iudicem ordinarium, ſed delegatum. Vel committit alicui quãdam negotiorum vniuerſitatem, ſiue ampliorem, ſiue minus amplam: atque tunc, vel aliquid apponitur vnde colligatur, vt procedat autoritate eam negotiorum vniuerſitatem committentis, vt ſi dicatur, noſtra autoritate facias, B vel procedas appellatione poſtpoſita in re, in qua alioquin admittenda foret appellatio, vel ſimile aliud apponitur, vnde intelligatur vt procedat autoritate eam vniuerſitatem cauſarum committentis, & tunc ſimiliter non conſtituit iudicem ordinarium, ſed delegatum. Vel nihil tale apponit: atque tunc iudicem ordinarium conſtituit. Quando enim iuriſdictio ab eo conceditur, qui poteſt eam ordinariam concedere, is ſanè in dubio cenſetur eam concedere, non delegatam, ſed ordinariam. Atque idem eſt, quando à lege iuriſdictio cõceditur. Quoniam ſi ſit ad vniuerſitatem aliquam cauſarum, nec aliquid apponatur, vnde conſtet delegatam iuriſdictionem committi, lex ſanè cenſetur concedere iuriſdictionem ordinariam. Et quia capitulum, ſede vacante, à lege habet C Epiſcopi iuriſdictionem, nec exprimitur, quòd eam habeat delegatam, cẽſetur eam habere ordinariam. Nec ſolum officia, quę in republica à lege creantur, cenſentur iuriſdictiones ordinariæ, quando aliud non exprimitur: ſed etiam quando vicarii à lege conſtituuntur, cenſentur habere iuriſdictionem ordinariam, niſi aliud exprimatur. Hac ratione quia Archidiaconus c. 1. de offic. archi. in Epiſcopi abſentia cõſtituitur, vt ſit vicarius Epiſcopi, ſanè in eccleſiis, in quibus id ſeruatur, iuriſdictionem habet ordinariã, vt cum Alex. & aliis affirmant Maranta de ord. iud. part. 4. diſt. 5. nu. 7. & 9. Ad iudicandum ergo, an iudices cõceſſi ſeu conſtituti à lege, vel à principe, qui iuriſdictionem concedere poſſit ordinariam, ordinarii ſint, nec ne, attendendum eſt, num dati ſint ad D vniuerſitatem aliquam cauſarum, & ſine clauſula vnde colligatur, vt procedant autoritate deſtinantis: atque tunc cenſendi ſunt ordinarii: reliqui vero ab eis conceſſi ac conſtituti cenſendi ſunt delegati.

Quando vero aliqui iudices ab iis ſunt conſtituti, 4
qui principes non ſunt, neque reipublicæ, ſupremæve poteſtates reipublicæ, ac proinde qui poteſtatem non habent conſtituendi munera publica cum iuriſdictione ordinaria, tũc ſi quis ex tacito vel expreſſo conſenſu legis, principis, aut reipublicæ, committat alicui vices ſuas, ita vt ſecum idem tribunal efficiat, iudicem quidem efficit illum ordinarium, ſuum tamen vicarium, iuxta ea, quæ præcedentibus diſputationibus copiosè explanata ſunt. Alioquin ſolum ef- E ficit ſuum vicarium delegatum, etiam ſi illum iudicem ad vniuerſitatem aliquam cauſarum efficiat. Atque hæc eſt ratio, cur vicarii foranei Epiſcoporũ, Epiſcoporumque viſitatores, iudices non ſint ordinarii, ſed delegati. Neque enim Epiſcopi facultatẽ habent creandi munera in republica, & conferendi iuriſdictionem ordinariam, ſed ſolum delegandi vices ſuas: eaque de cauſa, eſto illas cum vniuerſitate aliqua alicui concedant, non efficiunt illum iudicem ordinarium, ſed delegatum, niſi ita illas committant vniuerſaliter, vt ille vnum tribunal ſecum efficiat.

De magnatibus vero, qui iuriſdictionem habent oppidorum, cum facultate eligendi aut confirmandi

di

di iudices à populo electos, quales illos eligeret, aut confirmaret, ſeu conſtitueret ſupremus princeps, ſi apud ipſum iuriſdictio eorum oppidorum perſeueraret, iam Diſputatione 12. eſt dictum eos eſſe iudices ordinarios: quoniam talis poteſtas his magnatibus ad id conceſſa à principe eſt, qualem ipſe habebat. Confirmatur, quoniam iudicant de iјs, quæ ad merum & mixtum imperium attinent, quæ tamen cauſæ delegari non poſſunt, vt Diſp. 17. videbimus.

DISPVT. 15.

Delegare, aut etiam ſubdelegare, quis poſſit, quis non item.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij iudices delegare poſſunt: at delegatus ſubdelegare non poteſt, niſi delegatus alicuius ſupremæ poteſtatis.*

2 *Quando aliquis eſſet à Principe delegatus, ut per ſuā perſonam aliquid exequeretur, tunc ſubdelegare non poſſet.*

3 *Quando aliquis à ſummo Pontifice delegatur, ut aliquid inquirat, uel ut eccleſiam de prælato prouideat, quia tunc fidem & induſtriam perſonæ, quam ad id delegat, eligere uidetur, talis ſubdelegare non poteſt.*

4 *Delegatus ab alio ordinario, ſi delegatus ſit ad uniuerſitatem aliquam cauſarum, licet ſubdelegare nō poſſit uniuerſitatem cauſarum, poteſt tamen ſubdelegare hanc uel illam cauſam.*

1 Regulariter ordinarij iudices delegare poſſunt, vt patet. l. more. ff. de iuriſdict. omnium iudicum l. 17. titulo 4. parte 3. quæ iuncta. l. 18. ſequenti exprimit, quæ concurrere debeant, vt iudex ordinarius delegare poſſit, & alijs iuribus: id quod hac & ſequentibus diſputationibus magis explicabitur. Delegati verò, etiamſi morbo aut alia iuſta cauſa impediti ſint, ſub delegare non poſſunt, vt l. more citata, & l. à iudice. C. de iudicijs habetur.

Excipitur delegatus principis, vt Papæ, Regis, aut alterius ſupremæ poteſtatis, qui ſub delegare poteſt, vt habetur l. à iudice citata. cap. quoniam apoſtolica de offic. deleg. l. 19. titulo quarto. parte 3. & alijs iuribus.

Item excipitur delegatus à proconſule, qui ſubdelegare poterat. l. cum prætor. §. is quoque. ff. de iudic. & l. legatus. ff. de offic. proconſ. Tametſi hūc iudicem fuiſſe ordinarium aſſerat Couar. 3. variarum reſolut. cap. vlt. numero vlt. tanquam vicarium vniuerſalem proconſulis. Et eſtò iudex ordinarius non eſſet, dicat delegare potuiſſe ea ratione, quòd delegatus eſſet ad quandam vniuerſalitatem cauſarum: delegatus autem ad vniuerſalitatem cauſarum ſubdelegare poteſt cauſas ſingulares, vt ſubijciemus. Hinc rectè Couarr. ibidem negat, delegatum legati à ſummo Pontifice, etiamſi is legatus ſummi Pontificis à latere ſit, poſſe ſubdelegare.

Capite quoniam apoſtolica citato additur, eſtò iudex delegatus datus ſit à principe de conſenſu partium, poſſe illum ſubdelegare alium, etiam partibus inuitis, vt conſentaneè ad textum affirmant gloſſa. 1. ibi, Panorm. & alij. Et quamuis iudex aliquis eſſet delegatus à principe, vt cum alijs cognoſceret de aliqua cauſa, poſſet is ſubdelegare aliū, qui cum illis alijs de eadem cauſa cognoſceret, vt ibidē

A habetur: neque eſſet validum iudicium aliorum ſine tali ſubdelegato, quando cōcurſus talis delegati per ſe, vel per ſuum ſubdelegatum, eſset neceſſarius ad id iudicium, quia omnibus ſimul fuit commiſsa ea cauſa, vt ab omnibus definiretur, iuxta ea, quæ Diſput. 24. dicentur.

Quando autem aliquis eſset à principe delegatus, vt per ſuam perſonam aliquid exequeretur, aut cum clauſula, quæ ſignificaret, vt per ſe ipſum id exequeretur, tunc ſubdelegare non poſset, niſi negotium tangeret vtilitatem priuatam partium, & non bonum commune, atque de conſenſu earundem partium ſubdelegaret: ſine conſenſu enim earundem partium inualida in eo euentu eſset talis ſubdelegatio. Ita habetur. cap. quoniam apoſtolica citato. §. 2
B is autem.

Quando aliquis à Summo Pontifice delegatur, vt inquiſitionem circa aliquam rem faciat, (idem intellige de delegato ab alio principe ad ſimilem inquiſitionem faciendam) vel vt eccleſiam de prælato aut de miniſtro prouideat, quia tunc fidem ac induſtriam perſonæ, quam ad id delegat, eligere videtur, talis delegatus ſubdelegare non poteſt, niſi expreſsè ſit ei conceſſum, vt per alium id exequi poſſit. Ita habetur. cap. quoniam apoſtolica citato. §. is autem, verſ. præterquam, iuncto. cap. is cui eod. tit. lib. 6. Capite enim is cui, explanatur, quando sūmus Pontifex alicui committit, vt prouideat certæ perſonæ de aliquo beneficio in aliqua eccleſia, diæceſi, aut prouincia, non cenſeri eligere induſtriam 3
C ad id eiuſmodi delegati, eaque de cauſa eum poſse ad id ſubdelegare alium. Quòd ſanè verum habet, etiam ſi ſummus Pontifex committat, vt id beneficium ilii prouideat, ſi facto priùs ſolerti examine, repertus fuerit laudabilis vitæ, honeſtæque conuerſationis: quoniam hoc etiam examen ſubdelegare alteri poteſt, vt habetur clement. vnic. de offic. deleg. Quando autem ſummus Pontifex alicui committit, vt beneficium aliquod perſonæ idoneæ prouideat, non nominando cui in ſingulari illud prouideat, cenſeri eligere induſtriam ac fidem eius delegati, eaque de cauſa eum delegatum ſubdelegare ad id non poſse, vt habetur. cap. is cui citato. Optimè verò Panor. cap. quoniam apoſtolica citato, obſeruat, ſummum Pontificem non cenſeri eligere indu-
D ſtriam ac fidem delegati, niſi vel id exprimat, præcipiendo, vt per ſe ipſum id efficiat, vel in caſibus à iure expreſſis, quales ſunt, qui ſunt explanati: eaque de cauſa delegatum à ſummo Pontifice poſse in alijs ſubdelegare. Intelligerem tamen, niſi in eis vtilitas publica verſaretur, & eſsent æquè aut plus graues, quàm explanati; nam tunc præſumendum eſſet, argumento ab euentibus explanatis, electam fuiſse fidem ac induſtriam, ac proinde delegatum in iјs etiam euentibus ſubdelegare non poſse, niſi contrarium à ſummo Pontifice fuiſset in eis expreſſum.

Delegatus item non à principe, ſed ab alio ordinario, ſi delegatus ſit ad vniuerſitatem aliquam cau- 4
E ſarum, quamuis ſubdelegare non poſſit vniuerſitatem ipſam cauſarum, ſubdelegare tamen poteſt hāc vel illam cauſam, aut cauſas in particulari. Ita gloſſa. cap. cum cauſam. de appellat. verb. delegatus, Bartol. iuxta textum ibi. l. 1. §. ab eo iuncta gloſsa ibi. ff. quis & à quo, & doctores communiter, quos Couar. 3. var. rel. cap. vlt. num. vlt. & Maranta de ord. iud. par. 4. diſt. 5. num. 51. referunt ac ſequuntur. Quo fit, vt pedanei iudices Epiſcoporum ſubdelegare poſſint cauſas ſingulares.

Gloſsa. cap. is cui, de offic. delegati lib. 6. affirmat, delegatum non à principe, neque ad vniuerſitatem aliquam cauſarū, ſi ſibi à delegante fuit conceſsum poſse ſubdelegare, vt ſi dictū illi fuit, committo tibi

banc cauſam cum poteſtate vt ſubdelegare poſſis, A
poſſe tunc ſubdelegare. Quamuis autem id eius
gloſſæ dictũ approbetur à Sylu. verb. delegatus, nu.
12. & ab alijs, certè vt fundamentum, cui ea gloſſa
nititur, mihi non probatur, ita neque ea gloſſæ opi-
nio. Nititur enim gloſſa illa huic fundamento, quòd
ſicut quando aliquis conſtituit ſibi procuratorem
cum facultate ſubſtituendi alium, poteſt is procura-
tor alium ſubſtituere: ita quando aliquis, eſto prin-
ceps non ſit, delegat cauſam aliquam alicui cum po-
teſtate ſubdelegandi, poſſit is ſubdelegare, eſto de-
legatus principis non ſit. Hoc vero fundamentum
quis non videat nullius eſſe momenti. Iura enim nõ
tribuunt ijs ordinarijs, qui principes non ſunt, pote
ſtatem delegandi cum facultate delegato effecta ſub
delegandi; neque item delegatis ita non à principe, B
facultatem concedunt ſubdelegandi, quin potius
eam illis denegant. Neque eſt ſimile, quod de pro-
curatore gloſſa illa adducit. Qui enim ſibi procura-
torem conſtituit, rem ſuam profectò agit, eaque de
cauſa poteſt illi concedere, vt alium ſubſtituat: iu-
dex verò ordinarius, delegando cauſam, agit rem-
publicam, nec excedere poteſt facultatem, quam
iura quoad id illi tribuunt. Quare meritò gloſſa.
cap. cum cauſam, de appell. verb. delegatus, contra-
rium dicto illius alterius gloſſæ affirmauerat, reie-
cta ſimilitudine de eo, qui procuratorem ſibi con-
ſtituit.

Vt habetur. cap. cum Bartoldus, de ſent. & re iud.
quidam delegati non à principe, in vnaque tantum
cauſa particulari, illam ſubdelegauerant. Circa in- C
tellectum vero illius textus multa adducit Couar. 3.
variar. reſ. cap. vlt. ad finem. Mihi probatur, quod
gloſſa ibi, gloſſa item. cap. cum cauſam, de appellat.
& Couar. vbi ſupra affirmant, nempe illam ſubde-
legationem fuiſſe nullam: cæterum, quia de nullita-
te illius nihil fuit propoſitum, cauſaq; alia iam erat
per appellationem in Romana curia, nihilque omni
no ex ſubdelegatione illa iam tunc pendebat, ſolum
eo in capite narratur, quid quoad eam ſubdelega-
tionem fuerit factum, vt neque approbatur, neque
pronunciatur nullum: quia nulla de eo erat tunc
controuerſia.

Quidam, quos Couarr. loco proximè citato re-
fert, aſſeruerunt, delegatum non à principe, ad v-
namque ſolum cauſam, poſſe ſubdelegare vnum D
illius articulum, in quo iuriſdictio neceſſaria non
ſit, vt ſimplicem examinationem teſtium: ſecus
autem non ſimplicem teſtium examinationem, qua
lis eſt ea, in qua cum poteſtate cogendi teſtes ad fe-
rendum teſtimonium, & citandi partem aduerſam,
vt adſit teſtium examini, teſtes examinentur: eiuſ-
modi enim examen teſtium iuriſdictionem requi-
rit: atque de eo teſtium examine ſermo eſt clement.
vnic. de offic. delegati, ibique dicitur, delegatum
ſummi Pontificis poſſe id teſtium examen ſubdele-
gare in ciuilibus cauſis. Ducuntur autem autores il-
li ex. cap. Bartoldus citato, illudque intelligunt de
ſubdelegatione vnius articuli quoad ſimplicem te-
ſtium examinationem. Vt tamen Couarru. rectè E
obſeruat, in eo capite non fit ſolum mentio de ſub-
delegatione quoad ſolam teſtium examinationem,
ſed quoad totam cauſam, vt illud caput intuenti li-
quet. Maranta de ord. iud. part. quarta diſt. quinta
nume. 50. cum Alexand. & Panormitan. cap. ſuper
quæſt. de offic. delegat. ait delegatum ſubdelega-
re poſſe articulum non iuriſdictionalem, reiecta
contraria opinione Bart. non vero iuriſdictiona-
lem. Subdelegatus, etiam ſi ſit delegati à princi-
pe, non poteſt vlterius ſubdelegare. Ita colligi-
tur aperte ex cap. ſuper quæſtionum. §. ſi verè de
offic. deleg.

DISPVT. 16.

Delegans quouſque cogere alios poſſit, vt delegati ipſius ſint. Et quæ requirantur, vt cauſam poſſit delegare.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius in euentibus, in quibus poteſt delegare, co*
gere poteſt ſibi ſubditum, ut delegatus ipſius ſit; at
non eum qui ſibi non eſt ſubditus.

2 *Delegatus ſummi Pontificis cogere quemcunque po-*
teſt, ut ſuſcipiat munus ſubdelegati.

3 *Vt aliquis cauſam aliquam alteri ualide delegare poſ*
ſit, neceſſe eſt, ut cauſa ſit talis, de qua delegans ip-
ſe cognoſcere poſſet, alioquin delegatio eſſet inua-
lida.

4 *Rectè etiam cauſa delegatur, ut audiatur in loco, in*
quo delegans ipſe poterat eam audire, eſtò dum dele
gat ſit extra locum ſuæ iuriſdictionis.

5 *Rex diſtinctas habẽs prouincias, quarum ſingulæ ſuũ*
regimen habent, non debet iudices conſtituere homi-
nibus de una prouincia in alia: ſed in ſua propria pro
uincia debet illis iudices ſtatuere.

ORdinarius in euentibus, in quibus poteſt 1
delegare, cogere poteſt ſibi ſubditum, vt
delegatus ipſius ſit: Secus autem eũ, qui
ſibi non eſt ſubditus. Tametſi non ſibi
ſubditum poſſet etiam efficere ſuum delegatum, ſi
is velit id accipere, & requiſita habeat, vt eſſe poſ-
ſit delegatus, iuxta ea, quæ infrà ſuo loco dicenda
ſunt. Quæ ſimiliter neceſſaria ſunt in ſubdito or-
dinarij, vt cogere eum poſſit, vt ſit ſuus dele-
gatus.

Qui enim delegatus eſſe non poteſt, cogi per con
ſequens non poteſt, vt delegatus ſit, vt eſt notiſſi-
mum. Quòd autem ordinarius in euentibus, in qui-
bus poteſt delegare, cogere poſſit ſibi ſubditum eſſe
ſuum delegatum, non verò ſibi non ſubditum, poſ-
ſitque etiam hunc efficere ſuum delegatum, ſi acci-
pere velit, habetur. l. eum qui, iuncta gloſſa. 1. ibi, &
l. vlt. ff. de iuriſdict. omn. iud. & l. 17. tit. 4. par. 3. con
ſentiunt. cap. paſtoralis in prin. de offic. ord. & c. pa-
ſtoralis, de offic. deleg. affirmantque gloſ. l. vnic. C.
qui pro ſua iuriſd. item gloſ. c. paſtor. de offic. deleg.
Greg. Lop. l. 2. tit. 4. par. 3. verb. *e aun los iuezes*, &
doctores communiter. Addit Greg. Lop. cum Bald.
Si non ſubditus acceptet eſſe delegatum, poſſe poſt
eam acceptationem cogi delegatum eſſe, & in cauſa
procedere.

Hinc, quia Archiepiſcopus ſuperior non eſt ſub-
ditorum ſuorum ſuffraganeorum, niſi vt cognoſcat
de cauſis ad ipſum per appellationẽ deuolutis, quã-
uis cauſam ad ipſum per appellationem deuolutam
delegare poſſit alicui ex diæceſi, vnde ad ipſum de-
uoluta eſt, non tamen poteſt eum cogere, vt delega-
tus in ea cauſa ſit: eo quòd ſubditus illius quoad id
non ſit, vtrumque reddita hac ipſa ratione, habetur.
cap. paſtoralis in prin. de offic. ordin. vbi gloſsa ait,
Epiſcopum, cui ille eſt ſubditus, cogere poſſe illum,
vt ſuſcipiat cauſam, quam ei Archiepiſcopus de-
legat.

Delegatus ſummi Pontificis (idem dic de delega- 2
to cuiuſuis alterius principis in diſtrictu talis princi
pis) qui, vt diſputatione præcedente eſt dictũ, ſubde
legare poteſt, cogere quemcunque poteſt, vt ſuſci-
piat munus ſubdelegati. Superiorem tamen, & præ
ſertim in pontificali dignitate conſtitutum, ſubdele
gare non debet niſi vrgente neceſſitate. Quod ſi co-
gendum illum duxerit ad eam ſubdelegationem ſu-
ſcipien-

ſcipiendam, gradatim procedere debet in adhibendis cenſuris, vt primum ei interdicatur ingreſſus eccleſiæ, aut miniſterium ſacerdotale, deinde ſuſpendatur ab offic. & poſtea aggrauetur cenſura. Ita habetur. c. paſtoralis in prin. de offic. deleg. iuncto. ca. 2. eod. titu. lib. 6. Quo in loco præcipitur, in cenſuris conſtitutis in dignitate imponendis procedendum eſſe illo modo gradatim, niſi forte aliter fieri perſua ſerit nimia contumaciæ proteruitas, ſeu culpa. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita.

3 Quod verò ad ſecundum attinet. Vt aliquis cauſam aliquam alteri validè delegare poſſit, neceſſe eſt, vt cauſa ſit talis, de qua delegans ipſe cognoſcere poſſet, alioquin inualida eſſet talis delegatio. Ita habetur l. vnic. C. qui pro ſua iuriſd. & l. 17. titul. 4. part. 3. Et quamuis gloſſa. l. vnica citata dicat, ſi partes nihil opponant, & is iudex ita inualidè delegatus ſententiam ferat, validam eſſe ſententiam: contrarium tamen cum Bart. & alijs affirmat Gregor. Lopez. l. 17. citata, gloſſ. 2. ſi tanquam iudex delegatus eam ſententiam pronunciet, ſatiſque conſonè ad hanc opinionem loquitur l. vnic. citat.

Item vt aliquis validè alteri cauſam aliquam delegare poſſit, neceſſe eſt, vt eam deleget, vt audiatur & expediatur in loco, in quo delegans ipſe eam audire & expedire poſſet: alioquin ſicut ipſe illam audire & expedire validè nõ poſſet extra eum locum, ita neque delegatus: cum nullus validè delegare poſſit iuriſdictionẽ, niſi præcisè quoad id, quoad quod illam habet. Ita conſentaneè ad. l. vltim. §. erit autem. C. de re mil. lib. 12. l. 17. titu. 4. part. 3. & cap. vt litigantes, de offic. ord. libr. 6. In hoc tamen euentu rectè ait gloſſa. cap. vt litigantes citato verb. expenſis, validam eſſe ſententiam latam vel à iudice ordinario, vel à delegato, in loco non ſuæ ſed alterius iuriſdictionis; modo tamen duo concurrant. Vnum eſt, vt feratur de conſenſu partium, qui quoad id iuri ſuo cedere poſſunt in ipſorum fauorem eo. cap. vt litigantes. latum. Alterum vero eſt, vt ius ibi dicatur, etiam de conſenſu eius, ad quem iuriſdictio eius loci ſpectat.

4 Ritè præterea quis delegat cauſam vt audiatur & expediatur in loco, in quo delegãs ipſe poterat eam audire & expedire, eſto dum delegat, ſit extra locum ſuæ iuriſdictionis, ibique reſcriptum talis delegationis conficiat. Ita habetur l. vlti. ff. de offic. præfect. vrb. l. 17. tit. 4. part. 3. & affirmant gloſſa 1. l. præſes. 2. de offic. præſ. item gloſſ. cap. nouit. de offic. leg. in fine, & doctores communiter.

5 Quando autem Rex diſtinctas habet prouincias, quarum ſingulæ ſuum regimen habent, vt Rex Philippus habet Caſtellam, cum prouincijs eius regimini annexis, Luſitaniam cum regimine diuerſo, & Aragoniam cum regimine item diuerſo, non debet iudices conſtituere hominibus de vna prouincia in alia, vt extra ſuam prouinciam ius illis dicatur, etiam in gradu appellationis, ſed in ſua propria prouincia debet iudices illis conſtituere, tam ordinarios, quàm delegatos, quos creare poteſt conſtitutus in alia prouincia, atque hoc tantum eſt, quod affirmant gloſsa 1. l. præſes. 2. citata, Bal. & Panor. quos Greg. Lop. l. 17. citata, gloſſa vlt. refert ac ſequitur, recteque cum Panorm. Greg. Lopez ibi affirmat, ea attinentia ad vnam prouinciam, quæ vocatione partium non indigent, expedire optime poſse principem dominum diuerſarum prouinciarum in alia prouincia, in qua ſedem habeat, aut ad quam deueniat, vt vſu eſt receptiſſimum in prouincijs Regi Philippo ſubiectis.

Atque obſerua, varie regem comparare dominium diuerſarum prouinciarum. Primò iure hæreditario, aut per matrimonium Regis vnius prouinciæ cum Regina domina alterius prouinciæ. Tunc autem regimina manere debent diſtincta, vt antea erant. Neque princeps poteſt quicquam mutare in vna prouincia, quod ſit contra ius regni illius prouinciæ, iuxta iuriſdictionem in eum Regem in ſuoſve anteceſsores ab ea prouincia collatam, niſi propter aliquam culpam iuſte in pœnam id fiat. Atque de eiuſmodi prouincijs potiſſimum eſt nobis paulo antea habitus ſermo. Secundo iure belli, idque dupliciter. Vno modo, bello paulatim ſubijciendo vnam prouinciam, eamque vniendo antecedenti. Sic ex Aſturiis & Legione Pelagius & ſucceſsores paulatim extraxerunt de Maurorum poteſtate prouincias Caſtellæ, tum veteris tum etiam nouæ, ac Beticam. Atque quando hoc modo variæ prouinciæ bello comparantur, vnum ſolet eſſe regimen omnium, vt eſt hodie omnium harum prouinciarum: tametſi varia prætoria ſint conſtituta, ad quæ via appellationis accedatur, & ſit vnum ſupremum regium conſilium omnibus his prouinciis commune. Altero vero modo bello ſubiicitur prouincia aliqua multum diſtans, quæ congrue gubernari non poteſt ſimul cum alia, ſiue paulatim ſiue ſimul bello comparetur, ita vt partibus ius dicatur, etiam in gradu appellationis, extrahendo illas de ea prouincia. Atque tunc, quamuis princeps, qui bello iuſto illam ſubiicit, mutare poſſit de priſtino eius reipublicæ regimine, quod expedire iudicauerit, etiam in eo illam puniendo, ſi culpa eius prouinciæ ea etiam pœna fuerit digna, regimen tamen in illa reſtituere ac relinquere debet, vel antiquum, vel ex parte mutatum: atque ex alia prouincia, in qua ipſe exiſtat, diſponere poterit, quæ voluerit, dummodo partibus ius intra ſuam prouinciam dicatur, etiam in gradu appellationis, præſertim ſi non ſine magno ſuo diſpendio partes alio in gradu appellationis accedere poſsent, vt regulariter fieri videmus.

Item vt delegatio valida ſit, neceſse eſt, vt cauſa delegabilis ab eo ſit, qui illam delegat, vt ex ſe eſt notiſſimum, & habetur l. decimaſeptima, tit. quarto, part. tertia. Quæ autem cauſæ à quibus delegari non poſſint, eſto de illis ipſi tanquam ordinarii iudices cognoſcere poſſint, diſputatione ſequenti explanabitur.

DISPVT. 17.

Quas cauſas delegare non poſſint iudices ordinarij. Et num quo ad id diſcrimen ſit inter ius canonicum & ciuile.

SVMMARIVM.

1 *Ea quæ ad merum ac mixtum imperium pertinent, nec iudicibus ciuitatum competebant, ſed ſolis præſidibus prouinciarum, delegari non poſſunt, ſed ſolum ea quæ iudicibus ordinarijs ciuitatum competebant.*

2 *Refellitur obiectio in contrarium.*

3 *A Principe frequenter delegantur cauſæ meri imperij capitales.*

4 *Cauſæ meri ac mixti imperij, quæ ordinarijs infra ſũmum Pontificem competunt, poſſunt delegari.*

De iure Cæſareo, ea quæ ad merum ac mixtum imperium pertinẽt, nec iudicibus ciuitatum cõpetebant, ſed ſolis præſidibus prouinciarũ, & quibuſdã aliis iudicibus ordinariis, iuxta ea quæ diſput. 6. copioſè explanata ſunt, delegari non poſſunt, ſed ſolum ea quæ iudicibus 1

bus ordinarijs ciuitatum competebant,vt patet.l. 1. ff.de offic.eius cui mandata eſt iuriſdictio, & l. nemo poteſt gladij.ff.de reg.iur.iuncta.l.2.C.de ped. iud.& l.18.tit.4.par. 3. Quoad eas enim cauſas electa cenſetur perſona iudicum ordinariorum, qui de eis cognoſcunt,eaque de cauſa delegare eas alijs nō poſſunt,vt cum Claudio ait Iul.Clar.lib.5. ſentent. §.vlt.q.41.num.1.Item iuriſdictio,quoad cauſas ciuiles,quæ excedebant valorem trecentorum aureorum,videbantur eſſe ſolidi, quibus Caſtellanos reſpondent,& competebāt maioribus iudicibus, non verò rectoribus ciuitatum,iuxta ea quæ Diſputat. 6. dicta etiam ſunt,delegari non poſſunt, vt habetur. l. 2.& l.18.citatis.Conceſſum verò eſt in caſu neceſſitatis ob iuſtam abſentiam, intellige, aut etiam ob morbum,delegare ea quæ erant mixti imperij & cōpetebant iudicibus illis maioribus, qui illuſtres aut ſuperilluſtres nuncupabātur,vt cauſam mortis,mutilationis,amiſſionis libertatis, quin & ciuitatis, ſolum tamen quoad cauſæ cognitionem infra ſententiam: nam ſententia harum cauſarum ferenda eſt à iudice ordinario illam delegante,& non à iudice delegato. Ita habetur.l.1.ff.de offic.eius cui mand. eſt iuriſd.iuncta l.2.C.de ped.iud.& habetur l.18. citata. Delegare verò proconſules concedebatur extra caſum neceſſitatis cognoſcere de eiſdem cauſis, infra ſententiam,iuxta.l.ſolet.& l.legatus.ff. de offic. proconſ.vt in ſuperioribus dictum eſt. Conceſſum item eſt,cauſas mixti imperij,quæ competebant iudicibus totius prouinciæ, & denegabantur rectoribus ciuitatum,vt tutores aut curatores conferre,itēque cauſas ciuiles excedentes valorem trecentorum aureorum,mittereque in poſſeſſionem bonorum,iudices ordinarios delegare alios poſſe, ita vt delegati poſſent illas ad debitum finem perducere,modo tamen iudex ordinarius,tot alijs negotiis eſſet impeditus, vt has cauſas commodè expedire non poſſet, vel haberet iuſtum impedimentum legitimæ abſentiæ aut morbi. Ita habetur.l.2.C.de ped.iud.& l.18. citata,quæ illam difficillimam legem ſecundam exponit. Reliquas verò omnes cauſas, etiam minores iudices ordinarii de iure ciuili delegare omnino poſſunt,vt habetur duobus iuribus proximè citatis, iuxta.l.1.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.& conſentiunt doctores communiter.

2 Neque aliquis aduerſus prædicta nobis obiiciat. cap.in Archiepiſcopatu, de raptoribus. Quo in loco Rex Siciliæ Epiſcopis delegauit cauſas meri & mixti imperii circa Saracenos, qui in ea inſula commorabantur,& rapiebant mulieres & pueros, eiſq; abutebantur. Nam quamuis ordinarii principe inferiores delegare non poſſint cauſas meri & mixti imperii, princeps tamen optimè eas poteſt delegare,vt ex ſe eſt notiſſimum, & affirmat Iul. Clar.lib. 5.ſentent.§.vltimo.quæſt.41.num.1. Neque refert, quod Siciliæ Rex feudatarius ſit ſummo Pontifici: quoniam,vt Couar.3.variarum reſolut.cap.20.n.2. rectè ait, id non impedit, quominus ſimpliciter ſit princeps ſupremus ad leges condendas, & ad cætera omnia,quæ ad adminiſtrationem eius regni ſpectant. Cum autem ſeculares iudices deſides eſſent in inueſtigandis ac puniendis illis criminibus, vt in bonum eccleſiæ ſalutemque animarum par erat, conquerentibus prælatis, cauſas illas Rex Siciliæ eis delegabat: quod efficere non ad canonicum ius, ſed ad poteſtatem regiam ac ſecularem attinebat, neque vi eius diſpoſitionis canonicæ licuit, neque ſummus Pontifex id ſibi diſponit, ſed facto ſuppoſito, conſultus ibi ab Epiſcopis eius prouinciæ fuit, quouſque ex commiſſione illa ipſis liceret progredi ad pænas pro tanto flagitio imponendas.

Reſpondet verò ſummus Pontifex eos progredi A poſſe ad pænas pecuniarias, & ad pænam flagellorum,non verò ad pænam mortis neq; mutilationis, ſed quando tales pænæ eſſent imponendæ, remittere eos debere ad Regem eas cauſas. Licèt autem eccleſiaſtici implicare ſe non debeant negotiis ſecularibus,qualia illa erant, id tamen intelligendum eſt, quando ſufficienter per alios expediuntur, & non tantum intereſt bono eccleſiæ & animarum expediri,quantum illa expediri intererat.

Hodie à principe cauſę meri imperii capitales frequenter delegantur,dum ad inquirenda ac puniēda grauia crimina in hoc regno mittuntur *peſquiſidores*, quos vocant, & interdum *Alcaldes de corte*, qui iudices ſunt delegati, quoad eas cauſas. Quod ſi de eiuſmodi delegatis à principe, ſupremoque eius ſenatu,loquatur,Iul.Clar.quæſt. 41. citata numero 1. dum cum Canol.ait,hodie de generali conſuetudine indiſtinctè omnes cauſas meri & mixti imperii delegari,etiam capitales, ſi, inquam, de his delegatis loquatur,ſanè ad rem non loquitur. Si verò de delegatis à iudicibus ordinariis,non video quam introductum conſuetudine id ſit,eritq; in vnoquoque regno aut prouincia addiſcendum,num conſuetudine ſit introductum,& quouſque. 3

Vtrum autē eiuſmodi delegati à principe ad has cauſas meri imperii ſubdelegare eas poſſint. Quicquid dixerint multi,quos Iul.Cla.vbi ſup.n.3.refert & quos refert ac ſequitur Marāta,de ord.iud.p.4.d. 5.n.63.negāter proculdubio cū eo.Iul.Clar.& aliis eſt reſpōdendum. Quoniam induſtria perſonæ delegatę ad rem tanti momēti videtur electa, quæ proinde ſubdelegare eā cauſam non poteſt. Et quoniam, quod iis iudicibus ordinariis, quibus cauſæ meri & mixti imperii committuntur, iure ciuili eſt denegatum, cenſendum non eſt concedi delegatis iudicibus,niſi in ipſorū delegatione exprimatur. Hęc de primo eorum, quæ in titulo ſunt propoſita.

Quod verò ad ſecundum attinet, communis ſententia gloſſæ,& Panormit.cap.quod ſedem,de offi. ordin.atque aliorum,quos refert Couar.3.variarum reſolut.cap.2.& quam latiſſimè ibi diſputat, atque amplectitur, eſt, cauſas meri ac mixti imperii, quæ ordinariis infra Summum Pontificem,iuxta ea quæ diſputat.6.& 7.dicta ſunt,competunt, poſſe delegari: atque in eo canonicum ius à ciuili differre,idemque affirmat Maranta vbi ſuprà. num. 62. Suffragantur iura multa canonica, quæ Couarr. vbi ſuprà expendit. 4

DISPVT. 18.

Nudum aliquod miniſterium quando lege,priuilegio,aut alia ratione,alicui muneri,vt prælati,annectitur,an poſſit delegari. Et num derogatum ſit hodie facultati abſoluendi in foro conſcientiæ à crimine hæreſis occulto, & ab alijs criminibus de cæna Domini, Epiſcopis à Trid.Conc.conceſſę. Et quando nudū miniſterium,non annexum alicui muneri,conceditur,num delegari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Quando lege aut priuilegio conceditur,vt habens tale munus poſſit nudum aliquod miniſterium exercere, ita quòd id priuilegium ſit illi muneri adiunctum, eo ipſo poterit id delegare,niſi in conceſſione,ne id deleget, expreſſum ſit.*

Num

2 *Num derogatum ſit hodie facultati abſoluendi in foro conſcientiæ à crimine hæreſeos occulto, & ab aliis criminibus de cœna Domini Epiſcopis a Tridentino concilio conceſſæ.*

3 *Quando conceditur exercere miniſterium aliquod, non annectendo id muneri alicui, quaſi id munus ſequatur, tunc is, cui id conceditur, non poteſt delegare uſum eius miniſterij alicui alteri.*

1 QVando lege aut priuilegio conceditur, vt habẽs tale munus poſſit nudum aliquod miniſterium exercere, vt abſoluere tales vel tales percuſſores eccleſiaſticorum in tali vel tali euentu ab excommunicatione, diſpenſare cum talibus in irregularitate, aut in irregularitatibus aliquibus, vel in ſuſpẽſionibus, ita quòd id priuilegium ſit illi muneri adiunctum, quaſi habens id munus, vt Epiſcopi, vel talis aut talis prælaturæ, aut magiſtratus, eo ipſo id poſſit, ſanè is eo ipſo poterit id delegare, niſi in conceſſione expreſſum ſit, vt per ſe ipſum id efficiat. Atque, ſi canonico iure ſit id cõceſſum, poterit id delegare, etiamſi ad merum & mixtum imperium pertineat in gradibus iure ciuili delegari non conceſſis, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt. Ita colligitur apertè ex. cap. vltim. de offic. ord. & affirmant gloſſa & Panormitan. ibi, Sylu. verb. abſolutio. 4. num. 6. Couar. 3. variar. reſolut. cap. 20. num. 5. & plerique alij, quos citant. In eo autem capite dicitur, eos, qui ex officio abſoluere in aliquibus euentibus poſſunt ab excommunicatione ob percuſſionem eccleſiaſticorum, vt quia eorum muneri eſt id annexum ac conceſſum, iuxta ea, quæ tractatu 3. Diſputat. 58. copioſè explanata ſunt, poſſe alijs committere ſeu delegare, vt ab eadem excommunicatione abſoluant: porrò excommunicare illo modo ad ſecundum gradum meri imperij pertinet, & abſoluere ab ea excommunicatione ad eundem gradum mixti imperij videtur attinere, iuxta ea quæ diſputat. 6. & 7. dicta ſunt. Ratio autem cur illi delegare alijs id miniſterium poſſint, hæc eſt: Quoniam eo ipſo, quòd poteſtas illa exercendi id miniſterium eſt tali muneri annexa, efficitur poteſtas quaſi ordinaria, vt poteſtas ordinaria eſt munus ipſum, cui id annectitur, eaque de cauſa delegari poteſt illius exercitium. Iuxta hanc doctrinam tractatu 3. diſputat. 60. diximus, prælatos religioſorum, qui abſoluere ſibi ſubditos poſſunt ab excommunicatione ob manus violentas in eccleſiaſticos iniectas, poſſe aliis delegare illos abſoluere.

2 Ex hac veriſſima doctrina hactenus tradita, Antonius Cordub. in ſuo tractat. caſuum conſcientiæ. qu. 8. colligit, Epiſcopos hodie poſt commiſſionẽ in concilio Tridẽtino ſeſſ. 24. c. 6. de reformatione eis factam, poſſe concedere cuicunque confeſſario, vt abſoluat monialem ſui epiſcopatus à crimine hæreſis occulto, habita tamen notitia caſus in particulari, eſto ei non detegatur monialis illa. Multa tamẽ vir ille doctus non videtur attendiſſe. Primum eſt, iam hodie per clauſulam illam Bullæ cænæ Domini, quę poſt concilium Tridẽtinum à Pio V. à Greg. XIII. & à cæteris ſummis Pontificibus apponitur, & quæ ante concilium Tridentinum non apponebatur, nẽpe; *non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs, etiam a cuiuſuis concilij generalis canonibus conceſſis*, &c. ſublatam eſſe ab Epiſcopis, & à vicariis ad id Epiſcopis deputatis, facultatem abſoluendi à caſibus in bulla cœnæ Domini reſeruatis, quæ illis à concilio Tridentino fuerat conceſſa: de numero autem eorum caſuum eſt crimen hæreſis, excommunicatióve ob illud incurſa. Interrogatus verò Grego. XIII. an mens ipſius eſſet, per eam clauſulam facultatem illam reuocare, affirmanter reſpondit, vt in hac. 2. 2.

A in materia de hæreſi. q. 11. art. 4. retulimus. Quo fit, vt hodie Epiſcopi, eorumque vicarij ad id deputati, abſoluere non poſſint ab hæreſi, & à reliquis caſibus in bulla Cænæ Domini Summo Pontifici reſeruatis.

Secundum eſt, doctrinam, ex qua id colligit, intelligendam eſſe, quando in conceſſione exequutionis eius miniſterij non apponuntur verba, quibus intelligatur eligi fidem ac induſtriam perſonæ, quæ ei muneri præficitur, cui exequutio eius miniſterij annectitur. Si enim concedatur generali alicuius religionis, vt per ſe ipſum poſſit diſpenſare cum ſuis ſubditis in tali irregularitate, aut eos abſoluere à crimine hæreſis, ſanè eam facultatem delegare aliis nõ poteſt, ſed per ſe ipſum ſolum poteſt ea vti, adden-

B do namque in conceſſione talis facultatis, vt per ſe ipſum ea vti poſſit, ſatis innuitur fidem, prudentiam, ac induſtriam perſonæ, quæ ei generalatus muneri præficitur, eſſe electam: quæ regulariter eo ſolet aptior ac prudentior ad id eſſe, quo altiori muneri præficitur. In re autem, de qua diſputamus, in cõcilio Tridentino. cap. 6. citato, ſatis apertè innuitur, quoad reliquos caſus ibi conceſsos, electam eſſe perſonam ſolius Epiſcopi aut uicarii ad eos ſpecialiter deputati: ad caſum vero hæreſis electam eſſe perſonam ſolius Epiſcopi, dum quoad reliquos caſus ſic capite illo ſexto citato dicitur. *Liceat Epiſcopis in quibuſcunque caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in diæceſi ſua per ſe ipſos, aut uicarium ad id ſpecialiter deputan-*

C *dum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pænitentia ſalutari.* Et dum quoad hæreſis crimen ſic ſubiungitur: *Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum vicarijs, ſit permiſſũ.* Neque ſatisfacit reſponſio Antonii Cordubẽſis, quòd concilium ſolum prohibet præficere vicarium in caſu hæreſis, non vero delegare per ſe. Primò, quoniã illicitum eſt interpretari concilium Tridentinum, idque ſub pæna excommunicationis ipſo iure incurrendæ, dum de tali ſenſu ex verbis textus concilii nõ conſtat, nedum vim verbis concilii inferendo, vt ea Antonii Cordubenſis expoſitio eis perſpicuè infert. Secundò, quoniam verba illa; *per ſe ipſos, aut per uicarium ad id ſpecialiter deputandum*; in priori illa parte, apertè denotant, induſtriam Epiſcopi aut talis uica-

D rii eſſe electam, ita vt vicarius delegare aut ſubdelegare non poſſit: alioquin non illo modo diceretur, ſed diceretur, poſſint ipſi & vicarii ad id ſpecialiter deputati: quare idem eſt in poſteriori illa alia parte caſus hæreſis, in qua vicarii excluduntur.

Tertiò, quoniã Antonii Cordubenſis opinio, vt minimum ante declarationem ſummi Pontificis certa eſſe non poteſt: in dubio autem nefas eſt vti iuriſdictione, de qua non conſtat collatam eſſe præſertim vbi excommunicatio eſt annexa. Item ſi Antonii Cordubenſis opinio vera eſſet, non haberet locũ in ſolo moniali, ſed etiam in quocunque alio hæretico occulto, ſiue impeditus eſſet accedere ad Sedem Apoſtolicam, ſiue non, quippe cum ea conceſſio cõ-

E cilii Tridentini abſoluta ſit, neque in ea apponatur conditio, ſi abſoluendus impedimentum habeat ad accedendum ad Apoſtolicam Sedem. Item quod adducit de impotentia monialis ad accedendum ad Sedem Apoſtolicam pro abſolutione, vt abſolui ab Epiſcopo per ſe aut per perſonam ab eo delegatam poſſit, locum non habet in excommunicatione, quæ clauſulam habet adiunctam, vt in nullo alio euentu abſolui poſſit ab alio, quam à ſummo Põtifice, præterquam in articulo mortis, vt habet excommunicatio pro crimine hæreſis impoſita, iuxta ſecuriorem ac veriorem opinionẽ, vt trac. 3. in calce diſp. 64. dictũ eſt: & in crimine hæreſis, ſecluſo priuilegio & cõceſſione particulari, nullus abſoluere au-

D 2 debit,

debit, præterquam in articulo mortis, ob ſolum impedimentum accedendi ad ſedem Apoſtolicam.

3 Quando autem conceditur exercere miniſterium aliquod, non annectendo id muneri alicui, quaſi id munus ſequatur, tunc is, cui id conceditur, non poteſt delegare vſum eius miniſterij alicui alteri. Excipitur, quando conceditur legato ſedis apoſtolicæ tale quid, vt diſpenſare in irregularitatibus, & ſimilia facere, quæ non ſunt annexa muneri talis legati, ſed indigent peculiari conceſſione ſummi Põtificis, iuxta ea quæ Diſputatione 9. dicta ſunt: ea enim omnia, quæ legatis ita concedũtur, delegare ea poſsũt. Vtrumque habetur expreſsè cap. vlt. de offic. deleg. & affirmant Panorm. ibi, Sylu. verb. deleg. num. 10. Couar. cap. 20. cita. & doctores communiter. Vnde in nullo paragraphus ille aduerſatur capiti vlt. de offic. ordin. ſuprà citato: loquuntur quippe duo illa iura in longè diſtinctis euentibus, vt ex dictis in hac diſputatione conſtat. Vnde ſi alicui committatur prædicare cruciatam, excommunicare, vel abſoluere, diſpenſare cum irregularibus, iniungere pœnitentias, diſpenſare in votis, aut illa commutare, vel quid aliud ſimile facere, niſi legatus ſit ſedis apoſtolicæ, eſtò ab apoſtolica ſede id ei ſit commiſſum, & eſtò in priuilegium conceſſum ſit omnibus de aliqua aut de aliquibus religionibus, delegare alteri id non poſſunt.

DISPVT. 19.

Iuriſdictio ordinaria non expirat, etiam re integra expirante in concedente iuriſdictione. Iuriſdictio verò delegata, re integra, expirat in delegato expirante in delegante iuriſdictione: ſecus re non integra. Et quando res integra dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ordinaria non exſpirat morte eius, qui illam conceſſit, aut aliter expirante iuriſdictione in concedente, etiamſi is, cui collata fuit, nihil illius exercuerit.*

2 *Iuriſdictio delegata, cum non radicetur in delegato, expirat in delegato, ſi delegans re adhuc integra moriatur, aut quauis alia ratione amittat iuriſdictionem.*

3 *Quando res delegata dicatur eſſe non integra ad effectum, vt perpetuata ſit iuriſdictio in delegato, neq; eſſe in eo deſinat, eſtò eſſe deſinat in delegante, & alia dubia circa id ipſum.*

4 *Cum multæ cauſæ alicui delegantur, ſi citatio circa omnes ſit facta, perpetuatur iuriſdictio circa omnes: ſi verò circa vnam tantùm cauſam ſit facta citatio, ſolùm circa illam perpetuatur iuriſdictio.*

5 *Quando aliquis lege conſtituitur delegatus, tunc quã diu illa lex perſeuerat, durat quoque iuriſdictio ea lege conceſſa.*

1 Conſequenter eſt explicandum, quãdo in delegato iuriſdictio delegata expiret. Ordiendum tamen eſt à diſcrimine ſcitu digno ac neceſſario, quod ea in re eſt inter iuriſdictionem ordinariam ac delegatam. Vt autẽ Panorm. cap. relatum. de offic. deleg. num. 6. ait, & cõſentiunt cæteri doctores communiter, quos Maranta de ord. iud. par. 4. diſt. 5. num. 56. refert ac ſequitur, hoc eſt diſcrimen inter iuriſdictionem ordinariam & delegatam. Quòd iuriſdictio ordinaria non

A expirat morte eius, qui illam conceſſit, aut aliter expirante iuriſdictione in eo, qui illam conceſſit, etiã ſi res ſit integra, iſq; cui collata fuit, nihil illius exercuerit, neque acceſſerit ad locum, ad quem ad illam exercendam deſtinabatur. Ita argumento à contrario ſenſu colligitur ex. l. & quia. ff. de iuriſdic. omn. iud. Rationem verò reddit Panorm. vbi ſuprà, quoniam iuriſdictio ordinaria radicatur in ordinario, cui eſt conceſſa, tanquam quid proprium illius, habetque rationem gratiæ tanquam dignitas ei cõceſſa, iuxta clem. 2. de reſcr. gratia autem non expirat morte concedentis, aut expirante aliter in illo iuriſdictione, vt patet. c. ſi cui. de præb. lib. 6. Item quoniam ad efficaciam priuilegij ac gratiæ ſatis eſt, quod ad notitiam priuilegiati perueniat, vt habetur. c. 1. de conceſ. præb. lib. 6. gratiaque & priuilegium vim habẽt,

B etiam ſi ſolo verbo ſint conceſſa, vt conſtat clem. dudum, de ſepul. illis verbis, *vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias uerbo ſeu ſcripto conceſſa*. Lege quæ tractatu 2. diſp. 599. dicta ſunt, & quæ diſputatione ſequenti dicentur. A doctrina tamen tradita excipitur, quãdo iuriſdictio ordinaria eſt vicarijs generalis cõſtituti ab eo, cuius eſt vicarius, & qui præcipuè hẽt eam iuriſdictionem ordinariã: quouis. n. modo ceſſante iuriſdictione in principali, ceſſat continuò iuriſdictio in tali vicario, etiam quoad negotia cœpta, excepto vno aut altero euentu in vicarij correctorũ huius regni, vt hæc omnia Diſp. 10. 11. & 13. dicta ſunt. Excipe item in iudicibus ad nutum amouibilibus, creatis à poſſeſſore maioratus, & in alijs ſimili-

C bus miniſtris ad nutum amouibilibus ab eiſdẽ creatis: in his enim mortuo poſſeſſore maioratus, qui illos creauit, reque adhuc integra, credo illos omnino ceſſare, iuxta ea quæ diſp. 12. dicta ſunt. Si verò res non eſſet integra, ceſſarent ad effectum vt amoueri poſſent, ſed perſeuerarent quouſq; alij in ipſorũ locũ accederent, iuxta ea quæ eadẽ diſp. 12. dicta ſunt.

Iuriſdictio verò delegata, cum non radicetur in delegato, neque illam delegatus exerceat vt aliquid ſuum proprium, expirat in delegato, ſi delegans, re adhuc integra, moriatur, aut quauis alia rõne amittat iuriſdictionem. Ita habetur l. & quia. ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. 21. tit. 4. par. 3. c. relatum. c. gratum & cap. licet. de offic. dele. & c. vlt. § vlt. de offi. leg. Quo in loco habetur, ſi legatus ſedis Apoſtolicę cauſam aliquam alicui deleget, & legato egrediẽte pro- 2

D uinciam, res ſit integra, quia delegatus citationem non expedierat, expirare iuriſdictionem in delegato: quoniam per egreſſum legati à prouincia expirat iuriſdictio in eo legato: expirante verò iuriſdictione in delegante, ſi res integra ſit, expirat quoque iuriſdictio in delegato. Eadem doctrina colligitur ex varijs alijs iuribus, eſtque communis doctorum. Vſque adeò autem verum eſt, expirare iuriſdictionem in delegato eo ipſo, quòd, re adhuc integra, iuriſdictio in delegante expirat, vt eſtò delegatus ignoret iuriſdictionem in delegante expiraſſe, & cum ea ignorantia procedat ad citationem atque ad exequutionem rei ſibi delegatæ, non firmetur iuriſdi-

E ctio in delegato, ſed totum, quod delegatus ita egerit, ſit nullum. Ita Panorm. cap. gratum citato, num. 10. Bart. l. & quia, num. 18. & quædam gloſsæ, quas citat. ff. de iuriſd. omn. iud. Greg. Lopez. l. 21. tit. 4. part. 3. gloſsa. 1. in fine communiſque doctorum ſententia.

Eo autem ipſo, quòd perſeuerante iuriſdictione in delegante, res nõ eſt integra, perpetuatur iuriſdictio in delegato, ita vt, eſtò poſt rem non integram iuriſdictio ceſset in delegante, poſſit delegatus progredi in re ſibi delegata, eãque perducere vſque ad debitum finem. Ita colligitur ex iuribus citatis, & ex alijs, quæ in progreſsu citauimus.

Dubium verò eſt, quando res delegata dicatur 3

eſſe

eſſe non integra ad effectum, vt perpetuata ſit iuriſdictio in delegato, neque eſſe in eo deſinat, eſto eſſe deſinat in delegante. Quidam dixerunt, de iure ciuili pro litis conteſtatione coram delegato, & non antea, dici rem non integram ad eum effectum. Atque ſententiam hanc videtur ſequutus Lucius Tertius. ca. relatum citato: quo in loco idem de iure canonico videtur ſtatuere, & idem videtur haberi, l. 21. titul. 4. part. 3. Tametſi ibi gloſſam vlti. exponat Gregor. Lopez, vel per citationem, iuxta l. 35. titul. 18. part. 3. (quæ tamen lex non videtur loqui de iuriſdictione iudicis delegati) & iuxta canonica iura mox citanda. Poſtea verò cap. gratum citato, & cap. vltim. §. vltim. de offic. legat. & alijs iuribus ſancitum declaratumque fuit, per ſolam citationem factam à delegato, dici rem non integram ad eum effectum, perpetuatamque eſſe delegati iuriſdictionem. Atque idem affirmat Bart. l. & quia citata, iuxta textum ibi, communiterque doctorum ſententia, eſſe de iure ciuili: quoniam per vſum iuriſdictionis circa rem delegatam perpetuatur iuriſdictio in delegato: citatio vero autoritate iudicis delegati eſt vſus talis delegatæ iuriſdictionis.

Dubitant verò doctores, num ſit ſatis citationem egreſſam eſſe à iudice delegato, eſto nondum peruenerit ad partem citandam, vt iuriſdictio perpetuata cenſeatur in iudice delegato. Res eſt controuerſa. Et Panor. c. vlt. de offic. leg. num. 11. ſufficere affirmat: quoniam illud verè eſt iam vſus iuriſdictionis circa cauſam delegatam. Certè mihi id non probatur, iuxta ea, quæ cum eodem Panormit. dicemus ad dubium ſequens: neque enim illud eſt citatio, ſed expeditio citationis: iura autem, vt perpetuata cenſeatur iuriſdictio, citationem requirunt.

Vtrum autem per hoc, quod delegatus à principe, ſubdelegauerit cauſam, aut partem cauſæ, cenſeatur in eo perpetuata iuriſdictio. Quidam affirmanter reſponderunt: quoniam illud eſt vſus iuriſdictionis delegatæ. Contrarium vero affirmat Panor. cap. licèt, de offic. deleg. Tum quia illud non eſt vſus iuriſdictionis delegatæ, ſed eſt vſus beneficij legis, quæ concedit, vt delegatus à principe poſſit ſubdelegare. Tum etiam quoniam iura ſonant, ante citationem non cenſeri perpetuatam iuriſdictionem. Qua ratione etiam reijcitur quorundam aliorum opinio, qui aſſeruerunt, per electionem notarij, coram quo cauſa delegata ageretur, cenſeri perpetuatam iuriſdictionem.

4 Quando multæ cauſæ alicui delegantur, vt hęc & illa, ſi citatio circa omnes ſit facta, perpetuatur iuriſdictio circa omnes, etiam ſi in vniuerſali ſit facta, vt pars aut partes comparerent ad videndum, quę delegato ſint commiſſa. Si verò circa vnam tantum cauſam ſit facta citatio, ſolum circa illam perpetuatur iuriſdictio, non vero circa reliquas: niſi vna ſit alteri annexa: nam tunc citatione facta circa eam, cui altera eſt annexa, iuriſdictio, etiam circa annexam perpetuatur. Ita Panor. c. licet de offic. deleg. nu. 5.

Bart. autem l. & quia. ff. de iuriſd. om. iud. nu. 14. ait, quando aliquis delegatus eſt ad vniuerſalitatem aliquam cauſarum, tunc citatione facta circa vnam earum, perpetuatam eſſe iuriſdictionem circa omnes. Vnde colligo, vicarios Epiſcopos foraneos nõ amittere iuriſdictionem morte Epiſcopi, etiã quoad cauſas nondum cæptas, ſed poſſe continuare munus ſuum ſede vacante, quouſque à capitulo ſuſpendantur, aut amoueantur. Si tamen aliquis ex eiuſmodi vicarijs munus quidem ab Epiſcopo accepiſſet, ſed ante mortem Epiſcopi nihil exequutioni mandaſſet, tunc morte Epiſcopi expiraret omnino id munus: quoniam tunc res omnino eſſet integra quoad omnes cauſas. Idem dic de quocunque alio delegato ad vniuerſalitatem aliquam cauſarum.

Hoc loco obſerua, ſi munus aliquod delegatum ad ea eſſet, quæ citatione non indigent, vt ad viſitandam prouinciam aliquam religioſorum, aut ad aliud ſimile, tunc prima muneris illius exequutione circa aliquid eorum, ad quæ id munus ſe extendit, cenſeri iuriſdictionem perpetuatam quo ad omnia.

5 Quod dictum eſt iuriſdictionem ſcilicet delegati expirare, re integra, morte delegantis, aut alia via iuriſdictione expirante in delegante, intelligendum eſt, niſi aliquis lege conſtituatur delegatus: tunc enim quamdiu ea lex perſeuerat, durat quoque iuriſdictio delegata ea lege conceſſa. Ita Panormitan. & alij cap. irrefragabili. §. cæterum, de offic. ord. Quo fit, vt quotieſcunque in concilio Tridentino, aut alibi, Epiſcopis committitur, vt in aliquo procedant tanquam ſedis apoſtolicæ delegati, perpetuo cum iuriſdictionem habeant eo ipſo, quod Epiſcopi creati ſunt, eſto mortui ſint conditores eius legis, mortuuſque ſit ſummus Pontifex, qui erat tempore, quo ea lex lata fuit, ipſique poſtea creentur Epiſcopi, neque diſpoſitio eius legis fuerit vnquam antea exequutioni mandata, quia non occurrit euentus, in quo id locum haberet.

DISPVT. 20.

Gratia quando morte, aut aliter expirante in concedente iuriſdictione, etiam re integra non expiret, & quando expiret, etiam re non integra. Et num delegati exequutores quoad aliquam gratiam, morte eos delegantis, etiam re integra, non expirent.

SVMMARIVM.

1 *Delegati iuriſdictio morte eam concedentis, aut aliter in eo iuriſdictione exſpirante, re integra in delegato exſpirat, niſi quoad aliquam gratiam factam deputati ſint iudices aliqui executores illius.*

2 *Gratia iam facta neque re integra exſpirat, neque per conſequens poteſtas delegata executorum ad illam ad effectum perducendam; at gratia nondum facta re integra exſpirat.*

3 *Si alicui concedatur facultas aliquid faciendi, vt gratia ac priuilegium eius, cui talis facultas conceditur, tunc morte concedentis re integra non exſpirat ea gratia. Si verò alicui concedatur facultas, non vt gratia eius, cui talis facultas conceditur, ſed vt gratia, quæ per eum alijs fiat in futurum, tunc morte concedentis ea gratia re integra non exſpirat.*

4 *Quando gratia facta eſt illi, cui facultas aliquid faciendi eſt conceſſa, vt id circa ipſum ab alio fiat, tunc gratia non exſpirat morte concedentis. Si verò gratia ſolum eſt mandatum, vt id circa ipſum in particulari fiat, non eſt gratia facta, ſed in futurum illi facienda, & ideo re integra exſpirat morte concedentis.*

5 *Quando religioſis conceditur facultas aliquid faciendi, eſt gratia ac priuilegium, quod morte concedentis non exſpirat, etiam quoad ea quæ integra adhuc ſunt.*

6 *Si gratia concedatur hac uel ſimili forma; Vſque ad meum beneplacitum, tunc morte concedentis exſpirat, & antea, ſi illam antea reuocauerit.*

7 *Si abſolutè concedatur, non exſpirat morte concedentis.*

8 *Si gratia à ſummo Pontifice concedatur ſub hac vel ſimili forma, Dum hæc fuerit Sedis Apoſtolicæ uoluntas, tunc morte concedentis non exſpirat.*

9 *Pontifices Romani in craſtino ſuæ confirmationis ſolent reuocare gratias omnes circa beneficia à ſuis anteceſſoribus factas, quæ ſcilicet adhuc ſunt integræ.*

1 INcipiendo ab vltimo eorum, quæ propoſita ſunt, quod dictum eſt, delegati iuriſdictionem morte eam concedentis, aut aliter in eo iuriſdictione expirante, re integra in delegato expirare, intelligendum eſt, niſi quo ad aliquam gratiam factam deputati ſint iudices aliqui exequutores illius. quoniam ſicut gratia facta re integra non expirat morte illam concedentis, vt habetur. ca. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. lib. 6. & c. ſi cui, de præb. lib. 6. ſic etiam nec poteſtas ad id talium exequutorum expirat re integra per mortem aut amiſſionem aliter iuriſdictionis, illos ad exequutionem talis gratię concedentis: ea enim poteſtas ipſorum delegata, vt acceſſoria eſt gratiæ iam factæ, vt ad effectum exequutionis contra rebelles perducatur, aut defendatur, ſic naturam eiuſdem gratiæ iam factæ quo ad hoc ſequitur, vt ſicut ea gratia morte eius qui illã conceſſit, aut aliter ceſſante in eo iuriſdictione, non expirat, ita neque ex illo eodem capite re integra expirat iuriſdictio eis exequutoribus ad id delegata. Ita habetur expreſſe c. ſi ſuper gratia citato, vbi hæc ipſa ratio redditur: quare ea iuriſdictio delegata non expiret re integra morte delegantis, cum tamen alioquin expirare debuiſſet. Hinc ſi literæ expediantur, quibus alicui beneficium aliquod conceditur, aut quibus alicui collegio beneficium aliquod vnitur, vel quibus illi vniuntur reditus alij eccleſiaſtici, & exequutores in eis deſignentur ac concedantur, ſanè poteſtas eorum delegata, re etiam integra, non expirat morte aut amiſſione aliter iuriſdictionis illos concedentis: quoniam illi exequutores ſunt gratiæ illius iam factæ, iuriſdictioque proinde eorum naturam quo ad id ſequitur gratiæ factæ, cui annectitur atque aſſiſtit.

2 Eſt autem diligenter attendendum, an gratia ſit iam facta, an verò facienda in futurum. In primo. n. euentu, neque ipſa gratia re integra expirat, neque per conſequens poteſtas delegata exequutorum ad illam ad effectum perducendam ac defendendam. In ſecundo verò euentu, & gratia ipſa nondum facta re integra expirat, & per conſequens iuriſdictio legata exequutorum ad illam conceſſorum multo magis expirat. Vtrumque habetur expreſsè. cap. ſi cui. de præb. lib. 6. Atque in re, de qua ibi agitur, habemus accommodatiſſimum exemplum ad faciliùs iudicandum, quando gratia cenſeatur iam facta, & quando cenſeatur nondum facta, ſed in futurum facienda. Ibi enim dicitur, ſi Summus Pontifex alicui concedat gratiam, vt idoneis miniſtris beneficia talia vel talia aut primò vacatura talis eccleſiæ prouideat, non expreſſis perſonis in particulari, quibus illa conferre debeat, cenſeri gratiam iam factam: quoniam ea gratia non cenſetur facta ijs idoneis, quibus in futurum prouiſio eorum beneficiorũ fiet, ſed ipſi prouiſori, ac proinde cenſetur gratia iã illi facta, quo ad eam facultatẽ iam ipſi collatam ea beneficia in futurum conferendi: vnde ſi ſummus Pontifex, qui eam gratiam conceſſit, moriatur re integra antequam exequutio eius gratiæ fiat, non expirat ea gratia iam collatori illi facta, vt in eo capite expreſsè habetur. Per conſequens autem, ſi illum eundem delegaret in exequutorem contra rebelles, quoad exequutionem eius gratiæ, vel aliquem alium, aut aliquos alios, neque illa delegata pote-

A ſtas talium exequutorum re integra expiraret, vt ſatis in eo capite innuitur, & conſtat ex capit. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. lib. 6. In eodem capite ſi cui, ſubiungitur, ſi ſummus Pontifex concedat alicui, vt tali vel tali perſonæ prouideat in tali eccleſia de tali beneficio, aut de talibus beneficiis, non cenſeri gratiam illis factam, ſed faciendam à tali collatore ac proinde ſi ſummus is Pontifex moriatur re integra antequam ea collatio fiat, expirare eam gratiam nondum factam: quoniam gratia illa non eſt prouiſori facta quo ad potentiam ſeu facultatem ea beneficia conferendi, ſed eſt gratia conceſſa vt à collatore fiat in futurum de eis beneficijs ijs ipſis de eis prouidendis, quæ cum nondum ſit facta, expirat re integra morte concedentis vt ita illis fieret. B Quo loco obſerua, ſi ſummus Pontifex aliquem prouiderit de beneficio primò vacaturo in aliqua eccleſia, vt de canonicatu primò in illa vacaturo, tunc quia gratia eſſet iam illi facta, tametſi effectum exequutionis in futurum habitura, tunc non expiraret morte concedentis, iuxta ea quæ hactenus dicta ſunt, & per conſequens, ſi exequutores contra rebelles ac impedientes tradidiſset, neque eorum ad id delegata iuriſdictio expiraret re integra morte eius, qui ita eos delegauit.

3 Hinc, quando alicui conceditur facultas diſpenſandi cum aliquibus, aut aliquid aliud faciendi, diligenter eſt attendendum, num id ſit gratia ac priuilegium eius, cui talis facultas conceditur, vel potiùs ſit conceſſio gratiæ, quam concedens facere ea via ijs C intendit, cum quibus eo modo diſpenſare concedit. Et quidem ſi concedatur, vt gratia ac priuilegium eius, cui talis facultas conceditur, tunc eſto is, qui illam conceſſit, moriatur re integra, non expirat ea gratia ac priuilegium, ſed poterit is, qui eam facultatem accepit perinde diſpenſare, ac ſi mortuus non eſset, qui eam gratiam conceſſit. Vnde religioſi, quibus id priuilegium ipſorum ſimiles facultates cõceduntur, vti eis poſsunt mortuo ſummo Pontifice, qui eas religionibus, aut etiam priuatis earum, in gratiam ac priuilegium eis ipſis conceſſit. Si verò alicui concedatur facultas diſpenſandi cum aliquibus in futurum, aut ſimile aliud faciendi, non vt gratia eius, cui talis facultas conceditur, ſed vt gratia, quæ per eum aliis fiat in futurum, tunc ſi re omnino in- D tegra is moriatur, qui illam conceſſit, cum nullo diſpenſare aut vti ea facultate is poteſt, cui ita fuit conceſsa. Si autem, qui illam conceſſit, moriatur poſt factam cum aliquo aut cum aliquibus diſpenſationem, ſed re adhuc integra cum alijs, cum quibus nondum diſpenſauit, validæ quidem ſunt diſpenſationes factæ ante mortem eius, qui eam facultatem ac gratiam conceſſit, non verò vti is poteſt eadem facultate & gratia ad diſpenſandum, aut ad aliquid aliud faciendum per eam facultatem cum ijs, cum quibus vſus non fuerat ea facultate & gratia. Ita Panormitan. cap. ex tua. de filijs presbyt. numero 4.

4 Quando autem facultas conceditur, vt cum ali- E quo diſpenſetur circa matrimonium, circa votum, circa irregularitatem, aut vt à talibus vel talibus criminibus aut excommunicationibus abſoluatur, vel vt aliquid aliud circa illum in bonum illius fiat, eſt magnopere attendendum, an id ſit gratia iam conceſsa & facta illi, cui ea facultas eſt conceſsa, vt id circa ipſum ab alio fiat, ita quòd facultas ipſa ſibi conceſsa, vt ab alio id circa ipſum fiat, ſit gratia quæ conceditur: an verò ſolum concedatur mandatum alteri, ſeu facultas alteri, vt id circa ipſum in particulari fiat. Et quidem in primo euentu eſt gratia iam facta ei, cui eſt conceſsa, tametſi exequutioni mandanda vlterius ſit per alium, qui iudicare prius debeat, an preces veritati fuerint inni-

xæ, &

xæ,& per conſequens an ea facultas fuerit ſurreptitiè acquiſita & inualida,videreque debeat, ne fortè aliquid legitimè obſtet,quominus ad effectum perducatur, aut qui imponere debeat ſalutarem pœnitentiam & monita ſalutis dare,vel qui aliquid aliud circa id exercere debeat, vt abſoluere ſacramentaliter eum pœnitentem, quem tunc præſentem habeat, à caſibus reſeruatis iuxta ordinis poteſtatem, quam habeat. Cum autem in hoc euentu ſit gratia iam facta, tametſi quoad aliquid exequutioni mandanda per alium, ſanè non expirat morte concedentis. Atque hinc eſt,quòd diſpenſationes circa matrimonia, & circa alia, quæ Romæ conduntur, vel in foro exteriori perſonis in eis nominatis, quæ tamen fiant ab ordinarijs in partibus, examinato prius num preces veræ fuerint,an potius aliquid falſum contineant,vel aliquid fuerit ſuppreſſum,quod eas conceſſiones ſurreptitias efficiat; vel in foro cõſcientiæ committendo diſcreto confeſſori, vt illas circa latorem reſcriptorum, quæ in foro conſcientiæ expediũtur,exequatur,examinato prius, an preces veritati innitantur,& ſeruatis aliquibus, quæ in eis reſcriptis ſeruari præcipiuntur: inde, inquam, eſt, quòd eiuſmodi gratiæ morte concedentis non expirent: quoniam ſunt gratiæ iam factæ ijs ipſis, quibus conceduntur,vt circa illos fiant;& non ſunt nudum mandatum ordinarijs, aut diſcretis confeſſoribus, vt eas diſpenſationes ac gratias illis in futurum efficiant. Et hoc profectò eſt, quod intendere & aſſerere videtur Nauar.lib.5.conſi.titu.33.de priuilegijs conſi.1.num.1. tametſi id non ita plenè ac ſufficienter explicet. In ſecundo verò euentu, quando ſcilicet gratia ſolùm eſt mãdatum, vt quis illam alteri in futurum efficiat,non eſt gratia facta, ſed in futurum illi facienda, eaque de cauſa re integra expirat morte concedentis: atque hoc eſt,quod diſponitur in poſteriori parte capitis ſi cui de præben.lib.6.& quod etiam Nauar.nu.1.citato intendit ac docet.

5 Conſentaneè ad hactenus dicta eſt dicendum, quando à Sede Apoſtolica religioni alicui facultas conceditur audiendi confeſſiones, abſoluendi ab aliquibus reſeruatis, commutandi vota, concionandi,&c. Tunc iuriſdictionem illam in foro conſcientiæ non eſſe propriè ordinariam: quippe cum eis religioſis id non competat ex munere, & officio,quod habeant: ſed neque eſſe propriè delegatam, (tametſi ad delegatam reducatur) eo quòd nõ habeat conditiones iuriſdictionis delegatæ, neque tales religioſi id efficiant nomine ſummi Pontificis,& quaſi vices illius agentes: ſed eſſe gratiam ac priuilegium ipſis in eccleſiæ vtilitatem in ſalutemque animarum conceſſum: quod proinde morte cõcedentis non expirat, etiam quoad ea, quæ integra adhuc ſunt, nondumque exequutione ab ipſis mandata. Ad eccleſiæ namque vtilitatem poteſt optimè ſummus Pontifex eam gratiam idve priuilegiũ illis concedere, eoſque in tota eccleſia ei adminiſtrationi exequutioniue eius nudi miniſterii præficere,ſicut & quoſcunque alios particulares. Idem etiam efficere poteſt quicunque Epiſcopus in ſua diæceſi, non ſolùm religioſis,ſed etiam quibuſcunque priuatis, vt viderit expedire. Neque hi eſſe cenſentur delegati Epiſcopi, quaſi vices eius gerant, ſed id eſt gratia, quam in bonum ſuæ diæceſis pro ſuo munere ac poteſtate concedere illis poteſt,iuxta ea quæ diſpu.24.& ſequentibus explanata ſunt. Ii verò,qui facultatem à parochis accipiunt confeſſiones ſuorum parochianorum audiendi, ſunt propriè illorum delegati,vices eorum ea in parte gerentes: quippe cum parochi poteſtatem non habeant gratiam conferendi, ſed ſolùm loco ſui ſubſtituere poſſint approbatos ab ordinario.Quo fit,vt ceſſante iuriſdictione in parocho, continuò his ceſſet iuriſdictio audiendi deinceps confeſſiones,quã à parocho acceperunt: præſertim cum eiuſmodi confeſſarii, qui à parocho eam facultatẽ ac iuriſdictionem acceperunt, quaſi vicarii parochorum ſint, idem tribunal in foro conſcientiæ cum illo ea in re efficientes.

Gratia ſeu priuilegium, ſi concedatur ſolùm uſque ad certum tempus, aut interim dum hoc aut illud non euenerit,finito eo tempore, aut re illa eueniente, continuo expirat, vt ex ſe eſt notiſſimum: quoniam non in longius tempus ea gratia fuit conceſſa.

Gratia ſeu priuilegium ſi ſub his formis ab aliquo concedatur,vſque ad meum beneplacitum,aut interim dum ea fuerit mea uoluntas, aut dum uoluero,uel dum ita mihi placuerit, aut ad libitũ meæ uoluntatis,tunc morte concedentis expirat, & antea, ſi illam antea reuocauerit. Quia enim in illis omnibus & in aliis ſimilibus loquendi formis ſermo eſt de uoluntate ac beneplacito ſuppoſiti,quod in hoc ſeculo uiuit: eiuſmodi autem uoluntas ſeu beneplacitum morte ceſſat: conſequens eſt,ut cum uita eius,qui id conceſſit, expiret talis conceſſio ac precarium, neque ſit neceſſarius actus contrarius, quo ea conceſſio reuocetur. Ita habetur, l.quarta, ff.locati.cap.ſi gratioſè, de reſcriptis, lib.6.& affirmat communis doctorum ſententia,quam tractatu 2.diſputat.298.§.longè uerò,retulimus. Ibidem §.ſunt uerò,addidimus & oſtendimus, non ſimiliter eam uoluntatem ceſſare ſomno,ebrietate, furia,aut amentia eam gratiam ſeu priuilegium concedentis. 6

Si uerò gratia aut priuilegium abſolutè concedatur, uel ſub his formis, quouſque reuocetur aut interim dum non reuocabitur, vel interim dum eam non reuocauerimus, non expirat morte concedentis; eo quòd, vt ceſſet, reuocatione indigeat, in his omnibus euentibus: reuocatio verò actus eſt contrarius conceſſioni,qui ex eo, quòd concedens moriatur,non cenſetur interuenire. Ita præter l.cum precario.§.vlt.l.quæſitum eſt.§.quod à Titio. ff.de precar. cap.vlt.de precariis, traditur apertè capit.ſi dilectus. §.primo, de offic.deleg. lib.6. & affirmat communis doctorum ſententia,quam Diſput.298. citata retulimus, quibus adde Nauar. libro quinto, conſil.titu.33.de priuileg. conſil.2. de pœniten.diſtinct.6.capit.placuit gloſ.3. & de reditibus eccleſ. Monito.8.quibus in locis multis hæc confirmat,indeque infert, facultatem accipiendi ordines à quocunque quis maluerit epiſcopo alicui conceſſam non expirare morte concedentis, & ſubinde neque reuerendas ritè expeditas expirare morte concedentis,aut amittente illo poſtea iuriſdictionem. 7

Si gratia aliqua, aut priuilegium à ſummo Pontifice ſub hac forma concedatur, interim dum hæc fuerit voluntas Sedis Apoſtolicę & beneplacitũ,vel ſub alia ſimili, tunc morte concedentis non expirat ea gratia,vt habetur cap.ſi gratioſè citato:quoniam licèt per mortem ſummi Pontificis cenſeatur ceſſare quo ad id eius voluntas ac beneplacitum,non tamen cenſetur ceſſare voluntas ac beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, quæ continuatur in ſucceſſoribus in eadem dignitate. Idem eſt de conceſſionibus ſimiliter factis ab epiſcopo, Rege, aut à conſtituto in alia dignitate. De qua re copioſè diximus Diſp. 298.citata,vbi controuertimus ac expoſuimus,quæ hoc loco dici poterant, ea ibi legas, ne inutiliter repetantur.

Quando autem facultas audiendi confeſſiones, aut iudicandi in foro exteriori, conceſſa eſſet vſque ad concedentis beneplacitum, valent geſta interim dum ignoratur tale beneplacitum morte aut alia ratione ceſſaſſe, argumento l.ſi fortè. ff. de offic. 8

fic.preſ. Et quoniam id ita per epicheiam eſt intelligendum fuiſſe mentem concedentis eam gratiam: alioquin irrationabilis (ne iniqua dicam) eſſet voluntas eius, qui nollet eos actus non valere tūc cum diſpendio maximo eorum, circa quos eſſent facti: quod de nulla proba poteſtate publica eſt præſumendum.

9 Illud circa hactenus dicta obſerua, notulam antepenultimam poſt caſum ante gloſſas.cap. ſi ſuper gratia.de offic.deleg.lib.6.affirmare, ſummos Pontifices in craſtino ſuæ confirmationis ſolere reuocare gratias omnes circa beneficia à ſuis anteceſſoribus factas, intellige, quæ effectum non ſunt conſequutæ,& idem affirmat Nauar.capit.ſi quando. de reſcripti.exceptione.20.nume.11. addens poſt Bonifacium octauum ſummos Pontifices conſueuiſſe id efficere.

DISPVT. 21.

Delegatus varijs modis poteſt ſubdelegare. Et quando iuriſdictio tunc in ſubdelegante aut in ſubdelegato expiret. Et quando à ſubdelegato appellandum ſit ad ſubdelegantem. Et quando delegator conſtitutos in dignitate ſub nomine dignitatis, num in ea delegatione ſuccedat, qui ſuccedit in ea dignitate.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus vel ſubdelegat totam cauſam, vt ſibi nihil reſeruet: uel partem cauſæ, reſeruando ſibi partem illius: in priori reaſſumere poteſt ſibi cauſam.*

2 *Si delegatus totam cauſam delegauit cum hac limitatione, ut ſubdelegatus, antequam ſententiam feret, teneatur ipſum uel alium conſulere, tunc re non integra exſpirat iuriſdictio in ſubdelegante.*

3 *Quando delegatus ab ordinario eſſe cęperit æqualis aut maioris poteſtatis in eodem tribunali cum delegante, tunc expirat delegatio in tali delegato.*

4 *Si delegatus partem cauſæ deleget, reſeruando ſibi alteram, tunc per eam ſubdelegationem non exſpirat in eo iuriſdictio, etiam re non integra.*

5 *Quando delegatus integre cauſam ſubdelegauit, ſi à ſubdelegato appelletur, erit appellandum, non ad ſubdelegantem, ſed ad primum delegantem.*

6 *Quando delegatus non integre ſubdelegauit, ſed reſeruando ſibi partem iuriſdictionis, appelletur à ſubdelegato, appellandum erit ad ſubdelegantem, ſi adhuc viuat & non ad delegantem.*

7 *Si ordinarius iudex cauſam deleget, & reſeruet ſibi ſententiam; non aliter poteſt ſententiam ſibi reſeruare, niſi ter eam cauſam audiat.*

1 IN euentibus, in quibus in præcedentibus eſt dictum, delegatū poſſe ſubdelegare, duobus modis poteſt. Vno, ſubdelegando totam cauſam, ita vt nihil illius ſibi reſeruet. Altero, ſubdelegando ſolùm partem cauſę, reſeruandoque ſibi partem illius, vt ſententiam, aut aliquid amplius, vel ſubdelegando cauſam, quouſque duxerit illam ad ſe reuocandum, aut interim dum abſens fuerit, vel cum alia ſimili limitatione, ita quòd aliquid iuriſdictionis in eam cauſam ſibi reſeruet, ſaltem vt ſententiam partialiter cum delegato ferre poſſit.

Si priori modo cauſam ſubdeleget, & res adhuc integra ſit, quia ſubdelegatus nondum iuriſdictione ſibi commiſſa vti incepit, (intellige citatione ſe-
A quuta, iuxta ea quæ Diſput. 19. dicta ſunt) tunc delegans reaſſumere poteſt ſibi cauſam, ſi vel ſubdelegationem reuocet, quod pro libito facere poterit, vel ſubdelegatus re adhuc ita integra moriatur. Vtrumque habetur expreſsè c. quamuis. de offic. deleg. lib.6. vbi hæc ratio redditur, quoniam interim dum res eſt integra, non cenſetur iuriſdictio tranſiiſſe efficaciter in ſubdelegatum. Si uerò res non eſſet integra, quia iam autoritate ſubdelegati pars eſſet citata, tunc eo ipſo expiraſſet omnino iuriſdictio in ſubdelegante, vt habetur cap. ſuper quæſtionum. §. porrò, & apertius, ca. venerabili, in fi. de offi. deleg. Vbi ſubiungitur, eum, qui in eo euentu ſubdelegauit, non poſſe ſubdelegare iterum alium loco illius prioris ſubdelegati: quoniam per primā illam ſub-
B delegationem, re non integra, omnino ipſa expirauit iuriſdictio.

Quòd ſi delegatus totam cauſam delegauit cum hac limitatione, moderamineve, vt ſubdelegatus antequam ſententiam feret teneatur ipſum conſulere, vel aliquem alium, (ſub qua forma poſſe ſubdelegare colligitur ex cap. ſi pro debilitate, iuxta gloſſam ibi verb. te conſulerē, de offic. deleg. notatque ibi Panorm.) tunc ſimiliter re non integra expirat iuriſdictio in ſubdelegante: quoniam iniungendo ſubdelegato id onus, nihil iuriſdictionis ſubdelegās ſibi reſeruat. Atque ſubdelegatus tunc tenetur cō ſulere perſonam ſibi deſignatam, antequam ſententiam ferat; ſi verò illā non conſulat, & ſententiā ferat, nulla eſt ea ſententia: eo quòd lata ſit contra for- 2
C mam ſibi à ſubdelegante traditam. Non tamen tenetur ſequi conſilium eius perſonæ, ſed ſolùm eam audire, vt Panor. vbi ſupra cum Bar. l. 1. §. ſi plures. ff. de exerci. & cum aliis affirmat. Lege quæ tract. 2. Diſp. 614. nu. 4. & 5. dicta ſunt.

Quæ dicta ſunt, intelligi debent de delegato ſubdelegante: non vero de ordinario delegante. Hic enim, eſto totam cauſam delegauerit, & delegatus vti cęperit iuriſdictione, cum tamen quatenus iudex ordinarius iuriſdictionem adhuc ad illam cauſam retineat, poteſt illam reuocare, factaque reuocatione expirat iuriſdictio in delegato: ſicut mortuo in eodem euentu delegato, reuertitur iuriſdictio, aut potius ſemper permanſit in ordinario, qui eam cauſam delegauerat. Ita habetur l. iudicium
D ſoluitur. ff. de iud. libro 21. titu. quarto, par. 3. gloſſa, cap. ſuper quæſtionum. §. porrò, de offic. deleg. Bart. & communis doctorum ſententia, quam Gregor. Lop. l. 21. citata gloſſa. 1. refert ac ſequitur. Et quamuis ordinarius reuocare poſſit cauſam delegatam, ad eamque alium delegare, non tamen debet eam reuocare, vt illam alteri deleget, niſi ex iuſta ac rationabili cauſa, vt abſentiæ delegati, morbi, aut ex alia ſimili. Si tamē etiam ſine rationabili cauſa illam reuocet, credo factum tenere. Atque in hūc modum conciliandas cenſeo contrarias ſententias, quas ea de re Greg. Lopez, vbi ſuprà refert. Obſerua tamen ſi delegatus aliquid efficeret circa cauſam ſibi delegatam poſt reuocationem quidem factam,
E cæterum antequam reuocatio ad notitiam ipſius deueniret, tunc ualida eſſent, quæ ſic reuocationem ignorando feciſſet, iuxta c. audita. §. vlt. & Panor. ibi, & l. ſi fortè. ff. de offi. preſ. & cum multis alijs, quos refert, ibidem Greg. Lopez affirmat. Habet autem id verum, eſtò partes reuocationem ſciant, ſi delegatus eam ignoret, vt cum alijs eodem Greg. Lopez ibidem ſubiungit.

Quando item delegatus ab ordinario eſſe cępe- 3
rit æqualis aut maioris poteſtatis in eodem tribunali cum eo, qui ipſum delegauit, tunc expirat delegatio in tali delegato, iuxta l. iudicium ſoluitur. ff. de iud. & l. 21. citatam. Quæ duo iura ſunt intelligenda vt Greg. Lopez ibi cum Aluerico ea componit.

Si de-

4 Si delegatus poſteriori modo cauſam ſubdeleget, tunc per eam ſubdelegationem non expirat in eo iuriſdictio, etiam re non integra, vt patet cap. ſuper quæſtionum, de offic. deleg. & c. ſi delegatus, eodem titu. lib. 6. Quando autem delegatus aliquid cauſæ ſubdelegaret, ſibi reſeruando ſententiam, ſatis eſt perſpicuum, ſi delegatus moriatur ante latam ſententiam, ſubdelegatum nó poſſe eam ferre: quoniam ad id non accepit iuriſdictionem: neque item ſubdelegans poteſt eam ferre, cum non exiſtat, vt ferre eam poſſit, & cum morte expirauerit in eo iuriſdictio. Si autem delegatus ſub hac forma ſubdelegauerit; committo tibi vices meas, quoties me abeſſe contigerit; vel ſub hac; donec duxero eas reuocandas; vel donec eas non reuocauero; tunc ſane etiam ſententiam ſub illa limitatione committit; atque adeo, ſi delegatus moriatur re integra ex parte ſubdelegati, expirat ſubdelegatio: ſi verò moriatur re non integra ex parte ſubdelegati, tunc ſubdelegatio non expirat, ſed poterit ſubdelegatus progredi vſque ad ſententiam: eo quòd ſalua maneat conditio, ſub limitatio, cum qua ſubdelegans eam cauſam ſubdelegauit: quippe cum mortuus abeſſe dicatur, per mortemque illius non cenſeatur reuocaſſe uices ſuas. Ita habetur expreſsè cap. ſi delegatus, de offi. deleg. lib. 6. Si tamen ſub hac forma ſubdelegaſſet; vſque ad meum beneplacitum; vel dum ita voluero; aut dum ea fuerit mea voluntas, tunc morte ſubdelegantis expirat ſubdelegatio, nec ſubdelegatus poterit viterius validè progredi, iuxta cap. ſi gratioſè, de reſcr. lib. 6. & affirmat gloſſa. cap. ſi delegatus citato, & conſtat ex dictis Diſputatione præcedenti, & copioſius ex dictis tractatu 2. Diſput. 298.

5 Quando delegatus integre cauſam ſubdelegauit ſi à ſubdelegato appelletur, erit appellandum, non ad ſubdelegantem, qui eo ipſo, quòd cauſam integre ſubdelegauit, iuriſdictionem omnino amiſit, ſed ad primum delegantem, vt ad ſummum Pontificem, ſi ſummus Pontifex fuit, qui delegauit. Ita habetur c. ſuper quæſtionum. §. porrò, de offi. deleg. & aliis iuribus.

6 Quando verò delegatus non integre ſubdelegauit, ſed reſeruando ſibi partem iuriſdictionis, appelletur à ſubdelegato, appellandum erit ad ſubdelegantem, ſi adhuc uiuat, nec impeditus ſit, & non ad primum delegantem, cap. ſuper quæſtionum. §. porro, de offic. deleg. cap. ſi delegatus, eodem titu. li. 6. Atque iuxta dicta hoc §. & præcedente, cenſet Panorm. §. porro citato conciliandas eſſe legem. 1. §. vlt. C. qui pro ſua iuriſd. vt intelligatur quando cauſa non integre fuit delegata, eaque ratione ciuile ius conſentiat, iuraque cum iuribus concordentur. Atque eodem modo intelligenda eſt l. 21. titu. 23. quæ abſolutè affirmat, appellationem à ſubdelegato à delegato à principe faciendam eſſe, nó ad principem, ſed ad eum, qui ſubdelegauit, & conſentit Greg. Lopez ibi. Dixi paulo ante, ſi ſubdelegans adhuc viuat, nec ſit impeditus: quoniam ſi mortuus iam ſit, aut alia ratione expirauit in eo iuriſdictio, neque alius illi ſuccedit in iuriſdictione, aut ſubdelegans excommunicatus ſit, vel alia ratione impeditus; tunc, ſi impedimentum durat, appellatur ad primum delegantem, vt patet c. ſi is, & c. ſi à delegato, de offi. deleg. lib. 6.

Paulo ante dixi, neque adhuc alius illi ſuccedit in iuriſdictione. Hoc vero idcirco eſt dictum, quoniam quando ad aliquid delegatur conſtitutus in aliqua dignitate non expreſſo nomine illius, ſed dignitatis, aut quando delegantur aliqui conſtituti in dignitate, non expreſſis nominibus eorum, ſed dignitatis, vt quando delegantur Epiſcopus Conchēſis & Segobienſis, tunc ſi aliquis eorum moriatur, A aut amoueatur ab ea dignitate, ſucceſſor in ea dignitate ſuccedit in eadem delegatione. Ita habetur c. quoniam Abbas, de offic. deleg. Ratio autem eſt, quoniā quando exprimitur dignitas & non nomen perſonæ, aut aliquid per quod intelligatur delegari perſonā ſingularem; quę eſt in illa dignitate, (vt ſi diceretur, committimus cauſam ei, qui nunc eſt in tali dignitate, aut aliud ſimile) tunc non cenſeretur electa perſona ſingularis, quæ tempore delegationis fuerit conſtituta in ea dignitate, ſed cenſeretur ad id electa perſona quæcunque, quæ vel in præſenti vel in futuro fuerit in ea dignitate.

Illud eſt obſeruandum, de iure ciuili, ſi ordinarius iudex in euentibus, in quibus dictum in præcedentibus eſt poſſe delegare, cauſam deleget, & reſeruet ſibi ſententiam, non poſſe aliter ſententiam ſibi reſeruare, niſi ter eam cauſam audiat, in principio ſcilicet dum lis conteſtatur, ita quòd coram ipſo conteſtetur, & in medio ſaltem ſemel quo ad aliquid, atque in fine reuidendo illucuſque acta, & pro ferendo ſententiam. Iudex verò appellationis non poteſt reſeruare ſibi ſententiam, & aliquid eius cauſæ delegare, ſed totam cauſam tenetur ipſe examinare & audire, aut cauſam totam delegare. Similiter delegatus à principe nō poteſt reſeruare ſibi ſentētiam, & ſubdelegare aliquid cauſæ, ſed vel totam cauſam debet ſubdelegare, vel nihil illius: in quo canonicum ius, vt ex hactenus dictis patet, & conſtat ex cap. ſuper quæſtionum. de offic. deleg. à ciuili iure differt. Ita habetur de iure ciuili in authentica ad hæc. C. de iudic. iunctis gloſſis ibi, & in authētico vt defuncti. §. illud, atq; cum Bar. & Alex. id diſcrimen inter ciuile & canonicum ius tradit Maranta de ord. iud. tract. 4. diſt. 5. nu. 42. Obſerua tamen in hoc regno diſpoſitionem illam authēticæ ad hæc ſeruari quo ad iudicem appellationis, in reliquis verò ſeruari ius canonicum, iuxta l. 19. titu. 4. part. 3. iuncta gloſſa penult. Greg. Lopez ibi. 7

DISPVT. 22.

De delegato vt procedat appellatione poſt poſita. Et quatenus in exequutione procedere poſſit, ſi ab eo appelletur. Atque de ſubdelegatione ab illo facta, & ad quem à tali ſubdelegato appelletur.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis à ſummo Pontifice eſt delegatus, vt procedat appellatione poſtpoſita, ſi is ſubdeleget, tunc ſubdelegatus non procedit appellatione poſtpoſita.*

2 *Si quis delegauit medium cauſæ, tunc in primis neutra partium recuſare poteſt eum ſubdelegatum niſi iuſta de cauſa. Si de conſenſu partium is ſubdelegatus ſit datus, appellari ex illo non poteſt.*

3 *Si delegatus procedat ex principis commiſſione appellatione poſtpoſita, & nihilominus pars à ſententia aduerſus ipſam latam appellet, à principeque obtineat, vt iudices alij de appellatione cognoſcant, tunc ſi ſecunda commiſſio ſit ex certa ſcientia, is princeps eo ipſo cenſetur admittere eam appellationem.*

QVando aliquis à ſummo Pontifice eſt delegatus vt procedat appellatione poſtpoſita, ſi is ſubdeleget, tunc ſubdelegatus non procedit appellatione poſtpoſita. Atque ſi talis delegatus integre cauſam ſubdele- 1

delegauit, ita ut nihil iuriſdictionis ſibi reſeruauerit, iuxta ea quæ in præcedentibus explanata ſunt, tunc ad ſummum Pontificem eſt appellandum à tali ſubdelegato, & non ad ſubdelegantem: eo quòd ſubdelegans eo ipſo, quòd integre ſubdelegauit, totam in eam cauſam iuriſdictionem amiſerit. Quòd ſi ſubdelegauit nõ integre, ſubdelegando totam cauſam ſub aliqua limitatione, ratione cuius euenire poſſet vt in aliquo euentu eam poſſet reaſſumere aut ſubdelegando principium vel finem cauſæ, ipſeque ſubdelegans viuat, nec impeditus ſit, tunc appellandum eſt à ſubdelegato ad ſubdelegantem, & non immedite ad ſummum Pontificem. Hæc habentur cap. ſuper quæſtionum, præſertim §. porrò, de offic. deleg.

2 Si verò ſubdelegauit medium cauſæ, vt teſtium examen, aut aliud ſimile, tunc in primis neutra partium recuſare poteſt eum ſubdelegatum, niſi oſtendat iuſtam talis recuſationis cauſam, vt legitimam cauſam ſuæ petitionis. Deinde verò, ſi de conſenſu partium is ſubdelegatus ſit datus, appellari ex illo non poteſt, quòd ſit ſuſpectus, ſed ſolùm quòd fines mandati formęve ſubdelegationis excedat. Quòd ſi de conſenſu partium datus non ſit, appellari ex illo poteſt, tum quòd ſuſpectus ſit, tum etiam quòd fines mandati excedat. Item, quando ita erit appellandum, non ad ſummum Pontificem ſed ad ſubdelegantem erit appellandum. Qui ſi duxerit appellationem non ſuſcipiendam, vel comperiendo iuſtam eſſe cauſam recuſationis & appellationis, per ſe ipſum aut per alium, qui nec recuſetur, nec fines mandati excedat, cauſæ medium fuerit exequutus; tunc procedere poterit vſque ad finem cauſæ. Si autem recuſatio ſubdelegati & appellatio ab eo erat iuſta, & nihilominus ſubdelegans coegit, vt qui iuſtè recuſabatur, aut qui grauabat, medium cauſæ exequeretur, tunc ab eo grauamine poteſt appellari ad ſummum Pontificem: qui ſi inuenerit iuſtam fuiſſe recuſationem, partemque grauatam fuiſſe, irritum & inane pronunciabit, quòd poſt eam recuſationem iuſtam ac grauamen actum eſt: ſi autem ſummus Pontifex inuenerit, non fuiſſe iuſtam recuſationem partemque appellantem grauatam nõ fuiſſe, totum, quod erit actum, erit validum: quoniam appellatio illa, non curata nec recepta ab eo, qui facultatem habebat procedendi appellatione poſtpoſita, ſolùm habet effectum deuolutiuum, vt videatur, an iuſtè ſit interpoſita, atque, ſi iuſtè interpoſita pronuncietur, in conſequentiá pronuncientur nulla, quæ poſt illam fuerunt facta, minimeque fuiſſe incurſas cenſuras, ſi quæ poſt illam ea ratione fuerunt impoſitæ: non verò habet effectum ſuſpenſiuum, vt haberet, ſi delegatus à ſummo Pontifice non haberet facultatem procedẽdi appellatione poſtpoſita. Ita habetur c. ſuper quæſtionum. §. porrò. §. quæ verò, & §. vlt. de offic. deleg. Atque iuxta ea intelligitur cap. cum te, eod. titu.

3 Si delegatus procedat ex principis commiſſione appellatione poſtpoſita, & nihilominus pars à ſententia aduerſus ipſam latam appellet, à principeque obtineat, vt iudices alij de appellatione cognoſcant, tunc ſi ſecunda commiſſio ſit ex certa ſcientia, quia ſcilicet principi fuit ſignificatum, primum delegatum facultatem habuiſſe vt procederet appellatione poſtpoſita, ſanè is princeps eo ipſo cenſetur admittere eam appellationem, neque poteſt primus iudex delegatus procedere ad exequutionem ſententiæ, ſed legitimè per ſecundum impedietur, quouſque appellationis merita per ipſum diſcuſſa ſint, atque circa illa ipſe pronunciauerit. Secus autem ſi ſecunda commiſſio à principe facta non eſſet ex certa ſcientia in ſenſu proximè explicato: quoniam tũc talis commiſſio eſſet nulla: & cum appellatio ſententiæ exequutionem non ſuſpendat, quando fuerat mandatum vt procederetur appellatione poſtpoſita, certè iudex primus poteſt per ſe vel per alium procedere ad exequutionem ſuæ ſententiæ, nihil impediente tam appellatione, quàm ea ſurreptitia commiſſione. Ita habetur c. paſtoralis. §. prçterea, de offic. deleg. iunctis ijs quæ ibi Panor. tradit.

DISPVT. 23.

Suſpicio quouſque aduerſus delegatum & ordinarium de iure ciuili & canonico locum habeat, iudicemq; impediat aut non. Excommunicatio item delegantis quouſque impediat aut non impediat iuriſdictionem delegati; & ordinarij excommunicatio iuriſdictionem ſui vicarij.

SVMMARIVM.

1 *De iure Cæſareo iudex delegatus recuſari poteſt à litigatoribus ante litem conteſtatam, præſertim ſuſpectus.*
2 *Qui iudicem delegatum, vt ſibi ſuſpectum, recuſat, neceſſe non habet de iure ciuili cauſam proferre, ob quam ſuſpectum eum habeat, & multo minus eam probare, ſed ſatis eſt aſſerere, ſe habere illum ſuſpectum.*
3 *Facta recuſatione iudicis delegati ſi ei fiat, ipſemet delegatus cogere debet litigãtes, vt arbitros ante triduum eligant, qui cauſam definiant.*
4 *Quando is, qui recuſare vult iudicem delegatum, degit in loco diſtanti ab eo in quo iudex, tunc recuſare eum poteſt coram iudice ordinario loci in quo ipſe reſidet.*
5 *In Hiſpania neque iudex ordinarius neque delegatus deſinunt eſſe iudices in cauſa circa quam recuſantur, ſed in cauſis ciuilibus adſumunt adiunctum quem ipſi eligunt; in criminalibus verò quos lex illis præſcribit.*
6 *Si cauſa oblata in libello apertè ſit nulla, poterit iudex cui offertur, illa ſpreta, progredi vlterius in lite.*
7 *Quando iudex eſt recuſatus, oblata illi cauſa recuſationis, & proceſſit nihilominus ulterius, non interpoſita appellatione à recuſante ob id grauamen, tũc inualidus eſt proceſſus ab eo iudice poſt eam recuſationem factus.*
8 *Propoſita de iure canonico recuſatione iudici exprimendo cauſam, & iudex recuſationem admittat, tunc procedendum non eſt ad electionem arbitrorum.*
9 *Iudex recuſatus, expreſſa coram illo cauſa recuſationis, non ſolùm iuriſdictionem minimè ſuſpectam habet, ſed etiam eam impeditam non habet ad compellendos arbitros electos, vt id munus ſuſcipiant.*
10 *Diſtinctio inter arbitros iuris, & arbitros compromiſſarios.*
11 *Iuriſdictio arbitrorum eſt extraordinaria à lege introducta ad particularia aliqua cognoſcenda.*
12 *Quando arbitri inter ſe non conueniunt, tunc lege prçcipiuntur inter ſe conſentire, uel eligere unum tertium, & ad id pœnis cogi poſſunt a iudice recuſato.*
13 *Iudex recuſatus poteſt arbitros inter ſe diſcordantes uel tardantes cogere, ut perficiant rem ad quam arbitri conſtituti ſunt, & poteſt certum temporis terminum*

minum illis præſcribere, intra quem rem totam teneantur abſoluere.

14 *Quando aliquis delegatus eſt à ſummo Pontifice, ſi antequam recuſetur, ſubdeleget cauſam in totum, valida eſt talis ſubdelegatio, neque ſubdelegatus poteſt recuſari, niſi ſit ſuſpectus.*

15 *In quibus eventibus arbitri non conſtituantur, eſtò iudex ut ſuſpectus recuſetur propoſita illi cauſa in particulari.*

16 *Quando iudex ordinarius recuſatur, tunc eligat arbitros, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant.*

17 *Quando iudex ordinarius recuſatur, poteſt cauſam etiam alteri delegare.*

18 *Quando ordinarius eſt reeuſatus, & cauſam alteri delegauit, appellandum eſt ad iudicem ordinarium recuſatum à tali delegato, non quidem vt ipſe de ea cognoſcat in gradu appellationis, ſed vt deputet delegatum, quem neutra pars recuſet.*

19 *Excommunicatio delegantis, ſi res non ſit integra, nõ impedit iuriſdictionem delegati, ſiue delegatio fuerit facta in totum ſiue in parte.*

1 De iure Cæſareo iudex delegatus, ſiue ſit delegatus à principe, ſiue à quocunque alio, recuſari poteſt à litigatoribus ante litem conteſtatam: quoniam graue litiganti coram eo iudice contendere, quem ſibi ſuſpectum habet. Atque eo ipſo, quòd ante litem conteſtatam is delegatus eſt recuſatus, procedere non poteſt in cauſa: ſi verò procedat, eſt nullus proceſſus. Is tamen delegatus cogere debet eos litigantes, vt intra triduum eligant arbitrum aut arbitros, qui eam cauſam tanquam iudices delegati ab eo, à quo ipſe fuerat delegatus, definiant, non ſecus atque ipſe eam erat definiturus, hoc eſt, cum eadem poteſtate, & ſeruata eadem forma, quę à delegãte tradita ipſi fuerat, Hęc habentur l. apertiſſimi. C. de iudic. & l. 22. tit. 4. part. 3.

Dictum eſt, litigatores recuſare poſſe iudicem delegatum ſibi ſuſpectum: quoniam lex apertiſſimi, de ligatoribus, in plurali loquitur, & non de ſolo reo, & conſentit l. 22. citata, quæ non ſolùm in plurali ſimiliter loquitur, ſed etiam addit; *E por eſta razon, non quiere mouer pleito* (quod ad actorem ſpectat) *nin reſponder en juizio antel;* quod pertinet ad reum. Actor enim, ſi non eum iudicem delegatum in particulari petiuit, recuſare etiam illum poteſt vt ſuſpectum, etiam ex cauſa antecedente, nedum ex ſuperueniente de nouo, vt ait gloſſa. l. apertiſſimi. citata verb. ligatoribus, iuncta additione in margine.

Dictum etiam eſt, ante litem conteſtatam: quoniam poſt eam conteſtatam, cùm in eo iudice conſenſerint litem coram illo conteſtando, nõ poſſunt poſtea eum vt ſibi ſuſpectum recuſare. Quod intelligendum eſt ex cauſa præcedente: ſecus verò ex ſuperueniente inimicitiarum, vt ait gloſſa. l. apertiſſimi citata verb. iudices, quam approbant doctores in margine ibi citati. Idem verò eſt ex quacunque alia legitima cauſa ſuſpicionis ſuperueniente, vt conſtat ex c. inſinuante, de offic. deleg. & conſentiunt gloſſa l. apertiſſimi citata, verb. recuſare, & doctores ibi in margine citati. Quod intellige, niſi qui ex ea ſuperueniente cauſa vult delegatum recuſare conſenſit, ſaltem tacitè, coram illo litigare continuando, litem poſt eam cauſam ſuperuenientem ab eo cognitam, vt habetur eodem c. inſinuante citato. Item ex cauſa legitima antecedente recuſari poteſt iudex delegatus, ſi illam ante litem cõteſtatam ignorabat is, qui ex illa cognita poſt litem conteſtatam vult eum recuſare: atque quando contrarium non conſtat, ſtatur ipſius iuramento, quòd illam antea ignorauerit. Ita habetur c. paſtoralis. de excep. & vtrumque affirmat Greg. Lopez. l. 22. citata, verb. *ante que*

A *el pleito ſea començado.* Qui addit, ſi ante litem conteſtatam litigatores conſenſerunt tacitè vel expreſsè in iudice delegato, (quod intellige, cognita cauſa legitimæ recuſationis) non poſſe eum, etiam ante litem conteſtatam, recuſare: iura tamen, quæ ad id citat, non vrgent.

Qui iudicem delegatum vt ſibi ſuſpectum recuſat, neceſſe non habet de iure ciuili cauſam proferre, ob quam ſuſpectum eum habeat, & multo minus illam probare, ſed ſatis eſt aſſerere, ſe habere illum ſuſpectum. Ita gloſſa communiter recepta verb. recuſare citato, quæ multis id confirmat, & eſt expreſsè diſpoſitum l. 22. citata. Eadem lex 22. ait, recuſantem ita iudicem delegatum debere iurare ſe habere illum ſuſpectum, neque id malitioſè ef- B ficere animo protrahendi litem: quod limitat, modo tamen id iuramentum ab eo exigatur. Idem iuramentum præſtandum ab eo eſſe, aſſeruerat gloſſa verb. recuſare citato, communiter approbata à doctoribus in margine ibi citatis, & ab alijs: neque ea limitatio, ſi id iuramentum ab eo exigatur, quam lex 22. ſubiungit, aliena meo iudicio eſt à verbis eius gloſſæ. Gregorius tamen Lopez ibidem, verb. *ſi le demandaren la iura*, ait, praxim receptam eſſe, vt id iuret, eſto ab eo id iuramentum non exigatur. Et hodieque diſpoſitum id videtur l. 1. tit. 5. lib. 3. ord. quæ eſt. l. 1. (aucta aliquantulum) titu. 16. lib. 4. nouæ collect. illis verbis: *Si alguna de las partes alegare, que a por ſoſpechoſo à el alcalde, y lo jurare.* Idemque eſſe reſeruandum diſponitur in calce eius legis pri- C mæ nouæ collectionis, quando iudex delegatus recuſatur vt ſuſpectus. 2

Recuſationem ait lex 22. citata fieri debere. *afrontandolo ante omes buenos, è diziendo ante ellos, como lo a por ſoſpechoſo, è por eſta razon non quiere mouer pleito nin reſponder en juyzio antel.* Vbi innuitur, ſatis eſſe recuſationem fieri verbo coram aliquibus, ſi iudex præſens ſit, iuxta l. 2. ff. de appell. Gloſ. tamen l. vlt. verb. libellum. C. de iud. approbata à Bal. Salyc. & Iaſ. ibi in margine allegatis, potius cenſet fieri debere ſcripto, iuxta l. 2. C. de ſent. ex breui (aliàs ex periculo) recit. Atque gloſſa. l. apertiſſimi. verb. libello ait, recuſationem fieri poſſe vel coram ipſo delegato, vel coram delegante, vel ſi abſentes ſint, coram iudice ordinario loci, in quo recuſans habi- D tat, iuxta l. vlt. c. eod. titu. ſicque fieri debere. Quoniam res periculoſa eſt, & triſtiſſimos ſolet ſortiri euentus, ſub iudice ſuſpecto ſubire iudicium; idcirco ego tunc, aut (ſi alteri, quàm delegato, offeratur) talis delegati, recuſo iudicium, quem mihi ſuſpectum habeo. Atque iudici, coram quo ea recuſatio fit, tradi is libellus recuſationis debet. In eo autem in hoc regno, & ex communi praxi, addi debet iuramentum quòd verè eum ſuſpectũ habeat. Porrò ad recuſandum delegatum, induciæ dantur viginti dierum à puncto citationis ei, qui illum recuſare voluerit, vt quo ad id deliberet, vt habetur in authentica offeratur, de litis conteſt. & refertur 3. q. 3. §. offeratur, affirmatque gloſſa. l. vlt. C. de iud. E verb. triduum.

Facta recuſatione iudicis delegati, ſi ei fiat, ipſemet delegatus cogere debet litigantes, vt arbitrum aut arbitros intra triduum eligant, qui eam cauſam definiant. Cum enim iuriſdictionem ob recuſationem non amittat, ſed lata ſententia per arbitros, ſi ab illa nõ ſit appellatum, ipſe exequutioni debeat illam mandare. Vt habetur l. vlt. C. de iud. ſanè ad ipſum, facta recuſatione, ſpectat cogere litigantes, vt intra triduum arbitrum aut arbitros eligant, vt ſatis apertè habetur l. apertiſſimi citata, habeturque expreſſiſſimè l. 22. citata: tametſi ad id, & ad aliqua poſſit auxilio iudicis ordinarij, vt habetur, l. apertiſſimi citata. Si autem à ſentẽtia arbitrorum 3

appel-

appelletur, non ad delegatum recuſatum, ſed ad delegantem eſt appellandum, vt habetur l. vlt. C. de iudic. Quòd autem de triduo dictum eſt, habetur eodem l. vlt. Quòd ſi partes à iudice recuſato compulſæ, vt arbitrum aut arbitros intra triduum eligant, eos intra id triduum non elegerint, tunc iudex ordinarius loci eligere debet arbitrum aut arbitros, & illi, quos ita elegerit, de ea cauſa cognoſcent, illamque definient. Eligendos uerò illos tunc eſſe à iudice ordinario, & non à iudice recuſato, habetur expreſsè l. 22. citata, & conſentiunt l. apertiſſimi, & l. vlt. citatæ, ſuffragaturque hæc vrgens ratio. Quoniam cum ab arbitris eligendis pendeat eius cauſæ definitio, ſanè ſicut iudex recuſatus ſuſpectus eſt habitus vt cauſam definiat, ita ſimul eſt cenſendus ſuſpectus vt eos arbitros eligat, qui illam definiāt: quare ſicut appellatio ab arbitris non deuoluitur ad ipſum, ſed ad eum, qui ipſum delegauerat, vt habetur l. vlt. citata: ita electio arbitrorum ad ipſum pertinere non debet, ſed ad iudicem loci ordinarij, eſto exequutio ſententiæ, poſtquam ab arbitris fuerit lata, ad ipſum recuſatum pertineat, vt habetur, l. vlt. citata.

4 Quando is, qui recuſare vt ſibi ſuſpectum vult iudicem delegatum, degit in loco diſtāti ab eo, in quo iudex delegatus exiſtit, ita vt moleſtum ei eſſet accedere illo, tunc recuſare eum poteſt coram iudice ordinario loci, in quo ipſe reſidet: atque tunc iudex is ordinarius compellet litigantes, vt intra triduum arbitrum aut arbitros eligant: ſi uerò illos intra id triduum non elegerint, ipſe iudex ordinarius eos eliget, ſed exequutio ſententiæ ab arbitris latæ ſpectat ad iudicem delegatum, qui fuerat recuſatus, niſi eā exequutionem committere iudici ordinario velit. Hæc omnia habentur l. vlt. C. de iudic.

De eodem iure Cæſareo, ſi iudex ordinarius recuſetur, vt ſuſpectus modo prædicto, nō propterea deſinit eſſe iudex in eadem cauſa, ſed tunc definire eam debebat vna cū epiſcopo, vt habetur in authentica ſi uero, C. de iudic. quod in praxi de iure communi non ſeruatur, ſed ipſe iudex eligit vnum aut duos probos viros, qui ſecum eam cauſam definiant. Ita ſancitum eſt l. 22. ti. 4. par. 3.

5 Hodie vero in hoc regno in ſeculari foro neque iudex ordinarius neque iudex delegatus deſinunt eſſe iudices in cauſa, circa quam recuſantur, ſed in cauſis ciuilibus aſſumunt adiunctum, quem ipſi eligunt: in cauſis vero criminalibus, quos l. 1. titu. 5. libro 3. ord. quæ eſt. l. 1. ti. 16. li. 4. nouæ collect. aliquātulum aucta, illis præſcribit. Ea autem lex ſic habet: *Recuſacion esponen los demandados algunas vezes cōtra los juezes malicioſamente, por no reſponder a las demandas que les ſon pueſtas: porende ordenamos y mandamos, que ſi alguna de las partes alegare, que a por ſoſpechoſo a el alcalde y lo iurare, que en los pleitos ciuiles tome el juez conſigo por companñero a vn hombre bueno, para que libren el pleito ambos a dos de conſuno: y el juzgador y el hombre bueno, que aſſi fuere tomado, iuren ſobre los ſantos euangelios, que bien y derechamente libraran el pleyto y guardaran el derecho a ambas partes. Y en los pleytos criminales, ſi en aquel lugar ouiere otro alcalde, que ayan y libren todos de conſuno el pleyto principal. Y ſi no ouiere otro alcalde, que los regidores, que ſon deputados para ver hazienda del conſejo, den entre ſi dos ſin ſoſpecha, que eſten con el alcalde a oyr y librar el pleyto. Y que hagan juramento como dicho es, y ſi no ſe auinieren a los nombrar, echen ſuertes quales dos dellos eſten con el alcalde como dicho es. Y los que fueren nombrados, ò en quien cayere la ſuerte, que ſean tenudos a oyr el pleyto, y hagan la dicha iura en la manera que dicha es. Y ſi en el lugar no ouiere hombres ciertos para uer la hazienda de conſejo, que el alcalde, ante quin fuere el pleyto, tome quatro* A *hombres buenos de los mas ricos del lugar, y eſtos echen entre ſi ſuertes, quales dos dellos eſten con el dicho alcalde. Y aquellos a quien cayere la ſuerte, ſean tenudos de iurar, y de ſe ayuntar con el dicho alcalde a oyr y librar el dicho pleyto. Y mandamos que lo ſuſo dicho, diſpueſto en los juezes ordenarios, aya lugar en los delegados.*

Et l. 2. titu. 5. lib. 3. ord. quę eſt. l. 2. tit. 16. lib. 4. nouæ collect. ſic ſubiungitur: *Mandamos, que el acompanado, que fuere tomado por el juez ſobre ſuſpecha cōtra el fecha por la parte, ſea tenido de oyr, y vaya a las audiencias que ſe hizieren ſobre el dicho pleyto, no auiendo legitimo impedimento que lo pueda excuſar: y que lo aga aſſi ſo pena, que pague a la parte las coſtas y danños, que por ſu culpa ſe hizieren del proceſſo retardado. Y a el tiempo que ſea recebido por aceſſor, iure y* B *prometa de hazer ſu buena y honeſta diligencia, porque el pleyto ſe fenezca lo mas breue que ſer pueda.*

De iure vero Luſitano qui cognoſcant de ſuſpicionibus propoſitis, & quouſque admittantur, vel non, & in quibus euentibus, qui illas proponunt, deponere debeant decem aureos aut quinque, quos amittant recuſatis, niſi illas probauerint, lege lib. 3. ord. titu. 22. per totum, & titu. 2. per totum, par. 3. legum extrauag. & l. 7. §. 40. ti. 1. p. 3. & l. 4. & 5. tit. 20. par. 1. & l. 10. ti. 22. par. 1.

Lege vnica, C. ſi quacunque prædit. poteſtate habetur, ſi iudex quicunque uim fuerit molitus facere mulieri, aut fecerit, etiam per ſolas minas & terrorem, vt ſecum contrahat matrimonium, tunc ita eſſe ſuſpectum quo ad omnes cauſas illius mulieris, C & eorum, qui ſunt de familia eiuſdem mulieris, vt omnes omnino exempti ſint ab illius iuriſdictione in ciuilibus, & in criminalibus, ita vt neque cum aſſeſſore poſſit de illis cognoſcere.

Quæ dicta ſunt quo ad recuſationem iudicis, delegati aut ordinarij, magna ex parte aliter diſpoſita ſunt de iure canonico, aliterque locum in foro eccleſiaſtico habent. Qui enim vt ſibi ſuſpectum recuſare vult iudicem eccleſiaſticum, ſiue delegatum ſiue ordinarium, proponere quidem ante litem conteſtatam coram illo (vt habetur c. cum ſpeciali mox citādo), debet libellum recuſationis in ſcriptis modo ſuprà explicato, vt etiam affirmant gloſſa. c. ſecundò requiris. §. tertiò. verb. coram eodem, de appella. Panor. ibi & alij doctores communiter, ſed exprimere D in eo debet cauſam aut cauſas recuſationis in particulari, quas probare poſtea debet coram arbitro aut arbitris eligendis, vt iudicent, an ſufficienter talis cauſa aut tales cauſæ ita propoſitæ probentur, & an ſufficientes ſint, vt is iudex ſuſpectus ab illis habeatur. Ita habetur c. ſuſpicionis, de offic. deleg. c. ſecūdò requiris. §. tertiò. c. cum ſpeciali in prin. de appel. iuncto c. ſi quis contra clericum. de foro comp. & c. legitima, de appel. lib. 6. Adeò autem verū eſt, cauſam aut cauſas recuſationis proponendas eſſe in particulari iudici qui recuſatur, vt de illis tantum cognoſcere poſſint arbitri, qui eligendi ſunt, qui de cauſis recuſationis iudicent: non verò de aliqua alia quam recuſans coram illis poſtea proponere velit, E vt cum Ioann. And. & Specul. Panor. ait, c. ſecundò requiris, de appell. num. 6. & conſentit clem. appellanti. eod. titu.

Quòd ſi cauſa in libello oblata apertè ſit nulla, 6 poterit iudex, cui offertur, illa ſpreta, minimeque curata, progredi vlterius in lite. Ita cum Inno. Hoſt. & Ioan. And. additio in margine gloſſæ, verb. iuſtæ ſuſpicionis, c. cum ſpeciali, de appell. Quòd ſi pars quæ illum ex ea cauſa recuſabat, contēdat, cauſam ſufficientem eſſe, appellare poterit ab eo eius iudicis grauamine ad ſuperiorem eius iudicis, vt Panormit. cap. cum ſpeciali, de appel. num. 6. rectè ait, & conſentit apertiſſimè capit. ſuper quæſtionum. §. vlt. de offic. deleg. reſque ex ſe eſt ſatis perſpicua.

Quam-

Quamuis enim à iudice aliquo appellari non poſſit ea ex cauſa, quòd ſuſpectus ſit, vt,cum Innoc.bene ibidem Panor.ait,tum quia aduerſus ſuſpectum eſt aliud proprium remedium à iure ſtatutum,illum ſcilicet recuſare: tum etiam quoniã ex eo, quòd iudex ſuſpectus ſit,nondum ſanè grauat; appellatio verò ſolùm eſt à grauamine,quo iudex grauat: quamuis tanquam à iudice aliquo ea de cauſa appellari non poſſit, nihilominus quando iudex non curat ſuſpicionem rationabilem ſibi propoſitam, eaque poſthabita procedit in cauſa,grauat, integrumque proinde eſt ei,qui illam ei propoſuit, quique contendit rationabilem eſſe,appellare ab eo illius grauamine. Tunc verò,meo iudicio,ſi iudex,qui vt ſuſpectus recuſabatur,pronuncietur,meritò nõ curaſſe cauſam ſuſpicionis ſibi obiectam, vel quia euidenter ad id inſufficiens erat,vel quia euidenter erat falſa, validus eſt proceſſus, & omnia per illum acta,non curata ea iniuſta recuſationis cauſa, neque id eſt, quod Panor.c.cũ ſpeciali à nu.12.diſputat,nobiſcumque ibidem nu.15.conſentit. Quando autem pronunciaretur,cauſam ſuſpicionis fuiſſe ſufficientem, aut dubiam,dignamque, attẽtis circũſtantijs tunc concurrentibus,quæ examinaretur,tũc inualidus eſſet proceſſus, actaque ab eo à puncto cauſæ ſuſpicionis ſibi oblatæ eſſent inualida : eo quòd appellatio tunc ritè fuiſſet interpoſita,vt conſtat ex cap.ſuper quæſtionum.§.vlt.de offi. deleg.

7 Quod aũt Pan.à nu.12.citato diſputat,eſt. Vtrũ quando iudex eſt recuſatus,oblata illi cauſa recuſationis,nõ apertè nulla,nec apertè falſa ,& proceſſit nihilominus in cauſa, non interpoſita appellatione à recuſante ob id grauamen, vtrum, inquam, tunc validus ſit proceſſus ab eo iudice poſt illam recuſationem factus,validaque proinde ſint ab eo poſt talem recuſationem effecta. Panor.ibid.refert opinionem Inno. Antonij à Butrio,Cardinalis,& quorundam aliorum, aſſerentium validum eſſe talem proceſſum. Item opinionem gloſſæ c.quoties epiſcopi. 2.q.6.verb.appellare,Bar. & quorundam aliorum, contrarium aſſerentium, inualidum ſcilicet eſſe talem proceſſum. Item Lapi opinionem aſſerentis,id pendere à futuro euentu, vt ſi poſtea pronuncietur cauſam recuſationis iuſtam fuiſſe,ſit inualidus talis proceſſus; ſi verò pronuncietur inſufficiens, ſit validus. Præterea refert quorundam aliorum opinionem dicentium,de iure canonico eſſe inualidũ, ſaltem ſi poſtea pronũcietur cauſam recuſationis fuiſſe inſufficientem:quoniam de canonico iure non ſatis eſt proponi cauſã,ſed neceſſe eſt probari,& pronunciari per arbitros ad id electos, ſufficientem eſſe: de iure verò ciuili proceſſum eſſe nullum : quoniam ſatis eſt proponi ſuſpicionem ac recuſationẽ, vt inficiatur iuriſdictio eius iudicis,ne validè poſſit vlterius procedere, vel per ſe ipſum,vel ſine alio adiuncto,ſi iudex ſit ordinarius,iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt. Mihi verò probatur opinio Panormitani ibidem aſſerentis, inualidum eſſe proceſſum, tam de iure canonico,propoſita recuſatione exprimendo cauſam,quàm de iure ciuili,ſi is recuſans, eſtò citaretur, poſt talem recuſationem propoſitam, non comparuit coram eo iudice recuſato : quoniam eo ipſo, ꝙ eo modo propoſita fuit illi iudici recuſatio, fuit infecta & ſuſpenſa ipſius iuriſdictio, vt procedere ipſe nõ poſſet in cauſa, donec recuſatio propoſita examinaretur per arbitros, atq; circa illam per eoſdem arbitros pronunciaretur. Neque ad ipſum, ſed ad iudicem recuſatum ſpectabat præcipere, & cogere,vt nominarẽtur arbitri,vt ſubijciemus. Neque ꝙ recuſans citatus eſſet, quicquam illi obeſt, ſi citatio fuit ad procedendum in cauſa: quoniam iudex per recuſationem erat ad id impeditus, inualidaq; proinde erat ad id talis citatio,& citatus iuſtã

A habebat exceptionem,ne accederet. Si autem, qui iudicem prædicto modo recuſauerat, coram illo cõparuit poſt recuſationem,reſpõdendo tanquã reus, vel agendo,ſi erat actor, tunc per eum actum tacitè conſentit in illius iuriſdictionem,cenſeturque à recuſatione receſſiſſe,validuſque proinde eſt proceſſus circa eam cauſam continuatus.

Propoſita de iure canonico recuſatione iudici exprimendo cauſam,ſi iudex recuſationẽ admittat, ꝙ videat cauſam ueram ac ſufficientem eſſe, vt in eo euentu poſſit ac debeat eam admittere,tunc procedendum non eſt ad electionẽ arbitrorum,qui de ea cauſa cognoſcãt,vt Pan. c.cũ ſpeciali citato nu.vlt. ait, & ex ſe eſt ſatis perſpicuum : ſed id tunc eſt faciendum,quod poſtea faciendum eſſe dicemus,quãdo arbitri legitimam fuiſſe cauſam vt is iudex recu- B ſaretur pronunciant. Si verò iudex recuſationẽ non admittat,contendens cauſam vel falſam eſſe, vel in ſufficientem vt recuſetur; tunc, vt Pan.nu.vlt.citato ait,quia recuſans neque tenetur probationes ipſi iudici offerre,neque quicquã aliud facere,quam expectare vt iudex cõpellat eligere arbitros,ſanè tunc ad iudicem ſpectat cogere litigantes, vt arbitrũ aut arbitros eligant : vel,ſi ipſe ex officio procedat,etiã ſi ad ſolam inquiſitionem procedat, iſque, de quo inquirit,eum ut ſibi ſuſpectum ad eam inquiſitionẽ faciendam recuſet exprimendo cauſam, ob quam illum recuſat,cogere debet recuſantem, vt arbitrum vnum eligat,& iudex ipſe eliget alterũ,qui de ea ſuſpicionis cauſa iudicent, vt habetur,c.cum ſpeciali, C de appel.iuncta gl. ibi verb. cum iudice, quæ tamen malè eum text.reſtringit, vt in illo ſolùm ſit ſermo de iudice ordinario,& nõ etiam de delegato,vt Panor.ibi.nu.10.meritò ait,& alij doct.communiter. Dixi paulo antea, ad iudicem ſpectare tunc cogere litigantes,vt arbitrũ aut arbitros eligant: quoniam ſi cõueniant in vno & eodem arbitro,is ſufficit,ſententiæque illius erit ſtandum,conſentit glo.c.ſecundò requiris.§.tertiò. verb.in aliquos,de appel.& cũ Speculatore affirmat Pan.ibid.nu.12. Idemque eſt dicendum quando iudex procedens ex officio & recuſans eligere debent arbitros: ſi enim in uno, & eodem conueniant, eoque ſint contenti, is ſufficit, eiusque ſententiæ erit ſtandum. Quando verò non conſentiunt in eodem arbitro, aut in eiſdem arbi- D tris,tunc recuſans eligit vnum, & alter cum eo litigans, vel iudex, ſi ex officio procedat, eligit alterũ. Arbitri autem eligi debent in partibus non valde remotis,vt habetur.§.tertio citato. Vnde Panor.ibid. nu.7.colligit,recuſantem nõ teneri eligere arbitrũ in loco vbi eſt iudex recuſatus, ſed poſſe eligere illum extra eum locum, dummodo non ualde diſtet. Dicetur verò(ſubiungit Panor.) valde diſtare ſecũdum doctores,ſi diſtet vltra duas diętas,iuxta c.nõnulli,de reſcrip. hodie verò ſi diſtet vltra vnam diętam,iuxta c.ſtatutum,de reſcrip.lib.6. Item eiuſmodi arbitri eſſe non debent laici, vt affirmat glo.c.legitima,de appel.lib.6.verb.formam iuris,iuncta additione ibi in margine, & conſentit cap. bene qui- E dem.96.diſtin.quoniam eiuſmodi arbitri veram iuriſdictionem habent eccleſiaſticam ad id, ad quod eliguntur,definiendum,& ad teſtes compellendum ad teſtificandum,atque ad præſcribendum recuſanti terminum,intra quem ſuſpicionis cauſam probare coram ipſis debeat,vt dicemus : iuriſdictio uerò eccleſiaſtica perſonam exigit eccleſiaſticam. Item ſi arbitri ab vno electi, alteri parti ſint ſuſpecti, recuſari ab ea poſſunt, non ſecus atque iudex ipſe ſuſpectus recuſatus eſt. Ita gloſſa verb. forma iuris citata.

Iudex recuſatus, expreſſa coram illo cauſa recuſationis, non ſolùm iuriſdictionem minimè ſuſpectam habet,nihil impediẽte ea recuſatione, ad com- 9

pellendum litigantes, vt arbitrum aut arbitros eligāt, vel ad compellendum recuſantem, vt ſecum, ſi ipſe ex officio procedat, arbitrum aut arbitros modo explicato eligat, vt patet c.ſuſpicionis. §.ab ipſo de offic.iud. deleg.c. ſecundò requiris. §. tertiò, de appel. ſed etiam eandem ſuam iuriſdictionem impeditam non habet ad compellendos arbitros electos vt id munus ſuſcipiant, (intellige niſi legitimam ad id excuſationem oſtenderint) & vt illud ſecundum formam iuris proſequantur, ad debitumque finem perducant. Ita habetur c.ſuſpicionis. §. ab ipſo. citato, & cum gloſſa ibi affirmat ibidem Panor. num. 8. habetur etiam c. cum ſpeciali. de appel. vbi præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ, atque ſub obteſtatione diuini iudicij, eis à ſummo Pontifice imponitur, vt id munus fideliter vſque ad finem exequantur, vbi gloſſa ait iudicem ad id poſſe illis pœnam imponere, & c.legitima. de appel. lib. 6. habetur, iudicem pœnam excommunicationis, vt id exequantur, eis interdum imponere.

10 Porrò eiuſmodi arbitri ita ex diſpoſitione iuris ad cognoſcendum & iudicandum de aliqua re electi, qui proinde arbitri iuris nuncupantur, longè diuerſi ſunt ab arbitris commiſſarijs, quos priuati pro libito ſibi eligant, lege non refragante, ſed annuente ac concedente, in eiſque cōpromittunt, vt controuerſias inter ipſos componant, ſuaque ſententia definiant; qui idcirco compromiſſarij arbitri nuncupantur, de quibus poſt has Diſputationes de iudicibus delegatis nobis futurus eſt ſermo. Compromiſſarij enim arbitri compelli non poſſunt vt munus ſuſcipiant: arbitri verò iuris, cum ex iuris diſpoſitione neceſſarij ad id ſint, ad quod ex præſcripto iuris eligi præcipiuntur, compelli (vt dictum eſt) poſſunt munus ſuſcipere, illudque executioni mandare, atque ad debitum finem perducere. Item arbitri compromiſſarij nullam iuriſdictionem habent, nec vim compulſiuam in teſtes, aut in quoſcunque alios, ſed ſolùm eo vſque, qui in eis compromittunt, coram ipſis contendere, & ſtare ipſorum ſententiæ tenentur, quouſque ſe ad id pœna, contractu, aut etiam iuramēto aſtrinxerint: iuris verò arbitri iuriſdictionem habent à lege ad ea omnia, quæ ad id neceſſaria sūt, ad quod ſunt inſtituti. Vnde arbitri, de quibus nobis hoc loco eſt ſermo, præſcribere poſſunt partibus terminum, intra quem probare coram ipſis debeāt cauſam aut cauſas recuſationis iudici propoſitas veras eſſe, aut eſſe falſas, ſi aduerſarius falſas eſſe probare velit. Poſſunt item citare & compellere teſtes, vt ad teſtificandum accedant, eoſque punire ſi delinquant, & reliqua omnia efficere, quæ ad munus ſibi iunctum neceſſaria iudicauerint, vt habetur c.ſuſpicionis, de offic.deleg. iuncta gloſſa ibi verb. ad quos omnia, quæ hæc omnia varijs iuribus probat, & Panor. in eod. cap. nu. 5. Sententia quoque horum arbitrorum vim habet, vt & cæterorum iudicum habentium iuriſdictionem: poteſtque ab ea appellari ex rationabili cauſa, & à quocunque alio grauamine horum arbitrorum, vt ſi terminum minus competentem partibus præſcribant, intra quod cauſas recuſationis probent, aut ſi in aliquo alio aliquam earum grauent. Ita habetur c.arbitri. de offic. deleg. lib. 6. & affirmant gloſſa citata & doctores communiter. Appellandum tamen ab eis eſt, non ad iudicem recuſatum vt ſuſpectum, quoniam ſimiliter eſſet ſuſpectus vt de ea appellatione cognoſceret, ſed ad Sedem Apoſtolicam, vt habetur c.arbitri citato. Quod intelligendum eſt, quando iudex recuſatus erat delegatus Sedis Apoſtolicæ. Si enim delegatus ab alio eſſet, qui vel ordinarius iudex eſſet, vel ſibi iuriſdictionē circa eam cauſam reſeruaſſet, tunc ad delegantem eſſet appellandum. Quando verò iudex ordinarius eſſet recuſatus, & ab arbitris appel-

A laretur, qui de cauſis eius recuſationis cognoſcerent, tunc ad ſuperiorem eius ordinarij eſſet appellandum.

Gloſſa.c.ſuſpicionis.de offic.deleg.verb.ad quos omnia, ait iuriſdictionem horum arbitrorum eſſe 11 quaſi ordinariam, Panor.ibi.num.9.refert opinionem Inn.illam eſſe ordinariam: quoniam eſt ea lege: lex verò ordinariam iuriſdictionem tribuit. Refert item ſententiā Speculatoris & Hoſtienſis eam eſſe delegatam. Item opinionem Ioann. And. innuētis, eſſe mediam quandam ſpeciem inter ordinariā & delegatam. Panor. ibi arbitratur magis accedere ad delegatam, quàm ad ordinariam, eo quòd ſub titulo de iudice delegato in decretalibus c. ſuſpicionis, & in 6. c.arbitri. de ea agatur. Dicerem, eſſe B iuriſdictionem quandam extraordinariam à lege introductam ad particularia aliqua cognoſcenda ac definienda circa cauſas aliquas, tam in quibus proceditur iuriſdictione delegata, quàm in quibus proceditur iuriſdictione ordinaria, atque accedere multum ad ordinariam, meritoque proinde gloſſam citatam appellaſſe illam quaſi ordinariam. Et cum extraordinaria ſit, & ad quippiam limitatum ſtatuta, delegari non poteſt, neque eiuſmodi arbitros debere neceſſariò habere cōditiones requiſitas in iudicibus delegatis, de quibus conditionibus Diſp. 25. erit ſermo. Agitur verò de eiuſmodi arbitris ſub titulis de offic.delegati: quoniam frequenter iudices delegati recuſantur vt ſuſpecti, locumque tunc habēt eiuſmodi arbitri, vt de cauſis earum ſuſpicionum C cognoſcant.

Quando arbitri ſunt electi, vt illi de cauſa aut cauſis ſuſpicionis cognoſcant, ſi inter ſe non conueniāt 12 ſed vnus arbitretur cauſam aut cauſas ſufficientes eſſe, ſufficienterque probari, ac proinde iudicem ſuſpectum eſſe, alter verò contrarium ſentiat, tūc lege præcipiuntur, vel conſentire inter ſe, vel eligere vnum tertium, ad idque ſub cenſuris & pœnis cogi poſſunt ac debent à iudice, qui recuſatur, qui ſimiliter cogere poteſt eum tertium ita electum vt id munus acceptet ac exequatur. Et tunc in quam partem omnes aut duo ex illis tribus conuenerint, eamque iudicauerint, illa eſt ſequenda. Ita habetur cap. ſuſpicionis. §. ab ipſo, de offi.delegati. c.cum ſpeciali de appel. & c.legitima. eod. titu. lib. lib. 6. Ac ſanè ſi D duo priores arbitri non cōſentiant, tertius cum illis in re propoſita ferre debet ſententiā circa eā ſuſpicionem, vt Panor. c.ſuſpicionis citato. nu. 5. rectè affirmat. Lege etiam illum nu. vlt.

Iudex, qui recuſatur, ſi in mora ſint arbitri ea de re iudicandi, aut eligendi tertium, quando inter ſe 13 diſcordant, non ſolùm ſub cenſuris & alijs pœnis poteſt illos cogere vt id efficiant ac perficiant, ſed etiam certum terminum temporis competentis poteſt illis præſcribere, intra quem teneantur rem totam perficere ac abſoluere: quòd ſi intra id tempus rem non definiāt, poteſt tūc iudex, qui recuſabatur nihil curata cauſa, aut nihil curatis cauſis recuſationis, quæ illi erant obiectæ, progredi in cauſa principali, E ac ſi pronunciatum ab arbitris fuiſſet, ipſum minimè eſſe ſuſpectum. Ita habetur c. legitima. de appell. lib. 6. Neque id caput derogat capiti ſuſpicionis, & alijs decretalium, vt gloſſa. c.ſuſpicionis. & c. ſecundò requiris, ac c. cum ſpeciali ſæpius citatis perperā affirmat, quaſi præſcribere terminum, intra quē arbitri pronunciare debeant circa cauſas ſuſpicionis, de quo c.legitima loquitur, attineret iuxta illa alia priora iura ad arbitros ipſos: id enim ridiculū ſanè eſt: quippe cum nullus ſibi ipſi terminū pręſcribat, intra quē facere aliqd aſtringatur, ſed alteri. Caput autē ſuſpicionis & alia iura loquūtur de lōgè diuerſo termino, quē arbitri pręſcribere poſſūt, partibus contendentibus iudicem eſſe ſuſpectum,

intra quem probent, cauſas ſuſpicionis iudici propoſitas, veras eſſe aut non eſſe.

14 Quando aliquis delegatus eſt à ſummo Pontifice (qui proinde ſubdelegare poteſt, etiam in totum, iuxta ſuperius dicta) ſi antequam recuſatio vt ſuſpecto aduerſus eum proponatur, ſubdeleget cauſam in totum, ita vt nihil illius reſeruet, valida eſt talis ſubdelegatio, neque ſubdelegatus poteſt recuſari, niſi ipſe ſubdelegatus ſit etiam ſuſpectus, cauſaque ſuſpicionis ſubdelegato obijciatur & aduerſus eum probetur. Secus ſi delegatus à ſummo Pontifice nõ ſubdelegaſſet totaliter, ſed aliquid iuriſdictionis, modis Diſp. 21. explicatis, ſibi reſeruaſſet: tũc enim, cum maneat iudex, recuſari poteſt, ac impediri poſſet ſubdelegatio. Idem credo eſſe, ſi in totum ſubdelegaſſet, cæterum res adhuc eſſet integra ex parte ſubdelegati, vt affirmat gloſſa. c. iudex de offic. deleg. lib. 6. verb. nequiuit: cum enim in eo euentu maneat adhuc iuriſdictio in delegante, poſſitque cauſam ad ſe reuocare, vt Diſp. 21. citata dictum eſt: & habetur c. quamuis eod. titu. lib. 5. recuſari adhuc delegans poterit ratione illius iuriſdictionis, & impediri ſubdelegatio. Poſtquam autem delegatus à ſummo Pontifice recuſari cæpit, propoſita coram ipſo cauſa recuſationis, eſt diſtinguendum. Quoniã ſi nondum per arbitros eſt pronunciatus ſuſpectus; tunc, eſtò probata integre coram illis eſſet ſuſpicio, ſubdelegare integre poteſt de conſenſu recuſatoris: ſecus autem ſine illius conſenſu: quoniam eo ipſo, quòd propoſita coram illo eſt recuſatio, ſubdelegare non poteſt niſi de conſenſu recuſatoris. Si autem arbitri iam pronunciarunt illum eſſe ſuſpectũ; tunc cum eo ipſo iuriſdictionem amiſerit, deſiuitque eſſe iudex, ſanè neque de conſenſu recuſatoris, neque etiam de conſenſu vtriuſque partis, poteſt ſubdelegare: quoniam partes conferre iuriſdictionem nõ poſſunt ei, qui nulla ratione eſt iudex. In eo ergo euentu caſu ad ſuperiorem delegantem remittetur, vt Panor. c. cum ſpeciali. de appel. nu. 4. ait, atque ex ſe liquet. Hæc omnia habentur c. ſi iudex citato.

15 In ſequentibus euentibus arbitri non conſtituuntur, eſtò iudex vt ſuſpectus recuſetur propoſita illi cauſa in particulari. Primus, ſi delegatus ab ordinario recuſetur. Tunc enim arbitri nõ eligũtur, qui de ea recuſatione cognoſcant, ſed iudex ipſe ordinarius, non ſuſpectus, de ea cognoſcit ac iudicat. Ita habetur c. ſi cõtra vnum, de offic. deleg. lib. 6. Quod meritò ibi gloſſa intelligit, dummodo ordinarius ipſe non multum diſtet. Ea enim ratione in delegato ſummi Pontificis arbitri eliguntur, quoniã ſummus Pontifex ſolet multum diſtare: atque, vt ſumptibus & moleſtiæ parcatur, non cognoſcit de cauſa ſuſpicionis ſummus ipſe Pontifex per ſuos immediatos miniſtros, ſed eliguntur arbitri, qui de illa cognoſcant: eadem verò eſt ratio, quando ordinarius multum diſtat, & delegatus ab illo vt ſuſpectus recuſatur. De qua re lege Panor. in repetitione addita c. ſi quis contra de foro compet. in calce. nu. 21.

Etiam meritò gloſſa ibidẽ affirmat, ſi delegatus à ſummo Pontifice ſubdeleget, non in totum, ſed reſeruata ſibi parte aliqua iuriſdictionis, atque ſubdelegatus recuſetur, nec ſubdelegans recuſetur, nec multum diſtet, eligendos nõ eſſe arbitros, qui de ea recuſatione cognoſcant, ſed ſubdelegantem debere de ea cognoſcere: quoniam eſt iudex ſuperior: & quando iudex ſuperior adeſt, qui de recuſatione poſſit cognoſcere, arbitri non habent locum.

Secundus eſt, quando vicarius iudicis ordinarij, vnum tribunal cum eo efficiẽs, ac proinde iudex ordinarius ſimul cũ illo exiſtens, recuſatur: tunc enim ordinarius ipſe principalis, niſi ſuſpectus ſit, de ea recuſatione cognoſcit, neque ad id arbitri eligũtur. Ita habetur c. ſi contra unum citato. Intellige ſimi-

A liter, ſi ordinarius non multum diſtet: nam tunc arbitri erunt eligẽdi propter rationem circa primum euentum redditam, vt rectè gl. citata ait.

Quando multi ad eandem cauſam à ſummo Pontifice delegati ſunt, ſi vnus eorum recuſetur, quando eligendi non ſint arbitri, ſed alius condelegatus aut alij condelegati cognoſcere de ea recuſatione debeãt, & quando eligendi ſint, ſequẽti Diſp. dicetur.

Quando iudex ordinarius recuſatur, ſiue ille epiſcopus ſit ſiue quicunque alius, (poteſt enim quantacunque præfulgeat dignitate recuſari ex rationabili cauſa, vt Panor. c. ſi quis contra, de for. comp. nu. 6. ex eo textu notat) tunc ſequi poteſt, ſi ita velit, viam hactenus traditam ac explicatam, vt ſcilicet eligantur arbitri, & illi de cauſa ſuſpicionis cognoſcant ac 16
B pronuncient. Atque ſi illum ſuſpectum pronunciẽt, poterit, ſi velit, cauſam remittere ad ſuperiorem, vt epiſcopus ad metropolitanum, vt Panor. c. cum ſpeciali. de appel. nu. 5. ait, & apertè id ibi habetur in fine principij, quæ verba de iudice ordinario ſolo & non de delegato intelligo, ſi ab arbitris ſentẽtia fuit pronunciata, quod eſſet ſuſpectus. Addit verò eo. nu. 5. Panor. eum eſſe vnum ex euentibus, in quibus metropolitanus ſine appellatione ad ipſum cognoſcere poteſt de cauſa ſuorum ſuffraganeorum. Poterit etiam non remittere illam ad ſuperiorem, ſed ipſam delegare modo, quo ſtatim ſubiungam eum vti poſſe ſtatim à principio, quando ei recuſatio proponitur. Et poſtquam cauſa definita à iudice à ſe delegato fuerit, poterit ordinarius, quod iudicatum
C fuerit, exequutioni mãdare. Cum enim ex eo, quòd iudex ordinarius ab arbitris ſuſpectus pronuncietur, non amittat iuriſdictionem, vt illam amittit delegatus eo ipſo, quòd ab arbitris pronunciatur ſuſpectus, ſed iudex ordinarius maneat, etiam eorum inter quos eſt ea cauſa, impeditam dumtaxat habẽs iuriſdictionem ad vſum cognoſcendi per ſe ipſum de ea cauſa atque ad ſententiam circa illam ferendam, ſanè impeditus non eſt ad delegandam eandem cauſam ei, aut ijs iudicibus, quos litigantes ſuſpectos non habeant, neque item ad mandandum exequutioni id, quod is iudex à ſe delegatus aut ꝙ hi iudices à ſe delegati iuſtum atque exequendum pronunciauerint, iuxta ea quæ proximè ſubiungo. Atque in hoc, & in eo, quod mox ſubiungo, differt
D iudex ordinarius à delegato.

Poterit ẽt iudex ordinarius, quando recuſatio ei proponitur, non uti via hactenus explicata, efficiendi ſcilicet ut arbitri eligãtur, qui de ea ſuſpicione cognoſcant ac iudicent, ſed cauſam ipſam delegare poterit alicui, qui de illa cognoſcat, & circa illam pronunciet: idq; ſiue eã deleget, quia notoriũ eſt ſe eſſe ſuſpectũ, ſiue quia ſe talem agnoſcit, etiam ſi id notorium non ſit, ſiue denique vt eã arbitrorũ electionem euitet, & cõtentionem coram illis, iudiciumq; illorum, eſtò res ſit dubia, aut certum ſibi ſit, ſe neutri litigantium eſſe ſuſpectum. Quòd ſi is delegatus ab altero litigantium ſuſpectus etiam habeatur, tũc is ordinarius deputare poterit aliquem (credo idem 17
E poterit efficere per ſe ipſum) qui litigantes cõpellat vt aliquem vel aliquos ipſi eligant, cui aut quibus ordinarius ipſe eam cauſam deleget. Et quod ab ita delegato aut ab ita delegatis fuerit iudicatum, ordinarius ipſe exequutioni mandare poterit. Hæc omnia habentur c. ſi quis contra citato de foro competenti. Atque circa hæc omnia longam texit Pan. ibi, Diſputationem, & in repetitione ei capiti adiunctã relatis varijs opinionibus, docteque confutatis. Aliquid etiam ea de re dicet c. cum ſpeciali, de appel. nu. 11. Nos verò pauca dicemus, remittendo lectorem ad longiorem illam Diſputationem.

Prædicta hoc modo Panor. locis citatis optimè intelligit: Quòd cum ordinarius, ſiue recuſationis

cauſa ſit ſolùm coram ipſo propoſita, ſiue etiam ſit iā pronunciatum ab arbitris ipſum eſſe ſuſpectum, ſiue etiō pronunciatum non ſit, id ſit notorium facti notorietate aut iuris, quia eſt iam integre coram arbitris probatum: quòd cum, inquam, ordinarius in his omnibus euētibus iuriſdictionem quo ad eos litigantes & quoad eam cauſam non amittat, ſed ſolùm illam habeat ſuſpenſam & impeditam, ne de ea cauſa cognoſcere poſſit per ſe ipſum, aut circa illam pronunciare ſententiam, & quo ad reliqua, etiā quo ad vſum, retineat illam minimè impeditā, vtique in his omnib. euentibus poſſit eam cauſam alteri, cui ipſe voluerit, delegare, vt de ea cognoſcat, eamque definiat, idque minime requiſitis litigantibus, vt eam ita deleget, minimeque neceſſario ad id illorum conſenſu: quia tamen litigantes recuſare ēt poſſunt talem delegatum ex iuſta cauſa, datumque cum delegatum eſſe ſine ipſorum conſenſu ab ordinario recuſato, illum ex parte ſuſpectum efficiat, ait ſanum conſilium eſſe, vt talis ordinarius recuſatus, à principio ex conſenſu partium deleget eam cauſam ei, in quem litigantes conſentiant, ne poſtea eū recuſare poſſint, niſi ex ſuperueniente cauſa. Quòd ſi ſine partium conſenſu, iure ſuo vtendo illam cauſam delegauit, poſteaque ab altero litigantium recuſetur, & vel ab arbitris ad id electis pronuncietur ſuſpectus, vel id non expectando, ſtatim ac recuſatur, velit idem iudex ordinarius alium delegare, ut poteſt, non ſolùm ſemel, ſed pluries id efficere; tunc, vt breuitati conſulatur, debet à litigantibus petere, in quem velint conſentire, vt ipſum de communi illorum conſenſu deleget, aut ſi in nullo velint cōſentire, poteſt iudicem creare, qui ad id illos cogat, aut ipſe per ſe ipſum poteſt ac debet illos cogere, vt tandem de communi illorum conſenſu aliquis aut aliqui delegentur, qui de ea cauſa cognoſcant, & circa illam ſententiam proferant. Itaque vult Panor. iudicem ordinarium ſtatuere aliquem, qui litigantes cogat vt conſentiant in aliquo aut in aliquibus, quibus cauſa delegetur, aut ordinariū ipſum ad id eos cogere, ſolùm eſſe introductum permiſſiuè, & de conſilio, (potius dicerem, non de conſilio & permiſſione, ſed ita ut ordinarius ad inſtantiam partis aut partium teneatur id efficere) vt cauſæ citiùs finiantur: non verò quaſi alioquin integrum non ſit ordinario, vt delegato recuſato (ſiue arbitri ad cognoſcendum de ea ſuſpicione eligantur, & pronunciēt illum ſuſpectum, ſiue non eligantur) delegare aliū & alium, quouſque deueniatur ad aliquem, qui non recuſetur: quoniam ſemper ad id integra manet iuriſdictio ordinarij recuſati, minimeque quo ad eum delegandi actum impedita.

18 Dubium eſt, quando ordinarius fuit recuſatus, & delegauit cauſam iuxta hactenus dicta, ſi à tali delegato appelletur, vtrum appellandum ſit immediatè ad eum ordinarium recuſatum, qui delegauit, an verò prætermiſſo eo iudice medio, appellādum ſit ad ſuperiorem eius ordinarij. Panorm. latè examinat hoc dubium c. ſi quis cōtra citato à nu. 20. & rurſus in repetitione eiuſdem capitis à nu. 26. Relatis verò ac refutatis varijs ea de re opinionibus, affirmat appellandum eſſe ad iudicem ordinarium recuſatum, non quidem vt ipſe cognoſcat de ea cauſa in gradu appellationis, circa quam eſt recuſatus, ſed vt deputet legatum, quem neutra pars recuſet, aut in quem vtraque pars cōſentiat, electum eo modo, quo in prima inſtantia explanatum eſt. Sicut enim actor, qui iudicem rei ordinariū ſuſpectum habet, ipſum adit aduerſus reum, non quidē vt de ea cauſa cognoſcat, ſed vt eam alicui non ſuſpecto deleget: ſic in gradu appellationis is, qui à delegato appellauerit, recurrere debet ad eundem ordinarium delegatum, non vt ille de eo gradu appellationis eiuſdem cauſæ cognoſcat,

A ſed vt modo, quo ad primam inſtantiam explicato, eum gradum deleget alicui, aut aliquibus, qui neutri parti ſint ſuſpecti, aut qui de conſenſu vtriuſque partis ad id ſint delegati. Sicut enim per recuſationem ordinarij, etiā ſi ſuſpicio probata eſſet, pronunciatumque ab arbitris eſſet, ipſum eſſe ſuſpectū non euanuit iuriſdictio in eo ordinario, ſed manſit non impedita ad effectum, vt modo ſup. explicato delegare eam cauſam poſſet: ita impedita non māſit, vt in gradu appellationis delegare ſimiliter eandem cauſam poſſet, vt quo ad eū appellationis gradum à iudice à ſe ſimiliter delegato cognoſceretur ac iudicaretur.

De cauſis ad recuſandum iudicem aliquem vt ſuſpectū, quæ ſufficientes ad id ſint, quæ non item, in-
B ferius ſuo loco in hoc quinto tractatu dicetur.

Quod ad vltimum in titulo huius Diſput. propoſitum attinet, eſt dicendum: Excōicationem delegātis, ſi res non ſit integra, non impedire iuriſdictionē delegati, ſiue delegatio fuerit facta in totum, ſiue in parte. 19 Ita gl. vlt. in fi. de offi. deleg. Inn. & Pan. ibi. nu. 8. & Maranta de ord. iud. p. 4. d. 5. nu. 70. Quod probat Pan. ex c. ſi is cui, de off. deleg. li. 6. vbi habetur, ſi delegatus in parte ſubdelegauit, & ſubdelegās ſit excommunicatus, tunc durante in ſubdelegante impedimento excommunicationis, non eſſe appellandum à ſubdelegato ad ſubdelegantē, ſed ad ſummum Pont. vnde conſtat excommunicationē delegantis nec impedire nec ſuſpendere iuriſdictionem delegati, ſubdelegatūque in parte non efficere vnū
C tribunal cum ſubdelegante: multo magis id verum habet in ſubdelegato, aut in delegato in totum. Dictum eſt ſupra, ſaltem ſi res ſit integra: quoniā Pan. nu. 8. citato cenſet, ſi res non ſit integra, & delegans excommunicetur, ſuſpendi iuriſdictionem in delegato ipſius, vt ea vti validè non poſſit. Ducitur c. quāuis, de offi. deleg. lib. 6. Sententiam Pan. refert Maranta, nu. 70. citato, neque eam improbat. Ego autem arbitror contrariam opinionem eſſe gloſſæ, c. licèt citato: quæ cenſet, non ſicut re integra expirat iuriſdictio in delegato morte delegantis, ita expirare excommunicatione delegantis: quoniam excommunicatio non eſt mors naturalis, ſed ciuilis delegantis: atque quod diſpoſitum reperitur c. quamuis citato de morte naturali delegantis, vt ſcilicet
D ea expiret re integra iuriſdictio delegati, quia mandatum re integra, morte mandantis expirat, extendendum non eſſe ad mortem ciuilem delegātis per excommunicationem: quoniam nuſquam diſpoſitū reperitur ꝙ mandatum morte ciuili mandantis expiret. Caput autem quamuis citatum non negat tranſlatam efferturis doctrinam in delegatum re integra ſed negat tranſlatum eſſe efficaciter, ita vt id mandatum reuocari non poſſit, ſaltem tacitè morte mādantis, ex iuriſque diſpoſitione. Atque hanc illius gloſſæ ſententiam veram eſſe exiſtimo. Quod verò ad vicarium ordinarij attinet, ſanè quādo vicarius vnum tribunal cum ſuo ordinario cuius eſt vicarius efficit, excommunicato principali ordinario, ita vt
E iuriſdictionem validè exercere non poſſit, impedita quoque remanet iuriſdictio vicarij, quæ omnino pendet à iuriſdictione ordinarij principalis, neque alia à iuriſdictione ordinarij principalis reputatur. Ita habetur expreſſe, cap. Romana. §. vlt. de offic. vicar. lib. 6. Bene tamen obſeruat Maranta. nu. 70. citato, quando iuriſdictio ordinaria non eſt vicarij preſsè ſumpti, quòd is, à quo deriuata fuit, excommunicatus ſit, non ſuſpendere iuriſdictionem eorum, in quos fuit deriuata, vt quòd Rex aliquis excommunicetur, non impedit iuriſdictionem iudicum ordinariorum, qui ab ipſo ante ſuam excommunicationem creati ac deſtinati erant in ſuo regno.

DI-

DISPVT. 24.

Quot modis contingat multos ad aliquid delegari. Quando eorum aliquis recuſatur, quis de cauſa ſuſpicionis iudicare debeat. Quouſque ſubdelegare ſinguli poſſint. Ad quem ab ipſis ſit appellandum. Quando neceſſe ſit omnes ſimul concurrere, quando non item. Si diſcordent, quorum ſententiæ ſit ſtandum. Et quid, quoad hoc quando multi iudices ordinarij eandem cauſam definiunt.

SVMMARIVM.

1 *Multi ad aliquid delegantur abſque alia declaratione, ſi tunc aliquis eorum moriatur re adhuc integra, tota delegatio eo ipſo exſpirat: poſſunt etiam ſinguli ſubdelegare.*

2 *Si tres delegati eſſent ad eandem cauſam à Principe, & duo ſubdelegarent duos alios in parte, qui cum tertio collega immediato à Principe procederent, tũc non eſt appellandum ad duos ſubdelegantes, ſed ad Principem delegantem.*

3 *Poſſunt etiam multi iudices delegari ad aliquã cauſam, ſed cum clauſula, vt ſi omnes inter ſe nequiuerint, ſaltem duo de ea cognoſcant: tunc ſi vnus intereſſe non poſſit, ſed velit ſubdelegare, non tenetur alter committere ſubdelegatum, ſed poteſt ſolus ad cognitionem cauſæ procedere: vel ſi vnus ex tribus tunc recuſetur, & alter moriatur, tunc niſi defunctus ſubdelegaſſet vices ſuas tertio remanenti minimè impedito, non poſſet validè procedere in cauſa, ſed recurrendum tunc eſſet ad primum delegantem.*

4 *Multi etiam poſſunt delegari ad aliquid cum clauſula, vt unus aut multi vel unus eorum id exſequatur: atque tunc quilibet eorum ſolus poterit id exequi. In his trib. modis ſemper ſtandum eſt ſententiæ maioris partis: quando aliud non diſponitur.*

5 *Quando multi ordinarij concurrunt ad aliquid, non vt ſinguli, ſed ut uniuerſitas, tunc non ſatis eſt maiorem partem non conuenire in uno, quam ſint ſingulæ partes quæ conueniunt in alijs: ſed neceſſe eſt in primis, vt duæ ſaltem partes è tribus ſint ad id cõgregatæ ex ijs, qui intereſſe poſſunt,*

6 *Quod ſi iudices delegati diſcordent in ſententia, & pares ſint, neutra ſententia præualet, ſed recurritur ad delegantem: ſecus porrò in iudicibus ordinarijs.*

7 *Iudices ordinarij ſi diſcordent & pares ſint, quibuſdam reum abſoluentibus, quibuſdam condemnantibus, ſtatur ſententiæ abſoluentium.*

1 VArijs modis euenit, vt multi ad eandem cauſam ſeu rem delegẽtur ſimul. Primò, abſque alia declaratione. Atque tunc neceſſe eſt, vt ſimul omnes ad id delegati concurrant: alioquin ſi, vel vno eorum deficiẽte, cæteri concurrant ac ſententiam ferant, ſiue definitiuam ſiue interlocutoriam, (vt bene Panor. iuxta textũ ibi, c. cum cauſa. 1. de offi. deleg. obſeruat) totum eſt irritum & inane. Ita habetur c. cauſam matrimonij, de offi. deleg. l. duo ex trib. ff. de re iudic. l. ſi in tres. l. ſicut. ff. de receptis arbitris, & l. 17. ti. 22. p. 3. Habet autem id verum, etiam ſi, qui abſens eſt, conſenſiſſet ſcripto ad alios cõiudices ea de re miſſo, vt

A cæteri ſine ipſo ſententiam ferrent, vt habetur l. 17. citata, & conſentit l. ſicut citata. Inter alias autem rationes, hanc reddit l. 17. citata: quoniam fortaſſe is, qui abeſt, in contrariam ſententiam iudices traxiſſet, ſi fuiſſet præſens.

Quia ergo in hoc euentu eorum omnium iudicũ præſentia requiritur, quando ſententia fertur, inde euenit, quòd ſi vnus eorum è vita diſcedat antequã ſententia feratur, tota delegatio eo ipſo expiret, neque iuriſdictio ad cauſam proſequendam, & ad ſententiam ferendam, in cæteris iudicibus, ſed recurrẽdum ad delegantem tunc ſit. Ita colligitur ex c. licet, & habetur c. vno, de offic. deleg. Si tamen ſub nomine dignitatis multi eſſent delegati, vt epiſcopus Conchenſis, Orimenſis, & Segouienſis, vnuſq;

B eorum è vita diſcederet: tunc, quia dignitas nõ moritur, & ille non quo ad perſonam, ſed quatenus habet eam dignitatem, erat delegatus, non expirat delegatio, ſed ſuſpenditur quouſq; ſuccedat aliquis in ea dignitate, & tunc is ſuccedit in ea delegatione loco defuncti, iuxta ea q̃ in calce Diſp. 21. dicta ſunt.

Quando modo explicato multi ad eandem cauſam delegantur, poſſunt ſinguli in euentibus Diſp. 15. & 21. explicatis ſubdelegare ad eãdem cauſam. Atque quemadmodum vnuſquiſque eorum ſubdelegare poteſt aliquem alium, ita ſubdelegare poteſt ſuum collegam & coniudicem in eandem cauſam. Quo fit, vt ſi tribus cauſa aliqua delegata ſit à principe, & duo eorum ſubdelegent & committant vices ſuas tertio remanenti, is ſolus poſſit validè cau-

C ſam finire, nomine quidem proprio tanquam delegatus, & nomine aliorum duorum tanquam ſubdelegatus ab illis. Atque ſi ſubdelegauerint in totũ aut in partem, ita vt re non integra morte ſubdelegantium nõ expiret iuriſdictio in ſubdelegato iuxta ea, quæ Diſp. 21. dicta ſunt, eueniatque alterũ ſubdelegantium aut vtrumque mori re nõ integra, ſed poſt quam ſubdelegatus vſus eſt iuriſdictione ipſi ab illis ſubdelegata, tũc ſanè poterit ſolus expedire cauſam, nihil impediẽte morte collegarũ, qui ſimul cũ ipſo ad eam cauſam à principe delegati ſunt: ſecus autem ſi alter ſubdelegantium aut uterque moriantur re non inteegra: quippe cum iuriſdictio expiret re non integra morte aut amiſſione iuriſdictionis ſubdelegantis quauis alia ratione. Hæc conſtãt ex

D c. quamuis. 1. & ex c. licèt. §. vlt. de offi. deleg.

Si tres modo explicato delegati ad eandẽ cauſam
eſſent à principe, & duo eorum ſubdelegarent in 2
parte duos alios, qui cum tertio collega immediatè delegato à principe procederẽt: atque appellaretur ab his tribus, tunc non eſſet appellandum ad duos ſubdelegãtes, ſed ad primum delegantẽ, hoc eſt, ad principẽ. Ita habetur, c. ſi duo, de off. deleg. Idẽ eſt, ſi duo eſſent delegati, & unus eorum ſubdelegaſſet, aut ſi plures, quã tres, eſſent delegati, aut aliquis aut aliqui eorũ ſubdelegaſſent, vt gloſ. ibi ait: eſt enim eadẽ ratio. Idemquoque eſt, ſi ſubdelegaſſent tertiũ collegam, vt ibi gl. ait: quoniam ſimiliter eſt eadem ratio. Atque idẽ longè maiori cum ratione eſt, ſi in

E totũ ſubdelegaſſent, vt gloſſa ibi ait: quoniam tunc non eſt locus vt ad ſubdelegantes appellaretur, vt Diſp. 21. dictum eſt. Quòd ſi omnes tres in partem ſubdelegaſſent, ſiue eũdem, ſiue diuerſos, tũc ab eo ſubdelegato aut ab eis ſubdelegatis appellaretur immediatè ad eos tres ſubdelegantes, & non ad principem, iuxta ea quæ Diſp. 21. dicta ſunt.

Quando multi modo explicato à principe ad eandem cauſam delegantur, ſi vnus eorũ, vt ſuſpectus recuſetur, antequã ille in totum ſubdelegaſſet, ſuſpẽditur iuriſdictio aliorum, vt procedere ualidè non poſſint in eadem cauſa, eamque definire quouſque cauſa ſuſpicionis iudicetur: atque ſi is ſuſpectus pronũcietur, reliqui progredi nõ poſſunt in eadẽ cauſa.

Ita colligitur ex c. licèt. de off. deleg. & conſtat apertè ex dictis. Cum enim reliqui ſine illo progredi validè non poſſent in ea cauſa: & ille, ſi ſuſpectus pronuncietur, aut interdum vt ſuſpectus eſt recuſatus, neque circa ſuſpicionem pronunciatum concurrere validè cum illis non poſſit: liquido ſane conſtat, interim dum id obſtaculum illius perſeuerat, reliquos non poſſe validè progredi in ea cauſa. In euentu autem, de quo loquimur, ſiue omnes legati recuſentur, ſiue vnus, aut multi ex illis, arbitri ſunt eligendi, qui de ea ſuſpicione iudicent, reliquaque ſunt efficienda, quæ Diſputatione præcedente ſunt explicata: neque reliqui delegati, qui vt ſuſpecti non recuſantur, iudicare de ea ſuſpicione, debent, vt in alijs euentibus, quos ſubijciemus, iudicare de illa debent. Ita habetur c. ſi contra vnũ, de offi. deleg. li. 6.

Vtrùm autem quod dictum eſt in euentu, de quo loquimur, inualidam ſcilicet eſſe ſententiam latam à reliquis delegatis, ſi vel vnus eorum, qui ad eam cauſam delegati ſunt, abſens ſit, intelligendum ſit ſolũ de ſententia definitiua, nõ verò de interloquutoria, quaſi interloquutoria valeat. Greg. Lopez. l. 17. citata verb. *el juizio*, affirmanter reſpondet cum gloſſa 1. in fine. l. Pomponius (aliàs incipit, ſi vni) ff. de re iud. & cum Paulo Caſtrenſi ibi. Contrarium verò rectiùs cũ Bart. affirmat Panor. c. cauſam matrimonij de offic. deleg. conſonantius ad id caput, & ad alia iura reiecta gloſſa illa. Obſerua tamẽ gloſſam illam, ſi expendatur, non loqui de omni interloquutoria, ſed de illa tantum, qua vnus ſine alio aut alijs præciperet partes adeſſe. Cæterùm in eo etiam euentu gloſſa c. prudentiam in prin. verb. teneatur, de offic. deleg. contrarium affirmat, dicitque reum ad citationem duorum tantum non teneri comparere. Tametſi tutius eſſe dicat, vt compareat & intelligat, an id faciant, quia tertius eſt impeditus, aut quia ſe excuſauit, vel quia illis vices ſuas delegauit, & cognito nihil horum interueniſſe, poſſe ſe habere pro non ad id citato, & agere aduerſus eos duos iudices ad expenſas. Ait etiam iudices illos malè efficere, quando ob impedimentum tertij aut alia de cauſa ſoli poſſunt procedere, non exprimendo in citatione, cur ſine illo tertio procedere poſſint.

In euentu autem, de quo loquimur, vtrùm, ſi iudices omnes adſint, & proferant ſententiam, ſed inter ſe diſcordes ſint, ſententia valeat, & quorum ſententiæ tunc ſit ſtandum, in calce huius Diſputationis dicetur.

3 Secundo modo poſſunt delegari multi iudices ad aliquam cauſam, vt tres, (verbi gratia) ſed cum clauſula, vt ſi omnes inter ſe nequiuerint, duo nihilominus de ea cognoſcant, eamque definiant. Atque tũc ſi non conſtet de impedimento tertij, aut quòd venire non velit, licèt poſſit, & duo procedant in cauſa ſine illo, totum, quod fecerint, irritum eſt & inane. Ita habetur c. prudentiam in prin. & §. adijcimus, & c. cum cauſa, de offic. deleg. Quòd ſi legitimè conſtet tertium vel habere impedimentum, vel eſtò illud non habeat, venire non velle, quamuis malè faciat, ſitque reprehendendus, (quin & puniendus à delegante, vt ibi gloſſa affirmat) duo tamẽ tunc procedere poſſunt in ea cauſa: quoniam ad effectum vt ſoli duo progredi in ea poſſint, perinde reputatur tertium venire non velle, atque nõ poſſe venire. Ita habetur, c. prudentiam citato, §. adijcimus, de offic. deleg. Gloſſa. c. cum cauſa citato, verb. ab illis, ſi tertius admonitus à duobus alijs condelegatis, vt accedat, non acceſſerit, præſumi non velle venire, etiam ſi dicat, ſe receſſurum ac proinde extime poſſe eos duos ſolos procedere in cauſa. Hæc, quæ dicta ſunt, quando duo delegantur cum illa clauſula, quòd ſi non omnes intereſſe poſſint, duo ex illis procedant, ſunt ſimiliter intelligenda, quando duo delegantur ad

A aliquam cauſam cum clauſula, quòd ſi ambo intereſſe non poſſint, vnus procedat, vt habetur c. prudentiã citato. §. idẽ quoque, aut ſi ſimilis clauſula, quòd ſi non omnes alijs modis varietur.

Quando duobus cauſa committitur cum clauſula, quòd ſi ambo intereſſe nõn poſſint, vnus illã definiat; tunc, ſi vnus intereſſe non poſſit, ſed velit ſubdelegare, non tenetur alter committere ſubdelegatum, ſed poteſt procedere ſolus ad cognitionem & definitionem cauſę. Ita habetur. c. corã dilecto, de offic. deleg. Idem intellige, ſi tres delegarentur cum clauſula, vt ſi omnes intereſſe non poſſint, vnus ſolus procederet, remanentes quippe non impediti admittere non tenerentur ſubdelegatum aut ſubdelegatos.

B Hinc, ſi princeps duobus committat cauſam, vt in ea procedant appellatione poſtpoſita, & cũ clauſula, ꝙ ſi ambo intereſſe nõ poſſint, alter ſolus procedat, ſanè ſi eueniat, alterum adeſſe non poſſe, & cõmittat collegæ condelegato vices ſuas, alterq; collega procedat ſimul vt ſubdelegatus ſui collegæ, neque poterit ſubdelegare cauſam: eoquòd ſubdelegatus non poſſit ſubdelegare; neque itẽ poterit procedere appellatione poſtpoſita: cũ tamen, ſi admittere noluiſſet uices ſui collegæ, ſed ſolus procedere, poſſet ſubdelegare, & procedere poſſet appellatione poſtpoſita. Hæc omnia habentur expreſsè c. ſuper queſtionũ. §. ſi verò, de off. deleg. Redditur verò ibi hæc ratio: quia quod talis delegatus põt ex ſola iuriſdictione ſibi à principe delegata, non põt cũ iuriſdictione ſibi à cõdelegato ſubdelegata. Ibidẽ additur,

C in euentu, in quo eſt dictũ, delegatum procedere nõ poſſe appellatione poſtpoſita ſi ab eo appelletur, appellandum eſſe ad principẽ, & nõ ad collegam, qui eũ ſubdelegauit, vt aliqui non bene exiſtimauerant.

Si cauſa aliqua duobus committatur, cum clauſula, quòd ſi ambo intereſſe non poſſint, alter ſolus procedat, eueniatque vt vnus eorum pronuncietur ſuſpectus, alterque, qui ſolus procedere poterat procedat ſimul cum eo, totum ſit irritum & inane: cũ tamen ſi ſolus proceſſiſſet, totum fuiſſet validum: quod enim ſolus efficere validè poterat, non poteſt validè efficere cum illo alio recuſato. Ita habetur c. cum ſuper, de offic. deleg.

Quando tribus committitur cauſa cum clauſula

D quòd ſi omnes intereſſe non poſſint, duo illam definiant, euenitque vnum legitimè recuſari vt ſuſpectum, & alterum mori, tunc niſi defunctus ſubdelegaſſet vices ſuas tertio remanenti minime impedito, & is ante mortem ſubdelegantis vti cœpiſſet iuriſdictione ſibi delegata, non poſſet validè progredi in cauſa, ſed recurrendum tunc eſſet ad primum delegantem: quoniam iam tunc cauſa expediri non poſſet iuxta formam reſcripto ipſis præſcriptam, vt ſcilicet duo ſaltem illã definiant; inualida autẽ ſunt, quæ à ſubdelegatis fiunt non ſeruando formam delegationis ipſis commiſſæ. Quòd ſi is tertius remanens non impeditus vti cæpiſſet ante mortem ſubdelegantis iuriſdictione ſibi ab illo ſubdelegata, tunc

E progredi optimè poſſet in cauſa poſt mortem ſubdelegantis, cauſamque finire. Hæc omnia habentur c. licet, de offic. deleg. Idem dic, ſi antequam illi alteri recuſatio ob ſuſpicionem obijceretur, ſubdeleget non impedito vices ſuas, iuxta ea quæ præcedente diſputatione dicta ſunt.

In ſecundo modo delegandi multis aliquam cauſam hactenus explicato, nempe cum clauſula, vt ſi aliquis aut aliqui intereſſe non poſſint, reliqui procedant ac cauſam definiant, ſi vnus aut multi eorum recuſentur vt ſuſpecti, eligendi non ſunt arbitri, qui de ea ſuſpicionis cauſa iudicẽt, ſed reliquus aut reliqui nõ recuſati iudicare de illa cauſa ſuſpicionis debẽt. Ita habetur. c. ſi cõtra vnũ, de offic. deleg. lib. 6.

Quando

Quando tamen omnes recuſarentur, tunc quia nullus eorum remaneret non recuſatus, qui iudicare de ea ſuſpicione poſſet, recurrẽdum eſt ad arbitrorum electionem, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt.

4 Tertio modo delegari poſſunt multi ad aliquid cum clauſula, vt omnes, aut multi, vel vnus eorum id exequatur. Atque tunc quilibet eorum ſolus poterit id exequi. Cæterum vno eorum negotium inchoante, alij non poſſunt vlterius ſe in illo intromittere, niſi ille morbo aut alia iuſta de cauſa non poſſit, vel non velit, aut malitioſè procedere recuſet: tūc enim quilibet eorum procedere poteſt. Item vno illorum perpetuante iuriſdictionem, quia in vita delegantis negotium inchoauit, nec res integra manſit, perpetuata iuriſdictio remanet quo ad omnes, ita vt omnes per mortem delegantis progredi in cauſa poſſint. Hæc omnia habentur. cap. cum plures. de offic. deleg. lib. 6.

In euentibus omnibus tota hac diſputatione explicatis, ſi multi ſimul concurrant ad ſententiam ferendam, ſtatur ſententiæ maioris partis. l. Pomponius (alias ſi vni) in fine. l. ſi duo. ff. de re iudic. & l. 17. tit. 22. par. 3. Excipitur in euentu. cap. paſtoralis in princip. de reſcrip. quando ſcilicet per diuerſa reſcripta iudices delegati diuerſi obtenti ſunt ab vtraque parte, & dubitatur, quæ literæ valere debeãt, primæ ne an ſecundæ, & vtrique iudices coniuncti cognoſcere ac definire aggrediuntur, quæ literæ quibus ſint præferendæ. ſi enim iudices dati vno illorũ reſcriptorum diſtant à iudicibus datis alio reſcripto, eſtò plures dati ſint vno reſcripto, quàm alio, non præualent illi plures: quoniam ad eum effectum omnes vnius reſcripti reputantur pro vno, & omnes alterius reſcripti reputantur pro alio.

Idem verò, quod de legatis eſt dicendum in iudicibus ordinariis, quando multi concurrent ad ſententiam ferendam in eadem cauſa, ſtandum ſcilicet eſſe ſententiæ plurimorum, vt habetur. l. 17. citata, & conſentiunt iura alia citata. Panorm. c. vlt. de ſent. & re iud. num. 11. inter alia exempla, quæ adhibet, quando multi iudices ordinarij concurrant ſimul ad eandem cauſam, vnumque eſt, quando Epiſcopus aliquis, aut Archiepiſcopus, duos aut plures vicarios creat, qui loco ſui ex ſuo tribunali eaſdem cauſas definiant. Sic in aliquibus archiepiſcopatibus deputantur multi auditores, qui cauſas aliquas definiant. In hoc autem regno accommodatum habemus exemplum in prætoriis Pinciano ac Granatenſi, & in ſupremo conſilio Regio, atque in alijs *cõſeios*, quos vocant, in quibus loco Regis varij ſenatores deputantur ad res definiendas, qui iudices ſunt ordinarij, vt in calce Diſput. 13. dictum eſt. Quando verò aliud non diſponitur, ſtatur ſententiæ ſeu iudicio ac definitioni maioris partis. Sic. l. 7. tit. 4. li. 2. nouæ collect. præcipitur, vt in ſupremo conſilio regio ſtetur maiori parti ſuffragiorum ac definitioni ſenatorum. Idem quoad prætoria Pincianũ & Granatenſe habetur. l. 41. & 42. tit. 5. lib. 2. nouæ collect. vbi nihilominus præcipitur, vt ſenatores, qui à maiori parte fuerint diſcordes, ſubſcribant in ſententijs vna cum maiori parte quæ præualuit.

Dixi, quando aliud non diſponitur. Quoniam. l. 47. tit. 4. lib. 2. nouæ collect. diſponitur, vt tabelliones in ſupremo conſilio regio examinentur à tribus ſenatoribus, & vt niſi omnes tres conſentiant, habiles atque idoneos ad id munus eos eſſe, non admittẽtur ad tale munus.

Et l. 8. tit. 1. lib. 2. nouæ collec. circa leges, ſeu pragmaticas, ferendas, aut abrogandas, itemque vt circa illas diſpenſetur, ſic eſt diſpoſitum. *Ordenamos y mãdamos, que quando ſe tratare en nueſtro conſeio de hazer alguna ley nueua, o pragmatica, o de derogar o diſpẽ*

A *ſar con alguna ley, ayan de concurrir y concurran en un uoto todos los del conſeio, que ſe hallaren preſentes en el conſeio, o por lo menos las dos partes, y nos lo conſulten, para que proueamos en ello lo que conuenga à nueſtro ſeruicio, y al bien publico de nueſtros reynos.*

Lege 43. tit. 5. lib. 2. nouæ collectionis, ſtatuitur, vt in prętorijs Pinciano ac Granatẽſi, in quibus ſenatores ſquaterni in aulis diuerſis, vt ciuilia negocia expediant diuiſi eſſe ſolent, ſtatuitur, inquam, vt qñ negocia ciuilia ſunt grauia, quæ æſtimationem centũ mille marauedinorum excedunt, ſtetur quidem iudicio maioris partis ſenatorum eius aulæ, cæterum ſi tres non conueniant omnino in idem placitum, iungantur ſenatores eius aulæ cum ſenatoribus ſequẽtis aulæ, ſteturque iudicio plurimorum eorum omnium:

B quod ſi neque tunc tres ex eis omnibus conueniant omnino in idem placitum, iterum coniungantur omnes cum ſenatoribus ſequentis aulæ, & ſtetur ſimiliter plurium ſuffragio ſeu iudicio, atque ex omnibus his ſenatoribus conſentiant tres in idem omnino placitum, vt reus abſoluatur, vel condemnetur, vocentur, atque aſſumantur ſimul alii viri docti, qui Regis legiſve illius autoritate ſuffragia ferant, quouſque tres ſaltem ex eis omnibus in idem omnino placitum conueniant. Ibidem. l. 44. ſubiungitur, quãdo quia tres ſaltem ſenatores in idem placitum omnino non conſentiunt, (ſemper computatur etiã præſes, ſi adſit & ſuffragium ferat) coniunguntur ſenatoribus ſequentis aulæ, aut aularum ſequentium, vt ſimul rem definiant, ſi eueniat, antequam res in

C alia aut in aliis aulis videri incipiat, concordare tres ſenatores aulæ, in qua antea res erat definienda, id fiat, quod illi definierint. Si verò res videri iam cęperat in alia aut in aliis aulis, omnes illi rem definiant, & ſtetur iudicio ac ſuffragio plurium eorum omnium, modo tamen tres ſaltem conſentiant in idem omnino placitum, vt dictum eſt. Excipitur, quando aliqua de cauſa ſenatores primæ aulæ non viderant probationes aliquas, aut ſcripturas, quibus viſis, tres eorum omnino conſentiunt: nam tunc ipſi ſoli rem definiunt. Semper tamen omnes, qui tunc in ea aula rem examinabant ac definiebant, ſubſcribunt ſentẽtiæ, eſtò aliqui eorum diſſenſerint, vt dictum eſt. Sequentibus legibus ibidem ſtatuitur, admittenda eſſe ſuffragia eorum ſenatorum, qui rem examinauerãt,

D vt eam cum illis definirent, ſi illa ante ſuum obitum vel ante ſuum diſceſſum promitti ad altiorem gradum ſcripta reliquerant.

Optimè verò Panorm. cap. vlt. de ſent. & re iud. num. 13. obſeruat, quando multi ordinarii concurrunt ad aliquid, non vt ſinguli, ſed vt vniuerſitas ſeu vt communitas, vt Epiſcopi congregati in Concilio prouinciali, aut communitas eccleſiæ cathedralis ad electionem Epiſcopi quoad eos, qui ad id ius habẽt ſuffragii, quando Epiſcopus ſuffragiis eligitur, tunc non ſatis eſſe maiorem partem conuenire in vno, q̃ ſint ſingulæ aliæ partes, quæ conueniunt in aliis; ſed neceſſe eſt in primis, vt duæ ſaltem partes è tribus ſint ad id congregatæ ex iis, qui intereſſe poſſunt ac 5

E volunt, iuxta. l. nulli, & l. planè. ff. quod cuiuſque vniuerſ. & deinde vt maior pars ita congregatorum cõueniat, iuxta. cap. eccleſiæ 1. & cap. quia propter. de elect. cap. cum in cunctis. de his quæ fiunt à maiori parte cap. & alia iura, quæ ad id Panormitan. citat. Et quod ſtatuitur à maiori parte, pręualet, & mandari debet exequutioni, nihil impediente contradictione & appellatione minoris partis, quando nihil rationabile contra id, quod definitum eſt, proponit ac probat. Hæc intellige, quando contrarium non eſt ſtatutum, aut cõſuetudine receptum. Scholaſtici enim, vt communitas ſibi ſuffragiis eligunt cathedraticos ex præſcripto multarum vniuerſitatum, & tunc ea non eſt neceſſe, vt plures mediatè in vno

conue-

conueniant, ſed qui plura habet ſuffragia, is manet ad cathedram electus. Plurimaque ſtatuuntur in cõmunitatibus ad plura ſuffragia ſimpliciter, & non ad plura mediatè. Summus item Pontifex vt à collegio cardinalium congregatorum in conclaui electus cenſeatur, neceſſe eſt vt duæ partes ex tribus earum in eodem conueniant. Inſtar etiam eius electionis, vt aliquis in generalem noſtræ ſocietatis electus cenſeatur, neceſſe eſt vt duæ partes ad id congregatorũ, & habentium ſuffragia, in vno & eodem conueniãt: cum tamen ad electionem perſonarum, quæ in prouincialibus congregationibus eliguntur, vel ad congregationes generales, vel ad congregationes procuratorum cum generali, ſufficiat in noſtra ſocietate, & requiratur, vt plures mediatè in ſingulis eligendis conueniant. Ad reliqua autem, ad quæ in prouincialibus congregationibus ſuffragia locum habent, ſatis eſt ſi plures in idem conueniant, eſto ad medietatem ſuffragiorum non pertingant. Item vt cõſtat ex clem. exiui. de paradiſo. §. demum, iuncta gloſſa ibi, in ordine minorum ad electionem prouincialis ſatis eſt, ſi minor pars conuenientium ad capitulum prouinciale eundem eligat, eſto ad medietatem ex eo ea pars congregationum nõ perueniat, quod ſuffragia aliorum inter multos ſint diuiſa: Illæ tamen electiones, quę ſunt in communitatibus ad plura mediatè ſuffragia, conſonant cum diſpoſitione iuris communis ſupra relata: eoque modo in hac cathedrali eccleſia Conchenſi ſuffragiis Epiſcopi & capituli eliguntur canonici ad magiſtralem, doctoralem, & ſcripturæ canonicatus. Cæterum agere de electionibus, ſtatutis, ac definitionibus congregationum, non ad hunc locum ſpectat. Reuertamur ergo ad iudices delegatos & ordinarios, qui vt ſinguli iudicant, iuriſdictionem exercent.

6 Hoc eſt diſcrimen inter iudices delegatos & ordinarios, quòd ſi iudices delegati diſcordent in ſententia, & pares ſint, ita quòd non ſint plures pro vna parte, quàm pro alia, neutra ſententia præualet, ſed recurritur ad delegantem, illique ſtatur parti, quam delegans definit, interimque dum non definit, delegatorum ſententia eſt in ſuſpẽſo. Ita habetur. l. duo iudices. ff. de re iud. c, vlt. eod. tit. & l. 17. tit. 22. par. 3. Non verò ſic res habet in iudicibus ordinarijs, vt ſubiiciemus. Quando item iudices delegati ante ſententiam diſcordarent, poſſent cauſam inſtructam remittere ad delegantem, vt delegans ſententiam ferret, vt Panor. c. vlt. de ſent. & re iudicata, num. 6. affirmat argumento c. per hoc, de hæret. lib. 6.

Cauſam autem huius diſcriminis inter iudices delegatos & ordinarios reddit gloſſa vlt. c. vlt. de ſent. & re iud. dicens eſſe, quòd iudices ordinarii non habeant ſuperiorem, ad quem recurratur: delegati verò habeant ſuperiorem. Eam autem meritò reiiciũt Panorm. ibi num. 10. & alii: quoniam ſolus Papa aut ſupremus quiuis alius princeps non habet ſuperiorem: reliqui verò iudices ordinarii infra illos ſuperiorem habent. Panorm. ibidem à nu. 6. hanc aliam rationem reddit: quòd multi iudices delegati circa eandem cauſam ita inter ſe ſunt affecti, & comparatione cauſæ, vt nullus eorum habeat iuriſdictionem in ſolidum: multi autem ordinarii illam habeant ſinguli in ſolidum. Mihi verò ea ratio non probatur: quoniam quando id diſcrimen traditur inter ordinarios & delegatos iudices, non eſt ſermo de iudicibus ordinariis, qui ſinguli ſine concurſu alterius aut aliorum coniudicum poſſint definire cauſam, ſed de iudicibus ordinariis, à quorum concurſu ſimul pendet deciſio cauſæ, ita quod ab vnoquoque eorũ pendet partialiter, partialitate iudicis. Etiam quãdo duo Epiſcopi ex eo haberent iuriſdictionem ordinariam in eandem eccleſiam, quòd in cõfinio vtriuſq; Epiſcopatus eſſet ſita: tunc enim diſpoſitio vtriuſ-

A que Epiſcopi ſimul eſt neceſſaria, vt eos obliget. Atque quando non conuenirent circa Epiſcopalia ac diſpoſitiones, ſuperior ordinare debet, aut certè ipſi inter ſe conuenire debent, vt alternis annis adminiſtrationem habeant, vt ait gloſſa vlt. cap. placuit. 16. quæſt. 3. quam Panorm. cap. vlt. citato num. 5. approbat ac commendat. Legitimam vero cauſam eſſe arbitror, quia ſic meritò ius ſtatuit, eo quod delegati non tanta cum exactione eligi conſueuerint, vt ordinarii: & quoniam delegata iuriſdictio ſemper pendet, ſaltem à primo delegante, qui eſt ordinarius, & poterit alios delegare, atque exequi, quod per ſuos delegatos fuerit definitum, vt diſputatione præcedente dictum eſt, ſupplereque quod à ſuis delegatis minus integrè, & minus plenè fuerit de-
B finitum.

Iudices verò ordinarii, ſi diſcordẽt, & pares ſint, 7
quibuſdam reum condemnantibus, & aliis illum abſoluentibus, ſtatur ſententiæ eorum, qui reum abſoluunt. Ita habetur. l. inter pares. ff. de re iudic. cap. vlt. eod. titul. & l. 17. tit. 22. par. 3. Reo enim potius, quam actori, eſt fauendum: Excipitur, niſi cauſa ſit fauorabilis: nam tunc, ſi pares ſunt iudices, ſtatur ſẽtentiæ latæ pro re fauorabili ac pia, eſtò in actoris fauorem lata ſit. Tales computantur quatuor cauſæ cap. vlt. de re iudic. Nempe libertatis, de qua idem habetur l. inter pares citata. Eſtò enim, qui contendit eſſe liberum, actor ſit, ſi iudices diſcordant, quibuſdam illum liberum pronunciantibus, & aliis eũ pronunciantibus ſeruum, ſi pares ſint, ſententia eo-
C rum præualet, qui liberum eum pronunciarunt. Itẽ cauſa matrimonii, ſi enim quidam pronuncient matrimonium aliquod eſſe validum, alii vero eſſe inualidum, pareſque ſint, præualet ſententia eorum, qui validum illud iudicarunt, eſtò actor validum eſſe contenderet. Præterea dotis cauſa. Eſtò enim mulier pro dote ſua agat, ſi iudices pares ſint, ſententiæ eſt ſtandum, quæ doti mulieris fauet. Conſentiunt l. 1. ff. ſolut. matr. l. in ambiguis. ff. de iure dot. & alia iura, quæ gloſſa ibi citat, atque cap. nuper. de donat. inter vir. & vxor. Item teſtamenti cauſa. Eſtò enim actor validum eſſe teſtamentum contendat, ſtãdum eſt ſententiæ iudicantium validum eſſe, ſi iudices diſcordent, & pares ſint. l. pars iudicantium. ff. de offi. teſt. cap. vlt. de re iud. Et cum id caput ea quatuor
D commemorat in exemplum, quando cauſa eſt fauorabilis, idem cenſendum eſt in quacunque alia cauſa pia & fauorabili. Ita Panorm. cap. vlt. de re iudic. num. 17. Si iudices omnes ordinarii reum condemnent, cæterum quidam in minori quantitate, & alii in minori, ſi pares ſint, cenſetur ſolum condemnatus in maiori quantitate, in qua omnes aut plures cõueniunt, non vero in maiori. Ita habetur l. inter pares. ff. de re iudic. & leg. 17. titul. 22. parte 3. Atque quatenus in hactenus à nobis traditis conſentit Anton. Gomez. l. 38. Tauri, num. 2. & 3. probanda eſt eius ſententia: non verò quatenus ab eis diſcrepat.

Quod ad iudices ordinarios attinet, longè aliter
E res in hoc regno eſt definita, quod attinet ad prætoria Pincianum & Granatenſe. Quando enim cauſæ ſunt æſtimationis centum mille marauedinorũ, aut infrà, ſatis eſt ſi duo ſenatores de illis iudicẽt. Quod ſi diſcordes ſint, præcipitur ut accedat tertius ſenator cum illis, & quod duo ſtatuerint, id pronuncietur, & tres omnes ſententiam ſubſcribant. Tametſi ſecutoriam, quam vocant, vi eius ſententiæ conceſſam, duo ſenatores dumtaxat ſubſcribant. Ita habetur. l. 26. tit. 5. li. 2. nouæ collect. In cauſis autem, quæ æſtimationem centum marauedinorum excedunt, iam ſuprà dictum eſt, maiorem partem in ſententia debere conuenire, nec pauciores, quam tres ſenatores, qui in illo omnino conſentiant, ſufficere, vt vim

habeat ſententiæ. Quo fit, vt in eis prętorijs, ſiue cauſæ piæ & fauorabiles ſint, ſiue non, nō ſufficiat iudices eſſe pares, vt reus abſoluatur, nedum vt in actoris fauorem ſententia vim habeat.

Quando iudex ordinarius & delegatus ſummi Pontificis ſimul ad aliquid concurrunt, vt inquiſitor hæreticæ prauitatis & ordinarius in cauſa fidei, & diſcordes ſunt, quid ſit cenſendum, commodius dicetur infrà Diſput. 28.

DISPVT. 25.

Delegatus oſtēdere tenetur ſe habere eam iuriſdictionem. Neque reſcripti limites excedere poteſt. Et quæ neceſſaria ſint, vt eſſe poſſit delegatus. Atque vbi, & num gratis, exercere ſuam iuriſdictionem debeat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus oſtendere debet ſe habere eam delegatam iuriſdictionem, alioquin nullus tenetur ei parere, etiam in executione latæ à ſe ſententiæ.*

2 *Delegatus formam ſibi præſcriptam excedere non debet, alioquin irritum erit, quod contra mandatum ſibi datum fecerit.*

3 *Vt quis poſſit iudex eſſe delegatus, impletum habere debet vigeſimum ſuæ ætatis annum.*

4 *Delegatus ſummi Pontificis eſſe non poteſt, niſi conſtitutus in dignitate vel perſonatu, vel canonicus eccleſiæ cathedralis.*

5 *Cauſæ delegatæ ab Apoſtolica ſede audiri non poſſunt niſi in ciuitatibus, aut in locis, vbi copia peritorum haberi poſſit.*

6 *Quando actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis aut diœceſis, cauſæ inter illos à ſede Apoſtolica committi nō poſſunt extra eam ciuitatem aut diœceſim; neque eorum aliquis conueniri; ſecus quando ſunt diuerſæ ciuitatis aut diœceſis.*

7 *Siue actor & reus ſint eiuſdem ciuitatis, ſiue diuerſarum, iudex delegatus non poteſt nec de cauſa cognoſcere extra ciuitatem, in qua ſit conceſſus, ſine expreſſo partium conſenſu.*

8 *Reſtrictio abbatum aut aliorum ſuperiorum circa eam rē, qui habebant prioratus in diuerſis locis, quibus præſidebant.*

9 *Delegati à ſede Apoſtolica nullum præcipere poſſūt vocari ad ferendum teſtimonium circa cauſam ipſis delegatam, niſi quando conditio cauſæ id exegerit.*

1 IVdex delegatus oſtendere tenetur ſe habere eā delegatam iuriſdictionem, alioquin nullus tenetur ei parere, etiam in exequutione ſententiæ à ſe latę, vt ſi præcipiat alicui denunciare aliquem à ſe excommunicatum. Ita habetur. ca. cum in iure. de offic. deleg. Vnde citare debet inſerto tenore ſuæ delegationis, aut aliter de eadem ſua delegatione certum citatum facere, vt teneatur coram ipſo comparare. Ita iuxta cap. cum in iure citato, & ca. præterea. de delegationibus Bart. Panorm. & Felyn. quos Maranta de ord. iud. par. 4. diſt. 5. num. 55. refert ac ſequitur. Contra vero res habet in iuriſdictione ordinaria: non enim iudex ordinarius, pro tali habitus, ac receptus in ſuo munere, tenetur oſtendere ſuam iuriſdictionem, literaſve illius, ſed citatus ſimpliciter ab eo, etiam ſolo verbo, iuxta c. cum delicti. de dolo & cont. & l. 1. tit. 7. par. 3. tenetur coram eo comparere: ſemper enim præſumitur pro iuriſdictione

A ordinaria: non verò ſic pro delegata, vt cum Panor. c. cum in iure citato ait Maranta num. 55. citato: eſtque delegati iuriſdictio odioſa, atque idcirco reſtringenda: iuriſdictio verò ordinaria eſt fauorabilis, ac proinde amplianda, vt gloſſa cap. 1. de reſcriptis lib. 6. communiter approbata affirmat. Poteſt verò iudex delegatus eligere nuncium, per quem citet, ſicut & ordinarius, quoniam vt diſputatione ſequenti dicetur, is, cui cauſa delegatur, eo ipſo cenſentur ei cōceſſa, quæ neceſſaria ſunt ad eam cauſam, ad exequutionemque, iuriſdictionem ſibi delegatā citare quoque per nuncios aliorum iudicum, etiam ſuperiorū, poteſt, vt cum communi doctorum ſententia Greg. Lopez. l. 1. citata verb. *por ſus omes conocidos* affirmat. Maranta de ord. iud. par. 4. diſt. 15. num. 8. cum pleB riſque aliis quos citat, affirmat, proceſſum factum à iudice delegato, antequam literas ſuæ delegationis oſtendat, eſſe nullum, etiam iam eas literas habeat: id tamen cum Angelo & Bal. limitat procedere, dūmodo pars opponat de reſcripto non præſentato: ſi enim id non opponeret, & ſub ſilentio pertranſiret, validus eſſet proceſſus.

Delegatus formam ſibi præſcriptam excedere nō debet: alioquin irritum erit, quod contra mandatum ſibi datum fecerit, fines illius tranſgrediendo. Id tamen non impedit, ipſum admittere debere rationabiles exceptiones ſibi propoſitas, niſi ei contrarium præciperetur, quod raro fit. Ita habetur cap. ex parte tua. de offic. deleg. cap. cum dilecta. de reſcript. & alijs iuribus. Quin quando generaliter præciperetur, C vt delegatus exceptiones non admitteret, intelligendum id eſſet, ſi non conſtaret legitimas ac veras eſſe: quoniam legitimæ ac veræ non cenſentur prohibitæ admitti: id enim iniquè fieret, quod præſumendum non eſt de intento delegantis: quin ſi id appellaret in reſcripto, præſumendum eſſet, verum non eſſe, neque continuò eſſet illi obediendum, ſed expectandum eſſet ſecundum mandatum, vt Panorm. c. ex parte ſua citato ait, apud quem lege, quę hac de re addi poterant. Item delegatus extendere non poteſt ſuam iuriſdictionem ad perſonas in reſcripto ſuæ delegationis ſaltem per generalem clauſulam minimè contentas, etiam ſi illæ conſentiant, quod ſi eā ad illas extendat, irritum id erit & inane. Ita habetur c. P. & G. de offic. del. c. ſedes apoſtolica, & c. paſtor. D de reſcr. affirmatq; Nauar. c. cum contingat. de reſcript. 7. cauſa nullitatis. num. 1. 2

Vt aliquis eſſe poſſit iudex delegatus, habere debet impletum vigeſimum ſuæ ætatis annum. Is verò qui nondum eſſet viginti annorum, modò tamē excederet decimum octauum ſuæ ætatis annum, de partium conſenſu, quæ id ſcirent, eſſe poſſet delegatus, & non aliter. A principe verò minor decem & octo annis conſtitui poteſt iudex delegatus. Hæc omnia habentur c. cum vigeſimum. de offic. deleg. l. quidā conſulebat. ff. de re iudic. & l. 5. titul. 4. parte tertia. Tametſi, vt ſubijciam, non nihil diſcrepet ea lex. Eſſe vero aliquem filium familias, non impedit conſtitui ac eſſe iudicem delegantem, vt habetur. l. fiE lius familias, & l. cum prætor. ff. de iudic. Panormit. cap. cum vigeſimum citato, cum aliis affirmat, impuberem neque à principe conſtitui poſſe iudicem. Saltem credendum eſt, nullum principem id facturum, quoniam id eſſet iniquum. Optimè etiam cum ait, qui minor decem & octo annis delegatus eſſet iudex à principe, niſi conſtaret principem ex certa ſciētia, quod ille eius eſſet ætatis, illum delegaſſe, cenſeri inualidè delegatum, quoniam reſcriptum delegationis ſurreptitium eſſet deputandum. Conſentit l. 4. titulo 15. lib. 2. ordin. quæ eſt. l. 3. tit. 9. lib. 3. nouæ collect. illis verbis: *O por commiſſion nueſtra ſabiēdo no ſer de aquella edad.* Item cum gloſa ibi & aliis affirmat, minorē viginti quinque annis nō poſſe cōpelli 3

pelli acceptare delegationem: ſi verò eam acceptauit, cogi poſſe illam proſequi, ſed per beneficium reſtitutionis in integrum poſſe ſe illa exonerare, iuxta l. cum lege. ff. de recep. arb. quam dum inter alia ait, minorem viginti annis cogi non poſſe eſſe delegatum, innuereq; proinde videtur, eum qui minor eſt viginti quinque annis, ſed vigeſimum impleuit, cogi poſſe eſſe iudicem delegatum, Panorm. cum Hoſtienſi aduerſus Innocentium vt cogi munus proſequi, ſi delegationem acceptauit: ſecus verò ſi illam non acceptauit: atque vt ſi poſtquam delegationem acceptauit, cogatur eam proſequi, exonerare ſe poſſit à proſequutione illius per beneficium reſtitutionis in integrum, argumento eiuſdem legis. §. vltimo. Lege verò 5. titul. 4. part. 3. apertè affirmat, eum, qui vigeſimum annum compleuit, cogi poſſe acceptare delegationem, & id ſatis innuit. l. cum lege citata, quicquid Panorm. illam violenter exponat. Vnde arbitror, in eo euentu locum non habere, ſe exonerare ab ea delegatione poſſe per beneficium reſtitutionis in integrum: quoniam ſi ſe ea via exonerare poſſet, inane eſſet poſſe illum cogere. Neque contrarium probat l. cum lege citata §. vlt. quę non de iudice delegato ſed de arbitro loquitur.

Eadem l. 5. ſequuta gloſſam l. cum prætor §. non autem. verb. & impubes. ff. de iud. ſtatuit, delegari poſſe, etiam non à principe, minorem viginti annis, modo tamen excedat decimum octauum annum, non tamen poſſe cogi vt delegationem ſuſcipiat: minoremque decem & octo annis, dummodo pubes ſit, poſſe de conſenſu partium, quæ id non ignorent, conſtitui delegatum: idem etiam habetur l. 4. tit. 15. lib. 2. ord. quæ eſt l. 3. tit. 9. lib. 3. nouæ collect. In his tamen euentibus apertè ciuile ius diſcordat à canonico iure, iuxta ea quę ex c. cum vigeſimum, de offic. deleg. ſupra explanata ſunt, vt bene Greg. Lopez. l. 5. citata gloſſa vltim. obſeruat. Lex verò 2. tit. 9. libr. 3. nouæ collect. quæ exigit in iudicibus, vt decem annis iuri ciuili aut canonico in vniuerſitate aliqua operam dederint, & vt ſint ætatis viginti ſex annorum, de ordinarijs iudicibus videtur loqui, & de illis eam intelligit Greg. Lopez. l. 5. citata: neque illud quod ibi diſponitur de ætate viginti ſeptem annorum, putat extendendũ ad eos iudices, qui literati non ſunt, ſed per vicarium ſeu *alcalde mayor* cauſas definire debent.

4 Delegatus ſummi Pontificis, aut legati illius, eſſe non poteſt, niſi conſtitutus in dignitate, vel perſonatu, aut canonicus eccleſiæ cathedralis. Ita habetur c. ſtatutum. §. ſancimus, de reſcriptis libr. 6. & clem. 2. eod. titu. in qua exprimitur, vicarium generalem Epiſcopi, & priorem conuentualem religionis, etiã ſi per electionem non promoueatur, ſed à ſuo Abbate, ſitque ab eo ad nutum amouibilis, conſtitui poſſe delegatos ſedis apoſtolicæ & legatorum illius. Non vero vicarios foraneos Epiſcoporum, neque priores clauſtrales. Quid autem dignitas & perſonatus ſint, tractatu 2. diſp. 620. explanatum eſt. Notat vero gloſſa clementina citata, dignitatem & perſonatum ſumi in eis iuribus poſſe. Credo autem, eſto alicuius Epiſcopi multi vicarij ſint principales, omnes ac ſingulos poſſe conſtitui delegatos ſedis apoſtolicæ, aut legati illius, etiam ſi vicarij ſint Epiſcopi nondum conſecrati, vt affirmat gloſſa §. ſancimus citato: quoniam omnes cenſentur conſtituti in dignitate iuriſdictionis Epiſcopalis vnum tribunal cum illo efficientes: ſicut & prior conuentualis creatus ab Abbate, eo quod amouibilis ad nutum vnum tribunal cum eo Abbate cẽſetur efficere in regimine eius conuentus, ac proinde in eadem iuriſdictionis dignitate eſſe cenſetur cum illo. Neque illa clementina nouum ius conſtituit, ſed ſolum declarat cap. ſtatutum. §. ſancimus. Qua eadem ratione dicerem, vica-

A rium generalem capituli ſede vacante, & vicarium generalem prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentis, conſtitui poſſe delegatos ſedis apoſtolicæ & legatorum illius: quia vnum tribunal iuriſdictionis atque adeo dignitatis cum illis efficiunt. Porro nomine legatorum ſedis apoſtolicæ quoad hoc intelliguntur, ſiue nati ſint, ſiue non nati, & ſiue ſint legati à latere, ſiue ſolum nuncii ſedis apoſtolicæ, vt affirmat gloſſa. §. ſancimus citato. Delegati autem aliorum ordinariorum à ſummo Pontifice, & à legatis ſummi Pontificis, eſſe poſſunt quicunque, etiam ſi canonici non ſint eccleſiæ cathedralis, neque conſtituti in dignitate, vt rectè affirmat gloſſa. §. ſancimus citato. Quia vero ſummus Põtifex ſuis legibus non aſtringitur, ſanè ſi ex certa ſcientia, hoc eſt, ſciẽs B aliquem non eſſe de numero prædictorum, quos ſolos voluit poſſe eſſe delegatos ſuos, ac ſuorum legatorum, eum ſuum delegatum conſtituat, verus erit delegatus ipſius. Cenſebitur vero eum ex certa ſciẽtia delegaſſe, ſi id ex tenore reſcripti colligatur. In dubio vero, an ex certa ſcientia illum conſtituerit, cenſebitur ſurreptitium reſcriptum eius delegationis. Ita gloſſa §. ſancimus citato. Subdelegatus vero a delegato ſummi Pontificis habere debet qualitates requiſitas in delegatis ſummi Põtificis: quoniam eſt mediatus delegatus ſummi Pontificis. Ita habetur cap. ſtatutum citato §. in nullo: niſi ſubdelegaretur articulus aliquis cauſæ, vt gloſſa vltim. ibi & alibi affirmant.

In concilio Tridentino ſeſſ. 25. c. 10. de reforma- C tione ſic quoad hoc ſancitum fuit: *Quoniam ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, perſonarum notitia, quibus cauſæ mandentur, vſque adeò haberi non poteſt, hincque interdum iudicibus, non vndequaque idoneis, cauſæ in partibus delegantur, ſtatuit ſancta Synodus, in ſingulis concilijs prouincialibus, aut diœceſanis, aliquot perſonas, quæ qualitates habeant iuxta conſtitutionem Bonifacij. octaui, quæ incipit, Statutum, & alioquin ad id aptas deſignari, vt, præter ordinarios locorum, ijs etiam poſt hac cauſæ eccleſiaſticæ ac ſpirituales, & ad forum eccleſiaſticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. Et ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat ordinarius loci cum conſilio capituli alium in eius locum vſque ad futuram prouincialem aut diœceſa- D nam ſynodum; ita vt habeat quæque diœceſis quatuor ſaltem aut etiam plures probatas perſonas, ac vt ſupra qualificatas, quibus huiuſmodi cauſæ à quolibet Legato, vel Nuncio, atque etiam à Sede apoſtolica committãtur. Alioquin poſt hanc deſignationem factam, quam ſtatim Epiſcopi ad ſummum Romanum Pontificem tranſmittant, delegationes quæcunque aliorum iudicum, alijs, quàm his, factæ, ſurreptitiæ cenſeantur.* Hæc concilium ibi.

Cauſæ delegatæ ab apoſtolica ſede, aut à legato 5 apoſtolicæ ſedis, examinari ac audiri non poſſunt niſi in ciuitatibus, aut in alijs inſignibus locis, vbi copia peritorum haberi poſſit, qui aduocati ac aſſeſſores, ſi opus fuerit, eſſe poſſint, vt ſunt Complutum, E Madritium, & erat Pincium, antequam ciuitas efficeretur: licèt enim ciuitates non ſint, copia tamen peritorum ibi eſt. Ita habetur ca. ſtatutum §. ſancimus in fine, de reſcrip. lib. 6. Si autem dubitetur, an in eo oppido copia ſufficiens peritorum ſit pro qualitate cauſæ, & contentio ſit inter partes, iudex pronunciat, ab eoque appellari poterit, ſi ea in re grauet. Si vero contentio ſit cum iudice, recurritur ad arbitrum, vt gloſſa vltim. vtrumque affirmat §. ſancimus citato.

Item quando actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis 6 aut diœceſis, (quia ibi habent domicilium, eſto alibi domicilium ſimul etiam habeãt, vt gloſſa §. cum vero citando rectè ait) cauſæ inter illos à ſede apoſtolica,

ſtolica, aut à Legatis illius, committi ſeu delegari nō poſſunt extra illam ciuitatem aut diœceſim, in quam domicilium habent, neque extra eam ciuitatem aut diœceſim conueniri aliquis eorum poteſt. Excipitur, niſi ab Epiſcopo contra aliquem de ſua diœceſi, vel ab aliquo contra Epiſcopum, aut contra eius capitulum, vel contra vniuerſitatem ciuitatis, villæ, aut caſtri, actio fuerit dirigenda: vel niſi actor eandem ciuitatem ſeu diœceſim intrare non audens, aut ſuum aduerſarium meritò perhorreſcens, eum intra eam ciuitatem, oppidum, aut diœceſim nequeat conuenire ſecurè: in his enim omnibus euentibus exceptis, extra eam ciuitatem aut diœceſim, poterit contra prędictos cauſa committi ſeu delegari: nullus tamen eorum poterit vltra vnam diętam à confinio ſuę diæceſis extra illam conueniri. Item quando ob timorē actor impetrat, vt extra rei ciuitatem aut diœceſim reus conueniatur, literæ, quibus id impetrat, facere de eo timore mentionem debenr, & actor, antequā in cauſa procedatur, tenetur fidem de eo iuſto timore facere coram iudice delegato, ſaltem per iuramentum, quando aliam fidem non facere poteſt: quādo enim aliter facere poteſt fidem, ad iuramentū non recurritur, vt gloſſa. §. citando affirmat. Quod ſi actor eam fidem tunc coram iudice delegato non efficiat, iudex delegatus cauſam dimittit, condemnando actorem in expenſis à reo factis, eaſque reo applicando. Hæc habentur cap. ſtatutum. §. cum vero, de reſcript. lib. 6.

Quando verò actor & reus ad diuerſas pertinent ciuitates aut diœceſes, actorque remittit conuenire reum in ciuitate aut diœceſi rei, poterit actori concedi ac deſignari iudex, non quidem in ſua ciuitate, ſi ſcilicet de eadem ſint diœceſi, aut in ſua diœceſi, ſi ad diuerſas diœceſes pertineant; ſed in quadam alia ciuitate aut diœceſi: modo tamen reus non extrahatur extra ſuam ciuitatem, quando pertinent ad eandem diœceſim, aut extra ſuam diœceſim, quādo ad diuerſas pertinent diœceſes, vltra vnam diętam. Ita habetur. cap. ſtatutum citato. §. cum autem.

7 Item ſiue actor & reus ſint eiuſdem ciuitatis aut diœceſis, ſiue diuerſarum ciuitatum aut diœceſim, iudex prædictis omnibus modis conceſſus, ſeu delegatus, citare non poteſt, nec de cauſa cognoſcere, extra ciuitatem aut diœceſim, in qua iuxta prædicta ſit conceſsus ac deputatus ſine expreſso partium conſenſu. Neque item poteſt ſubdelegare vices ſuas, niſi perſonis in eiſdem locis conſtitutis, & quæ habeant qualitates requiſitas, ſupraque explicatas, vt aliquis eſſe poſſit delegatus ſedis apoſtolicæ, aut legati apoſtolicæ ſedis. Hæc habentur cap. ſtatutum citato §. in nullo.

Sunt vero nonnulla circa hæc obſeruanda. Primum eſt, capite nonnulli, extra de reſcript. in concilio generali fuiſſe ſancitum, vt nullus vigore literarum apoſtolicarum extrahi poſſet ad litigandū extra ſuam diœceſim vltra duas diętas computatas à confinio ſuæ diœceſis, niſi tales literæ de conſenſu partium eſſent impetratæ, vel niſi in eis facta eſſet expreſſa mentio eius conſtitutionis, illi .ſ. expreſſè in eis derogando. Id verò poſtea ca. ſtatutum, de reſcrip. lib. 6. fuit reſtrictum ad vnam diętam à confinio diœceſis, niſi de expreſſo conſenſu partium, ita vt non ſatis ſit tacitus ad id conſenſus, aut niſi cum expreſſa derogatione eius conſtitutionis; ſemper .n. quando in reſcripto expreſſè derogatur conſtitutioni alicui à ſede apoſtolica, aut ab habente ad id à ſede apoſtolica autoritatem, (quam tamen nullus præſumendus eſt habere, niſi ſe illam habere oſtendat) præualet id reſcriptū tali conſtitutioni, in qua diſpēſare ſummus Pontifex optimè poteſt: expreſſum autem eodem. c. ſtatutum fuit, vt idem locum ſimiliter haberet in literis Legatorum ſedis apoſtolicæ, vt

A hæc omnia cap. ſtatutum proximè ſunt relata.

Secundum eſt, quamuis viginti milliaria. l. 3. ff. de verb. ſign. & l. 1. ff. ſi quis caut. conſtituantur pro vna diæta, ita quod, ſi diſtantia aliquid vltra milliaria excedat, incrementum ad aliam diętam pertineat; iuribus tamen citatis nomine diętæ intelligitur, quod iuxta conſuetudinem cuiuſque loci conſueuit vnius dicere itinere ſpectat, num ea diſtantia vnā aut duas diętas ſuperet, vel non. Atque eiuſmodi diętæ, quæ expendantur iuxta conſuetudinē cuiuſque loci, vulgares nuncupantur, ad diſtinctionem illarum aliarum, quæ iure cæſareo viginti milliaribus taxatæ ſūt eaque ratione diętæ tum legales tum etiam iuris appellantur. Ita gloſsa cap. multi citato, Panorm. ibi à num. 5. & doctores communiter. Quod probant ex B c. præſenti. §. loca. de præb. lib. 6. quo in loco Boniſ. 8. dicens in eo caſu ſe ſpecialiter legales diętas viginti milliarium intelligere, manifeſte innuit, vbi id nō exprimitur, aut ex circunſtantiis non colligitur nomine diętarum intelligi non legales, ſed vulgares, vt gloſſa ibidem, quam doctores communiter ſequuntur, obſeruat.

Tertium eſt, quando aliquis delegatur iudex nomine dignitatis, vt ſi Epiſcopus Conchenſis aut Segouienſis delegetur, cenſeri delegatum ſuæ diœceſis, extra quam non poteſt cognoſcere neque delegare, iuxta ea quæ ex c. ſtatutum. ſuprà relata ſunt: immo vero extra eam ciuitatem, in qua eſt ſedes Epiſcopalis, non poterit cognoſcere aut delegare, ſi reus & actor ſuæ ſint diœceſis, & reus vltra vnam diętam ab C ea Epiſcopali ciuitate non diſtet, iuxta ea quæ ex eodem capite relata ſunt: quoniam cenſebitur delegatus in loco eccleſiæ cathedralis. Qn̄ autem ex reſcripto intelligeretur alibi, hoc eſt, in loco, in quo tunc commoraretur, delegari, vt ſi diceretur, cognoſcat de hac cauſa Epiſcopus Conchenſis, qui Romæ commoratur, aut qui viſitat Salmanticenſem vniuerſitatem, tunc cenſeretur delegatus in eo loco, in quo tūc commoratur, vnde intelligeretur alibi eum delegari. Ita Panor. c. nonnulli citato num. 7. Qui addit, ſi alibi commoraretur, neque de eo loco, in quo commoratur, fieret mentio in eo reſcripto, non poſſe de ea cauſa cognoſcere extra locum ſuæ diœceſis in loco, in quo commoratur, niſi reſcriptum de eo loco mentionem faciat.

D Quartū eſt, cū c. nulli citato habeatur, vt non valeat coceſſio delegati vltra duas diętas à cōfinio diœceſis rei, niſi in ſpeciali fiat mentio de eo capite, eiq; in particulari derogetur; ſatis eſſe ſi per verba ęquipollentia de eo capite mentio ſpecialis fiat, vt ſi dicatur: non obſtāte conſtōne de duabus diętis edita in concilio generali: quæ clauſula ad illi in particulari derogandū apponi de ſtylo curiæ conſueuit in priuilegiis, quę contra diſpoſitionē eius capitis conceduntur, vt cum Io. And. Pan. ibidē n. 8. obſeruat, & quotidiana expeditio ſimiliū literarū teſtatur. Sufficienter quoq; illi derogaretur, ſi diceretur, non obſtātib. quibuſcūq; conſtōnibus in contrariū, ēt ſi de illis in E ſpeciali eſſet facienda mentio: qm̄ ea verba manifeſtè illi derogant. Quibus aūt verbis derogetur iurib. in contrariū, qn̄ ea iura non exprimunt eſſe neceſſarium, vt de eis in ſpeciali mentio fiat, tract. 2. diſput. 173. §. occaſione legitimationis, eſt dictum.

Quintū eſt, quicquid contra diſpoſita c. ſtatutum. fuerit factū, licet antea non eſſet ipſo iure nullū, ſed annullandum ope exceptionis, hodie tamen poſt id caput ipſo iure abſque vlla exceptionis ope eſt nullum, vt habetur eodem. c. ſtatutum. §. vlt.

Quando Abbates aliqui, aut alii ſuperiores, habebant 8 prioratus, & alia ſibi ſubiuncta in diuerſis locis, aut in diuerſis diœceſibus, quibus præſidebant, & quæ gubernabant priores, aut alii adminiſtratores, eis Abbatibus aut aliis ſuperioribus inferiores,

hac

hac arte vtebantur: Quando priores aut alij adminiſtratores, eis Abbatibus aut ſuperioribus inferiores, conuenire volebant reum aliquem, qui erat de eadem ciuitate aut diœceſi, cum ipſis, quia, iuxta ea quæ ex capit. ſtatutum, de reſcrip. lib. 6. relata ſunt, non poterant vi reſcripti ſedis apoſtolicæ, aut Legatorum illius, eum reum conuenire extra ſuam ciuitatem, aut extra ſuam diæceſim, recurrebant ad Abbates, aut ad alios ipſis ſuperiores, qui erant de alia diœceſi, vt ipſi reſcriptum à ſede apoſtolica, aut à Legatis illius, obtinerent, quo iudices aduerſus eos reos concederentur, qui eos ad litigandum extraherent intra vnam diętam à confinio diæceſis talium reorum, iuxta diſpoſitionem capitis ſtatutum relatam, ſicque reos illos vexabant. Ad hanc itaque vexationem ac fraudem tollendam, clem. 1. de reſcrip. ſancitum fuit, vt tales Abbates ac ſuperiores, occaſione eorum prioratuum, aut locorum ipſis ſubiectorum, nullum reum poſſint cōuenire vi reſcripti ſedis apoſtolicæ, aut legatorum illius, niſi vbi & coram quo priores, aut alij gubernatores eorum locorum, poſſent eoſdem reos conuenire, etiam ſi ea loca ad menſam pertineant Abbatialem, aut cuiuſuis alterius talis ſuperioris, atque etiam ſi ea loca ad menſam attinentia adminiſtratores non haberēt. Quòd ſi ſecus aliquid eſſet attētatum, proceſſus ipſo iure eſſet nullus abſq; ope cuiuſcunq; exceptionis, & qui id attentaſſet, ac vexaſſet reum aliquem, à iudice ipſo, corā quo id attentaſset, condemnaretur reo in expenſis ac intereſse talis rei. De cōſenſu tamen partium obtineri eiuſmodi reſcripta poſsent, validuſque tunc eſset proceſsus, vt ex iuribus citatis conſtat, & additur clementina citata aliquibus in codicibus.

Quod verò ad vltimum attinet, quod in titulo huius diſputationis fuit propoſitum, num ſcilicet delegati ſedis apoſtolicæ ac Legatorum eius aliquid accipere poſſint à litigantibus, an verò gratis munus ſuum exequi debeant, quæ hoc loco dici poterant, copioſè dicta à nobis ſunt tractatu 2. diſput. 84. Vbi etiam dictum eſt, num aſseſſorem aſſumere poſſint, & cuius expenſis, & de ſalario notarij.

Eodem cap. ſtatutum. §. penult. de reſcrip. libr. 6.
9 iudicibus delegatis à ſede apoſtolica aut à Legatis illius præcipitur, vt nullum vocari præcipiant ad ferendum teſtimonium circa cauſam ipſis delegatam, niſi quando conditio & ſtatus cauſæ id exegerint: atque vt neque tunc id præcipiant, niſi pars, quę illum in teſtem nominauerit, illi perſoluat expenſas competentes, quas veniendo, ſtando, ac rediendo fecerit. De qua re lege quę tract. 2. diſp. 83. §. de teſte, dicta à nobis ſunt.

DISPVT. 26.

De poteſtate delegati ſummi Pontificis. Et num exequutioni mandare poſſit ſententiam à ſe latam. Et quid quoad hoc de delegatis aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ſummi Pontificis maior eſt in cauſa ſibi à ſummo Pontifice delegata omnibus alijs: & quæ ſit eius poteſtas.*

2 *Poteſt tum per ordinarium loci etiam ad id illum cōpellendo, tum etiam per ſe ipſum executioni mandare ſententiam à ſe latam.*

3 *Ad executionem ſuæ ſententiæ inuocare poteſt auxilium brachij ſæcularis.*

4 *Cuiuſcunque Principis delegatus poteſt per ſe etiam executioni mandare ſententiam à ſe latam.*

A 5 *Delegatus ab inferiore à Principe poteſt exequi ſententiam de iure canonico à ſe latam, non ſolum quādo id ei fuit à delegante expreſsè commiſſum, ſed etiam quòd cauſa fuit ei commiſſa, niſi delegans ſibi ſententiæ executionem reſeruauerit.*

6 *In iure ciuili delegatus ab inferiori à Principe non poteſt exequi ſententiam à ſe latam; ſed executio ad iudicem ordinarium delegantem ſpectat.*

7 *Vicarius ordinarij, qui vnum tribunal efficit cum ordinario, poteſt exequi ſententiam tam in iure ciuili, quam canonico.*

Delegatus ſummi Pontificis maior eſt in 1
cauſa ſibi à ſummo Pontifice delegata omnibus alijs, vt habetur c. ſanè 2. de of
B fic. deleg. & ibi ratio redditur: quia ſubit in eo vices ſummi Pontificis ipſum delegātis. Adeò autem in ea cauſa eſt omnibus alijs ſuperior, vt neque Legatus à làtere poſſit eam cauſam à ſe aduocare, neque impedire illius exequutionem, neque infirmare ſententiam ab eo delegato ſummi Pontificis latam, niſi Legatus ſummi Pōtificis ſpecialem commiſſionem ad id habeat. Ita habetur c. de off. deleg. Qua eadē ratione quia ſcilicet delegatus ſum. Pont. maior eſt omnibus alijs infra ſummum Pontificem in cauſa ſibi delegata, tanquam ipſum repræſentās, ſubienſque vices illius, loci ordinarius abſoluere nō poteſt excommunicatum à delegato ſummi Pontificis, etiam ſi is delegatus iam eſſet defunctus, aut alia ratione iuriſdictio iam in illo expiraſſet, vt habe
C tur, c. paſtoralis. §. præterea, de offic. ord. ſed recurrendum eſt ad ſummum Pontificem, qui eo ipſo, quod cauſam illam delegauit, eſto ad ordinariū alioquin pertineret, cenſetur eam ad ſe aduocaſſe, eaque ratione ſi morte delegati aut alia ratione expiret iuriſdictio in delegato, cauſa non reuertitur ad ordinarium, ſed ad ſum. Pont. vt cum Bal. Pan. Fel. & alijs iuxta. §. pręterea citatum, & c. vt noſtrum, de appel. affirmat Maranta, de ord. iud. par. 4. diſt. 15. nu. 37. Si tamen alius delegatus ſummi Pontificis ſuccederet in eadem cauſa, tunc is abſoluere poſſet excommunicatum ab illo priori delegato, efficereque poſſet circa eandem cauſam ea omnia, quæ anterior ille delegatus efficere poterat, vt habetur §. præterea citato, & ex ſe ſatis liquet.

D Hæc eadem ſimiliter intellige in delegatis alijs à ſupremis principibus ſecularibus ad aliquas particulares cauſas, vt quando ad puniendum maleficiū aliquod delegatur in hoc regno ac mittitur *peſquiſidor* quem vocant, aut *alcalde de corte*, & in ſimilibus alijs euentibus. Eo enim ipſo cenſetur ea cauſa ablata à iudice ordinario, & deuoluta ad principem, cuius uices is delegatus iudex gerit.

Eo ipſo, quòd alicui cauſa aliqua à ſummo Pontifice delegatur, commiſſa ei cenſetur poteſtas plena in omnibus, quæ pertinere intelliguntur ad eam cauſam, ſi nulla forma delegato ſit præſcripta, quā ſeruare debeat. Imò quando forma eſt ei præſcripta licèt reſcripti formam tranſgredi non poſſit, atque,
E ſi illam tranſgrediatur, quod ita efficeret, ſit nullū; quæ tamen connexa ſunt cum præſcriptis eis in forma, ad illorumque exequutionem ſunt neceſſaria, formæque traditæ non repugnant, cenſentur illi cōceſſa. Vnde iudex delegatus partes compellere autoritate apoſtolica poteſt, vt cōpareant, & cōtumaces ſeueritate eccleſiaſtica nō ſolū cenſuris, ſed & mul ta, vt Pan. c. citando ait, coercere poteſt, etiā ſi literę ſuæ cōmiſſionis id non contineant: *quia ex eo, quòd cauſa ſibi committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcūtur, plenariam recipit poteſtatem,* vt habetur c. præterea, de off. deleg. Qua ratione delegatus creare poteſt nūcium, per quē citet, & alios miniſtros ad id neceſſarios aſſumere ac creare. Habent

bent autem prędicta verum, etiam ſi partes alioquin ſint tali iudice ſuperiores, atq; in dignitate conſtitutæ. Vnde talis delegatus Epiſcopum aut Archiepiſcopum excommunicare poteſt, ſi ita fuerit opus, vt habetur.c.ſanè 2.de offic.deleg. Ibi tamen & latius c.2.de offic.deleg.lib.6.præcipitur, vt quando eiuſmodi delegati aut conſeruatores apoſtolici contra conſtitutos in pontificali dignitate proceſſerint, ob maiorem reuerẽtiam ac honorem, qui eis, quã alijs, debetur, gradatim procedant, ita vt primò eis interdicatur eccleſiæ ingreſſus, aut ſacerdotale miniſterium, deinde verò ſuſpẽdantur ab officio, & poſtea aggrauẽtur cẽſura. Addit c.1.citato. *Niſi fortè aliter fieri ſuaſerit nimia contumacia, proteruitas, ſiue culpa*.

Item, quando delegatus ſummi Pontificis iniuſtè præciperet clericum, aut aliquem alium, mitti in poſſeſſionem eccleſiæ, vel alterius rei, circa quam inter Epiſcopum & talem, quem in poſſeſſionem mitti iubet, cauſa eſt ei delegata, Epiſcopus nõ poteſt violẽter reſiſtere exequutioni eius mandati, ſed ſolum proponere ei delegato debet, vt id non faciat, vel vt ſuperſedeat, donec res ſummo Pontifici proponatur: atque, ſi id obtinere ab eo non poſſit, recurrere ad ſummum Pontificem debet. Ita habetur cap. ſi quando, de offic.deleg.

Poteſt etiam delegatus præcipere cuicunque partium citationem, (diſcretione tamen præuia) & punire contemptorem.c.paſtoralis.§. item eum, de offic.deleg. Poteſt itẽ per cenſuras eccleſiaſticas coercere impedientes ſententiæ exequutionem, progreſſumq; in cauſa, iuriſdictionemq; talis delegati.ca.1. de offic.deleg. Poteſt ſimiliter punire quoſcunque, qui ipſi nõ parent, pęna ad id iure ſtatuta: ſi verò nulla quoad id ſit pæna iure ſtatuta, poteſt eos punire pæna arbitraria.c.de cauſis.§.vlti.eod.titu. Maranta de ord.iud.part.4.diſt.5.num.69.cum alijs, quos citat ait, quos de multis ſtatutum eſt l.eos.C.de modo mulct. & l.2. C. de ſportulis, quo ad ſummam, quam excedere non erat permiſſum ordinarijs & delegatis iudicibus, non eſſe in vſu, ſed imponi hodie iudicum arbitrio.

Panor.c.præterea, nu.4. eod.tit.ait, ſi miniſtri iudicis delegati aut teſtes delinquant, ſi id fit iuriſdictionem ipſius impediendo, poſſe eum iudicem per ſe ipſum eos punire: ſi verò ſuam iuriſdictionem impediant, debere eos remittere puniendos ordinario. Atque ita conciliat opinionem Baldi cum opinione Innocentij, quorum primus indiſtinctè dixit, delinquentes puniendos eſſe per iudicem delegatum: & ſecundus puniendos eſſe dixerat per ordinariam.

Quando aliquis delegatur, vt inquiſitionem in aliquo loco efficiat, vel vt in loco aliquo cauſam aliquã expediat, ſi vel id alijs impedientibus, vel alia rationabili de cauſa, mandare non poſſet exequutioni in eo loco, eligere poteſt locum alium ad id commodum. Ita habetur c.ſtatuimus 2.de offic.deleg.lib.6.

Hæc verò oĩa ſuo ẽt modo locũ hñt in delegatis à principe ſeculari, & in quibuſcunque delegatis.

2 Delegatus à ſede apoſtolica poteſt, tum per ordinarium loci, etiam ad id illum compellẽdo, tũ etiam per ſe ipſum exequutioni mandare ſententiã à ſe latam, vt conſtat ex c.ſignificaſti.c.in literis.c.quærenti, & c.paſtoralis.§.quia verò, de offic.deleg.& affirmant Panor.ibidem & doctores communiter. Atq; poſſe per ſe ipſum illam exequutioni mandare, intelligendum eſt, eſto ordinario illius exequutionem cõmiſerit, iſque illam exequutioni non mandauerit, quia noluit, aut quia non potuit, vt habetur. cap.ſignificaſti citato. Bene tamen Panorm. ibi id ita explicat, vt intelligatur, quando id ordinario commiſit, tanquam inſtrumento & adminiſtro, qui eã ſententiam loco ſui exequutioni mandaret. Quando autem illi exequutionem eius ſententiæ delegaſſet, ſeu

A ſubdelegaſſet, eſt diſtinguendum. Quoniam ſi res adhuc ſit integra, quia ordinarius progredi non inceperat ad exequutionem talis ſententiæ, tu nc delegatus ſummi Pontificis reuocare poteſt ſubdelegationem, & aſſumere eam exequutionem ſuæ ſententiæ, iuxta ea quæ diſp.21.explicata ſunt. Idem eſt, ſi in parte, & non in totum, eam exequutionem ſubdelegauerat, iuxta ea quę ibidem dicta ſunt. Quòd ſi in totum eam ſubdelegauerat, nec res erat integra, cenſetur functus ſuo munere, iuxta c. in literis citatum, atque tunc mandare non poteſt ipſe exequutioni ſuam ſententiam, vt ex dictis diſp.21.citata conſtat, ſed ſi ordinarius ſubdelegatus non poſſit, aut non velit, illam exequutioni mandare, recurrendum tunc ad ſummum Pontificem erit.

B Vtrum autem delegatus ſummi Pontificis ad exequutionem ſuæ ſententiæ inuocare poſſit auxilium brachij ſecularis? affirmanter eſt reſpondendum cũ Panor.c.ſignificaſti citato nu.8. & cum communiori multo doctorum ſententia. Sicut enim Epiſcopus ad ſuæ ſententiæ exequutionem brachium ſeculare inuocare poteſt, ita & delegatus ſummi Pontificis, qui vices ſummi Pontificis ea in parte gerit, & qui ſuperior quo ad eam cauſam & exequutionem eius ſententię eſt ordinarijs omnibus, qui infra ſummum Pontificem ſunt. Neque, quod ſummus Pontifex in aliquibus literis delegationis cauſarum exprimat talem delegatum, aut delegatos, implorare poſſe brachium ſeculare, validum eſt argumentum, vt quando id in literis delegationis non exprimitur, id non C poſſint. Sæpe enim in eiuſmodi reſcriptis ea, quę inſunt, exprimuntur, vel ad tollenda dubia, vel ad maiorem authoritatẽ ac robur. Eo autẽ ipſo, quòd cauſa aliqua alicui committitur, ea omnia cenſentur ei conceſſa, vt eſt dictum, quæ neceſſaria aut expedientia iudicabuntur, ad illam ad integrum ac plenũ effectum perducendum, de quorum numero eſt, vt aduerſus laicos reſiſtentes ac rebelles vſque ad brachij ſecularis inuocationem, ſi ita opus ſit, procedatur. Idem eſt aduerſus eccleſiaſticos, quando ipſorum ordinarius ad illos comprimendos familia ſua ſuiſve miniſtris nõ ſufficeret, aut adiudicare nõ velint. 3

Quod dictũ eſt de delegato ſummi Põtificis, poſſe ſcilicet per ſe ipſum exequutioni mandare ſuã ſententiam, intelligendum ſimiliter eſt de quocunque D alio principis delegato, vt cum Bart. & alijs affirmant Panor.c. ſi quis contra clericum. de foro cõp. in calce nu.31.& in relectione ibi ſubiuncta nu. 36. & Maranta de ord.iud.part.4.diſt.5.nu.43.& par. 6.tractatu vlt.qui eſt de exequutione num.4. eſtque vſu in hoc regno id receptum: delegati enim ad grauiores aliquas cauſas miſſi, quos *peſquiſidores* aut *alcaldes de corte* vocant, ſuas ſententias, etiam mortis, exequutioni mãdant. Atque, vt diſp.17.dictum eſt, cum ad has grauiores cauſas ipſorum induſtria electa cenſeatur, non poſſunt illas ſubdelegare aliis. Si quos tamen *en rebeldia* condẽnatos relinquant, quos punire non poſſint, quia abſentes ſunt, comprehendereq; illos non valuerunt, exequutionem earũ ſen- E tẽtiarum commiſſam relinquere conſueuerunt ordinariis locorum. Quamuis autem gloſſa 2. lege à diuo Pio in prin.ff. de re iudicata fateatur, de iure canonico delegatum à principe mandare exequutioni poſſe ſuam ſententiam, & dubitet an idem ſit de iure ciuili, coneturque exponere eam legem, quæ apertè ſtatuit, delegati ſententiam non ab ipſo delegato, ſed à delegante, eſſe exequutioni mandandam, vt intelligatur etiam de delegato à principe; ea tamen lex manifeſtè loquitur de delegato à iudice ordinario principe inferiori, vt conſtat illam intuenti. Gloſſa item l.ſi quis miſſus, verb. ſiue poteſtatis. ff. ne vis fiat ei, non renuit, delegatum à principe de iure ciuili, ſicut & de iure canonico, mandare exe- 4

quutioni ſuam ſententiam poſſe. Bartol. item l. à diuo Pio colligi apertè cenſet, delegatum à principe de iure ciuili mandare exequutioni ſuam ſentẽtiam poſſe ex l. vlt. C. de iud. Ibi enim habetur, ſi delegatus à principe recuſetur, cogendos eſſe litigantes eligere arbitros, qui cauſam eam definiant, modo Diſputat. 23. explanato, atque ſi ab eorum arbitrorum ſententia nõ ſit appellatum, iudicem delegatum, qui fuerat recuſatus, mandare eam debere exequutioni vt eadẽ diſp. 23. explicatum eſt: eadem ergo ratione ſi ipſe non eſſet recuſatus, mandare ſententiam circa eandem illã cauſam à ſe latã exequutioni dẽat. Maximè quia ei, cui aliqua cauſa eſt commiſſa, illa omnia commiſſa eo ipſo cenſentur, quæ conducere exiſtimata fuerint, vt eam ad debitũ effectum perducat. Quod ſi delegatis ab inferioribus à principe de iure ciuili non conceditur exequutio ſententiæ ipſorum, ſed ad ea delegantem pertinet, id profectò ex eo eſt, quod ſententiæ exequutio ad merum ac mixtum imperium ſpectat: merum autem & mixtum imperiũ delegari ab inferioribus à principe non poteſt, vt diſputat. 17. dictum eſt. Scio gloſſam l. vlt. C. de iud. verb. mancipante, variè tergiuerſari exponendo eã legem, vt ex illa non colligatur, delegatum à principe de iure ciuili mandare exequutioni poſſe ſententiam à ſe latam: omnes tamen eius tergiuerſationes minus efficaces minuſque ſolidæ ſunt, vt illas expendenti liquet: contrariumque ibi Bartol. & Paul. Caſtrenſis affirmant, in margine eius gloſſæ citati, & annuit Panormit. vbi ſuprà. Idem confirmat Panormit. in relect. citata, num. 36. citato, quoniam cũ nullibi iure ciuili comperiatur ſancitum contrarium, ſtandum in foro ſeculari erit diſpoſitioni ea de re iuris canonici. Idem confirmat ex l. properandum. §. ſin autem. C. de iud. illis verbis: *contra abſentem pro mere condemnationem non ceſſet, quæ ad effectum perducatur, ſiue ipſe iudex ex ſua iuriſdictione hoc facere poteſt, ſiue per relationem ad maiorem iudicem*, quia. ſ. ipſe delegatus, à principe videlicet.

5 Quòd vero attinet ad delegatum ab inferiore à principe, dicendum eſt cum Panorm. cap. ſi quis cõtra clericum. de for. comp. num. 32. & in relect. nu. 37. & cum pleriſque alijs, de iure canonico exequi poſſe ſententiam à ſe latam, non ſolum quando id ei fuit à delegante expreſsè conceſſum, ſed etiam eo ipſo, quod cauſa fuit ei commiſſa, niſi delegans ſibi ſententiæ exequutionem reſeruauerit. Cum enim ea, quæ de mero & mixto imperio ſunt, delegari de iure canonico, etiam ab inferiori à principe, poſſint, vt Diſput. 21. oſtenſum eſt, ſanè quod exequutio ſententiæ ad merum aut mixtum imperium ſpectet, nõ impedit quominus ab inferiori à principe de iure canonico cenſeatur delegata eo ipſo, quod cauſa aliqua delegatur, neque exequutio ſententiæ reſeruatur à delegante: quippe cum eo ipſo quod cauſa delegatur, ea omnia delegata cenſeantur, quæ delegãs delegare poteſt, nec reſeruat, & neceſſaria aut conducentia ſunt ad cauſam ad vltimum effectum perducendam. Idem confirmat Panorm. ex c. ex literis. de offic. deleg. & ex cap. 3. de eo qui mittitur in poſ. in quorum primo ſubdelegatur exequutio ſentẽtiæ, citareque Panorm. ad id etiam poſſet. cap. in literis, & c. ſignificaſti eod. tit. & in ſecundo ordinarius infra ſummum Pontificem delegat exequutionẽ miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto, quod ad mixtum imperium ſpectat.

Hinc iam conſtat, vicarios pedaneos Epiſcoporum, qui vnum tribunal ſecum non efficiunt, quique iudices ſunt delegati Epiſcoporum, & vniuerſim delegatos iudices eccleſiaſticos ad vniuerſitatem aliquam cauſarum, mandare poſſe exequutioni ſententias a ſe latas, quæ in rem tranſeant iudicatam: quod diſputat Panorm. cap. ſi quis contra cle-

A ricum citato num. 31. & in relect. num. 35. minus. n. de his eſt dubitandum, qui magis ad iudices ordinarios accedunt, quam accedant delegati ad vnam aut ad alteram cauſam eccleſiaſticam. Iudices verò pedanei ſeculares, qui in oppidulis de minimis iudicant, iudices ſunt ordinarij, vt ſuprà dum de iudicibus ordinarijs habitus à nobis eſt ſermo, dictum eſt.

Nec vero hactenus dictis repugnat c. ſi quis contra clericum citatum, dum habet, ſi ordinarius recuſetur, poſſe delegare cauſam alicui alteri, qui de illa cognoſcat, lataque per eum delegatum ſententia, ad ordinarium ipſum ſpectare illam exequutioni mandare, vt Diſput. 23. à §. quando iudex. copioſè explanatum eſt. Non, inquam, id hactenus dictis repugnat, quoniam, vt Diſput. 23. citata dictum à no-
B bis eſt, in ordinario, facta delegatione cauſæ, etiam in totum, remanet iuriſdictio ad ſententiam delegati exequutioni mandandam, in quo ibi diximus ordinarium delegantem longè diſtare à delegato in totum ſubdelegante. Et quoniam vt Panormit. illo eodem capite num. vlt. & in relectione in calce nu. 39. rectè ait, ibi non negatur, delegatum ab ordinario poſſe ſuam ſententiam exequutioni mandare, ſi ordinarius cauſam illi abſolutè committat, nolitque ordinarius ipſe ſe intromittere ad ſententiam illius exequutioni mandandam, vt poteſt. Multo autem rectius ibi Panorm. addit, quod quia ibi ordinarius, vt ſuſpectus recuſatus fuerat, ſolum cenſetur delegaſſe definitionem cauſæ, circa quam ſolam poterat
C eſſe ſuſpectus, non vero exequutionem ſententiæ, circa quam, lata iam à delegato illa ſententia, ſuſpectus eſſe non poterat. Legas quæ diſputatione 23. dicta ſunt.

De iure vero ciuili delegatus ab inferiori à principe exequi non poteſt ſententiam à ſe latam, ſed exequutio illius ad iudicem ordinarium delegãtem ſpectat. Ratio autem eſt, quoniam exequutio ſententiæ ad merum mixtumve imperium ſpectat: ea autem quæ meri aut mixti ſunt imperij, de iure ciuili non delegantur, vt Diſputat. 21. dictum eſt. Id etiam comprobatur ex l. à diuo Pio in princip. ff. de ſent. & iud. cuius verba ſunt: *A diuo Pio reſcriptum eſt magiſtratibus populi Romani, vt iudicum à ſe* (id eſt, à magiſtratibus ipſis) *datorum uel arbitrorum ſen*
D *tentiam exequantur ij, qui eos dederunt*, & quoad hos delegatos conſentiunt gloſſa ibi, & aliæ iuris ciuilis citatæ. Idem comprobatur ex authentica & qui, de bon. auto. iud. poſſ. iuncta gloſſa ibi verb. dedit, & verb. mittat, quo in loco delegatus non exequitur, nec mittit in poſſeſſionem, ſed ordinarius, qui ipſum delegauerat. Idem affirmat Panormit. cap. ſi quis contra clericum citato numero vlt. & in relect. num. 39. & doctores communiter. Atque de iure ciuili, & non de iure canonico, eſt intelligendus Maranta de ord. iud. part. 4. diſt. 5. num. 43. & parte 6. tractat. vlt. numero quarto, dum diſcrimen conſtituit inter ordinarium & delegatum nõ à principe, quòd ordinarius ſuam exequatur ſententiam,
E delegatus verò non à principe ſuam ſententiam non exequatur, ſed illam exequatur ordinarius, qui eum delegauerat. 6

De vicario ordinarii, qui vnum tribunal efficit cũ ordinario, quique ordinarius reuera eſt, dubitãdum non eſt, tam de iure canonico, quam ciuili, ſuã exequi poſſe ſententiam, quod Panor. vbi ſuprà etiam diſputat: ſicque conſuetudine eſt receptum in hoc regno, non ſolum in tribunalibus eccleſiaſticis vicariorum generalium Epiſcoporum, ſed etiam in tribunalibus ſecularibus *de los alcaldes maiores tinientes*, ſeu vicarios correctorum. 7

D I-

DISPVT. 27.

Delegati iuriſdictio quando expiret, quòd functus ſit iam ſuo munere, vel quòd elapſum ſit tempus illi præſcriptum, intra quod cauſam finiret. Et quantum temporis ſit ei conceſſum, vt ſentẽtiam à ſe latam exequutioni mandet.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas delegati exſpirat eo ipſo, quòd ſententiam definitiuam à ſe latam plenè per ſe vel per alium executioni mandauit.*

2 *Quando in litteris Apoſtolicis executores eorum conceduntur cum clauſula, vt quando & quoties opus fuerit eas publicari efficiant, &c. tunc ſanè etiam anno elapſo poſtquam tales litteræ executioni ſint mandatæ, non ceſſat eorum executorum iuriſdictio.*

3 *Quando cauſa delegatur termino temporis præſcripto intra quod decidatur, tunc eo termino tranſacto, eſtò indeciſa adhuc ſit, exſpirat eius delegati iuriſdictio, atque ad delegantem cauſa deuoluitur, niſi ante aduentum termini tempus de partium conſenſu prorogetur.*

4 *Quando cauſa delegato fuit commiſſa, vt illam intra certum terminum finiret, & malitia alterius partis litigantium impeditus fuit, tunc delegatus punire eum debet, qui eo modo malitiosè deliquit, committereque cauſam alteri debet, qui illam intra terminum præſcriptum finiat.*

5 *Citatus peremptoriè in diem aliquem, ex æquitate eſt expectandus in diem ſequentem, ſiue ſit citatus ad ſententiam audiendam, ſiue ad aliquid aliud.*

1 Poteſtas iuriſdictioue delegati expirat eo ipſo, quod ſententiam definitiuam à ſe latam plenè per ſe, vel per alium, cui exequutionem illius commiſerat, exequutioni mãdauit. Ita habetur c. in literis de offic. deleg. Quo loco obſerua capite quærenti eod. titul. ſolum concedi iudici à ſummo Pontifice delegato annus a die latæ definitiuæ ſententiæ circa cauſam ſibi commiſſam ad eius ſententiæ exequutionem. Quare ſi annus labatur à puncto ſententiæ latæ, & intra id tempus non perduxerit ſententiam ad exequutionis effectum, non poterit progredi vlterius ad eam exequutionem, ſed vſque adeo omnino ea iuriſdictio expirat, vt neque poſſit abſoluere excommunicatum à ſe, ſi eo anno elapſo parere ſententiæ velit, petatque abſolutionem ab excommunicatione incurſa: ſed recurrere is pro abſolutione debet ad ſummum Põtificem, aut ad alium, qui ad abſoluendum ab ea excommunicatione poteſtatem habeat. Ita habetur c. quærenti citato, affirmatque communis doctorum ſententia.

Quod ſi delegatus ante annum elapſum ad finem ſuæ ſententiæ exequutionem perduxiſſet, tunc eo ipſo omnino expiraret iuriſdictio ipſius, adeo vt ſi poſtea non in continenti, ſed ex interuallo, iterum is turbaretur, in cuius fauorem lata ea ſententia eſſet, is delegatus non poſſet eum tueri, ſed, qui ita turbaretur, neceſſe haberet recurrere ad ordinarium, aut ad alium, qui ad id iuriſdictionem haberet. Ita habetur c. in literis de offic. deleg.

2 Illud vero obſerua, quando in literis apoſtolicis exequutores eorum conceduntur cum clauſula, vt quando & quoties opus fuerit eas ſolemniter publi-

A cari efficiant, eiſque apoſtolica autoritate efficaci præſidio ac defenſione aſſiſtant facientes in eis contenta inuiolabiliter obſeruari, neque in futurum permittentes illos, quorum commodum concernunt, à quocunque quomodolibet moleſtari, inquietari, impediri, ſeu perturbari, &c. tunc ſanè, etiam elapſo anno poſtquam tales literæ exequutioni ſint mandatæ, & poſtquam effectum ſint ſortitæ, non ceſſat eorum exequutorum iuriſdictio, vt ex ſe & ex tenore eius clauſulæ, quæ ad id fuit appoſita, eſt notiſſimum. Idem dic quotieſcunque apponitur clauſula, vnde iuriſdictio prorogari in longius tempus, quam in annum aut in perpetuum intelligitur. Quo fit, vt ſi exequutores cum prędicta clauſula delegati ſint ſuper literis gratiam aliquam continentibus, vt circa
B vnionem aliquorum redituum alicui collegio, taleſque exequutores expreſſi ſint nomine dignitatũ ipſorum, iuriſdictio eorum, tunc quo ad id in perpetuum duret per præſentes, & per ſucceſſores eorũ in eadem dignitate, qui omnes eo ipſo exequutores earum literarum dati cenſentur, habetque id verũ, etiam ſi tempore Summi Pontificis, eos exequutores ad id concedentis, tali exequutorum iuriſdictione vſi non fuerint, quia nullus interim reſtitit, aut perturbauit earum literarum effectum.

Quando cauſa delegatur termino temporis præſcripto, intra quod decidatur, tunc eo termino tran 3
ſacto, eſtò indeciſè adhuc ſit, expirat eius delegati iuriſdictio, atque ad delegantem cauſa deuoluitur, niſi ante aduentum eius termini de partium conſen-
C ſu ab ipſiſmet partibus ei delegato tempus prorogetur. Cum enim ea temporis præfixio in fauorem partium conſtituta fuerit, partes de communi conſenſu prorogare illud poſſunt, modò id efficiant ante id tempus præfixum elapſum omnino, atque adeò antequam in eo delegato iuriſdictio per eius temporis lapſum expiret: iuriſdictio enim, quæ ſemel omnino expiraſset, prorogari non poteſt: quia quod non eſt, prorogari non poteſt. Ita habetur cap. de cauſis in princip. iuncta gloſſa & Panormit. ibi de offic. deleg. Quod ſi tempus definitum ſit die aliquo conſtituto pro termino illius, vt vſque ad diem paſchalis, natiuitatis, Dominici, ſancti Ioannis Baptiſtæ, aut vſque ad alium ſimilem, tunc eo die expirat delegati iuriſdictio, ſiue delegationis li-
D teræ tardius ſiue citiùs ad eum peruenerint, iuxta cap. de cauſis, iuncto Panormitan. ibi. numero 5. Si verò definitum ſit menſe, bimeſtri, trimeſtri, anno, aut alio ſimili determinato tempore quo ad quãtitatem, ſed indeterminato in ſingulari quoad indiuiduum, quia non eſt dictum vſque ad finem talis menſis, puta Maii talis anni, vel vſque ad aliud terminatum tempus in ſingulari, tunc tempus computari debet à die, quoad delegatum literæ delegationis peruenerunt. Ita habetur capit. ſuper eo. 2. §. vlt. de appellat. & affirmat Panormit. nume. 5. citato, excludique debet dies, in quo literæ ad delegatum peruenerunt, nec annumerari debet in tempore ad eam cauſam decidendam, vt gloſſa vlt. 1. §.
E vltimo, citato affirmat. Panormit. cap. de cauſis citato, nume. 9. cum Barto. notat, attendendum eſſe, num ſolùm iudici ſit impoſitum præceptum, vt intra certum terminum cauſam aut cauſas definiat, vel vtrum terminus ſit ſtatutus iuriſdictione illius, ita vt deinceps iuriſdictionem non habeat ad eam cauſam terminandam: atque in hoc poſteriori euentu ſunt intelligenda, quæ dicta ſunt: non verò in priori: quia tunc ſi iudex ſua negligentia cauſam intra id tempus non finiuit, puniendus ob eam culpam eſt, non tamen expirat eius iuriſdictio, ſed progredi in cauſa poteſt. Item quando terminus temporis quouis modo ex explicatis præfigitur, nec exprimitur, quòd ſit etiam ad exequutionem

ſententiæ, intelligitur ad cauſæ deciſionem: vnde A
poteſt tunc is delegatus vlterius intra annum à lata ſententia illam mandare exequutioni. Ita affirmat gloſſa c. de cauſis, verb. eo tranſacto. Semper. n. ad exequutionem ſententiæ cenſetur conceſſus annus delegato ſummi Pontificis poſt eam latam, iuxta c. quærenti eod. tit. niſi aliud ex reſcripto delegationis colligatur.

Quando cauſa delegato fuit commiſſa, vt illam intra certum terminum finiret, malitiaque alterius partis litigantium impeditus fuit, quoniam in cauſa fuit, vt delegatus à Rege vocaretur, aut alia ſimili ratione, tunc delegatus punire eum debet, qui eo modo malitioſè deliquit, committereque cauſam alteri debet, qui illam intra terminum ſibi præſcriptum finiat, idque appellatione poſtpoſita. Hæc habentur, B
c. paſtoralis. §. vlt. de offic. deleg. Atque tunc ſubdelegatus à delegato ſummi Pontificis procedit appellatione poſtpoſita, non quidem autoritate ſubdelegantis, ſed autoritate ſummi Pontificis, qui id illi in eo euentu concedit in odium partis, quæ prædicto modo malitioſè deliquit, vt gloſſa & Panorm. ibi rectè exponunt ac affirmant. Ex eo verò textu colligitur, eſtò delegatus malitioſè ab altero litigantium impediatur, ne cauſam intra terminum ſibi præſcriptum expediat, non idcirco prorogari vltra eum terminum iuriſdictionem talis delegati, ſed expirare nihilominus: niſi partes communi conſenſu ante eius termini elapſum illam prorogent, vt poſſunt, in eoque §. vltimo aſſeritur, & ex. c. de cauſis dictum paulo antea eſt. Quando verò in eo euentu partes com- C
muni cõſenſu delegato iuriſdictionẽ prorogarent, locum non haberet, delegatum eam cauſam ſubdelegare, vt in ea ſubdelegatus appellatione poſtpoſita procederet, vt ſatis apertè eod. §. vlt. innuitur.

Citatus peremptoriè in diem aliquem, ex æquitate eſt expectandus in diem ſequentem, ſiue ſit citatus ad ſententiam audiendam, ſiue ad aliquid aliud. Excipitur, niſi in eo ipſo termino peremptorio illi deſignato finiatur iuriſdictio iudicis delegati: Tunc enim in fine diei vltimi exequi poterit, quod aduerſus contumacem intendit. Et cum non expediat iudicium in tenebris celebrari, iudex procedere aduerſus illum debebit ante lucem finitam, quantũ ſit ſatis, vt ante tenebras, quod intendit, perficiat. Expedit verò vt iudex nõ ſe ita coarctet, vt in termino pe- D
remptorio parti deſignato expiret ſimul ipſius iuriſdictio. Hæc omnia habentur. ca. conſuluit. de offic. delegat.

7 Si aliquis literas à ſummo Pontifice obtinuit, vt à iudice aliquo ad id delegato intra certum temporis terminum in poſſeſſionem reſtitueretur, à qua ſummo Pontifici ſignificauit ſe fuiſſe ſpoliatum, modò tamen intra id terminum probaret ſe poſſediſſe, ſpoliatumque ab ea poſſeſſione fuiſſe, tunc ſi contingat aduerſarium poſſidentem abſque contumacia non apparere coram iudice ad id delegato, vt partes ſuas defendat: ſanè is, qui eas literas imperrauit, mitti ab eo iudice in eam poſſeſſionem non poteſt, eſtò probet & ſe poſſediſſe, & ſpoliatum ab ea ſua poſſeſſio- E
ne fuiſſe, nihil impediente quòd terminus ei iudici datus, vt ipſum in eam poſſeſſionem mitteret, omnino labatur, expiretque ea iuriſdictio talis iudicis delegati. Secus autem eſſet, ſi ille alius dolo & cõtumacia in cauſa fuit, vt intra id tempus comparere non poſſet: quoniam tunc, probante eo, qui eas literas obtinuit, ſe poſſediſse, ſuaque poſſeſſione fuiſse ſpoliatum, mitti in eam poſſeſſionem ab eo iudice debet. Hæc habentur capit. conſultationibus de offic. deleg.

DISPVT. 28.

Num inquiſitores hæreticæ prauitatis iudices ſint delegati, an ordinarij. Et multa circa illorum iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſunt iudices delegati ſummi Pontificis ad fidei cauſas.*

2 *Ad Epiſcopos ſpectat curare, vt ſubditi in ſana doctrina inſtituantur, vt in hæreticos inquiratur: ac proinde ſunt iudices ordinarij.*

3 *Epiſcopis in ſuis diœceſibus à ſede Apoſtolica eſt conceſſum procedere in crimina hæreſeos aduerſus ab ipſis exemptos, authoritate ſummi Pontificis.*

4 *Põtifex vt eſt iudex ordinarius in cauſis fidei, ita etiã delegat inquiſitores fidei, ut iudices delegatos.*

5 *Inquiſitores fidei, tam ſupremus quã inferiores, immediatè habent ſuam poteſtatem a ſummo Pontifice.*

6 *Perpetuus inquiſitor generalis, qui a Rege eligitur, et à Pontifice confirmatur, habet iuriſdictionem delegatam inſtar ordinariæ, & in multis cum illa conuenientem.*

7 *Senatores ſupremi tribunalis inquiſitionis ſunt iudices immediatè delegati à ſummo Pontifice, ab eo immediatè ſuam iuriſdictionem habentes.*

8 *Inquiſitores, cum delegati à ſummo Pontifice ſint, ſubdelegare unum aut multos poſſunt, qui uel ſimul coniunctim procedant in iiſdem cauſis, uel diuiſim in diſtinctis locis ſui diſtricti; etiam creare poſſunt uicarios.*

9 *De iure communi quando multi ſunt conſtituti inquiſitores in eodem diſtricto, ſimul ac diuiſim procedere poſſunt contra eos, ad quos iuriſdictio eorum ſe extendit.*

10 *Si exiſtentibus inquiſitoribus in eadem prouincia ipſorum, ſummus Pontifex cauſam aliquam fidei alicui particulariter deleget, ut de ea cognoſcat, tunc cenſetur ea cauſa ad ſummum Pontificem auocata, nec proinde poſſunt illi alij inquiſitores de ea cognoſcere.*

11 *Epiſcopi ſine inquiſitoribus & inquiſitores ſine Epiſcopo procedere de iure communi poſſunt aduerſus hæreticos, eos inquirendo, in ius illos uocando, & alia efficere.*

12 *Epiſcopus ſine inquiſitore & inquiſitor ſine epiſcopo procedere non poſſunt ad includendum aliquem in duriori carcere, qui magis deſeruire uideatur ad pænam & afflictionem, quàm ad debitam eius rei cuſtodiam.*

13 *De Hiſpanica inquiſitione in particulari agitur latiùs, & quid ea peculiare habeat.*

14 *Quãdo inquiſitores & ordinarij in aliquo diſcordãt, tunc de iure communi cauſa ab inquiſitoribus & ordinario bene inſtructa remitti debet ad ſummũ Pontificem. Secus in Hiſpanijs.*

15 *Quando ferenda eſt ſententia definitiua aut interlocutoria, non poteſt unus ſine alio ualidè ac licitè procedere ſententiam abſolutoriam pronuntiando, quia delictum non ſufficienter probatum inuenitur.*

16 *Quando ſententia non eſt omnino abſolutoria, ſed in pænam reus abiurare præcipitur, aut pæna alia ei imponitur, ſtando in ſolo iure communi non poteſt inquiſitor ſine ordinario aut ordinarius ſine inquiſitore procedere ad eam ſententiam ferendam.*

17 *Licèt delegatus Summi Pontificis circa cauſam aliquam, quando ſummus Pontifex non relinquit ordinario integram ſuam iuriſdictionem, quo ad vſum circa eandem cauſam, ſed eã cauſam tali delegatione*

gatione cenſetur ad ſe auocare, fit ſuperior ordinario.

18 *Tam inquiſitores quàm ordinarij iuriſdictionem habent, non ſolum in clericos ſæculares, ſed etiam in quoſcunque religioſos, vt contra eos procedant ac eos puniant, quando de fidei negotio agitur.*

19 *Contra epiſcopos hæreticos neque priuati inquiſitores neque etiam generalis inquiſitor procedere poſſunt, nec inquirere, niſi horum aliquid eis expreſsè à Pontifice concedatur.*

20 *Aduerſus nuntios Apoſtolicos procedere non poſſunt inquiſitores hæreticæ prauitatis nec ordinarij, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia. Poſſunt tamen inquirere ſeque informare, vt Pontificem certiorem efficiant.*

21 *Quando vnus inquiſitorum hæreticus reperiretur, epiſcopus aut alius inquiſitor poteſt aduerſus eum procedere, eumque comprehendere.*

22 *Si Rex hæreſios ſuſpectus ſit, prudentis requiſitoris erit aduerſus eum non procedere, ſed Pontificem conſulat.*

23 *Commiſſarij inquiſitorum & inquiſitores debent eſſe quadraginta annorum.*

Examinandum conſequenter eſt in hac quidem Diſputatione de inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & in ſequenti de conſeruatoribus, num iudices ſint delegati.

1 Quod autem ad inquiſitores attinet, quamuis Archidiaconus c. ne aliquis, de hæret. libr. 6. eos iudices eſſe ordinarios admittat; eo quòd, inquit, à Principe ad vniuerſitatem cauſarum ſint deputati; communis tamen doctorum ſententia cum Eymerico in directorio inquiſitorum part. 3. quæſt. 4. meritò affirmat, eos eſſe iudices delegatos ſummi Pontificis ad fidei cauſas, & ad ea quæ ad illarum debitam expeditionem neceſſaria ſunt, quam ſententiam, inter alios, referunt ac ſequuntur Simancas de catholicis inſtitutoribus, titul. 34. nu. 4. & Franciſcus Peña in tertiam partem directorij inquiſitorum, Scholio. 74. qui eſt ad 4. Eymerici quæſtionem citatam, & Nauar. lib. 1. conſ. in tit. 29. de offic. iud. deleg. conſ. 1. nu. 1. Tametſi multum hodie inquiſitorum iuriſdictio ad ordinariam, vt oſtendemus, accedat.

2 Vt verò hoc & ſequentia melius intelligantur, obſeruandum eſt. Ad epiſcopos ex ſuo munere & officio attinere curare, vt in ſuis diæceſibus ſana in ſibi ſubditis ſit doctrina, inquirereque proinde in hæreticos, eoſque punire & arcere à ſuis ouibus, curare eorum reductionem, atque eos recipere ad fidei vnitatem, eccleſiæque gremium, & ad aliorum communionem, quando id ita expedire iudicauerint. Quo fit, vt ipſi ſint iudices ordinarij omnium ſibi ſubditorum, quemadmodum ad alia ad finem ſpiritualem ac ſupernaturalem attinentia, ſic etiam quo ad hoc, vnuſquiſque tamen eorum in ſua diæceſi. Quin & hæreticos alterius diæceſis, ſi in ſua quo ad fidem delinquant, punire tanquam iudices ordinarij poſſunt ratione loci delicti ve in ſua diæceſi commiſſi. Poſſunt verò id epiſcopi efficere, non ſolum poſtquam conſecrati ſunt, ſed etiam eo ipſo, quòd epiſcopi eius diæceſis creati ſunt; quippe cum eo ipſo iuriſdictionem totam epiſcopalem in eam totã diæceſim conſequantur. Hæc omnia ex ſe ſunt notiſſima, conſtatque epiſcopos ad ea omnia iuriſdictionem habere ordinariam ex cap. ad abolendam, de hæret. & ex. cap. per hoc eod. titul. libr. 6. vbi dicitur eos quo ad hoc procedere iuriſdictione ordinaria aduerſus eos, qui autoritate Sedis Apoſtolicæ ab ipſorum iuriſdictione non ſunt exempti, & conſtat ex alijs iuribus, conſentiunt Eymericus. qu. 4. citata, & communis doctorum ſententia, quam referunt ac ſequuntur Simancas de catholicis conſtitutionibus,

A tit. 25. & Peña vbi ſuprà, Scol. 71. Atque cùm ad capitulum ſede vacante iuriſdictio ordinaria epiſcopalis tranſeat, vt Diſput. 1. dictum eſt, capitulum ſede vacante iudex eſt ordinarius in cauſis hæreſis.

Eiſdem verò epiſcopis in ſuis diæceſibus à Sede Apoſtolica eſt conceſſum procedere in crimine hæreſeos aduerſus ab ipſis exemptos, autoritate ſummi Pontificis. Quo fit, vt in crimine hæreſeos, horum tantum comparatione, non iudices ordinarij, ſed delegati Sedis Apoſtolicæ ſint. Ita habentur c. ad abolendam. §. vltim. de hæret. cuius verba ſunt: *Si qui verò fuerint, qui à lege diæceſanis iuriſdictionis exempti, ſoli ſubiaceant Sedis Apoſtolicæ poteſtati; nihilominus in his, quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, epiſcoporum ſubiaceant iudicium: & eis in hac parte, tan-* 3

B *quam a Sede Apoſtolica delegatis, (non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegiis) obſequantur.* Idem habetur cap. per hoc eod. titu. lib. 6. illis verbis; *diæceſanis epiſcopis, quin & ipſi autoritate ordinaria in eodem procedere valeant, nolumus derogare.* Et infra. §. vltim. illis verbis: *Siue autem ordinaria ſiue delegata epiſcopi poteſtate procedant.* Et affirmat Eymericus. q. 4. citata & 5. ac doctores communiter.

Vt autem Diſputat. 4. copioſè fuit explanatum, ſummus Pontifex iure diuino ſupremus iudex eſt ordinarius in tota vniuerſali eccleſia, curam loco Chriſti vniuerſalem illius habens cum pleniſſima iuriſdictione, vt quo ad cætera omnia, ſic etiam ad fidei cauſas, ea omnia in totum eccleſiæ corpus & in ſingulas illius partes exercere valens, quæ inferiores 4

C ſub ipſo exercere poſſunt, coarctareque iuriſdictionem epiſcoporum poteſt, illiſque adiutorium præſtare, & cætera efficere, quæ in eccleſiæ bonum expedire iudicauerit. Hinc, quia expediebat prouincias aliquas diligentius ab hæreſeos ac apoſtaſiæ crimine purgari, epiſcopique earum circa multa alia pro ſuo munere occupati, non quantum par erat huic grauiſſimo negotio operam nauabant, ſummi Pontifices pro ſua vniuerſali cura, pleniſſimaque iuriſdictione in totam eccleſiam, delegare ac mittere ad varias prouincias cæperunt inquiſitores hæreticæ prauitatis, fidei zelo inflammatos, prudentia ac virtutibus, præditos, qui, tanquam ipſis delegati, minimè epiſcopos impediendo, neque illorum iuriſdictionem in cauſis fidei minuendo, adiumen-

D to eis eſſent ad hereſes extirpandas, conſeruandamque fidei catholicæ ſynceritatem ac puritatem, ei dumtaxat rei grauiſſimæ totis viribus incumbẽdo, modumque ac formam eis præſcriptam ſeruando. Atque quo tempore mitti cęperint, tradit Peña in tertiam part. diſt. ſchol. 43. & lib. 8. de pænis hæreticorum, in principio.

Hos verò iudices non ordinarios, ſed delegatos Sedis Apoſtolicæ eſſe, ex ſe eſt notiſſimum, & cum Eymerico q. 4. vt ſupra dictum eſt, affirmat communis doctorum ſentẽtia. Id autem Eymericus ibi probat ex literis Vrbani IIII. & Clementis IIII. quæ ſunt primæ & ſecundæ inter decem & octo, quæ diuerſorum ſummorum Pontificum in 2. part. directo-

E rij referũtur, illis verbis: *Prouidimus igitur ibidem ad præſens perſonas aliquas circumſpectas pro tãto negotio deputari. &c.* & aliis quæ Eymericus. qu. 4. citata refert. Idem euidentius etiam probat ex cap. ne aliqui de hæret. lib. 6. cuius verba ſunt: *Ne aliqui dubitationem ſolicitam excitantes in dubium reuocent, an officiũ inquiſitionis hæreticæ prauitatis, ſolicitudini veſtræ infra certos limites ab Apoſtolica Sede commiſſum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commiſit; præſertim declaramus edicto, ipſum officium, nõ ſolũ quo ad negotia viuente mandatore incæpta imò etiam quo ad integra & nondum cæpta, & quod plus eſt, quantũ ad ea, quæ tunc nequaquam emerſerant, in fauorem fidei poſt committentis obitum perdurare.* Quid euidentius de-

poterat? Si enim ordinaria iuriſdictio fuiſſet, perſpicuum erit, illam morte concedentis nõ expirare. A

Illa verò alia ratione, qua Eymericus. q. 4. citata ibidem probat, *quia ſcilicet inquiſitor nullam habet iuriſdictionem, nec in perſonis, nec in criminibus, nec in cauſis, niſi vbi, quantum, & circa quos ei confert dominus noſter Papa*: optima eſt, ſi de munere inquiſitorum in genere intelligatur, vt illam Eymericus intellexit, prout à principio quidam deſtinabantur ad certas perſonas, vt de illis inquirerent, & quo ad certam vel certas cauſas in particulari, & quidã ad certam prouinciam aut prouincias, quo ad omnia vniuerſim ad fidei negotium attinentia, vel prout omnibus his & alijs modis inquiſitores hæreticæ prauitatis ab Apoſtolica Sede poſſunt delegari. Quod ſi de officio inquiſitoris ad aliquam aut ad aliquas pro- B uincias quo ad omnia, quæ ad fidei cauſas ſpectant, intelligatur, vt maxime vt hodie in Hiſpanijs eſt id officium perpetuum ſtabilitum ſub vno generali inquiſitore, & cum generali ſenatu illius, creatis tribunalibus particularibus varijs in locis ſimiliter perpetuis, præſcripto cuique particulari tribunali ſuo fixo ac determinato diſtrictu tot vel tot diæceſim aut locorum, ſanè ea cauſarum fidei vniuerſalitas, cum ea ſubditorum deſignatione, ſufficientiſſima eſt, vt id munus ordinarium cum iuriſdictioneve ordinaria potuetit ſtatui: imò verò ſi à principio ita à ſupremo eccleſiæ principe Pontifice Maximo fuiſſet ſtatutum, non dubitarem appellare illud ordinariũ, & non delegatum. Quia tamen à principio delegatum emanare incipit ad hæreſes in aliquibus pro- C uincijs extirpandas, poſtea verò in vniuerſis Hiſpanijs, & alijs in locis, experientia ipſa vtilitate illius maxima ac neceſſitate comperta, perpetuum eſt ſtabilitum, non ſolum ad hæreſes extirpandas, ſed etiã ad præſeruandum ab illis, atque ad conſeruandam catholicæ fidei ſynceritatem ac puritatem, paulatim multis priuilegijs in fidei fauorem eidem munericõ ceſſis, iam nunc appellemus hoc munus ac iuriſdictionem, vt hodie eſt, delegatam quidem, ſed valde accedentem ad ordinariam, non ſolum quia eſt ad vniuerſalitatem cauſarum fidei, & ad ea, quæ ad illas extirpandas neceſſaria ſunt, ſed etiam quia eſt iuriſdictio perpetua, in quo mortuis quibuſdam, aut inde depoſitis, promotione & aſcenſu ad alia, vel aliqua alia ratione, ſuccedunt perpetuo alij, vt in iu- D riſdictione ac munere ordinario, & quia prouiſus in illo, etiam re omnino integra, non expirat iuriſdictio & prouiſio morte illum creantis ac prouidentis, nomine creantis ac prouidentis non ſolum intelligẽdo ſummum Pontificem, ſed etiam quemcunque electorem, vt Eymericus 3. par. quæſt. 7. & 8. ait, & cũ eo Penna Schol. 76. idque non ſecus atque ſi ea iuriſdictio ordinaria eſſet, idque munus ordinarium eſſet, & ob alia, in quibus cum iuriſdictione ordinaria hodie conuenit. Quo fit, vt hoc munus & ſit iuriſdictio delegata à Summo Pontifice quo ad ea quæ in tali delegata a Summo Pontifice iuriſdictione ſunt perfectionis & excellentię ſupra ordinariam iuriſdictionem cæterorum infra ſummum Pontificem, nẽ- E pe repræſentare ſummum ipſum Pontificem, viceſque illius tenere in iis, quæ muneris inquiſitoris ſũt, ac proinde excellere ea ex parte ordinarios omnes, qui ſunt infra ſummum Pontificem (modo tamẽ infrà explicando) & ſimul careat imperfectionibus iuriſdictionis delegatæ, conſentiatque cum iuriſdictione ordinaria in contrariis illarum imperfectionum: vnde præter illa in quibus eſt dictum, eam cum iuriſdictione ordinaria conſentire, ſanè iuriſdictio hæc in fidei fauorem non eſt odioſa, nec reſtringenda, vt ſunt aliæ delegatæ iuriſdictiones, ſed eſt fauorabilis & extendenda inſtar ordinariarum iuriſdictionum.

Dubium eſt, à quo inquiſitores hæreticæ prauitatis, tam ſupremus quam particulares illi inferiores, ſuam immediatè habeant iuriſdictionem. Eymericus. 3. par. direct. quæſt. 3. loquens de inquiſitoribus ſui temporis, reſpondet, illam habere immediatè à ſummo Pontifice, nihil impediente, quod ex inquiſitoribus quoſdam Summus Pontifex immediatè conſtituat ac eligat, quoſdam verò eligi ac conſtitui committat alicui cardinali vel legato, & frequentius tempore Eymerici eos eligi ac conſtitui, & etiam deponi, committeret generalibus & prouincialibus ordinis diui Dominici & diui Franciſci, ex quorum ordinibus inquiſitores tunc creabantur ad diuerſa loca ordinibus illis tunc deſignata, vt in eis illos conſtituerent. Licèt enim electio & conſtitutio ita aliis committeretur, qui melius nouerant zelum, prudentiam, ac alia ad id munus requiſita in eligendis, præſertim ita ſibi ſubditis, qui tamen ita conſtituebantur ac eligebantur, iuriſdictionem habebant immediatè, non ab electoribus, ſed à ſummo Pontifice, præuia ea electione tanquam conditione ſine qua ſummus Pontifex eam iuriſdictionem illis non conferebat. Sicut etiam ſummus ipſe Pontifex licèt iuriſdictionem in totum eccleſiæ corpus immediatè habeat à Chriſto, habet tamen illam dependenter à canonica ipſius electione facta à Cardinalibus iuxta ordinem eccleſiæ ad eam electionem præſcriptum, vt in materia de fide dictum explanatumq; eſt. Quod autem inquiſitores immediatè iuriſdictionẽ ſuam habeant à ſummo Pontifice, eſtò ab aliis ex præſcripto ſummi Pontificis eligantur ac conſtituã tur, conſentiunt, cum Eymerico doctores quos Pẽna eodem 3. par. Schol. 73. refert ac ſequitur: atque id apertiſſimè probant literæ Clementinis 4. ad inquiſitores hæreticæ prauitatis ordinum Prædicatorum ac Minorum, quæ habentur 2. part. direct. inter literas diuerſorum ſummorum Pontificum, & incipiunt Catholicæ fidei, &c. ſic enim. §. vlt. habent: *Nam ſi prædicta Sedes interdum prælatis aliquibus veſtrorum ordinum per ſuas literas ſub certa forma committat, vt ad exercendum inquiſitionis officium contra hæreticam prauitatem aliquos ſuorum fratres ordinum aſſumere valeant, ipſoſque cum expedire viderint, amouere, ac alios ſubrogare: non tamen per hoc, quod ipſis ea dumtaxat de cauſa in hac parte committitur, quia de fratrum ſuorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præſumuntur, aliqua eis ſub huiuſmodi inquiſitionis negotio, vobis immediatè à prædicta Sede commiſſo & committendo, facultas vel iuriſdictio attribuitur ſeu poteſtas*. Quæſtione autem 6. eiuſdem. 3. part. affirmat ac probat Eymericus, inquiſitores ita electos ac conſtitutos à ſuis generalibus aut prouincialibus, non ab ipſis, ſed à ſolo ſummo Pontifice habere iuriſdictionem. Penna autem Schol. 73. citato varias literas Summorum Pontificum refert, in quibus generalibus & prouincialibus ordinum Prædicatorum & Minorum eſt conceſſum, vt prædicto modo inquiſitores hæreticę prauitatis eligant ac conſtituant & deponant.

Hodie verò in Hiſpaniis à tempore Catholico- 6 rum Regum Ferdinandi & Elizabethæ, vt Simancas titu. 34. citato num. 5. & Penna vbi ſuprà Schol. 43. refert vnus perpetuus inquiſitor generalis creatur, Rege illum eligente ac proponente ſummo Põtifici, ſummoque Pontifice illum confirmante ac creante, vt Simancas vbi ſuprà, num. 6. refert: vnde à ſolo Summo Pontifice ſuam totam delegatam iuriſdictionem habet, inſtar tamen ordinariæ, in multiſque cum ordinaria conuenientem. Ei verò committitur facultas creandi inquiſitores & miniſtros ſub ipſo, qui ab eo pendeant tanquam ab ipſis omnibus ſuperiore, moderatore, ac directore, qui illos punire ac deponere poſſit. Habet autem ſu-

premum

premum inquiſitionis ſenatum, qui ſupra particularia omnia tribunalia inquiſitionum omnium particularium eſt, eis præſcribens, quæ pro natis circumſtantijs expedire præſcribenda iudicat, & ad ſe auocans, ſibique reſeruans, quæ auocanda ac reſeruanda iudicat, ad illumque recurritur ex particularibus inquiſitionibus via appellationis, & in multis alijs iuxta præſcriptum eis traditum. Ea tamen omnia ex præſcripto inquiſitoris generalis fiunt, à quo omnes pendent, & penes quem eſt tota autoritas ac iuriſdictio circa res fidei, negotiumque totum ſanctæ inquiſitionis. Senatores eius ſenatus inquiſitor generalis nominat, Rexque ipſe eos elegit, vt idem Simācas ibidem num. 7. refert. Inquiſitores verò particulares, & alios miniſtros, ipſe generalis inquiſitor eligit ac creat, conſulto regulariter ſuo ſupremo ſenatu.

7 Vtrum autem ſenatores ſupremi tribunalis inquiſitionis, inquiſitoreſque particulares, hodie in Hiſpanijs ſubdelegati ſint inquiſitores generalis, quaſi ab illo, & non à ſummo Pontifice immediatè, hēant ſuam iuriſdictionem: an verò iudices delegati immediatè ſint à ſummo Pontifice ab eo immediatè habentes ſuam iuriſdictionem. Arbitror dicendos eos eſſe iudices immediatè delegatos à ſummo Pontifice, habentes immediatè ab eo ſuam iuriſdictionem, tametſi iuriſdictioni inquiſitoris generalis modo explicato ſubiectam: quia ita expedit regimini, vnioni, fini, ac bono, ad quod negotium totum ſanctæ inquiſitionis in his regnis ordinatur, Ducor, vt exiſtimē eos nō eſſe iudices ſubdelegatos, aut cōmiſſarios inquiſitoris generalis, de quibus poſt hoc dubium expeditum erit ſermo, ſed eſſe ſubdelegatos immediatos Sedis Apoſtolicæ, ab eaque immediatè habere ſuam iuriſdictionem. Primo, quia ita expedit negotio fidei, bonoque communi, vt maiorem autoritatem habeant coram ſubditis, meliusq; exequi poſſint ſuum munus, atque vt ſubdelegare poſſint, quæ pro ſuo munere ſubdelegare eos oportet, quæque ab inquiſitore generali aut ab ipſius ſupremo ſenatu ſubdelegare non ſint prohibiti: neque id pugnat cum dependentia & ſubordinatione omnimoda, quam in ſuo munere habere eos oportet generali inquiſitori, ipſiuſque ſupremo ſenatui. Secundò, quoniam id ſonat nomen & officium inquiſitorum in ſupremo particulari diſtricto. Tertio, & potiſſimum, quoniam id non impedit, quod ab alio munus inquiſitoris magis generalis habente, à quo ipſi pendeant, deponique poſſint, eligantur ac conſtituātur in munere particularium inquiſitorum varijs in diſtrictis: vt enim in literis Alexandri 4. quas Penna poſt commentaria in directorium refert, & incipiūt quod ſuper. §. adieciſtis, habetur, ad ſimilem quæſtionem Alexander 4. reſpōdit, tales particulares ac inferiores inquiſitores, non ſubdelegatos, ſed delegatos, Sedis Apoſtolicæ eſſe, ad illa immediatè ſuā habentes iuriſdictionem; ſic quippe paragraphus ille habet. *Adieciſtis præterea negotium ſeu officium inquiſitionis contra hæreticos dilecto Liſio Priori fratrum Prædicatorum Pariſienſi à Sede Apoſtolica fuiſſe ſub hac forma commiſſum, vt ipſe ſuper hoc poſſit inquirere, tam per ſe, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputet: in quo quæritur, vtrum tales delegati uel ſubdelegati exiſtant, & quid poſſit etiam ſic electi. Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem prior poſſit tres uel quatuor idoneos ad hoc opus aſſumere, qui parem cū ipſo habeant poteſtatem, & amouere illos, ac ipſorum loco alios ſubſtituere, quotieſcunque uiderit expedire: ipſi tamen Priori, & alijs ſic aſſumptis, committendi dumtaxat citationes, ac examinationes teſtium, cū de huiuſmodi crimine ac circumſtantijs eius inquiritur, ac denūciationes ſententiarum, quas ſuper his contra quoslibet contigerit fieri, & ijs ſimilia faciendi conceditur ab eadē*

A *Sede facultas*, immediata videlicet, ita vt tam Priori, quàm cæteris ab eo electi, per quos de prauitate hæretica inquirat, iudicet ac puniat, iuriſdictio immediata à Sede Apoſtolica delegata concedatur. Conſentiunt etiam literæ Clementinis 6. & forma creationis cuiuſdam in inquiſitorem particularem, facta à Bertrando Cardinali Legato à Latere & inquiſitore generali quæ omnia à Pena referuntur in fine literarum omnium, quas poſt commentarios in directorium adiecit.

Neque obſtat, quòd vt Simancas titu. 34. citato, nume. 15. refert, inquiſitores particulares ſub hac forma ab inquiſitore generali creentur; *committimus vobis uices noſtras, donec ad nos duxerimus eas reuocandas:* non, inquam, id obſtat, quoniam idcirco B ſub ea forma creantur, vt intelligatur, eos eſſe amouibiles ad nutum inquiſitoris generalis, iuriſdictionemque ipſorum ſubiectam omnino eſſe iuriſdictioni inquiſitoris generalis, qui arctare & ampliare eam poteſt, vt expedire iudicauerit: non verò, quòd ſubdelegata iuriſdictio ſit, vt Simancas ibidem autumat. Quod autem ibi Simancas ſubiungit, nempe ſubdelegatos alios ſub eadem forma non expirare morte ſubdelegantis, verum eſt, ſi id intelligat, re non integra, ex dictis ſupra Diſput. 20. & 21. conſtat. Si verò intelligat, re integra, ſanè in alijs ſubdelegatis, non ſolùm ſi ſub illa forma ſubdelegatio fiat, ſed etiam ſi fiat ſub quacunque alia, expirat eorum iuriſdictio, ſeu potius efficaciter in eos non tranſit, vt Diſput. 21. explanatum eſt: at- C que in eo differt iuriſdictio particularium inquiſitorum à iuriſdictione quorumcunque aliorum ſubdelegatorum in fidei fauorem, ſiue illam appellemus ſubdelegatam, ſiue immediatè delegatam à ſummo Pontifice, ſed præuia electione inquiſitoris generalis tanquam conditione ſine qua non. Tametſi fortaſſe aliquis contendere poſſet, priuilegium illud, vt munus inquiſitoris re omnino integra non expiret morte delegantis, intelligendum eſt de inquiſitoribus delegatis à ſummo Pontifice, ſiue eorum electio ad alium pertineat, ſiue non: non verò de ſubdelegatis ab immediatè à ſummo Pontifice delegatis. Vnde commiſſariorum inquiſitorum, de quibus mox erit ſermo, ſubdelegata iuriſdictio exſpirare videtur re omnino integra morte eos D ſubdelegantis ac conſtituentis.

Confirmare poſſumus, inferiores inquiſitores delegatos immediatè eſſe à ſummo Pontifice, ab eoque immediatè habere ſuam iuriſdictionem, nihil impediente quòd electio, & creatio eorum generali inquiſitori à ſummo Pontifice ſit commiſſa, cum ſubiectione omnimoda quo ad eorum iuriſdictionem inquiſitori generali, vt fidei negotium efflagitabat. Quoniam ſenatores ſupremi ſenatus inquiſitionis non ſunt ſubdelegati inquiſitoris generalis, ſed iuriſdictionem ſuam delegatam inmediatè habent à ſummo Pontifice. Tum quia non creantur nec eliguntur ab inquiſitore generali, ſed à Rege, ſolumque ab inquiſitore generali nomi- E nantur: Rex autem licèt id efficiat autoritate, & conceſſione ſummi Pontificis, non tamen confert iuriſdictionem ſpiritualem, qualis illa eſt, & multo minus eam ſubdelegat: ſed ipſo eligente eos ſenatores immediatè conſequuntur iuriſdictionem à ſummo Pontifice, vi facultatis à Sede Apoſtolica conceſſæ, vt ordo, & modus inquiſitionis ab inquiſitore generali & à Rege inſtituatur, vt melius viderint expedire. Tum etiam quoniam ad tribunal eorum appellatur ab inquiſitoribus inferioribus: appellatio autem, iuxta ordinem iuris, dicèt eſſe poſſit à ſubdelegato ad ſubdelegantem, nòn tamen eſt ab vno ſubdelegato ad alium ſubdelegatum vnius, & eiuſdem ſubdelegantis, vel diuerſo-

uerſorum ſubdelegantium, vt ex dictis in ſuperioribus, maximè Diſput. 21. facilè conſtat. Crediderim verò eiuſmodi ſenatores velut vicarios eſſe generales inquiſitoris generalis vnum tribunal cum eo efficientes, (in quo iuriſdictio inquiſitoris generalis ordinariæ iuriſdictioni æquiparatur & cum ea conuenit) nec tamen illos habere ſuam iuriſdictionem immediatè niſi à ſummo Pontifice. Neque illa ipſorum iuriſdictio expirat morte inquiſitoris generalis, vt vicariorum iuriſdictio, quando ordinaria eſt, omnino expirat morte illorum, quorum ſunt vicarij, vt Diſput. 10. & ſequentibus comprobatum eſt: quia talis creata eſt ex præſcripto ſummi Pontificis, ipſo illam eis conferente ad ipſorum electionem à Rege. Simili ergo modo quamuis inferiores inquiſitores eligantur, ipſi omnino ſubiecti, ab eoque amouibiles ad nutum, à ſummo tamen Pontificè immediatè habent ſuam iuriſdictionem tanquã ab eo delegati immediatè, vt maiorem habeant autoritatem, & ſubdelegare meliuſque in fidei fauorem exequi ſuum munus poſſint.

Adde, quæ de inquiſitoribus in iure diſponuntur comparatione ordinariorum illorum de quibus inquiritur, & qui incarcerandi, iudicandi, abſoluendi, aut puniendi ſunt, vt in aliquibus ſimul concurrant, in Hiſpanijs, iuxta ordinem Apoſtolica autoritate in eis inſtitutum, intellige exequutioni mãdari quo ad ſolos inquiſitores inferiores, quo ad ſolaſque particulares inquiſitiones, non verò quo ad inquiſitorem generalem, illiuſque ſupremum ſenatum, vt dicemus: quod eſt ſignum eſſe inquiſitores delegatos immediatè à Sede Apoſtolica, de eorum numero, de quibus in eiſdem iuris canonici depoſitionibus mentio fit. Adde etiam inquiſitores particulares per alios, & non per ſe ipſos, immediatè ſententias pronũciare in publico theatro, ſuoque nomine proprio autoritate Apoſtolica, & non nomine inquiſitoris generalis: quod ſanè non efficerent, ſi ſolum eſſent commiſſarij ac ſubdelegati inquiſitoris generalis, & nõ iudices delegati immediatè à Sede Apoſtolica ad rem tanti ponderis ac momenti, quanti eſt negotium fidei: ſolis enim illis tribus iudicibus permittitur per alios pronunciare ac intimare ſententias à ſe latas, l. 2. C. de ſent. paric. recit.

8 Inquiſitores hæreticæ prauitatis, cum delegati à ſummo Pontifice ſint, ſubdelegare vnum aut multos poſſunt, qui vel ſimul coniunctim procedant in eiſdem cauſis, vel diuiſim in diſtinctis locis ſui diſtricti, in diſtinctiſve cauſis, atque hi commiſſarij ſeu uicarij inquiſitorum dicuntur. Poſſunt item, vel ob aduerſam valetudinem, vel ob abſentiam, aut ob aliam cauſam conſtituere eos vicarios vniuerſales, qui ad tempus, ſeu vſque ad ipſorum beneplacitum, id munus exerceant, vel plenè, vel cum reſtrictione aliqua: illoſq; deponere poſſunt, quia ſemper ad inquiſitorum beneplacitum cenſentur inſtituti: idoneoſque illos ad rem tanti momenti eligere debent, atque circa illos num rectè ſe gerant, vigilare ipſos oportet. Ita Eymericus lib. 3. direct. quæſt. 13. & quatuor ſequentibus, anteaque eodem lib. 3. à num. 37. apud Peñam tradiderat varias formas eoſdem creandi, ex quibus eadem res magis illuſtratur. Conſentit cum Eymerico communis doctorũ ſententia, quam Simancas titu. 34. citato. num. 30. ſequitur, etiam refert ac ſequitur Peña in 3. lib. directorij, Schol. 9. 10. 80. 81. 83. Id verò probat Eymericus, quoniam inquiſitores hæreticæ prauitatis delegati ſunt ſummi Pontificis: delegatus verò à principe ſubdelegare poteſt, vt à Diſput. 15. copioſè à nobis explanatum eſt. Et quoniam ſubdelegatus ſubdelegare iterum non poteſt, etiam ſi à delegato à principe ſubdelegatus ſit, vt à Diſput. 15. citata cum communi doctorum ſententia eſt dictum, in-

A de idem Eymericus quæſt. 15. colligit, eiuſmodi cõmiſſarios ſeu vicarios inquiſitorum ſubdelegare nõ poſſe, etiã ſi vicarij vniuerſales conſtituti ſint. Idẽ cenſet Peña Scholio 81. citato. Et quamuis Peña nõ adeò certam eam ſententiam eſſe cenſeat, quæ affirmat ſubdelegatum non poſſe iterum ſubdelegare, quàm certam nos cum communi ſententia eam cenſemus, illam tamen amplectitur ac probat. Primò cum Ioann. And. quoniam ſi ſubdelegatus poſſet iterum ſubdelegare, ſanè & hic poſſet iterum ſubdelegare, & ita in infinitum; cum nulla congrua ratio reddi poſſit, cur vnus potius ſubdelegatus poſſet iterum ſubdelegare, quàm alius: progreſſus autem in infinitum iura abhorrent, ac vitari præcipiunt, l. ſi fideicommiſſum. §. ſi quis. ff. de leg. 3. Secundò, quo-
B niam poteſtatem quam delegatus à principe ad ſubdelegandum habet, eſt à lege id ſtatuente ac concedente, eſtque priuilegium perſonale eis ſolis delegatis competens, quod proinde in alium non tranſit, c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. notantque gloſſa. c. quàm ſit. de elect. lib. 6. & Bart. l. ſi quis pro emptore. ff. de vſuc. Hinc ſanè, ſi inquiſitores particulares huius regni ſubdelegati eſſent ab inquiſiore generali, eorumque ſolùm vicarij, vt Simancas arbitratur ſubdelegare non poſſent: quod neque cum praxi neque cum ipſorum munere ac autoritate, quam eos habere expedit, conſentit. Inquiſitores ſubdelegare poſſe, ac proinde commiſſarios ſeu vicarios poſſe creare, probant etiam Eymericus ex clem. 1. de hæret. §. porrò illis verbis; *inquiſitoris vel ſuorum com-*
C *miſſariorum ordinatio refragatur.* Et illis; *coram dictis inquiſitoribus, vel ſubſtitutis ab eis.* Et rurſus illis; *inquiſitore, vel ſubſtitutis ab eis.* Et ex §. verùm illis verbis; *inquiſitoribus prædictis, ac alijs ad dicti exequutionem officij ſubſtituendis ab eis.* Item ex clem. 2. eodem titu. illis verbis; *ſuper hoc deputatis commiſſarijs.* Et illis; *ſocij inquiſitorum & commiſſariorum ipſorum, qui dictos inquiſitores aut commiſſarios.* Et infrà; *prælatis inquiſitorum & commiſſariorum eorundem.* Et infrà; *inquiſitores & commiſſarios prædictos reos repertos ab officijs amouere.* Varias alias literas Apoſtolicas refert Peña Schol. 80. citato, quibus idem comprobatur.

Hodie verò in Hiſpanijs generales commiſſarij deputari non ſolent. Quoniam inquiſitor generalis
D habet ſupremum ſenatum, vbi totius diſtricti ipſius res in præſentia & in abſentia, in proſperataque & in aduerſa valetudine illius, aut etiam eo defuncto expediuntur, ſaltem quæ moram non patiuntur, vt expectetur creatio noui inquiſitoris generalis, aut illius expreſſum beneplacitum. Et quoniam inquiſitiones particulares duos aut plures habent inquiſitores, qui ſimul aut diuiſim expediant cauſas ſui diſtricti, qua ratione commiſſario generali non indigent. Per uaria autem loca cuiuſque diſtricti deputantur varij commiſſarij particularium inquiſitionum, qui denunciationes recipiant, ne mulieres & alij accedere cogantur ad inquiſitiones ad denunciandum, & qui ſimilia ex præſcripto inquiſitorum
E efficiant.

De iure communi quando multi conſtituti ſunt 9
inquiſitores in eodẽ diſtricto, ſimul ac diuiſim procedere poſſunt contra eos, ad quos iuriſdictio ipſorum ſe extendit: quoniam ſingulis in ſolidum cenſetur conceſſa iuriſdictio in reos omnes eius diſtricti. Ita habetur c. vt offic. in princ. & c. vt commiſſi, de hæret. lib. 6. & affirmat Eymericus. 3. part. direct. quæſt. 46. & cum eo Peña Schol. 106. Simancas titu. 34. citato num. 26. & doctores communiter. In Hiſpanijs autem formam eis præſcriptam, quando ſimul procedere debeant, & quando ſeorſim procedere poſſint, ſeruare tenentur.

Obſeruat Peña Schol. 106. citato, cum alijs, quos 10
citat,

citat,ſi exiſtentibus inquiſitoribus in aliqua prouincia,diſtrictoue ipſorum, ſummus Pontifex cauſam aliquam fidei alicuius particulariter deleget, vt de ea cognoſcat, tūc cenſeri eam cauſam ad ſummum Pontificem auocatam, nec proinde poſſe illos alios inquiſitores de illa cognoſcere,etiā ſi de illa cognoſcere incepiſſent. Idē affirmat gl. 1. c. per hoc, de hæret.li.6.& conſentiunt, quæ Diſp.26. dicta comprobataque à nobis ſunt. Ex quibus etiā conſtat,ſi morte talis ſpecialiter ad eam cauſam à ſummo Pontifice delegati,aut alia ratione expiraſſet in illo iuriſdictio illa delegata,recurrendū circa eam cauſam eſſe ad ſummum Pontificem, neque inquiſitores illos alios neque epiſcopum de illa poſſe cognoſcere: eo quòd ea cauſa auocata ad ſummum Pontificem cenſetur particulari illa delegatione illius. Lege quæ Diſput.26.citata quo ad hæc dicta ſunt. Addit Peña, eum inquiſitorem, particulariter ad eam cauſam à ſummo Pōtifice deputatum, compellere poſſe quēadmodum quoſcunque alios, vt exhibeant quæcunque conducere poſſunt ad notitiam & ad proceſſum eius cauſæ,iuxta c.vt commiſſi.ver.nec non, de hæret.lib.6. & iuxta literas alias Apoſtolicas Alex.4.quas idem Peña Schol. 101.refert,ſic etiam inquiſitores illos alios, vt ei exhibeant proceſſus omnes,ſcripturas,inquiſitiones, teſtium depoſitiones, & cætera, ſi quæ ab ipſis aut ab alijs cōfecta iam aduerſus eum reum erant. Tametſi addat, modeſtius eſſe vt id efficiat autoritate ſuperioris, quando ſpecialiter in literis ſuæ commiſſionis ea facultas non eſt expreſſa. Dicerem, petere ab eis amicabiliter ea debere,quādo verò exhibere illa amicabiliter petita non vellent,vel cogere eos poſſet ad illa exhibenda, vel,iuxta cōſilium Peñæ,recurrere deberet ad ſummum Pontificem. Idem Peña ibidem addit ſi is inquiſitor ſpeciali malitia, aut alijs non iuſtis de cauſis,non procedat, vel procedat non vt oportet, inquiſitores illos alios eius loci certiorem ea de re efficere debere ſummum Pontificem.

11 Epiſcopi ſine inquiſitoribus(idem intellige de habentibus iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, vt de capitulo ſede vacante, & de aliquibus ordinarijs habentibus iuriſdictionem exemptam ab epiſcopo, vt in hoc Conchenſi epiſcopatu de Priore conuentus de Voles) & inquiſitores ſine epiſcopo procedere de iure communi poſſunt aduerſus hæreticos,fautores eorum, &c. eos inquirendo,proceſſus cōtra eos formando,in ius illos vocādo, in carcerem eos mittendo, compedibus eos vinciendo, & manicis ferreis,& reliqua efficiēdo, præter ea quæ excipiemus. Tenentur tamen ſibi inuicem proceſſus communicare,quando vterque procedit, & vnus ſeorſim ab alio.(Id verò Benedictus vndecimus extrauag. 1. de hæret.inter communes expoſuit,intelligendum eſſe in fine cauſæ, quando aliud non reſtat, quàm ferre ſententiam,aut in progreſſu ſemel tantum, quando vnus eorum commodè procedere non poſſet niſi viſo proceſſu & actis alterius,& poſtulat vt ſibi oſtendatur.) Eundem ordinarij modum in procedendo ſeruare tenentur, qui iuribus aut conſtitutionibus inquiſitoribus eſt præſcriptus,vt eum ſeruent. Hæc habentur c. per hoc de hæret.lib.6. Et clementina. 1. §.propter de hæret. quo ad hoc ſic diſponitur: *Vt negotium inquiſitionis eo proſperetur felicius,quo deinceps diligentius & cautius peragetur, ipſum tam per diœceſanos Epiſcopos,quàm per inquiſitores à Sede Apoſtolica deputatos, decernimus exerceri ſic, quòd quilibet de prædictis ſine alio citari poſſet, & arreſtare, ſiue capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, ſi ei viſum fuerit faciendum, ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro eiuſmodi negotio ſecundum Deum & iuſtitiam vide-*

A *rit expedire.* Conſentiunt Eymericus lib.3. direct. quæſtio.47.51.52.& 53.& cum eo Peña Schol.107. 110.& 111. Simancas titu.25.nu.4.& tit.34.nu.23. & doctores communiter.(Idem cōſtat ex literis Vrbani 4. quæ apud Peñam habentur poſt commentarios in directorium,& incipiunt: Licèt ex omnibus. Addit rectè Peña Schol.111.citato,cum alijs, quos citat, inquiſitorem & ordinarium etiam ante ſententiam, qua reum ad torturam condemnant, teneri communicari proceſſus, ſi ſeorſim procedant: eo quòd ad torturam reos condemnare non poſſint, niſi præſente & conſentiente vtroque, vt ſubiungemus. Non verò cenſet idem faciendum ad torturam teſtis.

Epiſcopus ſiue inquiſitore aut inquiſitoribus, & 12
B è contrario inquiſitores ſine Epiſcopo, aut illius vicario generali, aut alio ea in parte delegato ab Epiſcopo, vel, ſede vacante, ſine aliquo ad id capitulo delegato (idem intellige de quocunque alio ordinario habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in eum,aduerſus quē eſt procedendum) procedere nō poſſunt ad includendum aliquem in duriori carcere,qui magis deſeruire uideatur ad pœnam & afflictionem,quàm ad debitam eius rei cuſtodiā ac cautelam,neque ad eum torquendum,neque ad ſententiam contra eum ferendam, & per conſequens neque ad vllam pœnam illis infligendam. Atque ſi aliter procedant,totum eſt irritum & inane. Excipitur, niſi Epiſcopus aut alij ordinarij ſupra commemorati copiam habere non poſſint Epiſcopi,aut
C alterius ex ordinarijs commemoratis. Tunc enim ſoli,etiam ad prædicta,procedere poſſunt. Item excipitur,ſi vel Epiſcopus (idem intellige de commemoratis alijs ordinarijs) inquiſitores requirat, vel inquiſitores Epiſcopum aut alium ex prædictis ordinarijs requirant, & intra octo dies poſtquam fuerint requiſiti non accedant ad intereſſendum per ſe vel per ſuos ad id delegatos: tunc enim,qui ita alios requiſierunt, ſoli ad prædicta procedere poſſunt. Item Epiſcopus aut alius ex ordinarijs commemoratis delegare inquiſitoribus poſſunt vices ſuas ea in parte, vel eis per literas ſignificare ſuum conſilium ac conſenſum: & è contrario inquiſitores eodem modo ſe gerere poſſunt cum ordinario. Et tunc, qui ita vices aut conſilium ac conſenſum ab
D alio acceperit, procedere ad prædicta ad ſententiæque exequutionem optimè poteſt. Hæc habentur clemen. prima, de hæret. §.duro. cuius verba ſunt: *Duro tamen tradere carceri, ſiue arcto, qui magis ad pœnam quam ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere illos,aut ad ſententiam procedere contra eos,Epiſcopus ſine inquiſitore,aut inquiſitor ſine Epiſcopo diœceſano,aut eius officiali, vel Epiſcopali ſede vacante,capituli ſuper hoc delegato, ſi ſui ad inuicem copiam habere valeant intra octo dierum ſpatium, poſtquam ad inuicem requiſierunt,non valebit. Et ſi ſecus præſumptum fuerit,nullum ſit & irritum ipſo iure. Verum ſi Epiſcopus, vel eius capituli ſede uacante legatus, cum inquiſitore,aut inquiſitor cum altero eorundem,propter præ-*
E *miſſa nequeat aut non uelit præſentialiter conuenire, poſſit Epiſcopus, uel eius ſeu capituli ſede uacante delegatus, inquiſitori, uel inquiſitor Epiſcopo, uel eius delegato,ſeu ſede uacante illi,qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus, ſuper illis committere uices ſuas, uel ſuū ſignificare per literas conſilium & conſenſum.* Hactenus paragraphus ille. Ante eam autem clementinā vnus illorum ſine alio procedere nō poterat ad ſententiam,vt diſpoſitum erat c.per hoc,de hæret.li.6. Conſentiunt Eymericus q.47. citata, & 49. & doctores communiter.

Hæc autem, quæ de iure communi ſunt ſancita, 13
quo ad quæ inquiſitores & ordinarij poſſunt procedere diuiſim,& quo ad quæ conuenire debeāt, item quæ

quæ de carcere inquiſitorum, & ordinariorum & de cuſtodibus ab vtriſque carceri adhibendis clementina. 1. de hæret. §. ſanè. & ſequenti ſubiunguntur, non eodem prorſus modo locum habent ac ſeruantur in Hiſpanijs. Cum enim experientia compertum ſit, multa ac grauia incommoda ex eo ſequi quòd ordinarij proceſſus contra reos circa fidei negotium forment, præſertim ob ſecretum, quod maximè refert haberi ac ſeruari: eademque de cauſa ſit experiētia compertum, maximè expedire, vt rei ab ordinarijs comprehendantur, & vt in ordinariorum carcere aſſeruentur ac cuſtodiantur; vſu eſt receptum, vt ſoli inquiſitores proceſſum forment, atque contra delinquentes ipſi ſoli procedant, & ut rei inquiſitorum iuſſu comprehēdantur, in ſoloque inquiſitorum carcere detineantur ac cuſtodiantur. Quòd ſi ordinarij aliud circa hæc efficere aggrediātur, nec deſiſtant, certior fit Rex, ad eoſque ſcribit, vt deſiſtant, & vt deinceps ſimile quid non efficiāt: quoniam fidei negocio id nō expedit, vt inter alios teſtatur Simancas titu. 34. num. 7. Quòd ſi non parerent, (quod inauditum hactenus eſt) Rex ſummū Pontificem certiorem efficeret, eoſque in fidei bonum ceſſare efficeret. Quin audio, neque ordinarius permitti, vt adiecta proferant, quibus præcipiāt ipſis aut ipſorum miniſtris denunciari, quæ ad fidei negotium pertinent: quoniam expedit eiuſmodi denunciationes fieri ſolis inquiſitoribus, & commiſſarijs ab ipſis deputatis, propter eandem rationem. Poſtquam verò hæc ita ſcripſi, à fide dignis accepi literas Apoſtolicas eſſe in Hiſpanijs, quib præcipitur, vt hæc epiſcopi & alij ordinarij inquiſitoribus relinquant, neque in eis ſe intromittant. Si quæ verò ordinarij reperiant, efficere debent illis de rebus ſummariam informationem, eamque ad inquiſitores debent tranſmittere. Si item expediat delinquentem circa cauſas fidei comprehendere, ne diſpariat ac fugiat, comprehendere illum poſſunt ordinarij, & tranſmittere ad inquiſitores, aut illos certiores facere, vt illum ad ſuum carcerem adducant.

In his verò, in quibus c. per hoc de hæret. lib. 6. & clem. 1. eod. titu. eſt ſancitum, vt inquiſitores non procedant ſine ordinarii, neque ordinarii ſine inquiſitoribus, inquiſitores ſine ordinarijs aut ſine eorū ad id delegatis non poſſunt in Hiſpanijs procedere, neque re ipſa procedunt: ſolent verò ordinarij ad id inquiſitionibus particularibus habere ſuos deputatos. Rectè verò Peña Schol. 116. cum alijs, quos citat, admonet, quamuis iuxta clementinam citatam inquiſitores ſine ordinario nō poſſint in ſuo carcere includere aliquem reum in duriori, & obſcuriori parte, vt id ad afflictionem & pœnam illi ſit, quod ſæpe iuxta Eymericum expedit vt confiteatur ac reducatur; & ratio eſt, quia id non ad debitam ſolùm cuſtodiam ſpectat, ſed ad torturam ac pœnam; nihilominus quando reus in loco mitiori ſecurus non eſt, ne fugiat, vel ne loquatur cum alijs, aliquidve ſequatur in ſuum aut aliorum vel veritatis ac iuſtitiæ detrimentum, tunc inquiſitor ſine ordinario includere illum poteſt in duriori & obſcuriori loco: quoniam id non ad pęnam atque ad afflictionem fieret, ſed ad debitam cautelam ac rationabilem cuſtodiam. Cæterùm neque ad cautelam ac cuſtodiam, neque ad pœnam & afflictionem ordinarijs conſentientibus, tam duro ac aſpero carceri mancipari poſſunt, vt aſperitate & malitia carceris mors illorum ſequatur: quoniam ea ſequuta, inquiſitores & ordinarij, qui adeò duro carceri eos manciparent, irregularitatem incurrent, vt cum alijs, quos citat, Peña ibi affirmat, dictumque à nobis eſt tract. 3. in calce Diſpu. 74. quo in loco ea adiecimus, quæ hoc loco admoneri poterant.

A Quando inquiſitores & ordinarij in aliquo ex ijs 14
diſcordant, ad quæ iuxta clemē. 1. de hæret. dictum eſt vtroſque concurrere debere, tunc de iure communi cauſa ab inquiſitoribus & ordinario bene inſtructa remitti debet ad ſummum Pontificem, vt quid ea de re fieri debeat, ſtatuat. Ita habetur cap. per hoc, de hæret. lib. 6. Et quamuis caput illud ſolùm de ſententia loquatur, ad quam ſolam inquiſitor & ordinarius tunc tempòris non curare ſimul tenebantur; ſanè eo ipſo, quòd clem. 1. de hæret. ſancitum fuit, vt ad quædam alia ſupra commemorata etiam concurrant ſimul, ſi circa illa diſcordes ſint, idem efficiendum eſt: eo quòd ſit eadem ratio. Cōſentiunt Eymericus lib. 3. direct. quæſt. 50. & doctores communiter. Quia enim non ita ſummus Pon
B tifex inquiſitores hæreticæ prauitatis delegat, quaſi vellet iuriſdictionem ab ordinariis auferre, aut illā eis arctare in cauſis fidei, ſed ſolùm adiutores ad eas cauſas illis præbere, iuxta ea quæ in principio huius Diſputationis dicta ſunt, & conſtat ex variis iuribus & literis Apoſtolicis, præſertim Vrbani 4. quas refert Peña poſt commentarios in directoriū, & incipiunt: Licèt ex omnib. &c. ſanè Pontifex maximus delegando inquiſitores hæreticæ prauitatis non intendit efficere illos ſuperiores ordinariis in cauſis fidei, ſicut quando alios ad eas cauſas alias delegat, cenſetur illos efficere quo ad eas cauſas ſuperiores ordinarijs, eaſque cauſas ad ſe auocare, etiam ſi alioquin ad ordinarios attinerent, vt Diſputat. 26. explanatum eſt: ſed ſolùm intendit efficere
C illos pares illis, eaque de cauſa, ſi inquiſitores & ordinarii diſſentiant in iis, ad quæ concurrere ſimul tenentur, non præualet inquiſitor, eſtò delegatus ſit Apoſtolicæ Sedis, ſed cauſa inſtructa ab ordinario & inquiſitore remitti ad ſummum Pontificem debet. In Hiſpanijs tamen aliud merito reſeruatur vſu, habetque ſanctio recepta, ipſoque vſu confirmata, referentibus Simancas tit. 25. nu. 5. Peña Schol. 119. Rogas & alijs, vt ſcilicet ſi inquiſitores & ordinarius in aliquo eiuſmodi diſcordent, cauſa inſtructa remittatur non ad ſummum Pontificem, ſed ad ſupremum inquiſitionis ſenatum, eiuſque definitioni ſtetur. Cum enim ſoli inquiſitores particulares, ſint, qui in hoc regno proceſſus contra reos formant, propterea quæ paulo antea dicta ſunt, ſo
D lumque concurrant ordinarij per ſe aut per ſuos delegatos, ad conſilium, ſuffragium, & cōſenſum præbendum circa ea, circa quæ clementina 1. eſt ſancitum, vt inquiſitores ſine ordinarijs non procedant, merito eſt ſancitum, vt ſi diſcordent, cauſa non feratur ad ſummum Pontificem, vt breuius dilucidiuſque in ipſamet prouincia & ſine tot ſumptibus cauſæ definiantur, ſed deferatur ad ſupremum grauiſſimum tribunal inquiſitionis generalis, quod ſolùm vacat cauſis fidei, ijſque quæ cū illis connexa ſunt, definiendis. Neque iam nunc ordinarij audirentur, ſi aliud vellent, conſuetudine in his regnis tribuente iuriſdictionem tribunali inquiſitionis circa hæc & circa alia rationabiliſſima, vſu conſuetudineque re
E cepta, Rexque ipſe ac ſummus ipſe Pontifex conſultus, ſilentium illis omnino imponerent: quia id poſtulat negotium fidei, eſtò conſuetudine recepta, & fortè ex præſcripto ſummi Pontificis introducta, id non eſſet iam obfirmatum. Peña vbi ſuprà ſequētem ea de re inſtructionem de *Madrid* latinè donatam refert: *In omnibus caſibus in quibus contigerit ſuffragiorum diſcrepantia inter inquiſitores & ordinariū, uel aliquem ipſorum, in definitione cauſæ, uel in quocunque alio actu, uel ſententia interloquutoria, debet cauſa ad ſenatum ſupremum inquiſitionis remitti. Quòd ſi epiſcopus & inquiſitores cōcordauerint, quāuis periti ſeu conſultores diſſentiant, & ſi numero ſint plures, ſententia epiſcopi & inquiſitorum exequutioni mandetur.*

Ve-

Verumtamen in cauſis grauiſſimis non debent vota inquiſitorum, ordinarii, & conſultorum exequutioni mandari, etiamſi fuerint conformia, inconſulto ſenatu, ſicut ſolitum eſt & iuſſum fieri. Hæc ibi. Iuxta quæ nullus relaxatur brachio ſeculari ſenatu ſupremo inconſulto, etiam ſi vota inquiſitorum, ordinarij, ac conſultorum omnino conſentiant: quoniam id inter cauſas grauiſſimas computatur. Poſtquam hæc etiam ſcripſi, à fide dignis accepi, id quod de recurſu ad ſupremum ſenatum inquiſitoremve generalem, quando ordinarius & inquiſitores diſcordant, autoritate literarum Apoſtolicarum fuiſſet in hoc regno ſancitum. Neque ſanè aliter id ſibi generales inquiſitores vſurpaſſent in Epiſcoporum præiudicium, quàm Apoſtolica autoritate.

15 Dubium eſt, vtrum quando ferenda eſt ſententia definitiua, quæ reum abſoluat, aut interloquutoria, quæ vim definitiuæ habeat, & ſit ſimiliter in rei fauorem, vt qua eum abſoluat à tormentis, aut ab aliquo aliorum, ad quæ clement. 1. de hæret. ſtatuitur, vt inquiſitores ſine ordinario neque ordinarius ſine inquiſitore procedant, poſſit vnus ſine alio validè ac licitè procedere, ſententiam omnino abſolutoriã pronunciando, quia delictum non ſufficienter probatum inuenitur. Eymericus 3. par. direct. quæſt. 48. cum Ioan. Andr. & alijs, quos citat, affirmanter reſpondet. Peña Schol. 108. rem latè ac doctè diſcutit, ac plurimis autoribus pro ea parte relatis oſtendit Eymericus ſententiam communem eſſe ſtando in iure communi cum gloſſa Ioan. Andr. clemen. 1. de hæret. verb. contra eos. Nec deſunt rationes vrgentes ad id probandum. Quæ enim in ea clemẽtina fieri prohibentur ab inquiſitoribus ſine ordinario, & ab ordinario ſine inquiſitoribus, manifeſtè in reorum fauorem ſunt ſancita, atque in cautelam maiorem, ne moleſtia iniuſtè ac indebitè eis inferatur, ſancitaque ſunt propter querimonias, quæ ea de re ad aures ſummi Pontificis in principio eius clementinæ perueniſſe narrantur: vnde cum ſententia abſolutoria reis fauorabilis ſit, & clementina illa apertè loquatur ſolùm de ſententia condemnatoria, vt conſtat ex illis verbis; *aut ad ſententiam procedere contra eos*; argumento à contrario ſenſu ex illa clementina eſt dicendum, integrum eſſe ordinario ſine inquiſitoribus, & inquiſitoribus ſine ordinario, ſententiam abſolutoriam proferre. Item ob rationem Eymerici, quæ in idem recidit, nempe quoniam à iure antiquo recedendum non eſt, niſi quantum prohibitum, correctum, ſeu emendatum iure nouo reperitur: ſed iure antiquo integrum erat ordinario ſine inquiſitore, & inquiſitori ſine ordinario procedere ad ſententiam, tam contra reum, quàm pro reo, illum abſoluendo: cum ergo iure nouo ſolùm reperiatur prohibitum vnum ſine alio procedere ad ſententiam contra reum proferendam; conſequens eſt, vt integrum cuique eorum ſi ne altero ſit, ſententiam abſolutoriam pro reo proferre. Conſentiunt literæ Vrbani 4. relati ab Eymerico, ſecunda par. diſtin. §. ſi verò, quæ incipiunt Præ cunctis, & apertius Clementis 7. quæ à Peña poſt commentarios in direct. referuntur, & incipiunt, cum ſicut, illis verbis; *contra huiuſmodi exemptos vſque ad ſententiam definitiuam, ad quam ferendam, ſi fuerit condemnatoria, cũ conſenſu ordinarij procedatis*. Vbi vides, ad ſententiam abſolutoriam neceſſe non eſſe concurrere ordinarium cum inquiſitore. Ancharanus tamen, Simancas de cathol. inſtitut. titu. 3. nume. vlt. & pauci alij, cenſent, vnum ſine alio neque ad ſententiam abſolutoriam procedere poſſe. Et quamuis ſtando in ſolo iure communi contraria Eymerici, & communis ſententia longè probabilior ſit, in Hiſpaniis tamen meritò hæc alia vſu eſt recepta. Quoniam ita cautius ſecurius ac melius in fidei fauorem proceditur.

16 Vtrùm autem quando ſententia non eſt omnino abſolutoria, ſed in pœnam reus abiurare præcipitur, aut pœna alia ei imponitur, poſſit ſtando in ſolo iure communi, inquiſitor ſine ordinario aut ordinarius ſine inquiſitore procedere ad eam ſententiam ferendam. Quidam, quos Peña Schol. 108. citato refert, affirmanter reſponderunt, cenſentes, ſolùm quando reus relaxandus per ſententiam eſſet brachio ſeculari, neceſſe eſſe ut inquiſitor & ordinarius ſimul concurrant. Et quamuis Peña ibi dicat eam ſententiam defendi poſſe, arbitreturque contrariam tutiorem ac probabiliorem, omnino exiſtimo illam aliam ſententiam falſam eſſe, minimeque iuri communi clementina prima citata conſentaneam. Etenim clementina citata, neque reos mancipare duriori carceri, qui magis ad afflictionem ac pœnam quàm ad ſolam tutam ac prudentem ſit cuſtodiam, permitti ordinario ſine inquiſitore, neque inquiſitori ſine ordinario, eſtò id optimo ſine fiat, vt exactio intellectum tribuat, eaque via detegatur veritas, ac reus conuertatur: multo verò minus uni eorum ſine alio permittet ſententijs pęnas eiſdem reis propter ipſorum delicta imponere: quæ plenæ ſententiæ ea ex parte, qua pœnam continent, verè ſunt ſententiæ contra eos reos, ac proinde nullæ redditæ ſunt ea clementina, ſi ordinarius ſine inquiſitore vel inquiſitor ſine ordinario eas proferat. Sanè, qui confeſſi de ſuis erroribus eccleſiæ reconciliantur, ſententia in eos lata pronunciantur incidiſſe in excommunicationem, bonaque omnia ipſorum illis in pœnam eiſdem ſententiis confiſcantur, & veſtem illam duabus crucibus rubeis affectam, ipſis & ſuis omnibus valde ignominioſam, ad longius, vel ad breuius tempus geſtare ſimiliter in pœnam præcipiuntur, item præcipiuntur publicè abiurare, vt ſi iterum labantur, tanquam relapſi puniantur. Quis autem dicat, ſententiam, quæ has omnes grauiſſimas pœnas continet, non eſſe ſententiam contra illos latam? Illi quoque, qui in pœnam obiurare ſententia publica præcipiuntur, & quibus ſæpe pœnæ aliæ imponuntur, ſaltem vt aperto capite, ſine pallio, & cum cereo, in publicum exeant, ſuamque ſententiam publicè audiant, multum ſanè ea ſententia puniuntur, vereque de ea ſententia ea ex parte, qua talia continet, dicitur, eſſe ſententiam contra eos latam.

Idem dicendum eſt de eis, quibus ſententia purgatio canonica imponitur, & de eis, qui de leuiter ſuſpectis damnentur, & in publicum modo explicato prodire præcipiantur, ibique ſententiam è ſuggeſto in publico theatro audire. Quare meritò in Hiſpanijs vſu eſt receptum, vt ad has ſententias concurrat etiam ordinarius. Vidi nihilominus ego in Luſitania, cum Chriſtianus quidam captus à Saracenis fuiſſet, atque ut ſeruitutem fugeret, ſectam Mahumeti inter illos fuiſſe profeſſus, ad noſtroſque propria ſponte aufugiſſet, reconciliatum ſecretò fuiſſe in tribunali inquiſitionis, ibique abiuraſſe, ſolis inquiſitoribus, & aliis miniſtris eius tribunalis, ac me, qui illum fui comitatus, præſentibus, neque ordinarium, aut alium loco illius interfuiſſe. Fortè in ſimili euentu, in quo nullum dubium interuenire poteſt, neceſſaria non erit præſentia ordinarii. Eymericus. tertia parte director. quæſtio. quinta, comparans de iure communi inquiſitorem cum epiſcopo quo ad fidei cauſas ait, ſi epiſcopus procedat contra alioquin ab eo exemptum, vt contra religioſum alioquin ab ipſo exemptum, tunc quia procedit, non iuriſdictione ac poteſtate ordinaria, ſed delegata ſummi Pontificis, vt ſuprà eſt explanatum, tunc parem omnino eſſe cum inqui-

inquiſitore, qui ſemper procedit poteſtate delegata ſummi Pontificis. Atque tunc, ſi ſeorſim procedant epiſcopus & inquiſitor contra eum, de iure communi poſſe ſeorſim procedere eſt explanatum, illumque exemptum epiſcopus & ordinarius citent, vt coram ipſis diuerſis temporibus compareat, ita vt vtrique præcepto commodè ſatisfacere poſſit, teneri eũ coram vtroque comparere. Si verò citetur pro eodem tempore ita, vt commodè vtrique præcepto ſatisfacere non poſſit, integrum illi eſſe, coram illorũ maluerit, tempore ſibi præſcripto comparere: quoniam duo illi iudices pares ſunt. Poſtea verò comparere debebit coram alio eorum, prudenterque factu rum ſi rationem reddat, cur tempore ſibi præſcripto coram eo non comparuerit, quia ſcilicet pro eodem tempore citatus etiam fuit ab alio, & coram illo comparuit. Si autem epiſcopus poteſtate ordinaria procedat aduerſus minimè alioquin à ſua iuriſdictione exemptum, tunc ait Eymericus, maiorem eſſe inquiſitorem epiſcopo; eo quòd inquiſitor ſit delegatus ſummi Pontificis, qui ea ratione eſt ſuperior ordinario, iuxta c. ſanè 2. de offic. deleg. & ea quæ Diſput. 26. copiosè dicta ſunt; ac proinde in euentu quòd is, qui ab vtroque citatus pro eodem tempore fuit, non poſſet in illo coram vtroque comparere, teneri comparere coram inquiſitore, eſtò ab epiſcopo fuerit prius citatus, & poſtea coram epiſcopo, quia in eo euentu maior eſt inquiſitor. Peña Scholio. 75. cum Eymerico conſentit.

Ibidem verò ſubiungit, non idem dicendum eſſe de commiſſario inquiſitoris comparatione epiſcopi quaſi eodẽ modo ſuperior Epiſcopo ſit citatioque ab eo facta, eam prærogatiuam habeat comparatione epiſcopi iuriſdictione ordinaria procedentis, quam inquiſitoris citationem habere eſt dictum. Id Peña confirmat ex doctrina Bart. l. filius. ff. de legationib. vbi ait, interdum vice-rectorem ſeu vicarium rectoris conſtitui ab ipſomet rectore, & tunc vicem rectoris ſubire, rectoremque per illum adminiſtrare, eiuſmodique vice rectorem non habere rectoris immunitatem. Interdum verò ab vniuerſitate ipſa conſtitui, morte aut diſceſſu rectoris, & tunc habere rectoris immunitatem. Vnde, inquit Peña, cum commiſſarij inquiſitorum ab ipſomet inquiſitore loco ſui ſubſtituantur, non habent illam immunitatem ac prærogatiuam comparatione Epiſcopi, quã habet inquiſitor ipſe. Si autem à Principe, ab ipſo videlicet ſummo Pontifice, conſtituerentur, tunc cenſerentur immediatè delegati ſummi Pontificis, haberentque proinde eandem prærogotiuam comparatione Epiſcopi.

17 Mihi, ſub aliorum iudicio, non omnino probatur, quod Eymericus affirmat: & multo minus, ꝙ Peña ſubiungit. Licèt enim delegatus ſummi Pontificis circa cauſam aliquam, quando ſummus Pontifex non relinquit ordinario integram ſuam iuriſdictionem, quo ad vſum circa eandem cauſam, ſed eã cauſam tali delegatione cenſetur ad ſe auocare, ſit ſuperior ordinario, vt Diſputat. 26. copiosè eſt explanatum; in quo euentu loquuntur c. ſanè. 2. de offic. deleg. & alia iura, quæ id docent; quando tamen aliquis delegatur ad cauſas aliquas, vt quo ad illas coadiutor ſit ordinariorum, relicta ordinarijs ſua integra iuriſdictione quo ad vſum circa eaſdem cauſas, vt in re, de qua diſputamus, fit, ſanè non eſt cur dicamus, inquiſitores ſupra ordinarios habere eam prærogatiuam in cauſis fidei, neque id credo intendiſſe ſummum Pontificem, ſed ſatis eſt, ſi dicamus pares cum illis eſſe ſtãdo in iure communi: id quod ſatis iudicat, quòd quando inquiſitores & ordinarius diſcordant, non præualet inquiſitor tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, ſed cauſa inſtructa ad ſummum Pontificem, vt dictum eſt, mittitur. Atque

A ſi conſulas iura, & literas Apoſtolicas ſummorum Pontificum, quæ ea de re agunt, nullam ſanã prærogatiuam inquiſitoribus ſupra ordinarios tribuunt, ſed ſolùm præcipiunt, vt ordinarij modum procedendi inquiſitorum ſeruent, quem vſu eſt compertum idoneum valde eſſe & accommodatiſſimum ad fidei ſinceritatem conſeruandam. Suſpicor etiã à principio inquiſitores à ſummo Pontifice delegatos, multum epiſcopos obſeruaſſe, illoſque nequaquam impediuiſſe, ſed ſolùm adiuuaſſe, vt exactius hæreſes extirparentur, fideique ſynceritas conſeruaretur. Hæc verò quæſtio hodie locum in Hiſpanijs non habet: ſoli enim inquiſitores, vt dictum eſt, proceſſus formãt aduerſus reos in rebus fidei, ac proinde ipſi ſoli ſunt, qui eos citant, non verò ordinarij.

B Quòd ſi, vt ſuprà dictum eſt ordinarij edicta in Hiſpanijs promulgent, vt ipſis aut ipſorum miniſtris denunciationes circa ea fiant, quæ ad fidem ſpectant, id eis non permittitur, ſanè multo minus permittetur, vt citent reos, vt corã ipſis compareãt.

Quod ſapientiſſimus, ſatiſque alioqui in ſua doctrina ſolidus, Peña ſubiungit, mihi idcirco minus probatur: quoniam ſubdelegatus à delegato ſummi Pontificis, ſanè ſummum ipſum Pontificem repræſentat, viceſque illius gerit, vereque dicere de ſuis mandatis poteſt, ea potius ac verius ſummi Pontificis eſſe, quam ſua, ſicut delegatus immediatus ſummi Pontificis idem dicere poteſt; eſtque is ſubdelegatus ſuperior ordinarijs quo ad eam cauſam, ſi illam ſummus Pontifex ſimpliciter omnino ei dele-

C gauerat, à quo ipſe ad eam ſubdelegatus eſt: atque, vt ſummatim dicam, doctrina capitis ſanè 2. de offic. deleg. & ea, quę de legatis ſummi Pontificis Diſput. 26. quo ad ſuperioritatem, quam ſupra ordinarios habent, dicta ſunt, eodem profectò modo intelliguntur de ſubdelegatis ab illis eodemque modo in eis locum habent, quo in delegatis ipſis: quare ſi inquiſitores eam prærogatiuam ſupra ordinarios haberent, quam Eymericus, & cum eo Peña affirmant, eandem ſanè ipſorum commiſſarij etiam haberent. Bartol. autem l. filius, de legationibus, iuxta ciuile ius loquitur, iuxta quod iudices ordinarij efficere non poſſunt vicarios, qui iudices ſint ordinarii, excepto euentu neceſſitatis ratione morbi, aut iuſtæ abſentiæ ipſorum, ac proinde is vice-rector à re-

D ctore pro ſuo libito conſtitutus, ſolùm eſſet delegatus rectoris, nec gauderet immunitatibus, & prærogatiuis rectoris: ſi autem à communitate ipſa, potente eligere rectorem ſuum, aut à Principe nominaretur, mortuo aut abſente rectore, vti illi ea omnia competerent, quæ rectori vero competunt. Denique Bart. eo in loco non aliud intendit, quàm quod à nobis ea de re Diſputatio. 13. fuit explanatum, iunctis iis, quæ à 10. Diſputatio. dicta quoque à nobis ſunt. Ac ſanè cum inquiſitores hæreticæ prauitatis à Sede ipſa Apoſtolica priuilegia expreſſa habeant conſtituendi commiſſarios ac vicarios, qui ipſorum loco munus inquiſitoris exerceant, ſi ipſi inquiſitores iudices eſſent ordinarij, & non dele-

E gati, ipſorum vicarii vniuerſales, vtpote expreſſa principis conceſſione conſtituti, non minus eſſent iudices ordinarij, quàm ſint vicarij generales epiſcoporum, & capituli Sede vacante, & quàm in hoc regno ſint iudices ordinarij vicarij correctorum, quos *alcaldes mayores y teniẽtes de corregidores* vocamus, iuxta ea quæ Diſputationibus citatis copiosè explanata ſunt.

Tam inquiſitores, quàm ordinarij, iuriſdictionẽ habent, non ſolùm in clericos ſeculares, ſed etiam 18
in quoſcunque religioſos, quantumcũque alioquin exemptos, vt contra eos procedant ac eos puniant, quando de fidei negotio agitur, de ij ſve quæ ad tribunal ſanctæ inquiſitionis ſpectant. Ita habetur

c. ad

c.ad abolendam,de hæret.c.accuſatus, §.penult.& vlt.& c.vt officij.§.denique,de hæret.lib.6. & alias literis Apoſtolicis, quas refecunt Eymericus.3.par. direct.quæſt.28.& 29.Peña Schol.94.& Simancas titul.34.citato,numer.33. atque in his tres doctores citati conſentiũt, & notãt doctores c.per hoc,verb. delegata de hæret. lib.6.refertque Peña nonnulla priuilegia aliquibus religionibus in contrarium conceſſa, & poſtea abrogata. In Hiſpanijs autem eſt meritò ſancitum,vt particulares inquiſitores, prius quàm comprehendant religioſos aut alias notabiles perſonas,vt ob nobilitatem, literas, dignitatem, vel ob vitæ exemplum,eoſque in carcerem mittant, conſulant ea de re inquiſitorem generalem ſupremumque illius ſenatum. Ita Simancas.num.33.citato,Peña Schol.117.& alij:qui meritò excipiunt,niſi eſſet periculum in mora,vt fugæ, vel alterius grauis mali. Peña eam ſanctionẽ Madritij anni 1561. latinè donatam his verbis refert: *Si inquiſitores de captura conſenſerint, iubeant eam fieri ſicut decreuerũt. Quòd ſi negotium fuerit magni momenti propter perſonas inſignes,uel ob alias cauſas, prius quàm ſuum decretum exequutioni mandent, ſenatum conſulant. Vbi uerò ſuffragia non fuerint conformia, rem ad ſenatum remittant,ut is prouideat,quod fieri conueniat*. Hactenus ſanctio illa. Ait verò idem Peña, quando circa capturam iudicium ſenatus eſt expectandum, mitti ad illum debere indicia, & probationes, quæ ſunt contra talem reum,& qui diſſentiant, quibuſcũque de cauſis,vt ſenatus melius ſtatuere poſſit, quid fieri debeat. Scholio etiam 18. tradit, quo ordine & quando ad capturam ſit perueniendum. Eſt enim ea captura res magni præiudicij, & quæ ſola multum infamat captum, illique coniunctos: eaque de cauſa à tribunali inquiſitionis fieri non debet, niſi re maturè conſiderata, & interueniente cauſa ac notitia illius ad id ſufficiente.

19 Contra epiſcopos hæreticos aut de hęreſi ſuſpectos, vel infamatos, neque priuati inquiſitores, neque etiam generalis inquiſitor, procedere poſſunt, quin neque inquirerere, niſi horum aliquid eis expreſsè literis Apoſtolicis concedatur. Si quem talẽ epiſcopum ſciuerint aut inuenerint hæreticum, vel de hæreſi ſuſpectum, tenentur id Apoſtolicæ Sedi denunciare, vt ipſe ſummus Pontifex quid ſit faciendum ſtatuat. Ita habetur c.inquiſitores, de hæret.lib.6. cuius verba ſunt: *Inquiſitores hæreticæ prauitatis ab Apoſtolica Sede, ſeu ab alio vel alijs quibuſlibet deputati, de huiuſmodi crimine inquirere contra epiſcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos; niſi in literis commiſſionis Apoſtolicæ, quòd hoc poſſint, concedatur expreſsè. Si tamen inquiſitores ipſi Epiſcopos, vel alios ſuperiores prælatos, ſciuerint, vel inuenerint, circa crimen hæreſeos commiſiſſe, aut eos de hoc diffamatos exiſtere, vel ſuſpectos, id tenentur Sedi Apoſtolicæ denunciare*. Conſentiunt Eymericus,l.3.direct.quæſtio.27.& communis doctorum ſententia. Hæc verò locum habent etiam in epiſcopis titularibus: quoniam verè ſunt epiſcopi: Itemque in electis & confirmatis à ſummo Pontifice,eſtò nondum ſint conſecrati:quoniam iam habent epiſcopalem iuriſdictionem. Non verò habẽt locum in epiſcopis ſolùm electis, nondumque ab Apoſtolica Sede confirmatis: quoniam nondum ſunt epiſcopi, etiam quo ad ſolam epiſcopalem iuriſdictionem, Hæc Simancas.titu.25.citato,nume. 11.& 12. & alij, quos citat. In Hiſpanis ſi inquiſitores particulares ſciant epiſcopum aliquem eſſe hæreticum,aut de hæreſi ſuſpectum, ea de re certiorem faciunt inquiſitorem generalem, ipſiuſque ſenatum, & ipſe generalis inquiſitor certiorem facit ſummum Pontificem, vt quid facto opus ſit. Ita Simancas, ibidem, nume.7. Licèt autem inquiſitores inconſulto ſummo Pontifice nec inquirere poſſint de epiſcopo hæretico,aut de hæreſi ſuſpecto, recipere tamen poſſunt dicta teſtium ad ipſos ad id recurrentium, vt certiorem ſummum Pontificem efficiant,eaque teſtimonia ad eũ mittant. Ita Simancas ibidem num.8. Peña Schol.94. & alij, quos citat. Quando grauiſſima ſequerentur mala, niſi epiſcopus hæreticus ſtatim comprehenderetur, vt peruerſionis multorum,quos ſua doctrina inficit,aut fugę illius cum non modico malo ac detrimento ſuo & aliorum,tunc quidam,quos Peña Scholio citato refert ac ſequitur,cenſent inquiſitores poſſe illum cõprehendere; non tamen contra eum procedere quouſque id ſummus Pontifex conſultus concedat. Ratio autem cur comprehendi tunc poſſit, eſt: quoniã per epicheiam is euentus eſt intelligendus exceptus ab ea ſummi Pontificis prohibitione,de quo abſque vllo dubio eſt cenſendum, id gratum ſummo Pontifici fore. Quando autem pericula prudentis arbitrio vrgent,omnino nõ id efficere, ſed alquod eſſet dubium,num id placitum ſummo Pontifici eſſet futurum, procedendum non eſſet ad capturam illius: quoniam legum prohibitioni eſt ſtandum, quando per epicheiam prudentis arbitrio non eſt certum, contrarium in tali euentu ac circumſtantijs gratum legiſlatori illi futurum: & quoniam ea comprehenſio infamiam affert tali epiſcopo, detrimentumque maximum, eſſeque facilè poterit cum grauiſſimo populi ſubditorũq; illius ſcandalo ac detrimento, quando de hæreſi ſui prælati ipſis non conſtaret,de iuſtaque ac prudenti illius comprehenſione.

20 Aduerſus nuncios ſeu legatos Sedis Apoſtolicæ, alioſque eiuſdem Sedis miniſtros, procedere non poſſunt inquiſitores hæreticæ prauitatis, nec ordinarij, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia. Poſſunt tamen aduerſus eos (modò tamen epiſcopi nõ ſint) inquirere,ſeque informare, vt certiorem ſummum Pontificem efficiant. Hæc habentur in extrauag. Ioan.22. cum Matthæus, de hæret. cuius verba ſunt: *Nos volentes de cætero talium præſumptionibus obuiare, vniuerſis & ſingulis, tam ordinarijs, quam delegatis iudicibus, ac inquiſitoribus prauitatis eiuſdem, & alijs vniuerſis & ſingulis quacunque autoritate fungantur, autoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, & mandamus expreſsè, ne contra noſtros & Apoſtolicæ Sedis officiales, vel nuncios, aut ipſorum aliquem, quauis occaſione vel cauſa, abſque noſtra & Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali eis per Sedis ipſius literas concedenda, plenam facientes de tenore præſentium mentionem, procedere quoquo modo præſumant, aut in eos, vel ipſorum aliquem, excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſeu quaſuis alias ſententias promulgare. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, quicquid contra inhibitionem & mandatum huiuſmodi contigerit attentari. Volumus tamen, quòd diœceſani, & inquiſitores prædicti ſuper his, quæ negotium tangunt fidei, alij verò ſuper his, quæ rem tangunt uel publicam uel priuatam, ſiue ordinarij ſiue delegati, quacunque autoritate fuerint, prout poſſet ad eorum officium pertinere, ſi quid per officiales, & nuncios ipſos immediatè forſan attentatum extiterit, ſe plenius informare: idque nobis ſignificare ſtudeant, vt prouidere ſuper hoc de remedio opportuno ualeamus*. Conſentiunt Eymericus vbi ſupra q.26.& communis doctorum ſententia. Nomine autẽ nunciorum ſeu legatorum Sedis Apoſtolicæ intelliguntur etiam,qui iudices non ſunt, & à Sede Apoſtolica mittuntur ad aliquid cum aliquo nomine ſummi Pontificis agendum, de quibus Diſputat. 9. in princ. dictum eſt: vnde nuncius Sedis Apoſtolicæ latè hoc loco ſumitur. Vt tamen bene Peña Schol. 92.cum Lapo & Decio ait, nomine nunciorum & officialium Sedis Apoſtolicæ non comprehendun-

tur hoc loco delegati, qui ad cauſas particulares inter alios iudicandas ac dirimendas quotidie à Sede Apoſtolica conceduntur. Hi enim non negotium Sedis Apoſtolicæ, ſed particularium, autoritate tamen Sedis Apoſtolicæ delegata, agunt. Addit etiam, in euentu in quo dictum eſt inquiſitores per epicheiam, quia illa abſque dubio intelligitur concurrentibus eis circumſtantijs eſſe mens ſummi Pōtificis, comprehendere poſſe epiſcopos hæreticos, poſſe etiam comprehēdere eiuſmodi nuncios ac officiales ſummi Pontificis, nihil impediente prohibitione huius extrauagantis, quæ per epicheiam in tali euentu ac circumſtantijs non intelligitur locum habere.

21 Quo ad inquiſitores verò attinet, quando vnus eorum hæreticus reperiretur, aut de hæreſi ſuſpectus, num epiſcopus aut alius inquiſitor poſſit aduerſus eum procedere, illumque comprehendere; placet, quod Eymericus quæſt. 30. & cum eo Peña Schol. 95. aiunt. Videlicet cum fidei cauſæ ad ſummum Pontificem potiſſimum ſpectent, ad quem potiſſimum pertinet eccleſiam ab hæreſibus purgare, fideique puritatem ac ſynceritatem in ea conſeruare; & inquiſitores de Apoſtolica Sede delegentur, vt nomine ac loco ſummi Pontificis in locis diſtricti eis deſignati id præſtent; inquiſitores hæreticæ prauitatis inter nuncios ac miniſtros Sedis Apoſtolicæ, de quibus proximè eſt dictum, eſſe computandos, ac proinde epiſcopos & alios eius diſtricti inquiſitores poſſe circa illos inquirere, vt ſummum Pontificem certiorem faciant, eiuſque mandatum circa id expectent; non tamen poſſe cōtra eos procedere, neque illos comprehendere, niſi quando ita vrgerent circumſtantiæ, vt per epicheiam abſque vllo dubio crederetur, mentem ſummi Pontificis eſſe, eos comprehendi debere ſtatim ad grauiſſima mala vitanda. In Hiſpanijs verò, ſi is, qui hæreticus aut de hæreſi ſuſpectus inueniretur, inquiſitor eſſet particularis; cum ad nutum amouibilis ſit ab eo munere ab inquiſitore generali, ſanè illo certior facto, amoueri ab eo munere deberet, ac comprehendi & puniri optimè tunc poſſet. Quòd ſi, vt Simancas autumat, ſubdelegati eſſent ac commiſſarij inquiſitoris generalis, tunc inter miniſtros Sedis Apoſtolicæ non connumerarentur, poſſetque contra eos ab inquiſitore generali optimè procedi.

22 Quamuis iuriſdictioni inquiſitorum & ordinariorum laici omnes cuiuſcunque ſtatus & conditionis ſubiaceant, vt conſtat, capit. vt officium. §. denique, de hæret. lib. 6. & in literis Vrbani Quarti, ſupra relatis, quæ incipiunt Præ cunctis, etiam ſi Reges illi ſint: prudentia tamen efflagitat, vt contra Reges, regaleſque perſonas, vel potiſſimas conſulatur ſummus Pontifex, præſertim quando ſeditio & ſcandalum timeri poſſet: & idem eſt in quocunque alio euentu, in quo idem, nec præualendum fore, iuſtè termini poſſet: tametſi tunc verbo Dei, explanandæque ac defendendæ fidei veritati, acriter ſit inſiſtendum, etiam cum vitæ periculo. Plus verò eſſet aduerſus magnates procedendum, quando princeps temporalis ſupremus eius loci faueret. Lege Eymericum quæſtio. 31. & Peñam Scholiaſt. 96. Inquiſitores de iure communi non minoris ætatis conſtitui poſſunt, quàm quadraginta annorum. Satis tamen eſt, ſi quadrageſimum annum attigerint, licèt illum nondum expleuerint. Ita ſancitum fuit clement. ſecunda, de hæret. his verbis: *Hoc ſacro concilio approbante, ſtatuimus, nullis ex nūc, niſi qui quadrageſimum ætatis annum attigerit, officium inquiſitionis prædictæ committi inquiſitoribus.* Conſentiunt Eymericus. 3. lib. direct. q. 2. & communis doctorum ſententia. Simancas tit. 34. citato

A nu. 13. hæc verba ſubiungit: *Sed quia nonnunquam ſcientia & prudentia defectum ætatis ſupplet, Pontificis Maximi generali decreto conſtitutum eſt, vt qui trigeſimum annum attigerit, inquiſitor apoſtolicus eſſe queat.* Peña verò ſchol. 72. ſic ait: *Id decretum nunquam vidimus, nec ſcimus cuius Pontificis ſit. Et quamuis id in Hiſpanijs fiat, alibi ius commune omnino ſeruandum cenſeo: nam & experientia docet in tam iuuenili ætate non facilè contingere tam acre adeſſe iudiciū, & tantam prudentiam, quanta ad hoc grauiſſimum officium exercendum requiritur. Non tamen ambigo, ex cauſa, expectata perſonæ probitate, doctrina, & prudentia, ſuper hac ætate à iure communi requiſita, diſpenſari poſſe.* Hactenus Peña. Quòd ſi de inquiſitoribus particularibus Hiſpaniarum Simancas loqua-
B tur, iuxta ipſius ſententiam, qui ſubdelegatos & cōmiſſarios generalis inquiſitoris eos arbitratur, neceſſaria non erat Pontificis Maximi diſpenſatio, vt qui triginta eſſent annorum, tales inquiſitores crearentur: ea enim ætas, vt mox ſubiungo, ſufficiat ad commiſſarios inquiſitorum. Meritiſſimè autem Archidux Albertus, tunc Cardinalis, ante quadrageſimum annum creatus fuit generalis inquiſitor Luſitaniæ & prouinciarum ei regno annexarū: ſumma enim cum prudentia, rectitudine, integritate, ac autoritate, in eius regni catholicæque fidei bonum id munus adminiſtrauit.

Quo ad commiſſarios inquiſitorum attinet, Eymericus in calce. q. 2. & q. 15. refert. Io. And. aſſerentem eos, ſicut & inquiſitores, eſſe non poſſe, niſi ęta- 23
C tis quadraginta annorum. Ipſe verò Eymericus in calce q. 16. citatæ id non probat: quoniam, inquit, iure id nō eſt ſtatutum. Peña ſchol. 80. & 82. refert literas Clementis 7. qui poſt tempora illa Eymerici, quæ ſic habent: *Decernimus inſuper, vt ueſtros vicarios ſeu commiſſarios inſtituere ualeatis, uiros, ueſtra ſententia, prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigeſimum annum attigerint.* Ac fortaſſe Simancas de ſolis particularibus inquiſitoribus Hiſpaniarum iuxta ſuam ſententiam eſt loquutus, & de illo decreto Clementis ſeptimi.

DISPVT. 29.

D Conſeruatores num iudices ſint delegati. Quanta eorum ſit iuriſdictiō. Et qui in conſeruatores eligi poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores iudices ſunt delegati.*
2 *Conſeruatorum munus eſt defendere eos, quibus conceduntur, à manifeſtis tantum iniurijs ac violentijs.*
3 *Non poſſunt deputari in conſeruatores, niſi epiſcopi vel obtinentes dignitates aut perſonatus in eccleſijs cathedralibus aut collegiatis, & qui conſeruatores*
E *eſſe non poſſint.*
4 *Cognoſcere non poſſunt conſeruatores extra ciuitatē, in qua fuerunt deputati, de cauſis ad quas ſunt conſeruatores conceſſi.*
5 *Conſeruatores ſubdelegare non poſſunt vices ſuas, niſi ſit eis conceſſum expreſſè.*
6 *Per mortem Pontificis qui eos conceſſit, ipſo iure expirant quo ad negotia nondum capta: ſecùs autem quo ad iam cœpta.*
7 *Conſeruatores Academiæ Eborenſis & Conimbricenſis ſunt iudices ordinarij.*
8 *Qui conſeruatores intelligantur in Concilio Tridentino.*

Con-

1 Conſeruatores iudices ſunt delegati, vt gloſſa. c. de offi. deleg. lib. 6. affirmat, & conſentit communis doctorum ſententia, quam ſequitur Nauar. lib. 1. conſil. titu. 29. qui eſt de offic. deleg. conſ. 1. nu. 1. Quia enim delegati iudices ſunt, de eis ſolũ fit ſermo c. 1. & vlt. de offic. deleg. lib. 6. tametſi aliqua mentio illorum etiã fiat c. 2. eod. titu. Conceduntur verò à ſolo ſummo Pontifice, vt colligitur ex duobus capitibus citatis, & communis doctorum ſententia affirmat. Societati autem noſtræ in Bulla ea de re à Pio 5. qui ex ordine fuit diui Dominici, conceſſa, & à Gregorio 13. edita, eſt conceſſum, vt noſtri conſeruatores iudices ſint ordinarij.

2 De iure communi munus conſeruatorum eſt defendere eos, quibus conceduntur, à manifeſtis tantum iniurijs ac violentijs. Quare ſi non conſtet, manifeſtumque ſit aliquem feciſſe aliquid, quod in eorum iniuriam cedat, quibus conſeruator eſt datus, atque quo ad ea, ad quæ illis eſt datus conſeruator, vel eſtò conſtet, manifeſtumque ſit tale quid eſſe factum, non tamen manifeſtè conſtet, id eſſe iniuriã; quia cum probabilitate defendi poteſt, vel non eſſe factum, vel non eſſe iniuriam, non poſſunt ſe intromittere conſeruatores ad cognoſcendum ea de re; atque ſi ſe intromittant, incidunt in pœnam ſuſpenſionis ab officio per annum, (& per conſequens ſuſpenſionis à beneficio, vt gloſſa c. vlt. citato ait, & conſentiunt doctores communiter) pars verò, quæ procurauerit, vt conſeruator ſe intromittat, incurrit pęnam excommunicationis ipſo facto, à qua abſolui non poteſt, niſi prius alteri parti ſatisfaciat expenſas ab ea de cauſa factas. Quo fit, vt quandocũque cauſa eſt talis, vt indaginem requirat ad hoc, vt conſtet manifeſtam iniuriam ei aut eis eſſe factam, quibus conſeruator eſt datus, is conſeruator intromittere ſe in illa non poſſit, ſed relinquere eam debeat ac teneatur iudicibus ordinarijs. Hæc omnia habentur. c. 1. & vlt. de offic. deleg. lib. 6.

Poteſt tamen conſeruator inquirere & examinare, nũ ijs, quibus conſeruator eſt datus, facta ſit manifeſta iniuria; & cognito per teſtes manifeſtam iniuriam eſſe eis factam, procedere aduerſus delinquentem poterit. Item vocare poterit delinquentẽ, atque ſi interrogatus ab eo confeſſus fuerit ſe feciſſe eam iniuriam, neque ſufficientem rationem reddat, cur iniuria non ſit id, quod ſe feciſſe confitetur, & quod in ſe, niſi ſufficienter excuſetur, conſtat eſſe iniuriam, procedere aduerſus eum poterit: quoniam eo ipſo, quòd confitetur ſe id feciſſe, quod, niſi ſufficienter excuſetur manifeſteque, eſt iniuria, ſanè manifeſtum eſt, imò & notorium iuris notorietate per confeſſionem rei, iniuriam feciſſe. Hæc gloſſa 2. c. de offic. deleg. lib. 6. & doctores communiter. Quoniam niſi conſeruator illa efficere poſſet, inutile eſſet eius munus. Et quoniam is, cui iuriſdictio committitur, per conſequens cenſetur ei commiſſum, vt inquirat, an in euentibus oblatis locum ſua iuriſdictio habeat. Poteſt præterea conſeruator procedere, (etiam inuocando auxiliũ brachij ſecularis, ſi ita ſit opus) non ſolùm poſtquam illata eſt iniuria manifeſta, vt deſiſtatur, & reſarciatur damnum illatum, atque vt ſumatur competens vindicta de iniuria, adiudicata per ipſum pœna competente delinquenti, ſed etiam quando iniuria paratur manifeſtè, ad illam cenſuris impediendam. Ita gloſſa 3. c. 1. de offic. deleg. lib. 6.

Hoc loco obſerua, hodie concedi ſolere conſeruatores cum clauſula, vt cognoſcere poſſint de iniurijs & alijs cauſis, tam ciuilibus quàm criminalibus & mixtis ex criminalibus & ciuilibus, etiam ſi indaginem iudicialẽ requirant. Et aliquando cõcedi cũ clauſulis, vt ſint iudices eorum, quibus in conſeruatores conceduntur, non ſolùm ſi ſint rei, ſed etiam ſi ſint actores, imò & vt ſint iudices eorum ordinarij, & cum alijs priuilegijs, vt cum eiuſmodi omnibus clauſulis in bulla Pij 5. & Greg. 13. citata conceſſum Societati noſtræ eſt eligere conſeruatores. Quo fit, vt inſpicienda ſint priuilegia ea in parte conceſſa, tam ijs propria, quibus conceditur aliquos eligere in ſuos conſeruatores, quàm quæ eis competunt per communicationem priuilegiorum alijs conceſſorum.

De iure communi deputari in conſeruatores nõ poſſunt niſi epiſcopi, vel qui ſuperiores Epiſcopis ſint, vt Archiepiſcopi & Patriarchæ, vel Abbates, vel obtinentes dignitates aut perſonatus in eccleſijs cathedralibus aut colligiatis. Ita habetur c. vlt. in prin. de offic. lib. 6. Cum autem, vt Diſput. 25. dictum eſt, in delegatos ſedis apoſtolicæ cõſtitui poſſint, etiam canonici eccleſiæ cathedralis. In bulla autem citata noſtræ ſocietatis eſt conceſſum eligere in ſuos conſeruatores, etiam canonicos eccleſiarum cathedralium & vicarios generales Epiſcoporum & Archiepiſcoporum. 3

Item non poſſunt aliqui eſſe ſibi inuicem conſeruatores. Vt ſi Abbas huius monaſterij ſit conſeruator alterius monaſterij, Abbas huius alterius monaſterij non poteſt ſimul eſſe cõſeruator illius alterius monaſterij. Ita habetur. c. vlt. citato in prin. Cũ tamen id prohibitum non ſit in delegatis ſummi Pontificis, tametſi recuſari ea de cauſa in iudices delegatos poſſint, vt vtrumque gloſſa ibidem affirmat.

Item nullus habere eum in ſuum conſeruatorem poteſt, qui dominio ipſius temporali aut eccleſiaſtico fuerit ſubiectus. Excipiuntur Reges & Reginæ, qui habere poſſunt in conſeruatorem eum, qui ipſius dominio ſit ſubiectus. Vtrumque habetur cap. vlt. citato. §. nec aliquis. Conſeruator autem Regibus aut Reginis concedi à ſede apoſtolica poſſet circa bona aliqua eccleſiaſtica eis conceſſa, aut applicata ad aliquod eorum opus pium.

Item conſeruatores extra ciuitatem, aut diæceſim, in quibus fuerint deputati, cognoſcere non poſſunt de cauſis, ad quas ſunt conſeruatores conceſſi: eſtque id intelligendum, etiam de conſenſu partiũ. Neque poſſunt trahere ad iudicium vltra vnam dię tam à fine ciuitatis aut diæceſis, in quibus ſunt conſeruatores deputati. Ita habetur c. vlt. citato. §. conſeruatores, iuncta gloſſa ibi. Hodie verò multis conceditur, vt poſſint eligere in cõſeruatores & iudices ordinarios cõſtitutos vbilibet, vt noſtrę Societati in prædicta bulla eſt conceſſum, & qui poſſint ad iudicium vocare intra duas diętas. 4

Item conſeruatores ſubdelegare non poſſunt vices ſuas, (excepto ad citandum, aut ad denunciandam ſententiam ab ipſis latam) niſi ſit eis cõceſſum expreſsè. Atque tunc, ſubdelegare non poſſunt niſi perſonis in eiſdem locis conſtitutis, in quibus ipſi conſeruatores ſunt conſtituti, & quæ qualitates habeant, quas eſt dictum ipſos conſeruatores habere debere. Hæc habẽtur c. vlt. citato. §. vices. Nobis tamen conceduntur conſeruatores ac iudices cum facultate ſubdelegandi, etiam extra loca, vbi tales conſeruatores fuerint, vt patet in bulla Pij 5. & Gregor. 13. citata. 5

Conſeruatores per mortem ſummi Põtificis qui eos conceſſit, ipſo iure expirant quo ad negotia nõdum cæpta: ſecus autem quoad iam cępta. Ita habetur c. vlt. citato. §. officium. Multis verò conceditur, vt morte concedentis non expirent: vt ſi apponatur clauſula, quæ eis concedat iuriſdictionẽ quoad negotia nondum tempore mortis ſummi Pont. qui eos conceſſit, vel alia, vnde idem colligatur. Noſtræ autẽ ſocietati in bulla ſępius citata cõceditur facultas eligẽdi in cõſeruatores & iudices ordinarios 6

vnum vel plures, quos voluerimus, qui tam quo ad cæpta, quàm quo ad non cæpta, & tam quo ad præſentia, quàm quo ad futura, perpetuam habeant poteſtatem ac iuriſdictionem, perinde atque ſi prædicta omnia & ſingula coram ipſis cæpta eſſent, & proinde ac ſi eis & ipſorum cuilibet iuriſdictio de præmiſſis omnibus per citationem, vel aliũ modum, legitimè perpetuata eſſet: quo fit, vt morte cõcedentis ipſorum iuriſdictio, etiam quoad negotia nondum cæpta, non ceſſet. Mitto, quòd cum in iudices ordinarios eligantur, ipſorum iuriſdictio morte concedentis non ceſſabit. Et quod ſocietati noſtræ gratia, & priuilegium eos eligendi in perpetuum eſt conceſſa: gratia verò morte concedentis non expirat.

Quæ in calce Diſp. 25. & copioſius tract. 2. Diſp. 84. dictum eſt, delegatos ſedis Apoſtolicæ ſeruare debere circa munera non recipienda, circa expẽſas, aſſeſſores, notarios, ac teſtes uocandos, illa eadem ſimili modo habere locum in conſeruatoribus. Ita habetur, c. vlt. citato. §. circa munera.

Si quid à conſeruatoribus fuerit attentatũ, quod cum eorum aliquo, quæ de eis dicta ſunt, pugnet, totum eſt ipſo iure irritum & inane. Ita habetur c. vlt. citato. §. vlt.

7 Dum hæc Euoræ exponebamus, admonuimus conſeruatores eius vniuerſitatis, & Conimbricẽſis, iudices eſſe ordinarios, ac proinde de numero eorum illos non eſſe, de quibus ſermo in hac diſputatione, cap. 1. & vlt. de offi. deleg. ſermo nobis eſt habitus. Eſt enim iuriſdictio illa quo ad ſcholaſticos merè ſeculares à Rege eis cõſeruatoribus immediatè collata ad quandam vniuerſalitatem cauſarũ, quę in dubio ordinaria eſt cenſẽda, iuxta ea quæ in ſuperioribus ſæpe explanata ſunt: facileque conſtat eam iuriſdictionem ordinariam eſſe ex illorum munerum creatione. Ad differentiam verò cæterorum iudicum & propter priuilegia maxima vniuerſitati ac ſcholaſticis à Rege cõceſſa, quæ efficere ut eis ſeruentur, cura eiuſmodi iudicibus incumbit, & quoniam iuxta ea priuilegia tenentur de rebus uniuerſitatis & ſcholaſticorũ, ipſoſque ſcholaſticos iudicare, iudices conſeruatores earum vniuerſitatum nuncupati ſunt. Alijs verò in vniuerſitatibus, vt in Salmanticenſi & Complutenſi, alijs appellantur nominibus. Idem eſt dicendum de eccleſiaſtico conſeruatore Euorenſis Academiæ, virtute literarum apoſtolicarum creato, eligente quidem illum Rectore vniuerſitatis, ſed immediatè iuriſdictionem à ſede Apoſtolica habente in omnes ſcholaſticos clericos ac beneficiarios eius vniuerſitatis, qui omnino literis apoſtolicis exempti ſunt à iuriſdictione ordinaria Archiepiſcopi Euorenſis.

8 Illud hoc loco eſt poſtremò obſeruandum, concilium Trident. ſeſſ. 14. c. 5. de reformat. quod de conſeruatoribus & conſeruatorijs ſtatuit, nihil omnino intelligi de conſeruatoribus & cõſeruatorijs datis vniuerſitatibus generalibus, collegijs doctorum, ſeu ſcholarium, & locis regularibus, nec non hoſpitalibus actu hoſpitalitatem ſeruantibus, ac perſonis vniuerſitatum, collegiorum, locorum regularium, & prædictorum hoſpitalium: ſed hæc omnia à diſputatione illius decreti eſſe exempta. Sic enim in fine eius capitis adijcitur: *Vniuerſitates autem generales, ac collegia doctorum, ſeu ſcholarium, & regularia loca, nec non hoſpitalia actu hoſpitalitate ſeruantia, ac vniuerſitatum, colligiorum, locorum, & hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in præſenti canone minimè comprehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint & eſſe intelligantur.*

Quo ad conſeruatoses autem alijs conceſſis concilium Tridentinum eo capite ſtatuit. Primò, vt *nemini omnino, cuiuſcunque dignitatis, & conditionis*

A *ſit, etiam ſi capitulum fuerit, conſeruatoriæ literæ, cum quibuſcunque clauſulis aut decretis, quorumcunque iudicum deputatione, quocunque prætextu aut colore conceſſæ, ſuffragentur ad hoc, vt coram ſuo Epiſcopo, ſiue alio ſuperiore ordinario, in criminalibus aut mixtis cauſis* (ex criminalibus ſcilicet & ciuilibus) *accuſari, & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi non poſſit: aut quominus, ſi qua iura ei exceſſione competierint, ſuper illis libere valeat apud iudicem ordinarium conueniri.* Secundò vt *in ciuilibus cauſis, ſi ipſe actor ſtiterit, aliquem ei apud ſuos conſeruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat.* Tertiò. *Quòd ſi in his cauſis,* (ciuilibus ſcilicet) *in quibus ipſe reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo conſeruator ab actore ſuſpectus eſſe dicatur, aut ſi qua inter ipſos iudices, conſeruato-*
B *rem & ordinarium, controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros, in forma iuris electos, ſuper ſuſpicione aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatũ.* De qua re ex parte Diſptat. 23. eſt dictum. Quartò, vt *familiaribus eius, qui huiuſmodi literis conſeruatorijs tueri ſe ſolent, nihil illi proſint, præterquam duobus duntaxat, ſi tamen illi proprijs eius ſumptibus vixerint.* Quintò, vt *nemo ſimilium literarum beneficio vltra quinquennium gaudere poſſit.* Sextò, vt *non liceat conſeruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum.* Septimò, vt *in cauſis mercedum, aut miſerabilium perſonarum, huius ſanctæ Synodi ſuper hoc decretum in ſuo robore permaneat.* De quo eſt ſermo ſeſſ. 7. c. 14.

Iis, quæ de iuribus delegatis hactenus præceden-
C tibus diſputationibus ſunt dicta, non modicam lucem afferre poterant diſputationes de reſcriptis. Quia tamen commodius ſubijcientur, ſi prius de iuris arbitris, & de arbitratoribus, itemque de legibus dicamus, rem totam de reſcriptis in illum commodiorem locum reſeruemus.

DISPVT. 30.

De arbitris, & compromiſſo. Et quod diſcrimen ſit inter arbitros preſsè, & arbitratores, & inter amicabiliter compoſitores.

D *SVMMARIVM.*

1 *Arbiter interdum latè ſumitur pro exiſtimatore ſiue ſuarum ſiue aliarum rerum, interdum pro iudice ſiue ordinario ſiue delegato.*
2 *Aliquando arbitri ſumuntur preſsè pro ijs, quos partes mutua inter ſe conuentione ſibi eligunt, qui cõtrouerſias inter ipſos dirimant, ac quorũ iudicio ſtent.*
3 *Arbiter preſsè ſumptus quaſdam habet velut partes ſubiectas.*
4 *Arbitratores ſolùm ſunt extra lites, quoad cõtractus & ſimilia alia.*
5 *Diſtinctio inter arbitros & arbitratores.*
E 6 *Refutantur nonnulla in diſtinctione arbitrorum, & arbitratorum.*
7 *Alia tamen arbitrorum definitio, & proprietas ex Paulo & Proculo declarata.*
8 *Quando pactum eſt in aliquos, vt arbitrentur ac iudicent aliquid, ita vt ei arbitrio partes ſtent, neque ex forma pacti conſtat partes intendiſſe ſe obligare ad ſtandum arbitrio, tunc partes intelligendæ ſunt ſe intendiſſe obligari ad illi ſtandum.*
9 *Arbitri & arbitratores eatenus amicabiles compoſitores nuncupari poſſunt, quatenus, vt partes fugiant lites, ex compromiſſo earundem partium in illis, quòd eorum definitioni ſtabunt, illas componũt amicabiliter.*

Qui

10 *Qui nullo præuio pacto partium, componere eas circa ſuas controuerſias moliuntur dependenter à libero earundem partium conſenſu, ſimiles ſunt proxenetis.*

DIſputatione octaua, tria iudicum genera diſtinximus, iudicis nomine latiſſimè: tertiumque genus ibi eſſe diximus eorum, qui per poteſtatem ab illis ipſis in ſingulari mendicatam iudicant, inter quos iudicium exercere debent, qui in ipſos compromittunt, vt eorum ſtent definitioni, eoſque proinde in iudices ſeu in definitores controuerſiæ, quæ inter ipſos eſt, oriri ve poteſt, ſibi eligunt, non reſiſtente, ſed potius id approbante ac concedente Republica ſuis legibus. Hos autem ibidem ſubiecimus arbitros nuncupari. Cum ergo huc vſque de duobus prioribus iudicum generibus ſit dictum, nempe de ordinarijs & delegatis, congruo ordine iam nunc de iudicibus arbitris eſt dicendum.

1 Arbiter, cum ab arbitrando, cenſendo, ſeu exiſtimando dicatur, interdum ſumitur latè pro exiſtimatore, ſiue ſuarum ſiue aliarum rerum, & ſiue alij eius iudicio & exiſtimationi ſe ſubiecerint, ſiue non. Sic ſumitur. l. quis tam. C. de decurionibus, lib. 10. illis verbis; quis tam inueniri iniquus arbiter rerum poteſt; id eſt exiſtimator irrationabiliter ac malè. Et l. in re. §. primo, C. mandati, illis verbis: *Nam ſuæ quiſque rei moderator atque arbiter*; id eſt, diſpoſitor atque exiſtimator, qualiter de ea pro ſuo arbitrio diſponere debeat. Et quia arbitrari & exiſtimare de rebus conuenit etiam iudici, iuriſdictionem habenti ad iudicandum de illis, interdum arbiter pro iudice ſiue ordinario ſiue delegato ſumitur, vt l. arbitro, & l. ſi ab arbitro, ff. qui ſatiſdare cogantur, & l. quiſquis in princ. iuncta gloſsa ibi verb. arbitros. C. de poſtulando, & affirmant. Ioan. Baptiſta, lib. primo, de arbitris, cap. 21 nume. primo, tomo 3. tractatuum, & Gregor. Lopez l. 23. titu. 4. par. 3. glo. prima, & plerique alii. Vnde diſputatione ſequenti arbitros iuris, qui iuriſdictionem verè habent, diſtinguemus ab arbitris, de quibus nobis hoc loco præcipuè eſt ſermo: qui, vt Diſput. 8. dictum eſt, & fuſius hoc loco explicabitur, nullam habent iuriſdictionem, ſed per poteſtatem ab iis ipſis illis conceſſam, qui ad controuerſias inter eos componendas ac definiendas illos eligũt, ac definiunt.

2 Aliter ſumuntur preſsè hoc loco arbitri pro iis quos partes mutua inter ſe conuentione ac pacto ſibi eligunt, qui controuerſias inter ipſas dirimant, & quorum iudicio ac definitioni ſtent. Et quoniã partes dum ita pacto inter ipſas inito eos eligunt, ſibi mutuò promittunt ſtare eorum definitioni ac arbitrio, actus ſeu contractus, quo eos ita eligendo mutuò ſibi promittunt ſtare illorum definitioni ac arbitrio, dicitur compromiſſum, quaſi ſimul à pluribus mutuò promiſſum ac conuentum. Illi verò, qui eo contractu eliguntur, appellantur iudices compromiſſarij. Et quia ſuo arbitrio ac iudicio dubia & cõtrouerſias partium ſunt definituri, iudices etiam arbitri nuncupantur: tametſi quidam eorum, vt ſubiungemus, peculiari nomine arbitratores dicantur. Lege 23. titu. 4. part. 3. *juezes auenidores* etiam nuncupãtur, & in Luſitania *juizes louuados*. Fortè quia laudati prius de rectitudine & peritia ſufficiente ad id definiendum eligi conſueuerunt. Atque inde fortaſſe ortum habuit, vt ſententia ac definitio eorum, laudum multis in prouincijs, & paſſim à doctoribus, qui de arbitris ſcripſerũt, appelletur. Tametſi Ioan. Baptiſta, de Peruſio lib. 1. citato. c. 7. cenſeat, ſententiam ſeu definitionem eorum dici laudum ad differentiam ſententiæ iudicum habentium iuriſdi-

A ctionem ad eam ferendam: eo quòd arbitrorum ſententia ſeu definitio nunquam infamet: ſententia verò iuriſdictionem habentium interdum infamet, vt vtrumque tractatu 4. Diſputat. 9. circa primum euẽtum, in quo ex ſententia incurritur infamia explanatum fuit.

Quando tamen de vocum ſignificatione conſtat parum refert originem ſcire: præſertim quando tales voces neque in iure reperiuntur, neque latinæ ſed barbaræ ſunt, vt eſt in re propoſita vocabulum laudum.

Conueniunt doctores, & conſentiunt iura, arbitrum preſsè hactenus explicatum, de quo & de cuius partibus diſſerere intendimus, quaſdam habere velut partes ſubiectas. Sic enim habet. l. ſocietatem 3
B (alias. l. ſi ſocietatem) §. arbitrorum. ff. pro ſocio. *Arbitrorum genera duo ſunt. Vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit ſiue iniquum, parere debeamus: quod obſeruatur, cum ex eo promiſſio ad arbitratum eſt. Alterum eiuſmodi, ut ad boni uiri arbitrium redigi debeat, etſi nominatim perſona ſit cõprehenſa, cuius arbitratu fiat.* Conſentit l. 23. titu. 4. part. 3. quæ, explicato aut arbitri latinè & Caſtellanè dicantur, addit: *E eſtos ſon en dos maneras. La una*, &c. Et de ſecunda ſubijcit, *a que llamam en latin* arbitratores. Licèt antem doctores conſentiant, ſub arbitro duas partes cõtineri, varij tamen admodum ſunt in eis explanandis, vt inter alios refert Io. Baptiſta li. 1. citato. c. 3. Video autem omnes conuenire, quãdo compromiſſo aliquis eligitur in iudicem, vt ſeruato iuris ac iudicij ordi-
C ne ſentẽtiam proferat, cui partes ſtent, ita vt coram illo libellus offeratur, lis conteſtetur, & cætera præcedant ac fiant, quæ iuris diſpoſitione ordinarijs iudicijs ſeruari ac præcedere debẽt ſententiæ definitiuæ pronunciationem, eum arbitrum iudicem preſſiſſimè ſumptum nuncupari, ac diſtingui ab arbitratore, eiuſque ſententiam appellari arbitrium & pactum, quo ita in iudicem eligitur, dici compromiſſum. Atque de eiuſmodi compromiſſo. l. 1. ff. de recep. arbit. ſic habetur: *Compromiſſum ad ſimilitudinẽ iudiciorum redigitur*: quia ſcilicet iudices eo electi, iudicij formam ſeruare debent, eaque ſeruata proferre ſententiam, non ſecus atque alij iudices ordinarii ac delegati. Rarò autem, aut fortè nunquam, arbitri hodie eo modo eliguntur, vt cognoſcant ſerua-
D to omni ordine formaque tota iuris: ſic enim potius partes contendent coram iudicibus ordinarijs, aut coram delegatis, quàm coram talibus arbitris.

Quo ad arbitratores autẽ variant doctores. Qui- 4
dam enim cenſent, arbitratores ſolum eſſe extra lites, quoad contractus & ſimilia alia, vt quando aliquid venditur pretio, quo aliquis aut aliqui fuerint arbitrati, aut ineunt ſocietatem, vt vnus ſociorum partem lucrorum accipit, quam aliquis fuerit arbitratus, vel aliquid locatur pretio, quod talis fuerit arbitratus, vel pro damno dato, aut iniuria illata, vel pro obſequio præſtito nulla prius ſtatuta certa mercede, aut pro alijs ſimilibus rebus, conueniuntque
E partes, vt vnus alteri tribuat, quod talis vel tales ſtatuerint, fuerintve arbitrati; vel etiam interdum vt id ſoluat aliquis iniuriam aut damnum paſſo, quod ipſemet, qui iniuriam aut damnum paſſus fuerit, & arbitratur, & ſic de alijs ſimilibus rebus, ita ſcilicet vt ſi, qui id ſtatuere debent, & quorum definitioni eſt partibus ſtandum, ſufficientem notitiam circunſtantiarum ad iudicium ferendum remque definiendam habeant, eam abſque alia concertatione coram ipſis definiant: ſi verò non ſufficientem notitiam circunſtantiarum ad id habeant, notitiam earum accipiant, vel per ſe ipſos circunſtantias inſpiciendo, aut inquirendo ex alijs, vel partibus ipſis proponentibus, quid in fauorem cuiuſque earum effi-

efficiat, abſque alia iudicij forma. Hi verò autores cenſent, arbitros, ab his arbitratoribus diſtinctos, eſſe omnes, in quos compromittitur, vt ſententiæ illorum ſtetur ſeruata iudicij forma, ſiue plena ac integra, ſiue non plena, prout fuerit compromiſſum, vt de forma iudicij plus aut minus remittatur, ita ſcilicet, vt quotieſcunque lis coram ita electis eſt intentanda aut proſequenda, ſiue ſeruata integra iudicij forma, ſiue non, quam litem ita electi ſententia terminare debeant, tales compromiſſarij iudices cēſendi ſint arbitri, vt arbitri ab arbitratoribus diſtinguuntur.

4 Bartolus verò l. ſocietatem in prin. & §. arbitrorum. ff. pro ſocio. quem ſequuntur Panormit. capit. Quintauallis de iureiur. præſertim à nu. 7. (tametſi dum nume. 7. citato ex Innocentio refert & approbat ſequentia verba; *Arbiter dicitur, qui eligitur vt iudex, ſcilicet ut procedat ſeruato in ſubſtantialibus ordine iudicario, ut litem dirimat corā ſe cœptam, vel coram alio ordine iudicario;* ſanè videtur cū proximè relata opinione conuenire) & cōmunior multo doctorum ſententia, cenſent, quandocunque aliqui ſiue circa contractum & alia, ſiue circa litem compromittunt in aliquem aut in aliquos, qui id dirimant ac definiant non ſeruato integro iudicij ordine ac forma, eſſe arbitratores diſtinctos contra arbitros. Atque hanc ſententiam ſequuti ſunt conditores partitarū, & iuxta eam tulerunt. l. 23. ti. 4. par. 3. Horum verò arbitrorum iudicium ac definitio appellari conſueuit arbitramentum.

5 Barto. vbi ſupra, & Panor. c. Quintauallis citato, nume. 8. referentes diſcrimen, quod multi conſtituunt inter arbitros & arbitratores, quòd ſcilicet arbitratores ſemper verſentur circa contractus, & arbitri circa lites, & quaſi ad concordiam reducere conantes opinionem aliorum paulo antea relatam cū ſua proximè relata, inquiunt, Arbitratores ſiue ſint circa contractus antea à partibus inchoatos, arbitramentum circa pretium, aut circa portionem ſocietatis, vel circa aliquid aliud ferendo, quo perficiatur contractus, ſiue ſint circa lites, ferendo arbitramentum circa controuerſiam partium non ſeruato ordine iuris in ea re definienda, in eove arbitramento ferendo, ſemper circa contractus verſari. Nam, inquiunt, arbitramentum eorum ex conuentione partium in ipſos, vt illud ferant, & vt ei partes ſtent, tranſactio quædam eſt, latius ſumpto tranſactionis vocabulo, atque adeò eſt contractus, ſi non antea initus, quem arbitratores ſuo arbitramento perficiant, ſanè initus tunc qua ratione, inquiunt, arbitratores ſemper circa contractus verſantur, aut perficiendos, aut illos innuendo, vt Panor. in fine eius numeri 8. ait. Dicunt uerò arbitramentum circa lites eſſe tranſactionem latius ſumpto vocabulo: quoniam tranſactio preſſè eſt, qua vnus aliquid dat aut remittit, ſaltem ius dubium quod in eo habet, vt alter à lite diſcedat, atque adeò ut condonet ius dubium, quod in re, de qua erat controuerſia, prætendebat, vt tractatu 2. Diſput. 558. explanatum eſt: quamuis autem, dum aliqui in arbitratores compromittunt, vnuſquiſque eorum promittat alteri, ſe ſtaturum arbitramento eorum arbitratorum, vt alius viciſſim idem ſibi promittat, (qua ratione contractus ille non eſt gratuitus, ſed oneroſus, vt Diſputatio. 556. explicatum fuit) arbitramentum tamen eſſe poteſt, adiudicando vni totum, de quo eſt controuerſia, & nihil alteri, in quo à tranſactione preſſè ſumpta differt id arbitramentum, ſeu potius id compromiſſum, ſequuto arbitramento, vt diſputatione citata dictum eſt.

6 Multa ſunt, quæ in his Bartoli, ac Panormit. dictis mihi non probantur. Primum, quòd arbitramentum, hoc eſt, arbitrorum iudicium ac defini-

A tionem appellent tranſactionem latè ac cōtractum, eaque ratione dicant, arbitratores quo ad lites verſari circa contractus, illos innuendo, vt Panormit. ait. Compromiſſum quidem, quo partes ſibi mutuo promittunt ſtare arbitramento ac definitioni eorum, quos ad dirimendam ipſorum controuerſiam ſibi in arbitros eligunt, verè eſt contractus oneroſus, iſque innominatus, facio ut facias, hoc eſt, adſtringo me, vt tu uiciſſim te aſtringas ſtare ei arbitramento ac definitioni, qui contractus completur conſenſu arbitrorum, quo ſe eſſe arbitros circa eam controuerſiam acceptent, atque arbitramento ac definitioni eorundem arbitrorum, vereque is cōtractus eſt tranſactio latè ſumpto uocabulo, ſequuto arbitramento eorundem arbitrorum, atque emo-
B logatione illius, vt Diſputat. 556. citata explanatum eſt. At verò arbitramentum talium arbitrorum appellare contractum ac tranſactionem, etiam latè ſumpto vocabulo, eaque ratione affirmare arbitratores quo ad lites verſari circa contractus, ſi non eos perficiendo, eos certè ineundo, teneri meo iudicio aliena prorſus ſunt à ratione ac veritate. Neque enim arbitratores contractum celebrant arbitramentum proferendo, ſed compromiſſum ac tranſactionem partium, ſumptam latè, ex parte ſua perficiunt, eſtque proinde valde abſurdum, multumq; à ratione ac veritate alienum, appellare arbitramentum contractum ac tranſactionem, addereque arbitratores ad litem dirimendam ea ratione circa contractus verſari.

C Secundum, quod in eis dictis mihi non probatur, eſt, quòd conſtituant diſcrimen inter arbitratorem quo ad litem & arbitrum, qui ſeruato ordine iuris litem definit, quòd is arbitrator, modo quē ipſi explicant, verſetur circa contractum: & arbiter non. Etenim compromiſſum, quo partes in controuerſia ſua confugiunt ad arbitrum, qui ſeruato ordine iuris litem definiat, ſequuta acceptatione arbitri, & ſequuto arbitrio ſeu ſententia illius, non minus habet rationem contractus, tranſactioniſque latè ſumptæ, quàm habeat compromiſſum, quo confugitur ad arbitratorem, ſequuta ſimiliter acceptatione illius, ſequutoque arbitramento ſeu definitione illius, vt ex ſe liquet, & Diſputat. 556. citata fuit explanatum: imò ex ſententia docto-
D rum, cum quibus diſputamus, atque vt intelligunt legem ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, plus habet rationem contractus perfecti ac tranſactionis, quàm habeat compromiſſum in arbitratorem quo ad litem: ſiquidem ex ſententia horum doctorum, iuxta §. arbitrorum citatum, omnino eſt completus contractus compromiſſi in arbitrum, & tranſactio illa partium ſequuto arbitrio, eſtò arbiter inique atque iniuſtè iudicet: cum tamen iuxta eundem. §. ſequuto iniuſto arbitramento arbitratoris, non ſit omnino perfectus is contractus, ſed reducendus quo ad id arbitramentum adhuc reſtet ad æqualitatem arbitrio boni viri: quo fit, vt nullum ſit diſcrimen, quod tradunt inter arbitratorem in
E lite, & arbitrum, quod ſcilicet ille prædicta ratione circa contractum verſetur, hic verò non item.

Vt de hac re tota dicam, quod ſentio, lucem- 7
que dicendis ſequentibus diſputationibus, vniuerſæque huic materiæ de arbitris, & arbitratoribus afferam, ſanè arbitror ſapientiſſimos Bartolum, & Panormitanum, cæteroſque, qui illos ea in re ſequuntur, aſſequutos non fuiſſe planum ac verum intellectum Proculi iuriſconſulti, lege ſocietatem citata, & quatuor ſequentibus, quarum duæ ſunt Pauli iuriſconſulti, duæ verò aliæ eiuſdem Proculi: cum tamen in eis iuribus malè intellectis plurima fundent ex ijs, quæ in tota hac materia tradunt.

Vt

Vt autem.l.ſocietatem ait Proculus, duo ſub hac forma inierant ſocietatem, eamque exercuerant, vt Nerua communis eorum amicus arbitraretur ac definiret,quantam portionem lucri vnuſquiſq; eorum deberet accipere. Nerua verò arbitratus eſt ac definiuit,vt vnus acciperet trientem,hoc eſt, tres partes lucri diuiſi in partes duodecim,& vt alius acciperet beſſem, hoc eſt, reliquas octo partes: quod in effectu eſt, vt lucrum in tres partes diuideretur, & vnus acciperet vnam earum, alter verò reliquas duas. Is autem cui tertia tantum pars lucri à Nerua adiudicata eſt, quæſiuit à Proculo,num ratum id iure ſocietatis eſſet: an nihilominus ex partib.æqualibus eſſent ſocij. Reſpondet Proculus; *Exiſtimo autem te melius quæſiturum fuiſſe, vtrum ex ijs partibus ſocij eſſemus,quas is.* (Nerua ſcilicet) *conſtituiſſet an ex iis, quas virum bonum conſtituere oportuiſſet*,nihil ſcilicet impediente eius arbitratu ac definitione. Et reddit rationem §. arbitrorum, ſtatim ſequēti, & quatuor ſequentibus legibus,cur id potius quærere debuiſſet,remque totam definit. Quoniam, inquit, *Arbitrorum genera duo ſunt,Vnum eiuſmodi,vt ſiue æquum ſit ſiue iniquum*,(quod ſcilicet arbitrati fuerint ac definierint) *parere debeamus: quod obſeruatur, cum ex compromiſſo* (quo ſcilicet eſt conuentum,vt quicquid illi definierint, ſtetur omnino eorum definitioni) *ad arbitrum itum eſt*. Atque adeò ſi talis arbiter ab eis duobus ſocijs Nerua conſtitutus eſt,dicendum eſt, eos eſſe ſocios ex portionibus, quas Nerua definiuit. *Alterum* (inquit, arbitrorū genus) *eiuſmodi eſt,vt ad boni viri arbitrium redigi debeat* (quod illi arbitrati fuerint ac definierint,ſi comperiatur ſe iniquum ac iniuſtum) *etſi* (id eſt quamuis) *nominatim perſona ſit comprehenſa*(id eſt expreſſa) *cuius arbitratu fiat*, pacto nempe, quo is arbiter eſt conſtitutum,ſolum.ſ.eo pacto ſtatuendo,vt is de ea re iudicaret ac ſtatueret faciendum ac tenendum partibus eſſe.

Poſt hæc,quæ ex.§.arbitrorum,relata & ex parte explanata ſunt, continuò ibidem. l. veluti proximè ſequenti,ex Paulo iuriſconſulto additur exemplum in quo quamuis res aliqua pacto ac contractu relinquatur arbitrio alicuius, nihilominus ſi is non quod equum, iuſtum, ac rationabile eſt arbitretur, dirigitur id ad prudentis arbitrium. Sic enim ea lex habet: *Veluti cum lege locationis comprehenſum eſt*, (id eſt, cum forma, ſub qua contractus locationis operarū alicuius ad opus aliquod efficiendum fuit celebratus,fuit expreſſum ac conuentum) *ut opus arbitrio locatoris fiat*. Si enim is locator irrationabile aliquid circa opus id faciendum exigat ac cēſeat, reducitur, quod irrationabiliter poſtulat ac faciendum cenſet, ad prudentis arbitrium,vt is cenſeat ac iudicet quod fieri ſit æquum.

Deinde in l.propoſita, quæ ibi continuò ſubiungitur,additur ex ipſomet Proculo reſponſio ad quæſtionem,quæ illi l.ſocietatem fuerat propoſita. Sic enim ea lex habet. *In propoſita autem quæſtione,arbitrium boni uiri exiſtimo ſequendum eſſe: eo magis*, (id eſt,eo præſertim) *quod iudicium pro ſocio, bonæ fidei ſit*, atque adeò, quaſi ſit ſeruanda, quando aliud de forma contractus ſocietatis non cōſtat,iuxta ea quæ de cōtractibus,actionibus,ac iudicijs bonæ fidei tractatu 2. Diſp.259.dicta ſunt.

Continuò vero. l. vnde, ibi proximè ſubiuncta, Paulus iuriſconſultus ſic infert: *Vnde ſi Neruæ arbitrium ita prauum eſt,ut manifeſta eius iniquitas appareat,corrigi poterit per iudicium bonæ fidei*. Quibus verbis manifeſtè rectiſſimèque innuit ac docet,quando arbitrium, iuxta hactenus dicta & magis adhuc explicanda,eſt tale,vt in eo locum habeat reductio ad arbitrium boni viri, tunc ſolum habere locum eam reductionem, quando de iniquitate prioris arbitrij

A manifeſtè conſtat, & quoad id ſolum, quod iniquitatem continere conſtat: quando autem id non conſtat,locum non habere eam reductionem,atque adeo in dubio an id arbitrium iniquitatem contineat, illi eſt ſtandum, ex antecedente contractu & conuentione partium,vt illi ſtarent,quod intelligendum erat,modo id arbitrium manifeſtam iniquitatem non contineret.

Deinde Proculus. l. quid enim, ſtatim ſequenti, oſtendit,non rectè lege ſocietatem,fuiſſe ab eo queſitum, num ratum eius Neruæ arbitrium iure ſocietatis eſſet habendum,an potius ex ęquis portionibus eſſent futuri ſocij. Quoniam, inquit,ſi lucrum eſſet tria millia,& Nerua manifeſtè iudicaſſet iniquè, vt vnus acciperet vnam tantum partem ex illis tribus
B milibus,& alter duas reliquas,fieri optimè poſſet,vt arbitrium boni viri non eſſet,vt duo illi ſocij æquales partes acciperent, vt, verbi gratia, ſi vnus ſociorum plus induſtriæ,operarum ac laboris,vel plus pecuniæ appoſuiſſet,quæ non ſufficerent,vt is duplum lucri,quàm alter,iuſtè acciperet; ſufficerent tamē vt iuſtè minus aliud incrementum ſupra alterū ſocium acciperet.

Certè vides prudens lector Proculum paragrapho arbitrorum, iunctis alijs iuribus explanatis,diſcrimen illud inter duo illa genera arbitrorum,vt arbitrio vnius arbitri eſſet ſtandum,eſto deprehenderetur iniquum, arbitrio vero alterius non item, ſed in eo haberet locum reduci ad æquitatem arbitrio prudentis,non retuliſſe ad hoc, (vt doctores, quos
C impugnamus,affirmant) quod primus eſſet conſtitutus à partibus,vt inter ipſas iudex eſſet,ſeruataque integra forma iudicij, quam iudices ordinarij ſeruant,ſententiam ac arbitrium proferret: ſecundus vero vel extra iudicium circa contractus arbitraretur,vel in iudicio ſeruata aliqua iudicij forma, ſed non integra,quam iudices ordinarii tenentur ſeruare,de qua re nulla omnino mentio immo neque veſtigium mentionis eſt in eo paragrapho & in eis iuribus,ſed id diſcrimen retuliſſe ad diuerſitatem contractus ac promiſſi,quo aliquis à partibus arbiter inter ipſas eſſet conſtitutus. Si enim expreſſe compromiſſum contineret,vt omnino arbitrio illius ſtaretur, quicquid ille iudicaret, aut ex circunſtantiis conſtaret, id partes ſuo contractu ac compromiſſo
D intendiſſe,quia ſcilicet intenderunt ſe exponere qua ſi fortunæ,periculoque ac commodo iudicii eius arbitri,perinde atque in ſortibus, & in alearum ludo; ſanè eſto,quod iniquum in ſe eſſet,quodque in grauamen alterius partis cederet, ſtatuiſſet ei, arbitrio in conſcientiæ & in exteriori foro partibus ipſis ſtādum. Ratio autem eſt, quoniam æqualis eſt vtrimque contractus compromiſſi,quicquid poſtea ſequatur, quo vnus compromittentium dicit, promitto ſeu aſtringo me ſtare hac in re arbitrio & ſententiæ, quam talis circa eam tulerit, vt tu viciſſim idem mihi promittas, eodemque modo te mihi aſtringas, quicquid ſit quod ille protulerit. Sicut enim contractus ſortium ac ludi,quo vnus ſe exponit pericu-
E lo amittendi in alterius commodum, vt alius ſimiliter ſe exponat amittendi periculo, iuſtus in ſe eſt & æqualis, eique eſt vtrique parti ſtandum, quicquid poſtea ex illo ſequatur: ſic res habet in propoſito: vtiliterque fit talis contractus in vtriuſque partis cōmodum, vt ea ratione ſe excuſent à maximis ſumptibus ac moleſtiis litium, & à non minori periculo ſiniſtræ & iniquæ in ſe ſententiæ iudicum ordinariorum,aut delegatorum,vel eorundem iudicum nequitia,qui ad alteram partem ſint affecti, vel imperitia,vel quod pars, quæ re ipſa ſentētia grauatur, non habuit eam dexteritatem in lite proſequēda, ac in manifeſtando ſuum ius, quam habuit pars contraria, in cuius fauorem ſententia lata eſt. Atque de

eiuſmo-

eiuſmodi etiam compromiſſio eſt ſermo.l.diem pro ferri. §.ſtari.ff. de recep. arb. quo in loco Vlpianus ſic ait: *ſtari autem debeo ſententiæ arbitri, quam de re dixerit, ſiue æqua ſiue iniqua ſit.* Et ſibi imputet, qui compromiſit(vt illi ſcilicet ſtaretur vtrimque) *Nam & diui Pij reſcripto adiicitur, vel minus probabilem ſententiam æquo animo ferre debet, qui ſcilicet compromiſit, ut illi utrimque ſtaretur.*

Quamuis autem in prædicto euentu ſtandum ſententiæ ſit, eſto in ſe æqua non ſit, neq; locum habeat eam ad æqualitatem arbitrio prudentis redigi; ſi tamen dolo alterius compromittentis illa lata ſit, quia per ſe vel per alios corrupit arbitros pecunia, donis, minis, aut fauore & precibus aliorum, vel corrumpendo aduocatum eius, aduerſus quem lata eſt ſententia, vel quauis alia ratione dolo fuit in cauſa, vt ita pronunciaretur; tunc ei, in cuius præiudiciū id arbitrium latū eſt, competit exceptio doli aduerſus exequutionem eius arbitri, atque ſi pœna in compromiſso ſtatuta ei fuit, qui arbitrio non pareret, eaque ab eo exigatur, quòd illi parere noluerit, ſimiliter eidem competit doli exceptio vt eam pœnam ſoluat: quoniam com promiſsum illud eam tacitam habebat conditionem, modo aduerſarius nec per ſe nec per alium dolo vtatur: quin & is, in cuius præiudicium id arbitrium latum eſt, agere tunc poterit aduerſus partem contrariam actione de dolo ad damna inde ſibi ſequuta, ſeu ad intereſse.

Atque ſi in compromiſso ſtipulatione interueniēte clauſula fuit appoſita, vt dolus neutra ex parte interueniret, tunc actione ex ſtipulatu aget ad damna, ſeu ad intereſse. Hęc omnia habentur.l.ita demum. ff.de recep.arb. & l.arbitrorum. C.de arbit. Quando autem ex parte arbitrorum interueniret dolus, quia ſcienter iniquam tulerunt ſententiam, tunc ipſi etiam in conſcientiæ foro, & in exteriori, ſi in eo id probari poſset, tenerentur ad damna. Qui & ad illa tenerentur in conſcientiæ foro, ſi ex lata culpa craſſave ac ſupina ignorantia iniquam proferrent ſententiam, de qua re Diſp.33.redibit ſermo.

8 Quando autem pactum ſeu compromiſsum eſt in aliquem aut in aliquos, vt arbitrentur ac iudicent aliquid, ita vt ei arbitrio partes ſtēt, neque ex forma compromiſſi ac pacti & ex circumſtantiis conſtat, partes intendiſse ſe obligare ad ſtandum arbitrio, ſiue æquum ſiue iniquum in ſe eſset, tunc partes intelligendæ ſunt ſe intendiſse obligari ad illi ſtandū, mòdo non deprehēderetur apertè iniquum, & quatenus non deprehēderetur apertè iniquum: quo fit, vt in ea pacti ac compromiſſi forma locum habet, ſi arbitrium iniquum in ſe deprehendatur, petere vt prudentis arbitrio ad limites æqualitatis ac iuſtitiæ dirigatur.

Neque minus hoc habet locum, ſi partes hoc poſteriori modo paciſcantur ac compromittant in aliquem tanquam in iudicem, qui ſeruata integra iudicii forma arbitretur ac ſententiam proferat, quàm ſi paciſcuntur ac compromittunt, vt extra iudicium in contractibus, aut in iudicio non ſeruata integra iudicii forma aliquid arbitretur ac definiat. Imo vero ex eo, quòd arbiter aſtringatur ſeruare integram iudicii formam, ita vt alioquin non valeat eius arbitrium ac iudicium, multo magis colligitur partes ſolum intendere, ſtare eius arbitrio ac ſententiæ, ſi iniqua non reperiatur, quàm ſi non tot eum debere ſeruare eadem forma contractus paciſcerentur ac compromitterent: nam minus ſe ſubiicere intendūt eius arbitrio & ſententiæ, qui tot ab illo exigunt, vt vires aliquas habeat, quàm qui pauciora ab eo exigunt vt valida ſit. Non ergo tam attendendum ad iudicandum, an in arbitrio in ſe apertè iniquo locū habeat reductio ad æqualitatem arbitrio prudentis, vel nō, ad modum arbitri, an ſit ad iudicandum ſeruata
A integra forma iudicii, vel potius ſit ad iudicandum nō ſeruata integra iudicii forma, quam eſt attendēdum ad modum & formam compromiſſi, num ſcilicet eo intenderint partes ſe omnino ſubiicere arbitrio ac definitioni arbitri, eſto deprehenderetur iniqua, vel non tantum ſe ſubiicere ei arbitrio intenderint, quin ſi apertè iniquum deprehenderetur, locum haberet petere, vt publica autoritate ad limites æqualitatis ac iuſtitiæ reduceretur. Ex qualitate enim compromiſſi atque ex intentione compromittentium prouenit, quod ex natura ipſa rei, atque adeo in conſcientiæ & in exteriori foro, compromiſſum eā vim habeat, aut non habeat, vt explanatum eſt, & non ex aliquo alio capite, vt conſtat, quoniam doctores, cū quibus diſputamus, nullum aliud caput cum
B probabilitatis ſpecie deſignare poſſunt, vnde id proueniat.

Vnde niſi ex forma compromiſſi & ex circunſtātiis concurrentibus conſtet partes ſe omnino ſubiicere intendiſſe definitioni arbitri, qualiſcunque illa eſſet, ſemper eſt exiſtimandum intendiſſe integrum ſibi relinquere petere reductionem talis definitionis ad limites æquitatis ac iuſtitiæ arbitrio prudentis, quando apertè iniqua reperiretur, ſiue arbitri definitio lata eſſet in iudicio ſeruata integra iudicii forma ex partium conuentione, ſiue extra iudicium, aut in ipſo iudicio non ſeruata ex conuentione earundē partium integra iudicii forma. Atque hoc non obſcurè confirmat.l.ſi libert. ita.ff.de oper.lib. vbi Celſus iuriſconſultus ſic ait: *Si Libertus ita iurauit*, (quādo
C ſcilicet manumiſsus à patrono eſt) *dare ſe quot operas patronus arbitratus ſit; non aliter ratum fore arbitrium patroni, quam ſi æquum arbitratus ſit. Et fere ea mens eſt perſonarum arbitrio ſubſtituentium*, (id eſt cōſtituentium, qui aliquid arbitretur, quod loco vtriuſque partis fieri ſolet) *ut quia ſperent eum rectè arbitraturum, id faciant, non quia uel immediatè obligari nolint.* Vbi primo vides, etiam quando promiſsum eſt ſtare arbitrio alicuius, non teneri eum, qui id ſub iure iurando promiſit ſtare arbitrio, ſi arbitrium ſit apertè excedens id, quod æquitas rectaque ratio poſtulat: quoniam promiſſio illa intelligitur, modò arbitrium intra limites æquitatis ſit, eamque quaſi tacitam conditionem ſubintellectam habet: iuramētumque licet arctius obliget, quàm promiſſio: non
D tamen ad plus ſe extendit, quam promiſſio, quæ illo confirmatur. Vides etiam, compromittentes in aliquem, eam ferè ſeu regulariter habere mentem, vt intendant ſe obligare ſtare arbitrio, ſi rectum & æquum ſit, non vero ſi ſit immodicum & excedens. Vnde ex mente & diſpoſitione illius textus, ſemper quando arbitrium æquum ac rectum non eſt, habet locum, non velle illi ſtare, petereque vt reducatur ad æqualitatem ac iuſtitiam prudentis arbitrio, niſi contrarium ex forma compromiſſi & ex circunſtantiis concurrentibus conſtet fuiſse mentem compromittentium, vt dictum à nobis eſt.

Confirmare autem (præterea quæ hactenus dicta ſunt) poſsumus intentum Proculi.§. arbitrorū,
E & legibus ſequentibus, & poſt eum Pauli, non fuiſſe, quod autores, quos impugnamus, intendunt, ſed quod nos dicimus. Quoniam ſi intentum proculi.§. arbitrorum fuiſset diſtinguere arbitros in iudicio ſeruata integra iudicii forma, à reliquis arbitris ſeu arbitratoribus, conſtituereque inter eos diſcrimen, quod iudicio ac definitioni priorum eſset ſtandum, eſtò reperiretur iniquum, iudicio vero ac definitioni poſteriorum non item, ſed locum in eo haberet reductio ad æqualitatem, ſi reperiatur iniquum; ſanè inde ſoluta omnino erat quæſtio ipſi propoſita, dicturuſque erat aſſeueranter omnino, quod cum Nerua manifeſtò eſset de numero arbitrorum poſterioris generis, quippe cum extra iudicium circa

ſocie-

ſocietatem initam eſſet arbitraturus, quam partem lucri vnuſquiſq; eorum ſociorum eſſet accepturus, dubium nullum omnino erat, quin eo arbitrio locũ haberet reductio ad æqualitatem arbitrio prudentis, ſi deprehenderetur inæquale ac iniquum. Non verò ſic intrepidè. l. in propoſita, ex eo fundamento reſpondit Proculus ad quæſtionem, ſed quaſi locũ circa contractum habere poſſet arbiter, tam primi quã ſecundi generis, pro vt eſſet qualitas compromiſſi, ſpectatiſque circunſtantijs cõcurrentibus, ſic reſpõdit: *In propoſita autem quæſtione arbitrium boni viri exiſtimo ſequendum eſſe*, (attenta ſcilicet qualitate pacti inter eos ſocios antecedentis) *eo magis, quod iudicium pro ſocio, bonæ fidei ſit.* Certè hæc verba nõ quadrant cum doctrina, quod vniuerſim in arbitrio circa contractum ſemper habeat locum reductio ad æqualitatem, ſi deprehendatur iniquum, nihil curando de qualitate pacti ac compromiſſi in talem arbitrum, ſeu in talem arbitratorem.

Idem cõfirmare poſſumus ex exemplo illo, quod Paulus iuriſconſultus ſubiecit. l. veluti, quod in arbitris ſecundi generis locum haberet reductio ad æqualitatem arbitrio prudentis, *veluti*, inquit, *cum lege locationis comprehenſum eſt, vt arbitrio locatoris fiat* Quia enim in eo euentu non compromittitur in æqualem tertium, qui æquè in commodum, quemadmodum vnius; ita etiam alterius partis poſſet ferre arbitrium, vt contractus eſſet æqualis, quicquid poſtea eueniret, ſed ſolùm in eo euentu interuenit pactum, quo res arbitrio vnius partium contrahentiũ relinquitur, locum ſanè tunc, vi eius pacti, non habet, vt arbitrium, quod in ſolum ſuum commodum locator operarum tulerit, reduci nõ debeat ad æqualitatem boni viri arbitrio, ſed comperiatur irrationabile ac iniquum ab eo in alterius partis detrimẽtum eſſe latum. Hæc omnia adiunge ijs, quæ tractatu 2. Diſputat. 415. §. quando ſocietas, dicta ſunt: ibi enim polliciti ſumus nos hoc loco hæc fore explanaturos.

Quamuis Proculus, §. arbitrorum citato, tam in arbitris prioris generis, quàm poſterioris, comprehenderit, tum eos, qui extra iudicium circa contractus & circa alia definienda aſſumuntur, tum etiam eos, qui ad ferendam ſententiam iudicio priuato, auditis prius partibus, diſcuſſaque coram ipſis priùs cauſa aſſumũtur, ſiue ſeruata integra iudicij forma, ſiue multum de illa partium compromiſſo remiſſa, vt hactenus copioſè eſt comprobatum, in communitatem loquentium vſu frequentius, qui extra iudicium, quo ad contractus & alia, res ex pacto & compromiſſo partium aut iudicis iuſſu definiunt, peculiari nomine conſueuerunt arbitratores dici: ij verò, qui iudicio coram ipſis inito, ſiue ſeruata integra iudicii forma, ſiue non, res ex pacto & compromiſſo partium definiunt, arbitri conſueuerunt appellari.

9 Illud eſt obſeruandum, arbitros & arbitratores, de quibus dictum eſt, eatenus amicabiles compoſitores nuncupari poſſe, quatenus vt partes fugiant lites, ex compromiſſo earũdem partium in illis, quòd eorum definitione ſtabunt, illas componunt, amicabiliter, hoc eſt, extra iudicium publicum, & ſine cõcertatione in iudicio publico: quod ſæpe fit, diuidẽdo id, de quo erat controuerſia inter partes, aut adiudicando vni totum, illique iubendo vt tantum pecuniæ, aut alterius rei, alteri ſoluat, cum tamen in iudicio publico vni eorum tantum adiudicari totũ deberet, lege quæ de hac amicabili cõpoſitione tractatu. 2. Diſputat. 556. §. hoc loco, dicta ſunt. Hi autem arbitri & arbitratores dicuntur etiam mediatores inter partes ipſas. c. cum à nobis, de arbitris. Interdũ verò, nullo præuio compromiſſo, pactove partium, quod ſtabunt arbitrio ac definitioni aliquorum, ali-

A qui ſuo proprio motu, vel rogati à partibus ipſis, vel ab aliquo extraneo, accedunt vt illas ſuo iudicio atque arbitrio & autoritate componant, omnino dependenter à libero partium cõſenſu in tali arbitrio: atque hi magis propriè appellantur amicabiles compoſitores partium; eorumque arbitriũ nullam vim habet, niſi dependenter ex eo, quod partes in illo cõſentiant. Atque hi neque arbitri ſunt, neque arbitratores, de quibus hactenus habitus à nobis eſt ſermo, habebiturque in ſequentibus in tota hac materia. De eis verò eſt ſermo. l. idem Pomponius (& alias incipit, ſi de meis) §. recepiſſe. ff. de recept. arb. illis verbis: *Quod ſi hactenus* (id eſt, eo vſque ſolum) *interuenit, ut experiretur, an conſilio ſuo, uel autoritate, diſcuti litem peterentur, non uidetur arbitrium ſuſcepiſſe*, B quaſi. ſ. cogi poſſit ferre arbitrium ac ſententiã, iuxta ea quæ paulo antea de vero arbitrio Vlpianus ibidem præmiſerat. Vnde non eſt in eis verbis ſermo de arbitratoribus, de quibus Bart. & Panorm. loquũtur, vt cum Bart. §. arbitrorum citato, Panorm. n. 8. citato, & alii perperam volunt. De eiſdem, meo iudicio, eſt etiam ſermo in authentica ſi verò. C. de iud. & in authentico vt differentes iudices. §. 1. vnde illa authentica deſumitur, illis verbis: *Iubemus ſanctiſſimum Archiepiſcopum adire cum clariſſimo iudice, ut ambo per amicabilem conuentum diſſoluant, quæ dubia ſunt*, parteſque, ea dubia eis diſſoluendo, ſuis ſuaſionibus componant, concordareque inter ſe efficiant, *aut per annotationem in ſcriptis factam, aut cognitionaliter iudicetur inter litigantes, & forma detur iuſtitiæ* C *legibuſque conueniens.* Senſus quippe eſt, conueniãt, videantque, ſi partibus verbo tenus proponendo, quid rei veritas habeat, illas poſſunt amicabiliter cõponere: alioquin forma iudicii in ſcriptis ſeruetur, & ſententia pronuncietur, quæ cum iuſtitia ac legibus conſentiat. Non ergo ibi eſt ſermo de arbitratoribus, de quibus Bartol. & Panorm. loquuntur, vt perperam idem Bart. & Panorm. locis citatis intendunt. Multo autem minus eſt ſermo de eiſdem arbitratoribus. l. 1. §. inde quæritur. ff. de nou. oper. nũc. illis verbis. *Inde quæritur apud Marcellum, ſi poſt opus nouum nunciatum conueniat ſibi cũ aduerſario, ut opus faceret, an danda ſit conuentionis exceptio*, aduerſus eũ. ſ. qui nunciauit, quique nũciationem proſequi vult, quod ei obſtet conuentio illa facta. Et reſpondetur D dandam, quoniam licet pacta priuatorum impedire non poſſint iuris diſpoſitionem prætoriſque iuſſũ: illud tamen intelligitur, quando ea diſpoſitione ac iuſſu non intenditur bonum priuati, cui ſua conuentione & pacto cedit, vt in re propoſita euenit. Certè conuenire inter eum, qui opus nouum nunciauit & eum aduerſus quem nunciatum eſt, vt opus nihilominus fiat, neque eſt compromiſiſſe in arbitrum, neque in arbitratorem, neque arbitrum aut arbitratorem id definiuiſſe, quare mirandum eſt, autores prædictos eum textum citare, quaſi in eo ſermo de arbitratoribus extra contractum in iudicio ſit.

Qui ita, nullo præuio compromiſſo, aut pacto partium, componere eas circa ſuas controuerſias mo- 10
E liuntur dependenter à libero earundem partium cõſenſu, ſimiles ſunt, circa controuerſias inter partes iam ortas, proxenetis (*corredores* noſtri vocant) circa contractus inter partes ineundos, in quibus ipſi proxenetarum munus exercent. Proxenetæ. n. nõ ſolũ dant notitiã volentibus aliquid emere, quis illud vendat, volẽtibuſq; aliquid vẽdere, quis illud emet, & volentibus aliquid locare, quis illud cõducet, & è contra, ſed ẽt mediatores inter partes ſũt, vt illas ad cõcordiã circa ineũdos ac perficiẽdos eos cõtractus depẽdẽter ab ipſarũ libero cõſenſu, adducãt. Vnde ſicut iſti amicabiles cõpoſitores partium ſunt circa contractus ineundos ac celebrandos, ita illi amicabiles compoſitores ſunt controuerſiarum inter par-

tes

tes iam ortarum. Quo fit, vt proxenetæ ab illis alijs amicabiliter compoſitoribus in hoc differant, quòd proxenetæ ſint circa contractus innuendos ac celebrandos: illi verò alij circa componendas controuerſias inter partes ortas.

DISPVT. 31.

Diſcrimen inter arbitros iuris, & arbitros compromiſſarios, de quibus præcipuè eſt hoc loco ſermo. Et de arbitris teſtamentarijs.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſint arbitri compromiſſarij.*
2 *Qui ſint arbitri iuris.*
3 *Cum arbitris iuris computantur arbitratores, qui non à partibus, ſed à iudice eliguntur, ut iuxta ipſorum artem, quid de aliqua re ſentiant, dicant, ut quo ad dimenſionem & menſuram, quo ad valorem rei alicuius.*
4 *Iudices circa unam & eandem rem pro altera tantum parte litigantium ferre debent ſententiam.*
5 *Qui ſint arbitri teſtamentarij.*

1 Arbitrorum quidam ſunt, qui compromiſſarij dicuntur arbitri, eo quòd ex compromiſſo & pacto partium, quo ſe aſtringunt illorum arbitrio ac definitioni ſtare, vim habet ipſorum arbitrium; ſub quibus arbitratores etiam comprehendimus: alij vero ſunt, qui dicuntur arbitri iuris. Vnde arbitri compromiſſarij ſunt, in quos partes compromittunt eorum ſentētiæ ſeu definitioni ſtare, nulla lege aut ſtatuto ad id eos cogente. Atque hi nullam habent iuriſdictionem. iuriſdictio enim à lege eſt aut à principe mediatè vel immediatè, & non à partibus priuatis: hi vero arbitri per poteſtatem à partibus acceptam vi compromiſſi, ſeu pacti ea de re inter ipſas initi, ſententiam pronunciant, reſve definiunt, quę definitio partes vi talis pacti antecedentis obligat, lege non refragante, ſed annuente. Ea vero definitio arbitrium potius aut arbitramentum eſt dicenda, quàm ſententia: eo quòd non proferatur ab habente ad eam pronunciandum iuriſdictionem.

2 Arbitri vero iuris illi dicuntur, qui diſponente ac obligante ad id lege, aut ſtatuto, ſeu principis iuſſu, eliguntur ac ſententiam proferunt, ſiue ex diſpoſitione legis, ſtatuti, aut principis, eligātur à partibus, ſiue ab arbitris à partibus iam electis, quando non concordant, & vna cum arbitris à partibus electis ſententiam proferāt, ſiue lex illa talem arbitrum aut arbitros deſignet, vel aliquem alium eos deſignare præſcribat. Huiuſmodi autem arbitri iuriſdictionem habent, non ſolum ad iudicandum, ſed etiam ad ea, quæ ad ita iudicandum neceſſaria ſunt, vt ad teſtes vocandum, & ad eos cogendum vt teſtimonium dicant, & ad ſimilia alia ad ita iudicandum neceſſaria; eo quòd legis aut principis autoritate iudicent: cogique eiuſmodi arbitri poſſunt munus ſuſcipere: vt hæc omnia Diſput. 23. §. porrò eiuſmodi, explanatum fuit. Ibidem, §. gloſſa, adiecimus ac oſtendimus, eam iuriſdictionem extraordinariam eſſe, ea que de cauſa non competere illi conditiones omnes ordinariæ iuriſdictionis; annumerandam tamen eſſe cum ordinaria iuriſdictione, & non cum delegata, nec ineptè à gloſsa. ca. ſuſpicionis. de offic. deleg. verb. ad quos omnia, appellari quaſi ordinariam. Lege quæ ibi dicta ſunt.

Arbitri iuris ſunt illi, de quibus Diſput. 23. citata

A copioſè eſt dictum, eligi ex præſcripto iuris ad iudicandum de ſuſpicione, quando iudex aliquis delegatus aut ordinarius vt ſuſpectus recuſatur. Et quoniam ea de re, iunctis ijs, quæ Diſputat. 24. ſequenti addita ſunt, copioſè eſt dictum, nihil amplius de illis eſt hoc loco dicendum.

Aliquibus tn locis ſunt ſtatuta, vt coniuncti in certis gradibus, ſi controuerſiam inter ſe habeant, non contendant in iudicio publico, ſed arbitros eligant, qui inter ipſos iudicent. Quia vero talia ſtatuta in Hiſpanijs, quod ſciam, non ſunt, de eiuſmodi arbitris non dicam hoc loco. Sunt tamen arbitri iuris: & de eius longum ſtatutum habes Marci Antonij Blanchi. 3. tomo Tractatuum.

Si clericus cum ſuo Epiſcopo negotium habeat, B iubetur eligere arbitros, qui rem definiant, Epiſcopuſque, eſto in eo negotio ſuo clerico ſit ſuſpectus, cogere eum debet, vt ſecum arbitros eos eligat. Ita habetur. c. ſi clericus. 11. q. 1. iuxta gloſſam ibi verb. arbitros. Hi vero cum ex præſcripto eius iuris eligantur, vt eam cauſam definiant, arbitri iuris ſunt.

Quando ſunt duo reſcripta, vnum obtentum ab vna parte, & alterum à parte contraria, & eſt cōtrouerſia, quod eorum præualeat, tunc iudices vtriuſq; reſcripti iudicare ſimul debent, quod præualeat, niſi iudices vnius reſcripti deferant ac committant iudicibus alterius reſcripti, quod efficere optimè poſſunt: atque tunc erit ſtandum ſententiæ eorum; qui de illorum aliorum conſenſu iudicauerint. Quòd ſi omnes ſimul iudicent, neque conueniant in ſententia, C recurrendum eſt ad arbitros à parte vtraque electos, qui iudicent quod reſcriptum præualere debeat. Ita habetur. ca. paſtoralis, de reſcrip. & de hac re ſermo redibit infrà, cum de reſcriptis agamus. Hi itaque arbitri, cum ex præſcripto legis eligantur ac iudicent, arbitri iuris etiam ſunt.

Cum arbitris iuris computantur arbitratores, qui non à partibus, ſed à iudice eliguntur, vt iuxta ipſorum artem ac peritiam, quid de aliqua re ſentiant, dicant ac ſtatuant, vt quoad dimenſionem & menſuram, quoad valorem rei alicuius, quoad vulnus an fuerit lethale, vel ex illo aut aliunde vulneratus obierit, quo ad morbos an periculoſi ſint, & tales, vt propter illos concedendum alicui ſit, vt è carcere egrediatur, & an quod alicui eſt propinatum, vel propi- D nari eſt attentatum, venenum ſit. Sic etiam deputantur obſtetrices, quę iudicent, an grauida ſit, vel non. Et in alijs multis euentibus deputantur à iudice arbitratores, quos *veedores* ſæpe vocant, qui de aliquibus ad ipſorum artem ac peritiam attinentibus iudicent. Cum autem hi iuxta legum præſcriptum publica iudicis autoritate in ſimilibus euentibus arbitramenta proferent, quibus, ſi irrationabilia & iniqua non deprehendantur, in iudicio ſtatur, neque id efficiant ſola electione compromiſso in illis ac pacto partium, vtique ad arbitros ſeu ad arbitratores iuris pertinent, & non ad compromiſſarios arbitratores. 3

Iudices circa vnam & eandem rem pro altera tā- 4 E tum parte litigantium ferre debent ſententiam. Euenit vero aliquādo, rem adeo eſse dubiam, vt pro neutra parte tutò audeant ferre ſententiam, rem integrā alteri adiudicando, maximè quādo neutra partium cæperat rem illam bona fide poſſidere, vt quando contenditur quis ſuccedere debeat in aliquibus bonis, ſiue liberis, ſiue vinculatis. Ea de cauſa pręſes & ſenatores regalium prætoriorum ſæpe ſolebant præcipere litigantibus, vt in eoſdem iudices compromitterent tanquam in arbitros, qui illos tanquam iudices arbitri componerent, rem neutri integre adiudicando, ſed illam inter ipſos diuidendo, ſaltem iubendo ei, cui adiudicaretur, vt aliquid alteri compenſaret pro quantitate dubij, quod eſset an ad illum res

illa

illa attineret. Id in hoc regno prohibetur præſidi & ſenatoribus efficere, niſi Rege conſulto priùs in vnoquoque ſimili negotio in particulari, Regeque id concedente ac ſtatuente, vt habetur. l. 13. tit. 5. lib. 2. nouæ collect. In hoc autem euentu, quando id ex præſcripto Regis fieret, diceremus hos arbitros non compromiſſarios propriè, ſed iuris potius eſſe nuncupandos, cum arbitriſve iuris eos potius eſſe annumerandos.

5 Vt bene Ioan. Baptiſta, lib. 1. de arbitris. capit. 9. notat, præter duo genera arbitrorum & arbitratorũ hactenus explicata, diſtinguendum eſt tertium genus arbitrorum & arbitratorum teſtamentariorum. Si enim quis ſub teſtamento aliquos hæredes inſtituat, aut aliquid aliquibus relinquat, præſcribens eis, vt, ſi dubium aliquod circa id fuerit exortum, ſtetur arbitrio aut arbitramento talis vel talis, ſanè eo ipſo, quod poſt teſtatoris mortẽ hæreditatem adeunt, aut legata acceptant, tacitè conſequenter ſe aſtringunt, ſtare arbitrio aut arbitramento illius aut illorum, atque adeo illi verè ſunt arbitri aut arbitratores, ſi quid diſſidij aut difficultatis circa id inſurgat. Et quia ſunt tales, non ex præſcripto iuris aut principis, neque vi proprij eorum pacti ac compromiſſi, qui ſtare ipſorum arbitrio aut arbitramento tenentur, ſed vi teſtamenti, diſpoſitioniſve teſtatoris, ſequuta aditione hæreditatis, acceptationeque legatorum, meritò teſtamentarij, tanquam tertium genus diſtinctum à duobus generibus præcedentibus, nuncupantur ac diſtinguntur. Quando item teſtator aliquid alicui relinquit, taxandum arbitrio alicuius, tunc arbitratorem ſummæ talis legati eum reliquit, de quo arbitratore teſtamentario ſermo eſt. l. 1. ff. de leg. 2. & l. fideicommiſſum. §. quamquam. ff. de leg. 3.

Sicut teſtamento, aut alia vltima voluntate, poteſt aliquid relinqui ſub ea obligatione ac modo, vt ij, quibus relinquitur, teneantur orto aliquo dubio circa id ſtare definitioni alicuius, vel aliquorum, vel commodo, vt id inter eos arbitrio alicuius aut aliquorum diuidatur, ſequutaque aditione hæreditatis, aut acceptatione legati, vel donatione cã mortis, virtute acceptantes, cenſentur eo ipſo compromittere in tales arbitros aut arbitratores, ſeu ſtare modo cum quo ea bona fuerunt ipſis relicta: ita res euenit, ſi aliquid aliquib. donatione inter viuos ſub ſimili modo ac onere donetur, de qua re Ioan. Bap. 6. lib. de arb. cap. 5.

DISPVT. 32.

De compromiſſo in arbitrum, aut in arbitratorem. Et de varijs illius modis.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum, quo partes compromiſſarios arbitros eligunt, ſibique mutuò promittunt illorum arbitrio ſtare, liberum ac voluntarium eſt, vt fiat aut non fiat ex parte ita compromittentium, item ex parte arbitrorum, antequam conſentiant & acceptent ſe arbitros eſſe.*

2 *Compromiſſum hoc perficitur ſolo conſenſu exterius inuicem expreſſo, aut nutibus.*

3 *Niſi apertè conſtet compromiſſum inter partes interueniſſe, quo manifeſtè conſtet ſe intendiſſe obligare ſtare illorum arbitrio, non cenſetur tale compromiſſum eſſe factum, parteſque teneri eam rem coram illis proſequi, eorumq; definitioni ſtare.*

4 *Compromiſſum interdum tranſire efficitur in contra-* A *ctum nominatum adiectione ſtipulationis ex vtraque parte.*

5 *Cum contractus compromiſſi ex parte arbitrorum, ita vt partes audire & ferre arbitrium teneantur, conſenſu & acceptatione eorum completur, Prætor neminem ad id cogit, at poſtquam ſemel conſentiũt, munuſque acceptant, prætor ſuam interponit authoritatem.*

6 *Si partes compromittant in aliquem & aliquos, & illi ſimul conſentiant ſe eſſe arbitros, tunc contractus eſt perfectus ex parte compromittentium & compromiſſariorum.*

7 *In compromiſſo ea exprimi debent, ad quæ arbitrandum à compromittentibus in arbitris aut arbitratoribus facultas ei conceditur.*

B Qvoniam à compromiſſo ac pacto, quo aliquis aut aliqui in arbitros aut in arbitratores eliguntur, quorum arbitrio ac definitioni à partibus ſtetur, tanquam à fundamento pendet, quod aliquis aut aliqui arbitri aut arbitratores compromiſſarij ſint, & quod illorum arbitriũ ſeu definitio vim habeat, vt ex ſe & ex dictis facilè patet, atque ex dicendis erit magis manifeſtũ, à compromiſſo erit ordiendum.

Eiuſmodi compromiſſum, quo partes compromiſſarios arbitros aut arbitratores eligunt, ſibique mutuo promittunt illorum arbitrio ac definitioni ſtare, vt ex ſe & ex dictis ſatis patet, liberum ac volũtarium eſt, vt fiat aut non fiat, ex parte ita compro- 1
C mittentium, itemque ex parte arbitrorum ac arbitratorum, antequam conſentiant & acceptent ſe arbitros aut arbitratores eſſe, vt habetur. l. 29. tit. 4. par. 3. idque perinde atque emptio & venditio, & regulariter alij contractus, dum fiunt, liberi ſunt vt fiãt, aut non fiant, ex parte eos inuenientium, vt autem explicemus quantum compromiſſum, poſtquam celebratum eſt, partes aſtringat illi ſtare, ſtareque arbitrio ac definitioni arbitrorum ſeu arbitratorum, & quantum arbitros aut arbitratores aſtringat rem ex parte ſua proſequi ac definire, poſtquam ſe eſſe arbitros aut arbitratores ea in re conſenſerunt ac acceptarunt, quemadmodum & cæteri contractus, poſtquam celebrati ſunt, contrahentes aſtringunt: obſeruandum eſt.

D Compromiſſum contractum eſſe reſpectiuum ac oneroſum, quo vnuſquiſque compromittentium ſe aſtringit ſtare definitioni arbitrorum, aut arbitratorum, vt alter viciſſim ſimiliter ſibi aſtringat eidem ſtare definitioni, vt ex ſe & ex dictis Diſputatione 30. & tractatu ſecundo, Diſputatione 252. 253. & 556. §. ex definitione, conſtat. 2

Idem eſſe contractum innominatum, facio, vt facias, id eſt, aſtringo me ſtare ei definitioni, vt tu ſimiliter te mihi aſtringas, vt ex dictis Diſp. 253. & 556. liquet. Compromittere enim, hoc eſt, ſimul ac mutuo ſibi promittere, alijs quoque contractibus conuenit, ac proinde hic contractus non habet pro-
E prium & peculiare nomen, vt habent venditio, locatio, & alii nominati contractus, ſed ſolum per accommodationem ac appropriationem: ſicut permutationis nomen, alioquin alijs contractibus commune, appropriatur contractui innominato, do vt des, eaque de cauſa permutatio non eſt contractus nominatus, ſed innominatus, vt Diſp. 253. citata explanatum fuit.

Perficitur vero ſolo conſenſu exterius inuicem expreſſo, vt affirmat Ioan. Baptiſta lib. 5. de arbitris. c. 1. num. 2. & ex dictis tract. 2. Diſp. 254. tacitè intelligitur. Vocabulum enim compromiſſio non factũ aliquod atq; opus ſignificat, vt ſignificant ac ſonãt vocabula mutuũ, cõmodatũ, depoſitũ, pignus, permu-

permutatio, & alium contractum, qui opere perficiuntur, ſed ſignificat conſenſum exterius expreſſum, vt ſignificant vocabula emptio, venditio, locatio, concluſio, ſponſalia, & cætera contractum, qui conſenſum perficiuntur, vt ex explanatis Diſp. 254. citata hæc omnia perſpicua ſunt. Quo fit, vt compromiſſum voce, epiſtola, ac nutibus, atq; per internuntium, tam inter præſentes, quàm inter abſentes, perfici poſſit, vt Diſput. 254. citata vniuerſim de contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, explicatũ eſt. Si tamen celebrare volentes hunc contractum, illũ, ſuſpendant, vt ſcriptura perficiatur, tunc non perficitur, neque vllam obligandi vim habet quouſque ea de re perfecta omnino ſit ſcriptura, iuxta ea quæ explanata ſunt eadem Diſput. 254. & Diſput. 337. à §. quæ dicta ſunt: hocq; loco poſteriori expoſuimus, quando celebrantes contractus ſuſpendere illos cenſeantur, aut non cenſeantur, vt ſcripturæ perficiantur, tum de iure communi ac Luſitano, tum etiam de iure huius regni. Vnde quando in calce legis 23. titu. 4. part. 3. ſic dicitur, *E de todas eſtas coſas, que las partes puſieren entre ſi, quando el pleyto meten en mano de auenidores, deue ende ſer fecha carta por mano de eſcriuano publico, o otra que ſea ſellada de ſus ſellos: porque no pueda uacer deſpues ninguna duda:* quando, inquam, ſic in ea lege dicitur, vt bene ibi Greg. Lopez gloſſa vlt. notat, non idcirco, quaſi ad perficiendum eum contractum, ad illumque probandum neceſſaria ſit ex ſcriptura, & non ſufficiant teſtes, ſed melius res conſtent ac probētur, ſi ita neceſſe ſit. Idem vero eſt procul dubio dicendum de compromiſso in arbitrum preſsè ſumptum pro eo, qui formam integram iudicij ſeruare debet, quicquid cogitandum ibi Gregor. Lopez lectori relinquat: quippe cum id etiam compromiſſum ſolum conſenſu exterius expreſso perficiatur, vt dictum eſt. Neque quicquam obſtat. l. 1. ff. de recep. arb. quæ habet, arbitria redacta eſse inſtar iudiciorum, ordinariorũ ſcilicet, quæ ſcripto peragũtur: licèt enim cognitio cauſæ & eius ſententia ac definitio ſcripto peragi debeant: compromiſsum tamen, partium in talem arbitrum id nõ requirit, ſed ſolo conſenſu mutuo exterius expreſso perficitur, teſtibuſque probari poteſt. Id quod apertiſſimè conſtat ex. l. 2. C. de recep. arb. vbi apertè eſt ſermo de arbitro, etiam preſſiſſimè ſumpto, atq; de compromiſso in illo ſic dicitur: *Sancimus in eos arbitros, quos prædicimus, & quos talis conſenſus elegerit ſub eo pacto, vel in ſcriptis vel in non ſcriptis habito, ut eorum definitioni ſtetur, &c.*

3 Quãuis, vt dictum eſt cõpromiſsũ in arbitros, aut in arbitratores, perficiatur ſolo cõſenſu exterius expreſso, etiam nutibus, ex quibus conſtet partes intẽdiſse ſe obligare ſtare arbitrio ac definitioni eius, aut eorum, quos ſibi tali compromiſso ad id eligũt; quia tamen, vt Diſputa. 30. dictum eſt, ſæpe res pertractatur apud amicabiles compoſitores dependenter à libero partium conſenſu in eorum arbitrio, ad eoſque eo modo confugitur; ſane, niſi aperte cõſtet cõpromiſsum in illos interueniſſe inter partes, quo manifeſtè conſtet ſe intendiſse obligare ſtare illorũ arbitrio ac definitioni, cenſendum non eſt tale compromiſsum eſse factum, parteſque teneri eam rem coram illis proſequi, eorumque definitioni ſtare: maximè cùm, ſecluſo partium compromiſſo, quoad id ſe intendant obligare, nullam poteſtatem eiuſmodi arbitri aut arbitratores habeant ad rem definiendam, parteſque ſua definitione quoquo modo obligandum. Vnde plus iuſto exiſtimo Ioannem Baptiſtam. 6. lib. de arbitris. ca. 1. & ſequentibus extendere, cenſendum in aliquibus euentibus, de quibus ibi agit, interueniſse partium compromiſsum.

4 Compromiſsum interdum tranſire efficitur in cõtractum nominatum adiectione ſtipulationis ex

A vtraque parte, vt tractatu. 2. Diſp. 255. & Diſp. 556. dictum eſt. Cæterum vt in contractum nominatum adiectione ſtipulationis tranſeat, neceſse eſt, vt vterque compromittentium præſens ſit, vt ex dictis tractatu 2. Diſput. 254. conſtat. Interdum vero in compromiſso pœna apponitur ei, qui illi ac definitioni arbitri aut arbitratoris non ſteterit. Atque interdum ſimul pactum vallatur ſtipulatione, & appoſitio ac promiſſio pœnæ ſtipulatione etiam vallatur. Interim dum quoque compromiſsum iuramento firmatur, ſiue ſimul interueniant ſtipulatio ac promiſſio pœnæ, ſiue non, vt hæc omnia ex parte dicta sũt Diſput. 556. citata, & ſequentibus diſputationibus copioſè de his eſt etiam agendum.

Cum autem contractus compromiſſi ex parte arbitrorum, aut arbitratorum, ita vt partes audire & ferre arbitrium ſeu arbitramentum ac definitionem teneantur, conſenſu & acceptatione eorum cõpleatur, quoniam vt habetur l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr. Prætor neminem ad id cogit, eo quod id liberum & abſque vlla neceſſitate ex parte illorum ſit, attamen poſtquam ſemel conſentiunt, munuſque acceptant, Prætor ſuam interponit autoritatem, eoſque cogit vt officium, quod in ſe receperunt, impleant: cum, inquam, ad eum effectum (vt ex eo iure atque ex ſe liquet) acceptatione ſeu conſenſu arbitrorum ſeu arbitratorum exterius expreſso is contractus compleatur, ſanè arbitrorum præſentia ex eo capite idẽ contractus non indiget, vt ex eo pacto nudo ad id arbitri aut arbitratores teneantur, eo modo quo id pactum nudum (iuxta ea quæ dicenda ſunt) poteſt eos ad id obligare, ſed ſatis eſt, ſi per epiſtolam aut per internuncium in id conſentiant, aut alio modo abſentes ac diſtantes à compromittentibus in ipſis, vt rectè Ioan. Baptiſta. lib. 6. citato. cap. 1. ait. Si tamẽ ſtipulatione ad id ſe eſsent obligaturi, neceſsaria eſset eorum præſentia, vt ex dictis Diſput. 254. citata patet. 5

B

C

Si partes compromittant in aliquẽ aut in aliquos, & illi ſimul acceptent ac conſentiant ſe eſse arbitros aut arbitratores, tunc contractus eſt perfectus ex parte compromittentium & compromiſsariorũ; hoc eſt, eorum in quos vt in arbitros aut in arbitratores compromittitur, pro qualitate contractus, ſiue ſit pactum nudum, & ſiue ſtipulatione, additione pœnæ, aut iuramento inſuper firmetur, ſiue non. 6

D Quando autem partes compromittunt in aliquem, (idem intellige in aliquos) qui ſit poſtea acceptaturus, tunc deſignare illum poſsunt purè, aut ſub conditione, & certum in indiuiduo, aut certũ in aliqua qualitate, & incertum, quiſnam ſit, qui illam ſit habiturus, vt in eum qui eligeretur ad hoc vel ad illud munus, vel qui talem vel talem aliam qualitatem habuerit. Poſsunt etiam eligi duo, vel tres, aut plures, ſub conditione, vt ſi unus non acceptet, ſit alius, & ſi hic alius non acceptet, ſit alius, &c. Poſsunt etiam compromittere in eum, quem tertius aliquis deſignauerit, aut ad id elegerit, vel in eos, quos deſignauerit aut elegerit, vt patet. cap. penult. de arb. Atque

E in omnibus his, & in aliis ſimilibus euentibus, ſi cõpromiſsum factum ſit in aliquem, ſub aliqua conditione, tunc, ſi conditio deficiat, expirat omnino cõpromiſsum, ſi uero impleatur, tenentur compromittentes niſi in conſenſu mutuo recedere velint à contractu ad illum accedere, illique id ſignificare, atque ſi acceptet, perfectum manet compromiſsum: ſi uerò non velit acceptare, expirat compromiſsum. Quando autem compromiſsum factum fuit purè, tenentur compromittentes adire ſimiliter ſingulos, in quibus compromiſerunt, ſeruato ordine, ſi quem ita tuerunt, atque ſi aliquis eorum acceptet, completus eſt contractus, ſi vero nullus acceptare velit, expirat contractus. De compromiſso autem in eum, quem duo

duo tales elegerint,ſanè ſi conueniant, & ita electus acceptet, perficitur contractus: ſi vero eligere non velint,aut non conſentiant in eundem,vel eſto conſentiant,ita electus acceptare non velit,expirat contractus. Si compromittant in eum, quem poſtea ipſi eligent: ſi eueniat eos concorditer eligere, & ille acceptet,perficitur contractus: alioquin nullus redditur. Et cum ab arbitrio cuiuſque eorum pendeat, nō conſentire in eo,quem alius elegerit, nullas ſanè vires habet is contractus ad alterum obligādum. Hęc omnia ex ſe notiſſima ſunt,& quatenus Ioan. Bapt. lib.6.citato.cap.12. in eis conſentit, approbo illius ſententiam.

Si compromittant duo in Petrum aut in Paulum, tunc is erit arbiter,quem compromittens elegerit poſtea ex illis duobus,atque ſi is acceptet, cogetur à iudice ordinario in cauſa progredi & ſententiam ferre. Et hoc eſt quod habetur l.item ſi vnus.§.item Pōpon.verſ.ſed ſi ita.ff.de recep. arb.

7 In compromiſſo ea exprimi debent,ad quæ arbitrandum ac definiendum à compromittentibus in arbitris,aut arbitratoribus, facultas eis conceditur; quoniam arbitrium ac definitio excedere non poteſt facultatem à compromittentibus conceſſam, & in compromiſſo contentam: ſi autem excedat, eſt nullum quo ad id arbitrium ac definitio. Ita habetur.l. non diſtinguamus.§.de officio.ff.de recep.arbit. & l.26.tit.4.par.3. Poſſunt tamen,clauſula multa comprehendente,exprimi ea multa in eo compromiſſo, vt ſi dicatur,compromittimus in talem, aut in tales, quæſtiones omnes, quæ inter nos ſunt,aut ſimilis alia clauſula multa comprehendens apponatur,vt habetur l. idem Pomponius (alias ſi de meis) in prin. l.ſi cum dies.§.plenum.ff.de recept. arbitr. & l.23. tit.4. parte 3.

DISPVT. 33.

De varijs clauſulis appoſitis interdum in compromiſſo. Et de poteſtate arbitris & arbitratoribus compromiſſo eis clauſulis data.

SVMMARIVM.

1 *In compromiſſis apponi conſueuerunt clauſulæ, quod arbitri procedant non ſeruata forma & ſolemnitatibus iudicij,ſed ſummariè & de plano, ſine figura iudicij,ſeruata tantum æquitate:quæ clauſulæ validæ ſunt & vim habent.*

2 *Quando aliqui dicerent ſe compromittere in aliquem, vt in arbitrum & in arbitratorem,nihil aliud adijciendo,nec exprimendo modum, quem in procedendo ſeruare deberet,niſi ex circunſtantijs concurrentibus intelligeretur partes eis verbis aliud intendiße, relicta eſt ei optio, vt ſeruata iudicij forma vel non ſeruata procederet,prout vellet.*

3 *Quando in aliquem vt in arbitrum compromitteretur,nihilq; exprimeretur vnde intelligeretur vt procederet non ſeruata iuris forma,illam omnino ſeruare teneretur in procedendo & arbitrando.*

4 *Quando partes in aliquos compromittunt cum facultate vt procedant non ſeruata forma iuris, ſeruata tantum æquitate, & ſine ſtrepitu iudicij, arbitri tales audire debent, quæ partes proponere velint.*

5 *Quando autem partes non concederent ſolum facultatem arbitris,vt procederent non ſeruata forma iudicij,ſed etiam compromiſſo eis præſcriberent, vt eā formam non ſeruarent,tunc ſeruare non poßent, par*

A *tibus aut earum altera inuitis, formam, quam ex forma compromiſſi intelligeretur, partes intendiſſe vt non ſeruarentur.*

6 *Neque arbitri neque arbitratores quidquam ſcienter aut ex ignorantia craſſa, & lata culpa in examinandis meritis & iure vtriuſque partis, tollere poſſunt de iure unius partis,et tradere alteri,niſi id eis à partibus ipſis efficere concedatur.*

7 *Quando vna pars ad vitandos ſumptus litium conſētiret,vt arbitri aut arbitratores ſcienter aliquid de iure ipſius tollerent, ac traderent alteri parti, tunc arbitri & arbitratores licitè id efficiunt, quantum intelligunt contentam eſſe partem de cuius iure tollunt,nec proinde ad vllam reſtitutionem eius damni ei tenentur.*

B 8 *Inualidum eſt compromiſſum, quo aliquid in aliquē compromittitur,eum aſtringendo, vt in iudicādo aliquem conſulat,eorumq; conſilium ſequatur.*

IN compromiſſo non ſolum apponi conſueuerunt clauſulæ, intra quantum tēpus arbitri pronunciare debeāt ac definire ſuum munus, & in quo loco iudicare ac pronunciare debeant, de quibus rebus commodius dicetur inferius: ſed etiā circa cognoſcendi ac pronunciandi modum clauſulæ ac pacta varia apponi etiam in compromiſſo aſſueuerunt.

Hinc in compromiſſis apponi conſueuerunt clauſulæ, quod arbitri procedant non ſeruata forma & 1 ſolemnitatibus iudicij,ſed ſummariè & de pleno ſine C ſtrepitu & figura iudicij,ſeruata tantum æquitate. Atque cum compromiſſariorum arbitrorumve, in quos à partibus compromittitur, poteſtas tota à compromiſſo, facultateve à partibus compromiſſi, pro libito eis data pendeat,vt ex ſe liquet,& ex.l. nō diſtinguamus.§.de officio.ff.recept.arbit. atque ex alijs iuribus conſtat, ſanè dubium eſſe non poteſt, has clauſulas,ſeu pacta, & ſimilia alia,quæ cum bonis moribus non pugnant, vim habere, validaſque eſſe, conſentitque communis doctorum ſententia, quam Ioan. Bapt.l.7.de arbitr.cap 4. num.1. refert ac ſequitur. Neque refert, quod iudicibus ordinarijs ac delegatis partes remittere non poſſint, vt procedant forma iudicij minimè ſeruata,vt tradit gloſſa.cap.de cauſis.verb.de conſenſu partium,de offic. D deleg.& cum illa affirmat communis doctorum ſententia, ſed id eis remittere ad ſolum Principem legum conditorem ſpectat,in eo, quod pro communi vtilitate alioquin eſt ſtatutum, ex rationabili cauſa interdum in aliquibus euentibus diſpenſando,à quo Principe tales iudices mediatè aut immediatè habēt ſuam poteſtatem ac iuriſdictionem. ſecus enim res habet in arbitris,quibus,vt à partibus habent totam poteſtatem inter ipſas eo modo iudicandi, ſic modum quem ſeruare in iudicando inter eas poſſint, aut debeant, præſcribere poſſunt, remittendo illis de forma iudicandi,quod voluerint, vt Ioan. Bapt. lib.8.de arb.ca.7.& ſequentibus cum communi doctorum ſententia rectè affirmat, & probat. l.diem E proferre §.ſi quis litigatorum.ff.de recep.arbit. illis verbis, niſi in compromiſſo hoc ſpecialiter expreſſum ſit,quo in loco ſermo eſt de ſolemnitate in pronunciando non ſeruata.

Quando aliqui dicerent,ſe compromittere in aliquem, vt in arbitrum & in arbitratorem, aut vt 2 in arbitrum vel in arbitratorem, nihil aliud adijciendo, nec exprimendo modum, quem in procedendo ſeruare deberet, credo, niſi ex circunſtantijs concurrentibus perſpicuè intelligeretur partes eis verbis aliud intendiſse, relictam illi eſse optionem, vt ſeruata iudicii forma ac ſolemnitatibus, vel eis minimè ſeruatis, procederet, pro vt vellet, ac melius iudicaret: ea enim verba ortum habuiſſe vi-

ſe videntur ex opinione Bart. & frequenti doctorũ, quòd id ſit diſcrimen inter arbitrum & arbitratorẽ, quòd arbiter ſeruare debeat formam & ſolemnitates iudicij: arbitrator verò non item.

Quando in aliquem vt in arbitrum compromitteretur, nihilque exprimeretur, vnde intelligeretur vt procederet non ſeruata iuris forma, illam omnino ſeruare teneretur in procedendo ac arbitrando ſeu definiendo, iuxta l. 1. ff. de recep. arb. & communem doctorum ſententiam: alioquin inualida eſsẽt, quæ talis arbiter ageret, ea integre non ſeruata. Vt tamen in præcedentibus dixi, raro in Hiſpanijs cõpromittunt aliqui in aliquem, aut in aliquos, vt ſeruent iuris integram formam in procedendo & iudicando: ſi enim id vellent, potius cõtenderent eo modo coram iudicibus ordinarijs aut delegatis. Quando autem partes formam iudicij remitterent, aut compromitterent in aliquem vt in arbitratorem, ex eo quòd adijcerent, vt nihilominus teneretur ſeruare integrum iuſtitiæ & iuris rigorem in arbitrando, ſanè nihil ſecum pugnarent. Quoniam adiectione eius clauſulæ ſolum ſignificaretur ac intenderetur, neutram partem velle vt quicquam de iure ſibi debito, & de iuſtitia, quam in ea re haberet, velle ab ipſa auferri & tribui alteri parti, etiam pro bono pacis, (cuius tamen contrarium ſolet interdum à partibus arbitris & arbitratoribus pro bono pacis, atq; vt ceſſent lites, concedi) ſed velle vt is arbiter integrum ius cuique parti tribuat, nihilque omnino præiudicet cuiuſque earum iuſtitiæ, quam in ea procedendi forma nouerit ad ipſum attinere.

4 Quando à ſupremo Principe lege aut reſcripto aliquo conceditur, aut præcipitur, iudicibus delegatis vel ordinarijs, vt in aliquibus cauſis procedant ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, Clemens quintus clement. ſæpe, de verbor. ſignific. propter varias interpretationes, quæ eis verbis à doctoribus adhibebantur, expoſuit, quid ea verba ſignificarent, & quæ princeps remittere de forma iudicij, & quæ non remittere, eis verbis eſſet cenſendus: de qua re commodius ſuo loco in hoc quinto tractatu dicetur. Quod verò ad rem præſentem de arbitris attinet, credo, quando partes in aliquem aut in aliquos compromittunt cum facultate, vt procedant non ſeruata forma & ſolemnitatibus iuris ſeu iudicij, ſed ſummariè & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii, ſeruata tantum veritate & æquitate arbitros tales audire quidem debere, quæ vnaquæque partium proponere pro ſua iuſtitia velit, ea que omnia eos videre, expendere, ac examinare debere, quantum ſit ſatis, vt rei veritatem more humano intelligere ſufficienter valeant, atque tunc vocatis partibus, ſi præſentes non ſint, proferre coram illis arbitrium ſeu definitionem ſuàmve ſententiam eos debere, neque eſſe neceſſariam aliam ſolemnitatem: quoniam omnis alia ſolemnitas eis compromiſſi verbis cenſetur illis remiſſa. Idem exiſtimo eſſe, ſi non omnia ea verba in compromiſso apponantur, ſed quædam eorum tantum, aut ſimilia alia, ex quibus prudentis arbitrio intelligatur, id partes eis verbis eoque compromiſſo intendiſse. Atque quando, auditis ac examinatis quæ à partibus eſsent propoſita, eo modo, quo à partibus eſſent propoſita, partes ſine tergiuerſatione aliqua contentæ eſsent, vt arbitrium, definitio, ſeu ſententia ipſis præſentibus, per ſe vel per interpoſitas perſonas, quas ad id deputarent, vel etiam ipſis abſentibus, proferretur, ſanè tunc omnis illa ſolemnitas eſſet cenſenda ab ipſis remiſſa. Conſentiunt autem in his omnibus Ioan. Bapt. lib. vndecimo, de arb. cap. primo, & ſequentibus, cum communi doctorum ſententia, quam ad ſingula citat. Sic verò frequentiſſimè hodie in his regionibus compromittitur, ac exami-

A nantur cauſæ ab arbitris, & peraguntur ac pronunciantur arbitria, arbitrorumve ſententiæ, ſeu definitiones. Vi autem compromiſſi poſſunt eiuſmodi arbitri ſeu arbitratores (vt multi doctores eos nominant) vocare partes, vt coram ſe ad aliqua neceſſaria compareant, reliquaque efficere ac præcipere & expedire, quæ ad munus ipſis compromiſso iniunctum fuerint neceſsaria: quoniam eo ipſo, quòd partes in aliquem quo ad aliquid compromiſerunt, eo compromiſso ac contractu cenſentur ea omnia illis concedere, ad eaque omnia eodem contractu ſe obligare, vt rectè Ioan. Baptiſt. leg. vndecima, citato c. ſexto, & ſequentibus affirmat. Quòd ſi arbiter aut arbitrator ex ſuperueniente cauſa (idem intellige de antecedente occulta, quæ de nouo detega-

B tur, cum ſit eadem ratio) ſuſpectus fiat, recuſari poteſt ad effectum vt ceſset, atque ſi ceſsare non velit, cogatur ab ordinario, & vt arbitrium illius non valeat, ſed repelli poſſit doli exceptione, nec pœna compromiſso ſtatuta incurratur, ſed ſimiliter excipi aduerſus illam exigentem poſſit doli mali exceptione, vt habetur. l. non diſtinguamus. §. cum quidam. ff. de recep. arbit. idemque habere locum non minus in arbitratore, quàm in arbitro, rectè affirmat Ioan. Bapt. lib. 11. citato, cap. 9. & habetur. l. 31. tit. 4. part. 3. & conſentit Greg. Lopez ibi cum aliis, quos citat, etiam quoad cauſam ſuſpicionis præcedentem de nouo cognitam.

Quando autem partes non concederent ſolum facultatem arbitris, vt procederent prædicto mo- 5

C do non ſeruata forma & ſolemnitatibus iudicii, ſed etiam compromiſso eis præſcriberent, vt eam formam & ſolemnitates non ſeruarent, tunc ſeruare non poſsent, partibus, aut earum altera, inuitis, formam & ſolemnitates, quas ex forma compromiſſi intelligeretur partes intendiſse, vt non ſeruarentur: quoniam ſemper eſt ſtandum diſpoſitioni compromiſſi.

Ex eo autem, quòd partes in compromiſso concedant, aut præſcribant arbitris, vt de plano & ſine iudicii ſtrepitu procedant, non ſeruata forma & ſolemnitatibus in iudiciis conſuetis, ſanè nõ deſinunt eſse arbitri, vt probè Ioan. Bapt. lib. 8. cap. 7. citato & ſequentibus aduerſus multos affirmat. Sicut enim iudices delegati & ordinarii non deſinunt eſse

D tales ex eo, quod eis à Principe concedatur, aut præſcribatur, vt procedant ſummariè ac de plano non ſeruatis ſolemnitatibus iure alioquin præſcriptis: ſic arbitri ex eo, quod partes eis concedant, aut præſcribant, vt prædicto modo procedant, non deſinunt eſse arbitri, vt cauſam modo illis conceſſo aut præſcripto ſufficienter audiant, expendant, ac examinent, arbitriumque ſeu ſententiam circa illam pronuncient. Multa autem Ioan. Baptiſta eo capite & ſequentibus prodigit verba ad examinandum, quando, remiſſis variè forma & ſolemnitatibus iuris ijs, in quos partes compromittũt, cenſendi ſint arbitri, & quando cenſendi ſint arbitratores, iuxta modum illum loquendi Bartoli & fre-

E quentem apud doctores, Diſp. 30. à nobis impugnatum. Nobis vero ſemper in hac materia erit loquendũ iuxta veriſſimum modum ex iure & ex natura ipſa rei depromptum, eaque Diſput. 30. copioſè explanatum.

Neque arbitri neque arbitratores quicquam ſciẽter, aut ex ignorantia craſſa & ſupina, latave culpa 6 in examinandis meritis & iure vtriuſque partis, tollere poſſunt de iure vnius partis & tradere alteri, niſi id eis à partibus ipſis efficere concedatur. Atque ſi contra eius partis voluntatem, de cuius iure tollunt, id efficiant, reſtituere illi tenentur damnum totum, quod ei fuerit inde ſequutum, tanquam iniuſtæ totius eius damni cauſæ. Ex eo autem,

tem,quod arbitrorum aut arbitratorum iudicio aut arbitrio partes committant eius rei definitionem, quam in ipſos compromittunt,neutra pars cenſetur concedere eis facultatem, vt licitè de ipſius iure poſſint aliquid tollere & tribuere alteri. Nomine enim iudicij & arbitrij, rectum, nomineque iniquum & culpabile intelligitur: nullusq; eſt præſumendus velle,vt de ipſius iure tollatur,& tribuatur alteri,niſi id ſufficienter exprimat: eis autem verbis ſufficienter non exprimitur.

Quando autem id partes alijs verbis ſufficienter exprimerent, varijs ex cauſis poſſet id prouenire. Primò,animo condonandi ac efficiendi eam liberalitatem: quod raro eſt præſumendum. Atque tunc tantum fas eſſet arbitris,aut arbitratoribus, auferre de iure vnius partis,& tribuere alteri,quantum præſumerent partem,à qua id iuris auferunt,eſſe contẽtam,velleque id condonare,& non plus. In eo autẽ euentu & arbitri, aut arbitratores, poſſent licitè id efficere,& pars altera,cui id tribuitur,aut adiudicatur,tuta conſcientia poſſet illud retinere. Quoniam ex merè libera ac gratuita voluntate alterius partis id fieret: volenti autem ac conſentienti,plena libertate,nulla fit iniuria.

Secundò,poſſent id partes velle,ad litium sũptus ac moleſtias vitandas, redimendamque propriam vexationem: in quo euentu pars, de cuius iure auferretur,ac tribueretur alteri, inuoluntariè mixtè ſanè conſentiret,non minus,imò plus, quàm qui ad vſuram pecuniam accipit,inuoluntariè mixtè conſentit ac vult vſuras inde ſoluere. Atque tunc, ſi vtraque pars conſentiat, quia res eſt valde perplexa, neque arbitri,aut arbitratores,munus ſuſcipere volunt,niſi id eis integrum relinquatur, neque ſe aſtringere volunt ad multum examinis, & ad pericula conſciẽtiæ,ſi illud non adhibeant,ac rem non vt oportet definiant, vel ſi partes, arbitris aut arbitratoribus id non petentibus,illis id offerant, vt promptius munus ſuſcipiant,remque celerius definiant,ipſaſque à moleſtijs & ſumptibus liberent, idque arbitris aut arbitratoribus concedendo æquè ſe exponant periculo,vt de iure vnius tribuatur alteri,ſanè tunc neq; arbitri ad vllam reſtitutionem tenentur,neque illicitè quicquam faciunt, ſi non data opera,ſed quia pro tunc id faciendũ illis occurrit,ſuo arbitrio aut arbitramento aliquid de iure vnius partis alteri tribuãt; neque pars,cui id adiudicatur, ad vllam reſtitutionẽ teneatur,eſtò poſtea intelligat,non tantum fuiſſe ſibi adiudicandum aut relinquendum: quoniam is contractus compromiſſi eo modo facti non gratuitus,ſed oneroſus fuit, ex parte vtriuſque partis, & æqualis, cum partes æquè ſe expoſuerint periculo, vt eo arbitrio aut arbitramento auferretur de iure ſuo,& tribueretur alteri, & contractus ſimpliciter fuit voluntarius,quicquid ex illo poſtea ſequeretur, vt diſputatione 30.dictum eſt: quod autem ex contractu oneroſo,& ex æquali,ſimpliciterque voluntario,ſequatur vni partium effectus aliquis inuoluntarius mixtè, ſanè neque inualidum reddit eum contractum,neque illum vitiat: ſicut aliquid accipi contractu merè lucratiuo,in quo nullus alius iuſtus titulus interuenit, vt licitè poſſit accipi,quàm ſola voluntas id dantis, vitiatur ac inualidus redditur, ſi in eo interueniat inuoluntarium mixtè, vt cernitur ex parte dantis in contractu, quo quis promittit ac poſtea ſoluit vſuras. Quod autem tunc nec arbitri vel arbitratores ad vllam reſtitutionem teneantur, ex eo etiam conſtat, quod contractus ille compromiſſi in illos, ac acceptationis eius muneris, oneroſus etiam eſt ex parte ipſorum, neque in vllum commodum ipſorum cedit, parteſque libere ſimpliciter conſenſerunt, vt ita iudicarent, exponendo ſe æqualiter periculo ac com-

A modo: quare ita iudicando nihil illicitum fecerunt, ac proinde quicquid inde alteri parti ſequatur, ad nullam reſtitutionẽ ei tenentur: quia neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis. Quòd ſi data opera, ſcienteſque ſe auferre de iure vnius,id tribuerent alteri,tunc ad reſtitutionem eius damni tenerentur parti, à qua id ius ſcienter abſtulerunt: quoniam in priori illo eius partis conſenſu non cenſetur is euentus comprehenſus, eaque pars tunc ſi interrogata fuiſſet, num conſentiret, vt eo modo ſcienter, dataque opera, de iure ipſius tolleretur, ac tribueretur alteri parti, neganter procul dubio reſponderet. Pars autem,cui ita iniquè id adiudicatum eſſet, ſi cauſa vt id ita ipſi adiudicaretur precibus aut alia ratione fuit,teneretur ante omnes B alios id reſtituere tanquam concauſa iniuſta, ad quã id iniuſtum emolumentum deuenit. Quin, eſtò cauſa iniuſta non fuerit, vt ita inique ei adiudicaretur, credo teneretur illud reſtituere, quando intelligeret iniquitate & iniuſtitia illa formali arbitrorum, aut arbitratorum, fuiſſe ſibi adiudicatum, ſi extaret: ſi autem non extaret, attamen ex illo tempore talis ſcientiæ ſe in aliquo inueniret locupletiorem, teneretur id præciſè reſtituere, in quo ſe inueniret ex tali re locupletiorem. Ratio autem eſt, quoniam licet non teneatur reſtituere ex parte iniuſtæ acceptionis,eo quod concauſa iniuſta eius iniuſtitiæ non fuerit,neque id acceperit mala fide,ſciens per eam formalem iniuſtitiam aliorum eſſe ſibi adiudicatum: quia tamen per iniuſtitiam formalem ei C adiudicatum ac tributum fuit, tenetur ex parte rei acceptæ illud reſtituere, ſecus, atque ſi illud idem furto eorundem arbitrorum,aut arbitratorum fuiſſet ab illa alia parte ablatum, ſibique id ignorãti tributum.

Quando autem pars vna,ad vitandos ſumptus ac 7
moleſtias litium,ad ſuamque redimendam vexationem, conſentiret, vt arbitri aut arbitratores ſcienter aliquid de iure ipſius tollerent, ac traderent alteri parti, quia fortè arbitri aut arbitratores aliter nolunt ſuſcipere id munus, timentque odium alterius partis,aut quia aliter pars illa alia non ceſſabit à litibus ac moleſtiis, tunc arbitri aut arbitratores licitè id efficiunt, quantum intelligunt contentam eſſe partem,de cuius iure tollunt, nec proinde ad vllam D reſtitutionem eius damni materialiter iniuſti ei tenentur, quoniam volenti ac conſentienti,non in cõmodum eorum, qui id de conſenſu illius efficiunt, ſed quodam modo in bonum ita conſentientis,quia ea ratione maiora vitat mala, nulla profectò à talibus arbitris aut arbitratoribus fit iniuria. Pars vero altera, cui de iure illius alterius ita tribuitur, reſtituere id tenetur parti, ad quam ita attinebat, ſi ſciebat, aut ſcire debebat, ſuaque peruicacia ac ignorantia craſſa & ſupina id non ſciuit,quod ita ipſi adiudicatur,ad illum alium attinere. Neq; enim poteſt iuſtum alium titulum in eo euentu obtendere,quam conſenſus illo modo partis alterius: is vero conſenſus fuit inuolũtarius mixtè ad maiora ma-E la vitanda,redimendamque propriam vexationem, qui proinde conſenſus inſufficiens fuit ad priuandum ſe iure ſuo, ad illudque in illum alium transferendum.

Porrò eiuſmodi euentus frequentior eſt, quando nullo præuio compromiſſo in arbitros, aut in arbitratores, aliqui accedunt ad amicabiliter componendas partes inter ſe diſcordes, tanquam mediatores ad id, dependenterque ex eo, quod partes conſentiant in tali concordia: de quo euentu ſermo eſt. leg. apud Labeonem (alias leg. ſi de meis) §. recepiſſe. verſic.quod ſi. ff. de recept. arbitr. à nobiſque Diſputatione trigeſima. de eo eſt dictum. Quando enim eiuſmodi mediatores aliter addu-

adducere non poſſunt partes ad concordiam, vni illarum ſuadent, vt patiatur in ea concordia detrimētum aliquod ad maiora damna vitanda: aut pars ipſa ſe offert ac conſentit velle illud ſubire ad vitandas moleſtias & maiora dāna. Cum autem ea pars inuoluntariè mixtè in eo ſuo damno conſentiat, certè partem alteram id non deobligat ab onere id detrimentum in ſe iniuſtum parti illi reſtituendum, quando ſciebat, ſcireve modo explicato debebat, id eſſe iniuſtum partis illius detrimentum. Hoc verò delictum cum onere reſtituendi frequens eſt in tranſactionibus, & in amicabilibus cōpoſitionibus, ſiue mediatores accedant ad partes componendas, ſiue partes ſe ipſas ſine alijs mediatoribus componant, vnaque earum ad redimendam ſuam vexationem, & ad vitandas moleſtias & maiora mala, alteri de ſuo iure aliquid cedat, ea parte ſciente aut ſcire debente ad ſe id non attinere.

8 Obſerua, eſſe inualidum compromiſſum, quo aliquid in aliquem aut in aliquos compromittitur, eum aut illos aſtringendo, vt in iudicando aliquem aut aliquos conſulant, eorumque conſilium ac ſententiam ſequantur. Quoniam arbiter liber relinqui debet, vt id iudicet, quod ſibi iuſtum ac æquum fuerit ſuum. Ita, habetur. l. item ſi vnus. §. item Pomponius. ff. de recep. arbit. & l. 26. titul. quarto, part. tertia. Non tamen prohibentur arbitri conſulere peritiores: imò verò expedit vt id ita efficiant, atque ad id aſtringi compromiſſo poſſunt: non verò vt illorum conſilium ac ſententiam ſequantur, vt lege 26. citata ſubiungitur.

DISPVT. 34.

Compromiſſum ſi ſolo pacto nudo fuit celebratum, conſentientibus compromiſſarijs, hoc eſt, arbitris, quouſque partes compromittentes & arbitros obliget de iure ciuili communi, & de huius regni, & de canonico iure, ſequuto & emologato arbitrio, aut illo nondum emologato vel ſequuto.

SVMMARIVM.

1 *Quando compromiſſum ſolo pacto nudo fuit celebratum, neque pœna appoſita neque ſtipulatione, ex iure communi ciuili ex illo non oritur obligatio ciuilis illud ſeruandi, niſi ex altera parte traditione ſit impletum, & ſic tranſeat in pactum veſtitum.*

2 *Ex iure communi ciuili conceditur retinere, quod ex tali pacto nudo ſolutum acceptumque eſt, ita vt ius ciuile actionem non concedat ad illud repetendum.*

3 *Compromiſſum, quo aliqui promittunt ſe ſtare arbitrorum ſententiæ, pactum eſt nudum, interim dum à neutra parte quidquam eſt tributum alteri ratione eius pacti.*

4 *Sententia arbitrorum ſolam vim habet obligandi, quæ ex pacto & compromiſſo oritur, aut quam ius temporis progreſſu pacto dare voluerit.*

5 *Quid de obligatione pacti nudi veteres leges ſanciant.*

6 *Arbitri licèt conſentiunt in compromiſſo nudo, de iure ciuili communi cogi non poſſunt progredi vlterius in cauſa ſibi commiſſa; ſi verò pœna appoſita ſit partibus conſentientibus, cogi poſſunt in cauſa progredi.*

7 *In foro conſcientiæ tam arbitri quàm partes debitum naturale contrahunt, ſi in cauſa non procedant, & ad arbitrium ferendum, licèt ſolo nudo pacto inter ſe compromiſerint.*

8 *Quamuis de iure communi, vt ſententia arbitri cenſeatur expreſsè emologata, neceſſe ſit vt partes illæ ſe ſubſcribant, de iure tamen canonico ſatis eſt, ſi verbo aut quouis alio modo in eam ſententiam conſentiant.*

9 *In Hiſpanijs ex compromiſſo nudo debitum ciuile oritur, daturque actio.*

10 *Compromiſſum ex nudo pacto obligat partes ad parendum præceptis arbitrorum rationabilibus concernentibus ad cauſæ expeditionem, niſi impedimentum iuſtum interueniat.*

HAc & ſequentibus diſputationibus eſt explicandum, quouſque compromiſſū varijs modis diſputatione 32. explicatis celebratur, obliget partes compromittentes ad ea, quæ vt arbitrium proferatur ſunt ex parte ipſarum neceſſaria, atque ad ſtandum arbitrio iam prolato, & quouſque arbitros, qui in eo compromiſſo conſenſerunt, munuſque acceptarunt, obliget in cauſa progredi, illamque ſuo arbitrio ac ſententia definire. Atque primo loco eſt dicendum, quando compromiſſum ſolo pacto nudo fuit celebratum, neque pœna appoſita, neque ſtipulatione, neq; item iuramento in eo adhibitis.

Vt verò rem hanc intelliges, obſerua, quamuis ex pacto nudo obligatio naturalis ad illi ſtandum illudque implendum oriatur, atque adeo contrahentes pacto nudo in conſcientiæ foro teneantur illi ſtare, illudque implere, de iure tamen communi ciuili ex illo non oriri obligationem ciuilem, nec proinde dari actionem, qua contrahentes teneantur illi ſtare, illudque implere, niſi ex altera parte traditione ſit impletum, atque adeo ea traditione ac impletione tranſeat ex parte illius in pactum veſtitum. Tunc enim illi, qui impleuit, conceditur actio de iure ciuili aduerſus alterum, quo implere non vult, vt vel cogat illum implere pactum ex ſua parte, vel vt cogat illū ſoluere intereſſe, quantum eius, qui impleuit, intererat eum alterum ex ſua parte impleuiſſe etiam pactum, vel vt condicat ac repetat, quod dedit: optioque eſt ex parte eius, qui ex parte ſua pactum impleuit, agere aduerſus alterum ad quod ex illis tribus maluerit. Hæc omnia explanata comprobataque à nobis ſunt tractatu 2. diſputatione 255. & diſputatione 257. eaque de cauſa in illis hoc loco non amplius immoror.

Obſerua deinde, quamuis de iure ciuili communi ex pacto nudo non oriatur ciuilis obligatio, nec detur actio: quia tamen ex illa oritur naturalis obligatio, atque adeo obligatio in conſcientiæ foro, inde de eodem iure ciuili communi conceditur nihilominus retinere, quod ex tali pacto nudo ſolutum acceptumque eſt, ita quod ius ciuile actionem non concedit ad illud repetendum. Item conceditur, vt ſi is, cui ex pacto nudo aliquid debetur, aliquid obligatione ciuili debeat illi eidem ſuo ex ſolo pacto nudo debitori, poſſit illud in exteriori foro compenſare, ita vt cogi in exteriori ac ſeculari foro non poſſit plus ſoluere, quam incrementum, ſi fortè ipſe plus debeat ciuili debito, quam ipſi naturali tantum debito ex pacto nudo debeatur. Inde vlterius de eodem iure cōmuni eidem conceditur, vt ſi aliquid ex pacto nudo iuſtè teneat, quod ex debito ciuili contendatur ad ipſum non pertinere liteque ab eo exigatur, poſſit excipere ac opponere ex pacto nudo illud iuſtè retinere, neque locum iam eam litem circa id habere. Vnde naturale debitum ex ſolo pacto nudo, quāuis nō pariat actionem ciuilē, parit tamen exceptionem de iure ciuili & in foro ſeculari. Hæc oīa explanata com-

comptobataque à nobis ſunt Diſputat. 257. citata.

3 Tertio obſerua, vt Diſputatione 32. eſt oſtenſum & ex dictis tractatu ſecundo, diſputatione 556. etiã conſtat compromiſſum, quo aliqui in arbitros aut in arbitratores compromittunt, atque ſe aſtringunt ſtare illorum ſententiæ, ſeu arbitrio, aut arbitramento, pactum eſſe nudum interim, dum à neutra parte quicquam eſt tributum ac traditum alteri ratione eius pacti. Id quod verum habet, non ſolum dum arbitri aut arbitratores ad ſententiam ſeu ad arbitrium aut ad arbitramentum non peruenerunt, ſed etiam poſt ſententiam ab ipſis prolatam, eſtò partes in illam conſenſerint: modo tamen nondum à partibus aliquid ſit tributum ac traditum ad impletionẽ contractus.

4 Quartò obſerua, ſententiam arbitri, arbitramentumque arbitratoris, quia non procedunt ab habẽte iuriſdictionem, ſed ſolum procedunt vi pacti & cõpromiſſi partium, nullam aliam vim habere obligandi, quam illam, quæ ex pacto & compromiſſo partium oritur, aut quàm ius temporis progreſſu tribuere voluit pacto & compromiſſo conſentientib. partibus in ſententia aut reducto iam arbitrio ad æqualitatem in euentibus, in quibus id locum habet.

5 His ita conſtitutis, intelligetur res hæc alioquin per obſcura ac inuoluta. Quando compromiſſum in arbitrum erat pactum merè nudum non vallatum ſtipulatione nec iuramento, nullaque illi erat appoſita pæna, qui ei compromiſſo & ſententiæ arbitri non ſtaret, quondam de iure ciuili communi, ſequuta arbitri ſententia, ſi lata quidem erat pro reo, qui in poſſeſſione erat eius, de quo contendebatur, ſolum concedebatur ei exceptio aduerſus actorem, ſi coram iudice ordinario vellet cum eodem reo poſtea de eadem re contendere, eamve ab eo exigere, quod ſcilicet præcedente pacto compromiſſi nudo iam illi ab arbitro erat adiudicata, eoque modo ſe is reus tuebatur coram quocunque iudice ea exceptione. Si vero ſententia lata erat pro actore contra reum, tunc nulla actori competebat actio vi eius ſententiæ contra reum nolentem illi ſtare, neque ſoluere ac tradere, quod ea ſententia actori adiudicatum erat, idque eſtò is actor conſenſiſſet in ſententia. Ratio autem erat, quoniam ex pacto nudo nulla reſultat obligatio ciuilis, neque datur actio de iure ciuili, ſed ſolum reſultat obligatio naturalis, & datur exceptio ac compenſatio de eodem iure ciuili. Ita habetur expreſsè. l. penult. in princip. C. de recept. arbitr. & conſentiunt. l. prima. eodem titul. & l. litigatores, iuncta gloſſa ibi, & iuncta gloſſa. 1. l. 2. ff. eodem titulo. Poſtea verò de eodem iure ciuili eadem. l. penult. Co. de recept. arbitr. fuit ſancitum, vt quemadmodum ex compromiſſo ſolo pacto nudo celebrato nõ datur actio de iure ciuili ſubſequuta ſententia arbitri, ſic neque concederetur exceptio ex eodem pacto nudo ſubſequuta ſolum ſententia. Sancitum tamen fuit, vt ſi ſubſequuta ſententia partes in illam expreſsè conſenrirent ſe illi ſubſcribendo, aut etiam tacitè conſenſiſſent, quia videlicet intra decem dies poſtquam fuit lata, neque coram iudice arbitro, neque coram parte contraria dixerunt, ſe nolle illi ſtare (quæ duo à iure & à doctoribus dicuntur emologare, hoc eſt, approbare tacitè vel expreſsè ſententiam) ex tunc, & reo competeret exceptio, ſi pro ipſo ſententia eſſet lata, & actori competeret actio in factum, atque perinde à iudice ordinario rei ea ſententia mandaretur exequutioni, atque ſi à iudice ordinario aut delegato fuiſſet lata, tranſijretque in rem iudicatam. Idem habetur. l. vlt. tit. 4. par. 3. & 3. lib. Luſit. ord. tit. 81. §. 2.

6 Quemadmodum ex ſolo pacto nudo compromiſſi, etiam ſequuta ſententia, non coguntur partes de iure ciuili ſtare compromiſſo ac ſententiæ arbitri, ſed impunè ac libere omnino poſſunt illi non parere, niſi hodie de iure nouiſſimo legis penult. C. de recept. arbitr. ſententia ſit per partes ipſas tacitè aut expreſsè emologata: appoſita vero in compromiſſo pæna, ſi partes non ſtent compromiſſo ac ſententiæ, tenentur pars vtraque illi ſtare, alioquin incurrunt eam pænam, vt diſputatione ſequenti dicetur: ita arbitri licèt conſentiant in compromiſso facto ſolo pacto nudo, nullaque in eo appoſita pæna, munuſque ſuſcipiant, de eodem iure ciuili communi cogi non poſſunt progredi in cauſa ipſis commiſſa, arbitriumque proferre: Si vero pæna ſit appoſita partibus non ſtantibus arbitrio, cogi à iudice ordinario ad partium aut ad partis petitionem poſſunt in cauſa progredi, arbitriumque proferre. Atque idem eſt, ſi partes pignora dederint, quod arbitrio ſtabunt: nam tunc illa in pænam amittent, niſi arbitrio ſtent. Idem credo eſſe, ſi fideiuſſores dediſſent, quod arbitrio & compromiſſo ſtarent: eo quod, vt Diſputatione 257. citata iuxta leg. fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus eſt dictum, quamuis ex pacto nudo non detur actio de iure ciuili aduerſus paciſcentes ipſos, datur tamen aduerſus fideiuſſores datos, quod partes id pactum implebunt, quibus fideiuſſoribus recurſus manet aduerſus paciſcentes ipſos ad damna ex eo ipſis ſequuta, quod ei pacto nudo non ſteterint. Prædicta habentur l. litigatores. §. arbitrum, iuncta gloſſa ibi, & §§. ſequentibus, & l. non diſtinguamus. §. non cogetur. ff. de recept. arbitr. Conſentiunt l. 23. 26. & l. vltima. iuncta. l. 29. titulo quarto. parte 3. Atque l. 29. citata ait, iudicem ordinarium poſſe cogere arbitros proferre arbitrium, quando ad id tenentur, & iuſſi ab eo nolunt, includendo illos in domo aliqua, à qua non egrediantur, donec arbitrium ferant: ibique Gregorius Lopez ex Baldo refert, poſſe prohibere cibum ac potum eis præberi, donec arbitrium ferant. Sub certa etiam arbitraria pæna poſſet eis præcipere, vt intra certum terminum arbitrium proferrent, quam incurrerent, niſi intra id tempus ſua culpa id opere implerent.

Compromiſsum quoque pacto nudo erit ſufficienter celebratum, vt arbitri cogi poſſint arbitrium proferre, ſi partes ex alijs cauſis mutuò ſibi debebant vna aliquid alteri, & hæc alia aliud illi alteri, atque compromittant pacto nudo cauſam aliquam in arbitrum, cum pacto etiam nudo, vt quę pars arbitrio ac ſententiæ non paruerit, amittat alteri parti id aliud debitum. Ita habetur l. litigatores. §. interdum. ff. de recept. arb. tunc enim pæna illa non parenti ſententiæ cenſetur appoſita, atque ſi quæ earum partium ſententiæ non pareat, ac petat ſuum id aliud debitum, exceptio non competit alteri parti, ſe non teneri illud ſoluere ex illo alio pacto nudo, quo non parendo ſententiæ arbitri, illud debitori amiſit.

Quamis de iure ciuili communi partes, ſolo pacto nudo compromittentes in arbitros abſque pænæ adiectione, debitum ciuile non contrahant ad ſtandum compromiſso ac ſententiæ, niſi per ipſas tacitè aut expreſsè ſententia ſit emologata, nec proinde ad id aduerſus eas de eodem iure ciuili communi detur vlla actio, quamuis item de eodem iure ciuili communi arbitri tunc, qui in eo compromiſso conſenſerunt, munuſque id acceptarunt, nullum ſimiliter debitum ciuile contrahant ad procedendum in cauſa, & ad arbitrium ferendum, nec proinde ad id de eodem iure ciuili communi cogi à iudicibus ordinarijs poſſint: in foro tamen conſciẽtiæ, tam partes quam arbitri, debitum naturale quo 7

ad ea omnia contrahunt ſub culpa lethali aut veniali, pro qualitate rei, ad quam ita tenentur, vt ex dictis tractatu 2. diſputatione 257. citata perſpicuè conſtat, eaque ratione ſub eadem culpa tenentur in conſcientiæ foro ſtare ſententiæ arbitri, ſi iniuſta deprehenſa non fuerit, ab illaque non reclamare.

Ea autem ratione de iure canonico, tam partes, quàm arbitri, in eo euentu debitum ſimpliciter in exteriori foro eccleſiaſtico contrahunt ad illa omnia, daturque tam aduerſus partes compromittentes, quàm aduerſus arbitros actio, vt illa omnia impleant, vt ex ipſamet rei natura atque in foro conſcientiæ tenentur, idque etiam habet locum in terris eccleſiæ in cauſis ſecularibus. vt hæc omnia ex dictis diſputatio. 257. citata conſtant, iunctis ijs, quæ diſputatione 556. dicta etiam ſunt.

Hoſtienſis, vt refert Panormitan. cap. per tuas, de arb. nume. 8. quod dictum eſt de iure canonico, locum etiam habere affirmat de iure ciuili communi. Ducitur l. diem proferre. §. vltim. ff. de recep. arbit. quo in loco, nulla de ſtipulatione facta mentione, ita habetur: *Sed ſi pœna non fuiſſet adiecta compromiſſo, ſed ſimpliciter ſententiæ ſtari quis promiſerit, incerti aduerſus eum foret actio*. Vbi gloſſa exponit, id eſt, condictio certi, quæ datur ad incertum, id eſt, ad intereſſe. Eſt verò ea Hoſtienſis opinio ſingularis contra communem doctorum ſententiam, illeque textus communiter exponitur interueniente ſtipulatione in compromiſſo, ex qua ea actio reſultat. Euidentiſſimè autem probatur, eam ſententiam falſam eſſe, paragraphumque illum eſſe intelligendum, non quando compromiſſum celebratum fuit pacto nudo, ſed quando in eo interuenit ſtipulatio: quoniam l. penultim. C. de recep. arb. perſpicuè affirmat, ante ipſam non dari de iure ciuili actionem ex compromiſſo ſolo pacto nudo celebrato, ſententiaque arbitri ſubſequuta: lex autem ea penultima lata fuit poſt omnes alias Digeſtorum, quin & poſt antecedentes omnes Codicis in eo titulo.

8 Illud eſt obſeruandum, cum Panormitan. cap. per tuas citato num. nono, & cum communi doctorum ſententia, quamuis de iure communi ciuili, vt ſententia arbitri cenſeatur expreſſè emologata, neceſſe ſit partes ſeſe illi ſubſcribere, vt conſtat ex. l. ne in arbitris. §. vltim. & ex. l. penultim. C. de recep. arb. ſupraque dictum eſt, (idem non dubito eſſet, ſi publico inſtrumento illud conſenſiſſent) de iure tamen canonico ſatis ad id eſſe, ſi verbo aut quouis alio modo in eam ſententiam, conſentit. cap. per tuas citatum, illis verbis; *ſi ex parte plebani arbitrium receptum fuerit*; & affirmant Hoſt. & Anton. à Butr. quos Panormitan. refert ac ſequitur, cæterique doctores communiter: quoniam de iure canonico ea ſubſcriptionis ſolemnitas non exigitur. Imo verò eſto ſententia alias eſſet nulla, quia procurator ſine ſufficiente ad id commiſſione celebraſſet compromiſſum, nihilominus ſi ſententia approbaretur à parte, cuius ille erat procurator, cenſeretur emologata: quoniam eo ipſo ea pars cenſeretur ratum habere antecedens compromiſſum, vt habetur eodem cap. per tuas citato; in hoc autem regno etiam de iure partitarum, vt in ſeculari foro ſententia arbitri expreſſè cenſeatur emologata, non requiritur partes illi ſe ſubſcribere, ſed ſatis eſt, quòd in illa apertè quouis modo conſentiant, vt patet. leg. vltim. titul. quarto, part. tertia, illis verbis: *Mas ſi lo tuuieſſen las partes por bueno, diziendo quando auian iudgado, que ſe pagauan del iuizio, o eſcriuiendolo por ſus manos la carta de la ſentencia, que la confirmauan, tal ſententia como eſta deue valer*.

In hoc autem regno ex compromiſſo ſolo pacto nudo facto debitum ciuile oritur, daturque ciuilis actio ad ea omnia, ad quæ de iure canonico eſt dictum ex eodem compromiſſo actionem dari in foro eccleſiaſtico, & in terris eccleſiæ. Ratio autem eſt, quoniam in hoc regno, iuxta l. 3. titul. 8. libr. tertio ord. quæ eſt. l. 1. titul. 15. lib. 5. nouæ collect. non minus ex pacto nudo oritur debitum ciuile & datur actio, quàm ſi vallatum ſtipulatione eſſet, & propter illam in contractum tranſijſſet nominatum, vt tractatu 2. in calce diſputatio. 257. & quo ad rem præſentem diſputatione 556. dictum explanatumque eſt. 9

10 Diximus ac oſtendimus, compromiſſum ſolo pacto nudo celebratum iure naturali atque in conſciẽtiæ foro obligare; non verò de iure ciuili communi in foro exteriori, niſi arbitrium ſit iam latum, atque expreſſè aut tacitè ſit emologatum. Diximus item de iure canonico, & de iure huius regni, etiam in exteriori foro obligari. Petes, ad quid partes obliget ante latum arbitrium, tam quando eo modo fuerit confectum compromiſſum, quam quando adhibitæ fuerint in eo maiores firmitates, de quibus ſequentibus diſputationibus erit ſermo. Infra vero ſuo loco dicetur, ad quid obliget poſt arbitrium latum. Dicendum autem eſt, obligare partes ad parendum præceptis arbitrorum rationabilibus ac iuſtis concernentibus ad cauſæ expeditionem, niſi iuſta cauſa ſuperueniat impedimenti ſufficientis; quæ partem id non adimplentem excuſet. Atque ſi in compromiſſo appoſita fuit pœna non ſtanti compromiſſo, eo ipſo talis pœna incurritur, quòd præcepto iuſto arbitrorum abſq; cauſa ſufficiente non obeditur, & quando pœna non fuit appoſita, agi aduerſus eum poteſt ad intereſſe, perinde atque quando non ſtatur alijs contractibus & obligationibus, vt, iuxta. l. ſi quis ab alio. ff. de re iud. l. prima, C. de ſententijs quæ pro eo, & l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. obligationib. affirmat Ioan. Bap. libr. quinto, de arb. cap. primo. Ratio autem cur ita partes eiuſmodi arbitrorum præceptis parere teneantur, eſt. Quoniam, præterquam quòd in compromiſſo ſolet exprimi, quòd ſtabitur arbitrio & ſententiæ arbitrorum, & quòd compromittentes parebunt præceptis eorum quo ad neceſſaria ad cauſæ expeditionem, (quæ forma traditur. l. 23. titul. quarto, part. tertia, illis verbis; *è ſobre todo deuen prometer de guardar è de obedecer el mandamiento è los iuizios, que los auenidores fizieſſen*) id ipſum ſanè habet natura compromiſſi in arbitros, & munus, quod eo compromiſſo illis tribuitur & ab ipſis acceptatur. Vnde, vt bene Ioan. Bapt. lib. quinto, de arb. cap. primo, ait, licèt neutra pars cogi poſſit vt litiget, hoc eſt, vt partem ſuam defendat, & vt probationes adhibeat, cogi tamen poteſt, vt temporibus neceſſarijs compareat, neque in ijs deficiat, quæ vt arbitri ſententiam congruo tempore validè pronunciẽt, neceſſaria ſunt. Hæc & ex ſe conſtant, & ex. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de recept. arb. cuius verba ſunt: *Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt quominus arbitraretur, pœna committetur*. Et infra: *Pœnā autem is, qui defuit, committit, quia per eum factum eſt, quominus arbitraretur*. Conſtat item ex. l. ſecunda, C. eod. tit. quæ ita habet: *Si contra compromiſſum aduerſarius tuus apud electum arbitrum præſentiam ſui facere detrectauit, placitæ pœnæ videtur obnoxius*. Conſtant præterea ex l. ſi cum dies. §. compromiſſo. ff. eod. titu. & ex. l. 33. iuncta. l. 34. ſequenti, titul. 4. part. tertia. Pœna autem exequutioni mandari debet per ordinarium iudicem eius, qui illam incurrit: ſicut & per eũdem eius ordinarium compelli debet, vt præſcriptis iuſtis arbitrorum pareat, quando contumax fuerit,

rit, atque in euentibus, in quibus in foro exteriori ad id, iuxta ea quæ dicta ſunt, actio ſeu compulſio datur.

Per iudicem etiam ordinarium arbitrorum compelli arbitri debent procedere in cauſa, & ferre arbitrium, quando ad id, iuxta hactenus dicta, & in ſequentibus dicenda, tenentur, & actio ſeu coactio ad id in foro exteriori conceditur. Semper enim actor forum rei ſequi debet.

DISPVT. 35.

Si compromiſſum in arbitros ſtipulatione ſit vallatum, aut etiam in eo, vel in compromiſſo pacto nudo celebrato, ſi appoſita fuit pœna, quouſque arbitros & partes obliget, ſequuto & emologato. Et quouſque appellare ab arbitrio liceat, aut non liceat de iure ciuili, canonico huius regni, & Luſitano, hæc examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Quando compromiſſum in arbitrum ſtipulatione ſit, arbiter cogitur progredi in cauſa, & ſuam tempore congruo ſententiam ferre.*

2 *Quando compromiſſum ſtipulatione vallatum eſt, & lata per arbitrum fuit ſententia, de iure communi ciuili parti, quæ vult illi ſtare, in cuiuſq; fauorem lata eſt, conceditur actio aduerſus alteram ei parere nolentem.*

3 *De iure canonico & Hiſpanico, etiam ſi ſolo pacto nudo compromiſſum celebratum fuerit, competit parti, in cuius fauorem ſententia ab arbitris lata eſt, actio aduerſus alteram parere nolentem, modo ſententia manifeſtè iniqua non ſit.*

4 *De iure communi à ſententia arbitri non admittitur appellatio, ſiue in compromiſſo pœna fuerit appoſita parti, quæ illius ſententiæ non ſteterit, ſiue non, de iure tamen Luſitano, eſto partes ſub compromiſſo obligauerint ſe ſententiæ ſtare, poteſt pars, quæ ea ſe ſententia grauatam ſenſit, ab ea appellare, neque ideo pœnam incurrit.*

5 *In Hiſpania latæ ſententiæ ſtatim executioni mandantur, Bart. tamen nonnihil relaxat.*

6 *Quando poſt ſententiam ab arbitro latam appellandum eſt, ad quem iudicem appellandum ſit.*

7 *Non eſt appellandum ad iudicem arbitro ſuperiorē, ſi is diuerſus à iudice pacti non ſit.*

8 *Appellandum eſt ad iudicem rei, qui ab arbitri ſententia appellat: quoniam ille futurus eſt executor ſententiæ arbitri, ſecus in Luſitania, & Hiſpania olim fiebat.*

9 *Poſtquam à ſententia arbitri appellatum eſt ad iudicem ordinarium, poteſt pars ea appellatione grauata vlterius ad alium iudicem appellare.*

10 *Renuntiari in compromiſſo non poteſt petitio reductionis arbitri ad æqualitatem arbitrio prudentis.*

11 *Quando compromiſſum pacto nudo fuit, tunc ſtando in ſolo iure ciuili communi, ſi ſecuta fuit emologatio expreſſa ſententiæ arbitrorum, mandanda eſt executioni, nihil impediente quòd damnatus velit ſoluere pœnam, & non ſtare ſententiæ ſemel à ſe expreſſè emologatæ.*

12 *Sed ſi ſecuta fuerit emologatio ſententiæ arbitrorum tacita ſolùm lapſu decem dierum, in quibus ab ea non fuit reclamatum, tunc integrum eſt damnato ea ſententia ſoluere pœnam, eaque ſolutione non ſtare arbitrorum ſententiæ, & impedire eius executionem.*

13 *Cum emologata tacitè eſt ſententia, non ſecus atque ſi in compromiſſo adhibita non fuiſſet pœna, ſententia mandanda eſt integre executioni.*

14 *Quando compromiſſum ſtipulatione fuit vallatum, & appoſita fuerit pœna contrauenienti ſententia, tunc ſi appoſita non fuit clauſula, rata manente ſententia de iure communi, ſi is, qui ea fuit damnatus, expreſſè illam emologauit, victor agit ad ſententiæ executionem, ſi victus eam implere moretur.*

15 *Quando compromiſſum ſtipulatione vallatum fuit, & ſecuta fuit emologatio tacita lapſu dierum decē aut quinque in regno Hiſpaniæ, in quibus ab ea non fuit reclamatum, tūc de iure regni Hiſpanici ac Luſitanici nō admittitur appellatio ab ea ſententia, mādabiturque executioni in Hiſpania, & de iure ciuili communi.*

16 *At quando ſententia ab arbitris eſt lata, & nec expreſſè nec tacitè emologata, ſed reclamata eſſet ante dies decem elapſos, & in Hiſpania ante quinque, tunc in Hiſpania & Luſitania admitteretur appellatio ab illa ad iudices ordinarios, & nihilominus in Hiſpania executioni mandaretur.*

17 *Quando compromiſſum ſtipulatione eſſet vallatum appoſita pœna non ſtanti compromiſſo ac ſententiæ, additaque eſſet clauſula, rato nihilominus manente compromiſſo; tum ſecuta ſententia, & emologata expreſſè de iure ciuili communi, agitur ſolùm ad ſententiæ executionem, ſi damnatus ſit in mora eam adimplendi, & non ad pœnam.*

18 *Quando compromiſſum ſimiliter & cum eadē clauſula eſſet celebratum, ſecutaque arbitrorum ſententia, tacitè eſſet emologata, quia intra decem dies illi non eſſet reclamatum, nec ab ea eſſet appellatum, tum de iure regni Hiſpanici, & Luſitani non admittetur appellatio à tali ſententia, ſed executioni mandabitur.*

19 *Quando compromiſſum eodem modo eſſet celebratum, ſecutaque arbitrorum ſententia, nec tacitè aut expreſſè eſſet emologata, ſed reclamata eſſet ante decem dies, tunc in Hiſpania, & Luſitania admitteretur ea reclamatio & appellatio, & in Hiſpania nihilominus executioni ea ſententia mandaretur.*

20 *Obſeruanda nonnulla circa hoc.*

QVando compromiſſum in arbitrum ſtipulatione fuit vallatū, arbiter cogitur progredi in cauſa, & arbitrium ſeu ſententiam congruo tempore ferre. Ita intelligunt gloſſa ibi cum Ioanne, & doctores communiter, legem diem proferre. §. vltimo, ff. de recept. arbit. dictumque præcedente diſputatione ex parte eſt. Eſt item ratio manifeſta, cur ita dicendum omnino ſit: quoniam idcirco arbitri de iure ciuili communi, quando compromiſſum celebratum fuit ſolo pacto nudo, nec fuit appoſita aliqua pœna, non coguntur progredi in cauſa, nec proferre ſententiam, quoniam partes tunc de eodem iure communi nec progredi in cauſa nec parere ſententiæ coguntur, ſed vtrumque libere, & impunè poſſunt omittere; atque ne opera & ſententia arbitrorum fruſtrarentur, non coguntur arbitri de iure communi progredi in eo euentu in cauſa & ſententiam ferre; quando autem compromiſſum à partibus ſtipulatione fuit vallatum, eaque ratione tranſire in contractum nominatum fuit effectū: quia vires eo ipſo ex diſpoſitione iuris ciuilis communis habet ad partes ciuiliter obligandum, vt in ea cauſa progrediantur, & vt pareant arbitrorum ſententiæ, quæ perſpicuè deprehenſa non fuerit iniuſta,

iuſta, idque longè magis, quàm quando compromiſſum fuit celebratum ſolo pacto nudo, appoſitaque fuit pœna; quoniam in hoc poſteriori euentu partes ſoluendo pœnam, nec in cauſa progredi coguntur, nec ſtare ſententiæ, vt ex dicendis patebit; in illo verò alio priori vi ſtipulationis tenentur omnino progredi in cauſa, & ſtare ſententiæ, & ad vtrumque in foro exteriori actio coram iudicibus ordinarijs datur; inde efficitur, vt quando compromiſſum ſtipulatione fuit vallatum, arbitri in cauſa congredi cogantur, & ſententiam ferre. Quando ergo iura, tam ciuilia communia quàm partitarum, dicunt, niſi in compromiſſo pœna ſit appoſita, arbitros non cogi progredi, neque ſententiam ferre, aut compromittentes non cogi progredi in cauſa, vel parere ſententiæ, ſermo vtique eſt de pacto nudo compromiſſi; eo quòd compromiſſum in ſe ſit pactum nudum: non verò illis eſt ſermo, quando vallatum eſt ſtipulatione, rationeque ſtipulationis tranſit in contractum nominatum: quoniam non intendunt à contractu illo ſtipulationis auferre vim, quam iure ciuili habet, vt ex illo obligatio ciuilis oriatur, actioque ciuilis concedatur ad ea omnia, quæ ſub eo contractu cadunt, iuxta ea quæ tractatu. 2. diſp. 253. 255. 556. & alias ſæpe dicta ſunt. Et quoniam de iure canonico, & in hoc regno, pactum nudum eandē vim habet ad obligandum ciuiliter, & vt ex eo actio concedatur, quàm habet ſi ſtipulatione ſit vallatum, vt diſputatione præcedente & tractatu 2. Diſput. 257. & aliàs ſæpe dictum eſt, ea vtique omnia, quæ de cōpromiſſo vallato ſtipulatione dicemus, vim habent in foro eccleſiaſtico, in terris eccleſiæ, & in hoc ergno, quando compromiſſum ſolo pacto nudo fuit celebratum, vt diſputatione præcedente ex parte etiam eſt dictum.

Quibus arbitrorum præceptis in calce diſputationis præcedentis dictum eſt, partes iure naturali, canonico, atque huius regni, teneri parere ante latam ſententiam, & ad id poſſe cogi in foro eccleſiaſtico, & in ſeculari huius regni, eſtò compromiſſum celebratum ſit ſolo pacto nudo, neque vallatum ſit ſtipulatione, aut iuramento, neque in eo appoſita ſit aliqua pœna, eiſdem ſanè de iure ciuili communi parere tenentur, ſi compromiſſum ſtipulatione ſit vallatum, atque vi eiuſdem iuris ciuilis communis ad id cogi poſſunt in foro ſeculari: quoniam partes ad id eo compromiſſo ſe aſtringunt; vt in calce diſputationis præcedentis explanatum eſt, vique ſtipulationis, qua vallatur eodem iure ciuili communi debito ciuili, & non ſolùm naturali, ad id iam tenētur: quippe cum ad parendum illis omnibus præceptis ſe extendat is contractus ac ſtipulatio.

2 Quando compromiſſum ſtipulatione fuit vallatum, lataque per arbitrum fuit ſententia, de iure ciuili communi parti, quæ vult illi ſtare, in cuiusve fauorem lata eſt, conceditur actio aduerſus alteram illi parere nolentem, vt illi pareat, & ſoluat, quantum ſua eius, in cuius fauorem lata eſt, intererat eam alteram illi paruiſſe. Ita habetur l. diem proferre. §. vlt. iuncta gloſſa ibi. ff. de recep. arb. & affirmant Greg. Lopez. l. vlt. ti. 4. par. 3. verb. *E no ſera deſpues.* (qui tandem cū Hoſt. & Panor. c. per tuas. de arb. nume. 8. annuit eam actionem ad ea omnia ſe extēdere) & doctores communiter, de quorum numero eſt Ant. à Butrio à Panor. ibidem citatus. Probari etiam poteſt, quoniam ſtipulaſio eſt legitimus contractus nominatus, ex quo de iure ciuili communi reſultat ciuilis obligatio, debitumve ciuile, ad id omne, ad quod quis ſe eo obligauit, daturq; ex eo actio ad illius integram impletionem, & in defectum impletionis ad intereſſe, vt tractatu 2. diſput. 253. & 255. & alias ſæpe oſtenſum eſt: eo autem compromiſſo ſtipulatione vallato partes ſe aſtrinxerunt ſen-

A tentiæ arbitri ſtare. Cum verò de iure canonico, & de huius regni, poſt. l. 3. titu. 8. lib. 3. ord. quæ eſt l. 2. titu. 16. lib. 5. nouæ collect. tantam vim ad ciuiliter obligandum, & vt ex illo actio in foro exteriori concedatur, habeat compromiſſum celebratum ſolo pacto nudo, quantam haberet, ſi ſtipulatione eſſe vallatum; conſequens profectò eſt, vt hæc, quæ de compromiſſo ſtipulatione vallato dicta ſunt, ſimiliter in foro eccleſiaſtico, in terris eccleſiæ, & in hoc regno locum habeant, etiam ſi ſolo pacto nudo, ſine pęnæ adiectione, celebratum ſit, idque affirmat Greg. Lopez verb. *E no ſera deſpues*, citato.

Quod dictum eſt, eam ſcilicet actionem competere parti, in cuius fauorem ſententia ab arbitris lata eſt, aduerſus partem alteram, quę non vult illi pare- 3
B re, quando compromiſſum ſtipulatione fuit vallatum, & de iure canonico & huius regni, etiam ſi ſolo pacto nudo fuerit celebratum, intelligendū eſt, modò ſententia non contineat manifeſtam iniquitatem ac iniuſtitiam, vt ſi eſſet contra ius apertum, aut manifeſtam inæqualitatem contineret, vel aliquid contra bonos mores præciperet, aut lata eſſet dolo, falſiſque probationibus vel corruptis arbitris pecunia, aut alia re, etiam precibus: in his enim euentibus, quamuis de iure ciuili communi, atque etiam canonico, propriè ab eis arbitris nō concedatur appellatio, effigies tamen quædam apellationis parti ea ſententia grauatæ conceditur, dum illi de eodem ciuili iure communi & canonico conceditur doli exceptio aduerſus partem, à iudice ordinario exe-
C quutionem eius ſententiæ petentem, impletionemque eius compromiſſi contractus, vt habetur l. non diſtinguamus. §. cum quidam. verſ. & idem. ff. de recep. arb. quo in loco ſermo eſt, quando ab arbitro, qui antea legitimè à parte tanquam ſuſpectus fuerat recuſatus, lata eſt ſententia: ait enim ibi imperator, effigiem appellationis concedi aduerſus eam ſententiam, dum aduerſus illam cōceditur doli mali exceptio. Quæ ſimiliter exceptio cōpeteret, ſi ſentētia lata eſſet de re cōpromiſſo minimè cōprehenſa. Quod autem in his omnibus euentibus effigies appellationis exceptioque ac reclamatio aduerſus eam ſententiam parti ea grauatæ competat, conſtat ex l. 3. C. de recep. arb. ex cap. 2. de arbit. ex l. diuus. ff. de re iud. C. ſi ex fal. inſtrum. per totum, ex l.
D ita demum iuncta l. ſi cum dies. §. compromiſſo. ff. de recep. arb. & ex l. 34. ti. 4. par. 3.

Quamuis de iure communi à ſententia arbitrorū non admittatur appellatio, ſiue in compromiſſo pœ- 4
na fuerit appoſita parti, quæ illorum ſententiæ non ſteterit, ſiue non, vt conſtat. l. 1. C. de recep. arb. & l. vlt. tit. 4. par. 3. quia illa, quatenus ſententia, vim nō habet obligandi, ſed ſolùm vis obligandi vt illi ſtetur, prouenit ex compromiſſo, ac pœna in illo appoſita; de iure tamen Luſitano, eſto partes compromiſſo ſub certa pęna ſe obligauerint ſententiæ ſtare, & ſub pæna ab illa non appellare, & quòd quamuis pænam ſoluerent, ſententiæ nihilominus ſtaretur, poteſt nihilominus pars, quæ ea ſententia grauatam ſe ſenſerit, his omnibus nihil impedientibus,
E ab ea ſententia appellare, neque idcirco pænam incurrit. Atque ſi arbitri eam appellationem illi denegauerint, iudices ordinarij compellunt eam illi concedere; ordinatio habet *façam lhadar os iuizes* ordinarios vel compellendo arbitros, vt illam eis dent, vel eam illis per ſe ipſos dando. Si tamen iudices, ad quos fuerit appellatum, ſententiam arbitrorum confirmauerint, tunc, qui ſententiæ arbitrorū non paruit, ſed ab ea appellauit, ſoluet parti, in cuius fauorem ſentētia fuerat lata, pænam, ſi quæ in compromiſſo fuerat ei appoſita, qui arbitrorum ſententiæ non pareret: quādoquidem ſub ea pæna ſe obligauerat ei ſententiæ non contrauenire: atque compertum

pertum

pertum eſt malè ab ea appellaſſe, illique malè contraueniſſe, iudicibus appellationis approbantibus ac confirmantibus arbitrorum ſententiam. Et quãuis partes in compromiſſo renuncient ei Luſitanæ legi, quæ appellare, nihil illis omnibus impedientibus, ab arbitrorum ſentẽtia permittit, inualida eſt talis renunciatio, poteſtque pars grauata, nihil impediente ea renunciatione, ab ea ſententia appellare. Hæc omnia habentur lib. 3. Luſit. ordin. titu. 81. in princ. Quando autem ita eſt appellatum à ſententia lata à iudicibus arbitris, probationes, tam teſtibus quàm ſcripturis, à partibus coram iudicibus arbitris exhibitæ, fidem faciunt coram iudicibus appellationis, ſicut eam fecerant coram iudicibus arbitris. Cæterùm ſi pars aliqua rationem aliquam propoſuiſſet, ob quam appareat teſtes non in forma debita fuiſſe coram iudicibus arbitris interrogatos ac examinatos, tunc iudices appellationis efficerent, vt in forma conſueta interrogentur ac examinentur, aliterque inualida erunt illorum teſtimonia coram iudicibus appellationis. Si tamen aliqui eorum teſtium fuerint iam defuncti, tunc eorum teſtimonia eandem fidem coram iudicibus appellationis efficient, ac ſi per eoſdem iudices appellationis iterum eſſent examinati. Hæc habentur ibidem. §. primo.

5 In hoc autem regno, vt habetur l. 4. titu. 21. lib. 4. nouæ collect. ſententiæ latæ *por los iuezes arbitros iuris que determinaſſen conforme à derecho, o por los iuezes arbitros arbitradores*, mãdantur exequutioni ſtatim ac latæ ſunt, eſtò reclamẽtur, aut petantur reduci ad æqualitatem ad arbitrium prudentis viri, idque ſiue pæna reclamanti in compromiſſo fuerit appoſita, ſiue non, & nihilominus admittitur reclamatio ac appellatio, vt cum Bart. Bal. & Panor. conſentaneè ad legem 4. citatam ait Gregor. Lopez. l. vlt. gloſ. 1. titu. par. 3. eſſe admittendam. Sub forma tamen, quam ſubijciemus, in ea lege 4. præcipiuntur eiuſmodi ſententiæ mandari exequutioni, non obſtante reclamatione, & appellatione ab eis, & nihilominus reclamatio, & appellatio admittitur. Cum verò neceſſitas eius diſpoſitionis in ea lege eſſet propoſita ac explicata, ſic in ea ſubiungitur: *Porende quiriendo en ello proueer y proueyendo, mandamos, que luego que la tal ſentencia arbitraria fuere dada, de que la parte pidiere execucion, ſe execute libremente, pareciendo y preſentandoſe el compromiſſo y ſentencia ſignada del eſcriuano publico* (Idem credo eſſet, ſi pars contraria confiteretur præceſſiſſe compromiſſum, & ſequutam eſſe talem ſententiam, iuxta ea quæ duabus præcedentibus legibus ibidem habentur: & quoniam id ſufficit ad obligandum in hoc regno, & vt debitum ciuile oriatur, ac detur actio. Atque idem eſſet, ſi teſtibus, aut aliter, illa eadem ſufficienter eſſent iam probata, pronunciatumque eſſet ſententia, quæ in rem tranſiiſſet iudicatam, illa omnia anteceſſiſſe) *y pareciendo que fue dada dentro del termino del compromiſſo, y ſobre las coſas ſobre que fue comprometido, y que la parte ſea ſatisfecha de aquello ſobre que fue ſentenciado en ſu fauor, haziendo obligacion, y dando fianças llanas y abonadas ante el iuez, ante quien ſe pidiere, o ouiere de executar la ſentencia, y de tornar y reſtituir lo que ouiere recebido per virtud de la tal ſentencia con los frutos y rentas, ſegun que fuere condenado, ſi la tal ſentencia fuere reuocada. Y ſi la otra parte ouiere reclamado o reclamare, o pedido o pidiere reduction y aluedrio de buen varon, o fecho o fiziere de nulidad, o por otro remedio o recurſo alguno, ſi la tal ſentencia arbitraria fuere confirmada por el preſidente y oydores, que de la tal ſentencia cõfirmatoria no aya mas ſuplicacion, ni nulidad, ni otro remedio alguno. Pero ſi por iuez inferior fuere confirmada, que pueda apelar para ante el preſidente y oydo-* A *res, para que ſentencien en ello. Y ſi fuere confirmada, no aya mas grado. Y ſi fuere reuocada por el preſidente y oydores, que de la tal ſentencia reuocatoria ſe pueda ſuplicar para ante ellos miſmos, quedando en ſu fuerça la execucion haſta que ſe de ſentencia en reuiſta. Y que aquellas fianças ſean auidas por baſtantes, quales à los dichos iuezes, que an de executar la dicha ſentencia, pareciere que lo ſon. Y que de lo que à los dichos iuezes pareciere, y declararen ſobre eſto de las fianças, no pueda ſer ſuplicado ni apleado. Y eſto miſmo mandamos que ſe haga y execute en las tranſactiones, que fueren hechas entre partes por ante eſcriuano publico. Y mandamos, que los del nueſtro conſeio que den y libren nueſtras cartas para todos los conceios y perſonas ſingulares, que las pidieren.* Hoc verò, quod de tranſacti- B onibus in hac lege diſponitur, adiunge dictis tract. 2. Diſp. 556. Credo autem in hoc regno, quando pæna fuiſſet appoſita contrauenienti ſententiæ, ſi à tali arbitrorum ſententia eſſet appellatum, confirmataque eſſet ſententia à iudicibus appellationis, tunc & exequutionem antea factam vi legis 4. relatæ ſuam vim habere, & appellantem ac contrauenientẽ ſententiæ incurrere pænam illam conuentionalem, cogẽdumque eſſe eam ſoluere, propter rationem, qua id de iure Luſitano eſt diſpoſitum: in quo non nouum ius, ſed explanatorem iuris cõmunis arbitror contineri. Hoc tamen ita intellige, quòd ſi compromiſſo, in quo ea pæna fuit appoſita, addita fuit clauſula, rata nihilominus manente ſententia, vtrumque exigatur ac ſoluatur: ſi verò talis clauſula non fuit C appoſita, victor agere poſſit vel ad ſententiæ exequutionem & intereſſe, vel ad pænam optione eius, & inſuper ad incrementum vltra pænam, ſi intereſſe erat maius, quàm pæna, iuxta ea quæ infra dicenda ſunt, quando compromiſſum ſtipulatione erat vallatum, in eo ſimiliter erat pęna appoſita non ſtãdo ſententiæ arbitrorum. Supra dixi, iuxta legem quartam citatam, ſententiam arbitri aut arbitratoris mandari exequutioni in hoc regno, & nihilominus admitti reclamationem & appellationẽ ab ea. Atque addidi, vt cum Bar. Bald. & Panorm. conſentaneè ad legem 4. citatam, ait Gregor. Lopez. l. vlt. glo. 1. titu. 4. par. 3. eſſe admittendam. Hæc vt in maiorem lucem huius materiæ intelligas, obſerua, Bartolum, l. 1. C. de recept. arb. & l. nemo poteſt. ff. de D leg. 1. à num. 13. aſſeruiſſe, quoties ex compromiſſo reſultat actio ad ſtandum ſententiæ arbitri, ſeu vt exequutioni mandetur, vel vi ipſius compromiſſi, vt quia de iure ciuili communi vallatum fuit ſtipulatione, (idemque eſt de iure canonico, & huius regni ex pacto nudo, iuxta ea quæ dicta ſunt, & quæ adijcientur) vel quia ſtatuto loci mandari ſententia præcipitur exequutioni, vt in hoc regno iuxta legem 4. relatam, tunc admittendam eſſe appellationem à ſententia arbitri aut arbitratoris, ſeu potius reclamationem, vt reuideatur ac examinetur per iudicem ordinarium, num æqua ſit, compertoque illam æquam non eſſe, vel illam omnino reſcindat ac reuocet, ſi omnino iniqua reperta ſit, vel illi mode- E ramen adhibeat, eamque ad æqualitatem reducat, ſi ex parte ſolùm iniuſta comperiatur. Ad legem autem 1. C. de recept. arb. quæ habet, à ſentẽtia arbitri appellationem non admitti, reſpondet Bart. eam loqui, quando lata ſententia non reſultat nec conceditur actio de eodem iure ciuili communi, quia compromiſſum pacto nudo fuit celebratũ. Textus quippe ille rationem reddit, quare ab ea ſententia appellatio non admittatur, dicens: quia neque ex tali ſententia actio rei iudicatæ competit: eaque de cauſa pęna compromiſſo à partibus inuicem promittitur, ſi ſententiæ non ſtent, vt metu eius pœnæ ab ea ſententia non recedatur. Quare, inquit Bart. quando vi compromiſſi, aut antecedente ſtatuto loci, datur actio,

actio,

actio,vt ſententia arbitri exequutioni mandetur,ad mitti debet appellatio ſeu reclamatio ad iudices ordinarios,ſi pars,quæ ſenſit ea iniuſtè grauatam, velit ab ea reclamare ac appellare: quoniam vi compromiſſi aut ſtatuti eſt cogenda illi ſtare actioni, vt exequutioni mandetur, quatenus ea ſententia iuſta fuerit & æqua:non verò quatenus iniuſta fuerit cōperta ac iudicata à publicis poteſtatibus. Atque in hoc euentu, etiam ſi pœna impoſita fuerit in compromiſſo nō ſtatuti ſententiæ illi,aut ab ea appellanti,vel illam reclamanti,non incurritur ea pœna, ſed iudices appellationis eam ſententiam integre aut ex parte reuocent, vt ſuprà ex ordinatione Luſitana lib.3.titu.81.in principio ex parte eſt dictum,vt infra copioſius dicetur. Quoniam eo ipſo cenſetur, appellationem iuſtè ac licitè fuiſſe interpoſitam:eaque vbi nulla eſt culpa, locum non habet conuentionalis pœna,quæ culpam ſupponit, & ob culpam imponitur.

Bartolus voluit,ſuam hanc ſententiam locum habere, etiam quando arbitrorum ſententia fuerit expreſsè aut tacitè emologata. Quia enim,inquit,lege penult. C.de recep.arb.actio conceditur, vt ea ſententia per iudices ordinarios exequutioni eo ipſo mādetur,quòd expreſsè aut tacitè eſt emologata, cenſet Bart.concedendam eſſe appellationē parti, quæ illa ſenſerit iniuſtè grauatam, etiam poſtquam expreſsè aut tacitè illam emologauit. Contrarium tamen in eo euentu meritò affirmant gloſſa.l.1. C.de recep.arb.& communis doctorum ſententia, vt ipſemet Bart.confitetur. Eo enim ipſo,quòd pars ipſa expreſsè vel tacitè ſententiam arbitrorum approbauit,nihil contra eam reclamando,de illiuſque iniuſtitia non conquerendo, approbaſſe illam cenſetur non ſolùm vt ſententiam, ſed etiam vt non iniquam, eaque ſententia. l.penult. citata habetur pro ſententia, quæ in rem tranſierit iudicatam ad effectum vt exequutioni per iudices ordinarios mandetur, non ſecus atque ſi per eoſdemmet iudices ordinarios fuiſſet lata,lapſuque decem dierum ad appellandum ab ea conceſſorum ſimiliter in rem tranſijſſet iudicatam. Conſentit apertè Luſitana ordinatio lib.3.titu.81.§.ſecundo,quæ id ſtatuit, vt infra referemus. Obſerua tamen de iure huius regni poſt legem 1.titu.18.lib.4. nouæ collect. appellationem interponendam eſſe intra quinque dies à lata ſententia ab arbitro,alioquin ſententia arbitri tranſiret in rem iudicatā:in hoc enim regno lege illa tempus ad appellandum à quacunque ſententia arctatum eſt ad quinque dies.

Panor.c. cum dilectus, de arb. num.17.quamuis Bartoli ſententiam reprobet in proximo euentu explicato,in quo nos eam reprobamus,atque eam approbet, quando eſt lex ſeu ſtatutum in aliquo loco, vt ſententia arbitri exequutioni mandetur:negat tamen illam habere locum, quando de iure canonico conceditur actio ex compromiſſo pacto nudo celebrato, aut ſtipulatione vallato. Ducitur, quoniam tunc non datur actio ex ſententia arbitri, vt ab illa appellari debeat, ſed datur ex contractu compromiſſi,à quo non eſt cur appelletur, aut reclametur: quin potius, qui ab eo reclamaret, ſibique ipſi repugnaret quoad pactum à ſe libere celebratum. Amplectenda tamen eſt Bart.ſententia, etiam in hoc euentu. Quoniam cum id, ad quod partes eo compromiſſo ac contractu ſe obligarunt,ſit ſtare ſententiæ arbitri tanquam æquali ac iuſtæ,ſanè id pactum eam tacitam habet conditionem,modò illi æqua minimeque iniuſta ſit; atque adeò eo ipſo, quòd pars altera iniuſtam illam iniuſteque ipſam grauare reputat, ſeque id probare eſt parata, æquum eſt vt ei appellare ab ea ad publicas ordinariaſque poteſtates permittatur,ac concedatur, vt illæ pro munere

A re ſuo publico eam reuocent, aut moderamen illi adhibendo,eam ad æqualitatem,iuſtitiæque limites reducant: id quod ſanè efficiunt, non reſiliendo à compromiſſo,illique non ſtando, ſed reſiliendo ab arbitrorum ſententia, ab illaque appellando, vt ad iuſtitiam æqualitatemve reducatur,ne compromiſſum in ſe iuſtum & æquum cum inæqualitate ac iniuſtitia ex parte eius arbitrorum ſententiæ exequutioni mandetur per poteſtates publicas.

6 Dubitant verò doctores,quando à ſententia arbitri in euentibus explicatis appellatio locum habet, ad quem iudicem ſit appellādum. Num ad iudicem ſuperiorem iudici arbitro,qui ſententiam tulit,quēadmodum quando appellatur ab alijs iudicibus, tā ordinarijs quàm delegatis, appellatio fit ad iudi- B cem ſuperiorem ei iudici,qui ſententiam tulit:an verò ad iudicem,qui futurus erat cauſæ,ſi partes in iudicem arbitrum non compromiſiſſent. Et num,ſi eueniat, vt arbiter ſententiam ferat in actoris fauorem,qua reus ſe iniuſtè grauatum exiſtimet, reuſq; appellet,ac proinde in gradu appellationis de antea reo fiat actor,appellare debeat ad eum,qui antea futurus fuerat ſuus iudex in ea cauſa:an verò ad iudicem eius, qui antea erat actor; eo quòd de actore reus in gradu appellationis fiat;actorque forum rei ſequi debeat.

Bartolus,l.1.ff.de leg.2. Couar.2.var.reſol. c.12. & plerique alij, quæſtionem hanc excitant de ſententia ab arbitratore lata, à qua per reclamationem ſeu acclamationem reductio petitur ad arbitriū pru- C dentis viri,iuxta doctrinam illam Bartoli, & communem multorum,quam Diſp.30. retulimus ac impugnauimus,& qua affirmant,arbitrum & arbitratorem in eo diſtingui, quòd à ſententia arbitri non admittatur reclamatio,ſed illi omnino ſit ſtandum: à ſententia verò arbitratoris latè ſumpti petatur ac concedatur reclamatio ſeu appellatio,vt ad æquitatem iudicis prudentis arbitrio reducatur. Vt tamē de iure huius regni & Luſitani eſt relatum,etiam ab arbitratoris iuris ſententia conceditur reclamatio & appellatio, vt per iudices ordinarios ad limites æquitatis ac iuſtitiæ reducatur, quando pars ſe illa iniuſtè grauatam ſentit,taliſque ea ſententia à iudicibus ordinarijs reperitur ac iudicatur.

7 Angelus & quidam alij,quos Couar.c.12. citato D nu.1.refert, & quorum ſententiā ſequitur Greg.Lopez.l.23. titu.4. par.3. verb. *de aquel lugar*, cenſuerunt,eam reclamationem ac appellationem faciendam eſſe ad iudicem ſuperiorem arbitro, qui ſententiam tulit,& non ad iudicem partium, quæ compromiſerunt, ſi is iudex ſuperior arbitro diuerſus à partium iudice ſit. Ducuntur,quoniam petitio reductionis illius ſententiæ, & reclamatio ab illa effigiem appellationis habet,iuxta l.nō diſtinguamus. §.cum quidam. ff. de recep.arb. appellatio verò fit ad ſuperiorem iudicis,qui ſententiam protulit. Cōmunis tamen ſententia Panor.Bart.& complurium aliorum, quam Couar.nume.1. citato refert ac ſequitur, eſt in contrarium, tunc ſcilicet reclamatio- E nem & appellationem non fieri ad iudicem ſuperiorem arbitri,ſi is diuerſus ſit à iudice partium. Quoniam ea non tam eſt appellatio, quàm querela & reclamatio, neque eſt à ſētētia lata ab habente ad id iuriſdictionem, neque à ſententia,quia ſententia eſt iudicis,ſed à ſententia, quæ vim habet ex ſolo contractu compromiſſi & tanquam effectus & complementum eius contractus,neque eſt lata iuſtè,& qualis tacitè compromiſſo ipſo intelligebatur: vnde eſt reclamatio & exceptio aduerſus partē, quę vi cōtractus cōtendit,aut cōtendere poterit, illā mandandā eſſe exequutioni,qua reclamatione & exceptione ei parti obijcitur, quòd ea ſententia non ſit qualis vi cōtractus poterat ac debebat fieri: quo fit, vt apud iudi-

iudicem partium vi contractus contendentium ſit examinandũ num illa manifeſtam iniuſtitiam contineat, vel non, vt illi, ſi iniqua non reperiatur, ſit ſtã dum vi contractus. Conſentit c. venerabilis in prin. & §. primo, de ſent. excommun. lib. 6. Vbi habetur, querelam proponi nõ poſſe apud eum iudicem, qui aliter iudex non eſt litigantium, quàm per appellationem: res autẽ, de qua diſputamus, potius eſt querela & reclamatio, quàm vera appellatio. Neque probanda eſt Angeli opinio, etiam quando lege eius prouinciæ ſententia arbitri mandari præcipitur exequutioni, vt in hoc regno exequutioni mandari præcipitu: in quo tamen euentu Bart. & alij, quos Couar. cap. 12. citato, num. 2. refert, voluerunt, appellationem faciendam eſſe ad iudicem arbitro, qui eam ſententiam tulit, ſuperiorem: quoniam contrarium rectius Couarr. cum Paulo Caſtrenſi, & cum alijs, quos citat, ibi affirmat: eo quòd lex illa iuriſdictionem talibus arbitris non tribuat ad ferendam eam ſententiam: ſed ſolùm præcipiat eam mandari illam exequutioni ad contractus compromiſſi impletionem, admittendo reclamationem ab illa ad iudices ordinarios, ſi illam iniuſtam comperiant, latamque eſſe non ut expediebat iuxta formam contractus. Vnde rectè ibidem cum Panorm. & alijs ſubiungit Couar. & ex eo, quòd vi legis eius prouinciæ talis arbitrorum ſententia mandari exequutioni per ordinarios iudices præcipiatur, non ſequi, damnatos, ab arbitris ea ſententia, eaque mandata exequutioni per iudices ordinarios vi talis legis, incurrere infamiam in euentu, in quo illam incurrent, ſi lata fuiſſet per iudices ordinarios, cũ quibus ea conſentiunt, quæ diſput. 30. & tract. 4. dicta à nobis ea de re ſunt, quicquid quidam in hoc ipſo euentu dubitauerint, vel in contrarium aſſeruerint.

8 Oſtenſo autem à ſententia arbitrorum appellandum non eſſe ad iudicem arbitro ſuperiorem, ſi is diuerſus à iudice partium ſit, quod ad illam aliam quæſtionem attinet, num ſcilicet ſi is, qui reus erat futurus, ſi in arbitrum non fuiſſet compromiſſum, ſe ſentiat ea ſentẽtia iniuſtè grauatum, appellare debeat ad iudicem alterius partis, quæ eo ipſo in illo appellationis gradu reus uidetur manere, an verò ad ſuum proprium iudicem, coram quo pars aduerſa agere debebat, ſi cauſa in arbitrum non fuiſſet compromiſſa: quod inquam, ad eam quęſtionem attinet, quidam, quos Couar. cap. 12. citato, num. 1. refert ac ſequitur, aſſeruerunt, appellandum tunc ei eſſe, non ad ſuum iudicem, ſed ad iudicem partis aduerſæ: idque illa ratione, quòd in eo appellationis gradu maneat actor, & actor ſequatur forum rei. Addit tamẽ Couar. quando cauſa alioquin tractanda foret in ſeculari tribunali, quia reus, qui appellat, ſecularis eſt, & qui actor perſona eſt eccleſiaſtica, per eamque appellationem, ſequendo forum illius, cauſa tractanda veniret coram iudice eccleſiaſtico, id permittere nõ debere ſeculares poteſtates. Illaque eadem ratione permittere ſimiliter non deberent eccleſiaſticæ poteſtates, quando reus, qui à ſententia arbitri appellaret, eſſet eccleſiaſticus, & actor perſona ſecularis, vt ea accuſatione cauſa coram iudice ſeculari perageretur. Mihi verò plus longè probatur contraria ſententia Bar. Panor. c. Quintauallis de iureiur. nume. 39. & multorum aliorum, quos Cou. ibidem refert, in euentu ſcilicet quæſtionis propoſitæ appellã dum eſſe ad iudicem rei, qui ab arbitri ſententia appellat. Quoniam ille futurus eſt exequutor ſententiæ arbitri, in eo euentu: & per modum exceptionis coram illo appellatur à ſententia arbitri, quòd tanquam iniuſta, eaque ratione vi compromiſſi locum non habens, mandari ab eo non debeat exequutioni, niſi ſaltem moderamen illi adhibeatur, quo ad iuſtitiæ limites redigatur. Neque quòd reus ita ſen-

A tẽtia arbitri iniuſtè grauatus præueniat ea exceptione & appellatione coram illo iudicem, qui illam exequutioni debet mandare, antequam fortè exequutio ſententiæ ab altera parte ab illo eodem iudice petatur; eo quòd niſi ante lapſum decem dierum, aut quinque in hoc regno, grauatus reclamaret & appellaret, cenſeretur cõſenſiſſe in ea ſententia, taciteque illam emologaſſe; impedit quominus ea exceptio & appellatio interponi poſſit coram illo eodem iudice, antequam exequutio ea petatur: ſicut interponenda eſſet, ſi pars aduerſa prius peteret ab illo eodem iudice exequutionem eius ſententiæ, & grauatus intra tempus ſibi permiſſum exciperet ſententiam eſſe iniuſtam, ideoque mandandam non eſſe exequutioni, niſi in gradu appellationis aut querelæ inſtar

B appellationis ab ea ſententia, prius ab eo, tanquam à iudice alioquin ordinario eius cauſæ, pronuncietur, num iuſta ſit, exequutionique mandanda: an verò iniuſta & reuocãda, aut moderamine aliquo temperanda & reducenda ad iuſtitiæ limites. Atque, ſi contraria ſententia Couarruuiæ & aliorum vera eſſet, non video, quando, qui à ſententia arbitri reclamaret, laicus eſſet, & pars aduerſa eſſet eccleſiaſtica, cur poteſtates laicæ iuſtè aut licitè impedire poſſent, quominus gradus ille appellationis coram iudice eccleſiaſtico perageretur: cum id iuxta ipſorum ſententiam natura ipſa rei poſtulet iuriſque diſpoſitio. De iure etiam Luſitano partes, quæ ſe ſentiunt grauatę ſententijs arbitrorum, non appellant ad eos iudices ordinarios locorum, qui futuri fuiſſent iudi-

C ces in ea cauſa, ſi partes in arbitrum non compromiſiſſent, ſed quondam de iure ordinarionum appellabatur ad quoſdam ſuperiudices, qui erant in eo regno, vt habetur lib. 3. ord. titu. 81. in princ. atque hi, vt habetur lib. 1. earundem ord. titu. 32. erant vniuerſales quidam iudices domus, quam in eo regno vocant *do ciuel*, ad quos appellatio fiebat ex toto regno. Similes videbantur eſſe in hoc regno tempore legum partitarum, vt conſtat ex illis verbis l. 1. titu. 4. par. 3. *Otros y ha aun ſin aquellos, que ſon pueſtos annaladamente para oyr las alçadas de los iuezes ſobre dichos. E tales como eſtos llamaron los antiguos ſobre iuezes, por el poder que han ſobre los otros.* Vt autem in hoc regno ſunt ſublati, quoniam vt ibi Gregor. Lopez ait, & vſus teſtatur, atque habetur l. 12. tit. 5.

D lib. 2. nouæ collect. in cauſis ciuilibus auditores curiarum iudicant in gradu appellationis, & in aliquibus euentibus conſiliarij Regis iudicant in gradu ſupplicationis, & in nonnullis alijs paucis, etiã quo ad primum gradum appellationis, vt habetur l. 20. tit. 4. lib. 2. nouæ collect. in Luſitania ſunt iam hodie ſublati, atque illorum loco appellatio interponitur *à os deſembarguadores do agrauo da caſa do ciuel*, vt habetur l. 3. in prin. iuncta l. 4. etiam in prin. par. 2. leg. extrauag.

9 Vlterius dubitant doctores, num poſtquam à ſententia iudicis arbitri appellatum eſt ad iudicem ordinarium, ſi eueniat, vt pars aliqua ſe iniuſtè grauatam ſentiat à ſententia lata ab eo iudice ordinario

E in eo gradu appellationis ſeu reclamationis ac querelæ, liceat vlterius appellare à tali ſententia ad iudicem alium ſuperiorem, ad quem à tali iudice appellatur, quãdo ipſe via ordinaria ſententiam profert, nullo præcedente antea compromiſſo. Bart. Panor. & communior fortè ſententia, quàm Couar. c. 12. citato, nu. 3. refert, affirmant, non admitti talem vlteriorem appellationem. Multi etiã alij quod idem Couar. refert ac ſequitur contrarium affirmant. Atque cum hac ſententia conſentit in hoc regno lex 4. titu. 21. lib. 4. nouæ collect. ſupra relata, quæ appellationẽ in eo euentu à iudicibus ordinarijs ad curias admittit: in curijs autem, ſi ſententia arbitri confirmetur, non admittitur vlterior ſupplicatio: ſi verò in

in totum aut in parte reuocetur, admittitur ſupplicatio ad eoſdem curiæ iudices, vt eadem l.4. habetur. Quando autem ſententia non eſſet quo ad quantitatem, quę excederet valorem decē mille marauedinorum, tunc appellatio non admitteretur à iudice ordinario ad curias, niſi quando locus eſſet intra octo leucas à curijs, iuxta l.7. titul. 18. lib.4. nouæ collect. In locis tamen, in quibus conſuetudo eſt, vt nihilominus admittatur appellatio *à el aiūtamiento*, & vt ibi deputentur duo decuriones, qui in gradu appellationis vnà cum iudice, qui ſententiam tulit, de ea re iterum cognoſcant, admittenda eſt appellatio, iuxta eandem legem 7. Ea autem conſuetudo eſt in hac Conchenſi ciuitate. In cauſis tamen de rebus, quæ non excederent valorem quadragintorum marauedinorum, nulla à iudice ordinario admittetur appellatio, iuxta l.19. lib.3. eiuſdē nouæ collect. In Luſitania autem ſicut quo ad alias appellationes, quæ quondam in ciuilibus fiebant ad ſuperiudices, & hodie fiunt *á os deſembargadores do agrauo da caſa do ciuel*, ſi in gradu appellationis lata apud eos ſenatores ſit ſententia circa res immobiles, quæ non excedunt valorem triginta millium *reais*, aut circa res mobiles, quæ non excedunt valorem quadraginta millium *reais*, non admittitur vlterior appellatio ſeu *agrauo*, (hoc eſt, ſupplicatio) ſi verò excedant, admittitur, vt habetur l.3. in prin. & l.4. in prin. & §.1. & 2. tit.1. par.2. leg. extrau. ſic res ſimiliter habet in appellationibus à ſentētijs arbitrorū ad eoſdem ſenatores circa res eorundem valorum.

Bartolus verò, & qui illum ſequuti ſunt, inde videntur decepti, vt aſſererent, à iudice ad quem ab arbitri ſententia eſt appellatum, non eſſe admittendam vlteriorem appellationem, quòd eum non cenſuerunt eſſe ordinarium iudicem, neque procedere vt iudicem ordinarium, ſed præciſè vt ſubrogatum quo ad id iudicis arbitrio, locumque illius quo ad id iudicium ſubeundo ac tenendo: cum tamen verè ſit iudex ordinarius, & vt ordinarius iudex propria ſua iuriſdictione procedat; tametſi rationem habere debeat compromiſſi à partibus antea celebrati, neque cauſam definire debeat, quaſi compromiſſa antea non fuiſſet illam in ſe ſolam inſpiciendo ac definiendo, nouumque omnino iudicium inchoando ſed rationem compromiſſi habere debeat; tametſi non teneatur ipſe modum arbitri iudicis ſeruare in eo appellationis gradu, ſed modum ſui tribunalis proprium: à ſententia autem lata à iudice ordinnrio inferiorę vtique appellatio admittitur ad ſuperiorem, ſi pars ſe iniuſtè grauatam inueniat, neque lege particulari ſit talis appellatio ſublata: durumque valde eſſet, ſi is in cuius fauorem lata ab arbitro fuiſſet ſententia, quique ab illa nec appellaſſet, nec eſſet cur appellaret, ſe iniuſtè grauatum ſentiret à iudice appellationis, qui noua ſua ſententia illam aliā priorem reuocaret, aut attemperaret iniuſtè, non poſſet ad iudicem ſuperiorem illius appellare, ſed eo ipſo noua contraria ſententia iudicis, ad quem ab arbitro fuit immediatè appellatū, tranſiret omnino contra ipſum in rem iudicatam. Vnde meritò in hoc regno lege 4. titu.21. lib.4. nouæ collect. longè plus huic laxatæ ſunt habenę ad appellandum pluries, quàm illi alteri, qui ab arbitri ſententia appellauit. Lege alia, quibus Couar. vbi ſuprà eandem ſententiam confirmat.

10 Vtrum autem validè renunciari in compromiſſo poſſit petitio reductionis arbitri ad æqualitatem arbitrio prudenis, reclamatioque & appellatio ab eo arbitrio de iure huius regni ac Luſitani, ita vt quantumuis pars vna poſtea ſe inueniat eo arbitrio grauatam, non poſſit validè petere reductionem illius ad æqualitatem, iuſtitiæque limites, ab illòve validè appellare. Dicendum arbitror, in euētu, in quo Di- A ſput. 30. eſt dictum, quantumuis vna pars ſe inueniat grauatam arbitrio, locum non habere petere reductionem illius ad æqualitatem arbitrio prudentis iuxta l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, & l. diem proferre. §. ſtari. ff. de recep. arb. in illo, inquam, euentu, ſiue in compromiſſo renunciatum eſſet ei petitioni, non quidem quia renunciatum illi eſſet, ſed quia vi compromiſſi locum non haberet. Si tamen tunc dolo & machinatione ac nequitia alterius partis latum eſſet tale arbitrium inæquale excedens, tunc inualidum ſanè eſſet, vt ibidem explanatum eſt. Secluſo verò eo euentu, & condonatione libera ac manifeſta partis grauatæ, quo ad id in quo grauata eſt, exiſtimo renunciationem petitioni reductionis arbitri ad æqualitatem, inualidam eſſe, ne- B que impedire, quominus ea reductio peti poſſit, & quominus de iure huius regni & Luſitani appellari ab eo poſſit. Sicque apertè eſt ſancitū de iure Luſitano lib. 3. ord. titu. 81. in prin. Ratio autē eſt, quoniam ea renunciatio, cū non eſſet condonatio eius grauaminis iniuſti, neque per illā ius ſibi ad id grauamen compararet pars aduerſa, ſanè integrum parti grauatæ manet non ſecus reclamare ab eo grauamine ſimpliciter iniuſto nihil impediente præuia renunciatione ei petitioni, quàm ſi ea renunciatio nō anteceſſiſſet. Atque ad hæc pauca verba, hac de re à nobis hoc loco tradita, admetienda eſt longa hac de re diſputatio, quam Ioan. Bapt. 7. li. de arb. c. 15. & alij texunt. Quando autem ea renunciatio iuramento eſſet confirmata, quam vim ex iuramento in C conſcientiæ & in exteriori foro haberet, Diſput. ſequenti dicetur.

Dubium eſt, vtrum quando compromiſſum ſtipulatione modo ſupra explicato fuit vallatum, locum habeat, quod de emologatione ſententiæ arbitrorum, quando anteceſſerat pactum nudum, diſputatione præcedēte dictum eſt, nempe eo ipſo, quòd ſententia arbitrorum tacitè aut expreſsè modo ibi explicato eſt emologata, de iure ciuili communi cō cedi actionem ad exequutionem eius ſententiæ, nō ſecus atque ſi à quocunque alio iudice habente ad eam ferendam iuriſdictionem fuiſset pronunciata, tranſijſetque in rem iudicatam.

Barto. l. penult. C. de recept. arbit. neganter reſpondet. Ducitur, quoniam lege penultima citata, D id de arbitrorum ſententia tacitè aut expreſsè emologata, ſolùm ſtatuitur, quando in compromiſſo appoſita non fuerat pœna, atque adeò quando de iure ciuili communi nullum erat remedium ad cogendum damnatum ea ſententia ſtare compromiſſo ſaltem metu pœnæ: vnde cum, quando compromiſſum ſtipulatione eſt vallatum, poſſit ita damnatus cogi ad intereſſe vi compromiſſi ſequuta ea arbitrorum ſententia; conſequens eſt, vt tunc locum non habeat, quando de emologatione tacita aut expreſſa ſententia, præcedente ſolo pacto nudo ea lege penultima eſt diſpoſitum.

Contraria ſententia eſt communis interpretum iuris canonici, eam ſequitur Panorm. c. per tuas, de E arb. num. 10. affirmans communem eſſe interpretis iuris canonici, & ſaltem de iure canonico eſſe omnino amplectenda. Quoniam cum de iure canonico ex compromiſſo ſolo pacto nudo celebrato detur actio, vt hac & præcedente diſputatione dictum eſt, ſanè ſi quando aliunde daretur actio, vel eſſet aliud remedium cogendi partem aduerſam ſtare cō promiſſo ac ſententiæ, locum non haberet diſpoſitio illa legis penult. C. de recept. arb. circa ſententiam arbitrorum tacitè aut expreſsè emologatam, nunquam id de iure canonico haberet locum: cuius tamen contrarium expreſsè habetur c. per tuas citato.

Panormitanus, tam de iure canonico, quàm de iu

re

re ciuili communi, cenſet habere locum, quod de emologatione tacita aut expreſſa ſententiæ arbitrorum dictum eſt, præcedente compromiſſo ſtipulatione vallato. Non verò quando in compromiſſo appoſita fuit pęna ſtare non volenti arbitrorum ſententiæ, ſiue id compromiſſum celebratum fuerit pacto nudo, ſiue vallatum fuerit ſtipulatione, in hocq; vltimo conſentit etiam idem Panor. cap. dilecti, de arb. num. 17.

11 Quamuis autem cum Panor. conſentiam in eo, quod dicit de compromiſſo ſtipulatione vallato, in quo appoſita non fuit pœna, lataque fuit ſententia arbitrorum, & ſequuta fuit emologatio eius ſententiæ; reliqua tamen longè aliter definienda cenſeo, idq; accommodatè ad ea, quæ diximus lateq; oſtendimus tract. 2. Diſp. 556. §. quando tranſactio. Atque in primis quando compromiſſum celebratum fuit pacto nudo, appoſitaque fuit pœna non ſtanti compromiſſo, ſententiæve arbitrorum, tunc, ſtando in ſolo iure ciuili communi, ſi ſequuta fuit emologatio expreſſa ſententiæ arbitrorum, credo mandandam eſſe exequutioni, nihil impediente, quòd damnatus ea ſententia velit ſoluere pœnam, & non ſtare ſententiæ ſemel à ſe expreſsè emologatæ ac approbatæ: conſentireque videntur Hoſtienſis, & præſertim Innocentius, qui de emologatione expreſſa loquitur per ſubſcriptionem ſententiæ, à Panorm. c. per tuas, de arb. num. 15. relati, quin & ipſemet Pan. ibi uidetur conſentire, qui non vi ſententiæ arbitrorum, ſed vi pacti, quo expreſsè ac formaliter approbata eſt, ait reſultare actionem, vt is, aduerſus quem lata eſt, cogatur illi ſtare, & vt exequutioni aduerſus eum mandetur. Bart. quoque & communis ſententia, quam Greg. Lopez. l. vlt. tit. 4. par. 3. verb. *las partes por bueno*, refert, conſentiunt, quando in tali compromiſſo fuit appoſita clauſula, rata nihilominus manente ſententia: malè tamen multi negant, quando ea clauſula non fuit appoſita. Ducor autem ego, quoniam in eo euentu per eam expreſſam emologationem ſententiæ arbitrorum is, aduerſus quem lata eſt, expreſsè eligit illi ſtare, eâque adimplere, & non ſoluere potius pęnam, vt ex diſpoſitione iuris ciuilis communis ante eam electionem erat in ipſius optione, eligere potius ſoluere pęnam, & liberari ab adimpletione eius ſentẽtiæ, iuxta ea quæ ſubijciemus. Ducor item, quoniam irrationabile prorſus videtur cenſere, diſpoſitionem illam legis penultimæ. C. de recep. arb. nempe, ſi præceſſit pactum nudum compromiſſi, quòd ſtaretur arbitrorum ſententiæ, & ſequuta fuit ſententia & emologatio illius, competat actio vt exequutioni mandetur per iudicem ordinarium, prorſus, inquam, irrationabile videtur cenſere ex eo eam diſpoſitionẽ impediri, quòd in eo pacto nudo appoſita ſit pęna non ſtanti eidem ſententiæ, quando emologatio eius ſententiæ fuit expreſſa, per quam, aduerſus quem ea ſententia eſt lata, elegit potius ſtare ei ſententiæ, quàm ſoluere pœnam. Quamdiu enim illam expreſsè non approbauit, eligẽdo illi ſtare, integrum ſanè illi manebat, quando iuxta eandem l. penult. per iudicem ordinarium mandari exequutioni intentaretur, dicere, eligere potius ſoluere pęnam compromiſſi, & nolle ſtare iudicatis per arbitros, vt ſibi de iure communi eſt permiſſum. Neque id pugnat cum diſpoſitione legis penultimæ citatæ, quæ, intellecta indiſtinctè, ſiue in pacto nudo appoſita fuerit pœna, ſiue non, vt indiſtinctè ipſamet lex loquitur, quando præceſſit pęna in compromiſſo, & ſequuta fuit tacita emologatio eius ſententiæ, concedit quidem eam actionem, vt ſententia illa executioni mandetur: attamen concedit illam in eo euentu dependenter ex eo, quòd, ſi damnatus ab arbitris ita velit, ſoluat potius pęnam compromiſſi, vt ſibi de iure ciuili eſt permiſſum. Quando verò

A expreſsè elegit ſtare ſententiæ illam expreſsè emologando, locum iam tunc non habet, vt inde reſiliat volens potius pęnam ſoluere. Cum ergo hæc nihil pugnent cum diſpoſitione legis penultimæ citatæ, neque in ea quicquã habeatur, vnde conſtet ea, quæ ibi diſpoſita ſunt circa pactum nudum compromiſſi, ſequuta emologatione tacita vel expreſſa ſententiæ arbitrorum, locum non habere ex eo, quod in eodem pacto nudo appoſita ſit pœna non ſtanti ſentẽtiæ: ſanè dicendum eſt, diſpoſitionem illius legis nõ minus habere locum, quando præceſſit ſolùm pactum nudum ſine appoſitione pœnæ, & ſecuta eſt emologatio tacita vel expreſſa ſententiæ, quàm quãdo pacto nudo compromiſſi appoſita fuit pœna, & ſequuta fuit emologatio ſententiæ tacita vel expreſ- B ſa: cum libertate tamen damnati ea ſententia, eligẽdi ſoluere potius pęnam & non ſtare iudicatis, vt ſibi de iure communi ciuili permittitur, interim dum is ſibi eam libertatem non ademerit emologando expreſsè ſententiam, illique ea expreſſa emologatione parere volendo: tacita verò emologatio, quamuis ab eo, iuxta diſpoſitionem eius legis, auferat poteſtatem reclamandi ab ea ſententia, & impediendi vt exequutioni ex eo capite non mandetur, idque non minus quàm idem impediat emologatio expreſsa: non tamen ab eo tollit libertatem eligendi potius ſoluere pęnam compromiſso ſtatutam, eaque via euadendi exequutionem eius ſententiæ: ſicut emologatio expreſsa ab eo tollit eandẽ libertatem, eamque facultatẽ electione illa ſolutionis C pęnæ, impediendi exequutionẽ eiuſdem ſententiæ.

Quando compromiſſum celebratum fuit pacto nudo, appoſitaque fuit pęna non ſtanti compromiſſo ſententiæve arbitrorum: tunc, ſtando in ſolo iure ciuili communi, ſi ſequuta fuit emologatio ſententiæ arbitrorum tacita ſolùm lapſu decem dierum, in quibus ab ea non fuit reclamatum, ſanè, nihil impediente diſpoſitione legis penultimæ. C. de recep. arb. integrum eſt damnato ea ſententia, ſoluere pęnam, eaque ſolutione non ſtare arbitrorum ſententiæ, impedireque illius exequutionem. Res hæc ex parte eſt dicta ac explicata circa euentum præcedentem; copioſius tamen nunc explananda ac comprobanda eſt. Primò illam probat authentica decernit, C. de recept. arb. illis verbis: *ſed pœnam ſtatuant*, D (compromittentes ſcilicet) *qua præſtita liceat à iudicatis recedere*. 12

Secundò illam probat l. vlt. tit. 4. par. 3. quæ iuxta commune ius ciuile lata eſt, illis verbis: *Mas quien no ſe pagare del* (iudicio ſcilicet & ſententia arbitrorum) *perche la pena que le fure pueſta, è deſpues no ſera tenudo de obedecerla.* hoc eſt, non tenebitur ſtare ſententiæ arbitrorum. Et conſentit Greg. Lopez ibi, etiam quando in hoc regno reclamatum, & appellatum fuit ab arbitrorum ſententia, & facta fuit exequutio iuxta legem 4. nouæ collectionis ſupra relatam, & per iudices appellationis approbata fuit arbitrorum ſententia: cenſet enim etiam tunc (licèt id lectori relinquat cogitandum) eligendo ſoluere pœnam, eximi ab obligatione ſtandi ſententiæ il- E li, etiam eo modo à iudicibus appellationis confirmatæ, reddendaque ei eſſe bona, in quibus vi legis quartæ relatæ facta fuerat exequutio ſententiæ arbitrorum. Ego verò in hoc vltimo contrarium cenſeo, atque Gregorius Lopez, tametſi non omnino firmus arbitratur. Cenſeo enim eam libertatem non eſſe tunc penes victum, ſed ſi in compromiſſo appoſita non fuit clauſula, rata nihilominus manente ſententia, quamuis victor non poſſit agere ad vtrumque, in ipſius tamen optione eſſe, agere ad exequutionem ſententiæ, ſeu ad intereſſe, vel ad pœnam, & inſuper ad incrementum intereſse, ſi quod aliud ſit vltra pœnam, iuxta ea quæ ſubiungemus.

Ducor, tum ob ea, quæ mox circa Luſitanũ ius ſubiungo. Tum etiam quoniam iam hodie compromiſſum pacto nudo celebratum longè maiores vires habet in hoc regno poſt l. 3. titu. 8. lib. 3. ord. quę eſt l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. quàm habuerit de iure ciuili communi, & in hoc regno tempore legis vltimæ titu. 4. par. 3. habet enim hodie in hoc regno tantas vires, quantas habet idem compromiſſum ſtipulatione vallatum, eaſdemque ſemper habuit de iure canonico, & in terris eccleſiæ: vnde idem quo ad id eſt hodie in hoc regno dicendum, quod ſubijciemus de compromiſſo ſtipulatione vallato, quãdo ſimul appoſita fuit pœna non ſtanti tali compromiſſo & ſententię arbitrorum, nec addita fuit clauſula, rata nihilominus manente ſententia.

Tertiò eadem reprobat diſpoſitio Luſitana lib. 3. ord. tit. 81. §. 2. quæ iuxta ius commune, quod in eo regno viget, lata eſt, excepto quòd ab arbitrorũ ſententia reclamatio & appellatio in eo regno admittitur intra decem dies, vt & à ſententijs ab alijs iudicibus latis, vt ſuprà relatum eſt. Ea autem diſpoſitio, quæ de compromiſſo pacto nudo celebrato, ſequutaque arbitrorum ſententia, loquitur, ſic habet: *E ſe cada hũa das partes non appellar da dita ſentença dada por los arbitros ſe dará a execuçam por los iuizes ordinarios, quer no compromiſſo foſſe poſta pena, quer nom, aſſi como ſe daria a execuçam ſendo dada por os iuizes ordinarios. Porem no caſo onde for poſta pena no compromiſſo, ficara à em eſcolha do condenado paguar à pena, ou eſtar pola ſentença, a qual eſcolha podera fazer do dia que for requerido a tres dias, com tanto que quando aſſi eſcolher de paguar à pena, pague lougo à dita pena, è nom pagando loguo, ſe faça execuçam pe la dita ſentença ſem mais gouuir* (id eſt gaudere) *da dita eſcolha. Empero ſe no dito compromiſſo for poſta clauſula, que paguada à pena, ou nõ paguada, ſe fique à ſenteça ſemper valida, em tal caſo nom auera luguar à dita eſcolha, mas a ſentença ſe dara em todo execuçam.* Hæc ibi. Vbi vides, ſi ſemel expreſsè emologetur ſententia, eligendo illi ſtare, non amplius damnato ea ſententia concedi, ſoluendo pœnam, non ſtare ſententiæ, iudicatis ve ab arbitris. Vides deinde, ſi ſententia emologata ſit tacitè lapſu decem dierum, in quibus ab ea non ſit reclamatum ac appellatum, ſi nulla appoſita fuit pœna, mandari ſententiam exequutioni iuxta diſpoſitionem legis penultimæ. C. de recep. arb. & ea quæ ſuprà dicta ſunt. Si verò appoſita fuit pœna, neque addita fuit clauſula, ratis nihilo minus manentibus compromiſſo ac ſententia, mandari ſimiliter ſententiam exequutioni, ſed relicto in optione damnati, vt potius ſtatim in continenti ſoluat pœnam, in quo ea ordinatio Luſitana omnino cum noſtra ſententia conſentit. Meritò verò de iure eius regni fuit ſancitum, vt tempus ad deliberandum, an velit potius ſoluere pœnam, vel ſtare ſententiæ, eſſet trium dierum à puncto, quo eſſet requiſitus, vt alterum eligeret. Vides item, ſi in compromiſſo, in quo pœna fuit appoſita, addita fuit clauſula, rata manente ſententia, tunc ſequuta tacita emologatione ſententiæ lapſu decem dierum, in quibus non fuit ab ea reclamatum & appellatum, mandari integre ſententiam exequutioni, neque locum eſſe, vt ea damnatus eligat tunc velle potius ſoluere pœnam: quoniam quando ea clauſula fuit adhibita appellatio pœnæ non relinquit optionem vt eligatur ſoluere pœnam, & non ſtare iudicatis; ſed ſequuta tacita ſententiæ emologatione, perinde vi legis penultimæ. C. de recep. arb. eſt mandanda exequutioni, atque ſi ſolùm compromiſſum pacto nudo celebratũ, ſine pœnæ additione, præceſſiſſet: id enim ſignificat tunc clauſula illa, rata nihilominus manente ſententia, vt ſcilicet ſententia eodem modo vim habeat ac mandetur exequutioni, atque ſi pœna appoſita inſuper non eſſet in eo compromiſſo.

13 Vtrùm autem tunc, qui tacitè emologauit ſententiam, teneatur pati integram ſententiæ exequutionem, & inſuper ſoluere pœnam. Dicendum eſt, cũ tunc emologata tacitè ſit ſententia, non ſecus atque ſi in compromiſſo adhibita non fuiſſet pœna, ad effectum, vt nihil impediente pœnæ appoſitione, vi legis penult. C. de recep. arb. abſque vllo obſtaculo mandetur exequutioni, vt paulo antè eſt dictum ac explanatum, 14 ſententiam in primis mandãdam procul dubio eſſe integre exequutioni vt Luſitana ordinatio accommodatè ad ius commune rectè diſponit. Quòd ſi poſt eam tacitam emologationem in tenetur à parte damnata ei ſententiæ nõ ſtare, nec mora non parendi ei ſententiæ purgetur ante litem ea de re conteſtatam, modo tractatu 2. Diſput. 556. §. vtrùm autem explicato, tunc ſimul etiam incurritur, vi præcedentis pacti de ea in eo euentu ſoluenda, iuxta ea quæ diſputatione citata circa tranſactionem & alios contractus dicta ſunt. Quando autem præceſſit compromiſſum pacto nudo, pœna appoſita ei, qui ſententiæ non ſtaret, ſine clauſula rata nihilominus manente ſententia, & neque tacitè neque expreſsè ſententia fuit emologata, ſed ab ea fuit reclamatum & appellatum, vt in Luſitania eam reclamare & ab ea appellare licet, tunc de iure Luſitano videtur dicendum, ſequuta poſtea reuocatione aut moderatione ſententia arbitrorum, non incurri pœnam: quoniam, nihil impediente pacto pœnæ ei ſtatutæ, qui ſententiæ non paruerit, permittitur in eo regno ea appellatio, legitimeque comperitur fuiſſe appellatum: atque, hæc omnia partim conſtant apertè, & partim argumento à contrario ſenſu perſpicuè colligitur ex ordinatione illa Luſitana libro 3. titulo 81. in princ. Si verò confirmetur arbitrorum ſententia, credo de Luſitano iure ſoluendam omnino eſſe pœnam, vt ibidem expreſsè aſſeritur, ſi ad illam agere victor velit, & inſuper poſſe agere ad incrementum intereſſe, ſi quod maius erat in ſententiæ exequutione quàm in valore pœnæ, vel agere poſſe ad exequutionem ſententiæ ac intereſſe, ipſius optione. Ad vtrumque autem ſimul agere poteſt, quando in compromiſſo appoſita non fuit clauſula, rata nihilominus manente ſententia, iuxta ea quæ tractatu ſecundo. Diſputat. 556. §. quando tranſactio. dicta ſunt, & quæ in ſequentibus ſubiiciemus. Cum enim ſententia illa non ſit iam arbitrorum dumtaxat, ſed ſit etiã iudicum ordinariorum appellationis, tranſeatq; in rem iudicatam, ſanè omnino iam vim habet, vt exequutioni mandetur, ſi ad id potius victor agere eligat, nõ minus, quàm ſi compromiſſum ſtipulatione eſſet vallatum appoſita pœna non ſtanti ſententiæ, ſed ſine clauſula, rata nihilominus manente ſententia; in quo euentu, vt ſubiiciemus, licèt victor non poſſit agere ad vtrumque, optio tamen, ad quod illorum agat, ad ipſum ſpectat, nec ad victum tunc pertinet eligere, quid potius illorum ſoluere velit. Atq; ſi confirmata in eo euentu ſententia à iudicibus ordinariis appellationis integrum eſſet parti, ea ſententia damnatæ, eligere potius ſoluere pœnam, eaque ratione non ſtare ita iudicatis, nunquam Luſitana illa ordinatio ſtatueret in euentu, de quo diſputamus, ſoluendam eſſe pœnam victori; ſed diceret, ſoluendam ei eſſe, vel parendum illi eſſe tali ſententiæ, ipſius optione. Hæc eadem aduerſus Gregoriũ Lopez, gloſsa citata, vim ſimiliter habere credo in hoc regno, in quo, nihil impediente quod pœna in compromiſſo ſit poſita, reclamare ſententiam arbitrorum & ab ea appellari ſimiliter permittitur, & nihilominus exequutioni ſententia per iudices ordinarios mandatur ante confirmationem illius per iudices appellationis, iuxta diſpoſitionẽ ex l. 4. ti. 21. lib.

lib.4. nouæ collect. ſupra relatam: idque propter rationes paulo antea redditas. Accedit etiam,quod mox ſubiungemus.

14 Quando verò compromiſſum ſtipulatione fuit vallatum,& ſimul appoſita fuit pęna contrauenienti ſententiæ, tunc ſi appoſita non fuit clauſula, rata manente ſententia,de iure communi,ſi is,qui ea fuit damnatus,expreſsè illam emologauit,victor agit ad ſententiæ exequutionem, ſi victus eam implere moretur. Probatur, quoniam damnatus ea ſententia iam elegit potius illi parere, quàm ſoluere pœnam. Et quoniam vi contractus ſtipulationis, maximè ſequuto illius expreſſo conſenſu ſententiæ, de iure ciuili communi ad id tenetur ciuili debito, competitque iam actio de eodem iure ciuili communi, vt, quod iudicatum eſt, adimpleat, & vt intereſſe ſoluat,ſi non adimpleat, aut ſi non congruo ac debito tempore adimpleat, conſentitque in hoc euentu. l. diem proferre. §. vltimo, ff. de recept. arbit. iuncta gloſſa ibi & communi doctorum ſententia ac intellectu eius paragraphi. Item, quoniam in eo euentu locum habet diſpoſitio legis penult. C. de recep. arbit. vt exequutioni per iudices ordinarios mandetur ſententia arbitrorum expreſsè emologata. Neque id impedit, ſed adiuuat, quòd compromiſſum non fuerit pactum nudum, ſed vallatum fuerit ſtipulatione: robur quippe ſtipulationis additum nihil detrahere debet de diſpoſitione ac vi eius legis, quæ indiſtinctè loquitur. Neque item id impedit, appoſitã ſimul fuiſſe in eo compromiſſo pœnam non ſtanti ſententiæ arbitrorum. Tum quoniam eo ipſo, quòd pars ea ſententia damnata expreſsè illam emologauit, illique conſenſit, elegit potius ſtare illi ſententiæ,quàm ſoluere pænam, eaque electione ſe priuauit poteſtate eligendi potius ſoluere pœnam, quàm ſtare ſententiæ, vt ſupra, quando compromiſſum pacto nudo fuerat celebratum, in ſimili euentu dictum comprobatumque eſt. Tum etiam quoniam, quando in pacto non gratuito, ſed oneroſo, ex quo actio de iure reſultat, qualis eſt is, de quo diſputamus, appoſita fuit pęna ei pacto non ſtanti, ſine clauſula rata nihilominus manente contractu, tunc licèt is, qui illi ſtare non vult, non teneatur ad vtrumque, ſed ad alterum; optio tamen, ad quod agatur, non ad eum pertinet, ſed ad alterũ, qui cõtractui ſtat, vt ex multis iuribus tract. 2. diſp. 556. §. quando tranſactio, copioſè oſtendimus, & mox dicemus: atque tunc ſi is agat ad pęnam, & maius ſit intereſſe, poteſt rurſus agere ad incrementum intereſſe, vt ibidem oſtenſum eſt.

15 Quando compromiſſum ſtipulatione vallatum, celebratum fuit modo præcedente paragrapho explicato, & ſequuta fuit emologatio ſẽtẽtiæ arbitrorum, non expreſſa, ſed tacita lapſu decem dierũ, aut quinque in hoc regno, in quibus ab ea non fuit reclamatum, tunc de iure huius regni ac Luſitaniæ nõ admittitur appellatio ab ea ſententia, mandabiturque exequutioni in his regnis, & de iure ciuili communi. Quòd ſi reclametur, illique reſiſtatur, nec mora purgetur ante litem cõteſtatam in euentu, in quo ea purgatio, iuxta dicta tract. 2. diſp. 556. §. vtrum autem, locum habet, tũc victor agere poterit vel ad exequutionem ſententiæ, vel ad pœnam, ipſius optione. Quòd ſi agat ad pęnam, pluſque interſit ſtari ſententiæ arbitrorum, illamque implere, agere inſuper poterit ad incrementum intereſse illius. Quod autem in eo euentu, emologata illo modo tacitè arbitrorum ſententia, non admittitur appellatio ab illa in hoc regno & in Luſitania, ex eo conſtat, quoniam tranſactum eſt tempus ad illam reclamandum, & ab ea appellandum conceſſum, idque expreſſum ac diſpoſitum eſt in Luſitania 3. lib. ord. titu. 81. §. 2. Quòd verò etiam de iure ciuili communi mande-

A tur tunc ea ſententia exequutioni per iudices ordinarios, ex eo probatur, quoniam iuxta diſpoſitionẽ legis penult. C. de recep. arb. ſententia tacitè emologata, quæ lata fuit per iudices arbitros, mandatur exequutioni per iudices ordinarios. Neque id impedit, compromiſſum antecedens non fuiſſe pactum nudum, ſed vallatum eſſe ſtipulatione: quoniam robur ſtipulationis additum, eum effectum & vim ab ea lege non tollit, ſed potius auget: quippe cum, eſtò ea lex lata non eſſet, vi ſolius compromiſſi ſtipulatione vallati reſultaret actio de iure communi, vt arbitrorum ſententia, etiam tacitè non emologata, mandaretur exequutioni per iudices ordinarios, & ageretur ad intereſſe: eo quòd ea ſit vis eius contractus nominati, conſentitque l. diem proferre. §. vlt.
B ff. de recep. arb. iuncta gloſſa ibi & communi intellectu eius paragraphi. Quòd autem, quando poſt ſententiam tacitè emologatam, talis ſententia reclamatur, eique non ſtare contenditur nec mora ei parendi purgatur, victor agere poſſit, vel ad exequutionem ſententiæ, & ad intereſſe, vel ad pœnam optione eius victoris, neque tunc integrum victo ſit eligere ſoluere pœnam, & liberari ab exequutione ſententiæ, ſicut de iure ciuili communi eſt illi integrum, quando compromiſſum, in quo ea pœna erat ſtatuta, celebratum fuerat pacto nudo, ex eo probatur, quoniam id priuilegium ſolùm erat victo conceſſum, quando compromiſsum pacto nudo erat celebratum, ex quo pacto de iure ciuili communi actio victori non concedebatur: quando verò com-
C promiſsum celebratum eſt ſtipulatione, rationeque ſtipulationis tranſiuit in contractum nominatum, quia ſtipulatio parit ſufficientem ciuilem actionem vt contractus impleatur, tunc, ſi ſimul pœna fuit appoſita non ſtanti ei compromiſso ac ſententię, quãuis victor agere nõ poſſit ad vtrũque, optio tamẽ ei cõpetit, vt agat ad quod maluerit, iuxta ea quę diſp. 556. citata copioſè oſtenſa ſunt. Atque cum vi contractus actio illi competat ad exequutionem ſentẽtiæ & ad intereſse, ſanè, ſi plus ſit intereſse, quàm pœna, & eligit agere ad pœnam, illi etiam competit inſuper actio ad incrementum intereſſe, vt ibidem oſtenſum fuit: quo fit, vt totum, quòd propoſuimus, verum ſit comprobatumque maneat.

Quando compromiſſum ſtipulatione eſset vallatum, 16
D modoque duobus paragraphis præcedentibus explicato eſset celebratum, ſententiaque ab arbitris eſset lata, & nec expreſsè nec tacitè eſset emologata ſed reclamata eſset ante decem dies elapſos, & in hoc regno ante quinque, tunc in hoc regno & in Luſitania committeretur appellatio ab illa ad iudices ordinarios, & nihilominus in hoc regno exequutioni mandaretur modo ſup. ex l. 4. titu. 21. lib. 4. nouæ collect. relato. Si autẽ per iudices appellationis ſententia reuocaretur, aut moderamen illi adhiberetur tunc reclamans & appellans nullam pęnam incurret. Si autem ſententia confirmaretur, victor agere poſset optione ipſius, vel ad exequutionem ſententiæ, vel ad pœnam, & etiam ad incrementum intereſſe,
E ſi intereſse in aliquo pęnam ſuperaret: non verò poſset agere ad vtrumque, nempe ad intereſse & ad pœnam. De iure verò ciuili communi appellatio non admitteretur, ſed reductio ad arbitrium boni viri, ſi compromiſsum ita intelligeretur factum, vt haberet locum reductio ad arbitrium boni viri, iuxta ea, quæ Diſput. 30. explanata ſunt. Atque tunc ea petitio reductionis ad arbitrium boni viri eandem vim haberet, quam appellatio ab ea ſententia in hoc regno & in Luſitania habet, ac proinde eadem de iure ciuili communi tunc ſunt dicenda, quando ea reductio peteretur, quæ proximè dicta ſunt, quando de iure huius regni ac Luſitaniæ appellatum eſt à tali ſententia. Quando autem de

iure ciuili communi locum non haberet petitio reductionis ad arbitrium boni viri, tunc victor, nihil impediente ea reclamatione, vi ſtipulationis compromiſſi, agere optione ſua poſſet, vel ad exequutionem ſententiæ, ſeu ad intereſſe, vel ad pœnam ob eam reclamationem incurſam, & inſuper ad incrementum intereſſe, ſi quod eſſet vltra eam pœnam. Quòd in eo euentu admitteretur in hoc regno, & in Luſitania appellatio, ex iuribus vtriuſque regni ſuprà relatis conſtat, quæ intendunt ſuccurrere ſubditis per ordinarias poteſtates, ne ex arbitrorum ſententijs grauamen ſuſtineant, nihil impediente quocunque compromiſſo in eis arbitris ſub quacunque pœna celebrato. Atque eo ipſo, quòd pronuntiatur iuſtè fuiſſe appellatum, reuocando arbitrorum ſententia, aut moderamen illi adhibendo, appellans immunis redditur à pœna compromiſſo ſtatuta non parenti ſententiæ: quoniam eo ipſo, quòd appellatio conceditur, intelligitur ea pœna incurri, modò in gradu appellationis non comperiatur iuſtè fuiſſe appellatum, arbitroſque appellantem ea ſua ſententia grauaſſe, vt ſatis apertè colligitur ex Luſitana ordinatione titu. 81. citato in prin. Quòd autem, ſi ſententia per iudices appellationis confirmaretur, agere victor poſſet ad vtrumuis illorum optione ipſius & non ad vtrumque, ſatis profectò patet ex dictis duobus paragraphis præcedentibus, & tractatu 2. Diſput. 556. idque ex vi contractus ſtipulationis eo modo celebrati, ſequuta incurſione eius pœnæ in eo appoſitæ, arbitrorũ ſententiæ indebitæ non ſtando, prouenit. Quòd vero de iure communi appellatio tunc non admittatur, ſed petitio reductionis ad arbitrium prudentis viri in euentu ſolùm ibi explicato, ex dictis diſputatione hac & præcedente, iunctis ijs, quæ Diſp. 30. dicta ſunt, ſatis liquet. Quòd autem ea petitio reductionis talis ſententiæ ad arbitrium prudentis viri, in euentu in quo de iure communi admittitur, vim habeat appellationis, immunemque reddat pœna illam partem, quando pronũciatur iuſtè fuiſſe petitam, eademque proinde dicenda tunc ſint de iure communi, quæ de iure huius regni ac Luſitani proximè erant dicta, ex ſe ſunt notiſſima, neque alia probatione indigent. Reliqua etiã, quæ addidimus, ex ſe etiam ſunt ſatis perſpicua, & ex dictis hac & præcedente diſputationibus, iunctis ijs quæ Diſput. 30. ſunt dicta, atque ex dictis Diſput. 556. ſæpius citata.

17 Quando compromiſſum ſtipulatione eſſet vallatum, appoſita pœna non ſtanti compromiſſo ac ſententiæ, additaque eſſet clauſula, rato nihilominus manente compromiſſo, ſeu rata manente ſententia. Tum ſequuta ſententia, & emologata expreſsè de iure ciuili communi, agitur ſolùm ad ſententiæ exequutionem, ſi damnatus ſit in mora eam adimplendi, & non ad pœnam: eo quòd pęna incurſa non ſit, quandoquidem ſententiæ ſtetur, ei non repugnando ac contradicendo. Hæc ex ſe patent, & ex dictis ſuprà, quando compromiſſum eodem modo erat factum, ſed appoſita non erat clauſula, rata nihilominus manente ſententia. Quòd ſi poſt ſententiam expreſsè emologatam, eidem ſententiæ repugnaretur ac contradiceretur, nec mora illi parendi purgaretur ante litem conteſtatam, tunc agi inſuper poſſet ad pœnam præter ſententiæ exequutionem, propter clauſulam illam, rata nihilominus manente ſententia, vt ex dictis tractatu 2. Diſput. 556. §. quando tranſactio, perſpicuè conſtat. Si tamen minor ſe læſum ea ſententia inueniret, peteretque in eo euentu beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus eam ſententiam, tunc pœnam nullam incurreret: quoniam nihil impediente tali compromiſſo, & clauſula illa in eo appoſita, vteretur iure ſuo ac priuilegio ciuili iure ſibi conceſſo, quod impunè ac li-

A citè efficere poſſet. Hoc idem intellige in cæteris euentibus ſuprà explicatis & explicandis. Atque idem de eccleſia intellige, quæ ſe læſum ſimiliter inueniret, ac beneficium reſtitutionis in integrum intra tempus ſibi conceſſum ſimiliter peteret.

Quando compromiſſum ſimiliter & cum eadem clauſula eſſet celebratum, ſequutaque arbitrorum ſententia, tacitè eſſet emologata, quia intra decem dies illi non eſſet reclamatum, & in hoc regno intra quinque, nec ab ea eſſet appellatum, tunc de iure huius regni ac Luſitani non admittetur appellatio à tali ſententia, ſed exequutioni mandabitur. Si autem reclametur, eique reſtituatur, nec mora parendi ſententiæ ante litem conteſtatam purgetur; tunc, etiam de iure communi, victor aget ſimul ad B ſententiæ exequutionem, ſeu ad intereſſe, & ad pœnam eo ipſo incurſam, propter clauſulam illam, rata nihilominus manente ſententia. Hæc patent ex dictis ſuprà in ſimili euentu, & ex eo, quòd clauſula illa, rata manente ſententia, operatur, vt victor ad vtrumque ſimul agere poſſit, vt Diſput. 556. citata oſtenſum eſt, neque eſt cur illa hoc loco iterum repetantur. 18

Quando compromiſſum eodem modo & cum eadem clauſula eſſet celebratum, ſequutaque arbitrorum ſententia, nec tacitè nec expreſsè eſſet emologata, ſed reclamata eſſet ante decem dies, & in hoc regno ante quinque elapſos, tunc in hoc regno, & in Luſitania admitteretur ea reclamatio & appellatio, & nihilominus in hoc regno exequutioni ea C ſententia mandaretur. Quin de iure communi admitteretur petitio reductionis eius ſententiæ ad arbitrium prudentis viri, quando illa, iuxta formam compromiſſi, & iuxta ea quæ Diſput. 30. dicta ſunt, locum haberet: id quod effigiem appellationis habet; eſtque in effectu appellatio à tali ſententia. Atque ſi per iudices appellationis ſententia reuocaretur, aut moderamen illi adhiberetur, tunc reclamans & appellans nullam incurreret pœnam. Si verò ſententia confirmaretur, tunc victor agere poſſet ſimul ad exequutionem ſententiæ, ſeu ad intereſſe, & ad pœnam incurſam. De iure autem communi in euentu, in quo iuxta formam compromiſſi & dicta Diſput. 30. locum non haberet reductio ad arbitrium prudentis viri, ſi mora non parendi ſen- D tentiæ arbitrorum non purgaretur ante litem conteſtatam, ageret ſimiliter victor ad vtrumque. Hæc omnia, præter id quod dicitur de actione victoris ad vtrumque, conſtant ex dictis ſuprà in ſimili euẽtu, quando adhibita non fuit clauſula, rata nihilominus manente ſententia. Victorem verò poſſe agere in hoc euentu ad vtrumque quando appoſita fuit clauſula, rata manente ſententia ex natura ipſius clauſulæ, & ex dictis Diſput. 556. ſępius citata, ſunt manifeſta. 19

Nonnulla ſunt hoc loco obſeruanda. Primum eſt, quando compromiſſum confirmatum eſſet iuramento, appoſitaque eſſet pœna non ſtanti ſententiæ arbitrorum, tunc ſiue id compromiſſum vallatum E etiam eſſet ſtipulatione, ſiue non, agere poſſet victor aduerſus victum, qui ſententiæ repugnaret, ad vtrũque ſimul, nempe ad pœnam & ad exequutionem ſententiæ, ſeu ad intereſſe, eſtò expreſsè in eo compromiſſo appoſita non eſſet clauſula, rata nihilominus manente ſẽtẽtia, vt ex dictis diſp. 556. citata §. quando tranſactio confirmata eſt, conſtat. Ratio autẽ eſt, quoniam confirmatio iuramento compromiſſi, in quo pœna eſt appoſita non ſtanti ſententiæ arbitrorum, vim habet clauſulæ, rata nihilominus manente ſententia, vt ibidem oſtenſum eſt. 20

Secundum eſt, clauſulam illam, rato manente pacto, in quo pœna eſt appoſita non ſtanti pacto, aut non ſtanti ſententiæ vt quoties pacto aut ſenten-

tiæ

tiæ contrauenitur, toties poſſet exigi pœna, ſed ſolùm vt prima vice, ſeu ſemel tantum exigi poſſit pęna, vt diſputatione 556. comprobatum eſt. Si tamen eſſet appoſita pœna cum clauſula, vt quoties contra ueniretur pacto aut ſententiæ, toties incurreretur ac ſolueretur pœna. Quidam dixerunt, vi eius clauſulę bis tantùm poſſe exigi pœnam, vt infinitas vitetur. Nos autem diximus, eam clauſulam operari, vt quoties pœna eſſet ſoluta ob tranſgreſſionem pacti, poſſet iterum exigi, ſi poſt condẽnationem & ſolutionem iterum pacto contraueniretur. Hæc omnia diſputatione 556. citata, explanata, comprobataque à nobis ſunt, atque idcirco probationes hoc loco inutiliter non repeto.

Tertium eſt, diſp. 556. citata. §. vtrùm autem, explicatum eſſe, quando poſt contrauentum pacto aut ſententiæ locum habeat purgare moram pœnitentia, volendoque ſtare pacto ac ſententiæ ante litem conteſtatam, quando non item.

Quartum eſt, omnia quæ dicta ſunt compromiſſo ſtipulatione vallato, ſiue appoſita ſit pœna non ſtanti compromiſſo aut ſententiæ arbitrorum, ſiue non, & ſiue expreſsè ſiue tacitè emologata ſit arbitrorum ſententia, ſiue non, ſed ab illa ſit reclamatum aut appellatum ante lapſum decem dierũ, aut quinque in hoc regno, & ſiue appoſita ſit clauſula, rato nihilominus manente compromiſſo, aut rata nihilominus manente ſententia, ſiue non, locum ſimiliter habere in hoc regno & de iure canonico, eſtò, appoſitis reliquis, idem compromiſſum vallatum non ſit ſtipulatione, ſed pacto nudo ſit celebratum. Ratio autem eſt, quoniam de iure canonico, & in hoc regno, tantam vim habet pactum nudum, vt debitum ciuile ex eo oriatur, & vt ex eo actio reſultet ac concedatur, quantam habet ſtipulatio de iure communi, vt hac & præcedente diſputatione, & tractatu 2. deſputatione 257. atque aliàs ſæpe dictum comprobatumque eſt. Ex hoc autem capite arbitror perſpicuè ceſſare in hoc regno opiniones, quas Gregorius Lopez l. vlt. titu 4. part. 3. verb. *las partes por bueno*, refert fuiſſe de iure communi, num ſcilicet quando in compromiſſo pacto nudo celebrato appoſita eſt pœna non parenti ſententiæ arbitrorũ, ſubſequutà emologatione ſententię, actio ad ſententiæ exequutionem victori cõpetat aduerſus victum. Gregorius enim Lopez ceſſare procul dubio eam controuerſiam in hoc regno cenſet poſt. l. 4. tit. 21. lib. 4. nouæ collect. Ego verò ſimul ac præcipuè ceſſare eam cenſeo poſt. l. 3. titu. 8. lib. 3. ord. quæ eſt. l. 2. titu. 16. lib. 5. nouæ collect. quæ pacto nudo eandem vim in hoc regno in foro exteriori tribuit, ac ſi ſtipulatione eſſet vallatum.

Non refragantur hactenus dictis. c. dilecti, & c. per tuas de arb. ſed potius cũ illis conſentiunt. Quippe cum c. dilecti, præcipiatur, partem victam, quæ ſponte arbitrorum ſententiam ſuſceperat, compelli ad illi ſtandum, eamque ſeruandum ac adimplendum, etiam per pœnam compromiſſo ſtatutam contrauenienti ſententiæ arbitrorum. Quo in loca gloſſa vltima notat, & doctores conſentiunt, etiam perſonam eccleſiaſticam petere & accipere poſſe eiuſmodi conuentionalem pœnam compromiſſi, ſibi adiudiudicatam. Cum autem in eo capite non explicetur, num pœna in compromiſſo fuerit ſtatuta cũ clauſula, rata nihilominus manente ſententia, an non. Sanè ſi ea clauſula non fuerit adhibita, peti poterat aduerſus illam parere ſententiæ nolentem vel pœna, ſi maior erat quàm intereſſe vel pœna & inſuper incrementum intereſſe, vel agi poterat aduerſus eam ad exequutionem ſententiæ, ſeu ad intereſſe optione partis, quæ vicit, iuxta ea quæ ſuprà explicata ſunt, eſtò compromiſſum pacto nudo eſſet celebratum, quod de iure canonico eandem vim habet,

A eandemque actionem parit, ac ſi ſtipulatione fuiſſet vallatum. Si verò ea clauſula fuit in compromiſſo adhibita, tunc ad vtrumque ſimul agi aduerſus eã poterat, ſi ſentẽtiæ latæ, & à ſe ſemel ſponte emologatæ ac ſuſceptæ, reſiſteret, iuxta ea quæ dicta sũt. Capite autem pertuas, cum à procuratore inualidè eſſet celebratum compromiſſum, quia ad id facultas non erat illi conceſſa, ſtatuitur, ſi emologata expreſsè à parte, quæ eum procuratorem conſtituit, ac ſuſcepta fuit arbitrorum ſententia, cogatur illi ſtare, vi eius emologationis expreſſæ, qua ratum fuit habitum, quod per eum procuratorem fuit geſtum. Si verò per eam partem ſententia non fuit emologata ac approbata, & pœna fuit compromiſſo appoſita, agatur aduerſus procuratorem, vt pœnam ſol-

B uat, vel ſimul ſcilicet cum intereſſe, ſi appoſita fuit clauſula, rata manente ſententia, vel ſub diſiunctione cum intereſſe, optione partis alterius, ſi ea clauſula appoſita non fuit. Quòd ſi pęna in compromiſſo nõ fuit appoſita, ſtatuitur vt ſolùm agatur aduerſus eum procuratorem ad intereſſe. In quibus ſanè nihil continetur, quod cum hactenus dictis pugnet.

Quintum eſt, actionem ad intereſſe, de qua eſt ſermo l. diem proferre. §. vlt. ff. de recep. arb. quando compromiſſum vallatũ erat ſtipulatione; quòd partes ſtarent arbitrorum ſententię, & per conſequens quando in hoc regno, & de iure canonico ſolo pacto nudo erat celebratum; eo quòd pactum nudum in hoc regno & de iure canonico ſtipulationi æqui

C polleat; itemque de iure communi quando compromiſſum vallatum fuit iuramento, quòd arbitrorum ſententiæ ſtaretur, iuxta l. ne in arbitris. C. de recep. arb. aut quando emologata tacitè aut expreſsè fuit arbitrorum ſententia, iuxta l. penultimã, C. eodem titu. & vniuerſim quoties in præcedentibus dictum eſt, dari actionem ad intereſſe & ad pęnam, vel ſimul, vel ſub diſiunctione, actoris optione aut rei; eam, inquam, actionem ad intereſſe, meo quidem iudicio, iuxta gloſſam l. ne in arbitris citatam, verb. in factum, & Barto. ibidem nume. 5. ſequentia omnia comprehendere. Si arbitrorum quidem ſententia fuit, vt incrementum aliquid ſolueretur, vt quòd operæ ſoluerentur, de quibus controuerſia erat, an eſſent ſoluendæ, incrementumque ſit, quan

D tum pro eis ſit ſoluendum, tunc reſultat actio in factum, vt ſoluatur, quantum arbitrio prudentis operæ illæ æſtimabuntur. Si uerò ſententia fuit, vt tantum in quantitate ſolueretur, certum in ſpecie, & incertum in indiuiduo, tunc datur condictio, hoc eſt, petitio quantitatis illius, ex tribus illis legibus citatis. Si autem ſententia fuit circa rem certam in indiuiduo, tunc datur actio in eam rem utilis. Quòd ſi res illa ſolui non poſſit, datur actio ad intereſſe, in quo æſtimatio illius comprehenditur. Hæc verò omnia comprehendit actio, vt ſtetur arbitrorum ſententiæ. Atque quando expreſsè emologata fuit ſententia, non admittetur exceptio de dolo aduerſus illam, & aduerſus exequutionem il-

E lius à victore petitam, aut non tam facilè, quàm quando exequutio illius ex compromiſſo ſtipulatione vallato aut ex tacita illius emologatione peteretur.

Sextum eſt, non ſolùm de iure huius regni, & de iure canonico, celebrato compromiſſo pacto nudo, & appoſita etiam in eo pœna pacto nudo, cogi arbitrum proferre ſententiam, & partes illi ſtare, aut ab ea appellare de iure huius regni: quia pactum vtrũque de iure huius regni & de iure canonico eandem vim habet, ac ſi vtrũque ſtipulatione eſſet vallatum; qua ratione pars vincens in eo euentu de iure huius regni, ac de iure canonico, agere poterit optione ſua vel ad ſolutionem pœnæ, vel ut ſententia exequu-

tioni mandetur, quando appoſita non fuit clauſula, rata manente ſententia, atque, ſi ea clauſula appoſita fuit, agere poterit ad vtrumque ſimul, vt ex dictis hæc omnia conſtant: ſed etiam ſtando in ſolo iure ciuili communi, in illo eodem euentu, ex eodem compromiſſo pacto nudo celebrato, appoſitaque in eo pœna etiam ſolo pacto nudo, cogi arbitrum ſententiam proferre, & partem ea uictam ac damnatam ſtare ei ſententiæ, vel ſoluere pœnam, optione ipſius, & non optione partis vincentis, vt ex dictis diſputatione præcedente conſtat. Quoniam ius ciuile commune id priuilegium conferre voluit cõpromiſſo pacto nudo celebrato, quando in eo appoſita fuit pœna pacto etiam nudo, vel quando data ſunt pignora uel obſides, aut quando adhibiti ſunt fideiuſſores, quòd partes ſtarent ei compromiſſo pacto nudo celebrato, vt pars aduerſus quam lata ab arbitris eſſet ſententia cogi à parte victrice poſſet ſoluere pęnam, vel ſtare ſentẽtiæ, aut amittere pignora, vel fideiuſſores illos dare ſoluere intereſſe quãtum ſua victoris intereſſet alteram partem ſententiæ arbitrorum ſtare, atque idem ciuile commune ius conceſſit, vt pars victa liberaretur ab ſtando ſententiæ arbitrorum, ſoluẽdo ſolam pœnam, vt ex iuribus, quo ad id diſputatione præcedente citatis conſtat. Non ergo probo ſententiam Io. Bapt. qui lib. 6. de arb. in calce. c. 8. innuere videtur, pœnam ſtipulatione debere in eo euentu eſſe promiſſam de iure ciuili communi, vt promiſſio pęnæ eos effectus pariat.

Septimum eſt, in hoc regno, quæ de emologatione ſententiæ arbitri tacita vel expreſſa hac & præcedente dicta ſunt, intelligenda eſſe, non ſolùm ſi lata ſit ab arbitro, ſed etiam ſi lata ſit ab arbitratore preſſiſſimè ſumpto, vt conſtat ex l. 23. quæ de omni arbitratore loquitur, iuxta l. vlt. titu. quarto, par. 3. & iuncta l. 4. titu. 21. lib. quarto, nouæ collect. quæ exequutionem ſtatuit ſententiæ, etiam cuiuſcunque arbitratoris, admiſſa reclamatione ſeu appellatione ab illa, modo ſupra explicato. Atque hæc de iure huius regni affirmat Gregorius Lopez, l. vltima, citata gloſſa vlt. poſt Rodericum Suarez. Tametſi recte aduerſus illum dicat, id non haberi ex ſola ea lege vltima. Atque etiam de iure communi ſi arbitramentum arbitratoris preſſiſſimè ſumpti eſſet expreſsè emologatum per partem, mandaretur continuò exequutioni per iudicem ordinarium aduerſus illam poſt talem illius approbationem, & conſenſum, vt ex ſe eſt perſpicuum. Quando autem expreſsè non eſset emologatum, quid de iure communi ac Luſitano ſit dicendum, infra ſuo loco explicabitur. De iure quoque Luſitano, quæ de emologatione tacita aut expreſsa dicta ſunt, intelligenda utique ſunt de omni arbitro, vt diſtinguitur ab arbitratore preſſiſſimè ſumpto, ſiue procedat ſeruato ordine toto iuris, ſiue non, quo ad lites & controuerſias dicendas, vt patet, quoniam titu. 81. citato de omnibus arbitris, vt diſtinguuntur ab arbitratoribus preſſimè ſumptis, eſt ſermo, & titu. 82. ſequenti ſermo eſt de ſolis arbitratoribus ſumptis preſſiſſimè. Eodem autem modo intelligo legem penult. C. de recep. arbitr. quicquid aliqui Barto. & alij, iuxta eam ſuam arbitrorum & arbitratorum diſtinctionem, à nobis Diſputatio. 30. relatam ac impugnatam, dicant ac ſentiant.

Poſtremo obſerua, interdum in compromiſſis ſolere apponi pœnam eis compromiſſis, aut arbitrorum ſententiæ non ſtanti, ſoluendam cameræ ſeu fiſco Regis. Ea verò pęna non incurritur nec debetur fiſco Regis niſi in euentibus, in quibus, iuxta hactenus dicta, ſi appoſita eſset ſoluenda alteri compromittenti, illi deberetur ac illam ei ſolui poſset cogere. Atque in hoc ſolo euentu intelligenda eſt, ac

A ſatis perſpicuè loqui tur l. 3. titu. 26. lib. 8. nouæ collect. quæ ſic habet: *Mandamos que todos aquellos, que ſe obligaren por compromiſso, ò en otra qualquier manera, à fazer y cumplir algunas coſas ſo cierta pena para la nueſtra camara, que las tales penas ſean tenidos de las pagar incurriendo en ellas,* &c.

DISPVT. 36.

Compromiſſum iuramento confirmatum quas vires habeat.

SVMMARIVM.

B 1 *Compromiſſum aliquando iuramento confirmatur: ſed vetitum id eſt propter frequentiam periurij.*

2 *Quoniam compromittentes uetantur iuramento compromiſſum confirmare, non tenentur partes, quæ iuramento compromiſſum confirmarunt, id ſeruare.*

3 *Licèt arbitri ſententia iniuſtè arbitrum grauaret, ſi iuramento compromiſſum fuit confirmatum, atque adeo ſi iuramento confirmatum fuit illi ſtare, quæcunque ea eſſet, ſub reatu culpæ lethalis tenetur pars ea iniuſtè grauata illi ſtare, niſi prius iuramentum relaxetur.*

4 *De iure ciuili non datur actio ad agendum ſtare ſententiæ arbitri, quando cõpromiſſum iuramento fuit confirmatum.*

C 5 *Quando compromiſſum iuramento fuit confirmatum, ſiue interuenerit ſtipulatio ſiue non, datur de iure canonico actio, ut ſtetur ſententiæ arbitri.*

6 *Quando in compromiſſo iuramento confirmato, quòd ſententiæ arbitri ſtaretur adiuncta fuit pœna ei compromiſſo & arbitri ſententiæ non ſtanti, ſatis eſt partem, quæ ſtare nolit arbitri ſententiæ, ſoluere pœnam, eàque ſolutione pœnæ electa non teneri ſtare ſententiæ, nihil impediente ea iuramenti confirmatione.*

7 *Si compromiſsum iuramento eſt confirmatum, & ſub iureiurando eſt promiſsum, quod ſtabitur ſententiæ arbitri, tunc eo ipſo cenſetur ſub eodem iuramento virtute renunciatum ſub periurij reatu petitioni* D *reductionis talis ſententiæ ad æqualitatem arbitrio prudentis.*

Aliquando cõpromiſsum iuramento confirmatur, quòd compromittentes illi arbitrorumque aut arbitratorum ſententiæ ſtabunt. Idem eſt, ſi fidei præſtatione confirmetur: quæ vt Panom. cap. ad aures. de ijs quæ vi metusve cauſa fiunt, ait, ſpecies quædam eſt iuramenti, nempe quando aliquis per Chriſtianam fidem, aut per religionem Chriſtianam, quam profitetur, pollicetur aliquid, aut ad aliquid ſe aſtringit. Atque quando compromiſsum iuramento erat confirmatum, quondam de iure ciuili communi actio E in foro exteriori dabatur, vt ſententia arbitri, ob iuramenti reuerentiam, & ne partes periurium incurrerent, & in eo perſeuerarent, exequutioni mandaretur: id conſtat ex l. ne in arbitris, C. de recep. arb. quæ id diſponit. Sæpe autem eueniebat, vt cum pars altera iniuſtè grauata eſſet arbitri ſententia, idque vel nequitia vel imperitia arbitri, reclamaret à ſententia, & recurreret ad iudicem ordinarium, nolendo illi ſtare cum periurij peccato, vt habetur in authentico de iudicibus. §. quia verò. Cum enim pars, quæ arbitri ſententia eo modo iniuſtè grauabatur, poſſet ſine diſpendio æternæ ſalutis illi ſtare, tenebatur in foro conſcientiæ ſub periurij reatu illi ſtare, niſi prius relaxationem eius iuramenti obtinuiſset: 1

quem-

quemadmodum etiam, qui ſub iureiurando promiſit ſe ſoluturum vſuras, aut daturum centum graſſatori, ne ipſum iniuſtè interficeret, tenetur ob eãdem rationem ſub reatu periurij iuramentum implere, niſi relaxationem illius obtineat, iuxta c. debitores. de iureiurando, vt ſæpius in hac materia de iuſtitia dictum eſt. Ad obuiandum verò his malis, ac periurijs compromittentium, & vt liberi manerent ad reclamandum ſententijs arbitrorum iniuſtis, poſtea de iure authenticorum prohibitum fuit, ne compromittentes in arbitrum iuramento compromiſſum cõfirmarent, & ne arbitri ipſi iuramento ſe aſtringerent iudicare, quod eſſet iuſtum: atque vt, ſi arbitri & compromittentes iuramento ad prędicta ſe aſtringerent, arbitri non punirentur, ſi iniuſtè iudicarent, ſed ſolum coram Deo periurij reatum ſuſtinerent: ſublataque ibi videtur actio ad cogendum partes, quæ compromiſſum iuramento confirmatum, ſententiæ arbitri ſtare: quæ tamen actio l. ne in arbit. citata fuerat conceſſa. Hæc habentur in authent. decernit. C. de recep. arb. & latius in authentico de iudicib. §. quia verò citato.

2 Bart. in authentica decernit citata, affirmat, poſt eiuſmodi prohibitionem de authẽticorum iure, nec de iure canonico, nec ex natura rei, teneri partes, quę compromiſſum iuramento confirmarent, ſeruare id iuramentum. Ducitur, quoniam cum peccent compromiſſum iuramento contra eius legis diſpoſitionẽ confirmando, id iuramentum vergit in ſalutis æternæ detrimentum, atque ea de cauſa ad ſui obſeruationem non obligat. Meritò tamen Panorm. cap. nõ ſanè. de arb. num. 8. & alij eam Bartoli ſententiam reijciunt. Quando enim, quod fieri cum iuramento promittitur, non eſt malum in ſe, ſed ex parte iurantis ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, vt in re propoſita ſeruari poteſt, ſanè prohibitio ne id iuramento confirmetur, non tollit à iuramento vinculum, vimve obligandi, vt ſub reatu periurij ſeruetur, ac proinde ea prohibitio, ne iuramento id confirmetur, in cauſa non eſt, vt qui id iurauit, non teneatur ſeruare rem licitam, ad quam ſeruandam iuramẽto ſe obligauit; ſed ſolum ea prohibitio efficit, vt peccauerit id ita iuramento confirmando contra legis prohibitionẽ. Quo fit, vt qui compromiſsũ poſt eius legis prohibitionem iuramento confirmauit, perinde in foro conſcientiæ ſub reatu periurii teneatur id compromiſſum ſeruare, ac ſi ea lex lata non eſſet. De iure autem canonico actio datur ad ſtandum compromiſſum iuramento confirmato, vt cap. non ſanè, & c. cum tempore, de arbit. liquet. Neque de iure canonico eſt prohibitum confirmare iuramento compromiſſum, ſed id potius iuribus citatis approbatur, eaque de cauſa perſonæ eccleſiaſticæ, quin & laicæ in cauſis eccleſiaſticis, licitè id poſsũt efficere. Neque culpa erit lethalis laicas perſonas in cauſis ſecularibus compromiſſum iuramento confirmare aduerſus illam iuris ciuilis diſpoſitionem, immeritoque Bart. loco citato affirmauit, id culpã eſſe lethalem, cum nihil ſit vnde cum probabilitatis ſpecie affirmari poſſit, eam ciuilem legem ad id ſub culpa lethali obligare, ſed ſolum id erit culpa venialis: atque, ſi ea lex in viridi non ſit obſeruantia, ſed contraria conſuetudine ſit abrogata, nulla culpa erit id efficere.

3 Obſerua autem, eſtò arbitri ſententia iniuſtè partem grauaret, ſi iuramento compromiſſum fuit confirmatum, atque adeo ſi iuramento confirmatum fuit illi ſtare, quæcunque illa eſſet, ſub reatu culpæ lethalis teneri partem ea iniuſtè grauatam illi ſtare, niſi prius iuramenti relaxationem obtineat: quoniam ſtare illi poteſt ex ſua parte ſine vllo diſpendio ſalutis æternæ. Atque in dubio, num, quando compromiſſum iuramento confirmauit, mens ipſius fuerit
A obligare ſe illi ſtare, quæcunque illa eſſet, tenetur illi ſtare ſub reatu eiuſdem periurij, niſi prius eius iuramenti relaxationem obtineat, idque ne ſe exponat periculo Deum in teſtem infidelis promiſſionis adduxiſſe, quam abſque vlla culpa poteſt ipſe ex parte ſua implere. Atque hac de cauſa ſummus Pontifex cap. non ſanè, de arb. præcipit, vt ſi fuiſſet cõpertum ſententiam latam ex quodam compromiſſo iuramento confirmato fuiſſe iniuſtum, pars, quæ iuramento ſe aſtrinxerat ſtare ſententiæ latæ ab eo arbitro, Apoſtolica autoritate ab eo iuramento abſoluatur illud ei relaxando, quaſi ſine ea relaxatione teneretur ſub reatu periurij illi ſtare. Conſentit authenticum de iudicibus, §. quia verò citato, vbi apertè ſupponitur ac docetur, non ſtare tali ſententiæ, quã
B tumuis iniuſtæ, ſed ab illa reclamare & recurrere ad iudicem ordinarium, vt illam tanquam iniuſtam reuocet, vel ad limites iuſtitiæ reducat, nõ obtẽta prius relaxatione iuramenti, vt fieri ſolebat, culpam eſſe periurii, eaq; de cauſa ibi prohibetur compromiſſa iuramento confirmare.

Obiicies l. ſi libertus ita iurauit. ff. de oper. libert. quam Diſput. 30. retulimus, vbi habetur, etiam quãdo iuramento fuit confirmatum ſtare arbitrio ſeu arbitramento alicuius, non teneri eum, qui ita iuramẽto ſe aſtringit, illi ſtare, ſi arbitrium ſit apertè excedens id, quod æquitas rectaque ratio poſtulat: quoniam promiſſio illa intelligitur, modò arbitrium intra limites æquitatis ſit latum: eo quod id promittentes, ferè (hoc eſt regulariter) habent mentem, non
C aliter intendere ſe obligare illi ſtare, quam ſi limites æquitatis non excedat: iuramentum autem non ad plura ſe extendit, quam ſe extendat promiſſio, quæ illo confirmatur. Ad hanc obiectionem dicendum eſt, illud eſſe verum, in foro quidem conſcientiæ, quando ei, qui ita ſub iureiurando ſe aſtrinxit, conſtat eam fuiſſe ſuam mentem, ſaltem quaſi habitualem, dum id iuramento confirmauit, quia ſi tunc interrogatus fuiſſet, an ſe aſtringeret ſtare ſententiæ arbitri, quæcunque illa eſſet, neganter procul dubio reſponderet, aſſereretque ſuam mentem non eſſe illi ſtare, ſi apertè eſſet inæqualis, notabiliterque excedens limites æquitatis. Quando autem habuit mentem, ſaltem quaſi habitualem, aſtringendi ſe ſtare ſententiæ arbitri quæcunque illa eſset, aut dubius
D eſt, an eam quaſi habitualem mentem habuerit, tunc in conſcientiæ foro ſub reatu periurii tenetur illi ſtare, vt dictum eſt, niſi prius relaxationem iuramenti obtineat. In foro autem exteriori dicendum eſt, ſi ex circumſtantiis concurrentibus intelligatur, mentem ita ſe adſtringentis fuiſse, non aliter intendiſſe ſe obligare illi ſtare, quam ſi limites æquitatis apertè nõ excederet, ſtandũ eſt diſpoſitioni eius legis: id verò magis habet locum, quando ſub iuramento permittitur ſtare arbitrio alterius partis, in cuius commodum id promittitur, de quo euentu loquitur ille textus, quam quando ſub iuramento promittitur ſtare arbitrio & ſententiæ cuiuſdam tertii. Dicendum præterea eſt, in re hac de compromiſso iuramento
E confirmato, potius eſse ſtandum diſpoſitioni iuris canonici theologorumque iudicio, quam deciſionibus iuris ciuilis, à iuriſconſultis, ſæpe non multum inter ſe conſentientibus, latis, & qui facilè errare potuerunt. Atque ad hæc admetienda ſunt, quæ Gutier. de iuramento confirm. parte prima. capit. 37. à numero 13. ex lege ſi libertus ita iurauit citata, deducit.

Quando autem arbitrium (idem de arbitramento intellige) præciperet fieri aliquid illicitum, tunc conſtat non obligare, eſto compromiſſum iuramento eſset confirmatum: eo quòd iuramentum ad illicitum non obliget. Atque hic eſt euentus de quo ſermo eſt cap. Quintauallis, de iureiur.

Vtrum

4 Vtrum autem de iure ciuili detur hodie actio ad cogendum ſtare ſententiæ arbitri, quando compromiſſum iuramento fuit confirmatum. Panorm. cap. non ſane citato, & apertius cap. per tuas, de arb. affirmanter reſpondet. Quoniam, inquit, quamuis authẽtica decernit citata, tollat in eo euentu actionem, quam lex ne in arbitris conceſserat; nihilominus de iure ciuili datur actio, vt ſeruetur quodcunque pactum iuramento confirmatum, argumento l. vnicæ. ff. de condictione ex lege, & ex aliis validioribus rationibus, quas nos tractatu 2. Diſput. 256. ad id probandum confecimus. Contrarium tamen circa compromiſsum iuramento confirmatum arbitror eſse aſserendum: quoniam dari actionem de iure ciuili ex pacto iuramento confirmato eſt intelligendum, præterquam ſi in aliquo euentu particulari ius ipſum ciuile contrarium aliqua de cauſa nõ diſponat, vt ex ſe eſt notiſſimum, id ita eſse intelligendum, eademque Diſputa. 256. citata dictum eſt: in re autem propoſita, ad obuiandum malis, quæ ſuprà commemorata ſunt, ius ciuile authenticis citatis diſpoſuit, vt ex compromiſso iuramento confirmato actio daretur. Ioan. Bapt. 6. lib. de arb. c. 9. & ſi nobiſcum in hoc conſentiat, putat tamen concedi actionem de iure ciuili communi ex compromiſso iuramento cõfirmato, ſi in eo ſimul ſit appoſita ſtipulatio. Ducitur, quoniam ex his capitibus actio datur de iure communi, neque id impedire debet appoſitio iuramenti, quia vtile per inutile non vitiatur. Contrariũ exiſtimo eſse verum: quoniam in eis quoque euentibus non minus reſiſteret pars, quæ ſe grauatam ſentiret, & recurreret ad iudices ordinarios, contra iuramentum præſtitum, incurreretque periurium: præſertim cum appoſitio pœnæ, & ſtipulatio adhibita, non impediant recurſum ad ordinarium, quod arbitrium ſit iniuſtum, ac proinde reuocandum ac moderandum.

5 Quando compromiſsum iuramento fuit confirmatum, ſiue interuenerit ſtipulatio, ſiue non, datur de iure canonico actio, vt ſtetur ſententiæ arbitri, etiam antequam per partem aduerſam expreſsè aut tacitè emologetur, vt aduerſus Ant. à Butrio, quem cap. per tuas, de arb. num. 11. refert, ſequentibus numeris Panorm. aſſirmat, & res eſt ſatis perſpicua. Si tamen ſententia arbitri comperiretur apertè iniuſta, de eodem iure canonico ſubueniretur parti ea iniuſtè grauatæ, relaxatione iuramenti, & reuocationis talis ſententię, aut reductione illius ad limites iuſtitiæ, vt ex ca. non ſanè, de arb. ſuprà relatum eſt.

6 Quando in compromiſſo iuramento confirmato, quòd ſententiæ arbitri ſtaretur, adiuncta fuit pæna ei compromiſso & arbitri ſententiæ non ſtanti, Innocentius à Panorm. vbi ſuprà relatus, aſseruit, ſatis eſse partem, quæ ſtare non vellet arbitri ſentẽtiæ, ſoluere pænam, eaque ſolutione pęnę electa, nec in conſcientiæ nec in exteriori foro teneri ſtare ſententiæ, nihil impediente ea iuramenti confirmatione. Ducitur, quoniam iura expoſuerunt, vt compromiſsum, in quo pęna eſset appoſita illi non ſtanti, ita intelligeretur, vt integrũ eſset parti, quæ arbitri ſententiæ ſtare non vellet, ſoluere pænam & ei ſententiæ non ſtare, quaſi obligatio tunc ex iuris diſpoſitione ſit ſub diſiunctione, vel ad ſoluendam pęnam, vel ad ſtandum ſententiæ, optione partis, quæ ſentẽtiæ ſtare non vellet, vt duabus Diſputationibus præcedentibus viſum eſt: quare cum iuramenti vinculum ac obligatio non ad aliud ſe extendat, quàm ad ea, ad quæ id ſeſe extẽdit, ſuper quod cadit, & quod eo confirmatur, intellectum prout intelligeretur, ſi iuramento non eſset confirmatum, conſequens eſt, vt is de quo diſputamus, ſoluta pæna in eo compromiſso appoſita, periurium non incurrat, nolendo ſtare arbitri ſententiæ, neque in conſcientiæ aut in ex-
A teriori foro cogi poſſit ſtare ſententiæ, ſi quidẽ obligationi, ad quam ea compromiſso iuris interpretatione ſe aſtringit, ſufficienter ac quantum tenebatur ſatisfacit. Contrariam tamen ſententiam merito affirmant Panorm. cap. per tuas citato, num. 13. Bald. quem ibi citat, & doctores communiter, nempe eũ, qui ſub iureiurando ſe aſtringit ſeruare compromiſſum, in quo ſimul appoſita fuit pæna illi non ſtanti, teneri in conſcientiæ & in exteriori foro, etiam ſeculari ante iura authenticorum, & ſtare ſententiæ arbitri, & ſoluere pænam, ſi pæna etiam ab illo ob culpam tranſgreſſionis compromiſſi exigatur. Ratio autem eſt, quoniam ex iuramento non ſolum reſultat obligatio in conſcientiæ foro ſub reatu periurii adimplendi iuramentum, ſed etiam, tam de iure ca-
B nonico quam ciuili, datur actio in foro exteriori, vt id impleatur, quod ſub iureiurando eſt promiſſum, modo iniquum non ſit, vt tractatu præcedente Diſput. 256. oſtenſum eſt, & de iure ciuili, ante iura authenticorum, dabatur in re de qua diſputamus, l. ne in arbitris. C. de recept. arbit. vt dictum eſt. Et quia iuramentum impleri ſub reatu culpæ lethalis in ea ipſa forma debet, in qua eſt adhibitum, caditque ſupra compromiſſi obſeruationem, ſanè vi iuramenti oritur obligatio, non ſolum naturalis in conſcientiæ foro, ſed etiam ciuilis, tam in foro eccleſiaſtico, quã in ſeculari, vt illi ſtetur, eaque de cauſa actio conceditur in vtroque foro, vt ea obligatio ac debitum impleatur ex diſpoſitione tam canonici iuris quàm ciuilis, vt Diſput. 256. citata oſtenſum eſt, tametſi ex
C cauſis ſuprà relatis denegata de iure authenticorum poſtea fuerit in ſolo euentu compromiſſi iuramento confirmati. Quia ergo iuramentum, quo compromiſsum confirmatur, cadit ſupra illius obſeruationem, atque adeo ſtringit ſtare ſententiæ arbitri ſub reatu periurii, ſemper ſine vllo dubio eſt obligatio vi talis iuramenti ſtare ei ſententiæ, ſiue pæna inſuper apponatur non ſtanti eidem compromiſso ac ſẽtentiæ, ſiue non, atque ad id actio competit de iure canonico, & competebat de iure ciuili antea iura authenticorum, eaque de cauſa iuramentum adhibitũ cuicunque pacto vim habet clauſulæ rato manente pacto, atque adeò adhibitum compromiſsum vim habet clauſulæ, rata manente ſententia arbitri, vt Diſputatione præcedente & tractatu 2. Diſput. 556.
D cum Panorm. vbi ſuprà & cum communi doctorũ ſententia eſt dictum. Et quia quando ſimul additur pæna non ſtanti compromiſso, aut alteri pacto iuramento confirmato, non vanè ea pæna ſubiungitur, viſque iuramenti, quo id totum pactum confirmatur, ſeſe extendit ad ſolutionem eius pænæ, ſi exigatur, inde ſanè proficiſcitur, quod quando pactum aliquod munitur iuramento & pænæ appoſitione nõ ſtanti pacto, aut vtrumque coniunctim teneatur trãgreſsor eius pacti, nempe ad illi ſtandum & ad ſoluendam pænam ob tranſgreſſionem incurſam, ſi ei pacto non ſtet, eaque pæna exigatur, atque etiã quod ad vtrumque coniunctim actio detur in foro eccleſiaſtico ac ſeculari de canonico ac ciuili iure. Quod
E feſelliſse Innocentium videtur, eſt, non attendiſse ad radicem & originem, vnde de iure ſolo ciuili fuit diſpoſitum, eum, qui compromiſsum ſolo pacto nudo celebrauit, appoſita in eo pæna non ſtanti ſententiæ arbitri, ſolutione pænæ liberari in foro ſeculari ab onere ſtandi ei ſententiæ. Quia enim de iure ciuili communi ex pacto nudo actio non datur, ſi tamen pæna ſit appoſita, aut tradita ſint pignora, vel dati ſint obſides aut fideiuſsores, actio de eodem iure ciuili communi in foro exteriori datur, vt vel ſtetur ſẽtentiæ, vel pæna ſoluatur, aut pignora amittãtur, vel obſides retineantur, vel fideiuſsores ſoluere intereſse cogantur, vt duabus Diſputationibus præcedentibus dictum eſt, inde euenit, quod de iure ciuili communi

communi

communi, quando compromiſſum ſolo pacto nudo fuit celebratum, appoſita pœna non ſtanti compromiſſo ac ſententiæ arbitri, is, qui ſtare noluerit ei ſententiæ, cogi ad id non poſſit in foro ſeculari ſoluendo pœnam in compromiſſo appoſitam. Quia tamen ea conuentionalis pœna neque rationem pœnæ haberet, neque licitè in conſcientiæ foro exigi ac accipi poſſet, niſi ob veram culpam antecedentem; ſanè qui ſtare non vult ei compromiſſo pacto nudo celebrato, in quo pœna illi non ſtanti fuit appoſita, verã culpam commiſit, ſi non contra obligationem ciuilẽ quæ ex pacto nudo diſpoſitione iuris ciuilis communis non oritur, certè contra obligationem naturalẽ, quæ ex eodem pacto nudo oritur, vt Diſputatione 34. & alijs locis ibi citatis fuit oſtenſum. Ex eo ergo ea diſpoſitio iuris ciuilis cõmunis vim habet, quod de eodem iure ciuili communi ex pacto nudo non oriatur ciuilis obligatio, nec proinde detur actio: cũ tamen debitum naturale atque in conſcientiæ foro ex eodem pacto nudo oriatur, vt ſæpe dictum eſt. De iure autem canonico, & in hoc regno, quia ex pacto nudo oritur ciuilis obligatio & datur actio, conſentitque omnino de vtroque iure exterius forum cum conſcientiæ foro: itemque quia de iure ciuili cõmuni, ſi pactum compromiſſi, aut quoduis aliud nudum, ſtipulatione valletur, oritur ex illo ciuilis obligatio, & datur actio ad cogendum eum, qui illi ſtare non vult, vt illi ſtet: ſanè, eſtò ſimul ſit appoſita pœna non ſtanti ei compromiſſo aut pacto, cogi poteſt illi ſtare, neque ab eo onere liberabitur, ſi ipſe eligat ſoluere pœnam. Quia tamen in eiuſmodi pactis iuramento non confirmatis, quando ſimul apponitur pęna eis non ſtantibus, neque additur clauſula, rato nihilominus manente pacto, ius ciuile diſpoſuit, (canonico non refragante) quod obligatio non intelligeretur ad vtrumque ſimul, nempe & ad ſtandum pacto, & ad ſoluendam pœnam, ſi ei ſtare renueretur, ſed ad alterum eorum; ſanè, quia vi talis pacti debitum ciuile oritur, & actio datur ad cogendum eum ſtare pacto, qui illi ſtare noluerit, optio tunc nõ eſt eius, qui renuit, ſoluere pœnam, & non ſtare pacto, ſed eſt optio partis aduerſæ, vt eum cogat ſtare omnino pacto, vel ſoluere pœnam, & inſuper agere ad incrementum intereſſe, ſi maius erat in eo, quod pacto ſtaret, quàm eſſet valor pœnæ, vt Diſputatione præcedente & copioſius tractatu 2. Diſput. 556. eſt comprobatum. Quando vero compromiſſum, aut quoduis aliud pactum, iuramento fuit confirmatum, & ſimul in eo appoſita fuit pœna non ſtanti ei pacto, quia pactum ita iuramento confirmatum ad vtrumque coniunctim obligat, vt explanatum eſt, ac proinde eo ipſo in eo pacto virtute cenſetur appoſita clauſula, rato nihilominus manente pacto, ius ipſummet ciuile expreſſit, trãſgredientem eũ pactum ad vtrumque poſſe cogi coniunctim, nempe & ad ſtandum pacto, illudque omnino implendum; & ad ſoluendam inſuper pœnam. Sic ſanè eſt diſpoſitum l. ſi quis maior. C. de tranſ. vbi habetur, ſi tranſactio iuramento fuit confirmata, appoſitaque fuit pęna non ſtanti ei tranſactioni, tunc non ſatis eſſe eũ, qui ei tranſactioni ſtare non vellet, pœnã ſoluere, ſed cogendum vlterius eſſe ſtare tranſactioni. Idemq; ibidem ſubiungitur eſſe de cæteris pactis iuramento cõfirmatis. Atque hic ſanè textus manifeſtè conuincit falſam eſſe opinionem Innocenti, etiam ſtando in diſpoſitione iuris ciuilis communis & in foro ſeculari. Lege quæ copioſius hac de re Diſput. 556. citata dicta ſunt. Conſentit authenticum de iudicibus. §. quia verò. Eo enim in loco idcirco prohibetur fieri compromiſſum iuramento confirmatum, quoniã partes tenentur illi ſtare quocunque modo lata ſit ſententia: atque ſubiungitur, vt compromiſſa ſolum fiant appoſita pœna illis non ſtantibus, qua ſoluta A integrum partibus ſit non ſtare ſententiæ, ſed recurrere ad iudices ordinarios circa eandem cauſam. Quod ſi in compromiſſo iuramento confirmato, in quo pœna eſſet appoſita illi ſtare nolenti, licitum in foro conſcientiæ & exteriori eſſet illi non velle ſtare & ſoluere pœnam, vt Innocentius affirmat, ſanè neceſſe non eſſet prohibere ob cauſas in eo authentico redditas compromiſſo iuramento confirmata, ſed ſatis eſſet admonere & prohibere, ne iuramento compromiſſa confirmarentur, niſi pœna ſimul in eis apponeretur, qua ſoluta recurſus immunis à culpa eſſet ad iudices ordinarios circa eandem cauſam.

Quando compromiſſum iuramento eſt confirmatum, atque adeo ſub iureiurando eſt promiſſum, 7 B quod ſtabitur ſententiæ arbitri, tunc eo ipſo cenſetur ſub eodem iuramento virtute renunciatum ſub periurij reatu petitioni reductionis talis ſententiæ ad æqualitatem arbitrio prudentis, renunciatumque cenſetur appellationi ab ea ſententia, quantum, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt, conſtauerit mentem iurantis fuiſſe cum tanta læſione intendiſſe ſe obligare, aut dubium fuerit, an cum tanta læſione intenderit ſe obligare: non verò cenſetur renunciatum quantum conſtauerit non intendiſſe ſe ſub eo iuramento obligare: nam tunc ſine vllo periurij ſcrupulo, tam in conſcientiæ quam in exteriori foro, poterit in foro exteriori petere reductionem eius ſententiæ ad limites iuſtitiæ prudentis arbitrio, ab eaque in hoc & Luſitaniæ regno poterit appellare. In alijs C autem euentibus, in quibus certum fuerit intendiſſe illos comprehendere ſub promiſſione, aut compromiſſo, iuramento confirmatis, vel fuerit dubium an eos comprehendere intenderit, ſic eſt dicendum. Siue quis virtute, modo explicato, intenderit renunciare petitioni reductionis ſententiæ ad æqualitatem, & appellationi ab ea ſententia: quia compromiſſum iuramento confirmauit, ſiue expreſsè, quia expreſsè ſub iureiurando promiſit non petere eam reductionem, neque ab ea ſententia vllo modo reclamare aut appellare, tunc in euentibus, in quibus diſputatione præcedente eſt dictum locum non eſſe petitioni reductionis, quin & in euentibus, in quibus id fuerit dubium, quia non conſtat de iniuſto grauamine ſententiæ, peti non poteſt talis redu- D ctio, nec appellari poteſt à tali ſententia, idque ſub reatu culpæ lethalis, nec in eis euentibus relaxari ad id poteſt id iuramentum in præiudicium tertij, in cuius commodum ac fauorem eſt præſtitum, quoniam id operatur ea renunciatio iuramento confirmata: quin & renunciatio tali petitioni & appellationi, etiam ſi iuramento confirmata non eſſet, operaretur non poſſe peti tunc reductionem, eo quòd de inæqualitate iniuſtoque grauamine non conſtet, atque in dubio, etiam ſi renunciatum non ſit petitioni eius reductionis, ſtandum ſit ſententiæ arbitri atque arbitratoris, vt ex ſe patet, & Diſputatione trigeſima, eſt comprobatum. Quando verò de grauamine iniuſto conſtaret, peti prius E poſſit & concedi debet relaxatio eius iuramenti, vt poſſit peti reductio talis ſententiæ ad æqualitatem, ab eaque appellari: eaque relaxatione prius obtenta, licitè ac validè poſſet peti ea reductio, & appellari à tali ſententia, non ſecus ac ſi compromiſſum non fuiſſet iuramento confirmatum, aut atque ſi expreſsè ſub iureiurando renunciatum non fuiſſet petitioni talis reductionis. Ante relaxationem verò iuramenti, culpa periurij eſſet illam petere: eo quòd illam non petere malum non ſit, ad idque obligat iuramentum, interim dum ritè non eſt relaxatum. Obſerua tamen, iudicem, ad quem ſpectat relaxare id iuramentum, non debere illud relaxare, niſi ſummariè ipſi apparẽter conſtet de in-

iuſtitia ſententiæ, quoniam illud aliter relaxare eſſet in præiudicium tertij, in cuius fauorem fuit præſtitum. neque quando illud relaxat, poteſt aliter illud relaxare, quàm ad effectum agendi examinandive coram iudice ordinario, num arbitri ſententia ſit iniuſta, vt locum habeat reductio eius ſententiæ ad limites iuſtitiæ, ceſſetque iniuſtum grauamen huius partis, iniuſtitiaque & peccatum alterius partis. His paucis explicatum habes, quid de hac re ſit cenſendum, circa quam Panor. ca. Quintauallis, de iure iur. num. 31. ait, quot capita, tot eſse ſententias, quas ibi refert.

DISPVT. 37.

A ſententia arbitrorum iuris an liceat appellare.

SVMMARIVM.

1 *A ſententia arbitrorum iuris appellandum eſt, perinde atque à ſententia iudicum ordinariorum ac delegatorum.*

QVinam hi arbitri ſint, Diſput. 32. fuit explanatum. Quod ad eos verò attinet, cum iuriſdictionem non ſecus atque alij iudices ordinarij habeant, vt diſputatione citata & Diſp. 23. oſtenſum eſt, vereque iudices ſint, idem de illorum ſententia eſt dicendum, quoad vim obligandi, & quoad actionem quæ ex illa reſultat, quod de ſententia aliorum ordinariorum ac delegatorum dictum eſt. Vnde à ſententia illorum perinde appellatur, atque à ſententia illorum ordinariorum ac delegatorum iudicum, quando iuris diſpoſitione non eſt ſancitum, vt ibi iudicium finiatur, neque appellationi concedatur locus. Id conſtat ex. ca. ab arbitris, iuncta gloſſa vlt. ibi, de offic. deleg. lib. 6. & ex. l. vlt. C. de iudicijs, atque affirmant Panorm. c. cum dilectus, de arb. Couar. 2. var. reſ. ca. 12. nu. 3. Maranta de ord. iud. part. 4. diſt. 6. nu. 13. & doctores communiter. Eodem quoque modo ſententia ipſorum tranſit in rem iudicatam, & mandatur exequutioni, ac aliorum iudicum. Denique, quæ infrà de appellatione à ſententia iudicum ordinariorum dicentur, ſuo modo ſunt aptanda appellationi à ſententia eiuſmodi arbitrorum.

DISPVT. 38.

De compromiſſo in arbitratorem preſsè, quo vſque variè effectum actio ex illo reſultet, aut non. Et num in ſententia arbitratoria locum emologatio habeat. Et quo vſque, & intra quantum tempus reductio illius ad limites æquitatis peti poſſit & apud quem.

SVMMARIVM.

1 *Quando compromiſſum eſt in aliquem arbitratorem, vt aliquid definiat in complementum alicuius contractus, ex quo actio de iure ciuili detur, tunc eſto compromiſſum in arbitrum celebratum ſit pacto nudo, non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili datur actio, vt id arbitramentum executioni mandetur.*

2 *Niſi compromiſſum in ſimili arbitratore vallatum* A *ſit ſtipulatione, aut factum ſit ſimul cum contractu principali ſocietatis, tunc ſecuto poſtea iuramento non datur de iure ciuili communi actio ad illius executionem, eo quod id compromiſſum ſit pactum nudum.*

3 *Si compromiſſum eſſet factum in aliquem, quantum pro iniuria accepta aut pro damno dato eſſet ſoluendum, tunc ſecuto arbitramento, quod reducendum non ſit ad limites iuſtitiæ arbitrio prudentis, datur actio de iure ciuili communi ad executionem talis arbitramenti.*

4 *Si arbitramentum intra dies decem non reclametur, & expreſsè eſſet emologatum, & à partibus receptum, non eſt tunc locus reclamationi, ſed mandandum eſt executioni.*

B 5 *Vt pars altera arbitramentum, quo pars altera exiſtimat ſe grauari iniuſtè, reuocet, aut ad iudices iuſtitiæ reducat, reclamare debet ad iudicem ordinarium, qui de ea cauſa cogniturus eſſet, ſi partes non compromiſiſſent in arbitratorem.*

6 *Si duo arbitratores ſunt electi ad aliquod arbitramentum ferendum, atque in arbitramento diſcordent, tunc præcipit iudex partes eligere tertium, vt id arbitramentum præualeat, in quo duo ex illis tribus conuenerint.*

7 *Quando duo arbitratores electi de conſenſu partium præſtito eis iuramento ſe ſincere arbitraturos, concordauerint in eodem arbitramento, tunc ſi pars aliqua ſe ſenſerit grauari, recurſum habeat ad iudices ordinarios, proponendo tamen rationem coram illis, cur* C *ſe iniuſtè grauatam eo arbitramento ſentiat.*

8 *In Luſitania arbitramentum arbitratorum reuocari non poteſt, niſi pars, quæ petit illud ad limites iuſtitiæ reduci, alleget ſe eſſe in eo grauatam in ſexta parte cum minimum iuſti valoris.*

9 *Quando in arbitratorem eſt compromiſſum, pœna ei appoſita, qui arbitramento non ſteterit, tunc id non impedit, quo minus ab arbitramento poſſit reclamari ac peti, vt ad limites iuſtitiæ reducatur.*

10 *Arbitratores iurare poſſunt ſe verum arbitramentum laturos & partes confirmare compromiſſum in arbitratorem: præſertim ſi arbitratores miniſtri publici ſint.*

QVamuis Bart. & Panor. locis proximè ci- D tandis, de arbitratore loquantur latius ſũpto, iuxta ſuam opinionem Diſputat. 30. relatam & impugnatam; nobis tamẽ hoc loco ſolum eſt ſermo de arbitratoribus preſsè, quales ſunt, qui eliguntur ad complementum contractuum, vt quam portionem lucri vnuſquiſque ſociorum ex ſocietatis contractu debeat accipere, ad arbitrandum pretium rei venditæ, locationis, &c. ad arbitrãdum quas operas præſtare libertus patrono debeat ob conditionem libertatis, quando illę arbitrio alicuius ſunt relictæ; ad arbitrandum, quantum pro iniuria accepta accipere is debeat, eive debeat ſolui, qui actionem iniuriarum habet, atque in arbitriũ alicuius relinquitur, quantum id eſſe debeat ob dam- E num datum; ad arbitrandum, facta noui operis nunciatione, an locum habeat, & quo vſque locum habeat, deſtruiq; aliquid debeat, aut non debeat, & in aliis ſimilibus euentibus, in quibus arbitramentum dependentiam atque ortum habet ex aliquo contractu, tanquam complementum illius, aut ex actione aliqua, vt iniuriarum, legis Aquiliæ ob damnum datum ad damnum reſarciendum, aut etiam ad ſoluendam ſimul pœnam, ex actione nũciationis noui operis, & ſimilium, iuxta ea quæ Diſp. 30. citata explicata ſunt. Cum his etiam comprehendere poſsumus arbitros teſtamentarios, & quos cum illis Diſp. 31. tanquam eis affines computauimus: quin & quos iudices interdum ad aliqua arbitranda deputant, vt co

arbi-

arbitramento peritorum in ſua arte præſuppoſito, ipſi circa ea iudicium ferant, quæ id prævium arbitramentum requirunt, de quibus etiam Diſputatione 31. citata eſt dictum. Atque de his tantum omnibus arbitratoribus, tanquam de diſtinctis ab arbitris, loquitur ordinatio Luſitana. libro 3. tit. 82. ibi patet.

1 Bar. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. n. 14. poſt Innocentium. cap. Quintavallis, de iure iur. Panorm. eodem cap. Quintavallis. num. 15. & doctores communiter, rectè affirmant, quando cõpromiſſum eſt in aliquem arbitratorem, vt aliquid definiat in complementum alicuius contractus, ex quo actio de iure ciuili detur, vt quam portionem lucri quiſque ſociorum ex contractu ſocietatis debeat accipere, quantum pretium ſolui debeat ex re vendita, ex re locata, &c. tunc, eſtò compromiſſum in arbitrum celebratum ſit pacto nudo, non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili dari actionem, vt id arbitramentum exequutioni mandetur, nihil impediente, quod nulla pœna fuerit ſtatuta ei, qui tali arbitramento ſtare non vellet. Si tamen pars aliqua ſe iniuſtè grauatam eo arbitramento reperiat, tunc ei conceditur petere vt arbitrio prudentis ad æqualitatem ad iuſtitiæve limites reducatur, iuxta. §. arbitrorum citatum, & leges ibi ſequentes, & iuxta l. ſi libertus iurauerit. ff. de oper. lib. & iuxta alia iura. Quod autem tunc ea actio detur, etiam de iure ciuili, vt id arbitramentum exequutioni mandetur, cum ea moderatione, vt peti poſſit reductio ad limites iuſtitiæ, ſi pars ſe inueniat iniuſtè eo arbitramẽto grauatam, ex eo conſtat, quod ea actio non oriatur præcisè ex eo pacto nudo, neque ſit actio ex eo pacto nudo, ſed ex contractu principali ſocietatis, venditionis, locationis, aut alterius, ex quo actio de iure ciuili datur, vt ſubſequuto eo arbitramento, tanquã cõplemento illius alterius contractus principalis, exequutioni mandetur, principaliſque contractus complementum id accipiat, vt perficiatur: ſi quidem vſque ad id arbitramentum, & vſque ad illius exequutionem, contractus principalis non eſt perfectus.

Quia verò ad exequutionem arbitramenti actio datur de iure ciuili ex illo alio contractu principali, ait bene Ioan. Bapt. lib. 6. de arbit. in calce. cap. 7. eo ipſo quod arbitrator munus arbitratoris quo ad id acceptauit, cogi poſſe de iure ciuili communi ac debere à iudicibus ordinarijs ferre arbitrium ad petitionem vtriuſque aut alterius partis eorum, qui in illum ita compromiſerunt: quoniam cum vi contractus principalis actioneque ex contractu principali partes cogi poſſint ſtare arbitramentum illius, ipſe ſanè eo ipſo, quod munus acceptauit, tenetur arbitrium proferre, iuxta ea quæ de arbitratore diſputationibus præcedentibus dicta ſunt, tunc. ſ. teneri arbitrium proferre, quando partes cogi poſſunt illi ſtare, aut ſoluere pœnam illi non ſtanti appoſitam.

2 Innocentius. cap. Quintavallis, citato aſſeruit, niſi compromiſſum in eiuſmodi arbitratore vallatum ſit ſtipulatione, aut factum ſit ſimul cum contractu principali ſocietatis, venditionis, aut alio ſimili, ex quo actio de iure ciuili detur, vel niſi illi ſit adiunctum ſtatim in continenti, & non ex interuallo, tunc ſequuto poſtea arbitramento, non dari de iure ciuili communi actionem ad illius exequutionẽ, eo quod id compromiſſum ſit pactum nudum, & de iure ciuili communi ex pacto nudo non datur actio, niſi veſtiatur cohærentia alterius contractus ſimul cum eo contractu illud celebrando, aut illud ei adiungendo in continenti, & non ex interuallo, vel niſi aliquo alio modo veſtiatur, deſinereque efficitur eſſe pactum nudum, & tranſire efficiatur in pactum veſtitum, iuxta ea quæ tractatu 2. à Diſputat. 255. copioſè explanata ſunt. Dabitur tamen ex eo compro-

A miſſo compenſatio comparatione alterius debiti ciuilis & exceptio, iuxta ea quæ Diſputatione 34. & tractatu 2. Diſputatione 257. explanata etiam ſunt. Bartolus tamen & Panorm. vbi ſuprà meritò aſſeuerant, etiam quando ex interuallo compromiſſum fuit in arbitratorem ad complementum contractus antecedentis ſocietatis, venditionis, aut cuiuſuis alterius, ex quo de iure ciuili communi actio in foro exteriori datur, dari actionem de eodem iure ciuili communi ad exequutionem eius arbitramenti, non ſecùs atque ſi idem compromiſſum celebratum eſſet ſimul cum illo alio contractu, aut in continẽti ſtatim poſt illum; dari tamen eam actionem ad exequutionem eius arbitramenti, non quidem ex pacto nudo, quo id compromiſſum ex interuallo poſtea fuit cele-

B bratum, ſed ex contractu illo alio principali, ſequuto complemento eiuſdem contractus principalis eo cõpromiſſo & arbitramento: tunc enim actio ex contractu principali datur, vt, quod arbiter iudicauit, exequutioni mandetur, tanquam complementum contractus principalis, & tanquam verè debitum ex contractu illo principali. De iure autem canonico, & de iure huius regni, actio ex illo pacto nudo daretur, etiam ratione ſolius eius pacti nudi, vt ex dictis Diſp. 34. & 35. conſtat.

Obſerua, quando compromiſſum eſſet factum in aliquem, quantum pro iniuria accepta, aut pro damno dato, eſſet ſoluendum, ſiue arbitrator futurus ſit alter compromittentium, ſiue aliquis tertius, & in alijs ſimilibus euentibus, in quibus compromiſſum 3

C non fieret, vel ſimul cum contractu, ex quo daretur actio de iure ciuili communi, aut in continenti poſt illum, vel ex interuallo ad complementum illius, iuxta ea quæ proximè dicta ſunt: tunc ſequuto arbitramento, quod reducendum non ſit ad limites iuſtitiæ arbitrio prudentis, aut quòd iam ad eos limites ſit reductum, dari actionem de iure ciuili communi ad exequutionem talis arbitramenti, etiam ſi compromiſſum non fuerit ſtipulatione vallatum, idque vel vi actionis, quæ competebat, vt id ſolueretur, aut etiam vt ſolueretur aliquid amplius, vt vi actionis iniuriarum, legis Aquiliæ, aut alterius ſimilis: vel certè dari actionem vi talis compromiſſi, quod veſtitum eſt adimpletione partis offenſæ, aut quæ damnum accipit, quæque eo compro-

D miſſo cum effectu deſtitit ab actione iuſta, quæ ipſi competebat, in recompenſam vt ei ſolueretur, quantum arbiter, in quem id compromittebatur, iudicaret: quando enim pactum non gratuitum veſtitum eſt adimpletione illius facta ab vno contrahentium, datur ei actio de iure ciuili communi aduerſus alterum remanentem implere etiam cõtractum, vel reponatur in ſtatu, in quo erat ante eum cõtractum, ſi id fieri poſſit, & ſi fieri poſſit, ad intereſſe, vel vt cogat alteram partem contractum ex ſua etiam parte implere, optione eius, qui ex ſua pare impleuit, ad quod prædictorum agere maluerit, iuxta ea quæ tractatu 2. Diſputatione 255. dicta ſunt. Quando autẽ actio integra manet & perſeueret minimè remiſſa,

E vt nunciationis noui operis, aut iniuriarum, vel alia ſimilis, & arbiter ad aliquid ad illam terminandam neceſſarium deputatur, vel à poteſtate publica, vel ex conſenſu partium, tunc actio principalis eſt, quæ manet, vt id fiat, quod, ſuppoſito eo arbitramento, reperiatur eſſe iuſtum habita ratione iuris, quod ea actione competit.

Noſtra autem ſententia, iuxta ea quæ Diſputat. 30. dicta ſunt, non minùs vi compromiſſi poteſt in arbitramento dari euentus, in quo locum non habeat, arbitramentum reduci debere ad limites æqualitatis, eſtò, ſpectata natura rei, tale arbitramentum inæquale ac non rectum reperiatur, quam in arbitrio. Si enim, qui in arbitratorem compromiſerunt,

quaſi

quaſi ſe exponentes periculo ac commodo, aliæque ſortunæ, ſtatuerunt, vt omnino & abſque aliqua reclamatione ſtarent arbitramento illius, quicquid in commodum, ita vt ei periculo (ſicut & commodo) mutuò ſe vnus in alterius gratiam ſe exponerēt, aut in damnum cuiuſque eorum inde reſultaret, tunc ſanè locum non habet reductio arbitramenti ad limites æquitatis ac iuſtitiæ, vt de ſimili euentu arbitri Diſput. 30. citata & alijs ſequentibus dictum eſt, idque propter rationem ibi redditam, eoque modo intelligo legem ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, in qua non minus de arbitratoribus, quàm de arbitris, ſub generali arbitrorum nomine eſt ſermo, vt Diſput. 30. oſtenſum eſt. Si tamen tunc pars aduerſa in cauſa fuiſſet, vt id arbitramentum eo modo inęquale ac iniuſtum ferretur, tunc exceptio de dolo cõpeteret, vt exequutioni non mandaretur, ſed reduceretur ad æqualitatem, damnaque reſarcirentur parti eo arbitramento grauatæ ſequuta, iuxta ea quæ Diſput. 30. citata & alijs ſequentibus dicta ſunt. Quando autem ex compromiſſo & ex circumſtantijs non conſtat, compromittentes ei diſcrimini ſe voluiſſe ſubijcere, tunc ſemper, quando arbitramentum reperitur irrationabile ac iniuſtum, locum habet petitio, vt ad limites iuſtitiæ & æqualitatis prudentis arbitrio reducatur, vt de arbitramento & arbitrio Diſputat. 30. citata & alijs ſequentibus dictum comprobatumque eſt.

4 Vtrum autem, ſi arbitramētum intra decem dies non reclametur, ac petatur reduci ad limites iuſtitiæ prudentis arbitrio, cēſeatur tacitè emologatum, ita vt deinceps ea reclamatio ac petitio non proſit, ſed exequutioni per iudices ordinarios mandetur, vt eſt prolatum. In primis, ſi expreſsè eſſet emologatū ac receptum à partibus, tunc non dubito deinceps locum non eſſe reclamationi, ſed, nihil ea reclamatione impediente, mandandum eſſe exequutioni per iudices ordinarios, vt in calce Diſput. 35. circa ſeptimum, quod ibi obſeruauimus, dictum eſt, & conſentit Panorm. cap. Quintauallis, de iure iur. nu. 14. Sibi autem imputet pars, quæ eo eſt grauata, quòd ſemel illud approbauerit. Quod verò ad tacitā emologationem attinet ex eo, quòd intra decem dies nõ reclametur, & petatur reduci ad limites iuſtitiæ, in eodem calce Diſput. 35. cum Gregorio Lopez. l. vltim. titu. 4. part. 3. gloſſa vlt. & cum Roderico Xuarez diximus, de iure huius regni cenſeri tacitè emologatum, ac mandari exequutioni, vt eſt prolatum, non admiſſa reclamatione, aut petitione reductionis illius ad limites æquitatis & iuſtitiæ, vt apertè cõſtat ex l. 23. titu. 4. part. 3. quæ perſpicuè de omnibus arbitratoribus quo ad id loquitur, iuncta. l. 4. tit. 21. lib. 4. nouæ collect. Quin, ſi intra quinque dies non reclametur & appelletur, cenſebitur tacitè emologatum in hoc regno, vt deinceps non admittatur appellatio ab illo & petitio vt ad limites æquitatis reducatur, iuxta. l. 1. titul. 18. lib. 4. nouæ collect. & ea quę Diſput. 35. citata explanata ſunt. Quod verò ad ius commune attinet, varię ſunt doctorum ſententiæ, quas inter alios referunt Gregor. Lopez. gloſſa vlt. citata & Panorm. c. Quintauallis, de iureiur. nu. 16. iuncto. nu. 14. antecedente. Et loquuntur hi autores de arbitratore latè ſumpto iuxta ipſorum opinionem Diſput. 30. relatam ac impugnatam. Albericus & alij cenſuerunt, arbitramentum reclamari poſſe & peti reductionē illius ad limites iuſtitiæ intra triginta annos, & deinceps eam reclamationem ac petitionem locum non habere. Bartolus verò cēſuit reclamari poſſe intra annum & peti eam reductionem: poſt annum vero locum non habere. Atq; hanc opinionem eligunt ac ſtatuerunt Luſitanæ ordinationes lib. 3. titu. 82. §. 5. ſancientes, vt ea reclamatio erit intra annum à puncto lati arbitramenti,

A & coram iudicibus ordinarijs, ad quos ſpectat examinare id arbitramentum ac definire, num approbari aut reuocari debeat, vel mutari ac reduci ad limites æquitatis; vel vt ea reclamatio fiat alibi accepto publico inſtrumento illius, & vt alioquin non admittatur. Panorm. vero loco citato aſſeruit, eam reclamationem ac petitionem ſolum poſſe fieri intra decem dies ad appellandum ab alijs grauaminibus datis: illis vero tranſactis, cenſeri arbitramentū approbatum ſeu emologatum, neque deinceps locum eſſe reclamationi & petitioni, vt ad limites æquitatis ac iuſtitiæ reducatur: vnde in eo nullum cõſtituit diſcrimen inter arbitrium & arbitramētum. Atque hanc ſententiam elegerunt ac ſtatuerunt conditores partitarum. l. 23. citata, quæ mihi ſanè proba- B tur, recteque eam probat Panor. nu. 16. citato. Eam vero id quoque non parum confirmat, quod iura nullum diſcrimen efficiant inter arbitros preſsè & arbitratores preſsè, ſed eos generali arbitrorum nomine comprehendant, vt Diſputatione 30. oſtenſum eſt. Quo fit, vt lex penult. C. de recept. arbit. tam de arbitrorum quàm de arbitratorum ſententia quoad emologationem expreſsam & tacitam loqui videatur, ſitque intelligenda.

Ad quem autem ſit reclamandum, vt arbitramentum, quod pars altera exiſtimat ipſam iniuſtè grauare, reuocet, aut ad limites iuſtitiæ reducat, & quiſnā futurus ſit bonus ac prudens vir, ad cuius arbitrium id ſit faciendum. 5 Dicendum eſt, reclamandum eſſe ad iudicem ordinarium rei, qui de ea cauſa cognitu- C rus eſſet, ſi per partes non compromiſiſſent in arbitratorem, quiq; arbitramentum mandare debet exequutioni, ſi non reperiatur apertè iniuſtū, aut poſtquam ad iuſtitiæ limites fuerit reductum: idque non ſolum quando actor ab eo arbitramento reclamat, ſed etiam quando reus ab illo tanquam ipſum iniuſtè grauante reclamat: atque id ob ea, quæ in ſimili dubio circa arbitri ſententiam ſeu arbitrium Diſp. 35. dicta ſunt, quæ opus non erit hoc loco repetere. Ipſe vero iudex, ad quem reclamatur, eſt bonus ac prudens vir, ad cuius arbitrium reduci ad æqualitatem debet arbitramentum reclamatum, ſi illud iniuſtum reperiat, iuxta. l. continuus. §. cum ita, ff. de verbor. oblig. cuius verba ſunt: *Cum ita ſtipulatus ſim, Epheſi dari, ineſt tempus,* (congruum ſcilicet, in quo D id impleri commodè poſſit.) *Quod autem accipi debeat, quæritur. Et magis eſt, vt totam eam rem ad iudicem, id eſt ad bonum virum, remittamus, qui æſtimet, quanto tempore diligens poterit facere.* Et reg. 31. tit. vlt. part. 7. ſic habet: *E aun dixeron, que por eſta galabra, ome bueno, ſe entiende el iuez ordinario de la tierra. E por ende do quier que ſea fallado eſcrito en ley, o enpoſtura, que alguna coſa ſea librada por albedrio de ome bueno, ſea entendido que el iuez ordinario de la tierra la a de librar.* Quando tamen iudex ipſe indiget peritis in aliqua arte, qui de ea re arbitrentur, rationemque apud ipſum reddant iuſtitiæ, aut iniuſtitiæ eius arbitramenti, vt ipſe ſtatuat ac pronunciet quid ea in re tenendum ſit, ipſe eligere eos debet. Atque hoc eſt, E quod lex. 23. tit. 4. part. 3. diſponit illis verbis; *Caſi malicioſamente, o por engaño, fueſſe dada la tal ſentencia,* (arbitrorum videlicet) *deueſe endereçar e enmendar ſegun el albedrio de algunos omes buenos, que ſean eſcogidos para ello de los iuezes ordinarios de aquel lugar do la tal coſa acaeſcieſſe.* Vnde non eſt, cur ibi Gregorius Lopez hæc verba ſubiecerit: *Non vidi hoc ſeruari in practica; ſed tantum cognoſcit iudex, prout eſt de iure communi, ſine electione horum virorum.* Quando enim iudex ordinarius non indiget ad ea de re iudicandum arbitrio peritorum in aliqua arte, ſine illis iudicat: quando vero arbitrio & inſtructione illorum indiget, eos deputat & audit, ſuppoſito illorū arbitrio, rem definit ac determinat. Atque hi interdum

dum aliquibuſque in locis deputati ſunt publica autoritate, vt vniuerſim in euentibus, quæ occurrerint, arbitrentur in ijs, quæ ad ſuam artem attinent, vt *veedores* in hoc regno nuncupantur, de quibus Diſput. 8. ex parte eſt dictum: interdum verò à iudicibus ad particularia aliqua occurrentia deputantur, quando deputati non ſunt, aut quando, qui erant deputati, ſuſpecti ab aliqua partium non immeritò habētur. Ordinationes Luſitanæ lib. 3. tit. 82. in prin. ſic habent: *Os aluidradores conheceraam ſoomente das couſas que eſtam en feito. E quando per ante elles for aleguada alguna couſa em que caiba duuida de dereito, remetelaam à os iuizes da terra que à deſembarguem è determinem como acharem por dereito, è di emdiante, auida ſua determinaçam, procederaam em ſeu aluidramento ſegum lhe bem parecer, guardando ſempre à vſança geral da terra, que no tempo de ſeu aluidramento for acoſtumada.* Et §. 1. ſic ſubiungitur: *E eſtes aluidradores ſerā aiuramentados dos ſanctos euangelhos, que bem e dereitamente façam o aluidramento que lhes for encomendado, poſpondo toda afeiçam è odio, que aiam a cada huna das partes à que pertenecer o aluidramento. E hua em eſtes reguos alguūs luguares onde ſeram eſtes aluidradores enlegidos por los officiaes deſſas cidades e vilas pera geralmente facerem eſtes aluidramentos,* (hi ſunt de quibus Diſput. 8. habitus à nobis eſt ſermo) *e eſtes ſeram aiuramentados lōugo nó começo quando forem elegidos pera tal carreguo. E ſe as partes, a que o aluidramento pertencer, ouuerem ſuſpeicam alguū dos ditos aluidradores, notificalaam a os iuizes, que ho mandarem fazer,* (in quo concordat ea ordinatio cum relatis ſuprà ex. l. 23. tit. 4. par. 3.) *pera eles verem ſua ſuſpeiçam ſe he tal que proceda, è aſſi cometerē o dito aluidramento à outra peſſoa ſem ſoſpeita, comais aprazimento das partes que ſer poſſa. E eſtes aluidradores que aſſi forem electos è deputados em as ditas cidades è uilas pera fazer os ditos aluidramentos como dito he, guardaram acerca delles as ordenancas que per eſſas cidades ou uilas forem para ello feitas. E acotecēdo alguum caſo, que nom ſeia determinado per as ditas ordenancas deſſas cidades ou vilas, en tam determinaram eſſes caſos per noſſas ordenacões.*

6 Ibidem. §. 2. ſubiungitur, ſi duo arbitratores ſint electi ad aliquod arbitramentum ferendum, atque in arbitramento diſcordent, iudex tūc præcipit partes ipſas eligere tertium, vt id arbitramentum præualeat, in quo duo ex illis tribus conuenerint. Quod ſi partes non conſenſerint in eligendo illo tertio, iudex tunc ex ſuo officio illum elegit, curare tamē debet, vt ſit is, in quo partes minus diſſentiant. Idem non dubito eſſe in quocunque alio euentu, in quo arbitratores diſcordauerint, & æquales fuerint pro vtraque parte.

7 Ibidem. §. 3. additur, quando duo arbitratores electi de conſenſu partium, præſtitoque eis iuramento ipſos ſincerè arbitraturos, concordauerint in eodem arbitramento, tunc ſi pars aliqua ſe ſenſerit eo iniuſtè grauata, recurſum habere ad iudices ordinarios, proponendo tamen rationem coram illis, cur ſe iniuſtè grauatam eo arbitramento ſentiat, atque iudices tunc, nihil impediente præcedente arbitramento, rem examinant, cauſaſque iniuſtitiæ arbitramenti ipſis propoſitas & vel confirmant, vel reuocant, vel mutant arbitramentum, vt ipſis æquum videtur. Idem non dubito eſſe, quando reclamatur ab arbitramento vnius tantum arbitratoris ad illud ferendum à partibus electi, vel ab arbitramento in quo duo ex tribus conueniunt, vel tres aut plures concordant. Quod ſi iudices ordinarij, qui de eo arbitramento, num iuſtum ſit, ita iudicant, inter ſe diſcordent, tunc partes eligere debent vnum tertium, cui adhibitum ſit iuramentum de ſinceritate iudicando, atque tunc id arbitramentum iu-

A dicis prævalet, cum quo tertius ille concordauerit, neque ab eo arbitramento vlla in hoc regno admittitur vlterior reclamatio aut appellatio. Idem cum Bartolo affirmat Panormitanus, cap. Quintauallis. de iure iurando. numero quadrageſimo, eſſe dicendum ſtando in iure communi. *Si autem* partes non conſentiant in illo tertio eligendo, iudices ipſi ex ſuo officio illum eligunt, curareque debent, vt ſit is, in quo partes plus conſentiant minuſue diſſentiant. Hæc habentur ibidem. §. quarto. Longè autem maiori cum ratione quando iudices ordinarij concordarent in arbitramento ſuo, ſiue illi eſſent duo ſiue vnus, quia ad vnum tantum fuit reclamatum, ſiue duo ex tribus, non conceditur in eo regno reclamatio vlterior ad iudices ordi-

B narios. Obſerua tamen in eo regno fas eſſe parti, quæ ſe iniuſtè grauatam ſentit ab arbitramento arbitratorum, non vti remedio proximè explicato, ſed appellare ab eo arbitramento intra decem dies ab illo lato, & credo appellationem tunc interponendam eſſe *a os deſembarguadores do ciuel*. Ita habetur. l. 3. ordin. tit. 62. §. 2. In hoc tamen Caſtellæ regno conceditur iuxta. l. 4. titulo 21. lib. 4. nouæ collect. Diſputatione 35. relatam, quæ etiam de arbitramentis & arbitratoribus loquitur. Atque quo vſque reclamatio vlterior concedatur, quando non confirmatur arbitramentum, & quando confirmatur, eadem lege diſponitur, & Diſp. 35. citata explicatum eſt.

C In Luſitania eſt ſancitum, vt reclamari arbitra- 8
mentum arbitratorum non poſſit, niſi pars, quæ petit illud ad limites iuſtitiæ reduci, alleget, ſe eſſe in eo grauatam in tertia parte ad minimum iuſti valoris: neque iudices quicquam de eo arbitramento mutare poſſunt, niſi totum id grauamen in arbitramento reperiant. Ita habetur. titulo octuageſimo ſecundo, citato. §. penultim. Atque illa fuit Bart. opinio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, quam ordinatio illa in legem ſtatuit ad obuiandum litibus. In alijs autem locis, quamuis nefas ſit arbitramentum mutare, niſi perſpicuè comperiatur limites iuſti egredi, & quoad id ſolum, quod eos limites egredi fuerit manifeſtè compertum, vt Diſputatione trigeſima, dictum comprobatum eſt,

D quando tamen limites illos totius latitudinis iuſti egredi comperietur, quo ad eum egreſſum poteſt ac debet moderamen illi adhibere: ſi quidem is egreſſus iniuſtus eſt, nec contrarium reperitur in iure diſpoſitum.

Quando in arbitratorem eſt compromiſſum, pœ-
na ei appoſita, qui arbitramento non ſteterit, tunc id 9
non impedit, quominus ab arbitramento poſſit reclamari, ac peti vt ad limites iuſtitiæ reducatur. Atque ſi comperiatur, culpa caruiſſe eam reclamationem, quia arbitramentum iudicatur feciſſe iniuſtum, ac reducendum ad limites iuſtitiæ, & per conſequens approbatur reclamatio, meritoque iudicatur fuiſſe interpoſitam, tunc locum non habet pœ-

E na: quoniam vbi non interuenit culpa, locum non habeat conuentionalis pœna, quæ ob culpam imponitur. Si verò arbitramentum antea latum approbetur, & per conſequens reclamatio ab illo reprobetur, indebiteque interpoſita eo ipſo iudicetur, tunc pœna incurritur, vt vtrumque circa compromiſſum in arbitrum pœna appoſita illi non ſtanti Diſputatione 34. & 35. eſt dictum, atque quoad arbitramentum vtrumque diſponit ordinatio Luſitana titulo 82. citato. §. vlt. Quod ſi compromiſſum, in quo ea pœna fuit appoſita, fuit vallatum ſtipulatione, aut factum ſimul fuit cum alio contractu, ex quo actio de iure ciuili datur, vel in continenti fuit ei adiunctum, nec fuit appoſita clauſula, rato nihilominus manēte cōpromiſſo, nec cōpromiſſum

fuit confirmatum iuramento; tunc, quoniam actio de iure, etiam ciuili, competit, vt arbitramentum exequutioni mandetur, neque agi ex diſpoſitione iuris, poteſt ad vtrumque ſimul, ſed tantum vel ad exequutionem arbitramenti, ſeu ad intereſſe, vel ad pœnam, & inſuper ad incrementum, ſi quod vltra valorem pœnæ in eo erat, quòd reclamatum ab arbitramento non fuiſſet, ſed fuiſſet adimpletum, agere vtique poterit pars altera, quæ ab arbitramento non reclamauit, ad quod illorum duorum maluerit, & non ad vtrumque ſimul, vt hæc omnia ex dictis Diſput. 35. & tractatu 2. Diſpu. 556. conſtat. Si verò appoſita in eis euentibus fuiſſet clauſula, rato nihilominus manente compromiſſo vel arbitramento, aut compromiſſum iuramento fuiſſe confirmatũ, tunc pars, quæ ab arbitramento non reclamaſſet, agere aduerſus alteram poſſet ad vtrumque ſimul, vt ex dictis eiſdem diſputationibus liquet. Si verò compromiſſum in arbitratorem pacto nudo ex interuallo fuiſſet celebratum, pœna appoſita illi non ſtanti, neque ſtipulatione adhibita quoad pœnæ ſolutionem, tũc, ſi actio competeret de iure ciuili ad arbitramenti exequutionem, vt regulariter, iuxta ea quæ ſuprà dicta ſunt, competet, ſaltem tanquam ad complementum anterioris contractus, ex quo actio de iure ciuili competit, tunc credo agere poterit ſimiliter pars, quæ ab arbitramento non reclamauit, ad quod prædictorum maluerit. Atque ſi appoſita fuiſſet clauſula, rato nihilominus manente compromiſſo aut arbitramento, agere poſſet ad vtrumq; ſimul. Et cum de iure canonico, & in hoc regno actio ex pacto nudo detur, dubium non eſt de eodem iure canonico, & de iure huius regni, agere poſſe ad quod illorum maluerit, et ad vtrumq;, ſi appoſita fuit illa clauſula.

10 Vtrum autem ſicut de iure ciuili eſt prohibitum, arbitrum iurare ſe iniuſtè iudicaturum, & partes cõpromiſſum in arbitrum iuramento confirmare, vt Diſp. 30. viſum eſt: ſic etiam prohibitum de eodem iure ciuili ſit arbitratorem iurare ſe iuſtum arbitramentum laturum, & partes iuramento confirmare compromiſſum in arbitratorem. Quod ad arbitratorem ipſum attinet, ſi miniſter publicus ſit ad ea arbitramenta, quæ occurrerint, iuxta peritiam ſuæ artis efficienda, de iure Luſitano iuramentum præſtat ſe iuſtè arbitramẽta effecturum, & idem eſt in hoc regno, quando ſimiles *ueedores*, ſeu arbitratores eligũtur, iuxta ea quæ Diſput. 8. explanata ſunt. Et idem eſt, quando iudices in arbitratorem ad rem aliquam in particulari aliquem aut aliquos eligunt, ſiue ex ſolo ſuo officio, ſiue ad petitionem partis aut partium, eos eligant. Quod vero attinet ad partes ipſas, quæ ſua ſponte in arbitratorem aliquem compromittũt. Multi cenſent de iure ciuili communi non eſſe illis prohibitum confirmare ſua compromiſſa in talem arbitratorem iuramento. Ducuntur, quoniã authentica Diſp. 36. relata, quæ id prohibent, non de compromiſſis in arbitratores, ſed in arbitros loquuntur. Et nomine arbitrorum loqui videntur, ſumptis arbitris preſſiſſimè: & nomine arbitrorum, ſumptis arbitratoribus latè, iuxta Bartoli & communẽ opinionem Diſp. 30. relatam ac impugnatam. Ego vero cõtrarium exiſtimo, authentica ſcilicet illa ſumere arbitros latè, vt arbitratores etiam comprehendunt, atque adeo ibi etiam eſſe prohibitum, partes iuramẽto confirmare compromiſſa in arbitratores. Ducor, quoniam iura nomine arbitrorum vtuntur, vt etiam arbitratores comprehendunt, vt Diſp. 30. perſpicuè oſtenſum eſt. Item, quoniam ea, propter quæ authẽticis illis id fuit prohibitum, non minus cernuntur in compromiſſis in arbitros, quàm in compromiſſis in arbitratores. Imò verò, ſumptis arbitris preſsè, vt à Bart. & à communi doctorum ſententia vſurpatur, illa in compromiſsis in eos locum non habent.

A Etenim iuxta opinionem Bart. & communem, de iure ciuili communi non conceditur vlla reclamatio & petitio reductionis arbitri ad limites iuſtitiæ in arbitriis arbitrorum preſsè ſumptorum, eſto iniquum arbitrium eorum ſit: ſed ſolum ea reclamatio & petitio locum habet in arbitramentis quorumcunque arbitrorum ſumpto latè arbitratorum vocabulo. Et quoniam tunc, eſto compromiſſum iuramento eſſet confirmatum, petebatur nihilominus paſsim coram iudicibus ordinarijs reductio arbitramenti ad limites iuſtitiæ, nolendo ſtare ei arbitramento, periuriaque in eo committebantur, idcirco id ſancitum fuit in eis authenticis, vt Diſputatione 36. relatum fuit. De iure autem canonico non eſt prohibitum confirmare iuramento compromiſſum in arbitratorem, B iuxta ex quæ diſputatione præcedente dicta ſunt.

Quod vero attinet ad renunciationem reclamationi arbitramenti, ac petitioni vt ad limites iuſtitiæ reducatur, ſiue facta ſine iuramento ſit, ſiue confirmata ſit iuramento, eadem ſunt dicenda, quæ Diſp. 35. & 36. de ſimili renunciatione quoad reclamationem à ſententia arbitri, ac petitioni vt ad limites iuſtitiæ reducatur, dicta ſunt.

DISPVT. 39.

Qui arbitri & arbitratores eſſe non poſſint, aut poſſint. C

SVMMARIVM.

1 *Minor viginti annis non poteſt eſſe arbiter, nec mutus, nec ſurdus, aut ſeruus: nec ſeruus fieri poteſt arbitrator.*

2 *Libertus, etiam infamis, ac filius in re patris, eſſe poſſunt arbitri & arbitratores.*

3 *Quando compromittitur in duos, quorum alter non poteſt eſſe arbiter nec arbitrator, arbitrium aut arbitramentum latum ab altero, qui eſſe poterat arbiter aut arbitrator, eſt nullum.*

4 *Mulier non poteſt eſſe arbitrix: niſi ratione alicuius dominij.*

D 5 *Religioſus non poteſt eſſe arbiter, ſed arbitrator.*

6 *Excommunicatus non poteſt itidem eſſe arbiter, nec arbitrator.*

7 *De iure ciuili communi non ſolum iudex ordinarius non poteſt cogere partes, quæ coram ipſo circa id litigant, vt in ipſum circa eandem cauſam compromittant, qui vt iudex arbiter illam definiat, ſed etiam quamuis partes ſua ſponte compromittere eo modo in illum vellent, inualidum eſſet compromiſſum.*

8 *In iudices delegatos compromitti poteſt cauſa, quæ coram illis agitur, vt eam definiant tanquam arbitri, & longè maiori cum ratione, vt tanquam arbitratores aliquid definiant.*

E 9 *In cauſa propria nullus poteſt eſse arbiter aut iudex, ſed bene arbitrator.*

10 *In laicos cauſæ ſpirituales compromitti non poſsunt, niſi de licentia ſummi Pontificis: at bene in laicum & clericum ſimul.*

11 *Eccleſiaſtici compromittere poſsunt in laicum, etiam ſine facultate ſuperioris, in eis quæ ſunt temporalia.*

Minor viginti annis eſse non poteſt arbiter leg. cum lege, ff. de recep. arb. Atque ſi maior, viginti annis & minor viginti quinque, acceptet eſse arbitrum, ſeq; læſum reperiat, quia ſibi id non expedit, ſubuenitur reſtitutioni in integrũ, vt ibidẽ §. vlt. habe- 1

habe-

habetur, & l. maior viginti quinque annis. ff. de minoribus.

Item neq; mutus, aut ſurdus, vel furioſus, aut ſeruus, eſſe poteſt arbiter. l. Pædius. §. in ſeruum, & l. ſed etſi in ſeruum. ff. de recep. arb. Et quoad ſeruum habetur. l. illa verba. ff. de verb. ſign. Quidam autem voluerunt, quamuis ſeruus eſſe non poſſit arbiter, eſſe tamen poſſe arbitratorem: quoniam arbitramẽ tum in facto conſiſtit, & nõ in iure. Vlpianus autem lege illa verba citata ſic ait: *Illa verba, arbitratu Lucij Titij fieri, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt*, ea autem, quæ in facto conſiſtunt, ſeruo non denegantur. §. ſed cùm factum, inſt. de ſtip. ſeruor. Contrarium tamen procul dubio eſt affirmandum.

Fieri enim aliquid arbitratu alicuius, de qua re lex citata loquitur, ſanè non ſignificat eſſe iudicem arbitrum inter aliquos, ſed eſſe arbitratorem: vimq; habere arbitramentum alicuius, vt illi ſtetur, & vt mandari debeat exequutioni autoritate iudicum ordinariorum, niſi ab illo reclametur, & per iudices ordinarios perſpicuè iniuſtum reperiatur, atq; adeo reducendũ ad iuſtitiæ limites iudicetur, priuſq; per eoſdem iudices ordinarios reducatur, certè ius ſignificat in ſenſu, in quo Vlpianus ius ibi vſurpat: neque ius maius cernitur in ſententia arbitratoris, quam in arbitramento arbitratoris. Nec vero quicquam refragatur. §. ſed cum factum, qui in contrarium citatur, vt illum intuenti eſt manifeſtum.

2 Libertus verò, & infamis, ac filius familias, etiam in re patris, eſſe poſſunt arbitri, & lõgè maiori cum ratione arbitratores. Ita habetur. l. Pædius in princ. iunctis duabus antecedentibus, quę de filio familias loquuntur. ff. de recep. arb.

Ait autem Vlpianus. l. ſed etſi in ſeruum citata, ſi compromittatur in aliquem tempore, quo erat ſeruus, inualidam eſſe illius ſentẽtiam prolatam poſtea tempore quo libertatem cõſequetur: niſi de conſenſu partium, quæ in illũ compromiſerunt, tunc ea ſententia feratur: nam tunc eo ipſo cenſebuntur in eum compromittere iterum vt in liberum iam. ſecluſo vero eo nouo conſenſu in illum vt in liberum iam, eſſet inualida ſententia: quoniam ad initium compromiſſi attenditur, num validè ſit compromiſſum in aliquem, an non, ac proinde num valida ſit poſtea ſententia ab illo vi talis compromiſſi lata, vel non. Hoc idem intellige de ſurdo & furioſo, de maiori viginti annis, & de quocunque alio, qui eſſe non poteſt arbiter. Si enim tempore compromiſſi qualitatem habebat, quæ impedimento erat ne poſſet eſſe arbiter, eſto poſtea illa ceſſet, inualida erit ſententia lata poſtquam ea qualitas in eo ceſſauerit, niſi de partium conſenſu, cognito ab eis, quod iam illa qualitas in eo ceſſauerit, ea ſententia pronuncietur: idque propter illam rationem cum Vlpiano paulo antea redditam, quia ſcilicet ad initium compromiſſi attenditur.

3 Quando compromittitur in duos, quorum alter eſſe non poteſt arbiter aut arbitrator, arbitrium aut arbitramentum latum ab altero, qui eſſe poterat arbiter aut arbitrator, eſt nullum: niſi ita compromiſſum in eos eſſet, vt vniuſcuiuſque illorum tantum ſententia valeret. In quo euentu, qui ſe eſſe arbitrum acceptaſset cum altero, qui eſse non poterat arbiter, cogi poſset ſententiam ferre: non vero in illo alio priori euentu. Hæc habentur. leg. Pædius citata. §. vltim. iuncta. leg. ſequenti. ff. de recep. arb.

4 Mulier eſse non poteſt arbitratrix, eaq; de cauſa compromiſsum in illam vt in arbitratricem eſt nullum, & quicquid fecerit aut pronunciauerit vi illius, eſt nullum. Ita habetur l. vlt. C. de recep. arb. & c. dilecti, de arb. Excipitur niſi ratione alicuius dominii, vt regni, ducatus, marchionatus, comitatus, aut alte-

A rius dominij iuriſdictionem annexam habentis, iuriſdictionem exerceat, iuxta ea quæ cum communi doctorum ſententia tractatu 2. Diſput. 620. concluſione 2. comprobata ſunt: vel niſi conſuetudine loci mulier aliqua iuriſdictionem exerceat: in his quippe euentibus, ſicut talis mulier veram iuriſdictionẽ alioquin exercere poteſt, ſic in eam validè vt in arbitratricem compromitti poteſt. Ita habetur. c. dilecti citato. Quamuis autẽ mulier, his euentibus exceptis, arbitratrix eſse nõ poſsit; eo quod arbitriũ fiat ordine iudiciario, integre aut ex parte ſeruato; & feminę à iudicando, exceptis euentibus explicatis, multis iuribus omnino excludantur; eſse tamen poſsunt arbitratrices: eo quòd ad id ordo iudiciarius non ſit neceſsarius. Ita colligitur ex. ca. Quintauallis, de iure-
B iur. & affirmant Panorm. ibi. nu. 2. & c. dilecti. nu. etiam. 2. & doctores communiter.

De religioſo affirmant gloſsa. l. Pædius. §. vltim. verb. nullum ſit. ff. de recep. arb. Speculator. titu. de Arbitro. §. vlt. nu. 29. & Ioan. And. ibi. Panor. cap. Quintauallis, de iureiur. nu. 13. & alij, eſse nõ poſse arbitrum, niſi id monaſterio expediat ac vtile ſit, accedatque ſimul mandatum ſui ſuperioris, iuxta. c. de præſentium, & ca. monachi. 2. 16. q. 1. eo quòd arbitrium iudicii formam requirat, quæ religioſis capitibus citatis prohibetur, niſi aliud monaſterij vtilitas requirat. Arbitrator tamen eſse poteſt religioſus: eo quòd iudicij formam id non requirat, vt doctores citati affirmant. Si tamen is religioſus ſubditus ſit, cõ ſenſu ad id indiget ſui ſuperioris. Quia neque exe-
C quutor eſse poteſt teſtamenti, niſi de licentia ſui ſuperioris, vt patet. c. religioſus, de teſtam. lib. 6. & clement. vnica eod. tit. Lege quæ tractatu 2. Diſp. 247. quoad hoc vltimum copioſè à nobis dicta ſunt. 5

Excommunicatus ſicut eſse non poteſt iudex ordinarius aut delegatus, ita nec eſse poteſt iudex arbiter. Ita Speculator titu. de arbitro. §. differ. num. 10. Bart. l. Pædius. ff. de recep. arb. Panor. c. Quintauallis, num. 27. & doctores communiter. Vtrum autem eſse poſsit arbitrator. Bar. affirmat. Ioan. vero And. negat, & in hanc ſententiam cum Panor. nume. 27. citato inclino. 6

De iure ciuili communi non ſolum iudex ordinarius, qui de aliqua cauſa cognoſcit, non poteſt cogere partes, quæ coram ipſo circa id litigant, vt in ip-
D ſum circa eandem cauſam compromittant, qui vt iudex arbiter illam definiat, ſed etiam quamuis partes ſua ſponte compromittere eo modo in illum vellẽt, inualidum eſset compromiſsum, inualidumq; eſset quicquid vi illius ab eo iudice eſset pronunciatum. Ita habetur. l. ſed etſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. ff. de recep. arbit. idque ibi affirmat Bart. & iuxta eam legem idem diſponit. l. 24. in fine. tit. 4. part. 3. Conſentaneè quoque ad eandem legem diſponit. l. 13. titu. 5. lib. 2. nouæ collect. vt præſes & ſenatores prætoriorum non compellant partes compromittere in ipſos lites, vt Diſput. 31. dictum etiam eſt. Et lex. 17. eiuſdem tituli ſic ſtatuit: *Ordenamos, que los nueſtros oydores y alcaldes no ſean abogados en las dichas nue-*
E *ſtras audiencias, ni en otra audiencia ſegar alguna, ni en arbitramẽtos de cauſas que puedan venir a las nueſtras audiencias, ni tomen ni accepten arbitramento deſpues de començado pleyto ante ellos: ſaluo ſi el negocio ſe com prometiere eo todos los oydores de vn auditorio, y con nueſtra licencia: ſo pena, que qualquier deſtas coſas que quebranten, ſean echados de la audiencia por triẽta dias, y pierdan el ſalario de dos meſes.* Alij vero voluerunt, quamuis de iure ciuili communi prohibitum ſit iudicibus ordinarijs præcipere litigantibus coram ipſis, vt eam cauſam in ipſos vt in arbitros cõpromittant; non tamen eſse prohibitum acceptare compromiſſum in ipſos à partibus ſua propria ſpõte factum, & de horum numero eſt Pan. ca. cum tempore de arb. 7

num.5. Verumtamē lex ſed etſi in ſeruum. §. ſi quis iudex.ff.de recep.arb. vtrumque apertè prohibet,vt ibi gl. affirmat,reiecta illa alia violenta quorundam expoſitione ad eum textum.

De iure tamen Luſitano lib.3.ordin.titul.82.§.3. permittitur partibus validè compromittere in ſuum iudicem ordinarium,vt cauſam tanquam iudex arbiter definiat. Et idem eſt licitum ac validum de iure canonico,vt colligitur ex.cap.cum tempore, iuncto Panor.ibi.n.5.ex.c.ex parte,iuncto eodem Pan. 16. n.2.& ex c.penult.de arb.

Tanquam in arbitratorem autem licitè ac validè partes de iure ciuili communi compromittunt in ſuum iudicem ordinarium, vt tanquam arbitrator rē definiat. Ita Bart. vbi ſuprà & doctores communiter,definitumque eſt.l.24.tit.4.par.3. Aliqui id confirmant ex authentica ſi verò,C.de iudicijs. Nos verò in calce Diſput 30.ea verba retulimus ac expoſuimus, oſtendimuſque ibi neque de arbitris neque de arbitratoribus eſſe ſermonem, ſed de compoſitoribus amicabiliter partium dependenter ex eo,quòd illæ libere conſentire velint in amicabili compoſitione,quæ ipſis proponitur, & in quam vt conueniant inuitantur.

8 In iudices delegatos compromitti poteſt cauſa, quæ coram illis agitur,vt eam definiant tanquam arbitri,& longè maiori cum ratione vt tanquam arbitratores aliquid definiant,vt colligitur ex.c.cū olim. de arb.& ex.c.niſi de præb. Atque. idem eſt de iure ciuili, quicquid in contrarium voluerint Albericus & alij, quos Gregorius Lopez.l.24.citata verb.*iudgador ordinario*, ſatis eleganter & copioſe refert. Etenim de iure ciuili nō reperitur prohibitum compromittere in iudices delegatos: & cum prohibitum non reperiatur, eſt dicendum licitè ac validè in eos compromitti. Conſentit.l.24. citata, quæ expreſsè prohibet ſolum,partes compromittere in iudicem ſuum ordinarium,atque ita in hanc ſententiā propendet ibi Greg. Lopez aduerſus Albericum & alios. Ex eo vero,quòd partes in delegatum cauſam compromittant, non extinguitur in eo iuriſdictio delegata quoad eandem cauſam, neque ex eo, quod iuxta ius canonicum & Luſitanum, compromittatur cauſa in iudicem ordinarium,expirat iuriſdictio ordinarij iudicis quo ad eandem cauſam: quin potius,diſcedentibus partibus ab eo compromiſſo, poteſt actor,velit nolit reus, proſequi eandem cauſam coram eodem iudice delegato aut ordinario. Ita Panor.c.innotuit de arb. num. 5. & 6. Et idem longè maiori cum ratione eſt dicendum,quando cauſa mota coram iudice delegato,aut ordinario,cōpromiſſa erat in quendam alium,vt ex ſe liquet. Obſerua tamen,quando cauſa aliqua delegata eſſet alicui, non in fauorem partium aut partis,ſed in fauorem publicum & in vtilitatem publicam,tunc partes compromittere illam non poſſent in illum, vt tanquam arbiter eam definiret,neque in aliquem alium: quoniam renunciare non poſſunt validè vtilitati ac fauori publico. Ita colligitur ex.c.innotuit citato,& affirmat Panorm. ibi. Hac de cauſa, quando eccleſia aliqua eſt exempta, & ſummo Pontifici immediatè ſubiecta, ſicut ſine facultate ſummi Pontificis cedere non poteſt huic iuri ac priuilegio, ita neque circa id compromittere poteſt in aliquem, vt habetur. cap. cum tempore de arbitr. & affirmat Panormitanus ibi.

9 In ſua cauſa propria nullus poteſt eſſe arbiter, ſicut nec iudex. Ita habetur.l.penult.ff. de recep. arb. Arbitrator tamen eſſe poteſt in cauſa ac re propria, vt conſtat.l.veluti.ff.pro ſocio. l. ſi libertus iurauit. ff.de oper.lib.l.24.titu.4.par.3. & colligitur ex cap. Quintauallis, de iureiur. Si tamen exceſſiuè fuerit arbitratus, reducitur id arbitramentum ad limites A iuſtitiæ & æquitatis, vt conſtat ex iuribus ciuilibus citatis, & diſputationibus præcedentibus ſæpe eſt dictum.

Circa ſpirituales cauſas, vt circa ius in beneficio, 10
aut ad beneficium, & circa alia ſpiritualia, vt laici iudicare non poſſunt,ſic neque in eos cauſæ illæ cō promitti poſſunt, niſi de licentia ſolius Pontificis ſummi. Ita habetur ca.contingit, de arbit.iuncto.c.2.de iudicijs,& iuncto.cap.poſita de arbit. Et.c. contingit citato gloſſa affirmat,nec incidenter poſſe laicos de cauſis ſpiritualibus iudicare, aut in laicos poſſe compromitti,vt incidenter de eis iudicando,principaliter de rebus minimè ſpiritualibus iudicium ferant. Vnde videmus,iudices ſeculares,quando cognoſcunt de cauſis ad ſuum tribunal attinenti B bus,ſi incidenter occurrat cauſa ſpiritualis,cuius definitio ad id definiendum, de quo ipſi cognoſcunt, neceſſaria ſit, continuò ad tribunal eccleſiaſticum eam incidenter cauſam ſpiritualem remittere, vt de ea in eo tribunali cognoſcatur,ibique prius definiatur & poſtea,illa ſententia ac definitione ſuppoſita, ipſi definiant principalem cauſam. Et Panorm. eodem.cap.contingit,conſentaneè ad c.2. de iudiciis, ait, laicos neque arbitratores poſſe eſſe circa cauſas ſpirituales.

Obſerua tamen,quamuis res ſpirituales compromitti non poſſint in ſolos laicos, in laicum tamen & clericum compromitti poſſunt de licentia ordinarii, quin & ſufficit licentia iudicis delegati eiuſdem cauſæ. Atque eſto plures ſint laici,quam eccleſiaſti C ci,poteſt in eos compromitti cauſa ſpiritualis de licentia ordinarii,aut iudicis delegati eius cauſę. Hęc colliguntur apertè ex cap. per tuas de arb. eaque affirmat Panor.ibi.num.3.& 6.& conſentit gloſa. c. contingit citato.

Bene tamen Panorm.cap.contingit citato. num. 4.& cap. per tuas.num.3.cum Ioan. And.obſeruat, quamuis de licētia ordinarij aut delegati circa eam cauſam poſſit cauſa ſpiritualis compromitti in eccleſiaſticum & laicum ſimul, non tamen poſse ordinarium conſtituere laicum ſimul cum eccleſiaſtico delegatos in aliqua ſpirituali cauſa,quoniam cognitio & ſententia arbitri non ſunt actus iuriſdictionis, ac proinde quamuis laicus iudex arbiter circa cauſam ſpiritualem conſtituatur,non propterea cē D ſetur ei conceſsa iuriſdictio circa ſpiritualia, niſi ex eius facultate,qui poſſit ei illam concedere. iudicare vero circa ſpiritualia poteſtate delegata, verè eſt exercere iuriſdictionem circa ſpiritualia, quod laicis eſt omnino denegatum, etiam ſi cum illis ſimul eccleſiaſtici concurrant.

Circa temporalia vero, quorum cognitio ad iudicem pertineat eccleſiaſticum, vt circa prædia eccleſiarum,& multo magis circa prædia, quæ non ſunt eccleſiarum,ſed propria perſonarum eccleſiaſticarum,& circa alia negotia eccleſiaſticorum,compromittere eccleſiaſtici poſſunt in laicum,etiam ſine facultate ſuperioris,vt Pan.c.dil.de arb.n.8. rectè affirmat,& colligitur ex eodem capite,& ex.c. contin E git.eod.tit.argumento a contrario ſenſu, gloſsaque ibi affirmat. Admonet tamen Pan.n.8.citato, quamuis clerici circa eiuſmodi res compromittere poſſint in laicum,non tamen poſse eos circa eas res adire tribunal laicorum tanquam reos, & ibi per iudices ordinarios aut delegatos laicorum iudicari, etiam de de ſui Epiſcopi conſenſu, quoniā ad illud primum non requiritur iuriſdictio in tali laico iudice arbitro: in ſecundo verò eccleſiaſticus ſe ſubiiceret laicorum iuriſdictioni, quod neque de conſenſu epiſcopi licet.

DISPVT. 40.

Circa quæ compromitti non poſſint. Et quis compromittere poſſit.

SVMMARIVM.

1 In cauſis criminalibus compromitti non poteſt.

2 De cauſa pertinenti ad libertatem aut ingenuitatem alicuius compromitti non poteſt.

3 Res ad aliquam communitatem ſpectantes, vt ad regnum, ciuitatem, &c. compromitti non poſſunt.

4 Cauſa etiam matrimonij, ad vinculum ipſum matrimonij ſpectans, compromitti non poteſt.

5 Quando ſententia aliqua in rem iudicatam tranſiuit, ſi compromittatur circa dubia quoad illam orta, id compromiſſum intelligitur non de dubijs ea ſententia iam deciſis, ſed de alijs, quæ poſt illam ſunt orta.

6 Omnis qui poteſt tranſigere, poteſt etiam compromittere, excipitur circa res ſpirituales, circa quas inualida eſt tranſactio.

7 Quando cauſa ſpiritualis, vt beneficij eccleſiaſtici, de quo duo contendunt, compromittitur in aliquos, poſſunt arbitri pronuntiare, quando cauſam dubiam eeperiunt, vt vnus obtineat id beneficium, & ex redditibus certam alteri partem tribuat, quando id non fit in compenſationem iuris illius ſpiritualis, ſed pro bono pacis.

8 Quando minores compromittunt, requiritur autoritas teſtatoris aut curatoris, prout res fuerint, de quibus compromittunt, vt compromiſſum ſit validum ad effectum obligandi minorem.

9 Infans aut impubes neque compromiſſum neq; alium tractatum validè celebrare poteſt.

1 REgula generalis eſt, compromitti poſſe in omni cauſa & re, circa quam non reperitur prohibitum. In primis autem in cauſis criminalibus compromitti nō poteſt. Quod intelligendum eſt de cauſis, in quibus nō eſt integrum parti offenſæ agere ſolum ciuiliter ad pœnam ſibi applicandam. Si enim alia pœna ſit reo imponenda, vel corporalis, etiam exilij, vel pecuniaria fiſco applicanda, inualidum eſt compromiſſum in aliquem tanquam in arbitrum vel tanquam in arbitratorem, tum ad effectum, vt iudex ex officio nō poſſit procedere ad id delictum criminaliter puniēdum, etiam pœna pecuniaria fiſco aut alicui alteri, quàm parti offenſæ, applicanda: tum etiam ad effectum, vt quando alijs etiam eſt integrum de eo crimine accuſare, non accuſante parte offenſa, nō poſſint coram iudice ordinario de eo crimine accuſare, vt Ant. Gom. 3. tom. var. reſ. ca. 3. nu. 56. rectè affirmat: tum denique ad effectum, vt is, qui non eſt poteſtas publica, iuriſdictionem in reum quo ad eam cauſam habens, poſſit pænam corporalem tanquam arbiter aut arbitrator imponere, aut illā commutare in pecuniariam, vel vt poſſit commutare pœnam pecuniariam fiſco aut alteri rei applicandam, vt parti offenſæ, vel alteri cui lege non ſit permiſſum, applicetur. Quādo autem agere quis poſſit pro aliquo delicto iniuriarum merè ciuiliter ad pœnam pecuniariam ſibi applicandam, iuxta ea quæ tractatu 3. præſertim à Diſput. 40. explanata ſunt, tunc licitum ac validum eſſet compromiſſum, etiam in perſonam ipſam offenſam, tanquam in arbitratorem, quid æquitas poſtularet, vt in recompenſam iniuriæ, computando ſimul ſi quod damnum ſit ei illatum, parti offenſæ ſoluatur, & vt ab intentanda actione illa iniuriarum ceſſaret: neque tam in eiuſmodi rebus ha-

A bet locum compromittere in aliquem tanquam in arbitrum, quàm tanquam in arbitratorem. Non tamen negarem, poſſe etiam compromitti, non in partem ipſam offenſam, ſed in aliquem alium, tanquam in verum iudicem arbitrum, qui examinata iudicialiter cauſa, ſententiam proferret, quàm iudex ordinarius exequutioni mandaret in euentibus Diſput. 34. & 35. circa merè ciuilia explicatis. Quòd autem in ſenſu explicato locum in criminalibus nō habeat compromiſſum in aliquem, nec tāquam in arbitrū, nec tanquam in arbitratorem, habetur. l. non diſtinguamus. §. Iulianus. ff. de recep. arb. l. 14. tit. 4. par. 3. & c. penult. de in integrum reſt. Habet autem id verum, non ſolum quādo id cōpromiſſum fieret ignoranter, neſciendo quòd non liceret, ſed etiam multo
B magis quando ſcienter fieret, vt notat gloſſa. §. Iulianus citato, & affirmant Gregor. Lopez. l. 14. citata gloſſa 1. aduerſus Guido de Suza. Cum vero in hoc & in Luſitaniæ regnis locum habeat tranſactio in criminalibus, ſaltem occulta in aliquibus, illa, ſeu remiſſio delicti ex illa, etiam ſi facta eſſet præuio compromiſſo quoad eam in aliquem, impediret partes, quæ illam feciſſent, in his regnis, ne accuſare poſtea circa id delictum poſſent. Atque hoc eſt, quod Ant. Gom. nu. 56. citato intendit ac affirmat. Quòd vero, quando circa aliquod crimen integrum eſſet parti agere ſolum ciuiliter ad pœnam ipſi applicādam, locum habeat compromiſſum in aliquem tanquam in arbitrum, aut tanquam in arbitratorem, qui ea de re iudicet, quin & in ipſammet partem tanquam in
C arbitratorem, colligitur ex. ca. Quintauallis, de iureiur. ibique id affirmat Panorm. num. 1. & affirmant gloſ. §. Iulianus citato, idem Panor. cap. penult. de in integ. reſt. c. literas, de præſump. Greg. Lopez gloſ. 1. citata, & doctores communiter.

De cauſa etiam liberali, hoc eſt, pertinenti ad libertatem, aut ad ingenuitatem, vel libertinitatē alicuius, compromitti non poteſt. 2 Ita habetur. §. Iulianus citato. verſ. de liberali. l. 14. citata, & c. pen. de in integr. reſt. Quando tamen incidenter agitur de ea cauſa ad aliam definiendam, quæ ex ſtatu alicuius pendet, tunc. l. cum proponas. C. de reb. cred. admittitur compromiſsū in aliquem tanquam in arbitrū, iuxta planum intellectum illius legis, iuncta glo. ibi, & affirmat Greg. Lopez. l. 24. citata gl. 2. Habemus
D autem accommodatum exemplū in hoc regno, quoad eam nobilitatem, quæ *hidalguia* appellatur; licèt enim cauſa de *hidalguia* agi principaliter nō poſſit, niſi in prętorijs coram *los alcaldes de hijos dalgo*, incidenter tamen ac ſummariè terminatur à iudicibus locorum ordinarijs, vt videatur num aliquis ob debita coniici non debeat in vincula, eo quòd ea nobilitate gaudeat.

Res ad aliquam communitatem ſpectantes, vt ad oppidum, ciuitatem, regnum, aut ad aliam communitatem, 3 licèt quamuis de ea communitate, quando ad id non accurrit communitas ipſa, aut perſona ab ea communitate deputata, poſſit illas petere, ac defendere in iudicio, iuxta. l. 2. §. hoc interdictum per-
E petuum eſt. ff. ne quid in loc. pub. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. l. 2. ff. de popularib. act. & habetur. l. 24. tit. quarto, part. tertia, non tamen priuatus poteſt cauſam compromittere validè in aliū: quoniam id quod in præiudicium aliorum cedere poteſt, compromitti ſine illorum conſenſu non poteſt, vt tractatu 2. Diſp. 557. eſt oſtenſum. Tota autem communitas quo ad eos, qui ſufficiunt, vt de eis rebus diſponere poſſint, eas ex rationabili cauſa, & ſeruata ad id ſolēnitate neceſsaria, alienando, cōpromittere circa illas eadē ſolemnitate ſeruata poſsunt, etiam ſi res illæ ad eccleſiam pertineant. Cōſtituere quoque ad id procuratorem poſsunt: non tamen eſt ſufficiens, conſtitutum aliquem procuratorem eſse

ad eam cauſam cum libera facultate, vt circa illam agere ac diſponere poſſint, vt compromittere illam poſſit, niſi ad id habeat particulare mandatum. Hęc habentur. l. 24. citata, & ſatis hæc eadem conſtant in dictis Diſp. 557. citata, in cuius calce explicauimus, quãdo procurator ad aliquã cauſam conſtitutus particulare cenſeatur habere mãdatum ad compromittendum & tranſigendum, quando non item. Conſẽtiunt quo ad hæc, quæ eodem tractatu. 2. in calce Diſput. 682. §. penult. dicta ſunt. Neque refragantur, quæ ibidem. §. antecedente de communitate eccleſię ſunt dicta, quo ad adminiſtratores bonorum eccleſiaſticorum: quoniam ibi erat ſermo de delicto eorum, quod nocere poteſt eccleſiæ: hoc verò loco nobis eſt ſermo de compromiſſo circa res eccleſiæ ex rationabili cauſa & ſeruata debita ad id ſolemnitate facto. Greg. Lopez. l. 24. citata verb. *eſtonce bien lo podrian*, diſputat, num ad compromittendum circa res ciuitatis, aut alterius oppidi, neceſſaria ſit principis facultas, itemque ad illas alienandum. Et placet, q̃ ille tandem ait, nempe ſi propriæ ſint ciuitatis aut oppidi, neque id cederet in præiudicium Regis, quia amitteret dominium vniuerſale eorum quo ad iuriſdictionem, neceſſariam non eſſe principis facultatẽ. Si verò id concederet in præiudiciũ illius, vt ſi eſſent in confinio regni, & lis eſſet circa illas cum oppido alterius regni, tunc neceſſariam eſſe principis ad id facultatem, & conſentiunt, quæ Diſput. 682. citata. §. penult. dicta ſunt. Eadem verò ratione, ſi iuriſdictio oppidi ad aliquem priuatum dominum pertineret, & lis circa confinium eius oppidi eſſet cum alio populo, cuius iuriſdictio ad alium pertineret, cõpromittere circa id aut tranſigere non poſſent illi populi ſine conſenſu dominorum, de quorum præiudicio ſimul ageretur. Quando item ageretur de alienanda re omnibus vniuerſim communi quo ad vſum, & cuius dominium attineret ad principem, non poſſet id fieri ſine principis ſupremi conſenſu, vt ſi concedenda alicui eſſet pars plateæ aut viæ publicæ. Neq; quoad id poſſet tranſigi aut compromitti cum priuato ſine principis facultate.

4 Cauſa item matrimonij, ad vinculum ipſum matrimonij ſpectans, compromitti nõ poteſt. Ita habetur. c. pen. in fi. de in integ. reſt. & l. 24. tit. 4. par. 3. Et concilium Trid. ſeſſ. 24. can. vlt. ſub anathemate definit, eas ad iudices eccleſiaſticos pertinere.

5 Quando ſententia aliqua in rem iudicatam tranſiuit, ſi compromittatur circa dubia quoad illam orta, id compromiſſum intelligitur, non de dubijs ea ſententia iam deciſis, ſed de alijs, quæ poſt illam ſint orta, ad quæ ea ſententia non ſe extendebat. Ita habetur. c. expoſita. de arb. Quin gloſſa & Panor. ibi rectè affirmant, circa iam ita iudicata inualidum eſſe compromiſſum, & conſentiunt, quæ tractatu præcedente Diſp. 556. dicta ſunt.

Eo autem in loco Diſputatione 557. multa alia ſubiecimus, circa quæ compromittere non licet, inualidumque eſt compromiſſum, ſi circa illa fiat: quæ neceſſe non erit hoc loco repetere, ſed ibi legantur.

Compromiſſum de multis rebus factum, circa aliqua eorum partes validè poterant compromittere, & circa alia non, validum eſt quoad ea, quoad quæ validè compromittere poterant. Ita colligitur apertè ex. c. cum tempore. de arb. ibique Panor. notab. 3. id obſeruat. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis propoſita ſunt.

6 Quod verò ad ſecundum attinet, quis ſcilicet cõpromittere poſſit, & quis non, tractatu ſecundo, Diſputatione 557. citata id fuit explicatum, dum ibi explanatum fuit, quis tranſigere poſſit, & quis nõ. Qui enim trãſigere poteſt, poteſt etiam compromittere. Imò valet argumentum ab vno horum ad alterum,

vt ibi Diſput. 556. fuit explicatum. Excipitur circa res ſpirituales, circa quas licèt validum ac licitum ſit compromiſſum, prohibita tamen atque inualida eſt tranſactio, vt Diſput. 556. citata oſtenſum eſt. Ratio autem vtriuſque eſt, quoniam compromiſſum fit ſolum, vt pronuncietur ac declaretur, quantum iuris vnuſquiſque diſſidentium habeat, circa rem ſpiritualem, de qua contenditur, ad quemve eorum illa pertineat, in quo nihil mali cernitur, etiam ſi ea res ſpiritualis ſit, vt beneficium eccleſiaſticum. Tranſactio verò circa illam eſt pactum, quo aliquid alicui datur, vt cedat iuri, quod circa eam prætendere poteſt, quod eſt ſimoniacum, quando ea res ſpiritualis eſt, aut certè mali ſpeciem habet, ſi is, qui id dat, ad redimendam ſuam vexationem id det, quia ſibi conſtat alterum nihil iuris circa eam rem habere, iſque alter vel iniuſtitiam committit, cum ſimoniæ ſpecie id accipiendo, ſibi conſtat ipſum nullum circa eam rem ius habere, vel committit ſimoniam formaliter, ſi ius, quod ſe habere putat; pro eo emolumento vendat: atque hac de cauſa meritò eſt prohibita talis tranſactio, vt Diſp. 556. citata eſt dictum.

Dubium non leue eſt, vtrum quando cauſa aliqua ſpiritualis, vt beneficij eccleſiaſtici, de quo duo contendunt, ad quem ipſorum pertineat, compromittitur in aliquos, poſſint arbitri, quando cauſam dubiam reperiunt, pronunciare, vt vnus obtineat id beneficium, & ex reditibus tribuat alteri certam partem, vel in ſingulos annos, vel ſemel, aut aliunde aliquid illi ſoluat. Atque dubitandi ratio non leuis eſt, quoniam pro iure ſpirituali in id beneficium, quod id prætendebat, cui id dari pronunciatur, id non poteſt accipi abſque ſimoniæ vitio, qua de cauſa tranſactio circa id fieri nequit; & per conſequens præcipi eo arbitro illi ea de cauſa dari non poteſt ſine vitio ſimoniæ talium arbitrorum. Dicendum tamen eſt, quamuis in compenſationem pro eo iure, nec dari, nec præcipi dari, nec accipi poſſit abſque ſimonię vitio, vt quæ dicta ſunt, probãt: qua de cã, quod id fiat, etiam arbitrorum iudicio ac ſententia, valde ſuſpectum cenſeatur. c. niſi. de præb. nihilominus, quãdo id fieret, non in compenſationem iuris illius ſpiritualis, ſed pro bono pacis, ne in lite dubia illi progrediantur, diſpendiaque patiantur, & ne, qui ius prætendit, & fortè obtinebit, inanis diſcedat, nõ eſt cenſenda illicita amicabilis illa compoſitio, ſiue fiat ſententia arbitrorum, ſiue aliquibus eas partes inter ſe diſcordes modo illo componentibus, dũmodo omnino abſit animus id accipiendi, & dandi, aut præcipiendi dari in pretium & compenſationem pro eo iure ſpirituali dubio. Et quia res iſta lubrica valde eſt & ſuſpecta, vt ex ſe & ex. c. niſi. de præb. conſtat, ratò admodum eſt facienda & admittenda, nec niſi inter perſonas minimè ſuſpectas & probas, vt ex. c. niſi citato conſtat, propoſitaq; ea amicabili compoſitione ſummo Pontifici, ab eoq; approbata, vt. c. niſi citato factum fuit. Atque in ſenſu explicato poſſe tale arbitrium ferri, fierique poſſe tales amicabiles cõpoſitiones, quæ tranſactionis nullo modo rationem habeant, colligitur ex. c. niſi citato & ex. c. 2. de arb. in fi. quo in loco lege Panor. num. 10. Hæc adiunge iis, quæ tract. 2. Diſp. 556. circa amicabilem compoſitionem dicta ſunt.

8 Quod verò ad minores attinet, prout fuerint res, de quibus compromittunt, requiritur autoritas tutoris aut curatoris, vel etiam decretũ iudicis, vt cõpromiſſum ſit validum; ad effectum obligandi minorem, & denique requiritur autoritas tract. 2. Diſpu. 224. iuncta Diſput. 220. explicata, quando imminet periculum, ne ex compromiſſo ſequatur alienatio rei, quæ maiorem aut minorem ſolemnitatem requirat. Huic ſi minor, etiam pubes, ſine curatoris autoritate compromittat, cum non obligat compromiſſum,

miſſum,ſi curatorem habeat, licèt poſſit partem alteram cogere ſtare ei cōtractui, ſi ipſe velit,iuxta ea quæ Diſputat.224.citata dicta ſunt. Vnde ſi is minor compromiſit ſub pœna non ſtanti compromiſſo,non tenetur eam ſoluere, eſto compromiſſo ſtare non velit. Excipitur niſi dediſſet fideiuſſores:nam tunc, non ipſe minor, ſed fideiuſſores cogerentur ſoluere eam pœnam: eo quòd is minor, quamuis ciuiliter non obligetur ex eo compromiſſo, obligatur tamen naturaliter,vt Diſput.224.dictum eſt:atque, ſi in ſecuritatem eius obligationis accedant fideiuſſores,cogi fideiuſſores poſſunt eam implere, aut id,quod in eius ſecuritatem promiſerunt, vt eadem diſputatione quoad minores dictum eſt, & conſentiunt dicta in præcedentibus. Quando autem minor pubes,curatorem non habens,compromiſit ſub pœna, cogitur ſtare compromiſſo, aut ſoluere pœnam,non ſecus ac ſi eſſet minor. Si tamen probet ſe læſum, ſubuenitur ei beneficio reſtitutionis in integrum. Hæc habentur l.25.tit.4.par.3.& ex parte conſentiunt. l.3. in princ. iuncta gloſſa ibi, & l.ſi pupillus. ff.de recept. arb. Vbi vides, rem hanc de compromiſſo minoris in arbitrum, & in arbitratorem, non admetiri ijs, quæ quo ad iudicia diſpoſita in iure ſunt circa minores: neque enim minor pubes, etiam ſi curatorem non habeat, admittitur ad iudicium ſine curatore ad id creato, exceptis in cauſis ſpiritualibus, iudiciumque aliter peractum eſt inualidum,vt Diſput.224. iuncta Diſp.220. eſt improbatum eſt: ſed admetiri ijs, quæ quoad contractus minorum in iure ſunt diſpoſita, & diſp.224. explanata à nobis ſunt. Rem verò hanc non ita expreſsè definitam recordor in iure communi, ſicut definita eſt.l.25.citata. Tametſi conſonent gloſſa.l.3.citata in princ.& alij, iuxta quorum ſententiam Greg. Lopez.l.25.citata ait eam legem latam fuiſſe.

9 Quod verò ad minorem impuberem attinet, ex dictis Diſput.224.citata conſtat,ſi infans ſit,aut infantiæ proximus,neque compromiſſum,neque aliū contractum validè celebrare poſſe: ſed ad tutorem pertinere celebrare contractus loco illius, eumque defendere in iudicio, locoque illius agere. Si verò ſit pubertati proximus,inualidum eſſe compromiſſum, & quamuis alium contractum ad ipſum obligandum,niſi ſui tutoris interueniat autoritas. Vt tamen Diſp.224.eſt dictum,licèt ſine tutoris autoritate poſſit ciuiliter alium ſuo contractu ſibi obligare, nec ipſe,ſi nolit,maneat illi alteri ciuiliter obligatus manet tamen illi obligatus naturaliter:atque ſi fideiuſſores ſint adhibiti, tales fideiuſſores manent obligati ciuiliter loco eius impuberis propter illam impuberis naturalem obligationem. Lex verò 25. citata innuere videtur, ſi impubes pubertati proximus ſine tutore compromiſit adhibita pœna non ſtanti compromiſſo, adhibitique ſint fideiuſſores, neque fideiuſſores teneri ſoluere pœnam, eſto is impubes ſtare non uelit compromiſſo. Sic enim ea lex habet: *Empero los fiadores, que dio,ſon tenudos depechar la pena a que ſe obligaron,ſi el huerfano no quiſiere eſtar por el iuizio,ſiendo mayor de catorze annos.* Vnde argumento à contrario ſenſu innuitur,ſi quatuordecimum annum non excedebat, eſto pubertati eſſet proximus,fideiuſſores non teneri ſoluere pœnam. Contrarium tamen habetur expreſſe.l.ſi pupillus. ff.de recep.arbit. quæ de pupillo loquitur,& ſtatuit,fideiuſſores teneri ſoluere pœnam: atque ita ſtando in iure communi, id ita omnino eſt aſſerendum,iuxta eum textum,& ea quæ Diſput.224.citata copioſè dicta ſunt. Gregorius Lopez.l.illa,25.ait videri eam legem latam iuxta quorundam antiquorum ſententiam,quos refert gloſſa. l.ſi pupillus citata,& tamen addit: *Cogita tamen ſuper hoc.* Cum verò in illa lege 25. nulla mentio fiat de impubere in particulari,credo, etiam in hoc regno ſtandum eſſe, diſpoſitioni illi alteri iuris communis. Argumentum autem à contrario ſenſu inualidum eſt ex omnium ſententia, quando contrarium reperitur expreſsè in iure diſpoſitum. Illa autem verba ſcripta videntur illo modo in ea lege, quoniam rarò aut nunquam eueniet, impuberem pubertati proximū compromittere ſub pœna ſine tutoris ſui autoritate, fideiuſſoreſque adhibere, quòd compromiſſo ſub ea pœna ſtabit. Lex ſi pupillus citata ait, ſi pupillus ſine tutoris autoritate compromittat ſub pœna, nec fideiuſſores adhibeat, non poſſe cogi arbitrum, qui id munus acceptauit, arbitrium ferre: eo quòd eum pupillum non obliget: ſi verò is pupillus fideiuſſores adhibuit, cogendum eſſe tunc arbitrum ferre arbitrium: quoniam licèt id arbitrium non obliget ad pœnam eum pupillum, obligat tamen fideiuſſorem. Hæc eadem ſimiliter intellige de minore iam pubere curatorem habente, qui ſine curatoris autoritate compromiſit ſub pœna. Si enim fideiuſſores non adhibuit, cogi arbiter non poteſt ferre arbitrium: eo quòd eum minorem non obliget, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt: ſi uerò fideiuſſores adhibuit, cogendus eſt arbiter ferre arbitrium: quoniam fideiuſſores obligauit.

DISPVT. 41.

Ex quibus cauſis arbiter, qui munus acceptauit,nec teneatur,nec cogi poſſit, ferre arbitrium, ſeu ſententiam, neque in cauſa progredi.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter non poteſt cogi in cauſa progredi, ſi poſt id munus ab eo acceptatum partes ea de re contenderint coram iudice ordinario, vel ſi alium arbitrum circa eandem cauſam ſibi elegerint.*

2 *Quando partes arbitrum grauiter infamarunt.*

3 *Quando graues inimicitiæ oriuntur inter arbitrum, & vtrumque aut alterum litigantium, aut antecedentes poſt munus ſuſceptum detectæ ſunt.*

4 *Si rationabile impedimentum arbitro ſuperueniat, vt cauſam ad finem perducere non poſſit.*

5 *Si comperiatur poſt munus acceptatum arbiter munere aut allare corruptus eſſe.*

Diſput.34.& ſequentibus, iuncta Diſp.32. explicatum eſt, quando, ſi arbiter aut arbitrator munus acceptarunt, cogi de iure ciuili communi poſſint in cauſa progredi, atque ferre ſententiā, & quando non. Itemq; quando de canonico iure, & huius regni, cogi ad id poſſent, eſto de iure ciuili communi cogi tunc non poſſint. Atque quando cogi ad id poſſunt, ſanè quādo in compromiſſo expreſſum non fuit intra quantum tempus ferre deberent ſententiam, præſcribi illis ad partium aut ad partis petitionem ab ordinario iudice poteſt tempus accómodatum, intra quod illam ferant, præſertim ſi in mora eſſe incipiāt. Neque eſt hoc, de quo hoc loco diſputare intendimus. Quod verò hoc loco explicare intendimus, eſt, poſito quòd, iuxta dicta locis citatis, tenerentur progredi in cauſa ac ferre ſententiam, & quòd ad id alioquin cogi poſſent, ex quibus nihilominus cauſis ab eo onere deobligentur, & per conſequens cogi iam tunc non poſſint in cauſa progredi, nec ferre ſententiam.

1 Prima eſt. Si poſt id munus ab arbitro acceptatum, partes ea de re contenderunt coram iudice ordina-

dinario, (idem intellige, ſi contenderunt coram iudice delegato) vel ſi alium arbitrum circa eandem cauſam ſibi elegerunt. Ita habetur l. ſed etſi in ſeruum. §. vlt. & duab. legib. ſequentib. ff. de recept. arb. & l. 30. titu. 4. par. 5. Si tamen vna tantum pars vocaret alteram inuitam corā iudice ordinario circa candē cauſam, atque in compromiſſo pœna fuiſſet appoſita non ſtanti compromiſſo, tunc ea pars, quę alteram inuitam vocaret eo modo corā iudice ordinario aut delegato, incideret in pœnam illam; eo quòd compromiſſo non ſteterit; & nihilominus cauſa integra manet, vt coram eo iudice ordinario peragatur. Ita habetur l. ſi quis rem. ff. de recep. arb. & l. 30. citata. Dubitant doctores, num hæc non ſolùm habeant locum in arbitro, ſed etiam in arbitratore. Baldus, quem Greg. Lopez. l. 30. citata gloſſa. 2. refert, & alij cenſerunt, id in arbitratore non habere locum: eo quòd compromiſſum in arbitratorē ſit tranſactio. Nos verò diſp. 30. oſtendimus, ante ſententiam ſequutam & emologatam non eſſe tranſactionem perfectam: neque minus, ſed plus, compromiſſum in arbitrum, ſequuta illius ſententia ſeu arbitrio, habere rationē tranſactionis; quare friuola ſunt, quæ Baldus & alij hac de re docēt. Vnde cum Orione & Greg. Lopez gloſſa citata eſt dicendum, ea locum habere etiā in arbitro: eo quòd vtrobique ſit eadem ratio: & quoniam iura indiſtinctè loquuntur de arbitro latè ſumpto, vt arbitratorē etiam comprehendit. Hæc eadem quo ad ſequentes cauſas ſimiliter intellige.

2 Secunda eſt. Quando partes arbitrum infamarunt, non leuiter ſcilicet. Vnde ſi arbiter, accepta in famia, non velit in cauſa progredi ac ferre ſententiam; & partes à iudice ordinario petant, vt illum cogat in cauſa progredi & ſententiam ferre; non prius ordinarius excuſare illum debet, quàm cauſa cognita, videat, num iniuria tanta ac talis ſit, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, quæ illum excuſet. Ita habetur l. ſed etſi in ſeruū. §. vlt. iuncta gloſſa ibi & l. licèt. ff. de recep. arb. & l. 30. titu. 4. par. 3. Gloſſa. §. vlt. citato exponit de infamia facto illata, & lex 30. citata vtitur verbo *denoſtar*, quod in lingua Caſtellana antiqua, & hodie in Luſitania, contumeliā verbo efficere ſignificat. Dicerem quamcunque iniuriam non leuem ſufficere, ſiue verbo aut alio ſigno in abſentia aut in præſentia illatam, ſiue facto: lex autem illa infamiam expreſſit, quæ etiā iniuriam verbo in abſentia factam comprehendit, vt intelligeremus, idem longè maiori cum ratione eſſe de grauiori modo iniuriæ. Vtrùm autem ſufficiat eſſe factam ab altera tātum parte. Paragraphus vltimus citatus à litigatoribus in plurali illatam ait. Lex verò 30. citata exprimit, ſatis eſſe ſi illata fuerit ab altera tantum parte. Atque Greg. Lopez ibi excipit, niſi malitioſè ſit illata animo impediendi ne ſententiam ferat, eoque modo putat limitādum eſſe eam legem. Certè cùm eo ipſo ſuſpecta ſit ſententia arbitri, quòd iniuriam ab altera parte non leuē acceperit; quoniam meritò erit timendum, ne iniuſtè ſua ſentētia illam grauet, & faueat alteri; punienda quidē erit pars, de qua conſtauerit eo animo eam iniuriam intuliſſe, non ſolùm ob iniuriam illatam, ſed etiam in commodum alterius partis, quaſi compromiſſo virtute in damnum illius contrauenerit; non tamen arbiter procedet ad ferendam ſentē tiam, ſed alius eligi poterit, ſi ita velit pars contraria, qui ſine ea ſuſpicione eandem cauſam vt arbiter finiat, atque vt pars, quæ illo modo iniuriam intulit, in eo conſentiat, cogi debebit à iudice ordinario. Et fortè hoc voluit lex illa 30. citata. Niſi dicas, in eo etiā eſſe puniendam partem, quæ ita malitioſè iniuriam intulit, vt patiatur ab eo arbitro ſententiam pronunciari. Illi tamen recurſus manebit, vt ſi per-

A ſpicuè iniuſta deprehendatur, per iudicem ordinariū ad limites ſolùm iuſtitiæ reducatur. Quando autem iudex ipſe arbiter in cauſa fuit, vt ea iniuria ab altera parte efficeretur; quia non leuem ad id cauſam dedit; iudex ordinarius ex circumſtantijs concurrentibus videbit, num conſentiente vtraque parte ſententiam nihilominus is arbiter ferat, & ſimul ſaltem altera parte id petente, cogi ferre ſententiam debeat.

Cum præcedenti cauſa coniungere poſſumus tertiam, qn̄ ſcilicet graues inimicitiæ oriuntur inter arbitrum & vtrūque aut alterum litigantiū, aut antecedentes poſt munus ſuſceptum detectæ ſunt: tunc enim vno litigantium id petente, præcipere iudex ordinarius cauſa prius cognita debet arbitro, ne B in ea cauſa vlterius progrediatur, ſatiſque eſſet proteſtatio partis tali arbitro facta, ne in cauſa progrederetur, quoniā ſibi ob eas inimicitias eſt ſuſpectus, vt ſi arbiter ſententiam nihilominus proferret, ſe ab illa tueri poſſet doli exceptione & vt excuſaretur à pœna compromiſſo ei ſtatuta, qui ſententiæ non pareret, eadem exceptione doli. Ita habetur l. licèt. l. non diſtinguamus. §. cū quidam. ff. de recep. arb. l. 31. tit. 4. & l. 17. in fine titu. 23. par. 3. atque præcedentibus diſputationibus eſt etiam dictum. 3

Quarta eſt. Si rationabile ac iuſtum impedimentum arbitro ſuperueniat, vt progredi in cauſa non poſſit, eamque ad finem perducere, vt morbi, ingreſſus religionis, proprium aliquod negotium, quod id impediat, munus ei iniunctum, neceſſaria aut val C de vtilis profectio, & ſimilia alia, quæ id rationabiliter ac meritò impediant. Tunc enim excuſatur à iudice ordinario cauſa cognita & ſufficienter ab eo iudicata. Atque interdum dilatio temporis ei conceditur, intra quod cauſam expediat, ſi circumſtantiæ id efflagitent, & litigātes velint. Ita habetur l. licèt, iuncta l. ibi ſequenti. ff. de recep. arb. & l. 30. titu. 4. part. 5. 4

Quinta eſt. Quādo poſt munus acceptatum comperiretur, arbitrum munere aut alia re corruptum eſſe, vel ante munus acceptatum, vel poſt illud acceptatum vt alteri parti faueret: tunc enim iudex ordinarius præcipere illi debet, ne in cauſa progrederetur: quin eſtò nihil illi fuiſſet præceptum, & ſententiam tuliſſet, competeret aduerſus exequutionem illius, & aduerſus pœnæ exequutionem ſtatutæ in cō D promiſſo ſententiæ non parenti, doli exceptio. Ita habetur l. ſed etſi in ſeruum. §. vlt. ff. de recep. arb. l. 3. C. eod. tit. & l. 31. tit. 4. p. 3. dictumque eſt præcedentibus diſputationibus. Obſerua tamen, prohibitū non eſſe arbitris & arbitratoribus pretiū ab vtraque parte litigante accipere pro munere, quod exercent, & labore ac induſtria, quæ in examinanda ac definiēda cauſa apponunt, vt ex ſe liquet, & habetur l. 3. §. ait prętor, iūcta gloſſa ibi. ff. de recep. arb. atque affirmāt doctores, quos Greg. Lopez. l. 31. citata gloſſa penult. refert ac ſequitur. 5

E

DISPVT. 42.

Quando in multos eſt compromiſſum, ſiue tanquam in arbitros, ſiue tanquam in arbitratores, num neceſſe ſit omnes concurrant. Et ſi diſcordent, quorum ſententiæ ſit ſtandum.

SVMMARIVM.

1 *Quando in multos compromittitur tanquam in arbitros, vel tanquam in arbitratores, neque aliud ex-*

exprimitur, ſtandum eſt plurimorum ſententiæ: multo magis ſi id in compromiſſo exprimitur.

2 *Iure ciuili quando expreſſè, & non expreſſè in multos fuit compromiſſum, vt ſentẽtia à maiori illorum parte lata valida ſit, neceſſe eſt vt omnes, in quos ita fuit compromiſſum, præſentes ſint, quando ſententia profertur.*

3 *Iure canonico ſi maior arbitrorum pars adſit, & reliqui vocati, vt adſint abſque iuſto impedimento intereſſe noluerint, validum eſt arbitrium, quod maior pars eo modo in aliorum abſentia tulerit.*

4 *Quando in tres fuit compromiſſum, ſi duo conueniãt in aliqua earum ſumma, vt in decem, & alius diſſentiat, condemnans videlicet in minori, vt in quinque, vel in maiori ut in quindecim, ſtatur ſententiæ illorum duorum, qui in eadem ſumma conueniunt. Si uerò omnes tres circa ſummam diſcordent, quia vnus condemnat in quindecim, alius in decem, aut alius in quinque, tunc quamuis duo virtute conuenire videantur ſaltem in decem, ſtandum eſt in quinque, quoniam omnes in eo uirtute conſentiunt: his itaque modis compromiſſo celebrato, cogi poſſunt arbitri ferre ſententiam.*

5 *Si compromiſſum fuit in duos, & additum in compromiſſo fuit, quòd ſi illi diſcordent, eligant ipſi tertium, nullum particulariter deſignando, compromiſſum eſt nullum.*

6 *Quando in multos ita compromiſſum eſt, ut ſi non omnes poſſint, reliqui ſine illis procederent, tunc ualeret arbitrium eorum, qui procederent ſine aliis. Si uerò, ut omnes in eadem ſententia conueniant, tunc niſi omnes interſint, & eiuſdem ſint ſententiæ, inualidum eſt arbitrium.*

7 *Si compromittatur in aliquos cum clauſula, ut omnes aut multi, uel unus eorum cauſam expediat, tunc quilibet eorum ſolus poteſt eam cauſam expedire.*

1 QVando in multos compromittitur tanquam in arbitros, vel tanquam in arbitratores, neque aliud exprimitur, ſtandum eſt plurimorum ſententiæ, quia illa præualet. Ita habetur l. ſi in tres, & l. ſicut, ff. de recep. arb. l. 32. tit. 4. par. 3. & lib. 3. Luſit. ord. ti. 81. §. penult. Idem longè maiori cum ratione erit dicẽdum, ſi in multos compromittatur, atque in compromiſſo exprimatur, ita in illos compromitti, vt ſententiæ maioris partis illorum ſtetur, vt ex ſe liquet.

2 De iure autem ciuili, quando vtrouis eorum modorum fuit in multos compromiſſum, vt ſententia à maiori illorum parte lata valida ſit, neceſſe eſt, vt omnes, in quos ita fuerit compromiſſum, præſentes ſint quando ſententia profertur: alioquin vno ſolo vel pluribus illorum abſentibus, ſententia lata ab alijs, etiam ſi plures ſint numero & potiores, eſt inualida, eſtò reliqui ſua negligentia aut malitia intereſſe non velint. Ita habetur l. ſi in tres. l. ſicut. l. 32. citatis, & §. penult. etiam citato. Atque iuxta gloſſam ibi, & doctores communiter, id verum habet, etiam ſi abſentes ſuam mentem expreſſerint, aut ſcripto illam miſerint, imò ait Albericus & Gregorius Lopez l. 32. citata gloſſa 2. relatus, eſtò qui abfuerint, iurent ideo non velle intereſſe, quoniam eis de cauſa non conſtat, quid circa eam proferre debeant. Ratio autem, quam lex ſi in tres, & lex 32. citatæ reddunt, hæc eſt: Quoniam, qui abſunt, forſitan ſi præſentes eſſent, ſuis rationibus aut illorum rationes impugnando ac diluendo, trahere alios potuiſſent in contrariam ſententiam. Et conſentiunt, quæ de iudicibus delegatis Diſputat. 24. in princ. in eodem euẽtu dicta copioſiuſque comprobata ſunt. Vtrùm autem, ſi omnes arbitri præſentes ſint, &

A maior pars ferat concorditer ſententiam, cæteris tacentibus, vel reclamantibus, non tamen ferentibus ſententiam, valida ſit ſententia illa maioris partis in omnium præſentia. Gloſſa citata affirmanter reſpondet, quam cum Orione approbat Gregorius Lopez gloſſa ſecunda citata, quando coram tacentibus, aut contradicentibus, nec ſententiam ferentibus, ventilata ſunt merita cauſæ, redditæ ve rationes ſunt, cur ita iudicetur. Atque iuxta eam ſententiam, iuribus alijs citatis ſatis conſonam, præſertim. §. penult. citato, exponit legem 32. citatam, quæ plus exigere videbatur. Quia ergo in euentibus explicatis inualida eſt ſententia, etiam à maiori arbitrorum parte lata, aliquo aut aliquibus ex arbitris abſentibus, nullus arbitrorum cogi à prætore po- B teſt ſententiam ferre aliquo vel aliquibus abſentibus. Ita habetur lege item ſi unus, §. item ſi plures, & l. non diſtinguamus. §. cum in plures, ff. de recept.

De iure tamẽ canonico ſi maior arbitrorum pars adſit, & reliqui vocati ac requiſiti vt interſint, abſque iuſto impedimento negligentia, aut malitia, intereſſe non voluerint, validum eſt arbitrium, quod maior pars eo modo in aliorum abſentia tulerit. Ita fuit diſpoſitum cap. ſecundo, de arbit. lib. 6. Id verò ſolùm habet locum in foro eccleſiaſtico, & in ſeculari in terris tantum dominij temporalis eccleſiæ. In alijs verò locis in ſeculari foro tenetur diſpoſitio iuris ciuilis. §. præcedente tradita, vt gloſſa in eodem capite & communis doctorum ſententia C affirmat. Dictum eſt, abſque iuſto impedimento negligentia, aut malitia, intereſſe non uoluerint: quoniam ſi iuſtum ad id habeant impedimentum, ita vt quacunque ratione intereſſe non poſſint, tũc, etiam de iure canonico, erit inualidum arbitrium, quod maior arbitrorum pars in aliorum abſentia tulerit, vt eodem capite habetur. Dictum quoque eſt, ſi maior pars illud tulerit: quoniam minor pars, aut æqualis, non ſufficit, etiam in euentu eius capitis, ad validum arbitrium in aliorum abſentia ferendum: eaque ratione in eo capite exemplum adhibetur, quando in tres eſt compromiſſum. Idem verò eſt quotieſcunque in maiorem alium numerum arbitrorum eſt compromiſſum, & adeſt maior pars, cæteris vocatis ac requiſitis vt adſint, & ſine iuſto D impedimento non volentibus intereſſe. In eodem capite additur, per eam diſpoſitionem nihil mutari circa alios iudices ordinarios ac delegatos: in eis enim, niſi omnes adſint, inualidum erit iudicium, quod maior pars tulerit, vt Diſputat. 24. explanatum eſt. 3

Quando in tres fuit compromiſſum modis hactenus explicatis, ſi duo conueniant in aliqua eadem ſumma, vt in decem, & alius diſſentiat condemnans videlicet in minori, vt in quinque, vel in maiori, vt in quindecim, ſtatur ſententiæ illorum duorum, qui in eadem ſumma conſentiunt. Si uerò omnes tres diſcordent circa ſummam, quia vnus condemnat in quindecim, alius in decem, aut alius E in quinque, tunc quamuis duo virtute conuenire videantur ſaltem in decem, ſtandum tamen eſt minori ſummæ, puta quinque: quoniam omnes in ea virtute conueniunt. Ita habetur l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de recept. arb. & capit. primo, de arbit. lib. 6. 4

Si in duos modis explicatis compromittatur, validum eſt compromiſſum, ita ut cogi poſſint ferre ſententiam, ſi munus acceptarunt. Atque ſi in eandem conſentiant ſententiam, illi ab eis prolatæ erit ſtandum. Ita habetur l. itẽ ſi unus. §. principaliter. verſ. ſed viſitatum. ff. de recep. arb. c. pen. de arb. & lib. 3. Luſit. ord. ti. 81. §. vlt. Cæterũ, ſi diſsentiãt, neutrius ſentẽtię erit ſtandum; iudex tamen ordinarius cogere

re

re pòt ac debet arbitros, vt eligant tunc tertiũ quen
dam, qui cum ipſis rem iterum examinet & ſenten-
tiam ferat, & eius autoritate ſtetur ac pareatur. Ita
habetur l.item ſi vnus.§.principaliter.verſ.vlt.ff.de
recep.arb. Lex 26.in fine titu.4.part.3.apertè docet
iudicem ordinarium ad id cogere non debere, niſi
ad petitionem partium, quæ in illos duos compro-
miſerant, aut ad petitionem vnius illorum: aitque
ibi Greg. Lopez regulare eſſe vt ad vtilitatem priua
tam, qualis hæc eſt, iudex intromittere non poſſit
officium ſuum, niſi ad petitionem partis, iuxta l.4.
§.hoc autem iudicium. ff. de dam.inf. Eadem lex
26.& lex 29.eod.titu.volunt, prius iudicem ordina
rium admonere debere, vt ipſęmet partes, de qua-
rum intereſſe agitur, eligant eum tertium, ſi ipſæ an
te iudicis admonitum in eo non conſentiãt: ſi enim
partes ipſæ vel ante iudicis admonitum, vel iudicis
admonitu, ad petitionem vnius ipſarum in illo con-
ſentiant, certè ipſarum electioni erit ſtandum, cùm
de ipſarum ſolùm intereſſe ea in re agatur, iſque ter
tius eſſe debeat, in quo partes ipſæ magis conue-
niant: ſi autem partes ipſæ in eodem tertio non con
ſentiant, iudex ordinarius duos priores arbitros co-
get, vt illum eligant. Atque, ſi omnes tres arbitri cõ-
ſentiant, rationibus fortè, quæ noua ea diſcuſſione
cauſæ elucebunt, tunc ſententiæ illorum trium erit
ſtandum: ſi verò omnes tres non conſentiant, ſtan-
dum erit ſententię maioris partis eorum trium arbi
trorum. Ita habetur l.29.citata. Quæ etiam docet,
idem etiam eſſe faciendum, quando maior nume-
rus arbitrorum fuerat à principio electus, vt ſi qua-
tuor, verbi gratia, erant electi: ſi enim eueniat pares
eſſe in ferenda ea de re diuerſa ſententia, eligendus
ſimiliter erit vnus alius arbiter, qui cũ eis quatuor rẽ
ſimiliter definiat. Greg. Lopez. l.29.citata, verb. *tã-
bien à las partes*, cum Alberico & Guidone de Suza
ait, ſi arbitri non conuenirent in illo tertio, iudicem
ordinarium poſſe ex officio ac debere, ſaltem ad pe
titionem vnius ex partibus, illum eligere: quod mihi
placet. Poterit verò iudex cogere eum tertium arbi-
trum, ſiue à partibus autoritate eiuſdem iudicis or-
dinarij, ſiue ab arbitris prioribus, ſiue ab ipſomet iu
dice ordinario electus, vt cauſam examinet, & ſen
tentiam proferat, vt cum gloſſa. §. principaliter.
verſ.vlt.citato, & cum Bart. Gregor. Lopez. l.29.
citata, verb. *è mandarles*, affirmat, & ſatis in eo con-
ſonat ea lex 29.ibi. Quando autem tertius, ita ele-
ctus à duobus prioribus diſcordaret, ita vt duo nõ
conuenirent in eandem ſententiam, ſed omnes tres
eſſent inter ſe diuiſi ac ſingulares, num ſententiæ il-
lius tertij eſſet ſtandum. Gloſſa penult. verſ. vlt. ci-
tato rem examinat, & propendere videtur nullius il
lorum trium ſententiæ eſſe tum ſtãdum, & eam ſen
tentiam amplecti videtur l.29. citata. Atque tunc
eſſet recurrendum ad electionem ſimiliter quarti
arbitri, qui ſententiam ferret, quouſque maior pars
arbitrorum in eadem ſententia conueniret. Baldus
& plerique alij, quos Greg. Lopez.l.29. citata gloſ-
ſa vlt. aſſeruerunt, ſtandum tunc eſſe ſententiæ il-
lius tertij arbitri, etiam ſi ea ſententia duorum prio
rum arbitrorum diſcordat: quoniam ille verſiculus
vltimus citatus ſic habet: *Et debet prætor cogere arbi-
tros ſi non conſentiant, tertiam certam eligere perſonã,
cuius autoritati pareatur.* Gloſſa tamen id ibi expo-
nit, modo cum altero priorum arbitrorum conſen-
tiat, ita vt duo ſaltẽ ex illis tribus ſint in eadem ſen-
tentia. Vtraque autem opinio eſt probabilis ſtando
in iure communi, vt gloſſa citata ſatis perſpicuè in-
nuit. De iure verò Luſitano lib.3.ord.titu.81.§.vlt.
videtur ſancitum, vt in euentu diſcordiæ duorum
priorum arbitrorum reddatur nullum compromiſ-
ſum, & per conſequens, vt iudex ordinarius nec par
tes nec arbitros compellat eligere tertium arbitrum

A neque ipſe illum eligat. Vtrùm autem, quæ de iure
communi & huius regni dicta ſunt de electione ter
tij arbitri, quando duo priores inter ſe diſcordent,
locum ſolùm habeant, quando in arbitros fuit com
promiſſum: non verò quando compromiſſum fuit
in arbitratores, Greg. Lop. l.29. citata verb. *vn hom-
bre bueno*, rem diſputat, & refert Bal. & Panor. cen-
ſentes intelligendum id eſſe ſolùm, quando fuit cõ-
promiſſum in arbitros: ductos falſo fundamento, ꝙ
arbitratoribus, & non arbitris, concedatur ſumere
de iure vnius & tradere alteri. Gregorius verò Lo-
pez propendet, maximè de iure huius regni, & de
iure communi, rem lectori cogitandam reliquit.
Ego verò non dubito ea habere locum, etiam quan
do eſt compromiſſum in arbitratores: quia iura nõ
B diſtinguunt in arbitros & arbitratores, ſed vtroſq;
communi arbitrorum nomine comprehendunt, vt
ſæpe eſt dictum: & quoniam nulla congrua ratio
redditur, nec reddi poteſt, cur id potius habeat locũ
in arbitris, quàm in arbitratoribus.

Vlpianus l.item ſi vnus.§.ſi in duos. ff. de recep.
arb. ait, ſi compromiſſum fuit in duos, & additum 5
in compromiſſo fuit, quòd ſi illi diſcordent, eligãt
ipſi tertium, nullum in ſingulari deſignando quem
debeant accipere, ſed illorum electioni relinquen-
do vt eligãt, quem velint, cõpromiſſum eſt nullum.
quoniam ſi diſcordent in illo eligendo, fruſtrabitur
omnino compromiſſum, & perdentur operę & ſum
ptus. Si uerò à principio compromiſſum fuit in
duos, aut in eodem compromiſsum fuit additum,
C vt ſi diſcordauerint, aſſumant ſecum talem certum
in indiuiduo, puta Sempronium, eſse ualidum com
promiſsum. Atque in hoc ſecundo omnes conſen-
tiunt, ut habetur l.26.titu.4.par.3.& lib.3. Luſit.or
din.titu.81. §.vlt. Circa primum verò diſſentiunt
doctores, num ſi illi duo arbitri conſentiant, valida
ſit eorum ſententia, & per conſequens validum etiã
ſit compromiſsum. Aretinus, Iaco. de Rauenna, &
Albericus relati à Grego. Lopez l.26. citata verb. *no
lo ſennalaſſen las partes*, valere compromiſſum affir
mant ad effectum, vt ſi duo illi arbitri in ſententia
conſentiant, ualida ſit; itemque ad effectum, vt ſi diſ
ſentiant in ſententia, & conſentiant in eligendo ter
tio arbitro, qui in ferenda ſua ſententia conſentiat
cum aliquo duorum illorum priorum arbitrorum,
D valida quoque ſit talis ſententia. Deciſionem verò
Vlpiani, quoad illud primum ſupra relatum, intelli-
gunt in euentu ſolùm, in quo duo illi arbitri inter ſe
diſcordant, & ſimul etiam diſcordant in eligendo il
lo tertio arbitro: non uerò in illis alijs duobus euẽ-
tibus. Baldus uerò ex parte cum his doctoribus con
ſentit, & ex parte ab eis diſsentit. Ait enim, id com-
promiſsum ſolùm non ualere ad effectum, vt ſi duo
illi arbitri conſentiant in ſententia, non ſit valida
eorum ſententia, itemque ad effectum vt, ſi diſsen-
tiant, non ſint cogendi iudice ordinario tertium ar
bitrum aſsumere, qui non ſit arbiter compromiſsa-
rius, ſed qui autoritate legis arbiter ſit, cuiuſque ſen
tentiæ ſtetur. A Baldi ſententia parum diſtat Azo,
E ab eodem Gregorio Lopez in fine gloſsæ citatæ re
latus, quòd ſcilicet non valeat id compromiſsum ad
effectum ſolùm, vt ſi duo priores arbitri diſcordẽt,
ipſi autoritate talis compromiſſi eligere poſſint ter
tium tãquam arbitrum vi talis compromiſſi; valeat
tamen ad effectum, tum ut ſi duo priores arbitri di-
ſcordes ſint, ipſorum ſtetur ſententiæ, tum etiam vt,
ſi diſcordes in ſua ſententia ſint, cogantur autorita-
te iudicis ordinarij eligere tertium arbitrum eo mo
do, quo cogerentur, ſi in illos eoſdem duos arbitros
fuiſset compromiſsum nulla mentione facta, quòd
ſi diſſiderent, eligerent tertium arbitrum. Et for-
taſse (vt tandem Greg. Lopez gloſsa citata annuit)
hæc fuit deciſio (iuxta Azonis opinionem, quem
condi-

conditores legum partitarum frequenter ſequuntur)legis 26.citatæ,comprehendendo ibi ſimul hũc euentum cum alijs,in quibus ualidum eſt compromiſſum in duos factum, quos ea lex definit. Alioquin dicendum erit,(vt Greg. Lopez in eadem gloſſa prius dixerat)leges partitarum omiſiſſe eam priorem Vlpiani deciſionem §.ſi in duos, propter varietatem opinionum,quæ ea de re erant. Bart. verò & latiſſimè Panor.c.innotuit,de arb.gloſſa ibi,& multi alij doctores, ſimpliciter affirmant, eſſe omnino nullum compromiſſum in duos arbitros, addito in eo,quòd in euentu diſcordiæ illorum ipſi eligant tertium, nullum ſingularem eis præſcribendo, quem aſſumant,vt deciſio Vlpiani in eo.§.ſi in duos, perſpicuè ſonat. Quare tunc neque ſententia vnanimis illorum duorum arbitrorum erit valida, vtpote lata ex compromiſſo iuris ciuilis diſpoſitione nullo: neque electio tertij arbitri ab eis facta, neque ſententia eius arbitri conſentiens cum vno aut cum vtroque priorum arbitrorum, erit valida: eo quòd compromiſſum, cui innituntur, nullum fuerit. Id profectò irrefragabiliter confirmat.cap.innotuit citatum, quod nullam pronunciat vnanimem ſententiam duorum arbitrorum vi talis compromiſſi latam,dicens ita eſſe diſpoſitum iure ciuili, (in eo videlicet.§.ſi in duos) cui eſt ſtandum interim, dum ea lex non reuocatur. Neque Gregor. Lopez in fine gloſſæ citatæ benedixit, id intelligendum eſſe in foro eccleſiaſtico: quoniam capit.innotuit expreſsè dixit,id iure ciuili eſſe ita ſtatutum, eique definitioni eſſe ſtandum, vique eius definitionis iuris ciuilis pronunciauit nullam fuiſſe ſententiam ab illis arbitris vi talis compromiſſi latam. Ex parte etiam conſentit ordinatio Luſitana lib.3. titu. 81. §.vlt. quæ latius aliquantulum annullat compromiſſa in duos facta,niſi vterque in ſententia conueniat. Neque refragatur.cap.penult.de arb. Ibi enim ſententia lata fuit à duobus arbitris ex partium cõmiſſione à quodam legato à latere electis ſine ea clauſula addita, quæ vires à compromiſſo,iuxta. §.ſi in duos,aufert. His verò nihil impedientibus optarem,vt deciſio illa Vlpiani,& aliæ ſimiles,inſertę non fuiſſent in corpore iuris ciuilis. Quid enim impedit, quòd compromittentes id arbitris committãt, ad quod iudex ordinarius ex pręſcripto iuris eos cogere deberet ad ipſarummet partium aut ad alterius earum petitionem? Aut cur ceſſare ex eo debuit iudicis ordinarij ad id coactio,quòd partes in compromiſſo in arbitris iniungerent?

6 Quando ita in multos aliquos eſſet compromiſſum,vt ſi non omnes poſſent,reliqui ſine illis procederent,tunc valeret arbitrium eorum, qui procederent ſine alijs, qui non poſſent, aut qui non vellent intereſse ac ferre ſimul arbitrium,eo modo quo idẽ Diſput.24.§.ſecundo modo eſt explicatum, quoad multos iudices ſub eadem verborum forma delegatos: eaque de cauſa non plura hac de re hoc loco dico. Illa legas. Arbitri tamen delegare non poſsunt eo modo, quo delegati ſubdelegare interdum poſſunt: quare quæ ibi de ſubdelegatione abſentium dicta ſunt, in re hac de arbitris locum non habent.

Quando inter multos ita eſset compromiſsum, vt omnes in eadem ſententia conuenirent, tunc niſi omnes intereſsent, & omnes in ſententia eſsent vnanimes, inualidum eſset arbitrium, etiam de iure canonico:quoniam,vt arbitrium valeat,id omne eſt implendum,quod in compromiſso fuit expreſsum, vt ex ſe liquet, & affirmat gloſsa penult. capit. 2. de arbit.lib.6.

7 Si cõpromittatur in aliquos cum clauſula,ut omnes,aut multi,vel vnus eorum cauſam expediat,tũc quilibet eorum ſolus poteſt eam cauſam expedire. Cæterùm tunc uno eorũ negotium ſine alijs in-

A choante, cæteri non poſſunt ſe vlterius in eo negotio intromittere, niſi ille morbo aut alia iuſta de cauſa non poſset id negotium proſequi, vel non vellet, aut malitioſè in eo procedere recuſaret: tunc enim quilibet eorũ procedere in eo negotio poſset. Hæc ita ſunt diſpoſita, capit.cum plures, de offic. deleg. lib.6.circa multos iudices delegatos cum illa eadem clauſula,explicataque ſunt Diſput.24. §.tertio modo: neque eſt cur non eodem modo locum habeant in multis iudicibus arbitris cum eadem clauſula conſtitutis. Luſitanæ ord. lib.3.titu.81.§ 6. quo ad hos arbitros ita conſtitutos ſic habẽt: *Pero ſe dous ou tres arbitros començarem conhecer do feito, fazendo algũ auto iudicial, iam ais non poderaa hum ſem outro iulgar o dito feito, poſto que no compromiſſo digua, que ca-* B *da hũ delles poſsa ſer iuiz in ſolido.*

DISPVT. 43.

Compromiſſum quando expiret. Et quando arbitri aut partes prorogare poſſint tempus in compromiſſo præſcriptum.

SVMMARIVM.

1 *Morte cuiuſuis arbitrorum, ſi in multos fuerat cõpromiſſum, exſpirat compromiſſum, ſi nondum per eos arbitros erat lata ſententia definitiua: item ſu-* C *perueniente impedimento, vt iam non poſſit in cauſa progredi.*

2 *Item morte cuiuſuis compromittentium ante latam ſententiam definitiuam.*

3 *Hæc duo priora non minus habent locum in compromiſſo in arbitratorem, quàm in compromiſſo in arbitrum.*

4 *Si partes, quæ compromiſerunt, tranſactionem faciãt circa compromiſsum, vel vna pars cedit alteri totum ſuum ius, perſpicuum exſpirare compromiſſum. Item ſi partes inter ſe conueniant, vt à compromiſſo diſcedatur.*

5 *Quando nullum tempus fuit arbitris ex compromiſſo præſcriptum, intra quod ſententiam ferrent, tunc intra congruum tempus tenentur illam finire, id po-* D *ſtulante ſaltem altera partium, & ad id à iudice ordinario poſſunt cogi.*

DIſputatio hæc propter affinitatem eorũ, quæ in ea dicentur, cum ijs quæ diſputatione pręcedẽte dicta ſunt, proximè poſt illam ſubijcienda.

1 Morte arbitri, aut cuiuſuis arbitrorum, ſi in multos fuerat compromiſsum, exſpirat cõpromiſsum, ſi nondum per eum arbitrum aut per eos arbitratores lata erat ſententia definitiua. Et eodem modo expirat ſuperueniente impedimento, ita vt iam non poſſit in cauſa progredi ad illam finire, ſaltem intra congruum tempus iuxta partium præfinitionẽ, aut E rationabilem voluntatem. Vt ſi ingrederetur religionẽ, neque prælatus cõſentiret vt in cauſa progrederetur, eamque finiret intra tempus ad id accõmodatum, vt credendum eſt non conſenſerunt, neque expedit vt conſentiat eum, qui ita de nouo religionem ingreditur, illam expedire: quare meritò abſolutè affirmatur, per ingreſsum arbitri in religionem expirare compromiſsum. Similia exempla ſunt, ſi arbiter in ſeruitutem redigatur: mancipiũ enim arbiter eſse non poteſt, vt diſp.39.fuit comprobatum ſi in exilium perpetuum mittatur, aut in tãtum tempus, vt cauſa intra congruum tempus ab illo expediri non poſſit; ſi in amentiã incidat; ſi neceſse illi ſit proficiſci in locum diſtantem ad tempus longum, aut ſi

ſimile

ſimile aliud ei legitimum impedimentum ſuperue-
niat, quod, iuxta ea quæ diſp. 41. dicta ſunt excuſa-
ret ab vlteriori progreſſu in ea cauſa, illiuſque defi-
nitione. Ratio autem horum omnium eſt, quoniam
vt diſputatione præcedente oſtenſum eſt, vt arbitro-
rũ ſententia ſit valida, neceſſe eſt vt omnes, in quos
fuit compromiſſum, cõueniant ad illam ferendam,
atque de iure canonico requiritur, vt ſaltem non ha-
beant impedimentum legitimum ad cõueniendum
cum alijs ad eam ferendam. Ea verò omnia colli-
guntur ex l. item ſi vnus. §. item ſi plures, iuncta l. in
compromiſſis. ff. de recep. arb. & habentur l. 28. ti-
tu. 4. part. 3. & lib. 3. Luſit. ord. titu. 81. §. 4. 5. & 6.
Excipitur, ſi compromiſſum fuit in multos cũ clau-
ſula, vt vnuſquiſque ſolus poſſet procedere ad cau-
ſam definire: niſi tamẽ omnes incepiſſent ſimul pro
gredi iudicialiter in cauſa, iuxta ea quæ diſputatio-
ne præcedente dicta ſunt: aut ſi in compromiſſum
fuiſſet expreſſum, quòd vno impedito, reliqui pro-
cederent, aut continuarent ac finirent cauſam. Ita
habetur l. 28. citata, & titulo 81. citato, §. 7. reſque
ex ſe liquet.

2 Item expirat compromiſſum morte cuiuſuis cõ-
promittentium ante latam definitiuam ſententiam,
eſtò concluſum iam fuiſſet in cauſa, quin eſtò citatæ
eſſent partes ad ſententi am audiendam. Lata verò
iam ſententia definitiua ante mortem partium, trã-
ſit compromiſſum ad hæredes compromittentium,
quin & ad hæredes hæredum. Quando item in com
promiſſum fuiſſet expreſſum, vt eſtò partes ante ſen
tentiam definitiuam ex hac vita diſcederent, com-
promiſſum ad hæredes trãſiret, aut (quod idem eſt)
vt arbitri nihilominus in cauſa procederẽt, eamque
definirent, tunc compromiſſum ad hæredes tranſi-
ret. Hæc omnia conſtant ex l. diem proferre. §. 1. ex
l. non diſtinguamus. §. ſumma rei. ff. de recep. arb.
ex c. ex parte, & ex c. vlt. de arb. ex l. 28. citata, & ex
titu. 81. §. 4. etiam citato. Præterea l. ſi interpellatus.
§. vlt. ff. de recep. arb. exprimitur, ſi in compromiſſo
ſit ſolùm expreſſum, vt morte vnius compromitten
tium tranſeat compromiſſum ad hæredes illius, ni-
hilque dictum fuit, vt morte alterius tranſiret etiam
ad hæredes illius, tunc morte cuiuſvis compromit-
tentium expirare compromiſſum, ad nulloſque hæ-
redes eorum tranſire. Quòd ſi prælatus, non nomi-
ne proprio ſed eccleſiæ compromitteret, tunc com
promiſſum non expiraret morte talis prælati. Quo-
niam eccleſia eſt tunc, quæ interuentu eius prælati
compromittit, & eccleſia non moritur, ſuo prælato
defuncto. Ita Panor. c. vlt. de arb.

3 Hactenus dicta, vt & ſequentia, non minus ha-
bent locum in compromiſſo in arbitratorem, quàm
in cõpromiſſo in arbitrum, vt cum Panor. affirmat
Greg. Lopez. l. 28. citata, gloſſa 2. Quoniã eſt vtro-
bique eadem ratio. Et quoniam iura de arbitris &
de arbitratoribus ſimul loquuntur comprehenſis ar
bitratoribus nomine arbitrorum, vt diſputatione
præcedente, & diſputatione 30. & alias ſæpe di-
ctum eſt.

4 Si partes, quæ compromiſerunt, tranſactionem
faciant circa id, circa quod compromiſerunt, vel
pars vna cedat alteri totum ſuum ius, quod circa id
habebat, vel ita id pereat, de quo erat controuerſia,
vt nullum circa id ſuperſit litigium, ſatis perſpicuũ
eſt expirare tunc compromiſſum. Idem etiam eſt, ſi
partes inter ſe conueniant, vt à compromiſſo di-
ſcedatur: ſicut enim compromiſſum mutuo com-
promittentium conſenſu celebratur; ita diſſoluitur
mutuò ab illo diſſenſu. Hæc habentur l. non diſtin-
guamus. §. ſumma rei, & §. item non eſt cogendus.
ff. de recep. arb. & l. 78. titu. 4. part. 3.

Item ſi arbitris præfixum in compromiſſo erat
certum tempus, intra quod ſententiam ferrent, at-
A que intra illud eam non ferant, expirat eo ipſo com-
promiſſum. Excipitur, niſi in eodem compromiſſo
fuiſſet illis conceſſum, quòd ſuperueniente impedi-
mento, poſſent id tempus prorogare: tunc enim, im
pedimento ſuperueniente, prorogare illud poſſunt
iuxta compromiſſi formam. Si tamen pars vtraque
compromittentium contradiceret, tunc arbitri, ni-
hil ea conceſſione impediente, prorogare illud non
poſſent. Ita habetur. l. non diſtinguamus. §. vlt. & l.
ſequenti. ff. de recep. arb. & l. 23. titu. 4. part. 3. Arbi
tri verò, quando in compromiſſo fuit illis conceſ-
ſum prorogare poſſe tempus ſuperueniente impe-
dimento, prorogare illud poſſunt, etiam partibus
abſentibus, & etiam ſi conſtituti ſint extra locum fa-
cti compromiſſi, aut extra locum in quo proferre
B debebãt ſententiã, vt Greg. Lopez. l. 27. citata gl. 1.
cum alijs, quos citat, rectè affirmat. Quando verò
vna pars repugnaret, ne tempus ad proferendã ſen-
tentiam prorogaretur, altera cõtrarium volente, &
arbitris volentibus illud prorogare, eſt diſtinguen-
dum. Quoniam ſi in compromiſſo non erat conceſ-
ſum arbitris, vt id tempus poſſent prorogare, tunc
ea pars licitè, atque ſine periculo incurrẽdi pœnam
compromiſſo ei ſtatutam, qui illi ſtare non vellet,
repugnat ei prorogationi. Ita habetur l. arbiter in
compromiſſo. ff. de recep. arb. Si verò arbitris in cõ
promiſſo fuerat conceſſum poſſe illud tunc proro-
gare, vtique ea pars, quæ repugnat, incurrit pœnam
compromiſſo ſtatutam: quippe cum in eo compro-
miſſo non pareat. Ita habetur l. non diſtinguamus.
C §. dies compromiſſi. ff. de recep. arb. & l. 27. citata.
Atque tunc arbitri non poſſunt tempus prorogare,
altera parte petente vt non prorogetur, & ipſis id
prorogare volentibus, vt habetur §. dies compro-
miſſi iuncta gloſſa ibi, & l. 27. citatis. Quod intelli-
gerem de iure ciuili communi, quando compromiſ-
ſum celebratum eſſet pacto nudo, pœna in eo appo
ſita non ſtanti compromiſſo. Secus autem quando
compromiſſum vallatum eſſet ſtipulatione, aut alia
firmitate, vnde ciuilis actio oriretur ex tali compro-
miſſo, & ſecus de iure canonico, & de iure huius re
gni, in quibus actio in foro exteriori ex pacto nudo
detur. Tunc enim integrum eſſet parti, quæ vellet
tempus prorogari, cogere vi contractus alteram no
lentem coram iudice ordinario, vt in ea prorogatio-
D ne conſentiret, vel agere ad pœnam compromiſſi,
vt ea pars potius eligeret, vel etiam agere ad vtrum
que, ſi pœna in compromiſſo fuit appoſita cum clau
ſula, rato nihilominus manente compromiſſo, iux-
ta ea quæ quo ad hæc omnia diſputatione 35. dicta
ſunt. Quando in compromiſſo arbitris fuit conceſ-
ſum poſſe tempus prorogare ſuperueniente impedi
mẽto, ex quo intra tempus compromiſſo datum ſen
tentia ferri non poſſet, tunc non tenentur arbitri,
etiam parte vtraque id petente, illud prorogare, ſi
nolunt: integrum tamen eſt illis illud prorogare. Ita
habetur l. non diſtinguamus. §. dies cõpromiſſi. iun
cta gloſſa ibi. ff. de recep. arb. & l. 27 citata. Excipe
niſi per ipſos arbitros ſtetiſſet, quominus intra id tẽ
E pus ſententiam proferrent: nam tunc conſenſu v-
triuſque partis cogi poſſunt tempus prolongare, &
ſententiam intra illud proferre: imò in eo euentu,
etiam poſt tempus finitum, ſi partes iterum circa
idem in eoſdem arbitros compromittant, cogun-
tur à iudice ordinario nouum compromiſſum acce
ptare ac ſententiam proferre. Ita habetur l. ſi cum
dies in princ. ff. de recep. arb. Et vtrumque ſimiliter
intelligendum eſt, ſi arbiter ex ſuperueniente impe-
dimento non poteſt intra diem compromiſſo præ-
ſcriptum ſentẽtiam proferre, & ſine ſuo incommo-
do poſtea poterit, cogitur tempus prolongare, ſi ad
id in compromiſſo facta illi fuerat poteſtas: atque ſi
ea poteſtas ei non fuerat facta, & partes communi
con-

conſenſu velint illi protrahere tempus iuxta ea, quę proximè dicenda ſunt, cogitur id acceptare, & poſt elapſum id tempus, ſi in illos partes communi conſenſu iterum circa id compromittant, cogitur compromiſſum acceptare, ſi commodè poſſit. Ita habetur l. arbiter iudicij. (aliàs l. & ſi qua. §. arb.) & affirmat gl. l. ſi cum dies in prin. verb. per eum. ff. de recep. arb. Quando autem partes tempus arbitris in ipſo compromiſſo prolongaſſent, in euentu impedimenti, ſeu ſub conditione, ſi id impedimentū ſuper ueniret, tunc eo ipſo, quòd ſuperueniret id impedimentum, prorogatum eſſet tale tempus iuxta cōpromiſſi formam. Quando verò in compromiſſo tēpus fuiſſet præſcriptum, intra quod arbitri proferre deberent ſentētiam, neque facultas illis in eo compromiſſo fuiſſet conceſſa ad illud prorogandum ſuper ueniente impedimento aliquo, tunc partes ipſæ prorogare illis tempus ex communi vtriuſque conſenſu poſſent, antequam tempus in compromiſſo illis præſcriptum finiretur, arbitris ipſis conſentientibus acceptantibus eam prorogationem: fierique ea prorogatio poteſt etiam per ipſarum partium procuratores ad id ſpecialiter deputatos: vt hæc omnia ex ſe ſunt notiſſima: cenſeturque tunc idem compromiſſum continuatum, vt affirmat glo. 1. l. ſi cum dies in prin. ff. de recep. arb.

5 Quando nullum tempus fuit arbitris in compromiſſo præſcriptum, intra quod cauſam finirent, ac ſententiam proferrent, tunc intra congruum tēpus tenentur illam finire, id poſtulante ſaltem altera partiū, & ad id à iudice ordinario poſſunt cogi. Quòd ſi intra triennium à lite conteſtata, aut (vt innuit lex 27. citanda) à compromiſſo celebrato, & acceptato per arbitros, illam non finiant, compromiſſum expirat, iuxta communiorem doctorum ſententiam, quam Greg. Lop. l. 27. verb. *deſde el dia que lo recibieron*, ti. 4. par. 3. & quam ea lex definit. Gloſ. vlt. l. ſed ſi compromiſſum. ff. de recep. arb. ait, quoſdam affirmare, etiam poſt triennium poſſe eos arbitros cōpelli ferre ſententiam ſtando in iure communi. Hęc eadem locum habere in compromiſſo facto in arbitratores, affirmat Greg. Lop. glo. citata.

DISPVT. 44.

Arbitri quo in loco cognoſcere de cauſa debeant ac ſentētiam proferre. Et num diebus feriatis vel in loco ſacro id efficere poſſint. Et ad quæ eorum ſententia ſe extendere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Quando in compromiſſo locus deſignatus fuit, in quo arbitri de cauſa cognoſcere deberent, eo in loco eſt terminādą; ſi verò in compromiſſo nihil expreſſum eſt, eo in loco eſt cauſa peragēda, in quo arbitri compromiſſum acceptarunt.*

2 *Arbiter ſeruare debet iudicij formam, quam iudices ordinarij ſeruant, niſi quatenus ei aliquid aut aliqua de illa remiſſa fuerint.*

3 *Arbitrator, quando nulla ſeruata iudicij forma proferre deberet arbitramentum, neque ea de re confici inſtrumētum publicum deberet, proferre arbitramentum poſſet in diebus feriatis etiam ad Dei honorem. Compromiſſum tamen etiam in arbitratorem fieri licitè non poſſet in diebus ad Dei honorem feriatis, niſi ex iuſta cauſa.*

4 *In eccleſia fieri arbitrium non poteſt, nec in ea poteſt alius iudex iudicare.*

A 5 *Acta coram arbitro fidem coram iudice ordinario efficiunt.*

6 *Arbitrium non poteſt ſe ad alia extendere, quàm ad ea ad quæ cōpromiſſo arbitro eſt conceſſa facultas; at ſi ad aliud ſe extēdat, inualidum eſt arbitrium.*

7 *Reconuentio coram arbitro compromiſſario locum non habet; at bene coram arbitro iuris.*

8 *Arbiter nō poteſt punire mulcta ob contumaciam, condemnare tamen in expenſis contumacem poteſt, in quas pars altera incurrit.*

9 *Quando circa multa fuit compromiſſum in aliquos arbitros, neque fuit expreſſum, vt ſimul & nō diuiſim circa illa pronuntiarent, valida ſunt arbitria circa ſingula diuiſim.*

B QVod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet. Quando in compromiſſo locus fuit deſignatus, in quo arbitri de cauſa cognoſcere eamque finire deberent, eo in loco eſt peragenda ac terminanda: neque partes alio vocati ab arbitris poſſunt, neque partes tenentur eo accedere, ac proinde ſi vocatæ non accedant, pœnam compromiſſo ſtatutam non incurrunt. Quando verò in compromiſſo nihil de loco fuit expreſſum, eo in oppido cauſa eſt peragenda ac terminanda, in quo arbitri compromiſſum acceptarunt. Atque, attenta qualitate arbitrorum, ac compromittentium, & reliquarum circumſtantiarum concurrentium, eſt videndum, num ſi arbiter aut arbitri in ſuburbanis eius oppidi ſint, teneantur par- 1
C tes eò vocatæ accedere, attenta ſimul diſtātia ac qualitate loci. Quòd ſi locus indecens minuſque honeſtus ſit, nō ſolum comparatione vtriuſque compromittentium, ſed etiam comparatione alterius tantum, vſque adeò non tenentur compromittentes vocati ſeu citati eò accedere, vt etſi is accedat, comparatione cuius locus ineptus ac indecens iudicatur, & alter, cuius comparatione non iudicatur indecens, non accedat, pœnam compromiſſi non incurrat: quoniam quod ad iudicium attinet, quando vnus propter loci indecentiam accedere aliquo non tenetur, neque alius ſimiliter uocatus accedere eò tunc tenetur. Hæc omnia habentur l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de recep. arb. & l. 27. titu. quarto, parte 3. Partes autem citari debent, vt coram arbitro
D aut arbitris compareant in loco, in quo cauſa eſt peragenda, & vt ſententiam audiant, præſenteſque ad id eſſe debent, niſi in cōpromiſſo fuerit arbitris conceſſum, vt parte vtraque aut earum altera abſente, procedere poſſint ac cauſam definire. Ita habetur l. diem proferre. §. ſi quis. ff. de recep. arbit. & l. 27. citata in fine. Hæc de primo eorum quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet. Quoniam arbiter ſeruare debet iudicij formam, quam ordinarij iudices ſeruant, niſi quatenus ei aliquid aut aliqua de illa remiſſa fuerint, vt ex dictis diſput. 33. & alijs conſtat, & conſentiūt l. 1. ff. de recep. arb. & l. pen. C. eo. titu. atque per litis conteſtationem coram illo 2
E non minus interrumpitur præſcriptio, quàm per litis conteſtationem coram iudice ordinario, vt habetur l. 1. in fine, C. de recep. arb. inde euenit, quòd nō minus arbitris formam iudicij, ſaltem ex parte ſeu non integre, ſeruantibus ac proceſſum conficientibus, prohibeatur in diebus feriatis procedere, quā iudicibus ordinarijs ac delegatis, vt habetur l. omnes dies. C. de ferijs. l. idem Pomponius. §. vlt. l. ſi feriatis. ff. de recep. arb. & l. 32. tit. 4. par. 3. Quo fit, vt ſi arbiter procedat in cauſa in diebus ad Dei honorē feriatis, niſi neceſſitas vrgeat, aut pietas ſuadeat, (iuxta ea quæ inferius dicemus, dum ſermo nobis fuerit de varijs diebus feriatis, in quibus iudicia ceſſant) & lethaliter ex ſuo genere peccet prohi-

bita in die feſto exercendo, & proceſſus ita factus ſit nullus, vt habetur cap. vlt. de ferijs. In ferijs autem hominum contemplatione introductis, vt meſſium ac vindemiarum tempore, quamuis arbiter regulariter non debeat procedere in cauſa, neque regulariter cogi ad id poſſit, procedere tamen poterit de conſenſu partium: atque cogi ex rationabili cauſa poterit à iudice ordinario vt procedat, vt ſi finiatur tempus compromiſſi, neque intra illud cauſa finiri ac terminari poſſit, niſi procedat in die aut in diebus illo modo feriatis, vel ſi alia vrgens occurrat cauſa.

3 Arbitrator verò, quando nulla ſeruata iudicij forma proferre deberet arbitramentum, neque ea de re confici inſtrumentum publicum deberet, proferre arbitramẽtum poſſet in diebus feriatis etiam ad honorem Dei, vt doctores communiter affirmant, & habetur l. 32. citata. Compromiſſum tamen, maximè inſtrumento publico, etiam in arbitratorem aut in arbitratores, fieri licitè non poſſet in diebus ad Dei honorem feriatis, niſi ex aliqua iuſta cauſa, vt pacis tunc inter aliquos conſtituendæ, aut quia alio die confici commodè vel ſine partium notabili diſpendio non poſſet: nomine enim, placiti c. 1. de ferijs, compromiſſum & quicunque alij contractus fieri in diebus ad Dei cultum feriatis prohibentur. Nudum verò arbitramentum non eſſe pactum, nec videtur prohibitum, quando ea die publicum inſtrumentum ea de re non eſſet conficiendum. Tametſi hæc etiam indecentiam habent ut fiant in die feſto; & quando circunſtantiæ non concurrunt, quæ eſtlagitent ea fieri in die feſto, potius in diem alium ſint differenda. Nobiſcum conſentit Panor. c. Quintauallis, de iureiu. nu. 22. Eum etiam quo ad hæc omnia legito. c. cum dilectus, de arb. nu. 4.

4 In eccleſia fieri arbitrium non poteſt, ſicut neque aliquis alius iudex poteſt licitè in ea iudicare cap. decet. de immu. eccleſ. lib. 6. De arbitramento verò in eo loco idem eſt dicendum, quod proximè de arbitramento in die ad Dei honorem feriato eſt dictũ. Lege Panor. c. Quintauallis. nu. 25.

5 Acta coram arbitro fidem coram iudice ordinario efficiunt. Ita habetur l. penult. in fi. C. de recep. arb. Quo fit, vt teſtium examen factum coram arbitro fidem faciat coram iudice ordinario, conſentiũt Maranta, de ord. iud. par. 6. actu 5. ſecundæ partis, qui inſcribitur nu. 19. c. dilectus etiam ſufficienti ea. Meritò tamen lib. 3. Luſit. ord. ti. 81. §. 1. eſt ſancitum de confeſſione. Panor. c. Quintauallis, de iureiur. de arb. nu. 5. & c. vlt. Non tamen acta coram arbitro, ad plenam probationem, infamiã irrogant, vt quando ab arbitro appellatur ad ordinariũ, omnia quidem coram arbitro acta fidem coram iudice appellationis efficiant, & nihilominus, ſi partium aliqua rationem aliquam coram iudice appellationis propoſuerit, vnde veriſimiliter appareat, ſeruatam non fuiſſe formam debitam in examine aliquorum teſtium, iudex appellationis teneatur eos examinare denuo ac interrogare in forma debita, neque aliter valeat illorum teſtimonium. Excipitur tamen, niſi teſtes illi ſint iam defuncti: nam tunc validum eſt illorum teſtimonium prout in actis arbitri cõtinetur, vt Diſput. 35.

6 Quod verò ad tertium eorũ, quæ propoſita ſunt, attinet. Iam in calce Diſput. 32. & aliàs ſæpe eſt dictum, arbitrium non poſſe ſe ad alia extendere, quã ad ea, ad quæ compromiſſo arbitro eſt conceſſa facultas, atque, ſi ad aliud ſe extendat, inualidum eſſe arbitrium: idemque eſt de arbitramento arbitratoris. Eſt tamen obſeruandum, non eſſe diuerſa à conceſſis in cõpromiſſo clauſula particulari aut vniuerſali, quæ dependentia ab ita conceſſis ſunt. Vt ſunt fructus recepti ex rebus compromiſſo contentis. Vt

A item eſt, ſi arbiter præcipiat parti, cui id adiudicat, de quo erat contentio, reddere alteri parti pecuniã, aut aliquid aliud in recompenſam iuris dubij, quod ea altera pars prætendebat, quodque nõ eſt certum eum non habere: id quippe eo ipſo cenſetur arbitro cõceſſum præcipere ac ſtatuere, quod arbitriũ circa eã rem eamve controuerſiã dirimendam fuit illi cõmiſſum. Ita gl. l. non diſtinguamus. §. de officio. ff. de recep. arb. & glo. c. cum dilectus, de arb. & cũ ea Panor. ibi. nu. 10. & Inno. quem citat, & habetur l. 32. ti. 4. par. 3. Et quo ad id, quod arbiter interdum pręcipit parti, cui rem adiudicat, refundere aliquid alteri parti, affirmat cũ Bart. Panor. c. cum dilectus, de arb. num. 8.

B Reconuentio locum non habet coram arbitro cõpromiſſario, vt habetur c. cum dilectus, de arb. & affirmant Panor. ibi Maranta, de ord. iud. p. 4. diſt. 6. nu. 12. cum Bar. & cum communi doctorum ſentẽtia. Coram arbitro verò iuris, ſi non ſit ad aliquem tantum certum articulum, vt, verbi gratia, ad cognoſcẽdum de ſuſpicione, ſed ſit ad totam aliquam cauſam, locum habet reconuentio. Ita Panor. c. cum dilectus citato, nu. 7. Maranta, nu. 12. citato, & doct. communiter. 7

Quamuis arbiter punire non poſſit mulcta ob cõtumaciam, vt habetur l. quid tamen. §. vlt. & l. nõ ex omnibus. §. 1. ff. de recep. arb. niſi ſpecialiter eſſet ei in compromiſſo commiſſum. l. 2. §. vlt. ff. de iud. & affirmat gl. vlt. c. cum dilectus. ff. de arb. condemnare tamen in expenſis contumacem poteſt, quas ob C ſuam contumaciam in cauſa fuit vt pars altera efficeret, quatenus id eſt intereſſe partis aduerſæ. Ita cũ Inno. Pan. c. cum dilectus citato, nu. 12. 8

Quando circa multa fuit compromiſſum in aliquem aut in aliquos arbitros, neque fuit expreſſum, vt ſimul & nõ diuiſim circa illa pronunciarent, adde (vt ad concordiam reducantur doctores, quos Greg. Lopez citat) vel niſi ex circunſtantijs concurrentibus intelligatur id fuiſſe mentem compromittentium, valida ſunt arbitria circa ſingula diuiſim. Ita habetur l. quid tamen, iuncta l. dicere, ff. de recep. arb. & l. 32. in fi. ti. 4. par. 3. & affirmat Gregor. Lopez ibi. 9

D

DISPVT. 45.

Sententia arbitri intra quãtum tempus impleri debeat. Et ad quem iudicem pertineat, exequutionem illius aduerſus moroſum cogere ac efficere.

SVMMARIVM.

1 *Si arbiter in ſua ſententia non expreſſit, intra quantũ tempus iudicatum ſolui deberet, tunc damnatus ſolum tenetur ſoluere iudicatum intra quatuor menſes à lata ſententia.*

E 2 *Si arbiter terminum expreſſit, in quo ſuum arbitriũ ſolui deberet, implendum tunc intra id tempus eſt; alioquin pœna incurritur, ſi in compromiſſo fuit ſtatuta. Neque tunc, quando pœna exigitur poſt illum terminum elapſum locum habet purgatio moræ, ſed cogi poteſt ſoluere nihilominus pœnam.*

3 *Quando non eſt locus perpurgationi moræ, ſi poſt pœnam incurſam reus impleat ſententiam, & actor ſolutionem recipiat nihil proteſtando, quòd nihilominus ſolùm ipſi maneat ius ad exigendam pœnam, locum tunc non habet agere inſuper poſſe ad pœnam?*

4 *Qui ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda iuſſus eſt aliquid intra certum tempus ſolue-*

re,

re, aut aliud efficere, licèt à peccato, & ab excommunicationis pœna excuſetur, ſi per impotentiam id non poſſit ſoluere, eandem pœnam excommunicationis incurrit, ſi poſtea pendente eodem præcepto id non impleat, cum primum implere illud potuit.

5 *Sententiam arbitri & arbitramentum arbitratoris non ipſi, ſed iudex ordinarius mandare debet executioni.*

1 QVod ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, attinet, eſt diſtinguendum. Quoniam vel arbiter in ſuo arbitrio ac ſententia expreſſit intra quantum tempus iudicatum ſolui aut impleri deberet: vel nullum pręfixit ad id terminum. In priori quidem euentu damnatus ſolùm tenetur ſoluere, implereve iudicatum, intra quatuor menſes à lata ſententia, quod hodie appellatur modicum tempus ad ſoluendum iudicatum, quando non fuit præfixum certum tempus, intra quod ſolueretur. Ita habetur l. ſi cum dies. §. vlt. ff. de recep. arb. iuncta l. ſi debitori in fine, & gloſſa ibi, ff. de iud. & iuncta l. 2. C. de vſu. rei iud. quæ hodie id tempus determinat, & iuxta ea iura habetur l. 33. ti. 4. par. 3. Quando ab arbitro non fuit expreſſum tempus, intra quod ſuum arbitrium impleretur, pęnaque fuit appoſita in compromiſſo illi, ſententiæve arbitri non ſtanti, tunc ſi ita ab arbitro damnatus non ſoluat iudicatum intra eos quatuor menſes, pœnam compromiſſi incurrit, ita tamen, vt ſi quando, elapſis eis quatuor menſibus, conuenitur circa pœnam, ante litem circa actionem ad illam cõteſtatam ſe paratum ad ſoluendum ſtatim iudicatum oſtendat, opereque illud ſoluat, purget moram ad effectum, vt ſoluere non teneatur pœnam incurſam. Ita habetur l. ſi cum dies. §. vlt. ff. de recep. arb. & l. 33. citata. Si tamen intereſſe aliquod ex eo actori ceſſauit, aut damnum emerſit, quòd reus intra id quadrimeſtre non ſoluerit, tunc reus id intereſſe tenetur etiam illi ſoluere, alioquin non purgat moram, ſed pœnam incurrit. Ita habetur l. vtique proximè ibi ſubiuncta (aliàs eſt pars paragraphi vltimi citati) ff. de recep. arb. & affirmant glo. ibi, & Gregor. Lop. l. 33. citata, verb. *cumpliendolo*.

2 In poſteriori verò euentu, quando ſcilicet arbiter terminum expreſſit, in quo ſuum arbitrium ſolui ac impleri deberet, implendum tunc intra id tempus eſt: alioquin pœna incurritur, ſi in compromiſſo fuit ſtatuta. Neque tunc, quando pœna exigitur poſt illum terminum elapſum, locum habet purgare moram, volendo id opere implere ante litem quo ad actionem circa eam pœnam conteſtatam, ſed cogi poteſt ſoluere nihilominus pœnam. Ita l. Celſus. ff. de recep. arb. & l. 33. citata. Quæ rationem reddit, cur tranſgrediendo terminum non à iudice arbitro conſtitutum, ſed à lege præſcriptum, vt arbitri ſententia impleatur, locum habeat purgatio illa moræ: tranſgrediendo verò terminum à iudice arbitro præſcriptum, locum non habeat ea moræ purgatio, dicens: *Eſto tuuieron por bien los ſabios antiguos por eſta razon. Por que mas fuerte coſa es deſpreciar el mandamiento de los iudgadores, que el de la ley por que iudgan. Porque mas ligeramente puede o me[e]ſtorcer de la pena de la ley, quando cayere en ella, que de la que ponen los iudgadores en ſu iuizio.* Vtrùm autem quando arbiter expreſsè ſtatuiſſet in ſua ſentẽtia quadrimeſtre ad illam implendam, locum haberet purgatio illa moræ, quando poſt id quadrimeſtre lapſum actio intentaretur ad pœnam incurſam. Communis ſententia, quam Grego. Lop. l. 33. citata, verbo, *del plazo*, refert ac ſequitur, negãter reſpondet: quoniam iam tunc quadrimeſtre illud eſſet terminus à iudice præſcriptus. Num verò, ſi iudex in ſua ſen-

A tentia expreſſiſſet, vt impleretur intra tempus à lege præſcriptum, locum haberet illa purgatio moræ. Baldus à Greg. Lop. ibidem relatus affirmanter reſpõdet: quoniam ad tempus à lege præſcriptum iudex tunc ſe remiſit. Gregorius tamen Lop. ibidem conſonantius communi opinioni ac legi illi arbitratur, non habere tunc locum moræ purgatio: quoniam iã tunc terminus ille non ſolùm à lege, ſed etiam à iudice ipſo arbitro fuit præſcriptus.

In euentibus, in quibus eſt dictum, non eſſe locũ purgationi moræ, ſi poſt pœnam incurſam reus impleat ſententiam & actor ſolutionem recipiat, nihil proteſtando, quòd nihilominus ſolùm ipſi maneat ius ad exigendam pœnam, locum tunc non habet agere inſuper poſſe ad pœnam, vt habetur expreſsè 3
B l. 2. Celſus. ff. de recep. arb. Id quod indubitatũ eſt, quando in compromiſſo, in quo pœna erat appoſita nec formaliter, nec virtute, appoſita fuit clauſula, rato manente pacto: nam tunc, cum actor ſolùm potuerit agere, vel ad exequutionem ſententiæ, vel ad pœnam, ipſius optione, ſi quidem iam vi ſententiæ emologatæ res iudicata erat ſibi omnino debita, nec agere poſſet ad vtrumque ſimul, vt diſp. 35. & tractatu 2. diſp. 556. dictum eſt, ſanè recipiendo, quod ſibi fuerat adiudicatum, nulla facta proteſtatione, quod ſaluum ſibi maneret ius ad pœnam, nihil pœnæ poteſt deinceps petere: facta verò ea proteſtatione, petere poterit incrementum pœnæ, ſi pœna maioris erat valoris, quàm res ſibi adiudicata. Quando autem compromiſſum clauſulam habebat, rato ni-
C hilominus manente pacto, ſi actor dum ſolutionem eius accepit, quod ſibi fuerat adiudicatum, fuit proteſtatus, ſaluum ſibi manere ius ad pœnam, dubium eſſe non poteſt, poſſe eum agere inſuper ad pęnam. Quando autem id non eſt proteſtatus Greg. Lopez l. 33. citata cum Bart. propendet, locum non habere agere eum inſuper poſſe ad pœnam ſibi ſoluendam. Ego verò cum alijs, quos idem Greg. Lopez ibidem citat, contrarium arbitror eſſe verum. Quoniam quando aliquis ius habet ad duo aliqua ſimul vt vtrumque ſibi ſoluatur, ſanè ex eo quòd ſolutionem unius recipiat, non cenſetur remittere ius ad alterum, neque eſt cur ius aliquod illud intẽderit reo in eo euentu remittere.

Vlp. ead. l. Celſus. §. vlt. & l. ſeq. cum eod. Celſo
D ait: Si arbiter iuſſit intra certum tempus iudicatum ſolui, & per eũ nõ ſtetit, qui id ſoluere debebat, ſed per eum qui id accipere debebat, qui nõ potuit tunc accipere, vel qui noluit tunc accipere, ſi poſtea, qui id ſoluere tenebatur, ſit in mora, quia illo alio id exigente ab eo, non ſoluit, incurrere pęnã compromiſſi: quoniam ſententia illa arbitri, vt id ſoluatur intra certum tempus, duo includit, vnum, vt id ſolueretur: & alterum, vt ſolutio fieret intra id tempus: atque quamuis in eo euentu debitor non tranſgrediatur ſecundum, quod id pręceptum includit; trãſgreditur tamen primum, rationeque eius tranſgreſſionis contra compromiſſi pactum, pœnam compromiſſi incurrit.

E Ex hac verò doctrina probatur, eum, qui ſub excõicationis pęna ipſo facto incurrenda iuſſus eſt ali- 4
quid intra certum tempus ſoluere, aut aliud efficere eſtò à peccato, & per conſequens à pœna excommunicationis excuſetur, ſi per impotentiam non poſſit id ſoluere, aut adimplere intra id tempus, eandem tamen pęnã excõicationis incurrere, ſi poſtea pendente eodem præcepto id non impleat, cũ primum implere illud poterit: quoniã ſimiliter id præceptũ duo ſub illa pęna includebat: vnum, vt illud ſolueret: & alterum, vt ſolueret intra id tempus: & quamuis impotentia illum excuſet ab impletione huius ſecundi ſub illa pęna: non tamen illum excuſat ab impletione primi ſub eadem pœna.

Quod attinet ad ſecũdum, quod in titulo fuit propoſitum, eſt dicendum: Sententiam arbitri, & arbitramentum arbitratoris, non ipſos, ſed iudicem ordinarium mandare debere exequutioni, vt ex dictis Diſp. 34. & 35. ſatis conſtat. Atque, ſi quæ occurrant dubia circa arbitri ſententiam, non ad ipſum (qui ſtatim lata ſentẽtia eſt iam defunctus omnino ſuo munere) pertinet ea interpretari ac declarare, ſed id ſpectat ad iudicem ordinarium, vt iuxta textum ibi, affirmat Panor. c. cum olim citato nu. 1. Et quamuis iudex delegatus à principe mandare poſſit exequutioni ſententiam à ſe latam; atque etiam de iure canonico delegatus ab inferiori à principe poſſit exequutioni mandare ſententiam à ſe latam, vt hæc omnia diſp. 26. comprobata ſunt, ſententiam tamen ab arbitro latam circa cauſam ſibi, etiam à principe, delegatam, non poteſt iudex delegatus exequutioni mandare, ſed id ſpectat ad iudicem ordinarium. Excipitur niſi de partium in arbitrum compromittentium conſenſu, is iudex delegatus ſibi reſeruauerit poteſtatem eam ſententiam exequutioni mãdandi. Ita glo. 1. cap. innotuit, de arb. & Panor. ibi, num. 3. & 7. & glo. vlt. c. per tuas. eod. tit. & Panor. ibi, iuxta eadem iura.

De legibus, & conſtitutionibus.

DISPVT. 46.

Quid & quotuplex lex ſit. Et de lege Dei incommutabili ac æterna, itemque de lege peccati.

SVMMARIVM.

1 *Tranſito à prioribus ad diſputationes ſequentes de legibus.*

2 *Nomen lex vnde deriuetur.*

3 *Condere legem qua reſp. in commune ipſius bonum gubernetur ad eos pertinet, quibus à rep. in ſui regiminis conſtitutione, aut poſtea temporis progreſſu, fuit conceſſum.*

4 *Deus Optimus Maximus, vt ſupremus Dominus, leges præſcribere poteſt. Item Chriſto vt homini conuenit. Item Pontifici eas leges condere conceditur, quas expedire iudicauerit ad finem ſupernaturalem.*

5 *Eis etiam conuenit leges condere, quos Deus conſtituit Reges aut Rectores reip. alicuius temporalis, quia illi habent iuriſdictionem illam non à republ. ſed à Deo.*

6 *Leges quædam habent finem naturalem, aliæ finem ſupernaturalem.*

7 *Leges ferre ad naturalem cuiuſque hominis felicitatem moralem partim ad Deum tanquam ad naturæ authorem, partim ad ſupremos reip. cuiuſque moderatores ſpectat.*

8 *Humani legiſlatores rerumpublicarum ſæcularium reſpicientes ius naturæ, gentium, & ciuile, non eas ſolùm condunt leges, quæ ad iuſtitiam virtutem cardinalem ſpectant, ſed etiam eas, quæ ad alias virtutes ſpectant.*

9 *Prudentia non vno tantum modo concurrit in ſupremis reip. ciuilis moderatoribus ad leges condendas, ſed multis.*

10 *Imperium, quo leges ita intellectu per politicam prudentiam fabricatæ ſubditis imperantur, eſt vlterior actus intellectus ab eadem prudentia vlterius elicitus, in quo ratio legis conſiſtat.*

11 *Lex humana ciuilis actus eſt prudentiæ politicæ, vel internus ſi adhuc mente contineatur; vel externus, ſi ſcripta ſit aut voce prolata, concurrente ad id voluntate legiſlatoris libera.*

A

12 *Lex Dei in ſcripturis ſanctis appellatur* voluntas *Dei. Refelluntur in contrarium oppoſitiones nonnullæ.*

13 *Leges condere ad finem ſupernaturalem ad Deum ſolùm ſpectat, per ſe ipſum immediatè uel per ſuos miniſtros, qui nomine ipſius eas ferũt. Quomodo Deus leges hominibus in ſtatu innocentiæ & poſt perditam innocentiam & legem ſcriptam dederit.*

14 *Lex naturalis eſt propriè & verè lex diuina.*

15 *Lex gratiæ cæpit ab eo tempore, quo Deus filium ſuum hominem factum in mundum mittere dignatus eſt.*

B

16 *Quid ſit lex Dei æterna & incommutabilis, in ipſomet Deo exiſtens.*

17 *Diſcrimen inter artem diuinam & prouidentiam diuinam.*

18 *Rerum, quæ ſub diuinam cadunt prouidentiam, quędam ſunt mente prædita, quædã mente carent: mente præditis ſtatuuntur leges quo ad finem felicitatis naturalis ac ſupernaturalis, quas integrum illis ſit ſeruare aut non ſeruare.*

19 *Creaturis mente carentibus peculiares Deus præſcripſit leges libera ſua volũtate, quo ad exequutionem in tempore determinatas, quibus naturæ neceſſitate ad particulares ſuos fines diriguntur.*

20 *Vires, inſtinctus, totumque hoc corporeũ uniuerſum Deus mirè ſua prouidentia ordinat, leges quoque ad id à Deo illis ſtatutæ dicuntur.*

C

21 *Diſtinctio legis naturalis, legis ſtatus innocentiæ, legis ſtatus naturæ poſt peccatum, legis gratiæ, & legis humanæ.*

22 *Lex humana duplex eſt; vna ciuilis ſupremorum Principum rerumque publicarum: altera ius canonicum à ſummis Pontificibus Chriſti authoritate reip. eccleſiæ ad finem ſpiritualem ac ſupernaturalem latum: quæ ambæ à lege Dei incommutabili, & æterna deſcendunt.*

23 *Vel lex ſumitur pro quacunque ſingulari lege lata ab eo, qui ad id poteſtatem habet, uel pro collectione multarum legum, quæ ad unum finem ordinantur.*

24 *Si conſtitutio preſsè ſumatur, conſtitutio eſt idem quod lex.*

D

25 *Lex vna particularis non poteſt imperare, vetare, permittere, punire; at bene lex, quando multarum legum eſt collectio.*

26 *Leges interdum nonnulla permittunt ex rationabili aliqua cauſa, quæ, cum mala in ſe contra ius naturæ ſint, ipſæ tamen nec ea prohibent, nec puniunt, nec punire ſinunt.*

27 *Inter vires legis etiam connumerandum præmia aliquid efficientibus proponere, & pœnas malefactoribus.*

28 *Inter vires etiam legis computatur legem unam interpretari aliam, aut eam limitare, uel abrogare, uel tollere omnino uel ex parte.*

E

29 *Conſilia diuerſa ſunt à legibus & à præceptis.*

30 *Quædam ſunt cõſtitutiones inferioribus traditæ, quæ quatenus ex pręſcripto eas ferentium ad nullam culpam ſubditos obligant, ut eos magis à peccatis præſeruent, rationem omnino legum non habent, ſed ſolùm ex parte, quatenus uerè ſunt ſuorum ſuperiorum, ea in re Dei locum tenentium.*

31 *Noua definitio legis humanæ, ſecũdum Caſtrum & D. Thom. Et quomodo eam author noſter definiat.*

Explicatis hucuſque poteſtatibus publicis, occaſioneq; illarum dicto etiã de iudicibus arbitris, conſequenter eſt dicendũ de actibus iuriſdictionis, qui à publicis emanant poteſtatibus. De illis præſer 1

tim

tim, qui commodius explicati obiter nõ ſunt in præcedẽtibus de iuſtitia tractatibus, & qui commodius alibi non explicabunt. Atque quoſdam explicabimus antequam ad iudicia accedamus, alios vero per mixtim dum iudiciorum ordinem iuſtitiæque executionem exponemus, aut etiam poſt totum iudiciorum ordinem explanatum. Dicemus autem, antequam ad iudicia iudiciorũve ordinem accedamus, de legibus, ſecundum quas eſt iudicandum, iudiciorumque ordo eſt proſequendus: quæ actus ſunt iuriſdictionis à ſuprema poteſtate emanantes, ad primumque ac ſupremum imperij gradum ſpectantes, vt Diſp. 2. & 6. explanatũ fuit. Deinde vero de reſcriptis agemus, quibus inter alia iudices delegantur ac deputantur: id quod ad integram de iudicibus Diſputationem deſiderari videbatur. Dicemus itẽ de priuilegijs, hoc eſt, de immunitatibus, gratijs, ac exemptionibus à legibus & à poteſtatis publicis conceſſis. Reſcripta vero ac priuilegia actus etiam ſunt iuriſdictionis ſupremarum poteſtatum. Tametſi ea concedere interdum, rarò tamen, aliquibus etiam inferioribus poteſtatibus à ſupremis concedatur, vt legatis à latere, & alijs nuncijs Apoſtolicis, ac proregibus. Reſcriptorum item ac priuilegiorum ratio eſt in iudicijs habenda. Qua de cauſa Diſputationem horum trium, quæ commemorata ſunt, meritò Diſputationi de iudicijs, deque illorum ordine, præmittimus.

2 Vt vero à nomine ipſo legis ordiamur. Iſidorus. 5. lib. Etymolog. ca. 3. à legendo dictam legem arbitratur: quòd lex ſcripto proferri promulgarive ſoleat, vt ab omnibus legatur. Eandem Etymologiam ſequitur dictionarium plurium linguarũ vulgò Calepinus inſcriptum, & l. 4. tit. 1. part. 1. Diuus autem Th. 1. 2. q. 90. ar. 1. & plerique alij à ligando dictam eam autumant: eo quòd ſubditos ad ſui obſeruationem liget, ſeu aſtringat ac obliget, quam etiam Etymologiam approbat l. 5. citata. Tullius vero 1. lib. de legibus à legendo, hoc eſt ſeligendo, dictam illã affirmat. Ait enim, etſi Græci à tribuendo illam appellent; quoniam quod nos legem dicimus illi nomen appellant, (à νεμέιν, quod tribuere ſignificat) idque propterea quòd ſuum cuique tribuat; ego tamen, inquit, à legendo, id eſt eligendo, eam nomino. Et addit: *Nam ut illi* (Græci ſcilicet) *æquitatis, ſic nos* (Latini videlicet) *delectus vim in lege ponimus: & proprium tamen utrumque legis eſt*. Hactenus Tullius. Quamuis autem nõ multum de Etymologijs ſit curandum: neque id, vnde nomen fuit deſumptum ac impoſitum, neceſſe ſit vt conueniat omnibus, ad quæ ſignificanda fuit impoſitum, vt ſæpe admonemus: potius tamẽ probanda videtur Tullij Etymologia, quàm duæ illæ aliæ. Tum ob Tullii antiquitatem ac peritiam linguæ latinæ. Tum etiam, quòd lex à legẽdo potius quàm à ligando videatur dicta; alioquin latini ipſi multum in ſuomet idiomate corrupiſſent ſuum vocabulum: neque ſit credendum legem ita fuiſſe nuncupatam, quòd omnibus proponeretur legenda. Quia verò ea deligitur, quid in bene inſtituta republ. ſtatui ac ſeruari debeat, lex eſt nũcupata. Alfonſus verò à Caſtro. 1. de leg. pæn. ca. 1. Sotus. 1. de iuſt. quæſt. 1. art. 1. & Medina. 1. 2. q. 90. art. 1. exiſtimant eo modo fuiſſe dictum, quòd ſit regula ſubditos docens, eiſque præſcribens, quid eligere debeant: citatq; Caſtrus in eius ſententiæ cõfirmationem Auguſtinum in lib. quæſt. veteris & noui Teſt. in 2. par. additionum. q. 15. ſic dicentem: *Lex à lectione dicta eſt, ut de multis quid eligas, ſcias*. Cæterum merito de eo libro dubitat, an ſit Auguſtini. Neque ego in ea quæſtione ea verba reperio. Tametſi prę manibus non habeam editionem, quam Caſtrus citat. Illud obſerua, legi verè competere illud, vnde eam dictam fuiſſe D. Th. & alii affirmant, nempe ligare, ſeu aſtringere & obligare, vt ex ſe eſt notiſſimum, conſentiuntq; illa ſcripturę teſtimonia Hieremiæ 2. *à ſeculo fregiſti iugum, rupiſti vincula, dixiſti non ſeruiam*. Eccleſiaſtici 6. *Inijce pedem tuum in compedes illius*, (ſapientię ſcilicet) *& in torques illius collũ tuum; ſubijce humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius*. Leges Dei & cõſilia, quibus acquiritur & conſeruatur ſapientia, de qua eo loco eſt ſermo, compedes, torquem, & vincula appellauit. Quòd autem dicemus, quamuis legi illa competant, & inde potuiſſe ſumi Etymologiã, ac imponi nomẽ, non tamen Latinos inde illud ei impoſuiſſe. Sicut nec Græci inde nomen illi impoſuerunt, ſed à tribuendo. Hebraicè verò lex Thora nũcupatur, à verbo, quod docere ac diſponere ſignificat, quaſi lex doctrinam ac diſpoſitiones circa agenda contineat.

Vt verò intelligatur quid & quotuplex ſit lex, eſt obſeruandum. Condere legem, qua reſpublica in commune ipſius bonum gubernetur, ad eum vel ad eos pertinere, quibus à republica ipſa in ſui regiminis conſtitutione, aut poſtea temporis progreſſu, fuit conceſſum, iuxta varia rerumpublicarum regimina tractatu ſecundo, diſputatione 23. iuncta diſputat. 22. antecedente, copioſè explicata, & quatenus illis fuerit conceſſum, dependenter ab approbatione ſeu acceptatione populi, aut ſine tanta dependentia, vt diſputat. 23. citata fuit etiam explanatum. Quo in loco additum fuit, quando reſpublica aliqua iure belli alteri principive alterius ob ſuam culpam fuit ſubiecta, tunc maiorem poteſtatem eſſe in republica, aut in principe, qui illam iure belli ſubiecit, ad illi, etiam inuitę, conſtituendum leges non iniquas, quas voluerit, quàm ſi is princeps, aut rectores reipublicæ, quæ ita bello iuſto illam alteram ſibi ſubiecit, poteſtatem ſuam ab ea republica accepiſſent. Diſputatione etiam 23. citata dictum fuit, quibus nominibus leges à ſupremis poteſtatibus publicis earum diuerſarum rerumpublicarum latæ nuncupentur. 3

Pertinet quoque ad Deum optimum maximum, rerum omnium ſupremum, abſolutum, ac perfectiſſimum dominum, leges præſcribere ac tradere toti orbi, quæ illum aſtringant abſque vlla dependẽtia ex eo, quòd illi, quibus eas tradit, approbare, acceptare, ac recipere illas velint: eo quòd abſolutus ac perfectiſſimus ſit rerum omnium dominus, nihil de ſuo dominio à rebus publicis accipiens, vt accipere ſuum totum iuriſdictionis dominium alii ſupremi in ſuo gradu & ordine rectores aliarum rerumpublicarum ab ipſis rebuſpublicis ſolent, vt diſput. 23. citata, iuncta 22. antecedente, fuit explanatum; nihilque proinde in ſuo dominio ac regimine idem Deus ab iis pẽdens, quibus dominatur, & quos ſuo imperio regit. 4

Item quoq; Chriſto vt homini conuenit: eo quòd dominus, qua homo, ſit orbis, vt tractatu 2. diſp. 28. comprobatum eſt, nihil in ſuo dominio à creaturis pendens, ſed illud habẽs à Patre & à ſe ipſo vt Deo. A Patre enim & à ſe ipſo vt Deo atque ab Spiritu ſancto accepit pleniſſimam poteſtatem ac iuriſdictionem, tam ſpiritualem ad finem ſupernaturalẽ, quàm etiam temporalem, dominiumque rerum omnium, etiam angelorum, vt diſputat. 28. citata copioſè fuit oſtenſum: tametſi iuriſdictione temporali, & rerum externarum dominio, non fuit vſus, niſi quatenus ad finem ſpiritualem fuit expediens.

Summo autem Põtifici vicario ſuo in terris non orbis dominium reliquit, ſed plenam iuriſdictionẽ ſpiritualem ad finem ſpiritualem ac ſupernaturalẽ, & ſimul etiam iuriſdictionam plenam temporalẽ, prçciſè quatenus neceſſarium expedienſq; omnino eſſet ad finem ſupernaturalem, vt eodem tractatu 2. Diſp. 29. examinatum fuit ac comprobatum. Vnde ad

ad ſummum Pontificem ſpectat eas omnes leges cōdere, quas expedire iudicauerit ad finem ſupernaturalem, abſque vlla dependentia ex eo, quòd ſubditi illas approbent, aut recipere velint, eademque ratione ad ipſum ſpectat abrogare eas leges ſecularium principum ſibi ſubditorum, illis etiam inuitis ac repugnantibus, quas fini ſupernaturali contrarias minimeve expediētes iudicauerit: eo quòd iuriſdictionem ſuam non à ſubditis aut ab eccleſia acceperit, ſed immediatè à Chriſto. Tametſi quando eccleſia ac ſubditi grauem legem aliquam ſummi Pontificis ſenſerint, & quam iuſtis de cauſis non expediat ſeruari, poſſint ſummo ipſi Pontifici ſupplicare, vt illam non ferat, velitque ab illa deſiſtere. In dubio tamen, num iuſta ſit, & num extra iuriſdictionem ſit à Chriſto ſibi collatam, ſtandum eſt definitioni ac iuſſui ſummi Pontificis, vt Diſputat. 29. citata dictum eſt.

Idem de conſtitutionibus epiſcoporum in ſuis diœceſibus, quin & conciliorum prouincialium, eſt dicendum: niſi quòd, ſi iuſtè viſæ non ſint, nimiumque grauare ſubditos appareant, appellari ab eis ad ſummum Pontificem poteſt.

5 Quando autē à Deo eſſet aliquis conſtitutus Rex aut rector reipublicæ alicuius temporalis, vt fuit Iſraelitico populo datus Moyſes, per quem non ſolùm legem ſcriptam illi populo Deus dedit, ſed etiā illum rexit quo ad temporalem illius rempublicam, & vt dati à Deo ſunt in Reges Saul & Dauid, tunc illi dominium iuriſdictionis temporalis non haberent à republica ipſa, ſed à Deo, vt Diſp. 23. citata dictū eſt. Obſeruat verò rectè Caſtrus. 1. de leg. pœn. c. 1. nō prius Deum Regem illi populo dediſſe, quā illum ab eo peteret. Addo ego, nec illum, quo ad ipſum & quo ad ſucceſſores illius, cum tanta iuriſdictione videri dediſſe, quin pēderet à populo, vt alij Reges, quo ad leges, quas illi ferret, ita vt ſi æquæ non eſſent, nimiſque populum grauarent, poſſet populus non ſolùm ab eis ipſummet Regem ſupplicare, ſed etiam illas nō velle admittere. Vnde, mortuo Salomone, populus filium eius Roboam in regno ſucceſſorem ſupplicauit, vt leges tributorum à patre ſublatas, quæ nimium populum grauabant, temperaret: & quòd id efficere noluerit, decem tribus ab illo diſceſſerunt: quod earum tribuum factum ſcriptura non damnat: ſed potius damnat imperitiam, ſuperbiam, ac auaritiam Roboam, qui, ſpreto conſilio ſeniorum, ſequutuſque adoleſcentium conſilium, qui ſecum fuerant nutriti, iuſtæ populi petitioni non annuit.

Qui hactenus explicati ſunt, leges ferre poſſunt: alij verò eas ferre non poſſunt. Vnde iuriſconſultorum placita ac reſponſa vim legum non habēt, quatenus placita ac reſponſa illorum ſunt: ſed vel quatenus ius naturale continēt ac explicant, vel quatenus ab eis, ad quos leges ferre ſpectat, vt leges ipſorum populis ſibi ſubditis proponuntur ac feruntur.

6 Obſeruandum deinde eſt, quēadmodum duplex eſt finis, naturalis vnus, & ſupernaturalis alter ſempiternæ felicitatis: ſic quoque legum, quaſdam eſſe, quæ ad finem naturalem feruntur, alias verò, quę feruntur ad finem ſupernaturalem. Et quia finis vltimus naturalis ad vlteriorem finem vltimum ſupernaturalem ſempiternæ felicitatis ordinatur: ſanè leges, quæ ad finem vltimum naturalem traduntur ac ordinantur, fini quoque ſupernaturali adipiſcendo inſeruiunt, & ad illum ordinantur, ad illūque in ſuo ordine & gradu accommodatæ eſſe debent. Quemadmodum enim naturalis vltimus finis ſupernaturali fini ſubordinatur, ſic media ad finem vltimum naturalem, media ſunt ad finem ſupernaturalem, & præcepta ac leges de mediis ad finem vltimum naturalem, præcepta quoque ſunt & leges ad finem ſu-

A pernaturalē conducentia, & quædam eorum omnino neceſſaria, ſed quæ ſola ad finē ſupernaturalem non ſufficiunt ſine alijs medijs ſupernaturalibus, & ſine alijs præceptis ac legibus de medijs ſupernaturalibus ei fini commenſuratis & accommodatis.

7 Porro leges ferre ad finem vltimum naturalem, hoc eſt, ad naturalem cuiuſque hominis felicitatem moralem, quę ſimul conducant ad naturalem contēplatiuam vlteriorem felicitatem, & vt homo, diſſoluta humana natura per peccatum, quatenus eſt ſociale animal, bonus ſit ciuis, beneque ſeſe habeat ad rempublicam, cuius eſt pars, totiuſque eius reipublicæ commune bonum coaleſcat ac conſeruetur, partim ad Deum optimum maximum tanquam ad naturæ autorem, & partim ad ſupremos reipublicæ cu- B iuſque moderatores ſpectat. Deus enim, vt naturæ autor, legem naturalem condidit, eamque hominū mentib. indidit ac impreſſit, qua quid vitare quidq. efficere tenerentur, quin & quid conduceret ac expediret magis ad naturalem felicitatem moralem, & ſubinde etiam ad contemplatiuam, comparandā ac conſeruandam facilè agnoſcerent: maximè in ſtatu naturæ integræ, in quo hominem condere ac collocare ſtatuit. In quo ſanè nullis alijs humanis legibus homo indigebat ad vtramque naturalem felicitatem obtinendam ac conſeruandam: pręſertim ſuffultus tunc alijs donis ac medijs, quibus ad ſupernaturalem felicitatem adiuuabatur. Diſſoluta uerò natura per peccatum, amiſſoque iuſtitiæ originali dono, manenteque adeò prona ad malum, & obtene- C brata quo ad intellectum, totque miſerijs, & curis ſubiecta, & tam multis rebus ad tranſigendam mortalem hanc ac laborioſam uitam indigens, neceſſe hominibus fuit in varias reſpublicas diuidi ac congregari, in quibus ſe mutuò adiuuarent, & in quibus ab vno aut à multis, quos ſibi ad id eligerent, ab internis eius reipublicæ & ab externis defenderentur, inſtruerentur, ius ipſis diceretur, & cōtinerentur in officio, vt quàm melius fieri poſſet, ſingulorum totiuſque reipublicæ commune bonum reſultaret, promoueretur, ac conſeruaretur, latis ad id legibus, quę pro reipublicæ qualitate ac circumſtantijs concurrentibus expedirent, vt hæc omnia tract. 2. Diſp. 22. & 23. explanata oſtenſaque ſunt.

8 Hinc humani legiſlatores rerumpublicarum ſe- D cularium, partim legem ipſam naturæ ſupponentes, eave quæ de iure ſunt naturali, & partim quo ad ea, quæ non omnibus ſunt nota & confeſſa, ſuis legib. illam exponentes ac tradentes; itemque ea, quæ de gentium iure ſunt, partim ſupponentes, vt diuiſionē rerum quo ad dominia poſt lapſam naturam, & partim ea tradētes, vt per mutationem, quæ poſt eandē naturam lapſam de iure eſt gentium; per multa ſanè alia ſuis humanis ciuilibus legibus tradiderūt, prout vnaquæque communi bono ſuo expedire iudicauerit, pęnas in particulari varijs criminibus decernendo, & alias iudicibus arbitrādas ac ſtatuendas relinquendo, multa prohibendo, multaq; alia præcipiendo ac ſtatuendo, vt ex iure ciuili communi, & ex iu- E ribus diuerſorum regnorum, diuerſarumque rerumpublicarum conſtat. Vnde Vlp. l. 1. §. 1. verſ. priuatum. ff. de iuſt. & iu. Priuatum, inquit, ius tripartitū eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. Atque ad legiſlatores rerumpublicarum ſecularium, vt tract. 1. Diſp. 1. eſt dictū, pertinet non eas ſolùm condere leges, quæ ad iuſtitiam virtutem cardinalem ſpectant, ſed etiam eas, quæ ad alias virtutes, vt ad fortitudinem, temperantiam, ad religionem, cultumve Dei, vt lumine naturali eſt cognitus, & ad alias attinent, vt Ariſt. 5. Eth. c. 1. etiā affirmauit. Munus quippe eorum eſt, tales ſuis legibus & adminiſtratione ciues facere, quales cōmune bonum cuiuſque ſuæ reipublicæ poſtulat.

Ad

Ad quod non ſatis eſt, ſi iuſtitiam non transfrediantur, ſed fortitudinem eos ſeruare neceſſe eſt, ſuum in bello locum non deſerendo, ſuamque rempublicam defendendo ac adiuuando, quando id recta ratio poſtulat. Temperantiam quoq; eos ſeruare oportet, Sodomiæ vitium & ſimilia alia fugiendo, quæ rempublicam fœdant, & mores corrumpunt, itemque in veſtitu, cultu, & cibo moderatè ſe habendo, ne ſuas facultates inutiliter expēdant ac molles fiãt. Multa etiam alia circa munditiam, circa pietatem, & circa alia eos ſeruare oportet. Quocirca rectè Vlpianus. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. dixit: *Iuris præcepta ſunt hæc, honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere*: quibus verbis non ſola iuſtitiæ præcepta comprehenduntur: idemque habetur inſtit. de iuſt. & iur. §. iuris præcepta. Et l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. Idem Vlpianus prēmiſerat: *Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones*, id eſt, partes, *publicum & priuatum*. Et infra: *Publicum ius*, inquit, *in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit.*

Eodem nos tractatu 1. Diſp. 1. inter alias iuſtitiæ vſurpationes, illam cum Ariſtotele. 5. Ethic. cap. 1. & 2. & cum diuo Tho. 2. 2. q. 58. art. 5. & 6. tradidimus, qua iuſtitia eſt quædam communis virtus, non in eſſendo, ſed in imperando ac dirigendo actus cęterarum virtutum moralium, vt in commune reipublicæ bonum, illudque ex ſua propria natura ac munere intẽdit, atque ad illud actus omnes cæterarum virtutum moralium dirigit, ſicut caritas eos in Deũ dirigit. Reſidet verò, aut reſidere debet, in vnoquoque, vt eſt reipublicæ pars, atque his per eam virtutem opera omnia aliarum virtutum, quę excedet, imperare ac exercere debet ad commune reipublicæ bonum, vt bene ad illum ſe habeat, quatenus eius eſt reipublicæ pars. Atque quemadmodum, dum in hac 2. 2. ſermo nobis erat de prudentia, diximus, & Diſputat. 1. citata repetiuimus, Ariſtotelem. 5. Ethic. c. 8. tã in ciue, quàm in principe, & in rectoribus alijs reipublicæ, duplicem prudẽtiam diſtinguere: vnam monaſticam, quæ ſingulis, vt priuatæ perſonæ ſunt, præſcribit, quid cuique earum ſit faciendum: & alteram politicam, quæ eis illa pręſcribit, quę in commune reipublicæ bonum fieri ac dirigi debent, vt optimè ſe habeant ad reipublicæ totum corpus, cuius ſunt partes: hancque prudentiam politicam ſubiecimus Ariſtotelem in duo diuidere membra, nempe in regitiuam, tanquam in vnum magis principale membrum, quæ in principe reſidet, & in alijs reipublicæ moderatoribus, vt ſubditis præſcribant, quid cuique iuxta ſuum munus, ſtatum, ac conditionem ſit faciendum, vt totum reipublicæ corpus bene ſeſe habeat, bonumque illius reſultet ac conſeruetur, quam proinde architectonicam prudentiam nominauit, ab eaque leges emanare: & in politicã preſsè ſumptam tanquam in aliud minus principale membrum, quæ reſidet in ſubditis, eorumque cuique prę ſcribit, quid ſibi, vt pars eſt reipublicæ, ſit faciẽdum, vt ad ſuum totum communeque illius bonum rectè ſeſe habeat: ſic eadem diſp. 1. citata diximus Ariſtotelem docere, actum cuiuſque virtutis moralis poſſe duobus modis ſpectari. Vno, vt quiuis, quatenus particularis perſona eſt, per monaſticam prudẽtiam eo operatur conſentaneè ad rectam rationem: eoque modo ſpectatum pertinere ad aliquam particularẽ virtutem, putà ad fortitudinem, temperantiam, liberalitatem iuſtitiam commutatiuam, aut ad aliam ſimilem, iuxta materiam circa quam verſatur. Altero vero modo poſſe ſpectari, vt, qui eum elicit, bene eo ſeſe habet ad ſuum totum, ad bonumque illius commune, atque vt per prudentiam politicam ab eo elicitur, quatenus eſt pars reipublicæ: quo pacto ſpectatum Ariſtoteles docet, ſortiri formalem rationem iuſtitiæ latæ ſumptæ, quæ omnibus moralibus

A virtutibus eſt communis, non quidem per eſſentiã, quaſi ſit de intrinſeca ratione cuiuſque earum; ſed quia committatur actus omnium aliarum virtutum, atque in eis inuenitur; modò tamen, dum fiunt, in commune reipublicæ bonum, vt explicatum eſt, ordinentur. In quo ſenſu Ariſt. 5. Eth. ca. 1. & 2. iuſtitiam hoc modo ſumptam, totam virtutem appellauit. Eadem Diſputat. 1. ſubiecimus, diuus Thom. artic. 6. citato, conſentaneè ad Ariſtotelem, docere, virtutem hanc eſſe in principe & in alijs reipublicæ rectoribus architectonicè, quatenus & ab ea leges emanant per prudentiam politicam regitiuam, quæ in eis etiam reſidet, & quatenus per leges & per alia præcepta ea ſtatuunt ac præcipiunt, quæ ad commune reipublicę bonum optimamque illius adminiſtra

B tionem pertinent, vt vnuſquiſque ita ſe gerat, vt commune reipublicæ bonum, decus, ac perfectio illius efflagitat. Addit verò diuus Thomas, eandem virtutem ineſſe ſubditis tanquam mandantibus exequutioni in idem commune bonum, quæ per rectores conſtituta ſunt, atque dum legibus in eandem finem ſeſe accommodant: qua de cauſa hæc virtus iuſtitia legalis in rectoribus & in ſubditis nuncupatur. Docet præterea Ariſtoteles 5. Ethic. cap. primo, & ſecundo, obiectum huius virtutis eſſe iuſtum, non vt eſt idem, quod æquum, opponiturque iniquo, quod iniuriam inuoluit, (iuſtum enim eo modo ſpectatum, obiectum eſt iuſtitiæ particularis, quę virtus eſt cardinalis) ſed vt eſt idem, quod legitimum, id ve quod legi conſonat, cui aduerſatur iniu-

C ſtum in ea ſignificatione, qua is, qui à lege diſcedit, iniuſtus dicitur, vt ibidem Ariſtoteles ait. De eadem virtute idem Ariſtoteles ſubiungit, eſſe præclariſſimam, & neque heſperum neque luciferum eſse ita admirabilem: multoque adhuc maiorem ſplendorem habere, quatenus architectonicè in reipublicæ moderatoribus, quàm quatenus in reliquis, reſidet. Placuit hæc omnia ex illa Diſputatione prima, citata hoc loco repetere, vt intelligatur, leges humanas ciuiles, actus eſſe iuſtitiæ legalis, prout in ſupremis reipublicæ moderatoribus architectonicè reſidet per prudentiam politicam, quæ architectonicè in eis etiam reſidet. Neque mihi probatur opinio Caſtri. 1. de leg. pœn. cap. primo, negantis legem eſſe actum prudentiæ, & aſſerentis pertinere ad iuſti-

D tiam diſtributiuam. Si enim leges ciuiles, à ſupremis rerumpublicarum moderatoribus emanantes, actus ſunt alterius virtutis præter legalem iuſtitiam ac prudentiam, quæ in eis architectonicè ad id & ad alia reſident, certè non ſunt actus iuſtitiæ diſtributiuæ; quippe cum nihil ſit vnde id cum probabilitate affirmari poſſit, neque id Caſtrus probet, aut ex aliquo capite deducat, ſed ſolum id affirmet: imo verò ſimul erunt potius actus iuſtitiæ commutatiuæ: quatenus eiuſmodi ſupremi moderatores reipublicæ, quemadmodum ex ſuo munere & officio prò dominio iuriſdictionis, & pro alijs emolumentis, quæ à republica ad id acceptarunt, de iuſtitia commutatiua tenentur ipſam defendere, iuſque partibus illius

E per ſe aut per alios dicere, & ſimilia alia illis præſtare; ſic etiam de iuſtitia commutatiua tenentur illis leges neceſſarias ac expedientes ad bonum commune ferre, eaſque, quæ communi bono noxiæ ac contrarię ſunt, tollere aut mitigare, ac proinde in totum aut ex parte abrogare.

Cæterum obſerua, prudentiam non vno tantum 9 modo concurrere in ſupremis reipublicæ ciuilis moderatoribus ad leges condendas, ſed multis. Cum enim ex communicatiua iuſtitia, & ſimul etiã ex legali iuſtitia, proſpicere teneantur bono cõi reipublicæ ob munus ab ipſamet republica eis cõceſſum, vtique quemadmodũ prudentia monaſtica prerequiritur ad actus cæterarum virtutum, vt dictet quid expediat,

pediat, faciendumque ſit iuxta earum vnamquamque; ſic quoque in eiſdem rectoribus neceſſe eſt præcedat eiuſdem prudentiæ actus, qui præſcribat, num, vt de iuſtitia commutatiua ac legali tenentur, neceſſarium expediensve ſit aliquas excogitari ac præſcribi leges, quibus communi bono ſubueniatur, aut illud promoueatur ac adiuuetur: & tunc voluntas, quemadmodum quando prudentia dictat ſpeculandum eſſe, per virtutem ſtudioſitatis intellectui imperat ſpeculationem, ſic in re de qua agimus, per virtutem legalis iuſtitiæ, aut ſimul etiam commutatiuæ iuſtitiæ, imperat intellectui, vt per prudentiam politicam leges conuenientes ad id excogitet ac conficiat: quæ quidem ita intellectu contectæ ac fabricatæ actus ſunt politicæ prudentiæ à iuſtitia legali, aut ſimul etiam à commutatiua iuſtitia imperati, iuxta ea quæ ex Ariſtotele & Diuo Thoma explanata ſunt. Cum enim eiuſmodi leges, ita intellectu fabricatæ, rectæ rationes ſint agibilium a reipublicæ partibus qua partes reipublicæ ſunt, atque in bonum commune reipublicæ, vtique actus politicæ prudentiæ ſunt in mente rectorum reipublicæ, à iuſtitia legali imperati, quæ in eis architectonicè reſidet, aut ſimul etiã imperati à iuſtitia commutatiua: recta enim rõ agibilium, prudentia ſine dubio eſt. Nondum tamen rationem habent legis latę ac aſtringentis, quouſque præcipiantur ac promulgentur, ac proinde nondum habent ſimpliciter rationem legis, ſed ſecundũ quid & cum hoc addito diminuente, fabricatę ac contectę ſolum. Quin, ſi ab approbatione & acceptatione populi vis illarum obligandi pro more reipublicæ pẽdeat, & pro iure quod ea in re ſibi reſeruauit, tunc ſanè non prius rationem legis obligantis earũ vnaquæque habet, quàm à populo acceptentur. Sic quõdam Romæ leges promulgatæ non prius vim obligandi habebant, quam poſt tres nundinas, in quibus ruſtici ad vrbem in maiori numero accedebant, à populo, interim circa illas deliberanti, acceptarentur, vt ex Tullio & alijs apertè conſtat, & apud dictionarium Calepini multarum linguarum, ver. lex, relatum habes.

10 Dubium vero eſt, vtrum imperium, quo eiuſmodi leges, ita intellectu per politicam prudentiam fabricatæ ac confectę, ſubditis imperantur, ſit vlterior actus intellectus ab eadem politica prudentia vlterius elicitus, in quo ratio legis conſiſtat; eaque ratione lex ad intellectum pertinere dicatur, præuio actu voluntatis libero, quo id intellectus imperium eliciat: ita quod lex poſtea vocalis aut ſcripta, quàm ſignum & expreſſio præuij illius alterius imperij intellectus, & in quo prima & præcipua ratio legis cõſiſtat, quippiamque ſuffectum loco præuij eiuſdem imperij intellectus, quod non aliter poteſt ſubditis intimari, & ab eis cognoſci, quàm ea vocali lege aut ſcripta, aliquove alio ſigno externo. Non ſecus atq; ſi homines inter ſe conceptibus loquerentur, vt D. Thomas & alij affirmant angelos inter ſe conceptibus loqui, idem internum intellectus imperium rationem legis, per ſe ipſam alijs notam ac intimatam, haberet. Sotus. 1. de iuſtitia. quæſt. 1. art. 1. affirmanter reſpondet, multiſque id verum eſſe contendit, noſque in concordia, & 1. par. vtrobique quæſt. 23. ar. 1. & 2. diſp. 2. idem affirmauimus: ab eadem enim prudentia politica per eandem legalem iuſtitiã, præuio iudicio, quod expediat legem intellectu excogitatam ac fabricatam ſubditis imperari, emanat imperium ſubditis oratione ſeu loquutione imperatiua, quod obſeruetur: ea vero loquutio imperatiua, nempe, fiat hoc, aut non fiat hoc: hoc fieri aut non fieri, vobis præcipio: ad actum intellectus practici quo ad agibilia, præuia libera voluntatis motione, vt eliciatur, ſpectat, qui proinde actus eſt prudentiæ, à virtute iuſtitiæ legalis in bonum commune reipubli-

A cæ imperatus, iſque poſtea exprimitur lege vocali aut ſcripta, qua ſubditis fit notus ac imperatur, eſtq; proinde ea lex vocalis aut ſcripta actus vlterior externus ab eadem prudentia politica & iuſtitia legali dimanans. Adderem, etiam legem ſcriptam, prudentia conſiliariorum Regis fabricatam, Regiſque imperium ſignificantem, accedente voluntate Regis, vt tanquam ſuum imperium promulgetur, & ſubſequuta promulgatione illius, populique acceptatione, quando vis eius obligandi à populi acceptatione ſeu à non reclamatione illius pendet, vim legis integræ ac perfectæ habere: neque antea legem mente fabricatã, ſiue à principe, ſiue ab alio, aut ab aliis loco principis, rationem integram ac perfectam legis habere, etiam in ſcriptis redactam, quam de con-
B ſenſu principis, verbo aut ſcripto, tanquam principis imperium promulgetur, & à populo acceptetur, aut ei non reſiſtatur, ab eave non ſupplicetur, quãdo inde vis obligandi illius pendet.

Ex dictis ſatis patet, legem humanam ciuilem 11
actum eſſe prudentiæ politicæ, vel internum, ſi adhuc mente contineatur, vel externum, ſi ſcripta ſit, aut voce prolata, concurrente ad illum voluntate legislatoris libera, per actum virtutis legalis, quæ in eo architectonicè reſidet. Atque præterea, ex quibus id hactenus ſatis perſpicuè deductum comprobatumque eſt, confirmatur. Quoniam, vt Martianus iuriſconſultus l. 2. ff. de legib. ex Chryſippo refert, & ex ſe liquet, lex dux eſt & regula ſubditis propoſita, quid facere quidque vitare ac fugere debeant: regu-
C lam autem præſcribere, quam in agendis ſubditi ſeruare ac ſequi debeant, ad rationem prudentiamque politicam rectoris proculdubio ſpectat. Vnde Tullius 1. de legibus: *Arbitrantur*, inquit, *prudentiam eſſe legem, cuius ea vis ſit, vt rectè facere iubeat, uetet delinquere.* Et Ariſt. 10. Eth. c. vlt. *Lex*, inquit, *uim habet cogentem, quæ quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia atque mente profectus.*

Perperam autem quidam ex illis verbis legis 1. ff. de conſtitutionibus. & inſt. de iur. natur. gent. & ciuil. §. ſed et quod; *Quod Principi placuit, legis habet uigorem*, colligunt, legem eſſe actum voluntatis, & non intellectus ac politicæ prudentiæ. Eo enim in loco docetur, cum antea leges Romæ à ſenatu & à populo ferrentur, ab eorumque voluntate penderẽt:
D poſt legem tamen, qua iuriſdictio tota reipublicæ Romanæ in Imperatorem tranſlata fuit, à ſolo Imperatore ferri, ab illiuſque proinde voluntate pendere, vt ibi perſpicuè conſtat: id vero non impedit, qđ ab ipſius, ſuorumque conſiliariorum, prudẽtia emanent per iuſtitiam legalem modo explicato, quæ duę virtutes in eo architectonicè reſident. Cum verò, vt Diſput. 3. dictum eſt, in hoc regno & in Luſitania, iuriſdictio tota reipublicæ in Regem fuerit tranſlata, vtique quemadmodum ad ſolum Imperatorem tranſlata in eo tota reipublicæ Romanæ iuriſdictione pertinebat leges condere, vt habetur l. vlt. C. de leg. & l. 12. tit. 1 par. 1. ita ad ſolum Regem in his regnis pertinet leges condere, vt l. 12. citata habetur, ac
E proinde locum ſimiliter in his regnis habeant verba illa; *Quod Principi placuit, legis habet uigorem.* Lex autem 1. & l. non ambigitur. ff. de legib. loquuntur de legibus Romæ latis ante iuriſdictionem reipublicæ in Imperatorem tranſlatam, & de eiſdem loquitur Iſidorus, cap. 1. diſt. 2. Et inſtituta de iure natur. gẽt. & ciuil. per multos paragraphos explicantur, diuerſa ciuilia iura partim à plebe, partim à ſenatu, variis temporibus lata, itemque alia à iuriſconſultis Imperatoris autoritate ac diſpoſitione lata: quæ vim legis non ex eo præcisè habebant, quod reſponſa eorum iuriſconſultorum eſſent, ſed quod Imperatores vellent, & vt leges ſeruari, illiſque in iudicando ſtari, vt habetur §. reſponſa prudentum. inſt. de iur. nat. gẽt. & ciuil.

& ciuil. In his verò regnis legum vim habent, quæ à Regibus latæ ſunt, aut ipſorum autoritate collectæ ac latæ ſunt. Quando autem diſpoſitio propria horum regnorum non reperitur, neque conſuetudo in eis recepta, præcipitur ſtari diſpoſitionibus iuris communis, quæ legum vim in his regnis habent eo præcepto & autoritate principum horum regnorum.

12 Quod ſi quis aduerſus hactenus dicta nobis obijciat, Dei legem in ſcripturis ſanctis appellari voluntatem Dei Matth. 7. *Qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum*. Matth. 12. *Quicunque fecerit uoluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt*, atque alias ſæpe: ergo lex ad voluntatem & non ad intellectum pertinet. Ad hoc argumentum dicendum eſt, eo ipſo, quod Deus aliquid rebus libero arbitrio pręditis imperat, voluntatem eius eſſe vt id impleant, non abſolutam, ſed conditionatam, ſi ita eædem res libero arbitrio præditæ velint, vt illi placeant, & culpam euitent, atque ex ea voluntate conditionata emanare id præceptum, quin id præceptum, quin id præceptum exprimere intimare ſubditis, eam eſſe Dei voluntatem, non quocunque modo, ſed ipſos ad eam faciendam aſtringendo. In quo præceptum à conſilio diuino differt; conſilium enim diuinum exprimit ac intimat, quid voluntate ſimiliter conditionata Deus velit, vt à ſibi ſubditis fiat, ad id eos cõſilio non aſtringendo. Quia ergo præcepta & conſilia exprimunt ac intimant ſubditis eam conditionatam Dei voluntatem, ab illaque emanant, inde euenit, quod adimplendo præcepta & conſilia, verè dicantur adimplere ac facere Dei voluntatem. Quo fit, vt lex Dei formaliter nec ſit nec dicatur Dei voluntas, ſed ſit quidpiam exprimens ac continens atque imperans quid Deus velit vt faciamus aut vitemus, ad id ſub culpæ reatu nos aſtringendo, in quo, vt dictum eſt, à conſilio differt: cum tamen alioquin conſilium & præceptum conueniant in exprimendo ac intimando eis, quibus dantur, Dei volũtatem: conſtat autem conſilium ad intellectum pertinere, & non ad voluntatem: id quod confirmat, præceptum etiam ad intellectum ſimiliter pertinere. Quod autem præceptum exprimat ac intimet prædictam Dei voluntatem conditionatam, verè in Deo formaliter exiſtentem, copioſè 1. par. q. 19. art. 6. Diſpu. 1. comprobatum à nobis eſt.

Quo in loco explanauimus etiam, quamnam eandem Dei voluntatem expreſſerit ac intimauerit Abrahamo illud à Deo impoſitum illi præceptum de immolando proprio filio ſuo Iſaac. Ibidem Diſp. 2. etiam oſtendimus, quamuis Dei voluntas abſoluta ſemper impleatur; hanc tamen aliam Dei voluntatem conditionatam non ſemper impleri. Ad argumentum ergo in forma negandum eſt antecedens. Illa enim teſtimonia, & ſimilia alia, ſolum probant, dum legem Dei, quin & conſilia, implemus, nos facere Dei voluntatem: non verò probant, Dei legem eſſe formaliter Dei voluntatem, & non potius actum intellectus elicitum præuio actu diuinæ voluntatis.

Si quis rurſus aduerſus eandem nobiſs obiiciat, legem mouere ſubditos ad aliquid faciendum vel non faciendum: proprium verò officium voluntatis eſſe mouere vniuerſas potentias ad operandum, ac proinde legem eſſe actum intellectus & non voluntatis. Ad eam obiectionem dicendum eſt: Aliud eſſe mouere potentias alias eiuſdem ſuppoſiti libero arbitrio ſubiectas, quod eſt proprium voluntatis præuia notitia intellectus: aliud verò eſſe mouere ſubditos externos ad aliquid faciendum, vel non faciendum, illis id intimando per legem ac præcipiendo, qđ fit actu intellectus præcipientis, præuio actu

A voluntatis, tranſmiſſoque eo præcepto in notitiam intellectus ſubditorum: quo fit vt legis imperium non ad voluntatem præcipientis, ſed ad ipſius intellectum præuio voluntatis actu pertineat.

Si item quis obiiciat, per legem eos, quibus imponitur, ordinari à legiſlatore in finem: ergo lex eius potentiæ erit actus, quę ordinat ad finem, quæque pro obiecto habet finem: talis autem eſt voluntas: ergo lex actus eſt voluntatis & non intellectus. Ad hoc argumentum, conceſſo primo antecedente, neganda eſt conſequentia. Inde enim non ſequitur, legem eſſe actum potentiæ, quæ ordinat ad finẽ, quæque pro obiecto habet finem, ſed ſolũ ſequitur, pręſupponi ad legem actum voluntatis, quæ quaſi imperat, vt actus legis eliciatur ac intimetur ſubditis
B ad debitum finem: neque enim ſemper volũtas per actum ſolum à ſe elicitum ordinat aliud ad finem, ſed etiam interdum per actum intellectus, quem imperat: maximè quando id, per quod ordinat ad finem, eſt loquutio ad præceptum latum ſubditis, vt in re, de qua diſputamus, eſt lex. In quo autem ſenſu obiectum voluntatis ſit finis, & quod id diuinæ voluntati quo ad ſuum actum non competat 1. parte quæſt. 5. Diſputatione vnic. & quæſtione 19. artic. primo, & 2. & 1. 2. quæſtione 1. art. 1. copioſè eſt explanatum.

Inſuper vt aliquid ſit lex, & non præceptum ſumptum preſsè, à legeque diſtinctum, (cum tamen pręceptum latè & leges & præcepta alia comprehẽdat) neceſſe in primis eſt, vt permanẽter ſit latum: quod
C Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 90. art. 1. & 2. & cum eo Sotus. 1. de iuſt. quæſt. 1. artic. 1. concluſ. 2. de actu rationis loquentes dicunt, vt ſit per modum habitus. Cum autem actus ille mentis eo ipſo tranſeat, quod cogitatio ad alia diuertat, difficilè explicatur quomodo inſit ac maneat habitualiter, ſeu per modum habitus. Ego permanentiam legis intelligo, quo ad intentionem ac ſignificationem obligandi, vt ſcilicet non in vno euentu ſingulari ac tempore, putà hora, die, aut hebdomada obliget, ſed permanenter in futurum ex ſua ſignificatione & intentione obligandi: ſiue autem ea lex mentis voce aut ſcripto promulgetur, ſiue de lege vocali aut ſcripta loquamur, ea in memoria illam ferentis, & eorum quibus lata eſt, permanet, atque in ſcripto etiã per-
D manet, quo ad eam ſignificationem & vim obligandi permanenter in futurum. Deinde vt aliquid lex ſit, & non præceptum preſsè, neceſsè eſt, vt non vni aut alteri imponatur, ſed omnibus, aut ſimpliciter, aut qui munus aliquod exercent: alioquin ſolum habebit rationem præcepti ſumpti preſsè. Hinc l. 3. ff. de legib. Pomponius dixit: *Iura conſtitui oportet* (vt dixit Theophraſtus) *in ijs, quæ plerumque accidunt, non in ijs, quæ rarò*. Et Celſus l. 4. addidit: *Ex ijs, quæ fortè uno aliquo caſu accidere poßunt, iura non conſtituũtur.* Atque l. 5. ſubiungit: *Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facile, quam ad ea, quæ perrarò eueniunt, quia quæ ſemel aut bis,* (vt ait Theophraſtus) *accidunt, contemnunt legiſlatores*. Et l. 7.
E Vlpianus ait: *Iura non in ſingulis perſonis, ſed generaliter conſtituuntur.*

Hactenus eſt dictum de legibus circa media ad finem naturalem, explanatumque eſt, partim ad Deũ naturæ autorem, & partim ad ſupremas poteſtates rerumpublicarum ciuilium, diſſoluta natura humana per peccatum, ſpectare eas tradere. Addere autem leges ad finem ſupernaturalem, ad ſolum Deũ ſpectat per ſe ipſum immediatè, vel per ſuos miniſtros, qui loco & nomine ipſius illas ferant, vt ſuprà dictum eſt. Et quidem in ſtatu innocentiæ non alias leges ſcimus primis parentibus à Deo ad finem ſupernaturalem ſupra naturæ legem fuiſſe additas, quam de fide, quam eis ſupernaturaliter tunc reuelabat, 13

bat,

bat, & de caritate erga ipſum habenda, ac de ſpe, addito præcepto illo ſub commutatione mortis corporalis & ſpiritualis, ſi illud tranſgrederentur, ne de ligno ſcientiæ boni & mali comederent. Per ſcientiarum autem plenitudinem, quam Deus in eo ſtatu primis parentibus infudit, pleniſſimè tam legem totam naturalem quam ſupernaturalem agnouerunt, eiſque promulgatæ fuerunt.

Diſſoluta verò natura per peccatum, promiſſoq; primis parentibus ipſis, & ipſorum poſteris, redemptore, in eo ſtatu legis naturæ, qui tunc incepit, eadē lex naturæ iam antea ipſis promulgata permanſit, manſerunt item præcepta ſupernaturalia de fide, ſpe, & caritate, addita, quo ad fidei ſupernaturali reuelationem ac præceptum, notitia ſupernaturali peccati originalis, remedij pro eo ſtatu contra illud, itemque remedij pœnitentiæ contra reliqua peccata, & mediatoris, per quem peccata erant delenda, ſubueniendumque erat generi humano perdito, & per conſequens addito ſimul præcepto de remedio contra peccatum originis adhibendo, & de contritione congruo tempore habenda, ſi in quæ peccata lethalia inciderent, ne in Dei inimicitia perſeuerarent, interitumque incurrerent ſempiternum. Porro ſupernaturales hæ leges in eo ſtatu ſuperadditæ, ſtatim promiſſo illis Geneſeos 3. redēptore, manifeſtatæ ac promulgatæ fuerunt primis parentibus poſt ipſorum lapſum in peccatum amiſſo feliciſſimo innocentiæ ſtatu, & in eis poſteris ipſorum fuerant promulgatæ, qui ab illis de naturali & ſupernaturali lege erant docendi.

Diſcedentibus vero temporis progreſſu hominibus à Deo per idolatriam, (quæ poſt diluuium eſſe cœpit iuxta communem Patrum ſententiam, & poſt ædificatam turrim Babylonis, & quod non parum adiuuiſſe videtur diuiſio linguarum, vt ab antiquioribus poſteriores fidem Noe & Adam docerentur, & minor ætas hominum poſt id tempus, quam ante diluuium) creſcentibuſque peccatis, ac ignorantia circa naturalem ac diuinam legem, cœpit Deus deligere ſibi populum in Abrahamo, cui iterum Meſſiā mundi redemptorem de ſemine illius promiſit, atq; in Iſaac & Iacob, cuius ſoboli Moyſis tempore legem ſcriptam tradidit, relicto adhuc reliquo orbis in priori illo ſtatu legis naturæ, in quo ſaluari poterant, adimplendo ſupernaturalia præcepta, quæ, vt diximus ſupra, ſtatus ille comprehendebat. Lex autem ſcripta continebat in primis legem naturalem præceptis decalogi in duabus illis tabulis lapideis digito Dei ſcriptis: tametſi tertium præceptū de Sabbathi obſeruatione ad cæremonialia præcepta attineret, tanquam determinatio iure diuino poſitiuo cultus iure naturali Deo debiti ad obſeruationē eius diei in particulari in memoriam beneficij creationis. Cum enim multum ignorantia creuiſſet, valdeque homines circa ius naturale iam tunc conſentirent ac errarent, opus fuit legem etiam naturalem, ad ea capita ad eamque ſummam redactam, illis etiam tradere. Deinde vero, cum Deus in illo populo adumbrare ea intenderet, quæ tempore legis gratiæ erant futura, mundumque ad Meſſiæ aduentum, qui ex eodem populo erat futurus, præparare, continebat etiam ea lex multa, quæ ad finem ſpiritualem ac ſupernaturalem eius populi, atque ad continendum illum ne in idolatriam diffiueret, illumque in ipſius obedientia exercendum, attinebant, & Chriſtum, eaque, quæ tempore legis gratiæ erant futura, adumbrabant ac figurabant: atque ita, pręter pręcepta ſupernaturalia fidei tunc reuelatæ, caritatis, & ſpei, multa cæremonialia ac iudicialia præcepta continebat, ad prædicta omnia inſeruientia. Et quoniā eam rempublicam, ſpiritualem ſimul eccleſiæ, ac politicam & ciuilem, ſub vno illius rectore Moyſe, per

A quem illam de terra Aegypti eduxit, Deus ipſe inſtituit ac gubernare dignatus eſt, illi etiam eadem lege ſcripta iudicialia præcepta tradidit, quæ ad politicū ac ciuile regimen etiam attinerent, vt ex ſcripturis ſacris veteris Teſtamenti hæc omnia liquido conſtāt. Cum autem in Abrahamo eum peculiarem populum Deus ſibi deligere cæperit, ei Gen. 17. tradidit ac promulgauit pręceptum circumciſionis, quod erat ſignaculum iuſtitiæ fidei, pactique inter ipſum & Abrahamum ac ſemen illius poſt ipſum, atque in remedium contra originis peccatum ratione fidei, quam eo proteſtabantur. Et licèt quædam alia præcepta ac leges eidem populo tradiderit ac per Moyſem illi promulgauerit antequam ad Montem Sinai deuenirent, vt de celebratione Paſchæ, & de ob-
B ſeruatione ſabbathi, vt conſtat Exod. 12. & 16. præcipuè tamen legem illi tradidit ac promulgauit à Mōte Sinai, vt conſtat à c. 19. Exodi, & ex libro Leuitici. Quaſdam tamē alias leges poſtea ei populo adiecit, de quarum numero eſt illa, quæ Numerorum 26. 27. & 38. habetur, & de qua tractatu 2. Diſputat. 625. habitus à nobis eſt ſermo, circa ſucceſſionem filiarum in parte terræ promiſſionis patri ipſarū, quādo ille filios maſculos non relinquebat, & vt tunc tales filiæ non nuberent homini de aliena tribu. Atque quamuis leges omnes veteris teſtamenti lex ſcripta nuncupentur, ad legemque ſcriptam pertinere dicātur, ad differentiam legis naturæ & legis gratiæ: à lege tamen decalogi digito Dei ſcripta in illis duabus tabulis lapideis, traditaque à Deo ita ſcripta illi
C populo, lex ſcripta dicta eſt, ad differentiam præſertim eiuſdem legis naturalis, & cæterarum ad finem ſupernaturalem attinentium, quas ſcriptas in cordibus per gratiam traditurus erat Deus tempore Chriſti, legiſque gratiæ, vt ſubijciemus. De eadem verò lege decalogi veteris teſtamenti quatenus ius naturale continet, ad quam proinde Gentiles in lege naturæ atque etiam Iudæi pariter tenebantur, loquitur Paulus ad Rom. 2. dum ait. *Quicunque ſine lege* (eis ſcilicet tradita ſcripta in tabulis lapides, vt à Deo tradita fuit Iudæis) *peccauerunt, ſine lege peribunt, & quicunque in lege* (eo modo à Deo accepta) *peccauerunt, per legem iudicabuntur* (iudicio ſcilicet grauioris condemnationis.) *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.*
D *Cum enim Gentes, quæ legem non habent,* (eo ſcilicet modo ſcriptam ipſis à Deo traditam) *naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes* (illo modo eis traditam) *ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.* Et infrà: *Si autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege,* (quaſi ſatis tibi ſit traditam tibi eam eſſe à Deo) *& gloriaris in Deo,* (qui eam tibi peculiariter ita ſcriptam dedit) *& noſti* (per eam) *uoluntatem eius, & probas* (id eſt, diſcernis & approbas) *utiliora inſtructus per legem, confidis te eſſe ducem cæcorum,* (qui ea notitia carent) *lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam* (id eſt
E regulam) *ſcientiæ ac virtutis in lege. Qui ergo alium doces, te ipſum non doces; qui predicas non furandum, furaris, qui dicis non mœchandum, mœcharis, qui abominaris idola, ſacrilegium facis, qui in lege gloriaris,* quod tibi ſit à Deo tradita, eamque habeas) *per præuaricationem legis Deum inhonoras.* Et paucis interiectis: *Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt* (id eſt, perinde apud Deum reputaberis, vt illi placeas, ac vt iuſtus coram illo ſis, ac ſi circumciſus non eſſes.) *Si igitur præputium* (id eſt is qui de gente & de populo eſt incircumciſorum) *iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur?* (vt Deo placeat ac iuſtus coram eo ſit) *&*

iudi-

*iudicabit,qui ex natura eſt præputium(*id eſt,qui de gē te & populo eſt incircumciſorum) *legem conſummans, (* id eſt implens) *te,qui per literam* (legis ſcilicet nudam, Dei gratia deſtitutus) *& circumſionem præuaricator legis es? Non enim, qui in manifeſto Iudæus eſt, (* legem ſcilicet ſcriptam profitens) *neque quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt,* (legem ſcilicet coram Deo obſeruans,factiſque proinde eum confitens,quod vox Iudæus,ſignificat*) & circumciſio cordis,non in litera,* (cordis,inquam,legis obſeruatione ſuperflua nociuaque deſideria amputans,ſubaudi, verè Iudęus verèque circumciſus eſt*) cuius laus non eſt hominibus* , (quorum iudicium fallax eſt) *ſed ex Deo eſt.* In his verò omnibus Paulus Iudæos confert cum Gentibus,interim dum lex vetus perſeuerabat, Genteſq; in ouili & eccleſia legis naturæ ſalutem conſequi poterant. Hæc de lege veteri ac ſcripta, ſic nuncupata ad differentiam nouæ ac gratiæ.

14 Obiter hoc loco dicam,falſam eſſe ſententiam illam Gerſonis de vita ſpirituali lect. 2. corol. 5. qua affirmat, legem naturalem non poſſe verè & propriè dici legem diuinam. Quoniam,inquit,lex diuina eſt illa, quæ per ſolam Dei reuelationem habetur, & quæ ad præmium æternum illius obſeruatores atque ad pœnam æternam illius trangreſſores ordinat: neutrum autem horum ait legi naturali competere. Quoniam lex naturalis non per reuelationem,ſed natura docente habetur,atque neq; ad præmiū æternū neq; ad pœnā æternam ordinat. Non tamen negat, quatenus à Deo fiat,iuſſa in veteri lege, & à Chriſto in noua, legem eſſe Dei, & ad culpam obligare lethalem: ſed ſolum negat eſſe legem Dei, & ad culpam obligare lethalem,quatenus eſt lex naturalis. Hæc,inquam,Gerſonis ſententia falſa omnino eſt, vt ex dictis & dicendis hac & tribus Diſputationibus ſequentibus facilè conſtat. Atque cū lex naturalis lex ſit,vt ipſemet Gerſon confitetur, certè alicuius erit lex,qui illam tulerit, dederit, ac impoſuerit angelis & hominibus: hic autem nō eſt alius, quam Deus, qui autor & conditor eſt naturæ: ergo lex naturalis Dei eſt lex, atque adeò ius eſt naturale diuinum latum angelis & hominibus, atque vtriſq; à Deo edoctum lumine naturali intellectus illis indito atque ſignato,iuxta illud Pſalm.4. *Multi dicunt, quis oſtendet nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine,* vt in ſequentibus copioſius exponemus. Deinde ad rationem legis Dei, quid quæſo plus refert, eſſe traditam à Deo per peculiarem Dei reuelationem, an vero ab eodem Deo eſſe traditam & edoctam per lumen Dei naturale intellectus,quo aſſurgere naturaliter homines & angeli poſſunt in Dei notitiam, atque in notitiam eiuſmodi legis ab eo inditæ ac traditę.

Peculiaris quidem Dei reuelatio inſeruire quidem,vt clarior ac maior de illa notitia habeatur, atque vt minus ignorari poſſit eam Dei eſſe legem ac voluntatem, non verò efficit vt plus ſit lex Dei ea ſolum, quam ipſe reuelauit, non tamen illa, quam tradidit ac indidit lumine ipſo intellectus,atque adeo reuelatio efficere poterit, vt in maiori culpa ſint, qui legem naturalem ſimul acceperunt per Dei reuelationem, eamque tranſgreſſi ſunt, quam qui illam ſolum inditam acceperunt, eamque tranſgreſſi ſunt, & vt illi minus obtendere poſſint ignorantiam circa ea, quæ iure naturali præcipiuntur, quam hi: neutri tamen obtendere poſſint, legem naturalem vtriſque inditam non eſſe legem Dei,neq; obligare ad culpam, etiam lethalē. Adde, vt in hac Diſputatione explanamus, Dei legem naturalem manifeſtaſſe ſcientia infuſa primis parentibus,quam docerent poſteros: neque, vt omnes tanquam lex Dei obliget,neceſſe eſſet ſin-

A gulis in particulari reuelari, neque id aſſerere Gerſon poterit. Item, vt in hac etiam Diſputatione explanamus, lex naturalis non ſolum à lege Dei æterna deriuatur,ſed etiam præceptum,ratione cuius illa obligat,eſt præceptum legis Dei æternæ,quod nobis per legem naturalem,tanquam per actum externum legi Dei æternæ, & tanquam per legem in cordibus noſtris à Deo ſcriptam, iuxta teſtimonium Pauli ad Rom. 2. nobis intimatur ac innoteſcit: quare lex naturalis lex eſt Dei. Illud quidem darē Gerſoni, ſi per impoſſibile non eſſet Deus, ſolumque à nobis ipſis haberemus lumen naturale intellectus, quo intelligimus,quæ bona ſint facienda,& quæ mala fugienda,vt in officio nos contineremus, virtuteſque conſeruaremus, & in vitia & mala non incide-

B remus,dictamina illa intellectus non haberent tunc rationem legis propriè,quoniam non eſſent alicuius ſuperioris, nec proinde eſſent culpæ & peccata aduerſus Deum: at verò eo ipſo, quòd Dei facturæ ſumus,& quòd agnoſcimus, aut agnoſcere debemus, contraria legi naturali eſſe contra Dei voluntatem, vt omnes homines agnoſcere debēt lumine ipſo naturæ id illos docente,quis dubitet,naturalem legem eſſe Dei legem nobis inditam, tranſgreſſioneſque illius contra Dei eſſe voluntatem, dignoſque tranſgreſſores illius eſſe, qui à Deo omnium rerum moderatore ac domino puniantur, idque ſiue homines ignorent, quas pœnas Deus tranſgreſſoribus paratas habeat, ſiue non? Atque vt exempla aliqua conferamus: quis dubitet, odium Dei, & blaſphemias in

C Deum,quæ contra legem ſunt naturalem, eſse contra legem Dei, dignaſque eſse quæ à Dei maieſtate acerrimè puniantur, eſto lex naturalis non aliter à Deo reueletur tanquam lex ipſius? Quis item dubitet cædes graſsatorum,vt diripiant, direptiones proximorum,adulteria,& alia ſimilia flagitia, in proximos aut in Deum commiſsa, quæ cum lege naturali pugnant,contra Dei eſse voluntatem, digniſſimaq; eſse,quæ à Deo puniantur tanquam flagitia,quæ ad ipſum,tāquam ad vniuerſalem Dominum omniumque rerum moderatorem, punire ſpectat, eſto eadē naturalis lex non aliter ab ipſo hominibus reueletur ac ſeruanda præcipiatur? Certè hęc nullus,qui ea expēdat,negare poteſt,niſi ratione careat. Certè Paulus Apoſtolus ad Rom. 1. & 2. de peccatis idolatriæ

D in Deum cognitum lumine naturali commiſſis, & de cæteris agentibus commiſſis,quatenus ſunt contra legem naturalem ſolo naturali lumine cognitam agens,& eſse contra legem Dei affirmat, & eos qui illa committunt, dignos eſse interitu ac pœna æterna, eoque ſupplicio à Deo eſse puniendos apertiſſimè docet. Ait enim ad Rom. 1. *Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem et iniuſtitiam hominum eorum,qui veritatem Dei*(quam Deus ſcilicet illos naturæ lumine docuit)*in iniuſtitia detinent:quia quod notum eſt Dei,manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabi-*

E *les. Quia cum cognouiſſent Deum,non ſicut Deum glorificauerunt,aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Et mutauerūt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum,& ſerpentium. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum,in immūditiam,&c.* Et commemoratis multis alijs peccatis contra legē naturæ,concludit caput primum,dicēs: *Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent,* id eſt, quid efficere deberēt, vt iuſti eſſent,& vitarent peccata, vtique per legem naturalem ipſis inditam, poſt lumenque naturale intellectus, *non intellexerunt quoniam, qui talia agunt, digni ſunt morte,* (æterna ſcilicet.) Et cap. 2.

Qui-

Quicunque ſine lege(ſcripta ſcilicet à Deo ipſis reuelata, atque adeo contra ſolam legem naturalem) *peccauerunt ſine lege peribunt*(vtique æterno interitu, vt ex antecedentibus & ſequentibus ibi & 3. capite liquet.) Et infra:*Cum Gentes,quę legem non habent*(ipſis reuelatam) *naturaliter, quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex,qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* Lege hac de re Caſtrum 1.de leg.pœn. c. 5. & Nauar.in Comment.ca.fraternitas in fine Conſiliorum, nume.15. Hoc autem obiter hoc loco adnotato, reuertamur ad noſtrum proſequendum intentum.

15 Adueniente autem tempore, quo Deus filium ſuum hominem factum,mundi redemptorem, mittere dignatus eſt, cæpit lex gratiæ. Quæ quidem ſolum continet præcepta legis naturæ,& pauca alia ſu-B pernaturalia, de medijs ſupernaturalibus ad finem ſupernaturalem accommodatis,putà de fide,qualis tempore legis gratiæ reuelata eſt,de ſpe & caritate, de baptiſmo & de alijs ſacramentis,quæ de neceſſitate ſunt præcepti,dato præſertim peccato lethali actuali poſt baptiſmum commiſſo, quod dico propter pœnitentiæ ſacramentum. Quia verò adueniente lege gratiæ, ceſſare debebant eccleſiæ ſynagogæ ac legis naturæ, tranſireque debebant in vnam vniuerſalem eccleſiam in vnicumve ouile legis gratiæ ſub vnico vniuerſali paſtore; eaque vniuerſalis eccleſia longè lateque per orbem diffuſa, plurimas ciuiles reſpublicas, tam liberas quàm plurimorũ principum Chriſtianorum, quæ ſuis ciuilibus legibus vnicuique earum pro loco & tempore accommoda-C tis gubernantur, erat complexura, ſub vno Chriſti vicario, qui ea omnia temporis progreſſu ſtatueret, quæ ad ſpiritualem finem accommodata iudicaret: neceſſe non fuit legem gratiæ plura præcepta iure diuino continere, quàm quæ commemorata ſunt. Lex autem gratiæ nuncupata fuit propter abundantem gratiam,quæ ad illam implendam Chriſti morte ac meritis tempore illius erat fidelibus conferenda,qua non iam in tabulis lapideis,ſed in mentibus & cordibus eorum erant ſcribenda ac imprimenda, iuxta illud ex Ieremia 31.à Paulo ad Hebræos 8.citatum ac relatum:*Ecce dies veniunt dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda Teſtamentum nouum,non ſecundum Teſtamẽtum, quod feci patribus eorum in die,qua apprehendi manum* D *eorum, vt educerem illos de terra Aegypti. Quia hoc eſt Teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos,dicit Dominus. Dabo leges meas*(per Spiritus ſancti præſertim aduentum in die Pentecoſtes)*in mentem eorum,*(illos lumine abundantiſſimo illuminando ac inſtruendo de omnibus)*& in corda eorum ſuperſcribam eas,* (ardentiſſimo caritatis affectu) *& ero eis in Deum,& ipſi erunt mihi in populum.* Eadem quoque lex nuncupata eſt gratiæ, quoniam gratia iam per Chriſtum promerita, atque in tempus, quo per illum eſt iam promerita,lata fuit,atque ad quam implendam longè maior gratia longeque maiora auxilia meritis eiuſdem Chriſti data fuit, quàm vnquam antea ad alias leges implendas fuerit data, E vt in Concordia.quæſt.23.artic.quinto,diſputatione prima, membr. quarto, dictum eſt. Quamuis enim gratia tota, quæ poſt lapſum primorum parentum tempore legis naturæ & ſcriptum hominibus fuit data, Chriſti meritis futuris collata fuerit, qua ratione Chriſtus Apocal.13. agnus ab origine mundi occiſus dicitur,quia ſcilicet mors & merita ipſius ab illo mundi exordio gratiam operata ſunt, ac ſi iam tunc eſſent, & quamuis nulla lex nec naturæ, nec ſcripta, nec noua quo ad præcepta, præceptorumve obſeruationem, iuſtificet, ſine fide Chriſti implicita aut explicita, ac gratia per ipſum collata, vt Paulus in Epiſt. ad Roman. à cap. tertio, multis

A contendit ac probat,hiſque verbis in Concilio Trident.ſeſſ.ſexta,canone 1.definitum eſt; *Si quis dixerit, hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia, poſſe iuſtificari coram Deo, anathema ſit*; quamuis, inquam, hæc ita ſint, meritò tamen lex gratiæ ea ſola nuncupata fuit, quæ tempore gratiæ iam promeritæ, atque in totum gratiæ iam promeritæ tempus, ab ipſomet gratiæ promeritore ac autore Chriſto Ieſu cum tanta plenitudine gratiæ ad illam implendam, atque ad actibus illius gratiæ ac gloriæ augmentum poſt primam iuſtificationem obtentam promerendam, lata fuit. Ea autem lex à Chriſto promulgari cœpit, atque in die Pentecoſtes ſolemniter iterum Ieroſolymis promulgata eſt, & poſtea per Apoſtolos & diſcipulos Chriſti, per alioſque euangelij miniſtros per orbem eſt promulgata. Quando autem plenè iam ita fuerit promulgata, vt non ſolum lex veteris Teſtamenti mortua fuerit, ſed & mortifera deinceps eius obſeruationis manſerit, infra ſuo loco dicetur.

Ex dictis iam facilius intelligetur plurimas diſtingui leges,quæ ita inter ſe ſunt diuerſæ,vt nihilominus omnes aliæ ab vna prima & ſumma deriuentur,& quædam cæterarum vnam ipſarum tanquam partem includant, atque in aliquo inter ſe communicent.

Primo autem loco diſtinguitur lex Dei æterna & 16
incommutabilis in ipſomet Deo exiſtens,qua in primis iudicat, quid ex ipſamet rei natura rectum ſit, quidque turpe & à recta ratione diſſolutum, ſi fiat tum à creaturis mente præditis ſua omnipotentia poſſibilibus, tum etiam ſi ab ipſomet Deo fieret, vt in Concordia quæſt.14.ar.13. Diſputat.31. in prin. §.ratio hæc, & in editione Antuerpienſi Diſputatione 32.quo ad hoc vltimum his verbis à nobis eſt dictum, & ex parte explanatum: *Licèt enim compertiſſimum ſit,Deum, qui ſumma eſt bonitas, nullo modo in ſuis operationibus poſſe deficere, neque alicui alteri, neque propriè ſibimet ipſi,eſſe ſubiectum;in eo eſt lex æterna, quæ eſt ipſemet Deus, quæque ipſi dictat quid rectum ſit ut ab eo fiat, & quid turpe ſi ab eo fieret, ac proinde quid ex eo capite contradictionem implicet ab eo fieri, quod cum ſumma ipſius bonitate pugnet. Atque hac ratione colligimus, Deum nulla ratione per ſe uel per alium poſſe mentiri, nec vlla ratione poſſe præcipere peccata, nec ad actiones, quæ peccati rationem retineant, poſſe mouere ac inclinare, aut illas ſuadere, uel ad eas quemquam prædeſtinare: eo quòd hæc & his ſimilia rectæ rationi,tam humanæ quam diuinæ, & infinitæ bonitati repugnent. Atque id ſonant teſtimonia ſcripturæ, definitiones eccleſiæ, ac dicta ſanctorum Patrum,quæ diſputatione præcedente retulimus.* Hęc ibi. Lege etiam,quę 1.par.q.17.diſputatione vnica, hac de re dicta à nobis ſunt,quæ non parum conducunt ad exactius intelligenda, quæ de hac lege Dei æterna ſubiiciemus.

Deinde eadem lege æterna Deus cunctis rebus prouidet & cuncta gubernat,ratioque dirigendi res omnes in ſuos fines, eiſque ad eoſdem fines prouidendi in Deo exiſtens, ad legem Dei æternam pertinet:quæ determinata per ſuam voluntatem ad res, quas creare ac gubernare ſtatuit illas ad ſuos fines dirigendo, rationem integram prouidentiæ circa eaſdem res ſortitur, cuius actus Dei externus eſt creatio ac gubernatio ipſa rerum exequutioni mandata,vt hæc omnia prima part.quæſt.22.artic.1. diſp.1.explanata ſunt. Eadem vero ratio dirigendi res in ſuos fines,eiſq; ad illos prouidẽdi,in eodem Deo exiſtens non determinata per voluntatẽ vt mandetur exequutioni comparatione rerum, quas creare non ſtatuit,eſt quoq; lex æterna ac prouidentia quà

illis

illis prouidere potuit, nec prouidit actu, quia illas creare actu ac gubernare noluit. Conſentit diuus Thom. 1.2. quæſt. 91. art. 1. vbi ſic ait: *Nihil eſt aliud lex, quàm dictamen practicæ rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam: manifeſtum eſt autem, ſuppoſito quòd mundus diuina prouidentia gubernetur, vt in primo habitum eſt, quòd tota communitas vniuerſi gubernatur ratione diuina: & ideo ipſa ratio gubernationis, in Deo ſicut in principe uniuerſitatis exiſtens, legis habet rationem. Et quia diuina ratio nihil concipit ex tempore, ſed habet æternum conceptum, vt dicitur Prouerb. 8. inde eſt, quòd eiuſmodi legem oportet dicere æternam.*

17 Vt vero hæc melius intelligas, obſerua. Hoc inter artem diuinam & prouidentiam diuinam eſſe diſcrimen. Quod ars eſt cognitio in Deo modi faciendi res ſua omnipotentia poſſibiles, ac proinde eſt in Deo recta ratio factibilium, hoc eſt, modi eas condendi ac fabricandi. Prouidentia vero eſt recta ratio in Deo illas gubernandi ac dirigendi ad ſolos fines, prouidendo illis de mediis ad id commodatis ac neceſſarijs, atque accommodatè ad naturas diuerſas ipſarum leges illis præſcribendo, quas ſeruare debeant, vt vniuerſim & ſingulæ quam accommodatè ſe habeant in ſe & ad fines, ad quos eadem prouidentia ordinantur: quod ad diuinam prudentiam adiectamque agibilium à Deo rationem ſpectat: cũ Deum deceat ſic omnia gubernare ſua diuina prouidentia: vnde diuina prouidentia pars eſt prudentiæ, & ſubinde recta agibilium ratio, vt 1. p. quæſt. 22. ar. 1. diſp. 1. dictum eſt.

18 Obſerua deinde, cum inter res, quæ ſub diuinam cadunt prouidentiam, atque ab eo in ſuos fines ſua lege æterna gubernantur, quædam ſint mente liberoque arbitrio præditæ, quas tunc ad finem naturalem moralis ac ſpeculatiuæ felicitatis, tum etiam ad finem ſupernaturalem ſempiternæ felicitatis promerendum ac obtinendum ordinat per opera virtutum, quæ facere aut non facere, ſed potius ad contraria opera ac peccata deflectere, ab ipſorum arbitrio pendeat, vt ſumus homines & angeli: aliæ verò ſint mente liberoque arbitrio minimè præditæ, quæ in ſuis operationibus ab ipſomet Deo inſtinctibus variiſque alijs viribus ad id illis impreſſis ac condonatis naturæ neceſſitate aguntur, vt ſunt reliquæ omnes creaturæ, & ſumus etiam nos ipſi, quo ad ea, quæ in nobis & à nobis fiunt, nec tamen arbitrio noſtro ſubduntur: cum, inquam, hæc ita ſint, varie leges accommodatè ad ipſarum naturas, & ad modũ, quo ad fines ipſis deſtinatos deuenire debent, libere videlicet per opera virtutum ac propria merita gratia & auxiliis Dei ſuffulta aut non libere, ſed naturaliter diuerſis his ſuis creaturis à Deo lege ſua æterna ſtatuuntur.

Creaturis quidem mente liberoque arbitrio præditis, quo ad finem felicitatis naturalis ac ſupernaturalis, ſtatuuntur leges, quas integrum illis ſit ſeruare, aut non ſeruare ac tranſgredi, vt ita obſeruationes liberę earum legum, moderatorumve Dei, in laudem illis cedant, opera ſint virtutum, ac merita vitæ æternæ, ſi gratia Dei ſuffulta ſint. Eiuſmodi autem leges cum ex æternitate in mente Dei in legeve ſua incommutabili ac æterna ſint, ſua voluntate beneplaciti antecedente ſtatuente ac præcipiente, vt in tempore à ſuis creaturis mente liberoque arbitrio præditis ſeruentur, eas in tempore partim mẽtibus illarum indidit, quo ad ea, quæ iuris ſunt naturalis, vt ab eis ſeruentur, quorumq; obiecta id ita habent ex natura ipſa rei, dum eas mente præditas ad ſui imaginem ac ſimilitudinem condidit, lumenque proinde ſui vultus ea ipſa mente & ratione eis impreſſit, qua id agnoſcere per ſe ipſas poſſent. Neque ſola ea impreſſione ac promulgatione earũ

A legum fuit Deus contentus: ſed dum in ſtatu innocentiæ primos parentes notitia ac ſcientiis omnium naturalium rerum cumulatiſſimè repleuit, eaſdem leges manifeſtius multo eos docuit, eiſque promulgauit, deriuandaſque doctrina ipſorum in ipſorum poſteros ordine quodam reliquit. Atque tempore legis ſcriptæ, eas iterum decalogi præceptis ad ſummam quandam redactas, hominibus legis ſcriptæ promulgauit, ſuoque digito in tabulis lapideis ſcriptas perpetuis temporibus illis reliquit, quas Moyſes etiã in libro Exodi vt Dei leges ac præcepta ſcripſit. Chriſtus item in lege gratiæ ſeruãdas eas docuit ac præcipit.

Aliam vero partem earundem legum, quæ ſupra ius naturale erant, ad iuſque diuinum poſitiuum at-
B tinebant, in quarum cognitionem homines ſolo lumine naturali deuenire non poterant, Deus homines in tempore docuit, eiſque illas promulgauit: tũ primis parẽtibus, qui eas per ſe & per maiores alios eccleſiæ legis naturæ, viroſque iuſtos eius tempeſtatis à Deo peculiariter dilectos ac eruditos, ordine quodam ſuos poſteros Dei eſſe præcepta ad euadẽdum interitum æternum, ſempiternamque felicitatem conſequendam, neceſsario ſeruanda: tum etiã filiis Iſrael tempore legis ſcriptæ angelorum Moyſiſque miniſterio, vt eas deinceps ſynagoga ſcriptas conſeruaret, & per maiores, doctores, ac prophetas eius eccleſiæ populum ſimiliter ordine quodam temporis progreſſu illas docerent: tum deniq; tempore legis gratiæ per Chriſtum & Apoſtolos
C vniuerſali eccleſiæ legis gratiæ ab eo conditæ, ſcripturiſque ſacris noui Teſtamenti ac traditione continentur, per paſtoreſque, doctores, alioſque eccleſiarum rectores de eis Chriſti fides docentur, vt experientia ipſa teſtatur. Vtrum autem ſuprà eſt dictum ac explanatum, eiuſmodi leges de rebus ſupernaturalibus, ad iuſque diuinum poſitiuum attinentes, non eædem fuerunt in eccleſia legis naturæ ante peccatum, & poſt peccatum, in ſynagoga, & in Chriſtiana eccleſia, ſed diuerſæ, longeque plures fuerunt in ſynagoga, quam in eccleſia legis naturæ, & quàm in Chriſtiana eccleſia.

Creaturis verò mente liberoque arbitrio minimè 19
præditis, quin & nobis quo ad opera, quæ noſtro arbitrio ſubdita non ſunt, ſed naturæ neceſſitate à no-
D bis emanant, totoque huic vniuerſo corporeo, ſua etiam æterna ac incommutabili lege peculiares præſcripſit leges libera ſua voluntate, quo ad exequutionem in tempore determinatas, quibus naturæ neceſſitate ad ſuos particulares fines & ad finem totius vniuerſali ordinantur, diriguntur, ac gubernantur: quæ proinde leges in Deo, ita libera ſua voluntate quo ad exequutionem determinatæ, rationem habent prouidentię circa eaſdem res, ac circa totum hoc corporeum vniuerſum. Eiuſmodi autem leges quaſi partes quædam ſunt totius atque integræ legis Dei incommutabilis ac æternæ, qua cuncta gubernat, quaque ea, quæ creare non ſtatuit, gubernare poteſt.

E Vires item, inſtinctus, & alia, quibus ea, quæ na- 20
turæ neceſſitate aguntur, totumque hoc corporeum vniuerſum, Deus mirè ſua prouidentia ordinat, dirigit, ac producit ad fines particulares ſingulorum, totiuſque vniuerſalis, leges quoque ad id à Deo illis ſtatutæ dicuntur. Tum quia à particularibus æternis Dei circa eas creaturas legibus quo ad id emanant, mediaque ſunt eiſdem æternis legibus illis adhibita, vt ſuas actiones eo modo efficiant, quo illas exercent, fineſque earundem creaturarum ac totius vniuerſi ſequantur. Tum etiam quoniam ſicut res libero arbitrio præditas, legibus particularibus ipſis inditis, aut eis propoſitis, à legibuſque æternis deriuatis, dirigit ad ſuos earum felicitatis natu-

ralis ac ſupernaturalis fines, ipſiſmet rebus libero arbitrio præditis liberum relinquens, vt eas leges ſeruent aut non ſeruent, & vt eas ſeruando ad eos fines deueniant, vel illas non ſeruando ab eiſdem finibus deflectunt: ita eiuſmodi viribus, inſtinctibus, & alijs circa hoc corporeum vniuerſum diſpoſitis, quaſi leges quaſdam particulares, à ſempiterna ſua lege deriuatas, rebus libero arbitrio minimè præditis ſtatuit, quas, naturæ neceſſitate agendo ſequerentur, quibuſque ad fines ipſis proprios ordinatiſſimè deuenirent, finiſque totius corporei vniuerſi ſequeretur.

Hac ratione Paulus ad Rom. 7. vires appetentes ſentiẽtes, communes nobiſcum animalibus ratione non præditis, legem appellauit in noſtris membris exiſtentem, quæ à Deo eſt, ad bonumque ac finẽ partis ſentientis proprium inclinat. Atque eatenus non lex mala, ſed bona eſt, perinde atque reliquæ naturales vires ac leges, quæ ad peculiares actiones ac fines ad quos à natura ordinantur, inclinant, malæ non ſunt, ſed bonæ.

Quia tamen, quod bonum eſt in ſe, & ad bonum finem particularem alicuius ordinatum, redundare poteſt in malum & detrimentum alterius, vt vires & appetitus leonis aut lupi, ipſis à Deo ad ipſorum bonum ac conſeruationem inditi ac conceſſi, in malum redundant aliorum animalium, quibus leo ac lupus veſcuntur ac ſuſtentantur, quique à leonibus & lupis vita priuantur, doloribuſque afficiuntur, vt eorum carnibus ac ſanguine paſcantur ac nutriantur: inde effectum eſt, vt cum homo duplici parte cõſtet, mente ſcilicet ac libero arbitrio, ſibi cum angelis cõmuni, quo ad imaginem ac ſimilitudinem Dei eſt cõditus, capaxque eſt virtutis, meriti, ac naturalis & ſupernaturalis felicitatis, quas gratia à Deo adiutus aſſequatur, & conſtet etiam parte ſententiæ, ſibi cum beſtijs communi, quæ dum ad ſuum bonum ac finẽ proprium naturaliter vehementiſſimè inclinat, ſuppoſitum humanum, in quo reſidet, mentemque ſeu arbitrium liberum ſolicitat, & quam ſæpiſſime vincit ac pertrahit ad malum rationis & ad peccata: inde, inquam, effectum eſt, vt eadem lex partis ſentientis in noſtris membris habitans, quæ in ſe, quatenus lex partis ſentientis eſt, mala non eſt, malum rationis ac lex peccati à Paulo ibidem merito nuncupetur.

Tum quod ad lethalia peccata mentem ac arbitrium liberum in permultis quàm ſæpiſſime pertrahat ac perducat, atque in omnibus, intra Dominam noſtram, etiam ſanctiſſimis quibuſque, qui totis viribus Deo ſeruire ac placere ſtudent, ad venialia ſaltem pertrahat ac perducat: qua de cauſa Paulus ibidem dixit: *Non, quod volo bonum, hoc ago, ſed odi malũ illud facio*, victus ſcilicet ac ſuperatus ab ea lege peccati. Et infrà. *Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio*. Atque infrà. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati, quæ eſt in membris meis.* Tum etiam quoniam, cum Deus in innocentiæ ſtatu eandem legem dono iuſtitiæ originalis alligaſſet ac coercuiſſet, vt nullum motum aduerſus rationem legem vementis ac Dei habere poſſet, vtique, quod ad peccata tam vehementer ſolicitet ac pertrahat, effectus eſt originalis peccati, quo Adamus ſibi & poſteris iuſtitiam originalem amiſit, eaque de cauſa lex peccati, tanquam effectus eius peccati, appellata etiam eſt, quaſi quæ ab originis peccato tanquam eius effectus emanauerit, pertrahatque ac perducat ad quam plurima alia peccata, tum venialia, tum etiam lethalia.

Illa eadem ratione vires, quas in ipſa mundi conſtitutione Deus in aſtris conſtituit ad pluuiam ſtatutis temporibus ac locis generandum, ordinemque

A totum, quem in hoc vniuerſo ad id Deus conſtituit, lex pluuiæ Iob 28. his verbis nuncupatur: *Quando ponebat pluuijs legem, & uiam procellis ſonantibus*. Et Prouerb. 8. vallum, quod Deus mari poſuit, dum eleuans ſuper aquas quibuſdam ex partibus terram, aquaſque confluere faciens in ciuitates inter partes terræ eleuatas remanentes, legem eis aquis poſitam, ne eos fines tranſirent, ſapientia Dei genita, quæ ibi loquitur, appellat ſic dicens: *Quando præparabat cælos, aderam. Quando circumdabat mari terminum ſuũ, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos*. Idem ſignificant verba illa Dei Iob. 38. *Quis concludit oſtijs mare? Circumdedi illud terminis meis, & poſui uectem & oſtia. Et dixi: Vſque huc uenies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos*.

B Porro eiuſmodi vires ac media, à particularibus legibus Dei æternis deriuata, quibus creaturas mente minimè præditas Deus in earum fines diriget, & per quas eaſdem ſuas leges quo ad id æternas exequutioni mandat, non per proprietatem, ſed per metaphoram ac ſimilitudinem leges dicuntur, rationibus ſuprà explicatis, id quod Diuus Thomas 1. 2. quæſtione 90. art. 1. ad 1. etiam docet: cum tamen leges creaturis libero præditis arbitrio à Deo inditæ aut aliter illis traditæ ac promulgatæ, quas in ſuis operibus liberis ſequi teneantur, propriiſſimè legum, à ſempiterna Dei lege deriuatarum, rationem habeant.

Illud vero eſt obſeruandum, quamuis Deus particularibus ſuis legibus æternis circa creaturas libero arbitrio minimè præditas, viribuſque inſtinctas
C ac alijs mediis ex eiſdem exterius legibus ad id deriuatis, neceſſitate naturæ illas agat ac dirigat ad ipſarum fines proprios, non tamen omnes ad illos ſemper peruenire, ſed interdum ex concurſu aliarum cauſarum quaſdam earum illis fruſtrari, & ſequi monſtra ac defectus aliquos illarum, id ita poſtulante ordine ac conſtitutione totius vniuerſi, qui vniuerſali lege Dei æterna conſtitutus eſt, quam legem vniuerſalem Deus ipſe in fabricando toto vniuerſo, atque in illis monſtris & defectibus ex concurſu aliarum cauſarum permittendis, ſequutus eſt. Eiuſmodi autem monſtra, & defectus particularium cauſarum naturalium, quo ad ſuos actus & effectus, peccata quidem ſunt naturalia earundem
D cauſarum contra particulares leges Dei æternas illis in operando à Deo præſcriptas: ſunt vero eiuſmodi peccata in ipſiſmet cauſis quo ad actiones & effectus earum, non vero in legibus Dei æternis, à quibus eis peccatis deuiant: ſicut & moralia peccata, quibus creaturæ mente præditæ pro ſua libertate contra particulares leges Dei æternas, ipſis in operando à Deo præſcriptas, peccant, peccata ſunt in ipſiſmet creaturis quo ad ipſorum actus liberos, aut amiſſiones eorum, quibus à legibus Dei æternis deuiant, non vero ſunt in ipſis legibus.

Quamuis autẽ naturalia & moralia peccata ſint contra leges particulares Dei æternas creaturis libe-
E ris ac etiam non liberis in operando præſcriptas: nõ tamen ſunt contra legem Dei æternam, quam in eiſdem particularibus legibus ſuis creaturis præſcribẽdis, in conſtituendo toto vniuerſi ordine, atq; in permittẽdis, tam naturalibus quam moralibus peccatis ad fines alios altiores, ipſum ſeruare decet. Quo fit, vt ea, quæ peccata ſunt naturalia aut moralia creaturarum, non ſint peccata Dei, quoniam non ſunt deuiationes à lege æterna, quã ipſum ſeruare decet, ſed ſunt deuiationes à particularib. legibus Dei ęternis, quas in operando ſuis creaturis ſeruãdas pręſcripſit, vt hæc omnia 1. p. q. 17. Diſp. vnica dilucidè à nobis explanata atque ex ſuis principiis deducta ſunt. Ex hactenus dictis facilè intelliges, ſicut oĩa vniuerſim

diuinæ

diuinæ prouidentiæ ſubduntur, quia dum vnum diuinæ prouidentiæ ordinem egrediuntur, in aliud eiuſdem diuinæ prouidentiæ relabuntur, vt prima part. quæſt. 22. artic. ſecundo, & ſequentibus oſtenſum eſt: ita omnia ſubijci æternæ & incommutabili legi Dei: quia dum à quibuſdam partibus eius legis æternæ Deo id ad congruos fines permittente deueniant, alijs partibus eiuſdem legibus, quibus ad eos alios fines permittuntur ac ordinantur, ſubijciuntur.

De lege æterna & incommutabili hactenus explicata ſermo eſt Auguſtino 1. de liber. arb. ca. 5. 6. 14. 15. & 16. De eadem lege ſermo illi etiam eſt in lib. de vera religione. c. 31. Tametſi latius ibi ſumere illum videatur, vt ſcilicet etiam artem ſapientiamque totam diuinam continet ac comprehendit. De eadem lege Dei æterna loquutus videtur eſſe Tullius 2. de leg. dum dixit: *Hanc video ſapientiſſimorum eſſe ſententiam legem neque hominum ingenijs excogitatã, neque ſcitum aliquod eſſe populorum; ſed æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret, imperandi prohibendique ſapientia. Ita principem legem illam, & vltimam, mentem eſſe dicebant, omnia ratione aut cogitantis aut vetantis Dei, ex qua illa lex,* (inde ſcilicet deriuata, hominumque mentibus impreſſa, ex qua vlterius humanas leges excogitarunt) *quam Dei humano generi dederunt, rectè eſt laudata.*

Inter varias leges, quæ ſuprà ex illucuſque dictis facilè diſtingui poſſe diximus, primo loco hucuſque diſtinximus legem Dei æternam ac incommutabilem, ex qua cæteræ deriuantur.

21 Secundo autem loco diſtinguitur lex naturalis, ad finem naturalem humanæ felicitatis moralis ac ſpeculatiuæ ordinata. Quid autem ea ſit, à legeque Dei æterna deriuari, atque de iure diuino naturali eam eſſe, ſatis ex ſupra dictis patet.

Tertio vero loco diſtinguitur lex ſtatus innocentiæ, quæ naturalem legem comprehendebat, quatenus finis naturalis felicitatis moralis ſubordinatus eſt fini ſupernaturali ſempiternę felicitatis, ad quem homines fuerunt conditi, mediaque ad eum naturalem finem neceſſaria quoque in adultis ſunt ad finem ſupernaturalem. Comprehendebat item ſupernaturalem legem præceptorum fidei, ſpei, & caritatis, atque præceptum illud, ne homines illius ſtatus de ligno ſcientiæ boni & mali comederent. Ea autem tota lex ab æterna & incommutabili lege Dei deriuata eſt: vt hæc omnia ex hactenus dictis conſtat. Eſt vero hoc diſcrimen inter tria illa præcepta fidei, ſpei, & caritatis, & illud aliud de nõ edendo de ligno ſcientiæ boni & mali.

Quòd tria illa præcepta quamuis ſupernaturalia ſint, eo tamen ipſo, quòd myſteria fidei à Deo reuelantur, hominique reuelatur, ipſum ad finem eſſe conditum ſupernaturalem, eumque finem in præmium eſſe illi propoſitum per media & actus ſupernaturalia, ad quos ſupernaturales actus Deus paratus ſit ea ex ſua parte præſtare, quæ ad illos eliciendos neceſſaria ſunt, ſanè lumen ipſum naturæ præſcribit ac docet, hominem teneri Deo myſteria fidei reuelanti credere, ipſum ſupernaturaliter diligere, in eumque ſperare: neque leges illæ alia promulgatione egent. Illud vero aliud præceptum de non edendo de ligno ſcientiæ boni & mali, Dei erat pręceptum merè poſitiuum.

Quarto loco diſtinguitur lex ſtatus naturæ poſt peccatum: quæ ob eandem rationem legem etiam naturalem comprehendebat, & addebat eadem pręcepta fidei, ſpei, & caritatis ſupernaturalia: tametſi fidei præceptum quo ad aliqua credenda, de nouo tunc reuelata circa mediatorem, & notitiam peccati originis, remedijque contra illud, aliquantulum variatum. In his enim tribus præceptis, variato ex par-

A te quo ad credenda præcepto fidei, communicant lex ſtatus innocentiæ, lex ſtatus naturæ humanę poſt peccatum, lex ſcripta, & lex gratiæ. Addebat item ea lex præcepta adhibendi remedium contra peccatum originis, & præceptum contritionis, quo ad eos, qui peccata lethalia actualia incurrerent. Quæ præcepta, habita notitia peccati originis & remedij contra illud, atque habita notitia per reuelationem, quòd id erat remedium neceſſarium ad reſurgendum à peccatis lethalibus actualibus, atque ad redintegrandam amicitiam cum Deo, ad euadendumque ſempiternum interitum, æternamque felicitatem obtinendam, ex natura ipſa rei conſurgebant, lumenque ipſum naturę illa docebat, vt de pręceptis fidei, ſpei, & caritatis dictum explanatumque
B eſt. Hanc vero legem totam ſtatus naturæ humanæ poſt peccatum, quæ tota diuina eſt, à Dei æterna & incommutabili lege eſſe deriuatam, ex ſuprà dictis etiam liquet.

Quinto loco diſtinguitur & ſexto loco lex gratię, continentes vltra legem naturæ præcepta eius ſuper naturalis ac diuini poſitiui, quæ ſupra eas continere fuit explicatum, atque ab æterna & incommutabili Dei lege deriuatæ, vt ex ſupra dictis eſt ſatis manifeſtum.

Septimo autem loco diſtinguitur lex humana, 22
quæ in genere duplex eſt. Ciuilis vna, ſupremorum principum rerumpublicarum, rerumve ipſarum publicarum quo ad eos, quibus poteſtas condendi leges iuxta varia regimina earundem rerumpublica-
C rum ab ipſiſmet rebus publicis conceſſa eſt. Atque eiuſmodi lex iure cæſareo & particularibus diuerſarum rerumpublicarum ſecularium continetur. In vnaquaque vero earum eſt intelligendum, quod & quale ius illius ſit, & quouſque ius cæſareum in ea amittat, vel non amittat. Eiuſmodi autem ciuilis lex magna ex parte continere ſolet ius naturæ, præſertim quo ad præcepta illius prohibitiua ſeu negatiua externos actus contra eadem præcepta prohibendo ac puniendo, vt furta, adulteria, homicidia, iniurias alias corporis, honoriſque ac famæ, & ſimilia alia, quæ rempublicam ſecularem perturbant aut fœdant, interdumque attentationes etiam horum delictorum prohibendo ac puniendo.

D Multa etiam alia iura & leges addit integra ciuilis lex cuiuſque reipublicæ circa pœnas delictorum in particulari, & circa plurima alia, quæ ad ius merum poſitiuum ac humanum cuiuſque reipublicæ ſpectant, vt experientia in earum vnaquaque teſtatur. Dixi, eiuſmodi integram ciuilem legem cuiuſque reipublicæ magna ex parte ſolere continere ius naturæ: quoniam aliqua, quæ contra ius ſunt naturæ, nec prohibet, nec punit, ſed permittit ac impunita relinquit, Deo iudicium ac pœnam illorum relinquens: quoniam neq; multum fœdant ac perturbant rempublicam ſecularem, neque facilè cohiberi ac puniri poſſent in tanta & tam fragili hominum multitudine, atque ad vitanda maiora mala, aut aliqua
E alia iuſta de cauſa. Sic fornicationem ſimplicẽ leges ciuiles maxima ex parte nõ puniunt, quin ad maiora mala vitanda, publica lupanaria permittunt. Sic etiam cęſareũ ius, & regulariter ciuilia alia iura particularium regnorum, non puniunt, ſed permittunt mariti homicidium, quo propriam vxorem, & adulterantem cum illa interficit in adulterio deprehenſos. Et quædam alia contra ius naturale non puniũt iuſtis de cauſis adductæ. Addidi, præſertim quo ad præcepta iuris naturalis prohibitiua ſeu negatiua, externos actus contra eadem præcepta prohibendo ac puniendo: quoniam punire internos actus nõ ad rempublicam ſecularem, ſed ad Deum, qui illorum eſt agnitor, pertinet: neque actus interni ita reipu-

blicæ ſeculari nocent,vt eos punire debeat, hominũ præſertim multitudine ac fragilitate attenta. Sed neque attentationes ſolas externas, quæ ad actus eorũ delictorum exterius conſummatos non perueniunt, ſolet punire, niſi in aliquibus grauioribus delictis, neque in illis eas punire ſolet pœna ordinaria eorum delictorum, ſed extraordinaria, exceptis aliquibus euentibus,vt hæc omnia, quæ de actibus internis & attentationibus externis dicta ſunt tractatu tertio, diſtinct. 24. à nobis ſunt copioſè explicata ac comprobata.

Actus verò externi cõtra pręcepta iuris naturalis negatiua ſeu prohibitiua eſſe ſolent, qui plus fœdare ac perturbare ſecularem rempublicam ſolent. Cum eis autem computa,qui contrarij ſunt præceptis affirmatiuis, & non ſolum priuatiue, tanquam omiſſiones actuum eorum præceptorum, illis opponuntur, vt ſunt actus fidei catholicæ, diuinoque cultui contrarij, vt hæreſum, veneficorum, lamiarum, & his ſimiles, & qui contra pietatem ſunt parentum, & illos inhonorando,aut manus violentas in eos inijciendo.

Altera verò pars legis humanæ eſt ius canonicum à ſummis Pontificibus Chriſti autoritate reipublicę eccleſiaſticæ ad finem ſpirituale ac ſupernaturale latum. Licèt autem multa conciliorum prouincialium & ſanctorum Patrum contineat, non tamen illa rationem legum ſimpliciter comparatione totius corporis eccleſiæ habent,niſi quatenus autoritate ſũmorum Pontificum corpori eccleſiæ vt leges ſeruãdæ ſunt propoſitæ.

Eiuſmodi quoque leges omnes humanæ, tam eccleſiaſticæ quam ciuiles, ſi non iniquæ, (tunc enim rationem legis nec mererentur nec haberent) ſed rationabiles ſint,quin & præcepta omnia, non iniqua & irrationabilia, à legitimis ſuperioribus quibuſcunque ſuis inferioribus lata, à lege Dei incommutabili & æterna deſcendunt ac deriuantur. Tum quod ratio & lumen, quo ſtatuuntur ac præcipiuntur, à Deo per legem æternam ad regimen mortalium,quos per eas medias poteſtates regit & ad ſuos fines dirigit, emanauit, deriuatumque eſt, ad idque inter alios fines eſt à Deo hominibus collatum.

Tum etiam,fuit quoniam eæ omnes legitimæ poteſtates, per quas Deus ad ſpiritualem & ſupernaturalem finem, atque ad naturales fines æconomicos ac politicos ſupernaturali ſubordinatos,mortales dirigit, (tametſi quædam earum ab hominibus ad ita gubernandum eligantur ac conſtituantur) omnes à Deo ſunt, locoque Dei, in ſuo ordine & gradu earum vnaquæque ſubditis ſuis præcepta, aut etiam leges imponit,atque dum à ſubditis illa implentur, illiſque quo ad ea ab eis obeditur, Deo ipſi obeditur, vt ex Paulo ad Rom. 13. & ex multis aliis ſcripturæ teſtimonijs tractatu 2. Diſput. 27. copioſè ac dilucide oſtendimus, qua de cauſa hoc loco id fuſius non explicamus. Atque in eo ſenſu Prouerb. 8. Sapientia Dei æterna ait, *Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me Principes imperant & potẽtes decernunt iuſtitiam.* Tum denique quoniam quãuis præcepta & leges omnium eiuſmodi poteſtatum de iure ſint humano,quod tamen eis pareatur, dum lata ſunt ac vim habent,ſanè de iure eſt diuino,eoq; naturali,vt Diſputat. 27. citata dilucidè ex ſuis principiis deductum ac comprobatum à nobis fuit. Quare æterna lege Dei, atque etiam naturali mortalibus indita, eiuſmodi omnia præcepta ac legis ſeruari à Deo præcipiuntur,tanquam quæ ab æterna ipſius lege modis explicatis deriuentur,per poteſtatemq; ab ipſo deriuatam nomineque, ac loco ipſius præcipiantur.

Sunt verò nonnulla hoc loco obſeruanda. Primũ 23
eſt: Sicut ſcientia duobus modis ſumitur: vno, pro aſſenſu & habitu cuiuſque concluſionis: altero verò pro collectione aſſenſuum ac habituum multarum concluſionum ad vnum totale obiectum attinentiũ, quod eundem gradum abſtractionis à materia ſenſibili habet,aut quod ab ea non abſtrahit: vel in ſcientiis moralibus pro collectione aſſenſuum ac habitu multarum concluſionum ad eandem finẽ boni moralis attinentium, putà felicitatis cuiuſq; moralis ac virtutum,quæ ad eam ſpectant, boni ac finis æconomici,aut boni ac finis politici,quo pacto Ethica, ęconomica, & politica ſcientia inter ſe diſtinguuntur: ſic lex duobus modis ſumitur. Vno, pro quacunque ſingulari lege lata ab eo,qui ad id poteſtatem habet, iuxta ea quæ ſuprà explicata ſunt. Altero vero modo,pro collectione multarum legum, quæ ad vnum finem ordinantur,vel naturalem felicitatis naturalis cuiuſque; quo pacto lex naturalis ab aliis diſtinguitur,vel ſupernaturalem ſempiternæ felicitatis cuiuſque, quo pacto pro diuerſis ſtatibus naturæ humanæ,diuerſiſque mediis ſupernaturalibus,quibus diuina prouidentia diuerſis temporibus ad eum finem ſupernaturalem perducitur,diuerſæ leges diſtinguũtur,nempe lex lata naturæ humanæ in ſtatu innocẽtiæ, lex lata eidem naturæ humanæ corruptæ iã per peccatum ante legem ſcriptam; lex ſcripta qua ſimul prænunciata,figurata,ac præparata ſunt,quę futura erant tempore legis gratiæ,& lex gratiæ. Atq; cum finis ſupernaturalis finem naturalẽ ſupponat, tanquam ipſi ſubordinatum, & ad ipſum neceſſarium,ſingulæ harum legum naturalem quoq; legem includunt, vt ſuprà explanatum eſt. Diſtinguitur quoque lex humana,quæ, vt dictum eſt, duplex eſt. Vna ad finem bonumque politicum humani conuictus ordinata,ciuiliſq; nuncupatur.

Altera vero ad finem ſpiritualem, ad meliuſque eccleſiæ regimen ac bonum ordinata,quæ canonica dicitur. Super has vero omnes eſt lex Dei ęterna, à qua cæteræ deriuantur,& quæ non ad finem ordinatur,cum ſit ipſemet Deus rerum omnium ſupremus ac vltimus finis,ſed quæ cætera omnia ad ſuos fines ordinat ac dirigit. Quare non eſt de ratione legis,ꝙ ad finem ordinetur,ſed id ſolum competit à legibus à ſempiterna lege deriuatis,quæ ad fines,ad quos feruntur,ordinantur. Sumpta ergo lege nõ priori modo,pro ſingulari ac indiuidua lege,ſed poſteriori,vt vna lex dicitur collectio multarum, quæ ad eundem finem pro aliquo ſtatu ordinantur, vel quæ cuncta ad ſuos fines ordinat ac dirigit, vt incommutabilis lex Dei æterna diſtincta à nobis fuit in ſeptem aut octo leges paulo antea explanatas. Porro lex Dei æterna,à qua cæteræ deriuantur, & quæ ad longè plura ſe extendit, quam cæteræ omnes ſimul ſumptæ, vna eſt,tum quia, ob diuinam ſimplicitatem ac illibatam perfectionem,eſt vnius ſimpliciſſimus actus: tum etiam quoniam eſt vnius legiſlatoris ac ſupremi & vniuerſalis domini, comparatione omnium vniuerſim creaturarum, tum denique quoniam per ea ordinat omnia ad fines particulares cuiuſque ipſorum,tam naturales quam ſupernaturales,& ſimul ad ſe tanquam ad vnicum vltimum finem, ad oſtenſionemque ſuæ infinitæ bonitatis,ſapientiæ, ac cæterorum ſuorum attributorum.

Secundum eſt. Si conſtitutio preſsè ſumatur,con 24
ſtitutionem eſſe idem,quod lex. Vnde Iſidorus. 5. lib. Etym. cap. 13. & habetur. ca. conſtitutio, diſt. 2. *Conſtitutio,inquit, uel edictum eſt,quod Rex uel Imperator conſtituit uel edicit.* Intellige vniuerſim,& non cum præfinitione temporis alicuius,iuxta ea quæ ſuprà de lege, vt à mandato preſsè ſumpto diſtinguitur, dicta ſunt. Intellige item, vel ab alio ſupremo principe. Atque Iſidorus ibidem conſtitutione ſola

humana

humana videtur loquutus, eaque ciuili ſupremorum principum, vt diſtinguitur ab alijs iuribus, vt conſtat ex alijs capitibus antecedentibus & ſequentibus in eadem. 2. diſtinctione, quæ ex eodem Iſidoro ſunt etiam deſumpta. Latius autem ſumi conſtitutionem pro quacunque lege, innuit apertè idem Iſidorus eodem. 5. lib. cap. 10. & habetur. ca. 1. diſt. 2. dum ait: *Lex eſt conſtitutio populi, qua maiores ſimul cum plebeis aliquid ſanxerunt*. Atque ſermo ibi eſt de lege, qualis à Romano populo ante Imperatores cõdi conſueuerat. Quicquid autem ſit de mente Iſidori eis in locis, conſtitutio, iuxta Panormit. in Rubr. de conſtitutionib. num. 1. quod lex, maximè humana à nobis hactenus explicata, ſiue ciuilis ea ſit ſiue eccleſiaſtica, quæ a ſolo ſupremo principe, aut à republica quoad eos, quibus id ipſa commiſit, lata eſt, iuxta ea quæ ſuprà in principio huius diſputationis explicata ſunt. Altero vero modo latè, prout ſtatuta prælatorum, ſummo Pontifice inferiorum, legatorum ſummi Pontificis conſiliorum prouincialium, regiminum particularium populorum, prout eis à republica, cuius ſunt partes, aut à ſupremo eis reipublicæ principe, fuerit permiſſum, conſtitutiones etiam dicuntur ſuos obligantes ſubditos. Atque de vtriſque conſtitutionibus eccleſiaſticis rectè Panormitanus numero primo, citato ait, ſermonem eſſe in eo titulo de conſtitutionibus in decretalibus, ſiue plus contineat nigrum, quàm rubrum eius tituli, hoc eſt, ſiue plus contineat textus, quàm ſcriptio eius tituli, quaſi titulus ſolum ſit de conſtitutionibus ſummi Pontificis: ſiue plus non contineat vnum, quàm alterum, ſed titulus ſit de conſtitutionibus latè, tam videlicet ſummi Pontificis, quàm inferiorum ſub eo poteſtatum. Dicta autem eſt conſtitutio, à con, id eſt ſimul, & ſtatuo, quaſi ſtatutum de conſilio aut conſenſu multorum lata. Interdum vero conſtitutiones, ſeu ſtatuta lata ab inferioribus à principe, leges etiam particulares populorum, cõmunitatum, aut poteſtatum principe ſupremo inferiorum dicuntur, tametſi raro, ſumptoque legis vocabulo latius, quàm à nobis ſit ſumptum, & quàm communiter ſumatur.

25 Tertium eſt. Modeſtinum. l. legis virtus. ff. de leg. 16. ſic dicere: *Legis virtus hæc eſt, imperare, vetare, permittere, punire.* Hæc vero quatuor non competunt legi in priori acceptione paragrapho præcedenti explicatæ; quia nulli ſingulari ac indiuiduæ legi illa quatuor competunt; ſed competunt legi in poſteriori acceptione ibi explicatæ, prout lex dicitur collectio multarum legum ad eundem finem ordinatarum: legi enim ita ſumptæ, quoad diuerſas ſingulares ac indiuiduas leges, quas continet, competunt illa quatuor, vimve habet præcipiendi, vetandi, permittendi, ac puniendi, diuerſis ſingularibus legibus. Tametſi vna lex, præcipiendo aut vetando aliquid ſub certa pœna, habere ſimul poſſit vim præcipiendi ac puniendi, vel vetandi: ſed tunc ea lex duas quaſi partes habet, quarum vna præcipit aut vetat: altera vero pœnam tranſgreſſoribus ſtatuit, eamque ita ſtatuendo punit. Præcipere autem interdum ſumitur latè, pro eo, quod eſt præceptum ferre ſiue affirmatiuum, ſiue negatiuum, quo pacto ſub ſe comprehendit vetare, hoc eſt, præcipere ne aliud fiat: interdum vero ſumitur preſsè, vt à vetare diſtinguitur, nempe vt eſt aliquid fieri præcipere, quo pacto ſolum ſe extendit ad præcepta affirmatiua.

Atque hoc poſteriori modo ſumpſit Modeſtinus præcipere in ea lege. Porrò lex non ſolum vetat, quę mala in ſe ſunt, quod naturali legi conuenit; ſed etiam vetãdo, efficit interdum id malum, ſi fiat, quod ſecluſa ea prohibitione malũ in ſe non erat: id quod poſitiua humana lex habet. Sicut è contrario non ſolum lex præcipit, quod in ſe bonum eſt neceſſarium vt fiat ad vitandam culpam, quod ſimiliter naturali legi competit; ſed etiam præcipit, quod, ſecluſo eo præcepto, non erat bonum neceſſarium vt fieret: id quod ſimiliter poſitiuæ humanæ legi conuenit, vt hæc omnia tractatu 1. Diſputat. 4. explanata ſunt.

Permittunt vero interdum leges nonnulla ex rationabili aliqua cauſa, quæ, cum mala in ſe cõtra ius naturæ ſint, ipſæ tamen nec ea prohibent nec puniunt, nec punire aut etiam impedire publicis poteſtatibus ſeu reipublicæ ſinunt. Sicut lupanaria publica, & fornicationes in eis, iura ciuilia & canonica permittunt, ad maiora mala vitanda, & quia impoſſibile eſt homines, attenta eorum multitudine & fragilitate, ab omni omnino fornicatione cohibere. Vnde nefas eſt poteſtatibus publicis lupanaria aut fornicationes in illis punire, aut impedire exiſtentibus eis legibus earum permiſſiuis: quin & iura ciuilia actionem meretricibus publicis concedunt ad pretium ipſis debitum pro actu fornicario cum ipſis iam habito. 26

Similiter Cæſareæ leges, & huius regni, ac Luſitani, marito permittunt interficere impunè vxorem ſuam & adulterantem cum illa in adulterio ab ipſomet deprehenſos, vt tractatu tertio, Diſput. 7. & 89. dictum eſt, idque propter rationes Diſputat. 7. citata traditas. Lex quoque vetus Deuteron. 24. permittebat maritis vxores dimittere dato illis libello repudij, ne ex illarum retentione maiora mala in carnali illo populo ſequerentur: quod ob duritiam cordis eorum ait Chriſtus Matth. 19. & Marci 10. Moyſem illis permiſiſſe: & multi intelligunt, alibique eſt diſputandum, non quaſi licitum id tunc effectum lege illa eſſet, ſed permiſſum ad vitanda maiora mala. Id vero Chriſtus locis citatis & Lucæ 16. prohibet, dicens à principio non fuiſſe ſic. Quando autem iura ſimiles res ita permittunt, quamuis ea ex parte, qua id impunè permittunt, nec præceptorum nec ſubinde legum propriè rationem habeant comparatione eorum, quibus id ita permittunt, quoniam nihil illis facere aut non facere præcipiant, cum tamen de ratione præcepti ac legis ſit aliquid præcipere facere aut prohibere, comparatione tamen publicarum poteſtatum rationem habent præceptorum ac legum, quatenus eis præcipiunt ea nec punire nec impedire.

Quo ad illam vero aliam quartam vim legis, hoc eſt punire, pœnas pro delictis ſtatuendo, eaſque infligi præcipiendo, eſt obſeruandum, leges ciuiles pænales, quatenus pœnas ſtatuunt, eaſque delinquentibus infligi præcipiunt, non habere rationem præceptorum ac legum propriè loquendo comparatione malefactorum, quibus infligi præcipiuntur, ſed comparatione poteſtatum, quibus eas malefactoribus infligere præcipiunt.

Vtrum autem inter vires legis connumerandum 27 etiam ſit præmia aliquid efficientibus proponere, quod interdum leges efficiunt, tametſi longè rarius, quàm pœnas malefactoribus ſtatuere ac decernere. Credo affirmanter eſſe reſpondendum. Modeſtinus vero licèt illa quatuor aſſeruerit eſſe virtutes legis, non tamen negauit ad alia legum vires ſe etiam extendere.

Dici quoque poteſt, ex vi ad puniendum reliquiſſe intelligendam vim ſimul, ad præmiandum: cum ad quem pertinet pœnas pro delictis ſtatuere ac pręcipere, pertineat quoque ſtatuere ac præcipere præmia tribui in aliquibus euentibus, quando id expedit vt ita præcipiatur. Ad hanc Modeſtini legem, quæ de pœna & non de præmio meminit, attendens Rex Alfonſus. l. 3. titulo primo, par. prima, ſtatuens bonos prœmijs eſſe afficiendos ſubiunxit.

E nos el Rey don Alonſo viendo que en los otros libros: que llaman de derecho, dan eſcarmiento por los males que fazen, è no merecimiento por los bienes, por eſſo tuuimos que era razon de mandar poner en eſte libro tambiẽ gualardon, como eſcarmiento. Ibidem tamen Gregor. Lopez gloſſa vltima multa iura communia citat, in quibus præmia ſunt ſtatuta, iuxta ea, quæ proximè dicta à nobis ſunt. Leges autem quæ præmijs afficere pro aliquibus rebus bene geſtis præcipiunt, rationem pręceptorum ac legum propriè non habent cõparatione eorum, quibus ea præmia proponuntur, ſed eorum comparatione, qui eis præcipiuntur præmijs alios in eis euentibus afficere, vt de pęnalib. legibus dictum ſimiliter eſt. Lex. 5. tit. 1. par. 1. plures virtutes legis commemorat. Eam legito.

Iſidorus. 4. Etym. cap. 19. contrarius non eſt Modeſtino, dum ſic dixit: *Omnis lex aut permittit aliquid, vt vir fortis præmium petat: aut vetat, vt ſacrarum virginum nuptias nulli petere liceat, aut punit, vt qui cædem fecit, capite plectatur.* Nomine enim permiſſionis, vt Sotus. 1. de iuſt. quæſt. 2. artic. 2. probè adnotauit, iuriſconſultorum more, præcepta etiam affirmatiua comprehendit, & quicquid prohibitum non eſt efficere, vt ex illo exemplo ab Iſidoro adhibito, *vt vir fortis præmium petat*, ſatis apertè conſtat. Eodem modo ſumptum fuit permiſſionis verbum. l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. dum ſic ibi ſcriptũ legimus: *Leges ſanctiſſimæ, intelligi ab omnibus debẽt, vt vniuerſi, præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhabita declinent, vel permiſſa ſectentur.*

Inter vires legis poſſumus etiam computare, legẽ vnam interpretari aliam, aut eam limitare ac mitigare, vel illam abrogare ac tollere omnino vel ex parte. Atque leges ſuperuenientes, quibus hæc circa alias fiunt, vim præceptorum atque legum habent, ſaltem quo ad poteſtates publicas, vt illis alijs legibus in iudicando, atque in alijs exequutioni mandando vel omnino non vtantur, vel non niſi iuxta interpretationem, moderationem, ac diſpoſitionem poſteriorum legum.

29 Quod ad conſilia attinet, dicendum eſt, ea neque legum neque præceptorum rationem habere, ſed eſſe ab illis diſtincta omnino. Leges enim ac præcepta vim eos obligandi, quibus traduntur, habent: conſilia vero non item, quin potius in hoc à legibus & præceptis diſtinguuntur, quod conſilia minimè ad id, quod eis conſulitur, obligent, ſed integrum iis, quibus traduntur, relinquent adimplere vel non complere, vt ipſi maluerint. Cæterum alienum non eſt à lege in poſteriori acceptione ſuprà explicata, vt ſcilicet collectio multarum legum, ad aliquem finem pro aliquo ſtatu attinentium, lex dicitur, conſilia in ea permiſceri ad eundem finem melius obtinẽdum, atque ad exactiorem ac meliorem obſeruationem legum ad eundem finem in ea laturum, non parum conducentia. Atque lex ita ſumpta, in qua conſilia prædictis rationibus præmiſcentur, lex dicitur, non à conſiliis, quæ ſimul continet & in ea permiſcentur, ſed à præceptis ac legibus quas continet. Sic in lege euangelica conſilia etiam tradi, verè dicitur ac affirmatur. Qua ratione Diuus Thomas. prima ſecũda quæſtione 108. quæ poſtrema eſt de legibus, inter contenta in lege noua, conſilia commemorat, de eiſque eo loco art. vlt. diſſerit, & quæſt. 99. art. 5. quædam etiam alia conſilia in veteri lege tradita cõmemorat, quale eſt illud Exo 22. *Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentũ, ante ſolis occaſum reddes ei.*

Illud eſt obſeruandum. Sumpta lege ſeu conſtitu-
30 tione latè, vt etiam conſtitutiones inferiorum ſummo Pontifice ſuo ambitu comprehendit, quaſdam eſſe leges, ſeu conſtitutiones, ac regulas inferioribus traditas, quæ quatenus ex præſcripto eas ferentium ad nullam culpam ſubditos obligant, vt eos magis à

A peccatis præſeruent, atque ad perfectionem immunes magis à culpa ſuauius ex caritate illos promoueant, rationem omnino ac plenè legum ac præceptorum non habent, ſed ſolum ex parte quatenus verè ſunt ſuorum ſuperiorum ea in re Dei locum tenẽtium, quique arctius poſſent eadem ipſis præcipere, ſed ex prædictis cauſis nolunt.

Cum tamen integrum ſibi relinquant, ad meliorem earundem conſtitutionem ac regularum obſeruationem, & vt illos efficacius, ad perfectionem eis promoueant, regulariſque diſciplina melius cuſtodiatur ac conſeruetur, pœnitentiis certis ac pœnis illos afficere, qui eas non ſeruauerint, tranſgreſſive fuerint, idque pro poteſtate quam in ipſos ad id habent.
B Sic in noſtra ſocietate nullæ conſtitutiones ac regulæ, à fundatore autoritate ſummi Pontificis, approbanteque ipſa Societate, aut poſtea à Societate ipſa eadem autoritate latæ, nullumque præceptum à ſuperioribus ſubditis impoſitum, ad vllam culpam etiam venialem ex præſcripto eiuſdem Societatis ſubditos obligat, niſi ad id ex natura ipſa rei, ſecluſa ea conſtitutione, regula, ac præcepto, ſub culpa teneantur: vel niſi de re ſit ad ſubſtantiam votorum, prout in conſtitutionibus ſubſtantialia eorum votorum explicata ſunt, attinente, vel niſi ſuperior in virtute ſanctæ obedientiæ ſignificet ſe id præcipere, aut ſub excommunicationis pœna, quod quam rariſſimè in noſtra Societate fit. Qui tamen religioſus, ductus quod ſocietas & ſuperiores non intendant eis ad culpam obligare, illas tranſgrederetur,
C ſanè indignus eſſet religioſi nomine, & non ſolum ab ingenti merito progreſſuque in perfectione ſe ipſum ſua culpa priuaret, ſed etiam obſtaculum maximum Dei donis, ſupernaturalibus Dei auxiliis, diuino lumini ac conſolationibus ea ratione apponeret, expoſituſque grauiſſimo periculo longè maioris ruinæ ſpiritualis, in ſiccitate ac cæcitate ambularet. *Ad quem*, inquit Dominus Iſaiæ 66. *reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?* Atque precum & orationis ſpiritus cõiunctus eſſe ſolet cum perfecta obedientia & mortificatione: ab ſpiritu vero orationis multum pendet progreſſus in perfectione, ſoliditaſque in virtutibus, vt homo non facilè ruinæ graui ſpirituali ſit expoſitus.

D His tam multis tota hac diſputatione explanatis, facilius explicabimus ac definiemus quid ſit lex, Ca- 31
ſtrus. 1. de leg. pœnali, cap. 1. reliquas aliorum definitiones, vt defectuoſas minuſque aptas, reiiciens, ſic legem non omnem, ſed ſolam humanam definit. *Eſt recta voluntas eius, qui vicem populi gerit, voce aut ſcripto promulgata, cum intentione obligandi ſubditos, ad parendum illi.* Nauarrus in Commentario. cap. fraternitas. à num. 4. qui in fine ſuorum conſiliorum habetur, inter alia hanc definitionem redarguit. Primo, quod legem dicat eſſe actum voluntatis: cũ Diuus Thom. & doctores communiter aſſeuerent eſſe actum intellectus præuio actu voluntatis, noſque ſuprà id ſatis perſpicuè aduerſus Caſtrum oſtendimus.
E Secundo, quod non comprehendat legem à populo latam, de qua Iſidorus. 5. Etymol. cap. 10. & habetur. cap. 1. Diſputatione 2. noſque ſuprà de ea loquuti ſumus. Tertiò, quod non comprehendat legem conſuetudinariam, hoc eſt, conſuetudinem, quæ legis vim habet, de qua Iſidorus. 5. Etymol. c. 3. & habetur. c. conſuetudo. diſt. 1. cum tamẽ lex humana ſit, & non diuina. Ea tamen vim legis habet, ex diſpoſitione potentis condere legem in ea republica, qui vt legem vult eam ſeruari in ea republica eo ipſo, quod ita ſit introducta. De ea verò in progreſſu huius materiæ erit nobis ſermo. Quartò, ꝙ ea definitio conſilia non cõprehendat. Immeritò tamen in eo Caſtrum reprehendit. Conſilia enim

leges

leges non ſunt, vt ſupra fuit explanatum, eſtò uniuerſim hominibus, & non uni aut alteri, ac permanenter ſint lata, vt euangelica conſilia tradita ſunt. Neque lex euangelica quo ad illa, illorumve ratione, lex dicitur, ſed quia continet alia, quæ verè ſunt leges, vt ſupra etiam explanatum fuit.

D. Tho. 1.2.q.90.art.4.in fine corporis eius articuli hanc tradit definitionem legis in genere: *Eſt rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.* Eam amplectuntur Nauarrus vbi ſup.nu.8. Sot.1.de iuſt.q.1. art.1.& plerique alij. Sotus verò magis eam definitionem explicãdo, particulæ, *rationis ordinatio*, addit, *& præceptio:* in quo à Nauarro diſsidet, & à ratione legis conſilia excludit, quæ Nauarrus in ea diui Thomæ definitione comprehendi autumat. Ordinatio autem & præceptio intellectus, præuium actum voluntatis ad intellectu ordinandum ac præcipiendum ſupponit ac includit, vt doctores citati cum D. Thoma affirmant. Loco autem eius partis definitionis D. Thomæ; *ab eo qui curam communitatis habet;* apponit Sotus ab eo, qui curam reipublicæ gerit: quaſi nomine communitatis intelligat diuus Thomas nõ quamcunque communitatem, ſed rempublicam integram. Ea ſtatuta enim & conſtitutiones à curam gerentibus earum commununinitatum, quæ reſpublicæ integræ non ſunt, ſed partes duntaxat integræ reipublicæ, non dicuntur leges, niſi admodum latè ac iuuſitatè ſumpto vocabulo, ſed conſtitutiones ac ſtatuta vocantur, vt ſuprà explanatum fuit. Nomine autem eius, qui curam communitatis ſeu reipublicæ habet, etiam rempublicam ipſam, qui ſui curam habet, intelligit diuus Thomas, vt conſtat.q. 90.citata art.3. Intelligit etiam Deum & Chriſtum vt hominem, qui cunctarum rerumpublicarum dominium ac curam habent.

Vt autem accommodatè ad diui Thomæ definitionem paulo accuratius, iuxta hactenus tota hac diſputatione explanata, legem definiam, præmitto. Legem propriè ſolùm dici comparatione ſubditorum mente liberoque arbitrio præditorum, quibus ea proponitur ac ſtatuitur ab habente iuriſdictionẽ illorum comparatione ad ea illos aſtringendum ac obligandum. Hinc quamuis lex Dei incommutabilis ac æterna, ſumpta latiſsimè, iudicium Dei æternum, minimeque in eo liberum, ſed naturale comprehendat, quo noſtro intelligendi modo cum fundamento in re ante vllum actum liberum ſuę voluntatis ipſamet rei natura nouit ac iudicauit, quid eſſe rectum, quidque turpe & à recta ratione diſsonum, vt ab ipſomet fieret, aut eſset uolitum, quod proinde ea ratione contradictionem impleat ab ipſo fieri, aut eſse uolitum, vt ſupra dictum eſt; id tamen iudicium legis rationem non habet. Tum quia non eſt ſuperioris comparatione inferioris, ſibique ſubditi. Tum etiam quoniam præuenit omnem actum diuinæ volũtatis: lex autem eſt actus intellectus pręuio actu voluntatis legiſlatoris, quo id intellectu & actu vlterioris externo imperat ſubditis. Quia etiam ratione cognitio ac iudicium Dei naturale actum liberum ſuæ voluntatis præueniens, quo nouit, ex ijs quæ de iure ſunt naturali, quædam ex natura ipſa rei eſse neceſsaria ut à creaturis libero arbitrio præditis ad culpam uitandam fiant, & quædam vt ad culpam ſimiliter uitandam ab eis non fiant, ex hypotheſi quòd illas creet, itemque iudicium naturale actum ſuæ uoluntatis etiam præueniens, quo iudicat eis de rebus debere illis leges imponi, ex hypotheſi quòd eas creet, ſanè rationem legis non habet: quoniam nondum ſunt leges ac præcepta eis de rebus illis lata, ſed ſunt notitiæ præuiæ ab actu voluntatis & intellectus eis de rebus illis leges iuris naturalis ferendis.

A Ex illo eodem fundamento leges, quas Deus eadem æterna ſua lege per determinationem liberam ſuæ voluntatis quo ad illarum in tempore executionem, atque adeò ſua prouidentia, rebus libero arbitrio minimè præditis, ac rebus liberis quoad ea, que arbitrio ipſarum libertatis non ſubiacent, ſtatuit, leges non ſunt, niſi per ſimilitudinem & attributionem ad alias ſimpliciter ac verè leges, quibus res libero arbitrio prędite ad aliqua à ſuis ſuperioribus ritè aſtringuntur. Sicut enim obedientia, qua res libero arbitrio non prædite, Dei ordinationibus circa ipſas obediunt, illas non tranſgrediendo, ſed illarum ſequendo ductum, non eſt obedientia niſi per ſimilitudinem, & attributionem ad obedientiã, qua res libero arbitrio præditæ, legibus ac pręceptis ipſis legitimè à ſuis ſuperioribus impoſitis ſe accommodant ac pàrent: ita neque leges & præcepta illa Dei, rebus libero arbitrio non præditis impoſita, ſunt ſimpliciter leges & præcepta Dei, ſed per ſimilitudinem & attributionem ad præcepta, quæ rebus libero arbitrio præditis ritè à ſuis ſuperioribus imponuntur.

B Quemadmodum autem leges & præcepta, quæ Deus rebus libero arbitrio non præditis ſua æterna lege ac prouidentia impoſuit, eiuſdem rationis non ſunt cum legibus & præceptis ritè à ſuis ſuperioribus rebus libero arbitrio præditis impoſitis: ſic nec imperium, quo Deus rebus libero arbitrio non præditis eis legibus ac præceptis imperat, eiuſdem ratio nis eſt cum imperio, quo ſuperiores rerum libero arbitrio præditarum illis alijs legibus ac præceptis ipſis impoſitis imperant. Imperium quippe, quo Deus rebus libero arbitrio non præditis imperat, non eſt aliud, quam determinatio libera ac efficax voluntatis ipſius, qua, præuidens quibus viribus, inſtinctibus, ac medijs neceſſitate naturæ actæ hoc vel illo modo operabuntur, atque ad hos vel ad illos fines deuenient, ex æternitate ſtatuit pro tali vel tali tempore eas illis dare, vt illo operarentur modo, & vt ad eos fines eis medijs deuenirent. Et quoniam adueniente tempore, pro quo ea determinatione ſuæ voluntatis ſtatuit per ſe ipſum immediatè, aut interuentu aliarum cauſarum ſecundarum, illa eis dare, continuò ex ea determinatione ſuæ voluntatis efficacis pro eodem tempore emanarũt, inde, ſine alio ſermone, aut imperio intellectus, per metaphoram ac ſimilitudinem ad verum imperium per ſermonẽ ac verum iuſſum, cui continuò obeditur, efficax illa determinatio voluntatis diuinæ, per quam cognitio illa alia præuia diuini intellectus completur in ratione prouidentiæ ac gubernatidnis diuinæ circa eaſdem res, vt.1.part.q.22.fuit axplanatum, Dei imperium circa ea ipſa dicitur: ſicque metaphoricus eſt ille ſermo Gen.1. *Fiat lux, & facta eſt lux*, &c. Pſal. 32. *Ipſe dixi, & facta ſunt; ipſe mandauit, & creata ſunt.* Et ad Rom.4. *Vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt*, vt in Concordia.q.23.art.1. Diſputat.2. explanata comprobataque ſunt. Imperium verò, quo ſiue Deus, ſiue ſuperiores alij intrà ipſum, per veras leges ac præcepta rebus libero arbitrio præditis imperant, non eſt metaphoricum, ſed eſt verum imperium, & vera iuſſio, qua ſermone imperatiuo, qui actus eſt intellectus præuia libera voluntate ita imperantis ac accipientis elicitus, atque vlteriùs ſermone externo vocabuli, aut ſcripto, quo eadem iuſſio ſubditis intimatur ac nota fit, illis verè imperatur ac præcipitur.

C

D

E

Hinc legem, non ſumptam in poſteriori acceptione ſuprà explicata pro collectione multarum legum ad eundem finem attinentium, ſed ſumptam in priori pro ſingulis indiuiduis legibus ac præceptionibus, ſic poſſumus definire: *Eſt imperium ſeu præceptio à ſuprema ad id poteſtate in republica permanenter*

nenter lata ac promulgata, non uni aut alteri, ſed omnibus, aut ſimpliciter, aut ad quos id pro eorum conditione, loco, tempore, ac alijs circumſtantijs ſeruare ſpectat, & acceptata, quando, ut uim habeat, acceptatione indiget.

Per particulam, imperium ſeu præceptio, reijciũtur à ratione legis conſilia, & quicquid præceptum latè ſumptum non eſt. Nomine verò ordinationis intellectus, idem, quod imperium ſeu præceptionẽ, D. Thomas in ſua definitione intellexit, vt Sotus rectè expoſuit. Definitio autem legis à nobis tradita, ſi verba in ea propriè intelligantur, ſolùm conuenit legi omni propriè ſumptæ, vt comprehendit omnẽ talem legem, ſiue diuinam ſiue humanam: non verò conuenit legi minus propriè ſumptæ & per ſimilitudinem ad veram ac propriam legem. Quod ſi ad
B
illam extendenda ſit definitio, nempe ad legem Dei æternam cóparatione creaturarum libero arbitrio non præditarum, tunc imperium in ea definitione ſumendum eſt latè, vt ad imperium per ſimilitudinem ac metaphoram, quo Deus eiuſmodi rebus imperare dicitur, ſeſe extendit. Nomine item reipublicæ in ea definitione intelligi etiam debet hoc totum vniuerſum quoad creaturas omnes, quibus conſtat. Et nomine promulgationis intelligi etiã debet pròductio creaturarum & collatio actualis virium illis ad ſuos fines à Deo datarum, & reliqua eius definitionis admodum impropriè ad eam legem ac creaturas libero arbitrio non præditas erunt extendenda.

C
Per particulam, *à ſuprema ad id poteſtate in republica lata*, excluduntur à ratione legis preſsè, & propriè ſumptę, conſtitutiones ab inferioribus poteſtatibus in republica latæ, vt conſtitutiones legatorum ſummi Pontificis, Epiſcoporum, conciliorum prouincialium, conſtitutiones capituli in eccleſijs cathedralibus ab collegiatis, ſtatuta oppidorum, & ſimiles aliæ conſtitutiones. Qui autem ſint, qui in rebus publicis poteſtatem ad leges condendas habeant, ſupra explicatum fuit.

Per partem verò illam definitionis, *permanenter lata ac promulgata, non vni aut alteri, ſed omnibus*, &c reijciuntur à ratione legis præcepta omnia, quæ leges & conſtitutiones non ſunt. Niſi enim permanenter ferantur, & non alicui aut aliquibus duntaxat, ſed modo ſupra explicato, leges & conſtitutiones non ſunt, ſed ſunt præcepta à legibus, & conſtitutionibus diſtincta.
D

Dicitur, *lata ac promulgata:* quoniam niſi lex ſubditis promulgetur, vim obligandi non habet illorum comparatione, ac proinde nec rationẽ nec pœnam legis habet. Vnde lex Dei æterna, etiam quo ad præcepta iuris naturalis, rationem legis ſimpliciter comparatione creaturarum mẽte præditarum non habuit, vt illas aſtringeret ac obligaret quo uſque illæ extiterunt, illiſque, ſaltem notitia naturali, fuit nota ac promulgata. Eſt verò notitia præceptorum legis iuris naturalis nobis indita, veluti actus externus legis internæ Dei naturalis, quæ nos obligat, quo à Deo ea ſua naturalis lex quaſi ſcripta eſt cordibus ac mentibus noſtris, nobiſque manifeſtata ac promulgata.
E

Denique in ea definitione addimus partem illam *& acceptata, quando, vt uim habeat, acceptatione indiget:* quoniam vt ſupra explanatum fuit, reliquę ſunt leges, quæ non prius vim obligandi habent, ac proinde neque integram rationem legis, quàm acceptentur.

Legem diuinam ſic poſſumus definire: *Eſt imperium ſeu præceptio à Deo, etiam ut homine, permanẽter lata ac promulgata, non uni aut alteri, ſed omnibus, aut ſimpliciter, aut ad quos id ſpectat:* Legem verò humanam ſic poſsumus definire: *Eſt imperium à ſuprema*

A
ad id poteſtate in republica, quæ purus homo ſit (aut qui puri homines ſunt, ſi à multis ſit lata) *permanenter lata ac promulgata, non uni aut alteri, ſed omnibus, aut ſimpliciter aut ad quos id pro eorum conditione, loco tempore, ac alijs circunſtantijs ſeruare ſpectat, & acceptata, quando, ut uim habeat, acceptatione indiget.* Conſtitutionem verò latè ſumptam ſic definire poſſumus: *Eſt imperium ſeu præceptio à poteſtate ad id permanenter lata ac promulgata, non uni aut alteri, ſed omnibus, aut ſimpliciter, aut ad quos id pro eorum conditione, loco, tempore, ac alijs circumſtantijs ſeruare ſpectat, & acceptata, quando ut uim habeat, acceptione indiget.*

DISPVT. 47.

Lex naturalis num indita nobis ſit. Et quid ſit in nobis. Et de ſynderesi & conſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Tranſitio ad diſputationem de lege naturali.*
2 *Tribus modis lex naturalis ita appellatur.*
3 *Lex naturalis indita eſt mentibus noſtris naturaliter, quæ triplici ſtatu in nobis ſpectatur: primo eſt facultas ipſa naturalis intellectus nobis indita, ſecũdum quam ad imaginem Dei conditi ſumus, quę appellatur ſynderesis uel conſcientia.*
4 *Secundus ſtatus eſt, quando iam actu in nobis eſt quoad iudicia principiorum ac concluſionum moralium.*
5 *Tertius ſtatus eſt, quando manet quoad habitum ex iudicijs actualibus legis naturalis in nobis relictum.*
6 *Quamuis lex naturalis ſit nobis indita quoad vim intellectus, oſtendens nobis bona moralia ſequenda, & mala vitanda; nihilominus poſsumus facilè multa ex illis ignorare, multa alia non certò cognoſcere, quin & in varios errores circa multa incidere.*
7 *Leges naturalis & diuina de ſuſcipiendo baptiſmo & ſimiles vniuerſim omnes aſtringunt, etiam amẽtes & pueros, ſed ignorantes eas inuincibiliter, quòd rationis vſum non habeant, excuſantur à culpa illas non implendo.*

EXplicato quid & quotuplex ſit lex, nunc de ſingulis in particulari eſt deinceps dicendũ. 1
Et quoniam de lege Dei æterna ſatis ſunt, quæ diſputatione præcedente ſunt dicta; & circa legem ſtatus innocentiæ, itemque poſt peccatum ante legem ſcriptam, ſatis ſunt etiam, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt; maximè quoniã lex naturalis, quam includunt, communis etiam eſt legi ſcriptæ & gratiæ, de eaque primo loco ſermonem facere aggredimur: & quoniam præcepta alia, quę ad finem ſupernaturalem continebant, communia ferè ſunt legi ſcriptæ & gratiæ, atque ſi quod aliud continebant, vel aliquod eſt diſcrimen in illis, vt continentur etiam in lege ſcripta & gratiæ, ex dictis diſputatione præcedente atque ex dicendis circa leges ſcriptam & gratiæ intelligetur, ſolùm deinceps dicemus de reliquis legibus in particulari. Dicemus verò prius de ijs, quæ de iure ſunt diuino: poſtea autem de ijs, quæ de iure ſunt humano. Et primo loco dicemus de ea, quæ de iure eſt diuino naturali. Tum quòd, vt diſputatione præcedente explicatum eſt, in reliquis includatur. Tũ etiam quòd ad finem naturalem felicitatis humanæ ordinetur: qui finis ſupernaturali fini, ad quem leges aliæ ſupernaturales ordinantur, ſubordinatur, ad illumque eſt prærequiſitus ac neceſſarius.

2 Lex naturalis triplici ex capite naturalis dicitur. Primò, vt diſtinguitur à ſupernaturali lege, quales quoad multa præcepta erant lex ſtatus innocentiæ, lex ſtatus naturæ humanæ poſt peccatū ante legem ſcriptam, lex ſcripta, & eſt lex gratiæ, vt diſputatione præcedente explanatum fuit. ſecundò, vt diſtinguitur a lege poſitiua: quia videlicet lex naturalis eſt de obiecto, quod ex ipſamet natura rei habet, quod, vt virtus ſalua conſiſtat ac vitetur culpa, ita præcipi aut prohiberi debeat, vt per legem præcipitur aut prohibetur, atque adeò, quòd præcipiatur aut prohibeatur, ex natura obiecti prouenit, & non ex voluntate ac libito legiſlatoris. Vnde de eo obiecto dici meritò conſueuit, eſſe prohibitum: quia malum, & non eſſe ex eo malum quia prohibitū; aut eſſe iuſſum; quia bonum, neceſſariumque vt ita fiat, ſi virtus ſalua debeat conſiſtere, vitarique debeat culpa, & non eſſe bonum, neceſſariumque vt fiat ad vitandam culpam, quia iuſſum, eaque de cauſa id obiectū ad naturale ius obiectiue ſumptum attinere dicitur, quia videlicet ex natura ipſa rei id habet, atque eſt tale, vt hæc omnia tractatu 1. Diſputat. 4. iuncta Diſputat. 3. antecedente, copioſè explanata ſunt. Lex verò poſitiua ab arbitrio ac diſpoſitione legiſlatoris eam ferre volentis pendet, ideoque poſitiua lex nuncupatur.

Eſtque de obiecto, quod non eſt malum antequā prohibeatur, neque bonum neceſſarium, vt fiat ad vitandam culpam, & vt virtus non violetur, antequam præcipiatur: ſed ideo eſt malum quia prohibitum, aut bonum neceſſarium vt fiat, quia iuſſum: quare prohibitio aut iuſſio illius nō ab obiecto prouenit, (tametſi in illo, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, eſſe ſoleat congruentia, vt præcipiatur, aut vt prohibeatur) ſed a lege in ipſum deriuari, à voluntateque legiſlatoris pendet, quemadmodum id præcipere, aut prohibere, ſic etiam tollere ab eo prohibitionem ac vim præcepti: vnde id obiectum non ius naturale, ſed poſitiuum (ſumpto etiam poſitiuo iure obiectiuè) dicitur ac eſt, quia non ex ipſamet rei natura eſt tale, ſed ex diſpoſitione legiſlatoris, vt hæc etiam omnia Diſputat. 4. citata explanata ſimiliter ſunt. Tertiò, eadem lex naturalis dicitur quoniam naturaliter eſt indita mentibus noſtris & angelorum, iuxta illud Pſal. 4. vbi cum Regius propheta illam multorum interrogationem retuliſſet: *Quis oſtendit nobis bona?* ipſe reſpondet: *Signatum* (hoc eſt, inditum ac impreſſum) *eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, quo ſcilicet naturaliter illud agnoſcimus. Et illud Pauli ad Rom. 2. relatum ac explanatum diſputatione præcedente, & tract. 1. Diſp. 3. *Cum gentes, quæ legem non habent* (ſcriptam ſcilicet) *naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt eiuſmodi legem* (ſcriptam) *non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum*, dum ſcilicet naturaliter eos docet, ipſiſque præſcribit, quid ſibi faciē dum ſit, & quid eis ſit uitandum. Atque iuxta illud Iob 38. *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam?* illi nempe inditam, tam quoad ſpeculabilia, quàm quo ad moralia.

3 De eiuſmodi autem lege, quatenus hoc tertio modo naturalis dicitur, hoc eſt, nobis indita, eſt dubiū, quid in nobis ſit. Num ſcilicet ſit potentia, an habitus, vel actus. Atque paucis eſt dicendum. In triplici ſtatu poſſe illam in nobis ſpectari. Primò antequam vllum illius actum ſeu cognitionem ac iudicium habeamus, prout tamen vim habemus naturalem ad actus illius ex nobiſmet ipſis abſque alterius inſtructione ac doctrina habendos, ac eliciendos, atque adeò prout iam eſt in nobis quo ad actum & habitum, non formaliter, ſed virtute ac velut in ſemine, vnde ſine alio doctore ac inſtru-
A ctore in nobis pullulabit, ac orietur.

Lex autem naturalis in hoc ſtatu ſpectata non eſt aliud, quàm facultas ipſa naturalis intellectus nobis indita, ſecundum quam ad imaginem ac ſimilitudinem Dei conditi ſumus, ac proinde per quam, ſicut Deus vi ſui intellectus infinita ac illimitata omnia omnino cognoſcit, ſic nos per noſtrum intellectū, qui participatio quædam eſt diuini, ad imaginem ac ſimilitudinem illius conditus, acceptis miniſterio ſenſuum ſpeciebus intelligibilibus à rebus, tam in ſpeculatiuis, quàm in practicis, quoad obiecta intellectui noſtro commenſurata, naturaliter ac ſine vllo errore cognoſcimus quędam prima principia per ſe nota, atque inde per ratiocinationem deuenimus in notitiam concluſionum, quæ ex illis euidenter de-
B ducuntur, quæque ita ex natura ipſa rei ſeſe habent. Eiuſmodi autem principia & concluſiones in moralibus, quæ naturaliter ita cognoſcimus, lex ſunt naturalis, de qua nobis hoc loco eſt ſermo: quæ proinde virtute & quaſi in ſemine ſcripta eſt in cordib. noſtris eo ipſo, quòd ad imaginem & ſimilitudinem Dei intellectu præditi ſumus.

Formaliter verò ac actu depingitur ac ſcribitur naturaliter in cordibus ſeu mentibus noſtris, dum comparatis ſpeciebus à rebus, notitias ſeu iudicia horum principiorum euidentia naturaliter ſine alio doctore ac inſtructore comparamus, & ex illis poſtea eodem lumine intellectus concluſiones deducimus: multæque ſunt concluſiones in moralibus ex primis principijs deducibiles, quæ lumine intel-
C lectus in ſe ſunt nobis euidenter cognitæ, eſtò ex ſuis principijs neſciamus illas deducere, aut eſtò deducere, illas ſimul ex eis ſciamus, vt ſunt venerandos eſſe parentes, homicidium non eſſe patrandum, adulterandum aut furandū non eſſe, & ſimiles aliæ, quæ tamen ex alijs primis principijs moralibus deduci poſſunt. Hoc autem modo legem, de qua loquimur, eſſe naturaliter inditam ac ſcriptam in cordibus ac mētibus noſtris, in ipſa ſcilicet met facultate intellectus virtute, quæ poſtea, acceptis dūtaxat ſpeciebus à rebus, naturaliter ſine alio doctore in ſe ipſam eandem legem exprimit ac veluti ſcribit, apertè docuit Regius propheta Pſal. 4. dum illi multorum interrogationi, *Quis oſtendit nobis bona?* reſpondet: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*,
D hoc eſt, inditus ac impreſſus nobis à te eſt intellectus, qui eſt lumen ad imaginem ac ſimilitudinem luminis tui intellectus, per quod lumen, per quem ve intellectum, ſicut tu per tuum cuncta cognoſcis, ſic nobis oſtendis ac doces bona, quæ agere debemus, & mala, quæ vitare debeamus.

Atque hac eadem ratione poſuit Deus in viſceribus noſtris ſapiētiam, tum quoad ſpeculabilia, tum etiam quoad moralia, iuxta teſtimoniū ex Iob. 38. citatum, ſcripſitque in cordibus noſtris legem, iuxta relatum ex Paulo ad Rom. 2. teſtimonium. Hæc eadem intellectus noſtri potentia, lumen ve ad imaginem ac ſimilitudinem luminis diuini intellectus nobis inditum, quatenus vi ſua naturaliter actu cogno-
E ſcit principia moralia & concluſiones, quæ ex illis deducuntur, ac proinde quatenus in moralibus iudicat ac diſcernit quid bonum & quid malum ſit ac vitandum, eaque ratione ad bonum faciendum atque ad malum vitandum inſtigat, & quaſi obmurmurat, pungit, ac interius reprehendit, dum, paſſione vincente, bonum voluntate deſeritur, aut malum fit, ſynderesis nuncupatur, extēdereque id poſſumus etiam, quando quid melius ſit vi ſua iudicat ac cognoſcit.

Appellatur item conſciētia, quatenus illa eadem actu cognoſcit, iudicat, ac diſcernit, ſiue vi ſua naturali, ſiue vlterius aliunde edocta ac adiuta: quin & quatenus aliqua facienda aut vitanda erroneè iudicat,

cat,

cat, conſcientia etiam nuncupatur; cęterum erronea ac deponēda quoad id erroneum iudicium. Sic Paulus in illo teſtimonio ad Rom. 2. citato, conſcientiā appellauit intellectum habentem iam per cognitionem, actualem ſcriptam in ſe ipſo naturalem legem dicens: *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.* 1. ad Cor. 10. *Propter conſcientiam. Conſcientiam autem dico non tuam,* (qui ſcis illicitum tibi nō eſſe comedere de immolatis idolis) *ſed alterius* (qui exiſtimat te tranſgredi tuam legem. Vnde ſubdit: *Vt quid* autem libertas mea qua id licite facio) *iudicatur ab aliena conſcientia.* Alio etiam modo ſumitur interdum conſcientia, vt ſcilicet comprehendit etiam voluntatē, quatenus ſe conformat aut non conformat dictaminibus intellectus ſeu conſcientię in priori acceptione ſumptæ.

Sic eum qui ſe eiuſmodi dictaminibus cōformat voluntate, atque iuxta ea operatur, conſueuimus appellare hominem bonæ conſcientiæ: contra verò eum, qui ab eis voluntate ac operando diſcrepat, dicere conſueuimus hominem malæ conſcientiæ. Atque in conſcientia hoc modo ſumpta, quatenus à dictaminibus intellectus diſcrepat, culpa cernitur & peccatum. Hoc modo ſumpſit conſcientiam Paulus ad Roman. 13. dum dixit: *Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote* (poteſtatibus ſcilicet ſublimioribus) *non ſolum propter iram,* (id eſt, pœnam ijs, qui illis non paruerint, infligent) *ſed etiam propter conſciētiam,* id eſt ad culpam conſcientiæ vitandam, quia ſcilicet ad id conſcientia aſtricti eſtis. Eodem modo illam ſumpſit 1. ad Tim. 1. ibi: *Finis præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona.* Et infra: *Habens fidem, & conſcientiam bonam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.* Et ad Timot. 3. ibi: *Habentes myſterium fidei in conſcientia pura.* Et 2. ad Timot. 1. ibi: *Cui ſeruio à progenitoribus meis in conſcientia pura.* Et ad Timoth. 1. ibi: *Coinquinata eſt eorum mens & conſcientia.* Et ad Heb. 9. *Quæ* (ſcilicet munera & hoſtiæ veteris legis) *non poſſunt iuxta conſcientiam* (id eſt, quoad conſcientiam & interiorem hominem) *perfectum facere ſeruientem,* culpam videlicet ab eo auferendo. Et infra de longè excellentiori emundatione facta per Chriſtum ſic ait: *Si ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationē carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis* (id eſt, à peccatis) *ad ſeruiendum Deo viuenti?* Et cap. 10. *Ideo quod nullam haberent ultra cōſcientiam peccati, cultores ſemel mundati.* Et infra: *Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei aſperſi corde à conſciētia mala.* Act. 23 *Ego in omni conſcientia bona conuerſatus ſum ante Deum.* Et cap. 24. *In hoc & ipſe ſtudeo, ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.* Et primo Pet. 3. *Conſcientiam habentes bonam,* &c.

Sumitur etiam tertio modo conſcientia pro notitia eius, quod intra nos eſt, ſiue bonum ſiue malum, hoc eſt, pro eo, quod conſcij de nobis ſumus, vel etiam de alijs. Gen. 43. *Non eſt in conſcientia noſtra, quis poſuerit eam in marſupijs noſtris.* Eccleſiaſtes 7. *Scit conſcientia tua, quin & tu maledixiſti alijs.* Ad Rom. 9. *Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto, quoniam triſtitia mihi magna eſt,* &c. 2. Cor. 1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapiētia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus,* & c. 4. *Commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiā hominum coram Deo.* & c. 5. *Deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe.* Iob 16. *Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius*
A *meus in excelſo.* Et 1. Cor. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.*

Ex triplici itaque ſtatu, in quo dicebamus legem naturalem poſſe in nobis ſpectari, tempus hactenus explicatis (tametſi nequiuerimus illam explanare, niſi ſimul permiſcendo aliquid de ſecundo) eſt, quatenus ea lex in nobis eſt, non quidem iam formaliter ac actu, ſed virtute ac veluti in ſemine, vnde ſumptis ſpeciebus intelligibilibus ab obiectis naturaliter abſque alio doctore pullulabit ac comparabitur. Lex naturalis hoc modo ſpectata, neque eſt actus, neque habitus, ſed eſt ipſamet potentia intellectus, vt explanatum eſt. Hoc autem modo eſt lex naturalis, etiam in pueris antequam ad vſum rationis deueniant, & in fatuis, qui nunquam rationis vſum ha-
B buerunt, cęterum impedita ratione in diſpoſitiones organorum virium internarum ſentientium, ne inde in actu emanare poſſit.

Secundus verò ſtatus, in quo lex naturalis ſpecta-
ri in nobis poteſt, eſt, quando iam actu ac formali- 4
ter in nobis eſt quoad iudicia ac dictamina principiorum ac concluſionum moralium, quæ modo explicato lumine intellectus ſine alio doctore naturaliter comparantur: quo pacto ſpectata proprijſſimè habet rationem legis naturalis ſcriptæ in cordibus noſtris. Et quo ad illam ait Paulus ad Rom. 2. *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum;* quid ſcilicet illis faciendum ſit, & à quo abſtinere ac fugere debeant. Quòd autem eo modo ſpectata proprijſſimè lex ſit, non verò ratione nudæ potentiæ intelle-
C ctus, qua, modo explicato, naturaliter comparatur- vel ex eo conſtat, quòd eo modo ſpectata iudicia rationis ſit ac dictamina, quid faciendum aut uitandū ſit præſcribentia, quod ad legem ſpectat. Sunt verò huiuſmodi iudicia ac dictamina intellectus, velut actus exteri legis Dei æternæ, qua id facere aut uitare præcipit, à qua dictamina illa rationem legis Dei ac præcepti Dei habent: ſicut lex vocalis ac ſcripta principis ab interna eiuſdem principis lege, quam ſubditis exprimunt ac intimant, rationem legis habent. Quando autem mens ab eiuſmodi iudicijs ceſſat, non manet quidem lex naturalis hoc modo ſpectata à nobis; manet tamen primo modo atque etiam tertio mox ſubijciendo ſpectata.

Tertius verò ſtatus, in quo lex naturalis ſpectari 5
D à nobis poteſt, eſt, quando manet quo ad habitum ex iudicijs ac dictaminibus actualibus legis naturalis in nobis relictum. In primis enim in memoria noſtra ex notitijs etiam extremorum eiuſmodi iudiciorum, quàm eorundemmet iudiciorum, manent ſpecies ac ueluti veſtigia quædam inde in ea in modum habitus relicta, quibus eorundem iudiciorum ac dictaminum recordamur, eaque in memoriam in actualemve illorum recordationem reuocamus, vt alibi non ſemel explanatum à nobis eſt, dum de memoria, ſpeciebuſque ad recordationem inſeruientibus. 3. de anima ac 1. parte habitus à nobis eſt ſermo: quibus in locis oſtendimus, eiuſmodi ſpecies, in memoria ad id reſeruatas, ulterius rationis eſſe ab
E ſpeciebus impreſſis, quibus primò notitias rerum comparamus. Deinde verò ex eiuſmodi iudicijs ac dictaminibus habitus in nobis generātur ac permanent tranſeunte actu, & aſſenſu eorundem iudiciorū, quibus habiliores ac promptiores reddimur ad iterum illis aſſentiendum, non ſolùm quando iudicia ſunt concluſionum ex principijs deductarū, in quo omnes conſentiunt, (illi enim ſunt habitus ſcientiæ) ſed etiam quando ſunt ipſorummet primorum principiorum, ſiue illa ſpeculatiua ſint, ſiue practica ac moralia, vt ad Ariſtotelem oſtendimus. Lege quæ. 1. par. q. 1. art. 3. Diſp. 3. & in Concordia in editione Antuerpienſi, q. 14. art. 13. Diſp. 38. dicta à nobis ſunt. Lex naturalis, hoc tertio modo ſpectata,

ctata,neque eſt potentia, neque actus, ſed habitus, vt ex ſe ſatis liquet. Manet verò quoad hunc tertiũ ſtatum in ijs, qui in ſecundo ſtatu illam habuerunt, & ceſſarunt ab actu,vt in dormientibus, in phreneticis,& in ijs,qui de illa,cum impediti ad id nõ ſint, actu de illa non cogitant. A

6 Circa hactenus dicta obſerua, quamuis lex naturalis ſit nobis indita quoad vim intellectus; quæ eſt lumen quoddam ad imaginem & ſimilitudinem luminis diuini intellectus, modo hactenus explicato oſtendens nobis bona moralia ſequenda, & mala illis contraria vitanda ac fugienda, ita vt naturaliter abſque alio doctore eo lumine poſſimus illa agnoſcere: nihilominus facile nos (maximè poſt innocentiæ ſtatum amiſſum) poſſe multa ex illis ignorare, multa alia non certò, ſed opinatiuè cognoſcere, B quin & in varios errores circa multa eorum incidere.

Id verò euenire poteſt, tum quoniam licèt quædam ex principijs moralibus peruia ac euidẽtia omnibus ſint,circa illaque errare non poſſimus,ſed nobis euidenter ſint cognita; alia tamẽ ſunt,quæ,quoniam naturam extremorum,ex quibus conſtant,nõ penetramus, nobis non ſunt per ſe nota, aut certè non tam facilè,vt omnes ſtatim ac ſine diſcurſu,vel ſine inueſtigatione ac ſtudio, eorum veritatẽ agnoſcant ac penetrent,vt diuus Thom. 1.2.q.94.art.2. docet. Tum etiam quoniam in deducendis concluſionibus ex ſuis principijs, præſertim quando concluſiones remotè & ſubobſcurè ex principijs deducantur,facilè non ſolùm contingit opinari, ſed etiã C errare. Tum præterea ob multam ad alia applicationem ac diſtractionem, & perexiguam applicationem ac ſtudium ad veritates morales indagandas ac ſciendas.

Tum denique ob ruditatem multorum, & quoniam paſſione facilè obcæcantur, ne verum agnoſcant,facileque ſimilitudine veri, quod falſum eſt, vt verum amplectuntur. Lege,quæ 1.par.q.1.art.5. dicta ſunt. His de cauſis contentus non fuit Deus optimus maximus ſola publicatione legis naturalis eam nobis indendo,ſed diuerſis temporibus ea etiã varijs alijs modis hominibus promulgauit, maximè ad ſummam quandam præceptis decalogi redactam, vt diſputatione præcedente explanatum eſt.

7 Medina 1.2.q.94.art.1.quærit,nũ pueri & amentes D lege naturali teneantur ac obligentur, ſed excuſentur pro tunc ignorantia inuincibili à non obſeruatione illius. Ipſe affirmat eos non teneri lege naturali: quoniam, inquit, eadem ratione eſſet dicendum,pueros teneri lege diuina (& intelligere videtur poſitiua,vt pręcepto baptiſmi) & humana;quod aſſerere,ait, falſum eſt. Et quoniã, inquit, iudicium de rebus agendis ſumendum eſt de ijs, quæ per ſe rebus contingunt: pueri autem per ſe ſunt inhabiles & inepti ad cognoſcendam legem, vnde nulla ratio ad eam tenentus. Secùs autem ait eſſe de abſentibus qui ignorant legem,quoniam id eſt per accidens,& ideo lege tenentur. Ego verò licèt de lege humana credam,pueros ante vſum rationis,atque adeò ante E ſeptimum expletum, ea non teneri, vt præcepto de carnibus non edendis diebus ab eccleſia prohibitis, præcepto audiendi ſacrum diebus feſtiuis & confitendi ſemel in anno: quoniam ea eſt mens eccleſiæ in ferendis eis præceptis,ad ambiguitates & laqueos tollendos, num ante ſeptennium expletum aliquis iudicium rationis habuerit: lexque de ieiunio ante expletum vigeſimum primum annũ neminẽ aſtringat,neque lex de ſumenda ſingulis annis ſacram euchariſtiam adſtringat ante pubertatis annos; arbitratur tamen legem naturalem, quin & diuinam de ſuſcipiendo baptiſmo,& ſimiles alias diuinas poſitiuas omnes vniuerſim aſtringere,etiam amentes & pueros,ſed ignorantes eas inuincibiliter,quod rationis vſum non habeant,vel alia de cauſa, excuſari à culpa illas non implendo. Ratio autem eſt,quoniam leges illæ omnibus vniuerſim hominibus latæ ac impoſitæ ſunt: non minus autem eſt per accidens in pueris,quatenus homines ſunt, quòd in ea ætate nimia humiditate organorum virium ſenſitiuarum internarum vſum rationis non habeant, quàm quòd dormientes,aut phrenetici, vel alij qui vſum ratiotionis, ſemel comparatum, amiſerunt, vſu rationis careant: nemo autem dicet, dormientes, & freneticos,vel alios,qui vſum rationis amiſerunt, non teneri legibus naturalibus ac diuinis poſitiuis, eſtò pro tunc excuſentur ab illarum impletione.

DISPVT. 48.

Vtrùm lex naturalis ſit vna,ac ſit de omnibus virtutum actibus.

SVMMARIVM.

1 *Lex naturalis vna lex dicitur vnitate finis ac ordinis ad eum finem,*

2 *Quamuis non omnes actus virtutum omnium naturalium ſub præcepto & lege cadãt,ſed multi eorum ſint opera conſilij, eatenus tamen ad legem naturalem pertinent, quatenus numen ipſum naturæ vel intellectus non minus ad eum finem eos eliciendos docet,quàm doceat efficiendos eos eſſe ad culpam uitandam,qui ſub præceptum ac legem cadunt.*

3 *Leges humanæ aut diuinæ poſitiuæ efficiunt aliquid ad uirtutem aliquam attinere tanquam neceſſarium, & efficiunt contrarium attinere ad uitium contrarium, quæ tamen ſecluſis illis legibus non eo modo ad eam uirtutem,aut ad id contrarium, uitia attinerent.*

1 LEx autem naturalis licèt multas ſingulares ac indiuiduas leges contineat, quia tamen omnes ad vnum naturalem finem humanæ naturalis felicitatis ordinantur, collectio earum omnium vna lex dicitur vnitate finis ac ordinis ad eum finem, vt diſputatione præcedente explanatum fuit.

2 Illud verò eſt obſeruandum, actus virtutum omnium naturalium, quamuis non omnes ſub præcepto ac ac lege cadant, ſed multi eorum opera ſint ſuperogationis ac conſilij, ad melius ac perfectius felicitatem naturalem & per conſequens ſupernaturalem etiam comparandam: eatenus tamen ad legem naturalem pertinere,ſub eadẽque ea de re,quatenus lumen ipſum naturæ ſeu intellectus ſyndereſisve,non minus ad eum finem eos eliciendos præſcribit ac vocet,quàm pręſcribat,efficiendos eos eſſe ad culpam ac peccatum vitãdum,qui ſub præceptum ac legem cadunt: & quatenus tradere conſilia ad eundem finem,ad eam totalem legem, vnam finis vnitate, ſpectat, ad quam pertinet leges ad eundem finem præſcribere ac tradere: tametſi non ab eis conſilijs lex dicatur, ſed à præceptis ſeu legibus, quas continet, vt diſputatione præcedente hæc omnia explanata ſunt. Imò verò eo ipſo,quòd humanæ leges ac præcepta traduntur vel leges ſupernaturales à Deo, quãuis tales leges de iure naturali nõ ſint, ſed de iure humano, aut diuino ſupernaturali, lex tamen naturalis præſcribit, docet, ac habet eis obediendum eſſe: quoniam illis ſuppoſitis ac latis, de iure naturali eſt vt maioribus ritè imperantibus obediatur, vt diſputatione præcedente oſtenſum quoque eſt.

Illud

3 Illud etiam obſerua, leges humanas, aut etiam diuinas poſitiuas, efficere aliquid ad virtutem aliquã attinere tanquam neceſſarium, vt virtus illa ſalua cõſiſtat, & efficere contrarium attinere ad vitium contrarium, quæ tamen ſecluſis illis legibus, non eo modo ad eam virtutem, aut ad id contrarium vitium attinerent. Verbi gratia, lata lege humana ieiunij quadrageſimalis, abſtinere à carnibus, & ſemel tantùm comedere illis diebus, ita ad virtutem temperantiæ pertinet, & contrarium ad intemperantiæ vitium, vt ſine eo neque virtus temperantiæ poſſit ſalua conſiſtere, neque item virtus obedientię maiorib. debitæ: cum tamen, ſecluſa ea lege, neque vt temperantia, neque vt obedientia ſalua conſiſterent, eſſet neceſſarium, neque contrarium ad inteperantiam & ad inobedientiam attineret. Similiter lata illa lege primis parentibus, ne de ligno vetito ederent, ſanè abſtinere ab eo cibo ad virtutem temperantiæ ac obedientiæ Deo debitæ fuit illis neceſſarium, comeſtioque illa de ligno vetito ad intemperantiam & ad inobedientiam attinuit. Ita poſito præcepto eccleſiæ de obſeruatione feſtorum, & diuino illo præcepto Dei poſitiuo legis veteris de obſeruatione ſabbathi, vtique obſeruatio illorum præceptorum neceſſaria eſt aut erat, vt virtus religionis Deo debitæ, & vt virtus obedientiæ, eccleſiæ aut Deo debitæ, ſaluæ conſiſterent, tranſgreſſioque eorum præceptorum ad vitia virtutibus religionis & obedientiæ contraria pertinet, vel attinebat: cùm tamen ſecluſa ea lege humana, aut diuina poſitiua, id non ita habet. Ratio autem eſt, quoniam ad temperãtiæ virtutem pertinet, ab iis abſtinere, in quibus recta ratio pro loco & tempore ac reliquis circunſtantijs concurrentibus neceſſariò abſtinendum iudicat: poſitis autem illis legibus, humana aut diuina poſitiua, id recta ratio lumenque ipſum naturæ docet ac præſcribit. Similiter ad virtutem naturalem religionis pertinet, eum cultum Deo exhibere, quem recta ratio pro circunſtantijs concurrentibus neceſſario illi exhibendum iudicat: poſita autem lege eccleſiæ de obſeruatione feſtorum, aut diuina poſitiua quòdam de ſabbathi obſeruatione, recta quoque ratio præſcribit abſtinendum ijs diebus ab operibus ſeruilibus in cultum Dei neceſſariò eſſe, vt virtus religionis ſalua conſiſtat, culpaque vitetur. Sicut etiam, poſito præcepto eccleſiæ de ſacro audiendo diebus feſtis, ratio naturalis docet eum cultum exhibendum Deo eis diebus eſſe, vt religionis virtus ſalua tunc conſiſtat, & vt culpa vitetur. Vnde actus illi earum virtutum non ſunt ſimpliciter de iure naturali, ſed ſunt de iure humano, aut diuino poſitiuo, eſtò ad virtutes naturales pertineant: cum hoc tamen addito diminuente, ſuppoſitis eis legibus humanis, aut diuinis poſitiuis, de iure naturali tunc eſt, vt fiant, ſi virtutes illæ naturales, appoſita ea circumſtantia eorum præceptorum poſitiuorum, ſaluæ debent cõſiſtere.

DISPVT. 49.

Vtrum lex naturalis ſit eadem apud omnes. Et num mutationem ſuſcipiat, aut aboleri ab hominum cordibus poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Ius naturale, tam obiectiuè ſumptum, quàm ſumptum pro lege naturali, eſt ſimpliciter idem apud omnes.*
2. A *Sæpe fit, vt multa, quæ in ſe ſunt iuris naturalis, non ſolùm à multis ignorentur, verum vt etiam circa aliqua docti, & timorati errent, idque varijs ex cauſis.*
3. *Frequenter fit, vt id quod ſine alijs circunſtantijs in ſe ſpectatum eſt de iure naturali, accedente circunſtantia aliqua non ſit de iure naturali, imò contrarium ſit de iure naturali.*
4. *Lex naturalem mutationem non recipit.*
5. *Tres gradus eorum quæ ſunt de iure naturali.*
6. *Lex naturalis nulla ratione poteſt ab hominum cordibus aboleri, prout eſt potentia intellectus, poteſt tamen aliquando aboleri per obliuionem & contrarium errorem.*

B QVod ad primum attinet, dicendum eſt, vt tractatu 1. Diſput. 4. ex parte fuit etiam à nobis explicatum. Ius naturale, tam obiectiuè ſumptum, quàm ſumptum pro lege naturali, eſſe ſimpliciter & abſolutè loquendo idem apud omnes: in quo differt à iure humano ſeu poſitiuo, tam obiectiuè quàm pro lege ſumptum: cum enim ius humanum pro hominum feratur arbitrio, tametſi id ſæpe, exigentibus circumſtantijs concurrentibus, diuerſis in locis eſt diuerſum. Hoc voluit ac docuit Ariſtoteles 5. Ethic. c. 7. dum ius naturale ſic definiuit: Eſt, quod vtique eandem vim habet, & non quia videtur aut non videtur. Hoc eſt cuius obligatio oritur ex natura ipſa rei, de qua eſt præceptum ac lex naturalis, & non ex arbitrio ac voluntate præcipientis. C Et quia res eandem naturam retinet in ſe apud omnes, idcirco ius naturale idem eſt, eandemque vim apud omnes habet. Eſt enim hoc diſcrimen valde animaduertendum inter ius naturale, & ius poſitiuum, ſiue humanum ſit ſiue diuinum. Quòd obligatio iuris naturalis oritur ex natura ipſa ob obiecti ſeu rei, de qua eſt præceptum ſeu lex, indeque ſe in legem diffundit. Atque ea de cauſa dici conſueuit, ea, que iuris ſunt naturalis, prohibita eſſe, quia mala & non ideo mala eſſe quia prohibita: & ſimiliter in bonis, iuſſa eſſe quia bona & neceſſaria vt fiant, & non ideo eſſe bona, neceſſariaque vt fiant, quia iuſſa. E contrario verò obligatio iuris poſitiui oritur à præcepto ac voluntate præcipientis, indeque in obiectum deriuatur. Et ideo de D ijs, quæ iuris ſunt poſitiui, dici conſueuit, eſſe mala, quia prohibita, & nõ idcirco eſſe prohibita, quia in ſe mala: & ſimiliter in bonis, eſſe bona neceſſaria vt fiant, quia imperata, & non idcirco imperata, quia in ſe bona neceſſaria vt fiant. Qua de cauſa meritò Ariſtoteles. 5. Ethic. c. 7. ea eſſe iuris poſitiui definiuit, quæ à principio, antequam lex ſtatuatur, nihil refert, ſi eadem aliter fiant; poſtquam verò lex eſt lata refert; quia videlicet eorum obligatio non oritur à natura rei præceptæ, ſed à præcepto voluntateque præcipientis.

Dixi, ius naturale, etiam ſumptum pro lege ac dictamine iuris naturalis, eſſe ſimpliciter & abſolutè loquendo idem apud omnes, non quidem quaſi omnes forment, calleant, ac præcipiant dictamina omnia ac leges iuris naturalis, aut quaſi multi circa earum aliquas non errent, atque interdum inuincibiliter, ita vt à culpa quo ad illarum tranſgreſsionem excuſentur, vt circa contractus aliquos ex natura ipſa rei illicitos, quos inuincibiliter iniuſtos ac illicitos non arbitrantur: ſed quoniam, ſi dictamen aliquod ſeu lex aliqua, iuris ſit naturalis, cum id habeat ex ſui natura, ex naturaque ſui obiecti, ſanè in quocunque intellectu poſita eſt iuris naturalis, & ex ſe obligat eodem modo omnes, ſiue penetrentur, taliſque eſſe intelligatur, ſiue non, imò eſto circa exiſtimationem, quæ de illa habeatur, vincibiliter aut etiam inuincibiliter erretur.

Euenit

2 Euenit vero multa, quæ in ſe iuris ſunt naturalis, non ſolùm à multis ignorari, & quædam eorum etiam à doctis & timoratis, opinatiuè ſolùm cognoſci, quin & circa aliqua nonnullos, etiam doctos & timoratos, errare, idque varijs ex cauſis. Primo, vt Diſputat.47. dictum eſt, à multis ignorantur multa, quæ iuris ſunt naturalis, ob ſui ruditatem, & ob diſtractionem ac occupationem nimiam circa alia, exiguamque aut nullam applicationem ad illa inueſtigandum, & ſaltem ad illa ab alijs addiſcendũ. Quæ etiam in cauſa eſſe poterunt, vt circa multa erretur. Secundo multa ignorantur, & circa aliqua etiam erratur, propterea quod multi uitijs ſint dediti, & circa illa nimium affecti, obcæcatique ac contenebrati ſint paſſionibus, qui in illis dominantur. Tertio ex ea multa ignorantur, & circa aliqua erratur, quod earum veritas abſtruſa nobis ſit, difficileque à nobis penetretur atque ex ſuis principijs deducantur. Non ſolùm autem imperiti ea facilè ignorabunt, aut etiam circa ea errabunt, eo facilius, quo magis inter barbaros minimeque doctos ac pios commorentur: ſed etiam doctos ac pios facilè eueniet eorum aliqua ignorare, quin circa illa, etiam inuincibiliter, errare. Sic facilè circa multos contractus erratur, quoſdam ex ipſamet rei natura vſurarios, aut aliter iniuſtos, iuſtos reputando, & vt tales eos approbando: alios verò ex ipſamet rei natura minimè iniuſtos nec illicitos, iniuſtos reputando ac damnando. Quin & cum difficilè polygamia illicita ex natura ipſa rei eſſe comprobetur ac contra bonum prolis, facilè nationes multæ errare inuincibiliter circa illa potuerunt, arbitrantes illicitam eam non eſſe, hodieque errare ſimiliter circa illam inuincibiliter facilè poterunt nationes, quibus euangelij lux nondum illuxit. Atque quamuis facilè cuique ſit notum, illicitum eſſe adulterium, quod in grauiſſimam iniuriam alterius coniugis perſpicuè redundat, & ex quo facilè multa alia grauia mala poſſunt oriri, vt quotidiana experientia teſtatur; quia tamen difficilè ex ſuis principijs deducitur ac intelligitur ſimplicem fornicationem illicitam eſſe & contra bonum prolis, ſatis eſt probabile multos inuincibiliter ignorare poſſe, ſimplicem fornicationem illicitam eſſe, ac proinde eos à culpa lethali, ea inuincibilis ignorantia excuſabit, vt Sotus. 1. de iuſtit. quæſtio.4. art.4. & Med. 1.2. quæſt. 94. art.4. inter alios rectè cenſet.

Hoc quoque aliud caput adiuuare multum poteſt, vt multa, quæ de iure ſunt naturali, ignorentur, vel ut etiã circa illa facilè homines, eſto docti ſint, errent.

3 Quòd licèt id, quod ſub aliquibus circunſtantijs eſt de iure naturali, ſemper ſub eiſdem circunſtantijs, & apud omnes, ſit de iure naturali, ſiue ab eis intelligatur ac penetretur eſſe de iure naturali, ſiue non; nihilominus frequentiſſimè in moralibus euenit, vt id, quod ex ſe, ſpectatum ſine alijs circunſtantijs, eſt de iure naturali, accedente circunſtantia aliqua non ſit de iure naturali, imò contrarium ſit de iure naturali. Vt quamuis de iure naturali ſit reddere ſuum depoſitum ei, qui illud petit, quando nulla alia adeſt circunſtantia, quæ id impediat, ſi tamen illud velit ad ſe ipſum vel alterum iniuſtè interficiẽdum, vt ſi depoſitum ſit enſis, vel ad perniciem reipublicæ, de iure naturali eſt tunc, ea ſuperueniente circunſtantia, illud ei non tradere. Si item depoſitum ſit pecunia, & ſuperueniat iudicis mandatum, vt ei non tradatur, tunc, adueniente ea circunſtãtia, non eſt de iure naturali reddere illud ei, qui illud depoſuit ac petit. Euenit etiam ſæpe in moralibus, vt id, quod ſub certis circunſtantijs eſt de iure naturali, deficiente aliqua earum, aut ſuperueniẽte circunſtantia alia, deſinat eſſe de iure naturali, & interdũ,

A vt id non efficere, vel vt efficere contrarium, ſit de iure naturali. Atque propter hanc varietatem, quæ ob diuerſas circunſtantias frequentiſſimè in moralibus euenit, & quia iudicium verum de rebus moralibus quàm ſæpiſſime pendet ex variis circunſtantijs, quæ ignorantur, vel facilè non attenduntur, ſæpe euenit, vt multa, quæ de iure ſunt naturali, vel ignorãtur, vel etiam circa eorum iudicium ſæpe homines errant. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita.

Quod verò attinet ad ſecũdum, num ſcilicet lex 4 naturalis mutationem ſuſcipiat, facilè ex dictis circa primum, paucis additis, intelligetur quid dicendum ſit. Eſt quippe dicendum, ſimpliciter ac abſolutè loquẽdo, legem naturalem mutationem ſeu va-
B riationem non ſuſcipere. Quoniam ſi aliqua eſt lex naturalis, ſemper & apud omnes in ſe ita habet & eſt talis, licèt à multis non penetretur ac ignoretur, imo multi circa illam errẽt ex cauſis paulo antea explicatis: quod non eſt illam variationem vllam aut mutationem in ſe ſuſcipere: ſed eſt homines multos eam non penetrare, eamque ignorare, aut circa illam errare. In quo multum differt à lege humana & poſitiua, quæ vt pro arbitrio ac voluntate eam ferentium varia diuerſis in locis & diuerſis temporibus in vno & eodem loco fertur, ſic pro eodem arbitrio abrogatur, tollitur, arctatur, ac mutatur.

Huic doctrinæ non repugnat, quod cum Ariſt. 5. Ethic. c.7. & diuo Tho. 2.2. q.57. artic.2. ad 1. tractatu 1. Diſputa.4. diximus, & quod D. Thom. 1.2.
C q.94. artic.5. docet. Nempe ſicut inter res naturales quædam ſunt neceſſariæ omnino, quæ variationem non patiuntur, vt ignis ita eſt calidus, vt nec frigidus nec non calidus eſſe poſſit, & homo ita ſuapte natura eſt præditus vi ad intelligendum, vt ea priuari nequeat; & quædam aliæ ita ſuapte natura ſunt tales, vt poſsint aliquando aliter ſe habere, vt quamuis dextera manus fortior & habilior ad agendum naturaliter ſit, quàm ſiniſtra, interdum tamen ſiniſtra fortior & habilior ad agendum euadit, quàm dextera: ita in rebus moralibus quædam de iure naturali eius ſunt conditionis, vt nequeant non ita habere, eiuſmodi ſunt, malum morale eſt fugiendum, falſum teſtimonium non eſt proferendum, neque eſt mentiendum, Deus odio non eſt proſequendus,
D & ſimilia alia: quædam vero aliæ ita ſunt de iure naturali, vt poſsint aliquando deficere, & non eſſe de iure naturali. Vt quamuis de iure naturali ſit depoſitum reddere, ex circunſtantijs tamen ſuperueniẽtibus deſinere id poteſt eſſe de iure naturali, quin & ex eiſdem ſuperuenientibus circunſtantijs effici cõtrarium poteſt de iure naturali. Hæc, inquam, doctrina paulo antea dictis non repugnat. Quoniam lex naturalis non eſt, vt in omni euentu, ſuperueniẽtibuſque quibuſcunque circunſtantijs, depoſitum domino id petẽti reddatur: ſic enim lex illa malum præſcriberet, ac proinde nõ eſſet lex naturalis, imo eſſet contra ius naturale: ſed lex illa naturalis ſolùm habet, reddendum eſſe depoſitum domino illud pe-
E tenti, ſi non adſit circunſtantia, quę id impediat, aut quæ licitum efficiat illud tunc ei non reddere: eoque modo lex illa ex ipſamet rei natura eſt intelligẽda. Quare variatio illa, de qua Ariſtoteles & diuus Thom. loquuntur, neque eſt variatio in lege naturali, quaſi aliquid mutetur, arctetur, aut varietur in lege ipſa, neque eſt mutatio in obiecto eius legis, quatenus obiectum eius legis eſt, quaſi vi ſub eam legem cadebat, eratque de iure naturali obiectiuè, deſinat cadere ſub eandem legem, aut deſinat eſſe de iure naturali obiectiuè: neutrum enim eſt verum: ſed eſt mutatio per aduentum circunſtantiæ, cum qua, ſicut nunquam fuit de iure naturali obiectiuè, nunquamque cadens fuit ſub eam

legem, ita per aduentum eius circunſtantię ſubtrahitur à ratione iuris naturalis obiectiuè, atque ab obiecto eius legis. Id quod in multis alijs, quæ de iure ſunt naturali, ſæpe euenit, vt exemplis tractatu 1. Diſput. 4. oſtendimus. Quo in loco explicauimus, ius humanum apponere poſſe circunſtantiam, quæ efficiat id non eſſe de iure naturali, quod, ſecluſa ea circunſtantia, de iure eſſet naturali. Vt lege præſcriptionis ibi oſtendimus ius ciuile, transferendo dominium rei alienæ in eum, qui legitimo tempore ad illam præſcribendum bona fide eam poſſedit, efficere, vt qui de iure naturali alioquin teneretur illam reſtituere priori domino, eam reſtituere iam non teneatur. Et ius gentium per rerum diuiſionem, efficiendo proprias quo ad dominium res primò illas occupantibus, aut legitimo titulo illas deinceps acquirentibus, effeciſſe, vt contra ius naturale non ſit, denegare alijs vſum earum extra neceſſitatem extremam aut grauem: quod tamen alioquin fuiſſet contra ius naturale, quo prima rerum creatione omnibus quo ad dominium erant communes, donatæ à Deo generi humano in communi, propter quod, & ad cuius vſum, eas omnes condidit. Item ius gentiū, meritò introducendo, vt captis bello iuſto mors commerita in perpetuam commutaretur ſeruitutem, effeciſſe, vt contra ius naturale non ſit, ita captos libertate priuari, qua alioquin omnes iure naturali liberi naſcuntur ac ſunt. Lege quæ ibi copioſius quoad hæc explicata ſunt. Sic etiam ius eccleſiaſticum irritando vrgentiſſimis ex cauſis in concilio Tridentino contractū matrimonij clandeſtini nullum eum efficit: cum tamen, ſecluſa tali irritatione, iure naturali erat validus. Deus item, vt ſupremus rerum omnium dominus, atque ex rationabiliſſima cauſa, ob ſeruitutem, qua Aegyptij filios Iſrael iniquè ſubiecerant, & ob grauiſſimas alias iniurias illis illatas, condonando filijs Iſrael vaſa & alia Aegyptiorum, quæ vt mutuò ab Aegyptijs peterent illis ſuaſit, effecit, vt quod alioquin futurum fuiſſet furtum, atque adeò contra ius naturale, ſeptimumque decalogi præceptum, nec furtum nec contra naturalem legem eſſet. Eodem quoque modo Deus, præcipiendo patri Abrahamo, tanquam vitæ Iſaac dominus, vt ſibi illum immolaret, fecit vt contra ius naturale non eſſet, attentare illum interficere: quod tamen, ſecluſo eo Dei præcepto, ea ve circunſtantia ſuperueniente ex parte eius obiecti, contra ius naturale quintumque decalogi præceptum eſſet; eo quòd Iſaac innocens eſſet, & neque ipſe, neque pater ipſius, domini eſſent vitæ illius, ſed ſolus Deus, vt tractatu 3. Diſputat. 1. oſtenſum eſt. Lege quæ quoad id præceptum Abrahamo à Deo impoſitum. 1. par. q. 19. art. 6. Diſp. 1. dicta à nobis ſunt. Plura alia adduci poterant exempla, quorum aliqua ex dictis tractatibus pręcedentibus conſtant, & ex dicendis in progreſſu huius tractatus patebunt: hæc tamen hoc loco ſufficiant.

Ea autem, quæ ſuprà commemorauimus eius eſſe conditionis, vt nulla poſſint aliter ſe habere, talia ſunt, vt ex nulla circunſtantia ſuperueniente licita eſſe poſſint, extrahive à ratione obiecti iure naturali prohibiti. Poſſunt quidem illa fieri abſque culpa, ſi à carente vſu rationis fiant, excuſante tunc à culpa carētia vſu rationis, priuatioque libertatis, ſine qua culpa eſſe non poteſt; nulla tamen circunſtantia efficere poteſt, vt illicitum & contra ius naturale eſſe deſinat, falſum teſtimonium dicere, mentiri, odio proſequi Deum, aut malum morale ac culpæ non fugere: quare illa præcipere non poteſt Deus, aut illa ſuadere, vel inclinare: quoniam id cum infinita ac illimitata ſua voluntate pugnat.

5 Accipe ergo tres gradus eorum, quæ de iure ſunt naturali. Primus eſt eorum, quæ ita intrinſecè ſunt A mala, vt nulla ſuperueniente circunſtantia cohoneſtari poſſint, extrahive à ratione obiecti iure naturali, atque adeò ex ſe prohibiti, qualia ſunt, quæ proximè ſunt commemorata.

Secundus eſt eorum, quæ ſunt quidem de iure naturali, quæque accepta ſub certa ratione formali adeò ſunt intrinſecè mala, vt remanente eadem ratione formali, nulla ratione poſſint licita reddi, attamē adueniente aliqua circunſtantia, quemadmodum extrahi per illum poſſunt ab ea ratione formali intrinſecè mala, ſic licita quoque reddi poſſunt ac extrahi ab obiecto iuris naturalis. Eiuſmodi eſt contrectatio rei alienæ inuito domino, quæ iure naturali eſt prohibita, rationemque furti ſortitur, atque, quo ad rationem furti, ita eſt intrinſecè mala, vt nul- B la ratione poſſit eſſe licita, aut non prohibita iure naturali: & quia ſeptimum præceptum decalogi furtum, quo ad rationem furti, prohibet, ſanè quod illo præcepto prohibetur, ſub ea ratione qua prohibetur, eſt intrinſecè malum, neque in eo cadere poteſt diſpenſatio, etiam diuina potentia, vt de eo præcepto & de alijs decalogi Diſputat. 57. dicemus: nihilominus ſi permiſſu Dei, qui dominus vniuerſalis eſt omnium, quod alienum erat, contrectetur, eo, cuius erat, inuito, quemadmodum id iam ex ea circunſtantia furti rationem non retinet, quia accipitur cō donatum à Deo, ſic nec eadem acceptio manet intra limites prohibita iure naturali, ſed potiùs manet extra limites talis obiecti. Eiuſmodi etiam eſt interfectio innocentis, quæ iure naturali eſt prohibita C & vt iniuſta eſt ex ſe ſimpliciter & abſolutè loquendo, rebuſque omnibus relictis ſuæ naturę, curſuque communi vniuerſi, nihilque Deo diſponente ſupra communem curſum ſuæ prouidentiæ; ſic quoque quoad eam ſolam rationem iniuſtam ac illicitam prohibita cenſetur quinto præcepto decalogi, quo pacto intrinſecè eſt mala, nullaque ratione ea ratio formalis iniuſtitiæ cohoneſtari poteſt, ac non illicita reddi. Quamuis autem id ita ſit, quemadmodum tamen adueniente circunſtantia, quòd Deus, qui dominus eſt vitæ cuiuſque innocentis, ſupra cōmunem curſum, & ſupra communem ſuæ prouidētiæ ordinem, innocentem aliquem interfici præcipiat, deſinit talis interfectio habere rationem iniuſtitiæ, ſic quoque ex eadem circunſtantia eximitur D à numero prohibitorum quinto decalogi præcepto, atque ob obiecto iure naturali malo ac illicito.

Tertius verò eſt eorum, quæ licèt per ſe, ſecluſaque alia circunſtantia, ſint de iure naturali, ex circunſtantia tamē deſinunt eſſe de iure naturali; imò reddi poſſunt contra ius naturale, ratioque ipſorum formalis ad vtrumque ſe extendit, nec perit adueniente, iuxta communem curſum naturæ, ea circūſtantia. Eiuſmodi eſt, reddere depoſitum domino illud petenti. Id enim de ſe, ſecluſa omni alia circunſtantia, quæ id impediat, aut quæ licitum efficiat illud non reddere, eſt de iure naturali: ex circunſtantijs tamen, ſecundum naturæ curſum ſuperuenientibus, deſinere poteſt eſſe de iure naturali, imò eſſe E poterit cōtra ius naturale, vt ſuprà explanatum eſt: cum tamen tam quando eſt de iure naturali, quàm quando eſſe deſinit de iure naturali, vel eſt contra ius naturale, ſic reddere depoſitum domino illud poſcenti. Eiuſmodi etiam eſt, non abſcindere proprium membrum vel alienum, quod de ſe, ſecluſaque omni alia circunſtantia, eſt de iure naturali: ex circunſtantia verò, quòd ita expediat, deſinit eſſe de iure naturali, licitumque ac meritorium redditur illud abſcindere: cū tamen in vtroque euentu ſit nō abſcindere proprium vel alienum membrum.

Quod verò ad vltimum, quod in titulo diſputa- 6
tionis fuit propoſitum attinet, num ſcilicet lex naturalis aboleri à cordibus hominum poſſit, paucis eſt

eſt dicendum. Quoad primum illius ſtatum ex tribus diſput. 47. explicatis, nulla ratione poſſe à cordibus noſtris aboleri. Quoniam, vt ibidem explanatum fuit, quoad eum ſtatum, non eſt aliud, quàm potencia ipſa intellectus, lumen ve naturale intellectus ad imaginem ac ſimilitudinem luminis intellectus diuini nobis impreſſum, ſuper nos ve ſignatum, quo naturaliter ſine alio doctore agnoſcere poſſumus quæ iuris ſunt naturalis: potentia autem intellectus aboleri à nobis non poteſt. Quoad ſecundum verò ſtatum, nempe quoad actus cognoſcendi naturaliter, quæ iuris ſunt naturalis, dicendum eſt, non poſſe quoad aliqua, quæ omnibus ſunt peruia, euidentia, ac nota, aboleri à cordibus noſtris, ſemel comparata; neque conſequenter quoad tertium ſtatum, quoad habitus inde vlterius comparatos poſtquam inde comparati ſunt, aboleri à nobis poſſe: tametſi in ijs, qui rationis vſum nunquam habuerunt, neque tales actus neque tales habitus vnquam fuerint, vt ſemel comparati aboleri ab eis propriè potuerint. Quoad alia verò, quæ non ita peruia, euidentia, ac nota omnibus ſunt, eſt dicendum. Poſſe aboleri ſemel comparata, per obliuionem, aut cõtrarium errorem, tum quoad actum, tum etiam quò ad habitum: cæteriſque paribus, longè plura quoad actum & habitum ſolere cõparari à perſpicacioribus ingenio, timoratis ac morigeratis, magiſque deditis ſtudio moralium, quàm ab alijs: minuſque ab eis ſolere aboleri. Quòd autem homines hebetiores ſunt, minuſque dediti ſtudio moralium, magiſque vitijs traditi, pluſque in eis paſſiones dominantur, eo plura eorum ignorare ſolent, atque in errores contrarios facilius ac frequentius labuntur. Id verò propriè non eſt leges naturales cõtrarias, quas nunquam actu, & multo minus habitu, compararunt, in eis aboleri, ſed eſt eis ſemper caruiſſe nunquamque illas habuiſſe, vel ſua culpa ac negligentia, vel ignorantia inuincibili, quo ad earum aliquas. Quatenus autem lex naturalis ſcripta eſt in cordibus noſtris modis hac & duabus diſputationibus præcedentibus explicatis, de ea Auguſt. 2. confeſſionum c. 4. cum Deo agens ſic dixit: *Lex tua ſcripta eſt in cordibus hominum, quam nec ulla quidem delet iniquitas*. Quia enim connaturalis nobis eſt, atque eſt, vel ipſummet lumen naturale intellectus, vel inde adhibita aliqua noſtra induſtria, in nobis naturaliter emanat, eum non delent peccata ſeu iniquitas: ſicut lethalia peccata demeritoriè lædunt, delent gratiam, quæ à gratuita Dei collatione pendet, quamque Deus ob culpam lethalem iuſtiſſimè à nobis aufert. Atque hæc eſt cauſa, quòd cum gratia multo præclarior ac excellentior ſit, quàm lex naturalis, culpa lethalis gratiam gratum facientem deleat, & non deleat legem naturalem, tametſi obtenebrare illam poſſit.

DISPVT. 50.

Vtrùm lex vetus bona atque à Deo fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Vltra legem naturalem tradita fuit homini lex ſupernaturalis, tum in ſtatu innocentiæ, tum etiam poſt lapſum; deinde etiam tradita eſt lex naturalis redacta ad ſummam præceptorum decalogi.*

2 *Hæretici antiqui legem ueterem improbabant, & in Deum & Chriſtum blaſphemi erant.*

3 *Mahometus multa ex prioribus hæreticis hauſit, quæ ſuis erroribus immiſceret.*

4 *Argumenta ex ſacra ſcriptura, quibus Manichæi probabant legem ueterem non eſſe bonam.*

5 *His non obſtantibus lex uetus bona eſt, licèt fuerit imperfecta comparatione legis gratiæ ac finis ultimi, ad quem utraque ordinabatur.*

6 *Imperfectio ueteris legis comparatione nouæ in eo eſt poſita, quod nouam adumbrabat, & ad illam, tanquam ad longè perfectiorem, diſponebat.*

7 *Hæreditas uitæ æternæ, & iuſtificatio ad illam neceſſaria non ſunt ex lege ueteri, ſed ex Chriſto eſt hæreditas uitæ æternæ, & iuſtificatio ex meritis Chriſti.*

8 *Lex uetus per angelos Dei miniſtros tradita eſt: at lex gratiæ per filium Dei, hominem factum.*

9 *Refelluntur argumenta Manichæorum, quibus probare nitebantur legem ueterem non eſſe bonam.*

10 *Explicatur quidam locus Ezechielis diuerſimodè.*

EXplicata à diſput. 47. lege diuina naturali, reſeruando aliquid adhuc circa illam explanandum, dum de moralibus legis veteris præceptis nobis fuerit ſermo, quæ moralia legis veteris præcepta ad eandem naturalem legem pertinent, quam non ſolùm legem veterem, ſed etiã legem euangelicam, & leges ſtatus innocentiæ, & naturæ lapſæ ante traditam legem veterem, continere diſputatione 46. copioſè fuit explanatum, iuxta ordinem initio diſputationis 47. propoſitum, de legibus Dei ſupernaturalibus eſt deinceps nobis diſputandum.

1 Cum enim homo ad ſupernaturalem finem ſempiternæ felicitatis fuerit cõditus, ad quẽ per ſupernaturalia media, cooperante ipſum per ſuum liberum arbitrium, perueniret; eique ſupernaturali fini ſubordinata ſint finis & media naturalis humanæ moralis felicitatis; ſanè expediens neceſſariumque fuit vltra legem naturalem tradi illi legem ſupernaturalem, tum in ſtatu innocentiæ, tum etiam poſt naturam lapſam, promiſſumque illi remedium aduerſus peccatum per Chriſtum, eamque ex parte variam, prout diuinæ ſapientiæ ac prouidentiæ ordine, prius Deus promittere voluit remediũ per Chriſtum contra peccatum; poſtea verò deligere voluit ſobolem ac populum peculiarem, vnde Chriſtus naſceretur, atque cui eo ſemine Chriſtum promitteret, & in quo adumbraret ac prædiceret, quæ tempore Chriſti erant futura, vt facilius ſuſciperetur, credibilioraque fierent myſteria ac fides, quæ irritus doceret; & voluit vt tandem Chriſtus veniret, nouamque legem humano generi traderet, vt hæc omnia diſputat. 46. fusè tradita ſunt. Expedientiſsimum quoque fuit, præſertim poſtquam genus humanum multis vitijs fuit infectum, ad idololatriam multum deflexit, valdeque etiam circa naturalia cęcutire cæpit, vt ſimul cum ſupernaturali lege traderet Deus ipſe naturalem legem ad ſummam pręceptorum decalogi redactam, vt homines perſpicuè & certò ſcirent præcipua, tam quoad interiores actus, quàm quoad exteriores, quæ ad legem naturalem attinerent: id quod Deus reipſa in lege veteri præſtitit, Chriſtuſque in euangelio ſeruari pręcepit, vt diſp. 46. citata explanatum fuit.

Quia verò explicatis ijs, quæ ad legem veterem ac gratiæ ſpectant, intelligentur facilè, quæ ad ſupernaturales leges innocentiæ ſtatus, & ſtatus naturæ lapſæ ante legem ſcriptam attinebãt, ſatis erit hoc loco de lege veteri & de lege gratiæ diſſerere. Incipimus verò à lege veteri. Tum quòd tempore fuit prior; tum etiam quod adumbrauerit ac prædixerit futura tempore legis gratiæ, ad illamque fuerit præambula ac diſpoſitio.

2 Quod ad id attinet, quod in titulo huius diſputationis eſt propoſitum, quodque circa legem veterẽ primo loco eſt examinandũ. Præter Simonem Magum,

gum,quem ſubnotare videtur Clemens Petri diſcipulus lib.6. Apoſtol. Cong.19. Cerdon hæreticus, quem Irenæus lib.1. aduerſus hæreſes teſtatur veniſſe Romam tempore Higinij Papæ & martyris, & à quo Cerdoniani hæretici dicti ſunt,autore Augu.lib.de hæreſib.hæreſi 21.inter alios errores,duo principia inter ſe aduerſantia dogmatizauit: Deúmque legis veteris & prophetarum non eſſe patrem Chriſti,nec eſſe bonum Deum: vetuſque proinde Teſtamentum aſpernabatur. Patrem verò Chriſti eſſe bonum Deum affirmauit. Item Chriſtum aſſeruit nec natum fuiſſe ex femina, neque habuiſſe carnem,nec proinde verè fuiſſe mortuū, nec verè fuiſſe paſsum,ſed paſſionem ſimulaſse. Marcium quoquæ,qui,vt Caſtrus aduerſus hæreſes verbo lex hæreſi 2.ait,diſcipulus fuit Cerdonis, ex Irenæo lib.1. aduerſus hæreſes refert, aſseruiſse legem veterem malam fuiſse & à malo principio. Caiani etiam, ſic dicti,quòd Cain honorent, ac Iudam proditorem, & quoſdam alios ſceleratos,autore eodem Aug. ibidem hæreſi 18.legem veterem & Deum illius autorem blaſphemant, vtrumque vt malum improbantes. Caſtrus vbi ſuprà Caianos cum Marcioniſtis ex Irenæo lib.1. aduerſus hæreſes commemorarat, tanquam Marcionis diſcipulos, vnumque cū Marcioniſtis. Errores illos omnes ex Cerdone commemoratos ſequuti ſunt poſtea Manichæus illiuſque ſectatores,vt ex Aug.lib.de hæreſib.hæreſi 46.& ex ijs,quæ ex Fauſto Manichæo de verbo ad verbum refert atque impugnat 23. libris, quos 6.Tomo aduerſus eundem Fauſtum ſcripſit, atque ex Epiphanio 2.Tomo aduerſus hæreſes lib.2.hæreſi 66. conſtat. Vnde vetus teſtamentum reijciebant,& legem in eo traditam improbabant,non quidem quo ad legem naturalem in eo traditā,ſed quoad præcepta cęremonialia & iudicialia, quę admiſcet,vt ex ijs,quę ex Fauſto in principio lib.22.aduerſus eundem Fauſtum Auguſtinus refert,Fauſtus ipſe ſe exponit. Et quamuis duo principia prima rerum conſtituerent Manichæi, vnum bonum,& alterum malū & vtrūque interdum Deum nuncuparent, vt Epiphanius vbi ſuprà ait,& Fauſtus ipſe in ijs, quæ ex ipſo Auguſtinus initio lib.21.aduerſus eundem refert, confitetur; ibidem tamen idem Fauſtus vult, nomine Dei ſolùm principium bonum ſignificari, atque intelligendum eſſe, ſicque ſimpliciter vnum tantum Deum eſſe: principium verò rerum malum non Deum,ſed dæmonem eſſe,hylenque ſeu dæmonem appellari. Quemadmodum autem cum Cerdone Manichæi negabant, Chriſtum carnem veram habuiſſe, natumque fuiſſe ex Maria, ſic ex nouo teſtamento ea reijciebant, quæ de natiuitate Chriſti ex Maria,& quæ de genealogia Chriſti ex Abrahamo & Dauide narrantur, tanquam vel non ſcripta ab Euangeliſtis, & Paulo,qui Chriſtum ex ſemine Dauid & ex muliere factum affirmat, vel tanquam falsò ab eis ſcripta, vt ex ijs,quæ ex Fauſto lib.2.contra eundem & ſequentibus Auguſtinus refert, conſtat,aitque Fauſtus,ſi Paulus id ſcripſit,mutaſſe poſtea ſententiam ſcribendo ad Galatas. Euangelia autem Fauſtus ſuſcipit à puncto, quo Euangeliſtæ prædicationem euangelij narrare incipiunt, facileque negat, quæ cum ſuis erroribus pugnare videt, tanquam ab Euangeliſtis non ſcripta, aut non verè ab ipſis ſcripta. Quæ de paſſione ac morte Chriſti & de cicatricibus in Chriſto poſt mortem ac reſurrectionem remanenſibus in Euangelio narrantur, ea omnia à Chriſto ſimulata affirmat; nec verè,ſed ſimulatè tantum paſſum mortuumque fuiſſe, ac reſurrexiſſe: reſurrectionemque futuram, tam ipſe quàm hæretici omnes commemorati, negant, vt ex Auguſtino locis citatis & ex Epiphanio vbi ſuprà conſtat,quàm plurimaſque alias ineptias,impugna-

A tione indignas, quas Auguſtinus & Epiphanius locis citatis referunt, Manichæus affirmauit. Refert verò vbi ſuprà Epiphanius, Manichæum tempore Aureliani, & Probi imperatorum manifeſtari cœpiſſe, atque à Rege Perſarum fuiſſe iuſſum interfici detracta cute arundinibus, eo quòd pollicitus fuiſſet liberare à morbo Regis illius filium, eumque interfecerit.

5 Illud verò hoc loco obiter admonuerim, ex hac errorum & ineptiarum colluuie mutuo Mahumetum ſumpſiſſe multa, quæ ſuis erroribus miſceret. Licèt enim Chriſtum verum hominem,conceptum ex virgine ſine viri ſemine,ex ea natum in carne paſſibili, atque à Deo miſſum confiteatur, veramque fuiſſe eccleſiam,quam fundauit, in eaque homines, B dum illa perſeuerauit incorrupta, ſaluos fuiſſe factos; ſicut etiam confitetur veram fuiſſe ſynanogæ eccleſiam,in eaque ante Chriſti aduentum homines ſalutem fuiſſe conſequutos; negauit tamen Chriſtum fuiſſe Deum,ſanctiſſimæque Trinitatis myſterium, negauit item nullum fuiſſe manente in egreſſu beata Maria virgine, negauit etiam Chriſtum fuiſſe paſſum ac mortuum, ac proinde reſurrexiſſe; ſed aſſeruit, diſcipulum quendam ipſius, ſibi ſimilem,rogatum à Chriſto, mortem ſubijſſe, atque ad ineptias Manichæorum recurrit, mutata ſcilicet ab eccleſiæ Chriſtianę ſacerdotibus ea fuiſſe,quę Chriſtus inſtituit ac docuit, confictaſque ab eis aut adulteratas fuiſſe ſcripturas noui teſtamenti, nec docendo quando & à quibus id fuerit effectum, nec item C cur ac quorſum Chriſtus rogauerit diſcipulum illū mortem loco ipſius ſubire, cum tamen Euangelia ac reliquæ noui teſtamēti ſcripturæ ſacræ verè mortuum ac reſurrexiſſe Chriſtum affirment, ſuaque morte ſatisfeciſſe pro peccatis generis humani, hominéque redimiſſe mundum apertiſſimis verbis dilucidiſſimeque affirment, fueritque id per Prophetas veteris teſtamenti longè antea prædictum:& cū ſacræ noui teſtamēti literæ ab initio Eccleſię à Chriſto fundatæ in ea fuerint vt tales receptæ, ad diuinamque prouidentiam attineret,non fundari Chriſti Eccleſiam,quam Mahumetus ipſe longè pręſtantiorem eam fuiſſe,quàm ſynagogam,confitetur, nō relinquendo illi canonicas ſcripturas, quæ fidem & præcepta à Chriſto tradita continerent, quibuſque D ea eccleſia gubernaretur ac regeretur: atque cum continua ſucceſsione à ſanctis doctoribus Chriſtianæ Eccleſiæ Auguſtino, Hieronymo, Iuſtino Martyre, Dionyſio Areopagita, & ab innumeris alijs, ſint ex omnibus eis ſcripturis tanquam ex ſacris & canonicis unanimi conſenſu teſtimonia citata: quo ualidiſsimo argumento vtitur, inter alia, Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum,quo euidenter conuincit nefas illi eſse, quaſdam partes ſcripturarum noui teſtamenti, vt canonicas ueritatiſque infallibilis admittere, & reliquas vnanimi conſenſu perpetuaque ſucceſsione, vt tales à Chriſtiana Eccleſia ſemper habitas, reijcere. Baptiſtam quoque Chriſtianæ Eccleſiæ reijcit Mahumetus, E cum tamen Ioannem etiam Baptiſtam, vt ſanctum veneretur, Mahumetanique eiuſdem feſtum nobiſcum colant, ex veterique teſtamento circumciſionem admittat, ſeruandamque doceat ac præcipiat. Et cum ſcripturas veteris teſtamenti, vt canonicas atque à Deo traditas,irrefragabiliſque perinde infallibiliſque veritatis, Iudæi & Chriſtiani perpetuò conſenſu vnanimi ſeruauerint, quas ſi vel Chriſtiani corrumpere attentaſſent, Iudæi illico acriter reclamaſſent, ſicut è contra ſi Iudæi id efficere tentaſſent, Chriſtianis illis omnino reſtitiſſent; Mahumetus eas non recipit, neque reliqua, quæ in veteri lege præcipiebantur, obſeruanda eſse docuit. Atque quamuis Mahumetus futuram reſurre-

ſurrectionem mortuorum contra omnes hæreticos commemoratos nobiſcum confiteatur; non tamen viſionem Dei neque aliud præmium bonis pollicetur, quàm terreſtrem paradiſum, in quo Adamus decidit: cum vxorum, equorum, cibi ac potus, aliarumque corporis deliciarum vſu. Cum tamen paradiſus terreſtris exiguæ admodum fuit quantitatis, vt in tractatu de opere ſex dierum in noua Commentariorum primæ partis editione, quã paramus, Deo dante lucidè oſtendemus: qui proinde nec tot homines ac mulieres, nec tantum equorum aliorumque animalium capere poterit, nec cibos ad tantam hominum aliorũq; animalium ſuſtentationem poterit vlla ratione ſuppeditare. Hanc partem errorum ac ineptiarum Mahumeti libuit hoc loco occaſione errorum Manichæorum, aliorumque hæreticorũ, qui commemorati ſunt, paucis obiter referre, vt ex illis quid de reliquis illius deliramentis ac figmentis ſit ſentiendum facilè conſtare cuiuis poſſit. Nunc ad noſtrum regrediamur inſtitutum.

4 Manichæi, inter alia, legem veterem nec bonam, nec à bono Deo latam, quibuſdam ex ſequentibus argumentis contendebant. Primò, quoniam pugnantia cum Euangelio continebat. Præcipiebat enim Sabbathum ſeruari in memoriam, quòd Deus Sabbatho ceſſauit ab vniuerſo opere: cum tamen Chriſtus Ioan. 5. doceat, Patrem ſuum nunquam ab opere ceſſare, dicens: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Et cum Chriſtus Sabbatho curaſſet, iuſſeritque Io. 5. curatum ab ipſo tollere Sabbato lectum ſuum, & ambulare.

Secundò, Paulus ad Hebręos 8. de veteri teſtamento ait: *Nam ſi illud prius culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur*; ergo lex in illo tradita, bona non fuit, ac proinde non fuit à bono Deo.

Tertiò, Ezechielis 20. Deus veteris teſtamenti dicit: *Dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus nõ viuent;* lex autem, num bona ſit vel mala, ex præceptorum qualitate dignoſcitur: ergo lex veteris teſtamenti bona non fuit, nec proinde à bono Deo.

Quartò, lex ſi bona ſit, bonos efficit ſubditos, atque in eorum ſalutem ſpiritualem, & non in illorum ſpirituale detrimentum ordinatur ac cedit: ſed de lege veteri ad Rom. quarto, ait Paulus. *Lex iram operatur: vbi enim non eſt lex, neque præuaricatio.* Et ad Rom. 5. *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.* Et ad Rom. 7. *Occaſione accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cum veniſſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum, occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit*; ergo lex vetus mala erat, ac proinde à malo primo illius autore ac principio.

Quintò, lex ut bona ſit, eſſe non debet obſeruatu admodum difficilis, ſed fragilitati humanæ accommodata: lex autẽ uetus, autore Petro Actorum 15. iugum erat, *quod*, inquit, *neque patres noſtri neque nos portare potuimus:* ergo lex uetus bona non erat.

Sextò, *Dei perfecta ſunt opera*, vt Deuter. 32. habetur, ſed de lege veteri Paulus ad Hebr. 7. ait: *Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex:* ergo lex vetus neque à Deo neque bona fuit.

Septimò, ſacrificia veteris legis Deo non erãt grata, ſed potius inuiſa: ergo lex vetus nec bona erat, nec à Deo. Conſequutio eſt perſpicua, & antecedens probatur. Quoniam Iſaiæ 1. ait Propheta: *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, di-*

A *cit Dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum veneritis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam & ſabbatum veſtrum, & feſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cœtus ueſtri. Calendas ueſtras, & ſolemnitates ueſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus ueſtras, auertam oculos meos à uobis.* Et Ierem. 7. *Non ſum loquutus cum patribus ueſtris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocauſtomatum & uictimarum.* Pſal. 49. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum* B *potabo? Immola Deo ſacrificium laudis*, &c. Et Pſ. 50. *Si uoluiſſes ſacrificium, dediſſem utique, holocauſtis non delectaberis.* Et Pſal. 39. *Sacrificium & oblationes noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato nõ poſtulaſti.* Quem locum explicans Paulus ad Hebr. 10. ait: *Holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt.*

Octauò, in lege veteri continebatur lex illa, *Oculum pro oculo, dentem pro dente*: quam velut duram ac inhumanam reprobat Chriſtus Matth. 5. dicens: *Ego autem dico uobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*, &c. ergo lex vetus nec bona fuit, nec à Deo.

His argumentis nihil impedientibus, dicendum 5
C eſt; Legem veterem bonam fuiſſe ac ſanctam, & à Deo populo Iſraelitico latam. Fuiſſe tamen imperfectam comparatione legis gratię, ac finis vltimi, ad quẽ utraque ordinabatur. Prior pars eſt de fide, contraria ineptijs hæreticorum, qui cõmemorati ſunt. Fuit enim lex vetus (tametſi comparatione legis gratiæ imperfecta) donum maximũ filijs Iſrael à Deo collatum. Vnde Paulus ad Rom. 3. *Quid ergo amplius Iudæo eſt,* (quàm ſcilicet Gentibus, ratione legis veteris Iudæis collatæ) *aut quæ ut litas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita ſunt eis eloquia Dei.* Et Regius propheta Pſal. 143. *Qui annunciat uerbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Et Pſ. 102. D *Notas fecit uias ſuas Moyſi, filius Iſrael uoluntates ſuas, miſerator & miſericors Dominus.* Quæ ſola teſtimonia ſufficere debebant, vt intelligeretur, legem veterem à Deo filijs Iſrael per Moyſem fuiſſe latam, bonamque ac ſanctam eſſe. De ea verò Paulus ad Rom. 7. ait: *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum* (hoc eſt, per legem, in cuius tranſactione ratio illius eſt poſita, & cuius grauitas ex notitia legis accreſcit, atque in quod habita notitia legis ex prauitate noſtræ naturæ plus propendemus, dum in vetitum nititur) *operatum eſt mihi mortem. Vt fiat ſupra modum peccans peccatum* (id eſt, vt E augeatur ratio & malitia peccati) *per mãdatum* (hoc eſt, occaſione notitiæ mandati, legiſve ſanctæ ac bonæ miſericorditer à Deo nobis manifeſtatę ac traditæ.) *Scimus enim, quòd lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, uenundatus ſub peccato*, ob diſſolutionem videlicet paſſionum, prauaſque meas inclinationes, quæ ex peccato primi parentis, amiſſa iuſtitia originali ratione illius, in me redundarunt, quo proinde primi parentis peccato venũdatus ab eodem primo parente pretio apparentis boni, quo in illud conſenſit, ſum ſub peccato, quàm maximè obnoxius illi effectus. Id verò explicat dicens: *Non enim, quod uolo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio,* victus videlicet paſsionibus, quæ ex peccato pri-

mi parentis in me ſurrexerunt. *Si autem, quod nolo* (cupiens videlicet conformari legi Dei ac rectæ rationi) *illud facio, conſentio legi, quoniam bona eſt.* Et infra: *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominẽ,* id eſt, quo ad rationem. *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Omnes enim, infra Dominam noſtram, quantumuis iuſti ac ſancti, in peccata, venialia ſaltem, vi ac pondere ſenſualitatis pertrahuntur, in lethaliaque pertraherentur, niſi ſtrenuè pugnando, quotidiano gratiæ Dei auxilio adiuuarentur ac præſeruarentur, vt eſſe de fide copioſè in noſtra Concordia eſt à nobis oſtenſum: qui verò pugnare ac reſiſtere ſenſualitati torpent aut nolũt, in grauiſſima lethalia peccata frequentiſſimè incidunt. Vnde ſubiungit Paulus: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* id eſt, tam acriter ad ſpiritualem mortem inclinans atque ex ſe pertrahens. Reſpondetque, *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum,* qua adiutus, à peccatis me contineo ac præſeruor, & qua mihi ea remittuntur, in quæ fragilitate & vi ſenſualitatis incido, & per quam vitã immortalem reſurgam, liber omnino ab his omnibus prauis ſenſualitatis affectibus. Tandem concludit Paulus: *Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autem legi peccati.* Eſt ergo lex, de qua in eo capite Paulus loquitur, in ſe bona ac ſancta & à Deo lata: eam quippe Dei legem appellat. Item 1. ad Timot. primo. *Scimus quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur.* Et ad Gal. 3. *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt,* vt ſcilicet vitaretur tranſgreſſio notitia apertiori comparata ex lege, quid eſſet tranſgreſſio, & peccatum, & vt à tranſgreſſione peccatores cohiberentur explanato ſupplicio, quod eis ob legis tranſgreſſionem imminebat, & emolumento ac prĕmio, quod ex legis obſeruatione reportabant: *miniſtrata per angelos in manu mediatoris,* id eſt Moyſi, quo ueluti inſtrumento Deus miniſterio angelorum vtebatur ad referendam ac tradendam eam populo, qui proinde mediator erat inter Deum & Iſraeliticum populum, cui ea lex à Deo tanquam ab autore illius primo tradita fuit. Et infra: *Prius autem quàm veniret fides,* (Chriſto ſcilicet explicata) *ſub lege cuſtodiebamur concluſi,* ea cohibiti ac muniti, *in eam fidem, quæ reuelanda erat,* quam illa adumbrabat, & in qua fuit prædicta, quæque implicitè tunc credebatur, atque à profitentibus eam legem futura ſperabatur. *Itaque,* concludit Paulus, *pædagogus noſter fuit in Chriſto,* ſeu ad Chriſtum, docens interim nos, boniſque moribus nos inſtruens ac præparans ad Chriſtum, fidemque implicitam per eum tradendam. Quo fit, vt ex doctrina Pauli lex vetus bona ac ſancta à Deoque Iſraelitico populo angelorum ac Moyſis miniſterio tradita fuerit. Vt enim idem Paulus ad Ro. 10. *Finis legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.* Et Chriſtus Matth. 5. *Nolite putare quoniam non veni ſoluere legem aut prophetas: ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* In quem ſenſum Paulus ad Ro. 3. etiam dixit: *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit, ſed legem ſtatuimus:* quandoquidem per fidẽ, legemque nouam ac gratiæ, illa adimpleta fuit. Vnde Ioannes cap. 1. *Lex per Moyſem data eſt,* tanquam per miniſtrum Dei legis illius latoris præcipui: *gratia & ueritas,* cuius illa erat vmbra, & quam illa prędixerat, *per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et Philippus Io. 1. *Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, inuenimus Ieſum.* Et Ioan. 2. templum Ieroſolymitanum, in quo Deus à Iudæis colebatur, domum Patris ſui appellauit, quando flagello ementes, & vendentes eiecit de templo. Et Ioan. 3. Chriſtus ad Ni-

A codemum dixit: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet filium hominis,* (in cruce ſcilicet) *ut omnis, qui credit in illum, non pereat, ſed habeat uitam æternam,* vbi id typum fuiſſe myſterij crucis, apertè Chriſtus ſignificauit. Et Ioan. 4. dixit ad Samaritanam, ſe eſſe Meſsiam in lege veteri & Prophetis Iudæis promiſſum. Et de adoratione num Ieroſolymis, iuxta præſcriptũ legis veteris, an in monte Samarię facienda eſſet, dixit Chriſtus: *Vos adoratis, quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt,* tempore, quo lex vetus perſeuerabat. Et infra ad diſcipulos: *Ego miſi uos metere, quod uos non laboraſtis: alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis.* Prophetæ enim veteris teſtamenti ſuo labore ac doctrina inſpirati, quaſi ſemen

B iecerunt ad fructus metendos ac colligendos tempore legis gratiæ, dum de aduentu Meſsiæ prophetarunt, & de futuris tempore illius, eaque ratione mundum diſpoſuerunt, vt facilius apoſtolorum labore ac induſtria colligeretur, in Eccleſiaque congregaretur Chriſtiana: fuit ergo ex illa doctrina Chriſti vetus teſtamentum, quo ueluti ſemen ad legem gratiæ fuit emiſſum à Deo, ſicut & teſtamentum nouum ac lex gratiæ. Et capit. quinto. *Scrutamini,* ait Chriſtus ad Iudæos, *ſcripturas, illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Et infra: *Eſt, qui accuſat uos Moyſes, in quo uos ſperatis. Si crederitis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit.* Et Matth. 5. *Irritum,* ait Chriſtus, *feciſtis mãdatum Dei propter traditiones ueſtras.* Vbi Chriſtus

C mandatum illud veteris legis, *Honora patrem tuum & matrem tuam,* Dei mandatum affirmauit. Amẽs ſum, qui rem adeo perſpicuam tot teſtimonijs confirmo. Maximè cum Chriſtus & apoſtoli in nouo teſtamento ex veteri, tanquam ex ſcripturis infallibilibus, diuinam autoritatem continentes, paſſim teſtimonia citent: & cum ſtultum omnino ſit, Chriſtum confiteri, doctrinamque noui teſtamenti admittere, & ſimul aſſerere, vetus teſtamentũ nec à bono ac vero Deo, ſed à malo fuiſſe traditum. His accedit definitio Eccleſiæ in conc. Toletano primo à Leone Papa cõfirmato in aſſertione fidei his verbis: *Si quis dixerit, uel crediderit, alterum Deum eſse preſsę legis, alterum euangeliorum, anathema ſit.* Et in Concilio Tridentino ſeſſ. 4. illis verbis, *Omnes libros, tam

D ueteris quàm noui teſtamenti, cũ utriuſque unus Deus ſit autor,* &c. Lege item Clementem lib. 6. Apoſt. Conſt. à c. 19. vſque 23. Vbi egregiè oſtendit legem veterem ac nouam à Deo fuiſſe latam, Chriſtumque legem veterem non ſoluiſſe, ſed impleuiſſe.

Prior verò pars ſupra propoſita, legem ſcilicet veterem imperfectam nihilominus fuiſſe comparatione legis gratiæ, ac finis ultimi, ad quem vtraque ordinabatur, certa etiam eſt in fide. Ad Hebr. enim 7. ait Paulus, *Reprobatio,* hoc eſt reiectio, fit præcedentis mandati, non quidem tanquam mali, ſed tanquam infirmi, & inſufficientis ad iuſtificandum, emundandum à peccatis, & perducendum in uitam æternam: vnde continuò ſubiungit Paulus,

E *propter infirmitatem eius & inutilitatem,* (vt ſcilicet illa efficiat) *nihil enim ad perfectum adduxit lex,* quaſi ſcilicet ſuis ſacrificijs ac cæremonijs prædicta efficere poſſet. Eo enim in loco ex præclaro illo vaticinio Dauidis Pſ. 109. quod perſpicuè, vt ex ipſo pſalmo conſtat, eſt de Meſſia; *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec;* iuncta hiſtoria, quæ de eodem Melchiſedec Gen. 14. narratur, oſtendit ac explanat Paulus, magnifica cognitione, quam per reuelationem de ſcripturis in literali & in ſpirituali ſenſu & de myſterijs fidei accepit, legem ueterem vim non habuiſſe ad expianda peccata, & ad iuſtificandum perducendumque ad ſtitam æternam, ſe id reſer-

ſeruatum fuiſſe Chriſto,& ſacramentis, quæ in no-
ua lege,vim ad id ex meritis & paſſione Chriſti con
tinentia,erat inſtituturus. Cùm enim poſt Leuiticū
veteris legis ſacerdotium inſtitutum,& poſt ea om-
nia conſtituta,quæ miniſterio eius ſacerdotij in lege
veteri adminiſtrabantur, promiſerit Deus ſacerdo-
tium aliud Meſſię,non ſecundùm ordinem Aaron,
ſed ſecundùm ordinem Melchiſedec,hoc eſt, iuxta
ritum Melchiſedec, qui non cruentam oſtiam, ſed
incruētam,panem ſcilicet & vinum obtulit,vt Gen.
14.habetur,ac proinde, id ita offerendo, typus fuit
ſacerdotij Chriſti,qui in panis & vini ſpeciebus cor
pus ſuum ac ſanguinem incruentè erat oblaturus,
ſacerdotibuſque nouæ legis poteſtatem idem conſe
crandi ac perpetuò in Eccleſia Patri in ſalutem ani-
marum offerendi erat relicturus,ſimul ea oblatione
ſignificando cruentam hoſtiam, quàm ſemel in ara
crucis in redemptionem,expiationem, ac iuſtifica-
tionem generis humani Patri erat oblaturus,cruore
ac morte cuius oblationis,non ab ipſo, ſed à pecca-
toribus effectis,ab ipſo verò perpeſſis, Patrique ad
prædicta ab eo oblatis: cùm item Chriſti ſacerdotiū
ſecundùm ordinem Melchiſedec non eſſet ad tem-
pus dumtaxat futurum,cui aliud ſuccederet, vt fuit
ſacerdotium Leuiticum, ad tempus dumtaxat inſti-
tutum,nempe vt ſolùm perſeueraret vſque ad Chri
ſti mortem, Euchariſtiæque ac miſſę ſacrificium ſe-
cundùm ordinem Melchiſedec inſtituendum, ſed
Chriſti ſacerdotium eſſet futurum in æternum, vt
vtrumque manifeſtiſſimè ſignificabant verba illa
magnifici illius vaticinij Dauidis, reuelationiſq; ea
de re ipſi à Deo factæ; *Iurauit Dominus*, hoc eſt,fir-
mitate iuramēti ſtatuit, *& non penitebit eum*, id eſt,
ac proinde id nūquam reuocabit nec mutabit, vt de
Leuitico ſacerdotio efficiet: reuocatio enim ac mu-
tatio eius,quod Deus ſtatuerat, per metaphoram in
ſcripturis ſacris pęnitentia pęniterève Dei dicitur:
*Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Mel-
chiſedec*. Iuxta quod vaticinium Chriſtus, dum ſa-
cram Euchariſtiam miſſæque ſacrificium inſtituit,
etiam dixit: *Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni
teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis
effundetur in remiſſionem peccatorum.* Cùm hæc, in-
quam,ita ſint, Paulus ad Hebræ.7.iuxta præclariſſi
mum illud Dauidis vaticinium relatum, & iuxta
hiſtoriam,quę de Melchiſedec & Abrahamo Gen.
14.narratur,primò explicauit. Melchiſedec non ſo-
lùm typum fuiſſe Chriſti Dei filij in eo, quòd ſacer
dos fuerit Dei altiſſimi, & in modo ſacrificij illius
incruenti panis & vini,vt vtrumque Gen.14.habe-
tur,ſed etiam in eo,quòd Regis Melchiſedec nomē
interpretetur Rex iuſtitiæ, & quatenus Rex Salem
Rex pacis ſignificat: quæ duo Chriſto maximè cō-
ueniunt,qui morte ſua diuinæ iuſtitiæ ſatisfecit,au-
torque fuit iuſtitiæ omnis, qua iuſti apud Deum ſu-
mus,pacemque inter Deum & nos conſtituit, iuxta
illud Iſaiæ.53.*Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum,cuius
liuore ſanati ſumus.* Vnde Iſaiæ 9. *princeps pacis* di-
ctus etiam eſt. Item in eo etiam explicat fuiſſe typū
Chriſti,quòd cùm Gen.14.neque matris neque pa-
tris genealogiæ, neque initii neque finis vitæ illius
vlla mentio fiat,neque alibi in ſcriptura, æternitatē
ſacerdotii Chriſti quadam ex parte eatenus repræ-
ſentat. Deinde verò Paulus ex eo excellentiam Mel
chiſedec,quatenus typus ſacerdotii Chriſti fuit, ſu-
pra ſacerdotium Leuiticum oſtendit, quòd ſupre-
mus populi Iſraelitici Patriarcha Abrahamus, Mel
chiſedec dignitatem ſuſcipiens ac referēs, decimas
illi ſpoliorum obtulit, tanquam inferior ſuperiori,
ab eoque vt inferior à ſuperiori fuit benedictus,pa-
riterque Melchiſedec à ſacerdotibus Leuitici gene-
ris,tanquam à ſibi inferioribus, decimas tunc mi-
niſterio Abrahami accepit, quatenus illi tunc in
A lumbis Abrahami erant, ab eo per virile ſemen
procreandi; cum tamen ſacerdotes Leuitici ge-
neris decimas ſecūdum legem accipiant à fratribus
ſuis, qui vna cum ipſis in lumbis fuerunt Abraha-
mi. Tandem ex eo,quod Deus alium promiſerit ſa-
cerdotem,ſecundum alium ordinem ac ſub alijs ri-
tibus,& ex alia tribu, minimeque in poſterum mu-
tandum, ſed qui in æternum apud Patrem pro no-
bis interpellaret, longeque ſublimiorem ſacerdoti-
bus Leuiticis,docet,legem veterem,tanquam inſuf-
ficientem ad iuſtificandum ac introducendum in cę
leſte regnum ſine hoc alio ſacerdote, mutādam vna
cum ſacerdotio fore in longè perfectiorem ac excel
lentiorem legem gratiæ, quæ quo ad ſacramenta in
ea inſtituta à peccatis mundaret,iuſtificaret, ac per-
B duceret in vitam æternam. Si enim antiqua lex &
ſacrificia ac cæremoniæ Leuitici ſacerdotii ſatis fuiſ
ſent ad emundanda peccata atque ad iuſtificandum
ac perducendum in vitam æternam,ſanè neceſſe nō
fuiſſet,aliud poſterius ſacerdotium, aliumque poſte
riorem pontificem longè excellentiorem promitti
ac ſubſequi,qui ea præſtaret. Idem proſequitur Pau
lus cap.8.ſequenti de eodem Pontifice Chriſto, di-
cens: *Melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & me-
lioris teſtamenti* (hoc eſt, pacti ac fœderis) *mediator
eſt,quod in melioribus promiſſionibus ſancitum eſt. Nā
ſi illud prius culpa*, hoc eſt, defectu & inſufficientia
ad prædicta præſtanda, *vacaret, non vtique ſecundi lo
cus relinqueretur. Vituperans autem eos*, (Iudæos ſcili-
cet, cum quibus Ieremias loquitur, cuius teſtimo-
C nium continuo ſubiicit Paulus.) *Ecce dies ueniunt,
dicit Dominus,& conſummabo ſuper domum Iſrael &
ſuper domum Iuda teſtamentum* (hoc eſt, pactum &
fędus) *nouum,non ſecundum teſtamentum*, (id eſt, pa
ctum & fædus) *quod feci cum patribus eorum in die,
qua apprehendi manum eorum,ut adducerem illos de
terra Aegypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſta-
mento*,id eſt,pacto *meo,& ego neglexi eos,dicit Domi-
nus. Quia hoc eſt teſtamentum, quod diſponam domui
Iſrael poſt dies illos,dicit dominus. Dabo leges meas in
mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam
eas*. Et infrà. *Dicendo autem nouum, ueterauit
prius*.

In eo autem imperfectio veteris legis, compara- 6
tione nouæ,eſt poſita,quod nouam adumbrabat,ad
D illamque,tanquam ad longè perfectiorem diſpone-
bat. Et quod quamuis contritis conferretur gratia,
tam in ea lege,quam in lege naturæ, & in circumſio
ne gratia,etiā paruulis maſculis,conferretur,& femi
nis adhibito remedio contra peccatum originale, ꝙ
pro maſculis & feminis erat tempore legis naturæ;
& quod quamuis exercentes opera legis,& alia bo-
na ſupererogationis,ſi iam eſſent iuſtificati,vitā pro
mererentur æternam,eiſque augmentum gratię con
ferretur,nihilominus gratia,quæ circumciſis confe-
rebatur,aut iis,quibus illud aliud legis naturę reme-
dium contra peccatum originis applicabatur, non
conferebatur vi circumciſionis, aut vi illius alterius
remedii,ſed ad præſentiam illius conferebatur meri
E tis Chriſti futuri,ratione fidei in illum implicitæ,cu
ius proteſtatio tunc fiebat,& quam contriti tunc ha
bebant,omneque meritum gloriæ, & augmenti gra
tiæ, quod operibus legis & aliis operibus bonis ſu-
pererogationis iuſti tunc habebant,nitebatur meri-
tis Chriſti adhuc futuris:qua de cauſa ad prædictos
omnes effectos tunc efficiendos Apoc.13. Chriſtus
dicitur *agnus occiſus,ab origine mundi*, quia perinde
vi meritorum ac mortis illius efficiebantur tunc, ac
ſi ab origine mundi,lapſuve primorum parentum,
occiſus fuiſſet, neque præmium vitæ æternæ iuſtis
tunc conferebatur ſtatim, atque ex hac vita migra-
bant, igneque ex purgatorio erant expugnati, ſed
in limbo aſſeruabantur, donec Chriſtus morte

ſua ianuas cæli aperiret, pretiumque pro mundi redemptione ſolueret. At verò in lege noua & gratię, ſacramentis nouæ legis à Chriſto inſtitutis, gratia confertur vi eorundem ſacramentorum tanquam quæ Chriſti inſtitutione ex paſſione & meritis eiuſdem Chriſti vim ad id habent; qua autem ratione inſtrumentaliter illam efficiant, in materia de ſacramentis eſt explicandum. Vnde in concilio Triden. ſeſſ. 7. can. 2. ſic definitur: *Si quis dixerit nouæ legis ſacramenta à ſacramentis antiquæ legis nō differre, niſi quia cæremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit.* Et canon. 6. ſic habet: *Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantùm externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.* Et in concilio Florentino in inſtitutione Armenorum ſic antea definitum fuerat: *Nouæ legis ſeptem ſunt ſacramenta: quæ multum à ſacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non cauſabant gratiam: ſed eam ſolùm per paſſionem Chriſti dandam figurabant. Hæc verò noſtra & continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt.* Conferunt verò illam Chriſti meritis ac inſtitutione longè abundantiorem, quàm conferretur ad præſentiam circumciſionis, aut remedij legis naturæ contra originis peccatum, ratione fidei implicitæ Chriſti futuri, quæ tunc eis proteſtabatur. Item ſacramenta nouæ legis, quando antecedunt peccata lethalia actualia in eo, qui illa ſuſcipit, ex attrito efficiunt contritum, gratiam iuſtificantem illi conferēdo, ac ſi contritus eſſet: quod ſacramenta veteris legis non efficiebant. Præterea in noua lege, perſoluto iam pretio noſtræ redemptionis, longè maiora auxilia gratiæ dātur meritis & paſſione Chriſti iam exhibitis quàm quondam tempore legis naturæ & ſcriptæ conferrentur, abundantiorque gratia gratū faciens eis confertur, qui fide explicita Chriſti iuſtificantur, & poſt iuſtificationem operibus bonis gratiæ augmentum promerentur, quàm in lege naturæ & veteri eis conferretur, qui fide implicita Chriſti adhuc futuri iuſtificabantur, & poſt iuſtificationem operibus bonis gratiæ augmentum promerebātur: id quod apertè teſtatur illa parabola vineæ Matth. 20. qua longè maiorem laborem, longeque minus tempus laboris eorum, qui nouiſſima hora ad laborandum poſt Chriſti aduentum in vinea vniuerſalis eccleſiæ venerunt, iuſſit Pater familias remunerari æquali præmio cum longè maiori eorum labore tēpore longè maiori exhibito, qui anterioribus horis ad laborandum venerant. Lege quæ in *Concordia quæſt. 23. artic. 5. diſputatione* 1. *membr.* 4. hac de re dicta ſunt. Item in lege noua, meritis & paſſione Chriſti iam exhibitis, ianua cæli aperta, (quam nullum prædeſtinatorum ingredi decēs erat ante Chriſtum omnium prædeſtinatorū caput) iuſti eo ipſo, quòd ex hac vita migrant, nihilque expurgandum iam habent, præmium vitæ æternæ conſequuntur: id quod latroni in cruce cum Chriſto pendenti euenit, cui Chriſtus dixit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo*, vt Lucæ 23. conſtat. His igitur & aliis de cauſis lex vetus imperfecta fuit, ſi cum lege noua ac gratiæ conferatur, meritoque ad Hebræ. 7. & 8. dixit Paulus, legem veterem ſuis præceptis, ſacrificiis, ac cæremoniis nihil ad perfectū adduxiſſe: quoniam vim non habebant ad conferendum gratiam: & gratia quæ tunc conferebatur, ratione fidei implicitæ Chriſti venturi conferebatur, innitendoque paſſione ac meritis Chriſti adhuc venturis: neque iuſtificatis tunc præmium vitæ æternæ conferebatur, donec paſſione & meritis Chriſti iam exhibitis ianua cęli aperiretur: vnde inſufficiens lex illa,

A vetuſque illud teſtamentum erat ſine nouo & ſine ſacrificio ac ſacerdotio Chriſti in nouo teſtamēto, in legeque gratiæ futuris, ad prædicta præſtanda, omniaque tūc à Chriſto & à myſteriis legis gratię, quę adumbrabant, & quibus veritas earum vmbrarum facta impletaque eſt, erant dependentia.

Conſentaneè adhuc meritiſſimè docet Paulus 7
ad Galatas 3. cùm in Chriſto benedicendæ eſſent omnes gentes terræ, iuxta promiſſionem à Deo Gen. 22. longè ante legem ſcriptam Abrahæ factā: *Et benedicentur*, inquit, *in ſemine tuo*, id eſt, in Chriſto, quem ex ſemine tuo venturum tibi promitto, *omnes gentes terræ*, hæreditatem vitæ æternæ, & iuſtificationem ad illam neceſſariam, non eſſe ex lege veteri, quaſi illa iuſtificaret & perduceret in vitam
B æternam, & quaſi obſeruatio illius omnibus omnino gentibus neceſſaria eſſet ad ſalutem: ſed hæreditatem vitæ æternæ eſſe ex Chriſto, iuſtificationēque ad illam neceſſariam eſſe ex Chriſto, meritis illius, & per fidem illius vel adhuc venturi, ſaltemq; in illum implicitam ante illius aduentum, vel explicitam poſt illius aduentum & legem euangelii ac gratiæ ſufficienter promulgatam. Vt enim Petrus Actorum. 4. dixit; *Non eſt in aliquo alio ſalus: nec enim aliud nomen eſt ſub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Quòd ſi ex lege veteri eſſet hæreditas, quaſi illa iuſtificaret & perduceret ad vitam æternam, & quaſi ſine illa non eſſet ſalus, tūc non omnes gentes benedictæ eſſent in Chriſto, iuſtificationem ac remiſſionem peccatorum vitamq;
C æternam per Chriſtum obtinendo: quia neque Abrahamus ipſe, neque Iſaac, neque Iacob, qui ante legem ſcriptam fuerunt, neque omnes, qui ad legem naturæ ante datam legem ſcriptam & poſt illam attinuerunt, quia neque iuſti, qui ad legem ſcriptam pertinuerunt, benedicti fuiſſent in Chriſto, quia eo dato, non meritis Chriſti & ratione fidei in illum eſſent iuſtificati, ſed vi cæremoniarum ac obſeruationis legis ſcriptæ: ſicque lex ſcripta eſſet contra illam Dei promiſſionem Abrahæ factam, quod abſit: atque ſi per eandem legem eſſet iuſtitia, Chriſtus gratis eſſet mortuus, eo quòd ad iuſtitiam mors illius non fuiſſet tunc neceſſaria, vt Paulus ad Galat. 3. argumentatur. Quo fit, vt non vi legis ſcriptæ, ſed vi meritorum Chriſti & fidei in illum, tanquam fun-
D damenti, cui iuſtificatio ac remiſſio peccatorum innituntur, benedictæ ſint omnes gentes terræ, hæreditatemque vitæ æternæ ſint conſequutæ, quæcunque benedictionem ac vitam æternam ſunt cōſequutæ: & conſequenter fit, vt quo ad illam promiſſionem, filij Abrahæ ſint, & hæredes cum illo, qui ſunt ex fide Ieſu Chriſti. Vt autem intelligeretur, promiſſionem illam Abrahæ factam, quòd in ſemine illius benedicendę eſſent omnes gētes terrę, futuram in Chriſto in ſalutem ac redemptionem generis humani occidendi, per mortemque ſuam in ſacrificiū Deo Patri offerendi, tūc Abrahamo facta fuit, quādo iuſſus à Deo fuit vnicum filium ſuum, quem diligebat, Iſaac offerre in holocauſtum ſuper vnum
E montium, & quando in exequutionem ardui illius mandati, ligna ſuper humeros Iſaac impoſuit, ipſeque ignem & gladium in manibus portans, aſcendit cum illo in montem, figuramque Chriſti in ligno crucis immolandi, caritatiſque eximię, qua Pater æternus illum in mortem erat traditurus, ad viuum figurauit, & quanto feruore ſpiritus zeloque obedientię, in re adeò ardua Deo exhibendi, arripuit gladium, vt filiū eo interficeret ac immolaret. Iuſſus autem non vlteriùs progredi, *leuauit*, inquit ſcriptura, *Abraham oculos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus: quem aſſumens, obtulit holocauſtum pro filio*, id eſt, loco filii. *Appellauitque nomen loci illius, Dominus uidet.* Et tūc

protinus

protinus ſub iureiurando accepit promiſſionem illam à Deo, quod in ſemine ipſius benedicendæ eſſent omnes gentes terrę. Porrò in ariete illo, agnoue integræ ac perfectę iam ętatis, cornibus inter vepres hærente, quem eleuans oculos, non ante ſe, vt verba illa *eleuans oculos*, poſtulare videbantur, neque ad latus, ſed à tergo, hoc eſt, poſt ſe venturum, non ſine magno myſterio his omnibus verbis ſignificato vidit, & quem loco filij ſui offerre eſt iuſſus, iterum ad viuum acerbiſſima paſſio ac mors Chriſti, loco mortis æternæ Iſaac & totius generis humani, figurata ac ſignificata fuit, Abrahamoque ibi in ſpiritu fuit reuelata ac oſtenſa, per quam gentes omnes terræ, quæ à lapſu primorum parentum benedictæ sūt, & vſque ad ſeculi conſummationem benedicentur, eſſent benedicendæ. Hic enim eſt locus & tempus de quo Chriſtus Ioan. 8. dixit: *Abraham pater ueſter exultauit, ut uideret diem meum*, id eſt, accurrit cum lætitia magna ac geſtiens ad videndum diem meum, meæ ſcilicet incarnationis, vitæ, paſſionis, ac mortis, in remedium ac redemptionem generis humani, meæque reſurrectionis, dum illi per reuelationem oſtendebatur, ac ſub iureiurando illi ex ipſo quò ad meam humanitatem procreandus fui promiſſus, & in me illius ſemine benedicendas omnes gentes terræ, *uidit*, eum ſcilicet meum diem, *& gauiſus eſt*. Abrahamus autem videns eum exitum ſuæ obedientiæ præcepto illi adeo difficili, ac fidei & confidentiæ ſuæ in Deum, eamque diuinam erga ſe prouidentiam expertus, *appellauit nomen loci illius Dominus uidet*, id eſt, ſuper ſuos, qui in ipſo confidunt, eiq; per omnia obedrūt, vigilat ſua prouidentia, tēpore opportuno eis ſuperaccurrens.

8 Hanc etiam aliam prærogatiuam ac excellentiā habet lex noua & gratiæ ſupra legem veterem ſeu ſcripturam. Quod, vt 1. p. quæſt. 51. art. 2. diſputatione 2. dicebamus, lex vetus per angelos Dei perſonā ſuſtinentes, nomineque illius eam tradentes, lata eſt. Quare autor illius fuit Deus. Miniſtri vero loco & nomine Dei eam tradentes, & cum Moyſe in perſona Dei loquentes fuerunt angeli. At vero Moyſes fuit ſequeſter ſeu mediator inter Deum & populum, ita à Deo miniſterio angelorum illam accipiendo ac referendo populo tanquam Dei legem, vt verè Dei lex erat. Vnde Paulus ad Galat. 3. *Quid igitur lex? Propter transgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris.* Et ad Hæbr. 2. *Si enim, qui per angelos dictus eſt ſermo* (legis ſcilicet veteris) *factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia* (legis videlicet illius) *accepit iuſtam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, non breui morte multans*, ait Clemens lib. 6. Apoſt. Conſt. 22. vt in pænam in lege veteri ſtatuebat, *ſed in altero ſeculo rationem repoſcens*) *ſi tātam neglexerimus ſalutē*, (legis ſcilicet nouæ gratiæ) *quæ cum initium accepiſſet enarrari per Dominum, &c.* Et Stephanus Actorum 7. de Moyſe ait: *Hic eſt, qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris. Qui accepit verba vitæ* (id eſt, legem veterem) *dare nobis*. Et infrà: *Qui accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis.* Quoties enim in veteri lege dicitur, Deum apparuiſſe, & loquutum fuiſſe, vt cum Moyſe facie ad faciem fuiſſe loquutum, intelligitur de angelo, qui perſonam Dei ſuſtinebat, & in perſona Dei loquebatur in corpore miniſterio eiuſdem angeli aſſumpto, vt 1. par. loco citato, & quæſt. 12. art. 11. diſp. 2. dictum eſt, atque affirmant Dionyſius 4. c. cæleſt. Hierar. Hieronym. in cap. 3. Epiſt. ad Gal. Ang. 2. de trin. c. 13. & 3. de trin. c. 11. & 12. & alij, conſtatque, præter teſtimonia ſcripturæ citata, quoniam cū Exod. 3. de Moyſe dicatur, *Apparuitque illi Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Et infrà: *Cernens autem*
A *Dominus, quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, &c.* Et infra: *Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Et infra: *Ego ſum, qui ſum. Sic dices filijs Iſrael, qui eſt, miſit me ad vos*: cum, inquam, hæc Exodi 3. dicantur, Stephanus Act. 7. explicat, angelum fuiſſe, qui ex perſona Dei cum Moyſe eo modo loquebatur dicens, *Apparuit illi in deſerto montis Sina angelus in igne flammæ rubi. Moyſes autem uidens admiratus eſt uiſum. Et accedente illo ut conſideraret, facta eſt ad eum uox Domini, dicens: Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus Abraham Deus Iſaac, & Deus Iacob, &c.* Gen. 22. ſic dicitur. *Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abrahā, Abraham. At ille reſpondit, Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Iſaac, & uade in*
B *terram uiſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtū, &c.* Cum tamen infrà manifeſtè dicatur, angelū in perſona locoque Dei loquentem, fuiſſe qui id præceptum illi impoſuit, dum dicitur. *Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: Adſum. Dixitque ei. Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam. Nunc cognoui, quod timeas Dominum, & non peperciſti filio tuo propter me.* Ecce, Angelus Dei exprimitur, qui in perſona & loco Dei præceptum illud impoſuerat, rurſuſque his ipſis verbis in perſona & loco Dei loquitur, dum dicit, *Et non peperciſti filio tuo propter me*, Deum ſcilicet, & non angelum. Et Gen. 18. cum apparuiſſet Dominus Abrahamo in figura trium virorum, hoc eſt, angelorum, qui in perſona Dei cum eo
C loquebantur, & Abraham cum illis, vt ex toto eo capite conſtat, ſtatim cap. 17. dicitur, *ueneruntque duo angeli*, ex illis ſcilicet tribus, *Sodomam*, &c. Ex quibus omnibus, conſtat, legem veterem per angelos loco & in perſona Dei latam fuiſſe. Lex autem noua in eo illam longè excedit, quod per filium ipſum Dei hominem factum fuerit lata atque enarrata. Vnde Paulus ad Hebræ. 1. *Multifariè multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſimè diebus iſtis*, legis nouæ, poſt quam nulla erit alia, *loquutus eſt nobis in filio*, id eſt per filium, *quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula, &c.* Et c. 2. *Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ cum initium accepiſſet enarrari per Dominum, &c.* Et Ioan. 1. *Deum nemo uidit unquam*
D *unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.* Chriſtus autem, vt homo, eſt ille propheta à Deo per Moyſem Deuter. 18. promiſſus, qui hanc nouā legem ipſis daret ſine terroribus illis de cælo, quibus lex vetus, per angelum Dei perſonam ſuſtinentem lata fuit. Sic enim eo in loco Deuteron. 18. de Chriſto vaticinatus fuit illis Moyſes: *Prophetam de gente tua & fratribus tuis ſicut me*, id eſt qui homo ſit, & qui ſicut ego tibi ex parte Dei hanc legem trado, ita ille eam alteram tibi tradat, *ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies, vt petiſti à Domino Deo tuo in Oreb*, (vt ſcilicet tibi loqueretur homo) *quando concio congregata eſt atque dixiſti. Vltra non audiam uocem Domini mei, & ignem hunc maximum amplius non*
E *uidebo, ne moriar. Et ait Dominus, bene omnia ſunt loquuti, Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui*, (qui homo ſit, & legem ſicut tu illis ferat) *& ponam uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluit, ego ultor exiſtam.*

Supereſt reſpondeamus ad argumenta pro Manichæorum errore. 9 Ad primum autē negandum eſt antecedens, nempe vetus Teſtamentū cum euangelio pugnare. Licet .n. meritò lex vetus præceperit ſeruari Sabbatum in memoriam beneficii creationis, & quòd Deus à fabrica tota huius vniuerſi & partium illius, quibus conſtat, die Sabbathi ceſſauerit,

rit, nullam de nouo poſtea creando: id tamen non pugnat cum doctrina Chriſti Ioannis 5. quòd Pater vſque modò operetur, cuncta conſeruando, & cum cauſis ſecundis cooperando, operaque miraculoſa interdum in fidei teſtimoniũ ex ſe ſolo efficiendo, atque ſubſidia omnia præſtando, quæ ad finem naturalem & ſupernaturalem expediens eſt ipſum, vt rerum omnium moderatorem prouiſoremque vniuerſalem, præſtare. Atque, quod id præceptum impoſitum in lege veteri fuerit Iudæis in memoriam eius beneficij, non tollit, quo minus Pater æternus, qui nulli legi eſt ſubiectus, ſemper licitè ac ſanctè, etiam die Sabbathi, operetur, & per conſequens, quòd filius eadem opera, toti Trinitati communia, cum eo operetur. Chriſtum autem legi Sabbathi non eſſe ſubiectum, eo quod Deus eſſet ipſemet, Matthæi 12. docuit, dum dixit; *Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbathi*. Fortaſſe autem Chriſto illis verbis Ioannis 5. ſolum erat ſermo de ſupernaturalibus operibus ac miraculoſis, quæ in confirmationẽ ſuæ doctrinæ ac diuinitatis die Sabbathi & alijs diebus efficiebat: vt & de ſolis ſupernaturalibus operibus ibidem loquitur in ſequentibus, dum de comprobanda ac confirmanda ſua diuinitate ſermonem proximè ſubiungit. Illa enim verba dicta ſunt occaſione hominis illius, qui triginta octo annos habebat in infirmitate, expectabatque aquæ motum in piſcina, quem Ieſus Sabbatho ſolo verbo curauit. Ait autem Ioannes, *Propterea*, id eſt, eo obtentu ac veluti ſuæ induiduæ ac malitiæ velo, *perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in Sabbatho. Ieſus autẽ reſpondit eis: Pater meus vſque modò operatur, & ego operor*. Quaſi diceret, vſque modò hæc miraculoſa aperteque ſupernaturalia opera à Patre meo & à me ſunt facta, vt ex ipſiſmet conſtat: reliquit verò ſubintelligendum ac ſubſumendum: opera autem Dei nulla ratione habere poſſunt rationẽ culpę ac tranſgreſſionis præcepti Sabbathi: vnde apertè confutata manebat illa inſcitia ac calumnia Iudæorum per conſequentiam euidentem. Solis autem verbis ita conciſis reſpondit ac ſatisfecit Chriſtus illi calumniæ ac inſcitiæ Iudæorum, quod ſolo verbo curando, tranſgrederetur Sabbathum, vt in eo cõtextu patet. Statim enim tranſit Ioannes ad aliud ex eo reſponſo Chriſti, vnde Iudęi magis volebant eum interficere dicens: *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolum ſoluebat Sabbathum*, (iuxta priorem ſcilicet calumniam) *ſed & patrem ſuum dicebat Deum, ęqualem ſe faciens Deo*. Continuoque ſequitur Chriſti pleniſſima ſatisfactio, cur meritiſſimè ſe filium Dei aſſereret.

9 Ad id verò, quod in eo primo argumento ſubiungitur, Chriſtũ ſcilicet homini illi à ſe curato iuſſiſſe lectum ſuum tollere & ambulare, dicendũ eſt: Chriſto vt domino Sabbathi, atque vt magis populo conſtaret de eo inſigni miraculo in fidei confirmationẽ & in ſalutem animarum facto, licuiſſe id præcipere diſpenſando cum eo homine quoad id in eo præcepto, maximè interueniente tam vtili ac expediente cauſa ad Dei honorem atque ad ſalutem animarũ: hominique illi ita miraculosè curato licuiſſe etiam ei præcepto Chriſti parere, iuſtamque cauſam habuiſſe credendi id licere ſibi efficere ad præceptum eius, qui tantum miraculum diuina operatione in ipſo effecerat. Vnde Iudæis illi dicentibus; *Non licet tibi tollere grabatum tuum*; meritò reſpondit: *Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum & ambula*.

Ad ſecundum dicendum eſt, iam explanatũ eſſe in ipſiſmet verbis, & ex aliis antecedentibus Pauli c. 7. ibi culpam, defectum, & inſufficientiam ſignificare ad iuſtificandum, expiandum à peccatis, atq; ad perducendum in vitam æternam; non verò ſignificare culpam, hoc eſt, peccatum ac tranſgreſſionẽ Dei & rectæ rationis.

A

Ad tertium dicendum eſt, præcepta illa cæremonialia veteris legis nõ appellari à Deo in eo loco mala, ſed non bona, quatenus à peccatis nõ expiabãt, gratiamque non conferebant: vnde protinus ſubiũgit, *in quibus non uiuent*; id eſt, vi quorum non viuent, vita gratiæ atque à ſuis peccatis expiati vi eorũ præceptorum: quare non aliud verba illa ſignificãt, quàm præcepta illa cæremonialia fuiſſe imperfecta comparatione præceptorum circa ſacramenta futura in noua lege: idemque prorſus ſignificant, quod illa alia verba Pauli ad Hebræ. 7. *Reprobatio fit prioris mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex*: quæ omnia Pauli verba ſuprà in eundem ſenſum perſpicuè explanata ſunt. Quo fit, vt præcepta illa non bona dicantur, comparatione longè meliorum, quæ in lege gratiæ erant futura. Vt enim Greg. 28. Moraliũ, c. 17. ait, quemadmodum mala, bona quodammodo dicũtur comparatione longè peiorum, qua ratione Ezechielis 16. de Ieruſalem ob longè grauiora ac fœdiora peccata, quàm fuerint Sodomæ & Samariæ, quæ ibi ſorores Ieruſalem nuncupantur, ait idem Dominus; *& iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es*; quia abominationes illarum, comparatione longè maiorum tuarum, quaſi iuſtitiæ reputantur: ſic minùs bona comparatione longè meliorum non bona reputantur ac nominantur in illo alio eiuſdem Ezechielis loco.

B

C Alij locum Ezechielis 20. exponunt de præceptis gentium, in quibus filij Iſrael in pęnam ſuorum peccatorum erant diſperſi, quæ gentium pręcepta erant mala, & quod Deus dicatur ea illis dediſſe, tradẽdo illos in captiuitatem eorum locorum, eaque ratione permittendo vt præceptis earum gentium vterẽtur. Vnde ibi cõtinuò additur: *Et pollui eos* (id eſt, permiſi vt pollueréntur) *in muneribus ſuis, cum offerrẽt* (idolis videlicet) *omne, quod aperit vuluam, propter delicta ſua, & ſcient quia ego Dominus*. 10

Aliam expoſitionem egregiam tradit Clemẽs li. 6. Apoſt. Cõſt. c. 20. & 21. ex Apoſtolorum doctrina, antequã populus ille poſt egreſſum ex Aegypto in idololatriam deflueret, vitulum conflatilem conficiendo, illique iniquiſſimè ſummaque cum ingratitudine tribuendo, quod ipſos eduxerit de terra Aegypti, non iuſſiſſe illis ſacrificia, ſed voluntati illorum reliquiſſe, vt illa offerrẽt, vt Abel, Noe, Abrahamus, & alij patres antiqui, non aſtricti præcepto, ſed lumine naturali ducti, in Dei honorem illa offerebant. Vnde ante id peccatum Exodi 20. quaſi liberum id eis relinquẽs: *Si feceris*, inquit, *mihi aram, ex terra facies*. Poſt illud verò idololatriæ peccatum, ne in illam deflueret, ſacrificia varia illis inſtituit, eaque illis tanquam ſeruis præcepit, vt in eis quidem adumbraret futura in noua lege, cæterum ſimul in pęnam grauiſſimi illius idololatriæ peccatum, & vt eos contineret ac comprimeret, ne in illam deflueret: quibus etiam de cauſis illis etiã tradidit varia alia cæremonialia præcepta circa ciborum delectũ, & circa alia: eiuſmodique ſuperaddita cæremonialia præcepta non bona per Ezechielem nũcupauit, non quidem quod illa nos aſtringerent ac obligarẽt, aut quod mala eſſent, ſed quod prædictis de cauſis in pęnam, & vt illos comprimerent ac cõtinerẽt, ne in idololatriam ſacrilegoſque cultos deflueret, & quod imperfecta valdè eſſent comparatione præceptorum legis gratiæ, tollendaque eſſent aduenientе lege gratiæ.

D

E

Ad quartum concedenda eſt maior, nempe legẽ, ſi bona ſit, bonos efficere ſubditos, ex parte ſua atque ex intentione illam ferentis, in eorumque ſalutẽ ſpiritualem ordinari ac cõcedere, ex parte ſimiliter

ſua atque ex intentione illam ferentis, & non in eo- A rum ſpirituale detrimentum: & quoniam lex vetus id habebat, idcirco Paulus in teſtimonijs ſuprà relatis ac explanatis illam appellat ſanctam, bonam, & ad vitam. Spectata tamen quatenus gratiam non cõferebat ad ipſam implendam, & ad euitanda peccata, quæ in illius tranſgreſſione conſiſtebãt, & quatenus notitia illius, auferendo ignorantiam quod illius tranſgreſſio eſſet peccatum, auget culpam trãſgreſſionis, & quatenus ex noſtra fragilitate ac prauo affectu rebellionis ſenſualitatis ex peccato originali, in nobis proueniente, nitimur in vetitum, cupimuſque negata, vt in nobis ipſis experimur, ac Poeta cecinit, occaſio nobis eſt, non data à lege, ſed à nobis noſtra praua inclinatione ſumpta, illam plus trãſgrediendi, ait Paulus in locis minoris in eo quarto B argumento ſubſumptę, ad Romanos quidem 4. eam legem *iram*, hoc eſt, pænam, iuſtam Deique animaduerſionem ob culpam tranſgreſſionis illius, *operari: quoniam vbi non eſt lex, neque præuaricatio*, illius ſcilicet ſeu trãſgreſſio, ac proinde nec eſt culpa eius trãſgreſſionis, pæna & animaduerſione Dei digna. Et ad Rom. 5. ait: *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum*, non quidem quaſi id à lege proueniret, quę in ſe bona iuſtaque eſt ac ſancta, & ad vitam rectoque fine lata, vt idemmet Paulus in teſtimonijs ſuprà relatis ac explicatis docet, ſed ex noſtra fragilitate ac nequitia, vnde dictio illa, vt, non caſualitatem ibi ſignificat, ſed conſequutionem, non quidem prouenientem ex lege, ſed ex noſtra pronitate ad malum, ac imbecillitate ad nos continendum ne legem trãſ- C grediamur. Et ad Rom. 7. ait, *Occaſione*, non quidem data à lege & mandato, ſed *accepta* ex noſtra infirmitate ac prauo affectu, rebellioneque ſenſualitatis, *peccatum*, quo ad fomitem eandemque ſenſualitatis rebellionem, quæ ex originis peccato in nobis eſt, peccatumque originis materialiter ſumptum dicitur, *per mandatum*, id eſt, occaſione ſumpta ex mandato ac lege, *operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat*, dum in vetitum non tam potenter inclinabat ac nitebatur. *Ego autem viuebam ſine lege aliquando*, (loquitur ex perſona populi Iſraelitici, dum lex illa ſcripta tradita non erat) *ſed cum ueniſſet mandatum, peccatum*, quo ad fomitem ac rebellionem ſenſualitatis, *reuixit. Ego autem mortuus ſum*, legem tranſgrediendo D ac conſentiendo prauæ meæ inclinationi: *& inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad uitam*, ex ſe ſcilicet atque ex intentione illud ferẽtis, *hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum*, quo ad fomitem ac rebellionẽ ſenſualitatis *occaſione*, non quidem data, *ſed accepta per mandatm, ſeduxit me, & per illud occidit.* Ecce, ex his Pauli teſtimonijs non habetur legem veterem in ſe, vt ex intentione illam ferentis, malam eſſe. In eis enim & in ſimilibus alijs teſtimonijs ſolum intẽdit, legem ſolam, ſine gratia per Chriſtum, nihil omnino prodeſſe, ſed potius eſſe occaſionem maioris mali ac maioris ruinæ ſpiritualis hominibus ex ipſorum praua inclinatione, atque ex eo, quod culpa in E eis aggrauetur, dum illam tranſgrediuntur ex notitia eiuſdem legis, neceſſariamque eſſe ad ſalutem, & ad eiuſdem legis impletionem, gratiam Chriſti, quæ tempore etiam eius legis ad eam implendam conferebatur meritis Chriſti futuris, & ab origine mundi occiſi; ad effectum vt à lapſu Adami gratia ad ſalutẽ & ad legem implendam conferretur. Vnde negãda eſt conſequentia eius quarti argumenti.

Ad quintum dicendum eſt, doctrinam illam Iſidori, quam maior illa propoſitio habet, prolatam ab illo eſſe de lege humana: eo quod ciues non vſque adeò ſe intendunt ſubijcere principi, neque tantum iuriſdictionis illi conferre, quando illi in ipſorum bonum reipublicæ dominium contulerunt, vt leges intolerabiles, obſeruatuq; admodum difficiles, ipſis ferat: intelligitur præterea ea doctrina, quando aliud non eſtlagitant recta rõ ac circunſtantiæ concurrentes: ſi.n. bonum cõmune reipublicæ id ita poſtulet, lex ſtatui poteſt, qua ſubditi teneantur multum de ſuis facultatibus contribuere, vitamq; periculo exponere pro bono publico: lex autem vetus diuina erat, ſtatuſq; illius temporis poſtulabat, vt ad continendum eum populum, ne in idololatriã laberetur, & ad figurandum, quæ tempore legis gratiæ erant futura, & vt ſuauior lex euangelica facilius maiorique cum auiditate ſuſciperetur, atque ad eos puniendos ob grauiſſimum illud peccatum, quo vitulo conflato honorem eductionis ipſorum de Aegypto tribuerunt, id iugum grauius hominibus illius legis imponeretur. Petrus autem ea verba protulit ad ſignificãdum grauius fuiſſe onus veteris legis, quam euangelii, neque expedire vt iis imponeretur, qui ad legem gratiæ accedebant. Vnde neganda eſt conſequentia, qua inde infertur, legem veterem bonam non fuiſſe.

Ad ſextum concedenda eſt maior de perfectione, quam pro tunc poſtulat, quod à Deo fit, attentis & circunſtantiis concurrentibus, & fine, ad quem Deus id ita facit: vnde quia legem veterem dedit Deus ad diſponendũ ad nouam, ad illamque figurãdam, atque ad præparandum mundũ ad Chriſti aduentum, & ſimul ex parte ad puniendos & comprimendos filios Iſrael, fuit quidẽ illa lex opus Dei perfectum attentis illis circunſtantiis ac fine, ad quem à Deo tunc ordinabatur: tametſi non eſſet perfecta perfectione legis nouæ ac gratiæ, & comparatione iuſtificationis ac expiationis à peccatis ac introductionis hominum in vitam æternam: quæ omnia pẽdentia erant à meritis Chriſti futuris, & quo ad apertionem ianuæ cæli ac introductionem in vitam æternam à ſolutione actu effecta pretii noſtræ redẽptionis, vt hæc omnia ſuprà explanata ſunt. In minori vero ſermo eſt de reprobatione ac reiectione legis veteris, tanquam inſufficientis ad eos effectus iuſtificationis, expiationis à peccatis, ac introductionis in vitam æternam efficiendos, vt etiam explanatum eſt. Vnde neganda eſt conſequentia eius argumenti.

Ad ſeptimum negandum eſt antecedens de ſacrificiis illis in ſe, quatenus à Deo lege illa veteri erant ſtatuta, atque in Dei cultum ac religionẽ fiebant. Ad illa vero omnia ex Iſaiæ 1. in confirmationẽ eius antecedentis dicendũ eſt, intelligenda eſſe de illis, quatenus ab hominibus peccatis grauiſſimis inclinatis offerebantur, à quibus reſipiſcere & conuerti non volebant, arbitrantes ſatis eſſe ea ſacrificia offerre atque cæremonias illas externas ſeruare, quæ Deo placere non poterant ſine reſipiſcentia & conuerſione à peccatis ac emendatione vitæ, & quatenus non vt oportebat, ſed admiſcendo peccata, fiebant, vt perſpicuè ex ipſomet contextu liquet. Id vero, quod in confirmationem eius antecedentis ex Ieremia additur, iunctis antecedẽtibus proximè in eodẽ Ieremia, corroborat reſponſionem datam ad verba Iſaiæ. Poſt obiurgationes enim & comminationes grauiſſimas in eo capite ob grauiſſima illorum parẽtumque ſuorum peccata, addit ibi Ieremias: *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Holocauſtomata ueſtra addite uictimis ueſtris, & comedite carnes*, victimarum. ſ. veſtrarum: nã quæ in Holocauſtũ offerebantur, igne cõſumebantur omnino. Quaſi dicat, & confidite in illis, vt facitis, quaſi ea ſufficiant, non reſipiſcẽtes neq; deſiſtẽtes a grauiſſimis veſtris peccatis, neq; pęnitentiã de illis agẽtes. *Quia non ſum loquutus cum patribus ueſtris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti*, ante idolũ à vobis conflatũ, de *uerbo holocauſtomatum & uictimarum ſed hoc*

uerbum

verbum præcepi eis dicens, audite vocem meam, (ſer- A ∣ uando ſcilicet legem, quam vobis trado) *& ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audierunt, neque inclinauerunt aurem ſuam, &c.* quorum veſtigia vos etiam ſequimini, excedentes ſcelera & peccata illorum. Loquitur verò Deus ibi per Ieremiam de tempore, quo primò Exodi 19. & 20. dedit eis legem decalogi, quam poſtea ſcriptam in tabulis lapideis tradidit eis: Quamuis autem Exodi 20. addiderit: *Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras, & boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei: ueniam ad te, & benedicam tibi. Quòd ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrum ſuper eum, pol-* B *luetur.* Licèt, inquam, hæc ibi addat, ſolùm eſt id permiſſio, & non præceptum vt offerantur, & prohibitio, ne altare ſit de lapidibus ſectis. Et quamuis poſt latam legem inſtituerit poſtea à capite 29. ritũ ſacrificiorum, ad continendum populum, ne ad ſacrificandum idolis & ne ad idololatriam diſflueret, ſimulque ad illud puniendum ob vitulum conflatũ, atque ad figurandum, quæ in noua lege erãt futura, volueritque eum cultum ſibi exhiberi, obedientiam tamen præceptis ſuis ſemper ſacrificiis prætulit, neque ſine illa grata & accepta ſibi fuerũt ſacrificia. Atque hoc eſt, quod ſignificant Ieremiæ locus & illa alia ex Iſaia relata, & quod ſignificãt illa Samuelis ad Saul. 1. Reg. 15. Cum enim in excuſationem ſuæ inobedientiæ dixiſſet Saul: *Tulit de præda popu-* C *lus oues & boues, primitias eorum, quæ cæſa ſunt, ut immolet domino Deo ſuo in Galgalis, ait Samuel: Nũquid vult Dominus holocauſta & uictimas, & non potiùs ut obediatur uoci Domini? Melior eſt enim obedientia, quàm uictimæ, aut auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum: quoniam quaſi ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.* Idem ſignificat illud Oſeæ 6. *Miſericordiam uolui & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plus, quàm holocauſtum,* quod citat Chriſtus Matth. 9. & 12. Et ſcriba ille, de quo Marci 12. eſt ſermo, dixit: *Bene magiſter in ueritate dixiſti, quia unus eſt Deus, & non eſt alius pręter eum.* Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omni- D bus holocauſtomatibus & ſacrificiis. *Ieſus autem uidens, quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longè à regno Dei.* Hoc ipſum ſignificant ac confirmant cætera teſtimonia, quæ in confirmationem eiuſdem antecedentis in eodem ſeptimo argumento ſubiunguntur. Tametſi quædam eorum etiam ſignificent inſufficientiam illorum ad iuſtificandum & expiandum à peccatis, vt duo poſtrema. Circa hanc autem reſponſionem legis his valde conſentaneè, quæ Clemens lib. 6. Apoſt. Conc. c. 22.

Ad octauum dicendum eſt, Chriſtum eam legem non improbare, quæ iuſta erat & non mala, & quo ad multa delicta in foro exteriori punienda pęna il- E la talionis in multis rebuſpublicis bene inſtitutis eſt meritò ſtatuta. Sed diſcipulis ſuis, & alijs, qui perfectionem euangelii amplecti vellent, id conſilium eamque maiorem perfectionem tradidit. Id verò non tollit, quod inter Chriſtianos, poteſtates publicæ exequi teneantur talionis pęnam aduerſus malefactores, quando legibus eſt ſtatuta pro delictis ab eis commiſſis: & quod priuatæ perſonæ, quibus incumbit, faſq; eſt accuſare malefactores circa ea delicta, licitè poſſint petere in iudicio, vt ea pęna illis imponatur.

DISPVT. 51.

Vtrum lex vetus ſoli Iſraelitico populo, quem ſolùm obligauerit, dari debuerit.

SVMMARIVM.

1 *Lex uetus ſolis Iudæis data fuit, lex naturæ Gentibus ſufficiebat: unde maior & grauior Iudæorum lex, quam Gentium.*

2 *Maius beneficium Iudæi acceperunt, & maiora auxilia eis fuerunt collata ad illam implendam meritis Chriſti, cuius fidem expreſſius profitebantur, quàm in lege naturæ fieret; & alia eorum priuilegia.*

2 *Iudæi tenebantur legem totam ſcriptam ſeruare, quam circumciſione fuerant profeſſi; neque ſynagogam deſerere poterant, & ita tranſire ad legem naturæ. Gentibus uerò integrum erat ad legem ſcriptam tranſire, eamq́; profiteri ſeipſos circumcidẽdo.*

4 *Beneficia illa, quæ Deus Iudæis contulit, contulit illis non ob merita eorum, ſed ex ſola ſua miſericordia, atque ut promiſſa ſua Abrahamo, Iſaac, & Iacob impleret, & ex gratuita etiam miſericordia elegit Abraham, ut ex eius ſemine Chriſtus naſceretur.*

CVm Deus, qui infinitæ ac illimitatæ eſt 1 ſapientiæ & bonitatis, declinantibus hominibus legis naturæ ad idololatriã, ſibi peculiarem populum delegerit, ex quo Chriſtus vnigenitus ipſius filius, generis humani redemptor, naſceretur, & quorum patribus id ita promitteret, atque cui legem ſcriptam traderet, in qua adumbrarentur ac prædicarentur, quæ Chriſti & legis gratiæ tempore erant futura, vt ea ratione mundus ad ſuauius ac melius Chriſtum ſuſcipiendum diſponeretur, atque vt hæc omnia ex ſcripturis ſanctis veteris ac noui Teſtamenti conſtant, ſatis profectò eſt perſpicuum id ita expediens ac decens fuiſſe iuxta ſuæ diuinæ prouidentiæ ordinem ac diſpoſitionem: ſunt enim Dei iudicia iuſtificata in ſemetipſis eo ipſo, quòd ab illimitata ipſius ſapientia ac bonitate emanent. Neque quòd Chriſto adueniente, lex euangelica in vniuerſo mundo eſſet prædicanda ac promulganda, orbemque vniuerſum obligare deberet iuxta illud Iſaiæ 29. *Parum eſt, ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces Iſrael cõuertendas. Dedi te in lumen Gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ;* & illud Pſal. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ:* quibus concinunt illud Io. 10. *Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili.* (ſynagogæ ſcilicet) *& illas oportet me adducere, & uocẽ meam audient, & fiet unum ouile & unus paſtor;* cum ſcilicet vſque diuerſa ouilia fuerint ſynagogæ, & gentium ad legem naturæ attinentium. Et illud Simeonis Lucæ 2. *Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael;* atque illud Mar. 16. *Euntes in mundum uniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur.* Quod, inquam, lex euangelica in vniuerſo mundo eſſet prædicanda ac diuulganda, mundumque vniuerſum eſſet aſtrictura, non impedit, quòd lex ſcripta, quæ ad illam ordinabatur ac diſponebat, quæque illam adumbrabat, & in qua prædicanda illa erant, quæ ad legem euangelicã attinebant, quemadmodum ſoli Iſraelitico populo promulgata ac data fuit, ſic eum ſolum populum ad il-

lius

lius obſeruationem obligaret, reliquos mortales cũ ſola obligatione legis naturæ, quæ in vniuerſo orbe ante eam legem ſcriptam erat, relinquendo tãquam in diſtincto ouili, ac in parte diſtincta vniuerſalis Eccleſiæ militãtis, vt teſtimonia citata apertè ſonãt, & conſentit illud Epheſ. 2. *Nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis longè*, quia ſcilicet promiſſionem de Chriſto non habebatis, atque in idololatriam declinaſtis, *facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ*, legis videlicet veteris, quæ Iſraeliticum populum à gentili diuidebat, indeque occaſionem ſumebant, vt inter ſe diffiderent, ſibique inuicem aduerſarentur, *ſoluens inimicitias in carne ſua, legem mãdatorum* veterem ſcilicet *decretis* legis nouæ *euacuans, vt duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum hominẽ*, lege gratiæ formatum ac creatum, *faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore*, Eccleſiæ ſcilicet Chriſtianæ ac legis nouæ, *Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſos. Et ueniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem ijs, qui propè: quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad Patrẽ*. Conſentit item illud ad Rom. 2. *Cum gentes, quę legem non habent*, ſcriptam ſcilicet in tabulis lapideis à Deo Iudæis datam, *naturaliter quę legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus eorum, teſtimonium reddente illis cõſcientia ipſorum.* Et infra: *Si igitur preputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne preputium illius in circumciſione reputabitur? & iudicabit id, quod natura eſt pręputium legem conſummans, te, qui per literam & circumciſionem pręuaricator legis es.* Sermo autem ibi eſt Paulo de Iudæis & gentibus ante legis eccleſiæ promulgationem, quando in vtroque ouili iuſtitia ac ſalus eſſe poterat.

2 Quamuis autem populus Iſraeliticus ad multo plura teneretur, quàm teneretur gentilicus populus, qui ad ſola præcepta, quæ tempore erant legis naturæ, tenebatur, grauiuſque proinde tunc iugum legis veteris eſſet Iudæis impoſitum, quàm gentibus; nihilominus longè maius beneficiũ accepit tũc Iſraeliticus populus, quàm gentilicus. Tum quoniã obſeruatio illa plurium præceptorum in longè maius meritum Iudæis cedebat, longeque maiora auxilia ad illam implendam, quàm hominibus legis naturę, fuerint collata meritis Chriſti venturi, cuius fidem expreſſius profitebantur, quàm in lege naturę fieret illius profeſſio, illis conferebantur. Tum etiã quoniam Chriſtus de ipſorum ſemine fuit illis promiſſus, quod ad ingentem illius populi gloriam attinebat, iuxta illud Simeonis Lucæ 2. *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael*, attinebat etiam ad fruendum Chriſti corporali præſentia ac miraculis & doctrina ex ore illius proprio, atque ad illum facilius, felicius, ac abundantius ſuſcipiendum, vt ab ipſius immaculata ac ſanctiſſima matre, ab Apoſtolis ac diſcipulis, aliiſque illius populi, felicius & longè abundantius ſuſceptus fuit, in quos Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes deſcendit, quiq; primitias ſpiritus, vt Paulus ad Rom. 8. ait, acceperunt. Tum denique quoniam eo ipſo, quòd Deus eũ populum in ſuum peculiarẽ ſibi delegit, ex quo vnigenitus ſuus, mundi redemptor, naſceretur, & cui legem ſcriptam daret, in qua, quæ tempore aduẽtus filij ſui & legis gratiæ erant futura, adumbraret ac prædiceret, ad eamque diſponeret, conſequẽter illũ etiam delegit, cum cuius parentibus ac patriarchis Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph ita familiariter conuerſaretur, eos erudiret, protegeret, ac beneficijs innumeris cumularet, vt ſcriptura ſacra narrat Deum cum eis fuiſſe cõuerſatum, eos erudiiſſe, protexiſſe, innumeriſq; beneficijs cumulaſſe, eundemque po-

A pulum elegit, in cuius egreſſu ex Aegypto, in traditione legis ſcriptæ, in itinere per deſertũ, in ingreſſu terrę promiſſionis, & poſtea tẽpore toto, quo ſtatus eius legis ac ſynagogæ perſeuerauit, tot ſtupenda ac mirabilia operaretur, quibus illos in fide confirmauit, atque à viſibilibus & inuiſibilibus hoſtibus protexit, in illis oracula reddebat, prophetas variis temporibus ad illos mittebat, & deniq; illos mirum in modum protegebat ac adiuuabat. Ad hęc omnia & ad ſimilia alia, attendens Paulus ad Rom. 9. dixit. *Quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentũ, & legis latio, & obſequium, & promiſſa, quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula, amen.* Et ad Rom. 2. *Quid ergo amplius Iudæo eſt?* quàm ſcilicet populo ex Gentibus, legiſve naturæ. B *Multum per omnem modum. Primum quidem, quoniam credita ſunt illis eloquia Dei.* Et Regius Propheta Pſal. 147. *Qui annunciat verbum ſuum Iacob, & iuſtitias ſuas Iſrael, non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Et Moyſes Deuter. 32. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis. Circumduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui. Sicut aquila prouocans ad volandum* C *pullos ſuos & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis, Dominus ſolus dux eius fuit,* &c. proſequiturque beneficia innumera, quibus eum ingratum populum Deus eſt proſequutus, ac ſuper gentes cunctas ſublimauit.

Qui Iſraelitici erant populi, tenebantur legẽ totam ſcriptam ſeruare, quam circumciſione fuerant profeſſi, neq; ſynagogã legemq; ſcriptã poterãt deſerere & tranſire ad ouile ac legem ſolam legis naturæ. Contra verò integrũ Gentibus erat ad ſynagogã legemq; ſcriptã tranſire, eamq; profiteri ſe ipſos circũcidendo, ſi maſculi eſſent, atq; eo ipſo, quòd ſemel illã eſſent profeſſi ſe ipſos circũcidendo, nõ poterãt illã deſerere. Exo. enim 12. de eſu agni Paſcha- D lis, ſeruatis cæremoniis, quę in illo edẽdo pręcipiebãtur, dixit Dñs ad Moyſem. Hæc eſt religio Phaſe: *Omnis alienigena non comedet ex eo. Quòd ſi quis peregrinorum* (id eſt, qui non fuerit de filiis Iſrael) *in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur priùs omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque ſicut indigena terræ. Si quis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud vos.* Porrò eiuſmodi ita ex Gentibus ſe ipſos circumcidentes, ac tranſeuntes ad Iudæiſmum, proſelyti nũcupabãtur, hoc eſt exteri, ad ipſorum tamen religionẽ ac legem tranſeũtes. Vnde Chriſtus Matth. 23. *Væ vobis Scribę & Phariſei hypocritæ, quia* E *circuitis mare & aridum, vt faciatis vnum proſelytũ, & cum fuerit factus, facitis illum filium gehennę duplo quam vos.* Et Lucas act. 2. *Iudæi quoque & proſelyti.* Sotus 2. de iuſt. q. 1. art. 3. ad vlt. rectè ait, circumciſionẽ nulli gentilium prodeſſe ad ſalutẽ, niſi ea totam legem veterem profiteretur, atque ad illam ſe aſtringere vellet: erat enim circũciſio profeſſio eius legis, ſicut baptiſmus in lege gratiæ profeſſio eſt Chriſtianæ legis. Vnde Paulus ad Gal. 5. *Teſtificor autem rurſus*, inquit, *omni homini circũcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ*, id eſt, quoniã eo ipſe ſe profiteretur debitorẽ vniuerſæ legis veteris faciẽdæ. Sotus ibidem ait, integrum fuiſſe Gentibus aliquã aut aliquas cæremonias ac ritus Iudæo- 3

A rum amplecti, non profitēdo legem, neque ad illam ſe aſtringendo. Paſſe tamen cum Iudæis celebrate niſi circumciderentur, totamque legem veterem profiterentur, prohibitum erat Iudæis illis permittere, vt ex teſtimonio Exodi 12. paulo antea à nobis relato perſpicuè conſtat.

4 Ingens autem illud beneficium legis ſcriptæ, & quòd Deus Iſraeliticum populum eligeret in ſuum peculiarem, ex quo Chriſtus naſceretur, cui terram promiſſionis donaret & in quem tot alia beneficia conferret, non accepit is populus præ reliquis Gentilium ob ſua merita, ſed ex Dei miſericordia, atque vt promiſſa ſua facta Abrahamo, Iſaac, & Iacob impleret. Vnde Deuteronomio nono ait Moyſes. *Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo, propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc poſſiderem, cum propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes.* B *Neq; enim propter iuſtitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris, vt poſſideas terras earum: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te, deletæ ſunt: & vt impleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob. Scito ergo, quod non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſſionem, cum duriſſimæ ceruicis ſis populus. Memento, & ne obliuiſcaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in ſolitudine, & ex eo die, quo egreſſus es de Aegypto vſque ad locum iſtum, ſemper aduerſus Dominum contendiſti, &c.* Quod ſi filij Iſrael non acceperunt terram promiſſionis ob ſua merita præ aliis populis, C multo minus ob ſua merita, collata eis ſunt illa alia longè maiora beneficia. Quin ſi ad crimina illorū, maximè idololatriæ, quæ poſt tot prodigia ante ipſorum oculos in ipſorum gratiam effecta commiſerunt, reſpexiſſet Deus, potius illos omnino abieciſſet, quàm in populum adeò dilectum ſibi illos delegiſſet ac retinuiſſet: referta quippe eſt ſcriptura ſacra immanium criminum, quæ aduerſus Deum commiſerunt, vt patet Prophetas & alios veteris Teſtamenti libros euoluenti.

Quin neque Abraham, Iſaac, & Iacob electi ſūt, ex quorum ſemine Chriſtus naſceretur, & quorum ſobolem Deus in populum ſibi peculiarem acciperet, ob ſua merita, ſed ex gratuita Dei miſericordia. D Vt enim Paulus ad Rom. 9. ait: *Cum nondum* (Iacob ſcilicet & Eſau) *nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, (vt ſecundum electionem propoſitam Dei maneret) non operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt.* (Matth. 1.) *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Quo in loco non eſt ſolum Paulo ſermo de ſtipitibus illis Iacob & Eſau, ſed ſimul etiam de populo ſynagogæ ex Iacob deriuando, & de poſteris Eſau, vt in Concordia qu. 23. art. 5. diſp. 1. memb. 9. concl. 4. & in editione Antuerpienſi memb. 11. dilucidè oſtendimus, vbi etiam copioſius ex eo capite toto Pauli comprobauimus, qđ proximè de Abraham, Iſaac, & Iacob aſſeruimus, non ſcilicet ſuis meritis ad id electos fuiſſe, ſed gratuita Dei miſericordia meritiſque Chriſti. E Tametſi non idcirco excludatur libera ipſorum cooperatio, quam in ipſorum poteſtate fuerit non adhibere, ad ipſorum merita ex gratia & electione Dei, inter quæ ob heroicum illum actum leuandi gladium, vt iuſſu Dei immolaret filium ſuum Iſaac, facta eſt Abrahamo feliciſſima eximiaque illa promiſſio, ipſius videlicet ſobolem futurum Chriſti mundum redemptorem, in quo gentes omnes terræ eſſent benedicēdæ. *Per me metipſum iuraui dicit Dominus*, Geneſ. 22. *quia feciſti hanc rem & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti uoci meæ.* Itaque origo illius meriti, & electio Abrahami ad il-

A lud, propter quod repromiſſio illa ei fieret: fit quidē à Deo ex ſola ſua miſericordia: nihilominus tamen idem meritum verè fuit meritum Abrahami coram Deo ob liberam eiuſdem Abrahami ad eum actum cooperationem miſericorditer à Deo adiutam: qua de cauſa ſimul fuit meritum Abrahami & donum Dei ex ſua gratia, quo Abrahamus eam mereretur promiſſionem, non quidem de condigno, quaſi debita eſſet actui illi heroico, ſicut eidem actui de condigno debitum erat præmium vitæ æternæ, ſed ob quem voluit Deus eam illi in particulari efficere, vt apertè ſonant verba illa, *quia feciſti hanc rem, & quia obediſti uoci meæ*, in re videlicet adeò difficili, tantoque affectu caritatis ac obedientiæ, vt etiam indicant illa alia verba eiuſdem capitis, *arripuit gladium,* B *benedicam tibi, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.* Sicut enim beata virgo non ſuis meritis electa fuit vt eſſet mater Dei, ſed ex Dei miſericordia & ex meritis Chriſti filii ſui futuri, & nihilominus, cooperante ipſa liberè ad ſua merita, eiſdem meritis & aliis donis cooperante Spiritu ſancto præparata fuit, vt dignum filij ſui habitaculum effici mereretur, vt de illa canit eccleſia, ſic non ſuis meritis electi ſunt Abraham, Iſaac, & Iacob, vt ex illis Chriſtus naſceretur, eſſentque Patriarchæ ſynagogæ, cui Deus adeò præclara beneficia præ cæteris gentibus ante Chriſti aduentum & in ipſo aduentu conferret, ſed id ex miſericordia Dei, & ex Chriſti futuris meritis obuenit, & nihilominus, ipſis ad ſuas virtutes & ad ſua merita cooperantibus, C effecti ſunt apti, vt capita ac patriarchæ eſſent ſynagogæ, quibus Deus Chriſtum ex ipſis naſciturum promitteret, & quos Deus tanto honore proſequeretur, vt Exodi 3. ſequens nuncium per Moyſem ad filios Iſrael mitteret: *Dominus Deus patrum ueſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad uos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione et generationē.*

DISPVT. 52.

Vtrum lex vetus conuenienter tempore Moyſis à Deo lata ſit. Et num vetus D Teſtamentum tempore Abrahami inceperit, vetuſque ac nouum Teſtamentum veram Teſtamenti rationem habeant. Et à quo puncto computari debeāt quadringenti triginta anni, poſt quos Paulus ad Galatas 3. ait legem veterem fuiſſe latam.

SVMMARIVM.

1 *Conuenienter lex vetus tempore Moyſis data fuit, iuxta* E *diuinæ ordinem prouidentiæ.*

2 *Vetus Teſtamentum in Abrahamo cœpit, & data lege tempore Moyſis fuit innouatum, & inter Deum & populum Iſraeliticum ſtabilitum.*

3 *Pactum & fœdus quod inter Deum & populum Iſraeliticum pactum eſt, in nouo Teſtamento, vocatur* Teſtamentum, *& diſtinguuntur duo teſtamenta, nouum & vetus. De nomine Teſtamenti variè diſputatur: aſſeritur epiſtola Pauli ad Hebræos contra Lutherum & Eraſmum eſſe canonica.*

4 *Promiſit Deus filijs Iſrael vltra terram promiſſionis, etiam æternam hæreditatem per Chriſtum venturum obtinendam, interimque omnes ad inferos deſcen-*

5 *deſcenſuros, in locum iuſtis deputatum, à tormentiſque omnino liberum.*

Quamuis promiſſio Iudæis facta de ęterna Dei hæreditate ipſis conferenda poſt mortem promittentis, ſi legem ſeruarent, propriiſſimè Teſtamenti rationem habeat ex parte Dei, ea tamen Dei uolūtas deambulatoria non fuit ac mutabilis uſque ad mortē teſtatoris, ſed firma & omnino immutabilis ex parte Dei.

6 *Cur tempore ueteris legis fœdus & pactum potius* fœdus & pactum *nominatum fuerit, aut promiſſio Abrahamo facta, quam* Teſtamentum: *& tempore legis gratiæ,* Teſtamentum.

7 *Quadringenti illi triginta anni, de quibus Paulus ad Galat. 3. computari debent à puncto promiſſionis illius Abrahamo factæ, quod in ſemine eius benedicendę eſſent uniuerſę gentes.*

8 *Supputatio illorum quadringentorum triginta annorum.*

1 QVod ad primum attinet, num ſcilicet cōuenienter lex vetus tempore Moyſi data fuerit, dicendum eſt, (vt & ad præcedētem diſputationem) conuenienter tunc iuxta diuinæ prouidentiæ ordinem ac diſpoſitionē fuiſſe latam, cuius iudicia in ſemetipſis iuſtificata eo ipſo ſunt, quòd ab infinita ac illimitata ipſius ſapientia ac bonitate emanant, vt ad duo in præcedente diſputatione propoſita eſt etiam dictum. Cùm autem variis vitiis mundus quo ad naturæ lumen, legemque naturæ, cæcutire valde ac obtenebrari cæpiſſet, declinareque circa tempora Abrahæ ad idololatriam inciperet, deligere in Abrahamo ſibi cæpit Deus peculiarem populum, qui ſanctitate præ cæteris polleret, ex quo Chriſtus naſceretur, & in quo adumbraret ac prædiceret, quæ tempore aduentus Chriſti & legis gratiæ erāt futura, vt ſæpe eſt dictū. Quia verò lex non vni tantum familiæ tradi conſueuit, ſed tantæ hominum multitudini, quæ integram rempublicam conſtituat, non Abrahamo tradidit Deus legem ſcriptam, ſed illius poſteris adeò iam tempore Moyſis multiplicatis, vt integram rēpublicam ac eccleſiam efficere poſſent. Interim verò Abrahamo tradere cæpit familiaria quædam præcepta, quale fuit illud circumciſionis, quod poſtea in illius poſteris tempore legis ſcriptæ perſeueraret, vt vtrumque D. Tho. 1. 2. q. 98. artic. 6. ad 2. optimè docet. His accedit, quod cum Deus, ad illorum ſecuritatem, quibus erat tradenda, quique illam erant ſuſcepturi, tot miraculis erat illam cōfirmaturus, quot in egreſſu filiorum Iſrael ex Aegypto, temporeque quo fuit tradita, & poſtea in deſerto, atque in egreſſu in terram promiſſionis, erat facturus, ſanè expediens fuit, vt potius tempore Moyſi, multiplicatis adeò filijs Iſrael, & de Aegyptiaca captiuitate tot miraculis liberatis, quam tēpore Abrahami, aut vllo antè alio tempore, lex ſcripta traderetur, vt ea ratione in poſterorum maiorem ſecuritatē plures eſſent oculati teſtes mirabilium, quibus Deus illam confirmauit. His quoque accedit, poſteros illos, diſpoſitos ac præparatos per cōſortium Dei cum patribus eorum Abrahamo, Iſaac, & Iacob, & per promiſſiones illi factas, aptiores fuiſſe redditos ad legē ſcriptā ſuſcipiendam, quàm ſi illa non anteceſſiſſent.

2 Quamuis lex ſcripta Moyſis tempore fuerit lata, teſtamentum tamen vetus in Abrahamo cæpit, temporeque Moyſis, data lege, fuit innouatum, atque ad maiorem perfectionem adductū, inter Deumq; & Iſraeliticum populum fuit firmatum ac ſtabilitū. Primum conſtat ad Galat. 3. Vbi Paulus argumento ſumpto à diſpoſitione ſeu teſtamēto, in humanis, probat, iuſtificationem, gratiam, ac hæreditatē æternam, non à lege veteri prouenire, ſed à Chriſto longè antea Abrahamo promiſſo, in quo omnes gentes

A terræ benedicerentur, atque ex fide in illo. In hunc verò modum id Paulus egregiè oſtendit: *Fratres, ſecundum hominem dico*, id eſt, humano vtar exemplo, *tamen*, ſeu cæterum, aut & tamen, *hominis confirmatū teſtamentum nemo ſpernit*, id eſt, parui facit, quaſi vim non habeat, *aut ſuperordinat*, id eſt, aut inſuper circa eā diſpoſitionē aliquid ordinat, quo illā eneruet ac inuertat. *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones*, primò quidem Gen. 12. antequā exiret de terra ſua, & veniret in terram promiſſionis, ſecundò verò longè expreſſius oſtendēdo illi mediū & modum, quādo gladium arripuit, vt immolaret filium ſuū Iſaac, *& ſemini eius, Nō dicit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem* (id eſt, quod ſequitur) *dico teſtamentum confir-* B *matū à Deo, quæ poſt quadringētos & triginta annos facta eſt lex, nō irritum fecit ad euacuandā promiſſionem*, id eſt, lex, quæ poſt quadringētos & triginta annos ab illa prima promiſſione facta ſeu data eſt, non irritum fecit id teſtamentum confirmatum à Deo iureiurando in ſecunda ad euacuandam, id eſt vt irritam faceret eam promiſſionem, quaſi ſcilicet, data ea lege, iuſtificatio ac hæreditas eſſent ex lege, & nō ex ea promiſſione, ex Chriſto vè promiſſo, in quo benedicendæ eſſent omnes gentes terræ, eaq; ratione lege veteri euacuata redderetur ea Dei anterior promiſſio. Atque hoc eſt, quod ſubiungit. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus.

Secundum verò conſtat ex illo ad Galat. 4. C *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnū de libera. Sed qui de ancilla, ſecūdum carnem*, id eſt via naturali ac carnali, *natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem*, viaque & modo ſupernaturali, quia de ſterili ac ſene, ex Dei ſupra naturæ curſum promiſſione: *quæ ſunt per allegoriam dicta*, hoc eſt, per rerum harum ſignificationem, quibus aliud, id ſcilicet, quod ſequitur, ſignificabatur. *Hæc enim* (rerum videlicet ſignificatione) *ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in Monte Sina*, quando ſcilicet data eſt lex, fæduſq; illud inter Deum & populum Iſraeliticum firmatum eſt, de quo Exodi 24. in hunc modum ſermo habetur: *Venit Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini atque iudicia, reſponditque omnis populus vna voce: Omnia verba Domini, quæ loquutus* D *eſt, faciamus. Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſermones Domini, & manè conſurgens ædificauit altare Domino ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael. Miſitque iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque uictimas pacificas Domino, uitulos duodecim. Tulitque Moiſes dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras: partem autem reſiduam fudit ſuper altare. Aſſumenſque uolumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt, Omnia quæ loquutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille uerò ſumptum ſanguinem ſparſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus uobiſcum ſuper cunctis ſermonibus ſuis.*

E 3 Eſt verò in horum lucem, & eorum, quæ Diſpu. 50. dicta ſunt, & quæ in progreſſu huius materiæ de lege veteri addentur, examinanda non leuis illa difficultas, cur id pactum & fædus inter Deum & populum Iſraeliticum non ſemel, ſed pluries à Paulo, quin & ab Euangeliſtis & Chriſto, Teſtamentum nuncupetur, duoque Teſtamenta diſtinguantur, nouum videlicet & vetus, illudque vetus Teſtamentum dicatur, & legis Euangelicæ nouum ad illius differētiā appelletur. Eſt quippe Exodi 24. in textu Hebræo verbum *Berith*, quod pactū ac fædus ſignificat, vt editio vulgata eo in loco trāsfert, & ex verbis paulo antea relatis cōſtat. Et Iere. 31. in Hebręo eſt ſimiliter verbū *Berith* in illis verbis: *Ecce dies veniūt*,

dicit Dominus & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: pactum quod irritũ fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Vbi etiam vides in editione vulgata verbum *Berith*, pactum ac fœdus fuiſſe translatum. Paulus verò ad Hebræos 8. referens hunc locum, non *pacti* aut *fœderis* vocabulis eſt vſus, ſed *Teſtamenti*. Sic enim illum refert. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda Teſtamẽtum nouum, non ſecundum Teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipſi non permanſerunt in Teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc eſt Teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribã eas, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.* Eodem etiam vocabulo vtitur capite 9. ſequenti. Atque de Teſtamento, quod morte teſtatoris confirmatur, referendo teſtimonium illud aliud Exod. 24. ſuprà relatum, ſic de Chriſto ait: *Ideo noui Teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt. Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dicatum eſt. Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyſſopo, ipſorum quoque librum & omnem populum ſparſit, dicens: Hic ſanguis Teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit, & omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.*

Ex eo autem, quod Paulus ad Hebræos 8. & 9. fœdus ac pactum inter Deum & Iſraeliticum populũ Teſtamentum nuncupauerit, contendunt Eraſmus, Caiet. & aliqui ex Lutheranis, epiſtolã ad Hebræos neque fuiſſe Pauli, neque eſſe canonicam. Quod ſi nomine Teſtamẽti, quo eis in locis vſus eſt Paulus, innitantur, eſt ſanè id eorum argumentum ac fundamentum ſatis debile. Si verò in ipſa re nitantur, quod ſcilicet id pactum ac fœdus Teſtamentum nõ fuerit, quale eſt, quod morte teſtatoris confirmatur, & quale Paulus ad Hebræ. 9. illud appellat, oſtendemus planè nullas omnino vires ad eorum argumentum habere, meritoque à Paulo, ex parte Dei, Teſtamentum, quod morte teſtatoris confirmatur, fuiſſe nuncupatum.

Primùm, quod ſcilicet, ſi nomine Teſtamẽti, quo in eis locis Epiſtolæ ad Hebræos vſus eſt Paulus, ducantur vt affirment, eam epiſtolam nec Pauli nec canonicam eſſe, ſit id eorum argumentum ac fundamentum ſatis debile, ſanè ex ſequentibus liquidò cõſtat. Primò, quoniam Paulus non in ea ſola Epiſtola id fœdus & pactum appellauit Teſtamentum, ſed etiam in aliis ſuis Epiſtolis, quas & ipſius & canonicas eſſe, etiam ipſi, cum quibus diſputamus, concedunt. Ad Rom. enim 9. de Iſraeliticis ait: *Quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa.* Primæ ad Cor. 11. de Chriſto, in qua nocte tradebatur eum dixiſſe, ait: *Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Certè Chriſtus & Paulus dicendo, *nouum Teſtamentum eſt*, apertè ſignificarunt fœdus illud & pactum Exodi 24. inter Deum & populum Iſraeliticum Teſtamentum vetus fuiſſe: Neque enim dicitur nouũ Teſtamentum niſi comparatione veteris: neque fuit aliud vetus Teſtamentum, quam fœdus illud ac pactum Exodi 24. iam antea in Abrahamum & cum Abrahamo cœptum. Secundæ ad Cor. 3. *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti.* Et infrà: *Vſque in hodiernum enim diem id ipſum velamen in lectione veteris Teſtamenti manet non reuelatum, quoniam in Chriſto euacuatur.* Et ad Galat. 4. *Quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo Teſtamenta. Vnum quidem in monte Sina.* Sine vllo dubio, quod Exodi 24. fœdus initum inter Deum & Iſraeliticum populum nuncupatur, quãdo lex vetus populo Iſraelitico fuit tradita. Secundò, quoniam non ſolum à Paulo, ſed etiam antea à Chriſto Teſtamentum fuit apertè nũcupatum. Matth. namque 26. & Marci 14. de calice dicens Chriſtus: *Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur.* Et vt referunt Lucas c. 22. Chriſtum dixiſſe: *Hic eſt calix noui Teſtamenti in meo ſanguine*, & Paulus 1. ad Cor. 11. *Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine*, procul dubio nouum Teſtamentum in ſuo ſanguine dixit Chriſtus comparatione veteris Teſtamenti: neque enim Teſtamentum nouum dicitur niſi veteris comparatione. Et Zacharias Lucæ 1. *Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari Teſtamenti ſui ſancti, iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis*, vtique Gen. 22. quãdo illi incarnationem filij ſui ex ſua poſteritate promiſit, mortemque illius ſub typo arietis hærentis inter vepres, loco Iſaac interitus totius generis humani illi oſtẽdit, eaque ratione illi promiſit in ſemine illius benedicendas omnes gentes terræ. Quare in ea promiſſione Abrahamo tunc iuramento confirmata, expreſſiuſque manifeſtata, tametſi iam antea Gen. 12. non adeò manifeſtè facta incepit Teſtamentum, de quo Zachariæ eſt eo loco ſermo, hoc eſt incepit promiſſio æternæ hæreditatis facta à Deo, nequaquam conferendæ & obtinendæ ante mortem ipſiuſmet promittentis, & non vt Dei, ſed vt hominis, qui tunc eſt Abrahamo promiſſus redẽptor ſanguine ac morte ſua generis humani. Tertiò, quoniam ſeptuaginta interpretes natione Hebræi ante Chriſti aduentum verbum Berith Græcè vertunt diathici, quod verbum eſt in teſtimoniis ex Epiſtolis Pauli Græcè ab illo ſcriptis, & ex euangeliis Lucæ ac Marci, Græcè ſimiliter ab eis ſcriptis, ſupraque relatis, ac latinè præcipua ſua ſignificatione ſonat teſtamentum, ſicque in editione latina vulgata vbique vertitur; atq; eo modo ſeptuaginta verterunt verbum Berith Exodi 24. & Ieremiæ 31. & in Pſalmis frequenter, quorum verſione in latinum tranſlata vtitur Eccleſia latina. Sic Pſalmo 77. habetur: *Non cuſtodierunt teſtamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.* Et infrà: *Cor eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.* Pſalmo 88. *Neque profanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita*, & alias ſæpe. Eſt tamen obſeruandum, quamuis verbum diathici Græcè frequentius pro teſtamento vſurpetur, ſicque in editione latina vulgata vocabulo teſtamenti vertatur; interdum tamen ſumi latius pro diſpoſitione, ſiue teſtamento ſiue extra teſtamentum facta, ſumique etiã pro fœdere ac pacto. Vnde in multis locis, in quibus in editione latina vulgata vertitur teſtamentum, verti quoque potuit pactum, pactumque ſæpe intelligitur, vt in illo Pſalmo 82. de Idololatris, Dei & populi Iſraelitici inimicis; *Quoniam* (inquit Pſalmiſta) *ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus Sanctos tuos. Dixerunt,*

runt, venite, diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael vltrà. Quoniam cogitauerunt vnanimiter ſimul aduerſum te teſtamentum, (id eſt pactum) *diſpoſuerunt tabernacula Idumæorum, & Iſmaelitæ, Moab, & Agareni, Gabel, &c.* Primo Machab. 1. *In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerũt multis, dicentes, Eamus, & diſponamus Teſtamentum cum gentibus, quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos multa mala.* Quo in loco Teſtamentum pro pacto ſeruandi eorum legem & ritus ſumi videtur. Hæc quod attinet ad id Eraſmi, Caietani, & quorundam ex Lutheranis argumentum ac fundamentum, ſi nomine Teſtamenti, quo in Epiſtola ad Hebræos vſus eſt Paulus, ducantur.

Si verò nitentur ipſa re teſtamenti, in ſignificatione, quà morte teſtatoris ſolet confirmari, in qua planè ſignificatione nomine teſtamenti eſt perſpicuè vſus Paulus ad Hebræos 9. ſanè nec ſic vllas vires ipſorum argumentum ac fundamentum habet: ſed iure optimo Paulus, tum in ea Epiſtola, tum etiam in alijs, eo vocabulo in ea ſignificatione eſt vſus, vtæque ſunt ſcripturæ aliæ ſacræ, noui præſertim Teſtamenti. Quamuis enim id pactum & fœdus inter Deum & Iſraeliticum populum, de quo Exodi 24. eſt ſermo, rationem teſtamenti ex parte Iſraelitici populi non habeat; ex parte tamẽ Dei propriiſſimè rationem Teſtamenti habet promiſſio æternę hæreditatis Gen. 12. & 22. Abrahamo ſibi & omnibus gentibus terræ, hoc eſt, credentibus omnibus, facta, morte & ſanguine Chriſti, tunc Abrahamo promiſſi, obtinendæ, ſub conditione tamen & pacto, ſi legem à Deo ipſis pro temporũ varietate traditam ſeruarent, gratiamque, quam Chriſti meritis acciperent, ad finem vſque vitæ conſeruarent. Neque enim alienum eſt à vera Teſtamenti diſpoſitione ac ratione, hæreditatem relinqui non aliter quàm morte teſtatoris obtinendam, & cum pacto, vt eam hæreditatem obtenturi hæc vel illa ſeruent ac impleant, alioquin, etiam antecedẽte morte teſtatoris, illam non obtineant, ſed potiùs eam amittant. Et quoniam manifeſtiſſimè tũc Abrahę facta fuit promiſſio benedictionis omnium gentium terræ æterna hæreditate ſanguine & morte Chriſti obtinẽda, ſub conditione tamen ſubintellecta, ſi legem ac præcepta Dei ſeruarent, meritò à Paulo ad Galatas 3. & à Zacharia Lucæ 1. in teſtimonijs ſuprà relatis promiſſio illa Teſtamentum nuncupatur: quo etiam illudunt cætera teſtimonia ſuprà citata, vt paulo poſt magis explicabimus: promiſſio quippe æternæ hæreditatis, non alienæ, ſed proprię eius, qui illam promittit, ac obtinendæ morte & ſanguine ita diſponẽtis ac promittentis, rationem ſanè Teſtamenti habet ſumpta metaphora ac ſimilitudine ex rebus humanis. Et quia ea promiſſio æternæ hæreditatis, in Chriſto & per Chriſtum morte crudeliſſima Deo Patri in ara Crucis pro redemptione generis humani in ſacrificium offerendum, tunc primo Abrahamo, & nunquam antea ita expreſsè cuiquam alteri, facta fuit ſibi & omnibus gentibus terræ, præcedente ex parte Abrahami tam heroico ac præclaro opere offerendi proprium filium vnigenitum in holocauſtum vſque ad gladij erectionem tanta animi promptitudine, tantoque feruore ſpiritus, in quo tãtopere Abrahami fides, ſpes, obediẽtia, ac caritas in Deum enituit, atq; in quo Abrahamus adeò placuit Deo, vt propter id opus feliciſſimam eam promiſſionem à Deo acceperit, vt Gen. 22. conſtat, diſputationeque præcedente fuit explanatum, inde ſanè effectum eſt, vt Abrahamus pater credentium omnium fuerit ibi conſtitutus, vt Paulus ad Rom. & ad Galat. clamat, & vt qui ſunt ex fide, & non qui ſunt ex carnali Abrahami propagatione, reputẽtur

A illi in ſemine, vt idem Apoſtolus eiſdem in locis ſimiliter clamat: atque inde conſequenter eſt etiam effectum, vt locus ille, in quo velut in depoſito recipiebantur credentes omnes, qui in gratia ex hac vita ab orbe condito vſque ad mortem ac reſurrectionẽ Chriſti diſcedebant, quouſque Chriſtus ſuo ſanguine ac morte eos redimeret, cælique ianuam illis aperiret, ſinus Abrahæ, tanquam patris omnium credentium, fuit appellatus, iuxta illud Lucæ 16. *Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius.* Quia ergo pactum in monte Sina inter Deum & filios Iſrael initum, quando le- B gem ſcriptam illis tradidit, de quo Exodi 24. eſt ſermo, non aliud ex parte Dei fuit, quàm proſequutio promiſſionis Abrahamo factæ, vetuſque teſtamenti cum eo cæpti ac initi, de æterna hæreditate ſoboli illi Abrahami quo ad carnalem propagationem ac fidem per Chriſtum tradenda ſub conditione & pacto inter Deum & eum populum, ſi, vltra legem naturalem & præceptum circumciſionis iam antea Abrahamo tradita, reliqua quoque præcepta ſeruarent, quæ ea lege ſcripta inſuper Deus illis addebat; ſanè illud idem pactum ac fædus ſimul, cum ratione fæderis ac pacti, rationem ex parte Dei habuit teſtamenti, quo eos, tanquam filios adoptiuos per Chriſtum, hæredes per eundem Chriſtum venturum inſtituit ſempiternæ felicitatis ſub eodem pa- C cto ac conditione, ſi legem ſeruarent, nec priùs tradendæ, quàm Chriſtus ſanguine ac morte ſua pretium redemptionis mundi ſolueret, ianuaſque cæli humano generi aperiret.

Eſt enim magnopere obſeruandum, quamuis 4
Deus Iſraelitico populo carnali, commodiſque temporalibus dedito, promiſſionis terram, abundantiã rerum æternarum, incolumitatem, victoriam inimicorum, exaltationem ac honorem polliceretur, ſi legem ſeruaret, hiſque omnino contraria illi comminaretur, ſi illam tranſgrederetur, vt homines illius populi ad illius obſeruationem induceret, atque à peccatis arceret, præſertim cum nondum ianuæ cęli per Chriſtum eſſent apertæ, necdumque introitus in vitam æternam eis pateret; qua ratione Paulus ad D Hebræ. 8. Chriſti miniſterium in nouo Teſtamento cum miniſterio Moyſis in veteri cõferens, dixit: *Nunc melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris Teſtamenti mediator eſt quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt*; nihilominus æternam quoque hæreditatem, tunc ipſorum parentibus Abraham, Iſaac, & Iacob, tum etiam eis ipſis promiſiſſe, per Chriſtum tamen venturum obtinẽdam, interimque omnes ad infernum deſcenſuros in locum iuſtis deputatum, à tormentiſque omnino liberum; vnde originem traxiſſe videtur, quod Gentiles de campis Elyſijs apud inferos affirmabant; ſemperque in ſynagoga & apud illos Patres (quin & in lege naturæ) fuit notitia ac fides de æterna E beatitudine poſt hanc vitam futura, vt ſcripturæ ſacræ teſtantur, tametſi hæreſis Saduceorum fuerit, ſpiritum non eſſe, neque futuram mortuorum reſurrectionem. Ea planè promiſſa fuit Abrahamo & cunctis terræ iuſtis in Chriſto Gen. 22. vt explanatum eſt, quæ antea, nondum Chriſti morte ei reuelata, promiſſa à Deo Gen. 15. his verbis eidem Abrahamo fuerat; *Noli timere, ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Et quamuis Gen. 37. apertè teſtetur Iacob, migrationem ſuam ex hac vita, vt & cæterorum iuſtorum ante Chriſti aduentum, non eſſe in cælum, ſed ad inferos, dicens: *Deſcendam ad filium meum* (Ioſeph ſcilicet, quem à fera interfectum arbitra-

batur) *lugens in infernum*, idemque teſtetur Gen. 44. dicens: *Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis, Beſtia deuorauit eum, & hucuſque non comparet. Si tuleritis & iſtum,* (Beniamin ſcilicet) *& aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos*, quamuis, inquam, id ita in eis locis teſtetur, capite tamen 49. filijs ſuis tempore mortis benedicens, ſatis apertè expreſſit, ſe ſempiternam felicitatem per Chriſtum generis humani redemptorem ſpectare dicens: *Salutare tuum expectabo Domine.* Et Regius Propheta, licèt ſimiliter teſtetur, migrationem iuſtorum ex hoc ſeculo, vſque ad Chriſti mortem ac reſurrectionem non eſſe in cælum, ſed ad inferos: vnde 3. Reg. 2. de Ioab dixit ad Salomonem filium ſuum: *Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, & non deduces caniciem eius pacificè ad inferos*, id eſt, non ſines eum mori, ex hac ve migrare vita, quin luat homicidia illa grauia, quæ commiſit: idemque adhuc apertius conſtat ex teſtimonio eiuſdem Prophetæ proximè citando: ſempiternam tamen beatitudinem in Dei viſione poſitã & per Chriſtum obtinendam agnouit ac docuit. Pſalmo enim 15. ſic ait: *Propter hoc* (quod ſcilicet ſequitur) *lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcit in ſpe*, certa ſcilicet futuræ reſurrectionis ipſius gloriæ in die iudicij ad ſempiternam felicitatem. *Quoniam non derelinquis animam meam in inferno*, ad quem, vt & cæteri iuſti, ex hac vita migrabo, & in quo, quo ad illam eãdem meam animam, ero vſque ad mortem & deſcenſum animæ Chriſti ad eum locum, eiuſdemque ſacratiſſimæ animæ regreſſum inde ad ſuum corpus iterum aſſumendum ac reſurgendum. *Nec dabis ſanctum tuum*, Chriſtum ſcilicet redemptorem mundi ſanctum ſanctorum, quem per antonomaſiam Dei ſanctum eo loco appellat, à quo reliqui iuſti ſanctitatem accipiunt, *uidere corruptionem*, ſed ſtatim poſt mortem ac redemptionem generis humani effectam tertia die reſurgit, ſeruetque ſecum animam meam & cæterorum iuſtorum, qui vſque ad id punctum ibi erimus ex eo inferni loco: *Notas mihi feciſti uias uitæ*, me docendo quibus itineribus ad vitam ſempiternamque felicitatem deuenitur, itemque me docendo Chriſtum, cuius meritis, morte, ac reſurrectione ad eam vitam perueniemus. *Delectationes in dextera tua uſque in finem*, id eſt, quæ in æternum perſeuerabunt. Eis enim verbis Propheta meditatur in fine ſtadij ac curſus huius vitæ, tanquam qui in dextera ſua brauium præmiumve ſempiternæ felicitatis habeat, vt in huius vitę ſtadio legitimè certantibus ac currentibus illud conferat. Atque ea eſt metaphora, qua in eis verbis proximè relatis vtitur. Circa hoc autem teſtimonium totum ex Pſalmo 15. certum in fide mihi eſt, omnibuſque eſſe debet, illa verba: *Nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem*, de Chriſto ad literam intelligi, de eoque ſolo intelligi debere, & non etiam de Dauide, vt in legitimo ac proprio ſenſu ſonant, & de Chriſto & nõ de Dauide intelligi, docet ac apertè probat Paulus Actorum 13. dicens: *Quod autem ſuſcitauit eum à mortuis, amplius iam non reuerſurum in corruptionem, ita dixit, Quia dabo vobis ſancta Dauid fidelia. Ideoque & alias dicit, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Dauid enim, in ſua generatione cum adminiſtraſſet voluntatem Dei* (id eſt, iuxta Dei voluntatem) *dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem. Quem autem Deus ſuſcitauit à mortuis, non vidit corruptionem.* Hæc ibi Paulus. Idem ſimiliter probat ac docet apertè Petrus Actorum 2. dicens: *Viri Iſraelitæ audite verba hæc: Ieſum Nazarenum uirum approbatum à Deo in uobis, uirtutibus & prodigijs & ſignis, quæ fecit Deus per illum in medio ueſtri, ſicut ſcitis, hũc definito conſilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes* (ſeu affligentes, cruci ſci-

A licet) *interemiſtis, quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni*, (id eſt pænalitatibus, quatenus anima illa ſanctiſſima vniri iterum corpori & exire ex illo loco optabat) *iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. Dauid dicit in eum, prouidebam Dominum in cõſpectu meo ſemper, quia à dexteris eſt mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi feciſti uias uitæ: replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres, liceat audenter dicere* (hoc eſt libere loqui) *ad uos de Patriarcha Dauid, quoniam defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrum eius eſt apud nos uſque in hodiernum diem. Propheta igitur cum eſſet,* B *& ſciret quia iureiurando iuraſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius*, (hoc eſt Meſſiæ illi promiſſam) *prouidens loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius uidit corruptionem. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus cuius nos omnes teſtes ſumus.* Hactenus Petrus ibi.

Vtrum autem ille Pſalmus quo ad reliqua illa verba, immo & quo ad totum Pſalmum, intelligi ad literam debeat de Chriſto, quaſi ex perſona illius loquatur Propheta in eo toto Pſalmo, non conſentiũt interpretes. Quidam de Chriſto totum Pſalmum exponunt, propter Petri teſtimonium proximè relatum. Alij de Dauide, & de aliis iuſtis, & ſimul quo ad aliqua præcipuè de Chriſto. Probabilius exiſtimo quo ad reliqua de Dauide eſſe exponendum: C quoniam plus in Dauidem quam in Chriſtum quadrant, neque ſine violentia videntur poſſe exponi de Chriſto. Quando enim Petrus ait: *Dauid enim dicit in eum prouidebam Dominum, &c.* non intelligit, quo ad omnia ea verba, ſed quo ad illa. *Nec dabis ſanctum uidere corruptionem*, ex quibus egregiè argumentatur, & quæ ſola inſtituto ipſius inſeruiebant: ſicut & Paulus ad idem inſtitutum illa ſola retulit, ex illiſque ſolis eſt argumentatus, idemque efficaciter, ſicut & Petrus, comprobauit. Neque refert, quod Petrus in fine totius argumenti de Chriſto dicat; *Neque relictus eſt in inferno, neque caro eius uidit corruptionem:* quoniam cum, quod poſt paſſionem & mortem deſcenſurus erat in infernum ad eruendam ex illo animam Dauidis & cæterorum iuſtorũ, D quæ in limbo erant, & quòd corpus ipſius ſacratiſſimum corrumpendum non erat, ſed ſtatim tertia die erat reſuſcitandum, ſanè coniunctum erat, qđ Chriſtus quo ad animam relinquendus non eſſet in inferno. Accommodatè ad hanc noſtram ſententiam, quam cæteris probabiliorem exiſtimamus, ſine vlla prorſus violentia paulo antea expoſuimus ea omnia verba, quæ ex Pſalmo 15. retulimus, in quibus Dauid perſpicuè docet, vitam æternam in Dei viſione poſitam ipſi & cæteris iuſtis eſſe propoſitam, Deũque oẽs in ſtadio huius vitæ legitimè certãtes ac currentes cum illa in dextera, vt illam in præmium illis conferat, illos expectare; atque ſimul perſpicuè docet, ante Chriſti mortem ac reſurrectionem nulli ad E illam aditum patuiſſe, ſed iuſtos omnes in infernum deſcendiſſe, ibiq; in limbo reſeruatos vſq; ad Chriſti mortẽ ac reſurrectionẽ. Cui plus placuerit, Pſalmum totũ ad literã de Chriſto atque ex Chriſti perſona fuiſſe pronunciatũ, is id complectatur. Eãdem quoq; ſempiternã beatitudinẽ in Dei viſionem poſitam docet atq; expectat id Regius Propheta aliis in locis. Pſal. 16. *Ego autem in iuſtitia apparebo cõſpectui tuo, ſatiabor cum apparuerit gloria tua.* Pſal. 35. de iuſtis, qui in Deo ſpem ſuam collocatam habent: *Inebriabuntur*, inquit, *ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos: quoniã apud te eſt fons uitę: et in lumine tuo uidebimus lumẽ*, hoc eſt, te ipſum, qui immenſũ ac illimitatũ es lumẽ. Pſ. 149. *Exultabũt Sãcti in*

cti in

ſti in gloria, lætabûtur in cubilibus ſuis (ſeu in manſionibus ſuis.) *In domo enim Patris mãſiones multæ ſunt,* (ait Chriſtus Ioan. 14.) *Exultationes vel exaltationes Dei in faucibus eorum.* Et Pſ. 83. *Gratiam & gloriã dabit Dominus.* Eccleſiaſtici 18. *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum.* Ieremiæ 31. *Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia eſt merces operi tuo.* Iſaiæ 44. *Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.* 2. Machab. 7. *Tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis: ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus, æternæ uitæ reſurrectione ſuſcitabit.* Pluraque ſimilia alia teſtimonia ſunt in veteri Teſtamento. Sapientiæ 5. iuncto. cap. 4. antecedente, *Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt,* &c. & alias ſępe, ex quibus conſtat, ſempiternam quoque beatitudinem promiſſam eis fuiſſe, qui legem veterem ſeruaſſent, eamque illos ſpectaſſe, qui ſub illo veteri fuerunt Teſtamento. Iob quoque, qui ad legem naturæ ſpectauit, 19. ait: *Scio, quòd redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum, quem uiſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt eum, & nõ alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.*

5 Quamuis autem promiſſio Abrahamo & cæteris in veteri Teſtamento facta de æterna Dei hæreditate ipſis tanquam filijs adoptiuis conferẽda per mortem & poſt mortem eiuſdem promittentis in carne, quam quo ad ſecundam Trinitatis perſonam erat aſſumpturus, dependenter ex ea conditione, ſi legem ſeruarent, gratiamque adoptionis filiorum per eundem redemptorem obtentam ad finem vſque vitæ conſeruarent, proprijſſimè rationem Teſtamenti habeat ex parte Dei, vt explanatum eſt; ea tamen Dei diſpoſitio ac voluntas deambulatoria non fuit ac mutabilis vſque ad mortem teſtatoris, vt eſſe ſolent voluntates teſtatorum in humanis: neque id intendit aut docuit Paulus ad Hebræ. 9. Cùm enim ex parte Dei (qui immutabilis omnino eſt) non ſolùm promiſſio eius hæreditatis ac redemptionis, qui morte ſua cæli introitum aperiret, abſoluta fuerit, (quod ſolùm erat ſatis vt eſſet firma & immutabilis minimeque ambulatoria) ſed etiam ſub iureiurando fuerit à Deo effecta, ſanè omnino firma minimeque immutabilis ex parte Dei fuit: teſtamentiſque in humanis, ſalua ratione teſtamenti, poteſt quoque firmitas aduenire, ita vt ea diſpoſitio mutari à teſtatore dum viuit iam nõ poſſit, ſi autoritate principis, aut etiam (noſtra ſententia) ſi iuramento eam
5 non mutandi, confirmetur, vt tractatu 2. varijs in locis oſtendimus. Quod autem Paulus ad Hebræos 9. docet, eſt, eam Dei diſpoſitionem quatenus promiſſio æternæ ſuæ hæreditatis non aliter obtinendæ, quàm per mortem Chriſti, & poteſt mortem Chriſti, qui, vt Deus, teſtator erat, habere teſtamenti rationem: atque ſicut in humanis morte teſtatoris confirmatur teſtamentum ad effectum, vt delata iam ſit hæreditas, obtinerique ab hæredibus poſſit, *alioquin nondum ualet,* ad eum ſcilicet effectum, *dum uiuit, qui teſtatus eſt:* ita ea promiſſio Dei Abrahamo & filijs Iſrael facta, illudve Dei Teſtamentum, non dum fuit confirmatum ad effectum, vt hæreditas à Deo promiſſa eſſet delata, obtinerique deberet, quouſque mors Chriſti teſtatoris adueniret, eamque diſpoſitionem eadem Chriſti mors ad eum effectum confirmaret. Nouum verò teſtamentum, quia in morte & ſanguine Chriſti re ipſa exhibitis dicatum eſt, ſtatim fuit confirmatum, ac morte & reſurrectione illius ſtabilitum ac conſummatum fuit, idque ad effectum, vt ſtatim iuſti hæreditatem obtinerent æternam, adituſque cæli, Chriſti ſanguine iam apertus, eis pateret. Et quia vetus Teſtamentum à

A morte & ſanguine Chriſti erat pendens vt confirmaretur, & vt vi eius promiſſionis ac diſpoſitionis Dei hæreditas deferretur ac conferretur iuſtis, qui ſub eo fuerunt Teſtamento, ait Paulus ad Hebræos 9. nec ſine ſanguine fuiſſe dicatum animalium interfectorum, ſacrificioque oblatorum, quæ figura erant mortis & ſanguinis Chriſti, quibus erat confirmandum, & à quibus munditia ſpiritus erat obtentura ac pendebat. Vnde addit Paulus: *Lecto enim omni mandato legis Moyſe uniuerſo populo, accipiens ſanguinem uitulorum & hircorum cum aqua & lanã coccinea & hyſſopo, ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, dicens: Hic ſanguis Teſtamenti, quod mandauit ad uos Deus. Etiam tabernaculum & omnia uaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit, & om-* B *nia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cęleſtium,* id eſt illa, quę typus & exemplaria erant eorum, quæ futura erant in nouo Teſtamento, quo introitus in regnum cęleſte erat aperiendus, *his mundari,* tanquam vmbris eorum, quibus munditia erat futura: *ipſa autem cęleſtia melioribus hoſtijs, quam iſtis,* morte ſcilicet ac ſanguine Chriſti in Crucis ara Patri oblati, mundari.

Oſtẽdimus hactenus, fędus & pactum Exodi 24. 6
inter Deum Iſraeliticumque populum initum ac firmatum, habuiſſe ueram rationem, tum fęderis & pacti, tum etiam teſtamẽti ex parte Dei, atque ut rationem teſtamenti habuit, in Abrahamo incepiſſe. Nunc verò reddenda eſt legitima ratio, cur tempo- C re veteris legis potius fędus & pactum, idque mutuum inter Deum, & Iſraeliticum, fuerit nominatum, aut promiſſio Abrahamo facta, quàm teſtamẽtum: & cur tempore legis gratiæ teſtamentum fuerit nuncupatum, expediensque fuerit eo tẽpore duo Teſtamenta, nouum ſcilicet & vetus, potius inter ſe diſtingui nomine Teſtamentorum, quàm pactorũ ac fęderum, potiuſque duo Teſtamenta, quàm fędera ac pacta ea appellari. Ratio autem hæc eſt: Cum tempore veteris legis, quamuis mors Chriſti ac redemptio generis humani ac benedictio omnium gẽtium per eam futura reuelata fuerit Abrahamo, vt hac & Diſputatione præcedente eſt explanatum, reuelataque fuerit Prophetis, & per eos fuerit apertiſſimè prædicta, vt ex Iſaia, Daniele, Dauide, Iere- D mia, & ex aliis Prophetis conſtat, ſæpeque in veteri lege varijs figuris fuerit adumbrata, licèt tunc Meſſias expectaretur, & per eum ſalus ac bona, regulariter tamen ignorabatur morte Meſſiæ id euenturum, vſque adeò vt etiam à diſcipulis Chriſti, antequam redemptio generis humani per mortem Chriſti eſſet effecta, ignoraretur, nec intelligeretur, etiã ſi à Chriſto manifeſtiſſimè fuerit illis prædicta, vt ex euangelijs conſtat, inde ſanè effectum eſt, vt expediens tunc non fuerit, id pactum à Deo cum filijs Iſrael initum, promiſſionemque antea Abrahamo factam, teſtamentum Dei nuncupari, quo hæreditas Dei æterna, ſanguine ac morte eiuſdem teſtatoris, vt hominis, obtinenda promittebatur; cum tamen E eo ipſo, quòd erat promiſſio ac diſpoſitio Dei conferendæ hęreditatis per mortem ac poſt mortẽ Chriſti, rationem proprij habuerit teſtamenti: ſed expediens eo tempore fuerit appellari fędus, & pactum mutuum inter Deum, & Iſraeliticum populum factum, appellarique promiſſionem ac iuſiurandum Abrahamo à Deo effecta. Quia verò tempore legis gratiæ, conditique noui Teſtamenti, non mutuo pacto inter Deum & Chriſtianum populum, ſed donatione, & promiſſione æternæ hæreditatis morte Chriſti iam exhibita, ſub conditione, ſi euangelica lex ſeruetur, gratiaque per Chriſtum accepta vſque ad vitæ terminum conſeruetur, id nouum Teſtamẽtum factum firmatũque à Chriſto eſt; tametſi Chri-

ſtiani

ſtiani eo ipſo, quo baptiſmum ſuſcipimus, fidē Chriſti legemque euangelicam profiteamur, ad perſeuerandumque in ea fide ac lege tacitè nos aſtringamus; inde effectum eſt, vt in aduentu Chriſti, & in literis noui Teſtamenti, à Chriſto, ab Euangeliſtis, & ab Apoſtolis, atque à Zacharia, qui, reuelationem noui Teſtamenti, adimpletioniſque veteris aduentu, ſanguine, ac morte Chriſti maniſeſtiſſimè accepit, vtrumque teſtamentum nomine potius teſtamenti, quàm pacti ac fęderis nuncuparetur ac exprimeretur, vt ex teſtimonijs noui Teſtamenti ſupra relatis conſtat fuiſſe factum.

7 Dubium eſt hoc loco, à quo pūcto computari debeant quadringenti illi triginta anni, de quibus Paulo ad Galat. 3. eſt ſermo, dum ait: *Quæ poſt quadringentos triginta annos facta eſt lex*. Eſt autem dicendum, computandos proculdubio eſſe à puncto promiſsionis illius Abrahamo factæ, quòd in ipſo in ſemineque illius benedicendæ eſſent vniuerſæ cognationes ſeu gentes terræ, vt perſpicuè ex eo ipſo loco Pauli conſtat, dum ait: *Quæ poſt quadringentos*, ab ea ſcilicet promiſsione Abrahamo facta, de qua ibi eſt ſermo, *facta eſt lex*. Cæterum iuxta communem doctorum ſententiam, computari debent, non à promiſsione expreſsius quo ad modum iuramētoq; cōfirmata, quæ illi Gen. 22. facta eſt, quando iuſſu Dei immolare eſt aggreſſus Iſaac, ſed ab eadem promiſſione prius illi facta Geneſ. 12. antequam egrederetur de terra ſua, quando iuſſus à Deo fuit egredi de illa, venireque in terram promiſsionis. Conſentiūt verba Exo. 12. iuxta quę loquutus eſt Paulus illis verbis relatis ad Galatas 3. Sic enim Exodi 12. habetur: *Habitatio autem filiorum Iſrael, qua manſerunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Aegypti*. Eodē verò ipſo anno poſt tres mēſes peruenerunt ad Montē Sina, dataq; illis fuit lex, vt cōſtat ex capitib. ſeq. eiuſdē lib. Exo. vſq; ad 20. Quòd autem illi quadringenti triginta anni non ſint computandi à puncto ingreſſus filiorum Iſrael in Aegyptum, ſed à puncto promiſſionis Abrahamo factæ, quando iuſſus eſt egredi de terra ſua, vocatuſque eſt ac venit in terram promiſſionis, atque adeò quòd non illis integris quadringentis triginta annis manſerint filij Iſrael in Aegypto, ſed finis manſionis filiorum Iſrael eos annos compleuerit, computando tempus totum quo peregrinari in Abrahamo cæperunt ſine terra propria, quouſque rempublicam ſub Moyſe duce efficere cæperunt, quibus Dei iuſſu illos eduxit de terra Aegypti, vt eos induceret in terram promiſſionis, quā illis in Abrahamo promiſerat Deus, & quam propriam illorum effęcit, quando eam egreſſi ſunt, expulſis ac deletis gentibus, quæ illam habitabant; eſt in primis id conſors ſententia doctorum, etiam Hebræorum qui fuerūt ante & poſt aduentum Chriſti, iuxta quam communem ac receptam Hæbræorum ſententiam ante Chriſti aduentum Septuaginta in hunc modum locum illum Exodi 12. tranſtulerunt: *At habitatio filiorum Iſrael, quam habitauerunt ipſi & patres eorum in terra Aegypti & in terra Chanaan ipſi & patres eorum, quadringenti triginta anni*. Eſt deinde id maniſeſtiſſimum ex ipſamet Exodi ſcriptura c. 6. & 7. iuncto c. 46. Geneſeos. Etenim Caath auus Moyſis deſcendit cum patre ſuo Leui & cum auo ſuo Iacob in terram Aegyti, quando Iacob cum omni familia, ſua omnibúſve ex ſe progenitis vocatus fuit à Ioſeph in Aegyptū, vt conſtat Geneſeos 46. illudque fuit initium manſionis filiorum Iſrael in Aegypto. Caath autem vixit centum triginta annis, vt patet Exodi 6. Amram verò filius eius, & pater Moyſis, vixit centum triginta ſeptem annis, vt eodem 6. c. Exodi habetur. Moyſes autem octogenarius eduxit filios Iſrael de Aegypto, vt Exodi 7. conſtat. Hi verò omnes anni vitæ Caath, & vitæ Amram, ac vitæ Moyſis quouſq; eduxit filios Iſrael de Aegypto, ſeptimi ſimul, conficiunt ſolùm trecentos quinquaginta annos, à quibus ſi ſubtrahas annos Caath, quos habebat quando cum patre & auo deſcendit in Aegyptum, & annos, quo vixit poſtquam genuit Amram, atque annos, quos Amram vixit poſtquam genuit Moyſem, qui omnes detrahendi ſunt ab illis trecentis quinquaginta annis, vt habeantur anni māſionis filiorum Iſrael in Aegyto: quoniam ſoli anni remanentes fuerunt tempus manſionis filiorum Iſrael in Aegypto, inuenies profectò longè pauciores multo annos, quàm quadringentos triginta, manſiſſe filios Iſrael in Aegypto. Manſerunt quippe ſolùm ducentis & quindecim, vt ſtatim oſtendemus.

B Vnde ſenſus illorum verborum Exodi 12. hic eſt: *Habitatio autem filiorum Iſrael, qua māſerunt in Aegypto*, computādo à promiſſione Abrahamo facta, quòd in ipſo benedicendæ eſſent vniuerſæ cognationes terræ, & quòd ſemini illius tradenda eſſet terra promiſsionis, *fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Aegypti*. Ibi enim Scriptura commemorat totum tempus, incipiendo à vocatione Abrahami ac promiſsione illi facta, quo populus ille, vna cū patribus eorū, fuit peregrinus ſine terra, quam illi Deus in Abrahamo promiſerat, quouſque cępit nouus ſtatus eius populi, in quo facti iā republica à cęteris diſtincta, creato illis à Deo duce ac capite Moyſe, educti ab eodem Deo ex Aegypto ſunt

C ad eis implendam promiſsionem Abrahamo factā, illoſque inducendos in terram promiſsionis, iuxta communem diſpoſitionem eius loci, etiā Hebręorum ante Chriſti aduentum, in ipſamet ſcriptura fundatam, vt oſtenſum eſt. Vnde Stephanus Act. 7. *Viri fratres & patres audite; Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cum eſſet in Meſopotamia, prius quā moraretur in Charan, & dixit ad illum: Exi de terra tua & de cognitione tua, & ueni in terram, quam monſtrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in terram iſtam, in qua nunc uos habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis: ſed promiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemi-*

D *ni eius poſt ipſum, cum non haberet filium*. Promiſſio itaque terræ promiſsionis Abrahamo fuit facta, non quidem ipſi tradendæ ac poſsidendæ in ſe, ſed ſemini ſuo filijs Iſrael, quando ex Aegypto reuerterentur.

Numerus autem ille quadringentorum triginta annorum à promiſſione illa Abrahamo Gen. 12. facta vſque ad egreſſum filiorum Iſrael de Aegyto, datamque legem, in hunc modum ex ſcriptura ſacra colligitur ac comprobatur. Abraham quippe ſeptuaginta quinque annorum erat, quando promiſſio illa facta illi à Deo fuit, vt Gen. 12. conſtat. Natus autem eſt illi Iſaac, quando erat centenarius, vt Gen. 21. habetur. Quare ab ea promiſſione vſque 8

E ad natiuitatem Iſaac fluxerunt viginti quinque anni. Iſaac autem ſexaginta erat annorum, quando genuit Eſau & Iacob, vt patet Gen. 25. Vnde ab eadem promiſſione vſque ad ortum Iacob fluxerunt octoginta quinque anni. Nam viginti quinque anni cum ſexaginta octoginta quinque conficiūt. Iacob autem centum triginta annorum erat, quando deſcendit ingreſſuſque eſt in Aegyptum cum omnibus liberis ſuis, vt Gen. 47. liquet. Quo fit, vt ab eadem promiſſione vſque ad egreſſum Iacob & filiorum eius in Aegyptum fluxerint ducenti & quindecim anni, quem numerum conficiunt centum triginta anni vnà cum octoginta quinque. Quare deſunt alij ducenti & quindecim anni inde vſque ad egreſ-

egreſſum filiorum Iſrael de Aegypto, & vſque ad datam legem, ad complementum quadringentos triginta annos ab eadem promiſſione vſque ad eundem egreſſum filiorum Iſrael de Aegypto, datamq; legem. Cum autem ex Exodi 7. conſtet, Moyſem, quando filij Iſrael egreſſi ſunt de Aegypto, dataq; eſt lex, fuiſſe octoginta annorum; conſequens eſt, vt ab ingreſſu filiorum Iſrael in Aegypto vſque ad Moyſis natiuitatem fluerint centum triginta quinque anni, quos vixerunt Caath & Amram, pater & auus Moyſis, ab ingreſſu filiorum Iſrael in Aegyptum vſque ad Moyſi natiuitatem. Atque cũ Caath vixerit centum triginta tres annos, & Amram centum triginta ſeptem, vt Exodi 6. conſtat, qui conficiunt ducentos ſeptuaginta annos, conſequens eſt, vt anni, quos habebat Caath, quando cum patre & B auo ingreſſus eſt in Aegyptum, & quos vixit poſtquam natus eſt Amram filius eius, & quos Amram vixit poſtquam natus eſt Moyſes, ſimul omnes ſumpti fuerint centum triginta quinque anni: ſic enim ex ſcriptura ſacra colligitur, à promiſſione illa Abrahamo facta vſque ad egreſſum filiorum Iſrael ex Aegypto, datamque legem, fluxiſſe quadringentos triginta annos, vt Paulus ad Gal. 3. affirmat, & Exodi 12. habetur. Cuius autem ætatis fuerit Caath, quãdo cum patre & auo ingreſſus eſt in Aegyptum, & quantum vixerit poſtquam genuit Amram, quantũ item Amram vixerit poſtquã genuit Moyſem, ſcriptura ſacra non commemorat.

Quando Iacob & filij eius ingreſsi ſunt in Aegyptum, Ioſeph triginta noué erat annorum. Id quod C in hunc modum ex ſcriptura comprobatur. Quoniam quãdo Ioſeph immediatè ante ſeptem annos vbertatis apparuit coram Pharaone, erat triginta annorum, vt Geneſ. 41. habetur. Secundo autem anno ſterilitatis, atque adeò nono anno poſtquam apparuit coram Pharaone, vocauit patrem, deſcenditq; Iacob in Aegyptum, vt Gen. 45. conſtat: quare tunc Ioſeph erat triginta nouem annorum. Cum itaque quando Iacob & filij eius ingreſsi ſunt in Aegyptũ, Ioſeph triginta nouem eſſet annorum: vixerit verò centum & decem annis, vt Gen. 50. habetur: conſequens profectò eſt, vt ab ingreſſu filiorum Iſrael in Aegyptum vſque ad mortem Ioſeph fluxerint anni ſeptuaginta vnum: ſi enim à centum & decem annis ſubtrahas triginta nouem, remanẽt anni ſeptuaginta vnum. Si verò ducentis quindecim annis, qui D fluxerant à promiſsione Abrahamo facta vſque ad ingreſſum filiorum Iſrael in Aegyptum, addas ſeptuaginta unum annos, inuenies ab eadem promiſſione vſque ad mortẽ Ioſeph fluxiſſe ducentos octoginta ſex annos. Quare inde ſolùm deſunt centum quadraginta quatuor anni ad complementum quadringentorũ triginta annorũ, qui ab eadẽ promiſsione fluxerunt vſque ad egreſſum filiorum Iſrael de Aegypto, datamque legem. Quòd ſi ab illis ſubtrahas octoginta annos, qui fluxerũt à natiuitate Moyſis vſque ad egreſſum filiorum Iſrael de Aegypto, datamque legem, inuenies à morte Ioſeph vſque ad natiuitatem Moyſis fluxiſſe ſexaginta quatuor an- E nos. Integris autem octoginta annis vitæ Moyſis vſque ad egreſſum filiorum Iſrael de Aegypto perſeuerauit perſequutio filiorum Iſrael in Aegypto: nam poſt cęptam perſequutionem natus eſt Moyſes, vt Exo. 2. cõſtat. Quanto autem antea poſt mortem Ioſeph cæperit, ex ſcriptura non habetur. Solùm verò ex ea conſtat, longè poſt mortem Ioſeph incepiſſe. Sic enim Exodi 1. habetur: *Quo mortuo*, (Ioſeph nempe) *& vniuerſis fratribus eius, omnique cognatione ſua, filij Iſrael creuerũt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis, impleueruntq; terram. Surrexit in terra Rex nouus ſuper Aegyptum, qui ignorabat Ioſeph, & ait ad populum ſuum, Ecce populus filiorum Iſrael multus & fortior nobis eſt. Venite ſapienter opprimamus eum*, &c. Quare non multum ante natiuitatem Moyſis videtur cæpiſſe perſequutio illa.

Cum hactenus dictis non pugnat, quin ea apertè cõfirmat, id quod Gen. 15. dictũ à Deo Abrahamo fuit, dum iuſſu Dei id ſacrificiũ obtulit, de quo eo in capite eſt ſermo. Sic. n. ad illum eo in loco dictũ eſt: *Scito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Veruntamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo* (illos ſcilicet puniens & affligens plagis ob id delictum) *& poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia. Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum.* Prædicit enim, peregrinos eſſe futuros in terra non ſua quadringentis annis ab eo pũcto. Quo in loco totum tempus commemorat, quo ſine terra ipſis propria ſunt futuri vſque ad tempus reuerſionis, egreſſusve de Aegypto. Dixit verò quadringentis annis: quoniam illa prædictio facta fuit aliquot elapſis annis à promiſsione antea illi Gen. 12. facta, à qua quadringenti triginta anni erant futuri, atque in eo ipſo die expletionis eorum quadringentorum triginta annorum erant egreſſuri, vt & factum fuiſſe habetur Exodi 12. Et quoniam habẽda non erat ratio paucorum aliorum annorum, quibus erant peregrinaturi, idque non impediebat, quo minus verè diceretur quadringentos annos illos peregrinaturos, ita loquutus eſt, iſque loquẽdi modus ſatis frequens eſt in communi vſu loquẽtium. Quarta autem generatione eorum, qui ingreſsi ſunt in Aegypto, computando vſque ad Moyſem, qui caput ac dux erat illis à Deo dãdus, qui illos educeret de Aegypto, ac reduceret in terram illam, regreſsi ſunt. Nam prima fuit, qua Iacob, qui caput fuit totius populi reducendi, genuit Leui. Secunda, qua Leui genuit Chaath. Tertia, qua Chaath genuit Amram. Et quarta, qua Amram genuit Moyſem.

DISPVT. 53.

Quotuplicia ſint præcepta veteris legis.

SVMMARIVM.

1 *Repetuntur nonnulla prius dicta.*
2 *Tria ſunt genera præceptorum veteris legis, Moralia, Ceremonialia, Iudicialia: & quomodo inter ſe diſtinguantur.*
3 *Præcepta cæremonialia, & iudicialia ſunt de iure poſitiuo diuino, vt nullum eorum ſit de lege naturali.*
4 *Refellitur obiectio, & oſtenditur ceremonialia & iudicialia non eſſe moralia.*
5 *Cur Deus Iſraelitico populo præcepta iudicialia dederit.*
6 *Ceremonialia præcepta legis veteris quatuor partes ſub ſe continent: ſacrificia & oblationes, ſacramenta, ſacra, & obſeruantias.*
7 *Præcepta in ueteri lege ſpei, fidei, & caritatis ſupernaturalis reducuntur ad præcepta moralia.*
8 *In quacunque lege à Deo lata, finis omnium præceptorum in ea locutorum eſt caritas Dei, quæ non eſt ſine proximi caritate.*
9 *Ad legem integram ad finem aliquem nõ ſolùm pertinet dare præcepta obligantia ſub culpa, ſed etiam ad eam attinet dare alia, quæ ad eorum obſeruationem poſſunt inducere, & conſilia aliqua quæ ad maiorem perfectionem comparatione finis integri eius legis ſpectant.*

Ob-

*10 Obſeruationes præceptorum, & conſiliorum etiã præ
cepta ipſa & conſilia in ſcriptura appellantur iuſti-
tiæ & iuſtificationes, quatenus iuſtos nos efficiunt
meritis Chriſti cooperantibus.*

1 DIſſerendum conſequenter eſt de præce-
ptis veteris legis. Et primò explanan-
dum eſt, quotuplicia in genere ſint. De-
inde verò de ſingulis eorum generibus
dicendum eſt in particulari.
Supra diſputatione 46. præſertim §. ſunt verò nõ
nulla, &c. explanatum eſt, qua finis vnitate lex ve-
tus (vt & cæteræ leges ibi in genere explicatæ) vna
ſit, continereque in ſe legem naturalem, quo ad om
nes leges ac præcepta iuris naturalis, quatenus fini
ſupernaturali, ad quem lex vetus ordinabatur, ſub-
ordinatus eſt finis naturalis, quem lex naturalis im-
mediatè reſpicit, & ad quem immediatè ordinatur,
& quatenus per conſequẽs media ad eum finem na
turalem neceſſaria quoque adultis ſunt ad finem ſu
pernaturalem: adeò verò eandem legem veterem
ibi explanauimus, plures alias leges particulares ſeu
præcepta à Deo ad finem ſupernaturalem, ad quem
ea tunc ordinabat, ſuperaddita. Quare cum vnita-
te legis veteris, quę vna dumtaxat eſt finis vnitate
ad quem ordinabatur, nihil pugnat, eam plura gene
ra pręceptorum continere, ſingulaque genera plura
etiam præcepta particularia ſeu leges plures particu
lares continere.
2 Tria verò ſunt genera legum ſeu præceptorum,
quę lex vetus cõtinebat, iuxta illud Deut. 4. *Et oſtẽdi
vobis pactum ſuum, quod pręcepit ut faceretis, & decẽ
uerba, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis, mihiq́; mã
dauit in illo tempore ut docerem uos cęremonias & iu-
dicia, quę facere deberetis in terra, quã poſſeſſuri eſtis.*
Et Deu. 6. *Hæc ſunt præcepta & cæremoniæ atque iudi
cia, quæ mandauit Dominus Deus ueſter, ut docerẽ uos;*
& diſp. 46. citata ex parte fuit explanatum. Moralia
ſcilicet, cæremonialia, ac iudicialia: quæ in hunc mo
dum inter ſe diſtinguuntur. Quæ ex ipſamet rei na-
tura obligant ad ſui obſeruationem, ſecluſa quacun
que poſitiua lege qua præcipiantur, ſuntque proin-
de de iure diuino naturali, qualia ſunt præcepta om
nia legis naturalis, quam legem veterem in ſe inclu-
dere diximus, ea ſunt quæ dicuntur præcepta mora-
lia, quæque verè rationem præceptorum moralium
habent, idque ſiue ſub culpa lethali ex ſuo genere
obligent, vt non necari, non occidere, & non ſurari,
ſiue ſub culpa veniali, vt non mentiri, non comede-
re plus quàm oportet, & ſimilia alia, quæ ex eo prin
cipio per ſe noto in lumine naturali neceſſaria cõſe
quentia in hunc modum deducuntur. Quod cum
recta ratione pugnat, faciendum non eſt, alioquin
culpa ac peccatum incurritur: mentiri autem, aut
plus quàm oportet comedere, cum recta ratione
apertè pugnat: ergo ſub culpæ reatu neutrum eſt fa-
ciendum.
3 Quæ verò in lege veteri talia ſunt, vt ex ſe, ſeclu-
ſa lege poſitiua, qua præcipiantur aut prohibeantur,
non obligent, à Deo tamen præcepta aut prohibita
ſunt, tanquam conducentia ac vtilia ad finem eius
legis quo ad eum ſtatum, ea ſunt quæ pertinẽt ad
præcepta cæremonialia ac iudicialia eiuſdem legis.
Quo fit, vt tam cæremonialia quàm iudicilia præce-
pta veteris legis omnia ſunt de iure poſitiuo diuino,
& vt nullum eorum ſit de iure naturali. Et quidem
ſi eiuſmodi præcepta ad cultum diuinum modo ali-
quo ſpectent, ſaltem quia ſubditos præparabant ad
Deum colendum, vt diuus Th. 1. 2. q. 101. art. 1. ad
1. ait, ad eoſque exercendum in Dei obedientia ac
obſeruatione, pertinent ad præcepta cæremonialia.
Eiuſmodi autem ſunt præcepta non ſolùm de ſacri
ficijs & obſeruationibus feſtorum, ſed etiam de ab
A ſtinentia à quibuſdam cibis, à quibuſdam veſtibus,
de fimbrijs geſtandis, & de alijs ad aliquid aliud
pro ſtatu eius legis vlterius ſignificandum attinen-
tibus, & ſimilia alia. Eiuſmodi autem ritus, quibus
Deus colitur, cæremoniæ latinè dicti ſunt; & præce
pta, quibus præcipiuntur, cæremonialia præcepta
ſunt nũcupata, vel à Cere Dea frugũ, vt Tullius 1. in
Verrem innuit: vel, vt Valerius Maximus & alij af-
firmant, ab oppido propè Romam, quod Cere nũ-
cupabatur, quo in loco, capta à Gallis vrbe, ſacra
Romanorum oblata ſunt. Si verò præcepta iuris po
ſitiui eius legis ad regimen eius populi pertineant,
præcepta iudicialia dicuntur. Diſputatione enim
46. §. diſcedentibus verò, &c. diximus, Deum ſimul
inſtituiſſe populum Iſraeliticum rempublicam ſpiri
B tualem eccleſiæ ac politicam ſub vno rectore illius
Moyſe, per quem illam de terra Aegypti eduxit, eã-
que gubernare fuiſſe dignatum, tradẽdo illi eadem
lege ſcripta etiam præcepta quædam iudicialia, quæ
ad regimen illius politicum ac ciuile attinerent.
Obijcies. Colere Deum his vel illis ſacrificijs, & 4
hæc vel illa feſta ſeruando maximè ex præſcripto
& mandato Dei, eſt actus religionis, quæ præſtantiſ
ſima virtus eſt inter morales: punire item hæc vel il-
la delicta his vel illis pœnis eſt actus iuſtitiæ vindica
tiuæ, nec id impeditur, quòd ex præſcripto & man-
dato Dei fiat, ſed potius inde adiuuatur: hæc item
vel illa alia ſeruare in iudicando, maximè ex Dei or-
dinatione, actus ſunt virtutum moralium: ergo præ-
cepta cæremonialia ac iudicialia diſtincta non ſunt
C à præceptis moralibus. Ad hoc argumentum conceſ
ſo integro antecedente, neganda eſt conſequentia.
Quoniam præcepta cæremonialia & iudicialia non
in eo diſtinguuntur à moralibus, quòd actus, quibus
præcepta cæremonialia & iudicialia implentur, non
ſint actus virtutum moralium: ſed in eo, quòd ea
quibus præcepta moria implentur, ſunt debita ex na
tura ipſa rei, ſecluſo quocunque poſitiuo præcepto,
quo præcipiantur aut prohibeantur: ea verò, quibus
præcepta cæremonialia & iudicialia implentur, ſe-
cluſo præcepto poſitiuo, quo præcipiantur aut pro-
hibeantur, debita non ſunt: vnde ea, quæ cadunt ſub
præceptis moralibus, debita ſunt ex natura ipſa rei,
& quia debita ex natura ipſa rei, ideo præceptis iu-
ris naturalis, ſeu moralibus de quibus loquimur,
D ſunt præcepta aut prohibita, & non è contrario, quia
præcepta aut prohibita, ideo ſunt debita fieri aut
non fieri. Ea verò, quæ ſub præceptis cæremoniali-
ac iudicialibus veteris legis cadunt, non ſunt debita
ex natura ipſa rei, neque quia debita præcepta aut
prohibita ſunt eis præceptis: ſed è contrario, quia
præcepta à Deo ſunt tanquam congrua ad finem e-
ius legis pro eo ſtatu, idcirco debita ſunt fieri aut nõ
fieri, vi eorum præceptorum diuinorum. Atque vni
uerſim tractatu 1. diſp. 4. hoc idem diſcrimen eſſe
oſtendimus inter ea, quæ ſunt iuris naturalis, & ea
quæ ſunt iuris poſitiui, ſiue ea, quæ iuris ſunt poſiti-
ui, de iure ſint diuino, vt ſunt præcepta cæremonia-
lia ac iudicialia veteris legis, ſiue ſint de humano.
E Quo in loco addidimus ius poſitiuum, (intellige) ſi-
ue illud diuinum ſit ſiue humanum, interdum adde
re ad ius naturale ſolam determinationem ad ali-
qua particularia, interdum verò addere noua ſtatu-
ta. Vt, verbi gratia de iure naturali eſt, Deum colere
etiam, exterius cultum ei exhibendo: quòd verò id
fiat hoc vel illo ſacrificio illi exhibito, aut obſerua-
tione huius vel illius feſti, talique vel tali modo ob-
ſeruationis eius feſti, aut aliquo alio ritu in ipſius
cultum ac honorem exhibito, id non ad ius natura-
le, ſed ad poſitiuum tanquam determinatio iuris na
turalis, ſpectat, ſiue diuinum, ſi à Deo id ſtatuatur,
ſiue humanum, ſi à homine puro id ſanciatur ac prę
cipiatur. Vnde ſtatuere capram Dijs, ſed non duas
oues

A oues mactare (quod exemplum eſt Ariſt. 5. Ethic. c.7.) non ad ius naturale, ſed ad humanum ſpectat. Eodemque modo Deum in veteri lege ſtatuere ac præcipere quibus ſacrificijs ipſe eſſet colendus, quæ ſimul alia figurarent, & quæ feſta in ipſius honorem ac cultum eſſent ſeruanda, ad ius poſitiuum diuinū, tanquam determinationes illius præcepti iuris naturalis de Deo colendo, & non ad ius naturale, id totum attinebat. Addere inſuper alia præcepta cæremonialia, quæ non tam eſſe determinationes iuris naturalis, quàm noua præcepta, ad finem ad quem Deus eandem legem veterem ordinabat, vt quòd non comederent carnem ſuillam, quòd ab alijs multis cibis abſtinerent, quòd non coquerent hædum in lacte matris, quòd coire non facerent vnum animal cum alio alterius ſpeciei, & his ſimilia plura alia
B cæremonialia præcepta, id totum ſimiliter ad ius diuinum poſitiuum attinebat. Eodem quoque modo de iure naturali eſt, publicas poteſtates punire malefactores in reipublicæ bonum: quòd verò hoc vel illud delictum tali vel tali pœna puniatur, vt quòd dens pro dente extrahatur, quòd oculus pro oculo eruatur, quòd furtum pœna dupli aut quadrupli puniatur, id pertinet non ad naturale ius, ſed ad poſitiuum, tanquam ea ratione addat determinationem pœnæ in ſingulari iuri naturali. Vnde præcepta iudicialia legis veteris, quæ modum pœnæ ſtatuebant pro diuerſis delictis, non ad ius naturale, ſed ad ius diuinum poſitiuum ſpectabant. Alia verò præcepta iudicialia, quæ determinationem iuris naturalis non
C videntur habere, ſed potius diuerſa quædam noua alia iudicialia præcepta videntur, qualia ſunt, quæ circa ſeruos Exodi 21. ſeruanda traduntur; & quædā alia eius legis iudicialia præcepta ad ius ſimiliter diuinum poſitiuum ſpectant.

5 Illud verò eſt obſeruandum, Deum quidem in veteri lege cæremonialia ac iudicialia præcepta Iſraelitico populo tribuiſſe. Tum ob illius ruditatem, atque vt ab idololatria illū ea ratione arceret. Tum etiam vt in eis præceptis adumbraret, quæ ad Chriſtum legemque gratiæ attinebant, ad quod neceſſe erat ipſum eſſe illorum autorem. Tum denique, quoniam non tam copioſa Spiritus ſancti gratia ac lumen & aſſiſtentia miniſtris futuris eius eccleſiæ data ad illius regimen fuit, quanta data ac promiſſa miniſtris eccleſiæ Chriſtianæ fuit, Apoſtolis præſer-
D tim, & ſummis Pontificibus Chriſti vicarijs. Vnde in noua lege, abrogatis præceptis cęremonialibus ac iudicialibus veteris legis, apoſtolis ac ſummis Pontificibus commiſit ferè omnia inſtituere, quæ ad cæremonias ac iudicia attinebant, quoad ſpiritualia. Poteſtatibus verò ſecularibus, pro diuerſitate prouinciarum ac locorum, ex quibus Eccleſia Chriſtiana longè lateque per orbem diffuſa conſtare debebat, reliquit leges iudiciales ciuiles ſtatuere. Dixi, ferè omnia inſtituere: quoniam ſacrificium miſſę, quo ad formas conſecrationis ac ſubſtantialia eius ſacrificij, ipſe inſtituit. Cætera item ſacramenta nouæ legis, quoad formas & ſubſtantialia, ipſe etiam in-
E ſtituit: ſacramenta verò ad cæremonialia nouæ legis ſpectant.

6 Cæremonialia præcepta veteris legis, vt diuus Th. 1.2.q.101.art.4.ait, quatuor partes ſub ſe continebant. Nempe ſacrificia, cum eis oblationes etiam computando, ſacramenta, ſacra, & obſeruationes. Sacrificia autem & oblationes ad cęremonialia pertinere, ex ſe ſatis liquet, & ex illo Num. 15. *Offeret vitulum de armēto holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, & ſacrificium eius ac liba, vt cæremoniæ poſtulant*, &c. Cùm autem ea præcepta cæremonialia dicantur, quæ ad cultum Dei ſpectant, vt dictum eſt: Deus autem in veteri lege præcipuè ſacrificijs & oblationibus coleretur, ſatis conſtat, ſacrificia & oblationes ad cæremonialia veteris legis attinuiſſe. Sacramenta erant cæremoniæ ad hominum ſanctificationem peculiariter inſtitutæ, vel omniū, vt circuncíſio, vel miniſtrorum diuini cultus, vt conſecratio Pontificum, & ordinatio ſacerdotum. Ea autem ſacramenta inter cæremonialia eſſe computanda, ex ſe eſt perſpicuum, & patet ex illo Leuit.7. *Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum eius in cęremonijs Domini in die, quo obtulit illos Moyſes vt ſacerdotio fungerentur.* Quamuis autem ſacrificia & ſacramenta ſacra ſint, peculiare tamen nomen ſacrorum inter cæremonialia, ad differentiam duorum generum præcedentium, & tanquam illis minùs nobilia, ſibi obtinuerunt inſtrumenta inanimata, quæ ad diuinum pertinent cultum, eive dicata ſunt, vt tabernaculum, templum, candelabrum, menſa propoſitionis, altare thimiamatis & ſacrificiorum, veſtes ſacerdotales, libri, vaſa, & eiuſmodi alia. Exodique 38. multis ex alijs commemoratis, dicitur: *Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij in cęremonijs Leuitarum.* Cum ſacris autem computari poſſunt feſta ac ſolemnitates veteris legis, vt diuus Th. art.4. citato in reſponſione ad vlt. optimè ait: ſunt enim tempora & dies ad cultum Dei deputata, ſicut tabernaculum, templum, & altaria, loca erant ſacra eidem diuino cultui deputata. Quamuis ſimiliter tria genera cæremonialium, quæ explanata ſunt, obſeruantiæ ſint, dicique iure poſſint; reliqua tamen cæremonialia in lege præcepta, quæ eum populum quoad conuerſationem ab alijs populis diſtinguebant, vt quoad vſum ciborum, veſtimentorum, & aliorum eiuſmodi, peculiare nomen obſeruantiarum ſibi obtinuerunt.

Cum in ueteri lege etiam præcepta fidei, ſpei, & caritatis ſupernaturalis, atque contritionis, ſi quis in 7
actualem culpam lethalem incideret, continerentur, vt Diſputa.46. fuit explanatum, dubium eſt hoc loco, ad quod illorum trium generum præceptorum veteris legis, quæ hac diſputatione explanata ſunt, pertineant: an verò potius genus quartum præceptorum legis illius ſit diſtinguendum. Dicendum autem eſt, reduci ac pertinere ad præcepta moralia. Quoniam, vt Diſput.46.§.tertio verò loco, iuncto §.ibi proximè ſequenti, oſtenſum eſt, quamuis præcepta illa ſupernaturalia ſint, ſintque de actibus ſupernaturalibus eliciendis; eo tamen ipſo, quòd fidei myſteria tempore cuiuſcunque legis reuelata ſunt, prout ſtatui eius temporis congruebat, hominibuſque eſt reuelatum ipſos conditos eſſe in finem ſupernaturalem, eumque finem in præmium ipſis eſſe propoſitum per media, & actus ſupernaturales, ad eoſque ſupernaturales actus Deum ex ſua parte eſſe paratum præſtare, quæ ex parte ipſius ad illos eliciendos neceſſaria ſunt, homineſque in lege naturæ ac ſcripta, ſi in culpam actualem lethalem inciderēt, neceſſe habere de illis conteri, vt ab illis reſurgerēt, gratiam cum Deo recuperarent, interitum euaderēt ſempiternum, præmiūmque conſequerentur æternum, vtique ex natura ipſa rei conſurgit obligatio eorum præceptorum, ſuntque ſuo modo de iure naturali, lumine ipſo naturæ docente obligationem illorum ex ipſamet rei natura, illis alijs datis ac præſuppoſitis vt re ipſa à Deo conſtituta ſunt.

Circa hactenus dicta remanet hoc dubium, quod Diuus Thom. 1.2.quæſt.99.artic.1. argum.1. & 2. tangit. Ex nouo quippe teſtamento haberi uidetur, non ſolùm naturalem legem, in veteri lege incluſam, non continere multa præcepta, quin potius omnia legis naturalis præcepta eſſe vnum, ſed etiā omnia vniuerſim præcepta veteris legis eſſe hoc vnū, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum:* Vnde videtur conſequens, malè diſtingui multa genera præceptorū veteris legis, maleq; itē ſingula genera [illegible]rius

in

in multa alia ſingularia pręcepta diſtingui. Quòd autem id haberi uideatur ex nouo teſtamento, conſtat ex illo Pauli ad Rom. 13. *Si quod eſt alind mandatum, in hoc uerbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, & ex illo Chriſti Matth. 7. *Omnia quæcunque vultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis: hæc eſt omnis lex & prophetæ*: in lege autem & prophetis mandata omnia vniuerſim veteris legis continentur.

8 Ad hoc eſt dicẽdum, in quacunque lege à Deo lata, finem omnium præceptorum in ea loquutorũ, eſſe caritatem Dei, quæ non eſt ſine proximi caritate. Vnde Paul. 1. ad Timot. 1. *Finis præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fides non ficta.* Hinc Chriſtus Dñs Matth. 22. legiſperito illi interroganti, quod eſſet mandatum magnum in lege, reſpõdit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximũ & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ*, id eſt, hoc intendunt tanquam finem ad quem ordinãtur, & quæ reſpiciant, atque adeo inde tanquam media à fine, quem reſpiciunt, pendent omnia, quæ in lege & prophetis traduntur: quaſi Chriſtus diceret, hæc eſt ſumma, ad quam ea omnia ordinantur, qua habita, habetur intentum omnium, quæ in lege & prophetis tradita ſunt. Quemadmodum autem caritas Dei non eſt ſine proximi caritate: quoniam vt Ioannes prima ſua canonica. c. primo, ait: *Qui non diligit fratrem ſuum quem uidet, Deum, quem non uidet, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum*; qua ratione præceptum dilectionis proximi in præcepto dilectionis Dei includitur, vereque dicitur in eo ſolo præcepto vniuerſam legem & prophetas in ſenſu explicato pendere: ita caritas & dilectio proximi, qualis ad ſalutem eſt neceſſaria, in legeque & prophetis requiritur, eſſe debet propter Deum, deſcendereque debet à caritate Dei, illamq; præſupponere atque includere. Vnde quemadmodum de illis duobus præceptis dilectionis Dei, & proximi verè dixit Chriſtus; *In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ*, vt eſt explanatum: ita de ſolo præcepto dilectionis Dei, quod proximi dilectionem inuoluit ac includit, dicere idem potuit Chriſtus. Et de præcepto dilectionis proximi, quod Dei quoque dilectionem inuoluit, à qua emanare debet, quia Dei intuitu ex Deique dilectione & caritate proximus eſt diligendus, idem quoque veriſſimè dicitur. Ea autẽ ratione Paulus ad Ro. 13. dixit: *Nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum legem impleuit. Nam, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt alind mandatum in hoc uerbo inſtauratur*, (id eſt includitur ac inuoluitur, ac velut in quadam ſumma continetur) *diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* (ex Dei ſcilicet dilectione) vnde continuò ſubiungit Paulus: *Dilectio proximi malum non operatur.* Quaſi dicat, qui verè proximum diligit, ex Dei ſcilicet dilectione, malum non operatur, quod videlicet dilectioni ac caritati aduerſetur. Vnde concludit: *Plenitudo ergo legis eſt dilectio*: Eadem ratione dixit Chriſtus Matth. 7. tradens normam diligendi proximum: *Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis*, Dei videlicet intuitu atque ex eius caritate: *hæc eſt omnis lex & prophetæ*, id eſt, eo tendunt omnia tradita in lege & prophetis circa legis obſeruationem. Eſt verò obſeruandum, præceptum de diligendo Deum, in nullo videlicet contraueniendo eius dilectioni, eſſe præceptum quoddam generale in ſe complectens præcepta omnia uniuerſim, quę

A ſub culpa obligant lethali, prout in quacunque lege ſub culpa obligant lethali: vnde non ponit in numerum præceptorum cum alijs præceptis particularibus, ſicut animal nõ ponit in numerum animalium cum homine & equo ac cæteris animalibus: neque proinde qui aliquod aliorum præceptorum tranſgreditur, duas committit culpas, vnam contra præceptum particulare, quod tranſgreditur, & aliam, contra illud præceptum generale de diligendo Deo in nullo contraueniendo eius dilectioni, ſed vnam dumtaxat. Vnde quòd in illo præcepto generali de diligendo Deo, & in præcepto generali de diligẽdo proximo ex vera in Deum dilectione ac caritate, cõtineatur quodammodo & inſtauretur lex vniuerſa, inde non tollitur, quòd lex ſcripta diuidi in
B tria genera præceptorum explicata poſſit, & quòd ſingula ea genera diuidi rurſus poſſint in nulla alia particularia præcepta ſub eis contenta, quæ à proximis & peculiaribus ſuis obiectis diſtinctionem habeant. Obſerua tamen, non ſicut animal vniuerſale quoddam eſt in prædicando comparatione hominis & equi, cæterorumque animalium, quæ tanquã partes ſibi ſubiectas ſub ſe continet: ſic duo illa præcepta generalia de diligendo Deo, aut de diligendo proximo ex Dei caritate, eſſe vniuerſalia in prædicando comparatione particularium præceptorum, eave ſub ſe continere tanquam partes ſubiectas: ſed eſſe vniuerſalia, quoniam ad ipſorum impletionem, cæterorum impletionem, ſeu non tranſgreſſionem, requirunt, cæteraque proinde in illis virtute præce-
C pta ſunt, iuxta illud Ioan. 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum*, & illud. 1. Ioan. 2. *Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc caritas Dei perfecta eſt.*

Illud eſt obſeruandum, ad legem integram ad finem aliquem, qualis eſt lex vetus, non ſolùm pertinere tradere præcepta obligantia ſub cúlpa, qualia ſunt tria præceptorum genera, quæ explicata ſunt, ſed etiam ad eam attinere tradere etiam alia, quę ad eorum obſeruationem poſſunt inducere, & tradere, etiam conſilia aliqua, quæ ad maiorem perfectionem comparatione finis integri eius legis ſpectant, vt Diſput. 46. à §. tertium eſt, &c. fuit explanatum. Sic ad legem veterem pertinuit, vltra præcepta, tradere, quæ ad notitiam Dei & ad beneficia ab eo col-
D lata attinebant, vt creationis, electionis Iſraelitici populi inter omnes nationes in peculiarem Dei populum, beneficium eductionis eius populi de Aegyptiaca ſeruitute tot mirabilibus patratis, perductionis illorum per deſertum, inductionis illorum in terram promiſſionis, quam illis donauit, non minoribus patratis mirabilibus, traditionis legis, & ſimilia alia, quibus ad diligẽdum Deum, & ad ſeruandum eius mandata, atque ad cognoſcendum ipſorum erga Deum ingratitudinem, inducerentur. Pertinuit quoque varia præmia illis proponere, ſi legem ſeruarent, variaque ſupplicia illis comminari, ſi illam tranſgrederentur, aliqua illis permittere, vt libellum repudij, conſilia illis dare, ut ſunt illa Exo. 22.
E *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor. Si pignus à proximo tuo acceperis ueſtimẽtum, ante ſolis occaſum reddes ei*, vt de hoc vltimo affirmat diuus Tho. 1. 2. quæſt. 99. art. 5. & conſentit Hieronymus in proœmio in Marcum, quædam etiam conſilia in veteri lege contineri, quam D. Tho. ibi citat.

Illud quoque eſt obſeruandum, tract. 1. Diſp. 1. fuiſſe explanatum, atque varijs ſcripturæ teſtimonijs noui ac veteris teſtamenti confirmatum, tum obſeruationes præceptorum ac conſiliorum, tum etiam præcepta ipſa & conſilia, iuſtitias & iuſtificationes in ſcripturis ſanctis appellari, quatenus nos iuſtos efficiunt, atque iuſtificãt meritis Chriſti cooperan- 10

perantibus: obſeruationes quidem formaliter, quatenus dum eis noſtræ regulæ ac voluntati Dei adæquamur, iuſti ſumus, ſumpta iuſtitia latè in acceptione ibi explicata, pro adæquatione regulę in operādo ſeruandæ; noſque gratiæ Chriſti innitendo iuſtificāt: leges verò & conſilia tanquā normæ & regulæ, quæ iuſtitiam docent ac menſurant. Eadem præcepta ac conſilia iudicia Dei nuncupantur in ſcripturis ſanctis, quatenus ab infallibili Dei iudicio emanarunt, atque iuxta ea ſumus iudicādi: quāuis interdum pro ſolis iudicialibus pręceptis iudicia in literis ſacris veteris teſtamēti ſumantur. Dicuntur etiā teſtimonia, (tametſi teſtimonium latius patet, reuelataque omnia cōprehendat) quatenus Deus variis miraculis ac ſignis eſt teſtificatus, ab ipſo emanaſſe, reuelataque ac tradita fuiſſe: qua ratione Regius propheta dixit: *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.*

DISPVT. 54.

Num ad præceptorum veteris legis obſeruationem inducere Deus, dum lex illa perſeuerauit, filios Iſrael debuerit temporalibus præmijs ac ſupplicijs.

SVMMARIVM.

1 *Expediens fuit in lege ueteri bona temporalia promittere obſeruantibus præcepta data.*

2 *Oſtenditur ex ſacris litteris quā ampla in bonis temporalibus promittatur remuneratio obſeruātibus legē.*

3 *Deſijt illa promiſſio, quando lex abolita eſt, quod per aduentum Chriſti accidit: & quando Chriſtus mortuus ſit: agitur pluribus de hebdomadis Danielis: de abominatione futura in loco ſancto, de euerſione Hieruſalem.*

4 *In lege euangelica homines non erant inducendi proſperitate bonorum temporalium, ſed præmio cęleſti, & comminatione interitus ſempiterni.*

IAm præcedente diſputatione fuit copioſè comprobatum, non ſola præmia & ſupplicia rerum temporalium fuiſſe propoſita filijs Iſrael in veteri lege ſeruantibus aut tranſgredientibus eam legem, ſed etiam præmium æternum illam ſeruantibus, ſuppliciumque ſempiternum illam tranſgrediētibus fuiſſe propoſita: tametſi frequentiſſimè propoſuerit ac promiſerit illis Deus bona externa & temporalia, ſi illam ſeruarent, & illis contraria, ſi illam tranſgrederentur: quod & opere impleuit, ſi euoluātur hiſtoriæ literarum ſanctarum. Et num id expediens tunc fuerit, quærimus in hac diſputatione.

1 Dicendum autem eſt cū diuo Th. 1.2.q.99.art. 6. expediens illud tunc fuiſſe. Cum enim lex vetus tanquam minus perfecta diſponeret, ad Chriſtum & ad ſtatum nouæ legis tanquam ad perfectum; necdumque exhibitum hominibus fuiſſet exemplum vitæ, paſſionis, ac mortis Chriſti, in quo contēptus rerum omnium humanarum, caritaſque Dei immēſa in genus humanum, tantopere enituere, & quo homines adeò prouocantur ad illius imitationem, atque ad Dei & Chriſti vt hominis amorem ad opereque eum oſtendendum, multa pro Deo & Chriſto vt homine ad illius imitationem perferendo; cūque tempore antiquæ legis, nondum pretio noſtræ redemptionis perſoluto, non tantum auxiliorum & gratiæ meritis Chriſti præſtaretur ad legem implendam, & ad magna præſtanda, multaque pro Deo perferenda, quantum in noua lege poſt Chriſti aduentum præſtatum; expediens utique fuit, eum populum quoad eum minus perfectum ſtatum, atque

A ſub ea lege puero ſub pedagogo conſtituto, à Paulo ad Gal. 3. comparatum, pollicitationibus bonorum temporalium, ſi eam legem ſeruaret, eum ad eius legis obſeruationem adiuuare, rerumque contrariarū comminatione, ſi illam tranſgrederetur; idque Deū opere implere, vt experiētia fidelium eiuſmodi promiſſionum ipſius in hac vita, illos magis in officio ac obſeruatione eius legis contineret, faciliuſque ad pęnitentiam atque ad ſe illos reuocaret, iuxta illud Pſal. 77. *Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculò ueniebant ad Deum, & rememorati ſunt, quia Deus adiutor eorum eſt, & Deus excelſus redemptor eorum eſt,* magiſque ea ratione eum populum firmaret, certumque redderet, fidelem ipſum quoque eſſe in promiſſionibus præmiorū, & in com-B minatione ſuppliciorum poſt hanc vitam, ſeruantibus aut tranſgredientibus eam legem.

Quòd autem temporalium rerum promiſſionibus induxerit ſępe Deus filios Iſrael ad veteris legis obſeruationem, rerumque contrariarum comminationibus ſi illam tranſgrederentur, inter multa alia ſcripturæ ſacræ loca, conſtat ex illo Deut. 4. *Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis uobis aliquam ſimilitudinem, patrātes malum coram Domino Deo ueſtro, teſtes inuoco hodie cælum & terrā, citò perituros uos eſſe de terra, quā tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis, non habitabitis in ea longo tēpore, ſed delebit uos Dominus, atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas uos ducturus eſt Dominus. Cumque quæſieris ibi Dominum* C *Deum tuum, inuenies eum. Si tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ, poſtquam te inuenerint omnia, quæ prędicta ſunt.* Et infra: *Cuſtodi pręcepta eius atque mandata, quę ego pręcipio tibi, ut bene ſit tibi, & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.* Deu. 28. *Si audieris vocem Domini Dei tui, ut facias atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego pręcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quę uerſantur in terra, uenientque ſuper te uniuerſę benedictiones iſtę, & apprehendent te, ſi tamen pręcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuę, fructuſque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulę ouium tuarum.* D *Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuę. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos, qui conſurgent aduerſum te, corruentes in cōſpectu tuo: Per unam uiam uenient contra te, & per ſeptem fugient à facie tua. Emittet Dominus benedictione ſuper collaria tua, & ſuper omnia opera manum tuarum, benedicetque tibi in terra, quam acceperis. Suſcitabit te Dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi, ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Videbunt te omnes terrarum populi, quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu ventris tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus patribus tuis ut* E *daret tibi. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimū cælum, vt tribuat pluuiam terræ in tempore ſuo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum.* Et proſequitur benedictiones alias, continuoque cōtrarias acerrimas maledictiones ſubiungit, ſi eadem præcepta ac mandata non ſeruauerint. Leu. 26. *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra germinabit ſemen ſuum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendent meſſium tritura vindemiam, & uindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris, dormietis, & non erit, qui exterreat. Auferam malas beſtias, & gladius*

dius non tranſibit terminos veſtros. Perſequimini inimicos veſtros, & corruent coram vobis. Perſequetur quinque de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera, nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abijciet uos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, uoſque eritis populus meus. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi uos de terra Aegyptiorum, ne ſeruiretis eis, & qui confregi cathenas ceruicum veſtrarum, ut incederetis erecti. Quòd ſi nõ audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, ut non faciatis ea, quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam uobis. Viſitabo uos uelociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos ueſtros, & conſumat animas ueſtras. Fruſtra ſeretis ſemẽtem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meã contra vos, & corruetis coram hoſtibus ueſtris, & ſubijciemini his, qui oderunt uos: fugietis nemine perſequente. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata ueſtra: & conteram ſuperbiam duritiæ ueſtræ. Daboque uobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. Conſumetur in caſſum labor ueſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerſo, nec uolueritis audire me, addam plagas ueſtras uſque in ſeptuplum propter peccata ueſtra: emittamque in uos beſtias agri, quæ conſumãt uos & pecora ueſtra, & ad paucitatem cuncta redigãt, deſerteq; fient uiæ ueſtræ. Quòd ſi nec ſic uolueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi, ego quoque contra uos aduerſus incedam, & percutiam uos ſepties propter peccata ueſtra, inducãque ſuper uos gladium ultorem fœderis mei. Cumque confugeritis in urbes, mittam peſtilentiam in medio ueſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquam cõfregero baculum panis ueſtri: ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non ſaturabimini. Sin autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me, & ego incẽdam aduerſum uos in furore contrario, & corripiã vos ſeptem plagis propter peccata ueſtra & ſimalacra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum ueſtrorum, & abominabitur uos anima mea, in tantum, ut ciuitates ueſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria ueſtra, nec recipiam ultra odorẽ ſuauiſſimum. Diſperdamq; terram ueſtram, & ſtupebũt ſuper ea inimici neſtri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem diſperdam in gentes, & euaginabo ſuper uos gladium, eritque terra ueſtra deſerta, & ciuitates ueſtræ dirutæ, &cęt. Placuit tam multis ex hoc uno loco hæc referre, vt vel ex eo ſolo intelligatur, quo modo tempore legis veteris, dumque illa perſeuerauit, Deus pollicitatione abundantiæ rerum temporalium, & comminatione contrariorum, ſi legem non ſeruarent, illos induxerit ad ueteris legis obſeruationem, pollicens ſimul, ſe nunquam deſerturum omnino eum populum, nec deleturum eum propter pactum cum ipſis & cum patribus eorum factum, ſed reducturum reliquias illius in terram ſuam, ſi ad ipſum conuerterentur; pęnitentiamque agerent, vt in Deuterenomio loco relato eſt pollicitus, polliceturque in reliquis captitis 26. Leuitici citati, magnaque ex parte proximè relati. Quod & opere præſtit, dum pactum illud lexque illa vetus perſeuerauit. Eam verò pollicitationem Nehemias. c. 1. eius ſui libri, qui ſecundus Eſderæ inſcribitur, commemorat coram Deo, vique illius ab eo contendit vt illis ſubueniat, eoſque omnino in Ieruſalem reducat, ibique illos cuſtodiat. Atque, vel hoc vnum eſſe deberet efficaciſſimum argumentum ac ſufficiens, quo Iudæi reſipiſcerent, ſibique perſuaderẽt, ceſſaſſe iam illud prius pactum, aduenisſeque ac firmatum eſſe nouum, Ieremiæ 31. promiſſum, verumque Meſſiam fuiſſe Chriſtum, qui tot miraculis ab ipſo & à ſuis in toto progreſſu Chriſtianæ Eccleſiæ factis doctrinam ac legem, quam dedit, confirmauit. Ex quo enim Chriſtum occiderunt, vt antea per prophetas fuerat prædictum, fore in redemptionem generis humani occidendum, & inter alios, apertiſſimè per Iſaiam cap. 63. & propter Danielem capit. 9. qui ſimul expreſſit & tempus aduentus Chiſti poſt eam reuelationem, & populum, qui, dum occideretur, illum corã Pilato erat negaturus, deſiturum eſſe populum eius, ita per Veſpaſianum & Titum, poſt modicum tempus illis ad pœnitentiam conceſſum, interim dum ſufficienter lex euangelica diuulgabatur, ac nobis confirmabatur miraculis, fuerunt deſolati & abiecti, ac vt nunquam amplius in illam terram reuocati ſint, ſed mille ferè ſexcentis annis vſque ad hanc diẽ manſerint ſine Rege ac duce, diſperſi, in omnium opprobrio & contemptu, atque in ſeruitutem redacti, manebuntque vſque ad ſeculi conſummationem, iuxta idem Danielis apertiſſimum vaticinium.

Cum enim Daniel eo capite nono, accedente tem 3
pore impletionis ſeptuaginta annorum in quorum fine iuxta Ieremiæ vaticinium liberandi filij Iſrael erant à Babylonica captiuitate, pro ea liberatione Deum oraret, quæ primo anno imperij Cyri, vt. 1. lib. Eſdræ c. 1. 5. & 6. habetur, eo ſeptuaginta annorum numero completo, facta eſt, illique apparuiſſet Gabriel Angelus, eum inſtruxit de tempore aduentus Meſſiæ, & de longè feliciori liberatione ac redemptione generis humani à diabolica captiuitate, deque abiectione & deſtructione Iudaici populi ob grauiſſimum illius peccatum; quo Chriſtum erat negaturus, & quo impijſſimè illum per gentilicas manus erat interfecturus, idque hiſce verbis: *Animaduerte ſermonem, & intellige viſionem. Septuaginta hebdomades* (non quidem dierum, ſed annorum: de his enim ſolis duobus hebdomadum generibus eſt ſermo in ſcripturis ſacris: & cùm hoc loco omnium conſenſu, etiam Iudæorum, ſermo non ſit de hebdomadibus dierum, conſequens eſt, vt ſermo ſit de hebdomadibus annorum) *abbreuiatæ ſunt*) quia non annorum ſolarium, ſed lunarium, qui vndecim diebus breuiores ſunt ſolaribus, fuerunt eiuſmodi hebdomadæ, vt rei poſtea probauit euentus) *ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio* (id eſt, ad ſummum perueniat, vt peruenit in Chriſti occiſione, quæ fuit grauiſſimum omnium omnino peccatorum: vel vt conſummetur id eſt, vt finem omnino accipiat morte Chriſti, à qua pendebat remiſſio peccatorum, quæ, ante eam mortem fuit facta, & quæ poſt eam erat facienda, & à qua pendebat apertio ianuæ regni cæleſtis, quæ clauſa fuerat per peccatum, introituſque hominum in vitam æternam, ante mortuorum quidem reſurrectionem quoad animam, & poſt eam reſurrectionẽ etiam quoad corpora, atque à qua pendebat ſanctificatio hominum tota, donaque omnia toti generi humano collata ac conferenda: vnde id magis explanando continuò ſubiungitur: *& finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas*, (quoad omnes ſcilicet illius effectus) *& adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia*, (id eſt, in Chriſto compleantur vaticinia omnia prophetarum, quæ de ipſo erant, & quem reſpiciebant) *& vngatur ſanctus ſanctorum* (in puncto incarnationis aduentuſque ipſius in hunc mundũ, gratia vnionis, & gratia creata capitis, plenitudineq; duorũ. Dicitur autẽ Chriſtus ſanctus ſanctorũ. Tũ quia de plenitudine ſanctitatis illius ſancti oẽs ſuã ſanctitatẽ acceperunt in eoſq; ſanctitas redũdauit. Tũ ẽt quoniã Chriſtus longiſſimo

inter-

interuallo excedit in ſanctitate ſanctos omnes. Atque ſi ad ſanctitatem, quam ex gratia vnionis habet, attendas, infinito interuallo excedit ſanctitatem omnium omnino ſanctorum ſimul ſumptorum) *Scito ergo & animaduerte. Ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem* (non dixit ab egreſſu filiorum Iſrael de captiuitate Babylonia cum facultate reædificandi templum, pro quo orauerat Daniel, & quæ facta eſt anno primo Cyri: ſed dixit, *ab exitu ſermonis*, hoc eſt, facultatis, vt *iterum ędificetur Ieruſalem* (quæ deſtructa fuerat, quando filij Iſrael captiui ducti fuerant in Babylonia: quæ facultas conceſſa eſt multo tempore poſtquam filijs Iſrael fuit conceſſa facultas aſcẽdendi in Ieruſalem ac reædificandi tẽplum, nempe anno vigeſimo Artaxerxis, vt conſtat Nehemiæ 2. qui Artaxerxes Longimanus dictus eſt: is verò vigeſimus annus Artaxerxis Lõgimani fuit quartus octogeſimę tertię olympiadis) *vſque ad Chriſtum ducem* (id eſt, vſque ad tempus, quo Chriſtus baptizatus prædicare cœperit, duxque eſſe ſua doctrina, qui homines in viam pacis ſalutiſque ęternę dirigat, de eo enim dixerat Deus per Iſaiã 55. *Ecce dedi eum teſtem gentibus, ducem & præceptorem populis.* Et Micheas 5. à Matthæo 2. relatus, de Bethlehem, in qua natus eſt Chriſtus, dixerit: *Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael hebdomadis ſeptem & hebdomades ſexaginta duę* (hoc eſt, ſexaginta nouem expletæ: ſeptem enim & ſexaginta duæ, ſexaginta nouem conficiunt) *Et rurſus ædificabitur platea & muri* (Ieruſalem ſcilicet) *in anguſtia temporum*) quod impletum eſt per Nehemiam breui admodum valdeque anguſto tẽpore, magnamque anguſtiam atque oppugnationem ſuſtinentibus filijs Iſrael, qui illi operi intendebant, vt hęc omnia ex libro Nehemiæ conſtat. His autem verbis compleuit angelus, quod dixerat futurum de reædificatione murorum Ieruſalem ex facultate Artaxerxis, eaque de re Danielem inſtruxit, & continuò ad illud aliud de ſeptuaginta hebdomadis proſequendum regreditur, dicens: *Et poſt hebdomades ſexaginta duas* (cum ſeptem ſcilicet antecedenter numeratis, id eſt & poſt ſexaginta nouem hebdomades) *occidetur Chriſtus* (in ſeptuageſima hebdomada in fine illius. Occiſus enim fuit decimo octauo anno imperij Tiberij Cæſarijs, qui fuit annus quartus ducenteſimæ ſecundę olympiadis. Licèt autem à quarto anno octogeſimæ tertiæ olympiadis, qui fuit vigeſimus Artaxerxis Longimani, vſque ad quartum annũ ducẽteſimæ ſecundæ olympiadis, nõ fluxerint ſolùm quadringẽti ſeptuaginta quinque anni ſolares, qui æquipollẽt quadringentis nonaginta annis lunaribus, conficiuntque ſeptuaginta hebdomades annorum lunarium; ſed fluxerint amplius duo alij anni ſolares, ſi anni incluſiuè computentur, nempe quadrigenti ſeptuaginta ſeptem anni ſolares; anni tamen illi excluſiuè ſunt cõputandi, detrahendique proinde ab ea ſumma ſunt duo illi anni. Ratio autẽ eſt, quoniam Chriſtus mortuus eſt tertia quidem die Aprilis eius anni, attamen decima quinta luna primi menſis poſt ęquinoctium vernũ eius anni: eaque de cauſa is lunaris annus eſt excludendus. Quãtum autem temporis anni, in quo Artaxerxes conceſſit Nehemiæ, vt aſcenderet in Ieruſalem ad muros illius reædificandos, quo vſque facultas ſcriptura publica data ei à Rege ad ipsũ fuit, profectuſque eſt cum equitibus, id non conſtat. Denique modici temporis vltra ſeptuaginta hebdomadas integras ratio non habetur, dum ſermo eo in loco eſt de ſeptuaginta hebdomadibus abbreuiatis ad ea omnia, de quibus eo in loco eſt ſermo: ſicut nec, quando Geneſeos 15. Deus Abramo prædixit ſemen ipſius futurum peregrinum quadringentis annis, rationem habuit paucorum annorum, quibus vltra eos quadringentos annos erat futurum peregri-

A num, vt Diſp. 52. fuit explanatum. Et fortaſſe ea de cauſa dixit Angelus, poſt ſexaginta nouem hebdomades occidendum eſſe Chriſtum, nec addit, in fine ſeptuageſimæ) *Et non erit eius populus, qui eum negaturus eſt.* Hæc non ita perſpicuè habentur in Hebræo: ad ſenſum tamen tranſlata ſunt. *Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce uenturo: & finis eius uaſtitas, poſt finem belli deſolatio.* Hæc omnia quadraginta ferè annis poſt Chriſti mortem in illius meritiſſimam vltionem impleta ad literam ſunt, dum ciuitas & ſanctuarium ab exercitu Romanorum duce Tito deſtructa ſunt, vaſtataque ac diſſoluta omnino manſerunt, neque vnquam vltrà vſque ad hanc diem reædificata ſunt: cùm id aliquoties tentauerint Iudæi, nec vnquam id efficere potue- B rint, interuenientibus interdum apertiſſimis miraculis, quibus prohibiti ſunt, vt tempore Iuliani Imperatoris, quando idẽ nequam imperator non ſolũ conceſſit eis ad id facultatem, ſed etiam illos ad id inſtigauit, igne egrediente de terra, qui omnia euertit ac conſumpſit. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una.* Vtique illa ſeptuageſima in qua Chriſtus occidetur. Cõfirmauit *verò pactum multis*, illud ſine vllo dubio antea Ieremiæ 31. promiſſum: *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus ueſtris in die, qua apprehendi manus eorum ut educerem eos de terra Aegypti: ſed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in uiſce-* C *ribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.* Illud verò pactum multis confirmabit: quoniam non omnes illud recipient. *Et in dimidio hebdomadis*, id eſt, in poſteriori medietate eius hebdomadis, quæ id pactum confirmauit, in qua ſcilicet medietate poſteriori prædicabit Chriſtus id nouum pactum, eamque nouam legem, ſanguineque ac morte ſua id pactum nouum confirmabit, *deficiet hoſtia & ſacrificium*, veteris ſcilicet legis quoad vim & effectum: quoniam irrita ac ſine vlla vi, quam ex Dei inſtitutione antea habebant, manebunt omnia, quæ ad veterem legem attinebant, eo ipſo quòd lex noua pactumve nouũ ſanguine ac morte Chriſti confirmatum ſit: *Et erit in templo abominatio deſolationis*, id eſt, quam proxi- D mè ſequetur deſolatio vrbis & templi: *Et uſque ad conſummationem & finem* (mundi ſcilicet) *perſeuerabit deſolatio*, quia ſcilicet nunquam id templum & ciuitas reædificabuntur vt antea erant, ſed deſolata ac deſtructa manebunt, in pœnam iniquiſſimę mortis eiuſdem Chriſti. Hactenus Daniel ibi. De eadem quoque abominatione futura in loco ſancto in templo ve, tanquam de ſigno inſtantis deſolationis ac deſtructionis templi ac ciuitatis, citans hunc eũdem Danielis locum loquutus eſt Chriſtus Matth. 24. & Marci 13. Eis autem in locis permixtim fuit Chriſtus loquutus de ijs, quæ diem iudicij ſeculique conſummationem erant anteceſſura, & de iis, quæ anteceſſura erant templi ac ciuitatis Ieruſalem E deſolationem ac euerſionem: quoniam de utraque re fuerat à diſcipulis ibi interrogatus, & ad vtramque reſpondet. Qua de cauſa, quæ ibi permixtim de vtraque re Chriſtus docuit, ad vtramque rem ſunt accommodanda, & de vtraque re ſunt intelligenda, quatenus res vtraque patietur, & de vna earum, aut de altera tantum, quatenus vni earum tantum poſſunt accommodari. Ab illis autem verbis Matth. 24. *Cum autem videritis abominationem*, vſque ad illa: *Orate vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbatho*, perſpicuè loquitur Chriſtus de excidio templi ac ciuitatis Ieruſalem. Eſt autem dubium, quid nomine abominationis illius, quæ anteceſſura erat deſtructionem templi ac ciuitatis Ieruſalem, in-

tellexerint Daniel, & Chriſtus illis duobus in locis. Prætermiſſis vero alijs ſententijs Caietanus & quidam alij, exercitum Romanorum intellexerunt quando ad obſidendam Ieruſalem accederent. Ducti, quoniá id in ſignum deſtructionis futuræ, & ut fideles id ingentiſſimum periculum euaderent, tradidit idem Chriſtus Lucæ 21. ſic dicens: *Cum autem videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius. Tunc qui in Iudęa ſunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius, diſcedant*, & cæt. Hæc ſententia nulla ratione mihi probari poteſt. Quoniam Daniel & Chriſtus de abominatione exiſtente in templo, ſeu in loco ſancto, ſunt perſpicuè loquuti tanquam de re & ſigno, quod deſolationem erat anteceſſurum: exercitus autem Romanorum non fuit in templo ante euerſionem ciuitatis ac templi, tanquam quippiam præuium, quo fideles, vt ſigno antecedente à Chriſto eis dato, effugere poſſent oppreſſionem & interitum, quæ ex ea obſidione & exercitu Ieroſolymitanis & habitantibus in alijs oppidis imminebant, arrepta prius fuga in montes ad loca ab exercitu ſeparata, abditaque, ac tuta. Alij, quos Cornelius Ianſenius in Concordia eſt ſequutus, nomine illius abominationis intelligunt ſacrilegia immania in templo Ieroſolymitano ante eam deſolationem commiſſa ab ijs, qui Zelotæ nuncupati ſunt, quique templum ipſum præſide Floro occupauerunt. De his Ioſephus de bello Iudaico, libro ſecundo, cap. 28. ita ſcribit: *Omne genus iniuſtitiæ incredibiliter uiguit in Zelotis: qui nomen ſuum ſatis uerum eſſe probauerunt. Omne enim malitiæ facinus æmulati ſunt, nullo, quod antea memoriæ proditum eſſet, prætermiſſo: quamuis nomen ſibi ex bonorum æmulatione impoſuiſſent: qui malorū, quæ maxima eſſent, bona ducebant.* Et lib. 5. c. 2. ſic ait: *Vetus quidem ſermo tunc ferebatur*, (vt videtur, iuxta commemoratum Danielis vaticinium) *tunc demum ciuitatem captum iri, ſancta quoque flammis exurenda eſſe lege belli, cum ſeditio fuiſſet exorta, templumque Dei propriæ Iudæorum manus antea uiolaſſent; Quibus Zelotæ, nihil de eorum fide dubitantes, miniſtros ſe præbuerunt.* Et lib. 6. c. 16. ait: *Non equidem recuſabo dicere, quæ dolor iubet. Puto ſi Romani contra tam noxios noſtrę gentis homines uenire tardaſſent, aut hiatu terrę deuorandam fuiſſe ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulminum, ad ſimilitudinem Sodomæ, incendia paſſuram: multo enim magis impiam progeniem tulit, quā ea fuit, quę illa ſupplicia pertulerat.* Hæc de Zelotis Ioſephus. Equidem arbitror hāc abominationem in templo quondam Dei, & quondam ſancto, præceſſuram deſolationem eiuſdem templi ac ciuitatis prædixiſſe Danielem ac Chriſtum: eamque Chriſtum in ſignum, vt celerem arriperent fugam in mōtes & in loca tuta, dediſſe fidelibus habitantibus in Ieruſalem & in alijs Iudææ oppidis: illiſque addidiſſe illud aliud ſignum, eidem deſolationi ac preſſuræ ingenti adhuc vicinius, de quo Lucæ 21. dicēs: *Cum uideritis circundari ab exercitu Ieruſalem*, id eſt, aduentare exercitum ad illam circundandam ac obſidendam, *tunc ſcitote quoniam appropinquat deſolatio eius*, &c. Quamuis ēnim templum Ieroſolymitanū nec ſanctum iam nec Dei eſſet templum, poſt legis veteris ceſſationem: non tamen deſinebant eſſe grauiſſima ſacrilegia formaliter, ac peccata grauiſſima formaliter, quæ in illo ab illis hominibus fiebant, interim dum exiſtimabant Dei templum ac ſanctum adhuc eſſe: peccataque, quæ in illo templo committebant, grauiſſima in ſe erant, digniſſimaque, quæ à Deo acerrimè punirentur, etiam ſi extra id templū in loco profano committerentur: illaque cumulum addidiſſe uidèntur à Deo deſtinatum vt complerentur Iudæorum peccata ad id ingens illorum ſupplicium ac deſolationem, deſertionemque eorum, de qua Daniel fuerat loquutus, & poſt eum Chriſtus: & vt id ſignum eius deſolationis inſtantis, ac preſſuræ futuræ, Chriſtus traderet fidelibus, ut ſuū proprium fugerēt periculum. Hæc obiter inſerere hoc loco libuit occaſione bonorum temporalium, quæ Deus Iudæis fuerat pollicitus, ſi legem ſeruarent, interim dum ea lex perſeuerabat: quæ longè pluribus fuiſſent comprobanda ac explananda, ſi ex profeſſo in ſuaque propria ſede traderentur. Interim verò, quoad computum illum hebdomadarum & annorum, & quoad alia, quę preſsè à nobis dicta ſunt, lege noſtrum Benedictum Pereira lib. 10. & 11. in Danielem. Nunc verò ad id, vnde digreſſi ſumus, regrediamur.

Quamuis Deus Iſraelitico populo in genere ac in communi eam temporalem felicitatem fuerit pollicitus, ſi legem ſeruaret, eamque illi tribuerit dum legem ſeruauit; id tamen non tollit, quòd perfectos particulares aliquos in laboribus & aduerſitatibus exercuerit, vt Tobiam, & prophetas, quo eos ad maiorem perfectionem eueheret, virtutemque illorum magis mundo oſtenderet, cumulatiuſque pręmium illis largiretur, vt D. Th. 1. 2. q. 99. art. 6. ad 3. probe notat. Neque id etiam impedit, quòd probaret interdum populum ſuum, periculis aliquibus illum exponendo aliorum nequitia, vt probaret ſpem ac fidem illorum, quam in Deo ſuo habebant, illiſque tempore congruo ſubueniret, ac eos erueret, vt plus ipſum laudarent ac diligerent, in fideque atque in ſpe in ipſo accreſcerent, pluſque apud ipſum mererentur, iuxta illud Pſ. 49. *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.*

4 In lege autem euangelica, quoniam & Chriſti exemplum præcedit, & abundantior gratia ad illam implendam confertur, atque ad longè perfectiorem populum in ſanctitate ac meritis creandum ordinatur, vt martyrum numerus, religioſorum, aliorumque perfectorum virorum ac feminarum, qui in ea floruerunt, teſtatur, apertaque iam eſt ianua regni cęleſtis, non ita erant homines inducendi bonorum temporalium caducaque proſperitate ad illam ſeruandam, ſed præmio cæleſti, & contraria ſempiterni interitus comminatione, exhortandique erant ad contemptum vitæ, & rerum externarum Dei amore, atque ad laborum tolerantiam ob eundem Dei amorem, cumulatiuſque vitæ æternæ præmium adipiſcendum, vt & factum eſt. Vnde Ioannes Baptiſta, qui, vt Lucæ 1. habetur, in ſpiritu & virtute Elię præcurſor Chriſti fuit parare Domino plebem perfectam, ſic orſus eſt ſuam prædicationem: *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Et Chriſtus à ieiunio deſerti egrediens, diaboli tentationibus ſuperatis, ac congregatis diſcipulis, ſic Matth. 5. ſermonem in monte fuit exorſus: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint uobis homines, & perſequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus uos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cęlis.* Atque in euangelij decurſu contemptum rerum externarum, ac propriæ uitæ, docuit, docueruntque Chriſti diſcipuli, Pauluſque 2. ad Timoth. 3. vniuerſim dixit: *Omnes, qui piè uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur.*

DISPVT. 55.

Vtrùm præcepta omnia moralia ad legem naturæ pertineant, ſintque de omnium virtutum actibus.

SVMMARIVM.

1 *Præcepta moralia ad legem naturę pertinent.*
2 *Tres gradus pręceptorum moralium.*
3 *Pręcepta moralia extēdunt ſe ad actus omnium virtutum.*

1 TRia genera præceptorum veteris legis Diſput.53.diſtinximus. Nunc verò de ſingulis illis generibus in particulari eſt deinceps ordiendum. Circa ea autem primò id,quod propoſitum,eſt,quæritur. Conſtat verò ex dictis eadem Diſputat.53. iunctis quæ de eadem re Diſput.46.dixeramus, præcepta omnia moralia ad legem naturæ attinere,nec eſt cur plura ea de re hoc loco addamus.

2 Diuus Th.1.2.q.100.art.1. præter prima principia moralia,ex quibus deducuntur præcepta,tam affirmatiua,quàm negatiua,quæ ex natura ipſa rei,atque adeò iure naturæ ſub lethali aut veniali culpa obligant,quæ proinde principia in numerum præceptorum cum particularibus præceptis moralibus,iuris ve naturalis,non ponunt, tres gradus diſtinguit. Primus eſt eorum præceptorum, quæ ſecluſa quocunque adiutorio diuinę reuelationis,quia videlicet ad Deum,à noſtris ſenſibus ſemotum, tanquam ad obiectum non pertinent,ſtatim modica adhibita cōſideratione omnibus ſunt nota ea eſſe amplectenda, aut reſpuenda ac fugienda, vt ſunt, honora patrem tuum & matrem tuam,furandum non eſſe, homicidium non eſſe patrandum,falſum teſtimonium non eſſe dicendum, & ſimilia alia. Secundus verò gradus eſt eorum, quæ pertinent quidem ad idem genus obiecti non ingentis ob eandem rationem adiutorio diuinæ reuelationis,& tamen maiori indigent inueſtigatione, vt nota ſint, quæque proinde non omnibus ſunt ſtatim nota, ſed circa ea erudiri indigent rudiores à peritioribus, qui maiori pollent iudicio, eaque diligentiùs inueſtigant. Eiuſmodi eſſe ait diuus Th. illud Leuit.19. *Coram cano capite ſurge, & honora perſonam ſenis.* Fortaſſe id inter conſilia moralia, rectæ rationi luminève naturali conſentanea, connumerari poſſet. Si enim eſſet præceptum obligans in veteri lege ſub culpa veniali potius annumerari id deberet inter præcepta veteris legis iuris diuini poſitiui, quàm inter præcepta iuris diuini naturalis. Annumerari autem inter præcepta huius ſecundi generis poſſet vitatio fornicationis ſimplicis ſub culpa lethali,itemque polygamiæ vitatio, niſi quia hac de re poſteriori non erat præceptum in veteri lege; eo quòd diſpenſatum id eſſet à Deo illi populo,diſpenſatione ſumpta latè ac minus proprie, vt infrà,quando diſputabimus, num in præceptis decalogi locum habeat diſpenſatio,explicabitur. In tertio gradu conſtituit diuus Th.ea præcepta iuris naturalis, quæ indigent adiutorio diuinæ reuelationis,per quam erudimur de diuinis vt ſint cognita,qualia ſunt illa Exodi 20. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, &c. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in uanum*, quæ ad primam decalogi tabulam attinent. Licèt autem ad hæc cognoſcenda quatenus cum Deo eiuſque diuino cultu ac honore pugnant, magis neceſſarium hominibus ſit adiutorium diuinæ reuelationis, quā cognoſcenda illa alia præcepta duorum priorum genus,quæ noſtros pro-

A ximos reſpiciunt,aut qualiter nos in humanis genere libeamus vt à recta ratione non diſſentiamus; non tamen negat diuus Thomas, quemadmodum lumine ſolo naturali cognoſcere poſſumus ſine adiutorio diuinę reuelationis,vnum eſſe Deum rerum omnium cauſam primam ac conditorem, eique ſoli Dei cultum deberi,ſic etiam nos ſolo naturali lumine poſſe cognoſcere duo illa pręcepta id prohibere, quod cum naturali iure pugnat, ac proinde præcepta eſſe moralia ſub culpa grauiſſima mortales omnes obligantia:ſed ſolū intendit magis ad illa agnoſcēda mortales indigere adiutorio diuinæ reuelationis,ob Dei excellentiam,cum cuius honore ac cultu pugnant,quàm ad cognoſcendam illa alia præcepta primi & ſecundi gradus. Si autem ſermo diuo Tho-
B mæ eſſet de pręceptis ſupernaturalibus fidei,ſpei,caritatis,ac contritionis poſt lapſum in culpa lethali, quæ præcepta ad moralia, iuriſque naturalis Diſp.53.& 46.diximus ſuppoſita diuina reuelatione attinere, tunc ſanè ad illa cognoſcenda, ſimpliciter ac omnino homo indigeret adiutorio diuinæ reuelationis. Hęc de primo eorum quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet:num ſcilicet pręcepta moralia veteris legis iuriſque naturalis ſint de 3
actibus omnium virtutum, ex dictis Diſp.53. & 46. conſtat,ſe extendere ad actus omnium virtutum, & id docet diuus Th.1.2.q.100.art.2.Quecūque enim virtuti morali contraria ſunt & cum illa pugnantia naturali iure atque adeò diuino ſunt prohibita,quędam quidem ſub lethali culpa & quædam ſub culpa
C veniali,pro materiæ & cæterarum circunſtātiarum qualitate:quæ verò cum virtutibus moralibus nō pugnant, conducunt tamen ad melius eſſe earundem virtutum,non ſub præcepto,ſed ſub conſilio traduntur,vt eſt illud Prouer.25.*Si eſurierit inimicus tuus,ciba illum.* Eſt tamen obſeruandum, præcepta moralia naturalis legis ac diuinæ ſe extendere ad actus omnium virtutum, vt hominem iuſtum ac rectum omnino efficiant ad illius felicitatem naturalem ac ſupernaturalem:leges verò humanas ac ciuiles ſe extendere etiam ad actus aliarum virtutum, præter iuſtitiam, quatenus poſtulat bonum politicum reipublicæ, quod ſuis legibus intendit. Obſerua item, non omnia præcepta moralia fuiſſe expreſſa in veteri lege,ſed quædam fuiſſe relicta, vt ex principijs
D naturalibus deducerentur,& per peritiores ac rectores multitudinis docerentur,cōſentitque diuus Th. 1.2.q.100.art.11.ad 3. iuncto art.3. & ſequentibus eiuſdem quæſtionis.

DISPVTAT. 56.

De præceptis decalogi.

SVMMARIVM.

1 *Ex moralibus ueteris legis præceptis Deus tradidit decalogi præcepta, eaque poſtea ſcripſit in duabus tabulis lapideis,quas ipſe dolauerat: & confractis tabulis, tradidit Deo Moyſes nouas tabulas. Alia uero præcepta moralia partim tradidit Deus per Moyſem, & partim reliquit ea alijs ſapientibus ex his præceptis deducenda.* E
2 *Non omnes conueniunt in diſtinctione præceptorum decalogi.*
3 *Heſychius excludit præceptum de ſabbathi obſeruatione a decalogo, ſed immeritò, alij aliter alia diuidunt & coniungunt.*
4 *Ordo & ſeries præceptorum decalogi eſt maximè cōueniens & naturalis.*
5 *Diuerſimodè authores ſentiunt de diſtinctione præceptorum in ipſis tabulis.*

6 *In præceptis decalogi prima principia moralia, ex qui*
bus deducuntur, concinentur, tanquam principia in
concluſionibus ex ipſis deductis.
7 *Ad ſingula decalogi præcepta reducuntur alia per*
modum additionis.

1 EX moralibus veteris legis præceptis Deus
per ſe ipſum, hoc eſt miniſterio angeli, Dei
perſonam ſuſtinentis ac gerentis, (vt Diſp.
50.§.hanc etiam,&c.oſtenſum eſt) tradidit
decalogum, id eſt, decem verba, ſeu ſentẽtias ac præ
cepta, audiẽte populo, vt habetur Exodi 20. iuncto.
cap.19. antecedente, eaque poſtea ſcripſit in dua-
bus tabulis lapideis, à ſe ipſo dolatis & confectis ac
ſcriptis, quas tradidit Moyſi, vt Exodi 31. in cal-
ce habetur. Eas verò Moyſes, viſo vitulo, quem filij
Iſrael conſecerant ac adorauerant, fregit ad radi-
cem montis, vt Exo.32. habetur. Poſtea autem, vt
Exodi 34. ſcriptũ legimus, dixit Dominus Moyſi:
Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, &
ſcribam ſuper eas uerba, quæ habuerunt tabulæ, quas fre
giſti. Et intra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, qua
les antea fuerant; & de nocte conſurgens aſcendit in
montem Sinai, ſicut præceperat ei Dominus, portans ſe-
cum tabulas. Et infra. Et ſcripſit in tabulis uerba fœde-
ris decem. Cumque deſcenderet Moyſes de monte Sinai,
tenebat duas tabulas lapideas teſtimonij. De illis etiam
duab. prioribus tabulis lapideis Deut.9. ſic dicitur.
In Oreb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit, quã-
do aſcendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapi-
deas pacti, quod pepigit nobiſcum Deus: & perſeueraui
in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non co
medens & aquam non bibens. Deditque mihi Dominus
duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & continen-
tes omnia uerba, quæ nobis loquutus eſt in monte de me
dio ignis, quando concio populi congregata eſt. Cumque
tranſiiſſent quadraginta dies & totidem noctes, dedit
mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis.
Et paucis interiectis. Cumque de monte ardente deſcẽ
derem, & duas tabulas fœderis utraque tenerem manu,
vidiſſemque uos peccaſſe Domino Deo ueſtro, & feciſſe
uobis uitulum conflatilem, & deſeruiſſe uelociter uiam
eius, quam uobis oſtenderam, proieci tabulas de manib.
meis, confregique eas in conſpectu ueſtro. Et de poſte-
rioribus tabulis. c.10. ſequenti ſic ſcriptum legitur:
In tempore illo dixit Dominus ad me, dola tibi duas ta-
bulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me
in montem: facieſque arcam ligneam, & ſcribam in ta-
bulis uerba, quæ fuerunt in his, quas antea confregiſti: po
neſque eas in arca. Feci igitur arcam de lignis ſetim. Cũ-
que dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorũ, aſcen-
di in montem habens eas in manibus. Scripſitq; in tabu
lis iuxta id, quod prius ſcripſerat, uerba decẽ, quæ loquu
tus eſt Dominus ad nos in monte de medio igni, quando
populus cõgregatus eſt, & dedit eas mihi. Rurſusque de
monte deſcẽdi, & poſui tabulas in arcam, quã feceram,
quæ huc uſque ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus.
Hæc itaque decem pręcepta Deus per ſe ipſum, mo
do explicato, dedit filijs Iſrael. Alia verò moralia, le
gis ve naturæ præcepta, quę ex his voluit intelligi, &
ad hæc ſuo modo reduci ac reuocari, partim eis tra
didit per Moyſem, & partim reliquit ea alijs ſapien
tibus ex his præceptis atque ex principijs iuris natu
ralis deducenda, explicanda, ac docenda. Decebat
quippe Deum, tanquam naturæ autorem, in lege na
turæ tradenda, ea ſola rudi populo proponere ſeruã
da, quæ ex naturalibus principijs, modica adhibita
cõſideratione, naturalis ratio ſtatim intelligit ac eli
cit, ſaltẽ ſuppoſita fide vnius Dei creatoris omniũ,
ac remuneratoris creaturarum mente liberoq; arbi
trio præditarum, vt in tradenda ea lege ſupponeba-
tur ac præmittebatur, ex Exodique c.20. iunctis ca-
pitibus antecedentibus conſtat. Ea autem ſunt, quæ
A ad virtutem iuſtitiæ pertinent, in qua ratio debiti pa
tẽtior eſt, quã in alijs virtutibus: ſub iuſtitia religio-
nem, quę eſt ad Deum, & pietatem, quæ ergo paren
tes eſt, comprehendendo. Hæ namque duæ virtutes
iuſtitię ſunt affines, à ratione iuſtitiæ in eo deficien-
tes, quòd non ſint inter ſe ęquales, ſed ſint inferiorũ
comparatione ſuperiorum, à quibus ſuum eſſe, ta-
metſi diuerſimodè, habent, & quòd arctior lõgeq;
maior ratio debiti in eis cernatur, quàm in iuſtitia
preſsè ac propriè ſumpta, vt hæc omnia tract.1. Di-
ſput.7. dilucidè explanata ſunt. Atque ſicut decuit,
expedientiſſimumq; fuit, ex his, quæ ad finem perti
nent, capita quædam ſummamque quãdam elici ac
proponi toto Chriſtiano populo credendam ac ſciẽ
dam, id quod ab apoſtolis in ſymbolo fidei fuit fa-
B ctum, ac poſtea ab eccleſia in quatuordecim articu-
lis, quę credenda ac ſcienda omnibus proponit; reli
qua verò in particulari, quæ ad fidem ſpectant, addi
ſcenda ac tradẽda relinqui ex ſcripturis ſacris, ex tra
ditionibus, atque ex definitionibus eccleſiæ: ita ex-
pedientiſſimum fuit, breuem quandam ſummam ac
veluti cõpendium præceptorum iuris naturalis, quæ
ad ſempiternam felicitatem conſequendam ſeruari
debebant, tradi ac proponi toti fidelium congrega-
tioni ſciendam ac ſeruandam decem decalogi præ-
ceptis; reliqua verò, quæ in illis tanquam in princi-
pijs continentur, ad ea reducuntur, maiorẽq; indagĩ
nẽ vt agnoſcantur exigunt, ſapientibus ac doctori-
bus eccleſiæ inueſtigãda ac docenda alijs relinqui,
maximè cum ſint penè infinita, & multa eorum dif
C ficilima intellectu.
Quamuis conſentiunt omnes præcepta decalogi 2
decem fuiſſe, quod & nomen ipſum, decalogus, ſi-
gnificat, & cõſtat, tum ex illis verbis Deuteron.10.
ſupra relatis; ſcripſit in tabulis iuxta id, quod prius ſcrĩ
pſerat, verba decem, quæ loquutus eſt Dominus ad nos
in monte de medio ignis, tum etiam ex illo Deutero-
nomij 4. Acceſſiſtis ad radices montis, qui ardebat vſ-
que ad cœlum, erantque in eo tenebræ & nubes & cali-
go: loquutuſque eſt Dominus ad uos de medio ignis. Vo
cem uerborum eius audiſtis, & formam penitus non
vidiſtis. Et oſtendit vobis pactum ſuum, quod præcepit
vt faceretis, & decem uerba, quæ ſcripſit in duabus ta-
bulis lapideis. Quamuis, inquam, omnes conueniant,
decalogi præcepta decem fuiſſe; in eorum tamen
D præceptorum diſtinctione non omnes conueniunt.
Heſychius in caput Leuit.26. à diuo Thom.1.2. 3
q.100 art.4. relatus, præceptum de ſabbathi obſer-
uatione à decalogi præceptis excludit. Atque in illis
verbis. Exo.20. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui edu
xi de terra Aegypti: Non habebis Deos alienos coram
me: Non facies tibi ſculptile, tria diſtinguit decalogi
præcepta. Primum eorum vult eſſe: Ego ſum Domi
nus Deus tuus. Secundum: Non habebis Deos alie-
nos. Et tertium: Non facies tibi ſculptile. Quartum
ait eſſe illud: Non aſſumes nomen Domini tui in uanũ.
Atque hæc quatuor præcepta ait pertinere ad amo-
rem & honorem ac cultum Dei. Et ſex affirmat
pertinere ad proximi amorem. Nam unum tantum
E vult eſſe præceptum, quo concupiſcentia prohibe-
tur, ſiue ſit vxoris alienæ, ſiue rerum aliarum proxi-
mi externarum, illis verbis Exo.20. Non concupiſces
domum proximi tui, nec deſiderabis uxorem eius, non
ſeruum, non ancillam, non bouem, nec aſinum, neque
omnia quæ illius ſunt.
Quòd pręceptũ de ſabbathi obſeruatione exclu-
di debeat à numero præceptorum decalogi, ſingula
re Heſychij eſt aſſertum cum communi Patrum ac
ſcholaſticorum ſententia pugnans, quin & cũ ſcri-
ptura Exodi 20. quo in loco perſpicuè inter decalo-
gi præcepta annumeratur. Quamuis autem eatenus
ſolũ ad moralia iuriſve naturalis præcepta attineat,
quatenus naturali iure Deo famulatus cultuſque ali
quis

quis externus debetur, tametſi nō hic in particulari de iure naturali habeatur, vt ſit ſabbathi obſeruatio ac proinde præceptū de ſabbathi obſeruatione, quatenus determinat vt cultus iure naturali Deo debitus, ſit in particulari ex præcepto, obſeruãdo ſabbathū in memoriā beneficij creationis (ꝙ fundamētū fuit cæterorū Dei bñeficiorū) idq; eo die, quo Deus ab opere creationis ceſſauit ac requieuit, ſit cæremoniale præceptum, quod proinde morte Chriſti ceſſauit, atque ex eccleſiæ ſtatuto in obſeruationem diei dominicæ in memoriam longè excellentioris beneficij redemptionis generis humani ac reſurrectionis Chriſti, qua ab opere redemptionis in gloria ac quiete corporis requieuit, meritò inter Chriſtianos tranſierit; nihilominus oportuit id præceptum inter præcepta decalogi, quæ ad Dei honorem pertinent annecti & annumerari, quatenus & eo cultus iure naturali Deo debitus ex parte exhibetur, & in ea die ad cultum dicata, ſingulíſque hebdomadibus repetenda, populus ſanctus Dei in ijs, quæ ad illius & ad cæterorum præceptorum ac conſiliorum obſeruationem, & in ijs, quæ ad fidem attinebant, præcipuè erudiri debebat, & quatenus in eo die, magis quam in alijs, cultus alii Deo erant exhibendi. Reliqua, quæ Heſychii ſententia continebat, cum ſententia proximè referenda examinabuntur.

Plurimi Hebræorum, vt Abulenſis Exodi 20. q. 2. refert, in illis eiſdem verbis Exodi 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, &c.* duo præcepta decalogi diſtinguunt, ita vt primum ſit: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, quaſi Deus eis verbis dicat, tibi præcipio vt me colas. Et ſecundum ſit: *Non habebis Deos alienos*. Quod verò adiungitur. *Non facies tibi ſculptile*, ſit ad maiorem eiuſdem ſecundi præcepti explanationem. In hac eadem ſententia fuerunt Hiero. Oſeæ 10. in illud; *tunc corripientur propter Duas iniquitates*, & Caiet. Exodi 20. Origenes quoque homil. 1. in Exod. in illis eiſdem verbis duo diſtinguit præcepta, aliter tamen. Primū enim eſſe affirmat: *Non habebis Deos alienos.* Secundum verò: *Non facies tibi ſculptile*. Hi omnes autores conueniunt, quatuor eſſe præcepta decalogi ad Dei amorem ac honorem attinentia, nempe illa duo, iuxta illorum ſententiam, proximè explicata. Tertium vero: *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Et quartum: *Memento vt diem ſabbathi ſanctifices.* Sex verò dicunt ad proximi amorem attinere: eo quod præceptum de non concupiſcenda vxore proximi, & de non concupiſcendis rebus aliis illius externis, vnum tantum eſſe affirmēt: eaque ratione aiunt, decalogi præcepta numerū denarium non excedere.

Diuus Aug. 4. tom. quæſt. 71. in Exodum (qui etiā inſcribitur lib. 2. ex ſeptem libris quæſtionum) in illis verbis Exodi 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, &c.* in quibus doctores proximè relati duo diſtinguunt præcepta, & in quibus Heſychius tria diſtinguebat, vnum tantum agnoſcit præceptum, quod illis verbis continetur: *Non habebis Deos alienos*. Id enim, quod præmittitur: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de terra Aegypti, de domo ſeruitutis*, p̄miſſum fuit, tum ad oſtendendam legiſlatoris autoritatem: tum etiam ad inducendum populum ad obſeruationem eorum præceptorum, quæ ibi illi tradebat, atque ad recordationem beneficiorum ac mirabilium, quæ in eorū gratiā ac bonū fecerat, quæ ſanè recordatio non modicum inducere eos debebat ad eorundē p̄ceptorū obſeruationē. Qd verò ſequitur; *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea neque coles: ego enim ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios, & in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & fa-*

A *ciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt, præcepta mea;* hoc, inquam, quod ibi ſequitur, additum cenſet ad maiorem eius præcepti, *Non habebis deos alienos*, explanationem, & vt populus ille à tanto flagitio patrando magis auerteretur. Vnde Auguſtinus tria tantum conſtituit decalogi præcepta ad amorem & cultum Dei attinentia. Septem verò docet Auguſtinus eſſe præcepta ad proximi amorem ac bonum attinentia. In poſterioribus enim illis verbis, quibus Exodi 20. concupiſcentia prohibetur, duo Auguſtinus agnoſcit præcepta. Vnum de non concupiſcenda vxore proximi. Alterum verò de non concupiſcendis aliis proximi rebus externis. Sententiam hanc ſequuntur Hugo de ſancto Victore Exodi 20. diuus Thom. 1. 2. q. 100. art. 4. Abul. Exodi 20. q. 20. citata, & doctores communiter, meri-

B toque in Eccleſiæ catechiſmis eſt recepta. Verba .n. illa, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, nullam ſanè formā effigiemve præcepti habent, ſed tantum inductiui ad obſeruationem mandatorum, quo ſæpe Deus in veteri teſtamento vtitur. Illa verò alia, *Non facies tibi ſculptile*, non ad aliud præceptum attinent, quam ad illud. *Non habebis deos alienos coram me*: quo .n. præcepto cultus aliorum deorum prohibetur, eodem ſanè ſculptilia ad eos colendos prohibentur: quo fit, vt conuenienter dicatur, ea & ſequentia verba, vſque ad illa, *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, ad maiorem explanationem primi illius præcepti, atque ad ad expreſſionem, quanta culpa in illius tranſgreſſione ſit, fuiſſe addita. Atque cum præcepta per obie-

C cta diſtinguantur, ſanè qua ratione prohibitio adulterii & furti in duo præcepta diſtinguuntur, eadem quoque ratione prohibitio concupiſcentiæ alienę vxoris, & prohibitio concupiſcentiæ rerum alienarū externarum, quæ perſpicuè de eiſdem ſunt obiectis, in duo alia præcepta diſtingui debent, nihil impēdiēte, quod Exodi 20. permixtum ac coniūctim ſint tradita: textuſque ipſe ſacer, vt Auguſtinus. quæſt. 71. rectè adnotauit, ſatis vt diſtincta præcepta ea tradidit, dum dixit: *Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius*, deinde verò non eadem nec tanta diſtinctione addidit maiorem extenſionē ac explanationē primi ex his duobus præceptis, ſed longè maiori, dicens, *non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia, quę illius ſunt.*

D Numerus, conuenientiſſimus præceptorum decalogi ordo, in hunc modum colligitur. Quemadmo- 4
dum humanæ leges hominem ordinant ad communitatem, rempublicamque humanā ſub aliquo principe: ita præcepta diuina hominem ordinant ad cōmunitatem, rempublicamve hominū ſub Deo. Ad id vero in vnoquoque eius communitatis duplex requiritur ordo. Vnus, ad principem. Ad eos verò, quibuſcum in ea communitate viuit ac conuerſatur, alter. Principi autem debentur tria, fidelitas ſcilicet, reuerentia, ac famulatus. Fidelitas in eo cernitur, vt honor principi debitus, alteri non tribuatur. Atq; quoad hoc primum decalogi præceptū adhibetur. *Non habebis Deos alienos*, id eſt, honorem ac cultum mihi

E debitum, alteri non tribues: quo fit, vt præceptum ſit negatiuum. Vnde in catechiſmis Eccleſiæ proponi non debet primum decalogi præceptum ſub hac forma, *Diliges Deum ſuper omnia*: ſed ſub hac, *Vnum cole Deum*, id eſt, non alium præter vnicum Deum tuum verum. Reuerentia autem in hoc cernitur, vt nihil iniurioſum in eum fiat. Et quoad hoc adhibetur ſecundum illud præceptum: *Non aſſumes nomen Dei tui in uanum.* Famulatus autem debetur principi in recognitionem, & quaſi in compenſationem aliqualem beneficiorum ab eo acceptorum. Et quo ad hoc adhibetur tertium præceptum de ſabbathi obſeruatione in memoriam beneficii creationis: ꝙ præceptum in veteri lege ex parte cæremorale, ſed ſi ſimpli-

ſimpliciter erat cæremoniale, vt ſuprà fuit explanatum; additaque fuit ratio, cur id cæremoniale præceptum, potius quam alia, inſeri ac annumerari præceptis decalogi debuerit. Comparatione verò eorum, quibuſcum homo ſub Deo viuit ac conuerſatur, duplex ordo cernitur. Vnus peculiaris ad parentes, à quibus eſſe atque educationem accepit, quibus proinde plus, quam aliis, aſtringitur, arctiorque alteriuſque rationis eorum comparatione ratio debiti conſurgit. Atque parentum comparatione illud quartum decalogi præceptum adhibetur: *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Alius verò ordo eſt generalis, cui de communitate cæterorum comparatione, cum quibus viuit ac conuerſatur, quo ita eorum comparatione ſe habere debet, vt nulli eorum nocumentum iniuſtè inferat, neque opere, neque ore, neque corde. Atque opere, neque in illius propriam perſonã quoad illius ſubſtantiam. Et quoad hoc adhibetur quintum illud præceptum, *Non occides.* Neque in perſonam illi coniunctam ad prolis generationem. Et quoad hoc adhibetur ſextum illud præceptum, *Non mœchaberis*, id eſt, adulterium non committes. Neque in bonis illius externis, & ad hoc adhibetur ſeptimũ præceptum, *Non furtum facies.* Ad prohibendum nocumentum oris adhibetur præceptum octauum, *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* Ad prohibendum verò nocumentum cordis circa vxorem alienam, adhibetur illud nonum, *Non deſiderabis uxorem proximi tui.* Denique ad prohibendũ cordis nocumentum circa alias res externas adhibetur decimum, *Non concupiſces domum aut aliud proximi tui.*

5 Quamuis ex decem decalogi præceptis annumeratis, in communi doctorum atque loquentium vſu, tria priora, quæ ad honorem & cultum Dei pertinent, ad primam tabulam attinere dicantur, & ſeptẽ poſteriora ad ſecundam; dubium tamen eſt, an in vna ex illis duabus tabulis lapideis, in quibus Deus ſcripſit decalogum, atque in eis ſcriptum Moyſi reponendũ in arca tradidit, continerent ſola tria priora præcepta, & in alia ſeptem reliqua: an verò non, ſed quina & quina præcepta in eis fuerint ſcripta, ita vt, ſi quatuor erant præcepta ad honorem & cultum Dei attinentia, vt cõmuniter Hebræi affirmãt, & Hieronymus, Caiet. Origenes conſentiunt. Pręceptum etiam de honore parentum in prima tabula fuerit à Deo ſcriptum: ſi verò, iuxta Auguſtinum & communiorem ſententiam, tria tantum erant pręcepta ad honorem & cultum Dei attinentia, non ſolũ præceptum de honore parentibus exhibendo, ſed etiam præceptum de non occidendo, fuerint cũ illis alijs tribus in prima earum tabularũ à Deo ſcripta. Abulenſis Exod. 20. q. 7. cenſet, in priori tabula ſola præcepta ad honorem & cultum Dei attinẽtia fuiſſe ſcripta. Sotus verò 2. de iuſt. q. 3. art. 3. & alij, cum Ioſepho. 4. lib. antiquitatum. c. 3. dicunt, nõ ſola præcepta ad honorem & cultum Dei attinentia fuiſſe ſcripta in priori tabula, ſed paria quoad numerum fuiſſe in vtraque tabula ſcripta. A doctoribus autem tria priora præcepta appellari primæ tabulæ, & ſeptem poſteriora ſecundæ, ſumptis tabulis, non pro illis lapideis in fœderis arca repoſitis, ſed pro claſſibus præceptorum digniorum, ac minus digniorum, ita vt tria priora decalogi præcepta dicantur primæ tabulæ, hoc eſt, primæ ac dignioris claſſis præceptorum: ſeptem verò poſteriora dicantur ſecundæ tabulæ, id eſt, claſſis ſecundæ minus dignæ.

6 In præceptis decalogi prima principia moralia, ex quibus deducuntur, quale eſt illud, *quod tibi non uis fieri, alteri nec feceris*, continentur tanquam principia in concluſionibus ex ipſis deductis. Ad præ-
A cepta item decalogi duo illa præcepta de dilectione Dei & proximi reuocantur: quoniam, vt Diſpu. 53. fuit oſtenſum, ad illorum obſeruationem neceſſaria eſt præceptorum decalogi obſeruatio: neque in numerum præceptorum cum decalogi præceptis duo illa præcepta ponunt, vt ibidem oſtenſum etiam ſit: eoque tendit præceptorũ decalogi obſeruatio, quin vniuerſa lex & prophetę, vt duo illa præcepta obſeruentur, atque adeò ab illis, tanquam media à fine ad quem ordinantur, pendeat lex vniuerſa & prophetiæ; vt Chriſtus docuit, & diſputatione citata explanatum eſt. Quod ſi aliquando obligent ad peculiarem aliquem actum, qui formaliter in præceptis decalogi non contineatur, (quod infrà ſuo loco diſputandum eſt) cum id non ſit adeo perſpicuum, expe-
B diens non fuit in decalogis proponi, ſed relinqui debuit explicandum per Moyſem & alios ſapientes. Mandatum autem generale de Dei dilectione docuit Moyſes Deut. 6. dicens: *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter unus eſt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.*

Ad ſingula verò decalogi præcepta reducuntur 7
alia per modum eiuſdem additionis, vt D. Thom. 1. 2. quæſt. 100. artic. 11. ait. Ad primum quidem reducuntur ea, quæ in cultum tendunt idolorũ aut dæmonis, diuinove cultui quoquo modo aduerſantur, vt eſt illud per Moyſem à Deut. 18. traditum ac explanatum: *Non inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiã, duces per ignem, aut qui ariolos ſciſcite-*
C *tur, & obſeruet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus nec incantator, neque qui pythones conſulat, nec diuinos, & quærat à mortuis ueritatem.*

Ad ſecundum præceptum reducitur blaſphemię prohibitio. In prohibitione quippe eius, quod minus eſt, ac magis frequens, manifeſteque peccatum contra ius naturæ, quale eſt periurium, prohibitum cenſetur, quod longè deterius eſt, ad idemq: genus ſpectat, vt in periurio cenſetur blaſphemia prohibita, cui crimini pęna mortis, lapidibus delinquentem obruendo, Leuit. 24. ſtatuitur. Dici quoque poſſet, in illis verbis: *Non aſſumens nomen Domini Dei tui in uanum*, non ſolum periurium, ſed & blaſphemiam comprehendi. Qui enim nomen Dei ad blaſphemandum aſſumit, plus in vanum id ſanctum nomẽ
D aſſumit, quàm qui illud ad peierandum aſſumit. Ad idem ſecundum pręceptum reducit D. Tho. art. 11. citato prohibitionẽ falſæ doctrinæ, falſæve prophetię, cui delicto Deuteronomii 18. pęna mortis ſtatuitur. Ad primum quoque decalogi præceptum reduci id poterat, & quicquid cũ fide catholica quoquo modo pugnat. Ad idem quoque præceptum reducitur ſacrilegium & irreuerentia, qua vota non implẽtur, eorumvè fit tranſgreſſio. Vnde Numer. 30. cũ tranſgreſſione iuramenti, voti tranſgreſſio coniuncta fuit; ſic enim ibi habetur: *Si quis virorum uotum Domino uouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non faciet irritum uerbum ſuum, ſed omne, quod promiſit, implebit.*

E Ad tertium præceptum in veteri lege reducebantur cætera cæremonialia, quæ tunc erãt in pręcepto. Et ad quartum, quę ad maiorum venerationem ac honorem attinebant.

Ad quintum reducitur omnis alia corporalis iniuria proximo illata, quin & odium, animuſque illã inferendi. Vnde Leuit. 19. *Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Nõ oderis fratrem tuum in corde tuo. Non quæras ultorem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Et paulo ſuperius. *Coram cæco non pones offendiculum.* Potiùs autem in eo occiſio proximi expreſſa fuit, quàm occiſio propria: quoniam patentior eſt iniuſtitia ac peccatum in alterius iniuſta occaſione, quàm in ſua propria.

Ad

Ad ſextum reducitur omnis fornicatio etiam ſim plex,cuius prohibitio exprimitur Deuteron.23. illis verbis: *Non erit meretrix de filiabus Iſrael,nec ſcortator de filijs Iſrael*. Item vitium omne contra naturã, cuius prohibitio his verbis Leuit. 18. fuit expreſſa. *Cum maſculo non commiſcearis coitu femineo, quia abominatio eſt. Cum omni pecore non coibis,nec maculaberis cum eo.* Et quia in adulterio patentior eſt iniuſtitia & nequitia,quàm in alijs fornicationibus, idcirco adulterium potius, quàm fornicationes aliæ, eo præcepto expreſſæ fuerunt.

Furtum verò in ſeptimo præcepto latiſſimè ſumitur,vt comprehendit omnem vſurpationem iniuſtã rerum alienarum,& damnum omne in rebus externis proximo iniuſtè datum,vt tractatu.2.Diſp.680. iunctis tribus ſequentibus diſputationibus explanauimus: quo fit,vt ſub eo furto rapina etiam comprehendatur,vt ibidem dictum eſt. Vel certè ad id ſeptimum præceptum prædictæ omnes iniuſtitiæ circa res proximi externas reducuntur, quarum aliquæ in particulari lege ẽt veteri reperiuntur expreſsè prohibitæ,vt eſt illud Deut.25.*Non habebis in ſacculo diuerſa pondera,maius & minus,nec erit in domo tua modius maior & minor: pondus habebis iuſtum et verum, & modius æqualis & verus erit tibi,vt multo viuas tẽpore ſuper terram,quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim Dominus Deus tuus eum qui fecit hæc,& auerſatur omnem iniuſtitiam.*

Ad octauum item præceptum reducitur temerarium ac falſum iudicium, & omnis detractionis ac mendacii ſpecies, quæ alibi expreſsè prohibentur. Exodi 23. *In iudicio plurimorum non acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies*. Et infrà: *Mendacium fugies*. Leuit.19. *Non mentiemini: Non eris criminator nec ſuſurro in populo*.

Illud vero circa nonum & decimum pręceptum eſt obſeruandum, quemadmodum concupiſcentia vxoris alienæ,aut rei alienæ externæ proximi, peccatum eſt, ſic etiam voluntatem homicidii, aut cuiuſuis alterius rei præceptis prohibitæ, eſſe peccatum. Hoc tamen Deus voluit intelligi ex prohibitione cõcupiſcentiæ furti & adulterij, cum ſit par ratio de voluntate vnius rei illicitæ & de voluntate cęterarũ rerum illicitarum: vt autem id intelligeretur, expreſſa fuerunt duo vltima decalogi præcepta: quare ſicut voluntas homicidii ad quintum reducitur præceptum, eſtque eiuſdem ſpeciei cum tranſgreſſione quinti præcepti,& voluntas falſum ferendi teſtimonium reducitur ad octauum præceptum, eſtq; eiuſdem ſpeciei cum falſo teſtimonio contra illud præceptum,ſic nonum & decimum præceptum ad ſextum,& ſeptimum reuocantur, tranſgreſſioneſque illæ eiuſdem ſpeciei ſunt cum tranſgreſſione ſexti & ſeptimi præcepti.

DISPVT. 57.

Vtrùm in præceptis decalogi diuina ſaltem potentia locum habeat diſpenſatio.

SVMMARIVM.

1 *In præceptis decalogi ſecundum aliquos locum habet diſpenſatio, diuina ſaltem potentia,idque probatur argumentis.*

2 *Diſcrimen inter irritare legem,abrogare legem, diſpẽſare in lege,& interpretari legem.*

3 *Oceamus ait præcepta omnia decalogi non ſolùm diſpẽſari à Deo poſſe: ſed etiam Deum præcipere poſſe*

A *contraria eis omnibus præceptis, ſed refellitur.*

4 *Scotus ait ſola præcepta maximè negatiua primæ tabulæ diſpenſari diuina potentia non poſſe, at bene præcepta ſecundæ tabulæ,ſed refellitur in nonnullis.*

5 *Maior ait,ex præceptis negatiuis ſecundæ tabulæ ſolũ quintum poſſe diuina potentia diſpenſari: præcepta vero omnia affirmatiua, tam primæ quam ſecundæ tabulæ,eadem diuina potentia poſſe diſpenſari,ſed refellitur etiam in aliquibus.*

6 *Secundum Diuum Thomam & plures alios, & ſecundùm Molinam, omnia præcepta decalogi nec diuina potentia diſpenſari poſſunt præter tertium, ea ex parte qua cæremoniale ac de iure poſitiuo eſt.*

7 *Reijciuntur argumenta,quæ oſtenderant præcepta decalogi poſſe diſpenſari, diuina ſaltem potentia, &* B *excuſantur exempla,quæ in rei confirmationem allata fuerant.*

Pars,quæ affirmat, ſuaderi poteſt. Primò, quoniam ſi in eis locum non haberet diſpẽſatio,maximè quia præcipiunt aut prohibẽt ea,quæ ſunt de iure naturali: ſed autore Ariſtotele 5. Eth.cap. 7. quædam ſunt de iure naturali, quæ variari poſſunt atque in aliquibus deficere: vt de iure naturali eſt depoſitum eſſe reddendum,ſi tamen depoſitum ſit gladius, dominuſque qui illum depoſuit ac petit,in furiam incidat,reddi illi non debet: ergo in præceptis decalogi diuina ſaltem potentia locum habet diſpenſatio. 1

Secundò,implere vota, ac iuramenta, quæ non C ſunt de re illicita, eſt de iure naturali, ſed ſummus Pontifex frequenter diſpenſat in votis, & in iuramentis,vt non impleantur: ergo longè maiori cum ratione Deus ipſe diſpenſare in his poterit,& in cæteris,quæ de iure ſunt naturali,ac proinde in præceptis decalogi,diuina ſaltem virtute,locus erit diſpenſationi.

Tertiò,non minoris potentiæ eſt Deus comparatione ſuarum legum diuinarum,quàm ſint homines comparatione legum humanarum ab ipſis latarum: ſed homines in legibus à ſe conditis diſpenſare poſſunt:ergo Deus in ſuis legibus diuinis,atque adeo in præceptis decalogi,quæ ſunt leges de iure diuino naturali, poterit diſpenſare.

Quartò, Deus cum Abrahamo Gen.22. diſpenſa D uit in homicidio ſui proprii filii Iſaac, cum Sanſom Iudic.16.diſpẽſauit, vt ſe ipſum vna cum Philiſtæis interimeret:cum Oſea diſpenſauit,vt fornicaretur: illi.n.(vt Oſeæ 1.habetur)dixit:*Vade,ſume tibi vxorem fornicationum,& fac tibi filios fornicationum*, cũ filiis Iſrael diſpenſauit in furto,dũ Exo. 11. Moyſi dixit: *Dices omni plebi,vt poſtulet vir ab amico ſuo,& mulier à vicina ſua vaſa argentea & aurea & veſtẽ.* Et c.12.*Fecerunt filij Iſrael ſicut pręceperat dñs Moyſi, & petierunt ab Aegyptijs vaſa argentea & aurea, veſtem que plurimam. Dedit autem Dominns gratiam populo coram Aegyptijs,vt commodarent eis, & ſpoliauerunt Aegyptios.* Item cum Machabæis diſpenſatum eſt, vt ſabbathum non ſeruarent,ſed in eo pugnarent,vt E patet 1.Machab.2.ergo in præceptis decalogi locus eſt diſpenſationi potentia diuina.

Vt quid rei veritas habeat melius intelligatur, eſt obſeruandum. Hoc eſſe diſcrimen inter irritare legem,abrogare legem,diſpenſare in lege, & legẽ interpretari. Quod legem aut votum irritare eſt, antequam votum aut lex plenã vim obligandi habeat,impedire ne vim obtineat. In voto facilius poſſumus adhibere exemplum,quam in lege,vt ſi votum factũ ſit ab impubere,à filio familias,ab vxore, aut à religioſo,in his, quorum obligatio ex eo pendet, quod ratum id habeant, quibus quo ad id ſubſunt, qui id vouerunt:tũc enim irritum id votum redditur,ſi illi non conſentiant,talem, quo ad ipſis ſubditum, eam 2

habere

habere obligationem: quoniam obligatio illa ex parte vouentis eo ipſo tollitur, antequam plenam vim ipſum obligandi id vouentem habeat. Quòd verò ad legem attinet, adhibere poſſumus exemplum in illis legibus, quarum vis obligandi, iuxta iuriſdictionem quo ad id à quibuſdam rebuſpublicis ſupremis ipſarum poteſtatibus conceſſam, pendet ab approbatione populi, vt Diſp. 46. & tractatu 2. Diſpu. 23. iuncta Diſp. 22. antecedēte explanatum eſt: ſi enim populus in lege, à talibus publicis poteſtatibus lata, non conſentiat, irrita eo ipſo redditur.

Abrogare verò legem eſt, poſtquam lex vim obligandi obtinuit, eam tollere. Quòd ſi integre tollatur, erit in totum abrogata: ſi verò ex parte ſolum quo ad omnes tollatur, erit ſolum ex parte abrogata.

Diſpenſare autem in lege eſt, tollere à lege vim obligandi comparatione alicuius aut aliquorum, cũ quibus in ea diſpenſatur, idque in aliquo aut in aliquibus euentibus particularibus, vel in perpetuum, relinquendo in lege vim ſuam obligandi quo ad cęteros, in cęteriſque euentibus etiam quo ad eos, cum quibus in aliquo vel in aliquibus tantùm euentibus diſpenſatur. Vnde cum is, qui abrogare poteſt legē, vim ab ea quo ad omnes auferēdo, poſſit etiam vim ab illa auferre quoad aliquem aut quo ad aliquos, cũ quibus ea diſpenſat: conſequens profectò eſt, vt qui abrogare poteſt legem, poſſit quoque in ea diſpenſare: non tamen omnis, qui poteſt in lege diſpenſare, poteſt etiam illam abrogare. Prælati enim inferiores diſpenſare interdum poſſunt in legibus ſuorum ſuperiorum, non tamen poſſunt eas tollere ac abrogare.

Interpretari autem legem (quod ad Epicheiā ſpectat) eſt, nullam à lege vim obligandi auferendo, explicare, in quo euentu, aut in quibus euentibus, lex non intelligatur obligare. Vt explicare præceptum de non occidendo, non comprehendere eum, qui cũ moderamine inculpatæ tutelæ ſuum occidit inuaſorem: & præceptum de non furando, non comprehēdere eum, qui in extrema neceſſitate aliena accipit (domino etiam inuito) ad vitam conſeruandā: quoniam id non eſt furtum.

Itaque irritare legē eſt impedire ne vis illius obligandi integre conſurgat. Abrogare verò legem eſt auferre ab illa vim obligandi, quam iam integre ac perfectè habet, idque quo ad omnes. Vt ſi ſummus Pontifex ſtatueret, neminem deinceps obligare præceptum ieiunij, integre tunc abrogaret ieiunij legē. Si verò illam arctaret ad pauciores dies, tunc ſolùm ex parte illam abrogaret. Diſpenſare verò in lege, eſt vim obligandi ab ea auferre, non quoad omnes, ſed quo ad aliquem, vel quo ad aliquos. Vt ſi in ieiunij præcepto diſpenſetur cum aliquo, aut cum aliquibus, vt non ieiunent, vel omnino, vel ad tempus, aut quo ad aliquos ieiunij dies. Interpretari autem legem eſt, nullam vim obligandi ab ea auferendo, explicare ad quos euentus ſe non extendat. Vt explicare ieiunij legem prægnantes ac nutrientes & ægrotos non comprehendere. Atque quando de ſenſu legis abſque dubio cōſtat, licita quo ad id ſubditis eſt interpretatio. Quando vero res eſt dubia, num aliquem euentum comprehendat, tunc ad legiſlatorem, aut ad parem, qui in eo numero ſucceſſit, vel ad ſuperiorē, eſt recurrēdum, qui illam interpretetur. Quemadmodum enim hi integre aut ex parte poſſunt illam abrogare, ita etiam poſſunt eum interpretari, in quo ſenſu velint illam deinceps obligare.

Obſeruandum eſt deinde, diſpenſare interdum ſumi preſsè ac propriè, vt paulo antea definitum explanatumque à nobis eſt. Interdum vero ſumi latius, vt diſpenſare ſit eximere aliquem ab obligatio-

A ne legis, ſiue ſit vim à lege auferendo, vt in eo euētu illum non obliget, ſiue ſit nullam omnino vim obligandi à lege auferendo, ſed ſuperiore efficiente aliquid, quo id deſinit ſub eam legem cadere, quod ſecluſo eo facto ſub eam caderet legem, eum ab obligatione legis eximere. Exempla in ſequentibus patebunt. Eſt vero hoc ante mentis oculos habēdum, quoniam ſæpe doctores ſumunt latius diſpenſare, nempe hoc poſteriori modo proximè explicato, ne credamus eos ſumere diſpenſare preſsè ac proprijſſimè, ac decipiamur, in æquiuoco laboremus.

His ita conſtitutis, quod hoc loco quærimus, eſt, num in præceptis decalogi in hoc ſenſu, diuina ſaltē potentia, ſit locus diſpenſationi, quod actus, qui eſt contra præcepta decalogi, nō ex eo quod adueniat
B aliqua circunſtantia, quæ ſe ſinat comprehendi in præceptis decalogi, ſed ex eo quod à pręcepto tollatur vis obligandi comparatione eius actus, licitus reddatur. Vt, verbi gratia, num præceptum de non furando in hoc ſenſu ſit diſpenſabile, quod acceptio alieni inuito domino, non ex eo quod adueniat circunſtantia, quæ eam acceptionem à ratione furti eximat, vt erit, ſi accipiens in extrema ſit eius rei neceſſitate ad mortem euadendam, ſed ex eo quod à non furandi præcepto tollatur obligatio eius præcepti comparatione talis acceptionis rei alienæ inuito domino eo modo factæ, quo alioquin eſſet contra id præceptum, ſit licita: hoc enim propriè eſt diſpenſare, vt in præcepto ieiunij liquet. Si enim actus comedendi carnes in die ieiunij ex eo licitus reddatur,
C quia morbus aduenit, quæ circunſtantia eum actum eximit à præcepto ieiunii, nulla ſanè cernitur in eo diſpenſatio, quod is actus licitus fuit, minimeq; contra præceptum ieiunij. Si vero idem actus ex eo licitus fiat, quod vis obligandi à pręcepto ipſo ieiunii comparatione illius tollatur, tunc propriè cernitur diſpenſatio in præcepto ieiunii comparatione eius actus.

De hac itaque re prima opinio eſt Ocami in 2. diſt. 19. aſſerentis, non ſolum præcepta omnia decalogi diſpenſari à Deo poſſe, ſed etiam Deum præcipere poſſe contraria eis omnibus præceptis. Vt poſſe præcipere odium ſui ipſiuſmet Dei: quo dato inquit, laudabile eſſet proſequi odio Deum. Hanc vero ſuam ſententiam non aliter probat, quàm ex
D illo frequenti in ore illius ad ſimilia principio: quod non implicat contradictionem, Deus efficere poteſt: nulla vero in hoc cernitur contradictionis implicatio.

Aduerſus hanc vero adeò abſurdam ſententiam ſic primò argumentor: Odium Dei, ſi actus ſit humanus, (de hoc enim actu nunc nobis eſt ſermo) adeò ſuapte natura eſt moraliter malus, hoc eſt, diſſonans à recta ratione atq; à dictamine legis Dei æternæ, qua iudicat aliquid non eſſe faciendum, quā ſuapte natura anguli trianguli ſunt æquales duobus rectis: ſed Deus efficere non poteſt, vt anguli trianguli æquales non ſint duobus rectis: ergo nec efficere poterit, vt actus odii Dei malus non ſit moraliter,
E & ſubinde vt non ſit illicitus: nulla ergo potentia fieri poteſt vt actus odij Dei licitus ſit.

Dicet aliquis: Præcipiente Deo odium ſui ipſius non manebit id dictamen legis æternæ, quod Deus iudicat, eum odij actum faciendum non eſſe: quia malum, ac proinde actus ille nec erit tūnc diſſonus à lege Dei æterna, nec erit malus moraliter. Contra hoc tamen ſic argumentor, dictamen illud legis Dei æternę non pertinet ad ſententiam Dei liberam, ſed ad ſcientiam Dei merè naturalem; ſcientia autem Dei merè naturalis ita eſt immutabilis, vt nec Deus ſua omnipotentia aliud ea ſcire potuerit, quā quod re ipſa ea ſciuit: ergo ad dictamen nec poteſt nec potuit non eſſe in Deo. Vtraque præmiſſa explanatur.

natur. Triplex eſt ſcientia in Deo, vt in Concordia, & 1. par. quæſt. 14. art. 13. explanauimus, libera ſcilicet, vt qua ſciuit creaturas futuras, quæ vt potuerũt non eſſe, quia id pendens à libera Dei voluntate fuit ita potuit non eſſe in Deo ea ſcientia, quia ſi non voluiſſet eas condere, id non ſciuiſſet, ſed contrarium, aut contradictorium. Scientia item media inter liberam & merè naturalem, qua nouit quid per quodcumque liberum arbitrium à ſe creabile ſub quacunque rerum circumſtantia eſſet futurũ, ex hypotheſi quod illud creare vellet, & in ea circumſtantia rerum vellet illud collocare, ſciturus contrarium, ſi contrarium ex eadem hypotheſi, vt poſſet, fuiſſet futurum. Et merè naturalis, quam nullus in Deo negat, & qua ſciuit complexiones omnes neceſſarias omnino, vt hominem eſſe animal, triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, & alias ſimiles: vt autẽ eiuſmodi complexiones non poſſunt aliter ſeſe habere, ſic Deus de illis nec ſciuit, nec potuit aliud ſcire, quam reipſa ſcit. Cum ergo quàm neceſſariũ eſt angulos trianguli eſſe ęquales duobus rectis, tam neceſſarium ex ipſamet rei natura ſit odium Dei eſſe obiectiuè malum ac non faciendum: conſequens profectò eſt, vt ſicut Deus non poteſt non ſcire angulos trianguli eſſe æquales duobus rectis, ſic etiam non poſſit non ſcire, odium Dei nulla ratione eſſe habendum, nullaque ratione eſſe poſſe licitum. Confirmatur obiectum illius dictaminis eſſe neceſſarium omnino, quoniam ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis dantur concluſiones omnino neceſſariæ de obiecto omnino neceſſario: ſic etiam dantur concluſiones omnino neceſſariæ in ſcientijs practicis: ſi autẽ in moralibus concluſio hæc, illicitum ac malum moraliter eſt Deum odio proſequi, neceſſaria omnino non eſt neſcio profectò quænam alia concluſio neceſſaria omnino ſit: conſequens ergo eſt, neque Deum præcipere poſſe contrarium, neque diſpenſare vlla ratione poſſe in præcepto de ipſo odio non proſequendo.

4 Secundo Deus non poteſt condere legem iniquã ergo non poteſt præcipere vt aliquis odio ipſum proſequatur. Antecedens ex eo eſt perſpicuum, quoniã id eſſet Deum malum culpæ efficere, quod cum infinita ac illimitata ipſius bonitate pugnat. Conſequẽtia verò probatur, quoniam iniqua eſſet talis lex ac præceptum. Lex quippe æqua aut iniqua iudicatur ex obiecto, quod ea præcipitur: Deum autẽ odio proſequi, malum planè ac iniquum obiectiuè eſt, vt rei ipſius inſpecta natura ſtatim præſcribit ac docet naturale intellectus lumen.

Hæc item ſententia apertiſſimè confutata manet ex ijs, quæ in Concordia q. 14. art. 13. diſp. 30. 31. & 32. in editione verò Antuerpienſi diſputatione 31. 32. & 33. copioſè diximus. Eadem ſententia damnata à Pariſienſibus eſt articulo illo, quem refert Sotus 2. de iuſt. q. 3. art. 8. *Dicere per odium Dei poſſe quempiam mereri*.

Secunda de eadem re opinio eſt Scoti. in 3. diſt. 37. quæſt. 1. quem Gabriel ibidem ſequitur, aſſerentis, ſola præcepta primæ tabulæ (negatiua pręſertim) nempe; *Non habebis deos alienos, Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, diſpenſari diuina potentia non poſſe: præcepta vero ſecundæ tabulæ diſpenſari à Deo poſſe. Ait enim duobus modis præcepta aliqua eſse de iure naturali: quædam quidem ſtrictiſſimè, vt ſunt principia practica ex terminis nota, ac concluſiones quæ ex eiuſmodi principijs neceſsariò deducuntur, alia vero eſse de iure naturali latè, quę idcirco de lege dicuntur naturæ, quoniam valde conſentanea ſunt principijs practicis ex terminis notis; non tamen ex illis neceſsario deducuntur, ſed ſolum tanquam illis conſentanea: eo modo, inquit, quo ex hoc principio iuris poſitiui pacificè in republica eſt

A viuendum, ſequitur tanquam quippiam ei principio conſentaneum, ergo eſſe debet rerum diuiſio, non vero ſequitur tanquam quippiam neceſsarium, quaſi ſine rerum diuiſione pax publica nullo modo eſse poſſit. Prioris generis eſse ait præcepta primæ tabulæ, eaque de cauſa eſse omnino indiſpenſabilia. Nã, inquit, ex hoc principio, vnus eſt Deus, neceſsario ſequitur, ergo honor illi debitus, nulli alteri eſt tribuẽdus; ſequitur item, ergo non illi facienda eſt irreuerentia. Poſterioris vero generis eſse affirmat pręcepta ſecundæ tabulæ, eaque de cauſa diſpenſare in eis poſse diuina potentia, diſpenſatumque circa illa à Deo fuiſse cum Abrahamo & cum Oſea. Nam, inquit, ex principiis moralibus ex terminis notis, non neceſsario, ſed tanquam quippiam conſentaneum
B eis principiis ſequitur, ergo parentes ſunt honorandi, ergo proximus non eſt occidendus, ergo non eſt adulterandum, non eſt furandum, &c. Addit, in trãſgreſſionibus horum præceptorum ſecundæ tabulæ, non eſse malitiam neceſsario eſt ſola natura rei auertentur ab vltimo fine, quin potius, ſi contenta eis pręceptis prohibita à Deo eiſdem præceptis non fuiſſent, cum illis eſse poſset & amor & acquiſitio vltimi finis.

Confirmat Scotus ſuam ſententiam, quoniam ſi præcepta ſecundæ tabulæ in ſe eſsent neceſsaria, ſiue tanquam principia practica ac terminis nota, ſiue tanquam principia practica ac terminis nota, ſiue tanquam concluſiones ex talibus principiis neceſsario deductæ, vtique diuinus intellectus ante omnem
C diuinæ voluntatis actum apprehenderet ea vt neceſſaria ac vera, atque ita tanquam neceſsarium apprehenderet proximum non eſse occidendum, non eſſe adulterandum, non eſse furandum, &c. ac tunc voluntas diuina neceſsariò concordaret cum his cõplexionibus ita apprehenſis, aut certè recta non eſſet, vtpote quę à dictamine neceſsario intellectus diuini circa volenda diſcordaret: vnde ſequeretur voluntatem diuinam eſse determinatam ad aliquid extra Deum volendum, quod eſt abſurdum: quippe cũ diuina voluntas à nullo alio obiecto neceſſitetur, vt illud velit, niſi à Deo.

In multis, tenui meo iudicio, peccare videtur Scotus in hac ſua ſententia. Primo enim grauiter peccat, quia affirmat, præcepta ſecundæ tabulæ ſolum
D eſsę de iure naturali, quia conſonant principiis iuris naturæ, non vero quod ex eis principiis neceſsario deducantur. Quæ enim ita ſunt de iure naturali planè ſimpliciter non ſunt de iure naturali, ſed de iure poſitiuo, neque obligant ad ſui obſeruationem ante ſuperuenientem legem poſitiuam, qua præcipiantur aut prohibeantur. Vt, quamuis ſit præceptum de naturali aut poſitiuo iure, quod pacificè in republica viuatur, inde tamen non tenentur homines ad rerum diuiſionem faciendam ac ſeruandam ante ſuperuenientem legem poſitiuam, qua rerum diuiſio ſtatuatur. Ex præcepto quippe finis non tenentur homines ad ea, quæ tali fini ſunt ſolum conſentanea, & non neceſsaria ſimpliciter, ſed ſolum tenẽtur ad ea,
E quæ ad eum finem neceſsaria omnino ſunt. Aſſerere ãt præcepta ſecundæ tabulæ, non ſuperueniente lege diuina poſitiua, qua Deus illa ſeruare pręcipiat, non obligare, quaſi ex ſolis ipſis rerum naturis non obligent, ſanè temerariũ valdeque perículoſũ eſt in fide. In primis.n. inde ſequeretur, ea ſimpliciter eſse de iure poſitiuo, de iure verò naturali non eſse niſi ſecundũ quid: ꝙ eſt contra omniũ ſententiã. Deinde ſequeretur Gentes, quæ lumine naturæ intelligunt naturalẽ malitiã actuũ, qui cũ eis præceptis pugnãt, eo ipſo quod inuincibiliter ignorarent talẽ poſitiuã legem à Deo eſse latam, vt omnes inuincibiliter eã ignorant excuſari à peccatis homicidii, adulterii, furti, falſi teſtimonii, & à cæteris, quæ ſunt contra præce-

præcepta ſecundæ tabulæ decalogi, quod plus quam periculorum in fide: ait enim Paulus ad Roman. 2. *Quicumque ſine lege*(ſcripta ſcilicet)*peccauerunt, ſine lege peribunt.* Et infrà: *Cum Gentes, quæ legem non habent,* (ſcriptam videlicet) *naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.*

Secundò in eo peccat Scotus, quoniam in tranſgreſſionibus præceptorum ſecundæ tabulæ non videtur admittere malitiam auertentem neceſſariò ab vltimo fine, & quæ ex ſe peccatum ſit lethale, ſed ſolum ex Dei ſtatuto ac præcepto ſuperueniente, imputantis eas tranſgreſſiones ad culpam lethalem ac volentis vt à fine vltimo auertunt, eas habere quòd culpæ ſint lethales, & quod ab vltimo fine auertãt: hoc autem nulla ratione eſt dicendum. Paulus enim ad Rom. 1. de Philoſophis gentilibus ait: *Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent,* (id eſt, Deum eſſe iuſtum, redditurumq; vnicuique iuxta opera ſua) *non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte,* æterna videlicet, commemoratque multa delicta contra præcepta ſecundæ tabulæ.

Scotus obſcurè loquitur, neque ſatis intelligas, ex quo principio velit præcepta ſecundæ tabulæ ſequi non neceſſariò, ſed ſolum tanquam quædam cõſentanea illi principio. Quod ſi loquatur de illo principio, Deus eſt vnus, de quo ait, præcepta negatiua primæ tabulæ ſequi neceſſariò, eſſeque proinde diuina etiam potentia indiſpẽſabilia, ſanè tertiò errat in ea doctrina. Quoniam licèt præcepta ſecundæ tabulæ non ſequerẽtur neceſſariò ex illo principio, poſſent tamen neceſſariò ſequi ex alijs naturalibus principijs practicis ex terminis notis ac neceſſariis, quod eſſet ſatis vt præcepta ſecundæ tabulæ eſſent ſimpliciter de iure naturali, omninoque indiſpenſabilia. Imò (vt apertius loquatur) principium illud, Deus eſt vnus, non eſt principium practicum ac morale, ſed ſpeculatiuum. Illo verò præſuppoſito, principia practica neceſſaria ac ex terminis nota hęc sũt Deo iniuria non eſt facienda, parentibus iniuria nõ eſt facienda, cæteris item proximis iniuria non eſt facienda: vt autem primo ex his tribus principiis practicis ac moralibus neceſſariò ſequuntur præcepta illa primæ tabulæ, honor Deo debitus nulli alteri eſt tribuendus, nomen Dei aſſumendum non eſt in vanum, cum apertè conſtet vtrumque eſſe iniuriã grauiſſimam, quæ Deo fieret: ita ex ſecundo ex illis tribus principijs neceſſariò ſequitur, caros parẽtes eſſe venerandos, hoc eſt, nihil iniurioſum eſſe illis faciendum, præſtandamque illis eſſe honorem ac ſubiectionem debitam. Ex tertiò verò principio neceſſariò ſequuntur præcepta reliqua ſecundæ tabulæ, cum conſtet vnumquodque eorum, quæ illis prohibentur, iniuriam eſſe proximo. Sunt ergo præcepta omnia ſecundæ tabulæ de iure naturali ſimpliciter ac extrictiſſimè, ac proinde indiſpẽſabilia omnino: res quippe illis prohibitæ ſuapte natura malæ ſunt obiectiuè, adeoque innatam eam habent malitiam, vt ſit illis prorſus neceſſaria: quo fit, vt neque ratio noſtra aliud de illis verè poſſit iudicare, quàm quod mala ac illicita ſint, neque item ratio diuina: quemadmodum enim Deus de homine iudicare non poteſt non eſſe animal rationis particeps, eo quod ſuapte natura ac neceſſariò talis ſit: ſic etiã de eiuſmodi obiectis præceptorum ſecundæ tabulæ iudicare non poteſt ea non eſſe mala ac illicita vt fiant: quare cum præcepta ſecundæ tabulæ ex eo ad ſui obſeruationem obligent, quod obiecta eorum ex ipſamet rei natura mala neceſſariò ac illicita ſint; cõſequens profectò eſt, vt ſint omnino indiſpenſabilia.

Quartò in eo etiam videtur errare, quod innuat, ea ſola eſſe indiſpenſabilia, & contra ius naturæ ſtrictè, quæ malitiam habent neceſſario à fine vltimo

A auertentem: cum tamen iocoſum aut officioſum mendacium, quod veniale eſt, nec ab vltimo fine auertit, indiſpenſabile omnino ſit, & contra ius naturæ ſtrictè: eo quod nulla adhibita circunſtantia honeſtari poſſit, deducaturque neceſſario ex hoc morali principio per ſe noto ac neceſſario, nihil cũ virtute ac recta ratione pugnans eſt faciendum: mẽdacium cum virtute ac recta ratione pugnat: ergo faciendum nulla ratione eſt.

Ex dictis euerſum manet totum Scoti fundamentum, vnde eam aſſeruit ſententiam.

Argumentum vero, quo eam ſententiam confirmat, non minus pugnat aduerſus ipſummet Scotũ, aſſerentem præcepta primæ tabulæ eſſe indiſpenſabilia, quàm pugnet aduerſus nos. Ad illud vero eſt
B dicendum, nullum eſſe abſurdum, diuinam voluntatem eſſe determinatam ad ea volenda, ita vt ſigni voluntate velle non poſſit cõtraria, aut cõtradictoria: quemadmodum nullum eſt abſurdum, intellectum diuinum determinatum eſſe ad intelligendas cõplexiones neceſſarias, ita vt voluntas diuina velle non poſſit eas complexiones aliter ſe habere. Quod autẽ dici conſueuit, diuinã ſcilicet voluntatem à nullo obiecto extra Deum determinari aut neceſſitari, intelligendum eſt, ad volendum eſſe exiſtentiæ talis obiecti: quoniam diuina voluntas nihil, extra Deũ, neceſſariò vult exiſtere, ſed libere vult exiſtere omnia, quæ exiſtunt.

Tertia de eadem re opinio eſt Maioris in 3. diſt. 37. q. 10. aſſerentis, ex præceptis negatiuis ſecundæ §
C tabulæ, ſolum quintum poſſe diuina potentia diſpẽſari: præcepta vero omnia affirmatiua, tam primæ quàm ſecundæ tabulæ, poſſe eadem diuina potentia diſpenſari. Vt Deum poſſe in eo diſpenſare, vt nunquam ſibi cultus exhibeatur, & vt parẽtibus honor debitus non tribuatur, imo vero vt inhonorentur: quoniã poteſt præcipere meo patri vt ipſe ſe ipſum interficiat, atque etiam mihi poteſt præcipere vt eũ interficiam, aut vt in illum, inhonorandi cum cauſa, ſputa aut lapides mittam.

Durandus etiam in 1. diſtin. 4. 7. q. 4. in Maioris ſententiam longè antea inclinauerat quoad quintũ decalogi præceptum. Ductus, quod id, quod eo pręcepto prohibetur, nempe non occides, non habet adeo innatam malitiam, quàm innatam eam habẽt,
D quæ prohibentur cæteris pręceptis: eo quod iudici licitum ſit interficere malefactorem, atque etiam priuatæ perſonæ in ſui defenſionẽ ſit licitum interficere ſuum aggreſſorem.

Hæc vero ſentẽtia inde ortum habuiſſe videtur, quod non rectè inſpiciatur quid eo quinto pręcepto prohibeatur. Neque enim eo prohibetur quęcunq; alterius occiſio quocunque modo facta: cum abſq; vlla diſpenſatione iudex interficere poſſit malefactorem: & cum priuata autoritate iure naturali poſſit quis abſque vlla diſpenſatione interficere ſuum aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Quod vero prohibetur eo præcepto, eſt ſola interfectio ſuapte natura mala obiectiuè, ſeu proximo in
E iurioſa, vt aduerſus Scotum tractatu, 2. diſp. 695. & tractatu 3. diſp. 5. explanauimus. Cum autem Deus ſit dominus vitæ omnium hominum, nemini ſanè facit iniuriam, ſi illum interficiat, aut ſi illum interfici iubeat. Quo fit, vt hominis interfectio diuina autoritate facta eo quinto præcepto non prohibeatur, ac proinde, vt ea licitè fiat, opus non eſſe diſpenſatione vlla in eo præcepto. Eſt namque in hac materia habenda præ oculis egregia illa diſtinctio Soti. 2. de iuſt. q. 3. art. 8. ad 3. eſſe ſcilicet in Deo duplicẽ poteſtatem in orbem vniuerſum. Vnam, qua iure creationis dominus eſt, non ſolum bonorum omnium externorum, ſed etiam vitæ, non tantum hominum, ſed etiam angelorũ, ita vt & occidere prohi

bito abſq; cuiuſquam iniuria ac licitè homines A poſſit, cunctaque in nihilum redigere. Alteram verò quatenus legiſlator ac iudex eſt omnium. Quæ autem licent ratione prioris Dei poteſtatis, ſanè abſq; vlla diſpenſatione licent. Quare ſi per impoſſibile Deus neque legiſlator neque iudex noſter eſſet, neque vllam diſpenſandi in legibus poteſtatem haberet, vtique ex eo ſolum, quod priori illa vteretur poteſtate, auferre vitam ac bona externa cuiuſque innocentis per ſe ipſum, vel per alium, abſque cuiuſquam iniuria & abſque vlla diſpenſatione licitè poſſet: quoniam quod ſuum eſt auferret, non ſecus atque paterfamilias veſtem proprii filii, quem educat, & vitam proprij pecoris licitè concedere, cui libuerit, poteſt, nulla interueniente diſpenſatione, quoniam concedit, quod ſuum eſt, eſtò is filius ea veſte B ſpoliaretur inuitus: imò Deus longè altiori iure illa faceret, quàm paterfamilias hæc efficeret. Quare mirari ſatis nequeo, cur autores, cum quibus diſputamus, affirment, in ſpoliatione, qua filij Iſrael Aegyptios ſpoliarunt, nullam interueniſſe Dei diſpenſationē: in immolatione, verò qua Abrahamus Dei iuſſu egreſſus eſt immolare filium ſuum Iſaac innocentem, interueniſſe, neceſſariamque diſpenſationem fuiſſe dicant: cum tamen vtrobique ſit par eademq; ratio: quandoquidē Deus non minus fuerit dominus vitæ Iſaac, quàm bonorum Aegyptiorum. Eſt ergo quintum præceptum indiſpenſabile, non ſecus ac reliqua præcepta eiuſdem decalogi negatiua: quoniam quæ interfectio diuina autoritate eſt licita, eo præcepto non prohibetur: C quæ verò eo præcepto prohibetur, ſuapte natura eſt iniuſta, adeoque innatam habet obiectiuam malitiam, vt contradictionem implicet eam aliquando licere. Quare ſi per impoſſibile Deus non eſſet hominum dominus, ſed ſolum eſſet legiſlator, ſanè per poteſtatem, quam vt legiſlator in leges haberet, efficere non poſſet, vt interfectio innocentis licita eſſet: eo quod iniuſta ſuapte natura ſit, niſi eius autoritate fiat, qui dominus ſit eius vitæ.

Quod vero ad affirmatiua decalogi præcepta attinet, conueniunt Durandus & Maior, præceptum de veneratione parentum poſſe diuina potentia diſpenſari. Præceptum verò affirmatiuum de cultum Deo aliquando exhibendo, arbitratur D Durandus eſſe omnino indiſpenſabile. In quam ſententiam propendet etiam Scotus, tametſi anceps maneat. Arbitror tamen, neque in his duobus præceptis eſſe locum diſpenſationi. Quamuis enim homo iuſſu aut permiſſione Dei poſſit non reddere parentibus honorem illis alioquin debitum, quin eodem iuſſu aut permiſſione poſſit contrarium illis exhibere, quatenus Deus, tanquam dominus vitæ & honoris parentum, poteſt abſque cuiuſquam iniuria de eis diſponere vt ſibi placuerit, id tamen non eſt diſpenſare in quarto præcepto decalogi, vt de quinto paulo antea dicebamus: quia non per poteſtatem, quam vt legiſlator in legibus habet, efficeret vt, quod alioquin licitum non eſſet, E licitumque redderetur auferendo ab quarto præcepto vim obligandi, ſed per poteſtatem, quam tanquam dominus vniuerſi in vita & honore parentum habet, efficeret, vt quod alioquin parentibus fuiſſet debitum, ſub quartoque decalogi præcepto fuiſſet caſurum, neque ſit eis debitum, neque ſub eo cadat præcepto, apponendo circumſtantiam, quæ id extrahat ab eorum numero, quæ præcepto illo præcipiuntur. Quartum quippe præceptum id præciſè continet ac præcipit, cuius oppoſitum eſſet iniuria parentibus illata: Deus autem non poteſt in eo diſpenſare, quod iniuria parentibus fiat: quoniam id adeò innatam habet malitiam, vt non poſſit non

eſſe obiectiuè malum ac proinde illicitum, efficereque Deus non poteſt, vt malum, manens obiectiuè malum, liceat: quoniam id apertam inuoluit contradictionem: optimè tamen ſua autoritate, quam vt dominus vitæ ac honoris parentum habet, poteſt efficere, vt quod alioquin futurum fuiſſet iniuria parentum, & per conſequens contra quartum decalogi præceptum, neque ſit iniuria eorum parentum, neque ſit contra quartum præceptum: quod planè non eſt diſpenſare in eo quarto præcepto.

Quod vero attinet ad illud præceptum de cultu aliquo Deo aliquando exhibendo, dico, ſi Deus (vt probabile eſt) efficere poteſt, vt ab aliquo licitè nunquam ſibi cultus exhibeatur, id quidem non erit diſpenſando in eo præcepto, ſed condonando quod eo præcepto ſibi erat debitum: quod ſanè non eſt diſpenſare in eo præcepto, ſed eſt ea condonatione apponere circunſtantiam ex parte obiecti, quæ efficit, vt id non comprehendatur in eo præcepto, quod ſecluſa ea circunſtantia comprehenderetur: id quippe præceptum non ſolum obligat ad cultum Deo exhibendum, interim dum ab ipſo Deo, cui debetur, non condonatur vt ipſi non exhibeatur. Exemplum habemus accommodatum in iuramento promiſſorio homini facto.

Si enim Petrus ſub iureiurando polliceatur decem aureos Paulo, manet quidem eo iureiurando adſtrictus illos ei ſoluere, eritque periurus, lethaliterque peccabit contra virtutem religionis, ſecundumque decalogi præceptum, ſi eos illi non ſoluat. Cæterum ſi Paulus id debitum illi remittat, manet eo ipſo Petrus deobligatus, non quidem quaſi Paulus cum eo diſpenſauerit in eo iuramento atque in ſecundo decalogi præcepto, ſed quoniam remittendo illi id debitum ex illo iuramento, fecit vt eo ipſo id iam non eſſet materia, vinculo eius iuramenti ſecundoque præcepto decalogi comprehenſa. Deus itaque in hoc ſenſu diſpenſare non poteſt in eo pręcepto, vt ab hominibus ſibi cultus aliquis aliquando exhibeatur, vt ſcilicet non condonando id debitum, ſed manente ita eo debito, vt ſibi non ſoluatur, iniuria ipſi fiat, homo licitè poſſit nunquam eum cultum illi exhibere: id quippe eſſet diſpenſare in eo, quod licitè iniuria Deo fieret, quod contradictionem implicat.

Eſt ergo nobis amplectenda ſententia diui Thomę 6 1.2.quæſt.100.artic.8. Caiet. ibi, Altiſiodorenſis libro tertio, tractatu.7. quæſt. quinta, Richardi in tertia diſt.37.art.primo, quæſt.quinta, Abul. Exod. 20.quæſt.trigeſima nona, Soti.2. de iuſt. quæſt. tertia, art.octauo, & antiquorum, omnia videlicet præcepta decalogi nec diuina potentia diſpenſari poſſe, præter tertium, ea ex parte qua cæremoniale ac de iure poſitiuo eſt. De eo enim, ea ex parte ſpectato, nulli poteſt eſſe dubium diſpenſari poſſe. Sententia hæc, præterquam quod impugnatione præcedentium ſufficienter comprobata eſt, hac vnica ratione probatur. Tria illa principia ſuprà à nobis commemorata, Deo facienda non eſt iniuria, parentibus ſimiliter facienda non eſt iniuria, itemque reliquis proximis iniuria non eſt facienda, ſunt per ſe nota, adeoque neceſſaria, vt neque diuina potentia eis oppoſita liceant: implicat enim contradictionem, iniuriam factam Deo, parentibus, aut alijs proximis iniuriæ rationem retinentem, licitum eſſe: ſed ex illis tribus principijs euidenter ac neceſſario deducuntur prædicta omnia decalogi præcepta: ſunt quippe in eo ſenſu intelligenda, vt eis oppoſita ſint iniuria Deo, parentibus, aut alijs proximis illata, vt diuus Thomas articulo octauo, citato explicat, & nos in ſingulis, in quibus dubium aliquod eſſe poterat, copioſè hactenus explicauimus: ergo ea omnia pręcepta neque diuina potentia diſpenſari

 poſſunt.

ponunt. Lege quoad hactenus dicta tota hac diſputatione, quæ copioſe ſupra in poſteriori parte diſputationis 49. explanauimus: illis enim nō modica lux ac corroboratio hactenus dictis accedet.

Aduerſus Scotū pugnat illud Ariſtotelis 2. Eth. cap. 6. *Sunt affectus nonnulli, qui continuò nomine ſuo ſunt cum prauitate connexi & actus identidem, vt adulterium, furtum, homicidium. Circa igitur talia nullum eſt tempus rectè agendi, ſed ſemper delinquitur, ac ſimpliciter, quid iſtorum efficiatur, delinquitur.* Cenſuit. n. Ariſtoteles hæc adeò innatam habere malitiam, vt contradictionem implicet aliquid eorum aliquando licere.

Supereſt ſatisfaciamus argumentis initio propoſi-
7 tis. Ad primum ergo dicendum eſt, diſput. 49. citata explanatum fuiſſe, in quo ſenſu verum ſit, quod Ariſtoteles loco in eo argumento citato docuit, ibique nos explicaſſe tres gradus, in quibus aliqua dicūtur eſſe de iure naturali, qui lucem maximam diſputationi huic toti afferunt: atque ea quæ in decalogi præceptis prohibentur aut præcipiuntur, talia eſſe, vt eo modo quo eis præceptis prohibentur aut præcipiuntur, nullam ſuſcipiant variationem, quaſi deſinere eſſe poſſint aliquando de iure naturali, quin potius prohibita eis præceptis, vt illis prohibentur, adeo innatā habere malitiam, vt nulla ratione poſſint aliquando deſinere eſſe mala obiectiuè ac illicita, ideòque eſſe omnino indiſpenſabilia, vt ex hactenus dictis hæc omnia perſpicua ſunt.

Vnde ad maiorem eius argumenti dicendum eſt, non idcirco ea præcepta eſſe indiſpenſabilia, quia ſunt quocunque modo de iure naturali, ſed quia inuariabiliter ſunt de iure naturali, vt ſub eis præceptis cadunt. Nec proinde intelligas, nos arbitrari, quę ita ſunt de iure naturali, vt adueniente aliqua circunſtantia, deſinere eſſe poſſint de iure naturali, qualia ſunt quæ loco in eo argumento citato commemorat Ariſtoteles, & nos diſputatione 49. citata & tractatu 1. diſputatione 4 copioſius explanauimus, diſpenſabilia eſſe, ſaltem à Deo, diſpenſatione propriè dicta, quam Deus a lege naturali obligationem auferre poſſit eorum comparatione: id enim non arbitramur verum, neque Ariſtoteles id intendit, neque ex ea illius doctrina id colligitur: quin potius ex hactenus dictis contrarium in multis eorum intelligetur faciè: vnde conceſſa vlterius maiori eius argumēti, neganda erit conſequentia.

Ad ſecundum, conceſſa maiori, ad minorem negandum eſt. Summum Pontificem in votis & in iuramentis, ea rationabili cauſa relaxando, non ſolum quando promiſſio iuramento confirmata facta eſt Deo, in quo euentu talis promiſſio rationem hēt voti iuramento confirmati, ſed etiam quando eſt facta homini in illius commodum, negandum, inquam, eſt ſummum Pontificem diſpenſare in eis propria ac preſsè ſumpta diſpenſatione, de qua ſola nunc loquimur, nempe auferendo à lege naturali, qua vota & iuramenta de re non illicita ſeruare tenemur, vim ad obligandum, permanente vinculo voti aut iuramenti: eo enim diſpenſationis genere in tali lege neque ſummus Pontifex neque Deus ipſe poteſt diſpēſare, vt ex ſupradictis facile patet. Diſpenſare verò cum diſpenſatione latius ſumpta, non quidem in lege naturali, qua vota & iuramenta ſeruare tenemur, ſed in votis ipſis ac iuramentis, condonando loco Dei, tanquam Dei vicarium, obligationem voti, etiā iuramento confirmati, debitumque proinde ex tali voto aut iuramento remittendo, quo facto ex parte ſummi Pontificis, abſque vlla diſpenſatione in naturali lege, qua vota & iuramenta ſeruare tenemur, deſinit cadere ſub eandem legem naturalem, quod antea ſub illam cadebat. Similiter, quando iuramentum de re non mala factum eſt alteri homini, illeque

A tenetur illud relaxare, relaxat illud ſummus Pontifex loco ſui ſubditi, condonando illi alteri debitum implendi id iuramentum in ſolius Dei reuerentiam, ne adductus fuerit in teſtem infidelis promiſſionis, vt tractatu 2. diſputatione 149. dictum eſt, quod non eſt diſpenſare in lege naturali, ſed in obligatione iuramenti illam condonando. Vnde conceſſa etiam minori, ſi in ea ſermo ſit de hoc ſecundo genere diſpenſationis latæ ac minus propriæ, neganda eſt conſequentia: quoniam nos loquimur de diſpenſatione propria in ipſamet lege naturali.

Ad tertium, conceſſa maiori & minori, neganda eſt conſequentia quo ad leges diuinas iuris naturalis, maximè præceptorum decalogi. Id enim non
B prouenit ex defectu potentiæ diuinæ, ſed ex natura obiectorum, quæ præceptis decalogi prohibentur, aut præcipiuntur: adeo enim innata eſt malitia prohibitis decalogi præceptis, aut contrariis eorum, quę eis præcipiuntur, vt nulla potentia fieri poſſit, vt non ſit mala obiectiuè ac proinde illicita: quod non cernitur in legibus humanis & in diuinis poſitiuis, in quibus, quæ prohibentur, adeo mala ſunt, quia pro arbitrio eas leges ferentis prohibita.

Ad quartum negandum eſt quicquam illorum licuiſſe per diſpenſationem in legibus ipſis decalogi, de qua nunc loquimur. Primum enim de attentatione immolandi Iſaac, dicendum eſt licuiſſe, non per diſpēſationem in quinto præcepto decalogi vim aliquam à lege ipſi auferendo, ſed Deo, tanquam Do-
C mino vitæ Iſaac, id concedente ac iubente, vt Diſputatione quadrageſima nona, & alias ſæpe dictum eſt.

Quidam dixerunt, illud licere potuiſſe per poteſtatem qua Deus, quatenus iudex, delicta punit: quoniam ob peccatum originis præcipere Abrahamo potuit, vt interficeret Iſaac. Cæterum, cum peccatum originis ſolum nos læſerit in gratuitis, mors quidem, quæ euenit per cauſas naturales, ac conſtitutionem vniuerſi, atque adeò etiam per liberas, quas Deus operari ſinit pro ſui arbitrii libertate, pœna eſt peccati originis: eo quòd eiuſmodi mors eo modo obueniat, ac ſi homines in puris naturalibus fuiſſent conditi. Quòd vero Deus aliquem interfici præcipiat ante id tempus, extra pœnas eſt,
D quas re ipſa ob originis peccatum incurrimus: eo quòd talis mors inter illas non computetur, quæ ſimiliter eſſent futura, ſi conditi eſſemus in puris naturalibus.

Ad illud de Samſone tractatu 3. diſput. 9. cum Auguſtino, diuo Thoma, & pleriſque aliis, eſt dictum, inſtinctu ac permiſſione & voluntate Dei, qui dominus eſt vitæ omnium, id feciſſe, vt conſtat, quia Paulus ad Hebr. 11. inter ſanctos illum commemorat, & quia Dominum ad id inuocauit, vireſque ad id obtinuit à Deo: vnde non per diſpenſationem in quinto præcepto decalogi id fecit, ſed extrahente Deo illam ſui occiſionem, vna cum Philiſthæorum occiſione, per eam conceſſionem ac inſtinctum à nu-
E mero earum, quæ ſub id præceptum cadunt. Eadem diſp. 9. fuit explanatum, qua ratione, ſine vlla diſpenſatione, Eleazarus à culpa ſit excuſandus. Ibidem etiam diſputauimus, num Raſias à culpa ſit etiam excuſandus.

Ad illud verò Oſeæ dicendum eſt, nullam ibi interueniſſe neque fuiſſe neceſſariam diſpenſationē. Senſus enim eorum verborum eſt, *Sume tibi vxorem fornicationum*, id eſt, in vxorem legitimam duc eam, quæ cum multis fuerat fornicata: *& fac tibi filios fornicationum*, id eſt, & poſtq̄ illā duxeris, procrea ex illa filios, qui idcirco dn̄tur fornicationū, ꝙ procreentur ex matre, quæ pluries fuerat fornicata, & ꝙ tales filii delicta ac mores matris imitari ſoleāt. Potuit itē Deus,

Deus,tanquam corporum Dominus,tradere Oſeæ poteſtatem corporis illius mulieris ad aliquos actus generationis,etiam illa inuita: neque id eſſet diſpenſatio in præcepto fornicandi: quoniam eo præcepto ſolum prohibetur acceſſus ad non ſuam: qualis illa tunc non eſſet: eo quod eſſet acceſſus ad eam, quæ, ex facultate ac iuſſu Dei, eſſet Oſeæ ad eos actus. Prior tamen ſenſus eſt Germanus eius loci.

Quod attinet ad ſpoliationem illã, qua iuſſu Dei filij Iſrael Aegyptios ſpoliarũt,negandum eſt illam fuiſſe licitam Deo diſpenſante cum filijs Iſrael in præcepto de non furando: illa enim licuit eis,neque furti rationem habuit, Deo, tanquam domino rerum omnium, transferente ius ac dominium eorum bonorum in filios Iſrael,atque tanquam æquum iudicem illa eis adiudicante in mercedem laborum, quibus Aegyptij filios Iſrael iniuſtè oppreſſerunt: id quod ſignificat illud Sap. 10. *Et reddidit illis mercedem laborum ſuorum, &c.* vt tractatu 2. diſpu. 261. explanatum eſt.

Quod vero ad pugnam Machabæorũ in die Sabbathi attinet,ea abſque vlla diſpenſatione eis licuit, per legitimam eius præcepti interpretationem,quod eam pugnam ad vitæ & bonorum conſeruationem non comprehenderet. Cum autem id præceptum in veteri lege eſſet cæremoniale,iuriſque diuini poſitiui,in eo locus erat diſpenſationi.

DISPVT. 58.

Vtrum modus virtutis cadat ſub præcepto.

SVMMARIVM.

1 *Tria requiruntur vt actus ſit ab habente eam virtutem, & vt verè ſit actus eius virtutis.*

2 *Si aliquo pręcepto affirmatiuo pręcipiatur actus virtutis qua talis, ita vt non ſatisfiat illi pręcepto, niſi quis actum virtutis efficiat, ſane ad id implendum pręceptum requiritur, ut qui illum implet, habeat plenum iudicium rationis; deinde vt non faciat inuitus,nec propter inanem gloriam.*

3 *Obijciuntur tria circa hoc in contrarium argumenta, quę diſſoluuntur.*

Diuus Thomas 1.2.q.100.9. de præceptis moralibus veteris legis agens,quod propoſitum eſt,quærit. Id verò locũ ſuo modo etiam habet in præceptis iuris quoq; poſitiui,ſiue ea diuina præcepta ſint,ſiue humana.

1 Ariſt.2.Eth.c.4.tria exigit ad actũ virtutis,id eſt, vt actus ſit ab habente eam virtutem, & vt verè ſit actus eius virtutis. Primum eſt, vt operetur ſciens. Secundum, vt operetur eligens propter hoc ipſum, id eſt, vt operetur intendens illud quia tale, nempe quia opus ſtudioſum ac virtutis. Et tertiũ,vt firmo ac immobili animo operetur,hoc eſt, ex habitu virtutis perfectè acquiſito. Verba Ariſtotelis eo loco hæc ſunt: *Primo quidem ſi ſciens,deinde ſi eligens propter hęc ipſa, tertio, ſi firmo animo ac immobili agat.* Hæc autem tria appellat D. Tho. eo loco modũ virtutis,& quærit,num cadat in præcepto,id eſt,vtrum quo præcepto actus alicuius virtutis pręcipiatur,pręcipiatur vt fiat concurrentibus illis tribus.

Cum autem habitus non requiratur ad naturam ac bonitatem moralem actus virtutis;eo quod eiuſdem rationis ac ſpeciei ſit actus,quo habitus virtutis comparatur, & qui procedit poſtea ex habitu eius virtutis integrè ac perfectè generato;ſed ſolũ requi-

A ratur vt actus eius virtutis melius ac promptius fiat; conſequens profectò eſt, vt habitus non cadat ſub præcepto,quo actus virtutis alicuius præcipitur. Cũ verò reliqua duo ad moralem bonitatem atque ad eſſe actus virtutis neceſſaria ſint; quoniam ſine ſciẽtia ſeu cognitione ac intentione eius, quod fit, eſſe nequit opus virtutis,vt ex ſe eſt perſpicuum,ſuiſque in locis oſtenditur;conſequens ſanè eſt,vt quo præcepto actus alicuius virtutis præcipiatur, ſub eo illa duo cadant,hoc eſt,ſub eo cadere,vt id fiat illis duobus concurrentibus.

In præceptis ergo affirmatiuis eſt expendẽdum, 2
num eis præcipiatur actus virtutis qua talis; an verò ſolum præcipiatur vt aliquid fiat actu humano. Si enim præcepto Eccleſiæ de audiendo ſacro præci-
B piatur actus virtutis religionis qua talis, ita vt non ſatisfiat præcepto illi,niſi quis audiẽdo ſacrum actũ virtutis religionis efficiat, ſanè ad adimplendum id præceptum in primis requiritur, vt qui illud audit, ſciens ſit,hoc eſt, habeat plenum iudicium rationis vt intelligat,quod facit. Quo fit,vt ſi ebrius,aut phreneticus, vel furioſus ſacrum die dominica audiret, non impleret præceptum de ſacro ea die audiendo, ac proinde ſi,eo ita audito, cõpos ſui fieret antequã tranſiret tempus audiendi eo die ſacrum, teneretur iterum ſacrum ſub lethali culpa audire. Deinde requiritur vt ſit eligens id propter hoc ipſum, id eſt, quia tale. Quare ſi quis ſacrum audiret inuitus,ita vt ſemper renueret illud audire, retineretur q; inuitus, non ſatisfaceret præcepto illi id ſacrum ita audien-
C do,ſed teneretur iterum ſacrum audire. Item ſi quis ſacrum audiret præcisè propter inanem gloriã, aut vt mulierem ibi exiſtentem videret,ita vt ſolum eligeret audire ſacrum ob eum alium finem, & nulla ratione,quia id eſt bonum in ſe,non ſatisfaceret pręcepto,ſed teneretur iterum ſacrum audire: eo quòd nullo modo actum exerceret virtutis. Cæterum ſi præcipuè motus inani gloria,aut alio malo fine, ſimul vellet audire ſacrum:quia iuſtum ac bonum in ſe,tunc ſatisfaceret præcepto:quoniam actus ille ſimul eſſet inanis gloriæ,aut alterius vitij,iuxta alium prauum finem ad quem eũ ordinaret, & eſſet actus religionis ex proximo bono obiecto,vt 1.2. copioſè explanauimus. Quin addo,quamuis haberet hunc actum,niſi inde expectarem laudem humanam, vel
D niſi ibi eſſet talis mulier,non audirem ſacrum, ſi tamen ſimul intenderet eum malum finem,& ſacrum audiret quia iuſtum ac bonum in ſe, ſatisfaceret in hoc ſenſu præcepto de audiendo ſacro,quod nõ teneretur audire iterum ſacrum,tametſi lethaliter peccaret contra idem præceptum illo actu cõditionali, ac proinde nulla ratione mereretur ita id ſacrũ audiendo. Cæterũ ſi intentio Eccleſiæ(vt videtur probabile) ſolum ſit præcipere ac obligare, vt ſacrũ eo die actu humano audiatur,tunc, cum ad actũ humanum requiratur vt voluntarius ſit,quod ſine ſciẽtia, & cum nitentia actuali voluntatis in oppoſitũ, eſſe non poteſt,ſanè ebrius,phreneticus,aut furioſus nõ ſatisfacaret ei pręcepto ſacrum ſine iudicio rationis
E audiendo, neque item qui detineretur inuitus ac reniteretur ad egrediendum. Qui tamẽ metu præcisè adductus, aut motus præcisè inani gloria, aut alio prauo fine, ſacrum audiret, alioquin ſacrum nõ auditurus,is tunc in eo ſenſu ſatisfaceret præcepto illi, ꝙ non teneretur ſacrũ iterum audire: tametſi,vt dictũ eſt,lethaliter peccaret,eũ cõditionalẽ actũ habẽdo,ſi ceſſaret metus, aut nõ adeſſet talis alius malus finis à me intentus, ſacrum non audirem.

Obijciet tñ aliquis. Primo,præceptũ, de reſtitutione facienda obligat ad actũ virtutis iuſtitiæ com 3
mutatiuæ pro tpe, quo quis tenetur reſtituere: & tñ ſi quis,ductus præcisè metu mortis exterius incuſſo reſtituat,habens animum nõ reſtituendi,ſi is metus

non adeſſet, aut ſi, ipſo inuito & renitēte, is, cui reſtitutio debetur, vi accipiat, quod ſibi debetur; is, qui reſtituere tenebatur, ſatisfacit præcepto de reſtitutione facienda, quoniam deinceps non tenetur eam facere: ergo modus ille, quod eligat propter hoc ipſum, quin & quòd exerceat actum humanum, non cadit ſub præcepto. Secundò, præceptum de baptiſmo ſuſcipiendo obligat ad actum virtutis religionis: & tamen ſi quis ductus præcisè metu, verè conſentiat in baptiſmo, ſatisfacit præcepto: quia non ſolum non tenetur ſuſcipere iterum baptiſmum, ſed neque etiā licitè ac validè poteſt id efficere, vt conſtat ex c. maiores cauſæ. §. item quęritur, de bapt. & eius effectu: ergo modus ille, quod faciat eligens propter hoc ipſum, non cadit ſub præcepto.

Tertio, ſi is, qui voluntatem habebat ſuſcipiendi baptiſmum, dormiens, aut amens effectus, baptizetur, ſatisfacit præcepto, quoniam deinceps nec tenetur, nec licitè poteſt baptizari, vt c. maiores cauſæ. §. vlt. de bap. & eius effectu habetur: ergo modus ille, vt ſciens operetur, non cadit ſub præcepto.

Ad primum argumentum, conceſſa maiori, negāda eſt minor. Ad probationem vero dicendum eſt, non idcirco eum, qui reſtituere tenebatur, non teneri deinceps in illis duobus euentibus reſtituere, quod præceptum de reſtitutione facienda impleuit: imo vero lethaliter peccauit contra idem præceptum nolendo ex ſua parte reſtituere, vt tenebatur: ſed idcirco deinceps non teneri, quoniam iam nihil illi debet, cui reſtituere tenebatur, ac proinde ceſſauit obligatio illius præcepti comparatione talis reſtitutionis faciendæ.

Ad ſecundum, conceſſa etiam maiori, negāda eſt minor. Cum enim ille lethaliter peccet contra præceptum baptiſmi non volendo ſua ſponte illud ſuſcipere, dicendus non eſt, ea inuoluntaria mixtè ſuſceptione baptiſmi, id præceptum impleuiſſe. Ad probationem vero ſimiliter eſt dicendum, non idcirco nō teneri illum deinceps præcepto baptiſmi, quod id pceptum impleuerit, ſed quod, cū baptiſmus illo modo inuoluntariè mixte ſuſceptus fuerit verus baptiſmus, ceſſat obligatio præcepti de baptiſmo ſuſcipiēdo. Exemplum ſimile eſt in paruulo, cui ante vſum rationis fuit baptiſmus adhibitus: hic enim præceptum non impleuit de baptiſmo ſuſcipiendo, cum nemo ante vſum rationis implere dicatur leges, & tamen ceſſat in eo obligatio ſuſcipiendi iterum baptiſmum. Quod ſi, tam in hoc quam in præcedente argumento, ſatisfacere præcepto ſumatur non implere propriè præceptum, ſed pro deinceps non teneri præcepto, tunc conceſſa in vtroque maiori & minori, neganda erit conſequentia.

Ad tertium eſt concedendum illum impleuiſſe præceptum de ſuſcipiendo baptiſmo, non quidem per actualem baptiſmi ſuſceptionem dum dormiebat, aut amens erat, ſed per actum ac voluntatem ſuſcipiendi baptiſmum antequam iudicium rationis amentia aut ſomno amitteret, ſubſequuta poſtea actuali baptiſmi ſuſceptione opera eius, qui baptiſmi ſuſceptione opera eius, qui baptiſmum, poſtquā priuatus fuit vſu rationis, illi contulit: atque cum is, qui ita fuit baptizatus, illum antecedentem actū elicuerit ſciens & eligens propter hoc ipſum, ceſſat ſanè argumenti obiectio. Quare conceſſa maiori ac minori eius argumenti, neganda eſt conſequentia.

Ex dictis intelliges, eum, cui in pænitentiam eſſet iniunctum, vt die aliquo ieiunaret, non implere id præceptum à confeſſario ſibi impoſitum, ſi, quia ei cibus denegaretur, inuitus omnino ieiunaret. Cæterum ſi, quia videret cibum ſibi denegari, afficeretur ad ieiunandum, incipereque vellet ieiunare, tunc quamuis alioquin non fuiſſet ieiunaturus, credo ſatisfaceret præcepto ſibi impoſito. Is tamen, cui iniū- A ctum eſſet, vt ſumeret flagellum, non ſolum non ſatisfaceret ei præcepto ſibi iniuncto, ſi ab alio inuitus flagellaretur, ſed nec ſi, dum ab alio iuſtè vel iniuſtè flagellaretur, ipſe id libenter perferre vellet animo implendi pænitentiam ſibi iniunctam. Ratio autem eſt, quoniam iuſſus à confeſſario eſt, non ſolum pati, ſed etiam agere, flagella ſibi infligendo. Si tamen ipſius ſuaſu aut iuſſu ab alio flagellaretur, ipſeq; animo implendi pænitentiam ſibi iniunctam id iuberet, aut ſuaderet, ſatisfaceret tunc præcepto ſibi iniūcto: quoniam in moralibus agere quis id cēſetur, cuius ſuaſu aut iuſſu aliquid fit.

Illud denique obſerua, ſi ſub excommunicatione, aut alia cenſura, impoſitum eſſet præceptum aliquod, quod iuxta hactenus dicta non impleretur, niB ſi, qui id efficeret ſciens ac eligens propter hoc ipſum, id faceret, tunc ſi non ſeruaret hunc modū, vtique eam cenſuram incurreret, eſto ſine eo modo id efficeret: quoniam verè non impleret id pręceptum, eaque de cauſa pænam, illud non implentibus ſtatutam, incurreret: Eccleſiaq; iuriſdictionem habet circa actus internos, quando eos præcipit tanquam modos externorum.

DISPVT. 59.

Vtrùm modus caritatis cadat ſub præcepto diuinæ legis.

C

SVMMARIVM.

1 *Caritas naturalis triplex eſt, Dei, proximi, ac noſtri: at habitus caritatis ſupernaturalis vnica eſt ſpecies infima, quæ imperat actum caritatis quo diligimus proximum & nos, vt ſit propter Deum.*

2 *Deo duplex debetur caritas, naturalis & ſupernaturalis, proinde præceptum caritatis erga Deum includit id quod eſt ei debitum ex caritate naturali, & quod eſt debitum ex ſupernaturali caritate.*

3 *Cum modus, vt aliquid fiat ex caritate Dei ſupernaturali, ſolum cadat ſub præcepto dilectionis Dei ea ex parte, qua præceptum illud eſt ſuper naturale, & nō ex qua eſt pręceptum caritatis Dei naturalis, fieri* D *optimè poteſt, nos aliquo actu merè naturali implere præceptum caritatis erga Deum, qua id præceptū eſt naturale, ac proinde poſſe illud implere ſine modo caritatis ſupernaturalis.*

4 *Præcepta caritatis Dei, proximi, ac noſtri duobus modis intelliguntur. Vno latè; vt præcipiunt nihil fieri nec omitti, quod cum caritate Dei, proximi, aut noſtri pugnat: altero, quatenus vim habent præceptorum affirmatiuorum, præcipiuntque præcisè actus poſitiuos proprios caritatis Dei, proximi, aut noſtri, non vero quatenus ſe extendunt ad præcipiēdum ea, quæ ad alias virtutes ſpectarint.*

5 *Hæc tria caritatis præcepta, quamuis ad decalogū reducantur, non ſunt decalogo formaliter expreſſa.*

E 6 *Sub culpa lethali tenemur præcepto caritatis Dei ſubuenire, & nos opponere, quando honor Dei periclitaretur coram hominibus.*

7 *Obijcitur aduerſus antecedentia argumentum, quod diſſoluitur.*

8 *Duobus modis aliquid dicitur modus actus virtutis alicuius: vnus enim eſt intrinſecus, alter extrinſecus.*

9 *Præceptum de diligendo Deo ex toto corde duob. modis intelligitur.*

SErmo eſt de caritate ſupernaturali. Atque ſenſus quæſtionis propoſitæ eſt, vtrum quo præcepto aliquid præcipitur lege diuina, ſimul præcipiatur, vt id fiat ex caritate ſupernaturali, ita

ita vt modus caritatis ſupernaturalis cadat ſub eo præcepto. Verbi gratia, præcipit quartum decalogi præceptum, vt honoremus parentes, quærit autem D. Tho. 1.2.q.100.art.10.& quærunt doctores alij, num præcipiatur vt id fiat ex caritate ſupernaturali, ita vt modus ille caritatis ſupernaturalis ſub eo cadat præcepto, & ita de alijs præceptis legis diuinæ. Et ſaltem quærunt num modus caritatis ſub præcepto legis diuinæ cadat, ita vt diuina lege præcipiatur. Meritò autem additum eſt diuinæ legis: quoniã cum lex humana ciuilis ex ſe, vt humana eſt, non ordinetur ad finem ſupernaturalem, ſed ſolum ad naturalem ac politicum finem, ſatis perſpicuum erat, quæ legibus humanis præcipiantur, non præcipi vt fiãt ex caritate ſupernaturali, ac proinde eũ modum caritatis ſupernaturalis non cadere ſub illis legibus.

1 Vt verò res hæc, alioquin difficilis, perſpicuè ac excuſsè intelligatur, obſeruandum eſt. Caritatem naturalem, vt 2.2. in materia de caritate fuſius oſtendimus triplicem eſſe, Dei videlicet, proximi, ac noſtri. Habitum verò caritatis ſupernaturalis, qui virtus eſt theologalis, vnicam eſſe ſpeciem infimam, vt ibidem etiam oſtendimus, ſuoque influxu ac cócurſu auehere actum caritatis, quo Deum diligimus, vt ſit ſupernaturalis. Imperare verò actus caritatis, quibus nos & proximos diligimus, vt ſint propter Deum. Ex eiuſmodi autẽ imperio ac relatione horum duorum actuum in Deum, illis aduenire rationem formalẽ caritatis ſupernaturalis, quæ ſimul eſt in eis actibus cum ratione formali ipſorum caritatis naturalis, qua nos ipſos & proximos noſtros diligimus, vt ibidem fuit explanatum ac comprobatum.

Hinc facilè intelligetur triplex eſſe præceptum diligendi, Deum videlicet, proximos, & nos ipſos. Duo priora expreſſa ſunt Matth. 22. illis verbis: *Diliges Dominum tuum. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Tertium verò ſatis innuit Chriſtus illis verbis ſecundi, *Sicut te ipſum,* ſcilicet diligere debes. Neque fuit opus plus illud explanare, præſertim cum adeò naturale cuique ſit ſe ipſum diligere.

2 Cum autem Deo duplex caritas debeatur, naturalis ſcilicet, qua tenemur eum diligere, etiam ſi ex ſua miſericordia nos per media ſupernaturalia non ordinaſſet in ſupernaturalem finem ſempiternæ felicitatis, & ſupernaturalis, quatenus ſupernaturaliter tenemur eum diligere accommodatè ad ſempiternã felicitatem; conſequens profectò eſt, vt præceptum caritatis, quo Deum diligere tenemur, duo includat nempe id, quod ei eſt debitum ex caritate naturali; & id, quod eſt ei debitum ex ſupernaturali caritate, quatenus vult eam nobis præſtare ad finem ſupernaturalem, ad quem ex ſua miſericordia nos condidit, & vult ac præcipit vt ex illa ipſum diligamus. Quo fit, vt quatenus id præceptum ſupernaturale eſt, id quidem præcipiat nobis Deus, quod ſupra vires noſtras eſt, cæterũ paratus ſupplere ex parte ſua, quod nobis ad id præceptum implendum deeſt, ſi ex noſtra parte pręſtare velimus, quod ipſe ad id ex nobis exigit.

Quia verò præcepta omnia iuris merè naturalis ad caritatem pertinent naturalem Dei, proximi, ac noſtri, indeque deriuantur tanquam præcepta particularia comprehẽſa ſub eis generalibus pręceptis, in quibus virtute continentur, & quæ cum particularibus in numerum præceptorum ponunt, vt diſp. 53. explanatum eſt, omniaque ea iuris naturalis præcepta ſimiliter eſſent, eſtò Deus non ordinaſſet nos ad finem ſupernaturalem, nec nobis caritatem ſupernaturalem conferre ſtatuiſſet, conſequens profectò eſt, vt præcepta omnia iuris naturalis impleri intra limites virtutum moralium poſſint ſine ſuper- A naturali caritate, ac proinde vt modus ille, quod fiat ex caritate ſupernaturali, ſeu propter Deum ex ſupernaturali caritate dilectum, neceſſarius non ſit ad implenda iuris merè naturalis præcepta, neque ſub eis præceptis is modus cadat: ſed ſolum ſit neceſſarius ad id implendum præceptum caritatis ſupernaturalis, aut quando tenemur nos reponere in gratia ratione aliqua, neque vi ſacramenti alicuius, quod tunc ſuſcipiamus, in gratia cum ſola attritione reponamur ex Chriſti meritis virtute eius ſacramenti noue legis tunc nobis applicatis, vt hæc omnia paulo inferius elucidabimus.

Hoc loco illud obiter admonuerim, cum modus ille, vt aliquid fiat ex caritate Dei ſupernaturali, ſolum cadat ſub præcepto dilectionis Dei ea ex parte, 3
B qua præceptum illud eſt ſupernaturale, & non qua eſt præceptum caritatis Dei naturalis, fieri optimè poſſe, nos aliquo actu merè naturali implere præceptum caritatis erga Deum ea ex parte, qua id præceptum eſt naturale, iuriſve eſt naturalis, ac proinde poſſe illud implere ſine modo caritatis ſupernaturalis. Sicut enim præcepto iuris merè naturalis dilectionis proximi tenemur ſub culpa lethali ei ſubuenire cibo, quando extremè illud indiget, & impedire furtũ graue illius, ſi commodè poſſumus: ita pręcepto iuris merè naturalis dilectionis Dei, quo aſtringeremur, etiam ſi ab eo conditi non fuiſſemus in finem ſupernaturalem, tenemur, tanquam creaturæ eius mente liberoque arbitrio præditæ, nos opponere & ſubuenire honori eius, ſi id efficere poſſemus,
C ac proficeremus, quãdo periclitaretur honor illius, lumine ipſo naturali id præſcribente: eſto autem id efficeremus extra gratiam ipſius ob culpam aliquam lethalem conſtituti, planè ſatisfaceremus præcepto dilectionis illius naturalis tunc ad id obliganti: non ſecus atque tribuendo proximo cibo eo tũc extremè indigenti, aut impediendo furtum graue, quod ei pararetur, ſatisfaceremus præcepto affirmatiuo dilectionis naturalis proximi ad ea tunc nos obliganti, eſto illa efficeremus in ſorde alicuius peccati lethalis extrauagantiam ac caritatem Dei conſtituti: id quod Sotus 2. de iuſt. quæſt. tertia, artic. 10. de natura & gratia, capitulo vigeſimo ſecundo, rectè affirmat.

Deinde eſt obſeruandum, præcepta caritatis
D Dei, proximi, ac noſtri, poſſe duobus modis intelligi. 4
Vno latè, vt præcipiunt nihil fieri nec omitti, quod cum caritate Dei, proximi, aut noſtri pugnat. Hoc autem modo ſumpta ſunt pręcepta quędam generalia, quæ vim habent tum pręceptorum negatiuorum, quatenus ea omnia fieri prohibent, quæ pugnant cum caritate Dei, proximi, aut noſtri: tum etiam pręceptorum affirmatiuorum, quatenus ea omnia fieri pręcipiunt, ſeu non omitti, quę ita caritas efflagitat, vt ſine illis ſalua non conſiſtat. Hoc modo ſub pręcepto vniuerſali caritatis proximi dicimus comprehendi ſeptem poſteriora pręcepta decalogi, quę ad ſecundam tabulam pertinere dicuntur, nec cum illis ponere in numerum, vt
E diſput. quinquageſimatertia, explanatum eſt. Dicimus etiam ſub pręcepto caritatis Dei comprehendi tria priora, quę ad primam tabulam attinere dicuntur. Imo vero contineri omnia vniuerſim pręcepta ſub lethali culpa obligantia, vt ibidem explanatum eſt, quatenus quod cum caritate proximi aut noſtri pugnat, ex conſequenti pugnat etiam cum caritate Dei: eo quod ſit offenſa Dei lethalis, caritaſque proximi ac noſtri ad Dei caritatem ordinentur: & vniuerſim quicquid culpa eſt lethalis, ſiue aduerſus præcepta iuris naturalis, ſiue aduerſus pręcepta iuris poſitiui, tam diuini quàm humani, id omne cum Dei caritate pugnet.

Altero vero modo ſumi poſſunt tria illa pręcepta quatenus vim habent præceptorum affirmatiuorũ, præcipiuntque præcisè actus poſitiuos proprios caritatis Dei, proximi, aut noſtri, aut etiam ſimul cenſetur prohibere actus illis tribus ſpeciebus directè ac propriiſſimè contrarios, vt odium Dei, odium proximi, & odium noſtri: non verò quatenus ſe extendunt ad præcipiendum aut prohibendum ea, quę ad alias virtutes ſpectant, quæ quaſi cuſtodes trium illarum ſpecierum caritatis ſunt, illiſque quodammodo annexæ, quatenus violatio earũ redundat in violationé caritatis. Vt violatio religionis, blaſphemia, periurio, tranſgreſſione voti, aut cultum Deo debitum alteri tribuendo, redundat in violationem caritatis Dei. Et violatio iuſtitiæ redundat in violationem caritatis proximi. Hoc modo diſtinguimus peccata cõtra iuſtitiam aut religionem, vel contra alias particulares virtutes, à peccatis contra caritatem obligationemque ex caritate, ab obligatione ex iuſtitia, ex virtute religionis, aut ex aliqua alia particulari virtute. Quo loco obſerua, ſub caritate proximi, & ſub obligatione ex caritate qua illi interdum tenemur, comprehendi etiam caritatem & obligationem ex caritate, qua reipublicæ tenemur: reſpublica enim non eſt aliud, quam collectio multorum proximorum eius communitatis, quæ reſpublica dicitur, cuius vnuſquiſque noſtrum pars quædam eſt, magis illi deuincta, quàm ſingulis proximis. Nomine etiam caritatis proximorum, eam etiam caritatem comprehendimus, qua parentes aſtrictius tenemur diligere, quã cæteros proximos, adeò vt obſequia, quæ illis debemus, ad particularem virtutem pietatis attineant: ſicut & contraria crimina aduerſus illos commiſſa ad peculiarem vitij ſpeciem, impietatem nuncupatam, attinent.

Hoc modo ſpectata ac ſumpta hæc tria caritatis præcepta, quamuis ad decalogum reducantur, non tamen ſunt decalogo formaliter expreſſa, vt ex ſe liquet: quoniam ſi percurras præcepta omnia decalogi, in nullo nec in omnib. ſimul inuenies illa expreſſa: quin potius decalogi præcepta ad caritatem Dei ac proximi tanquam ad finem ordinantur, iuxta illud Pauli 1. Timoth. 1. *Finis præcepti eſt caritas de corde puro & conſcientia bona ac fide non ficta.* Ad tria vero decalogi præcepta reducitur præceptum caritatis Dei: & ad reliqua reducuntur præcepta caritatis proximorum ac noſtri. Ratio autem cur in decalogo expreſſa nõ fuerint tria hæc præcepta hoc modo ſumpta, hæc eſt: Quoniam, vt diſp. 57. fuit explanatũ in ſumma illa præceptorum decalogi, quæ omni populo ſcienda proponebatur, ſolum ea contineri debebant, quæ abſque indagine ac diſputatione omnibus ſtatim propoſita facilè erant nota obligare ad ſui obſeruationem: ea vero quæ his tribus præceptis ita ſumptis continentur, præſertim quatenus affirmatiua ſunt, difficilima ſunt cognitu ac explicatu, in quibus euentibus obligent: eaque de cauſa ſatis fuit ea præcepta alibi in ſcripturis ſacris exprimi, atque ſapientibus inueſtigandum ac docendum relinqui, quando & quouſque obligent, aut non. Odium aũt, præterquam quod internum peccatum eſſe ſoleat, atque maledictione ſoleat exterius exprimi, coniunctum ſanè eſſe ſolet, proximi comparatione, cum iniuſtitia aduerſus illum contra quintum, ſeptimũ, & octauum decalogi præcepta.

Controuerſia aũt præcipua eſt, quinã ſint actus, qui his tribus præceptis, quatenus affirmatiua ſunt, præcipiantur, itemq; quodnã ſit tempus, pro quo ad eos actus obligent. Atq; q̃uis de præcepto caritatis propriæ doctores ferè oẽs ſileant, arbitror tñ proprium eius præcepti actum eſſe hominem ſibi ipſi ſubuenire in neceſſariis, quæ prudẽtis arbitrio lethalis culpa eſſet illa tunc omittere. Vt ſi cibũ tunc non

A ſumeret, qñ inde penderet conſeruatio vitæ aut ſalutis corporis, ita ꝙ graue damnũ corporis ex ea volũtaria omiſſione immineret, nec adeſſet circunſtãtia, quæ tunc excuſaret, aut ſi quid aliud ſimile omitteret.

Actus vero præcepti caritatis proximi ſun, ſubuenire illis in neceſſariis ad vitam ſalutemque corporis tuendam, ad honorẽ ac famam bonaque externa illi conſeruanda, atq; ad ſalutem ſpiritualem comparandam aut tuendam qñ prudentis arbitrio ſub culpa lethali quis ad ea tenetur. Qñ autem & quouſq; vnuſquiſq; ad hæc ex caritate ſub culpa lethali teneatur, tractatibus præcedentibus fuit ex parte explicatum, & in hoc ẽt aliquid adiicietur, atque variis aliis in locis, maximè in materia de caritate explana-

B bitur. Quaſi.n. partes ſubiectæ huic præcepto caritatis proximi ſunt præcepta de eleemoſyna, de correctione fraterna, de vitando proximi ſcandalo. Hæc vero, & ſimilia alia, ad quæ præceptum caritatis proximi ſub lethalia culpa obligat, ſuis propriis in ſedibus explananda ſunt.

Quod vero ad pręceptum caritatis Dei attinet, cũ 6
Dominico Soto locis citatis, & aliis, mihi pſuadeo, nos teneri ſub culpa lethali præcepto caritatis Dei ſubuenire ac nos opponere, qñ honor & gloria Dei & Chriſti periclitarentur corã hominibus, id efficiendo, quod profuturum ad id ſperaremus, etiam cum periculo noſtro: quantum autem ac quando & quouſque id efficere teneamur, prudentis arbitrio, ſpectatis circunſtantiis omnibus tunc concurrenti-

C bus, eſt iudicandum.

Item cum conditi ſimus ad ſupernaturalem finẽ ſempiternæ felicitatis, non aliter quàm cum caritate Dei ſupernaturali obtinendum, quæ eſt veſtis illa nuptialis, ſine qua nullus ad cæleſte conuiuium admittitur agni nuptiis cum Eccleſia à cæleſti Rege paratum, ſanè præceptum eſt de Deo ex caritate ſupernaturali diligendo ad eum finem ſupernaturalem obtinendũ. Atque ante legẽ gratiæ & antequam ex magna Dei miſericordia in ea inſtituerentur ſacramenta, quæ attritos iuſtificarent, illiſque vi ſacramẽtorum conferretur caritas ſupernaturalis, ſicut ſine ſacramentis confertur contritis, ſanè longè frequentius ſub lethali culpa tenebantur homines Deum ex caritate ſupernaturali diligere, q̃ Chriſtiani in noua

D lege eũ ex caritate ſupernaturali diligere teneamur. Vt minimum.n. qñ mortis periculum ſe offerebat, & homo in ſorde culpæ lethalis erat, tenebatur ſub culpa lethali Deum ex caritate ſupernaturali diligere, vt vitã conſequeretur æternã, interitumque euaderet ſempiternũ, de peccatis ſuis conterendo, Deũque proinde diligendo ex caritate ſupernaturali per auxilium Dei particulare in puncto, quo conterebatur ac iuſtificabatur, quod auxilium Dei præſto erat conferre facientibus totũ ꝙ in ipſis erat, vt ita contererent, conuerterentur, ac iuſtificarentur: eo autem ipſo, quod ita contriti iuſtificabantur, actus ille contritionis ac dilectionis Dei eliciebatur, emanabat, ac continuabatur ab habitu caritatis ſupernatu-

E ralis iam comparato. At vero poſtquam Deus fragilitatis humanæ miſertus ſacramenta nouæ legis per Chriſtum inſtitui voluit, quæ, perſoluto iam pretio noſtræ redemptionis, efficacius ac copioſius multo operarentur, quam remedia ante in lege naturæ & ſcripta ad noſtram ſalutem conceſſa, quęque attritos iuſtificarent, ac proinde, quo ad habitum gratię gratum facientis caritatiſque comparandum, ex attritis contritos efficerent, non ita frequenter ſub reatu lethalis culpę tenemur Deũ ex caritate ſupernaturali diligere ad effectũ comparandę ſempiternę felicitatis, interitũque euadendi ſempiternum, qm̃ ſatis eſt nos atteri, ſuſcipiẽdo ſimul ſacramẽtũ nouę legis. Quod ſi illud non ſuſcipiamus, atque in ſorde

culpæ

culpæ lethalis iaceamus, ſimuſque in diſcrimine vitæ, tunc contriti ſub noua culpa lethali tenemur, atque adeò diligere Deum ex caritate ſupernaturali, perinde atque in eo euentu tenebantur homines legis naturæ & ſcriptæ. Si item adminiſtrare velimus ſacramentum aliquod, nec ſacramentum prius ſuſcipiamus, quo ex attritis contriti in ſenſu explicato efficiamur, ſimuſque in culpa aliqua lethali, tunc ex ea hypotheſi, quia ad illud adminiſtrãdum eſſe ſub culpa lethali tenemur in gratia, conſequenter tenemur ſub culpa lethali conteri atque adeò Deum ex caritate ſupernaturali diligere.

Vtrum autem extra hos euẽtus teneamur ſub noua culpa lethali Deum ex caritate ſupernaturali aliquando diligere, an verò tranſigere poſſimus totam vitam ſine reatu nouæ lethalis culpæ contra præceptum de Deo ex caritate diligendo, ipſum ex illa nõ diligendo, ſi mortis periculum nobis non occurrat, nec velimus aliquid aggredi, ad quod ſub culpa lethali ſit neceſſe nos eſſe in gratia Dei: ſub iudice hęc lis eſt. Et quamuis difficile admodum ſit taxare tempus, quando teneamur extra hos euentus reponere nos in gratia, atque adeo Deum diligere ex caritate ſupernaturali, aut certè atteri de peccatis, & ſacramentum nouæ legis recipere, certè ſatis probabile eſt, nos aliquando, aut aliquoties, in vitæ decurſu id efficere teneri. Id quod etiam indicat præceptum illud Io. 6. de Euchariſtia ſumenda: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis:* ad quod neceſſe eſt homines prius in gratia reponi. Vt enim Paul. 1. ad Cor. 11. ait: *Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit non dijudicans corpus Domini.* Ea autem de cauſa meritò Eccleſia ſtatuit, vt adulti ſemel ſaltem in anno accedere tenerentur ad pęnitentiæ ſacramentum, ſacramque Euchariſtiam ſumere atque etiam quoties occurrit mortis periculum, ut illis ſaltem temporibus in gratia ſe reponerent, idque pręceptum implerent. Dies etiam feſtos ſtatuit, in quibus fideles à ſeruilibus operibus vacarent, ſacrumque audire tenerentur, & in quibus verbum Dei audirent, quo ad Dei amorem atque ad pœnitẽtiam adhortarentur ac inducerentur. Ad eundem quoque finem orationem Dominicam Chriſtus inſtituit, qua remiſſionem peccatorum quotidie fideles ex corde contritionis à Deo poſtularent. Eccleſia etiam confeſſionem, qua venia peccatorum à Deo poſtulatur, aliaſque ſimiles orationes inſtituit, ieiuniaque varia ac vigilias, & ſimilia alia inſtituit. Vnde timendum non eſt, eos Chriſti fideles, qui perditi non ſint, culpam lethalem aliquando incurrere ex tranſgreſſione peculiaris præcepti de Deo ex caritate ſupernaturali diligendo.

7 Aduerſus hactenus dicta præcepto peculiari caritatis obijcies: Finis non cadit ſub præcepto, ſed ſolùm id, quod eſt ad finem; ſed finis præcepti eſt caritas, vt Paulus primo ad Timoth. 1. ait: ergo de caritate ac dilectione Dei nullum eſt peculiare præceptum.

Ad hoc argumentum reſpondet probè Caie. 2. 2. quæſtio. 184. art. 3. Maiorem in hoc ſenſu eſſe verã quòd finis non cadit ſub eo præcepto, quo aliquid propter eum finem præcipitur: atque ita probare optimè argumentum, caritatem ac dilectionem Dei non cadere ſub præceptis decalogi, quæ ad Dei caritatem ordinantur, ea præcipiendo, aut prohibendo, quæ neceſſaria ſunt fieri, aut omitti, vt caritas Dei in nobis ſit ac permaneat. Id verò non tollit, quòd de Dei caritate, de Deo ve diligẽdo, ſit peculiare aliquod præceptum tanquam de re Deo debita, & tan-

A quam de medio ad Deum vitamque ſempiternam obtinendam neceſſario.

Explicandum autem eſt, quis ſit ſenſus illorum verborum præcepti de dilectione Dei; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua*, vt habetur Matth. 22. Marci 12. Lucæ 10. & Deut. 6. Tametſi Deut. 6. non habeatur illa verba, *ex tota mente tua.* & habeatur, *ex tota fortitudine tua.* Et Marci 12. illis omnibus verbis, quæ ex Matthæo retulimus, addatur, *ex tota uirtute tua*, & Lucæ 10. illis etiam addatur, *& ex omnibus uiribus tuis*. Item explanandum eſt, num id præceptum eis in locis traditum impleri in hac vita poſſit.

Quod ad primum attinet, prætermiſſis alijs expo- B ſitionibus, diuus Thom. 2. 2. quæſt. 44. artic. 5. nomine *cordis*, intelligit voluntatem, quæ idcirco cor dicitur, quoniam ſicut cor eſt primum principium corporeum omnium motuum animalium, in eoq; reſidet concupiſcentia: ſic voluntas cæteras potentias mouet, animaque noſtra voluntatis potentia cõcupiſcit, frequentiſsimumque eſt in literis ſacris nomine cordis voluntatem intelligere. Nomine autem *mentis* intelligit diuus Tho. intellectum, etiam quatenus recordatur. Nomine verò *animæ* partem intelligit ſentientem. Et nomine *uirtutis, fortitudinis, ac uirium*, intelligit exteriores exequutrices potentias, vt ea ratione homo quo ad potẽtias omnes, quæ voluntati parent, Deum diligat. Fortaſſe tamen idem ferè per ſingulas illas partes ſignificatur. C Nam in eo quod dicitur, *ex toto corde*, id eſt, ex tota voluntate, reliquæ potentiæ, quæ voluntatis imperio ſubiacent, intelliguntur ex conſequenti. Nomine autem mentis, partes omnes animæ intellectiuę, intellectus ſcilicet ac voluntas, intelliguntur, quibus cæteræ ſubduntur ac obediunt. Nomine verò totius animæ, ipſa cum omnibus ſuis potentijs optimè intelligi poteſt. Denique nomine virium, potentiæ omnes animæ rectè intelligi poſſunt. Atque idem per totam virtutem ac fortitudinem intelligi rectiſsimè poteſt. Niſi fortè hoc auferre potius uelis ad conatum. Quia verò illis omnibus idem intelligitur, aliter tamen ac aliter explanatum, ad maiorem intelligentiam ac exaggerationem in quibuſdam ex locis relatis, in quibus hoc præceptum tra- D ditur, plures voces idem ſignificantes ponuntur, quàm in alijs.

Quod verò ad ſecundum attinet, Diuus Th. 2. 2. q. 44. art. 6. cum Auguſtino de perfect. iuſt. ait, quamuis hoc præceptum impleri in hac vita poſſit, quantum ſatis eſt vt vitetur peccatum tranſgreſſionis illius, non tamẽ ita perfectè impleatur. Perfecta quippe illius adimpletio relinquitur patriæ, vbi Deum toto corde, viribuſque totis, conatu ve toto diligemus. Sub ea tamen forma in via nobis proponitur, vt quantum potuerimus, imitari in vita conemur patriæ perfectionem in eo præcepto adimplendo. Atque eſt ſermo in eis verbis, non ſolùm de peculiari pręcepto caritatis Dei, ſed etiam de vniuerſali, quod E ad ſui impletionem requirit impletionem præceptorum omnium, quæ ſub culpa lethali obligant, vt dictum eſt.

Vt verò hæc meliùs intelligantur, obſeruanda eſt 8 non contemnenda doctrina Caietani 2. 2. q. 44. art. 4. Ait enim, duobus modis aliquid dici modũ actus alicuius virtutis. Quidam enim eſt modus actus virtutis alicuius, qui intrinſecus dicitur talis virtutis, qualis eſt ille, quem efficere in eo actu ſpectat ad virtutem, cuius eſt is actus: eaque ratione is modus non extrahit eum actum extra limites talis virtutis. Alius verò eſt modus, qui extrinſecus dicitur tali virtuti, qualis eſt, quem efficere in eo actu non pertinet ad virtutem, cuius is actus eſt proprius, ſed ad aliquam

aliam:

aliam: eaque de cauſa is modus extrahit eum actum à limitibus virtutis, cuius eſt actus proprius. Rurſus modus intrinſecus actui alicuius virtutis eſt duplex. Quidam enim eſt, ſine quo ratio eius virtutis ſalua non poteſt conſiſtere in eo actu. Alius verò eſt, ſine quo ratio eius virtutis ſalua in eo actu poteſt conſiſtere: qua de cauſa is modus ſolùm pertinet ad perfectionem eius actus intra limites eius virtutis. Hæc omnia perſpicua ſunt in hoc exemplo. Si quis eliciat actum ſubueniendi parenti, quantum oportet ac tenetur iuxta virtutẽ pietatis, & eliciat eũ actum promptè ac feruidè, & propter Deum, ſanè is actus eſt virtutis pietatis comparatione talis parentis, in eoque inueniuntur duo modi intrinſeci ac proprij virtutis pietatis: vnus quidem ſubuenire quantum oportet ac iuxta virtutem pietatis tenetur: alter verò promptè ac feruidè ei ſubuenire: efficere enim vtrũque in eo actu ad virtutem attinet pietatis, neutrumque eum actum extrahit à limitibus virtutis pietatis. In eodem etiam actu inuenitur præterea tertius ille alius modus, propter Deum videlicet, qui quidem quoniam proprius virtutis caritatis erga Deum, eũque in eo actu efficere pertinet ad virtutem caritatis, & non ad virtutem pietatis, dicitur modus extrinſecus actui illi virtutis, eumque actum extrahit à limitibus virtutis pietatis, illi ſuperaddendo rationem formalem virtutis caritatis erga Deum. Ex duobus autem illis alijs prioribus modis, primus pertinet ad rationem intrinſecam actus virtutis pietatis: quoniam ſi quis parenti non ſubueniat quantum oportet ac tenetur iuxta virtutẽ pietatis, actus ille non erit virtutis pietatis. Secundus verò modus ſolùm ſpectat ad perfectionem actus virtutis pietatis: quoniam ſine feruore, promptitudine, ac intentione in eo actu ſalua in illo manet ratio formalis actus virtutis pietatis.

9 Hac doctrina præhabita, eſt dicendum: Præceptum illud, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* duobus modis poſſe intelligi. Vno, vt ſit ſenſus nihil præponendo Deo, nihilque admittendo, quod cum Dei caritate & cum legibus ad dilectionem ac amicitiam conſeruandam ab eo ſtatutis pugnet. Atque in hoc ſenſu id præceptum impleri à nobis poteſt in hac vita cum Dei auxilio quod volentibus ad id efficere, quod eſt in ipſis, paratus eſt præſtare: idque de Deo diligendo præceptum, eo modo intellectum, modum præcipit ſine quo ratio caritatis Dei non poteſt ſalua conſiſtere. Sic multi in hac vita dicuntur Deum perfectè diligere, qui integre ac plenè ſeruant, quæ ad veram Dei dilectionẽ ſunt neceſſaria nihil admittendo, quod cum Dei dilectione pugnet. Sic Ioan. 1. ſua cano. cap. 2. ait: *Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc caritas Dei perfecta eſt*, hoc eſt, perfectè Deum caritate ſupernaturali diligit, nihil quod cum illa pugnet admittendo. Et c. 4. *Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & caritas eius in nobis perfecta eſt.* Et c. 5. *Hæc eſt caritas Dei, ut mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt.* Et 2. cano. ait: *Hæc eſt caritas, ut ambulemus ſecundum mandata eius.* 3. Reg. 14. ad Ieroboam dicitur: *Non feciſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mãdata mea, & ſequutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo.* Et Pſalmus 118. Regius Propheta ait: *In toto corde meo exquiſiui te.* Deut. 4. *Inuenies eum, ſi tamen in toto corde quæſieris eum.* Quo pacto tempore Aſæ teſtatur ſcriptura 2. Paralipom. 15. Iudæos quæſijſſe & inueniſſe Deum dicens: *In tota uoluntate quæſierunt eum, & inuenerunt.* Et de Ioſia 4. Reg. 23. dicitur: *Reuerſus eſt ad Dominum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, & in uniuerſa uirtute ſua iuxta omnem legem Moyſi*, id eſt, ſeruauit legem Moyſi, nihil admittendo Dei caritati contrarium. Eſt ergo

A ſtulta hæreſis Lutheri affirmantis, omnia opera cuiuſcunque iuſti in hac vita eſſe peccata; eo quòd nullus implere in ea poſſit præceptum de diligendo Deo. Ea damnata meritò fuit in concilio Tridentino ſeſſ. 6. capit. 11. & can. 7. 18. & 25. Lege etiam can. 26. & 31.

Altero verò modo intelligi poteſt idem præceptum, ita vt eo præcipiatur, hominem ſemper diligere Deum toto conatu ac omnibus viribus, ita vt nihil quod remittere, retardare, aut impedire poſſit Dei dilectionem admittat. Atque tunc non ſolùm præciperetur, quod eſſet ſatis ad peccatum vitãdum conſeruandamque caritatem, ſed etiam quod neceſſarium eſſet ad exactiſſimam illius obſeruationem attenta maieſtate ac bonitate diuina. Satis autem eſt

B perſpicuum, quod ita pertinet ad perfectiſſimam præcepti obſeruationem vltra id, quod eſt ſatis, vt abſolutè ac ſimpliciter dicatur quis illud ſeruare, neque eſſe modum neceſſarium vt actus ſit virtutis, neque ſimpliciter cadere ſub præcepto, ſed ſolùm ſecundùm quid, vt ſcilicet perfectè id præceptum impleatur. Atque hoc ſolùm eſt, quod voluerunt Auguſtinus & diuus Thomas ſuprà relati.

DISPVT. 60.

Vtrùm præcepta moralia veteris legis iuſtificarent.

C

SVMMARIVM.

1 *Duplex eſt iuſtificatio per gratiam gratum facientem.*
2 *Nullum opus moraliter bonum iuſtificabat in veteri lege, iuſtificatione ſcilicet, qua quis ex iniuſto, & peccatore fiat iuſtus, ſicut neque in noua lege iuſtificat.*
3 *Vt opera bona moraliter facta in gratia ſunt meritoria augmenti gratiæ in noua lege, ſic etiam erant in ueteri lege.*
4 *Cæremonialia præcepta ueteris legis non conferebant gratiam, ac proinde non iuſtificabant iuſtificatione, qua quis ex iniuſto fiat iuſtus.*

D

QVæſtionem hanc proponit diuus Th. 1. 2. q. 100. art. 12. & in corpore articuli ſermonem etiam miſcet de cæremonialibus & iudicialibus. Duplex autem eſt iuſtificatio per gratiam gratum facientem. Vna, qua aliquis ex iniuſto & peccatore iuſtus efficitur, quæ prima iuſtificatio nuncupatur. Et altera, qua aliquis poſtquam iam eſt in gratia gratum faciente, iuſtuſque per illam eſt iam formaliter effectus, creſcit in accepta iuſtitia & gratia, magiſque iuſtus efficitur, quæ vocatur iuſtificatio non prima. 1

Hoc ita conſtituto, prima concluſio in hac diſputatione eſt: Nullum opus moraliter, bonum, atque 2

E adeò nulla obſeruatio præceptorum moralium iuſtificabat in veteri lege loquendo de iuſtificatione prima, qua quis ex iniuſto & peccatore iuſtus fiat; ſicut neque in noua lege iuſtificat. Aliquod tamen opus bonum effectu ſupernaturali ex Dei ſupernaturali auxilio, puta contritio, erat in veteri lege, & eſt in noua, vltima diſpoſitio ad gratiam, quã Deus meritis quidem Chriſti conferebat in veteri lege, & confert in noua, eo modo diſpoſitis, ſed merè gratis eorum comparatione, quibus confertur. Prior pars eſt de fide: ait enim Paulus ad Rom. 3. *Ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro coram illo.* & ad Gal. 2. *Si enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt*, definitaque eſt in concilio Tridentino ſeſſ.

ſeſſ. 6. cap. 1. & can. 1. Neque ad hunc locum ea de agere ſpectat. Poſterior item pars eſt etiam de fide ac recepta, neque ea de re agere ad hunc locum ſimiliter ſpectat.

3 Secunda concluſio. Quemadmodum opera moraliter bona facta in gratia, cauſa ſunt meritoria augmenti gratiæ in noua lege, meritò, tanquam ex radice, proueniente in illis ex gratia gratum faciente antea comparata, per quam operans factus eſt filius Dei per adoptionem; & ſubinde cauſa ſunt, modo explicato, iuſtificationis non primæ: ſic etiam erant in veteri lege. Sic Eccleſiaſtici 18. dicitur: *Ne verearis uſque ad montem iuſtificari*, (ea bona, licèt laborioſa, efficiendo non vnde in merito ac iuſtitia creſcas) *quoniam merces Dei manet in æternum.*

Quando autem ad Rom. 2. ait Paulus: *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur*; vel intelligit de iuſtificatione nō prima, qua poſt gratiam comparatam acquiritur illius augmentum operibus legis in gratia factis: vel (quod magis credo) quia iuſtitia & gratia pendet, vt conſeruetur, poſtquam comparata eſt, ex obſeruatione legis, quoniam per quamcunque illius tranſgreſſionem culpa lethali gratia ac iuſtificatio amittitur, atque etiam vt primò peccatores iuſtificentur, pendet ex propoſito ſeruandi legem, nunquamque peccandi lethaliter, & ex contritione, præſertim tempore, de quo tunc loquebatur Paulus, (agit enim ibi de tempore, in quo duo erant ouilia, legis ſcilicet ſcriptæ ac naturæ, comparatque Iudæos tunc cum Gentibus, vt ex eo capite & ex antecedente & ſequente conſtat) quæ ſanè contritio opus eſt legis; idcirco ea verba protulit, quibus docet ad comparandam, conſeruandam, & augendam iuſtitiam, non ſufficere legis ſciētiam ex auditu, quam Iudæi habebant, quibus lex tradita erat, quique in illa docebantur, de qua re Iudæi gloriabantur ſed neceſſariam eſſe illis obſeruationem, eam adimplendo. Vnde ad Gal. 3. ait: *Lex non eſt ex fide*, ſed *qui fecerit ea* (mandata ſcilicet legis) *viuet in illis*, vita ſcilicet gratiæ; quoniam comparatio vitæ, gratiæ, ac conſeruatio illius, pendet à legis obſeruatione, licèt homines non comparent primam gratiam ac iuſtificationem vi legis, ſed per fidem Chriſti meritis. In quo eodem ſenſu Leu. 18. dicitur: *Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in illis.*

4 Tertia concluſio: Cæremonialia veteris legis nō conferebant gratiam, ac proinde nec iuſtificabant prima iuſtificatione: tametſi ad præſentiam circumciſionis gratia conferretur ratione fidei, quæ ea proteſtabatur. Sacramenta verò nouæ legis (quæ cæremonialia quædam ſunt) gratiam conferunt ac iuſtificant. Vtraque pars concluſionis certa eſt: earum tamen examen ac explanatio non ad hunc locum ſpectat.

DISPVT. 61.

De cæremonialibus veteris legis præceptis. Et num fuerint ante legem ſcriptam, virtutemque tunc habuerint iuſtificandi.

SVMMARIVM.

1 *Licèt ante legem ſcriptam fuerint ſacrificia & cæremoniæ; demptis tamen nonnullis, non fuit cæremoniale vllum tempore legis naturæ in præcepto.*

2 *Refutatur obiectio in contrarium.*

3 *Quædam veteris legis præcepta cæremonialia vim habebant ad tollendam immunditiam corporalem ab ipſamet lege in quibuſdam euentibus ſtatutam: at nulla poterant mundare ab immunditia ſpirituali.*

Dicendum deinde eſt de cæremonialibus præceptis. Quid verò & quotuplicia ſint, diſput. 53. fuit explanatum. Quamuis autem ante legem ſcriptam tempore legis naturæ fuerint ſacrificia ac aliæ cæremoniæ, quibus Deus colebatur, & fuerint etiam ſacerdotes, vt tractatu 2. diſp. 21. explanatum fuit; ſi tamen demas remedium contra originis peccatum, quod Adamo reuelatum fuit, & toto tempore legis naturæ perſeuerauit, atque etiam tempore legis ſcriptæ quo ad feminas, quæ non circumcidebantur; ſi item demas præceptum illud Gen. 9. Noë & poſteris traditum: *Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis*, quo prohibeatur comedere ſanguinem animalium ſiue à venis extractum, ſiue in venis manantem, dum animal ſuffocatum interibat, idque tunc vt homines eius præcepti obedientia exerceret, tum etiam in ſignum & memoriam quantum Deus deteſtaretur homicidium, vt ibi ſubiungitur: quod in cauſa fuit, vt id cæremoniale præceptum lege veteri antiquius ab Apoſtolis ſeruari præciperetur Actorum decimoquinto, ad tempus illis uerbis; *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis uos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato; & fornicatione, à quibus cuſtodientes uos bene agetis*, idque propter rationem diſputatione ſequenti reddendam: ſi hæc, inquam, demas, nullum ſanè cæremoniale fuit tempore legis naturæ in præcepto, vt diuus Thom. 1. 2. quæſt. 103. art. 1. affirmat dictum que à nobis fuit diſput. 21. citata. Vt enim tract. 3. diſp. 4. oſtendimus, hominibus ante diluuium prohibitus non fuit eſus carnium, tametſi multi, quos ibi retulimus, contrarium affirmauerint. Neque video de quo alio præcepto cæremoniali poſſit eſſe dubium an obligauerit tempore legis naturæ. Præter Adamum autem, qui à Deo illuſtratus ſacrificia & cæremonias inſtituit ac docuit poſteros ſuos, quibus Deum colerent, & Noë, qui idem poſt diluuium fecit, fuerūt etiam viri alij ſancti, à Deo ad id illuſtrati, qui tempore legis naturæ idem varijs temporibus efficerent, cæteroſque ea docerent, vt diuus Thom. artic. 1. citato rectè docet. De remedio externum contra originis peccatum, quod toto tempore legis naturæ, atque etiam ſcriptæ quo ad feminas, perſeuerauit, & inter cæremonialia eſt proculdubio computandum, dubitandum non eſt à Deo fuiſſe inſtitutum, fuiſſeque in præcepto toto eo tempore, idque præceptum de iure fuiſſe diuino poſitiuo, vt diſput. 21. citata dictum eſt. Vt tamen multis placet, integrum Deus hominibus reliquiſſe videtur diuerſa optione eorum offerre ad illius peccati expiationem, de qua re in materia de Sacramentis eſt diſſerendum. Itaque, vt ait diuus Thomas art. 1. citato, quamuis cæremoniæ fuerint tempore legis naturæ, quibus Deus colebatur, præcepta tamen cæremonialia (excipe duo paulo antea explicata) lege ſcripta tradita ſunt. Tametſi circumciſio Abrahamo fuerit præcepta ante legem ſcriptam, idemque præceptum Leuit. 12. fuerit repetitum ac traditum: qua ratione Chriſtus Ioan. 7. ait: *Moyſes dedit vobis circumciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus*. Abrahamo ſcilicet tradita in præceptum, & à patribus ante Moyſem, ac legem vi eiuſdem præcepti ſeruata.

Quòd ſi quis aduerſus hactenus dicta obijciat illud Dominici ad Noë Gen. 7. *Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena maſculum & feminam*. Ex quibus conſtare videtur, præceptum cæremo- 2

remoniale de diſtinctione animalium immundorũ à mundis fuiſſe ante diluuium & poſt diluuium tẽpore legis naturæ. In primis verò non fuiſſe tale præceptum de diſtinctione immundorum animalium à mundis quo ad eſum, ſed id præceptum lege Moyſis fuiſſe poſtea traditum, ſatis apertè conſtat ex illis verbis Gen.9. *Omne quod mouetur, & uiuit erit uobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi uobis omnia. Excepto, quòd carnem cum ſangume non comedetis*. Omnia enim animalia, abſque vllo diſcrimine, tradidit Deus tunc illis in cibum, ipſis reliquens, vt eis animalibus ad cibum non vterentur, quæ nociua inuenirent, aut quæ abhorrerent: nec ſecùs ac herbas omnes eis ſimiliter in cibum tradidit. Mihi verò germana expoſitio illius loci Gen.7. videtur, quòd cùm Moyſes librum Geneſis ſcripſit poſt latam legem ſcriptam, atque Deus præceperit Noë, vt ex quibuſdam animalibus inferret in arcam ſeptena & ſeptena, & ex alijs bina & bina, qualia diuino nutu miniſterioque angelorum ex diuerſis orbis partibus vltro in arcam aduenirent; eduxeritque ita Deus ad arcam ex animalibus mundis ſeptena & ſeptena, & ex immundis bina & bina; Moyſes eis verbis breuiter expreſſit, ex quibus animalibus iuſſus Noë fuerit tollere & admittere in arcam ſeptena & ſeptena, & ex quibus bina & bina. Fortaſſe ſimul tunc reuelauit Moyſi Deus, idcirco ex quidam iuberi in ſeptena & ſeptena, quòd illa munda præcepto ipſius erãt futura ad eſum: reliqua verò tunc ad ſacrificia, tum etiam ad eſum, erant futura immunda. Alij volunt, Deum præcepiſſe Noë, vt ex animalibus, quæ tunc temporis immunda reputabantur in opinione hominum ad ſacrificia & eſum, quoniam ad neutrum tunc erat vſus illorum pro ſolo arbitrio & exiſtimatione hominum, inferret ſolùm bina & bina: ex reliquis verò inferret ſeptena & ſeptena.

B Quod ad reliquum in titulo Diſputationis propoſitum attinet, num ſcilicet præcepta cæremonialia veteris legis vim habuerint ad iuſtificandum. Diuus Th. 1.2.q.103.art.2. rectè ait, duplicis immunditiæ tempore legis veteris fuiſſe habitã rationem. Vna erat ſpiritualis immunditia ratione culpæ: alia verò corporalis ab ipſamet lege in quibuſdam euentibus ſtatuta, quæ ad cultum diuinum, aut etiam ad communicandum cum alijs, non idoneum illam habentem reddebat, eratque velut irregularitas quædam lege veteri ad id in eis euentibus inducta. Sic leproſi reputabantur immundi, & qui morticinium tangebat, & in alijs euentibus eiuſmodi immunditia contrahebatur.

Si de hac poſteriori immunditia ſit ſermo, quædam veteris legis cæremonialia vim habebant ad illam tollendam, atque adeò ad ſanctificandum, hoc eſt, idoneum reddendo ad cultum diuinum, & ad communicandum in eum cum alijs, quod ſcripturæ ſacræ veteris & noui Teſtamenti ſanctificare in ſenſu explicato ac mundare appellant. Quemadmodum enim irregularitates illæ ac immunditiæ veteri lege introductæ ac ſtatutæ iure diuino poſitiuo fuerunt: ſic remedia ad illas tollendas, atque ad ſanctificandum in ſenſu explicato, ab illis emundando, eadem lege veteri eodemque diuino iure poſitiuo fuerunt introducta. Vnde Paulus ad Hebræos 9. ſtatum legis veteris cum ſtatu legis nouæ conferẽs ait: *Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti*, &c. Et paulo ſuperius dixerat: *Quæ eſt parabola temporis inſtantis*, id eſt præſentis ſtatus veteris legis, *iuxta quã munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam* id eſt, quo ad conſcientiam ſpiritualemque munditiam *perfectum facere ſeruientem, ſolummodo & cibis & in potibus & in varijs baptiſmatibus & iuſtitijs*

A *carnis, uſque ad tempus correctionis* (id eſt aduentus Chriſti, quę cæremonialia legis ueteris corrigenda commutandave erant in melius) *impoſitis*.

Si verò de priori ſpirituali immunditia ratione peccati ſit ſermo, quæ per gratiam gratum facientem tollitur, ſic cæremonialia veteris legis quemadmodum gratiam conferre non poterant, ita neque mundare ab illa immunditia poterant. Vnde Paulus ad Gal.2. *Si per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt*. Et cap.4. cæremonialia veteris legis *infirma & egena elementa* appellat, quia iuſtificare gratiamque conferre non poterant. Et ad Hebr.9. de eis ait: *Quæ non poſſunt iuxta conſcientiam* (id eſt quo ad conſcientiam) *perfectum facere ſeruientem*, eum ſcilicet iuſtificando ac emundando gratiam illi conferendo. B Et cap.10. *Impoſſibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata*. Quomodo autem cæremonialia veteris legis inſeruirent ad iuſtitiæ & gratiæ augmentum, & quomodo ad præſentiam circũciſionis, aut remedij alterius feminis contra peccatũ originale applicati, ratione fidei, quæ eis proteſtabatur, meritis Chriſti gratia conferretur, Diſputatione præcedente fuit dictum, alibique eſt copioſiùs explanandum.

DISPVT. 62.

C Vtrùm cæremonialia veteris legis præcepta ita ceſſauerint, vt abſque lethali culpa ſeruari nequeant.

SVMMARIVM.

1 *Præcepta cæremonialia ueteris legis non ceſſarunt, nec in æternum ceſſabunt; ut probatur, ſed non affirmatiuè.*

2 *Lex uetus ceſſauit lege noua adueniente Chriſti: quia erat umbra nouæ legis.*

3 *Præcepta cæremonialia ceſſarunt non ſolùm quatenus umbra erant futurorum, ſed ſimpliciter & omnino.*

4 *Controuerſia inter Hieronymum & Auguſtinum circa modum ceſſationis legalium, ſed Auguſtini ſententia recipitur, ſcilicet poſt Chriſti mortem etiam Apoſtolos legalia ſeruaſſe. Agitur de controuerſia inter Apoſtolos Petrum & Paulum.* D

5 *Supponendum baptiſmum ante paſſionem à Chriſto fuiſſe inſtitutum, atque eo tempore uſque ad paſſionem fuiſſe in conſilio non in præcepto, affirmant Thomiſtæ, totam legem veterem ac proinde circumciſionem fuiſſe vſque ad paſſionem in præcepto; in morte uerò ac reſurrectione Chriſti ceſſaſſe, & exinde legem nouam cæpiſſe eſſe in præcepto. Scotus uerò & alij aſſerunt baptiſmum non prius cępiſſe eſſe in præcepto, quàm Euangelium promulgatum fuerat; ſed ſententia eius, licèt pluribus probetur, refellitur: ac prior confirmatur.* E

6 *Lex baptiſmi & aliæ leges à Chriſto ante paſſionem latæ ſtatim à morte Chriſti habuerunt uim præcepti, nec ad id fuit neceſſaria alia promulgatio, quam quæ à Chriſto ipſo, dum uiueret, facta illarum fuit.*

7 *Argumenta quædam in contrarium refelluntur.*

8 *Poſt ſufficientem Euangelij prædicationem orbi factam licitum non eſt alicui aliqua ex cauſa ſeruare legalia; nec excuſantur à peccato, qui adhuc ea ſeruant animo ea ut legalia ſeruandi.*

9 *Refelluntur argumenta quæ initio Diſputationis allata ſunt in contrariam partem.*

Quod

1 QVòd non ceſſauerint, ſeruarique abſque culpa poſſint, ſuadetur. Primo, quoniam Baruch 4. de lege veteri atque adeò de præceptis illius cæremonialibus dicitur: *Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum*. Et Leuit. 16. dicitur: *Erit uobis hoc legitimum ſempiternum*, & eſt ſermo de cæremoniali pręcepto: ergo præcepta cæremonialia veteris legis nec ceſſarunt, nec in æternum ceſſabunt.

Secundo, Apoſtoli poſt acceptum Spiritum ſanctum non peccauerunt lethaliter: at, etiam poſt euangelij promulgationem inceptam, leguntur ſeruaſſe cæremonialia præcepta, vt Paulus Actorum 16. legitur circumcidiſſe Timotheum, qui erat ex patre gentili & ex matre Iudæa, ſecumque eum aſſumpſiſſe: & Act. 21. conſilio Iacobi & ſeniorum, qui erant Ieroſolymis, purificatus legitur cum alijs quatuor viris: ergo abſque lethali culpa ſeruari præcepta cæremonialia poſſunt.

Tertio, Apoſtoli & ſeniores in illo celebri concilio, cuius Lucas Actorum 15. meminit, ſic conuerſis ex Gentibus ſcripſerunt: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorũ, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione*: ſed abſtinere ab immolatis, & à ſanguine, & ſuffocato, ad cæremonialia ſpectat præcepta: ergo non ſolùm conuerſis ex Iudæis, ſed etiam conuerſis ex gentibus, licuit cum Euangelio ſeruare præcepta cęremonialia veteris legis.

2 Statuenda initio huius Diſputationis eſt hæc fundamentalis concluſio. Lex vetus ceſſauit lege Chriſti noua adueniente. In quo autem puncto lex vetus ceſſauerit, poſt hanc concluſionem ſtabilitam examinabitur. Concluſio eſt de fide, & contrarium, legem ſcilicet veterem non ceſſaſſe, ſed eſſe ſeruandam vnà cum Euangelio ac lege noua, fuit hæreſis Cerinthi, Ebionis, & Nazaræenorum, vt referunt Auguſt. de hæreſib. l. Quod vult Deum, hæreſi 8. 9. & 10. Hierony. Epiſt. 11. 2. tom. operum Auguſtini, & idem Auguſtinus Epiſt. 19. Caſtrus aduerſus hæreſes, verb. Lex, hæreſi 1. & alij. Auguſtinus hæreſi 10. citata ait Epiphanium computare tanquam ſectatores eiuſdem erroris Sampſæos & Elcetæos, quorum Epiphanius, tom. primo, lib. 2. hæreſi 13. meminit.

Concluſio verò probatur ex illo ad Gal. 3. *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat*, vt ſcilicet eo adueniente ceſſaret, & ſuccederet noua, quam id ſemen promiſſum ferret. Et infra: *Lex pędagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificaremur. At ubi uenit fides, iam non ſumus ſub pędagogo*. ſub lege ſcilicet illa veteri. Et cap. 4. *Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe, legẽ non legiſtis; quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, quæ ſunt per allegoriam dicta duo Teſtamenta*. Et infra: *Sed quid dicit ſcriptura? Ejice ancillam & filium eius; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ*. Ac concludit Paulus: *Itaque fratres, nõ ſumus ancillę filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit*: à lege ſcilicet veteri, eiuſque obligatione. Id enim eſt, quòd initio capitis his verbis dixerat: *Ita & nos, cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes*, cæremonijs legis. *At vbi uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret*, à iugo ſcilicet eius legis. Et c. 5. *Nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam ſi circumcidamini, Chriſtus uobis nihil proderit. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini*: id eſt, qui quæritis in circumciſione ac lege veteri iuſtificari, quaſi illa vim ad iuſtificandum habeat, quam antea habebat, retineat, *à Chriſto euacua-*

A *ti eſtis*; id eſt illũ culpa veſtra lethali amiſiſtis: quod expreſſius explicat addens, *à gratia excidiſtis*. Atque vt ſummatim dicam, intentum Pauli tota Epiſtola illa ad Galatas eſt, neque ex lege veteri fuiſse unquam iuſtitiam, ſed ex Chriſto, neque legem veterem poſt Euangelicam vim vllam obligandi habere, ſed omnino ceſsaſse Chriſti aduentu, ad quem ordinabatur.

Eadem concluſio probatur ex illo ad Hebr. 7. *Tranſlato ſacerdotio*, Leuitico ſcilicet ſecundum ordinem Aaron, in ſacerdotium Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedec, iuxta illud Pſal. 109. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec*, (quem locum diſput. 50. à §. poſterior verò, &c. copioſè explanauimus) B *neceſſe eſt ut & legis tranſlatio fiat*. Et c. 8. adducens illud Ieremiæ 31. quod perſpicuè noſtram cõcluſionem confirmat: *Ecce dies uenient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fędus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus ueſtris in die, qua apprehendi manum eorum ut educerem illos de terra Aegypti*, addit Paulus, *dicendo nouũ ueterauit prius*. Et cap. 10. *Aufert primum ut ſequens ſtatuat*. Lege quæ diſp. 52. circa illud teſtimonium ex Ieremiæ 31. capite à Paulo ad Hebræ. 8. relatum, dicta ſunt.

Probatur etiam concluſio ex illo ad Epheſ. 2. *Nunc autem in Chriſto Ieſu nos, qui aliquando eratis longè*, quia ſcilicet promiſſionem de Chriſto non habebatis, in idololatriamque declinaueratis, *facti e-* C *ſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum*, id eſt duos populos Gentilicum & Iudaicum unum Chriſtianum in vno communi ouili ſub vno paſtore, *& medium parietem maceriæ*, legis videlicet veteris, quæ populum Iſraeliticum à Gentili diuidebat, indeque duo illi populi occaſionem ſumebant vt inter ſe diſſiderent, inuicemque ſibi aduerſarentur, *ſoluens inimicitias in carne ſua, legem mandatorum*, veterem ſcilicet, *decretis* legis nouæ, *euacuans, ut duos condat in ſemetipſo, in unum nouum hominem*, legis gratiæ formatum ac creatum, *faciens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore*, Eccleſia ſcilicet Chriſtianæ ac legis nouæ, *Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemet ipſo. Et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui longè fuiſtis, & pa-* D *cem ijs, qui propè: quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad Patrem*.

Eandem concluſionem probat definitio illa Actorum 15. Apoſtolorum & Eccleſiæ in illo primo concilio in Eccleſia celebrato, qua ſtatutum fuit, cõuerſos in Gentibus non teneri ſeruare legem Moyſi, quia ſcilicet nouæ legis aduentu ceſsauerat. Eandem confirmat illud Inn. iij. cap. maiores cauſæ in prin. de bap. & eius effect. *Abſit ut in illam damnatã hęreſim incidamus, quæ perperam affirmabat, legem cũ euangelio, & circumciſionem cum baptiſmo ſeruãdam*. Eandem concluſionem Sot. 2. de iuſt. q. 5. art. 4. & alij referunt definitam fuiſse in concilio Florentino: ſed ego eam definitionem nunquam in eo con- E cilio reperire potui.

Ratio autem cur lex uetus adueniente Chriſto, lataque per eum lege noua, ceſsare debuerit, hæc eſt: Quoniam, vt Paulus ad Hebr. 10. ait, lex uetus habebat *umbram futurorum bonorum, nõ ipſam imaginem rerum*: vnde quemadmodum adueniente ſole ceſsat vmbra, & adueniente veritate tolluntur imagines ac figuræ, quæ ad illam ſignificandam fuerant inſtitutæ, vtpote ad id deinceps non neceſsariæ: ita adueniente Chriſto, lataque per eum lege noua, ſanguineque ſuo confirmata, ceſsare debuit lex vetus. Præſertim cum Chriſtum, & quæ per Chriſtum tẽpore legis nouæ ac gratiæ erant futura, vt futura ſignificaret, quod veritatem poſt Chriſti aduentum, & poſt-

& poſtquam illa iam geſta ſunt, non habet. Quo fit, vt Chriſtus, non tam abrogando ac reuocando legem veterem, quaſi in longius tempus fuiſſet poſita, vlteriuſque illius inſtitutione fuiſſet duratura, quàm implendo, quod ſignificabat, eam ceſſare fecerit: data que quippe à Deo fuerat in illud ſolùm vſque tempus. Vnde Matt. 5. dixit Chriſtus; *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere*. Accedit, quòd, vt Petrus Actorum 15. ait, iugum veteris legis erat admodum graue, *quod*, inquit, *neque patres noſtri neque nos portare potuimus*, id eſt, quod nos & patres noſtri difficilè portauimus: oportebat autem iugum legis nouæ ac gratiæ non ita graue eſse, ſed ſuaue ac leue. Vnde Chriſtus Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, comparatione ſcilicet iugi, quod lege veteri hominum ceruicibus fuerat impoſitum: quod ſanè teſtimonium confirmat, legem veterem aduentu nouæ legis ceſſaſſe.

3 Illud verò eſt hoc loco obſeruandum, præcepta cæremonialia ceſſaſſe non ſolùm quatenus vmbræ ac figuræ erant futurorũ, ſed ſimpliciter ac omnino ceſſaſſe. Vt obligatio ſeruandi ſabbathum ceſſauit, etiam vt erat in memoriam beneficij creationis, & Paſcha ceſſauit, etiam vt erat inſtitutum in memoriam eductionis populi Iſraelitici de Aegyptiaca captiuitate, & circumciſio ceſſauit etiam, vt erat ſignaculum fidei diſtinguens Iſraeliticum populum à reliquis. Imò verò non ſolùm ceſſarunt præcepta cæremonialia veteris legis, ſed etiã iudicialia, quin & moralia ea ex parte, qua veteri lege fuerant præcepta. De tota quippe lege Paulus dixit; *tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, ut & legis tranſlatio fiat*, & de toto fœdere veteris legis dixit, *dicendo nouum, ueterauit prius, & aufert primum, ut ſequens ſtatuat*, & deniq; teſtimonia ſupra relata de tota vniuerſim lege loquuntur. Dixi, quin & moralia ea ex parte, qua veteri lege erant præcepta: quoniam moralia præcepta in noua lege obligant, ſed non quatenus lege veteri fuerunt præcepta, ſed quatenus de iure ſunt diuino naturali, pertinentque proinde ad naturæ legem, in legeque noua ſunt quoque præcepta. Quædam item iudicialia veteris legis præcepta iure canonico ac ciuili obligant, non quia fuerunt lege veteri præcepta ſed quia tanquam conſona rationi, regiminique eccleſiaſtico aut ciuili accomodata, de nouo canonico aut ciuili iure ſancita ſunt. Iuxta hanc doctrinam accipienda ſunt, quæ Clemens lib. 6. Apoſt. Conſt. c. 22. & 23. tradit de ceſſatione veteris legis, & permãſione quo ad præcepta decalogi ac moralia.

4 Quamuis in concluſione, à nobis hactenus ſtabilita, catholici omnes conueniant, in primis tamen fuit inter Hieronymum & Auguſtinum ſolemnis admodum controuerſia circa modum ceſſationis legalium, vt 2. tom. operum Auguſtini ab Epiſtola 8. vſque ad 19. conſtat. Hieronymus enim exiſtimauit legalia vim ſuam vſque ad Chriſti paſſionem retinuiſſe, fuiſſeque vſque ad id tempus in pręcepto. Ex inde verò non ſolùm fuiſſe mortua, deſijſſeque eſſe in præcepto, ſed etiam fuiſſe mortifera, ita vt nulli abſque lethali culpa licuerit illa ſeruare, niſi inuincibili ignorantia excuſaretur ab ea culpa. Vnde negat Apoſtolos poſt Chriſti aſcenſionem ſeruaſſe legalia: ſed ait, pia quadam diſpenſatione ſimulaſſe ea ſeruare, facti Iudæis Iudæi, vt Iudæos lucrifacerent. Hinc vlterius ait, quando Petrus ad Gal. 2. legitur reprehenſus à Paulo, quia pia quadam ſimulatione ſe ſubtraxerat à conuerſis ex Gentibus, cum quibus antea cibos in lege prohibitos edebat, ne cõuerſi ex Iudæis, qui à Iacobo aduenerant, ſcandalizarentur cernentes eum cum conuerſis ex Gentibus eis veſci cibis, in eo, quòd ita ſe ſubtraxiſset, nõ

A peccaſse. Neque item Paulum peccaſse dum illum illo modo reprehendit: quoniam pia etiam quadam ſimulatione finxit ſe illum reprehendere ad tollendum ſcandalum, quod conuerſi ex Gentibus ex eo ſumpſerant, quòd uiderent Petrum ſe illo modo ab eis ſubtraxiſse, legaliaque ſeruaſse, quaſi legalium obſeruatio ad ſalutem eſset neceſsaria. Citat Hieronymus Epiſt. 11. citat autores huius ſuæ ſententiæ, quos ſe ait eſſe ſequutum, Origenem, Didymum, Apollinarem Laodicenum, quem ait nuper de Eccleſia egreſſum, Alexandrum veterem hæreticum, Euſebium Emiſſenum, Theodoretum, Heracleontem, & Ioannem Chryſoſtomum.

Auguſtinus verò Epiſtolis citatis, præſertim 19. tria diſtinguit tempora. Primum, vſque ad mortem B Chriſti, in quo legalia fuerint in præcepto. Secundum, inde vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem, non huic aut illi in particulari, ſed orbi: quod tempus aliquot perſeuerauit annis, cum minimum vſque ad Hieroſolymitanam euerſionẽ quadraginta circiter annis poſt mortem Chriſti: quo tẽpore toto legalia quidem in præcepto non erant, licitum tamen ſolis conuerſis ex Iudæis erat ea ſeruare, non quidem ſpem in eis conſtituendo, quaſi ſine eis Chriſti gratia non ſufficeret ad ſalutem. Neque item quatenus ſigna futurorum, quæ iã erãt impleta, figuratiua, ſed quatenus lege veteri in Dei cultum inſtituta, atque eadem lege veteri præcepta aut prohibita. Dixi, ſolis conuerſis ex Iudæis licitum eo tempore fuiſſe illa ſeruare: quoniam conuerſis ex Gentibus licitum non erat ea tunc ſer- C uare: eo enim tempore illis dicebat Paulus; *Si circumcidamini, Chriſtus nihil uobis proderit*. Tertium tempus erat, à ſufficiente Euangelij promulgatione vſque ad finem mundi: quo tempore toto omnibus vniuerſim eſt illicitum ſeruare legalia. Quo fit, vt Auguſtinus, & Hieronymus in ſolo illo ſecundo, intermediove tempore inter illa alia duo, diſsentiant: in reliquis uerò duobus temporibus omnino conſentiant.

Quanquam Adrianus in 4. quæſt. 1. acerrimè nitatur Hieronymum defendere, vt Maior. ibidem. diſtin. 3. quæſt. 1. plus Auguſtino adhærendo, Hieronymum etiam defendat, inter ſcholaſticos tamen Auguſtini ſententia communiter recipitur, eſtque D planè amplectenda. Primò, quoniam Scriptura ſacra abſolutè ac ſimpliciter narrat, Apoſtolos tempore illo intermedio ſeruaſse legalia: ergo non fictè ſed verè illa ſeruarunt, ac proinde licita tunc erant conuerſis ex Iudæis. Secundò, quoniam ſi conuerſis ex Iudæis illicitum eo tempore erat ſeruare legalia, ſanè Apoſtoli peccarent ſimulando ſe illa ſeruare: ſuo enim exemplo in eo errore illos confirmabant, illiſque occaſio erant, vt in exequutione rei illicitæ perſeuerarent: quod non licet, etiam ad vitandum ſcandalum; *Vtilius enim ſcandalum naſci permittitur, quam ueritas relinquatur*, vt ex Bulla, cap. ſi excandalizauerit, extra de regu. iur. habetur. Caiet. 1. 2. quæſt. 103. art. 4. Sotus. 2. de iuſt. quæſtio. 5. ar- E ticu. 4. & in 4. quæſt. 1. art. 2. & alii, referunt concilium Florentinum, poſt definitionem ceſsationis legalium Chriſti aduentu, addere; *Non tamen negat ſancta ſynodus, à Chriſti paſsione uſque ad promulgatum Euangelium illa potuiſſe ſeruari, dum tamen minimè ad ſalutem neceſſaria crederentur*. Quibus verbis licèt concilium Auguſtini ſententiam non definiat, in illam tamen, vt in probabiliorem própendet. Supra tamen dixi, me hactenus non reperiſse eam definitionem, eaque verba in eo concilio poſt illam ſubiecta.

Ratio autem cur toto eo tempore conuerſis ex Iudæis permiſsum diuinitus fuerit ſeruare legalia, eſt in primis, vt facilior illis eſset cõuerſio ad fidem

Chriſti

Chriſti: durum quippe admodum fuiſſet relinquere ſtatim cæremonias omnes veteris legis,moreſque in quibus fuerāt nutriti: præſertim cùm valde ęmulatores eſſent legis Moyſis: apoſtolis verò toto eo tempore docentibus non eſſe illis neceſſarium, ſed ſolùm permiſſum ſeruare legalia, prohibentibuſque cōuerſis ex Gentibus illa ſeruare,paulatim eos, ſucceſſoreſque illorum, aſſueſcerunt ad omnino relinquendum graue legis veteris iugum,atque ad cōueniendum ac conuiuendum cum conuerſis ex Gētibus ex ſolo leui iugo legis Chriſti,vt à quàm multis annorum centenis totus Chriſtianus populus in eo ſolo viuit. Deinde verò ratio eiuſdem diuinæ permiſſionis fuit, vt ſynagoga eorum mater debito cū honore,vt Auguſtinus Epiſto. 19. citata ait, deferretur ad tumulum. Si enim Deus conuerſis ex Iudæis ſtatim prohibuiſſet obſeruationem legalium in ſuſpicionem conuerſorum ex Gentibus venire potuiſſet,cæremonias illas (quæ tamen à Deo fuerant inſtitutæ ac præceptæ) non ſecùs malas fuiſſe, atque erant cæremoniæ,quibus ipſi idolis ſeruierant, quæ omnino eis ſtatim fuerant prohibitæ. Poſtquam autem ita cum honore ſepulta fuit ſynagoga, ſi poſt promulgatum orbi Euangelium vellent conuerſi ex Iudæis denuo cæremonijs illis vna cùm Euangelio ac lege gratiæ vti, id iam profectò eſſet exhumare cineres ſynagogæ iam ſepultę, vt idem Auguſtinus ibidē optimè ait,quòd in dedecus potius quàm in honorem ſynagogæ ſemel omnino ſepultę redundaret.

Illud verò eſt hoc loco obſeruandum,etiam apoſtolos ipſos poſt Chriſti reſurrectionem ad tempus latuiſſe legalium ceſſationem,vt Adrianus & Sotus locis citatis probè adnotarunt. Quod planè colligitur apertè ex illo Actor. 10. quo in loco cùm Petrus Apoſtolorum Princeps iuſſus eſſet occidere & manducare de animalibus illis in linteo de cælo ſubmiſſis,reſpondit: *Abſit Domine,quia nunquam manducaui omne commune & immundum.* Paulus autem ſtatim atque ad fidem fuit conuerſus, & à Chriſto ipſo apoſtolus fuit creatus, vt potiſſimū inter Gentes Euangelium prædicaret, per Chriſtique reuelationem Euangelium accepit, vt hæc omnia & alia, ſub iureiurando idem apoſtolus ad Galat. 1. affirmat,edoctus immediatè à Chriſto fuit, non ex operibus legis eſſe iuſtitiam,ſed ex fide ac meritis Chriſti,legemque veterem ita ceſſaſſe,vt à Gentibus nulla ratione eſſet ſeruanda,à conuerſis verò ex Iudæis poſſet quidem licitè ad tempus ſeruari, iuſtitiæ ſpē non in illa ſed in fide ac meritis Chriſti conſtituendo,non tamen teneri eos illam ſeruare: idque ipſe cum Barnaba, ad id miniſterium à Deo aſſumpti, inter Gentes docuerunt,qui (poſtquam Petrus Cornelium, domeſticoſque ac cognatos & neceſſarios illius amicos Cæſareæ baptizauit) primi docere ac conuertere Gentes cæperunt, vt conſtat Actorum 13. & capitibus ſequentibus. A nonnullis autem ex conuerſis ex Iudæis,qui plus iuſto legem Moyſis zelabant,doceri aduerſus Paulum & Barnabam cępit Antiochiæ,conuerſos ex Gentibus teneri circumcidi ac ſeruare legem Moyſi, neque illos poſſe aliter ſaluos fieri, vt Acto. 15, conſtat, reſque ad Apoſtolos & ſeniores, qui erant in Ieruſalem, fuit delata, qui, vt ibidem habetur, definierunt, id illis non eſſe neceſſarium. Cùm autem vbique gentium Paulus docuiſſet,conuerſos ex Gentibus nec teneri nec poſſe licitè ſeruare legalia,(id ꝙ in cauſa fuit,vt Paulus graues proſequutiones à Iudæis pateretur) quidam ex conuerſis ex Iudæis Galatas ſeducere cæperunt, eos teneri ſeruare legalia,nec aliter poſſe ſaluos fieri: autoritatique Pauli in docendo detrahere cæperunt, vt qui poſt Chriſti aſcenſionem fuiſſet conuerſus ad fidem, nec à Chriſto accepiſſet Euangelium,vt alij apoſtoli à Chriſto immediatè Euangelium acceperunt,ſtandumque eſſe potius conſuetudini Eccleſiæ Ieroſolymitanæ à Petro & Iacobo edoctæ,in qua cum Euangelio legalia ſeruabantur. Quod in cauſa fuit, vt Paulus ad Galatas ſcribens, ea de ſe & de ſuo Euangelio,ad Galatas confirmandos ac reuocandos ad veram fidem,diceret, quæ in ea Epiſtola continentur, illaque ſub iureiurando confirmaret. Nempe ſe à Chriſto immediatè fuiſſe creatum apoſtolum,& à Chriſto immediatè per reuelationem accepiſſe Euāgelium, cui proinde adeò non poteſt ſubeſſe falſum,vt ſi per impoſſibile ipſe, aut angelus de cælo,nedum pſeudoapoſtoli,qui Galatas peruertere conabuntur, quicquam illi repugnans doceret,anathema illum pronunciet. Neque in ſua doctrina,qua docet legalia ceſſaſſe, eſſe quòd auram quęreret popularem, hominibuſve placere intenderet,quin potiùs,ſi contrarium docuiſſet,grauiſſimas vitaret perſequutiones à Iudæis,quòd legalium ceſſationem doceret, ſibi illatas. Addit ipſum, qui àdeo legis Moyſis æmulator erat ante ſui conuerſionem,vt zelo obſeruantiæ eius legis perſequeretur ac deuaſtaret eccleſiam,& proficeret in Iudaiſmo tuendo ſupra omnes ſuos coętaneos, nequaquam docturum ceſſationem legalium, niſi à Deo accepiſſet illa ceſſaſſe. Deinde confirmat ſe non didiciſſe Euangelium ab alijs Apoſtolis: quoniam prius euangelizauit Dei iuſſu, quàm ad Apoſtolos veniret: neque quando venit poſt tres annos à ſua conuerſione, ampliùs quàm quindecim dies fuit cū eis commoratus, neque tunc alios nouit, quàm Petrum & Iacobum, neque eccleſiis, quæ erant in Iudæa,erat notus ex facie,ſed tantum audierant cōuerſionem ſuā,eumque,qui antea perſequebatur Eccleſiam, Euāgelium prædicare. Deinde narrat,ſe poſt quatuordecim annos cū Barnaba, aſsumpto Tito, qui ex Gentibus ad fidem fuerat conuerſus, ſecundum reuelationem aſcendiſse Ieroſolymam, contuliſseque Euangelium,quod in Gentibus prædicabat circa ceſsationem legalium,cū ijs, qui meritò in Eccleſia in magna habebantur reputatione, hoc eſt cū Petro,& Iacobo,& Ioanne,ne ſi ab eis diſcreparet, vt multi falsò ei imponebant,in uanum cucurriſset ac curreret, neque quicquam deuiare à tramite ueteri Euāgelij fuiſse compertum, ſed dexteras illi dediſse ſocietatis quo ad Euangelij promulgationem, vt ipſe & Barnabas potiſſimum Gentibus euangelizarent; illi verò tres alii Apoſtoli Iudæis potiſſimum euangelizarent. Atque nec Titum, qui ex Gentibus conuerſus fuerat ad fidem fuiſse Ieroſolymis iuſsum circumcidi, tametſi id contendiſsent multi falſi fratres ex conuerſis ex Iudæis, quibus in nullo ceſserunt;eo quòd id conſonum non eſset veritati Euangelij. Verba autem illa de prædictis Apoſtolis,qui meritò ab omnibus in magna habebantur reputatione, *quales aliquando fuerint*, antea ſcilicet quàm ego ad fidem converterer, quòd videlicet fuerint magni ac ſancti, ipſe verò blaſphemus & perſequutor Eccleſię fuerim,vt ad aduerſus Paulum obijciebant pſeudoapoſtoli,contendentes Apuod Galatas ea ratione potiùs ipſos auſcultare debere & ſequi morem Ieroſolymitanæ Eccleſiæ, quàm doctrinam Pauli,illa inquam,verba proximè explanatum habent ſenſum: vnde ſubiungit Paulus; *nihil mea intereſt*, id parum inſeruit, vt inde veritati Euangelij mei detrahatur. *Deus enim perſonam hominum non accipit*; vt ſcilicet alligatus ſit diſtribuere ſua bona pro qualitate & ſanctitate perſonarum, quaſi mihi indigno,dum ad fidem & apoſtolatum me vocauit,non potuerit, ſicut & illis, reuelare ceſſationem legalium,& alia fidei myſteria.

Deinde narrat Paulus, cùm Petrus Antiochiam veniſſet, atque antequam ex Iudæa ſuperueniſſent

ſent à Iacobo quidam ex conuerſis ex Iudæis, legalia cum conuerſis ex Gentibus non ſeruaret, cum illis cibos lege veteri prohibitos edendo; vbi verò illi ſuperuenerunt, timendum eorum ſcandalum, ſubtraxiſſe à conuerſis ex Gentibus, non quantum par erat cauendo ſcandalum conuerſarum ex Gentibus qui inde arbitrari poterant tanquam ab adhuc immundis ſe ab illis ſubtrahere, neceſſeque illis eſſe veterem legem cum Euangelio ſeruare. Hoc factum Petri narrando, vt Paulus Galatis oſtendat, quàm vera ſit doctrina, quam eos docuerat, conuerſos ſcilicet ex Gentibus nec teneri nec poſſe licitè ſeruare legalia, ait ſe *in faciem*, id eſt coram omnibus qui aderant, *ei reſtitiſſe*, eum ſcilicet quo ad id reprehendendo, *quia reprehenſibilis erat*. Et *cum vidiſſem* ait, *quod* in eo *non rectè ambularent ad veritatem Euangelij*, tam ſcilicet Petrus, quàm qui cum ipſo in eam ſimulationem conſenſerant, *dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo cogis Gentes Iudaizare?*

Vt ſuprà dictum eſt, Hieronymus cum doctoribus, quos pro ſua ſententia citauit, eſt arbitratus, neque Petrum in eo peccaſſe, in quo, vt proximè relatum eſt, fuit à Paulo reprehenſus, neque Paulum eo modo illum reprehendendo peccaſſe: quoniam, inquit, pia ſimulatione id fecit ad vitandum ſcandalum conuerſorum ex Gentibus. Auguſtinus uerò cum Cypriano, & Ambroſio, quos Epiſto. 19. pro ſua opinione citat, cenſet Paulum nulla ſimulatione fuiſſe vſum, ſed verè & ex animo Petrum reprehendiſſe, peccaſſeque Petrum, non quidem lethaliter, ſed venialiter, eaque reprehenſione verè fuiſſe dignũ. Atque, quod ad doctores, quos Hieron. pro ſua ſentẽtia citat, attinet, inter alia ſic Auguſt. dicit: *Fateor caritati tuæ, ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum autorem ſcribendo aliquid errasse firmiſſimè credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate doctrinaque polleant, non ideo uerum putem quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi uel per illos autores canonicos, uel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt.* Et infra ſubiungit, Paulum cap. 2. Epiſtolæ ad Galatas ſibi ſufficere, vt cum omnibus eis autoribus opponat ac præferat, qui contrarium ſentiunt. Neque enim cum veritate ac integritate, quæ in ſcripturis ſacris eſt confitenda, conſentit, vt Auguſtinus Hieronymo egregiè obijcit, affirmare, Petrum tunc culpa caruiſſe, ob quam verè à Paulo fuit reprehenſus. Cum enim Epiſtola illa Pauli ad Galatas ſcriptura ſacra ſit, Pauluſque in ea non ſolùm narret, ſe in faciem Petro reſtitiſſe, ſed etiã addat, *quia reprehenſibilis erat*, in quo perſpicuè affirmat eum fuiſſe reprehenſibilem, conſonum ſanè veritati, quæ in ea ſcriptura eſt confitenda, non eſt, negare fuiſſe tunc in Petro culpam aliquam, ratione cuius verè eſſet reprehenſibilis. Qua de cauſa doctores communiter poſt Auguſtinum admittunt, fuiſſe tunc in Petro culpam aliquam, non quidem lethalem, ſed venialem. Ea autẽ culpa non in eo fuit poſita, quòd Petro fuerit tunc illicitum ſeruare legalia: cum enim ex Iudæis eſſet, integrum illi tunc erat ſeruare legalia, & ea non ſeruare, vt oſtenſum eſt, ſæpeque ea nõ ſeruabat, cum Gentibus de cibis veteri lege prohibitis edens, vt conſtat ex hac ipſa Pauli reprehenſione: dixit enim illi Paulus; *Si tu, Iudæus cum ſis, gentiliter uiuis, & nõ Iudaicè, quomodo cogis Gentes iudaizare?* In eo autẽ fuit Petri culpa poſita, vt dictum eſt, quòd ut ſcandalum conuerſorum ex Iudæis, qui à Iacobo ſuperuenerant, vitaret, non ſatis cauit ſcandalum, quod conuerſi ex Gentibus ſumpturi erant, videntem ipſum ſubtrahere ſe ab eis, adeoque ſolicitè coram cõuerſis ex Iudæis ſeruare legalia: inde enim arbitra-

A ri poterant, aut certè dubitare, num ipſis neceſſarium eſſet ſeruare legalia. Atque id eſt, quod Paulus ait: *Cogis Gentes iudaizare?* exemplo ſcilicet tuo. Vt enim doctor quidam in eadem Pauli verba rectè ait, *facta ſuperiorum non tam iuuitant, quàm ſubditos cogunt ad eorum imitationem*. Atque, vt Auguſtinus Epiſtola citata obſeruat, plus in Petro Eccleſiæ capite humilitas enituit, qua benignè ac humiliter eã reprehenſionem ſuſcepit, quàm tantum dedeceat Apoſtolum venialis culpa, ob quam fuit reprehenſus, quæ ex cura ac deſiderio vitandi ſcandalum cõuerſorum ex Iudæis, eoſque in fide conſeruandi, ortum habuit.

Quòd ſi quis contra prædicta obijciat, Gelaſium c. ſancta Romana 15. diſt. dicentem: *Illa ſentimus,* B *quæ beatum Hieronymum ſentire cognouimus, non ſolùm de Rufino, ſed etiam de vniuerſis, quos vir ſæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit.* Dicendum eſt, Hieronymũ non reprehendiſſe contrariam doctrinam Auguſtini, Cypriani, & Ambroſij, quin & Pauli, tãquam hæreticam, ſed potius Auguſtinũ de cõtrario admonuiſſe ac redarguiſſe Hieronymum: neque proinde hoc comprehendi inter ea, de quibus Gelaſius ibi loquitur. Adde, ſolùm ibi probari, quæ tanquam hæretica Hieronymus reprehendit in alijs, quorum opera illo eodem capite nõ approbantur: opera autem Auguſtini, Cypriani, & Ambroſij, illo eodem capite approbãtur, antequam de Hieronymo in illo mentio fiat.

Eſt deinde controuerſia alia circa rem hanc de C ceſsatione legalium inter Scotum & Gabrielem ex vna parte, & cæteros doctores ſcholaſticos communiter ex alia. Diuus quippe Thom. 1. 2. q. 103. art. 3. & 4. & tam ipſe, quàm alij ſcholaſtici in 4. partim diſt. 1. & partim diſt. 3. ſupponendo baptiſmũ ante paſſionẽ fuiſſe à Chriſto inſtitutum, atque eo tẽpore vſque ad paſſionem fuiſse ſolũ in conſilio & nõ in præcepto, affirmãt legem totam veterem, ac proinde circumciſionem, fuiſse vſque ad paſsionem in præcepto: in morte verò ac reſurrectione Chriſti ceſſaſse, ex indeque legem nouam cæpiſse eſse in præcepto: integrum tamen fuiſse conuerſis ex Iudæis ſeruare veterem legem vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem, vt eſt dictum: poſt Euangelij autem ſufficientem promulgationem nemini eſ- D ſe licitum ſeruare legem veterem.

Scot. verò in 4. diſt. 3. q. 4. quem Gabriel ibidem diſt. 1. q. 4. art. 3. ſequitur, conſentiendo cũ reliquis doctoribus, baptiſmum ante Chriſti paſſionẽ fuiſſe inſtitutum, & vſque ad paſſionem non fuiſſe in præcepto, ab eis tamen diſſentit, in primis circa baptiſmum, quoniam arbitratur fuiſſe in conſilio non ſolùm vſque ad mortem ac reſurrectionem Chriſti, ſed etiam vſque ad ſolemnem Euangelij promulgationem, qualis in die Pentecoſtes Ieroſolymis fieri cæpit. Cum verò eiuſmodi promulgatio Euangelij ſucceſſiuè fuerit facta in orbe, prius in vno loco quã in alio, & prius in quibuſdam quàm in alijs, inde infert baptiſmũ prius in vno loco deſiuiſſe eſſe in con- E ſilio, cæpiſſeque eſſe ibi in præcepto, quàm in alijs.

Deinde quo ad circumciſionem ab alijs etiam diſſentit, quoniam circa illam quatuor diſtinguit tempora. Primum, à dato præcepto circumciſionis vſq; ad inſtitutionem baptiſmi: in quo tempore toto circumciſio fuit in præcepto Iſraelitico populo & anteceſſoribus vſque ad Abrahamum. Secundum, ab inſtitutione baptiſmi vſque ad ſolemnem præcepti baptiſmi promulgationem: quo tẽpore toto ait circumciſionem fuiſſe Iſraeliticis in conſilio, ſicut & baptiſmus toto eo tempore, ex ipſius ſententia, erat in conſilio: in hoc tamen ſenſu, quòd ſub præcepto erat circumcidi vel baptizari ſub disiunctione eligendo horum alterum, vt vnuſquiſque potius vellet,

let, baptiſmus tamen determinatè, aut circumciſio determinatè, non erat in præcepto, ſed integrum erat alterum eorum, quod quiſque mallet, eligere, aut etiam vtrumque ſuſcipere. Tertium tēpus, ait Scotus, erat à tempore, quo baptiſmi præceptum cæpit ſolemniter promulgari in aliquo vel in aliquibus locis, vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem per orbem: quo tempore toto baptiſmus erat in præcepto eis in locis, & circumciſio neque in pręcepto neque in cōſilio erat eiſdem in locis. Licitum tamen tunc conuerſis ex Iudæis erat circumcidi & ſeruare cætera legalia, vt Auguſtinus contra Hieronymum affirmat. Quartum denique tempus eſt à ſufficiēte Euangelij promulgatione per orbem vſque ad mundi finem, in quo nemini licèt circumcidi nec ſeruare cætera legalia.

Probat verò Scotus tempore toto, quo baptiſmus fuit in conſilio, circumciſionem fuiſſe etiā in conſilio, & non in præcepto. Primò, quoniam quando præceptum vnius tollit omnino præceptum alterius, conſilium eiuſdem tollit neceſſitatem illius alterius: ſed præceptum baptiſmi omnino tollit circūciſionem, illam reddens omnino inutilem ac illicitam: ergo conſilium baptiſmi tollit neceſſitatem circumciſionis, ac proinde eam relinquit ſolùm in conſilio.

Secundò, ſi ad Chriſti aut Apoſtolorum prædicationem Iudæus aliquis ante Chriſti paſſionem baptizaret filium ſuum paruulum, eumque nō circumcideret, paruulus ille ſalutem ſempiternam conſequeretur, ſi ante vſum rationis ex hac vita migraret: quoniam per baptiſmum conſequutus eſſet gratiam: ergo circumciſio non erat tunc illi neceſſaria. Quòd ſi quis dicat, patrem illius teneri tunc circumcidere eum ſuum infantem. Contrà, quoniam paruulus ille iam tunc habebat ſufficiens remedium contra originis peccatum ſibi applicatum, paterque illius id ita credebat: ergo non tenebatur applicare illi remedium circumciſionis.

Deinde probat Scotus poſt reſurrectionem baptiſmum vnà cum circumciſione, modo ſuprà explicato, fuiſſe ſub conſilio vſque ad ſolemnem præcepti baptiſmi promulgationem, argumentaturque tertiò in ordine in hunc modum. Quoniam nullus ſe habet aliter nunc, quàm antea, comparatione alicuius legis quo ad obligationem illius, niſi aliter ſit promulgata: ſed baptiſmi præceptum à Chriſti paſſione, vſque ad ſolemnem prædicationem Euangelij in die Pentecoſtes per Apoſtolos factam, nō fuit aliter promulgatum quàm antea: ergo quemadmodum baptiſmus ante Chriſti paſſionem fuit ſolùm de conſilio, ita etiam fuit ſolùm de conſilio toto eo tempore poſt paſſionem ante ſolemnem Euangelij promulgationem, parique ratione toto eo tempore circumciſio fuit etiam de conſilio.

Quartò, Iudæi à paſſione Chriſti vſque ad promulgationem pręcepti baptiſmi tenebantur circumcidere paruulos ſuos ſpem in circumciſione conſtituendo, vt antea faciebant; eo quòd eis non conſtaret de reuocatione circumciſionis: ſi ergo eo tempore baptiſmus fuiſſet in præcepto, abolitaque eo tempore eſſet circumciſio, ſanè Iudæi tenerētur falſam deciſionem habere opinionem: quod cōcedendum nulla ratione eſt.

Contraria tamen ſententia, nempe legalia omnia morte Chriſti ceſſaſſe, atque à puncto mortis Chriſti legē nouam ac potiſſimum baptiſmum fuiſſe in præcepto, eſt nobis cum communi, ſcholaſticorum quin & cum Auguſtino & Hieronymo, qui in hoc conueniant, amplectenda. Probatur primò, quoniā legalia, vt ex dictis conſtat, adueniente veritate, ad quàm potiſſimum ſignificandam inſtituta fuerant, ceſſare debuerunt: fuerant autem potiſſimùm inſti-

A tuta ad ſignificandum myſterium redemptionis noſtrę per Chriſtum futurum: cū ergo in morte Chriſti fuerit conſummatum; conſequens profectò eſt, vt tunc ceſſare debuerint, & vt tunc reque ipſa ceſſauerint. Id quod, iuxta multorum expoſitionem, ſignificare, Chriſtus voluit, quando, vt Ioan. 19. habetur, antequam inclinato capite emitteret ſpiritum, dixit: *Conſummatum eſt*. Atque in eiuſdem rei ſignū, Chriſto expirante, *Velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo uſque deorſum*, vt Matth. 27. habetur. Non itaque ſtatim in aduentu Chriſti, impletiſque in vita illius aliquibus ex figuris veteris Teſtamenti, lex vetus ceſſauit, ſed conſummata noſtra redemptione morte Chriſti, lex vetus ceſſauit. Cùm autē non prius lex vetus ceſſauerit, quam incepit noua;

B quoniam alioquin populus ille Hebræus tempore aliquo neque lege veteri neque noua fuiſſet aſtrictus, quod eſſet valde abſurdum; conſequens ſanè eſt, vt ab eodem temporis puncto lex noua inceperit. Atque cùm nullum aliud præceptum videatur Chriſtus inſtituiſſe magis ante mortem ſuam, ſeruandum tamen poſt ſuam mortem, quàm præceptū de baptiſmo ſuſcipiendo, non ſolùm quoniam baptiſmus inſtitutus à Chriſto fuit ante paſſionem, vſuſque fuit eius baptiſmi ante paſſionem, vt Ioan. 3. & 4. conſtat, ſed etiam quoniam eſt ianua Chriſtianæ Eccleſiæ, nec prius homines obligari debuerint ad Chriſtianam Eccleſiam, iam plenè ſanguine Chriſti ſtabilitam, ingrediendam quàm ad ingrediendam in eam per ianuam, qua fidei Chriſtianæ

C profeſſio fit; conſequens certè eſt, vt baptiſmus ſtatim poſt paſſionem fuerit in præcepto: in quo autem ſenſu, infrà explanabitur. Non dixi totam legem nouam incepiſſe ſtatim mortuo Chriſto: quoniam neceſſe non eſt omnia, quę in lege noua immediatè à Chriſto ſunt inſtituta, incepiſſe eſſe in præcepto ſtatim à morte Chriſti. Si enim ante paſsionem non inſtituit Chriſtus ſacramentum pœnitentiæ, ſed poſt reſurrectionem, ſatis perſpicuum eſt præceptum de illo ſuſcipiendo non incepiſse ſtatim à Chriſti morte.

Secundò eadem ſententia probatur, quoniam, vt ad Hebr. 7. habetur: *Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, ut & legis tranſlatio fiat*: at ſacerdotium Leuiticum translatum fuit in Chriſti ſacerdotium ſecundum

D ordinem Melchiſedec in paſsione ac morte Chriſti, qui *aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta ęterna redemptione inuenta*, vt ad Hebr. 9. habetur: offerens quippe ſe ipſum in ara Crucis Patri, nobis omnibus æternam redēptionem inuenit: ergo in morte Chriſti lex vetus ceſſauit & incepit noua.

Tertiò, quoniam Teſtamentum nouum, legem continens nouam, morte Chriſti confirmatum eſt: dixit enim Chriſtus in conſecratione calicis, vt Math. 26. & Marci 14. habetur: *Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti*, & vt Lucas 22. & Paulus 1. ad Cor. 11. referunt, dixit: *Hic calix nouum Teſtamentum eſt in ſanguine meo*, & Paulus ad Heb. 9. *Vbi*, inquit, *Teſta*

E *mentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris: Teſtamentum enim in mortuis cōfirmatum eſt, alioquin nondum valet dum viuit, qui teſtatus eſt*: ergo lex noua in Chriſti morte obligare cæpit: ſed obligante lege noua, lex vetus obligare deſtitit, *quoniam abſtulit prius, vt ſequens ſtatuat, & dicendo nouum, veterauit prius*, vt ad Hebr. 10. & 7. habetur: ergo in morte Chriſti lex vetus deſiuit, & noua obligare cæpit.

Addit gloſſa in illud ad Heb. 10. *Hoſtiam & oblationem noluiſti*, exponēs: *A tempore ſcilicet paſſionis: nam tunc illa diſplicere cęperunt, quando eſt completa ueritas, cuius erant figuræ.*

Ad primum verò argumentum Scoti cum Adriano vbi ſupra & cum aliis eſt dicendum, maiorem

eſſe ueram, quando præcepta ſunt de rebus, quæ ſe inuicem non compatiuntur; vt quia vſus matrimonii & virginitas ſe inuicem non compatiuntur, ſanè quemadmodum præceptū virginitatis omnino tolleret præceptum vſus matrimonii reddendo eum vſum illicitum, ſic cōſilium virginitatis tolleret præceptum vſus matrimonii, & redderet eum vſum per miſſum, (Scotus enim in eo argumento permiſsionem circumciſionis appellat conſilium) in re tamē, de qua agimus, neque circumciſio pugnat cum baptiſmo, & baptiſmus cum circumciſione, vt adueniēte conſilio baptiſmi ad tempus aliquod, non poſsit ſimul in idem tempus perſeuerare præceptum circumciſionis, quod antea erat, & quod ex conſilio baptiſmi non cenſeatur ſublatum interim dum legalia alia non ceſsauerant, ſed erant adhuc, vt antea, in præcepto.

Ad ſecundum, conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia, ſi conſequēs intelligatur de neceſſitate præcepti. Cum enim præceptum circumciſionis nondum eſſet reuocatum, nec ceſſaſſet; eo quòd Chriſtiana eccleſia, lexque noua ſeu Teſtamentum nouum, nondum ſanguine Chriſti, generiſque humani redemptione, eſſent ſtabilita, ac proinde nondum Teſtamentum nouum antiquaſſet uetus, eccleſiaq; ſynagogæ nondum eccleſia eſſe deſiiſſet, vtiq; pater illius ſub reatu culpæ lethalis tenebatur circūcidere puerum illum, ſicque Chriſtus id illi efficere præcepiſſet, vt legalia omnia vſque ad mortem ſuā ipſe ſeruauit, circumcidi ac præſentari volens in tēplo, aſcendendo ad feſta Ieroſolymis celebranda, Paſcha cum diſcipulis ſuis pridie quā pateretur celebrando, & reliquas legis cæremonias obſeruando, ac ſolicitè aliis præcipiendo vt illas ſeruarent, idque curando: leproſis enim à ſe mundatis præcipiebat ire ac oſtendere ſe ſacerdotibus, ſeruareque ea, quæ lex vetus circa id præcipiebat, & Matt. 23. docebat homines vt ſeruarēt ac facerēt, quæ Scribæ & Phariſæi ex cathedra Moyſi illis pręſcriberent. Quin & puer ille, quatenus deſcendens ex Hebræis, tenebatur ſub lethali culpa circuncidi, tametſi excuſaretur ab ea culpa ignorātia inuincibili eius legis, eo quòd nondum ad rationis vſum perueniſſet. Ad id verò, quod de patre illius in cōtrarium vlterius obiicitur, conceſſo integro antecedente, neganda eſt conſequentia. Quoniam quamuis ad id non teneretur ut circumciſione originis peccatum, quod in eo iam erat deletum, ab eo auferretur, tenebatur tamen neceſsitate pręcepti circumciſionis, quod nondum ceſſauerat. Sicut contritus de peccatis quamuis non teneatur ea peccata confiteri, vt deleantur, eo quòd iam illi ſint remiſſa, tenetur tamen ea confiteri neceſsitate præcepti confeſsionis, ſacramentive pœnitentiæ: & parentes beati Ioannes Baptiſtæ quamuis ſcirent eum in vtero matris ſanctificatum ac mundatum eſſe ab originis peccato, tenebantur tamen illum circumcidere neceſsitate præcepti circūciſionis. Atque Abrahamus, cui pręceptum circumciſionis fuit traditum, quamuis iuſtificatus iam eſſet ac mundus ab originis peccato, neceſsitate tamen præcepti tenebatur ſe & ſuos circumcidere. Maximè cum circumciſio non ſolùm fuerit inſtituta in remedium peccati originis, ſed etiam in ſignaculum iuſtitiæ fidei, quo populus ille peculiariter à Deo electus diſtingueretur ab aliis.

Ad tertium, quò Scotus contendit, baptiſmū etiā poſt mortem Chriſti neque ad ſolemnem Euangelii promulgationem fuiſſe ſolùm de conſilio, neganda eſt maior: quando enim lex ſtatuta ac promulgata eſt ſeruanda à tali tēpore venturo, vtique eo tēpore adueniente obligare incipit ad ſui obſeruationē ſiue noua promulgatione, vt ex ſe eſt perſpicuum. Chriſtus autem ante ſuam paſſionem ſtatuit præceptum de baptiſmo ſuſcipiendo, ſeruandum tamen ſtabilita eccleſia Chriſtiana ac lege noua, ſtabilitoque nouo Teſtamento ſanguine ac morte ſua, completoq; myſterio noſtræ redemptionis: idque promulgauit non ſolùm diſcipulis, ſed etiam Nicodemo, & Ioan. 3. conſtat, & fortè multis etiam alijs: vnde ſtabilitis Eccleſia ac Teſtamento nouo ſanguine ac morte Chriſti, completoque eodē ſanguine ac morte Chriſti myſterio noſtræ redemptionis, ſtatim baptiſmi præceptum ſine noua alia promulgatione obligare cæpit: tametſi à culpa tranſgreſſionis illius ij omnes excuſarentur, qui id præceptum aut illud pro eo tempore obligare inuincibiliter ignorabant, quales omnes vſque ad diem Pentecoſtes uidebantur eſſe, diſponente id ita Chriſto ſua ſapientia ac prouidentia, vt uitarentur peccata, ſuauiuſque remedia legis gratiæ remediis legis veteris ſuccederent, iuxta ea, quæ ſubijcienda ſunt. Neque vt lex aliqua obliget, neceſſe eſt eam deuenire in eorum omnium notitiam, quos obligat. Præceptum quippe de ſuſcipiendo baptiſmo totum orbem hodie reipſa obligat, etiam eos qui illud inuincibiliter ignorant: hi tamen excuſantur à culpa tranſgreſſionis illius ignorantia inuincibili: quæ ſanè non diceretur propriè illos excuſare ab ea culpa, niſi ipſi, quando excuſantur, tenerentur ea ipſa lege. Id quod poſſumus confirmare, quoniā qui id præceptum vincibiliter ignorat, non excuſatur à culpa tranſgreſſionis eius pręcepti: quod non aliunde prouenit, niſi quia præceptū, etiam ignorantes, obligat: hic verò non habet ſufficientem ignorantiam, quæ ipſum à culpa tranſgreſſionis illius præcepti excuſet, ſicut ſufficientem ad id ignorantiam habet, qui illud inuincibiliter ignorat. Quo fit, vt quemadmodum Euangelica lex non fuit à Chriſto lata in die Pentecoſtes, ſed tunc orbi cępit ſolemniter promulgari: ſic ante diem Pentecoſtes cæperit omnes obligare, tametſi ante eum diem & poſt eum diem ignorantia illius inuincibilis à culpa tranſgreſsionis illius ita ignorantes excuſet.

Quidam affirmant legem baptiſmi ac nouā non habuiſſe vim præcepti niſi à puncto ſolemnis promulgationis illius in die Pentecoſtes: arbitranturq; id dicere Concil. Tridentinum de baptiſmo ſeſſ. 6. c. 4. quo in loco tradita deſcriptione iuſtificationis, *vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum.* Additur: *Quæ quidem tranſlatio poſt Euangelium promulgatum, ſine lauacro regenerationis aut eius uoto, fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

Id verò de baptiſmo & lege noua probant, quoniam promulgatio eſt de eſſentia legis, vt ſanctus Tho. 1. 2. q. 9. art. 4. docet: promulgatio autem ſolēnis nouæ legis facta eſt in die Pentecoſtes. Quod probāt: Primò, quia lex vetus viguit vſque ad Chriſti mortem: ab eo autem tempore vſque ad Pentecoſtem, neque Chriſtus neque apoſtoli publicè ad populum loquuti ſunt. Secūdò, non debuit promulgari ſolemniter lex noua, niſi completis omnibus myſterijs redemptionis: myſteria autem completa ſunt in aſcenſione Chriſti. Tertiò lex uetus ſolemniter promulgata fuit in monte Sina die quinquageſimo poſt primum paſcha Iudæorum: ergo lex noua promulgari die quinquageſimo poſt primum Paſcha Chriſtianorum. Fuiſſe enim illam legis promulgationem, figuram promulgationis Euangelii, docent Auguſt. Epiſto. 119. Leo ſerm. 1. de Pentecoſte, & alii. Quartò, concioni primæ, quam habuit ſanctus Petrus Actorum ſecundo, ipſo die Pentecoſtes, conueniunt omnes conditiones promulgationis ſolemnis. Nam habita eſt in vrbe Regia Ieroſoly-

ſolymorum, præſentibus omnibus hominibus omnium nationum, vt Lucas teſtatur, à ſummo præcone Euangelij, qui erat Apoſtolus Petrus, & in ea cõcione comprehenſa ſunt præcipua capita totius doctrinæ Euangelicæ. Denique continuò etiam cœpit vſus Sacramentorum.

6 Arbitror tamen legem baptiſmi, legeſque alias à Chriſto ante paſſionem latas vt erat lex de ſacra Euchariſtia ſumenda, ſtatim à morte Chriſti habuiſſe vim præcepti, neque aliam ad id fuiſſe neceſſariã promulgationem, quàm quæ à Chsriſto ipſo dum viueret facta illarum fuit. Excuſatos tamen à culpa tranſgreſſionis illarum eos omnes fuiſſe, qui ignoraſſent, inuincibiliter vel latas fuiſſe à Chriſto eas leges, vel fuiſſe latas vt ab eo puncto obligarent, vt regulariter erant omnes in ea ignorantia, Deo id ita ſua ſapientia prouidente. Alioquin ſi lex noua ab eo puncto vim præcepti non habuit, ſanè verum nõ eſſet, legem nouam in ratione legis ac præcepti à morte Chriſti incepiſſe, & veterem ab eo puncto deſijſſe, vt Patres & doctores alij communiter affirmant. Neque item eſſet verum, legem nouam Teſtamentùmve nouum antiquaſſe prius ac vetus Teſtamentum, vt Paulus ad Hebræos 8. & 10. affirmat, quin potiùs eo dato, Teſtamentum vetus antea deſijſſet toto eo tempore, quo fuit à morte Chriſti vſque ad diem Pentecoſtes, quàm nouum in ratione legis nouæ inciperet. Dicendum quoque conſequenter eſſet, aliquo tempore, nempe à morte Chriſti vſque ad diem Pentecoſtes, fuiſſe populum Hebræum ſine lege veteri ac noua in ratione legis ac pręcepti ac proinde ſine vlla lege Dei poſitiua, quod eſt valde abſurdum. Quod enim hi, cum quibus diſputamus, dicunt; quamuis ſcilicet lex vetus eo tempore ceſſaſſet, ob ignorantiam tamen, quòd ceſſaſſet, obligaſſe toto eo tempore Iudæos: hoc, inquam, quod ita dicunt, ſanè non ſatisfacit. Etenim id non eſt, legem illam eo tempore illos obligaſſe, ſed conſcientiam ipſorum erroneam, quòd illa adhuc tenerentur, ipſos obligaſſe ad actus obſeruantiamque illius legis, quæ iam verè non erat, ipſoque proinde non obligabat. Denique ſententia, quam impugnamus, nihil differret à ſententia Scoti quoad baptiſmum, niſi quòd illius autores videntur affirmare, baptiſmum incepiſſe eſſe omnibus in præcepto à die Pentecoſtes: Scotus verò affirmat, exiſtentibus ſolùm in Ieruſalem incepiſſe eo die eſſe in præcepto, reliquis verò prout temporis ſucceſſu ſingulis populis diuulgabatur.

Verba autem illa Concilij Tridentini non intelliguntur de promulgatione Euangelij in die Pentecoſtes, Neque enim concilium ibi intendit definire, paruulos, qui extra Ieruſalem à Iudæis in alijs locis, in quibus ea promulgatio inuincibiliter ignorabatur, ſequenti die hebdomada, aut menſe, circũciſi fuerunt, atque ex hac vita ita diſceſserunt, ſaluos nõ fuiſſe: ſed ibi loquitur concilium de promulgatione Euangelij facta ſufficienter toti orbi, à quo puncto legalia omnia mortifera eſſe cæperunt, vt ſuprà dictum eſt: neque iam ab eo puncto ad diuinam attinebat prouidentiam ſupplere effectum iuſtificationis in illis, quibus circumciſio applicaretur, ignorantibus inuincibiliter parentibus eorum Meſſiam veniſſe, legemque veterem ceſſaſſe, vt ad diuinam prouidentiam pertinuit eum iuſtificationis effectũ ſupplere non ſolùm à morte Chriſti vſque ad diem Pẽtecoſtes, ſed etiam in multis, qui inuincibili ignorantia laborabãt, vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem factam orbi, de qua in eo loco concilij Tridentini eſt ſermo.

Reliqua verò, quibus ij, cum quibus diſputamus, nituntur, probant quidem expediens fuiſſe eam ſolemnem euangelij promulgationem fieri debere in

A die Pentecoſtes, miſſo in magna illa abundantia tũc de cælo Spiritu ſancto in Chriſtianam Eccleſiam: non verò probant, eam aliam promulgationem baptiſmi & quarundam aliarum legum tactam à Chriſto, non fuiſſe ſufficientem, vt vim legum ac præceptorum haberent, ſtatim ac Chriſtiana Eccleſia & lex noua ſeu Teſtamentum nouum ſtabilita ac fundata eſſent ſanguine ac morte Chriſti, generiſque humani redemptione.

Ad quartum Scoti argumentum poteſt in primis negari, Iudæos tunc teneri ita ponere ſpem in circumciſione vt falſam haberent opinionem: quoniã non tenebantur habere hunc actum, & hoc inſeruit ad iuſtificandũ hũc puerũ, ſed ſatis eſset id efficere animo implendi præceptum circumciſionis ac mun-
B dãdi puerum, ſine vlla aſſertione falſa in intellectu. Adde, puerum, qui ita circumcideretur, verè tunc iuſtificari ſatiſque id innuunt Patres Concilij Tridentini definitione ſuprà relata, dum ſolum poſt promulgationem Euangelij definiunt neminem eſſe iuſtificatum ſine baptiſmo re vel voto, apertè innuentes in illo intermedio tempore à morte Chriſti vſque ad promulgationem Euangelij, ſine baptiſmo re aut voto potuiſſe aliquos iuſtificari: quod maximè habet locum in pueris Iudæorum, qui cum ignorantia inuincibili parentum ipſorum ceſſationis legalium, ac neceſſitatis baptiſmi, circumciderentur, ſepplente tunc Deo effectum iuſtificationis ad præſentiam circumciſionis, quæ iam vim non habebat, ſed ad diuinam bonitatem ac prouidentiam ſpecta-
C bat perinde tunc iuſtificare fide, quæ circumciſione proteſtabatur, ac ſi adhuc circumciſio mortua non eſſet, ſacramentique rationem non amiſiſſet, nec infantes ſynagogæ, quæ illucuſque vera fuerat eccleſia, ita ſubitò atque cum cõi omnium ignorantia, etiam apoſtolorum antequam Petro linteo miſſo de cælo manifeſtaretur ceſſaſſe legalia, ſine remedio manerent. Dici deinde ad id argumentum poteſt, Iudæos teneri tunc circumcidere pueros, non quidem vi præcepti, quod antea ea de re latum fuerat à Deo, quoniam id præceptum ceſſauerat, nullamque iam tunc vim obligandi habebat, ſed teneri ex ſua conſcientia erronea, qua, ſine vlla ſua culpa, credebant ſe adhuc illo diuino præcepto teneri: id verò non eſt, Deum obligare ad habendam falſam
D opinionem de circumciſione, ſed non omittendum id, quod conſcientia dictat, aut attentis circumſtantijs concurrentibus dictare tenetur, omitti non poſſe ſine Dei offenſa: inde verò per accidens ſequitur hominem aliquando teneri habere opinionem aliquam falſam: quod ſanè nullum eſt abſurdum.

Sunt verò aduerſus hactenus dicta quædam argumenta, quæ in maiorem lucem eorum, quæ dicta ſunt, erunt hoc loco proponenda, ac diſſoluenda. 7

Primum eſt, Iudæi ante paſſionem, viſis tot ac tã ſtupendis miraculis Chriſti, tenebantur in illum credere, ac proinde tenebantur fieri Chriſtiani: ſed nõ
E poterant eſſe Chriſtiani niſi ſuſcipiendo baptiſmũ, qui ianua eſt Eccleſiæ, & quo caracter Chriſtianitatis imprimitur: ergo baptiſmus ante paſſionem fuit in præcepto.

Confirmare verò hoc poſſumus: Primò, quia ſi Gentilis aliquis viſis Chriſti miraculis in illum crederet, teneretur tunc baptizari: ergo baptiſmus ante paſſionem erat in præcepto.

Secundo, quoniam Chriſtus Ioan. 3. ante paſſionem dixit Nicodemo: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei.* Et Fulgentius de fide ad Petrum c. 3. *Ex illo*, inquit, *tempore, quo ſaluator noſter dixit, ſi quis renatus non fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in* re-

regnum Dei, abſque Sacramento baptiſmatis, præter eos qui in Eccleſia catholica ſiue baptiſmate pro Chriſto ſanguinem fundunt, nec regnum cœlorum poteſt quiſquam accipere, nec uitam æternam: ergo baptiſmus ante paſſionem fuit in præcepto.

Secundum eſt: Iudæi ante paſſionem ſeruare tenebantur alia Chriſti præcepta, vt præcepta de credendo in ipſum, fideque dictis illius adhibenda, iuxta illud Ioan. 15. *Si non ueniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent:* ergo lex noua ante paſſionem obligare cępit.

Tertium, Chriſtus Matth. 11. dixit: *Omnes Prophetæ & lex uſque ad Ioannem prophetauerunt:* ergo à tempore Ioannis ceſſauit lex vetus, ac proinde nō ceſſauit morte Chriſti.

Quartum, ſi Iudæus aliquis, ignorans poſt Chriſti paſſionem inuincibiliter baptiſmum, circumcidere paruulum ſuum, paruulus ille iuſtificaretur: durum quippe videretur, concedere Deum antequam conſtaret, quin & antequam conſtare Iudęis debuiſſet de Meſſiæ aduentu, & de remedio alio inſtituto ad delendum peccatum originis, abſtuliſſe remediū circumciſionis: ergo circumciſio poſt paſſionem in remedium contra peccatum originis perſeuerauit, ac proinde morte Chriſti non fuit abolita ac reddita inualida.

Quintum, Chriſtus neque legitur ullam condidiſſe legem, neque item vllam legem reuocaſſe: ergo neque lex noua incepit morte Chriſti, neque itē lex vetus morte Chriſti deſiuit obligare.

7 Ad primum horum argumentorum, concedendum quidem eſt, Iudæos ante paſſionem aſtrictos fuiſſe credere in Chriſtum, Chriſtianoſque fieri quo ad fidem: verumtamen negandum ſimul eſt, illos ante paſſionem aſtrictos fuiſſe inſigniri per baptiſmum Chriſtianitatis charactere, fierique per baptiſmum integre ac perfectè Chriſtianos, tametſi multi ex ijs, qui in Chriſtum credebant, illum ſuſciperent, baptizantibus illis Apoſtolis, vt Ioā. 3. & 4. habetur. Ratio autem, cur tunc aſtricti non fuerint ſuſcipere baptiſmum, hæc eſt: Quoniam cum vſque ad mortem Chriſti ac redemptionem generis humani Eccleſia Chriſtiana, nouumq; Teſtamentum non eſſent ſtabilita ac plenè fundata, baptiſmus vſque ad eandem Chriſti mortem non erat in præcepto, ſed ſolùm de conſilio.

Ad primam confirmationem reſpondent Sotus 2. de iuſt. quæſt. 5. art. 4. & Med. 1. 2. quæſt. 103. articu. 4. eum quidem Gentilem teneri tunc ſuſcipere baptiſmum: quoniam cum non poſſet circumcidi, tenebatur baptizari. Cæterum cum baptiſmus eo tempore non eſſet in præcepto, ſed ſolùm in conſilio, non uideo cur teneretur baptizari. ſuſcepta quippe fide Chriſti, ſaluare poterat legem naturæ ſeruādo, & vtendo remedijs legis naturæ, non ſecus atque Iudæi, qui in Chriſtum credebant, ſeruando ante Chriſti paſſionem legem veterem, ſaluabantur: duo enim illa ouilia legis naturæ (ad quam ſolam Gentiles tenebantur) & legis veteris æquè tunc vſque ad Chriſti mortem uim ſuam ad ſalutem retinebant. Fateor tamen, ſi quis gentilium tunc fidem Chriſti ſuſcepit, vt Centurio, cuius famulum paralyticum Chriſtus Matth. 8. Capharnaum à morbo liberauit, aut Cananea, veriſimile eſse, fuiſse ab Apoſtolis baptizatos. Quod tamen contendimus eſt, ad id in rigore neque finis neque præcepti neceſſitate fuiſse ante Chriſti mortem aſtrictos.

Ad ſecundam uerò confirmationem dicendum eſt, Chriſtum quidem id ante mortem ſuam dixiſse Nicodemo, non tamen vt neceſsarium ſtatim, ſed poſt mortem ſuam quando legalia ceſsaſsēt, vt Bernardus epiſt. 77. ad Hugonē rectè exponit. Quemadmodum enim de Euchariſtia antequam eam in-

A ſtitueri t Ioan. 6. dixit Chriſtus; *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis,* imponens præceptum de Euchariſtia ſacra ſumenda, non tamen neceſsariò ſeruandum ſtatim, ſed poſt illius inſtitutionem ac mortem ipſius; ita præceptum baptiſmi ſtatuit ac promulgauit ante mortem ipſius, non tamen neceſsario ſeruandum ante mortem ipſius & ante Eccleſiam ac Teſtamentum nouum plenè ſtabilita, ſed poſt mortem ipſius. Eodem autem modo accipiendum eſt, quod Fulgentius de fide ad Petrum dixit: accipit enim tempus quo, id eſt de quo illud Saluator dixit; *niſi quis renatus fuerit,* &cæt. dixit verò Saluator illud non de eo die, in quo id protulit Nicodemo, ſed de tempore legis nouæ, hoc eſt, poſt ſuam mortem, ut explana-

B tum eſt.

Ad ſecundum argumentum reſpondit Sotus in 4. diſt. 3. q. 1. articu. 2. obligationem ad ſeruandum id præceptum non oriri ex peculiari Chriſti præceptione in lege euangelica, ſed ex illo Dei præcepto Deut. 18. *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum tuorum ſimilem tui,* id eſt, qui homo ſit viſibilis ſicut tu, & qui, ſicut tu, legem eis tradat, *& ponam uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit. Ego ultor exiſtam.* Dici tamen melius poteſt, id præceptum de fide Chriſti amplectenda, tot miraculis ac atteſtationibus propoſita, de iure eſse naturali diuino latè ſumpto, vt diſput. 46. & 53. explanatum fuit.

C Ad tertium dicendum eſt, ibi non eſse ſermonē de ceſsatione legis veteris, ſed meo iudicio, ſenſus illorum verborum, iunctis proximè antecedentibus hic eſt; *A diebus autem Ioannis Baptiſtæ uſque nunc regnum cœlorum uim patitur,* quia ſcilicet inde primordia aduētus Meſſiæ, legiſque nouæ, nouive teſtamenti cæperunt, quo tempore per Ioannem tanquam per prænūcium & præcurſorem Meſſiæ, per Chriſtum ipſum, per apoſtolos ſuos, & alios euangelij miniſtros, verbo, exemplo, magnitudine ac multitudine miraculorum ac uirtutum, vocandi homines vniuerſim erant ad fidem Chriſti, atque ad vitam longè magis perfectam ac ſanctiorem, quàm vnquam antea fuerint uocati, ad Eccleſiam ve Chriſti militantem, ac ſimul ad triumphantem, quæ cum

D militante in vnam Eccleſiam ac regnum continuatur; & quo tempore Chriſtus ſanguine ac morte ſua genus humanum erat redempturus, aperturuſque erat ianuam regni cœleſtis, & quaſi vim ſanguine ſuo, morte ac meritis ſuis, hoſti generis humani inferendo, ablaturus ab eo erat ius totum, quod inhumanum genus Adami peccato comparauerat; hiſq; de cauſis Chriſtus dixit, à diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur; quoniam quaſi bello ac conflictu ſuo ac ſuorum cum hoſte humani generis regnum cœlorum erat ſtabiliendum ac comparandum; ideoque ſubiungit, *& uiolenti,* legitimè cum diabolo, mundo, ac carne, certando, *rapiunt illud.* Atque hoc idem eſt, quod ſignificant uerba il-

E la Lucæ 16. *Ex illo,* id eſt, ex tempore Ioannis, à puncto ſcilicet quo natiuitas illius per Gabrielem Zachariæ nunciata eſt, *regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud,* hoc eſt, ad illud ingrediendum, acquirendum, ac comparandum, *uim facit.* Eſt autem conſtructio accommoda, quaſi dicat, ab illo tempore incipiunt homines uim & conatum adhibere ad illud ingrediendum ac comparandum; neque enim ante eam annunciationem fidem Chriſti præſentis, nouæque Eccleſiæ ac teſtamenti noui iam incipientis, habere homines cæperunt, ſed omnium prima illam habere cæpit beata Virgo, dum Angelo nunciante Chriſtum concepit, cui meritò Eliſabeth dixit, *Et beata quæ credidiſti, quoniam*

niam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Mox vero illam habuit Beatus Ioannes Baptiſta,dũ in vtero ad virginis ſalutationem Eliſabethæ factã fuit ſanctificatus. Deinde illam habuerunt Eliſabeth, Zacharias,à Ioſeph, & deinde alii. Denique omnes,qui in id cælorum regnum vim modo explicato fecerunt,omnes illam fecerunt à tempore Ioannis,hoc eſt,ab annunciatione natiuitatis illius, ab illiuſve conceptione. Matthæi autem 11.poſt illa verba; *A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, continuo ſubiungitur: *Omnes enim prophetæ & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt, &, ſi uultis recipere,ipſe eſt Elias,qui uenturus eſt*,id eſt,ipſe eſt prænuncius,qui primum Chriſti aduentum in ſpiritu & veritate Elias erat anteceſſurus,vt Lucæ 1. Gabriel angelus Zachariæ prædixit. Verba autem illa; *Omnes enim prophetæ & lex uſque ad Ioannem prophetauerunt*, hunc habent ſenſum. Etenim ſtatus merus legis veteris & prophetarum fuit vſque ad Ioannem: à Ioanne ſtatus legis nouæ ac teſtamenti noui, tanquam à præcurſore Meſſiæ,cæpit vnà cum illo,atq; adeò à tempore Ioannis regnum cælorum vim patitur. Non dixit ſtabilitum ac fundatum eſt, vt priorẽ legis veteris ſtatum euacuaret,ſed dixit,*uim patitur*, quia ſcilicet inde vis cæpit illi inferri. Quo fit,vt verba illa; *Omnes prophetæ & lex uſque ad Ioannem prophetauerunt*,non ſignificent in aduentu Ioannis,ante Chriſti mortem,legem veterem ceſſaſſe,ſuamque obligandi vim amiſiſſe,vt tertio argumento contendebatur.

Pro ſolutione quarti argumenti eſt obſeruandũ. Vt ſuprà ex parte eſt dictum,quamuis baptiſmi præceptum à puncto, quo obligare cæpit, euacuauerit alia omnia remedia, quæ contra peccatum originis erant,nempe circumciſionem, & ſignum quo homines in lege naturę fidem proteſtabantur,ad prouidẽtiam tamen diuinam pertinuiſſe,interim dum ſufficienter Euangelium non erat promulgatum orbi, ignorantiaque erat inuincibilis præcepti baptiſmi, eoque euacuari remedia cætera contra peccatum originis,ipſummet Deum ſupplere effectum iuſtificationis ac emundationis à peccato originis,quem antea ad applicationem eorum remediorum Deus ipſe efficiebat ratione fidei,quæ eis remedijs proteſtabatur, maximè cum in parentibus eſſet adhuc vera fides infuſa, eamque remedijs illis proteſtarentur: id quod ſatis innuunt Patres concilij Trident. ſeſſ. 6.cap.4.dum definiunt, poſt Euangelium promulgatum nullum poſſe iuſtificari abſque baptiſmo in re vel in voto: quibus verbis ſatis innuunt, à morte Chriſti vſque ad Euangelii promulgationẽ potuiſſe pueros iuſtificari adhibitis eis remediis, quæ contra originis peccatum ante baptiſmum erant. Vnde nõ probo cuiuſdam ſententiam,aſſerentis,à pũcto mortis Chriſti nullum omnino puerum fuiſſe iuſtificatum ſuſcepta circumciſione,aut ſuſcepto remedio legis naturæ contra peccatum originis. Iuxta id,quod pro ſolutione quarti argumenti obſeruamus, eſt dicendum,vt ſucceſſiuè promulgabatur euangelium, depellebaturque in parentibus inuincibilis ignorantia,tam circa fidem Chriſti, quàm circa præceptum baptiſmi,deſiiſſe pueros iuſtificari,applicata illis circumciſione, aut illo alio remedio legis naturæ contra peccatum originis,& à puncto,quo Euangelium ſufficienter orbi fuit promulgatum,nullum puerum ſine baptiſmo,ſaltem ſanguinis,fuiſſe iuſtificatum, vt concilium Tridentinum loco citato ſatis perſpicuè definit. Ad argumentum ergo eſt concedẽdum, puerum illum in eo euentu iuſtificari, non quidem quod circumciſio maneret adhuc in præcepto, aut in conſilio,ſed quod ad prouidentiam diuinam pertinebat interim dum in Iudæis, aut in Gentilibus,

A erat ignorantia inuincibilis baptiſmi, Euangeliumque ſufficienter non erat orbi promulgatum,paruulos eorum iuſtificare ad præſentiam circumciſionis, aut alterius remedij legis naturæ contra peccatum originis,vt antea iuſtificabantur: præſertim cum parentes adhuc eis remedijs veram ſuam fidem infuſam proteſtarentur,inuincibili ignorantia eos excuſante ab infidelitatis præcepto. Sotus arbitratur circumciſionem tũc ſolum valuiſſe, vt ſignum, quo homines in lege naturæ ſuam fidem proteſtabãtur, & non vt circumciſionem: quoniam, inquit, vanida iam tunc erat circumciſio. Cæterum cum per Chriſti mortem & baptiſmi præceptum non minus remedium legis naturæ vim ſuam amiſerit,quam circumciſio,probabilius exiſtimo valuiſſe, modo ſuprà ex-
B plicato,vt circumciſionem. Quo fit,vt ſi ad applicationem circumciſionis pueris Hebræorum ante baptiſmum inſtitutum plus gratię conferebatur,quam pueris gentilium cõferretur applicato illis remedio legis naturæ, idem quoque eſſet in euentu de quo modò loquimur.

Ad quintum,quod ad priorem antecedentis partem attinet,conſtat eam falſam eſſe: quoniam leges baptiſmi & de ſumenda Euchariſtia condidit ante paſſionem,ſeruandas de præcepto poſt paſſionem, vt dictum eſt. Quod vero attinet ad poſteriorem de reuocatione legis veteris, eſt dicendum, præterquã quod Chriſtus,tempore ſuæ mortis, dicendo, *conſummatum eſt*, ſatis innuit ceſſationem veteris legis,vt tamen diuus Thom.in 4.diſtinct. 1.quæſt. 2.
C art.4.quæſtiuncula 2.ad 3.rectè ait,eo ipſo,ꝙ Chriſtus id impleuit, ad quod potiſſimum ſignificãdum lex vetus fuerat inſtituta,illam ceſsaſse,neque fuiſse opus alia reuocatione.

In dubium reuocatur, num lex vetus deſierit in puncto mortis Chriſti, indeque lex noua inceperit; an potius in puncto reſurrectionis Chriſti lex vetus ceſſauerit,& noua inceperit: eo quod in puncto reſurrectionis fuerit completum perfectè myſterium noſtræ redemptionis, iuxta illud Rom. 4. *Traditus eſt propter debita noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Sotus art.4. citato anceps hac de re eſse videtur: ait enim Patres pro eodem reputare tẽpus totum,quod fuit à Chriſti morte vſque ad glorioſam ipſius reſurrectionem. Cæterum cum dicen-
D dum non ſit, tempore illo intermedio vtramque legem ſimul obligaſse,nec item neutram, ſanè vel eſt dicendum legem veterem obligaſse vſque ad inſtãs reſurrectionis,indeque nouam incepiſse,vel eſt dicẽdum legem veterem ſolum obligaſse vſq; ad inſtãs mortis,& inde nouam obligare cæpiſse. Atque hoc ſecundum arbitror eſse omnino dicendum. Tum quoniam Patres communiter affirmant,legem veterem in Chriſti morte ceſsaſse. Tum etiam quoniam teſtamentũ nouum,quod vetus antiquauit,in morte Chriſti teſtatoris confirmatũ fuit,vt Paul.ad Hæb. 9.ait. Tum denique qm̃ lex vetus potiſſimũ fuit inſtituta ad ſignificandã Chriſti mortẽ, ſacrificiumq; illius vitæ ſuæ propriæ patri æterno in redemptionẽ
E generis humani in ara crucis oblatum: adueniente autem eo, ad quod ſignificandum lex vetus fuit potiſſimum inſtituta,ceſsare cõtinuo lex vetus debuit, vt ſæpe eſt dictum. Paulus autem ad Rom. 4. dixit, Chriſtum reſurrexiſse propter iuſtificationem noſtram,non quidem quaſi reſurrectione ſua illam meruerit,ac proinde quaſi tanquam cauſa meritoria illam reſurrectione ſua attingat: quippe cum quando reſurrexit nihil meruerit, nec eſset iam in ſtatu merendi, ſed totum ipſius meritum fuerit paſſione atque antecedentibus ſuis operibus, morteque proinde, & non reſurrectione, nos redemit, ac meritoriè nos iuſtificet: id dixit, tum quoniam reſurrectione ſua cauſa fuerit exemplaris noſtræ iuſtificationis,

tionis, qua de morte peccati in vitam ſpiritualē reſurgimus: tum etiam quoniam reſurrectio ſua corroborauit fidem in ipſum, qua tanquam radice ac fundamento iuſtificamur.

8 Poſtremo quæritur, num, poſt ſufficientem Euangelij promulgationem orbi factam, licitum alicui aliqua ex cauſa ſit ſeruare legalia. Quæſtio hæc potiſſimum controuertitur propter eos Aethiopes, qui vulgo presbyteri Ioannis nuncupātur, de quibus eſt fama, ſimul baptizari ac circuncidi, circuncidi tamē ad Chriſti imitationem. Caiet. 3. par. q. 37. art. 1. ait, ſi circuncidantur ſpem in circunciſione collocādo, quaſi nunc proficiat, vt ante Chriſti mortem proficiebat, vel animo ſeruandi legem Moyſi ad Chriſti imitationem, qui illam ſeruauit, eſtò ad id non teneātur, peccare illos lethaliter. Quoniam, inquit, id eſt ſeruare legalia, quod eſt prohibitum. Cæterum, inquit, ſi id efficiant in hoc ſenſu ad Chriſti imitationem, quoniam ſicut Chriſtus voluit pro nobis ſuſtinere dolorem circunciſionis, ita ipſi volunt ſimilem dolorem pro Chriſto ſuſtinere, nec intendant ſeruare legem Moyſi ad Chriſti imitationem, qui illam ſeruauit, tunc illos in eo non peccare lethaliter: niſi fortè propter ſcandalum aliarum eccleſiarum, quibus occaſionem præbent ſuſpicandi eos iudaizare. Propendere autem videtur Caiet. in excuſationem eorum hominum a culpa lethali.

Sotus 2. de iuſt. q. 5. art. 4. & Couar. 1. var. reſ. ca. 17. in calce nu. 1. cenſet, Aethiopes illos excuſandos non eſſe à culpa lethali ob ſcādalum aliarum Eccleſiarum, & Couar. periculoſam appellat Caietani opinionem. Ego addo, cum paruulos ſuos circumcidunt, qui nihil merentur perferendo dolorem illum circūciſionis, nullam eſſe excuſationem illam, quod perferre vult dolorem illum pro Chriſto ad illius imitationem: multaque alia ſunt, in quibus cum merito & ſine ſcandalo Eccleſiarum adulti iam effecti imitari, ſi velint, Chriſtum poſſunt, quæ ad cæremonialia veteris legis non attinent. Addo, animo ſeruandi legem veterem, vnà cum euangelio, id, & multa alia, eos efficere, vt ſeruare ſabbathum vnà cū die dominica, abſtinere ab eſu leporum, & aliorum lege veteri prohibitorū, eo intuitu, quod lege veteri ſint prohibita, vt ex relatione noſtrorum, qui ad illos cōuertendos inter illos commorati ſunt, accepi. Quare nulla ratione excuſandi ſunt: tum ob ſcandalū aliarum Eccleſiarum: tum etiam quod verè ſeruēt legalia animo ea vt legalia ſeruandi, legeque veteri præcepta aut prohibita.

9 Supereſt reſpondeamus ad argumenta initio diſputationis propoſita. Ad primum reſpondet diuus Thom. 1. 2. q. 103. art. 3. ad 1. legem veterem quoad præcepta moralia eſſe in æternum: quo ad cæremonialia vero ac iudicialia eſſe in æternum, non ſecundum ſe, ſed quo ad veritates, quarum erant figuræ. Legitima tamen reſponſio eſt, quam 1. par. q. 10. ar. 3. concl. 4. cum Auguſtino & alijs tradidimus, nempe in ſcriptura ſacra ſæpe æternum aut ſempiternum ſumi pro re magnæ cuiuſdam durationis, aut quæ licèt tandem finem ſit habitura, finis tamen & terminus ei non præfigitur, vt varijs teſtimonijs ſcripturæ ſacræ id ibi comprobauimus: ſic autem ſumitur æternum ac ſempiternū in duobus illis teſtimonijs in eo argumento relatis.

Ad ſecundum eſt dicendum, cum Timotheus eſſet ex matre Iudæa, & Paulus natione eſſet Iudæus, licitum illis tunc fuiſſe ſeruare legalia ante ſufficientem Euangelij promulgationem orbi factam, vt dictum eſt. De Tito autem ait Paulus ad Gal. 2. *cum eſſet Gentilis, non eſt compulſus circumcidi.*

Ad tertium dicendum eſt, ex quatuor illis, quæ in eo concilio conuerſis ex Gentibus prohibita fuerūt, fornicationem ſimplicem ex ſe, iureve diuino natu-

A rali, eſſe malam ac prohibitam. Ea vero de cauſa ibi eis prohibetur, quoniam adeò, dum Gentiles eſſent, vitijs mente caligauerant, vt exiſtimarent eam malam ac illicitam non eſſe. Reliqua vero tria ad tempus dumtaxat fuiſſe ibi illis prohibita, non tanquam iuſſa veteri lege, quippe cum eodem ipſo concilio fuerit definitum, eos non teneri ſeruare veterē legem, ſed vt melius iniri commercium, fieriq; vnio in vnum populum Chriſtianum poſſet inter conuerſos ex Iudæis & ex Gentibus. Si enim conuerſi ex Iudæis cernerent conuerſos ex Gentibus comedere ex carnibus idolis immolatis, ſuſpicari poſſent illos Chriſtianiſmo idololatriam permiſcere. Item cum Iudæi, inter alia lege veteri prohibita, maximè ſanguinem ac ſuffocatum tanquam cibum immundum

B abhorrent, viderentque vtrumque ante legem veterem fuiſſe poſt diluuium Noe & poſteris omnibus illius prohibitum, de quorum numero Gētiles omnes etiam erant, horrerent valde, nimiſque moleſtū ipſis eſſet, cernere conuerſos ex Gentibus eo cibo edere, illoſque parui penderent, ac proinde vnio & pax non rectè inter vtroſque ſeruaretur. Quando autem in eo concilio tria illa neceſſaria ab apoſtolis dicuntur, intelligunt, tum neceſſitate præcepti, quod ad breue tempus tunc quoad illa imponebant: tum etiam neceſſitate finis, vt melius vnio ac pax inter vtrumque populum ſeruaretur. Paulus autem 1. Cor. 8. perſpicuè docet, ſolum ad tollendum ſcandalum populorum prohiberi eſum carnium idolis immolatarum, non verò quod in eo eſu in ſe aliqua

C ſit culpa: ſimulq; prædicare ac docere cæpit, ceſſante eo ſcandalo, licitum eſſe eſum illarum carnium, idemque docuit Rom. 14.

Obijciet verò aliquis *c. ſi quis carnem.* 30. *diſt.* quo in loco ex concilio 1. Gangrenſi c. 2. habetur, *Si quis carnem manducantem ex fide*, id eſt, cum bona conſcientia, *cum religione, preter ſanguinem, & idolo immolatum, & ſuffocatum crediderit condemnandum*, anathema ſit. Ex quibus verbis videtur tempore illius concilij, anno 324. a Chriſti natiuitate, perſeueraſſe præceptum illud concilij apoſtolorum.

Item obijciet c. ſicut ſatius 32. q. 4. quo in loco ex Auguſtino de bono coniugali habetur, ſatius eſſe fame mori, quam idolotytis veſci.

D Ad primum dicendum eſt, id conciliū (vt ex Epiſtola illius proæmiali liquet) intendiſſe definire in eo capite, hæreticos eos eſſe, qui dicebant, illicitum eſſe comedere carnes, etiam alias ab immolato, ſanguine, & ſuffocato. Quo fit, vt particula illa, præter, nō excipiat hæc tria quaſi eo tempore illicita, ſed ſolum poſita in eo capite ſit ad exprimendum cauſas etiam alias, de quibus hæretici illi loquebantur.

Ad ſecundum verò dicendum eſt, Auguſtinum loqui ibi, quando quis cogitur veſci idolotytis in idolorum cultum, iuxta cap. presbyteros 50. diſtin. Quod autem eo modo ſit intelligendus Auguſtinus, vel ex eo patet, quoniam ceſſante ſcandalo & iniuria ſaluatoris, eſtò adhuc præceptum illud apoſtolorum perſeueraret, licitum in extrema neceſſitate eſ-

E ſet carnibus illis veſci: quippe cum præceptum de conſeruanda vita de iure ſit naturali, & prohibitio illa ſolum erat de poſitiuo iure; quando autem duo præcepta ſimul concurrunt, quorum vnum eſt de iure naturali, & alterum de iure poſitiuo, iuri naturali, quod præualet, eſt ſtandum.

DISPVT. 63.

De iudicialibus veteris legis præceptis.

SVMMARIVM.

1 *Repetuntur nonnulla prius dicta circa iudicialia præcepta legis veteris.*

2 *Licèt omnia iudicialia præcepta ſpectantia præcipuè ad regimen reipubl. Chriſti morte ceſſarint, nō prohibet aliqua horum vel in eccleſia Chriſtiana vel in rebus publicis ſeruari, non quidem tanquam præcepta in ueteri lege, ſed tanquam congrua in ſe vt ſeruari poſſint.*

3 *Præcepta iudicialia ueteris legis in quatuor partes diſtinguuntur, iuxta quadruplicem ordinem, qui in re publ. cernitur.*

1 Dicendum conſequenter eſt de iudicialibus veteris legis præceptis in particulari. Diſputatione autem 53. explanatum fuit, præcepta omnia iudicialia veteris legis de iure eſſe diuino poſitiuo, atque in eo à moralibus præceptis diſtingui, quæ ſunt non de iure poſitiuo, ſed de iure diuino naturali. Differre vero a præceptis cæremonialibus, quoniam illa quamuis eſſent etiā de iure diuino poſitiuo, ad cultum tamen diuinum pertinebant: iudicialia verò ad regimen eius populi, etiā qua tenus reſpublica erat ſecularis, attinebant. Et quamuis cæremonialia præcepta inſtituta fuerint à Deo, non ſolum ad cultum ipſius, atque ad continendum eum populum cæremonijs illis, ne in idololatriam difflueret, illumque in ipſius obedientia exercendum, ſed etiam ſimul præcipuè ad figurãdum ac ſignificandum quæ tempore legis gratiæ erant futura: id tamen non tollit, quod iudicialia eiuſdem legis præcepta, quamuis ad regimen eius populi pro eo ſtatu fuerint præcipuè inſtituta, aliquid nihilominus aliud in ſenſu ſpirituali interdum ex diuina inſtitutione ſignificarent.

Ceſſaſſe autem morte Chriſti præcepta omnia cęremonialia & iudicialia veteris legis, atque etiā moralia ea ex parte, qua veteri lege erant præcepta, licet non quatenus de iure diuino ſunt naturali, diſputatione præcedente fuit oſtenſum: quoniam lex illa tota in id ſolum tempus fuit lata, quouſque redemptio generis humani Chriſti morte fuiſſet completa, quā potiſſimum ea lex figurabat ac ſignificabat: atque quemadmodum per Chriſti mortem, qua in ara crucis ſe in ſacrificium pro redemptione generis humani patri obtulit, præuia Meſſiæ ſacrificii inſtitutione ſacerdotium Leuiticum in Chriſti ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedec fuit translatum, ſic quoque autore Paulo Hebræ. 7. legis translatio fuit facta, ceſſauitque proinde tota lex vetus, locoque illius noua lex Chriſti ſucceſſit.

2 Quia verò iudicialia veteris legis præcepta præcipuè ad regimen illius reipublicæ, etiam vt ſecularis erat, fuerunt à Deo lata, prout ſtatus eius legis ac tēporis efflagitabat, tametſi aliquibus eorum aliquid aliud in ſenſu ſpirituali voluerit ſignificari, nihil ſanè prohibet, aliqua horum vel in eccleſia Chriſtiana à ſummis Pontificibus, vel in reſpublicis ſecularibus ſtatui ac ſeruari, non quidem tanquam præcepta in veteri lege, & quaſi vt præcepta in veteri lege non ceſſauerint, ſed tanquam congrua in ſe vt vel in Eccleſia vel in republica aliqua ſeculari ſtatui ac ſeruari poſſint. Sic præceptum iuris humani eſt in Eccleſia, vt diuinæ miniſtris Eccleſiæ Chriſtianæ ſoluantur, ſicut diuino iure veteri lege ſolui præcipieban-

A tur. Sic etiam matrimonium iure humano canonico prohibitum eſt contrahi inter conſanguineos in aliquibus gradibus, vt iure diuino poſitiuo contrahi erat prohibitum in veteri lege. Sic quoque quædam furta dupli aut quadrupli pæna aliquibus in reſpublicis ſecularibus puniuntur, quæ etiam eadem pæna lege veteri puniebantur: iureq; canonico ac ciuili quædam aliæ leges ſunt ſtatutæ, quæ lege veteri ſancitę à Deo etiam fuerant. Præcepta vero cæremonialia veteris legis, quoniam præcipuè ad aliud ſignificandū tempore legis nouæ implendum fuerunt ſtatuta, & tanquam ritus, qui pro ſtatu eius legis ad cultum diuinum congruebant, nec pro ſtatu legis nouæ vlla ratione congruunt, nefas omnino eſt iterum illa ſtatui ac ſeruari, ideoque non ſolum mortua, ſed & morti-
B fera ſunt, ſi hoc tempore ſeruentur, vt diſputatione præcedente fuit oſtenſum. In hactenus dictis conſentiunt Diuus Thom. 1.2. quæſt. 104. cæteri doctores communiter.

Diuus Thom. quæſt. 104. citata, art. 4. optimè præcepta iudicia veteris legis in quatuor partes ſeu mēbra diſtinguit, iuxta quadruplicem ordinem, qui in republica cernitur. 3 Primus eſt, principum ſeu poteſtatum, qui capita ſunt reipublicæ, comparatione inferiorum, inferiorumque ſuperiorum comparatione. Atque inde reſultat primum genus præceptorum iudicialium veteris legis, circa principum ac poteſtatum inſtitutionem, munus eorum ac reuerentia & obſequia à ſubditis illis exhibenda. Secundus ordo eſt conciuium inter ſe, qualiter ſe habere debeant
C quoad actus, & quo ad alia, quibus pænis affici debeant, ſi inordinatè circa alios ſe gerant, & quę cum aliis conciuibus ſeruare debeant, & quomodo eorū controuerſiæ componi debeant. Atque leges diuinæ poſitiuæ veteris legis, quæ circa hæc aliquid ſtatuūt, pertinent ad ſecūdum genus. Tertius verò ordo eſt, comparatione externorum, indeque reſultat tertium genus præceptorum iudicialium veteris legis, vt quo ad bella cum hoſtibus, quoad ſuſceptionem peregrinorum & aduenarum. Quartus denique ordo eſt patrumfamilias comparatione ſuorum domeſticorū, indeque reſultat quartum genus iudicialium præceptorum veteris legis, quæ diſponunt quoad vxores, & quoad filios ac ſeruos. Hæc vero quatuor genera ſeorſim explicat ac explanat copioſè diuus Thom.
D quæſt. 105. ſequenti. Nobis vero ſatis erit, dum de ſingulis ſeſe obtulerit occaſio dicendi, id explanare, quod ad eorum vnumquodque iudicabimus attinere, vt circa eorum aliqua id hactenus in noſtris operibus iam editis fecimus.

DISPVT. 64.

De lege noua, Euangelicave, ac gratiæ.

SVMMARIVM.

E

1 *Lex gratiæ licet quoad pręcepta non iuſtificet, ſacramenta tamen nouę legis iuſtificant, quod ueteris legis ſacramenta non poterant: gratia uerò eſt, quę in lege noua longè copioſius iuſtificat, quam unquam antea iuſtificauerit.*

2 *Lex gratię non fuit tradenda ſtatim à principio mundi, nec uerbum diuinum ſtatim à mundi principio incarnandum, ſed tot ſęculis pręcedere debuit lex naturę, & lex ſcripta.*

3 *Lex gratię perſeueratura eſt uſque ad finem mūdi, nec ulla alia poſt illam futura eſt.*

4 *Refutantur hęretici Cataphrygas & Manichęi, qui aſſerebant promiſſionem aduentus Spiritus ſancti*

non

non fuiſſe Apoſtolis impletam, ſed per Spiritus ſancti aduentum futuram aliam legem.

§ *Refellitur argumentum probans, Euangelium Chriſti non eſſe Euangelium, ſed futurum eſſe adhuc euãgelium Spiritus ſancti, quaſi lex alia poſterior futura.*

EXplicata huc vſque lege veteri, de lege noua ac gratiæ nunc pauciſſimis eſt dicendum: eo quod quid ea ſit, & cur ita ſit nuncupata, atque in quo à lege ſcripta atque ab alijs legibus differat, diſpu. 46. à §. adueniente autem tempore, &c. explanata ſint. Lege item in eadem diſputatione a §. diſcedentibus verò, &c.

1 Lex autem gratiæ licet quo ad præcepta non iuſtificet, tametſi obſeruatio eorum, ab homine iam iuſtificato emanans, cauſa ſit augmenti gratiæ, ac proinde iuſtificationis non primæ; quod etiam de præceptis veteris legis diſp. 60. eſt dictum; ſacramenta tamen nouæ legis iuſtificãt, quod veteris legis ſacramentis denegabatur, etiam ad præſentiam circumciſionis in lege veteri, & ad præſentiam remedij legis naturæ contra peccatum originis, paruuli ratione fidei, quæ eis remedijs proteſtabatur, iuſtificarẽtur, vt eadem diſputatione eſt dictum, & alibi copioſius eſt oſtendendum. Gratia verò, quæ non ſolum vi ſacramentorum in noua lege confertur, ſed etiam quę poſt Chriſti aduentum ac mortem copioſius meritis eiuſdem Chriſti tempore nouæ legis confertur, quàm vnquam antea tempore legis veteris aut naturæ fuerit collata, atque ad quam copioſius recipiendam maiora longè auxilia eiuſdem Chriſti meritis conferuntur, quam vnquam antea fuerint collata, in aduentuque Spiritus ſancti in die Pẽtecoſtes largiſſimè fuit effuſa, & beatę Virgini tempore incarnationis, ac Ioanni Baptiſtæ dum in matris vtero fuit ſanctificatus, & in alijs ſimilibus euentibus, quorum omnium donorum ratione Deus Ieremiæ 31. promiſit ſe ſcripturum in mentibus & cordibus Chriſtianorum legem Euangelicam, nouam, ac gratiæ, illa, inquam, gratia eſt, quæ in lege noua longè copioſius iuſtificat, quàm vnquã antea iuſtificauerit. Atq; quod eam gratiam D. Thom. 1. 2. q. 106. art. 2. cum Auguſtino de ſpiritu & litera ait legem nouam iuſtificare, quin & eadem gratiam appellat legem gratiæ quo ad id quod in lege gratiæ eſt præcipuum, gratiamq; datam iuſtis omnibus tempore legis ſcriptæ & naturæ pertinere affirmat ad legem gratiæ ratione Chriſti, cuius meritis collata eſt, quippe poſt eas leges extitit, autorque eſt legis gratiæ. Et quia fide Chriſti explicita vel implicita iuſtificati ſunt & iuſtificabuntur quotquot à lapſu Adami fuerunt iuſtificati atque in futurum iuſtificabuntur, tanquam fundamento & radice iuſtificationis, legem gratiæ appellat Paulus legem fidei, quæ iuſtificat quoad caritatem & gratiam quæ ex ea fide vltimo ad eã diſpoſitis confertur. Vnde ad Rom. 3. *Iuſtitia*, inquit, *Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnibus & ſuper omnes, qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio: omnes enim peccauerunt & egent gratia Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionẽ quę eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius*. Et infra: *Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non. Sed per legem fidei*. Quæ, vt ad Gal. 5. idem Apoſtolus ait, *per caritatem operatur.*

2 Legem nouam non fuiſſe tradendã ſtatim à principio mundi, nec verbum diuinum ſtatim à mundi principio fuiſſe incarnandum, mortemque, quo ad eſſe humanum incarnatione aſſumptum, non ſtatim à principio mundi fuiſſe redempturum genus humanum, ianuamque cæli ſua morte hominibus aperturum, ſed tot ſeculis præcedere debuiſſe legem naturæ, & poſt eam legem ſcriptam, ac tandem hæc alia, ad tempus legis gratiæ attinentia, Dei miſericordia fuiſſe ſequenda; quamuis congruentiæ quædam reddi poſſint, vt ſcilicet à minus perfecto ad id, quod perfectum eſt, deueniretur, & vt mundus experientia tot ſeculorum ſuæ miſeriæ melius intelligeret, quam neceſſaria illi eſſet gratia Chriſti, gratantiuſq; tanta beneficia acciperet, & vt, ad aduentum Meſſię legemque gratiæ melius ſuſcipienda, varijs præuijs figuris ac prophetiis mũdus diſponeretur; præcipuè tamen cur id ita diuina diſpoſitione factum ſit, incõprehenſibilibus Dei iudiciis, quæ in ſemetipſis iuſtificata ſunt, eſt relinquendum: hæc enim omnia à beneplacito ſanctiſſimæ ſuæ voluntatis pendent, qua ſua ſapientia ac ineffabili prouidentia ita illa diſponere voluit.

Legem autem nouam ac gratiæ perſeueraturam eſſe vſque ad finem mundi, nullamque aliam poſt illam eſſe futuram, comprobatur ex illo Baruch 2. *Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populũ.* Matth. 24. *Non præteribit generatio hæc*, Chriſtianorum, vt exponit Chryſoſtomus, *donec omnia fiant*, & præmiſerat, quæ futura erant in ſeculi mundique huius cõſummatione: quare lex gratiæ, quæ eſt Chriſtianorum, vſque in finem mundi eſt perſeueratura, atque adeò nulla alia eſt futura poſt eam. Quin, eſto eum locum exponamus de generatione hominum, id eſt, de decurſu huius mundi toto quoad hominum generationem, eorumve ſucceſſionem, ſanè ex ijs quæ pręmiſerat, nempe etiam tempore conſummationis ſeculi perſeueraturos fideles, acerrimeque tunc eſſe perſequendos ac tentandos, conſtat legem Chriſti ad conſummationem vſque ſeculi eſſe perſeueraturam. Ac ſanè ſi poſt legem Euangelicam nouam ac gratiæ alia eſſet futura, tempus legis gratiæ nõ verè diceretur nouiſſima hora, quia poſt eam alia Eccleſię militantis hora eſſet futura: Ioan. autem 1. ſua canonica c. 2. ait, *Filioli nouiſſima hora eſt.* Idem comprobatur ex illis verbis formæ cõſecrationis calicis, *Hic eſt ſanguis meus noui & æterni teſtamenti*, ex quibus conſtat, poſt teſtamentum nouum, nouamque legem, nullum aliud teſtamentum nullamque aliam legem eſſe futuram: porrò verba illa de traditione Eccleſiæ, *quæ columna & firmamentum eſt veritatis*, conſtat à Chriſto fuiſſe prolata, eoq; ipſo, quod forma illa ab Eccleſia eſt ita conſtituta, neceſſe eſt veritatem continere infallibilem. Potuit etiam Eccleſia id verbum, æterni, formæ conſecrationis addere, licèt apud Euangeliſtas non reperiatur ex teſtimonio illo Pauli ad Hebræ. vlt. quod hoc ipſum apertè confirmat, *Deus pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum in ſanguine teſtamenti æterni Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Idem confirmat egregia diui Tho. ratio 1. 2. q. 106. art. 4. quoniã ſtatus nouæ legis ſucceſſit ſtatui veteris legis, tanquam perfectus minus perfecto: nullus vero ſtatus Eccleſiæ militantis poteſt eſſe perfectior, quam ſit ſtatus legis gratiæ: eo quod nullus ſtatus, qui ad vltimum finem ſempiternæ felicitatis Eccleſiæve triũphantis ordinetur, poſſit in Eccleſia militante eſſe perfectior, quam qui ad vltimum finem Eccleſiamve triumphantem introducit: id verò efficit lex noua, ab ipſo verbo diuino iam incarnato tradita, redemptoque iam genere humano morte Chriſti, eademque morte aperta iam ianua cæleſti, vt qui expiati omnino iam ſint, continuò cęleſte regnum ingrediantur. Vnde Paulus ad Hebræ. 10. *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis uiã nouam & uiuentem, accedamus*, ad eum ſcilicet. Et Chriſtus Lucæ 23. ad latronẽ, *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* Quo fit, vt poſt legem nouam ac gratiæ nulla alia in militante eccleſia ſit futura.

Hinc

4 Hinc ſtultitia hæreſum Cataphrygarum & Manichæorum confutatur, qui in hoc conueniebant, promiſſionem aduentus ſpiritus ſancti non fuiſſe apoſtolis impletam, ſed per ſpiritus ſancti aduentum qui omnem doceret veritatem, futuram aliam legē. Et quoniam liber Actorum apoſtolorum adimpletā apoſtolis manifeſtè commemorat, idcirco librum illum non admittebant, vt autor eſt Aug. de vtilit. cred. cap. 3. & lib. 19. contra Fauſtum cap. vlt. Cataphrygæ autem Montanum, ſuæ ſectæ cum duabus illius propheti ſſis Priſca & Maximilla autorem, ſpiritum ſanctum paracletum affirmabant, vt apertè Auguſtinus de hæreſibus ad quod vult Deum hæreſi 26. affirmat. Vnde non video vnde Sotus 2. de iuſt. q. 7. art. 4. ad 1. dictus aſſeruerit, non tantam blaſphemiam illos affirmaſſe, ſed ſolum affirmaſſe aduētum ſpiritus ſancti in Montano & duabus illius prophetiſſis fuiſſe impletam. Manichæi autem ſuum Manichæum affirmabant fuiſſe ſpiritum ſanctum, vt idē Auguſtinus ibidem hæreſi 46. affirmat, & conſentit Sotus vbi ſuprà. Hi vero non ſolum libro Actorum Apoſtolorum, capite præſertim 2. apertiſſimè confutantur, ſed etiam Ioannis 14. 15. & 16. quibus in locis ipſiſmet apoſtolis, vt in ipſis ſit, eos doceat, & vt ipſos aptos ad teſtimonium de Chriſto reddendum, promittitur. Atque Ioan. 14. *Vt maneat vobiſcum.* Et paucis interiectis, *Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Atq; idem Ioa. c. 7. ait: *Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum Ieſus erat glorificatus,* quib. verbis apertè docet, ſtatim glorificato Chriſto reſurrectione ac adſcenſione in cælum, ſpiritum ſanctum apoſtolis & eccleſiæ fuiſſe datum. Porro docuit apoſtolos omnem veritatem, quam ipſos ſcire oportebat, Eccleſiæque aſſiſtit, vt non erret in omni veritate definienda, quam in Eccleſia ſit opus definire.

5 Diuus Thom. art. 4. citato hoc conficit argumentum: Dominus Matth. 24. dicit, *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, & tunc ueniet conſummatio:* ſed Euangelium Chriſti iam diu eſt prędicatum in vniuerſo orbe, iuxta illud Pauli ad Roma. 10. *Sed dico. Nunquid audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum:* nec tamen adhuc venit conſummatio: ergo Euangelium Chriſti non eſt euangeliū regni, ſed futurum eſt adhuc Euangelium Spiritus ſancti, quaſi lex alia poſterior.

Ad hoc reſpondet, cum Chriſtus in principio ſuæ Euangelicæ prædicationis dixerit, *Appropinquauit regnum cælorum,* ſtultiſſimum eſſe affirmare Euangelium Chriſti non eſſe Euangelium regni, ſed poſt illud futurum eſſe aliud. Quod vero attinet ad locū illum Matth. 24. Chryſoſtomus intelligit, tempore apoſtolorum prædicatum fuiſſe euangelium in vniuerſo orbe, iuxta Pauli teſtimonium, quia famā peruenerat ad vniuerſum orbem tunc cognitum: & nomine conſummationis, quam poſt eam prædicationem prædixerat Chriſtus futuram, intelligit excidiū Ieroſolymitanum. Mihi plus probatur ſententia Auguſtini Epiſt. 78. & 80. in fine, (vtraque eſt ad Heſichium) pro qua ſentētia citat etiam Hieronymum, locum videlicet illum intelligendū eſſe de conſummatione ſeculi, nec prius illam futuram, q̃ Euangelium in vniuerſis nationibus ac locis promulgetur, atq; Auguſt. Epiſt. 80. citata, ſuo tempore nondum euangelium fuiſſe promulgatum aliquibus nationibus in interiori Africæ parte. Atque cum noſtris ſeculis inuenta fuerit quarta orbis pars, longè maior q̃ tres aliæ antea cognitæ, ad quam noſtris ſeculis prædicatio Euangelii eſt delata, nec dūq; in tota ea parte Euangelium ſit promulgatum, quin & nauigationibus varia loca alia indies reperiantur, ad quæ Euāgelium nunq̃ fuit delatū, ad interioraq; earum non-

A dūm in multis earum Euangelii prædicatio deuenerit, conſtat ſanè vſque ad hanc diem eā prædicationem in vniuerſo orbe, q̃ Chriſtus anteceſſuram conſummationem ſeculi prædixit, nondum eſſe complete factam. Optimè autem Auguſt. locis citatis ait, q̃uis ex eo Euangelii teſtimonio conſtet conſummationem ſeculi non prius eſſe futurā, q̃ Euangelium modo explicato in vniuerſo orbe prædicetur, ex eo tamen loco non haberi, continuo poſt eam prædicationem completam futuram eſſe ſeculi conſummationem, neq; quanto tpe, paruo videlicet aut magno poſt eam prædicationem completā, ſeculi conſūmatio ſit futura. Ad teſtimonium vero Pauli ad Roma. 10. ex Pſ. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum,* quod Paulus in ſenſu
B ſpirituali attulit, quem locus ille verè habet; tametſi in ſenſu literali de cælis, ornatu, lumine, vi motuque ordinatiſſimo eorum, maximè ſolis, qui diurno ſuo motu ad motum primi mobilis, ac ſuo proprio motu per Zodiacum, die efficit ac noctem, quatuorq; anni tpa, is locus apertè intelligatur, ad id, inquā, Pauli teſtimonium, eum locum ex Pſ. 18. in ſenſu ſpirituali referentis de apoſtolis & aliis euangelii prædicatoribus, qui gloriam ac excellentiā Dei, tanquam alii cæli, longè felicius quam materiales cæli, annunciāt ac per totum orbem deferunt, eſt dicendū, citari ac afferri eam prædicationem tanquam cæptam, & iā tunc per magnam orbis partē delatā, ita vt notitia illius ad Iudæos oēs vbique gentium commorantes, & ad Gentiles oēs magna ex parte deueniret, non ta
C men tanq̃ omnino iam tunc completam. Loquitur vero Paulus per verbum præteriti temporis, exiuit, quoniam id verbum habebat teſtimonium Dauidicum longè antea à Dauide prolatum, atque in ſenſu literali verè ab ipſo prolatū, & in ſpirituali iam tunc magna ex parte impletum: & quoniam non eſt incōſuetum in literis ſacris, quæ prædicuntur futura, cōmemorari vt iam completa in perſona eius, in quo dicuntur, iuxta illud in perſona Chriſti longè antea à Dauide dictum, quam fuiſſet factum: *Fodierunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Adde, dici optimè poſſe, Paulum de ſuo, & nō ex teſtimonio Pſalm. 18. quod non citauit, veriſſimè per hyperbolem dixiſſe ea omnia verba; *Sed dico. Nunquid non audierunt. Et quidem in omnem terram*
D *exiuit ſonus eorum,* miniſtrorum ſcilicet prædicationis Euangelii, *& in fines orbis terræ uerba eorum.* Nā iam tunc adeo denunciatum erat euangelium, vt veriſſimè potuerit id à Paulo per nonnullam hyperbolem dici.

DISPVT. 65.

Vtrum lex noua fuerit alia à veteri. Et num iuſti veteris teſtamenti filij fuerint Dei adoptiui.

E *SVMMARIVM.*

1 *Quamuis lex noua & uetus ad eundem finem ultimum ſempiternæ fælicitatis fuerint ordinatæ, ſimpliciter tamen diuerſæ ſunt, quatenus pro rōne diuerſi ſtatus eccleſiæ tempore legis veteris ac nouæ diuerſa alia p̄cepta lege utraq; lata ſūt, in ſeq; cōprehendūt.*

2 *Opinio aliquorum probantium iuſtos ueteris teſtamēti non fuiſſe uerè filios Dei per adoptionem, ſed tātum per figuram.*

3 *Sed probabilior opinio, iuſtos ueteris teſtamēti ac legis naturæ uerè fuiſſe filios Dei adoptiuos.*

4 *Refellitur prior opinio negātium, & omnia argumēta diſſoluuntur.*

Quod

1 Quod ad primum attinet, quamuis lex noua & vetus ad eundem finem vltimum ſempiternæ felicitatis fuerint ordinatæ, communicauerintque in præceptis legis naturæ, quam vtraque includit, & in aliquibus alijs, fidei, ſpei, & caritatis, tametſi aliquantulum quo ad credenda variatis, vt diſput. 46. & alijs ſequentibus explanatum eſt, eaq; apertè, qua ita conueniunt, diſtinctæ non ſint, ſimpliciter tamen diuerſę ſunt, quatenus, pro ratione diuerſi ſtatus Eccleſiæ tempore legis veteris ac nouę, diuerſa alia præcepta lege vtraque lata ſunt, in ſeque comprehendunt, vt diſputationibus præcedentibus fuit explicatum. Diſcrimina autem varia inter vtramque legem, præſertim à diſp. 50. ſunt tradita: quo in loco oſtendimus, legem nouam longè eſſe excellentiorem ac perfectiorem, quam fuerit lex vetus.

2 Quod verò ad ſecundum attinet, non defuerunt qui arbitrarentur, iuſtos veteris teſtamenti nō fuiſſe verè filios Dei per adoptionem, ſed ſolum typicè ac per figuram. Id autem ſuadere conantur.

Primo, ex illo ad Rom. 8. *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum*: ergo autore Paulo, iuſti antiquæ legis non habuerunt ſpiritum adoptionis filiorum.

Secundo, vetus teſtamentum in ſeruitutem generabat, nouum vero in libertatem filiorum: ad Galatas enim 4. ait Paulus: *Quando venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt adoptionem filiorum redemptionis reciperemus*: ergo ante Chriſti aduentum non erat filiorum adoptio.

Tertio, Ioannis 1. de Chriſto dicitur: *In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*: ergo ante Chriſti aduentum nō erat talis poteſtas. Quod idem Ioan. 1. ſua canonica c. 3. apertè ſignificaſſe videtur dicens: *Videte qualem caritatem dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur & ſimus.*

Quarto, quoniam ſunt multa ſanctorum Patrū teſtimonia, Ambroſij, Aug. Cyrilli, Athanaſij, Chryſoſtomi, Theophylacti, & Oecumenij, quæ in illud Iſaiæ 1. *filios enutriui*, Leo Caſtrus refert, aperteque ſignificare videntur, Iudæos non verè, ſed Typicè, & quoad figuram filios Dei fuiſſe appellatos.

Quinto, quoniam vbi non eſt regeneratio, nec eſt filiatio: ſed in veteri teſtamento non fuit regeneratio in filios Dei: eo quod baptiſma, quod eſt ſacramentum regenerationis, iuxta illud Ioan. 3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* & illud ad Titū 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis*, non fuerit in veteri teſtamento: ergo in veteri teſtamento non fuit adoptio filiorum Dei.

3 Eſt tamen proculdubio affirmandum, iuſtos veteris teſtamenti ac legis naturæ verè ac propriè fuiſſe filios Dei adoptiuos. Paulus enim ad Rom. 9. de filijs Iſrael ait, *Quorū adoptio eſt filiorum*. Ad Gal. 4. *Quanto tēpore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt uſq; ad præfinitum tempus a patre: ita & nos, cū eſſemus paruuli, ſub elementis huius mundi eramus ſeruientes.* Quibus verbis apertè docet, Iſraelitas verè fuiſſe filios Dei per adoptionē & hæredes vitæ ęternæ, quod eſt eſſe filios Dei per adoptionem, iuxta illud ad Rom. 8. *Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei*, hoc eſt, bonorum ipſius, *cohæredes autem Chriſti*: cæterum ſi cum tempore legis gratiæ conferantur, quæ tanta abūdantia donorum ſpiritus ſancti ſcripta eſt in mentibus & cordibus fidelium, quaſi ſeruos & paruulos fuiſſe à Deo tractatos. Pſal. 8. *Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes: uos autem ſicut homines moriemini.* Deut. 32. *Peccauerunt ei, & non filij eius in*

A *ſordibus*, id eſt, peccauerunt ei filij quidem, ſed non in ſordibus, hoc eſt, non vt ſordibus peccatorum ſe inquinauerunt. Iſaiæ 1. *Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me*. Item multi ex iuſtis antiquæ legis, & legis naturæ, fuerunt prædeſtinati, illi ſcilicet omnes, qui vitam in gratia finierunt, vt eſt notiſſimum: ſed prædeſtinati omnes ſunt prædeſtinati in filios adoptionis, hoc eſt, in hæredes vitæ æternæ; eis non per naturam debitæ, ſed per gratiæ adoptionem: vnde Paulus ad Eph. 1. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in caritate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorū per Ieſum Chriſtum ipſum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ.* Et ad Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes* B *fieri imagini filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Item filiorum adoptio non eſt aliud, quàm ius ad paternam hæreditatem ex gratia adoptantis: ſed iuſti veteris & naturæ legis ius habuerunt ad paternam Dei hæreditatem ex eiuſdem Dei gratia, vt fides docet: ergo verè fuerunt filij Dei adoptiui. Præterea iuſti antiquæ legis ac legis naturæ, quos Chriſtus glorioſos in limbo effecit, indeque eduxit, hodieque cum ipſo in cælo regnant, verè ſunt filij Dei, paterna Dei hæreditate donati: ergo dum viuerent, & dum ex hac vita deceſſerunt, verè etiā erant Dei filij per gratiam: nemo quippe eſt in cælo filius Dei, niſi prius in hac vita filius eiuſdem Dei fuerit per gratiam adoptionis, veſte ſcilicet nuptiali gratię & caritatis in militante Eccleſia veſtitus.

C Auguſtinus ſe ipſum, & per conſequens cæteros Patres, qui contrarium videntur aſſerere, explicans, lib. 3. contra duas Epiſt. Pelagianorum cap. 4. ait, iuſtos omnes veteris legis, & legis naturæ, quatenus fide & gratia gratum faciente, & non ex lege veteri atque factorum, iuſtificati ſunt, ad legem fidei, quæ per gratiā iuſtificat, attinuiſſe, fuiſſeq; filios Abrahæ per repromiſſionem, natoſque eſſe non ex ancilla, ſed ex libera, ad nouumque attinuiſſe teſtamentum, & per conſequens filios Dei adoptiuos fuiſſe: quatenus vero legem factorum veteremve ſeruabant, quæ terroribus & comminationibus data eſt, ex metuque illam ſeruabāt, fuiſſe filios ancillæ, attinuiſſeq; ad vetus teſtamentum: neque, vt ſic præciſè, filij fuerunt adoptionis, niſi typicè ac in figura, quatenus ea D lex typus figuraque erat Chriſti ac eius gratiæ, per quam eſt vera adoptio filiorū Dei in omnibus, qui à lapſu primorum parentum iuſtificati ſunt.

Ad primum ergo argumentum in contrariū con- 4
ceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia: quoniam iuſti antiquæ legis, præter legem terroribus illis ipſis datam, acceperūt donum fidei & gratię gratum facientis, per quam ius ad vitam æternā habuerunt, filiique Dei adoptiui fuerunt: licèt non tā perfecta adoptione, quam perfecta eſt tēpore legis gratiæ. Tum quia illa alia adoptio, vt meritis Chriſti venturi data eſt, ſic etiam à Chriſto vēturo meritiſq; illius futuris pendens erat: adoptio vero iuſtorum tempore legis gratiæ datur ob Chriſtum, meritaque Chriſti iam exiſtentia. Tum etiam quoniam illa, eo E quod pretium noſtræ redemptionis nondum eſſet ſolutum, neque morte & meritis Chriſti ianua regni cęleſtis eſſet aperta, non introducebat, nec introducere poterat in hæreditatem paternam ac cęleſtem, ad quam erat adoptio, donec Chriſtus moreretur: adoptio vero iuſtorum legis gratiæ, ſtatim poſt mortem eo ipſo, quod nihil manet iam igne expurgatorio expiandum, in cæleſtem hæreditatem introducit; eo quod morte ac meritis Chriſti ianua regni cęleſtis ſit iam aperta. Tum denique quoniam abundantior eſt adoptio tempore legis gratiæ, quā fuerit aliis temporibus, ob maiorem gratiam, maioraque dona collata Chriſti fidelibus pro ſoluto pretio noſtræ

ſtræ

ſtræ redemptionis,quam antea conferrentur, maioremq; ac liberiorem filiorum viſceribus habeamus acceſſum ad patrem per Chriſtum , quàm vnquam antea iuſti habuerint.

Ad antecedens ſecundi argumenti eſt dicendum, quamuis vetus teſtamentum in ſeruitutem generaret, quatenus vi ſolius legis homines non iuſtificabantur,iuſtificatioque & adoptio tunc pendens erat à Chriſti meritis adhuc futuris;nihilominus meritis Chriſti adhuc futuris,ac fide in illum,ſaltem implicita,homines multos,tum legis veteris tum etiam legis naturæ, iuſtificatos ac adoptatos in filios à Deo fuiſſe,tametſi nō tam perfecta ac completa adoptione, quàm perfecta & completa eſt adoptio tempore legis gratiæ ob rationes in ſolutione ad præcedens argumentum explanatas. Vnde ad ſecundum argumentum,conceſſo antecedente, negāda ſimiliter eſt conſequentia.

Ad tertium,conceſſo ſimiliter antecedente,negāda eſt conſequentia. Quoniam virtute meritorum eiuſdem Chriſti quæ erant adhuc futura, erat ante ipſius aduentum eadem poteſtas, licèt non tam copioſis adeoque potentibus auxilijs quam poſt Chriſti aduentum ad id data hominibus ſunt. Id etiam, quod ex 1.canonica cap.3.adducitur, intelligitur de iuſtis omnibus, qui à lapſu primorum parentum fuerunt: tametſi abundantiori gratia nominantur ac ſunt Dei filij iuſti temporis legis gratiæ, quam fuerint ac nominati ſint iuſti temporis legis ſcriptæ ac naturæ.

Ad quartum eſt dicendum,exponenda eſſe ea omnia teſtimonia ea præciſè ex parte, qua legem veterem ſeruabant, quæ typus erat Chriſti & gratiæ per Chriſtū conferendæ: non verò quatenus fide Chriſti futuri,& gratia meritis eiuſdem Chriſti adhuc futuri ipſis tunc collata,iuſti erant: ſic enim quemadmodum verè ac propriè erant iuſti,ſic etiam verè ac proprij erant filij Dei adoptiui.

Ad quintum eſt dicendum,quamuis baptiſma ſacramentum regenerationis nuncupetur , quoniam inſtitutum eſt velut ianua, qua in eccleſiā homines ingrediantur, & vt per gratiam, quam paruulis & adultis Chriſti meritis confert, regenerentur quoad eſſe gratiæ ac filiorum Dei adoptiuorum , & vt eo profeſſio fidei ac religionis Chriſtianæ fiat,rationeque caracteris, quem imprimit, homines perfectè fiant de eccleſia;nihilominus generationem,quo ad eſſe gratiæ atque quoad eſſe filiorum Dei adoptiuorum,multis etiam alijs modis fieri, vt eſt perſpicuū. Vnde ad maiorem quinti argumenti eſt dicendum, ſi in ea regeneratio ſumatur preſsè pro ea ſola,quæ fit per baptiſmum, maiorem eſſe falſam:quoniam quemadmodum gratia gratum faciens multis alijs modis tempore legis nouæ, veteris, ac naturæ, comparatur, ſic etiam adoptio filiorum Dei multis alijs modis acquiritur. Si verò regeneratio in ea maiori ſumatur pro quacunque gratiæ gratū facientis acquiſitione,cōcedenda eſt,ſed neganda eſt tunc minor. Probatio autem minoris loquitur de regeneratione preſsè,quæ per ſolum fit baptiſmum.

DISPVT. 66.

Vtrum lex noua veterem legem impleuerit, in eaque fuerit contenta. Et num lex vetus grauior noua ſit.

SVMMARIVM.

1 *Duo in veteri lege ad rem præſentem ſpectantur, finis ſcilicet legis & præcepta. Finis eſt duplex,*

A *vnus communis illi cum lege noua,nempe per iuſtitiam perducere omnes ad vitam æternam. Alter illi peculiaris, adumbrare ſcilicet ea,quæ in lege noua erant futura.*

2 *Lex noua legis veteris priorem finem impleuit,per iuſtitiam ſcilicet omnes ad vitam æternam producendo.*

3 *Lex noua ac Chriſtus impleuit etiam poſteriorem finē veteris legis, adumbrare ſcilicet ea quæ in noua lege erant futura.*

4 *Præcepta omnia veteris legis Chriſtus pro loco & tempore facto exactiſſimè, interim dum vixit, adimpleuit.*

5 *Lex noua quoad illa, in quibus cum veteri omnino communicabat,vt quoad præcepta moralia, ſimpli-* B *citer in illa continebatur: quoad reliqua continebatur tanquam perfectum in minus perfecto: quoad fidem,continebatur implicitè.*

6 *Lex vetus difficilior impletu fuit quàm noua, propter multitudinem præceptorum eius legis, atque ob dolorem circumciſionis.*

1 QVod ad primum attinet, vt intelligatur quot modis,& quoad quæ, lex vetus per nouam ſit impleta , eſt obſeruandum. Duo in lege veteri, ad rem præſentem, attendi poſſe, nempe finem eius legis & præcepta. Finis autem illius duplex erat. Vnus , communis illi cum lege noua, nempe per iuſtitiam perducere omnes ad vitam æternam. Alter verò illi peculiaris C ac proprius,adumbrare ſcilicet ac figurare ea, quæ in lege noua erant futura.

2 Quod ad priorem illum finem attinet, lex noua, ſeu Chriſtus autor illius, in hoc ſenſu illam impleuit, quod ſuis meritis ac morte id ſuppleuit ac compleuit,quod illa ad eum finem aſſequendum nō valebat. Cum enim lex illa nec iuſtificare potuerit,vt ſæpe eſt dictum,nec iuſtus eius temporis perducere in vitam potuerit æternam; eo quod ianua cælorum illis adhuc eſſet clauſa,donec pretium noſtræ redemptionis ſolueretur; qua de cauſa iuſti illi , expiati prius expurgatorio igne, ſi quid ex hac vita expiandum deferrent, in limbo patrum vſque ad Chriſti mortem,Dei conſpectu priuati,detinebantur; vtrūque Chriſtus comparatione hominum eius legis ac D legis naturæ ſuppleuit ac compleuit morte ſua tempore legis gratiæ, illis promerendo fidem & gratiā, quibus temporibus earundem veteris ac naturæ legum iuſtificati ſunt, & quorum meritorum virtute, adhuc temporibus illis futurorum,ea dona illis collata ſunt,eiſdemque ianuam regni cæleſtis aperiendo,illoſque in vitam æternam ſua morte perducendo. Vnde Paulus ad Rom.8. *Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati , & de peccato*, id eſt, hoſtia expiatrice, *damnauit*, hoc eſt, aboleuit, *peccatum in carne, ut iuſtificatio legis impleretur in nobis.* Promiſſiones item pro tempore legis gratiæ in veteri teſtamento factæ,in nouo ſunt E adimpletæ.

Vnde Paulus 2. ad Cor. 1. *Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt*, id eſt, in Chriſto, *eſt*, hoc eſt, eo omnino modo habuerunt, quo promiſſæ ſunt , neque locum vlla ex parte quo ad illas habuit non eo modo eueniſſe, quo promiſſæ ſunt. Et quia, quæ in veteri teſtamento de tempore noui teſtamenti erant prædicta, in nouo erant omnino implenda, ſæpe in nouo teſtamento dicitur, hoc factum eſt,vt adimpleretur, quod dictum eſt, quoniam eo ipſo, quod fuit prædictum,erat implendum : non tamen, quod à libero arbitrio creato pendebat vt eſſet, fuiſſet prædictum futurum , niſi præuiſum fuiſſet pro libertate talis arbitrij creati eo modo futurū.

Quod verò ad poſteriorem finem legis veteris attinet, nempe adumbrare ac figurare, quæ in noua lege erant futura, quod præcipuè cæremonialibus veteris legis præceptis conueniebat: ſanè ea omnia præcepta, reliquaſque vmbras ac figuras veteris teſtamenti, lex noua Chriſtuſque ipſe impleuit, eaque præcepta implendo euacuauit: quoniam ſolum erat impoſita quouſque id, quod præcipuè figurabant, impleretur, nempe vſque ad Chriſti mortem, redemptionemque generis humani, vt Diſputatione ſexageſima ſecunda explanatum eſt. Vnde Paulus ad Coloſ. 2. *Nemo*, inquit, *vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbathorum*, ex eo ſcilicet vos condemnantes, quod ea non ſeruetis, *quæ ſunt umbra futurorum*, ad illa ſignificandum futura ac referendum inſtituta, ſicut vmbra id corpus, cuius eſt vmbra, refert, illiuſque eſt figura: *corpus autem Chriſti*, vnde quia completa per Chriſtum, euacuata ſunt, nec obligant, ſed ceſſarunt: non ſecus ac ceſſat vmbra adueniente lucis radio in loco, in quo ea vmbra erat, & non ſecus ac ceſſat figura aduenienteque veritate, quando figura ad id ſolum inſeruiebat, vt veritatis figuram ſignificaret, in ſolumque id tempus erat inſtituta, quouſque ea veritas adueniret: qua de cauſa lex vetus lex vmbrę ac figuræ nuncupatur: noſtra verò lex noua lex veritatis dicitur. Quin, vt diſputatione 62. eſt dictum, etiã iudicialia præcepta veteris legis, & vniuerſim lex tota vetus, ea ex parte qua, quæ illa continebat, ea lege erant præcepta, ceſſarunt morte Chriſti: quoniam tranſlato ſacerdotio Leuitico in Chriſti ſacerdotiũ ſecundum ordinem Melchiſedec, neceſſe fuit vt & legis tranſlatio fieret, quæ in id ſolum tempus à Deo fuerat lata.

3 Quod denique ad præcepta veteris legis attinet, illa omnia pro loco & tempore facto exactiſſimè, interim dum vixit, adimpleuit: nam circumciſus eſt, in templo eſt præſentatus, paſcha cum diſcipulis celebrauit, & reliqua ſeruauit. Vnde Paulus ad Galat. 4. *Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret*. Figuras item ac vmbras eius legis impleuit. Moralia quoque præcepta, quæ, quatenus ad naturæ legem attinebant, erant permanſura, in legitimo ſenſu, quantum tunc fuit opus, explanauit, debitaſque cautelas adhibuit, vt melius ſeruarentur, illiſque euangelica conſilia addidit. Quare Chriſtus non ſoluit, ſed impleuit ac compleuit legem veterem, illa verò, quia ad tempus, in quo perſeuerauit, fuerat ſolum præcepta, eo adueniente, ſine alia abrogatione ceſſauit.

Lex noua quoad illa, in quibus cum veteri omnino communicabat, vt quo ad præcepta moralia, ſimpliciter in illa continebatur. Quo ad ad reliqua continebatur tanquam perfectum in minus perfecto, quodammodo ſicut animal in ſemine, & ſicut ſpecies continentur potentia in genere. Quo ad fidem enim continebatur implicitè tametſi quoad aliqua credenda eadem omnino eſſet fides tempore legis veteris & gratiæ, vt quod Deus eſſet vnus, creator cæli & terræ, totiuſque huius vniuerſi. Quoad reliqua verò lex noua continebatur in veteri tanquam in vmbra & figura eorum, quæ in lege noua erant futura. Quoad eiuſmodi continentiam totam noui teſtamenti in veteri intelligendum eſt illud Ezech. 1. *quaſi ſit rota in medio rotæ*, id eſt, vt Gregor. homil. 6. in Ezechielem exponit, nouum teſtamentum in veteri.

4 Quoad vltimum, in titulo huius diſputationis propoſitum, attinet. Satis profectò conſtat, legem veterem grauiorem in ſe difficilioremque impletu fuiſſe quàm nouam, propter multitudinem præceptorum eius legis, cæremonialium præſertim, atque ob diffi-

A cultatem & dolorem circunciſionis. Vnde Petrus Actorum 15. *Quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri neque nos portare potuimus?* Et Chriſtus Matth. 11. de lege ſua, *Iugum*, inquit, *meum ſuaue eſt, & onus meũ leue*, cum antiquo ſcilicet legis veteris collatum. Qđ vero longe grauiores perſequutiones paſſi ſint fideles legis gratiæ, quam fideles legis veteris & naturæ ſint paſſi, id non ex legis nouæ difficultate prouenit, ſed ex nequitia, inuidia, & aſtutia dæmonum, hominumque nequitia, Deo id Chriſtianis ad auctiorem coronam permittente, illoſque potentiſſimis auxiliis ac donis ad grauiſſimas perſequutiones ferendas adiuuante.

Admonent vero Diuus Thomas. prima, ſecundæ, B quæſtione 107. articulo quarto. cum Auguſt. Epiſt. 119. capitulo 19. & alii, per poteſtatem, quæ Eccleſiæ ac prælatis ad condendas leges ac conſtitutiones à Chriſto eſt relicta, non tot leges ac præcepta eſſe multiplicanda, quæ iugum Domini nimis graue difficileque obſeruatu efficiant, & quæ in cauſa ſint, vt cum tot leges ac pręcepta difficilè admodum ſciri poſſint, & multo minus omnes ſine nullius tranſgreſſione ſeruari, contemnantur, paſſimque violentur. Attendere vero legiſlatores debent, non ſolum num ſingulæ leges, quas condunt, ſeruatu nõ ſint difficiles, ſed etiam num omnes ſimul, quæ ab ipſis conduntur, & quæ à ſuis anteceſſoribus ſunt conditæ, ſeruari non admodum difficile poſſint, vt iugum legum non admodum difficile ſibi ſubditis C imponant. Atque fortaſſe expediret non parum, multas ex iuris ciuilis & canonici leges abrogari, vt iugum humanarum legum temporis progreſſu à variis legumlatoribus mirum in modum multiplicatum, hominumque ceruicibus impoſitum, redderetur leuius, legumque cuſtodia ac ſubditorum obedientia eſſet exactior, nec ex tanta legum multiplicitate periculum immineret animarum. Inter alia autem fortaſſe expediret, cenſuras omnes eccleſiaſticas ad longè minorem numerum ac methodũ redigi, multas ex illis abrogando.

DISPVT. 67.

D De quibus lex noua diſponat. Et de euangelicis conſilijs.

SVMMARIVM.

1 *In lege gratiæ Chriſtus de his diſpoſuit, quæ ad gratiam conferendam & ad illam conſeruandam, quaſi ab eis gratiæ conſeruatio penderet, erant neceſſaria.*

2 *Alia præterea tradidit Chriſtus ad legitimum pręceptorum quorundam moralium intellectum, ad conſilia perfectionemque Chriſtianam attinentia.*

E IN lege noua & gratiæ Chriſtus de his diſpoſuit, quæ ad gratiam conferendam, & ad illam conſeruandam, quaſi ab eis gratiæ conſeruatio penderet, erant neceſſaria. 1 Quod ad primum genus attinet, cum gratiæ autor ſit Deus, atque ad Chriſtum vt hominem inſtituere ea inſtrumenta attineret, quibus vi ſuorum meritorum gratia hominibus conferretur, ſeptem ſacramenta Eccleſiæ Chriſtianæ ipſe in noua lege inſtituit, atq; præcepta quoad eorum nonnulla. Item poteſtates Eccleſiaſticas inſtituit, quæ illa ex officio adminiſtrarent. Sacramẽtalia verò ac ritus in illis adminiſtrandis, apoſtolis ac eccleſiæ inſtituenda reliquit, cui Eccleſiæ ſpiritum

tum ſanctum aſſiſtentem promiſit ac contulit, qui cum ipſa ad finem vſque ſeculi perſeueraret, quique eam in his & in alijs neceſſarijs illuſtraret, regeret, ac adiuuaret.

Quod vero ad ſecundum genus attinet, cum gratiæ conſeruatio à præceptorum moralium obſeruatione pendeat, quæ ſub culpa lethali obligant, ſub moralibus præceptis ea etiam cõprehendendo, quę, poſita creatione hominum in finem ſupernaturalẽ, ac reuelatione à Deo facta credendorum, diſputatione 46. & 53. diximus de iure eſſe naturali, & ad moralia præcepta reduci, vt ſunt præcepta de fide, ſpe, & caritate ſupernaturalibus, & de contritione, aut attritione cum ſacramento, poſt lapſum in culpã lethalem, ſanè de his ſolis præceptis moralibus Chriſtus in lege gratiæ etiam diſpoſuit, illa tradendo & docendo, ex legeque veteri ex parte ſupponendo. Neque vlla alia præcepta addidit ipſe in legę gratię tametſi poteſtatibus, tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, ea alia præcepta addenda pro loco & tempore reliquerit, quæ expedire iudicarent. Quia ergo nõ alia præcepta tradidit Chriſtus in lege noua, ſed reliqua libera reliquit, interim dum aliquid aliud à poteſtatibus publicis non præciperetur, lex noua à Iacobo capit. 1. lex perfectæ libertatis nuncupata eſt. Dicta item eſt perfectæ libertatis, quia in ea & per eam perfectam libertatem, non ſolum à iugo veteris legis, ſed etiam à peccato quoad effectus illius conſequimur, aperta iam nobis ianua regni cæleſtis. Et quoniam caritate, quam Chriſtus nobis promeruit, & quæ abundantius multo in lege gratiæ confertur, quam vnquam antea fuerit data, qua lex Dei in mẽtibus & in cordibus noſtris ſcribitur, filiorum libertate, & non timore ſeruorum, promptius multo à Chriſti fidelibus impletur, quam vnquam antea fuerit impleta.

Multa præterea alia tradidit Chriſtus ad legitimum præceptorum quorundam moralium intellectum, ad conſilia perfectionemque Chriſtianam attinentia, ad vitandam hypocriſin, inanem gloriam, rectam habendamque intentionem, ad amplectendam crucem, vitamque Dei amore contemnendam, ad æternum ſupplicium vitandum, ad vitamq; anhelandum ſempiternam, & ad pleraque alia attinẽtia, quæ longum eſſet percenſere, & ex literis ſacris noui teſtamenti conſtant.

DISPVT. 68.

Humanam legem, tam ciuilem quàm Eccleſiaſticam, quis condere poſsit, & quouſq; ſubditorum acceptatione pendeat, cuiuſq; virtutis ac potentiæ actus ea ſit, quomodo à lege Dei æterna deriuetur, quid ſit, & num à lege naturali deriuetur, meliuſque ſit legibus, quàm præpoſitorum prudentia, reſpublicas gubernari.

SVMMARIVM.

1 *Lex merè humana non deriuatur per conſequentiam neceſſariam à lege naturali: ſed multæ leges humanæ deriuantur à naturalibus per arbitramentum ac diſpoſitionem humanam, non tamen neceſſariam.*

2 *Melius reſpublica gubernatur legibus, quàm prudentia præpoſitorum ſine legibus.*

A Explicatis huc vſque legibus omnibus diuinis, ſupereſt, iuxta ordinem initio diſputationis 47. propoſitum, vt de humana lege deinceps diſſeramus, quæ magis ad hũc quintum de iuſtitia tractatum, quàm diuinæ leges, ſpectat. Et quoniam ea omnia, quæ in titulo huius diſputationis proponimus, præter duo poſtrema, diſ. 46. copioſè explanata à nobis ſunt, de ſolis duobus poſtremis ac diſputatione dicemus.

Quod ergo ad eam quæſtionem attinet, num ſcilicet lex merè humana, hoc eſt, lex poſitiua humana, à lege naturali deriuetur, eaque vna è conditionibus ſit, vt vim obligandi habeat. In primis eſt dicendum, non deriuari à lege naturali per conſequẽtiam neceſſariam: quoniam per conſequentiam ne- 1
B ceſſariam deducuntur, vel ex principiis iuris naturalis, vel ex concluſionibus ex illis deductis, vtique de iure ſunt naturali, & non de iure humano poſitiuo, vt adulterandum non eſſe, furtum non eſſe committendum, falſum teſtimonium non eſſe dicendum, hoc adulterium in ſingulari non eſt faciendum, & ſimilia alia, vt eſt notiſſimum, aſſeruntque diuus Thom. prima ſecundæ quæſt. 105. artic. ſecundo, & doctores communiter. Dicendum eſt deinde, multas humanas leges deriuari à naturalibus per arbitramentum ac diſpoſitionem humanam, conſentaneam quidem iuri illi naturali, à quo ita deriuantur, non tamen neceſſariam, quaſi ſine tali diſpoſitione naturale id ius non poſſet ſaluum conſiſtere: qua de cauſa tales diſpoſitiones ac leges non ſunt de
C iure naturali, ſed de iure humano poſitiuo. Verbi gratia, de iure naturali eſt, malefactores à poteſtatibus publicis debere puniri, vt pax, iuſtitia, communeq; reipublicæ bonum conſeruetur: cęterum quod latro ſuſpendatur, vel flagelletur, aut inſuper triremibus adigatur, non eſt de iure naturali; quoniam ſufficienter ſaluum conſiſtet ius naturale, ſi alijs puniatur pęnis: quo fit, vt leges, quæ pro certis furtis eas pęnas conſentaneè ad rectam rationem ſtatuũt, à iure quidem illo naturali, quod malefactores à publicis poteſtatibus ſint puniendi, deriuentur, non tamen per neceſſariam conſequentiam, ſed per arbitramentum ac diſpoſitionem humanam, rectæ rationi conſonam, ab illa ve minimè deuiam, cæterum liberam ad id non ita, ſed aliter, ſaluo iure eodem
D iure naturali, ſtatuendum, ac proinde fit, vt tales leges humanæ ſint merè poſitiuæ.

Similiter Deum ab hominibus cultu aliquo externo eſſe colendum, de iure eſt naturali: præcepta vero eccleſiæ, quo ad id die dominica & aliis feſtis diebus ab operibus ſeruilibus vacetur, & quod eiſdem diebus ſacrum audiatur, quoniam neceſſaria non ſunt, vt id diuinum ius ſaluum cõſiſtat, eo quod cultus alij poſſunt Deo adhiberi, conſentanea quidem ſunt iuri illi naturali ac rationi rectæ, non tamen ſunt de iure naturali, ſed de iure humano merè poſitiuo tanquam arbitramenta ac diſpoſitiones humanæ.

Dicendum eſt tertio, legem omnem humanam
E poſitiuam, vt iniqua non ſit, ac proinde vt legis rationem ſortiatur, eſſe debere rectæ rationi conſentaneam, ab illa ve minimè diſſonam, bonoque communi reipublicæ accommodatam, talemque præſumendam eam eſſe, quæ ab habente poteſtatem ad leges condendas emanat, quando aliud de illa nõ conſtat, atque eatenus ſatis eſſe, vt à iure naturali deriuetur, (vt ius naturale conſilia etiam naturalis iuris complectitur) quod à recta ratione non diſſonat, bonoque communi eſt accommodata. Lege quæ Diſp. 53. dicta ſunt.

Quod vero ad vltimum attinet, num ſcilicet melius ſit legibus, quam præpoſitorum prudẽtia, reſpublicas gubernari, quæſtio eſt, quam Ariſtot. 3. polit. 2
c. 11.

c.11.& 12.diſput. Dicendum verò eſt cum D.Tho. 1.2.quæſt.105.art.1.ad 2.melius rempublicam legibus gubernari, quàm prudentia præpoſitorum ſine legibus. Ratio autem in primis eſt, quoniam facilius eſt vnum aut paucos prudentes reperire, qui leges condant, adiuti longa experientia, ac legibus in alijs rebuspublicis latis, eaſque præſcribant, tum ſubditis vt eas ſeruent, eiſque ſe accommodent, tum etiam iudicibus ac præpoſitis diuerſarum ciuitatum ac locorum, qui eas ſeruari curent, & iuxta illas iudicent, quam reperire tantam multitudinem prudentum ac proborum, qui ſine legum adiutorio & ſubditis præcipiant, quæ oportet, & eos iudicare in ſingulis euentibus poſſint, quod æquum & iuſtum eſt attingendo. Ad leges quippe optimas cuique reipublicæ condendas, ſatis ſunt pauci prudentes & ad id idonei in vno ſeculo aut etiam in multis: quis vero tantam iudicum multitudinem, quanta ad diuerſa loca temporum ſucceſſu eſt neceſſaria, reperiat, qui adeò prudentes ſint, ac periti, vt, ſine legum adiutorio, quæ neceſſaria ſunt præcipiant, atque quod iuſtum eſt, in tam multis ac varijs euentibus iudicent? ſanè id omnino eſt impoſſibile. Ratio deinde eſt, quoniam leges longi temporis conſideratione conduntur, maximaque cum conſultatione, atque attentis alijs iuribus, ductiſque legiſlatoribus experientia multarum rerum: iudicia vero in particularibus euentibus non tantam patiuntur moram, atque, niſi conditæ eſſent leges, iudicibuſque eſſent præſcriptæ, quas antea ſcirent, & iuxta quas iudicarent, ſanè difficillimè, quod iuſtum eſt, attingerent, facileque ac paſſim errarent. Ratio tertiò eſt, quoniam leges de futuris atque in vniuerſali conſtituuntur, nullas perſonas particulares tunc attingendo ac reſpiciendo, eaque de cauſa in illis ferendis perſonarum particularium reſpectus, varijſque circa illas effectus, qui à recto deuiari efficiant, non eſt cur timeantur: iudices vero in particularibus euentibus, ſi ſine legibus prius ab alijs ſtatutis, quas ſequi in iudicando tunc tenerentur, iudicarent facilè affectu circa actorem, aut reum, pecuniaque aut precibus corrumpi poſſent, vt à iuſto deuiarent. Ratio item quarto eſt, quoniam quando leges iam antea ſunt ſtatutæ communes omnib. quibus aliquid præcipitur, prohibetur, aut punitur pœna aliqua, non eſt adeo ſubditis moleſtum ac odioſum, etiam dum exequutioni mandatur, quàm eſſet, ſi iudex aut prælatus id tunc ſtatueret, ac exequutioni mandatur, quàm eſſet, ſi iudex aut prælatus id tūc ſtatueret, ac exequutioni mandaret, neque eſt locus queremoniis aduerſus iudicem aut prælatum, quod id obſeruari facit, exequutionique mandet, quod antea legibus erat ſtatutum, ſicut eſſet, ſi ipſe de ſuo tūc inſtitueret, præciperet, aut exequutioni mandaret. His itaque & aliis de cauſis, quàuis leges ſuperfluæ, & quæ ſimul ſumptæ nimium grauent, ferri non debeant, ſed aboleri potius debeant, ſi iam latæ, pluſque iuſto ſint multiplicatæ, vt Diſputatione 66. dictum eſt, conſultiſſimum tamen vtiliſſimumque eſt, vt quam maximè fieri poſſit, cuncta, quæ obſeruari debent, tum à ſubditis, tum etiam à iudicibus in iudicando ac puniendo, legibus ſtatuantur, eaque ſola iudicum arbitrio, ſpectatis circunſtantiis concurrentibus, definienda relinqui, quæ legibus comprehendi non poſſunt. Inter quæ computa ea, de quibus licèt latæ ſint leges, ex circumſtantijs tamen cōcurrentibus, recta ratio docet, mentē legiſlatorum non eſſe, vt interuenientibus eis circunſtantiis ſeruentur, aut vt integre nullo adhibito moderamine ſeruentur.

Quare ſicut medicus inſtructus peritia artis accedere debet ad curandum infirmum, attamen ſimul vti debet prudentia, vt pro qualitate circunſtantiarum concurrentium adhibeat remedia ac medica- A menta, moderamen interdum apponendo præceptis vniuerſalibus artis, & interdum ea deſerendo, quando viderit nociua fore, neque in eo euentu & cum eis circunſtantiis illa intelligi: ita iudex, legum peritia inſtructus accedere debet ad iudicandum, cæterum vtendo ſimul prudentia, vt pro qualitate circunſtantiarum concurrentium moderamen interdū adhibeat diſpoſitionibus vniuerſalibus legum, interdumque illas omnino omittat, quando per Epicheiam iudicauerit illas in eo euentu & cum eis circumſtantiis ex mente ipſorummet legumlatorum locum habere.

DISPVT. 69.

B

Quas conditiones humana lex habere debeat. Et num ius gentium poſitiuum ius an naturale ſit.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones, quæ requiruntur ad legem humanam ex Iſidoro.*

2 *Si bonum commune reip. poſtulet, vt lex aliqua feratur, quamuis illa redundet in bonum particulare Principis, aut aliquorum de republ. id non impedit legem illam eſſe iuſtam.*

3 *Ius gentium preſsè ſumptum non eſt ius naturale,* C *nec comprehendit ſub ſe ius naturale, ſed eſt ius poſitiuum humanum: ſed quando latè ſumitur, vt apud Iuriſconſultos, tunc multa comprehendit ſub ſe, quæ ſunt de iure naturali, & multa quæ ſunt de iure poſitiuo humano.*

PRimum eorum, quæ propoſita ſunt, quæ- 1
ritur propter Iſidorum libro quinto. Etymol. cap. 21. & refertur. cap. erit autem lex. diſtinctione quarta. quo in loco ſic ait: *Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum patriæ conſuetudinem, loco temporique conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoque, ne aliquid propter obſcuritatem in captionem contineat, nullo proprio priuato commodo, ſed pro communi ci-* D *uium vtilitate conſcripta.* Merito autem idem Iſidorus conditiones has ad pauciores antea reduxerat, ad has ſcilicet, quod *religioni congruat*, quod *diſciplinæ conueniat*, quod *ſaluti proficiat*, vt alii illas reducunt, vt Nauar. in Manual. cap. 23. numero quadrageſimo. Alfonſuſque à Caſtro 1. de leg. pœn. cap. primo, ait, omnes ſub hac conditione comprehendi, vt ſit rectæ rationi ſeu prudentiæ conformis. Diuus Thomas art. 3. citato, conditionem illam, quod ſit honeſta, exponit, id eſt, non diſſonans à vera religione, vt diſſonabant, impiæq; erant, ac minimè ſeruandæ leges circa ritus gentilicos. Illam vero conditionem, *quod diſciplinæ conueniat*, intelligit, quod non diſſonet à lege naturali ac recta ratione, ad quā con- E ditionem reducit pleraſque ex illis aliis Iſidori cōditionibus, nempe, quod iuſta ſit, nihil continēs, quod à iuſtitia, hoc eſt virtute, diſſentiat.

Item quod ſit poſſibilis. Quo loco obſeruā, poſſibile in re præſenti non ſumi ſolum vt opponitur ſimpliciter & omnino impoſſibili: ad quod conſtat legem nullā poſſe obligare: ſed etiam vt opponitur valde difficili: quod etiam eſſe difficile poteſt, Ariſtot. 1. de cælo cap. 11. impoſſibile etiam appellat. Eſt tamen obſeruandum, quamuis lex iniuſta eſſe poſſit ex eo, quòd id præcipiat, quod eſt valde difficile ſubditis, eoq; proinde ex parte deſinere poſſit ſubditos obligare, id tamen eſſe intelligendū, dummodo bonum reipublicæ, aut finis congregationis, cui id præ-

id præcipitur,non exigat,vt id à ſubditis exequutioni mandetur: tunc enim lex ad id difficile iniūctos ſubditos obligat. Talis eſt lex,quæ præcipit,ſubditos in bello,etiam cum mortis periculo, nō deſerere ſuum locum: quod intelligendum eſt, interim dum eſt ſpes,quod victoria comparetur, aut quod reſpublica, vel oppidum,aut caſtrum defendatur. Item ſi religio ad ardua aliqua conſtituatur pro eccleſiæ & proximorum bono,aut pro ſola perfectione propria,neminem cogendo vt id inſtitutum amplectatur ac profiteatur,ſed integrum ſingulis relinquēdo vt id non amplectantur,imò illis ſuadendo, vt prius cogitent,num vires ſpirituales ad tantum opus in ſe ſentiant, annumque aut duos probationis annos illis præſcribendo, in quibus in arduis ac difficilibus in ea religione ſe exerceant, ſecumque interim deliberent, num vires & ſumptus ad id neceſſario in ſe ſentiant,ne ſi ædificare incipiant, nec conſummare poſſint,ab alijs meritò irrideantur,dicentibus, *Hic homo cœpit ædificare,& non potuit conſummare*: in hoc ſanè euētu difficiles admodum religionis leges quo ad ieiunia,orationes,ac uigilias longas,aliaſque corporis caſtigationes,quæ cum inſtituto & prima eius religionis inſtitutione conſentiant, quæque impoſſibiles meritò eſſent iudicandæ, ſi vniuerſo populo, iiſque,qui tali inſtituto religionis ſua propria ſponte voto ſe non aſtrinxiſſent,iudicandæ non ſunt impoſſibiles talium religioſorum comparatione, vt ex capite impoſſibilitatis ac difficultatis earum ad illas non teneantur. Sic in noſtra ſocietate votum illud profeſſorum valde arduum ſummo Pontifici factū, eundi ad ipſius imperium quocunque iuſſerit, ſiue inter fideles,ſiue inter infideles,nullo poſtulato viatico, ſed pedites, quando aliud eis non offertur & ſuppeditatur, eleemoſynamque in itinere petendo, freti Dei prouidentia ac auxilio, illos ſanè ſub culpa lethali obligat, quando à ſummo Pontifice aliquo ſiue inter fideles ſiue inter infideles mittūtur. Quin, cum inſtitutum noſtrum ſit,ad ſuperiorum imperiū vagari per orbem inter fideles ac inter infideles ſalutem animarum quærendo, ſanè ſub culpa lethali poſſunt ſuperiores noſtri nos aſtringere tranſire ad Iudæos, & ad quæcunque loca, ad ibi miniſterium noſtrum exercendum, quærendamque ſalutem animarum,eſtò id valde arduum ac difficile ſit. Itaque an lex aliqua humana vel præceptum humanū adeò ſit difficile,vt ex capite difficultatis, ſeu impoſſibilitatis moralis, deſinat ſubditos obligare, attendi debet ad eos,quibus id præcipitur,ad inſtitutumve,cui ſe aſtrinxerūt,& an id ita expediat bono communi, vt ea via ei ſubueniatur,aliterque illi commodè non poſſit ſubueniri, & omnes alias circunſtantias concurrentes,ex illiſque prudentis arbitrio eſt iudicandum, an ex capite difficultatis ac impoſſibilitatis de obliget ſubditos,an non. Quando autem præceptū eſſet,non humanum, ſed diuinum, tunc quantumcūque eſſet arduum ac difficile, obligatio eſſet illud ſeruare, vt fuit illud Abrahamo impoſitum de ſuo proprio filio immolando. Deus enim omnium ſupremus ac abſolutè dominus, neque à ſubditis ac republica mendicatam habet iuriſdictionem, neque habet illam limitatam, quantum ſit neceſſe ac expediens ad finem ſpiritualem animarum, vt illam habet ſummus Pontifex, & habent alij Eccleſiæ prælati. In dubio autem, num lex moraliter ſit obſeruatu impoſſibilis,ſupplicari ab ea poteſt,interimque dum ab illa ſupplicatur, non obligat: neque principes pertinaces eſſe debent perſiſtendo,vt lex admodum difficilis obſeruetur,niſi quando id ita omnino bono publico expediret. Quod ſi Princeps perſiſtat,præſertim ſi ille ſit ſummus Pontifex, illi in dubio eſt parendum. Euenire verò aliquando poterit,vt difficultas legis aut præcepti tanta quidem ſit,

A quæ ſufficiat,vt melius eſſet id non præcipi, talemque legem aut præceptum tolli & abrogari, nō tamen quæ ſufficiat, vt ex capite eius difficultatis non obliget,interim dum non tollitur ac abrogatur. Admonent autem Caſtrus.capit. primo, citato & alii, fieri ob difficultatem poſſe, vt lex aliqua iniuſta ſit aliquibus ex ijs, quibus eſt impoſita, & non omnibus. Vt ſi ſenibus & iuuenibus præcipiat portare ſarcinam, quæ iuuenum viribus non ſit improportionata, ſit verò notoriè improportionata viribus ſenum. Aut ſi diuitibus & pauperibus præcipiat ſoluere tributum,quod diuitibus non ſit incommenſuratum,ſit verò notoriè incōmenſuratū pauperib.

Fortaſſe illa verba Iſidori, *ſecundum naturam,ſecundum patriæ conſuetudinem*, adiungi debent præce- B denti illi particulæ, *poſſibilis*, ita vt velit dicere, ſit poſſibilis attenta tum ipſamet natura rei,quæ præcipitur,tum etiam patriæ conſuetudine: quoniam interdum, quod pro conſuetudine vnius regionis ac loci non reputabitur impoſſibile moraliter, reputabitur pro conſuetudine alterius: vt onera lege aliqua Aethiopibus iniuncta,maximè ſi ſordida & abiecta ſint, quæ apud illos ſunt in vſu nec impoſſibilia reputantur,apud Hiſpanos,ſi ciuibus iniungerentur, meritò impoſſibilia reputarentur. Et quæ ruſticis lege aut præcepto imperantur, nec illorum comparatione impoſſibilia cenſentur, ſi in vrbe honeſtis præciperentur, merito impoſſibilia iudicarentur. Alii duas illas particulas, *ſecundum naturam, ſecūdum patriæ cōſuetudinem*, tanquam cōditiones diuer- C ſas ad legem humanam iuſtam accipiunt,difficileq; illas explicant, atq; à ſuperfluitate difficile Iſidorū excuſant. Caſtrus,vbi ſupra,illa verba, *ſecūdum patriæ cōſuetudinem*, exponit,id eſt, quæ non aduerſetur iuſtæ patriæ conſuetudini: quia tūc talis lex eſſet iniuſta: ſecus vero ſi lex aduerſaretur prauæ loci cōſuetudini. Addit vero non expedire vt feratur lex contra conſuetudinem patriæ, quæ nec mala ſit nec bona,nec vtilis nec inutilis,ne fortè talem legē contra ſimilem conſuetudinem ferendo, perturbatio & malum aliquod oriatur in republica. Idem tamen non video eſſe Iſidori intentum.

Illa autem verba, *loco temporique conueniens*, prudenter docent,euenire facilè poſſe,vt quæ lex vni loco eſt conueniens ac iuſta,alteri loco conueniens nō D ſit,ſed iniuſta,& vt quæ lex vno tempore eſt conueniens & iuſta,alteri tempori conueniens non ſit,ſed iniuſta. Vt, verbi gratia, (quod quàm ſępiſſimè in Hiſpaniis euenit) ſi in eodem anno in vna parte Hiſpaniarum,vt in Betica, in Legione ac Caſtella veteri, in regno Toleti, aut in minoribus partibus harum præcipuarum partium, quæ eiſdem legibus Regis Hiſpaniarum gubernantur,eueniat, magnā eſſe copiam frumenti,& in aliis magnam penuriam, ita vt pretium naturale iuſtum frumenti meritò in eiſdem variis locis ſit valde inæquale, nō video legem poſſe eſſe iuſtam,quæ æquale pretium in omnib. eis locis taxet, eſtò permittatur accipi inſuper pretium tranſportationis ex vno loco in alium. Similiter, ſi E vno anno taxa ſit iuſta, vt pro quantitate frumenti eius anni menſura tanto pretio vendatur,non video iuſtam eſſe eandem legem, vt ſemper in ſequentibus annis, quantumuis longè ſterilibus, & in quibus pretium naturale frumenti longè plus ex ipſamet rei natura accreſcit, eodem pretio vendatur. Atque id profectò ſatis apertè docent hæ duæ conditiones legis iuſtæ ab Iſidoro traditæ, ipſaque met rei natura omnino perſuadet. Neque video iuſtam eſſe,quādo in vna parte eſt copia frumēti, & in aliis magna ſterilitas, qui accurrunt ad emendum frumentum ea,in qua eſt abundantia,atq; in qua ex tāta emptorum copia, & ex tanta aliorum ſterilitate, multum accreſcit naturale pretium frumenti in ea,

in qua eſt abundantia, cogi homines eius regionis, in quo eſt abundantia, vendere ſuum triticum eo pretio, quo illud venderent, ſi in illis aliis locis non eſſet ſterilitas, nec tanta emptorum copia accederet ad illud emendum. Præter iniuſtitiam enim manifeſtam, quæ in hoc & in euentibus proximè explicatis, noſtro iudicio, cernitur, inde euenit, quod negotiatio agriculturæ, adeò reipublicæ neceſſaria, à quã plurimis deſeratur, & vt vacent aliis negotiationibus, in quibus longè plus lucri, & longè minus laboris ac ſolicitudinis, quàm in agricultura experiuntur. Cum ſæpe agricolæ affirment, longè plus ipſis ſtare menſuram tritici, quàm ſit pretium, quo eam vendere præcipiuntur. Inde etiam, atque ex magna iudicũ & aliorum miniſtrorum publicorum abundantia ad quam multa alia, qui agricolas iniuſtè vexant, bonaque illorum extrahunt, euenit, vt armenta & vires non habeant ad agros colendos, ad ſemina terrę mãdanda, & ad fructus colligendos, & vt multæ poſſeſſiones incultæ maneant, atque vt multa oppida habitatoribus careant, & alia ad minorem multo habitatorum numerum redigantur: quod in cauſa eſt, vt frumenti copia in dies minor in his regnis ſit, neceſſeque proinde ſit pretium illius naturale indies magis accreſcere, niſi his malis ac vexationibus agricolarum ſubueniatur. Leges quoque, vt non omnibus liceat piſtricum munus accipere ac vendere panes coctos, vt ante quinquaginta annos in his regnis omnibus licebat, ſed quibuſdam dumtaxat, valde pernicioſas bono publico iudico, & quæ in cauſa ſunt, vt carius multo panes vendantur, & longè deteriores, quam quondam venderentur, & quam hodie venderentur, ſi omnibus eſſet permiſſum id munus exercere. Piſtrices enim contenderent optimos conficere panes, ne aliarum piſtricum panes, quod meliores eſſent venderentur, & ipſarum non remanerent non venditi. Quando autem certæ deputatæ ſunt piſtrices, quæ ſolæ panes vendunt, peſſimos illos efficiũt, vt plus lucrentur, ſcientes, cum alii exponi non poſſunt ad vendendum, illos, licet peſſimos, vendendos eſſe. Hæc, & quæ ſubiiciam, adiunge iis, quæ tractatu 2. Diſput. 564. & 365. dicta ſunt. In aliis quoq; rebus poſſent exempla adhiberi, leges vni loco aut tẽpori congruentes, aliis non congruere. Vnde Inn. 3. in concilio Lateranenſi. cap. non debet. de conſang. & affin. *Non debet*, inquit, *reprehenſibile iudicari ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quoque varientur humana;*

Addit Iſidorus, neceſſaria, vtilis. Fortaſſe pro eodem accipit, neceſſaria vtilis, quaſi vtilis ſit expoſitio verbi neceſſaria: nam neceſſarium latè ſumptum vtile comprehendit, vt ad proæmium Porphyrii adnotatur. Quaſi dicat, lex ſuperflua eſſe non debet, nullã vtilitatem continens.

Addit Iſidorus: *Manifeſta quoque ne aliquid propter obſcuritatem in captionem contineat*, id eſt, ne ſua obſcuritate in cauſa ſit, vt ſubditi illam non intelligentes, capiantur tranſgreſſione illius, quã fugerent, ſi lex eſſet perſpicua, illamque intelligerent. Ac ſanè in multis legibus optandum eſſet, vt compendioſiores ac dilucidiores eſſent, ne tot interpretationibus ſubiacerent, atq; ut ſubditis eſſent perſpicuæ.

Poſtremò addit Iſidorus, *nullo proprio priuato commodo, ſed pro communi ciuium utilitate conſcripta*. Gloſ. cap. erit autem lex citato, verbo *priuato*, ſic ait: *Tunc enim eſſet priuilegium.* Alfonſus à Caſtro vbi ſuprà ita accipit hanc gloſſam, quaſi autor illius intenderit, eã poſtremã Iſidori conditionem ad id ſolum eſſe poſitam, vt per illam lex à priuilegio diſtinguatur, & quaſi lex omnis, quæ priuatũ intenderet commodum, eſſet priuilegium. Vnde Caſtrus argumentatur inde ſequi, legem iniuſtam, qua princeps tributum exigeret iniuſtum, in nullum cõmune reipublicæ A bonum, ſed in ſuum ſolum commodum, eſſe priuilegium: quo nihil poteſt dici abſurdius: illa.n. non priuilegii, ſed legis iniuſtæ rationem haberet. Ego vero non adeo ſtolidum fuiſſe exiſtimo eius gloſſæ autorem, vt id intenderet: neque id verba illa eius gloſſæ ſignificant, ſed ſolum intendit tradere diſcrimen inter legem iuſtam & priuilegium iuſtũ. Quod lex iuſta fertur in commune bonum: priuilegium autem iuſtum detur in particulare bonum eius, cui conceditur: licet id ſoleat redũdare in commune bonũ, quatenus commune bonum efflagitat, vt ex rationabili cauſa priuilegium aliquibus in ipſorum particulare commodum concedatur.

Eſt vero obſeruandum, ſi bonum cõmune reipu- 2
blicæ poſtulet, vt lex aliqua feratur, quamuis illa redundet in bonum particulare principis, aut aliquo- B rum aliorũ de republica, id non impedire legem illã eſſe iuſtam: qm̃ Iſidorus iniuſtitiæ ac tyrannidis eã legem damnat, quæ ita lata eſt pro bono priuato ac proprio, vt non ſit lata ſimul in bonum cõe. Hinc quia cõe reipublicæ bonũ poſtulat, vt ipſius princeps competentes habeat reditus, quibus congruè ſuſtentetur, ipſam gubernet, ac defendat, leges tributorum, quæ commenſuratæ ad eos fines à principe feruntur, quamuis ſimul in ipſius priuatum commodum redundent, leges ſunt iuſtę, quatenus ſunt in cõmune reipublicæ bonum. Iuſtæ ſimiliter ſunt leges latæ in fauorem minorum, aut in fauorem quorundam, qui vtiles ſunt reipublicæ, quatenus ita in commodum quorundam de republica feruntur, vt id po- C ſtulet commune reipublicæ bonum, in illudque redundet.

Illud hoc loco, pro munere meo, vt ſi me rectè ac Chriſtiane ſentire fuerit iudicatum, deinceps non ita id fiat, admonuerim. Non ſatis eſſe, vere iudicari, curiæ Regis & ſubinde bono communi expedire, vt triticum ex variis oppidis ad illam aſportetur, miſſis inſtrumentis ac miniſtris publicis, qui id autoritate regia, etiam populis ac dominis tritici inuitis, exequutioni mandent, ſi ita fiat, vt in fine anni proximi præcedentis milleſimi quingenteſimi nonageſimi noni factum eſt, & audio antea aliquoties, quando eſt tritici penuria, fuiſſe factum. Inter alia autem pretio lege taxato quatuordecim regalium argenteorum pro faneca, q̃ uocant, extrahebatur, nec D agricolis nec populis relinquendo copiã tritici neceſſariã ſed ſuã ſuſtentationẽ, & vt ſemina iterum terrę mãdarent, coactiq; sũt populi aliũde emere & aſportare triticũ ad ſuã ſuſtẽtationẽ, ferè in duplo, hoc eſt 24. 25. 26. & 27. argenteis. Id autem qua ratione tuta conſcientia ac ſine obligatione illis reſtituendi damna eis illata fieri poſſit, ego ſanè non video. Mitto, quod miniſtri publici, aut delegati à miniſtris publicis, vt nõ tantũ tritici ab vnoquoq; oppido extrahãt, quantũ petunt, ſolent à miſero populo accipere pecunias non modicas, quas populi ad redimẽdam ſuam vexationem illis tribuunt. Mitto item populos cogi aſportare id frumentum in curiam, illos damnando pœnis pecuniariis, quod non tot plauſtra ac iu- E menta ad id tribuant, quod miniſtri publici ad id petunt, eſto populi ea non habeant, neque populis iuſtum pretium pro vectura ſolui. Et quamuis hæc miniſtrorum aut ſubminiſtrorum ad id deputatorum culpæ ſint, ea tamen occaſione populos iniuſte vexant. Mitto præterea, me audiuiſſe ab agricolis conquerentibus, iudices aut iudicẽ, ad has cõmiſſiones, quas vocant, deputatũ aut deputatos, accipere tãtam copiã tritici & hordei à multis agricolis, vt eis ad cõpetentem ſuorum ſuſtentationem, quod ipſis eſt neceſſe, nõ relinquãt, & poſtea cogere illos ſchedulis, quas petitiones vocant, ſupplicare, vt ipſis cõgrua ſuſtentatio relinquatur, pecunias tribuẽdo famulis, qui has ſchedulas cõficiant, illas offerant, atq; interceſ-

ſores

ſores ſint, ut ipſis pars competens ſui proprii tritici ac hordei relinquatur. Iā vero triticum, & hordeū ita aſportatum, inter ditiſſimos quoſque diuiditur, quales ſunt Rex, & Regi familiares ac famuli, inter ſenatores & miniſtros diuerſorum cōſiliorum, quæ vocant, & inter cæteros miniſtros publicos, atque inter conſanguineos & affines horum omnium, & inter ipſorum amicos. Et cum panis coctus ponderis duarum librarum Madritii vendatur viginti octo aut triginta marauedinis, ita vt piſtrices ex una faneca triginta quatuor aut trigintaquinque regales conficiant, pro ſummoque beneficio piſtrices ducant, ſi ipſis triticum viginti ſex argenteis vendatur, quoniam in vnaquaque faneca octo aut decem regales argenteos lucrantur, cum item in diuerſoriis faneca hordei ſedecim aut octodecim argenteis vendatur, tum Madritii tum etiam in itineribus à miſeris agricolis extrahitur ſex regalibus, eoque pretio, addito modico incremento pro vectura, potentes illam accipiunt. Quàm hæc iniqua ſint & iniuſta, non eſt qui non videat, ſi ad ea attendere velit. Num autem emolumentum hoc tantum potentum in cauſa ſit, vt taxæ cum tanto multorum diſpendio ac inæqualitate, & cum tanta pernicie reipublicæ foueantur, alii iudicent. Sanè emolumentum curiæ non cum tanta iactura, & inæqualitate multorum aliorum intendi iuſtè poteſt eiuſmodi præceptis, quæ non poſſunt non eſſe valde iniuſta. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius diſputationis ſunt propoſita.

3 Quod vero attinet ad ſecundum, num ſcilicet ius gentium poſitiuum ius an naturale ſit. Sanè ex iis, quæ tract. 1. à Diſput. 5. dicta ſunt, facilè patet quid ſit dicendum. Eo enim in loco diuiſimus ius ſumptum tam pro lege, quam pro obiecto legis, in omnia ſua membra. Atque Diſput. 5. & 6. oſtendimus, ius gentium duobus modis vſurpari. Vno à theologis communiter, preſsè ac propriè, vt eſt ius poſitiuum commune omnibus aut ferè omnibus gentibus, diſputationeque 5. citata quid illud ſit, & in quo à iure naturali, & à ciuili iure preſsè ſumpto, diſtinguatur, explanauimus. Si autem ius gentium illo modo preſsè ac propriè ſumatur, conſtat non eſſe ius naturale, nec ſub ſe ius naturale comprehendere, ſed eſſe ius poſitiuum humanum, vt ibi oſtēſum fuit. Altero uero modo ſumunt iuriſconſulti ius gentium multo latius, illudque diſtinguunt à iure naturali, longè aliter ab eis ſumpto, quàm à theologis ſumatur, vt Diſp. 6. citata à nobis explanatum fuit. Iuriſconſulti enim id naturale ius appellant, quod natura inſtigante commune eſt hominibus cum beſtijs, ut coniunctio maris cum femina, & liberorum procreatio. Nomine autem iuris gentium intelligunt, quod proprium quidem eſt hominum, ſed commune eſt omnibus aut ferè omnibus gentibus, ſiue ad ius naturæ id pertineat, vt pertinent præcepta decalogi, ſiue ad ius poſitiuum humanum, vt eſt rerum diuiſio, legatorum illæſio, captos bello iuſto in ſeruitutem poſſe redigi, & ſunt ſimilia alia. Si ergo ius gentium hoc poſteriori modo ſumatur, conſtat in ſe comprehendere multa quæ ſunt de iure naturali, & multa quæ ſunt de iure poſitiuo humano, ac proinde ius gentium eo modo ſumptum partim ad ius naturale, & partim ad ius poſitiuum humanum attinere. Diuus vero Thomas licèt frequenter cum Theologis de iure gentium in priori acceptione loquatur: prima tamen ſecundæ quæſtio. 105. articu. quarto, de iure gentium in poſteriori acceptione ſermonem miſcet cum iuriſconſultis. l. prima, & ſequentibus inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. ſecunda, titu. 1. parte prima, & cum Iſidoro cap. ius autem. diſtinct. prima. Ad hoc autem non attendentes Sotus 1. de iuſt. quæſtio. prima, articu. quarto, & Medi. 1. 2. quæſtio. 105. articu. quarto, laborant profecto in exponendo Diuo Thoma, nec planè intentum ac mentem illius in eo articulo aſſequuntur.

DISPVT. 70.

Lex humana vt obliget, num promulgationem requirat. Et num ſtatim promulgata obliget, an poſt duos menſes. Et quid de lege ſummi Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Non prius lex humana vim habet obligandi ſubditos, quam promulgata ſit.*

2 *Vt lex integram ſuam completam rationem legis cōparatione omnium quibus fertur habeat, neceſſe nō eſt promulgationem coram ſingulis fieri, ſed ſatis eſt coram aliquibus toti collectioni ſubditorū eam legem ferri, ſiue ſolenniori ſiue minus ſolenni promulgatione, vt omnes eo ipſo aſtringat.*

3 *Falſitas opinionis eius oſtenditur, quæ dicit legem nō obligare eos, qui à culpa tranſgreſſionis illius ignorantia inuincibili, quòd promulgata ſit, excuſantur.*

4 *Quando legiſlator voluit ut lex ipſius non obligaret ante lapſum certi temporis à puncto promulgationis illius, perſpicuum eſt tunc eam ante id tempus elapſum non obligare: eo quòd lex non maiorem vim obligandi habeat, quàm legiſlator velit eam habere.*

5 *Quando legiſlator expreſſit à quo puncto uelit ſuam legem obligare, ſtatim ab eo puncto obligat, etiam ignorantes, tametſi ignorantes inuincibili ignorantia excuſentur, & per conſequens etiam à pœna tranſgreſſionis eius legis.*

6 *Quando legiſlator non expreſſit tempus à quo lex ſua obligare inciperet, ſi ſit inferior Principe, etiam ſi ſit lex concilij prouincialis, ſtatim à publicatione incipit obligare.*

7 *Quando legiſlator eſt ſupremus princeps, vel reſp. libera, tunc de iure Cæſareo lex illius non obligat in curia & prouincia, in qua curia reſidet, niſi poſt duos menſes à publicatione illius.*

8 *Statim ac lex aliqua in curia ſummi Pontificis eſt promulgata, obligat omnes de curia, & de prouincia, in qua curia reſidet, tametſi ignorantes eam inuincibiliter excuſentur à culpa & à pœna tranſgreſſionis illius.*

9 *In regno Caſtellæ & Hiſpaniarum quando promulgatur lex aliqua, additur clauſula, quod à trigeſimo promulgationis die ſeruanda ſit.*

10 *Quando lex irritum aliquid ex iuſta cauſa redderet, quod alioquin in ſe erat licitum, & quod reddi irritum redundaret in iniuriam ſubditorum, dum fieret bona mente, eam legem ignorando, tūc ea lex in curia promulgata, non obligat commorantes in alijs prouincijs, quouſque in vnaquaque earum promulgatione communis ſcientia de ea lege habeatur, recipique in unaquaque ſeu executioni mandari ea lex incipiat.*

11 *Quando lex ſummi Pōtificis reuocaret priuilegium audiendi confeſſiones aliquibus conceſſum, non cenſeretur ea lex ita reuocare tale priuilegium, vt irritas faceret confeſſiones, quas habentes id priuilegium audirent, antequam notitia eius reuocationis ad eos perueniret, vel notitia eius reuocationis iam communiter haberetur eo in loco, in quo eas audiunt.*

Aliæ

11 Aliæ leges ſummi Pontificis, quæ tempus non præſcribunt à quo obligare incipiant, ſtatim à publicatione in curia facta obligat totam eccleſiam: ignorantes tamē eas iuincibiliter excuſantur à culpa & à pœna tranſgreſſionis illarum.

Magno nos onere hoc loco leuabuut, quę tractatu 2.395. Diſp. dicta ſunt.

1 Conſentiunt doctores non priùs legem humanam vim habere obligandi ſubditos, quam promulgata ſit. Ita diuus Th. 1.2.q. 90.art.4. Caiet. & Med. ibi, Sotus. 1. de iuſt. q. 1. art. 4. Caſtrus. 1. de leg. pœn. in calce capitis. 1. Nauar. lib. 1. conſ. titu. 2. de conſtitut. conſil. 1. quæſt. 4. & doctores communiter. Quin, ex mente diui Thomę & doctorum, de ratione legis eſt promulgatio illius tanquam complens rationem legis: qua de cauſa in definitione legis ponitur particula, promulgata. Et Gratianus §. leges. diſt. 4. ſic ait: *Leges inſtituuntur cū promulgantur: firmantur cum moribus vtentium approbatur.* Nomine enim promulgationis intelligitur, non quæcūque manifeſtatio illius ſubditis, ſed manifeſtatio ac intimatio id illis præcipiendo: antequam autem id illis in modum præcepti intimetur, quemadmodum ipſos non obligat, ſic ſanè nec rationem adhuc præcepti ipſis iam facti, legisve ipſis iam latæ, habet. Quo fit, vt promulgatio de qua nobis hoc loco eſt ſermo, non ſit ſolum conditio ſine qua lex nō obligat, ſicut applicatio ignis ad ſtupam eſt conditio, ſine qua vis ignis naturalis, quam iam ignis ante eam applicationem integram in ſe habet, ſtupam non inflāmabit, ſed ſit quippiam legis completiuum, atque adeò completiuum vis ſeu viutis legis ad ſubditos obligandum.

2 Eſt autem magnopere hoc loco obſeruandum, vt lex integram ſuam completam rationem legis, comparatione omnium, quibus fertur, habeat, vimque proinde obligandi comparatione eorum omnium habeat, neceſſe non eſſe promulgationem coram ſingulis fieri, notitiamve eius præcepti ſeu legis ita latæ ad ſingulos deuenire, idque neque quando primò promulgatur, neque poſteà ordine quodam per eos, qui promulgationi aderant, ad alios, & per hos ad alios, quo vſque ad omnes ſucceſſiuè ea notitia deueniat: ſed ſatis eſſe coram aliquibus toti collectioni ſubditorum id pręceptum eamve legem ferri ac promulgari, ſiue ſolemniori ſiue minus ſolemni promulgatione, vt omnes eo ipſo aſtringat, niſi legislator vim obligandi eius legis ſuſpendat, vt non ſtatim aſtringat, ſed poſt certum tempus: facta enim promulgatione legis toti ſubditorum communitati coram aliquibus eorum, omnes de ea communitate aſtringit, ſingulorumque comparatione habet vim legis ipſos aſtringens, quia omnibus eo ipſo eſt iam lata: cæterum ignorantes probabiliter ſeu inuincibiliter eam legem excuſabuntur à culpa tranſgreſſionis illius, & per conſequens à pœna, ſi pœna aliqua ſtatuta fuit tranſgredientibus eam legem: quoniam vbi culpa non eſt, locum non habet pæna, quæ culpam ſupponit & ob culpam imponitur: Si tamen lex ipſo iure aut ipſo facto aliquid irritat, tunc ſanè id eo ipſo erit irritum tam comparatione inuincibiliter ignorantium legem, quàm comparatione illam ſcientium: quoniam lex eo ipſo vim ſuam integram habet comparatione omnium, quibus eſt ita lata, ſiue ad omnium notitiam deuenerit, ſiue non, ſed mnlti ignorantia inuincibili excuſentur à non impletione eius legis. Idem eſt de legibus reuocantibus conſuetudines aliquas: eo enim ipſo, quòd latæ ac promulgatæ in ſenſu explicato ſunt, inualida ſunt, quæ iuxta tales gratias, priuilegia, ac conſuetudines fiunt, à puncto pro quo legislator intendit eas reuocare, eſtò qui illa, iuxta antiquas gratias, priuilegia, ac conſuetudines, exercent, inuincibiliter ignorent latas eſſe eas leges reuocatorias.

Iuxta ea, quæ de promulgatione requiſita ac ſufficiente ad legis rationem, & vt vim obligandi lex habeat, dicta ſunt, Diſputat. 62. dicebamus, legem baptiſmi, & alias euangelicas, vt de ſumenda ſacra Euchariſtia, latas & promulgatas à Chriſto mundo ante ſuam paſſionem, non quidem coram omnibus de mundo, ſed coram aliquibus, neque vt ante ſuam paſſionem & ante ceſſationem legis veteris obligarent, ſed vt obligarent à puncto ſuæ mortis, quando translato ſacerdotio Leuitico in Chriſti ſacerdotiū ſecundùm ordinem Melchiſedec legis quoque tranſlatio fieret, ac proinde lex vetus ceſſaret, eas, inquā leges cæpiſſe à puncto mortis Chriſti obligare totum orbem, etiam ante ſolemniorem promulgationem legis euangelicæ factam in die Pentecoſtes, omneſque vniuerſim mortales à puncto mortis Chriſti aſtrictos ſub lethali culpa fuiſſe illas ſeruare; attamen excuſatos fuiſſe à culpa tranſgreſſionis illarum omnes, qui inuincibilem earum ignorantiam habuerunt, non ſolùm à puncto mortis Chriſti vſque ad ſolemniorem illam promulgationem legis Euangelicæ in die Pentecoſtes, ſed etiam poſt illam deinceps per Apoſtolos & alios miniſtros euangelij ita orbi ſufficienter factam, vt mortifera deinceps omnibus Iudæis legalium obſeruatio redderetur, & excuſari hodie omnes, ad quos notitia eius non deuenit, qui proinde inuincibiliter eam ignorant: cum tamen omnes vniuerſim mortales hodie teneantur lege baptiſmi, cæteriſque Euangelij legibus, vt eſt perſpicuum, atque à puncto mortis Chriſti fuerint lege euangelica aſtricti. Itaque promulgatio, quæ eſt de intrinſeca ratione legis, & ſine qua lex vim obligandi non habet eorum ſubditorum comparatione, quibus imponitur, eſt illa prima, quâ ſubditis præcipitur, ſiue adſint multi ſiue pauci, dum omnibus ita præcipitur ac intimatur: aliæ autem euulgationes, quæ poſtea fiunt, inſeruiunt quidem vt notitia eius legis iam latæ ad plures aut ad omnes deueniat, nulliſque ignorantia inuincibili eius legis excuſari à culpa tranſgreſſionis eius legis poſſit, non tamen ſunt de ratione legis, neque ab eis pendet vis obligandi legis, quam iam lex, tacta prima illius promulgatione ac intimatione ſubditis, in ſe habet.

Ex dictis facilè conſtat, falſam eſſe ſententiam illam, quam poſt Ioannem Andr. ibi innuunt Panor. cap. cognoſcentes, à num. 6. de conſtit. Bald. l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg. quin & Caiet. 1.2. quæſtio. 90. articu. quarto, nempe legem non obligare eos, qui à culpa tranſgreſſionis illius ignorantia inuincibili, quòd promulgata ſit, excuſantur. Sanè eo ipſo, quòd ſemel modo explicato eſt promulgata, neque à legislatore vis obligandi illius ad certum uſque tempus ſuſpenditur, onus, quibus eſt impoſita, etiam illas inuincibiliter ignorātes, obligat, tametſi inuincibili ignorantia eius legis à culpa tranſgreſſionis illius excuſentur. Imo vero ideo ea ignorantia à culpa transgreſsionis illius excuſantur, quia illa iam tenentur: ſi enim illa non tenerentur, opus non eſſet eos ignorantia illius à culpa excuſari. Vnde hodie omnes tenentur lege baptiſmi illum ſuſcipere: qui tamen inuincibiliter legem baptiſmi ignorant, à culpa non impletionis illius excuſantur. Quo fit, vt aliud longè diuerſum ſit, aliquos ignorantia inuincibili legis excuſari à culpa non impletionis legis illius, & aliud non teneri ea lege iam lata ac promulgata nec ſuſpenſa quo ad obligationem illius vſque ad certum tempus. 3

Quando legislator voluit, vt lex ipſius non obligaret ante lapſum certi temporis à puncto promulgatio- 4

gationis illius, tunc ſatis eſt perſpicuum eam ante id tempus elapſum non obligare: eo quòd lex non maiorem vim obligandi habeat, quàm legiſlator velit eam habere. Ita, poſt doctores alios, Panormit. capit. cognoſcentes, num. 7. de Conſtit. & Nauar. quæſtio. 4. citata, num. 14. Sic cum concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. primo, de reformatione, irrita fecerit matrimonia clandeſtina, ac expreſſerit id decretum nó habere uim in vnaquaque paræſcia niſi poſt triginta dies à publicatione illius in eadem paræſcia facta, conſtat irrita non fuiſſe matrimonia clandeſtina in unaquaque paræſcia, niſi celebrata fuiſſent triginta diebus poſt publicationem eius decreti in ea paræſcia factam: quæ autem intra illos triginta diebus à publicatione eius decreti iam facta fuiſſent in ea paræſcia celebrata, ualida utique fuiſſent, vt ante id decretum valida erant.

5 E contrario verò, quando legiſlator expreſſit, à quo puncto uellet ſuam legem obligare, ſtatim ab ipſo puncto à legiſlatore expreſſo obligat, etiã ignorantes, tametſi ignorantes inuincibili ignorantia à culpa excuſentur, & per conſequens etiam à pœna tranſgreſſionis eius legis. Vnde ſi legiſlator exprimat velle ſuam legem ſtatim ſeu ex nunc obligare, obligare incipit à puncto promulgationis: qua de cauſa ſi ea lex irritos aliquos actus efficiat, irriti ſũt, ſi poſt punctum promulgationis ſint effecti, etiam ab ignorantibus inuincibiliter eam legem. Ita, poſt alios doctores, Panormit. nume. 7. citato, Felin. ibidem nume. 7. limitat. 5. & Nauar. quæſtio. quarta, citata, num. 15. conſentit gloſſa clemen. 2. de hæret. verb. *ex tunc*.

6 Quando legiſlator non expreſſit tempus, à quo lex ſua aut conſtitutio obligare inciperet, ſi ſit inferior principe, etiam ſi ſit lex concilij prouincialis, ſtatim à publicatione incipit obligare. Ita Panormit. num. 7. citato, & multi alij, quos Panorm. citat, Fel. nume. 7. citato, lim. 1. & Nauar. quæſt. 4. citata, nume. 16. Potiſſima autem ratio, vt Nauar. ibi ait, eſt, quoniam in iure non eſt diſpoſitum, vt conſtitutio inferioris à principe nõ obliget niſi poſt certum tempus à promulgatione, & cum id ſtatutum non ſit, non eſt cur dicatur expectandos prius eſſe duos menſes à puncto promulgationis, aut quoduis aliud tempus. Quanto autem tempore præſumatur ignorantia in ſubditis à puncto promulgationis talis conſtitutionis, & quanto non, vt à culpa, & à pœna trãſgreſſionis excuſentur. Rectè reſpondent doctores citati, id relinquendum eſſe prudentis iudicis arbitrio ſpectata diſtantia loci, in quo facta eſt promulgatio, & abſentiæ ſubditi, & ſpectatis reliquis circunſtantijs concurrentibus. Minus verò tempus ſufficit vt non præſumatur ignorantia inuincibilis conſtitutionis inferioris à principe, quam conſtitutionis principis: eo quòd longè maius eſſe ſoleat diſtrictum, in quo toto obligat lex principis, quam in quo obligat conſtitutio inferioris principe ac proinde minus tempus in hoc, quam in illo, vt notitia legis ad omnes ſubditos deueniat, requiritur. Et minus tempus requiritur vt præſumatur nõ fuiſſe ignorantiam in eis ſubditis, qui minus diſtabant in eodem diſtrictu à loco, in quo facta fuit publicatio, quàm in eis, qui plus diſtabant, vt Panor. vbi ſupra nu. 8. rectè ait, argumento tex. in c. quoſdam, & in c. quantum, de præſum.

7 Quando autem legiſlator eſt ſupremus princeps vt Imperator, aut Rex ſuperiorem non recognoſcens, vel magnus alium ſuperiorem non recognoſcens, aut reſpublica libera, tunc de iure Cæſareo lex ipſius non obligat in curia, & prouincia in qua curia reſidet, niſi poſt duos menſes à publicatione illius, & in alijs prouincijs eidem ſupremo principi ſubiectis, poſt duos ſimiliter menſes à puncto pu-

A blicationis eius legis in earum vnaquaque factæ. Ita profectò videtur perſpicuè diſpoſitum in authentico, vt factæ nouæ conſtitutiones, & cum alijs, quos citat, aduerſus pleroſque alios, affirmat Nauar. quæſtio. quarta, citata, nume. 17. Ratio autem quare neque ſcientes neque ignorantes obliget de iure Cæſareo lex ante lapſum duorum menſium à puncto publicationis, iuxta Nauar. nume. 17. citato, eſt: quoniam licèt illi duo menſes iure authenticorum potiſsimum concedantur, vt intra id tempus notitia legis ad omnes deueniat, nulluſque deinceps poſsit iuſtam prætendere ignorantiam, non eſt tamen ea ſola ratio, ſed ſimul etiam eſt, vt ea lex ſimul omnes obligare incipiat, & non quoſdam ſubditorum ante alios, ſicque imparitas ſubditorum, querimo-B nia, ac confuſio tollatur, lege omnes ſimul obligare incipiente. Quare id tempus à iure Cæſareo authenticorum præſcriptum eſt, quo ad omnes leges poſt illud latas, vt nulla obligare incipiat niſi poſt duos menſes à publicatione talis legis, quando aliud lege poſt id authenticum lata non exprimit.

Panormit. numero 7. citato, Feli. nume. etiam 7. citato, limitat. ſecunda, & multi alij, quos citant, & quos Gregorius Lopez l. 20. titu. primo, parte prima, gloſ. prima, ſequitur, affirmant, id authenticum intelligendum eſſe, quoad ignorãtes intra eos duos menſes latam eſſe eam legem: ſecus autem quoad illam ſcientes: ſcientes enim cenſent eam legem obligare ante lapſum eorum duorum menſium à pũ-C cto quo illam ſcire cœperunt. Præter iura alia canonica citat Gregorius Lopez l. vlt. ff. de decretis ab ordin. faciend. Cæterùm textus ille, ſtando in iure Cæſareo, limitandus eſt per authenticum, ut factæ nouæ conſtitutiones, quod poſtea de iure authenticorum fuit conditum. Præter ea loquitur de legibus municipalibus, non verò de legibus ſupremi principis.

Sententiam hanc Panormitani, Felini, & complurium aliorum, veram eſſe arbitror de ſtylo curiæ Romanæ, in legibus ſummi Pontificis adde iure canonico. Nempe ſtatim ac lex aliqua in curia ſummi Pontificis eſt promulgata, ligare omnes de curia, & de prouincia, ĩ qua curia reſidet, tametſi ignorantes eam inuincibiliter excuſentur à culpa, & à D pœna tranſgreſsionis illius. Atque in foro exteriori ad eos, qui illam fuerint tranſgreſsi, ſpectat probare, ignorantia illius probabili fuiſſe illam tranſgreſſos, quando non ſunt coniecturæ apertæ ſeu veriſimiles iudici, interueniſſe ignorantiam probabilem illius, vt ſunt ex modico tempore infra duos menſes à publicatione illius, ex diſtantia tranſgreſſionis à loco, in quo facta eſt legis publicatio, & ſunt aliæ circunſtantiæ concurrentes, vt circa legem inferioris à ſupremo principe eſt dictum. Conſentit Nauar. quæſtione quarta, citata numero 18. Non tamen probo verba illa, quæ ibi quo ad hoc Nauar. ſubiungit, dicens: *Quæ conſuetudo, & ſtylus reſtringi fortè poſſet ad forum tantum exterius, & E ad vrbiculas*. Puto enim eum ſtylum locum etiam habere in foro conſcientiæ, & comprehendere omnes de prouincia Romana. Quid autem dicendum ſit de Chriſti fidelibus extra prouinciam Romanam degentibus, ſtatim id explanabimus. Ac ſanè conſentit ius canonicum, cap. primo, de poſtulat. prælat. & c. 1. §. nec obſtaret, iuncta gloſ. ibi, de conceſs. præb. lib. 6. quod iuxta antiquiſſimum eum ſtylum Romanæ curiæ, & non iuxta ius authenticorum, latum eſt. Itaque ſpatium duorum menſium in legibus ſummi Pontificia, quo ad prouinciã, in qua curia eſt ſummi Pontificis, à puncto promulgationis earum legum in curia, ſolùm hodie habet locum, vt deinceps non ſit credenda ignoran-

tia

tia earum legum ſequi ex ignorantia inuincibili prætendit tranſgreſſum ſe eſſe eam legem, probare ſufficienter debet eam ignorantiam, alioquin culpabiliter eam legem fuiſſe tranſgreſſum iudicabitur, pœnaque tranſgreſſoribus eiuſdem legis ſtatuta punietur. Intra illos duos menſes à publicatione præſumitur ignorantia, quando circunſtantiæ cōtrarium non perſuadent, vt non præſumetur in eo, qui degit in loco, in quo lex promulgata eſt, aut etiam in vicino pro ratione temporis elapſi à puncto promulgationis, & pro alijs circunſtantijs concurrentibus.

9 In hoc autem Caſtellæ regno in legibus ſeu pragmaticis interdum apponi ſolet ea clauſula, *quæ deſde el dia que fuere publicada en nueſtra corte en adelante, y fuera della en todos nueſtros reinos* (intellige Hiſpaniarum, qui eis reguntur legibus. Luſitania enim & Aragonia, cum eis coronis annexis, alijs reguntur legibus) *paſſados treinta dias, ſe cumpla y guarde y eſecute.* Interdum verò leges ac pragmaticæ ſolum promulgātur in curia obſeruarique præcipiuntur, nullo præſcripto in eis termino poſt quod extra curiam ſeruentur, exequutionique mandentur. Crediderim quando præſcribitur ille terminus, non ligare extra curiam, etiam ſcientes, niſi poſt eum terminum elapſum. Quando verò terminus non apponitur, diſtinguendum arbitror. Quoniam ſi ſunt leges, quæ aliquid concedunt antea prohibitum, vt quæ habeant pretium frumenti antea taxatum, vt ſit deinceps maius, aut quæ concedunt redis (*coches* noſtri vocant) incedere, ſi antea erat prohibitum, & tunc beneficio eius legis potiūtur omnes, etiam diſtantes à curia, & id ignorantes à puncto promulgationis eius legis factæ in curia, ad effectum, vt quamuis peccauerint legem antiquam trāſgrediendo arbitrantes ſe adhuc illa teneri, atque adeò contra conſcientiam id efficiendo, nihilominus pœnam eius legis iam abolitæ non incurrant, neque teneantur reſtituere pretium, quod vltra antiquum lege taxatum acceperunt, modo non excedat pretium nouæ taxæ. Si verò ſunt leges, quę aliquid prohibent ſub certa pœna, vt aliquas vidi non apponentibus terminū pro diſtantibus à curia, tunc præſumptio erit pro illis intra triginta dies legem ignoraſſe, vt euadant pœnam, niſi aliunde conſtet eos iam eam legem ſciuiſſe. Quòd ſi res ſit dubia, ac iurent ſe illam ignoraſſe, quando illam ſunt tranſgreſſi, pœnam euadent iuxta ea, quæ diſputatione ſequenti dicenda ſunt. Quando tamen lex taxaret pretium infra id quod illuc vſque vendebatur tunc, ſiue terminus pro diſtantibus à curia eſſet præfixus, ſiue non, modò tamen terminus præfixus, non ſonaret apertè, vt ſolùm vltra eum terminum nefas illis eſſet id pretium excedere, tūc credo, qui intra eum terminum, ignorantes legem, venderent vltra pretiū iuſtè taxatū, euaderēt quidem pœnam eius legis, reſtituere tamen tenerentur incrementum, quod ignoranter acceperunt vltra legem iuſtè taxatum.

Quod attinet ad Luſitaniæ regnum, à quo tempore leges in curia publicatæ obligent cōmorantes in curia, & in alijs partibus regni, tractatu 2. diſp. 395. explanatum fuit.

Vtrùm autem leges ſummi Pontificis, poſt duos menſes elapſos à publicatione facta in curia Romana, obligent omnes, qui extra prouinciam Romanā in alijs prouincijs degunt, etiam ſi à curia Romana valde ſint remotæ, atque etiam ſi in eis prouincijs non ſit facta earum publicatio. Rem hanc ex parte examinauimus copioſè tractatu 2. diſp. 395. occaſione quorundam contractuum cenſualium, qui in ſe liciti erant, irritque à Pio Quinto reddebantur, ſi ſine certis conditionibus poſt bullam à ſe ea de re latam celebrarentur.

Arbitror ſequentibus concluſionibus eſſe reſpondendum. Prima eſt. Quando lex irritum aliquid ex iuſta cauſa redderet, quod alioquin in ſe erat licitū, & quod reddi irritum redundaret in iniuriā ſubditorum, dum fieret bona fide eam legem ignorando: tunc ea lex in curia promulgata nō obligat commorantes in alijs prouincijs, quo vſque in vnaquaque earum promulgatione, aut alia ratione communis ſcientia de ea lege habeatur, recipique in vnaquaque ſeu exequutioni mandari ea lex incipiat. Atque per Epicheiam hæc eſt cenſenda mens ſummi Pontificis quoad eam legem. Concluſionem hanc copioſè probauimus diſp. 395. citata, & idcirco in ea probanda hoc loco non immorabimur. Fortè autē de eiuſmodi ſolùm legibus loquitur authenticum vt factæ nouæ conſtitutiones, præcipiens, vt eiuſmodi leges, quales ſunt omnes, de quibus ibi fit mentio, non obligent in curia niſi poſt duos menſes à publicatione facta in curia, neq; in ſingulis niſi poſt duos mēſes à publicatione in ſingulis earum facta. Licèt autem id legibus eiuſmodi pontificibus de cōmuni ſtylo non ſeruetur, vt tamen loco citato copioſè oſtendimus, ad hoc vt obligent, irritaque reddant, quæ contra illas fiant, neceſſe eſt vt vel publicatione, vel alia ratione, cōmunis notitia in vnaquaque prouincia de illis habeatur, Epicheia id præſcribente ac docente, quoniā alioquin iniqua eſſet mēs ſummi Pontificis in eiuſmodi legibus, quod nullo modo de illius legibus eſt exiſtimandum. 10

Secunda concluſio. Quando lex ſummi Pontificis reuocaret priuilegium audiendi confeſſiones aliquibus conceſſum, non cenſeretur ea lex ita reuocare tale priuilegium, vt irritas faceret confeſſiones quas habentes id priuilegium audirent, antequam notitia eius reuocationis ad eos perueniret, vel notitia eius reuocationis iam comuniter haberetur in eo loco, in quo eas audiunt: quoniam id eſſet irrationabile, & cum iniuria & grauamine maximo eorum, qui illis virtute talis priuilegij eſſent confeſſi. Idem intellige de reuocationibus facultatum audiēdi confeſſiones, quas ordinarij interdum faciunt, idque propter eandem rationem. Idem quoque intellige, ſi quæ aliæ leges reuocarent ſimiliter alia, quorum exequutionem bona fide factam, irritam eſſe, in iniuriam ſimiliter cederet aliorum. Hanc concluſionem cum Dominico Soto aſſeruimus ac probauimus diſp. 395. citata. Quoniam id eſſet irrationabile cum aliorum iniuria, quoq; per Epicheiam intelligendū non eſt, eſſe mentem ſummi Pontificis, aut aliorum prælatorum, in eiuſmodi legibus ac reuocationibus. 11

Tertia concluſio. Aliæ leges ſummi Pontificis, quæ tempus non præſcribunt, à quo obligare incipiant, ſtatim à publicatione in curia facta obligant totam Eccleſiam; ignorantes tamen illas excuſantur à culpa, & à pœna tranſgreſſionis illarum, ſi illas probabiliter ſeu inuincibiliter ignorent. Atque tanta poterit eſſe diſtantia à curia Romana, & tam pauci à curia Romana ad eum locum poterunt accedere, vt ſi in ea diœceſi facta non ſit publicatio earum, eſſe poſſit ignorantia inuincibilis illarum poſt duos menſes, etiam longo tempore, taliſque ignorantia præſumi ac iudicari debet in foro exteriori, quando de eis legibus in eo loco non habebatur tūc notitia. Iuxta hanc concluſionem accipio, quæ Nauarrus cum communi doctorum ſentētia ex ſtylo curiæ tradit. quæſtio. quarta, citata, num. 19. modo tamen non ſuſpendatur obligatio earum legum extra prouinciam curiæ Romanæ duobus menſibus, ſed ſtatim omnes obligent, vt de ſcientibus eas leges promulgatas eſſe ipſe & plerique alij concedunt: quæ enim leges ſcientes obligant, ſanè ignorantes illas etiam obligant, tametſi ignorantes eas inuin- 12

inuincibiliter, à culpa & à pœna tranſgreſſionis earum excuſentur, vt ſupra dictum eſt. Illa item eadem iuxta hanc concluſionem accipio, modò tempus, in quo extra prouinciam Romanam ignorari illas inuincibiliter in exteriori foro debet præſumi, nec arctetur ad duos menſes, quoad eos, qui ualde diſtant, & ad quos notitia earum legum poſt eos duos menſes non peruenit negligentia ſuorum prælatorum in ea diœceſi illas promulgandi, vel alia ratione: nec extendatur ad duos menſes quod adeò vicinos prouinciæ Romanæ, vt quo ad Venetos, Florentinos, Neapolitanos, Genuenſes, & alios ſimiles, vt conſtet in eis prouincijs, ſpectatis circunſtantijs omnibus concurrentibus, communem notitiam earum legum, ante duos menſes elapſos à publicatione earum Romæ factam, habitam communiter fuiſſe in eis prouincijs ac locis. Quo fit, vt tempus, in quo in exteriori foro præſumi ignorantia probabilis harum legum in ſubditis debeat, iudicio prudentis iudicis, ſpectatis circunſtantiis omnibus concurrentibus, debeat ſemper relinqui.

His, quæ in hac diſputatione ſunt dicta adiunge, quæ tractatu præcedente diſp. 395. citata dicta ſunt. Cæterùm, quæ in ea diſputatione uideris ab his diſcrepare, quæ eo loco dicta ſunt, ea ad dicta hoc loco admetiaris.

DISPVT. 71.

Vtrùm de eſſentia legis humanæ ac conſtitutionis ſit, vt ſit ſcripta. Et num ignorantia legis ſeu iuris excuſet. Et qualiter legis ignorantia probari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Multi Iuriſconſulti cenſent de ratione & ſubſtantia legis eſſe, vt ſit ſcripta: quòd lex ſit à legendo dicta, at melior multorum ſententia aſſerentium non eſſe de eſſentia legis vt ſit ſcripta, tametſi ante publicationem redigi in ſcriptis ſoleat, vt melius de illa conſtet.*

2 *Ignorantia legis tunc excuſat à culpa & à pœna, ſi loquamur de lege promulgata quidem, ſed antequam præſumatur deueniſſe notitiam illius ad homines cōmuniter eius loci, in quo aliquis prætendit habuiſſe illius ignorantiam, habita ratione temporis, à quo fuit primo promulgata, &c.*

3 *Ignorantia legis iuramento tranſgredientis ſufficienter probari poteſt, quo affirmet ignoraſſe ſe talem legem latam fuiſſe: quando ſpectatis circunſtantijs concurrentibus res eſt in ſe dubia, num legem ignorauerit.*

4 *Quando plena præſumptio eſt in aliquem, quod ſcienter legem aliquam ſit tranſgreſſus; aut certè quòd ex ignorantia craſſa eam ſit tranſgreſſus, tunc nō ſatis eſt probatio per iuramentum tranſgreſſoris, vt ea ignorantia cenſeatur ſufficienter probata, quin neque iuramentum cum uno teſte.*

5 *Probatur verò ſufficienter ignorantia legis alicuius promulgatæ, probato aliquo, quod coniunctum moraliter eſſe non potuit cum ſcētia eius legis, aut cum negligentia culpabili illam ſciendi.*

6 *Quamuis, vt quis teneatur ſeruare legem promulgatam, non requiratur ſcientia quòd lata ſit, quæ ſit euidens, requiritur tamen notitia illius, quæ à fide dignis ſit habita.*

7 *Quando conſtaret legem aliquam eſſe promulgatā; attamen eam eſſe talem, de qua meritò dubitatur*

A *an ſit recipienda vel ſimpliciter vel in aliqua prouincia, non tenentur particulares ſtatim ac ſciunt illam eſſe latam eam ſeruare, ſed poſſe exſpectare num recipiatur.*

8 *Si in foro conſcientiæ loquamur, & ignorantia legis verè ſit inuincibilis, tunc ignorantia legis vſu receptæ ab omni culpa & à tota pœna tranſgredientibus eam legem excuſat in eodem foro.*

9 *Licèt, quando aliæ pœnæ ſunt ſtatutæ pro aliquo delicto, qui id delictum committit non excuſetur à pœna, eſtò inuincibiliter eam pœnam ignoret eſſe pro eo delicto ſtatutam; qui tamen inuincibiliter ignorat legem eccleſiaſticam, qua aliquid præcipitur ſub pœna excommunicationis, non incurrit excommunicationem illam, licèt id quod ſub ea pœna prohibetur*
B *malum alioquin in ſe ſit.*

10 *In foro externo ignorantia iuris nō præſumitur, maximè quæ craſſa non ſit, quæque à culpa & à pœna excuſet, ita vt, niſi ſufficienter ignorantia inuincibilis iuris probetur, pœna tranſgredientibus legem ſtatuta non euadatur.*

11 *Refellitur opinio Nauarri dicentis, eum, qui bona fide & probabili ignorantia contractum celebrauit vſurarium, non teneri ad reſtitutionem eius, quod in eo contractu ultra ſortem, adeoque tanquam veram vſuram in ſe ſed non exiſtimatione celebrantis eum contractum, accipit, modo non excedat id quod lucraturus fuiſſet iuſto alio contractu, ſi ab hoc abſtinuiſſet.*

12 *Quoniam inuincibilis ignorantia iuris à pœna excu-*
C *ſat, inde efficitur, amentem, infantem, & quemcunque alium uſu rationis perſpicuè carentem, ſi inuincibili ignorantia iuris flagitium aliquod committeret, pro tali delicto in foro exteriori omnino excuſari.*

13 *Quando lex ad pœnam incurrendam exigit delinquentem dolum ſeu ſcientiam, vt ſi dicat, Qui ſcienter id fecerit, ſit eo ipſo excommunicatus, tūc ignorantia craſſa & ſupina, etiam ſi iuris ſit, à tali pœna excuſatur.*

14 *In commodis ſeu compendijs ignorantia iuris etiam inuincibilis obeſt, ſed non excuſat, nec adiuuat, in damnis verò ignorātia iuris non obeſt, ſed excuſat & adiuuat.*

15 *Quamuis, qui bona fide poſſedit aliquid alienū igno-*
D *rantia facti tanto tempore, quantum ad id preſcribendum eſt neceſſarium illud verè præſcribat, comparetque proinde dominium illius, quod prior dominus eo ipſo amittit, qui tamen ignorantia iuris etiam inuincibili, quòd eſſet ſuum, illud poſſideret, id non præſcriberet, illa tamen poſſeſſio non eſt bona fide ex diſpoſitione iuris ciuilis ad præſcribendum neceſſaria.*

16 *Si hæredi inſtituto non remaneat quarta pars bonorum defuncti, atque ex ignorantia iuris ſoluit legata integra, non poteſt ex illis quod ad eam defuerit repetere.*

17 *Quando quis ex iuris ignorantia repudiauerit hæreditatem ad ſe attinentem, aut intra tempus à iure*
E *ſtatutum, vt adeatur, & ut alioquin eo tempore trāſacto ad proximè ſucceſſorem ea hæreditas trāſeat, illam non adiuit, tunc eo ipſo tranſit hæreditas illa ad proximum ſucceſſorem, nec ei ſubuenitur: ſecus autem ſi ex ignorantia facti illam repudiauit vel non adiuit.*

18 *Qui aliquid ſoluit quod ſuum iam ſimpliciter erat, aut ad ſe iam omnimodo pertinebat, vel illud remiſit, ſi id ex ignorantia iuris aut facti fecit, illud repetit, nec proinde talis ignorantia ei nocet.*

19 *Minori vigintiquinque annis, & militi ſæculari, ruſticis rudibus, mulieribus etiam in certis caſibus, ſubuenitur, ſi in aliquo ius ciuile ignorent.*

QVæ in hac diſputatione proponimus, neceſſaria videntur ad pleniorem cognitionem eorum, quæ diſputatione præcedente dicta ſunt.

1 Albericus, Salycetus, Cynus, & alij, quos Felin. in rubr. de conſt. nume. 3. & Gregorius Lop. l. 4. titu. 1. par. prima, gloſ. 1. referunt, cenſent, de ratione & ſubſtantia legis eſſe, vt ſit ſcripta. Duci potiſſimum videntur etymologia illa Iſidori, quòd lex à legendo ſit dicta. Quamuis autem ea eſſet legitima etymologia, vnde id nomen fuerit illi impoſitum, (quod tamen diſputat. 46. falſum eſſe oſtendimus) argumentum tamen nihil vrget. Neque enim eſt neceſſe, vt etymologia vnde nomen aliquod eſt impoſitum, omnibus conueniat, quibus id nomen accommodatur, ſed ſatis eſt ſi aliquibus conueniat, vt licèt lapis à lædendo pede ſit dictum, neceſſe non eſt, vt lapis omnis pedem lædat: ac proinde quamuis ea eſſet etymologia verbi lex, neceſſe non eſſet ut legibus omnibus conueniret. Longè verò communior doctorum ſententia, quos Felinus idem refert, & quos Panorm. in eadem rub. nume. etiam 3. ſequitur, eſt, de ſubſtantia legis ac conſtitutionis non eſſe ſcriptam, tametſi ante publicationem redigi in ſcriptis ſoleat, vt melius de illa conſtet, meliuſque memoria illius conſeruetur. Atque hanc ſententiam veram eſſe exiſtimo. Vnde lex teſtibus probari poteſt, ſiue extet ſcriptura authentica, in qua continebatur, ſiue deperdita ſit, vt doctores citati affirmant. Adde tu, ſiue nunquam fuerit ſcripta, ſed voce tenus ſancita ac promulgata. Quòd autem ad legis rationem neceſſe non ſit eam in ſcriptis eſſe redactam, facilè conſtat, quoniam illi eidem legi, quæ ſcripta rationem legis habet apud doctores, cum quibus diſputamus, competit ratio legis eo ipſo, quòd ſola voce ſit lata ac promulgata principis autoritate vt ſeruetur, vt ex ſe eſt ſatis perſpicuum. Confirmatur, quoniam apud nationes barbaras, quæ ſcribere neſciunt, vt ſunt Aethiopes, Congi, Angolæ, & alii permulti, & erant habitatores permulti noui orbis, antequam Hiſpani ad illos accederent, imponere poterant leges ſibi ſubditis verbo tenus, dubitandumque non eſt leges aliquas, tametſi paucas, illos habuiſſe, verbo tenus ſtatutas ac promulgatas, maximè quoad punienda furta, adulteria, & alia crimina: ergo de ratione legis non eſt, quòd ſit ſcripta. Neque probo ſententiam Felini ubi ſupra cum Baldo quos ſequitur Gregorius Lopez gloſſa prima, citata, aſſerentium, ſcriptam non eſſe quidem de forma ſubſtantiali legis, eſſe tamen de forma legis accidentali, hoc eſt (vt ſe ipſos exponunt) neceſſaria ad inducendam obligationem ex tali lege, quaſi lex non obliget niſi ſit ſcripta. Quæ enim dicta ſunt probant, ſatis eſſe ad ſubditos obligandum, ſi voce ſit eis lata ac promulgata: tametſi apud non barbaros prius ſcribi ſoleat, quàm promulgetur. Hæc de primo eorum quæ propoſita ſunt.

2 Quod verò ad ſecundum attinet, eſt diſtinguendum. Quoniam ſi loquamur de lege promulgata quidem, ſed antequam præſumatur deueniſſe notitiam illius ad homines communiter eius loci, in quo aliquis prætendit habuiſſe illius ignorantiam, habita ratione temporis, à quo fuit primò promulgata, & diſtantiæ eius loci à loco, in quo fuit facta promulgatio, ſpectatis reliquis circunſtantiis concurrentibus, ita quòd, iuxta ea quæ diſputatione præcedente dicta ſunt, præſumptio ex illis ſit pro eo, qui ignorantiam illius habuiſſe contendit, verè illam habuiſſe, niſi contrarium aliunde conſtet aut probetur: atque tunc ea iuris ignorantia à culpa excuſat, & omnino à pœna, quin neque in damnis neque in commodis illi præiudicat, qui illam

A habet, non ſecus ac lata non eſſet ea lex. Tametſi, quando lex taxat pretium mercis, aut irritum aliquid facit à puncto promulgationis, pretium venditionis eius mercis poſt eam legem promulgatam, maiori pretio factæ, quam ea lege ſit taxatum, reduci debeat ad quantitatem pretij ea lege taxati in cõſcientiæ & in exteriori foro, inualidumque ſit, quod contra eam legem aliquid irritãtis fuerit id effectum, nihil impediente ignorantia talium legum. In titulis autẽ ff. & C. de iuris & facti ignorantia, non eſt ſermo de eiuſmodi ignorãtia legum ſeu iuris: quoniam hæc excuſat à delicto tranſgreſſionis legis, & à pœna pro eo delicto ſtatuta. Quin arbitror non impediret vſucapionem ſeu præſcriptionem, vt impedit ignorantia iuris, de qua eſt B ſermo in titulis de iuris & facti ignorantia, vt tractatu 2. diſp. 64. copioſè oſtendimus.

Hæc iuris ignorantia probari poteſt per eum qui prætendit ex illa tranſgreſſum fuiſſe legem, quando iam non eſt præſumptio pro illo, quòd illam ignorauerit, quæ dubio caret, (tali enim præſumptione exiſtente, probatione ignorantiæ non indiget) ſed vel res eſt præſumptio dubia attentis circumſtantijs cõcurrentibus, vel eſt præſumptio aduerſus illum, quòd eam non ignorauerit, niſi fortè ignorantia craſſa & ſupina, (quæ eum nec à culpa nec à pœna excuſat) eo quòd homines communiter loci, in quo eis dicit illam ignoraſſe, de promulgatione eius legis notitiã tunc haberent, eamque legem cõmuniter iam tunc ſeruarent. Admittitur verò is ad id probandum, vt C probata tunc ignorantia inuincibilis eius legis, excuſetur omnino à culpa tranſgreſſionis eius legis, & per conſequens à tota pœna pro ea tranſgreſſione lege illa ſtatuta. Ita Panor. cap. cognoſcentes, de conſtit. nu. 9. Fel. ibidem nu. 10. Nauar. lib. 1. conſil. titu. 2. de conſtitutionib. conſil. 1. q. 2. Quod probant argumento c. vlt. qui matr. accuſ. poſſ. & l. vlt. ff. de decret. ab ordine faciendis. Et quoniam licèt tantum tempus à publicatione legis ſit elapſum, vt præſumptio aduerſus illum iam ſit, ipſum eã non ignoraſſe, aut craſsè ac ſupinè illam ignoraſſe, ea tamen præſumptio non eſt iuris & de iure, vt aduerſus eum non admittatur probatio in contrarium.

3 Eſt verò non parua controuerſia, quomodo ea ignorantia probari poſſit, & num ſufficienter pro- D betur iuramento eius, qui eam legem eſt tranſgreſſus, quo affirmet ignoraſſe talem legem latam promulgatamque fuiſſe. Quod verò ad probationem per iuramentum attinet, prętermiſſis alijs opinionibus, quas apud Panor. c. cognoſcentes, de conſt. nume. 9. & apud Fel. ibidem à nu. 10. legere poteris circa probationem ignorantiæ legis, de qua nunc loquimur, (quoad ignorantias enim aliarum rerum ſuis in locis erit dicendum) eſt diſtinguendũ. Quòd aut, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, res in ſe eſt dubia, an legem ignorauerit, ita quòd, iuxta ea quæ diſputatio præcedente explanata ſunt, adhuc non eſt præſumptio plena aduerſus eum, qui illam eſt tranſgreſſus, eum illam ſciuiſſe, aut ſi eam E ignorauit, craſsè illam ac ſupinè ignoraſſe. Atque tunc, quando aliud de illo non conſtat, nec probatur, meo iudicio ſufficit ad probationem plenam, vt abſoluatur, iuramentum ipſius, quod illam ignorauerit. Vt ſi in hoc regno lex in curia ſit promulgata nullo dato termino pro degentibus extra curiã, & intra triginta dies à lege in curia promulgata aliquis in loco à curia diſtanti contendat ex ignorantia illam fuiſſe trangreſſum, ſatis eſt, quando aliunde contrarium non conſtat, ſi iuramento affirmet ſe illam ignoraſſe, vt immunis à culpa & à pœna eius tranſgreſſionis iudicetur. Similiter, ſi intra duos menſes à lege ſummi Pontificis in ſua curia promulgata aliquis in loco à curia diſtanti illam tranſgrediatur,

diatur, neque aliunde conſtet, illum ſcienter fuiſſe eam tranſgreſſum, ſatis eſt, ſi iuramento affirmet, ſe illam ignoraſſe, vt ſimiliter abſoluatur. Eodem modo ſi lapſi iam ſunt duo menſes, ſexque illa in diœceſi à curia diſtante nec fuit promulgata, nec communiter ſcitur ac practicatur, & aliunde de ſciētia tranſgreſſionis talis legis non conſtat, ſatis eſt, ſi iureiurando affirmet ſe illam non ſciuiſſe, vt ſimiliter abſoluatur. Ratio autem eſt, quoniam quando res adeò eſt dubia, & ex parte eſt veriſimilitudo ac præſumptio ignorantiæ iuſtæ eius legis talis tranſgreſſoris, vt in propoſitis euentibus, & in alijs ſimilibus eſt ea veriſimilitudo, nulla ſanè æquitas patitur, vt ille condemnetur, ſed ad tollendam ſuſpicionem, num ſciens fuerit illam tranſgreſſus, atque vt, ſi ex propria illius confeſſione conſtet ſcienter fuiſſe illam tranſgreſſum, puniatur, cogi poteſt ſuo iuramē to id confirmare, eamque pellere dubietatem. Idem cenſet Feli. vbi ſupra cum alijs, & meo iudicio bene, quando eſt quidem iam præſumptio plena aduerſus illum, quòd ſcienter legem fuerit tranſgreſſus, vel certè ex ignorantia craſſa & ſupina, attamē adeò vrgentes probationes & indicia in contrariū ille affert, vt ferè ad integram probationem talis iuſtæ ignorantiæ accedant, remanente tamen aliquo dubio: tunc enim probatio ſuperaddita per ſuum iuramentum, quòd illam ignorauerit, cenſeri debet complere integram ac plenam probationem propter eandem rationem. Atque in his euentibus veram eſſe exiſtimo gloſſam capit. propoſuiſti. verb. non probatur. 82. diſtinc. & multas alias quas Fel. num. 10. citato commemorat, & quod Panorm. & Fel. vbi ſupra ac Nauar. conſil. 1. citato. quæſt. 2. nume. 7. tradunt de probatione ignorantiæ per iuramentum.

4 Quando verò eſt iam integra ac plena præſumptio aduerſus aliquem, quòd ſcienter legem aliquā fuerit tranſgreſſus, aut certè quòd ex ignorātia craſſa ac ſupina eam fuerit tranſgreſſus, vt quia in hoc regno poſt triginta dies à lege in curia promulgata, aliquis eſt eam tranſgreſſus, aut de iure Cæſareo authenticorum poſt duos integros menſes à promulgatione facta in prouincia, in qua dicitur facta illius tranſgreſſio ex ignorantia, vel quia poſt duos menſes à promulgatione legis ſummi Pontificis facta in curia, contenditur ex ignorantia inuincibili eius legis fuiſſe factam tranſgreſſionem illius in prouincia Romana, aut in aliqua alia diœceſi, in qua iam communiter ſciebatur ac practicabatur, tunc non ſatis eſt probatio per iuramentum tranſgreſſoris eius legis, quòd ex ignorantia inuincibili eius legis fuerit illam tranſgreſſus, vt ea ignorantia cenſeatur ſufficienter probata, quin neque iuramentum cum vno teſte. Quoniam quando eſt præſumptio in contrarium aduerſus aliquem, non ſatis eſt probatio per iuramentum illius, maximè quando de commodo, aut vitanda pœna eius, qui id iuramento affirmat, agitur, quod in re propoſita euenit, vt Bart. & multi alij quos doctores citati referunt, rectè affirmant: ſed neceſſaria tunc aliunde eſt plena ac integra probatio. Vt tamen cum Felino & alijs paulo antea dixi, quando aliunde eſſent adeò vrgentia indicia, adeoque vrgens probatio, vt ferè accederet ad plenam, tunc accedens iuramentum deberet cenſeri plenam compleri probationem argumento multorum iurium, quæ ad ignorantiæ probationem in multis euentibus admittunt iuramentum eius, qui ſub illo affirmat ſe id ignoraſſe, de quorum numero ſunt c. vlt. qui matr. accuſ. poſ. c. ſi verò. 2. de ſent. excommu. & c. eos, de temp. ord. lib. 6.

5 Probatur verò ſufficienter ignorantia legis alicuius promulgatæ, probato aliquo, quod coniunctum moraliter eſſe non potuit cum ſcientia eius le-

A gis, aut cū negligētia culpabili illa ſciendi. Vt quòd toto eo tempore infans fuit, vel aliter ſine vſu rationis, vt quia fuit amens, aut quòd fuit abſens à loco, in quo potuit ac debuit illam ſcire, vel quia toto eo tempore fuit extra eam prouinciam, aut apud infideles. Ita doctores communiter, & cum eis Nauar. q. 2 citata. nu. 6. & 7.

6 Rectè ait Nauar. vbi ſupra. q. 3. à nu. 8. quamuis vt quis teneatur ſeruare legem promulgatam, non requiratur ſciētia, quòd lata ac promulgata ſit, quæ ſit euidens, vt peruiſum, requiri tamen notitiam illius, quæ à fide dignis ſit habita: neque enim ſtatim ac dicitur promulgatam eſſe, tenetur, qui id audit, illam ſeruare, donec à fide dignis id intelligat: *qui enim citò credit, leuis eſt corde*, vt Eccleſ. 19. habetur B neque ex quocunque rumore tenetur quis inducere ſuper onus ſeruandi legem: tametſi, ſi qua commoda via illi occurrat, vnde cognoſcat, an ita veritas habeat, teneatur inquirere, num id ita habeat, compertoque rem ita habere, teneatur legem ſeruare. Si tamen, ad legem implendam, neceſſarium ſit inſtrumentum, aut aliquid, quod, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, commodè nō poteſt haberi, vt promulgato præcepto Pij quinti, quòd omnes tenerentur deinceps recitare officium diuinum iuxta breuiarium ab eo editum, ſanè tunc, quid id præceptū eſſe promulgatum agnoſcebant in Hiſpanijs conſtituti, non tenebantur id officium recitare, quo vſque commodè in eiſdem Hiſpanijs habere poſſint id breuiariū, vt re ipſa in Hiſpanijs fuit tunc factū.

C 7 Illud etiam eſt obſeruādum, conſentaneè ad Nauarrum. q. 3. citata. nume. 12. quando conſtaret legem aliquam eſſe promulgatam, attamen eam eſſe talem, de qua meritò dubitatur, an ſit recipienda, vel ſimpliciter, vel in aliqua prouincia aut communitate, non teneri particulares ſtatim, ac ſciunt illā eſſe promulgatam, eam ſeruare, ſed poſſe expectare num recipiatur: quoniam nullus tenetur ſeruare legem, quam maior eius communitatis pars non receperit, & quā capita eius communitatis non receperit: eaque de cauſa, quando eſt dubium, num recipietur, priuati expectare poſſunt donec uideant illam recipi, & oppida, minoreſque communitates, aut minus præcipuè, expectare poſſunt num ciuitates, minores, aut magis præcipuæ communitates eius pro- D uinciæ illam recipiant.

8 Si autem loquamur de ignorantia legis non ſolū promulgatæ, ſed etiam vſu iam receptę, de qua ignorantia iuris eſt ſermo in titulis. ff. & C. de iu. & fact. ignor. tunc eſt diſtinguendum. Quoniam vel loquimur in foro conſcientiæ, vel in foro exteriori. Si in conſcientiæ foro loquamur, & ignorantia legis ſit verè inuincibilis, ſeu probabilis, tunc ignorantia eius legis in eodem conſcientiæ foro ab omni culpa & à tota pœna tranſgredientibus eam legem excuſat. Et longè maiori cum ratione, ſi ea ignorantia fuit legis promulgatæ quidem, ſed nondum vſu receptæ, de qua antea loquuti ſumus. Habent autem hæc verum, ſiue ea inuincibilis ignorantia ſiue ante- E cedens, quam vocāt, quia ſcilicet, ſi is, qui eam habet ignorantiam, haberet ſcientiam eius legis, illam nō tranſgrederetur, ſiue ſit comitans, quia videlicet eſtò haberet ſcientiam eius legis, illam eodem modo tranſgrederetur; nihil tamen is tunc de ea re cogitat, neque habet talem actum, ſed ſolùm eſt ita praue affectus, Deuſque ſcit id ita futurum fuiſſe.

In priori parte huius aſſerti omnes conſentiunt. Ratio verò illius eſt, quoniam inuincibilis ignorantia, vt 1. 2. quæſtio. 76. art. 3. copioſè oſtendimus, excuſat à tota culpa tranſgreſſionis præcepti ex ea ignorantia; & per conſequens à tota pœna pro ea tranſgreſſione ſtatuta: quippe cum ubi nōn eſt culpa, pœna propriè dicta incurri non poſſit, quæ eſſe ne-

nequit niſi ob veram culpam. Confirmatur ex c.co A
gnoſcẽtes de cõſt. vbi habetur, *Rem, quæ culpa vacat,*
in damnum vacare non conuenit. Ait vero bene Na-
uar. lib. 1. conſil. tit. 2. de conſt. conſi. 1. quæſt. 2. in fo
ro conſcientiæ ſtari dicto rei aſſerentis ſe inuincibi-
liter ignoraſſe eam legem, hoc eſt, in poteſtate ipſius
tum non fuiſſe illam ſcire, aut illius recordari atque
ad eam aduertere. Id quod doctus & prudens, qui à
timorato minus docto & minus prudente, qui ex i-
gnorantia ſeu animaduertentia legem aliquam eſt
tranſgreſſus, conſulitur, non difficile iudicabitur at-
tentis circunſtantiis omnibus concurrentibus. Atq;
vt è multis exemplum vnum proferamus, concilium
Tridentinum. ſeſſ. 24. cap. 12. de reforma. ſic ſtatuit.
Prouiſi de beneficijs quibuſcunque curam animarũ ha-
B *bentibus teneantur à die adeptę poſſeſſionis, ad minus in-*
tra duos menſes, in manibus ipſius Epiſcopi, vel, eo impe
dito, coram generali eius vicario, ſeu officiali, orthodoxæ
ſuæ fidei publicam facere profeſſionẽ, & in Romanæ Ec-
cleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant ac iurent. Pro
uiſi autem de canonicatibus, & dignitatibus in eccleſiis
cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius officia
li, ſed etiam in capitulo idem facere teneantur. Alioquin
prædicti omnes prouiſi, vt ſupra, fructus non faciãt ſuos
nec illis poſſeſſio ſuffragetur. Idem extendit Pius quar-
tus ad ſuperiores quoſcunque qarumcunque religio
num, in bulla ipſius circa formam faciendi eam pro-
feſſionem, quæ habetur in fine concilii Tridentini,
idque his verbis: *Volentes etiam per quoſcunque qui-*
bus de monaſterijs, conuentibus, domibus, & alijs qui-
C *buſcunque locis regularium quarumcunque ordinum, ét*
militarium, quocunque nomine uel titulo prouidebitur,
idem ſeruari. Neſcio tamen an hoc vltimum vbique
in Hiſpaniis ſit receptum. Fortè quia in eis, Dei bo-
nitate, ſani omnes in fide & in obedientia ſanctę Ro
manæ Eccleſiæ ſunt. Quod ad illos vero alios bene-
ficiarios attinet, ſanè cum adeo multiplicata ſint ho
die iura, facillimum eſt, qui promouentur ad benefi
cia, hoc mandatum ita ignorare, vt in poteſtate ipſo
rum non ſit de illo inquirere aut ad inquirẽdum de
illo aduertere, vel, ſi aliquando illud ſciuit, in pote-
ſtate ipſius non fuerit recordari, ad illud ve attende-
re, ac proinde facillimum eſt cũ inuincibili ſeu pro-
babili ignorantia prætermittere efficere eã fidei pro
feſſionem, ac ſponſionem obedientiæ ſanctæ Roma
D næ Eccleſiæ, & multi de ſe ipſis affirmabunt, & ego
nonnullos iam reperi. Cum vero ea lex pænalis ſit
quoad id, vt fructus eius beneficij non faciant ſuos,
& vt poſſeſſio eius beneficii ipſis non ſuffragetur ad
illud triennali poſſeſſione præſcribendum, compa-
randumque dominium illius cum titulo colorato,
certè non video pænas illas tunc incurri in foro con
ſcientiæ. Neque illa eſt ignorantia iuris comparatio
ne poſſeſſionis uerè comparatæ, neque comparatio-
ne pręſcriptionis talis beneficii poſſeſſione illius triẽ
nali cum titulo colorato, ſed ſolum comparatione
profeſſionis fidei præceptæ ac omiſſæ, quæ quando
eſt culpabilis, annexã habet eam pænam, vt ea poſ-
ſeſſio, vera in ſe, non ſuffragetur ad pręſcriben-
E dum id beneficium triennali poſſeſſione cum titulo
colorato: quod neſcio an ſatis attenderit Nauar. 1.
libro conſil. titulo primo. conſilio primo. Fatetur ve
ro nobiſcum ibidem conſilio tertio. facile eiuſmodi
ignorantiam eius præcepti concilii Tridentini poſſe
eſſe inuincibilem in foro conſcientię: nec video cur
(parum ſibi conſtans) in fine conſilii primi ſic di-
xerit: *Sed quia prædicta ignorantia & inaduertentia*
non eſt ſine aliqua culpa nolendi ſcire, uel negligen-
tiæ diſcendi, uel aduertendi ad id, quod ſcire & ad-
uertere debebant, ſecundum qualitatem ſuam, non
eſt facile illos excuſare omnino, etiam quoad forum con-
ſcientiæ. Hęc ille. Nauarrus ibi conſilio quarto ar-
bitratur, in primis ſatis eſſe efficere eam fidei profeſ

A ſionem ac iuramentum per procuratorem. Quod
ego aſſerere non auderem: quoniam actus ille, ex
mente legumlatorum, requirere videtur perſonalem
præſentiam, & vt ab ipſomet beneficiario fiat, vt
de ipſius vera fide profeſſione ipſiuſmet facta con-
ſtet. Deinde vero aſſerit, eum, qui ex ignorantia in-
uincibili illam intra eos duos menſes facere omiſit,
teneri nihilominus poſt eos duos menſes illam effi-
cere. Et quamuis id tutius ſit, præſertim ne ſi po-
ſtea animaduertatur eum illam non feciſſe, ſpolie-
tur in pænam fructibus longioris temporis, eoſque
ſoluere cogatur: quando tamen non eſſet id peri-
culum, & ei, qui ita per ignorantiam inuincibilem il
lam facere omiſit, conſtaret in foro conſcientiæ ſe
illos non debere, ſeque vere eſſe catholicum, forte
B per epicheiam eſt cenſendum, mentem legumlato-
rum non fuiſſe, vt in eo euentu teneretur illam effi-
cere elapſis iam illis duobus menſibus, cum manife-
ſto periculo, vt cogatur ſoluere fructus præteriti tem
poris, quos vere in foro conſcientiæ non debet. Sa-
num vero conſilium eſſet, quando fructus uere non
feciſſet ſuos, tenereturque facere eam fidei profeſſio
nem, efficere prius in exteriori foro compoſitionem
circa illos cum ſede apoſtolica, ſeu cum eo miniſtro
ſummi Pontificis, qui ad id haberet facultatem, &
tunc accedere ad eam fidei profeſſionem coram or-
dinario efficiendam. Iuxta exemplum propoſitum
ac explanatum, facile quiuis doctus intelliget, quan-
do in conſcientiæ foro in ſimilibus, quamplurimis
aliis euentibus interueniat iuris ignorantia inuinci-
C bilis ſeu probabilis, quæ in eodem conſcientiæ foro
à tota culpa & à pæna tota pro tranſgreſſione eius le
gis ſtatuta excuſet.

Quamuis, quando aliæ pænæ ſunt ſtatutæ pro ali- 9
quo delicto, vt pro furto, aut homicidio, qui id deli-
ctum culpabiliter committit, non excuſetur à pæna,
eſtò inuincibiliter ignoret eam pænam pro eo deli-
cto eſſe ſtatutam, qui tamen inuincibiliter ignorat le
gem aut ſtatutum eccleſiaſticum, quo aliquid præci-
pitur aut prohibetur ſub pæna excommunicationis,
non incurrit excommunicationem illam, eſtò id,
quod ſub ea pæna prohibetur, malum alioquin in ſe
ſit, & is committat id ſciens eſſe malum ac pecca-
tum. Vt ſi quis, ignorans inuincibiliter pænam ex-
communicationis ſtatutam eſſe ab eccleſia ſuranti-
D bus ex naufragio, furetur ex naufragio, ſciens id in
ſe eſſe malum contra ſeptimum decalogi præceptũ:
aut ſi in Epiſcopatibus, in quibus ſub pæna excom-
municationis prohibita ſunt veneficia, & alia ſacri-
lega arte dæmonum, ignorans inuincibiliter ea deli
cta eſſe in eis ſub ea pæna prohibita, aliquid eorum
efficiat, ſciens id in ſe eſſe malum ac peccatum letha
le, ſecluſa ea prohibitione eccleſiæ ſub ea pæna, tunc
eam excommunicationem non incurrit. Ratio au-
tem eſt, quoniam excommunicatio nõ incurritur ni
ſi propter inobedientiam eccleſiæ: qui autem inuin
cibiliter ignorat, id prohibitum etiam eſſe ab eccle-
ſia ſub ea pæna, inobediens eccleſiæ non eſt, ſed ſoli
Deo, ius naturale in eis euentibus ſciens & prudens
E tranſgrediendo. Et quoniam, vt quis excommunica
tionem incurrat, neceſſe eſt, vt prius admoneatur, ſal
tem lege Eccleſiaſtica lata ac promulgata ea de re,
per ipſumque ſtet, ſcire eam admonitionem, quia
craſse ac ſupine eã ignorat: qui ãt inuincibiliter igno
rat ſtatũ eccleſiæ latũ ſub pæna excõicationis, nõ cen
ſetur admonitus, vt ob inobedientiã ac contumaciã
eccleſiæ, eã pænã excommunicationis incurrat. Hęc
cum communi doctorũ ſententia, quã ibi retulimus,
aſseruimus aduerſus Couarruuiam & Adrian. ac co
pioſe cõprobauimus. 1. 2. q. 76. ar. 3. conſentitq; c. vt
animarũ de cõſt. lib. 6. quo in capite cũ Syluest. aſse
ruimus, nomine *quorũcunque ordinariorũ*, compre-
hendi etiam ſummum Pontificem, qui ordinarius
eſt or-

eſt ordinariorum, ac proinde in eo capite leges etiã ac conſtituta ſummi Pontificis comprehenduntur. Quia verò ſedes propria id examinandi articulus ille eſt, eoque in articulo copioſè id oſtendimus, non plura hoc loco hac de re dicimus.

Quamuis autem difficilè euenire poſſit, quando eccleſia ſub pœna excommunicationis aliquid præcipit aut prohibuit, vt quis non ignoret præceptum eccleſiæ, qua id præcipit aut prohibuit, & tamen inuincibiliter ignoraret, & non potiùs craſsè ac ſupinè ſub pœna excommunicationis id præcepiſſe aut prohibuiſſe; articulo tamen 3. citato non improbabile cum Dominico à Soto iudicauimus, ſi quando id eueniret, tranſgredientem id eccleſiæ præceptum non incurrere eam excommunicationis pœnam. Quoniam ad incurrendam excommunicationem, neceſſe eſt antecedat admonitio ſub ea pœna, ſaltem per legem ea de re latam: qui autem, ſciens id præceptum, inuincibiliter ignoraret latum eſſe ſub excommunicationis pœna, non cenſeretur admonitus ſub ea pœna, excuſante illum ignorãtia inuincibili, quod id præceptum ſub excommunicationis pęna eſſe latum.

Poſteriorem partem aſſerti ſupra propoſiti, prædicta ſcilicet omnia eodem modo habere locum, ſiue ignorantia inuincibilis ſit antecedens, ſiue communitans, oſtendimus copioſè. 1.2.q.76.art.3. cum Caiet. ibidem & cum pleriſque alijs aduerſus Nauar. in Manuali, quam etiam ſententiam repetit lib. in conſil. titu. 1. conſ. 1. num. 3. & titu. 2. conſ. 1. q. 1. nume. 3. ac alias ſæpe. Ratio autem, inter alias, eſt. Quoniam culpa tranſgreſſionis legis eſſe nequit ſine voluntario: ſicut autem ignorantia inuincibilis antecedens legis efficit legis tranſgreſſionem inuoluntariam, ita ignorantia inuincibilis eiuſdem legis communitans efficit eandem tranſgreſſionem omnino non voluntariam: quoniam ſicut per contrarium voluntarij, nempe per inuolũtarium, ſi ſit ſimpliciter & omnino inuoluntarium ob ignorantiam inuincibilem antecedentem, tollitur omnino voluntarium; ita per contrarium, nempe per non voluntarium omnino & ſimpliciter ob ignorantiam comitantem inuincibilem, tollitur omnino volũtarium: ſine voluntario autem culpa eſſe non poteſt, & per conſequens neque vera pœna. Item quoniam ignorantia inuincibilis antecedens ac comitans in nullo alio differunt, niſi quia communiter ignorans eſt ita affectus, quòd idem ſimiliter efficeret, eſtò adeſſet ſcientia oppoſita, cùm tamen ea de re nullum talem habeat actum: habitibus verò neque meremur neque demeremur. Multis alijs rem hanc articulo 3. citato dilucidè confirmauimus.

Hactenus loquuti ſumus de ignorantia iuris inuincibili in foro cõſcientiæ ſolũ ad excuſandum trãſgreſſorem illius ex ea ignorantia à culpa, & à pœna ſtatuta transgredientibus eam legem. Nunc verò de iuris ignorantia in foro exteriori eſt dicendum ad hos & ad alios effectus. Atque quo ad alios effectus ſermonem miſcebimus de foro etiam conſcientiæ.

Quando res poteſt eſſe dubia, num in ea iuris an potiùs facti ignorantia interuenerit, varia egregia exẽpla traduntur. l. 1. ff. de iur. & fact. ign. quibus id diſcerni docetur, & ex quib. facile in alijs euẽtibus id diſcerni ac iudicari poterit.

In foro exteriori ignorantia iuris non præſumitur, maximè quæ craſſa & ſupina non ſit, quæque à culpa & à pœna excuſet, ſed potius contraria ſcientia præſumitur: quare, niſi ſufficienter ignorantia inuincibilis iuris probetur, quæ tamen difficillimè & quã rariſſimè probari poteſt, pœna tranſgredientibus legem ſtatuta non euaditur. Atque hic eſt vnus ex euentibus, in quibus iuris ignorantia non excu-

A ſat. Si tamen aliquando iuris ignorantia inuincibilis in foro exteriori ſufficienter probaretur, procul dubio in eodem exteriori foro eadem ignorantia inuincibilis, ſufficienter probata, excuſaret tranſgreſſorem eius legis à tota pœna: quoniam euidens tũc eſſet in eo foro eam ignorantiam inuincibilem excuſaſſe à tota culpa tranſgreſſionis eius legis: vbi autẽ conſtat nullam interueniſſe culpam, locum pro ea non habet vera pœna etiam in exteriori foro: quoniam contrarium eſſet manifeſtè iniquum, cum iure naturali pugnans, aduerſus quod ius humanum nullam vim habet ſed neque iura humana intendũt quicquam contra illud ſtatuere. Quin arbitror habendam iudicibus in foro exteriori eſſe rationem etiam ignorantiæ iuris ad mitius pœnas imponen-
B pas, quando veriſimiles ſunt coniecturæ, non ſolum inuincibilis ignorantiæ, ſed etiam ignorantiæ iuris non multum culpabilis, ſicut habere debent rationem aliarum circunſtantiarum concurrentium, quę multum extenuant culpam delicti commiſſi ad pœnas minuendas.

Quia re vera ignorantia iuris, ſi inuincibilis ſit, etiam in exteriori foro, ſi de ea in illo conſtet, quẽadmodum excuſat à culpa tranſgreſſionis legis, ſic etiam excuſat à tota pœna pro ea tranſgreſſione ſtatuta; inde prouenit, quòd ſi quis ex ignorantia iuris valde abſtruſi minimeque præuij bona fide legẽ tranſgrediatur, pro qua ſit impoſita pęna, illi in exteriori foro imponi nõ debeat, neq; licitè poſſit ea pœna quoniã ſicut ignorãtia inuincibilis iuris adeò ab-
C ſtruſi, ſibique incogniti, à tota culpa tranſgreſſionis illius excuſatur, ſic etiam excuſari à tota pœna debet. Exemplum ſit, celebrauit aliquis bona fide contractum in aliquo loco, in quo illicitus ac vſurarius non habebatur, aut meritò bona fide ſequutus opinionem doctorum, quos conſuluit, aut quos audiuit approbare eum contractum, illum celebrauit, ſanè, eſtò poſtea rationibus vrgentiſſimis comperiatur, eum contractum vſurarium eſſe, ille puniri non debet pœna vſurarijs in iure ſtatuta, nec ille eſt cenſendus vſurarius: quoniam materialiter ſolùm fuit vſurarius celebrando eum contractum, non verò formaliter: quod tamen ad culpam & ad pœnam pro ea culpa incurrendam erat neceſſariũ. Ita Nauar. cum pleriſque alijs, quos citat. lib. 5. con-
D ſil. titu. 19. de vſuris conſil. 20. & lib. 1. titu. 39. de ijs quæ vi metusve cau. fiunt, conſi. 3. num. 11. Caſtrus. 2. de leg. pœn. cap. 14. concluſ. 1. princip. propoſ. 1. qui ait, quando ruſticus, aut alius imperitus, bona fide celebrauit contractum in ſe vſurarium, aut aliter illicitum, quia conſuluit ſuum parochum, aut alium, qui affirmauit eſſe licitum, ita quòd ſpectatis circunſtantijs concurrentibus meritò id ſibi perſuaſit, nec tunc aliam diligentiam facere debuit, talem ruſticum aut imperitum neque in foro exteriori incurrere pœnam vſurariis aut celebrantibus eum contractum ſtatutam, ſi de ea bona fide ac diligentia in eodem foro exteriori conſtet: quoniam ille quemadmodum ea bona fide
E ac ignorantia inuincibili ſeu probabili excuſatur à tota culpa, ſic etiam excuſatur à tota pœna. Conſentit cum hactenus dictis. l. regula. §. ſed iuris ignorantiam. ff. de iur. & fact. ignor. quo in loco Paulus iuriſconſultus ſic ait: *Sed iuris ignorantiam non prodeſſe Labeo ita accipiendum exiſtimat, ſi iuriſconſulti copiam haberet, vel ſua prudentia inſtructus ſit: ut cui facile ſit ſcire, ei detrimentum ſit iuris ignorantia; quòd raro accipiendum eſt*, ignorare ſcilicet inculpabiliter, quia neque quem conſulat habet, neque per ſe id ſcire poterat. Vbi vides Paulum cum Labeone affirmare, quando res eſt obſcura comparatione illam ignorantis, & quem conſuleret non habuit, excuſari in foro exteriori à culpa, & à pœna

eius, quod ignorans iuris ignorantia fecit aut omiſit. Multo verò magis erit excuſandus, quando conſuluit, quantum, ſpectatis circunſtantijs concurrentibus, par erat, conſilioque peritiorum, quos conſuluit, errauit. Atque iuxta hæc ſunt accipienda, quæ traduntur. l. 20. ti. 1. par. 1.

11 Illud verò non probo, quod Nauar. conſi. 20. citato à nume. 11. addit, cum ſcilicet, qui ita bona fide ac cum probabili ignorantia contractum celebrauit vſurarium, reſtituere non teneri, quod eo contractu vltra ſortem, atque adeò tanquam veram vſuram in ſe, ſed non exiſtimatione celebrantis eum contractum accipit, modo non excedat id, quod lucraturus fuiſſet alio iuſto contractu, ſi ab hoc abſtinuiſſet: incrementum enim fatetur teneri reſtituere.

Ducitur. Primò quoniam, inquit, qui contractu vſurario aliquid vltra ſortem accipit, idcirco tenetur illud reſtituere, quoniam peccauit illud ita accipiendo: is verò, de quo loquimur, non peccauit accipiendo cum ignorantia probabili id ultra ſortem.

Secundo, quoniam qui ita ignorantia probabili celebrauit contractum vſurarium, potuit eadem pecunia celebrare alium contractum iuſtum, in quo tantundum aut plus lucraretur, quare æquum non eſt, vt priuatus vtroque emolumento maneat: quoniam res, quæ culpa caret, in damnum uocari non debet, ut habetur, cap. cognoſcentes, de conſt.

Tertio, quoniam, qui mutuo dat, licèt non poſſit licitè ac iuſtè accipere aliquid vltra ſortem pro mutuo, licèt tamen aliquid accipit vltra ſortem pro lucro ceſſante, aut damno emergente: quare, qui eum contractum vſurarium ignorantia inuincibili celebrauit, licitè retinere poterit id incrementum, quod vltra ſortem accipit, pro intereſſe, quod licitè accipere poterat celebrando loco illius alium contractum iuſtum, quem celebraſſet, ſi eum vſurariũ contractum non celebraſſet.

Sententiam hanc Nauarri non probo: quoniam contractus vſurarius, quem bona fide & cum inuincibili ignorantia is celebrauit, certè non fuit titulus tribuens illius vllum ad id incrementum: neque lucrum ex eo illi ceſſans, quòd celebraſſet alium contractum. Tum quoniam non conſtat fuiſſe celebratum alium contractum, & eo aliquid eſſet lucraturum, & quantum id lucrum eſſet futurum. Tum vel maximè, quoniam pro lucro ceſſante nihil accipi poteſt, contractu alioquin in ſe vſurario, niſi deductũ ſit in pactum, vt pro eo lucro ceſſante id incrementum vltra ſortem concedatur, illo incremẽto emente, qui illud concedit, eam iacturam mutuantis, ut tract. 2. in materia de vſura copioſè oſtenſum à nobis fuit.

Ad primum ergo argumentum Nauarri negandum eſt, illum, qui eum vſurarium contractum celebrauit, ex eo ſolùm teneri id incrementum reſtituere, quòd peccauerit: tenetur enim etiam ex parte rei acceptæ; eo quòd contractus ille inſufficiens fuerit ad transferendum dominium aut ius illius incremẽti: ſicut, qui bona fide emit à fure, tenetur reſtituere rem emptam domino illius, non quidem ex parte iniuſtæ acceptionis, peccative, quoad illam accipit, ſed ex parte rei acceptæ, cuius dominium ea emptione non comparauit, neque vllum ius comparatione rei ita emptæ. Cum autem, qui duntaxat reſtituere tenetur ex parte rei acceptæ, ſolùm teneatur illam reſtituere, ſi extet, aut ſi in aliquo ex illa ſe inueniat locupletiorem, certè, qui eum contractum ignorantia inuincibili celebrauit, ſi ex incremento accepto non ſe reperiat locupletiorem, quia illud expendit, nihilque plus habet in bonis, quàm ſi illud non accepiſſet, eſtò nullum alium celebraturus fuiſſet contractum iuſtum loco illius vſurarij, ad nullam tenetur reſtitutionem: ſi verò ſe reperiat locupletiorem in parte ſolùm eius incrementi, eam ſolam partem, & non integrum incrementum, tenetur reſtituere.

A Ad ſecundum, conceſſo toto antecedente, negandum eſt, æquum non eſſe, vt priuatus maneat utroque emolumento: ſicut, qui bona fide rem emit à fure, tenetur illam reſtituere, nihil impediente, quod ſi eum contractum nõ celebraſſet, celebraturus fuiſſet alium, in quo lucraretur, imo in quo non amitteret ſuum capitale, quod amittet, facta ea emptione abſque ſua culpa, ſi fur ſoluendo illi non ſit ſuũ pretium, aut ſi diſparuit, nec poſſit id ab illo recuperare: iacturæ enim eiuſmodi ſine vlla culpa ad fortunæ euentus ſpectant. Id verò quod additur, res, quę

B culpa caret, in damnum vocari non debet, intelligẽdum eſt, de damno pœnę, de quo eo in capite eſt ſermo: non verò quòd ex rebus, quæ culpa carent, quã ſæpiſſimè iacturæ non eueniant, quas patienter ij ſuſtinere debent, quibus eueniunt, neque ea de cauſa accipere aut retinere licitè poſſunt, quæ ad alios ſpectant, atque ad quæ nullum ipſi ius compararunt.

Ad tertium concedendũ ſimiliter eſt antecedens, ſi qui mutuò ita dat, in pactum deducat, vt id accipiat pro lucro ceſſante, aut damno emergente, ac mutuatarius in eo pacto ſuperaddito conſentiat, idque incrementum valeat tale lucrum ceſſans, aut dãnum emergens: ſecus autem ſi id non fuit deductũ in pactum, vt in re, de qua diſputamus, deductum

C non fuit: vnde neganda eſt conſequentia.

Quoniam inuincibilis ignorantia iuris à pœna excuſat, etiam in foro exteriori, vt ſi in eo de tali ignorantia conſtet, aut diſpoſitione iuris in aliquo euentu ad eum effectum in eo foro talis ignorantia præſumatur, inde efficitur, cum ex ſe ſit apertiſſimum, amentem, infantem, & quemcunque alium vſu rationis perſpicuè carentem, inuincibili tunc ignorantia iuris interficere, adulterari, aut quoduis aliud flagitium committere, eum à pœna pro tali delicto omnino etiam in foro exteriori excuſari. Ita probant l. infans. ff. ad legem Cornel. de ſicar. clement. ſi furioſus, de homic. quæ etiam ab irregularitate ob homicidium ſtatuta excuſat, & l. 21. titu. 1. par. prima, atque affirmat communis doctorum ſententia, quã 12

D tract. 3. diſputat. 36. retulimus. Si quis tamen inebriaretur, expertus in ebrietate delicta, pro quibus pœna eſt ſtatuta, committere, aut aliqua alia ratione ſua ſponte iudicium rationis amitteret, expertus ſimiliter, ſe, dum eo modo eſt extra iudicium, ſimilia alia delicta committere; tunc, ſi conſtaret animo ea delicta patrando ſe inebriaſſe, aut iudicium rationis alia via amiſiſſe, pœnam ordinariam incurreret, ſi dum ita compos ſui non eſſet, aliquod eorum delictorum committeret: quoniam ita tunc non ſolùm eſſent voluntaria in ſua cauſa, ſed etiam volita. Si verò non conſtaret eo animo ſe inebriaſſe, aut aliter ſponte iudicium rationis amiſiſſe, pœnam tunc incurreret, non quidem ordinariam pro

E eo delicto ſtatutam, ſed arbitrariam, maiorem vel minorem, pro quantitate periculi, quod erat, ne ex tali cauſa voluntaria ſequerentur, ſpectatis cæteris circumſtantijs concurrentibus. Is item, de quo non conſtaret priuatum omnino eſſe iudicio rationis, attamen intelligeretur ſtolidum magna ex parte eſſe, ſi delictum committeret, pro quo pœna eſſet ſtatuta, non eſſet quidem puniendus ordinaria pœna pro eo delicto ſtatuta, ſed arbitraria, maiori vel minori, quo magis aut minus ad integram ſtoliditatem accederet, ſpectatiſque alijs circumſtantijs concurrentibus. Ita Gregorius Lopez, tametſi non ſic exactè hoc explicet l. viceſima prima, citata, gloſ. 1. argumento, l. Seruius. ff. quod vi

aut

aut clàm,& c.qui ea.38.diſt. Vbi Gregorius ſic ait: *Stultus in culpa, ſapiens erit in pœna*, quòd Hiſpanè dicimus; *El loco por la pena es cuerdo*.

Minor infantiæ proximus, id eſt, ſi maſculus ſit, vſque ad decimum annum cum dimidio expletum, ſi verò ſit femina, vſque ad nonum cum dimidio expletum, ſi delictum, pro quo pœna ſtatuta ſit, committat, illam non incurrit: quoniam iuris diſpoſitione cenſetur ex ignorantia inuincibili adeòve debili iudicio rationis illud commiſiſſe, vt à tota pœna excuſetur. Ita cum Ant. Gom. Iulio Claro, & alijs doctoribus, quos citant, dictum à nobis eſt diſp.36. citata, iuxta. §. pupillus inſt. de inutilib. ſtip. §. penult. inſt. de oblig. quæ ex delict. l. pupillū. ff. de reg. iur. l. apud. §. ſi is non tutor. verſ. denique Iulianus. ff. de dol. mal. excep. l.21. titu.1. part.1. l.8. in fine titu.5. l.4. titu.19. part.6. l.9. titu.1. l.3. titu.8. l.17. titu.14. & l.8. titu.31. part.7.

Minor verò pubertati proximus, id eſt, ſi maſculus excedat decimum annum cum dimidio, & femina nonum cum dimidio, pœnas incurrunt pro delictis, & longè maiori cum ratione ſi puber iam ſit: nec reſtituitur in integrum aduerſus delictum, & quouſque id locum habeat. Et in quibus euentibus impubes pubertati proximus pœnam non incurrat. Et nū in delictis carnis puniri nihilominus debeat pœna aliqua arbitraria. Et quòd impubes pubertati proximus nunquam puniri debeat pœna ordinaria pro delicto lege ſtatuta, ſed ſemper mitiori alia arbitraria. Et num minoribus puberibus minuendum ſit de pœna ordinaria, de iure communi aut huius regni, atque iudex ad id teneatur. Hæc omnia copioſè diſp.36. citata explanata ſunt.

23 Illud vlteriùs eſt obſeruandum, quando lex aut ſtatutum ad pœnam incurrendam exigit delinquentem dolum ſeu ſciētiam, vt ſi dicat, qui ſcienter hoc fecerit, aut ſi dicat, qui hoc facere præſumpſerit, ſit eo ipſo excommunicatus, (illud enim verbum, facere præſumpſerit, ſcientiam in faciente exigit, ſine qua non cenſetur eſſe præſumptio) tunc ignorantia craſſa & ſupina, etiamſi iuris ſit, à tali pœna excuſatur. Ita Couar. in Epit. part.2.c.6.§.8.nu.21. & alij communiter. Probatur verò, quoniam cum ignorantia craſſa & ſupina, ſi affecta non ſit, dolus non datur ſeu ſcientia, neque cenſetur eſſe præſumptio: ergo quando lex aut ſtatutum, ad pœnam aliquam incurrendam, dolum ſeu ſcientiam exigunt, nec ex capite affectationis ignorantiæ dolus interuenit ſeu præſumptio, vtique ignorantia craſſa ac ſupina ab ea pœna excuſat, etiam ſi ignorantia iuris ſit. Cum autem in ignorantia affectata dolus ea ipſa affectatione illius interueniat, neque à culpa excuſet, ſed potiùs ratione affectationis illam augeat, ſanè qui ex ignorantia affectata delictum committeret, dolum exigentem vt pœna incurreretur, illam incurreret. Ita Couar. vbi ſuprà & Alfonſus à Caſtro.2.de leg. pœn.c.14.§.nec refert.

24 Hactenus de ignorātia iuris loquuti ſumus, quatenus excuſet aut non excuſet à pœna pro delicto impoſita, quando tale delictum ex ignorantia iuris fuit commiſſum. Nunc de iuris ignorantia ad effectus alios eſt dicendum, de quibus eſt potiſſimùm ſermo in titulis. ff. & C. de iur. & fact. ign. quatenus ſcilicet in eis adiuuet ſeu excuſet, & quatenus non.

Hæc autem regula ſtatuitur. In commodis ſeu cōpendijs ignorātia iuris etiam inuincibilis obeſt, ſeu non excuſat nec adiuuat. In damnis verò ignorantia iuris non obeſt, ſed excuſat ac adiuuat. Nomine verò compendiorum ſeu commodorum, illa etiam comprehenduntur, ad quæ quis ius habebat, vt ea retineret ac efficeret ſua, ſeu vt ea plenè acquireret, vtendo facultate à iure ad id ſibi conceſſa. Vt hæredi, quando illi non remanet quarta pars hæreditatis, à iure conceditur detrahere ex legatis falcidiam vſque ad complementum quartæ partis hæreditatis. Et hæredi grauato reſtituere hæreditatem, conceditur detrahere ac retinere quartam Trebellianicam, quando ex bonis hæreditatis quarta pars ei non remanet. Hæredi item inſtituto aut ab inteſtato conceditur certum tempus ad deliberandum, num hæres eſſe velit, eoque tranſacto hæreditas ad ſubſtitutum vel ad proximum hæredem ab inteſtato cum eadem deliberandi facultate deuoluitur. Poſſe item in iudicio opponere exceptionem aliqua, inter compendia ſeu commoda computatur, & ſimilia alia. Nomine verò damnorū intelligitur, ſi quis ſoluat indebitum: id enim in damnum ſeu detrimētum ſuorum bonorum cedit, quia iam ſuū id erat: eſtò autem ex ignorantia iuris quacunque illud ſoluat, ea ignorantia illi non nocet; ſed repetere poteſt eo modo ex iuris ignorantia ſolutum. Idem eſt de re omnino iam alicui debita, ſine dependentia ab aliquo ipſius actu, quo illam acceptet. Atque ex his exemplis facilè oblata quacunque alia re iudicabit, num ad compendium vel ad damnum attineat. Regula propoſita, hoc modo explicata, habetur l. iuris ignorantia, ſecunda, ff. de iur. & fact. ignoran. Vbi Papinianus ſic ait: *Iuris ignorantia non prodeſt acquirere volentibus, ſuum verò petentibus non nocet*. Et l. error, ſtatim ibi ſequenti §. iuris, ſic idem Papinianus addit: *Iuris error nec feminis in compendijs prodeſt. Cæterùm omnibus iuris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet*. Conſentiunt iura mox citanda.

Iuxta hanc regulam, quamuis qui bona fide poſſedit aliquid alienum ignorantia facti tanto tempore, quantum ad id præſcribendum eſt neceſſarium, illud uerè præſcribat, comparetque proinde dominium illius, quod prior dominus eo ipſo amittit; qui tamen ignorantia iuris, etiam inuincibilis, quod eſſet ſuum, illud poſſideret, id non præſcriberet: quoniam cum damno alterius, quòd amittat ea via dominium illius, iuris ignorantia ipſi non ſuffragatur: atque quamuis poſſeſſio illa in conſcientię foro, ſeu quo ad culpam, ſit bona fide, non eſt tamen bona fide ex diſpoſitione iuris ciuilis ad præſcribendum neceſſaria, vt hæc omnia copioſè explicauimus tractatu 2. diſp.64. eaque de cauſa in eis hoc loco non immoror. Doctrinam hanc probant, præter duo iura proximè citata ac relata, l. iuris ignorantia.1. ff. de iuſt. & iur. quæ ſic habet: *Ignorantia iuris in vſucapione negatur prodeſſe: facti uerò ignorantiam prodeſſe conſtat*. Item Lex nunquam.2. in princ. ff. de vſucap. vbi Paulus iuriſconſultus ait: *Nunquam in vſucapionibus iuris error poſſeſſoribus prodeſt*. Atque adhibet exemplum in eo, qui à pupillo abſque tutoris autoritate ex iuris ignorantia, quòd illa neceſſaria eſſet, aliquid emit, quem ait vſucapere illud non poſſe. Ita lex 2.§. ſi à pupillo. ff. pro empt. quo in loco deciditur; eum qui à pupillo aliquid ſine tutoris autoritate emit, ſi ignorauit illum pupillum eſſe, poſſe id vſucapere, quia ea ignorantia fuit facti: ſecus autem ſi ſciebat illum eſſe pupillum, ignorabatque neceſſariam eſſe tutoris autoritatem: quoniam tunc ea ignorantia eſſet iuris, quę vſucapionem impedit. Item l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib.11. quo in loco de emptore contra legis prohibitionem ſic dicitur: *Et hæredibus eius* (venditoris ſcilicet) *& contra hæredes emptoris uenditionem damus, longi temporis præſcriptione ſemota: malæ fidei namque poſſeſſorem eſſe nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur*. Idem habetur reg. qui contra iura mercatur, de reg. iu. lib.6. c.2. §. contractus, de rebus eccleſ. non alien. lib.6. & alijs iuribus, idemque affirmant gloſſæ plurimæ iuris canonici ac ciuilis. Si tamen ignorantia ſit iuris valde dubij, tunc præ-

ſcriptionem non impedit, etiam ſi in illa titulus requiratur, vt cum communi doctorum ſententia diſput. 64. citata eſt dictum, idque colligitur ex c. cum dilectus, de conſuet. Ibidem etiam diximus falſum eſſe, quod Molina ibi relatus affirmat, minorem videlicet, ruſticum, militem, & mulierem, in quibus error iuris toleratur, præſcribere poſſe cum ignorantia iuris perſpicui: quamuis enim illis error iuris toleretur, ne commoda ſeu compendia amittant, non tamen toleratur, vt cum aliorum iactura præſcribant res aliorum. Atque id apertè probant l. iuris ignorantia. 2. & l. iuris error, ſupra relatæ. ff. de iur. & fact. ign. & l. quamuis. C. eo. ti. vbi habetur. *In lucro* (id eſt, vt cum alterius iactura lucrentur) *nec feminis ius ignorantibus ſubueniri ſolet.*

B

16 Iuxta eandem regulam, ſi hæredi inſtituto non remaneat quarta pars bonorum defuncti, atque ex ignorantia iuris ſoluit legata integra, non poteſt ex illis, quod ad eam defuerit, repetere: quoniam ad id compendium retinendi ſibi uſque ad quartam partem bonorum defuncti, extrahendique à legatis pro rata, quod vſque ad illam integram defuerit, quod ius illi concedit, ignorantia iuris illi non ſuffragatur. Si uerò ex facti ignorantia legata integra ſoluit, vt quia arbitratus fuit ditiorem eſſe hæreditatē, aut quia poſt legata ſoluta apparuerunt debita, ſolutiſque debitis, non remanet ſibi quarta pars bonorum defuncti, tunc repetit falcidiam ex legatis ſolutis: eo quòd ea ignorantia facti quo ad id ſuum compendium ſeu commodum ſibi non nocet, ſed id ſuffragatur. Id oſtendimus tractatu ſecundo, diſputat. 213. verſ. octauo, & conſtat ex l. regula. §. ſi quis ius ff. de iur. & fact. ign. ex l. error. C. ad leg. falc. & ex alijs iuribus.

C

Idem, propter eandem rationem, eſt dicendum de hærede grauato reſtituere hæreditatem, potenteque ex iuris diſpoſitione extrahere ex illa ac retinere vſque ad quartam trebellianicam: ſi enim ex iuris ignorantia totum, quod grauatus eſt reſtituere, reſtituat, nec illam retineat, repetere illam non poteſt: ſecus ſi ex facti ignorantia illam non retineret.

17 Iuxta eandem regulam, quādo quis ex iuris ignorantia repudiauerit hæreditatem ad ſe attinentem, aut intra tempus à iure ſtatutum, vt adeatur, & vt

D

alioquin eo tempore tranſacto ad proximè ſucceſſorem ea hæreditas tranſeat, illam non adiuit, tunc ita eo ipſo hęreditas illa tranſit ad proximum ſucceſſorem, vt ei, qui illam ex tali ignorantia repudiauit, non ſubueniatur: ſecus autem ſi ex ignorantia facti illam repudiauit aut non adiuit. Ita habetur l. prima, ff. de iur. & fact. ign. l. 2. & 3. l. quamuis, & l. vlt. C. eod. tit. quæ de iuris ignorantia loquuntur, ac inſtaurationem eius, quod ita per ignorātiam factum aut omiſſum eſt, denegant. Eadem verò l. 1. ff. eod. tit. & alia iura, de facti ignorantia loquuntur, inſtaurationemque eius, quod ex illa fuit factum aut omiſſum, modo craſſa & ſupina non ſit, concedunt. Quę autem ignorantia craſſa & ſupina ſit habenda, quæ non item, habetur l. plurimum. l. nec ſupina. & l. regula. §. ſed facti. ff. de iur. & fact. ign. Quantum autem tempus ad adeundam hæreditatem concedatur, tract. 2. diſp. 181. dictum eſt. Diſput. verò 216. eſt dictum, qui tempus ad liberandum à iudice petiuit, ſi intra id tempus illam non repudiet, teneri tacitè illam adijſſe, vt cogatur ſoluere debita & legata integra, ſi inuentarium non conficit.

18 Iuxta poſteriorem verò partem regulæ ſupra propoſitæ, qui aliquid ſoluit, quod ſuum iam ſimpliciter erat, aut ad ſe iam omnino pertinebat, vel illud remiſit, ſi ex ignorantia id fecit, ſiue illa iuris eſſet ſiue facti, modo alter aduerſus eum illud non iam præſcripſiſſet, illud repetit, nec proinde talis igno-

A

rantia ei nocet. Ita habetur l. iuris ignorantia, & l. error. ff. de iur. & fact. ign. l. ſi poſt diuiſionem. l. cum facta. l. ſi non tranſactionis. & l. non idcirco. C. eodem titu.

De ignorantia in iudicio, dum ſermo de ordine iudiciorum fuerit, dicetur commodius.

Minori vigintiquinque annis, & militi, qui in ſe- 19
culari militia actu verſatur, (ſecus de milite militiæ ſpiritualis) licèt non ſubueniatur in delictis, quæ ſunt contra ius naturale, aut quaſi; ſi in aliquo tamen, ius ciuile ignorando, ſibi ipſis præiudicent, etiam quo ad commoda & compendia, nedum quo ad damnum & pœnam aliquam vitandam, eis ſubuenitur, indemneſque omnino in eis ſeruantur. Ita habetur l. regula. ff. de iuris & facti ignor. l. 1. & 2. & l. quamuis. C. eòdem titu. & l. 21. titu. 1. parte 1. Quo in loco cum quodam gloſſa obſeruat Gregor. Lopez, militem in his excuſari, etiam ſi non conſulat peritiores, cum poſſit; quoniam id in eo eſt priuilegium.

Ruſticis, ſi rudes ſint, & in agris verſentur, etiam ſubuenitur: in caſibus tamen expreſſis à iure, vt l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans. ff. ad Syllan. l. ſi quis id quod, iuncta gloſſa ibi verb. ruſticitatem. ff. de iuriſd. omn. iud. l. 2. C. de in ius vocand. l. vlt. C. de teſta. & l. 21. titu. 1. par. 1. Quæ tamen ruſticos æquare militibus videtur. Lege quæ ibi Gregor. Lopez tradit.

Mulieribus etiam ſubuenitur, ſed ſolùm in caſibus expreſſis à iure, vt conſtat l. ſi emancipata, & apertius l. vlt. C. de iur. & fact. ign. l. error. & l. regula in princ. ff. eod. tit.

DISPVT. 72.

Vtrùm lex humana generalis eſſe debeat, & vniuerſa vitia prohibere, omniumq; virtutum actus præcipere.

SVMMARIVM.

1 *Leges humanæ non prohibent omnia vitia.*
2 *Nec præcipiunt actus omnium uirtutum.*
3 *In congregationibus hominum religioſorum uitia omnia, quæ alicuius ſunt momenti, prohibita eſſe cenſentur, vt in eis congregationibus pœnis condignis puniantur.*

QVouſque lex humana generalis eſſe debeat, hoc eſt, non arctata quo ad perſonas, quibus pręcipit aut prohibet, neque ad tempus ne lex eſſe deſinat, ſolumque ſortiatur rationem præcepti preſsè ſumpti, vt à lege diſtinguitur, diſp. 46. explanatum fuit.

Leges verò humanas non prohibere omnia ui- 1
tia, ex dictis ibidem conſtat. Quoniam aliqua permittunt, impunitaque relinquunt. Vt permittunt

E

maritum interficere vxorem, adulterātemque cum ea, in adulterio deprehenſos. Fornicationem item ſimplicem regulariter non puniunt, & periuria priuata, hoc eſt extra iudicia, & contractus, ſeu conuentiones publica autoritate factas, & ſimilia alia flagitia non puniunt neque curant, quæ pacem publicam non perturbant, cum proximique iniuria non committuntur, neque notabiliter rempublicam fędant, bonoque communi politico nō multum expedit illa non committi. Præſertim cum attenta hominum fragilitate ac multitudine, ſi illa omnia in foro exteriori eſſent punienda, eſſet nimium in eo foro genus humanum vrgere, tribunaliaq; & carceres nō ſufficerent ad ea omnia flagitia & pec-

& peccata coercenda ac punienda. Quare meritò diuino tribunali, ſi in hac vita contritione, ſacramentis, alijſque operibus pijs ac ſatisfactorijs expiata non fuerint, punienda relinquuntur.

Actus ſimiliter omnium virtutum non præcipiũt leges humanæ. Quoniam id eſſet nimium grauare ac vrgere genus humanum. Et quoniam nec lex naturalis nec Deus actus omnes virtutum præcipiunt: quippe cùm plurimi illorum ſint opera ſuper erogationis, ad conſilia, & non ad præcepta attinentia. Sed neque omnes actus virtutum, qui pro loco & tempore alijſque circumſtantijs ſunt de iure naturali ſub culpa lethali aut veniali, præcipiunt leges humanæ: quoniam id quoque eſſet nimium humanum genus vrgere, neque id bono communi politico eſſet expediens. Interdum verò leges humanæ aliqua, quæ ſecluſa ea lege eſſent opera ſupererogationis, præcipiunt, vt tributa aliqua ſolui, & Eccleſia præcipit dies aliquos ieiunij, feſta aliqua ſeruari, eis diebus ſacrum audire, & ſimilia alia leges humanæ præcipiunt, quæ ſecluſis eis legibus opera eſſent ſupererogationis.

3 In congregationibus verò hominum ſelectorũ, diuino obſequio oblatorum, qui ad maximam perfectionem aſpirant, vitia omnia, quæ alicuius ſunt momenti, etiam ſi culpæ venialis ſolùm ſint, prohibita eſſe cenſentur, vt in eis congregrationibus pœnis condignis coerceantur ac puniantur. Quàm plurima item, quæ in ſe opera ſunt ſupererogationis, in eis congregationibus præcipiuntur, interdum ſub culpa lethali, interdum ſub veniali, & interdum ſub nulla culpa, atque cum poteſtate ſuperiorum pœnitentijs ſalutaribus eos afficiendi, qui illa tranſgrediuntur, vt diſciplina regularis vigeat, pluſque ſubditi ac efficacius ad perfectionem promoueantur.

Hæc tria, quæ in hac diſputatione ſunt propoſita, paucíſque explanata, diſputat diuus Th. 1.2.q. 96.art.1.2.& 3.

DISPVT. 73.

Vtrùm humana lex obliget in conſcientiæ foro: eaque de re hæretici confutantur.

SVMMARIVM.

1 *Vt lex aliqua iuſta ſit, ac proinde in foro conſcientiæ obliget, quatuor neceſſaria ſunt.*

2 *Si leges humanæ iniuſtæ tales ſint, quæ ſine culpa ſeruari non poſſint, etiamſi illa venialis ſit, tunc non eſt illis parendum: ſi autem ſunt tales, quæ ſeruari poſſint ſine vlla culpa etiam ueniali, tunc licèt nõ obligent, quia iniuſtæ ſunt, ſi tamen inde magnum malum oriatur, obligatio erit illas ſeruandi ex caritate ad vitandum id malum.*

3 *Hæretici aſſerunt non eſſe in eccleſia poteſtatẽ condendi leges, quæ in conſcientiæ foro obligent: quod ex uarijs locis ſcripturæ oſtenditur.*

4 *Sed refutatur cum omnibus argumentis, & oſtenditur plenariam eſſe poteſtatem in eccleſia leges cõdendi, quæ in foro conſcientiæ obligent, idque varijs argumentis.*

5 *Repetuntur quædam ex antedictis.*

6 *Oſtenditur ex ſacra Scriptura obediendum eſſe ſuperioribus ſacerdotibuſque, & eorum poteſtas declaratur.*

7 *Confutatur idem error hæreticorum ex ſanctis Patribus, & Eccleſiæ traditione.*

A 8 *Refelluntur argumenta quibus hæretici errorem ſuum aſtruunt.*

QVæſtio ſolùm excitatur de legibus humanis, quæ iniuſtæ non ſint. Leges quippe iniuſtæ, vt Aug. de lib. arb. c. 5. ait, leges propriè non ſunt. 1 Vt verò cum diuo Th. 1.2.q.96.art.4. doctores communiter affirmant, vt lex aliqua iuſta ſit, ac proinde in foro conſcientiæ obliget, quatuor neceſſaria ſunt. Primum eſt, ex parte finis, vt ſcilicet ad bonum commune ordinetur, in illudq; cedat. Vt enim Rex à Tyranno, ex Ariſt. 8. Ethic. c. 10. in eo differt, quòd Rex commune reipublicæ bonum, tyrãnus verò ſuam priuatam vtilitatem quærit: ſic lex iuſta à tyrannica differt, B quòd iuſta bonum reipublicæ intenditur, tyrannica verò ſola propria vtilitas, ſine boni communis vtilitate, intenditur. Hanc autem conditionem diſp. 69. explanaando cum Iſidoro iuſtæ legis conditiones, dilucidiùs explanauimus. Secundum eſt ex parte agentis ſeu ferentis legem, nempe vt ad id autoritatem habeat: nemo enim imponere legem poteſt niſi in ſibi quo ad id ſubditum, atque adeò niſi quo ad id poteſtatem in eum habeat. Qui autem poteſtatem ferendi legem habeant, diſp. 46. oſtenſum fuit. Tertium ex parte materiæ, vt neque vitiũ præcipiatur, neque prohibeatur virtus, niſi fortè ob maius bonum, neque impoſſibile aliquid præcipiatur, modo diſput. 69. explanata. Et quartum ex parte formæ, vt ſcilicet lex æqualis proportione C quadam ſit ſubditis, tum in honoribus diſtribuendis, tum etiam in iniungendis oneribus, habita proportione facultatum cuiuſque, & gradus cuiuſque in republica. Lege quæ circa legem iuſtam diſp. 69. citata dicta cum Iſidoro ſunt.

2 Inter leges autem humanas iniuſtas, atque adeò quæ ex ſe non obligant in foro conſcientiæ, eſt diſtinguendum. Quoniam ſi tales ſint, quæ ſine culpa ſeruari non poſſint, etiam ſi illa venialis ſit, tunc illis nulla ratione eſt parendum. Atque in illis locum habet illud Act. 5. *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.* Eiuſmodi autem leges diuus Th. art. 4. citato ait contrarias eſſe bono diuino, ſeu (vt Driedo de libert. Chriſt. lib. 1. ca. 8. ait) præcepto diuino, pro tunc ſcilicet obligante, nihil impediente ea hu- D mana lege aut præcepto humano, damnòve, quòd ex tranſgreſſione illius imminet. Vt ſi tyrannus lege aliqua proferre mendacium veniale præciperet, tali legi nulla ratione eſſet parendum, etiam ſi lata eſſet ſub pœna mortis: quoniam ea humana lex præciperet contrarium legi diuinæ obliganti tunc ſub culpa veniali, nihil impediente ea lege humana, periculoque amiſſionis vitæ, quod ex non obſeruatione illius immineret. Dixi ſuprà, pro tunc ſcilicet obligante nihil impediente ea lege humana & damno quod ex tranſgreſſione illius imminet: qnoniam attendi debent circumſtantiæ omnes concurrentes, euenireque aliquando poteſt, vt ex non obſeruatione legis humanæ iniuſtæ tantum detrimentum im- E mineat, vt cum eo lex diuina, non ſolùm poſitiua ſed etiam naturalis, tunc non obliget. Verbi gratia, ſi tempore legis veteris tyrannus, non in fidei & religionis contemptum, præciperet Hebræis die ſabbathi laborare ſub pœna mortis, aut grauis alterius mali, vtique lex tunc diuina de die ſabbathi in memoriam beneficij creationis ſeruanda non obligaret, ſeruarique proinde tunc deberet lex illa iniuſta illius tyranni ad vitam corporiſque incolumitatem ſeruandam. Si item proximus in extrema eſſet neceſſitate cibi, cui iure naturali ſub culpa lethali ſubuenire teneremus, & tyrannus lege ſua iniqua id, non in fidei ac religionis contemptum, prohiberet ſub pœna mortis, tunc culpa non eſſet illi non

ſubuenire ob legem illam tyranni: quoniam lex illa alia naturalis non obligat ſubuenire proximo extremè indigenti cum periculo vitæ eius, qui illi eſſet ſubuenturus, quæ ex lege illa iniuſta eius tyranni ei imminercet, qui tunc illi uellet ſubuenire.

Hoc loco obſerua, interdum non ſolùm fas eſſe, ſed etiam longè melius eſſe non parere legi iniuſtę, aut præcepto iniuſto, ſub pœna mortis impoſito, vt fiat contrarium, quando non eſt de præcepto, ſed ſolùm de conſilio. Vt ſi ei, quæ virginitatem aut cęlibatum ſeruare vellet, nullo voto ad id aſtricta ſub pœna mortis præciperetur nubere alicui, poſſet potius laudabiliter mori, vt uirginitatem aut cęlibatū abſque vlla ad id obligatione ſeruaret, quàm tali pręcepto iniuſto parere.

Si autem leges humanæ iniuſtæ tales ſint, quæ ſeruari poſſint ſine ulla culpa, etiam veniali, eorum quibus imponuntur, vt quia impoſitæ ſunt à non habente ad id poteſtatem, vel quia maniſeſtè non ſunt latæ in publicum bonum, neque in vllius vtilitatem cedunt, vel quia æqualitatem non ſeruant, quod Diuus Tho. art. 4. citato appellat eas eſſe contra bonum ſolum humanū, tunc licèt non obligent, quia iniuſtæ ſunt, poſſintque ea ex parte abſque vlla culpa ſeruari, ſi tamen inde magnum malum ſcandalumque oriatur, obligatio erit illas ſeruandi ex caritate ad uitandum id graue malum ac ſcandalum, vt Diuus Thom. artic. 4. citato & doctores communiter affirmant. Id quod deducitur ex illo Matth. 5. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium & quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum eo & alia duo* Si enim hæc conſilia ſunt Euangelica ad iniurias pro Chriſto patienter ferendas in Dei gloriam, & in maius noſtrum ſpirituale emolumentum ac meritum, atque vt ita in bono malum vincamus, proximoſque noſtros patientia ac caritate noſtra ædificemus ac lucrifaciamus, eſtque in eis conſilijs ad exaggerandum, quàm prompti eſſe debeamus ad eas iniurias pro Chriſto tolerandas, ad noſque non vindicandum, per hyperbolem additum, *præbe ei & alteram*, *dimitte ei & pallium*, *vade cum eo, & alia duo*; quanto quæſo magis inde docemur, ſeruandas eſſe leges iniuſtas, quando nō ſolùm id efficere poſſumus ſine vllo noſtro peccato, ſed etiam id ita eſt neceſſarium ad grauia alia mala ac ſcandala vitanda? Idem confirmat illud primo Petri 2. *Serui ſubditi eſtote dominis, non ſolùm bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis*, hoc eſt difficilibus, & moroſis, qui plus iuſto grauant ac exigunt.

3 Explicato quæ leges humanæ iuſtæ ſint, de quibus ſolis quæſtio propoſita excitatur, multi hæreticorum aſſeuerunt non eſſe in Eccleſia poteſtatem condendi leges, quæ in conſcientiæ foro obligent. Ita affirmarunt Vualdenſes ſeu pauperes de Lugduno, vt Caſtrus aduerſus hæreſes verb. *Eccleſia*. hæreſ. 3. & verb. *obedientia*. refert. Idem docuit Marſilius de Padua in libro, quem ſcripſit defenſorium pacis, aduerſus quem ſcripſit Pighius libro quinto Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Eodem errore fuit infectus Ioan. Vuiclef, vt ex articulo 38. illius in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. damnato conſtat, quo aſſerebat decretales pontificum epiſtolas eſſe apocryphas, & ſtultos eſſe, qui illius dant operam. Fuit item infectus Ioan. Huſs, vt conſtat ex articulo illius 15. in eodem Conſtantienſi concilio ſeſſ. 15. damnato. Eundem errorem affirmauit Ioan. de Vueſalia, vt conſtat ex libello damnationis articulorum illius Moguntiæ anno 1479. factæ, quorum primus erat, non poſſe Eccleſiæ prælatos

A condere leges, quæ in conſcientia obligarent, ſed ſolùm exhortari ad Dei mandata ſeruanda. Hunc eundem errorem docent Lutherus, (vt conſtat ex illo articulo illius à Leone 10. dānato in bulla, quæ 5. tom. conciliorum poſt Lateranenſe concilium habetur, & ſic habet: *Certum eſt in manu Eccleſiæ aut Papæ prorſus non eſſe ſtatuere articulos fidei, imò nec leges morum ſeu bonorum operum*) Caluinus, & alij Lutherani.

Ab hoc errore diſtat parum Gerſon, (vir alioquin doctus & pius) qui lectione quarta, de vita ſpirituali affirmat, ſolùm Deum poſſe ferre leges, & præcepta, quorum tranſgreſſio adeò noxa ſit, vt hominem ad pœnam obliget æternam. Ductus, quòd ſolus Deus poſſit homini pœnam infligere æter-
B nam. Poteſt quidem (ait ille humana lex obligare tranſgreſſorem illius ad culpam lethalem, cæterùm id non efficiet quatenus humana eſt, ſed quatenus cum diuina lege miſcebitur, vt ſi legiſlator aliquis humanus lege ſua præcipiat non furandum aut non adulterandum, peccauit quidem lethaliter, qui eam legem fuerit tranſgreſſus, non tamen quatenus tranſgreſſus eſt legem humanam, ſed quatenus trāſgreſſus eſt diuinam cum ea humana admixtam. Adhibet exemplum in medico, qui docens ægrotum cibum aliquem eſſe mortiferum, eique præcipiens ne illud comedat, non obligat ægrotum illum eo ſuo præcepto ſub culpa lethali, & ſub pœna æterna, eſtò ille lethaliter peccet, pœnamque incurreret æternam, quatenus ſimul tranſ-
C greditur quintum decalogi præceptum, quod diuinum eſt.

Almain verò q. de poteſtate Eccleſiæ, c. 12. quamuis concedat, ſummum Pontificem, vt Chriſti vicarium, condere poſſe legem humanam, quæ ſub culpa lethali obliget; negat tamen poteſtates laicas cōdere leges poſſe, quæ in conſcientiæ ſoro ſub culpa obligent lethali.

Quòd autem in Eccleſia poteſtas non ſit ad leges condendas, quæ in conſcientia obligent, probat primò Ioan. de Vueſtalia ex illo Matth. vltimo. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæ mandaui vobis:* cū ergo non dixerit Chriſtus, mandata veſtra, ſed quæ ego mandaui; conſe-
D quens eſt, vt in prælatis Eccleſiæ poteſtas non ſit ad leges & mandata ferenda.

Secundo argumentantur hæretici ex illo Deu. 4. *Iſrael audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea, viuas. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Et infra capit. 12. *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addat quicquam, nec minuas*: nefas ergo erat poteſtatibus veteris teſtamenti addere ac ferre præcepta alia, quæ populum Iſraeliticum obligarent: multo ergo minus fas erit poteſtatibus noui Teſtamenti addere, ac ferre præcepta, quæ populum Chriſtianum obligent, præter ea quæ ſcripturis noui Teſtamenti tanquam Dei ac Chriſti mandata conti-
E nentur.

Tertio ex illo Iſaiæ 33. *Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter*, quæ verqa his æquipollent, Dominus ſolus eſt iudex noſter, legifer & Rex noſter, iuxta illud Iacobi quarto. *Vnus eſt legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & ſaluare*: nullus ergo alius in Eccleſia Chriſti legem ferre poteſt, quæ in conſcientia obliget.

Quarto ex illo Iſaiæ 29. *Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominis & doctrinis; ideo ecce ego addam, &c.* Quo in loco in pœnam illis comminatur grauia mala. Eum vero locum ad ſenſum referens Chriſtus Matt. 15.

&

& Marc. 7. dixit Scribis & Phariſæis: *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè eſt à me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum*: ergo humana mandata nullam vim habent homines obligandi in foro conſcientiæ.

Quintò ex illo 2. ad Cor. 3. *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas*. Ad Gal. 4. *Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit*. Et cap. 5. *State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri*. Quibus locis liberi aſſeruntur Chriſtiani ab hominum mandatis.

Sexto, ſi Chriſtus uoluit liberos eſſe Chriſtianos à cæremonijs Iudaicis, cæteriſque legibus poſitiuis veteris Teſtamenti: ergo etiam voluit eos eſſe liberos à cæremoniis, quas Pontifices tempore legis gratiæ introducerent, & à cæteris humanis legibus. Si enim Chriſtiani leges poſitiuas habere debuerũt, melius illis fuiſſet illas diuinas veteris Teſtamenti habere, quam humanas: præſertim adeò hodie multiplicatas.

Septimo, factum Regis Achaz & Vriæ Pontificis, qui 4. Reg. 16. addiderunt aliud altare templo Domini iuxta formam altaris Damaſci, reprobatur tanquam inuentum humanum, idque quia Deus id non iuſſerat, nihil impediente, quod id nouum altare ad maius templi ornatum alioquin attineret. Et capitulo 17. ſequenti refertur de iis, quos Rex Aſſyriorum tranſtulit de Babylone in Samariam, punitos illos à Deo fuiſſe miſſis leonibus, qui illos interficiebant, quod Deum nouis cæremoniis colerent, quas Deus non præceperat. Et cap. 21. refertur in eo Manaſſem peccaſſe, quod in templo Dei aras extruxerit, quas Deus non præceperat: ergo nefas eſt aliquid præcipere vltra id, quod Deus præcepit, ac proinde leges humanæ vim in foro conſcientiæ non habent.

Octauo ex illo 1. Corinth. 7. *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum*: cum enim ibi Paulus non doceat, vt ſerui dominis ſuis in rebus externis non obediant, quandoquidem ad Epheſ. 6. ait; *Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore*, neque doceat, vt qui liberi ſunt, ſerui non fiant: quandoquidẽ eodem c. 7. citato dicat: *Seruus uocatus es, non ſit tibi curæ: ſed etſi potes fieri liber, magis utere*, id eſt, quamuis à ſeruitute poſſis liberari, melius tibi eſt vt ſeruias, ſeruilique conditione ad conſeruandam humilitatem vtaris: conſequens eſt, vt ſolum prohibeat, ſeruire homini cum peccati timore, conſcientiæque anxietate, vt Deo ſeruitur.

Nonò, conſcientia ad ſolius Dei forum ſpectat, qui renes & corda ſcrutatur: ergo homines ſuis legibus ac præceptis obligare in conſcientia non poſſunt: neque enim poteſtates inferiores obligare poteſt in foro ſuperioris.

Confirmatur, quoniam nullus homo damnare poteſt alium ad inferos: ergo obligare non poteſt ad ſuam legem ſeruandam ſub pæna mortis æternæ. Ridiculum quippe eſt, quemquam ad eam pænam alium obligare, quam ipſe infligere non poſſit.

Decimo, ad vitam æternam conſequendam ſatis eſt ſeruare Dei præcepta, iuxta illud Chriſti Matth. 19. *Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata*. Et interroganti, quæ, *dixit Chriſtus, Non homicidium facies, non adulteraberis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuum, diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, in quibus ſola diuina præcepta Chriſtus commemorauit: ergo ſeruare leges ac mandata humana neceſſarium non eſt ad vitam æternam conſequendam, & ſubinde leges & mandata humana ſub culpa lethali non obligant.

A Confirmatur, quoniam Auguſtinus libro vigeſimo ſecundo contra Fauſtum capitulo 27. definit præceptum eſſe dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam, quæ vtique diuina eſt: tranſgreſſiones ergo legum humanarum peccata nõ ſunt, ac proinde humanæ leges in conſcientia non obligant.

Quod vero ad ciuiles leges attinet, quas neque Almainus, neque Gerſon, neque Caluinus eſſe debere negant, quod tamen in conſcientia non obligent, probatur vndecimo in ordine. Quoniam obligare ad culpam in foro conſcientiæ ad poteſtatem attinet ſpiritualem: quamuis autem eccleſiaſtica poteſtas ſpiritualis ſit, ciuilis tamen poteſtas ſpiritualis non eſt.

B Duodecimo, poteſtas ciuilis non ſe extendit ad remittenda peccata, vt ſe extendit eccleſiaſtica poteſtas: ergo neque habet vim obligandi ſuis legibus ſub reatu culpæ: abſonum enim videtur, vt ligare is poſſit, qui ſoluere ac remittere non poſſit.

Decimo tertio, quoniam finis ciuilis poteſtatis eſt pax externa, bonuſque externus ſtatus ſecularis reipublicæ: ergo nihil quo ad culpam internam, ac pænam alterius vitæ, in diuinoque tribunali diſponit.

Decimo quarto, poteſtas ciuilis de internis non iudicat: ergo neque internus ſuis legibus ac præceptis tranſgreſſores ſuorum mandatorum obligat ac in eas animaduertit.

C Decimo quinto poteſtas ciuilis inferre nequit pænam ſpiritualem: ergo neq; ad illam ſuis legibus ac præceptis poteſt obligare.

Decimo ſexto, quoniam ſi ciuilis poteſtas ſuis legibus obligaret ad culpam, idem peccatum cõtra eas leges bis puniretur, ſemel in ſeculari foro, & iterum in alio ſeculo in tribunali diuino.

Decimo ſeptimo, potius debemus tranſgredi grauiſſimam ciuilem legem, quam leuiſſimam diuinam vt de non mentiendo iocoſè, quæ ſolum obligat ſub culpa veniali: ergo grauiſſima lex ciuilis non ſolum obligat ſub culpa lethali, quoniam tum, cum potius lethale peccatum ſit cauẽdum, quam veniale, potius tranſgredi deberemus eam leuiſſimam legem diuinam, quam grauiſſimam talẽ legem humanam, ſed D etiam ſub nulla obligat culpa.

Decimo octauò, aut obligatio legis ciuilis ſub culpa in conſcientiæ foro, eſt pro arbitrio principis, qui illam fert, quique vult illam ſub culpa in conſciẽtiæ foro obligare, aut, quod ea lex ſub culpa in conſcientiæ foro obliget, oritur ex natura ipſa legis præter principis, qui illam fert, voluntatẽ. Si des primũ, cum ſeculares principes nunquam exprimant ſe legibus ſuis velle obligare ſub culpa in conſcientię foro, neque de ea re quicquam, dum ſuas leges ferunt, cogitent, conſequens profectò eſt, vt nulla lex ciuilis ſub culpa in conſcientiæ foro obliget. Si verò des ſecundum, nempe obligationem illam ex natura ipſa legis oriri ac ſequi pręter legislatoris volun-E tatem, inde ſanè eſt conſequens principem nullam poſſe condere legem, quæ in foro conſcientiæ non obliget ſubditos ſub culpa lethali aut veniali: quod ſolum difficillimum eſt creditu, ſed etiam eſt contra praxim multarum religionum, in quibus multæ ſunt leges, quæ nec ſub veniali culpa ſubditos obligant, vt ſunt conſtitutiones ac regulæ omnes noſtræ ſocietatis.

Tract. 2. à diſputat. 21. copioſè oſtendimus duas eſſe poteſtates in orbe: laicam vnam ad finem naturalem, & eccleſiaſticam ac ſpiritualem alteram ad finem ſupernaturalem. Oſtendimus pręterea, poteſtatem ſummi Pont. de iure eſſe diuino atq; eſſe immediate à Deo, tametſi electio perſonę in ſum. Pontif. 4

eccleſiæ

eccleſiæ fuerit à Chriſto relicta. In hoc item tractatu 5.diſ.4.explanauimus, quanam ratione iuriſdictio tota eccleſiæ in ſummo Pontifice reſideat,& ab eo in alios deriuetur: tametſi efficere non poſſit vt nulli ſint epiſcopi aut presbyteri; eo quod de iure diuino ex Chriſti inſtitutione ſit, vt hi duo gradus ſub ſummo Pontifice in eccleſia ſint. Quare poteſtates omnes aliæ ſpirituales Eccleſiæ à ſummo Pontifice in ea deriuantur, ſuntque proinde non immediatè, ſed mediatè à Deo, ab illo earum vnaquaque in ſuo ordine ac gradu remotius, vel minus remotè, iuriſdictionem habente.

Tractatu item 2.diſpu.22. oſtendimus poteſtates viri in vxorem, patris in filios, reipublicæ cuiuſq; in poteſtates ipſius, eſſe de iure naturali, ac proinde eſſe à Deo per naturæ inſtinctum, ordinemque rebus in hoc vniuerſo earum creatione immediatè ab eo conſtitutum ac traditum. Poteſtates autem dominorum in ſeruos, licet ſimpliciter non ſit de iure naturali; eo quod ortum non habeat ex ipſa rerum cõſtitutione, ordineque à Deo immediatè rebus indito, neque futura fuiſſet in ſtatu naturæ integræ; ſuppoſito tamen titulo dominij ac ſeruitutis legitimè à dominis in ipſorum ſeruos comparato, ſanè de iure eſt naturali, quod domini præcipere illis poſſint moderatè atque intra limites tituli ac dominij in illos comparati, & vt ſerui illis eorum humanis ac iuſtis præceptis ſuorum dominorum parere teneantur, vt diſpu 2.citata, iuncta 27.ſequenti, explanatum comprobatumque fuit; eſtque peccatum contra iuſtitiam eorum ſeruorum aduerſus ipſorum dominos, ſi eis præceptis non pareant: ſicut poſito contractu emptionis & venditionis legitimo, iureque eo cõtractu ac titulo ab emptore comparato ad mercem nondũ ſibi traditam, & à venditore ad pretium nondum ſimiliter ſibi traditum, de iure eſt naturali venditorem tradere emptori mercem, & emptorem tradere venditori pretium, eſtque peccatum lethale aut veniale, pro quantitate materiæ aduerſus iuſtitiam cõmutatiuam, ſi vel venditor mercem non tradat, vel emptor non tradat pretium. Qua eadem ratione poteſtas dominorum in famulos mercede conductos ad illis imperandum ea, ad quæ conducti ſunt, quamuis de iure naturali non ſit; eo quod ortũ non habeat ex ipſiſmet rerum naturis, ordineque à Deo rebus creatione indito, ſed ex contractu locationis & conductionis libera vtriuſque voluntate inter ipſos celebrato; poſito tamen eo contractu de iure naturali eſt, eum famulum parere humanis præceptis talis domini, quæ fines eorum non egrediantur, ad quæ is famulus non fuit mercede conductus, peccabitque is famulus lethaliter aut venialiter contra iuſtitiam commutatiuam ea præcepta tranſgrediendo, quæ proinde, licèt humana præcepta ſint, ipſum in conſcientiæ foro obligant.

Eodem modo poteſtas Regum, & aliorum ſupremorum moderatorum in Ariſtocratijs ac Democratijs rerumpublicarum regiminibus, quamuis de iure naturali non ſit; eo quod ex prima rerum conſtitutione, ordineque à Deo rebus indito ea poteſtas in eis non oriatur, ſed pro arbitrio ac beneplacito diuerſarum rerumpublicarum inſtituti ſint, vnuſquiſque eorum cum maiori vel minori poteſtate ac iuriſdictione à poteſtate & iuriſdictione, quæ naturali iure in republica comparatione omnium ſuarum partium reſidet, in eis deriuata, nomineq; proinde ac loco totius reipublicæ in eiſdem reipublicæ partes illam exerceant: nihilominus, ſuppoſito legitimo titulo, quo in Reges, & in alios ſupremos reipublicæ moderatores ea poteſtas à republica ipſa fuit tranſlata, ſanè de iure naturali eſt, vt partes eius reipublicæ eius ſupremis legitimis ipſorum moderatoribus pareant quo ad leges ac pręcepta humana, quę

A legitimè pro ſua in eos poteſtate illis impoſuerint, eſtque ea poteſtas à Deo in illos mediatè deriuata, mediante ſcilicet republica, quæ ex poteſtate, quam naturali iure immediatè ſibi à Deo in omnes partes ſuas communicata habet, eam illis communicauit, quia totam non poterat ſe ipſam regere, ſed neceſſe illi fuerit aliquod ex regiminibus monarchicis, Ariſtocratijs, aut Democratijs ſibi deligere, vt diſp.22. citata & 23.ſequenti copioſè explanatum fuit.

Eodem modo, ſuppoſito legitimo titulo, quo in inferiores alios reipublicæ ſecularis moderatores poteſtas eſt deriuata, vel à republica ipſa, vel à ſupremis illius moderatoribus mediatè vel immediatè, ſanè quamuis horum præcepta de iure naturali non ſint, ſed ſint præcepta ac diſpoſitiones humanæ; de
B iure tamen naturali eſt illis parere, tanquam præceptis ac diſpoſitionibus legitimorum ea in parte ſuperiorum in ſibi ſubditos, per poteſtatem à Deo in ipſos ad id exercent ac tenent, à quibus proximè aut remotè ea poteſtas ſeu iuriſdictio in ipſo deriuata eſt.

Ac ſanè alienum omnino à recta ratione, impiũ, quin & ſtultum, peruertenſque regimen totum politicum ac Eccleſiaſticum, eſt affirmare, nullũ ſubditum in conſcientiæ foro teneri ſeruare, vllam humanam legem, vllumque præceptum humanum, vt hęretici, aduerſus quos diſputamus, affirmant, ſed poſſe, ceſſante ſcandalo, abſque vllo prorſus peccato tranſgredi leges omnes humanas, omniaque humana præcepta. Eo enim dato, non magis in foro con
C ſcientiæ eſſet parendum ſententijs iudicum, quam ſi latæ non fuiſſent: atque poſtquam latæ eſſent & executioni mandatæ, fas in conſcientiæ foro abſque vllo peccato eſſet facere occultam compenſationem eorum, quæ alijs adiudicata eſſent, ſi vel in pœnam aliquid à delinquente ſententia iudicis eſſet oblatũ, vel non aliunde certo conſtaret id ad eum pertinere, cui adiudicatum eſt, quam ex iudicijs ſententia. Fas item eſſet in conſcientia, nulli omnino legi, nullique mandato principum, aliorumque inferiorum ſuperiorum parere, quamtumuis expedientiſſima bono communi præciperent, quando ſeciuſis eis legibus & mandatis, ex natura ipſa rei obligatio nulla ſub reatu culpæ in foro conſcientiæ eſſet illa eadẽ efficere. Quin & nullum omnino eſſet ſcandalum
D eis omnibus legibus ac mandatis publicè aliis id cernentibus iam parere: quandoquidem, ſi conſtat ea nihil omnino in foro conſcientiæ obligare, vt hæretici, cum quibus diſputamus, affirmant, vnuſquiſq; eis non parendo vtitur in conſcientiæ foro iure ſuo, aliis omnibus id intelligentibus ac ſcientibus, ac proinde id eis nullum eſſe ſcandalum, occaſiove ruinę ſpiritualis: quoniam eſtò alii idem eo exemplo permoti efficiant, non peccant, neq; item exiſtimant eum, qui id efficit, peccare, Deumve offendere, cũ, iuxta horum hæreticorum errorem, intelligãt illum ſuo vti iure. Quis autem (niſi ſtultus) non videat, ſubditum legitimo ſuo ſuperiori in iis non parere, quæ ille pro poteſtate, quam in eum habet, illi præcipit, cum recta ratione pugnare, quæ contrarium per
E ſpicuè præſcribit ac docet? id autem efficere, aut id omittere, quod cũ recta ratione manifeſtè pugnat, quis dubitat peccatum ac culpam in foro conſcientiæ eſſe?

Iuxta hactenus ſummatim dicta, & diſputationibus citatis copioſius explanata, ſic de verbo ad verbum tractatu 2.diſpu. 27. diximus. Cum legitimè omnes poteſtates laicæ, vel ſint de iure naturali, vt poteſtas patris in filios, viri in vxorem, reipublicæ in ſingulas ſuas partes, atque adeò ſint à Deo tanquam ab autore naturæ, vel deſcendant à iure naturali, conſtituanturque iure poſitiuo, partim per poteſtatem iure naturali ad id immediatè conceſſam,

vt

vt ſunt poteſtates omnes ſupremæ laicæ, & ſi quæ aliæ immediatè conſtituantur à toto corpore reipublicæ: partim vero per poteſtatem à iure naturali mediatè ad id deriuatã, quales ſunt poteſtates aliæ, quæ mediatè conſtituantur à toto corpore reipublicæ, mediante videlicet regia, & alijs poteſtatibus ab ipſa creatis, & per poteſtatem ad id in commune reipublicæ bonum illis conceſſam, conſequens profecto eſt, vt legitimæ omnes laicæ poteſtates proximè vel remotè ſint à Deo. Vnde licèt, quæ à regia, & aliis inferioribus legitimis poteſtatibus, ritè vel conſtituuntur vel præcipiuntur, ſint de iure poſitiuo; qđ tamen illis, poſtquam fuerint conſtitutæ, pareatur, de iure eſſe naturali, lumine ipſo naturalis intellectus ex naturis ipſis rerum id ita docente ac præſcribente, atque adeò eſt de iure diuino à Deo ipſo, mediis naturis rerum, ita conſtitutum. Quo fit, vt leges & præcepta, non iniuſta, laicarum poteſtatum, de iure ſint humano: quod vero illis pareamus ſit de iure diuino naturali. Vt enim Deus optimus maximus mundum hunc vniuerſum quo ad naturalia per cauſas ſecundas naturales gubernat, quarum quædam ſunt ab eo immediatè, vt angeli, cæli, & aſtra, à quibus regimen & procreatio inferiorum pendet: quædam vero ſunt mediatè, mediantibus videlicet alijs cauſis ſecundis: qua ratione, *attingere à fine vſque ad finem fortiter & diſponere omnia ſuauiter* dicitur, influxum operationemque cauſarum ſecundarum non excludendo; cum tamen eius ſapientiæ ac prouidentiæ, legive ipſius ſempiternæ, regimen totum huius vniuerſi quo ad naturalia tribuatur: ita ſanè ipſe eſt, qui per poteſtates legitimas, à ſe proximè vel remotè deriuatas ac conſtitutas, creaturas omnes libero arbitrio præditas ad fines ſuos, tum naturalem tum ſupernaturalem, dirigit ac gubernat. Quo fit, vt legitimæ omnes poteſtates, quibus obedire tenemur, à Deo ſint, Deique vices, vnaquęque in ſuo ordine & gradu teneant, & vt dum illis obedimus, earumq; præcepta ſeruamus, Deo pariter in illis obediamus, Deique præceptum ac voluntatem exequamur. Vnde Paulus ad Roman. 3. de poteſtatibus ſecularibus, eiſque laicis, agens, ait: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas niſi à Deo: quę autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Et paucis interiectis: *Dei miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem malum feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt vindex in iram,* (id eſt ad pœnam infligendam) *ei, qui malum agit. Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram* (id eſt pœnam vitandam) *ſed etiam propter conſcientiam* (id eſt, vt peccatum vitetis.) *Ideo enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes.* Ad Titum 3. *Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire.* 1. Petri 2. *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei.* Et infra: *Regem honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.* Et Paulus ad Eph. 5. *Subiecti,* inquit, *inuicem in timore Chriſti. Mulieres viris ſubditæ ſint, ſicut Domino, ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* Et Philip. 6. *Obedite parentibus veſtris in Domino. Serui ſubditi eſtote dominis carnalibus cum timore & tremore in ſimplicitate cordis ueſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti facientes uoluntatem Dei ex animo cum bona uoluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus.* Ex quibus conſtat ſeculares poteſtates à Deo eſſe, & vt Dei miniſtros Deum ipſum referre. Præterea dũ illis obedimus, Deo nos obedire, eiuſque pręceptum & voluntatem ſeruare. Hinc vlterius facilè patet, quã ſtultus eorum error fuerit, qui aſſeruerunt, regium regimen eſſe contra ius naturale, Regesq; oẽs eſſe tyrannos, & eorũ regimen eſſe contra Chriſtianã libertatem & legẽ euangelicã. Nihil.n. quod cum recta ratione conſonat, & à iure naturali deriuatur, & cũ ſcripturis ſacris omnino conſentit, contra ius naturale eſſe poteſt. Præterea Melchiſedec Rex fuit Salem, & ſacerdos Dei altiſſimi. Ioſeph procurator fuit Pharaonis Regis Aegypti. Dauid & Saul Reges a Deo ſunt cõſtituti. Et Deut. 17. Filiis Iſrael conceditur conſtituere ſibi Reges, regnique leges eo loco præſcribuntur. Itẽ Prou. 8. ait Deus, *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Cum vero nihil in euangelio ſit prohibitum, quod naturali iure non prohibeatur: libertaſq; euangelij in eo ſit poſita, quod à iugo veteris legis ſimus liberati, & quod à ſeruitute peccati liberi facti ſimus iuſtitia, ridiculũ profecto, ineptum omnino eſt aſſerere, regium regimen cum euangelio euãgeliique libertate pugnare. Ex his, quæ tum hac tum nouẽ aliis diſputationibus præcedentibus dicta sũt, facilè cuiuis poterit eſſe manifeſtũ, nationes aliquas infideles eſſe, nihil omnino impedire, quominus inter homines earum veri Reges ſint, qui illis dominẽtur, legitimæq; aliæ poteſtates ſeculares. Nec itẽ impedire, quominus infideles ipſi legitimi ſint earum rerum domini, quas tanquam priuatæ perſonæ, vt proprias, poſſident. Etenim dominia iuriſdictionis & proprietatis toti generi humano ſunt communia, eorumque fundamentum neque eſt fides neque caritas, ſed mediatè vel immediatè oriuntur ex ipſiſmet naturis rerum, primaque ipſarum conſtitutione, diſſoluta natura per peccatum, factaque ea de cauſa rerum diuiſione, vt explicatum eſt. Hæc omnia habentur diſp. illa 27. citata, quæ coniuncta cũ reliquis, quę ſummatim ex aliis diſputationibus ibi antecedentib. paulo antea à nobis relata ſunt, pauciſſimis illis additis, quæ cum illis proximè inſeruimus, ſanè id ſufficienter errorẽ hæreticorum, aduerſus quem diſputamus, confutant, & fundamentum à naturis ipſis rerum petitum, nonnulliſque ſcripturarum locis apertiſſimè comprobatum, continent, vnde reliqua, quibus eundem errorem expugnabimus, vim habent, lucemque non modicam illis afferũt. Quare boni pius lector conſulat, ſi quæ diſput. 27. citata à nobis fuerunt dicta, hoc loco in maiorem lucem tranſcripſerimus.

Illud eſt addendum, explicata in hoc 5. tractatu diſp. 46. à. §. primo autem loco, &c. lege Dei æterna, in eadem diſp. §. eiuſmodi quoque, &c. nos explanaſſe quõ leges omnes humanæ, præceptaq; omnia humana non iniuſta, ab eadem lege Dei æterna deriuarentur, ita vt tranſgreſſiones earundem legum humanarum, eorundemque præceptorum humanorũ tranſgreſſiones ſint eo ipſo legis Dei æternę, qua Deus cuncta gubernat, in ſuoſque fines dirigit. Cũ enim humanæ poteſtates, quæ illa pręcipiunt, à Deo ſint, miniſtri ea in parte illius, autoritate à Deo deriuata illa præcipientes, atque cum quamuis eæ leges eaque præcepta humana ſint, de iure tamen diuino naturali ſit illis obedire, quod præceptum iuris naturalis ad quartum decalogi præceptum reducitur, vt diſt. 56. dũ de decalogi præceptis nobis erat ſermo, fuit explicatum, ſanè lex Dei æterna, qua Deus cuncta gubernat atque ad ſuos fines dirigit, præcipit eaſdẽ humanas leges ac præcepta à ſubditis, quibus imponuntur, ſeruari eſtq; earum trãſgreſſio eo ipſo tranſgreſſio ſimul legis ęternę. Quẽadmodum autẽ præcepta iuſta à parentibus filiis impoſita, humana perſpicuè ſunt: & tamen tranſgreſſio earum, quatenus ſimul eſt contra pręceptum parentis humanũ & contra quartũ decalogi præceptũ, quo Deus diuino na-

no naturali iure præcipit filios parẽtes honorare, eiſque obedire, & contra legẽ Dei æternã, quæ idẽ præcipit, nõ ſunt tres culpæ, ſed vna tm̃ culpa; propterea quòd tria illa præcepta ſubordinata inter ſe ſũt, præceptumque decalogi iuris naturalis vim habet ex lege Dei æterna, qua Deus id præcipit ac vult, naturiſque ipſis rerum id indidit, & præceptum parentis humanum vim ſuam obligandi ex quarto præcepto decalogi & ex lege Dei æterna habet, eiſque legibus innititur: ita tranſgreſſio quarumcunque aliarum legum humanarum ac præceptorum humanorum non ſunt tres culpæ ac tria peccata, ſed vnum tantum: quia leges & præcepta alia humana ſimiliter ſubordinantur quarto præcepto decalogi ac legi æternæ, ab illiſque ſuam vim ſubditos obligandi habent.

B

6 His omnibus explanatis, ex quibus perſpicuè ac ſufficienter error, aduerſus quem diſputamus, expugnatur, idem amplius corroboremus ac continuemus. Atque in primis circa illud teſtimonium Pauli ad Rom. 13. ſupra relatum: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, nota peculiariter ſequentia verba, quæ perſpicuè obligationem in conſcientia ſub reatu culpæ denotant. *Non eſt poteſtas*, legitima ſcilicet, ſiue ea ſecularis ſit ſiue Eccleſiaſtica, *niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit*, atq; adeò peccat: nam reſiſtere Dei ordinationi, peccatum proculdubio eſt, vt lumen ipſum rationis docet, nulluſque negabit, niſi amens ſit. Vnde Paulus continuò ſubiungit: *qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt*, ob culpam ſcilicet, quam ita reſiſtendo committunt. *Si malum feceris*, leges ſcilicet & & præcepta ciuilia tranſgrediendo. Neque enim eiuſmodi poteſtates aliud puniunt quàm tranſgreſſiones legum ac præceptorum humanorum, ſiue ſimul diuina etiam ſint, ſiue non. *Ideo*, quia ſcilicet veras culpas puniunt, *neceſſitate ſubditi eſtote*: parendo legibus ac præceptis humanis, *non ſolum propter iram*, id eſt pœnam ob tales tranſgreſſiones vitandã, *ſed etiam propter conſcientiam*, vt ſcilicet verum peccatum carentem tranſgreſſionum vitetis.

Deut. 17. *Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael*. Cùm autem non minor, ſed maior poteſtas ſit in ſacerdotibus nouæ legis, quàm quondam fuerit in ſacerdotibus veteris legis, ſanè non minus peccatum in conſcientiæ foro eſt non obedire legibus & imperio ſummi Pontificis vicarij Chriſti, quàm in lege veteri fuerit non obedire imperio ſummi ſacerdotis. Porrò præcepta Pontificis Iudæorum verè erant imperia, & non admonitiones & cohortationes ſolum, vt ex illis verbis conſtat; *Sacerdotis imperio*: alioquin tranſgreſſio imperii Pontificis Iudæorum non adeò ſeuera mortis pœna ſtatueretur punire: ſi namque tranſgreſſores eius imperii non peccabant, vtique innocentes interfici ob eam tranſgreſſionem: quod cum iure naturali quintoque decalogi præcepto pugnaret, de legeque illa Deuteronomij diuina nulla ratione eſt cenſendum. Neque ſatisfacit reſponſio quorundam ex his hæreticis, quos impugnamus, peccari ſcilicet in foro conſcientiæ ratione ſcandali ac ſuperbiæ: non verò quando abſq; ſcandalo & ſuperbia ſeu cõtemptu interuenit legis humanæ tranſgreſſio. Non, inquam, ſatisfacit ea reſponſio: quoniam vt ſupra fuit oſtenſum, ſi ex ipſamet rei natura præcepta humana non obligãt in conſcientia, ſed abſque vlla culpa poſſunt non ſeruari, atque id conſtat & eſt certum, vt hæretici, cum quibus diſputamus, contendunt & affirmant, planè nullum eſt ſcandalum eis non obedire: eo quod eis non obediens iure vtatur ſuo, idque alijs conſtet:

A quin poteſtates ipſæ publicæ peccarent, obedientiam exigendo, quæ illis non debetur, pœnamque abſque culpa, maximè adeò grauem, infligendo. Neque ſanè in eo loco Deuteronomij de alia ſuperbia eſt ſermo in non parẽdo imperio ſummi ſacerdotis, quam de ea, quæ in eo cernitur, quod is ſubditus ſtare non vult imperio illius.

Matth. 16. *Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis*. Cum autem dicat, *quodcunque ligaueris*, vtique in eis verbis id omne comprehenditur, quod iuxta ſcripturæ ſacræ vſum verbo ligare ſignificatur: Matthæi vero 23. ligare accipitur pro imponere legem: *Alligant enim*, ait Chriſtus, *onera grauia & importabilia, digito autem ſuo nolunt ea mouere*: quo fit, vt Chriſtus illis verbis Matthæi 16. promiſerit Petro, quicquid præcipiẽdo fidelibus imponeret, ſe id ratum in cœlis habiturum, tanquam per poteſtatem à ſe ad id ei collatum impoſitum. Ex quo ſequitur Petri & aliorum ſummorum Pontificum, qui illi in cathedra erãt ſucceſſuri, leges ac præcepta in foro conſcientiæ fideles obligare: alioquin quid quæſo ratum haberetur in cœlis? Vnde Hieronym. in illud Matth. 18. ad apoſtolos omnes dictum; *Quodcunque alligaueritis*, ait: *Poteſtatem tribuit apoſtolis, ut intelligant, qui à talibus damnantur, humanam ſententiam diuina ſententia roborari*.

Lucæ 10. *Qui uos audit, me audit: qui uos ſpernit, me ſpernit*. Et ad Heb. 13. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant tanquam pro animabus veſtris rationem reddituri*. Quo in loco Chryſoſtomus peccatum eſſe affirmat eis non obedire.

C

Act. 15. Petrus & alij illius primi concilii ſcripſerunt gentibus ad fidem conuerſis: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil ultra uobis imponere oneris, niſi hæc neceſſaria, ut abſtineatis uos ab immolatis ſimulacrorum, à ſuffocato & ſanguine & fornicatione*. Quo in loco apoſtoli, cum iam lex vetus quo ad cæremonialia omnia ceſſaſſet, nouam vtique legem condiderunt: quippe cum de immolato, ſanguine, & ſuffocato, nihil Chriſtus præceperat: neque hæc in ſe quicquam mali contineant, ſed indifferentia ſint, circa quæ tamen hæretici, cum quibus diſputamus, affirmant non poſſe eccleſiam legem ſtatuere. At profectò, cum apoſtoli onus impoſitum ab ipſis tũc illam appellent, vt conſtat ex illis verbis; *nihil contra uobis imponere oneris*; liquet legem eſſe ab ipſis Spiritus ſancti inſtinctu illis impoſitam, ipſoſque in conſcientia obligantem: maximè cum addant, *niſi hæc neceſſaria*, vt ſcilicet ea ſeruetis, ac proinde minimè libera vobis vt illa ſeruetis aut non ſeruetis, prout vos malueritis. Legemque Lucas illam appellat, tum in fine eius capitis de Paulo dicẽs; *Pertranſiens ciuitates, præcipiebat eis cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum*: tum etiam c. 16. ſequenti, dicens; *Tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ decreta erant ab Apoſtolis & ſenioribus, qui erant in Hieruſalem*. Eſt verò ſatis inepta Caluini reſponſio, Apoſtolos ſcilicet ea lege nihil præcepiſſe de nouo, ſed ſolũ id præcepiſſe, quod iure diuino ſemper fuit præceptum, nempe ne cum infirmorum ſcandalo illa aut alia ſimilia efficerent. Quare, inquit, Chriſtiani non tenebantur lata ea lege abſtinere ab immolatis idolis, & à ſanguine & ſuffocato, ſed ſolum ad non ſcandalizandum. Sanè ante latam illam legem Chriſtiani ex gentibus conuerſi non peccauerunt non abſtinendo à ſanguine & ſuffocato, ſicut nec peccauerunt non ſeruando alia legalia, neque quæſtio ad apoſtolos delata fuit de ſanguine & ſuffocato & de immolatis idolis, ſed num tenerentur ſeruare legalia: quare ſi lata non fuiſſet lex poſitiua & humana, ſicut antea non peccarunt, nec poſtea peccaſſent: non ſecus atque non peccarunt legalia alia non ſeruando, nihil impediente murmure nonnullorum ex

D

E

con-

conuerſis ex Iudæis, de quorum numero erant pſeudo apoſtoli, qui Galatas peruertebant. Satis autem forma eius legis indicat, id onus ac præceptum tunc eis ab apoſtolis imponi, dum dicitur: *imponere vobis*, tanquam expediens ad maiorem vnionem in eccleſia Chriſti conuerſorum ex Iudæis & ex Gentibus in principio Chriſtianæ Eccleſiæ: neque id eſſe generale pręceptum iuris naturalis vitandi puſillorum ſcandalum.

Primæ ad Cor. 11. *Laudo vos, quod ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*. Primæ ad Theſſ. 4. *Scitis quæ præcepta dederim uobis*. Et infrà. *Qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui ſpiritum ſuum ſanctum nobis dedit*. Secundæ ad Theſſ. 3. *Confidimus de vobis fratres in Domino, quoniam quæcunque pręcipimus, & facitis & facietis*. Et infrà. *Cum eſſemus apud vos, denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet*. Et inferius: *Si quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & ne cõmiſceamini cum illo*.

Prouerb. 6. *Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, &c.* Sanè ſi nomine patris & matris in ſenſu literali patrem & matrem carnales intelligas, ea præcepta & leges humanæ ſunt: ſi vero nomine patris Deum intelligas, & matris nomine intelligas eccleſiam in ſenſu metaphorico, lex matris lex humana etiam eſt.

Paulus ad Rom. 1. inter alia grauiſſima crimina, quæ Deum gentibus ob idololatriæ peccatum permiſiſſe commemorat, ait, *Parentibus non obedientes*. Et Deut. 21. *Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris & matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum, et ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuiis. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.* Certè ob cætera alia crimina, quæ ibi de eo commemorantur, ea pœna mortis acerba illi non imponitur, niſi accedat inobedientia illa humanis parẽtum præceptis ſuperadditis: quare cum adeo acerba mortis pęna non imponatur niſi ob culpam, eamque lethalem, conſequens profectò eſt, vt illa humana parentum præcepta illum in conſcientia obligent, idq; ſub culpa lethali. Eadem vero eſt ratio, immo & maior, vt præcepta humana poteſtatum Eccleſiaſticarum & ſecularium, maximè ſi ſupremæ ſint, obligare ſuos ſubditos in conſcientia poſſint, etiam ſub lethali culpa, quando de re graui, & quæ non leuiter bono communi expediat, lata ſunt. Dixi, imo & maior: quoniam cum poteſtas ſecularis ad altiorem finem, nempe ad reipublicæ ac politicum bonum imperet, qui finis præſtantior eſt, & quod bonũ eſt pręſtantius, quam ſit finis ęconomicus, bonumque ęconomicum, ad quod parentes imperant, poteſtaſque Eccleſiaſtica ad præſtantiorem adhuc finem, ad præſtantiuſque adhuc bonum imperet, quam ſecularis poteſtas, ſane arctius aſtringunt ea ex parte præcepta ſecularium & Eccleſiaſticorum poteſtatum, quam præcepta parentum: atque quando non poteſt ſimul vtriſque obediri, potius eſt obediendum præceptis poteſtatum ciuilium & eccleſiaſticarum, quã præceptis parentum, quando id ita fines illi ſuperiores, exigunt vt rectè Alfonſus à Caſtro. 1. de leg. pæ. cap. 4. deducit ac oſtendit.

7 Idem aduerſariorum error confutatur ex Patrum & Eccleſiæ traditione. Nullum. n. fere eſt concilium ꝙ non aliquid vel præcipiat, vel interdicat ſub anathematis aut depoſitionis pęna: quę pœnæ niſi ob culpam lethalem inobedientiæ prælatis & eccleſiæ non incurruntur. Ideque habent Pontificum epiſtolæ in A toto diſcurſu eccleſiæ, iam quæ in corpore iuris canonici ſunt inſertæ, quàm plurimæ aliæ, in quibus multa, quæ de iure diuino non ſunt, præcipiũtur aut prohibentur ſub excommunicationis pœna, quæ nõ niſi ob lethalem culpam incurritur.

Legem vero eccleſiaſticam ieiuniorum quadrageſimæ, quatuor temporum, ac vigiliarum, quam heretici maxime repręhendunt, humanamque eſſe confitentur, ſemper in Eccleſia habitam fuiſſe in conſciẽtiæ foro ſub reatu culpæ obligaſſe (quod idẽ de aliis eccleſiaſticis legibus eadem ratione eſt cenſendum) ex ſequentibus conſtat. Canon 68. Apoſtolorum ſic habet. *Si quis Epiſcopus, uel presbyter, uel diaconus, uel cantor, ſanctam Paſchæ quadrageſimam non ieiunat, uel quartum diem, uel paraſceuem, præterquam ſi* B *propter imbecillitatem corporalem impediatur deponatur, ſi autem ſit laicus, ſegregetur*, id eſt excommunicetur. Gangrenſe concilium can. 19. eos excõmunicari iubet, qui indicta ieiunia ſine neceſſitate ſoluunt. Toletanum 8. concilium, can. 9. eos ſacra communione in Paſchate priuat, totoq; anno à carnibus abſtinere iubet, qui ieiunium quadrageſimæ violauerint. Baſil. 2. oratione de ieiunio: *Omnes*, inquit, *æqualiter & pręceptum audiunt, & cum gaudio ſuſcipiunt*. Et infrà. *Vide ne propter paruam eduliorum uoluptatem damnũ incurras, & te ipſum criminis deſertoris reum ſtatuas.* Chryſoſt. Hom. 2. in Gen. ait quadrageſimam inſiſtere omnium conſcientiam etiam Imperatorũ, ad obedientiam. Ambr. ſerm. 25. *Non leue*, inquit, *peccatum eſt, indictam fidelibus quadrageſimam uiolare, &* C *ieiunia conſecrata uentri uoracitate diſſoluere*. Hieronymus in Epiſt. ad Marcellam de erroribus Montani. *Nos*, ait, *unam quadrageſimam ſecundum traditionem apoſtolorum tempore nobis congruo ieiunamus. Non quo & per totum annum, excepta Pentecoſte, ieiunare non liceat: ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud uolũtate munus offerre.* Aug. ſermo 62. de tempore. *Aliis diebus ieiunare remedium eſt aut præmium: in quadrageſima non ieiunare peccatum eſt.* Leo ſerm. 3. de ieiunio decimi menſis: *Primum*, inquit, *eſt agere non indictum, impium eſt negligere prædicatum.* Deniq; Epiphanius hæreſi 75. & Aug. hæreſi 53. Aerium inter hæreticos commemorant, quod diceret, ieiunãdum quidem eſſe, cæterum non ex præcepto Eccleſię, ſed q̃n cuique placet. *Neque ieiunium* (ait Aerius apud D Epiphanium) *erit ordinatum, hæc enim Iudaica ſunt, & ſub iugo ſeruitutis, iuſto enim lex non eſt poſita. Si uero uolo ieiunare, qualemcunque eligam diẽ à me ipſo, & ieiunabo propter libertatem.* Hoc autem ipſum profectò eſt, quod Lutherani hodie dicere ſolent.

8 Supereſt reſpondeamus ad argumenta in contrarium propoſita. Ad minorem primi argumenti dicendum eſt, in eo quod dixit Chriſtus, *docentes uos ſeruare omnia, quæ mandaui uobis*, includi docere eos ſeruare mandata Eccleſiæ ſeu prælatorum, poteſtatum ſecularium, ac parentum & dominorum, ea enim omnia quarto decalogi pręcepto cenſentur iuſſa ſeruari: quod Chriſtus ſeruare mandauit. Item ex multis aliis ſcripturæ teſtimoniis, iunctis rationi- E bus ſuprà confectis, conſtat Chriſtum ea omnia iuſta humana præcepta, ſeruari præcepiſſe. Adde, conſequentiam eſſe nullam, ex eo enim, quod præcepiſſet docere ſeruare mandata ipſius diuina, ſequitur, non eſſe poteſtatem in eccleſia ad præcepta humana condenda, quæ obligent ſubditos in conſcientia: maxime cum ea præcepta diuinis præceptis, vt explanatum eſt, innitantur, & ex poteſtate à Chriſto ad id eis collata emanent.

Ad ſecundum dicendum eſt, illis in locis perſpicue eſſe ſermonẽ de lege diuina, qua lex diuina eſt, cui addere aliquid tanquam legem diuinam, aut ab ea aliquid detrahere, nefas omnino eſt, & quam ad vnguẽ non ſeruare aliquid ex lege omittendo, aut in

aliquo

aliquo contra legem excedendo, nefas etiam omnino eſt: idque eſt quod Deut. 5. his verbis ſubijcitur: *Facite igitur & ſeruate, quæ pręcepit Dominus Deus uobis. Non declinabitis neque ad dexteram neque ad ſiniſtram, ſed per uiam, qua pręcepit Dominus Deus ueſter, ambulabitis, ut uiuatis, & bene ſit uobis.* Quod ergo ita additur ei, quod lege diuina præceptum eſt, aut ab eo detrahitur, vt legi aduerſetur ac repugnet, id ſolum eſt, quod prohibetur in locis in eo argumento citatis, vt ſi, cum Deus præciperet in Paſchate comedi vnum agnum in ſingulis familijs, comederentur duo, aut ſolum dimidium, aut aliquid aliud omitteretur ex cæremoniis, quas ſeruare in eo comedendo erat pręceptum: vel (vt habetur c. illo 12. Deuteronomii citato) ſi ſacrificium afferretur extra locum ad id à Deo electum, quod Deus prohibebat, vel maculatum in ſacrificium offerretur: vel ſeruarentur ritus, quibus gentes Deos ſuos colebant, ut offerendo filios aut filias, igneque illos comburendo: quod eſt exemplum capite illo 12. antecedens proximè verba illa: *Quod pręcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.* Quemadmodum autem illis teſtimonijs ex Deuteronomio citatis non prohibetur votis ſe aſtringere Deo ad alia vltra legem, quæ ſunt ſupererogationes, neque illa, etiam non ex voto, efficere & addere ſupra ea quæ lege præcepta ſunt: ita neque pote-

A ſtatibus publicis prohibetur ſtatuere leges & pręcepta extra leges aut vltra leges diuinas, de reb. quas pro loco & tempore expedire iudicarét. Sic Eſther 9. narrat ſcriptura Mardochæum ſcripſiſſe Iudæis: *vt quartamdecimam & quintadecimam diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, & reuertente ſemper anno ſolemni celebrarent honore.* Et infrà: *Suſceperuntque Iudęi in ſolemnem ritum cuncta, quæ eo tempore facere cęperant.* Et paulo inferius: *Suſceperunt Iudęi ſuper ſe & ſemen ſuum, & ſuper cunctos, qui religione eorum uoluerunt copulari, ut nulli liceat duos hos dies abſque ſolemnitate tranſigere.* Et Iudith vlt. *Deus autem victorię huius feſtiuitatis ab Hebræis in numero*
B *Sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudęis ex illo tempore uſque in pręſentem diem.* Et 1. Mach. 4. *Statuit Iudas & fratres eius, & uniuerſa Eccleſia Iſrael, ut ageretur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo.* Quod feſtum Chriſtus ſua præſentia honorare dignatus eſt, vt Ioan. 10. habetur. Primi Reg. 30. Dauid nouam condidit legem, vt æqua pars ſpoliorum eſſet in bello deſcendentium in prælium & remanentium ad ſarcinas: *Et factum eſt hoc*, ait ſcriptura, *ex die illo conſtitutum & pręfixum, & quaſi lex in Iſrael.* Atque in Hebræo habetur, non *quaſi lex*, ſed *in præceptum atque iudicium.* Neque eſt dubitandum in veteri lege.

F I N I S.